www.e-rara.ch

Biblia utriusque Testamenti

Pagnino, Sante

[Genève], 1556-1557

Bibliothèque de Genève

Shelf Mark: Bb 2341

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-6094

---

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

2 Bde.


ELISABETHA SOPHIA MARIA VERWITTWETE HERZOGINN ZU BR. U. LUN.

Diese schöne Bibel habe zu Braunschweig am 23ten Mart. 1739
mir gekauft, und neu einbinden laßen. judicium de hisce
Bibliis vid. in Schelhornii amoenitat. litterar. Tom. 3. p. 28.

Joh. Fabricius hist. Biblioth. Fabr. p. 1. S. 14. bezeuget, man habe ihm
in Franckreich dieses Bibelwerck als den grösten Schatz einer öffentlichen
Bibliothec vorgezeiget; vide Hallische Bibliothec III. Stück 1748.
Dieses Werck sey mit silbern Schriften gedruckt, nach Hülsemans Zeugniß.

Mit einigen Textholzschnitten.

Doubl

Hist. Cat. of printet Bibles III 6140.

5. Folio-Ausgabe von Stephanus; im ganzen
die 8. u. letzte seiner Bibelausgaben.
Das Alte Test. von S. Pagnini übersetzt.
Das Neue Test. v. Th. Beza "

Bd 1 Titel unten ausgebessert
S. 241 (Bogen hhh I.) oben
restauriert, mit Textverlust.
Bd 2 etwas wasserfleckig.
(Einzelne Wurmstiche)

BIBLIA

Vtriuſque Teſtamenti.

DE QVORVM NOVA INTERPRETATIONE ET COpioſiſſimis in eam annotationibus lege quam in limine operis habes epiſtolam.

NOLI ALTVM SAPERE

OLIVA ROB. STEPHANI.
M. D. LVII.

~~Henrici Stephani~~
~~Francus~~
~~cIɔ Iɔ LV~~

Ad Sacrarum literarum ſtudium exhorTATIO EX SACRIS LITERIS.

Deuter. 12.a.8. d.32.

Non facietis ſinguli quod vobis rectũ videtur: ſed quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino,nec addas ad illud,neque minuas ex eo.

Deuter. 31.c.11.

Leges verba Legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis,& in vnum omni populo congregato,tam viris quàm mulieribus, paruulis,& aduenis qui ſunt intra portas tuas:vt audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant impleántque omnes ſermones Legis huius.

Ioſue 1.b.8.

Non recedat volumen Legis huius ab ore tuo:ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus,vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuã,& intelliges eam.Non declines à verbis Legis huius ad dexteram vel ad ſiniſtram:vt intelligas cuncta quæ agis.

Prouerb. 30.a.5.

Omnis ſermo Dei ignitus,clypeus eſt ſperantibus in ſe: ne addas quicquam verbis illius,& arguaris,inueniarîſque mendax.

Rom. 15.a.4.

Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem Scripturarum,ſpem habeamus.

2.Timoth. 3.d.14.

Tu verò permane in iis quæ didiciſti & credita ſunt tibi,ſciens à quo didiceris,& quòd ab infantia Sacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.Omnis Scriptura diuinitus inſpirata,vtilis eſt ad docẽdum, ad arguendum,ad corripiendum,ad erudiẽdum in iuſtitia:vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

1.Timoth.4.d.13.

Dum venio,attende lectioni,& doctrinæ.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE

14|4890

Pio & verè Chriſtiano lectori Rob. StePHANVS GRATIAM ET PACEM A DEO PATRE PER IESVM CHRISTVM.

NVLLVM vertendorum Bibliorum finem fieri, Chriſtiane lector, & non minus varias eorum interpretationes, quàm varios interpretes hodie extare, iampridem multi querũtur: qui quidem è re Eccleſiæ eſſe exiſtimant, certam aliquam, cui non nimiũ moroſi homines acquieſcant, ex tanto numero deligere: nimirũ eam quã in Veteri teſtamento, Hebraici ſermonis: in Nouo, Græci veſtigiis propius quàm cæteras videamus inſiſtere. In hac quũ & nos opinione eſſemus, eorum pariter & noſtro deſiderio ſi non omnino, ſaltem ex parte ſatiſfacere iãdudum conati ſumus. Sed quũ hæc res ſemel atque iterum tentata, ex animi ſententia non ſuccederet: eam in hoc tempus reiiciendam exiſtimauimus: quo tandẽ, iis ferè omnibus copiis quæ neceſſariæ videbantur, comparatis, hæc editio à nobis ſuſcepta eſt. In ea autẽ quæ accipias, ſigillatim viſum eſt exponere.

Veteris interpretis tralationem in interiori paginæ parte minutioribus literis excuſam damus, ad vetuſtiſſima exemplaria (quorũ nomina Bibliis anno M. D. XL & XLVI maiore volumine à nobis impreſſis indicata ſunt) accuratiſſimè emendatam, verſibúſque, vt in Hebraicis codicibus, diſtinctam.

Versio vulg
1546. m
ex Hebra

In exteriori autẽ parte interpretationẽ Sanctis Pagnini (quam potiſſimũ, vt maximè fidã, omnes vno ore laudant) craſſioribus literis excuſam damus: ſed hanc quidẽ certè multis partibus ea quam in aliis editionibus habes, meliorem. Nacti enim ſumus duo ex prima illius editione exẽplaria, in quibus nõ ſolùm typographica errata nõ pauca, nec leuia, manu propria ipſe author correxerat, ſed multos etiã locos diligentius & accuratius quàm antea examinatos, recognouerat. Venerunt etiam in manus noſtras eiuſdem Sanctis in Vetus teſtamentũ annotationes, ex quibus itidem omnia quæ ad huius interpretationis recognitionem pertinebãt, ſedulo excerpſimus. Eius præterea linguæ Hebraicæ Theſaurũ non ſine magno fructu in conſilium ferè ſemper adhibuimus. Sed nihílne, dicet aliquis, præter Sanctis laborẽ & induſtriam hæc editio nobis affert? Imò verò duorũ doctiſſimorum virorum in hanc ipſam interpretationem collatas operas accipis. Nam quum illum Franciſcũ Vatablum, tanto tempore Lutetiæ tanta cum hominum admiratione literas Hebraicas profeſſum, à Sanctis interpretatione non rarò diſcedere ſolitum (nunquam tamen ſine optima & manifeſtiſſima ratione) animaduertiſſemus, eius quoque labore magnũ huic trãſlationi adiumentum attulimus. Siquidẽ ex eius prælectionibus, quas Bertinus (qui etiam in illius locũ poſtea doctrinæ ergô ſuffectus fuit) ex eius ore fideliter exceperat, & exceptas cum illo ipſo communicauerat, non ſolùm ii loci in quibus Sanctes minus perſpicax fuerat, à nobis caſtigati fuere, ſed etiam ſæpenumero apertiora & vſitatiora dicendi genera in locum obſcuriorum quorũdam & ab vſu Latini ſermonis remotiorum ſubſtituta. adeò vt illius interpretationis inchoatæ atque rudis expolitio huic vni Vatablo accepta ferri debeat.

Iam verò quoniam Hebraica lingua eſt huiuſmodi, vt quo magis quis in ea interpretanda verbum verbo reddit, eo magis illius ſimplicis & inaffectati ſermonis dignitatem retineat, ſed interim multas loquendi formas (quas Hebraiſmorum nomine intelligimus) non parum obſcuras relinquat: nos huic incommodo mederi volentes, ea licentia quã nonnulli in ipſo cõtextu ſibi permiſerant, in Annotationibus vti minus periculoſum eſſe iudicauimus. Siqua igitur in contextu, ſeruata Hebraica phraſi, fideliter quidem, ſed paulo obſcurius conuerſa fuerant, ea ad Latini ſermonis cõſuetudinem reuocãtes (præfixis ſemper Hebraicis vocibus) apertiſſima effecimus. ſi quod item Hebraicũ vocabulum nõ ſatis ſignificanter vno Latino in contextu redditum fuerat, nec reddi potuerat, operam dedimus vt eius vim multis Latinis ſynonymis quantũ fieri poſſet exprimeremus. Præterea verò quia multarum vocũ Hebrai carũ,quòd ſint πολύσημοι, diuerſæ interpretationes à diuerſis allatæ fuerunt:ea quam doctiorũ iudicium comprobauerat, in contextu poſita, reliquas in his Annotationibus additas, varias lectiones(nimiũ generali fortaſſe vocabulo)appellauimus. Nec tamen, iis quæ ad exactam verborum interpretationem pertinebant, contenti, illa quæ ad ſenſum difficilium locorum intelligendũ neceſſaria erant,negleximus: ſed varias expoſitiones ex eruditiſſimis Hebræorũ doctorum commentariis petitas inſuper annotauimus: adeò vt vix quicquam in illis reperiatur, ex iis quidem quæ lucem aliquam contextui afferre poſſunt, quæ non inde à Sancte ac potiſſimum à Vatablo (qui in his etiã Annotationibus primas tenet) ſummo ſtudio ſummáque cura & diligentia erutum,& ex illius quidem αὐτογράφῳ,huius autem dictatis à nobis deſcriptum & in has Annotationes tranſlatum fuerit. Quinetiam in locis obſcurioribus,præter Hebræos doctores, omnes propemodum qui Biblia enarrauerunt (qui quidem aliquo loco inter doctos haberi ſolent) maxime verò illos de quorum eruditione,iudicio & fide in Sacris literis explicandis publicum habemus teſtimonium, non ſine magna vtilitate conſuluimus, & eorum ſententiã quambreuiſſimè adſcripſimus. Hactenus de Veteri teſtamento.

Quod autem ad Nouum teſtamentum attinet, Theodori Bezæ interpretationem excudimus:quam te aliter ſequi nequaquam volumus,quàm ſi certiſſimis argumentis in ſuis Annotationibus illi fidem facere viſus tibi fuerit . Quam autem de ea rationem iniuerit, tu ex ipſius præfatione, in qua conſilii ſui rationem diligenter exponit,multo melius quàm ex me cognoſcere poteris.

In transferendis autem Apocryphis libris ſuam nobis operam nauauit Claudius Baduellus,Complutenſem editionem(quòd emendatior nulla extaret)ſecutus. Addidit ad ſuam interpretationem & annotationes:quibus cum alia obſcura,tum Hebraiſmos quos Græcus interpres vſurpauit,quo fuſius,eo apertius explicat.

Ad finem totius operis libellum qui Hebræorum, Chaldæorum,Græcorúmque propriorum nominum interpretationem continet, adiecimus : in quo etiam quantam diligentiam adhibuerimus,vt emendatiora nunc illa prodirent, liber ipſe cum poſteriore editione collatus teſtari poterit.

Pro Indicibus duobus in Vtrunque teſtamentum,quos aliquando Bibliis poſtpoſueramus,vt tum ferebant tempora: nunc tibi ſeorſum dedimus librum Concordantiarum, nouum prorſus & integrum, in quibus quenuis Scripturæ locum facilè reperire atque in promptu habere poſſis,ſi modò vox vna aut altera Veteris interpretis tibi ſuccurrant.

Hæc ferè ſunt,Lector,ea quæ iſta noſtra editio ad Bibliorum lectionem adiumenta tibi affert: quibus maiora in eo & verſionis & annotationum genere, à nullo quidem ad hũc vſque diẽ allata eſſe certò ſcio,ſed afferri poſſe(facile enim eſt inuentis addere) nõ nego. Quare mecum Deum Opt. Max.ora per eius filium ſeruatorẽ noſtrum Ieſum Chriſtum, vt quas mihi vires ad inchoandum hoc opus miniſtrauit,eaſdem alii ad perficiendum,& ad ea in quibus (vt homines) errauimus, emendanda, pro ſua benignitate aliquando ſuppeditet. Interim hos libros ſolos Chriſtiano homine dignos Nocturna verſato manu,verſato diurna. Vale.

ANIMADVERTENDA QVÆDAM INTER LEGENDVM HANC EDITIONEM.

Legenti tralationem nouam vbi præfixa alicui voci nota hæc ' occurret, ad annotationes, quæ aut eam ſolam, aut cum ea totam ſententiam explicant,tibi eſſe veniendum: & quotum illi verſui in quo ea vox erit,numerum præfixum inuenies,eundem illic eſſe quærendum memento.

Et quoniam ea eſt Hebraici ac interdum etiam Græci ſermonis breuitas, vt niſi quædam ſuppleas, perobſcura ſit oratio futura: quæ neceſſario ſubaudienda fuerunt,minuſculis Italicis quas vocant,literis impreſſimus,vt internoſci poſſent.

Vbi autem has notas [ ] reperies,illis ea verba includi quibus Hebraici verbi ſignificatio aliter atque aliter exprimitur:eáſque,ne particula VEL toties cum tædio repeteretur,à nobis poſitas eſſe ſcias.

Characteres autem Hebraici propriis nominibus aliquando inſerti fuerunt quoties hæ literæ ח,ט,צ,& ש occurrerunt,quarum prolationem vt vnà cum ſignificatione docerent docti quidam,duas nonnunquam,aliquando tres Latinas literas loco illarum ſcripſerunt. Norunt autem omnes quàm ſit adhuc inter ſingulas propè nationes cõtrouerſa earum literarũ prolatio. Nos itaque ex doctiſſimorum hominũ iudicio,vt vnicuique liberũ eſſet illas pronuntiare vt vellet,ipſarũ characteres Hebræos Latinæ conſonanti quæ ipſas vtcũque indicat, præpoſuimus,ſiue in principio,ſiue in medio,ac fine. Exempli gratia,Iehoחhanan, טSardi ,טSiחhon,צSephath,שSuשſan. Præterea quoties א aliter legebatur quàm per a,pro ratione puncti ſubſcripti ipſum addidimus, vt Iשſraאel. Aſpirationẽ lenem ח, noſtro h,ſignificauimus non præpoſito charactere Hebraico. ט ſemper noſtro t expreſſimus, etiam quum dagueſſabatur. ח vbique per th. ק autem per c,quod ſequente e & i, pronuntiari debet vt κ Græcum. In pronuntiando ע multi quoque ſudant,characteribus etiam Latinis ipſum exprimere conantes:nos illud(quoties occurrit)nulla litera Latina expreſſimus, ſed eadem ratione qua & præcedentes,ipſum vocali ſequenti præpoſuimus,hoc modo,IaעaziאEl,Abiעézer,Gibעon,עIram. In fine autem dictionum poſtpoſuimus vocali,Iaduaע,vt etiam ח,Ruáחh.

Summa totius Sacræ ſcripturæ, librorũ videlicet Veteris & Noui teſtamenti.

Deus.

Eſa.45.c.14
Gene.21.d.33
dan.7.c.9
Geneſ.1.a.2
eſa.45.c.18
Exod.9.f.27
pſal.10.b.7
eſa.45.d.21
Exod.22.d.27
1.Cor.12.a.6
Rom.9.d.20
eſa.45.b.9
iere.18.a.6

Docent nos libri Veteris teſtamenti, Deum illum quem coluerunt Noe,Abraham,Iſaac,Iacob,Dauid,& cæteri Patres,ſolum verum eſſe Deum,eúmque omnipotentem & æternum : qui propter bonitatẽ ſuam Verbo ſuo cælum & terram,& quæ in eis ſunt,creauit: à quo omnia procedunt , ſine quo nihil quicquã eſt: iuſtum & miſericordem: quíque omnia operetur in omnibus ſecundum volũtatem ſuã: cui non liceat dicere quare ſic vel ſic faciat.

Creatio hominis

Geneſ.1.d.27

Sapient.2.d.24
Rom.5.c.14
& d.18

Peccatum.

Ephe.2.a.3

Adhæc, ipſum hunc Deum omnipotentem creaſſe poſt cætera omnia Adam primum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ſpiritualem,dominúmque eum cõſtituiſſe omnium creatorum in terra . Qui quidem Adam,inuidia & fraude diaboli,Creatoris ſui præcepto non obediens,ſuo peccato , peccatũ in hunc mundum inuexit tale,tantúmque,vt nos ſecundum carnem ab ipſo progeniti,natura filii iræ ſimus,& ob id morti,damnationi,iugo & tyrannidi diaboli obnoxii reddamur.

Promiſſus Chriſtus,

Geneſ.3.b.15
Geneſ.12.a.3
Geneſ.26.a.4
Geneſ.28.c.14
Hebr.2.d.14
2.Sam.7.c.12
pſal.132.c.11

Porrò autem promiſſum fuiſſe à Deo Patre ſemẽ illud benedictum IESVM CHRISTVM Filium ſuum ſaluatorem noſtrum , ipſi Adæ,Abrahæ,Iſaac,Iacob, Dauidi, & reliquis Patribus,qui à peccatis & tyrãnide diaboli liberaret eos qui viua fide & operãte huic promiſſioni crederent,ipſique IESV CHRISTO fiderent,liberationem hanc ab ipſo & per ipſum ſperantes.

Lex, ſiue decalogus.

Exod.20.a.1
Rom.3.c.20
galat.3.c.19

Heb.7.c.18,
& 10.a.1
Iohan.1.d.29

Interea autem dum à Patribus Iſraelitis expectabatur promiſſa ſalus & liberatio,quòd ea eſt hominum natura , tã ſuperba atque adeò corrupta,vt non libenter ipſi velint ſe agnoſcere peccatores, quibus promiſſo Salutari ſit opus: Legem ſcriptã in tabulis lapideis,datam fuiſſe à Deo per Moſen,vt per eam agnito peccato,& cordis humani malitia,ardentius ſitirent homines CHRISTI aduẽtum,qui ipſos à peccatis redimeret ac liberaret: quod neque Lex,neque ſacrificia & hoſtiæ Legis præſtabant. erãt enim vmbræ & figuræ veræ oblationis corporis CHRISTI,qua peccata omnia obliterãda erant & abolenda.

Chriſtꝰ Deus Saluator venit.

Rom.9.b.5

Luc.1.c.31

Galat.4.a.3
epheſ.1.b.10
Rom.5.b.8

Noui autem teſtamenti libris,docemur,CHRISTVM illũ promiſſũ (qui eſt ſuper omnia Deus benedictꝰ in ſecula)& in libris Veteris teſtamẽti adumbratũ ſacrificiis ac figuratũ,miſſum tandẽ à Patre fuiſſe eo tẽpore quod apud ſe cõſtituerat ipſe Pater, eo inquã tempore quo abundabat in mũdo omnis iniquitas. Miſſum autem & incarnatum ipſum Saluatorem IESVM mortem paſſum eſſe, & à mortuis reſurrexiſſe, non ex bonis cuiuſquam operibus (nam omnes erant peccatores) ſed vt Deus & Pater noſter verax, abundantes gratiæ ſuæ diuitias quas promiſerat,exhiberet,& ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos faceret.

Epheſ.2.b.9
tit.3.b.5.
Rom.15.b.8
Epheſ.2.b.7
Tit.3.b.5
Ieſa.53.b.7
Iohan.1.d.29
Epheſ.5.a.2
heb.9.g.26
Act.3.e.19
epheſ.2.c.14.15
Apoc.1.b.5
Heb.2.d.14
Galat.4 b.5
epheſ.1.a.5
Rom.8.c.17
epheſ.3.a.5
Rom.8.c.15
galat.4.a.6
Epheſ.1.c.1

Agnus.
Hoſtia.
Pax.
Adoptio.

In Nouo igitur teſtamento planiſſimè oſtenditur quòd IESVS CHRISTVS verus agnus & vera mundi hoſtia,hominum peccata delens, venit in mũdum,vt nobis pacem & gratiam cum Patre conciliaret,lauando nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: & liberaret à ſeruitute diaboli,(cui peccando ſeruiebamus)in filióſque Dei adoptaremur per ipſum,cohæredéſque eius efficeremur regni præclariſſimi & æterni.

Spiritus ſanctus.

Vt autem ſingulare hoc & maximũ Dei beneficium erga nos agnoſcamus,dat nobis Deus

Fides. Spiritum ſuum ſanctũ, cuius fructus & effectus eſt fides in Deum & CHRISTVM eius. Nam Galat.5.d.23
ſine Spiritu ſancto quo inſtruimur & ſignamur, neque credere poſſumus Deum Patrem miſiſſe Epheſ.1.c.13, & 4.g.30
MESSIAM, neque IESVM eſſe CHRISTVM. nullus enim (inquit Paulus) dicere poteſt Dominus 1.Corinth.12.a.3
IESVS, niſi in Spiritu Sancto. Idem Spiritus teſtatur ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Rom.8.c.16
Charitas. Dei, & diffundit in viſcera noſtra eam charitatem quã deſcribit Paulus Corinthiis. Præterea Rom.5.a.5 1.Corinth.13.b.4
Spes. Spem, quæ eſt certa vitæ æternæ expectatio, cuius idem ipſe arrhabo eſt & pignus, nobis impertitur, Epheſ.1.c.14
& alia ſpiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas. Nequaquam igitur eſt negligẽdus, Galat.5.d.22
aut paruifaciendus fidei fructus: per hanc enim in CHRISTVM fiduciã & fidem quæ per Galat.5.a.6 epheſ.5.a.2
Iuſtificatio & ſanctificatio. charitatem operatur, & ſe charitatis operibus exerit, ad illa hominem mouẽs, iuſtificamur & Heb.13.d.21 Rom.3.d.30,
ſanctificamur: id eſt, Deus & Pater Domini noſtri IESV CHRISTI (qui & Pater noſter effectus & 4.a.2 galat.2.c 16
eſt per ipſum fratrem noſtrum) nos pro iuſtis & ſanctis habet, ſua gratia, ac merito Filii Matth.5.g.48, & 23.a.8
ſui IESV CHRISTI, non imputans nobis ad gehennam delicta noſtra. Heb.2.c.11 2.Corinth.5.d.19

Bona opera. Venit denique CHRISTVS ipſe in mundũ vt nos per ipſum ſanctificati & purificati à peccatis, Tit.2.c.12.d.13.14
voluntatem eius operibus bonis ſectantes, quæ carnis ſunt abnegemus, ac liberè ſeruiamus Luc.1.g.74
ei in iuſtitia & ſanctitate omnibus diebus noſtris: & vt per bona opera (quæ præparauit Epheſ.2.b.10
Deus vt ambularemus in illis) nos oſtendamus ad hanc gratiam & fidei donum vocatos:
quæ quidem bona opera qui non habet, teſtatur ſe fidem in CHRISTVM non habere qualem 2.Pet.1.b.10
ille in nobis requirit.

Christus Magiſter, Ad eum oportet nos accedere, & alacri animo ipſum ſequi, vt nos doceat: eſt enim Magiſter Epheſ.5.a.2 Matth.23.a.8
noſter, mitis & humilis corde. Exemplar noſtrum, à quo diſcere oportet normã rectè Matth.11.d.29 Iohan.13.b.15
Pontifex, viuendi. Noſter præterea Epiſcopus & ſummus Pontifex, qui ſuum ipſe ſanguinem pro nobis 1.Pet.2.d.25 Heb.4.d.14
Mediator, obtulit, vnus Mediator Dei & hominum: qui nunc ad dexteram Dei Patris ſedet, nobis 1.Timoth.2.b.5
Aduocatus. Aduocatus factus, orans interpellánſque pro nobis: qui proculdubio impetrabit quod vel ab 1.Iohan.2.a.2
ipſo, vel ipſius nomine à Patre petierimus: ſi modò petentes ita illum facturum eſſe crediderimus. Iohan.14.b.13, & 16.c.23
ſic enim promiſit. Ne igitur dubitemus, ſiquando peccauerimus, cum pœnitẽtia (ad Marc.11.c.24 Matth.4.c.17
quam nos initio ſtatim ſuæ prædicationis inuitat & incitat) atque fiducia accedere ad thronum Heb.4.d.16
gratiæ eius: credentes quòd miſericordiam conſequuturi ſumus. nam ideo venit in mũdum 1.Timoth.1.c.15
vt peccatores ſua gratia ſaluos faceret.

Iudicium. Hic nimirum eſt CHRISTVS IESVS, qui in conſtituto à Patre temporis articulo veniet, Matth.25.c.13
ac ſedebit in maieſtate magna, omnes iudicaturus, & redditurus vnicuique propria corporis 2.Timoth.4.a.1 2.Corinth.5.b.10
prout geſſit, ſiue bonũ ſiue malum. dicturúſque eſt illis qui à dextris erunt, qui in hoc mundo
Vita æterna. futura bona (vitam videlicet æternam) expectauerint, Venite benedicti Patris mei, poſſidete Matth.25.c.13
paratum vobis regnũ à cõſtitutione mundi. Illis autẽ qui à ſiniſtris, Diſcedite à me maledicti
Ignis ætern⁹. in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius. Tunc verò finis erit quũ Chriſtus
hoſtibus omnibus planè deuictis regnum Deo & Patri tradiderit. 1.Corin.15.e.24

Hæc vt cognoſcamus, bonitate Dei per
Spiritum eius ſanctum tradita ſunt nobis ſacra Biblia: & eius doctrinæ quæ in ipſis habetur, 2.Pet.1.d.19
prædicatio, ac Sacramenta quibus obſignatur nobis huius doctrinæ veritas: vt cognoſcamus
inquam, & credamus vnum ſolum eſſe Deum verum, & quem, vt promiſerat, miſit IESVM Iohan.17.a.3
CHRISTVM: vtque credentes, vitam habeamus in nomine eius. Iohan.20.d.31

Præter hoc fundamentum nemo aliud 1.Corinth.3.b.11
poteſt in Eccleſia CHRISTI ponere, quo quidem firma ſtabiliſque conſiſtit. Optátque Paulus Galat.1.b.8
eum anathema eſſe qui aliam fidem & ſalutẽ annũtiauerit, quàm per IESVM CHRISTVM:
etiam ſi fuerit Angelus de cælo.

Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia: cui cum Patre & Spiritu ſancto honor Rom.11.d.26
& gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS in Nouo teſtamento citatorum ex Veteri, quæ huc iuxta ordinem librorũ ipſius Veteris teſtamenti in id congeſta ſunt, vt pii lectores perſpiciant, Nouum teſtamentũ docere impletas eſſe promiſſiones quibus Deus pater miſericordiarum promiſerat Filium ſuum ſaluatorẽ omnibus peccatoribus: quæ in Veteri teſtamẽto ſcribuntur, in Lege, Pſalmis, & Prophetis. Simul etiam doceantur quomodo vtendum, & noſtris vſibus accommodandum quicquid reliquum eſt in Sacris literis præter promiſſiones, quum videmus in quem vſum Chriſtus Ieſus verus Sacrarum literarum interpres, Doctor, & Magiſter, & ſanctus eius Spiritus in Apoſtolis teſtimonia ex Veteri teſtamento protulerint.

EX GENESI

1.a.1	Fide intelligimus aptata eſſe ſecula.	Hebr.11.a.3
	Cæli erant prius & terra de,&c.	2.Petr.3.a.5
1.d.27	Adam primus formatus,&c.	1.Tim.2.d.13
	Maſculum & fœminam fecit,eos.	Matth.19.a.4,marc.10.a.6
2.a.2	Requieuit Deus die ſeptima,&c.	Hebr.4.b.4
2.b.7	Factus eſt primus homo Adam,&c.	1.Cor.15.f.45
2.d.22	Non enim vir ex muliere.&c.	1.Cor.11.b.8
2.d.24	Dimittet homo patrem & matrem,&c.	Matth.19.a.5, marc.10.a.7,ephe.5.g.31,1.cor.6.d.16
	Erunt duo in carne vna	Matth.19.a.6.marc 10.a.8,1.cor.6.d.16 ephe.5.g.31
3.a.4	Serpens ſeduxit Heuam,&c.	2.Cor.11.a.3
3.a.6	Adam non eſt ſeductus &c.	1.Tim.2.d.14
4.a.4	Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obt.	Heb.11.a.4
4.b.8	A ſanguine Abel iuſti	Matth.23.e.35
	Non ſicut Cain,&c.	1.Iohan.3.b.12
	Væ illis qui in via Cain abierunt	Iudæ epiſt.b.12
5.c.24	Fide,Henoch tranſlatus &c.	Hebr.11.a.5
6.c.13	Fide,Noe reſponſo accepto &c.	Heb.11.b.7
6.d.22	Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe,&c.	1.Petr.3.d.20
7a4	Sicut in diebus ante diluuium,&c.	Matth.24.d.37
7.b.7	Octauum Noe iuſtitiæ præconem.&c.	2.Petr.2.a.5
9.b.6	Omnes qui acceperint gladium,gladio pe.	Matth.26.c.23, apo.13.c.10
12.a.1	Exi de terra tua, & de cogn.&c.	Act.7.a.3
12.a.3	Et in ſemine tuo benedicentur.&c.	Act.3.d.25,galat.3.b.8
12.a.4	Fide,qui vocatur Abraham.&c.	Heb.11.b.8
14.d.18	Hic enim Melchi-ſedec,rex Salem,ſacerdos Dei ſummi	Hebr.7.a.1
15.b.5	Sic erit ſemen tuum	Rom.4.d.18
15.b.6	Credidit Abraham,&c.	Rom.4.a.3,Iaco.2.d.22,Gala.3.a.6
15.c.13	Erit ſemen tuum peregrinum in terra,&c.	Act.7.a.6
16.d.15	Abraham filium habuit de ancilla	Galat.4.c.23
17.a.5	Quia patrem multarum gentium conſtitui te	Rom.4.c.17
17.b.11	Et ſignum accepit Circuncisionis,ſignaculum iuſtitiæ fidei	Rom.4.b.11,act.7.a.8
18.b.10	Fide,& ipſa Sara ſterilis,virtutem,&c.	Heb.11.c.11
18.b.12	Sicut Sara obediebat,&c.	1.Pet.3.a.6
18.b.18	Secundum hoc tempus veniam,& erit,&c.	Rom.9.b.9
19.c.24	Sicut factũ eſt in diebus Lot,&c. Qua die autem exiit Lot è Sodomis,&c.	Luc.17.f.29
19.c.25	Euertit ciuitates Sodomorum,&c.	2.Pet.2.a.6
	Sicut Sodoma & Gomorrha,&c.	Iud.epiſt.a.6
19.c.26	Memores eſtote vxoris Lot	Luc.17.g.32
21.a.2	Abraham duos filios habuit,&c.	Galat.4.c.23
21.a.10	Eiice ancillam & filium eius	Galat.4.d.30
21.b.12	In Iſaac vocabitur tibi ſemen	Rom.9.b.7
22.a.1	Fide obtulit Abraham,&c.	Heb.11.d.17
22.b.9	Offert Abraham filium,&c.	Iacob.d.21
22.c.16	Sicut loquutus eſt ad Patres,&c.	Luc.1.g.70
22.c.17	Niſi benedicens benedicam,&c.	Heb.6.c.14
22.d.18	Quia benedicẽtur in te omnes gẽtes	Act.3.d.25,galat.3.b.8
25.c.22	Rebecca ex vno concubitu habens,&c.	Rom.9.c.10
25.c.23	Quia maior ſeruiet minori	Rom.9.c.12
25.d.31	Nequis fornicator aut profanus vt Eſau,&c.	Heb.12.d.16
27.d.18	Fide,& de futuris benedixit,&c.	Heb.11.d.20
48.c.15	Fide, Iacob moriens,&c.	Heb.11.d.21
49.b.10	Quem ſcripſit Moyſes in Lege	Iohan.1.g.45
50.d.14	Fide,Ioſeph moriens,&c.	Heb.11.d.22

EXODO

2.a.2	Fide,Moyſes natus,&c.	Heb.11.e.23
2.b.11	Fide,Moyſes grãdis factus,negauit ſe eſſe, &c.	Heb.11.e.24
	Quũ vidiſſet Moyſes quendã iniuriã patiẽtẽ,&c.	Act.7.c.24
3.a.2	Expletis annis quadraginta,&c.	Act.7.d.30
3.b.6	Ego ſum Deus Abraham,&c.	Matth.22.c.32, marc.12.c.26, luc.20.f.37
9.d.16	In hoc ipſum excitaui te,&c.	Rom.9.d.17
12.d.21	Fide celebrauit Paſcha,&c.	Heb.11.e.28
12.g.46	Os non comminuetis ex eo	Iohan.19.f.36
13.a.2	Omne maſculinum adaperiens vuluam	Luc.2.c.23
14.e.22	Omnes in Moyſe baptizati,&c.	1.Cor.10.a.2
	Fide,tranſierunt mare rubrum	Heb.11.e.29
16.d.15	Patres veſtri manducauerunt manna,&c.	Iohan.6.e.49
16.d.16	Panem de cælo dedit eis manducare	Iohan.6.d.21
	Omnes eandem eſcam ſpiritualem,&c.	1.Cor.10.a.3
16.d.18	Qui multum non abundat,&c.	2 Corinth.8.c.15
19.b.6	Bibebant de ſpirituali,&c.	2.Corinth.10.a.4
19.a.6	Gens ſancta,populus acquiſitionis	1.Pet.2.b.9
19.c.13	Et ſi beſtia tetigerit montem,&c.	Heb.12.e.20
20.b.12	Honora patrem,&c.	Matth.15.a.4,marc.7.b.10,epheſ.6.a.2
20.b.13	Non homicidium facies	Matth.19.c.18
	Non occides	Matth.5.c.31,luc.18.d.20
20.c.14	Non mœchaberis	Matth.5.d.27
20.c.17	Non adulterabis, Nõ occides, 13 Nõ furtũ facies, 15, Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, 16 Non concupiſces,	Rom.13.c.9
	Non concupiſces	Rom.7.b.7
20.c.18	Non enim acceſſiſtis ad,&c.	Heb.12.e.18
21.c.17	Qui maledixerit patri,&.	Matth.15.a.4,marc.7.b.10
21.c.24	Oculum pro oculo,&c.	Matth.5.f.38
22.d.28	Principi populi tui non maledices	Act.23.a.5
24.b.8	Lecto omni mandato,&c.	Heb.9.e.19
	Hic ſanguis teſtamenti,&c.	Heb.9.e.20
25.d.40	Vide,omnia facito ſecundum,&c.	Act.7.f.44,heb.8.b.5
26.a.1,36.a.2	Tabernaculum factum eſt primum	Heb.9.a.2
32.a.1	Fac nobis deos qui,&c.	Act.7.e.40
32.b.6	Neque idololatræ efficiamini	1.Cor.10.b.7
33.d.19	Miſerebor cui voluero,&c.	Rom.9.c.15
34.d.33	Non ſicut Moyſes ponebat,&c.	2.Cor.3.c.13

LEVITICO

11.g.44	Sancti eritis,quoniam,&c.	1.Pet.1.c.16
12.a.3	In ſabbatho circunciditis hominem	Iohan.7.c.22
	Poſtquam impleti ſunt dies octo	Luc.2.c.21
12.c.16	Vt darent hoſtiam ſecundum,&c.	Luc.2.d.24
14.a.4	Offer munus tuum quod præcepit Moyſes,&c.	Matth.8.a.4,marc.1.d.40,luc.5.c.14
16.c.14	Si enim ſanguis hircorum,&c.	Heb.9.d.13
16.d.17	Omnis multitudo populi erat orans	Luc.1.a.10
18.a.5	Qui fecerit homo,viuet in ea	Rom.10.a.5,Galat.3.b.12
19.c.12	Non periurabis	Matth.5.c.33
19.c.15	Nolite in perſonarum acceptione,&c.	Iacob.2.a.1
19.d.17	Si peccauerit in te frater tuus,&c.	Matth.18.b.15,luc.17.a.3
19.d.18	Diliges proximum tuum,&c.	Matth.22.d.19,marc.12.c.31, rom.13.c.9,galat.5.c.14,iacob.2.b.8
	Diliges proximum tuum	Matth.5.g.43
20.b.9	Qui maledixerit patri,&c.	Matth.15.a.4
20.b.10	In Lege Moyſi mãdauit nobis huiuſ.lapidare	Iohan.8.a.5
24.d.20	Oculum pro oculo	Matth.5.f.38
26.b.11	Quoniam inhabitabo in, &c.	2.Cor.6.d.16

NVMERIS

8.c.16	Omne maſculinum adaperiens vuluam	Luc.2.d.23
9.b.12	Os non comminuetis ex eo	Iohan.19.f.36
9.c.18	Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt	1.Cor.10.a.1
11.b.7	Panem de cælo dedit eis,&c.	Iohan.6.d.31
12.b.7	Sicut & Moyſes in omni domo eius	Heb.3.a.2
14.f.36	Neque murmurauerítis,ſicut quidam eorum	1.Cor.10.b.10
14.f.37	Cadauera filiorum Iſrael,&c.	Heb.3.d.17
16.a.1	In contradictione Core perierunt	Iudæ epiſt.d.11
19.a.3	Quorũ enĩ animaliũ ſãguis infertur pro pecc.	Heb.13.b.11
20.b.10	Bibebant autem de ſpirituali,&c.	1.Cor.10.a.4
21.b.5	Neque tentemus Chriſtum,&c.	1.Cor.10.b.9
21.c.9	Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem	Iohan.3.b.14
22.d.23	Animal mutũ ſubiugale corripuit veſaniã Bal.	2.Pet.2.c.16

22.g.40 Errore Balaã mercede effuſi ſunt 2.Pet.2.c.15,iud.epiſt.b.11
24.c.14 Balaam docebat Balac,&c. Apoc.2.d.14
25.b.6 Neque fornicemur,ſicut,&c. 1.Corinth.10.b.8
26.g.64 Proſtrati ſunt in deſerto 1.Corinth.10.a.5
28.b.8 Sabbathis ſacerdotes in tẽplo ſabbathũ violant Matt.12.a.5

DEVTERONOMIO

1.c.17,&16.d.19 Nolite in perſonarũ acceptione,&c.Iacob.2.a.1.b.9
4.d.24 Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt Heb.12.g.29
5.b.11 Non periurabis Matth.5.e.32
5.b.16 Honora patrem,&c. Matth.15.a.4,marc.7.b.10,epheſ.6.a.2
5.b.17 Non occides Matth.5.c.21,luc.18.d.20
5.c.18 Non mœchaberis Matth.5.d.27,luc.18.d.20
Non furtum facies. Luc.18.d.20,rom.13.c.9
5.c.20 Non loquéris cõtra proximum,&c. Luc.18.d.20,rom.13.c.9
5.c.21 Non concupiſces Rom.7.b.7,& 13.c.9
6.a.4 Audi Iſrael,Dominus.Deus,&c. Marc.12.c.29
6.a.5 Diliges Dominũ,&c. Matth.22.d.37,marc.12.c.30,luc.10.e.27
6.c.13,& 10.d.20,Dominũ Deũ tuũ,tim.&c. Matth.4.b.10,luc.4.b.8
6.c.16 Non tentabis Dominũ Deum,&c. Matth.4.a.7,luc.4.b.12
8.a.3 Non in ſolo pane viuit homo Matth.4.a.4,luc.4.a.4
10.d.17 Non eſt acceptio perſo.apud Deũ Rom.2.b.11,act.10.c.34, col.3.d.26,ephe.6.b.9,& 1.petr.1.c.17
Deus perſonam hominis non accipit Galat.2.b.6
17.b.6 Irritam quis faciens Legem &c. Heb.10.e.28
18.a.1 Neſcitis quoniam qui in ſacrario operãtur,quæ de ſacrario, &c.1.Cor.9.b.13
18.c.15 Prophetã ſuſcitabit vobis Dominus, &c. Act.3.d.22,& 7.e.37
19.d.15 In ore duorũ vel,&c. 2.Cor.13.a.1,matth.18.b.16,iohan.8.b.17
19.d.21 Oculum pro oculo.dentem,&c. Matth.5.f.38
21.d.23 Maledictus omnis qui pendet &c. Gal.3.b.6
24.a.1 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,&c. Matth.5.e.31, & 19.a.7,marc.10.a.4
25.a.4 Non alligabis os boui trituranti 1.Cor.9.a.1,& 1.tim.5.c.18
25.a.5 Siquis mortuus fu.&c. Mat.22.c.24,mar.12.b.19,luc.20.b.17
27.d.26 Maledictus omnis qui non,&c. Gal.3.b.10
30.c.12 Quis aſcendet in cælum,&c. Rom.10.a.6
30.c.14 Propè eſt verbum inore tuo,&c. Rom.10.b.7
32.c.21 Ego ad æmulationem vos adducam,&c. Rom.10.d.19
32.e.35 Mihi vindictam,ego retribuam. Rom.12.d.19

IOSVA

1.a.5 Non te deſeram,neque,&c. Heb.13.a.5
2.a.1 Similiter.& Rahab meretrix Iac.2.d.25
6.c.20 Muri Iericho corruerunt. Heb.11.f.30
6.c.22 Fide,Rahab meretrix non periit cũ incredulis Heb.11.f.30

I. SAMVELIS

21.b.6 Non legiſtis quid fecit Dauid quando eſ. Matt.12.a.3, marc.2.d.25,luc.6.a.4

II. SAMVELIS

7.b.14 Ego ero illi in patrem,& ipſe erit mihi in filium Hebr.1.b.5

I. REGVM

2.b.10 Liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, &c. Act.2.e.29,& 13.e.36
10.a.1 Regina Auſtri venit à finibus terræ au di.&c. Mat.12.d.42, luc.11.d.31
17.a.1 In diebus Eliæ clauſum eſt cælum Luc.4.d.25
Elias homo erat ſimilis,&c. Iac.5.d.17
19.b.10 Domine Prophetas tuos occid.&c. Ro.11.a.3
19.d.18 Reliqui mihi ſeptem millia virorum Rom.11.a.4

II. REGVM

4.e.29 Neminem per viam ſalutaueritis Luc.10.a.4
5.d.13 Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta,&c. Luc.4.e.27

I. PARALIP.

23.b.13 Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatus,&c. Heb.5.b.5

IOB

1.d.21 Nihil intulimus in hunc mundum 1.Timoth.6.b.7
5.b.13 Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum 1.Cor.3.d.19
5.c.17 Beatus vir qui ſuffert tentationem Iacob.1.b.12
4.b.9 Non eſt perſonarum acceptor,&c. Act.10.e.34

PSALMIS

2.a.2 Quare fremuerunt gentes? Act.4.e.21
2.b.7 Filius meus es tu, ego hodie genui te Act.13.e.33,heb.1.b.5, & 5.b.5
2.c.9 Reges eos in virga ferrea Apoc.2.g.27,& 19.c.15
4.b.5 Iraſcimini,& nolite peccare Epheſ.4.f.27
5.c.10 Sepulchrum patens eſt,&c. Rom.3.b.13
6.c.9 Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem Matth.7.d.23,& 25.d.41,luc.13.f.27
8.b.3 Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti lau. Matth.21.b.16
8.c.16 Quid eſt homo quòd memor es eius? Heb.2.b.6
8.c.18 Omnia ſubiecit ſub pedibus eius 1.Cor.15.d.27,heb.2.b.8
9.d.28 Quorum os maledictione & amaritudine,&c. Rom.3.b.14
13.a.1 Non eſt iuſtus quiſquam,non eſt intelligens Rom.3.b.10
13.b.3 Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinẽ Ro.3.b.15
15.c.8 Prouidebam Dominũ in conſpectu meo ſemper Act.2.d.25
15.d.10 Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem Act.2.d.27,& 13.d.35
17.a.3 Ego ero fidens in eum Heb.2.c.13
17.g.50 Propterea confitebor tibi in Gentibus,&c. Rom.15.b.9
18.a.5 Et quidem in omnẽ terrã exiuit ſonus eorum Rom.10.d.18
21.a.2 Eli,eli,lamma ſabacthani Matth.27.e.46,marc.15.c.34
21.c.19 Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea, Matth.27.d.35,iohã.19.d.24
21.e.23 Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c.12
23.a.1 Domini eſt terra & plenitudo eius 1.Corinth.10.f.26
24.d.19 Odio habuerunt me gratis Iohan.15.d.25
30.a.6 In manus tuas commendo ſpiritum meum Luc.23.f.46
31.a.1 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates Rom.4.a.7
33.c.13 Qui enim vult vitã diligere,& dies videre bo. 1.Pet.3.b.10
39.b.7 Hoſtiam & oblationem noluiſti Heb.10.a.5
40.c.10 Qui manducat mecum panem Iohan.13.b.18
Filius hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt Matth.26.b.24,marc.14.b.18,luc.22.b.21
43.d.33 Propter te mortificamur,&c. Rom.8.g.36
44.b.7 Thronus tuus,Deus in ſeculum ſeculi Heb.1.c.8
50.a.6 Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis Rom.3.a.4
54.d.23 Iacta ſuper Dominum curam tuam 1.Pet.5.b.7
61.d.13 Vnuſquiſque autẽ propriã mercedẽ accipiet 1.Corin.3.b.8
67.c.19 Aſcendens in altũ,captiuam duxit captiuitatẽ Epheſ.4.b.8
68.b.10 Zelus domus tuæ comedit me Iohan.2.c.17
Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me Rom.15.a.3
68.e.22 In ſiti mea potauerunt me aceto Iohan.19.e.28
68.c.23 Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum Rom.11.b.9
68.c.26 Fiat commoratio eorum deſerta Act.1.d.20
77.a.2 Aperiam in parabolis os meum Matth.13.e.35
77.c.24 Panem cæli dedit eis Iohan.6.d.31
81.b.6 Ego dixi,Dii eſtis Iohan.10.f.34
88.c.21 Inueni Dauid ſeruum meum Act.13.d.23
90.c.11 Angelis ſuis mandauit de te Matth.4.a.6,luc.4.b.10
93.b.11 Dominus nouit cogitationes ſapientum quoniã vanæ ſunt 1.Cor.3.d.20
94.c.8 Hodie ſi vocem eius audieritis Heb.3.b.7
94.d.11 Sicut iuraui in ira mea Heb.4.a.3
96.b.7 Et adorent eum omnes Angeli Heb.1.b.6
101.d.26 Tu in principio Domine terram fundaſti Heb.1.c.10
103.a.4 Qui facit Angelos ſuos ſpiritus Heb.1.b.7
108.b.8 Et epiſcopatum eius accipiat alter Act.1.d.20
109.a.1 Dixit Dominus Domino meo Matth.22.d.44,luc.20.g.42, Act.2.e.34
Sede à dextris meis Heb.1.d.13
Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum Heb.1.d.13,1.cor.15.c.25
109.b.4 Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum Heb.5.b.6,& 7.c.21
111.c.9 Diſperſit,dedit pauperibus 2.Corin.9.c.9
115.a.1 Credidi,propter quod loquutus ſum 2.Corin.4.c.13
115.a.2 Omnis homo mendax Rom.3.a.4
116.a.1 Laudate Dominum omnes Gentes Rom.15.c.11
117.a.6 Dominus mihi adiutor, non timebo quid,&c. Heb.13.a.6
117.c.12 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes Matth.21.d.42, marc.12.a.10,act.4.b.11,1.pet.2.b.7
117.d.25 Hoſanna filio Dauid Matth.21.b.9
131.a.5 Petiit Dauid vt inueniret tabernaculum Deo Ia. Act.7.f.46
131.c.11 De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam Act.1.e.30
139.a.4 Venenum aſpidum ſub labiis eorum Rom.3.b.13

PROVERBIIS

3.a.7 Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos Rom.12.e.26
3.b.11 Fili mi,noli negligere diſciplinam Domini,&c. Heb.12.b.5
3.b.12 Quem diligit Dominus,corripit,&c.Heb.12.b.6,apoc.3.d.17
10.b.12 Charitas operit multitudinem peccatorum 1.Pet.4.b.8
11.d.31 Si iuſtus vix ſaluabitur 1.Pet.4.d.18
17.b.13 Videte nequis malum pro malo alicui reddat 1.Theſſ.5.c.15,1.pet.3.b.9
17.d.27 Sit autem omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum Iacob.1.c.19
20.b.9 Si dixerimus quia peccatum non habemus,&c. 1.Iohã.1.d.8
22.c.20 Qui maledixerit patri vel matri Matth.15.a.4, marc.7.b.10
24.c.23 Nolite in perſonarum acceptione,&c. Iacob.2.a.1
25.a.6 Quum vocatus fueris ad prandium,vade,recumbe in nouiſſimo loco Luc.14.b.10
25.c.21 Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum Rom.12.d.20
26.b.11 Canis reuerſus ad vomitum 2.Pet.2.d.22

ESAIA

1.c.19 Niſi Dominus ſabbaoth reliquiſſet nobis ſemen Ro.9.f.29
5.a.1 Homo plãtauit vineam Matth.21.c.33,marc.12.a.1,luc.20.b.9

6.a.3	Sanctus,ſanctus,ſanctus Dominus Deus	Apoc.4.c.8
6.c.9	Auditu audietis,& non intelligetis	Matth.13.b.14,marc.4.b.18,luc.8.b.10,iohan.12.f.40,act.28.f.26,rom.11.a.1
7.c.14	Eccce virgo in vtero habebit	Matth.1.d.23
8.c.14	Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum	Luc.2.e.34
8.d.18	Ecce ego & pueri mei,&c.	Heb.2.c.13
9.a.1	Terra Zabulon & terra Nephthali	Matth.4.b.15
10.e.12	Si fuerit numerus filiorũ Iſrael tanquã arena maris	Ro.9.f.27
11.a.4	Reuelabitur ille iniquus,&c.	2.Theſ.2.b.8
11.c.10	Erit radix Ieſſe	Act.13.d.22,rom.15.c.12
18.b.10	Statim poſt tribulationem dierum illorũ ſol obſcurabitur	Matth.24.c.29,marc.13.c.24,luc.21.e.25
21.c.9	Cecidit cecidit Baby.&c.	Apo.14 b.8
22.d.13	Mãducemus & bibamus,cras enĩ moriemur	1.Cor.15.d.32
22.f.22	Hæc dicit Sãctus & verꝰ,qui habet clauẽ Dauid	Apoc.3.b.7
25.c.8	Abſterget Dominus omnem lachrymam ab,&c.	Apo.7.d.17,& 21.a.4
28.c.11	Quoniã in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic	1.Cor.14.d.21
28.d.16	Ecce pono in Sion lapidem offenſi.	Act.4.b.11,rom.9.g.33,& 1.pe.2 a.6
29.d.13	Populus hic labiis me honorat	Matth.15.a.8, marc.7.a.6
29.e.14	Perdam ſapientiam ſapientum,& prudentiã,&c.	1.Cor.1.c.19
33.c.18	Vbi ſapiẽs?vbi ſcriba?vbi ĩquiſitor huius ſeculi?	1.Cor.1.c.20
40.a.3	Vox clamantis in deſerto	Matth.3.a.3,marc.1.a.3,luc.3.a.4 iohan.1.c.23
40.b.6	Omnis caro fœnum	Iac.1.b.10,1.petr.1.d.24
40.c.13	Quis enim cognouit ſenſum Domini,&c.	Rom.11.d.34, 1.Cor.2.d.16
41.b.4,& 44.a.6	Ego ſum primus & nouiſſimus	Apoc.1.d.17, & 12.c.13
41.b.8	Suſcepit Iſrael puerum ſuum	Luc.1.e.54
42.a.1	Ecce puer meus quem elegi	Matth.12.b.18
43.c.19	Ecce noua facio omnia	Apoc.21.b.5,& 2.cor.5.d.17
45.d.23	Viuo ego,dicit Do.quoniam mihi flectetur omne genu	Rom.14 b.11
45.b.9	Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit,&c.	Rom.9.d.20
49.b.6	Poſui te in lucem Gentium	Act.13.g.47
49.c.8	Tempore accepto exaudiui te,& in die ſalutis	2.Cor.6.a.2
49.c.10	Non eſurient,neque ſitient amplius	Apoc.7.d.16
50.c.16	Tunc expuerunt in faciem eius	Matth.26.g.67
52.b.5	Nomẽ Dei per vos blaſphematur inter Gentes	Rom.2.d.24
52.b.7	Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacẽ	Rom.10.c.15
52.c.11	Propter quod exite de medio eorum,& ſeparamini,&c.	2.Cor.6 d.17
52.d.15	Quibus non eſt annuntiatum de eo,videbunt	Rom.15.e.21
53.a.1	Domine,quis credidit auditui noſtro?	Ioh.12.f.38.rom.10.c.16
53.a.4	Ipſe infirmitates noſtras accepit	Matth.8.c.17
53.b.7	Tanquam ouis ad occiſionem	Act.8.f.32
53.c.9	Qui peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus,&c.	1.Pet.2.d.22,& 1.Iohan.3.a.5
53.d.12	Et cum iniquis reputatus eſt	Marc.15.c.28, luc.22.d.37
	Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo	1.Pet.2.d.24
54.a.1	Lætare ſterilis quæ non paris	Galat.4.d.17
	Beatæ ſteriles,& ventres qui non genuerunt	Luc.23.d.29
54.f.13	Et erunt omnes docibiles Dei	Iohan.6.e.45
55.a.1	Et qui ſitit,veniat:& qui vult,accipiat aquam vitæ gr.	Apoc.22.d.17
55.a.3	Dabo vobis ſancta Dauid fidelia	Act.13.e.34
56.c.7	Domus mea,domus orationis vocabitur	Matth.21.b.13,marc.11.c.17,luc.19.g.46
58.b.7	Eſuriui,& dediſtis mihi manducare	Matth.25.g.35
59.b.7	Contritio & infœlicitas in viis eorum	Rom.3.c.16
59.d.17	Galeam ſalutis aſſumite	Epheſ.6.c.17,& 1.theſſ.5.b.8
59.d.20	Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.	Rom.11.d.26
60.b.11	Et portæ eius non claudentur per diem,&c.	Apoc.21.g.25
60.d.19	Et ciuitas non eget ſole	Apoc.21.g.28.
	Nox vltrà non erit	Apoc.22 a.5
61.a.2.	Spiritus Domini ſuper me	Luc.4.c.18
62.d.11	Dicite filiæ Sion,Ecce Rex tuus venit	Matth.21.a.5
63.a.1	Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine	Apoc.19.c.13
64.a.4	Quod oculus non vidit,nec auris audiuit,&c.	1.Cor.2.b.9
65.a.1	Inuentus ſum à non quærentibus me	Rom.10.d.20
	Tota die expandi manus mea ad populum non credentem	Rom.10.d.21
65.c.17	Nouos verò cælos & nouam terram	2.Pet.3.c.13,apoc.21.a.1
66.a.1	Cælum mihi ſedes eſt	Act.7.f.49
66.g.24	Vbi vermis eorum non moritur	Marc.9.g.44

IEREMIA

2.d.21	Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam	Matth.21.d.3,marc.12,a.1,luc.20.b.9
7.b.11	Vos autem feciſtis illam,ſpeluncam latronum	Matth.21.b.13,marc.11.c.17,luc.19.g.46
9.g.14	Qui gloriatur,in Domino glorietur	1.Cor.1.d.3,2.Cor.10.d.17
10.a.7	Quis non timebit te Domine?	Apoc.15.b.4
17.b.10	Ego ſum ſcrutans renes & corda	Apoc.2.f.23
18.a.6	Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit,&c.	Rom.9.d.20
31.a.1	Ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios	2.Cor.6.d.18
31.c.15	Vox in Rama audita eſt	Matth.2.d.18
31.f.31	Ecce dies venient,dicit Dominus, & cõſummabo ſuper domũ Iſrael & ſuper domũ Iuda teſtamẽtũ nouũ	Heb.8.c.8
31.f.33	Hoc autẽ teſtamẽtum quod teſtabor ad illos,&c. Dabo leges meas in cordibus eorum	Heb.10.c.16
51.a.8	Cecidit,cecidit Babylon magna	Apoc.18.a.2

EZECHIELE

3.a.1	Accipe librum,& deuora illum	Apoc.10.d.9
12.f.22	Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius?	2.Pet.3.a.4
18.b.7	Eſuriui,& dediſtis mihi manducare	Matth.25.c.35
20.b.11	Qui fecerit homo,viuet in ea	Rom.10.a.5
32.b.7	Sol obſcurabitur,& luna non dabit lumẽ ſuũ	Matth.24.c.29
36.d.23	Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gẽtes	Rom.2.d.24

DANIELE

7.c.10	Et erat numerus eorum millia millium	Apoc.5.d.11
9.g.27	Quum videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele Propheta	Matth.24.b.15,marc.13.b.14,luc.21.d.20
12.b.7	Et angelus quem vidi ſtantem ſuper mare	Apoc.10.b.5

OSEA

1.d.10	Et erit,in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos, &c.	Rom.9.f.26
2.d.23	Vocabo non plebem meam,plebem meam	Rom.9.e.25,1.Pet.2 b.10
6.c.7	Miſericordiam volo,& non ſacrificiũ	Matth.9.b.13,& 12.a.7
10.b.8	Tunc incipiẽt dicere mõtibus,Cadite ſuper nos:& collibus,Operite nos	Luc.23.d.30
11.a.1	Ex AEgypto vocaui filium meum	Matth.2.c.15
13.d.14	Abſorpta eſt mors in victoria	1.Cor.15.g.54

IOELE

2.g.28	Et erit in nouiſſimis diebus,dicit Dominus,effundã de Spiritu meo	Act.2.c.17
2.g.32	Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini,ſaluus erit	Rom.10.c.13
3.c.15	Sol obſcurabitur,& luna non dabit lumen ſuum	Matth.24 c.29,marc.13.c.24,luc.21.e.25

AMOS

5.g.25	Nunquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi,&c.	Act.7.e.42
6.a.1	Væ vobis diuitibus	Luc.6.d.24
9.c.11	Poſt hæc reuertar,& reædificabo tabernaculum Dauid	Act.15.c.16

IONA

2.a.1	Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus,&c.	Matth.12.c.40,luc.11.d.30
3.b.5	Pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ	Matth.12.d.45,luc.11.e.32

MICHAEA

2.c.10	Non habemus hîc manentem ciuitatem	Heb.13.c.14
4.c.7	Regnabit in domo Iacob in æternum	Luc.1.c.33
5.a.2	Et tu Beth-lehem terra Iuda,&c.	Matth.2.a.6
7.b.6	Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrem	Matth.10.d.36,luc.12.g.53
9.b.9	Ecce Rex tuus venit	Matth 21.a.5,iohan.12.b.15
11.c.17	Et acceperunt triginta argenteos	Matth.27.a.9
12.c.10	Videbunt in quem compunxerunt	Iohan.19.g.37
13.c.7	Percutiam paſtorem	Matth.26.c.31,marc.14 b.27

NAHVM

1.d.15	Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem	Rom.10.c.15

HABACVC

1.b.5	Videte contemptores,& admiramini,& diſperdimini: quia opus operor ego in diebus veſtris,&c.	Act.13.f.41
2.a.4	Iuſtus autem ex fide viuit	Rom.1.c.17,gal.3.b.11

AGGAEO

2.b.7	Adhuc ſemel,& ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cælum	Heb.12.g.16

ZACHARIA

8.c.16	Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo	Epheſ.4.f.25

MALACHIA

1.a.2	Iacob dilexi,Eſau autem odio habui	Rom.9.c.13
3.a.1	Ecce ego mitto Angelum meum	Matth.11.b.10,marc.1.a.5,luc.7.d.27
4.b.5	Ipſe eſt Elias qui venturus erat	Matth.11.b.14
	Quid eſt quod Scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primũ venire,&c.	Matth.17.b.14,marc.9.c.11
4.b.6	Vt conuertat corda patrum in filios	Luc.1.b.16

Ordo librorum Veteris teſtamenti.

Geneſis
Exodus
Leuiticus
Numeri
Deuteronomium

Ioſue
Liber Iudicum
Ruth
Regum I,Hebræis dicitur Samuelis I.
Regum II,Samuelis II.
Regum III,Hebræis dicitur Regum I.
Regum IIII, Regum II.
Paralipoménon I.
Paralipoménon II.
Eſdræ I.
Eſdræ II.
Tobias
Iudith
Eſther
Iob.

Liber Pſalmorum

Prouerbia Salomonis

Eccleſiaſtes
Canticum canticorum
Liber Sapientiæ
Eccleſiaſticus

Eſaiæ prophetia
Ieremiæ
Baruch
Ezechielis
Danielis
Oſee
Ioelis
Amos
Abdiæ
Ionæ
Michææ
Nahum
Habacuc
Sophoniæ
Aggæi
Zachariæ
Malachiæ

Machabæorum I.
Machabæorum II.

Hos Veteris teſtamenti libros CHRISTVS IESVS in Legem, Prophetas, & Pſalmos ſimpliciſſimè partitus eſt,Matthæi capite ſeptimo,vndecimo & vigeſimoſecundo,& Lucæ vltimo,Hæc ſunt,inquit,verba quæ loquutus ſum ad vos quũ adhuc eſſem vobiſcũ,quoniã neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moſis, & Prophetis,& Pſalmis, de me. Quã diſtinctionem ſequuti ſunt Apoſtoli,patréſque noſtri Latini. Nec ab hac aliena eſt Hebræorum diſtinctio , תּוֹרָה vocantium Legem , נְבִאִים Prophetas, הַכְּתוּבִים Hagiographa: inter quæ & Pſalmi Dauid numerãtur, vt etiam Hieronymus in prologo ſuo galeato, quem præpoſuit libris Regũ,teſtatur. tametſi Chriſtus nomine Legis Pſalmos cõprehendat aliquãdo,vt Iohan. 10.f.34,Nónne ſcriptũ eſt in Lege veſtra,Ego dixi,dii eſtis? Qui locus ſcribitur Pſal.82.b.6.

Ordo librorum Noui teſtamenti.

Euangelium ſecundum Matthæum
Euangelium ſecundum Marcum
Euangelium ſecundum Lucam
Euangelium ſecundum Iohannem
Acta Apoſtolorum

Pauli epiſtola ad Romanos
Ad Corinthios II.
Ad Galatas
Ad Epheſios
Ad Philippenſes
Ad Coloſſenſes
Ad Theſſalonicenſes II.

Ad Timotheum II.
Ad Titum
Ad Philemonem
Ad Hebræos

Iacobi epiſtola

Petri epiſtolæ II.

Iohannis epiſtolæ III.

Iudæ epiſtola

Apocalypſis.

dr ita, qa defendit S. Scram, q illos libros & hagiographis inducere velint.

VIGINTI & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt. nam & ipſi vigintiduo elementa habent eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes. Certúmque eſt Eſdram ſcribam Legiſque doctorem, poſt captam Ieroſolymam & inſtaurationem tẽpli ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc vtimur: quum ad illudvſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem ſupputatio ſub Leuitarum ac Sacerdotum cenſu myſticè oſtenditur. Et nomẽ Domini tetragrãmaton in quibuſdam Græcis voluminibus, vſque hodie antiquis expreſſũ literis inuenimus. Sed & pſalmi triceſimus ſextus, & centeſimus decimus, & centeſimus vndecimus, & centeſimus decimus octauus, & centeſimus quadrageſimusquartus, quanquã diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius, Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iiſdẽ alphahetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos ſunt, Caph, Mem, Nun Pe, Sade. aliter enim ſcribuntur per has principia medietatéſque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à pleriſque libri, duplices exiſtimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt lamentationibus ſuis. Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputãtur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur בְּרֵאשִׁית Bereſith, quem nos Geneſin dicimus.
Secundus, וְאֵלֶּה שְׁמוֹת Veelle ſemoth: qui Exodus appellatur.
Tertius, וַיִּקְרָא Vaiicra, id eſt Leuiticus. Quartus, וַיְדַבֵּר Vaiedabber, quẽ Numeros vocamus.
Quintus, אֵלֶּה הַדְּבָרִים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.
Hi ſunt quinque libri Moyſi, quos propriè תּוֹרָה id eſt Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Ieſu filio Naue, qui apud eos יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן Ioſue bin Nun dicitur.
Deinde ſubtexunt שׁוֹפְטִים Sophetim, id eſt Iudicum librum. Et in eundem cõpingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria.
Tertius ſequitur שְׁמוּאֵל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus.
Quartus, מְלָכִים Melachim, id eſt Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.
Meliúſque multo eſt מְלָכִים id eſt Regũ, quàm מַמְלְכוֹת id eſt regnorũ dicere. Non enim multarũ gentiũ deſcribit regna, ſed vnius Iſraelitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur.
Quintus eſt יְשַׁעְיָה Eſaias. Sextus, יִרְמְיָה Ieremias. Septimus, יְחֶזְקֵאל Ezechiel.
Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תְּרֵי עָשָׂר There aſar.

Tertius ordo, הַכְּתוּבִים Hagiographa poſſidet.
Et primus liber incipit à אִיּוֹב Iob.
Secũdus à דָּוִד Dauid, quẽ quinque inciſionibus & vno Pſalmorũ volumine cõprehendunt.
Tertius eſt שְׁלֹמֹה Salomon, tres libros habens, Prouerbia, quæ illi מִשְׁלֵי Miſle, id eſt Parabolas appellant. Quartus, Eccleſiaſtes, id eſt קֹהֶלֶת Coheleth.
Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שִׁיר הַשִּׁירִים Sir haſſirim prænotant.
Sextus, eſt דָּנִיֵּאל Daniel.
Septimus, דִּבְרֵי הַיָּמִים Dibre haiamim, id eſt Verba dierum: quod ſignificãtius, Chronicon totius Diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare: qui liber apud nos Paralipoménõ primus & ſecũdus inſcribitur. Octauus, עֶזְרָא Eſdras: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuiſus eſt. Nonus, אֶסְתֵּר Eſther.

Atque ita fiunt pariter Veteris Legis libri viginti duo, id eſt Moyſi quinque, & Prophetarũ octo, Hagiographorũ nouem. Quanquã nonnulli רוּת & קִינוֹת Ruth & Cinoth, inter Hagiographa ſcriptitẽt, & hos libros in ſuo putẽt numero ſupputãdos, ac per hoc eſſe priſcæ Legis libros viginti quatuor: quos ſub numero viginti quatuor Seniorũ Apocalypſis Iohãnis inducit adorãtes Agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes,ſtantibus corã quatuor animalibus oculatis antè & retrò,id eſt in præteritum & in futurũ reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus,Sanctus,ſanctus,ſanctus Dominus Deus omnipotẽs,qui erat,& qui eſt, & qui venturus eſt.Hic prologus,Scripturarũ quaſi galeatum principiũ,omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum,conuenire poteſt:vt ſcire valeamus quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendũ. Igitur Sapientia,quæ vulgo Salomonis inſcribitur,& Ieſu filii Sirach liber, & Iudith,& Tobias,& Paſtor,non ſunt in canone. Machabæorum primum librũ Hebraicũ reperi. Secũdus Græcus eſt:quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ quũ ita ſe habeant,obſecro te lector ne laborem meum,reprehenſionẽ exiſtimes antiquorũ. In tẽplo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt,alii aurum,argentum,& lapides pretioſos: alii byſſũ, & purpuram,& coccum offerunt,& hyacinthum: nobiſcũ bene agitur ſi obtulerimus pelles & caprarum pillos.Et tamẽ Apoſtolus cõtemptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat:vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo,& per ſingulas ſpecies,Eccleſiæ præſẽtis futuræque diſtinctio,pellibus tegitur & ciliciis:ardorémque ſolis & iniuriã imbrium ea quæ viliora ſunt, prohibent. Ego ſciens humilitatem meam,illius ſemper ſententiæ recordabor, Dixi,cuſtodiam vias meas,vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam quum conſiſteret aduerſum me peccator. Obmutui,& humiliatus ſum,& ſilui à bonis.

HIERONYMVS PAVLINO.

FRater Ambroſius tua mihi munuſcula perferens, detulit ſimul
& ſuauiſſimas literas,quæ à principio amicitiarum,fidem pro-
batæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa neceſ
ſitudo eſt,& Chriſti glutino copulata,quam non vtilitas rei familia-
ris,non præſentia tantùm corporum,non ſubdola & palpãs adulatio:
ſed Dei timor, & Diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Legi-
mus in veteribus hiſtoriis,quoſdã luſtraſſe prouincias, nouos adiiſ-
ſe populos,maria tranſiſſe:vt eos quos ex libris nouerant, corã quo-
que viderẽt.Sic Pythagoras Memphiticos vates,ſic Plato AEgyptũ
& Architam Tarentinum , eámque oram Italiæ quæ quondam ma-
gna Græcia dicebatur,laborioſiſſimè peragrauit:vt qui Athenis ma
giſter erat,& potens,cuiúſque doctrinam Academiæ gymnaſia per-
ſonabant,fieret peregrinus atque diſcipulus: malens aliena verecun-
dè diſcere,quàm ſua impudẽter ingerere. Denique quũ literas qua-
ſi toto fugientes orbe perſequitur,captus à piratis & venundatus,e-
tiam Tyrãno crudeliſſimo paruit,captiuus,vinctus,& ſeruus: tamẽ
quia philoſophus, maior emẽte ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo e-
loquentiæ fonte manãtem, de vltimis Hiſpaniæ Galliarúmque fini-
bus quoſdam veniſſe nobiles legimus: & quos ad cõtemplationem
ſui Roma non traxerat,vnius hominis fama perduxit.Habuit illa æ-
tas inauditum omnibus ſeculis,celebrandúmque miraculum,vt vr-
bem tantam ingreſſi,aliud extra vrbem quærerent. Apollonius,ſiue
ille magus(vt vulgus loquitur)ſiue philoſophus(vt Pythagorici tra-
dunt)intrauit Perſas,pertranſiuit Caucaſum,Albanos,Scythas, Maſ
ſagetas,opulentiſſima Indiæ regna penetrauit:& ad extremum,latiſ
ſimo Phiſon amne tranſmiſſo,peruenit ad Brachmanas,vt Hiarchã
in throno ſedẽtem aureo,& de Tantali fonte potantem,inter paucos
diſcipulos de natura,de motibus ſiderũ, ac dierum curſu audiret do-
cẽtem.Inde per AElamitas,Babylonios,Chaldæos,Medos, Aſſyrios,
Parthos,Syros,Phœnices,Arabes,Palæſthinos, reuerſus Alexãdriã,
perrexit AEthiopiam, vt Gymnoſophiſtas & famoſiſſimã ſolis mẽ-
ſam videret in ſabulo.Inuenit ille vir vbique quod diſceret, & ſem-
per proficiens, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſimè
II. octo voluminibus Philoſtratus. Quid loquar de ſeculi homini
Act.9.c.15 bus,quũ Apoſtolus Paulus,vas electionis & magiſter Gentiũ,qui de
2.Corin.13.a.3 conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur,An experimentum quæ-
Galat.1.d.17 ritis eius,qui in me loquitur Chriſtus?poſt Damaſcum Arabiámque
luſtratam,aſcenderit Ieroſolymam, vt videret Petrum, & manſerit
apud eum diebus quindecim? Hoc enim myſterio hebdomadis &
Galat.2.a.2 ogdoadis futurus Gẽtium prædicator inſtruendus erat. Rurſumque
poſt annos quatuordecim,aſſumpto Barnaba & Tito,expoſuerit A-
poſtolis Euangelium , ne fortè in vacuum curreret , aut cucurriſſet.
Habet enim neſcio quid latentis energiæ viua vox , & in aures di-
ſcipuli de authoris ore tranſfuſa , fortius ſonat. Vnde & AEſchines
quum Rhodi exularet , & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam
aduerſus eum habuerat , mirantibus cunctis atque laudantibus , ſu-
ſpirans ait, Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?
III. Hæc nõ dico, quòd ſit in me aliquid tale,quod vel poſſis à me au-
dire, vel velis diſcere:ſed quòd ardor tuus & diſcendi ſtudium etiã
abſque nobis per ſe probari debeat.Ingenium docile,& ſine docto-
re laudabile eſt.Non quid inuenias,ſed quid quæras conſideramus.
Mollis cera, & ad formandum facilis , etiamſi artificis & plaſtæ ceſ-
ſet manus:tamen virtute totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus A-
Act.22.a.3 poſtolus ad pedes Gamalielis Legem Moyſi & Prophetas didiciſſe
ſe gloriatur,vt armatus ſpiritualibus telis, poſtea diceret confiden-
ter,Arma noſtræ militiæ non carnalia ſunt,ſed potentia Deo, ad de- 2.Corin.10.a.4
ſtructionem munitionum,conſilia deſtruentes: & omnem altitudi-
nem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuãtem omnem
intellectum ad obediendum Chriſto,& parati ſubiugare omnẽ ino-
bedientiam. Ad Timotheum ſcribit,ab infantia Sacris literis erudi- 2.Tim.3.d.15
tum,& hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiàm quæ data 1.Tim.4.d.13
ſit ei per impoſitionem manus preſbyterii. Tito præcipit vt inter cæ Tit.1.c.9
teras virtutes Epiſcopi,quem breui ſermone depinxit, ſcientiã quo-
que in eo eligat Scripturarum, Obtinentem(inquit) eum qui ſecun-
dum doctrinam eſt,fidelem ſermonem:vt potẽs ſit exhortari in do-
ctrina ſana,& contradicẽtes reuincere. Sãcta quippe ruſticitas ſo- IIII.
lùm ſibi prodeſt:& quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chri
ſti,tantum nocet,ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta, Malach.2.b.7
imò per Malachiam Dominus interrogauit Sacerdotes Legem : in
tantum Sacerdotis officium eſt,interrogatum reſpondere de Lege.
Et in Deuteronomio legimus,Interroga patrẽ tuum,& annuntiabit Deut.32.a.7
tibi:ſeniores tuos,& dicent tibi. In Pſalmo quoque centeſimo deci-
mooctauo,Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregri
nationis meæ.Et in deſcriptione iuſti viri, quum eum Dauid arbori
vitæ quæ eſt in paradiſo, compararet, inter cæteras virtutes & hoc
intulit, In Lege Domini voluntas eius:& in Lege eius meditabitur Pſal.1.a.2
die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait, iuſtos fulgere Dani.12.b.13
ſicut ſtellas:& intelligentes,id eſt doctos,quaſi firmamentum. Vides
quantum inter ſe diſtent iuſta ruſticitas & docta iuſtitia? alii ſtellis,
alii cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem v-
trunque de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui
autem docti fuerint,fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti:& qui ad
iuſtitiam erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur
dicitur Paulus Apoſtolus vas electionis? nempe quia Legis & Scri
pturarum ſanctarum erat armarium. Phariſæi ſtupent in doctrina
Domini:& mirantur in Petro & Iohanne quomodo Legem ſciant: Act.4.b.13
quum literas nõ didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio,& quo-
tidiana in Lege meditatio tribuere ſolet , illis hoc Spiritus ſanctus
ſuggerebat,& erant iuxta quod ſcriptum eſt, θεοδίδακτοι. Duodecim Eſa.54.f.13
annos Saluator impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus Le- iohan.6.e.45
gis interrogans , magis docet dum prudenter interrogat. Niſi for- Luc.1.g.46
tè ruſticum Petrum , ruſticum dicimus Iohannem : quorum vter-
que dicere poterat, Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Io- 2.Corin.11.b.6
hannes ruſticus,piſcator,indoctus:& vnde illa vox obſecro, In prin
cipio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Ver- Iohan.1.a.1
bum? λόγος enim Græcè multa ſignificat: nam & verbum eſt , & ra-
tio, & ſupputatio, & cauſa vniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingu-
la quæ ſubſiſtunt:quæ vniuerſa,rectè intelligimus in Chriſto.
Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquẽs ignorauit. V.
Perdam, inquit, ſapientiam ſapientium, & prudentiã prudentium Abd.c.8
reprobabo. Vera ſapientia perdet falſam ſapientiam : & quanquam eſa.29.c.14
ſtultitia prædicationis in cruce ſit, tamen Paulus ſapientiam loqui- 1.cor.1.c.19
tur inter perfectos: ſapientiam autem non ſeculi huius,nec principũ
ſeculi iſtius, quæ deſtruitur , ſed loquitur Dei ſapientiam in myſte-
rio abſconditam,quam prædeſtinauit Deus ante ſecula. Dei ſapien-
tia,Chriſtus eſt. Chriſtus enim, Dei virtus,& Dei ſapientia. Hæc ſa-
pientia in myſterio abſcõdita eſt:de qua & noni Pſalmi titulus præ-
notatur, Pro occultis filii, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & Coloſſ.2.a.3
ſcientiæ Dei abſconditi. Et qui in myſterio abſconditus erat,prægde-
ſtinatus eſt ante ſecula: prædeſtinatus autem & præfiguratus in Le-

ge & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabātur Videntes:quia videbant eum quem cæteri non videbant. Johan.8.g.56 Abraham vidit diem eius, & lætatus eſt. Ezech.1.a.1 Aperiebātur cæli Ezechieli,qui populo peccatori clauſi erant. Pſal.118 Reuela(inquit Dauid)oculos meos, & conſiderabo mirabilia de Lege tua. Rom.7.a.1 Lex enim ſpiritualis eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur, 2.Cor.3.d.18 ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Apoc.5.a.1 Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur:quem ſi dederis homini ſcienti literas vt legat, Eſa.29.d.12 reſpondebit tibi, Non poſſum :ſignatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas,& tenent ſignatū librum,nec aperire poſſunt,niſi ille reſerauerit Apoc.3.b.7 qui habet clauē Dauid: qui aperit, & nemo claudit:claudit,& nemo aperit? Act.8.f.32 In Actibus Apoſtolorum ſanctus Eunuchus,imò vir(ſic enim eum Scriptura cognominat)quum legeret Eſaiam prophetam, interrogatus à Philippo,Putáſne intelligis quæ legis? Reſpōdit,Quomodo poſſum, niſi aliquis me docuerit? Ego(vt de me loquar interim)nec ſactior ſum hoc Eunucho nec ſtudioſior, qui de AEthiopia, id eſt de extremis mundi finibus venit ad templum,reliquit aulam regiam:& tātus amator Legis, Diuinæque ſciētiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret Literas ſacras. Et tamen quum librum teneret,& verba Domini cogitatione conciperet,lingua volueret, labiis perſonaret, ignorabat eum quem in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus, oſtēdit ei Ieſum qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris virtus:eadem hora credit Eunuchus,baptizatur,& fidelis & ſanctus factus eſt, ac magiſter de diſcipulo:plus in deſerto fonte Eccleſiæ, quàm in aurato ſynagogæ templo reperit. Hæc à me perſtricta ſunt breuiter : neque enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur,vt intelligeres te in Scripturis ſacris ſine præuio & monſtrante ſemitam, nō poſſe ingredi.

VI. Taceo de grāmaticis,rhetoribus, philoſophis, geometris,dialecticis,muſicis,aſtronomis, aſtrologis,medicis: quorum ſciētia mortalibus vel vtiliſſima eſt,& in tres partes ſcinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tā lingua,quàm manu adminiſtrātur. Agricolæ,cæmētarii,fabri metallorum, lignorúmque cæſores,lanarii quoque& fullones, & cæteri qui variā ſupellectilē & vilia opuſcula fabricantur, abſque doctore eſſe nō poſſunt quod cupiunt : quod medicorū eſt, promittunt medici:tractāt fabrilia fabri. Sola Scripturarū ars eſt quam ſibi paſſim omnes vendicāt. Scribimus indocti,doctique poemata paſſim. Hāc garrula anus,hanc delirus ſenex,hanc ſophiſta verboſus,hanc vniuerſi præſumunt,lacerant,docent antequam diſcāt. Alii adducto ſupercilio grandia verba trutinantes,inter mulierculas de Sacris literis philoſophantur. Alii diſcunt(proh pudor)à fœminis quod viros doceant:& ne parum hoc ſit,quadam facilitate verborum,imò audacia ediſſerunt aliis quod ipſi non intelligūt. Taceo de mei ſimilibus, qui ſi fortè ad Scripturas ſanctas poſt ſeculares literas venerint,& ſermone compoſito aures populi mulſerint,quicquid dixerint,hoc Legem Dei putant:nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint,ſed ad ſenſum ſuū incongrua aptant teſtimonia: quaſi grāde ſit,& non vitioſiſſimum docendi genus,deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam,Scripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas & Vergiliocentonas:ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum, quia ſcripſerit, Iam redit & virgo,redeunt Saturnia regna: Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentē ad Filium, Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus. Et poſt verba Saluatoris in cruce, Talia perſtabat memorans,fixúſque manebat. Puerilia ſunt hæc,& circulatorum ludo ſimilia,docere quod ignores: imò (vt cum ſtomacho loquar)ne hoc quidem ſcire quòd neſcias.

VII. Geneſis. Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de confuſione linguarum & gentium,vſque ad exitum ſcribitur Hebræorum.

Exodus. Patet Exodus cum decē plagis,cum decalogo, cum myſticis Diuiniſque præceptis.

Leuiticus. In promptu eſt Leuiticus liber,in quo ſingula ſacrificia, imò ſingulæ penè ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpirant cæleſtia ſacramenta.

Numeri. Numeri verò,nónne totius arithmeticæ,& prophetiæ Balaam,& quadraginta duarum per eremum manſionum myſteria continent?

Deuteronomiū. Deuteronomium quoque ſecunda Lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nónne ſic ea habet quæ priora ſunt, vt tamen noua ſint omnia de veteribus? Hucuſque Moyſes,hucuſque Pentateuchus: 1.Cor.14.d.19 quibus quinque verbis loqui ſe velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur.

Iob. Iob exemplar patientiæ,quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur: omnéſque leges dialecticæ,propoſitiōe,aſſumptione,cōfirmatione,cōcluſione determinat. Singula in eo verba plena ſūt ſēſibus. Et vt de cæteris ſileā,reſurrectionē corporū ſic prophetat, vt nullus de ea vel manifeſtius,vel cautius ſcripſerit. Iob 19.d.26 Scio,inquit, quòd redēptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſū:& rurſū circundabor pelle mea,in carne mea videbo Deū:quē viſurus ſū ego ipſe,& oculi me cōſpecturi ſunt,& nō alius. repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Ioſue,ſiue Ieſus Naue. Veniam ad Ieſum Naue, qui typum Domini non ſolùm geſtis, verùm etiam nomine præfert:tranſit Iordanem,hoſtium regna ſubuertit,diuidit terram victori populo: & per ſingulas vrbes, viculos, montes,flumina,torrentes,atque confinia, Eccleſiæ cæleſtiſque Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

Liber Iudicum. In Iudicum libro quot principes populi,tot figuræ ſunt.

Ruth. Ruth Moabitis,Eſaiæ explet vaticinium, dicētis, Eſaiæ 16.a.1 Emitte agnum Domine, dominatorem terræ,de Petra deſerti,ad montē filiæ Sion.

Regum 1 & 2. Samuel in Heli mortuo, & in occiſo Saul,veterem Legem abolitam mōſtrat. Porrò in Sadoc atque Dauid,noui ſacerdotii,nouique imperii ſacramenta teſtatur.

Regum III & IIII. Melachim, id eſt tertius & quartus Regum liber,à Salomone vſque ad Iechoniam,& à Ieroboam filio Nabat vſque ad Oſee qui ductus eſt in Aſſyrios,regnum Iuda & regnum deſcribit Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias,verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim Prophetæ in vnius voluminis anguſtias coartati,multo aliud quàm ſonant in litera,præfigurant.

Oſee. Oſee crebrò nominat Ephraim,Samariam,Ioſeph,Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduā, & ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Ioel. Ioel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante conſumptam, & poſt euerſionē Act.2.c.17 prioris populi,effuſum iri Spiritum ſanctum ſuper ſeruos Dei & ancillas,id eſt ſuper centum viginti credentium nomina,& effuſum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vſque ad quindecim paulatim & per incrementa ſurgentes, quindecim graduum numerum efficiunt,qui in pſalterio myſticè continentur.

Amos. Amos paſtor,& ruſticus,& ruborum mora diſtringēs,paucis verbis explicari nō poteſt. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab:& in ſeptimo & octauo gradu Iudæ & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues quæ ſunt in Samariæ monte, & ruituram domū maiorem,minorémque teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ, & ſtātem Dominum ſuper murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem ſupplicia peccatoribus:& famem in terrā,non famem panis,nec ſitim aquæ,ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias,qui interpretatur ſeruus Dei,pertonat contra Edom ſanguineum terrenúmque hominem : fratris quoque Iacob ſemper æmulum,haſta percutit ſpiritali.

Ionas. Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſſionē Domini præfigurans,mundum ad pœnitentiam reuocat:& ſub nomine Niniue, Gentibus ſalutem nuntiat.

Michæas. Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis,& obſidionem ponit contra eam:quia maxillam percuſſerit Iudicis Iſrael.

Nahum. Nahum conſolator orbis increpat ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius loquitur, Ecce ſuper montes pedes euangelizantis,& annuntiantis pacem.

Habacuc. Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcōdita eſt fortitudo eius.

Sophonias. Sophonias ſpeculator, & arcanorum Dei cōgnitor, audit clamorem à porta Piſcium,& eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pylæ,quia conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Aggæus. Aggæus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret:deſtructum templum ædificat,Deúmque patrem inducit loquētem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram,& mare,& aridam:& mouebo omnes Gētes,& veniet Deſideratus cunctis Gentibus.

Zacharias. Zacharias memor Domini ſui,multiplex in prophetia,Ieſum veſtibus ſordidis indutum,& lapidem oculorū ſeptem, candelabrúmque aureum cum totidem lucernis quot oculis:duas quoque oliuas à ſiniſtris lampadis cernit,& à dextris:vt poſt equos nigros,rufos,albos,& varios,& diſſipatas quadrigas ex Ephraim,& equum de Ieruſalem,pauperem Regem vaticinetur & prædicet,ſedētem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis.

Malachias. Malachias apertè,& in fine omnium Prophetarum, de abiectione Iſrael,& vocatione Gentium,Non eſt mihi,ait,voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum : & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum,magnum eſt nomē meū in Gentibus:& in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Eſaias. Eſaiam,Ieremiam,Ezechielem,& Danielem quis poteſt vel intelligere,vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere,ſed Euangelium.

Ieremias. Secundus virgam nuceam,& ollam ſucceſam à facie Aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum.

Ezechiel. Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.

Daniel.

Quartus verò qui & extremus inter quatuor Prophetas, temporum conſcius, & totius mundi φιλοίστωρ, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertētē, claro ſermone pronūtiat.

Dauid

Dauid Simonides noſter, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Chryſtū lyra perſonat, & in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem.

Prouerbia
Eccleſiaſtes
Canticum cant.

Salomō pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam iungit, & Chriſtum, ſanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Eſther.

Eſther in Eccleſiæ typo populū liberat de periculo, & interfecto Aman (qui interpretatur iniquitas) partes conuiuii, & diem celebrē mittit in poſteros.

Paralipomenon liber.

Paralipoménon liber, id eſt Inſtrumenti veteris epitome, tantus ac talis eſt, vt abſque illo ſiquis ſcientiam Scripturarum ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturáſque verborum, & prætermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Euangelii quæſtiones.

Eſdras
Nehemias

Eſdras & Nehemias, adiutor videlicet, & conſolator à Domino, in vnum volumen coartantur, inſtaurant templum, muros extruūt ciuitatis: omníſque illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio Sacerdotum, Leuitarum Iſraelis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum, ac turrium opera diuiſa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me Scripturarū amore raptū, exceſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audiuimus tantum quid noſſe, quid cupere debeamus, vt & nos quoque poſſimus dicere, Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Cæterum illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantum ſcio quòd neſcio.

Pſal.118.c.20

Tangam & nouum breuiter teſtamentum.

Matthæus
Marcus
Lucas
Iohannes

Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes quadriga Domini, & verū Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habēt rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata & vbique volitantia, tenent ſe mutuò, ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus Spiritus ſancti perduxerit.

Paulus Apoſtolus

Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias: octaua enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum ponitur. Timotheum inſtruit, ac Titum & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto quàm pauca ſcribere.

Actus Apoſtolorum.

Actus Apoſtolorum nudam quidem videntur ſonare hiſtoriam, & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, cuius laus eſt in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ lāguentis eſſe medicinā.

Iacobus
Petrus
Iohannes
Iudas.

Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, ſeptem epiſtolas ediderunt, tam myſticas quàm ſuccinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in ſententiis: vt rarus ſit qui nō in earū cæcutiat lectione.

Apocalypſis.

Apocalypſis Iohannis tot habet ſacramēta quot verba. Parum dixi, pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater chariſſime, inter hæc viuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere: nónne tibi videtur iam hìc in terris regni cæleſtis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vilitate verborū, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem facilius inſtruerent, & in vna eadémque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans & hebes, vt hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere quorum radices in cælo fixæ ſunt: ſed velle fateor. Sedenti me præfero, magiſtrum renuēs comitem ſpondeo. Petenti datur, pulſanti aperitur, quærens inuenit. Diſcamus in terris, quorum ſciētia nobis perſeueret in cælo. Obuiis te manibus excipiā, & vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam, quicquid quæſieris, tecum ſcire conabor. Habes hìc amantiſſimum tui fratrem Euſebium qui literarum tuarū mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptū ſeculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. Nam prudentiam & eloquii venuſtatem etiam abſque illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina, quæſo te, & hærentis in ſalo nauiculæ funē magis præſcinde, quàm ſolue. Nemo renuntiaturus ſeculo, bene poteſt vendere quæ contempſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictū eſt, Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum eſt: infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Victus & veſtitus diuitiæ Chriſtianorum ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam, vende: ſi non habes, proiice. Tollenti tunicam & pallium relinquendum eſt. Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totū Deo dedit qui ſeipſum obtulit. Apoſtoli nauem tantum & retia reliquerunt, vidua duo æra miſit in gazophylacium, & præfertur Crœſi diuitiis. Facilè contemnit omnia qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

Matth.7.a.7
luc.11.b.9

VIII.

Matth.5.f 40

2.Cor.6.c.10

Matth.4.c.18
Marc.12.d.41
luc.21.a.1

PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN Pentateuchum Moyſi.

Deſiderii mei deſideratas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen: obſecrantis vt tranſlatum in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchū, noſtrorum auribus traderem. Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me aſſerūt in Septuaginta interpretum ſugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinum probantes: quum ego ſæpiſſimè teſtatus ſim me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre quæ poſſim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguēs: dum aut illuceſcere facit quæ minus antè fuerant: aut ſuperflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euāgeliſtarum & Apoſtolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de Veteri teſtamēto legimus quæ in noſtris codicibus non habentur: vt eſt illud, Ex Ægypto vocaui filiū meum: &, Quoniam Nazarenus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe: & multa alia quæ proprium σύνταγμα deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint: & quum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primū teſtimonium eſt in Oſee: ſecundum in Eſaia: tertium in Zacharia: quartum in Prouerbiis: quintum æquè in Eſaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta ſectantur, & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio, ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem Diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque ſacratum aliquid Scriptura teſtatur de Patre & Filio & Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt: vt & Regi ſatiſfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus author ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi eadem ſcriptitarint: quū Ariſtæas eiuſdē Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo pòſt tempore Ioſephus, nihil tale retulerint, ſed in vna baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit, hìc eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transfert. Niſi fortè putādus eſt Tullius Œconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphonte, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos Spiritus ſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? damnamus veteres? Minimè: ſed poſt priorum ſtudia, in domo Domini quod pòſſumus, labòramus. Illi interpretati ſunt ante aduentum Chriſti, & quod neſciebant, dubiis protulere ſententiis: nos verò poſt paſſionem & reſurrectionem eius, non tam prophetiam quàm hiſtoriam ſcribimus. aliter enim audita, aliter viſa narrantur: quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta: non damno, non reprehendo Septuaginta: ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenēt. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me cōcitas? Sicubi in tranſlatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia probauerunt: & emēdatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nūc te precor Deſideri chariſſime, vt me, quia tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere, orationibus iuues: quo poſſim eodem Spiritu quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre ſermonem.

EIVSDEM IN IOSVE Præfatio.

Tandem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi fœnore liberati, ad Ieſum filium Naue manum mittamus: quem Hebræi, יהושע בן נון, id eſt Ioſue filium Nun, vocāt: & ad Iudicum librum, quem שפטים appellant, ad Ruth quoque & Eſther, quos eiſdem nominibus efferunt. Monemúſque lectorem vt ſyluam Hebraicorum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet: ne & noſter labor, & illius ſtudiū pereat. Et vt in primis (quod ſæpe teſtatus ſum) ſciat me non in reprehenſionem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen noſtra delectāt: vt pro Græcorum ἑξαπλοῖς quæ & ſumptu, & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt: maximè quū apud Latinos tot ſint exemplaria quot codices: & vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum eſt: & vtique nõ poſſit verum eſſe quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius, & ſanctum opus venenata carpere lingua: vel ſuſcipiens, ſi placet: vel contemnens, ſi diſplicet: memineritque illorum verſuum, Pſal.49.d.19 Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedẽs, aduerſus fratrem tuũ loquebaris: & aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcãdalum: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis: arguã te, & ſtatuam contra faciem tuã. Quæ enim audiẽtis vel legẽtis vtilitas eſt, nos laborãdo ſudare, & alios detrahẽdo laborare? dolere Iudæos quòd calumniãdi eis, & irridẽdi Chriſtianos ſit ablata occaſio, & Eccleſiæ homines id deſpicere, imò lacerare vnde aduerſarii torqueãtur? Quòd ſi Vetus eis tantũ interpretatio placet, quæ & mihi nõ diſplicet, & nihil extrà recipiendũ putãt: cur ea quæ ſub aſteriſcis & obelis vel addita ſũt, vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis trãſlationem Eccleſiæ ſuſceperunt? Cur Origenem mirãtur, & Euſebiũ Pamphili cunctas editiones ſimiliter differentes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquam vera dixerint, proferre quæ falſa ſunt? Vnde autem in Nouo teſtamento probare poterunt aſſumpta teſtimonia quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniãtibus tacere videamur. Cæterùm poſt ſanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum eſt, & hos libros quos Euſtochio virgini Chriſti negare non potui: decreuimus, dum ſpiritus hos regit artus, Prophetarum explanationi incumbere: & omiſſum iam diu opus, quaſi quodam poſtliminio, repetere: præſertim quum & admirabilis ſanctúſque vir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam feſtinantes, mortiferos ſirenarũ cantur ſurda debeamus aure tranſire.

PRÆFATIONEM EIVSDEM HIERONYMI IN libros Regum, in nonam paginam huius codicis reiecimus, quòd librorum Sacrorum ordinem contineat, Prologum Galeatum inſcriptam.

EIVSDEM IN LIBRVM PARALIPOMEnon præfatio.

SI SEPTVAGINTA interpretũ pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me, Chromati Epiſcoporum ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupauerat, & naſcentis Eccleſiæ roborauerat fidem: iuſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari. Nunc verò quum pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquáque tranſlatio corrupta ſit atque violata: noſtri arbitrii putas, aut è pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibúſque Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos configere. Alexandria & AEgyptus in Septuaginta ſuis, Heſychiũ laudat authorem: Conſtantinopolis vſque Antiochiam, Iuliani martyris exemplaria probat: mediæ inter has prouinciæ Palæſthinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgauerunt: totúſque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non ſolùm exempla cõpoſuit quatuor editionũ, eregione ſingula verba deſcribẽs, vt vnus diſſentiẽs ſtatim cæteris inter ſe conſentiẽtibus arguatur: ſed quod maioris audaciæ eſt, in editione ſeptuaginta, Theodotionis editionẽ miſcuit, aſteriſcis videlicet deſignãs quæ minꝰ fuerãt: & virgulis, quæ ex ſuperfluo videbãtur appoſita. Si igitur aliis licuit nõ tenere quod ſemel ſuſceperãt, & poſt Septuaginta cellulas quæ vulgò ſine authore iactãtur, ſingulas cellulas aperuere, hócq; in Eccleſiis legitur quod Septuaginta neſcierũt: cur me non ſuſcipiãt Latini mei, qui inuiolata editione Veteri ita nouã cõdidi, vt laborẽ meũ Hebræis, & (quod his maius eſt) Apoſtolis authoribus cõprobem? Scripſi nuper librũ de optimo genere interpretãdi, oſtẽdens illa de Euãgelio, Ex AEgypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apoſtoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe: cæteráque his ſimilia in Hebræorum libris inueniri. Certè Apoſtoli & Euangeliſtæ, Septuaginta interpretes nouerãt: & vnde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus nõ habentur? Chriſtus Dominus noſter vtriuſque Teſtamẽti conditor, in Euangelio ſecundum Iohannem, Qui credit, inquit, in me ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtique ſcriptũ eſt quod Saluator ſcriptum eſſe teſtatur. Vbi ſcriptũ eſt? Septuaginta non habent: apocrypha neſcit Eccleſia. Ad Hebræos igitur reuertendum eſt, vnde & Dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc pace veterum loquor: & obtrectatoribus meis tantùm reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, iidem & accuſatores & defenſores, quum in aliis probent quod in me reprobant: quaſi virtus & vitium non in rebus ſit, ſed cum authore mutetur. Cæterùm memini editionem Septuaginta tranſlatorum, olim de Græco emẽdatam tribuiſſe me noſtris: nec inimicum debere exiſtimari eorum quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero. Et quod nũc דברי הימים, id eſt Verba dierum, interpretatus ſum: idcirco feci, vt inextricabiles moras, & ſyluam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuúmque barbariem apertius, & per verſuum cola digererem, mihimet ipſi & meis iuxta Iſmeniam canens, ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.

AD DOMNIONEM ET ROGATIANVM IN EVNDEM, præfatio eiuſdem.

QVOMODO Græcorum hiſtorias magis intelligunt qui Athenas viderint: & tertium Virgilii librum, qui à Troade per Leucaten & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad oſtia Tyberis nauigauerint: ita Sanctam ſcripturam lucidius intuebitur qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarum vrbium memorias, locorúmque vel eadẽ vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditiſſimis Hebræorum hunc laborem ſubire, vt circumiremus prouinciam quam vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, nunquam me in Diuinis voluminibus, propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionẽ meam: ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum, quanto magis de iis ſuper quibus anceps eram? Denique quum à me nuper literis flagitaſſetis vt vobis librum Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tyberiade quendam Legis doctorem qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumpſi: & contuli cum eo à vertice (vt aiunt) vſque ad extremum vnguem: & ſic confirmatus, auſus ſum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor: ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædam & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta interpretibus (qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt tranſtulerant) ſed ſcriptorũ culpæ adſcribẽdum, dum de emendatis inemendata ſcriptitant: & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in vnum vocabulum cogunt: vel eregione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipſæ appellationes, non homines (vt plerique exiſtimant) ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant: & obliquè ſub interpretatione & figura eorum quædam narrantur hiſtoriæ: de quibus in Regnorum libro dicitur, Nónne ecce hæc ſcripta ſũt in Libro verborum dierum Regum Iuda? Quæ vtique in noſtris codicibus non habentur. Hoc primùm ſciendũ, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon vnus ſit: & apud illos vocatus דברי הימים, id eſt Verba dierum: qui propter magnitudinẽ, apud nos diuiſus eſt: quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in treis partes ſecẽt, quum vnus à ſuo authore ſit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, ſed rerum (vt dixi) ſignificantias ſonant. Ad extremũ quòd omnis eruditio Scripturarum in hoc continetur: & hiſtoriæ quæ vel prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leuiter, hîc per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque veſtrarum adiutus auxilio, miſi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis diſpliciturum eſſe non ambigo. Optima enim quæque (vt ait Plinius) malunt cõtemnere plerique, quàm diſcere. Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehẽdere, interroget Hebræos, ſuã conſcientiam recolat, videat ordinem textúmque ſermonis: & tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat. Vbicunque ergo aſteriſcos, id eſt ſtellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi ſciatis de Hebræo additum quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, tranſuerſa ſcilicet virga præpoſita eſt, illic ſignatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti authoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

EIVSDEM AD DOMNIONEM ET ROGATIANVM, in Eſdram & Nehemiam præfatio.

VTRVM difficilius ſit facere quod poſcitis, an negare, necdũ ſtatui. nã neque vobis aliquid imperãtibus abnuere, ſentẽtiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices premit, vt antè ſub faſce ruendum ſit, quàm leuandũ. Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia, qui omne quod ſcribimus, reprehendendũ putãt: & interdũ contra ſe, cõſcientia repugnante, publicè lacerant quod occultè legunt, intantum vt clamare cõpellar, & dicere, Domine, libera animã meam à labiis iniquis & à lingua doloſa. Tertius annus eſt quòd ſemper ſcribitis atque reſcribitis vt Eſdræ librum & Eſther vobis de Hebræo transferã: quaſi nõ habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud eſt quod à nobis vertitur, non ſtatim ab omnibus conſpuendũ ſit. Fruſtra autem (vt ait quidam) niti, neque aliud ſe fatigando niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaque obſecro vos mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, vt priuata lectione contenti, librum non efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis: vitetíſque eorum ſupercilium qui iudicare tantùm de aliis, & ipſi facere nihil nouerunt. Siqui autem fratrum ſunt quibus noſtra non diſplicent, his tribuatis exempla, admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia eſt, diſtinctè & per interualla tranſcribant. Nihil enim proderit emendaſſe librũ, niſi emendatio, librariorum diligentia conſeruetur. Nec quenquã moueat quòd vnus à nobis liber editus eſt: nec apocryphorum tertii & quarti libri ſomniis delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehimiæque ſermones in vnum volumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de vigintiquatuor ſenibus ſunt, procul abiicienda. Siquis autem Septuaginta vobis oppoſuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipſa lacerata & inuerſa demonſtrat, nec poteſt vtique verum aſſeri quod diuerſum eſt:mittite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quaſi de Veteri teſtamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur: velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur:&,Ex AEgypto vocaui filium meum:&,Videbũt in quem compunxerunt: multáque alia quæ latiori operi reſeruamus. & quærite ab eo vbi ſcripta ſint: quumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus ſum æquiſſimum eſt. Edidi aliquid quod nõ habetur in Græco,aut aliter habetur quàm à me verſũ eſt. Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipſis authoribus,tranſlationi meæ vel arrogent vel derogẽt fidem. Porrò aliud eſt ſi clauſis(quod dicitur)oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum ſtudium ac beneuolentiam, qui poſt Septuaginta tranſlatores,iam Chriſti Euangelio corruſcante,Iudæos & Hebionitas Legis veteris interpretes, Aquilã videlicet & Symmachũ & Theodotionem,& curioſè legunt,& per Origenis laborem in ἑξαπλοῖς,Eccleſiis dedicarũt. Quanto magis Latini grati eſſe deberẽt, quòd exultantem cernerẽt Græciam à ſe aliquid mutuari? Primùm enim magnorum ſumptuum eſt,& infinitæ difficultatis,exemplaria poſſe habere omnia:deinde etiam qui habuerint,& Hebræi ſermonis ignari ſunt,magis errabunt,ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam ſapientiſſimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum Scripturæ ſenſum relinquens,vniuſcuiuſque interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiam,& Latinus nobis vtcunque ſermo non deeſt, & de aliis magis poſſumus iudicare, & ea quæ ipſi intelligimus,in noſtra lingua promere.Itaque licet,hydra ſibilet, victórque Sinon incendia iactet:nunquam meum(iuuante Chriſto)ſilebit eloquium:etiam præciſa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abiiciant.Euentilent apices,literas calumniẽtur: magis veſtra charitate prouocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

EIVSDEM AD CHROMATIVM ET HELIOdorum in Tobiam præfatio.

MIRARI nõ deſino exactionis veſtræ inſtãtiam:exigitis enim vt librum Chaldæo ſermone cõſcriptum,ad Latinum ſtylum traham: librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo Diuinarum ſcripturarum ſecantes, iis quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro,non tamen meo ſtudio. Arguunt & nos Hebræorum ſtudia, & imputant nobis contra ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre.Sed melius eſſe iudicans Phariſæorum diſplicere iudicio,& Epiſcoporũ iuſſionibus deſeruire,inſtiti vt potui. Et quia vicina eſt Chaldæorũ lingua ſermoni Hebraico, vtriuſque linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, vnius diei laborẽ arripui:& quicquid ille mihi Hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario ſermonibus Latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem huius operis compenſabo, quum gratum vobis didicero me quod iubere eſtis dignati,compleſſe.

EIVSDEM PRAEFATIO IN LIBRVM IVDITH.

APVD Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur:cuius authoritas ad roboranda illa quæ in cõtentionem veniunt,minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur.Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, acquieui poſtulationi veſtræ,imò exactioni:& ſepoſitis occupationibus quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatẽ vitioſiſſimam amputaui:ſola ea quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expreſſi.Accipite Iudith viduam, caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate.Hanc enim non ſolùm fœminis, ſed & viris imitabilẽ dedit qui caſtitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit,vt inuictum omnibus hominibus vinceret,& inſuperabilem ſuperaret.

EIVSDEM IN LIBRVM ESTHER PRAEFATIO.

LIBRVM Eſther variis tranſlatoribus conſtat eſſe vitiatũ,quem ego de archiuis Hebræorum reuelans,verbũ è verbo expreſſius trãſtuli.Quem librum editio Vulgata,laciniofis hinc inde verborum ſinibus trahit,addens ea quæ ex tempore dici poterant,& audiri:ſicut ſolitũ eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam paſſus eſt, vel qui iniuriã fecit. Vos autem,ô Paula & Euſtochium,quoniã & bibliothecas Hebræorum ſtuduiſtis intrare,& interpretum certamina cõprobaſtis,tenẽtes Eſther Hebraicum librũ,per ſingula verba noſtram tranſlationẽ aſpicite:vt poſſitis agnoſcere,me nihil etiã augmentaſſe addẽdo,ſed fideli teſtimonio ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriã Hebraicam Latinæ linguæ tradidiſſe. Nec affectamus laudes hominũ, nec vituperationes expaueſcimꝰ.Deo enim placere curantes,minas hominũ penitus nõ timemus:quia Deus diſſipat oſſa eorum qui hominibus placere deſiderant. & ſecundum Apoſtolum,Qui eiuſmodi ſunt,ſerui Chriſti eſſe nõ poſſunt. Rurſum in libro Eſther alphabetum ex minio vſque ad θ literam fecimus diuerſis in locis, volentes ſcilicet Septuaginta interpretum ordinẽ per hoc inſinuare ſtudioſo lectori.Nos enim iuxta morem Hebraicum,ordinem proſequi,etiã in Septuaginta editione maluimus.

EIVSDEM IN LIBRVM IOB PRAEFATIO.

COGOR per ſingulos Scripturæ Diuinæ libros aduerſariorũ reſpõdere maledictis,qui interpretationẽ meã,reprehenſionẽ Septuaginta interpretũ criminantur:quaſi nõ & apud Græcos Aquila Symmachus & Theodotio,vel verbũ è verbo, vel ſenſum è ſenſu, vel ex vtroque cõmiſtum & mediè temperatũ genus tranſlationis expreſſerint:& omnia Veteris inſtrumẽti volumina Origenes obelis aſteriſcíſque diſtinxerit,quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos tranſlationi antiquæ inſeruit,probans defuiſſe quod additũ eſt.Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus ſuſceperũt, aut interpretationẽ meam cũ aſteriſcis ſuis radere. Neque enim fieri poteſt vt quos plura intermiſiſſe ſuſceperint,nõ eoſdẽ etiã in quibuſdã erraſſe fateãtur,præcipuè in Iob:cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſũt,ſubtraxeris,pars maxima detrũcabitur,& hoc dũtaxat apud Græcos.Cæterùm apud Latinos,ante eã tranſlationem quã ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus,ſeptingenti fermè aut octingẽti verſus deſũt,vt decurtatus & laceratus,corroſuſq; liber fœditatẽ ſui publicè legẽtibus præbeat. Hæc autẽ trãſlatio nullũ de veteribus ſequitur interpretem:ſed ex ipſo Hebraico Arabicóq; ſermone, & interdum Syro,nunc verba,nũc ſenſus, nunc ſimul vtrũque reſonabit. Obliquus enim etiã apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & (quod Græci rhetores vocant)ἐσχηματισμένος,dũ qui aliud loquitur,aliud agit: vt ſi velis anguillã vel murenulã ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris,tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiã huius voluminis,Lyddæum quendã præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur,nõ paruis redemiſſe nummis:cuius doctrina an aliquid profecerim,neſcio:hoc vnũ ſcio, non potuiſſe me interpretari niſi quod antè intellexerã. A principio itaq; voluminis vſq; ad verba Iob,apud Hebræos proſa oratio eſt.Porrò à verbis Iob,in quibus ait,Pereat dies in qua natus ſum,& nox in qua dictũ eſt,Conceptus eſt homo: vſque ad eũ locum vbi ante finẽ voluminis ſcriptũ eſt,Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere:hexametri verſus ſũt dactylo ſpondæóq; currẽtes: & propter linguæ idioma,crebrò recipiẽtes & alios pedes,nõ earundem ſyllabarũ,ſed eorundẽ temporũ. Interdum quoque rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolutis: quod metrici magis quã ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autẽ verſu vſq; ad finẽ libri,paruum cõma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſicui videtur ĩcredulũ,metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi,& Sapphus, vel Pſalteriũ,vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè Scripturarũ cantica cõprehendi,legat Philonem,Ioſephũ,Origenem,Cæſarienſem Euſebium, & eorũ teſtimonio me verũ dicere cõprobabit. Quapropter audiãt canes mei, idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non vt interpretationẽ antiquam reprehenderẽ, ſed vt ea quæ in illa aut obſcura ſunt,aut omiſſa,aut certè ſcriptorũ vitio deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierẽt,& qui Hebræorũ ſermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipſis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Græcos poſt Septuaginta editionẽ,iam Chriſti Euangelio corruſcãte Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio iudaizãtes hæretici ſunt recepti, qui multa myſteria Saluatoris ſubdola interpretatione celarunt,& tamẽ in ἑξαπλοῖς habentur apud Eccleſias,& explanantur ab eccleſiaſticis viris:quantomagis ego Chriſtianus,& de parẽtibus Chriſtianis natus,& vexillũ crucis in mea frõte portans(cuius ſtudiũ fuit omiſſa repetere,deprauata corrigere, & ſacramenta Eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone)vel à faſtidioſis,vel à malignis lectoribꝰ nõ debeo reprobari?Habeãt qui volunt veteres libros,vel in mẽbranis purpureis auro argentóq;deſcriptos,vel vncialibꝰ(vt vulgò aiũt) literis onera magis exarata,quàm codices:dummodo mihi meíſque permittãt pauperes habere ſchedulas, & nõ tã pulchros codices quã emendatos. Vtraque autẽ editio,& Septuaginta iuxta Græcos,& mea iuxta Hebræos,in Latinum meo labore trãſlata eſt.Eligat vnuſquiſque quod vult:& ſtudioſum me magis quàm maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM PRAEFATIO.

SI AVT fiſcellam iunco texerẽ,aut palmarũ folia cõplicarem,vt in ſudore vultus mei comederem panẽ,& ventris opus ſolicita mẽte pertractarem,nullus morderet,nemo reprehenderet. Nũc autem quia iuxta ſententiã Saluatoris volo operari cibum qui non perit, & antiquã Diuinorũ voluminũ viã ſentibus virgultíſque purgare,error mihi geminꝰ infligitur:corrector vitiorũ,falſarius dicor,& errores nõ auferre,ſed ſerere. Tãta eſt enim vetuſtatis cõſuetudo,vt etiã confeſſa pleriſque vitia placeant:dũ magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter ô fratres dilectiſſimi,vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar,pro flabello,calathis,ſportelliſque,munuſculis monachorum, ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite:ac beatum Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatúmque gaudete.Quomodo enim poſt probationem atque victoriam,duplicia ſunt ei vniuerſa reddita:ita ego in lingua noſtra,vt audacter loquar,feci eum habere quæ amiſerat.Igitur & vos & vnumquenque lectorem ſolita præfatione commoneo,& in principiis librorũ eadem ſemper annectens,rogo,vt vbicunque ſemper præcedentes virgulas videritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt, in Hebraicis voluminibus nõ haberi.Porrò vbi ſtellæ imago præfulſerit,ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt.Necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant vt ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis,magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo Eccleſiis Chriſti venturum ratus,quàm ex aliorum negotio.

Argumentum in Librum Iob.

IN terra quidem habitaſſe Iob Huſitidi, in finibus Idumææ & Arabiæ fertur,& erat ei antè nomen Iobab.Et accepit vxorem Abiſſam:quæ genuit filium quem vocauit Ennon.Erat autem ipſe,filius quidem Zaræ,de Eſau filiis filius:de matre verò Boſra:ita vt ſit quintus ab Abraham.Et hi ſunt Reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipſe regnauit: ſed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomẽ ciuitatis eiuſdem,Denaba. Poſt hunc autem Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Poſt Iob autem Huſam, qui erat dux ex Themanorum regione.Et poſt illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. In hoc verò libro hæc quæſtio tractatur, Anne etiã probis, à Deo malum accidat.Hic firmiſſimè perſtat Iob,quòd Deus etiam ſine cauſa,ſolummodo in laudem ſuam,puniat probos.Contra hoc opponunt ſe amici eius, & prolixis ſermonibus volunt conuincere, Deum eſſe iuſtum, qui non corripiat vllum probum:ſi verò corripiat,neceſſariò conſequi quòd ille peccauerit. Et ſic tam carnaliter ſentiunt de Deo & iuſtitia eius,acſi ipſe eſſet omnino quemadmodum homines ſunt, & iudicia eius ſicut iudicia illorum. Quanquã etiam Iob, vt qui in anguſtiis mortis decumberet, ex humana fragilitate nimium contra Deum loquitur,& in afflictione peccat:& tamen perſtat in eo, quòd tales paſſiones non meritus ſit: ſicut etiam verum erat.Tandem Deus iudicat, quòd quæ Iob in afflictione cõtra Deũ loquutus eſt, iniuſtè loquutus ſit: quòd verò contra inimicos ſuos de innocentia ſua ante afflictionẽ tutatus eſt,rectè loquutus ſit.Sic liber iſte ſolum Deum iuſtum pronuntiat,quanuis etiã homo homini iuſtus ſit etiam coram Deo. In conſolationẽ noſtri ſcriptus eſt hic liber, quòd Deus ſanctos ſuos permittit aliquando impingere in aduerſitate. nam antequam Iob incidat in anguſtiam mortis, laudat Deum ſuper deprædatione bonorum ſuorum,& morte filiorum ſuorum.Quum verò obuerſatur ob oculos mors,& ſubducit ſe Deus, indicant verba eius quales cogitationes ſubeant hominem quantumuis etiam ſanctum,contra Deũ in anxietate mortis. videlicet homini videtur Deus non eſſe Deus,ſed ſolùm iudex & iracundus tyrannus,qui vim exerceat,& non curet cuiuſpiã bonam vitam.Hunc librũ intelligũt qui experiuntur & ſentiunt quid ſit pati iram Dei,& occultatam eſſe gratiam eius.

EIVSDEM IN PSALTERIVM QVOD SEcundum Septuaginta editionem correxit,præfatio.

PSALTERIVM Romæ dudum poſitus emendaram:& iuxta Septuaginta interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, ô Paula & Euſtochiũ, ſcriptorum vitio deprauatum, pluſque antiquum errorem quàm nouam emendationem valere : me cogitis vt veluti quodam nouali ſciſſum iam aruum exerceam,& obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem:æquũ eſſe dicẽtes,vt quod crebrò male pullulat,crebrius ſuccidatur.Vnde conſueta præfatione commoneo tam vos,quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint,vt quæ diligenter emendaui,cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi vnuſquiſque vel iacentem lineam, vel radiãtia ſigna,id eſt obelos,vel aſteriſcos. Et vbicũque viderit virgulam præcedẽtem, ab ea vſque ad duo puncta quæ impreſſimus, ſciat in Septuaginta tranſlatoribus plus haberi. Vbi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vſque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionẽ,qui ſimplicitate ſermonis à Septuaginta interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vobis & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens: non ambigo multos fore qui vel inuidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara,quàm diſcere:& de turbulẽto magis riuo, quàm de puriſſimo fonte potare.

EIVSDEM PRAEFATIO IN LIBROS Salomonis.

IVNGAT epiſtola quos iungit ſacerdotium, imò charta non diuidat quos Chriſti nectit amor. Commentarios in Oſee, Amos,Zachariã, Malachiã, quos poſcitis, ſcripſiſſem ſi licuiſſet præ valetudine.Mittitis ſolatia ſumptuum: notarios noſtros & librarios ſuſtentatis,vt vobis potiſſimum noſtrum deſudet ingenium.Et ecce ex latere frequens turba diuerſa poſcẽtium:quaſi aut æquum ſit, me vobis eſurientibus,aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam,præter vos,obnoxius ſim. Itaque longa ægrotatione fractus,ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus eſſem, tridui opus nomini veſtro conſecraui, Interpretationẽ videlicet triũ Salomonis voluminum,משלי,quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: קוהלת, quem Græcè Ἐκκλησιαστὴν, Latinè Concionatorem poſſumus dicere: שיר חשיר ים quod in noſtra lingua vertitur Canticum canticorum.Fertur & Panæretos Ieſu filii Sirach liber,& alius pſeudepigraphus,qui Sapientia Salomonis inſcribitur.Quorum priorem,Hebraicum reperi:non Eccleſiaſticũ, vt apud Latinos,ſed Parabolas prænotatum:cui iuncti erant Eccleſiaſtes & Canticum canticorum,vt ſimilitudinem Salomonis, non ſolùm librorum numero,ſed etiam materiarum genere coæquaret.Secundus apud Hebræos nuſquam eſt,quin & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ & Machabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas Scripturas nõ recipit: ſic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatũ cõfirmandam.Sicui ſanè Septuaginta interpretum magis editio placet,habet eam à nobis olim emendatam.Neque enim noua ſic cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen quum diligentiſſimè legerit,ſciat magis noſtra ſcripta intelligi,quæ non in tertium vas trãſfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prelo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN TRANSlationem Eſaiæ ex Hebraica veritate,eiuſdem præfatio.

NEMO, quum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari,& aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis:ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur & commata, qui vtique proſa, & non verſibus conſcripſerunt : nos quoque vtilitati legentiũ prouidentes,interpretationem nouam, nouo ſcribendi genere diſtinximus.Ac primùm de Eſaia ſciendũ,quod in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquẽtiæ, nec habens quicquã in eloquio ruſticitatis admiſtũ . Vnde accidit vt præ cæteris florem ſermonis eius,tranſlatio non potuerit conſeruare.Deinde etiã hoc adiiciendum,quòd non tam Propheta dicendus ſit, quàm Euangeliſta. Ita enim vniuerſa Chriſti Eccleſiæque myſteria ad liquidum proſecutus eſt,vt non putes eum de futuro vaticinari,ſed de præteritis hiſtoriam texere. Vnde coniicio,noluiſſe tunc temporis Septuaginta interpretes fidei ſuæ ſacramenta perſpicuè Ethnicis prodere, ne ſanctum canibus & margaritas porcis darent: quæ, quum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit Prophetas intelligere:nec facilè quẽpiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit antequam legerit.nos quoque patere morſibus plurimorum, qui,ſtimulante inuidia,quod conſequi non valent,deſpiciẽt.Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum, & nihilominus hoc à faſtidioſis lectoribus precor,vt quo modo Græci poſt Septuaginta tranſlatores,Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt,vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignẽtur interpretem.Legant prius, & poſtea deſpiciant: ne videantur non ex iudicio,ſed ex odii præſumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Eſaias in Ieruſalem & in Iudæa, necdum decẽ tribubus in captiuitatẽ ductis,ac de vtroque regno,nunc commiſtim,nunc ſeparatim texit oraculum. Et quum interdũ ad præſentem reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captiuitatem reditum populi ſignificet in Iudæã , tamen omnis eius cura de vocatione Gentium& aduẽtu Chriſti eſt.Quem quãto plus amatis,ò Paula & Euſtochium, tanto magis ab eo petite vt pro obtrectatione præſenti, qua me indeſinẽter æmuli laniant, ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro, qui ſcit me ob hoc in peregrinæ Linguæ eruditione ſudaſſe, ne Iudæi de falſitate Scripturarum Eccleſiis eius diutius inſultarent.

EIVSDEM IN IEREMIAM PRAEFATIO.

IEREMIAS Propheta, cui hic prologus ſcribitur,ſermone quidem apud Hebræos Eſaia& Oſee & quibuſdam aliis Prophetis videtur eſſe ruſticior,ſed ſenſibus par eſt:quippe qui eodem Spiritu prophetauerit. Porrò ſimplicitas eloquii à loco ei in quo natus eſt,accidit.Fuit enim Anathotites(qui eſt vſque hodie viculus, tribus ab Ieroſolymis diſtans milibus) ſacerdos ex ſacerdotibus,& in matris vtero ſanctificatus:virginitate ſua Euangelicũ virum Chriſti Eccleſiæ dedicãs.Hic vaticinari exorſus eſt puer, & captiuitatem vrbis atque Iudææ, non ſolùm ſpiritu ſed & oculis carnis intuitus eſt:iam decem tribus Iſrael Aſſyrii in Medos tranſtulerāt,iam terras earum,coloniæ Gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantùm & in Beniamin prophetauit,& ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos menſuræ metri verſibúſque reddidimus. Præterea ordinē viſionū,qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt,ad priſtinā fidē correximus. Librū autē Baruch notarii eius qui apud Hebræos nec legitur,nec habetur,prætermiſimus:pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes : quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere.Et hoc patior,quia vos me cogitis. Cæterùm ad compēdium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere,quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem, inuidorum inſaniam prouocare.

EIVSDEM IN EZECHIELEM PRÆFATIO.

EZECHIEL Propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem,ibique iis qui cum eo captiui fuerāt, prophetauit, pœnitētibus quòd ad Ieremiæ vaticinium ſe vltro aduerſariis tradidiſſent,& viderent adhuc vrbem Ieroſolymam ſtare,quam ille caſuram eſſe prædixerat.Triceſimo autem ætatis ſuæ anno,& captiuitatis quinto,exorſus eſt ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior hic in Chaldæa,Ieremias in Iudæa,prophetauerūt.Sermo eius nec ſatis diſertus,nec admodum ruſticus eſt, ſed ex vtroque mediè temperatus.Sacerdos & ipſe fuit,ſicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta.Sed & vulgata eius editio non multum diſtat ab Hebraico. Vnde nō ſatis miror quid cauſæ extiterit,vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus interpretes, in aliis eadem,in aliis diuerſa tranſtulerint . Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram: quoniam per cola ſcriptus & commata,manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit.Si autem amici mei & hūc ſubſannauerint , dicite eis quòd nemo eos compellat vt ſcribant.Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græcè ſignificātius dicitur,vt vocentur φιλοίστροι.

EIVSDEM IN DANIELEM PRÆFATIO.

DANIELEM Prophetam , iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris Eccleſiæ non legunt,vtentes Theodotionis editione:& hoc cur acciderit,neſcio. ſiue enim quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, noluerunt Septuaginta interpretes eaſdem linguæ lineas in tranſlatione ſeruare:ſiue ſub nomine eorū, ab alio neſcio quo nō ſatis Chaldæam linguā ſciente editus eſt liber: ſiue aliud quid cauſæ extiterit ignorans:hoc vnum affirmare poſſum, quòd multum à veritate diſcordet,& recto iudicio repudiatus ſit. Sciendum quippe eſt,Danielem maximè & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcripto , & vnam Ieremiæ περικοπὴν, Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatē . Denique & ego adoleſcentulus, poſt Quintiliani & Tullii lectionem ac flores rhetoricos,quum me in linguæ huius piſtrinū recluſiſſem,& multo ſudore multóque tempore vix cœpiſſem anhelantia ſtridentiáque verba reſonare,& quaſi per cryptam ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerē, impegi nouiſſimè in Danielem,& tanto tædio affectus ſum,vt deſperatione ſubita omnem laborem veterē voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit:qui mihi videbar ſciolus inter Hebræos,cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus.Et vt verum fatear, vſque ad præſentem diem magis poſſum ſermonem Chaldaicum legere & intelligere,quàm ſonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatē vobis Danielis oſtenderē,qui apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam,nec hymnum trium puerorum, nec Belis Draconiſque fabulas,quas nos,quia in toto orbe diſperſæ ſunt,veru antepoſito eáſq; iugulante ſubiecimus,ne videremur apud imperitos magnā partem voluminis detruncaſſe.Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, quū Suſannæ derideret hiſtoriam , & à Græco neſcio quo eam diceret eſſe confictam , illud opponere quod Origeni quoque Africanus oppoſuit , etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι,de Græco ſermone deſcēdere.Cuius rei nos intelligētiā noſtris hanc poſſumus dare,vt verbi gratia,dicamus de arbore ilice dixiſſe eum,ilico pereas:& à lentiſco, in lentem te cōminuat Angelus, vel non lentè pereas,aut lentus, id eſt flexibilis ducaris ad mortem,ſiue aliud quid ad arboris nomen conueniens.Deinde tantum fuiſſe otii tribus pueris cauillabatur, vt in camino æſtuantis incendii metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent,aut quod miraculū,Diuinæque aſpirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis , vel ſacerdotū Belis machinas deprehenſas:quæ magis prudentia ſolertis viri,quàm prophetali eſſent ſpiritu perpetrata? Quum verò ad Habacuc veniret,& de Iudæa in Chaldæam raptum diſcophorum lectitaret,quærebat exemplum vbi legiſſemus in toto Veteri teſtamento quenquam ſanctorū graui volaſſe corpore,& in puncto horæ tanta terrarum ſpatia tranſiſſe. Cui quum quidam è noſtris ſatis ad loquendū promptulus,Ezechielem adduxiſſet in mediū,& diceret eum de Chaldæa in Iudæā fuiſſe tranſlatum:deriſit hominem, & ex ipſo volumine demonſtrauit Ezechielem in ſpiritu ſe vidiſſe tranſpoſitum.Denique & Apoſtolum noſtrum,videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didiciſſet,nō fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore,ſed dixiſſe, Siue in corpore,ſiue extra corpus,neſcio, Deus ſcit.His & talibus argumentis apocryphas in libro Eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquēs,illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter Prophetas,ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerūt.In tres ſiquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur,In Legem,in Prophetas,& in Hagiographa:id eſt in quinque & octo,& in vndecim libros:de quo non eſt huius temporis diſſerere. Quæ autem ex hoc Propheta, imò contra hunc librum Porphyrius obiiciat, teſtes ſunt Methodius , Euſebius & Apollinarius, qui multis verſuum millibus eius veſaniæ reſpondentes , neſcio an curioſo lectori ſatiſfecerint . Vnde obſecro vos , ô Paula & Euſtochium,fundatis pro me ad Dominum preces,vt quandiu in hoc corpuſculo ſum,ſcribam aliquid gratum vobis, vtile Eccleſiæ, dignum poſteris.Præſentium quippe iudiciis oblatrantiū non ſatis moueor: qui in vtranque partem aut amore labuntur,aut odio.

EIVSDEM IN XII PROPHETAS PRÆFATIO.

IDEM non eſt ordo duodecim Prophetarum apud Hebræos, qui eſt apud nos. Vnde ſecundum id quod ibi legitur , hîc quoque diſpoſiti ſunt.Oſee commaticus eſt,& quaſi per ſententias loquens. Ioel planus in principiis,in fine obſcurior.Et vſque ad Malachiā habent ſinguli proprietates ſuas:quem Eſdram ſcribā,Legiſque doctorem Hebræi autumāt.Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere, hoc tantùm vos , ô Paula & Euſtochium,admonitas volo,vnum librum eſſe duodecim Prophetarum:& Oſee ſynchronum Eſaiæ,Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo : ſub illis eos Regibus prophetaſſe,ſub quibus & ii qui ante eos habent titulos,prophetauerunt.

EIVSDEM IN EVANGELISTAS AD DAmaſum præfatio.

NOVVM opus me facere cogis ex veteri : vt poſt exemplaria Scripturarū toto orbe diſperſa quaſi quidam arbiter ſedeam:& quia inter ſe variant,quæ ſint illa quæ cum Græca cōſentiant veritate,decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de exteris, ipſum ab omnibus iudicandū: ſenis mutare linguam,& caneſcētem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter,vel indoctus,quum in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua quā ſemel imbibit,viderit diſcrepare quod lectitat:non ſtatim erumpat in vocem,me falſarium,me clamitans eſſe ſacrilegū,qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quā inuidiam duplex cauſa me conſolatur:quòd & tu,qui ſummus ſacerdos es,fieri iubes:& verum nō eſſe quod variat,etiam maledicorum teſtimonio cōprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda,reſpondeant quibus:tot enim ſunt exemplaria penè quot codices.Sinautem veritas eſt quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes , ea quæ vel à vitioſis interpretibus malè reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſius:vel à librariis dormitantibus aut addita ſunt,aut mutata,corrigimus? Neque verò ego de Veteri diſputo teſtamento : quod à Septuaginta ſenioribus in Græcā linguam verſum , tertio gradu ad nos vſque peruenit. Nō quæro quid Aquila,quid Symmachus ſapiāt: quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat.Sit illa vera interpretatio quam Apoſtoli probauerūt. De Nouo nunc loquor teſtamento: quod Græcum eſſe non dubium eſt:excepto Apoſtolo Matthæo,qui primus in Iudæa Euangeliū Chriſti Hebraicis literis edidit.Hoc certè quum in noſtro ſermone diſcordat,& diuerſos riuulorum tramites ducit:vno de fonte quærendū eſt. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Heſychio nuncupatos, paucorum hominū aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto Veteri inſtrumento poſt Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendaſſe:quum multarū gentium linguis ſcriptura antè tranſlata,doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangelia,quorū ordo eſt iſte, Matthæus,Marcus,Lucas,Iohannes, codicum Græcorum emendata collatione,ſed veterum:quæ ne multum à lectionis Latinæ cōſuetudine diſcreparent , ita calamo temperauimus , vt iis tantùm quæ ſenſum videbantur mutare,correctis,reliqua manere pateremur vt fuerant.

IDEM IN CATALOGO SCRIPTORVM Eccleſiaſticorum,De Matthæo Euangeliſta.

MATTHÆVS,qui & Leui,ex publicano Apoſtolus,primus in Iudæa propter eos qui ex circunciſione crediderant, Euangelium Chriſti Hebraicis literis verbiſque compoſuit. Quod quis poſtea in Græcum tranſtulerit,non ſatis certum eſt.Porrò ipſum Hebraicum habetur vſque hodie in Cæſarienſi bibliotheca,quam Pāphilus martyr ſtudioſiſſimè confecit.Mihi quoque à Nazaræis,qui in Berrhœa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quòd vbicunque Euangeliſta, ſiue ex perſona ſua,ſiue ex perſona Domini Saluatoris,Veteris ſcripturæ teſtimoniis vtitur,non ſequatur Septuaginta trāſlatorum authoritatem,ſed Hebraicam,è quibus illa duo ſunt,Ex AEgypto vocaui filium meum.Et,Quoniam Nazaræus vocabitur.

IDEM IBIDEM DE MARCO EVANGEL.

MARCVS diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referētem audierat, rogatus Romæ à fratribus,breue ſcripſit Euangelium. Quod quum Petrus audiſſet, probauit, & Eccleſiæ legendum ſua authoritate edidit,ſicut Clemēs in ſexto ὑποτυπώσεων libro ſcribit.Et Papias Ieroſolymitanus epiſcopus meminit huius Marci. & Petrus in epiſtola prima,ſub nomine Babylonis,figuraliter Romam ſignificans, Salutat vos quæ in Babylone coelecta, & Marcus filius meus.Aſſumpto itaque Euangelio quod ipſe cōfecerat,perrexit Ægyptum,& primus Alexandriæ Chriſtum annuntians,conſtituit Eccleſiam, tanta doctrina & vitæ continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Denique Philo diſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam Eccleſiam adhuc Iudaizantem,quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum cōuerſatione ſcripſit.& quomodo Lucas narrat,Ieroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia:ſic ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt autē octauo Neronis anno,& ſepultus Alexandriæ,ſuccedente ſibi Aniano.

IDEM IBIDEM DE LVCA EVANGELISTA.

LVCAS medicus Antiochenſis,vt eius ſcripta indicant,Græci ſermonis nō ignarus fuit,ſectator Apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes:ſcripſit Euangelium,de quo idem Paulus, Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.Et ad Coloſſenſes, Salutat vos Lucas medicus chariſſimus.Et ad Timotheum,Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius hiſtoria vſque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt vſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitū Igitur περιόδον Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt vt indiuiduus comes Apoſtoli,inter cæteras eius res, hoc ſolùm ignorauerit? Sed & Tertulianus vicinus eorum temporum refert,preſbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν Apoſtoli Pauli,cōuictum apud Iohannem,quòd author eſſet libri,& confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe,& ob id excidiſſe. Quidam ſuſpicātur,quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit, Iuxta Euangelium meum, de Lucæ ſignificare volumine: & Lucam non ſolum ab Apoſtolo Paulo didiciſſe Euangelium, qui cum Domino in carne nō fuerat, ſed à cæteris Apoſtolis. quod ipſe quoque in principio ſui voluminis declarat, dicens, Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.Igitur Euangelium,ſicut audierat, ſcripſit: Acta verò Apoſtolorum ſicut viderat, compoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos,vxorem non habens.Sepultus eſt Cōſtantinopoli,ad quam vrbem viceſimo Conſtātini anno,oſſa eius cum reliquiis Andreæ Apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

IDEM IBIDEM DE IOHANNE EVANGEL.

IOHANNES Apoſtolus, quem Ieſus amauit plurimùm,filius Zebedæi,frater Iacobi Apoſtoli, quem Herodes poſt paſſionē Domini decollauerat,nouiſſimus omnium ſcripſit Euangeliū, rogatus ab Aſiæ epiſcopis,aduerſus Cerinthum alióſque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens,qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe.Vnde & compulſus eſt diuinam eius natiuitatē dicere. Sed & aliam cauſam huius ſcripturæ ferūt, quòd quū legiſſet Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidē textum hiſtoriæ,& vera eos dixiſſe firmauerit,ſed vnius tātum anni,in quo & paſſus eſt,poſt carcerem Iohannis, hiſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno cuius acta à tribus expoſita fuerant,ſuperioris temporis,antequam Iohannes clauderetur in carcerem,geſta narrauit, ſicut manifeſtum eſſe poterit iis qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν,quæ videtur Iohannis eſſe cum cæteris,tollit. Scripſit autem & vnam epiſtolam, cuius exordium eſt, Quod fuit ab initio. quæ ab vniuerſis Eccleſiaſticis & eruditis viris probatur.Reliquæ autem duæ,quarū primæ principium eſt, Senior Electæ dominæ: & ſequentis, Senior Caio chariſſimo,quem ego diligo in veritate: Iohannis preſbyteri aſſeruntur,cuius & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtēditur: & nonnulli putant duas memorias eiuſdem Iohannis Euangeliſtæ eſſe.ſuper qua re quū per ordinem ad Papiam auditorē eius ventum fuerit,differemus. Quartodecimo igitur anno, ſecundam poſt Neronem perſecutionem mouente Domitiano, in Patmon inſulam relegatus,ſcripſit Apocalypſin:quam interpretantur Iuſtinus martyr & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu reſciſſis, ſub Pertinace principe rediit Epheſum:ibique vſque ad Traianum principem perſeuerans, totas Aſiæ fundauit rexítque Eccleſias. & confectus ſenio,ſexageſimo octauo poſt paſſionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem ſepultus eſt.

IDEM IBIDEM DE PAVLO APOSTOLO.

PAVLVS Apoſtolus,qui antè Saulus,extra numerum duodecim Apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit:quo à Romanis capto,cum parētibus ſuis Tarſum Ciliciæ cōmigrauit.à quibus ob ſtudia Legis miſſus Ieroſolymā,à Gamaliele viro doctiſſimo,cuius Lucas meminit,eruditus eſt. Quū autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à Pontifice templi epiſtolis,ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant,Damaſcum pergeret,reuelatione compulſus ad fidem(quæ in Actibus Apoſtolorū ſcribitur) in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Quūque primum ad prædicationem eius Sergius Paulus Procōſul Cypri credidiſſet, ab eo quòd eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomē Paulus:& iuncto ſibi Barnaba, multis vrbibus peragratis,reuerténſque Ieroſolymam,à Petro Iacobóque & Iohanne, Gentium Apoſtolus ordinatur. Et quia in Actibus Apoſtolorum pleniſſimè de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantùm dicam, quòd poſt paſſionem Domini viceſimoquinto anno, id eſt ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia, aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendum autem, in prima ſatiſfactione,(necdum Neronis imperio roborato,nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ) Paulum à Nerone dimiſſum, vt Euangelium Chriſti, in Occidentis quoque partibus prædicaret: ſicut ipſe ſcribit in ſecunda epiſtola ad Timotheum(eo tempore quo & paſſus eſt,& de vinculis dictat epiſtolā) In prima mea ſatiſfactione nemo mihi affuit,ſed omnes me dereliquerunt:non eis imputetur.Dominus autem mihi affuit,& cōfortauit me,vt per me prædicatio compleretur,& audirent omnes Gētes: & liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſimè leonem propter crudelitatem, Neronem ſignificans. Et in ſequentibus, Liberatus ſum de ore leonis.Et ſtatim,Liberauit me Dominus ab omni opere malo,& ſaluauit me in regnum ſuum cæleſte. Quòd ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epiſtola præmiſerat, Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus,Romæ pro Chriſto,capite truncatus, ſepultúſque eſt in via Oſtienſi,anno poſt paſſionem Domini triceſimoſeptimo.Scripſit autem nouem ad ſeptem Eccleſias epiſtolas: ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Epheſios vnam, ad Philippenſes vnam,ad Coloſſenſes vnam,ad Theſſalonicenſes duas.Præterea ad diſcipulos ſuos: Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter ſtyli ſermoniſque diſtantiam: ſed vel Barnabæ, iuxta Tertulianum,vel Lucæ Euāgeliſtæ,iuxta quoſdam: vel Clementis Romanæ poſtea Eccleſiæ epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone.vel certè quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis, titulum in principio ſalutationis amputauerat: ſcripſerat, vt Hebræus Hebræis,Hebraicè, id eſt ſuo eloquio diſertiſſimè, vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo,eloquentius verterentur in Græcum. & hanc cauſam eſſe quòd à cæteris Pauli epiſtolis diſcrepare videatur.Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.

IDEM IBIDEM DE IACOBO APOSTOLO.

IACOBVS,qui appellatur frater Domini, Apoſtolus,cognomēto Iuſtus(vt nōnulli exiſtimāt,Ioſeph,ex alia vxore: vt autē mihi videtur,Mariæ ſororis matris Domini,cuius Iohānes in libro ſuo meminit,filius)poſt paſſionē Domini,ſtatim ab Apoſtolis Ieroſolymorum epiſcopus ordinatus,vnam tantum ſcripſit epiſtolam,quæ de ſeptem catholicis eſt: quæ & ipſa ab alio quodā ſub nomine eius edita aſſeritur:licet paulatim tempore procedēte, obtinuerit authoritatem.Hegeſippus vicinus Apoſtolicorum temporum,in quinto cōmentariorum libro,de Iacobo narrans,ait,Suſcepit Eccleſiam Ieroſolymæ poſt Apoſtolos frater Domini Iacôbus,cognomento Iuſtus. multi ſiquidē Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris ſanctus fuit, vinū & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nūquam attonſus eſt, nec vnctus vnguento,nec vſus balneo. Huic ſoli licitū erat ingredi Sancta ſanctorum. ſiquidem veſtibus laneis non vtebatur,ſed lineis:ſolúſque ingrediebatur templum:& fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur. Dicit & alia multa quæ enumerare longum eſt. Sed & Ioſephus in viceſimo libro Antiquitatum refert,(& Clemens in ſeptimo ὑποτυπώσεων)mortuo Feſto,qui Iudæā regebat, miſſum à Nerone eſſe ſucceſſorem eius Albinū: qui quū necdum ad prouinciam perueniſſet,Ananus,inquit,Pontifex adoleſcens,Anani filius,de genere ſacerdotali, accepta occaſione ἀναρχίας, concilium congregauit: & compellens publicè Iacobum vt

Chriſtum Dei Filium denegaret, contradicētem lapidari iuſſit. qui quum præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc ſemiuiuus tendens ad cælum manus; diceret, Domine ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciunt: fullonis fuſte, quo rudia veſtimenta extorqueri ſolent, in cerebro percuſſus, interiit. Tradit item Ioſephus tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum ſit ſubuerſam eſſe Ieroſolymam. Hic eſt de quo Paulus Apoſtolus ſcribit ad Galatas, Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. Et Apoſtolorum ſuper hoc crebrius Acta teſtantur. Euangeliū quoque quod appellatur Secundum Hebræos (& à me nuper in Græcū, Latinumque ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe vtitur, poſt reſurrectionem Saluatoris) refert, Dominus autem cum dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus ſe non comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis. Rurſuſque poſt paululum, Afferte, ait Dominus, menſam & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ieroſolymis rexit Eccleſiam, id eſt vſque ad ſeptimum Neronis annum: & iuxta templum vbi & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum vſque ad obſidionem Titi, & vltimam Hadriani, notiſſimū habuit. Quidam è noſtris in Monte-oliueti eum putauerunt conditum: ſed falſa eorum opinio eſt.

IDEM IBIDEM DE PETRO APOSTOLO.

SIMON Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Beth-ſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorū qui de circuncisione crediderant, in Ponto; Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudii anno, ad expugnandum Simonē Magum Romam pergit. ibique vigintiquinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum annum Neronis, id eſt decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis: aſſerens ſe indignum vt ſic crucifigeretur vt Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas quæ Catholicæ nominātur: quarum ſecūda, à pleriſque, eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus Actorum eius inſcribitur, alius Euangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus Iudicii, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam Triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

IDEM IBIDEM DE IVDA APOSTOLO.

IVDAS frater Iacobi paruam quidē, quæ de ſeptem Catholicis eſt, epiſtolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimoniū, à pleriſque reiicitur: tamē authoritatē vetuſtate iam & vſu meruit, & inter Sanctas ſcripturas cōputatur.

PRIMVS LIBER MOSIS, ′Geneſis vulgò dictus, Hebraicè בראשית

Primum iſtum Moſis librum Septuaginta interpretes γένεσιν inſcripſerunt, id eſt generationem, procreationem, & originem: quòd in eo oſtendatur mundum à Deo conditum fuiſſe, neque illum eſſe creationis expertem, vt nonnulli Philoſophi exiſtimarunt: aut quòd generis humani, reliquorúmque animantium ortus, & generatio: in ſumma, omnium quæ terra capit, hoc libro comprehendatur. Hebræi verò בראשית à prima totius libri dictione, ſuo more appellauerunt. Bereשſith enim ſignificat In principio, quem tamen in plures ſectiones partiti ſunt, vt ſuis locis indicabimus.

VETVS.

Cap. I.

Pſal.32.b.135 a.5 act.14.c.15 & 17.f 24 eccli 18.a.1

1 In Principio creauit Deus cælū & terram.

2 Terra autem erāt inanis & vacua: & tenebræ erāt ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

Hebr.11.a.3

3 Dixitque De⁹, ‖Fiat lux. & facta eſt lux.

4 Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris.

5 Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: factúmque eſt veſpere & mane dies vnus.

Pſal.32.b.6, &135.a.5 iere.10.b.12 & 51.b.15

6 Dixit quoque Deus, ‖Fiat firmamētum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 I′n principio Creauit′Deus′cælum & terram.

2 ′Terra autem erat″deſolata & inanis: tenebræque *erant*″in ſuperficie voraginis: ′& Spiritus Dei agitabat ſeſe in ſuperficie aquarum.

Terra.
Abyſſi.

3 ′Dixítque Deus,″Sit″lux. & fuit lux.

Lux.

4 ′Vidítque Deus lucem quòd *eſſet*″bona:″& diuiſit Deus lucem à tenebris.

5 ″Vocauítque Deus lucem Diem, & tenebras vocauit Noctem: ″fuítque veſpera & fuit mane dies vnus.

6 Dixit quoque Deus, Sit″expanſio in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

Firmamentum ſiue cælum.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 In principio cr.Deus בראשית ברא אלהים Initio creauit Deus. Sic quidā ex doctioribus Hebræorū. Alii ſubaudiūt חכל, vt vertas, Primum omniū creauit. frequēs enim eſt Hebræis, in rebus non ambiguis aliquid ſubticere, vt Iob 3.c.10, Quia nō clauſit oſtia vētris mei. vbi non exponitur quis clauſerit. Et Ieſa.8.a.4, Accipiet opes Dāmeſec. & nō dixit quis acciperet. Alii dicunt בראשית coniunctū eſſe (quod aliàs vocant eſſe in regimine) cū ſequente verbo ברא, & vertunt, In principio creandi Deum. i. In principio quo creauit Deus, hoc eſt, Quū primum creauit Deus, &c. tum terra, &c. vt referatur ad ſequētem verſum. Tunc autē ברא erit acſi eſſet ſcriptū ברוא. & ו in principio ſecundi verſus accipietur pro Tum, aut redundabit. Vtriuſque verſionis idem eſt ſenſus. Dilucidè ſic vertas, Initio quū creauit Deus cælum & terrā. Tum terra, &c. Per cælū, intelligit omnia corpora cæleſtia: per Terrā autem terreſtria. Proponit initio rem totā, vt author eius agnoſcatur, & quòd mundus non fuit ab æterno (vt exiſtimaſſe philoſophos quoſdā diximus) deinde ex nihilo Deū aliquid creaſſe. Chaldæus para. vertit, In ſapientiis. i. ſapientiſſimé. Quidam vertunt Prius. Quod ad ברא attinet, doctus inter Hebræos dicit propriè ſignificare aliquid è nihilo facere, ſiue excellentiſſimum in ſua ſpecie. Deus אלהים Vnum eſt ex Dei nominibus, quo ſolo vtitur in hac creationis deſcriptione Moſes. Eſt autem plurale ab אלוה. Alter ex doctioribus Hebræorum ſcribit Moſen plurali vti pro more linguæ. nam quum inferior de maiore loquitur, plurali numero vti ſolent. Sic Ieſa. 19.a.4, Tradam AEgyptum in manu dominorum duri. pro domini duri. Exod.22.b.10, Et accipiet domini eius. pro dominus. Vocantur etiam Angeli Elohim, per quos ſua opera facit Deus: ſic & domini, iudices, & principes, quòd Dei iudicium exerceant. Hinc quidam Hebræorum dicunt אלהים vocari Deum, quòd ſit Dominus & iudex omnium. Cælum השמים pluralis tantùm numeri eſt hæc dictio, vt apud Latinos arma & diuitiæ. vnde factum eſt vt interpretes vertant modo cælum, modò cælos. שמים autem dictos cælos fuiſſe dicunt docti inter Hebræos quaſi שם מים illic aquæ. Nam paulo pòſt verſu ſexto dicitur, Sit firmamentum in medio aquarum, & ſeparet aquas a b aquis. Forma autem duali ſcribitur, ob duplices aquas, ſuperiores & inferiores, quas diuidit firmamentum.

2 Terra autem והארץ Terram hic vocat per præoccupationem, acſi dicat, Id quod Deus poſtea vocauit terram. quum ſcilicet nudata fuit aquis, vt paulo pòſt dicit, verſu 10. Deſolata & inanis: תוהו ובוהו Ad verbū, deſolatio & inanitas. vel, ſolitudo & vacuitas. Subſtantiua pro adiectiuis, deſolata & inanis, ſiue ſolitaria & vacua. i. maſſa quædam ac moles rudis & indigeſta. Voces iſtæ ferè vnum & idem ſignificant, nempe terrā fuiſſe informem, incultam, & vacuam, quòd nullis adhuc veſtita eſſet plantis, nullis herbis, vel arboribus ornata, vt exponit alter ex doctioribus Hebræorum. In ſuperf. vorag. על־פני תהום ſuper faciem abyſſi. Vel, ſuper abyſſum. i. tenebræ immenſam aquarum vim ac profunditatem tegebant. Et Spiritus Dei agitabat ſeſe ורוח אלהים מרחפת Quidam Hebræorū intelligunt de vento: atque ita vertunt, ſpiritus Dei volitabat, vel mouebat ſe, aut (vt alii) incubabat, vt columba nido. Chaldæus paraph. vētus à cōſpectu Dei ſufflabat, &c. Spiritum Dei vocat ventum à Deo excitatū: iuxta illud Pſal.147.c.18, Flabit ſpiritus eius, & fluēt aquæ. Vel dicitur Spiritus Dei, ventus magnus. Quū enim Hebræi magnitudinem alicuius rei ſignificare volunt, adiiciunt hoc nomen Deus. Pſal.36.b.7, Iuſtitia tua ſicut mōtes Dei. Et Pſal.80.b.11, Et rami eius *ut* cedri Dei. Vide infrà cap.30.b.8. Doctioribus magis placet vt de Spiritu Diuino intelligatur: q.d. Spiritus Dei arcana ſua virtute fouebat ſubſtantiā illam aqueam rudē & indigeſtam, vt ſtabilis permaneret ad tēpus.

3 Dixitque ויאמר Dicere, pro iubere & præcipere vtuntur Hebræi. Alii accipiunt pro velle vel decernere. Sit יהי Fut.Heb. pro imperat. Alii vertunt, Fiat. Alii Exiſtat. Lux. אור Hebræi ſolis fuiſſe lucem intelligunt, quòd ſol ſit fons & origo lucis: quòd autē infrà dicitur ſol creatus die quarto, id per repetitionem dici. Doctioribus magis placet, hìc per lucem ſignificari à Moſe, lucem ſubobſcuram, & numeris ſuis nondum abſolutam, quæ poſtea creato ſole, illuſtrior & ſplendidior reddita ſit.

4 Viditque וירא .i. Intellexit, Senſit, Agnouit. Bona: טוב ſuauis. amœna. delectabilis. vtilis. amabilis. His omnibus exprimunt interpretes vocem iſtam Hebraicam. Et diuiſit, &c. ויבדל וגו׳ Ad verbum, & diuiſit Deus inter lucem & inter tenebras. Alii vertunt, & diſtinxit [vel diſtinctionem fecit] Deus inter lucem & tenebras. i. ſeiunxit ac ſeparauit lucem à tenebris.

5 Vocauitque ויקרא Appellauítque. i. Effecit vt poſtea homines vocarent lucem ipſam, Diem. Fuítque, &c. ויהי וגו׳ .i. veſpera & mane coaluit in diem vnum naturalem. ſiue, ex veſpera & mane completus fuit primus dies. Alii, Fuítque veſpera, & fuit mane diei primæ. Nā pro primo, VNVM vſurpāt Hebræi. q.d. Atque ita trāſactus eſt dies primus. Meminit prius veſperæ q̄ mane, quòd Hebræi diem naturalem à veſpera incipiant.

6 Expanſio רקיע extenſio, diſtēſio. diffuſio. Vnde Ieſaias dicit, cap.42.a.5, Creans cælos, & extendens illos. Et cap.40.e.22, Qui extendit velut telam cælos, & expandit cælos velut tabernaculum ad habitandum. Pſal.104.a.2, Qui extendit cælum velut cortinam. Sit igitur expanſio diffuſum quoddam corpus aeris inter aquas ſupernas & infernas. Corpus autem illud aliquando ab Hebræis dicitur שמים, aliquādo רקיע. Diſtinguitur verò in duas partes, in partem ſuperiorem quæ appellatur æther. i. ignis: & in partē inferiorē quam vocarunt aerem. Rurſum aerem ipſum diuiſerunt in tres partes, in ſupremam, mediam, & infimam regionem. quæ infima regio diſtinguit aquas marinas & fluuiatiles ab illis quæ ſunt in media regione aeris. licet enim aliquando cælum noſtrum ſit ſerenum, ita vt nullæ ſint in eo nubes, nunquam tamen fit vt cælum totum careat nubibus. LXX interpretes vocarunt στερέωμα, quod Latini reddiderunt nomine firmamenti.

7 Et fecit Deus expanſionem, diuiſítque aquas quæ *erant* ſub expanſione, ab aquis quæ *erant* ſuper expanſionem. & fuit ita.

8 Vocauítque Deus firmamentum Cælum.ʹ& fuit veſpera & fuit mane dies ſecundus.

9 ʹDixit autem Deus, Congregentur aquæ quæ *ſunt* ſub cælo in locum vnum, appareátque arida.ʹ& fuit ita.

Terra & mare.

10 ʹVocauítque Deus aridam, Terram: cōgregationem verò aquarum illarum appellauit Maria. & vidit Deus quòd *eſſet* bonum.

11 Dixit inſuper Deus,ʹGerminet terra germen,ʹherbam producentem ſemen,ʹarborem fructiferam facientem fructumʹiuxta ſpeciem ſuam,ʹcui inſit ſemen ſuum ſuper terram. & ita fuit.

12 Produxit enim terra germen, herbam producentē ſemen iuxta ſpeciem ſuam, & arborem facientem fructum, cui inerat ſemen ſuum iuxta ſpeciem ſuam. vidítque Deus quòd eſſet bonum.

13 ʹEt fuit veſpera & fuit mane dies tertius.

Sol, luna, ſtellæ.

14 ʹDixit etiam Deus,ʹSint luminariaʹin expanſione cæli,ʹvt diuidant diem à nocte, & ſintʹin ſigna, & tempora, & dies, & annos.

15 ʹSint inquam luminaria in expanſione cæli,ʹvt illuminent terram. & fuit ita.

16 Fecit igitur Deus duo luminaria magna: luminare maiusʹin dominium diei, & luminare minus ad dominium noctis: & ſtellas.

17 Et poſuitʹea Deus in expanſione cæli, vt illuminarent terram,

18 ʹVtque dominarentur diei ac nocti, ac diuiderent lucem à tenebris. & vidit Deus quòd *eſſet* bonum.

19 Et fuit veſpera & fuit mane dies quartus.

20 Dixit præterea Deus,ʹProducant aquæʹreptile animæ viuentis,ʹ& volatile volet ſuper terramʹin ſuperficie expanſionis cæli.

Piſces

21 Creauit igitur Deusʹcetos magnos,ʹ& omnē animam viuētem

7 Et fecit Deus firmamentum, ‖diuiſitque aquas quæ erāt ſub firmamento, ab his quę erāt ſuper firmamentū. & factum eſt ita.

Pſal.148.a.4

8 Vocauitque Deus firmamentum, cælum. & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

9 Dixit verò Deus, ‖Cōgregentur aquæ quę ſub cælo ſunt, in locum vnū, & appareat arida. & factum eſt ita.

Pſal.32.b.7,& 88.b.12,& 135.b.6 iob.38.a.4

10 Et vocauit Deus aridam, Terram: cōgregationéſque aquarū appellauit Maria. & vidit Deus quòd eſſet bonū.

B

11 Et ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. & factum eſt ita.

12 Et protulit terra herbam virētem, & facientē ſemen iuxta genus ſuum, lignúmque faciens fructum, & habēs vnūquodque ſementem ſecūdum ſpeciem ſuā. & vidit Deꝰ quòd eſſet bonū.

13 Et factum eſt veſpere & mane dies tertius.

14 Dixit autem Deus, ‖Fiāt luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna, ac tempora, & dies, & annos.

Pſal.135.b.7

15 Vt luceant in firmamēto cæli, & illuminent terram. & factum eſt ita.

16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas.

17 Et poſuit eas Deus in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram,

18 Et præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. & vidit Deus quòd eſſet bonum.

C

19 Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

20 Dixit etiam Deus, Producāt aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.

21 Creauitq; Deus cete grādia, & om

8 Et fuit veſpera, &c. ויהי־ערב וגו׳ .i. veſpere & mane coaluit in diem ſecundū. Alii, & fuit veſpere & fuit mane diei ſecundæ. i. Ita trāſactus eſt ſecundus dies. vide quintū verſum. 9 Dixit au. ויאמר Dixerat autē. vel, Iam verò dixerat. quando ſcilicet fecerat expanſionem illam. Iſtud enim pertinet ad opus ſecundi diei. De cōmutatione temporum apud Hebræos, dictum eſt in primum Pſalmū Dauidis, verſu primo. Et fuit ita. ויהי־כן: & factum fuerat ita. 10 Vocauitque, &c. ויקרא וגו׳ Vocauerátque Deus ipſam aridam, Terram: congregationem verò aquarum illarum appellauerat Maria. 11 Germinet terra, &c. תדשא הארץ וגו׳ Ad verbū, Herbificet terra herbam, herbā ſeminificantem ſemen. Singularia pro pluralibus, Producat terra herbas, herbas producentes ſemen. per appoſitionem dictum. i. quæ tandē euadant in herbas. Aut ſubaudi ET, & herbas producentes ſemen. דשא ſignificat herbā tenellam quæ nuper producta eſt, neq; dū habet ſemē. עשב verò ſignificat herbā quæ producto ſemine iam adoleuit. Arborē fru. עץ פרי Ad verbū, arborem fructus. i. arborē fructiferā, ſiue producentē fructus. Vice enim adiectiui vtūtur ſæpe Hebræi altero ſubſtantiuo, quod Latinis per genitiuū redditur. Præterea ſingulare eſt pro plurali, arbores facientes fructū iuxta genus ſuum, quarum ſemen ſit in eis ipſis. Iuxta ſpeciem ſ. למינו iuxta genus ſuum. & ſic poſtea. Genus & ſpecies nōnun quam apud Hebræos cōfunduntur. Cui inſit ſe. ſ. אשר זרעו־בו Ad verbū, cuius ſemen eius in ipſa. ſub. herba, vel in ipſo germine. Sic verſu ſequenti. 13 Et fuit veſpera, &c. ויהי ערב וגו׳ Vide annotationem 5 & 8 verſus.

14 Dixit etiā Deus, ויאמר אלוהים Iuxta Latinorū & Græcorū opinionem ſol quarto die creatus eſt, & ante eū lux, herbæ, & arbores: ne homines ſibi perſuaderēt ſolē eſſe cauſam lucis generationiſque herbarū, & arborum: atque ita acciperent anſam idololatriæ. Hebræi verò dicūt ſolem & lunam creatos fuiſſe primo die, vt dictum eſt verſu tertio: Moſémque quum primo die cœpiſſet narrare creationem rerum cæleſtium, omiſiſſe tanquam res minus notas, velútque incognitas, & deſcendiſſe ad creationem rerum terreſtium magis notarum nobis. Poſtea quarto die repetiſſe omiſſa, ornatum nempe earum rerum cæleſtium. nam primo die creatus fuit ſol. tunc autem ſic vertendum erit, Iam autem dixerat Deus, Fiant, &c. vt præteritū vertatur per pluſquam perfectum. Ex Sacris tamen literis nō poſſis dicere quo tēpore creata fuerint luminaria illa, & creatæ ſtellæ illæ: ſolùm habes, hæc omnia fuiſſe creata intra diem quartum. Sint luminaria יהי מאורות Ad verbū, Sit luminaria. Verbū ſing. pro plur. In expāſione cæli, ברקיע השמים .i. in ipſo corpore cæleſti, ſiue in ipſo cælo. Vt diuidāt, &c. להבדיל וגו׳ Ad verbū, ad diuidendū inter diem & inter noctē. In ſigna, &c. לאותות וגו׳ Quidā intelligunt per ſigna, momenta ipſa: per tempora, horas: vt per motionē illorum corporū cæleſtium deſignentur momenta, horæ, dies, & anni. Alii quædam ſubaudiunt, hoc pacto, in ſigna ſerenitatis aut tempeſtatis: & tempora, nempe veris, æſtatis, autumni, & hyemis. Alii per ſigna intelligūt miracula & prodigia, vt Ioſue 10.c.12, & Ieſa.38.b.7: per tempora autem ſolennitates & feſta.

15 Sint in quam lumi. והיו למאורות .i. luceant in ipſa expanſione cæli. Vt illuminent t. להאיר על־הארץ vt luceant ſuper terram.

16 In dominium d. לממשלת היום in dominatum diei. i. vt præeſſet diei. Iſtud intelligendum eſt de luce quam adminiſtrat ſol diei. Idem ſentiendum eſt de luna: hoc eſt, vt interdiu luceret ſol, & luna noctu. Quod Ieremias explicat cap.31.g.35, Qui dedit ſolem in lucē per diē, & ſtatuta lunæ & ſtellarū in lucē noctis. etiam id præcedēti verſu, & ſequenti explicatur, Vt illuminēt terrā. ſiue luceant ſuper terrā.

17 Ea אותם nempe ſolem, lunam, & ſtellas. 18 Vtque domin. ולמשול Vide paulo antè in 16 verſu, eandem vocem.

20 Producant ישרצו Significat producere in magna abundantia. Alii, Repere faciant. Reptile animæ viu. שרץ נפש חיה Singul. pro plur. i. reptilia animata viuentia: hoc eſt piſces maris & fluminū. Reptilia dicūtur quæcūque pedibus carēt, aut quæ breues admodū pedes habent, ita vt pedes illi nō ſint apti ad gradiendū in terra. Sunt autē reptilia terreſtria & aquatilia. Et volatile volet ועוף יעופף Sing. pro plur. volatilia volent, ſiue volitent. Quidam vertūt, & volatilia *quæ* volabunt, vel volitabūt. i. quorum natura ac proprietas ſit volare. non quòd ex ſola aqua creata fuerint volatilia (imò partim ex aqua, partim ex terra facta fuerunt. ſiquidem infrà cap.2.c.19, dicit Deū finxiſſe volatile ex terra) ſed quòd ſubſtātia illa puriſſima aquæ fuerit præcipua cauſa materialis. Aquæ enim ſunt principiū paſſiuū, ſol actiuum: Deus verò præcipua cauſa agens & efficiens. In ſuperficie exp. על־פני רקיע coram expanſione. vel, ante cōſpectum expāſionis cæli. i. in parte altiſſima aeris. Quidā, ſub cælo ipſo. 21 Cetos mag. את־התנינם Hæc vox propriè ſignificat animalia illa oblonga ſuper terrā quæ præ ſe ferunt formam ſerpentis: hic tamen accipitur pro animalibus aquatilibus immenſæ magnitudinis. Et omnē ani. vi. ואת כל־נפש החיה Hebraiſmus, pro, & omnia animalia viuentia.

mnem animã viuentem atque mota-
bilem,quam produxerãt aquæ in ſpe-
cies ſuas, & omne volatile ſecundum
genus ſuũ. & vidit Deus ꝙ eſſet bonũ.
Benedixitque eis, dicens, Creſcite
& multiplicamini, & replete aquas
maris,auéſq; multiplicẽtur ſup terrã.
Et factum eſt veſpere & mane dies
quintus.
Dixit quoque Deus, Producat ter-
ra animam viuentem in genere ſuo,
iumẽta & reptilia & beſtias terræ ſe-
cundũ ſpecies ſuas.factúmque eſt ita.

Et fecit De⁹ beſtias terræ iuxta ſpe
cies ſuas,& iumenta, & omne reptile
terræ in genere ſuo.& vidit De⁹ quòd
eſſet bonum.

Coloſſ.3.b.10 Et ait,Faciamus hominem |ad ima-
infrà 5.a.1, ginem & ſimilitudinem noſtram , &
& 9.a.6 præſit piſcibus maris , & volatilibus
1.cor.11.b.7 cæli,& beſtiis,vniuerſæque terræ,om
D nique reptili quod mouetur in terra.

Sapient.1.d.23 Et creauit Deus hominem ad ima
eccli.17.a.1.6 ginem ſuam, ad imaginem Dei crea-
Infrà 8.c.17, uit illum, |maſculũ & fœminam crea-
& 9.a.1 uit eos.
eccli.17.a.1.6 Benedixitq; illis Deus,& ait,|Creſci
matth.19.a.4 te & multiplicamini,& replete terrã,
& ſubiicite eam: & dominamini piſci
b⁹ maris,& volatilib⁹ cæli,& vniuer-
ſis animãtib⁹ quę mouẽtur ſup terrã.

Dixitque Deus, Ecce dedi vobis o-
mnem herbam afferentem ſemen ſu-
per terram, & vniuerſa ligna quæ ha-
bent in ſemetipſis ſementem generis
Infrà 9.a.3 ſui,|vt ſint vobis in eſcam,
Et cunctis animantibus terræ, om
nique volucri cæli , & vniuerſis quæ
mouentur in terra, & in quibus eſt a-
nima viuens, vt habeãt ad veſcendũ.
& factum eſt ita.

Exod.31.d.17 |Viditque Deus cũcta quæ fecerat,
eccli 39.c.21 & erant valde bona. & factum eſt ve-
marc.7.d.37 ſperè & mane dies ſextus. Cap.II.
IGitur perfecti ſunt cæli & terra, &
omnis ornatus eorum.
Cõpleuitque Deus die ſeptimo o-
Exod.20.b.11 pus ſuũ quod fecerat:|& requieuit die
& 31.d.17 ſeptimo ab vniuerſo opere quod pa-
deut.5.b 14 trarat.
heb.4.b.4

reptantẽ, quã″produxerũt aquæ iuxta ſpeciẽ ſuam,atque omne volatile alatũ ſecũdum ſpeciem ſuam. vidítque Deus ꝙ *eſſet* bonum.

22 ″Benedixítq; illis Deus,dicendo,″Creſcite,ac multiplicamini,& replete aquas *quæ ſunt* in marib⁹,& volatile multiplicet ſeſe in terra.

23 ″Et fuit veſpera,fuítque mane dies quintus.

24 Dixit item Deus, ″producat terra ″animam viuentem,*quæque* ſecundum ſpeciem ſuam,″iumenta,& reptilia,atque beſtias terræ ſecundum ſpeciem ſuam. fuítque ita. Beſtiæ terræ.

25 Fecit ergo Deus beſtias terræ ſecundum ſpeciem ſuam,& iumẽta ſecundum ſpeciem ſuam, atque omnia reptilia″terræ ſecũdum ſpeciem ſuam:vidítque Deus quòd *eſſet* bonum.

26 Dixit autem Deus,″Faciamus hominem″ad imaginem noſtram, ″ſecundum ſimilitudinem noſtram,& dominẽtur piſcibus maris, ac volatilibus cæli,atque iumentis,″& toti terræ, omníque reptili reptanti ſuper terram. Hominis creatio.

27 Creauit itaque Deus hominem ad imaginem ſuam:ad imaginẽ ″Dei creauit″illum,maſculum & fœminam creauit illos.

28 ″Et benedixit eis Deus,dixítque ad eos Deus, ″Creſcite,ac multiplicamini,& replete terram,″& ſubiicite eam,atque dominamini piſcib⁹ maris,ac volatili cæli,& omni beſtiæ″reptãti ſuper terrã.

29 Dixítque Deus, ″Ecce″dedi vobis omnem herbam ″producentẽ ſemen,quæ *eſt* in ſuperficie totius terræ:″& omne lignum in quo *eſt* fructus arboris producentis ſemen,vobis erit in eſcam: Homini vim generãdi dat De⁹, eique omnia ſubiicit.

30 At omni beſtiæ terræ cunctíſque volucribus cæli, atque omnibus reptantibus ſuper terram, in quibus eſt anima viuens, ″omne olus herbæ *erit* in eſcam. & fuit ita. Prouidentia Dei de victu.

31 Vidítq; Deus omne quod fecerat,& ecce bonũ *erat* valde.&fuit veſpera,fuítque mane dies ſextus.

Cap. II.

1 PErfecti ſunt itaque cæli & terra,″& omnis exercitus eorum.

2 ″Et perfecit Deus die ſeptimo opus ſuũ quod fecerat,″quieuítque die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat: Benedicitur Sabbathum.

Produxerunt שרצו produxerunt in magna abundantia.Alii,repere fecerant. 22 Benedixítque ויברך Benedictio in Sacris literis ſignificat abũdantiam.q.d.dedit illis fœcũditatem verbo ſuo.Poſtea ſeipſum explicat,quid per benedicere intelligat,quum dicit, Creſcite,ſiue fructum edite. Creſcite,פרו Fructificate,ſiue fructum edite.Hebræi dicunt eſſe imperatiua pro futuris,Creſcetis,&c.

23 Et fuit,&c. ויהי וגו' Vide ſuprà verſu 5. 24 Producat תוצא Educat.Gignat. Animam viuentem נפש חיה Sing.Heb. pro plur.animalia viuentia.Seipſum poſtea declarat quid per animam viuentem intelligat,quum mox dicit,Iumenta,&c. Iumenta,&c. בהמה וגו' Sing. Heb.pro plur.vt & ſequenti verſu.בהמה ſignificat ſpecies animantium quæ herbas comedunt, ſiue ſint domeſtica,ſiue ſylueſtria.Per beſtias terræ,intelligit feras & animalia quæ carnibus veſcuntur,vt lupi,leones,& eiuſmodi.

25 Terræ הארץ Hoc addidit ad differentiam reptilium aquatilium,de quibus paulo antè,verſu 20.

26 Faciamus hominem נעשה אדם Plurali numero vtitur Moſes, vt ſignificaret plures ſubeſſe in Deo perſonas, & Patrem in creatione hominis aduocaſſe in conſilium Sapientiam ſuam,& virtutem,ſiue Spiritum.Hoc autem loco אדם non eſt nomen proprium,ſed nomẽ ſpeciei,vt & infrà:& ſingulare pro plurali:nam mox ſequitur verbũ plurale,dominentur,ſiue præſint. Ad imaginem noſt. בצלמנו Ad verbum,in imagine noſtra. Secundum ſimilit.no. כדמותנו iuxta ſimilitudinem noſtram.Quidam ſubaudiunt E T,& iuxta,&c. Vocibus imaginis & ſimilitudinis, ſiue ſimulachri,eiuſdem ſignificationis,maximam ſimilitudinem ſignificat.q.d.nobis ſimillimos, vt quantũ fieri poterit,accedant ad naturã noſtrã.Intelligit autem ſimilitudinem, non corporis ſed animi,quæ cõſiſtit in immortalitate,innocentia, iuſtitia,& ſanctitate reliquiſque animi dotibus.Paulus dicit nos per Euangelium transfigurari,ſiue transformari in imaginem Dei,2.Corin. 3.d.18,Et ſecundum ipſum regeneratio ſpiritualis nihil aliud eſt quàm eiuſdem imaginis inſtauratio.Coloſſ.3.b.10,Epheſ.4.f.23. Et toti terræ, ובכל הארץ .i.feris quæ dicuntur beſtiæ terræ . vt ſit continens pro contento: hoc eſt, vt profligatis feris, inhabitent homines quancunque voluerint terram.nam regiones redduntur inacceſſæ propter feras. Vel,toti terræ.i.colant terram,& velut cogant ſibi reddere fructum,omnibúſque reptantibus in terra.

27 Dei אלהים Antecedens pro relatiuo,ſuam. Illum, אותו .i.vnumquenque eorum.

28 Et benedixit eis ויברך אותם Benedictio ſignificat omnem fauorem,copiam, & fœcunditatem. vt verſu 22. Sexto igitur die creati fuerunt vir & mulier,alioqui non diceretur,Et benedixit eis Deus.Quomodo autem creati fuerint,dicitur à Moſe ſequenti capite per repetitionem. Creſcite,פרו Vide ſuprà verſu 22. Et ſubiicite eam, וכבשוה .i.reddite eam vobis habitabilem ſubiugatis feris.vel,domate illam.i.colite illam,& quaſi cogite vobis reddere fructum. Reptanti הרומשת gradienti.incedenti.

29 Ecce הנה Apud Hebræos pro Sanè,vel vtique ponitur. Dedi נתתי Præt.Heb.pro præſ.do.i.permitto vobis vt comedatis omnem herbam,&c. Producentem זרע Ad verbum,ſeminificantem. Et omne lignum,&c. ואת כל העץ וגו' Hebraiſmus,pro omnis arbor pomifera.i.omnis fructus arboris pomiferæ. 30 Omne olus herbæ כל ירק עשב .i.omnis herba virens.Quidam vertũt, vniuerſus viror herbæ.

IN CAPVT II.

1 Et omnis exerc.e. וכל צבאם: & omnis ornatus eorum.quòd in exercitu ſeruetur ordo.i.omnia quæ ſunt in cælis & in terra,& quicquid intra illa capitur,perfectum fuit tranſacto illo ſexto die.Significat mundum ſuis omnibus ornamentis inſtructum fuiſſe.

2 Et perfecit,&c. ויכל וגו' Et finem impoſuit diei ſepimo.vel, finiuit, &c. Alii, Perfecerat autem ante diem ſeptimum.aut, appetente die ſeptima.Ita etiam doctiores Hebræorum. Quieuitque וישבות .i.ceſſauit à creando. Quies iſta ſignificat ſimplicem ceſſationem ab opere.non enim trahit ad ſe defatigationem vllam:quia nihil ad perfectionem mundi deſiderari poterat,deſtitit creare nouas rerum facies.

3 Et benedixit Deus diei ſeptimo,ʹ& ſanctificauit illum: quia in illo quieuerat ab omni opere ſuo quod creauerat Deus″vt faceret.

Repetitio prædictorum.

4 ″Iſtæ *ſunt* generationes cæli & terræ,quando creata ſunt,″die qua fecit″Iehouáh Deus cælum & terram,

5 ʹEt omne virgultum agri,antequam eſſet in terra : & omnē herbam agri,antequam ″oriretur . necdū enim pluerat Iehouáh Deus ſuper terram,″nec quiſquam *erat* qui coleret terram.

Nubes è terra velut fons irrigans terram.

6 ″Porrò vapor aſcēdebat è terra, irrigabátque vniuerſam ſuperficiem terræ.

Repetit format. hominis.

7 Formauerat igitur Iehouáh Deus hominē″è puluere terræ,″inſpirauerátq;″in faciē eiꝰ″ſpiraculū vitæ,&fuit homo″in animā viuētē.

Homo in paradiſo voluptatis.

8 ʹPlātauerat autem Iehouáh Deus ʹhortum in yEdén ab Oriente, & poſuit illic hominem quem formauerat.

9 Germinare preterea fecerat Iehouáh Deus è terra omnē arborem ″concupiſcibilem viſu,& bonam ad veſcendum:″arborem quoque vitæ in medio horti,& arborem ſcientiæ boni & mali.

Lignum vitæ.
Lignum ſciētæ.

10 Fluuiúſque egrediebatur ex yEdén,ad irrigandum hortum illū, ʹ& inde diuidebatur,erátque in quatuor″capita.

Phiſon.

11 Nomen″vnius″Piשſón: ipſe *eſt* qui circuit totam terram ″חHauiláh:vbi eſt aurum,

12 Et aurum terræ illius optimū:ibi eſt″bdeliū,& lapis onychinus.

Gehon.

13 Nomen verò ſecundi fluuii, ″Giחhón : ipſe circuit omnem terram Chúשs.

Tigris.
Euphrates.

14 Porrò nomen fluuii tertii″חHiddécel:ipſe *eſt* qui pergit ad Orientalem plagam ante Aשſſúr.Et flumen quartum eſt″Peráth.

3 Et benedixit diei ſeptimo, & ſāctificauit illum : quia in ipſo ceſſauerat ab ōni opere ſuo,quod creauit Deus vt faceret.

4 Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ,quando creatæ ſunt,in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram,

5 Et omne virgultum agri, antequā oriretur in terra : omnémque herbā regionis, priuſquam germinaret: nō enim pluerat Dominus Deus ſuper terram,& homo non erat qui operaretur terram.

6 Sed fons aſcendebat è terra,irrigās vniuerſam ſuperficiem terræ.

7 Formauit igitur Dominꝰ Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę,&‖factus eſt homo in animam viuentem.

B

1.Cor.15.f.45

8 Plātauerat autē Dominus Deus paradiſum voluptatis à prīcipio, in quo poſuit hominem quem formauerat.

9 Produxitque Dominus Deꝰ de humo omne lignum pulchrum viſu , & ad veſcendum ſuaue : lignum etiam vitæ in medio paradiſi:lignūque ſcientiæ boni & mali.

10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.

11 Nomen vni‖Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilah: vbi naſcitur aurum,

Eccli.24.e

12 Et aurū terræ illiꝰ optimū eſt: ibiq; inuenitur bdeliū, & lapis onychinus.

13 Et nomen fluuii ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circuit omnem terram AEthiopiæ.

14 Nomē vero fluminis tertii,Tigris: ipſe vadit cōtra Aſſyrios.Fluuius autē quartus,ipſe eſt Euphrátes.

C

3 Et ſanctificauit il. ויקדש אותו Hic ו pro id eſt poſitū eſſe ſcribūt doctiores:vt ſeipſum exponat Moſes quid per benedicere intelligat. Sāctificare Hebræis eſt ſegregare ex vulgi numero.Benedixit igitur,ſiue ſanctificauit diem ſeptimū,hoc eſt ſolennē,ac ſanctū,venerabilēq; eum haberi voluit.cœpit tamen ſanctus ac celebris haberi data Lege,nō prius. Vt faceret.:לעשות .i.vt opus illud eo ordine quo nūc eſt diſponeret. 4 Iſtæ *ſunt* ge.אלה תולדות Hi ſunt natales.vel,Hi ſunt ortus.vel origines.q.d.Cælū creatū fuit vnà cum terra eo quo diximus modo. vel vt תולדות accipiatur actiue: acſi dicat, Quæ ſuprà dicta ſunt,ea ſunt quæ genuerunt cælum & terra poſtquā creata ſunt à Deo. Die qua fec. ביום עשות Iſtam verſus particulā adiecit Moſes ne putemus Deū non eſſe cauſam iſtorū inferiorū.acſi dicat,quanuis videamus aliqua creata fuiſſe ex terra tanquā materiali cauſa& paſſiua,& ſole tanquā cauſa efficiente & actiua,tamen omnium horum ſola eſt cauſa Deus.In priore parte Cælū accipitur pro toto corpore cæleſti:in poſteriore verò pro toto illo corpore expanſo à terra vſq; ad cælū ipſum.Notandū autē eſt,quæcunque dicuntur in hoc capite,per repetitionē dici:ideo verba vertimus per præterita plus q̄ perfecta. Iehouáh יהוה incipit meminiſſe nominis יהוה quod deducitur à radice היה fuit,quod quidem nō poſuit ante abſolutionē operis perfecti.De hoc vide Pſal.1,verſu 2. 5 Et omne virgul.וכל שיח Subaudiendū nonnihil ex præcedenti verſu,ſic,Quo die inquā fecit Deus omne virgultū,&c.i.omnes arbores pomiferas quæ creſcere ſolent in agro,quæ prius nō erant in terra ipſa. Quidam vertunt,Et omnē plantam.Significat hæc vox etiā arborē,vt vides infrà,21.c.15. Oriretur.יצמח׳ germinaret.pullularet. Nec quiſq.*erat* q.col.ואדם אין לעבוד Ad verbū,Et homo nō ad colendum.Dominus nōdum demiſerat pluuiā:nequis poſſet dicere imbrē fuiſſe cauſam herbarū,& omniū fructuum qui proueniunt in terra:neque erant homines qui colerent terrā ipſam. 6 Porrò vapor ואד In hac voce deeſt י pro איד quæ ſignificat vaporem:pro qua alii fontē vertunt:alii nubem,vt Chaldæus paraph.quia nubes fit ex vaporibus eductis è terra calore ſolis,qui aſcendunt in mediā regionem aeris:vbi propter eius frigiditatem cōuerſi in aquam,deſcēdunt,& irrigant terram.Declarat creationem pluuiæ,& ad quid creetur,nempe vt irrigetur terra:quomodo item creetur,nempe ex vaporibus è terra aſcendentibus.

7 E puluere terræ,עפר.מן׳האדמה Ad verbū,puluerē è terra.Præpoſitio poſtpoſita,quæ priori dictioni inſeruire debet:quod ſatis frequēs eſt Hebræis.E puluere igitur,ſub.iam macerato ac tēperato imbre qui deciderat.q.d.ex maſſa quadā terræ madefacta. Inſpirauerátque ויפח inſufflauerátque.i.iniecerat,ſiue immiſerat. In faciē e.באפיו in nares eius.hoc eſt,in corpus eius. Spiraculū vitæ,נשמת חיים.i.ſpiritū vitalem. In animā viu.:לנפש חיה Hoc eſt,factus eſt homo animatus,& viuere incœpit vita temporali,ſic Paulus exponit,quum 1. Cor.15.f.45,antitheſin ſtatuit inter hanc animā viuentē,& ſpiritum viuificantē quem fidelibus cōfert Chriſtus. 8 Plantauerat a.&c. ויטע וגו׳ Plantauerat autē Iehoua Deus paradiſum in Eden . i.iuſſerat naſci arbores in Eden regione Orientali, in finibus Arabiæ & Meſopotamiæ.Sequēti verſu ſeipſum declarat Moſes,quū dicit,Germinare autē fecerat Iehoua Deus è terra omnem arborē,&c.Locum illū vocat hortū ob elegantiā ſitus,& formæ pulchritudinem. Vetus interpres nō ineptè paradiſum tranſtulit, quandoquidē פרדסים Hebræi cultiores hortos nominăt:à qua dictione Græci ſuū παράδεισον formarunt. 9 Concupiſcibilē viſu,&c.׳נחמד למראה וגו deſiderabilem viſu,& ſuauem in cibū.i.pulcherrimā quanque arborē,afferentem ſuauiſſimum fructū . De hac dictione טוב vide præcedenti capite,verſu 4. Arborem q.vi.ועץ החיים: Ab effectu ſic dicta fuit:nō quæ vitā homini conferret,qua iam antè præditus fuerat:ſed vt ſymbolum ac memoriale eſſet vitæ Diuinitus acceptæ:vt quoties fructū illius arboris guſtaret,ſe agnoſceret,nō propria virtute,ſed Dei vnius beneficio viuere,& perpetuò victurū ſi ſe in obſequio Domini cōtineret. Arbore autē ſcientiæ boni & mali à qua iuſſus eſt abſtinere, admonebatur ne plus ſapere appeteret quàm decebat:& ne proprio ſenſu cōfiſus,excuſſo Dei iugo,arbitrū ſe boni & mali,ac iudicē conſtitueret:nec hoc vel illud tentādo,ſuæ prudentiæ periculū faceret,ſed vni Deo addictus,ſaperet tātum quantū eſſet illi iuſſum. Per eam igitur probādus erat an obediens eſſet Deo. 10 Et inde ומשם .i.quū incipiebat influere in hortum. Capita. :ראשים Qui mihi rectius ſentire videntur de loco horti iſtius vbi collocatus fuerit, dicūt capita ſignificare tam principia ex quibus naſcūtur fluuii Euphrates & Tigris,quàm oſtia quibus ſe in mare exonerăt. 11 Vnius האחד.i.primi. Piשſón:פישון fluuius eſt,vt quidā ſcribūt,qui Paſitigris dicitur Plinio, cuius meminit & Q.Curtius lib.5,qui ab accolis dicebatur Phaſis. חHauiláh:החוילה Regio eſt Perſidi vicina,vt doctis quibuſdā placet. nam infrà,cap.25,narrabit Moſes Iſmaelitas habitaſſe ab Heuilah vſque ad Sur, quæ cōtigua eſt AEgypto qua itur in Aſſyriam.Opponitur terminus Heuilah termino Sur,quā Moſes AEgypto propinquam facit,& quidem Aſſyriā verſus. 12 Bdelium,הבדולח Quidam dicunt eſſe nomē lapidis pretioſi. Alii nomen arboris.ſcribit enim Plinius bdeliū eſſe arborem quæ creſcit non lōgè à ſinu Perſico,in finibus Meſopotamiæ.vnde colligitur,partē Meſopotamiæ eſſe paradiſum:ſaltē paradiſum in Meſopotamia eſſe. 13 Giחhón:גיחון Tractus inferior Euphratis,illabens in ſinum Perſicū,à parte regionis Chus, ſiue AEthiopiæ,putatur quibuſdam doctis eſſe qui Gihon hic dicitur.

14 חHiddecél:חדקל Tigrim omnes exponūt.Dicunt dictionem eſſe compoſitam ex duabus quæ rapidum & velox ſignificant. Peráth. :פרת L x x & alii omnes Euphratem vertunt.

15 Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.

16 Præcepitque ei, dícens, Ex omni ligno paradiſi comede:

17 De ligno autē ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocūque enim die comederis ex eo, morte morieris.

18 Dixit quoque Dominus Deus, Nō eſt bonum, hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.

19 Formatis igitur Dñs De⁹ de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxítea ad Adā, vt videret quid vocaret ea: ōne enim quod vocauit adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.

D 20 Appellauitque adā nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terrę. adæ verò nō iueniebatur adiutor ſimilis ei⁹.

21 Immiſit ergo Dñs Deus ſoporē in Adā: quūque obdormiſſet, tulit vnā de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.

22 Et ædificauit Dominus Deus coſtā quā tulerat de adam in mulierem: & adduxit eam ad Adam.

1. Cor. 11. b. 8 — 23 Dixitq; adā, ‖Hoc nūc, os ex oſſib⁹ meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniā de viro ſūpta eſt.

Matth. 19. a. 5 marc. 10. a. 7 epheſ. 5. g. 31 1. cor. 6. d. 16 — 24 ‖Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

25 Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius, & non erubeſcebant.

Cap. III.

Sapien. 2. d. 25 — 1 SEd & Serpēs erat callidior cunctis animātibus terræ quæ fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradiſi?

2 Cui reſpondit mulier, De fructu lignorū quæ ſunt in paradiſo veſcimur,

3 De fructu verò ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tāgeremus illud, ne fortè moriamur.

4 Dixit autem Serpens ad mulierem, 2. Corinth. 11. a. 3 ‖Nequaquam morte moriemini.

5 Scit enim Deus quòd in quocūque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum.

---

15 Tulit itaque Iehouáh Deus ipſum hominem, & poſuit eum in horto yEdén, vt coleret eum, & cuſtodiret eum.

16 Præcepítque Iehouáh Deus homini, dicendo, Ex omni arbore horti″comedendo comedes:

Interdicit homini Deus ligno ſcientiæ boni & mali.

17 At de arbore ſcientiæ boni & mali non comedes″ex ea: nam in die quo comederis ex ea,″moriendo morieris.

18 ″Dixerat autem Iehouáh Deus,″Non *eſt* bonum, hominem eſſe ſolum, *propterea* faciam ei adiutorium″quod *ſit* coram eo.

19 Formauerat ergo Iehouáh Deus è terra omnē beſtiā agri, & ōne volatile cæli, & adduxerat ad Adā vt videret quid vocaret″illa:″& qcquid vocaret illi homo, *illi inquā* animæ viuēti eſſet nomē eius.

Adam cunctis animantibus imponit nomina.

20 Indidit itaq; homo nomina cuiq; iumēto & volatili cæli, omníq; beſtiæ agri:″at homini nō inuenit adiutoriū quod eſſet corā eo.

21 ″Cadere igitur fecit Iehouáh Deus ſoporem ſuper hominem, & obdormiuit: tulítque″vnā è coſtis eius,″& clauſit carnem pro ea.

22 ″Et ædificauit Iehouáh Deus coſtam illam quam tulerat ex homine in mulierem, & adduxit eam ad hominem.

Creatur mulier.

23 Dixítq; homo,″Hac vice os ex oſſib⁹ meis, & caro ex carne mea: propterea vocabitur Viriſſa, quia ex viro ſumpta eſt iſta.

Inſtitutio ſancti matrimonii.

24 Idcirco derelinquet vnuſquiſque patrem ſuum ac matrē ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, erúntque″caro vna.

25 Erant autem ambo nudi, Adam & vxor eius, nec pudebat eos.

Cap. III.

1 S″Erpens verò erat callidior omni beſtia agri quam fecerat Iehouáh Deus: & dixit ad mulierem,″Etiámne dixit Deus, Non comedetis ex vlla arbore horti?

Serpens ſeducit mulierem.

2 Dixit autem mulier ad Serpentem, De fructu″arborum horti″veſcimur:

3 At de fructu arboris quæ eſt in medio horti, dixit Deus, Nō comedetis ex ea, neque contingetis eam, ne fortè moriamini.

4 Et dixit Serpens ad mulierem,″Non moriendo moriemini:

5 Sed nouit Deus quòd in die qua comedetis ex ea, aperientur oculi veſtri: eritíſque″ſicut Dii, ſcientes bonum & malum.

---

16 Comedendo comed. אכול תאכל׃ .i. Facio tibi comedendi poteſtatem. prorſus licet tibi per me comedere. ex fructu cuiuſque arboris horti. 17 Ex ea: ממנו Hoc adiecit ad maiorem expreſſionem. Moriendo mo. מות תמות׃ Hebraiſmus, incurres in neceſſitatem moriendi, ſiue morti obnoxius eris. Mortem corporis & animæ ſignificat.

18 Dixerat au. ויאמר Sub. die ſexto: quo die fuit creata mulier. repetit enim creationem Heuæ, deſcribens eius creationis rationem quā prætermiſerat. Non *eſt* bonum, לא־טוב Non eſt conueniens. vel cōmodum. Non decet. Non conuenit. Quod *ſit* coram eo. כנגדו׃ Ad verbū, iuxta illum. vel, tanquā eregione ipſius. nam כ nota eſt ſimilitudinis. hoc eſt per omnia correſpondens & conueniens: aut (vt reddidit vetus interpres) ſimile ſibi. Aliquid enim æquabile notare voluiſſe videtur Moſes. Doctus autem inter Hebræos dicit כ eſſe veritatis vt ὡς expreſſiuum, hoc eſt rem affirmare. Alii exponunt quod ſit coram illo, vt ſcilicet miniſtret ei. vt ſit defectiua oratio, ſimilis illi perfectæ quæ legitur in Ezechiele 44. c. 11, de Sacerdotibus loquente, Ipſique ſtabunt in conſpectu eorum vt miniſtrent eis. Cui etiam imperfecta reſpondet apud Danielē, 1. a. 5, Vt exactis illis, ſtarent coram Rege. Doctioribus tamen magis probatur prima interpretatio.

19 Illa: לו Sing. Heb. pro plur. illud, pro Vnumquodque illorum. Et quicquid, &c. וכל אשר וגו׳ Sing. Heb. pro plur. dilucidius ſic vertas, & quodcūque nomen inderet illis homo ipſe, *nempe* animalibus, eſſet nomen eorū. i. hoc nomine appellarentur. Alii vertunt, quodcunque enim nomen homo viuentibus indidit, hoc nomine nominabantur. Alii, Omne enim quod ipſe homo vocabat, in anima viuente illud nomen eius erat. 20 At homini, &c. ולאדם וגו׳ Hebraiſmus elegās, de ſe loquitur in tertia perſona. pro, at ſibi non inuenit auxiliū ſimile ſibi. vt paulo antè verſu 18. 21 Cadere, &c. ויפל וגו׳ Hebraiſmus, pro, Immiſit ergo Iehoua Deus ſomnū profundū in hominem. Vnā è coſtis e. אחת מצלעותיו vnū ex lateribus. i. maſſam quandam carnis ex altero laterum eius. vel, vnam *portionem* ex vno laterum eius. Et clauſit, &c. ויסגור וגו׳ .i. carne repleuit locum ademptæ illius coſtæ, vel maſſæ. 22 Et ædificauit, &c. ויבן וגו׳ Hebraiſmus, pro, Et fecit ex ea mulierem. 23 Hac vice הפעם ſub. deprehendo, ac video, vel agnoſco Deum mihi feciſſe auxilium ſimile mihi. ratio, *Eſt enim* os ex, &c. 24 Caro vna. לבשר אחד׃ in vnam carnem.

IN CAPVT III.

1 Serpens verò והנחש Hebraicè eſt articulus præpoſitiuus ה, emphaſin habens, quaſi dicas, Ille verò Serpens: vt intelligamus Moſen loqui de ſerpente noto. Etiámne אף כי Videtur truncata fuiſſe ſententia, vt poſt alia multa quæ Serpens dixerit mulieri, ſubiunxerit, Etiámne eſt verum quòd, &c. Verti etiam poteſt, Multo magis *miror* quòd prohibuerit ne, &c. q. d. Miror Deum vos priuaſſe magnis bonis: multo magis demiror quòd dixerit vobis, Ne, &c. Chaldæus paraph. vertit, Verúmne eſt quòd Deus, &c. quem doctiores ſequuntur, vertentes, Itáne dixit, &c. 2 Arborum עץ Sing. Heb. pro plur. Veſcimur: נאכל׃ Fut. Heb. pro præſ. i. veſci nobis licet.

4 Non moriendo morie. לא מות תמותון׃ Hebraiſmum ſic quidam reddunt, Nequaquam moriemini. nam Morte mori, eſt certiſſimè mori, & ſine dubio. Alii ſic interpretantur, Nequaquam verum eſt vos eſſe morituros ea hora qua comederis ex eo fructu: ſed ideò vetuit, non quòd mors ſequatur eſum fructus, ſed vt tollat à vobis ſcientiam perfectiſſimam.

5 Sicut Dii, באלהים ſicut Angeli. Poſſet etiam verti, ſicut Deus.

Tranſgreſſio mādati.

6 Vidit igitur mulier quòd″bona *eſſet* arbor ad veſcendū, quódque ″deſiderabilis *eſſet* oculis, ″& cōcupiſcibilis arbor ad intelligendum: & tulit de fructu ipſius, ac comedit, dedítque etiam viro ſuo″ſecū, ″& comedit.

7 ″Tunc aperti ſunt oculi amborum, cognouerúntque quòd nudi eſſent, & conſuerunt ″folia ficus, fecerúntque ſibi″cingulos.

Cognito peccato Adam & Heua ſuffugiunt faciē Dei, excuſantes peccatum.

8 Et *mox* audierunt vocem Iehouæ Dei deambulantis in eo horto ″ad auram diei: abſcondítque ſe homo & vxor eius à facie Iehouæ Dei, in medio″arborum horti.

9 Vocauítque Iehouáh Deus hominem, & dixit ei, Vbi es tu?

10 Qui ait, Vocē tuam audiui in horto, & timui, quòd nudꝰ eſſem, ″& abſcondi me.

11 Cui dixit, Quis indicauit tibi quòd nudus eſſes? nōne de arbore illa de qua præceperam tibi ne comederes, comediſti?

12 Et ait homo, Mulier quam dediſti *ut eſſet* mecum, ipſa dedit mihi de arbore ipſa, & comedi.

13 Dixítque Iehouáh Deus ad mulierem, ″Cur hoc feciſti! Et ait mulier, Serpens ille ſeduxit me, & comedi.

Maledicitur ſerpens.

14 Tunc dixit Iehouáh Deus ad ſerpentem illum, Quia feciſti hoc, maledictus eris præ omni animali, & præ omni beſtia agri: ſuper ″ventrē tuū gradieris, & puluerē comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

Semen Ieſus promittitur Saluator. Euangelium. Mulieris ærūnæ ob peccatum.

15 ″Præterea inimicitias ponā inter te & ipſā mulierē, ″& inter ſemē tuū & ſemē eius: ″ipſū cōteret tibi caput, & tu″cōteres ei calcaneū.

16 Ad mulierem dixit, Multiplicādo multiplicabo ″dolores tuos, & conceptus tuos, cum dolore paries filios: & ad virum tuum *eris* ″deſiderium tuum, ipſéque dominabitur tibi.

Adæ pœna.

17 Adæ verò ait, Quia paruiſti voci vxoris tuæ, & comediſti de arbore illa de qua præceperam tibi, dicendo, Non comedes ex ea: maledicta terra propter te: ″in labore comedes *ex* ea cūctis diebus vitæ tuæ.

Homo addicitur labori.

18 ″Spináſque ac tribulos germinabit tibi, & comedes″herbas agri.

19 In ſudore vultus tui veſcêris pane, donec reuertaris in terram: nā ex ea ſumptus es: quia puluis es, ″& in puluerem reuertêris.

Heua

20 Et vocauit homo nomen vxoris ſuæ ″חHauáh, quòd ipſa ″ſit mater omnium viuentium.

6 Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcēdum, & pulchrū oculis, aſpectúque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comêdit.

Eccle.25.d.33. 1.tim.2.d.14

B

7 Et aperti ſunt oculi amborū: quūq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerūt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

8 Et quum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.

9 Vocauitque Dominus Deus Adā, & dixit ei, Vbi es?

10 Qui ait, Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me.

11 Cui dixit, Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?

12 Dixitque Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno, & comedi.

C

13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem, Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi.

14 Et ait Dominus Deus ad ſerpentē, Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuū & ſemen illius: ipſe conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

16 Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios: & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

1.Corint.14.f.34

17 Adæ verò dixit, Quia audiſti vocē vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.

D

19 In ſudore vultus tui veſcêris pane, donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerē reuertêris.

20 Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quòd mater eſſet cūctorum viuentium.

6 Bona *eſſet* arbor טוב העץ .i.aptiſſimus eſſet fructus illius arboris ad eſum. Nomen verbale Heb. pro verbo. Deſiderabilis תאוה Ad verbū, deſideriū.i.gratiſſima. Alii, deſiderabilis arbor ad videndum. vel ad contemplandū.i.quòd oculos contemplantium ſe remorare- tur præ pulchritudine & elegantia. Et cōcupiſcibilis ar. ad int. ונחמד העץ למאכל & expetibilis arbor ad faciendū intelligere, ſiue ad prudentiam conferendam. Ita Hebræi, quos ſequuntur doctiores. Secum, עמה .i. vt vnà cū ipſa ederet. Et comedit. ויאכל: ſub. homo.

7 Tūc aperti ſ. ותפקחנה Ad verbū, Et aperti ſunt.i. malum ſuū cœperunt ſentire: tametſi nondū ſeria culpæ ſuæ notitia tanguntur: nam nuditatis ſuæ tantū eos pudet, nō ſe humiliāt, nec metuunt Dei iudiciū. Folia עלה Sing. Heb. pro plur. Cingulos. חגורת: ſubligacula quibus ſcilicet cōtegerent pudenda. 8 Ad auram diei: לרוח היום Ad verbū, ad ventū diei.i. ſub veſperā ipſam, quo tēpore ſolet ventus attollere ſeſe. Arborum עץ Sing. Heb. pro plu.i. inter arbores ipſius horti, ſiue in ea parte horti quæ denſiſſima erat propter arbores.

10 Et abſcondi me. ואחבא: Hic ו &, pro ideo poſitum. 13 Cur hoc fec. מה־זאת עשית Quid hoc *eſt quod* feciſti? q.d. quale facinus perpetraſti! Admiratiuè legendū. 14 Ventrem tuū גחונך pectus tuū. 15 Præterea inimicitias ואיבה Ad verbū, Et inimicitiam. Et inter ſemen tuū. ובין זרעך Hic ו declarat id eſt inter ſemen. Ipſum conteret. tibi cap. הוא ישעפך ראש ipſum conteret te *in* capite. vel percutiet. aut vulnerabit. Ipſum, ſubaudi ſemen, qui eſt Chriſtus. L x x verterūt αὐτὸς, Chriſtū intelligentes. aut αὐτὸς refert non σπέρμα, ſed τὸ σπόρον, quòd ſit eiuſdem cū dictione σπέρμα ſignificationis: idque Hebraico more. Chriſtus (inquit) filius Virginis deſtruet opera tua, & te victo liberabit Chriſtianos à ditione tua. Rom.16.d.20, Deus autē pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris. Conteres ei calc. תשופנו עקב: percuties ipſum *in* calcaneo. Alii à נשף deducentes, quod ſufflare ſignificat, vertunt, mordebis ipſum *in* calcaneo: quia ſerpens morſurus ſufflare, ſiue ſibilare ſolet.i. nocebis ei quacunque in re poteris: vt ſolent ſerpētes qui inſidioſè appetūt ac mordēt incautos.

16 Dolores t. & cōcep. t. עצבונך והרונך Duo ſubſtantiua copulata, quorū alterū Latinis eſſet genitiui caſus ſine copula. ſingularia item Heb. pro plur. dolores cōceptuū tuorū. Conceptū autē hoc loco pro vteri geſtatione accipere debemus, quod etiā ipſa vox Hebræa הרון ſignificat. Vertere potes, Haud dubiè augebo dolorem tuū, dolorē inquā qui tibi erit ex cōceptu & vteri geſtatione. vel, Iterando iterabo dolorē tuū, dolorē inquā cōceptus tui.i. iterabo tibi eū dolorē quē ſenties in primo tuo cōceptu, ſiue vteri geſtatione tua prima. q.d. Multis vicibus afficiā te dolore, nēpe quoties cōcipies. Seipſum ſtatim declarat, quū dicit, In dolore paries. Cōplectitur quicquid moleſtiæ ſuſtinēt mulieres ex quo grauidæ eſſe incipiūt, faſtidiū cibi, deliquia animi, laſſitudines, aliáq; innumera vſquedū ventū eſt ad partū qui acerbiſſima tormēta ſecū affert. Deſideriū t. תשוקתך appetitus tuus. q.d. tibi nō aliud appetendū erit niſi quod volet maritus tuus. negat eam fore liberam ac proprii iuris, ſed mariti ſui imperio addictam, vt ab eius nutu pendeat. Alii exponūt, In dolore paries filios: & nec ſic tamen refugies congreſſum viri tui: quàm autem rectè, ipſi viderint. 17 In labore בעצבון in dolore.i. cum ſummo labore & ærumnis.

18 Spináſque ac trib. וקוץ ודרדר Sing. Heb. pro plur. Herbas agri. את־עשב השדה: Sing. Heb. pro plur.i. veſcêris herbis cāpeſtribus.

19 Et in puluerem ואל־עפר Quidam ו &, vertunt per itaque, ſiue propterea. itaque in puluerem, &c. 20 חHauáh, חוה .i. viuentem. Sit היתה futura eſſet. vt ſit præt. pro fut. reſpiciendo ad tempus quo hæc ſcripta ſunt.

21 Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

22 Et ait, Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malũ: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitę, & comedat, & viuat in æternum.

23 Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis vt operaretur terram de qua ſumptus eſt.

24 Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiẽdam viam ligni vitæ.

Cap. IIII.

1 Adam verò cognouit vxorẽ ſuã Heuam: quæ cõcepit & peperit Cain: dicens, Poſſedi hominẽ per Dominum.

2 Rurſúmque peperit fratrem eius Abel. fuit autem Abel paſtor ouium: & Cain agricola.

3 Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructib⁹ terræ munera Domino:

Hebr.11.a.4

4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipib⁹ eorum. & reſpexit Dominus ad Abél, & ad munera eius:

5 Ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit. iratúſque eſt Cain vehementer, & cóncidit vultus eius.

6 Dixitque Dominus ad eum, Quare iratus es? & cur cóncidit facies tua?

7 Nónne ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus

21 Fecítque Iehouáh Deus, Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

22 Dixit autem Iehouáh Deus, ″En homo iſte factus eſt quaſi vnus ex nobis, ″ſciendo bonũ & malũ: nunc ergo ″ne fortè mittat manũ ſuã, & ſumat etiam de arbore vitæ, & comedat, viuátq; in ſeculũ.

23 Et emiſit eum Iehouáh de horto ƴEdén ad colẽdum terram ex qua ſumptus fuerat.

24 Eiecit inquã hominem: & collocauit ab Oriẽte ipſius horti ƴEdén ″Cherubím, ″& aciem gladii verſatilem, ad cuſtodiẽdum viam arboris vitæ.

Cap. IIII.

1 Porrò homo ″cognouit חHauáh vxorem ſuam: ″quæ concepit, & peperit Cáin: tunc dixit, ″Acquiſiui virum à Iehouáh.

Cain

2 ″Rurſũque peperit fratrem eius Hébel. & fuit Hébel paſtor ouiũ: Cáin verò ″fuit agricola.

3 Fuit autem ″in fine dierum ″vt adduceret Cáin de fructu terræ oblationem ipſi Iehouæ:

Abel & Cain offerunt munera Domino.

4 Hébel quoque etiam ipſe adduxit de primogenitis ″pecudũ ſuarum, ″& de adipe earum. ″reſpexit autem Iehouáh ad Hébel, & ad blationem eius:

5 Ad Cáin verò, & ad oblationẽ eius nõ reſpexit. ″& iratus eſt Cáin valde, ″cóncidítque vultus eius.

6 Et dixit Iehouáh ad Cáin, Vtquid ″ſuccẽſa eſt ira tibi? & vtquid cóncidit vultus tuus?

Cain obiurgatur à Deo.

7 Nónne ſi benefeceris, ″erit acceptatio? quòd ſi non benefeceris, ″in foribus peccatum cubat? ″& ad te *erit* appetitus eius, & tu do-

22 En homo iſte הן האדם Ironia eſt. q.d. Aliter ſe res habet. Sciẽdo לדעת ſciens. ad ſciendũ. i. quod ad cognitionẽ boni & mali attinet. Cauſam miſeriæ exprimit, quòd ſcilicet Adam ſorte ſua nõ cõtentus, altius tentauerit aſcendere quàm licebat, peruerſa illicitæ ſcientiæ appetentia. Ne fortè mit. m. ſ. פן ישלח ידו Sub. cauendũ eſt. vel, cauete ô vos Angeli, ne mittat, &c. Arbor vitæ ſacramentũ erat & figura qua immortalẽ vitã ipſi Adæ obſignauerat Deus, ſi nõ recederet à præcepto eius. Poſtquã autẽ defecit à Domino, morti illũ adiudicauit: ſimúlque arborem ei abſtulit, quæ poterat ei eſſe fiduciæ materia de vitæ perpetuitate quam amiſerat. acſi diceret, Ne vana fiducia fruatur ſi promiſſionis meæ ſymbolum teneat: excutiatur illi quod ſpem aliquam immortalitatis facere poſſet.

24 Cherubim, את הכרובים Ex doctioribus Hebræorũ alter ſcribit Cherub nomẽ eſſe vniuerſale ad omnẽ figurã: niſi ꝙ Cherubim quorũ meminit Lex, humanam habebãt effigiem, vt nunc depinguũtur: quorum verò Ezechiel, quatuor animalium ibi deſcriptorũ habebãt figurã. Priſci Hebræorũ doctores (vt annotat doctus inter illos) putauerũt כ in כרוב notã eſſe ſimilitudinis, & idem ſignificare quod כרביא. i. ſicut puer, ꝙ ſint inſtar puerorũ. Et aciẽ glad. &c. ואת להט החרב וגו' & laminã [vel lamellam] enſis verſatilis. vel, flammeã. ita dicitur à fulgore. Gallicè dicimus, *l'allumelle*. Chald. para. acutũ gladiũ verſatilẽ. i. cui duæ erant acies. Sunt qui putant iſtos Angelos non vnũ habuiſſe gladium, ſed plures ſtrictos enſes ſplẽdentes & fulgentes admodũ: poſitúmque eſſe ſingulare pro plurali. q.d. Angelos habentes formã humanam, qui apparebant ſtrictis enſibus fulgurantibus ac ſplendentibus, quos ipſi verſabant & agitabant more militũ, cuſtodientes nequis accederet ad arborem vitæ.

IN CAPVT IIII.

1 Cognouit ידע Rem alioqui turpẽ honeſto exprimit vocabulo Lingua ſancta. Quæ conc. & pep. Cain: tũc di. ותהר ותלד את קין ותאמר Ad verbũ, & cõcepit, & peperit Cain: & dixit. Acquiſiui, &c. קניתי וגו' poſſedi [. i. nacta ſum] hominẽ cũ Iehoua, hoc eſt fauẽte Domino, ſiue Dei dono & munere. 2 Rurſúmq; pep. ותוסף ללדת Ad verbũ, Et addidit vt pareret. Hebraiſmus. Fuit agric. היה עובר ארמה: erat agricola. Ad verbum, fuit colens terram. 3 In fine dierum, מקץ ימים Hebraiſmus, Poſt aliquot annos. Dies pro annis hoc loco ponũtur, ex ſententia Hebræorũ. Legitur, à fine dierũ: ſed מ pro ב poſitũ eſſe dicunt Hebræi. Vt adduceret ויבא vt offerret. Sæpius Adducere pro offerre in Sacris literis reperias. 4 Pecudũ ſ. צאנו gregis ſui. Et de adipe e. ומחלבהן & de pinguedine eius. ſub gregis. vel earũ ouium. Quædam exemplaria habent ומחלביהן & de pinguedinibus. q.d. Etiam pinguiſſimas oues obtulit. Quidã volunt hanc particulã verſus poſitã eſſe vice adiectiui, Adduxit, ſiue obtulit de primogenitis ouiũ ſuarũ, iiſque pinguiſſimis. Reſpexit autem, &c. וישע וגו' Hebraiſmus, Fuit Abel gratus Domino, & oblatio eius. 5 Et iratus eſt ויחר vnde exarſit ira. vel excanduit. Concidítque vultus e. ויפלו פניו Ad verbum, & cõciderunt facies eius. i. pudore ſuffuſus eſt. vel cœpit eſſe vultu demiſſo, more triſtium hominũ. Deſcribit habitum ac geſtum hominis mœſti, ac triſtitia magna affecti. 6 Succenſa eſt ira tibi? חרה לך excanduiſti?

7 Erit accept. שאת Sub. corã Deo. Infinitiuũ eſt, vel nomẽ à נשא quod tollere, attollere, eleuare, ferre, ſiue portare ſignificat, parcere itẽ ſiue remittere: præterea ſuſcipere, accipere, aut acceptare. hinc illa interpretationũ varietas. Vero propior eſt illa quã poſuimus verſio, quæ & Theodotionis eſt. Acceptio, ſiue acceptatio opponitur reiectioni. Præterea de ſacrificiis loquitur, quòd illa Deus ſuſcipiat vbi rite oblata ſunt. Dicit igitur, Nõne ſi pura & legitima fuit tua oblatio, ſuſcipietur à Deo, tãquam grata & boni odoris? Doctus inter Hebræos vertit, erit remiſſio aut venia? q.d. Si ſtudueris rectè agere, & emẽdare opera tua mala, remittet tibi peccatũ tuũ Deus: túmq; gratas habebit oblationes tuas, vt gratas habuit fratris oblationes. Alii, eleuatio erit. i. eleuabis ſiue attolles, ſub. vultũ tuũ, & non incedes vultu demiſſo more hominũ triſtiũ. Alii, exaltatio erit? vel gloria. q.d. Non eſt cur fraterno honori inuideas: quia ſi te rectè geſſeris, in eundẽ honoris gradum te quoque euehet Deus, qui nũc tuis peccatis offenſus, ignominiæ dãnauit. In forib⁹ pec. cu. לפתח חטאת רובץ Valde emphatica oratio: quia Deus nõ modo refellit iniuſtã querimoniã, ſed oſtẽdit nihil fore ipſi Cain magis aduerſum quàm propriũ peccatũ quod intus alit. acſi diceret, nihil tua obſtinatione proficis: nam vt te non perſequar, peccatum tuũ nihil relaxationis dabit quin te acriter exagitet, perſequatur, vrgeat: neq; patietur elabi quãtuncũque diſſimules peccatũ. quũ ad exitũ venies, illic peccatũ occurret, ſuas excubias agens, tũc deprehendetur cõſciẽtia quæ ſe prius ſolutã putabat, & duplices moræ pœnas ſoluet. Hebræi dicũt peccatũ ſignificare pœnã peccati. q.d. Quòd ſi nõ benefeceris, ſi nõ corrigas vitã tuã, pœna debita peccato cubat, iacet præſtóq; eſt, & cupit tibi adhærere. certitudinẽ ſupplicii indicat. Et ad te *erit* app. &c. ואליך תשוקתו וגו' Omnes ferè referũt hæc ad peccatũ: vt ſit velut admonitio ad cohibẽdas prauas libidines quæ hominis animũ ſolicitãt ac impellunt: hoc ſenſu, Si peccatũ inſurgit vt te ſubiiciat, cur indulges, ac nõ magis laboras in eo cohibẽdo ac frænãdo? tuũ eſt domare quos ſentis Deo immorigeros & rebelles eſſe in carne tua affectus. Alii volũt de Abele hoc dictũ eſſe: tanquã Deus obiurget, arguátque ipſum Cain inuidiæ quã cõceperat aduerſus fratrẽ. acſi dicat, Nulla tibi eſt cauſa inuidiæ aduerſus fratrẽ, quòd illius ſacrificia ſint mihi acceptiora quã tua: quũ te iuſtior ſit, & iure primogenituræ, ſemper remaneat tibi ius & imperiũ in ipſum: ipſe permanebit in poteſtate tua, & tu tanquã primogenitus illi dominaberis. Loquutio Hebræis frequẽs, deſideriũ, ſiue appetitũ alicuius ad alterũ eſſe pro alterius arbitrio ſubiectum eſſe. Vide idem genus dicendi & præcedenti capite, verſu 16.

minaberis ei.

8 'Et dixit Cáin ad Hébel fratrem ſuum. fuit autem, quum eſſent in agro, inſurrexit Cáin contra Hebel fratrẽ ſuum, & occîdit eum.

Occidit Abelem fratrem.

9 Et dixit Iehouáh ad Cáin, Vbínã *eſt* Hébel frater tuus? 'Qui reſpõdit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ego?

10 Dixítque, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me è terra.

Maledicitur Cain.

11 Nunc ergo maledictus es 'de terra, quæ aperuit os ſuum vt ſuſciperet ſanguinem fratris tui è manu tua.

12 Quando coles terram, 'non dabit vltrà fructum ſuum tibi: vagꝰ & profugus eris in terra ipſa.

Deſperat Cain.

13 Et dixit Cáin ipſi Iehouæ, Maior eſt iniquitas mea, 'quàm vt remittat.

14 Ecce 'eieciſti me hodie à facie terræ, '& à facie tua abſcõdar, erónque vagus & profugus in terra: erítque vt quicũque inuenerit me, occîdat me.

15 Et dixit ei Iehouáh, 'Propterea quiſquis occiderit Cáin, 'ſeptuplum vindicabitur. poſuítque Iehouáh ſignum in Cáin, ne percuteret eum vllus qui inueniſſet illum.

16 Egreſſus eſt itaq; Cáin à facie Iehouæ, & habitauit in terra 'Nód ad Orientem עEdén.

Henoch.

17 Et cognouit Cáin vxorem ſuam: quæ concepit, & peperit חHanóch: 'ædificauítque vrbem, & vocauit nomẽ vrbis illius nomine filii ſui, חHanóch.

Irad.

Mauiael

Mathuſael.

18 Et natꝰ eſt ipſi חHanóch עIrád, & עIrád genuit Meחhuiaאél, Meחhuiaאél aũt genuit Methuשſaאél, & Methuשſaאél genuit Lémech.

Lamech & eius vxores.

Ada. Sella.

19 Accepit autem ſibi Lémech duas vxores, nomen vnius עAdáh, & nomen ſecundæ צSilláh.

Iabel.

20 Peperítque עAdáh ipſum Iabál: ipſe fuit 'pater inhabitantiũ tẽtoria, & *paſcentium* gregem.

Iubal

21 Et nomen fratris eius Iubál: ipſe fuit 'pater omnium contrectãtium citharam & organum.

Thubal-cain.

Noema.

22 Et צSilláh etiam ipſa peperit Thubal-cáin 'acuẽtem omne opificium æris & ferri. ſoror verò Thubal-cáin fuit Naעamáh.

23 Et dixit Lémech vxoribus ſuis עAdáh & צSilláh, Audite vocem meam vxores 'Lémech, auſcultate ſermonem meum, quòd virum 'occidero in vulnere meo, & puerum in liuore meo.

eius, & tu dominaberis illius. B

8 Dixitque Cain ad Abel fratrẽ ſuũ, Egrediamur foras. quúmq; eſſent in agro, inſurrexit Cain aduerſus fratrẽ ſuum Abel, & interfecit eum.

Sapient.10.a.3 matth 23.e.35 1. iohan.3.b.12 iudæ d.11

9 Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuꝰ? Qui reſpõdit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?

10 Dixitque ad eum, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

11 Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua.

12 Quum operatꝰ fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram.

13 Dixitque Cain ad Dominum, Maior eſt iniquitas mea, quã vt veniam merear.

14 Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occîdet me.

C

15 Dixitq; ei Dominꝰ, Nequaquã ita fiet: ſed õnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. poſuitque Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.

16 Egreſſúſque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden.

17 Cognouit autem Cain vxorem ſuã: quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filii ſui, Henoch.

18 Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech,

19 Qui accepit duas vxores, nomẽ vni Ada, & nomen alteri Sella.

20 Genuitq; Ada Iabel: qui fuit pater habitantium in tẽtoriis, atque paſtorum.

D

21 Et nomẽ fratris eius Iubal: ipſe fuit pater canentium cithara & organo.

22 Sella quoque genuit Tubal-cain: qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. ſoror verò Tubal-cain, Noema.

23 Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vocem meã vxores Lamech, auſcultate ſermonẽ meũ, quoniam occìdi virũ in vulnus meũ, & adoleſcentulum in liuorem meũ.

8 Et dixit Cain, &c. 'ויאמר קין וגו Quidã ſubintelligũt has dictiones, Egrediamur in agrum. Alii, Dixit, interpretantur Narrauit. nempe quæ dixerat ei Deus. Alii, Et loquutus eſt Cain cum Hébel fratre ſuo. vt ſcilicet occaſionẽ haberet inuadendi eũ. Defectiua certè oratio eſt, & aliquid ſubaudiendum: quid tamen reuera ſit illud, incertum eſt. 9 Qui reſpondit, ויאמר Ad verbum, Et dixit.

11 De terra מן האדמה .i. ex parte ipſius terræ, ſiue reſpectu ipſius terræ. hoc eſt, terra quam coles, erit maledicta, quæ iam maledicta eſt propter peccatũ primi parẽtis cui dictũ fuit, Maledicta terra propter te. capite præcedenti, verſu 17. Iterũ propter te maledicetur. Quid autẽ ſit terram maledici, exponit quum dicit, Quando coles terram, &c. 12 Nõ dabit, &c. 'לא תוסף וגו Ad verbum, Non addet dare vim ſuam. i. facultates ſuas, fructus ac prouentus ſuos. 13 Quàm vt remittat. מנשוא: Infinit. Heb. quàm vt parcat. ſub. Deus mihi. Alii vertunt, Maior eſt pœna iniquitatis meæ, quàm vt feram. i. quàm vt eam ferre poſſim. 14 Eieciſti גרשת Præt. Heb. pro præſ. Eiicis. Expellis. Et à facie t. abſc. ומפניך אסתר .i. non apparebo poſthac in conſpectu tuo offerẽs aliquid: oportebit enim me abſcõdere.

15 Propterea quiſ. לכן כל. In veritate [certè] quiſquis. Septuplũ vind. שבעתים יוקם .i. multas vltiones capiẽt de eo qui illũ occiderit. vel grauiſſima vindicta ſumetur de eo. Alii, Septuplum punietur. i. pœna ſeptupla. Numerus certus pro incerto. q. d. Dabit grauiſſimas pœnas.

16 Nòd נוד Quidam putauerũt eſſe nomen appellatiuũ, & verterunt, In terra perfugii. i. in terra in qua erat perfugium ipſis profugis.

17 AEdificauitque ויהי בונה Sub. Cain. 20 Pater inhabit. &c. אבי יושב וגו Sing. Heb. pro plur. Hebraiſmus, Hic primus habitauit in tabernaculis vt paſceret gregem ſuum: hoc eſt primus adinuenit artem paſtoritiam. Solent enim paſtores ambulatoriis tabernaculis vti. 21 Pater omnium, &c. 'אבי כל וגו Ad verbum, pater omnis apprehendentis [tractantis. i. pulſantis] citharam & organum. q. d. Fuit author muſices. Sing. Heb. pro plur. 22 Acuentem, &c. 'לוטש וגו expolientem omne opus æris & ferri. i. quod fit ex ære & ferro. q. d. Is fuit author artis fabrilis. Hebraiſmus. 23 Lémech, למך .i. meæ. Hebræi ſolent loqui de ſe in tertia perſona. antecedens pro relatiuo. Occidero in vul. m. &c. 'הרגתי לפצעי וגו Præt. Heb. pro fut. & indefinitè acceptũ. Sanguinarii homines vt aliis ſunt terrori, ita paſſim omnibus ſunt exoſi. Propterea terrebat vxores Lamech mariti violentia, toti humano generi intolerabilis: ne facta conſpiratione, omnes eum opprimerẽt: & de hac re admonuerunt maritum: qui tantum abfuit vt blanditiis vxorum mitigaretur ſæuus & ferox, vt potius ſe magis ad crudelitatẽ acueret, ac cõfirmaret, adeò vt vxoribus patefecerit crudelitatem ſuam, iactando ſibi ſatis animi eſſe, roboris & violẽtiæ ad fortiſſimũ quenq; hoſtem occidendũ, ſiqui ipſum aggredi auderẽt. acſi dicat, Si à quoquã, etiã viro fortiſſimo, vel ab adoleſcente qui viribus valet, vulnus acciperem, illũ interficerem. nõ eſt igitur quod mihi, vobis, aut liberis veſtris timeatis. videbat enim vxores ſuas triſtes. Quidam vertunt, occidero in vulnus meum, & puerum in liuorem meum: hoc ſenſu, Ego in caput meum ſecurè recipio ſiquid eſt periculi, meo periculo accidat quicquid poterit: quia mihi in promptu eſt ratio qua euadam.

24 Septuplũ vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties.

25 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Poſuit mihi Deus ſemẽ aliud pro Abel quem occîdit Cain.

26 Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. iſte cœpit inuocare nomen Domini.

Cap. V.

1 HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem,|ad ſimilitudinem Dei fecit illũ.

Sapient.2.d.24 eccle.17.a.1

2 Maſculũ & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt.

3 Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam, vocauitque nomen eius Seth.

4 Et facti ſunt dies |Adam poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias.

1.Paral.1.a.1

5 Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.

6 Vixit quoque Seth centumquinq; annis, & genuit Enos.

7 Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis: genuitque filios & filias.

B

8 Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorũ, & mortuus eſt.

9 Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.

10 Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis: & genuit filios & filias.

11 Factique ſunt omnes dies Enos nõgenti quinque anni, & mortuus eſt.

12 Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel.

13 Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingẽtis quadraginta annis: genuitque filios & filias.

14 Et facti ſunt omnes dies Cainan nongẽti decem anni, & mortuus eſt.

15 Vixit autem Malaleel ſexagintaquinque annis, & genuit Iared.

16 Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.

17 Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonagintaquinque anni, & mortuus eſt.

C

18 Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch.

24 'Quòd ſeptuplũ vĩdicabitur Cáin, & Lémech'ſeptuagies ſepties.

25 Cognouit autem Adám adhuc vxorem ſuam, & peperit filium, vocauítque nomen eius שׁSeth: quia *inquit* poſuit mihi Deus ſemen alterum pro Hébel quem occîdit Cáin.

26 Et ipſi שׁSéth etiã natus eſt filius, & vocauit nomẽ eius אEnóשׁs. tunc'cœptum eſt inuocari nomen Iehouæ.

Cultus Dei reſtituitur.

Cap. V.

1 ISte eſt 'liber generationum Adám. In die quo creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem"Dei fecit illum.

Repetit creationem hominis.

2 Maſculum & fœminã creauit eos, & benedixit eis: 'vocauítque nomen eorum Adám, in die qua creati ſunt.

Homines.

3 Vixit autem Adám triginta & cẽtum annos: genuítque'ad ſimilitudinẽ ſuam, ad imaginẽ ſuam *filium*, & vocauit nomẽ eius שׁSeth.

4 Fuerúntque dies Adám poſtquã genuit שׁSeth, octingenti anni: "& genuit filios & filias.

5 Fuerunt itaque cuncti dies Adám quibus vixit,'nongenti & triginta anni, & mortuus eſt.

Adæ ætas

6 Et vixit שׁSeth quinque & centum annos, & genuit אEnóשׁs.

Seth.

7 Vixítque שׁSeth poſtquam genuit אEnóשׁs ſeptem & octingentos annos: & genuit filios & filias.

8 Fuerunt autem cuncti dies שׁSeth duodecim & nongenti anni, & mortuus eſt.

9 Vixítque אEnóשׁs nonaginta annos, & genuit Cenán.

Enos.

10 Et vixit אEnóשׁs poſtquam genuit Cenán, quindecim & octingentos annos: genuítque filios & filias.

11 Fuerúntque cuncti dies אEnòשׁs quinque & nongenti anni, & mortuus eſt.

12 Vixit autem Cenán ſeptuaginta annos, & genuit Mahalalאél.

Cainan.

13 Vixit deinde Cenán poſtquam genuit Mahalalאél quadraginta & octingentos annos: genuítque filios & filias.

14 Fuerúntque cuncti dies Cenán decem & nongenti anni, mortuúſque eſt.

15 Vixit verò Mahalalאél quinq; & ſexaginta ãnos, & genuit Iéred.

Malaleel.

16 Vixítque Mahalalאél poſtquam genuit Ieréd, triginta & octingentos annos: genuítque filios & filias.

17 Fuerũt autem cuncti dies Mahalalאél quinque & nonaginta anni atque octingenti, & mortuus eſt.

18 Vixit verò Iéred duos & ſexaginta annos, atque centum annos, & genuit חHanóch.

Iared.

24 Quòd ſeptuplum, &c. 'כי שבעתים וגו Sub. Scitote inquam. Deus voluerat Cain horribile aliis fugiendi homicidii eſſe exemplum: in hunc finem eum fœdo ſtigmate notauerat. Nequis tamẽ eius ſcelus imitaretur, ſeptuplo grauius puniendum eſſe dixerat quiſquis eum occideret. Hanc Dei ſententiam impiè peruertens Lamech, illius ſeueritati illudit: nam inde arripit maiorem peccandi licentiam, acſi Deus homicidas ſingulari aliquo priuilegio donaſſet: non quòd ſeriò ita ſentiat: ſed quia vacuus omni pietatis ſenſu impunitatem ſibi promittit, ac interea per iocum obtendit Dei nomen. Septuagies ſept. : שבעים ושבעה Sicut numerus ſeptenarius in Scriptura multitudinem deſignat, ita ſeptuplicatio pro ingenti incremento capitur. Sic Matth.18.c.22, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.

26 Cœptum eſt inuocari הוּחַל לִקְרֹא .i. cœperunt homines inuocare Dominum, hoc eſt cœpit reſtitui verus Dei cultus qui propter impietatis diluuium, ferè interierat. Inuocandi enim verbum generaliter complectitur totum Dei cultum, qui cultus aptè ſic denominatur à præcipua ſui parte. Doctus inter Hebræos exponit, Tunc inquinatum [ſiue profanatum eſt] nomen Domini: quia (inquit) in diebus Enos errauerant poſt idola, & inuocatio nominis Domini polluta erat.

IN CAPVT V.

1 Liber generat. ספר תולדות Hîc ספר liber pro catalogo & enumeratione, vel vt quidam Hebræorum volunt, enarratione, Hebraica phraſi dicitur. Generationes continuam ſucceſſionem generis, vel continuam progeniem ſignificant. dicit igitur. Iſta eſt enumeratio liberorum Adæ, hoc eſt poſteritatis Adæ. Dei אלהים Antecedens pro relatiuo, ſuam. Iterum repetit Moſes quod antè docuerat, Fuiſſe Adam formatum ad imaginem Dei. q.d. Adam iſte caruit patre & matre, ſed Deus creauit eum, nullúmque habuit patrẽ in ſimilitudine præter Deum ſolum. 2 Vocauítque, &c. 'ויקרא וגו Indiuiduam mariti & vxoris ſocietatem commendat. hoc enim dicendi genere ſignificat poſt ordinatum coniugium, fuiſſe virum & vxorem inſtar vnius hominis.

3 Ad ſimilitudinem ſuam, &c. כדמותו כצלמו Ad verbum, in ſimilitudine ſua, iuxta imaginem ſuam. Primum ad originem naturæ refertur: ſecundum, Iuxta imaginem ſuam, notat corruptionem & vitioſitatem quæ ab ipſo cõtracta per defectionem, ad omnes poſteros defluxit. 4 Et genuit filios & filias. : ויולד בנים ובנות Hac loquutione ſignificat multos alios liberos genuiſſe.

5 Nongenti & trig. anni, תשע מאות שנה ושלושים שנה Ad verbum, nouies centum anni & triginta anni. Sic in ſequentibus bis ponitur dictio Annus, quam omiſimus ne lectori non aſſueto Hebraiſmis, tædium pareret.

19 Vixit deinde Iéred poſtquam genuit חHanóch, octingentos annos:genuítque filios & filias.

20 Fuerúntque cuncti dies Iéred duo & ſexaginta anni atque nongenti,& mortuus eſt.

Henoch.

21 Vixit autem חHanóch quinq; & ſexaginta annos, & genuit Methuשſélahח.

22 ″Ambulauit autem חHanóch cum Deo poſtquam genuit Methuשſélahח,trecentos annos:genuítque filios & filias.

23 Fuerúntque cuncti dies חHanóch quinque & ſexaginta anni atque trecenti.

24 Ambulauit inquam חHanóch cum Deo:″poſtea eſſe deſiit,quia ″tulit eum Deus.

Mathuſala.

25 Vixit autẽ Methuשſélaחh ſeptem & octoginta annos atque cẽtum annos,& genuit Lémech.

26 Et vixit Methuשſélaחh poſtquam genuit Lémech, duos & octoginta annos atque ſeptingentos:genuítque filios & filias.

27 Fuerunt itaque cuncti dies Methuשſélaחh nouem & ſexaginta anni atque nongenti,& mortuus eſt.

28 Vixit verò Lémech duos & octoginta annos, atque centum, & genuit filium,

Noe.

29 Appellauítque nomen eius″Nóaחh, dicendo, Iſte conſolabitur nos ab opere noſtro,″& à dolore manuum noſtrarum de terra cui maledixit Iehouáh.

30 Vixítque Lémech poſteaquã genuit Nóaחh, quinque & nonaginta annos,atque quingentos annos:& genuit filios & filias.

31 Fuerunt itaque omnes dies Lémech ſeptem& ſeptuaginta anni atque ſeptingenti,& mortuus eſt.

Filii Noe.

32 ″Quum verò eſſet Nóaחh quingentorũ annorũ, genuit שSem, חHam,& Iépheth.

Cap. VI.

Cauſa diluuii.

1 FVit autem, quum cœpiſſent homines multiplicari in ſuperficie terræ,filiæque natæ eſſent illis:

2 ″Viderunt ″filii Dei filias hominum quòd pulchræ eſſent, & acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.

3 ″Et dixit Iehouáh,″Non diſceptabit ſpiritus meus cum homine

19 Et vixit Iared poſtquã genuit Henoch,octingentis annis: & genuit filios & filias.

20 Et facti ſunt omnes dies Iared nõgenti ſexaginta duo anni,& mortuus eſt.

21 Porrò Henoch vixit ſexagĩta quinque annis,& genuit Mathuſalam.

Eccli 44.c.15
hebr.11.a.5

22 Et ambulauit Henoch cum Deo, & vixit Henoch poſtquam genuit Mathuſalam,trecentis annis:& genuit filios & filias.

23 Et facti ſunt omnes dies Henoch, trecenti ſexaginta quinque anni.

24 Ambulauítque cum Deo:| & nõ apparuit,quia tulit eum Deus.

25 Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis:& genuit Lamech.

26 Et vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech,ſeptingentis octoginta duobus ãnis:& genuit filios & filias.

D

27 Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt.

28 Vixit autem Lamech cẽtum octoginta duobus annis, & genuit filium,

29 Vocauítque nomen eius Noe, dicens, Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus.

30 Vixítque Lamech poſtquã genuit Noe,quingentis nonaginta quinque annis:& genuit filios & filias.

31 Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt.

32 Noe verò quum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Cap. VI.

1 QVúmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent:

2 Videntes filii Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.

3 Dixitque Dominus, Nõ permanebit ſpiritus meus in homine in æter-

22 Ambulauit autem חHanóch cũ Deo ויתהלך חנוך את-האלהים Hebraiſmus,Ne hominum corruptelis abduceretur,habuit vnius Dei reſpectum,vt pura conſcientia,tanquam ſub eius oculis,probitatem coleret.q.d.Piè & inculpatè vixit. Similis videtur eſſe loquutio cum ea quæ Deut.13.a.3,legitur,Poſt Dominum Deum veſtrum ambulabitis. 24 Poſtea eſſe deſiit, ואיננו Ad verbũ,& non ipſe.i.nuſquam comparuit. Tulit לקח rapuit.i.tranſlatus fuit in cælum,donauítque eum immortalitate.de quo Apoſtolus ad Hebræos,cap.11.a.5.

29 Noáחh,dicendo,Iſte conſol.nos נוח לאמור זה ינחמנו Etymologia nominis נוח non eſt petenda à verbo נחם, niſi literam ם ſuperuacuam eſſe dicamus : vt interdum in compoſitione quædam literæ redundant. נוח ſignificat quieſcere:נחם verò conſolari. A priore verbo deducitur nomen Nóaחh. quare vel eſt literæ vnius in alteram tranſmutatio , vel alluſio eſt duntaxat vbi dicit Lemech, Iſte conſolabitur nos ab opere noſtro. Ex doctioribus Hebræorum alter ita ſcribit, Dicendum videbatur (vt nominis ſeruaretur etymologia) יניחנו requieſcere faciet nos:& non ינחמנו conſolabitur nos. At requieſcere ab opere & dolore,& conſolationem accipere ab opere & dolore,re, etſi nõ verbo,eſt idem.Conſolatio enim eſt requies à dolore cordis. Hebræi enim ſenſum & non verba obſeruant, inquit ille. Vtcunque ſit, ſibi leuationem aut ſolatium à laboribus promittit. Et à dolore,&c. ומעצבון וגו' & de moleſtia manuum noſtrarum è terra. vel,ex parte terræ.q.d.Nos poſt multos labores tempore ſuo melius habituri ſumus opera iſtius.In labore manuum,eſt ſynecdoche:quia ſub vna ſpecie cõprehendit miſerum ſtatum in quem deciderat humanum genus. Rarum aliquod & inſolitum auxiliũ à tam miſera, triſti & ſolicita vita,cui addictus fuerat Adam,Lamech à filio ſperabat,idque tanquã Diuinitus promiſſum credebat.Hebræi ad agriculturam referunt,Laborẽ colendi agros ceſſare faciet,ſiue ceſſare nos faciet à labore agriculturæ:fuit enim inuentor inſtrumentorum quibus colere ſolent terram.

32 Quum verò eſſet,&c. ויהי-נוח וגו' Ad verbũ,Et fuit Nóah filius quinque centum annorum,& genuit Nóah,&c.Hæc dicta ſunt per hyſteron proteron: euenerunt enim poſteaquam Deus tulit ſententiam de perdendis hominibus.Non ſeruatur autẽ ſemper in Sacris literis ordo hiſtoriæ. Illud Noe ſecundo loco repetitum , quòd durius eſſet Latinis auribus, cum coniunctione præcedente verbum omiſimus, iuxta proprietatem linguæ Latinæ.

IN CAPVT VI.

2 Viderunt ויראו Conſiderauerunt.Contemplati ſunt. Filii Dei filias hominum, בני האלהים וגו' Filios Dei vocat filios piorum quos Deus tanquam reconditum theſaurum ab aliis ſegregauerat: quales erant filii Seth, in cuius domo cultus Dei erat purus & legitimus: cuius tamen filii degeneres erant,qui promiſcuè vagabantur, pro ſua libidine ruentes, & Cainitis aliíſque profanis gentibus ſe permiſcentes: filias illorum profanorũ aſſumebant ſibi in matrimonium contra Dei præceptum. Quidam vertunt, filii principum,aut magnatum, aut nobilium. Alii,filii deorum,vel Angelorum.Prior interpretatio doctioribus magis placet.

3 Et dixit ויאמר ſub.apud ſe.i.Statuit ac decreuit:quaſi dixiſſet,Non,&c. Nõ diſceptabit,&c. לא ידון וגו' Non contendet Spiritus meus de homine in æternum.i.longo tempore.q.d.Non poteſt animus meus diutius ferre inobedientiam ac peruicaciam & nequitiam hominis quin illum puniam , ſed tandem decernam quidnam facturus ſim de eo. Defeſſus obſtinata mundi peruicacia præſentem vindictam

denuntiat,quam hactenus diſtulerat. Quantiſper enim pœnam ſuſpendit Dominus,quodammodo diſceptat cum hominibus,præſertim ſi vel minis,vel leuium caſtigationum exemplis ad reſipiſcẽtiam ſolicitet. ſic rixatus fuerat iam aliquot ſeculis cum mundo,qui tamen ſubinde deterior fiebat.Nũc quaſi tædio affectus,declarat ſibi non eſſe animum litigãdi diutius:acſi Gallicè quis diceret,*C'eſt trop plaider*.In hac ſignificatione eſt à דון quod iudicare,& etiam litigare ſignificat. Alii deducunt à נדן *neden*, quod vaginam ſignificat, vertentes, Non permanebit tanquam in vagina, ſpiritus meus in homine,perpetuó. Ad verbum,ſi Latinè dici poſſet, non vaginabitur. tanquam ſi Deus ſpiritum ſuum nolit amplius teneri captiuum in corpore humano,quaſi incluſum in vagina.q.d.non viuet diutius. Violenter nimium detorta eſt hæc expoſitio.

num,quia caro eſt;erũtque dies illiꝰ centum viginti annorum.

Gigãtes autem erant ſuper terram in diebus illis: poſtquã enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum,illæque genuerunt,iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi.

B

Infrà 8.d.21
matth.15.b.19

Videns autẽ Dominus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore,

Pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra: & tactus dolore cordis intrinſecus,

Delebo(inquit)hominẽ quem creaui,à facie terræ, ab homine vſque ad animantia,à reptili vſque ad volucres cæli:pœnitet enim me feciſſe eos.

Noe verò inuenit gratiam coram Domino.

Eccli.44.c.17

Hæ ſūt generationes Noe:Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit.

Et genuit tres filios,Sem,Cham,& Iapheth.

Corrupta eſt autem terra coram Deo,& repleta eſt iniquitate.

C

Quũmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptã (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.)

Dixit ad Noe, Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra

in ſeculum,″eo quòd ſit etiam caro:″erunt tamen dies eius cẽtum & viginti anni.

CXX ãnni ad cõuerſionem dati.

4 ″Gigãtes erãt in terra in diebus ipſis:″atque etiam ex quo ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, genuerunt″illis. iſti *ſunt*″potentes qui″à ſeculo *fuerunt*,viri nominis.

Gigantes.

5 Vidítque Iehouáh quòd multa *eſſet* malitia hominum in terra, ″*quòd*que omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantũmodo *eſſet* malum omni die.

Cordis hominis malitia irritat Deum.

6 Et pœnituit″Iehouam quòd feciſſet homines in terra, & doluit in corde ſuo.

7 Dixítq; Iehouáh,Delebo homines quos creaui,à ſuperficie terræ,ab hominibus vſque ad iumentum,vſque ad reptile, & vſque ad volatile cæli:pœnitet enim me quòd″fecerim ea.

Pœnitet Deum hominẽ feciſſe.

8 At Nóaחh″inuenit gratiam in oculis Iehouæ.

9 ″Iſtæ *ſunt* generationes Nóaחh: Nóaחh vir iuſtus, perfectus fuit ″in generationibus ſuis,″cum Deo ipſe ambulauit.

נוח

Noe iuſti generationes.

10 Et genuit Nóaחh tres filios, שSém,חHám,& Iépheth.

11 ″Corrupta autem erat terra coram Deo,& repleta erat ipſa terra ″iniquitate.

12 ″Vidit itaque Deus″terrã,& ecce corrupta erat: nam corruperat omnis caro viam ſuam ſuper terram.

Prædicit Deus diluuium ipſi Noe.

13 Dixítque Deus ad Nóaחh, Finis omnis carnis″venit coram me:

Eo quòd ſit etiam caro: בשגם הוא בשר Hoc eſt(vt exponit ex doctis Hebræorum alter)non modo propter hanc iniquitatem,verumetiã quia caro eſt.Carnis nomine,homines Deus appellat, quos tamen initio formauerat ad imaginem ſuam. Carnem vocat, rationis non capacem.Pſal.78.d.39,Recordatúſque eſt quòd caro eſſent:ſpiritus vadens,& non rediens. Erunt tamen והיו Ad verbum,& erunt.i.tempus intra quod reſipiſcere poterit,erunt centum & viginti anni.non enim intelligitur de duratione vitæ hominis.

4 Gigãtes e. הנפילים היו Præt.perf.Heb.vertendũ per imperf.נפילים à נפל cadere deducitur,ideò quòd(vt quidã exiſtimant)ab eorũ conſpectu caderet vulgus hominum ob vaſtam corporis molẽ: vel quòd terrore ſuæ magnitudinis omnes alios proſternerẽt. Verior mihi videtur eorum ſententia, qui ſimilitudinem eſſe dicunt ſumptam à labe vel impetuoſa procella: nempe quòd ſicut tempeſtas & labes violenter cadens agros vaſtat & perdit,ita ſuis irruptionibus latrones iſti perniciem & vaſtationem mundo intulerint. Nec verò inuſitata fuiſſe corporis altitudine exprimit hìc Moſes,ſed tãtum fuiſſe robuſtos. Alibi ſcio,eadem voce notatur ſtaturæ proceritas quæ formidabilis erat exploratoribus terræ Chanaan, Nume.13.g.34. Sed Moſes eos de quibus in præſenti loco diſſerit, nõ tam corporum mole à reliquis diſcernit, quàm latrociniis & graſſandi libidine. Atque etiam ex quo וגם אחרי־כן Quinetiam adeó.nam primò narrat Moſes tunc fuiſſe gigantes:deinde ſubiicit,nonnullos quoque fuiſſe ex ſobole illa promiſcua, ex quo ſe filii Dei miſcuerant filiabus hominum. Illis. להם nempe gigantibus.id eſt tunc omnia erant plena gigantum rapina, quia illi pollebant viribus, neque poterat quiſquam illis reſiſtere. Potentes הגבורים heroes.fortes illi.robuſti. A ſeculo, מעולם Id eſt antiqui.Seculum enim ferè pro vetuſtate accipitur:acſi dixiſſet Moſes, primos exercuiſſe tyrannidem in mundo per potentiam, & nimis licentioſam ac effrænem dominandi cupidinem ab illis cœpiſſe. Sunt tamen qui exponunt, A ſeculo,coram mundo.nam hoc quoque ſignificat vox Hebraica עולם.Nõnulli prouerbiali figura dictum hoc fuiſſe exiſtimant:quia poſterior ætas quæ diluuium ſequuta eſt,ſimiles non protulit.Prior expoſitio ſimplicior.

5 *Quòd*que omnis imaginatio וכל־יצר &omne figmentum.Alii,deſiderium.Alii concupiſcentia.

6 Iehouam יהוה antecedens pro relatiuo,ipſum. 7 Fecerim ea. עשיתים׃ fecerim illos.ſub.homines.

8 Inuenit gratiam,&c. מצא חן וגו׳ Hebraica eſt phraſis,quæ ſignificat Deum illi propitiũ fuiſſe ac fauentem.ſic enim loqui ſolent Hebræi,Si inueni gratiam in oculis tuis:pro eo quod eſt,ſi tibi gratus ſum,vel me dignaris beneuolentia & fauore.

9 Iſtæ *ſunt* generationes אלה תולדות Hebraiſmus,Hæc ſunt geſta,ſiue quæ contigerunt ipſi Noe: vt exponũt doctiores inter Hebræos. Et ſic infrà cap.37.a.2,Iſtæ ſunt generationes Iaעacób.iuxta illud Prouerb.27.a.1,Ignoras quid ילד pariat dies.i.quid euenturum ſit in die.Hæc verò interpretatio non probatur cuidam Hebræorum,Non eſt(inquit)rectum quòd quæ homini accidunt, vocentur generationes. nam dicit,Iſtæ ſunt generationes,vt & infrà ca.10.a.1,Iſtæ ſunt generationes filiorum Nóah:& 25.b.12,Et iſtæ generationes Iſmael.Dicit igitur,Iſtæ ſunt generationes Noe, & ſequenti verſu repetit, Et genuit Nóah tres filios,&c. quia interpoſuerat per parentheſin, Noah vir iuſtus,&c. vt cõmonſtraret cur illũ iuſſiſſet ædificare arcã.Prior tamen opinio doctioribus magis probatur. Hebræi libros Legis in varias ſectiones diuidũt,cuique ſectioni,à primo,aut rariore verbo primi verſus nomẽ dãtes.Hanc huius libri ſecundã ſectionẽ vocãt נוח,quòd quæ ipſi Noe acciderint,hic deſcribantur. In generationibus ſuis, בדורותיו Id eſt in ætatibus illis quibus vixit,ſiue inter homines ſui ſeculi,nempe in ætate præcedente diluuium,quo tempore hominum mores erant corruptiſſimi: & in ætate ſequẽte diluuium.q.d. quandiu vixit,fideliter coram Deo vixit,& coram hominibus inculpaté.Emphaticum autẽ eſt quod dicit,In generationibus ſuis:quòd mirabile eſſet conſtantiæ exẽplum,inter tam corruptos & impios homines integritatẽ ſeruaſſe. Cum Deo,&c. את־האלהים וגו׳ Ad verbũ,cũ Deo ambulauit Noah. antecedens pro relatiuo.Iiſdẽ verbis vtitur Moſes præcedẽti capite, verſu 22,dicens, Henoch ambulauit cũ Deo.Vide eo loco annotationẽ.

11 Corrupta autẽ erat,&c. ותשחת הארץ וגו׳ Iam verò corrupta erat terra corã Deo.Terra,pro incolis terræ ſumitur.ſequenti verſu ſeipſum exponit,dicens,Omnis caro corruperat viam ſuam. Coram Deo, hoc eſt vidente & ſciente Deo.quibus verbis longa Dei tolerantia cõmendatur. Iniquitate. חמס׃ vi.violentia.rapina.fraude.calumnia.hæc omnia ſignificat vox iſta.

12 Vidit itaque וירא Contemplatus eſt itaque.Conſiderauit. Terram, את־הארץ hoc eſt incolas terræ,quos carnem mox vocat, ſicut & Eſa.cap.40.b.5,Videbit omnis caro gloriam Domini.

13 Venit coram me: בא לפני venit in conſpectum meum.Hebraiſmus,Decreui ac propoſui me deleturum omnem carnem.

quia repleta eſt terra″iniquitate″à facie eorum,″itaque ego paratus ſum diſperdere eos cum terra.

iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdam eos cum terra.

Fac tibi arcam è lignis″góꝑher,″nidos facies *in* ea arca,″bituminabíſque eam intrinſecus & extrinſecus bitumine.

14 Fac tibi arcam de lignis læuigatis, mãſiunculas in arca facies,& bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.

Forma arcæ.

″Et hoc *modo* facies eam: Trecẽtorum cubitorum *erit* longitudo ipſius arcæ,quinquaginta cubitorum latitudo eius,& triginta cubitorum altitudo ipſius.

15 Et ſic facies eam,Trecentorum cubitorum erit lõgitudo arcæ,quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius:

Feneſtram facies″ipſi arcæ, & in cubito″conſummabis eam ſupernè:oſtiũ quoque arcæ ipſius,″in latere eius pones:″inferiora, ſecunda,& tertia facies *in* ea.

16 Feneſtram in arca facies, & in cubito cõſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere:deorſum,cœnacula & triſtega facies in ea.

ARCA NOE.



a b Longitudo 300 cubitorum.
a c Latitudo 50 cubitorum.
d e Altitudo 30 cubitorum
f Oſtium.
e Feneſtra longitudinis vnius cubiti.
g f h Triſtega,ſiue tabulata tria.

″Ego verò ecce ego″adduco diluuium aquarum ſuper terram,vt diſperdam″omnem carnem in qua *ſit* ſpiritus vitæ ſub cælo, quicquid fuerit in terra morietur.

17 Ecce, ego adducam aquam diluuii ſuper terram, vt interficiam omnem carnem in qua ſpiritus vitę eſt ſubter cælum, & vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. D

Qui arcam ingredi deberent.

″Statuam tamen pactum meum tecum:″itaq; ingredieris arcam ipſam,tu,& filii tui,vxórque tua,& vxores filiorum tuorum tecũ.

18 Ponámque fœdus meum tecum:& ingredieris arcam,tu,& filii tui,vxor tua,& vxores filiorum tuorũ tecum.

″Et ex omni viuẽte vniuerſæ carnis, bina ex ſingulis introduces in arcam″vt viuifices tecum,maſculus & fœmina erunt.

19 Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis,bina induces in arcam,vt viuant tecum:maſculini ſexus & fœminini.

Ex volatilib⁹ iuxta ſpeciem ſuã,& ex iumẽtis iuxta ſpeciem ſuã:

20 De volucribus iuxta genus ſuum,& de iumentis in genere ſuo,& ex omni

Iniquitate חמס Eadẽ vox quæ paulo antè verſu 11. A facie e. מפניהם Hebraiſmus,propter ipſos.i.propter opera ipſorũ hominũ.per eos.iis authoribus.hoc eſt,repleuerunt terrã rapinis & calumniis. Itaque ego,&c. והנני וגו׳ Ad verbũ,& ecce ego diſperdo eos cũ terra.Præſens pro fut.i.paratus ſum perdere illos vnà cum ornatu ipſius terræ,putà arboribus,plãtis,&c.Alii vertunt, de terra.vt ſit את pro מן.

14 Góꝑher, גופר Genus eſt ligni leuiſſimi ad fluitandum ſuper aquam aptiſſimi,quod nunquam putreſcit.& hæc vox alio loco non reperitur in Sacris literis,vt aiunt doctiores inter Hebræos.Chaldæus paraph.cedrum vocat. Quidam exiſtimant eſſe pinum:alii,abietem.

Nidos facies *in* ea arca, קנים תעשה את־התבה nidulos facies eam. vel,domunculas facies eam. q.d.totam arcam diſtribues ac partieris in manſiunculas.Vox Hebræa propriè nidum ſignificat:& per tranſlationẽ,pro manſiuncula accipitur. Bituminabíſque eam,&c. וכפרת אותה וגו׳ picabis eam extrinſecus & intrinſecus pice.Bitumen in illis locis Armeniæ eſt vice picis.

15 Et hoc *modo* facies eam: וזה אשׁר תעשׂה אותה Sermo eſt imperfectus,vt admonent Hebræi,& ſubaudiunt Menſura,ſic,Et iſta *eſt menſura* qua facies eam.i.hac ratione compones illam arcam,taliſque illius erit proportio.

16 Ipſi arcæ, לתבה in ipſa arca. Conſummabis eam ſupernè: תכלנה מלמעלה finies eam in ſummo.vel ſummitate. hoc eſt, Facies in cacumine illius arcæ feneſtram quæ habeat longitudinem vnius cubiti.Latitudinem feneſtræ non deſcribit Moſes,quam fuiſſe minimã oportuit. Quidam colligunt ex longitudine, latitudinem fuiſſe ſextæ partis vnius cubiti. In latere eius בצדה Id eſt in altero laterum eius. Inferiora,&c. תחתיים וגו׳ Ita Hebraicè vt vertimus: niſi quòd potes vertere,facies eam.id eſt diſtingues eam in tria interſtitia:hoc eſt,facies in ea tria tabulata,infima,media,& ſuprema.

17 Ego verò ecce ego ואני הנני q.d.Quod ad me attinet,en ipſe adducturus ſum,&c.Ad verbum legitur,Et ego,ecce ego.Alterum redundat. Adduco מביא Præſ.Heb.pro fut.adducturus ſum.vel inducam.protinus ſcilicet vt perfeceris arcam illam. Omnem carnem,&c. כל־בשׂר וגו׳ Hebraiſmus,Caro in qua ſpiritus vitæ,pro omni carne viuente.q.d.Non ſolùm homines,ſed etiam omnia animalia.

18 Statuam tamen והקימותי Stabiliam tamen.Ad verbum,Et ſurgere faciam.Statuam,ſiue Stabiliam pactum meum,id eſt Efficiam vt quod pepigi tecum,ſit ſtabile ac firmum,ratúmque.Ex hoc intelligimus Deum illi promiſiſſe quòd non moreretur aquis diluuii,vt ſcribit alter ex doctioribus Hebræorum: quod tamen non refertur à Moſe. Quia difficillima erat arcæ fabrica, & innumera ſubinde obſtacula ſuperuenire poterant quæ abrumperent incœptum opus,addita promiſſione ſeruum ſuum Deus confirmat.Summa autem pacti,ſiue promiſſionis huius erat,Nóah futurum incolumem quanuis totus mundus diluuio periret. Itaque ingred. ובאת Ad verbum,& ingredieris.

19 Et ex omni viuen.vniuerſæ car. ומכל־החי מכל־בשׂר Ad verbum,Et ex omni viuente,ex omni carne.Singul.Heb.pro plur.Et ex omnibus viuentibus vniuerſæ carnis.i.ex omnibus animantibus, ſiue animalibus. Vt viuifices להחיות Ad verbum, ad viuificandum,id eſt,vt conſerues in vita,& ſerues illa tecum incolumia.vel,vt conſeruentur in vita,aut viua.

reptili terræ ſecundum genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecũ vt poſſint viuere.

Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erũt tam tibi quàm illis in eſcam.

Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

Cap. VII.

2.Petr.2.a.5

DIxitque Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtũ coram me in generatione hac.

Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de animãtibus verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam.

Sed & de volatilib⁹ cæli ſeptena & ſeptena, maſculũ & fœminã: vt ſaluetur ſemẽ ſuper faciẽ vniuerſæ terræ.

Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹: & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ.

Matth.24.d.37
luc.17.f.26
1.petr.3.d.20

¶Fecit ergo Noe omnia quę mandauerat ei Dominus.

Erátque ſexcentorũ annorum quãdo diluuii aquæ inundauerunt ſuper terram.

B ¶Et ingreſſus eſt Noe & filii eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuii.

De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur ſuper terram

Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat Deus Noe.

Quúmq; trãſiſſent ſeptẽ dies, aquæ diluuii inundauerunt ſuper terram.

Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, mẽſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt õnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt:

Et facta eſt pluuia ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

C In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filii eius: & vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam:

Ipſi & omne animal ſecundum genus ſuum, vniuerſáque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terrã in genere ſuo, cunctúmque volatile ſecundũ genus ſuum, vniuerſæ aues, omnéſque volucres

Ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat

---

ex omnibus *quoque* reptilibus terræ iuxta ſpeciem ſuam, bina ex ſingulis ingredientur ad te, vt viuant.

21 Tu verò accipe tibi ex omni eſca quæ comeditur, & collige tibi, ″vt ſit tibi & illis in eſcam.

22 ″Et fecit Nóaחh iuxta omnia quæ præceperat ei Deus, ſic fecit.

Cap. VII.

Præcipitur Noe arcam ingredi. Noe iuſtus.

1 DIxit ergo Iehouáh ad Nóaחh, Ingredere tu & tota domus tua arcam: quia″te vidi iuſtum coram me in generatione iſta.

2 Ex omni iumento mundo accipies tibi ″ſeptena, ″maſculum & fœmellam eius: at ex iumẽtis quæ munda non ſunt, bina, maſculum & fœmellam eius.

3 Ex volatili quoque cæli ſeptena, maſculum & fœmellam, ″aduiuificandum ſemen in ſuperficie totius terræ.

4 Quia poſt dies adhuc ſeptem ego″pluam ſuper terrã quadraginta dies & quadraginta noctes: delebóque omnẽ ſubſtantiam quam feci, à ſuperficie terræ.

Noe arcam ingreditur.

5 Fecit igitur Nóaחh iuxta omnia quæ præceperat ei Iehouáh.

6 ″Quum autem Nóaחh eſſet ſexcentorum annorum, diluuium illud fuit aquarum ſuper terram.

7 ″Venit itaque Nóaחh, & filii eius, vxórque ipſius, atque vxores filiorum eius ſecum ad arcam, propter aquas diluuii.

8 Ex iumento mundo, & ex iumento quod non erat mundum, & ex volatili, atque ex omni quod reptat ſuper terram

9 ″Bina″ingreſſa ſunt ad Nóaחh in arcã, maſculus & fœmina, quẽadmodum præceperat Deus ipſi Nóaחh.

10 Fuit autem vt″ſeptimo die aquæ diluuii″inundarẽt ſuper terrã.

Diluuii inundatio.

11 Anno ſexcẽteſimo vitæ Nóaחh, ″menſe ſecundo, decimoſeptimo die″mẽſis, ipſo die rupti ſunt omnes fontes″voraginis magnæ, & feneſtræ cæli apertæ ſunt:

12 Fuítque pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Qui cum Noe ingreſſi.

13 ″In ipſomet die ingreſſus fuerat Nóaחh, & שSem, & חHám, & Iépheth″filii Nóaחh, vxor ipſius Nóaחh, & tres vxores filiorum eius ſecum in arcam:

14 Ipſi, ″& omnis beſtia iuxta ſpeciem ſuam, omnéque iumentum iuxta ſpeciem ſuam, atque omne reptile quod reptat ſuper terram iuxta ſpeciem ſuam, omne denique volatile iuxta ſpeciem ſuam, *hoc eſt* omnes aues, omne alatum.

15 ″Venerunt ergo ad Nóaחh in arcam bina ex omni carne ″in qua

---

21 Vt ſit והיה Ad verbum, & erit.

22 Et fecit Nóaחh, &c. ויעש נוח וגו׳ Hebraiſmus, pro, Quod fecit Noe, prorſus vt præceperat ei Deus, &c.

IN CAPVT VII.

1 Te vidi iuſtum, &c. אותך ראיתי וגו׳ Vide eadem præcedenti capite, verſu 9.

2 Septena, שבעה שבעה Ad verbum, ſeptem ſeptem. Sic ſequẽti verſu. Maſculum & fœm. איש ואשתו Ad verbum, virum & viriſſam eius. Sequenti verſu ſeipſum explicat. 3 Ad viuificandum לחיות Hebraiſmus, pro vt conſerues in vita ſemen.

4 Pluã ממטיר Præſ. Heb. pro fut. 6 Quũ autẽ, &c. ונוח וגו׳ Ad verbũ, Et Noah *erat* filius ſexcentorũ annorũ, & diluuiũ, &c.

7 Venit itaque ויבוא Acceſſit itaque. i. Appropinquauit arcæ, quum videret futurum propediem diluuium: nam eo die nõ eſt ingreſſus.

9 Bina שנים שנים Ad verbum, duo duo. Ingreſſa ſunt באו vltrò ſcilicet & ſua ſponte. Vide paulo pòſt verſu 15.

10 Septimo die לשבעת הימים .i. quum illuxiſſet dies ſeptimus. Chaldæus paraph. poſt tempus ſeptem dierum. Inundare היו Ad verbum, fuerunt. 11 Menſe ſec. בחודש השני Non de ætate Noe, ſed de ordine menſium ipſius anni intelligitur. Menſem iſtũ ſecũdum, doctiores interpretantur Martiũ. Menſis, לחודש Antecedẽs pro relatiuo, eiuſdem. Voraginis mag. &c. תהום רבה וגו׳ abyſſi ingentis. Per abyſſum intellige immenſam illam & profundam aquarum copiam quæ eſt ſubter terram. Fontes autem abyſſi, ſunt abyſſi ſcaturigines. Feneſtræ cæli, ſunt nubes. q.d. Mare inundauit, & aquæ in terra multiplicatæ ſunt ſupra modum: erumpebant enim vndique: præterea nubes citò condenſatæ ſunt, & verſæ in magnam vim aquarum: deſcenditque pluuia magno impetu, velut feneſtris cæli apertis.

13 In ipſomet die בעצם היום הזה Ad verbum, In articulo [vel, ſubſtantia] diei ipſius. i. hoc ipſo die, nempe decimoſeptimo. Filii Nóaחh, בני־נוח Antecedens pro relatiuo, filii eius. 14 Et omnis beſtia, &c. וכל־החיה וגו׳ Singularia Heb. pro pluralibus, omnia animalia, omnia iumenta, omnia reptilia, omnia volatilia. hoc eſt omnes volucres, & quicquid habet alas.

15 Venerunt ergo, &c. ויבאו וגו׳ Id eſt ſua ſponte & vltrò, ita volente Deo venerunt ad Noe, vt introduceret ipſa in arcam. Dominus quicquid voluit ſaluum manere, de manu (quod aiunt) in manum ipſi Noe porrexit & obtulit. In qua *erat* ſpiritus vi. אשר־בו רוח חיים׃ Vide præcedenti capite verſum 17.

erat ſpiritus vitæ.

ʹQuæ autē ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne ingreſſa ſunt quemadmodū præceperat ei Deus :ʺ & clauſit Iehouáh ſuper eum. 16

Aquæ diluuii quàm magnæ.

Fuítque diluuium quadraginta dies ſuper terram,&multiplicatæ ſunt aquæ,& eleuauerunt arcam, quæ eleuata eſtʺà terra.ʹ 17

ʺEt roborauerunt ſe aquæ,ac multiplicatæ ſunt valde ſuper terram:ʺ& ferebatur arca ſuper faciem aquarum. 18

Aquæ inquam roborauerunt ſe ʹmirum in modum ſuper terrā, ʺ& operti ſunt omnes montes excelſi qui *erant* ſub toto cælo. 19

Quindecim cubitis ſupernè roborauerūt ſe aquæ,& operti ſunt montes. 20

Et mortua eſt omnis caro quæ reptat ſuper terram,ʹtam de volatili quàm de iumento,& beſtia, omníque reptili quod reptat ſuper terram,ʹ& omni homine. 21

Omniaʺin quorū naribus *erat* halitus ſpiritus vitæ ex omnibus quæ *erant* in ſicco,mortua ſunt. 22

Deleuit itaque *Deus* omnem ʹſubſtantiam quæ erat ſuper faciem terræ,ab homine vſque ad iumentū,vſque ad reptile,ac vſque ad volatile cæli,deleta inquam ſunt è terra, & relictus eſt tantummodo Nóanh & qui cum eo erant,in arca. 23

ʺEt roborauerunt ſe aquæ ſuper terram centum quinquaginta diebus. 24

Cap. VIII.

Imminuuntur aquæ diluuii.

RʺEcordatus eſt autem Deus Nóanh,ʺ& omnis beſtiæ,omníſq; iumenti, quæ *erant* cum eo in arca: ʺimmiſítque Deus vētum ſuper terram,ʺ& quieuerunt aquæ. 1

ʺEt clauſi ſuntʺfontes abyſſi,atque feneſtræ cæli:& prohibita eſt pluuia è cælo. 2

Et reuerſæ ſunt aquæʹde terra,ʹeundo,& redeundo decreuerúntque aquæʺin fine centumquinquaginta dierum. 3

Arca ſuper montes requieſcit.

Et requieuit arca menſe ſeptimo, decimaſeptima die menſis ſuper montesʹArarát. 4

Aquæ autem abibant & decreſcebant vſque ad mēſem decimū: decimo *uerò*,ʺprima menſis viſa ſunt cacumina montium. 5

Emittitur coru'

ʹElapſis itaque quadraginta diebus aperuit Nóanh feneſtram arcæ quam fecerat, 6

Et emiſit coruum,qui egreſſus eſt ʹegrediēdo & redeundo, do- 7

ſpiritus vitæ.

16 Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus déforis.

17 Factū́que eſt diluuium quadraginta dieb⁹ ſuper terram, & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.

18 Vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerūt in ſuperficie terræ:porrò arca ferebatur ſuper aquas.

19 Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram:opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. D

20 Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat.

Sapient.10.a.4 eccli.39.c.28

21 |Conſumptáque eſt ōnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animātium, beſtiarum, omniúmque reptilium quæ reptant ſuper terram: vniuerſi homines,

22 Et cuncta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra,mortua ſunt.

23 Et deleuit omnem ſubſtātiam quæ erat ſuper terram , ab homine vſque ad pecus , tam reptile quàm volucres cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe & qui cum eo erāt, in arca.

24 Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Cap. VIII.

1 REcordatus autem Deus Noe, cūctorúmque animantium, & omnium iumentorum quę erant cum eo in arca: adduxit ſpiritum ſuper terrā, & imminutæ ſunt aquæ.

2 Et clauſi ſunt fontes abyſſi,& cataractæ cæli : & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo.

3 Reuerſæque ſunt aquæ de terra,eūtes & redeuntes : & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies.

4 Requieuitque arca mēſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die mēſis ſuper mōtes Armeniæ.

5 At verò aquæ ibant & decreſcebāt vſque ad decimum menſem : decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium.

6 Quúmque tranſiſſent quadraginta dies,aperiēs Noe feneſtram arcæ quā fecerat, B

7 Dimiſit coruum: qui egrediebatur, & reuertebatur, donec ſiccarentur a.

---

16 Quæ autem ing.ſunt, והבאים Et quæ veniebant. Ad verbum,Et quæ ingrediētia. Et clauſit,&c. : ויסגור יהוה בערו & concluſit eum Iehouáh. vel,& clauſit Iehouáh *oſtium* poſt eum.i.illo iam ingreſſo. Alii,clauſit Iehouáh pro eo.non enim poterat Noe extrinſecus claudere oſtium. 17 A terra. : מעל־הארץ Ad verbum,de ſuper terram.

18 Et roborauerunt ſe ויגברו Et præualuerunt. Alii, Et inundauerunt. Alii, Et fortificatæ ſunt. Et ferebatur ותלך Ad verbum, & ambulauit.id eſt natare,ſiue fluitare cœpit.

19 Mirum in modum מאוד מאוד ſupra modum.maximé. Ad verbum,valde valde. Et operti ſunt ויכוסו adeò vt tegerentur.

21 Tam de volatili quàm de ium. בעוף ובבהמה Ad verbum, in volucri,& in iumento,&c. Quidam vertunt,in *genere* volucrum,& iumentorum,&c. Singularia pro plur. Et omni hom. : ובכל־האדם & omnes homines.

22 In quorum,&c. אשר נשמת וגו׳ Phraſis Hebræa,pro quæcunque viuebant & degebant in terra,perierunt.

23 Subſtantiam היקום ſub.viuentem.vniuerſale nomen eſt ad omnia viuentia.

24 Et roborauerunt ſe ויגברו & præualuerunt,vt paulo antè verſu 18.

IN CAPVT VIII.

1 Recordatus eſt autem ויזכור Recordatus hic ipſius Noe dicitur Deus , quòd quum vſque ad quintum menſem fluctuaret in aquis arca,mora illa qua paſſus fuerat ſeruum ſuum anxiè ac miſerè cruciari, quædam videri potuerat obliuio. Recordatur igitur ſuorum,quando poſt longas afflictiones eripit. Et omnis beſtiæ, ואת כל־החיה Singul. Heb. pro plur.& omnium beſtiarum. id eſt ferarum, volatiliū & reptilium.ſic enim hîc accipitur. Hinc diſcimus,Deum ſeruare etiam animalia ac beſtias propter hominē iuſtum. Immiſitque ויעבר induxitque.inuexit. Ad verbum,& tranſire fecit. Et quieuerunt וישכו & ſedatæ ſunt.

2 Et clauſi ſunt,&c. ויסכרו מעינות תהום וגו׳ Hebraiſmus, Deſierunt aquæ erumpere ex omnibus partibus terræ,deſierunt præterea nubes verti citò in aquam,& velut è foraminibus decidere in terram.

3 De terra מעל־הארץ Ad verbum,de ſuper terram. Eundo & red. הלוך ושוב .i.euntes & redeuntes.q.d.aquæ ſubinde cœperunt decreſcere & imminui. In fine מקצה à fine.i.poſt.q.d.aquæ ipſæ poſt centum quinquaginta dies diminutæ ſunt.

4 Ararát. : אררט Armeniam ferè omnes interpretantur. 5 Prima באחד Ad verbum,in vna.

6 Elapſis,&c. ויהי מקץ וגו׳ Ad verbum,Et fuit,à fine quadraginta dierum.

7 Egrediendo & redeundo יצוא ושוב Id eſt egrediens & reuertens. Latinè dixeris,qui quidem egrediebatur & reuertebatur.

quæ ſuper terram.

Emiſit quoque columbam poſt eū, vt videret ſi iam ceſſaſſēt aquæ ſuper faciem terræ. 8

Quæ quum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eū in arcā:(aquæ enim erāt ſuper vniuerſam terram) extēditque manū ſuam, & apprehenſam intulit in arcam. 9

Expectatis autē vltrà ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca: 10

At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. intellexit ergo Noe quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram. 11

C Expectauitque nihilominus ſeptē alios dies: & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum. 12

Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die mēſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noe tectū arcæ, aſpexit, viditq; quòd exiccata eſſet ſuperficies terræ. 13

Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo die menſis areſacta eſt terra. 14

Loquutus eſt autem Deus ad Noe, dicens, 15

Egredere de arca, tu & vxor tua, filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum. 16

Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in beſtiis & vniuerſis reptilib⁹ quæ reptāt ſuper terram educ tecum, & ingredimini ſuper terram: ‖creſcite, & multiplicamini ſuper eam. 17

Suprà 1.d.22
infrà 9.a.1

D Egreſſus eſt ergo Noe & filii eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cū eo: 18

Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram ſecundum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. 19

AEdificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. 20

Odoratúſque eſt Dominus odorē ſuauitatis, & ait ad eum, Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ‖ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: nō igitur vltrà percutiam omnē animā viuentē ſicut feci. 21

Suprà 6.a.5
matth.15.b.19

Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyēs, nox & dies non requieſcent. 22

nec ſiccarentur aquæʹſuper terram.

8 Emiſit quoque columbam à ſe, vt videretʹan alleuiatæ eſſent aquæʹà terra.

Emittit Noe columbam.

9 ʹQuæ quum non inueniſſet requiem plantæ pedis ſui, reuerſa eſt ad eum in arcam: quia aquæ *erant* in ſuperficie totius terræ.ʹille verò extendit manum ſuam, & accepit eam, introduxítque eam ad ſe in arcam.

10 Expectauit autem adhuc ſeptem dies alios,ʹ& rurſum emiſit columbam ex arca:

Rurſus eam emittit.

11 Venítque ad eum columba tempore veſpertino, & ecceʹfolium oliuæ raptum *erat* in ore eius. cognouit ergo Nóanh quòdʹalleuiatæ eſſent aquæʹſuper terram.

12 ʹExpectauit nihilominus ſeptem dies alios, & emiſit columbam ʹquæ non addidit vt reuerteretur ad eum amplius.

13 Et fuitʺſexcēteſimo primo anno, primo *menſe*, prima *die* menſis, exiccatæ ſunt aquæ ſuper terram: & amouit Nóanh operimētum arcæ: vidítque, & ecce exiccata erat ſuperficies terræ.

Siccantur aquæ.

14 Menſe autem ſecundo, viceſima ſeptima dieʹmenſis aruit terra.

15 Et loquutus eſt Deus ad Nóanh, dicendo,

16 Egredere ex arca, tu, & vxor tua, ac filii tui, & vxores filiorū tuorum tecum.

Præcipitur Noe egredi arca.

17 Omnem beſtiam quæ eſt tecum, ex omni carne,ʹtam de volatili quàm de iumento, & omni reptili quod reptat ſuper terram, educ tecū:ʹ& repāt in terra, & creſcāt, & multiplicētur ſuper terrā.

18 Egreſſus eſt itaque Nóanh & filii eius, vxórque eius, & vxores filiorum eius ſecum:

Egreditur.

19 *Sed &* omnis beſtia, omne reptile, & omne volatile, *atque* omne quod mouetur ſuper terramʺſecundum ſpecies ſuas, egreſſa ſunt ex arca.

20 Et ædificauit Nóanh altare ipſi Iehouæ, tulítque ex omni animali mundo, & ex omni volatili mundo, obtulítque holocauſta ʹin altari illo.

Offert holocauſtum Deo acceptum.

21 ʹOdoratúſque eſt Iehouáh odorem quietis. ʹdixítque Iehouáh in corde ſuo, Non addam vt maledicam vltrà terræʹpropter hominem: quiaʹcogitatio cordis hominis mala eſt à pueritia ſua: neque addam vltrà vt percutiamʺomne viuens quemadmodum feci.

Diluuium non vltrà futurum.

Cor hominis malum.

22 ʹAdhuc omnes dies terræ, ſementis & meſſis, frigúſque & æſtus, necnon æſtas & hyems, dies quoque & nox non ceſſabunt.

Super terram. : מעל הארץ Ad verbum, de ſuper terram.

8 An alleuiatæ eſſent הקלו an miteſcerent. ſedarentur. minuerentur. decreſcerent. A terra. : מעל פני האדמה Ad verbum, de ſuper faciem terræ. 9 Quæ quum, &c. ולא־מצאה היונה Ad verbū, Et non inuenit columba. antecedens pro relatiuo. Ille verò extendit וישלח Ad verbum, & emiſit. 10 Et rurſum emiſit ויוסף שלח Ad verbum, & addidit emittere.

11 Folium oliuæ raptum עלה־זית טרף frons oleæ decerpta. Hebraiſmus, Quæ reuerſa ad eum ſub veſperam, geſtabat in ore frondem quam ex olea decerpſerat, &c. Alleuiatæ eſſent קלו reſederant. imminutæ eſſent. Super terram. : מעל הארץ Ad verbum, de ſuper terram. 12 Expectauit nihilom. וייחל עוד Ad verbum, Et expectauit adhuc. Quæ non ולא Ad verbum, & non. Latinè vertes, quæ vltrà non rediit ad eum. 13 Sexcenteſimo primo anno, &c. באחת ושש־מאות וגו׳ Ad verbum, in vno & ſexcenteſimo anno, in primo, in vna menſis. Antecedens ſecundo loco poſitum, pro, in primo menſe, in prima eiuſdem.

14 Menſis, לחודש Antecedens pro relatiuo, eiuſdem.

17 Tam de volatili, &c. בעוף ובבהמה וגו׳ Ad verbum, in volatili, & in iumento, & in omni reptili. Singularia pro plur. hoc eſt, ex volucrum genere, iumentorum, &c. Et repant ושרצו & reptent. Alii, prolificent. gignant, propagent genus ſuum.

19 Secundum ſpecies ſuas, למשפחותיהם ſecundum genera ſua. Ad verbum, ſecundum familias ſuas. vel cognationes.

20 In altari illo. : במזבח ſub. à ſe conſtructo, vt Deo gratias ageret de tanto beneficio accepto.

21 Odoratúſque, &c. וירח יהוה וגו׳ Olfecitque Iehouáh odorem ſuauitatis. i. ſuauem, ſiue ſuauiſſimum. vel quietis, vt vertit noſter interpres, id eſt quieſcere facientis iram Dei. q. d. quo placatus fuit Deus. Chaldæus paraph. Et ſuſcepit Dominus cum beneplacito oblationem eius. Sacra ſcriptura de Deo loquitur more humano propter nos. Dixitque Iehouáh, &c. ויאמר יהוה וגו׳ Hebraiſmus, Ita decreuit apud ſe Dominus, Non maledicam vltrà terræ. His verbis non quamlibet vindictam ſignificat Dominus, ſed quæ deleat orbem terrarum, & interitum afferat tam humano generi, quàm reliquis animalibus. Et ita ſeipſum exponit in Eſaia, 54.c.9, quum pronuntians, ſe vna populi captiuitate fore contentum, eam comparat aquis Noah, his verbis, Nam *ut* aquæ Noah hoc mihi: cui iuraui quòd non tranſirent aquæ vltrà ſuper terram, ſic iuraui quòd non iraſcar contra te, nec increpem te. Propter hominem: בעבור האדם Chaldæus paraph. propter peccata hominum. Cogitatio יצר figmentum. vel deſiderium. Omne viuens כל־חי Singul. pro plur. cuncta viuentia.

22 Adhuc, &c. עוד כל־ימי הארץ Vltrà omnibus diebus terræ. i. quandiu terra erit in rerum natura. Alii, Poſthac,

Cap. IX.

Confirmatio cõiugii.

1 ET benedixit Deus Nóanh,atque filiis eius,dixítq; ad eos,′Creſcite & multiplicamini,′ac replete terram.

Homini omnia ſubiecta.

2 ′Timórque veſter,& pauor veſter′ſit ſuper omnem beſtiam terræ,& ſuper omne volatile cæli:′cum omnibus quæ gradiuntur in terra,& omnibus piſcibus maris′manui veſtræ tradita ſunt.

Conceſſio ciborum præter ſuffocatum.

3 ′Omne reptile quod eſt viuens,vobis erit in eſcam:′ſicut germẽ herbæ,dedi vobis omnia:

4 Veruntamen carnem′cum anima eius *quæ eſt* ſanguis eius,nõ comedetis.

Prohibetur homicidium.

5 ′Et profectò ſanguinem veſtrum,*ſedem*′animarum veſtrarum,requirã:′de manu cunctorũ animalium requirã illũ,′& de manu hominis,′de manu inquã viri fratris eius requirã animam hominis.

Ius gladii.

6 Qui effuderit ſanguinem hominis′in homine,ſanguis eius effundetur:quia ad imaginem′Dei fecit hominem.

7 Vos autem′creſcite & multiplicamini,′generate in terra,& multiplicamini in ea.

8 Dixítque Deus ad Nóanh & ad filios eius *qui* cũ eo *erant*,′hunc in modum,

Pactum Dei cũ Noe nõ rurſum diluuium fore.

9 ′Equidem ego ſtatuo pactum meum vobiſcum,& cum ſemine veſtro poſt vos:

10 Et cum omni anima viuente quæ *eſt* vobiſcum,′tam de volatili,

Cap. IX.

1 BEnedíxitque Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, | Creſcite & multiplicamini, & replete terram.
Suprà 1.d.28, & 8.c.17

2 Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cũcta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terrã: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.

3 |Et õne quod mouetur & viuit, erít vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia:
Suprà 1.d.29

4 |Excepto quod carnẽ cum ſanguine non comedetis.
Leuit.17.d.14

5 Sãguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarũ, & de manu hominis, de manu viri fratris ei⁹ requiram animam hominis.

6 |Quicunque effuderit humanũ ſanguinem, fundetur ſanguis illius: |ad imaginẽ quippe Dei factus eſt homo.
Matth. 26.e.52 apocal.13.c. B
Suprà.1,c.26

7 |Vos autem creſcite & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam.
Suprà 1.d.28, & 8.d.17

8 Hęc quoque dixit Deus ad Noe & ad filios eius cum eo,

9 Ecce ego ſtatuam pactũ meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos:

10 Et ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus

IN CAPVT IX.

1 Et benedixit ויברך Benedicere, pro fœcunditatis gratiam dare,vel ablatam reddere,more Scripturæ poſitum eſt. Benedictio, maledictioni opponitur, quæ ſterilitatẽ ſæpiſſime in Scripturis etiam ſignificat. Quid benedicere ſignificet, mox declarat Moſes quum Deum loquentem inducit,& dicentem,Creſcite,&c. Creſcite פרו fructum ferte. Ac replete ומלאו ſub.prole veſtra.

2 Timórque,&c. וחתכם וגו׳ Terrórque veſter(actiuam habet ſignificationem)ac territatio veſtra.ſiue terriculamentum veſtrum.Hebraiſmus,acſi dicat,Volo vos incutere terrorem animantibus quantuncunque truculentis & immanibus ,& dominiũ habere in illa,eáque vobis ſubiecta eſſe. Sit יהיה Fut.Heb.pro imperat. Cum omnibus,&c. בכל אשר וגו׳ Fut.Heb.pro præſ.& ſingularia pro plur. cum omnibus quæ mouentur in terra.vel incedunt.ut,quæ calcant terram. Manui veſt. בירכם Quidam ſubaudiunt nam,vel quia.q.d.nã volo ea vobis ſubiici. 3 Omne reptile כל־רמש Omne quod graditur.vel mouetur.vt præcedenti verſu. Sicut germen herbæ, בירק עשב ſicut olus herbæ.Alii,ſicut herbam virentem.q.d.Quæcunque gradiuntur,& eadem viuunt,erunt vobis in cibum.permitto vobis veſci carnibus omnium animalium:ſicut ante diluuium permiſeram vobis veſci omnibus virentibus herbis.Sic omnes ferè interpretes ſentiunt,homini ante diluuium fas non fuiſſe veſci carnibus,ſed natiuos tantùm fructus terræ illis fuiſſe pro cibo.Quibuſdã magis placet, Deum hic non plus largiri hominibus,quàm dederat,ſed tantùm reddere quod fuerat ablatum,vt poſſeſſionem bonorum vnde fuerant depulſi,iterum cernant.Nam quũ prius mactarẽt Deo victimas,& iugulare illis feras liceret,ex quarũ corio & pellibus veſtes ſibi & tabernacula conficerent,non vident quænam eos ab eſu carnium religio impedierit.Quia tamen non magni refert vtrumuis ſentias,nihil affirmãt.

4 Cum anima e.&c. בנפשו דמו Vt exponeret Moſes quid per animam intelligeret,addidit ſanguinem, quaſi diceret, carnem cum ſua vita,quodammodo vocari,vbi ſanguine ſuo imbuta comeditur. Quare anima ſiue vita,& ſanguis,nõ ponuntur tanquã res diuerſæ:ſed vnũ ſignificant.non quòd ſanguis per ſe anima,ſiue vita ſit:ſed quia in eo præcipuè vigẽt ſpiritus vitales,quoad ſenſum noſtrũ,quaſi teſſera,vitã repræſentat.Et hoc ſanè diſertè expreſſũ eſt,quo magis homines abhorrerẽt ab eſu ſanguinis.Hac prohibitione voluit Dominus in abſtinẽtia pecuini ſanguinis,homines ad manſuetudinem aſſuefacere:ne ſi in victu fero & effræni nimium audaceſeſſent,non parcerent etiam tandẽ ſanguini humano. 5 Et profectò ואך Et ſanè.Melius Vetus interpres pro particula אך reddidit enim:vt ſit cauſæ redditio,quàm qui aduerſatiuè legunt, Alioqui ſanguinem veſtrum. Ad verbum tamen optimè ſic vertitur:vt vertimus. His verbis clarius teſtatur Dominus ſe non animalium reſpectu vetare vſum ſanguinis,ſed quia pretioſam habeat hominum animam:& Legis ſuæ finem vnicum eſſe vt cõmunem illis inter ſe humanitatem commendet.q.d.Videte autem ne dum permitto animalia occidere in cibum, & eorum ſanguinem effundere,exiſtimetis vobis etiam permitti humanum ſanguinem profundere, & homines occidere. Animarum veſtrarum, לנפשותיכם Id eſt vitæ veſtræ.Alii,qui eſt in animas veſtras.vel,in animabus veſtris.aut,qui vobis eſt in animas.hoc eſt,qui vos viuificat &vegetat quãtum ad corpus. De manu,&c. מיד כל־חיה אדרשנו Acſi dicat Dominus,Adeò mihi diſplicet effuſio ſanguinis,cædes,& homicidium, vt etiam feræ ipſæ ratione carentes,daturæ ſint mihi pœnas ſi hominem occiderint:vos igitur multo grauiores ſi cædem admiſeritis.

Et de manu hom. ומיד האדם tum *etiam* de manu hominis,&c.Alii,quanto magis de manu hominis,&c.Hebraiſmus,Requirere ſanguinem hominis de manu hominis,pro,ſupplicio extremo afficere aliquem qui hominem occiderit,& ſanguinem eius fuderit. De manu inquã viri fratris e. מיד איש אחיו Quidã ſic interpretantur,de manu vniuſcuiuſque requiram proximum eius.vel,de manu vniuſcuiuſque, etiam ſi frater proximus fuerit ei quem interfecit.frequẽtiſſimum enim eſt apud Hebræos,fratrem pro proximo accipi,& virum pro vnoquoque.Quidam Hebræorum ſingulare Hominis,pro hominibus poſitum dicunt,de manu hominum,id eſt ſi plures occiderint,omnes illi dabunt pœnas propter cædem admiſſam. Eſt verò repetitio Hebraica, De manu hominis requiram animam hominis, de manu viri fratris ſui,&c.q.d.dabit pœnas homo ille quicunque erit qui proximum occiderit. Chaldæus paraph.vertit. de manu viri qui effuderit ſanguinem fratris ſui.requiram. 6 In homine, באדם per hominem.i.opera ac teſtimonio hominis:hoc eſt ſi affuerint teſtes, aut teſtificentur homines. Alii, propter hominem ipſum.interfectum ſcilicet. Alii,à magiſtratu. Chaldæus paraph.per teſtes ſententia Iudicum.Alii,inter homines.i.publicè & in conſpectu omnium, cunctiſque videntibus. Alii referunt iſtud ad ſequentia,In homine fundetur ſanguis eius.q.d. Propterea quòd hominem occidit,fundetur ſanguis illius.Alii,propterea quòd hominẽ occiderit.Rectius mihi exponere videntur qui hac particula,In homine,ſceleris atrocitatem exprimi volũt, quòd quiſquis hominem occidit, ſanguinem& vitã fratris ſui haurit in ipſo.Hoc verſu homicidis mortem denuntiat, quomodocunque moriantur,ſiue iuſſu Magiſtratus, ſiue à quocunque aliunde à Deo miſſo carnifice. Pſal.55.d.25, Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos. Dei אלהים Antecedens pro relatiuo,meam.

7 Creſcite פרו fructificate. Generate שרצו gignite.procreate.propagate.ſub.genus veſtrum.

8 Hunc in mo. לאמור׃ Ad verbũ,dicendo. 9 Equidẽ ego ſta. ואני הנני מקים Ad verbum,Et ego ecce ego facio ſurgere.Vide infrà cap.23.d.17.Præſ.Heb.pro fut.ſtatuam.ſtabiliam.i.Quantũ ad me attinet,paratus ſum ſtatuere & ratum habere pactum quod inii vobiſcum vt ſeruemini. 10 Tam de volatili,&c. בעוף בבהמה וגו׳ Ad verbum,in volatili,in iumento,& in omni beſtia,&c.Singularia pro plur.ב pro מן de,ſiue ex.tam ex volucrum genere quàm ex iumentis,& ex omnibus beſtiis terræ.

quàm in iumẽtis & pecudibus terræ, cunctiſque quę egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtiis terræ.

Eſa.54.c.9 ¶Statuam pactũ meum vobiſcum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium diſſipans terram.

Dixitque Deus, Hoc eſt ſignum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentẽ quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas.

Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram.

C Eccli.43.b.12 ¶Quúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubib⁹.

Et recordabor fœderis mei vobiſcũ, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & non erunt vltrà aquę diluuii ad delẽdam vniuerſam carnẽ.

Eritque arcus in nubib⁹, & videbo illũ, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt inter Deum & inter omnem animam viuẽtem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terram.

Dixitque Deus ad Noe, Hoc erit ſignum fœderis quod cõſtitui inter me & omnem carnem ſuper terram.

Erant ergo filii Noe qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanáan.

Tres iſti, filii ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominũ ſuper vniuerſam terram.

D Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.

Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.

Quod quum vidiſſet Cham pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.

At verò Sem & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedẽtes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: faciéſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt.

Euigilans autem Noe ex vino, quũ didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor,

Ait, Maledictus Chanáan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.

Benedictus Dominus Deus Sem: ſit Chanáan ſeruus eius.

quàm de iumento, & omni beſtia terræ *quæ ſunt* vobiſcũ, ″ab omnibus egreſſis ex arca, vſque ad omnem beſtiam terræ.

11 Statuam inquam pactum meum *quod pepigi* vobiſcum, ″neque excidetur omnis caro vltrà ab aquis diluuii, neque erit vltrà diluuium ad diſperdendam terram.

12 Et dixit Deus, Iſtud *erit* ſignum fœderis quod ego ″do inter me & inter vos, intérque omnem animam viuẽtem quæ eſt vobiſcũ, ″in generationes ſeculi.

13 Arcum meum ponam ″in nube, ″erítque in ſignũ fœderis inter me & inter terram.

14 Erítque, quum ″obnubilauero nubẽ ſuper terram, tum apparebit arcus in nube ipſa.

15 Et recordabor fœderis mei quod eſt inter me & inter vos, & inter ″omnem animam viuentem in omni carne: neque erunt vltrà aquæ in diluuium, vt diſperdant omnem carnem.

16 Erítque arcus ille in nube, & videbo illũ, vt recorder pacti ″perpetui inter Deum & inter omnem animam viuentem cum omni carne quæ eſt ſuper terram.

17 Et dixit Deus ad Nóaחh, Hoc eſt ſignum fœderis quod ſtatui inter me & inter omnem carnem quæ eſt ſuper terram.

18 Fuerũt autem filii Nóaחh qui egreſſi ſunt de arca, שSem, חH, & Iépheth. porrò חHam eſt ″pater Chenáyan.

19 Tres iſti, ſunt filii Nóaחh: & ab iſtis ſparſa eſt vniuerſa ″terra.

20 Cœpit autem Nóaחh ″agricola plantare vineam.

21 Bibítque de vino, ac inebriatus eſt, & diſcooperuit ſe in medio tabernaculi ſui.

22 Vidit autem חHam pater Chenáyan, ″turpitudinem patris ſui, & renuntiauit duobus fratribus ſuis ″in platea.

23 ″Tunc acceperunt שSem & Iépheth veſtimentum, quod poſuerunt ſuper humerum ″ſuum, & euntes ″retrorſum, operuerunt turpitudinem patris ſui: facies autem eorum erant auerſæ, & turpitudinem patris ſui non viderunt.

24 Expergefactus verò Nóaחh ″à vino ſuo, reſciuit quod feciſſet ſibi filius ſuus minor natu.

25 Et dixit, Maledictus ″Chenáyan, ″ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.

26 Dixit præterea, Benedictus Iehouáh Deus שSẽ: & ſit Chenáyan ſeruus ″eis.

Signum confirmãs fœdus, iris in nubibus.

Filii Noe.

Chanáan.

Noe agricola vineam plantat.

Inebriatus deridetur à filio.

Maledicitur Chanáan.

Benedicitur Sẽ & Iapheth.

Ab omnibus, &c. מכל יוצאי וגו׳ .i. tam cum illis quæ egreſſa ſunt ex arca, quàm his quæ ſunt in terra, & quæ futura ſunt.

11 Neque excidetur ולא יכרת quod non delebitur. vel exterminabitur.

12 Do נותן pono. Addit ſymbolum quo promiſſionem obſignat. In generationes ſec. לדורות עולם : Hebraiſmus, per omnes ætates, hoc eſt quod in perpetuum ſeruaturus ſum. 13 In nube, בענן ſub. rorida, in qua exprimi poteſt arcus ille cæleſtis, qui eſt imago colorum ſolis. Eritque והיתה .i. vt ſit vice ſigni fœderis inter me & homines, animaliáque quæ habitãt in terra. Ante diluuium arcus cæleſtis fuit tantùm ſignum futuræ pluuiæ: nunc verò poſt diluuium, erit etiam ſignum fœderis quod pepigi vobiſcum.

14 Obnubilauero nubem בענני ענן Ad verbum, (ſi Latinè dici poſſet) quum nubificabo nubem. i. quum congregabo nubes ſuper terram in aere. 15 Omnem ani. viuentem כל־נפש חיה .i. omnia genera animalium.

16 Perpetui inter Deum עולם בין אלהים Antecedens pro relatiuo, ſempiterni inter me, &c.

18 Pater Chenáyan. : אבי כנען Id eſt à quo orti ſunt Chananæi qui deſtruendi erant.

19 Terra. הארץ Continens pro contento. i. quotquot terrã inhabitant. q.d. Ex illis nati ſunt ac geniti qui per vniuerſam terram diſperſi ſunt. 20 Agricola, איש האדמה Ad verbũ, vir terræ. Hebraiſmi duo, Vir terræ pro agricola: & Cœpit & plantauit, pro Cœpit plantare. Sic igitur verti debet vt vertit noſter interpres, Cœpit autem Noe &c. Quibus verbis non ſignificat tunc primũ colẽdis agris operam dediſſe Noe, ſed potius, ipſum collecto animo, quantùmuis eſſet ſenex, rediiſſe ad agrorum culturam, & priſtinos ſuos labores. An autem vinitor fuerit, incertum eſt. 22 Turpitudinem ערות Ad verbum, nuditatẽ. ſic pudicè verenda ſignificat Sacra ſcriptura. In platea. : בחוץ foris. egreſſus eſt foras vt hoc renuntiaret fratribus.

23 Tunc accep. ויקח Ad verbum, Et accepit. Singul. pro plurali: quod ſequentia docent. Suum, שניהם Ad verbum, amborũ ipſorum. Gallicè *d'eulx deux*. Retrorſum, אחורנית .i. auerſa facie. ſic mox declarat.

24 A vino ſuo, מיינו .i. excuſſa crapula, ſiue quum exhalaſſet crapulam.

25 Chenáyan, כנען Quidam ſubaudiunt אבי pater, quod paulo antè bis expreſſum eſt, Maledictus Cham pater Chananæorũ. niſi quis dicat patrem maledici in filio. Seruus, &c. עבד וגו׳ Phraſis hæc Hebraica, Chanaan poſtremum fore, vel infimum inter ſeruos ſignificat: acſi dictum eſſet, Non tantùm ſeruilis erit eius conditio, ſed vulgari ſeruitute deterior.

26 Eis. : למו Singulare pronomen quod Hebræi dicunt poni pro להם.

'Dilatet Deus Iépheth, '& habitet in tabernaculis'Sem, ſitque 27
Chenáyan ſeruus eis.
Vixit verò Nóaחh poſt diluuiū'trecentos quinquaginta annos. 28

AEtas Noe.

Fuerunt itaque omnes dies Nóaחh nongenti quinquaginta an- 29
ni, & mortuus eſt. Cap. X.

Iſtæ autem *ſunt* 'generationes filiorū Nóaחh, Sem, חHam, & Ié- 1
pheth: nati ſunt autem eis filii poſt diluuium.

Filii Iapheth.

Filii Iépheth: 'Gómer, & Magóg, & Madái, & Iauán, & Thubál, 2
& Méשſech, & Thiráסs.
Filii autem Gómer: Aſchenáz, & Ripháth, & Thogarmáh. 3
Filii verò Iauán: אEliשſáh, & Tharשſíשs, Citthím, & Dodaním. 4

A quibus diuiſæ regiones.

Ab iſtis'ſeparatæ ſunt inſulæ Gentium in terris ſuis, ſingulæ"iu 5
xta linguam ſuam, ſecundum familias ſuas,'in gentibus ſuis.

Filii Cham.

Porrò filii חHám: Chuשs, & Mixſráim, & Pút, & Chenáyan. 6
Filii autem Chúשs: סSebá, חHauiláh, & סSabtháh, & Rayamáh, 7
& סSabthecá. filii autem Rayamáh: שSebá, & Dedán.

Nemrod.

Chúשs quoque genuit Nimród: iſte cœpit eſſe'potens in terra: 8

Prouerbium.

Is'fuit potens venator'corā Iehouáh: idcirco'dicitur, Sicut Nim 9
ród potens venator coram Iehouáh.

Babylon.

'Fuítque principium regni eius Babél, & אErech, & Achád, atq; 10
Chalnéh in terra'שSinyár.

Aſſur.
Niniue ædificatur.

E terra hac egreſſus eſt'Aשſſúr, & ædificauit Nineuéh,'& Reחho 11
bóth ciuitatem, & Chálaחh,

Dilatet De9 Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque Chanáan ſeruus eius.

Vixit autem Noe poſt diluuiū trecentis quinquaginta annis:

Et impleti ſunt ōnes dies eius nongētorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt. Cap. X.

HAE ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Chā, & Iapheth: natique ſunt eis filii poſt diluuium.

Filii Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Móſoch, & Thiras.

1.Paral.1.a

Porrò filii Gomer: Aſcenez, & Ríphath, & Thógorma.

Filii autem Iauan: Eliſa, & Tharſis, Cethim, & Dodanim.

Ab his diuiſæ ſunt inſulæ Gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecūdum linguā ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis.

Filii autem Chā: Chus, & Meſráim, & Phut, & Chanáan.

Filii autē Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. filii Regma: Saba & Dadan.

Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra:

B

Et erat robuſtus venator corā Domino: ab hoc exiuit prouerbiū, Quaſi Nērod robuſtus venator corā Dn̄o.

Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.

De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & platéas ciuitatis, & Chale.

27 Dilatet יפת Id eſt Faciat Dominus vt ſemen Iapheth ampliſſimas regiones occupet. vel Numeroſa ſit progenies Iapheth. Ita vertunt omnes ferè interpretes. Alii, quia verbum iſtud ſignificat etiam lactare blandis verbis, vel allicere in hanc vel illam partem, etiam propter continuò ſequentia verba, malunt vertere, Blandè reducet[vel inclinabit]Deus ipſum Iapheth. nam tēporale fore diſſidium inter Sem & Iapheth prædicit Noe: & poſtea futurum vt poſteaquam diſſiti fuiſſent poſteri ipſius Iapheth qui erant Gētiles, & à tabernaculis Sem(ex cuius progenie Deus Eccleſiam ſibi delegerat)remoti, propius tandē accederent, & ſimul habitarent quaſi in communi domicilio. quod factum fuit blanda & ſuaui Dei voce quam in Euangelio protulit: & quotidie adhuc impletur vaticiniū hoc, quum diſperſas oues inuitat Deus ad ſuum gregem. Et habitet וישכן ſub. Iapheth, vt præcedenti annotatione dictum eſt. Alii ſubaudiunt, Deus: atque in hanc ſententiam Chaldæus paraph. vertit, Dilatet Deus Iapheth, & habitet gloria eius in tabernaculis Sem.

28 Trecentos, &c. 'שלש מאות וגו Ad verbum, trecentos annos & quinquaginta annos.

IN CAPVT X.

1 Generationes תולדות Actiuè accipiendum, Hi ſunt quos filii Noe, nempe Sem, Ham, & Iapheth, genuerunt.

2 Gómer, גומר De his propriis nominibus vide libellum interpretationum nominum Hebraicorum, Chaldæorū, &c. quem fini iſtius operis attexuimus. 5 Separatæ ſunt inſulæ נפרדו אי' diuiſæ ſunt inſulæ. Intellige filios Iapheth partitos inter ſe tranſmarinas regiones. Nam Græcia & Italia, aliæque terræ continentes, Hebræis non minus quàm Rhodus: vel Cyprus, inſulæ dicuntur propter mare interpoſitum. Alii vertunt, diuiſi ſunt *habitatores* inſularum Gentium. Alii, Ab iſtis diſperſi ſunt *in* inſulas Gentium. Iuxta linguam ſuam, ללשונו iuxta idioma ſuum. Vide penultimum verſum huius capitis. In gent. ſuis. : בגויהם in nationibus[populis]ſuis.

8 Potens גבור fortis. tyrannus. i. cœpit vſurpare imperium & dominari in gente ſua. q. d. primus omnium affectauit tyrannidem. Mediocris tunc erat hominum ſtatus, vt ſiqui aliis præeſſent, non tamen dominarentur, nec ſibi imperium ſumerent: ſed dignitate aliqua contenti, ciuilem in modum regerent alios, & plus authoritatis haberent, quàm potentiæ. Iam dicit Moſes, Nemrod, quaſi oblitus foret ſe hominem eſſe, occupaſſe altiorem gradum. 9 Fuit potens ven. היה גבור־ציד erat robuſtus venator ציד à צור, propriè venationem ſignificat: vnde ad verbum vertendum eſſet, fortis venatione. accipitur tamen ſæpe pro cibo. Siue autem dicat Moſes fuiſſe robuſtum in venatione, ſiue in rapienda præda, metaphoricè ſignificat truculentum fuiſſe hominem, & beluis propiorem quàm hominibus.

Coram Iehouáh. לפני יהוה Hebraiſmus, pro, ſub. cælo. id eſt fortiſſimus erat omnium hominum qui ſub cælo erant. q. d. Nemo erat ſub toto cælo qui æquipararet eum viribus. erat enim fortis & corpore & animo, qui auderet feras inuadere. Aliis, iſtud Coram Domino, exprimere videtur, quòd Nemrod eximere ſe conatus ſit è numero hominum, quemadmodum ſuperbi homines ventoſa confidentia ſeſe efferunt, & reliquos omnes quaſi ex nubibus deſpiciunt. Dicitur, יאמר Quoniam verbum eſt futuri temporis, ita reſolui poteſt, Nemrod potens & imperioſus fuit, vt dicere liceat, quemlibet fortem tyrannum, eſſe alterum Nemrod. Placet tamen veteris interpretis verſio, inde manaſſe prouerbium dę fortibus & violentis, eos eſſe ſimiles Nemrod. neque dubitandum quin Deus primum tyrānidis authorem odioſè per omniūora traduci voluerit. 10 Fuítque principium ותהי ראשית fuerúntque primitiæ. Sedem imperii Nemrod deſignat Moſes, atque vrbes quatuor illi ſubiectas fuiſſe dicit, ſiue earum fuerit conditor, ſiue iuſtos inde dominos expulerit. שSinעár. : שנער Chaldæus paraph. vertit, in terra Babylonis: vt ſit idem Sinear & Babel. Addita eſt autem Terra Senaar, ad notā diſcriminis: quia altera quoque Babylon AEgypti fuit, quam hodie Cairum vocant. Mirum videri poſſet, quomodo Babylonicus fuerit tyrannus Nemrod, quum ſequenti capite ſubiiciat Moſes incœptam illic fuiſſe turrim quæ nomen à linguis confuſis ſortita eſt. Quidam ὕστερον πρότερον eſſe volunt: & quod poſtea de ædificio turris narrabit Moſes, fuiſſe temporis ordine prius. Quinetiam addunt, Quia malè ceſſerat turris ſtructura, mutatum fuiſſe conſilium vt vrbem conderent. Alii potius exiſtimant πρόληψιν eſſe, & nomen vrbi tribui à Moſe, quod poſtea ex nouæ rei euentu fuit impoſitum. Hæc coniecturæ ratio eſt, quòd iam tunc multos fuiſſe eius loci incolas probabile eſt, qui tantam operis molem aggreſſi ſunt. Fieri etiam poteſt vt Nemrod famæ & potentiæ ſuæ cōſulens, hoc prætextu inſanam eorum cupidinem accenderit, extruendum eſſe præclarum aliquod monumentum quo æterna illorum memoria extaret. Cæterùm quia Hebræis tritum eſt, quæ breuiter attigerūt, fuſius deinde perſequi, priorem illam ſententiam doctiores non improbant.

11 Aשſſur, אשור Hūc fuiſſe vnū ex poſteris Sem credibile eſt. Vulgò autē obtinuit opinio hæc, per occaſionē hîc verba de eo fieri, quòd quum habitaret in vicinia Nemrod, violenter inde expulſus fuerit. hoc modo, barbaram ferociam Nemrod notaret Moſes. Alii volunt nō violenter fuiſſe expulſum: ſed quum eſſet Aſſur vir pius, ne cum homine impio habitaret, ceſſiſſe illi, quum videret eum affectare tyrannidem, & ædificaſſe Niniue & Rohoboth-Ir, atque Chalah. Vide Michæam cap. 5. b. 6. Alii legunt, Ex hac regione egreſſus eſt in Aſſyriam: vt ſcilicet eam ſubiugaret, & imperii ſui fines prorogaret. Iuxta iſtorum opinionē, Aſſur nō erit nomen proprium viri, ſed terræ, ſic ab ipſo vocatæ: ita ſenſus erit, Nemrod amplo & opulento regno non contentum, longius ſua cupiditate vagatum eſſe, & protuliſſe imperii ſui fines vſque in Aſſyriam, & illic quoque nouas condidiſſe vrbes. Et Rohobóth ciuit. ואת־רחובות עיר & Rohoboth-עir. Quidam vertunt tanquam appellatiuum, & plateas ciuitatis.

Réſen quoque inter Niniuē & Chale:hæc eſt ciuitas magna. 12

At verò Meſráim genuit Ludím, & Anamim,& Laabim,& Nephthuim, 13

Et Phetruſim & Chaſluim:(de quibus egreſſi ſūt Philiſthiim) & Caphtorim. 14

Chanáan autem genuit Sidônē primogenitum ſuum,Hethæum, 15

C Et Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum. 16

Et Heuæum,& Aracæum,Sinæum. 17

Et Aradium,Samaræum, & Hamathæū: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. 18

Factiq́ſunt termini Chanáan venientibus à Sidône Gerarā vſque ad Gazam,donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham,& Adamam,& Seboim vſque Laſa. 19

Hi ſunt filii Cham in cognationib⁹ & linguis,& generationibus,terriſq; & gentibus ſuis: 20

De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorū Héber,fratre Iapheth, maiore, 21

1.Para.1.b.17 |Filii Sem, AElā & Aſſur,& Arphaxad,& Lud & Aram. 22

Filii Aram, Hus,& Hul,& Géther, Mes. 23

D At verò Arphaxad genuit Sale: de quo ortus eſt Heber. 24

Natique ſunt Héber filii duo,nomē vni Pháleg,eo quòd in diebus ei⁹ diuiſa ſit terra:& nomē fratris eius Iectā. 25

Qui Iactan genuit Elmodad,& Saleph,& Aſarmoth,& Iare, 26

Et Adoram,& Vzal,& Decla, 27

Et Hebal & Abimael,Saba, 28

Et Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti,filii Iectan. 29

Et facta eſt habitatio eorū de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem Orientalem. 30

Iſti ſunt filii Sem ſecundum cognationes,& linguas,& regiones,in gentibus ſuis. 31

Hæ familiæ Noe iuxta populos,& nationes ſuas:ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. 32

Cap. XI.

Sapien.10.a.5 ERat autem terra labii vnius, & ſermonum eorundem. 1

---

12 Réסen quoq; inter Nineuéh & Chálaחh:″ea *eſt* ciuitas magna.

13 Miצráim autem genuit″Ludím, & עAnamím, & Lehabím, & Naphthuחhím,

14 Pathruסím quoque & Chaסluחhím:(″vnde egreſſi ſūt Peliשſthím)″& Caphthorím.

15 Chenáעan verò genuit צSidón primogenitum ſuum, & חHeth,

16 ″Et Iebuסí,& אEmorí,& Girgaשí,

17 Et Hiuí,& עArcí,& סSiní,

18 Et Aruadí,& צSemarí,& חHamathí:& poſtea ″ſparſæ ſunt familiæ Chenaעanæorum.

19 Fuítque″terminus Chenaעanæorum à צSidón dum vadis Gerár vſque ad עAzáh,donec ingrediaris סSedóm,& עAmoráh,Admáh,& צSebóim vſque ad Léשſaע.

20 Iſti ſunt filii חHám″ſecundum familias ſuas,iuxta linguas ſuas, in terris ſuis,in gentibus ſuis.

21 ″Ipſi quoq; שSem natus eſt:etiam ipſe eſt pater omnium filiorum עEber frater Iépheth maior.

22 Filii ergo שSem:יעElám & Aשſúr,& Arpachſád,& Lúd,& Arā.

23 Filii autem Arám,עVצs,& חHúl,& Géther,& Maשs.

24 Porrò Arpachשſád genuit שSélaחh:שSélaחh autem genuit עEber.

25 Ipſi quoque עEber nati ſunt duo filii:nomen vnius Péleg,quia ″in diebus eius diuiſa fuit terra: & nomen fratris eius Ioctán.

26 Ioctán verò genuit Almodád,& שSéleph,& חHaצſarmáueth,& Iéraחh,

27 Et Hadorám,& ואVzál,& Dicláh,

28 Et ועObál,& Abimaאél,& שSebá,

29 Et ואOphír,& חHauiláh,& Iobáb. omnes iſti filii Ioctán.

30 Fuítque habitatio eorum à Meשſá,dum pergis ad סSéphar montem Orientis.

31 ″Iſti *ſunt* filii שSem ſecundum familias ſuas, ſecundum linguas ſuas,in terris ſuis,in gentibus ſuis.

32 Iſtæ *itaque ſunt* familiæ filiorum Nóaחh″per generationes ſuas,in gentibus ſuis:& ab iſtis″diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Cap. XI.

1 ERat autem vniuerſa terra″labii vnius,& verborum eorūdem.

Philiſthiim.

Chananæi

Filii Sem.

Phaleg.

Terræ à quibus diuiſæ poſt diluuium.

Vnus ſermo in terra.

---

12 Ea היא hæc.nempe Niniue. 13 Ludim,&c. לודים וגו׳ Nominibus his pluralibus non tam filios Miſraim recenſere voluit, quàm prouincias populóſque qui à filiis illis denominati ſunt:perinde acſi dixiſſet,genuit Lud à quo denominati ſunt Lydii.

14 Vnde egreſſi, &c.׳אשר יצאו וגו.i.à quibus orti ſunt,quaſi eſſent colonia illorum,& ab illis ſponte migraſſent Palæſthini. Et Caphthorim.:ואת־כפתורים ſub.genuit.i.Miſraim genuit Caphthor à quo Caphthoræi.i.Cappadoces. 16 Et Iebuסi,&c. והיבוסי וגו׳ Gentilia ſunt nomina ſingularia,quibus & nomina,& prouinciæ,ſiue populi à filiis Chanaan denominati ſignificantur,vt dictum eſt paulo antè verſu 13,de pluralibus.Chaldæus paraph.vertit omnia per pluralem. 18 Sparſæ ſunt,&c. נפוצו וגו׳ diſperſæ[diffuſæ,diſſeminatæ] ſunt cognationes Chananæorum. 19 Terminus גבול regio.id eſt Protendebatur à Sidone verſus Gerar tibi pergenti, &c.

20 Secundum familias ſuas,&c. למשפחותם וגו׳ Vide ſuprà verſum 5

21 Ipſi quoque,&c. ולשם יולד וגו׳ Ordinem turbatum Hebraicè,ſic vertunt quidam docti,Ipſi quoque Sem, patri omnium filiorū עEber[.i.Ebræorum]ac fratri Iepheth maiori *natu*,etiam nati *ſunt filii*. Singul. Heb.natus eſt,pro plurali, nati ſunt:quòd frequens ſit vſus huius verbi,ideo indifferenter ponunt in ſingulari,aut in plurali.i.Sem filios etiam habuit. Legi poteſt,nata eſt,ſub.proles. Quidam vertunt,fratri Iepheth maiori. vt referatur ad Iepheth quem putant fuiſſe maiorem natu ipſo Sem.Hic fit mentio de Iapheth,non de Ham, vt confirmetur illa promiſſio,Dilatet Deus,ſiue potius Blandè alloquetur Deus Iapheth,vt habitet in tabernaculis Sem. Neque vocatur hoc loco Sem frater Cham:quia reſectus ex fratrū ordine, & iure ſuo abdicat⁹ fuerat. Tantùm inter Sem & Iapheth manet fraternitas: quia tametſi diuiſi erant, facturum ſe tamen receperat Deus vt ex diſſidio rurſus coirent. Quantùm ad nomen עEber, qui gentile eſſe negant, ſed deducunt à tranſitu,(quod ferè omnium Hebræorum eſt iudicium)hoc vno loco ſatis ſupérque refelluntur.

25 In diebus eius diuiſa fuit terra: בימיו נפלגה הארץ Id eſt variis linguis vſi ſunt habitatores terræ. Iſtud refertur ad diuiſionem linguarum & habitationum, de qua ſequenti capite. Natus eſt ergo Peleg tempore quo hæc diuiſio facta eſt: vel עEber propheta erat, qui indidit nomen filio à re quæ euentura erat eius tempore. 31 Iſti *ſunt* filii שSem אלה בני־שם .i.hactenus recenſuimus filios ſiue nepotes, & eos qui genus traxerunt à Sem,ſecundum cognationes ſuas,&c.id eſt varias habentes familias,varia idiomata,varias regiones,& nationes.

32 Per generationes ſuas,in gent.ſ. לתולדותם בגויהם ſecundum generationes ſuas in nationibus ſuis. Diuiſæ ſunt gētes נפרדו הגוים Id eſt ab iſtis nati ſunt qui totam terram incoluerunt poſt ipſum diluuium.

IN CAPVT XI.

1 Labii vnius,&c. שפה אחת וגו׳ labium vnum,& verba eadem.Subaudienda eſt præpoſitio, In vniuerſa terra erat labium vnum & verba eadem.hoc eſt,omnes vnico idiomate vtebantur,& omnia verba ab omnibus audiebantur ac intelligebantur.

2 Et fuit quum proficiſcerentur ipſi'ab Oriente,inuenerút'campum in terra שSinyár,& habitauerunt ibi.

AEdificatur turris Babel.

3 Dixeruntque"alter ad alterum,"Agite, faciamus lateres, '& igni coquamus *illos*.'fuerúntque eis lateres vice lapidũ,& bitumen fuit eis'vice cæmenti.

4 Dixerunt itaque,'Agite,ædificemus nobis ciuitatem & turrim, 'cuius caput *contingat* cælum,atque *ita* faciamus nobis nomẽ:'ne fortè diſpergamur ſuper faciem vniuerſæ terræ.

5 'Deſcẽdit autem Iehouáh vt videret ciuitatem illam & turrim quam ædificabant'filii hominum.

6 Dixítque Iehouáh,"En, populus vnus,& labium vnum *eſt* omnibus iſtis: & hoc *eſt*"incipere eorum vt faciant, nunc autem 'non prohibebitur ab eis quicquid"cogitauerunt facere.

Trinitatis myſterium.

7 'Age,deſcendamus,"& confundamus ibi"labium eorum, vt nõ exaudiant ſinguli labium proximi ſui.

Cõfuſio linguarum.

8 Diſperſit itaque Iehouáh eos inde ſuper faciem vniuerſæ terræ,ceſſauerúntque ædificare vrbem illam.

Babel.

9 Propterea vocauit nomen eius Babél:quia illic confudiſſet Iehouáh"labiũ vniuerſæ terræ, & inde diſperſiſſet eos ſuper faciem vniuerſæ terræ.

AEtas Sem.

Arphaxad.

10 "Iſtæ generationes שSem.שSem 'quum natus eſſet centum annos genuit Arpachשſád duobus annis poſt diluuium.

11 Vixítque שSem poſtquam genuit Arpachשſád,quingentos annos:"& genuit filios ac filias.

Sale.

12 Arpachשſád verò vixit quinque & triginta annos, & genuit שSélaחh.

13 Vixítque Arpachשſád poſtquã genuit שSélaחh tres & quadringentos annos:& genuit filios ac filias.

Heber.

14 Porrò שSélaחh vixit triginta annos,& genuit עEber.

15 Vixítque שSélaחh poſtquam genuit עEber tres & quadringentos annos:& genuit filios ac filias.

2 Qūámque proficiſcerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar,& habitauerunt in eo.

3 Dixitque alter ad proximũ ſuum, Venite,faciam⁹ lateres,& coquamus eos igni. habuerúntque lateres pro ſaxis,& bitumen pro cæmento:

4 Et dixerunt,Venite, faciam⁹ nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cælũ,& celebremus nomen noſtrum antequã diuidamur in vniuerſas terras.

5 Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrem quam ædificabant filii Adam.

6 Et dixit, Ecce, vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: cœperúntque hoc facere,nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere cõpleant.

B

7 Venite igitur,deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt nõ audiat vnuſquiſque vocẽ proximi ſui.

8 Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem.

9 Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cũctarum regionum.

1.Par.1.b.17

10 ¶Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat cẽtum annorum quando genuit Arphaxad biennio poſt diluuium:

11 Vixitque Sem poſtquam genuit Arphaxad,quingentis annis:& genuit filios & filias.

12 Porrò Arphaxad vixit trigintaquinque annis, & genuit Sale.

13 Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale, quadringẽtis tribus annis: & genuit filios & filias.

C

14 Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Héber.

15 Vixitque Sale poſtquam genuit Héber,quadringentis tribus annis:& genuit filios & filias.

2 Ab Oriente, מקדם de Oriente.i.ex Armenia.erant enim montes Armeniæ in Oriente.Veriſimile eſt,trãſacto diluuio poſteros Noe aliquot annos manſiſſe in Armenia, vbi ſubſtiterat arca. Quum autem ſupra modum creuiſſent homines, coacti ſunt deducere colonias vbi ſedem conſtituerent. Campum בקעה planitiem.vallem.conuallem.

3 Alter ad alt. איש אל־רעהו Ad verbum,vir ad proximum ſuum. Agite,fac.lat. הבה נלבנה לבנים Ad verbum,Da,laterificemus lateres. Imperatiuum ſecundum rationem grammatices:ſed ſecundum ſignificationẽ magis eſt hortãtis quàm imperatiui modi.Solent enim Hebræi vti imperatiuis pro aduerbiis hortandi.Doctus inter Hebræos exponit,Da,nempe auxilium,vel cõſilium. Verùm iſta expoſitio nõ poteſt eſſe vera,quũ mox de Deo idẽ dicatur, Agite,deſcendamus. Et igni coq.*illos* ונשרפה לשרפה Ad verbũ,& cõburamus in combuſtionẽ. Fuerúntque,&c. ותהי וגו' Ad verbũ,fuitque eis later in lapidẽ.Sing.pro plur.Erat in ea regione penuria lapidũ. Vice cæm. לחומר: Significat illitum quod fit ex terra,aqua macerata ac temperata:vel ex arena & calce.i.cæmentum, aut aliquid quod eſt ſimile pici. Scribit Plinius bitumen illius regionis eſſe liquidum. 4 Agite, הבה Vt præcedẽti verſu. Cuius caput,&c. וראשו בשמים Ad verbum,& caput eius in cælo.Hyperbolica eſt loquutio,qua magnificè per iactantiam ſtructuræ quam moliuntur,altitudinem extollunt. Atque huc pertinet quod mox attexunt,Paremus nobis nomen.ſignificant enim tale fore opus quod miraculi ſpecie non modo ſpectantium in ſe conuertat oculos,ſed paſſim vſque ad vltimos terrarum fines celebretur. Ne fortè diſpergamur פן נפוץ .i.vt liceat nobis ad illam recurrere ſi poſthac contingat nos diſpergi.vel vt alii exponunt,id perinde eſt acſi dicerent fieri nõ poſſe vt creſcente numero, omnes ipſos regio illa ſemper caperet, ideo extruendum eſſe ædificium quod illic ſtabile & perpetuum ſeruaret eorum nomen, quanuis in diuerſas plagas diſperſi forent. 5 Deſcendit autem וירד Hoc eſt,reipſa patefecit,ſibi non eſſe incognitum quid Babylonii tentarent.Deſcenſus enim iſte ad homines refertur potius quàm ad Deum quem ſcimus loco non moueri. Filii hom. בני האדם: .i.homines.

6 En populus,&c. הן עם וגו' .i.Iſti ſunt vnicus populus,& vnico ſermone ac idiomate vtuntur.q.d.Pauci adhuc ſunt,& vna tantũ lingua vtuntur,quid igitur non audebunt ſi ob multitudinem in varios populos diſperſi fuerint? Aliis potius videtur ſubeſſe ironia:quaſi Deus difficultatem proponeret reprimendæ illorum audaciæ: vt ſit ſenſus,Populus hic firma conſpiratione conglutinatus eſt, eadem inter ſe lingua communicant:qua igitur ratione frangi poterunt? Incipere eorum החלם .i. quod facere cœperunt.q.d.iſtud eſt initium eorum quæ moliti ſunt.iſtud,Incipere,ſedulum conatum ſignificat vnà cum violento operandi feruore. Non prohib.ab eis לא־יבצר מהם Per conceſſionem,Deus nullam fore ædificii interruptionem dicit,rebus ita compoſitis. Cogitauerunt יזמו decreuerunt.

7 Age,deſcendamus, הבה נרדה Vide paulo antè verſu 3.Hic locus priori reſpondet vbi capite primo,verſu 26,in creatione hominis dicit Deus,Faciamus hominem ad imaginem noſtram.Aptè enim & concinnè magno populo æternam ſuam Sapientiam & Virtutem Deus opponit:acſi diceret nõ opus ſibi auxiliis alienis,ſed intus ſibi ſuppetere quod ad eos delẽdos ſufficiat. Quare ex hoc loco non ineptè probatur ſubeſſe in vna Dei eſſentia tres perſonas. Et confundamus ונבלה & confundatur.Nam quidam volunt eſſe præteritum niphal. alii futurum plurale cal. Labium e. שפתם .i.ſermonem:& ſic mox, Vt non exaudiant ſinguli labium proximi.i.vt alter alterius ſermonem non intelligat. 9 Labium vniuerſæ terræ, שפת כל־הארץ Id eſt ſermonem hominum incolentium totam terram.

10 Iſtæ generationes שSem. אלה תולדות שם Reperit ſeriem generationis illius electæ quæ de Sem erat (tametſi ipſius Sem poſteritas magna ex parte à vero Dei cultu deſciuerit)per quam Moſes oſtendit Meſſiam ipſum deſcẽſurum per Abraham ab Adam. Quum natus eſſet centum an. בן־מאת שנה Ad verbum,filius centum annorum.Hebraiſmus.

11 Et genuit filios ac filias. ויולד בנים ובנות: .i.multos alios liberos quorum nomina omittit,quòd ex ipſis nõ erat deſcenſurus Meſſias.

1.Para.1.b.25

Vixit autē Hēber triginta quatuor annis,& genuit Pháleg.
Et vixit Hēber poſtquam genuit Pháleg,quadringētis triginta annis: & genuit filios & filias.
Vixit quoque Pháleg triginta annis,& genuit Reu.
Vixitque Pháleg poſtquam genuit Reu,ducētis nouem annis: & genuit filios & filias.
Vixit autem Reu triginta duobus annis,& genuit Sarug.
Vixit quoque Reu poſtquā genuit Sarug,ducentis ſeptem annis: & genuit filios & filias.
Vixit verò Sarug triginta annis,& genuit Nachor.
Vixitque Saruch poſtquam genuit Nachor,ducentis annis: & genuit filios & filias.
Vixit autem Nachor vigintinouē annis, & genuit Thare.
Vixitque Nachor poſtquā genuit Thare,centum,decem & nouem annis:& genuit filios & filias.

D

Vixitque Thareſeptuaginta annis, & genuit Abram,& Nachor,& Aran.

1.Para.1.b.26 ioſue 24.a.2

Hæ ſunt autem generationes Thare.Thare genuit Abram, Nachor, & Aran.porrò Aran genuit Lot.
Mortuúſque eſt Aran ante Thare patrē ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum.
Duxerūt autem Abram & Nachor vxores:nomen vxoris Abram, Sarái: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ.
Erat autem Sarái ſterilis,nec habebat liberos.

Ioſue 24.a.2 nehem.9.b.7 iudith 5.a.6

Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aran filium filii ſui,& Sarái nurum ſuam, vxorem Abrā filii ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irēt in terram Chanáan: venerúntque vſque Haran,& habitauerunt ibi.
Et facti ſunt dies Thare ducentorū quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

Cap. XII.

Act.7.a.3

Dixit autem Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quā mōſtrabo tibi:
Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi,& magnificabo nomen tuum,eriſque benedictus.
Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, at-

16 Vixit autē yEber quatuor & triginta annos,& genuit Péleg. **Phaleg.**
17 Vixítque yEber poſtquam genuit Péleg,triginta & quadringentos annos:& genuit filios ac filias.
18 Vixit verò Péleg triginta annos,& genuit Reyú. **Reu.**
19 Vixítque Péleg poſtquam genuit Reyú,nouem & ducentos annos:& genuit filios & filias.
20 Porrò Reyú vixit duos & triginta annos,& genuit שSerúg. **Sarg.**
21 Vixítque Reyú poſtquā genuit שSerúg, ſeptem & ducentos annos:& genuit filios ac filias.
22 Vixit autem שSerúg triginta annos,& genuit Nanhór. **Nachor.**
23 Vixit שSerúg poſtquam genuit Nanhór, ducentos annos: & genuit filios ac filias.
24 Vixit autē Nanhór nouem & viginti annos, & genuit Théranh. **Thare.**
25 Vixítque Nanhór poſtquam genuit ipſe Théranh,′centum nouemdecim annos:& genuit filios ac filias.
26 Vixit autem Théranh ſeptuaginta annos,& genuit′Abrám, Nanhór,& Harán: **Abrã,Nachor, Arán.**
27 Iſtæ itaq; ſunt generationes Théranh. Théranh genuit Abrám, Nahnór,& Harán. Harán verò genuit Lot. **Lot.**
28 Mortuus eſt autem Harán ′coram Théranh patre ſuo in terra natiuitatis ſuæ,nempe in אוVr Chaשſdím.
29 ′Duxerunt autem Abrám & Nanhór ſibi vxores:nomen vxoris Abrám,שSarái:& nomen vxoris Nanhór,Milcháh filia Harán″patris Milcháh & patris Iɔſcháh. **Sarái. Melcha.**
30 Fuit autem שSarái ſterilis,nec *erat* ei gnatus.
31 Tulítque Théranh Abrám filium ſuum,& Lot filium Harán,filium filii ſui,& שSarái nurum ſuam,vxorem Abrám filii ſui:egreſſíque ſunt cum eis de אוVr Chaשſdím vt pergerent in terram Chenáyan:& venerunt vſque ad nHarán,habitauerúntque ibi. **Thare cum Abrã it in Haran.**
32 Fuerunt autem dies Théranh quinque & ducēti anni, mortuúſque eſt Théranh in nHarán. **Thare moritur.**

Cap. XII.

1 D′Ixerat autem Iehouáh ad Abrám,′Abi è terra tua, & è cognatione tua,& è domo patris tui,ad terram quā′oſtendam tibi: **לך לך** **Iubetur Abram egredi terram.**
2 ′Faciámque te in gentem magnam, ″& benedicam tibi,″ac magnificabo nomen tuum,& eris benedictio.
3 ′Benedicam quoque benedicentibus tibi , & maledicentibus

25 Centum nouemdecim,&c. ′תשע־עשרה וגו Ad verbum,nouem & decem annos,& centum annos.

26 Abrám, אברם Hìc Abram primus locatur inter fratres, non quia fuerit primogenitus,ſed quia Moſes finem hiſtoriæ ſuæ ſpectans, non admodum fuerit ſolicitus in ordinandis Thare filiis. Ac fieri poteſt vt alios etiam filios genuerit. Quòd peculiariter de tribus fratibus meminit Moſes,factum fuit propter Lot,ac vxores Iſaac & Iacob.

28 Coram Théranh patre ſuo, על־פני תרח אביו Hebraiſmus,ſuperſtite adhuc patre ſuo Therah.

29 Duxerunt autem ויקח Ad verbum,Et accepit. Patris Milcháh,&c. ′אבי־מלכה וגו Hebraiſmus, pro, qui fuit pater ipſius Milchah & ſororis eius Iſchah.q.d.Haran habuit duas filias,quarum alteram duxit Nachor.

IN CAPVT XII.

1 Dixerat a. ויאמר Præt.perf.Heb.vertendū per pluſquā perfectū,dixerat,quum ſcilicet adhuc eſſet in Vr Chaſdim,& ſic interpretatur locum iſtū Stephanus verba faciens ad Iudæos Act.7.a.2, Deus gloriæ apparuit Patri noſtro Abrahæ quū eſſet in Meſopotamia,priuſquam moraretur in Charan:& dixit ad illum,Exi de terra tua,&c. Abi לך לך Ad verbum,Vade tibi. Redundat tibi, ſi Latinè velis vertere. Gallicè dicimus,*Va t'en*.quaſi dicas,Vade te hinc.Hìc incipit tertia huius libri apud Hebræos ſectio, quam denominant ab his duabus dictionibus לך לך,vſque ad 18 caput. Oſtendam tibi: אראך: Ad verbum,videre faciam te.

2 Faciámque te in gentem magnam, ואעשך לגוי גדול Hebraiſmus, Efficiam vt ex te naſcatur gens maxima. Et benedicam tibi, ואברכך Benedicere,pro fortunatū ac fœlicem reddere,atque etiam prolē dare,more Hebraico dicitur, de quo ſuprà cap.1.c.22.Eſt autē expoſitio præcedentis ſententiæ:nam ne deſperet Abram ſe ingentem populum ex ſemine ſuo habiturum,quòd eius vxor eſſet ſterilis, benedictionem ſuam proponit Deus, quæ plus miraculo efficere poterat, quàm naturaliter in aliis fieri cernitur. Neque tamen ad ſobolem tantùm pertinet iſta benedictio,ſed ea etiam ſignificat, ſe illi proſperos ac lætos in omnibus negotiis ſucceſſus daturum. Ac magnificabo nomen tuum,&c. ′ואגדלה שמך וגו Quidam conuertunt ו in vt, vertentes,ac magnificabo nomen tuum vt ſis benedictio.Fœlicitatem tantam promittit,quæ omnes paſſim admiratione afficiat,vt ſibi Abræ perſonam in formula benedicendi,quaſi exemplar ſumant.q.d. Reddam nomen tuum celebre,& inſigne,ita vt tibi omnes bene precentur: vel,ita vt quum quis poſthac bene alteri precabitur, ſit precaturus vt illi eueniat ſicut tibi euenit.

3 Benedicam quoque ואברכה Quidam neſcio quamobrem per præteritum reddunt. Per futurum vertendum eſſe docet futurum ſequens אאור maledicam. Hebraiſmus, id eſt, fauebo ac benefaciam amicis tuis,ac de inimicis tuis ſumam vindictam.q.d.maxima pars orbis terrarum fauebit tibi , pauci verò erunt tibi inimici. Mira Dei benignitas quòd familiariter paciſcitur cum Abraham , quemadmo-

dum ſolent homines cum ſociis ac paribus ſuis. Hæc enim ſolennitas eſt fœderum inter Reges & alios formula, vt eoſdem ſibi fore hoſtes, & amicos mutuò promittant.

Christus.

tibi, maledicam: & benedicentur in te omnes familiæ terræ.

Egreditur Abrã.

4 Abiit itaque Abrám, ſicut dixerat ei Iehouáh, & perrexit cum eo Lot. porrò Abrám natus erat ſeptuaginta quinque annos quãdo egreſſus eſt de הHarán.

5 Tulítque Abrám שSarái vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, ac omnem ſubſtantiam ſuam quam acquiſierãt, & animas quas *ſibi* acquiſierant in הHarán, egreſſíque ſunt vt pergerent in terram Chenayan, ad quam tandem peruenerunt.

6 Et trãſiuit Abrám in terram illam vſque ad locum שSechém, *nẽpe* vſq; ad Quercũ Moréh. Porrò Chenayanæus tũc *erat* in terra.

Promittitur ei terra Chanaan. Vetus testamentum,

7 Et viſus eſt Iehouáh ipſi Abrám, dixítq;, Semini tuo dabo terram iſtam: & ædificauit ibi altare Iehouæ qui apparuerat ei.

8 Tranſtulit autem *ſe* inde ad montem ab Oriente ipſi Beth-אél, tetendítque *illic* tabernaculum ſuum: Beth-אél erat ab Occidẽte, & עAi ab Oriẽte. & ædificauit ibi altare ipſi Iehouæ, inuocauítque nomen Iehouæ.

9 Et profectus Abrám eundo ac proficiſcendo ad Meridiem.

Famem fugiens deſcendit in AEgyptum.

10 Fuit autem fames in terra: & deſcendit Abrám in Mixſráim, vt peregrinaretur ibi: quia grauis *erat* fames in terra.

11 Et fuit, quando appropinquauit vt ingrederetur Mixſráim, dixit ad שSarái vxorem ſuam, Ecce nũc noui quòd mulier pulchra aſpectu ſis:

12 Vnde accidet, quum contemplati te fuerint AEgyptii, vt dicãt, Vxor eius eſt: & occidẽt me, te verò ſeruabunt incolumem:

13 Dic quæſo *quòd* ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, viuátque anima mea propter te.

Rapitur vxor eius in domũ Pharaonis.

14 Fuítque, quum ingrederetur Abrám Mixſráim, vt contemplarentur AEgyptii mulierem quòd pulchra eſſet valde.

15 Et contemplati ſunt eam principes Paryóh, laudauerúntque eam Paryóni: & abducta fuit mulier in domum Paryóh.

16 Et ipſi Abrám benefecit propter eam: fuerúntque ei oues, & boues, & aſini, & ſerui, & ancillæ, & aſinæ, & cameli.

que[in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.

infrà 18.c.18. & 22.d.18. & 26.a 4 galat.3.b.8 hebr.11.b.18;

Egreſſus eſt itaque Abrã ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. ſeptuaginta quinque annorum erat Abram quum egrederetur de Haran.

Tulitque Sarái vxorẽ ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſámque ſubſtantiam quã poſſederant, & animas quas fecerãt in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terrã Chanáan. quúmque veniſſent in eam,

B

Pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, & vſque ad Cõuallem illuſtrem. Chananęus autem tũc erat in terra.

Apparuitq; Dñs Abrã, & dixit ei, Semini tuo dabo terrã hãc. qui ędificauit ibi altare Dño q apparuerat ei.

Infrà 13.d.15 & 15.d.18, & 26.a,4 deut.34.b.4

Et inde tranſgrediens ad montem qui erat cõtra Orientem Beth-el, tetendit ibi tabernaculũ ſuum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.

Perrexitque Abram vadens & vltrà progrediens ad Meridiem.

C

Facta eſt autem fames in terra, deſcenditque Abram in AEgyptũ, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra.

Quúmque propè eſſet vt ingrederetur AEgyptum, dixit Sarái vxori ſuæ, Noui quòd pulchra ſis mulier:

Et quòd quũ viderint te AEgyptii, dicturi ſunt, Vxor illius eſt: & interficient me, & te reſeruabunt.

Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.

Infrà 20.a.12

Quum itaque ingreſſus eſſet Abrã AEgyptum, viderũt AEgyptii mulierem quòd eſſet pulchra nimis.

Et nuntiauerũt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier i domũ Pharaonis.

Abram verò benè vſi ſunt propter illã: fuerũntq; ei oues, & boues, & aſini & ſerui, & famulæ, & aſinæ, & cameli.

D

Et benedicentur, &c. ונברכו בך Hebræi exponunt, Qui alii bene precari volet, vtetur hac formula, Fœliciter tibi eueniat, vt ipſi Abrahæ euenit. Verùm doctioribus magis placet vt hæc promiſſio ſit prorſus ſimilis illi quæ infrà cap. 22.d.18, clarius repetitur his verbis, Et benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ. Et ipſum ſemen Paulus eſſe Chriſtum interpretatur ad Galatas, cap. 3.c.16, dicens, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius: non dicit, Et ſeminibus ſed tãquam de vno, Et in ſemine tuo qui eſt Chriſtus. In te igitur, id eſt in ſemine tuo: vel, propter te, id eſt propter ſemen tuum Chriſtum.

5 Ac omnẽ, &c. ואת־כל־רכושם וגו' ac omnes opes ſuas quas poſſidebant. vel, quas ſibi cõparauerant. Et animas, &c. ואת־הנפש וגו' Ad verbum, & animam quam fecerant. Singulare pro plur. & Animæ pro perſonis-ſeruos emptitios intelligit, aut certè vernaculos, hoc eſt domi ſuæ natos. Hic primùm fit ſeruitutis mentio. Ad quam tandẽ per. : ויבואו ארצה כנען Ad verbum, & venerunt ad terrã Chenayan.

6 שSechém, &c. שכם עד וגו' Id eſt vſque ad locum qui hac tempeſtate dicitur Sechem, qui olim tempore Abrahæ vocabatur Quercus Moreh, vel Quercetum Moréh, aut Conuallis Moréh. Doctus inter Hebræos dicit Elon ſignificare planitiem, vel quercum. Quidã eundem eſſe locum volunt cum eo qui & Mamre dicitur. Porrò Chenayanæus, &c. : והכנעני אז בארץ Singul. Heb. pro plur. porrò Chananæi tunc temporis occupabant regionem illam.

7 Et viſus eſt וירא Et apparuit. Iehouæ ליהוה Id eſt in honorem Iehouæ. Altare iſtud, ſymbolum fuit gratitudinis in beneficii memoriam, vt illic nomen Dei inuocaret, & gratias ageret, vt dicit verſu ſequenti.

8 Tranſtulit a. *ſe* ויעתק Digreſſus autẽ. vel, Tranſtulit autem, ſub. tentorium ſuum. nam verbum (quorundã opinione) poteſt eſſe tranſitiuũ, vel in tranſitiuum. Ab Oriẽ. ipſi Beth-אel, מקדם לבית־אל .i. reſpectu Beth-el erat in Oriente. Et ædificauit, &c. ויבן־שם מזבח His verbis ſignificat, quocunque locorum ſubinde venit, in externo Dei cultu ſeſe exercuiſſe: tum ne communes haberet ritus cum impiis qui paſſim altaria diis ſuis extruebant: tum vt familiam ſuam in ſyncera pietate retineret. vnde ſanè non paruam ſibi inuidiam conflauit.

Inuocauitque, &c. : ויקרא בשם יהוה Inuocauitque in nomine Iehouæ. id eſt profeſſus eſt verum ac purũ Dei cultum, ſolenni ritu palàm faciens, nihil ſibi eſſe commune cum Gentium ſuperſtitionibus.

9 Eundo ac proficiſc. הלוך ונסוע Hoc dicit vt oſtendat Abram diu progreſſum fuiſſe antequam pedẽ fixiſſet in regione illa Meridionali ad quam pergebat. 10 In terra: בארץ in ea regione. in qua ſcilicet Abram tetenderat tabernaculum. Vt peregrinaretur לגור vt veluti peregrinus habitaret. q.d. non perpetuò illic habitaturus, ſed ad tempus.

11 Et fuit, quando, &c. ויהי כאשר הקריב Factumque eſt, quum iam ingreſſurus eſſet AEgyptum. Alii, quum admoueret [ſub. tentorium] vt ingrederetur, &c. vt ſit tranſitiuum. Ecce nunc הנה־נא Iam quidem. Sané. Profectó. Pulchra aſpectu יפת מראה Hebraiſmus, bona forma, vel ſpecie. id eſt formoſa.

12 Vnde accidet, &c. והיה כי־יראו Ad verbum, Et erit, quum videbunt. Te verò ſer. inc. : ואותך יחיו Ad verbũ, & te viuere facient.

13 Viuátque anima mea וחיתה נפשי Hebraiſmus, donetur mihi vita tui gratia.

14 Vt contemplarentur ויראו Ad verbum, & viderunt.

16 Benefecit היטיב Id eſt multis beneficiis affecit.

17 Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abram.

18 Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet?

19 Quã ob cauſã dixiſti eſſe ſororẽ tuã, vt tollerẽ eã mihi in vxorẽ? nunc igitur ecce cõiũx tua, accipe eã, & vade.

20 Præcepitq; Pharao ſuper Abrã viris, & deduxerunt eum & vxorẽ illi⁹, & omnia quæ habebat. Cap. XIII.

1 Aſcendit ergo Abrã de AEgypto, ipſe & vxor eius, & õnia quæ habebat, & Lot cũ eo ad Auſtralẽ plagã.

2 Erat autem diues valde Abram in poſſeſſione auri & argenti.

3 Reuerſúſque eſt per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el, vſque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Beth-el & Hai:

Suprà 12.b.7

4 In loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini.

5 Sed & Lot qui erat cũ Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula.

B

Infrà 36.a.7

6 Nec poterat eos capere terra vt habitarent ſimul: erat quippe ſubſtãtia eorum multa, & nequibant habitare communiter.

7 Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot: eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa.

8 Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus.

9 Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me obſecro. ſi ad ſiniſtrã ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.

C

10 Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini, & ſicut AEgyptus, veniẽtibus in Segor.

11 Elegitque ſibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit ab Oriente: diuiſique ſunt alterutrum à fratre ſuo.

12 Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus eſt in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis.

13 Homines autem Sodomitę peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.

Percutitur Pharao à Deo propter raptam vxorem Abræ.

17 Percuſſit autem Iehouáh Paryóh "percuſſionibus magnis, & domum eius cauſa שSarái vxoris Abrám.

18 Vocauit igitur Paryóh Abrám, & dixit, "Cur hoc feciſti mihi? vt quid non "indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet?

19 Vtquid dixiſti, Soror mea eſt? "& accepi eam mihi in vxorem: nunc autem en *tibi* vxor tua, cape, & abi.

Redditur Abræ vxor.

20 Præcepítque de illo Paryóh "viris, "& dimiſerunt eum, & vxorẽ eius, & omnia quæ *erant* ei. Cap. XIII.

Abram AEgyptum egreditur.

1 Aſcendit itaque Abrám ex Miצſráim, ipſe & vxor eius, & omnia quæ *erant* ei, atque Lót cum eo "ad Meridiem.

2 *Erat* autem Abrám "diues valde in pecoribus, in argento & auro.

3 "Perrexítq; per profectiones ſuas à Meridie vſque ad Beth-אél, "vſque ad locum vbi fuerat tabernaculum eius "in principio, *nempe* inter Beth-אél & yAi:

4 Ad locum ſcilicet altaris quod fecerat illic in principio, "& inuocauit illic Abrám nomen Iehouæ.

Lot & Abram diuites.

5 Quin & ipſi Lót ambulanti cum Abrám erant oues ac boues & tabernacula.

6 Neque *iam* ferebat eos terra vt habitarẽt pariter: quia "erat ſubſtantia eorum multa, nec poterant habitare pariter.

7 "Vnde exorta eſt contentio inter paſtores pecoris Abrám & inter paſtores pecoris Lot: porrò Chenayanæus & Perizæus tunc habitabat in terra illa.

Abrã diuidit terram cum fratre ſuo Lot.

8 Dixít itaque Abrám ad Lot, "Ne nunc ſit contentio inter me & te, & inter paſtores meos atq; paſtores tuos: quia viri fratres ſum⁹.

9 "Annon vniuerſa terra coram te eſt? ſepara te quæſo à me. "ſi ieris ad ſiniſtrã, dexterã tenebo: & ſi ad dextrã ieris, ſiniſtrã tenebò.

10 Sublatis igitur Lot oculis ſuis, "vidit omnẽ planitiem Iardén, "quòd tota eſſet irrigua: (*nam* antequam diſperdidiſſet Iehouáh סSedóm & yAmoráh, *erat* ſicut hortus Iehouæ, *&* ſicut terra Miצſráim, "ingrediente te in צSóyar.)

Habitat Lot in Sodomis, & Abrã in Chanáan.

11 Delegítque ſibi Lot totam planitiem Iardén, & profectus eſt Lot ab Oriente, ac *ita* ſeparauerunt ſe alter ab altero.

12 Abrám habitauit in terra Chenáyan, & Lot habitauit in vrbibus planitiei, "& tetendit tabernaculum vſque ad סSedóm.

Sodomitæ.

13 Porrò homines סSedóm *erant* mali, & peccatores "ipſi Iehouæ ad modum.

---

17 Percuſſionibus נגעים plagis. ne ſcilicet vxorem Abræ violaret.

18 Cur hoc, &c. מה־זאת עשית לי Quid *eſt* hoc *quod* feciſti mihi? Indicaſti הגרת renuntiaſti.

19 Et accepi eam, &c. ואקח אותה וגו׳ Iſtud ו verti poſſet in propterea. acſi dicat, propterea quòd affirmaſti eam eſſe ſororem tuam, non dubitaui eam ducere vxorem. permittebant enim ſibi plures habere vxores.

20 Viris, אנשים .i. aliquot ex ſeruis ſuis. Dat Abræ exeundi copiã: & cuſtodes addit ne prædæ pateat. Et dimiſerunt e. וישלחו אותו & concomitati ſunt eũ. Alii, & honorificè deduxerunt ipſum. ſub. abeuntẽ. Significat enim aliquãdo honoris gratia deducere aliquẽ quando abit. Alii coniungunt præcedentibus, & ו conuertunt in vt, vertentes, Præcepitque Pharao ſuper eo viris vt eum cum vxore deducerent.

IN CAPVT XIII.

1 Ad Meridiem. הנגבה hoc eſt ad locum vbi prius tetenderat tabernaculum ſuũ, qui erat Auſtralis reſpectu terræ Iſrael, ſed quæ tunc erat terra Chanaan. Vide præcedenti capite, verſu 9.

2 Diues כבד Ad verbũ, grauis. i. plenus opibus ac diuitiis magnis. q. d. deſcẽderat in AEgyptũ pauper, & ex illa reuerſus eſt ditiſſimus.

3 Perrexitque per prof. ſ. וילך למסעיו Reuerſúſque eſt per manſiones ſuas. Vſque ad locum עד־המקום Declaratio eſt. Vide præcedenti capite verſu octauo. In principio, בתחלה initio. prius. antè.

4 Et inuocauit, &c. ויקרא שם וגו׳ & inuocauit illic Abram in nomine Iehouæ. Vide præcedens caput, verſu octauo.

6 Erat ſubſtantia eorum multa, היה רכושם רב opes eorum multæ erant.

7 Vnde exorta eſt cont. ויהי־ריב Ad verbum, Et fuit rixa. 8 Ne nunc אל־נא Ne quæſo.

9 Annon vniuerſa terra, &c. הלא כל־הארץ וגו׳ q. d. Licet tibi eam partem regionis eligere quæ tibi placuerit: regio iſta eſt capax plurimorum, quòd ſit fœcunda & fertilis. Si ieris ad ſiniſtram, &c. אם־השמאל וגו׳ Ad verbum, ſi ſiniſtrã [ſub. elegeris,] ego dextrabo: & ſi dextram [ſub. elegeris] & ſiniſtrabo. i. ſi delegeris ſiniſtram, ego ad dextram proficiſcar: ſi verò, &c. Per ſiniſtram, intelligit Septentrionem: per dextram verò, Meridiem. Chaldæus paraph. vertit, Si ad Septentrionem, &c.

10 Vidit וירא contemplatus eſt. conſiderauit. ו non vertitur. Quòd tota eſſet irrig. כי כולה משקה Ad verbum, quòd irrigatio. i. quòd ſcateret tota aquis & amnibus, & ideo amœniſſim. Ingrediente te in צSóyar.) באכה צוער .i. & vt erat pars illa AEgypti qua itur in Soar quæ irrigatur tota Nilo. 12 Et tetendit tab. ויאהל Ad verbum, & tabernaculauit, ſi Latinè poſſet dici.

13 Ipſi Iehouæ ליהוה Id eſt contra Iehouam, vel coram Iehouáh.

Rurſum Abræ promittitur terra Chanaan.

14 Iehouáh autem dixit ad Abrám, poſteaquam ſeparauit ſe Lót ab eo, Attolle nunc oculos tuos, & vide à loco in quo tu es, ad Aquilonem, & Meridiem, & ad Orientem, & ad Occidentem.

15 Nam omnem terram quam tu vides, tibi dabo, & ſemini tuo ′vſque in ſeculum.

16 Ponã quoque ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ″quia ſi poterit quiſquam numerare puluerem terræ, etiam ſemen tuum numerabitur.

17 Surge, ambula per terram, per longitudinẽ eius, & per latitudinem eius: nam tibi daturus ſum eam.

AEdificat altare Domino.

18 Tetendit igitur tabernaculum Abrám, & venit vt habitaret ″in Quercubus Mãréא, quæ ſunt in חHebrón, ædificauítq; illic altare ipſi Iehouæ.

Cap. XIIII.

Sodomitis, Amalecitiſque, & reliquis infertur bellum.

1 F″Vit autem in diebus Amraphél regis ′שSinעár, Arióch regis Elaסſár, Chedor-laעómer regis עיElam, & Thidעál ′regis Gẽtiũ,

2 ″Fecerunt bellum contra Béraע regem סSedóm, & Birשſáע regem עAmoráh, שSináb regem Admáh, & שSeméber regem צSeboiím, & regem Bélaע, ″ipſa *eſt* צSoעár.

3 Omnes iſti ″cõiuncti ſunt in Valle שSiddím, ipſa eſt Mare ſalis.

4 Duodecim annos ſeruierant ipſi Chedor-laעómer, tertiodecimo verò anno ″defecerunt.

5 Quartodecimo igitur ãno venit Chedorlaעómer, ″& Reges qui *erant* cũ eo, percuſſerúntque Rephaאím in עAשſtheroth-carnáim & Zuzím in Ham, atque איEmím in שSauéh Ciriatháim.

6 ″Et חHoræos in monte eorum, שSeעír: ″vſque ad planitiem Parán, quæ *eſt* ″ſuper deſertum.

7 Et reuerſi ſũt, venerúntque ad עיEn-miשſpát, ipſa eſt Cadéשs, & percuſſerunt omnem agrum עAmalecitæ, atque etiam אEmoræum habitantem in חHaצſeצſón-thamár.

8 Itaque egreſſus eſt Rex סSedóm, & Rex עAmoráh, & Rex Admáh, & Rex צSeboiím, & Rex Bélaע, ipſa eſt צSóעar, & ordinauerunt contra illos bellum in valle שSiddím,

9 Contra Chedor-laעómer regem עיElám, & Thidעál regẽ Gentium, & Amraphél regem שSinעár, & Arióch regem אElaסſár, quatuor Reges aduerſus quinque

10 Porrò Vallis שSiddím ″plena erat puteis cementi: fugerunt autẽ Rex סSedóm, & עAmoráh, ″& ceciderunt ibi: reſidui verò in montem fugerunt.

Sodoma diripitur.

11 Ceperúntque omnẽ ſubſtantiã סSedóm & עAmoráh, ac omnes

14 Dixítque Dominus ad Abram poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & ad Occidentem.

Suprà 12.b.7 infrà 15.d.18, & 26.a.4 deut.34.b.4

15 Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.

D

16 Faciámque ſemẽ tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poſſit hominum numerare puluerẽ terræ, ſemen quoque tuum numerari poterit.

17 Surge, & perambula terram in longitudine & in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam.

18 Mouẽs igitur tabernaculum ſuum Abram, venit, & habitauit iuxta Conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron, ædificauitque ibi altare Domino.

Cap. XIIII.

1 FActũ eſt autẽ in illo tẽpore vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex AElamitarum, & Thadal rex Gentiũ,

2 Inirent bellum contra Bara regem Sodomorũ, & contra Berſa regẽ Gomorrhæ, & cõtra Senaab regẽ Adamæ, & contra Seméber regẽ Seboĩ, cõtráqꝫ regẽ Balæ, ipſa eſt Segor.

3 Omnes hi conuenerunt in vallem Syluestrem, quæ nunc eſt Mare ſalis.

4 Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahómor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo.

5 Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & Reges qui erant cum eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtaroth Carnáim, & Zuzim cũ eis, & Emim in Saue Cariatháim,

6 Et Corrhæos in montibus Seir, vſque ad campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine.

7 Reuerſique ſunt, & venerunt ad fõtem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhęorum qui habitabãt in Haſaſon-thamar.

8 Et egreſſi ſunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorrhæ, Réxque Adamæ, & Rex Seboim, necnon & Rex Balę, quæ eſt Segor: & direxerunt aciẽ contra eos in valle Syluestri,

B

9 Scilicet aduerſus Chodorlahómor regem AElamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regẽ Ponti: quatuor Reges aduerſus quinque.

10 Vallis autem Sylueſtris habebat puteos multos bituminis: itaque Rex Sodomorũ, & Gomorrhæ terga verterunt, ceciderúntque ibi: & qui remãſerant, fugerunt ad montem.

11 Tulerunt autem omnem ſubſtantiã Sodomorũ & Gomorrhæ, & vniuerſa

15 Vſque in ſeculum. : עד־עולם Id eſt longo tempore.

16 Quia ſi poterit quiſ. אשר אם־יוכל איש nam ſi poſſit quiſquam. vel, ita vt ſi poſſit quiſquam. Hyperbole eſt, acſi dicat, Ita multiplicabo ſemen tuum vt multitudine æquet puluerem terræ: nemo poteſt numerare puluerem terræ, ſic nec ſemen tuum numerari poterit.

18 In Quercubus באלוני .i. in Querceto. Chaldæus paraph. in planitie. Vide infrà cap. 18.a.1.

IN CAPVT XIIII.

1 Fuit autem in die. ויהי בימי Accidit autem, tempore, &c. שSinעár, שנער .i. Babylonis, vt vertit Chaldæus paraph. quæ prius dicta fuit שSinעar. Regis Gen. : מלך גוים .i. qui dominabatur Gentibus: vel potius Rex eius vrbis, aut prouinciæ quæ vocabatur Goiim. hoc eſt tempore quo regnabant iſti. Reges vocat hìc Moſes quoſcunque qui in oppido aliquo & mediocri hominũ cœtu primatũ tenebant.

2 Fecerunt עשו Vt facerent. Ipſa *eſt* צSoעár. : היא־צוער id eſt, quæ poſtea dicta eſt Soar. Per occupationem enim hìc dicitur צSoעár ſiue Segor, & paulo pòſt: quum poſtea ſic nominata fuerit, Gene. 19.e.22.

3 Coniuncti ſunt, חברו coniunxerunt. ſub. copias. Alii, congregati ſunt. conuenerunt. In valle שSiddim, אל־עמק השדים in valle campeſtri. ita Chaldæus paraph. Doctus inter Hebræos dicit שדים ſignificare agros aratos. Quidam vertunt, in עEmec-haſiddim, quæ nunc eſt Mare ſalis. Mare mortuum notat. 4 Defecerunt. : מרדו ſub. ab eo. i. negauerunt tributum quod perſoluere ſolebant. Alii, rebellauerunt. 5 Et Reges qui *erant* cum eo, והמלכים אשר אתו Id eſt vnà cum Regibus ſociis.

6 Et חHoræos ואת־החרי Singul. pro plur. Horæi, qui ſe receperant in montem ſuũ, nẽpe in Seir. Vſque ad planitiem Paran, עד איל פארן vſque ad איEl-parán. Super deſ. : על־המדבר Chaldæus paraph. vicina deſerto.

10 Plena erat puteis cem. בארות בארת חמר Ad verbum, putei putei bituminis. i. ſcatebat puteis, ſiue ſcrobibus vnde extrahebant bitumen. Et ceciderunt ibi: ויפלו־שמה Quidam exponunt cecidiſſe in puteos, quod veriſimile non eſt quum locorum ignari non eſſent. Alii dicunt ſeruandæ vitæ cauſa illuc delapſos eſſe. Videtur autem dicere Moſes, tam formidabiles illis fuiſſe hoſtium gladios, vt nõ dubitarent ſe præcipites iacere in foueas. ſubiicit enim continuo pòſt, qui ſalui euaſerant, fugiſſe in montes. vnde periiſſe colligimus qui in foueas corruerant.

quæ ad cibum pertinent,& abierunt.

12 Necnon & Lot & ſubſtantiam ei⁹, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

C 13 Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abram Hebræo,qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol,& fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.

14 Quod quum audiſſet Abram,captũ videlicet Lot fratrem ſuum,numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſequutus eſt eos vſque Dan.

15 Et diuiſis ſociis,irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſequutus eſt eos vſque Hoba,quæ eſt ad leuam Damaſci.

16 Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius,mulieres quoque & populum.

17 Egreſſus eſt autẽ Rex Sodomorum in occurſum eius poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & Regũ qui cum eò erãt in valle Saue,quæ eſt vallis Regis.

D 18 At verò Melchi-ſedec Rex Salem, proferẽs panem & vinum(erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi,

Heb.7.a.3 19 Benedixit ei, & ait,′Benedictus Abram Deo excelſo qui creauit cælum & terram.

20 Et benedictus Deus excelſus, quo protegẽte,hoſtes in manibus tuis ſũt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

21 Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi.

22 Qui reſpondit ei,Leuo manũ meã ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ,

23 Quòd à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ,non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt: ne dicas, Ego ditaui Abram:

24 Exceptis his quæ comederunt iuuenes,& partibus virorum qui venerũt mecum,Aner,Eſchol,& Mambre:iſti accipient partes ſuas.

cibos eorum,& abierunt.

12 Ceperunt etiam Lot, & ſubſtãtiam eius, filium fratris Abrám, & abierunt. hic autem habitabat in סSedóm.

13 Venit autẽ ″quidam qui euaſerat, & nuntiauit Abrám עEbræo, ″qui *tum* habitabat in Quercubus Mamréא אEmoræi fratris אEשſchól & fratris עAnér:″hi enim erant fœderati cum Abrám.

Nũtiatur Abræ

14 Audiuit itaque Abrám quòd capt⁹ eſſet″frater ſuus, ″& armauit pueros ſuos, ″pueros domus ſuæ, *nempe* octodecim & trecentos: & perſecutus eſt vſque ad Dán.

Abrã eripit Lot

15 ″Et diuiſit ſeſe in eos nocte, ipſe & ſerui ei⁹,& percuſſit eos, perſecutúſque eſt eos vſque ad חHobáh, quæ *eſt*″à leua Damméשſec.

16 Reduxítque omnem ſubſtantiam,ac etiam Lót fratrem ſuum, ſubſtantiámque eius reduxit,atque etiam mulieres & populum.

17 Egreſſus eſt itaque Rex סSedóm in occurſum eius,poſteaquam reuerſus eſt ipſe à cædẽdo Chedorlayómer, & Reges qui *erant* cum eo,ad Vallem שSauéh.″ipſa eſt Vallis regis.

18 *Porrò* Malchi-צſédec Rex שSalém″protulit panem & vinum: & ipſe quum *eſſet* Sacerdos Deo altiſſimo,

Melchi-ſedec cibat ipſum Abrã, cui ipſe Abram dat decimas.

19 ″Benedixit ei,& dixit,″Benedictus Abrám Deo altiſſimo″poſſeſſore cæli & terræ.

20 ″Et benedictus Deus altiſſimus, qui tradidit hoſtes tuos in manum tuam.″dedit itaque ei decimas de omnibus.

21 Et dixit Rex סSedóm ad Abrám, Da mihi ″animas, & ſubſtantiam tolle tibi.

22 Et dixit Abrám ad Regem סSedóm,″Leuaui manum meam ad Iehouam Deum altiſſimum,poſſeſſorem cæli & terræ,

Abram ſpolia renuit accipere.

23 ″Si à filo vſque ad corrigiam calceamẽti accepero ex omnibus quæ ſunt tibi:″ne dicas, Ego ditaui Abrám:

24 ″Præter ea tantùm quæ comederunt″pueri, & *præter* partem virorum qui perrexerunt mecum,עAnér,אEשſchól,& Mamréא:ipſi accipiant partem ſuam.

13 Quidam qui euaſerat הפליט Ad verbum,euaſor.i.vnus ex illis qui euaſerant. Qui *tum* והוא Ad verbum,& ipſe. Hi enim, &c. והם וגו׳ Ad verbum,& hi viri fœderis Abram.

14 Frater ſuus, אחיו .i.nepos ſuus ex fratre. Et armauit pue.ſ. וירק את־חניכיו & armis inſtructos eduxit tyrones ſuos.i.pueros quos (vt quidam volunt)inſtruxerat arte bellica,ac etiam Lege Diuina. Pueros domus ſ. ילידי ביתו .i.vernaculos.

15 Et diuiſit ſeſe in eos ויחלק עליהם Quúmque diuiſiſſet ſeſe in eos.i.copias ſuas in duas partes,aſſumpta altera turma irruit in eos. Alii vertunt, Quúmque ſubduxiſſet[vel ſeparaſſet ſe]ab aliis. A leua Dã. משמאל לדמשק: Chald. paraph.in parte Septẽtrionali reſpectu Dãmeſec. 17 Ipſa eſt היא .i.quæ poſtea dicta eſt. Quidã ſubauditis pauculis vertunt,in *eum locum qui dicebatur* עEmec-שſaue,qui poſtea dictus eſt עEmec-hamelech. 18 Protulit panem & vinum: הוציא לחם ויין .i.laſſum & famelicum exercitum regia liberalitate refecit. Neque enim exponendũ eſt vt vulgò, ipſum protuliſſe panem & vinum vt offerret Deo in gratiarum actionem, quòd Sacerdos eſſet.nam duo dicit quæ neceſſario diſtingui debẽt,ipſum Melchi-ſedec fuiſſe Regem & Sacerdotem. Quòd eſſet Rex, Abrám ac eius comites accepit hoſpitio,atque aluit pane & vino. Panis nomine, intellige omne cibi genus. Quòd autem Sacerdos, benedixit iure ſacerdotii,& decimas ab eo recepit. Vetus autem hic mos fuit,vt qui Reges erant,ſimul ſacerdotio fungerentur.

19 Benedixit ei, ויברכהו Ad verbũ,Et benedixit ei. quia pendet hic verſus à poſteriore parte verſus præcedentis,ו non eſt vertendũ:vt dilucidior ſit ſenſus. Quomodo Sacerdotes iuſſi ſint benedicere populo,vide Num.6.d.23. Benedictus Ab. Deo altiſſ. ברוך אברם לאל עליון .i.benedictus apud Deum altiſſimum. Melchiſedec confirmat, ratámque facit Diuinæ vocationis gratiam ſancto Abræ, quem benedictum Dei vocat, æterni fœderis reſpectu:acſi diceret quaſi hæreditario iure reſidere Dei gratiam in vna familia & gente:quòd vnus Abram ex toto mundo ſelectus eſſet. Poſſeſſore קונה domino.ſic paulo pòſt,verſu 22.

20 Et benedictus Deus altiſſ. וברוך אל עליון ſub.ſit vel eſt.q.d. Dignus eſt vt laudetur ab omnibus Deus altiſſimus. Dedit itaque ei ויתן־לו .i.Dedit Abram ipſi Melchiſedec. Sunt qui intelligant datas fuiſſe decimas Abræ:ſed aliter Apoſtolus, qui docet in lumbis Abræ decimatum fuiſſe Leui:quum Abram præſtantiori Sacerdoti decimas obtulit. Heb.7.b.8.

21 Animas,& ſubſtantiam הנפש והרכוש Sing.Heb.pro plur.animam,& ſubſtantiã.pro,animas,& diuitias. Animas verò intelligit perſonas,& homines captiuos.

22 Leuaui הרימותי Præt.Heb.pro præſ.Leuo.i.ſublata manu iuro per Dominum.

23 Si à filo אם־מחוט Eclipticam iurandi formam habent Hebræi,in qua ſubaudienda eſt pœnæ imprecatio. Alibi,vt 1.Samu.14.f.44, & aliis locis,plena expreſſio occurrit,Hoc faciat mihi Dominus,& hoc addat. Quia tamen horrendum eſt incidere in manum Dei viuentis,quo maior in iuramentis colatur religio, abrupta iſta loquutio homines admonet vt ſecum reputent quid agant. perinde enim eſt acſi manum ſibi iniicerent,ac reſiſterent in medio ſermonis curſu. Ne dicas, ואל תאמר Ad verbum,& non dices.i.neque committã vt poſthac dicere poſſis.

24 Præter ea tantùm בלעדי רק His tantùm exceptis. Ad maiorem exceptionem vtitur duabus dictionibus idem ſignificantibus. Non vult ſuam liberalitatem ſociis damnoſam eſſe. Pueri, הנערים .i.milites iſti.

15-16

Cap. XV.

Deus protector & merces Abræ.

1 P″Oſt hæc fuit verbum Iehouæ adAbrám″in viſione,dicēdo,Ne timeas Abrám,ego ″ſcutum *ero* tibi, merces tua multa valde.

2 Et dixit Abrám,Domine Iehouáh,quid dabis mihi,″quum ego incedā abſque liberis ,″& filius procuratoris domus meæ eſt Dāméשſec אEliyézer?

3 Præterea dixit Abrám,En mihi non dediſti ſemen,& ecce″filius domus meæ″hæres meus eſt.

Promittitur Abræ Iſaac filius.

4 Et ecce verbum Iehouæ ad eum, ″dicendo , Hic non *erit* hæres tuus:ſed qui egredietur de viſceribus tuis, ipſe hæres tuus *erit*.

5 Eduxítque eū″foras,& dixit,Suſpice nunc cælū,& numera ſtellas,ſi *tamen* poteris numerare eas. ″addidítque ei, Sic erit ſemē tuū.

Abrā fide iuſt⁹.

6 Credidítque Iehouæ,″& imputatum eſt illud ei *ad* iuſtitiam.

Tertiò promittitur Abræ terra Chanaan.

7 Et dixit ad eum,Ego Iehouáh qui eduxi te de אוVr Chaשſdím, vt darem tibi terram iſtam,vt poſſideas eam.

8 Dixit autē, Domine Iehouáh , ″in quo cognoſcam quòd poſſidebo eam?

9 Et reſpondit ei,Tolle mihi vitulam triennem,& capram triennem,& arietem triēnem,turturem quoque,& pullum colūbarū.

10 Accipiēs itaque omnia illa, diuiſit ea″per medium,& poſuit″vnamquanque *partem* eregione partis correſpondentis: ″ſed aues non diuiſit.

11 Deſcēderúntq; aues ſuper cadauera illa,& abigebat eas Abrā.

12 ″Quúmque propè eſſet vt occumberet ſol,ſopor irruit ſuper Abrám,& ecce″terror tenebroſus *ac* magnus cadens ſuper eum.

Prædicitur ſeruitus & liberatio filiorū Iſrael ex AEgypto.

13 Et dixit ad Abrám ,″Sciendo ſcias quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua:″& ſeruient illis,″affligéntque eos quadringentis annis.

14 Et etiam gentem cui ſeruient,″iudico ego: & poſtea egredientur cum ſubſtantia magna.

Cap. XV.

1 HIs itaque trāſactis,factus eſt ſermo Dn̄i ad Abrā per viſionē,dicens, Noli timere Abrā,ego ꝓtector tuus ſū,& merces tua magna nimis.

2 Dixitque Abram , Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis ,& fili⁹ ꝓcuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliézer.

3 Addiditque Abram,Mihi autē non dediſti ſemē: & ecce vernaculus me⁹ hæres meus erit.

4 Statímque ſermo Domini fact⁹ eſt ad eum,dicens , Non erit hic hæres tuus:ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem.

5 Eduxitque eum foras,& ait illi,‖Su- Rom.4.c.18
ſpice cælum, & numera ſtellas ſi potes.& dixit ei,Sic erit ſemen tuum.

6 ‖Credidit Abram Domino,& repu- B
tatum eſt illi ad iuſtitiam. Suprà 12.a.4 rom.4.a.3 galat.3.a.6 iac.2.d.27

7 Dixitque ad eum , Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorū, vt darem tibi terram iſtam , & poſſideres eam.

8 At ille ait,Domine Deus,vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam?

9 Et reſpondēs Dominus , Sume inquit,mihi vaccam triēnem, & caprā trimam,& arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.

10 Qui tollēs vniuerſa hæc,‖diuiſit ea Ierem.34.d.18
per medium,& vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit : aues autem non diuiſit.

11 Deſcēderúntque volucres ſuper ca- C
dauera,& abigebat eas Abram.

12 Quúmque ſol occumberet , ſopor irruit ſuper Abrā , & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum.

13 ‖Dictúmque eſt ad eum,Scito præ- Act.7.a.6
noſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra nō ſua:& ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.

14 Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo : & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.

IN CAPVT XV.

1 Poſt hæc ′אחר וגו His geſtis. Ad verbum,Poſt verba iſta. In viſione,במחזה ſub.nocturna,ſub lucē ſcilicet. Fuit hic vnus ex duobus ordinariis modis quibus ſe Dominus olim manifeſtare Prophetis ſuis ſolebat, ſicuti habetur Nume.12.b.6. Chaldæus paraph. per prophetiam.i.ſicut ſolet Deus alloqui Prophetas ſuos. Scutum,&c. ′מגן לך וגו Hebraiſmus,ſum vel ero tibi vice clypei, hoc eſt propugnator ac defenſor tuus,& merces tua ampliſſima propter fidem ac fiduciam quam habes in me.

2 Quū ego incedam ואנוכי הולך Ad verbum,& ego vadēs. Hebraiſmū quidam ſic vertunt,quum ego perſeuerem. Alii,& ego abeo.i. quum ego cōſeneſcam:hoc eſt,quum iam prouectus ætate ſim ſine liberis.q.d. Quàm grata mihi fore putas omnia illa ſine liberis? Loquutio eſt metaphorica,vitam noſtram ſimilem eſſe ſtadio ſcimus. Abram quum prouectæ iam eſſet ætatis,dicit ſe euſque progreſſum,vt pauxillum ſibi ex hoc curſu reſtet. Iam(inquit)propè ad metam peruentum eſt:confecto itaque vitæ curſu,orbus moriar. Et filius procuratoris,&c. ′ובן־משק וגו Quidam deducunt hanc vocem משק à שקק diſcurrere, & vertunt œconomum, vel procuratorem,vt hic noſter interpres:quia huc & illuc ad negotia diſcurrat qui amplæ domus curam ſuſtinet. Alii à משק deriuant,quod derelinquere ſignificat:& vertunt,& filius derelictionis meæ.i.is cui omnem curam rei familiaris meæ reliqui ac cōmiſi,œconomus,procurator,ſiue diſpenſator meus. Sunt qui filium derelictionis perinde accipiant acſi vocaret filium orbitatis: quia hoc deſertæ & ſterilis domus teſtimonium erat,hæreditatem ad hominem extraneum deuolui , qui locum vacuum & derelictum occupet . Poſterior hæc opinio propius vero accedit, vertendúmque,Et filius derelictionis meæ [.i.cui relinquam omnia adminiſtrāda poſt mortem tanquam hæredi]erit Eliעezer Damaſcenus.acſi diceret,Ne vnus quidem ex conſanguineis meis hæres mihi obtinget,ſed homo Syrius ex Damaſco. Seipſum declarat ſequenti verſu.

3 Filius domus meæ בן־ביתי Sic vocat vernaculum Eliezerum. Hæres meus eſt. :יורש אותי Ad verbum, hæreditans me,pro, hæreditabit me.vel,poſſidebit me.i.bona mea. Sic verſu ſequenti.

4 Dicendo, לאמור in hunc modum. 5 Foras, החוצה .i.extra tentorium. Addiditque ויאמר Ad verbum,Et dixit.

6 Et imputatum eſt il.ei ויחשבה לו & imputauit eam illi. Imputauit,nempe Deus. Eam,ſcilicet fidem.i.propterea quòd credidit Deo pollicenti ſibi tantum ſemen,habitus eſt iuſtus apud Deum. 8 In quo במה Vnde. Quare. Qua ratione.

10 Per medium, בתוך id eſt in partes æquales. Vnamquanque,&c. ′איש וגו Ad verbum , virum partem ſuam eregione ſociæ ſuæ.i.quanlibet partem animalium ab ipſo diuiſorum eregione partis correſpondentis.q.d. partes illas diuiſas ſibi reſpondentes altrinſecus poſuit. Quòd mactata animalia in partes ſecari iubet,videtur fuiſſe vetuſtus ritus in fœderibus pangendis,qui deinde ad Gētes quoque tranſiit,ſiue ineunda eſſet aliqua ſocietas,ſiue exercitus luſtrandi. Tranſibant autem per medias partes vel ſocii vel milites, vt ſanctius in vnum corpus coaleſcerent,ſacrificio ſimul incluſi. Iudæis quidem vſitatum fuiſſe hunc morem teſtatur Ieremias,cap.34.d.18,vbi Deum ita loquentem inducit, Violarunt fœdus meum quum vitulum conciderint in duas partes,& tranſierint inter diuiſiones eius,tam principes Iuda quàm proceres Ieruſalem,& totus populus terræ. Hìc res duas oſtendit Dominus ipſi Abræ , duram ſeruitutem qua ferè vſque ad interitum & lacerationem premendi erant Abræ filii: quod per occiſa animalia & in duas partes ſecta ſignificatur. Deinde redemptionem quæ inſigne pignus foret Diuinæ adoptionis,quam indicant partes eregione inter ſe coaptatæ: quia ex diſſipatione rurſus colligendæ erant. Sed aues ואת־הצפור Ad verbum,& auem.

12 Quúmque,&c. ′ויהי וגו Ad verbum,Et fuit, ſole occumbente. Terror אימה horror.

13 Sciendo ſcias, ידע תדע Hebraiſmus,Certò ſcias,vel Hoc tibi perſuaſiſſimum ſit. Et ſeruient illis, ועבדום ſub. AEgyptiis. plurale verbum,quia Semen eſt collectiuum.& affixum pro ſeparato,להם. 14 Iudico דן Præſ.Heb.pro fut.iudicaturus ſum.

Tu autẽ ibis ad Patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. 15

Exod.12.f.40

16 |Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſq; ad præſens tempus.

D

17 Quum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.

Suprà 12.b.7 & 13.d.15 infrà 26.a.4 deut.34.b.4 3.reg.4.c.21 2.para.9.f.26

18 In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, |Semini tuo dabo terram hanc à fluuio AEgypti vſque ad fluuium magnũ Euphráten,

19 Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos,

20 Et Hethæos, & Phereſæos, Raphaim quoque,

21 Et Amorrhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Cap. XVI.

1 IGitur Sarái vxor Abram non genuerat ſibi liberos, ſed habens ancillam AEgyptiam nomine Agar,

2 Dixit marito ſuo, Ecce cõcluſit me Dominus ne parerem: Ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiã filios. quúmque ille acquieuiſſet deprecanti,

3 Tulit Agar AEgyptiam ancillam ſuam, poſt annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanáan: & dedit eam viro ſuo vxorem.

4 Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominã ſuam.

B

5 Dixìtque Sarái ad Abram, Iniquè agis contra me: ego dedi ancillã meã in ſinum tuum, quæ videns quòd cõceperit, deſpectui me habet. iudicet Dominus inter me & te.

6 Cui reſpondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarái, fugam iniit.

7 Quúmque inueniſſet eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto,

8 Dixit ad illam, Agar ancilla Sarái vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpõdit, A facie Sarái dominæ meæ ego fugio.

C

9 Dixitque ei Angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.

10 Et rurſum, Multiplicãs, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.

15 Tu verò 'ingredieris ad Patres tuos in pace, ſepelieriſque 'in ſenectute bona.

16 Et generatione quarta reuertentur huc, 'quia necdum completa eſt iniquitas ℵEmoræi vſque adhuc.

17 Fuit præterea, quum ſol occũberet, caligo exorta eſt, & ecce 'furnus fumans, & lampas ignea quæ tranſibat 'inter diuiſiones ipſas.

18 Die ipſo pepigit Iehouáh fœdus cum Abrám, dicendo, Semini tuo dabo terram hanc à flumine Mixſráim vſque ad flumen illud magnum, flumen Peráth,

Quartò terra Chanaã promittitur.

19 Cenæum, & Cenizæum, & Cadmonæum,

20 Et חHitthæum, & Perizæum, & Rephaℵím.

21 ℵEmoræum, quoque & Chenaγanæum, & Girgaשſæum, & Iebuסſæum.

Cap. XVI.

1 POrrò שSarái vxor Abrám nondum pepererat ei: 'habebat autem ancillam AEgyptiam, cuius nomen *erat* Hagar.

Sarãi dat viro ancillam ſuam.

2 Dixit ergo שSarái ad Abrám, En nunc 'cõcluſit me Iehouáh ne parerem: Ingredere quæſo ad ancillam meam, ſi fortè 'filios ſuſcipiam ex ea. & paruit Abrám voci שSarái.

3 Tulit itaque שSarái vxor Abrám, Hagár AEgyptiam ancillam ſuam, in fine decem annorum ex quo habitare cœperat Abrám in terra Chenáγan: & dedit eam Abræ viro ſuo in vxorem.

4 Et ingreſſus eſt ad Hagár, quæ concepit. Videns autem illa ſe concepiſſe, 'deſpectui fuit domina ipſius in oculis eius.

Concipit Agar, & dominam irridet.

5 Dixit autẽ שSarái ad Abrám, 'Iniuria mea ſuper te: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum: ea videns quòd concepit, 'deſpectui ſum in oculis eius. 'iudicet Iehouáh inter me & te.

6 'Cui reſpõdit Abrã, Ecce ancilla tua 'in manu tua, fac illi 'quod bonum eſt in oculis tuis. Afflixit itaque eam שSarái: & fugit à facie eius.

Fugit Agar Sarã

7 Inuenit autem eam Angelus Iehouæ iuxta fontem aquæ, in deſerto, iuxta fontem *inquam* illum *qui eſt* in via שSur:

8 Dixítq; Hagár ancilla שSarái, 'vndénam venis? & quò vadis? illa dixit, 'A facie שSarái dominæ meæ ego fugio.

9 Tunc dixit ei Angelus Iehouæ, Reuertere ad dominam tuam, & humilia te ſub manibus eius.

Conſolatur eam Angelus.

10 'Et adiecit Angelus Iehouæ, Multiplicãdo multiplicabo ſemẽ tuum, neque numerari poterit præ multitudine.

15 Ingredieris ad pat.t. תבוא אל־אבותיך Hebraiſmus, ibis ad patres tuos, pro, morieris vt maiores tui. Moſes voluit exprimere non modò longam fore Abræ ſenectutem, ſed placidam, cui mors læta & pacata reſpondeat. In ſenectute bona. בשיבה טובה: .i. in ſenectute plena dierum. ſignificat extremam illam ſenectutem.

16 Quia necdum cõpleta eſt iniquitas כי לא־שלם עון .i. nondum venit tempus quo puniantur Amorrhæi ob conſummatam ipſorum iniquitatem: qui certè nullum finem ſceleribus ſunt facturi donec vltimum excidium ſibi accerſant. q. d. donec ſuis ſceleribus promeriti fuerint vt iure pellantur, ad poſteros tuos non perueniet eius terræ dominium.

17 Furnus, &c. תנור וגו' Ad verbum, clibanus fumi, & fax ignis. Symbolum futuræ liberationis fuiſſe hoc, interpretantur doctiores, quòd cum re ipſa congrueret. Sunt enim duæ res in ſpecie contrariæ, fumi obſcuritas, & lampadis fulgor. hinc Abram fore cognouit vt lux è tenebris demum emergeret: qua libertas ſemini eius in media ſeruitute promittitur. non potuit enim magis ad viuum depingi Eccleſiæ conditio, quàm dum facem ardentem ex fumo prodire fecit Deus, ne afflictionum caligo nos obruat, ſed bonam vitæ ſpem in morte foueamus. Inter diuiſ. ip. בין הגזרים: .i. inter fruſta illa diuiſa.

IN CAPVT XVI.

1 Habebat autem, &c. ולה וגו' Ad verbum, & ei ancilla *erat* AEgyptia, & nomen eius Hagar.

2 Concluſit me עצרני .i. vuluam meam, ſiue vterum meum concluſit. q. d. ecce, nunc noui me ſterilem eſſe ac infœcundam. Filios ſuſcipiam אבנה Ad verbum, filiabor. vel, ædificabor. i. fortè ex ea filios mihi procreabis. Filius dicitur Hebræis בן *ben* à בנה ædificauit, quòd filii ſint veluti ædificium aut ædificatio patris ac matris: ſiue quòd ſint generis fulturæ, & familiam ædificent.

4 Deſpectui fuit, &c. ותקל וגו' & viluit hera ipſius in oculis eius. Hebraiſmus, habuit contemptui Sarái heram ſuam.

5 Iniuria mea ſuper te: חמסי עליך Hebraiſmus, Iniuria quæ mihi infertur, tibi iure imputari debet. q. d. iuſtè poſſum de te cõqueri. ſubiungit rationem. Deſpectui, &c. ואקל וגו' vilis ſum coram ea. i. me ſpernit. Iudicet, &c. ישפוט וגו' .i. Dominus iudicet de mea cauſa, & de tua. quaſi dicat, Non deberes id ferre.

6 Cui reſp, Abrám, ויאמר אברם וגו' Ad verbum, Et dixit Abram ad Sarái. In manu tua, בידך .i. eſt adhuc in tua poteſtate. Quod bonum eſt in oc.t. הטוב בעיניך Hebraica phraſis, pro, quod tibi bonum videbitur. i. vtere ea vt lubet.

8 Vndènam venis? אי־מזה באת Ad verbum, Vbi vnde venis? i. vbi eſt locus vnde venis? A facie Sarái מפני שרי A conſpectu Sarái. i. propter Saram. 10 Et adiecit ויאמר לה Ad verbum, Et dixit ei.

ʼAdiecit quoque Angelus Iehouæ,ʼEcce prægnans es,pariéſque 11
filium,& vocabis nomen eius Iωſmaγνél : quia audiuit Iehouáh
ʼafflictionem tuam.

Iſmael qualis futurus.

Is autem eritʼferus homo:manus eius *erit* contra omnes,& ma- 12
nus omniũ contra eũ : ʼ& coram omnibus fratribʼ ſuis habitabit.

ʼVocauítque *Hagar* nomẽ Iehouæ qui loquebatur ſibi, Tu Deus 13
ʼvidens me:quia dixit,ʼNónne etiam hîc vidi poſt videntem me?

Idcircoʼvocauit puteum , Puteumʼviuentis vidẽtis me : ecce *eſt* 14
inter Cadéωs & Béred.

Peperit autem Hagár Abræ,filium: & vocauit Abrám nomen fi 15
lii ſui quem peperit Hagár Iωſmaγνél.

Abrám verò *erat*ʼoctoginta ſex annorum quando peperit Hagár 16
Iωſmaγνél.

Cap. XVII.

QʼVum autem Abrám eſſet nonaginta nouem annorum ap- 1
paruit ei Iehouáh,dixítque ad eum,EgoʼDeus omnipotens,Ambula coram me,& eſto perfectus.

Ponámque pactũ meum inter me & te, & multiplicabo te ve- 2
hementiſſimé.

Et cecidit Abrám ſuper faciem ſuam , loquutúſque eſt cum eo 3
Deus, dicendo,

ʼEgo, ecce pactum meum tecum , eríſque ʼpater multarum 4
gentium.

Ac deinceps,Ecce, ait, cõcepiſti,& paries filium , vocabiſque nomẽ eius Iſmael, eo quòd audierit Dominʼ afflictionem tuam.

Hic erit ferus homo:manus eiʼ cõtra omnes,& manus omnium cõtra eum:& eregione vniuerſorum fratrũ ſuorum figet tabernacula.

Vocauit autem Agar nomen Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deʼ qui vidiſti me: dixit enĩ , Profectò hîc vidi poſteriora videntis me.

D

Infrà 24.g.62
galat.4.c.23

Propterea‖appellauit puteum illũ, Puteum viuentis & vidẽtis me:ipſe eſt inter Cades & Bárad.

Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Iſmael.

Octoginta & ſex annorum erat Abrã quando peperit ei Agar Iſmaelẽ.

Cap. XVII.

POſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat , apparuit ei Dominus:dixitque ad eum, Ego Deus omnipotens: Ambula coram me,& eſto perfectus.

Ponámque fœdus meum inter me & te,& multiplicabo te vehementer nimis.

Cecidit Abram pronus in faciem, dixitque ei Deus,

Ego ſum,‖& pactum meum tecum eriſque pater multarum gentium.

Eccli.44.e.20
rom.4.b.11

11 Adiecit quoque ויאמר לה Ad verbum,Et dixit ei. Ecce prægnans es, הנך הרה Tu quidem es prægnans.Tu ſanè geſtas vterum. Afflictionem tuam. אל־עניך׃ .i.preces quas fudiſti in afflictione tua,exaudiuit.

12 Ferus homo: פרא אדם Ad verbum,onager homo.vel onager hominum.i.inter homines erit veluti aſinus ſylueſtris:hoc eſt erit homo ferus & agreſtis.Declarat Angelus qualis ſit futurus Iſmael,nempe fore hominem bellicoſum,& hoſtibus formidabilem,vt eum nemo impunè laceſſat.huius expoſitio mox ſequitur quum dicit,Manus eius,&c. Et coram,&c. ועל־פני וגו׳ & in conſpectu omnium fratrum ſuorum figet tabernacula ſua.Quidam intelligunt,poſteris Iſmaelis fixam habitationem fore coram fratribus inuitis: acſi diceret violenter occupaturos terram quam inhabitent,licet obſtare conentur fratres.Alii contrariam ſententiã afferunt, Iſmaelitis, in magna hoſtiũ copia non defore tamen amicos & fratres.At potius ſignificat Angelus,populum hunc à reliquis ſeparatum fore:acſi diceret,Nõ erit pars, vel membrum vnius gentis,ſed totum corpus efficiet vt habeat diſtinctum & ſpeciale nomen.

13 Vocauítque *Hagar* nomẽ Ieh. ותקרא שם־יהוה Inuocauitque nomen Iehouæ.Chaldæus paraph.orauit in nomine Iehouæ loquentis ad eam. Videns me: ראי Viſionis.Quidã non rectè exponunt Deum viſionis vocari quòd appareat,ac ſe patefaciat hominibus. Docti inter Hebræos exponunt,quem pii homines aliquando vident.L X X,qui piis hominibus apparere ſoles. Chaldæus paraph.qui vides ac cernis omnia.i.qui te oſtendere ſoles iis quorum curam habes & geris. Agar antea fero & indocili ingenio prædita , Dei prouidentiã nunc agnoſcere incipit:quum prius ſibi viſa eſſet fortuitò raptari per deſertum,nunc ſentit ac fatetur Diuinitus gubernari res humanas.Qui ita ſentiunt,agnoſcunt Deum viſionis,ſiue reſpicientem nos. Nónne etiam,&c. הגם וגו׳ Variæ ſunt huius loci expoſitiones.Alii ſic exponunt , Nunquid vidi, aut proſequuta ſum illum abeuntem qui apparuit mihi? quemadmodum ſolemus proſequi homines abeuntes à nobis,quandiu ſcilicet poteſt ferre viſio oculorum.q.d.Non.Hæc enim interrogatio exigit reſponſionem negatiuam. Quia planè citò diſparuit,homo verò non tam citò diſparet:à ſubita diſparitione collegit ipſa Angelum eſſe Domini qui ſibi diſparuit vt ipſam conſolaretur. Alii vertunt, An ego vidi poſt viſionem meam? hoc eſt , adeò tarde vt videndo cæcutirem? Secundum eos duplex fuit viſio Hagar: prior, erronea,quum in Angelo nihil cæleſte apprehenderet: altera autem vera, poſtquam tacta eſt Diuinitatis ſenſu . In ſecundo etiam membro diſſentiunt interpretes. Vetus vertit,Poſteriora videntis me.quod multi ad obſcuram viſionẽ referunt,vt ſit metaphorica loquutio. quẽadmodum enim non perſpicuè agnoſcimus homines à tergo,ita dicuntur videre tergum Dei,quibus non palàm,neque ad liquidum ſe manifeſtat. Atque hæc opinio communiter recepta eſt . Alii diuerſa figura Moſen vſum eſſe exiſtimant . dorſum enim Dei pro ſenſu iræ eius accipiunt:ſicuti lucere nobis dicitur eius facies dum ſe propitium ac fauentem oſtendit. ita ſecundum eos, ſenſus eſt, Putaui me elapſam eſſe ne amplius Dei ferulis vel caſtigationi obnoxia eſſem,ſed hîc quoque mihi infenſum eſſe ſentio.Alii dicunt neminem horum interpretum,Moſis mentem aſſequutum eſſe:ſcribúntque Hagar ſeipſam obiurgare, quòd quum prius nimis cæcutiuiſſet, nunc quoque in deſerto nimis tardè & ſegniter oculos ad Deum cernendum aperuerit.Sæpius (inquiunt) multis documentis experta erat ſe reſpici à Domino in domo Abræ,cæcutiens tamen contempſerat eius prouidentiam,acſi clauſis oculis illum ſibi coram oblatum præteriret: nunc ſe accuſat quòd non citius experrecta ſit ſimulatque apparuit Angelus:acſi dicat,Antehac Deum non quæſiui, nec ad eum reſpexi niſi coacta: quum prior ſuo me intuitu dignatus eſſet:nunc etiam in deſerto vbi malis afflicta ſaltem expergefieri debueram,meo more obſtupui,neque in cælum vnquam ſuſtuliſſem oculos niſi prius fuiſſem à Domino reſpecta.Hæc ſanè expoſitio verior eſſe videtur.

14 Vocauit קרא Subaudi,is qui ei nomen indidit.ſatis tritũ eſt Hebræis,verbũ ſic indefinitè accipi.Quo tamẽ ſenſus clarior ſit,quidã in paſſiuum reſoluunt,vocatus eſt.Attamen hæc vulgaris appellatio ab Hagar profecta fuiſſe videtur,quæ vna ſimplici confeſſione non cõtenta,teſtatam in futurum tempus eſſe voluerit Dei gratiam:ideóque eius teſtimonium quaſi per manus tradiderit. Viuentis videntis me: לחי ראי His verbis teſtatur Hagar ſe à Deo viuo,vel authore vitæ reſpectam eſſe.

16 Octog.ſex an.&c. בן־שמונים וגו׳ Ad verbũ,filius *erat* octoginta annorũ & ſex annorum quando peperit Hagar Iſmaelẽ ipſi Abram.

IN CAPVT XVII.

1 Quum autem,&c. ויהי וגו׳ Ad verbum,Et erat Abram filius nonaginta annorum & nouem annorum,& viſus eſt Iehouáh Abræ. Deus omnipot. אל שדי Nomen אEl, pro quo redditur Deus, à potentia deductum eſt. Eodem pertinet שדי : acſi pronuntiaret Deus, ſe ad protegendum Abram ſatis habere virtutis.Non iactat potentiam ſuam Deus,quæ penes ipſum ſuppreſſa lateat, ſed quam explicet erga filios ſuos vt inde materiam fiduciæ concipiat Abram.

4 Ego,ecce אני הנה Hac loquutione Deus ſe eſſe pronũtiat qui loquitur,vt certa verbis ſuis conſtet authoritas.Ideo pronomen EGO, vice præfationis ſeorſum legendũ eſt,vt quieto animo ſit Abram,& exempta dubitatione oblatum fœdus ſuſcipiat. Pater mult.gentium. לאב המון גוים׃ Ad verbum,in patrem multitudinis gentium. Conſtat populos diuerſos originem duxiſſe ab Abraham: nam Iſmael in magnum populum excreuit,Idumæi ex altera parte longè latéque diffuſi ſunt:ex aliis etiam filiis quos ex Cetura ſuſcepit,fluxerunt amplæ familiæ.Sed longius reſpexit Moſes , quòd ſcilicet fide inſerendæ eſſent gentes in genus Abrahæ,licet ab eo non progenitæ ſecundum carnem,vt teſtis eſt Paulus,Rom.4.b.11.

Rom.4.c.17

Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham: ‖quia patrem multarũ Gentium conſtitui te: 5

Faciámque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in Gẽtibus, Regéſque ex te egredientur. 6

Et ſtatuã pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. 7

B Dabóque tibi & ſemini tuo poſt te, terram peregrinationis tuę, omnẽ terram Chanaan in poſſeſſionem æternam: eróque Deus eorum. 8

Dixitque iterum Deus ad Abrahã, Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. 9

Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos & ſemen tuũ poſt te, circuncidetur ex vobis omne maſculinum. 10

Leuit.12.a.3
Luc.2.21
Rom.4.b,11

Et circuncidetis carnem præputii veſtri, vt ſit‖in ſignum fœderis inter me & vos. 11

Infãs octo dierũ circũcidetur in vobis, omne maſculinũ in generationibus veſtris: tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra. 12

Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. 13

C Maſculus cuius præputii caro circũciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. 14

Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarái vxorem tuam non vocabis Sarái ſed Saram. 15

Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum, eritq; in nationes, & Reges populorũ oriẽtur ex eo. 16

Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo dicens, Putáſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? 17

Dixitque ad Deũ, Vtinam Iſmael viuat coram te. 18

Infra 18.b.10
& 21.a.2

Et ait Deᵒ ad Abrahã, Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen eius Iſaac, & cõſtituam pactum meũ ill,iin fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum. 19

D Super Iſmael quoque exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. 20

---

5 Neque vocabitur vltrà nomen tuum Abrám, ſed erit nomen tuum Abrahám: quia patrem multitudinis gentium ″poſui te.

Abram, nominatur Abraham.

6 Et multiplicabo te vehementiſſimè, ″ponámque te in Gentes, & Reges ex te egredientur.

7 ″Et ſtatuam pactũ meum inter me & te: intérque ſemen tuum poſt te ″in generationibus ſuis, fœdere perpetuo: vt ſim *ſaliæt* tibi in Deum, & ſemini tuo poſt te.

Quintò promittitur Abrahæ Chanaan.

8 Dabóq; tibi & ſemini tuo poſt te, terram ″peregrinationũ tuarum, *nempe* totam terram Chenáyan in poſſeſſionem perpetuam: eróque eis in Deum.

9 Præterea dixit Deus ad Abrahám, Tu autem ″pactum meum cuſtodies, tu *inquam*, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis.

Circũciſio ſignũ fœderis.

10 Hoc *eſt autem* pactũ meũ quod obſeruabitis inter me & vos, atq; inter ſemẽ tuum poſt te, vt circũcidatur in vobis omnis maſculᵒ.

11 Circuncidetis verò carnem præputii veſtri, ″erítque ſignum pacti inter me & vos.

12 ″Omnis itaque maſculus octo dies natus circũcidetur in vobis ″in generationes veſtras: *etiamſi fuerit* ″natus domus, ″& emptus argento à quocunque alienigena qui non eſt de ſemine tuo.

13 ″Omnino *igitur* circuncidetur natus domus tuæ, & emptus argẽto tuo: erítque pactum meũ in carne veſtra in fœdus perpetuũ.

14 Incircunciſus autem maſculus qui non circunciderit carnem præputii ſui, ″vtique exterminabitur anima illa de populis ſuis: *nam* pactum meum irritum fecit.

15 Dixit quoque Deus ad Abrahám, שSarái vxoris tuæ non vocabis nomen שSarái, ſed שSaráh erit nomen eius.

Sarái, nominatur Sara.

16 Et benedicam ei, ac etiam dabo ex ea tibi filium, benedicam ei inquam, ″erítque in gentes, Reges populorum ex ea erunt.

Rurſum promittitur Abraham Iſaac.

17 Tunc cecidit Abrahám ſuper faciem ſuam, & riſit, dixítque in corde ſuo, ″Nũquid cẽtenario naſcetur *proles*? ″& an שSaráh nonagenaria pariet?

18 Dixítq; Abrahám ad Deum, ″Vtinã Iשſmayעél viuat coram te.

Abraham orat pro Iſmaele.

19 Cui dixit Deus, ″Verè שSaráh vxor tua pariet tibi filium, vocabíſque nomen eius Iצſחhác: & cõfirmabo pactum meum cum eo, in pactum perpetuum ſemini eius poſt eum.

20 ″Pro Iשſmayעél quoque audiui te: ″ecce benedicam ei, & creſcere faciam eum, multiplicabóque eum vehementiſſimè: duodecim principes generabit, ponámque illum in gentem magnam.

Benedicitur Iſmael.

5 Poſui te. נתתיך: Præt.Heb.pro fut.conſtituam te. 6 Ponámque te in gen. ונתתיך Hebraiſmus, Faciam vt ex te gentes multæ naſcantur. 7 Et ſtatuam והקימותי Et ſtabiliam.vel, ratificabo. Ad verbum, Et faciam ſurgere. Vide infrà cap.23.d.17.

In generationibus ſuis, לדורותם .i.ſuis temporibus, hoc eſt illis ætatibus quibus vixerint.

8 Peregrinationum tuarum, מגוריך .i.regionem in qua nunc peregrinaris.

9 Pactum meum cuſt. את־בריתי תשמור pactum meum cuſtodi. Hic pactum pro ſymbolo ac ſigno fœderis accipitur, nempe pro circunciſione: vt ſequenti verſu exponitur, Et erit ſignum pacti inter me & vos. 11 Eritque והיה ſub. iſta circunciſio.

12 Omnis itaque, &c. ובן שמונת וגו׳ Ad verbum, Et filius octo dierum circuncidetur in vobis, omnis maſculus. Ordo inuerſus & obſcurior, qui ſic conſtrui debet vt vertit noſter interpres. In generationes ve. לדורותיכם Hebraiſmus, temporibus veſtris. Natus domus, יליד בית verna. aut, vernaculus. Et emptus, &c. ומקנת וגו׳ Ad verbum, & comparatio argenti ab omni filio alienigenæ.i.ſeruus emptitius quem emeris ab alienigena.

13 Omnino *igitur* circ.&c. המול ימול וגו׳ Ad verbum, Circuncidendo circuncidetur natus domus tuæ, & comparatio pecuniæ tuæ,

14 Vtique exter.&c. ונכרתה וגו׳ vtique delebitur, &c.i.homo ille non erit particeps promiſſionum ac beneficiorum meorum.

16 Eritque in gentes, והיתה לגוים Hebraiſmus, erit mater multarum gentium, vel ex ea naſcentur gentes multæ.

17 Nunquid centenario הלבן מאה־שנה Ad verbum, Nunquid filio centum annorũ. Et an שSara ואם־שרה Ad verbum, & ſi Sara? an filia octoginta annorum? Duæ interrogationes vice vnius.

18 Vtinam, &c. לו ישמעאל וגו׳ Hebraiſmus, Satis mihi fuerit ſi filius meus Iſmael ita viuat vt tibi placeat, & obediat mandatis tuis. Alii exponunt, Viuere coram Domino, tantum valet ac ſeruari eius præſidio incolumem, vel ab ipſo benedici. Petit igitur Abraham à Domino vt quam Iſmaeli dedit vitam conſeruet.

19 Verè אבל Certè. Chaldæus paraph. in veritate. Doctus inter Hebræos exponit, Imò: quaſi dicat, non tantummodo tibi viuet Iſmael, ſed etiam, aut imò Sara, &c.

20 Pro Iſשmayעel q. ולי שמעאל שמעתיך Super Iſmaele quoq;. vel, De Iſmaele quoque.i.exaudiui preces tuas quas fudiſti corã me pro Iſmaele. Ecce ben. הנה ברכתי Præt.Heb.pro fut.certè benedicã. Quia promiſſiones Dei ſunt certæ, Scriptura præteritis pro fut. vtitur.


Abraham en Sara wert een Sone toegeſeyt van den Here Gene. 18. vers. 10.

Pactum verò meum ″ſtatuam cum Iצſhác qu
ráh hoc ſtatuto tempore, anno ″altero.
Et finiuit loqui cum eo, aſcendítque Deus ′ab
Tulit itaque Abrahám Iשſmayאél filium ſuu
domus ſuæ, & omnem emptum argento ſuo, o
ſcilicet ″ex domeſticis ſuis: & circuncidit carnem p
ipſo die, ſicut loquutus fuerat cum eo Deus.
Porrò Abrahám ′erat nonaginta nouem ann
cuncidit ipſe carnem præputii ſui.
Iשſmayאél verò filius eius erat tredecim ann
cunciſa fuit caro præputii ſui.

Abrahā ſeipſū, Iſmaelem, & domeſticos circuncidit.

′Ipſo eodē die circūciſus eſt Abrahám & Iשſmayאél filius eius, 26
Atque omnes viri domus eius, ″natus domus, & emptus argēto 27
à filio alienigenæ, circuncisi ſunt cum ipſo.

Cap. XVIII.

ויראׂ

APparuit autem illi Iehouáh ′in Quercubus Mamréא: & ipſe ſedebat ad oſtium tabernaculi dum calere inciperet dies. 1

Quúmque eleuaſſet oculos ſuos, vidit, & ecce tres viri ſtabant iuxta eum: quos vt vidit, cucurrit in occurſum eorum ab oſtio tabernaculi, ″& incuruauit ſe ſuper terram: 2

Myſterium trinitatis.

Dixítque, ′Domine, ″ſi nūc inueni gratiā in oculis tuis, ne quæſo ″tranſeas à ſeruo tuo: 3

′Capiatur obſecro parū aquæ, & lauate pedes veſtros, ″& innitimini ſub arbore. 4

′Interim accipiā bucellam panis, ″& fulcite cor veſtrū, poſtea tranſibitis: idcirco enim tranſiſtis ′ad ſeruum veſtrum. Et dixerunt, Sic facias vt loquutus es. 5

Abraham lauat pedes peregrinorum & interuit menſæ.

″Feſtinauit itaque Abrahám ad tabernaculū ad שSaráh, & dixit, ′Feſtina tria ſata farinæ ′ſimilæ, *ac* ″miſce, & fac ſubcineritios panes. 6

″Ad boues autē cucurrit Abrahám, & tulit ′ vitulum tenerum & bonum, dedítque ″puero: qui feſtinauit parare illum. 7

Tulit quoque butyrū, & lac, & vitulum quem parauerat, ″& poſuit corā eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore, ″& comederūt. 8

Eadem die circūciſus eſt Abraham & Iſmael filius eius,

Et ōnes viri domus illius, tam vernaculi quàm emptitii & alienigenæ pariter circūciſi ſunt. Cap. XVIII.

APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.

Quúmque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eū: quos quū vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram:

Et dixit, Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis ne tranſeas ſeruum tuū

Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore.

Ponámque buccellam panis, & cōfortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruū veſtrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es.

Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcineritios panes.

Ipſe verò ad armētum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimū, deditque puero: qui feſtinauit & coxit illum.

Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & poſuit corā eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Quúmque comediſſent,

B

---

21 Statuam אקים conſtituam. ſtabiliam. confirmabo. Ad verbum, ſurgere faciā. Vide infrà cap. 23. d. 17. Quicquid optabile eſt terrenæ vitæ reſpectu, Deus liberaliter & prolixè promiſit Iſmaeli: & tamen quicquid in eum donorum cōfert, nihili æſtimat comparatione fœderis quod ſtabiliendum erat in Iſaac, ſtatuto tempore. Altero. : האחרת .i. ſequente. q. d. anno elapſo.

22 Ab Abraham. : מעלאברהם Ad verbum, de ſuper, vel de iuxta Abraham.

23 Ex domeſticis ſuis: באנשי בית אברהם Ad verbū, in viris domus Abrahæ. antecedens pro relatiuo. Eo ipſo die, בעצם היום הזה Ad verbum, in ſubſtantia [vel eſſentia, aut corpore] ipſius diei. i. ipſomet die, ſtatim ipſo die. Sic paulo pòſt verſu 26.

24 Erat nonag. בן תשעים ותשע שנה Ad verbum, filius nonaginta & nouem annorum. ſic ſequenti verſu.

26 Ipſo eodem die בעצם היום הזה Ad verbū, In corpore diei ipſius. Vide paulo antè, verſu 23. Eodē ipſo die quo ſcilicet Deus imperauerat vt circunciderentur. 27 Natus domus, &c. יליד בית וגו' Singularia Heb. pro plur. omnes domeſtici eius, vernaculi, & empti ab extraneis.

IN CAPVT XVIII.

1 Apparuit autem וירא Ad verbum, Et viſus eſt. Hic quarta eſt Hebræorum huius libri ſectio vſque ad caput 23, quā denominant ab hac prima capitis dictione וירא. Serui ſui animum noua hac viſione confirmat Deus, ſicut aliis ſubinde atque aliis adminiculis opus habet ſanctorum fides. Fieri etiam poteſt vt in gratiam Saræ repetita fuerit promiſſio. In Quercubus באלוני ממרא: in Querceto. Alii, in אElone. veriſimile eſt illic fuiſſe Quercetum vbi propter loci commoditatem habitauerit Abraham. Vide ſuprà cap. 13. d. 18.

2 Et incuruauit, &c. וישתחו ארצה & demiſit vultum in terram vſque. Hoc reuerētiæ ſymbolū in communi vſu fuit apud Orientales.

3 Domine, ארוני Quòd vnum peculiariter ſalutat, videtur ideo factum fuiſſe quòd præ aliis duobus excelluerit. Scimus enim Angelos vtplurimum apparuiſſe cum capite ſuo Chriſto: itaque hic in tribus Angelis vnū deſignat Moſes legationis principē. Si nūc inueni, &c. אם־נא מצאתי וגו' Hebraiſmus, ſi quicquam valeam gratia apud te, vel ſi tibi gratus ſum, hoc eſt ſi tibi gratum ſit. Tranſeas à ſeruo tuo. : תעבור מעל עבדך .i. ne prætereas domum ſiue hoſpitium ſerui tui quin venias in tentorium meum.

4 Capiatur יוקח ſub. à te domino meo. i. à vobis. Et innitimini והשענו & fulcite vos. ſub. baculis veſtris, aut aliqua alia re, quo cōmodius quieſcatis. hoc eſt, fulciendo vos requieſcite ſub arbore: erat enim arbor ante tabernaculum.

5 Interim accip. ואקחה Ad verbum, Et capiam. i. Interim afferam ad vos. Et fulcite cor ve. וסעדו לבכם q. d. confirmate corda veſtra. Ad ſeruum ve. על־עבדכם iuxta ſeruum veſtrum. i. iuxta tentorium ſerui veſtri. Non intelligit conſultò vel data opera veniſſe vt hoſpitium quærerent: ſed opportunè id accidiſſe ſignificat: acſi diceret, non fortuitò in eum locum delapſos eſſe, ſed Dei conſilio & manu adductos. Ad Dei prouidentiam refert quòd tam commodè in locum idoneum inciderint vbi ſe reficiant.

6 Feſtinauit it. וימהר Properauit itaque. i. Citò cucurrit. Feſtina מהרי .i. Citò capias. Similæ, סולת .i., farinæ puriſſimæ ac purgatiſſimæ. Miſce, לושי ſub. aqua in paſtam. Alii, ſubige, ſub. in maſſam. q. d. Para illis prandium, vel cœnam.

7 Ad boues autem ואל־הבקר Ad armentum autem. Vitulum בן־בקר Ad verbum, filium bouis. Sic verſu ſequenti. Puero, אל־הנער ſub. ſuo, id eſt famulo, vel coquo.

8 Et poſuit co. eis: ויתן לפניהם & appoſuit illis. vt ſcilicet comederet. Et comederūt. : ויאכלו Deus qui totū mundū ex nihilo cōdidit, & quotidie mirus eſt in formādis creaturis artifex, corpora Angelis illis ad tēpus dederat, in quibus iniunctū ſibi munus peragerent. Vnde hic dicuntur comediſſe.



.d eum, Vbi eſt שׁSaráh vxor tua? Qui reſpondit,
lo.
tendo reuertar ad te ſecundum tempus vitæ, &
æ vxori tuæ. porrò שׁSaráh auſcultabat ad oſtiũ
um *erat* poſt eum.
. & שׁSaráh *erant* ſenes *ac* ″progreſſi in dies: & deſie
″conſuetudo vt mulieribus.
ráh intra ſeſe, dicendo, Poſteaquam ſenui, ″erit
:terea dominus meus ſenuit.
iáh ad Abraham, Vtquid riſit שׁSaráh, dicẽdo,
:rè pariam, & ego ſenui?

14 ″An *ergo* abſcondetur à Iehouáh quicquam? ad condictũ tempus reuertar ad te ″ſecundum tempus vitæ, & ipſi שׁSaræ *erit* filius.

15 Negauit autem שׁSaráh, dicendo, Non riſi: quia timuit. & dixit *Angelus*, Nequaquam, riſiſti enim.

16 Conſurrexerunt igitur inde viri, & reſpexerunt contra faciem סSedóm: Abrahám verò ibat cum eis vt deduceret eos.

17 Et Iehouáh dixit, ″Nunquid cælabo ego Abrahám quod ego facturus ſum,

18 ″Quum Abrahám omnino futurus ſit in gentẽ magnam, & fortem, benedicendæque ſint ″in eo omnes gentes terræ?

19 ″Noui enim eum, propterea præcipiet filiis ſuis, & domui ſuæ ″poſt ſe, vt cuſtodiant viam Iehouæ, faciántque iuſtitiam & iudicium, vt venire faciat Iehouáh ″ſuper Abrahám quod loquutus eſt ″ſuper eum.

20 Ait itaque Iehouáh, Clamor סSedóm & עAmoráh ″quia multiplicatus eſt, & peccatum eorum quia aggrauatum eſt valde:

21 Deſcendam nunc, & videbo ″an iuxta clamorem eius qui peruenit ad me, ″fecerint conſummationem: & ſi non, ſciam.

…iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

Negauit Sara, dicens, Nõ riſi: timore perterrita. Dominus autem, Non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti.

Quum ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur deducens eos.

Dixítque Dominus, Nũ celare potero Abraham quæ geſturus ſum,

C Quum futurus ſit in gẽtem magnã ac robuſtiſſimam, ‖ & benedicẽdæ ſint in illo omnes nationes terræ?

Suprà 12.a.3
infrà 22.d 17

Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ loquutus eſt ad eum.

Dixit itaq; Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis:

Deſcendã, & videbo vtrũ clamorẽ qui venit ad me, opere cõpleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.

Abrahæ ſeni promittitur Iſaac.

Dei familiaritas & bonitas cum Abraham.

Christus.

Abraham docet familiam ſuam viam Dei.

Prædicitur Abrahæ, interitus Sodomorum.

---

10 Reuertendo reu.ad te ſec.temp.v. שׁוב אשׁוב אליך כעת חיה Hebraiſmus quem ſic quidam exponunt, Certiſſimè reuertar [vel certò ſcias me reuerſurum] ad te hoc tempore, viuente, ſub. Sarah. hoc eſt, Sarah incolumi exiſtente. Alii rectius exponunt de fœtu: vt promittat Deus ſe venturum iuſto & legitimo pariendi tempore, vt Sarah vitalis fœtus mater fiat. Et ipſum, &c. והוא אחריו: .i. oſtium ipſum erat poſt illum Angelum. q.d. Angelus habebat faciem auerſam ab oſtio: ſiue angelo loquenti erat oſtium ad tergum.

11 Progreſſi in dies: באים בימים Hebraiſmus, prouecti erant ætate. Conſuetudo, &c. :אורח כנשׁים Ad verbum, via ſecundum mulieres. vel, ſicut mulieribus. id eſt, ſicut mulieribus quæ aptæ ſunt gignendis liberis, contingere ſolet. Quo genere loquendi verecundè menſes notat qui mulieribus fluunt. vnà autem cum fluxu menſtruo deſinit concipiendi facultas.

12 Erit mihi voluptas? היתה־לי עדנה id eſt daturáne ſum operam voluptati?

13 Nunquid, &c. האף וגו׳ q.d. Dixitne ſeriò Dominus me parituram, quum iam ſenuerim?

14 An *ergo*, &c. היפלא וגו׳ Latétne Iehouam quicquam. vel, An difficile eſt ipſi Iehouæ quicquam? hoc eſt, Impoſſibiléne eſt Domino quicquam? Alii, An Iehouæ quicquam poteſt eſſe mirificum? q.d. Nõ debet ex hominum ſenſu æſtimari Dei facultas. neque enim mirũ eſt in rebus arduis nos deficere, vel ſuccũbere difficultatibus: ſed longè alia eſt Dei ratio, qui è ſublimi deſpicit quæ nos altitudine ſua deterrent. Secundum tempus vitæ, כעת חיה Vide paulo antè verſu 10.

17 Nunquid cælabo המכסה Præſentia Heb. pro fut. Quaſi de re dubia conſultat Deus in hominum gratiam: nam quid facturus eſſet, iam antè decreuerat. 18 Quum Abrahám, &c. ואברהם וגו׳ Ad verbum, Et Abraham eſſendo erit. Sed copulatiua particula in aduerbium cauſale reſolui debet. Nam hæc eſt ratio, quòd Deus horribilis ſuæ in Sodomitas vindictæ conſcium facere velit ſeruum ſuum, quia peculiaribus ipſum donis ante alios omnes ornauerat. In eo בו per eum. i. per ſemen illius, qui eſt Chriſtus, vt cap. 26.a.4, Benedicentúrque in ſemine tuo omnes gentes terræ.

19 Noui enim eũ, propterea, &c. כי ידעתיו למען אשׁר יצוה Noui enim eũ, vt præcipiat. i. noui eum eſſe hominem pium, iuſtum, ac docilem, non inquam celabo eum. ſequitur ratio, vt præcipiat. Alii vertunt, Noui enim eum quòd præcepturus eſt, &c. & eſt ſecunda ratio cur ſui conſilii participem facere velit, quia non fruſtra, nec inutiliter id facturum præuideat, ſed fideliter boni patriſfamiliâs officio functurũ in ſuis docẽdis. Poſt ſe, אחריו .i. ipſo mortuo. q.d. nõ modo curã ſuorũ habebit quandiu viuet, ſed etiã ſolicitus erit vt poſt mortẽ ſuã apud ſuos permaneat ſancta viuendi ratio. Super Abr. על־אברהם propter Abraham. Aliis tamen magis placet vt vertit interpres: vt ſignificet Moſes compotem promiſſæ ſibi gratiæ fore Abraham ſi ſuos erudiat in timore Domini, domúmque ſuam probè gubernet. Obſerua v ד, more Scripturæ hic conſequentiam magis notare quàm cauſam. Super eum. :עליו de eo. i. vt adimpleat Dominus Abrahamo promiſſiones illi factas. Loquitur autem Deus de ſe in tertia perſona, pro, vt impleam, &c.

20 Quia multipl. &c. כי־רבה וגו׳ Hic verſus ſequenti iungendus, Quia clamor Sodomorum multiplicatus eſt, & quia peccatum eorũ aggrauatum: Deſcendam, &c. Quidam vertunt כי per certè, vel vtique, vt ſæpe in Scriptura accipitur, Clamor Sodomæ & Gomorrhæ certè multiplicatus eſt, & peccatum eorum vtique aggrauatum eſt ſupra modum. Poſteriorem partem alii vertũt, ſicut & peccatũ eorum quod inualuit valde. Quoniam talis Dei tolerantia à nobis comprehendi non poteſt, eum humano more loquentem inducit.

21 An iuxta clam. eius הכצעקתה ſub. vrbis. Fecerint conſum &c. עשׂו כלה וגו׳. i. an perpetrauerint peccata ſumma, & extrema animaduerſione digna, vt audio illos feciſſe. quemadmodum ſuprà cap. 15.d.16, dixit nondum completas eſſe iniquitates Amorrhæorum. q.d. viſurus ſum ſintne prorſus deplorati, vt qui ad extremum malorum ſe proiecerint: an verò ſint adhuc in medio curſu vnde reuocari queãt ad ſanam mentem. Alii exponunt, ſi omnes perpetrauerint talia flagitia qualia audio illos illic perpetraſſe. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit, An iuxta clamorem eius qui peruenit ad me, fecerint: *ſi ita res habeat, faciam* conſumptionem *in eis* [.i. prorſus delebo eos] ſin minus, noui *quid facturus ſim*. Prior ſenſus, melius quadrat.

Pactum verò meum″ſtatuam cum Iצſחhác quē pariet tibi שSa- 21
ráh hoc ſtatuto tempore, anno″altero.
Et finiuit loqui cum eo, aſcendítque Deus′ab Abrahám. 22
Tulit itaque Abrahám Iשſmayאél filium ſuum,& omnes natos 23
domus ſuæ,& omnem emptum argento ſuo, omnem maſculum
ſcilicet″ex domeſticis ſuis:& circuncidit carnem præputii eorum″eo
ipſo die, ſicut loquutus fuerat cum eo Deus.

Abrahā ſeipſū, Iſmaelem,& domeſticos circuncidit.

Porrò Abrahám″erat nonaginta nouem annorum quando cir- 24
cuncidit ipſe carnem præputii ſui.
Iשſmayאél verò filius eius erat tredecim annorum quando cir- 25
cunciſa fuit caro præputii ſui.
″Ipſo eodē die circūciſus eſt Abrahám & Iשſmayאél filius eius, 26
Atque omnes viri domus eius,″natus domus,& emptus argēto 27
à filio alienigenæ, circunciſi ſunt cum ipſo.

Cap. XVIII.

וירא

A″Pparuit autem illi Iehouáh″in Quercubus Mamréא: & ipſe 1
ſedebat ad oſtium tabernaculi dum calere inciperet dies.
Quúmque eleuaſſet oculos ſuos, vidit, & ecce tres viri ſtabant 2
iuxta eum: quos vt vidit, cucurrit in occurſum eorum ab oſtio tabernaculi,″& incuruauit ſe ſuper terram:

Myſterium trinitatis.

Dixítque,″Domine,″ſi nūc inueni gratiā in oculis tuis, ne quæ- 3
ſo″tranſeas à ſeruo tuo:
″Capiatur obſecro parū aquæ,& lauate pedes veſtros,″& inniti- 4
mini ſub arbore.
″Interim accipiā buccellam panis, ″& fulcite cor veſtrū, poſt- 5
ea tranſibitis: idcirco enim tranſiſtis″ad ſeruum veſtrum. Et dixe-
runt, Sic facias vt loquutus es.
″Feſtinauit itaque Abrahám ad tabernaculū ad שSaráh,& dixit, 6
″Feſtina tria ſata farinæ″ſimilæ, *ac*″miſce,& fac ſubcineritios panes.
″Ad boues autē cucurrit Abrahám, & tulit″ vitulum tenerum 7
& bonum, dedítque″puero: qui feſtinauit parare illum.
Tulit quoque butyrū, & lac, & vitulum quem parauerat,″& po- 8
ſuit corā eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore,″& comederūt.

Abraham lauat pedes peregrinorum & interuit menſæ.

21 Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac quem pariet tibi Sara tempore iſto, in anno altero.

22 Quūque finitus eſſet ſermo loquētis cum eo, aſcēdit Deus ab Abrahā.

23 Tulit autē Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſóſque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circuncidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus.

24 Abraham nonaginta & nouē erat annorum quando circūcidit carnem præputii ſui.

25 Et Iſmael filius ſuus tredecim annos impleuerat tempore circūciſionis ſuæ.

26 Eadem die circūciſus eſt Abraham & Iſmael filius eius,

27 Et ōnes viri domus illius, tam vernaculi quàm emptitii & alienigenæ pariter circūciſi ſunt. Cap. XVIII.

1 APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.

2 Quúmque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eū: quos quū vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram:

3 Et dixit, Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis ne tranſeas ſeruum tuū:

4 Sed afferam pauxillum aquæ,& lauentur pedes veſtri,& requieſcite ſub arbore.

5 Ponámque buccellam panis,& cōfortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruū veſtrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es.

6 Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcineritios panes.

7 Ipſe verò ad armētum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimū, deditque puero: qui feſtinauit & coxit illum.

8 Tulit quoque butyrum & lac,& vitulum quem coxerat, & poſuit corā eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Quúmque comediſſent,

B

21 Statuam אקים conſtituam. ſtabiliam. confirmabo. Ad verbum, ſurgere faciā. Vide infrà cap.23.d.17. Quicquid optabile eſt terrenæ vitæ reſpectu, Deus liberaliter & prolixè promiſit Iſmaeli:& tamen quicquid in eum donorum cōfert, nihili æſtimat comparatione fœderis quod ſtabiliendum erat in Iſaac, ſtatuto tempore. Altero. : האחרת .i. ſequente. q.d. anno elapſo.

22 Ab Abraham. : מעלאברהם Ad verbum, de ſuper, vel de iuxta Abraham.

23 Ex domeſticis ſuis: באנשי בית אברהם Ad verbū, in viris domus Abrahæ. antecedens pro relatiuo. Eo ipſo die, בעצם היום הזה Ad verbum, in ſubſtantia[vel eſſentia, aut corpore]ipſius diei. i. ipſomet die, ſtatim ipſo die. Sic paulo pòſt verſu 26.

24 Erat nonag. בן תשעים ותשע שנה Ad verbum, filius nonaginta & nouem annorum. ſic ſequenti verſu.

26 Ipſo eodem die בעצם היום הזה Ad verbū, In corpore diei ipſius. Vide paulo antè, verſu 23. Eodē ipſo die quo ſcilicet Deus imperauerat vt circunciderentur. 27 Natus domus,&c. יליד בית וגו׳ Singularia Heb. pro plur. omnes domeſtici eius, vernaculi, & empti ab extraneis.

IN CAPVT XVIII.

1 Apparuit autem וירא Ad verbum, Et viſus eſt. Hic quarta eſt Hebræorum huius libri ſectio vſque ad caput 23, quā denominant ab hac prima capitis dictione וירא. Serui ſui animum noua hac viſione confirmat Deus, ſicut aliis ſubinde atque aliis adminiculis opus habet ſanctorum fides. Fieri etiam poteſt vt in gratiam Saræ repetita fuerit promiſſio. In Quercubus :באלוני ממרא in Querceto. Alii, in NElone. veriſimile eſt illic fuiſſe Quercetum vbi propter loci commoditatem habitauerit Abraham. Vide ſuprà cap.13.d.18.

2 Et incuruauit,&c. וישתחו ארצה & demiſit vultum in terram vſque. Hoc reuerētiæ ſymbolū in communi vſu fuit apud Orientales.

3 Domine, ארוני Quòd vnum peculiariter ſalutat, videtur ideo factum fuiſſe quòd præ aliis duobus excelluerit. Scimus enim Angelos vtplurimum apparuiſſe cum capite ſuo Chriſto: itaque hic in tribus Angelis vnū deſignat Moſes legationis principē. Si nūc inueni, &c. אם־נא מצאתי וגו׳ Hebraiſmus, ſi quicquam valeam gratia apud te, vel ſi tibi gratus ſum, hoc eſt ſi tibi gratum ſit. Tranſeas à ſeruo tuo. :תעבור מעל עבדך .i. ne prætereas domum ſiue hoſpitium ſerui tui quin venias in tentorium meum.

4 Capiatur יוקח ſub. à te domino meo. i. à vobis. Et innitimini והשענו & fulcite vos. ſub. baculis veſtris, aut aliqua alia re, quo cōmodius quieſcatis. hoc eſt, fulciendo vos requieſcite ſub arbore: erat enim arbor ante tabernaculum.

5 Interim accip. ואקחה Ad verbum, Et capiam. i. Interim afferam ad vos. Et fulcite cor ve. וסעדו לבכם q.d. confirmate corda veſtra. Ad ſeruum ve. על־עבדכם iuxta ſeruum veſtrum. i. iuxta tentorium ſerui veſtri. Non intelligit conſultò vel data opera veniſſe vt hoſpitium quærerent: ſed opportunè id accidiſſe ſignificat: acſi diceret, non fortuitò in eum locum delapſos eſſe, ſed Dei conſilio & manu adductos. Ad Dei prouidentiam refert quòd tam commodè in locum idoneum inciderint vbi ſe reficiant.

6 Feſtinauit it. וימהר Properauit itaque. i. Citò cucurrit. Feſtina מהרי .i. Citò capias. Similæ, סולת .i., farinæ puriſſimæ ac purgatiſſimæ. Miſce, לושי ſub. aqua in paſtam. Alii, ſubige, ſub. in maſſam. q.d. Para illis prandium, vel cœnam.

7 Ad boues autem ואל־הבקר Ad armentum autem. Vitulum בן־בקר Ad verbum, filium bouis. Sic verſu ſequenti. Puero, אל־הנער ſub. ſuo, id eſt famulo, vel coquo.

8 Et poſuit co. eis: ויתן לפניהם & appoſuit illis. vt ſcilicet comederēt. Et comederūt. :ויאכלו Deus qui totū mundū ex nihilo cōdidit, & quotidie mirus eſt in formādis creaturis artifex, corpora Angelis illis ad tēpus dederat, in quibus iniunctū ſibi munus peragerent. Vnde hic dicuntur comediſſe.

Dixerūt ad eum, Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpondit, Ecce in tabernaculo eſt. 9

Suprà 17.c.19
infrà 21.a.1
Rom.9.b.9

Cui dixit, ‖Reuertēs veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. 10

Erāt autem ambo; ſenes, prouectæque ætatis: & deſierant Saræ fieri muliebria. 11

1Petr.3.a.6

Quæ riſit occultè, dicēs, Poſtquam conſenui, ‖& Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? 12

Dixit autē Dominus ad Abraham, Quare riſit Sara, dicēs, Num verè paritura ſum anus? 13

Nunquid Deo quicquam eſt difficile? iuxta cōdictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. 14

Negauit Sara, dicens, Nō riſi: timore perterrita. Dominus autem, Non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti. 15

Quum ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur deducens eos. 16

Dixítque Dominus, Nū celare potero Abraham quæ geſturus ſum, 17

Suprà 12.a.3
infrà 22.d 17

C Quum futurus ſit in gētem magnā ac robuſtiſſimam, ‖& benedicēdæ ſint in illo omnes nationes terræ? 18

Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ loquutus eſt ad eum. 19

Dixit itaq; Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: 20

Deſcendā, & videbo vtrū clamorē qui venit ad me, opere cōpleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. 21

9 Dixerunt autē ad eum, Vbi eſt שSaráh vxor tua? Qui reſpondit, Ecce in tabernaculo.

10 Et dixit, ʹReuertendo reuertar ad te ſecundum tempus vitæ, & ecce filius *erit* שSaræ vxori tuæ. porrò שSaráh auſcultabat ad oſtiū tabernaculi, ʺ& ipſum *erat* poſt eum.

Abrahæ ſeni promittitur Iſaac.

11 Abrahám autem & שSaráh *erant* ſenes *ac* ʺprogreſſi in dies: & deſierat eſſe ipſi שSaráh ʺconſuetudo vt mulieribus.

12 Riſit itaque שSaráh intra ſeſe, dicendo, Poſteaquam ſenui, ʹerit mihi voluptas? præterea dominus meus ſenuit.

13 Tunc dixit Iehouáh ad Abraham, Vtquid riſit שSaráh, dicēdo, ʹNunquid etiam verè pariam, & ego ſenui?

14 ʹAn *ergo* abſcondetur à Iehouáh quicquam? ad condictū tempus reuertar ad te ʺſecundum tempus vitæ, & ipſi שSaræ *erit* filius.

15 Negauit autem שSaráh, dicendo, Non riſi: quia timuit. & dixit *Angelus*, Nequaquam, riſiſti enim.

16 Conſurrexerunt igitur inde viri, & reſpexerunt contra faciem סSedóm: Abrahám verò ibat cum eis vt deduceret eos.

17 Et Iehouáh dixit, ʹNunquid cælabo ego Abrahám quod ego facturus ſum,

Dei familiaritas & bonitas cum Abraham.

18 ʹQuum Abrahám omnino futurus ſit in gentē magnam, & fortem, benedicendæque ſint ʹin eo omnes gentes terræ?

19 ʹNoui enim eum, propterea præcipiet filiis ſuis, & domui ſuæ ʺpoſt ſe, vt cuſtodiant viam Iehouæ, faciántque iuſtitiam & iudicium, vt venire faciat Iehouáh ʺſuper Abrahám quod loquutus eſt ʺſuper eum.

Chriſtus.

Abraham docet familiam ſuam viam Dei.

20 Ait itaque Iehouáh, Clamor סSedóm & עAmoráh ʹquia multiplicatus eſt, & peccatum eorum quia aggrauatum eſt valde:

Prædicitur Abrahæ, interitus Sodomorum.

21 Deſcendam nunc, & videbo ʹan iuxta clamorem eius qui peruenit ad me, ʺfecerint conſummationem: & ſi non, ſciam.

10 Reuertendo reu. ad te ſec. temp. v. שוב אשוב אליך כעת חיה Hebraiſmus quem ſic quidam exponunt, Certiſſimè reuertar [vel certò ſcias me reuerſurum] ad te hoc tempore, viuente, ſub. Sarah. hoc eſt, Sarah incolumi exiſtente. Alii rectius exponunt de fœtu: vt promittat Deus ſe venturum iuſto & legitimo pariendi tempore, vt Sarah vitalis fœtus mater fiat. Et ipſum, &c. והוא אחריו: .i. oſtium ipſum erat poſt illum Angelum. q. d. Angelus habebat faciem auerſam ab oſtio: ſiue angelo loquenti erat oſtium ad tergum.

11 Progreſſi in dies: באים בימים Hebraiſmus, prouecti erant ætate. Conſuetudo, &c. :אורח כנשים Ad verbum, via ſecundum mulieres. vel, ſicut mulieribus. id eſt, ſicut mulieribus quæ aptæ ſunt gignendis liberis, contingere ſolet. Quo genere loquendi verecundè menſes notat qui mulieribus fluunt. vnà autem cum fluxu menſtruo deſinit concipiendi facultas.

12 Erit mihi voluptas? היתה־לי עדנה id eſt daturáne ſum operam voluptati?

13 Nunquid, &c. האף וגו' q. d. Dixítne ſeriò Dominus me parituram, quum iam ſenuerim?

14 An *ergo*, &c. היפלא וגו' Latétne Iehouam quicquam. vel, An difficile eſt ipſi Iehouæ quicquam? hoc eſt, Impoſſibiléne eſt Domino quicquam? Alii, An Iehouæ quicquam poteſt eſſe mirificum? q. d. Nō debet ex hominum ſenſu æſtimari Dei facultas. neque enim mirū eſt in rebus arduis nos deficere, vel ſuccūbere difficultatibus: ſed longè alia eſt Dei ratio, qui è ſublimi deſpicit quæ nos altitudine ſua deterrent. Secundum tempus vitæ, כעת חיה Vide paulo antè verſu 10.

17 Nunquid cælabo המכסה Præſentia Heb. pro fut. Quaſi de re dubia conſultat Deus in hominum gratiam: nam quid facturus eſſet, iam antè decreuerat. 18 Quum Abrahám, &c. ואברהם וגו' Ad verbum, Et Abraham eſſendo erit. Sed copulatiua particula in aduerbium cauſale reſolui debet. Nam hæc eſt ratio, quòd Deus horribilis ſuæ in Sodomitas vindictæ conſcium facere velit ſeruum ſuum, quia peculiaribus ipſum donis ante alios omnes ornauerat. In eo בו per eum. i. per ſemen illius, qui eſt Chriſtus, vt cap. 26. a. 4, Benedicentúrque in ſemine tuo omnes gentes terræ.

19 Noui enim eū, propterea, &c. כי ידעתיו למען אשר יצוה Noui enim eū, vt præcipiat. i. noui eum eſſe hominem pium, iuſtum, ac docilem, non inquam celabo eum. ſequitur ratio, vt præcipiat. Alii vertunt, Noui enim eum quòd præcepturus eſt, &c. & eſt ſecunda ratio cur ſui conſilii participem facere velit, quia non fruſtra, nec inutiliter id facturum præuideat, ſed fideliter boni patriſfamiliâs officio functurū in ſuis docēdis. Poſt ſe, אחריו .i. ipſo mortuo. q. d. nō modo curā ſuorū habebit quandiu viuet, ſed etiā ſolicitus erit vt poſt mortē ſuā apud ſuos permaneat ſancta viuendi ratio. Super Abr. על־אברהם propter Abraham. Aliis tamen magis placet vt vertit interpres: vt ſignificet Moſes compotem promiſſæ ſibi gratiæ fore Abraham ſi ſuos erudiat in timore Domini, domúmque ſuam probè gubernet. Obſerua v ד, more Scripturæ hic conſequentiam magis notare quàm cauſam. Super eum. :עליו de eo. i. vt adimpleat Dominus Abrahamo promiſſiones illi factas. Loquitur autem Deus de ſe in tertia perſona, pro, vt impleam, &c.

20 Quia multipl. &c. כי־רבה וגו' Hic verſus ſequenti iungendus, Quia clamor Sodomorum multiplicatus eſt, & quia peccatum eorū aggrauatum: Deſcendam, &c. Quidam vertunt כי per certè, vel vtique, vt ſæpe in Scriptura accipitur, Clamor Sodomæ & Gomorrhæ certè multiplicatus eſt, & peccatum eorum vtique aggrauatum eſt ſupra modum. Poſteriorem partem alii vertūt, ſicut & peccatū eorum quod inualuit valde. Quoniam talis Dei tolerantia à nobis comprehendi non poteſt, eum humano more loquentem inducit.

21 An iuxta clam. eius הכצעקתה ſub. vrbis. Fecerint conſum &c. עשו כלה וגו'. i. an perpetrauerint peccata ſumma, & extrema animaduerſione digna, vt audio illos feciſſe. quemadmodum ſuprà cap. 15. d. 16, dixit nondum completas eſſe iniquitates Amorrhæorum. q. d. viſurus ſum ſintne prorſus deplorati, vt qui ad extremum malorum ſe proiecerint: an verò ſint adhuc in medio curſu vnde reuocari queāt ad ſanam mentem. Alii exponunt, ſi omnes perpetrauerint talia flagitia qualia audio illos illic perpetraſſe. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit, An iuxta clamorem eius qui peruenit ad me, fecerint: *ſi ita res habeat, faciam* conſumptionem *in eis* [.i. prorſus delebo eos] ſin minus, noui *quid facturus ſim*. Prior ſenſus, melius quadrat.

22 ′Et diuerterunt inde viri,perrexerúntque in ɔSedóm:Abrahám autem adhuc′stabat coram Iehouáh.

Abraham intercedit pro Sodomitis.

23 ′Et accedẽs Abrahã dixit,′Nũquid etiã disperdes iustũ cũ impio?

24 Fortassis sunt quinquaginta iusti intra eam ciuitatem,′nũquid etiam′disperdes,neque parces loco propter quinquaginta *illos* iustos qui *sunt* intra eam?

25 Absit à te vt facias′rem talẽ, vt mori facias iustum cum impio, ″sitque iustus sicut impius. absit *inquam* à te:nunquid iudex vniuersæ terræ′non faciet iudicium?

26 Et dixit Iehouáh,Si inuenero in ɔSedóm quinquaginta iustos intra vrbem ipsam,parcam vniuerso huic loco propter eos.

Abraham puluis & cinis perstat in oratione.

27 Respondénsque Abraham,dixit,Ecce nunc′cœpi loqui ad Dominum meum′qui sum puluis & cinis:

28 Forsitan defuerint ex quinquaginta iustis,quinque:nũquid disperdes propter illos quinque totam vrbem? Et dixit,Non disperdam si inuenero illic quadraginta quinque.

29 ″Rursus loquutus est *Abraham*,& dixit,Fortè inuenientur ibi quadraginta. Et dixit,′Non faciam propter quadraginta.

30 Et dixit *Abraham*,Ne quæso′excãdescat Dominus meꝰ,si loquar: Forsitan inuenientur illic triginta.′Respondit *Dominus*,Nõ faciam si inuenero illic triginta.

31 Dixítque *iterum*, Ecce nunc′cœpi loqui ad Dominum meum, Fortasse inuenientur ibi viginti.Respõdit *Dominus*,Non disperdam propter viginti.

32 Rursum dixit,Ne quæso irascatur Dominus meus si loquar′tãtummodo hac vice, Forsitan inuenientur ibi decem. Respondit, Non disperdam propter decem.

33 Abiítque Iehouáh posteaquam finiuit loqui ad Abrahám: Abrahám verò reuersus est ad locum suum.

Cap.XIX.

Lot hospitalitas Angelos hospitio suscipientis.

1 Venerunt itaque duo illi Angeli in ɔSedóm vesperi, & Lot sedebat in porta ɔSedóm:vidénsque Lot,surrexit in occursum eorum,″& incuruauit sese *in* faciem super terram.

2 Et dixit, En quæso, domini mei declinate obsecro ad domum serui vestri, & pernoctate,lauate etiam pedes vestros,& mane surgentes,pergetis in viam vestram. At illi respõderunt,Nequaquã, sed in platea pernoctabimus.

Cœnã eis parat.

3 Ille verò compulit eos valde: qui diuertentes ad eum, ingressi sunt ad domum eius: & fecit eis conuiuium, infermentata quo-

22 Cõuerterúntque se inde, & abierũt Sodomam : Abraham verò adhuc stabat coram Domino.

23 Et appropinquãs ait, Nũquid perdes iustum cum impio?

24 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate,peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos,si fuerint in eo?

25 Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio,fiátque iustꝰ sicut impius:non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.

D

26 Dixitque Dominus ad eum Si inuenero Sodomis quinquagĩta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.

27 Respondénsque Abrahã, ait, Quia semel cœpi, loquar ad Dominũ meũ, quum sim puluis & cinis:

28 Quid si minus quinquaginta iustis, quinqꝫ fuerint? delebis ꝓpter quinqꝫ vniuersam vrbem?Et ait,Non delebo si inuenero ibi quadraginta quinque.

29 Rursúmque loquutus est ad eũ,Sin autẽ quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait,Non percutiam propter quadraginta.

30 Ne quęso,inquit,indigneris Domine si loquar:Quid si ibi inuẽti fuerint triginta?Respondit, Nõ faciam si inuenero ibi triginta.

31 Quia semel,ait,cœpi,loquar ad Dominum meum:Quid si ibi inuẽti fuerint viginti? Ait, Non interficiã propter viginti.

32 Obsecro,inq̃t,ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel:Quid si inuenti fuerint ibi decem?Et dixit,Non delebo propter decem.

Heb.13.a.2

33 Abiítque Dominus postquã cessauit loqui ad Abraham:& ille reuersus est in locum suum.

Cap.XIX.

1 Venerúntque duo Angeli Sodomam vespere,sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui quũ vidisset,surrexit,& iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram.

2 Et dixit,Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi:lauate pedes vestros,& mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt,Minimè, sed in platea manebimus.

3 Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: ingressisque domum illius,fecit conuiuium,& coxit azyma,

22 Et diuerterunt ויפנו Iam verò diuerterant.vel,cõuerterant sese. Stabat,&c. עומד וגו׳ Primùm dicit Moses viros vlterius progressos esse,significans sermone finito, Vale dixisse Abrahæ vt domum rediret. deinde subiicit,Abraham stetisse coram Domino:vt solent qui dimissi non statim abeunt,eo quòd aliquid adhuc dicendum vel agendum restet.Et scitè Moses,quũ de itinere fit mentio,Angelis hominum nomen attribuit:Abraham verò non dicit coram hominibus stetisse,sed coram facie Dei: quia tametsi oculis cernebat hominum species,fide tamen Deum intuebatur.Et verba eius satis demonstrant non loquutum esse quasi cum homine mortali.

23 Et accedens ויגש Stetit aliquandiu rogans illum,tandem accessit ad eum. Nunquid etiam האף Vtrum etiam.q.d.Nunquid præter omnia illa quæ decreuisti facere eis,perdes,&c. 24 Disperdes, תספה perdes.delebis.sub.vrbem ipsam.

25 Rem talem, כדבר חזה Ad verbum,secundum rem istam. Sitque iustus,&c. והיה כצדיק וגו׳ Ad verbum,& erit sicut iustus sicut impius.i.talis futura sit apud te conditio iusti qualis conditio impii. Non faciet iudicium? : לא יעשה משפט non faciet æquitatẽ? .i.nónne iudex vniuersæ terræ rectè iudicabit?q.d.Nónne par est & æquum vt tu qui iudex es vniuersæ terræ,rectè iudices?Ne scilicet Domine Deus, malè audias apud impios & infideles.

27 Cœpi הואלתי gestio.volo.cupio.Præt.Heb.pro præs. Qui sum,&c. ואנכי עפר ואפר: .i.tametsi sim abiectissimus.Ita præfatur Abraham obtinendæ veniæ causa. 29 Rursus loq.est ויוסף עוד לדבר Ad verbum,Et addidit vltrà loqui ad eum. Non faciam לא אעשה sub.consumptionem.Præcedenti versu dixit,Non disperdam.paulo pòst etiam dicit,Non disperdam.

30 Excandescat,&c. יחר וגו׳ succendatur [sub.ira]Domino meo,& loquar.i.si loquar.Sic paulo pòst versu 32. Respõdit ויאמר Ad verbum,Et dixit. 31 Cœpi loqui הואלתי לדבר Vide paulo antè versu 26. 32 Tantũmodo hac vice, אך־הפעם tantũmodo semel.

IN CAPVT XIX.

1 Et incuruauit sese וישתחו honoris scilicet causa. Hebræi, quum quæritur cur vnus ex tribus Angelis subitò dispareat, duo tantùm Sodomam veniant,vnum venisse nugantur ad perdendum locum,alterum qui Lot seruaret. quum tamen ex contextu Mosis appareat illud esse friuolum,quia ambos videbimus paulo pòst fuisse liberationis ministros. Simplicius est quod à doctis quibusdã scribitur,hoc fuisse Abrahæ peculiaris gratiæ loco concessum, vt Deus non modò è media Angelorum turba duos ad eum mitteret,sed familiarius se illi patefaceret in Filio suo. Vnus enim(vt vidimus)principem locum,vt dignitate superior,obtinuit. Quanquam autem Christus semper fuit mediator,quia tamen magis obscurè ipsi Lot patefactus fuit quàm Abrahæ,tantùm duo Angeli Sodomam venerunt.

& comederunt.

4 Prius autem quàm irēt cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul.

5 Vocauerūntque Lot, & dixerūt ei, Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamꝰ eos.

6 Egreſſus ad eos Lot, poſt tergū accludens oſtium,

B 7 Ait, Nolite quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere.

8 Habeo duas filias quæ necdum cognouerūt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis: quia ingreſſi ſūt ſub vmbra culminis mei.

4.Petr 2.b.7

9 At illi dixerunt, Recede illuc. & rurſus, Ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. ¶Vimque faciebant Lot vehementiſſimè: iámque propè erat vt effringerent fores.

10 Et ecce miſerūt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſerúntque oſtium.

Sapien.19.c.16

11 Et eos qui foris erant ¶percuſſerūt cæcitate à minimo vſque ad maximū: ita vt oſtium inuenire non poſſent.

12 Dixerunt autem ad Lot, Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut C filios, aut filias, omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac:

13 Delebimus enim locum iſtum, eo quòd increuerit clamor eorum corā Domino, qui miſit nos vt perdamus illos.

14 Egreſſus itaque Lot, loquutus eſt ad generos ſuos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.

15 Quūmque eſſet mane, cogebāt eū Angeli, dicentes, Surge, tolle vxorem tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.

16 Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manū vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi.

que coxit, & comederunt.

4 Prius autem quàm irent cubitum, viri vrbis, viri *ſcilicet* סSedóm 'gyro cinxerunt domum 'à puero vſque ad ſenem, omnis populus ab extremo.

Sodomitarum libido.

5 Et vocauerunt Lot, dixerúntque ei, Vbinam ſunt viri illi qui venerunt ad te nocte? educ illos ad nos, 'vt cognoſcamus eos.

6 Tunc egreſſus eſt ad eos Lót ad oſtium, & fores clauſit poſt ſe,

7 Et dixit, Ne quæſo fratres mei 'malefaciatis.

8 En nunc mihi *ſunt* duæ filiæ quæ nondum cognouerunt virum, educam nunc eas ad vos, & facite eis 'ſicut bonum *eſt* in oculis veſtris: tantùm viris iſtis ne faciatis quicquam: quia idcirco venerūt ad vmbram 'tigni mei.

9 'Reſponderunt autem, Faceſſe hinc. adiecerúntque, 'Vnicus venit ad peregrinandum, & iudicabit iudicando? nunc 'magis affligemus te quàm ipſos. 'Vim igitur fecerunt in virum, '*nempe* in Lot valde: & acceſſerunt vt effringerent oſtium.

10 'Miſerunt autem viri manum ſuam, & introduxerunt Lót ad ſe in domum, & fores occluſerunt.

11 Præterea viros qui *erant* ad oſtiū domus percuſſerūt 'cæcitatibꝰ à minimo vſque ad maximū: '& defatigati ſunt vt inuenirent eū.

12 Dixerúntque viri ad Lot, 'Adhuc *eſt* aliquis tibi hîc? generum, & filios tuos, & filias tuas, & omnia quæ *ſunt* tibi in ciuitate, educ de loco hoc:

13 Quia 'perdituri ſumus locū hūc, eo quòd 'creuerit clamor eorū coram Iehouáh. miſit enim nos Iehouáh vt perdamus eum.

14 Egreſſus eſt itaque Lot, & loquutus eſt ad generos ſuos 'qui acceperant filias eius, & dixit, Surgite, egredimini de loco iſto: quia perditurus eſt Iehouáh iſtam ciuitatē. 'fuit autem ſicut ludens in oculis generum ſuorum.

De'eripit Lot à Sodomitis, quorū prædicit ſubuerſionem.

Lot ridetur à generis ſuis.

15 'Quum autem aurora aſcendiſſet, 'vim faciebāt Angeli in Lot, dicendo, Surge, cape vxorem tuam, & duas filias tuas 'quæ inueniuntur: ne fortè pereas 'in punitione ciuitatis.

16 'Quúmque tardaret, apprehenderunt viri manū eius, manúmque vxoris eius, ac manum duarum filiarum eius, 'eo quòd parceret Iehouáh ei. eduxerúntque eū, & poſuerūt eū extra vrbē ipſam.

Egredi cogit ipſum Lot Deus.

4 Gyro cinxerunt נסבו circunfuſi vallauerunt. A puero, &c. מנער וגו' .i. tam iuuenes quàm ſenes, vniuerſus populus ab extrema vrbe. q.d. etiam qui habitabant in extremis locis vrbis. vel (vt quidam Hebræorum) ab vno extremo vrbis vſque ad alterum extremum.

5 Vt cognoſcamus e. ונדעה אותם : Rem fœdiſſimam honeſtiſſimè exprimunt Sacræ literæ. Quidam tamen non eo ſenſu accipiunt, ſed perinde acſi dixiſſent, Volumus ſcire quoſnam tu hoſpites in vrbem noſtram inducas. Alioqui petulantius de nefando concubitu loquuti eſſent Sodomitæ: verùm tegendæ ſuæ nequitiæ cauſa, hîc imperioſè cum ſancto viro expoſtulant, quòd auſus fuerit recipere homines ignotos. 7 Malefaciatis. תרעו : id eſt ne tantum facinus ac flagitium admittatis.

8 Sicut bonū *eſt* in oculis veſtris: כטוב בעיניכם Hebraiſmus, quemadmodum vobis placuerit. Tigni mei. קורתי : tecti mei. i. domus meæ. hoc eſt, ſubierunt domum meam. His verbis ſignificat ſibi cōmiſſos eſſe à Domino, ſéque perfidiæ reum fore, niſi protegere eos ſtudeat. 9 Reſponderunt, &c. ויאמרו וגו' Ad verbum, Et dixerunt, Secede illuc. vel vltrà. Et dixerunt, Vnicus, &c. Vnicus, &c. האחד וגו' Solus [ſolitarius] venit vt habitaret *nobiſcum*, & vult planè nos iudicare. i. eſſe iudex noſter. Obiurgantis ſermo eſt. q.d. Venítne aduena iſte vt increparet nos? Magis affligemus te q. ipſos. נרע לך מהם Ad verbum, malefaciemus tibi, *magis* quàm illis. Vim igitur fec. ויפצרו compulerunt igitur. vel, coegerunt. 10 Miſerunt autem וישלחו Extenderunt autem.

11 Cæcitatibus בסנורים Plurali vtitur vt oſtendat magna cæcitate fuiſſe percuſſos. Et defatigati ſ. וילאו ſub. palpandò.

12 Adhuc, &c. עוד וגו' Vltrà quis *eſt* tibi? i. Quos hic adhuc cognatos aut affines habes præter hos quos videmus?

13 Perdituri ſ. משחיתים אנחנו Præſ. Heb. pro fut. Creuerit clamor eorum גדלה צעקתם Ad verbum, magnificatus ſit clamor eorum. i. clamor iniquitatum & ſcelerum ciuium vrbis. Quo plura peccata accumulant homines, eo altius ſurgit eorum malitia, & propius ad Deum accedunt vt vindictam expoſcat.

14 Qui acceperant לוקחי Ad verbum, accipientes. Quidam vertunt, qui abduxerant ad ſe. Alii per futurum, accepturi erant. Fuit autem, &c. ויהי וגו' Hebraiſmus, illi verò putauerunt eum non ſeriò, ſed iocò dicere. viſus eſt illis iocari.

15 Quum autem aurora aſcendiſſet, וכמו השחר עלה Exoriente autem aurora. Cumprimum diluculauit. Vim faciebant ויאיצו coegerunt. cogere cœperunt. feſtinare iuſſerunt. Quæ inueniuntur: הנמצאות .i. quas habes in promptu. vel, quas habes domi tuæ. Alter ex doctioribus Hebræorum exponit adhuc innuptas, propterea quòd haberet duas alias filias quæ viris nupſerant. q. d. ne cures alias.

In punitione בעון .i. ne tu vnà cum aliis intercipiaris ſubita hac ſubuerſione vrbis. Alii vertunt, in iniquitate.

16 Quúmque tardaret, ויתמהמה Quúmque cunctaretur. vel moras necteret. præ trepidatione ſcilicet. ſolent enim homines præ metu ac timore fieri immobiles. Ad verbum, Et tardabat, & apprehenderunt. Eo quòd parc. &c. בחמלת וגו' Ad verbum, in miſericordia Iehouæ ſuper eum. vel miſeratione. i. eo quòd Dominus miſereretur eius, vellétque eum eripere.

Egredi cogit ipſum Lot Deus.

17 Fuit autem, dum educerent eos foras, dixit, Erue teipſum′pro anima tua,ne reſpicias poſt te,neque ſtes in tota hac planitie:′in montem erue te,ne fortè pereas.

Segor ciuitas ad preces Lot ſeruatur.

18 Et dixit Lót ad eos,′Ne quæſo,domini mei,

19 En nunc′inuenit ſeruus tuus gratiam in oculis tuis,& magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum ad conſeruãdam animam meam:at ego non potero ′eruere me in mõtem,ne fortè ′adhæreat mihi malum,& moriar.

Miſericordiam Dei confitetur Lot.

20 En nunc ciuitas′iſta propinqua , vt fugiã illuc , & ipſa *eſt* parua: ′eruã me quæſo illuc:nũquid non ′parua eſt, & viuet anima mea?

21 Et dixit ad eum,En′ſuſcepi faciem tuam etiam hac in re, vt nõ ſubuertam vrbem hanc de qua loquutus es.

22 Feſtina,erue teipſum illuc : quia non potero facere quicquam, donec perueneris illuc. Idcirco′vocauit nomen ciuitatis צSóyar.

23 ′Sol egreſſus erat ſuper terram quum Lót peruenit in צSóyar.

Sedomorum interitus.

24 Et Iehouáh pluit ſuper סSedóm & ſuper עAmoráh ſulphur & ignem′à Iehouáh è cælis.

25 Subuertítque vrbes, & omnẽ planitiem illam, omnes quoque habitatores vrbium illarum,& germen terræ.

Vxor Lot in ſtatuã ſalis verſa.

atua
eta,
sio
o condiat,
X in cumulum vel ingentem lapidem. & esset perpetuum incredulitatis exemplum.

26 Reſpexit autem vxor eius″retro eum,& effecta eſt″ſtatua ſalis.

27 Et ſurrexit Abrahám mane, *& iuit* ad locum vbi ſteterat coram Iehouáh:

28 Proſpexítque′verſus סSedóm & עAmoráh,& verſus vniuerſam faciem terræ illius planitiei,aſpexit inquam,& en aſcendebat fumus ′terræ ſicut fumus fornacis.

Propter Abrahã liberatus eſt Lot

29 Et fuit,quum diſperderet Deus vrbes illius planitiei, recordatus eſt Deus Abrahám:″& emiſit Lot è medio ſubuerſionis quum ſubuerteret vrbes″in quibus habitabat Lot.

Lot egreditur Segor.

30 ″Aſcendit autem Lot è צSóyar,& habitauit in mõte,″ac duæ filiæ eius cum eo:quia′timebat habitare in צSóyar,habitauítque in ſpelunca,ipſe & duæ filiæ eius.

Crimẽ inceſtus Lot cũ filiabus.

31 Dixítque primogenita ad minorem *natu*, Pater noſter ſenuit, neque vir ſupereſt in terra *hac*′vt ingrediatur ad nos ſecũdum morem vniuerſæ terræ.

17 ¶Eduxerũntque eum , & poſuerunt extra ciuitatẽ,ibique loquuti ſunt ad eum, dicentes, Salua animam tuam: noli reſpicere poſt tergum,nec ſtes in omni circà regione: ſed in mõte ſaluum te fac,ne & tu ſimul pereas. Sapien.10.a.6 D

18 Dixitq; Lot ad eos , Quæſo domine mi,

19 Quia inuenit ſeruus tuus gratiam corã te , & magnificaſti miſericordiã tuam quam feciſti mecum vt ſaluares animam meam : nec poſſum in mõte ſaluari,ne fortè apprehendat me malum,& moriar.

20 Eſt ciuitas hęc iuxta,ad quam poſſũ fugere,parua, & ſaluabor in ea : nunquid non modica eſt , & viuet anima mea?

21 Dixitque ad eũ , Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas,vt non ſubuertam vrbem pro qua loquutus es.

22 ¶Feſtina,& ſaluare ibi: quia non potero facere quicquã , donec ingrediaris illuc.Idcirco vocatum eſt nomẽ vrbis illius Segor. Sapient.6.a.6 E

23 Sol egreſſus eſt ſuper terrã , & Lot ingreſſus eſt Segor.

24 ¶Igitur Dominus pluit ſuper Sodomã & Gomorrham ſulphur & ignẽ, à Domino de cælo: Deut.29.d.13 eſa.13.d.19 iere.50.f.40 ezech.16.f.49 oſeæ.11.c.8 amos 4.d.11 luc.17.f.29 iudæ b.7

25 Et ſubuertit ciuitates has, & omnẽ circa regionẽ , vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.

26 ¶Reſpiciénſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Luc.17.g.32

27 ¶Abraham autem conſurgens mane vbi ſteterat prius cum Domino, Suprà 18.a.1

28 Intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius:viditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum.

29 Quum enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ: & liberauit Lot de ſubuerſione vrbium in quibus habitauerat. F

30 Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte,duæ quoque filiæ eius cũ eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelũca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo.

31 Dixitque maior ad minorem, Pater noſter ſenex eſt,& nullus virorum remãſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ.

---

17 Pro anima tua, על־נפשך .i.ratione vitæ tuæ.q.d.Fuga tibi conſule:nam periclitaris de vita. id eſt conſule vitæ tuæ fugiendo in montem. In montem erue te, ההרה המלט

18 Ne quæſo, אל־נא Nequaquam quæſo.ſubaudi,ita fiat.

19 Inuenit,&c. מצא וגו׳ Hebraiſmus, Alloquitur alterum ex Angelis, Video me gratum tibi fuiſſe & acceptum: nam maximè fuiſti erga me miſericors ad conſeruandam vitam meam. Ad verbum,ad viuificandum animam meam. Eruere me in montem, להמלט ההרה ſeruare me *fugiendo* in montana. Adhæreat mihi malum, תדבקני הרעה apprehendat me afflictio.

20 Iſta הזאת .i.quam vides. Eruam me אמלטה *permitte* vt ſaluum me faciam *fugiendo* illuc. Parua eſt, מצער היא exigua res eſt.Alii ad vrbem referunt,vt paruam eſſe oſtendat,quo facilius exoret.acſi diceret,ſe tantùm angulum petere vbi ſaluus deliteat.

21 Suſcepi faciem tuam נשאתי פניך Hebraiſmus,acquieſco precibus tuis.

22 Vocauit קרא ſub.is qui ei nomen indidit. 23 Sol egreſſus erat השמש יצא *Iam* ſol oriebatur.

24 A Iehouáh è cælis. : מאת יהוה מן־השמים Hebraiſmus,id eſt à ſe ex alto,nempe è cælo.i.quæ Dominus ipſe emiſit è cælo. Emphatica autem repetitio eſt,quòd non vſitato naturæ ordine tunc Dominus pluerit , ſed tanquam exerta manu palàm fulminauerit præter ſolitum morem:vt ſatis conſtaret,nullis cauſis naturalibus conflatam fuiſſe pluuiam illam ex igne & ſulphure.

26 Retro eum, מאחריו .i.quæ erat à tergo eius,hoc eſt auerſa à tergo illius quum ſequeretur eum,& aſpexit poſt ſe. Statua ſalis. נציב מלח: Hebræi, aceruum ſiue maſſam ſalis interpretantur. Quidam non referunt ad ſaporem: ſed quia ſtatua notabile aliquid habuerit quod viatores moneret.oportuit enim notas aliquas illic eſſe impreſſas vnde omnes colligerẽt eſſe illud memorabile portentũ. Alii,ſtatuã ſalis interpretantur ſtatuam incorruptibilem, permanſuram in ſempiternum.q.d.mutata eſt in ſtatuam quæ eſſet perpetuum incredulitatis exemplum.Ad hunc modũ dicitur Nume.18.c.19,Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino,tibi ac filiis tuis.i.incorruptibile & immortale,perpetuóque duraturum, quod Deus externo quoque ſymbolo ſanciuit,ne vnquam euaneſcat. Ad ſalem autem metalicum alludit,& effotitium,qui nullo imbre liqueſcit :imò ad ædificandas domos eſt idoneus.Lege Plinium libro 31.cap.7,vbi id tradit.

28 Verſus על־פני Ad verbum,ſuper faciem.ſic mox. Terræ הארץ .i.regionis illius.

29 Et emiſit וישלח .i.eripuit. In quibus,&c. אשר ישב בהן Ad verbum,quibus habitabat in illis.Heb.pro in quarũ vna habitabat.

30 Aſcendit autem ויעל.i. Diſceſſit à Soar. Ac duæ filiæ eius cum eo: ושתי בנותיו עמו vnà cum duabus filiabus ſuis. Timebat habitare in צSóyar, ירא לשבת בצוער Ne ſcilicet Deus eam quoque ſubuerteret:videbat enim eadẽ vitia regnare in ea vrbe quæ in aliis.

31 Vt ingrediatur,&c. לבוא וגו׳ qui congrediatur nobiſcum pro more totius terræ.quaſi dicat,Nemo remanſit aut ſuperſtes eſt ex hac ſubuerſione quem poſſimus habere pro marito.

Veni,inebriemus eũ vino,dormiamúſque cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen.	32	ʹVeni,potum demus patri noſtro vinum , & dormiamus cum eo,ʺ& ſuſcitemus de patre noſtro ſemen.	
Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa . & ingreſſa eſt maior,dormiuitque cum patre:at ille nõ ſenſit nec quando accubuit filia , nec quando ſurrexit.	33	Potum igitur dederunt patri ſuo vinum nocte illa . & ingreſſa eſt primogenita, dormiuítque cum patre ſuo: ʺ*ille* verò nõ percepit *ſiue* quum illa accubaret,*ſiue* quum ſurgeret ipſa.	
G Altera quoque die dixit maior ad minorem,Ecce dormiui heri cum patre meo: demus ei bibere vinum etiã hac nocte: & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro.	34	ʺPoſtera autem die dixit primogenita ad minorẽ *natu*,Ecce dormiui nocte præcedente cum patre meo : potum demus ei vinum etiam hac nocte:& ingredere,dormi cum eo,ʹac ſuſcitemus de patre noſtro ſemen.	
Dederúntque etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum . ingreſſáque minor filia dormiuit cum eo : & nec tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel quando illa ſurrexit.	35	Potum ergo dederunt etiam hac nocte patri ſuo vinum. ſurrexítque illa minor *natũ*, & dormiuit cũ eo:ille verò non percepit *ſiue* quum illa accubaret,*ſiue* quum ſurgeret ipſa.	
Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo.	36	Et conceperunt duæ filiæ Lót de patre ſuo.	
Pepéritque maior filium, & vocauit nomen eius Moab : ipſe eſt pater Moabitarum vſque in præſentẽ diẽ.	37	Pepérítque primogenita filium,& vocauit nomen eius ʹMoáb: ipſe eſt ʹpater Moáb vſque hodie.	Moab.
Minor quoque peperit filium,& vocauit nomẽ eius Ammon, id eſt filius populi mei:ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie. Cap.XX	38	Ipſa quoque minor *natu* peperit filium , & vocauit nomen eius Ben-yammí:ipſe eſt pater filiorũ yAmmón vſq; hodie.Cap.XX.	Ammon.
PRofectus inde Abraham in terrã Auſtralem,habitauit inter Cades & Sur,& peregrinatus eſt in Geraris.	1	ET profectus eſt inde Abrahám ad terram Meridianam,habitauítque inter Cadéשs & שSúr,& peregrinatus eſt in Gerár.	Peregrinatur Abraham in Geraris,vbi rapitur eius vxor
Dixitque de Sara vxore ſua, Soror mea eſt . miſit ergo Abimélech Rex Geraræ,& tulit eam.	2	ʺDixítque Abrahám de שSaráh vxore ſua, Soror mea eſt. miſit ergo Abimélech Rex Gerár,ʺ& accepit שSaram.	
Venit autem Deus ad Abimélech per ſomnium nocte,& ait illi,En morieris propter mulierem quã tuliſti: habet enim virum.	3	Venit autem Deus ad Abimélech ʺin ſomnio noctu, & dixit ei, ʹEn mortuus es propter vxorem quam accepiſti:quum ipſa maritata ſit marito.	Obiurgatur Abimelech.
Abimélech verò non tetigerat eã: & ait, Domine num gentem ignorãtem & iuſtam interficies?	4	Abimélech verò ʺnon appropinquauerat illi: & dixit, Domine ʺnunquid gentem etiam iuſtam occides?	Eius oratio.
Nónne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſa ait,Frater meus eſt?in ſimplicitate cordis mei,& munditia manuum mearum feci hoc.	5	Annon ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: ſed & ipſa dixit , Frater meus eſt.ʺin perfectione cordis mei, ʺ& in munditia manuũ mearum feci hoc.	
B Dixitque ad eum Deus,Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris:& ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam.	6	Dixítque ad eum Deus in ſomnio, Ego quoque noui quòd in perfectione cordis tui feciſti hoc:ʹprohibui itaque ego te ne peccares mihi,idcirco non permiſi te vt tangeres eam.	Ne peccet Abimelech, ſeruat Deus.
Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te:quia propheta eſt,& viues.ſi autem nolueris reddere,ſcito quòd morte morieris tu , & omnia quæ tua ſunt.	7	Nũc igitur redde vxorem viro:quia Propheta eſt,& orabit pro te,ʺ& viues. quòd ſi tu non reddideris, ſcito te moriendo moriturum,& quicquid eſt tuum.	Propheta Abráham.
Statimque de nocte conſurgens Abimélech,vocauit omnes ſeruos ſuos, & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum : timuerúntq; omnes viri valde.	8	Surrexit itaque Abimélech mane, & conuocauit omnes ſeruos ſuos,ʺ& narrauit omnia verba iſta in auribus eorum : timuerúntque homines illi valde.	
Vocauit autẽ Abimélech etiã Abra-	9	Deinde vocauit Abimélech Abrahám, & dixit ei, Quid feciſti	

22 Veni, לכה Imperatiuum pro aduerbio,Eia.age. Et ſuſcitemus ונחיה Ad verbum, & viuificemus.i.ex congreſſu patris noſtri ſeruemus ſemen,hoc eſt genus noſtrum paternum 33 *Ille* verò, &c. ולא־ידע וגו׳ Ad verbum,& non cognouit in cubando [vel cubare]eam,& in ſurgendo eam. 34 Poſtera autem die dixit ויהי ממחרת ותאמר Ad verbum,Et fuit in craſtino,& dixit. Ac ſuſcitemus ונחיה Ad verbũ,& viuificemus. Vide paulo antè verſu 32.

37 Moáb: מואב quaſi dicas מן אב hoc eſt de patre:vt ex doctioribus Hebræorũ alter annotat.quòd de patre ſuo concepiſſet eũ. Pater Moáb אבי־מואב pater Moabitarum vſque in hodiernũ diem.i.à quo Moabitæ traxerũt genus & originem,quotquot vſque hodie viuũt.

IN CAPVT XX.

2 Dixitque ויאמר Dicebátque.de more ſuo ſcilicet, interrogantibus quæ eſſet ipſa. Et accepit שSaram. ויקח את־שרה .i.miſſis nuntiis abduxit Abimélech Saram in domum ſuam.

3 In ſomnio noctu, בחלום הלילה per ſomniũ noctu.i.in viſione nocturna. En mortuus es הנך מת .i.actum eſt de te,ſiue de vita tua.

4 Non appropinquauerat illi: לא קרב אליה Hebraico more dixit,non fuerat congreſſus cum ea. Nunquid gentem,&c. הגוי וגו׳.i. vtrum familiã vnam totam quæ etiam nihil peccauit in te,interficies?quaſi dicat, Non. Quòd quidã ita exponũt quaſi Abimélech tacitè ſe cum Sodomitis conferat,nimis fortè argutum eſt.Simplicior ſenſus videtur, Domine quantumuis acriter adulteria punias , an ſe ira tua in homines innoxios effundet,qui errore potius lapſi ſunt,quàm ſcientes ac volentes peccarint?

5 In perfectione בתם in integritate.in ſimplicitate. Cordis ſimplicitatem vocat ignorantiam quæ malæ conſcientiæ opponitur.q.d. Quum illã abduxi in domum meam,ſimplici animo feci,non exiſtimans me quicquam malè facere.Hebraiſmus. Et in munditia ובנקיון & in puritate. Manuum puritas ſiue mũditia, nihil aliud eſt quàm moderatio dum ſe à vi & iniuriis abſtinent homines.

6 Prohibui itaque ego te ואחשוך גם אנוכי אותך retinui itaque ego te.Ad verbum,& prohibui etiam ego te.

7 Et viues. וחיה Ad verbum,& viue,vt ſuperſtes viuas. Imper.pro fut. 8 Et narrauit,&c. וידבר וגו׳ Ad verbum,& loquutus eſt,&c.Hebraiſmus,Latinè dixeris,narrauit illis hæc omnia quæ illi dixerat Deus,illis omnibus audientibus.

Abiméłech obiurgat ipſum Abraham.

nobis? & quid peccaui in te quòd induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande? opera quæ non ſunt facienda, feciſti mecum.

″Et adiecit Abiméłech ad Abrahám, Quid″ſpectaſti quòd feciſti rem hanc? 10

Reſpondit Abrahám, Quia″dixi,″Verè non eſt timor Dei in loco iſto: & occîdent me″propter vxorem meam. 11

Sara neptis Thare ex filio, & neptis Abrahæ ex fratre.

″Et etiam verè″ſoror mea eſt, filia patris mei: veruntamen non *eſt* filia matris meæ,″& fuit mihi in vxorem. 12

″Euenit autẽ quando″errare fecit me Deus de domo patris mei, tunc dixi ei,″Hæc eſt miſericordia tua quam facies mecum, In omni loco ad quem veniemus, dic″de me, Frater meus eſt. 13

Abimelech cum donis reddit vxorem.

Tulit itaque Abiméłech oues & boues, ſeruos quoque & ancillas, & dedit *ea* Abrahám, reſtituíque ei ש Saram vxorem eius. 14

Dixítque Abiméłech, Ecce terra mea″coram te,″vbi tibi commodum viſum fuerit, habita. 15

Ad ש Saráh autem dixit, Ecce dedi″mile argenteos fratri tuo: profectò eſt tibi″velamen oculorum, *ac* omnibus qui *ſunt* tecum.″& in omnibus erudita fuit. 16

Orat Abraham pro Abiméłech

Orauit itaque Abrahám ad Deum: & ſanauit Deus ipſum Abiméłech, vxorémque eius: atque ancillas eius, & pepererunt. 17

Quia″claudendo clauſerat Iehouáh ſuper omnem vuluam domus Abiméłech propter ש Saráh vxorem Abrahám. 18

Cap. X X I.

Naſcitur Iſaac.

POrrò Iehouáh″viſitauit ש Saráh quemadmodũ dixerat:″fecítque Iehouáh ipſi ש Saráh quemadmodum loquutus fuerat. 1

Concepit enim ac peperit ש Saráh ipſi Abrahám filium″in ſenectute eius, tempore quod dixerat Deus. 2

Et vocauit Abrahám nomen filii ſui qui natus erat ipſi, quem pepererat ei ש Saráh, *vocauit inquam* Iẓſḥhác. 3

C hã, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauim⁹ in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande? quæ non debuiſti facere, feciſti nobis.

10 Rurſúmque expoſtulans ait, Quid vidiſti vt hoc faceres?

11 Reſpondit Abrahã, Cogitaui mecum, dicens, Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me ꝑpter vxorem meam.

12 ‖Aliàs autem & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Suprà 12.c.13

13 Poſtquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eã, ‖Hanc miſericordiam facies mecum, In omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus ſim. Infrà 21.c.23

14 D Tulit igitur Abiméłech oues & boues, & ſeruos & ancillas, & dedit Abraham, reddidítque illi Saram vxorem ſuam.

15 Et ait, Terra corã vobis eſt, vbicunque tibi placuerit, habita.

16 Saræ autem dixit, Ecce mile argẽteos dedi fratri tuo: hoc erit in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt: & quocunque perrexeris, memẽto te deprehenſam.

17 Orante autem Abraham, ſanauit Deus Abiméłech, & vxorẽ, ancilláſq; eius, & pepererunt.

18 Concluſerat enim Dominus omnẽ vuluam domus Abi-méłech propter Saram vxorem Abrahæ.

Cap. X X I.

1 VIſitauit autem Dominus Sarã ſicut ‖promiſerat: & impleuit quæ loquutus eſt. Suprà 17.c.19 & 18.b.10

2 Concepitque, & ‖peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. Galat.4.c.23 heb.11.c.11 Act.7.a.8.

3 Vocauítque Abraham nomen filii ſui quem genuit ei Sara, Iſaac.

10 Et adiecit ויאמר Ad verbũ, Et dixit. Spectaſti ראית Ad verbum, vidiſti. Alii, cõſideraſti.i. Quid tibi venit in mentẽ quòd, &c.

11 Dixi, אמרתי .i. ita reputaui apud me. Verè רק Tantùm. Tantummodo. q.d. Hoc vno carere videtur hic locus alioqui elegantiſſimus, quòd incolæ eius Deum non timent. Propter vx.m. על־דבר אשתי׃ Ad verbum, ſuper re vxoris meæ.i. ratione vxoris meæ.

12 Et etiam וגם Præterea. Adhæc. Inſuper. Soror mea אחותי Soror eius fuit, ſicut Lot frater eius. dixit enim ſuprà cap.13.b.8, Viri fratres ſumus: quum Lot fratris filius eſſet. Thare pater Abraham, genuit Aran. Aran genuit Sarai. Ita Sarai erat filia, id eſt neptis Thare patris Abrahæ. Nam apud Hebræos, nepos vocatur frater: & neptis filia. Soror igitur mea eſt, id eſt neptis ex fratre: neptis patris mei ex filio, non autem neptis matris meæ. nam Aran fratrem meum ſuſtulit pater meus ex alia vxore quàm ex matre mea. Alii ſic interpretantur, Verè ſoror mea eſt, filia Thare patris mei, ſed ex alia vxore quàm ex matre mea. Creditur enim Thare duas habuiſſe vxores, ex quarum altera Saram ſuſtulerit, ex altera Abrahamum & fratres eius. Et fuit, &c. ותהי־לי לאשה׃. id eſt quanuis ipſa ſoror mihi ſit, accepi tamen eam mihi in vxorem.

13 Euenit autem ויהי Ad verbum, Et fuit. Errare fecit me Deus התעו אותי אלהים Ad verbum, errare fecerunt me Deus. Plurale verbum pro ſingulari.i. errabundum eduxit me domo paterna. hoc eſt, iuſſit vt diſcederem à domo paterna, & quærerem ſedes quas mihi monſtraret. Alii vertunt, quando circunduxerunt me Angeli. nam quia verbum habetur pluralis numeri, potius de Angelis exponendũ videtur, quòd circunduxerint Abraham per varios errores. Quidam nimis argutè perſonarum colligunt trinitatem, quaſi ſcriptum eſſet, Dii me fecerunt errare. Fateor quidem, nomen אלהים pro Deo paſſim accipi in Scriptura, ſed tunc ſemper verbi numerus eſt ſingularis: vbi autem accedit verbum plurale, tunc Angelos vel principes ſignificat. Non coqueritur autem de Angelis Abraham quòd fallaci eorum ductu vagatus fuerit, ſed notat qualis fuerit pridem ſua conditio, nempe quòd relicta patria non modò in terram longinquam migrauerit, ſed ſubinde coactus fuerit mutare hoſpitium. Hæc eſt miſericordia, &c. זה חסדך וגו׳ Hebraiſmus, Hoc mihi beneficiũ præſtabis. De me, לי propter me.i. in gratiam mei. 15 Coram te, לפניך in conſpectu tuo.i. tota regio mihi ſubdita, tibi conſpicua eſt. Vbi tibi &c. בטוב וגו׳ Ad verbũ, in bono in oculis tuis. Hebraiſmus, In ea parte quæ videbitur tibi optima, & maximè allubuerit, delige tibi ſedem.

16 Mile argen. אלף כסף Chaldæus paraph. mile ſiclos argenti. Velamen oculorũ, &c. כסות עינים וגו׳. i. propugnator eſt pudoris tui: quicunque tibi eum eſſe virum nouerit, oculos à te auertet, & ab ancillis tuis. Alii vertũt, velamen oculorum omnibus qui tecum ſunt. Docetur Sara, maritum cui iuncta eſt, inſtar veli eſſe, quo ſe tegere debeat, ne expoſita ſit alienis. Paulus, 1.Cor.11.b.10, dicit velum quod capite geſtant mulieres, ſubiectionis eſſe ſymbolum: vnde ipſo matrimonii ordine quaſi velatæ ſunt. Dicit igitur Moſes, Tu ſi viro careres, obnoxia eſſes multis periculis: nunc quum tibi pudicitiæ cuſtodem Deus præfecerit, decuit te latere ſub velo illo: cur igitur te ſponte nudaſti? Hæc legitima obiurgatio fuit, quòd Sara ſe in mariti poteſtate eſſe diſſimulans, Diuino præſidio ſe nudaſſet, atque ita reprehenſa fuit. Et in omn. erudita f. ואת כל ונכחת׃ & cum omnibus *his* erudita fuit. vel, per hæc omnia. aut, propter hæc omnia. quæ ſcilicet acciderunt ei tam apud Pharaonem quàm Abiméłech, erudita fuit ne vltrà diceret ſe ſororem eſſe Abrahæ. nam ſi dixiſſet ſe fuiſſe vxorem, non fuiſſet rapta ab illis. Alii vertunt, & in omnibus correpta fuit. vel caſtigata. quaſi dicat Moſes, paſſum fuiſſe Dominum vt Sara à prophano Rege coargueretur, quo maiore verecundia eam afficeret.

18 Claudendo clauſerat עצור עצר Hebraiſmus, Steriles prorſus & infœcundas reddiderat Dominus omnes mulieres totius familiæ Abiméłech.

IN CAPVT XXI.

1 Viſitauit ש Saráh פקד את־שרה Seipſum declarat mox, per repetitionem, quæ frequens eſt in Scriptura. Chaldæus paraph. Et recordatus eſt Dominus Saræ. 2 In ſenectute eius, לזקניו pro ſenectute eius.i. qui futurus eſſet ſolatio illi iam ſeni.

Suprà 17.b.10, Matth.1.a.2

4 Et circuncidit eum octauo die,ſicut ǁpræceperat ei Deus

5 Quum centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.

6 Dixitque Sara,Riſũ fecit mihi De⁹: quicunque audierit,corridebit mihi.

7 Rurſũmque ait,Quis auditur⁹ crederet Abraham quòd Sara lactaret filium quem peperit ei iam ſeni?

8 Creuit igitur puer,& ablactat⁹ eſt: fecítque Abraham grande conuiuiũ in die ablactionis eius.

9 Quũmque vidiſſet Sara filium Agar AEgyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo,

Galat.4.d.30

10 Dixit ad Abraham,ǁEiice ancillam hanc,& filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac.

B

11 Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.

Rom.9.b.7 hebr.11.d 18

12 Cui dixit Deus, Nõ tibi videatur aſperum ſuper puero & ſuper ancilla tua:omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocem eius: ǁquia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

13 Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam: quia ſemen tuum eſt.

14 Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & vtrem aquæ,impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerũ, & dimiſit eam.quæ quum abiiſſet,errabat in ſolitudine Berſábee.

15 Quũmque cõſumpta eſſet aqua in vtre,abiecit puerum ſubter vnam arborem quæ ibi erat.

16 Et abiit,ſeditque eregione procul quantum poteſt arcus iácere: dixit enim,Non videbo morientem puerũ. & ſedens contrà,leuauit vocem ſuam & fleuit.

C

17 Exaudiuit autem Deus vocẽ pueri:vocauítque Angelus Dei, Agar de cælo,dicens, Quid agis Agar? noli timere:exaudiuit enim Deus vocẽ pueri de loco in quo eſt.

18 Surge, tolle puerum, & tene manũ illius : quia in gentem magnam faciã eum.

4 Circuncidítque Abrahám filium ſuum Ixſחhác, ʹquum natus eſſet octo dies,quemadmodum præceperat ei Deus.

5 Abrahám autem *erat* centum annorum quando natus fuit ei Ixſחhác filius ſuus.

Gratitudo animi Saræ.

6 Dixítque שSaráh,ʹRiſum fecit mihi Deus:ʹquicunque audierit, corridebit mihi.

7 ʹEt adiecit, Quisʹdixiſſet Abrahæ *quòd* lactatura eſſet filios שSaráh?ʹquia peperi filium in ſenectute eius.

Dies ablactationis Iſaac.

8 ʹQuum autem creuiſſet puer,ablactat⁹ fuit: fecítque Abrahám conuiuium magnum die quo ablactatus fuit Ixſחhác.

9 Vidit autem שSaráh filium Hagár AEgyptiæ , quem pepererat ipſi Abrahám,ʹludentem,

10 Dixítque Abrahæ,Eiice ancillam hanc, & filium eius:quia non hæreditabit filius ancillæ huius cum filio meo,*nempe* cum Ixſחhác.

11 ʹDiſplicuit autem hic ſermo valde in oculis Abrahám propter filium ſuum.

Veri filii Abrahæ ex Iſaac.

12 Et dixit Deus ad Abrahám,ʹNe diſpliceat in oculis tuis propter puerum & propter ancillã tuam:quicquid dixerit tibi שSaráh,acquieſce voci eius:quiaʺin Ixſחhác vocabitur tibi ſemen.

13 Quin & filium ancillæʺin gẽtem ponam:quia ſemen tuum eſt.

Eiicitur Agar cum Iſmaele.

14 Surrexit itaque Abrahám ſummo mane,& tulit panẽ,ac vtrẽ aquæ,dedítq; Hagár,imponens humero eius,puerũ quoque *tulit*,& emiſit eam. quæ abiit,& errauit in deſerto Bexer-שſébay.

15 Defecerúntque aquæ ex vtre,& proiecit puerum ʹſubter vnam ex arboribus.

16 ʹEt diſceſſit,ſedítque eregione, ʹelongãdo ſeʹquãtum eſt iactus arcus:dicebat enim,Non videbo quando morietur puer.ſedit inquam eregione,ʺ& ſublata voce ſua fleuit.

Angelus conſolatur ipſã Agar

17 ʹAudiuit autem Deus vocem pueri:ʹvocauítque Angelus Dei Hagár de cælis,& dixit ei, Quid tibi *eſt* Hagár? ne metuas: quoniam exaudiuit Deus vocem pueriʺin *loco* vbi eſt.

Ab Iſmaele populus magn.

18 Surge,tolle puerum,ʺ& apprehende manu tua illum:quiaʺin gẽtem magnam ponam eum.

4 Quum natus eſſet octo dies, בן־שמונת ימים Ad verbum,filium octo dierum.i.octauo die ex quo natus fuerat.

6 Riſum fecit mihi צחוק עשה לי Gaudiũ [Lætitiam] immiſit mihi.vel,Inuexit.i.Effecit vt riderem,ſiue Affecit me gaudio.Reddidit me lætam. Quicunque audierit,corrid.m. השומע יצחק־לי: qui audierit *me peperiſſe*, congaudebit mihi.vel, cõgratulabitur mihi.ſolent enim vetulæ mulieres ſummo affici gaudio quum parituræ ſunt. Alii,ridebit de me.i.perfundetur gaudio propter me,quòd ſcilicet pepererim in ſenectute mea,& viro meo iam ſeni.

7 Et adiecit, ותאמר Ad verbũ,Et dixit. Quidam,Dixit quoque. Dixiſſet Abrahæ quòd lact.&c. מלל לאברהם היניקה Ad verbum,dixit ad Abraham, Lactauit. Præteritum vertendum per præteritum perfect.ſubiunctiui,perinde acſi dicat,hoc nemini mortalium fuiſſe venturum vnquam in mentem.vnde conſtituit,ſolum Deum authorem eſſe: & iam ſeipſam ingratitudinis damnat,quòd tardè fidem habuerit narranti Angelo. Quia peperi כי־ילדתי *&* quòd peperiſſem.

8 Quum autem,&c. ויגדל וגו׳ Ad verbum,Et creuit puer,& ablactatus fuit.

9 Ludentem, מצחק: irridentem. ſubſannantem. ita doctus inter Hebræos. Quemadmodum enim ridendi verbum bifariam accipitur apud Latinos:ita & Hebræi tam in bonam quàm in malã partem verbo צחק vtuntur,a quo participium מצחק deductum eſt. Non fuiſſe puerilem luſum & innoxiũ,ex indignatione Saræ apparet. Fuit igitur maligna ſubſannatio qua proteruus adoleſcens fratrem adhuc infantem præ ſe contempſit. 11 Diſplicuit,&c. וירע וגו׳ Hebraiſmus,Id autem ægrè tulit valde Abraham.

12 Ne diſpl.in oc.t. אל־ירע בעיניך Ne ſit malum [.i.ingratum] in oculis tuis.Hebraiſmus,Ne ægrè feras eiectionem filii cum matre. In Iſaac vocabitur tibi ſ. ביצחק יקרא לך זרע: Verbum Vocari,Paulus ad Rom.9.b.8,exponit λογίζεσθαι,hoc eſt cenſeri,vel reputari.q.d.Filii ac nepotes Iſaac,dicentur filii ac nepotes tui,non item qui ex Iſmaele naſcentur.

13 In gentẽ po. לגוי אשימנו Ad verbum,in gentem ponã eum.Redundat pronomen.Eſt autẽ Hebraiſmus,efficiã vt ex eo naſcãtur populi multi. 15 Subter,&c. תחת וגו׳ ſub vna arborũ. Alii,ſub vno virgulto. hoc eſt, Quũmque defeciſſet illis aqua,incidit puer præ nimia ſiti in febrem,cœpitque ægrotare vſque ad mortem. quum autem videretur iamiam efflare animã, mater abiecit eum ſubter vnam arborem,poſteaquam diu fouerat illum in gremio ſuo.

16 Et diſceſſit,ſeditque ותלך ותשב לה Ad verbum,Et abiit,& ſedit ſibi.Relatiuũ redundat.Diſceſſit,aliquantulum ſcilicet. Elongando ſe הרחק recedendo. Quantum eſt iactus כמטחוי Plurale eſt, quantum eſt vnus iactuum arcus.i. quantum arcus emittere poteſt ſagittam.Ita doctus inter Hebræos.Quidam ex illis volunt eſſe participium.i.quantum diſtant iacientes ſagittam(hoc eſt ſagittarii) à ſagitta iam emiſſa. Et ſublata,&c. ותשא וגו׳ Ad verbum,& leuauit vocem ſuam,& fleuit.vel,plorare cœpit.

17 Audiuit autem,&c. וישמע וגו׳ .i.Miſertus eſt pueri clamantis ad ſe,& conquerentis quemadmodum conqueri ſolent qui grauiſſimo morbo laborant. Vocauitque,&c. ויקרא וגו׳ Ad verbum,& clamauit Angelus Dei ad Agar.i.ſtatim Hagar audiuit vocem è cælo emiſſam,dixítque illi Angelus In *loco* vbi eſt. באשר הוא שם: Hebræi exponunt במקום אשר הוא שם,in loco *in* quo ipſe ibi.Redũdat שם. Quidam vertunt,ex eo loco in quo iacet.i.vocem pueri iacentis ſub arbore ſub qua deſeruiſti eum.

18 Et apprehende והחזיקי .i.ſuſtenta eum.eſt enim debilis præ langore. In gentem,&c. לגוי וגו׳ Vide paulo antè verſu 12.

Aperuítque Deus oculos eius, & vidit puteum aquæ: perrexit 19
ergo, & impleuit vtrem aqua, potúmque dedit puero.

Et fuit Deus cum puero: & creuit, habitauítq; in deſerto: & fuit 20
iaculator ſagittarius.

Iſmael ſagittari⁹

Habitauit autem in deſerto Pℵarán: & accepit illi mater ſua vxo 21
rem de terra Miꭗſráim.

Fœdus Abimélech cũ Abrahã.

Fuit verò ipſo in tẽpore, loquutus eſt Abimélech & Picól prin- 22
ceps exercitus eius ad Abrahám, his verbis, Deus tecum eſt in omnibus quæ tu facis:

Nunc ergo iura mihi hîc per Deum, Si mentieris mihi & filio 23
meo, & nepoti meo: iuxta miſericordiã quam feci tecum, facies
mecum & cum terra in qua peregrinatus es.

Et dixit Abrahám, Ego iurabo. 24

Abraham arguit ipſũ Abimélech ob puteos ablatos.

Increpauit autẽ Abrahám ipſum Abimélech propter puteum 25
aquæ quem rapuerant ſerui Abimélech.

Et dixit Abimélech, Neſcio quis fecerit hanc rem: neque etiam 26
tu indicaſti mihi, neq; etiam ego audiui *quicquam* præterquã hodie.

Accepit ergo Abrahám oues & boues, dedítq; ipſi Abimélech: 27
& percuſſerunt ambo fœdus.

Percutiunt fœdus inter ſe.

Statuítque Abrahám ſeptem agnas gregis ſeorſum. 28

Dixítq; Abimélech ad Abrahám, Quid ſunt ſeptem agnæ iſtæ 29
quas ſtatuiſti ſeorſum?

Reſpondit, Quia ſeptẽ iſtas agnas accipies de manu mea, vt ſit 30
mihi in teſtimonium quòd fodi puteum iſtum.

Ber-ſabee.

Idcirco vocauit locum ipſum Beℵer-ẇſébay: quia ibi iurauerant ambo. 31

Percuſſerũt itaque fœdus in Beℵer-ẇſébay. ſurrexit autẽ Abi- 32
mélech & Pichól princeps exercitus eius, ac reuerſi ſunt in terrã
Peliẇſthím.

Abraham plãtat nemus, inuocat Deum.

Plantauítque nemus in Beℵer-ẇſébay, & inuocauit ibi nomen 33
Iehouæ Dei ſeculi.

Et habitauit Abrahã in terra Peliẇſthím dies multos. Ca. XXII. 34

Iubetur Abrahã immolare filiũ.

ET fuit poſthæc, Deus tẽtauit Abrahám, & dixit ad eum, Abra- 1
hám. Qui reſpondit, Ecce ego.

Et ait, Cape nunc filium tuum, vnicum illum tuum quem dili 2
gis, *nempe* Iꭗſħác, & vade ad terram Moriiáh, & offer eum illic in
holocauſtum ſuper vnum è montibus quem dixero tibi.

Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abiit, & impleuit vtrem, deditque puero bibere.

Et fuit Deus cum eo: qui creuit, & morat⁹ eſt in ſolitudine, factúſque eſt iuuenis ſagittarius.

Habitauítque in deſerto Pharan: & accepit illi mater ſua vxorẽ de terra AEgypti.

Eodem tempore dixit Abimélech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis:

Iura ergo per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpique meę: ſed iuxta miſericordiam quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua verſatus es aduena.

Supra 20.d.15

Dixitque Abraham, Ego iurabo.

Et increpauit Abimélech propter puteum aquæ quem vi abſtulerãt ſerui eius.

D

Reſponditque Abimélech, Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu nõ indicaſti mihi, & ego non audiui pręter hodie.

Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimélech: percuſſerũtque ambo fœdus.

Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum.

Cui dixit Abimélech, Quid ſibi volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum?

At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, vt ſint mihi in teſtimonium quoniam ego fodi puteũ iſtum.

Idcirco vocatus eſt locus ille Ber-ſabee: quia ibi vterque iurauit.

Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. ſurrexit autem Abimélech, & Phichol princeps exercitus eius, reuerſique ſunt in terram Palæſthinorum.

Abraham verò plantauit nemus in Ber-ſábee, & inuocauit ibi nomẽ Domini Dei æterni.

Et fuit colonus terræ Palæſthinorũ diebus multis. Cap. XXII.

Iudith 8.e.22
heb.11.d.17

QVæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abrahã, & dixit ad eũ, Abrahã. At ille reſpondit, Adſum.

Ait illi, Tolle filium tuum, vnigenitum quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi.

19 Puteum aquæ: באר מים fontem aquæ.i.in quo erat aqua. 20 Iaculator ſagitt.: רובה קשת q.d. Venator. Ad verbum, iaculãs [ſagittans] arcu. vt קשת *caſſath* ſit nomen ſubſtantiuum pro קשת *ceſeth*. Alii vertunt, iuuenis ſagittarius. & ita Chaldæus paraph.

23 Hic הנה hoc loco.i. priuſquam hinc diſcedas. Si mentieris mihi אם־תשקור Defectiua loquutio Hebræis, trita in formulis iurandi: quæ ſic reſolui debet, Si fefelleris datam mihi fidem, Deum inuocabimus, vt medius inter nos iudex ſedeat, ſéque oſtendat periurii vltorem. Mentiri autem hic quidam accipiunt pro iniquè & fraudulenter agere. Alii autem pro deficere. Simpliciter interpretandum videtur acſi dictum foret, Nihil perfidè ages mecum, vel cum meis nepotibus. Iuxta miſericordiam, &c. כחסד אשר וגו' Miſericordiam facere cum aliquo, Hebræis ſignificat, clementer & benignè eum tractare. neque enim ſupplex venit Abimélech vt Abrahæ miſericordiam imploret: quin potius ſibi ius regium vendicat. Et cum terra, &c. ועם־הארץ וגו' .i. & regioni in qua tanquam aduena verſatus es.

25 Increpauit au. &c. והוכיח וגו' Expoſtulauit autem Abraham cum Abimelech. Rapuerant גזלו vi abſtulerant. vel, vſurpauerant ſibi. 30 Quia ſeptem, &c. כי את־שבע וגו' q.d. Volo tibi dare ſeptem agnas, vt hoc munus, ſit, &c.

31 Vocauit קרא ſub. is qui puteo nomen indidit. Alii, vocatus fuit. Beℵer-ẇſébaע: באר שבע Suprà verſu 14 ita nuncupauit Moſes, ſed per anticipationẽ: nunc autem ipſe declarat quãdo & qua de cauſa inditum fuerit nomen, nempe quòd illic ambo iuraſſent. ideò transferendum Puteus iuriſiurandi. Alii vertũt, Puteum ſeptem. Sed Moſes apertè à iurando deducit: nec refert quòd à ratione grammatica paulum diſcedit pronuntiatio, quæ in nominibus propriis adeò curioſè non obſeruatur. Vide infrà cap. 26.d.33.

33 Nemus אשל lucum. Alii, arborem.i. arbores. Alii, paradiſum. Doctus inter Hebræos dicit eſſe nomen generale ad omnes arbores. Seculi. עולם: .i. æterni ſiue ſempiterni. Significat Abrahamum deintegro inſtituiſſe ſolennem cultum Dei, quo ſuam gratitudinem teſtatam faceret: quem cultum, inuocationis nomine deſignat per ſynecdochen: de quo vide ſuprà cap. 4.d.26.

IN CAPVT XXII.

1 Et fuit poſt hæc, ויהי אחר הדברים האלה Ad verbũ, Et factum eſt poſt res iſtas, & Deus, &c.i. Euenit autem poſt hæc vt Deus tentaret, &c Qui reſpondit, ויאמר Ad verbum, Et dixit. Ecce ego. הנני: Sic ſolẽt reſpondere Hebræi accerſentibus ipſos. Latini reſpondent, Adſum. Sic paulo pòſt verſu 7.

2 Diligis אהבת Præt. Heb. pro præſ. q.d. quem vnicè amas. Et vade ולך־לך Ad verbũ, & vade tibi. Redundat tibi. Moriiáh, המוריה Nomen collis ad latus montis Sion, vbi templum fuit ædificatum poſtea. Dixero אומר .i. mõſtrabo tibi. erat enim Locus ille Abrahæ incognitus.

3 Igitur Abraham de nocte cōſurgēs ſtrauit aſinum ſuum: ducēs ſecū duos iuuenes,& Iſaac filium ſuum: qúmque concidiſſet ligna in holocauſtum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus.

4 Die autem tertio,eleuatis oculis,vidit locum procul:

5 Dixitque ad pueros ſuos,Expectate hìc cum aſino: ego autem & puer illucvſque properantes, poſtquam adorauerimus,reuertemur ad vos.

6 B Tulit quoq; ligna holocauſti,& impoſuit ſuper Iſaac filium ſuū: ipſe verò portabat in manibus ignē & gladium.Qúmque duo pergerēt ſimul,

7 Dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille reſpondit, Quid vis fili? Ecce, inquit,ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti?

8 Dixit autem Abraham,Deus prouidebit ſibi victimā holocauſti,fili mi. pergebant ergo pariter.

9 Et venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus,in quo ędificauit altare, & déſuper ligna compoſuit.qúmque alligaſſet Iſaac filium ſuū, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum.

10 Extēditque manum,& arripuit gladium vt immolaret filium ſuum.

11 Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit,dicens, Abraham, Abrahā.
C Qui reſpondit,Adſum.

12 Dixitque ei,Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam:nūc cognoui quòd timeas Deum,& non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.

13 Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum,arietem inter vepres hærentem cornibus:quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.

14 Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur,In monte Dominus videbit.

15 Vocauit autem Angelus Domini Abraham ſecundò de cælo,

16 Dicens, |Per memetipſum iuraui, dicit Dominus,quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito,

Pſal.104.a.9
eccli.44.d.21
1.mach.2.f.52
luc.1.g.73
heb.6.c.13

17 Benedicam tibi,& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut
D arenam quæ eſt in litore maris:poſſidebit ſemen tuum portas inimicorū ſuorum.

18 Et benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ, quia obediſti voci meæ.

Suprà 12.a.3
& 18.c.18
infrà 26.a.4
eccli.44.d.25
act.3.d.25

19 Reuerſus eſt Abrahā ad pueros ſuos

3 Surrexit itaque Abrahám ſummo mane, & ſtrauit aſinum ſuū: accepítque duos'pueros ſuos ſecū, & Ixſnhác filium ſuum : quūq; concidiſſet ligna'holocauſti, ſurrexit, & perrexit ad locum quem dixerat ei Deus.

Obediētia Abrahæ erga verbum Dei.

4 Die tertio leuauit Abrahám oculos ſuos,& vidit locū'procul:

5 Dixítque Abrahám pueris ſuis,'Manete hîc cum aſino:ego verò & puer pergem⁹ illucvſq; & adorabim⁹, ac reuertemur ad vos.

6 Accepit itaque Abrahám ligna holocauſti, & poſuit *illa* ſuper Ixſnhác filium ſuum:"ipſe verò tulit in manu ſua ignem & gladiū: & perrexerunt ambo pariter.

Typus Chriſti, Iſaac.

7 Dixit autem Ixſnhác ad Abrahám patrem ſuum,dixit inquam, Pater mi. Qui reſpondit,'Ecce ego,fili mi. Et dixit, Ecce ignis & ligna:ſed vbi pecus in holocauſtum?

8 Reſpondit Abrahám, Deus prouidebit ſibi"pecus in holocauſtum,fili mi. pergebántque ambo pariter.

9 Quum autem perueniſſent ad locum quem dixerat ei Deus,ædificauit ibi Abrahám altare, ordinauítq; ligna,& ligauit Ixſnhác filium ſuum,& impoſuit eum altari ſuper ligna.

10 "Miſítque Abrahám manum ſuam, & accepit gladium'vt iugularet filium ſuum.

11 Tunc clamauit ad eum Angelus Iehouæ è cælo, & dixit, Abrahám,Abrahám. Qui reſpondit,Ecce ego.

12 Et dixit,Ne extendas manum tuam in puerum, neque facias ei quicquam: nūc enim cognoui quòd timens Dei es,"quòd non pepercceris filio tuo,vnico tuo propter me.

Timens Dei Abraham.

13 Quum autē eleuaſſet Abrahám oculos ſuos,vidit,& en aries"*ſtabat*"pòſt, detentus"in dumo cornibus ſuis: perrexítque Abrahám, tulítque arietē illum,& obtulit eū in holocauſtum pro filio ſuo.

14 Vocauítque Abrahám nomen loci illius,'Iehouáh videbit."Idcirco dicitur hodie, In monte"Iehouáh videbitur.

15 Clamauit autem Angelus Iehouæ ad Abrahám ſecūdò è cælo,

Benedicitur Abraham.

16 Et dixit, Per memetipſum iuraui, dixit Iehouáh,"quandoquidem feciſti rem hanc,quòd non peperceris filio tuo, vnico tuo,

17 'Quòd *inquam* benedicendo benedicam tibi,ac multiplicādo multiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt ad litus maris,poſſidebítq; ſemen tuum'portas inimicorū ſuorum.

18 'Et benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ, eo quòd obediuiſti voci meæ.

Chriſtus.

19 Reuerſus eſt itaque Abrahám ad pueros ſuos:qui ſurrexerūt,&

---

3 Pueros ſuos נעריו famulos ſuos. Holocauſti עולה .i.quæ erant neceſſaria ad holocauſtum faciendum.
4 Procul: מרחוק: Ad verbum,è longinquo. 5 Manete שבו־לכם Ad verbum,Sedete vobis.redundat pronomen.
6 Ipſe verò tulit ויקח Ad verbum,Et tulit.nempe Abraham. 7 Ecce ego, הנני Vide paulo antè verſu 1.
8 Pecus השה agnus. 10 Miſitque וישלח Extenditque Vt iugularet לשחוט vt immolaret.mactaret.
12 Quòd non peperceris,&c. ולא חשכת Ad verbum,& non prohibuiſti filium tuum,vnicum tuum à me. 13 Pòſt, אחר retrò.i.poſt ſe.ſiue à tergo ipſius. In dumo בסבך Ad verbum,in perplexitate,vel denſitate.Accipitur pro ramo denſo & implicato.i. inter ſpinas aut ramos ſeinuicem cōplectentes:ſiue inter virgulta inter ſe perplexa ac cōplicata.q.d.hærens arbuſto implicato ac perplexo.
14 Iehouáh videbit. יהוה יראה Iehouáh prouidebit.Ita reſponderat filio ſuo interroganti ſuprà verſu 8. Alii volunt eſſe futurum pro præterito,Iehouah vidit, vel prouidit. iam enim prouiderat Dominus de agno immolando: quem non fortuito illic erraſſe,ſed Diuinitus oblatum eſſe agnoſcit. Idcirco dicitur hodie, אשר יאמר היום *de* quo dici ſolet *etiam* hodie.i.tempore Moſis,quādo ſermo erat de illo monte. Iehouáh videbitur. : יהוה יראה Succeſſu temporis mutatum fuit loci nomen data opera, non errore.nam qui actiuum verbum Videbit,ſiue Prouidebit,in paſſiuum tranſtulerunt: docere hac ratione volebant,Deum non tantùm ſuis proſpicere,ſed manifeſtum etiam auxilium illis oſtendere vt viciſſim conſpicuus ſit.Quidam vertunt,Iehouáh apparuit.& ita L X X. Vel per futurum,apparebit. nam ſimulatque Dominus prouidit de ariete immolando,apparuit & ipſi Abrahæ.
16 Quandoquidem,&c. כי יען וגו' Ad verbum, quòd propterea quòd feciſti rem hanc, & non prohibuiſti [ſubtraxiſti, vel ſubmouiſti] filium tuum,vnicum tuum.
17 Quòd *inquam* כי־ברך Iungendū verbo præcedenti,Iuro quòd benedicendo,&c. Aut redundat כי. Portas את שער Sing.Heb pro plur.i.propugnacula quæ in portis eſſe ſolent.Hebraiſmus, Hoſtibus ſuis erunt ſuperiores.Significat Abrahæ ſobolem, hoſtium ſuorū victricem fore.nam & in portis erant propugnacula,& in his iudicia exercebantur.
18 Et benedicentur והתברכו Et beabunt ſeſe.Vide ſuprà cap.12.a.3.

perrexerũt pariter in Beאer-שſébay,habitauítque Abrahám in Beאerשſébay.

Filii Nachor ex Melcha.

20 ′Et fuit,poſthæc renuntiatum eſt ipſi Abrahám″hunc in modũ, Ecce peperit etiam ipſa Milcháh filios Naחhór fratri tuo,

21 yVץs primogenitum ſuum,& Buz fratrem eius,& Cemuאél′patrem Arám,

Bathuel

22 Et Chéשſed,& חHazó,& Pildáשs,& Iidláph,atque Bethuאél.

Rebecca.

23 Porrò Bethuאél genuit Ribcáh. octo iſtos peperit Milcháh ipſi Naחhór fratri Abrahám.

Roma.

24 ′Sed & concubina eius cuius nomẽ erat Reואumáh, peperit etiã ipſa Tébaחh & Gáחham,& Tháחhaשs & Mayacháh.

Cap. XXIII.

חיי שרה

1 F′Vit autem vita שSaráh cẽtum viginti ſeptem anni:tot fuerũt anni vitæ שSaráh.

Saram mortuã plangit Abrahã.

2 Et mortua eſt שSaráh in Ciriath-arbáy: ipſa eſt חHebrón in terra Chenáyan:′venítque Abrahám vt plãgeret שSaráh & fleret eã.

3 Surrexit itaque Abrahám à conſpectu″mortui ſui, & loquutus eſt ad filios חHéth,dicendo,

4 Peregrinus & aduena ſum apud vos:date mihi′hæreditatem ſepulchri vobiſcum,& ſepeliam″mortuum meum à facie mea.

5 Reſponderunt autem filii חHeth ad Abrahám,dicentes ei,

Emit agrum ſepulturæ à filiis Heth.

6 Audi nos,domine mi,′Princeps Dei es in medio noſtri,″in electiſſimis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum: nemo noſtrũ ſepulchrum ſuum″prohibebit à te ne ſepelias mortuum tuum.

7 Surrexit itaque Abrahám, ′& incuruauit ſe populo terræ, *nempe* filiis חHeth.

8 Loquutúſque eſt cum eis,dicendo, ′Si vobis cordi eſt vt ſepeliam″mortuum meum à facie mea, audite me, & intercedite pro me apud yEphrón filium צSóחhar,

9 Vt det mihi ſpeluncam ′Machpeláh, ′quæ eſt ei in extremo agri ſui:″argento pleno det eam mihi″in medio veſtri in hæreditatem ſepulchri.

abierúntque Ber-ſábee,ſimul & habitauit ibi.

20 His itaque geſtis nuntiatum eſt Abrahæ quòd Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fratri ſuo,

21 Hus primogenitum,& Buz fratrẽ eius,& Camuel patrem Syrorum,

22 Et Caſed, & Azau, Pheldas quoque,& Iedlaph,

23 Ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.

24 Concubina verò illius nomine Roma peperit Tábee & Gaham & Thahas & Maacha.

Cap. XXIII.

1 VIxit autem Sara centum viginti ſeptem annis:

2 Et mortua eſt in ciuitate Arbee,quę eſt Hebron,in terra Chanáan: venítque Abrahã vt plangeret & fleret eã.

3 Qúmque ſurrexiſſet ab officio funeris, loquutus eſt ad filios Heth, dicens,

4 Aduena ſum & peregrinus apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcũ, vt ſepeliam mortuum meum.

5 Reſponderunt filii Heth,dicentes,

6 Audi nos domine,Princeps Dei es apud nos:in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum: nullúſque te prohibere poterit quin in monumento eius ſepelias mortuum tuum.

7 Surrexit Abraham,& adorauit populum terræ,filios videlicet Heth: B

8 Dixitque ad eos, Si placet animæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor:

9 Vt det mihi ſpeluncam duplicem quam habet in extrema parte agri ſui: pecunia digna tradat eã mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulchri.

20 Et fuit,&c.′ויהי וגו Hebraiſmus,His geſtis.vel,Poſteaquam hæc geſta fuerunt. Hunc in modum,לאמור Ad verbum,dicendo.

21 Patrem Aram, : אבי ארם .i.à quo genus duxerunt Syri.

24 Sed & concubina eius,&c. ′ופילגשו וגו Ad verbum,Et concubina eius,& nomen eius ReואNumáh,& peperit etiam ipſa,&c.

IN CAPVT XXIII.

1 Fuit autẽ vita שSaráh ויהיו חיי שרה Ad verbũ,Et fuerũt vitæ Sarah,cẽtum anni,& viginti anni,& ſeptem anni.Latinè vertas, Quũ autem Sarah vixiſſet centum viginti ſeptem annos(tot enim annos vixit)mortua tandem eſt,&c.Ab hoc capite Hebræi incipiũt quintam ſectionem huius libri,quam denominant à ſecunda & tertia dictione capitis huius חיי שרה Vita Sarah.

2 Venítque ויבוא.i.Cœpit Abraham plangere ac deflere eam more patriæ.Alii putant Saram mortuã abſente ipſo Abraham:ideo Moſen dixiſſe, Venit. 3 Mortui ſui,מתו .i.cadaueris vxoris ſuæ demortuæ.q.d.Quum autem Abraham ſatis ſupérque planxiſſet Saram,relicto corpore profectus eſt ad filios Heth,vt cum ipſis loqueretur.

4 Hæreditatem ſep. אחוזת קבר poſſeſſionem ſepulchri. Alii, ius ſepulturæ.i.permittite vt ſepeliam mortuos meos cum veſtris.q.d. Ego apud vos,ſicuti hactenus, verſari peregrinus non recuſo, non inhio veſtris prædiis, vt proprium aliquid poſſidens, de æqualitate vobiſcum certem:mihi locum habere ſufficit vbi ſepéliamur.Vel ſi dicat,Quandoquidem viuo permiſiſtis in veſtra ditione habitare,humanitatis veſtræ ſit ſepulchrum non negare mortuis. Mortuum meum,&c. מתי מלפני: Hebraiſmus,cadauer vxoris meæ mortuæ elatum è domo mea ad ſepulchrum,ne poſthac videam illud.

6 Princeps Dei es in m.no. נשיא אלהים אתה בתוכנו Hebræi,quicquid excellit,Diuinum vocare ſolent.Ideo Principem Dei hoc loco intellige eximium & ſingulari præſtantia.Et meritò,quem propter virtutes colunt,hoc inſigniunt elogio:vt ſe Deo vni aſcribere teſtentur quicquid virtutum in hominibus laude & reuerentia dignum eſt.Hebraiſmus iſte perinde ſignificat acſi dicerent, Te habemus pro excellenti,atque præſtanti principe.Vel vt alii exponunt,Te habemus pro homine iuſto,ac ſancto, & dilecto vnicè à Deo.ſiue,te reputamus virum iuſtum ac ſanctum. In electiſſimis ſepulchris noſtris במבחר קברינו Ad verbum,in electione ſepulchrorum noſtrorum. Prohibebit à te ne ſepelias יכלה ממך מקבור denegabit tibi quominus ſepelias,&c.

7 Et incuruauit ſe populo וישתחו לעם & inclinauit ſeſe populo.i.exhibuit honorem ac reuerentiam, gratiáſque egit pro ſepulchro ſibi oblato,populo eius regionis. Alii vertunt, & adorauit populum terræ.eodem ſenſu: nam adoratio ſimpliciter pro reuerentia accipitur, quam quis declarat geniculatione,vel alio corporis geſtu.

8 Si vobis cordi eſt אם־יש את נפשכם Ad verbũ, Si eſt cum anima veſtra.i.ſi ſedeat animo veſtro,ſi vobis placet vt ſepeliam,&c.Hebraiſmus. Mortuum meum à facie mea, מתי מלפני id eſt vt efferam è domo mea ad ſepulchrum corpus vxoris meæ demortuæ, Hebraiſmus,de quo paulo antè verſu 4.

9 Machpeláh, המכפלה Nomen loci, quod interpretantur duplicitatem,vel geminationem aut duplicem.vide infrà verſu 17.

Quæ eſt ei in extremo אשר־לו אשר בקצה Ad verbum,quæ ei,quæ in extremo,&c.i.quã habet,ſiue poſſidet, quæ eſt in extrema parte agri ſui. Argento pleno בכסף מלא Hebraiſmus,iuſto pretio & ſufficiente pecunia.Alii,pleno,perfecto,& iuſti põderis. In medio veſtri,in hæred.ſep. :בתוכבם לאחזת־קבר inter vos in poſſeſſionem ſepulchri.Vide paulo antè verſu 4.

(Habitabat autem Ephrõ in medio 10 filiorũ Heth.) Reſponditque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illiꝰ, dicens,

Nequaquã ita fiet, domine mi, ſed 11 C tu magis auſculta quod loquor, Agrũ trado tibi, & ſpelũcam quæ in eo eſt, præſentibus filiis populi mei: ſepeli mortuum tuum.

Adorauit Abraham coram populo 12 terræ.

Et loquutus eſt ad Ephron circunſtãte plebe eius, Quæſo vt audias me: 13 Dabo pecuniam pro agro, ſuſcipe eã, & ſic ſepeliam mortuum meum in agro.

Reſponditque Ephron, 14

Domine mi, audi me: terra quã poſtulas, quadringentos ſiclos argẽti valet: 15 iſtud eſt pretiũ inter me & te: ſed quantũ eſt hoc? ſepeli mortuum tuũ.

Infrà 25.b.10 ¶Quod quum audiſſet Abraham, appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, audiẽtibus filiis Heth, quadringentos ſiclos argẽti probatæ monetæ publicæ. 16

D Cõfirmatúſque eſt ager quondam Ephronis in quo erat ſpelũca duplex reſpiciens Mambre: tam ipſe quã ſpelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, 17

Abrahæ in poſſeſſionem, vidẽtibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. 18

Atque ita ſepeliuit Abraham Sarã 19 vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, qui reſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in terra Chanáan.

Et confirmatus eſt ager & antrum 20 quod erat in eo, Abrahæ in poſſeſſionem monumenti à filiis Heth.

Cap. XXIIII.

ERat autem Abraham ſenex dierúmque multorum: & Dominus 1 in cunctis benedixerat ei.

Dixitque ad ſeruum ſeniorẽ domus 2 ſuæ, qui præerat oĩbus quæ habebat, Infrà 47.g.29 ¶Pone manum tuã ſubter femur meũ:

10 (Is autem עEphrón habitabat in medio filiorũ חHéth.) Reſpõdit ergo עEphrón חHithæus ad Abrahám ″in auribꝰ filiorũ חHéth, omnium *ſcilicet* ingredientium portam ciuitatis ſuæ, dicendo,

11 ″Nequaquam domine mi, audi me, Agrum ipſum ″do tibi, ″& ſpeluncam quæ eſt in eo, tibi quoque do ″in oculis filiorum populi mei, do eam tibi: *propterea* ſepeli mortuum tuum.

12 ′Tunc incuruauit ſeſe Abrahám coram populo terræ.

13 Loquutúſque eſt ad עEphrón ″in auribus populi terræ, dicẽdo, ′Veruntamen ſi tu, quæſo audias me: dabo argentum agri, accipe à me, & ſepeliam mortuum meum ibi.

14 Rurſum reſpondit עEphrón ipſi Abrahám, dicendo ei,

15 Domine mi, audi me: terra quadringentorum שſeclorũ argenteorum eſt ″inter me & te, ″quid hoc? ″itaque mortuũ tuum ſepeli.

16 Obediuit igitur Abrahã ipſi עEphrón, & appẽdit Abrahám ipſi עEphrón argẽtum quod dixerat ″in auribus filiorũ חHéth, quadringentos שſéclos ″argenteos tranſeuntes per mercatores.

17 ″Confirmatus eſt itaq; ager עEphrón qui *erat* ″in Macphelàh, qui erat eregione Mamréא: ager *inquã* & ſpelũca quæ *erat* in eo, omnéſq; arbores quæ *erant* in eo agro, quæ *ſcilicet erant* in toto termino eius, per circuitum.

18 *Confirmatus eſt inquã* ipſi Abrahám in poſſeſſionem, ′in oculis filiorũ חHeth, ″in *oculis inquam* omnium ingrediẽtium portam ciuitatis eiꝰ.

19 Et poſtea ſepeliuit Abrahám שSaráh vxorem ſuam, in ſpelunca agri Machpeláh, eregione Mamréא, hæc eſt חHebrón in terra Chenáyan.

Sepelitur Sara.
Mambre quæ & Hebron.

20 Cõfirmatus eſt ergo ager ille & ſpelũca quæ *erat* in eo, ipſi Abrahám in hæreditatem ſepulchri ″à filiis חHeth. Cap. XXIIII.

1 ABrahám autem *iam* ſenex *erat &* ″venerat in dies: ac Iehouáh ″benedixerat ei in omnibus.

2 Dixit ergo Abrahám ſeruo ſuo ſeniori domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ *erant* ei, ″Pone nũc manum tuam ſub femore meo:

Mittit Abrahã ſeruũ ad quærendam vxorẽ filio ſuo Iſaac, quam ipſi Deus curat.
Adiurãdi Hebræorum mos.

10 In auribus fil. חHeth, &c. באזני בני־חת וגו׳ Hebraiſmus, audientibus Hethæis, aſtãtibus quotquot ingrediebantur portam vrbis eius. hoc eſt, publicè & coram omnibus, nempe in porta, non priuatim. Per hæc oſtendit, locum vbi contractus fuit factus, fuiſſe locum publicũ.

11 Nequaquam לא ſub. ita fiet. i. Non accipies à me ſpeluncã pretio ac pecunia: ſed potius audi me. Do נתתי Præt. Heb. pro præſ. vt & mox. In oculis filiorum pop. m. לעיני בני־עמי Hebraiſmus, præſentibus ac videntibus popularibus meis.

12 Tunc incuruauit ſeſe וישתחו Vide paulo antè verſu 7.

13 In auribus populi terræ, באזני עם־הארץ Hebraiſmus de quo paulo antè verſu 10. i. audiente populo ipſius regionis. Veruntamen ſi tu, quæſo aud. &c. אך אם־אתה וגו׳ Oratio defectiua, ſiue manca, in qua multa ſubaudienda, Verum, vel Sed non accipiam gratis à te agrũ iſtum: Si tu id facturus es quod dicis, ſi tu daturus es agrum iſtum vt polliceris, Quæſo audi me, acquieſce precibus meis. vel, Vtinã audias me, Dabo pretium pro agro ipſo, accipe illud à me, tum demum ſepeliam mortuum meum. Alii aliud ſubaudiunt, Sed ſi tu dederis mihi gratis, non accipiam. Chaldæus paraph. vertit, Attamen ſi tu facis mecum bonitatem, auſculta mihi, dabo pretium, &c.

15 Inter me & te, ביני ובינך Id eſt, ratione amicitiæ quæ eſt inter nos: & quia noui te virum iuſtum & ſanctum, viliſſimo pretio dabo tibi terram hanc. q. d. alteri non darẽ tam vili pretio. Quadringentis ſiclis æſtimat terrã ſuam. Iam quum Ioſephus ſiclum valuiſſe dicat quatuor drachmas Atticas, ex ſupputatione Budæi colligimus, pretium agri fuiſſe circiter ducentas & quinquaginta libras Franciçæ monetæ.

Quid hoc? מה־היא q. d. paruo pretio emis, ſi ſpectes loci amœnitatem & fertilitatem: itaque mortuum tuum ſepelito illic. Itaque mortuum tuum ואת־מתך Ad verbum, & mortuum tuum. ו pro Itaque.

16 In auribus filiorum חHeth, באזני בני חת Hebraiſmus, audientibus Hethæis. Sic paulo antè verſu 10. Argenteos, &c. כסף עובר לסוחר׃ pecuniæ tranſeuntis mercatoribus. Hebraiſmus, quæ inter mercatores ſine vlla controuerſia recipiebatur. q. d. optimæ, & à mercatoribus approbatæ. Chaldæus paraph. argenti quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaque prouincia. Sic loquitur Moſes, quòd hic pecuniæ vſus, mutua ſit inter homines communicatio: ea autem præcipuè verſatur in mercibus emendis & vendendis.

17 Confirmatus eſt itaque ויקם Ceſſit itaque. Ad verbum, Et ſurrexit ager. Vſurpat enim hæc lingua Surgere, pro Cõfirmari, ſicut & in Hiphil, capitur pro cõfirmare in actiuo genere. ſuprà cap. 17. b. 7, והקימותי את־בריתי, Et ſtatuam pactum meum inter me & te. In actiuo ibidem, verſu 21, ואת־בריתי אקים & pactum meum ſtatuam. Vnde Hebræi exponunt קם pro נתקיים confirmatus eſt. In Machpeláh, במכפלה Vide paulo antè, verſu 9. Mirum eſt quoſdam hoc loco vertere, ager Hephron qui erat in ſpelunca duplici. quum ager non poſſit in ſpelunca eſſe: niſi fortè interpretentur, qui ager erat vbi erat ſpelunca duplex. Alii vertunt, ager Ephronis vnà cum ſpelunca duplici, omnino aliter quàm verba Hebraica ferant. Rectius proculdubio qui transferunt vt noſter interpres, qui in Machpeláh.

18 In oculis, &c. לעיני בני־חת וגו׳ Hebraiſmus, Videntibus Hethæis, aſtantibus ac præſentibus quotquot erant in loco publico vrbis illius, nempe in porta. Significat emptionem publicè fuiſſe conſignatã. licet enim priuatus homo venderet, populus tamen interfuit, ratúmque habuit quod à duobus contractum erat. 20 A filiis חHeth. מאת בני־חת׃ .i. ab Hethæis.

IN CAPVT XXIIII.

1 Venerat in dies: בא בימים Hebraiſmus, id eſt prouectæ erat ætatis, ſiue prouectus erat ætate. Benedixerat ei ברך את־אברהם Ad verbum, benedixerat ipſi Abraham. Antecedens pro relatiuo, more Hebraico.

2 Pone nunc manum t. &c. שים נא וגו׳ Is erat mos adiurantiũ. Hac etiam ratione ſeruus teſtabatur obedientiam hero ſuo, & herus poteſtatem in ſeruum ſuum: qua quidem ceremonia vtuntur etiam hodie in quibuſdã Orientis partibus. q. d. Ego volo tibi committere negotium arduum, idcirco te adiurare volo.

3 ″Vt adiurem te per Iehouam Deum cæli & Deum terræ, vt non capias vxorem filio meo de filiabus Chenaẏanæorum in quorum medio ego habito:

4 ′Sed ′ad terram meam, & ad cognationem meam perges, & capies vxorem filio meo Iẍſnhác.

5 Dixit autem ad eum ſeruus ille, ′Forſitan non volet mulier illa ″me ſequi ad terram hanc, reducédóne reducam filium tuum ad terram vnde egreſſus es?

Fides Abrahæ in promiſſiones Dei.

6 ″Qui reſpondit, Caue ne reducas filium meum illuc.

7 Iehouáh Deus cæli qui tulit me ′è domo patris mei, & è terra cognationis meæ, loquutúſque eſt mihi: quíque iurauit mihi, dicẽdo, Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet Angelum ſuum ante te, & accipies vxorem filio meo inde.

8 Quòd ſi noluerit mulier te ſequi, ″mũdus eris à iuramẽto meo iſto: duntaxat filium meum ne reducas illuc.

9 Poſuit itaque ſeruus ille manum ſuam ſub fœmore Abrahám ″domini ſui, & iurauit ei ſuper hac re.

10 Et accipiens ſeruus decem camelos è camelis domini ſui, abiit: (″erant autẽ pretioſa quæque domini ſui in manu eius:) ſurrexit, inquam, & abiit in Aram-naharáim ad ciuitatem Nanhór.

11 ′Et accumbere fecit camelos extra vrbem ad puteum aquæ, tẽpore veſpertino, quo *ſcilicet* tẽpore egrediuntur *puellæ* ′quæ hauriũt.

Oratio fidelis ſerui Abrahæ ad Deum.

12 Dixítque, O Iehouáh Deus heri mei Abrahám, ′occurrere fac quæſo coram me hodie *quod uolo:* ″& fac miſericordiam cum domino meo Abrahám.

13 En ego ſto iuxta fontem aquæ, & filiæ virorum huius vrbis egrediuntur ad hauriendum aquam:

14 Sit ergo *ut* puella cui dixero, Inclina nunc hydriam tuam, & bibam: illáque dixerit, Bibe, & etiã camelis tuis potũ dabo: ipſa ſit *quam* præparaſti ſeruo tuo Iẍſnhác: & in hoc cognoſcam quòd feceris miſericordiam cum domino meo.

Seruo neſcienti offertur Rebecca virgo pulchra.

15 Fuit autem, antequam ipſe finiſſet loqui, ecce Ribcáh egrediebatur, quæ nata erat Bethuẍéli filio Milcháh vxoris Nanhór fratris Abrahám: & hydria eius *erat* ſuper ſcapulam ſuam,

16 Porrò puella *erat* pulchra aſpectu valde, virgo, & vir non cognouerat eam: quæ deſcẽdit ad fontem illum, impleuítque hydriam ſuam, & aſcendit.

17 Tunc cucurrit ſeruus in occurſum eius, & dixit, Potum da mihi quæſo parum aquæ de hydria tua.

Rebeccæ in verbis modeſtia.

18 Quæ dixit, Bibe domine mi. & feſtinauit deſcendere hydriam ſuam ſuper manum ſuam, potúmque dedit ei.

3 Vt adiurem te per Dominum Deũ cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito:

4 Sed ad terrã & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.

5 Reſpondit ſeruus, Si noluerit mulier venire mecũ in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuũ ad locum de quo tu egreſſus es?

6 Dixitque Abraham, Caue nequando reducas filium meum illuc.

7 Domin⁹ cæli qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meę, qui loquutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicẽs, ‖Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet Angelum ſuum coram te, ‖ & accipies inde vxorem filio meo.

Suprà 12.b 7 & 13.d.15 & 15.d.18 Infrà 26.a.4

8 Sin autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis iuramento: filium meũ tantùm ne reducas illuc.

9 Poſuit ergo ſeruus manum ſub fœmore Abraham domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc.

B

10 Tulitque decem camelos de grege domini ſui, & abiit, ex omnib⁹ bonis eius portans ſecum, profectúſque perrexit in Meſopotamiam ad vrbẽ Nachor.

11 Cúmque camelos feciſſet accumbere extra oppidum, iuxta puteum aquæ, veſpere, eo tempore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendã aquã,

12 Dixit, Domine Deus domini mei Abraham, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham.

13 Ecce ego ſto prope fontẽ aquæ, & filiæ habitatorũ huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam:

14 Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa reſponderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac: & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cũ domino meo.

15 Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filii Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habẽs hydriã in ſcapula ſua:

C

16 Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro: deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur.

17 Occurritque ei ſeruus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

18 Quæ reſpondit, Bibe domine mi. celeritérque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum.

3 Vt adiurem te ואשביעך Ad verbum, Et adiurabo te. Quidam, Itaque adiurabo te.

4 Sed כי Hic כי pro כי־אם. Ad terram meam, &c. אל־ארצי וגו׳ Per terram, intelligit Haran: per cognationem verò, locum natiuitatis, nempe Vr Chaldæorum. ſic & paulo pòſt verſu 7.

5 Forſitan, &c. אולי וגו׳ q.d. Paratus ſum ire quocunque iuſſeris: ſi tamen eueniat quòd mulier illa noluerit venire in hanc patriam, reducámne filium, &c. Me ſequi ללכת אחרי Ad verbum, venire poſt me. Sic paulo pòſt verſu 8.

6 Qui reſpondit, ויאמר אליו אברהם Ad verbum, Et dixit ad eum Abraham.

7 E domo patris mei, &c. מבית אבי וגו׳ Vide paulo antè verſu 4.

8 Mundus eris, &c. ונקית משבועתי זאת Hebraiſmus, abſoluéris, vel abſolutus eris à iuramento iſto mihi à te præſtito.

9 Domini ſui, אדניו Plurale eſt Heb. herorum ſuorum, pro ſingulari, heri ſui. Sic ſequenti capite.

10 Erant autẽ pret. &c. וכל־טוב אדניו בידו Ad verbũ, & omne bonum heri ſui, &c. Singul. pro plur. i. ſecũ deferebat de pretioſiſſimis quibúſque domini ſui. Alii volunt eſſe cauſæ redditionem, necui minus probabile videatur ſeruum ſibi ſumpſiſſe tantum poteſtatis: & vertunt, nam totum bonum [id eſt tota ſubſtantia] heri ſui erat in manu eius. i. poteſtate.

11 Et accumbere fecit ויברך Ad verbum, Et cadere fecit in genua. ſolent enim cameli flectere genua dum requieſcere volũt. Quæ hauriunt. : השואבות Infrà verſu 13, plena eſt locutio, ad hauriendum aquam.

12 Occurrere fac quæſo הקרה־נא Occurrere fac nunc. i. fac mihi occurrat hodie quod opto. hoc eſt, fac me voti compotem. Alii intrãſitiuè legunt, Occurre quæſo. ſub. mihi. i. votis meis. q.d. exaudi me ac preces meas Chaldæus paraph. præpara. ſub. quod peto. Et fac miſericordiam ועשה חסד Id eſt proſequere miſericordia ac benignitate herum meum, vt es illi pollicitus. Significat enim non alio ſe iure fretum, hoc audere, niſi quia Deus gratiam ſuam Abrahæ pollicitus fuerat.

Quũque ille bibiſſet,adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquã, donec cuncti bibant.	19	ʹQuúmque potum dediſſet illi,dixit,Etiam camelis tuis hauriam,donecʹfinierint bibere.	
Effundénſque hydriam in canalib⁹, recurrit ad puteum vt hauriret aquã: & hauſtam omnibus camelis dedit.	20	ʹFeſtinanter igitur effudit hydriam ſuam in canalem: & cucurrit adhuc ad puteum ipſum vt hauriret *aquam*, & hauſit omnibus camelis illius.	
Ipſe autem cõtemplabatur eam tacitus: ſcire volens vtrum proſperum iter ſuum feciſſet Dominus,an non.	21	Porrò vir illeʹſtupebat in ea,tacẽs:vt ſciret an proſperam feciſſet Iehouáh viam ſuam,nécne.	
Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas,appẽdentes ſiclos duos,& armillas totidẽ,põdo ſiclorum decem.	22	Fuit autem,quum finiſſent cameli bibere,protulit vir inaurem aureã,ʹſemiſſis põdus eius,& duas armillas *poſuit* ſuper manus eius, decem aurei pondus earum.	
Dixitque ad eam,Cuius es filia? indica mihi: eſt in domo patris tui loc⁹ ad manendum?	23	Dixítque, Filia cuius es? indica quæſo mihi:éſtne in domo patris tui locus nobis ad pernoctandum?	
Quæ reſpondit,Filia ſum Bathuelis filii Melchæ quem peperit Nachor.	24	ʹCui reſpondit, Filia Bethuʹél ſum filii Milcháh, quem peperit ipſi Nahhór.	
Et addidit,dicens,Palearum quoq; & fœni plurimum eſt apud nos,& locus ſpatioſus eſt ad manendum.	25	ʹAdiecítque ei, Etiam palea,& pabulum multum eſt apud nos: quin & locus ad pernoctandum.	
Inclinauit ſe homo,& adorauit Dominum,	26	ʹIncuruauit itaque ſe vir ille,& adorauit Iehouam,	
Dicens,Benedictus Dominus De⁹ domini mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.	27	Dixítq;,Benedictus Iehouáh Deus domini mei Abrahám, qui nonʹſubtraxit miſericordiam ſuam &veritatem ſuam à domino meo:ʹme *enim quum eſſem* in via,duxit Iehouáh *ad* domũ fratrum domini mei.	Gratias agit Deo ſeruus.
Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domum matris ſuæ omnia quę audierat.	28	Cucurrit interim puella, & renũtiauit domui matri ſuæ,ʹiuxta verba hæc.	Mirum ſtudium Rebeccæ & Laban erga peregrinum.
D Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: qui feſtinus egreſſus eſt ad hominem vbi erat fons.	29	Ipſi autem Ribcáh erat frater cuius nomen erat Labán:ʹqui cucurrit ad virum foras,ad fontem.	
Quúmque vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis, Hæc loquutus eſt mihi homo: venit ad virũ qui ſtabat iuxta camelos & prope fõtem aquæ,	30	ʹQuum enim vidiſſet inaurem, & armillas in manibus ſororis ſuæ:quúmque audiſſet verba Ribcáh ſororis ſuæ,dicentis, Sic loquutus eſt ad me vir ille: venit ad virum, & ecce ſtabat iuxta camelos ad fontem,	
Dixitque ad eum, Ingredere benedicte Domini: cur foris ſtas? præparaui domum,& locum camelis.	31	Dixítque,ʹIngredere benedicte Iehouæ,cur ſtas foris,quum ego præparauerim *tibi* domum,& locum camelis?	
Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit camelos,deditque paleas & fœnum,& aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum qui venerãt cum eo.	32	Venit itaque vir ille ad domum:ʹ& ſoluit camelos, ʹdedítque paleam & pabulum camelis: & aquam ad lauandum pedes eius, ac pedes virorum qui *erant* ſecum.	
Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. qui ait,Non comedã,donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei, Loquere.	33	Deinde appoſitum fuit coram eo quod comederet. at ille dixit Nõ comedã,donecʹloquutus fuero verba mea. Et dixit,Loquere.	Narrat ſeruus cauſas itineris, & quæ acciderint ei in itinere.
At ille,Seruus,inquit,Abrahã ſum,	34	Dixit ergo, Seruus Abrahám ſum,	
Et Dñs benedixit domino meo valde,magnificatúſque eſt: & dedit ei	35	ʹCui Iehouáh benedixit mirum in modum, & creuit: nã dedit	Benedicere Dei, quid ſit.

19 Quúmque potum ded.illi,dixit, ותכל להשקותו ותאמר Ad verbum,Et finiuit potare illũ, & dixit.i.Quũ potaſſet illum ſatis,ſiue quantum volebat. Finierint bibere. כלו לשתות: Hebraiſmus,pro,quoad omnes biberint.vel,donec ſatis biberint.

20 Feſtinanter igitur eff. ותמהר ותער Ad verbum,Et feſtinauit,& effudit.

21 Stupebat in ea, משתאה לה admirabatur eam.vel propter eam.i.totus erat attonitus quum conſiderabat quæ illa faciebat.

22 Semiſſis בקע Docti inter Hebræos,exponunt,dimidium ſicli.

24 Cui reſpondit, ותאמר אליו Ad verbum,Et reſpondit ad eum.

25 Adiecitque ei,Etiã palea, & pab. ותאמר אליו וגו׳ Ad verbum, Et dixit ad eũ,Etiam palea, etiã pabulum,&c. Eſt autem מספוא pabulum id omne quo veſcuntur iumenta,præter paleam.

26 Incuruauit itaque ſe ויקוד Inclinauit itaque caput.

27 Subtraxit עזב Ad verbum,deſeruit. Chaldæus paraph.prohibuit. Non iactat ſecundam fortunam, ſed Deum prædicat clemẽter & fideliter egiſſe cum Abraham:hoc eſt,miſericordiæ ſuæ cauſa veracem in promiſſis adimplendis fuiſſe. Tranſfertur quidem ad homines loquutio,ſicuti infrà verſu 49 ſequitur,Si facturi eſtis miſericordiam & veritatem cum domino meo Abraham,indicate mihi. Propriè tamẽ in Deum competit,quòd gratuito faueat hominibus,ideóque propenſus ſit ad beneficentiam:deinde quòd eorum ſpem nunquam fruſtrando,fidum ſe ac veracem probet. Me *enim quum eſſem* in via du. אנוכי בדרך נחני Ad verbum,ego in via deduxit me.

28 Iuxta verba hæc. כדברים האלה: Hebraiſmus,quæcunque audierat,vel quæcunque geſta fuerant ad fontem.

29 Qui cucurrit וירץ לבן Ad verbum,& cucurrit Laban. Antecedens pro relatiuo.

30 Quum enim vidiſſet ויהי כראות Ad verbum,Et fuit,quum vidiſſet.

31 Ingredere bened. בוא ברוך Veni *domum* benedicte.i.cui fauet Deus,& cuius voluntate huc acceſſiſti.

32 Et ſoluit camelos: ויפתח הגמלים & deſtrauit camelos. Alii,clitellas camelis detraxit. vt ſcilicet liberius quieſcerent ac recumberent.

33 Loquutus fuero verba mea. דברתי דברי dixero ſermones meos.i.donec expoſuero qua de cauſa huc venerim.

35 Cui Iehouáh benedixit,&c. ויהוה ברך וגו׳ Ad verbum, Et Iehouáh benedixit domino meo valde, & magnificatus eſt [vel, magnus effectus eſt]& dedit ei,&c.

ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos.

Peperítque שSaráh vxor domini mei filium domino meo ʹpoſt ſenium eius: & dedit ei quicquid eſt ei.

Et iurare fecit me dominus meus dicendo, Non accipies vxorẽ filio meo de filiabus Chenaγanæorũ in quorũ terra ego habito:

ʹSed ad domum patris mei perges, & ad cognationem meam, accipiéſque *illinc* vxorem filio meo.

Dixi autem domino meo, Forſitan ʹnolet ſequi mulier illa me.

Et ait ad me, Iehouáh in cuius conſpectu ʹambulaui, mittet Angelum ſuum tecum, & proſperam reddet viam tuam: ʹ& accipies vxorem filio meo de familia mea, & de domo patris mei.

Tunc ʹmundus eris à iuramẽto meo, quum perueneris ad familiam meam: & ſi ʹnó dederint tibi, ʹeris mundus à iuramento meo.

Veni itaque hodie ad fontem, & dixi, O Iehouáh Deus heri mei Abrahám, ʺſi tu nunc ſecundas viam meam per quã ego ambulo,

En ego ſto iuxta fontem aquæ: ſit ergo *ut* virgo quæ egredietur ad hauriendam *aquam*, cui dixero, Da mihi potum nunc parum aquæ de hydria tua:

Illáque reſponderit mihi, Et tu bibe, & etiam camelis tuis hauriam: ipſa ſit vxor quam præparauit Iehouáh filio domini mei.

ʹAntequam autem finiſſem loqui in corde meo, ecce Ribcáh egrediebatur, ʹhabẽs hydriam ſuam ſuper ſcapulam ſuam: quæ deſcendit ad fontem ipſum, hauſítque: & dixi ad eam, Potum præbe mihi rogo.

ʹIlla verò confeſtim depoſuit hydriam ſuam à ſe, & dixit, Bibe, & etiam camelis tuis potum dabo. bibi itaque, & etiam camelis dedit potum.

Interrogaui autem eam, & dixi, ʹFilia cuius es? Illa reſpondit, Filia Bethuℵél filii Nanhór quem pepererat ei Milcháh. tum poſui inaurem ſuper nares eius, & armillas ſuper manus eius.

Inclinans ergo me, adoraui Iehouam, ʹ& benedixi Iehouæ Deo heri mei Abrahám, qui duxit me ʹper viam veritatis, vt acciperem filiam fratris domini mei filio eius.

Rebecca neptis Nachor ex filio.

ʹNunc igitur ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi: ſin minus, indicate *etiam* mihi: ʹ& diuertam ad dexteram vel ad ſiniſtram.

Deo omnia cõmittunt.

Tunc reſponderunt Labán & Bethuℵél, ac dixerũt, ʹA Iehouáh egreſſa eſt res *iſta*: ʺnon poſſumus loqui tibi malum vel bonum.

oues & boues, argẽtum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos.

36 Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua: dedítque illi omnia quæ habuerat.

37 Et adiurauit me dominus meus, dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum in quorum terra habito:

38 Sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorẽ filio meo. E

39 Ego verò reſpondi dño meo, Quid ſi noluerit venire mecum mulier?

40 Dominus, ait, in cuius cõſpectu ambulo, mittet Angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam: accipiéſque vxorẽ filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei.

41 Innocens eris à maledictione mea, quum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi.

42 Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meã in qua nunc ambulo,

43 Ecce ſto iuxta fontẽ aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquã audierit à me, Da mihi pauxillũ aquæ ad bibendum de hydria tua.

44 Et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier quã præparauit Dominus filio dñi mei.

45 Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cũ hydria quam portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontem, & hauſit aquã. & aio ad eam, Da mihi paululum bibere.

46 Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. bibi, & adaquauit camelos.

47 Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ reſpondit, Filia Bathuelis ſum filii Nachor, quem peperit ei Melcha. ſuſpendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. F

48 Pronúſque adoraui Dominum, benedicẽs Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem ‖ filiam fratris domini mei filio eius. Suprà 20.a.12

49 Quam ob rem ſi facitis miſericordiam & veritatem cũ domino meo, indicate mihi: ſin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram.

50 Reſpõderũtque Labã & Bathuel, A Domino egreſſus eſt ſermo: nõ poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.

---

36 Poſt ſenium eius: אחרי זקנתה poſteaquam ſenuit ipſa. i. quum iam eſſet vetula.

38 Sed אם־לא Ita tranſtulit Chaldæus paraph. & L X X interpretes.

39 Nolet, &c. ! לא תלך האשה אחרי Ad verbum, non perget mulier illa poſt me.

40 Ambulaui, התהלכתי Præt. Heb. pro præſ. vt quidã vertunt. Particulam iſtam, quidam ad probitatem & bonam conſcientiam Abrahæ referunt: alii de fiducia potius interpretantur: quòd ſcilicet Deum ſibi propoſuerit vitæ gubernatorem, ſéque illi curæ eſſe confiſus, ab eius gratia pependerit. Et accipies ולקחת vt accipias.

41 Mundus eris à iuram. m. תנקה מאלתי Id eſt abſoluéris à iuramento mihi præſtito. Eris mundus, &c. והיית וגו' Ad verbum, & eris mundus, &c. Redundat coniunctio. i. abſolutus eris ab adiuratione mea, hoc eſt non teneberis iuramento quo te adiuraui. Repetitio.

42 Si tu nunc ſecundas אם ישך־נא מצליח Ad verbum, ſi tu es nunc ſecundans. i. ſi tu velis hanc profectionem meam proſperam eſſe.

45 Antequam autem, &c. אני טרם וגו' .i. Necdum hæc tacitus apud me dixeram. Habens hydriam ſuam, &c. וכדה על־שכמה ותרד Ad verbum, & hydria eius ſuper humerum eius: & deſcendit.

46 Illa verò, &c. ותמהר וגו' Ad verbum, Et feſtinauit, & depoſuit hydriam ſuam de ſuper ſe. Vide ſuprà, verſu 20.

47 Filia cuius es? בת־מי את Cuiúſnam es filia? 48 Et benedixi Ieh. ואברך את־יהוה .i. cœpi gratias agere ipſi Iehouæ. Per viam veritatis, בדרך אמת Hebraiſmus, per viam veram & rectam. i. quæ recto me itinere perduxit.

49 Nunc igitur, ſi facitis, &c. ועתה אם־ישכם וגו' Hebraiſmus, quo humanitatem præſtare, & bona fide agere cum aliquo ſignificant. q. d. Quamobrem ſi liberaliter & ex animo daturi eſtis filiam veſtram filio heri mei. Vide ſuprà in hoc capite, verſu 26, vbi ſimilis loquutio habetur, Deo propriè conueniens. Et diuertam, &c. ואפנה על־ימין וגו' .i. abibo & faciam prout diriget mentem meam & iter meum.

50 A Iehouáh, &c. מיהוה וגו' A Iehouáh profectum eſt *hoc* negotium. Hebraiſmus, tota res iſta geritur nutu Diuino. Non poſſumus, &c. לא נוכל וגו' Phraſis Hebraica, pro, nulla ratione poſſumus tibi contradicere.

En Rebecca coram te eſt, tolle eã, & proficiſcere, & ſit vxor filii domini tui, ſicut loquutus eſt Dominus.

Quod quũ audiſſet puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum.

Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibꝰ, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratri quoque eius & matri dona obtulit.

Inito conuiuio veſcentes pariter & bibentes, manſerunt ibi. ſurgens autem mane loquutus eſt puer, Dimittite me vt vadam ad dominum meum.

Reſpõderũtque frater eius & mater, Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur.

Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum.

Et dixerunt, Vocemus puellam, & G quæramus ipſius voluntatem.

Quúmque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, Viſne ire cũ homine iſto? Quæ ait, Vadam.

Dimiſerunt ergo eam, & nutricem illius, ſeruúmque Abraham, & comites eius:

Imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicẽtes, Soror noſtra es, creſcas in mille millia: & poſſideat ſemen tuũ portas inimicorum ſuorum.

Igitur Rebecca & puellæ illius aſcenſis camelis ſequutæ ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad dominũ ſuum.

Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam quę ducit ad puteum cuius nomen eſt Viuentis & videntis: habitabat enim in terra Auſtrali.

Suprà 16.d.14

Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die. quúmque eleuaſſet oculos, vidit camelos veniẽtes procul.

Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo,

Et ait ad puerum, Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus. At illa tollẽs citò pallium ſuũ, operuit ſe.

Seruus autem cuncta quæ geſſerat, narrauit domino ſuo Iſaac.

Qui introduxit eam in tabernaculũ Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

51 En Ribcáh″corã te *eſt*, & accipe, abi, ſítq; vxor filio heri tui, quẽadmodum dixit Iehouáh.

52 Fuit autem, vt audiuit ſeruus Abrahám verba eorum, ″incuruauit ſe ſuper terram ipſi Iehouæ.

53 Protulit itaque ſeruus ille vaſa argentea, & vaſa aurea, atque veſtes, dedítque ipſi Ribcáh: pretioſa quoque *munera* dedit fratri eiꝰ, ac matri eius.

Munera ipſi Rebeccæ & parentibus ipſius offert ſeruus.

54 Comederunt ergo & biberunt, ipſe & viri qui erant cum eo, ac pernoctauerunt. ″mane autem quũ ſurrexiſſent, dixit, ′Dimittie me *ut reuertar* ad dominum meum.

55 Dixit autem frater eius, & mater, Maneat puella nobiſcum″dies *aliquot*, ſaltem decem; poſtea abibis.

56 Ille verò dixit ad eos, Ne retardetis me, quum Iehouáh ſecundauerit viam meam: dimittite *ergo* me, vt vadã ad dominum meũ.

57 Dixerunt autem, Vocemus puellam, ″& interrogemus os eius.

58 Vocauerũt ergo Ribcáh, & dixerunt ad eam, ′Víſne ire cum viro iſto? Et dixit″, Ibo.

Rogatur puellæ conſenſus.

59 Dimiſerunt itaq; Ribcáh ſororem ſuam, atque nutricem eius, ſeruum quoque Abrahám, & viros eius.

Ducitur Rebecca ad Iſaac.

60 ′Et benedixerunt Ribcáh, dixerúntque ei, ′Soror noſtra es, ſis in milia miliũ: poſſideátque ſemen tuum″portã inimicorum ſuorũ.

Benedicunt ipſi Rebeccæ parentes.

61 Surrexit itaque Ribcáh & puellæ eius, & conſcenſis camelis ″ſequutæ ſunt virum illum: ″tulítque ſeruus ille Ribcáh, & abiit.

62 Porrò Iɣſnhác″reuertebatur à veniendo à puteo Viuentis videntis me: ipſe autem habitabat in terra Meridiana.

63 Egreſſus enim erat Iɣſnhác ″ad orandum in agro, ′dum appeteret veſpera. ″qui quum attolleret oculos ſuos, vidit aduentantes camelos.

64 Suſtulit quoque Ribcáh oculos ſuos, vidítque Iɣſnhác, ″& deſcendit de camelo,

65 (″Dixerat enim ad ſeruũ, Quis *eſt* vir iſte qui venit per agrum in occurſum nobis? Reſponderat ſeruus, Is *eſt* dominus meus:) accepítque″pallium, & operuit ſe.

66 Narrauit itaque ſeruus ipſi Iɣſnhác quæcunque geſſerat.

67 ″Introduxit autem eam Iɣſnhác in tentoriũ ש Saráh matris ſuæ, ″& accepit Ribcáh, fuítque ei in vxorem, ac dilexit eam: & conſolationem accepit Iɣſnhác″poſt matrem ſuam.

Iſaac accipit Rebeccam in vxorem.

51 Coram te לפניך Id eſt præſto eſt ac in tua poteſtate.

52 Incuruauit ſe, &c. וישתחו וגו′ adorauit in terrã Iehouam. i. cœpit iterum pronus ac demiſſo vultu adorare Dominũ, & ei gratias agere.

54 Mane autem, &c. ויקומו בבוקר ויאמר Ad verbum, & ſurrexerunt mane, & dixit.

55 Dies *aliquot*, ſaltem decem, ימים או עשור Ad verbum, dies, vel decem. Quod doctus inter Hebræos exponit, annum, vel decem menſes. nam illo tempore (inquit) virginibus tempus duodecim menſium dabatur, vt curarent ornamenta: ſi autem annum dare non libebat, ſaltem decem menſes. Chaldæus paraph. tempus in tempus [id eſt aliquo tempore] vel decem menſes.

57 Et interrogemus os eius. ונשאלה את־פיה׃ Hebraiſmus, audiamus quid dictura ſit. Chaldæus paraph. inquiramus eius voluntatem.

58 Viſne ire התלכי Ad verbum, Ibiſne. Ibo. אלך׃ Volo ire.

60 Et benedixerunt ויברכו Hebraiſmus, Vale dixerunt, vel bene precati ſunt ei. Soror noſtra es, ſis, &c. אחותנו את וגו′ Sororem vocat conſanguineam. q. d. Quum ſis conſanguinea noſtra, petimus à Deo vt ſobolem copioſiſſimam tibi donet. Quidam vertunt, ſis in milia myriadum. i. creſcas in multas myriades. Portam שער .i. propugnacula vrbium inimicorum ſuorum, quæ ſolent in portis eſſe. hoc eſt, ſint hoſtibus ſuperiores. 61 Sequutæ ſunt vi. il. ותלכנה אחרי האיש Ad verbum, & iuerunt poſt hominem illum.

62 Reuertebatur בא מבוא Ad verbum, veniebat à veniendo.

63 Ad orandum לשוח Ita vertit Chaldæus paraph. Alii, ad meditandum. Nam hæc vox etiam meditari, & loqui apud ſe ſignificat, id eſt, dicere aliquid ſubmiſſa voce. Credibile eſt ex more ſeceſſum precibus fuiſſe quæſitum, quo mens omnibus auocamentis ſoluta, liberius Deo vacaret. Siue autem meditationi, ſiue precibus dare operam voluerit, Dominus læto iſto occurſu præſentiæ ſuæ ſignũ illi dedit. LXX verterunt, vt exerceret ſe. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit, ad deambulandum inter virgulta. Dum appeteret veſp. לפנות ערב Ad verbum, dum aſpiceret veſpera. Qui quum attoll. &c. וישא עיניו וגו′ Ad verbum, & eleuauit oculos ſuos, & vidit, & ecce cameli veniebant. 64 Et deſcendit, &c.׃ ותפול מעל הגמל Ad verbum, & decidit de ſuper camelum. i. deiecit ſe in terram ſua ſponte de camelo quem conſcenderat. 65 Dixerat enim ותאמר Ad verbum, Et dixit. Præteritum, quod vertendum eſſe per pluſquam perfectum admonet ex doctioribus Hebræorum alter: quòd illa de camelo non deſcendiſſet, niſi cognouiſſet virum illũ: cognoſcere autem non potuit, niſi edocta à ſeruo. Pallium, הצעיף velum. peplum. ſignificat amictum mulierum quo tegere ſolent faciem ſuam.

67 Introduxit autem eam ויביאה Deduxit autem eam. Et accepit, &c. ויקח את־רבקה וגו′ Hebraiſmus, pro Et duxit eam in vxorem. Poſt matrem ſuam. אחרי אמו׃ Id eſt mortua matre ſua. Chaldæus paraph. poſtquam mortua eſt mater ſua. q. d. temperauit dolorem quem acceperat de morte matris ſuæ.

Cap. XXV.

Abraham Ceturam ducit in vxorem.
Filii Ceturæ

1 A″Brahám verò aliam duxit vxorem nomine Ceturáh,

2 Quæ peperit ei Zimrán, & Iocשſán, & Medán, & Midián, Iשſbác, & שSúaחh.

3 Porrò Iocשſán genuit שSebá, & Dedán. Filii autem Dedán fuerunt ″Aשſſurím, & Letuשſím, & Leאummím.

4 Porrò filii Midián, ″עEpháh, & עEpher, & חHanóch, & Abidáy, & אEldayáh. omnes, iſti filii Cetu, ráh.

Iſaac datur poſſeſſio: filiis concubinarũ munera.

5 Dedítque Abrahám quæcunque habebat ipſi Iצſחhác:

6 Filiis verò concubinarum ″ſuarum dedit dona: ″& emiſit eos ab Iצſחhác filio ſuo, ipſo adhuc viuente, ad Orientem, ″ad terram Orientalem.

7 Iſti autem *ſunt* dies annorum vitæ Abrahám quos vixit, centum ſeptuaginta quinque anni.

Moritur Abraham.

8 ″Et defecit ac mortuus eſt Abrahám in ſenectute ″bona, ſenex, ″& ſaturus, ″& aggregatus eſt ad populos ſuos.

9 Sepelierunt ergo eum Iצſחhác & Iשſmaעאél filii eius in ſpelunca Machpeláh in agro עEphrón filii Sóחhar חHithæi, qui *erat* eregione Mamréא,

10 In agro *inquam* quem emerat Abrahám à filiis חHeth: ibi ſepultus eſt Abrahám & שSaráh vxor eius.

Benedicitur Iſaac à Deo.

11 ″Poſteaquam verò mortuus eſt Abrahám, benedixit Deus Iצſחhác filio eius, ″qui habitauit apud puteum Viuentis videntis me.

12 Iſtæ autem *ſunt* generationes Iשſmaעאél filii Abrahám, quē pepererat Hagár AEgyptia ancilla שSaráh ipſi Abrahám.

Genealogia Iſmaelis.

13 Hæc *ſunt* itaque nomina filiorum Iשſmaעאél ″per nomina ſua, per generationes ſuas. primogenitus Iשſmaעאél Nebaióth, & Cedár, & Adbeאél, & Mibשſám,

14 Et Miשſmáy, & Dumáh, & Maשſſá,

15 חHadár, & Themá, Ietúr, Naphíש, & Cédmah.

16 Hi ſunt filii Iשſmaעאél, & hæc nomina eorum per villas ſuas, ″& per palatia ſua, duodecim principes *ſunt* per familias ſuas.

Moritur Iſmael.

17 Hi verò *ſunt* anni vitæ Iשſmaעאél, centum triginta ſeptem anni: ″defecítq;, & mortuus eſt, aggregatúſque eſt ad populos ſuos.

18 ″Habitauerũt autē ab חHauilah vſque ad שSur, ″quæ *eſt* eregione Miצſráim, ″dum pergis in Aשſſur, ″in conſpectu omnium fratrum ſuorum mortuus eſt.

תולדות
Generationes Iſaac.

19 Hæ verò *ſunt* ″generationes Iצſחhác filii Abrahám: Abrahám ge-

Cap. XXV.

1 ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam,

2 Quæ peperit ei Zāran-, & Iecſan, & Madan, & Madiã, & Ieſboc, & Sue. 1. Para. 1. c. 32.

3 Iecſan quoque genuit Saba, & Dadan. Filii Dadan fuerũt Aſſurim, & Latuſſim, & Laomim.

4 At verò ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Henoc, & Abida, & Eldaa. omnes hi, filii Ceturæ.

5 Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac:

6 Filiis autem cõcubinarum largitus eſt munera: & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dũ adhuc ipſe viueret, ad plagam Orientalem.

7 Fuerunt autē dies vitæ Abrahæ, centum ſeptuaginta quinque anni.

8 Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæque ętatis, & plenꝰ dierum, congregatúſque eſt ad populum ſuum.

9 Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filii ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron filii Seor Hethæi, eregione Mambre,

10 Quam emerat à filiis Heth. ibi ſepultus eſt ipſe & Sara vxor eius. Suprà 23. c. 16 B

11 Et poſt obitũ illius, benedixit Deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & vidẽtis. Suprà 16. d. 14

12 Hæ ſunt generationes Iſmael filii Abrahæ, quem peperit ei Agar AEgyptia famula Saræ:

13 Et hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibꝰ ſuis. primogenitꝰ Iſmaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam, 1. Par. 1. b. 29

14 Maſma quoque, & Duma, & Maſſa,

15 Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma.

16 Iſti ſunt filii Iſmaelis: & hæc nomina per caſtella & oppida eorum, duodecim principes tribuum ſuarum.

17 Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis, centum trigintaſeptē, deficiénſque mortuus eſt, & appoſitus ad populũ ſuũ.

18 Habitauit autem ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit AEgyptum introeũtibus Aſſyrios, coram cunctis fratribus ſuis obiit.

19 Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filii Abraham: Abraham genuit C

IN CAPVT XXV.

1 Abrahám verò, &c. ויוסף אברהם וגו׳ Ad verbum, Et addidit Abraham, & accepit vxorem, & nomen eius Ceturáh.

3 Aשſſurim, &c. אשורים וגו׳ Nomina ſunt populorum qui originem traxerunt à filiis Dedan.

6 Suarum dedit dona, &c. אשר לאברהם וגו׳ Ad verbum, quæ *erant* ipſi Abraham, dedit Abraham munera. Et emiſit e. וישלחם & amandauit eos. i. ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo. Ad terram Orient. אל־ארץ קדם: Declarat quod dixerat, Ad Orientem.

8 Et defecit ויגוע Et expirauit. ſignificat leui morbo abſumptum fuiſſe, vt ſolent ſenes: id enim ſignificat גוע, quando ſcilicet aliquis abſumitur citra moram, ac intra paucos dies. Bona, טובה .i. quæ aliena erat à malis ac incommodis ſenectutis. Et ſaturus, ושבע ſub. dierum. Perfecta loquutio legitur infrà, cap. 35. d. 29, & 1. Paral. 23. a. 1, Dauid erat ſenex, & ſaturus dierum. Dicitur & plenus dierum, Iere. 6. b. 11. Senex cum pleno dierum. Et aggregatus eſt ad pop. ſ. ויאסף אל־עמיו: Hebraiſmus, mortuus eſt quemadmodum & alii, ſiue poſt alios. Hac loquutione ſtatum futuræ vitæ notari quidam volunt, contra eos qui euaneſcere hominis vitam poſt mortem, & in nihilum homines diffluere dicunt. nam reſiduum à morte facit alterius vitæ ſtatum, vt migratio è mundo non ſit totius hominis interitus.

11 Poſteaquam verò mort. eſt ויהי אחרי מות Ad verbũ, Et fuit poſt mortem. Qui habit. וישב יצחק Ad verbũ, & habitauit Iצſחhac.

13 Per nomina ſua, &c. בשמותם לתולדותם ſecundum nomenclaturas ſuas, *&* generationes ſuas. vel, in nomenclaturis ſuis, in generationibus ſuis. 16 Et per palatia ſua, ובטירותם & per caſtella ſua. vel, per oppida ſua. Alii, in palatiis ſuis.

17 Defecitque, ויגוע Vide paulo antè verſu 8. 18 Habitauerũt autem וישכנו .i. Fixerunt tentoria ſua, ſiue tẽtoriis ſuis occupauerunt totam regionem quæ eſt ab Hauila, &c. Quæ אשר ſcilicet Sur. Dum pergis in Aשſſ. בואכה אשורה .i. qua itur in Aſſyriã. In conſpectu omnium, &c. על־פני וגו׳ Hebraiſmus, pro, ſuperſtitibus omnibus fratribus mortuus eſt. ita exponit alter ex doctioribus Hebræorum, qui etiã (vt & doctus inter illos) ſubaudit גורלו ſors vel portio eius, exponẽtes, corã cunctis fratribus ſuis cecidit ſors ipſius. i. nõ procul à fratribus habitauit. Simplex videtur eſſe ſenſus, Iſmaeli datam fuiſſe habitationem eregione fratrum: vt vicinus quidem eſſet, ſuos tamen haberet diſcretos fines. Neque enim dubito quin ad oraculum reſpexerit quod ſuprà cap. 16. c. 11, legitur, vbi inter alia dicit Angelus matri eius Hagar, Coram fratribus ſuis omnibus figet tabernacula. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit vt vertit noſter interpres.

19 Generationes תולדות Ab hoc verſu Hebræi ſextam huius primi libri Moſis ſectionem incipiũt, quam ab hac ſecunda dictione verſus denominant תולדות .i. Generationes.

Iſaac. nuit Iʏſnhác.

Qui quum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban.

20 Erat autem Iʏſnhác′quadragenarius quando accepit Ribcáh filiam Bethuʏél Aramæi″de Padán Arám, ſororem Labán Aramæi, ſibi ″in vxorem.

Deprecatúſqꝫ eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptũ Rebeccæ.

21 Et orauit Iʏſnhác Iehouam ′pro vxore ſua, quia ſterilis erat: ″& complacuit ei Iehouáh, concepit itaque Ribcáh vxor eius. — Iſaac orat ſibi dari prolem. — Concipit Rebecca.

Sed collidebãtur in vtero eius paruuli. quæ ait, Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit me cõcipere? Perrexitque vt conſuleret Dominum.

22 Collidebãt autẽ ſeſe filii in vtero eius:′propterea dixit, Si ita, vt quid ego? Perrexit igitur″ad interrogandum Iehouam. — Rebecca Deum conſulit.

Qui reſpondens ait, ‖Duę gẽtes ſũt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populúſque populum ſuperabit: ‖& maior ſeruiet minori.

23 Dixítque Iehouáh ad eam, Duæ gentes *ſunt* in vtero tuo, & duo populi de viſceribus tuis diuidentur: populus autem′populo robuſtior erit, & maior ſeruiet minori. — Hæc Paulus exponit ad Romanos 9.c.10

Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti ſũt.

24 Quum autẽ impleti eſſent dies eius vt pareret,′inuenti ſunt gemini in vtero eius.

D

Oſee 12.a.3 — ‖Qui prim⁹ egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis, hiſpidus: vocatúmque eſt nomen eius Eſau.

25 Et egreſſus eſt prior rufus, totus ipſe veluti palliũ,′piloſus: vocauerúntque nomen eius yEϣſáu. — Eſau.

Math. 1.a.2 — ‖Protinus alter egrediens, plãtam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. ſexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei paruuli.

26 Poſtea autem egreſſus eſt frater eius, & manus eius tenebat calcaneum yEϣſáu:′ideo vocatũ eſt nomen eius Iayacób. porrò Iʏſnhác erat ſexagenarius″quando ipſa peperit eos. — Iacob.

Quibus adultis factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autẽ vir ſimplex habitabat in tabernaculis.

27 ′Creuerũt itaque pueri illi, & fuit yEϣſáu peritus venationis, ′agreſtis: Iayacób verò erat vir′ſimplex habitans in tabernaculis. — Eſau venator agricola: Iacob ſimplex.

Iſaac amabat Eſau, eo quòd de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob.

28 Dilexítque Iʏſnhác ipſũ yEϣſáu, quia′venatio in ore eius: Ribcáh verò diligebat Iayacób.

Coxit autem Iacob pulmẽtum: ad quem quum veniſſet Eſau de agro laſſus,

29 Coxit autem Iayacób′pulmentum: & regreſſus eſt yEϣſáu ex agro, erátque laſſus: — Eſau vendit primogenita.

Ait, Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum. quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius ‖Edom.

Abd. a.3 — 30 Et dixit yEϣſáu ad Iayacób, Da mihi vt comedam quæſo de ruffo, rufo iſto: laſſus ſum. Idcirco′vocauit nomen eius ℵEdóm. — Edom.

Cui dixit Iacob, Vẽde mihi primogenita tua.

31 Reſpondit Iayacób, Vende″hodie hoc tempore′primogeniturã tuam mihi.

Ille reſpondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita?

32 Et dixit yEϣſáu, En ego′vado vt moriar, ad quid ergo mihi primogenitura?

Heb. 12.d.16 — Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, ‖& vendidit primogenita.

33 Et ait Iayacób, Iura mihi″hodie. Et iurauit ei, vendidítque primogenituram ſuam ipſi Iayacób.

Et ſic accepto pane & lentis edulio

34 Iayacób ergo dedit yEϣſáu panem, & pulmentum lenticularũ,

20 Quadragenarius בן ארבעים שנה Ad verbũ, filius quadraginta annorum. De Padán Arám, מפרן ארם de Meſopotamia Syriæ. Alii, de regione Syriæ. vt פדן idem ſit quod שדה *ſade*, quod terrã ac regionẽ ſignificat. In vxorẽ. : לאשה Iſtud iungendũ eſt verbo præcedẽti, ſic, quando accepit ſibi in vxorẽ Ribcah, &c. 21 Pro vxore ſ. לנכח אשתו Sunt qui vertant, præſente vxore: ac intelligũt hoc ideo factum vt ipſa quoque adderet ſuas preces, vt coniunctim Deo ſupplicarent. Ita doctus inter Hebræos. ſed altera verſio eſt ſimplicior. Alter quidam Hebræorum vertit, contra vxorem ſuam, ſiue eregione vxoris ſuæ. Ipſe enim (inquit) orabat in vno angulo pro vxore, & illa in altero ſimiliter. Et complacuit ei Ieh. ויעתר לו יהוה & exoratus eſt ab eo Iehouáh. i. Iehouáh exaudiuit eum.

22 Propt. dixit, &c. ותאמר אם־כן וגו׳ Ad verbum, & dixit Si, &c. Conciſa oratio, pro, Si ſic futurum erat, nempe vt paruuli ſeſe colliderent in vtero, adquid ego concepi. i. quid mihi proderit cõcepiſſe? Ad interrogandum לדרוש vt conſuleret. nempe vt ſciret quid hoc rei eſſet, & quid ſignificaret talis pugna. 23 Populo robuſtior erit, יאמץ מלאום populo fortior erit. id eſt alter alterum ſuperabit.

24 Inuenti ſunt gemini והנה תומים Ad verbum, & ecce gemini *erant*. i. peperit gemellos. 25 Piloſus: שער hiſpidus.

26 Ideò vocatũ eſt ויקרא Ad verbũ, & vocauit. ſub. is qui ei nomen indidit. i. vocauerunt. Quando ipſa peperit e. : בלדת אותם Locũ non obſcurum habes ſuprà cap. 16.d.16. 27 Creuerunt itaque ויגדלו Adoleuerunt itaque. Agreſtis: איש שדה Ad verbum, vir agri. i. qui libẽter verſabatur in agro, procul ab vrbe. Simplex תם Hæc dictio pro integro & ſincero vtplurimũ accipitur: ſed hîc referri debet ad antitheſin. poſtquam Eſau robuſtum fuiſſe, & venationi addictum, virúmque agreſtem retulit: ingenium Iacob opponit, manſuetum & ſimplex: quia domi quietem coleret, vt potuerit videri ignauus qui domi reſes, induſtriæ ſuæ ſpecimen non proferret.

28 Venatio in ore eius: ציד בפיו Hebraiſmus, quem LXX ſic vertunt, venatio illius, cibus ei. Chaldæus paraph. vertit, eo quòd de venatione illius Veſceretur. ſic & Vetus interpres & quidam Hebræorum. Ex doctioribus illorum alter, annotat deeſſe verbum, afferebat, vel dabat: vt ſæpe deſunt verba Hebræis, Quia afferebat, vel dabat venationem in os eius. Alii ſubintelligunt verbum ſubſtantiuum Erat, Quia erat in ore eius venatio. Idem ſemper ſenſus Hebraiſmi, ipſum Iacob guſtu ferinæ carnis fuiſſe inductum vt amaret Eſau, qui eam illi venabatur & apparabat, vt videmus ex verſu 31, capitis 27. 29 Pulmentum: נזיד Ad verbum, coctum. vel coctionem.

30 Vocauit קרא ſub. is qui ei nomen indidit. Alii, vocatum eſt nomen eius.

31 Hodie hoc tẽ. כיום Ad verbum, iuxta hũc diem. i. præſenti tẽpore, hoc eſt iamiam & abſque vlla dilatione. Primogenituram t. את־בכורתך ius primogenituræ tuæ. Primogenitura, vt aiũt Hebræi, fuit ſucceſſio in dignitate patris, & principatu, atque honore eius, & quòd authoritatẽ haberet in minores, ita vt minores illius fratres conſurgerẽt à conſpectu eius, & miniſtrarent illi ſicut filii patri. Vide caput ſequens, verſu 29. & 37. Alii exiſtimant primogenitum accepiſſe ex bonis paternis duas portiones, ſacerdotium & regnum. Primogenitura etiã vitam æternam ſpectabat. 32 Vado vt moriar, הולך למות vado ad moriendum. Mortis ſenſu eum tactum fuiſſe præ fame, ex his verbis quidam colligunt: & ſcribunt eos falli qui ſic accipiunt eius verba, Ecce morior, acſi diuturnæ vitæ ſe fore negaret, quia venãdo quotidie feris obiectus, verſaretur in diſcrimine. quum potius, vt præſentem mortem effugiat, primogenitura cibum redimat. neque tamen ideo deſinat grauiter peccare, dum primogenituram nihili æſtimat, niſi in hac vita profit. nam hinc fit vt ſpirituale bonũ terreno & caduco permutet. Qua ratione vocat eum Apoſtolus profanum, ad Hebræos 12.d.16, vtpote qui in præſenti vita ſubſidens, altius non aſpiret.

33 Hodie: כיום Vide paulo antè verſu 31.

qui comedit ac bibit, ſurgénſque abiit: ac *ita* contẽpſit ỿ Ewſáu primogenituram.

Cap. XXVI.

Deus in media fame benedicit & paſcit Iſaac.

1 ʹFVit autem fames in terra præter famem priorem quæ fuerat in diebus Abrahám: perrexit itaque Ixſnhác ad Abimélech regem Peliwſthím in Gerár.

2 ʹViſus enim fuerat ei Iehouáh, & dixerat, Ne deſcẽdas in Mixſráim, ſed habita in terra quam dixero tibi.

Iſaac promittitur Chanaan.

3 Inhabita ergo terram hanc, & ero tecum, benedicãque tibi: quia tibi & ſemini tuo dabo omnes terras iſtas, ʹſtatuámque iuramentũ quod iuraui ad Abrahám patrem tuum.

Chriſtus.

4 Multiplicabo quoq; ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cæli, dabóq; ſemini tuo, oẽs terras iſtas: & benedicẽtur in ſemine tuo oẽs gẽtes terræ.

5 Eo quòd obediuerit Abrahám voci meæ, & cuſtodierit ʹcuſtodiam meam, præcepta mea, ſtatuta mea, & leges meas.

6 Habitauit itaque Ixſnhác in Gerár.

Iſaac vxorem ſuam, dicit eſſe ſororem.

7 Interrogauerunt autem viri loci illius ʹde vxore ſua. Qui reſpõdit, Soror mea eſt. timuit enim dicere, Vxor mea eſt: ʹne fortè occidant me viri loci illius ꝓpter Ribcáh, quia ʹpulchra aſpectu erat.

8 ʹAccidítque quum aliquãdiu illic immoratus eſſet, vt aſpiceret Abimélech rex Peliwſthím per feneſtrã, ʹviderétque Ixſnhác ludentem cum Ribcáh vxore ſua.

9 Vocauit ergo Abimélech Ixſnhác, & dixit, En verè vxor tua eſt: quomodo ergo dixiſti, Soror mea eſt? Et reſpondit ad eũ Ixſnhác, ʹQuia dixi, Ne fortè moriar propter eam.

10 Dixítque Abimélech, ʹQuid hoc *eſt quod* feciſti nobis? paulum abfuit quin dormierit ʹvnus è populo cũ vxore tua, ʹ& induxiſſes ſuper nos delictum.

Maxima Dei cura de Iſaac & eius vxore.

11 Præcepit itaque Abimélech vniuerſo populo, dicens, Qui tetigerit hominem iſtum, ʹaut vxorem eius, ʹmoriendo morietur.

12 Seuit autem Ixſnhác in terra illa, inuenítque eo anno ʹcentum modios: ʹ& benedixit ei Iehouáh.

13 ʹCreuit itaque vir ille, ʹ& promouit promouẽdo & creſcendo, donec creuerit valde.

14 Fuítque illi ʹpoſſeſſio pecudum & poſſeſſio boum, ʹ& famulitiũ multum: inuiderunt ergo ei Peliwſthím.

Puteos Iſaac obturãt Palæſthini, & eũ expellunt.

15 Et omnes puteos quos foderant ſerui ʹAbrahám patris ſui tempore illius, obturauerunt Peliwſthím, & impleuerunt eos terra.

16 Dixítque Abimélech ad Ixſnhác, Diſcede à nobis, quia ʹmulto fortior es nobis.

comedit, & bibit, & abiit, paruipendens quòd primogenita vendidiſſet.

Cap. XXVI.

1 ORta autem fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Iſaac ad Abimélech Regem Palæſthinorũ in Gerara.

2 Apparuitque ei Domin⁹, & ait, Ne deſcendas in AEgyptum, ſed quieſce in terra quam dixero tibi.

3 Et peregrinare in ea, eróque tecũ, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, ‖complens iuramentum quod ſpopõdi Abraham patri tuo.

Suprà 13.d.15, & 15.d.18

4 Et multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cæli: dabóque poſteris tuis vniuerſas regiones has, & ‖& benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ:

Suprà 12.a.3, & 18.c.8, & 22.d.17 infrà 28.c.14

5 Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legéſque ſeruauerit.

B

6 Manſit itaque Iſaac in Geraris.

7 Qui quũ interrogaretur à viris loci illi⁹ ſup vxore ſua, reſpõdit, Soror mea eſt. timuerat enim cõfiteri ꝙ ſibi eſſet ſociata cõiugio: reputãs, ne fortè ĩterficerent eũ ꝓpter illius pulchritudinẽ.

8 Quúmque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech rex Palæſthinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua.

9 Et accerſito eo, ait, Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eã ſororem tuam eſſe? Reſpõdit, Timui ne morerer propter eam.

10 Dixitque Abimélech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum.

C

11 Præcepitque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorẽ, morte morietur.

12 Seuit autẽ Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum: benedixitque ei Dominus.

13 Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt.

14 Habuitque poſſeſſiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum: ob hoc inuidentes ei Palæſthini.

15 Omnes puteos quos foderant ſerui patris illius Abrahã illo tempore, obſtruxerunt, implentes humo:

D

16 Intantum vt ipſe Abimélech diceret ad Iſaac, Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde.

IN CAPVT XXVI.

1 Fuit autem fames ויהי רעב Exorta autem eſt fames. Cœpit autem graſſari fames.

2 Viſus e. fue. ei וירא אליו Apparuerat enim ei. 3 Statuámque והקימותי ſtabiliámque. vel, confirmabo. hoc eſt, implebo quod iureiurãdo pollicitus ſum ipſi Abraham. 5 Cuſtodiã meam, משמרתי Hebraiſmus, mandata mea quæ mãdaui cuſtodienda. Seipſum mox exponit quum dicit, præcepta mea. 7 De vxore ſua. לאשתו ſub. quænam eſſet. Ne fortè occid. me פן יהרגני multa ſubaudienda, cuiuſmodi, Dicebat enim in corde ſuo, Non dicam eam eſſe vxorem meam, ne occidant me. Pulchra aſpectu טובת מראה Idem de Sara dicitur ſuprà cap. 12. c. 11, vbi & de fame ſit mentio, quæ accidit temporibus Abrahæ.

8 Accidítque, &c. ויהי וגו׳ Ad verbum, Et factum eſt, quando prolongati ſunt ei illic dies, & aſpexit. Viderétque, &c. וירא וגו׳ Ad verbum, & vidit, & ecce Iſaac ludebat. vel iocabatur. aut ridebat. 9 Quia dixi, כי אמרתי ſub. apud me, ita, Ne, &c. i. cogitaui.

10 Quid hoc *eſt*, &c. מה־זאת עשית לנו Similia vide ſuprà cap. 12. d. 18, & 20. c. 9. q. d. Quanto periculo expoſuiſti nos? Legi poteſt, Cur hoc feciſti nobis? Vnus è populo אחד העם Chaldæus paraph. qui primarius eſt in populo. i. ego qui primas teneo in hac gẽte. Et induxiſſes, &c. והבאת וגו׳ Ad verbum, & venire feciſſes ſuper nos peccatum. Hebraiſmus, feciſſes nos grauiſſimè peccare ac delinquere.

11 Aut vxorem e. ובאשתו Hic ו pro aut poſitum. Moriendo mor. מות יומת Hebraiſmus, confeſtim occidetur. vel, proculdubio morti adiudicabitur. 12 Centum modios: מאה שערים centum menſuras. i. centuplum. hoc eſt, centies tantum quantum ſeminauerat. Alii vertunt, centum æſtimationes. i. centies tantum quantum æſtimauerat. in idem recidit. Et benedixit ei ויברכהו benedixerat enim ei. i. locupletauerat eum. Hic apertè declaratur quid benedicere vtplurimum ſignificet in Sacris literis.

13 Creuit itaque ויגדל Auctus eſt itaque. ſub. magnis opibus. Et promouit, &c. וילך הלוך וגדל Ad verbum, & perrexit pergendo, & creſcebat. Hebraiſmus, multum promouit, ac ſubinde maior ac locupletior factus eſt.

14 Poſſeſſio pec. &c. מקנה־צאן וגו׳ grex ouium & armentum boum. Et famulitium ועבודה Significat ſeruos & ancillas. ſignificat & prouentum qui obuenit ex cultura terræ: & comprehendit agros, vineas, hortos, pomeriáque. ita docti inter Hebræos.

15 Abraham patris, &c. אביו בימי וגו׳ Ad verbum, patris ſui, in diebus Abraham patris ſui, obturauerunt.

16 Multo fortior, &c. עצמת וגו׳ multo potentior. Ad verbum, fortificatus es pluſquam nos valde. i. virtute & opibus ſuperas ac vincis.

Et ille diſcedens vt veniret ad torrētem Geraræ, habitarétque ibi: 17

Rurſũ fodit alios puteos, quos foderāt ſerui patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim obſtruxerant Philiſthiim: appellauitque eos eiſdem nominibus quib⁹ antè pater vocauerat. 18

Foderúntque in torrēte, & repererunt aquam viuam. 19

E Sed & ibi iurgium fuit paſtorũ Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicētiũ, Noſtra eſt aqua: quam ob rem nomē putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam. 20

Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati ſunt: appellauitque illum Inimicitias. 21

Profectus inde fodit alium puteũ, pro quo non contenderũt: itaque vocauit nomen eius Latitudo, dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram. 22

Aſcendit autem Iſaac ex illo loco in Berſábee, 23

Vbi apparuit ei Domin⁹ in ipſa nocte, dicens, Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecũ ſum: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham. 24

Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum: præcepitque ſeruis ſuis vt foderent puteum. 25

Ad quem locum quum veniſſent de Geraris Abimélech, & Ochozath amicus illius, & Phichol dux militum, 26

Loquutus eſt eis Iſaac, Quid veniſtis ad me hominem quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? 27

Qui reſponderunt, Vidimus tecum eſſe Dominũ: & idcirco nos diximus, Sit iuramētum inter nos, & ineamus fœdus: 28

Vt non facias nobis quicquam mali, ſicut & nos nihil tuorũ attigimus, nec fecimus quod te læderet, ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini. 29

Fecit ergo eis conuiuium: & poſt cibum & potum 30

Surgentes mane, iurauerũt ſibi mutuò: dimiſitque eos Iſaac pacificè in locum ſuum. 31

Ecce autē venerunt in ipſo die ſerui Iſaac annũtiantes ei de puteo quē foderant, atque dicentes, Inuenimus aquam. 32

Vnde appellauit eum Abundantiā: & nomen vrbi impoſitum eſt Berſábee, vſque in præſentem diem. 33

Eſau verò quadragenarius duxit vxorē Iudith filiam Beeri Hetthæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci. 34

17 Abiit ergo illinc Ixſnhác, & fixit tentoria in valle Gerár, habitauítque ibi.

Benedicit Deus ipſi Iſaac, dans ei diuitias.

18 'Et rurſũ Ixſnhác fodit puteos aquæ, quos foderāt in dieb⁹ Abrahā patris ſui, quóſq; obſtruxerāt Peliשſtī mortuo Abrahā, "& vocauit eos nominibus iuxta ea nomina quibus vocauerat pater ſuus.

19 Foderunt itaque ſerui Ixſnhác in ea valle, & inuenerunt illic puteum aquæ viuæ.

Alios puteos fodit.

20 Iurgati ſunt autem paſtores Gerár cum paſtoribus Ixſnhác, dicentes, Noſtra eſt aqua: propterea vocauit nomē *eius* putei, yEשſec, quòd "iurgati eſſent cum eo.

21 Foderunt quoque puteum alium; & contenderunt etiam ſuper eo: vocauit ergo nomen eius שSitnáh.

22 'Et tranſtulit ſeſe inde, fodítque puteum alium, & non ſunt iurgati ſuper eo: propterea vocauit nomen eius Renhobóth, & dixit, Nunc enim "dilatauit Iehouáh nobis, "& creuimus in terra.

Gratiarum actio

23 Aſcendit autem inde in Benxer-שſébay.

24 Et viſus eſt ei Iehouáh "nocte ipſa, & dixit, Ego ſum Deus Abrahám patris tui, *propterea* ne timeas, quia tecum ſum, & benedicam tibi, atque multiplicabo ſemē tuum propter Abrahā ſeruũ meũ.

Cōſolatur ipſum Iſaac Deus.

25 Extruxit itaque illic altare, & inuocauit nomen Iehouæ, tetēdítque ibi tabernaculũ ſuũ: deinde foderunt ibi ſerui Ixſnhác puteũ.

Iſaac Deum inuocat.

26 Abimélech autem perrexit ad eum ex Gerár, '& Anhuzáth *qui erat* ex amicis eius, & Pichól princeps exercitus eius.

27 Et dixit ad eos Ixſnhác, Cur veniſtis ad me, quum vos odio habeatis me, "& emiſeritis me ne *eſſem* vobiſcum?

28 Qui reſponderunt, "Videndo vidimus quòd eſſet Iehouáh tecũ, & diximus, "Sit nunc iuramentum inter nos, inter nos *inquam* & inter te, percutiemúſque fœdus tecum:

Abimélech init fœdus cũ Iſaac.

29 'Vt nō facias nobis malum, quemadmodum nō tetigimus te, "& quemadmodum fecimus tibi tantummodo bonum, atque dimiſimus te in pace: "tu nunc *es* benedictus Iehouæ.

30 Fecit itaque eis conuiuium, & ederunt atque biberunt.

31 Surgentéſque ſummo mane, iurauerunt "alter alteri: & dimiſit eos Ixſnhác, qui abierunt ab eo in pace.

32 'Eo ipſo die venerunt ſerui Ixſnhác, & nuntiauerunt ei "de puteo quem foderant: dixerúntque ei, 'Inuenimus aquam.

33 Et vocauit eum שSibyáh: idcirco nomen vrbis illius *eſt* "Benxer-שſébay vſque ad diem hanc.

Berſabee vrbs.

34 Quum autem yEשſáu eſſet quadragenarius, accepit vxorem Iehudíth filiam Benxerí Hitthæi, & Boשſmáth filiā אElón nHitthæi.

Digamia Eſau.

18 Et rurſum, &c. וישב וגו' Ad verbũ, Et reuerſus eſt Iſaac, & fodit. Hebraiſmus quem reddidit interpres, Duo verba copulata coniunctione ו, quorum alterum conuertitur in aduerbium Latinis. Et vocauit eos, &c. ויקרא וגו' Hebraiſmus, pro, & indidit illis nomina iuxta ea nomina quæ impoſuerat eis pater ſuus. 20 Iurgati eſſent, &c. התעשקו עמו: contendiſſent cum ipſo. ſub. Iſaac. Nam yEשſec ſignificat iurgium, rixam, contentionem, controuerſiam.

22 Et tranſt. ſeſe inde, ויעתק משם Et profectus eſt illinc. i. Cōceſſit alió. vel vt verbum ſit tranſitiuũ, Et tranſtulit. ſub. tabernaculũ ſuũ. Dilatauit הרחיב, i. eduxit nos de anguſtia in qua eramus, in latitudinē: hoc eſt plurimũ fauit nobis. Et creuimus ופרינו. Quidā per futurũ vertunt, idcirco multiplicabimur. vel creſcemus in hac regione. 24 Nocte ipſa, בלילה ההוא qua ſcilicet aſcendit in Beerſeba.

26 Et Anhuzáth, &c. ואחזת מרעהו Quidam Hebræorum, atque etiā Chaldæus paraph. tanquam appellatiuum vertunt, & nomen alterum ſingulare per plurale, ſic, & turma [comitatus, ſocietas] amicorum eius. ſic dicta ab אחז apprehēdit, tenuit: quòd qui cōcomitantur principem, nunquam diſcedant ab eo, ſed quaſi eum teneant. Similem prorſus hiſtoriam habes ſuprà cap. 21. c. 22.

27 Et emiſeritis, &c. ותשלחוני מאתכם: & expuliſtis me à vobis. i. è patria veſtra.

28 Videndo vid. ראו ראינו. i. Certò percepimus tibi fauere Deum. Hebraiſmus. Sit nunc iur. &c. תהי נא וגו'. Chaldæus paraph. Confirmemus nunc inter nos & te iuramentum quod fuit inter Patres noſtros. q. d. Magna fuit cōcordia inter Patres noſtros: ſit ergo & inter nos concordia talis ac tanta. 29 Vt non facias אם תעשה Ad verbum, Si facies nobis, &c. i. Iura te non illaturum nobis iniuriam: quemadmodum nos non læſimus te, iura etiam te nunquam læſurum nos. Et quemadmodum, &c. וכאשר עשינו וגו'. i. neque fecimus tibi quicquā niſi quod bonũ & æquum. Tu nũc *es*, &c. אתה עתה וגו'. *nā* tu es benedictus à Iehouáh. i. iā cognoſcimus te diligi à Deo.

31 Alter alteri: איש לאחיו Ad verbũ, vir fratri ſuo. 32 Eo ipſo die ven. ויהי ביום וגו' Ad verbum, Et fuit in die illo, & venerunt. De puteo על אודות הבאר Ad verbum, ſuper negotiis putei. i. de negotio putei. Inuenimus aquam. מצאנו מים: i. iam peruenimus ad aquam in eo puteo quem fodimus. 33 Benxer-שſébay באר שבע Vide ſuprà cap. 21. d. 31. Puteus dedit nomen vrbi.

35 'Et irritabant ſpiritum Ixſnhác & 'Ribcáh.

Cap. XXVII.

Iubet Iſaac Eſau ſibi ex venatione coquere pulmentum.

1 FVit autem quum ſenuiſſet Ixſnhác, & caligaſſent oculi eius ita vt non videret, vocauit yEẇſáu filium ſuum maiorem *natu*, & dixit ei, Fili mi? Qui reſpondit, Ecce me.

2 Et dixit, Ecce iam ſenui, neque ſcio diem mortis meæ.

3 Nunc igitur cape quæſo 'inſtrumenta tua, 'pharetram tuam & arcum tuum, atque egredere in agrum, & venare mihi venationē.

4 Fácque mihi "cibos "quemadmodum "diligo, & affer mihi, ac comedam, "vt benedicat tibi anima mea antequam moriar.

Iacob per aſtutiā matris præripit benedictionem Eſau.

5 Ribcáh verò audierat dum loqueretur Ixſnhác ad yEẇſáu filiū ſuum: diſceſſerátque yEẇſáu in agrum, vt venaretur venationem "quam afferret.

6 Ribcáh igitur dixit ad Iayacób filium ſuum in hunc modum, En audiui patrem tuum loquentem ad yEẇſáu fratrem tuum, *ac* dicentem,

7 Affer mihi venationem, & fac mihi cibos, vt comedam, & benedicam tibi "coram Iehouáh antequam moriar.

8 Nunc ergo fili mi, obedi voci meæ in eo quod præcipio tibi.

9 Vade quæſo ad gregem, & cape mihi illinc duos hœdos caprarū optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quēadmodum diligit.

10 Offeréſque patri tuo, & comedet, *in* hoc vt benedicat tibi antequam moriatur.

11 Dixit autem Iayacób ad Ribcáh matrē ſuam, Ecce yEẇſáu frater meus homo piloſus eſt, & ego homo "lenis:

12 Fortè attrectabit me pater meus, "& putabit me velle ſibi illudere: atque *ita* inducā ſuper me maledictionem & non benedictionē.

13 Cui reſpōdit mater ſua, Super me *ſit* maledictio tua fili mi: "veruntamen obedi voci meæ, & vade, cape mihi.

14 Abiens itaque, tulit, atque attulit matri ſuæ: & præparauit mater eius cibos 'quemadmodum diligebat pater eius.

15 Accepítque Ribcáh veſtes yEẇſáu filii ſui maioris *natu* "elegantiores, quæ èrant apud ſe in domo, & induit *illis* Iayacób filium ſuum minorem:

16 Et pelles hœdorum caprarum 'circumpoſuit manibus eius & lenitati colli eius.

17 Ac tradidit cibos & panem, quos parauerat in manu Iayacób filii ſui.

18 Venit itaque ad patrem ſuum, & dixit, Pater mi? Qui reſpōdit, Ecce me. Quiſnam es fili mi?

19 Dixítq; Iayacób patri ſuo, Ego ſū yEẇſáu primogenitus tuus, feci quemadmodum dixiſti mihi: ſurge quæſo, ſede, & comede de venatione mea, "vt benedicat mihi anima tua.

35 ¶Quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccę. Infrà 27.g.46

XXVII.

1 SEnuit autem Iſaac, & caligauerūt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Eſau filium ſuum maiorē, & dixit ei, Fili mi, Qui reſpondit, Adſum.

2 Cui pater, Vides, inquit, quòd ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ.

3 Sume arma tua, pharetram & arcū, & egredere foras. qúumque venatu aliquid apprehenderis,

4 Fac mihi inde pulmentū, ſicut velle me noſti, & affer vt comedā: & benedicat tibi anima mea antequam moriar.

5 Quod quum audiſſet Rebecca, & ille abiiſſet in agrum vt iuſſionem patris impleret,

6 Dixit filio ſuo Iacob, Audiui patrē tuum loquētem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei,

7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. B

8 Nunc ergo fili mi acquieſce conſiliis meis:

9 Et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciā ex eis eſcas patri tuo, quib⁹ libēter veſcitur:

10 Quas quū intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur.

11 Cui ille reſpondit, Noſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis:

12 Si attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione.

13 Ad quem mater, In me ſit, ait, iſta maledictio fili mi: tantùm audi vocē meam, & pergens affer quæ dixi.

14 Abiit, & attulit, deditque matri. parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrem illius.

15 Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum:

16 Pelliculáſque hœdorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. C

17 Deditque pulmentū, & panes quos coxerat, tradidit.

18 Quibus illatis, dixit, Pater mi? At ille reſpondit, Audio: quis es tu fili mi?

19 Dixitque Iacob, Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti mihi: ſurge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.

35 Et irritabāt ſpiritum, &c. ותהיין מורת רוח וגו' Ad verbum, Fuerúntque amaritudo animi ipſi Iſaac & Rebeccæ. hoc eſt, Iſtæ mulieres fuerunt immorigeræ & inobedientes ipſi Iſaac & Rebeccæ, propterea affecti ſunt Iſaac & Rebecca amaritudine animi. In hac ſignificatione erit מורת à מרר. Alii deducunt à מרה, & vertunt, fuerúntque rebelles animo. id eſt animo rebelli & contumaci ac proteruo. q.d. Et fuit vnaquæque earum rebellis animo erga Iſaac & Rebeccam.

IN CAPVT XXVII.

3 Inſtrumenta tua, כליך Ad verbum, vaſa tua. id eſt inſtrumenta. qualia fuerint, mox declarat, Pharetram, &c. Pharetram tuam תליך gladium tuum. vtrunque ſic dicitur, quòd ſuſpendatur è zona.

4 Cibos מטעמים pulmenta. fercula, ſapida ſcilicet. Diligo, אהבתי Præt. Heb. pro præſ. i. quibus libenter veſcor. Vt benedicat tibi anima mea בעבור תברכך נפשי Hebraiſmus, vt benedicam tibi ex animo, vt exanimo bene tibi precer.

5 Quam afferret. : להביא Ad verbum, vt faceret venire. ſub. patri ſuo.

7 Coram Iehouáh לפני יהוה .i. etiam Domino inſpectante ac vidente. vel, vt omnia fœlicia imprecer tibi dari à Deo.

11 Lenis. : חלק glaber. non piloſus. 12 Et putabit, &c. והייתי וגו' Ad verbum, & ero in oculis eius ſicut illuſor: vel, illudens. i. videbor illi impoſtor, vel ſimilis impoſtori. 13 Veruntamen אך tantúm.

14 Quemadmodum dilig. כאשר אהב Præt. Heb. vertendum per præt. imperf. id eſt quibus delectabatur.

15 Elegantiores, החמודות Ad verbum, deſiderabiles. deſideratas. concupiſcibiles.

16 Circumpoſuit הלבישה Ad verbū, veſtiuit. i. in morem veſtis aptauit ſuper manus eius & ſuper glabritatem, ſiue lenitatem colli eius.

19 Vt benedicat, &c. : בעבור תברכני נפשך Vide ſuprà verſu 4.

20 Rurſúmqꝫ Iſaac ad filiũ ſuum,Quo modo,inquit,tã citò ĩuenire potuiſti, fili mi?Qui reſpõdit,Volũtas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebã.

21 Dixitque Iſaac,Accede ad me,vt tãgam te fili mi, & probem vtrũ tu ſis filius meus Eſau,an non.

22 'Acceſſit ille ad patrem : & palpato eo,dixit Iſaac,Vox quidẽ, vox Iacob eſt:ſed manus,manus ſunt Eſau.

23 Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant.benedicens ergo illi,

D 24 Ait,Tu es filius meus Eſau?Reſpõdit,Ego ſum.

25 At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua,fili mi,vt benedicat tibi anima mea.Quos quũ oblatos comediſſet,obtulit ei etiam vinum.quo hauſto,

26 Dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi oſculum,fili mi.

27 Acceſſit, & oſculatus eſt eũ. ſtatímque vt ſenſit veſtimẽtorum illius fragrantiam,benedicens illi,ait, Ecce odor filii mei ſicut odor agri cui benedixit Dominus.

Hebr.n.d.20

28 Det tibi De⁹ de rore cæli,& de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini.

29 Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus : eſto dominus fratrum tuorum,& incuruẽtur ante te filii matris tuæ.qui maledixerit tibi,ſit ille maledictus:& qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur.

E 30 Vix Iſaac ſermonem impleuerat,& egreſſo Iacob foras,venit Eſau,

31 Coctóſque de venatione cibos intulit patri,dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filii tui:vt benedicat mihi anima tua.

32 Dixitque illi Iſaac, Quis enim es tu? Qui reſpõdit,Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau.

33 Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltrà quàm credi poteſt admirans, ait, Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus,prius quàm tu venires?benedixiqꝫ ei,& erit benedictus.

34 Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugiit clamore magno: & conſternatus ait, Benedic etiam & mihi, pater mi.

35 Qui ait,Venit germanus tuus fraudulẽter,& accepit benedictionẽ tuã.

F 36 At ille ſubiunxit, Iuſtè vocatum eſt nomẽ eius Iacob: ſupplantauit enim me en altera vice:[primogenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam. Rurſúmque ad patrem, Nunquid non reſeruaſti, ait,& mihi benedictionem?

Suprà 25.d.26

20 Dixit autem Ixſnhác filio ſuo,'Quid hoc,quòd tã citò inueniſti, fili mi? Qui ait,Quia occurrere fecit Iehouáh Deus tuus'corã me.

21 Dixítque Ixſnhác ad Iayacób, Accede nunc, '& palpabo te, fili mi,nunquid ſis'ipſe filius meus yEwſáu an non.

22 Acceſſit itaq; Iayacób ad Ixſnhác patrem ſuum, & palpauit eũ: tunc dixit,Vox,vox Iayacób:& manus,manus yEwſáu.

23 Et nõ agnouit eum: quia erãt manus eius ſicut manus yEwſáu fratris ſui,piloſæ:& benedixit ei.

24 Dixítque,"Túne es ipſe filius meus yEwſáu?Reſpondit,Ego.

25 Et dixit,Admoue mihi,vt comedam de venatione filii mei,vt benedicat tibi anima mea. Admouit itaque ei, & comedit. attulit quoque ei vinum,& bibit.

26 Dixítque ad eum Ixſnhác pater eius, Accede quæſo nunc,& oſculare me,fili mi.

Oſculatur filium ſuum Iſaac.

27 Acceſſit itaque,& oſculatus eſt eum : odoratúſque eſt odorem veſtimẽtorum eius,& benedixit ei, dixítque,'Vide,odor filii mei *eſt* ſicut odor agri "cui benedixit Iehouáh.

28 Det igitur tibi Deus 'de rore cæli, & de pinguedinib⁹ terræ,atque abundantiam frumenti & vini noui.

Iſaac benedicit ipſi Iaacob.

29 'Seruiant tibi populi,& incuruent ſe tibi nationes: eſto dominus"fratribus tuis,incuruéntque ſeſe tibi filii matris tuæ.qui maledixerint tibi,*ſint* maledicti:& qui benedixerint tibi,benedicti.

30 "Quúmque compleſſet Ixſnhác benedicere ipſi Iayacób,víxque egreſſus fuiſſet Iayacób à conſpectu Ixſnhác patris ſui,yEwſáu frater eius venit à venatione ſua.

Reuerſus à venatione Eſau,affert cibos patri.

31 Et præparauit ipſe quoque cibos quos attulit patri ſuo : dixítque ei,Surgat pater meus,& comedat de venatione filii ſui,vt benedicat mihi anima tua.

32 Dixit autem ei Ixſnhác'pater ſuus, Quis es? Ait ille,Ego ſum filius tuus,primogenitus tuus yEwſáu.

33 'Et expauit Ixſnhác pauore magno vehementiſſimè, & dixit, Quis *eſt*, *&* vbinam eſt ille qui venatus eſt venationem, & attulit mihi,comedíque ex omnibus, antequam venires? & benedixi ei, etiam benedictus erit.

34 Quum audiſſet yEwſáu verba patris ſui,clamauit clamore magno,"& amaritudine affectus eſt vehementiſſimè : dixítque patri ſuo,'Benedic mihi,etiam ego *filius tuus ſum* pater mi.

Eſau poſt magnas vociferationes,tandem benedicitur.

35 Qui ait,Venit frater tuus'doloſè,& accepit benedictionem tuã.

36 Et dixit,"Verè"vocatum eſt nomen eius Iayacób: ſupplantauit enim me iam duabus vicibus: ius primogenituræ meæ accepit,& ecce nunc accepit benedictionem meam. Dixit quoque, Annon reſeruaſti mihi benedictionem?

20 Quid hoc,quòd,&c. מה־זה מהרת למצוא בני Ad verbum,Quid hoc?feſtinaſti inuenire,fili mi. Coram me. לפני: Id eſt mihi. hoc eſt,Voluntate Diuina occurrit mihi quod optabam,nempe præda ipſa.

21 Et palpabo te, ואמושך Id eſt contrectando probabo te. Ipſe זה Aut redundat זה, aut ſignificat eum qui adeſt. i. ſiſne iſte qui loqueris,hoc eſt tu qui loqueris. 24 Tune es ipſe אתה זה Vide præcedentem annotationem.

27 Vide,odor ראה ריח Vide [ſub.quiſquis es] fragrãtia. Cui benedixit Ieho. אשר ברכו יהוה: Hebraiſmus,pro fertiliſſimi ac fœcũdiſſimi,& pleni floribus. 28 De rore,&c. מטל השמים וגו' Hebraiſmus,Rorem cæli & pinguedinem terræ vocat patriam fœcundiſſimam,in qua ſit abundantia frumenti & vini.Seipſum enim exponit.

29 Seruiant tibi populi, יעבדוך עמים Id eſt ſis dominus multorum populorum.

30 Quúmque compleſſet Ixſnhác benedic.&c. ויהי כאשר כלה יצחק וגו' Ad verbum,Et fuit, quando compleuit Iſaac benedicere ipſi Iaacob,fuit inquam,tantùm egrediendo egreſſus erat Iaacob,&c.

33 Et expauit Ixſnhác,&c. ויחרד יצחק חרדה גדולה Tunc intremuit Iſaac tremore maximo. vel, formidauit formidine maxima. id eſt percuſſus fuit tremore maximo.deprehendit enim ſe falſum eſſe.

34 Et amaritudine affectus eſt veh. ומרה עד־מאוד & amaro admodum.id eſt amaritudine pleno. Benedic,&c. ברכני וגו' Benedic mihi etiam ipſi,pater mi.אני pro אותי. 35 Doloſè,& accepit במרמה ויקח Ad verbum,in dolo,& tulit.vel,præripuit.

36 Verè הכי Secundum rei veritatem.Bené.Rectè. Vocatum eſt קרא Ad verbum,vocauit.ſub.is qui impoſuit ei nomen.

37 Reſpondit Iyſnhác,& dixit ipſi yEωſáu, Ecce dominum poſui eum tibi, omnéſque fratres eius dedi ei in ſeruos: frumento quoque & vino "ſtabiliui eum: tibi ergo nunc quid faciam, fili mi?

38 Dixit autem yEωſáu patri ſuo, Num benedictio vnica eſt tibi, pater mi? "benedic mihi, etiam ego *filius tuus*, pater mi. Suſtulítque yEωſáu vocem ſuam, & fleuit.

Iſaac benedicit ipſi Eſau.

39 "Reſpōdit itaque Iyſnhác pater eius, & dixit ad eum, Ecce in pinguedinibus terræ erit habitatio tua, & de rore cæli "déſuper.

40 "Et gladio tuo viues, & fratri tuo ſeruies: quum autem incipies dominari, "franges iugum eius à collo tuo.

Eſau odit ipſum Iacob, & mortē minatur.

41 Odio itaq; habuit yEωſáu ipſum Iayacób, propter benedictionem qua benedixerat ei pater eius: dixítque in corde ſuo, "Appropinquabunt dies luctus patris mei, & occidā Iayacób fratrē meū.

42 Nūtiata verò ſunt ipſi Ribcáh verba yEωſáu filii ſui maioris *natu*: quæ miſit, & vocauit Iayacób filium ſuum minorē, dixítque ad eū, Ecce yEωſáu frater tuus "ſolatur ſeſe ꝓpter te ad occidendū te.

Rebecca ipſi Iacob conſulit fugam in Meſopotamiam.

43 Nunc ergo fili mi, obedi voci meæ, & ſurge, "fuge ad Labán fratrem meum in nHarán:

44 "Et habita cum eo "dies aliquot, donec "quieſcat furor fratris tui:

45 Donec *inquam* quieſcat furor fratris tui "à te, & obliuiſcatur eorū quæ feciſti ei: "tum mittam, & accipiam te inde. quare orbabor ambobus vobis die vna?

46 Et dixit Ribcáh ad Iyſnhác, "Anguſtiis affecta ſum in vita mea propter filias nHeth: ſi acceperit Iayacób vxorē de filiab⁹ nHeth, "ſimilibus iſtis, de filiabus huius terræ, "vtquid mihi vita?

Cap. XXVIII.

Prohibet Iſaac ipſi Iacob ne ducat vxorem de filiabus Chanáan, cui obedit Iacob.

1 VOcauit itaque Iyſnhác Iayacób, & *iterum* benedixit ei, præcepítque ei, dicens, Ne accipias vxorem de filiabus Chenáyan:

2 "Surge, vade in Padán Arám ad domum Bethuℵél patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Labán fratris matris tuæ.

3 Deus autem omnipotens "benedicat tibi, "& creſcere faciat te, & multiplicet te, "ſíſque in cœtum populorum:

4 Det quoque tibi benedictionem Abrahám, tibi, & ſemini tuo tecum, vt hæreditate accipias "terram peregrinationum tuarum,

37 Reſpondit Iſaac, Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, fili myltrà quid faciam?

38 Cui Eſau, Num vnam, inquit, tantū benedictionē habes pater? mihi quoque obſecro vt benedicas. Quúmque eiulatu magno fleret,

39 Motus Iſaac dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cæli déſuper erit benedictio tua.

40 Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies: tēpúſque veniet quum excutias & ſoluas iugū eius de ceruicib⁹ tuis.

Hebr. 11. d. 19 G

41 |Oderat ergo ſemper Eſau Iacob ꝓ benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde ſuo, Veniēt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.

Abd. c. 10

42 Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ: quæ mittēs, & vocans Iacob filium ſuum, dixit ad eū, Ecce Eſau frater tuus minatur vt occidat te.

43 Nūc ergo fili mi, audi vocē meam, & cōſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran:

44 Habitabiſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui:

45 Et ceſſet indignatio eius, obliuiſeatúrque eorum quæ feciſti in eū: poſtea mittam, & adducā te inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die?

46 Dixitque Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ meæ | propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.

Suprà 26. g. 35

Cap. XXVIII.

1 VOcauit itaque Iſaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens, Noli accipere coniugem de genere Chanáan:

2 Sed vade, & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui.

3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat atq; multiplicet, vt ſis in turbas populorum:

4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te: vt poſſideas terram peregrinationis tuę quam polli-

---

37 Stabiliui eum: סמכתיו Id eſt donaui eum abundantia ac copia omnium bonorum.

38 Benedic mihi, etiam ego ברכני גם־אני benedic mihi quoque ipſi. Perſonam patientem ſignificat hoc loco pronomen.

39 Reſpondit itaque ויען Loquutus eſt itaque. motus ſcilicet pietate, lachrymis ac fletu filii. Déſuper. :מעל ſub. dabit tibi Deus. q.d. Tu habitabis in ſolo huberi ac pingui, quod Deus abundantia roris & pluuiæ fœcundum reddet.

40 Et gladio tuo viues, ועל־חרבך תחיה Prædicitur quod nunquam impletum fuit in perſona Eſau: vaticinium autem eſt de rebus procul adhuc remotis, qualis nēpe poſteros Eſau maneat conditio. Huius autem Hebraiſmi duplex poteſt eſſe ſenſus, vel quòd cincti hoſtibus, militarem & inquietā vitam acturi ſint: vel quòd liberi futuri ſint, ac ſui iuris. Nullum enim ius gladii, vbi nulla eſt libertas. Franges ופרקת eiicies. excuties. Hæc ſecunda pars verſus ſic tota legitur ad verbum, Et erit, quando dominaberis, & eiicies, &c. Eſau licet gladio armatus, non tamen effugit ſubiectionem fratris. nam Idumæi tandem electo populo facti ſunt tributarii. ſed non fuit diuturna ſeruitus: quia diuiſis regnis, conciſa fuit illa potentia, quæ vicinos omnes in officio & metu tenebat.

41 Appropinquabunt dies, &c. יקרבו ימי אבל אבי Acſi dicat, Quum mors patris mei propter quam lugebitur, aduenerit, occidam fratrem meum. 42 Solatur ſeſe propter te, &c. :מתנחם לך להרגך Hebraiſmus, Solatur animum ſuum de iniuria ſibi à te illata, quòd cogitat & molitur interficere teipſum. q.d. non poteſt alio modo placari, quàm ſi te occiderit.

43 Fuge ברח־לך Ad verbum, Fuge tibi. redundat *tibi*. niſi fortè accelerationem denotet.

44 Et habita וישבת Et habitabis. Et habites. Dies aliquot, ימים אחדים dies paucos. Ad verbum, dies vnos. LXX, dies aliquot. Conquieſcat תשוב reſideat. auertatur. Sic verſu ſequenti. Ad verbum, reuertatur.

45 A te, ממך .i. quem concepit contra te. Tum mittam, &c. ושלחתי ולקחתיך .i. tum mittam nuntios, & reuocabo te illinc.

46 Anguſtiis affecta ſum in vita mea קצתי בחיי Tædet me vitæ meæ. i. Vita mea eſt mihi moleſta propter mulieres Hethæas quas filius meus Eſau accepit. Similibus iſtis, כאלה quas ſcilicet accepit Eſau. Ad verbum, ſicut iſtas. Seipſum declarat verbis ſequentibus. Vtquid mihi vita? :למה לי חיים q.d. moleſtum erit mihi poſthac viuere. hoc dixit vt acciperet anſam mittendi ipſum Iaacob in Haran.

IN CAPVT XXVIII.

2 Surge, vade קום לך Hebraiſmus, pro Citò proficiſcere.

3 Benedicat tibi, & creſcere fac. te, יברך אותך ויפרך benedicet tibi, & creſcere faciet te. Hic ET pro id eſt poſitum eſt: exponit enim quid ſignificet benedicere Dei, nempe facere creſcere, & multiplicare. Siſque in cœtum populorum: :והיית לקהל עמים eriſque in turmam [congregationem] populorum. id eſt ex te egredietur magna multitudo populorum.

4 Terram peregrinationum tuarum, את־ארץ מגוריך terram incolatus tui. id eſt regionem in qua tanquam peregrinus habitas,

citus eſt auo tuo.

Oſee 12.d.12 ¶Quúmque dimiſiſſet eum Iſaac, p̄fect⁹ peruenit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ. 5

B Vidēs autem Eſau quòd benedixiſſet pater ſuus, Iacob: & miſiſſet eū in Meſopotamiam Syriæ vt inde vxorē duceret: & quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens, Non accipies vxorem de filiabus Chanáan: 6

Quódque obediens Iacob parentibus ſuis, iſſet in Syriam: 7

Probans quoque quòd non libēter aſpiceret filias Chanáan pater ſuus: 8

Iuit ad Iſmaelem, & duxit vxorem, abſque iis quas prius habebat, Maheleth filiam Iſmael filii Abraham, ſororem Nabaioth. 9

Igitur egreſſus Iacob de Ber-ſábee, pergebat Haran. 10

Quúmque veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidib⁹ qui iacebant: & ſupponēs capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. 11

C Viditque in ſomnis ſcalam ſtātem ſuper terrā, & cacumē illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam: 12

Infrà 35.a.1, & 48.a.3 ¶Et Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi, Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, terram in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo. 13

Deut.12.c.20, & 19.c.14 Supra 26.a.4 Eritque ſemen tuum quaſi puluis terræ: ¶dilataberis ad Oriētem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem: & ¶benedicētur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. 14

Et ero cuſtos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hāc: nec dimittā niſi compleuero vniuerſa quæ dixi. 15

Quúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait, Verè Domin⁹ eſt in loco iſto, & ego neſciebam. 16

D Pauénſque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cæli. 17

Infrà 31.b.13 Surgens ergo Iacob mane, tulit ¶lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. 18

quam ″dedit Deus ipſi Abrahám.

5 Miſit igitur Ixſnhác Iayacób, qui perrexit in Padán Arám ad Labán filiū Bethuxél Aramæi filii Ribcáh matris Iayacób & yEwſáu.

6 Vidit autem yEwſáu quòd benedixiſſet Ixſnhác ipſi Iayacób: & miſiſſet eum in Padán Arám vt acciperet ſibi inde vxorem: *quódquè* benedixiſſet ei, quum præcepiſſet ei, dicendo, Non accipies vxorem de filiabus Chenáyan:

7 Et *quòd* obtēperaſſet Iayacób patri ſuo, & matri ſuæ, abiiſſétque in Padán Arám:

8 Videns etiam yEwſáu quòd ″diſplicerent filiæ Chenáyan in oculis Ixſnhác patris ſui:

9 Tum abiit yEwſáu ad Iwſmayxél, & accepit Manhaláth filiã Iwſmayxél filii Abrahám, ſororem Nebaióth vltra vxores ſuas, ſibi in vxorem.

Eſau, contra voluntatem patris accipit vxorem de filiabus Iſmael.

ויצא

10 ″Egreſſus eſt itaq; Iayacób è Bexer-wſébay, & perrexit in nHarã.

11 Incurrit autem in locum quendam, & pernoctauit ibi, quia occubuerat ſol: & tollens de lapidibus illius loci, poſuit ″*ſub* capite ſuo, & dormiuit in eodem loco.

Iacob pergēs in Harã, videt ſcalā in ſomnis.

12 Et ſomniauit, & ecce ″ſcala erecta erat ſuper terram, & caput ei⁹ tangebat cælum: ecce præterea Angeli Dei aſcendebant & deſcendebant per eam.

13 Ecce Iehouáh ″ſtabat ſuper illam, dixítque, Ego Iehouáh Deus Abrahám patris tui, & Deus Ixſnhác, terram in qua tu dormis, tibi dabo & ſemini tuo.

Promittitur Iacob terra Chanáan.

14 Erítque ſemē tuum ſicut puluis terræ, ″multiplicaberis enim ad Occidentem, & ad Orientem, & ad Aquilonem, & ad Meridiem: & benedicentur in te omnes familiæ terræ, & in ſemine tuo.

Chriſtus promittitur.

15 ″Et ecce ego tecum, & ſeruabo te ″quocunque perrexeris, & reducam te ad terram iſtam: quia non deſeram te, donec fecero quod loquutus ſum tibi.

16 Quum autem expergefactus eſſet Iayacób à ſomno ſuo, dixit, Verè eſt Iehouáh in loco iſto, ego verò non noueram.

Cōſolatur Iacob Deus.

17 Timuit itaque, ac dixit, Quàm ″terribilis eſt locus iſte! non *eſt locus* iſte aliud quàm domus Dei, & iſte *eſt* ″porta cæli.

Domus Dei.

18 Surrexit autem Iayacób mane, & tulit lapidem quem poſuerat ″*ſub* capite ſuo, & poſuit eum ″*in* titulum, & effudit oleum ſupra ſummitatem eius.

Dedit נתן Id eſt pollicitus eſt ſe daturum ipſi Abraham & ſemini eius.

8 Diſplicerent רעות Ad verbum, malæ *eſſent*. vel, moleſtæ. q.d. non poterat eas videre.

10 Egreſſus eſt itaque ויצא Hic Hebræorum ſeptima eſt huius libri ſectio, quam ab hac prima voce inſcribunt ויצא Et egreſſus eſt.

11 *Sub* capite ſuo, מראשותיו Ad verbum, *ſub* capitibus ſuis. plur. pro ſing. Quidā vertunt, *vice* puluinaris. vel, puluinar ſuum. id eſt quem ſuppoſuit capiti ſuo vt eſſet vice ceruicalis. Vide paulo pòſt verſu 18.

12 Scala erecta erat ſuper ter. סולם מוצב ארצה ſcala ſtabat in terra. id eſt defixa terræ ſtabat erecta. hoc eſt, In ſomnio vidit ſcalam cuius pars ima erat in terra, & ſumma pars eius pertingebat vſque ad cælum. Per iſtam ſcalam doctiſſimi Hebræorū dicunt ſignificari, omnia iſta inferiora dependere à ſuperioribus. At potius docet quòd ſolus Chriſtus eſt qui cælū terræ coniungit. hic ſolus eſt mediator qui pertingit à cælo vſque ad terram: ille idem eſt per quem bonorum omnium cæleſtium plenitudo deorſum ad nos fluit, nóſque viciſſim ad Deum conſcendimus. Idem quum ſit caput Angelorum, efficit vt illi membris ſuis terrenis miniſtrent. Itaque (vt legimus Iohan. cap. 1. g. 51,) hunc ſibi propriè honorem vendicaturus erat, quòd poſtquam manifeſtatus eſſet mundo, Angeli aſcenderent ac deſcenderent miniſtri beneficentiæ Patris erga nos, propter ipſum Chriſtum. 13 Stabat ſuper illam, נצב עליו innixus erat ei.

14 Multiplicaberis enim ופרצת dilataberis enim.

15 Et ecce ego tecum, והנה אנכי עמך Equidem ego *ſum* [vel *ero*] tecum. id eſt fauebo tibi, & adero in omnibus. Quocunque perrexeris, בכל אשר־תלך Ad verbum, in omni *loco ad* quem perges.

17 Terribilis eſt נורא ſtupendus eſt. terrificus. Porta cæli. ! שער השמים Portam cæli vocat, propter Dei manifeſtationē. nam quia Deo in cælis locatur quaſi regia ſedes, verè prædicat Iaacob ſe viſo Deo, in cælum penetraſſe. Quo ſenſu, Euangelii prædicatio vocatur Regnum cælorum, & Sacramenta dici poſſunt, cælorum portæ: quia in Dei conſpectum nos admittunt.

18 *Sub* capite ſuo, מראשותיו ceruical ſuum. vel pro ceruicali ſuo. Vide paulo antè verſu 11. *In* titulum מצבה *vice* metæ. Alii in ſtatuam. Non intelligit Moſes factum eſſe ex lapide idolum, ſed vt viſionis inſigne monimentum foret. Vtitur quidem Deus hac voce quū ſtatuas ſibi erigi vetat, Leuit. 26. a. 1 quia ad venerationem ferè proſtabant omnes ſtatuæ, acſi Dei eſſent imagines: ſed aliud fuit conſilium Iaacob, nempe vt teſtimonium relinqueret viſionis ſibi exhibitæ, non autem vt Deum ſymbolo illo vel figura repræſentaret.

Beth-el. Luza.

Vocauit igitur nomen loci illius Beth-ʾél: & ſanè Luza *erat* nomen ciuitatis prius. 19

Votum Iacob.

Vouítque Iayacób votum, dicendo, Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via iſta per quam ego ambulo, dederítque mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum: 20

Victum & veſtitum petit.

Reuerſus quoque fuero in pace ad domum patris mei, erit Iehouáh mihi in Deum: 21

Et lapis iſte quem poſui *in* titulum, erit domus Dei: præterea ex omnibus quæ dederis mihi, decimas prorſus dabo tibi. 22

Cap. XXIX.

Venit Iacob ad Laban.

LEuauit itaque Iayacób pedes ſuos, & abiit ad terrã Oriẽtaliũ. 1
Et vidit, & ecce puteus *erat* in agro: ecce quoque illic tres greges ouium accubantes iuxta illum: nam ex puteo illo potum dabant gregibus: & lapis magnus *erat* ſuper os putei. 2

Congregabãtur enim illuc omnes greges, & deuoluebant lapidem illũ ab ore illius putei, potúmque dabant pecudibus: dein reducebant lapidem ſuper os putei in locum ſuum. 3

Dixítque ad eos Iayacób, Fratres mei, vndenam eſtis? Qui reſponderunt, De nHarán ſumus. 4

Fratres ſuos vocat, ignotos.

Et dixit ad eos, Noſtíſne Labán filium Nanhór? Qui dixerunt, Nouimus. 5

Et dixit *rurſus* ad eos, Nunquid *eſt* pax illi? Reſponderunt, Pax: & ecce Ranhél filia eius venit cum grege. 6

Dixítque, Ecce adhuc dies magnus, nondum eſt tempus vt cõgregetur grex: potum *ergo* date ouibus, & abite, *ac* paſcite. 7

Qui reſpõderũt, Nõ poſſumus donec cõgregati fuerint omnes greges, & deuoluerint lapidẽ ab ore putei, vt potũ demus ouibus. 8

Rachel paſcit oues.

Adhuc eo loquente cum eis, Ranhél ſuperuenit cum grege patris ſui: nam illa paſcebat gregem. 9

Fuit autem, quum vidiſſet Iayacób ipſam Ranhél filiam Labán fratris matris ſuæ, & gregem Labán fratris matris ſuæ, acceſſit Iayacób, & deuoluit lapidem illum ab ore putei, potúmque dedit gregi Labán fratris matris ſuæ. 10

Iacob Rachel ſãctè oſculatur.

Et oſculatus eſt Iayacób ipſam Ranhél: leuauítque vocem ſuã, & fleuit. 11

Iã verò renũtiauerat Iayacób ipſi Ranhél quòd frater patris ſui eſſet, quódq; filius Ribcáh eſſet: at illa currẽs, nũtiauit patri ſuo. 12

Laban complectitur ipſum Iacob, & oſculatur

Fuit igitur, quum audiſſet Labán rumorem de Iayacób filio ſororis ſuæ, currens ei obuiã, amplexatus eſt eũ, atque oſculatus eſt: & deduxit eũ in domũ ſuã. at ille narrauit ipſi Labán omnia hæc. 13

Cui ait Labán, Profectò os meum & caro mea es. Et habitauit 14

19 Appellauitque nomẽ vrbis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur.

20 Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum:

21 Reuerſúſque fuero proſperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum:

22 Et lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Cap. XXIX.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.

2 Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur.

3 Moriſque erat vt cunctis ouibus cõgregatis, deuoluerẽt lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerent.

4 Dixitque ad paſtores, Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderunt, De Haran.

5 Quos interrogans, Nũquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus.

6 Sanúſne eſt, inquit? Valet, inquiũt: & ecce Rachel filia eius venit cũ grege ſuo.

7 Dixitque Iacob, Adhuc multũ diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducãtur ad caulas greges: date antè potũ ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite.

8 Qui reſponderunt, Non poſſumus donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges.

9 Adhuc loquebãtur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat.

B

10 Quam quum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouéſque Laban auũculi ſui, amouit lapidem quo puteus claudebatur:

11 Et adaquato grege oſculatus eſt eã: & eleuata voce fleuit.

12 Et indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans nuntiauit patri ſuo.

13 Qui quum audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei: complexúſque eum, & in oſcula ruẽs, duxit in domum ſuam. auditis autem cauſis itineris,

14 Reſpõdit, Os meũ es, & caro mea. Et poſtquam impleti ſunt dies men-

19 Et ſanè Luza, &c. ואולם לוז וגו׳ Mirum eſt quòd Moſes vrbem fuiſſe commemorat vbi paulo antè dixit, Iaacob ſub cælo dormiſſe. Verùm vrbs nondum illic extructa erat. neque enim ſtatim obtinuit hoc loci nomen quod Iacob impoſuerat: ſed diu ſepultum latuit: imò quũ poſtea illic conditum eſſet oppidum, nulla fiebat mentio Beth-el, acſi nunquam illac tranſiſſet Iaacob. neque enim ſciebant incolæ quid illic geſtũ eſſet. ſuo igitur arbitrio vocarũt vrbẽ Luz: quæ nomẽ hoc retinuit vſquedũ Iſraelitæ occupata terra poſtliminio, prius nomẽ quod abolitũ fuerat, in cõmunẽ vſũ vocarũt. Hæc ita quidã. Quid ſi Beth-el fuit locus cõtiguus Luzæ, imò ager Luzæ? 21 In pace, בשלום incolumis, ſaluus. i. citra damnũ ac noxam. 22 *In* titulũ, מצבה in ſtatuã. Vide paulo antè verſu 18. Decimas, &c. עשׂר וגו׳ Ad verbum, decimando decimabo illud tibi. Mutatio perſonæ in hoc verſu.

IN CAPVT XXIX.

1 Leuauit, &c. וישׂא וגו׳ More ſcilicet ambulantis. Exprimit geſtum & habitum hominis ambulantis. q. d. Pedes profectus eſt, nõ eques.
2 Et vidit, וירא Et contemplatus eſt. ſub. regionem. i. quũ cõſideraſſet ſitum regionis, animaduertit puteum in eo agro in quẽ inciderat.
6 Nunquid pax *eſt* illi? השלום לו Hebraiſmus, Recténe habet? Sanúſne eſt? Reſponderunt, Pax: ויאמרו שלום Ad verbũ, Et dixerunt, Pax. i. Rectè quidem. Bene habet. ſanus eſt. 7 Adhuc dies magnus, עוד היום גדול multum adhuc ſupereſt diei. id eſt nondum veſpera appetit. Vt congregetur grex: האסף המקנה . i. reducendi ad caulas gregem ipſum.
8 Et deuoluerint וגללו ſub. omnes paſtores congregati. 9 Patris ſui: אשר לאביה Ad verbum, qui *erat* patri ſuo.
11 Leuauitque וישׂא ſub. Iaacob. 12 Iam verò renuntiauerat ויגד Ad verbũ, Et renuntiauit. Præt. vertendũ per pluſq. perf. ſub. antequã oſcularetur eam. Frater אחי . i. nepos ex ſorore. 13 Rumorem את־שמע Ad verbum, auditionem. Omnia hæc. כל־הדברים האלה׃ Ad verbum, omnia verba iſta. i. quæcunque ei acciderant: hoc eſt quibus de cauſis illuc aduentaſſet.
14 Os meum, & caro mea עצמי ובשׂרי Os, ab oſſe, nõ ab ore. Hebraiſmus, tu es de oſſibus meis & carne mea. id eſt cõſanguineus meus.

ſis vnius,

Dixit ei, Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic q̄d mercedis accipias.

Habebat verò duas filias, nomē maioris, Lia: minor verò appellabatur Rachel.

Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venuſto aſpectu.

C

Quem diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis.

Reſpondit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem quàm alteri viro: mane apud me.

Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.

Dixitque ad Laban, Da mihi vxorē meam: quia iam tēpus impletum eſt, vt ingrediar ad illam.

Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias.

Et veſperè Liam filiam ſuam introduxit ad eum,

Dans ancillam filiæ, Zelpham nomine, ad quam quum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus,

Facto mane vidit Liam: & dixit ad ſocerum ſuum, Quid eſt quod facere voluiſti? nónne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi?

Reſpondit Laban, Non eſt in loco noſtro conſuetudinis vt minores antè tradamus ad nuptias.

Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hāc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis aliis.

D

Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem:

Cui pater ſeruam Balam tradiderat.

Tandémque potitus optatis nuptiis, amorē ſequētis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptē annis aliis.

Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente.

Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus.

Rurſúmque concepit & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiā iſtum mihi. Vocauitque nomen eius Simeon.

cum eo ʹmenſem totum.

15 Dixítq; Labán ad Iayacób, ʹAn quia frater meus es, ʹſeruies mihi gratis? indica mihi ʹquid *erit* merces tua.

16 Ipſi autem Labán *erant* duæ filiæ: nomen maioris, Leáh: & nomen minoris, Raחhél.

17 Porrò oculi Leáh erant ʹteneri: Raחhél verò *erat* pulchra forma, ʹ& pulchra aſpectu.

18 ʹDilexit autem Iayacób ipſam Raחhél, & ait, Seruiam tibi ſeptē annos pro Raחhél filia tua minore.

19 ʹReſpōdit Labán, Melius eſt vt dem eam tibi, quàm vt dem eā viro alteri: mane mecum.

20 Seruiuit itaque Iayacób pro Raחhél ſeptē annos, ʹqui viſi ſunt ei dies pauci, eo quòd diligeret eam.

21 Et dixit Iayacób ad Labán, Da *mihi* vxorem meam: quia ʹcōpleti ſunt dies mei, ʹvt ingrediar ad eam.

22 Cōgregauit ergo Labán ōnes viros illius loci, & fecit cōuiuiū.

23 Fuit autem, veſperi accepit Leáh filiam ſuam, & adduxit eā ad illum, & ingreſſus eſt ad eam.

24 Dedítque Labán ei Zilpáh ancillam ſuam, *nempe* Leáh filiæ ſuæ ancillam.

25 ʹMane autē facto cognouit eſſe Leáh: & dixit ad Labán, ʹQuid hoc feciſti mihi? annon pro Raחhél ſeruiui apud te? cur ergo decepiſti me?

26 Reſpondit Labán, Non ita fit in loco noſtro ʹvt detur minor ante primogenitam.

27 ʹExple hebdomadam huius, poſtea dabimus tibi etiam hāc pro ſeruitute quam ſeruies apud me adhuc ſeptem annos alios.

28 Et fecit Iayacób ſic, expleuit enim hebdomadam illius: dein dedit ei Raחhél filiam ſuam in vxorem.

29 Dedítque Labán Raחhél filiæ ſuæ Bilháh ancillam ſuam, *dedit inquam* in ancillam.

30 Ingreſſus eſt ergo etiā ad Raחhél, dilexítque etiam eam magis quàm Leáh: & ſeruiuit apud eum adhuc ſeptem annos alios.

31 Videns autem Iehouáh quòd odio haberetur Leáh, ʹaperuit vuluam eius: & Raחhél *erat* ſterilis.

32 Concepit igitur Leáh, & peperit filium, vocauítque nomē eius ʹReאubén: ʹdixit enim, ʹQuia vidit Iehouáh afflictionem meam: ʹnunc igitur diliget me vir meus.

33 Concepítque iterum, ac peperit filium, & dixit, ʹQuia audiuit Iehouáh quòd odio haberer, dedit mihi etiam hunc. Vocauítque nomen eius שSimyón.

Lia lippis oculis.

Iacob ſeruit ſeptem annis pro Rachel.

Laban nuptias celebrat.

Ipſi Iacob datur Lia pro Rachel.

Datur ei & Rachel.

Concipit Lia.

Ruben.

Simeon.

Menſem totum. חודש ימים: Ad verbum, menſem dierum. Hebraiſmus, menſem conſtantem omnibus ſuis diebus.
15 An quia, &c. חכי־אחי וגו׳ Verè [Reuera] frater meus [.i. nepos] es: ſeruies ergo mihi gratis? i. ſine mercede. q.d. non patiar. Vt vertit noſter interpres, ו tantùm præteritum vertit in futurum, propterea non vertendum. Quid *erit* מה quanta *erit*. i. quantum velis lucrari.
17 Teneri: רכות debiles. id eſt erat tenerrimis oculis. Chaldæus paraph. Et oculi Leáh erant elegantes. q.d. Commendabatur Leáh formoſitate tantùm oculorum: Rachel verò totius corporis, ac etiam venuſtate faciei. Et pulchra aſpectu. ויפת מראה Id eſt pulchro habitu corporis. 18 Dilexit autem ויאהב Diligebat autem. 19 Reſpondit ויאמר Ad verbum, Et dixit.
20 Qui viſi ſunt ei dies pauci, ויהיו בעיניו וגו׳ Ad verbum, & fuerunt in oculis eius ſicut [vel quaſi] dies pauci.
21 Completi ſunt dies mei, מלאו ימי Id eſt, exactum eſt tempus illud quo tibi ſeruire debebam pro Rachel. Vt ingrediar ad eam. ואבואה אליה: Hebraiſmus, vt fruar illa, ſiue vt dem operam proli.
25 Mane autem, &c. ויהי בבוקר וגו׳ Ad verbum, Et fuit mane, & ecce Leáh. Quid hoc מה־זאת Quid iſtud *eſt quod*. vel, Quare hoc.
26 Vt detur לתת Ad verbum, ad dandum. ſub. nuptum. i. Non ita fieri ſolet apud nos vt minor natu elocetur ante maiorem.
27 Exple hebdom. huius, מלא שבוע זאת ſub. Leæ. i. ſine tranſeant ſeptem dies feſti huius ac conuiuii.
31 Aperuit vuluam eius: ויפתח את־רחמה Hebraiſmus, reddidit eam fœcundam.
32 Reאubén: ראובן Id eſt, Videte filium. q.d. Deus dedit mihi hunc filium. Dixit enim, כי אמרה *ſic* enim cogitabat. Quia vidit Iehouáh, &c. כי ראה יהוה בעניי Sanè [Certè] conſiderauit Iehouáh afflictionem meam. id eſt me contemptam eſſe à viro meo. Nunc igitur כי עתה quoniam nunc. id eſt poſthac. 33 Quia audiuit, &c. כי שמע יהוה וגו׳ Certè exaudiuit Iehouáh [ſub. me] quoniam odio haberer & dedit, &c. vel, *Noui* quòd exaudiuit Iehouáh [ſub. preces meas] quòd haberer odio, & dedit, &c.

34 Et cõcepit rurſum, peperítque filium: & dixit, Iam hac vice'copulabitur vir meus mihi: peperi enim ei tres filios. Idcirco'vocauit nomen eius Leuí.

Leui.

35 Rurſus quoque concepit, ac peperit filiũ, & dixit,'Vice hac'confitebor Iehouæ. Idcirco vocauit nomen eius Iehudáh:"& deſiit parere.

Iuda.

Cap. XXX.

Rachel conqueritur marito de infœcunditate.

1 VIdens autem Ranhél quòd non peperiſſet ipſi Iayacób, inuidit ſorori ſuæ, dixítq; ad Iayacób, Da mihi filios: ſin minus,'mortua ſum.

2 Iratus eſt itaque furor Iayacób in Ranhél, & dixit,"Nũquid pro Deo ſum,"qui prohibuit à te fructum ventris?

3 Dixit illa, Ecce ancilla mea Bilháh: ingredere ad eam, pariétq; ſuper genua mea,"& habebo filios ego quoque ex ea.

Dat Rachel Balam in vxorem marito.

4 Dedit itaq; ei Bilhah ancillam ſuam in vxorem: & ingreſſus eſt ad eam Iayacób.

5 Concepítque Bilháh, & peperit ipſi Iayacób filium.

6 Et ait Ranhél,'Iudicauit me Deus, ac etiam exaudiuit vocem meam, dedítque mihi filium. Idcirco vocauit nomen eius Dan.

Dan.

7 Cõcepítque adhuc, ac peperit Bilháh ancilla Ranhél filium ſecundum ipſi Iayacób.

8 Et dixit Ranhél,"Luctationibus vehemẽtibus luctata ſum cum ſorore mea, etiam"præualui. Vocauítque nomen eius Naphthalí.

Nephthali.

9 Vidit autem Leáh quòd deſtitiſſet parere: & accepit Zilpáh ancillam ſuam, & dedit eam Iayacób in vxorem.

Zelpha ancilla Liæ concipit.

10 Peperítque Zilpáh ancilla Leáh ipſi Iayacób filium.

11 Et dixit Leáh,'Venit proſperitas. Et vocauit nomen eius Gád.

Gad.

12 Peperit quoque Zilpáh ancilla Leáh filium alterũ ipſi Iayacób.

13 Et dixit Leah,'Vt beata dicar: quia beatam me dicent"filiæ. Vocauítque nomen illius Aωſér.

Aſer.

14 Perrexit autem Reאubén in diebus meſſis'triticeæ, & reperit

34 Concepítque tertiò, & genuit aliũ filium: dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius Leui.

35 Quartò cõcepit, & peperit filium, & ait, Modò confitebor Domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſauitque parere.

Cap. XXX.

1 CErnens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo, Da mihi liberos: alioqui moriar.

2 Cui iratus reſpondit Iacob, Nũ pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui?

3 At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illã, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.

4 Deditque illi Balam in coniugium: quæ ingreſſo ad ſe viro,

5 Concepit, & peperit filium.

6 Dixitq; Rachel, Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocẽ meam, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan.

7 Rurſúmque Bala concipiens, peperit alterum:

8 Pro quo ait Rachel, Comparauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui. Vocauitque eum Nephthali.

B

9 Sentiens Lia quòd parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit.

10 Qua poſt conceptum edente filiũ,

11 Dixit, Fœliciter. Et idcirco vocauit nomen eius Gad.

12 Peperit quoque Zelpha alterum.

13 Dixitque Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicẽt mulieres. Propterea appellauit eum Aſer.

14 Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in agrũ, reperit man-

34 Copulabitur ילוה ſociabitur. id eſt adhærebit mihi, ac vnicè me diliget. Vocauit קרא ſub. is qui ei nomen indidit.

35 Vice hac confitebor Iehouæ. הפעם אודה את־יהוה Nunc demum celebrabo Iehouam. Filium iſtum à laude ideo nuncupat (Iehudáh enim laudem, ſiue laudationem ſignificat) quòd ſingulari Dei beneficio datus ſit. Iam prius quidem gratias egerat Domino: ſed quia huberior laudis materia ſuppetit, fatetur non ſemel, neque vno modo, ſed ſæpius ſe Dei gratia adiutam eſſe. q.d. Planè fatebor Dominum Deum authorem eſſe omnium bonorum: vnde eum collaudabo, eique gratias agam. Et deſiit parere. ותעמוד מלדת : & deſtitit parere. Ad verbum, & ſtetit à pariendo.

IN CAPVT XXX.

1 Mortua ſum. מתה אנוכי : Id eſt perii. actum eſt de me. Præt. Heb. pro fut. moriar.

2 Nunquid pro Deo ſum, התחת אלהים אנוכי Num Dei loco ſum ego? Hebraiſmus. q.d. Fieríne poteſt vt pro Deo me habeas? hoc eſt, Putáſne me Deum eſſe qui id fecerim, aut qui id poſſim? Qui prohibuit, &c. אשר־מנע וגו' i. qui te priuauit liberis. q.d. nõ poſſum te reddere fœcundam. 3 Et habebo filios ואבנה Ad verbum, & filiabor. q.d. do tibi ancillam meam, procrea mihi liberos ex ea: & quum pariet, excipiam puerum in gremium meum, quem habebo pro meo.

6 Iudicauit me דנני Id eſt Pronuntiauit pro me: hoc eſt Obtinui cauſam meam Deo iudice. Non tam Dei bonitatem celebrat Rachel, quàm ſibi ipſa plaudit: more hypocritarum qui vbi proſperior afflauit fortuna, ventoſa iactantia inſoleſcunt, acſi omnibus eorum factis & dictis faueret Deus. 8 Luctationibus veh. &c. נפתולי אלהים נפתלתי Ad verbũ, luctationibus Dei luctata ſum. ſub. vt ſuperarẽ illã. i. præclaris & magnis luctationibus. Hebræi enim excellentiã, Dei nomine ſignificant: quòd vt maximè vnaquæque res excellit, ita Dei gloria in ea refulget. Vide ſuprà cap. 1. a. 2. A פתל eſt. Quidã vertunt, Coniunctionibus Dei cõiuncta ſum. vt glorietur ſe recuperaſſe quod perdiderat: vel certè, gradu honoris ſe æquatã fuiſſe ſorori. Alii, duplicata ſum duplicationibus Dei. vtrique verò deducũt nomẽ & verbũ à nomine פתיל quod eſt filũ retortũ. Et prior quidem ſenſus huc redit, Quũ parem ſortem adepta ſit Rachel, nõ eſſe iam cur ſoror quicquã ſibi proprium arroget. Alter verò maiorem iactantiam exprimit, dum ſe victricem & quaſi duplo ſuperiorem facit. Alii etiam à פתל ſupradicto deducentes, vertunt, Conatibus multis conata ſum cum ſorore mea. vt ſcilicet eſſem illi æqualis. vel, Summa animi contẽtione contendi cum ſorore mea, vt in ſuſceptione prolis illi ſociarer. nam פתל ſignificat etiam peruertere, ſubuertere: quòd qui cum altero luctatur (inquiunt docti inter Hebræos) vt vincat, quærit ſubuertere alterũ quo ruere illum faciat. Hic ſenſus conuenit cum verſione noſtri interpretis: vt dicat luctationibus Diuinis, ſiue præclaris luctationibus luctatam fuiſſe cum ſorore. præclaris dico luctationibus, pro Dei: quòd (vt dictum eſt) Hebræi omnem excellentiam, Dei nomine ſignificent. Vide ſuprà cap. 1. a. 2. Præualui. יכולתי Id eſt in ea re intentionem meam aſſequuta ſum. q.d. fœliciter mihi cecidit.

11 Venit proſp. בגד Venit fœlicitas. i. bene ceſſit mihi ac fœliciter quòd tradiderim ancillam meam viro meo. Ex doctis Hebræorum alter vertit, venit turma. ſub. filiorũ. nam (inquit) ſcribitur בגד, ſine א, & legendũ בא גד duabus dictionibus. Mirũ eſt quoſdã interpretari de proſpera fortuna: quũ Moſes infrà cap. 49. c. 9, in contrariũ ſenſũ nos ducat. neque enim quadraret alluſio quã ponit, exercitu eũ inuadet: niſi conſilium Leæ fuiſſet de filiorum turma ſibi gratulari. nam quum ſeſquialtera parte ſuperior eſſet, prædicat ſe habere in magna copia liberos. Alii, Venit coactor copiarum: vt idem ſit quod גדוד. q.d. iſte erit dux exercitus, ſiue imperator inter fratres ſuos.

13 Vt beata dicar: באשרי Ad fœlicitatem meam. vel, In beatitudine mea. id eſt mihi fœliciter ceſſit quòd dederim ancillam meam viro meo pro ſuſcipienda prole. q.d. hac ratione ſum beata ac fœlix. Filiæ. בנות Id eſt mulieres. q.d. beabor à ſexu fœmineo. propter multitudinem liberorum ſcilicet.

14 Triticeæ חטים Ad verbum, triticorum. pro tritici, ſiue triticeæ.

dragoras, quas matri Liæ detulit. Dixítque Rachel, Da mihi partem de mandragoris filii tui.

15 Illa reſpondit, Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi: niſi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.

16 Redeūtique ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum ei⁹ Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: qa mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormiuitq; cū ea nocte illa.

17 Et exaudiuit Deus preces eius, concepitque, & peperit filium quintum.

18 Et ait, Dedit De⁹ mercedem mihi: quia dedi ancillam meam viro meo. Appellauitque nomen eius Iſſachar.

19 Rurſum Lia cōcipiens peperit ſextum filium.

20 Et ait, Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios. Et idcirco appellauit nomē eius Zabulon.

21 Poſt quem peperit filiam nomine Dinam.

D 22 Recordat⁹ quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.

23 Quæ concepit, & peperit filium, dicens, Abſtulit Deus opprobrium meum.

24 Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum.

25 Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam.

26 Da mihi vxores & liberos meos pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu verò noſti ſeruitutē qua ſeruiui tibi.

27 Ait illi Laban, Inueniam gratiā in cōſpectu tuo (experimēto didici quia benedixerit mihi Deus propter te)

28 Conſtitue mercedem tuam, quam dem tibi.

29 At ille reſpondit, Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua.

B 30 Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ.

31 Dixitque Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterum paſcam, & cuſtodiam pecora tua.

ʹmādragoras in agro, attulítque eas ad Leáh matrem ſuam. Et dixit Ranhél ad Leáh, Da quæſo mihi de mandragoris filii tui.

15 Cui illa reſpondit, ʹParúmne eſt *tibi quòd* acceperis virum meum, niſi etiam auferre velis mādragoras filii mei? Et ait Ranhél, ″Idcirco dormiet tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.

16 Quum ergo rediret Iayacób ex agro veſperi, egreſſa eſt Leáh in occurſum eius, & dixit, Ad me ingredieris: quia ″mercede conduxi te mandragoris filii mei. Et dormiuit cum ea nocte illa.

17 Et exaudiuit Deus Leáh: quæ concepit, ac peperit ipſi Iayacób filium quintum.

18 Dixítque Leáh, Dedit Deus mercedem meam: eo quòd dederim ancillā meam viro meo. Ideò vocauit nomen eius Iwſachár.

19 Et cōcepit rurſum Leáh, ac peperit filium ſextum ipſi Iayacób.

20 Dixítq; Leáh, ″Donauit me Deus dono bono: ″hac vice ″habitabit mecum vir meus, quia peperi ei ſex filios. Et vocauit nomen eius Zebulún.

21 Deinde peperit filiam, & vocauit nomen eius Dináh.

22 Recordatus eſt autem Deus Ranhél, exaudiuítque eam Deus, ″& aperuit vuluam illius.

23 Concepit itaque, ac peperit filium: dixítque, Suſtulit Deus ″opprobrium meum.

24 Vocauítque nomen eius Ioſéph, dicēdo, ″Addat Iehouáh mihi filium alium.

25 Fuit autem, quum peperiſſet Ranhél Ioſéph, dixit Iayacób ad Labán, Dimitte me, vt abeam ad locum meum & ad terrā meam.

26 Da *mihi* vxores meas & liberos meos ″pro quibus ſeruiui apud te: tu enim noſti ſeruitutem meam quam ſeruiui tibi.

27 Et dixit ei Labán, ″Si nunc inueni gratiam in oculis tuis (expertus ſum quòd benedixit mihi Iehouáh propter te.)

28 Dixit inquam, ″Cōſtitue mercedem tuam mihi, & dabo eam.

29 Cui ait, Tu noſti qualiter ſeruierim tibi, ″& quantus fuerit grex tuus mecum:

30 Nam paucum *erat* ″quod habebas ante me, & creuit ″vehementer: benedixítque Iehouáh tibi ″ad *ingreſſum* pedis mei: ″nunc autem quando operabor etiam ego pro domo mea?

31 Et dixit, Quid ″dabo tibi? Reſpondit Iayacób, Non dabis mihi quicquam: ſi feceris mihi ″iſtud, ″rurſum paſcam, pecudes tuas cuſtodiam.

Lia mādragoris emit à Rachel vt ſecū dormiat maritus, & concipit.

Iſſachar.

Zabulon

Dina.

Dat Deus cōceptum Rachel.

Ioſeph.

Petit Iacob ſe dimitti, & mercedem ſibi dari.

Ditauit Deus ipſum Labā propter Iacob.

Mandragoras דודאים Id eſt fructum mandragorarum.

15 Parumne, &c. המעט וגו׳ Nunquid parum eſt *tibi* quòd abſtuleris *mihi* virum meum, vt auferas etiam, &c. Idcirco dormiet, &c. לכן ישכב q.d. Ne videar tibi aliquid præripuiſſe, permitto tibi vt dormiat tecum hac nocte, pro mercede ac præmio mandragorarū filii tui.

16 Mercede conduxi te שכור שכרתיך Ad verbum, mercando mercatus ſum te.

20 Donauit, &c. זבדני וגו׳ Dedit mihi ipſi Deus munus bonum. Chaldæus paraph. portionem meam. Hac vice הפעם iam. poſthac. Habitabit mecum יזבלני Affixum pronomen pro ſeparato יזבל אותי.

22 Et aperuit vuluam illius. ויפתח את־רחמה׃ .i. reddidit eam fœcundam.

23 Opprobrium m. חרפתי׃ Dabatur enim vitio olim ſterilitas: nam fœcūditas proueniebat ex benedictione Dei qui dixerat, Creſcite & multiplicamini. 24 Addat יוסף Addet. i. dabit mihi adhuc alterum filium. q.d. Poſteaquam ſemel parere cœpi, pariam adhuc alium. 26 Pro quibus, &c. אשר וגו׳ ſub. vxoribus.

27 Si nunc inueni gratiam, &c. אם־נא מצאתי וגו׳ Si quæſo inueni, &c. i. ſi tibi charus ſum. quæ ſequuntur vſque ad finem verſus, concludi debent parentheſi. Alii ſubaudiunt, Mane mecum: nam נחשתי expertus ſum. vel experimento didici. Alii, augurio ac diuinatione deprehendi Deum auxiſſe facultates meas tua cauſa. Videtur eſſe tranſlatio, acſi dixiſſet, nō ſecus ſibi perſpectam eſſe Dei benedictionē quàm ſi vaticinio teſtata foret, vel augurio cōperta. 28 Cōſtitue merc. t. mihi, נקבה שכרך עלי Præſcribe mercedē tuā mihi. i. Dic mihi quid velis lucrari. 29 Et quantus, &c. ואת אשר וגו׳ & quanta fuerit poſſeſſio tua apud me. i. quanta pecora cōmiſeris mihi initio.

30 Quod habebas ante me, אשר־היה לך לפני Ad verbum, quod erat tibi in conſpectu meo. i. pauca erant pecora quæ fidei meæ commiſiſti, ſed poſtea creuerunt plurimùm. Vetus interpres atque alii Hebraiſmum exponunt, antequam venirem ad te. referentes ad tempus. Hanc expoſitionem confirmat quod mox ſequitur, Benedixit tibi Iehouáh ad ingreſſum pedis mei. Vehementer: לרוב Ad verbum, in multitudinem. Ad *ingreſſum* pedis mei: לרגלי Ad verbum, ad pedem meum. i. ad aduentum meum. Nunc autem, &c. ועתה וגו׳ .i. Quando tandem dabo operam vt cōgregem opes ad alendam familiam meam? q.d. Res tua ſatis hactenus creuit: iam tempus eſt vt prouideam domui meæ. 31 Dabo אתן ſub. vt ſeruias mihi adhuc. Iſtud, הדבר הזה rem hanc. ſub. quam dicturus ſum. Rurſum paſcam, אשובה ארעה Ad verbum, reuertar, paſcam.

Iacob varii coloris oues ex vnicoloribus natas, mercedem petit.

32 ’Tranſibo per omnes oues tuas hodie, ″remouendo inde omne pecus ’maculis paruis reſperſum, ″& maculis latis:omne quoque pecus’rufum inter oues,atq; reſperſum maculis latis,reſperſúmq; maculis paruis in capris,″& erit merces mea.

33 ’Et teſtificabitur de me iuſtitia mea’die craſtina, ’quum veneris ſuper mercedem meam,coram te. quicquid non fuerit maculis paruis reſperſum,aut maculis latis in capris, ″& rufum in pecudibus,furto ablatum erit″apud me.

34 Dixítque Labán,’Ecce vtinam ſit ſecundum verbum tuum.

35 ’Abſtulit itaq; eo die hircos’lineis diſtinctos,& maculis magnis reſperſos,omnéſque capras punctis reſperſas, & maculis magnis: omne *inquam* in quo *erat* aliquid albi, omne etiam″rufum in pecudibus,″& poſuit in manu filiorum ſuorum.

36 Poſuit verò’iter trium dierũ inter ſe & Iayacób : & Iayacób paſcebat pecudes Labán reſiduas.

Variat Iacob gregis colorem, inſtinctu,&mandato Dei,vt ſequens caput indicat.

37 Tulit autem’ſibi Iayacób ’virgas populeas virides, ″& amygdalinas,& *ex* caſtanea,″& decorticauit in illis’decorticationes albas, denudans candorem qui *erat* in virgis.

38 Statuítq; virgas quas decorticauit,in canalib⁹, *id eſt*’in adaquatoriis aquarum,ad quæ ’veniebant pecudes vt biberẽt: *ſtatuit inquam* in conſpectu pecudũ,″& incaleſcebãt dum venirent ad bibendum.

39 ″Incaluerúntque oues ipſæ in conſpectu virgarum illarum , & *poſtea* pariebant ipſæ oues *agnos & hœdos*″maculis reſperſos in locis vbi colligari ſolent,& punctis paruis reſperſos,& maculis latis.

40 ″Agnos autem ſeparauit Iayacób,poſuítque facies pecudũ″verſus *fœtus* lineis diſtinctos,& *verſus* omne″rufũ in grege Labán:& poſuit ſibi greges ſeorſum,& non poſuit eos iuxta pecudes Laban.

41 Fuitque vt quãdocũque incaleſcebãt ’fortiores, poneret Iayacób virgas illas in oculis ouium in canalibus, ’vt incaleſcerent ad

Gyra omnes greges tuos,& ſepara cũctas oues varias, & ſparſo vellere: & quodcunque furuũ,& maculoſum, variúmque fuerit tam in ouibus quã in capris,erit merces mea.

Reſpõdebitque mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tẽpus aduenerit corã te.& omnia quę non fuerint varia,& maculoſa, & furua tam in ouibus quàm in capris,furti me argues.

Dixitque Laban , Gratum habeo quod petis.

Et ſeparauit in die illa capras,& oues,& hircos,& arietes varios atque maculoſos : cunctum autẽ gregẽ vnicolorẽ,id eſt albi & nigri velleris,tradidit in manu filiorum ſuorum. F

Et poſuit ſpatiũ itineris trium dierum inter ſe & generum qui paſcebat reliquos greges eius.

Tollens ergo Iacob virgas populeas virides,& amygdalinas,& ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractiſque corticibus, in his quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerãt,viridia permanſerunt:atque in hunc modum color effectus eſt varius.

Poſuitq; eas in canalibus,vbi effundebatur aqua:vt quum veniſſent greges ad bibendũ, ante oculos haberẽt virgas,& in aſpectu earũ cõciperent.

Factúmq; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas , & parerent maculoſa,& varia,& diuerſo colore reſperſa. G

Diuiſitq; gregem Iacob,& poſuit virgas in canalibus ante oculos arietum:erant autem alba & nigra quæque,Laban:cætera verò, Iacob: ſeparatis inter ſe gregibus.

Igitur quãdo primo tempore aſcẽdebantur oues,ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum,ante oculos a-

---

32 Tranſibo,&c. אעבור וגו׳ Tranſeam per omnes greges tuos.ſub.tecũ. Remouendo הסר ad auferendũ.vt ſeparem.Alii,& ſeparabo.Alii,& ſepara.vel ſeiunge illinc. Maculis par.reſ.נקוד Ad verbum punctatum,ſi Latinè diceretur.i.paruis maculis ceu punctis quibuſdam variatum,ſiue variis maculis ſparſum. Et maculis la. וטלוא & maculoſum.variegatum.i.maioribus maculis ſparſum. Rufum חום fuluum.Alii,nigrum. Et erit והיה Subaudienda plura,ſic,& illud quod naſcetur tale,erit merces mea.i.pecudes quæ iſtis ſimiles poſthac naſcentur,mihi cedent mercedis loco.q.d.quæ alba erunt,tua erunt:quæ verò variegata ac multicoloria, erunt mea.

33 Et teſtificabitur de me וענתה־בי Ad verbum, Et reſpondebit in me.i.pro me. Iacob proſperum ſucceſſum nonniſi ex fide & integritate ſua expectat. Die craſtina, ביום מחר Id eſt in poſterum.Gallice,*demain,ou pour demain.* Quũ veneris,&c. כי־תבוא וגו׳ quũ ſuperuenerit mercedi meæ coram te.i.te vidente & inſpiciente.Alii in ſecunda perſona vertunt, eodem ſenſu, & tunc iſtud CORAM TE, referetur ad præcedentia,ſic, Teſtificabitur iuſtitia mea corã te.& על erit pro אל.vertunt igitur,quãdo veneris ad mercedem meam,ante te .i.Iuſtitia mea teſtabitur tibi præſenti poſthac de me,ſiue teſtimonium mihi feret quum tu venies ad mercedem meam, hoc eſt deprehendes me iuſtum eſſe,quum venies ad videndas oues quæ mihi mercedis loco cedent, & videris me nihil habere quod tuum ſit.Teſtatur (vt dictum eſt)ſe à Domino ſperare fidei & probitatis ſuæ teſtimonium ex fœlici laboris prouentu:acſi dixiſſet, Dominus qui optimus eſt iuſtitiæ meæ teſtis ac vindex,reipſa monſtrabit quàm ſyncerè ac fideliter me hactenus geſſerim. Et rufum וחום Vt verſu præcedenti.

Apud me. ׃ אתי id eſt meritò dices me id furto tibi abſtuliſſe.

34 Ecce vtinam,&c. הן לו Hebraiſmus,Optarim fieri vt dicis.hoc enim eſſet mihi gratiſſimum.

35 Abſtulit itaque ויסר Amouit itaque.vel Separauit.vt paulo antè verſu 32. Lineis diſtinctos,העקודים Ad verbum,colligatos .i.quorum crura diuerſo colore quaſi reuincta erant(videntur enim quaſi ligati zona ac vinculo quodam) hoc eſt,habentes circulos diuerſi coloris circa crura. Rufum in pecud. חום בכשבים fuluum[vel nigrum]inter oues,vel agnos, vt paulo antè verſu 32. Et poſuit ויתן Ad verbum,& dedit.i.omnia illa tradidit Laban cuſtodienda filiis ſuis.

36 Iter דרך .i.ſpatium itineris inter gregem ſuum & gregem quem commiſerat ipſi Iaacob.

37 Sibi לו Redundat Latinè. Virgas populeas,&c. מקל לבנה וגו׳ Singularia Heb.pro plur. virgam populi.i. ex populo arbore.

Et amygdalinas,& *ex* caſt. ולוז וערמון Ad verbum,& amygdali,& *ex* caſtanea.ſub.arbore. Et decorticauit in illis dec. ויפצל בהן פצלות inciditque in illis inciſuras albas,denudationem candoris,&c.Per appoſitionem dictum.i.ab illis detraxit ſummam partem corticis multis in locis:qua detracta reddidit virgas illas variis in locis albas.appoſitiuè denudationem,vel ſpoliationem candoris,ſiue alboris ſuper virgas illas.i.detracta ſumma parte corticis,in diuerſis partibus apparuit cãdor qui ſuberat illi,ac ita variegauit virgas illas.q.d.fecit vt virgæ illæ eſſent variorum colorum. 38 In adaquatoriis בשקתות in potatoriis.i.in vaſis in quibus bibebant pecora. Veniebant תבואן venire ſolebant.vel,venturæ erant. Et incaleſcebant ויחמנה .i.calore coitus excitatæ concipiebant.

39 Incalueruntque,&c. ויחמו וגו׳ Ad verbum,Et incaluerunt oues ad virgas.i.Et in ipſo calore coitus concipientes,aſpiciebant ad virgas illas. Maculis reſperſos in,&c. עקודים וגו׳ Vide paulo antè verſu 35.

40 Agnos autẽ והכשבים Pecudes autem.ſub.albas ſeparauit à variegatis. Verſus *fœtus* lineis di. אל־עקוד Ad verbum,verſus colligatum.Sing.Heb.pro plur.Vide paulo antè verſu 35.i.obuertit aſpectum ouium verſus illas pecudes quæ præcedebant,habentes crura quaſi faſcia quadam diuerſo colore reuincta.Hæc eſt ſecũda induſtria Iacob,Maculoſos agnos iam natos in vnum redegit gregem:fecitque illum antecedere gregem ouium Laban, vt ſequentes oues iſtius gregis Laban, contemplatione præcedentium illorũ maculoſorum agnorũ alios parerent maculoſos. 41 Fortiores, המקושרות robuſtiores,à קשר ligauit,colligauit:quòd ligamen ſit fortitudo.hoc eſt,quæ priores incaleſcebant,id eſt prioris admiſſuræ, quæ fiebat menſe Septembri , & pariebant menſe Martio. Chaldæus paraph. oues primitiuæ. Vt incaleſcerent,&c. ליחמנה וגו׳ .i. vt in ipſo calore coitus concipientes,conſiderarent virgas illas diuerſorum colorum.

rietum,& ouium,vt in earũ contemplatione conciperent.

42 Quando verò ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus,non ponebat eas: factáque ſunt ea quæ erãt ſerotina,Laban:& quæ primi temporis,Iacob.

43 Ditatúſq; eſt homo vltra modũ,& habuit greges multos, ancillas,& ſeruos,camelos,&aſinos. Cap. XXXI.

1 POſtquam autem audiuit verba filiorum Laban,dicẽtium, Tulit Iacob omnia quæ fuerũt patris noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus:

2 Animaduertit quoque faciẽ Laban quòd nõ eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius:

3 Maximè dicente ſibi Domino, Reuertere in terram Patrũ tuorum, & ad generationem tuam,eróque tecũ:

4 Miſit Iacob,& vocauit Rachel & Liam in agrum vbi paſcebat greges:

5 Dixitque eis, Video faciem patris veſtri quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſterti⁹: Deus autem patris mei fuit mecum.

6 Et ipſæ noſtis quòd totis viribus meis ſeruierim patri veſtro.

7 Sed & pater veſter circunuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mihi.

8 Siquando dixit, Variæ,erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò econtrario ait,Alba quæque accipies pro mercede:omnes greges alba pepererunt.

9 Tulitque Deus ſubſtantiam patris veſtri,& dedit mihi.

10 Poſtquam enim conceptus ouium B tẽpus aduenerat,leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas,varios,& maculoſos, & diuerſorum colorum.

11 Dixitq; Angelus Dei ad me in ſomnis,Iacob? Et ego reſpondi,Adſum.

12 Qui ait,Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendẽtes ſuper fœminas, varios,maculoſos,atq; reſperſos. vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

Supra 28.d.18

13 Ego ſum Deus Beth-el,‖vbi vnxiſti lapidem,& votum vouiſti mihi. nũc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ.

virgarum aſpectum.

42 'Quando autem ſerotina faciebant pecudes,non ponebat: ac *ita* erant'ſerotinæ,ipſius Labán:'& fortiores,ipſius Iayacób.

43 'Creuit itaque vir vehementiſſimè, fuerúntque ei oues multæ, & ancillæ,& ſerui,& cameli,& aſini. Cap. XXXI.

Ditiſſim⁹ Iacob.

1 ET audiuit verba filiorum Labán,″dicentium, Abſtulit Iayacób quicquid *erat* patri noſtro, & ex his quæ *erant* patris noſtri, 'fecit omnem gloriam iſtam.

Murmurant filii Laban ob diuitias Iacob.

2 'Vidit quoq; Iayacób faciem Labán,& ecce nõ erat erga ipſum 'ſicut heri & nudiuſtertius.

3 Et *quòd* dixiſſet ei Iehouáh, Reuertere ad terram Patrum tuorum,″& ad cognationem tuam,″& ero tecum.

Iubet Deus ipſi Iacob reuerti in terram ſuam.

4 'Miſit igitur Iayacób, & euocauit Ranhél & Leáh *ad ſe in* agrum 'ad pecudes ſuas:

5 Dixítque eis, Video faciem patris veſtri quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius:″& Deus patris mei fuit mecum.

Iacob narrat beneficia Dei erga ſe.

6 Et vos noſtis quòd totis viribus meis ſeruiui patri veſtro.

7 Pater autẽ veſter'mentitus eſt mihi,& mutauit'mercedẽ meam 'decem vicibus:nõ tamen permiſit ei Deus″vt malefaceret mihi.

Deus ſeruat Iacob ne noceat ei Labán.

8 Si ita dicebat,'Pũctis paruis reſperſa, erunt merces tua:″tũc pariebãt omnes pecudes reſperſa paruis pũctis. quòd ſi ita dicebat, ″Lineis diſtincta,erũt merces tua:tunc pariebant omnes pecudes lineis diſtincta.

9 'Itaque abſtulit Deus'gregem patris veſtri,& dedit mihi.

10 Fuit enim tempore quo″incaleſcebãt oues,leuaui oculos meos, & vidi in ſomnio,& ecce hirci aſcendebant ſuper″pecudes maculis reſperſas vbi colligari ſolent,punctis paruis reſperſas,″& maculis albis.

11 Tũ dixit ad me Angel⁹ Dei in ſõnio,Iayacób? 'Et reſpõdi,Adſũ.

12 Ille verò dixit, Leua nunc oculos tuos, & vide omnes hircos aſcendentes ſuper oues lineis diſtinctas,punctis paruis reſperſas,″& maculis albis:vidi enim quæcunque Labán facit tibi.

13 Ego″Deus Beth-ℵél,″vbi vnxiſti ſtatuam, vbi vouiſti mihi votum.'nũc *igitur* ſurge, egredere de terra hac,& reuertere ad terram 'cognationis tuæ.

42 Quando autem ſerot.fa.pec. ובהעטיף הצאן .i.Quando dabant operam ſerotino conceptui.Ad verbum,Et quum ſerotinabant oues. Quod quidam vertunt,Quum poſteriori admiſſuræ vacarent oues.quæ fiebat verno tempore,& pariebant in Autumno.Iſtud faciebat Iacob ne Laban deprehenderet artem ſuam:nam ſolebat Laban viſitare gregem ſuum tempore illo verno. Serotinæ, העטופים .i.pecudes poſterioris admiſſuræ. Et fortiores, והקשורים & robuſtiores.i.quæ erant prioris admiſſuræ.

43 Creuit itaque ויפרוץ .i.Locupletatus eſt vir ille Iacob,vel plurimùm auctus eſt.

IN CAPVT XXXI.

1 Dicentium, לאמור Ad verbum,dicendo. Fecit om.gloriam iſtam. עשה את כל־הכבוד הזה׃ comparauit ſibi omnem ſplendorem iſtum.i.ex his quæ habebat pater noſter,comparauit ſibi omnes has diuitias quibus gloriam iſtam aſſequutus eſt.

2 Vidit quoque וירא Conſiderauit quoque.Deprehendit. Sicut heri,&c. כתמול וגו׳ .i.ſicut antea.hoc eſt,non exhibebat ei talem vultum qualem exhibere ſolebat. 3 Et *quòd* dixiſſ.&c. ויאמר יהוה אל־יעקב Ad verbum,Et dixit Iehoua ad Iacob. Et ad cognationem tuam ולמולדתך & ad natiuitatem tuam.i.ad locum natiuitatis tuæ. Et ero tecum. ואהיה עמך׃ ero enim tecum.i.adero tibi abeunti ac diſcedenti hinc. 4 Miſit igitur וישלח ſub.nuntios. Ad pecudes ſuas. אל־צאנו׃ ad gregem ſuum.i.ad locum in quo erant oues quas paſcebat. 5 Et Deus patris mei fuit mecum. ואלהי אבי היה עמדי׃ Et Deus patris mei adfuit mihi.i. Deus quem pater meus colit, ſemper me auxit,fauitque mihi.q.d.in gratiam mei auxit ſemper oues patris veſtri.

7 Mentitus eſt mi. התל בי illuſit mihi.impoſuit mihi. Mercedem meã משכורתי .i.rationẽ mercedis meæ. Decẽ vicibus: עשרת מונים Numerus certus pro incerto,multis vicibus.vnde quidam vertunt,pluries. Vt malefaceret m. להרע עמדי׃ .i.vt damnum inferret mihi,vel noceret mihi. 8 Punctis paruis reſ. נקודים Vide verſum 32 capitis præcedentis. Tunc pariebant וילדו Hîc ו pro tunc poſitum eſt. Lineis diſtincta, עקודים Ad verbum,ligata.colligata.Vide verſum 35 capitis præcedentis.

9 Itaque abſtulit ויצל Itaque eripuit. Gregem את־מקנה poſſeſſionem.peculium.

10 Incaleſcebant oues, יחם הצאן Vide præcedenti capite,verſu 38.i.feruore quodam incitabantur ad venerem :hoc eſt, quo tempore dabant operam proli. Pecudes הצאן Nomine pecudum ſiue ouium comprehenduntur & capræ. Et maculis albis. וברודים׃ Ad verbum,& grandinatas.i.maculis albis inſtar grandinis aſperſas,vt exponit doctus inter Hebræos.

11 Et reſpondi,Adſum. ואומר הנני׃ Ad verbum,Et dixi,Ecce ego. 12 Et maculis albis. וברודים Vide paulo antè verſu 10.

13 Deus Beth-ℵel, האל בית־אל .i.Deus qui apparuit tibi in Beth-el. Vbi vnxiſti,&c. אשר משחת וגו׳ Ad verbum,qui vnxiſti ibi ſtatuam.pro,vbi vnxiſti titulũ. Redundat אשר.ſic mox,qui vouiſti mihi ibi votum.Titulũ,ſiue ſtatuam,vocat lapidem quem erexerat inſtar metæ. Vide ſuprà cap.29.d.18. Nunc עתה pro ועתה & nunc. Cognationis t. מולדתך׃ natiuitatis tuæ.Vide verſu 3 huius capitis.

14 Et reſpondit Ranhél, & Leáh, & dixerunt ei, ″An adhuc *eſt* nobis pars & hæreditas in domo patris noſtri?

15 ″Nunquid non extraneæ reputatæ ſumus ab eo? vēdidit enim nos *tibi*, ″& conſumpſit etiam conſumendo pecuniam noſtram.

Iacob reuertitur in terram ſuam, inſcio Laban.

16 ″Quia ōnes diuitiæ quas abſtulit Deus patri noſtro, noſtræ ſunt ac filiorum noſtrorum: nunc igitur omnia quæ dixit Deus tibi, facito.

17 Surrexit Iayacób, ″& īpoſuit filios ſuos & vxores ſuas camelis.

18 Duxítque ″omnes pecudes ſuas, & omnē ſubſtantiam ſuam quā acquiſierat, ″pecudes acquiſitionis ſuæ quas acquiſierat in Padán Arám, vt reuerteretur ad Iyſnhác patrem ſuū in terrā Chenáyan.

Rachel furata patris idola.

19 Labán autem abierat ad tondendum oues ſuas: ″interim furata eſt Ranhél ″idola quæ *erant* patri ſuo.

20 ″Furatus eſt etiam Iayacób cor Labán Aramæi, eo quòd nō indicauit ei quòd fugeret.

21 Fugit itaque ipſe, ″& omnia quæ *erant* ei: ſurrexítque, & tranſiuit ″flumen, poſuítque faciem ſuam ad montem Gilyád.

22 Et renuntiatū fuit ipſi Labán die tertia quòd ″fugeret Iayacób.

Laban inſequitur Iacob.

23 Aſſumptis itaque fratribus ſuis ſecum, perſequutus eſt eum itinere ſeptem dierum: & aſſequutus eſt eum in monte in Gilyád.

Cura Dei pro Iacob, nequid mali inferat ei Labā.

24 Venit autem Deus ad Labán Aramæū in ſomnio nocte illa, & dixit ei, Caue tibi ne loquaris cū Iayacób ″à bono vſque ad malū.

25 Aſſequutus eſt ergo Labán ipſum Iayacób: Iayacob autem fixerat tabernaculum ſuum in eo monte, & Labán *ſimiliter* fixit cum fratribus ſuis in *eodem* monte Gilyád.

Obiurgat Laban ipſum Iacob.

26 Dixítque Labán ipſi Iayacób, ″Quid feciſti? furatus es enim cor meum, & abduxiſti filias meas tanquam captiuas gladio.

27 Vtquid ″abſcondiſti te vt fugeres, & furatus es me, nec indicaſti mihi, ″& dimiſiſſem te cum lætitia, & canticis, cum tympano, & cithara?

28 Et *quare* non permiſiſti mihi vt oſcularer filios meos & filias meas? ″nunc ſtultè egiſti faciendo *hoc*.

29 ″Eſt fortitudo in manu mea ad faciendū vobis malū: ſed Deus patris veſtri nocte præterita dixit mihi, dicēdo, Caue tibi ne loquaris cum Iayacób à bono vſque ad malum.

Conqueritur idola ſibi eſſe ablata

30 Nunc autem *ſi* ″abeundo abiiſti, quòd ″deſiderando deſiderabas *ire* ad domum patris tui, vtquid furatus es deos meos?

31 Et reſpōdens Iayacób, dixit ipſi Labán, ″Quia timui: ″dixi enim *quòd* fortè ″raperes filias tuas mihi.

14 Reſponderúntque Rachel & Lia, Nunquid habemus reſidui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris noſtri?

15 Nónne quaſi alienas reputauit nos & vendidit, comedítque pretium noſtrum?

16 Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filiis noſtris: vnde omnia quæ pręcepit tibi Deus, fac. C

17 Surrexit itaque Iacob: & impoſitis liberis ac cōiugibus ſuis ſuper camelos, abiit.

18 Tulitque omnem ſubſtantiam ſuā, & greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanáan.

19 Eo tempore ierat Laban ad tondēdas oues: & Rachel furata eſt idola patris ſui.

20 Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret.

21 Qúmque abiiſſet tam ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant: & amne tranſmiſſo pergeret contra montem Galaad:

22 Nuntiatū eſt Labā die tertio quòd fugeret Iacob.

23 Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſequutus eſt eum diebus ſeptem: & cōprehendit eum in monte Galaad.

24 Viditque in ſomnis dicentem ſibi Dominum, Caue ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob. D

25 Iámque Iacob extenderat in monte tabernaculum: qúmque ille conſequutus fuiſſet eum, cum fratribus ſuis in eodem monte Galaad fixit tentorium.

26 Et dixit ad Iacob, Quare ita egiſti vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio?

27 Cur ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi, vt proſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?

28 Non es paſſus vt oſcularer filios meos & filias: ſtultè operatus es & nunc quidem.

29 Valet manus mea reddere tibi malum: ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi, Caue ne loquaris cum Iacob quicquam durius.

30 Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos?

31 Reſpondit Iacob, Quòd inſcio te profectus ſum, timui ne violenter auferres filias tuas.

14 An adhuc,&c. העוד וגו' An adhuc *eſt* nobis portio &poſſeſſio.i.Eſtne aliquid reliqui nobis in domo,&c.q.d.Nihil eſt quod nos hîc
remoretur. 15 Nunquid non extr.&c. הלוא נכריות וגו' Nónne alienigenæ reputatæ ſumus illi? Et conſumpſit,&c. ויאכל וגו'
Hebraiſmus.prorſus abſumpſit pretiū noſtrū.i.quod nobis debebatur pro mariti noſtri labore.fructus enī laborū Iacob redibat ad Laban.
16 Quia כי Sanè.Certè. 17 Et impoſuit וישא Ad verbum,& leuauit,&c.ſuper camelos.
18 Omnes pecu.ſ. את־כל־מקנהו omne peculiū ſuū.vel,omnē poſſeſſionē ſuam. Pecudes acq. ſ. מקנה קנינו peculiū poſſeſſionis ſuæ
quod,&c. 19 Interim furata eſt ותגנוב Ad verbum,& furata eſt. Idola התרפים Quos hic vocat תרפים hoc eſt imagines ad
ſimilitudinem hominis factas(cuius rei teſtes ſunt theraphim quos fecit Michol filia Saul, quos qui à Saule miſſi erant vt obſiderēt domū
Dauid,putabāt eſſe Dauidē,1.Sam.19.b.13.)infrà verſ.30 Laban vocat אלהים: nō quia putaret Deitatē illic incluſam eſſe,ſed quia in honorē
deorum imagines illas colebat, vel potius quòd Deo ſacra facturus,vertebat ſe ad illas imagines. Verſu autem 34 rurſum vocantur תרפים.
20 Furatus eſt e. ויגנוב Ad verbū,Et furatus eſt.Furari cor alicuius, eſt facere aliquid eo neſciēte. ſeipſum mox exponit.Hebraiſmus.
21 Et omnia quæ *erant* ei: וכל אשר־לו .i.cum omnibus quæ poſſidebat. Flumen,poſuítque,&c. את־הנהר וישם וגו' Euphratem intelligit.i.celeriter tranſmiſit Euphratem,& pergere cœpit rectà ad montem Galaad.Id ſignificat Ponere faciem ſuam ad montem Galaad.
22 Fugeret ברח fugiſſet. 24 A bono vſq; ad ma.: מטוב עד־רע Hebraiſmus,Caue ne quid dicas ipſi Iacob,ſiue blandū,ſiue aſperū.
26 Quid fec.&c. מה עשית וגו' .i.Vide quantum facinus admiſeris:receſſiſti enim me inſcio,& abduxiſti filias meas quaſi bello captas.
27 Abſcondiſti te,&c. נחבאת וגו' .i.Curnam occultè aufugiſti,& furatus es mentem meam,hoc eſt me ignorante recedere tentaſti?
Et dimiſiſſem te ואשלחך & deduxiſſem te.q.d.Quòd ſi indicaſſes mihi,deduxiſſem te. 28 Nūc ſtultè egiſti עתה הסכלת
inſipiēter quidem feciſti. 29 Eſt fortitudo,&c. יש־לאל־ידי Ad verbum,Eſt in facultate[vel potentia] manus meæ. Inuerſio verborum Hebraicè, יש לאל ידי,pro, Eſt potentia in manu mea.& ita Chaldæus paraph.Hebraiſmus, Poſſum vobis nocere.
30 Abeundo abiiſti, הלוך הלכת *eſto quòd* abeundo abieris.i.prorſus diſceſſeris. Deſiderando deſider. נכסוף נכספתה Hebraiſmus,
magno deſiderio tenebaris reuertendi domum,&c.
31 Quia timui: כי יראתי ſub.ideò te inſcio abii, quia timui.aut verte,quòd timerem.Vertere potes,Certè timui. Dixi enim
כי אמרתי ſub.intra me.i.cogitaui apud me. Raperes תגזול vi auferres

32 Quòd autem furti me arguis: apud quencunque inueneris deos tuos, necetur: coram fratribus noſtris ſcrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. hæc dicens ignorabat ꝙ Rachel furata eſſet idola.

E 33 Ingreſſus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriuſque famulæ, non inuenit. cūque intraſſet tentorium Rachelis,

34 Illa feſtinans abſcōdit idola ſubter ſtramēta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutantique omne tētorium, & nihil inuenienti,

35 Ait, Ne iraſcatur dominus meus quòd coram te aſſurgere nequeo: quia iuxta cōſuetudinem fœminarum nūc accidit mihi. ſic deluſa ſolicitudo quærentis eſt.

36 Tuménſque Iacob cum iurgio, ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me?

37 Et ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam: quid inueniſti de cuncta ſubſtātia domus tuæ? pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te.

38 Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ ſteriles non fuerūt: arietes gregis tui non comedi:

39 Nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnū omne reddebā: ‖ quicquid F furto peribat, à me exigebas:

Exod. 22. c. 12

40 Die noctúque æſtu vrebar, & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis.

41 Sicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi: quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis: immutaſti quoque mercedem meam decē vicibus.

42 Niſi Deus patris mei Abraham & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitā modò nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri.

43 Reſpondit ei Laban, Filiæ meæ & filii & greges tui, & ōnia quæ cernis, mea ſunt: quid poſſum facere filiis & nepotibus meis?

44 Veni ergo, & ineamus fœdus: vt ſit in teſtimonium inter me & te.

45 Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum.

46 Dixitque fratribus ſuis, Afferte lapides. Qui congregantes, fecerūt tumulum, comederúntque ſuper eum.

32 Is apud quem inueneris deos tuos, ′non viuat: ″coram fratribus noſtris ′agnoſce ſiquid *eſt rerum tuarū* apud me, & cape tibi. neſciebat *autem* Iayacób quòd Ranhel furata eſſet eos.

33 Ingreſſus eſt ergo Labán tabernaculū Iayacób & tabernaculum Leáh, atque tabernaculum ambarum ancillarum: & non inuenit. egreſſus autem tabernaculū Leáh, venit in tabernaculū Ranhél.

34 Porró Ranhél acceperat ″idola, & poſuerat ea ″in clitellis cameli, & ſedit ſuper ea: contrectauit autē Labán ′ totum tabernaculum, & non inuenit.

Rachel abſcōſis idolis patris, deludit ipſum.

35 Dixítque illa ad patrē ſuum, ′Ne ſit ira in oculis domini mei quòd non poſſum ″ſurgere à facie tua: quia ′cōſuetudo mulierum *eſt* mihi. ″ſcrutatus eſt itaque, & non inuenit idola.

36 Iratus eſt ergo Iayacób, & iurgatus eſt cum Labán, loquutúſq; eſt ipſe, & dixit ipſi Labán, Quænam *eſt* præuaricatio mea, quodnā peccatum meum, quòd perſequutus es me?

37 ′Quando cōtrectaſti ′omnem ſupellectilem meam, quid inueniſti ex omni ſupellectili domus tuæ? ″pone hîc coram fratribus meis & fratribus tuis, ″& declarent inter nos duos.

38 Iam viginti annos fui tecum: oues tuæ & capræ tuæ nō abortiuerunt: præterea arietes ″pecudum tuarum non comedi.

Iacob fidem, diligentiam & laborem ſuum declarat ipſi Laban.

39 ″Raptum nō attuli tibi, ego ″pœnas luebā pro eo: de manu mea requirebas illud quod furto ablatū fuerat ″tam diu quàm noctu.

40 *Ita* ″fui *ut* interdiu abſumeret me æſtus, ″& gelu noctu: recedebát que ſomnus meus ab oculis meis.

41 ′Iā mihi *ſunt* viginti anni in domo tua: ſeruiui tibi quatuordecim annis pro duabus filiabus tuis, & ſex annis pro pecudibꝰ tuis: mutaſti autem mercedem meam ″decem vicibus.

42 Niſi Deus ″patris mei, Deus Abrahám, ″& pauor Iʒſnhác affuiſſet mihi, ″certè nunc vacuum dimiſiſſes me: *ſed* afflictionem meā & laborem manuum mearum vidit Deus, ″& increpauit *te* nocte præterita.

43 Reſpondens autē Labán, dixit ad Iayacób, Filiæ ipſæ, filiæ meæ ſunt: & filii, filii mei *ſunt*: pecudéſque, pecudes meæ *ſunt*, imò quicquid tu vides, meum eſt: ′ſed filiabus iſtis meis quid faciā hodie, vel filiis earum quos pepererunt?

44 Nunc ergo veni, percutiamus fœdus ego & tu, & ſit in teſtimonium inter me & te.

Pactū inter Laban & Iacob.

45 Tulit itaque Iayacób lapidem, & erexit illum ′*in* ſtatuam.

46 Dixítque Iayacób ″fratribus ſuis, Colligite lapides. Et tulerunt lapides, fecerúntque tumulum: & comederunt ibi ſuper tumulum illum.

32 Non viuat: לא יחיה .i. moriatur. Vel, non viuet. Coram fratribus noſtris נגד אחינו .i. præſentibus cognatis noſtris. Agnoſce. הכר־לך Ad verbum, explora tibi. Redundat pronomen.

34 Idola, את־התרפים Eadem vox qua vſus eſt ſuprà verſu 19 In clitellis בכר Quidam Hebræorum in Gallia natus ſcribit, vulgò dici *un baſt*, apud nos, & apud Italos. Alii vertunt, in ſtramento. Totum tabernaculum, את־כל־האוהל .i. quicquid erat in tentorio.

35 Ne ſit ira in oculis dom. m. אל־יחר בעיני אדוני. Hebraiſmus, ne iraſcatur mihi dominus meus. i. ne diſpliceat tibi. Surgere à facie tua: לקום מפניך .i. aſſurgere tibi. Conſuetudo mul. דרך נשים .i. fluunt mihi menſes. Scrutatus eſt itaque, ויחפש ſub. omnia alia.

37 Quando כי Hic כי pro כאשר poſitum eſſe annotant Hebræi. Omnem ſupellect. m. את־כל־כלי Ad verbum, omnia vaſa mea. ſic mox. Pone hîc שים כה ſub. ſiquid inueneris. i. profer in medium. Et declarent ויוכיחו & iudicent. vel, & diſceptent: hoc eſt, in diſceptatione noſtra iudicent ac pronuntient.

38 Pecudum t. צאנך gregis tui.

39 Raptum טרפה ſub. à beſtia. i. partem ouis raptæ. Pœnas luebam pro eo: אחטנה .i. damnum rependebam, ac reſarciebam. Tam diu quàm noctu. יום וגנובתי לילה׃ וגו׳ Ad verbum, diu, & quod furto ablatum fuerat noctu.

40 Fui *ut* interdiu הייתי ביום Ad verbū, fui, in die. i. Ita me geſſi in paſcēdo grege tuo *vt* interdiu, &c. Et gelu וקרח & frigus. glacies.

41 Iam mihi, &c. זה־לי וגו׳ Id eſt, Iam viginti annis manſi in domo tua. Declarat poſtea. Decem vicibus. עשרת מונים Vide ſuprà verſu 7.

42 Patris mei, Deus A. אבי אלהי אברהם .i. aui mei, Deus ſcilicet quem colebat Abraham. Et pauor Iʒſnhác ופחד יצחק & timor Iſaac. i. quem timebat ac reuerebatur pater meus Iſaac. Certè nunc כי עתה *puto* quòd nūc. vel, *ſcio* quòd nunc. Et increpauit ויוכח & arguit.

43 Sed filiabus iſtis, &c. ולבנותי מה־אעשה לאלה Ad verbum, Et filiabus meis quid faciam iſtis. aut ordo eſt inuerſus: aut לאלה additur ad maiorem expreſſionem. q .i. Non ſinit ius naturæ vt lædam filias meas, ac nepotes meos.

45 *In* ſtatuam. מצבה׃ *in* titulum. *in* metam.

46 Fratribus ſuis, לאחיו .i. cognatis, ſiue affinibus ſuis.

Vocauítque illũ Labán ′Iegár שׁSahaduthá, & Iayacób vocauit 47
eum Galyéd.

″Dixerat enim Labã, Tumulus iſte *ſit* teſtis inter me & te hodie. 48
Idcirco vocauit nomen eius Galyéd.

′Et Mixſpháh: quia dixerat, ″Speculetur Iehouáh inter me & te 49
quando ′abſcondemur alter alteri,

Si afflixeris filias meas, & ſi acceperis vxores præter filias meas: 50
nemo eſt nobiſcum, *ſed* vide *quòd* Deus *eſt* teſtis inter me & te.

Adiecítque Labán ad Iayacób, En tumulus iſte, & en ſtatua quã 51
′ieci inter me & te,

′Teſtis *ſit* tumulus iſte, teſtis quoque ſtatua iſta quòd ego non 52
″tranſibo *eundo* ad te, & quòd tu non tranſibis *ueniens* ad me ad tumulum iſtum & ſtatuam iſtam ′ad malum.

Deus Abrahám, & dii Nanhór iudicent inter nos, Deus *inquam* ′pa- 53
tris eorum. Iurauit itaque Iayacób ′per pauorẽ patris ſui Ixſnhác.

Immolauit quoque Iayacób ′victimam in monte, & inuitauit 54
fratres ſuos ″vt comederent panem: comederúntque panẽ, & pernoctauerunt in monte.

Surrexítque Labán ſummo mane, & oſculatus eſt ′filios ſuos ac 55
filias ſuas, benedixítque eis: ′abiénſque reuerſus eſt ad locũ ſuum.

Cap. XXXII.

Angelorum viſione, Deus confortat Iacob.

IAyacób verò ′abiit in viã ſuam, & occurrerunt ei Angeli Dei. 1

Dixítque Iayacób quãdo vidit eos, Caſtra Dei *ſunt* hæc. Et vo- 2
cauit nomen loci illius Manhanáim.

וישלח

Iacob miſſis nũtiis petit fauorẽ fratris ſui Eſau.

′Et miſit Iayacób nuntios ante ſe ad yEשׁſáu fratrem ſuum in 3
terram שׁSeyir regionis אEdóm:

Præcepítque eis, dicendo, Sic dicetis domino meo yEשׁſáu, ′Sic 4
dicit ſeruus tuus Iayacób, Apud Labán habitaui & moratus ſum vſque ad hoc tempus.

Et ſunt mihi boues & aſini, pecudes, & ſerui & ancillæ: ′mittóq; 5
vt nuntiem domino meo, vt inueniam gratiam in oculis tuis.

Reuerſique ſunt nuntii ad Iayacób, dicentes, Venimus ad fra- 6
trem tuum, ad yEשׁſáu, qui etiam pergit in occurſum tui ′cũ quadringentis viris ſecum.

Iacob diuidit ſua in turmas.

Timuit autẽ Iayacób valde, & anguſtiis affectus eſt: diuiſit ita- 7
que populum qui *erat* ſecum, pecudes quoque & boues & came-

Quem vocauit Laban Tumulũ teſtis: & Iacob, Aceruum teſtimonii, vterque iuxta proprieta tẽ linguæ ſuæ.

Dixitque Laban, Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie. Et idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, id eſt Tumulus teſtis. G

Intueatur & iudicet Domin⁹ inter nos quando receſſerimus à nobis,

Si afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq; Deo qui præſens reſpicit.

Dixitque rurſus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quẽ erexi inter me & te,

Teſtis erit: tumulus inquam iſte, & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te: aut tu præterieris, malum mihi cogitans.

Deus Abraham & Deus Nachor Iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac.

Immolatiſque victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panẽ: qui quum comediſſent, manſerũt ibi.

Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis: reuerſúſque eſt in locum ſuum.

Cap. XXXII.

IAcob quoq; abiit in itinere quod cœperat: fuerúntque ei obuiã Angeli Dei.

Quos quũ vidiſſet, ait, Caſtra Dei ſunt hæc. Et appellauit nomen loci illius, Mahanáim, id eſt Caſtra.

Miſit autem & nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir, in regionem Edom:

Præcepitque eis, dicens, Sic loquimini domino meo Eſau, Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus ſum, & fui vſque in præſentem diem.

Habeo boues & aſinos & oues, & ſeruos & ancillas: mittóque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo. B

Reuerſique ſunt nũtii ad Iacob, dicẽtes, Venimus ad Eſau fratrem tuũ, & ecce properat in occurſum tuum cum quadringentis viris.

Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat, greges quoque & oues & boues & came-

47 Iegár שׁSahaduthá יגר שהדותא Hæ duæ voces ſunt Syriacæ, & ſignificant Tumulũ, ſiue Aceruum teſtimonii: idem quod vox Hebræa Galed. Seipſum poſtea interpretatur. 48 Dixerat enim ויאמר quando ſcilicet indidit nomen tumulo, Iegar Sahadutha.

49 Et Mixſpáh: והמצפה Hæc vox ſignificat ſpeculam: nam tumulus ille erat velut ſpecula. Mox interpretatur. Speculetur יצף Aſpiciet. vel Aſpiciat. ſub. poſthac. i. Contemplabitur Dominus quæ poſtea faciemu. Iudicio Dei vindicandum cõmendat Laban quicquid alter in alterum abſentẽ peccauerit. quaſi diceret, Quanuis ad me vſque non perueniet iniuriæ notitia, quia procul abero: Dominum tamẽ qui vbique adeſt, oro vt ſpeculetur. Quam ſententiã clarius ſequenti verſu exprimit dicẽs, Nemo nobiſcum eſt, Deus inter me & te erit teſtis, quibus verbis ſignificat Deum tunc acerrimum fore cuiuſlibet ſceleris vindicem vbi nullus ſedebit in mundo iudex. Abſcondemur, &c. נסתר וגו׳ Ad verbum, abſcondemur vir [vel quiſque] à ſocio ſuo. Hebraiſmus, quum diſceſſerimus alter ab altero. q. d. Quum nemo noſtrum alterum videbit. ſiue quando quiſque noſtrum erit procul à ſocio ſuo. 51 Ieci ירית׳ .i. congeſtis lapidibus extruxi.

52 Teſtis עד ſub. ſit, aut eſt, vel erit fœderis noſtri. Tranſibo אעבור præteribo. tranſgrediar. i. ego continebo me intra hunc terminum meũ, & tu intra tuum. q. d. Alter alterius fines non ingredietur vt ei iniuriam inferat. Ad malum. : לרעה ſub. inferendum.

53 Patris eorum. אביהם nempe Abrahæ & Nachor. Laban per Dei nomen adiurat Iacob. hæc enim eſt fœderum ſanctitas, Deũ vtrinque aduocare vt inultam perfidiam non ſinat. Perperam verò idola ſua cõmiſcet. Et ne deterior videatur ſua religio, antiquitatis fuco eam colorat: nam Deum patris Patrum ſuorum appellans, gloriatur ſibi à maioribus eſſe traditũ. Per pauorem בפחד Vide ſuprà verſu 42.

54 Victimam זבח Eorum more ſcilicet qui fœdus pepigerant. Vt comederent, &c. לאכל וגו׳ Hebraiſmus, ad conuiuium, & epulari ſunt. 55 Filios ſ. לבניו .i. nepotes ſuos. Abiénſque, &c. וילך וגו׳ Ad verbum, & abiit, & reuerſus eſt Laban ad locum ſuũ .i. in patriam ſuam vnde venerat.

IN CAPVT XXXII.

1 Abiit in viam ſuam, הלך לדרכו .i. cœpit conficere iter incœptum. 3 Et miſit וישלח Hæc eſt octaua Hebræorum ſectio huius primi libri Moſis, quam ſuo more à prima dictione וישלח denominant.

4 Sic dicit, &c. כה אמר וגו׳ Hebraiſmus, Hæc ſeruus tuus Iacob vult tibi eſſe nota.

5 Mittóque vt nuntiem ואשלחה להגיד Præt. Heb. pro præſ. Multa hic ſunt ſubaudienda, acſi dicat, & mitto nuntios vt annuntient domino meo aduentum meum, vt inueniam, &c. Hoc eſt, miſſis nuntiis, volui indicare domino meo reditum meum: vt hac ratione inuenirem gratiam eius. Alii aliud ſubaudiunt, vt annuntient domino meo quæcunque præcepit mihi Dominus.

6 Cum quadringentis, &c. וארבע וגו׳ Ad verbum, & quater centum viri cum eo. Hi honoris cauſa illum comitabantur.

los in duas turmas.

Dicēs,ſi venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma quæ reliqua eſt,ſaluabitur.

C Dixitque Iacob,Deus patris mei Abrahā,& Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi,Reuertere in terrā tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi:

Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quam expleuiſti ſeruo tuo. in baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabꝰ turmis regredior.

Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.

Tu locutꝰ es quòd benefaceres mihi,& dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non poteſt.

D Quūque dormiſſet ibi nocte illa, ſe parauit de his quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo,

Capras ducentas,hircos viginti, oues ducentas ,& arietes viginti,

Camelos fœtas cum pullis ſuis,triginta,vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem.

Et miſit per manus ſeruorum ſuorū ſingulos ſeorſum greges,dixitq; pueris ſuis,Antecedite me,& ſit ſpatium inter gregem & gregem.

Et præcepit priori,dicens,Si obuiū habueris fratrem meum Eſau, & interrogauerit te,Cuius es? aut,quò vadis? aut,Cuius ſunt iſta quæ ſequeris?

E Reſpondebis, Serui tui Iacob,munera miſit domino ſuo Eſau:ipſe quoque poſt nos venit.

Similiter dedit mandata ſecundo & tertio, & cunctis qui ſequebantur greges,dicēs, Iiſdē verbis loquimini ad Eſau quum inueneritis eum.

Et addetis, Ipſe quoq; ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur. dixit enim,Placabo illum muneribus quæ præcedūt,& poſtea videbo illum,forſitan propitiabitur mihi.

Præceſſerunt itaque munera ante eum,ipſe verò manſit nocte illa in caſtris.

F Quúmque mane ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas & totidem famulas cum vndecim filiis,& tranſiuit Vadū Iaboc.

Traductiſque omnibus quæ ad ſe pertinebant,

Remāſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.

los in duas turmas.

8 Dixítque,Si venerit yEϣſáu ad turmā vnam, & percuſſerit eā, 'tunc erit turma quæ remanſerit,in euaſionem.

9 Et dixit Iayacób, O Deus patris mei Abrahám, & Deus patris mei Ixſnhác, ô Iehouáh, 'qui dixiſti ad me, Reuertere ad terram tuam,'& ad cognationem tuam,& benefaciam tibi:

Orat Deum Iacob in āguſtiis, arripiēs promiſſionem Dei,& indignitatē ſuā confitens.

10 'Inferior ſum cūctis miſericordiis & omni veritate quam feciſti cum ſeruo tuo: quoniam 'cum baculo meo trāſiui Iardén iſtū, nunc autem 'habeo duas turmas.

11 Erue me quæſo de manu fratris mei, de manu yEϣſáu: timeo enim eum,ne fortè veniat,& percutiat me,*atque* matrem cū filiis.

12 'Et tu *quidem* dixiſti,Benefaciendo benefaciam tibi,& ponam ſemen tuum vt arenam maris,quæ numerari non poteſt præ multitudine.

13 Et pernoctauit ibi nocte illa, & tulit 'ex iis quæ occurrebant ad manum ſuam,munus *mittendum* ad yEϣſáu fratrem ſuum:

Iacob mittit munera ad Eſau fratrem ſuum.

14 *Nempe* capras ducentas,& hircos viginti,oues ducentas,& arietes viginti,

15 Camelos lactantes & pullos earum,triginta:vaccas quadraginta,& iuuencos decem,aſinas viginti,& pullos decem.

16 Tradidítque in manum ſeruorum ſuorum, ſingulos greges ſeorſum,dixítque ſeruis ſuis, 'Tranſite ante me,atque interſtitium ponite inter gregem & gregem.

17 Et præcepit primo, dicendo, Si occurrerit tibi yEϣſáu frater meus,& interrogauerit te,dicendo, Cuius es?&,quò pergis?& cuius *ſunt* iſta ante te?

18 Tunc dices,Serui tui Iayacób munus eſt,miſſum ad dominum meum yEϣſáu:& en etiam ipſe *eſt* poſt nos.

19 Et præcepit etiam ſecundo,etiam tertio, cunctis denique pergentibus poſt illos greges,dicendo,'Iuxta verbum hoc loquimini ad yEϣſáu quum inueneritis eum.

20 'Et adiicietis,Ecce ſeruus tuus Iayacób '*eſt* poſt nos. 'dixit enim, Placabo 'faciem eius munere quod me antecedit, & poſtea videbo faciem eius,fortè 'ſuſcipiet faciem meam.

21 Tranſiuit itaque munus ante eum:ipſe verò pernoctauit nocte ipſa 'cum turma.

22 Conſurgens autem nocte ipſa, accepit duas vxores ſuas,duáſq; ancillas ſuas,& vndecim liberos ſuos,tranſiuitq; vadum Iaboc.

23 Accipiens ergo eos, tranſire fecit illos 'flumen ipſum, tranſire quoque fecit quæ erant ſibi.

24 'Relictus eſt itaque Iayacób ſolus:& luctatus eſt 'vir cum eo donec 'aſcenderet aurora.

Iacob luctatur cum Angelo ne poſtea timeat fratrem.

---

8 Tunc erit turma,&c. והיה המחנה וגו' Ad verbum,& erit turma reliqua in liberationem.i. alia turma euadet ac liberabitur.

9 Qui dixiſti האומר Ad verbum,qui dicens.Præſ.pro præt. i.cuius admonitione ac impulſu cœpi tractare conſiliū redeundi in patriam meam. Et ad cognationem t. ולמולדתך Ad verbum,& ad natiuitatem tuam.i.ad terram natiuitatis tuæ.

10 Inferior ſum,&c. קטונתי וגו' Ad verbū,Minor ſum,&c.Hebraiſmus,Indignus erā in quem tanta beneficia conferres,indignus inquā eram omnibus promiſſionibus tuis quas adimpleſti ſeruo tuo. Cum bac.meo במקלי .i.cum ſcipione ſolo quem manu geſtabam.Chaldæus paraph.ſolus.i.incomitatus.q.d. Quum tranſirem Iordanem vt irem in Haran,habebam mecum tantùm ſcipionem meum,nunc autē deduco mecū duas turmas. diuiſerat enim quæcunque habebat in duas turmas,vt dixit ſuprá. Habeo duas t. הייתי לשני מחנות Ad verbū, factus ſum in duas,&c. 12 Et tu *quidem* dixiſti, ואתה אמרת Tu tamen dixiſti.i.Promiſiſti mihi quòd multis beneficiis me afficeres.

13 Ex iis quæ,&c. מן־הבא וגו' Hebraiſmus,adornauit munus ex his quæ habebat ad manum & in promptu.

16 Trāſite ante me,עברו לפני Præcedite me.Antecedite. 19 Iuxta verb.hoc כדבר הזה Hebraiſmus,Iiſdē verbis reſpōdebitis,&c.

20 Et adiicietis,ואמרתם גם Ad verbum,Et dicetis etiam *Eſt* poſt nos.אחרינו ſequitur nos. Dixit enim,כי אמר dicebat enim.i.ita apud ſe cogitabat. Faciem eius פניו iram eius.Ex facie hominis dignoſcitur ira. Suſcipiet fa.m. ישא פני: Hebraiſmus,melæta fronte ſuſcipiet:hoc eſt,fortaſſe ero ei gratus.vel,forſitan honorificè me ſuſcipiet.

21 Cum turma. במחנה: in caſtris ipſis. 23 Flumen הנחל id eſt torrentem.

24 Relictus eſt itaque ויותר nempe vltra Iordanē,à parte mōtis Galaad. Vir איש quiſpiā. Aſcēderet עלות.i.inciperet apparere.

Quũ autẽ videret quòd nõ præualeret ei, tetigit'palam femo- 25
ris eius,& mouit ſe pala femoris Iayacób quũ luctaretur cũ eo.

'Dixítque,Dimitte me,quia aſcendit aurora.Et dixit,Non di- 26
mittam te'niſi benedixeris mihi.

Et dixit ei *Angelus*, Quod eſt nomen tuum? Reſpondit,Iayacób. 27

Iacob nominatur Iſrael.

Ait autem,Nõ Iayacób dicetur vltrà nomen tuũ, ſed Iwſraℵél: 28
quia'princeps fuiſti cum Deo,& cum hominibus præualebis.

Interrogauítque Iayacób,& dixit,Indica quæſo nomen tuum. 29
Qui reſpõdit,Vtquid interrogas de nomine meo?Et benedixit ei
ibidem.

Et appellauit Iayacób nomẽ loci illius Peniℵél:Quia vidi,*inquit*, 30
Deum facie ad faciem,'& euaſit anima mea.

Exortúſque eſt ei ſol quum prætериiſſet Penuℵél,& claudicabat 31
ſuper femur ſuum.

Iudæi neruũ femoris non comedunt.

Idcirco non comedunt filii Iwſraℵél'neruum cõtractionis qui 32
eſt'in pala femoris, vſque ad diem hanc: quia tetigit palam femoris Iayacób,& neruum contractionis.

Cap. XXXIII.

Eſau venit obuiam fratri,cui occurrit Iacob.

Porrò eleuatis Iayacób oculis ſuis vidit, & ecce yEwſáu veniebat,quadringentíque viri cum eo:'& partitus eſt liberos cum 1
Leáh,& cum Ranhél,& cum ambabus ancillis.

Poſuítque ancillas & liberos earũ primo loco : deinde Leáh ac 2
liberos eius, poſteriores: Ranhél autem & Ioſéph poſtremos.

Ipſe autem trãſiuit ante eos, & inclinauit ſeſe in terram vſque 3
ſeptem vicibus,donec accederet vſque ad fratrem ſuum.

Eſau fratrem Iacob oſculatur, placaturque ei.

Accurrit autem yEwſáu in occurſum eius,&amplexatus eſt cũ, 4
iactauítque ſe ſuper collũ eius,atque oſculatus eſt cũ,& fleuerũt.

Eleuatíſque oculis ſuis vidit vxores & liberos , dixítque,'Qui 5
ſunt iſti ? *ſúntne* tui ? Qui reſpondit, Liberi *ſunt* quos donauit Deus
ſeruo tuo.

Acceſſerunt itaque propius ancillæ ipſæ, & liberi earum,& in- 6
curuauerunt ſe.

Acceſſit quoque Leáh cũ liberis ſuis,& incuruauerũt ſe:& poſt- 7
ea acceſſit Ioſéph & Ranhél,qui & incuruauerunt ſe.

'Et dixit,'Eſtne tua tota turma illa quam obuiam habui?Reſpõ 8
dit,'Vt inueniam gratiam in oculis domini mei.

Qui quum videret quòd eum ſuperare non poſſet,tetigit neruum femoris eius,& ſtatim emarcuit.

Dixitque ad eum,Dimitte me:iam enim aſcendit aurora.Reſpondit,Nõ dimittam te niſi benedixeris mihi.

Ait ergo,Quod nomẽ eſt tibi? Reſpondit,Iacob.

[At ille,Nequaquã,inquit,Iacob appellabitur nomen tuũ,ſed Iſrael:quoniã ſi contra Deum fortis fuiſti,quantomagis cõtra homines præualebis? Infrà 35.b.10

G

Interrogauit eum Iacob, Dic mihi,quo appellaris nomine? Reſpõdit, Cur quæris nomẽ meum? Et benedixit ei in eodem loco.

Vocauitque Iacob nomẽ loci illius Phanuel,dicens, Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.

Ortúſq; eſt ei ſtatim ſol poſtquam trãſgreſſ⁹ eſt Phanuel:ipſe verò claudicabat pede.

Quã ob cauſam non comedunt neruũ filii Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob,vſque in præſentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit. Cap. XXXIII.

Eleuãs autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringẽtos viros: diuiſitque filios Liæ & Rachel,ambarúmque famularum.

Et poſuit vtranque ancillam & liberos earum in principio:Liam verò & filios eius in ſecundo loco: Rachel autem & Ioſeph nouiſſimos.

Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties,donec appropinquaret frater eius.

Currẽs itaq; Eſau obuiã fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſq; collum eius,& oſculans,fleuit.

Leuatiſque oculis vidit mulieres & paruulos earũ, & ait, Quid ſibi volũt iſti? & ſi ad te pertinent ? Reſpondit, Paruuli ſunt quos donauit mihi De⁹ ſeruo tuo. B

Et appropinquãtes ancillæ & filii earum,incuruati ſunt.

Acceſſit quoque Lia cũ pueris ſuis: &quum ſimiliter adoraſſent,extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt.

Dixitq; Eſau,Quænã ſũt iſtæ turmæ quas obuiã habui? Reſpõdit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo.

25 Palam,&c. בכף־ירכו ותקע כף־ירך acetabulũ[coxendicem]femoris eius,& mouit ſe loco acetabulum,vel coxendix.aut potius,os rotundum femoris loco ſuo motum eſt. כף enim ſignificat vertebram & cotylen.i. oſſis concauitatem illam in qua abſconditur ſumma pars femoris quod ἰσχίον Græcis dicitur:& etiã caput illud femoris quod in ἰσχίον inſeritur.Os igitur ipſum femoris quod in ἰσχίον inſeritur,loco ſuo motum eſt,non acetabulum. 26 Dixitque,ויאמר ſub.ille qui luctabatur cum Iacob. Niſi benedixeris mihi. כי אם ברכתני:.i.niſi bene precatus fueris mihi. Cognouit Iacob athletã quo cum pugnauerat, Deum eſſe: quia benedictionẽ ab eo petit, quã ab homine mortali ſimpliciter petere non licebat.Sic doctiorum iudicio intelligi debet Oſee locus cap.12.a.3, In vtero ſupplantauit fratrem ſuum,& fortitudine ſua præualuit Angelo,præualuit inquam Angelo & præualuit illi,fleuit,& rogauit eum. Significat enim Propheta, poſtquam victor euaſerat Iacob,ſupplicem tamen fuiſſe Deo, & cum lachrymis precatum. 28 Princeps fuiſti,&c. שרית וגו' Ad verbum,ſtrenuè egiſti [inualuiſti] cum Deo, & cum hominibus,& præualuiſti . Noſter interpres cum Chaldæo paraph.& LXX,poſterius præteritum conuertunt in futurum, & ו redundare volunt. Alii conuertunt illud in Quanto magis:& hic ſenſus doctioribus magis placet,Quum in lucta te heroicè geſſeris cum Deo,illique præualueris:quanto magis ſuperior futurus es hominibus? Nam certè conſilium Dei fuit,ſeruũ ſuũ tam inſignis victoriæ fiducia inſtructum,ad varias pugnas dimittere,ne in poſterum vacillaret.non enim hominum more nomen imponit, ſed rem ipſam ſimul confert,vt certò reſpondeat euentus. Alii exponunt vt Hebraicè legitur,Quia ſtrenuũ te exhibuiſti apud Deum & homines,certando ac luctando cum Angelo qui perſonam hominis ſuſtinebat,& in ea lucta ſuperior fuiſti.

30 Et euaſit anima mea. ותנצל נפשי & liberata eſt vita mea.id eſt, mortuus non ſum.

32 Neruum contractionis את־גיד הנשה .i.neruum qui ſe contraxit & dimouit è loco ſuo. נשה enim eſt recedere, remouere, & obliuiſci,acſi obliuiſceretur loci ſui,& ab illo recederet.q.d.Abſtinent à muſculo contrahente ſeſe,& mouente,ſiue à parte illa coxendicis.

In pala בכף in acetabulo.vel coxendice.ſiue in oſſe rotundo femoris mouente ſe in acetabulo.

IN CAPVT XXXIII.

1 Et partitus eſt,&c. ויחץ וגו' & partitus eſt pueros iuxta Leah,vel apud Leah,&c. ſeparauit filios partim cum Leah,partim cum Rachel,& partim cum duabus ancillis.hoc eſt,diſtribuit eos in tres ordines: partem ponens cum Leah,&c.

5 Qui *ſunt* iſti?*ſuntne* tui? מי־אלה לך Quinam *ſunt* iſti tibi? Aut TIBI redundat,aut ſignificat Qui tecum ſunt.

8 Et dixit, ויאמר ſub.Eſau. Eſtne tua tota turma illa מי לך כל־המחנה הזה Quis *eſt iſte* ad quem *mittis* totam turmam illam ? Et לך redundat.vel, Quis tibi[id eſt, Quem habes]*ad quem mittis* vniuerſam turmam iſtam? Aut vt מי poſitum ſit pro למי vel אל מי, Ad quem *mittis* vniuerſam turmam iſtam? Alii,Cuius?tuáne vniuerſa,&c. Vt inueniam,&c. למצוא וגו' Hebraiſmus,vt ineam apud te gratiam, domine mi.q.d.Omnia illa miſi ad te dominum meum vt eſſem apud te gratioſus.

At ille ait, Habeo plurima, frater mi, ſint tua tibi.

C Dixitque Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis. ſic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei: eſto mihi propitius,

Et ſuſcipe benedictionem quã attuli tibi, & quã donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratrecompellente ſuſcipiens,

Ait, Gradiamur ſimul, eróque ſociꝰ itineris tui.

Dixitq; Iacob, Noſti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecũ: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dominũ meũ in Seir.

Reſpondit Eſau, Oro te vt de populo qui mecum eſt, ſaltẽ ſocii remaneant viæ tuæ. Nõ eſt, inquit, neceſſe: D hoc vno tãtùm indigeo, vt inueniam gratiam in cõſpectu tuo, domine mi.

Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat, in Seir.

Et Iacob venit in Socoth, vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt tabernacula.

Tranſiuitque in Salem vrbẽ Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidũ.

Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis.

Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

Cap. XXXIIII.

EGreſſa eſt autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius.

Quam quum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.

Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtémque deliniuit blanditiis.

Et pergens ad Hemor patrem ſuũ,

9 Dixítque yEשſáu, 'Eſt mihi multum, frater mi: ſit tibi quod tuum *eſt*.

10 Dixit autem Iayacób, 'Ne quæſo: ſi nunc inueni gratiam in oculis tuis, accipe munus meum è manu mea: 'nã idcirco vidi faciem tuam, acſi viderem faciem 'Angeli, "& places mihi.

11 Cape quæſo 'benedictionem meam quæ allata eſt tibi: quoniã 'donauit mihi Deus, ſúntque mihi omnia. 'Coegit igitur eum, & accepit,

Benedictio pro munere & dono Eſau ſuſcipit munus fratris ſui, Iacob.

12 Aítque, 'Proficiſcamur, & eamus, ambulabóque 'ante te.

13 Et dixit ad eum, Dominus meus nouit quòd pueri ipſi teneri ſunt, *quód*que pecudes & boues "fœtæ ſunt mihi: "& *ſi* impellant die vno, morientur omnes pecudes.

14 Trãſeat quæſo dominus meus ante ſeruum ſuum: ego verò 'incedam pedetentim 'ad pedem gregis qui eſt ante me, & ad pedem puerorum, donec veniam ad dominum meum in שSeעyír.

15 Dixit ergo yEשſáu, 'Dimittam quæſo tecũ de populo qui mecum *eſt*. Et dixit, Ad quid hoc? 'inueniam gratiam in oculis domini mei.

16 Reuerſus eſt itaque eo die yEשſáu per viam ſuam in שSeעyír.

17 Iayacób autem profectus eſt in סSuchóth, & ædificauit ſibi domum, "& gregi ſuo fecit tabernacula: idcirco vocauit nomen loci illius סSuchóth.

18 Venit itaque Iayacób incolumis in vrbem 'שSechém quæ *erat* in terra Chenáyan, quum veniret ipſe de Padán Arám: "& manſit ante vrbem.

19 Et emit partem agri, in quo tetẽderat tabernaculum ſuum, de manu filiorum חHamór patris שSechém, centum 'agnis.

20 Statuítque illic altare: "& appellauit illud, Fortis Deus Iשſraאél.

Altare Deo ædificat Iacob.

Cap. XXXIIII.

1 EGreſſa eſt autẽ Dináh filia Leáh, quam pepererat ipſi Iayacób vt videret 'filias terræ.

Dinæ raptus.

2 Quam quum vidiſſet שSechém filius חHamór 'חHiuæi principis eius regionis, "tulit eam: & cõcubuit cum ea, "oppreſſítque eã.

3 "Et adhæſit anima eius ipſi Dináh filiæ Iayacób, adamauítque puellam ipſam, "& loquutus eſt ad cor eius puellæ.

4 Dixit autẽ שSechém ad חHamór patrẽ ſuum, his verbis, Accipe

9 Eſt mihi multum, יש־לי רב Sunt mihi quamplurima.i.habeo ſatis ſupérque: maneat tibi quod tuum eſt.

10 Ne quæſo: אל־נא ſub. recuſes munus meum. Quidam ad ſequentia referunt, vertentes, Ne quæſo *id dicas*, ſi inueni gratiã apud te, *ſed* accipe, &c. Nam idcirco, &c. כי־על וגו Hebraiſmus, Si acceperis hoc munus meum, tam libenter videbo te, quàm viderem Deum, vſqueadeò placebis mihi. Angeli, אלהים Dei. Chaldæus paraph. principis. vel, magnatis. Et places mihi. ותרצני: & ſis mihi propitius. id eſt, hac ratione deprehendam tẽ mihi propitium eſſe.

11 Benedictionem meam את־ברכתי Significat beneficium, ſiue munus. Donauit mihi חנני Ad verbum, miſertus eſt mei Deus, & quia ſunt mihi omnia. Hebraiſmus, benignè largitus eſt mihi Deus quamplurima, & omnia mihi ſuppetunt, & nulla re indigeo. Coegit igitur eum, ויפצר־בו .i. fecit vt quaſi inuitus acciperet munus illud.

12 Proficiſcamur, נסעה Proficiſcere. Alii, Moue caſtra. Ante te. לנגדך: e regione tui. à latere tuo. i. æquis paſſibus incedam tecum. q.d. Ero tibi ſocius in itinere. 13 Fœtæ ſunt mihi: עלות עלי lactantes *ſunt* apud me. vel, ſuper me. i. in mea cura. q.d. Meum eſt vt curem diligentiſſimè illas. Et *ſi* impellant ודפקום & *ſi* vrgeant. i. quòd ſi paſtores ſemel compellant pecudes ipſas etiam die vno citius ambulare quàm ſolitæ ſint, morientur omnes nimia laſſitudine.

14 Incedam אתנהלה Ad verbum, deducam me. deducar. Ad pedem gregis לרגל המלאכה Ad verbum, ad pedem [vel greſſum] ipſius operis. ſignificat opus circa quod occupamur. i. gregis vel pecudum. erat enim occupatus in gregibus alendis. q.d. Iuxta paſſum facultatum quas ago ante me. nam præcipuæ eius facultates ſitæ erant in pecudibus.

15 Dimittam quæſo אציגה נא Ad verbũ, Statuam nunc. Stare faciam. i. Remanere faciã, Relinquam. Inueniam gr. &c. אמצא־חן וגו' Perinde valet hæc loquutio acſi dicas, Dũmodo gratus ſim tibi domino meo, ſatis mihi eſt. 17 Et gregi ſ. ולמקנהו atque peculio ſuo.

18 שSechém, שכם Hæc vrbs apud Iohannem, cap. 4. a. 5, dicitur Sichar. Et manſit, &c. ויחן וגו' & caſtrametatus eſt e regione vrbis.

19 Agnis. קשיטה: numis. 20 Et appellauit illud, ויקרא־לו .i. conſtruxit altare quod eſſet memoriale perpetuum quòd fortis Deus Iſrael liberaſſet illum. Alii vertũt, Et inuocauit ſuper [vel iuxta] illud fortem Deum Iſrael. Chaldæus paraph. & coluit fortem Deum Iſrael.

IN CAPVT XXXIIII.

1 Filias terræ. בבנות הארץ: mulieres regionis illius. 2 חHiuæi princip. החוי נשיא Hiuæus princeps. vel, Hiuæi principis. Tulit ויקח rapuit. Ad verbum, & accepit. Oppreſſitque eam. ויענה: & violauit eam. vel ſtuprauit.

3 Et adhæſit ותדבק Et inclinata eſt. Et loquutus eſt ad cor, &c. וידבר על־לב הנערה: .i. iuxta mentẽ & animum: hoc eſt, loquutus eſt cum ea, grata & placentia. q.d. verbis blandis pertraxit eam in ſuam ſententiam.

mihi puellam hanc in vxorem.

Iayacób autem audiuit quòd violaſſet Dináh filiam ſuam, (filii verò eius erant cum grege ipſius in agro,) "& ſiluit Iayacób donec venirent ipſi. 5

acob: premens
alto corde, do„
ingentem, do„
dient. quantu
date proficiunt
tanto graviores
sib; curas &c„
dit.

Egreſſus eſt itaque ɲHamór pater ɯSechém ad Iayacób 'vt loqueretur cum eo. 6

Porrò filii Iayacób venerant de agro: *qui* quum audierunt ipſi, dolore affecti ſunt viri illi, 'iratíque ſunt valde, quòd 'prauitatē feciſſet in Iɯſraɴél, concumbendo cum filia Iayacób, '& ſic non debebat fieri. 7

Hemor petit Dinam in vxorem filio.

Loquutus eſt ergo ɲHamór cũ eis in hũc modũ, 'ɯSechém filii mei adhæſit anima cum filia veſtra: date quæſo eam illi in vxorẽ. 8

Et connubia iungite nobiſcum: filias veſtras "date nobis, & filias noſtras accipite vobis. 9

Et nobiſcum habitate: 'terra enim erit coram vobis: habitate *igitur*, & negotiamini in ea, 'poſſidetéque eam. 10

Dixit quoque ɯSechém 'patri eius, & fratribus eius, 'Inueniam gratiam in oculis veſtris, & quod dixeritis mihi dabo. 11

'Augete mihi valde dotem, ac donum, & dabo queadmodum dixeritis mihi, 'modò detis mihi puellam ipſam in vxorem. 12

Filii Iacob dolo ſe petunt Sichimitas circũcidi.

Reſponderunt autẽ filii Iayacób ipſi ɯSechém & ipſi ɲHamór patri eius 'in dolo, & loquuti ſunt: eo quòd violaſſet Dináh ſororem ipſorum. 13

Et dixerũt eis, Non poſſumus facere rem iſtam, vt demus ſororem noſtram viro cui *eſt* præputium: quia 'abominatio eſt nobis. 14

Verùm "in hoc cõplacebimus vobis, Si fueritis ſimiles nobis, vt circuncidatur in vobis omnis maſculus. 15

Tunc dabimus filias noſtras vobis, & filias veſtras capiemus nobis: & habitabimus vobiſcum, '& erimus in populum vnum. 16

Quòd ſi non obedieritis nobis, vt circũcidamini, recipiemus filiam noſtram, & recedemus. 17

'Et placuerunt verba eorum ipſi ɲHamór '& ipſi ɯSechém filio ɲHamór. 18

Neque diſtulit puer facere rem illam: quia 'complacuerat ei filia Iayacób: ipſéque *erat* 'honorabilior præ tota domo patris ſui. 19

Oratio Hemor ad populum.

Venit itaque ɲHamór & Sechém filius eius ad portã vrbis ſuæ, loquutíque ſunt ad viros vrbis ſuæ, dicendo, 20

Viri iſti 'pacifici ſunt nobiſcum, '& habitabũt in hac regione & negotiabuntur in ea, ("nam terra ſanè lata eſt locis ante eos) filias eorum accipiemus nobis in vxores, & filias noſtras dabimus eis. 21

Accipe, inquit, mihi puellã hanc coniugem.

5 Quod quum audiſſet Iacob abſentibus filiis, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent.

6 Egreſſo autem Hemor patre Sichẽ vt loqueretur ad Iacob,

7 Ecce filii eius veniebãt de agro: auditóque quod acciderat, irati ſunt valdè, eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Iacob, rẽ illicitam perpetraſſet.

8 Loquut⁹ eſt itaque Hemor ad eos, Sichem filii mei adhæſit anima, filiæ veſtræ: date eam illi vxorem. B

9 Et iungamus viciſſim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite.

10 Et habitate nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt: exercete, negotiamini, & poſſidete eam.

11 Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam corã vobis, & quęcunque ſtatueritis dabo.

12 Augete dotem, & munera poſtulate, & libẽter tribuam quod petieritis, tantùm date mihi puellã hanc vxorẽ.

13 Reſponderũt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſæuiẽtes ob ſtuprũ ſororis,

14 Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtrã homini incircũciſo: quòd illicitum & nephariũ eſt apud nos.

15 Sed in hoc valebimus fœderari, Si volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circũcidatur in vobis omnis maſculini ſexus.

16 Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: & habitabim⁹ vobiſcũ, erimúſq; vnus popul⁹. C

17 Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus.

18 Placuit oblatio eorũ Hemor & Sichem filio eius.

19 Nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enĩ puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui.

20 Ingreſſique portam vrbis, loquuti ſunt ad populum,

21 Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotiẽtur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorũ accipiem⁹ vxores, & noſtras illis dabim⁹.

---

5 Et ſiluit ויחריש & ſubticuit. 6 Vt loqueretur cum eo. לדבר אתו: de futuris ſcilicet nuptiis.

7 Iratique ſunt ויחר להם Ad verbum, & incaluit [ſub. furor eorum] ipſis. Prauitatem נבלה rem fœdam ac turpem. vel, prauam ac ignominiæ plenam. Et ſic non debebat fieri. וכן לא יעשה: Ad verbum, & ſic non fiet. Hebraiſmus, quum non liceret ſic fieri.

8 ɯSechem filii, &c. שכם בני חשקה נפשו בבתכם Ad verbum, Sechem filius meus, cõplacet ſibi anima eius in filia veſtra. i. Sechem filius meus deperit [deamat] filiam veſtram. i. tenetur maximo deſiderio filiæ veſtræ.

9 Date, &c. 'תתנו וגו Fut. Heb. dabitis nobis, & filias noſtras accipietis.

10 Terra enim erit coram v. והארץ תהיה לפניכם regio enim ipſa erit in conſpectu veſtro. Hebraiſmus, pro, in poteſtate veſtra. hoc eſt licebit vobis habitare in quacunque parte regionis volueritis. Poſſidetéque eam. והאחזו בה: Ad verbum, & poſſeſſionem capite in ea. i. date operam vt ſitis poſſeſſores eius. 11 Patri eius, אל אביה nempe puellæ. Inueniam gratiam in oc. v. אמצא חן בעיניכם Hebraiſmus, Sim vobis gratioſus. hoc eſt Annuite precibus meis.

12 Augete mihi, &c. 'הרבו עלי וגו Hebraiſmus, Petite à me ingentem dotẽ ac ingentia munera. Modò detis ותנו Ad verbum, & date.

13 In dolo, & loq. ſ. במרמה וידברו Ordo inuerſus, pro, & loquuti ſunt in dolo. 14 Abominatio eſt חרפה הוא probrũ eſt. vel, opprobrium eſſet. 15 In hoc compl. בזאת נאות hac in re cõſentiemus. acquieſcemus hac lege. ſiue cõditione, & ita Chaldæus paraph. Vide infrà, verſu 22. 16 Et erimus in pop. v. והיינו לעם אחד: & erimus vnus populus. i. ex nobis omnibus fiet vnus populus.

18 Et placuerunt, &c. 'וייטבו וגו Ad verbum, Et bona fuerunt verba eorum in oculis Hamor, & in oculis, &c.

19 Complacuerat ei filia חפץ בבת deamabat [vehementer amabat] filiam. Honorabilior, &c. 'נכבד וגו clarus [inclytus] præ tota, &c. Hebraiſmus, erat clariſſimus totius familiæ ſuæ.

21 Pacifici ſunt nob. שלמים הם אתנו Hebraiſmus, Viri iſti hactenus pacificè vixerunt nobiſcum. Et habitabunt וישבו .i. vt habitare eis liceat in hac regione & negotiari. Quidam vertunt, habitaturi ſunt itaque in hac regione. Nã terra ſanè, &c. 'והארץ הנה וגו Ad verbum, & terra ecce, &c. Hebraiſmus, nam terra ſpatioſiſſima eſt, & proinde etiam eorum capax.

Vnum eſt quo differtur tantum bonum, Si circuncidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes.

22 Verùm ″in hoc complacebunt nobis viri habitare nobiſcum, vt ſimus populus vnus, Si circūcidatur in nobis omnis maſculus, quemadmodum ipſi *ſunt* circunciſi.

Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erūt: tantùm in hoc acquieſcamus, & habitātes ſimul, vnum efficiamus populū.

23 ″Greges eorum & ſubſtantiam eorū, & omnia iumenta eorum, nōne noſtra erūt? ″tātùm cōplaceamus eis, & habitabūt nobiſcū.

Aſſenſique ſunt omnes, circunciſis cunctis maribus.

24 Obedierúntque חHamór & שSechém filio eius omnes egrediētes per portam vrbis illius: ″& circunciderunt ſe omnis maſculus, quotquot egrediebantur per portam ciuitatis eius.

D Et ecce, die tertio quando grauiſſimus vulnerū dolor eſt, arreptis, duo filii Iacob, Simeō & Leui fratres Dinę, gladiis, ingreſſi ſunt vrbem confidenter: interfectiſqꝫ omnibus maſculis,

25 ″Tertio itaque die quum eſſent in dolore, acceperunt duo filii Iayacób שSimıyón & Leuí fratres Dináh, quiſque gladium ſuum, venerúntque ″in vrbem ipſam confidenter, & occiderunt omnem maſculum,

Circunciſos Sichimitas occidūt Simeon & Leui.

Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem, ſororem ſuam.

26 Quin & חHamór & שSechém filium eius occiderunt ″acie gladii, tulerúntque Dináh è domo שSechém, & egreſſi ſunt.

Quibus egreſſis irruerūt ſuper occiſos cęteri filii Iacob: & depopulati ſūt vrbem in vltionem ſtupri.

27 Filii verò *alij* Iayacób ″venerunt ad occiſos: & deprædati ſunt vrbem, eo quòd violauerant ſororem ſuam.

Oues eorum, & armēta, & aſinos, cunctáque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant.

28 Pecudes *quoque* eorum, & boues, atque aſinos eorum, quæque *erant* in vrbe & in agro, ″acceperunt.

Paruulos quoque eorū & vxores duxerunt captiuas.

29 Sed & omnem ſubſtātiam eorum, omnéſque paruulos eorum, atque vxores illorū captiuas abduxerunt, ac prædati ſunt, & quicquid *erat* ″in domo.

Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.

30 Dixit autē Iayacób ad שSimıyón & Leuí, Turbaſtis me, ″vt fœtere faceretis me apud habitatores huius regionis, *nempe* Chenayanæum & Perizæum, ″quum habeam paucos homines mecum: cōgregabúntque ſe aduerſum me, ac percutient me, ″& diſperdar ego & domus mea.

Increpātur à Iacob patre ſuo.

Reſponderunt, Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

31 Et reſponderunt, ″Nunquid tanquam ſcorto abuti debuerunt ſorore noſtra?

Cap. XXXV.

Supra 28.c.13

INterea loquutus eſt Deus ad Iacob, Surge, & aſcende Beth-el, & habita ibi: fácque altare Deo qui ſ apparuit tibi quando fugiebas Eſau fratrē tuum.

1 DIxit autem Deus ad Iayacób, ″Surge, aſcende in Beth-אél, & mane ibi: fácque ibi altare Deo qui apparuit tibi dum fugeres à facie yEשſáu fratris tui.

Iacob anxiū iubet Deus aſcendere in Beth-el & altare ædificare.

Iacob verò conuocata omni domo ſua, ait, Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.

2 Tunc dixit Iayacób familiæ ſuæ, omnibúſque qui cum ipſo *erant*, Auferte deos alienos qui *ſunt* ″in medio veſtri, & mundamini, ″ac mutate veſtimenta veſtra.

Iubet Iacob auferri idola.

Surgite, & aſcendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

3 Surgamúſque, & aſcendamus in Beth-אél, & faciam ibi altare Deo ″qui exaudiuit me in die anguſtiæ meæ, ″& fuit mecum ″in via qua ambulaui.

Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas ſubter terebinthum quæ eſt poſt vrbem Sichem.

4 Dederunt itaque ipſi Iayacób omnes deos alienos ″qui *erant* in manu ſua, inaures quoque ″quæ *erant* in auribus ipſorum, & abſcōdit eos Iayacób ſubter illam quercum quæ *erat* apud שSechém.

22 In hoc complacebunt nobis כזאת יאותו לנו hac lege conſentient nobis. vel, acquieſcent. Eadem ferè verba quæ ſuprà verſu 15.

23 Greges eorum & ſubſt. &c. מקנהם וקנינם וגו' Pecudes illorum, atque poſſeſſio illorum, omnia quoque armenta ipſorum. Ad verbum, omnis quoque beſtia ipſorum. Tantùm complac. eis, אך נאותה להם modò [dūmodo] conſentiamus eis. vel acquieſcamus. vt verſu præcedenti. 24 Et circunciderunt ſe om. maſ. וימולו כל־זכר & circunciderunt omnem maſculum.

25 Tertio itaque die, &c. ויהי ביום וגו' Ad verbum, Et fuit, in die tertia, quum eſſent dolentes. i. Quum die tertio oppreſſi eſſent dolore circunciſionis. In vrbem ipſam confidenter, על־העיר בטח contra vrbem, &c. Chaldæus paraph. ad vrbem quæ habitabat confidenter. i. quæ nihil tale expectabat. q. d. Inuaſerunt vrbem incautam. 26 Acie gladii, לפי־חרב Ad verbum, in ore gladii. i. gladio, vel enſe.

27 Venerunt ad occiſos: באו על־החללים Chaldæus paraph. venerunt ſpoliatum interfectos.

28 Acceperunt. לקחו: rapuerunt. 29 In domo. בבית : Singul. Heb. pro plur. in domibus. ſub. illorum.

30 Vt fœtere faceretis me להבאישני Hebraiſmus, Feciſtis enim vt poſthac habitatores huius regionis abhorreant à me tanquam à re putida ac malè olente. hoc eſt, Vos effeciſtis vt redderetis me abominabilem & odioſum Chananæis. Huic Hebraiſmo cōtrarius eſt ille apud Paulum, 2. Corinth. 2. d. 15, Chriſti bonus odor ſumus, pro, accepti ſumus Chriſto. Quum habeam pau. ho. me. ואני מתי מספר Ad verbum, & ego homines numeri. ſub. לי mihi. i. quum ſint mihi pauci homines. Et diſperdar ונשמדתי & delebor.

31 Nunquid tanquam ſcorto, &c. הכזונה וגו' Ad verbum, tanquam ſcortum facere debebat ſororem noſtram?

IN CAPVT XXXV.

1 Surge, aſc. קום עלה. i. Citò aſcēde, ſiue Citò recipe te in Beth-el. 2 In medio v. בתוככם inter vos. Ac mutate, &c. והחליפו וגו' i. abiectis veſtibus ſordidis accipite mūdas. 3 Qui exaudiuit, &c. העונה וגו' qui exaudire ſolet me tēpore quo affligor. Et fuit mecum ויהי עמדי Chaldæus paraph. & adiuuit me. In via qua ambul. בדרך אשר הלכתי : i. in ea peregrinatione quam ſuſceperam.

4 Qui *erant* in manu ſ. אשר בידם Hebraiſ. quos habebant. Quæ *erant* in aur. ip. אשר באזניהם. i. dependebant ex auribus ipſorū. Inſignia certè erant alicuius ſuperſtitionis.

Deus terret hoſtes Iacob.

Et profecti ſunt,'fuítque terror Dei ſuper vrbes quæ *erant in* circuitibus eorum,'& non perſequuti ſunt filios Iayacób. 5

Venit Iacob in Beth-el.

Venit igitur Iayacób in Luz quæ *eſt* in terra Chenáyan ('hæc *eſt* Beth-אél:)ipſe & vniuerſus populus qui *erat* ſecum. 6

Domus Dei.

AEdificauítque illic altare,'vocauítque locum אEl-Beth-אél: quia ibi'apparuerat ei Deus dum fugeret à facie fratris ſui. 7

Moritur Debora

'Et mortua eſt Deboráh nutrix Ribcáh, & ſepulta fuit ſubter Beth-אél,ſub illa quercu: vocauítque nomẽ eius Allón Bachúth. *id eſt' quercus fletus.* 8

Apparuit autem iterum Deus ipſi Iayacób quando redibat ipſe de Padán Arám,ac benedixit ei, 9

Deus rurſum nominat Iacob Iſraelem.

Dixítque illi Deus, Nomen tuum *eſt* Iayacób:'non vocabitur nomen tuum vltrà Iayacób,ſed Iשׂraאél erit nomẽ tuum: Vocauit ergo nomen eius Iשׂraאél. 10

Adiecítq; illi De⁹,Ego ſũ'De⁹ õnipotẽs, creſce & multiplicare: gens & cœtus gentium erit ex te, & Reges è lũbis tuis egrediẽtur. 11

Iterum ipſi promittitur terra Chanáan.

Terrámque illam quam dedi Abrahám & Iצſחhác,tibi dabo,ſemini quoque tuo poſt te dabo ipſam terram. 12

Et diſceſſit ab eo Deus è loco vbi loquutus fuerat cum eo. 13

'Erexit autem Iayacób titulum in eo loco in quo loquutus fuerat cum eo, titulum *inquam* lapideum:"& libauit ſuper illum libamen,'& fudit ſuper illum oleum. 14

Beth-el.

'Et vocauit Iayacób nomen ipſius loci in quo loquutus fuerat cum eo Deus,Beth-אél. 15

Rachel pariens Ben-iamin,moritur.

Profectique ſunt de Beth-אél,erátque adhuc"fermè milliare terræ vt venirét in אEphráth,"& parturiuit Raחhél, difficultatémque paſſa eſt dum pareret: 16

Quúmque difficultatem pateretur in pariendo, dixit ei obſtetrix,'Ne timeas,quia etiam iſte tibi filius. 17

Fuit autem'egrediente anima eius(nam mortua eſt)vocauit nomen illius'Ben-אoní:at pater eius vocauit eum'Biniamín. 18

Mortua itaque eſt Raחhél, & ſepulta fuit in via *qua itur* Ephráth: hæc eſt Beth-léhem. 19

Ephratha.

'Et ſtatuit Iayacób ſtatuam ad ſepulchrum eius:ea eſt ſtatua ſepulchri Raחhél"vſque ad diem hunc. 20

Sepulchrum Rachel.

Profectúſque eſt Iשׂraאél, & tetendit tabernaculum ſuum trãs Migdal-yéder. 21

Fuit præterea, quum habitaret Iשׂraאél in ea regione, perrexit 22

---

5 Quũque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitũ ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.

6 Venit igitur Iacob Luzam, quæ eſt in terra Chanáan,cognomento Beth él,ipſe & omnis populus cum eo. B

7 AEdificauitque ibi altare,& appellauit nomẽ loci illius,domus Dei: ibi enim apparuit ei De⁹ quum fugeret fratrem ſuum. Suprà 28.e

8 Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccę,& ſepulta eſt ad radices Beth-él ſubter quercũ: vocatũq; eſt nomen loci illius, Quercus fletus.

9 Apparuit autem iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ,benedixitque ei,

10 Dicens, Non vocaberis vltrà Iacob,ſed Iſrael erit nomẽ tuum.Et appellauit eum Iſrael. Suprà 32 f.

11 Dixitque ei, Ego De⁹ omnipotẽs, creſce& multiplicare:gentes & populi nationum ex te erũt,Reges de lumbis tuis egredientur.

12 Terrámque quam dedi Abraham & Iſaac,dabo tibi & ſemini tuo poſt te.

13 Et receſſit ab eo.

14 Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo loquutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum:

15 Vocánſq; nomẽ loci illius Beth-el.

16 Egreſſus autẽ inde,venit verno tẽpore ad terrã quæ ducit Ephrátham: in qua quum parturiret Rachel,

17 Ob difficultatẽ part⁹ periclitari cœpit: dixitque ei obſtetrix, Noli timere,quia & hunc habebis filium.

18 Egrediẽte autẽ anima præ dolore, & imminente iam morte,vocauit nomen filii ſui Ben-oni,id eſt filius doloris mei:pater verò appellauit eũ Beniamin,id eſt filius dextræ.

19 Mortua eſt ergo Rachel,& ſepulta eſt in via quæ ducit Ephrátham, hæc eſt Beth-léhem. Infra 48.b.7 D

20 Erexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: hic eſt titulus monumẽti Rachel vſque in præſentẽ diẽ.

21 Egreſſus inde fixit tabernaculum trans Turrem-gregis.

22 Quúmq; habitaret in illa regione,

---

5 Fuitque terror Dei ſuper vrb. ויחי חתת אלהים על־הערים Hebraiſmus,Terror immiſſus à Deo inuaſit habitatores ciuitatũ circũuicinarũ.hoc eſt,terruit eos Deus. Et nonperſeq.ſunt,&c.'ולא רדפו וגו Ad verbum, & nõ ſequuti ſunt poſt filios Iaacob.i. atque ita factum eſt vt non inſequerentur filios Iaacob dum diſcederent. 6 Hæc *eſt* Beth-אél היא בית־אל .i.ea eſt quæ poſtea vocata fuit Beth-el.

7 Vocauitque ויקרא vocauerat autem.prius ſcilicet. Apparuerat ei Deus נגלו אליו האלהים apparuerant ei Angeli.

8 Et mortua eſt ותמת ſub.eo tẽpore.quod ipſa coniunctio ו etiã indicat. *Quercus fle.*propter planctũ, ſcilicet excitatũ ob mortem ipſius Deboræ. 10 Non vocabitur לא־יקרא Quidam ſubaudiunt,tantummodo:ſic, Non tantùm vocaberis poſthac Iaacob,ſed etiam Iſrael. 11 Deus omnipotens,&c. 'אל שדי וגו .q.d.Nihil eſt difficile apud me, mea benedictione efficietur vt creſcas ac multipliceris,ſiſque pater multarum gentium & regum multorum. 14 Erexit autẽ Iaya.titulum ויצב יעקוב מצבה Erexerat autem [Iam verò ſtatuerat]Iaacob ſtatuam.metam. Et libauit ויסך & libauerat.i.oleo & vino eum diligenter lauerat. Et fudit ויצוק & effuderat conſecrando ſcilicet eum Deo qui apparuerat ipſi.Quidam dicunt Iaacob duas erexiſſe ſtatuas,Alii,vnicam.

15 Et vocauit ויקרא Et vocauerat,dum ſcilicet iret in Meſopotamiam.

16 Fermè milliare כברת Ita quidam Hebræorum exponunt vt verſum eſt. Doctus inter Hebræos dicit כ eſſe ſimilitudinis,& deducit hanc vocem à ברה,ſcribítque menſuram eſſe ambulantium terram à mane vſque ad tempus cibi,puta prandii. Vnde quidam vertunt,& erat adhuc quaſi paſtus terræ ad veniendum in Ephrath.i.ſupererat adhuc tantum itineris quantũ confici poteſt ante vnum paſtum,vt peruenirent,&c.hoc eſt,itinere alterius partis diei diſtabant ab Ephrath. Et parturiuit ותלד .i.quum parturire cœpit.

17 Ne timeas,quia,&c. 'אל־תיראי כי וגו .i.Bono eſto animo:quia iam habes alterum filium.

18 Egrediente anima e. בצאת נפשה quum exitura eſſet anima eius.i.quum illa expiraret. Ben-אoní בן־אוני Chaldæus paraph. exponit,Filius doloris mei. Alii,filius calamitatis meæ. Alii,filius luctus mei. Biniamin. :בנימין Significat filiũ dexteræ,hoc eſt dilectũ & charum.honoratior enim eſt(ait doctus inter Hebræos)dextera manus ſiniſtra, & charior, quáque vti ſolemus in apprehendendis iis rebus,ſiue hominibus qui chari nobis ſunt.præterquam quòd ii chariores eſſe ſolent patribus filii qui poſtremi naſcuntur.

20 Et ſtatuit,&c. 'ויצב וגו Et erexit Iaacob metam. quæ eſſet tanquam monimẽtum & memoriale mortis Rachel.ſiue potius quæ omnibus ſeculis teſtis eſſet ſecundæ vitæ.& Dei prouidentia ſuperſtes durauit hæc admonitio,donec ex AEgypto reuerſus eſt populus.

Vſque ad diem hunc. :עד־היום vſque ad hoc tempus.i.quæ hodie quoque ita dicitur.

Infrà 49.a.4 abiit Rubē, & dormiuit cū Bala cōcubina patris ſui: quod illum minimè latuit. erāt autem filii Iacob duodecim.

Filii Liæ: primogenitus, Ruben, & Simeon & Leui, & Iudas, & Iſſachar, & Zabulon. 23

Filii Rachel: Ioſeph, & Beniamin. 24

Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan, & Nephthali. 25

Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad, & Aſer. hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. 26

Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebron, in qua peregrinat⁹ eſt Abraham & Iſaac. 27

Et completi ſunt dies Iſaac cētum octoginta annorum. 28

Cōſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt populo ſuo ſenex & plenus dierū: & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii ſui. 29

Cap. XXXVI.

HAE ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edom. 1

Eſau accepit vxores de filiab⁹ Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiā Anæ filiæ Sebeon Heuæi: 2

Báſemath quoque filiam Iſmael ſororem Nabaioth. 3

1.Para 1.c 29 Peperit autem Ada, Eliphaz: Báſemath genuit Rahuel: 4

Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. hi filii Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanáan. 5

Tulit autem Eſau vxores ſuas & filios & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanáan: & abiit in alteram regionē, receſſitque à fratre ſuo Iacob. 6

Suprà 33.a.6 Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterāt: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. 7

B

Ioſue 24.a.4 Habitauitque Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom. 8

Hæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir, 9

D

1.Par.1.c.35 Et hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Eſau, Rahuel quoque filius Báſemath vxoris eius. 10

Fuerúntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez. 11

Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Eſau: quæ peperit ei Amalec. hi ſunt filii Ada vxoris Eſau. 12

Reואuben, & concubuit cū Bilháh″concubina″ patris ſui:′quod audiuit Iשſraאél. fuerunt autem filii Iayacób duodecim. Concumbit Ruben cum concubina patris ſui. Filii Iacob.

23 Filii Leáh: primogenitus Iayacób, Reואbén, & שSimיyón, & Leuí, & Iehudáh, & Iשſſachár, & Zebulún.

24 Filii Raחhél: Ioסſéph & Biniamín.

25 Et filii Bilháh ancillæ Raחhél: Dan, & Naphthalí.

26 Et filii Zilpáh ancillæ Leáh: Gád & Aשſér. Iſti *ſunt* filii Iayacób, qui nati ſunt ei in Padán Arám.

27 Venit itaque Iayacób ad Iצſחhác patrem ſuum in Mamréא ciuitate Arbáy, ″hæc *eſt* חHebrón, vbi habitauit Abrahám & Iצſחhác. Iacob peruenit ad Iſaac.

28 Fuerunt autem dies Iצſחhác centum octoginta anni.

29 ′Et obiit Iצſחhác, ac mortuus eſt, ″& collect⁹ eſt ad populos ſuos, ſenex, ″& ſatur dierum: & ſepelierunt eum yEשſáu & Iayacób filii eius. Moritur Iſaac.

Cap. XXXVI.

1 IStæ autem ſunt generationes yEשſáu, ′ipſe *eſt* אEdóm.

2 yEשſáu accepit ″vxores ſuas è filiab⁹ Chenáyan, yAdáh filiam אElón Hitthæi, & Aholibamáh filiā yAnáh′filiæ צSibיyón חHiuæi: Vxores Eſau.

3 Et Boשſmáth filiam Iשſmayאél, ſororem Nebaióth.

4 Peperit autem yAdáh ipſi yEשſáu אEliphaz: & Boשſmáth peperit Reיyuאél.

5 At Aholibamáh peperit Ieיyúש, & Iaylám, & Córaחh. iſti filii yEשſáu qui nati ſunt ei in terra Chenáyan.

6 Tulítq; yEשſáu vxores ſuas & filios ſuos, & filias ſuas, & omnes ′animas domus ſuæ, & greges ſuos, omnia quoque″iumenta ſua, & omnem ſubſtantiam ſuam quam acquiſierat in terra Chenáyan: ″& iuit ad *aliam* terram ″à facie Iayacób fratris ſui. Eſau habitat in monte Seir.

7 ′Erat enim ſubſtantia eorum multa, vt non quirent habitare pariter: neque poterat″terra peregrinationum eorum ſuſtinere eos propter greges eorum. Eſau & Iacob diuites.

8 ′Et habitauit yEשſáu in monte שSeיyir: yEשſáu ″eſt אEdóm.

9 Iſtæ ergo *ſunt* generationes yEשſáu ″patris אEdóm in monte שSeיyir. Generationes Eſau patris Idumæorum.

10 Iſta *ſunt* nomina filiorum yEשſáu: אEliphaz filius yAdáh vxoris yEשſáu: Reיyuאél filius Boשmáth vxoris *quoque* ′eius.

11 Fuerúntque filii אEliphaz: Themán, יאOmár, צSephó, & Gaytham, & Cenáz.

12 Porrò Thimnáy erat concubina אEliphaz filii yEשſáu: quæ peperit ipſi אEliphaz, yAmalec. hi *ſunt* filii yAdáh vxoris yEשſáu. Amalec.

---

22 Concubina פילגש Hæc vox ſignificat ancillam viro iunctam abſque contractu & ſponſalibus. Tamen in Sacris literis erat vera vxor, vt de Cetura legimus quæ vxor appellatur, Geneſ.25.a.1, Abraham duxit vxorem, nomine Ceturam. Eadem 1.Paral.1.c.32, dicitur concubina, Filii autem Ceturæ cōcubinæ Abraham. Iudicum cap.19.a.1, Quidam vir Leuites habitans in lateribus montis accepit ſibi vxorem concubinam de Beth-lehem Iuda. Paulo pòſt, verſu 5, Dixit pater puellæ ad generum ſuum. hic generum vocat eum qui concubinam illam acceperat. Quod audiuit IשſraאéI. וישמע ישראל Quæ poſtea acciderint, ſubticuit Moſes.

27 Hæc *eſt* חHebrón היא חברון id eſt, & poſtea dicta fuit ea vrbs Hebron.

29 Et obiit ויגוע Et expirauit. vel defecit. ſub. morbo leui. Vide ſuprà cap.25.b.8. Et collectus eſt, &c. ויאסף וגו׳ & appoſitus eſt populis ſuis. i. ſepultus eſt cum maioribus ſuis: hoc eſt, mortuus eſt vt cæteri. Et ſatur dierum: ושבע ימים Vide ſuprà cap.25.b.8.

IN CAPVT XXXVI.

1 Ipſe *eſt* אEdóm. הוא אדום: .i. cognomento Edom. vel, qui alio nomine dicitur Edom. 2 Vxores ſuas נשיו vxores ſibi. Filiæ בת Pro nepte hic filiam accipit, vt infrà, b.14.

6 Animas נפשות .i. perſonas, ſiue homines. Iumenta ſua. & om. ſubſt. ſ. בהמתו וגו׳ armenta ſua, atque omnem poſſeſſionem ſuam. vel facultates ſuas quas, &c. Et iuit ad *aliam* terram וילך אל ארץ Chaldæum paraph. ſequutus eſt noſter interpres, qui vertit, abiit in regionem aliam. Ad verbum legitur, abiit in terram. i. penetrauit longius in regionem illam. Vnde quidam vertunt, & vltrà progreſſus eſt, id eſt perrexit in vlteriorem partem regionis. Arcanam Dei prouidentiam commendat Moſes, qua expulſus Eſau in exilium fuit vt vacua maneret terræ poſſeſſio vni Iaacob. Non quòd propoſuiſſet fratri cedere: ſed Deus cæcum hominem manu ſua direxit ne locum occuparet in terra quam ſeruo ſuo deſtinauerat. A facie, &c מפני וגו׳ propter Iaacob fratrem ſuum.

7 Erat e. ſubſtantia e. &c. כי היה רכושם וגו׳ Erant enim opes eorum maiores quàm vt habitare poſſent ſimul. Terra peregrinationum e. ארץ מגוריהם Id eſt ea regio in qua tanquam aduenæ ac peregrini habitabant. Moſes ipſe exponit in Exodo, cap.6.a.4, terram in qua peregrinati ſunt. 8 Et habitauit וישב Habitauit tandem. Eſt אEdóm. הוא אדום: .i. alio nomine dicitur Edom. vel, qui cognomento dicitur Edom. 9 Patris אEdóm אבי אדום Quanquam binomius fuit Eſau, hoc tamen loco ſecundum nomē refertur ad poſteros qui vocati ſunt Idumæi. Nam vt appareat quid ei Dominus in gratiam patris Iſaac contulerit, eū diſertè appellat Moſes patrem celebris & famoſi populi. 10 Eius. עשו: Antecedens Heb. pro relatiuo.

Iſti autem *ſunt*″filii ReעuאÉl, Náחhath,& Zéraחh,שSammáh,& Mizzáh.hi fuerunt filii Boשſmáth vxoris עEשſáu. 13

Iſti verò fuerunt filii Aholibamáh filiæ עAnáh″filiæ צSibעón″vxoris עEשſáu: quæ peperit ipſi עEשſáu: Ieעuשs,& Iaעlã,&Córaחh. 14

Iſti *ſunt*″duces filiorum עEשſáu. Filii אElipház primogeniti עEשſáu: dux Themán, dux אוOmár, dux צSephó, dux Cenáz, 15

Dux Córaחh, dux Gaעthán, dux עAmaléc . iſti ſunt *inquam* duces ″אElipház in terra אEdóm, iſti *ſunt* filii עAdáh. 16

Iſti autem *ſunt* filii ReעuאÉl″filii עEשſáu: dux Náחhath, dux Zéraחh, dux שSammáh, dux Mizzáh . iſti *ſunt* duces ReעuאÉl in terra אEdóm: iſti *inquam ſunt* filii Boשſmáth vxoris עEשſáu. 17

Hi verò *ſunt* filii Aholibamáh vxoris עEשſáu: dux Ieעuשs, dux Iaעlám, dux Córaחh. iſti *ſunt* duces ex Aholibamáh filia עAnáh vxore עEשſáu. 18

Hi *ſunt* ″filii עEשſáu,& hi″duces eorum:″ipſe *eſt* אEdóm. 19

Iſti *autem ſunt* filii ″שSeעír חHoræi,″habitatores terræ , Lotán, & שSobál,& צSib עón,& עAnáh, 20

Et Diשſón,& אEצſer , & Diשſán. iſti *ſunt* duces Horæorum, filii שSeעír in terra אEdóm: 21

Fuerũtq; filii Lotán:חHorí, Hemám:& ſoror Lotã Thimnáע. 22

Iſti autem *ſunt* filii שSobál : עAluán , & Manáחhath , & עEbál, שSephó,& אוOnám. 23

Et iſti *ſunt* filii צSibעón: Aiáh, & עAnáh. hic eſt עAnáh qui adinuenit″mulos in deſerto quũ paſceret aſinos צSibעón patris ſui. 24

Iſti verò *ſunt* filii עAnáh, Diשſón,& Aholibamáh filia עAnáh. 25

Et iſti *ſunt* filii Diשſán,חHēdán,& אEשſbán,& Ithrán,&Cherán. 26

Iſti *ſunt* filii אEצſer: Bilhán, & Zaעauán,& עAcán. 27

Iſti *ſunt* filii Diשſán, עVץs, & Arán. 28

Iſti *ſunt* duces Horæorum : dux Lotán , dux שSobál, dux צSibעón, dux עAnah, 29

Dux Diשſón, dux אEצſer, dux Diשſán. Iſti *ſunt* duces חHoræorũ, ″in ducibus ſuis, in terra שSeעír. 30

Iſti verò *ſunt* Reges qui regnauerunt ″in terra אEdóm antequam regnaret Rex ſuper filios Iשſraאél. 31

Regnauit ergo in אEdóm, Bélaע filius Beעór: & nomen ″vrbis eius Dinhábah. 32

Et mortuus eſt Bélaע, regnauítque pro eo Iobáb filius Zéraחh de Boצſrah. 33

Mortuúſque eſt Iobáb , & regnauit pro eo חHuשſám è terra Auſtrali. 34

Mortuúſque eſt חHuשſám, & regnauit pro eo Hadád filius Bedád , ″qui percuſſit Midián in agro Moáb : & nomen vrbis eius, עAuíth. 35

Quúmque mortuus eſſet Hadád, regnauit pro eo שSamláh 36

13 Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filii Báſemath vxoris Eſau.

14 Iſti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filii Sebeõ, vxoris Eſau, quos genuit ei Iehus & Ihelom & Core.

15 Hi duces filiorum Eſau . Filii Eliphaz primogeniti Eſau: dux Themã, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16 Dux Core, dux Gatham, dux Amalec. hi filii Eliphaz in terra Edom, & hi filii Ada.

17 Hi quoque filii Rahuel filii Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in terra Edom: iſti filii Báſemath vxoris Eſau.

18 Hi autem filii Oolibama vxoris Eſau: dux Iehꝰ, dux Ihelom, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Eſau. C

19 Iſti ſunt filii Eſau, & hi duces eorũ: ipſe eſt Edom.

20 Iſti ſunt filii Seir Horæi, habitatores terræ, Lotan & Sobal & Sebeon, & Ana,

21 Et Diſon & Aſer, & Diſan. hi duces Horræi, filii Seir in terra Edom.

22 Facti ſunt autem filii Lotan: Hori & Hemam. erat autem ſoror Lotan, Thamna.

23 Et iſti filii Sobal: Aluã, & Manâhath & Ebal, & Sepho, & Onam.

24 Et hi filii Sebeon : Aia & Ana . Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine quum paſceret aſinas Sebeon patris ſui.

25 Habuitque filium Diſon, & filiam Oolibama.

26 Et iſti filii Diſon: Hamdã & Eſeban & Iethran & Charan.

27 Hi quoque filii Eſer: Balaan, & Zauan & Acan.

28 Habuit autẽ filios Diſã: Hus & Arã.

29 Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30 Dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan. Iſti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir.

31 Reges autem qui regnauerunt in terra Edóm antequam haberent regem filii Iſrael, fuerunt hi: D

32 Bela filius Beor: noménque vrbis eius Denába.

33 Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra.

34 Quúmque mortuus eſſet Iobab , regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum.

35 Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in regione Moab : & nomen vrbis eius, Auith.

36 Quúmq; mortuꝰ eſſet Adad, regna-

---

13 Filii בני .i.nepotes. 14 Filiæ צSibעón בת־צבעון neptis Sibeon. Vxoris אשת Refertur ad Aholibama.

15 Duces fil. עEשſáu. אלופי בני־עשו principes filiorum Eſau. i. qui ex filiis Eſau nati ſunt.

16 אElipház אליפז id eſt. qui deſcenderunt ab Eliphaz. 17 Filii בני nepotes.

19 Filii עEשſáu, בני־עשו Filios vocat nepotes. Duces eorũ: אלופיהם .i. qui traxerũt originẽ ab eis. Ipſe *eſt* אEdóm. הוא ארום! Vide ſuprà verſu 8. 20 שSeעír חHoræi שעיר החורי Scriptura nõ meminit cuius filius fuerit iſte Seir. Habitatores terræ יושבי הארץ .i. qui tum habitabant in ea regione, nempe in Seir.

24 Mulos הימם .i. procreationem mulorum, ſiue artem qua generantur muli. procreatio enim mulorum artificialis eſt potius quàm naturalis: nam coniunxit ac commiſcuit duas ſpecies, nempe aſinorum & equarum, ex quorum miſtura nati ſunt muli. Chaldæus paraph. vertit fortes. q. d. animalia fortia ac robuſta: ferunt enim muli onera grauia.

30 In ducibus ſuis, לאלופיהם per duces ſuos. vel, ſecundũ principes ſuos. i. iuxta varios principatus quos exercebant. Similis loquutio eſt ſuprà cap. 10. d. 31. 31 In terra אEdóm, בארץ ארום .i. in regione Idumæorum. 32 Vrbis eius עירו .i. in qua natus fuit.

35 Qui percuſſit Midian in agro המכה וגו׳ Hebraiſmus, pro, qui vicit Madianitas in regione Moab.

uit pro eo Semla de Maſreca.

Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Saul, de fluuio Rohoboth. 37

Quúmque & hic obiiſſet, ſucceſſit in regnum Balanan filius Achobor. 38

Iſto quoque mortuo, regnauit pro eo Adat: nomenque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel: filia Matred filiæ Mezaab. 39

Hæc ergo nomina ducũ Eſau in cognationibꝰ, & locis, & vocabulis ſuis: dux Thãna, dux Alua, dux Ietheth, 40

Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, 41

Dux Cenez, dux Theman, dux Mabſar, 42

Dux Magdiel, dux Hiram. Hi duces Edom habitãtes in terra imperii ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum. 43

Cap. XXXVII.

1 HAbitauit autem Iacob in terra Chanáan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt.

2 Et hæ ſunt generationes eius: Ioſeph quum ſedecim eſſet annorũ, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat cũ filiis Balæ, & Zelphæ vxorum patris ſui: accuſauitque fratres ſuos apud patrẽ crimine peſſimo.

3 Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitam.

4 Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterãt ei quicquã pacificè loqui.

B 5 Accidit quoque vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis, quæ cauſa maioris odii ſeminarium fuit.

6 Dixitque ad eos, Audite ſomnium meum quod vidi,

7 Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi cõſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſque manipulos circunſtãtes adorare manipulũ meum.

8 Reſponderunt fratres eius, Nunquid Rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum, inuidiæ & odii fomitem miniſtrauit.

---

de Maשſrecáh.

37 Mortuo autem שSamláh, regnauit pro eo שSaאúl, de Renhobóth'fluminis.

38 Mortuus eſt & שSaאúl, & regnauit pro eo Bayal-nhanán filius yAchbór.

39 Mortuo autẽ Bayal-nhanán filio yAchbór, regnauit pro eo Hadár: & nomẽ vrbis eius Payu: nomen autem vxoris eius Mehetabאél filia Matréd'filiæ Me-zaháb.

40 Hæc ergo *ſunt* nomina'ducum yEשſáu, per familias ſuas, per loca ſua, ſecũdũ nomina ſua: dux Timnáy, dux yAluáh, dux Iethéth,

41 Dux Aholibamáh, dux אEláh, dux Pinón,

42 Dux Cenáz, dux Themán, dux Mibצſár,

43 Dux Magdiאél, dux yIrán. Iſti *ſunt* duces אEdóm, per habitationes ſuas, in terra hæreditatis eorum,'ipſe *eſt* yEשſáu pater אEdóm.

Cap. XXXVII.

וישב

Iacob terram Chanaã habitat.

1 HAbitauit autem Iayacób'in terra peregrinationum patris ſui, in terra Chenáyan.

2 'Hæ *ſunt* generationes Iayacób: Ioɔſéph 'quum eſſet natus ſeptẽdecim annos, 'paſcebat cum fratribus ſuis pecudes, '& erat puer cum filiis Bilháh & cum filiis Zilpáh vxorum patris ſui: retulítq; Ioɔſéph 'infamiam eorum malam patri ſuo.

Ioſeph accuſat fratres ſuos.

3 Porrò Iשſraאél diligebat Ioɔſéph præ cunctis filiis ſuis,'quia filius ſenectutis erat ei: 'fecítque ei tunicam polymitam.

4 Quum autem animaduerterẽt fratres eius quòd eum diligeret pater ipſorum præ cunctis fratribus eius, odio habuerunt eum, nec poterant alloqui eum'pacificé.

Primum ſomnium Ioſeph.

5 Somniauit autem Ioɔſéph ſomnium: quod quum narraſſet fratribus ſuis,'maiore odio eum proſequuti ſunt.

6 Dixit enĩ ad eos, Audite quæſo ſomniũ iſtud quod ſomniaui,

7 En ligabamus manipulos in medio agri, & ecce ſurrexit manipulus meus, ac etiam ſtetit, 'circunſtabant quoque manipuli veſtri, & incuruabant ſeſe manipulo meo.

8 Cui reſponderunt fratres ipſius,'Nunquid regnando regnabis ſuper nos? an dominãdo dominaberis nobis? 'Hinc maius odium conceperunt aduerſus eum propter ſomnia eius; '& propter verba eius.

---

37 Fluminis. ! הנהר Chaldæus paraph. Euphratis. id eſt, quæ Rehoboth eſt iuxta Euphraten.

39 Filiæ Me-zaháb. : בת מי זהב neptis Me-zahab. Alii, filia Matred *patris, ac* filia Me-zahab *matris*.

40 Ducum, &c. 'אלופי וגו .i. filiorum Eſau qui duces fuerunt & capita familiarum in Idumæa, per cognationes ſuas, per loca ſuá, ſecũdum nomina ſua. id eſt per loca ſibi aſſignata in regionibus in quibus regnauerunt, & quás de nominibus ſuis appellauerunt.

43 Ipſe *eſt* yEשſáu, &c. הוא עשו Vide circiter principium capitis, verſu 8.

IN CAPVT XXXVII.

1 In terra pereg. &c.'בארץ מגורי וגו .i. in ea regione in qua diu tanquã incola ac peregrinus habitauerat pater eius, nẽpe in regione Chananæorum. Hic nonam huius libri ſectionem incipiunt Hebræi, à prima (vt alias) capitis dictione eam denominantes, וישב Et habitauit.

2 Hæ *ſunt* generationes אלה תולדות Voce תולדות non tam genealogia intelligi debet, quàm res geſtæ, ſicuti ex contextu melius conſtat. Nam Moſes ita præfatus, non enumerat filios ac nepotes, ſed exponit vnde nata ſit inuidia fratrum contra Ioſeph, vt facta conſpiratione, illum venderent. Propterea quidam vertunt, Hæc ſunt accidentia vel caſus. i. quæ acciderunt ipſi Iaacob. Quum eſſet, &c. בן־שבע וגו' Ad verbum, filius decem & ſeptem annorum. Paſcebat, &c. היה וגו' erat paſtor cum fratribus ſuis in grege. vel, apud gregem. ſub. patris ſui. Et erat puer cum filiis, &c. 'והוא נער את־בני וגו & ipſe *adhuc* puer *erat* cum, &c. i. agebat, vel manebat, ac verſabatur. Alii ſubaudiunt, educabatur, ac nutriebatur cum, &c. Alii vertunt, & erat miniſter cum filiis, &c. i. vtebantur eo tanquam famulo: ſicque eum contumelia afficiebant. Infamiam eorum malam דבתם רעה ſermonem ipſorum malum. i. conteſtatus, ac conqueſtus eſt apud patrem de contumeliis quibus ipſum afficiebant. Alii vertunt, obloquutionem.

3 Quia filius ſenect. &c. 'כי־בן־זקונים וגו. i. quòd eum genuiſſet in ſenectute ſua. vel vt alii exponunt, quo oblectabatur impenſius in ſenectute ſua. Chaldæus paraph. quia filius ſapiens erat. i. quum puer eſſet præſeferens ſenectutem, hoc eſt ſenilem prudentiam referens.

Fecitque ei. &c. 'ועשה וגו feceráatque ei tunicam variam. aut, verſicolorem. Ad verbum, multorũ fruſtorum, vel particularum. i. diuerſis confectam particulis, quæ variis tinctæ erant coloribus. Aut quòd tunica diuerſorum colorum videatur quaſi conſtare diuerſis fruſtis ac particulis. Alii, vt noſter interpres, polymitam. i. ex diuerſis pilis ac liciis confectam. LXX, variam.

4 Pacificè. :לשלום .i. verbis amicis. 5 Maiore odio, &c. 'ויוסיפו עוד וגו Ad verbum, & addiderunt vltrà odio habere eum.

7 Circunſtabant quoque והנה תסובינה Ad verbum, & ecce erant in circuitu. 8 Nunquid regnãdo, &c. 'המלוך וגו Vtrum [An ergo] regnando, &c. q. d. Coniicis ne ex hoc te regnaturũ ſuper nos? aut dominari nobis? Hinc maius odium, &c. 'ויוסיפו עוד וגו Ad verbum, Et addiderunt adhuc odiſſe eum. ſic paulo antè, verſu 5. Et propter verba eius. :ועל־דבריו atque huiuſmodi verbis.

Alterum ſomnium Ioſeph.

9 Somniauítque adhuc ſomnium alterũ, & narrauit illud fratribus ſuis,dicens,Ecce ſomniaui ſomnium adhuc,Et ecce ſol,& luna,& vndecim ſtellæ″incuruabant ſeſe mihi.

10 Et narrauit patri ſuo,″& fratribus ſuis:& increpauit eum pater ſuus,dixítque ei, Quid *ſibi vult* ſomniũ iſtud quod ſomniaſti?nunquid veniẽdo veniemus ego & mater tua,fratréſque tui,vt incuruemus nos tibi in terram vſque?

11 Inuiderũt ergo ei fratres ſui: at pater eius obſeruabat rẽ ipſam.

12 Abierant autem fratres eius vt paſcerent pecudes patris ſui in שׁSechém.

13 Dixítque Iשׂſraאél ad Ioסſéph,′Nóne fratres tui paſcũt in שׁSechém? veni,& mittam te ad eos. Qui reſpondit,′En adſum.

14 Et dixit ei,Vade nunc,″vide pacem fratrum tuorum,& pacem pecorũ, & refer mihi rem ipſam. Miſit itaque eum ex valle חHebrón,& venit in שׁSechém.

15 Reperit autẽ eum vir, & ecce errabat in agro, interrogauítque eum vir ille,dicendo,Quid quæris?

16 Reſpondit,Fratres meos quæro:indica oro mihi vbi ipſi paſcãt.

17 Et dixit vir ille,Profecti ſunt hinc:audiui autem *eos* dicentes,Eamus in Dothán. Abiit itaque Ioסſéph poſt fratres ſuos,& inuenit eos in Dothán.

Fratres Ioſeph cõſultant de eo occidendo.

18 Qui quum vidiſſent eum″eminus, antequã propius acceſſiſſet ad eos,″machinati ſunt contra eum vt interimerent eum,

19 Dixerúntque″alter alteri,Ecce ſomniator ille venit.

20 Nunc ergo″venite & occidamus illum,proiiciamúſque eum in vnam è ciſternis,″& dicemus,Fera mala deuorauit eum:& videbimus″quid erunt ſomnia eius.

21 ″Audiens *hoc* Reואubén, conatus eſt eripere eum è manu eorum, & dixit,Ne percutiamus″*in* anima.

Ruben eripit ipſum.

22 ″Adiecítque illis Reואubén, Ne effundatis ſanguinem, proiicite eum in ciſternam hanc quæ eſt in deſerto,″& manum ne mittatis in eum. *Hoc autem dicebat* vt erueret eũ è manu eorum, *&*″vt redderet eum patri ſuo.

Ioſeph mittitur in ciſternam.

23 ″Quúmque veniſſet Ioסſéph ad fratres ſuos,expoliauerũt eum tunica ſua,tunica″polymita quæ *erat* ſuper eum.

24 Et arreptum proiecerunt eum in ciſternam: porrò ciſterna illa *erat* vacua,*id eſt* non *erat* in ea aqua.

25 Conſederunt autem vt comederent panem: & quum attollerent oculos ſuos,viderunt,& ecce turba′Iשׂſmaעאelitarum″veniebat de Gilעád:& cameli eorum portabant″aromata,″& reſinam & ſtacten,euntes vt deferrent in Miצſráim.

Aliud quoque vidit ſomnium,quod narrans fratribus,ait ,Vidi per ſomnĩum quaſi ſolem,& lunã,& ſtellas vndecim adorare me.

Quod quum patri ſuo, & fratribus retuliſſet,increpauit eum pater ſuus, & dixit,Quid ſibi vult hoc ſõniũ quod vidiſti? num ego & mater tua , & fratres tui adorabimus te ſuper terram? C

Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus conſiderabat.

Quúmque fratres illius in paſcẽdis gregib⁹ patris morarẽtur in Sichem,

Dixit ad eum Iſrael,Fratres tui paſcunt oues in Sichimis:veni , mittam te ad eos.Quo reſpõdẽte,Prẽſto ſum,

Ait ei,Vade, & vide ſi cũcta ꝓſpera ſint erga fratres tuos,& pecora:& renũtia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebron,venit in Sihem:

Inuenitque eum vir errantem in agro,& interrogauit quid quæreret. D

At ille reſpõdit,Fratres meos quęro:indica mihi vbi paſcant greges.

Dixitque ei vir, Receſſerũt de loco iſto:audiui autem eos dicentes,Eam⁹ in Dothain. Perrexit itaque Ioſeph poſt fratres ſuos,& inuenit eos in Dothain.

Qui quũ vidiſſent eum procul , antequã accederet ad eos,cogitauerunt illum occidere.

Et mutuò loquebantur, Ecce ſomniator venit,

Venite,occidamus eũ,& mittamus in ciſternã veterem: dicemúſque,Fera peſſima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua.

Audiens autem hoc Ruben,nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, E

Non interficiamus animam eius, nec effundamus ſanguinem : ſed proiicite eum in ciſternam hanc quæ eſt in ſolitudine,manúſque veſtras ſeruate innoxias.hoc autem dicebat,volẽs eripere eum de manibus eorũ,& reddere patri ſuo. Infra 42.e.22

Cõfeſtim igitur vt peruenit ad fratres ſuos, nudauerunt eum tunica talari,& polymita.

Miſerúntque eum in ciſternam veterem quæ non habebat aquam.

Et ſedentes vt comederent panem, viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad:& camelos eorum portantes aromata,& reſinam, & ſtacten in AEgyptum.

---

9 Incuruabãt ſeſe m. משתחוים לי: .i.videbãtur me adorare. 10 Et fratribus ſ.ואל אחיו.i.fratribus ſuis aſtãtibus & audiẽtibus.

13 Nónne fratres tui,&c.הלוא אחיך .i.Nónne ſcis fratres tuos paſcere gregem,&c.q.d.ſic. En adſum. הנני: Ad verbum,Ecce ego.

14 Vide pacem,&c. ראה וגו′ Hebraiſmus,conſidera ſanitatem fratrum & pecorum.i.quo pacto valeant fratres tui, & quo pacto ſe habeant oues,& redde mihi reſponſum.

18 Eminus, מרחוק Ad verbum,è remoto.ſub.loco Machinati ſunt ויתנכלו malum conſilium inierunt.Chaldæus paraph.cogitauerunt.id eſt conſilium inierunt de eo occidendo.

19 Alter alteri,&c. איש אל וגו′ Ad verbum,vir ad fratrem ſuum,En dominus[vel author] ſomniorum.

20 Venite לכו Impera. pro aduerbio hortantis,agite.Vt & Da,ſuprà cap.11.a.3. Et dicemus,&c. ואמרנו וגו′ & dicamus,Fera truculenta. Quid erunt ſomnia e. מה יהיו חלומותיו: .i.quis euentus ſomniorum eius.Chaldæus paraph.quis erit finis ſomniorum eius.

21 Audiens,&c. וישמע וגו′ Ad verbum,Et audiuit Ruben,& eripuit eum. *In* anima. נפש: .i.vita.Alii,percuſſione animæ,vel vitæ.i.vulnere lethali:hoc eſt plaga qua cogatur anima egredi è corpore.q.d.Ne occidamus eum.

22 Adiecitque illis ויאמר אליהם Ad verbum,Et dixit ad eos. Et manum,&c. ויד וגו′ .i.Nolite vim ei inferre.q.d.Ne propriis manibus interficiatis eum. Vt redderet eum pa.ſ. להשיבו אל אביו: Ad verbum,vt reuerti faceret eum ad patrem ſuum.

23 Quúmque,&c. ויהי וגו′ Ad verbum, Et fuit,quando venit Ioſeph ad fratres ſuos,& exuere fecerunt Ioſeph.i.iuſſerunt ei vt exueret tunicam,&c.vel coegerunt eum vt deponeret,&c. Polymita, הפסים Vide in principio,verſu 3.

25 Iשׂſmaעאelitarum ישמעאלים Chaldæus paraph.Arabum. Veniebat באה reuertebatur. Aromata נכואת opobalſamum. Alii,theriacam. Et reſinam & ſtacten, וצרי ולוט & ceram,atque guttam[vel lachrymam]myrrhæ,vel myrti.aut maſticen.

F 26 Dixit ergo Iudas fratribus ſuis, Quid nobis prodeſt ſi occiderimꝰ fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius?

27 Melius eſt vt venundetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. acquieuerunt fratres ſermonibus illius.

Sapient.10.c.13 pſal.104.b.17

28 ¶Et prætereũtibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vẽdiderũt eum Iſmaelitis viginti argẽteis: qui duxerũt eũ in AEgyptũ.

29 Reuerſúſque Ruben ad ciſternam, non inuenit puerũ: & ſciſſis veſtibus,

30 Pergens ad fratres ſuos, ait, Puer non comparet, & ego quò ibo?

31 Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt:

Infrà 44.f.28

32 Mittentes qui ferrẽt ad patrem, & dicerent, Hãc inuenimus: vide vtrum G tunica filii tui ſit, an non.

33 Quam quum agnouiſſet pater, ait, Tunica filii mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph.

34 Sciſſiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugẽs filium ſuum multo tempore.

35 Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirẽt dolorem patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait, Deſcendam ad filium meum lugẽs in infernum. Et illo perſeuerante in fletu,

36 Madianitæ vendiderunt Ioſeph in AEgypto Phutiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.

Cap. XXXVIII.

1 EOdem tempore deſcendẽs Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram.

1.Par.2.a.3

2 ¶Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eam.

3 Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

4 Rurſúmque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan.

5 Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, parere vltrà ceſſauit.

6 Dedit autẽ Iudas vxorẽ primogeni

---

26 Et dixit Iehudáh fratribus ſuis, Quæ vtilitas, ſi occiderimus fratrem noſtrum & celauerimus ″ſanguinem eius?

Iudæ conſil'o vẽditur Iſmaelitis.

27 ″Agite, vẽdamus eũ Iשſmaעאelitis, ″& manus noſtra ne ſit in eũ: quia frater noſter, & caro noſtra eſt. & paruerunt ei fratres eius.

28 Quum ergo tranſirẽt viri *illi* Midianitæ mercatores, extraxerũt ″ac eduxerũt Ioסéph è ciſterna, & vẽdiderũt illum Iשſmaעאelitis illis, viginti ″argenteis: qui abduxerunt Ioסéph in Miצſráim.

29 Quum autem reuerſus eſſet Reאubén ad ciſternam, ″& ampliꝰ non *eſſet* Ioסéph in ciſterna: ″ſcidit veſtimenta ſua,

30 Et reuerſus ad fratres ſuos, dixit, ″Puer nõ eſt, ″& ego quò, ego *quò* ibo?

31 Acceperunt itaque tunicam Ioסéph, & iugulauerunt hœdum caprarum, tinxerúntque tunicam illam in ſanguine.

Veſtis Ioſeph tincta in ſanguine hœdi, fertur ad patrem.

32 Et miſerunt tunicam illam ″polymitam, ″attulerúntque ad patrem eorum, & dixerunt, ″Hanc inuenimus, Agnóſce ″nunc vtrum tunica filii tui ſit, an non.

33 Qui agnouit eam, dixítque, Tunica filii mei eſt, ″fera mala deuorauit eum, ″rapiendo raptus eſt Ioסéph.

Iacob luget filiũ Ioſeph.

34 ″Et ſcidit Iaעacob veſtimenta ſua, poſuítque ″ſaccũ in lumbis ſuis, & luxit ″filium ſuum diebus multis.

35 Surrexerunt verò omnes ″filii eius, & omnes filiæ eius vt conſolarentur eum, qui renuit conſolationem accipere: & dixit, ″Quia deſcendam ad filium meum lugens ad ſepulchrum. Et fleuit eum pater ſuus.

Phutiphari Ioſeph venditur.

36 Interim Midianitæ illi vendiderunt eum in Miצſráim, Potiphari ″principi Paryóh, principi ″laniorum.

Cap. XXXVIII.

Coniugium Iudæ.

1 F″Vit autem eo tẽpore vt deſcenderet Iehudáh à fratribus ſuis, & diuerteret ad virum עAdulamitẽ, cuius nomen erat חHirah.

2 Vidítque ″illic Iehudah filiam viri ″Chenaעanæi, nomine Súaע: & accipiens eam, ″ingreſſus eſt ad ipſam.

Her.

3 Quæ concepit, & peperit filium: ″vocauítque nomen eius עEr.

Onan.

4 Et illa concipiens rurſum, peperit filium: ″vocauítque nomen eius אOnán.

Sela.

5 ″Addidit præterea parere filium, cuius nomen vocauit שSeláh: ″& erat in Chezíb quando peperit ipſa eum.

Her ducit vxorem Thamar.

6 Accepit autem Iehudáh vxorem ipſi עEr primogenito ſuo, no-

---

26 Sanguinem eius? : את־דמו Id eſt cædem eius. q.d. nihil profuerit celaſſe cædem. 27 Agite, לכו Ad verbũ, Venite. Vide paulo antè, verſu 20. Et manus, &c. וידנו אל־תהי־בו Paulo antè, verſu 22, dixit, & manum ne mittatis in eum.

28 Ac eduxerunt ויעלו Ad verbum, & aſcendere fecerunt. Argenteis: כסף Chaldæus paraph. ſiclis argenti.

29 Et amplius non *eſſet* Io. והנה אין־יוסף Ad verbum, & ecce non Ioſeph. Scidit ויקרע fregit. rupit. more ſcilicet dolentium.

30 Puer nõ eſt, הילד איננו puer ipſe non cõparet. Et ego, &c. ואני וגו׳ .i. quò me recipiã, ſiue quò fugiam, puero mortuo? q.d. perii.

31 Polymitam, הפסים variam. i. pannis coloribus variis confectam. Vide tertium verſum huius capitis. Attulerúntque ויביאו detulerúntque. ſub. ii quos miſerunt. Hanc זאת Hoc. id eſt hanc veſtem. Nunc נא quæſo. quæſumus.

33 Rapiendo raptus eſt טרוף טורף Id eſt à fera rapace dilaniatus eſt.

34 Et ſcidit ויקרע Et fregit. rupit. vt paulo antè de Ruben, verſu 29. Saccum שק cilicium. in ſignum doloris magni. Filium ſuum על־בנו Ad verbum, ſuper filium ſuum. vel, propter filium ſuum.

35 Filii eius, & omnes filiæ e. בניו וכל־בנותיו .i. nepotes eius & filiæ. Quia deſcendam כי ארד Certè deſcendam. vel ſubaudiendum, Non admittam conſolationem veſtram: quia deſcendam, &c. i. Lugebo filium meum vſque ad mortem ipſam. hoc eſt, moriar in ipſo luctu.

36 Principi סריס Ita & Chaldæus paraph. Alii, eunucho. Significat enim hæc vox & eunuchum & principem ſiue virum nobilem. Eunuchus autem vocatur, non quòd caſtratus eſſet, ſed apud Orientales vſitatum fuit, ſatrapas & aularum principes inſignire hoc nomine.

Laniorum. : הטבחים carnificum. Hic Phutiphar princeps laniorum vocatur, quòd is præfectus eſſet coquis & pecorum mactatoribus quos Pharao habuit in aula ſua. Hanc interpretationem ſequuti ſunt LXX interpretes. Alii potius aſſentiũtur Chaldæo paraphraſtæ, qui vertit, præfecto, vel principi militum. non quòd toti militiæ præeſſet, verùm quia regios ſatellites habebat ſub manu ſua & imperio: quales nũc ſunt capitanei cuſtodiæ Regiæ, ſi alterũ munus cõiungas quod exercẽt præfecti hoſpitii. nã id ex 40 capite colligere licebit. Vide Iere. 39.b.9.

IN CAPVT XXXVIII.

1 Fuit autem, &c. ויהי בעת ההיא וירד Ad verbum, Et fuit in tempore ipſo, & deſcendit. Alii vertunt, Euenit autem ſub id tempus. Dicunt enim Hebræi id accidiſſe ante venditionem Ioſeph. Deſcendiſſe dicit, quòd declinauerit verſus plagam Meridionalem.

2 Illic שם nempe apud ciuem illum Odollamitem, vel in vrbe Odollam. Chenaעanæi, כנעני Chaldæus paraph. mercatoris. Ingreſſus eſt ad ipſam. ויבוא אליה: Hebraiſmus, rem habuit cum ipſa. 3 Vocauitque ויקרא ſub. Iudas.

4 Vocauitque ותקרא ſub. ipſa, aut obſtetrix. ſic ſequenti verſu. 5 Addidit, &c. ותוסף עוד וגו׳ Ad verbum, Et addidit adhuc, & peperit, & vocauit nomen eius. Et erat in Chezíb והיה בכזיב & erat [ſub. ipſe Iuda] in Chezib. vrbs eſt Palæſthinæ.

mine Thamár.

7 Fuítque עEr primogenitus Iehudáh'malus in oculis Iehouæ: & interemit eum Iehouáh.

...s fuit admotum ...x, ducere viduam ...non desideres, eam ...& insuper alienos ...- educare, Onan scelesta ratione, ...x' alie- ...ros ...ia,

8 Dixit ergo Iehudáh ipsi אוׄOnan, Ingredere ad vxorẽ fratris tui, '& affinitatem contrahe cum ea,″& ſuſcita ſemen fratri tuo. #

Her moritur. Onan inuidus percutitur à Domino.

9 Sciebat autem אוׄOnán ″quòd non ſuum futurũ erat ſemen: vnde factum eſt vt quandocunque ingrediebatur ad vxorem fratris ſui, ″corrumperet *ſemen* ſuper terram, 'ne poneret ſemen fratri ſuo.

10 Et diſplicuit in oculis Iehouæ id quod″faciebat : idcirco interfecit etiam illum. Hoc v. scelg naturæ repugnat, quod y faciunt, regni Dei hæreditatem non consequentur, 1 Cor: 6. Et quia sanctu est vitæ genus matrimo

Thamar vidua moratur apud patrem.

11 Et dixit Iehudáh ad Thamár nurũ ſuam, 'Mane vidua in domo patris tui, donec creuerit שׁSeláh filius meꝰ. (″Dixit enim, Ne fortè moriatur etiam ipſe ſicut & fratres eius.) Diſceſſit itaque Thamár, & manſit in domo patris ſui. & expectat dum adolesceret Sela.

Iudas, mortua vxore, exit ad tondendas oues.

12 'Quũque multi dies præteriſſent, mortua eſt Bath-שׁúaע vxor Iehudáh: ″qui conſolatione accepta aſcendit ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & חHiráh'amicus eius, עAdulamita, in Thimnáth.

13 Renuntiatũ eſt autem ipſi Thamár, his verbis, Ecce ſocer tuus aſcendit in Thimnáth ad tondendum oues ſuas.

14 Illa ergo poſitis veſtibus viduitatis ſuæ à ſe, operuit ſe'velamine: ″celauítque ſeſe, & manſit ″in oſtio עEnáim, quod *erat* iuxta viam *qua itur in* Thimnáth: videbat enim quòd creuiſſet שׁSeláh, & ipſa non dabatur ei in vxorem.

Inceſtus Iudæ cum Thamar nurus ſua.

15 Vidit autem eam Iehudáh, & reputauit eam 'eſſe meretricem: quia'operuerat faciem ſuam.

...d. ...ores detestandi quod viduorum ~~[illegible]~~ soluti a vinculo ...li, scortationem eram esse putent.

16 Declinauit ergo'ad eam è via: dixítque, 'Age quæſo, ″ingrediar ad te. (Neſciebat enim quòd nurus ſua eſſet.) Quæ dixit, Quid dabis mihi, ſi ingrediaris ad me?

17 Reſpondit, Ego mittam hœdum caprarum 'de pecudibus. Illa dixit, *Faciam quod vis*, ſi dederis pignus donec miſeris.

18 Dixit ergo, 'Quod *eſt* pignus quod dem tibi? Illa reſpõdit, ″Sigillum tuum, & pallium tuum, '& virga tua quæ *eſt* in manu tua. Dedit ergo illi, & ingreſſus eſt ad eam, concepítque ex eo.

19 Surrexit autem *illa*, & abiit: & abſtulit velamẽ ſuum à ſe, induítque ſe veſtibus viduitatis ſuæ.

to ſuo Her, nomine Thamar.

7 Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt.

Num. 26. d. 19

B

8 Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum, Ingredere ad vxorẽ fratris tui, & ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo.

9 Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi, fratris nomine naſcerentur. quos Onan educare deberet.

10 Et idcirco percuſſit eum Dominus, eo quòd rem deteſtabilem faceret. in ipso flore ætatis, quovis adulterio sceleratiorem faceret.

11 Quam ob rẽ dixit Iudas Thamar nurui ſuæ, Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus, (timebat enĩ ne & ipſe moreretur ſicut fratres eius.) Quę abiit & habitauit in domo patris ſui.

C

mi[illegible] eo minq illi filii forent, q in eo sceleste vixerint.

12 Euolutis autem multis annis, mortua eſt vxor Iudæ: qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarũ, ipſe & Hiras opilio gregis Odolomites, ĩ Thãnas.

13 Nuntiatúmque eſt Thamar quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues.

14 Quæ depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum: & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd creuiſſet Sela, & non eum accepiſſet maritum.

15 Quam quum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuũ ne agnoſceretur.

D

16 Ingrediénſque ad eam ait, Dimitte me vt coeam tecũ (Neſciebat enim quòd nurus ſua eſſet.) Qua reſpondẽte, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo?

17 Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rurſúmque illa dicẽte, Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonẽ, donec mittas quod polliceris.

18 Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit, Annulum tuũ & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit.

19 Et ſurgens abiit: depoſitóque habitu quem ſumpſerat, induta eſt viduitatis veſtibus.

E

---

7 Malus in oculis Ieh. רע בעיני יהוה Hebraiſmus, fuit inſigniter malus. malitia eius nota erat Domino. non quòd interim obſcura eſſet hominibus eius improbitas: ſed intelligit Moſes, non tantùm laboraſſe eum communibus vitiis, quin potius ita ſceleribus fuiſſe deditum, vt non fuerit tolerabilis coram Domino. 8 Et affinitatem contrahe cum ea, ויבם אותה & accipe eam in vxorem. vel, ſociare illi.

Et ſuſcita ſemen fratri tuo. והקם זרע לאחיך׃ Hebraiſmus, & procrea liberos qui cenſebuntur filii fratris tui.

9 Quòd non ſuum, &c. כי לא לו וגו׳ Chaldæus paraph. quòd non nomine ſuo vocaretur ſemen. i. filii quos procreaturus erat ex ea vxore. Corrumperet *ſemen* ſuper terram, ושחת ארצה perdebat *ſemen proiiciendo illud* in terram. Ne poneret, &c. לבלתי וגו׳ ne daret, &c. Chaldæus paraph. vt non ſuſcitaret ſemen fratri ſuo. i. ne procrearet filios qui vocarentur de nomine fratris ſui defuncti.

10 Faciebat: עשׂה Præt. Heb. vertendum per imperfectum, faciebat, ſiue facere ſolebat.

11 Mane שׁבי Habita. Dixit אמר Præt. Heb. vertendũ per imperfectũ, Dicebat. ſub. apud ſe. i. Cogitabat ſe non daturũ, ne fortè, &c.

12 Quúmque multi dies, &c. וירבו הימים וגו׳ Ad verbum, Et multiplicati ſunt dies, & mortua eſt, &c. Hebraiſmus, Euolutis autem multis annis, mortua eſt, &c. Elapſo multo tempore, ſiue Poſt multos annos. Qui conſolatione acc. וינחם יהודה ויעל Ad verbum, & cõſolationem accepit Iehudáh, & aſcendit. i. Depoſito luctu, ſiue elapſo tempore luctus. luxit enim eam Iudas pro more patriæ. Amicus eius, רעהו Qui vertunt, opilio eius, legiſſe videntur רועהו. Chaldæus paraph. ſocius eius.

14 Velamine: בצעיף velo. theriſtro. Vide ſuprà cap. 24. g. 65. Celauítque ſeſe, ותתעלף abſconditque ſeſe. abdidit faciem ſuam velo illo, ne facilè cognoſceretur à ſocero ſuo. L X X, ornauit ſeſe. ita & Chaldæus paraph. In oſtio עי Enáim, בפתח עינים in Pethah-enáim. Nomen loci. Variè hunc locum exponunt interpretes. Ad verbum eſt, in oſtio fontium, vel oculorum. Quidam putãt fuiſſe fontem in duos riuos diductum. Alii propatulum notari exiſtimãt, in quo ſe oculorum intuitus huc illuc variè diffundit. Receptior eſt tertia expoſitio, vocari biuium hac loquutione: quia tunc ianua aperitur oculis, vt in duas partes exeant, quos vna via in ſe continet. In hanc ſententiam & Chaldæus paraph. vertit, in diuiſione oculorum. quòd in biuio ferè diuidatur aſpectus noſter. Probabile eſt locum fuiſſe vnde conſpici poſſet Thamar, cui tamen propinquus eſſet receſſus ad quem poſſet diuertere Iudas, ne in via publica & celebri, ſub omnium oculis ſcortaretur.

15 Eſſe meretricem: לזונה Ad verbum, in meretricem. i. eam eſſe ſcortum ſuſpicatus eſt. Operuerat כסתה Præt. Heb. vertendũ per imperf. tegebat. Hinc colligimus tunc non fuiſſe tam effrænem ſcortandi licentiam quàm hodie graſſatur.

16 Ad eam è via: אליה אל הדרך ad eam in viam. i. in viam quæ ducebat ad illam. hoc eſt, relicto itinere recto, diuertit ad eam. Age הבה Vide annotationem ſuprà cap. 11. a. 3. 17 De pecudibus. מן הצאן è grege.

18 Quod *eſt* pignus, &c. מה הערבון וגו׳ Quod pignus vis tibi dari à me? q. d. Quid vis habere pro pignore? Sigillum tuũ, &c. חותמך ופתילך annulus tuus, & cidaris tua. i. tegmen capitis tui. ita doctus inter Hebræos. Chaldæus paraph. Annulus tuus & veſtis tua. Vertere potes in accuſatiuo, annulum, & veſtem: vt ſubaudias, dabis mihi. Et virga tua, &c. ומטך וגו׳ & ſcipio quem manu geſtas.

E Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem ſuum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui quum non inueniſſet eam, 20

Interrogauit homines loci illius, Vbi eſt mulier quæ ſedebat in biuio? Reſpondētibus cunctis, Non fuit in loco iſto meretrix: 21

Reuerſ⁹ eſt ad Iudā, & dixit ei, Nō inueni eā: ſed & homines loci illi⁹ dixerūt mihi, nunquā ſediſſe ibi ſcortū. F 22

Ait Iudas, Habeat ſibi, certè mēdacii arguere nos non poteſt: ego miſi hœdum quem promiſeram, & tu nō inueniſti eam. 23

Ecce autem poſt tres menſes nuntiauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere. Dixitque Iudas, Producite eam vt comburatur. 24

Qui gravissimis ipsi poenae digni essent, fere solent in alios durissimas sententias dicere; non [illegible] putantes se tum quod ipsi meriti essent.

Quæ quum duceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum, dicens, De viro cuius hæc ſunt, concepi: cognoſce cuius ſit annulus, & armilla, & baculus. 25

Qui agnitis muneribus, ait, Iuſtior me eſt: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam. 26

Tum e. commissi sceleris serio nos poenitere est credibile, cum ab flagitio abhorrentes caveamus, ne ad [illegible]

Matt.1.a.3

G Inſtante autem partū, apparuerūt gemini in vtero. 27

[illegible] Zedeamy-

Atque in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens, Iſte egredietur prior. 28

Illo verò retrahente manū, egreſſus eſt alter: dixitque mulier, Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares. 29

1.Par.2.a.4

Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara. 30

Cap. XXXIX.

IGitur Ioſeph ductus eſt in AEgyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus ſui, vir AEgypti⁹, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. 1

Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui, 2

Qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. 3

Inuenitque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei: à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant. 4

B Benedixitq; Dominus domui AEgyptii propter Ioſeph, & multiplicauit tā in ædibus quàm in agris, cunctā 5

20 Et miſit Iehudáh hœdum caprarum per manum amici ſui yAdullamitæ vt reciperet pignus è manu mulieris: & nō inuenit eā.

21 Et interrogauit viros loci illius, dicēdo, Vbinā eſt meretrix illa *quæ erat* in yEnáim iuxta viam? Illi dixerunt, Nō fuit hîc meretrix.

22 Reuerſus eſt autem ad Iehudáh, & dixit, Non inueni eam: ″& etiam viri loci dixerunt, Non fuit hîc meretrix.

23 Et dixit Iehudáh, ″Accipiat ſibi, ne fortè ſimus in cōtemptum: ecce miſi hœdum hunc: tu autem non inueniſti eam.

Vide quam securus sit etiam post a[illegible] peccatum, non adhuc pudet scor[illegible] ess[illegible]

24 Fuit autem, circiter tres menſes renūtiatum fuit ipſi Iehudáh, hunc in modum, Fornicata eſt Thamár nurus tua, & etiam vtique eſt grauida ex fornicationibus. Et dixit Iehudáh, Educite eam, & comburatur.

Iudas nurū ſuam ſtupri accuſatā, comburi iubet: poſtea culpam agnoſcit.

25 Illa quum educeretur, miſit ad ſocerum ſuum, dicendo, De viro cuius hæc *ſunt*, ſum grauida. Adiecítque, Agnoſce quæſo cuius *ſint* iſthæc, ſigillum, & pallium, & virga.

26 Agnouit ergo Iehudáh, & dixit, Iuſtior me eſt: ″id circo *enim hoc fecit*, quòd non dederim eamשSeláh filio meo. Neque addidit vltrà cognoſcere illam.

27 Fuit autem tēpore quo pariebat ipſa, (″ecce gemini *erant* in vtero eius)

Parit Thamar geminos.

28 Fuit inquam, ea pariente, ″dedit manum: quā accepit obſtetrix, ligauítque ad manū eius coccinū, dicendo, ″Iſte egreſſus eſt prior.

29 Fuit præterea, quum retraxiſſet manum ſuam, ecce egreſſus eſt frater eius: ″dixítque, Cur ″perrupiſti? ſuper te *ſit* perruptio: ″Et vocauit nomen eius Péreys.

Phares.

30 Et poſtea egreſſus eſt frater eius ad cuius manum *erat* coccinū: vocauítque nomen eius Zeránh.

Zara.

Cap. XXXIX.

1 POrrò Ioɔſéph ″deductus fuit in Mixſráim, emítque eum Pothiphár ″princeps Paryóh, princeps laniorū, vir AEgyptius, è manu Iwſmayxelitarum qui ″deduxerant eum illuc.

Venditur Ioſeph Phutiphari.

2 Fuit autem Iehouáh cum Ioɔſéph, & erat vir ″proſperè agens: habitabátque in domo domini ſui AEgyptii.

Deus eſt cum Ioſeph.

3 Vidit autem dominus eius quòd Iehouáh *eſſet* cum eo, & omnia quæ ipſe faciebat, Iehouáh ″fortunaret in manu eius.

4 ″Inuenit igitur Ioɔſéph gratiam in oculis eius, & miniſtrabat ei: præfecítque eum domui ſuæ, atque omnia quæ erant ei, tradidit in manu eius.

5 Vnde factum eſt vt ″ex quo præfecit eum domui ſuæ, & omnibus quæ erant ei, benediceret Iehouáh domui AEgyptii propter Ioɔſéph: ″fuítque benedictio Iehouæ in omnibus quæ erant ei, ſi-

Deus benedicit ipſi Phutiphari propter Ioſeph.

---

22 Et etiam וגם præterea. 23 Accipiat ſibi, תקח־לה Habeat ſibi. ſub. pignus illud. Quidam ita accipiunt quaſi excuſet Iudas ſe præſtitiſſe datam fidem: quod doctioribus non probatur: ſed potius his verbis Iudas ſignificat, ſe malle annulum perdere, quàm longius ſpargendo rem, materiam præbere vulgi ſermonibus: quòd leuior ſit pecuniæ quàm famæ iactura.

26 Idcirco *enim hoc fecit*, quòd כי־על־כן Dictiones inuerſæ Hebræis pro על־כן־כי propterea quòd.

27 Ecce gemini והנה תאומים habebat enim gemellos. Per parentheſim hæc ponuntur.

28 Dedit ויתן ſub. alter filiorum. 29 Dixitque, ותאמר ſub. mater, vel obſtetrix. Perrupiſti? ſuper, &c. פרצת עליך וגו׳ perrupiſti [ſub. ſecundinas?] tibi imputabitur *iſta* perruptio. Alii, rupiſti? ſuper te ruptura. ſub. maneat. vt ſit velut imprecario. Alii, Quare rupiſti ſuper te rupturam? id eſt Cur membranam qua operiebaris, rupiſti, vt prodires ante fratrem tuum? Alii eodem ſenſu, Cur rupiſti ſuper te interſtitium? Miratur enim obſtetrix quomodo perrupto interſtitio, Phares prior egreſſus fuerit. nam frater ipſum prægreſſus, inſtar muri intermedii oppoſitus erat. Quidam Hebræorum vertūt, Cur roboraſti tibi robur? Chaldæus paraph. Quàm magna fortitudo fuit tibi vt præualeres. Et vocauit ויקרא ſub. pater eius, aut is qui nomen indidit illi.

IN CAPVT XXXIX.

1 Deductus fuit הורד Ad verbū, factus eſt deſcendere. Princeps Paryóh, princeps laniorum. סרים פרעה וגו׳ Vide ſuprà cap. 37. g. 36. Deduxerunt eum הורידוהו Ad verbum, deſcendere fecerunt eum.

2 Proſperè agens: מצליח fœlix. fortunatus. id eſt cui cuncta ſuccedebant pro voto.

3 Fortunaret מצליח .i. dirigeret. hoc eſt, ſucceſſum fœliciſſimum dabat omnibus rebus quas agebat.

4 Inuenit igitur, &c. וימצא יוסף וגו׳ Hebraiſmus, Ioſeph fuit gratiſſimus hero ſuo, valuitque gratia apud illum.

5 Ex quo מאז Subaudi אשר, vt legas ad verbum, extunc quòd. Fuitque benedictio, &c. ויהי ברכת וגו׳ Hebraiſmus, auxit, ſiue multiplicauit Iehouah omnia quæ habebat & domi & ruri.

ue domi ſiue ruri.

6 Reliquit igitur omnia quæ *erant* ſibi,′in manu Ioɔséph:′neque quicquam cum illo nouerat, niſi panem quem ipſe comedebat. erat autem Ioɔséph′pulcher forma,& pulcher aſpectu.

7 Fuit autem poſthæc, leuauit vxor domini eius oculos ſuos in Ioɔséph,& dixit,′Concumbe mecum.

Ioſeph denegat dominæ ſuæ ſtuprum.

8 Qui renuens dixit vxori domini ſui, Ecce dominus meus″non nouit mecum quid *ſit* in domo: quin omnia quæ erant ei, dedit in manu mea.

9 Non *eſt* maior me quiſquam in domo hac, neque″prohibuit à me quicquã niſi te, eo quòd tu *ſis* vxor eius: quomodo igitur facerem grande malum hoc,″peccando contra Deum?

10 Fuit autem quum loqueretur ipſa ad Ioɔséph quotidie, & non pareret ei vt dormiret″iuxta illam,′vt eſſet cum ea:

11 Fuit inquam,″ſecundum diem hanc, vt veniret domum″ad faciendũ opus ſuum: nec eſſet quiſquã″ex domeſticis ibi in domo:

12 Illa apprehendit eum in veſtimento eius,dicendo,Concumbe mecum. Reliquit autem veſtimentum ſuum in manu eius,& aufugit, egreſſúſque eſt foras.

13 Et fuit,quum illa vidiſſet quòd rèliquiſſet veſtimentum ſuum in manu ſua,& fugiſſet foras,

Ioſeph falsò accuſatus ſtupri à domina ſua, incarceratur.

14 Vocauit domeſticos ſuos, dixítque ad eos in hunc modum, Vi dete,″adduxit nobis virum yEbræum vt illuderet nobis: *nam* venit ad me vt concumberet mecum:′& clamaui voce magna:

15 Quúmque ille audiſſet quòd eleuaſſem vocem meã,& clamaſſem, reliquit veſtimentum ſuum apud me, & aufugit, egreſſúſque eſt foras.

16 Retinuit ergo veſtimentum eius apud ſe,donec veniret″dominus eius ad domum ſuam.

17 Quem alloquuta eſt ′his ferè verbis, dicendo, Venit ad me ſeruus yEbræus quem adduxiſti nobis vt illuderet mihi.

18 Quum verò ſuſtuliſſem vocem meam,& clamaſſem,tum reliquit veſtimentum ſuum apud me,& fugit foras.

19 Fuit autẽ,quũ audiſſet dominus ei⁹ verba vxoris ſuæ quæ dixerat ipſi,dicẽdo,″Talia fecit mihi ſeruus tuus:″iratus eſt furor eius.

20 Tulit ergo herus Ioɔséph ipſum,′poſuítq; eũ in domo carceris, *in* loco *in* quo vincti Regis *erãt* vincti,& fuit illic in domo carceris.

Miſeretur ipſius Ioſeph Deus.

21 Fuit autem Iehouáh cum Ioɔséph,″& inclinauit ad eum miſericordiã:′dedítque gratiã illius in oculis principis dom⁹ carceris.

eius ſubſtantiam.

6 Nec quicquam aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur. erat autẽ Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.

7 Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait, Dormi mecum.

8 Qui nequaquam acquieſcẽs operi nefario,dixit ad eam, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis,ignorat quid habeat in domo ſua:

9 Nec quicquam eſt quod nõ in mea ſit poteſtate,vel non tradiderit mihi, præter te quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malũ facere,& peccare in Deum meum?

10 Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies loquebatur,& mulier moleſta erat adoleſcẽti,& ille recuſabat ſtuprũ.

C

11 Accidit autem quadam die vt intraret Ioſeph domũ, & operis quippiã, abſque arbitris,faceret:

12 Et illa,apprehenſa laſcinia veſtimẽti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit,& egreſſus eſt foras.

13 Quúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis: & ſe eſſe contemptam,

14 Vocauit ad ſe homines domus ſuę, & ait ad eos,En,introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me vt coiret mecum:quúmque ego ſucclamaſſem,

15 Et audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebat,& fugit foras.

D

16 In argumentum ergo fidei,retentũ pallium oſtendit marito reuertenti domum,

17 Et ait, Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quem adduxiſti vt illuderet mihi:

18 Quúmque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam,& fugit foras.

19 His auditis dominus, & nimiũ credulus verbis coniugis, iratus eſt valde,

20 Traditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.

Pſal.104.b.18

21 ¶Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus eſt illius: & dedit ei gratiã in cõſpectu principis carceris.

---

6 In manu כיד .i.in poteſtate.hoc eſt,Fidei Ioſeph omnia bona ſua commiſit. Neque quicquam,&c. ′ולא־ידע וגו Hebraiſmus,Nullam rationem reddebat Ioſeph domino ſuo,nec herus ipſe ſua curabat,ſed omnia fideli miniſtro committebat,nulla re alia ſolicitus quàm de edendo & bibendo.ſiue,ex omnibus rebus ſuis nullum fructum capiebat,præterquam quòd alebatur. Vide paulo pòſt,verſu 8. Alter ex doctioribus Hebræorum refert ad morem AEgyptiorum de cibis,qui alio genere victus vtebantur atque Iudæi.q.d.omnia curabat præter cibum domini ſui,quòd aliis cibis vteretur Ioſeph,aliis dominus eius. Panis,pro omni ciborum genere,apud Hebræos vſitatiſſimum.

Pulcher forma,& pulcher aſpectu. יפה תואר ויפה מראה: Id eſt pulcher figura & ſtatu corporis,.q.d.formoſiſſimus.

7 Concumbe שכבה Dormi.Cuba. 8 Non nouit,&c. ′לא ידע וגו Hebraiſmus,de quo paulo antè,verſu 6.i.nihil ſolicitus eſt de rebus ſuis domeſticis,delegata mihi omni cura 9 Prohibuit à me ′חשך ממני .i.ſubduxit,vel ſubtraxit mihi.q.d.nihil reſeruauit ſibi præter te. Peccando וחטאתי Ad verbum,& peccabo.

10 Iuxta illam, אצלה apud eam.iuxta latus eius. Vt eſſet cum ea. להיות עמה: .i.aut ſaltem fabularetur cum ea.

11 Secundum diem hanc, כהיום הזה Id eſt die quadam conſimili huic, ac reſpondenti, qua ſcilicet cœperat ſolicitare Ioſeph: hoc eſt, temporis ſucceſſu,quum illa non deſiſteret ſtuprum offerre ſancto Ioſeph. Ad faciendum opus ſuum: לעשות מלאכתו vt fungeretur officio ſuo. Ex domeſticis מאנשי הבית Ad verbum,ex viris domus.

14 Adduxit nobis הביא לנו introduxit ad nos.ſub.vir meus. Et clamaui ואקרא tum clamare cœpi.

16 Dominus e. אדוניו Ad verbũ,domini eius.Plurale Heb.pro ſingul. 17 His ferè ver. כדברים האלה Ad verbũ,iuxta verba hæc.

19 Talia, כדברים האלה Ad verbũ,Iuxta verba hæc. Iratus eſt furor e.: ויחר אפו excanduit ira eius. Hebraiſmus, vehementer iratus eſt.cœpit excandeſcere mirum in modum. 20 Poſuitque eũ in do.car. ויתנהו אל־בית הסוהר coniecitque illum in carcerem. Chaldæus paraph.tradiditque eum in domum vinctorum.i.in qua vincti aſſeruantur,hoc eſt in carcerem. Vox Hebræa ſignificat carcerẽ rotundum in modum lunæ. 21 Et inclinauit, ויט & extendit.Hebraiſmus,dignatus eſt illum gratia & miſericordia ſua. Deditque gratiam,&c. ′ויתן חנו וגו Hebraiſmus,reddidit eum gratioſum & charum apud præfectum carceris.

22 Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo erat.

23 Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cũ illo, & omnia opera eius dirigebat.

Cap. XL.

1 His itaque geſtis accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis AEgypti, & piſtor, domino ſuo.

2 Iratúſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus)

3 Miſit eos in carcerẽ principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph.

4 At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquãtulum temporis fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur.

5 Viderũtque ambo ſomnium nocte vna, iuxta interpretationẽ congruam ſibi.

6 Ad quos cũ introiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes,

7 Sciſcitatus eſt eos, dicens, Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra?

8 Qui reſponderunt, Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioſeph, Nũquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis.

B

9 Narrauit prior, præpoſitus pincernarum ſomnium ſuum, Videbam coram me vitem,

10 In qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gẽmas, & poſt flores, vuas matureſcere:

11 Calicémque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

12 Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnii, Tres ꝓpagines, tres adhuc dies ſunt,

13 Poſt quos recordabitur Pharao miniſterii tui, & reſtituet te in gradũ priſtinum: dabiſque ei calicem iuxta officiũ tuũ ſicut antè facere cõſueueras.

22 Et tradidit ʹprinceps domus carceris in manu Ioɔſéph õnes vinctos q̃ *erant* in domo carceris: & quicq̃dʹfaciebãt illic, ipſe faciebat.

23 ʹNeque princeps domus carceris videbat quicquã *ex iis quæ erant* in manu eius: eo quòd Iehouáh eſſet cũ eo, & quod ipſe faciebat, Iehouáhʹſecundabat.

Cap. XL.

1 AʹCcidit autem his geſtis vt peccarent pincerna Regis Mixſráim, & piſtorʺin dominum ſuum Regem Mixſráim.

2 Iratus eſt ergo Paryóh contra ambos principes ſuos, *nempe* cõtra principem pincernarum, & contra principem piſtorum.

3 Poſuítque illos in carcere domusʺprincipis laniorum, in domo carceris, *hoc eſt* in loco in quo Ioɔſéph vinctus erat.

4 ʺEt præpoſuit princeps laniorum Ioɔſéph eis, & miniſtrabat eis: fuerúntqueʹ*per* annum in cuſtodia.

5 Et ſomniauerunt ſomnium vterque ipſorũ, vnuſquiſque ſomnium ſuum, nocte eadem, quiſqueʺiuxta interpretationem ſomnii ſui, *nempe* pincerna & piſtor Regis Mixſráim, qui *erant* vincti in domo carceris.

6 Venit itaque ad eos Ioɔſéph mane, & contemplatus eſt eos, & en erantʹdolore affecti.

7 Interrogauítq; illos principes Paryóh qui *erant* ſecũ in cuſtodia domus domini ſui, dicẽdo, Cur facies veſtræ,ʹtriſtiores *ſunt* hodie?

8 ʹQui reſponderunt ei, Somnium ſomniauimus, ʹ& non *eſt* qui interpretetur illud. Et dixit ad eos Ioɔſéph, Nónne Dei *ſunt* interpretationes? narrate quæſo mihi.

9 Narrauit ergo princeps pincernarum ſomniũ ſuũ ipſi Ioɔſéph, dixítque ei, ʹMe ſomniante, videre videbar vitem coram me,

10 Et in vite *erant* tresʹrami, & ea *erat* tanquam floreſcens, ʹerumpebát*que* flos eius, *&* ad maturitatem perduxerunt botri eius vuas.

11 Calix autem Paryóh *erat* in manu mea: accipiebam ergo vuas, & exprimebam eas in calicem Paryóh, dabámque calicem in manu Paryóh.

12 Dixítque ei Ioɔſéph, Hæc eſt interpretatio eius, Tresʹrami, tres dies ſunt.

13 ʹIn fine trium dierum ʺexaltabit Paryóh caput tuũ, ʹ& reſtituet te ad locum tuum, & dabis calicem Paryóh in manu eius ſecundũ conſuetudinem priorem quando eras pincerna eius.

Pincernæ & piſtori Pharaonis in carcere miniſtrat Ioſeph.

Vident ſomnia.

Pincernæ ſomnium, quod Ioſeph interpretatur.

22 Princeps domus carceris שר בית־הסוחר Id eſt ille qui præerat carceri. Faciebant עושים facere ſolebant. id eſt quæcunque illi facere conſueuerant, Ioſeph ſatagebat facere. Imò potius quod vertit Chaldæus paraph. quicquid ibi fiebat, iuxta verbum ipſius fiebat. id eſt ipſo authore, iuſſũque ipſius. 23 Neque princeps, &c. אין שר וגו׳ .i. Qui præerat carceri, non exigebat rationem à Ioſeph eorum quæ tradiderat illi. omnia adminiſtrabat Ioſeph, nec tamen adminiſtrationum vllam reddebat rationem. Secundabat. : מצליח id eſt dirigebat, aut efficiebat vt proſperè ſuccederet.

IN CAPVT XL.

1 Accidit autem his geſtis ויהי אחר הדברים האלה Ad verbum, Et fuit poſt verba iſta. i. poſt res iſtas geſtas.

3 Principis lanior. שר הטבחים Vide ſuprà cap. 37. d. 36. i. in carcere ipſo deſtinato vinctis Regiis, qui iuſſu Regio vincti detinebãtur.

4 Et præpoſuit princeps, &c. ויפקוד שר וגו׳ Et poſuit [collocauit] princeps militum, Ioſeph apud illos, vt miniſtraret eis. Alii, Et præcepit magiſter militum de Ioſeph [vt eſſet] cum eis: & miniſtrabat eis. *Per* annum ימים Ad verbum, *per* dies. Doctus inter Hebræos vult pro diebus perfectis accipi, id eſt pro anno. Alii verò dicunt eos falli qui pro ſpatio vnius anni integri & abſoluti accipiunt: & potius notationem eſſe diuturni, & tamen incerti temporis, vt ex aliis locis patet. In hunc ſenſum quidam verterunt, fuerúntque aliquot dies in carcere. 5 Iuxta interpretationem ſomnii ſui, כפתרון וגו׳ Hebraiſmus, prout cuique euenit. vel quemadmodum res poſtea oſtendit. vel, indicans quid in poſterum eſſet euenturum vtrique eorum in officio ſuo.

6 Dolore affecti. : זועפים triſtes. vel, perturbati & attoniti.

7 Triſtiores רעים afflictæ. Ad verbum, malæ.

8 Qui reſponderunt ei, ויאמרו אליו Ad verbum, Et dixerunt ad eum. Et non eſt, &c. ופותר אין אותו Præpoſterus ordo Hebræis, & qui interpretetur illud, non *eſt*. 9 Me ſomniante, &c. בחלומי וגו׳ Ad verbum, In ſomnio meo, ecce vitis erat, &c.

10 Rami, שריגים propagines. Erumpebát*que* flos e. &c. עלתה נצה וגו׳ Ad verbum, aſcendit flos eius, percoxerunt botri eius racemos. i. videbatur flores emittere, ipſique flores videbantur erumpere, & racemi ad maturitatem perduci.

12 Rami, השריגים propagines. 13 In fine trium dierum, בעוד שלושת ימים Intra tres dies. vel, Poſt tres dies Exaltabit Parעóh caput tuũ, ישא פרעה את־ראשך recẽſebit [vel numerabit] Parעóh caput tuũ. i. te, ſub. inter reliquos miniſtros. Extollere caput alicuius, ſignificat erigere aliquem ex humili contemptáque fortuna vt cenſeatur aliquo loco. extollet ergo Pharao caput tuum, hoc eſt educet te ex tenebris carceris, vel iacentem leuabit vt in priſtinum ſtatũ reſtituat. Et reſtituet te ad locum tuum, והשיבך על־כנך Ad verbũ, & redire faciam te in gradum tuum. ſub. priſtinum. Chaldæus paraph. reſtituet te miniſterio tuo. vel officio & muneri.

14 'Sed memento mei apud te, quũ tibi bene fuerit:'& facias quæſo mecum miſericordiam, vt mẽtionem mei facias Paryóni,"& educas me è domo hac:

15 Quia'furto ablatus ſum è terra yEbræorū: neque feci hîc quicquam vt coniicerent me in carcerem.

Somnium item piſtoris exponit.

16 Vidit autem princeps piſtorum quòd bene interpretatus eſſet, & dixit ad Iooſéph, Etiam'me ſomniante videre videbar tria caniſtra'alba ſuper caput meum,

17 Porrò in caniſtro ſuperiori *erant* ex omnibus cibis Paryóh opere piſtorio *factis*, & aues comedebant eos è caniſtro *quod erat* ſuper caput meum.

18 Reſpõdítque Iooſéph, & dixit, Hæc eſt interpretatio ei⁹, Tria caniſtra, tres dies ſunt:

19 'In fine trium dierum auferet Paryóh caput tuum à te, & ſuſpẽdet te'in ligno, comedéntque aues carnem tuam déſuper te.

Conuiuium Pharaonis in natali ſuo.

20 Fuit itaq; die tertio, die quo natus fuerat Paryóh, vt faceret cõuiuium omnibus ſeruis ſuis:"& recéſuit caput principis pincernarum, & caput principis piſtorum inter ſeruos ſuos.

21 "Et reſtituit principem pincernarum ad propinationem ſuam, & dedit calicem in manu Paryóh:

22 At principem piſtorum ſuſpendit, quemadmodum interpretatus fuerat ei Iooſéph.

Ingratus pincerna.

23 Et non eſt recordatus princeps pincernarum ipſius Iooſéph, ſed oblitus eſt eius.

Cap. XLI.

מקץ

Somnium Pharaonis de ſeptẽ bobus.

1 F'Vit præterea, exactis duobus annis Paryóh ſomniauit, Putabat ſe ſtare iuxta flumen.

2 Et ecce, è flumine aſcendebant ſeptem vaccæ pulchræ aſpectu, "& pingues carne, quæ paſcebantur'in carecto.

3 Ecce item ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas è flumine, turpes aſpectu, "& tenues carne, quæ ſtabãt iuxta vaccas illas quæ *erant* iuxta ripam fluminis.

4 Et deuorauerũt vaccæ illæ turpes aſpectu & tenues carne, ſeptẽ vaccas pulchras aſpectu & pingues.'& expergefactus eſt Paryóh.

Somnium alterum de ſpicis.

5 Rurſum dormiens ſomniauit ſecundò, 'Et ecce ſeptem ſpicæ aſcendebant in culmo vno pingues, & pulchræ:

6 Ecce item ſeptem ſpicæ tenues, & arefactæ Euro, "oriebantur poſt eas.

7 Et deuorauerunt ſpicæ illæ tenues, ſeptem ſpicas pingues & plenas. expergefactúſque eſt Paryóh,"& ecce ſomnium *erat*.

8 Manè autem facto'conſternatus eſt ſpiritus eius: mitténſque,

14 Tantùm memento mei quum tibi bene fuerit: & facies mecũ miſericordiã, vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: C

15 Quia furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum: & hîc innocẽs in lacum miſſus ſum.

16 Videns piſtorũ magiſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait, Et ego vidi ſomnium, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum:

17 Et in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me omnes cibos qui fiũt arte piſtoria, auéſq; comedere ex eo.

18 Reſpõdit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſõnii, Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt:

19 Poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. D

20 Exinde dies tertius natalítius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarũ, & piſtorum principis.

21 Reſtituitque alterum in locũ ſuũ, vt porrigeret ei poculum:

22 Alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.

23 Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Cap. XLI.

1 POſt duos annos vidit Pharao ſõnium, Putabat ſe ſtare ſuper fluuium,

2 De quo aſcẽdebant ſeptem boues pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus.

3 Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdę, confectæque macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus.

4 Deuorauerũntque eas quarum mira ſpecies & habitudo corporũ erat. expergefactus Pharao,

5 Rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium, Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formoſæ:

6 Aliæ quoque totidem ſpicę tenues, & percuſſæ vredine, oriebantur,

7 Deuorantes omnem priorum pulchritudinem. euigilans Pharao poſt quietem,

8 Et facto mane, pauore perterritus,

---

14 Sed memento mei כי אם־זכרתני Præt. Heb. pro fut. & fut. pro optatiuo, vel per modum deprecationis accipitur, vt loquuntur Hebræi. Sic & Chaldæus paraph. Veruntamen memineris mei obſecro. Alii, Tantùm recorderis mei. Et facias, &c. ועשית־נא וגו' Hebraiſmus, hoc beneficium conferas in me. Et educas me והוצאתני Id eſt cures vt extrahar.

15 Furto ablatus ſum גנוב גנבתי Ad verbum, furtim auferendo, furtim ablatus ſum.

16 Me ſomniante vid. vid. אני בחלומי והנה Ad verbum, vt verſu 9, in ſomnio meo ecce tria, &c. Alba חורי candida. i. facta è virgis decorticatis, quæ poſt earum decorticationes ſunt albæ. Ita doctus inter Hebræos, tametſi probet interpretationem eorum qui exponunt, caniſtra foraminum, hoc eſt perforata, aut habentia multa foramina. Alii, caniſtra tortarum ſub prunis decoctarum, quæ dicuntur עוגות. ſic & Chaldæus paraph. Ieroſolymitanus. Alii, caniſtra candoris. i. plena panis albi, ſiue candidi.

19 In fine trium die. בעוד שלושת ימים Vt ſuprà, verſu 13, Poſt tres dies. i. Exacto ſpatio triũ dierum. In ligno, על־עץ in patibulo.

20 Et recenſuit, &c. וישא את־ראש וגו' . i. dum recitaretur catalogus ſeruorum Pharaonis, numerati ſunt & iſti inter ſeruos alios. Ad verbum, in medio ſeruorum ſuorum. 21 Et reſtituit וישב Ad verbum, Et redire fecit.

IN CAPVT XLI.

1 Fuit præterea, &c. ויהי מקץ וגו' Ad verbum, Et fuit, à fine duorum annorum & Pharao ſomniauit, & ecce ſtabat iuxta amnem. Hîc decima eſt Hebræorum ſectio huius libri, quam à ſecunda dictione capitis inſcribunt מקץ. i. A fine.

2 Et pingues carne, ובריאות בשר . i. pingui, obeſo, & craſſo corpore. In carecto. באחו : in loco paluſtri.

3 Et tenues carne, ודקות בשר . i. macilentæ. 4 Et expergefactus eſt וייקץ q. d. hoc viſo, euigilauit.

5 Et ecce ſeptem ſpicæ, &c. והנה שבע שבלים וגו' Hebraiſmus, Putabat ſe videre ſeptem ſpicas quæ videbantur erumpere è culmo vno. Quidam vertunt, aſcendebant in culmum vnum. 6 Oriebantur צומחות pullulabant. emergebant. erumpebant.

7 Et ecce ſomnium *erat*. והנה חלום : Id eſt deprehendit ſe ſomniaſſe. Hebraiſmus.

8 Conſternatus eſt ותפעם conturbatus eſt. ו redundat Latinis.

B miſit ad omnes cōiectores AEgypti, cunctóſque ſapiētes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur.

9 Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait, Cōfiteor peccatum meum:

10 Iratus Rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militiæ:

11 Vbi vna nocte vterque vidimus ſōnium, præſagium futurorum.

12 Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia,

13 Audiuimꝰ quicquid poſtea rei ꝓbauit euētus. ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpēſus eſt in cruce.

Pſal.104.b.20 14 Protinus ad Regis imperium, eductum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata, obtulerunt ei.

15 Cui ille ait, Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſimè coniicere.

16 Reſpōdit Ioſeph, Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.

17 Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis,

C 18 Et ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus, quæ in paſtu paludis virecta carpebant.

19 Et ecce, has ſequebantur aliæ ſeptē boues, in tantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra AEgypti viderim.

20 Quæ deuoratis & conſumptis prioribus,

21 Nullum ſaturitatis dedêre veſtigiū: ſed ſimili macie & ſqualore torpebāt. Euigilans, rurſus ſopore depreſſus,

22 Vidi ſomnium, Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque pulcherrimæ.

23 Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula:

24 Quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. narraui coniectoribus ſōniorum, & nemo eſt qui ediſſerat.

25 Reſpondit Ioſeph, Somnium Regis vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.

conuocauit omnes Magos Mixſráim, & omnes″ſapientes eius: narrauítque Paryóh illis ſomnium ſuum, & non erat qui interpretaretur ea ipſi Paryóh.

9 Loquutus eſt itaque princeps pincernarum ipſi Paryóh in hūc modum, Peccatum meum ego″reduco in memoriam hodie:

Pincerna meminit Ioſeph apud Pharaonem.

10 Paryóh iratus fuerat contra ſeruos ſuos, & coniecerat me in cuſtodiam domus″principis laniorum, me & principem piſtorum.

11 Somniauimus autem ſomnium nocte eadem ego & ipſe, ſinguli″ſecundum interpretationem ſomnii ſui ſomniauimus.

12 Et illic *erat* nobiſcum puer yEbræus ſeruus principis laniorū: cui quū narraſſemus, interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra, ″ſingulis ſecundum ſomnium ſuum interpretatus eſt.

13 Accidítque, quēadmodum interpretatus eſt nobis, ſic fuit: me ″reſtituit in locum meum, illum verò ſuſpendit.

14 Miſit ergo Paryóh, & vocauit Ioɔſéph, ″& feſtinātér eduxerūt eū ″è carcere: ″totōdítque, ″& mutauit veſtes ſuas, ac venit ad Paryóh.

Ioſeph educto è carcere Pharao narrat ſomnia ſua.

15 Et dixit Paryóh ad Ioɔſéph, Somnium ſomniaui, ″& non eſt qui interpretetur illud: ego verò audiui de te ″dicere *quòd* audias ſomnium ad interpretandum illud.

16 Et reſpōdit Ioɔſéph ad Paryóh, dicendo, ″Præter me *eſt* Deus *qui* ″reſpondebit pacem Paryonis.

17 Dixit ergo Paryóh ad Ioɔſéph, ″Me ſomniante putabam me ſtare iuxta ripam fluminis,

18 Et ecce è flumine aſcendebant ſeptem vaccæ pingues carne, & pulchræ forma, quæ paſcebant in carecto.

19 Ecce item ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas, tenues, & turpes forma valde, ″& graciles carne: non vidi ſimiles in tota terra Mixſráim″in turpitudine.

20 Et deuorauerunt vaccæ graciles & turpes, ſeptem vaccas priores pingues,

21 Et deuenerunt in interiora earum, ″neque cognitū eſt quòd veniſſent in interiora earum: ″nam aſpectus earum turpis *erat* quemadmodum in principio. & expergefactus ſum.

22 Vidi etiam dum ſomniarem, & ecce ſeptem ſpicæ aſcendebant in culmo vno, plenæ & pulchræ.

23 Ecce item ſeptem ſpicæ″paruæ, tenúes, *&* ″arefactæ Euro, germinabant poſt eas.

24 Et deglutiuerunt ſpicæ tenues, ſeptem ſpicas pulchras. dixi autem Magis, & non fuit″qui indicaret mihi.

25 Et dixit Ioɔſéph ad Paryóh, Somnium Paryonis idem eſt: quod Deus facturus eſt indicauit Paryoni.

Exponit Ioſeph Pharaoni ſōnia, prædicens abundantiā & famē.

Sapientes eius: חכמיה ſub. terræ AEgypti. 9 Reduco in memoriam מזכיר Quidam per futurum vertunt, recenſebo. i. fatebor. q.d. cogor fateri nunc peccatum meum. 10 Principis laniorum, שר הטבחים Vide ſuprà cap. 37. d. 36.

11 Secundum interpretationem, &c. כפתרון חלומו חלמנו: Vide capite præcedenti, verſu 5.

12 Singulis, &c. איש כחלומו פתר: Hebraiſmus, Vnicuique noſtrum dixit quid portenderet ſomnium ſuum.

13 Reſtituit השיב reduxit. reuerti fecit. 14 Et feſtinanter edu. &c. ויריצוהו מן הבור Ad verbum, & currere fecerunt eum è lacu. vel fouea. Totonditque, ויגלח ſub. eum tonſor. nam verbū eſt tranſitiuū. Et mutauit ve. ſ. ויחלף שמלותיו .i. depoſitis veteribus veſtimētis, noua induit ſe. q.d. ornauit ſeſe, quòd venturus eſſet in conſpectum Regis, ne ſcilicet Rex ſordido eius veſtitu offenderetur.

15 Et non eſt qui, &c. ופותר אין אותו Inuerſus dictionum ordo Heb. vt & capite præcedenti, verſu 8, & interpretans non illud. Dicere, &c. לאמור תשמע וגו׳ quemadmodū auditurus ſis ſomniū, &c. Hebraiſmus, pro, audiui de te quòd ſi audieris ſomniū, interpretaris illud. vel auditum ſomnium interpretari poteris illud. 16 Præter me *eſt* Deus, בלעדי אלהים q.d. Alius eſt qui interpretabitur ſomnium tuum, nempe Deus qui proſpera interpretabitur tibi. Reſpondebit, &c. יענה וגו׳ reſpondeat. i. quem opto reſponſurum eſſe domino meo Regi proſpera, ſiue fœlicia. vel, reſpondeat pacem Pharaoni, id eſt qui vtinam ſeruet Pharaonem.

17 Me ſomniante puta. &c. בחלומי וגו׳ Ad verbum, In ſomnio meo, ecce ego ſtabam. Vide principium huius capitis vbi eadem narrantur iiſdem ferè verbis. 19 Et graciles carne: ורקות בשר .i. macilentæ & macræ. In turpitudine. לרוע: Ad verbum, in malicia. i. ſi maciem ſpectes. 21 Neque cogni. eſt, &c. ולא נודע וגו׳ .i. deuoratis vaccis pinguibus, nihilo pinguiores apparuerunt. Nam aſpectus earū ומראיהן Ad verbum, & aſpectus earum. 23 Paruæ, צנומות graciles. Arefactæ Euro, שדופות קדים percuſſæ vredine.

24 Qui indicaret מגיד qui renuntiaret. diſſereret. exponeret.

Septem vaccæ pulchræ, ſeptem anni ſunt: & ſeptem ſpicæ pulchræ, ſeptem *itidem* anni ſunt: ſomnium idem eſt.

26 Septem boues pulchræ, & ſeptẽ ſpicæ plenę, ſeptẽ hubertatis anni ſunt: eãdémque vim ſomnii cõprehendũt.

Septem verò vaccæ'graciles & turpes aſcẽdentes poſt illas, ſeptem anni ſunt: & ſeptẽ ſpicæ graciles areſactæ Euro, erunt *itidem* ſeptem anni famis.

27 Septem quoque boues tenues atq; macilentæ, quæ aſcenderũt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrẽte percuſſæ: ſeptem anni venturæ ſunt famis.

D

Hoc eſt quod loquutus ſum Paryóni: quod Deus facturus eſt, oſtendit Paryóni.

28 Quí hoc ordine complebuntur.

Ecce ſeptem anni'veniunt abundantiæ magnæ in vniuerſa terra Mixſráim.

29 Ecce, ſeptem anni venient fertilitatis magnę in vniuerſa terra AEgypti,

Surgent autem ſeptem anni famis poſt eos, & tunc tradetur obliuioni omnis'abundantia *quæ fuerat* in terra Mixſráim: & conſumet fames'terram.

30 Quos ſequentur ſeptem anni alii tantæ ſterilitatis vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: conſumptura eſt enim fames omnẽ terram,

Neque cognoſcetur *vltrà* abundãtia illa in terra propter famem ipſam *quæ erit* poſtea, quia grauiſſima erit.

31 Et hubertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo.

'Quòd autem iteratum eſt ſomnium"ipſi Paryóh duab⁹vicibus: *ſignificat*' quòd firma ſit res à Deo, & feſtinat Deus facere eam.

32 Quòd autem vidiſti ſecũdò ad eandem rem pertinẽs ſomnium: firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.

Nunc igitur prouideat Paryóh virum prudentem, & ſapiẽtem, quem præficiat terræ Mixſráim.

33 Nunc ergo prouideat Rex virũ ſapientem & induſtrium, & præficiat eum terræ AEgypti.

'Faciat Paryóh, & cõſtituat præfectos ſuper regionẽ, '& quintã partem accipiat ab incolis Mixſráim in ſeptem annis abũdantiæ.

34 Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis,

Et congregent omnem cibum annorum bonorum venturorũ iſtorum: & congregent frumentum ſub manu Paryóh, *in* cibum in vrbibus,'& ſeruent.

35 Qui iam nunc futuri ſunt, congreget in horrea: & omne frumentũ ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſeruetúrque in vrbibus.

Et ſit cibus ille"in depoſitum terræ'pro ſeptem annis famis, qui erunt in terra Mixſráim, ne ſuccidatur terra fame.

36 Et præparetur futuræ ſeptem annorũ fami quæ oppreſſura eſt AEgyptũ, & non conſumetur terra inopia.

Ioſeph conſtituitur ſuper annonam.

Et placuit ſermo in oculis Paryóh, in oculíſque ſeruorum eius.

37 Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius:

E

Dixit ergo Paryóh ſeruis ſuis, Inueniemúſne ſimilem virum in quo ſit Spiritus Dei?

38 Loquutúſque eſt ad eos, Num inuenire poterimus talem virum qui Spiritu Dei plenus ſit?

Dixítque Paryóh ad Ioɔſéph, Poſteaquàm notũ fecit Deus tibi totum hoc,"non eſt intelligens & ſapiens ſicut tu.

39 Dixit ergo ad Ioſeph, Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ loquut⁹ es, nunquid ſapientiorem & cõſimilem tui inuenire potero?

Tu *igitur* ſis ſuper domum meam,"& ad ſermonem tuum armabitur vniuerſus populus meus: tantùm'ſolio maior ero te.

40 ‖Tu eris ſuper domũ meã, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tãtũ regni ſolio te præcedã.

Pſal.104.b.21
1 mach.2 f.53
act.7.b.10

Dixit præterea Paryóh ad Ioɔſéph, En conſtitui te ſuper omnem terram Mixſráim.

41 Dixitque rurſũ Pharao ad Ioſeph, Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram AEgypti.

Et detrahens Paryóh anulum ſuum è manu ſua, poſuit illum in manu Ioɔſéph: induítque eum veſtibus byſſinis, & poſuit torquẽ auream in collo eius.

42 Tulitque anulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit.

Equitare quoque fecit eum in curru'ſecũdi quem habebat: clamabant autem ante eum, "Abréch, *id eſt pater tener*. & conſtituit eum ſuper omnem terram Mixſráim.

43 Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ AEgypti.

27 Graciles חרקות tenues. 29 Veniunt abund.ma. באות שבע גדול Ad verbum, venientes, ſaturitas magna. ſub. erit in illis.
30 Abundantia השבע Ad verbum, ſaturitas. ſic verſu ſequenti. Terram.: את־הארץ Continens pro contento. i. incolas.
32 Quòd autem iteratum, &c. ועל השנות החלום וגו' Et propterea iteratũ eſt ſomnium Pharaoni duabus vicibus, quòd, &c. Quòd firma ſit, &c. כי נכון הדבר וגו' Id eſt quòd firmiſſimum ſit decretum cæleſte.
34 Faciat יעשה ſub. quod conſulo. Et quintam partem, &c. וחמש וגו' Ad verbum, & quintet terram AEgypti.
35 Et ſeruent.: ושמרו ſub. illud diligenter. 36 In depoſitum terræ לפקדון לארץ vice depoſiti ipſi regioni. i. ad alendã regionẽ. Pro ſeptem, &c. לשבע וגו' in ſeptennium penuriæ. 39 Non eſt intell. &c. אין־נבון וגו'. i. nemo & prudentia & ſapientia cõferri tibi poteſt. 40 Et ad ſermonem, &c. ועל־פיך ישק Ita vertit etiam Chaldæus paraph. vt noſter interpres. Eſt autem Hebraiſmus, tu eris magiſter militum: hoc eſt, conſtituo te ſecundum à me tempore pacis & belli. Alii vertunt, te iubente, oſculabitur *manum tuam* populus meus, in ſignum ſcilicet obedientiæ. eſt enim oſculum ſignum ſubiectionis. Doctus inter Hebræos vertit, & os tuum oſculabitur vniuerſus populus meus. vt ſcilicet oſtendant te eſſe dominum. Non notatur hîc ſolenne adorationis ſymbolum, ſed metaphorica potius loquutio eſſe videtur, quòd populus amicè accipiet, atque obedienter amplexabitur quicquid profectum erit ab ore Ioſeph: acſi dixiſſet Pharao, quicquid iuſſeris, vno populi conſenſu, quaſi oſculum omnes porrigerent, excipi volo. Solio חכסא ſub. regio.
43 Secundi חמשנה ſub. viri ab illo. i. quo is qui à Rege ſecundus erat, vehi ſolebat. His verbis Ioſeph omnibus AEgypti proceribus anteponitur. Abréch, אברך De hac voce variæ ſunt opiniones. Qui patrem tenerum interpretantur, quia tener adhuc annis Ioſeph, ſenili dotatus eſſet grauitate & prudentia, videntur parùm congruentem loco expoſitionem afferre. Qui vertunt Patrem Regis, inter quos eſt Chaldæus paraph. quaſi dictio ſit ex Hebraico nomine אב, & Arabico רך compoſita, paulo plus habent coloris. Probabilior eſt opinio docti illius inter Hebræos, qui Genu flecte exponit, vt א ſit loco ה. vel eſt ſignum futuri, vt idem ait, acſi dicat, Omnis homo viuens clamat ante eum, Genu flectam.

	F Dixit quoque Rex AEgypti ad Ioſeph, Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manũ aut pedē in omni terra AEgypti.	44	Adiecítq; Paryóh ipſi Ioɔſéph, Ego Paryóh, '& præter te nõ leuabit quiſquã manũ ſuam & pedem ſuum in tota terra Mixſráim.	
	Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua AEgyptiaca, Saluatorem mũdi: deditque illi vxorem Aſeneth filiam Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram AEgypti.	45	Et vocauit Paryóh nomen Ioɔſéph "xSaphenáth-Paynéaחh, *id eſt, abſconditorum interpretem*: dedítq; ei Aɔſenáth filiã Poti-péray "principis 'אOn in vxorem. "Et egreſſus eſt Ioɔſéph ſuper terram Mixſráim.	Ioſeph ducit vxorem.
	(Triginta autem annorũ erat quando ſtetit in conſpectu Regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones AEgypti.	46	(Ioɔſéph autem 'trigenarius *erat* 'quum ſtaret coram Paryóh Rege Mixſráim) 'egreſſus inquam eſt Ioɔſéph à facie Paryóh, "tranſiuítque per totam terram Mixſráim.	
	Venitque fertilitas ſeptem annorũ: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea AEgypti.	47	"Et produxit terra ipſa in ſeptem annis illis ſaturitatis *frumenta* in aceruos.	
	Omnis etiam frugum abundantia, in ſingulis vrbibus condita eſt.	48	Congregauítque 'omnem cibum ſeptem annorum qui fuerãt in terra Mixſráim, '& repoſuit cibum illum in vrbibus: 'cibũ *inquam cuiuſlibet* agri conuexit in eam vrbem quam ambiebat *ipſe ager*.	Colligit Ioſeph frumenta annorũ fœcunditatis.
	Tantáque fuit abũdantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet.	49	Et congregauit Ioɔſéph frumentum tanquam arenam maris multum valde, adeò vt deſierit numerari, quia non *erat* numerus.	
Infrà 46.c.20 & 48.a.5	‖Natique ſunt Ioſeph filii duo antequam veniret fames: quos peperit G ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos.	50	Ipſi autem Ioɔſéph nati ſunt duo filii antequam veniret annus famis: quos peperit ei Aɔſenáth filia Poti-péray principis 'אOn.	Filii Ioſeph.
	Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens, Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.	51	Et appellauit Ioɔſéph nomen primogeniti, Menaשſſéh, *dicens*, Quia obliuiſci fecit me Deus omnis laboris mei, & vniuerſæ familiæ patris mei.	Manaſſes.
	Nomen quoque ſecundi appellauit Ephráim, dicens, Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.	52	Nomen verò ſecundi appellauit אEphráim, *dicens*, Quia 'creſcere me fecit Deus in terra afflictionis meæ.	Ephráim.
	Igitur tranſactis ſeptem hubertatis annis, qui fuerant in AEgypto,	53	Completi ſunt igitur ſeptem anni 'ſaturitatis quæ fuit in terra Mixſráim.	
Pſal.105.b.16	‖Cœperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames præualuit: in cunctа autem terra AEgypti panis erat.	54	Et cœperunt ſeptem anni famis venire, quemadmodum dixerat Ioɔſéph: fuítque fames in omnibus regionibus: at in vniuerſa terra Mixſráim "erat panis.	Fames in vniuerſo orbe.
	Qua eſuriente clamauit populus ad Pharaonem alimēta petens. Quibus ille reſpondit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, facite.	55	'Tandem eſuriit *etiam* tota terra Mixſráim, & clamauit populus ad Paryóh pro pane. Dixit autem Paryóh omnibus AEgyptiis, Ite ad Ioſeph: quod dixerit vobis, "facietis.	
	Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat AEgyptiis: nã & illos oppreſſerat fames.	56	Et fames *erat* ſuper vniuerſam faciem terræ: aperuit igitur Ioɔſéph omnia *horrea* in quibus *erat triticum*, & vendidit AEgyptiis: inualuerat enim fames in terra Mixſráim.	
	Omnéſque prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.	57	'Et omnes *habitatores* terræ veniebant in Mixſráim vt emerent à Ioɔſéph, quia inualuerat fames per totam terram.	
	Cap. XLII.		Cap. XLII.	
Act.7.b.12	A‖Vdiens autem Iacob quòd alimēta venderentur in AEgypto,	1	V'Idens autē Iayacób quòd eſſet 'frumentũ in Mixſráim, dixit	Iacob mittit filios in AEgypti pro alimentis emendis.

44 Et præter te ובלעדיך Id eſt ſine tuo permiſſu.

45 xSaphenath-paynéaחh צפנת פענח Voces ſunt Hebraicæ, vt exponit doctus inter Hebræos, quæ ſignificant Occulti reuelatorem. Idem ſcribit quoſdam dicere eſſe voces AEgyptias. Chaldæus paraph. Et vocauit eum, Virum cui abſcondita ſunt reuelata. Principis כוהן Tametſi hæc vox ſacerdotem ſignificet, doctiores tamen hoc loco principem malunt transferre: nam conſentaneum eſſe videtur, vnũ fuiſſe ex aulæ primoribus, qui etiam ſatrapa vel præfectus foret ciuitatis On. Chaldæus paraph. etiam principem vertit. Et egreſſus eſt, &c. ויצא יוסף וגו' Et perambulauit Ioſeph terrã AEgypti. Alii, Et egreſſa eſt fama Ioſeph per terrã AEgypti. i. notus fuit in tota illa regione.

46 Trigenarius בן־שלושים שנה Ad verbum, filius triginta annorum. Quum ſtaret coram Par. בעמדו לפני פרעה Id eſt quũ præerat AEgypto. Alii exponunt, quum eductus è carcere interpretaretur ſomnium Pharaoni, & ab eo iſtam potentiam acciperet. Et egreſſus eſt, &c. ויצא וגו' A facie Regis egredi, eſt accepto mandato Regis, ad perficiendum illud egredi. Sic Satan (Iob 1.c.12. & 2.b.7) à facie Domini egreſſus eſſe dicitur, accepta poteſtate affligendi Iob. Tranſiuitque ויעבור peragrauitque. vt ſcilicet frumenta colligeret.

47 Et produxit, &c. ותעש וגו' Ad verbum, Et fecit terra ſeptem illis annis ſaturitatis [id eſt abundantiæ] ad collectiones. ſiue congregationes. aut, in aceruos. i. Tantam abundantiam frumenti produxit terra, vt replerentur horrea. Chaldæus paraph. Et congregauerunt habitatores terræ in ſeptem annis abundantiæ, frumentum in theſauros. i. in horrea.

48 Omnem cibum כל־אוכל .i. omnia frumenta quæ ſuperfuerant illis ſeptem annis, poſteaquam incolæ habuerant ſatis. Et repoſuit cibum ויתן־אוכל Ad verbum, & dedit cibum. i. repoſuit annonam, vel alimentum. Cibum, &c. אוכל שדה־העיר וגו' Ad verbũ, cibum agri vrbis *qui erat* in circuitu eius, dedit in medio eius. q.d. triticum quod creſcebat circa ſingulas vrbes, recondebat in ipſis vrbibus.

52 Creſcere me fecit הפרני .i. multiplicauit me in regione AEgypti in qua pertuli multas afflictiones.

53 Saturitatis: השבע fertilitatis. vbertatis. 54 Erat panis. : היה לחם erant alimenta.

55 Tandem eſuriit ותרעב Ad verbum, Et eſuriit. Facietis. : תעשו facite. Fut. Heb. pro imperat.

57 Et omnes habitatores terræ וכל־הארץ Ad verbum, Et vniuerſa terra. id eſt omnes incolæ totius orbis. Hyberbole eſt, pro maxima hominum multitudine.

IN CAPVT XLII.

1 Videns autem וירא .i. Intelligens. Videre pro intelligere, vt & audire, frequens eſt Hebræis: éſtque communicatio ſenſuum, & tranſlatio ab externis ſenſibus ad internos. Frumentum שבר alimentum. annona.

filiis ſuis, Vtquid aſpicitis voſipſos?

2 Addidítque, Ecce audiui quòd eſt frumentũ in Mixſráim: deſcẽdite illuc, & emite nobis inde, vt viuamus, & non moriamur.

3 Deſcenderunt ergo fratres Ioɔſéph decem, vt emerent frumentum in Mixſráim.

4 At Biniamín fratrem Ioɔſéph nõ miſit Iayacób cum fratribus ſuis: ″dixit enim, Ne fortè accidat illi mors.

5 Et venerũt filii Iwſraxél vt emerent ″in medio venientium: erat enim fames in terra Chenáyan.

6 Porrò Ioɔſéph erat dominus regionis, ipſe *erat* qui vendebat triticum vniuerſo populo regionis. Deuenerũt ergo fratres Ioɔſéph, ″& incuruauerunt ſe ei *in* faciem ſuper terram.

Agnoſcuntur & fratres à Ioſeph.

7 ′Et vidit Ioɔſéph fratres ſuos, agnouítque eos, ″& alienum ſe oſtendit eis, loquutúſque eſt cũ eis dura: ac dixit eis, Vnde veniſtis? Reſponderunt, De terra Chenáyan ad emendum cibum.

8 Agnouit autẽ Ioɔſéph fratres ſuos, ipſi verò nõ agnouerũt eum.

Tentantur ab ipſo.

9 Itaque recordatus eſt Ioɔſéph ſomniorum quæ ſomniauerat de eis, dixítque eis, Exploratores eſtis: ad videndum ″nuditatem terræ veniſtis.

10 Qui reſponderũt illi, Nequaquam domine mi, ſed ſerui tui venerunt ad emendum cibum.

11 Omnes nos filii eiuſdem viri ſumus: ″veraces ſumus, non ſunt ſerui tui exploratores.

12 Quibus rurſum ait, Nequaquam: ſed veniſtis ad videndum nuditatem terræ.

13 Illi dixerunt, Duodecim ſerui tui fratres ſumus, filii viri eiuſdẽ in terra Chenáyan: & ecce minor *natu eſt* cum patre noſtro hodie, vnus verò non ſupereſt.

14 Ioɔſéph verò dixit eis, Hoc eſt quod dixi vobis quum dicerem, Exploratores eſtis.

15 Hac re probabimini, ′viuit Paryóh, ſi egreſſi fueritis hinc niſi quum venerit frater veſter minor huc.

16 Mittite ex vobis vnum, & accipiat fratrem veſtrum: vos autem ′vincti eſtote *interim*, & probabuntur verba veſtra an veritas ſit vobiſcum: & ſi non, viuit Paryóh quòd exploratores eſtis.

Mittuntur in cuſtodiam.

17 Itaque aggregauit eos in cuſtodiam tribus diebus.

18 Dixit autem ad eos Ioɔſéph die tertio, Hoc facite, ′& viuite: Deum ego timeo.

19 Si veraces eſtis, frater veſter vnus ligetur in domo ″cuſtodiæ veſtræ: vos autem ite, aſportate ′frumentum *ad expellendam* famem è domibus veſtris.

dixit filiis ſuis, Quare negligitis?

2 Audiui quod triticum venundetur in AEgypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia.

3 Deſcendẽtes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in AEgypto,

4 (Beniamin domi retẽto à Iacob: qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali.)

5 Ingreſſi ſunt terram AEgypti cum aliis qui pergebant ad emẽdum. erat autem fames in terra Chanáan.

6 Et Ioſeph erat prĩceps in terra AEgypti, atque ad eius nutum frumẽta populis vendebantur. Quúmque adoraſſent eum fratres ſui,

7 Et agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde veniſtis? Qui reſponderunt, De terra Chanáan, vt emamus victui neceſſaria. B

8 Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis.

9 Recordatúſque ſomniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis.

10 Qui dixerunt, Non eſt ita, domine: ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos.

11 Omnes filii vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quicquã famuli tui machinantur mali.

12 Quibus ille reſpondit, Aliter eſt: immunita terræ huius conſiderare veniſtis. C

13 At illi dixerũt, Duodecim, inquiũt, ſerui tui fratres ſumus, filii viri vnius in terra Chanáan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſupèr.

14 Hoc eſt, ait, quod loquutus ſum, Exploratores eſtis.

15 Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.

16 Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis, vtrum vera an falſa ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.

17 Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus.

18 Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & viuetis: Deũ enim timeo.

19 Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumẽta quæ emiſtis, in domos veſtras. D

Aſpicitis voſipſos? : תתראו Mutuò ſe aſpicere dicuntur homines, dum alius alium expectat, & inopia conſilii, nemo quicquam tentare audet. Sic ſolent facere ceſſatores & deſides, qui inuiti ad opus ſe accingunt, alios ſinentes agere. Alii, Quid aſpicitis voſipſos, tanquam ſaturi, & qui alimenta habeatis, quum alii eant ad emendum? Quare rationem veſtri tantùm habetis, & non aliorum? Alii (vt refert doctus inter Hebræos) Quare contenditis inter vos? acſi dicat, Quare vno conſenſu non deſcenditis in AEgyptum ad emendum frumentum?

4 Dixit אמר ſub. apud ſe. 5 In medio venientium. בתוך הבאים Chaldæus paraph. cum aliis venientibus.

6 Et incuruauerunt, &c. : וישתחוו־לו אפים ארצה & adorauerunt eum prono vultu in terram vſque.

7 Et vidit, וירא Et conſiderauit. Et alienum ſe oſtendit eis, ויתנכר אליהם & quaſi alienus eſſet, alienum ſeſe exhibuit. q.d. nõ præbuit ſe cognoſcendum illis, ſed quaſi ignotus eſſet, duriter eſt eos alloquutus.

9 Nuditatem את־ערות turpitudinem. Significat partem regionis infirmiorem, ac minus munitam. Alii, infirma regionis. Alii, ſecreta. Sic dicuntur pudenda, quòd nunquam nuda ſint, ſed tegi ſoleant. 11 Veraces כנים fideles. probi.

15 Viuit Paryoh, חי פרעה Ad verbum, vita Pharaonis. i. per vitam Pharaonis. Ita ſolebant AEgyptii iurare, quemadmodum Hebræi, Viuit Dominus: quòd vita hominum ab eo pendeat. Scribunt Hebræi, adhuc hodie moris eſſe in AEgypto, vt ſiquis iuret per caput Regis, & non præſtet, morte plectatur, nec permitti vt vel auro, vel vlla alia re vitam ſuam redimat.

16 Vincti eſtote, האסרו Imperat. Heb. pro fut. vincti eritis.

18 Et viuite: וחיו Imper. Heb. pro fut. & viuetis. vel, vt viuatis. q.d. ſi vultis conſulere vitæ veſtræ.

19 Cuſtodiæ veſtræ: משמרכם Id eſt in carcere in quo fuiſtis. Frumentum *ad expellendam* famem, &c. : שבר רעבון בתיכם Ad verbum, frumentum famis domus veſtræ.

	Et fratrem veſtrũ minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerũt vt dixerat.	20	Fratrem verò veſtrum minorem *natu* adducetis ad me, ʹ& verificabuntur verba veſtra, & non moriemini. Fecerunt ergo ita.	
	Et loquuti ſunt ad inuicem, Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.	21	Et dicebat alter alteri, Verè peccauimus aduerſus fratrem noſtrum: ʹnam vidimus anguſtiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus *eum*: idcirco venit ſuper nos anguſtia hæc.	Fratres Ioſeph agnoſcunt peccatum ſuum.
Suprà 37.d.22 E	E quibus vnus, Ruben, ait, Nũquid nõ dixi vobis, |Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur.	22	Reſpondit autem Reאubén eis, dicendo, Nónne dicebam vobis hoc modo, Ne peccetis in puerum, & nõ audiſtis? ʹen iam ſanguis eius requiritur.	
	Neſciebãt autem quòd intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.	23	At illi ignorabant quòd ʹintelligeret Ioɔséph: quia ʹinterpres *fuerat* inter eos.	
	Auertitq; ſe parumper, & fleuit: & reuerſus loquutus eſt ad eos: tollẽſq; Simeon, & ligans, illis præſentibus,	24	Et auertit ſe ab eis, & fleuit: dein reuerſus ad illos, loquutus eſt eis: & accepit ab eis שSimyón, ligauítque eum ʹin oculis eorum.	Flet Ioſeph. Simeon coniicitur in carcerem.
	Iuſſit miniſtris vt implerẽt eorum ſaccos tritico, & reponerẽt pecunias ſingulorũ in ſacculis ſuis, datis ſuprà cibariis in via. qui fecerunt ita.	25	Præcepit autem Ioɔséph ʹvt implerent vaſa eorum frumento, & reſtituerẽt pecuniam eorum, *pecuniam inquam* ſingulorum in ſaccũ ſuum, daréntque eis eſcam pro via. ʹ& fecit eis ſic.	
	At illi portantes frumẽta in aſinis ſuis, profecti ſunt.	26	Impoſuerúntque frumentum ſuum ſuper aſinos ſuos, & abierunt illinc.	
	Apertóque vnus ſacco vt daret iumento pabulũ in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi,	27	Et aperuit vnus ſaccum ſuum vt daret ʹpabulum aſino ſuo, in hoſpitio: ʹqui vidit pecuniam ſuam, quæ erat in ore ſacci ſui:	
	Dixit fratribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia mea, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique, mutuò dixerunt, Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus?	28	Dixítque ad fratres ſuos, Reddita eſt pecunia mea, ʹ& etiam ecce *eſt* in ſacco meo. ʹTum egreſſum eſt cor eorum, & obſtupuerunt, alter alteri dicendo, ʹQuid hoc *eſt quod* fecit Deus nobis?	
F	Venerúntque ad Iacob patrem ſuũ in terram Chanáan, & narrauerunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicẽtes,	29	Tandem deuenerunt ad Iayacób patrem ſuum in terram Chenáyan, renuntiauerúntque ʹei omnia quæ acciderant eis, dicendo,	Reuertuntur ad patrem petentes Beniamin.
	Loquutus eſt nobis dominus terræ durè: & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ.	30	Loquutus eſt vir ille ʹdominus regionis nobiſcum ʹdura: ʹ& dedit nos tanquam exploratores terræ.	
	Cui reſpondimus, Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias.	31	Et diximus illi, ʹVeraces ſumus, ʹnunquã fuimus exploratores.	
	Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus nõ eſt ſupèr, minimus cũ patre noſtro eſt in terra Chanáan.	32	Duodecim ſumus fratres ʹfilii patris noſtri: vnus non extat, & minor *natu* hodie *eſt* cum patre noſtro in terra Chenáyan.	
	Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domib⁹ veſtris neceſſaria ſumite, & abite:	33	Et dixit ad nos vir ille dominus terræ, Hac re cognoſcam quòd veraces ſitis, Fratrem veſtrum vnum relinquite mecum, & *frumentum ad expellẽdam* famem domorum veſtrarum accipite, & diſcedite.	
	Fratrémque veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emẽdi habeatis licentiã.	34	Adduciteque fratrem veſtrum minimum ad me, vt cognoſcã quòd non ſitis exploratores, ſed veraces: *tum* fratrem veſtrum dabo vobis, & in hac terra ʹnegotiabimini.	
G	His dictis cum frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritíſque ſimul omnibus,	35	Fuit autem, ipſis euacuantibus ſaccos ſuos, ecce vniuſcuiuſque ʹligatura pecuniæ ſuæ *erat* in ſacco ſuo: videntes autem ipſi & pater illorum, ligaturas pecuniarum ſuarum, timuerunt.	Pecunias reperiunt in ore ſaccorum.
	Dixit pater Iacob, Abſq; liberis me	36	Dixítque ad eos Iayacób pater illorum, Me orbaſtis: Ioɔséph	

---

20 Et verificabuntur verba ve. ויאמנו דבריכם tum demum verba veſtra deprehendentur vera.

21 Nam vidimus anguſtiam animæ e. אשר ראינו צרת נפשו cuius animæ tribulationem vidimus.

22 En iam ſanguis eius req. וגם־דמו הנה נדרש: Ad verbum, & etiam ſanguis eius ecce requiritur. id eſt Ad mortem poſcimur quòd illum occiderimus: ſaltem in ea pericula coniecimus vnde non ſperaremus emerſurum.

23 Intelligeret שומע Ad verbum, audiens. Audire pro intelligere, Hebræis vſitatum. Vide primum verſum huius capitis. Interpres *fuerat* inter eos. : הכליץ בינותם .i. loquuti fuerant prius cum Ioſeph, & Ioſeph cum illis per interpretem.

24 In oculis eorum. : לעיניהם Id eſt ipſis cernentibus coniecit eum in vincula.

25 Vt implerent וימלאו Ad verbũ, & impleuerũt. Et fecit eis ſic. : ויעש להם כן .i. ita egit cũ eis ille cui iſtud iniunxerat Ioſeph.

27 Pabulum מספוא Significat omnem cibum iumentorum præter paleam, vt hordeum, ſpicam, auenam. hic datur frumentum. Qui vidit, &c. וירא את־כספו והנה־הוא Ad verbum, & vidit pecuniam ſuam, & ecce erat, &c.

28 Et etiam ecce וגם הנה Admiratio eſt. q.d. non ſolùm frumentum eſt in ſacco, ſed etiam ipſa pecunia. Tum egreſſum eſt cor eorum, ויצא לבם Ad verbum, & egreſſum eſt cor eorum, Hebraiſmus, pro, exanimati ſunt. Quid hoc *eſt quod* fecit Deus nobis? מה־זאת עשה אלהים לנו: Quid hoc *ſibi uult quod*, &c. Alii, Cur hoc fecit, &c.

30 Dominus regionis ארני הארץ .i. qui præeſt prouinciæ, ſiue qui primas tenet in ea regione. Dura: קשות ſub. verba. id eſt durè, ſiue duriter. Et dedit nos ויתן אותנו & tradidit nos. ſub. in carcerem. Oratio eſt conciſa & ecliptica. Aut exponi debet, dedit, ſiue tradidit, pro habuit, reputauit, ſiue exiſtimauit nos tanquam exploratores.

31 Veraces כנים Probi. Fideles. vt verſu 11. Nunquã fu. expl. : לא חיינו מרגלים q.d. nunquam nobis venit in mẽtem vt exploraremus terram tuam, tantum abeſt vt hoc tempore tam calamitoſo velimus explorare. 32 Filii patris no. בני אבינו .i. nati eodem patre.

34 Negotiabimini. : תסחרו Id eſt tunc in hac prouincia emetis quæcunque volueritis.

35 Ligatura צרור Significat loculos in quibus repoſuerant pecunias ſuas.

non extat,nec שSimעyón extat,& Biniamín accipietis :″ſuper me reciderunt omnia hæc.

Iacob renuit dare Biniamin.

37 Dixit ergo Reאbén ad patrẽ ſuum his verbis,Duos filios meos mori facias , niſi reduxero illũ ad te: ″da illum in manu mea, & ego reducam eum ad te.

38 Et dixit,Non deſcendet filius meus vobiſcum:nam frater eius mortuus eſt,& ipſe ſolus relictus eſt: ″ſi accideret illũ mori in via per quam ibitis, deſcẽdere faceretis canitiem meam cum dolore ad ſepulchrum.

Cap. XLIII.

Remittũtur fratres Ioſeph vnà cum Beniamin & muneribus.

1 PORrò fames grauis *erat* in ea regione.

2 Fuit igitur, quum finiſſent edere triticum quod attulerant ex Mixſráim,tum dixit ad eos pater eorum,″Reuertimini,comparate nobis puſillum cibi.

3 Et dixit illi Iehudáh his verbis , ″Conteſtando conteſtatus eſt nos vir ille,dicendo , Non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro vobiſcum.

4 Si *igitur* miſeris fratrem noſtrũ nobiſcum,deſcendemus,& ememus tibi cibum.

5 Quòd ſi non miſeris,non deſcẽdemus:vir enim ille dixit nobis, Non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro vobiſcum.

Anguſtiæ Iacob

6 Et dixit Iשſraאél,Quare *hoc* malo affeciſtis me,renuntiando viro illi″quòd adhuc frater eſſet vobis?

7 Reſponderunt , Interrogando interrogauit vir ille ″de nobis,& de cognatione noſtra, dicens, An adhuc pater veſter viuit ? an eſt vobis frater? Et renuntiauimus ei ″iuxta verba iſta. ″nunquid cognoſcendo cognoſcere poteramus quòd dicturus eſſet,Adducite fratrem veſtrum?

8 Et dixit Iehudáh Iשſraאeli patri ſuo,Mitte puerũ illum mecũ, tum ſurgemus & pergemus , vt viuamus , & non moriamur ″& nos, & tu,& paruuli noſtri.

9 Ego fideiubeo pro illo, de manu mea requiras eum: niſi reduxero eum ad te , & ſtatuero eum ante te, ″pœnæ obnoxius ero tibi omnibus diebus.

10 Sanè niſi tardauiſſemus,certè nunc reuerſi fuiſſemus″iam bis.

11 Et dixit illis Iשſraאél pater eorũ,″Si ita nunc *oportet*, iſtud facite: tollite de optimis fructibus terræ in vaſis veſtris, ″& deferte viro illi munus,puſillum reſinæ,& puſillũ mellis,aromata,″& ſtacten, pineas,& amygdala.

12 Pecuniam quoque duplicem accipite in manibus veſtris,& pecuniam reductam in ore ſaccorum veſtrorum referte in manu veſtra,fortè error fuit.

13 Fratrem præterea veſtrum capite,& ſurgite, reuertimini ad virum illum.

eſſe feciſtis:Ioſeph nõ eſt ſup, Simeõ tenetur in vinculis , & Beniamin aufertis:in me hæc omnia mala reciderunt.

Cui reſpondit Ruben , Duos filios meos interfice,ſi non reduxero illum tibi:trade illum in manu mea , & ego eum tibi reſtituam.

At ille,Non deſcendet,inquit,filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt,& ipſe ſolus remanſit:ſiquid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergitis , deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Cap. XLIII.

INterim fames omnem terram vehementer premebat.

Conſumptiſque cibis quos ex AEgypto detulerãt, dixit Iacob ad filios ſuos , Reuertimini , & emite nobis pauxilium eſcarum.

Reſpondit Iudas,Denuntiauit nobis vir ille ſub teſtificatione iuſiurandi,dicens,Non videbitis faciem meã, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum.

Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus pariter, & emem⁹ tibi neceſſaria.

Si autem non vis, non ibimus: vir enim(vt ſæpe diximus)denũtiauit nobis,dicẽs,‖Non videbitis faciẽ meam abſque fratre veſtro minimo.

Suprà 42.d.20

B

Dixit eis Iſrael, In meam hoc feciſtis miſeriam vt indicaretis ei & aliũ habere vos fratrem.

At illi reſponderunt , Interrogauit nos homo per ordinem, noſtrã progeniẽ : ſi pater viueret, ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus. nũquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet , Adducite fratrem veſtrũ vobiſcum?

Iudas quoque dixit patri ſuo, Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſim⁹ viuere: ne moriamur nos, & paruuli noſtri.

‖Ego ſuſcipio puerũ , de manu mea require illum: niſi reduxero & reddidero eum tibi , ero peccati reus in te omni tempore.

Infrà 44.g.32

Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus.

Igitur Iſrael pater eorum dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis:ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris,& deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi,& amygdalarum.

C

Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum:& illam quam inueniſtis in ſacculis,reportate, ne fortè errore factum ſit.

Sed & fratrem veſtrum tollite , & ite ad virum.

---

36 Super me,&c.: עלי היו כולנה in me reciderunt[Ad verbum,fuerunt]omnia iſta.i.omnia iſta infortunia reciderunt in caput meum.

37 Da illum in manu mea, תנה אותו על־ידי Id eſt committe illum fidei meæ.

38 Si accideret,&c. וקראהו וגו׳ Ad verbum,& accidet illi mors in via ipſa per quã ibitis,& deſcendere facietis,&c.i.ſi moreretur per viã, mœrore & triſtitia morerer.

IN CAPVT XLIII.

2 Reuertimini,comparate שובו שברו Duo imperatiua Heb.ſine copula, vt aliquando Latinis, & Græcis ad maiorem accelerationem ſignificandam: alioqui in infinitiuum eſſet alterum vertendum.

3 Conteſtando conteſt. העד העיד בנו .i.Dixit nobis ſub atteſtatione iuſiurandi.ſiue,Denuntiauit nobis adhibito iuramento.

6 Quòd adhuc frater eſſet vobis? : העוד לכם אח Aut העוד pro אשר עוד accipiendũ,vt vertit noſter interpres.aut nonnulla ſubaudienda,hoc pacto,renuntiando vos habere fratrem viro illi qui interrogabat vos,An adhuc frater eſt vobis?

7 De nobis, לנו Id eſt de conditione noſtra. Iuxta verba iſta. על־פי הדברים האלה Id eſt id quod ſciſcitatus eſt. Nunquid cognoſcendo cognoſcere poter. הידוע נדע Id eſt Nunquid diuinare poteramus.

8 Et nos,& tu,& paruuli noſtri. : גם אנחנו גם־אתה גם־טפנו Ad verbum,etiam nos,etiam tu,etiam paruuli noſtri.

9 Pœnæ obnoxius ero t. וחטאתי לך Ad verbum,& peccabo tibi.i.reus ero peccati erga te.

10 Iam bis. : זה פעמים .i.altera vice. 11 Si ita nunc אם־כן ſub.neceſſe eſt fieri. Et deferte והורידו Ad verbum,& deſcendere facite. Et ſtacten, ולוט & caſtaneas.

14 Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin: ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero.

15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: deſcenderúntque in AEgyptum, & ſteterunt coram Ioſeph.

D 16 Quos quum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul: præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicẽs, Introduc viros domũ, & occide victimas, & inſtrue cõuiuiũ: quoniã mecũ ſũt comeſturi meridie.

17 Fecit ille ſicut fuerat imperatum: & introduxit viros domum.

18 Ibique exterriti dixerunt mutuò, Propter pecuniam quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniam: & violenter ſubiiciat ſeruituti & nos, & aſinos noſtros.

19 Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem,

20 Loquuti ſunt, Oramus domine vt audias nos, [Iam antè deſcẽdimus vt emeremus eſcas.

Suprà 42.a.3

E 21 Quibus emptis quum veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorum, quam nunc eodem pondere reportauimus:

22 Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupiis noſtris.

23 At ille reſpondit, Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris: nam pecuniam quam dediſtis mihi, probatã ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

F 24 Et introductis domũ, attulit aquã, & lauerunt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum.

25 Illi verò parabãt munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie. audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panẽ.

26 Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenẽtes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram.

27 At ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanúſne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit?

28 Qui reſpõderunt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eum.

29 Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum, & ait, Iſte eſt frater veſter par-

14 Deus autem omnipotensʹdet vobis miſericordias ante virum: & remittat vobis fratrem veſtrum alium, & hunc Biniamín:ʹego verò quemadmodum orbatus ſum, orbatus ſum.

15 Acceperunt itaque viri illi munus illud, & duplicem pecuniã acceperunt in manu ſua, ac Biniamín: & ſurrexerunt, atque deſcẽderunt in Mixſráim,ʹſteterúntque coram Ioɔſéph.

16 Videns autem Ioɔſéph cum illis Biniamín, dixit eiʹqui præerat domui ſuæ, Introduc viros illos in domum, & macta victimam, ʹ& appara: quia mecum comedent viri iſti in meridie.

Ioſeph iubet parari conuiuiũ fratribus in domo ſua.

17 Et fecit vir ille quẽadmodum dixerat Ioɔſéph, introduxítque vir ille homines illos in domum Ioɔſéph.

18 Timuerũt autem viri illi quãdo introducti fuerunt in domum Ioɔſéph,″& dixerunt, Propter pecuniam illam quæ repoſita fuit in ſaccis noſtris in principio, ſumus introducti: ʹvt deuoluat ſeſe ſupra nos, & irruat in nos: & tollat nos in ſeruos, & aſinos noſtros.

19 Et acceſſerunt ad virum illum qui præerat domui Ioɔſéph, loquutíque ſunt ad eum *in* oſtio domus,

20 Et dixerunt,″Quæſumus domine mi, deſcendendo deſcendimꝰ in principio ad emendum eſcam.

21 Accidit autẽ vt quũ veniſſemus ad hoſpitium, & aperuiſſemus ſaccos noſtros, ecce pecunia vniuſcuiuſq; *erat* in ore ſacci ſui, pecunia *inquã* noſtra iuxta põdus ſuũ: & retulimus eã in manu noſtra.

22 Aliam præterea pecuniam attulimus in manu noſtra ad emendum eſcam: neſcimus quiſnam repoſuerit pecuniam noſtram in ſaccis noſtris.

23 Et reſpõdit,″Pax vobis, ne timeatis: Deus veſter & Deus patris veſtri dedit vobis theſaurum in ſaccis veſtris:ʹpecunia veſtra peruenit ad me. Et eduxit ad eos ɯSimɟyón.

Educitur è carcere Simeon.

24 Introduxit ergo vir ille homines ipſos ad domum Ioɔſeph: dedítque *illis* aquam, & lauerunt pedes ſuos, dedit quoque pabulum aſinis eorum.

Lauantur pedes fratrum Ioſeph.

25 Et apparauerunt munus illudʹinterim dum veniret Ioɔſéph in meridie.″audierant enim quòd illic comeſturi eſſent panem.

26 Venit ergo Ioɔſéph domum, & attulerunt ei munus″quod *erat* in manu ipſorum ad domũ: & incuruauerunt ſe ei in terrã vſque.

27 Et interrogauit eosʹde ſanitate. addidítque, Num ſanus eſt pater veſter ſenex,″*de* quo dixiſtis, Viuítne adhuc?

Ioſeph interrogat fratres de patre.

28 Qui reſponderunt,″Sanitas *eſt* ſeruo tuo patri noſtro, *&* adhuc viuit. Et incuruauerunt ſe, & adorauerunt.

29 Sublatis autem oculis ſuis, vidit Biniamín fratrem ſuum″filium matris ſuæ, & dixit, Eſtne iſte frater veſter minor, de quo

14 Det vobis miſeric. &c. ʹיתן לכם וגו Hebraiſmus, reddat vobis placabilem, bene fauentem, & propitium virum illum. Ego verò quemad. &c. ʹואני כאשר וגו Quidam alterum præteritum conuertunt in futurum, orbatus ſum, orbabor. i. orbus manebo ſicuti ſum. Variè hæc verba interpretes exponunt. Quidã putant eũ conqueri quòd nunc in totum orbus fiat. Hebræi duobus modis exponunt. Primò, Quemadmodũ orbatus ſum Ioſepho & Simeone, ſic modò orbabor & Beniamin. q. d. præſagit mihi animus quòd orbabor filio meo Beniamin ſicut orbatus ſum aliis duobus, Simeon & Ioſeph. Secundò, Mortuo Ioſeph, puto me omnibus priuatum eſſe. reputat enim nihil poſſe deterius ſibi accidere ex quo Ioſeph perdidit, quem omnibus præferebat. Fortaſſe melius ſic interpretabimur, Video quid agatur mecum, ego ſum miſerrimus ſenex, domum quæ nuper populoſa erat, ferè deſertam video. vt in genere deploret ſe nudari omnibus filiis, non de parte ſolùm loquatur. 15 Steterúntque, &c. : ויעמדו לפני יוסף .i. venerunt in conſpectum Ioſeph.

16 Qui præerat dom ſ. לאשר על־ביתו Ad verbum, qui erat ſuper domum ſuam. Et appara: והכן ac conuiuium inſtrue,

18 Et dixerunt, ויאמרו ſub. intra ſe. Vt deuoluat ſeſe ſ.n. להתגולל עלינו .i. vt hoc prætextu reddat nos ſeruos ſibi.

20 Quæſumus domine mi, בי אדני Particula deprecantis, O domine. Chaldæus paraph. Quæſo domine.

23 Pax vobis, שלום לכם Hebraiſmus, Res veſtra ſalua eſt, nihil eſt periculi. vel vt loquuntur, Res veſtra eſt in bono ſtatu. Pecunia veſtra, &c. כספכם בא אלי Hebraiſmus, recepi pecuniam veſtram. ſiue, eam vobis acceptam refero.

25 Interim dũ ven. עד בוא ſub. ad prandiũ. Infinit. Heb. Ad verbũ, vſque ad venire. Audierãt, שמעו pro Intellexerãt poſitũ, more Hebræo. 26 Quod *erat*, &c. אשר־בידם .i. quod detulerant. 27 De ſanitate, &c. לשלום וגו Ad verbũ, de pace. & dixit, An pax patri veſtro? Hebraiſmus, de incolumitate, ſiue quomodo valerent. interrogauit præterea eſſétne ſanus, & an rectè valeret pater eorum. De quo dixiſtis? אשר אמרתם .i. de quo loquuti eſtis ſuprà cap. 45. c. 13. 28 Sanitas שלום Ad verbum, Pax.

29 Filium matris ſuæ, בן־אמו Hebraiſmus pro vterino.

dixeratis mihi? Et adiecit, Deus miſereatur tui, fili mi.

Flet Ioſeph.

″Tum feſtinauit Ioſéph (quia ″incaleſcebant miſerationes eius 30 ſuper fratrem ſuum) & quærebat flere: ingreſſus eſt igitur cubiculum, & fleuit ibi.

Lota poſtea facie ſua, rurſum egreſſus eſt, ″& cõtinuit ſeſe, & dixit, Apponite panem. 31

Fratres epulãtur cum eo.

AEgyptiis illicitum edere cum Hebræis.

Et apposuerũt illi ſeorſum, & illis ſeorſum, AEgyptiis quoque 32 qui comedere ſolebant cum eo, ſeorſum: ″non enim poſſunt AEgyptii comedere cum yEbræis panèm, quia *illud* abominatio eſt AEgyptiis.

Sederunt itaque coram illo, ″primogenitus ſecundum primo- 33 geniturã ſuam, & minor iuxta minorem ætatem ſuam: admiratíſunt viri illi, ″alter ad alterum.

″Et accepit partes à conſpectu ſuo ad illos, ″& multiplicauit par 34 tem Biniamín ſupra partes omnium quinque partibus: biberúntque, ″& inebriauerunt ſe cum eo.

Cap. XLIIII.

PRæcepit autem ″præfecto domus ſuæ, dicendo, Imple ſaccos 1 virorum iſtorum ″cibo, quantum potuerint ferre, & repone cuiuſque pecuniam in ore ſacci ſui.

Iubet Ioſeph ſcyphum ſuum poni in ſacco Beniamin.

″Scyphum præterea meum, ſcyphum argenteum pone in ore 2 ſacci Iunioris, & pecuniam ″tritici ſui. Et fecit iuxta verbũ Ioſéph quod dixerat.

Deprehenditur ſcyphus in ſacco Beniamin.

Mane illuxit, & viri illi dimiſſi ſunt, ipſi & aſini eorum. 3

Ipſi egreſſi erant ex vrbe, neque procul aberãt, tunc Ioſéph di 4 xit ei qui erat ſuper domũ ſuã, Surge, perſequere viros: quũ autẽ apprehenderis eos, dic ad eos, Quare reddidiſtis malũ pro bono?

Nónne ″iſte *eſt* in quo bibit dominus meus? ″iſte inquam in quo 5 augurando augurari ſolet, tentando tentat: malè feciſtis quod feciſtis.

Aſſequutus ergo illos, dixit illis verba iſta. 6

Qui reſponderunt ei, Vtquid dicit dominus meus ″talia? abſit à 7 ſeruis tuis vt faciant tale.

Ecce pecunia quam inuenimus in ore ſaccorum noſtrorum, re 8 tulimus ad te è terra Chanáyan: quomodo ergo furati eſſemus è domo domini tui ″argentum, vel aurum?

nulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſũ, De⁹, inquit, miſereatur tui, fili mi.

Feſtinauitque (quia cõmota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo) & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculum, fleuit.

Rurſúmque lota facie egreſſus, cõtinuit ſe, & ait, Ponite panes. G

Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratrib⁹, AEgyptiis quoq; qui veſcebantur ſimul, ſeorſum: (illicitum eſt enim AEgyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putãt huiuſcemodi conuiuium.)

Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam: & mirabantur nímis,

Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiórque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet: biberũtque, & inebriati ſunt cum eo.

Cap. XLIIII.

PRæcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicẽs, Imple ſaccos eorum frumento quantũ poſſunt capere, & pone pecuniam ſingulorũ in ſummitate ſacci.

Scyphum autem meum argẽteum & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. Factúmque eſt ita.

Et orto mane, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis.

Iámque vrbem exierant, & proceſſerant paululum, quum Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, ait, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito, Quare reddidiſtis malum pro bono?

Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet: peſſimam rem feciſtis. B

Fecit ille vt iuſſerat: & apprehẽſis, per ordinem loquutus eſt.

Qui reſponderunt, Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantũ flagitii commiſerint?

Pecuniã quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanáan: & quomodo conſequens eſt vt furati ſimus de domo domini tui aurum vel argentum?

30 Tum feſtinauit וימהר .i. Citò ſe recepit in cubiculũ. Incaleſcebant, &c. נכמרו רחמיו Doctus inter Hebræos dupliciter exponit: primò, reuoluerunt ſe ac reſonuerunt viſcera eius, pro reuoluebantur ac reſonabant. atque ita vertit Chaldæus paraph. ſecundò vt vertit noſter interpres, incaleſcebant. 31 Et continuit ſeſe, ויתאפק & cohibuit ſeſe. q. d. induit aliam perſonam.

32 Non e. poſſunt כי־לא יוכלון non enim ſuſtinent. Ad verbum, poterunt. id eſt non ſolent.

33 Primogenitus, &c. הבכור כבכורתו Chaldæus paraph. maior natu, iuxta maiorẽ ſuam ætatẽ. Significat pro ratione ætatis eos aſſediſſe. Quanquam inter filios Iaacob quatuor erant ex ancillis nati: quia tamen maiores natu ſunt, ordine præcedũt fratres ſuos minores qui ex matribus ingenuis deſcenderant. Alter ad alt. איש אל־רעהו: Ad verbum, vir ad ſocium ſuum. i. alter alterum admirabundi aſpiciebant.

34 Et accepit, &c. וישא משאות וגו׳ Et tulit fercula [munera. dona] à facie ſua. i. de paropſide ſua. hoc eſt de cibis ſibi appoſitis miſit fratribus ſuis. Et multiplicauit partem ותרב משאת & multiplicatum [vel auctum] eſt ferculum. aut, portio creuit. i. dedit maximam partem ipſi Beniamin. Et inebriauerunt ſe cum eo. וישכרו עמו: Hinc videmus lautius fuiſſe conuiuium in quo largè & hilariter, præter quotidianum morem excepti fuerint. hoc enim ſignificat verbum שכר, quod inebriari vertunt, vel quia non ſemper vinum bibere ſolebãt: vel quia in menſis hoſpitalibus maior erat indulgentia. neque tamen hic notatur vlla intemperies, ſed honeſta, modeſtáque liberalitas. Verùm quidem eſt, verbum eſſe medium, & quod ſæpe in malam partem capitur, vt ſuprà cap. 9. c. 21, & ſimilibus locis: in loco tamen præſenti clarũ eſt Moſis conſilium. Quidam vertunt, & potauerunt vinum: quòd id ſignificet aliquando verbum ipſum.

IN CAPVT XLIIII.

1 Præfecto domus ſ. את־אשר על־ביתו Ad verbum, ei qui *erat* ſuper domum ſuam. Cibo, אוכל annona. frumento. ſignificat quod emerãt, vt ex ſequẽti verſu apparet. 2 Scyphũ præt. m. ואת־גביעי Calicẽ præterea meũ. Tritici ſ. שברו .i. tritici ab ipſo cõparati.

5 Iſte *eſt* זה ſub. ſcyphus, vel calix. Iſte inquam in quo, &c. והוא נחש וגו׳ iſte inquam per quem diuinare ſolet. non quòd auguriis more Gentilium, Ioſeph vſus fuerit, ſed quòd ea quæ ad præſens negotium facerent, loquutus fuerit. Alii, & pro quo augurando auguratus eſt? i. nónne iſte calix quem furati eſtis, eſt ille in quo bibere ſolet dominus meus, pro quo diuinos conſuluit, vt ſciret quis eũ ſurripuiſſet? Alter ex doctis Hebræorum pro tẽtare & probare accipit, hoc ſenſu, Per hunc ſcyphum dominus meus vos tentauit, vt ſciret num fures eſſetis. Alter quidam ſic explicat, Cogitat herus meus amiſſionem ſcyphi ex quo bibit, ſibi eſſe malum omen & augurium. Doctus inter Hebræos ſic exponit, Augurando auguratur pro eo. hoc eſt interrogat augures propter eum. Sunt (inquit idẽ) qui exponunt quòd ipſemet auguratur pro eo. q. d. reputat amiſſionem ſcyphi omen malũ ſibi eſſe, eo quòd perierit ab illo vas ex quo bibebat. Chaldæus paraph. inquirendo inquirit pro eo. i. diligentiſſimè quærit augures propter eum, vt indicent quiſnam ſibi illum ſurripuerit. vel, is ſcyphus eſt quo vtitur ipſe in auguriis, vel quem amiſſum diligentiſſimè quærit. 7 Talia? כדברים וגו׳ Ad verbum, ſecundum verba iſta? abſit à ſeruis tuis vt faciant ſecundum verbum hoc. 8 Argentum, vel aurum? כסף או זהב: Chaldæus paraph. vaſa argentea, aut aurea?

9 Apud quencunque fuerit inuentum ſeruorũ tuorũ quod quæris, moriatur: & nos erimus ſerui domini noſtri.

C 10 Qui dixit eis, Fiat iuxta veſtrã ſententiam: apud quẽcunque fuerit inuẽtum, ipſe ſit ſeruus meus: vos autem eritis innoxii.

11 Itaque feſtinato deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli.

12 Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin.

13 At illi, ſciſſis veſtibus, oneratiſque rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidũ.

14 Primúſque Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph, (necdum enim de loco abierat) omnéſque ante eum pariter in terram corruerunt.

15 Quibus ille ait, Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?

D 16 Cui Iudas, Quid reſpõdebimus, inquit, domino meo? vel qđ loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorũ: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quẽ inuẽtus eſt ſcyphus.

17 Reſponditque Ioſeph, Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus: vos autem abite liberi ad patrem veſtrum.

18 Accedens autem propius Iudas, cõ E fidẽter ait, Oro domine mi, loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo: tu es enim poſt Pharaonem

Suprà 42.c.13 19 Dominus meus. interrogaſti ‖prius ſeruos tuos, Habetis patrem, aut fratrem?

20 Et nos reſpondimus tibi domino meo, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt, cuius vterinus frater mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater verò tenerè diligit eum.

21 Dixiſtique ſeruis tuis, Adducite eũ ad me, & ponam oculos meos ſuper illum.

22 Suggeſſimus domino meo, Nõ poteſt puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur.

Suprà 43.a.3.5 F 23 ‖Et dixiſti ſeruis tuis, Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, non videbitis amplius faciem meam.

24 Quum ergo aſcendiſſemus ad famulum tuum patrem noſtrum, narrauimus ei omnia quæ loquutus eſt dominus meus.

25 Et dixit pater noſter, Reuertimini, & emite nobis parum tritici.

9 Apud quem inuenietur è ſeruis tuis, moriatur: & etiam nos erimus domino tuo ſerui.

10 Et dixit, ʹEtiam nunc, prout dixiſtis ita erit: apud quem inuentus fuerit, erit mihi ſeruus: vos autem eritis ʺinnocentes.

11 ʹFeſtinantes igitur deiecerũt vnuſquiſque ſaccum ſuum ſuper terram: & aperuerunt ſinguli ſaccum ſuum.

12 Et ſcrutatus eſt: à maiore *natu* cœpit, & in minore finiuit: & inuentus eſt ſcyphus in ſacco Biniamín.

13 ʹAt illi ſciſſis veſtibus ſuis, onerauit quiſque aſinũ ſuum, & reuerſi ſunt in ciuitatem.

Ioſeph fratres furti arguit.

14 Peruenit igitur Iehudáh & fratres eius ad domum Ioɔſéph (ille verò erat adhuc illic,) & corruerunt ante ipſum ſuper terram.

15 Et dixit illis Ioɔſéph, ʺQuale *eſt* opus hoc quod feciſtis? ʺannon noſtis quòd diuinando diuinat vir qui *eſt* ſimilis mei?

16 Et dixit Iehudáh, Quid dicemus domino meo? quid loquemur, ʺ& quo iuſtificabimus nos? Deus ʺinuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: ecce nos ſumus ſerui domini mei, etiam nos, etiam ille in cuius manu inuentus eſt ſcyphus.

17 Qui reſpondit, Abſit à me vt faciam hoc: *ſed* vir in cuius manu inuentus eſt ſcyphus, ipſe erit mihi ſeruus: vos autem aſcẽdite ʺin pace ad patrem veſtrum.

ויגש
Oratio Iudæ ad Ioſeph.

18 ʹEt acceſſit ad eũ Iehudáh, & dixit, Quæſo domine mi, ʹloquatur quæſo ſeruus tuus verbum in auribus domini mei, & ne iraſcatur furor tuus in ſeruum tuum: quia ʺſicut tu, ſic Paryóh.

19 Dominus meus interrogauerat ſeruos ſuos, dicendo, Eſtne vobis pater, aut frater?

20 Tunc reſpondimus domino meo, Eſt nobis pater ſenex, ʺ& puer ſenectutum paruus, cuius frater mortuus eſt, & *ita* remanſit ʺſolus matri ſuæ, ʺquem pater ſuus diligit.

21 Et dixiſti ſeruis tuis, Adducite eum ad me, ʹ& ponam oculum meum ſuper eum.

22 Diximus verò domino meo, Non poteſt puer relinquere patrem ſuum: nam ſi reliquerit patrem ſuum, ʹmorietur.

23 Et dixiſti ſeruis tuis, Niſi deſcẽdat frater veſter minor vobiſcũ, ʺne addatis videre faciem meam.

24 Fuit igitur, quando aſcendimus ad ſeruum tuum patrem meũ, & narrauimus ei verba domini mei:

25 Tunc dixit pater noſter, Reuertimini, emite nobis puſillum alimenti.

---

10 Etiam nunc, prout dix. גם־עתה כדבריכם Ad verbum, Etiam nunc ſecundum verba veſtra. Gallicè dicimus, *Tout a ceſte heure ſoit ainſi que vous dictes*. quum acceleramus, idque extẽpore fieri vrgemus quod quis dicit, ne fortè mutet ſententiam. Innocẽtes. : נקיים innoxii.
11 Feſtinantes igitur deiec. וימהרו ויורידו Ad verbum, Et feſtinauerunt, & deſcendere fecerunt.
13 At illi ſciſſis veſtibus ſuis, ויקרעו שמלותם Ad verbum, Et ruperunt veſtimenta ſua. in ſignum ſcilicet mœroris & triſtitiæ.
15 Quale eſt opus, &c. מה־המעשה וגו' .i. Quidnam eſt hoc quod feciſtis? q.d. Quantum ſcelus admiſiſtis? Annon noſtis, &c. הלא ידעתם וגו' .i. nónne noſtis hominem ſimilem mei augurari ac diuinare? vel, augures & diuinos conſulere?
16 Et quo iuſtif. nos? ומה־נצטרק & qua re iuſtificabimur? aut, purgabimus nos? q.d. non poſſumus nos purgare. Inuenit iniquitatẽ מצא את־עון .i. recordatus eſt iniquitatis, &c. Non agnoſcunt obiectũ ſcelus: ſed quia fraudis aliqua ſuberat ſuſpicio, quòd ipſis iniuſtè grauandis fuiſſet illud excogitatum, cauſam in abſconditum Dei iudicium tranſcribere malunt. Alii vertunt, inuenit mulctam peccati. i. Deus meritò punit nos propter peccata. 17 In pace לשלום Id eſt ſine noxa.
18 Et acceſſit ויגש Hæc eſt vndecima Hebræorum ſectio huius libri, quam inſcribunt à prima dictione huius verſus ויגש, Et acceſſit.
Loquatur quæſo, &c. ידבר־נא וגו' Hebraiſmus, Liceat ſeruo tuo loqui pauca verba te audiente. Sicut tu, ſic Paryóh. : כמוך כפרעה Ad verbum, Sicut tu, ſicut Pharao. i. Pharao eſt ſicut tu, & tu es ſicut Pharao. i. videris dignitate & authoritate æquare Pharaonem, vel per omnia es æqualis Pharaoni, aut ſecundas tenes à rege Pharaone.
20 Et puer ſenect. par. וילד זקונים קטן Hebraiſmus, puer quem genuit pater in ſenectute. Solus matri ſuæ, לבדו לאמו .i. ſolus ex illa vxore patris mei. q.d. mater eius duos tantùm genuit, & hic ſolus eſt relictus. Quem pater, &c. : ואביו אהבו Ad verbum, & pater eius diligit eum. 21 Et ponam oculum, &c. : ואשימה עיני עליו Hebraiſmus, vt intuear illum, ſiue vt eum poſſim intueri: non ſimpliciter tamen illud ſignificat, ſed cum quadam beneuolentia. Quod & LXX animaduertiſſe videntur, qui legunt ἐπιμελοῦμαι αὐτοῦ, id eſt curam habebo illius. 22 Morietur. : ומת ſub. pater. Ad verbum, & morietur. ו tantùm conuertit præt. in fut. vt ſuprà verſu 9.
23 Ne addatis, &c. לא תוסיפון וגו' non addetis, &c. i. nõ licebit vobis poſthac me intueri. non admittã vos poſthac in conſpectũ meum.

26 Et reſpondimus, Non poſſumus deſcendere: ſi *verò* fuerit frater noſter minor nobiſcum, deſcendemus: nam nõ poſſemus videre faciem viri, fratre noſtro minimo non exiſtente nobiſcum.

27 Et dixit ſeruus tuus pater meus nobis, Vos noſtis quòd duos *tantum* peperit mihi vxor mea.

28 Et egreſſus eſt vnus à me, ″de quo dixi, Profectò rapiẽdo raptus eſt: neque vidi eum hactenus.

29 ″Quòd ſi tuleritis etiam hunc à facie mea, & acciderit ei mors, tunc deducetis canitiem meam cum afflictione ad ſepulchrum.

30 Tunc ergo quum venero ad ſeruum tuum patrẽ meum: & puer nõ fuerit nobiſcum, (″& anima eius ligata eſt cum anima ipſius)

31 Accidet tum, quum viderit ipſe quòd non aderit puer, morietur: & deducent ſerui tui canitiem ſerui tui patris noſtri cum dolore ad ſepulchrum.

32 Seruus enim tuus fideiuſſit pro puero apud patrem meum dicendo, Si nõ reduxero eum ad te, ″tunc obnoxius ero pœnæ patri meo omnibus diebus.

33 Nũc ergo remaneat quæſo ſeruus tuus pro puero, ſeruus domino meo, & puer aſcendat cum fratribus ſuis.

34 Quomodo enim aſcendam ad patrẽ meum, & puer non ſit mecum? ″Ne fortè videam afflictionẽ quæ inueniet patrem meum.

Cap. XLV.

Ioſeph ſe fratribus agnoſcendũ præbet.

1 NOn potuit autem Ioɒſéph *vltrà* continere ſeſe, ″omnibus ſibi aſtantibus, quin clamaret, ″Educite omnem virum à me. Et non remanſit quiſquam cum eo, dum ſe agnoſcẽdum præbuit Ioɒſéph fratribus ſuis.

2 ″Dedítque vocem ſuam cum fletu: & audierunt *hoc* AEgyptii, audiuit etiam domus Paryóh.

3 Et dixit Ioɒſéph fratribus ſuis, Ego ſum Ioɒſéph, adhúcne viuit pater meus? Neque potuerunt fratres eius reſpondere ei, quia ″territi erant à facie eius.

4 Dixit ergo Ioɒſéph fratribus ſuis, Accedite quæſo ad me. Qui acceſſerunt. Et dixit, Ego ſum Ioɒſéph frater veſter quem vendidiſtis in Mixſráim.

Conſolatur eos.

5 Nunc igitur, ne dolore afficiamini, ″neque ſit ira in oculis veſtris quòd vẽdideritis me huc: quia ″propter vitam miſit me Deus ante vos.

6 Iã enim duo anni fuerunt famis in medio terræ: & adhuc quinque anni ſuperſunt in quibus non erit aratio & meſſis.

7 Miſítque me Deus ante vos ″vt ponerem vobis reliquias in terra, ″vtque præberem vitam vobis in liberationem magnam.

Voluntate Dei miſſus Ioſeph in AEgyptũ, præficitur AEgypto, & patrẽ accerſit.

8 Nũc itaque nõ vos miſiſtis me huc, ſed Deus, qui & poſuit me ″in patrem ipſi Paryóh, & in dominũ vniuerſæ familiæ eius, & do-

26 Cui diximus, Ire non poſſumus: ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente, non audemus videre faciem viri.

27 Ad quę ille reſpõdit, Vos ſcitis quòd duos genuerit mihi vxor mea. Suprà 37.f.

28 Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eum: & hucuſque non compâret.

29 Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

30 Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem noſtrũ, & puer defuerit: (quũ anima illius ex hui⁹ anima depẽdeat) A

31 Viderítque eum nõ eſſe nobiſcum, morietur: & deducẽt famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.

32 Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopõdi dicens, ‖Niſi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Suprà 43.b.9

33 Manebo itaque ſeru⁹ tuus pro puero in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis.

34 Non enim poſſum redire ad patrẽ abſente puero: ne calamitatis quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſſiſtam.

Cap. XLV.

1 NOn ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph, multis coràm aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ.

2 Eleuauitque vocem cum fletu: quã audierunt AEgyptii, omniſque domus Pharaonis.

3 Et dixit fratribus ſuis, Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Nec poterant reſpondere fratres, nimio terrore perterriti.

4 Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et quũ acceſſiſſent propè, ‖Ego ſum, ait, Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in AEgyptum. Act.7.b.13 B

5 Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: ‖pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos. Infrà 50.d.20

6 Biennium eſt enim quòd cœpit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni reſtãt, quibus nec arari poterit, nec meti.

7 Præmiſitque me Deus vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis.

8 Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominũ vni- C

---

28 De quo dixi, &c. ואומר אך טרוף טורף Id eſt quem puto dilaniatum fuiſſe à fera.

29 Quòd ſi tuleritis, &c. ולקחתם וגו' Ad verbũ, Et accipietis etiam iſtũ à conſpectu meo, & accidet ei mors, & deſcendere facietis, &c.

30 Et anima eius, &c. ונפשו וגו' Hebraiſmus, quẽ vnicè diligit. Chaldæus paraph. Anima eius tam dilecta eſt illi quàm anima ſua. i. qui diligit eum tanquam animam ſuam. 32 Tunc obnoxius ero pœnæ וחטאתי tunc ero reus peccati in patrem meum.

34 Ne fortè videam, &c. פן אראה וגו' Hebraiſmus, Ne cogar videre afflictionem quæ accidet patri meo. vel qua affligetur pater meus.

IN CAPVT XLV.

1 Omnibus ſibi, &c. לכל הנצבים וגו' .i. quanquam aſtarent multi, quin inclamauerit, &c. Ad verbum, omnibus aſtantibus iuxta illum, & clamauit. Educite, &c. הוציאו וגו' Expellite [Eiicite] omnem, &c. id eſt ſummouete omnes è cubiculo meo.

2 Dedítque vocẽ ſ. ויתן את־קולו .i. Exclamauítque. 3 Territi e. נבהלו perturbati erant. i. præ timore non potuerũt reſpõdere.

5 Neque ſit ira, &c. ואל־יחר בעיניכם Hebraiſmus, neque ſit vobis moleſtum. Propter vitam למחיה ad vitam. vel ſuſtentationem. Quidam vertunt, pro viuificatione. Alii, pro ſalute. Alii, pro victu. i. vt ſuppeditarem vobis victum.

7 Vt ponerem, &c. לשום וגו' Hebraiſmus, vt hac ratione ſeruaretur ſemen veſtrum in hac regione. ſiue vt eſſem cauſa vt ſuperſtites eſſent vobis nepotes. Vtque præberem, &c. ולהחיות וגו' Ad verbum, & vt viuificem vos euaſione magna. Hebraiſmus, Vt vos eriperem & liberarem à magno periculo vobis impendente. ſiue, vt mirabili liberatione eriperem vos à maximo illo periculo famis.

8 In patrem לאב Hebraiſmus, effecit vt eſſem Pharaoni vice patris.

uerſæ domus eius, ac principem in omni terra AEgypti.

Feſtinate, & aſcēdite ad patrē meū: & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioſeph, Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ AEgypti: deſcēde ad me, ne morêris.

Et habitabis in terra Geſſen: eriſq; iuxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides.

D Ibique te paſcā (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & omnis dom⁹ tua, & omnia quæ poſſides.

En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos.

Nuntiate patri meo vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in AEgypto: feſtinate, & adducite eum ad me.

Qúmque amplexatus cecidiſſet in collū Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque ſimiliter flente ſup collū ei⁹,

Oſculatúſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

E Auditúmque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula Regis, Venerūt fratres Ioſeph. Et gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius.

Dixitque ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis, dicens, Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan:

Et tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona AEgypti, vt comedatis medullam terræ.

Præcipe etiam vt tollant plauſtra de terra AEgypti, ad ſubuectionē paruulorum ſuorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem veſtrum, & properate quantocyus venientes.

F Nec dimittatis quicquā de ſupellectili veſtra: quia omnes opes AEgypti, veſtræ erunt.

Fecerúntque filii Iſrael vt eis mandatum fuerat. quibus dedit Ioſeph plauſtra ſecundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere.

Singulis quoque proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis:

Tantundem pecuniæ & veſtiū mittens patri ſuo, addens ei aſinos decē qui ſubueherent ex omnibus diuitiis AEgypti, & totidem aſinas, triticum in itinere, panéſque portantes.

G Dimiſit ergo fratres ſuos: & proficiſcentibus ait, Ne iraſcamini in via.

minatorem in tota terra Mixſráim.

9 'Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicite ei, Sic dicit filius tuus Ioɒſéph, Poſuit me Deus in dominum totius Mixſráim, deſcende ad me, 'ne ſubſiſtas.

10 Et habitabis in terra Góẘſen: eríſque propinquus mihi, tu & filii tui, & filii filiorum tuorum, greges tui, & boues tui, & quicquid *eſt* tibi.

11 Et alam te ibi, (quia adhuc quinq; anni famis *ſunt*) ne fortè 'inopia conficiaris tu, & domus tua, & quicquid *eſt* tibi.

12 Et ecce, 'oculi veſtri vidēt, oculi quoque fratris mei Biniamín quòd os meum loquitur ad vos.

13 Porrò enuntiabitis patri meo omnem gloriam meam in Mixſráim, & quæcunque vidiſtis: feſtinate ergo, & adducite patrem meum huc.

14 'Et iactauit ſe ſuper collum Biniamín fratris ſui, fleuítque: Biniamín quoque fleuit ſuper collum illius.

15 Et oſculatus eſt omnes fratres ſuos, fleuítque ſuper eos: & poſtea loquuti ſunt fratres eius cum eo.

Oſculatur fratres ſuos flens.

16 'Et fama illa audita eſt in domo Paryóh, dicētes, Venerunt fratres Ioɒſéph. 'Et placuit in oculis Paryóh, & in oculis ſeruorū eius.

Præcipit Pharao Iacob adduci in AEgyptum.

17 Dixítque Paryóh ad Ioɒſéph, Dic fratribus tuis, Hoc facite, onerate iumenta veſtra, & ite, regredimini in terram Chenáyan:

18 Et tollite patrem veſtrum, atque familias veſtras, & venite ad me: & dabo vobis 'bonum terræ Mixſráim, 'comedetíſq; pinguedinem terræ.

19 Tu autem 'iuſſus es, Hoc facite, capite vobis de terra Mixſráim currus pro paruulis, & vxoribus veſtris: & accipite patrem veſtrum ac venite.

20 'Neque oculus veſter parcat ſupellectili veſtræ: quia 'bonum vniuerſæ terræ Mixſráim veſtrum erit.

21 Fecerunt autē ſic filii Iẘſraél: dedítque eis Ioɒſéph currus 'iuxta mandatum Paryóh: dedit quoque eis eſcam pro itinere.

Ioſeph dat dona fratribus.

22 'Omnibus ipſis dedit, vnicuique 'mutatorias veſtes: at ipſi Biniamín dedit trecentos argenteos, & quinque mutatorias veſtes.

23 Patri autem ſuo miſit 'tantundem, & decem aſinos ferentes 'ex optimo bono Mixſráim, & decem aſinas ferentes frumentum, & panem, & eſcam patri ſuo, pro itinere.

24 Dimiſítque fratres ſuos, & abierunt, quibus dixerat, 'Ne tumultuemini in via.

Ad charitatem hortatur eos.

9 Feſtinate, & aſcend. מהרו ועלו .i. Citò aſcendite. Ne ſubſiſtas. אל־תעמוד: ne cuncteris. ne demoreris.

11 Inopia confic. תורש egeſtate premaris. 12 Oculi veſtri vident, &c. עיניכם רואות Hebraiſmus, Vos facilè deprehenditis & agnoſcitis quòd ſim frater veſter: nam videtis me iam loqui ſermone veſtro, non per interpretem.

14 Et iactauit ſe ſuper collum ויפול על־צוארי Et ruit in collum. vel, Et corruit. vel, cecidit. Ad verbum, Et cecidit ſuper colla.

16 Et fama illa והקול Ad verbum, Et vox illa. Et placuit in oculis, &c. וייטב בעיני וגו׳ Ad verbum, Et bonum viſum eſt in oculis, &c. Hebraiſmus, gratiſſima fuit Pharaoni vox illa, & ſeruis eius.

18 Bonum terræ טוב ארץ .i. optimam partem regionis. partem feraciſſimam & fertiliſſimam. Comedetíſque ping. t. ואכלו את־ חלב הארץ: Imperat. Heb. pro fut. Chaldæus paraph. comedetíſque bona terræ. Pinguedinem terræ vocat electa & optima bona terræ.

19 Iuſſus es, צויתה ſub. à me. i. Nunc tibi mando vt dicas fratribus tuis, Facite, &c. Pharao alloquitur ipſum Ioſeph.

20 Neque oculus. &c. ועינכם וגו׳ Ad verbum, & oculus veſter ne parcat vaſis [vel inſtrumentis] veſtris. Duobus modis exponitur hîc locus. vel quòd Pharao filios Iſrael admonuerit vt omnem ſupellectilem ſecū in AEgyptum adducerēt, nihil de vaſis tam maioribus quàm minoribus in terra Chanaan relinquendo. vel quòd monere eos voluerit quòd non debeant multum eſſe ſoliciti, & dolere etiam ſi nō poſſint omnem ſupellectilem ſecum accipere: vt parcere oculis hîc accipiatur pro ſatiſfacere oculis. quaſi dicat Pharao, Nolite velle ſatiſfacere deſiderio oculorum, vt ſolent qui aliò migrant, omnia volentes ſecum vehere, & nihil poſt ſe relinquere: vos non ſic, ſatis vaſorum, ſatiſque ſupellectilis eſt in AEgypto. Bonum vniuerſæ t. טוב כל־ארץ .i. optima pars totius terræ, & feraciſſima.

21 Iuxta mandatum על־פי Ad verbum, iuxta os. vel, ſermonem. 22 Omnibus ipſis dedit, vnic. לכולם נתן לאיש .i. Omnibus & ſingulis dedit, excepto Biniamin. Mutatorias ve. חליפות שמלות Ad verbum, mutationes veſtium. i. veſtes nouas ac recētes, elegātioréſque. Vide Iudicum 14. c. 12. d. 19. 23 Tantundem, כזאת Ad verbum, ſicut hoc. vel, ſicut iſtud. i. quinque veſtes, & trecentos argenteos: præterea decem aſinos, &c. Ex optimo bono מטוב id eſt ex optimis ac laudatiſſimis fructibus AEgypti onuſtos.

24 Ne tumultuemini אל־תרגזו Quidam vertunt, Ne expaueſcatis. tanquam Ioſeph rogaret fratres vt placido eſſent animo, nec ſu-

peruacuo metu ſe turbarent. Verùm potius eos ad mutuam pacem hortatur. Nam quum verbum רגז nunc tremere vel expaueſcere, nunc tumultuari ſignificet, poſterior ſenſus melius congruit circunſtantiæ loci. Scimus enim filios Dei non modò eſſe placabiles ſiquid ipſis iniuriæ illatum fuerit, ſed etiam curare vt alii inter ſe cōcordes agant. Placatus igitur Ioſeph fratribus, ſimul etiam eos admonet nequid turbarum moueant. timendum enim erat ne quiſque ſe purgando, crimen transferre in alios ſtuderet, atque ita ſurgeret contentio.

Aſcenderunt itaque ex Mixſráim, & venerunt in terram Chenáyan ad Iayacób patrem ſuum. 25

Nūtiatur Iacob Ioſeph filium viuere.

Et renuntiauerunt ei, dicendo, Adhuc Ioסſéph viuit: quin ipſe dominatur in vniuerſa terra Mixſráim. ″Et debilitatum fuit cor eius, quia non credebat eis. 26

Narrauerúnt ei omnia verba Ioסſéph, quæ loquutus fuerat illis: cernénſque currus quos miſerat Ioסſéph ad deportādum eum, ″reuixit ſpiritus Iayacób patris eorum. 27

Dixítque Iשſraאél, ″Sufficit, adhuc filius meus viuit: ibo, & videbo eum antequam moriar. 28

Cap. XLVI.

Profectio Iacob in AEgyptum.

PRofectúſq; eſt Iשſraאél, & quicquid *erat* illi, & venit in Beאer-שſébay, ſacrificauítque ſacrificia Deo patris ſui Ixſחhác. 1

Loquutúſque eſt Deus ad Iשſraאél ″in viſionib⁹ noctis, & dixit, Iayacób, Iayacób? Qui reſpondit, ″Ecce adſum. 2

Deus cōſolatur Iacob, & promiſſiones renouat.

Et dixit, Ego ſum Deus, Deus patris tui: ne metuas deſcendere in Mixſráim: quia ″in gentem magnam ponam te ibi. 3

Ego ″deſcendā tecū in Mixſráim, & ego ″aſcendere faciam te etiā aſcendendo: & Ioסſéph ″ponet manum ſuam ſuper oculos tuos. 4

Surrexit ergo Iayacób de Beאer-שſébay, tulerúntque filii Iשſraאél Iayacób patrem ſuum, & paruulos ſuos, atque vxores ſuas, in curribus quos miſerat Paryóh ad ferendum eum. 5

Tulerúntque greges ſuos, & ſubſtantiam ſuam quam acquiſierant in terra Chenáyan, deuenerúntque in Mixſráim, Iayacób, & omne ſemen eius ſecum, 6

Filii Iacob.

Filios ſuos, & filios filiorum ſuorum ſecum, filias ſuas, & filias filiorum ſuorum, atque vniuerſum ſemen ſuum deduxit ſecum in Mixſráim. 7

Et hæc ſunt nomina filiorū Iשſraאél, qui ingreſſi ſunt in Mixſráim, Iayacób, & filii eius. Primogenitus Iayacób, Reאuubén. 8

Filii autē Reאuubén, חHanóch, & Phallאuú, & חHexſrō, & Charmí. 9

Filii verò שSimוyón, Iemuאél, & Iamín, & אוOhad, & Iachín, & צSóחhar, & שSaאuúl filius Chenayanitidis. 10

Porrò filii Leuí, Gerשſón, Ceh//áth, & Merarí. 11

Filii autē Iehudáh, yEr, & אוOnán, & שSeláh, & Péreץs, & Zéraחh. ſed mortuus erat yEr, & אוOnán in terra Chenáyan. Fuerúntque filii Péreץs, חHexſrón, & חHamúl. 12

Filii verò Iשſſachár, Tholáy, & Puuáh, & Iob, & שSimrón. 13

Et filii Zebulún, סSéred, & אElón, & Iaחhleאél. 14

Iſti ſunt filii Leáh, quos peperit ipſi Iayacób in Padán Arám, & Dináh ″filiam eius. ″omnes animæ filiorum & filiarum eius fuerunt triginta & tres. 15

25 Qui aſcendentes ex AEgypto, venerunt in terram Chanáan ad patrem ſuum Iacob

26 Et nuntiauerunt ei, dicētes, Ioſeph viuit: & ipſe dominatur in omni terra AEgypti. Quo audito, Iacob quaſi de graui ſomno euigilans, tamen nō credebat eis.

27 Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Qúmque vidiſſet plauſtra & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius.

28 Et ait, Sufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph filius me⁹ viuit: vadam, & videbo illū antequam moriar.

Cap. XLVI.

1 PRofectúſque Iſrael cum omnib⁹ quæ habebat, venit ad Puteum iuramēti: & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac,

2 Audiuit eum per viſionem nocte vocantem ſe, & dicentem ſibi, Iacob, Iacob? Cui reſpondit, Ecce adſum.

3 Ait illi Deus, Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere, ſed deſcēde in AEgyptum: quia in gentem magnam faciam te ibi.

4 Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertētem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.

5 Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti, tulerúntque eum filii cū paruulis & vxoribus ſuis in plauſtris quę miſerat Pharao ad portandum ſenē,

Act.7.b.15

6 Et omnia quæ poſſederat in terra Chanáan: ‖ venitque in AEgyptum cū omni ſemine ſuo,

Ioſue 24.a.4
pſal.104.b.23
eſa.52.a.4

7 Filii eius, & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies.

8 Hæc ſunt autem nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in AEgyptum, ipſe cum liberis ſuis. ‖ Primogenitus Ruben.

Exo.1.a.2.6 e.14
nume.26.a.5
1.par.5.a.1,& 3

9 Filii Ruben: Henoch & Phallu & Heſron & Charmi.

10 ‖Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis.

1.Par.4.a.2.

11 ‖Filii Leui: Gerſon & Cahath & Merari.

1.Paral.6.a.1
Supra 38.a.3

12 ‖Filii Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autem Her & Onan in terra Chanaan. natique ſunt filii Phares, Heſron & Hamul.

1.Paral.2.a.3.4.d

13 ‖Filii Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Simeron.

1.Para.7.a.1

14 Filii Zabulon: Sared & Elon & Iahelel.

15 Hi filii Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ, cum Dina filia ſua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres.

26 Et debilitatum fuit ויבג & diſſolutum fuit. Quidam intelligunt ſuffocatum fuiſſe cor Iaacob, quòd velut ecſtatico ſtupore correptus fuerit. Sed Moſes aliam cauſam aſſignat, quòd fidem non habens filiis, inter ſpem & metum conſtrictus fuerit. Scimus autem qui audito incredibili nuntio ſuſpenſi hærent, torpere quaſi exanimes. Non fuit ergo ſimplex lætitiæ affectus, ſed miſta quædam perturbatio quæ concuſſit mentem Iaacob. Ideo ſequenti verſu Moſes dicit, reuixiſſe eius ſpiritum, vbi ad ſeipſum reuerſus, compoſito animo, verū eſſe credidit quod audierat. 27 Reuixit ſpir. ותחי רוח. i. cœpit eſſe bono animo, atque recreatus eſt. Vide præcedentem verſum.

28 Sufficit, רב Satis eſt. Alii, Multum eſt *quòd* adhuc, &c. q. d. abundans eſt mihi gaudium quòd, &c.

IN CAPVT XLVI.

2 In viſionibus noctis, במראות הלילה. i. in viſione nocturna. 3 In gentem magnam, &c. לגוי גדול וגו׳. i. faciam vt relinquas magnam poſteritatem in AEgypto. 4 Deſcendam, &c. ארד וגו׳ q. d. Non priuabo te fauore meo, & gratia, ſemper habebis fauorem meum comitem. Aſcendere, &c. אעלך וגו׳ Hebraiſmus, reducam te huc in patriam tuam. Ponet manum ſ. &c. ישית ידו וגו׳. i. tibi morienti oculos claudet. q. d. illic relinques Ioſeph ſuperſtitem. Vetuſtiſſimus fuit ritus, claudendi oculos: atque vt quiſque ſanguine vel amore erat proximus, hoc officio defungebatur.

15 Filiam e. בתו. nēpe Iaacob. Omnes an. כל נפש. Sing. pro pl. Animas pro perſonis, ſiue hominibus accipit hic, vt & in ſequētibus locis.

16 Filii Gad: Sephon, & Aggi, & Eſebō, & Suni, & Heri, & Arodi & Areli.

1.Para.7.f.30

17 ‖Filii Aſer: Iamna & Ieſua, & Ieſſui & Beria, Sara quoque ſoror eorum. Filii Beria: Héber & Melchiel.

18 Hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob, ſedecim animas.

C

19 Filii Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Beniamin.

Suprà 41.f.50

20 ‖Natique ſunt Ioſeph filii in terra AEgypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes & Ephráim.

1.Para.7.b.6,& 8.a.1,

21 ‖Filii Beniamin: Bela, & Becor, & Aſbel, & Gera, & Naaman, & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared.

22 Hi filii Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim.

23 Filii Dan: Huſin.

24 Filii Nephthali: Iaſiel, & Guni, & Ieſer, & Sallem.

25 Hi filii Balæ, quam dedit Labã Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ, ſeptem.

26 Cunctæque animæ quæ ingreſſę ſũt cum Iacob in AEgyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex.

Deut.10.d.22

27 Filii autem Ioſeph qui nati ſunt ei in terra AEgypti: animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob ‖ quæ ingreſſæ ſunt in AEgyptũ, fuere ſeptuaginta.

28 Miſit autem Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen.

D

29 Quò quum perueniſſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eũdem locum: vidénſque eũ irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit.

30 Dixitq; pater ad Ioſeph, Iã lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo.

31 At ille loquutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem domum patris ſui, Aſcẽdam, & nuntiabo Pharaoni: dicámq; ei, Fratres mei & domus patris mei qui erant in terra Chanáan, venerunt ad me:

32 Et ſunt viri paſtores ouium, curámque habent alẽdorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt ſecum.

33 Quúmque vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrum?

34 Reſpõdebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſẽs, & nos & patres noſtri. hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur AEgyptii omnes paſtores ouium.

Cap. XLVII.

1 INgreſſus ergo Ioſeph nũtiauit Pharaoni, dicẽs, Pater meus & fratres, oues eorum & armẽta & cuncta quæ

16 Filii autem Gad: צSiphión, & חHaggí, שSuní, & אEצſbón, yErí, Arodí, & Arאelí.

17 Filii verò Aשſér, Imnáh, & Iשſuáh, & Iשſuí, & Beriyáh, & שSéraחh ſoror eorum. porrò filii Beriyáh, חHéber, & Malchiאél.

18 Iſti *ſunt* filii Zilpáh quam dedit Labán Leáh filiæ ſuæ: & peperit iſtos ipſi Iayacób, ſedecim animas.

19 Filii Raחhél vxoris Iayacób: Ioסſéph & Biniamín.

20 Et nati ſũt ipſi Ioסſéph in terra Miצſráim, quos peperit ei Aסſenáth filia Poti-péray″principis אוOn: Menaשſſéh, & אEphráim.

21 Porrò filii Biniamín, Bélay, & Bécher, & Aשſbél, Gerá, & Nayamán, Eחhí, & Roשs, Muppím, & חHuppím, & Arde.

22 Iſti *ſunt* filii Raחhél qui nati ſunt ipſi Iayacób: omnes animæ, quatuordecim.

23 Et filii Dan, חHuשſím.

24 Filii autem Naphthalí, Iaחhצſeאél, & Guní, & Iéצſer, & שSillém.

25 Iſti *ſunt* filii Bilháh, quã dedit Labán ipſi Raחhél filiæ ſuæ: & peperit iſtos ipſi Iayacób: omnes animæ, ſeptem.

26 Omnes animæ *quæ* venerunt cum Iayacób in Miצſráim, ″quæ egreſſæ ſunt de femore eius, præter vxores filiorũ Iayacób, omnes *inquam* animæ *erant* ſexaginta ſex.

27 Porrò filii Ioסſéph qui nati ſunt ei in Miצſráim, animæ duæ. Omnes *igitur* animæ domus Iayacób quæ ingreſſæ ſunt in Miצſráim, *fuerunt* ſeptuaginta.

Septuaginta homines ingreſſi AEgyptum cũ Iacob.

28 Præmiſit autem Iehudáh ante ſe ad Ioסſéph″ad præparandũ ante ſe in Góשſen, deuenerunt ergo in terram Góשſen.

29 ″Iunxit autem Ioסſéph currum ſuum, & aſcendit in occurſum Iשſraאél patris ſui in Góשſen, ″& viſus eſt ei: iactauit autem ſe ſuper collum eius, & fleuit ſuper collum eius″aliquantiſper.

30 Et dixit Iשſraאél ipſi Ioסſéph, Moriar modò, poſteaquam ego vidi faciem tuam: adhuc enim tu viuis.

Iacob occurrẽs patri oſculatur ipſum.

31 Dixítque Ioסſéph fratribus ſuis, & domui patris ſui, Aſcẽdam, & renuntiabo Paryóh, dicámque illi, Fratres mei, & domus patris mei, qui *erant* in terra Chenáyan, venerunt ad me.

32 Illi autem homines paſtores *ſunt* ouium, nam homines ″pecuarii ſunt: greges quoque ſuos, & armenta ſua, & quicquid habebãt, adduxerunt.

33 Quum autem vocauerit vos Paryóh, & dixerit, ″Quæ *ſunt* opera veſtra?

34 Tum dicetis, ″Homines pecuarii fuerunt ſerui tui à pueritia noſtra vſque nunc, & nos, & patres noſtri. ″vt habitetis in terra Góשſen: quia ″abominatio AEgyptiis *eſt* omnis paſtor ouium.

Paſtores abominãtur AEgyptii.

Cap. XLVII.

1 VEnit ergo Ioסſéph, & renuntiauit Paryóh, dixitque, Pater meus & fratres mei, pecudes quoque eorũ, & armenta eorũ,

Ioſeph nuntiat Pharaoni aduẽtũ patris, & fratres introducit.

---

20 Principis אוOn: כוהן און Vide ſuprà, cap.41.g.45. 26 Quæ egreſſæ ſunt יצאי Hebraicè legitur in maſculino, Qui egreſſi ſunt. & eſt concordia in ſenſu tantùm, non in voce. i. quos ille genuerat, & qui acceperant ortum & originem ab illo.

28 Ad præparandum, &c. להורות וגו׳ Ita & Chaldæus pharaph. Quia regio illa delecta fuerat à Ioſeph in hoſpitium patri & fratribus, ideo nunc rogat Iacob vt locum paratum adueniens reperiat, vt ſine moleſtia illic tabernacula figere liceat. Alii vertunt, vt indicaret ante faciem ſuam in Goſen. i. vt indicaret aduentum ſuum antequam veniret in regionem Goſen.

29 Iunxit autem ויאסור Ad verbum, Et ligauit. i. Iuſſit currum ſuum iungi & apparari. Et viſus eſt ei: iact. a. וירא אליו ויפול .i. oſtendit ſeſe Iſraeli patri ſuo: tum Iſrael cecidit ſuper collum Ioſeph, fleuitque more patrum qui deſiderio filiorum tenentur. Aliquãtiſper. : עוד Chaldæus paraph. diu. 32 Pecuarii אנשי מקנה Ad verbum, viri pecoris. i. ſolent alere pecora, nec vnquam aliam artem exercuerunt quàm paſtoritiam. Sic paulo pòſt, verſu 34.

33 Quæ *ſunt* opera v. : מה־מעשׂיכם .i. Quid facitis? vel, Quam artem exercetis? Sic ſequenti capite, verſu 3.

34 Homines pec. אנשי מקנה Ad verbum, homines pecoris, vt paulo antè verſu 32. Vt habitetis בעבור תשבו ſub. tunc inquam ſic dicetis, vt, &c. Abominatio AEgypt. תועבת מצרים .i. deteſtantur AEgyptii omnes paſtores ouium.

& omnia quæ *erant* eis, venerunt *huc* è terra Chenáyan : & ecce ſunt in terra Gówſen.

2 ʹEt de extremis fratribus ſuis cepit quinque viros, quos ſtatuit ante Paryóh.

3 Et dixit Paryóh fratribꝰ illius, Quæ *ſunt* opera veſtra? Qui reſpõderunt Paryoni, ʹPaſtores ouium *ſunt* ſerui tui, ʹetiam nos, etiam patres noſtri.

4 Dixerũtque Paryoni, Vt peregrinemur in terra iſta venimꝰ: quia non *eſt* paſtus pecudibus quæ *ſunt* ſeruis tuis : grauis enim fames *eſt* in terra Chenáyan : nunc igitur habitent quæſo ſerui tui in terra Gówſen.

5 Et loquutus eſt Paryóh ipſi Iooſéph, dicendo, Pater tuus & fratres tuiʹvenerunt ad te.

6 ʹTerra Mixſráim coram te eſt: in optimo huiꝰ regionis habitare fac patrem tuum & fratres tuos, habitent in terra Gówſen. & ſi cognoueris ʹquòd ſint inter eos viri robuſti, pones eos principes ſuper ea quæ *ſunt* mihi.

7 Introduxit quoque Iooſéph Iayacób patrem ſuum, & ſtatuit eum coram Paryóh, ʹ& ſalutauit Iayacób ipſum Paryóh.

Iacob introductꝰ interrogatur à Pharaone.

8 Tũ dixit Paryóh ad Iayacób, Quot ſunt dies annorũ vitæ tuæ?

9 Dixit autem Iayacób Paryoni, Dies annorum peregrinationis meæ *ſunt* centum & triginta anni, ʹparui & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, ʹnec attigerunt dies annorum vitæ patrũ meorum in diebus peregrinationum ſuarum.

10 ʹEt ſalutauit Iayacób ipſum Paryóh, & egreſſus eſt à conſpectu Paryóh.

Ipſi Iacob datur terra Geſſen.

11 ʹStatuit igitur Iooſéph habitationem patri ſuo & fratribus ſuis, dedítque eis poſſeſſionem in terra Mixſráim ʹin optimo regionis, in terra Raymeoſéos, quemadmodum præceperat Paryóh.

12 Et alebat Iooſéph patrem ſuum, & fratres ſuos, & omnem domum patris ſui pane, ʹvſque ad os paruuli.

poſſident, venerũt de terra Chanáan: & ecce conſiſtunt in terra Geſſen.

Extremos quoque fratrum ſuorũ quinque viros conſtituit corã Rege.

Quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Reſponderũt, Paſtores ouium ſumꝰ ſerui tui, & nos, & patres noſtri.

Ad peregrinãdum in terram tuam venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum, ingraueſcẽte fame in terra Chanáan : petimúſq; vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen.

Dixit itaque Rex ad Ioſeph, Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te.

B

Terra AEgypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen. quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorũ.

Poſthęc introduxit Ioſéph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum corã eo: qui benedicens illi,

Et interrogatus ab e o, Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ?

Reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ cẽtum triginta annorũ ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrũ meorum quibus peregrinati ſunt.

Et benedicto Rege egreſſus eſt foras.

C

Ioſeph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in AEgypto in optimo terræ loco Rameſſes, vt præceperat Pharao.

Et alebat eos, omnémque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis.

IN CAPVT XLVII.

2 Et de extr.fr.ſ. ומקצה אחיו Ad verbũ, vt מ ſit præpoſitio, Et de extremitate fratrũ ſuorũ.i. Aliquot ex fratribus ſuis accepit. ſiue, Et par
tem fratrũ ſuorũ, vt מ ſit formatiuũ nominis: hoc eſt, Ex fratribus accepit quinque homines. Et iſtam quoque ſententiam habẽt L X X. קצה
Hebræis finem, terminum, extremitatem ſignificat. Abutũtur autem Hebræi hac voce pro quidam & quædã: eo quòd extremitas ſit pars in
integro & toto aliquo. Alii ſic legunt, Et de ſumma fratrum ſuorum tulit quinque. q.d. De tota ſumma fratrum ſuorum ſumpſit quinque. vt
ſit metalepſis, finis pro ſumma. Rationis enim finis eſt ſumma. Eadem ferè hæc ſententia cum priore eſt. Porrò quidam in hunc ſenſum ac-
cipiunt, Et de extremitate fratrum ſuorum, ſiue extremos fratrum ſuorũ.i. eos qui abiectiori erant aſpectu & perſona: ne ſi robuſtiores ad-
duxiſſet, Pharao illos in militiam traxiſſet. Vel contrario modo, vt ſcilicet intelligas præſtantiores, qui cæteris proceritate & viribus corpo-
ris ſuperiores erant, adductos fuiſſe à Ioſeph in conſpectũ Pharaonis. Nam vox מקצה ſiue מקצת in vtranque partem ab Hebræis etiam in
Sacris ſcripturis ſumitur, vbi vel de abiectioribus & infimæ ſortis hominibus, vel de præſtantioribus ſermo eſt. De poſteriori locus eſt Iu-
dicũ cap.18.a.2, Miſerunt ergo filii Dan ex cognatione ſua quinq; viros de extremitate ſua, viros exercitatos in militia, &c. Vbi per מקצותם
(ſicut ex ipſo cõtextu claret) nõ abiecti & vulgares, ſed peritiores & præſtãtiores intelligũtur. Nõnulli, quoniã Hebræis קצה vtrãque extre
mitatẽ ſonat, principii ſcilicet ac finis, aſſũptos fuiſſe ex primis & vltimis arbitrãtur, vt illorũ intuitu, de omniũ ætate iudiciũ Rex faceret.
3 Paſtores רועה Singul. Heb. pro plur. Etiam nos, &c. גם־אנחנו וגו׳ Hebraiſmus, acſi dicat, Erãt patres noſtri paſtores, nos quoque
paſtores ſumus. vel, Sicut nos ſumus paſtores, ſic & illi erãt. Aut, Non modo nos ſumus paſtores, ſed etiã patres noſtri fuerũt paſtores. Qui-
dam exponunt, Quemadmodum & maiores noſtri. ſiue, artem maiorũ noſtrorum exercemus. Sic & ſuprà cap.44.d.16, Serui domini mei ſu
mus, etiam nos etiam ille.i. Nos etiam ſumus ſerui quemadmodum & ille. vel non modò ille, ſed etiam nos. Vide Ierem.51.b.12.
4 Vt peregrinemur לגור Ad habitandum. vt habitemus. 5 Venerunt ad te. באו אליך׃ receperunt ſeſe ad te.
6 Terra Mixſráim coram te eſt: ארץ מצרים לפניך היא Hebraiſmus, In poteſtate & arbitrio tuo eſt. q.d. Offero tibi totã AEgyptũ, elige
quam partem voles pro patre tuo. Quòd ſint, &c. ויש־בם וגו׳ Ad verbum, & ſint inter illos viri virtutis, vel roboris, ſiue fortitudinis.
quod non tantùm de corporis, ſed & animi robore intelligendum. Propterea Vetus interpres vertit, Si noſti in eis viros induſtrios, hoc eſt,
peritos, & gnaros pecoris alendi.
7 Et ſalutauit ויברך Ad verbum, & benedixit.i. bene precatus eſt Iaacob Pharaoni, hoc eſt, ſalutauit. Latè accipitur Hebræis Benedi-
cendi verbum hic pro ſalutare, ſalutem imprecari, collaudare, ſiue gratias agere: vt ſit ſenſus, benedixit, id eſt ſalutauit, ſiue ſalutem impre-
catus eſt Pharaoni, atque ita gratias egit quòd ſuos tantopere diligeret ac extuliſſet.
9 Parui & mali מעט ורעים Ad verbum, paucum quid & mali.i. pauci & afflictionum pleni, ſiue infœlices. q.d. Poterant adhuc in me
vigere ſenſus integri, niſi quòd & continuis laboribus, & triſtiſſimis curis, & grauiſſimis miſeriis exhauſtæ ſunt vires. Nec attigerunt,
&c. ולא השיגו וגו׳ Hebraiſmus, longiorem ætatem vixerunt patres mei. 10 Et ſalutauit ויברך Ad verbũ, Et benedixit. Vt paulo
antè, verſu 7. 11 Statuit igitur Ioſ. hab. &c. ויושב יוסף את־אביו וגו׳ Ad verbum, Et habitare fecit Ioſeph patrem ſuum & fratres
ſuos. In optimo במיטב id eſt, in optima & feraciſſima parte.
12 Vſque ad os paruuli. לפי הטף׃ Quidam os paruuli exponunt acſi aluiſſet Ioſeph patrem & totam familiã ſicuti pueris in os in-
geritur cibus, ac putant emphaticam eſſe loquutionem, quòd in fame non magis ſoliciti fuerint de comparando victu, quàm pueri, qui ne
manũ quidem ad cibum extendunt. Alii vertunt, pubem, quæ Latinis etiam pro iuuentute accipitur. Alii ſimpliciter accipiũt pro ratione
& numero paruulorum, & ita doctus inter Hebræos. Genuinus videtur eſſe ſenſus, quòd omnes à maximo vſque ad minimum pauerit.

In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terrã, maximè AEgypti & Chanáan.

13 Et panis non *erat* in tota terra: grauis enim fames *erat* admodũ, ″& defecit terra Mixſráim,& terra Chenáyan præ fame.

Ioſeph pro pecuniis,& pecoribus,& terris dat frumentum.

E quibus omnem pecuniam cõgregauit pro venditione frumenti,& intulit eam in ærarium Regis.

14 Collegit autem Iooſéph omnem pecuniam quæ inuenta eſt in terra Mixſráim,& in terra Chenáyan pro alimento quod ipſi emebant:& intulit Iooſéph pecuniam in domum Paryóh.

Quúmque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta AEgyptus ad Ioſeph,dicẽs,Da nobis panem: quare morimur coram te, deficiente pecunia?

15 ″Quúmque cõſumpta eſſet pecunia è terra Mixſráim, & è terra Chenáyan, venit tota Mixſráim ad Iooſéph ,dicendo,Da nobis panem:cur enim moriemur coram te ,quum defecerit pecunia?

D Quibus ille reſpondit, Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos,ſi pretium non habetis.

16 Et dixit Iooſéph,Date pecora veſtra, & dabo vobis *panem* pro pecoribus veſtris,ſi deficiat pecunia.

Quæ quũ adduxiſſent, dedit eis alimẽta pro equis,& ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

17 Adduxerũt igitur pecora ſua ad Iooſéph,& dedit eis Iooſéph alimentũ pro equis,& pro pecore,& pro armẽto boũ, & pro aſinis: ″& ſuſtẽtauit eos pane pro omnibus pecoribus illorum ãno ipſo.

Venerũt quoque anno ſecũdo,& dixerunt ei, Non celamus domino noſtro quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerũt:nec clam te eſt quòd abſque corporibus & terra nihil habeamus.

18 Exacto autem illo anno,venerunt ad eum anno ſecundo, & dixerũt ei, Non abſcondemus à domino meo quòd ″verè conſumptum eſt argentum, ″& grex iumẽtorum *eſt* apud dominũ meum: non remãſit coram domino meo præterquam corpus noſtrum, & terra noſtra.

Cur ergo moriemur te vidente? & nos, & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutẽ regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem.

19 Quare moriemur ãte oculos tuos, etiã nos, etiam terra noſtra? eme nos & terram noſtram pro pane, erimúſque nos & terra noſtra ſerui Paryóh,& da ſemen, vt viuamus,& nõ moriamur, & terra non deſoletur.

E Emit igitur Ioſeph omnem terrã AEgypti,vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. ſubiecitque eam Pharaoni,

20 Emit ergo Iooſéph omnem terram Mixſráim ipſi Paryóh: vendiderunt enim AEgyptii quiſque agrum ſuum,eo quòd inualuiſſet ſuper eos fames,factáque eſt terra Paryoni.

Et cunctos populos eius à nouiſſimis terminis AEgypti vſque ad extremos fines eius:

21 ″Populum verò tranſire fecit ad vrbes ab *una* extremitate termini Mixſráim vſque ad extremitatem eius.

Præter terram ſacerdotum quæ á Rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: & idcirco non ſunt cõpulſi vendere poſſeſſiones ſuas.

22 ″Tãtummodo terram ſacerdotum non emit: ″quoniam portio ſacerdotibus *erat* à Paryone:& comedebant portionem ſuam quã dabat eis Paryóh:idcirco non vendiderunt terram ſuam.

Sacerdotibus victus à Rege datur.

Dixit ergo Ioſeph ad populos, En vt cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros,

23 Et dixit Iooſéph populo, Ecce emi vos hodie, & terram veſtrã ipſi Paryóh:en vobis ſemen,ſeminate ergo illam.

Homines pro victu, ſe in ſeruos tradunt.

F Vt fruges habere poſſitis. Quintã partẽ Regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis & liberis veſtris.

24 Et erit ″è frugibus,dabitis quintampartem ipſi Paryóh:quatuor autem partes erunt vobis pro ſemente agri, & pro cibo veſtro, eorúmque qui ſunt in domibus veſtris, & vt comedant paruuli veſtri.

Qui reſponderunt, Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantũ dominus noſter,& læti ſeruiemus Regi.

25 Tum dixerunt, ″Viuificaſti nos: ″inueniamus gratiam in oculis domini mei,& erimus ſerui Paryóh.

Ex eo tempore vſque in præſentẽ diem in vniuerſa terra AEgypti,Regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legẽ,abſque terra ſacerdotali,quæ libera ab hac cõditione fuit.

26 Et poſuit ipſum Iooſéph in ſtatutum vſque ad diem hãc ſuper terram Mixſráim ipſi Paryóh ″ad quintam *partem*: ″duntaxat terra ſacerdotum ſolummodo non fuit Paryoni.

13 Et defecit ותלה & inſaniuit.vel,acta fuit in rabiem. 15 Quúmque conſumpta eſſet ויתום Quúmque defeciſſet .i.Quum omnes fuiſſent exhauſti pecunia, vt iam vulgo pecunia non ſufficeret ad emendum frumentum.

17 Et ſuſtentauit eos וינהלם Ad verbum,& deduxit eos.Chaldæus paraph.& aluit.

18 Verè conſumptum eſt arg. אם־תם הכסף integra pecunia. Alii vertunt hanc partem verſus hoc modo, Non celabimus dominum meum quòd ſi[.i.quum]defecerit pecunia,& poſſeſſio iumentorum, *quæ tradamus* domino meo,nihil eſt relictum,&c. Et grex iument. ומקנה הבהמה & poſſeſſio iumentorum.i.pecora.

21 Populum verò,&c. ואת־העם וגו' Ad verbum, Et populum tranſire fecit ipſum ad vrbes.i.Tranſtulit populum in diuerſas vrbes. de vna vrbe in aliam. Hæc tranſlatio fuit vt ſinguli ea loca & ſedes vbi antea habitauerant, mutare, atque aliò migrare cogerentur,in ſignum videlicet quòd nihil proprii amplius haberent in terra.

22 Tantummodo רק Attamen. Verùm. Quoniam portio,&c. כי חוק וגו' .i.Pharao proprio ſumptu alebat ſacerdotes.

24 E frugibus, dabitis בתבואות Ad verbum,Et erit in fructibus,& dabitis.vel,in prouentibus.i. ſed ea lege vt de fructibus detis quintam partem tempore quo fructus colligi ſolent.

25 Viuificaſti nos: החיתנו .i.Reſeruaſti in vitam.Reſtituiſti nos in vitam. Inueniamus,&c. נמצא וגו' Hebraiſmus,reputabimus hoc pro magno beneficio, ſi Pharao receperit nos in ſeruitium.

26 Ad quintam *partem* לחומש Hebraiſmus,pro,indixit Ioſeph hanc conſuetudinem in AEgypto quæ durat vſque in præſentẽ diem,vt quinta pars ſoluatur Pharaoni.Ita & Chaldæus paraph. Duntaxat,&c. רק אדמת וגו' niſi quòd terra ſacerdotum,atque ea ſola,non facta eſt Pharaonis.Chaldæus paraph.excepta terra Sacerdotum,quæ ſola non ceſſit Pharaoni.

Habitauit igitur Iɯſraℵél in terra Mixſráim, ″in terra Góɯſen: 27
& poſſeſſiones habuerũt in ea, auctíque ſunt, & multiplicati ſunt
plurimúm.

ויחי

′Vixit autem Iayacób in terra Mixſráim, ſeptemdecim annos: 28
fuerúntque dies Iayacób & anni vitæ eius, ″centũ quadraginta ſeptem anni.

′Et appropinquauerũt dies Iɯſraℵél vt moreretur, vocauítque 29
filium ſuum Ioɔſéph, & dixit ei, ′Si nunc inueni gratiam in oculis tuis, ″pone quæſo manum tuam ſub femore meo: ″& facies mecum miſericordiã & veritatẽ, Ne quæſo ſepelias me in Mixſráim.

Iacob vult ſepeliri cũ Patribus.

″Quum dormiero cum Patribus meis, tolles me ex Mixſráim, 30
& ſepelies me in ſepulchro eorum. Dixit ergo illi, Ego faciam ″ſecundum verbum tuum.

Et dixit, ″Iura mihi. Et iurauit ei, ″& incuruauit ſe Iɯſraℵél ad caput lecti. 31

Cap. XLVIII.

Ioſeph patrem ægrotantem viſitat cum filiis.

ET fuit ″poſthæc, ″dictũ fuit ipſi Ioɔſéph, Ecce pater tuus ægrotat: tulítque duos filios ſuos ſecum, Menaɯſſéh & ℵEphraim. 1

′Renuntiatũ eſt autẽ ipſi Iayacób tale nũtium, Ecce filius tuus 2
Ioɔſéph venit ad te. ″Et cõfortatus eſt Iɯſraℵél, & ſedit ſuper lectũ.

Dixítque Iayacób ad Ioɔſéph, Deus omnipotens viſus eſt mihi 3
in Luz in terra Chenáyan: & benedixit mihi,

Dixítque mihi, Ecce ego ″creſcere facio te, & multiplicabo te, 4
″dabóque te in cœtum populorum: dabo quoque terram hãc ſemini tuo poſt te in hæreditatem ″perpetuam.

Iacob adoptat ſibi Ephraim & Manaſſe.

Nunc ergo duo filii tui qui nati ſunt tibi in terra Mixſráim antequam venirem ad te in Mixſráim, ′mei ſunt, ℵEphráim & Menaɯſſéh, ſicut Reiℵubén & Simiyón ′erunt mei. 5

Liberi autẽ tui quos genuiſti poſt eos, tui erunt: ′de nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. 6

′Equidem quũ venirẽ ex Padán Arám, mortua eſt mihi Ranhél 7

27 Habitauit ergo Iſrael in AEgypto, id eſt in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctúſque eſt & multiplicatus nimis.

28 Et vixit in ea decẽ & ſeptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius, cẽtum quadraginta ſeptem annorũ.

G

29 Quũque appropinquare cerneret diem mortis ſuę, vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in cõſpectu tuo, ‖pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, Vt non ſepelias me in AEgypto.

Suprà 24.a.2

30 Sed dormiam cum Patribus meis, & auferas me de terra hac, condáſque in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpõdit Ioſeph, Ego faciã quod iuſſiſti.

Infrà 50.a.5

31 Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput.

Cap. XLVIII.

1 HIs itaque tranſactis nuntiatum eſt Ioſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephráim, ire perrexit.

2 Dictúmq; eſt ſeni, Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus, ſedit in lectulo.

3 Et ingreſſo ad ſe Ioſeph ait, Deus omnipotens ‖apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanáan: benedixitque mihi,

Suprà 28.c.13

4 Et ait, Ego te augebo & multiplicabo, & faciã te in turbas populorũ: dabóque tibi terram hãc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem ſempiternam.

5 Duo ergo filii tui qui ‖nati ſunt tibi in terra AEgypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: ‖Ephráim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

Suprà 41.f.50

Ioſue 13.b.7. & d.29. 26.27.a.1

6 Reliquos autẽ quos genueris poſt eos, tui erunt: & nomine fratrum ſuorum vocabũtur in poſſeſſionib⁹ ſuis.

B

7 Mihi enim quando veniebam de Meſopotamia, ‖mortua eſt Rachel in

Suprà 35.e.19

27 In terra Góɯſen: כארץ גשן .i. in ea parte quæ dicebatur Goſen.

28 Vixit autem ויחי Hic incipit poſtrema huius quinti libri Moſis apud Hebræos ſectio, quam appellant à prima dictione huius verſus, ויחי Et vixit. Centum, &c. ′שבע שנים וגו Ad verbum, ſeptem anni, & quadraginta & centum anni.

29 Et appropinquauerunt, &c. ′ויקרבו וגו .i. Sub mortem ſuam, ſiue Paululum ante diem mortis ſuæ. aut, Quum autem propinquus eſſet morti, vocauit, &c. Si nunc inueni, &c. ′אם־נא מצאתי וגו Hebraiſmus, Si valeam gratia apud te. Si tibi charus ſim. Pone quæſo, &c. ′שים־נא וגו Quid ſibi velit hoc ſymbolum, dictũ eſt ſuprà cap. 24.a.2. Et facies, &c. ′ועשית וגו Hebraiſmus, & præſta mihi iam defuncto hoc beneficium. vel, iura te hauddubiè collaturum in me hoc beneficium, nempe quòd non ſepelies, &c. Vide idem genus dicendi ſuprà cap. 24.f.49 & 40.c.14. Et, pro quòd.

30 Quum dormiero, &c. ′ושכבתי וגו Hic ו pro כאשר Hebraiſmus, Quum mortuus fuero, tolles, ſiue auferes me, &c. Secundum verbum tuum. ׃ כדברך Hebraiſmus, quod iubes.

31 Iura mihi. השבעה לי i. Adhibito iuramento pollicere mihi te hoc facturum. Et incuruauit ſe, &c. ′וישתחו וגו & adorauit Iſrael ad caput lecti. vel, in capite lecti. Gallicè, *ſur le cheuet du lict*. vbi ſcilicet ſedebat. ita enim iacebat vt eſſet capite erecto. Iacob pro ſingulari bono ducit, ſibi promiſſum fuiſſe à Ioſeph quod petierat de ſepultura. Nam ad gratias Deo agendas quo poteſt conatu debile corpus incitat, tanquam potitus re maximè optabili. dicitur enim adoraſſe ad caput lectuli: quia quum planè aſſurgere non poſſet è lecto in quo iacebat, ſe tamen in formam precantis prono vultu componit. Idem habetur de Dauide, 1. par. 39.c.10. quum ſupremi voti compos factus, Dei gratiã celebrat. Græci verterunt, ad ſummitatem virgæ, quos Apoſtolus ſequutus eſt ad Hebræos, cap. 11.d.21. Etſi autẽ ſimilitudine vocis fuiſſe deceptos apparet, quia apud Hebræos, eadem dictio מטה, lectum & virgam ſignificat pro ratione ſubiectorum punctorum. (nam מטה *mitta* eſt lectus: מטה *matte* virga ſiue baculus) Apoſtolus tamen ſibi permiſit locum citari qualis tunc erat in communi vſu, ne rudes de nihilo offẽderet. Porrò qui exponunt Iacob adoraſſe ſceptrũ filii, nimis inſulſi ſunt. Aliorum expoſitio ſaltem tolerabilis eſt, quòd baculo innixus, caput incuruauerit. Sed quum nulla ſit in verbis Moſis ambiguitas, ſufficiat memoria tenere quod dictum eſt, gaudii ſui magnitudinem hac ceremonia palàm feciſſe.

IN CAPVT XLVIII.

1 Poſt hæc, ′אחרי וגו Ad verbũ, poſt verba iſta. i. his geſtis. Dictum fuit ויאמר .i. renuntiatũ fuit. Ad verbũ, & dixit, ſub. aliquis.

2 Renuntiatum eſt, &c. ′ויגד וגו Ad verbum, Et renuntiauit [ſub. nuntius, vel qui renuntiat] ipſi Iaacob, & dixit. Et confortatus eſt ויתחזק Et fortificauit ſeipſum. vel confirmauit ſeſe. i. reſumptis viribus, dedit operam vt ſederet in lecto.

4 Creſcere facio te, מפרך Præſ. Heb. pro fut. Augebo te. Dabóque te ונתתיך ponámque te. i. faciam te in congregationem populorum. hoc eſt, relinques quamplurimos nepotes in terra. Perpetuam. ׃ עולם Ad verbũ, ſeculi. i. ſempiternam. Hac loquutione ſignificat, Iſraelitas fore perpetuos terræ hæredes vſque ad Chriſti aduentum quo renouatus fuit mũdus. Vox Hebraica עולם à quibuſdam pro diuturno ſolùm tempore, ab aliis pro æternitate accipitur. Sed quia gratiam olim Patribus adumbratam Chriſtus vſque ad finem mundi continuat, poſſeſſio ſeculi, doctiorum iudicio, tantundem valet atque æterna. Nam veteri populo vſque ad renouationem per Chriſtũ inductam promiſſa fuit illa terræ portio: nunc ex quo totum orbem Dominus populo ſuo dicauit, plenior nobis conſtat hæreditatis fruitio.

5 Mei ſunt, לי־הם Id eſt, habeo eos pro meis. Erunt mei. ׃ יהיו־לי ſub. hæredes.

6 De nomine, &c. ′על שם וגו Hebraiſmus, Quando diuidenda erit hæreditas terræ Chananæorum, comprehendentur ſub Ephraim & Manaſſe: non habebunt hæreditatem ſeiunctam à fratribus ſuis.

7 Equidem ואני Ad verbum, Et ego.

terra Chanáan in ipſo itinere: erátq; vernum tēpus: & ingrediebar Ephratham, & ſepeliui eā iuxta viā Ephrathæ. quæ alio nomine appellatur Beth-léhem.

8 Vidēs autē filios eius, dixit ad eum, Qui ſunt iſti?

9 Reſpondit, Filii mei ſunt quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis.

10 (Oculi enim Iſrael caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat) applicitóſque ad ſe, deoſculatus & circumplexus eos,

11 Dixit ad filium ſuum, Nō ſum fraudat⁹ aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

12 Cúmque tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pron⁹ in terram.

C

13 Et poſuit Ephráim ad dexteram ſuam, id eſt ad ſiniſtrā Iſrael: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexterā ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14 Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephráim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat, commutans manus.

Hebr.11.d.21

15 ¶Benedixitque Iacob Ioſeph, & ait, Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentem diem.

Suprà 31.d.29

16 Angelus qui eruit me de cūctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram.

D

17 Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephráim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephráim, & transferre ſuper caput Manaſſe.

18 Dixítque ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexterā tuā ſuper caput ei⁹.

19 Qui renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gentes

20 Benedixitque eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Iſrael, atque dicetur, Faciat tibi Deus ſicut Ephráim & ſicut Manaſſe. Conſtituitque Ephráim ante Manaſſen.

in terra Chanáyan, in ipſo itinere, quū adhuc eſſet″milliare terræ, vt venirent in Ephráth: & ſepeliui eam illic in via Ephráth.″ipſa *eſt* Beth-léhem.

Iacob filiis Ioſeph benedicit.

8 Et vidit Iשſraאél filios Ioɔſéph, & dixit,″Cuius *ſunt* iſti?

9 ″Qui reſpōdit patri ſuo, Filii mei ſunt quos dedit mihi De⁹ hîc. Et dixit,″Admoue eos quæſo mihi, & benedicam eis.

10 (Oculi autē Iשſraאél graues erāt præ ſenio, nec poterat videre) & accedere fecit eos ad illū, oſculatúſque eſt illos, & amplexatus.

11 Et dixit Iשſraאél ipſi Ioɔſéph, Videre faciem tuam″non putabā: & ecce videre fecit me Deus etiam ſemen tuum.

12 ″Eduxit itaque Ioɔſéph eos è genibus ſuis,″& incuruauit ſe in faciem ſuper terram.

13 Tulit autem Ioɔſéph ambos, אEphráim à dextera ſua, *quem poſuit* ad ſiniſtram Iשſraאél: & Menaשſſéh in ſiniſtra ſua, ad dextram Iשſraאél: & accedere fecit *illos* ad eum.

14 Extendens autem Iשſraאél dexteram ſuam, poſuit ſuper caput אEphráim qui erat minor *natu*: ſiniſtram verò ſuam ſuper caput Menaשſſéh:″intelligere fecit manus ſuas, quāuis Menaשſſéh eſſet primogenitus.

15 Et benedixit ipſi Ioɔſéph, & dixit, Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abrahám & Iצſחhác, Deus *inquam*″qui pauit me″à tempore meo vſque ad diem hanc.

16 Angelus ille qui eripuit me ab omni malo, benedicat pueris iſtis:″& vocetur in eis nomen meum, & nomen Patrū meorū Abrahám & Iצſחhác,″& multiplicentur plurimùm in medio terræ.

17 Videns autem Ioɔſéph quòd poneret pater ſuus manum dexteram ſuam ſuper caput אEphráim,″diſplicuit in oculis eius: & apprehendit manum patris ſui, vt trāſferret eam à capite אEphráim ſuper caput Menaשſſéh.

18 Dixítque Ioɔſéph patri ſuo,″Non ſic, pater mi: nam iſte eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius.

19 Renuit autem pater eius, & dixit, Noui fili mi, noui: etiam″ipſe erit in populum, atque etiam ipſe creſcet: veruntamen frater eius minor *natu*″creſcet magis quàm ipſe: & ſemen eius erit″plenitudo gentium.

20 Et benedixit eis die illo, dicendo, In te″benedicet Iשſraאél, his verbis,″Ponat te,″Deus ſicut אEphráim & ſicut Menaשſſéh. Et poſuit אEphráim ante Menaשſſéh.

Milliare terræ, כברת־ארץ Vide ſuprà cap.35.c.16. Ipſa *eſt* היא .i. quæ alio nomine dicitur. Cuius *ſunt* iſti? מי־אלה : Quinam ſunt iſti? 9 Qui reſpondit ויאמר יוסף Ad verbum, Et dixit Ioſeph. Admoue eos קחם Ad verbum, Cape eos. Sequenti verſu dicit, Et appropinquare fecit, ſiue admouit.

11 Non putabā: לא פללתי non putarā. vel, cogitauerā. Ad verbū, non iudicaui. i. non venit mihi in mentē vt aliquādo poſſem te videre.

12 Eduxit, &c. ויוצא וגו׳ .i. Remouit à ſe filios ſuos, & admouit illos patri ſuo. Alii, Iam verò abſtulerat filios ſuos à gremio ſuo. Ioſeph filios è gremio ſuo eductos ad patris genua admouit, non modo honoris cauſa, ſed vt Dei Prophetæ benedicendos offerret: quia certo perſuaſus erat non vulgari hominū more, ſanctum Iaacob appetere nepotum complexum: ſed quatenus erat Dei interpres, depoſitam apud ſe gratiam ipſis velle conferre. Et incuruauit, &c. וישתחו & adorauit vultu prono in terram.

14 Intelligere fecit manus ſuas, שכל את־ידיו Hebraiſmus, doctè, ſcitè, & peritè impoſuit illis manus. Quum hebetes ſenio eſſent oculi, vt aſpectu non diſcerneret vter natu maior eſſet, conſultò tamen manus ſuas tranſuerſas poſuit: ideo dicit Moſes quòd intelligere fecerit manus ſuas, quaſi manus illæ eſſent conſciæ rerum futurarum: quia non temerè eas proiecit, nec palpandi cauſa huc vel illuc tranſtulit, ſed delectu adhibito ſciens ac volens manum dexteram direxit ad Ephraim qui minor erat natu: ſiniſtram autem primogenito impoſuit.

15 Qui pauit הרועה Præſ. Heb. pro præt. A tēpore m. מעודי ex quo ſum. Subaudi in fine verſus, benedicat tibi ô fili mi Ioſeph.

16 Et vocetur, &c. ויקרא וגו׳ .i. poſthac dicantur filii mei, & filii maiorum meorum. Hæc nota eſt adoptionis, cuius nuper facta eſt mētio. ſuum enim illis nomen imponit, vt locum obtineant inter Patriarchas. Neque enim aliud ſibi vult phraſis Hebraica, quàm cenſeri ſub nomine. Sic dicitur inuocari nomen mariti ſuper vxorem, Ieſa.4.a.1, quia vxor à capite cui ſubeſt, nomen mutuatur. Et multiplicentur pl. וידגו לרוב Ad verbum, & inſtar piſcium ſint in multitudinem.

17 Diſplicuit in oc e. וירע בעיניו Hebraiſmus, ægrè tulit. ſiue grauatè & moleſtè tulit.

18 Non ſic, לא־כן Non ita. ſub. fieri debet. q.d. Erras, pater mi.

19 Ipſe erit in pop. הוא יהיה־לעם .i. multi populi orientur ex eo. Creſcet magis quàm ipſe, יגדל ממנו maior illo erit. Plenitudo gentium. מלא־הגוים : Hebraiſmus, variæ gentes, ſiue multi populi ex eo naſcentur. Chaldæus paraph. filii eius erunt potentes in populis.

20 Benedicet יברך ſub. filiis ſuis. Ponat te, &c. ישימך וגו׳ .i. Faxit Deus vt creſcas & multipliceris ſicut Ephráim.

Prædicit Iacob liberationem filiorum ſuorum.

Dixit quoq; Iשſraאél ad Ioסéph, Ecce ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducétque vos ad terram Patrum veſtrorum. 21

Ego verò dedi tibi″portionem vnã vltrà fratres tuos, quam accepi è manu אEmoræi″gladio meo, & arcu meo. 22

Cap. XLIX.

Iacob prædicit quid euenturum ſit filiis ſuis.

VOcauit ergo Iayacób filios ſuos, & dixit, Congregamini, ʹ& renuntiabo vobis quod euenturum eſt vobis″in nouiſſimis diebus. 1

Congregamini, & audite filii Iayacób, audite inquam Iשſraאél patrem veſtrum. 2

Ruben.

Reאubén primogenit' meus, tu fortitudo mea, ʹ& principium roboris mei: excellentia dignitatis, & excellentia roboris. 3

ʹLeuitas *fuit tibi* inſtar aquæ, ʹnon excelles: quia aſcendiſti ʹcubile patris tui: ex quo polluiſti ſtratum meum, ″euanuit. 4

Simeon & Leui.

שSimיyón & Leui″fratres, ʹarma iniquitatis in habitationib' ſuis. 5

ʹIn ſecretum eorum non eas ô anima mea, in cœtu eorũ non veniatur ʹgloria mea: quia″in furore ſuo occiderunt virum, & voluntate ſua″eradicauerunt murum. 6

Maledictus furor eorum, quia″pertinax: & ira eorum, quia indurata eſt. ″diuidam eos in Iayacób, & diſpergam eos in Iשſraאél. 7

Iuda.

ʹIehudáh tu, laudabũt te fratres tui: ʹman' tua *erit* in ceruice inimicorum tuorum, ″incuruabunt ſe tibi filii patris tui. 8

21 Et ait ad Ioſeph filium ſuum, En ego morior, & erit De' vobiſcum, reducétque vos ad terram Patrum veſtrorum.

22 Do tibi‖partem vnam extra fratres tuos, quam ‖tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

Ioſue 13.b.7. & 16.a.1
Ioſue 24.b.8

Cap. XLIX.

1 VOcauit autẽ Iacob filios ſuos, & ait eis, Congregamini, vt annũtiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis.

Deut. 33.a.b

2 Cõgregamini, & audite filii Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum.

3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei: prior in donis, maior imperio.

4 Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: ‖quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

Supra 35.d.22
1. para. 5.a.1

5 Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia.

6 In cõcilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorũ non ſit gloria mea: ‖quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.

Suprà 34.d.25

7 Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: ‖diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.

Ioſue 19.a.1, & 21.a.b

8 Iuda, te laudabũt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorũ, adorabunt te filii patris tui.

B

22 Portionem. שכם אחד De Sechem loquitur. Iohannes enim, cap. 4.a.5, de agro vicino vrbi Sichar (quæ olim Sichima fuerat) loquẽs, eum eſſe dicit quem Iacob donauit filio ſuo Ioſeph. Et Ioſue vltimo capite, g.32, dicitur veniſſe in poſſeſſionem duobus filiis Ioſeph.

Gladio meo, & arcu meo. בחרבי ובקשתי׃ id eſt, iure belli. Quod Simeon, & Leui fecerunt contra Sichimitas, ad ſe transfert. Etſi enim ab eorum ſcelere ſemper abhorruit, & illud proximo capite deteſtabitur: quia tamen armauerant totam eius domum, quaſi ſub eius auſpiciis militarunt. Quod libenter feciſſet, conſequi non potuit, vt ſalui eſſent ciues Sichimæ: agrum tamen, eorum interitu vacuum & deſertum ideò ſuum facit, quia in eius gratiam homicidis Deus pepercerat.

IN CAPVT XLIX.

1 Et renuntiabo ואגידה & indicabo. In nouiſſimis dieb. באחרית הימים׃ in fine dierum. i. vobis & nepotibus veſtris.

3 Et principium roboris mei: וראשית אוני Id eſt, quem genui quum adhuc eſſem fortis, in florenti ſcilicet ætate mea. Bis idem dicit, Robur meum, & Principium roboris mei. Nomen און quidam pro ſemine, alii pro dolore accipiunt: atque ita vertunt, tu virtus mea, & principium doloris, vel ſeminis. Quibus placet vox doloris, rationem hanc aſſignant, quia liberi parentibus curam & anxietatem afferunt. Atqui ſi hæc ſignificatio probatur, potius eſſet antitheſis inter virtutem & mœſtitiam. Sed quia vno contextu Iaacob dignitatis elogia recenſet quæ in primogenitum competunt, non dubium quin principium ſuæ virilitatis nominet. Nam quum homines in filiis quodammodo reuigeſcant, meritò vigoris principium dicitur primogenitus. Eodem pertinet quod ſtatim ſequitur, quòd fuerit excellentia dignitatis, & excellẽtia roboris antequam vtroque iure ſe priuaſſet. Ponit enim Iaacob filio Ruben ante oculos priſtinum honorem, quia ei vtile eſt probè ſentire vnde exciderit. Chaldæus paraph. robur meum, & principium fortitudinis meæ: te decebat vt acciperes tres partes, primogenituram ſcilicet, ſacerdotium, & regnum. Simplicius reuera accipiendum vt dictum eſt, Si in ſuo gradu ſtetiſſet Ruben, primatum omnis excellentiæ futurum fuiſſe penes eum.

4 Leuitas, &c. פחזוגו' Hebraiſmus, Quemadmodum aqua celerrimè effluit facto foramine quo elabatur, ita fuit tibi ingenium leue admodum & procliue ad libidinẽ. Taxat impetum libidinis Ruben. Non excelles: אל־תותר ne excellas. q. d. priuaberis illa excellentia quæ debebatur primogenito. id eſt non pertinebit ad te ius, neque ſacerdotii, neque regni, neque primogenituræ: nam conſtupraſti Bilham concubinam meam. Ob id certè primogenitura delata fuit ipſi Ioſeph, nam duas hæreditatis partes habuit, ſacerdotium ad Leui, regnum verò ad Iudam tranſlatum eſt. Cubile משכבי Plur. Heb. pro ſingul. ſtratum. lectum, id eſt concubuiſti cum Bilha concubina mea. Euanuit. עלה׃ Ad verbum, aſcendit, id eſt abiit & euanuit. veluti fumus aſcendens diſcutitur. ſenſus eſt, dilapſam eſſe, ac extinctam excellentiam Ruben, ex quo polluit lectum patris. nam de lecto exponere, quòd deſierit lectus eſſe coniugalis Iaacob propter repudium Bilha, nimis frigidum eſt.

5 Fratres, אחים id eſt ſocii in ſcelere perpetrando. Arma iniquitatis, &c. כלי חמס מכרותיהם׃ id eſt iniuſta vis penes eos habitat: quia adeò ſanguinarii fuerunt. Alii, vaſa violentiæ, machæræ eorum, id eſt gladii ipſorum ſceleratè fuerunt polluti ſanguine innoxio: abuſi ſunt armis ſuis ad iniquitatem.

6 In ſecretum eorum בסודם In conſilium illorum arcanum. q. d. Animus meus maximè abhorret à conſilio eorum. Gloriam. כבודי Gloriam pro anima poſuit, vt quibuſdam placet. q. d. Recede longius à cœtu eorum. Idem bis dicit diuerſis verbis. Alii exponunt pro lingua, hoc ſenſu, quòd Iaacob ex animo deteſtetur patratum à filiis ſcelus, nec vllum aſſenſum lingua præbeat. In furore ſuo באפם Furor peruerſum & cæcum iræ impetum ſignificat: voluntas autem, ſiue libido, moderatæ rationi opponitur, quia nullo iure graſſati ſunt. Virum, ſiue hominem vocat Sichimitas: & eſt ſingul. pro plur. Eradicauerunt עקרו effoderũt. euerterunt. q. d. ne ædificiis quidem pepercerunt filii.

7 Pertinax: עז fortis. Iram Simeon & Leui eo magis deteſtabilem eſſe pronuntiat, quia & initio violenta, & vſque in finem implacabilis fuerit. Diuidam eos, &c. אחלקם וגו' Leuitæ enim non habuerunt poſſeſſionem ſeparatam ab aliis fratribus, ſed datæ fuerunt illis vrbes procul inter ſe diſſitæ. In Simeone durauit quoddam, licet obſcurum maledictionis veſtigium: quia filiis eius non contigit ſorte propria regio, ſed tribui Iudæ fuerunt permiſti, ſicuti habetur Ioſue 19.a.1. Poſtea profecti in montem Seir, expulſis inde Amalecitis, eorum ditione potiti ſunt, vt ſcriptum eſt 1. Paralip. 4.g.40.

8 Iehudáh tu, te laudab. יהודה אתה יודוך O Iehudáh, laudabunt, &c. In verbo laudãdi alluſio eſt ad nomen Iudæ. ſic enim à matre vocatus fuerat, quòd materia eſſet laudandi Dei. Nouam etymologiam affert pater, quòd celebre erit & ſplendidum eius nomen inter fratres, vt ab omnibus inſtar primogeniti colatur. Manus tua, &c. ידך וגו' Ad verbum, manus tua in ceruice inimicorum tuorum. i. tu vertes in fugam inimicos tuos, atque expugnabis eos. Significat Iudam non fore immunem ab hoſtibus: ſed quanuis multi negotium illi faceſſant, & eum iure ſuo depellere conentur, victoriã ei promittit. non quòd ſemper præualuerit, ſed hac ſaltem in parte ſuperior fuit quòd in illa tribu ſemper ſteterit regia ſedes quam Deus probabat. Chaldæus paraph. Manus tua præualebit hoſtibus tuis, diſſipabuntur inimici tui, erunt vertentes ceruicem coram te: præueniéntque te petituri pacem tuam filii patris tui.

1.Para.5.a.2

9 {Catulus leonis Iuda:ad prædam,fili mi,aſcendiſti, requieſcẽs accubuiſti vt leo,& quaſi leæna : quis ſuſcitabit eum?

Matth.2.a.6 Iohan.1.g.46

10 Non auferetur Sceptrum de Iuda, & dux de femore eius : donec veniat qui mittẽdus eſt: & ipſe erit expectatio Gentium.

11 Ligans ad vineam pullum ſuum,& ad vitem,ô fili mi,aſinam ſuam:lauabit in vino ſtolam ſuam,& in ſanguine vuæ pallium ſuum.

12 Pulchriores ſunt oculi eius vino,& dentes eius lacte candidiores.

13 Zabulõ in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidônem.

14 Iſſachar aſinus fortis accubãs inter terminos.

15 Vidit requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima:& ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum,factúſq; eſt tributis ſeruiens.

C

16 Dan iudicabit populum ſuum,ſicut & alia tribus in Iſrael.

9 vt″catulus leonis Iehudáh:è præda, fili mi, aſcẽdiſti:″incuruauit ſe,accubuit ſicut leo,& ſicut leæna:quis ſuſcitabit eum?

10 ″Nõ recedet Sceptrum ex Iehudáh,″& Legiſlator è pedibus eius: donec veniat″שSilóh,& ei *erit* ″aggregatio populorum.

Chriſtus è Iuda naſciturus.

11 ʹLigans ad vitem pullum ſuum , & ad vitem optimam″filium aſinæ ſuæ:″lauit in vino veſtimentũ ſuum,& in ſanguine vuarum operimentum ſuum.

12 ʹRubicundior oculis præ vino,& candidior dentibus lacte.

13 Zebulún in portu maris habitabit, ″& *erit* in portũ nauium: terminúſque eius vſque ad צSidón.

Zabulon. Iſſachar.

14 Iשſachár *ut* aſinus″fortis,recubans″inter duas ſarcinas.

15 ″Vidítque requiem quòd ſit bona , & terram quòd ſit″pulchra: ″propterea inclinauit humerum ſuum ad portandum, & fuit tributo ſeruiens.

16 Dan″iudicabit populum ſuum ſicut vna è tribubus Iשſraאél.

Dan.

9 Catulus leonis גור אריה Similitudo hæc poſtremam ſententiam confirmat,quòd hoſtibus formidabilis futurus ſit Iuda. Tu(inquit) Iuda,velut catulus leonis vinces inimicos,& reportabis ampliſſima ſpolia. Ad poſteros autem Iudæ referendum eſt:& debent omnia verti per futurum:prophetiæ enim ſunt. Incuruauit ſe,accubuit ſicut leo, כרע רבץ כאריה Præt.Heb.pro fut.id eſt,ſi ſemel recubuerit,nemo erit qui audeat eum excitare.q.d.nihil timebit, erit fortiſſimo audentique animo. Chaldæus paraph. quieſcet, habitabit in fortitudine ſicut leo & ſicut leæna.non eſt regnum quod commouere eum poſſit.

10 Non recedet Sceptrum לא־יסור שבט Nõ auferetur Sceptrum.ſub.regium.i.Dignitas regalis eſſe non deſinet.Dicit regnum permãſurum eſſe in Iuda vſque ad Chriſtum,quantumuis affligeretur,& propè collapſum videretur. Nam regni cladem prædicit Ezechiel, cap. 21.f.26,Aufer,tolle cidarim,coronam:hæc non erit hæc:peruerſam,peruerſam,peruerſam pono eam donec veniat cuius eſt.Satis hic demonſtratur quomodo ſceptrum diruendum,& tamen à Domino ſeruandum fuerit donec in manus Chriſti veniret.Aliæ promiſſiones ſunt quæ Solii diruti & lacerati reſtitutionem prædicant,Ecce dies veniunt,quibus ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit,& ædificabo rupturas eius,& quæ corruerant inſtaurabo. Amos 9.c.11. Perpetua autem gubernatio quomodo interea fuerit in ea tribu poſt Dauidis regnum collapſum, ſic oſtendunt docti, Quum ab exilio reuerſus eſt populus, loco regii ſceptri fuit principatus, qui vſque ad Machabæos durauit. Deinde ſucceſſit tertius regiminis modus:quia ſumma iudicandi poteſtas penes L X X fuit, quos ex genere regio delectos fuiſſe, ex hiſtoriis conſtat. Adeò autem non cõciderat illa regii generis authoritas,vt Herodes ad cauſam dicendam citatus,vix capitale ſupplicium effugerit,quia contumaciter ſe ſubduxerat. Quanuis igitur non reſplenduerit regia maieſtas à Dauide vſque ad Chriſtum,ſtetit tamen aliquis principatus in tribu Iuda:atque ita impletum fuit oraculum . Deus enim non aſtringebatur viſibilem regni gloriam è ſublimi ſemper oſtendere. Tenendum autem eſt,dum Iaacob vſque ad Meſſiæ aduentum ſuſtinere vult ſuorum animos, ne longioris moræ tædio deficiant, ſpecimen in temporali regno proponere:acſi dixiſſet, non eſſe cur Iſraelitæ collapſo Dauidis regno, ſpes ſuas huc illuc inclinent : quia non alia ſuccedet mutatio quæ Dei benedictioni reſpondeat , donec appareat Redemptor . Quòd duriter aliquot annos ante Chriſtum exhibitum vexata gens fuit, ac ſeruiliter oppreſſa,mirabili Dei conſilio factum eſt,vt continuis ſtimulis ad optandam redemptionem pungerentur. Interea ſtare oportuit aliquod gentis corpus in quo vigeret promiſſio. Et Legiſlator è pedibus eius: ומחוקק מבין רגליו Ad verbum,& ſcribens [vel ſcriba,aut ſcribere faciens] de inter pedes eius. Hoc dicit (vt ſcribunt doctiores Hebræi) quòd mos dominantis ſit vt ſcriba ad pedes eius maneat. Regem igitur in ſolio locatum eſſe oportet , vt ſcriba ſedeat inter eius pedes. Doctus inter Hebræos ſcribit rectum eſſe vt vox מחוקק exponatur pro dominante , ſiue dominatore : quòd is in ſua terra ſcribat , ſiue ponat ſtatuta & leges: acſi dicat, Non recedet virga, ſiue ſceptrum de Iuda, & dominator de inter pedes eius, id eſt de ſemine eius, quod egreditur de inter pedes eius. Alludit ad ſitum pudendorum,quæ ſunt inſtrumenta generationis. In hanc ſententiam vertit Chaldæus paraph. his verbis, Et ſcriba de filiis filiorum eius. Thargum verò Ieroſolymitanum habet, Non deficient Reges de domo Iehudah,neque Scribæ doctores Legis.

שSilóh, שילה id eſt fœlicitas, ſiue author fœlicitatis, & abundantiæ omnium rerum : à verbo שלה quod proſperè & fœliciter agere ſignificat. Chriſtum ſaluatorem ſignificat:etiã Hebræi ipſi de Meſſia exponunt.vnde & Chaldæus paraph.vertit,donec veniat Meſſiáh. Doctus inter Hebræos dicit in dictione שילה poſitum eſſe ה pro ו, quod eſt pronomen, & vertendum, donec veniat filius eius . Filium autem Iudæ Meſſiam intelligit qui de tribu Iudæ deſcendit,cui bona pars Gentium credidit. Aggregatio יקהת .i.ad eum congregabuntur populi,ſiue adiungentur. Alii vertunt,obedientia.id eſt obedient ei populi.

11 Ligans אוסרי In hac voce י redundat, id eſt Ligabit . De ſitu regionis loquitur quæ ſorte filiis Iudæ obtigit. ſignificat autem tantam illic fore vitium copiam, vt paſſim obuiæ proſtent , non ſecus atque alti vepres vel infrugifera arbuſta . Nam quum ad ſepes ligari ſoleant aſini, vites ad hunc contemptibilem vſum deputat. Filium aſinæ ſuæ: בני אתונו id eſt pullum aſinæ ſuæ. In בני redundat י vt ait doctus inter Hebræos. Non eſt igitur vertendum, Filius meus, neque Fili mi. Lauit כבס Præteritũ Heb.pro futuro. Tantam vini abundantiam fore intelligit his hyperbolicis loquendi formis , vt promiſcuè ad lotiones, perinde vt aqua, effundi queat ſine magno diſpendio.

12 Rubicundior oculis præ vino, חכלילי עינים מיין Eodem pertinent & hæ loquendi formæ, Rubeſcent etiam oculi virorum Iuda ab ipſo vino , tanta abundantia vinum proferet terra illa : quin & lactis in ea tribu tanta erit copia, vt dentes ipſius ex frequenti eius vſu ſint albicaturi.

13 Et *erit* in portum nauium: והוא לחוף אניות id eſt in ea tribu ſtabunt naues . Regio maritima datur tribui Zabulon, quam ſorte poſt annos ducentos ab hac benedictione, adepta eſt.

14 Fortis, גרם Ad verbum,oſſis,id eſt oſſeus & fortiſſimus. Inter duas ſarcinas. בין המשפתים : Vulgò vocamus *Balles*, vt etiam ſcribit doctus inter Hebræos:quæ ad ferendum imponuntur aſino,vna hinc,altera inde.acſi dicat, Aſinus adeò fortis vt etiamſi iaceat inter duas ſarcinas, reſurget tamen cum illis . Alii exponunt, qui vltrò & ſua ſponte ſuccumbit ſarcinis . hoc eſt qui renuit ferre ſarcinam magnam.quaſi dicat,fortis quidem,ſed piger. Quanquam enim vocetur aſinus oſſeus ob fortitudinem qua ferendis laboribus ſufficiet, ac præſertim ruſticis,ſimul tamen notatur pigritia.nam paulo pòſt additur,ſeruili fore ingenio. Quare ſenſus eſt, filios Iſſachar licet robore polleant,quietos tamen magis quàm cordatos fore,& ferendæ ſeruituti paratos,non ſecus atque latera ſua clitellis ac ſarcinis muli accommodant. Ratio etiam exprimitur,nempe quòd fertili & amœno ſuo agro contenti,modò quiete fruantur,non refugient vicinis ſuis pẽndere tributum.

15 Viditque וירא id eſt Conſiderauit. Pulchra: נעמה amœna.q.d Tametſi ſit fortiſſimus,tamen conſiderauit bonum eſſe in quiete:& regionem ſuam eſſe iucũdam ob fructuum ſuauitatem:propterea maluit ferre onus ſibi impoſitum, & penſitare tributum,quàm continuis atteri bellis. Propterea inclinauit ויט Ad verbum,& inclinauit. Alii,& extendet. Vt ſit præt.pro fut. vt etiam mox,& erit tributo ſeruiens.id eſt tributaria erit tribus Iſſachar.

16 Iudicabit ידין .i.reget,& moderabitur. Alluſio eſt ad nomen.nam quum Hebræis דין iudicare ſignificet, Rachel Deo gratias agens, filio ſibi ex ancilla nato inde nomen impoſuerat,quaſi Deum haberet cauſæ ſuæ iuriſque vindicem. Nunc rationem nominis aliò conuertit

Iaacob,quòd licet Dan ex concubina ſit natus,vnum tamen fore ex iudicibus Iſrael: quia penes eius ſobolem in communi politia pars gubernationis & imperii erit,vt tribus iſta caput vnum efficiat.

Erit Dan *ut* ″ſerpens iuxta viam,*ut* ceraſtes iuxta ſemitam,″mordens calcaneos equi,& cadet ſeſſor eius retrorſum.

17 Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.

Chriſtus. Salutem tuam″expectaui ô Iehouáh.

18 Salutare tuum expectabo Domine.

Gad. Gád,″exercitus ſuperabit eum:at ipſe″ſuperabit tandem.

19 Gad,accinctus præliabitur ante eũ: ipſe accingetur retrorſum.

Aſer. De *terra* Aωſér pingui,panis eius:& ipſe dabit ″delicias Regis.

20 Aſer,pinguis panis ei⁹,& præbebit delicias Regibus.

Nephthali. Naphthalí *ut* ″cerua dimiſſa,″dans eloquia pulchritudinis.

21 Nephthali,ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.

Ioſeph. *vt* ″ramus creſcens, Ioɔſéph, ramus *inquam* creſcens iuxta fontem: ″filiæ incedunt ſuper murum.

22 Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. 1.Para.5.a.1

Et amaritudine affecerunt eum, & iaculauerunt *in eum*,odióque habuerunt eum″ſagittarii.

23 Sed exaſperauerunt eum,& iurgati ſunt,inuiderũtque illi habẽtes iacula. E

″Et habitauit in *loco* forti arcus eius,roborauerũtque ſeſe brachia manuum eius, ″in manibus Potentis Iayacób,″vnde paſcens lapidem Iωſraɛél.

24 Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſũt vincula brachiorum & manuum illius per manus potẽtis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt,lapis Iſrael.

″A Deo patris tui,& adiuuabit te:& ab Omnipotente, & benedicet tibi ″benedictionibus cæli ſurſum , benedictionibus abyſſi

25 De⁹ patris tui erit adiutor tu⁹,& omnipotẽs benedicet tibi benedictionib⁹ cæli déſuper,benedictionib⁹ abyſſi.

17 Serpens iuxta viam, נחש עלי־דרך Repetitio eſt,verbis immutatis.Comparat Iaacob populũ hunc ſerpentibus qui ex latebris furtim adoriuntur incautos,quibus nocere volunt.Senſus ergo eſt,Non fore tam animoſum vt ſtrenuè,& ingenuè in apertum certamen deſcẽdat,ſed aſtu & inſidiis pugnaturum . Interea tamen oſtendit ſuperiorem fore ſuis hoſtibus quos manibus conſertis aggredi non auderet, vt ſerpentes,occulto morſu equum & ſeſſorem deiiciunt. Mordens calcaneos equi,& cadet הנושך עקבי־סוס ויפול Præt.Heb.pro futuro, quod indicat præcedens verbum יהי q.d. Non ſeruabuntur inimici eius opera & velocitate equorum.

18 Expectaui קויתי Præt.Heb. pro præſ. Exclamatio eſt Iaacob : quum velut ex alta ſpecula generis ſui ſtatum,variis inclinationibus ſubinde obnoxium fore cerneret,imò procellis iactandum, qui à ſubuerſione parũ diſtarent, ſolicitudine & metu non poterat non cõmoueri. Videns igitur multas moleſtias,multa diſcrimina,multos inſultus,multas etiam clades, quæ ſemini ſuo totidem minantur exitia,fieri non potuit quin condoleret,atque etiam ſecundum hominem turbaretur. Verùm vt victrice animi conſtantia contra omne tentationũ genus inſurgat,ſeſe ad Dominum transfert qui pollicitus fuerat ſe illius populi fore præſidem per Filium ſuum Meſſiam.Hac etiam exclamatione filiis ſuis conſuluit,vt eos ſecum in eandem erigeret fiduciam.

19 Exercitus ſupe.&c. גדוד יגודנו וגו' exercitus inuadet illum,& expugnabit demum.vel, in fine.i.Tribum quidem Gad exercitus inuadet:at ipſa tandem expugnabit illum exercitum. Alludit etiam Iaacob ad nomen Gad.Sic vocatus fuerat quòd ex matre eius Lea numeroſam ſobolem genuiſſet Iaacob.Nunc admonet pater,etiam ſi nomen adeptus ſit à multitudine, fore tamen ei negotium cum tanto hoſtium numero,vt ad tempus opprimendus ſit.Atque hoc ideo prædicit,ne poſteri viribus ſuis confiſi ſuperbiant,ſed comparent ſe ad ſubeundas ærumnas:ſimul etiam erigat & animet ad ſperandam tandem victoriam de inimicis.

20 De *terra* Aωſer,&c. מאשר וגו' Dictio שמנה fœminina,refert ארץ fœmineum,quod deeſt.vt ſit,De terra pingui Aſer erit panis eius, ſiue cibus.(nomine enim panis comprehendit omnem cibum.) Ita exponunt doctiores inter Hebræos. Hæreditatem Aſer optimi frumenti & ſuauiſſimi feracem pronuntiat fore,vt alieno ſubſidio non indigeat quoad victum qui domi ſuppetet. Delicias Regis. מעדני מלך: voluptates Regis.i.Regias, ſiue dignas Regibus.q.d.Deportabuntur inde ad alias nationes deliciæ,ſiue fructus ſuaues,quibus etiam Reges contenti eſſe poſſint.Regias delicias pro exquiſitis poſuit.

21 Cerua dimiſſa, אילה שלוחה .i.quæ venatione capta nõ occiditur,ſed potius fouetur in deliciis. Alii vertunt, cerua miſſa.ſub.ad aliquem principẽ, quæ ſolet eſſe pulcherrima. Putãt quidã laudari celeritatem in tribu Nephthali:at doctioribus alius ſenſus magis probatur, quod humanitati,ſuauibus verbis,& pacis artibus magis ſtudebunt,quàm vt ſe armorum præſidio muniant. Dans eloquia pulchrit. הנותן אמרי־שפר: daturus eſt verba eloquentiæ.Præſ.Heb.pro fut.

22 Ramus creſcens, בן פורת Hoc loco בן eſt fœmineũ,quod oſtendit פורת à פרה,id eſt creſcens,vel fructifer,aut magnus,vt ait doctus inter Hebræos.Quidam vertunt,Filius decoris.Vtrũque conuenit.Doctiores in priorem ſenſum magis inclinant, quia illis reſpicere videatur Iaacob ad eius nomen quo notatur acceſſio,vel incremẽtum. & quod mox ſequitur, ſatis indicat ſimilitudinem eſſe ſumptam ab arbore quæ iuxta fontem plantata,ab irrigua terra humorem & ſuccum haurit,quo melius creſcat. Dicit igitur quòd ad creſcẽdum ſit natus inſtar arboris prope fontem ſitæ,vt ſua pulchritudine & procera ſtatura propinqua obſtacula ſuperet. Filiæ incedunt ſu.mu. בנות צעדה עלי־שור: Ad verbum, Filiæ deambulauit ſuper murum. Aut vertendum , Quæque filia deambulauit,vel inceſſit circa murum.Aut ſingulare eſt pro plurali,& præteritum pro præſ.Doctiores non interpretantur concurſum fore virginum ſuper muros,quas illexerit arboris conſpectus:ſed continuam eſſe metaphoram ſcribunt, ramuſculos filias vocari exiſtimantes:& diſcurrere ſuper muros, quum altè ſeſe diffundunt.Porrò non ſimpliciter de tota tribu habetur ſermo, nec merum vaticinium eſt futuri temporis, ſed perſona Ioſeph cum ſuis poſteris miſcetur.ita quædam ei propriè conueniunt,alia ad duas tribus,Ephraim & Manaſſe pertinent.

23 Sagittarii. בעלי חצים: Ad verbũ,magiſtri ſagittarum.i.periti ſagittandi.Quidam præt.pro fut.eſſe dicunt.q.d.multos habitura eſt inimicos tribus iſta.Doctiores iſtud referunt ad ipſum Ioſeph.Et quia arbori eum cõtulerat, ita hoſtes tam fratres quàm Putiphar,& eius vxorem vocat ſagittarios.

24 Et habitauit,&c. ותשב וגו' Sed ſedit in loco forti arcus eius, & fortia fuerunt brachia manuum eius à manibus fortis Iaacob,&c. id eſt, Habitauit in loco forti cum auxilio forti: defendit illum locus fortis & milites fortes ope & auxilio fortis Dei Iaacob: vnde, ſiue à quo Deo,& cuius ope pauit lapidem,baſim Iſrael,nempe me Iaacob qui ſum pater omnium Iſraelitarum. Poſtquãenim multa perpeſſus fuerat, & variis iaculis petitus à fratribus & domina ſua,tandem Dei auxilio immobilis permanſit, & nutriuit patrem & fratres. Similitudinem mutat, quia Ioſeph ſimilem facit ſtrenuo iaculatori cuius arcus non langueſcit , & cuius brachia non laxantur, nec quicquam remittunt ex ſuo vigore . quibus verbis prædicat(vt dictum eſt)eius fortitudinem:quia nullis quanlibet duris,infeſtiſque ictibus ſuccubuit.

In manibus potentis Iaעacob, מידי אביר יעקב A manibus,&c. Admonet non propria virtute ſtetiſſe eius brachia, ſed roborata fuiſſe Dei manu,quem inſigni elogio nominat fortem Iaacob.i.quem coluit Iaacob. Vnde paſcens lap.Iſr. משם רועה אבן ישראל: Inde paſtor Iſrael.acſi dicat Iaacob ipſum fuiſſe nutritium,& rupem vel fulturam domus ſuæ. Alii vertunt,paſtor lapidis,in genitiuo: lapidem accipientes pro familia. Doctiores ad Deum referunt qui paſtoris munus ſeruo ſuo iniunxit. Vnde autem factum eſt vt gentem ſuam aleret, niſi quia Diuinæ beneficentiæ erat miniſter?

25 A Deo patris tui, מאל אביך ſub.hæc omnia proueniunt.Iterum plenius confirmat,Ioſeph non propria induſtria, ſed Dei gratia ereptum fuiſſe ex morte,& in tantam dignitatem euectum, ratione pacti ſui cum Patribus initi. Benedictionibus cæli,&c. ברכות שמים וגו' Hebraiſmus, faciet vt habites in terra fertiliſſima ob frequentes pluuias & rores, agros irriguos, & copioſos frugum prouentus dabit tibi: fœlicem te præterea faciet gregum & liberorum copia. Abyſſum vocat mare.q.d.dabit tibi tempeſtiuam & opportunam pluuiam. Alludit ad nubes quæ excitantur ſurſum è mari.Chaldæus paraph.Benedictionibus quæ deſcendunt de rore cælorum ſupernè: benedictionibus quæ aſcendunt de profundis terræ infernè:benedictionibus patris tui & matris tuæ.

iacentis deorſum,benedictionibus vberum & vuluæ.

D Benedictiones patris tui confortatę ſunt benedictionibus Patrum eius: donec veniret deſiderium colliũ æternorum, fiant in capite Ioſeph & in vertice nazaræi inter fratres ſuos. 26

Beniamin lupus rapax,mane comedet prędam, & veſpere diuidet ſpolia. 17

Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim:hæc loquutus eſt eis pater ſuus: benedixitq; ſingulis,benedictionibus propriis. 28

Et præcepit eis,dicens,Ego congregor ad populum meum : ſepelite me cum Patribus meis in ſpelũca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi, 29

Suprà 23.d.16 Contra Mambre in terra Chanáan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. 30

Ibi ſepelierunt eum,& Sarãm vxorẽ eius:ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet. 31

32

Finitiſque mãdatis quibus filios inſtruebat,collegit pedes ſuos ſuper lectulum,& obiit : appoſitúſque eſt ad populum ſuum. 33

Cap.L.

Quod cernens Ioſeph,ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum. 1

Præcepitque ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem. quibus iuſſa explentibus, 2

Tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum.fleuitq; eum AEgyptus ſeptuaginta diebus. 3

Et expleto planctus tempore , loquutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conſpectu veſtro,loquimini in auribus Pharaonis: 4

Eo quòd pater me⁹ adiurauerit me, dicens,En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanáan,ſepelies me.Aſcendam igitur,& ſepeliã patrem meum,ac reuertar. 5 Suprà 47 g.o

Dixitq; ei Pharao,'Aſcẽde,& ſepe- 6

iacentis deorſum,benedictionibus vberum & vuluæ.

26 Benedictiones patris tui 'fortiores erunt benedictionibus progenitorum meorum , vſque ad terminum collium 'perpetuorum crũt ſuper caput Ioסéph,& ſuper verticem "nazaræi fratrũ ſuorũ.

17 Biniamín *ut* "lupus rapiet,mane comedet prædam,& veſperi diuidet ſpolia. Beniamin.

28 Omnes iſtæ tribus Iשraאél duodecim: & hoc eſt quod dixit illis pater eorum:benedixit quoque illis, vnicuique "iuxta benedictionem ſuam "benedixit.

29 Præcepítque eis,& dixit illis , Ego aggregor ad populũ meum: 'ſepelite me cum Patribus meis in ſpelunca illa quæ *eſt* in agro עEphrón "חHitthæi, Iacob vult ſepeliri cũ Patribus.

30 In ſpelunca quæ *eſt* in agro "Machpeláh, quæ *eſt* eregione Mamréא,in terra Chenáעan , quam emit Abrahám vnà cũ agro ipſo, ab עEphrón חHitthæo "in poſſeſſionem ſepulchri.

31 Illic ſepelierunt Abrahám & שSaram vxorem eius: illic ſepelierunt Iצſחhác & Ribcáh vxorem eius:ibi quoque ſepeliui Leáh.

32 Emptio *autem* agri & ſpeluncæ quæ *eſt* in eo,*fuit* à filiis חHeth.

33 Quúmque finẽ feciſſet Iaעacob præcipiendi filiis ſuis 'collegit pedes ſuos in lectũ , & obiit: 'aggregatúſque eſt ad populos ſuos. Moritur.

Cap. L.

1 ET cecidit Ioסéph ſuper faciem patris ſui,ac fleuit ſuper eum, oſculatúſque eſt eum. Vngitur corpus Iacob.

2 Præcepit ergo Ioסéph ſeruis ſuis 'medicis vt aromatibus condirent patrem ſuum : & aromatibus condiuerunt medici ipſum Iשraאel.

3 'Et completi ſunt ei quadraginta dies: ("ſic enim complentur dies eorum qui condiuntur aromatibus) & fleuerunt eum AEgyptii ſeptuaginta diebus.

4 Quúmque tranſiſſent dies luctus eius, loquutus eſt Ioסéph cũ familia Parעóh, dicẽdo,"Si nunc inueni gratiam in oculis veſtris, loquimini quæſo in auribus Parעóh,'his verbis, Planctus AEgyptiorum.

5 Pater me⁹ adiurauit me,dicẽdo,Ecce ego 'morior,in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chenáעan, 'ſepelies me. Nũc igitur aſcendam obſecro,& ſepeliam patrem meum,& reuertar.

6 Et dixit Parעóh, Aſcende , & ſepeli patrem tuum quemadmo-

---

26 Fortiores erunt גברו Præt.Heb.pro præſ.aut fut.alii maiores ſunt. Dicit ſe efficacius benedicere filio, quàm ipſe benedictus fuerit à Patribus. Quanquam enim ab initio verax fuerat Deus in ſuis promiſſis , effectum tamen perinde diſtulit acſi verbis tantùm Abraham,Iſaac, & Iaacob lactaret.immenſum enim illud ſemen quod æquaret arenam maris,non datum fuit illis, ſed poſteris.fuit igitur multo fœlicior patre ſuo. Perpetuorum עולם Ad verbum,ſeculi.Quidam ad locorum diſtantiam,alii ad temporis perpetuitatem referri volunt.vterque ſenſus non malè conuenit, vel quòd fœlicitas Ioſeph ſe longè latéque ad extremos vſque mundi colles diffundet : vel quòd durabit quouſque ſtabunt colles ſeculi, qui ſunt firma terræ portio. Dicit autem fore ſuper caput ipſius,ne putetur vota ſua in aerem ſpargere.nã hac voce notatur ſubſiſtentia,vt ita loquar. Nazaræi נזיר .i.coronati,vel ſeparati.Sic vocat ipſum Ioſéph:vel quòd ſit eorũ corona propter communem gloriam quæ ab ipſo in omnes redundat : vel quia propter dignitatem qua excellit, ab omnibus ſit ſegregatus.Quidam vertunt principis.id eſt,eius qui principatum obtinet inter fratres. Chaldæus paraph. & ſuper virum qui ſeparatus fuit à fratribus ſuis. 27 Lupus rapiet, זאב יטרף .i.ſuperabit inimicos,lacerabit prædam,& omnia faciet quæ ſolẽt facere victores. Quidam ſcribunt,ingenium ac mores totius gentis deſcribi,quòd ex præda victuri eſſent.

28 Iuxta benedictionem ſuã כברכתו Confirmat Moſes non tantùm filiis bene precatum eſſe Iaacob ex paterno voto,ſed protuliſſe quod Deus in ore eius poſuerat:quia tandem probauit euentus efficaces fuiſſe Prophetias. Benedixit. : ברך אותם Ad verbum,benedixit eis.Redundat EIS.

30 Machpeláh, המכפלה Vide ſuprà cap.23.b.9. In poſſeſſionem ſep. : לאחזת־קבר .i.vt illic ſepeliretur cum ſua poſteritate.

33 Collegit ויאסף Ad verbum,aggregauit.i.retraxit.Exprimit Moſes placidam ſancti viri quietem: acſi diceret, ſanctum ſenem trãquillo animi ſtatu membra direxiſſe quò voluit,qualiter ſani & vegeti ſe ad ſomnum componere ſolent. Aggregatuſque,&c. 'ויאסף וגו id eſt,collectus eſt,ſiue appoſitúſque ad populares,ſiue maiores ſuos.

IN CAPVT L.

2 Medicis, את־הרופאים Eos intelligit qui curandis funeribus præerant.

3 Et completi ſunt ei וימלאו־לו Hebraiſmus,pro Vacauerunt quadraginta diebus in condiendo corpore. Sic enim complen.&c. 'כי כן ימלאו וגו id eſt apparatus ille non abſoluitur ante diem quadrageſimum.

4 Si nunc,&c. 'אם־נא וגו Hebraiſmus,Si vobis ſum gratus & acceptus. His verbis, : לאמור Ad verbum,dicendo.

dum adiurauit te.

Ioſeph ſepelit patrẽ in Chanáan, cũ magno comitatu & planctu.

Aſcendit itaque Ioɔséph vt ſepeliret patrem ſuum, & aſcenderũt cum eo omnes ſerui Paryóh, ſeniores domus eius, atque vniuerſi ſeniores terræ Mixſráim: 7

Vniuerſa quoque domus Ioɔséph & fratres eius, atque domus patris eius: tantummodo paruulos ſuos, & greges ſuos, & armenta ſua reliquerunt in terra Góẅſen. 8

Aſcenderunt præterea cum eo & currus, & equites: fuítque turma *illa* magna valde. 9

Celebrantur exequiæ Iacob.

Et venerunt vſque ad Góren Atád, quæ eſt trans Iardén: planxerúntque ibi plãctu magno ʺ& graui valde: fecítque patri ſuo luctum ſeptem diebus. 10

ʹVidentes autem habitatores terræ illius, *nempe* Chenayanæi, luctũ in Góren Atád, dixerunt, Luctus grauis *eſt* iſte AEgyptiis. Idcirco ʺvocauit nomen eius Abél Mixſráim, *id eſt luctus AEgyptiorum*, qui eſt trans Iardén. 11

Fecerunt ergo illi ſic filii eius quemadmodum præceperat eis. 12

Et tulerunt eum filii eius in terram Chenáyan, & ſepelierunt eum in ſpelũca agri Machpeláh, quã emerat Abrahám cũ agro in poſſeſſionẽ ſepulchri, ab yEphrón הHitthæo e regione Mamréא. 13

Fratres Ioſeph orant veniam.

Reuerſúſque eſt Ioɔséph in Mixſráim, ipſe & fratres eius, atque vniuerſi qui aſcenderant cum eo, vt ſepelirent patrem eius, poſtquam ſepeliuit patrem ſuum. 14

ʹVidentes autem fratres Ioɔséph quòd mortuus eſſet pater ipſorum, dixerunt, Fortaſſe odio proſequetur nos Ioɔséph, & reddẽdo reddet nobis vniuerſum malum quod retribuimus illi. 15

Mandauerunt ergo ipſi Ioɔséph, dicentes, Pater tuus præcepit antequam moreretur, dicendo, 16

Sic dicetis Ioɔséph, Obſecro ʹparce nunc præuaricationi fratrũ tuorum, & peccato eorum: quia malũ retribuerunt tibi. ʺnunc ergo parce quæſo præuaricationi ſeruorum Dei patris tui. Fleuit verò Ioɔséph dum loquerentur ſibi. 17

Ioſeph fratribus iniuriam remittit, & eos blandè alloquitur.

ʹAcceſſerunt autem etiam fratres eius, & corruerunt coram eo, atque dixerunt, ʹEcce nos tibi in ſeruos. 18

Quibus dixit Ioɔséph, Ne timeatis: ʹnum enim loco Dei ſum? 19

Mala conſilia Deus vertit in bonum.

Et vos ʹcogitaſtis aduerſum me malum, Deus *autem* cogitauit illud in bonum, vt faceret ʹſecundum diem hanc, vt viuificaret populum multum. 20

Nunc ergo ne timeatis: ego alam vos, & paruulos veſtros, 21

li patrem tuum ſicut adiuratus es.

7 Quo aſcendente, ierũt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ AEgypti:

B

8 Domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereliquerãt in terra Geſſen.

9 Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica.

10 Venerúntque ad Aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias plãctu magno atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.

11 Quod quum vidiſſent habitatores terræ Chanáan, dixerunt, Plãctus magnus eſt iſte AEgyptiis. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus AEgypti.

12 Fecerunt ergo filii Iacob ſicut præceperat eis.

13 Et portantes eum in terram Chanáan, ‖ſepelierunt eum in ſpelũca duplici, ‖quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Hephron Hethæo cõtra faciem Mãbre.

Act.7.b.16
Suprà 23.d.16

14 Reuerſúſque eſt Ioſeph in AEgyptum cum fratribus ſuis & omni comitatu, ſepulto patre.

15 Quo mortuo, timẽtes fratres eius & mutuò colloquentes, Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus ei:

16 Mandauerũt ei dicẽtes, Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur,

17 Vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te. nos quoque oramus vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph.

18 Venerúntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui ſumus.

19 Quibus ille reſpondit, Nolite timere: nũ Dei poſſum⁹ reſiſtere volũtati?

20 Vos ‖ cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſicut impræſentiarũ cernitis, & ſaluos faceret multos populos.

Suprà 45.b.7

D

21 Nolite timere: ego paſcã vos & par

---

10 Et graui v. וּכְבֵד מְאֹד atque acerbiſſimo. 11 Videntes a. habit. וַיַּרְא יוֹשֵׁב Sing. Heb. pro plur. Vocauit קָרָא ſub. is qui indidit illi nomen. vel, vocatum eſt. 15 Videntes autem וַיִּרְאוּ .i. Cogitantes & conſiderantes apud ſe.

17 Parce nunc, &c. שָׂא נָא וגו׳ condona nunc peccatum fratribus tuis, & iniquitatem eorum. vel peccatum. Vel, remitte nunc ſcelus [tranſgreſſionem aut iniquitatem] fratrum tuorum, & iniquitatem quam admiſerunt. Nunc ergo וְעַתָּה Verba ſunt legatorum.

18 Acceſſerunt autem וַיֵּלְכוּ Et perrexerunt. abierunt. adierunt. Ecce nos, &c. הִנֶּנּוּ לְךָ לַעֲבָדִים En ſumus tibi ſerui.

19 Num enim, &c. כִּי הֲתַחַת וגו׳ ſub. vt ſic fecerim? q.d. hoc non factum eſt conſilio meo, ſed Diuino. Alii ſic intelligunt, Nolite timere: quia de vobis ſupplicium non ſumam. neque enim Deus ſum. Hæc opinio doctioribus non probatur, quòd ita ſibi Ioſeph non temperaret à retalianda iniuria, vt Deum fore vltorem ſperaret. Alii exiſtimant, hoc ab eo propterea dictum eſſe quòd à fratribus adoraretur. acſi diceret, Hic honos, Deo, nõ mihi haberi debet. Sed hoc nihil habet coloris, quum ſæpe aliàs paſſus ſit hoc modo ſe coli, & longè alium fratribus animum eſſe ſciat quàm Dei cultum in hominem mortalem trãſferre. Prior expoſitio doctioribus magis probatur. Ad verbum legitur, quia an ſub Deo? כִּי cauſalis eſt particula. תַּחַת cui præponitur interrogationis nota, nunc vicem denotat, vt Latinum Pro: nunc ſubiectionem. Itaque duobus modis verti poteſt locus, An enim ſum vice Dei? vel, Annon enim ſub Deo ſum? Si priorem verſionem ſequaris, ſignificabit ſe Deo minimè parem eſſe: vt quod ille in ſalutem diſpoſuit, in perniciem conuertat. Si verò poſteriorem, Annon enim ſub Deo ſum? tum admonebit Ioſeph, quia Dei imperio ſubeſt, non ſuum eſſe præire, ſed ſequi. Vtramuis tamen expoſitionem eligas, quoad rei ſummam parum intereſt. Nam quia Ioſeph Diuinæ prouidentiæ finem expendit, quaſi iniecto fræno compeſcit ſuos affectus, ne intemperanter exultent. Erat quidem miti humanóque ingenio: ſed nihil eſt ſedandæ eius iracundiæ melius vel magis appoſitum quàm ſe Deo regendum ſubmittere.

20 Cogitaſtis, &c. חֲשַׁבְתֶּם וגו׳ Hebraiſmus, Machinati eſtis mihi malum, at Deus conuertit illud in bonum. Secundum diem hãc, &c. כַּיּוֹם הַזֶּה וגו׳ Hebraiſmus, vt extolleret me in iſtam dignitatẽ qualem videtis hodie, vt ſeruarem populũ multum, qui alioqui periiſſet.

	nulos vestros,osculatúsque est eos,& blandè ac leniter est loquutus.		″ita consolatus est eos,loquutúsque est ad cor eorum.	
	Et habitauit in AEgypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis.	22	Habitauit autem Ioɔséph in Mixſráim,ipse & domus patris sui: vixítque Ioɔséph centum & decem annos.	
Num.32.g.39	Et vidit Ephráim filios vsq; ad tertiam generationem: ‖filii quoq; Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph.	23	Et vidit Ioɔséph ipsi אEphráim filios″tertiorum:etiam filii Machír filii Menaשséh″educati sunt ad genua Ioɔséph.	
Hebr.11.d.22	Quibus transactis‖loquutus est fratribus suis,Post mortem meam Deꝰ visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham,Isaac,& Iacob.	24	Dixit verò Ioɔséph fratribus suis,Ego″morior:Deus autem″visitando visitabit vos,″& ascendere faciet vos è terra hac ad terram ″quam iurauit Abrahám,Ixſחhác,& Iayacób.	Ioseph prædicit liberationem fratrum suorum.
Exod.13.d.19. Iosue 24.g.32	Quúmque adiurasset eos,atque dixisset,Deus visitabit vos, ‖asportate ossa mea vobiscum de loco isto:	25	Adiurauit igitur Ioɔséph filios Iשraאél,dicendo,″Quum visitādo visitauerit vos Deus,ascendere facite ossa mea hinc.	
	Mortuus est expletis cētum decem vitæ suæ annis:& cōditus aromatibꝰ, repositus est in loculo,in AEgypto.	26	Mortuus est itaque Ioɔséph″natus centum & decem annos:quē aromatibus condiuerunt,″& positus est in arca,in Mixſráim.	Ioseph moritur.

21 Ita consolatus, &c. 'וינחם וגו Ad verbum,& consolatus est eos, & loquutus,&c.i. loquutus est illis grata,ac verbis blandis lenibúsque leniuit mœstitiam mœrorémque illorum.

23 Tertiorum: שלישים .i.filiorum qui tertia generatione nati sunt.q.d.Vidit quartam generationem nepotum suorum. Educati sunt ad,&c. 'יולדו על וגו Ad verbum, nati sunt.i.educati sunt apud illum. Chaldæus paraph.Filii quoque Machir filii Manasse nati sunt, quos nutriuit Ioseph. Vel,simulatque filios Machir filii Manasse[sub.vidit]quos Ioseph educauit.

24 Morior:מת .i.dies mortis meæ instant.sic in principio huius capitis, versu 5. Visitando visit.v. פקוד יפקוד אתכם reminiscendo reminiscetur vestri. Et ascendere fa.v. והעלה אתכם Hic ו pro id est ponitur.nam exponit quid Visitare,vel Reminisci significet.i. memor vestri educet vos è terra ista. Quam iurauit אשר נשבע.i.interposito iuramento pollicitus est se daturum Patriarchis.

25 Quum visitando visit. פקוד יפקוד Ad verbum,Visitando visitabit Deus vos,& ascendere facietis.vel,Recordando recordabitur.i. Quum visitauerit vos Deus,educite,vel asportate ossa mea ex hoc loco.Hic locus clarè docet quorsum spectauerit tam anxia sepulchri electio:nempe vt redēptionis sigillum foret. Postquā enim fidelem Deū asseruit, qui præstabit suo tēpore quod pollicitus est,continuo pòst, fratres suos adiurat vt ossa sua transferant.Illæ vtiles erāt reliquiæ quarum aspectus clarè personabat, hominū morte minimè extinctū esse æternū Dei fœdus,in quo Ioseph tutò quiescere iubet posteros.nam iusiurandum Dei adducere satis habet,vt de suo exitu nihil dubitent.

26 Natus centum,&c. 'בן מאה וגו Ad verbum,filius centum & decem annorum. Et positus est ויישם Hic hiric est loco surec,& י loco ו pro ויושם.Alii vertunt, & posuit.sub.is qui illum sepeliuit,in arcula,vel loculo,aut sarcophago.

Secundus Mosis liber, vulgò Exodus.

HEBRAICE שמות

Secundus liber Mosis Græcè dicitur ἔξοδος, Id est exitus: quod nomen habet ab insigni illo ac stupendo miraculo,quo filii Israel egressi sunt ex AEgypto,& pristinam, diuque expectatam libertatem recuperarunt. Hebraicè verò שמות Nomina, nuncupatur à secunda huius libri voce. Hunc & in plures sectiones partiti sunt Hebræi,singulis nomina imponentes,vt suis locis annotabimus.

	VETVS.		NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.	
Genes.46.a.8	Cap.I. Hæc Sūt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in AEgyptū cum Iacob: singuli cum domibus suis introierūt:	1	Cap.I. Et hæc *Sunt* nomina filiorum Iשraאél qui venerunt in Mixſráim cum Iayacób:singuli cum familia sua ingressi sunt:	Filii Iacob ingressi AEgyptū.
	Ruben,Simeon,Leui,Iudas,	2	Reאubén,שSimעyón,Leuí,& Iehudáh,	
	Issachar, Zabulon, & Beniamin,	3	Iשſachár,Zebulún,″&Biniamín.	
	Dan,& Nephthali,Gad,& Aser.	4	Dán,& Naphthalí,Gád,& Aשsér.	
	Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob,septuaginta: Ioseph autem in AEgypto erat.	5	Fuerunt autē omnes animæ *eorum qui*″egressi sunt è femore Iayacób septuaginta animæ:″Ioɔséph verò erat in Mixſráim.	
	Quo mortuo,& vniuersis fratribus eius,omnique cognatione sua:	6	Mortuúsque est Ioɔséph, & omnes fratres eius,″atque vniuersa generatio illa.	
Act.7.e.17	B ‖Filii Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis,impleuerunt terram.	7	Porrò filii Iשraאél″creuerūt,″& nati sunt in multitudine, multiplicatíq; sunt:ac roborati″copiosissimè,& repleta est terra″illis.	

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Et hæc ואלה Hic ו redūdat, vt solet in principiis librorū Hebraicorū:nisi fortè aliquādo cōuertat præteritū in futurū,aut fut.in præt. Pollicitationē Abrahæ & semini eius factā Genes.15.a.5, scribit Moses. Quo verò ordine,quáque virtute & magnificentia hanc præstiterit Deus,præsenti libro prosequitur.Primùm autem nomina eorum qui AEgyptum cum Iaacob ingressi sunt recenset,ad præterita respiciēs, vt commodius ad futuram historiam initium sumat.

3 Et Biniamin. : ובנימן Beniamin præponitur Dan & aliis,non quòd esset maior natu,sed quoniam illi essent filii ancillarum.

5 Egressi,&c. יוצאי ירך Ad verbum,egressores femoris Ioseph verò ויוסף Nam Ioseph.q.d.Causa descensus eorum in AEgyptum fuit Ioseph, quòd is gratia valeret apud Regem AEgypti. Doctus inter Hebræos exponit, Cum Ioseph qui fuerat in AEgypto. sub.erant inquā septuaginta animæ. 6 Atque vniuersa gen.illa. : וכל הדור ההוא Hebraismus,pro,omnes homines illius ætatis.Hoc dicit vt ostendat afflictionem non accidisse Israelitis viuente Ioseph.Hic דור non cognationem significat,sed seculum.

7 Creuerunt, פרו Hac dictione significat augmentum plurimum. Et nati s.in multit. וישרצו Hæc vox propriè de piscibus dicitur,qui fœtum edunt multiplicem & numerosum.Chaldæus paraph.procreauerunt liberos. Copiosissimè, במאוד מאוד Ad verbum,valde valde.nam ב redundat.i.mirum in modum. Illis. :אותם Positum est pro מהם,ab את quando significat ex, & affixo.

Nouus Pharao opprimit populū Iſrael.

″Surrexit interim Rex nouus ſuper Miצſráim, qui ″non nouerat Ioסſéph: 8

Qui dixit ad populū ſuum, En populus ″filiorum Iשſraאél multus, & fortior nobis eſt. 9

″Agite, ″ſapientiores ſimus illo, ″ne multiplicetur: & accidat vt quum ″euenerit bellum, addatur etiam ipſe inimicis noſtris, atque oppugnet nos, & aſcendat ″è terra. 10

″Præpoſuerunt ergo ei principes tributorum, vt affligerent eos ″oneribus ſuis: ″ædificauítque vrbes ″theſaurorum ipſi Paryóh, Pithóm, & Rayamסſéסs. 11

″At quo magis affligebāt eum, eo magis creſcebat, eóque magis multiplicabatur: ″& anguſtiis afficiebātur propter filios Iשſraאél. 12

Itaque redegerūt in ſeruitutem AEgyptii filios Iשſraאél ″duré, 13

Et amaritudinibus affecerunt vitam illorum ″opere duro, ″in luto, & lateribus, & in omni opere ″in agro, cum omni opere ſuo ″in quo opera illorum abutebantur ″duré. 14

Obſtetrices Deū timentes conſeruant pueros Hebræorum.

Dixítque Rex Miצſráim obſtetricibus yEbræarum: quarum nomen vnius *quidem* ″שSiphráh, alterius verò Puyáh: 15

Dixit inquam, ″Quū obſtetricabitis yEbræas, & videbitis ″ſuper ſedem: ſi filius eſt, interficite eum: ſi verò filia eſt, tum ″viuat. 16

Timuerunt verò obſtetrices illæ Deum, & non fecerunt quēadmodum dixerat eis Rex Miצſráim, ″ſed viuos ſeruarūt pueros. 17

Accerſiuit igitur Rex Miצſráim obſtetrices, & dixit illis, Cur feciſtis rem hanc, ″vt viuos ſeruaretis pueros? 18

8 Surrexit interea Rex nouus ſuper AEgyptum, qui ignorabat Ioſeph:

9 Et ait ad populum ſuum, Ecce, populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt.

10 Venite, ſapienter opprimamus eū: ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatíſque nobis, egrediatur de terra.

11 Prępoſuit itaque eis magiſtros operum vt affligerent eos oneribus: ędificauerūtque vrbes tabernaculorū Pharaoni, Phithom, & Rameſſes.

C

12 Quantóque opprimebant eos, tanto magis multiplicabātur, & creſcebant: oderántque filios Iſrael AEgyptii.

13 Et affligebant illudentes eis,

14 Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, operibus duris luti, & lateris, omníque famulatu quo in terræ operibus premebantur.

15 Dixit autem Rex AEgypti obſtetricibus Hebræorū: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua:

16 Præcipiens eis, ‖Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tēpus aduenerit: ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi fœmina, reſeruate.

Sapient.18.b.5

17 Timuerūt autem obſtetrices Deū, & non fecerunt iuxta præceptum Regis AEgypti, ſed conſeruabāt mares.

D

18 Quib⁹ accerſitis ad ſe Rex ait, Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis?

8 Surrexit interim ויקם Ad verbum, Et ſurrexit. q.d. Regnum AEgypti tranſlatum fuit ad alium. Non nouerat לא־ידע Emphaſim habet: neque enim corpore noſſe poterat Rex AEgypti Ioſeph, qui aliquot ſeculis antea obierat: ſed oblitus beneficiorum quibus Ioſeph affecerat AEgyptios, ingratus fuit. His igitur verbis non ſolū ingratitudo, malignitáſque, ſed & imprudētia ac ſtultitia Regis taxatur.

9 Filiorum Iשſraאél בני ישראל filii Iſrael. nominatiuo caſu per appoſitionem dictum, En populus, nempe filii Iſrael.

10 Agite, הבה Imperatiuū verbū pro aduerbio hortandi. Vide Gen. 11.a.3. Sapientiores, &c. נתחכמה לו Simus ſapientes erga illū. Hebraiſmus, Inueniamus rationem aliquā callidam & ſubtilem qua opprimere poſſimus illum. Alii vertunt, Conſilium capiamus de ipſis. Alii, Sapienter opprimamus illum. Euenerit bellum, תקראנה מלחמה Verbum plurale nomini ſingulari iunctum: propterea quidam vertunt, euenerint bellum & bellum. i. ingruerint crebra bella. Et erra. מן הארץ׃ id eſt è regione in qua nunc habitat. hoc eſt, faceſſat hinc, & recedat à nobis.

11 Præpoſuerunt ergo, &c. וישימו וגו׳ id eſt, Exegerunt ab illo tributa magna. Oneribus ſ. בסבלותם .i. magnis tributis AEdificauitque ויבן ſub. populus Iſraeliticus iuſſu regio. Theſaurorū מסכנות theſaurarias, id eſt vrbes pro thecis & granariis frumentorum: id enim rectè hoc in loco ſignificat vox Hebraica מסכנות ſicut & in aliis locis, vt videre eſt 2. Paralip. 17. c. 12, & 32. f. 27. Inter theſauros autem & frumenta connumerantur: ſuntque hæc repoſitoria, granaria, & thecæ frumentariæ Hebræis ab vtilitate dictæ. סכן enim illis, prodeſſe & vtile eſſe ſignificat: hinc fit מסכנות. ſunt enim maximè & neceſſaria & vtilia regnis. Neſcio quid vulgato interpreti in mentē venerit quòd vrbes tabernaculorum verterit: niſi quòd deceptus videtur vocum ſimilitudine, atque סוכות quod tabernacula ſignificat, pro מסכנות legiſſe. L X X verterunt πόλεις ὀχυρὰς ciuitates munitas. eſt enim mos Regum & principum, etiam extruendis munitionibus, præſidiis, arcibus, & huiuſmodi, ſubditos moleſtare. Sed ſententia Hebræorum hîc verior eſt.

12 At quo magis, &c. וכאשר יענו וגו׳ Ad verbum, Et ſecundum quod affligebant eum, ſic creſcebat, & ſic multiplicabatur. Et anguſtiis affic. ויקוצו וגו׳ adeò vt tæderet eos propter filios Iſrael. i. viſa proſperitate filiorum Iſrael.

13 Duré, בפרך׃ Ad verbum, cum duritia. i. citra clementiam, aut citra vllam miſericordiam. hoc eſt, in ſeruitutem duriſſimam.

14 Opere duro, בעבורה קשה ſeruitute aſpera. vel, famulatu immiti. aut, inclemente. In luto, & lateribus, בחומר ובלבנים Subaudienda ſingulis nominibus ſua verba, in luto parando, & in lateribus conficiendis: In agro, בשרה id eſt agreſti & ruſtico. In quo opera illorū abutebantur אשר־עבדו בהם Similis loquutio legitur & Ierem. 25. c. 14, vbi עבר conſtruitur cum ב, quod quoties fit, ſignificat ſeruitium quod exigunt domini: alioqui ſignificat ſeruitium impenſum à ſeruis. Quidam vertunt, in omni inquam opere in quo ſeruire fecerunt illos ſeruitutem. Duré. בפרך׃ Vide paulo antè, verſu 13.

15 שSiphráh שפרה Principes oportet fuiſſe iſtas duas inter alias obſtetrices, quas ſolas nominauerit: alioqui ſolæ non ſuffeciſſent.

16 Quum obſtetricabitis בילדכן .i. Quum officio obſtetricis fungemini erga Hebræas. Super ſedem: על־האבנים Varia eſt huius dictionis expoſitio. Quidam enim ſedem interpretantur in qua recipitur fœtus, vel in qua ſedet quæ parit. Alii per ſedem, vuluam ſignificari volunt, & per eam fœtum. acſi dicat, Quum videritis fœtum qui egredietur ex vtero matris. משבר autē vocari dicunt à frangendo, quòd quum fœtus eò peruenerit, cardines vuluæ rumpantur, & maximè torqueatur parturiens. אבנים verò à fœtu, ſiue à pueris inde enaſcentibus. Doctus inter Hebræos ſic locū iſtum exponit, האבנים locus eſt in quem cadit fœtus ex vtero matris ſuæ, qui & aliàs משבר vocatur. Verùm deriuatur hæc dictio האבנים à בן ſeu בנים quod filium & filios ſignificat, cum ſuperaddito א. At iuxta meam ſententiam (inquit ille) אבנים hoc in loco vuluam ipſam ſignificat, quæ ita vocatur à בנים fœtu ſeu filiis: ſicut & משבר vocatur propter fracturam mulieris parturientis. Nam ſi אבנים locus eſſet in quem fœtus recipitur poſtquam egreſſus eſt ex vtero matris, quid opus erat dicere, Et videritis in ipſis ſellis, &c. quum certè antequam totus egrediatur ex vtero, conſpiciant obſtetrices, maſculus an fœmella ſit? Nam maſculus faciem ſuam deorſum verſam habet, fœmella verò ſurſum. Idem paulo pòſt, Dictio אבנים habet formā dualis numeri, propter cardines qui ſunt in oſtio vuluæ: qui duo ſunt ſicut cardines ianuæ, quemadmodum tradiderunt nobis Rabbini noſtri, præſertim R. Eliezer. Hactenus doctus ille inter Hebræos. Alii, videritíſque in procinctu eſſe fœtum. אבן inquiunt, ſignificat lapidem, aut pondus, aut ſtateram. Senſus ergò eſt, Quum tempus partus aduenerit, hoc eſt dum in propinquo eſt (in propendendo ſcilicet, vt fit in librando, vtpote quum & puer exire, & mulier parere cogitur) Viuat. וחיה׃ ſeruetur.

17 Sed viuos, &c. ותחיין וגו׳ Ad verbum, & viuificauerat pueros. ſiue mares editos in lucem. i. dederunt operam vt ſeruarentur incolumes. 18 Vt viuos ſeruaretis ותחיין Ad verbum, & viuificaſtis.

Quę reſponderũt, Nõ ſunt Hebręæ ſicut AEgyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricãdi habent ſcientiã, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt. 19

Bene ergo fecit Deus obſtetricibꝰ: & creuit populus, confortatúſque eſt nimis. 20

Et quia timuerunt obſtetrices Deũ, ædificauit eis domos. 21

Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo, dicens, Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite: quicquid fœminini, reſeruate. 22

Cap. II.

Infra 6.c.20
num.26.g.59
1.para.23.b.13
act 7.c.20
heb.11.e.23

EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui, & accepit vxorẽ ſtirpis ſuæ. 1

Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem abſcondit tribus menſibus. 2

Quúmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: poſuitque intꝰ infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis, 3

Stante procul ſorore eius, & conſiderante euentum rei. 4

Act.7.c.21
heb.11.e.23

Ecce autem, deſcendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eiꝰ gradiebãtur per crepidinẽ aluei. quæ quum vidiſſet fiſcellã in papyrione, miſit vnã è famulabꝰ ſuis, & allatã 5

19 Reſponderunt autem obſtetrices ad Paryóh, Quia non ſicut mulieres AEgyptiæ, y Ebrææ *ſunt*: nã viuaciores *ſunt* ipſæ, antequã veniat ad eas obſtetrix, pepererunt.

20 Bene fecit ergo Deus obſtetricibus, & multiplicatus eſt populus, & roborati ſunt valde.

Obſtetricibꝰ prouidet Deus timẽtibus ipſum.

21 Fuit autẽ, quia timuerunt obſtetrices Deum, fecit eis domos.

22 Præcepit itaque Paryóh omni populo ſuo, dicendo, Omnem filium qui naſcetur, *in* flumen proiicite: omnem verò filiam ſeruate incolumem.

Cap. II.

1 PErrexit autẽ vir de domo Leuí, & accepit filiam *de tribu* Leuí.

2 Concepit autem mulier illa, peperítque filium: quæ videns eum eſſe elegantem, abſcondit eum tribus menſibus.

Naſcitur Moyſes.

3 Et quũ non poſſet vltrà abſcondere eum, accepit illi arcam iunceam, quam liniuit bitumine & pice: poſuítque in ea puerum, atque expoſuit in iunceto iuxta ripam fluminis.

Fiſcella abſconditus, iacitur in carectum.

4 Stabat autem ſoror eius procul, vt ſciret quid fieret de illo.

5 Porrò deſcẽdit filia Paryóh vt lauaret ſeſe in flumine, & puellæ eius deambulabãt ad ripam fluminis: & viſa arcula in medio iunceti, miſit ancillam ſuam, & accepit eam.

19 Quia כי Quidam dicunt hanc vocem hoc loco redundare. Nam viuaciores *ſunt* ipſæ: כי חיות הנה Id ab חיה deductũ eſt quod viuere ſignificat. q.d. Mulieres Hebræorum nõ ſunt ita teneræ, delicatæ, imbecilles & infirmæ vt AEgyptiorum: ſed viuaces ſunt, hoc eſt validæ, robuſtæ, patientes laborum & dolorum. Atque ita etiam exponit alter ex doctis Hebræorum, dicens, Nam robur vitæ multum eſt eis: acſi dicat, mulieres viuaciſſimæ ac robuſtiſſimæ ſunt: præueniũt nos, neque indigent ope noſtra. Alii חיות à nomine ſingulari חיה quod animal & beſtiam ſignificat, deducunt, hoc ſenſu, Mulieres Hebræorũ non ſunt ſicut mulieres AEgyptiorũ, ſed ſimiles ſunt beſtiis quæ dum pariunt, non indigent obſtetricibus. Nonnulli חיות pro obſtetricibus exponunt. quam ſignificationem habet in Chaldæo, & frequens in hoc vſu eſt in commentariis Hebræorum. Vocantur autem ſic ab חיה viuificando, ſicut Hebræis מילדות à ילד pariendo, quòd ſcilicet mulieribus parturientibus adſint in partu, & iuuent eas vt fœtus in lucem veniat, & ita quaſi viuificare fœtum videntur, vnde חיות nominantur. Eſt autem ſenſus iuxta hanc lectionem, Hebræorum mulieres non ſunt ſimiles AEgyptiis, ſed ipſæmet ſunt obſtetrices, atque obſtetricandi ſcientiam norunt, nec opus habent aliis obſtetricibus, vt AEgyptiorum mulieres. Et hanc ſententiam habet Chaldæus paraph. Thargum Ieroſolymitanum vertit, Quoniam viuificant ipſæ antequam veniat ad eas obſtetrix: orant coram Patre ſuo cæleſti, & exaudit eas, atque ita pariunt. 21 Timuerunt יראו in ſeruandis ſcilicet pueris Hebræorum. Fecit eis domos. ויעש להם בתים: Quidam referunt ad populum Iſraeliticum, hoc ſenſu, quaſi ipſi filii Iſrael ſuis obſtetricibus domos munitas extruxerint, in quibus, quòd non exequerentur mandatum Regis de interficiendis infantibus, ab incurſu AEgyptiorum tutæ eſſe poſſent. Alii ad Pharaonem referunt, quòd is videlicet proprias & peculiares domos illis extruxerit, vnde exire illis nõ licebat, ſed expectare ibi cogebantur mulieres Hebræas parturientes quæ ad ipſas adducebantur ex præcepto regio: vt iſta ratione, AEgyptii vnà cum illis cognoſcerent num filius aut filia naſceretur. Alii, atque ii doctiores, ad Deum referunt, quòd ille fecerit eis domos: quod etiam variè exponunt: Vel quòd obſtetricibus domos fecerit, id eſt protexerit ac defenderit eas. Quæ ſententia non improbatur docto inter Hebræos, dicenti, Videtur mihi is eſſe ſenſus iſtorum verborum, Fecit eis domos, quòd Deus abſconderit eas à Pharaone vt nihil mali eis faceret. iuxta illud quod dicitur de Ieremia & Baruch, Et abſcondit eos Dominus, Ierem.36.f.26. Hæc ille. Vel quòd Deus propter beneficium quod contulerunt in Hebræos, non occidendo illorum infantes, eas remunerauerit, bonorũ videlicet vbertate, quæ per domos intelligatur, conceſſa: & ita domos illis conſtruxerit, hoc eſt rem familiarem earum adauxerit, ita vt omnium rerum quæ ad regendam alendámque familiam requirebantur, copiam habuerint. Nam domum facere, Hebræis etiam rem domeſticam curare, & rei augendæ operam dare ſignificat. Hinc Iaacob dicebat ad Laban, Et nunc quando faciam etiam ego domũ meã? Geneſ.30.e.30. hoc eſt, Quãdo curabo & proſpiciã mihi quoque de rebus neceſſariis quæ requiruntur ad inſtituendã & ſuſtentandã familiã? Vel quòd dederit illis prolem numeroſiſſimã, hoc eſt reddiderit illas fœcũdas ex viris ſuis. Propterea Hebraicè vſus ſit Moſes relatiuo fœmineo: quia nomen à viris accipiunt familiæ. Aliquando tamen ם pro ן accipitur. Vel quòd fecerit eis domos, Sacerdotii ſcilicet & regni. Dicunt enim Hebræi duas illas obſtetrices fuiſſe Mariam & Iochabed matrem eius, filiam Leui, ex qua nati ſunt Aaron & Moſes, penes quos ſacerdotium & regnum fuit. Et qui hunc ſenſum ſequuntur, hos mouit, quòd in Scripturis aliquando appellatione domus, regnum & ſacerdotium veniunt. Et hæc ſentẽtia placet Paraphraſtæ Ieroſolymitano, qui ſic habet, Quia obſtetrices timebãt Dominum, ideò conciliarũt ſibi nomen bonum inter conciues, fecerúntque ſibi domos, domum ſcilicet Leuitici miniſterii, & domum ſacerdotii magni. Vel quòd Deus fecerit eis domos, id eſt auxerit, & multiplicauerit eorum familias, ſcilicet filiorum Iſrael. nam pronomen relatiuum להם eis, maſculinum eſt: vnde commodè ad vniuerſum populum referri poteſt: & domum pro familia accipi, frequentiſſimum eſt Diuinis literis. Atque hæc poſtrema lectio quibuſdam ſimpliciſſima omnium eſſe videtur: quam & doctus inter Hebræos probare videtur, exponens בתים domos, per בני בתים liberos domeſticos, ſiue familias. Eſt ergo ſenſus, Timore obſtetricum quo Deum timuerunt, & nõ interfecerunt pueros Hebræorum vt Rex Pharao præceperat, factum eſt vt familiæ Hebræorum in immenſum creuerint, auctæ ac multiplicatæ fuerint, ſecundum illud quod verſu 12 dictũ eſt, At quãto magis affligebant eũ, eo magis creſcebat, eóque magis multiplicabatur.

22 Proiicite: תשליכוהו Ad verbum, proiicietis eum. Fut. Heb. pro imperat. Seruate incolumem. תחיון: Ad verbum, viuificabitis.

IN CAPVT II.

1 Perrexit autem וילך .i. Ex illa ciuitate in qua erat, abiit in aliam. Vir de domo Leui, איש מבית לוי .i. quidã Leuita. Hic fuit Amram qui amitam ſuam, ſiue patris ſui ſororem, duxit in vxorem, nempe Iochabed. Vide infrà cap.6.c.20. Chaldæus paraph. Ieroſolymit. Et abiit vir de tribu Leui, duxítque Iochabed amitam ſuam in vxorem.

2 Quæ videns eũ, &c. ותרא אותו וגו' Ad verbũ, & vidit eum quòd pulcher eſſet, & abſcondit, &c. Tribus menſibus. שלשה ירחים: Sunt qui dicant, iuxta edictum regium viſitationem fieri ſolitam tertio quoque menſe: idcirco non potuiſſe eum diutius occultare. Alii dicunt, tribus menſibus, id eſt quandiu potuit: non potuit autem diutius. De hoc meminit Stephanus, Act.7.c.20

3 Arcam iunceam תיבת גומא arculam iunci .i. ex iunco factam. Doctus inter Hebræos dicit גומא eſſe arborem admodum leuem. Alii (inquit idem) dicunt ſignificare algam, vel cannam, ex qua fiunt nauiculæ, quas bitumine liniunt, vel pice, ne ingrediantur aquæ: ſuntque leues ſuper faciem aquæ. Vide Ieſa.18.a.2. Quam liniuit ותחמרה Ad verbum, & bituminauit eam.

4 Stabat autem ותתצב Collocata autem fuerat. ſub. à matre.

5 In flumine, על היאור ad flumen. & à præcedenti verbo regitur, quod eſt deſcendit. Et puellæ eius ונערותיה intereà dum ancillæ eius. q.d. ſola remanſit cum vna ex ancillis in vno loco, vt ſeſe lauaret, reliquæ verò expatiabantur. Miſit ancillam ſuam, ותשלח את אמתה Si מ in אמה ſit ſine dagues, ſiue punctulo in vẽtre, ſignificat famulam: ſi verò habeat dagues, ſignificat cubitum, ſiue brachium. propterea quidam vertunt, extendit brachium ſuum. & ita Chaldæus paraph. quod alteri ex doctioribus Hebræorum non probatur hoc loco.

g.iiii.

6 Quúmque aperuiſſet,″vidit ipſum infantem: & ecce infans flebat: & miſerta illius, dixit, De pueris yEbræorum *eſt* iſte.

Moyſes.

7 Et dixit″ſoror eius ad filiam Paryóh, Ibóne & accerſam tibi mulierem lactantem ex yEbræis,″& lactabit tibi puerum?

8 Reſpondit filia Paryóh, Vade. Perrexit ergo puella, & accerſiuit matrem pueri.

9 Et dixit″ei filia Paryóh, Tolle puerum iſtum, & lacta eum mihi: & ego dabo *tibi* mercedem tuam. Et accepit mulier puerum, atque lactauit eum.

Adoptatura filia Pharaonis.

10 ″Creuit autem puer, & adduxit eum ad filiam Paryóh, fuítque ei in filium: & vocauit nomen eius Moωſéh, dixit enim, Quia ex aquis extraxi eum.

AEgyptium occidit Moyſes affligẽtẽ Hebræũ.

11 Fuit autem in diebus illis, & creuit Moωſéh, egreſſúſque eſt ad fratres ſuos: & vidit, ″onera eorum: vidit præterea virum AEgyptium percutientem virum yEbræum è fratribus ſuis.

12 Quúmque reſpexiſſet huc & illuc, vidiſſetque quòd nemo adeſſet, percuſſit AEgyptium, & abſcondit eum in arena.

Inter rixantes pacem cõponere nititur.

13 Egreſſus dein″die ſecundo, ecce duo viri yEbræi litigabãt: & dixit″impio, Vtquid percutis proximum tuum?

14 Qui reſpõdit, Quis poſuit te″principem & iudicem ſuper nos? Nunquid occidere me tu cogitas, ſicut occidiſti AEgyptium? Timuit verò Moωſéh, & dixit, Verè nota eſt res illa.

Fugit Moyſes Pharonem.

15 Audiuítque Paryóh rem hanc, & quæſiuit occidere Moωſéh: fugit autẽ Moωſéh à facie Paryóh, & habitauit in terra Midián, ″ſedítque iuxta puteum.

Defendit puellas ab iniuria paſtorum.

16 ″Sacerdoti autem Midián *erant* ſeptem filiæ: quæ venerant & hauſerant, impleuerántque canales vt potum darent pecudibus patris ſui.

17 Et venerunt paſtores,″& expulerunt eas. tum ſurrexit Moωſéh, & ſeruauit eas, potúmque dedit″pecudibus earum.

18 Quúmque veniſſent ad Reɯuℵél″auum ſuum, dixit, Cur ″feſtinaſtis venire hodie?

19 Et dixerunt, Vir AEgyptius eruit nos è manu paſtorum: & etiã ″hauriendo hauſit nobis, potúmque dedit pecudibus.

20 Et dixit″ad neptes ſuas, ″Vbinam eſt? vtquid dimiſiſtis virum? vocate eum, vt comedat panem.

6 Aperiens, cernénſque in ea paruulũ vagientem, miſerta eius, ait, De infantibus Hebræorum eſt hic.

7 Cui ſoror pueri, Vis, inquit, vt vadã & vocem tibi mulierem Hebræam quæ nutrire poſſit infantulum?

8 Reſpondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem ſuam. B

9 Ad quam loquuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerũ iſtum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier, & nutriuit puerum:

10 Adultúmque tradidit filiæ Pharaonis: quem illa adoptauit in locum filii: vocauitque nomen eius Moyſes, dicens, Quia de aqua tuli eum.

11 ¶In diebus illis poſtquam creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditque afflictionẽ eorum, & virum AEgyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis. Hebr.11.e.14

12 Quúmque circũſpexiſſet huc atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum AEgyptium abſcondit ſabulo.

13 Et egreſſus die altero, cõſpexit duos Hebræos rixãtes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum?

14 Qui reſpondit, Quis conſtituit te principem, & iudicẽ ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti AEgyptiũ? Timuit Moſes, & ait, Quomodo palàm factum eſt verbũ iſtud? C

15 Audiuitque Pharao ſermonẽ hunc, & quærebat occidere Moyſen: qui fugiens de conſpectu eius, moratus eſt in terra Madian: & ſedit iuxta puteũ.

16 Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus, adaquare cupiebant greges patris ſui.

17 Superuenere paſtores, & eiecerunt eas. ſurrexitque Moyſes, & defenſis puellis, adaquauit oues earum.

18 Quæ quum reuertiſſent ad Raguel patrem ſuum, dixit ad eas, Cur velocius veniſtis ſolito?

19 Reſponderunt, Vir AEgyptius liberauit nos de manu paſtorum: inſuper & hauſit aquam nobiſcum, potúmq; dedit ouibus.

20 At ille, Vbi eſt, inquit? quare dimiſiſtis hominem? vocate eum vt comedat panem. D

6 Vidit ipſum inf. ותראהו את־הילד Ad verbum, & vidit illum, infantem. quod Hebræi exponunt, vidit eum. quem vidit? puerum. Addidit puerum, vt declararet relatiuum. Sic Zach.12.c.8. Tanquam Deus, tanquam Angelus Iehouæ. Vide annotationem eo loco.

7 Soror eius אחותו nempe pueri, ſiue infantis. Et lactabit ותיניק vt lactet. vel, quæ lactet. 9 Ei לה nempe matri pueri.

10 Creuit a.puer, &c. ויגדל הילד וגו׳ Quum autem adoleuiſſet puer, adduxit eum. Dixit enim ותאמר Hic ו pro כי, vt ex verſu 22 infrà ſequente & ſimilibus apparet. 11 Onera eorum, בסבלותם .i. oppreſſiones illorum conſiderauit. Quo ætatis ſuæ anno Moſes inuiſerit fratres ſuos Iſraelitas, habes Act.17.c.23. 13 Die ſecundo, ביום השני poſtridie. Et hæc narrantur à Stephano Iudæis, ſatis multis verbis, quæ intelligentiæ huius loci lucem afferunt, Act.7.d.24.25.26. Impio, לרשע improbo .i. ei qui inferebat iniuriam.

14 Principem לאיש שר Ad verbum, in virum principem.

15 Seditque iuxta puteum. וישב על־הבאר׃ Multa ſubaudienda, cuiuſmodi, vbi quum aliquandiu commoratus eſſet, quieuit, & ſedit aliquantum temporis iuxta puteum. Fortaſſe rectius verteris vt quidam, præcedens illud וישב per proficiſci, hoc modo, & profectus eſt in terram Madian, ſeditque iuxta puteum.

16 Sacerdoti autem ולכהן Chaldæus paraph. Principi autem. Vox iſta ſignificat aliquando miniſtrum Dei, id eſt ſacerdotem qui facit ſacra: aliquando verò ראש העם caput & magiſtratum populi. In qua ſignificatione hic accepit Chaldæus paraph. Vocantur autem Magiſtratus & Principes כהנים Sacerdotes, etiam in Scripturis, eo quòd olim vtrunque officium, & ſacerdotale & politicum penes illos erat, etiam apud Ethnicos: & quòd magiſtratus in primis cultum Dei, & quæ ad gloriam illius faciunt, promouere debet. Ob hoc enim maximè miniſter Dei vocatur, Rom.13.a.4. In hoc autem conſentiunt Hebræi, quòd iſte ſacerdos ſeu princeps Madianitarum de quo hîc ſermo eſt, Iethro fuerit. Diſſentiunt verò in hoc, quòd quidam putant eum fuiſſe ſacerdotem cultorem idolorum: in qua ſententia eſt doctus inter Hebræos. Alter verò ex doctioribus illorum in ea eſt ſententia vt Dei ſacerdotem & cultorem fuiſſe exiſtimet. ita enim ſcribit, Omne vocabulum כהן quod in Bibliis extat, miniſtrum Dei aut idolorum ſignificat: Iethro autem Dei miniſter erat.

17 Et expulerunt eas. ויגרשום Quidam annotant relatiuum referre צאן non בנות, quòd ſit maſculeum. Alii volunt ם pro ן poſitum eſſe, vt ſæpe fit. Pecudibus earum. צאנם׃ Et hic ם pro ן. Alter ex doctioribus Hebræorum dicit factũ fuiſſe propter concurſum duorum נ. 18 Auum ſ. אביהן patrem ſuum. nam binomius fuit iuxta quorundam opinionem. Feſtinaſtis venire מהרתן בוא .i. celerius ſolito veniſtis. 19 Hauriendo hauſit דלה דלה ſub. aquam. Iſta verborum geminatio (vt ſæpius dictum eſt) emphaſin habet, id eſt diligenter ac magna cum fide, multóque ſudore hauſit.

20 Ad neptes ſuas, אל בנותיו ad filias ſuas. Vide paulo antè, verſu 18. Vbinam eſt? ואיו Ad verbum, Et vbi ipſe?

Infrà 18.a.3
1.para.23.b.15

21 Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret cum eo. ¦Accepitque Sephoram filiam eius vxorem:

22 Quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens, Aduena fui in terra aliena.

23 Poſt multum verò temporis mortuus eſt Rex AEgypti: & ingemiſcentes filii Iſrael, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.

24 Et audiuit gemitũ eorum: ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Iacob.

25 Et reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos. Cap. III.

1 MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian: cũque minaſſet gregẽ ad interiora deſerti, venit ad mõtẽ Dei Horeb.

Act.7.d.31.

2 Apparuitque ei Dominus in flãma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.

3 Dixit ergo Moyſes, Vadam, & videbo viſionem hanc magnã, quare non comburatur rubus.

4 Cernens autẽ Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi: & ait, Moyſes, Moyſes? Qui reſpondit, Adſum.

B

5 At ille, Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſãcta eſt.

Matth.22.c.32
marc.12.c.26
luc.20.f.37

6 Et ait, ¦Ego ſum Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes faciem ſuã: non enim audebat aſpicere contra Deum.

7 Cui ait Dominus, Vidi afflictionẽ populi mei in AEgypto, & clamorẽ eius audiui propter duritiam eorum qui præſunt operibus:

8 Et ſciens dolorem eius, deſcendi vt liberem eum de manibus AEgyptiorum: & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hetthæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi.

C

9 Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me: vidique afflictionẽ eorum, qua ab AEgyptiis opprimuntur.

10 Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael de AEgypto.

11 Dixitque Moyſes ad Deum, Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, &

21 'Et voluit Moשſéh habitare cum viro. Dedítque xSipporáh'neptem ſuam ipſi Moשſéh.

22 Et peperit filium, 'vocauítque nomẽ eius 'Gerשſóm: quia dixit, Peregrinus fui in terra aliena.

23 Fuit autem 'poſt dies multos illos, mortuus eſt Rex Mixſráim: & ſuſpirauerunt filii Iשſraאel propter opus, & vociferati ſunt: aſcendítque clamor eorum ad Deum 'propter opus.

24 Et audiuit Deus clamorem eorum, recordatúſque eſt Deus pacti ſui cum Abraham, Ixſחhác, & Iayacób.

25 'Vidítque Deus filios Iשſraאél, & cognouit Deus. Cap. III.

1 MOשſéh paſcebat pecora Ithró ſoceri ſui 'ſacerdotis Midián: & duxit pecora 'poſt deſertum, deuenítque ad montem Dei in חHoréb.

2 Apparuit autẽ ei 'Angel⁹ Iehouæ 'in flãma ignis è medio rubi: & reſpexit, & ecce 'rubus ardebat igne, nec tamẽ rub⁹ cõſumebatur.

3 Dixit ergo Moשſéh, Declinabo nunc, & videbo viſionem magnam hanc, cur non comburatur rubus.

4 Videns autem Iehouáh quòd declinaret ad videndum, vocauit eum Deus è medio rubi: & dixit, Moשſéh, Moשſéh? Qui reſpõdit, Ecce adſum.

5 Et dixit, Ne appropinques huc: 'ſolue calceamenta tua è pedibus tuis, quia locus in quo tu ſtas, terra ſancta eſt.

6 Et dixit, Ego Deus patris tui, Deus Abrahám, Deus Ixſחhác, & Deus Iayacób. Et abſcondit Moשſéh faciem ſuam: timebat enim aſpicere in Deum.

7 Et dixit Iehouáh, 'Videndo vidi afflictionem populi mei qui *eſt* in Mixſráim, & clamorem eorum audiui 'propter exactores eius: noui enim dolores eius.

8 'Deſcendi itaque vt liberem eum è manu Mixſráim, '& educam eum è terra illa ad terram bonam, & latam, ad terram *inquam* fluentem lacte & melle, ad locum Chenayanæi, & חHitthæi, & אEmoræi, & Perizæi, & חHiuæi, & Iebuסſæi.

9 Nunc autem ecce clamor filiorum Iשſraאél 'venit ad me: & etiã vidi oppreſſionem qua AEgyptii opprimunt eos:

10 Nũc ergo 'veni, & mittã te ad Paryóh, & educes populum meũ filios Iשſraאél ex Mixſráim.

11 Et dixit Moשſéh ad Deũ, Quis ſum, 'vt vadam ad Paryóh, & vt

Ducit vxorem Sephoram.

Clamãt ad Deũ filii Iſrael in tribulatione, & reſpicit eos.

Moyſes paſit, oues ſoceri

Deus in medio rubi loquitur Moyſi de liberãdo Iſraele.

Terra ſancta.

Mittit 'Moyſen vt populum educat.

21 Et voluit ויואל Chaldæus paraph. Et conſenſit. acquieuit. i. placuit Moſi habitare cum illo. Quidam vertunt, Iurauit Moſes quòd habitaret cum eo. ſed loco parum conuenit. Neptem ſuam בתו filiam ſuam. vt ſuprà verſu 18, & præcedenti verſu.

22 Vocauitque ויקרא ſub. Moſes. Gerשſóm: גרשם Significat Peregrinus ibi. His nominibus pii ſeſe ad gratitudinem & laudem Dei excitare voluerunt, vt quandocunque liberos aſpicerent, aut nominarent, Diuinorum beneficiorum memoria eos ſubiret.

23 Poſt dies multos illos, בימים הרבים ההם Hebraiſmus, poſt multos annos. Propter opus. מן העבודה: ſub. durum. Alii, propter ſeruitutem. ſub. illam duram. 25 Vidítque Deus, &c. וירא אלהים וגו׳ Id eſt, Vidit quomodo palàm & publicè affligerentur: cognouit præterea cogitationes AEgyptiorum, quomodo ſcilicet illos perdere vellent.

IN CAPVT III.

1 Sacerdotis כהן Vide præcedenti capite, verſu 16. Poſt deſertum, אחר המדבר Id eſt in partem intimam deſerti. ad Auſtraliorẽ partem ſinus Elanitidis, qua is maximè in continentem ſe effundit. nam mons Horeb etiam intimo ſinu Elanidite eſt Auſtralior.

2 Angelus מלאך Quem nunc vocat Angelum, paulo pòſt verſu 4, appellat Deum. Sic vocauit Chriſtum Moſes, non modò quia Angelos ſemper comites habuit, & quaſi apparitores: ſed quòd illa populi redemptio noſtram omnium adumbrauit, cuius cauſa mittendus erat Chriſtus à Patre vt formam ſerui cum carne noſtra indueret. In flamma ignis בלבת־אש Ad verbum, in corde ignis. i. de medio ignis. Quia cor in animantibus medium locum obtinet, ideo cor accipitur pro medio cuiuſcũque rei. Rubus ardebat הסנה בוער Quid ſignificet rubus, ac quomodo Chriſtus vocetur Angelus, dictum eſt in Gloſa noſtra ordinaria in Acta Apoſtolorum, cap. 7.d.30.

5 Solue calceamenta t. של־נעליך Etiam iſtum locum reperies tractatum in Actis, cap. 7.d.33.

7 Videndo vidi ראה ראיתי Hebraiſmus, quo & Græci ſæpe vtuntur, Eundo iuit. ſignificat autem hæc verborum geminatio aut vehementiã, aut certitudinẽ, aut celeritatem. Propter exactores e. מפני נגשיו .i. propter eos qui exigunt operas eorũ ſine vlla clemẽtia,

8 Deſcendi itaque וארד Deus deſcendere dicitur quando exaudit nos, fauet & auxiliatur nobis. nam omne auxilium, de cælo eſt. Et educam eum ולהעלותו Ad verbum, & vt aſcendere faciam eum.

9 Venit ad me: באה אלי q.d. Iamiam habiturus ſum rationem clamoris eorum.

10 Veni, לכה Verbum pro aduerbio hortantis, de quo Gene. 11.a.3.

11 Vt vadam כי אלך Id eſt vt mittar à te. Humilis ſuiipſius abiectio, & plena verecundiæ excuſatio. q.d. Non ſum ſufficiens huic legationi, nec dignus ſubire tantam legationem.

educam filios Iɯſraxél ex Mixſráim?

Deus cũ Moyſe.

12 Reſpondit autem,'Profectò tecũ ero:& hoc tibi ſignum quòd ego miſerim te,Quum eduxeris populum iſtum ex Mixſráim,coletis Deum ſuper montem iſtum.

13 Et dixit Moɯſéh ad Deum,Ecce ego ibo ad filios Iɯſraxél,& dicam eis,Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos.Et dicent mihi,Quod eſt nomen eius?quid *tum* reſpondebo eis?

Nomen Dei,

Quo ordine velit liberare populũ ſuum docet Moyſem Deus.

14 Et dixit De⁹ ad Moɯſéh,'Ero qui ero.Dixit præterea,Sic dices filiis Iɯſraxél,Ero miſit me ad vos.

15 Adiecítque adhuc Deus ad Moɯſéh,Sic dices filiis Iɯſraxél,Iehouáh Deus Patrum veſtrorum, Deus Abrahám , Deus Ixſnhác, &Deus Iayacób miſit me ad vos:'hoc *eſt* nomen meum in ſeculũ, & hoc *eſt*'memoriale meum in generationem *&* generationem.

16 Vade,'& congrega ſeniores Iɯſraxél , & dic eis, Iehouáh Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus *inquam* Abrahám,Ixſnhác, & Iayacób , dicendo,'Recordando recordatus ſum veſtri, & eius quod factum fuit vobis in Mixſráim.

17 'Propterea dixi ,'Educã vos ex afflictione Mixſráim, ad terram Chenayanæi,& nHithæi,& xEmoræi,& Perizæi,& nHiuæi,&Iebuɒſæi,ad terram fluentem lacte & melle.

18 'Et obedient voci tuæ:ibis autem tu,& ſeniores Iɯſraxél ad Regem Mixſráim,dicetíſque ei,Iehouáh Deus yEbræorum'occurrit nobis: nũc igitur'eamus quæſo viam trium dierum in deſertum, vt ſacrificemus Iehouæ Deo noſtro.

19 Ego verò noui quòd non permittet vos Rex Mixſráim vt pergatis,'niſi in manu forti.

20 'Mittã igitur manum meã,& percutiam Mixſráim'omnibus mirabilibus meis quæ faciam in medio eius: & poſtea dimittet vos.

21 'Dabóque gratiam populo huic in oculis Mixſráim: & erit,quãdo abibitis,non abibitis vacui,

22 'Sed poſtulabit mulier àvicina ſua,'& ab hoſpita domus ſuæ vaſa argẽtea & vaſa aurea,& veſtes:'quæ ponetis ſuper filios veſtros & ſuper filias veſtras,'& ſpoliabitis Mixſráim.

educam filios Iſrael de AEgypto.

12 Qui dixit ei,Ego ero tecum:& hoc habebis ſignũ quòd miſerim te, Quũ eduxeris populum de AEgypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum.

13 Ait Moyſes ad Deũ,'Ecce ego vadã ad filios Iſrael,& dicam eis, Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi,Quod eſt nomen eius? quid dicam eis?

14 Dixit Dominus ad Moyſem, Ego ſum qui ſum. Ait, Sic dices filiis Iſrael,qui eſt miſit me ad vos.

15 Dixitque iterum Deus ad Moyſem, Hæc dices filiis Iſrael, Dominus Deus Patrum veſtrorũ,Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem.

E

16 Vade, & congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi,Deus Abrahã, & De⁹ Iſaac,& Deus Iacob, dicens, Viſitans viſitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in AEgypto:

17 Et dixi vt educam vos de afflictione AEgypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, ad terram fluẽtem lacte & melle.

F

18 Et audient vocem tuam: ingredierîſque tu & ſeniores Iſrael ad Regem AEgypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro.

19 Sed ego ſcio quòd nõ dimittet vos Rex AEgypti vt eatis, niſi per manũ validam.

G

20 Extendámque manum meam, & percutiam AEgyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum:poſt hoc dimittet vos.

21 |Dabóque gratiam populo huic coram AEgyptiis: & quum egrediemini,non exibitis vacui,

Infrà 11.a.2. & 12.e.35

22 Sed poſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita ſua, vaſa argẽtea & aurea,ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios & filias veſtras,& ſpoliabitis AEgyptum.

12 Profectò tecũ ero: כי־אהיה עמך Quidã vertunt,quòd,& ſubaudiũt Scito,vel Perſuadeas tibi quòd ero tecum.i.Adero tibi,ſiue Fauebo.aut כי redundat. 14 Ero qui ero. אהיה אשר אהיה L X X,& Vulgata editio,hæc in præſenti tranſtulerunt,Sum qui ſum.Frequẽs enim eſt Hebræis futurum pro præſenti poni.Scribunt autem Hebræi iſta loquutione æternitatem Dei ſignificari.Futurum enim tria tempora complectitur:ſicut etiam Thalmudiſtæ dicunt,verbum אהיה ero,trium temporum differentias in ſe continere,præteriti,præſentis,& futuri,fui,ſum,& ero.aſſerúntque eo innui ſummam,omnimodam,& ſempiternam Dei ſtabilitatem,qui ſemper fuit,eſt,& erit.Eſt Deus ſemper qui nunquam cœpit,nec vnquam deſinit,ſed tranſcendit omnem rationem temporis:& qui ſolus dicere poteſt,Sum & ero.eſt enim ipſe omnis eſſentiæ atque vitæ fons & plenitudo:à quo omnia quæ ſunt, habent eſſe quod ſunt. Ipſe dat omnibus vitam & halitum per omnia, vt inquit Paulus, Act.17.f.25.28.& in ipſo mouemur,viuimus,& ſumus. Quia igitur æternitas nullis finibus comprehenditur: ideo nullo tempore deſcribi poteſt.Quo fit vt rectè vocetur,Qui eſt,qui fuit,qui erit.nam omnia tempora quum de Deo loquimur,confunduntur.Nomẽ hoc Dei,Græcè expreſſit Iohannes, Apoc.1.a.4,dicens, ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.id eſt ab eo qui eſt, & qui erat, & qui erit. Doctus inter Hebræos ſic locum iſtum explicat, vt primum אהיה ſit nomen Dei,alterum verò אשר אהיה ſit eius expoſitio:acſi dicat Moſes, Nomẽ meum,Ero.ratio,quia ero in ſecula ſeculorum abſque fine.dein quòd ero etiam vobiſcum,vt redimam vos à tyrannide AEgyptiorum. Sũt enim plerique Hebræorum in ea ſententia,quòd Deus hoc ſermone ad Moſen,non tãtùm æternitatẽ ſuam indicare voluerit,ſed ſimul quoque indicare ſe populo ſuo præſentem fore ſua ope Diuina, non tantùm in hac præſenti tribulatione , ſed & in omnibus aliis adhuc futuris calamitatibus,ideóque repeti verbum אהיה. Ab hoc verbo deductum eſt Iehouáh,de quo Pſal.1.a.2.

15 Hoc זה nempe Iehouáh.vel Ero. Memoriale m. זכרי .i.iſtud nomen meum eſt per quod homines recordabuntur mei omnibus ætatibus. 16 Et congrega ואספת Fut.pro imperat. Recordando record.ve.&c. פקוד פקדתי וגו' Id eſt Tandem recordatus ſum veſtræ afflictionis qua affligimini ab AEgyptiis.Quidam vertunt, Viſitando viſitaui vos:minus rectè.

17 Propterea dixi, ואומר ſub.apud me.i.Propoſui ac decreui.Eadem ſententia quæ paulo antè,verſu 8. Educam vos אעלה אתכם Ad verbum,Aſcendere vos faciam. 18 Et obedient voci t. ושמעו לקולך Id eſt acquieſcent dictis tuis.ſiue,credent tibi. Occurrit no. נקרה עלינו Id eſt viſus eſt nobis,ſiue apparuit. Eamus נלכה Id eſt,per te liceat nobis ire.

19 Niſi in manu forti. ולא ביד חזקה: Hebraiſmus, niſi manu forti coactus fuerit. Ad verbum, & non in manu forti. quod quidam ſic vertunt,neque in manu forti.atque ita exponunt,Scio inefficaces fore preces veſtras apud tyrannum:adhæc nihil effecturam manum meam fortem quam oſtendam variis ſignis ac miraculis: nulla re moueri poterit obſtinati Regis animus. Alius poteſt eſſe ſenſus , Non in manu forti,hoc eſt vos non forti, aut armata manu exibitis : nam ego ducam vos. Prior ſenſus videtur eſſe genuinus: nam ſequitur, Mittam igitur manum meam,&c. 20 Mittam igitur ושלחתי Ad verbũ,Et mittam.i.Extendam. Omnibus mirabilibus m. בכל נפלאותי Id eſt omnibus operibus meis mirandis:hoc eſt,miraculis meis editis.

21 Dabóque gratiam,&c. ונתתי את חן וגו' Hebraiſmus,Reddam populum hunc gratiſſimum AEgyptiis.

22 Sed poſtulabit mulier ושאלה אשה Id eſt Mutuabitur quælibet mulier. Et ab hoſpita domus ſ. ומגרת ביתה .i.ab hoſpita ſua.

Quæ ponetis,&c. ושמתם וגו' Hebraiſmus, Quibus ornabitis liberos veſtros. Et ſpoliabitis ונצלתם Id eſt hoc pacto, hac ratione, iuſſu meo ſpoliabitis AEgyptios.

Cap. IIII.

1 REſpondens Moyſes,ait,Non credent mihi, neque audiẽt vocem meam:ſed dicent, Non apparuit tibi Dominus.

2 Dixit ergo ad eum, Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpõdit, Virga.

3 Dixitque Dominus, Proiice eam in terram.Proiecit,& verſa eſt in colubrum:ita vt fugeret Moyſes.

4 Dixitque Dominus, Extẽde manũ tuam, & apprehende caudam eius. Extẽdit,& tenuit,verſaque eſt in virgam.

B

5 Vt credant,inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus Patrum ſuorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.

6 Dixitque Dominus rurſum, Mitte manum tuam in ſinum tuum.Quam quum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis.

7 Retrahe,ait, manum tuam in ſinũ tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.

8 Si non crediderint,inquit, tibi,neque audierint ſermonem ſigni prioris,credent verbo ſigni ſequentis

9 Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridã, & quicquid hauſeris de fluuio,vertetur in ſanguinem.

C

10 Ait Moyſes,Obſecro Domine,non ſum eloquẽs ab heri & nudiuſtertius: & ex quo loquutus es ad ſeruum tuũ, impeditioris & tardioris linguę ſum.

11 Dixit Dominus ad eum,Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum,videntem & cęcũ? nónne ego?

Matth.10.c.19

12 Perge igitur,‖& ego ero in ore tuo: docebóque te quid loquaris.

13 At ille, Obſecro Domine, inquit, Mitte quem miſſurus es.

14 Iratus Dominus in Moyſẽ,ait,Aa-

Cap. IIII.

1 REſpõdit autem Moẇſéh,& dixit,″Ecce non credẽt mihi,″neque parebũt voci meæ:nã dicẽt,Non apparuit tibi Iehouáh.

Tria ſigna dat Deus Moÿſi,quibus teſtetur Pharaoni ſe à Deo miſſũ liberatorẽ.

2 Dixit ergo illi Iehouáh,Quid hoc *quod eſt* in manu tua? Reſpondit,Virga.

3 Et dixit,Proiice eam in terram. Et proiecit eam in terram,verſáque eſt in ſerpentem:″& fugit Moẇſéh à facie eius.

Virga verſa in ſerpentem,& ſerpens in virgam.

4 Dixit autem Iehouáh ad Moẇſéh,Extẽde manum tuam,& apprehende caudam eius. Qui extendens manum ſuam, apprehendit eam,& verſus eſt in virgam in manu eius.

5 ″Vt credant quòd apparuerit tibi Iehouáh Deus Patrũ eorum, Deus Abrahám,Deus Iɣſחhác,& Deus Iaɣacób.

6 Dixit autem ei Iehouáh rurſum: Introduc nunc manum tuam in ſinum tuum.Et introduxit manum ſuam in ſinum ſuum:atq; eduxit eam,& ecce manus eius″leproſa erat ſicut nix.

Manus Moyſis leproſa.

7 Dixit præterea,Reduc manum tuam in ſinum tuum. Qui reduxit manum ſuam in ſinum ſuum. atque eduxit eam è ſinu ſuo, & ecce″reuerſa erat ſicut caro eius.

8 Erit autem, ſi non crediderint tibi,″nec obedierint voci ſigni prioris,credent voci ſigni poſterioris.

9 Erit præterea, ſi non crediderint etiam duobus ſignis iſtis, nec obedierint voci tuæ:tum accipies ex aqua fluminis,& effundes in terrã,vertentúrque aquæ quas acceperis è flumine, vertentur inquam in ſanguinem in terra.

10 Et dixit Moẇſéh ad Iehouam,Obſecro Domine,″non ſum vir verborum″etiam ab heri, etiam à nudiuſtertius, etiam ex quo loquutus es cum ſeruo tuo:quia″grauis ore & grauis lingua ſum.

Moyſes impeditæ linguæ ſe eſſe cauſatur.

11 Cui reſpondit Iehouáh,″Quis poſuit os in homine? vel quis″ponit ſurdum,vel mutũ,vel videntẽ,vel cæcũ? nónne ego Iehouáh?

12 Nunc igitur vade, & ego″ero cum ore tuo: & docebo te quid loquaris.

13 Et dixit, Obſecro Domine,″mitte quæſo per manum illius *quẽ* miſſurus es.

14 Et accẽſus eſt furor Iehouæ in Moẇſéh, dixítque,″Nónne Aha-

Iratus Moyſi Deus,dat ei Aaron pro oratore.

IN CAPVT IIII.

1 Ecce, והן Ad verbum,Et ecce.Redundat ו. 3 Et fugit וינס perterritus ſcilicet.

5 Vt credant למען יאמינו Nonnulla ſubaudiri debent, cuiuſmodi, Iſtud facies coram filiis Iſrael. vel,Hoc tibi præcepi facere.vel,hoc feci coram te,vt,&c.Aut refertur ad illud,Proiice in terram,&c.

6 Leproſa erat,&c. מצורעת כשלג: .i.præ lepra,erat alba velut nix.hoc enim refertur ad candorem.Chaldæus paraph.erat alba ſicut nix. præ lepra ſcilicet. 7 Reuerſa erat ſicut caro e. שבה כבשרו: .i.recuperauit colorem priſtinum reliquæ carnis.

8 Nec obedierint,&c. ולא ישמעו וגו׳ Proſopopœia eſt:loquitur enim nobis Deus per miracula.i.ſi nõ paruerint verbis tuis,neque crediderint ſermonibus quos confirmaueris priore miraculo,certè credent quum poſteriore miraculo illis fidem feceris.

10 Non ſum vir ver. לא איש דברים אנוכי Hebraiſmus,nõ ſum eloquẽs,facũdus & diſertus,quales oportet eos eſſe qui verba apud principes facturi ſunt. Etiã ab heri,&c. גם מתמול וגו׳ neque à die externa,neque à die ab hinc tertia,neque ex quo cœpiſti alloqui ſeruũ tuũ. Hebraiſmus,nunquã fui eloquens.Hunc eſſe huius loci ſenſum,docent cõſequentia verba,& ſequẽs verſus.Quidã annotãt ex Ioſepho,Moſen fuiſſe eloquentẽ,& propterea videri alium eſſe ſenſum,nẽpe,Ecce ego ab hoc tẽpore quo tecũ cœpi loqui,ſic ſtupui vt iam planè loqui nihil ſciã. Quo magis mens humana in Deũ eleuatur,hoc magis homo extra ſe rapitur,ſtupet caro ad Dei eloquiũ: vehemens enim eſt, & efficax ſermo Domini. Rugiente leone,homo timet:ad vocẽ Dei quis non obſtupeſcet? Amos 3.b.8. Grauis ore,&c. כבד־פה וגו׳ Hebraiſmus,tardus ſum ad loquendum,& linguæ impeditæ,vt loquente me,non poſſint intelligere quid dicam.De graui lingua habes Ezech. 3.a.5.& 6,vbi ſic loquitur Dominus,Non ad populos multos profundi labii,& grauis linguæ mitteris,quorum non intelligas verba.

11 Quis poſuit,&c. מי שם פה לאדם Id eſt quis donauit hominem facultate loquendi? Ponere pro dare,frequens Hebræis., Ponit ישום Fut.Heb.pro præſ. Quidam vertunt,quis ponat.id eſt quis reddere poteſt mutum,&c.

12 Ero cum ore tuo: אהיה עם־פיך Hebraiſmus,Reddam te facundum ac diſertum.Mox ſeipſum exponit.

13 Mitte quæſo,&c. שלח־נא וגו׳ q.d.mitte quemcunque volueris,modò ne me mittas minus idoneum ad hoc munus.Quidam intelligunt de Aarone fratre. L X X verterunt,Elige potentem alium quem mittas. Alii præſentem locum ita intelligunt quaſi Moſes reſpexerit ad promiſſum Meſſiam quem ſuo loco mitti à Deo cupiuerit.q.d.Quãdoquidem(quod ſcio Domine)miſſurus es quem promiſiſti(benedictũ ſcilicet ſemen)iam eundem mitte:in illius manu rem perfice:is idoneus & ſatis potẽs erit. Videmus enim veteres illos Patres in grauioribus iſtis cauſis& negotiis ſemper ad Chriſtum promiſſum reſpexiſſe, vt Iaacob patriarcha vaticinans de ſalute poſteris ſuis per Chriſtum conferenda, erumpit tandem in iſtam plenam gaudii & conſolationis de Chriſto vocem, Salutare tuum expecto Domine. Ita & Moſes videns adeſſe tempus liberationis AEgyptiacæ, non ſine magno gaudio illi in mentem venit, adeſſe tempus veri liberatoris Chriſti: ideóque vt ille mitteretur, maximo deſiderio à Domino poſtulauit dicens,Mitte,in manu[ſiue per manum] illius quem tandem mittes.q.d.Mitte obſecro eum quem promiſiſti,& quem tandem etiam miſſurus es,& illius opera hanc magnam rem perfice.

14 Nónne Aharón fratrem tuum,&c. הלא אהרן וגו׳ Nónne Aharon frater tuus Leuita, ſcio quòd loquendo loquetur ipſe? q.d. Scio

neceſſe eſſe vt vtaris opera Aharonis fratris tui, illéque pro te loquatur, quum ſis impedito ore. Mira elegantia Hebraici ſermonis, quo exẽplar iratorum & concitatorum pulchrè exprimitur. ſic enim commoti loqui ſolent, verbum ſcilicet quod præcedere debebat, poſtponendo. Quidam hic, Loquendo loqui, pro vehementer diſertum & eloquentem eſſe exponunt.

ron fratrem tuum Leuitam noui quòd loquẽdo loquetur ipſe? & etiam ecce ipſe egreditur in occurſum tui: qui videbit te, & lætabitur in corde ſuo.

15 Tu loquêris ad eum, ′& pones verba in ore eius, & ego″ero cum ore tuo & cum ore eius: docebóque vos quæ facturi ſitis.

16 Et loquetur ipſe pro te ad populũ, *ſic* inquam erit ipſe, ′erit tibi pro ore, & tu eris ei pro Deo.

17 Virgam autem iſtam accipias in manu tua, qua facies ſigna.

18 Perrexit itaque Moωſéh, & reuerſus eſt ad Iéther ſocerũ ſuum: & dixit ei, ′Eam quæſo & reuertar ad fratres meos qui ſũt in Mixſráim, & videam an adhuc viuant. Et dixit Ithró ad Moωſéh, ′Vade in pace.

Pergit Moyſes in AEgyptum.

19 ′Dixerat enim Iehouáh ad Moωſéh in Midián, Vade, reuertere *in* Mixſráim: mortui ſunt enim omnes viri ″qui quærebant animam tuam.

20 Tulítque Moωſéh vxorem ſuam, & filios ſuos, ′& impoſuit eos aſino: reuerſúſque eſt in terram Mixſráim: tulit quoque Moωſéh virgam Dei in manu ſua.

21 Et dixit Iehouáh ad Moωſéh, Quum perrexeris vt reuertaris in Mixſráim, vide vt omnia portenta ′quæ poſui in manu tua, facias coram Paryóh: ′& ego indurabo cor eius, vt nõ dimittat populũ.

22 Dices ergo ad Paryóh, Sic dixit Iehouáh, Filius meus, ″primogenitus meus *eſt* Iωſraxél.

23 Et dixi tibi, Dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi: ′& renuiſti dimittere illum: ecce ego occido filium tuum, ′primogenitũ tuũ.

Deus Moyſen vult occidere.

24 ″Et fuit, in via, in diuerſorio occurrit illi Iehouáh, & quærebat interficere eum.

Sephora circuncidit filium.

25 Tulit ergo xSipporáh′acutũ gladiũ, & circũcîdit præputiũ filii ſui, ′& tetigit pedes eius, dixítque, ′Quia ſpõſus ſanguinũ es mihi.

26 ′Et receſſit ab eo: ′tunc dixit, Sponſus ſanguinum: propter circunciſionem.

ron frater tuus Leuites, ſcio quòd eloquẽs ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuũ, vidénſq; te, lætabitur corde. D

15 |Loquere ad eũ, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius: | & oſtendam vobis quid agere debeatis.

Eccli.45.a.7

Infrà 7.c.a

16 Et ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

17 Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.

18 Abiit Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerum ſuũ: dixitque ei, Vadam & reuertar ad fratres meos in AEgyptum, vt videam ſi adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace. E

19 Dixit ergo Dominus ad Moyſen in Madian, Vade & reuertere in AEgyptũ: mortui ſũt enim omnes qui quærebant animam tuam.

20 Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum: reuerſúſque eſt in AEgyptum, portans virgam Dei in manu ſua.

21 Dixitque ei Dominus reuertenti in AEgyptum, Vide vt omnia oſtẽta quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.

22 Dicéſque ad eum, Hæc dicit Dominus, Filius meus primogenit⁹, Iſrael.

23 Dixi tibi, Dimitte filium meum vt ſeruiat mihi: & noluiſti dimittere eũ, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. F

24 Quúmque eſſet in itinere, in diuerſorio occurrit ei Domin⁹, & volebat occidere eum.

25 Tulit ilicò Sephora acutiſſimã petram, & circuncidit præputiũ filii ſui, tetigitque pedes eius, & ait, Sponſus ſanguinum tu mihi es.

26 Et dimiſit eum poſtquam dixerat, Spõſus ſanguinum tu mihi es: ob circunciſionem.

15 Et pones verba in ore e. ושמת את־הדברים בפיו Hebraiſmus, pro, omne negotium ei mandabis. Ero cum ore tuo אהיה עם־פיך Vide ſuprà verſu 12. 16 Erit tibi pro ore, יהיה לך לפה Hebraiſmus erit tibi vice interpretis: tu verò narrabis ei quæ ego dixero tibi, & te conſulet tanquam me. 18 Eam quæſo אלכה נא .i. Liceat mihi per te ire & reuerti ad, &c. Vade in pace. לך לשלום׃ Perinde hoc valet acſi dicas, Vade ſanus, vt L X X verterunt, βάδιζε ὑγιαίνων. Gallicè dicimus, *Va en bonne ſanté.*

19 Dixerat enim ויאמר Iam verò dixerat. Qui quærebant animam t. המבקשים את־נפשך׃ Hebraiſmus, Qui inſidiabantur animæ tuæ, & volebant te perdere. 20 Et impoſuit eos aſino: וירכבם על־החמור Ad verbum, & equitare fecit eos ſuper aſinum.

21 Quæ poſui in manu t. אשר־שמתי בידך .i. quæ poſui in facultate & poteſtate tua, vt facias illa quum voles. vel, quæ me authore facere poteris, ſiue quorum authoritatem tibi dedi. Et ego ואני ego autem, ego verò. Alii, ego tamen.

22 Primogenitus meus *eſt* Iωſ. בכורי ישראל׃ Docet Moſen quo pacto ſermonẽ ordiatur coram Pharaone. q.d. Hoc ſcito Pharao, Iſraelem, id eſt populum Iſraeliticum, loco filii primogeniti mihi eſſe. Tam charus eſt mihi, tam pretioſus Iſrael, quàm ſolent patribus eſſe primogeniti. Ex omnibus enim mortalibus mihi hunc populum peculiariter ſelegi.

23 Et renuiſti ותמאן quoniã verò renuiſti. Alii, quòd ſi renueris. vt ſit præt. pro fut. Primogenitum tuum. בכורך׃ Quidam Primogenitum hic pro electis, præcipuis, & pretioſis quibuſque rebus accipiunt. Verùm primogeniti occiſi poſtea fiet mentio, cap. 11.

24 Et fuit, in via, &c. ויהי בדרך וגו׳ Quum autem in itinere eſſet in diuerſorio, occurrit, &c. Alii, Accidit autem in via, quum *eſſent* in diuerſorio, vt occurreret ei, &c. vel, vt irrueret in eum Iehouáh. i. correptus fuit grauiſſimo morbo (vt dicũt Hebræi) propter intermiſſam circunciſionem. Iraſcitur Dominus Moſi quòd filiolum ex Gentili vxore ſuſceptum, nimium indulgendo illi non circuncidiſſet. Dein quòd iter non maturaret, ſed in ipſo diuerſorio etiam hac in parte cum vxori, tum puero nimium indulgendo moram traheret, nõ ſtrenuè munus ac functionem ſuam ad quam ab ipſo Domino vocatus erat, exequendo. Quare Dominus ita in eum commotus fuit vt illum propterea per Angelum ſuum interficere voluerit. 25 Acutum צור Subaudiuit noſter interpres ex Ioſue cap. 5. a. 2, & 3. ſubſtantiuum gladius, vbi Dominus præcipit Ioſue, Fac tibi חרבות צורים cultros acutos. Alii petrã vertũt. Mulier impotẽtia animi ardẽs, Deo & marito obſtrepit, quòd filii ſanguinem ipſa effundere cogatur: non ignara tamẽ viro ſuo malum impendere propter incircunciſũ filium. Et tetigit pedes eius, ותגע לרגליו Ad verbum, & tangere fecit pedes eius. ſub. mariti. vel vt alii, Eleazari. i. proiecit ad pedes illius. nempe Angeli, vt nonnulli exponũt. præ ira & indignatione. Quia ſponſus, &c. כי חתן־דמים וגו׳ Certè ſponſus ſanguinũ tu mihi. id eſt Sanguine te redimere ac retinere cogor, nempe ſanguine filii mei: quem niſi circuncidiſſem, ac ſanguinem eius fudiſſem, actũ erat de vita tua, & iam mihi ereptus eſſes. Quidam ſic verba iſta accipiunt, Video me multa tecum paſſuram, intelligo te mihi multorum incommodorum ac periculorum occaſionem fore. Doctus inter Hebræos refert hæc ad Eleazarum, quem vocauerit ſpõſum ſuum, ſic, O fili, ſponſus es mihi, tinctus ſanguine, non cædis, ſed circũciſionis. q.d. propter te morietur maritus meus quòd te octauo die non circunciderit. Verùm prior expoſitio verior eſt.

26 Et receſſit ab eo, וירף ממנו ſub. Angelus. i. Morbus. acſi dicat, Circunciſo Eleazaro, Moſes ilico mortis periculo quam illi Angelus intentabat, liberatus fuit: ſtatim reſtituta fuit illi ſanitas. Tunc dixit, &c. אז אמרה וגו׳ tum autẽ dicere cœpit, Sponſus, &c. q.d. Tu moriturus eras, quia neglexeras circunciſionem filii tui. Alii vertunt per imperfectum, tum autem dixerat, Sponſus, &c. vt oſtendat quare Sephora vocauerit maritum ſuum, Sponſum ſanguinum: nempe propterea quòd coacta fuerit circuncidere filium, alioqui periiſſet vir eius.

Dixit autem Dominus ad Aaron, Vade in occurſum Moyſi in deſertū. Qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & oſculatus eſt eum. 27

G Narrauitq; Moyſes Aaron omnia verba Domini pro quib⁹ miſerat eū, & ſigna quæ mandauerat. 28

Venerúntque ſimul, & congregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael. 29

Loquutúſque Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo. 30

Et credidit populus: audierúntque quòd viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & quòd reſpexiſſet afflictionē illorū, & proni adorauerunt. 31

Cap. V.

POſthæc ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerūt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. 1

At ille reſpondit, Quis eſt Domin⁹ vt audiam vocem eius, & dimittā Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael nō dimittam. 2

Dixerúntque, Deus Hebræorū vocauit nos, vt eamus viam trium dierū in ſolitudinem, & ſacrificem⁹ Domino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius. 3

Ait ad eos Rex AEgypti, Quare, Moyſes & Aaron, ſolicitatis populū ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. 4

Dixitque Pharao, Multus eſt populus terræ: videtis quòd turba ſuccreuerit: quāto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus? 5

B Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicēs, 6

Nequaquā vltrà dabitis paleas populo ad cōficiēdos lateres, ſicut pri⁹: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. 7

Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & idcirco vociferātur, dicentes, Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. 8

Opprimantur operibus, & expleāt ea: vt non acquieſcant verbis mendacibus. 9

Igitur egreſſi præfecti operum & exactores ad populum, dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. 10

G Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere veſtro. 11

Diſperſúſque eſt populus per omnem terram AEgypti ad colligendas paleas. 12

Præfecti quoque operum inſtabāt, dicentes, Complete opus veſtrū quotidie, vt prius facere ſolebatis quando dabantur vobis paleæ. 13

27 Et dixit Iehouáh ad Aharón, Vade in occurſum Moωſéh in deſertū. Et perrexit, & occurrit ei in Mōte Dei, oſculatúſque eſt eū.

Iuſſu Dei Aaron pergit in occurſum Moyſi.

28 Et renuntiauit Moωſeh ipſi Aharón omnia verba Domini qui ʼmittebat eum, & omnia ſigna quæ præceperat ei.

29 Perrexit igitur Moωſéh & Aharón, congregauerúntque omnes ſeniores filiorum Iωſraxél.

30 Et loquutus eſt Aharón omnia verba quæ loquutus fuerat Iehouáh ad Moωſéh: fecítque ſigna in oculis populi.

31 Et credidit populus, ʼpoſtquā audierūt quòd ʼviſitaſſet Iehouáh filios Iωſraxél, & quòd vidiſſet afflictionem eorum: & incuruauerūt ſe, & adorauerunt.

Cap. V.

1 POſtea autem venerunt Moωſeh & Aharón, & dixerunt ad Paryóh, Sic dixit Iehouáh Deus Iωſraxél, Dimitte populum meū ʼvt feſta celebrent mihi in deſerto.

Moyſes & Aarō aggrediūtur Pharaonem.

2 Et dixit Paryóh, Quis eſt Iehouáh, vt pareā voci eius dimittendo Iωſraxél? neque noui Iehouam, ſed nec dimittam Iωſraxél.

Renuit Pharao dimittere populū Iſrael.

3 Et dixerunt, Deus yEbræorū ʼoccurrit nobis, ʼEamus quæſo viā trium dierum in deſertū, vt ſacrificemus Iehouæ Deo noſtro: ne fortè ʼoccurrat nobis peſte vel gladio.

4 Et dixit illis Rex Mixſráim, Vtquid ô Moωſéh & Aharón, ʼceſſare facitis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra.

5 Dixit quoque Paryóh, En multus eſt nunc populus terræ huius, ʼ& ceſſare facitis eos ab oneribus ſuis.

6 Præcepítque Paryóh in die illa exactoribus populi, & præfectis eius, hoc modo,

7 ʼNon dabitis poſthac paleam populo ʼad conficiendos lateres ſicut heri & nudiuſtertius: ipſi pergant, & colligant ſibi paleam.

Populum Dei laboribus opprimi iubet Pharao.

8 ʼSummam tamen laterum quam ipſi faciebant heri & nudiuſtertius, imponetis illis, non minuetis ex ea: quia ʼotioſi ſunt, idcirco ipſi clamant dicendo, Eamus, ſacrificemus Deo noſtro.

9 ʼAggrauetur opus ſuper viros illos, ʼ& occupentur in eo, & ne confidant ʼin verbis mendacii.

10 Egreſſi ſūt itaq; exactores populi, & præfecti eius, & dixerūt populo, his verbis, Sic dicit Paryóh, ʼEgo nō ſū daturus vobis paleā.

11 Vos ite, capite vobis paleam vbicunque repereritis: non enim minuetur de opere veſtro quicquam.

12 Et diſperſus eſt populus per totam terram Mixſráim, ʼvt colligeret ſtipulam ʼpro palea.

13 Et exactores ʼvrgebant, dicēdo, Perficite ʼopera veſtra, ʼpenſum diurnum tempore ſuo, quemadmodum quum eſſet *nobis* palea.

28 Mittebat eum, שלחו miſerat eum. 31 Poſtquā aud. וישמעו Id eſt poſtquā intellexerūt. Hic ו pro poſtquā, vt ſcribit ex doctioribus Hebræorū alter. Alii, audierūt nāque. Viſitaſſet Iehouáh filios Iωſ. יהוה את־בני ישראלפקד recordatus eſſet Iehouáh filiorū Iſrael.

IN CAPVT V.

1 Vt feſta celebrent ויחגו Synecdoche eſt: per partem enim totum intelligitur. nam feſtum celebrare, oblationem & ſacrificium cōplectitur: quòd in feſtiuitatibus etiam ſacrificarent. 3 Occurrit nobis, נקרא עלינו apparuit nobis. Alii, inuocatur ſuper nos. Eamus quæſo נלכה נא .i. liceat nobis per te ire. Occurrat nobis יפגענו .i. irruat in nos, hoc eſt inuadat nos peſte aut gladio. 4 Ceſſare facitis תפריעו abſtrahitis. abducitis. 5 Et ceſſare facitis והשבתם propterea ceſſare facitis. i. auertitis eos ab operibus illis iniunctis. Fut. Heb. pro præſ. q. d. Freti multitudine intermittitis opus, & cogitatis de rebellando.

7 Non dabitis poſthac לא תאסיפון לתת Ad verbum, Non addetis vt detis. Ad conficiendos lat. &c. ללבון הלבנים וגו׳ Ad verbum ad laterificandum lateres, ſicut heri, nudiuſtertius. i. ad conficiendos lateres, ſicut antea, vel prius ſoliti eſtis.

8 Summam tamen ואת־מתכונת Ad verbum, Et ſummam. Quidam, At ſummam. Otioſi ſunt, נרפים remiſſi ſunt. vel, ſunt enim animo remiſſo. 9 Aggrauetur opus תכבד העבודה .i. homines illi iam dediti otio, obruantur operibus. Et occupentur in eo, ויעשו־בה ſub. opere. Ad verbum, & faciant in eo. In verbis mend. : בדברי־שקר .i. Moſi & Aharoni, qui verbis fallacibus decipiunt illos

10 Ego non ſum daturus אינני נותן Ad verbum, Ego non dans.

12 Vt colligeret ſtip. לקושש קש Ad verbum, ad ſtipulandum ſtipulam, ſi Latinè dici poſſet. Pro palea. : לתבן .i. qua vterentur vice paleæ. 13 Vrgebant, אצים ſub. populum. Alii, inſtabant. vt ſit intranſitiuum. Opera veſtra, מעשיכם .i. numerum laterū vobis iniunctum. Penſum diurnum tem. ſ. דבר־יום ביומו Ad verbum, rem diei in die ſuo. Per appoſitionem dictum. i. opus demenſum in ſingulos dies tempore ſuo.

14 ′Et cæſi ſunt præfecti filiorum Iẅſraẍél quos præpoſuerãt illis exactores Paryóh, dicendo, Cur non perfeciſtis ′ſtatutum vobis, ″conficiendo lateres vt prius, & heri & hodie?

Vociferantur ad Pharaonẽ præpoſiti Iſrael.

15 Propterea venerunt præfecti filiorũ Iẅſraẍél, & vociferati ſunt ad Paryóh dicendo, Quare facis ſic ſeruis tuis?

16 Palea non datur ſeruis tuis, ″& dicunt nobis, Lateres facite: & ecce ſerui tui cæduntur, ″& peccat populus tuus.

17 Et dixit, ′Vacatis, vacatis: idcirco dicitis, Eamus, ſacrificemus Iehouæ.

18 Nunc ergo ite, ′operamini: neque palea dabitur vobis, ″& ſummam laterum dabitis.

19 Videntes præfecti filiorũ Iẅſraẍél ′ſeipſos *eſſe* in malo, quũ diceretur, Nõ minuetis de laterib⁹ veſtris, ″de penſo diurno in die ſuo.

Incuſantur à populo Moyſes & Aaron.

20 Occurrunt ipſi Moẅſéh & Aharón ſtãtibus ″in occurſum eorũ, quando egrederentur à Paryóh:

21 Et dixerunt illis, ′Videat Iehouáh ſuper vos, & iudicet: ′quia fœtere feciſtis odorem noſtrum in oculis Paryóh, & in oculis ſeruorum eius, vt daretis gladium in manu eorum ad occidẽdum nos.

Cõqueritur Deo Moyſes.

22 Et reuerſus eſt Moẅſéh ad Iehouam, & dixit, Domine, vtquid afflixiſti populum iſtum? ′vtquid miſiſti me?

23 Nam ex eo tempore quo ingreſſus ſum ad Paryóh vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum iſtum: nec eruendo eruiſti populum tuum.

Cap. VI.

Reminiſcitur Deus promiſſionum ſuarum.

1 DIxit Iehouáh ad Moẅſéh, Nũc videbis quæ facturus ſim Paryoni: nam ″in manu forti dimittet eos, & in manu forti expellet eos è terra ſua.

וארא

2 Adiecítque Deus ad Moẅſéh, & dixit ad eum, Ego Iehouáh.

3 ″Apparuique *ipſi* Abrahám, Iẍſḥác, & Iayacób ″in Deo omnipotente: at *in* nomine meo Iehouáh non ſum cognitus eis.

14 Flagellatique ſunt qui præerant operibus filiorum Iſrael, ab exactorib⁹ Pharaonis, dicẽtibus, Quare non impleſtis mẽſuram laterum ſicut prius, nec heri nec hodie?

15 Venerúntque præpoſiti filiorum Iſrael, & vociferati ſũt ad Pharaonẽ, dicẽtes, Cur ita agis cõtra ſeruos tuos?

16 Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperãtur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur cõtra populum tuum.

17 Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eam⁹, & ſacrificemus Domino.

18 Ite ergo, & operamini: paleæ nõ dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum. D

19 Videbántque ſe præpoſiti filiorum Iſrael in malo, eo quòd diceretur eis, Non minuetur quicquam de laterib⁹ per ſingulos dies:

20 Occurrerúntque Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo, egredientes à Pharaone:

21 Et dixerunt ad eos, Videat Domin⁹ & iudicet: quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis eis gladium vt occideret nos.

22 Reuerſúſque eſt Moyſes ad Dominum, & ait, Domine, cur afflixiſti populum iſtum? quare miſiſti me?

23 Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonẽ vt loquerer in nomine tuo afflixit populũ tuũ: & nõ liberaſti eos.

Cap. Vi.

1 DIxitque Dominus ad Moyſen, Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eiicíet illos de terra ſua.

2 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus

3 Qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonái non indicaui eis.

14 Et cæſi ſunt ויכו Et flagellati ſunt. vel percuſſi. Statutum vobis חקכם penſum veſtrum. opus demenſum vobis. Conficiendo lateres, &c. ′ללבן כתמול וגו laterificando ſicut heri & nudiuſtertius, etiam heri, etiam hodie? Poſterius præcedenti iungendum eſt, Cur non perfeciſtis etiam heri, etiam hodie? i. Quare heri & hodie non reddidiſtis numerum illum laterum quem reddere ſolebatis?

16 Et dicunt, &c. ′ולבנים וגו Ad verbum, Et lateres, dicunt nobis, facite. Ordo inuerſus. Et peccat וחטאת Præt. Heb. pro præſ. id eſt dicitur peccare. fit reus peccati. aut, imputatur peccatum populo tuo, quaſi rebelles ſint & nolint parére mandato. ת ponitur pro ה, & א quieſcit. Ex doctis Hebræorum alter dicit eſſe Præt. vertendum per fut. propter ו. q. d. populus tuus ſe reum peccati faciet. Ciuilitate autem quadam vtuntur quum de populo & ſubditis loquentes, de Pharaone ipſo intelligunt: acſi dicerent, Tu es cauſa huius mali atque peccati: nã poſſes facilè cauere vt non ita ſæuiretur in populum tuum: tua culpa fit quicquid fit. Nonnulli exiſtimãt חטאת eſſe nomen, non verbũ, vertentes peccatũ populi tui eſt. q. d. Nos quidẽ præfecti cædimur: at peccatum. i. culpa, populi eſt. tametſi enim populus abſoluere opus non poteſt quòd paleæ illis non dentur, nos nihilominus cædimur. 17 Vacatis, vacatis: נרפים אתם נרפים Remiſſi, remiſſi eſtis. i. Valde eſtis remiſſi. aut, Animo valde remiſſo eſtis. nimiũ otioſi eſtis. 18 Operamini: עבדו facite opus veſtrum. Et ſummã ותוכן & numerũ. id eſt, & tamen reddetis ſingulis diebus numerum laterum. 19 Seipſos *eſſe* in malo, אותם ברע ſeipſos *eſſe* in afflictione. vel, miſeria. hoc eſt, ſecum male agi. De penſo, &c. דבר יום ביומו Ad verbum, de re diei in die ſuo.

20 In occurſum e. לקראתם exaduerſo [vel eregione] eorũ. Apparet Moſen, & Aaronem ſe in aliquo loco ſtatuiſſe, vt dum præfecti filiorum Iſrael à Pharaone exiſſent, intelligerent quidnam cum illis actum eſſet.

21 Videat Iehouáh, &c. ′ירא יהוה וגו Id eſt Deus, cognita cauſa, iudicet de vobis. Quia fœtere feciſtis, &c. ′אשר והבא שתם וגו Hebraiſmus, Qui reddidiſtis nos abominabiles apud Pharaonem, veluti rem putidam, ac fœtidam. Vide Gene. 34. d. 30.

22 Vt quid למה זה Hic זה redundat.

IN CAPVT VI.

1 In manu forti, &c. ′ביד חזקה וגו Id eſt coactus virtute mea forti, dimittet filios Iſrael, inuitúſque magna vi adactus videbitur quaſi eiicere è regione ſua. 3 Apparuique וארא Hebræi ſecundam huius libri ſectionem incipiunt à præcedenti verſu, eámque appellant à prima voce huius verſus, וארא In Deo omnipot. &c. ′באלשדי וגו Tria Dei nomina hic commemorantur: primum אל, quod robur & potentiam Dei notat, quod ab איל deducitur. Alterum eſt שדי quod copiam & ſufficientiam Dei notat, quaſi dicatur, שדי ſiue אשר די id eſt cui ſufficit & ſatis eſt. Vel potius, vt alii volunt, vis, fortitudo, & potentia illa Dei, vltrix qua cunctos hoſtes ſuos dicto citius in nihilum redigere poteſt, deſignatur. Deductum nomen à verbo שדד quod contundere, deuaſtare, & depopulari ſignificat: & י eſt loco literæ geminãdæ, hoc eſt alterius ד. L x x in 5. cap. Iob, verſu 17, & 11. b. 7, & 15. c. 25. vertérũt παντοκράτωρ, omnipotẽs. Aliquãdo ἱκανὸς copioſus, ſufficiens, valens: vt cap. 21. b. 15. Alii fortẽ exponunt, alii victorẽ. Tertiũ Dei nomẽ eſt Iehouáh. Senſus autẽ huius loci eſt, vt doctioribus placet, Omnipotentẽ me illis declaraui, & mihi abundè eſſe diuitiarũ vt illos diuites redderẽ: at opere non cõpleui quod illis ſum pollicitus. hoc eſt, Promittentem quidem me illis terram Chananæorum audierunt & crediderunt: ſed opere promiſſa complentem non viderunt, quemadmodum tu viſurus es. Tibi igitur in nomine meo Iehouáh cognitus ero, id eſt videbis me id facere quod nomen meum ſonat, nempe facientem eſſe, hoc eſt præſtantem quod ſum pollicitus: educam enim vos de terra AEgypti, & introducam in terram Chanáan. Quemadmodum antea vocatus ſum Deus omnipotens, Deus altiſſimus qui creauit cælum & terram: ita nunc vocabor Iehouáh Deus qui eduxi vos de terra AEgypti. Hanc ſententiam confirmant ea quæ hoc loco ſequuntur, Pepigi fœdus cum eis vt darem illis terram Chanaan. Quòd ſiquis contendat nomen יהוה fuiſſe etiam Patribus ante Moſen cognitum & vſitatum, nihilominus tamen erit huius loci ſententia, quòd Deus promiſerit quidem Patribus terram Chanaan, non tamen impleuerit temporibus Patrum: nunc autem reipſa impleturus ſit, vt confirmetur veritas nominis ſui quo dicitur יהוה id eſt conſiſtens, conſtans, firmus & verax in promiſſionibus ſuis. In hanc ſententiam quidã etiam ma-

gni nominis apud Hebræos exponit locum iſtum in hæc verba, Promiſi eis promiſſiones, & in omnibus eis dixi ad eos, Ego ſum Deus omnipotens. At in nomine meo יהוה non ſum notus factus eis. Non notum feci, non ſcribitur hîc: ſed, non notus factus ſum, id eſt non cognitus factus ſum eis in proprietate veritatis meæ propter quam vocatur nomen meum יהוה, id eſt verax, fidele, cõſtans: quia ecce promiſi eis, & nondum præſtiti, ſeu confirmaui. Hæc ille.

Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanáan, terram peregrinationis eorũ, in qua fuerũt aduenæ:

Ego audiui gemitum filiorum Iſrael: quo AEgyptii oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei.

Ideo dic filiis Iſrael, Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis.

B Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter De⁹: & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo AEgyptiorum:

Et induxerim vos in terram, ſuper quam leuaui manũ meam vt darem eam Abraham, Iſaac, & Iacob: dabóque illam poſſidẽdam vobis. ego Dominus.

Narrauit ergo Moyſes omnia filiis Iſrael: qui non acquieuerũt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimũ.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Ingredere, & loquere ad Pharaonẽ Regem AEgypti vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.

Reſpondit Moyſes corã Domino, Ecce filii Iſrael nõ audiũt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim quũ incircuncíſus ſim labiis?

Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatum ad filios Iſrael, & ad Pharaonem Regẽ AEgypti vt educerent filios Iſrael de terra AEgypti.

Gene.46.a.9 num.26.a.5 1.par.5.a.1

¶Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas. Filii Rubẽ primogeniti Iſraelis: Henoch & Phallu, Heſron & C Charmi. hæ cognationes Ruben.

1.Par.4,c.24

¶Filii Simeon: Iamuel, & Iamín, & Ahod, & Iachin, & Soher, & Saul filius Chananitidis. hæ ꝓgenies Simeõ.

Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta ſeptem.

Num.3.c.17 1.par.6.a.1, & 23.a.6

¶Filii Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas.

Num.26.f.57 1.par.6.a.1, & 23 b.16

¶Filii Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron & Oziel. annique vitæ Caath, centum triginta tres.

Filii Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas.

Supra 2.a.1.2 nume.26.g.59

¶Accepit autẽ Amram vxorem Iochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. fuerúntque anni vitæ Amram, centum triginta ſeptẽ.

Filii quoq; Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri.

D Filii quoque Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Sethri.

Accepit autẽ Aarõ vxorẽ Eliſabeth

4 ʹEtenim ſtatui pactum meum cum eis, quòd darem eis terram Chenáעan, terram peregrinationũ eorũʹin qua peregrinati ſunt.

5 Præterea ego audiui clamorem filiorum Iשſraאél, quosʹAEgyptii ſeruire faciunt: & recordatus ſum pacti mei.

Promittit Deus liberationem, & terram Chanaã

6 Idcirco dic filiis Iשſraאél, ʹEgo Iehouáh, & educam vosʹab oneribus Miצſráim, eruam inquã vos à ſeruitute eorum, ʹ& redimam vos brachio extenſo, & iudiciis magnis.

7 Accipiãq; vos mihi in populũ, & ero vobis in Deũ: ʹac ſcietis ꝙ ſum Iehouáh Deus veſterʹqui educo vos ab oneribus Miצſráim.

8 Introducam quoque vos in terram pro qua leuaui manum meam me daturum illam Abrahám, Iצſחhác, & Iaעacób: dabóque eam vobis in hæreditatem. ego Iehouáh.

9 Loquutus eſt autem Moשſéh ſic filiis Iשſraאél: & non audierunt ipſum Moשſéh præ anguſtia ſpiritus, & ſeruitute dura.

Non acquieſcũt filii Iſrael monitis Moyſi.

10 Propterea loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Mittitur Moyſes & Aaron ad Pharaonem.

11 Ingredere, loquere ad Paרעóh regem Miצſráim, vt dimittat filios Iשſraאel è terra ſua.

12 Et loquutus eſt Moשſéh coram Iehouáh, dicẽdo, Ecce filii Iשſraאél non audierũt me: quomodo ergo audiet me Paעóh, ʹ& ego ſum incircuncíſus labiis?

13 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moשſeh & Aharón, & præcepit eis *ut irent* ad filios Iשſraאél, & ad Paעóh Regem Miצſráim, vt educerent filios Iשſraאél è terra Miצſráim.

14 ʹIſta *ſunt* capita domus Patrum eorum. Filii Reאוubén primogeniti Iשſraאél, חHanóch, & Phallúא, חHeצſrón, & Charmí. iſte familiæ Reאוubén.

Genealogiæ Ruben & Simeon.

15 Filii autẽ שSimעוón: Iemuאél, & Iamín & אוOhad, & Iachín, & צSóחhar, & שSaאוúl filius Chenaעanitidis. iſtæ familiæ שSimעוón.

16 Hæc verò *ſunt* nomina filiorum Leuí per generationes ſuas, Gerשſón, & Cehath, & Merarí. porrò anni vitæ Leuí *fuerunt* centum triginta ſeptem anni.

Genealogia Leui.

17 Filii Gerשſón: Libní & שSimעיí per familias ſuas.

18 Et filii Cehath: עAmrám, & Iצſhár, & חHebrón, & עוVziאél. anni autem vitæ Cehath *fuerunt* centum triginta tres anni.

19 Et filii Merarí: Maחhlí, & Muשſí. iſtæ familiæ Leuí per generationes ſuas.

20 Accepit autem עAmrám Iochébedʹſororem patris ſui ſibi in vxorem: quæ peperit ei Aharón, & Moשſeh. & anni vitæ עAmram *fuerunt* centum & triginta ſeptem anni.

Amram pater Moyſi & Aarõ.

21 Porrò filii Iצſhár: Córaחh, & Népheg, & Zichrí.

22 Et filii עוVziאél, Miשſaאél, & אElצſaphán, & סSithrí.

23 Accepítque Aharón, אEliשſébaע filiam עAmminadáb, ſororem

Aaron pater Nadab & Abiu.

4 Etenim, &c. וגם הקמותי וגו׳ Id eſt Nam interpoſito fœdere promiſi me daturum illis terram, &c. Ad verbum, Et etiam. quod quidam vertunt in Præterea. In qua pereg.ſ. אשר־גרו בה : Exponit quid ſignificet per terram peregrinationis.

5 AEgyptii ſeruire faciunt: מצרים מעבידים Ad verbum, AEgyptus ſeruire faciunt. Continens pro contento. i. AEgyptii nimia ſeruitute opprimunt. 6 Ego Iehouáh, אני יהוה q.d. Ego Deus ille verax qui adimplere ſoleo quæ promiſi. Ab oneribus Miſ. מתחת וגו׳ Ad verbũ, de ſub oneribus, vel ſarcinis AEgypti. i. à ſubiectione illa AEgyptiaca. Seipſũ mox exponit. Et redimã vos והצלתי אתכם & eripiã vos. vel liberabo. i. ego vi magna & prodigiis magnis eripiam vos. Metaphora ſumpta à forma iratorũ hominum qui præ indignatione & quo potentius percutiant, & conterant aliquid, altius brachium eleuant. Capitur autem pro ſumma vi & poteſtate, quæ poteſt continuere omnia. Iudicia vocat ſigna & facta memorabilia. i. grauiſſimas vindictas, pœnas & ſupplicia.

7 Ac ſcietis וידעתם vt ſciatis. Qui educo המוציא Ad verbum, qui educens. i. qui eduxerim.

12 Et ego ſum incirc.lab. ואני ערל שפתים : i. quũ ego ſim rudis ſermone, ſiue in loquẽdo ruſticus & inelegans, qui neſciã aulicè loqui.

14 Iſta *ſunt* capita, &c. אלה ראשי וגו׳ Adiiciuntur hæc quaſi per epilogum. dicta autem ſunt vt appareat vnde nati ſint iſti per quos ingens hoc negotium Deus perfecerit. 20 Sororem pa.ſ. דודתו Ita Chaldæus interp. vt noſter vertit. Alii, filiam fratris patris ſui.

Nanhaשſón ſibi in vxoré, quæ peperit ei Nadáb, & Abihúא, & אElyazár, & איאIthamár.

24 Filii verò Córanh: Aסſſír, & אElcanáh, & Abiaסſáph. iſtæ familiæ Cornhitarum.

Elezar pater Phinees.

25 אElyazár filius Aharón accepit *unam* è filiabus Putiאél ſibi in vxorem: quæ peperit ei Pinnháסs. iſta ſunt capita Patrum Leuitarum per familias ſuas.

26 Hic eſt Aharón & Moשſéh quibus dixit Iehouáh, Educite filios Iשſraאél è terra Mixſráim 'per exercitus ſuos.

27 Iſti, iſti *ſunt inquam* qui loquuti ſũt ipſi Paryóh regi Mixſráim, 'vt educerēt filios Iשſraאél ex Mixſráim: iſte *eſt inquã* Moשſéh & Aharō.

28 Fuit autē 'in ipſa die, dixit Iehouáh ad Moשſéh in terra Mixſráĩ,

Præcipitur Moyſi loqui Pharaoni.

29 Loquutus eſt inquam Iehouáh ad Moשſéh, dicendo, 'Ego Iehouáh: loquere ad Paryóh regem Mixſráim omnia quæ ego loquor ad te.

30 Dixítque Moשſéh coram Iehouáh, Ecce ego 'incircuncisſus labiis, & quomodo 'audiet me Paryóh?

Cap. VII.

Moyſes cum Aarone mittitur ad Pharaonem.

1 ET dixit Iehouáh ad Moשſéh, 'Vide, dedi te ꝑ Deo ipſi Paryóh: Aharón autem frater tuus erit propheta tuus.

2 Tu loquêris omnia quæ præcepero tibi, Aharón autem frater tuus loquetur ad Paryóh, 'vt dimittat filios Iשſraאél è terra ſua.

Signa facit Deꝰ. vt cognoſcatur ſolus potens.

3 Ego verò indurabo cor Paryóh, & multiplicabo ſigna mea, & portenta mea in terra Mixſráim.

4 Neque audiet vos Paryóh: '& dabo manum meã in Mixſráim, atque educam 'exercitus meos, *nempe* populũ meum filios Iשſraאél è terra Mixſráim 'in iudiciis magnis.

5 Et ſcient AEgyptii quòd 'ego Iehouáh, quum extendero manũ meam ſuper Mixſráim, & eduxero filios Iשſraאél è medio eorum.

6 Fecit itaque Moשſéh & Aharón *ſic:* quemadmodum præceperat Iehouáh eis ſic fecerunt.

7 Porrò Moשſéh *erat* octogenarius, Aharon verò triũ & octoginta annorum quando loquuti ſunt cum Paryóh.

8 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh & ad Aharón his verbis,

9 Quando loquetur ad vos Paryóh, dicendo, 'Date portentum: tunc dices ad Aharón, Tolle virgam tuam, & proiice coram Paryóh, *&* vertetur 'in draconem.

Virga Moyſi vertitur in colubrũ.

10 Ingreſſus eſt autem Moשſéh & Aharon ad Paryóh, & fecerunt ita vt præceperat Iehouáh: proiecítque Aharon virgam ſuam coram Paryóh, & coram ſeruis eius, & verſa eſt in draconem.

Magi idē faciũt.

11 Vocauit autem etiam Paryóh ſapientes, '& maleficos: & fecerunt etiam ipſi (magi *nempe* Mixſráim) incantationibus ſuis ſic.

12 Proiecerunt nanque ſinguli virgam ſuam, & verſæ ſunt in ſer-

filiam Aminadab ſororem Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

Num.3.a.2

24 Filii quoque Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hę ſunt cognationes Coritarum.

25 At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorē de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas.

26 Iſte eſt Aaron & Moyſes quibꝰ pręcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de terra AEgypti ꝑ turmas ſuas.

27 Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonem regem AEgypti, vt educat filios Iſrael de AEgypto: iſte eſt Moyſes & Aaron,

28 In die qua loquutus eſt Dominꝰ ad Moyſen, in terra AEgypti.

29 Et loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Ego Dominus: Loquere ad Pharaonem regem AEgypti, omnia quæ loquor tibi.

30 Et ait Moyſes coram Domino, En incircũciſus labiis ſum, quomodo audiet me Pharao?

Cap. VII.

1 DIxitque Dominus ad Moyſen, Ecce cōſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

Suprà 4.d.15

2 Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.

3 Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra AEgypti,

4 Et non audiet vos: immittámque manum meam ſuper AEgyptum, & educam exercitum & populum meũ filios Iſrael de terra AEgypti per iudicia maxima.

5 Et ſcient AEgyptii quia ego ſum Dominus qui extenderim manũ meã ſuper AEgyptũ, & eduxerim filios Iſrael de medio eorum.

6 Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerunt.

7 Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octogintatriũ, quando loquuti ſunt ad Pharaonem.

8 Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron,

B

9 Quum dixerit vobis Pharao, Oſtēdite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgã tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum.

10 Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus: tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.

11 Vocauit autem Pharao ſapiētes & maleficos: & fecerũt etiam ipſi per incãtationes AEgyptiacas & arcana quædam ſimiliter.

2.Tim.3.b.8

12 Proiecerũtque ſinguli virgas ſuas,

---

26 Per exercitus eorum. ׃ על־צבאותם q.d. qui erant in maximo numero.

27 Vt educerent להוציא ad educendos. vel, vt educeret. ſub. Deus.

28 In ipſa die, ביום Quidam iungunt verſum iſtum ſequenti, ſubaudientes אשר, hoc modo, Accidit autem die *quo* loquutus eſt ad Moſen, in terra AEgypti, vt ipſe Iehouáh diceret ad Moſéh his verbis.

30 Incircunciſus labiis, ערל שפתים Vide ſuprà, b.12. Audiet me ישמע אלי .i. acquieſcet mihi, vel credet.

IN CAPVT VII.

1 Vide, dedi te, &c. ראה נתתיך וגו׳ .i. Attende diligenter quæ tibi dico, tu eris Pharaoni vice Dei: hoc eſt dices nomine meo & verbis meis Pharaoni quid ego velim fieri: Aharon autem frater tuus erit interpres verborum tuorum. Verſu ſequenti ſeipſum declarat: nam idem dicit aliis verbis. Chaldæus paraph. Vides quòd cōſtitui te principē Pharaoni, & Aaron frater tuus erit interpres tuus.

2 Vt dimittat ושלח Ad verbum, & dimittet. i. etiam inuitus, velit nolit amandabit.

3 Et multiplicabo והרביתי & multa faciam. id eſt diuerſa ſigna faciam.

4 Et dabo manum meam in Mixſ. ונתתי את־ידי במצרים & ponam manum meam in AEgypto. i. percutiam AEgyptum. In iudiciis magnis. ׃ בשפטים גדולים per magna iudicia. i. grauiſſimè puniendo AEgyptios. Vide præcedenti capite, verſu 6.

5 Ego Iehouáh, אני יהוה Id eſt qui præſto quod promiſi.

9 Date תנו לכם Ad verbum, date vobis. Redundat vobis. Date portentum. ſub. ad confirmationem dictorum veſtrorum. In draconem. ׃ לתנין in colubrum. 11 Et maleficos: ולמכשפים & præſtigiatores.

quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

C 13 Induratúmque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus.

14 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ingrauatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

15 Vade ad eum mane: ecce, egredietur ad aquas, & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis: & virgam quæ conuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua:

16 Dicéſque ad eum, Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad præſens audire noluiſti.

17 Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem.

18 Piſces quoque qui ſũt in fluuio, morientur: & computreſcent aquæ, & affligentur AEgyptii bibentes aquam fluminis.

19 Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Tolle virgam tuã, & extende manum tuam ſuper aquas AEgypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in ſanguinem:

D & ſit cruor in omni terra AEgypti, tã in ligneis vaſis quàm in ſaxeis.

20 Fecerúntque ita Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: | & eleuãs virgam, percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem.

Infrà 17.b.6
pſal.78.c.44

21 Et piſces qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluuius, & non poterant AEgyptii bibere aquã fluminis: & fuit ſanguis in tota terra AEgypti.

22 | Fecerúntque ſimiliter malefici AEgyptiorum incantationibus ſuis: & induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dominus.

Sapien.17.b.7

23 Auertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice.

24 Foderunt autem omnes AEgyptii per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis.

25 Impletique ſunt ſeptem dies poſtquam percuſſit Dominus fluuium.

Cap. VIII.

1 DIxit quoque Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi.

2 Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiã omnes terminos tuos ranis:

3 Et ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent & ingredientur domum

---

pentes: at deglutiuit ʹvirga Aharon virgas eorum.

13 ʹEt roborauit ſe cor Paryóh, neque paruit eis quemadmodum dixerat Iehouáh.

14 Dixit ergo Iehouáh ad Mowſéh, Aggrauatum eſt cor Paryóh, renuit dimittere populum iſtum.

15 Vade ad Paryóh mane: ecce egredietur ad aquas, & ſtes ʹin occurſum eius iuxta ripam fluminis: ac virgam quæ verſa fuit in ſerpentem, tolles in manu tua:

16 Et dices illi, Iehouáh Deus yEbræorum miſit me ad te ʹhiſce mandatis, Dimitte populum meum, vt ſeruiant mihi in deſerto: & ecce non obtemperaſti hactenus.

17 Sic *igitur* dixit Iehouáh, In hoc ſcies quòd ego ſum Iehouáh, ecce ego percuſſurus ſũ virga quæ eſt in manu mea, aquas quæ ſunt in flumine, & vertentur in ſanguinem.

18 Et piſces qui ſunt in flumine, morientur: ″& fœtebit fluuius, ″& laborabunt AEgyptii vt bibant aquas è flumine.

19 Dixit ergo Iehouáh ad Mowſeh, Dic ad Aharón, Tolle virgam tuam, & extende manũ tuã ſuper aquas Mixſráim, ſuper flumina eorum, ſuper riuos eorum, & ſuper ʹpaludes eorum, & ſuper omnem congregationem aquarum eorum, & efficientur ſanguis: erítque ſãguis in vniuerſa terra Mixſráim, ″& in lignis & lapidibus.

Aquæ in ſanguinem verſæ.

20 Et fecerunt ſic Mowſéh & Aharón vt præceperat Iehouáh: & eleuata virga percuſſit aquas quæ erant in flumine in oculis Paryóh, in oculíſque ſeruorum eius: & verſæ ſunt omnes aquæ quæ erant in flumine, in ſanguinem.

21 Piſces verò qui erãt in flumine, mortui ſunt: ʹ& fœtuit fluuius, vt non potuerint AEgyptii bibere aquam è flumine: & fuit ſanguis in tota terra Mixſraim.

22 Fecerunt quoque ſic magi Mixſráim incantationibus ſuis: ″& roborauit ſe cor Paryóh, vt non audierit illos quemadmodum loquutus fuerat Iehouáh.

Magi idem faciunt.

23 ″Et vertit ſe Paryóh, & venit in domum ſuam, ʹnec appoſuit cor ſuum etiam ad hoc.

24 Foderunt autem omnes AEgyptii per circuitus fluminis aquas vt biberent: quia non poterant bibere ex aquis fluminis.

25 ʹEt completi ſunt ſeptẽ dies poſtquã percuſſit Iehouáh flumẽ.

Cap. VIII.

1 DIxítque Iehouáh ad Mowſéh, Ingredere ad Paryóh, & dicas illi, Sic dixit Iehouáh, Dimitte populum meum vt ſeruiat mihi.

II. Ranæ.

2 Quòd ſi renueris dimittere, ecce ego ″percutio omnem terminum tuum ranis:

3 ″Et producet fluuius ranas, & aſcendent & venient in domum

---

12 Virga Aharon, &c. מטה אהרן וגו׳ .i. ſerpens ille in quem mutata fuerat virga, deuorauit ſerpentes illos in quos verſæ fuerant virgæ illorum. 13 Et roborauit ſe ויחזק Et obduruit. vel, induratum fuit.

15 In occurſum eius לקראתו eregione eius. exaduerſo eius. 16 Hiſce mandatis, לאמור Ad verbum, dicendo.

18 Et fœtebit ובאש & computreſcet. Et laborabunt, &c. ונלאו וגו׳ & delaſſabuntur AEgyptii bibendo aquas, &c. i. abhorrebunt à potu aquæ amnis. aut, grauatè bibent aquas, &c. De his AEgypti plagis, vide Pſalmum 78.e.44, & 105.c.28.

19 Paludes e. אגמיהם riuos eorum. ſtagna eorum. Et in lignis & la.: ובעצים ובאבנים Chaldæus paraph. in vaſis ligneis & lapideis.

21 Et fœtuit ויבאש & computruit. 22 Et roborauit ſe ויחזק & fortificauit ſeſe. i. induratum fuit.

23 Et vertit ſe ויפן Et conuerſus eſt. i. diſceſſit. Nec appoſuit, &c. ולא שת וגו׳ Hebraiſmus, nec mouebat eum tantum periculum. vel, non adiecit animum ad tam inſigne miraculum. aut, non curauit.

25 Et completi ſunt, &c. וימלא שבעת ימים וגו׳ .i. durauit ſeptem dies portentum iſtud aquarum in ſanguinem conuerſarum.

IN CAPVT VIII.

2 Percutio נוגף Præſ. Heb. pro fut. percutiam. paratus ſum percutere omnem regionem tuam.

3 Et producet ושרץ Significat producere in magna copia.

tuam,'& in cubiculum lecti tui,& ſuper lectum tuũ,& in domum ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, '& in conſperſiones tuas:

4 *ſed* & in te, atque in populum tuum, & in omnes ſeruos tuos 'aſcendent ranæ.

5 Dixítque Iehouáh ad Moϣſéh, Dic ad Aharón, Extẽde manum tuam cum virga tua ſuper flumina, ſuper riuos, '& ſuper paludes: '& aſcendere fac ranas ſuper terram Mixſráim.

6 Et extendit Aharón manum ſuper aquas Mixſráim, '& aſcenderunt ranæ, & operuerunt terram Mixſráim.

7 Fecerúntque ſic 'magi incantationibus ſuis, & aſcẽdere fecerunt ranas ſuper terram Mixſráim.

Rogat Pharao Moyſen vt pro ipſo oret.

8 Et vocans Paryóh Moϣſéh & Aharón, dixit, Orate Iehouam vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, & ſacrificabunt Iehouæ.

9 Dixítque Moϣſéh ad Paryóh, 'Gloriare ſuper me, & *dic* quando deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo 'vt excidere faciam ranas à te & à domibus tuis: dũtaxat in flumine remanebũt.

10 Qui reſpondit, Cras. Et *ille* dixit, Iuxta verbum tuum *fiat*: vt ſcias quòd non *eſt* ſicut Iehouáh Deus noſter.

11 Et recedent ranæ à te, & à domibus tuis, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: duntaxat in flumine remanebunt.

Orat Moyſes pro Pharaone.

12 Egreſſus eſt itaque Moϣſéh & Aharón à Paryone, & clamauit Moϣſéh ad Iehouam 'propter ranas quas poſuerat Paryoni.

13 Et fecit Iehouáh 'iuxta verbum Moϣſéh, & mortuæ ſunt ranæ è domibus, 'è villis, & ex agris.

14 Et congregauerunt eas aceruatim, '& fœtuit terra illa.

Induratur Pharao.

15 Videns verò Paryóh quòd eſſet reſpiratio, aggrauauit cor ſuum, & non obtemperauit eis quemadmodum dixerat Iehouáh.

III. Ciniphes, ſiue pediculi in hominibus & in iumentis.

16 Dixítque Iehouáh ad Moϣſéh, Dic ad Aharon, Extende virgã tuam, & percute puluerem terræ, & conuertetur 'in pediculos in tota terra Mixſráim.

17 Qui fecerunt ſic: extendit nanque Aharon manum ſuam cum virga ſua, percuſſítque puluerem terræ, & fuerunt pediculi in hominibus & iumentis: omnis puluis terræ verſus eſt in pediculos in tota terra Mixſráim.

18 Fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis, vt educerent

tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborũ tuorum:

4 Et ad te, & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ.

5 Dixitque Domin⁹ ad Moyſen, Dic ad Aaron, Extende manum tuam ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper terram AEgypti.

6 Et extẽdit Aaron manum ſuam ſuper aquas AEgypti, & aſcenderũt ranæ, operuerúntque terram AEgypti. B

7 ¶Fecerũt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxerũtque ranas ſuper terram AEgypti. Sapien.17.b.7

8 Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Orate Dominũ vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet Domino.

9 Dixitque Moyſes ad Pharaonem, Conſtitue mihi quando deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua: & tantùm in flumine remaneant.

10 Qui reſpondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt ſcias q̃m nõ eſt ſicut Domin⁹ De⁹ noſter. C

11 Et recedẽt ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebunt.

12 Egreſſique ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum quã condixerat Pharaoni.

13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.

14 Congregauerúntque eas in immẽſos aggeres, & computruit terra.

15 Videns autem Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuũ, & nõ audiuit eos, ſicut præceperat Domin⁹. D

16 Dixitque Dominus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuã, & percute puluerem terræ: & ſint ciniphes in vniuerſa terra AEgypti.

17 Fecerúntque ita: & extendit Aaron manum, virgam tenens: percuſſitque puluerem terræ, & facti ſũt ciniphes in hominibus & in iumentis: omnis puluis terræ verſus eſt in ciniphes per totam terram AEgypti.

18 Fecerúntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent ci-

---

Et in cubiculũ ובחדר & in penetrale. Et in conſperſiones t. : ובמשארותיך .i. in panaria tua. Propriè ſignificat locum in quo ſubigitur maſſa ad conficiendum panem. 4 Aſcendent יעלו .i. te & tuos inuadent ranæ.

5 Et ſuper paludes: ועל־האגמים & ſuper ſtagna. Et aſcendere fac והעל vt aſcendere facias.

6 Et aſcenderunt ותעל Singul. Heb. pro plur. 7 Magi החרטמים præſtigiatores magici. Significat genethliacos, qui ex die natali fortunam hominis, ſucceſſumque pronuntinat, vt ex doctis Hebræorum alter ait.

9 Gloriare ſuper me, התפאר עלי hoc eſt, Hoc honoris tibi ſume vt deſignes mihi tempus in quo orẽ pro te. aut, Hoc tibi tribuo vt præfigas mihi tempus quando orem pro te. Alii hunc ſenſum eſſe volunt, Tunc gloriari poteris, atque bono animo eſſe quum me orante pro te, auferentur ranæ: hanc ſpem de tuis magis & ariolis habere non potes. Alii, Gloriari potes quòd me orante morituræ ſint ranæ. Ex doctioribus Hebræorum alter ita interpretatur, Faciam tibi hũc honorem vt orem ad Dominum qui auferat plagam in die qua petes. Chaldæus paraph. Pete tibi גבורה portentũ. vel potentiam, hoc eſt rem magnam & potentem, ad quã conficiendam requiritur magna vis & potentia. Hebræi etiam Deum à vi & potentia quam habet, גבורה nũcupant: vnde & ſenſus Chaldæi eſſe poteſt, Pete tibi Diuinum quiddã, ad quod perficiendum opus eſt Diuina quadã virtute. Vt excidere faciã ranas להכרים הצפרדעים ad exterminandas ranas. vel, ad abigendas ranas.

12 Propter ranas quas poſ. כדבר הצפרדים אשר־שם Ad verbũ, ſuper negotio ranarum quas poſuerat. i. immiſerat ita operãte Domino per ipſum. ſic & Chaldæus paraph. Alii vertunt, propter negotium ranarum quod propoſuerat Pharaoni. hoc eſt, pro ranis tollendis: quod ſe facturum pollicitus fuerat Pharaoni. Quæ lectio doctioribus magis probatur.

13 Iuxta verbum Moϣſéh, כדבר משה Hebraiſmus, fecit per omnia quod petebat Moſes. E villis, מן־החצרות ex atriis.

14 Et fœtuit ותבאש & computruit. 16 In pediculos לכנים Hæc vox כנים, atque etiã Chaldaica קלמתא ſignificat genera quædam exiguarum beſtiolarum quæ infenſiſſimæ eſſe ſolent, lædentes cutem, & penetrantes per nares atque aures. Quidam dicunt ſignificare vermiculos alatos ſimiles culicibus. Veteres tamen Hebræi dicunt ſignificare pediculos. Ciniphes vocem ex Hebraico deſumptam putant, additis tamen quibuſdam literis: nec facilè etiam reperiri apud alios Græcos & Latinos ſcriptores. Philo de iſto animalculo ita ſcribit, Ea beſtiola tametſi exigua admodum ſit, infeſtiſſima tamen eſſe ſolet. non ſolùm enim ſummam cutem lædit, pruritum infenſum immittẽs, ac noxium, ſed etiam interius penetrat per nares atque aures. Lædit etiã oculos, niſi qui cautus fuerit. L X X verterunt σκνῖπες, qui ſunt vermiculi innaſcentes materiis, qui eroſo ligno ſubinde locum mutant. Origenes ſcribit, hoc animal pennis quidem ſuſpendi per aera volitans ſed ita ſubtile & minutum, vt oculi viſum, niſi acutè cernentis, effugiat: corpus tamen quũ inſederit, acerbiſſimo terebrare ſtimulo: ita vt quem volitantem videre quis non valeat, ſentiat ſtimulantem.

niphes tam in hominibus quàm in iumentis.

E Et dixerũt malefici ad Pharaonẽ, Digitus Dei eſt hic. Induratũque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus. 19

Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaõe: egredietur enim ad aquas, & dices ad eũ, Hęc dicit Domin⁹, Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi. 20

Quòd ſi nõ dimiſeris eũ, ecce ego immittam in te, & in ſeruos tuos, & in oppulum tuum, & in domos tuas, omne genus muſcarum: & implebuntur domus AEgyptiorum muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. 21

F Faciámque mirabilẽ in die illa terram Geſſen in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcę: & ſcias quoniã ego Dominus in medio terræ. 22

Ponámque diuiſionem inter populum meum, & populum tuum: cras erit ſignum iſtud. 23

Sapien.16.b.9 Fecitq; Dominus ita: ‖ & venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnem terram AEgypti: corruptáque eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. 24

Vocauitque Pharao Moyſen & Aaron, & ait eis, Ite, & ſacrificate Deo veſtro in terra hac. 25

Et ait Moyſes, Non poteſt ita fieri: abominationes enim AEgyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro? quòd ſi mactauerimus ea quæ colunt AEgyptii coram eis, lapidibus nos obruent. 26

G Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem: & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, ‖ ſicut præcepit nobis. 27 Suprà 3.f.18

Dixitque Pharao, Ego dimittã vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: veruntamen lõgius ne abeatis: rogate pro me. 28

Et ait Moyſes, Egreſſus à te, orabo Dominum: & recedet muſca à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo ei⁹ cras: veruntamen noli vltra fallere, vt nõ dimittas populum ſacrificare Domino. 29

Egreſſúſque Moyſes à Pharaone, orauit Dominum: 30

Qui fecit iuxta verbum illius: & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius: nõ ſuperfuit ne vna quidem. 31

Et ingrauatũ eſt cor Pharaõis, ita vt nec hac qdẽ vice dimitteret populũ. 32

pediculos, ſed non potuerunt. 'fuerunt itaque pediculi in hominibus & iumentis.

19 Dixerunt ergo magi ad Paryóh, 'Digitus Dei eſt. 'Et roborauit ſe cor Paryóh, nec audiuit eos quemadmodũ dixerat Iehouáh.

Digitus Dei pro potentia Dei.

20 Dixit autẽ Iehouáh ad Mowſéh, Surge mane, & ſta corã Paryóh, ecce 'egreditur ad aquas: & dices ad eum, Sic dixit Iehouáh, Dimitte populum meum vt ſeruiat mihi.

IIII. Muſcæ, ſiue omne genus ferarũ, & beſtiarum noxiarum.

21 Quòd ſi non dimiſeris populum meum, en ego 'mitto in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas 'omne inſectorum noxiorum genus, & replebuntur domus AEgyptiorum omni inſectorum genere, 'inſuper & terra ipſa ſuper quã ipſi ſũt.

22 'Et ſeparabo in die illa ipſã terrã Gówſen in qua populus meus manet, vt non ſit ibi vllum inſectorum noxiorum genus: vt ſcias quòd ego Iehouáh in medio terræ.

23 'Et ponam redemptionem inter populum meum & populum tuum: cras erit ſignum hoc.

24 Et fecit Iehouáh ſic: venit enim omne inſectorum noxiorum genus graue in domum Paryóh, & in domum ſeruorum eius, & in omnem terram Mixſráim: & 'corrumpebatur terra propter omne inſectorum noxiorum genus.

25 Vocauit autem Paryóh Mowſéh & Aharón, & dixit, Ite, ſacrificate Deo veſtro in terra.

Rogat Pharao Moyſen vt pro ipſo oret.

26 Et dixit Mowſéh, Non eſt rectũ vt ſic faciamus: quia abominationẽ Mixſráim ſacrificaremus Iehouæ Deo noſtro. 'ecce ſacrificabim⁹ abominationẽ Mixſráim in oculis eorũ, & nõ lapidabũt nos?

27 Viam trium dierum pergemus in deſertum, & ſacrificabimus Iehouæ Deo noſtro quemadmodum dixit nobis.

28 Dixítque Paryóh, Ego dimittã vos, vt ſacrificetis Iehouæ Deo veſtro in deſerto, 'veruntamẽ elongando nõ elongabitis vos pergendo: orate pro me.

29 Reſpondit Mowſéh, Ecce ego egredior à te, & orabo Iehouam, 'vt recedat omne inſectorum noxiorũ genus à Paryóh, & à ſeruis eius, & à populo eius cras: veruntamen 'ne addat Paryóh mentiri, non dimittendo populum *iſtum* vt ſacrificet Iehouæ.

30 Et egreſſus eſt Mowſéh à Paryóh, & orauit Iehouam:

31 'Fecítque Iehouáh iuxta verbũ Mowſéh, & abſtulit omne inſectorum noxiorũ genus à Paryóh, & à ſeruis eius, & à populo eius: ne vnum *quidem* remanſit.

32 Et aggrauauit Paryóh cor ſuũ etiã hac vice, neq; dimiſit populũ.

Induratur Pharao.

18 Fuerunt itaque pedic. ותהי הכנם Singul. eſt Hebræis pro plurali.

19 Digitus Dei eſt. אצבע אלהים הוא Digitum Dei non rarò Scriptura manifeſtã Dei potentiam & virtutem quæ negari nõ poteſt, vocat. Quod enim manifeſtum & notum eſſe volumus, digito monſtramus. Simili de cauſa Chriſtus Digito Dei ſe eiicere dæmonia, dicebat contra Phariſæos, Luc.11.c.20. i. virtute Diuina, non humana, aut Diabolica. Loquitur ergo Scriptura ἀνθρωποπαθῶς de Deo, manus, digitos, brachium, aliáque membra illi tribuendo. Sunt qui ſynecdochicam figuram eſſe volunt, qua virtutem Dei Hebræi non eleuant, ſed amplificant potius. q.d. tam potens eſt Deus vt ſolo digito omnium potentum huius mundi potentiam facilè ſuperet. Et roborauit ſe ויחזק & induratum eſt. fortificauit ſe. vel, fortificatum eſt. 20 Egreditur יוצא Præſ. Heb. pro fut. egreſſurus eſt.

21 Mitto משליח Præſ. Heb. pro fut. miſſurus ſum. Omne, &c. את־הערוב Vox iſta turbã, ſiue miſturã collectã ex variis & multis ſpeciebus beſtiolarum, ſeu inſectorũ ſignificat, ſicut teſtatur & doctus inter Hebræos, ita ſcribens, ערוב collecta animalia ſunt ex ſpeciebus multis. Alii intelligunt etiam ſerpentes & ſcorpiones, atque alia venenata animalia, vt & quidam Hebræorum ſentit. Nonnulli dicunt fuiſſe incurſionem leonum, pardorum, luporum, ſerpentium, & ſimilium noxiarum beſtiarum. Hieronymus dicit LXX vertiſſe κοινομύιαν. i. generalem muſcam, non κυνομύιαν caninam muſcam: vnde apparet corruptos eſſe Græcorum codices. Inſuper & terra, &c. וגם האדמה וגו' Ad verbum, & terra ipſa *in* qua ipſi ſuper eam. 22 Et ſeparabo והפליתי .i. ponam diuiſionem inter terram AEgypti & terrã Goſen.

23 Et ponam redẽ. ושמתי פדות .i. liberabo. Hebraiſmus. q.d. faciã vt populus tuus lædatur à feris noxiis, populus autẽ meus nõ lædatur.

24 Corrumpebatur terra, תשחת הארץ Id eſt perimebantur ac perdebantur omnia quæ erant in terra.

26 Ecce ſacrificabimus, &c. הן נזבח וגו' Chaldæus paraph. ecce ſacrificabimus pecudem AEgyptiorum ipſis videntibus, annon iubebunt lapidari nos? q.d. ſi ſacrificauerimus oues quas colunt AEgyptii, lapidabunt nos. Colebant enim AEgyptii arietem: à quo cultu abhorrebant Iudæi: propterea non audebant coram AEgyptiis ſacrificare Deo arietes, ne occiderentur.

28 Veruntamen elongando, &c. רק הרחק וגו' Hebraiſmus, modò ne longius abeatis. vel, ea lege quòd non procul diſcedetis.

29 Vt recedat וסר Ad verbum, & recedet. Ne addat, &c. אל־יוסף וגו' ne vltrà Pharao mentiatur. vel, fallat.

31 Fecitque Iehouáh, &c. ויעש יהוה כדבר משה Hebraiſmus, exaudiuit Iehouáh deprecationem Moſis.

Cap. IX.

V.
Mors pecorum.

DIxítq; Iehouáh ad Moϖſéh, Ingredere ad Paryóh, & loquere 1
ad eum, Sic dixit Iehouáh Deus yEbræorum, Dimitte populum meum″vt ſeruiat mihi.

Quòd ſi renueris dimittere,& adhuc retinueris eos, 2

Ecce″manus Iehouæ erit in pecoribus tuis quæ ſunt in agro, in 3
equis, ĩ aſinis, in camelis,″in bobꝰ, & in ouibꝰ, peſtis grauis valde.

Et diuidet Iehouáh inter pecora Iϖſraẋél & inter pecora Miẋſ- 4
ráim, & nõ morietur ex omnibꝰ quæ ſunt filiis Iϖſraẋél quicquã.

″Et poſuit Iehouáh tempus, dicendo, Cras faciet Iehouáh rem 5
hanc in terra.

Fecit ergo Iehouáh rẽ hãc poſtridie, & mortuũ eſt omne pecus 6
Miẋſráĩ: at de pecoribus filiorũ Iϖſraẋél ne vnũ quidẽ mortuũ eſt.

″Et miſit Paryóh, & ecce nõ erat mortuum è pecoribus Iϖſraẋél 7
ne vnũ quidẽ. & aggrauauit ſe cor Paryóh,″& non dimiſit populũ.

VI.
Vlcera.

Dixítq; Iehouáh ad Moϖſéh & Aarón, Tollite vobis″plenas vo- 8
las veſtras è cinere fornacis, & ſpargat eum Moϖſéh in cælum in
oculis Paryóh:

Et vertetur in puluerẽ ſuper vniuerſam terram Miẋſráim, erítq; 9
ſuper homines & ſuper animalia″in vlcus germinans inflationes
in vniuerſa terra Miẋſráim.

Tulerunt ergo cinerem è fornace, & ſteterunt coram Paryóh: 10
″tum ſparſit eum Moϖſéh in cælum,″& fuit vlcus inflationũ germinans in hominibus & in animalibus:

Neque poterant magi conſiſtere coram Moϖſéh propter″vlce- 11
ra: erat enim vlcus in magis & in omnibus AEgyptiis.

″Et roborauit Iehouáh cor Paryóh, neque obediuit eis quem- 12
admodum loquutus fuerat Iehouáh ad Moϖſéh.

VII.
Grando.

Et dixit Iehouáh ad Moϖſéh, Surge mane, & ſta coram Paryóh: 13
dícque ad eum, Sic dixit Iehouáh Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt ſeruiat mihi:

Quoniam hac vice ego″mittam omnes plagas meas in cor tuũ, 14
& in ſeruos tuos, & in populum tuum: vt ſcias quòd non ſit similis mei in vniuerſa terra.

Nunc enim″miſſurus ſum manum meã, & percutiam te & po- 15
pulum tuum peſte, & ſuccidêris è terra.

Et profectò ob id″conſtitui te, *nempe* vt oſtenderem tibi potentiã 16
meam, vtque narrent nomen meum in vniuerſa terra.

Adhuc″eleuas te in populum meum, non dimittendo eum? 17

Ecce ego″pluam cras hoc ipſo tempore grandinem grauem ad- 18
modum:″qualis non fuit in Miẋſráim à die quo fundata eſt vſque
ad hoc tempus.

Cap. IX.

DIxit autem Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum, Hęc dicit Dominꝰ Deus Hebręorum, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi.

Quòd ſi adhuc renuis, & retines eos,

Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſup equos, & aſinos, & camelos, & oues, & boues peſtis valde grauis.

Et faciet Dominus mirabile inter poſſeſſiones Iſrael, & poſſeſſiones AEgyptiorũ, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael.

Conſtituitque Dominus tempus, dicens, Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra.

Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die, mortuáque ſunt omnia animantia AEgyptiorum: de animalibꝰ verò filiorũ Iſrael nihil õnino periit. B

Et miſit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuum de his quæ poſſidebat Iſrael. ingrauatúmque eſt cor Pharaonis, & nõ dimiſit populũ.

Et dixit Dominus ad Moyſẽ & Aaron, Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illũ Moyſes in cælum coram Pharaone:

Sitque puluis ſuper omnem terrã AEgypti: erunt enim in hominibus & iumentis vlcera & vaſicæ turgentes in vniuerſa terra AEgypti.

Tulerúntque cinerem de camino, & ſteterunt coram Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in cælum: factáque ſunt vlcera veſicarum turgentium in hominibus & iumentis:

Nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera quæ in illis erant, & in omni terra AEgypti. C

Indurauitque Dominus cor Pharaonis, & nõ audiuit eos, ſicut loquutus eſt Dominus ad Moyſen.

Dixitq; Dominus ad Moyſen, Mane conſurge, & ſta coram Pharaone: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populũ meum vt ſacrificet mihi:

Quia in hac vice mittã omnes plagas meas ſuper cor tuũ, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum: vt ſcias quòd non ſit ſimilis mei in omni terra.

Nunc enim extendens manum meã, percutiam te & populum tuũ peſte, peribiſque de terra.

¶Idcirco autem poſui te, vt oſtendã in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Rom. 9. d. 17 D

Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum?

En pluam cras hac ipſa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit in AEgypto à die qua fundata eſt vſque in præſens tempus.

IN CAPVT IX.

1 Vt ſeruiat mihi. ׃ ויעבדוני Ad verbum, & ſeruiet mihi. id eſt vt ſacrificet mihi.

3 Manus Iehouæ erit יד־יהוה הויה Præſ. Heb. pro fut. i. percutiam pecora & alia animalia peſte grauiſſima. Eſt enim appoſitio, Manus mea peſtis grauis. Chaldæus paraph. plaga à facie Iehouæ. In bobus & in ouibus, בבקר ובצאן in armentis & gregibus.

5 Et poſuit Iehouáh tempus, וישם יהוה מועד Et præfixit [condixit] Iehouáh tempus. Significat tempus præfixum & determinatum.

7 Et miſit וישלח ſub. in Goſen nuntios qui inuiſerent Iſraelitarũ pecora, num etiam mortua eſſent: qui retulerunt nullũ eſſe mortuum. Et non dimiſit pop. ׃ ולא שלח את־העם neque dimiſit populum. Alii, vt non dimitteret populum.

8 Plenas volas, &c. מלא חפניכם וגו׳ Ad verbum, plenitudinem pugillorum veſtrorum fauillæ fornacis. i. tantum fauillæ fornacis quantum manibus veſtris continere poteritis. Intelligit cinerem tenuiſſimum quo operiuntur carbones extincti.

9 In vlcus germ. inflat. לשחין פורח אבעבועות in ſcabiem producentem puſtulas. vel, furunculos. aut, veſicas turgentes.

10 Tum ſparſit ויזרוק Ad verbum, & ſparſit. Et fuit vlcus, &c. ויהי שחין וגו׳ & fuit ſcabies puſtularum germinans. vel, & orta eſt ſcabies plena puſtulis. ſiue, ſcabies veſicarum turgentium. 11 Vlcera: השחין Singularia Heb. pro plur.

12 Et roborauit ויחזק Et indurauit. 14 Mittam שולח miſſurus ſum. Præſ. Heb. pro fut. 15 Miſſurus ſum שלחתי Præt. Heb. pro fut. 16 Conſtitui te, העמדתיך Ad verbũ, ſtare faci te. vel, manere. i. nolui te illico ob tuam impietatem exterminare. vel, idcirco feci te Regem, vt, &c. Hunc locum exponit Paulus ad Rom. 9. d. 17. Vtque narrent ולמען ספר ſub. homines. Ad verbum, & propter narrare. vel, & ad narrandum. 17 Eleuas te מסתולל extolleris.

18 Pluam ממטיר Præſ. Heb. pro fut. Qualis non, &c. אשר לא וגו׳ Ad verbũ, qualis non fuit ſicut ipſa. Redundat Latinè Sicut ipſa.

19 Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta, & vniuerſa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque ſuper ea grando, morientur.

20 Qui timuit verbum Domini de ſeruis Pharaonis, fecit confugere ſeruos ſuos & iumenta in domos.

E 21 Qui autem neglexit ſermonem Domini, dimiſit ſeruos ſuos & iumenta in agris.

22 Et dixit Dominus ad Moyſen, Extẽde manum tuam in cælum, vt fiat grãdo in vniuerſa terra AEgypti ſup homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem herbam agri in terra AEgypti.

Sapient.16.c.16, & 19.d.19

23 |Extenditque Moyſes virgam in cęlum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram: pluitque Dominus grandinem ſuper terram AEgypti.

24 Et grãdo & ignis pariter miſta ferebãtur: tãtęq; fuit magnitudinis, quãta antè nunquã apparuit in vniuerſa terra AEgypti, ex quo gẽs illa cõdita eſt.

F 25 Et percuſſit grando in õni terra AEgypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vſque ad iumentum: cũctámque herbam agri percuſſit grando, & omne lignum regionis confregit.

26 Tantùm in terra Geſſen, vbi erant filii Iſrael, grando non cecidit.

27 Miſitque Pharao, & vocauit Moyſen & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc: Dominus iuſtus, & ego & populus meus impii.

28 Orate Dominum vt deſinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltrà maneatis.

29 Ait Moyſes, Quum egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias quia|Domini eſt terra.

Pſal.24.a.1

30 Noui autem quòd & tu & ſerui tui
G necdum timeatis Dominum Deum.

31 Linum ergo & hordeum lęſum eſt, eo quòd hordeum eſſet virens, & linũ iam folliculos germinaret:

32 Triticum autem, & far non ſunt læſa, quia ſerotina erant.

33 Egreſſúſque Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum: & ceſſauerunt tonitrua & grando, nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram.

34 Videns autem Pharao quòd ceſſaſſet pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum:

35 Et ingrauatũ eſt cor eius & ſeruorum illius, & induratum nimis: nec dimiſit filios Iſrael, ſicut pręceperat Dominus per manum Moyſi. Cap. X.

1 ET dixit Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauí cor eius, & ſeruorum illius: vt faciam ſigna mea hæc in eo,

19 Nunc igitur mitte, cõgrega pecus tuũ, & quæcũque habes in agro: ″omnes homines & pecora quæ inuẽta fuerint in agro, neque cõgregata fuerint in domũ, deſcendet ſuper ea grãdo, & moriẽtur.

20 Qui *itaque* timuit verbum Iehouæ è ſeruis Paryóh, ″fugere fecit ſeruos ſuos & pecus ſuum in domum.

21 ″At qui non appoſuit cor ſuum ad verbũ Iehouæ, ″dereliquit ſeruos ſuos & pecus ſuum in agro.

22 Et dixit Iehouáh ad Mowſéh, Extende manum tuam in cælum, & erit grando in vniuerſa terra Mixſráim ſuper homines & ſuper beſtias, & ſuper omnem herbam agri in terra Mixſráim.

23 Extendit ergo Mowſéh virgam ſuam ad cælum, & Iehouáh dedit tonitrua, & grãdinem, ″deſcendítque ignis ſuper terrã, & pluit Iehouáh grandinem ſuper terram Mixſráim.

24 Et fuit grãdo, ″& ignis miſtus grandini grauis valde: ″qualis nõ fuit in tota terra Mixſráim ex quo ″facta eſt in gentem.

25 Et percuſſit grando in vniuerſa terra Mixſráim quicquid erat in agro, ab homine vſque ad beſtiam: omnem quoque herbam agri percuſſit grando, & omnem arborem agri confregit.

26 ″Tantũ in terra Gówſen in qua erant filii Iwſraxél, nõ fuit grãdo.

27 Miſit ergo Paryóh, & accerſiuit Mowſéh & Aharón, & dixit illis, Peccaui hac vice: Iehouáh iuſtꝰ eſt, at ego & populus meus impii.

Peccatum ſuum agnoſcit Pharao, rogátque Moyſẽ vt oret pro ipſo.

28 Orate Iehouam, & ſufficiat *illi*, ita vt non ſint *poſthac* ″tonitrua Dei, & grando: & dimittam vos, ″& amplius non manebitis.

29 Et dixit illi Mowſéh, Quum egreſſus fuero ex vrbe, extendam palmas meas ad Iehouam, *&* tonitrua ceſſabunt, & grando non erit vltrà: vt ſcias quòd Iehouæ eſt terra.

30 ″Scio quòd & tu & ſerui tui antequam *orem*, timeatis à facie Iehouæ Dei.

31 Et linum & hordeum ″fuerunt percuſſa: quia hordeum ″viride *erat*, & linum *in* calamo:

32 At triticum & zea non ſunt percuſſa, quòd ″ſerotina eſſent.

33 Egreſſus eſt ergo Mowſéh à Paryóh de vrbe, & extendit palmas ſuas ad Iehouam: ceſſauerúntque tonitrua, & grãdo & pluuia nõ eſt effuſa ſuper terram.

Orante Moyſe, ceſſat grando.

34 Videns autem Paryóh quòd ceſſaſſet pluuia, & grando, & tonitrua, rurſum peccauit, & aggrauauit cor ſuum ipſe & ſerui eius:

35 ″Et roboratum eſt cor Paryóh, nec dimiſit filios Iwſraxél, quẽadmodum dixerat Iehouáh per manum Mowſéh. Cap. X.

בא

1 DIxítque Iehouáh ad Mowſéh, ″Ingredere ad Paryóh: quia ego aggrauaui cor eius, & cor ſeruorum eius, ″vt ponã ſigna mea hæc in medio eius,

VIII.
Locuſtæ.
Indurat Pharaonem Deus.

---

19 Omnes ho.&c. כל־האדם והבהמה Singularia Heb. pro plur. 20 Fugere fecit הניס cõpulit. i. fugiendo repetere fecit domos.
21 At qui non appoſuit cor, &c. ואשר לא־שם וגו׳ Hebraiſmus, At qui verbum Dei neglexit. His contrarium eſt quod præcedenti verſu poſuit, Qui timuit verbum Domini. Dereliquit ויעזב ſub. & ita perierunt. Hic ו tantum conuertit.
23 Deſcenditque ותהלך Ad verbum, & ambulauit. Quidam, diſcurritque.
24 Et ignis miſtus grandini ואש מתלקחת וגו׳ Ad verbum, & ignis miſtus in medio grandinis. i. fulgur permiſtum grandini. Qualis non fuit אשר לא־היה כמוהו Ad verbum, qualis non fuit ſicut ipſa. Redũdat Latinè Sicut ipſa, vt verſu 18. Facta eſt in gentem. היתה לגוי : Hebraiſmus, ex quo cœpit habitari. 26 Tantùm רק Veruntamen.
28 Tonitrua Dei, קולות אלהים. i. tonitrua illa ingentia. Vide Gen. 1. a. 2. Et amplius, &c. : ולא תוספון לעמוד Ad verbũ, neque addetis ſtare. vel, manere. i. & vltrà non maneatis in AEgypto. 30 Scio quòd, &c. ואתה ועבדיך וגו׳ Ad verbũ, Et tu, & ſerui tui noui quòd antequã timeretis à facie Iehouæ. Oratio imperfecta, quã doctus inter Hebræos ſic perficit, Noui quòd tu & ſerui tui, antequã orarẽ pro vobis, timebatis à facie Domini Dei: at poſtquã oraui, ceſſarúntq; tonitrua ac pluuia, denuo peccatis. Chaldæus paraph. Tu verò & ſerui tui, noui quòd adhuc nõ humiliati eſtis à facie Domini Dei. 31 Fuerũt perc. נוכתה Singul. Heb. pro plur. Viride *erat*, אביב *erat in* ſpica.
32 Serotina אפילות Ad verbum, caliginoſa. i. abſcondita ſub terra: vel, nondum erant in calamo.
35 Et roboratum eſt ויחזק Et induratum eſt. vel, indurauit ſeſe.

IN CAPVT X.

1 Ingredere בא Hìc ſecundò partiuntur Hebræi ſecundum iſtum Moſis librum, quam ſectionẽ inſcribunt בא ingredere, quæ eſt quarta huius verſus dictio. Vt ponam, &c. למען שתי וגו׳. i. vt edam in regno eius, ipſo ſpectante, hæc ſigna mea.

2 ″Et vt narres in aurib⁹ filii tui, & filii filii tui quæ fecerim in Mixſráim, & ſigna mea quæ poſui in eis: ſciatíſque quòd ego Iehouáh.

3 Et ingreſſus eſt Mowſéh & Aharón à Paryóh, dixerúntque illi, Sic dixit Iehouáh Deus yEbræorum, Quouſque ″renues humiliari coram me? dimitte populum meum vt ſeruiat mihi.

VIII. Moyſes minatur Pharaoni locuſtas.

4 Quòd ſi renuas dimittere populum meum, ecce ego ″inducam cras ″locuſtas in regionem tuam:

5 Et operient ſuperficiem terræ, neque poterit quiſquam videre terrã: depaſcẽtque ″reſiduum quod euaſit, quod relictũ eſt vobis à grãdine: comedẽt quoq; omnẽ arborẽ germinantẽ vobis ″in agro.

6 Et replebunt domos tuas, & domos omnium ſeruorum tuorum, & domos omnium AEgyptiorum: ″quales non viderunt patres tui, & patres patrum tuorum à die qua fuerunt ſuper terram vſque ad diem hanc. Et vertit ſeſe, egreſſúſque eſt à Paryóh.

7 Dixerũt autem ſerui Paryóh ad eum, Quouſque erit iſte nobis ″in laqueum? dimitte viros, vt ſeruiãt Iehouæ Deo ſuo: ″num antè *vis* ſcire quòd periit Mixſráim?

8 Et reuocatus eſt Mowſéh & Aharón ad Paryóh: quibus dixit, Ite, ſeruite Iehouæ Deo veſtro: ″quinam ſunt qui ituri ſunt?

9 Et dixit Mowſéh, Cum paruulis noſtris, & cum ſenibus noſtris ibimus: cum filiis noſtris, atque filiabus noſtris, cũ pecoribus noſtris, & armentis noſtris ibimus: quia ″ſolẽnitas Iehouæ *eſt* nobis.

10 Dixit ergo illis, Sit ita ″Iehouáh vobiſcum vt dimittam vos & paruulos veſtros: ″videte quòd malum eſt contra faciem veſtrã.

11 Non ſic, ite nunc viri, & ſeruite Iehouæ: nã hoc ipſum vos quæritis. Et expulit eos ″à facie ſua.

12 Dixítque Iehouáh ipſi Mowſéh, Extende manum tuam ſuper terram Mixſráim ″pro locuſta: & aſcendat ſuper terram Mixſráim, & depaſcat omnem herbam terræ, *nempe* quicquid reliquit grãdo.

13 Extendit itaque Mowſéh virgam ſuam ſuper terram Mixſráim, & Iehouáh ″adduxit ventum ″Orientalem in terram tota die illa, & tota nocte: mane facto, ventus Orientalis ″eleuauit locuſtas.

14 Et aſcenderunt locuſtæ ſuper totam terram Mixſráim, ″& demiſit in omnem terminum Mixſráim ″graues valde: ante illas nõ fuerunt tales locuſtæ, nec poſt illas futuræ ſunt tales.

15 Operuerúntque ſuperficiem totius regionis, & obſcurata fuit terra, comederúntque omnem herbam terræ, atque omnem fructum arborum quem reliquerat grando: neque remanſit quicquã viride in arboribus, & in herbis agri in tota terra Mixſráim.

2 Et narres in aurib⁹ filii tui, & nepotum tuorum, quoties cõtriuerim AEgyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia ego Dominus.

B

3 Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Vſquequo non vis ſubiici mihi? dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi.

Sapient. 16. b. 9

4 ‖Sin autem reſiſtis, & nõ vis dimittere eum, ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos:

5 Quæ operiet ſuperficiem terræ, ne quicquam eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit grãdini: corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris.

6 Et implebũt domos tuas, & ſeruorum tuorum, & omnium AEgyptiorum: quanta non viderunt patres tui, & aui ex quo orti ſunt ſuper terram, vſque in præſentẽ diem. Auertítque ſe, & egreſſus eſt à Pharaone.

C

7 Dixerunt autem ſerui Pharaonis ad eum, Vſquequo patiemur hoc ſcãdalum? dimitte homines, vt ſacrificẽt Domino Deo ſuo: nónne vides quòd perierit AEgyptus?

8 Reuocauerũtque Moyſen & Aarõ ad Pharaonẽ: qui dixit eis, Ite, ſacrificate Domino Deo veſtro: quinã ſunt qui ituri ſunt?

9 Ait Moyſes, Cum paruulis noſtris, & ſenioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: eſt enim ſolennitas Domini.

10 Et reſpondit Pharao, Sic Dominus ſit vobiſcum quomodo ego dimittã vos, & paruulos veſtros: cui dubium eſt quòd peſſimè cogitetis?

D

11 Non fiet ita, ſed ite tantùm viri, & ſacrificate Domino: hoc enim & ipſi petiſtis. Statimque eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis.

12 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam ſuper terram AEgypti ad locuſtam, vt aſcendat ſuper terram, & deuoret omnem herbã quæ reſidua fuerit grandini.

13 Et extendit Moyſes virgã ſuper terrã AEgypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locuſtas.

14 Quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram AEgypti: & ſederunt in cunctis finibus AEgyptiorum innumerabiles, quales ante illud tẽpus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt.

E

15 Operuerúntque vniuerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia. deuorata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grãdo dimiſerat: nihil quoque omnino virens relictum eſt in lignis, & in herbis terræ in cuncta AEgypto.

---

2 Et vt narres, &c. ולמען תספר .i. vt filii Iſrael narrẽt filiis & nepotibus ſuis. 3 Renues מאנת Præt. Heb. pro fut. vel præſ. renuis.

4 Inducam מביא Præſ. Heb. pro fut. paratus ſum immittere. Locuſtas in re. t. ארבה בגבולך׃ Ad verbum, locuſtam in terminum tuum. Sing. Heb. pro plur. 5 Reſiduum quod euaſit את־יתר הפלטה Ad verbum, reſiduum euaſionis .i. quicquid remanſit intactum à grandine. In agro. מן־השדה׃ Hic מן pro ב poſitum eſt. 6 Quales אשר quod. 7 In laqueum? למוקש in offendiculum? i. vſquequo iſtud quod fit ab iſtis, nobis dãnoſũ erit? Num antè *vis* ſcire הטרם תדע nónne prius ſcies. Prius .i. antequã dimittas populum. Chaldæus paraph. an adhuc non ſcis quòd perierit AEgyptus? 8 Quinam ſunt, &c. מי ומי ההולכים׃ Ad verbum, quis & quis *qui* ituri ſunt? 9 Solennitas, &c. חג־יהוה לנו׃ Hebraiſmus, ſumus celebraturi ſolennitatem Domini Dei noſtri.

10 Iehouáh vobiſcum, &c. יהוה עמכם וגו׳ Hebraiſmus, vellem Dominum non maiori animo eſſe erga vos vt vos iuuet, quàm ſum vt vos dimittam cũ, &c. acſi dicat, Nunquã ſum dimiſſurus vos cum paruulis. Videte quòd, &c. ראו כי וגו׳ Chaldæus paraph. Videte quòd malum quod vos putatis facere, in faciem veſtrã reuertetur. Imperatiuus eſt loco indicatiui, at cum interrogatione quadã. q. d. Videtis quòd malitia veſtra quam cogitatis, reuertetur in vos. Vel, videtis quòd malũ vobis eſt proximũ. aut, Videte quòd malũ vobis propoſitũ eſt. hoc eſt, quiuis poteſt videre quòd aliquid mali moliamini: ex vultu veſtro hoc ipſum apparet. Hanc poſteriorem ſententiam etiam Hebræorũ quidam ſequuntur, dicentes, quòd primò abitum cõceſſerit, quando dixit, Sit ita, & ſit Dominus vobiſcum: ſed intuens Moſen & Aharon ſuſpicatus eſt dolum ſubeſſe: ideo ſubiecit, Videte, malum ex facie veſtra dignoſcitur: & idcirco nõ fiet iuxta poſtulationem veſtram: nam fugam meditamini. 11 A facie ſua. מאת פני פרעה׃ Ad verbum, à facie Paryóh. Antecedens pro relatiuo.

12 Pro locuſta: בארבה Singul. Heb. pro plur. & ב pro בעבור. pro locuſtis, ſub. adducendis.

13 Adduxit נהג ſuſtulit. aduexit. Orientalẽ הקדים Sic vocant Hebræi Subſolanum, Eurum, Vulturnũ. Græci Apelioten appellant, quòd à ſole ſpiret: vnde & à Latinis, eadem ratione Subſolanus appellatur: ſed Subſolanus eſt ab Oriente æquinoctiali, ad Septentrionem Vulturnus, ad Meridiem Eurus. Hi ſunt calidi & ſicci, quia ſub ſole diu morantur, & in ortu diei ſalubres ſunt, quia veniunt ab aere temperato. Prædicti tres flant ab Oriente: & in Sacris literis plerunque additur רוח ventus, vt hic.

14 Et demiſit וינח & requieſcere fecit. Graues כבד .i. innumeras. Singularia Heb. pro pluralibus.

16 Quam ob rem feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in Dominum Deum veſtrũ, & in vos:

17 Sed nunc dimittite peccatum mihi etiã hac vice, & rogate Dominũ Deũ veſtrũ vt auferat à me mortem iſtam.

18 Egreſſúſque eſt de conſpectu Pharaonis, & orauit Dominum.

19 Qui flare fecit ventum ab Occiden- F te vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in Mare rubrum: non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus AEgypti.

20 Et indurauit Domin⁹ cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael.

21 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam in cælũ: & ſint tenebræ ſuper terram AEgypti, tam denſæ vt palpari queant.

22 Extenditque Moyſes manum in cælum: & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra AEgypti trib⁹ dieb⁹.

Sapien.17.a 2
Sapient.18.a.e

23 ‖Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat: ‖vbicunque autem habitabant filii Iſrael, lux erat.

24 Vocauitque Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Ite, ſacrificate Domi- G no: oues tantùm veſtræ, & arméta remaneant, paruuli veſtri eant vobiſcũ.

25 Ait Moyſes, Hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo noſtro.

26 Cuncti greges pergent nobiſcum: non remanebit ex eis vngula: quę neceſſaria ſunt in cultum Domini Dei noſtri: præſertim quũ ignorem⁹ quid debeat immolari, donec ad ipſum locum perueniamus.

27 Indurauit autẽ Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.

28 Dixitque Pharao ad Moyſen, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi, morieris.

29 Reſpondit Moyſes, Ita fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciẽ tuã.

Cap. XI.

1 ET dixit Dominus ad Moyſen, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & AEgyptum, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet.

Suprà 3.g.22
infrà 12.c.35

2 ‖Dices ergo omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea & aurea.

Eccli 54.a.1

3 Dabit autẽ Dominus gratiam po- B pulo ſuo coram AEgyptiis. ‖fuitque Moyſes vir magnus valde in terra

16 ″Tunc feſtinauit Paryóh vocare Mowſéh & Aharón, & dixit, Peccaui in Iehouam Deum veſtrum, & vos:

Agnoſcẽs peccatum Pharao petit orari pro ſe.

17 Nunc ergo remitte quæſo peccatum meum dũtaxat vice hac, & orate Iehouã Deum veſtrũ, & auferat à me tantùm ″mortẽ iſtã.

18 Et egreſſus eſt à Paryone, & orauit Iehouam.

19 ″Et conuertit Iehouáh vẽtum ″Occidẽtalem fortem valde, & ſuſtulit locuſtas, ″& deiecit eas in Mare ″oſúph: non remanſit locuſta vlla in tota regione Mixſráim.

Orat Moyſes ꝓ Pharaone.

20 ″Et roborauit Iehouáh cor Paryóh, neq; dimiſit filios Iwſraxél.

ix
Tenebræ palpabiles.

21 Dixítque Iehouah ad Mowſéh, Extende manũ tuam ad cælum, & erunt tenebræ ſuper terram Mixſráim, ″& palpabit tenebras.

22 Et extẽdit Mowſeh manum ſuam in cælum: & fuerunt tenebræ caliginoſæ in tota terra Mixſráim tribus diebus.

23 ″Non videbat alter alterũ, neque ſurrexerũt quiſque è loco ſuo trib⁹ diebus: at omnibus filiis Iwſraxél erat lux in habitaculis ſuis.

24 Tum accerſiuit Paryóh Mowſéh, & dixit, Ite, ſeruite Iehouæ: tãtùm pecus veſtrum & armentũ veſtrum ″remanebit, etiam paruuli veſtri ibunt vobiſcum.

25 Dixítque Mowſéh, Tu quoque dabis in manu noſtra ſacrificia & holocauſta, ″vt faciamus Iehouæ Deo noſtro.

26 Inſuper pecudes noſtræ ibunt nobiſcum: non remanebit vngula: quia ex eo accipiemus ad colendum Iehouam Deum noſtrum: nos autem neſcimus ″quo colemus Iehouam, donec peruenerimus illuc.

27 Et roborauit Iehouáh cor Paryóh, neq; voluit dimittere illos.

28 Et dixit illi Paryóh, Recede à me, caue tibi ne amplius videas faciem meam: qua enim die videbis faciem meam, morieris.

29 Reſpondit Mowſéh, ″Rectum dixiſti, non videbo vltrà faciem tuam.

Cap. XI.

1 D″Ixit præterea Iehouáh ad Mowſéh, Adhuc plagã vnam adducam ſuper Paryoh & ſuper Mixſráim, poſtea dimittet vos hinc: quum dimiſerit ″omnino, expellendo expellet vos hinc.

Dominus iubet vt ſpolient AEgyptios.

2 Loquere nunc in auribus populi, ″& petant ſinguli à proximo ſuo, & quæque à proxima ſua, vaſa argentea & vaſa aurea.

3 ″Et dedit Iehouáh gratiam populo in oculis AEgyptiorum: etiam vir Mowſéh magnus erat valde in terra Mixſráim in oculis

---

16 Tunc feſtinauit וימהר Ad verbum, Et feſtinauit.

17 Mortem iſtam. : את־המות הזה Id eſt perniciem iſtam, nempe multitudinem locuſtarum.

19 Et conuertit, &c. ויהפוך וגו'.i. Ventũ Orientalẽ qui adduxerat locuſtas, vertit Dominus in ventum ab Occidente flantẽ. Alii, Flare fecit ex contraria cæli parte. Occidentalem ים Ad verbum, Maris. Mare mediterraneum pro Occidente accipiunt Hebræi, quòd illis ſit ab Occidente. Et deiecit eas ויתקעהו Significat cum magna colliſione & fragore deiicere. Relatiuum EAS, cum ſuo antecedente ſingulari Heb. pro plur. Suph: סוף Hæc vox ſignificat caricem ſeu papyrum. Hebræi dicunt mare iſtud vocari ideo caricoſum, ſiue papyroſum, quòd ad eius littora copioſiſſima ſint carecta & papyriones. Mare rubrum à Latinis dicitur, teſte Plinio, quòd arena eius rubra ſit, & aquæ quaſi rubere videantur. Græcis dicitur θάλασσα ἐρυθρὰ non à colore tantùm rubro, vt dictum eſt, ſed à rege Erythra qui eo in loco regnauit. 20 Et roborauit ויחזק Et indurauit.

21 Et palpabit teneb. : וימש חושך ſub. AEgyptius. i. oborientur tenebræ denſiſſimæ, palpabiles. Alii, & expellent tenebras. q.d. poſteriores illæ tenebræ expellent priores tenebras. i. erunt denſiores tenebris nocturnis. 23 Non videbat alter al. לא־ראו וגו' Ad verbum, Non viderunt vir fratrem ſuum. Hebraiſmum Latinè conuertit noſter interpres. 24 Remanebunt, יצג Quibuſdam eſt præteritum pro futuro, locatum erit. i. conſiſtet. ſub. in loco ſuo. Aliis eſt participium, ſtatutum. Gallice, *eſt arreté*, vt aliò transferri nolim.

25 Vt faciamus ועשינו Ad verbum, & faciemus. i. vt ſacrificemus illa. Sic Eze. 43.g.25. 26 Quo colemus Ieh. מה־נעבוד את־יהוה .i. qua ſpecie ſacrificaturi ſimus Iehouæ. 29 Rectum כן Rectè. Bené. Verum.

IN CAPVT XI.

1 Dixit præterea ויאמר Quidam tres iſtos primos verſus legunt per parentheſin, & vertunt per pluſquam perfectum, Iam verò dixerat. quando ſcilicet apparuerat ei Dominus in rubo ardenti, vt vides ſuprà cap. 3.d.20.21 & 22. Omnino, &c. כלה גרש וגו' perfectè, eiiciendo eiiciet vos. i. quum dimittet vos ſine vlla conditione (nam cap. 8.d.28. cum conditione dicit, Dimittam, modò ne longius eatis. Et cap. 10.b.11, Ite viri, ſine paruulis & pecoribus. Paulo pòſt, verſu 24, Ite, & paruuli, tantùm pecora remaneant.) non cum pace & tranquillè dimittet, ſed vi quodammodo expellet, nec ſinet vt morã nectatis amplius. Quidã aduerbium Omnino, ſiue perfectè, ſequentibus iungunt, ſic, Omnino [ſiue conſummatim & in vniuerſum] repellendo repellet vos hinc. q.d. non partem aliquam duntaxat dimittet, retinendo vel paruulos vel pecora, vt antea cupiebat, ſed vos omnes & omnia veſtra dimittet.

2 Et petant ſing. &c. וישאלו וגו' & mutuentur [.i. vt mutuentur, ſiue mutuò accipiant] ſinguli à ſocio ſuo.

3 Et dedit Iehouáh, &c. ויתן יהוה וגו' Hebraiſmus, Reddidit populum Iſraeliticum gratiſſimum AEgyptiis.

ſeruorum Paryóh,& in oculis populi.

X. Mors primogenitorum.

4 ″Dixítque Moשſéh, Sic dixit Iehouáh, ′Quum media *fuerit* nox, ego egrediar,″*& tranſibo* per medium Mixſráim,

5 Et morietur omne primogenitum in terra Mixſráim,à primogenito Paryóh, ″qui ſe det ſuper ſoliū eius,vſque ad primogenitū ancillæ″quæ *eſt* poſt molas, atque omne primogenitū animalium.

6 Et erit clamor magnus in vniuerſa terra Mixſráim , ″qualis non fuit,nec futurus eſt.

7 ′At omnibus filiis Iשſraxél non mouebit canis linguam ſuam,à viro vſque ad animal:vt ſciatis quòd″diuiſerit Iehouáh inter Mixſráim & Iשſraxél.

8 Et deſcendent omnes ſerui tui iſti ad me,″& incuruabūt ſe mihi, dicendo, Egredere tu, & vniuerſus populus qui *eſt*″in pedibus tuis:poſtea egrediar. Et egreſſus eſt à Paryone″in ira furoris.

9 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh,Nō audiet vos Paryoh,″vt multiplicem portenta mea in terra Mixſráim.

10 Porrò Moשſéh & Aharón fecerunt omnia portenta iſta coram Paryone: ″roborauit autem Iehouáh cor Paryóh, neque dimiſit filios Iשſraxél è terra ſua.

Cap. XII.

Præceptum & ritus edendi agni paſchalis.

1 DIxit autem Iehouáh ad Moשſéh & Aharón in terra Mixſráim in hunc modum,

2 Mēſis iſte vobis *erit* caput mēſiū:″prim⁹ erit vobis ī mēſibus āni.

3 Loquimini ad omnē cœtum Iשſraxél,dicendo,In decimo menſis huius″tollent ſibi ſinguli″agnum′per domum patrum,″agnum per domum.

4 Quòd ſi″minor fuerit familia′quàm vt agnum *comedere* poſſit,accipiet ipſe etiāvicinū ſuum,proximū domui ſuæ,″pro numero animarū,″ſinguli ſecūdū edere ſuū numerabitis *animas* ꝑpter agnū.

5 Agnus″perfectus, maſculus, ″anniculus erit vobis, *quem* ex ouibus″aut è capris accipietis.

6 ″Erítque vobis in cuſtodiam vſque ad quartumdecimum diem menſis huius:& immolabit eum vniuerſa congregatio cœtus Iשſraxél″inter duas veſperas.

AEgypti coram ſeruis Pharaonis', & omni populo.

4 Et ait,Hæc dicit Dominus , Media nocte egrediar in AEgyptum,

5 Et morietur omne primogenitum in terra AEgyptiorum,‖à primogenito Pharaonis q ſedet in ſolio eius,vſq; ad primogenitū ancillæ quæ eſt ad molā,& oīa primogenita iumētorū.

Sapient.18.b.a

6 Eritque clamor magnus in vniuerſa terra AEgypti,qualis nec antè fuit, nec poſtea futurus eſt.

C

7 Apud omnes autem filios Iſrael nō mutiet canis ab homine vſque ad pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat Dominus AEgyptios & Iſrael.

8 Deſcēdéntque omnes ſerui tui iſti ad me,& adorabūt me,dicētes,Egredere tu & omnis populus q ſubiectus eſt tibi:poſthęc egrediemur.Et exiuit à Pharaone iratus nimis.

D

9 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Non audiet vos Pharao, vt multa ſigna fiant in terra AEgypti.

10 Moyſes autē & Aaron fecerūt oīa ſigna quæ ſcripta ſunt, corā Pharaone:& indurauit Domin⁹ cor Pharaonis , nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

Cap.XII.

1 DIxit quoque Dominus ad Moyſen & Aaron in terra AEgypti,

2 Menſis iſte, vobis principium menſium:primus erit in menſibus anni.

3 Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorū Iſrael , & dicite eis ,Decima die mēſis huius tollat vnuſquiſque agnū per familias & domos ſuas.

4 Sinautē minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum:aſſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui ſuæ , iuxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni.

5 Erit autem agnus abſque macula, maſculus,anniculus: iuxta quem ritū tolletis & hœdum.

6 Et ſeruabitis eum vſque ad quartādecimam diem menſis huius : immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam.

4 Dixitque Moשſéh,ויאמר משה Dixit autem Moſes.vel,Adiecit Pharaoni Moſes:antequam ſcilicet egrederetur à facie ipſius Pharaonis.i.prædixit illi vltimam plagam.Redit enim ad interruptam hiſtoriam quæ eſt in fine præcedentis capitis. Quum media *fuerit* nox, כחצת הלילה circa medium noctis. *Et tranſibo* Iſtud ſubaudiuit noſter interpres ex duodecimo verſu ſequentis capitis.

5 Qui ſedet היושב ſedente.i.ſeſſuro.hoc eſt qui iure ſeſſurus erat ſuper ſolium patris. Quæ *eſt* poſt mo. אשר אחר הרחים .i.quæ in piſtrino circumagit molam. 6 Qualis non fuit,&c. אשר כמוהו לא נהיתה וגו׳ Ad verbum , qui ſicut ille non factus eſt , & ſicut ille non addet.i.non erit vltrá. Ex doctioribus Hebræorum alter interpretatur, Qui pro re ſimili non factus eſt,& pro ſimili non eſt futurus.Interpretatur autem ſic quòd verbum eſt fœmineum,& pronomen maſculeum.

7 At omnibus filiis,&c. ולכל בני ישראל וגו׳ Apud omnes filios,&c.i.In omnibus domibus filiorum Iſrael ne canis quidē allatrabit vni ex filiis Iſrael,neque hominibus neque iumentis.Chaldæus paraph.Inter cunctos autem filios Iſrael non nocebit canis lingua ſua,ſaltem latrando,ab homine vſque ad iumentum. Diuiſerit יפלה diſcrimen poſuerit.

8 Et incuruabunt ſe mihi, והשתחוו לי & adorabunt me.i.ſupplices dicēt mihi. In pedibus tuis: ברגליך ſub pedibus tuis.i.tibi ſubditus. In ira furoris. : בחרי־אף cum furore iræ.i.mirum in modum iratus.

9 Vt multiplicem port.mea למען רבות מופתי .i.quanuis multa prodigia edam. 10 Roborauit autem ויחזק indurauit autem.

IN CAPVT XII.

2 Primus erit,&c. ראשון הוא וגו׳ Eandem ſententiam verbis diuerſis effert. Sunt qui ita explicant,Menſis iſte vobis caput menſium erit.hoc eſt menſis præcipuus inter omnes.vnde ab ipſo annum poſthac auſpicabimini. Et hic mēſis eſt qui poſtea Chaldaico vocabulo ניסן Niſan menſis eſt appellatus.& plerunque reſpondet Martio noſtro.nam initium eius aliquando præcedit,& aliquando ſequitur æquinoctiū vernale,ſecundum quod annus emboliſmicus propè vel longè fuerit. Antea annum auſpicabantur à menſe תשרי Thiſri, qui reſpondet Septembri : quòd iſto menſe mundum à Deo conditum fuiſſe opinarentur Hebræi. Sentiunt quoque illi Deum hoc tempore magis quàm alio educere voluiſſe populum ſuum ex A Egypto , quòd valde commodum ſit iter facturis,propter temperatam tempeſtatem quæ tum nec nimis friget,nec nimis calet. 3 Tollent ויקחו tollāt.Redundat ו. Agnum שה Significat fœtū & ouis & capræ. Per domū patrū,לבית־אבות .i.per ſingulas familias. Agnum per domum. : שה לבית Repetitio eſt,agnum per ſingulas domos,ſiue familias.

4 Minor fue. ימעט ſub.numero.Alii,paucior fuerit. Quàm vt agnum *co.*poſ. מהיות משה Ad verbū,quàm vt ſit de agno.i. quàm vt ſufficere poſſit edendo agno. Pro numero animarū, במכסת נפשות Ad verbum,in numero animarum.i.habita ratione numeri perſonarum & capitum familiæ.q.d.prout numeroſa fuerit familia,ita ſibi magnam vel paruam familiam adiunget.oportet enim vt agnus ille ambabus ſufficiat. Singuli,&c. איש לפי וגו׳ ſinguli ſecundū comeſtionem ſuam,&c.i.ſinguli habita ratione cibi quem edere poſſint, numerabitis perſonas ad agnum edendum.q.d. quiſque tot ſibi aſſumet perſonas quot ſibi ſatis eſſe poſſunt ad edendum agnum paſchalē.

5 Perfectus, תמים integer.i.cui nihil deſit,ſine macula. Anniculus erit vobis, בן־שנה יהיה לכם Ad verbum,filius anni erit vobis. id eſt anniculus deligetur à vobis. Aut è capris ומן־העזים Ad verbum, & ex capris.ו prodiſiunctiua particula aut,vel.

6 Eritque,&c. והיה לכם למשמרת Hebraiſmus,Cuſtodietis autē illū. Inter duas veſ. : בין הערבים Doctus inter Hebræos ſic exponit,

בין־הערבים Inter veſperas, eſt tẽpus quo declinat ſol ad occaſum, ab hora ſexta vſq; ad noctẽ. Vtitur autẽ duali, ꝙ ſint duæ veſperæ. nã quum incipit ſol inclinare, eſt vna veſpera: & poſtquã occidit, eſt veſpera ſecunda. Et quod eſt intra iſtud tempus, intelligitur per veſperas. Alter ex doctioribꝰ Hebræorũ adhuc clarius exponit, his verbis, Ecce ſunt duæ veſperæ: vna veſpera ſolis, hoc eſt tẽpus quo occidit & abſorbetur ſub terram. Veſpera ſecunda eſt lux, ſplendor, ſiue irradiatio illa quæ poſt occaſum eius in nubibus adhuc aliquandiu apparet. Durat autem hoc tempus quod eſt inter occaſum ſolis, & irradiationem illam eius in nubibus, ad integram horam & tertiam partem horæ. Hæc ille, qui non probat ſententiam Chaldæi paraph. vertentis, inter duos ſoles: hoc eſt inter ſolem declinantem in puncto Meridiei: & inter ſolem occidentem, hoc eſt inter Meridiem & Occidentem. adducitque certos locos Scripturæ quibus illum errare probat, ſuámque ſententiam ſtabilit.

B Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum in quibus comedent illum. 7

Et edẽt carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. 8

Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni: caput cũ pedibus eius & inteſtinis vorabitis. 9

Nec remanebit quicquam ex eo vſque mane: ſiquid reſiduũ fuerit, igne comburetis. 10

Sic autem comedetis illum, Renes veſtros accingetis, & calceamenta veſtra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes: eſt enim Phaſe (id eſt trãſitus) Domini. 11

Et tranſibo per terrã AEgypti nocte illa, percutiãque omne primogenitum in terra AEgypti ab homine vſque ad pecus: & in cunctis diis AEgypti faciam iudicia, ego Dominus. 12

Erit autem ſanguis vobis in ſignũ, in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens quãdo percuſſero terram AEgypti. 13

C Habebitis autem hunc diem in monimentum: & celebrabitis eam ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. 14

Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael, à primo die vſque in diem ſeptimum. 15

Dies prima erit ſancta atque ſolennis: & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcẽdum pertinent. 16

Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitũ veſtrũ de terra AEgypti, & cuſtodietis diem iſtũ in generationes veſtras ritu perpetuo. 17

Leuit.23.a.5
nume.28.c.16

¶Primo menſe, quartadecima die mẽſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem viceſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam. 18

7 Accipiéntque è ſanguine, & ponẽt ſuper ambos poſtes, & in ſuperliminari, in domibus in quibus comedent eum.

8 Comedent autem″carnem nocte ipſa, aſſam igni,″& infermentata:″cum amaroribus comedent eum.

9 ″Ne comedatis ex eo″crudum,″& elixatum aqua, ſed aſſum igni: ″caput eius vnà cum cruribus eius, & cum interioribus eius.

10 Neque relinquetis ex eo vſque mane: quòd ſiquid relictum fuerit ex eo vſque mane, igni comburetis.

11 Sic autẽ comedetis eum, Lumbi veſtri accincti *erunt*, calceamẽta veſtra in pedibus veſtris, & baculus veſter in manu veſtra, comedetíſque feſtinanter: *nam*″Péסſaחh eſt Iehouæ.

12 ′Nam tranſibo per terram Mixſráim nocte iſta, & percutiam omne primogenitũ in terra Mixſráim ab homine vſque ad beſtiã: ′& in cunctis diis Mixſráim faciam iudicia, ego Iehouáh.

13 Et erit″ſanguis ille″vobis″in ſignum in domibus in quibus vos fueritis:″quúmque videro ſanguinẽ, præteribo vos, & non erit in vobis plaga″ad perditionem quãdo percutiam in terra Mixſráim.

14 Et erit dies iſte vobis″in memoriam:″celebrabitíſque illum feſtum ipſi Iehouæ″in generationibus veſtris, ſtatuto′perpetuo celebrabitis eum.

15 Septem diebus″infermentata comedetis: veruntamen die primo″ceſſare facietis fermentum è domibus veſtris: quicunque enim comederit fermẽtatum à die primo vſque ad diem ſeptimũ, ′excidetur anima ipſa ex Iשſraאél.

16 Et in die primo,″cõuocatio ſancta: die quoque ſeptima, cõuocatio ſancta erit vobis: omne opus nõ″fiet in eis: veruntamẽ quod comedetur ab omni anima, illud tantummodo fiet à vobis.

17 ″Obſeruabitíſque infermentata: quia″hac ipſa die eduxi exercitus veſtros è terra Mixſráim: obſeruabitis inquam diem iſtum in generationibus veſtris, ſtatuto perpetuo.

18 In primo *menſe*, decimoquarto die mẽſis,″in veſpera comedetis infermẽtata vſque ad diem viceſimum primũ menſis in veſpera.

8 Carnem את־הבשר ſub. illius agni. Et infermentata: ומצות & panes infermentatos. Cũ amaror. על־מרורים. i. cũ herbis, amaris comedẽt illũ agnũ. 9 Ne comedatis אל־תאכלו Nõ comedetis. Crudũ, נא ſemicoctum. quod non ſatis aſſatum eſt. ita exponit magni nominis apud Hebræos vir. Ex doctis illorũ alter dicit נא opponi cocto: & ſignificare quod aliàs Hebræi viuũ appellãt, vt 1. Samu. 2. c. 15. Et elixatũ aq. ובשל מבושל & Ad verbũ, & elixũ elixũ. Caput e. ראשו ſub. comedite, vel comedetis. q. d. erit deuorãdus omnino.

11 Péסſaחh eſt Ieh. פסח הוא ליהוה *nam* péסſaחh eſt Iehouæ. i. nã imminet, vel inſtat hora qua Iehouáh trãſiturus, ſiue præteriturus eſt vos, percuſſis AEgyptiis. Latini qui ad nos ex Hebræo trãſferũt, dicunt Phaſe: Syri verò, ſiue Chaldæi, פסחא Piſha, quod nos & Græci, hiriq in a ſiue *α*, & ח in ch ſiue χ mutato, dicimus paſcha. Senſus autẽ huius loci petẽdus eſt ex paulo pòſt ſequẽti verſu 13, & trãſibo, vel præteribo vos. 12 Nam tranſibo ועברתי Ad verbũ, Et tranſibo. Et in cunctis, &c. ובכל וגו׳. i. de omnibus idolis AEgypti ſumam pœnas legitimas. 13 Sanguis ille הדם ſub. agni paſchatis, quo tincti fuerint poſtes. Vobis לכם . i. in veſtram vtilitatem. In ſignum לאות ſub. Angelo percutienti. Quúmque videro ſang. præt. vos, וראיתי את־הדם ופסחתי עלכם Ad verbum, & videbo ſanguinẽ, & præteribo ſuper vos. Ex doctis Hebræorũ alter exponit, aſpiciã enim ſanguinẽ, & præteribo vos. aut, viſo ſanguine tranſcendam domos veſtras. aut, ſaltabo vltra vos. ſiue, tranſcendam vos. id ſignificat פסח vnde paſcha. Ad perditionem quando perc. למשחית בהכותי ad exterminationem quando percutiam. ſub. primogenita.

14 In memoriam: לזכרון ſub. tanti beneficii. vice memorialis. vel, in monimentum. Celebrabitíſque, &c. וחגותם וגו׳ Ad verbum, feſtum agetis illum, feſtum *inquam* Iehouæ. vel, feſtiuabitis illum feſtum Iehouæ. i. celebrabitis in illo diem feſtũ ſolennem Domino. In generationibus veſt. לדורותיכם per ætates veſtras. Perpetuò עולם Ad verbum, mundi. i. ſempiterno.

15 Ceſſare fa. תשבית Hebraiſmus, auferetis, vel curabitis auferendũ. i. primo illo die auferetis totũ fermentũ, ita vt nullũ inueniatur in domibus veſtris. Vide paulo pòſt verſu 19, interpretationẽ huius verſus ab ipſo Moſe. Excidetur, &c. ונכרתה וגו׳ . i. is delebitur de catalogo Iſraelitarum. Inuerſus eſt ordo Hebræis, excidetur anima illa ex Iſrael, à die primo, &c. pro, quicunque comederit fermentatum à die primo, &c. excidetur, &c. 16 Conuocatio ſancta: מקרא־קודש indictio ſanctitatis. i. dies ſolennis, & ſancta, in qua conuocati iubetur populus. q. d. ex illis ſeptem diebus primus & ſeptimus erunt vobis ſolennes. Fiet יעשה parabitur. ſub. in diebus illis. i. nullum opus fiet à vobis in illis diebus, præterquam quòd licebit vobis parare cibum neceſſarium.

17 Obſeruabitíſque infer. ושמרתם את־המצות . i. obſeruabitis ritum edendi azymos panes. erat enim ſignũ quod Iudæos monere debuit Diuinæ liberationis, quæ eripuerat eos ab omni amaritudine ſpiritus. Hac ipſa die בעצם היום הזה Ad verbum, in corpore diei huius. Vide Geneſ. 7. b. 11. 18 In veſpera בערב id eſt nocte ſequente.

19 Septem diebus fermētum non inuenietur in domibus veſtris: quicunque enim comederit fermētatum, ″exterminabitur anima illa è cœtu Iשſraẋél, ″tam peregrini quàm indigenæ terræ.

20 Omne fermentatum non comedetis: in omnibus habitaculis veſtris comedetis infermentata.

21 Vocauit ergo Moשſéh omnes ſeniores Iשſraẋél, dixítque illis, Trahite, & accipite vobis pecora per familias veſtras, & immolate Péɒſanh.

22 ″Accipietis quoque faſciculum hyſſopi, & intingetis in ſanguine qui *erit* in vaſe: ″& applicabitis ſuperliminari & ambobus poſtibus de ſanguine qui *fuerit* in vaſe: vos verò nō egrediemini quiſque ex oſtio domus ſuæ vſque mane.

23 Et tranſibit Iehouáh ad percutiendum Miẋſráim: quúmque viderit ſanguinem in ſuperliminari & in ambobus poſtibus, ″trāſiliet Iehouah iuxta oſtium, neque permittet vaſtatorem ingredi domos veſtras ad percutiendum.

24 Obſeruabis itaque rem iſtam pro ſtatuto tibi, & filiis tuis vſque in ſeculum.

25 Quúmque ingreſſi fueritis terram quam dabit Iehouáh vobis, quemadmodum pollicitus eſt, tunc obſeruabitis ″cultum hunc.

Parētibus Præcipitur vt filios myſterium Paſchæ doceant.

26 ″Quū autē dixerint vobis filii veſtri, ″Quid *eſt* cultus iſte vobis?

27 Tunc dicetis, ″Sacrificium Péɒſanh eſt ipſi Iehouæ, qui trāſiliit domos filiorū Iשſraẋél in Miẋſráim quando percuſſit Miẋſráim, & domos noſtras eruit. ″Et incuruauit ſeſe populus, & adorauit.

28 Itaque abierunt, & fecerunt filii Iשſraẋél ″quemadmodū præceperat Iehouah Moשſéh & Aharoni, ſic fecerunt.

Clades primogenitorum AEgypti.

29 Fuit ergo in medio noctis, Iehouáh percuſſit omne primogenitum in terra Miẋſráim à primogenito Paryóh ″ſedente ſuper ſolium eius, vſque ad primogenitum ″captiui qui *erat* in domo carceris, & omne primogenitum animalis.

30 Surrexit ergo Paryóh nocte ipſa, & omnes ſerui eius totáque Miẋſráim: exortúſque eſt clamor magnus in Miẋſráim: nulla enim erat domus in qua non eſſet ″mortuus.

Pharao eiicit filios Iſrael.

31 Et vocauit Moשſéh & Aharonem noctu, & dixit, Surgite, egredimini è medio populi mei ″& vos & filii Iשſraẋél: atque abite, ſeruite Iehouæ ″vt dicitis.

32 ″Quin & greges veſtros & armenta veſtra accipite quemadmodum poſtulaſtis: & abite, ″& benedicite etiam mihi.

33 ″Et inualeſcebat Miẋſráim ſuper populum, feſtinādo dimittere eos è terra: dicebant enim, ″Omnes ſumus mortui.

19 Septē diebus fermentū non inuenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis quàm de indigenis terræ.

20 Omne fermentatum non comedetis: in cūctis habitaculis veſtris edetis azyma. D

21 Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate Phaſe.

22 ‖Faſciculūque hyſſopi tingite in ſāguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrūque poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque mane. Heb.11.c.28

23 Tranſibit enim Dominus percutiēs AEgyptios: quúmque viderit ſanguinē in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere.

24 Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis vſque in æternum.

25 Quúmque introieritis terram quā Dominus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas.

26 Et quum dixerint vobis filii veſtri, Quæ eſt iſta religio?

27 Dicetis eis, Victima tranſitus Domini eſt, quādo trāſiuit ſuper domos filiorū Iſrael in AEgypto, percutiens AEgyptios, & domos noſtras liberās. Incuruatúſque populus adorauit.

28 Et egreſſi filii Iſrael fecerunt ſicut præceperat Domin⁹ Moyſi & Aaron.

29 Factum eſt autem, in noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitum in terra AEgypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, ‖vſq; ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. B Sapiē.18.a.,b.11

30 Surrexitq; Pharao nocte & omnes ſerui eius, cunctáque AEgyptus: & ortus eſt clamor magnus in AEgypto: neque enim erat domus in qua non iacêret mortuus.

31 Vocatiſque Pharao Moyſe & Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, & vos, & filii Iſrael: ite, immolate Domino ſicut dicitis.

32 Oues veſtras & armenta aſſumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi.

33 Vrgebántque AEgyptii populum de terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur.

19 Exterminabitur ונכרתה delebitur. excidetur. Tam peregrini, &c. בגר ובאזרח וגו' Ad verbum, in aduena, & in indigena terræ. id eſt ſiue aduena, ſiue indigena terræ fuerit.

22 Accipietis quoque ולקחתם Verti hæc poſſunt per imperatiua, Et accipite, &c. & tingite, &c. Et applicabitis, &c. והגעתם וגו' & aſpergetis ſuperliminare & ambos poſtes.

23 Trāſiliet Ieh. iuxta oſtiū, ופסח יהוה על הפתח Qui præpoſitionē על nō cōuertunt, transferūt, tranſiliet Iehoua oſtiū. i. relinquet domū illam intactam. 25 Cultum hunc. העבודה הזאת: ritum hunc. i. has ceremonias, & hanc religionem. Alii, opus hoc.

26 Quum autem dixerint והיה כי־יאמרו Ad verbum, Et erit, quum dicent. Quid *eſt*, &c. מה העבודה וגו' Hebraiſmus, Quid ſibi vult cultus iſte quem obſeruatis? Quare hunc ritum obſeruatis?

27 Sacrificiū Péɒſanh eſt זבח פסח הוא. i. Victima eſt tranſilitionis, ſiue præteritionis: hoc eſt, quæ nobis eſt vice memorialis beneficii accepti, quòd Dominus tranſilierit, ſiue præterierit domos noſtras, nō affligens nos, quū AEgyptios percuteret, ſed domos noſtras reliquit illæſas. Vide ſuprà, verſu 11. Et incuruauit ſeſe, ויקוד וגו'. i. Demiſſo capite adorauit.

28 Quemadmodum, &c. 'כאשר וגו Declarat quod dixerat, Et fecerunt.

29 Sedente היושב ſeſſuro. Vide præcedenti capite, verſu 5. Captiui השבי Ad verbum, captiuitatis. Quidam vertunt, captiuæ.

30 Mortuus. מת: cadauer. 31 Et vos & filii גם אתם גם־בני Ad verbum, etiam vos, etiam filii. Vt dicitis. כדברכם: Ad verbum, iuxta loqui veſtrum. 32 Quin & greges, &c. גם־צאנכם וגו' Ad verbum, Etiam pecora veſtra, etiam boues veſtros. Et benedicite, &c. וברכתם וגו'. i. mihi quoque bene precemini. Chaldæus paraph. orate etiam pro me. 33 Et inualeſc. Miẋſráim, &c. ותחזק מצרים וגו' Et inſtabat AEgyptus, &c. Hebraica phraſis, Totis autem viribus AEgyptii vrgebant populum vt maturè diſcederet ex AEgypto. vel, feſtinabant magno conatu dimittere populum Iſraeliticum. Omnes ſu. mortui. כולנו מתים: id eſt, actum eſt de nobis.

34 Tulit igitur populus cõſperſam farinam antequam fermentaretur: & ligans in palliis, poſuit ſuper humeros ſuos.

Suprà 3.g.22 & 11.a.2

35 Fecerúntque filii Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi: & petierunt ab AEgyptiis vaſa argentea & aurea, veſtémque plurimam.

F

36 Dominus autem dedit gratiam populo coram AEgyptiis vt commodarent eis: & ſpoliauerunt AEgyptios.

Nume.33.a.3 ioſue 24.b.6

37 Profectíque ſunt filii Iſrael de Rameſſe in Sochoth, ſexcẽta ferè millia peditum virorum, abſque paruulis.

38 Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armẽta, & animantia diuerſi generis multa nimis.

39 Coxerúntque farinam quam dudũ de AEgypto conſperſam tulerant: & fecerũt ſubcineritios panes azymos: neque enim poterat fermentari, cogẽtibus exire AEgyptiis, & nullam facere ſinentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare.

Geneſ.15.d.16

40 Habitatio autem filiorũ Iſrael qua manſerunt in AEgypto, fuit quadringentorum triginta annorum.

41 Quib⁹ expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra AEgypti.

42 Nox iſta eſt obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de terra AEgypti: hanc obſeruare debent omnes filii Iſrael in generationibus ſuis.

G

43 Dixitq; Domin⁹ ad Moyſen & Aaron, Hæc eſt religio Phaſe, Omnis alienigena non comedet ex eo.

44 Omnis autem ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet.

45 Aduena & mercenarius non edent ex eo.

Nume.9.b.12

Iohan.19.f.36

46 In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis.

47 Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud.

48 Quòd ſiquis peregrinorũ in veſtrã voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & tũc rite celebrabit: eritque ſicut indigena terræ: ſiquis autem circunciſus non fuerit, non veſcetur ex eo.

49 Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos.

50 Fecerunt autem omnes filii Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron.

Iudæi AEgyptios ſpoliant vaſis argenteis.

34 Tulítque populus conſperſionem ſuam antequam fermẽtaretur: ʹconſperſiones *inquam* ſuas inuolutas veſtimentis ſuis ſuper humerum ſuum.

35 Porrò filii Iשׁſraאél fecerũt iuxta verbum Moשׁſéh: ʹnam mutuò acceperunt ab AEgyptiis vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtes.

36 Iehouáh autem ʺdedit gratiam populo in oculis AEgyptiorum, & commodauerunt eis: ac *ita* ſpoliauerunt AEgyptios.

Egrediũtur filii Iſrael.

37 Profectíqeu ſunt filii Iשׁſraאél de Raymeסſéס in סSuchóth circiter ſexcenta millia peditum virorum tantùm, præter paruulos.

38 ʹEt etiam miſtio multa aſcendit cũ eis, ʹpecudes quoque & boues, pecora multa admodum.

39 Et coxerunt conſperſionem quam extulerant ex Mixſráim, *facientes* placentas infermẽtatas: quia non ʺerat fermẽtata, quòd eiecti fuiſſent ex Mixſráim, nec potuiſſent immorari: & etiam ʹviaticum non apparauerant ſibi.

ccccxxx annos habitauerũt in AEgypto.

40 Habitatio verò filiorũ Iשׁſraאél qua habitauerũt in Mixſráim, fuit quadringentorum triginta annorum.

41 Fuit autem in fine quadringentorũ triginta annorũ, fuit inquã ʺhac ipſa die, egreſſi ſũt omnes exercitus Iehouæ è terra Mixſráim.

42 ʺNox cuſtodiarum eſt Iehouæ, vt educeret eos è terra Mixſráim: ipſa *ergo* nox *erit* Iehouæ ʹobſeruãtiæ omnibus filiis Iשׁſraאél per generationes ſuas.

Mos celebrandi Phaſe.

43 Et dixit Iehouáh ad Moשׁſéh & Aharón, ʹHoc ſtatutũ Péסſanh, Omnis ʹalienigena non comedet ex eo.

44 Et omnem ſeruum hominis ʹemptum argento, circuncídes, tũc comedet ex eo.

45 Aduena & mercenarius non comedet ex eo.

46 In eadem domo comedetur, nõ ʹeduces è domo de carne foras, & os non confringetis in eo.

47 Vniuerſus cœtus Iשׁſraאél ʺfacient ipſum.

48 Quum autem ʺperegrinabitur apud te peregrinus, ʹ& faciet Péסſánh ipſi Iehouæ, circuncidetur ei omnis maſculus, & tunc accedet ʹad faciẽdum illud: erítque ſicut indigena terræ: ʹnullus enim habens præputium, comedet ex eo.

49 Lex vna erit indigenæ & peregrino qui peregrinatur in medio veſtri.

50 Fecerunt ergo omnes filii Iשׁſraאél: ʹquemadmodum præcepit Iehouáh Moשׁſéh & Aharón, ſic fecerunt.

34 Conſperſiones ſuas,&c. משארותם צרורות בשמלותם cibos ſuos circunuolutos,&c. Alii, panaria ſua inuoluta veſtibus.i.vaſa in quibus ſeruabatur maſſa illa. vt tamen ſit continens pro contento. q.d. conſperſiones ſuas cõſperſas. Alii, reliquias ciborum inuolutas,&c. Alii ſubaudita præpoſitione I N, vertunt, *in* panariis ſuis inuolutis veſtibus. 35 Nam mutuò acceperunt וישאלו nam poſtulauerunt.

36 Dedit gratiam,&c. נתן וגו' Hebraiſmus, fecit vt populus gratia valeret apud AEgyptios.

38 Et etiam miſtio multa וגם ערב רב Chaldæus paraph. Alieni [Extranei] quoque multi. Pecudes quoque,&c. וצאן וגו' Ad verbum, greges quoque & armenta, pecus graue valde. 39 Erat fermentata, חמץ ſub. illa conſperſio. Viaticum צדה eſcam.

41 Hac ipſa die, בעצם היום הזה Vide ſuprà verſu 17,& Geneſ.7.b.11.

42 Nox cuſtodiarum eſt Ieh. ליל שמורים הוא ליהוה Nox obſeruantiarum eſt ipſi Iehouæ. Vel ita dicitur hæc nox quòd Dominus in ea cuſtodiuerit filios Iſrael ne læderẽtur à vaſtatore, vt poſtea educeret eos de terra AEgypti, & aſſereret in libertatem. Vel quòd filii Iſrael iſtam noctem poſthac omnibus ſeculis ſumma cum religione obſeruare deberent in honorem Iehouæ, atque in ea memores eſſe beneficiorum Dei, quomodo ipſi cuſtoditi eſſent, primogenitis AEgyptiorum omnibus interfectis: quódque ea nocte liberati eſſent à dura ſeruitute. Iuxta hanc expoſitionem vertenda erunt mox ſequentia, qua eduxit eos,&c. Obſeruantiæ שמורים plurale eſt. q.d. Nox iſta obſeruabitur ab omnibus filiis Iſrael in honorem Domini, per ætates ſuas, ſiue tempore ſuo.

43 Hoc ſtatutum Péסſanh, זאת חקת הפסח .i. Talis debet eſſe ritus ſiue obſeruantia edendi agni Paſchalis. hoc more celebrandum eſt Phaſe. Alienigena בן נכר Ad verbum, filius alienigenæ.i. extraneus alienus à gente Iudæorum, & religione. 46 Educes תוציא aſportabis.

44 Emptum argento מקנת כסף Ad verbum, emptionem argenti.

47 Facient ipſum. יעשו אותו præparabunt ipſum.

48 Peregrinabitur apud te יגור אתך Id eſt tranſibit per te, & habitabit apud te. Et faciet ועשה .i. facere volet. Ad faciendum illud: לעשותו .i. ad immolandum agnum Paſchalem. Nullus enim,&c. וכל ערל וגו' Ad verbum, & omnis præputiatus non comedet ex eo. 50 Quemadmodum,&c. כאשר וגו' Declarat quid fecerint filii Iſrael.

Et fuitʹhoc ipſo die,eduxit Iehouáh filios Iשׂraאél è terra Miẋſráimʹper exercitus eorum. 51

Cap. XIII.

Primogenita Deo ſāctificāda.

DIxítque Iehouáh ad Moשׂéh,ʹhis verbis, 1

ʹSāctifica mihi omne primogenitū:ʹquicquid aperit vuluā in filiis Iשׂraאél tā in hominibus quàm in iumentis:ʹmeū *enim* eſt. 2

Memoria liberationis celebrāda.

Dixit ergo Moשׂéh ad populum,ʹMementote diei huius quo egreſſi eſtis ex Miẋſráimʹè domo ſeruorum:quoniam in fortitudine manus eduxit vos hinc Iehouáh:ʹneq; comedatur fermentatū. 3

Hodie vos egredimini menſe Abib. 4

ʹQuum autem introduxerit te Iehouáh in terrā Chenayanæorum, חHitthæorum, & אEmoræorum, & חHiuæorū,& Iebuסæorum, de qua iurauit Patribus tuis ſe daturū, tibi terram fluentem lacte & melle,ʹtum coles cultum iſtum in menſe iſto. 5

Septem diebus comedes infermentata, die autem ſeptimo ſolennitas erit Iehouæ. 6

Infermentata comedentur ſeptem diebus, nec conſpicieturʹapud te fermentatum,neque apparebit apud te fermentum in vniuerſo termino tuo. 7

Filii docendi ſe liberatos fuiſſe à tyrannide Pharaonis.

Annuntiabíſque filio tuoʹeo die,dicēdo,ʹPropter hoc *quod* fecit Iehouáh mihi quum exirem de Miẋſráim. 8

ʹEt erit tibi in ſignum ſuper manum tuam,&in memoriale inter oculos tuos, vt ſit Lex Iehouæ in ore tuo,ʹquia in manu forti eduxit te Iehouáh ex AEgypto. 9

Obſeruabíſque ſtatutum hocʹin tempore ſuo quotannis. 10

Quúmque introduxerit te Iehouáh in terram Chenayanæorū, quemadmodum iurauit tibi & Patribus tuis,& dederit eam tibi: 11

Primogenita omnia,Dei erant.

ʹTunc transferes omnemʹapertionem vuluæ ad Iehouam,om- 12

51 Et eadē die eduxit Dominus filios Iſrael de terra AEgypti per turmas ſuas.

Cap. XIII.

1 LOquutúſque eſt Dominꝰ ad Moyſen,dicens,

2 ‖Sāctifica mihi omne primogenitū quod aperit vuluam in filiis Iſrael, tā de hominibus quàm de iumētis: mea ſunt enim omnia.

Infrà 22.d.29,& 34.c.17 leuit.27.c.26 num.3.b.13,& 8.c.16 luc.2.d.23 Exod.23.c.15

3 Et ait Moyſes ad populum,‖Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de AEgypto & de domo ſeruitutis:quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto: vt nō comedatis fermentatum panem.

4 Hodie egredimini mēſe nouarum frugum.

5 Quúmque introduxerit te Dominꝰ in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi,& Heuæi, & Iebuſæi, quam iurauit Patribus tuis vt daret tibi,terram fluentem lacte & melle: celebrabis hunc morem ſacrorum mēſe iſto.

6 Septem diebus veſceris azymis: & in die ſeptimo erit ſolēnitas Domini.

7 Azyma comedetis ſeptem diebus, non apparebit apud te aliquid fermētatum,nec in cunctis finibus tuis.

8 Narrabiſque filio tuo in die illo, dicens,Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quādo egreſſus ſum de AEgpyto.

9 Et erit quaſi ſignū in manu tua, & quaſi monimētum ante oculos tuos: & vt Lex Domini, ſemper ſit in ore tuo:in manu enim forti eduxit teDominus de AEgypto.

10 Cuſtodieshuiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies.

11 Quúmque introduxerit te Dominusin terram Chananæi,ſicut iurauit tibi & Patribus tuis,&dederit tibi eā

12 ‖Separabis omne quod aperit vuluā,

Infrà 22.d.29,& 34.c.19 ezech.44.g.30

51 Hoc ipſo die, בעצם היום הזה Vide ſuprà verſu 17,& Gen.7.b.11. Per exercitus e. :על־צבאותם cū exercitibꝰ eorū.vel,cū copiis ſuis

IN CAPVT XIII.

1 His verbis, :לאמור Ad verbum,dicendo. 2 Sanctifica קדש .i.conſecra.vel,dedica. Quicquid aperit vul. פטר כל־רחם. Ad verbum,apertionem omnis vuluæ.Per appoſitionem dictum.i.adaperiens vuluam cuiuſque animalis. Meum *enim* eſt. :לי הוא.q.d. meum eſſe volo in memoriam tanti beneficii quod à me accepiſtis.

3 Mementote זכור Infinit.pro imperat. E domo ſeruorum:מבית עבדים Per appoſitionem AEgyptum vocat domum ſeruorum, id eſt locum in quo ſeruiebant duriſſimam ſeruitutē. Neque comedatur fer. : ולא יאכל חמץ vt ſcilicet hac ratione memores ſitis quomodo nō tantū vi exiſtis ex AEgypto,ſed etiam ita feſtinanter eiecti fuiſtis,vt non licuerit immorari diutius ad parandum viaticum,nondúmque maſſæ veſtræ eſſent fermentatæ,tantum abeſt vt vos retinuerint.

4 Abib. :האביב Id eſt ſpicæ.pro Spicarum.hoc eſt,menſe quo Spicæ exeunt è calamis. nam hæc vox propriè ſignificat calamum in cuius ſummitate eſt ſpica.Hoc in terra promiſſionis & apud AEgyptios fit menſe Martio,vel in principio Aprilis:hoc eſt circa æquinoctiū Vernum:ſicut collectio aliorum fructuum in fine anni(hoc eſt circa æquinoctium Autumnale)fieri ſolet. Incipiunt enim Hebræi annum ſuum circa æquinoctium Autumnale: licet in Sacris ab æquinoctio Verno illum iubeantur auſpicari. Quidam אביב non pro nouis frugibus, aut tempore quo fruges ad maturitatem tendunt,accipiendum eſſe putant,ſed pro florido & virenti:acſi dicat Moſes,populum eo tempore egreſſum fuiſſe quo omnia florent ac virent,quod eſt verno tempore.Prior lectio verior eſt,quam & omnes Hebræi ſequuntur.

5 Quum autem introduxerit והיה כי־יביאך Ad verbum,Et erit,quum introduxerit. Tum coles cultum iſtum ועבדת את־העבודה הזאת tum celebrabis ritum hunc. 7 Apud te לך tibi.i.à te.Sic mox.

8 Eo die, ביום ההוא quo ſcilicet comedes azyma. Propter hoc *quod* fecit בעבור זה עשה .i.Propter ea ſigna quæ fecit Dominus,(.i.ꝓpter occiſa primogenita)celebramus Paſchæ iſtius feſtū in memoriam beneficii accepti. Alii vertūt,Propterea hoc fecit mihi Iehouáh.hb.vt eſſemus memores accepti beneficii.q.d. Deus fecit illa ſigna quū egrederer ex AEgypto,vt perpetuò memores eſſemus illius beneficii,& quòd ſemper adeſſe ſolet ſuis in neceſſitate.Prior interpretatio verior.

9 Et erit tibi,&c. 'והיה לך וגו .i.Externæ iſtæ ceremoniæ ſint tibi nō ſecus acſi quis aliquod ſignum habeat in manu,aut monimentū ante oculos ſuos,quod eum perpetuò admoneat beneficii accepti.Solent enim qui tardioris ingenii, aut futilis memoriæ ſunt,admoneri vt aliquid in manum ſumant, aut ſignum aliquod ſibi faciant,ne eorum quæ eis commiſſa ſunt,obliuiſcantur:aut ſi excidant,facilius reminiſcantur.Signa in hoc proſunt,vt ſpiritualium cæleſtiúmque rerum aſpectum terreno quodam modo nobis exhibeāt,omnéſque ſenſus noſtros exteriores exerceant,moneāt,ac ſolētur.Dicit ergo Deus per Moſen populo,Eā ob cauſam præcepi tibi hanc ceremoniā obſeruari,vt potentiam ac beneficentiam meam qua te liberaui,ac è ſeruitute eduxi,quaſi in oculos & manum dem: vt videant oculi tui,& palpent manus tuæ,ne vnquam tibi deſit quod carnis infirmitatem adiuuet.Fiet autem quum hæc exteriora ob oculos verſabūtur, & manibus tractabūtur,vt tibi potentia,gratia, & miſericordia mea velut renouentur. nam harū te admonebunt ceremoniæ.Cōſiderata autē tanta Dei bonitate qua te liberauit,calefiet cor tuum vt tantum benefactorem redames, timeas,colas,innocēter coram eo ambules.quo enim plus amabis,hoc plus ſtudebis eius voluntati obtemperare: Sicque fiet vt Lex Dei ſemper ſit in ore tuo,vt ſemper eius beneficentiam laudes,extollas,atque opere magnifacias:vt tota vita tua Dei virtutem teſteris,vt nuſquam ab eius Lege vel vnguem latum diſcedas. Vide eadem paulo pòſt,verſu 16. Quia in manu forti eduxit te Iehouáh כי ביד חזקה הוציאך יהוה quòd in manu forti eduxerit te Iehouáh.Antecedēs pro relatiuo Ipſe. 10 In tēpore ſ.quot. למועדה מימים ימימה: Ad verbū,in tēpore ſtatuto àdiebus in dies.Hebraiſmus,quotannis incipiēdo ſcilicet à diebus illis,& reuoluto anno,rurſus in illis diebus celebrat Paſcha. Nam quum annus diebus conſtet,vtuntur Hebræi diebus in plurali,pro annis. 12 Tunc transferes והעברת Ad verbum,Et tranſire facies.i.ſeparabis ac conſecrabis omne primogenitum Domino nam(vt inquit quidam Hebræorum)verbum העביר traduxit,tranſtulit,tranſire fecit,vbique ſeparationem ſignificat. Similiter exponit & ex doctis illorum alter,Transferas ad Dominū,vt non commiſceatur cū aliis. Apertionē vuluæ פטר רחם Sic vocat primogenitū, vt ex ſecundo verſu huius capitis apparet,in quo vtrunque coniungit,primogenitum,& apertionem vuluæ.

Domino, & quod primitiuũ eſt in pecorib⁹ tuis: quicquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino.

Primogenitum aſini mutabis oue: quòd ſi nõ redemeris, interficies: omne autem primogenitũ hominis de filiis tuis, pretio redimes. 13

C Quumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid eſt hoc? reſpõdebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de terra AEgypti, de domo ſeruitutis. 14

Nam quũ induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitũ in terra AEgypti, à primogenito hominis vſque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorũ meorũ redimo. 15

Erit igitur quaſi ſignũ in manu tua, & quaſi appenſũ qd ob recordationẽ inter oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dñs de AEgypto. 16

Igitur quum emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philiſthiim quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in AEgyptum: 17

D Sed circunduxit per viam deſerti, quę eſt iuxta Mare rubrum, & armati aſcenderunt filii Iſrael de terra AEgypti. 18

Tulit quoq; Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd adiuraſſet filios Iſrael, dicens, ‖Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. 19

Gene.50.d.25 num.33.a.6 ioſue 24.g.32

Profectique de Socoth, caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis. 20

Dominus autẽ præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in colũna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tẽpore. 21

Num.14.c.14 deut.1.f.33 pſal.78.b.14 & 105.d.39 1.corinth.10.a.1

Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo. 22

Nehem.9.d.19

nem item ″apertionem, emiſſionem iumenti, quod tuum erit, maſcula, Iehouæ *erunt*.

13 ″Omne autem primogenitum aſini redimes ″hœdo: quòd ſi non redemeris, ceruicem franges ei: omne quoque primogenitum hominis in filiis tuis, ″redimes.

14 Quum autem interrogauerit te filius tuus ″cras, dicendo, Quid hoc? tũ dices ad eum, ″In fortitudine manus eduxit nos Iehouáh ex Mixſráim ″è domo ſeruorum.

Filii docẽdi, cur primogenita in vſum Dei ſeparentur.

15 Et fuit, ″quum induraſſet ſe Paryóh ″quomin⁹ dimitteret nos, occidit Iehouáh omne primogenitum in terra Mixſráim à primogenito hominis vſque ad primogenitũ animalis: idcirco ego ſacrifico Iehouæ ″omnem apertionem vuluæ ſexus maſculini: omne autem primogenitum filiorum meorum ″redimo.

16 Et erit in ſignum ſuper manũ tuam, ″& in frõtalia inter oculos tuos: ″quia in fortitudine man⁹ eduxit nos Domin⁹ ex Mixſráim.

בשלח

17 Factum eſt autem ″quum emiſiſſet Paryóh populum, non deduxit eos Deus per viam terræ Peliשſthím, quòd propinqua eſſet: dicebat enim Deus, Ne fortè pœniteat populum quũ viderint ″bellum, & reuertantur in Mixſráim.

Quare Domin⁹ filios Iſrael circũduxit per deſertum.

18 Circunduxit ergo Deus populũ per viam deſerti ″Maris סſúph, ″& accincti aſcenderunt filii Iשſraאél è terra Mixſráim.

19 Tulit quoque Moשſéh oſſa Ioſéph ſecum: nam adiurando adiurauerat filios Iשſraאél, dicendo, ″Viſitando viſitabit vos Deus, & aſcendere facietis oſſa mea hinc vobiſcum.

Oſſa Ioſeph fert Moyſes

20 Profecti ſunt itaque è Suchóth, & caſtrametati ſunt in אEthám ″in fine deſerti.

21 Et Iehouáh præcedebat eos interdiu in columna nubis, vt duceret eos per viam: noctu verò in columna ignis, vt luceret eis, vt ambularent diu & noctu.

Columna nubis & ignis.

22 Non abſtulit columnam nubis interdiu, neque columnã ignis noctu ante populum.

Apertionem, emiſſionem iumenti, פטר שגר בהמה apertionem, ſub. vuluæ: appoſitiuè, emiſſionem iumenti. hoc eſt quod aperit vuluã beſtiæ, & emittit beſtiam. Significat pluribus verbis primogenitum. Chaldæus paraph. vertit, omnem apertionem, & fœtũ iumenti: per fœtum hìc intelligens eiectitium (hoc eſt qui ante tempus à natura ſtatutum eiicitur) & hunc quoque adducendũ Domino. q.d. ſi tibi fuerit iumentum, cuius vterum fœtus aliquis etiam immaturus primò aperuerit, iſque maſculini fuerit ſexus, Domini erit.

13 Omne autem primog. וכל־פטר Ad verbum, Omnem autem apertionem. ſub. vuluæ. Non licebat conſecrare aſinũ Domino, quòd immundum eſſet animal: ſed loco illius immolandus erat hœdus vel agnus. Hœdo: בשה agno. Vtrunque ſignificat hæc vox. Redimes. תפדה׃ ſub. animali mundo quod offeres pro eo.

14 Cras, מחר .i. in poſterum, poſthac. In fortitudine manus בחוזק יד .i. manu forti & robuſta. magnis viribus. E domo ſer. מבית עבדים׃ Vide in principio huius capitis, verſu 3.

15 Quum induraſſet, &c. כי־הקשה וגו׳ Ad verbum, quum induraſſet ſe Pharao ad dimittendum nos. i. quum obfirmaſſet vultum ſuũ, ſe non dimiſſurum nos. Omnem apertionem vuluæ כל־פטר רחם .i. omne quod aperit vuluam. hoc eſt, omne primogenitum. Vt paulo antè, verſu 12 & 13. Redimo. אפדה׃ redimere ſoleo. Fut. Heb. pro præſ.

16 Et in frontalia ולטוטפות Chaldæus paraph. & in thephillin. quod vocabulum hodie vſitatiſſimum eſt apud Iudæos, quo vocant ſigilla quæ ſingulis diebus tum capiti, tum ſiniſtro brachio alligant, vt admoneantur præceptorum Dei. תפלין autem quidam ea dicta putant à verbo תפל quod coniungere, alligare, & appẽdere ſignificat. quam rationem ſequutus eſſe videtur Vetus interpres, qui vertit, Et quaſi appenſum quid. Alii à voce תפלה quæ Hebræis preces & orationem ſignificat, deriuãt: quaſi dicas oratoria: ſic appellata quòd Iudæi iſtis ſignis in precibus & orationibus ſuis quotidie vtantur. Prior opinio verior. Dicit igitur Moſes, Hæc oblatio primogenitorum reuocabit tibi perpetuò in memoriam beneficia Dei, vt ſolent ſigna & frontalia Legem Domini. Paulo antè, verſu 9, pro frontali, Moſes poſuit memoriale. Quia in fortitudine, &c. כי בחוזק וגו׳ quòd in fortitudine manus eduxerit nos, &c. Sic potius vertendum videtur, vt ſit ſenſus, Iſta oblatio primogenitorum, reducet tibi in memoriam quòd in fortitudine manus eduxerit te, &c. vt ſolent ſigna & frontalia eſſe memoriale Legis Dei. Vide ſuprà, verſu 9.

17 Quum emiſiſſet בשלח Hic tertia eſt Hebræorum huius ſecundi libri Moſis ſectio, quam à ſecunda voce iſtius verſus appellant בשלח in emittendo. Bellum, מלחמה ſub. imminere.

18 Maris סSuph, ים־סוף *adiacentis* Rubro mari. Chaldæus paraph. ad Mare rubrum. Et accincti וחמושים ſub. armis. Hæc vox accingi & armari ſignificat: ab חמש quæ quintam coſtam ſignificat, quòd circa eam arma quibus ſe homines muniunt, ferè adhiberi ſoleant. Sic omnes Hebræi. Chaldæus paraph. מזרזין accincti. vel (vt alii vertunt) feſtinabundi, ſoliciti, circunſpecti, & expediti. L X X, quinta autẽ generatione aſcenderũt, &c. i. quinto ſeculo, quòd videlicet iam ſupra quadringentos annos, quibus Deus ſemen Abrahæ in terra aliena peregrinum futurum prædixerat, effluxiſſent triginta anni, vt iam quintum ſeculum agi videretur. Quod vt ſic transferant, ambiguitas vocis eos mouit, quæ ab חמש deducta, quinque ſignificare poteſt. Verùm prior verſio, melior. Vult enim dicere Moſes, quòd filii Iſrael non vt ſerui fugitiui clàm ex AEgypto egreſſi fuerint, ſed palàm & armata manu.

19 Viſitando viſit. &c. פקוד יפקוד וגו׳ Hebraiſmus, Quum viſitauerit vos Deus, efferte, & aſportate.

20 In fine בקצה in ora, in extremitate.

Cap. XIIII.

Iubet Deus caſtrametari in periculoſo loco, vt magis glorificetur.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

2 Loquere ad filios Iשſraxél vt reuertantur & caſtrametentur ante Pi-haחhiróth inter Migdól & Mare, e regione Báyal xSephón: in conſpectu eius caſtrametabimini iuxta Mare.

3 Dicétq; Paryóh de filiis Iשſraxél, ʹCōfuſi ſunt ipſi in terra, ʹclauſit *uiam* illis deſertum.

Indurat cor Pharaonis Deus.

4 ʹEt roborabo cor Paryóh, & perſequetur eos, ʹ& glorificabor in Paryóh, & in omni exercitu eius: ſciéntque AEgyptii quòd ego Iehouáh. ʹEt fecerunt ſic.

Pharao inſequitur Iſraelem.

5 Nuntiatum eſt autem Regi Mixſráim quòd fugeret populus: ʹ& verſum eſt cor Paryóh & ſeruorum eius in populum, & dixerunt, Quid hoc *eſt quod* fecimus, ꝙ dimiſimus Iשſraxél, ne ſeruiret nobis?

6 ʹIunxit autem currum ſuum, & populum ſuum aſſumpſit ſecū.

7 Tulítque ſexcentos currus electos, & omnes currus Mixſráim, & duces ſuper omnes illos.

Et roborauit Iehouáh cor Paryóh regis Mixſráim, perſecutúſq; eſt filios Iשſraxél: porrò filii Iשſraxél ʹegrediebātur ī manu excelſa:

9 Perſecutíque ſunt eos AEgyptii, aſſequutíque ſunt eos ʹcaſtrametātes iuxta Mare: ʹomnes equi currus Paryóh, & equites eius, ʹ& exercitus eius iuxta Pi-haחhiróth ante Báyal xSephón.

De ſalute deſperantes Iſraelitæ, murmurant.

10 ʹQuúmque Paryóh ʹapplicuiſſet, eleuauerunt filii Iשſraxél oculos ſuos, & ecce AEgyptii ʹinſequebantur eos, timuerúntque vehementer, & clamauerunt filii Iשſraxél ad Iehouam,

11 Dixerúntque ad Moשſeh, ʹAn quòd non *eſſent* ſepulchra in Mixſráim, tuliſti nos, vt moreremur in deſerto? quid hoc feciſti nobis vt educeres nos ex Mixſráim?

12 ʹNónne hoc ipſum eſt quod dicebamus tibi in Mixſráim, dicētes, ʹCeſſa à nobis, vt ſeruiamus AEgyptiis? nam melius erat nobis ſeruire AEgyptiis, quàm mori in deſerto.

Promittit eis ſalutem à Deo Moyſes.

13 Dixítque Moשſéh populo, Ne timeatis: ʹſtate, & videte ʹſalutē Iehouæ quam facturus eſt vobis hodie: nam quos vidiſtis AEgyptios hodie, ʹnon eſtis viſuri vltrà vſque in ſeculum.

14 Iehouáh pugnabit pro vobis, & vos ʹtacebitis.

Clamans Moyſes ad Deum, iubetur virga Mare diuidere.

15 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh, ʹQuid clamas ad me? alloquere filios Iשſraxél vt proficiſcantur:

16 Tu verò eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper Mare, & ſcinde illud, & ingrediantur filii Iשſraxél ʹintra Mare

Cap. XIIII.

LOquutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens,

Loquere filiis Iſrael, Reuerſi caſtrametētur e regione Phi-hahiroth quæ eſt inter Magdalum & Mare contra Beel-ſephon: in conſpectu eius caſtra ponetis ſuper Mare.

Dicturúſque eſt Pharao ſuper filiis Iſrael, Coarctati ſūt in terra, concluſit eos deſertum.

Et indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in ōni exercitu eius: ſciéntque AEgyptii quia ego ſum Dominus. Fecerúntque ita.

Et nuntiatū eſt regi AEgyptiorum quòd fugiſſet populus: immutatúmque eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ſuper populum, & dixerunt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Iſrael, ne ſeruiret nobis?

B

Iunxit ergo currum & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum.

Tulitque ſexcentos currus electos & quicquid in AEgypto curruum fuit: & duces totius exercitus.

Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis AEgypti, & perſecutus eſt filios Iſrael: at illi egreſſi erant in manu excelſa.

Quúmque perſequerentur AEgyptii veſtigia præcedentiū, repererunt eos in caſtris ſuper Mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erant in Phi-hahiroth contra Beel-ſephon.

Ioſue 24.b.6
1.mach.4.a.

Quúq; appropinquaſſet Pharao, leuātes filii Iſrael oculos, viderunt AEgyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamauerúntque ad Dominum,

Et dixerūt ad Moyſen, Forſitan nō erant ſepulchra in AEgypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex AEgypto?

C

Nónne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in AEgypto, dicētes, Recede à nobis, vt ſeruiam⁹ AEgyptiis? multo enim melius erat ſeruire eis, quàm mori in ſolitudine.

Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini quæ facturus eſt hodie: AEgyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vſque in ſempiternum.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Dixitq; Domin⁹ ad Moyſen, Quid clamas ad me? loquere filiis Iſrael vt proficiſcantur:

Tu autē eleua virgā tuam, & extēde manum tuam ſuper Mare, & diuide illud: vt gradiātur filii Iſrael in me-

---

IN CAPVT XIIII.

3 Confuſi ſ. נבוכים Perplexi ſunt. Clauſit, &c. סגר וגו׳ præcluſit ſeſe illis. q.d. viæ deſerti ſunt præcluſæ illis: ideo errant in deſerto, neſciuntque qua ituri ſint in deſerto ipſo.

4 Et roborabo וחזקתי Et indurabo. Et glorificabor ואכבדה & gloriabor. i. glorioſus apparebo. vel, gloria mea apparebit. Alii, magnificabor. magnalia, vel magnifica oſtendam. Et fecerunt ſic. ויעשו־כן: .i. retroceſſerunt.

5 Et verſum eſt ויהפך & immutatum eſt. id eſt mutata eſt ſententia Pharaonis.

6 Iunxit autem ויאסור Vinxit autem. vel, Ligauit autem. Vide Gene. 46. d. 29. i. Curauit apparandum currum ſuum. olim enim pugnabant in curribus. 8 Egrediebantur, &c. יוצאים ביד רמה: .i. egreſſi erant magna audacia & animo alacri, animoſi, magna ſperantes, hilares. qui enim læti ſunt, manus eleuant, altiúſque incedunt.

9 Caſtrametantes חונים .i. quum caſtra poſuiſſent. Omnes equi currus כל־סוס רכב ſub. perſequuti ſunt inquam eos. Singularia Heb. pro plur. omnis equus currus Parעóh & equites eius. pro, perſequuti inquam ſunt eos omnes equi curruum Pharaonis, & equites. hoc eſt, omnis equitatus Pharaonis. Exponit quod dixerat, Perſequuti ſunt AEgyptii, &c. Et exercitus e. וחילו ſub. aſſequutus eſt eos, &c.

10 Quúmque Pa. applic. ופרעה הקריב Ad verbum, Et Pharao appropinquauit. vel, admouit. ſub. caſtra ſua. i. Quamproximè potuit ſibi, poſuit caſtra ſua iuxta caſtra filiorum Iſrael. Inſequebantur eos, נוסע אחריהם Ad verbum, proficiſcebantur poſt eos.

11 An quòd non המבלי לא Duæ dictiones idem ſignificantes. Alii, an nulla erant ſepulchra, &c.

12 Nónne hoc ipſum eſt הלא זה הדבר Ad verbū, Annō hoc verbū? Ceſſa à nobis חדל ממנו Diſcede à nobis. Faceſſe. Recede. i. Permitte nobis vt, &c. vel, Sine nos ſeruire. 13 State, התיצבו ſiſtite gradum. conſiſtite. Salutem Ieh. &c. את־ישועת יהוה opem Iehouæ quam laturus eſt. Non eſtis viſuri, &c. לא תוספו וגו׳ Ad verbum, non addetis vt videatis eos vltrà in ſempiternum. i. nūquam poſthac eſtis viſuri eos. 14 Tacebitis. תחרשון: .i. quieſcetis. tranquilli & quieti eritis.

15 Quid clamas ad me? מה־תצעק Hic Moſes (vt nonnullis placet) populi perſonā ſuſtinet. q.d. Quare populus cui præes, clamat ad me?

16 Intra mare בתוך הים Ad verbū, in medium maris. Quidā exiſtimant Iſraelitas traieciſſe penitus mare, ab vno latere ad alterum latus. At Hebræorum ſententia eſt, illos tantùm aliquouſque per modū circuli ingreſſos fuiſſe in Mare, donec ipſe Pharao cum ſuo exercitu

ſuffocaretur: quo facto rurſum è Mari ad idem littus vnde ingreſſi fuerant, egreſſos fuiſſe. בתוך nanque aliquādo medium ſignificat, vt vulgò hoc loco exponunt: aliquādo In, vel Intra, vt Hebræi hic accipiunt, hoc ſenſu, filios Iſrael aliquouſque in ipſum Mare intrauiſſe. Nihil tamen obeſt ſenſui quin transferas, per medium mare, vt docti vertunt. & ſic paulo pòſt, verſu 22. neque intelligendum erit propterea de vna ripa ad alteram eos traieciſſe.

dio Mari per ſiccum.

17 Ego autem indurabo cor AEgyptiorum vt perſequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibꝰ illius.

18 Et ſcient AEgyptii quia ego ſū Dominus: quū glorificatus fuero in Pharaone, & in curribꝰ atque in equitibus eius.

19 Tollénſque ſe Angelus Dei qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens poſt tergum.

E

20 Stetit inter caſtra AEgyptiorū & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.

21 Quúmque extendiſſet Moyſes manū ſuper Mare, abſtulit illud Dominꝰ flante vento vehementi & vrēte tota nocte, & vertit in ſiccum: ‖diuiſáque eſt aqua.

Ioſue 4.d.23.
pſal.114.a.3
Pſal.78.b.13.f.53
1.cor.10.a.1
heb.11.c.29

22 ‖Et ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci Maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læua.

23 Perſequentéſque AEgyptii, ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatꝰ Pharaonis, currus eius & equites per medium Maris.

Sapien.18.a.6

F

24 Iámque aduenerat vigilia matutina, ‖& reſpiciens Dominus ſuper caſtra AEgyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum.

25 Et ſubuertit rotas curruum, ferebātúrque in profundum. dixerunt ergo AEgyptii, Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26 Et ait Dominus ad Moyſen, Extende manum tuā ſuper Mare, vt reuertantur aquæ ad AEgyptios, ſuper currus & equites eorum.

G

27 Quúmque extendiſſet Moyſes manum cōtra Mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibúſque AEgyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.

28 Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerāt Mare, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.

29 Filii autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci Maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris.

30 Liberauitque Dominus in die illa Iſrael de manu AEgyptiorum.

31 Et viderūt AEgyptios mortuos ſuper littus Maris, & manum magnam quā exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderūt Domino, & Moyſi ſeruo eius.

Sapien.10.d.24

Cap. XV.

1 TVnc cecinit Moyſes & filii Iſrael

'per aridam.

17 Ego verò ecce ego 'roboro cor AEgyptiorum, & ingredientur poſt eos: '& glorificabor in Paryóh, & in vniuerſo exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius.

18 Et ſciēt AEgyptii quòd ego Iehouáh, quum glorificatus fuero in Paryóh, in curribus eius, & in equitibus eius.

19 Profectꝰ eſt itaque angelus Dei qui præcedebat caſtra Iωſraℵél, & iuit à tergo ipſorum: & profecta eſt columna nubis *quæ erat* ante eos, & ſtetit à tergo ipſorum.

Angelo ſequente caſtra Iſrael, gradiuntur per medium Maris.

20 'Et venit inter caſtra AEgyptiorum & caſtra Iωſraℵél: 'fuítque nubes & tenebræ, '& illuminauit noctem: nec appropinquauit alter alteri tota nocte.

21 Et extendit Moωſéh manum ſuam ſuper Mare, & recedere fecit Iehouáh Mare vento Orientali vehementi tota nocte, poſuítque Mare in ſiccum, '& iam ſciſſæ erant aquæ.

22 Ingreſſi ſunt igitur filii Iωſraℵél intra Mare, per aridam: & aquæ eis erant murus à dextera & à ſiniſtra eorum.

23 Et ſequuti AEgyptii ingreſſi ſunt poſt eos, omnes equi Paryóh, currus eius, & equites eius intra Mare.

Pharaonem cū exercitu ſubmergit Deus.

24 Fuit autem in vigilia matutina, reſpexit Iehouáh ſuper caſtra AEgyptiorum è columna ignis & nubis, & contriuit caſtra AEgyptiorum.

25 Et abſtulit rotas curruum eius, '& deduxit eos grauiter. tum dixit AEgyptius, Fugiam à facie Iωſraℵél: quia Iehouáh pugnat pro eis contra AEgyptios.

26 Dixítque Iehouáh ad Moωſéh, Extende manū tuam ſuper Mare, vt reuertantur aquæ ſuper AEgyptios, ſuper currus eius & ſuper equites eius.

27 Et extendit Moωſéh manū ſuam ſuper Mare, reuerſúmque eſt Mare, 'reſpiciente mane, ad fortitudinē ſuam: at AEgyptii fugiebāt in occurſum eius, & excuſſit Iehouáh AEgyptios intra Mare.

28 Reuerſæ ſunt itaque aquæ, & operuerunt currus & equites, vniuerſum exercitum Paryóh qui ingreſſus fuerat poſt eos in Mare: non remanſit ex eis vſque ad vnum.

29 At filii Iωſraℵél ambulauerunt per ſiccum intra Mare: & aquæ eis erant murus à dextera & à ſiniſtra eorum.

30 Et ſeruauit Iehouáh die illo Iωſraℵelem è manu AEgyptiorū: vidítque Iωſraℵél AEgyptios mortuos ad littus Maris.

31 Vidit præterea Iωſraℵél 'manum magnam quam 'fecit Iehouáh in AEgyptios, timuítque populus Iehouam: crediderunt autē Iehouæ & Moωſéh ſeruo eius.

Viſio miraculo Iſraelitæ timēt Deum, & credūt ei.

Cap. XV.

1 TVnc 'cecinit Moωſéh & filii Iωſraℵél canticum iſtud 'Iehouæ,

Granias agunt Deo Moyſēs & Iſraelitæ pro victoria.

Per aridam. ביבשה: per ſiccum. i. ſiccis pedibus. 17 Roborabo מחזק indurabo. Præſ. Heb. pro fut. Et glorificabor ואכברה vt in principio huius capitis, verſu 4. i. & ita obruam, ſiue interficiam ipſum Pharaonem, &c. vnde gloria mihi reddetur & laus.

20 Et venit ויבוא Et ingreſſus eſt. Alii, Et ingreſſa eſt nubes. Fuitque ויהי ſub. AEgyptiis. Et illuminauit ויאר & illuſtrauit. ſub. Angelus filiis Iſrael. 21 Et iam ſciſſæ erant aquæ. ויבקעו המים: ac ita diuiſæ ſunt aquæ.

25 Et deduxit eos gra. וינהגהו בכבדות & deducebat [agebat] illos [ſub. currus] cum difficultate. Ad verbum, cum grauitate. Chaldæus paraph. ita vt difficulter eos ducerent. i. cum magna difficultate deducerent currus ſuos.

27 Reſpiciente mane, &c. לפנות בוקר וגו' appetente mane. i. prima luce ad priſtinum vigorem.

31 Manum magnam. את־היד הגדולה virtutem [potentiam] magnam. & ita Chaldæus paraph. Fecit עשה exercuerat.

IN CAPVT XV.

1 Tunc cecinit אז־ישיר Fut. Heb. quod præter ſenſum, etiam particula אז indicat vertendum eſſe per præt. Singulariter autem dicit Cecinit, quòd ſolus Moſes compoſuerit canticum in laudem Domini, alii autem accinuerunt. Iehouæ, יהוה . i. in laudem Iehouæ.

& dixerunt in hunc modum, Cantabo′Iehouæ, quia′magnificando magnificatus eſt, equum & ſeſſorem eius proiecit in Mare.

2 ′Fortitudo mea, & laus *eſt* Iáh:′fuit enim mihi in ſalutẽ: iſte Deus meus, ′propterea tabernaculum faciam ei: *iſte* Deus patris mei, propterea exaltabo eum.

3 Iehouáh′vir belli, Iehouáh nomen eius.

4 Currus Paryóh & exercitum eius proiecit in Mare, ′& electi principes eius ſubmerſi ſunt in Mari סuph.

5 ′Voragines″operuerunt eos, deſcenderunt in profunda tanquam lapis.

6 Dextera tua Iehouáh, ′magnificata eſt fortitudine: dextera tua, ô Iehouáh, confregit inimicum.

7 ′Et in multitudine magnificẽtiæ tuæ deſtruxiſti inimicos tuos: immiſiſti iram tuam, deuorauit eos ſicut ſtipulam.

8 ′Et ſpiritu naris tuæ coaceruatæ ſunt aquæ, ſteterũt ſicuti aceruus fluenta, coagulatæ ſunt voragines in corde Maris.

9 Dixit inimicus, Perſequar, comprehendam, diuidam ſpolia, ′explebitur eis anima mea, euaginabo gladiũ meum, perdet eos manus mea.

10 Flauiſti vento tuo, *&* operuit eos Mare, ′abſorpti ſunt tanquam plumbum in aquis vehementibus.

11 Quis ſicut tu in diis ô Iehouáh? quis ſicut tu, ′magnificus in ſanctitate, ′terribilis laudibus, faciens mirabilia?

12 Extendiſti dexteram tuam, ′deglutiuit eos terra.

13 ′Duces per miſericordiam tuam populum hunc *quem*′redemiſti, duces in fortitudine tua′ad habitaculum ſanctitatis tuæ.

14 ″Audient populi, ′iraſcentur, dolor apprehendet habitatores Palæſthinæ.

15 Tunc turbabuntur principes אEdóm, robuſtos Moáb apprehẽdet tremor, ′diſſoluentur omnes habitatores Chenáyan.

16 Cadet ſuper eos terror & pauor: ′ad magnitudinem brachii tui tacebunt tãquam lapis: donec trãſierit populus tuus, ô Iehouáh, donec tranſierit populus iſte *quem*′acquiſiſti.

17 ′Introduces eos, & plantabis eos in mõte hæreditatis tuæ, ′loco *quem* præparaſti, ô Iehouáh, vt *illic* ſedeas: *nam* Sanctuarium Domine′firmabunt manus tuæ.

carmẽ hoc Domino, & dixerũt, Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in Mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem: iſte Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Eſa.12.a.2. pſal.118.c.14

Domin⁹ quaſi vir pugnator, Omnipotens nomen eius.

Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in Mare: electi principes eius ſubmerſi ſunt in Mari rubro.

Abyſſi operuerũt eos, deſcenderũt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua Domine percuſſit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos: miſiſti iram tuam quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam.

Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ: ſtetit vnda fluẽs, congregatæ ſunt abyſſi in medio Mari.

Dixit inimicus, Perſequar & comprehendam: diuidam ſpolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

B

Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos Mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendiſti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti: & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerũt habitatores Philiſthiim.

Tunc cõturbati ſũt principes Edõ, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt õnes habitatores Chanaã.

Irruat ſuper eos formido & pauor: in magnitudine brachii tui fiant immobiles quaſi lapis: donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertrãſeat popul⁹ tu⁹ iſte quẽ poſſediſti.

C

Introduces eos, & plãtabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: Sanctuarium tuum Domine quod firmauerunt manus tuæ.

Magnificando magnif. גאוה גאה Hebraiſmus, mirum in modum magnificatus eſt. ſtrenuè admodum egit. magnum, & fortem, ſtrenuúmque ſe eſſe oſtendit.
2 Fortitudo m. & laus עזי וזמרת .i. Deus eſt cuius auxilio hoſtibus ſuperior fui, & qui mihi propterea canticis celebrandus eſt: tulit enim mihi opem. Fuit enim ויהי Ad verbum, & fuit. Propterea tab. fa. ei: ואנוהו Ad verbum, & tabernaculum conſtruam ei: in quo ſcilicet illum colam. ſic mox. 3 Vir belli, איש מלחמה Hebraiſmus, bellicoſus admodum.
4 Et electi princip. e. ומבחר שלשיו Ad verbum, & electio principum eius. i. optimi quique principes eius.
5 Voragines תהומות Gurgites. Abyſſi. Operuerunt יכסיומו Fut. Heb. pro præt.
6 Magnificata eſt fort. נאדרי בכוח Hebraiſmus, pollet viribus mirabilibus. ornata eſt viribus. eſt inſignis robore admodum.
7 Et in multitud. magnif. t. וברוב גאונך Hebraiſmus, Magnificentia tua inſigni & multa. ſiue, Excellenti tua fortitudine.
8 Et ſpiritu naris tuæ וברוח אפיך .i. vento quem immiſiſti. eſt enim author flatuum. Alii vertunt, Et à ſpiritu furoris tui.
9 Explebitur eis an. m. תמלאמו נפשי .i. ſatiabitur diuitiis eorum deſiderium meum.
10 Abſorpti ſunt צללו demerſi ſunt. deſcenderunt in profundum.
11 Magnificus נאדר magnificatus eſt. i. præditus eſt inſigni ſanctitate. A ſecunda perſona ad tertiam eſt tranſitus. Terribilis laud. נורא תהלות Hebraiſmus, qui cum ſumma reuerentia, vel cum ſummo timore laudandus eſt.
12 Deglutiuit eos תבלעמו deuorauit eos. q. d. non ſolũ obruti ſunt aquis, ſed & terra aperuit os ſuum, & abſorpſit eos. Quidam per terram, aquas ſignificari volunt. 13 Duces נחית Præt. Heb. pro fut. vel, Deducas. Paulo pòſt, verſu 17, Hebraicè futura ſunt. Redemiſti, גאלת .i. eruiſti de ſeruitute. Ad habitaculum, &c. אל נוה קדשך .i. ad montem Sion in quo poſtea ædificatum fuit templum.
14 Audient שמעו Præterita Heb. pro futuris. Iraſcentur, ירגזון commouebuntur.
15 Diſſoluentur נמוגו id eſt, erunt animo diſſoluto ac remiſſo.
16 Ad magnitudinem brach. t. בגדל זרועך .i. ob fortitudinem tuam quam brachio tuo oſtendes. Alii vertunt, per brachium tuum forte. vt ſit inuerſio, pro בזרועך הגדול. Acquiſiſti. קנית: præparaſti.
17 Introduces eos, תבאמו Deduces eos. Perduces eos. Loco מכון *in* baſe. i. ſede illa. Ad verbum, loco ad habitandum te præparaſti, ô Iehouáh. Ordo dictionum inuerſus, pro, *in* baſi quam feciſti vt *illic* ſedeas. i. in qua propoſuiſti habitare. ſiue, quam delegiſti tibi.
Firmabunt כוננו Præt. Heb. pro fut. i. ædificabunt & extruent. q. d. nam præcipies tibi ædificari templum in ſede illa & loco in quo cõſtituiſti habitare.

Dominus regnabit in æternum & vltrá.

Ingreſſus eſt enim equus Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.

Sumpſit ergo Maria prophetiſſa ſoror Aarõ tympanum in manu ſua: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris.

Quibus præcinebat, dicens, Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem eius deiecit in mare.

Tulit autem Moyſes Iſrael de Mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur: ambulauerúntque tribus diebus per ſolitudinẽ, & nõ inueniebãt aquã. D

Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd eſſent amaræ: vnde & congruum loco nomẽ impoſuit, vocans illum Mara, id eſt amaritudinem.

Et murmurauit populus contra Moyſen, dicens, Quid bibemus?

At ille clamauit ad Dominum, qui oſtẽdit ei lignum, ‖quod quum miſiſſet in aquas, in dulcedinẽ verſæ ſunt. ‖ibi conſtituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum,

Judith 5.c.15

Eccli 38.a.5.

Dicens, Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo, feceris, & obedieris mãdatis eius, cuſtodieriſque omnia præcepta illius: cunctum languorem quem poſui in AEgypto, non inducam ſuper te. ego enim ſũ Domin⁹ Deus ſanator tuus.

‖Venerunt autem in Elim filii Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarũ & ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt iuxta aquas.

Nume.33.b.9

Cap. XVI.

PRofectique ſunt de Elim, & ‖venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertum Sin, quintodecimo die mẽſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra AEgypti.

Sapien.11.a.2

Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine.

Dixerúntque filii Iſrael ad eos, Vtinam mortui eſſemus per manũ Domini in terra AEgypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame?

Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ

18 Tunc Iehouáh'regnabit in ſeculum & in perpetuum.

19 Quia ingreſſi ſunt equi Paryóh cum curribus eius & equitibus eius in mare, & reduxit Iehouáh ſuper eos aquas maris: filii autẽ Iשſraאél ambulauerunt per ſiccum in medio maris.

20 Tulítque Miriám prophetiſſa ſoror Aharón tympanum in manu ſua, & egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris.

21 "Et reſpondit eis Miriám, Cantate Iehouæ, quoniam magnificãdo magnificatus eſt, equum & aſcenſorẽ eius proiecit in mare.

22 "Et proficiſci fecit Moשſéh Iשſraאelẽ à mari סSuph, egreſſíque ſunt in deſertum שSur, "atque perrexerunt tribus diebus per deſertum, & non repererunt aquas.

23 Quum autẽ deueniſſent in Maráh, non poterant bibere aquas de Maráh, quia amaræ erant: idcirco'vocauit nomẽ eius Maráh.

24 "Propterea murmurabat populus cõtra Moשſéh, dicẽdo, Quid bibemus?

25 Clamauit autẽ ad Iehouã: "& docuit illũ Iehouáh lignũ, 'quod proiecit in aquas, & dulcuerũt aquæ. ibi"poſuit ei ſtatutum & iudicium, ibíque"tentauit eum,

26 Et dixit, Si obediẽdo'obedieris voci Iehouæ Dei tui, & rectum in oculis eius feceris, & aures præbueris præceptis eius, cuſtodieríſque omnia ſtatuta eius: vniuerſum morbum quem poſui in AEgypto, non ponam ſuper te: quia ego Iehouáh ſanans te.

Audiẽdus Deus.

Infirmitates.

Sanator Deus.

27 Venerunt autẽ in אִיElím, ibíque erant duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta palmæ: caſtrametatíque ſunt illic iuxta aquas.

Veniunt in Elim.

Cap. XVI.

1 PRofecti autem de אִיElím, venerunt omnis cœtus filiorum Iשſraאél in deſertum סSin, quod eſt inter אִיElím & סSinái, quintadecima die menſis ſecundi, ex quo egreſſi fuerant è terra AEgypti.

Veniunt in deſertum Sin.

2 Et murmurauerunt omnis congregatio filiorum Iשſraאél contra Moשſeh & contra Aharón in deſerto.

3 Quibus dixerunt filii Iשſraאél, "Vtinam mortui fuiſſemus per manum Iehouæ in terra AEgypti, quando ſedebamus "iuxta ollas carnium, & quando comedebamus panẽ ad ſaturitatem: quòd eduxeritis nos in deſertum hoc, vt interficeretis omnem cœtum hunc fame.

Murmurant pro cibo.

4 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh, Ecce ego'pluo vobis panẽ è cælo: & egredietur populus, colligétque"quantum ſatis erit eo die,

---

18 Regnabit ימלוך .i. ſemper dicetur Rex & Dominus. 21 Et reſpondit eis ותען להם nempe Moſi & aliis viris præcinentibus. vt enim ille dixerat, Cantabo Iehouæ, quia magnificando, &c. ſic & hæc iiſdem verbis prorupit in laudẽ, Cantate, &c. L X X verterunt, ἐξῆρχε δὲ αὐτῶν incepit autem illis. i. præcinuit. Alii volunt להם pro להן fœmineo eſſe poſitum, & vertunt, Et cecinit illis, nempe mulieribus: id eſt, præcinebat illis, Agite gratias Iehouæ. Ponitur hìc initium tãtùm Cantici: veriſimile eſt tamen illis præcinuiſſe totum Canticum: verũ noluit repetere. 22 Et proficiſci fe. ויסע Et exire fecit. extraxit. Hìc vocat deſertũ Sur, quod Nume. 33. b. 9, dicitur deſertũ Etham.

23 Vocauit קרא ſub. is qui illi nomen indidit. id eſt vocatum fuit.

24 Propterea murmurabat וילונו Ad verbum, Et murmurauerunt. Hic ו rectè vertit noſter interpres in Propterea.

25 Et docuit illum ויורהו .i. oſtendit illi, ſiue monſtrauit. Quod proiecit וישלך Ad verbum, & proiecit. immiſit. Poſuit ei ſtatutum & iudicium, שם לו חוק ומשפט Singul. Heb. pro plur. ſtatuit ei ſtatuta & iudicia. Non hìc ſtatuta, ſiue ritus & iudicia ſcripta dedit Deus (nam hoc poſtea factũ legimus) ſed pactũ refricauit, cum Patribus factũ: docuitq; populum ſuũ Deus per os Moſis: ne ſcilicet ex ſeruitute liberati, ad libidinem carnis libertate vterentur: vt bene & rectè coram Deo & cum proximo viuerent: vt in ſimplicitate & innocentia (ſicut olim Patres) coram Deo ambularent. Apparet & iſtud, ante Legem ferè ſeruaſſe Iſraelitas moribus & conſuetudine, q̃uæ per Moſen poſtea ſunt ſcripta in Lege præcepta. Tentauit eum, נסהו: probauit eum.

IN CAPVT XVI.

3 Vtinam mortui fuiſſemus מי־יתן מותנו Ad verbum, Quis dabit mortuos nos eſſe. vel, nos mori. Hebraiſmus. Iuxta ollas carnium, על־סיר הבשר Singul. Heb. pro plur. 4 Pluo ממטיר Præſ. Heb. pro fut. i. paratus ſum depluere. q. d. demiſſurus ſum inſtar pluuiæ. Quantum ſatis, &c. דבר־יום ביומו quantum ſatis erit in ſingulos dies. Ad verbum, rem diei in die ſuo. Hebraiſmus, qui pro loco vbi legitur, aliter atque aliter Latinè reddi debet, vt ſuprà cap. 5. c. 13. d. 19, & Daniel. 1. a. 5. Paulo pòſt, verſu 16, dicit, quiſque ſecundum edere ſuum, ſiue quantum edere poſſit.

vt″tentem eum vtrum ambulaturus ſit in Lege mea, an non.

5 Die verò ſexta parabũt quod inferant *in domos*: ″erítque duplum ſupra illud quod colligent quotidie.

6 Dixit ergo Moẇſéh & Aharón omnibus filiis Iẇſraℵél, ″Veſperi ſcietis quòd Iehouáh eduxerit vos è terra AEgypti.

7 ″Et mane videbitis″ gloriam Iehouæ: ″audiuit enim murmurationes veſtras ″contra ſe: & nos quid ſumus, quòd murmuratis contra nos?

8 ″Dixit inquam Moẇſéh, Quum dederit vobis Iehouáh veſperi carnem ad edendum, & panem mane ″ad ſaturandum: ″audiuit enim Iehouáh murmurationes veſtras quibus vos murmuratis cõtra illum: & nos quid ſumus? non contra nos ſunt murmurationes veſtræ, ſed contra Iehouam.

Contra Deum murmurat, qui cõtra miniſtros eius.

9 Dixítque Moẇſéh ad Aharón, Dic vniuerſo cœtui filiorũ Iẇſraℵél, Accedite in conſpectum Iehouæ: quia audiuit murmurationes veſtras.

10 Fuit autem quum loqueretur Aharón ad vniuerſum cœtum filiorum Iẇſraℵél, reſpexerunt ad deſertum, & ecce gloria Iehouæ conſpecta eſt in nube.

Loquitur Moſi Deus in nube.

11 ″Iam autem dixerat Iehouáh ad Moẇſéh in hunc modum,

12 Audiui″murmurationes filiorum Iẇſraℵel: alloquere eos, dicẽdo, ″Inter duas veſperas comedetis carnem, & mane ſaturabimini pane: ″& ſcietis quòd ſim Iehouáh Deus veſter.

13 Fuit igitur in veſpera, aſcenderunt coturnices, & operuerunt caſtra: mane verò fuit deſcenſio roris circum caſtra.

Pluit coturnicibus & man.

14 ″Et ceſſauit deſcẽſio roris, & ecce in ſuperficie deſerti *erat* minutum″rotundum, minutum *inquam* vt pruina ſuper terram.

15 *Quod* quum vidiſſent filii Iẇſraℵél, dixerunt alter alteri, ″Man eſt: Ignorabant enim quid eſſet. tum dixit Moẇſéh illis, Hic eſt panis quem″dedit vobis Iehouáh ad veſcendum.

16 Hoc eſt quod″præcepit Iehouáh, Colligite ex eo quiſque″quãtum comedere poſſit, yómer per capita, *ſecundum* numerum animarum veſtrarum: ſinguli pro iis qui ſunt in tabernaculo ſuo, accipietis.

ſufficiunt per ſingulos dies: vt tẽtem eũ vtrũ ambulet in lege mea, an nõ.

Die autem ſexto parent quod inferant: & ſit duplũ quàm colligere ſolebant per ſingulos dies.

Dixerúntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de terra AEgypti.

Et mane videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur veſtrum cõtra Dominum: nos verò quid ſumus quia muſſitaſtis contra nos?

Et ait Moyſes, Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo quòd audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum: nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

Dixit quoque Moyſes ad Aaron, Dic vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael, Accedite coram Domino: audiuit enim murmur veſtrum. C

Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube.

Loquutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens,

‖Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos, Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus: ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter. Eccli.45.a.4

Factũ eſt ergo veſpere, & aſcendẽs coturnix cooperuit caſtra: mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorũ. Nume.11.g.31

Cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ, ‖apparuit in ſolitudinem minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Nume.11.b.7 pſal.77.c.24 ſapien.16.c.20 iohan.6.d.31

Quod quũ vidiſſent filii Iſrael, dixerũt adinuicem, Man hu, quod ſignificat, Quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Quib⁹ ait Moyſes, ‖Iſte eſt panis quẽ Dñs dedit vobis ad veſcẽdũ. 1.Cor.10.a.3

Hic eſt ſermo quẽ præcepit Dñs, Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, iuxta numerum animarũ veſtrarum quę habitant in tabernaculo, ſic tolletis.

Tentem eum אנסנו probem eum. Per hoc voluit Dominus probare eos an crederent verbis eius, & non plus colligerent quàm illis opus eſſet per ſingulos dies. Voluit præterea dare illis cibos, non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos dies: vt nullus præteriret dies in quo circa ſe non ſentirent ipſius beneficium, atque ob id ſemper eſſent illius memores.

5 Erítque duplum והיה משנה .i. die ſexto colligent duplo amplius quàm aliis diebus colligere ſolebant.

6 Veſperi ſcietis ערב וידעתם Ad verbum, Veſpera *ueniet*, & ſcietis. vel, cognoſcetis.

7 Et mane vid. ובקר וראיתם Ad verbum, Et mane *appetet*, & videbitis. Gloriam Ieh. כבוד יהוה De hac gloria vide paulo pòſt, verſu 10. Audiuit e. בשמעו Ad verbum, in audiendo eum. i. quum audierit. vel, eo quòd audiuit. Verſu 9 dicit כי שמע quia audiuit.

Contra ſe: על־יהוה Antecedens Heb. pro relat. contra Iehouam, pro, contra ſe.

8 Dixit inquam ויאמר Conciſa eſt oratio: ſubaudiendũ eſt enim ex præcedentibus verſibus 6 & 7, Videbitis gloriam Iehouæ: vel, Cognoſcetis quòd Iehouáh eduxerit vos de terra AEgypti, non autem nos, quum dederit Iehouáh vobis, &c. Ad ſaturandum: לשבע ad explendum. ſub. deſiderium veſtrum. i. quo ſaturemini. Audiuit enim Iehouáh בשמע יהוה vt præcedenti verſu, quum audierit. vel, eo quòd audierit. Antecedens pro relatiuo, eo quòd ipſe audiuit.

11 Iam autem dixerat וידבר nempe ſuprà verſu 4: tametſi illic non ponuntur verba iſta, Audiui murmurationes veſtras. ſed tamen dicta fuiſſe apparet ex verſu 7, vbi dicitur, Audiuit enim murmurationes veſtras.

12 Murmurationes את־תלונות expoſtulationes. querelas. querimonias. Inter duas veſp. בין הערבים Vide annotationem ſuprà, cap. 12.b.6. Et ſcietis וידעתם vt *hac ratione* cognoſcatis.

14 Et ceſſauit ותעל Eteuanuit. vel, diſparuit. Rotundum, מחוספס Chaldæus paraph. decorticatum. i. album, vt ſunt virgæ decorticatæ. Doctiores inter Hebræos exponunt Rotundum: quorum ſentẽtiam probat quòd infrà verſu 31 dicitur fuiſſe tanquam ſemen coriãdri.

15 Man מן A מנה ſignificat donum: acſi dicerẽt, Donum eſt quod Dominus pollicitus erat ſe daturum nobis. Significat & portionem ſiue partem. tanquam dicant. Portio noſtra eſt quam dedit nobis Dominus. Ita exponũt doctiores Hebræorum. Vetus interpres legiſſe videtur מה, quod eſt interrogatiuum Hebræis. & quod mox ſequitur, Ignorabant quid eſſet, huic lectioni valde conuenit: quaſi hæc impatientiæ ac contemptus verba fuerint: quòd quum viderent, ſibi non piſtum panem (vt fortè expectauerant) aduenire, per cõtemptum quodammodo dixerint, Quid eſt hoc? ſic non ſolùm non contentos, ſed & ingratos ſe exhibentes. Quidam Hebræorum quia מנה etiam præparare ſignificat, idcirco hunc cibum מן appellatum putant à præparando: quòd cibus in ſeipſo præparatus fuerit, non indigens alia præparatione. fuit enim in ſeipſo bonus & eſui aptus. Dedit נתן Præt. Heb. pro præſ.

16 Præcepit צוה Quidam per præſens vertunt, præcipit. Quantum comedere poſſit, לפי אכלו Ad verbum, ſecundum edere ſuum. Prius dixerat, verſu 4, quantum ſatis erit eo die.

17 Fecerúntque ita filii Iſrael: & collegerunt alius plus, alius minus.

2.Cor.8.d.15

18 Et menſi ſunt ad menſurã gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt.

E

19 Dixitque Moyſes ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane.

20 Qui non audierunt eum: ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit: & iratus eſt contra eos Moyſes.

21 Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum: Quúmque incaluiſſet ſol, liquefiebat.

22 In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo gomor per ſingulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi.

23 Qui ait eis, Hoc eſt quod loquutus eſt Domin⁹, Requies ſabbathi ſanctificata eſt Domino cras: quodcunque operandum eſt, facite: & quæ coquẽda ſunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vſq; in mane.

F

24 Fecerúntq; ita vt præceperat Moyſes: & non computruit, neque vermis inuentus eſt in eo.

25 Dixitque Moyſes, Comedite illud hodie, quia ſabbathum eſt Domino: non inuenietur hodie in agro.

26 Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbathum eſt, idcirco non inuenietur.

27 Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerent, nõ inuenerũt.

28 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Vſquequo nõ vultis cuſtodire mãdata mea & Legem meam?

29 Videte quòd Dominus dederit vobis ſabbathũ, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.

30 Et ſabbathizauit populus die ſeptimo.

31 Appellauitque domus Iſrael nomẽ eius Man: quod erat, quaſi ſemen coriandri, album: guſtúſque eius quaſi ſimilæ cum melle.

G

32 Dixit autem Moyſes, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panẽ quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra AEgypti.

17 Fecerunt autem ſic filii Iẇſraℵél, collegerúntque′alii plus, alii minus.

18 ′Poſtea menſi ſunt *in* yómer: ita vt non ſuperfuerit *ei qui* plus, neque defuerit *ei qui* minus *collegerat*: *ſed* ſinguli′quantum comedere poterant, collegerunt.

19 Dixítque Moẇſéh ad eos, Nemo relinquat ex eo vſque mane.

20 Et non obediuerunt Moẇſéh: ″nam reliquerunt quidam ex eo vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, & fœtuit: vnde iratus eſt contra eos Moẇſéh.

Man ſeruatum fœtet & cõputreſcit.

21 Collegerunt ergo illud ſingulis diebus mane, quiſque′quãtum comedere poterat: quúmque incaluiſſet ſol, liquefactum eſt.

22 Fuit autem die ſexto collegerunt panem duplicem, duo yómer pro ſingulis: venerunt ergo omnes principes congregationis, ″& renuntiauerunt ipſi Moẇſéh.

Sabbatho ne coquere quidem fas erat.

23 Et dixit illis, Hoc eſt quod loquutus eſt Iehouáh, ″Ceſſatiũcula, ceſſatio *inquam* ſancta Iehouæ *erit* cras: quod coctı eratis, coquite: & quod elixaturi eratis, elixate hodie: quicquid verò ſuperfuerit, ″reſeruate vobis in cuſtodiam vſque mane.

24 ″Et reſeruarunt illud vſque mane, quemadmodum præceperat Moẇſéh: neque fœtuit, neque vermis fuit in eo.

25 Dixítque Moẇſéh, ′Comedite illud hodie, quia″ſabbathum eſt hodie ipſi Iehouæ: hodie non inuenietis illud in agro.

In ſabbatho Deus non pluit man.

26 Sex diebus colligetis illud: die autem ſeptimo eſt ſabbathum, ″non erit in eo.

27 Accidit verò die ſeptimo, egreſſi ſunt *quidam* è populo ad colligendum, & non repererunt.

28 Dixítque Iehouáh ad Moẇſéh, Quouſque″renuetis cuſtodire præcepta mea, & Leges meas?

Increpat Deus populum, quòd ſabbathum non cuſtodiat.

29 Videte quòd Iehouáh dedit vobis ſabbathum, & *quòd* propterea ipſe dat vobis die ſexto panem duorum dierum: ″manete quiſq; ″apud ſe, neque egrediatur quiſquam è loco ſuo die ſeptimo.

30 ″Et ceſſauerunt populus die ſeptimo.

31 Vocauerunt autem domus Iẇſraℵél nomen eius′Man: quod erat, ″tanquam ſemen coriandri, album: guſtúſque eius ″tanquam conſperſionis cum melle.

32 ″Dixítque Moẇſéh, Hoc eſt quod præcepit Iehouáh, ″Imple yómer ex eo ad cuſtodiã in generationibus veſtris, vt videãt cibum ″quo alui vos in deſerto poſteaquam eduxi vos è terra AEgypti.

Man reſeruatur in memoriam poſteris.

17 Alii plus, alii minus. המרבה והממעיט Ad verbum, multiplicans, & minuens. vel, qui plus, & qui minus. Id eſt (vt exponit ex doctioribus Hebræorum alter) alius parum, alius multum collegit: prout quiſque vel copioſam, vel paruam habebat familiam.

18 Poſtea menſi ſunt *in* yomer: ita vt non ſuperfuerit ′וימודו בעומר ולא וגו Ad verbum, & menſi ſunt in omer, & non ſuperabundauit *ei qui* plus: & *ei qui* minus, non defuit. Verbum Collegerat, ex præcedentibus vel ſubſequentibus ſubaudiendum fuit. Oſtendit Moſes, tametſi alii aliis fuiſſent agiliores: & quidã pluſquam neceſſe erat, in quotidianũ vſum collegiſſent, alii minus: neminem tamẽ ſibi in priuatum vſum ſumpſiſſe quàm omer. modius enim ille à Domino præſcriptus erat. Quum ita fieret, ſuppetebat omnibus quantum ſufficeret, & nemo eſuriebat. Hunc locum adducit Paulus 2. Corinth. 8. c. 15. confer locum illum cum iſto. Quantum comed. pot. לפי אכלו Ad verbum, iuxta comedere ſuum. vel, cibum ſuum. 20 Nam reliq. ויותירו Ad verbum, & reliquerunt.

21 Quantum comedere po. כפי אכלו ad verbum, ſecundum comedere ſuum. vel iuxta cibum ſuum, vt paulo antè verſu 18.

22 Et renuntiauerunt ויגידו ſub. quòd collegiſſent panem duplicem. 23 Ceſſatiuncula, שבתון ſabbathum. i. die craſtino ceſſandum eſt vobis in honorem Domini. Reſeruate הניחו Ad verbum, quieſcere facite. i. conſeruate, vel reponite vobis.

24 Et reſeruarunt ויניחו Ad verbum, & quieſcere fecerunt. i. repoſuerunt. 25 Comedite il. אכלוהו. ſubaudiendum aliquid, quale, Comedite illud ad ſatietatem: vt ſequatur, Quicquid autem ſupererit, &c. Sabbathum eſt, &c. ′כי שבת וגו vt paulo antè verſu 23.

26 Nõ erit לא היה ſub. manna. 28 Renuetis מאנתם Præt. Heb. pro fut. 29 Manete שבו maneat. ſedeat. Apud ſe, תחתיו Ad verbum, ſub ſe. i. in tabernaculo ſuo. Gallicè, *chez ſoy*. Mox dicitur ממקומו de loco ſuo. 30 Et ceſſauerunt וישבתו Et quieuerunt.

31 Man: מן Vide ſuprà verſu 15. Tanquam ſemen cor. כזרע גד Aſſimilatur man coriandro, non colore, quum ſemina coriãdri ſint nigra: ſed figura, quòd man fuerint granula parua in morem granulorũ coriandri: vt ait doctus inter Hebræos. quod ſatis intelligitur ex illo loco Numerorum, cap. 11. a. 7, vbi dicitur, Et man ſicut ſemen coriandri erat: & color eius ſicut color bedólach. id eſt vnionis, ſiue margaritæ. Tanquam conſperſ. כצפיחת ſicut lagani. vel, ſimilæ frixæ.

32 Dixitque ויאמר Omnia hæc vſque ad finem capitis, dicuntur per anticipationem, quaſi dicerentur poſt conditum templum & tabernaculum. Imple yómer, &c. ′מלא העומר וגו Ad verbum, plenitudo omer ex eo *erit* ad cuſtodiã. i. quantum menſura omer capere poteſt, reponetur in cuſtodiã ad futurã rei memoriã in futuras generationes. Quo alui v. אשר האכלתי אתכם Ad verbũ, quẽ comedere feci vos.

Dixítque Moשéh ad Aharón, Tolle vnã vrnã, & pone illic plenum yómer man, ac repone illud coram Iehouáh in custodiam in generationes vestras. 33

...latus est Deus, ...e hominem tantum sed ex omni verbo, quod ex ore Dei: i. Non alligatum, ut victum re non possit quam tia, quæ nobis idonea ...ia videntur: sed omittit sustentationem ...re cum ad manum ...inib.

Quemadmodum præceperat Iehouáh Moשéh, reposuit illud Aharón coram Testimonio in custodiam. 34

Porrò filii Iשraאél comederunt man quadraginta annis, donec ingrederentur terram habitatam: man comederunt, donec venirent ad extremitatem terræ Chenáyan. 35

Gomor.

yOmér autem decima pars est אepháh. 36

Cap. XVII.

Veniunt in Raphidim.

PRofectus itaque vniuersus cœtus filiorum Iשraאél è deserto סSin per profectiones suas ad præceptum Iehouæ, castrametati sunt in Rephidim, vbi non erant aquæ vt biberet populus. 1

Murmurant ob aquæ penuriam.

Vnde iurgatus est populus cum Moשéh, & dixerunt, Date nobis aquas, vt bibamus. Dixítque illis Moשéh, Cur iurgamini mecum? quare tentatis Iehouam? 2

...titillari solet caro, ...tiam in legitima vocatione) ...quæ nobis obijciuntur, ...grande peccatum, ...tentare et de quo ...a eius bonitate

Sitiuit ergo ibi populus propter aquas, & murmurauit ipse cõtra Moשéh, atque dixit, Vtquid ascendere fecisti nos ex AEgypto, vt interficeres me, filiósque meos, & pecora mea siti? 3

Orat Deum Moyses.

Et clamauit Moשéh ad Iehouam, dicendo, Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabunt me. 4

Dixit ergo Iehouáh ipsi Moשéh, Transi ante populum, & tolle tecum *aliquot* è Senioribus Iשraél: virgam quoque tuã qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & abi. 5

Datur aqua è petra.

En ego stabo coram te ibi supra petram, in חHoréb, & percuties petram, egredietúrq; ex ea aquæ quas bibet populus. Et fecit sic Moשéh in oculis Seniorum Iשraאél. 6

Tentare Deum.

Vocauítque nomen loci *illius* Maסſáh & Meribáh, propter iurgium filiorum Iשraאél, & quòd tentassent Iehouam, dicẽdo, Estne Iehouáh in medio nostri, an non? 7

Amalecitæ occiduntur à filiis Israel, orante Moyse.

Venit autẽ yAmaléc, & pugnauit cum Iשraאél in Rhephidim. 8

Dixítque Moשéh ad Iehoשúay, Selige nobis viros, & egredere, pugna cum yAmaléc: cras stabo super verticem collis, & virga Dei *erit* in manu mea. 9

Iosue.

Fecítque Iehoשúay quemadmodum dixerat ei Moשéh, pugnando cum yAmaléc: Moשéh autem & Aharón & חHur ascenderunt in verticem collis. 10

Et fuit, quũ eleuaret Moשéh manũ suã, præualebat Iשraאel: quando verò demittebat manum suam, præualebat yAmaléc. 11

Porrò manus Moשéh graues erant: tulerũt ergo lapidẽ, & posuerũt subter eum, sedítque super illum: Aharón verò & חHur sustentabant manus eius, hinc vnus, & inde alter: & fuit vtraque manus eius firma, donec occubuit sol. 12

Et contriuit Iehoשúay yAmaléc, & populũ eius in ore gladii. 13

---

33 Dixitque Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi man, quãtum potest capere gomor: & repone corã Domino ad seruandum in generationes vestras:

34 Sicut præcepit Dominus Moysi: posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum.

35 Filii autem Israel comederunt mã quadraginta annis: donec venirẽt in terram habitabilẽ: hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanáan. Nehem.9.d.15 Iudith 5.c.15

36 Gomor autẽ decima pars est ephí.

Cap. XVII.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mãsiones suas iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo.

2 Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? Num.20.a.2.

3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de AEgypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti?

4 Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens, Quid faciã populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. B

5 Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populum, & sume tecum de Senioribus Israel: & virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. Supra 7.d.20

6 En ego stabo ibi corã te supra petram Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram Senioribus Israel. Nume.20.b.9 psal.77.b.15. & 104.d.41 1.cor.10.a.4

7 Et vocauit nomen loci illius Tentatio & Lis, propter iurgiũ filiorum Israel: & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Estne Dominus in nobis, an non? C

8 Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim.

9 Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna cõtra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habẽs virgam Dei in manu mea. Deut.25.d.17 iudith.4.d. sapien.11.a.3

10 Fecit Iosue vt loquutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis.

11 Quúmque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

12 Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aarõ autem & Hur sustentabãt manus eius ex vtraq; parte. Et factũ est vt manus illius non lassarẽtur vsque ad occasũ solis. D Iudith 4.d.13

13 Fugauitque Iosue Amalec, & populum eius in ore gladii.

---

33 Vrnam vnam, צנצנת אחת vrceolum vnũ. Alii, scutellã vnam. Alii, vas vnũ. Plenũ yomer man, מלא העמר מן Ad verbũ, plenitudinem omer man. i. tantum mannæ, quantũ mensura omer capere potest. 34 Testimonio, העדות. i. coram arca testimonii, hoc est fœderis.

IN CAPVT XVII.

1 Per profectiones s. למסעיהם Gallicè dicimus, *par leurs iournees*. nempe à deserto סSin in Daphca, inde in Alus, & de Alus in Raphidim, vt exponit ex doctioribus Hebræorum alter. Ad præceptum על־פי ad verbum, ad os. i. de mandato Iehouæ. Vbi non ואין Ad verbum, & non. 2 Vnde iurgatus est וירב Ad verbũ, Et rixatus est. vel, contendit. Iurgamini תריבון Fut. Heb. pro præs. cõtenditis. rixamini. expostulatis. q. d. vos estis ingrati, & obliuiscimini beneficii à Deo accepti. num certo scitis, atque creditis Deum esse omnipotẽtem, & ita non deserturum vos? 3 Propter aquas, למים Ad verbũ, ab aquis. i. penuria aquarũ, hoc est magna siti pressus. Ascendere fecisti nos העליתנו eduxisti nos. 4 Adhuc paul. עוד מעט Hebraismus, si res paulo magis processerit, lapidabunt me.

5 Transi ante pop. עבור לפני העם id est præcede populum. 6 Stabo עומד Præs. Heb. pro fut.

7 Maסſa & Me. מסה ומריבה Id est tentatio & cõtentio. siue iurgiũ. Estne, &c. היש וגו׳ q. d. hac ratione sciemus sitne Iehoua inter nos, an non. 9 Stabo נצב Præs. Heb. pro fut. Et virga Dei ומטה האלהים . i. qua Deus tanta miracula operatus est.

11 Præualebat וגבר Ad verbũ, & præualebit. Hîc ו verti non debet: nam tantũ conuertit præteritũ in futurũ, quod per imperfectũ vertendũ est. Huius cõflictus cũ Amalec meminit Moses Deut. 25.d.17. 12 Graues כבדים . i. sua spõte demittebãtur. Firma אמונה Ad verbũ, stabilitas, firmitas. Chald. para. fueruntq; manus eius extẽsæ in orationẽ. 13 In ore gl. לפי־חרב: acie gladii. Gallicè, *au trẽchãt de l'espee.*

14 Dixit autem Dominus ad Moyſen Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo.

15 AEdificauitque Moyſes altare: & vocauit nomen eius, Dominus, exaltatio mea,

16 Dicens, Quia manus ſolii Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationẽ.

Cap. XVIII.

1 QVũmque audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraeli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Domin⁹ Iſrael de AEgypto:

2 Tulit Sephoram vxorem Moyſi quam remiſerat:

ſuprà.2.d.22

3 Et duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerſam, dicẽte patre, Aduena fui in terra aliena:

4 Alter verò Eliézer, Deus enim, ait, patris mei, adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5 Venit ergo Iethro cognatus Moyſi, & filii eius & vxor eius ad Moyſen in deſertum, vbi erat caſtrametatus iuxta Montem Dei.

6 Et mandauit Moyſi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filii tui cum ea.

7 Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum: ſalutauerúntque ſe mutuò verbis pacificis. Quúmque intraſſet tabernaculũ,

8 Narrauit Moyſes cognato ſuo cũcta quæ fecerat Dominus Pharaoni & AEgyptiis propter Iſrael: vniuerſúmq; laborẽ qui accidiſſet eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dñs.

9 Lætatúſq; eſt Iethro ſuper omnib⁹ bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quòd eruiſſet eum de manu AEgyptiorum.

10 Et ait, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu AEgyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu AEgypti.

Suprà 1.b.10.c.16.d.22.& 5.b.7.c.14.d.18,& 14.b.8.

11 Nunc cognoui quia magnus Dominus ſuper omnes deos: eo quòd ſuperbè egerint contra illos.

12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: venerúntque Aaron & omnes Seniores Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Deo.

Amalecitarum interitum prædicit Deus.

14 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh, Scribe iſtud *pro* memoriali″in libro, ″& pone in auribus Iehoשſúay, quòd delendo delebo mentionem yAmalék de ſub cælo.

15 Et ædificauit Moשſeh altare: vocauítque nomen eius, Iehouáh, ″vexillum meum.

16 Et dixit″quòd manus ſuper thronum Iáh bellum Iehouæ cum yAmalék à generatione in generationem.

Cap. XVIII.

יתרו

Iethro inuiſit Moyſen, cum vxore & filiis ipſius Moyſi.

1 AVdiuit autem″Ithró″ſacerdos Midián ſocer Moשſéh omnia quæ fecerat Deus ipſi Moשſeh, & Iשſraאél populo eius, quòd eduxiſſet Iehouáh Iשſraאelem ex AEgypto.

2 Tulítque Ithró ſocer Moשſéh ɔSipporám vxorem Moשſéh″poſt dimiſſionem eius:

3 Et duos″filios eius: nomen vnius, Gerשſóm: dixerat enim, Peregrinus fui in terra aliena.

4 Nomẽ verò alterius, אEliyézer: quia *dixerat*, Deus patris mei auxilio mihi fuit, & eruit me à gladio Paryóh.

5 Peruenit autem Ithró ſocer Moשſéh, & filii eius, & vxor eius ad Moשſéh in deſertum in quo caſtrametabatur ″ad montẽ Dei.

6 ″Et dixit ad Moשſéh, Ego ſocer tuus Ithró venio ad te, & vxor tua, & duo filii eius cum illa.

7 Et egreſſus eſt Moשſéh in occurſum ſoceri ſui, ″& incuruauit ſe, oſculatúſque eſt eum: ″& interrogauerunt alter alterum de pace: poſtea venerunt ad tabernaculum.

Narrat Moyſes liberationem filiorum Iſrael ſocero.

8 Et narrauit Moשſéh ſocero ſuo quæcũque fecerat Iehouáh ipſi Paryóh & AEgyptiis propter Iשſraאelem, omnem *etiam* ″laborem qui inueniſſet eos in via, & eripuiſſet eos Iehouáh.

9 Et lætatus eſt Ithró ſuper omni bono quod″fecerat Iehouáh Iשſraאeli, quem eripuit è manu AEgyptiorum.

Deum Iſraelis confitens Iethro offert holocauſta.

10 Dixítque Ithró, Benedictus Iehouáh qui eripuit vos è manu AEgyptiorum, & è manu Paryóh, qui *item* eripuit populum è manu AEgyptiorum.

11 Nunc cognoui quòd magnus eſt Iehouáh præ omnibus diis: ″quia eadem re quam ſuperbè egerunt contra eos, *perdidit eos*.

12 Et accepit Ithró ſocer Moשſéh holocauſtum & ſacrificia″Deo: poſtea venit Aharón & omnes Seniores Iשſraאél″ad comedendũ panem cum ſocero Moשſéh″coram Deo.

14 In libro, בספר ſub. Legis. vel, in libro bellorum Domini. Per anticipationẽ dictũ. Et pone in aur. Ieh. ושים באזני יהושע Hebraiſmus, pro, inculca ipſi Iehoſuæ. 15 Vexillum meũ. נסי: .i. ſub cuius vexillo vicimus Amalec. Alii, exaltatio mea. Alii, miraculũ meũ. q.d. miraculo & miſericordia Domini factum eſt iſtud. Chaldæus paraphr. in eam ſententiam vertit, Et cultum exhibuit ſuper eo coram Domino qui fecerat ei mirabilia. 16 Quòd manus, &c. כי יד וגו' Hebraiſmus, dixit Dominum iuraſſe per ſolium ſuum, quod eſt cælum ſtabile & firmum, ſibi futurum eſſe bellum cum Amalec per omnes ætates & in ſempiternum. Manus ſuper thronũ Iáh, Hebraiſmus, pro, manus Iáh ſuper thronũ eius. inuerſus ordo. i. iurauit Iah per thronum ſuum. Et bellum Iehouæ, antecedẽs pro relatiuo, bellũ ſibi.

IN CAPVT XVIII.

1 Ithro יתרו Hic quintò partiuntur Hebræi librum iſtum, appellantes eam partem יתרו. Sacerdos כהן Vide ſuprà, cap.2.c.16.

2 Poſt dimiſſionem e. אחר שלוחיה: poſtquã remiſerat eam. ſub. ex diuerſorio in domum paternam, quando Dominus Moſi iratus, interficere eum voluit. ſuprà cap.4.d.25. ita doctus inter Hebræos. Alii, poſt dona eius. i. poſteaquam multa dona miſiſſet Moſi viro ſuo. vel, poſtquam Moſes miſiſſet ei munera. Putant enim quidam Hebræorũ, Moſen, poſtquam populum ex AEgypto eduxiſſet, & iam in deſerto eſſet, vxori & liberis ſuis munera miſiſſe, quo ſocer ſuus Iethro princeps Madian eos ſibi rurſum eò facilius adduceret.

3 Filios eius: בניה nempe Sephoræ. 5 Ad montem Dei. הר האלהים: .i. in quo Deus miranda opera deſignauit. Chaldæus paraph. ad montem ſuper quo reuelauit ſe gloria Domini.

6 Et dixit ad Moשſéh, ויאמר אל משה id eſt, ſignificauit aduentum ſuum per nuntios.

7 Et incuruauit ſe, וישתחו & adorauit. i. reuerẽtiæ cauſa caput in terrã demiſit. Et interrogauerunt, &c. וישאלו וגו' Hebraiſmus, interrogauerunt ſe mutuò de ſanitate, quomodo valerent. Quidã vertunt, bene precati ſunt alter alteri. Alii, ſalutauerũt ſe mutuò pacificè. i. verbis pacificis. 8 Laborem qui inue. e. התלאה אשר מצאתם moleſtiã quæ inuenerat eos. Hebraiſmus, moleſtiã quam ſuſtinuiſſent, & paſſi fuiſſent. 11 Quia eadem re, &c. כי כדבר וגו' Cõciſa eſt oratio, vnde ſubaudiendũ fuit, perdidit eos, aut aliquid ſimile. Chaldæus paraph. qua enim re cogitauerunt AEgyptii iudicare Iſraelem, eadem ipſi iudicati ſunt. acſi dicat, Quemadmodũ ipſi pueros Hebræorum aquis ſubmerſerunt, ſic quoque & ipſi aquis ſubmerſi ac ſuffocati ſunt: Deo ſcilicet eadem mẽſura remetiẽte illis qua ipſi menſi fuerãt filiis Iſrael. 12 Deo: לאלהים .i. quas offerret Deo. Ad comedendũ pa. לאכל לחם. i. vt cõuiuiũ agerent, & epularẽtur. Corã Deo. לפני האלהים: hoc eſt, nõ longè ab eo loco vbi Deum cõſulebant: ante tabernaculũ ſcilicet fœderis, nõ longè à tabernaculo Moſis. Nam tabernaculũ Moſis erat iuxta tabernaculũ fœderis. Hæc autem dicuntur per anticipationem: quia nondum erat tabernaculum fœderis. Alii, Coram Deo, pro, In honorem Dei. vel, Coram Deo, id eſt tanta vitæ ſanctimonia & pietate quaſi in conſpectu Dei epulati fuerint.

13 Et fuit,″poſtero die ſedit Moẇſéh ad iudicandum populum: ſtabátque populus iuxta Moẇſéh à mane vſque ad veſperam.

14 Videns autem ſocer Moẇſéh″quæcūque ipſe faciebat′populo, dixit, Quid eſt hoc quod facis populo? cur tu ſedes ſolus,& vniuerſus populus ſtat iuxta te à mane vſque ad veſperam?

Quærere Deum quid.

15 Reſpondítque Moẇſéh ſocero ſuo, Quia venit ad me populus ″ad quærendum Deum.

16 Quum eſt illis negotium *aliquod*, veniunt ad me, & iudico inter virum & ſocium ſuum,″notáque facio ſtatuta Dei,& leges eius.

17 Dixítque ſocer Moẇſéh ad eum,′Nō eſt bonum quod tu facis.

18 ″Succumbendo ſuccumbes, etiam tu, etiam populus iſte qui eſt tecum:quia′ſupra vires tuas eſt res,nō poteris″facere eā ſolus.

Iudices alios ſecum conſtituit Moſes, & quales.

19 Nūc *ergo* audi vocem meam,conſulam tibi, ″& erit Deus tecū: eſto tu pro populo coram Deo,″& refer res *difficiles* ad Deum:

20 ″Et doce eos ſtatuta & leges, & indica eis viam per quam ambulent,″& opus quod faciant.

21 Tu autē conſidera ex omni populo viros″fortes, timētes Deū, viros veridicos, odio habentes auaritiā,″& præfice illis principes *ſuper* mille,centuriones,quinquagenarios,&″decanos,

22 Qui iudicabunt populū omni tempore:′omnem verò rem magnam referent ad te, & omnem rem paruam iudicabunt ipſi:′atque *ita* leuiorem reddent tibi *ſarcinam*, quum tulerint tecum.

23 Si hoc feceris,″& præceperit tibi Deus,poteris ſtare,& etiam totus populus iſte″reuertetur ad locum ſuum pacificé.

t autē, Deg, ut Moy
nc gubernanti ra
diſceret à ſocero ſuo
q tamen alijs donis
longe inferior erat,
ret nos, non cuncta
a a Deo dari: ſed
a à Deo diſpenſari,
n communi collatis,
inſerviat alij alij,
do & opem ferendo.

24 Paruit ergo Moẇſéh voci ſoceri ſui, fecítq; ōnia quæ dixerat.

25 Et delegit Moẇſéh viros″fortes ex omni Iẇſraẍele, & cōſtituit eos capita ſuper populum,principes *ſuper* mille,cēturiones,quinquagenarios,″ac decanos,

26 Qui iudicabant populum omni tempore:′ardua referebant ad Moẇſéh,omnem verò rem paruam iudicabant ipſi.

27 ″Dimiſit autem Moẇſéh ſocerum ſuum,′& abiit ad terram ſuā.

Cap.XIX.

Veniunt ad montem Sinai.

1 MEnſe tertio ex quo egreſſi ſunt filii Iẇſraẍél è terra AEgypti,″die ipſo venerunt in deſertum ɒSinái.

2 ′Profecti autē erant de Rephidim,& venerūt in deſertū ɒSinái,

C

13 Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum,qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam.

14 Quod quū vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait, Quid eſt hoc quod facis in plebe? cur ſolus ſedes,& omnis popul⁹ præſtolatur de mane vſque ad veſperam?

15 Cui reſpōdit Moyſes, Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.

16 Quúmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos,& oſtendam præcepta Dei & leges eius.

17 At ille, Non bonā, inquit, rē facis.

18 Stulto labore conſumeris,& tu,& populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negotium,‖ſolus illud nō poteris ſuſtinere.

Deut.1.b.9.

19 Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Dominus tecum: eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum:

20 Oſtendáſque populo cæremonias, & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeāt, & opus quod facere.

D

21 Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones,& quinquagenarios, & decanos,

22 Qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent: leuiúſque ſit tibi, partito in alios onere.

23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace.

24 Quibus auditis Moyſes fecit ōnia quæ ille ſuggeſſerat.

25 Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos,& centuriones,& quinquagenarios,& decanos,

26 Qui iudicabant plebem omni tēpore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.

27 Dimiſit que cognatum ſuū: qui reuerſus, abiit in terram ſuam.

Cap.XIX.

1 MEnſe tertio egreſſionis filiorum Iſrael de terra AEgypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.

Nume.33.c.15.

2 Nā pfecti de Raphidim,& peruenie

13 Poſtero die ממחרת Ad verbum,in craſtinum. מ pro ב hîc poſitum eſt.poſtero die,aduentus ſcilicet Iethro. Vide Deut.1.b.9, vbi Moſes dicit ſe fuiſſe conqueſtum de onere. Simúlque docet quales debeant eſſe præfecti populi.

14 Quæcunque ipſe,&c.′את כל אשר וגו .i.ſummum illum laborem quem ſuſtinebat propter populum. Populo, לעם .i.propter populum,ſiue populi cauſa. 15 Ad quærendum Deum. : לדרוש אלהים vt conſulat Deum.vel,requirat ſententiam Dei.Chaldæus paraph.vt quærat doctrinam à facie Domini. 16 Notáque facio והודעתי doceóque.vel,atque indico.

17 Non eſt bonum,&c.′לא־טוב וגו Ad verbum,Non bona eſt res quam tu facis.i.non rectè facis.

18 Succumbendo ſuccumb. נבול תבול Deficiendo deficies.i.Proculdubio deficies. Alii,Defluendo deflues.aut,Concidendo concides .i.omnino aut certiſſimè ſub hoc onere cades. Supra vires t. eſt כבד ממך Ad verbū,grauior eſt te. Facere e.עשוהו ſatiſfacere illi.

19 Et erit Deus tec.ויהי אלהים עמך.i.tibi feret opē. Et refer res,&c.והבאת אתה את־הדברים Chaldæus paraph.præcedentē huius verſus partem cum iſta ſic vertit,Eſto tu populo quærens doctrinam à facie Domini,atque refer cauſas eorum corā Domino. Ad verbū legitur, & venire fac tu verba ad Deum.Exponit quod dixerat,Eſto populo coram Deo:propterea vertendum eſſet, tu inquam refer res [id eſt controuerſias]ad Deum.q.d.res arduas & difficiles refer ad Deum,& ab illo pete conſiliū pro populo,vt dixiſti te facere.paulo antè,verſu 15 & 16. Moſes enim erat mediator & ſequeſter inter Deum & homines,non autem in ſacrificando,quod ſacerdotum erat officium.

20 Et doce והזהרתה Fut.Heb.pro imperat. Et opus ואת־המעשה Singul.Heb.pro plur.opera quæ facturi ſint.

21 Fortes,חיל Ad verbum,virtutis.hoc eſt ſtrenuos,fortes,magnanimos,qui ſint ferendo tanto oneri,patientes laboris. Quidam interpretantur,viros diuites & conſtantes qui in iudicio nec minis,nec muneribus à recto deflecti poſſint. Et præfice illis ושמת עליהם Ad verbum,& pones ſuper illos.i.ſuper populum,vt paulo pòſt verſu 25. Et decanos. : ושרי עשרות decarchos. Ad verbum,& principes ſuper decem. 22 Omnem verò rem והיה כל־הדבר Ad verbum,& erit,omnem rem. Atque *ita* leuiorem,&c.′והקל וגו Infinit.Heb.pro fut.& ad alleuiandum deſuper te,& ferent tecum.i.hoc modo alleuiabunt tibi ſarcinam,quando tecum illam ferent.

23 Et præceperit tibi D.pot.ſtare, וצוך אלהים ויכולת עמוד .i.idque mandato Dei,poteris ſufficere huic labori. Reuertetur,&c. ′על־מקומו וגו Ad verbum,ad locum ſuum ibit in pace.i.reuertentur ad domos ſuas in ſumma tranquillitate,compoſitis rixis ac litibus.

25 Fortes חיל Vide paulo antè verſu 21. Ac decanos. : ושרי עשרות Ad verbum,& principes ſuper decem.vt ſuprà

26 Ardua הדבר הקשה negotium difficile.cauſas difficiles. 27 Dimiſit autem וישלח .i.honoris cauſa aliquouſque deduxit abeuntem. Et abiit וילך לו Ad verbum,& abiit ſibi.Redundat SIBI.

IN CAPVT XIX.

1 Die ipſo ביום הזה .i.eo ipſo die quo profecti ſunt de Raphidim. Hoc ideo dicit quòd eſſet magna diſtantia ex Raphidim ad montem Sinai.q.d. plus itineris confecerunt eo die quàm aliis diebus. Alii referunt ad finem diei menſis. q.d.primo die menſis tertii venerunt in deſertum Sinai.

tes vſque in deſertum Sinai,caſtrame
tati ſunt in eodem loco,ibique Iſrael
fixit tentoria eregione montis.

Act.7.e.38 |Moyſes autem aſcendit ad Deum:
vocauitque eum Dominus de mōte,
& ait,Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Iſrael,
Deut.29.a.2 |Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim AEgyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarū,& aſſūpſerim mihi.
Deut.5.a.2 |Si ergo audieritis vocem meam,
& cuſtodieritis pactum meum,eritis
mihi in peculium de cunctis populis:
Pſal.23.a.1 |mea eſt enim omnis terra.

1.Petr.2.b.9 |Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale,& gens ſancta.hæc ſunt verba
quæ loqueris ad filios Iſrael.

B Venit Moyſes,& conuocatis maioribus natu populi,expoſuit omnes
ſermones quos mādauerat Domin⁹.
Reſponditque omnis populus ſimul,Cuncta quæ loquutus eſt Dominus , faciemus . Quúmque retuliſſet
Moyſes verba populi ad Dominum,
Ait ei Dominus , Iam nunc veniā
ad te in caligine nubis , vt audiat me
populus loquentem ad te , & credat
tibi in perpetuum. (Nuntiauit ergo
Moyſes verba populi ad Dominum)
Qui dixit ei, Vade ad populum, &
ſanctifica illos hodie & cras , lauéntque veſtimenta ſua.

Et ſint parati in diem tertium : in
die enim tertia deſcendet Dominus
corā omni plebe ſuper montē Sinai.

Cōſtituéſque terminos populo per
circuitum, & dices ad eos,Cauete ne
aſcendatis in montem, nec tangatis
Heb.12.e.20 fines illius: |omnis qui tetigerit mōtem,morte morietur.

C Manus non tanget eum,ſed lapidíbus opprimetur, aut confodietur iaculis:ſiue iumētum fuerit,ſiue homo,
non viuet.quū cœperit clangere buccina,tunc aſcendant in montem.
Deſcenditque Moyſes de mōte ad
populum,& ſanctificauit eum. quūq;
lauiſſent veſtimenta ſua,

Ait ad eos , Eſtote parati in diē tertium,& ne appropinquetis vxoribus
veſtris.
Iámque aduenerat tertius dies , &
mane inclaruerat,& ecce cœperūt au-

caſtrametatíque ſunt in ipſo deſerto , caſtrametatus eſt inquam
ibi Iϖſraℵél eregione montis.

3 Moϖſéh autē aſcēdit″ad Deū: vocauerat enī eū Iehouáh è mōte,dicēdo,Sic dices domui Iayacób , & annūtiabis filiis Iϖſraℵél,

4 Vos vidiſtis quæ fecerim AEgyptiis,&*quomodo* tulerim vos″ſuper alas aquilarum,& adduxerim vos ad me.

5 Nunc ergo ſi obediendo obedieritis voci meæ , & cuſtodieritis pactum meū,eritis mihi *tanquam*″theſaurus dilectus præ omnibus populis:″quia mea eſt vniuerſa terra.

6 Vos autem eritis mihi″regnum Sacerdotale,& gens ſancta.hæc ſunt verba quæ dices filiis Iϖſraℵél.

7 Venit itaque Moϖſéh, & vocauit Seniores populi,″propoſuítque eis omnia verba iſta quæ præceperat ei Iehouáh.

8 Reſpōdit autē omnis populus pariter,& dixerunt, Quicquid dixit Iehouáh,faciem⁹. Et retulit Moϖſéh verba populi ad Iehouā.

9 Dixítque Iehouáh ad Moϖſéh,Ecce ego″venio ad te″in denſitate nubis, vt audiat populus dum loquar tecum, & etiam tibi credāt in ſeculū. Renūtiauerat enim Moϖſeh verba populi″Iehouæ.

10 Addidítque Iehouáh ad Moϖſéh, Vade ad populum,″& ſanctifica eos hodie & cras,lauéntque veſtimenta ſua.

11 Et ſint parati ad diem tertium:quia die tertia″deſcendet Iehouáh in oculis totius populi ſuper montem ᴅSinái.

12 Conſtitues autem terminum populo per circuitum, dicendo, Cauete vobis ne aſcendatis in ipſum montem, neque cōtingatis terminum eius:quicūque tetigerit montem,moriēdo morietur.

13 ″Non tanget eum manus,ſed″lapidando lapidabitur, vel iaculando iaculabitur:ſiue animal,ſiue vir *fuerit*,non viuet. ″quū protraxerit buccina,ipſi aſcendent in montem.

14 Deſcendit autem Moϖſéh è monte ad populum, & ſanctificauit populum,& lauerunt veſtimenta ſua:

15 Dixítque ad populum, Eſtote parati in tertiū diem: ne appropinquetis″vxoribus.

16 Et fuit die tertia , quū factū eſſet mane, facta ſunt tonitrua, &

Populus Dei populus Iſrael.

Sacerdotale regnum.
Sancta gens.

Moyſes annuntiat verbū Dei.

Moyſi verbis Deus vult fidē haberi.

Iubetur populus ſanctificari.

Tangens montē lapidatur.

Sanctificatur populus.

In tonitru & fulgure apparet De⁹ vt à populo timeatur.

3 Ad Deum: אל־האלהים Hebræi ſubaudiunt montem,& legunt,ad mōtem Dei.in quo ſcilicet Deus ſe manifeſtauit,& Legē tradidit.

4 Super alas aquil.על־כנפי נשרים Chaldæus paraph.tanquam ſuper alas aquilarū.i.portaui vos quaſi in humeris meis,ſicut aquila portat pullos ſuos in alis,præter morem aliarum auium quæ pedibus portant . Quidam Hebræorum magni nominis apud illos, ſic ſcribit in iſtū locum,Omnes aues præter aquilam,pullos ſuos ponunt inter pedes ſuos,eo quòd,ſibi timeant ab auibus quæ ſupra ſe volitant:verùm aquila nō ſibi timet niſi ab homine,ne fortè petat eam iaculo: quia nulla auis altius ipſa volat:propterea collocat pullos ſuos in alis ſuis,ita apud ſe reputans,Satius eſt vt me penetret iaculum,quàm pullos meos.Ita & ego feci,inquit Deus.iuxta illud,Et profectus eſt Angelus Dei,&c.& venit inter caſtra AEgyptiorum,&c.quúmque AEgyptii mitterent lapides & iacula,ipſa nubes excepit ea. Ab huius interpretatione non recedit & ex doctioribus Hebræorum alter,dicens,Nubes illa qua duxit Iſraelitas Deus,fuit inſtar expanſionis alarum. Deut.32.b.11,ſcribitur, Vt aquila quæ excitat nidum ſuum,ſuper populos ſuos cubat,expandit alas ſuas,accipit eum,portat eum ſuper alas ſuas.

5 Theſaurus dil. סגולה Hæc vox Hebræis rem charam ac pretioſam, quæ ab omnibus expetitur, ſignificat: vt eſt argentum, aurum, gemmæ,aliæque res pretioſæ,cuiuſmodi Reges in theſauris ſuis reponunt.Vocat ergo Dominus populum ſuum סגולה id eſt theſaurum vnicè dilectum præ cunctis populis: quia tradidit eis Legem ſuam,viuendi formam præſcripſit,cōtulitque eis regale ſacerdotium,quod nulli nationi fecit. Quia mea,&c. כי־לי וגו׳ q.d.tametſi mei ſunt omnes populi,diligam tamen vos vnicè, & ſupra omnes alios populos.

6 Regnum ſacerd. ממלכת כוהנים Ad verbum,regnum Sacerdotum,hoc eſt,regnum nō profanum,quod ex opibus & armis:ſed quod ex Sacerdotibus,rebus ſacris ac Diuinis conſtat.q.d.ſacrum ac Diuinum erit hoc regnū.Vel ſacrum regnum vocat,quia totus populus quaſi regia liberalitate præditus erat,& ex eius corpore electi erant Sacerdotes. Alii exponunt, Quemadmodū apud omnes populos,Reges & Sacerdotes,ſummi,& præ cæteris honoratiores ſunt, ſic ego vos ex omnibus Gentibus ſelegi, vt ſitis præ omnibus populis præcipui, mihíque dedicati.Petrus in prima ſua epiſtola,cap.2.b.9,vocat regale ſacerdotium:quod idem valet.Chaldæus paraph.vertit,Reges & Sacerdotes.cui concordat locus Apocalypſis,1.b.6,& 5.c.10,Et feciſti nos Deo noſtro Reges & Sacerdotes,& regnabimus ſuper terram.

7 Propoſuitque eis וישם לפניהם Ad verbum,& poſuit in conſpectu eorum.

9 Venio בא Præſ.Heb.pro fut.mox vēturus ſum. In denſitate nubis, בעב הענן .i. in denſiſſima nube. Iehouæ. אל־יהוה Datiuus.i.dixerat Moſes Domino quòd populus non crederet eum eſſe miſſum ab ipſo Deo,vt eos liberaret.

10 Et ſanctifica e.וקדשתם.i.præpara. 11 Deſcendet Iehouáh ירד יהוה Hebraiſmus,tertia perſona pro ſecunda,deſcendam.

13 Non tanget eum manus, לא־תגע בו יד .i.nemo conſequetur eum qui tetigerit montem,vt eripiat eum,ne lapidetur. Lapidādo,&c. סקול וגו׳ id eſt lapidibus obruetur, & conficietur iaculis. Quum protraxerit buccina, במשוך היובל ſub.vocem.i.quum prolixius inſonuerit.Iobel,cornu eſt,aut buccina,aut ſonus ipſe. Senſus eſt,dum ſatis protractus,adeóque finitus fuerit ſonitus tubarum,tum aſcēdere poteſt populus,at præſente Domino nequaquam.neque enim veto, vt in perpetuum non aſcendatis: dum ergo ſonitus cornu ceſſauerit,poteritis aſcendere.Prolixior ſonus,ſignum erat Dominum maieſtatis montem deſeruiſſe.

15 Vxoribus. אל־אשה Singul.Heb.pro plur.i.ne contingatis vxores veſtras:abſtinebitis triduo ab vxoribus.

fulgura,& nubes″dẽſiſſima ſuper montẽ,′& clangor buccinæ intentiſſimus:′expauítque vniuerſus populus qui erat in caſtris.

17 Et eduxit Moשſéh populum in occurſum Dei è caſtris: qui ſteterunt in inferiore parte montis.

18 Mons autem ɔSinái fumabat totus,eo quòd deſcendiſſet ſuper eum Iehouáh″in igne:aſcẽdebátque ″fumus eius ſicut fumus fornacis,′& commotus eſt vniuerſus mons vehementer.

19 Erat prætereа clangor buccinæ″procedens,′& inualeſcebat valde: Moשſéh loquebatur,& Deus reſpondebat ei″in voce.

20 Deſcenderat autem Iehouáh ſuper mõtem ɔSinái ſuper verticem montis : & vocauit Iehouáh Moשſéh ad verticem montis, aſcendítque Moשſéh.

21 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh, Deſcẽde,′conteſtare populum, ′ne deſerant ſtationem vt aſcẽdant ad Iehouam,″vt videãt, & corruant ex eo″multitudo:

Sanctificentur Sacerdotes.

22 Quin & Sacerdotes qui accedunt ad Iehouam, ″ſanctificent ſeſe,″ne fortè diſſipet eos Iehouáh.

23 Et dixit Moשſéh ad Iehouam,Non poterit populus aſcendere ad montem ɔSinái ,quia tu″conteſtatus es nos,dicendo,Cõſtitue terminos monti,& ſanctifica eum.

Populus & Sacerdotes ne tangant montem.

24 Et dixit ad eum Iehouáh, Vade, deſcende ; & *poſtea* aſcende tu & Aharón tecum : ſacerdotes autem & populus″ne diruant *terminum* vt aſcendant ad Iehouam,″ne fortè diſſipet eos.

25 Deſcendítque Moשſéh ad populum,& loquutus eſt cum eis.

Cap. X X.

1 LOquutúſque eſt Deus omnia verba iſta, dicendo,

2 Ego Iehouáh Deus tuus,qui eduxi te è terra Miשſráim,″è domo ſeruorum.

Deos alienos ne habeamus.

3 Non erunt tibi dii alieni coram me.

4 Non facies tibi ſculptile,″neque vllam ſimilitudinem *eorum* quæ ſunt in cælo ſurſum, neque *eorum* quæ in terra deorſum, neque *eorũ* quæ in aquis ſubter terram.

5 ″Nõ incuruabis te eis,neque coles ea: ego enim Iehouáh Deus tuus,″Deus zelotes, ″viſitãs iniquitatem patrũ ſuper filios,″in tertiam & quartam *generationem*″odio habentibus me:

6 Et faciens miſericordiam ′millibus diligentibus me,& cuſtodientibus præcepta mea.

Iuramentum.

7 ″Non aſſumes nomen Iehouæ Dei tui″in vanũ:quia nõ″inſontẽ

diri tonitrua,ac micare fulgura,& nubes denſiſſima operire montem,clangórque buccinæ vehemẽtius perſtrepebat: & timuit omnis populus qui erat in caſtris.

17 Quúmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.

18 ‖Totus autem mõs Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne , & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace : erátque omnis mons terribilis.

Deut.4.b.11 D

19 Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius,& prolixius tendebatur:Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei.

20 Deſcenditque Dominus ſuper mõtem Sinai in ipſo montis vertice , & vocauit Moyſen in cacumen eius. quò quum aſcendiſſet,

21 Dixit ad eum ,Deſcende , & conteſtare populum,ne forte velit tranſcẽdere terminos ad videndum Dominum,& pereat ex eis plurima multitudo.

22 Sacerdotes quoque qui accedũt ad Dominum,ſanctificentur , ne percutiat eos.

23 Dixitque Moyſes ad Dominum, Non poterit vulgus aſcendere in mõtem Sinai :tu enim teſtificatus es & iuſſiſti, dicens , Pone terminos circa montem,& ſanctifica illum.

24 Cui ait Dominus,Vade, deſcende: aſcendéſque tu & Aaron tecum:ſacerdotes autem & populus ne tranſeãt terminos,nec aſcendant ad Dominũ, ne fortè interficiat illos.

25 Deſcenditque Moyſes ad populum & omnia narrauit eis.

Cap. X X.

1 LOquutúſque eſt Deus cunctos ſermones hos,

2 Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra AEgypti , de domo ſeruitutis.

3 ‖Nõ habebis deos alienos corã me.

Leuit.26.a.1 deut.5.a.6 pſal.80.c.9.11, & & 96.b.7,& 113. b.6

4 Non facies tibi ſculptile,neque omnem ſimilitudinẽ quæ eſt in cælo déſuper, & quæ in terra deorſũ, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra.

5 Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis,zelotes,viſitans iniquitatem patrum in filios,in tertiam & quartã generationem eorum qui oderunt me:

6 Et faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me,& cuſtodiũt præcepta mea.

7 ‖Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ: nec enim habebit inſon-

Leuit.19.c.12 deut.5.b.11 matth.5.c.28

16 Denſiſſima כבד Ad verbum,grauis. Et clangor,&c. וקול וגו׳ Ad verbum,& vox buccinæ[vel,tubæ]fortis valde. Ex-
pauítque ויחרד intremuítque.vel,intremere cœpit.quaſi dicat,nullus fuit qui ad hæc non expauerit. 18 Fumus eius עשנו ſub.
montis. In igne: באש.i.in medio ignis.q.d.circundatus igne. Et commotus eſt ויחרד & intremuit. 19 Procedens,הולך.i.
ſtrepitus tubæ promouebatur,ſiue augebatur. Et inualeſcebat וחזק Ad verbũ,& ſe reborãs.Toar vice participii. In voce. בקול: ſub.
clara & exaudibili. 21 Conteſtare populum,העד בעם denũtia populo,quaſi teſtibus adhibitis. Ne deſerant,&c. פן־יהרסו וגו׳
Ad verbum,ne deſtruant ad Iehouam.i.ne ſtatione ſua deſerta,vel deſtructis ordinibus,aſcendãt ad Iehouam.In fine huius capitis,verſu 24,
adiecit verbum quod hîc ſubintelligi debet,quum ait,Ne diruant,vt aſcendant,&c. Vt videant, לראות ſub.eũ,vel gloriam eius. Mul
titudo. רב: maxima *pars*.vel,magna. 22 Sanctificent ſeſe, יתקדשו ſanctificentur. Ne fortè diſſipet,&c. פן־יפרוץ וגו׳ Ad verbũ,
ne rupturam faciat in eis Iehouáh.vel,diuiſionem faciat.i.vim afferat eis,aut interficiat eos. 23 Conteſtatus es nos, העדותה בנו
denuntiaſti nobis.Vide paulo antè,verſu 21. 24 Ne diruant אל־יהרסו ne diſſipent. Ne fortè diſſip.c. פן־יפרץ־בם: Vide paulo
antè,verſu 22.

IN CAPVT XX.

2 E domo ſeruorum. מבית עבדים: Vide ſuprà,cap.13.a.3.Hæc eadem narrantur à Moſe,Deut.5.a.6.
4 Neque vllam ſimil. וכל־תמונה Ad verbum,& omnem imaginem.Vertere potes,aut vllam imaginem,&c.aut,*eorum* quæ,&c.
5 Non incuruabis te eis, לא־תשתחוה להם Non adorabis illa. Deus zelotes,אל קנא fortis zelotes.Vox קנא non ſolum affectum ſi-
gnificat qui eſt inter amantes,& nõ fert corriualem,ſed & eum quo animus commouetur atque iraſcitur & ſuis & ſuorum cõtumeliis & in-
iuriis:ita vt paratus ſit ad iniuriã vlciſcendã:vt de Phinees legimus,Num.25.b.11,vbi de eo dicit Dominus, Phinees auertit furorem meũ à
filiis Iſrael,בקנאו את־קנאתי בתוכם quũ zelatus eſt zelũ meũ in medio eorũ.i.ardore quodã animi cõmotus eſt (vt ſolẽt zelotypi) propter me
videns indigna cultu meo fieri,atque eam iniuriã vltus eſt.quæ ſignificatio huc maximè quadrare videtur.Alii vertunt,Deus zelotypus.q.d.
qui non poſſum ferre vt alius ametur colatúrve, quàm ego: fortis ſum, qui poſſim & velim iniuriam mihi illatam vlciſci. Vide infrà,cap.
34.b.14. Viſitans פוקד in memoriam reducens.Vide hæc eadem infrà,cap.24.b.7. In tertiã,&c.על־שלשים וגו׳ Ad verbũ,in tertianos &
quartanos. Odio hab.me. לשונאי: Chaldæus paraph.in iis ſcilicet qui odio habent me:quando videlicet filii imitantur peccata parentũ.
6 Millibus לאלפים.i.vſque in perpetuũ. 7 Nõ aſſumes לא תשא Ne vſurpes.Chald.para.Ne iures,&c. In vanũ:לשוא fruſtra.
ſiue temerè.q.d.ſiquid iuraueris te facturum adhibito nomine Iehouæ,illud præſtes. Inſontem habebit ינקה Ad verbum,inſontabit.
ſi Latinè dici poſſet.Vertere potes,non habebit pro innocente.

tem Dominus eũ qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrá.

Lenit.19.c.11 deut.5.b.12 ezech.20.b.12 infrà 31.b.14 matth.12.a.2

|Memento vt diem Sabbathi ſanctifices. 8

Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 9

Septimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus & ancilla tua, iumẽtum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas. 10

Gen.2.a.2

|Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſũt: & requieuit in die ſeptimo: idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & ſanctificauit eum. 11

Deut.5.b.16 matth.15.a.4 ephe.6.a.2

|Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram quã Dominus Deus tuus dabit tibi. 12

Matt.5.c.16

Non occides. 13

Non mœchaberis. 14

Non furtum facies. 15

Non loqueris contra proximũ tuũ falſum teſtimonium. 16

C

Rom.7.b.7, & 13.c.9

Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouẽ, non aſinum, nec omnia quæ illius ſũt. 17

Cũctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montémque fumantem: & perterriti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul: 18

Deut.18.c.16 heb.12.e.18

Dicẽtes Moyſi, |Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. 19

Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. 20

D

Stetitque populus delonge: Moyſes autem acceſſit ad caliginẽ in qua erat Deus. 21

Dixit præterea Dominus ad Moyſen, Hęc dices filiis Iſrael, Vos vidiſtis quòd de cælo loquutus ſim vobis. 22

Non facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. 23

Infrà 27.b.8, & 38.a.7

|Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues: in omni loco ĩ quo memoria fuerit nominis mei, veniã ad te, & benedicã tibi. 24

Deut.27.a.5 ioſue 8.f.31

|Quòd ſi altare lapideũ feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum tuum ſuper eum, polluetur. 25

---

habebit Iehouáh eum qui aſſumpſerit nomen eius in vanum.

8 ʹRecordare diei Sabbathi, ʹvt ſanctifices illum. Sabbathum.

9 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum.

10 At die ſeptimo ſabbathum *erit* ʹIehouæ Deo tuo: non facies vllũ opus ʺneque tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque ſeruus tuus, neque ancilla tua, neque animal tuũ, neque peregrinus tuus qui eſt ʹin portis tuis.

11 Sex enim diebus fecit Iehouáh cælum & terram, mare, & quæcunque *ſunt* in eis: & requieuit die ſeptimo: idcirco ʹbenedixit Iehouáh diei Sabbathi, & ſanctificauit eum.

12 Honora patrem tuum & matrem tuam: ʺvt prolongentur dies tui ſuper terram quam Iehouáh deus tuus dat tibi. Parentes.

13 Non occides. Occidere.

14 Non committes adulterium. Mœchari.

15 Non furaberis. Furtum.

16 Non loqueris aduerſus proximum tuum ʹteſtimoniũ mẽdacii. Falſũ teſtimon.

17 Non concupiſces domum proximi tui, ʺnon concupiſces vxorem proximi tui, ʺneque ſeruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque aſinum eius, neque quicquã *eorum quæ ſunt* proximi tui. Concupiſcentia

18 Omnis populus ʺvidebant tonitrua ʺ& lampades, & clamorem buccinæ, & montem fumantem: vidit inquam populus, & commoti ſunt, ſteterúntque procul:

19 Atque dixerunt ipſi Mowſéh, Loquere tu nobiſcum, & obſequemur: & ne loquatur nobiſcum Deus, ne fortè moriamur. Vt timeretur apparuit in fulgure Deus.

20 Reſpondit autem Mowſéh populo, Ne timeatis: quia ʺvt tentaret vos, venit Deus, & vt ſit timor eius ante cõſpectum veſtrum, vt non peccetis.

21 Stetit igitur populus procul: Mowſéh autem appropinquauit ad caliginem in qua erat Deus.

22 Dixítque Iehouáh ad Mowſéh, Sic dices filiis Iwſraʾél, Vos vidiſtis quòd è cælo loquutus ſum vobiſcum.

23 Ne *ergo* faciatis ʺmecum deos argenteos, neque deos aureos: non facietis *inquam* vobis. Dii argentei ne fiant.

24 Altare terreũ facies mihi, & ſacrificabis ſuper illud holocauſta tua & pacifica tua, pecudes tuas, & boues tuos: in õni loco ʺin quo meminiſſe fecero nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Altare terreum.

25 Quòd ſi altare lapidũ feceris mihi, non ædificabis ʺeos exciſos: quia *ſi* gladium tuum eleuaueris ʺſuper illum, pollues illum.

---

8 Recordare diei זכור את־יום Deut.5.b.12, dicit, Cuſtodi[vel, Obſerua] diem. Vt ſanctifices illum. : לקדשו ad ſanctificandum illum. ſub. diem. vel, illud, ſub. ſabbathum. Hebraiſmus, pro Da operam vt ceſſes ab operibus tuis die ſabbathi.

10 Iehouæ ליהוה Id eſt in honorem Iehouæ. Neque tu, neque filius, &c. אתה ובנך וגו׳ Ad verbũ, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus, &c. ſubauditur autem in ſingulis negatio præcedens: aut ו conuertendum in או aut, hoc modo, tu, aut filius tuus, aut filia tua, &c.

In portis tuis. : בשעריך intra portas tuas. i. qui habitat in tua vrbe. Moſes, Deut.5.b.14, addit, Vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua ſicut tu. Et memento quòd, &c. 11 Benedixit, &c. ברך יהוה וגו׳ Quid benedicere, quidve ſanctificare ſignificet, vide Gene. 2.a.3. id eſt, voluit illum nobis eſſe ſacrum & ſolennem & cultui ſuo deditum.

12 Vt prolongentur dies t. למען יאריכון ימיך vt longi ſint dies tui. i. vt diu te incolumem habeant dies tui. hoc eſt vt diutiſſimè viuas. ſic doctus inter Hebræos. Ex doctoribus illorũ alter tranſitiuè accipit, prolongent dies tuos. nempe parentes. i. ſint in cauſa vt prolongentur dies tui. Sic etiam Chaldæus paraph. 16 Teſtimonium mend. : עד שקר teſtimonium falſitatis. i. mendax & falſum. Ex doctioribus Hebræorum alter vertit, ô teſtis falſe. vel mendax. Alter verò dicit עד aliquando eſſe nomen ſubſtantiuũ, quanuis vt plurimum ſit adiectiuũ.

17 Non concupiſces vxo. לא־תחמוד אשת Verbum iſtud repetiuit Moſes vt magis ſeipſum exponeret. nec enim diuiditur hoc præceptum in duo. Neque ſeruum eius, ועבדו aut ſeruum eius. & ſic in ſequentibus.

18 Videbant רואים videbãt. i. audiebãt. nam apud Hebræos, quod ad ſenſus attinet, alter pro altero vſurpatur, quòd ſenſus coniuncti ſint quodammodo in vno loco, vt alter ex doctioribus illorum annotat. Et lampades, ואת־הלפידים & faces. & flammas.

20 Vt tentaret vos, לבעבור נסות אתכם vt probaret vos.

23 Mecum אתי Id eſt vnà mecum eos colatis: volo vt me vnicum colatis, nolo habere ſocium.

24 In quo meminiſſe, &c. אשר אזכיר וגו׳ Id eſt in quo inſtituam memoriam nominis mei. Iſtud iungendum eſt mox ſequentibus. q.d. in quocunque loco ego fecero memoriam nomini meo, veniam ad te, hoc eſt exaudiam te, & fœlicem reddam.

25 Eos exciſos: אתהן גזית eos *cum* exciſione. ita ad verbũ. vel, vt alii, ex eis *lapide* exciſo. Super illum, &c. : עליה ותחלליה Relatiuũ

refert lapidem. Gladium, ſiue cultrum vſurpat pro quocunque inſtrumento ferreo. i. ſi ferreo aliquo inſtrumento polliueris, ſiue apparaueris illos lapides quibus ædificaturus ſis altare, pollueris illos lapides.

Neque aſcẽdes per gradus ad altare meum, ′ne detegatur turpitudo tua iuxta illud. 26

Cap. XXI.

משפטים

De ſeruis emendis.

HAEc autem ſunt″iudicia′quæ pones coram eis. 1

Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet, at ſeptimo 2
egredietur′liber″gratis.

″Si cum corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredie- 3
tur: ſi *verò* maritus mulieris erat, egredietur & vxor eius ſecum.

Si herus eius dederit ei vxorem, & pepererit ei filios vel filias, 4
vxor & filii eius erunt heri ſui, ipſe verò egredietur ′cum corpore ſuo.

Quòd ſi dicendo dixerit ſeruus, ″Diligo herum meum, vxorem 5
meam, & filios meos, ′non egrediar liber:

′Tũc adducet eum herus ſuus ad Iudices, & ′adducet eum præ- 6
terea ad oſtiũ, vel ad poſtem, perforabítq; herus eius aurem eius ſubula, & ſeruiet ei′in ſeculum.

Filia vendita in ancillam.

Quum autem vendiderit quiſpiam filiã ſuam in ancillam, non 7
egredietur′quemadmodum egredi ſolent ſerui.

Si′diſplicuerit hero ſuo, ′qui *iam* ſibi deſpõſauit eã, ′redimere fa- 8
ciet eam: populo alieno non habebit poteſtatem vendendi eam, ′quum ſpreuerit eam.

Quòd ſi filio ſuo deſponderit eam, ′ſecundum morem filiarum 9
faciet ei.

′Si aliam acceperit illi, ′alimentum eius, operimentum eius, & 10
tempus eius non diminuet.

Et ſi′tria hæc non fecerit ei, ′egredietur gratis′abſque argento. 11

Homicidium.

pueris caedum ff.
...or. de Sicarijs. lib.
...: 8. 2, c. 6. 6. 9.

Qui percuſſerit virum, & mortuus fuerit, moriendo morietur. 12

At qui non inſidiatus fuerit ei, ſed Deus ′fuit cauſa *ut ueniret* ad 13
manum eius, ′tunc ponam tibi locum ad quem fugiet.

26 Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Cap. XXI.

1 HAEc ſunt iudicia quæ propones eis,

2 ‖Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis. Deut. 15. c. 12 iere. 34. c. 14

3 Cum quali veſte intrauerit, cum tali exeat: ſi habens vxorem, & vxor egredietur ſimul.

4 Sin autem dominus dederit illi vxorẽ, & peperit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtimento ſuo.

5 Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominum meum, & vxorem, ac liberos, non egrediar liber:

6 Offeret eum dominus diis, & applicabitur ad oſtium & poſtes, perforabitque aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum.

7 Siquis vendiderit filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt. B

8 Si diſplicuerit oculis domini ſui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit poteſtatem, ſi ſpreuerit eam.

9 Sin autem filio ſuo deſponderit eã, iuxta morem filiarum faciet illi.

10 Quòd ſi alteram ei acceperit, prouidebit puellę nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit.

11 Si tria iſta nõ fecerit, egredietur gratis abſque pecunia.

12 ‖Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Leuit. 24. c. 17 C

13 Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illũ tradidit in manus eius: ‖cõſtituã tibi locũ in quẽ fugere debeat. Deut. 12. a. 2

---

26 Ne detegatur, &c. אשר לא־תגלה ערותך ne reueletur nuditas tua. id eſt ne reuelentur pudenda tua.

IN CAPVT XXI.

1 Iudicia, המשפטים Hæc eſt ſexta huius libri partitio Hebræis, quam inſcribunt משפטים iudicia, id eſt leges quibus lites ortas dirimerent. Quæ pones coram eis. : אשר תשים לפניהם quæ propones eis. i. quibus vtentur in dirimendis litibus.

2 Liber לחפשי Quidam Hebræorum annotant ל redundare, & exponunt vt noſter interpres vertit. Alii vertũt, ad liberum, ſub. locum, id eſt ad locum in quo ſit liber. q. d. egredietur è domo domini ſui ad domum ſuam. Alii voluunt ' redundare, vertentes, ad libertatem. atque ſic exponit magni nominis vir apud illos. Gratis. : חנם . i. ſine argento. Paulo pòſt verſu 11, vtrunque iunxit Moſes, חנם אין כסף gratis ſine argento. 3 Si cum corpore ſuo, &c. אם־בגפו וגו׳ Hebraiſmus, ſi ſolus ſine vxore venerit in domum tuam, ſine vxore exibit. Quidam vertunt, Si cum veſte ſua, &c. verùm non tam rectè, quòd ſtatim ſequatur, ſi verò vxorem habuerit.

4 Cum corpore ſuo בגפו Hebraiſmus, vt præcedenti verſu. id eſt liber.

5 Diligo אהבתי Præt. Heb. pro præſ. Non egrediar liber. : לא אצא חפשי . i. nolo donari libertate.

6 Tunc adducet e. והגישו Ad verbum, Et accedere faciet eum. Adducet eũ pr. והגישו & appropinquare faciet eum. vel, admouebit eũ. vel applicabit. In ſecul. : לעולם . i. longo tẽpore: hoc eſt vſque ad iubileum, ſiue is annus propè fuerit, ſiue lõgè abfuerit. q. d. legibus non cogetur herus donare illum libertate. Sic exponunt locum iſtum Hebræi. Etiam vox Hebræa לעולם non ſemper æternum, ſempiternum, perpetuum, & infinitum tempus ſignificat: ſed aliquando longum & determinatum tempus, vt hoc loco.

7 Quemadmodũ, &c. : כצאת העבדים . i. nõ ea lege, ſed potiore. ſerui enim quãdo libertate donabantur, nudi & ſine præmio egrediebantur: filiæ autẽ, cũ mercede. 8 Diſplicuerit hero ſ. רעה בעיני אדוניה Ad verbũ, mala fuerit in oculis heri ſui. Qui *iam*, &c. אשר־לא יעדה qui non deſpondit eam. Scribitur apud Hebræos לא, & legitur לו ſibi. Hebræi ſcribunt quindecim eſſe locos Scripturæ in quibus לא ſcribitur, & legitur לו, quorũ iſte eſt vnus. Chaldæus paraph. atque LXX, legunt לו ſibi. Legẽdum igitur (vt vertit noſter interpres) qui *iam* ſibi deſponſauit eã. vel deſponderat. Ea enim cõditione, Hebræorum puellæ vendebantur, vt heri qui eas emerẽt, ſimul quoque matrimonio eas ſibi copularent. Redimere fa. eam: והפדה Id eſt dabit pecuniam qua illa redimatur. aut ſaltem remittet illi pecuniam ſeruitii: ac perinde quaſi pretium pro redemptione eius accepiſſet, liberam eam abire permittet. Redemptio ita ſeſe habebat, Si pro ſex libris eam emiſſet herus, diſceſſura, tot de iſta ſumma decedebant libræ, quot ſeruierat annis. quot verò anni vſque ad ſeptimum annum adhuc reliqui erant, tot libras hero ſuo pro redemptione ſui numerare tenebatur. Quum ſpreuerit eam. : בבגדו־בה quum ſpernat eam. nam eſt infinit. Heb. Alii, quum præuaricatus fuerit in eam. i. ſi corruperit eam. Id ſignificabit, ſi legeris (vt vertit interpres) qui ſibi deſponſauit eam.

9 Secundum morẽ fil. כמשפט הבנות hoc eſt, dotẽ ei dabit vt moris eſt in Iſrael dare puellis: nihil videlicet cauſans quòd ſerua ſit, quódque filio ſuo eam deſponſet. 10 Si aliam acceperit illi, אם אחרת יקח־לו ſub. pater. i. ſi aliam vxorem tradet filio ſuo. Alii, Si aliam accipiat ſibi. ſub. filius. Alimentum eius, &c. שארה וגו׳ . i. antequam amittat eam à ſe, oportet vt prouideat illi de victu & veſtitu: détque illi integrum præmium pro tempore quo rem habuit cum ea. Doctiores vertunt, victum eius, veſtitum eius, & mercedem pudicitiæ [. i. virginitatis corruptæ] non negabit illi. Nam עונה tẽpus concubitus, vel concubitũ ſignificat. Gallicè dicimus, *pucelage*. i. prouidebit illi de victu, veſtitu, & præmio ob pudicitiã eius à ſe corruptam. 11 Tria hæc שלש־אלה . i. ſi non deſponſauerit eam ſibi, ſi non dederit redimendi locum, filio quoque ſuo non deſponſauerit eam. Egredietur ויצאה Ad verbum, & egredietur. ו non eſt vertendum, quòd tantùm conuertat præt. in fut. i. donabitur libertatę. Abſque argento. : אין כסף Deeſt ב ante אין, vt ſit באין in non argento, pro, ſine argento.

13 Fuit cauſa. &c. אנה לידו Chaldæus paraph. à facie Domini traditus eſt. i. ſed Dominus voluit illum incidere in manum eius ob latentem aliquam cauſam. Quod ferè fieri dicũt Hebræi dum aliquis peccatum ſeu flagitium aliquod perpetrauit, propter quod non eſt punitus à Magiſtratu: & tamen tale peccatum eſt quod excidium, ſiue exterminium præmaturæ mortis mereatur. Tunc ponam ושמתי . i. tunc deſignabo. De loco aſyli loquitur.

Siquis de induſtria occiderit proximũ ſuũ, & per inſidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur. 14

Qui percuſſerit patrem ſuũ aut matrem, morte moriatur. 15

parricidiorum pœna
l. 9. lib. C. t. 9. &
ff. ad legem Pom.
p[ar]ricidiis lib. 48.
inst. de publicis iudiciis.

Leuit.20.b.9
prou.20.c.20
matth.15.a.4
marc.7.b.10

|Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. 16

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eũ, conuictus noxæ, morte moriatur. 17

D Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo: 18

Si ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impenſas in medicos reſtituat. 19

Qui percuſſerit ſeruum ſumm vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. 20

Sinautẽ die vno vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt 21

E Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. 22

Sinautem mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima, 23

Leuit.24.d.20
deut.19.d.21
matth.5.f.33.

|Oculum pro oculo, dentẽ pro dente, manum pro manu, pedẽ pro pede, 24

Aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. 25

Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui aut ancillę, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. 26

Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. 27

F Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocẽs erit. 28

Quòd ſi boscornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eũ, occideritque virũ aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. 29

Quòd ſi pretium fuerit ei impoſitũ, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. 30

14 Sin verò ′ſuperbè egerit quiſpiã in proximum ſuum, ita vt occidat eum dolo, ′ab altari meo tolles eum vt moriatur.

15 Et qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem ſuam, ′moriendo moriatur.

Parentũ percuſſor.

16 Qui autem furatus fuerit aliquem, vendideritque illum, ′& inuentus fuerit in manu eius, moriendo moriatur.

Furtum. 4. lex de pœna … munit 5. … est autem … q[ui] alte… vel ancil… ducit, vel liberum vendit, aut … in servitutem tra… Extat haec Lex in … ff. ad l. Fabia… plagiariis lib. 48

17 Et qui maledixerit patri ſuo vel matri ſuæ, moriẽdo moriatur.

Maledicus patri

18 Quum autem rixati fuerint aliqui, & percuſſerit aliquis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ″ſed deciderit in lectum:

Rixantes.

19 Si ſurrexerit, & ambulauerit foris ′ſuper baculum ſuum, ′tũ innocens erit qui percuſſit: tantùm ″ceſſationem eius dabit, ″& medendo mederi faciet.

20 Quum autem percuſſerit quiſpiam ſeruum ſuum vel ancillam ſuam bacillo, ″& mortuus fuerit ſub manu eius, ′vindicando vindicabitur.

Percutiens ſeruum.

21 Veruntamen ſi per diem vel per duos dies ′perſtiterit, non vindicabitur, quia ″pecunia eius eſt.

22 Quum autem rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem prægnantem, ″ita vt egrediantur nati eius, nec *tamen* fuerit mors: puniẽdo punietur quemadmodum impoſuerit ei maritus mulieris, & dabit ″ſecundum Iudices.

Percutiens mulierem prægnantem.

23 Quòd ſi mors ″fuerit, ″tunc dabis animam pro anima,

24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede,

Pœna talionis.

25 Aduſtionẽ pro aduſtione, vulnꝰ pro vulnere, liuorẽ pro liuore.

26 Quum autem percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui vel oculum ancillæ ſuæ, & corruperit eum, ″liberum dimittet eum pro oculo eius.

Oculum eruens, vel dentem excutiens ſeruis.

27 Quòd ſi dentem ſerui ſui vel dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet eum pro dente eius.

28 Et ſi cornu petierit bos virum vel mulierem, ita vt moriatur, ″lapidando lapidabitur bos, neque comedetur caro eius: at dominus bouis ′erit innocens.

Bos cornupeta. ff. ſi quad[rupes] paup[eriem]

29 Quòd ſi bos cornupeta fuerit ″ab heri & nudiuſtertius, ″& conteſtatio facta fuerit domino eius, & non ″cuſtodierit eum, occiderit autem virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, & etiam dominus eius ″morietur.

30 Si ″pretium redemptionis impoſitum fuerit ei, tunc dabit ″redemptionem animæ ſuæ quantum impoſitum fuerit ei.

14 Superbè egerit יזיד ſuperbierit. i. per ſuperbiam & arrogantiam interfecerit proximum. Ab altari meo מזבחי . i. à loco ſacro. q.d. nuſquam erit tutus. 15 Moriendo moriatur : מות יומת . i. ſententia Iudicum interficiatur. 16 Et inuentus, &c. ונמצא בידו Hebraiſmus, ſi cõuincatur huius facti vel criminis. 18 Sed deciderit in le. : ונפל למשכב ſed decubuerit lecto. 19 Super baculum ſuum, על משענתו Id eſt innixus ſcipioni ſuo. Tum innocens e. ונקה ſub. à cæde. Quidam vertunt, tunc inſons reputabitur. ſiue, habebitur pro inſonte. i. non cenſebitur homicida. Ceſſationem e. שבתו ſub. ab opere. id eſt iacturam operis quam fecit ceſſando. Et medendo med. f. : ורפוא ירפא & curando curabit. i. impenſas in medicos ſoluet. 20 Et mortuus, &c. ומת תחת ידו Hebraiſmus, pro Interfecerit percutiendo manu ſua. Vindicando vind. נקום ינקם . i. punietur. Chaldæus paraph. iudicando iudicabitur. i. criminis reus punietur, prout iudicauerint Iudices. Paulo pòſt verſu 22, dicit, puniendo punietur. 21 Perſtiterit, non vindic. יעמוד לא יוקם . i. ſuperuixerit, non punietur. Pecunia e. eſt. : כספו הוא . i. comparatus eſt pecunia eius. 22 Ita vt egrediantur ויצאו Ad verbum, & egreſſi fuerint, &c. i. & fecerit abortiuum. Secundũ iudices. : בפללים Id eſt iuxta ſententiam Iudicum. Ad verbum, in Iudicibus. q.d. multabitur ea multa quam impoſuerit maritus ſententia Iudicum arbitrorum. i. dabit quãtum arbitri cenſuerint. 23 Fuerit, יהיה ſuperuenerit. Tunc dabis ונתתה . i. pœnæ talionis ſubiicieris: vt interfeciſti, interficieris: ſi oculum erueris, eruetur tibi oculus: ſi dentem alicui fregeris, dens tibi frangetur, &c.

26 Liberum dimittet eum ישלחנו manumittet eum. donabit illum libertate. ſinet illum vel illam abire propter oculum quem perdidit.

28 Lapidando lapid. סקול יסקל lapidibus obruetur. Erit innocẽs. : נקי abſoluetur. habebitur pro inſonte. vt paulo antè, verſu 19.

29 Ab heri & nudiuſt. מתמול שלשום Hebraiſmus, à multo tempore, vel antea. Et conteſtatio, &c. והועד & adhibitis teſtibus denuntiatũ fuerit. Cuſtodierit e. ישמרנו ſeruauerit eum. continuerit. recluſerit. Morietur. : יומת interficietur. ſententia Iudicum ſcilicet. 30 Pretium redemp. כופר Ad verbum, redemptio. i. ſi habeat à Iudicibus poteſtatem redimendi ſe. Redemptionem, &c. פדיון נפ' . i. pro redemptione vitæ ſuæ omnino quantum imperatum fuerit illi, hoc eſt tantã pecuniam quanta imperata fuerit. Ad verbum, redemptionem animæ ſuæ ſecundum omne quod impoſitum fuerit ſuper eum.

2-2.

31 Siue filiũ cornupetierit,ʹſiue filiam cornupetierit,ʹſecundũ iudicium hoc,fiet ei.

32 Si ſeruum cornupetierit bos, vel ancillam, ʹargenti triginta שſéclos dabitʹdomino eius,& bos ille lapidabitur.

Fodiens ciſternã in quam bos ceciderit,

33 Quum autemʹaperuerit aliquis ciſternam,vel ſi foderit aliquis ciſternã,& nõ cooperuerit eam,cecidérítque illuc bos vel aſinus:

34 Dominus illius ciſternæʹreddet argentum,& reſtituet domino eius:ʹ& quod mortuum eſt,erit illius.

Bos bouem occidens.

35 Et ſi percuſſerit bos alicuius,bouem proximi ſui, mortuúſque fuerit: tunc vendent bouem illum viuum,ʹ& partientur *inter ſe* argentum eius, & etiam mortuum partientur.

36 Vel *ſi* notum fuerit quòd bos cornupeta ſitʹab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodierit eum dominus eius:reddẽdo reddet bouem pro boue,& mortuus,eritʹillius.

Cap. XXII.

Pœna furis.

1 QVum furatus fuerit quis bouem aut pecudẽ, & iugulauerit eum,aut vendiderit illum:quinque boues reddet pro illo boue,& quatuor pecudes pro pecude illa.

2 Siʺin effoſſione inuentus fuerit fur,& percuſſus fuerit,mortuúſque fuerit:ʺnon erit *percuſſor* morti obnoxius.

3 Si ortus fuerit solʹſuper eum,ʹerit morti obnoxius, ʹreddendo reddet:ʺſi non ſit ei,vendetur propter furtum ſuum.

4 Siʺdeprehẽdatur in manu eius furtum,ʺà boue vſque ad aſinũ, vſque ad pecus:viua duo reddet.

Damnum factũ.

5 Siʺdepaſci fecerit aliquis agrum vel vineam, & immiſerit iumentum ſuum,pauerítque in agro alterius:ʺbonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

6 Quum egreſſus fuerit ignis,& inuenerit ſpinas,abſumptúſque fuerit aceruus,vel ſeges,vel ager: reddendo reddet qui ignem accenderit,ʺcombuſtionem.

Depoſiti lex.

7 Quum dederit quiſpiam proximo ſuo argentum vel vaſa ad cuſtodiendum,& furto ablatum fuerit è domo viri illius: ſi inuẽtus fuerit fur,reddet duplum:

8 Si non inuentus fuerit fur, ʺtunc applicabitur dominus domus

31 Filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit.

32 Si ſeruum ancillámque inuaſerit,triginta ſiclos argẽti domino dabit,bos verò lapidibus opprimetur.

G

33 Siquis aperuerit ciſternam,& foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut aſinus in eam:

34 Reddet dominus ciſternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum eſt,ipſius erit.

35 Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit,& ille mortuus fuerit:vẽdẽt bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter ſe diſpertient,

36 Si autem ſciebat quòd bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & nõ cuſtodiuit eum dominus ſuus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrũ accipiet.

Cap. XXII.

1 SIquis furatus fuerit bouẽ aut ouẽ, & occiderit,vel vendiderit: quinq; boues pro vno boue reſtituet,‖& quatuor oues pro vna oue.

2.Regum 12.b.6

2 Si effringẽs fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus,& accepto vulnere mortuus fuerit:percuſſor non erit reus ſanguinis.

3 Quòd ſi orto ſole hoc fecerit,homicidium perpetrauit:& ipſe morietur: ſi non habuerit quod pro furto reddat,ipſe venundabitur.

4 Si inuentum fuerit apud eum quod furatus eſt,viuẽs,ſiue bos,ſiue aſinus, ſiue ouis:duplum reſtituet.

5 Si læſerit quiſpiam agrũ vel vineã, & dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea,pro dãni æſtimatione reſtituet.

ad 4.c.l.aq. ff.9.t.2.c.[illegible] [illegible]

6 Si egreſſus ignis inuenerit ſpinas & comprehenderit aceruos frugum,ſiue ſtãtes ſegetes in agris: reddet damnũ qui ignem ſuccenderit.

7 Siquis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam,& ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi iunenitur fur,duplum reddet:

in tit: Depoſiti ff.16. ad C lib.4.

8 Si latet fur, dominus domus appli-

---

31 Siue filium cor. אר־בן יגח q.d.hæc lex intelligitur tam de paruulis,quàm de magnis:eidem omnes ſubiacebunt ſententiæ,ſiue legi.
32 Argenti trig.שſéc. כסף שלושים שקלים argentum,*nempe* triginta ſiclos. Domino eius, לאדניו ſub.ſerui,aut ancillæ.
33 Aperuerit יפתח Intelligit de ciſterna prius effoſſa,quam repletã quis emundauerit, & rurſum aperuerit: & de ciſterna recens effoſſa.
34 Reddet argentum ישלם כסף .i.reſarciet damnum ſumma quadam pecuniæ. Et quod mort. : והמת יהיה־לו .i.habebit tantùm cadauer. 35 Et partientur וחצו Ad verbum,& dimidiabunt.vt & mox.
36 Ab heri & nudiuſt. מתמול שלשום .i.à multo tempore:vt paulo antè verſu 29. Illius. : לו cuius ſcilicet bos interfecit alterum.

IN CAPVT XXII.

2 In effoſſione במחתרת Id eſt perfodiens domum. Non erit,&c. : אין לו דמים Ad verbum,non illi ſanguines.i.non eſt reus ſanguinis.vel,non fundetur ſanguis percuſſoris propter occiſum à ſe furem.non interficietur.

3 Super eum, עליו ſub. furem. id eſt ſi interdiu fur conetur perfodere domum. Chaldæus paraph. Si oculus teſtium ceciderit ſuper eum. Quod magni nominis apud Hebræos vir ſic exponit,Si inuenerint eum teſtes antequam veniat pater familiâs,& vbi aduenerit,admoneatur ab eis ne interficiat eum.i.ſiquis furem domum effringentem præſentibus teſtibus occiderit,imputabitur illi homicidium,occidatur. Erit morti obnox. דמים לו Ad verbum, ſanguines illi.i. percuſſor occidetur: fur autem reddet quod furto abſtulerit. acſi dicat, furem diurnum non licet occidere. Reddendo reddet. שלם ישלם Quomodo(inquiunt quidam) reſtituere poteſt fur qui eſt à percuſſore interfectus? Reſpondent doctiores Hebræi, hæc cohærere cum ſuperioribus quæ ſunt initio huius capitis, vbi de reſtitutione furti agitur: & per perentheſin interiecta eſſe quæ de fure diurno & nocturno hic dicũtur:vt illud,Reddẽdo reddet,cohæreat cum illo primi verſus, Quatuor pecudes pro pecude. Atque ita conſtruit ex doctioribus Hebræorum alter. Citant quoque & alios locos,vbi per huiuſmodi parentheſin ſententia interrũpitur:ita vt quæ ſequuntur,nõ ad ea quæ incluſa ſunt parentheſi,ſed ad ea quæ ante parentheſin ſunt, pertineant. E quibus & iſtum locum proferunt qui eſt Pſal.51. a. 6, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas quum iudicaris. quæ dicunt non cohærere cum his quæ mox præcedunt, Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci:ſed cum principio Pſalmi, Miſerere mei Deus. vel cum his, Quoniam iniquitatem meam agnoſco. Præſens tamen locus etiam ſic poteſt intelligi,Si exortus fuerit ſol ſuper talem furem qui domũ effregit(vt habet veritas Hebraica)vel ſi præſentes fuerint teſtes(vt Chaldæus paraph.habet) non debet talis fur à patrefamiliâs occidi,ſed deprehenſus, ad reſtitutionem debet cogi.quòd ſi paterfamiliâs eum occiderit,ſanguis erit ei,hoc eſt homicidium illi imputetur,& ipſe quoque occidatur. Hæc lectio videtur omnium ſimpliciſſima eſſe. Si non ſit ei, אם־אין לו Id eſt,ſi non habeat vnde reſtituere poſſit.

4 Deprehendatur המצא תמצא Ad verbum,inueniendo inueniatur. A boue,&c. משור וגו׳ Hebraiſmus,pro, ſiue bos fuerit,ſiue aſinus,ſiue pecus. 5 Depaſci fecerit יבער Ad verbum,iumentauerit,à בעיר quod iumentum,ſiue animal ſignificat.i. deduxerit iumentum.& ita quidam vertunt. Rectius tamen vertiſſe videtur noſter interpres.nam quod mox ſequitur,interpretatio eſt iſtorum verborum:& ו pro id eſt,poſitum erit,hoc modo,Si depaſci fecerit aliquis agrum vel vineam,id eſt,immiſerit iumentum ſuũ,& depauerit agrum alterius. Bonitatem,&c. מיטב שדהו וגו׳ .i.optimum quodque agri ſui,& optimum quodque vineæ ſuæ reſtituet illi cuius ager aut vinea depaſta fuerit. 6 Combuſtionem את־הבערה ſuccenſionem.i. quod igni conſumptum fuerit. 8 Tunc applicabitur ונקרב unc adducetur.i.vocabitur in ius.

cabitur ad eos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi ſui,

9 Ad perpetrandam fraudem, tam in boue quàm in aſino, & oue, ac veſtimẽto, & quicquid damnum inferre poteſt: ad deos vtriuſque cauſa perueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo.

10 Siquis commendauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nullúſque hoc viderit.

11 Iuſiurandũ erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipiétque dominus iuramentũ, & ille reddere non cogetur.

Gen.31.f.10

12 ¶Quòd ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino.

13 Si comeſtum à beſtia, deferat ad eũ quod occiſum eſt, & non reſtituet.

quod alieni ... latus lib. 4. c.

14 Qui à proximo ſuo quicquid horum mutuum poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino

C non præſente: reddere compelletur.

15 Quòd ſi impræſẽtiarum dominus fuerit, non reſtituet: maximè ſi conductũ venerat pro mercede operis ſui.

Deut.22.d.29.

ff. 48. t. 5. ad C. lib. 9. tit. 9. De adulteriis stupris.

16 ¶Si ſeduxerit quis virginem necdũ deſponſatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem.

17 Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modũ dotis quã virgines accipere conſueuerunt.

18 Maleficos non patieris viuere.

lib. 9. C. tit. 58 de Maleficiis.

19 Qui coierit cum iumento, morte moriatur.

Leuit.19.a.4

20 Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino ſoli.

Leuit.19.g.33

21 ¶Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra AEgypti.

22 Viduæ & pupillo non nocebitis.

Zach.7.c.10

23 ¶Si læſeritis eos, vociferabuntur ad

D me, & ego audiam clamorem eorum:

24 Et indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio: & erũt vxores veſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.

---

ad Iudices, *iuraturus* an nõ ″miſerit manum ſuam in ſubſtantiã proximi ſui.

9 ′Super omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento, ſuper omni re amiſſa: quum dixerit *quiſpiam* ″hoc eſſe: ′vſque ad Iudices veniet cauſa vtriuſque: is quem condemnauerint Iudices, reddet duplum proximo ſuo.

10 Si dederit quis proximo ſuo aſinum, vel bouem, vel pecus, ″aut quodcunque *aliud* animal ad cuſtodiendum, & mortuum fuerit, aut confractum, ″aut ab hoſtibus abductum nemine vidente:

11 ″Iuramentum Iehouæ erit inter vtrunque, an non miſerit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui: & ſuſcipiet *iuramentum* ″ dominus eius, ″& non reddet.

12 Quòd ſi furãdo furtum ablatum fuerit ei, reddet domino eius.

13 Si verò rapiendo raptum fuerit, ″afferet illi teſtem, raptum non reddet.

14 Quúmque commodato acceperit quiſpiam à proximo ſuo, & confractum fuerit, aut mortuum, ″domino eius abſente: reddendo reddet.

15 Si *verò* dominus eius fuerit cum eo, non reddet: *&* ″ſi cõductum fuerit, veniens pro mercede ſua.

sc: blandis verbis

16 Quum autem ſeduxerit quiſpiam virginem″, quæ non eſt deſponſata, & coierit cum ea, ″dotando dotabit eam ſibi in vxorem.

17 Si renuendo renuerit pater eius dare eam illi, argentum appendet ″iuxta dotem virginum.

18 ′Maleficam″non ſines viuere.

19 Quicunque concubuerit cum animali, moriendo morietur.

20 ″Immolans diis, præterquam Iehouæ ſoli, occidetur.

21 ″Et peregrino non inferes vim, nec opprimes eum: quia peregrini fuiſtis in terra AEgypti.

22 ″Nullam viduam aut pupillum affligetis.

23 ″Si affligendo afflixeris eum: quia ″ſi clamando clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius.

24 ′Iraſcetúrque furor meus, & occîdam vos gladio, erúntque vxores veſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.

Depoſitũ quomodo reddẽdũ.

Commodatum aut locatum.

Conſtuprata virgo.

Qui enim virginem, nondum ductam, violat, deterior c

Malefici.

Coiens cum iumento.

Idololatra.

de forn

C. ad L

Aduena.

Vidua & pupillus.

Miſerit manũ ſuam שלח ידו .i. contrectauerit. hoc eſt, an non retineat apud ſe rem perditam. Notãdus Hebraiſmus. mittere manum ſuã ad rem proximi, pro ſurripere & furari. 9 Super omni re præ. על־כל דבר־פשע ſuper omni negotio tranſgreſſionis. ſic vocat quancunque tranſgreſſionem & quodcunque crimen, ſiue fuerit de boue, ſiue de aſino, &c. Hoc eſſe: כי־הוא זה ſub. quod perdiderit. Quidam vertunt, quòd ipſius ſit hoc. Alii, quòd apud illum ſit. vel, quia ipſe eſt. hoc eſt, ſi dixerit teſtis, eum eſſe reum, poteritque id probare coram Iudicibus: dabit reus duplum: ſin teſtis deprehenſus fuerit falſus, dabit ipſe duplum. Sic magni nominis apud Hebræos vir exponit.

10 Aut quodcunque, &c. וכל־בהמה Ad verbum, & omne animal. Aut ab hoſt. abd. או־נשבה aut captiuum ductum. in prædã ſcilicet.

11 Iuramentum, &c. שבועת יהוה וגו' Hebraiſmus, Iurabit vterque per Iehouam. Dominus eius, בעליו ſub. animalis perditi. Et non reddet. : ולא ישלם & non reſtituet. id eſt, qui ita iurauerit, non tenebitur reſtituere.

13 Afferet illi teſtem, יבאהו עד Id eſt partem animalis afferat quæ teſtetur animal illud fuiſſe dilaniatum à fera. Alii, afferet illud teſtem. nam eſt pronomen affixum pro ſeparato. Illud, id eſt partem animalis dilaniati.

14 Domino eius abſente: בעליו אין עמו Ad verbum, *&* dominus eius non cum eo.

15 Si conductum fuerit, &c. אם־שכיר הוא וגו' ſub animal. Chaldæus paraph. præſertim ſi cõductitium ſit, & venerit pro mercede. Hoc eſt, ſi pecunia conduxerit eum. Satis fuerat dixiſſe, ſi conductum ſit: verùm amplius expoſuit quum addidit, Veniẽs pro mercede ſua. i. quod animal habetur data mercede. q.d. ſi pro mercede ei locatũ eſt, vltra mercedẽ nihil dabit. Poteſt & ſic intelligi hic locus, Si cõductitium eſt, venit pro mercede ſua. i. vt reciperet mercedẽ ſuam. vel, veniat pro mercede ſua: hoc eſt, ſoluatur pro eo merces pro qua conductũ eſt: & nihil vltrà. 16 Dotando dotabit, &c. מהור ימהרנה וגו' Hebraiſmus, aſſignabit illi dotem, & accipiet eam ſibi in vxorem: vel data dote accipiet illam in vxorem. 17 Iuxta dotem virg. : כמוהר הבתולות .i. pro modo dotis quæ aſſignari ſolet virginibus.

18 Maleficam מכשפה Hæc lex intelligitur etiam de malefico: ſed quia mulieres ad id vitium proniores ſunt, ideo vtitur fœminino. Non ſines viu. : לא תחיה Ad verbum, non viuificabis.

20 Immolans, &c. זובח לאלהים חרם Ordo talis eſt Hebræis, Qui immolauerit diis, occidetur, præterquã Iehouæ ſoli. i. qui adorauerit alium deum quàm Iehouam. 21 Et peregrino, &c. וגר לא־תונה וגו' Et aduenam non opprimes, neque affliges eum. Alii, peregrinum non decipies, neque fueris ei moleſtus. Hunc locũ Hebræi ferè ſic exponunt, vt prius verbum ינה ad verba referãt: poſterius לחץ ad rem, dum ſcilicet alicui ſua bona auferuntur. Et גר peregrinum interpretantur pro eo qui venit vt recipiat ſuper ſe verba Legis (quẽ proſelytum appellare potes) quẽ in conſortiũ Legis ſuæ recepiſſent. 22 Nullam, &c. כל־אלמנה וגו' Ad verbũ, Omnẽ viduam & pupillũ non affligetis.

23 Si affligendo affl. eum: אם־ענה תענה אתו Apoſiopeſis, ſiue reticentia eſt. ſub. te poſtea affligam. vel dicitur comminatoriè, ſub. puniam grauiſſimè. Singulare autẽ eſt pronomen pro plurali, eos, nẽpe viduam & pupillum. Si clamando, &c. אם־צעוק יצעק ſi vociferando vociferatus fuerit ad me. Singul. Heb. pro plur. Si vociferati fuerint. Geminatio verbi, aſſiduam & conſtantem vociferationem ſignificat.

24 Iraſcetúrque furor m. וחרה אפי Hebraiſmus, pro, Vehementiſſimè iraſcar, ita vt vos occidam.

Pecunia mutuò data.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo, pauperi qui eſt tecum, non eris ei ſicut vſurarius, non imponetis ei vſuram. 25

Pignora quando reddenda.

Si in pignus acceperis veſtimẽtum proximi tui, antequam occubuerit ſol, reſtitues illud ei. 26

Quia ipſum ſolum eſt operimentum eius, illud veſtimentum eius eſt cuti ſuæ, in quo dormiat: & erit, quũ clamauerit ad me, tunc exaudiam: ſum enim miſericors. 27

Magiſtratus & principes.

Iudicibus non maledices: neque principi in populo tuo maledices. 28

Plenitudinem tuam & lachrymam tuam non tardabis *offerre*: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. 29

Primitiæ. Primogenita.

Sic facies de boue tuo, *&* de pecore tuo: ſeptẽ dies erit cum matre ſua, die autem octauo dabis eum mihi. 30

Caro à beſtiis laniata.

Et homines ſancti eritis mihi, & carnem in agro raptam nõ comedetis, cani proiicietis illam. 31

Cap. XXIII.

Mendacium.

Non aſſumes rumorem falſum mendacii: ne ponas manum tuam cum impio, vt ſis teſtis mendax. 1

Iudex æquus.

Non eris poſt multos ad mala, neque ſpõdebis in cauſa, vt declines poſt multos ad peruertendum *iudicium*. 2

Pauper.

Et pauperem non honorabis in cauſa ſua. 3

Si occurreris boui eius qui eſt inimicus tibi, aut aſino eius errãri: reducendo reduces eum illi. 4

Inimicis benefaciendum.

Si videris aſinum odio habentis te decũbentem ſub onere ſuo, & deſines auxiliari ei? auxiliando auxiliaberis vnà cum illo. 5

Non peruertes iudicium pauperis tui in lite eius. 6

Mendacium. Innocens.

A ſermone falſo recedes, neque innocentem & iuſtum occi- 7

---

25 Si pecuniam mutuam dederis populo meo, pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.

26 Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum redde ei.

de pignorib. lib. 20. ff. & g. 46. c.

27 Ipſum enim eſt ſolũ quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum.

28 Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices.

Act. 23. a. 5.

Solet e fere Vulgus execrari magistratum quoties aliquid statuit, aut facit quod ipsius animo displicet.

29 Decimas tuas & primitias tuas nõ tardabis reddere: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

ſuprà 13. a. 2. b. 12. infrà 34. c. 19

30 De bobus quoque & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi.

31 Viri ſancti eritis mihi: carnem quæ à beſtiis fuerit prægustata, non comedetis, ſed proiicietis canibus.

Leuit. 22. b. 8 eze. 44. g. 30. 31

Cap. XXIII.

1 Non ſuſcipies vocem mendacii: neciunges manum tuam vt pro impio dicas falſum teſtimonium.

2 Non ſequeris turbam ad faciẽdum malum: nec in iudicio, plurimorũ acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.

3 Pauperis quoque non miſereberis in negotio.

4 Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti: reduc ad eum.

5 Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis: ſed ſubleuabis cum eo.

Deut. 22. a. 1

6 Nõ declinabis in iudicio pauperis.

7 Mendaciũ fugies: inſontẽ & iuſtum

Dan. 13. f. 53

---

25 Pauperi את־העני Per expoſitionem poſitum: exponit enim quem vocet populum ſuum, nẽpe pauperes. Sicut vſurarius, כנושה ſicut fœnerator. Ex doctioribus Hebræorũ alteri videtur hanc vocem נושה ab eleuando & extollendo eſſe dictam, acſi dicat, Si mutuum illi dederis, non extollas te ſupra illum, vt cogatur propter beneficium à te acceptum, tibi ſupplicare, te venerari, & colere. Alius quidam ex illis in hunc locum ſic ſcribit, Ne ſis illi tanquam vſurarius, qui dominium vſurpat in eum qui à ſe mutuum accipit (iuxta illud Proue. 22. a. 7, Qui mutuum accipit, ſeruus eſt illius qui mutuum dat) quin potius exhibeas te erga illum in omni re, quaſi nihil vnquã à te mutuò acceperit. Neque ponas ſuper eum vſuram, nec pecuniæ, nec cibi: ſed commodato illi des ex pietate, non accipiens ab illo vllam vtilitatem gloriæ, nec ſubſtantiæ. Hactenus ille. 26 Si in pignus acceperis אם־חבול תחבול Ad verbum, Si in pignus accipiendo, acceperis in pignus, &c.

Antequam occub. עד־בוא Ad verbum, ad occumbere.

27 Quia ipſum, &c. כי כסותוה לבדה Ad verbũ, Quia eſt operimentum eius ipſum ſolum. Ordo inuerſus. i. nihil aliud habet quo ſe operiat. Dormiat: ישכב: cubabit. cubare poterit. cubet. Et erit, quum clam. והיה כי־יצעק accidet autem, quum clamauerit. i. quúmque clamauerit. 29 Plenitudinem tuam & lach. מלאתך ודמעך Abundantiam tuam & lachrymam tuam. i. Primitias muſti tui, & primitias olei tui primo quoque tempore offeres. Muſtũ, מלאה. i. plenitudinẽ dici ſentiũt, quòd magna copia è torcularibus defluere ſoleat: Oleum verò רמעה lachrymam, quòd guttatim defluat quum fit in lacu. Doctus inter Hebræos, lachrymam tam de vino quàm de oleo dici ſentit, quòd vtrũque guttatim è torculari defluat. Idem alio loco hunc locũ pluribus ſic explicat, Quũ impletæ fuerint fruges tuæ, ſiue quũ ad maturitatem peruenerint, dabis primitias: & deinde quum collectæ fuerint intra domũ, dabis quoque lachrymam, id eſt vinũ & oleum in vindemia quæ meſſem ſequitur. Ergo plenitudo, ſiue primitiæ, ad fruges ſpectat: lachryma verò ad liquamina, vinum ſcilicet & oleum. LXX legunt ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ σου, Primitias areæ tuæ & torcularis tui. Chaldæus paraph. Primitias tuas & lachrymam tuam non differas.

30 Sic facies, &c. כן־תעשה וגו' Id eſt, de bobus tuis & ouibus tuis dabis primogenitum.

31 Raptam טרפה Ad verbum, quæ ſit rapina. id eſt à fera laniatam.

IN CAPVT XXIII.

1 Non aſſumes rum. fal. לא תשא וגו' Ad verbum, Non ſuſcipies auditionem mendacii. Duplex eſt ſenſus, prior, Ne ſis author falſi rumoris contra proximum tuum, aut fingas in corde tuo vnde fama eius lædi poſſit. Alter, Ne admiſeris rumorem falſum. & hunc ſenſum ſequitur etiam Chaldæus paraph. Attamen prior ſenſus videtur eſſe verior propter illud quod mox ſequitur, Ne ponas, &c. Ne ponas manum אל־תשת וגו' Hebraiſmus, Ponere manum cum aliquo, pro Adiuuare cauſam eius. q. d. non adiuuabis cauſam improbi falſo tuo teſtimonio. vel, Ponere manum, pro Iurare accipi poteſt. q. d. Non iurabis cum impio vt ſis teſtis iniquus. vt alludat ad hoc quòd iuraturi olim, ſuper librum Legis, aut aliquid tale quod ſacrum erat, manum ponere tenebantur. Sicut adhuc hodie mos eſt apud Iudæos, qui etiam nullum iuramentum alicuius momenti faciunt, niſi hoc quod fit impoſita manu ſupra librum Legis, quem habent in ſynagogis ſuis, & vulgò vocant ספר תורה liber Legis.

2 Non eris poſt multos ad mala, לא תהיה וגו' Hebraiſmus, quem Chaldæus paraph. ſic effert, Non ſequêris multos ad malefaciendum. vel multitudinem. ſiue, maiorem partem. Neque reſpond. ולא־תענה neque loquêris. i. in lite ne ſequaris plurium ſententiam vt peruertas iudicium. Si plures in iudicio condemnauerint innocentem, tu ſequere pauciores qui illum ſaluare conãtur: & ne inclines in iudicium cum multis. 3 Et pauperem non hon. ודל לא תהדר . i. neque etiam habebis reſpectũ perſonæ pauperis, vt illi faueas in cauſa ſua, ſiue controuerſia. Licet Deus multo fauore vbique proſequatur pauperes, & nolit opprimi: non vult tamen reſpectu paupertatis, iudiciũ corrumpi. 5 Et deſines, &c. וחדלת וגו' tunc deſines deſerere [ſiue derelinquere] eum? dimittendo dimittas cum illo. i. nullo modo deſeres eum, ſed exonerabis aſinum cum eo qui te odio habet. Alii vertunt, num deſines ſubleuare eum? ſubleuando ſubleuabis cum eo. nempe onus aſini. Chaldæus paraph. caue derelinquas eum: relinquendo relinquas id quod habes in corde tuo contra eum, & ſoluas cum eo.

6 Peruertes תטה declinare facies. i. non facies cadere cauſa pauperẽ, quòd pauper ſit. q. d. neque faueas, neque aduerſeris pauperi in cauſa. Pauperis tui אביונך mendici tui. id eſt mendicorum qui ſunt apud te.

7 A ſermone, &c. מדבר שקר תרחק Ad verbum, A verbo mendacii elongabis te. i. à iudicio falſo longiſſimè abſis. Videtur enim Iudicem alloqui. Neque innocentem, &c. ונקי וצדיק אל תהרוג Chaldæus paraph. & eum qui iuſtificatus fuerit, & exierit iuſtus à iudicio, ne occidas. id eſt, ne ſententia tua morti adiudicaueris.

non occides:quia auerſor impium.

Deut.16.d.19
eccli.20.d.32

8 ‖Nec accipies munera,quæ etiã excæcant prudentes,& ſubuertunt verba iuſtorum.

Gen.46.a.5

9 Peregrino moleſtus non eris:ſcitis enim aduenarum animas, quia & ipſi‖ peregrini fuiſtis in terra AEgypti.

Leu.25.a.3

10 ‖Sex annis ſeminabis terram tuã, & congregabis fruges eius.

11 Anno autem ſeptimo dimittes eã, & requieſcere facies,vt comedãt pauperes populi tui: & quicquid reliquũ fuerit, edant beſtiæ agri. ita facies in vinea,& in oliueto tuo.

C

12 Sex diebus operaberis:ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus,& refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.

13 Omnia quæ dixi vobis,cuſtodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore veſtro.

14 Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis.

Suprà 13.a.3
infrà 34.c.22

Deut.16.d 16
eccli.35.a.6

15 Solennitatem azymorũ cuſtodies. Septem diebus comedes azyma,‖ſicut præcepi tibi,tempore menſis nouorum,quando egreſſus es de AEgypto:‖non apparebis in conſpectu meo vacuus.

D

16 Et ſolennitatem meſſis primitiuorum operis tui,quæcunque ſeminaueris in agro: ſolennitatem quoque in exitu anni,quando congregaueris omnes fruges tuas de agro.

17 Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo.

18 Nõ immolabis ſuper fermento ſanguinem victimæ meæ,nec remanebit adeps ſolennitatis meæ vſque mane.

Infrà 34.d.26
deut.14.c.21

19 ‖Primitias frugum terrę tuę deferes in domum Domini Dei tui. non coques hœdum in lacte matris ſuæ.

E

20 Ecce ego mitto Angelum qui præcedat te,& cuſtodiat in via,& introducat in locum quem præparaui.

21 Obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet quũ peccaueritis, & eſt nomen meum in illo.

22 Quòd ſi audieris vocẽ eius, & fece-

des:quia non″iuſtificabo impium.

8 Nec munus accipies:quia munus excæcat″videntes, & peruertit″verba iuſtorum.

Munera.

9 ″Peregrinũ non afficies anguſtiis: vos enim noſtis″affectus peregrini,quandoquidem peregrini fuiſtis in terra AEgypti.

Peregrinus.

10 ″Sex annis ſeres terram tuam,& congregabis prouentum eius.

11 In ſeptimo verò″relinques eã, atque deſeres,& comedent pauperes populi tui: reſiduum autem eorũ comedet beſtia agri. ſic facies″vineæ tuæ & olivueto tuo.

12 Sex diebus facies opera tua,die autem ſeptimo″quieſces:vt cõquieſcat bos tuus, & aſinus tuus,″& reſpiret filius ancillæ tuæ, & peregrinus.

Sabbathum ſeptimi diei.

13 Et in omnibus quæ dixi vobis,″cauti eritis. Neque nomẽ deorũ aliorum memorabitis,″non audietur in ore tuo.

Dii externi.

14 Tribus vicibus″feſtum ages mihi in vnoquoque anno.

15 ″Solennitatem infermentatorum cuſtodies:ſeptem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi,tempore mẽſis″Abib:″quia in eo egreſſus es ex AEgypto,″neque cõſpicientur coram me vacui.

Feſtum Paſchæ in Martio.

16 Et ſolennitatem meſſis,*meſſis inquam* primitiuorum,″operum tuorum quæ ſeminaueris in agro: & ſolennitatem″collectionis *quæ fit* in exitu anni,quando collegeris opera tua ex agro.

Feſtum Pentecoſtes.
Tabernaculorum in Septembri.

17 Tribus *illis* vicibus in *vnoquoque* conſpicietur omnis maſculus tuus ″coram Domino Iehouáh.

18 ″Non immolabis cum fermẽto ſanguinem victimæ meæ, neque pernoctabit adeps″agni mei vſque mane.

Sanguis.

19 Primitias primitiuorum terræ tuæ adduces in domum Iehouæ Dei tui.non coques hœdum″in lacte matris ſuæ.

Primitiæ.

20 Ecce ego″mitto Angelum coram te,vt cuſtodiat te in via,& introducat te in locum quem præparaui.

Angelus deducens populum Iſrael.

21 ″Caue à facie eius, & obtempera voci eius, ne exacerbes eum: neque enim parcet præuaricationi veſtræ, ″nomen meum in medio eius.

22 Nam ſi audiendo audieris vocem eius,& feceris quæcunque di

Iuſtificabo אצדיק Id eſt abſoluam,vel habebo pro iuſto.q.d.non ſinam talem iudicem inultum qui innocentem morti adiudicarit.

8 Videntes, פקחים Id eſt ſapientes & prudentes,ſiue qui videntur eſſe ſapientes. Verba דברי res.i.negotia,& cauſam iuſtorum.

9 Peregrinum וגר Ad verbum,Et peregrinum.ſiue,aduenam.Redundat ו Latinis. Affectus את־נפש Ad verbum,animam.i.ſcitis quales ſint peregrinorum affectus:quibus ſatis eſt id pœnarum quòd peregrini ſunt,ne addatis & alias moleſtias.

10 Sex ושש Ad verbum,Et ſex.& hîc redundat Latinis ו.

11 Relinques eam, תשמטנה Verbũ iſtud שמט derelinquere,deſerere,& negligere ſignificat. q.d.non coles, neque ſeminabis eam,ſed deſeres:& quæ ſponte naſcentur,non congregabis,ſed relinques pauperibus & beſtiis terræ. Vineæ tuæ לכרמך .i.de vinea tua.

12 Quieſces: תשבות ceſſabis.Vide infrà cap.34.c.21. Et reſpiret וינפש & refrigeretur.vel,recipiat ſeſe.aut,recreetur.

13 Cauti eritis. תשמרו cauti eſtote.i.magna attentione ſeruate. Non audietur,&c. לא ישמע על־פיך : q.d. non tantùm non coletis deos alienos,ſed ne vllam quidem mentionem facietis ipſorum. 14 Feſtum ages תחוג feſta celebrabis.

15 Solennitatem את־חג Feſtiuitatem.Celebritatem. Abib: האביב Vide ſuprà cap.13.a.4. Quia in eo egreſſus es ex AEg. כי־בו יצאת ממצרים Hebraiſmus eſt, pro, in memoriam egreſſionis veſtræ ex AEgypto celebrabitis feſtum iſtud: in cóque feſto filii Iſrael non apparebunt coram me vacui & ſine muneribus. Neque conſpicientur coram me vacui. ולא יראו פני ריקם : Ad verbum, neque videbuntur facies meæ inanes. id eſt,filii Iſrael non apparebunt coram arca fœderis ſuper quam me illis præſentem exhibeo, ſine muneribus,quibus teſtentur gratitudinem animi ſui. 16 Operum t. מעשיך laborum tuorum. Feſtum meſſis,erat feſtum Pentecoſtes,in quo primitias frugum offerebant Domino. Vide hæc eadẽ infrà cap.34.c.22. Collectionis האסף Feſtũ erat tabernaculorum, quo tempore colligebãtur omnes fructus qui per totum annum creuerant. Mox ſeipſum declarat,quum dicit, Quando collegeris opera tua ex agro.

17 Coram Dom. Iehouáh. אל־פני האדון יהוה : Id eſt, ter in anno mares omnes venient ad eum locum vbi ego mei cultum inſtituero, nempe in Ieruſalem:offeréntque ibi munera mihi. Vide infrà cap.34.c.23.

18 Non immolabis,&c. לא־תזבח וגו׳ Id eſt, antequam immoles victimam Paſchalem,remouebis fermentum & fermentatum de domo tua. Eadem habes infrà cap.34.c.25. Agni mei חגי victimæ meæ.i.hoſtiarum quæ mihi occiduntur.

19 In lacte mat.ſ. בחלב אמו : Id eſt,quandiu ſugit lac. Hoc eſt,ne offeras mihi hœdum poſtea coquendum miniſterio Sacerdotum, ne offeras inquam eum dum matris lac ſugit. Alii vertunt,cum matre lactante.q. d. Satis tibi ſit comedere hœdum,abſtine à matre: hoc enim præ ſe fert crudelitatem quandam. Sic præcepit pullos auium comprehendere in nido,matre dimiſſa,Deut.22.a.6. Vide infrà cap.34.c.26.

20 Mitto שולח Præſ.Heb.pro fut.mittam,vel præmittam.

21 Caue à facie eius, השמר מפניו Caue à conſpectu illius.id eſt Caue tibi ab eo.vel,Caue ne coram eo aliquid iniquum deſignes.

Nomen meum in medio e. שמי בקרבו : Iſtud debet referri ad præcedentia,Caue à facie eius.q.d.Caue tibi ab eo,quia Angelus eſt legatus meus:& quæ dicet,nomine meo dicet.

24·25·

xero, tũc odio habebo illos qui te oderũt,& affligã affligentes te.

Nã ibit Angelus meus ante te,& introducet te ad אEmoræum & הHitthæũ & Perizæum, & Chenayanæum, הHiuæum, atque Iebuסſæum,'& ſuccidam eum. 23

Dii alieni non adorandi.

Non adorabis deos eorum, neque coles eos, neque facies ſecundum opera eorum: ſed deſtruendo deſtrues eos,& confringendo confringes ſtatuas eorum. 24

Seruire Deo. Benedictio. Infirmitas.

Sed coletis Iehouam Deum veſtrum,'& benedicet pani tuo,& aquis tuis: auferámque infirmitatem è medio tui. 25

Sterilis.

Non erit abortiens & ſterilis in terra tua: numerum dierũ tuorum complebo. 26

'Terrorem meum mittam ante te,& interficiam omnem populum ad quem ingredieris, dabóque omnes inimicos tuos tibi 'ceruicem *uertentes*. 27

Mittam præterea' crabronem ante te, qui expellat הHiuæum, & Chenayanæum,& הHitthæum à facie tua. 28

Quare paulatim Deus expulit Chananæos.

Non eiiciam illum à facie tua anno vno, ne ſit terra 'deſolatio, & multiplicetur contra te beſtia agri. 29

'Paulatim paulatim eiiciam illum à facie tua, donec 'creſcas,& hæreditate accipias terram. 30

Ponam autem terminum tuum à mari סSuph vſque ad mare Peliשſthin, & à deſerto vſque ad 'Fluuiũ: nam dabo in manũ veſtram habitatores terræ,& expelles illos à facie tua. 31

'Non percuties cum eis & diis illorum fœdus. 32

Non habitabunt in terra tua, ne fortè peccare faciant te contra me, quando colueris deos eorum: nam eſſet tibi in laqueum. 33

Cap. XXIIII.

Moſes iubetur rurſum ſcandere montem.

ET ad Moשſéh dixit, Aſcende 'ad Iehouam, tu & Aharón, Nadáb,& Abihú,& ſeptuaginta è Senioribus Iשſraאél,& adorabitis procul. 1

'Accedat verò Moשſéh tantùm ad Iehouam: & illi non appropinquent, neque populus aſcendat cum eo. 2

Venit ergo Moשſéh, & narrauit populo omnia verba Iehouæ, omniáque iudicia: & reſpondit totus populus voce vna, ac dixerunt, Omnia verba quæ loquutus eſt Iehouáh, faciemus. 3

Scribit Moſes verba Dei in vnum volumen, eáque populo legit.

Et ſcripſit Moשſéh omnia verba Iehouæ: ſurgénſque mane, ædificauit altare ſub monte, & duodecim "ſtatuas ſecundum duodecim tribus Iשſraאél. 4

Miſitque iuniores filiorũ Iשſraאél,'qui immolauerũt holocauſta,& ſacrificauerunt ſacrificia pacifica ipſi Iehouæ,'iuuencos. 5

Et tulit Moשſéh dimidium 'ſanguinis,& poſuit in crateribus: dimidium verò ſanguinis ſparſit ſuper altare. 6

Tulit præterea Librum fœderis,& legit 'in auribus populi: qui 7

ris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te.

23 ‖Præcedétque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum,& Pherezæum, Chananæúmque,& Heuæum, & Iebuſæum, quos ego conteram.

Infrà 33.a.2 deut.7.c.21 ioſue.24.c.11

24 Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non Facies opera eorum, ſed deſtrues eos,& confringes ſtatuas eorum.

F

25 Seruietiſque Domino Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis & aquis: & auferam infirmitatẽ de medio tui.

26 ‖Non erit infœcunda nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.

Deut.7.c.14.

27 Terrorem meum mittam in præcurſum tuum,& occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam.

28 Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum,& Chananæum, & Hethæum, antequam introeas.

29 Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinem redigatur,& creſcant contra te beſtiæ.

G

30 Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas terram.

31 Ponam autem terminos tuos à Mari-rubro vſque ad mare Palæſthinorũ, & à deſerto vſque ad fluuium: tradam in manibus veſtris habitatores terrę, & eiiciam eos de conſpectu veſtro.

32 ‖Non inibis cum eis fœdus, nec cũ diis eorum.

Infrà 34.b.15 deut.7.a.2

33 Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, ſi ſeruieris diis eorũ: quod tibi certè erit in ſcandalum.

Cap. XXIIII.

1 MOyſi quoque dixit, Aſcende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta Senes Iſrael, & adorabitis procul.

2 Solúſque Moyſes aſcendet ad Dominum: & illi non appropinquabunt, nec populus aſcendet cum eo.

3 Venit ergo Moyſes,& narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: reſponditque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini quæ loquutus eſt, faciemus.

4 Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones Domini: & mane conſurgens ædificauit altare ad radices montis,& duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael.

5 Miſitque iuuenes de filiis Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolauerúntque victimas pacificas Domino, vitulos.

6 Tulit itaque Moyſes dimidiam partẽ ſanguinis,& miſit in crateras: partem autẽ reſiduam fudit ſuper altare.

7 Aſſuménſque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt,

23 Et ſuccidam e. : והכחדתיו & excidam eum. vel perdam, aut delebo eum.

25 Et benedicet,&c. 'וברך וגו. i. dabo tibi cibum & potum in magna abundantia. Mutatio perſonæ: nam prius dixerat, Et ſuccidam eum.

27 Terrorem meum,&c. את־אמתי אשלח לפניך Hebraiſmus, terrebo omnes aduenientе te. Ceruicem. : עורף Id eſt qui auertant faciem,& dent terga. q.d. Omnes inimicos tuos vertam ante te in fugam.

28 Crabronem את־הצרעה veſpam. Sing. Heb. pro plur. 29 Deſolatio, שממה Id eſt deſolata.

30 Paulatim paul. מעט מעט Gallicè dicimus, *perit a petit*. Creſcas, תפרה multipliceris.

31 Fluuium: הנהר Euphraten intelligit. 32 Non percuties לא־תכרות Per imperatiuum vertere potes omnia iſta futura, Ne percutias, vel Ne ferias, Ne habitent,&c.

IN CAPVT XXIIII.

1 Ad Iehouam אל־יהוה Antecedens pro relatiuo, ad me. 2 Accedat verò,&c. 'ונגש משה וגו Et acceſſit propius Moſeh ſolus ad Iehouam, illi autem non acceſſerunt propius,& populus *reliquus* non aſcendit cum illo. nempe Moſeh, conuocatis illis ſeptuaginta.

4 Statuas, מצבה titulos. columnas. id eſt ſtationes.

5 Qui immolau. ויזבחו qui obtulerunt. Iuuencos. : פרים vitulos. per appoſitionem dictum.

6 Sanguinis, הדם ſub. victimarum illarum. 7 In auribus po. באזני העם Hebraiſmus, audiente populo.

Omnia quæ loquutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes.

Ille verò ſumptum ſanguinem reſperſit in populū, & ait. ‖Hic eſt ſāguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. — Heb. 9. e. 20 — C

Aſcenderūntque Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de Senioribus Iſrael.

Et viderunt Deum Iſrael: & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum quum ſerenū eſt.

Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuā: viderūntque Deum, & comederunt ac biberunt.

Dixit autem Dominus ad Moyſen, Aſcende ad me in montē, & eſto ibi, dabóque tibi tabulas lapideas, & Legem, ac mandata quæ ſcripſi, vt doceas eos.

Surrexerunt Moyſes & Ioſue miniſter eius: aſcendénſque Moyſes in montem Dei,

Senioribꝰ ait, Expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron, & Hur vobiſcum: ſiquid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos.

Quúmque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem.

Et habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocauit eum de medio caliginis.

Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis in conſpectu filiorum Iſrael.

Ingreſſúſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in mōtem: & ‖fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. — Infrà 34. d. 28 deut. 9. b. 9. c. 18

Cap. XXV.

Loquutúſqꝫ eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Loquere filiis Iſrael vt tollant mihi primitias: ab ‖omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. — Infrà 35. a. 5

dixerunt, Quæcunque dixit Iehouáh, faciemus, & obediemus.

8 Tulit quoque Moשſéh ſanguinem, & ſparſit ſuper populum, & dixit, En ſanguis fœderis quod pepigit Iehouáh vobiſcum ſuper omnibus′rebus illis.

9 Aſcenderat inquā Moשſéh, & Aharon, Nadáb, & Abihú, & ſeptuaginta è Senioribus Iשſraאél.

10 Et viderunt Deum Iשſraאél: & ſub pedibus eius erat′velut opus lapidis סſapphirini,″& ſicut aſpectus cæli in ſerenitate.

11 Ad principes autem filiorum Iשſraאél′non miſit manum ſuā: ′& viderunt Deum, & comederunt atque biberunt.

12 Dixitque Iehouáh ad Moשſéh, Aſcende ad me in montem, & eſto ibi,′dabóque tibi tabulas lapideas,″& Legem atque præceptū, quæ ſcripſi ad docendum eos.

13 Surrexit itaque Moשſéh & Iehoשſúaע miniſter eius, & aſcēdit Moשſéh′in montem Dei:

14 Senioribúſque dixit,′Manete hîc donec reuertamur ad vos: & ecce Aharon & חHur ſunt vobiſcum,″quiſquis habuerit cauſas, accedat ad eos.

15 Tunc aſcendit Moשſéh in montem, & operuit nubes mōtem.

16 Habitauítque gloria Iehouæ ſuper montem סSinái, & operuit eū nubes ſex diebus: vocauítque ipſum Moשſéh die ſeptimo″è medio nubis.

17 Et aſpectus gloriæ Iehouæ erat tanquam ignis cōburens in vertice montis, in oculis filiorum Iשſraאél.

18 Et ingreſſus eſt Moשſéh in medium nubis, aſcendítque in montem: & fuit Moשſéh in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Cap. XXV.

1 Et″loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Loquere ad filios Iשſraאél vt accipiāt mihi′oblationem: ab omni viro cuius cor voluntariè dederit illam, accipietis oblationem meam.

תרומה

Dona volūtaria exigit Deus à populo in ſtructurā tabernaculi.

8 Rebus illis. הדברים האלה: nempe iam dictis.

10 Velut opus lapidis סſapphirini, כמעשה לבנת הספיר velut opus lateris ſapphirini. erat aliquid factum ex ſapphiro lato inſtar lateris. Alii vertunt, velut opus menſæ ſapphirinæ. i. ex ſapphiro lato & cōplanato in modū lateris & mēſæ. Quòd maieſtatē gloriæ ſuæ Deus forma lateris, ſapphiri colorem præ ſe ferentis principibus Iſrael oſtendere voluit, dicunt Hebræi ideo factum eſſe, vt illis in memoriam reuocaret duram illam ſeruitutem atque moleſtiam laborum quos perpeſſi fuerant in AEgypto in cōficiendis lateribus: à qua ſeruitute & moleſtia iam liberati eſſent beneficio Dei, & aſſerti in libertatem, quæ repræſentetur per viſionem ſapphiri qui cærulei coloris eſt, & aureis collucere punctis aiunt, ad ſignificandū quòd iam ex populo ſeruili, populus liber ac Diuinus factus eſſet: ita vt lutū illud in quo in AEgypto operati fuerāt, iam in pretioſiſſimum lapidem & aurum quodammodo mutatum videretur. Sunt tamen qui ſapphirum candidi coloris eſſe dicant: vnde & לבנת hîc pro candido exponunt, legentes, Quaſi opus albi ſapphiri. Et ſicut aſpectus, &c. וכעצם השמים לטוהר: & velut ſubſtātia [vel eſſentia, ſiue corpus] cæli in puritate. vel præ puritate & munditia. Non poteſt ſermone humano exprimi thronus ille Dei.

11 Non miſit manum ſuam: לא שלח ידו Id eſt, Deus non læſit principes Iſrael qui illum viderant: biberunt enim & comederunt poſtea: quod argumentum fuit illos non fuiſſe à Deo occiſos, quum tamen ſcriptum ſit, infrà cap. 33. d. 20, Non videbit me homo, & viuet. Hebraiſmum iſtum expreſſit Chaldæus paraph. his verbis, Principibus autem filiorum Iſrael nullum incommodum fuit, & viderunt gloriam Domini. Quidam per miſſionem manus, intelligunt flatum Spiritus prophetici: quaſi ſcilicet Dominus principes Iſrael non tam largiter afflauerit ſicut Moſen, qui tantam vim Dei in ſe ſentiebat, vt per XL dies & noctes nihil ederet ac biberet: illi vero adhuc opus habebant cibo corporali: vnde mox additur, Viderunt Deum, & comederunt ac biberunt. Prior ſententia probabilior apparet, quòd ſcilicet ex viſione illa Diuina nihil læſi fuerint: cuius argumentū etiam erat quòd edebant ac bibebant, præ ſe ferentes ſigna lætitiæ & gaudii. Et viderunt, &c. ויחזו את־האלהים .i. qui quū vidiſſent Deum, comederūt & biberunt vt antea, nullo accepto incōmodo. Subaudiri poteſt nōnihil, ſic, & viderunt Deū, ſed non ſunt mortui, imò poſtea comederūt, &c. 12 Dabóque ti. ואתנה לך vt dem tibi. Et Legē atque præc. והתורה והמצוה Sing. Heb. pro plur. & Leges & præcepta. 13 In montē Dei: אל־הר האלהים: .i. in quo apparebat gloria maieſtatis Diuinæ.

14 Manete שבו־לנו Ad verbum, Manete nobis. Redundat NOBIS. Alii, Sedete. vel, Sedentes expectate nos hîc. Quiſquis hab. cauſas, מי־בעל דברים Ad verbum, quis dominus verborum. מי pro משיהיה is qui fuerit dominus verborum. i. qui cauſas habuerit loquendi, hoc eſt, qui habuerit lites. 16 E medio nubis. מתוך הענן: Id eſt, è parte nubis quæ denſiſſima erat.

IN CAPVT XXV.

1 Et loquutus eſt וידבר Hic ſeptima eſt huius libri apud Hebræos partitio, quam תרומה vocant. i. oblatio.

2 Oblationem: תרומה Hæc dictio quaruncunque rerum munificum & liberale donum ſignificat quod Domino ſeparatur. Chaldæus paraph. אפרשותא, id eſt ſeparationem, tranſtulit: intelligens ea quæ quiſque de bonis ſuis ſeparabat Domino pro extruendo tabernaculo. Apud Hebræos autem, oblationes non vno tantùm ritu offerebantur Domino. Aliquoties enim quod oblatum erat, eleuabatur coram Domino in altum. Vnde ea oblatio dicta eſt תרומה quod leuandam dicere poſſes. רום enim eſt eleuare ſiue exaltare. Aliquoties, quod oblatum erat, mouebatur coram Domino ad quatuor fines mundi, ſcilicet verſus Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem. vnde ea oblatio dicta eſt תנופה quod mouendam dicere poſſes. נוף enim eſt hinc inde mouere, aut ventilare. Prima oblatione ſignificabatur Chriſti exaltatio in cruce. Altera, eam Chriſti oblationem & expiationem prædicatione ſpargendam eſſe in omnes fines terræ.

Iſta autem eſt oblatio quam capietis ab eis, Aurum, & argentum,& æs, 3

"Et hyacinthum,& purpuram,& vermiculum cocci,& byſſum, & *pilos* caprarum, 4

Et pelles arietum rubricatas,& pelles"taxorũ , & ligna"שׁſittím. 5

Oleum pro luminari,"aromata pro oleo vnctionis & pro thymiamate aromatum: 6

Lapides"onychinos,& lapides"plenitudinũ pro "אephod "& pro pectorali. 7

Et facient mihi Sanctuarium,"vt habitem in medio eorum. 8

"Omnino vt ego oſtendam tibi"ſimilitudinem habitaculi & ſimilitudinem omnium vaſorum eius,ſic facietis. 9

Arca.

Facient etiam arcam è lignis שׁſittím:duorum cubitorum & ſemis erit longitudo eius:cubitus verò & ſemis, latitudo eius: cubiti item & ſemis,altitudo eius. 10

Operiéſque eam auro puro,intrinſecus & extrinſecus, operies *inquam* eam,faciéſque ſuper eam"coronam auream in circuitu. 11

Fundes quoque ei quatuor annulos aureos,quos pones ad quatuor angulos eius: duos videlicet annulos in latere eius vno , & duos annulos in latere eius altero. 12

Facies præterea vectes ex lignis שׁſittím,quos cooperies auro. 13

Inducéſque vectes in annulos *qui ſunt* in lateribus illius arcæ,"vt illis deferatur arca. 14

In annulis illius arcæ erunt vectes,"non remouebuntur ab ea. 15

Ponéſque in arca"Teſtimonium quod dabo tibi. 16

Propitiatorium.

Facies &"propitiatorium ex auro mundo : duorum cubitorum & dimidii erit lõgitudo eius,cubiti verò & dimidii latitudo eius. 17

3 Hæc ſunt autem quæ accipere debetis,Aurum,& argentum,& æs,

4 Hyacinthũ & purpuram , coccúmque bis tinctum , & byſſum, pilos caprarum,

5 Et pelles arietum rubricatas , pelléſque ianthinas,& ligna ſetim.

6 Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum & thymiamata boni odoris:

7 Lapides onychinos,& gemmas ad ornandum ephod ac rationale.

8 Faciéntque mihi ſanctuarium,& habitabo in medio eorum:

9 ‖Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi,& omnium vaſorum in cultum eius:ſicque facietis illud. Heb.9.a.2

10 ‖Arcam de lignis ſetim compingite,cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium , altitudo cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. Infrà 26.f.30.

11 Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris: faciéſque ſuprà,coronam auream per circuitum: B

12 Et quatuor circulos aureos , quos pones per quatuor arcæ angulos:duo circuli ſint in latere vno,& duo in altero.

13 Facies quoque vectes de lignis ſetim,& operies eos auro.

14 Inducéſque per circulos qui ſunt in arcæ lateribus,vt portetur in eis:

15 Qui ſemper erunt in circulis , nec vnquam extrahentur ab eis.

16 Ponéſque in arca Teſtificationem quam dabo tibi.

17 Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo:duos cubitos & dimidiũ tenebit lõgitudo eius , & cubitum ac ſemiſſem latitudo.

4 Hyacinthum,&c. ותכלת וארגמן וגו' .i. veſtes hyacinthinas, ſiue pannos hyacinthinos & cæruleos , vt Hebræi interpretantur: & pannos purpureos,& ſericum coccineum,ſiue cocco tinctum:& byſſum,& veſtes factas ex pilis caprarũ.Hebræi ſcribunt de תכלה pro quo hyacinthum vulgo vertunt,Lanã eſſe tinctã ſanguine vermiculi cuiuſdam,cuius tinctura viridis eſt.Doctus inter Hebræos de ea ſic ſcribit,Color eſt quem vulgò vocant 'בלב(vt eſt mare,Gallicè *bleu*)éſtque tinctus ſanguine vermiculi halazon,arte quadam compoſito. Iudæi Germani hodie vulgò lanam blauam,hoc eſt quæ cæruleum habet colorem,exponunt.Et illorum ſententiam nonnihil confirmare videtur quòd Numeri 15.d.38, præcepit Dominus filiis Iſrael vt vittam hyacinthinam ponerent in fimbriis veſtimentorum: vt per eam admonerentur præceptorum Dei.Sed quid ad eã rem(inquis)conferebat vitta illa?Colore ſcilicet(vt reſpõdent Hebræi)cæruleo,ſiue æthereo quẽ habebat,admoneri debebant,hæc præcepta cælitus à Deo profecta eſſe.Tradunt quoque antiqui ſcriptores,quatuor iſtos colores ex quibus omnia quæ erãt tabernaculi,confecta fuere, quatuor elemẽtorum proprietates retuliſſe.Ex aqua enim(inquiunt)purpura,byſſus è terra naſcitur:hyacinthus autem qui ſubobſcurus eſt,aſſimilatur aeri:coccus autem igni.Tabernaculum enim totum repræſentabat mundum, vtque è quatuor elemẽtis conſtat mundus,ſic tabernaculum è quatuor coloribus qui elementa quatuor exprimunt. Pro Coccino,Chaldæus paraph.ad verbum habet,colorem lucidum: & hunc vulgo carmeſinum vocant,quòd lucidior ſit purpura.

5 Taxorum, תחשים Quidam Hebræorum putant fuiſſe animal mundum varii coloris:vnde nonnulli vocem Hebræam relinquũt,ſcribẽtes thaſſorum,quæ Hebraicè ſcribitur theחhaשׁſim.Alii,ianthinas vertũt.i.coloris violacei.Doctus inter Hebræos de hac voce ſic ſcribit, Dicunt Rabbini תחשׁ animal,tantùm in diebus Moſis fuiſſe,& mundum: habuiſſéque multos colores. vnde & Chaldæus paraph. vertit Saſgona, id eſt lætans & gaudens in multis coloribus ſuis.Idem alio loco, Saſgona vocatur à ſex coloribus quos habet. Ex doctioribus illorum alter planè diuerſam ab eo habet ſentetiam:ſic enim ſcribit,Theחhaשׁſim pelles ſunt beſtiæ quæ præpinguis eſt,ſimiles corio bouis.Et iuxta opinionem meam ,תחשׁ eſt belua quæ dicitur bos. שׁSittim. : שטים Cedri eſſe ſpeciem optimam,dicit doctus inter Hebræos.Quidam exiſtimant hoc genus ligni à filiis Iſrael ex AEgypto in deſertum aſportatum fuiſſe. Probabilior eſt alterius ex doctioribus Hebræorum opinio,qui coniicit hoc genus ligni circa montem Sinai creuiſſe.cui & aſtipulatur quidam ex illorum doctoribus, qui ſcribit,in deſerto ſyluas fuiſſe in quibus hoc lignum creuerit : fuiſſéque lignum leue & pulchrum,ex quo & filii Iſrael ſua tabernacula fecerint , iuxta illud Nume.25.a.1, Habitauit verò Iſrael in שׁSittim.L x x verterunt, ξύλα ἄσηπτα ligna imputribilia,ſiue incorrupta.Dioſcorides de Sittim loquens, Alii cedrum(inquit)alii piceam,alii buxum eſſe dicunt.

6 Aromata,&c. : בשמים לשמן המשחה ולקטורת הסמים aromata ad oleum vnctionis,& ad ſuffitum aromatum.vel,ſuauium odorum. Alii,vnguentum odoriferum,& ad ſuffitum odoratum.Hoc vnguento vngebantur Sacerdotes.

7 Onychinos, שוהם Lapis eſt pretioſus,candorem habens vnguis humani.Vnde à Græcis dicitur ὄνυξ,quod vnguem ſignificat.

Plenitudinum מלואים impletionis. ſic vocat gemmas quæ auro & argento includi ſolent : atque ita replent locum factum in re aliqua argentea quam palam vocãt,vt videmus in annulis. אEphod לאפור Veſtis quædam fuit humeralis,quæ à cingendo ſic fuit appellata. אפד enim Hebræis cingere ſignificat. Et pro pectorali. : ולחושן Ornamentum fuit ex ſerico, auro, & pretioſis lapidibus facto, quod ſummus Sacerdos in pectore ſuo & ſuper cor ſuum portabat,in quo erant Vrim & Thummim.Vide infrà cap.28.e.15.

8 Vt habitem,&c.: ושכנתי בתוכם Ad verbum,& habitabo in medio erum.q.d.habebunt me ſemper præſentem.Hæc præcepit Deus vt eos auerteret ab idololatria. 9 Omnino vt ego,&c. ככל אשר אני מראה אותך Ad verbum,Secundum omnia quæ videre faciam te.

Similitudinem את־תבנית exemplar. 11 Coronam auream זר זהב limbum aureum.ſiue,labium.aut,circulum.i.circundabis eã circulo aureo per circuitum. 14 Vt illis deferatur arca. : לשאת את־הארון בהם Ad verbum,ad portandum arcam cum eis.

15 Non remou.ab ea. : לא יסורו ממנו neque recedent ab ea.i.perpetuò adhærebunt ei.

16 Teſtimonium, את־העדות Id eſt librum fœderis,tabulas lapideas continentes decalogum:quæ vobis teſtantur meam voluntatem.

17 Propitiatorium כפורת tegmen.ſiue,operimentum.aut,velamen & cælum,quale rebus pretioſis ſuperponere ſolemus.Erat autem tabula quæ ſuperponebatur arcæ.Vetus interpres ſequutus L x x,noſter item interpres,quum vertunt Propitiatorium, potius habẽt rationẽ

verbi à quo deducitur, quàm rei. verbum enim כפר à quo deducitur, aliquando ſignificat Remouit iram, placauit, condonauit iniquitatem & peccatum. Solebat autem Dominus apparere Iſraelitis ſuper operimentũ illud, & illinc eos alloqui, & oſtendere voluntatem ſuam (vt paulo pòſt verſu 22 dicit) iratúſne eſſet, an placatus illis. Vnde factum eſt vt quidam verterint Propitiatoriũ: quaſi dicas locum in quo Dominus placatus alloquebatur populũ. Vetus interpres etiã pro eo vertit Oraculũ, propterea quòd illinc Dominꝰ oracula ſua edebat. id eſt, Moſi loquebatur, docebátque eũ quid populũ Iſraeliticũ facere vellet. LXX per duas voces reddidere, ἱλαστήριον ἐπίθεμα. i. propitiatoriũ ſuperpoſitionẽ.

Duos quoque cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi:

18 Facies etiam duos cherubím aureos: ʹductiles facies eosʺ in duabus extremitatibus propitiatorii.

Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero.

19 Facies autem ʹcherúb vnum in extremo hinc, & cherúb alterum in extremo inde:ʺ ex propitiatorio facietis cherubím, duabus extremitatibus eius.

Vtrũque latus propitiatorii tegãt expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciántque ſe mutuò, verſis vultibus in propitiatorium quo operienda eſt arca,

20 ʹExpandéntque cherubím duas alas ſupernè tegẽtes alis ſuis propitiatorium, ʺ& ſe mutuò aſpicient: ad propitiatorium erunt facies cherubím.

In qua pones teſtimonium quod dabo tibi.

21 Pones autẽ propitiatorium ſuper arcam ſupernè, & in arca pones teſtimonium quod dabo tibi.

C Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum cherubim qui erũt ſuper arcam teſtimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.

22 Conueniámque tecum illuc, & loquar tecum ʹè propitiatorio inter duos cherubímʺ quod eſt ſuper arcam teſtimonii, quæcunq; præcipiam tibi *dicenda* filiis Iꞷſraẍél.

ARCA TESTIMONII.



a b Longitudo, duorum & ſemis cubitorum.
a c Latitudo, cubiti & ſemis.
a d Altitudo, cubiti & ſemis.
e Corona aurea, ſiue limbus aureus.
f Circuli, ſiue annuli.
g Vectes, quorum capita apparebãt coram propitiatorio, vt vides 2. Par. 5. c. 9.
h Propitiatorium, ſiue oraculum, quod & tegmẽ ſiue operimentum arcæ dicitur, eiuſdem longitudinis & latitudinis cũ arca. quod pictor in altũ conſultò ſuſtulit, vt ipſa diſtinctione magis eſſet conſpicuum. alioqui limbo ſuo aureo includendum erat.
i Cherubim obumbrantes propitiatorium.

Facies & menſã de lignis ſetim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem.

23 Facies præterea mẽſam è lignis ꞷſittim. duorum cubitorum erit longitudo eius, & cubiti *unius* latitudo eius: cubiti verò & dimidii altitudo eius. Menſa.

Et inaurabis eam auro puriſſimo: faciéſque illi labium aureũ per circuitũ.

24 Et teges eã auro puro: faciéſque eiʺ coronam aureã in circuitu.

Et ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis: & ſuper illam, alteram coronam aureolam.

25 Facies quoque ei ʺclauſuram latam quatuor digitos in circuitu: faciéſque coronam aureamʹ clauſuræ illi in circuitu.

Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiuſdem menſæ per ſingulos pedes.

26 Facies inſuper ei quatuor annulos aureos, quos pones in quatuor angulis qui ſunt in quatuor pedibus eius.

Subter coronam erũt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & poſſit menſa portari.

27 Eregione illius clauſuræ erunt annuli ʺper quos traiiciẽtur vectes ad portandum menſam.

18 Ductiles מקשה opere ductili, & nõ fuſorio. Alii, ſolidos. vel opere integro & ſolido: vt ſcilicet tam operculũ quàm Cherubim fuerint opus vnum abſque vlla iunctura factum. In duabus משני Hic מ pro ב poſitum: vertẽdúmque, in duabus, non, à duabus. & ſic verſu ſequenti: in cuius fine pro מ ponitur על, ſuper duas extremitates eius: vbi noſter interpres vertit, in duabus, &c.

19 Cherúb כרוב De hac voce vide ſuprà cap. 3. d. 24. Ex propitiatorio מן־הכפורת .i. ex eadem materia qua tectum erat propitiatorium. Alii volunt מן pro ב poſitum, vertentes, in propitiatorio facies Cherubim.

20 Expandéntque, &c. והיו הכרובים פורשי Ad verbum, Et erunt Cherubim extendentes. Et ſe mutuò aſp. ופניהם איש אל אחיו Ad verbum, & facies eorum, viri ad fratrem ſuum. vel, facies eorum, vnius ad alterum. i. ita erunt obuerſæ, vt alter alterum reſpĩcere videatur.

22 E propitiatorio, &c מעל הכפורת וגו׳ Ad verbum, deſuper propitiatorium, de inter duos Cherubim. Quod eſt אשר Alii referũt ad Cherubim, vertentes, qui ſunt. 24 Coronam זר Vt paulo antè verſu 11.

25 Clauſuram מסגרת Clauſuram vocat quod Gallicè dicimus *ſoubaſſement*. Clauſuræ illi למסגרתו Ad verbum, in clauſura eius.

27 Per quos traiic. vectes לבתים לבדים Ad verbum, loca vectibus. vel, in domos vectibus.

Sacra vaſa. Faciéſque vectes illos è lignis שִׁ ſittím, & operies eos auro, & feretur illis menſa. 28

Facies etiam "ſcutellas eius," & cochlearia eius," & opercula eius, & cratêres eius quibus tegetur: ex auro mundo facies ea. 29

Et pones ſuper menſam illam "panem facierũ corã me iugiter. 30

Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim, & circũdabis auro ad ſubuehendam menſam.

Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerẽda ſunt libamina, ex auro puriſſimo.

Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

MENSA PANVM PROPOSITIONIS.

a b	Lõgitudo duorum cubitorum.
a c	Latitudo cubiti.
d e	Altitudo cubiti & ſemis.
e	Clauſura lata quatuor digitos.
g	Corona aurea per circuitũ clauſuræ.
h	Corona aurea, limbus aureus, labium aureum.
i	Circuli, ſiue annuli aurei.
lz	Vectes de lignis ſetim.
l	Scutellæ in quibus reponebantur panes. pro quibus, acetabula vertit Vetus interpres.
m	Panes propoſitionis.
n	Crateres quibus tegebantur panes. pro quibus interpres Vetus tranſſtulit cyathos.
o	Thuribula, ſiue cochlearia, in quibus reponebatur thus. pro quibus interpres Vetus vertit phialas.
p	Opercula quibus thuribula cooperiebantur. pro quibus interpres Vetus tranſtulit thuribula.



Candelabrum. Facies item candelabrum ex auro puro: "ductile fiet candelabrũ illud: "haſtile eius, & calamus eius, "ſcyphi eius, "ſphærulæ eius, "& flores eius "ex ipſo erunt. 31

Et ſex calami egredientur è lateribus eius: tres calami cãdelabri ex latere eius vno, & tres calami *alij* cãdelabri ex latere eius altero. 32

Tres calyces "in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati *erunt* in calamo vno, ſphærula, & flos: & tres calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati in calamo altero, ſphærula, & flos: "ſic de ſex calamis egredientibus è candelabro. 33

"Et in candelabro *erunt* quatuor calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati, ſphærulæ eius, & flores eius. 34

"*Erit*que ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, ſphærula item ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo: *ſic* ſex calamis egredientibus è candelabro. 35

Facies & candelabrũ ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos, & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia.

Sex calami egrediẽtur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.

Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul, & lilia: & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul, & lilia. hoc erit opus ſex calamorum qui producendi ſunt de haſtili.

In ipſo autẽ candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, & lilia.

Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt procedẽtes de haſtili vno.

D

29 Scutellas e. קערותיו Vaſa quædã erant concaua admodũ, in quibus ponebantur panes. Et cochlearia e. וכפותיו & thuribula eius, in quibus ponebatur thus: כפות dicta fortaſſe quòd volæ cauitatẽ imitarentur. Et opercula & crat. quibus tegebatur: וקשותיו ומנקיותיו אשר יוסך sub. thus & panes. קשות ſignificat opercula quibus thus tegebatur. Qui magni nominis eſt apud Hebræos, dicit hãc vocem ſignificare calamos per medium ſectos, qui panibus ſuperponebantur inter ſingulos panes, vt ingrederetur vẽtus inter ipſos panes, ne mucidi efficerentur: erántque veluti operimentum ipſis panibus. מנקיות ſignificat cratéres quibus panes tegebantur. Operculis & crateribus panis tegebatur.

30 Panem facier. לחם פנים Sic vocabantur panes oblati & ſacrati Deo, quòd ſemper eſſent in facie & conſpectu Domini. vnde & mox additur, coram me ſemper. Huc reſpexerunt & LXX qui vertunt ἄρτους ἐνωπίους, quaſi dixeris panes præſentes & expoſitos.

31 Ductile fiet מקשה תיעשה opere ductili fiet. q. d. malleo fiet, & contuſione, non fuſione. Alii vertunt, opere integro fiet: eodem ſenſu. volunt enim candelabrum fuiſſe factum non ex diuerſis partibus in vnum coagmentatis, ſed ex craſſo ſtipite, vnde malleis producebantur calami, ſcyphi, &c. Haſtile eius, ירכה .i. truncus, & craſſus ſtipes. Scyphi e. גביעיה Intelligit partes quaſdam extenſas in ſpeciem calycis. Sphærulæ e. כפתוריה mala eius. globuli eius. Ex flores e. ופרחיה & lilia. Ex ipſo erunt. ממנה יהיו .i. ex eadẽ materia, & non ex alia. malleo enim ex ipſo trunco formabantur omnia. 33 In ſpeciem, &c. משוקדים Ad verbum, amygdalati. Sic de ſex כן לששת ſub. dicendum eſt. Alii, ſic in ſex illis calamis. ſub. quemadmodum diximus, fiet.

34 Et in candelabro ובמנורה .i. in parte inferiore haſtilis, ſiue trunci candelabri.

35 Eritque ſphærula, &c. וכפתור וגו׳ .i. ſub ſingulis duobus calamis erit ſphærula vna. hoc eſt ſphærula prima erit ſub duobus primis calamis qui vtrinque ex ipſo ſunt candelabro. i. ex eadem materia candelabri. Deinde alia ſphærula erit ſub duobus ſecundis calamis qui vtrinque ex ipſo ſunt. Poſtremo ſphærula vna erit ſub duobus poſtremis calamis qui vtrinque ſint ex ipſo candelabro, ex eadémque candelabri materia: atque ita fiet vt ſint ſub ſex calamis de candelabro procedentibus.

Et ſphærulæ igitur & calami ex ipſo erunt. vniuerſa ductilia de auro puriſſimo.

36 Sphærulæ eorum & calami eorum ex ipſo erunt: totum ipſum "ductile vnum, ex auro puro.

Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, vt luceant ex aduerſo.

37 Facies quoque lucernas eius ſeptem, 'quas collocabis in ſublimi, vt luceant ad latus faciei eius.

Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta ſunt extinguantur, fiant auro puriſſimo.

38 "Et forcipes ipſius, "& receptacula eius ex auro puro.

CANDELABRVM AVREVM TABERNACVLI.

a Haſtile, ſiue trūcus candelabri.
b Calami ſex.
c Scyphi, ſiue calyces vigintiduo.
d Sphærulæ vndecim.
e Lilia, ſiue flores nouem.
f Lucernæ ſeptem.



Omne pondus candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi.

39 "Talento auri puri faciet illud, & omnia vaſa iſta.

Heb.8.b.5
act.7.f.44

|Inſpice, & fac ſecūdū exēplar quod tibi in monte monſtratum eſt.

40 'Vide autem vt facias iuxta ſimilitudinem ſuam, "quæ tibi oſtēſa eſt in monte.

36 Ductile vnum, מקשה אחת opere ductili vno. 37 Quas colloc. in ſub. vt luceant והעלה את־נרותיה והאיר Ad verbum, & aſcendere facies lucernas eius, & lucere facies, &c. i. pones ipſas lucernas in cacumine calamorum, vt verſus eam partem lumen emittant ad quam verſum erit candelabrum. 38 Et forcipes ip. ומלקחיה Et emunctoria eius. Et receptacula e. ומחתותיה .i. vaſa in quibus reponūtur quæ emuncta ſunt. Quidam Acerras exponunt. 39 Talento auri, &c. ככר זהב טהור Talentū auri puri faciet illud. ſub. candelabrum. i. talentum ſuppeditabit materiam candelabro faciendo. Talentum vulgare ſiue profanum continet ſexaginta libras: illud autē quo in templo vtebantur, duplum erat ad profanum. 40 Vide autem vt fa. וראה ועשה Ad verbū, Et vide, & fac. Quæ tibi oſtenſa eſt אשר־אתה מראה Ad verbum, quam tu factus es videre.

Cap. XXVI.

Forma tabernaculi.

TAbernaculum verò facies ′è decem cortinis è byſſo retorta, 1 & ″hyacintho & purpura,′& vermiculo cocci: Cherubim″ opere phrygionico facies.

Longitudo cortinæ vnius *erit* octo & viginti ′cubitorum:″& latitudo cortinæ vnius, quatuor cubitorum: menſura vna erit omnibus cortinis. 2

Quinque cortinæ *erunt* coniunctæ′altera cum altera, &quinque *aliæ* cortinæ coniunctæ altera cum altera. 3

Facies quoque′laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ vnius ″in extremo″in coniunctione: & ſic facies in ora cortinæ″extremæ,″in coniunctione ſecunda. 4

Quinquaginta laqueolos facies″in cortina vna, & quinquaginta laqueolos facies in extremo cortinæ′quæ eſt in coniunctione ſecunda:″oppoſiti erunt laqueoli alter alteri. 5

Facies item quinquaginta ″vncinos aureos, & *ita* coniunges cortinas alterá cũ altera per vncinos: atque *ita* fiet tabernaculũ vnũ. 6

Cap. XXVI.

TAbernaculũ verò ita facies, Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccóqꝫ bis tincto, variatas opere plumario facies. 1

2 Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorum, erit: vnius menſuræ fient vniuerſa tentoria.

3 Quinque cortinæ ſibi iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt.

4 Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari.

5 Quinquagenas anſulas cortina habebit in vtraque parte, ita inſertas vt anſa contra anſam veniat, & altera alteri poſſit adaptari. B

6 Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda ſunt, vt vnum tabernaculum fiat.

CORTINAE CHERVBIMIS SPARSAE.



A Decem cortinæ alatis imaginibus ornatæ, quæ primum tabernaculi operimentũ, imò ipſum tabernaculum conſtituebant. illis enim ſaga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorum, quas Vetus interpres vocat hyacinthinas, ſuperſternebantur.

A E Latitudo quatuor cubitorum.

A D Longitudo viginti octo cubitorum. Nam ab A vſque ad B, ſũt octo cubiti: à B vſque ad C, duodecim quæ eſt latitudo tabernaculi. & à C vſque ad D, octo cubiti. Longitudo aſſerum, ſiue altitudo, erat decem cubitorum:, propterea cortinæ iſtæ quòd XXVIII cubitis tantùm eſſent longæ, erãt ab vtraque parte, Septentrionali & Meridionali, breuiores cubito vno, quàm vt poſſent tegere tabulas, à parte infima, vt hîc depictum vides, vbi inferior pars tabularum non tegitur.

E Circuli, ſiue vncini aurei quinquaginta.

F G Anſulæ, ſiue laqueoli hyacinthini quinquaginta, qui coniunguntur vncinis.

Facies inſuper cortinas è pilis caprarum″in tentorium ſuper tabernaculum:′vndecim cortinas facies eas. 7

7 Facies & ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.

IN CAPVT XXVI.

1 E decem cort. עשר יריעות Ad verbum, decem cortinas. vel decem aulæa. Eandem deſcriptionem habes infrà cap. 36. a. 8. Hyacintho משור Intelligit colorem ſiue pannum infectum colore hyacinthi. Et vermiculo cocci: וארגמן .i. ſerico coccino. Alii, & cocco bis tincto. Opere phryg. מעשה חושב Ad verbum, opere excogitationis. vel, artificii. i. opere artificis peritiſſimi, qui nouerit vi ingenii & excogitationis aliquid facere arte & eleganter: vt ſunt phrygiones, qui acu veſtimenta & alia auro intexunt, & variis coloribus. q.d. replebis cortinas ſimulachris illis alatis opere elegantiſſimo, texturáque artificioſiſſima factis.

2 Cubitorum: באמה Ad verbum, in cubito. i. ratione cubitali, ſiue in ratione metiendi per cubitos. Et latitudo cortinæ, &c. ורוחב ארבע וגו׳ Ad verbum, & latitudo quatuor cubitorum cortinæ vnius. Ordo turbatus, quem repoſuit noſter interpres.

3 Altera cum altera, אשה אל אחותה Ad verbum, mulier cum ſorore ſua. ſic in ſequentibus. Hebraiſmus.

4 Laqueolos לולאות anſulas. portulas. ocellos. Gallicè dicimus, *des laſſets*. In extremo מקצה in extremitate. in labro. מ pro ב. In coniũctione: בחוברת .i. in ea extremitate quæ coniungenda eſt alterius cortinæ extremitati. Chaldæus paraph. vbi eſt locus coniunctionis. Extremæ, הקיצונה .i. alterius, ſiue ſecundæ, vt habet Chaldæus paraph. Videtur tamen הקיצונה poſitum pro בקצה quod ſequenti verſu ponitur, vt idem bis dicat ad maiorem expreſſionem, In ora cortinæ, in extremo *inquam* ipſius cortinæ quæ ſecundo loco præcedenti coniungenda eſt. Et ita de hac ſecunda cortina idem dicet quod de priore dixerat in principio iſtius verſus, quódque etiam dicit ſequenti verſu. In coniunctione ſec. במחברת השנית׃ Id eſt, in coniunctione quæ fit cum altera cortina.

5 In cortina vna, ביריעה האחת Deſunt nonnulla ex præcedenti verſu intelligenda, nempe, in extremo in coniunctione. Quæ eſt in coniunct. ſec. אשר במחברת השנית .i. quæ ſecundo loco coniungitur priori. Paulo pòſt verſu 10, eodem ſenſu dicitur, In ora cortinæ coniunctionis ſecundæ. Oppoſiti erant laq. &c. מקבילות הלולאות Apertius vertit Chaldæus paraph. his verbis, reſpicientibus ſe mutuò laqueis. ita vt alter alterum reſpiciat. Laquei enim primæ partis cortinarum, quæ quinque cortinis conſtat, reſpiciunt laqueos ſecũdæ partis, quæ etiam quinque conſtat cortinis. 6 Vncinos aureos, קרסי זהב fibulas aureas. Gallice, *des agrafes*.

7 In tentorium, לאוהל Id eſt, facies tectorium, ſiue tentorium tabernaculo ex pilis caprarum. Hebraiſmus. Vndecim cortinas, &c. עשתי־עשרה יריעות תעשה אותם׃ Hebraiſmus, omnia illa facies ex vndecim cortinis.

Longitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit menſura ſagorum omnium.

8 Longitudo cortinæ vnius, triginta cubitorum : ′& latitudo cortinæ vnius, quatuor cubitorum : menſura vna *erit* vndecim cortinis:

E quibus quinque iũges ſeorſum, & ſex ſibi mutuò copulabis, ita vt ſextum ſagum in fronte tecti duplices.

9 Et cõiunges quinque cortinas ſeorſum, & ſex cortinas ſeorſum, & conduplicabis cortinam ſextam″eregione faciei tentorii.

Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius, vt cõiungi cum altero queat: & quinquaginta anſas in ora ſagi alterius, vt cũ altero copuletur.

10 Facies autem quinquaginta laqueolos in ora cortinæ vnius in extremo in coniunctione, & quinquaginta laqueolos′in ora cortinæ coniunctionis ſecundæ.

C Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungãtur anſæ, vt vnũ ex omnibus operimentum fiat.

11 Facies item vncinos æreos quinquaginta, quos induces in laqueolos, & coniunges tentorium, & erit vnum.

Quod autẽ ſuperfuerit in ſagis quæ parãtur tecto, id eſt vnũ ſagum quod amplius eſt, ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi.

12 Superfluitas autem quæ redundat in cortinis′tentorii, *nempe*′dimidium cortinæ redundantis, ſuperfluet″à tergo tabernaculi.

Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plꝰ eſt in ſagorũ longitudine, vtrunque latus tabernaculi protegens.

13 Cubitúſque hinc & cubitus illinc, qui redundat in longitudine cortinarum″tentorii,″redundabit ſuper latera tabernaculi hinc & inde, vt tegat illud.

SAGA CILICINA.



A B Cortinæ vndecim cilicinæ, quæ coniũguntur anſulis, & fibulis ſiue laqueolis, vt cortinæ Cherubimæ, ſex cum quinque.
Latitudo eadem quæ Cherubimis cortinis.
Longitudo verò, x x x cubitorum, hoc eſt duobus cubitis longiores Cherubimis, vt tabulæ tegerẽtur parte infima, vt hîc vides. qui duo cubiti ſuperfluere dicuntur, vt in annotationibus dictum eſt.
C Sexta cortina quæ conduplicabatur eregione faciei tabernaculi.

Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & ſuper hoc rurſum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.

14 Facies etiam operimentũ tentorio è pellibus arietũ′rubefactis: operimentum item è pellibus taxorum ſuperné.

Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſetim:

15 Facies &′tabulas tabernaculo è lignis ſittím ſtantes.

D Quæ ſingulæ denos cubitos in lõgitudine habeant, & in latitudine ſingulos ac ſemiſſem.

16 Decem cubitorum longitudo tabulæ: cubiti verò & dimidii latitudo″tabulæ vnius.

In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

17 ″Duo cardines erunt tabulæ vni, inſtar graduum ſcalæ diſpoſiti, alter eregione alterius: ſic facies omnibus tabulis tabernaculi.

Quarũ viginti erunt in latere Meridiano quod vergit ad Auſtrum.

18 Facies autem tabulas tabernaculo, viginti tabulas ad latus Meridianum″ad Auſtrum.

8 Et latitudo ורוחב Vide paulo antè, verſu 2. 9 Eregione faciei ten. :על־מול פני האוהל .i. in facie, vel ante faciem tabernaculi. Per faciem tabernaculi intelligit anteriorem partem tabernaculi. 10 In extremo הקיצונה Vt quarto verſu. videtur הקיצונה poſitum pro בקצה, & idem ſignificare quod in principio illius quarti verſus, & in ſecunda parte quinti. ′In ora cortinæ coniunctionis ſecundæ. : על שפת היריעה החוברת השנית Idem vult quod quinto verſu, in extremo cortinæ quæ eſt in coniunctione ſecunda.

12 Tentorii, האוהל Vide paulo antè verſu 7. Dimidium cortinæ redundantis, חצי היריעה העודפת Dimidium cortinæ vocat dimidiam partem latitudinis cortinarum, id eſt duos cubitos. nam latæ erant quatuor cubitis. Præterea dimidiam cortinam redundantem, ſiue ſuperfluitatem vocat duos illos cubitos excedentes longitudinem cortinarum Cherubimarum, quibus erant longiores cubito vno à parte Septentrionali, & cubito altero à parte Meridionali. A tergo tabern. : על אחורי המשכן in altera parte tabernaculi.

13 Tentorii, האוהל Vide ſuprà cap. 25. a 5. Redundabit יהיה סרוח .i. extendetur. hoc eſt, longius cubitis duobus extendetur, quàm cortina prior quæ x x v i i i cubitos habebat. hæc enim x x x cubitos habet. Poſteriora tabernaculi vocat alteram partem quæ à tergo eius partis eſt quam reſpicis. 14 Rubefactis: מאדמים rubricatis. Alii, rutilantibus.

15 Tabulas את־הקרשים aſſeres. ſic in ſequentibus. 16 Tabulæ vnius. : הקרש האחד .i. ſingularum tabularum.

17 Duo cardines, &c. שתי ידות לקרש האחד .i. Duos cardines habebit vnaquæque tabula. i. duo illi cardines qui erunt in extremitate inferiore tabularum, erũt veluti duo parui vectes qui præ ſe ferent figuram graduum ſcalarum. Cardines hîc vocat quod nos Galli *Les tenons qui ſe mettent en une mortaiſe.* 18 Ad Auſtrum. : תימנה Id eſt quod opponitur Auſtro. vel, quod ſpectabit Auſtrum.

Sinai, ſiue Horeb.

19 Et quadraginta baſés argenteas facies ſub viginti tabulis, duas baſes″ſub vna tabula, *pro* duobus cardinibus eius: & duas baſes ſub tabula altera *pro* duobus cardinibus eius.

20 In latere verò tabernaculi ſecundo ad plagam Aquilonis, viginti tabulas.

21 Et quadraginta baſes earum argenteas, duas baſes ſub vna tabula, & duas baſes ſub tabula altera.

22 ″Porrò in latere tabernaculi ad Occidentem, facies ſex tabulas.

23 Et duas tabulas facies angulis tabernaculi ″in latere Occidētali:

24 Quæ erūt″*quaſi* gemellæ infernè, & ſimul″erunt *quaſi* gemellæ in faſtigio eius in circulum vnum: ſic erit″de duabus illis: in duobus angulis erunt.

25 Erunt igitur octo tabulæ, & baſes earum argenteæ, ſexdecim baſes: duæ baſes *erunt* ſub tabula vna, & duæ baſes ſub tabula altera.

26 Facies etiam vectes è lignis שſittím, quinque tabulis *pro* latere tabernaculi vno:

27 Et quinque vectes tabulis *pro* latere tabernaculi altero: & quinque vectes tabulis *pro* latere tabernaculi, ″pro latere *inquam uergente* ad Occidentem.

28 Vectis autem medius″per medium tabularum tranſibit ab extremo ad extremum.

29 Tabulas verò teges auro, atq; annulos earum facies ex auro, ″per quos traiicientur vectes, cooperiéſque vectes ipſos auro.

30 Et *ita* eriges tabernaculum ſecundum diſpoſitionem eius, ″quæ tibi oſtenſa eſt in Monte.

Velum.

31 Facies & velum″ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta: opere phrygionico″faciet illud *cum figuris* Cherubím.

Situs arcæ.

32 Et pones illud ſuper quatuor columnas שſittim obductas auro (″vncini earum aurei) ſuper quatuor″baſes argenteas.

33 ″Ponéſque velū ſub vncinis, & introduces illuc″intra velum arcam teſtimonii: ″diuidétque velum illud vobis inter Sanctum, & Sanctum ſanctorum.

Propitiatorii.

34 Pones inſuper″propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum.

Menſæ. Candelabri.

35 Pones quoque″menſam illam extra velum, & candelabrum e regione menſæ in latere tabernaculi ad Meridiem, & menſam pones in latere Aquilonis.

Velum, ſiue tentorium in introitu tabernaculi.

36 Et facies velum ad oſtium tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta opere″acupictoris.

37 Velo autem facies quinque columnas *ex* שſittím, quas teges auro, & vncini earum aurei: fundéſque eis quinque baſes æreas.

19 Quibus quadraginta baſes argenteas fundes, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubiiciantur.

20 In latere quoque ſecūdo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt,

E

21 Quadraginta habentes baſes argenteas: binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur.

22 Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies ſex tabulas.

23 Et rurſum alias duas quæ in angulis erigantur poſt tergū tabernaculi.

24 Erúntque cōiunctæ à deorſum, vſque ſurſum, & vna omnes compago retinebit: duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis iunctura ſeruabitur.

25 Et erunt ſimul tabulæ octo, baſes earum argenteæ ſedecim, duabus baſibus per vnam tabulam ſupputatis.

26 Facies & vectes de lignis ſeti quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi,

27 Et quinque alios in altero, & eiuſdē numeri ad Occidentalem plagā.

28 Qui mittentur per medias tabulas à ſummo vſque ad ſummum.

F

29 Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis.

30 Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Monte monſtratum eſt.

Suprà 25.c.9

31 Facies & velū de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum:

32 Quod appendes ante quatuor colūnas de lignis ſetim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas.

33 Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam teſtimonii, quo & Sanctuarium, & Sanctuarii ſanctuaria diuidentur.

G

34 Pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancta ſanctorum.

35 Menſámque extra velum, & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi Meridiano: menſa enim ſtabit in parte Aquilonis.

36 Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacītho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarii.

37 Et quinq; colūnas deaurabis lignorū ſetim, ante quas ducetur tētoriū, quarū erunt capita aurea, & baſes æneæ.

---

19 Sub tabula vna, תחת־הקרש האחד Subaudiendum hìc aliquid, cuiuſmodi, & ſic de ſingulis dicendum eſt. alioqui progrediendū eſſet vſque ad quadraginta. Sic verſu 21. 22 Porrò in latere ולירכתי Ad verbum, Et in lateribus. id eſt in vno laterum, ſiue ex lateribus.

23 In latere בירכתים Duale eſt pro ſingulari, quaſi dicas, in altero laterum, nempe Occidentali.

24 *Quaſi* gemellæ תואמים .i. tam aptè coniungentur inter ſe aſſeres parte vna, vt videantur gemelli. Erūt *quaſi* gem. יהיו תמים Magni nominis apud Hebræos vir dicit hìc תמים pro תואמים poſitum. q.d. tam bene compacti erūt vt gemelli, & ex duobus aſſeribus vnus eſſe videatur, qui in ſummitate iungetur circulo vno. Chaldæus paraph. ſic totum verſum conuertit, Et erunt coniunctæ *tabulæ* ab inferiori parte, ſimúlque erunt coniūctæ in capite ſuo ad circulū vnū: ſic erit, &c. De duabus illis: לשניהם .i. eadem erit ratio inferioris & ſuperioris.

27 Pro latere לירכתים Duale eſt pro ſingulari, vt paulo antè verſu 23. 28 Per medium tab. בתוך הקרשים .i. per craſſitiem tabularum, per totam illam compagem. 29 Per quos traiic. ve. בתים לבריחים Ad verbum, loca vectibus, vel in domos vectibus, vt ſuprà cap. 25.d.27. 30 Quæ tibi oſtenſa eſt אשר הראית Ad verbum, quam videre factus es. vt ſuprà cap. 25.g.40.

31 Ex hyacintho, &c. תכלת וגו׳ Vide hæc ſingula in principio huius capitis, verſu primo. Faciet יעשה ſub. artifex.

32 Vncini earum ויהם Quidam vertunt, capitella: non rectè, vt opinor. nam verſu ſequenti, de vncinis iſtis loquēs dicit, Ponéſque velum ſub הקרסים, quæ dictio nihil quàm vncinos incuruos ſignificat. Baſes argenteas. אדני־כסף: ſub. erunt collocatæ illæ columnæ.

33 Ponéſque velū ſub. vn. ונתתה את־הפרכת תחת הקרסים .i. appendes velū vncinis. vel, facies vt pēdeat ab vncinis. Intra מבית .i. vltra. Diuidétque והבדילה ſeparabítque. i. ponet differentiam inter Sanctum & Sanctū ſanctorum. vel, quo velo ſeparabitur ſanctuarium à ſacrario illo ſanctiſſimo. 34 Propitiatorium את־הכפרת Vide ſuprà præcedenti capite 25.c.17.

35 Menſam illam את־השולחן de qua ſuprà cap. 25.c.23. 36 Acupictoris. רוקם: plumarii. i. illius qui nouit acupingere, ſeu intexere varia fila, diuerſorúmque colorum.

TABERNACVLVM.

SEPTENTRIO.



MERIDIES.

a	Tabulæ viginti in latere Aquilonari, longitudinis decem cubitorum,& latitudinis cubiti & dimidii.
b	Tabulæ viginti in latere Meridiano.
c	Incaſtraturæ duæ, vel potius cardines duo(Gallicè *deux tenons*)ſub vnaquaque tabula. Idem videres in octodecim reliquis,niſi cardines immiſſi eſſent in foramina baſium ſuarum in terram defixarum.
d	Baſes duæ ſub vnaquaque tabula, quas quidā latiores potius fuiſſe parte inferna,quàm acutas exiſtimant.
e	Tabulæ ſex ad Occidentem.
f	Tabulæ duæ angulares, quæ viginti tabulis Meridionalibus, & viginti tabulis Septentrionalibus iunguntur compage vna,ſiue circulo vno.
g	Compages,vel potius circuli.
h	Vectes quatuor,qui per annulos mittuntur ad coniungendas tabulas.
i	Vectis medius qui traiicitur per medias tabulas.
lz	Annuli,ſiue circuli,in quos immittuntur vectes. Quidam exiſtimant annulos cū vectibus traiectis poſitos fuiſſe à parte externa tabularū tabernaculi, ne impedimēto eſſent verſantibus in eo , atque ita pinxit pictor in figura cortinarum huius tabernaculi.
l	Velum,quo Sanctum ſanctorum à Sancto ſeparatur.
m	Columnæ quatuor,cum capitellis & baſibus.
n	Arca teſtimonii in Sancto ſanctorum.
o	Propitiatorium,ſiue cooperimentum arcæ.
p	Menſa propoſitionis panum.
q	Candelabrum.
r	Tentorium aut velum in introitu tabernaculi.
ſ	Columnæ quinque,cum capitellis & baſibus.
t	Sanctum.
u	Sanctum ſanctorum.

Cap. XXVII.

Infrà 38.a.1

1 FAcies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinq; cubitos in lōgitudine, & totidem in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine.

2 Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære.

3 Faciéſque in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula: omnia vaſa ex ære fabricabis.

4 Craticulámque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei,

5 Quos pones ſubter arulam altaris, eritque craticula vſque ad altaris medium.

B

6 Facies & vectes altaris de lignis ſetī duos , quos operies laminis æneis.

7 Et induces per circulos, erúntque ex vtroque latere altaris ad portandum.

Cap. XXVII.

Forma altaris holocauſti.

1 FAcies & altare è lignis שſittím : quinque cubitorum *erit* longitudo, & quinque cubitorum latitudo , quadratum erit altare: & trium cubitorum altitudo eius.

2 "Huic facies cornua in quatuor angulis eius: "ex ipſo erunt cornua eius, tegéſque illud ære.

3 Facies præterea lebetes eius ad repurgandum cinerem eius , "& ſcopas eius, & crateras eius, "& tridentes eius, "& receptacula eius: omnia "vaſa eius facies ex ære.

4 Facies illi & "cribrum "opere retis æreum : & in illo reti quatuor annulos in quatuor "extremitatibus eius.

5 Ponéſque illud "ſub ambitu altaris infernè , & erit rete illud vſque ad medium altaris.

6 Facies præterea vectes altari, vectes *inquam* è lignis שſittím, & cooperies eos ære.

7 Inducentúrque vectes eius in illos annulos: & erunt vectes illi in vtroque latere altaris dum portabitur illud.

IN CAPVT XXVII.

2 Huic facies cornua ועשית קרנותיו Ad verbum, Et facies cornua eius. Ex ipſo erunt ממנו תהיין id eſt ex eadem materia.
3 Et ſcopas eius, ויעיו & forcipes eius. Gallicè *tenailles.* Et tridentes eius, ומזלגותיו & fuſcinulas eius. inſtrumenta ad extrahendas carnes ex olla. Et receptacula e. ומחתותיו & pateras eius. Alii, focos eius. Vas erat patens in quo recipiebātur cineres. Vaſa e. כליו inſtrumenta eius. 4 Cribrum מכבר craticulam. Opere retis מעשה רשת opere reticulato. i. in modū retis facto. Extremitatibus e. קצותיו sub. retis. 5 Sub ambitu תחת כרכוב . i. intra ambitum altaris, in parte inferiore ipſius ambitus. Aliquādo de ſententia doctorū Hebræorum pictum fuit altare in editionibus noſtris Bibliorum, in cuius circuitu externo erat ambitus cācellatus. Verùm ex ipſa deſcriptione Moſis aliter rem habere deprehenderunt docti quidam, nempe craticulam fuiſſe quæ intra ipſum altare, in concauo ipſo altaris ponebatur, altam vſque ad medium altaris, ſupra quam ponebatur ignis: & holocauſtum, per cuius cancellos cinis decidebat, vt ex ſequenti ſubiecto oculis nouo ſchemate deprehendes.

'Cauum tabulis facies illud: quemadmodū'oſtendit tibi in Mōte, ſic'facient.

8 Non ſolidum, ſed inane & cauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt.

ALTARE HOLOCAVSTI.



A B	Longitudo quinque cubitorum.
B C	Latitudo quinque etiam cubitorum.
A D	Altitudo trium cubitorum.
E	Quatuor cornua ex ipſo altari.
F	Lebetes, forcipes, fuſcinulæ, & alia vaſa altari accommoda.
G	Craticula in modum retis, ad medium altaris, hoc eſt cubiti & dimidii altitudinis. nam altare erat altum tribus cubitis. quæ ſeorſum picta eſt vt melius appareat.
H	Quatuor annuli ærei in quatuor angulis craticulæ.
I	Vectes ad portandum altare.
K	Annuli in quos inducebantur vectes.
L	Interius altaris, vt videas eſſe cauum.

Schema atrii tabernaculi reiecimus in finem huius libri, vbi illud cernere poteris cum erecto tabernaculo. ſimúlque quo ordine caſtrametarentur tribus filiorum Iſrael, quum tabernaculum iubente Deo excitandum erat. adhæc non iniucundam hypotypoſim oblationum & ſacrificiorum.

Atrii tabernaculi forma.

Facies inſuper atrium tabernaculi"ad plagam Meridianam Auſtralem:"cortinæ *erunt* atrio è byſſo retorta: centum "cubitorū *erit* "longitudo angulo vni. 9

"Columnæ autem eius *erunt* viginti, & baſes earum viginti æreæ: "capitella columnarum,"& fila earum argentea. 10

Et ſic lateri Aquilonari in longitudine *erunt* cortinæ cētum, & columnæ eius viginti, baſéſque earum viginti æreæ: capitella columnarum, & fila earum argentea. 11

Porrò *in* latitudine atrii ad latus Occidentale, *erunt* cortinæ quinquaginta cubitorū, & colūnæ earū *erunt* decē, & baſes earum decē. 12

In latitudine verò atrii in latere Orientali ad Orientem, quinquaginta cubiti *erunt*. 13

9 Facies & atrium tabernaculi, in eius Auſtrali plaga contra Meridiem erunt tentoria de byſſo tetorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine.

10 Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.

11 Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorū, columnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & capita earū cum cælaturis ſuis argentea.

12 In latitudine verò atrii quod reſpicit ad Occidentem, erunt tētoria per quinquaginta cubitos, & colūnæ decem, baſéſque totidem. C

13 In ea quoque atrii latitudine quæ reſpicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt.

8 Oſtendit הראה ſub. Deus. i. ego. de ſe loquitur in tertia perſona.

8 Cauum tabulis נבוב לוחות. i. tabulato cauato, ſiue concauo. Aut, vacuum facies illud. q. d. non ſolidū facies, ſed cauū. Facient. יעשו ſub. artifices. 9 Ad plagam Merid. Auſt. לפאת נגב־תימנה in latere Meridionali [ſub. ipſius atrii] ad Auſtrū. Cortinæ *erunt* atrio קלעים לחצר. i. atrium fiet ex cortinis, ſiue aulæis, aut tapetibus factis ex byſſo retorta. Cubitorum באמה Ad verbum, in cubito. i. in menſura cubitali, ſiue in ratione metiēdi per cubitos. Longitudo angulo vni. אורך לפאה האחת: longitudo [ſub. illorū] lateri vni. i. in latere vno ac primo. 10 Columnæ autem e. vig. ועמדיו עשרים q. d. ſingula latera atrii habebunt x x columnas. Capitella ווי epiſtylia. Gallicè *les chapiteaux*. Et fila e. וחשוקיהם & zonæ earum. i. cælaturæ circulares, ſiue fila quibus quaſi cinguntur columnæ.

14 In quibus, quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres, & baſes totidem:

15 Et in latere altero erũt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem.

16 In introitu verò atrii fiet tentoriũ cubitorum viginti ex hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta opere plumarii: columnas habebit quatuor cum baſibus totidem.

D

17 Omnes columnæ atrii per circuitũ veſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus æneis.

18 In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorũ erit: fiétque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas.

19 Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & cæremonias, tam paxillos eius quàm atrii, ex ære facies.

20 Præcipe filiis Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, pilóque contuſum: vt ardeat lucerna ſemper,

21 In tabernaculo teſtimonii, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio: & collocabunt eam Aaron & filii ei⁹ vt vſque mane luceat corã Domino: perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum coram filiis Iſrael.

Cap. XXVIII.

1 APplica quoque ad te Aarõ fratrẽ tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungãtur mihi, Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.

2 Faciéſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.

3 Et loquêris cũctis ſapientibus corde, quos repleui Spiritu prudentiæ, vt faciãt veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi.

4 Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient, rationale & ſuperhumerale,

14 Quindecim autem cubitorum *erunt* cortinæ ʹlateri *uni*, columnæ earum tres, baſéſque earum tres.

15 Lateri verò ſecundo quindecim cortinæ: columnæ earum tres, & baſes earum tres.

16 Et portæ atrii *diſponetur* aulæum viginti cubitorũ ex hyacintho & purpura & vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere acupictoris: columnæ earum quatuor, baſéſque earum quatuor.

17 Omnes columnæ atrii in circuitu ʹcinctæ erunt argẽto: capitella verò earum *erunt* argentea, & baſes earum æreæ.

18 Longitudo atrii *erit* cẽtum cubitorum: & latitudo ʹquinquaginta in quinquaginta: ʹaltitudo autem, quinque cubitorum: ex byſſo retorta, & baſes earum æreæ.

19 Omnia vaſa tabernaculi ʺin omni miniſterio eius, & omnes ʹpaxilli eius, & omnes paxilli atrii, ex ære.

20 ʹTu quoque præcipe filiis Iשſraאél ʺvt accipiãt tibi oleum ʹoliuæ purũ, cõtuſum, ʺpro luminari, ʺvt ardere faciant lucernas ſemper.

Oleũ lucernæ.

21 ʺIn tabernaculo eccleſiæʺ extra velum ʺquod eſt ſuper teſtimonium, diſponet ʺillas Aharón & filii eius à veſpera vſque mane coram Iehouáh: ſtatutum perpetuum generationibus eorum ʺà filiis Iשſraאél.

Cap. XXVIII.

1 TV autem ʹaccerſe ad te Aharonem fratrem tuum, & filios eius ſecum è medio filiorum Iשſraאél: vt ſacerdotio fungatur mihi Aharón, Nadáb, & Abihú, אElyazár & יאIthamár filii Aharón.

Ornatus Aaronis ſacerdotis & filiorum eius.

2 Et facies veſtes ʺſacras Aharoni fratri tuo, ʺin gloriã & decorem.

3 Tu itaque alloquêris omnes ʺſapientes corde ʺquos repleui Spiritu ſapientiæ, vt faciant veſtes Aharón, ʹad ſanctificandum eum, vt ſacerdotio fungatur mihi.

4 Hæ ſũt autẽ veſtes quas facient, ʺpectorale, ʹ& אephod, ʺ& palliũ,

---

14 Lateri לכתף ſub. frontis & ingreſſus atrii. 17 Cinctæ erunt arg. מחושקים כסף .i. cinctæ erunt zonis, ſiue cælaturis argenteis.

18 Quinquaginta in quinq. חמשים בחמשים Id eſt, latitudo erit per omnia æqualis in vtroque latere. erat atrium verſus Orientem quadratum, ideo dicit quinquaginta in quinquaginta. Altitudo a. וקומה ſub. cortinarum.

19 In omni miniſt. e. בכול עבודתו per omnem cultum eius. i. ad quencunque cultum eius neceſſaria ſint. Paxilli e. יתדותיו Erant veluti quidam claui quibus extremitates cortinarum affigebantur, ne à vento diſpellerentur.

20 Tu quoque præcipe ואתה תצוה Hîc octauò partiuntur Hebræi librum iſtum: & iſtam partem appellant תצוה quæ ſecunda eſt huius verſus dictio, quæ ſignificat præcipies. Vt accipiant ויקחו id eſt vt capiendo afferant. Oliuæ purum, contuſum, זית זך כתית Quidam ſcribunt ſingulare eſſe pro plurali. pro, oliuarum purarum & contuſarum. Pro luminari, למאור ad lumen. ſub. fouendum, vel accendendum. vel, luminis cauſa. Vt ardere fa. luc. להעלות נר Sing. Heb. pro plur. ad accendendas lucernas.

21 In tabernaculo eccleſiæ באוהל מועד In tabernaculo congregationis. congreſſus, aut conuentionis. Chaldæus paraphra. In tabernaculo temporis ſtatuti. Tabernaculum congregationis, ſiue cõuentionis, dicebatur quòd Iſrael illuc cõueniretur, & congregaretur ad certum & ſtatutum tempus. Vel quòd illuc conueniret Deus vt loqueretur Moſi & ſucceſſoribus eius, vt ſuprà cap. 25. c. 12, Deus ipſe exponit, quum dicit, ונועדתי Conueniámque tecum illuc, & loquar tecum. Et Nume. 17. a. 4, Coram teſtimonio vbi conueniam vobiſcum. Alii vertunt, in tabernaculo fœderis: quòd illic Deus daret reſponſa. Vetus interpres vocauit tentorium teſtimonii, fortaſſe propter arcam teſtimonii quæ illic erat: ſic dictum ob Legem quæ in ea aſſeruabatur, quæ Lex, dicitur aliquando teſtimoninm. Porrò tabernaculum Hebræis iam משכן vocatur à שכן quieſcendo, quòd ibi Deus quaſi quieſcere, habitare, & ſedem ſuam habere videbatur. Iam אוהל, à tentoriis & cortinis vnde conſtabat. Quando ſic vocatum fuerit, vide infrà cap. 33. a. 7. Extra מחוץ Ad verbum, deforis. i. citra. Quod eſt ſuper teſtimonium אשר על־העדות id eſt, quod oppanſum eſt teſtimonio, ſiue arcæ teſtimonii. Illas אותו ſub. lucernas. nam אותו ſingulare, refert נר ſingulare pro plurali, vt dictum eſt præcedenti verſu. A filiis Iſrael. מאת בני ישראל: ſub. obſeruandum. Alii vertunt, ritu ſempiterno per generationes [ſucceſſiones] eorum apud filios Iſrael. Alii liberius vertunt, ritus hic perpetuus erit filiis Iſrael, etiam apud poſteros illorum.

IN CAPVT XXVIII.

1 Accerſe הקרב Ad verbum, accedere [vel, appropinquare] fac. Quidam, applica ad te. Alii, adhibe tibi.

2 Sacras קודש Ad verbum, ſanctitatis. In gloriam & decorem. לכבוד ולתפארת: .i. ad ornamentum, aut quibus ornabitur.

3 Sapientes corde חכמי־לב Hebraiſmus pro peritiſſimis artificibus. Quos repleui, &c. אשר מלאתיו וגו׳ Chaldæus paraph. diſiungit hæc, vertendo, & quoſcunque impleui Spiritu ſapientiæ. Scientiam exponunt nonnulli ſapientiam iſtam. Doctus inter Hebræos vult אשר referre cor, quod repleui, &c. vel, quorum cor repleui. Ad ſanctificandum e. לקדשו Hebraiſmus, ad ſeparandum eum, ſiue ſequeſtrãdum, atque dedicandum eum.

4 Pectorale, חשן Ornamenti genus erat quod ſupra pectus Sacerdotis ponebatur. Et אephod, ואפוד LXX ἐπωμίδα vertũt, quod ſignificat ſuperhumerale. Hebræis autem ephod eſt cinctorium, ſeu pallium. אפד enim cingere aut conſtringere ſignificat. Veſtis erat extima breuiſſima, quæ manicis carebat, & quodam modo arctabat & conſtringebat laxitatem interiorum veſtium. Nec vnum tantum genus ephod fuit: alterum enim erat ephod generale, quod vocarunt lineum, quo in faciendis ſacris non tantùm Sacerdotes & Leuitæ, verũetiam qui de aliis tribubus erant, vtebantur. De Sacerdotibus ſcribitur 1. Samuel. 22. d. 18, Trucidauit in die illa octogintaquinque viros portantes ephod lineum. De Samuele qui erat Leuita, habes 1. Samuel. 2. d. 18, Samuel adminiſtrabat ante faciem Domini puer accinctus ephod lineo. De Dauide autem qui erat de tribu Iuda, ſcribitur 2. Samuel. 6. c. 14, Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum, & accinctus erat ephod lineo. Nam de hoc generali ephod ſentiunt ſcriptores tam Hebræi quàm Latini quòd fuerit ſimplex lineum, & toto candore puriſſimum. Alterum ephod de quo hîc loquitur, fuit particulare quod contextum ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto & byſſo retorta, ſoli ſummo Sacerdoti in ſacris faciendis geſtare licui. Hæc ex docto inter Hebræos. Et pallium ומעלי & interulam,

'& tunicam ocellatam, mitram & balteum: facient inquam veſtes *has* 'ſacras Aharoni fratri tuo & filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.

Qui accipient aurum, & hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum. 5

Superhumerale.

Facient autem ℵephod ex auro, hyacintho, & purpura, vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere phrygionico. 6

'Duæ oræ iunctæ erunt in duabus extremitatibus eius, & *ita* coniungetur. 7

Cingulum autem ipſius ℵephod eius quod in eo *erit*, 'ſimile erit texturæ ipſius, 'ex ipſo erit, *nempe* ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta. 8

Accipies quoque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iѡſraℵél. 9

Sex è nominibus eorum in lapide vno, & nomina ſex reliqua in lapide altero, "ſecundum generationes eorum. 10

"Opere artificis lapidum *&* ſculpturis annuli ſculpes duos illos lapides nominibus filiorum Iѡſraℵél: "circundatos palis aureis facies eos. 11

Ponéſque duos illos lapides 'in lateribus ℵephod, 'lapides memoriæ *pro* filiis Iѡſraℵél: & feret Aharón nomina eorũ coram Iehouáh in duobus humeris ſuis ad memoriam. 12

"Facies itaque palas aureas: 13

Et duas catenas ex auro puro "terminatas, "facies opere "plectili, inſeréſque catenas plectiles palis illis. 14

Rationale.

Facies deinde "pectorale iudicii, opere phrygionico: "ſicut opus ℵephod facies illud, ex auro, & hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, "& byſſo retorta. 15

Quadratum erit *&* duplicatum: 'palmus erit longitudo eius, & palmus latitudo eius. 16

Et implebis 'in eo impletione lapidum quatuor ordines lapidũ: 17

tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum: facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.

5 Accipiéntque aurum & hyacinthũ & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byſſum.

6 Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. B

7 Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant.

8 Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacitho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta.

9 Suméſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael.

10 Sex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

11 |Opere ſculptoris & cælatura gemmarii, ſculpes eos nominibus filiorũ Iſrael, incluſos auro atque circundatos. Sapi.18.d.24

12 Et pones in vtroque latere ſuperhumeralis, memoriale filiis Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorũ coram Domino ſuper vtrunque humerum ob recordationem.

13 Facies & vncinos ex auro.

C

14 Et duas catenulas auri puriſſimi ſibi inuicem cohærentes, quas inſeres vncinis.

15 Rationale quoque iudicii facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta.

16 Quadrangulum erit & duplex: mẽſurã palmi habebit tam in longitudine, quàm in latitudine.

17 Ponéſque in eo quatuor ordines la

Et tunicam ocellatam, וכתונת תשבץ .i. opere phrygionico quibuſdam velut ocellis intextam. Alii vertunt, tunicam incluſionis. hoc eſt, quæ fulgebat variis ornamentis, & præſertim incluſis lapidibus & margaritis, quas ſepiebãt roſulæ, ſpecula, & ornamenta aureis facta filis. Et hæc interior erat veſtis, quam tegebat interior alia veſtis linea: & hanc rurſus cingebat ephod. Sacras קודש Ad verbum, ſanctitatis. Per veſtes intelligere oportet quæcunque ad veſtitum quacunque ratione pertinere videntur.

7 Duæ oræ iunctæ שתי כתפות חוברות Duo latera cõiuncta. Sic dicta (inquit doctus inter Hebræos) quòd depẽdeant ex humeris, vel ſubiaceant illis. i. in parte anteriore ſuperhumerale erit apertum, latera tamen illa coniungi poterunt, & ita claudetur.

8 Simile erit texturæ ip. כמעשהו Ad verbum, ſecundũ opus eius. ſub. ephod, ſiue ſuperhumeralis. Ex ipſo ממנו ex eodem. ſub. panno, vel ex eadem materia. 10 Secundum gen. e. כתולדותם: .i. habita ratione natiuitatis & ætatis eorum, vt maior natu ſit prior.

11 Opere artificis lap. & ſculpt. an. מעשה חרש אבן פתוחי חותם Artificem lapidum vocat gemmariũ: ſculpturas annuli, quibus vti ſolent in annulis. q. d. curabis vt gemmarius ſculptura qua ſolet vti in annulis, ſculpat in illis lapillis nomina filiorum Iſrael. Circundatos, &c. מוסבות וגו' .i. conſtringes illos lapillos palis aureis. q. d. curabis affigendas duas palas aureas.

12 Lapides memoriæ אבני זכרון .i. qui reuocabunt in memoriam Deo vel Aaroni filios Iſrael. mox enim ſequitur, Portabit nomina eorum coram Domino ob recordationem. Vide infrà verſu 19.

13 Facies itaque palas a. ועשית משבצות זהב: Hæc vel ad præcedentia, vel ad ſequentia referri poſſunt. Ad præcedentia retulit noſter interpres, vt ſit recapitulatio eorum lapidum de quibus iam dixerat. Ad ſequentia alii, vt intelligantur vncini ſiue fibulæ quibus affigi debebant catenulæ aureæ pectoralis. In quo ſenſu vertendum eſſet, Facies & fibulas aureas, vel vncinos aureos.

14 Terminatas, מגבלות finitæ magnitudinis. גבול Hebræis terminum ſignificat. Vnde & lapicidæ in Hebraiſmo giblim dicũtur, quòd (vt ait doctus inter Hebræos) dolantes lapides regula & menſura, certum terminum menſuræ lapidibus ponant. Vocantur ergo catenulæ iſtæ aureæ, catenulæ terminationis, ſiue terminatæ, vt Chaldæus paraph. tranſtulit, eo quòd breues eſſent, certæ, æqualis & præfinitæ magnitudinis ac longitudinis. Alii ſic appellari ſentiunt, quòd coniunctæ eſſent termino & extremitati pectoralis. Vide paulo pòſt verſu 22. Facies תעשה אותם Ad verbum, facies eos. Redundat pronomen, & ם pro ן poſitum. Plectili, עבות Ad verbum, funium, id eſt intorto, tortili, & complicato inſtar funium.

15 Pectorale iudicii, חושן משפט Ita dicebatur, quòd Sacerdos nunquam dicebat ius in re graui, niſi quum habebat pectorale ſuper pectus collocatum. Quidam dicunt pectorale iudicii ideo dici, quod contineret iudicium & ſententiam Dei, quæ erat, vt ſummus Sacerdos eſſet ornatus eruditione ſumma, & doctrina, morúmque integritate abſolutiſſima. hoc enim ſignificabant voces illæ Vrim & Thummim, quæ intra pectorale erant. nam Vrim, id eſt illuminationes, ſignificabant doctrinam ſanctam, quæ eſt vitæ noſtræ verum lumen. Et Thummim, perfectiones, id eſt ſingularem morum integritatem. Vocem Hebræam חושן verterunt LXX λογεῖον, quos ſequutus Vetus interpres, vertit Rationale. λογεῖον enim nomẽ habet ἀπὸ τοῦ λόγου, id eſt à ratione. Videtur autem Rationale & Græcis & Latinis ita dictum, quod cõtineret quæ ſumma prudentia & exacta ratione conſideranda erant à ſummo Pontifice, nempe Vrim & Thummim, & nomina filiorum Iſrael.

Sicut opus כמעשה id eſt iuxta texturam. Et byſſo retorta. וששׁ משזר תעשה אותו: Ad verbum, & byſſo retorta facies illud. Redundat Facies illud, elegans tamen Hebræis repetitio, non Latinis.

16 Palmus זרת Doctores Hebræorum dicunt eſſe mediam partem vnius cubiti.

17 In eo בו ſub. pectorali: id eſt palas in eo diſpoſitas implebis lapillis.

pidum. in primo verſu erit lapis ſardius,& topazius,& ſmaragdus.

In ſecũdo: carbunculus,ſapphirus, & iaſpis.

In tertio:lyncurius,achates,&amethyſtus.

Inquarto:chryſolithus,onychinus & beryllus.incluſi auro erunt per ordines ſuos.

Habebũntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur,ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.

D Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo.

Et duos annulos aureos quos pones in vtraque rationalis ſummitate.

Catenáſque aureas iunges annulis qui ſunt in marginibus eius:

Et ipſarum catenarũ extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit.

Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis,in oris quæ eregione ſunt ſuperhumeralis,& poſteriora eius aſpiciunt.

Necnon & alios duos annulos aureos qui ponẽdi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſũ,quod reſpicit cõtra faciẽ iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali.

Et ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina,vt maneat iũctura fabre facta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari.

E Portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicii ſuper pectus ſuum,quando ingreditur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

ordo *erit talis*:'ſardius,'topazius,'& carbunculus,ordo primus.

18 Ordo verò ſecundus:"ſmaragdus,'ſapphirus,'& iaſpis.

19 Ordo præterea tertius:"lyncurius,'achates,'& amethyſtus.

20 Poſtremò ordo quartus:'chryſolithus,'onychinus,'& beryllus. conſtricti auro *erunt*'in plenitudinibus ſuis.

21 Porrò lapides illi erũt iuxta nomina filiorũ Iשׂſraאél,duodecim, 'ſecundum nomina ipſorum, "ſculpturis annuli ſinguli iuxta nomen ſuum,erunt duodecim tribubus.

22 Facies & ĩ pectorali catenas'termini ope plectili ex auro puro.

23 Facies etiã in pectorali duos annulos aureos,& illos duos annulos pones in duabus extremitatibus pectoralis.

24 Pones itẽ"duas catenas aureas in duobus annulis'in extremitatibus pectoralis.

25 Et duas extremitates duarum catenarum inſeres duabus palis, & pones in lateribus אephod à fronte ipſius.

26 Facies & duos annulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus ipſius pectoralis in ora eius,quæ eſt in latere ipſius אephod 'intrinſecus.

27 Facies itẽ duos *alios* annulos aureos,quos pones in duobus lateribus ipſius אephod"infernè à"fronte eius, eregione"cõiunctionis eius ſupra"baltheum אephod.

28 "Ita iungẽt pectorale annulis ſuis ad annulos ipſius אephod filo hyacinthino,vt ſit ſupra baltheum ipſius אephod,neque ſeparetur pectorale ab אephod.

29 Itaque feret Aharón nomina filiorum Iשׂſraאél in pectorali iudicii ſupra cor ſuum,quando ingredietur in ſanctuarium 'in memoriam coram Iehouáh iugiter.

Sardius, אודם Sardium etiam tranſtulerunt L X X interpretes.Hebræi vulgò hanc gemmam *rubinum* exponunt:quorum ſententiam non parum iuuat ipſum nomen אודם à rubedine dictum. nam אדם rubere ſignificat. vnde אודם lapis à rubro colore dictus eſt . Conſentit & Chaldæus paraph.qui vertit סמקן à סמק rubeſcere. Topazius,פטדה Hunc lapidem dicunt inueniri in AEthiopia,& viridis eſſe coloris: cui ſententiæ aſtipulatur nomen Chaldaicum ירקן.nam ירוק Hebræis virorem ſignificat.Atque hinc eſt quòd quidam ſmaragdum interpretantur.Topazius,Græca vox,à Topazo inſula quæ eſt in Mari rubro. Et carbunculus וברקת Chaldæus paraph.vocem Hebræam reliquit. à fulgore nomen habet Hebræis,qui dicunt lapidem eſſe pretioſum,flaui coloris vt aurum:ſic dictum quòd vt aurum ſplẽdeat ac fulgeat.

18 Smaragdus,נופך Chaldæus paraph.habet איזמרגדין. Hebræi carbunculum vocant. Docti inter illos dicũt eſſe gemmam nigri coloris, ſubatram,aut nigram. Thargum Ieroſolymitanum habet כרכדינא quod quidam exponunt vnionem,ſiue margaritam, alii cryſtallum.

Sapphirus, ספיר De colore huius gemmæ variant interpretes.quidã dicunt eſſe aerei coloris,alii rubri, alii candidi. vnde quidam Hebræorum cryſtallum vertunt.Doctus inter Hebræos accipit pro eo lapide quem Latini magnetẽ vocant,Galli *aimant*,vel *de l'aimant*. Et iaſpis. :ויהלום Ex doctis Hebræorum alter citat quendam ex ſuis Hiſpanum qui dicit fuiſſe lapidem qui alias vocetur almas.i.adamas,qui frãgit omnes lapides,atque etiam bdelliũ perforat. deductum nomen à verbo הלם quod frangere,conterere & contundere ſignificat,& י eſſe literam adiectitiam. 19 Lyncurius, לשם Iudæi vulgò *Turcuſs* & *lyncurer* exponũt.De iſta gemma ſcribit Plinius lib.37.cap.3.

Achates,שבו Doctus inter Hebræos ſcribit huius gẽmæ colorẽ declinare ad hyacinthũ,id eſt aereum,ſiue cæruleũ colorem.Chaldaicè is lapis vocatur טרקיא,quæ vox nonnihil affinitatis videtur habere cum eo quem vulgò *turcuſs* nominant.Achatem dictũ volunt ab Achate Siciliæ fluuio,gemmam verſicoloribus venulis ita diſtinctam,vt & nemorum, & fluminum,& montium, nonnunquam & iumentorum, & curruum ſpeciem referat. Et amethyſtus. :ואחלמה Sic vocant Hebræi ab חלום quod ſomnium ſignificat,quòd is qui hunc lapidem geſtat,ſemper ſomnia videat. Chaldaicè vocatur עין איגלע quòd ſcilicet formã & ſimilitudinem oculi vitulini præ ſe ferat.nam עין oculum, & איגלע vitulum ſignificat.Amethyſtus,gemma eſt diluto violæ colore,fulgore purpuræ,non prorſus igneo,ſed in vini colorem deſinente.

20 Chryſolithus תרשיש Doctus inter Hebræos dicit eſſe coloris cærulei. Videtur à mari,vnde prouenit,nomen ſuum accepiſſe. quare & Chaldæus paraph.vertit,כרום ימא. Onychinus, ושוהם Dicunt hunc lapidem habere candorem vnguis humani,propterea onychem vertunt ferè omnes interpretes.nam ὄνυξ Græcis vnguem ſignificat.Chaldæus paraph.ferè ſemper בורלא vertit:quæ vox nonnihil affinitatis habere videtur cum eo lapide quem beryllum vulgò vocant. Et beryllus. וישפה L X X beryllum vocarunt,& eſt gemma ſubuiridis, & tranſparens,quæ vix alibi quàm in India reperitur.Vide Plinium lib.37.cap.5.Vox tamen Hebræa magis alludere videtur ad Iaſpis. In plenitudinibus ſuis. :במלואותם in repletionibus ſuis.id eſt in palis quas replent,& quibus continentur.

21 Secundũ nomina ip. על שמותם.i.in ſingulis lapillis erũt ſingula nomina filiorũ Iſrael: tot erũt lapilli quot ſunt nomina Patriarcharũ. Sculpturis annuli פתוחי חותם. i.ſculpantur ſculptura annuli.Vide paulo ſuprà,verſu 11. 22 Termini גבלות Vide paulo ſuprà,verſu 14.

24 Duas catenas a.את שתי עבותות הזהב Ad verbum,duos funiculos aureos.i.catenas illas factas opere intorto inſtar funis,ex auro. In extremitatibus אל קצות nempe ſuperioribus. 26 Intrinſecus. :ביתה in parte interna.quæ ſcilicet contingit ephod.

27 Infernè מלמטה deorſum.i.in parte illa quæ ſubeſt pectorali. A fronte e. ממול פניו Ad verbum,eregione faciei eius.i.in parte anteriore. Coniunctionis e. מחברתו iuncturæ eius.quæ ſcilicet erit in medio. Baltheum לחשב artificium.i.cingulum,ita Hebraicè dictum quòd ſumma arte fieri ſoleat illud quo præcingimus nos. 28 Ita iungent וירכסו Ad verbum,Et iungent.

29 In memoriam לזכרון in recordationem.i.vt Deus ſit memor duodecim Patriarcharum.vel,vt ipſe Aaron,quum fuerit coram Domino,ſit memor duodecim Patriarcharum.Vide paulo antè verſu 12. Tametſi quibuſdam iſta interpretatio ridicula videatur, quòd his nominibus Aharoni nihil fuerit notius,neque tam obliuioſus iudicandus ſit Deus vt neceſſe haberet ſculptura gemmarum de hominibus admoneri.Quapropter quũ Deus iubet Aharonem portare in ephod ſuper humeros nomina filiorũ Iſrael in duobus lapidibus onychinis inſculpta,non facit ſibi(inquiunt) tanquã obliuioſo memoriale de populo ſuo:ſed vocat vniuerſam Eccleſiam ad cõſtantem fidem in Chriſtũ. Oſtendit autem his gemmis quòd Chriſtus tanta cura Eccleſiam ſuam complectatur,vt quemadmodum Aharon geſtat in humeris ſuis nomina filiorum Iſrael,ita ipſe potentia ſua,quæ per humeros ſignificatur,vniuerſam Eccleſiam defendat ac conſeruet.

30 Pones autē in pectorali iudicii Vrím & Thūmím, vt ſint ſuper cor Aharón quādo ingredietur corā Iehouáh: geſtabítq; Aharón iudiciū filiorum Iſraél ſuper cor ſuum corā Iehouáh ſemper.

31 Facies & pallium ipſius ephod totum ex hyacintho.

32 Et erit foramen ſummæ partis eius in medio eius: labrū *erit* foramini illius in circuitu opere textoris, ſicut foramen loricæ erit ei, ne rumpatur.

33 Facies & in fimbriis eius malogranata ex hyacintho & purpura & vermiculo cocci: in fimbriis *inquam* eius per circuitum, & tintinnabula aurea in medio illorum per circuitum.

34 Tintinnabulum aureum vnum & malogranatum, tintinnabulum aureū *alterum* & malogranatū in fimbriis pallii per circuitū.

35 Erit autem ſuper Aharón ad miniſtrandum, & audietur ſonus eius quando ingredietur Sanctuarium coram Iehoua, & quando egredietur: & non morietur.

30 Pones autē in rationali iudicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quādo ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper.

31 Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam:

32 In cuius medio ſuprà erit capitiū, & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facilè rumpatur.

33 Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi malapunica facies ex hyacitho, & purpura, & cocco bis tincto, miſtis in medio tintinnabulis: F

34 Ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum: rurſúmque tintinnabulū aliud aureū & malū punicum.

35 ¶Et veſtietur ea Aarō in officio miniſterii, vt audiatur ſonitus quādo ingreditur & egreditur Sāctuariū in cōſpectu Domini, & non moriatur. Eccli 45.b.10.

30 Vrim & Thummim את־האורים ואת־התומים Leuit.8.b.8, legitur, Et poſuit ſuper eum pectorale, poſuitque in pectorali Vrim & Thūmim. Quid hæc fuerint, mira eſt inter interpretes varietas. Doctus inter Hebræos ſic ſcribit, Non cōſtat nobis quid ſit Vrim & Thummim. nam apparet ex contextu quòd aliud quiddam fuerit quàm lapides pectoralis. Magni nominis apud eos, quem Magiſtrum noſtrum vocat ille, dicit fuiſſe ſcripturam nominis tetragrammati, repoſitam intra duplicitatem pectoralis, ſub ordinibus gemmarū. Suprà enim verſu 16, dictum eſt pectorale eſſe duplex. Et addit, hanc ſcripturam dictam Vrim & Thummim, quòd Dominus per eam clarè & perſpicuè manifeſtet verbum ſeu voluntatem ſuam, ac quod loquitur, etiam perficiat. Vrim enim ſignificat illuminationes, ſeu ignes: Thummim autem, perfectiones & integritates. Idem dicit Vrim & Thummim non fuiſſe facta manu artificis: quod inde colligit, quia in parandis vaſis tabernaculi nihil præcipitur de Vrim & Thummim: ſed tantùm dicitur ad Moſem, Et pones in rationali iudicii Vrim & Thummim, &c. Vnde colligit Vrim & Thummim opus Diuinum fuiſſe in hunc vſum antea apparatum, & ab ipſo Deo Moſi in monte traditum fuiſſe, vel ab ipſo Moſe, non ab alio quodam artifice elaboratum, quemadmodum de eo in monte à Domino edoctus fuerat. Contra huius opinionem ſic doctus quidam ſcribit, Vrim & Thummim nec fuerunt ſcriptura nominis tetragrammati, nec fuerunt alii lapides duodecim illis gemmis ſuperadditi: ſed fuerunt (vt puto) illæ ipſæ duodecim gemmæ quæ commemoratæ ſunt, quemadmodum ſuprà cap.25.a.7, vocantur lapides plenitudinum, quòd ipſis impleatur pectorale, ſiue palæ pectoralis, & quòd in vſum pectoralis conſecrati fuerint: ita nunc vocātur Vrim, quòd velut ignis, in pectore ſummi Sacerdotis (vt eſt natura tot ſimul coniunctarum gemmarum) ſplenduerint, ac perſpicuam lucem de ſe proiecerint. אור enim ignem ſignificat. Vocātur & Thummim, quòd fuerint perfecti & integri, nec vllo vitio notati. תם ſignificat perfectionem & integritatem. Tametſi enim quidam ex Hebræis interpretibus conſtanter affirment Vrim & Thummim aliud fuiſſe quàm duodecim gemmas, tamen infrà cap.39.b.14, perſpicuè iudicatur, per Vrim & Thummim nihil aliud ſignificari quàm duodecim gemmas. Quum enim in eo loco commemoraſſet ſcriptura, Moſen mandato Dei obſequutum eſſe, ac poſuiſſe duodecim gemmas in pectorali, iuxta verbum Domini, ibi ne verbum quidem additur de Vrim & Thummim: quod certè haudquaquam omiſſum eſſet, ſi aliud quàm duodecim gēmæ fuiſſent: præſertim quum alia longè minora & abiectiora diligentiſſimè & magna ſolicitudine, iuxta præceptum Dei confecta eſſe recenſeantur. Adhæc, quum Moſes magna religione in deſcribenda ſacrarum veſtium materia & forma verſetur, quo ſingula perſpicuè tradat, profectò paulo pluribus deſcripſiſſet Vrim & Thummim, ſi aliud quàm duodecim lapides per ea intellexiſſet. Nam quod dicitur, Pones in pectorali iudicii Vrim & Thummim, vt ſint ſuper pectus Aharonis: non iubet aliquid noui ſuperaddere, aut adiicere gemmis: ſed eſt repetitio ac inculcatio eorum quæ prius mandata erant: vt quod minimè prætereundum aut negligēdum erat, bis aut ter inculcaretur. Portabit (inquit) Aharon nomina filiorum Iſrael in pectorali iudicii, quando ingredietur Sanctum, pro memoriali coram Domino ſemper. Atque adeò ne tu Moſe exiſtimes exigui momenti eſſe, ac oſcitanter facias quod ego præcipio, iterū repeto, inculco, & dico, Ponas in pectorali iudicii Vrim & Thummim, hoc eſt duodecim nomina filiorum Iſrael inſculpta, vt ſint ſuper pectus Aharonis quando ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum, in conſpectu Domini ſemper. Ex hoc etiam loco vides quam ob cauſam pectorale dicatur pectorale iudicii. Alii quidem ſentiunt ſic dictum quòd per Vrim & Thummim fiat iudicium ac demonſtratio, num negotium de quo interrogatur Dominus, ſit faciendum, vel non. Alii, quòd geſtatio pectoralis ſit propitiatio Diuini iudicii & ſupplicii quod pro iniquitatibus inferendum eſſet. Sed quia משפט non iudicium tantùm, verumetiam ius & ſtatutum ſignificat: & iubentur nomina duodecim tribuum in gemmas inſculpi, vt Aharon portet ea pro memoriali ſuper pectus ſuum coram Domino: manifeſtum eſt pectorale ideo dici pectorale iudicii, vt hac cæremonia ſignificetur, ſingulas tribus Iſrael ſuū habere ius in omnibus promiſſionibus Dei quæ ad Abraham Iſaac & Iaacob dictæ ſunt: videlicet quòd ſingulæ tribus ſint de numero populi Dei, & quòd ad vnamquanque tribum pertineat ſuum hæreditatis ius in terra Chanaan in regno & ſacerdotio, quæcunque Patriarchis promiſſa ſunt. Vnde dicitur, Aharon portabit iudicium, hoc eſt ius, filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum: videlicet vt ſingulæ tribus quarum nomina inſculpta erant in gemmas, admonerentur ſui iuris quod haberent in promiſſionibus Dei. Et hic vſus quod ad externam cæremoniam attinet, Moſaicus ſeu Iſraeliticus fuit. Cæterùm quod ſummi Pontifices in Iſrael ornatu ephod & pectoralis ad ſciſcitandā voluntatem Dei, præſertim pro Magiſtratu & publica ſalute populi aliquoties vſi fuerint, multa loca Scripturæ teſtātur. In Numeris enim, cap.27.c.21, ita ſcribitur de Ioſua, Stabit ante Eleazarum ſacerdotem, qui interrogabit eum per iudicium Vrim. hoc eſt, organo & ornatu pectoralis in quo incluſa erant Vrim & Thummim, ſeu duodecim pretioſæ gemmæ. Et 1.Samuel. 23.b.9, quum Dauid reſciſſet quòd præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem, Applica ephod. cui ſcilicet affixum erat pectorale in quo continebantur Vrim & Thūmim. Et cap.30.b.7, Confortatus eſt Dauid in Domino Deo ſuo, & ait ad Abiathar ſacerdotem filium Achimelech, Applica ad me ephod. Et applicuit Abiathar ephod ad Dauid, & cōſuluit Dauid Dominum, videlicet per ſacerdotem Abiathar indutum ephod cum pectorali, iuxta pontificiam conſuetudinem. Idem habes cap.28.a.6, Quum Saul conſuluiſſet Dominum, non reſpondit ei Dominus neque per ſomnia, neque per Vrim, neque per Prophetas. Ex his perſpicuè vides, reſpōſa Dei quæſita eſſe per pectorale, ſeu per Vrim & Thummim, quæ erant in pectorali. Quo autem modo Deus reſponſa ſua dederit, aut voluntatem ſuam ſignificauerit, ſiue per Angelum, ſiue per ſplendorem gemmarum, ſiue per occultam Spiritus ſancti reuelationem, ſiue per aliud quoddam organum, quia nihil certi de hac re vel in Scriptura ſacra, vel in ſcriptis interpretum extat, nec mihi libet diuinare. Contenti ſimus quòd Deus per Sacerdotem ornatu pectoralis indutum reſponſa ſua dederit. Hactenus ille. Cuius verbis hoc tantùm reſpondebo, Vrim & Thummim mihi videri cum Hebræis diuerſum quiddam fuiſſe à gemmis, hac ratione, quòd non iuſſiſſet Dominus poni gemmas in pectorali, quæ iam in palis ipſius pectoralis incluſæ erant, & à quo non ſeparabantur, & ſine quibus non erat pectorale. Præterea non abs re duplex fuiſſe dicit, vt intra eā duplicitatem ponerentur Vrim & Thummim. De his iudicet Eccleſia Domini. Nō præter rem fuerit & hìc annotare, Ephod & Theraphim fuiſſe contraria: vt ex Oſea cap.3.b.4, apparet. Ephod enim, Dei erat, vt dictum eſt: theraphim autem idolorum, per quæ etiam annūtiabantur futura. L X X, pro Vrim & Thummim verterunt τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. i. manifeſtationem & veritatem. Iudicium את־משפט id eſt pectorale iudicii: vel memoriale quo negotia Iſraelitarum reuocabantur Deo in memoriam: non tamen quòd obliuioſus eſſet, aut illos minus curaret, ſed ſic voluit quodammodo excitari, vel potius populum ſuum vt ad ſe conuerterentur.

32 Foramen ſum.par.e. פי־ראשו Ad verbum, os capitis eius. In medio eius: בתוכו ſummæ ſcilicet illius partis. i. in parte ſumma habebit foramen per quod traducetur caput ſummi Sacerdotis. 35 Erit autem ſuper Aharón והיה על אהרן. i. induetur illo quotieſcunque miniſtrandum erit. Et non morietur. ולא ימות: .i. atque ita impune ingredietur & egredietur Sanctuarium.

36 Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domino.

37 Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram,

38 Imminens fronti Pontificis: portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filii Iſrael, in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit ei Dominus.

G 39 Stringéſque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarii.

36 Facies inſuperʹlaminã ex auro puro, & ſculpes in eaʹſculpturis annuli,ʹSanctitas ipſi Iehouæ.

37 ʺQuam pones in filo hyacinthino, erítqueʹſuper cidarim,ʹexaduerſo faciei cidaris erit.

38 Et erit ſupra frontem Aharón,ʺferétque Aharón iniquitatem ſanctificationum quas ſanctificabunt filii Iſraël in omnibus muneribus ſanctificationum ſuarum: erit inquam ſupra frõtem eius iugiterʺin beneplacitum eis coram Iehouah.

39 ʺEt facies opere ocellato tunicam byſſinam, facies item cidarim byſſinam, cingulum quoque facies opere phrygionico.

36 Laminam ex auro ציץ זהב Hæc lamina, quæ capite ſequenti, a. 6, corona vel diadema ſanctitatis, ſiue ſacrũ dicitur, figebatur ad cidarim, pertingebátq; ab aure ad aurẽ, & id quidẽ in parte capitis anteriore. Sculpturis annuli, פתחי חותם vt ſuprà, verſu 21 Sanctitas Ie. קודש ליהוה:.i. Sanctitas decet Dominum. q.d. procul eſte profani, ſanctè colendus eſt. vel, Deus ſanctiſſimus eſt.

37 Quam pones ושמת אותו .i. quam ligabis vitta hyacinthina. Super cid. על המצנפת ſuper galerũ. Hebraicè dicitur à צנף quod inuoluere & amicire ſignificat. Cidaris tegumentũ capitis, maximè Regũ Perſarũ. Galerus, pileus rotundus, à galeæ ſimilitudine. Exaduerſo, &c אל מול וגו׳ .i. à frõte cidaris, ſiue in parte illa ãteriore galeri, ſiue cidaris.

38 Ferétq; Aharõ ini. &c. ונשא אהרן את עון וגו׳ tollétq; Aharon iniquitatẽ, &c. i. tollet iniquitatẽ quã admittere poſſent Iſraelitæ in ſãctificationib⁹ ſuis, hoc eſt in oblationibus ſuis ſanctis, & in omnibus aliis donis ſiquid peccent non rite offerendo, aut ea offerendo quæ offerri nõ debent, vel propter non oblata munera, cõdonabitur eis propter ſummũ Sacerdotem. is Chriſtum repræſentabat. In beneplacitũ eis, &c. לרצון להם וגו׳ Hebraiſmus, vt cõciliet illis fauorẽ & gratiam Dei, ſiue vt illos Deo gratos reddat cum muneribus ſuis.

39 Et facies opere ocel. ושבצת הכתונת שש Significat facere aliquid opere phrygionico, intertextis velut ocellis.

ORNATVS SVMMI SACERDOTIS.



a	Superhumerale, ſeu ephod.
b c	Duæ oræ ſuperhumeralis.
d	Textura, ſiue artificium ſuperhumeralis. *La bordure.*
e	Lapides onychini duo, quibus inſculpta erãt nomina duodecim filiorum Iſrael.
f	Palæ aureæ, pro quibus Vet⁹ interpres vertit vncinos.
g	Catenulæ.
h	Pectorale iudicii, pro quo Vetus interpres vertit rationale iudicii, in quo duodecim lapides in quibus inciſa nomina duodecim filiorum Iſrael.
i	Vncini in palis aureis.
k	Annuli quatuor in extremitatibus pectoralis iudicii.
l	Annuli in lateribus ſuperhumeralis.
m	Vitta hyacinthina.
n	Tunica quæ ſuperhumerali ſupponebatur, in cuius ſuperiori parte erat capitiũ ſiue foramen, per quod caput traiiciebat Sacerdos.
o	Tintinnabula aurea.
p	Mala punica.
q	Lamina, quæ vitta hiacinthina religabatur tiaræ.
r	Tunica byſſina.
ſ	Tiara.
t	Balteum ſiue cingulum.

40 Filiis autem Aharón facies ″tunicas, facies quoque illis cingula ″& pileos″ad gloriam & decorem.

41 Et vesties illis Aharón fratrem tuum, & filios eius cum illo: atque vnges illos, ″implebíſque manum eorum, ″& ſanctificabis eos, vt Sacerdotio fungantur mihi.

42 Fac eis & feminalia linea ad tegendam carnem ″turpitudinis: à lumbis vſque ad femora erunt.

43 Erúntque ſuper Aharón & ſuper filios eius quando ingredientur ″tabernaculum eccleſiæ, aut quum accedent ad altare vt miniſtrent ″in ſanctitate: ″& non ferent iniquitatem, neque morientur. ″Statutum perpetuum illi, & ſemini eius poſt eum.

Cap. XXIX.

Modus conſecrandi Sacerdotes Dei, ritúſque offerẽdi pro eis.

1 HOc quoque facies eis ad ſanctificandum eos, vt Sacerdotio fungantur mihi. Tolle iuuencum vnum ″filium bouis, & arietes duos ″immaculatos:

2 Panes præterea infermentatos, & placentas infermentatas miſtas oleo, & lagana infermentata vncta oleo: ex ſimila triticea facies ″ea.

3 Ponéſque ea in caniſtrũ vnum, & offeres ea in caniſtro, ″vnà cum iuuenco & duobus arietibus.

4 Tum Aharonem & filios eius ″accedere facies ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & lauabis eos aqua.

5 Et accipies veſtes, induéſq; Aharón tunicã ″& pallium ℵephod, ac ℵephod & pectorale, cingéſque eum ″balteo ℵephod.

6 Pones præterea cidarim ſuper caput eius: ″coronã autem ſanctitatis pones ſuper cidarim.

7 ″Poſtremò accipies oleum ″vnctionis, & fundes ſuper caput eius, & vnges eum.

8 ″Poſthæc filios eius accedere facies, & indues eos tunicas:

9 Cingéſque illos balteo, Aharón & filios eius, ″& aptabis eis pileos, & erit eis Sacerdotium ″in ſtatutum perpetuum, ″implebíſque manum Aharón & manum filiorum eius.

10 ″Et offeres iuuencum coram tabernaculo eccleſiæ: imponéntque Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput iuuenci.

11 Tunc mactabis iuuencum coram Iehouáh ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem.

Veſtiéſque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo: & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabíſque illos, vt Sacerdotio fungantur mihi.

Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad femora.

Et vtentur eis Aaron & filii eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonii, vel quãdo appropinquãt ad altare vt miniſtrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

Cap. XXIX.

SEd & hoc facies, vt mihi in Sacerdotium conſecrentur. ¶Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos:

Leuit. 9. a. 2.

Panéſque azymos, & cruſtulã abſque fermento, quæ cõſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de ſimila triticea cuncta facies.

Et poſita in caniſtro offeres: vitulum autem & duos arietes.

Et Aaron ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Cúmque laueris patrem cum filiis ſuis aqua,

Indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo.

Et pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram.

Et oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur.

B

Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis:

Cingéſque balteo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erúntque ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam initiaueris manus eorum,

¶Applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonii: imponéntque Aaron & filii eius manus ſuper caput illius,

Leuit. 1. a. 3

Et mactabis eum in conſpectu Domini, iuxta oſtium tabernaculi teſtimonii.

---

40 Tunicas, כותנות palliola. nempe ſtricta ex byſſo. Et pileos, ומגבעות תעשה להם Ad verbum, & pileos facies illis. Verbum redundat. Ad gloriam, &c לכבוד ולתפארת: in honorem & decorem. id eſt ad ornamentum eorum.

41 Implebiſque manum e. ומלאת את־ידם. i. ſuppeditabis illis victimas, & trades in manus eorum, vt eas offerãt. In hunc ſenſum Chaldæus paraph. offeréſque oblationes eorum. Alii interpretantur, tu mittes eos in poſſeſſionem Sacerdotii. nam quum aliquis mittitur in poſſeſſionem alicuius rei, traditur ea in manum eius. Alii exponunt, conſecrabis: verùm mox ſequitur, & ſanctificabis eos. i. conſecrabis. Et ſanctificabis וקדשת & conſecrabis.

42 Turpitudinis: ערוה nuditatis. i. ad tegendas partes pudendas.

43 Tabernaculum eccleſiæ, אל־אוהל מועד Vide præcedenti capite, verſu 21. In ſanctitate: בקודש . i. in ſanctuario. Alii exponunt, cum ſanctimonia, aut ſanctè. Et non ferent iniq. neque mor. ולא־ישאו עון ומתו . i. nõ erunt rei iniquitatis, propterea non moriẽtur. Alii vertunt, neque ſuſtinebũt iniquitatem, neque morientur. Alii, ne ferant iniquitatem, & moriantur. Hebraiſmus, ne ſi aliter faciant, peccent & moriantur. Statutum perpet. illi, חוקת עולם לו ritus perpetuus illi. ſub. obſeruandus. i. ritum iſtum perpetuò obſeruabit, quotquot etiam poſtea ſummo fungentur Sacerdotio.

IN CAPVT XXIX.

1 Hoc quoque וזה הדבר אשר Ad verbum, Et hæc eſt res quam, &c. i. hac quoque ratione conſecrabis illos vt mihi ſint Sacerdotes. Filium bouis, בן־בקר . i. vaccæ. q. d. adhuc iuuenem, non adultum. Immaculatos: תמימים: integros. i. tales quales ſunt arietes illi qui ſanctificari ſolent, in quibus nihil ſit quod reprehendi poſſit, aptos & idoneos ad ſacrificium faciendum.

2 Ea. אותם: . i. omnia ſuprà dicta.

3 Vnà cum iuuenco ואת־הפר Ad verbum, & iuuencum.

4 Accedere facies תקריב applicabis.

5 Et pallium ℵephod, ואת־מעיל האפוד . i. quod ſubeſt ipſi ephod. ſupra quod ponitur ephod. Balteo בחשב artificio. i. balteo ſiue cingulo facto in modum & figuram baltei. Vide capite præcedenti, verſu 27.

6 Coronam a. ſanct. את־נזר הקודש Coronam ſanctam vocat, quam præcedenti capite, verſu 36, laminam auream appellauit.

7 Poſtremò accipies ולקחת Ad verbum, Et accipies. Vnctionis, המשחה quo ſcilicet vngebantur Reges & Sacerdotes.

8 Poſthæc filios e. accedere f. ואת־בניו תקריב Ad verbum, & filios eius appropinquare facies. ſub. ad oſtiũ tabernaculi eccleſiæ: vt paulo antè, verſu 4.

9 Et aptabis eis וחבשת להם Ad verbum, & alligabis eis. vel arctabis. In ſtatutum perp. לחוקת עולם . i. fungentur mihi Sacerdotio perpetuo. Implebíſque manum ומלאת יד Vide præcedenti capite, verſu 41.

10 Et offeres והקרבת Ad verbum, Et appropinquare facies. aut, accedere facies. vel, applicabis.

Sumptúmque de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo. reliquum autem ſanguinẽ fũdes iuxta baſim eius. 12

Leuit.3.a.3

Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare. 13

Carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra caſtra, eo quòd pro peccato ſit. 14

Vnum quoque arietem ſumes, ſuper cuius caput ponent Aaron & filii eius manus. 15

C

Quem quum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes circa altare. 16

Ipſum autem arietẽ ſecabis in fruſta: lotáque inteſtina eius ac pedes pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius. 17

Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus victimæ Domini. 18

Tolles quoque arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filii eius ponent manus. 19

Quem quũ immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & ſuper pollices manus eorum ac pedis dextri, fundéſque ſanguinem ſuper altare per circuitum. 10

Cũmque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filios, & veſtimenta eorum. Conſecratiſque ipſis & veſtibus, 21

D

Tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem qui ſuper eos eſt, armúmque dextrum, eo quòd ſit aries conſecrationis. 22

Tortámque panis vnius, cruſtulam cõſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu Domini: 23

Ponéſque omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius, & ſanctificabis eos eleuans coram Domino. 24

Suſcipiéſque vniuerſa de manibus eorum: & incendes ſuper altare in holocauſtum, odorem ſuauiſſimũ in conſpectu Domini, quia oblatio eius eſt. 25

Sumes quoque pectuſculũ de ariete quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabíſque illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam. 26

12 Accipiéſque è ſanguine iuuenci, & pones ſuper cornua altaris digito tuo: ″reliquũ autẽ ſanguinẽ fundes ad fundamentũ altaris.

13 Tolléſque omnem adipem operientem″inteſtina, & reticulum *quod eſt* ſuper iecur, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, & incendes ea ſuper altare.

14 At carnem iuuenci, & pellem eius, fimúmque eius combures igni extra caſtra, ″ſacrificium pro peccato eſt.

15 Arietem quoque alterum accipies, & imponent Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.

16 Tunc mactabis arietem, accipiéſque ſanguinem eius, ″& aſperges ſuper altare per circuitum:

17 Arietem autem concídes in fruſta ſua, & lauabis inteſtina eius, cruráque eius, & pones″ſuper fruſta eius & ſuper caput eius.

18 Incẽdes præterea totum arietem ſuper altare: *nam*″holocauſtum eſt Iehouæ *in* odorem quietis, oblatio ignita Iehouæ eſt.

19 Accipies inſuper arietem ſecundum, imponéntque Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.

10 Tunc mactabis arietem, accipiéſque de ſanguine eius, & pones ″ſuper tenerum auris Aharón & ſuper tenerum auris filiorum eius dexteræ, & ſuper pollicem manus eorũ dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri: aſpergéſque ſanguinem ſuper altare per circuitum.

21 Tolléſque de ſanguine qui *erit* ſuper altare, & de oleo vnctionis, atque aſperges ſuper Aharón, & ſuper veſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes filiorũ eius cum eo, & ſanctificabitur ipſe, veſtéſque eius, & filii eius, veſtéſque filiorum eius cum eo.

22 Dein tolles de ariete adipem, & caudam, & adipem operiẽtem ″inteſtina, & reticulum iecoris, duóſque renes, atque adipem qui eſt ſuper eos, & armum dextrum: quia aries ″conſecrationum eſt:

23 ″Et tortam panis vnam, & placentam panis″ex oleo vnam, & laganum vnum è caniſtro infermentatorũ qui eſt coram Iehouáh.

24 Ponéſque omnia *illa* in manibus Aharón, & in manibus filiorũ eius, ″exaltabíſque illa exaltationem coram Iehouáh.

25 Accipies autem illa è manu eorum, & incendes ſuper altare, vltra holocauſtum ″in odorem quietis corã Iehouáh: oblatio ignita eſt Iehouæ.

26 Accipies itẽ pectus arietis ″cõſecrationũ quod eſt ipſi Aharón, ″& exaltabis illud exaltationẽ corã Iehouáh, erítque tibi″in partẽ.

---

12 Reliquum a. ſang. ואת־כל הדם Ad verbum, & omnem ſanguinem. 13 Inteſtina, את־הקרב Singul. Heb. pro plur.

14 Sacrificium pro pec. חטאת הוא׃ Ad verbũ, peccatum eſt. i. ſacrificium expiatorium. Sic Paulus 2. Corinth. 5. d. 21, Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit. Hîc admonẽt Hebræi, Dominũ potiſſimum exigere pro ſuo ſacrificio animalia illa & mẽbra quæ cõcupiſcentiis ſubiiciuntur. Nõ vult habere animal infirmũ, aut quod teſticulis ſit priuatũ: requirit renes qui cõcupiſcentiæ ſunt officina. Vult habere hepar quod roborat libidinẽ & adipes qui effrænem faciunt concupiſcentiã, iuxta illud Deut. 32. c. 15, Impinguatus eſt Iſrael, dilatatus eſt, & recalcitrauit. Hæc omnia vult Dominus habere in ſuo ſacrificio: non quòd illũ delectent renes, ſed quòd hæc ſignificent nobis mortificanda eſſe membra noſtra ſuper terram. Coloſſ. 3. a. 5. 16 Et aſperges וזרקת & effundes.

17 Super fruſta e. על־נתחיו id eſt, illa inteſtina & crura ſuperpones fruſtis illius iuuenci in fruſta conciſi.

18 Holocauſtum eſt, &c. עולה הוא וגו׳ holocauſtũ *enim* eſt Iehouæ, odor quietis oblatio ignita eſt Iehouæ. i. eſt enim oblatio quæ tota igne abſumi debet in honorẽ Iehouæ: éſtque oblatio quæ quieſcere facit iram Dei: hoc eſt, pacatum eum reddit hominibus. Quod addit, oblatio ignita eſt Domino: repetitio eſt verbis paulum mutatis. nam holocauſtũ vocat oblationem ignitam, vt & Leuit. 1. c. 9, & 13. d. 17. At Leuit. 3. a. 5, accipitur pro ea parte ſacrificii pacificorũ, quæ cremabatur in igne holocauſti in ſuauem odorem Domino. nã in tres partes diuidebatur ſacrificiũ illud pacificorũ, vna pars (quæ refertur Leuit. 3. a. 3) tradebatur igni holocauſti in ſuauẽ odorem Domino, vt dictũ eſt: altera, pectuſculũ & dexter armus, tradebatur Sacerdoti, vt Leuit. 7. d. 34 legitur, & Deut. 18. a. 3. Reliqua erãt hominis offerẽtis, quibus ille vnà cũ familia ſua veſcebatur. Dicitur autẽ holocauſtũ עולה à verbo עלה aſcendit, quòd totum illud ſacrificium in fumum (vt ita dicam) aſcenderet & conuerteretur. 20 Super tenerum auris על־תנוך אזן ſuper auriculam. vel, ſuper vltimam auriculam. i. in ima parte auris.

22 Inteſtina, את־הקרב Singul. Heb. pro plur. Conſecrationũ מלואים Ad verbũ, impletionũ. i. conſecrationũ. hoc eſt, qui immolabatur in conſecratione ſummi Sacerdotis. 23 Et tortã וככר Et bucellã. vel, Et fruſtulũ. Ex oleo שמן Ad verbũ, olei. i. aſperſam oleo oliuarum. 24 Exaltabiſque, &c. והנפת וגו׳ agitabiſque illa, agitatione. ſublatam enim hoſtiam agitabant ſeu motitabant primũ ab Oriente in Occidentem, dein à Septentrione in Meridiem: qua agitatione ſignificabant Deum eſſe totius terræ Dominum.

25 In odorem quiet. לריח ניחוח Vide paulo antè, verſu. 18. 26 Conſecrationũ, &c. המלואים וגו׳ vt paulo antè verſu 22. Quidam vertũt, conſecrationis Aaronis. i. de ariete mactato in cõſecratione Aaron. Et exaltabis והנפת Vide paulo antè verſu 24. In partem, למנה׃ id eſt erit pars tua.

'Sanctificabis itaque pectus'exaltationis,& armum'eleuationis 27
quod exaltatum eſt, & qui eleuatus eſt' de ariete conſecrationū
"ipſius Aharón & filiorum eius.

Et erit ipſi Aharón & filiis eius"in ſtatutum perpetuū à filiis Iשׂſ 28
raℵél,quia exaltatio eſt: & exaltatio erit à filiis Iשׂſraℵél 'de ſacrificiis pacificorum ſuorum,exaltatio *inquam* eorum *erit* Iehouáh.

Porrò veſtes ſanctæ quæ ſunt ipſius Aharón,erũt filiis eius poſt 29
eum'ad vngendum *eos* cum eis,'& ad conſecrandum cum eis manum eorum.

Septẽ diebus induet eas ſacerdos *qui fuerit* loco ipſius de filiis e- 30
ius,'qui ingredietur tabernaculum eccleſiæ ad miniſtrandum "in ſanctificatione.

Arietem autem conſecrationum tolles, & coques carnem eius 31
in loco ſanctitatis.

Comedétque Aharón & filii eius carnem arietis, & panem qui 32
eſt in caniſtro,ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

Comedent inquam illa'quibus expiatus fuit ad conſecrandum 33
manum eorum,ad ſanctificandum eos. & alienigena non comedet,quia'ſanctificatio ſunt.

Quòd ſi ſuperfuerit de carne'conſecrationum, & de pane vſq; 34
mane,combures quod ſupereſt igni: non comedetur, quia ſanctitas eſt.

Facies igitur ipſi Aharón & filiis eius ſic,'iuxta omnia quæ præ- 35
cepi tibi:ſeptem diebus'conſecrabis manum eorum.

Et iuuencum pro peccato facies 'per diem "pro expiationibus: 36
& expiabis altare 'expiando illud, vngéſque illud"ad ſanctificandum ipſum.

Septem diebus expiabis altare,& ſanctificabis illud,erítque al- 37
tare "ſanctitas ſanctitatum: quicquid tetigerit altare, ſanctificabitur.

Sacrificium iuge & quotidianũ

Hoc eſt autẽ quod facies 'altari, Agnos anniculos duos in dies: 38

Agnum vnum facies mane, & agnum alterum facies "inter 39
duas veſperas.

"Et decimam partem ſimilæ'miſtæ oleo contuſo, quartam par- 40
tem hin: & libamen, quartam partem hin vini in agnum vnum.

Agnum inquã alterum facies inter duas veſperas:'ſicut minחhæ 41

Sanctificabiſque & pectuſculũ conſecratum, & armum quem de ariete ſeparaſti. E

Quo initiatus eſt Aaron & filii eius,cedéntque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Iſrael,quia primitiua ſũt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filii eius poſt eum, vt vnguantur in ea, & conſecrentur manus eorum.

Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculũ teſtimonii vt miniſtrent in Sanctuario.

Arietem autem conſecrationum tolles, & coques carnes eius in loco ſancto.

Quibus veſcetur Aaron & filii eius ‖Panes quoque qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonii,

Leuit.8.f.31,& 20.b.9 matth.12.a.4

Comedent,vt ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus: alienigena non veſcetur ex eis,quia ſancta ſunt. B

Quod ſi remanſerit de carnibus cõſecratis, ſiue de panibus vſque mane, combures reliquias igni: non comedentur,quia ſanctificata ſunt.

Omnia quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & filiis eius: ſeptem diebus conſecrabis manus eorum.

Et vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum: mundabiſque altare quum immolaueris expiationis hoſtiam‖, & vnges illud in ſanctificationem.

Septẽ diebus expiabis altare & ſanctificabis,& erit Sanctũ Sanctorũ:omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur.

Hoc eſt quod facies in altari,‖Agnos ãniculos duos per ſingulos dies iugiter:

Nume.28.a.3 G

Vnum agnum mane, & alterum veſpere.

Decimam partem ſimilæ conſperſæ oleo tuſo,quod habeat menſuram quartam partẽ hin, & vinum ad libãdum eiuſdem menſuræ in agno vno.

Alterũ verò agnũ offeres ad veſpe-

27 Sanctificabis itaque וקדשת .i.ſeparabis & conſecrabis,neque ſines vt his veſcatur vulgus,ſed ſoli Sacerdotes Deo conſecrati. Exaltationis, התנופה agitationis.i.iam exaltatum & agitatum coram Domino.Mox ſeipſum declarat. Eleuationis התרומה ſeparationis.Sic mox,& qui ſeparatus eſt.Gallicè dicimus,*qui eſt enleué.* De ariete conſecr.&c. מאיל המלואים וגו' Ad verbum,de ariete conſecrationum pro Aarone & filiis eius. Ipſius Aharon,&c. מאשר לאהרון וגו' de quo ipſi Aaron,& de quo filiis eius.ſub.fuit conſecratio.i.de ipſo ariete qui immolatus fuerit pro conſecratione ipſius Aaron & filiorum eius.

28 In ſtatutum perp.à fil.Iſ. לחק עולם מאת בני ישראל .i.iure ſempiterno accipient Aaron & filii eius à filiis Iſrael pectus & armum. De ſacrificiis,&c. מזבחי וגו'.i.quũ pacifica ſacrificia ſua offerent,pars illa offeretur Domino,& propterea Sacerdotes habebunt illã,hoc eſt armum dextrum cum pectore.Chaldæus paraph.ſeparatio eſt,& ſeparatio erit à filiis Iſrael, de victimis ſanctificationum ſuarum ſeparatio inquam eorum eſt coram Domino.Expoſitio petenda eſt ex paulo pòſt ſequenti verſu 31.

29 Ad vngendum,&c. למשחה וגו' .i.vt illis veſtiti vnguantur & conſecrentur. Et ad conſecrandum,&c. ולמלאוגו' & impleant manum ſuam cum eis.Chaldæus paraph.& vt offerant in eis oblationes ſuas.

30 Qui ingredietur אשר יבא quando venerit. In ſanctificatione. בקודש: in ſanctitate.i.cum omni ſanctimonia.Alii,in ſancto.

33 Quibus expiatus fuit אשר כופר בהם ſub.Aaron & filii eius.Ad verbum,quibus expiatus fuit in illis.Redundat ILLIS,& IN præcedentibus iungendum,in quibus expiatus fuit. Sanctificatio קודש ſanctitas.id eſt, res ſunt ſacræ,ſiue ſacroſanctæ.

34 Conſecrationum המלואים id eſt arietis mactati in conſecratione Aaron.vt paulo antè verſu 26.

35 Iuxta omnia quæ præc. ככל אשר צויתי .i.prorſus vt præcepi. Conſecrabis תמלא Ad verbum,implebis.Vide capite præcedẽti, verſu 41. 36 Per diem ליום in diem,id eſt per ſingulos dies. Pro expiationibus: על הכפורים id eſt ad expiandum altare. Expiando illud, בכפרך עליו Ad verbum,in expiando te illud.id eſt dum expiabis,vel purgabis illud. Ad ſanctificandum ipſum. לקדשו: id eſt vt ſanctum ſit.Omnia iſta intelliguntur de altari holocauſti:poſtea de altari ſuffimenti loquetur.

37 Sanctitas ſan. קודש קדשים Hebraiſmus,erit ſanctiſſimum,ita vt quicunque obtulerit aliquid ſuper illud,fiat ſanctum.Vide ſequenti capite,verſu 29. 38 Altari, על המזבח propter altare.altaris gratia. Alii,in altari. 39 Inter duas veſp. בין הערבים: .i.ſub noctẽ ipſam.Vide ſuprà cap.12.a.6. 40 Et decimam part. ועשרון ſub.ephi.Habet autẽ ephi tria ſata,ſeu modios,ſiue bocellos,vt vocamus. Decima verò pars ephi tantum continet quantum quadraginta trium ouorum teſtæ. Hin verò eſt menſura liquidorum, continens duodecim login.Log verò menſura eſt quæ tantũ continet quantum ſex ouorũ teſtæ.Porrò Omer,ſiue gomer,qui & corus dicitur,eſt menſura cõtinens tres menſuras ephi,hoc eſt,quantum mille ducentæ & nonaginta teſtæ ouorum. Miſtæ בלול aſperſæ.vel cõſperſæ.aut,aſperſam.

41 Sicut minחhæ,&c' כמנחת וגו' iuxta ritum oblationis matutinæ,& iuxta ritum libaminis eius.De hoc vide capite ſequenti,verſu 9.

ram iuxta ritum matutinæ oblationis,& iuxta ea quæ diximus,in odorē ſuauitatis.

Sacrificium eſt Domino oblatione perpetua in generationes veſtras,ad oſtium tabernaculi teſtimonii coram Domino, vbi conſtituam vt loquar ad te.

Ibique præcipiam filiis Iſraël,&ſāctificabitur altare in gloria mea.

Sanctificabo & tabernaculum teſtimonii cum altari, & Aaron cum filiis ſuis,vt ſacerdotio fungātur mihi.

Et habitabo in medio filiorum Iſrael,eróque eis Deus,

Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum,qui eduxi eos de terra AEgypti,vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipſorum.

Cap. XXX.

FAcies quoque altare ad adolendū thymiama,de lignis ſetim,

Habens cubitum longitudinis,&alterum latitudinis, id eſt quadrāgulū, & duos cubitos in altitudine: cornua ex ipſo procedent.

Veſtiéſque illud auro puriſſimo,tā craticulam eius, quàm parietes, per circuitum, & cornua: facies quoque ei coronam aureolam per gyrum.

Et duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera,vt mittantur in eos vectes,& altare portetur.

Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim,& inaurabis.

Ponéſque altare contra velū quod ante arcam pendet teſtimonii,coram propitiatorio quo tegitur teſtimonium,vbi loquar tibi.

Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron,ſuaue fragrans mane:quando cō ponet lucernas,incendet illud:

Et quando collocabit eas ad veſperum, vret thymiama ſempiternum coram Domino in generationes veſtras.

Nō offeretis ſuper eo thymiama cōpoſitionis alterius, nec oblationem & victimam,nec libabitis libamina.

B Et deprecabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel per annum,in ſanguine qui oblatus eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris. ſanctum ſanctorum erit Do-

matutino,& ſicut libamini eius facies ei″in odorem quietis,″oblationem ignitam Iehouæ.

42 Holocauſtum iuge″in generationes veſtras ad oſtium tabernaculi eccleſiæ coram Iehouáh quò conueniam vobiſcum vt alloquar te ibi.

43 Et conueniam illuc cum filiis Iẅſraʾél,& ſanctificabitur *locus* in ″gloria mea.

44 'Sāctificabo inquam tabernaculū eccleſiæ,& altare: Aharonem quoque & filios eius ſanctificabo, vt ſacerdotio fungantur mihi.

45 Habitabóque in medio filiorum Iẅſraʾél,& ero eis in Deum:

46 Et ſcient quòd ſum Iehouáh Deus eorum,qui eduxi eos è terra AEgypti,vt habitarem in medio eorum,ego Iehouáh Deus eorū.

Cap. XXX.

Forma altaris thymiamatis.

1 FAcies & altare 'incenſi thymiamatis, ex lignis ẅſittím facies illud.

2 Cubitus longitudo eius, & cubitus latitudo eius, quadratum erit:& duo cubiti altitudo eius:″ex ipſo cornua eius.

3 Teges autem illud auro puro, 'tectum eius & parietes eius per circuitū, & cornua eius: faciéſque illi″coronā aureā per circuitū.

4 Duos præterea annulos aureos facies ei infra coronā ei⁹ in duobus angulis eius,in vtroque latere eius, ″& per illos traiicientur vectes ad portandum illud cum eis.

5 Facies autem illos vectes ex lignis ẅſittím,& teges eos auro.

Situs eiuſdem.

6 Et pones illud ante velum quod eſt iuxta″arcam teſtimonii, ante propitiatorium ″quod eſt ſuper teſtimonium,vbi conueniam tecum.

7 Et adolebit ſuper illud Aharón″ſuffimentū aromatum″ſingulis matutinis:″quando aptabit lucernas,adolebit illud.

8 Quando inquā incendet Aharón lucernas inter duas veſperas, adolebit illud ſuffimentum iugiter coram Domino in generationibus veſtris.

9 Non offeretis ſuper illud ſuffimentum 'alienum, neque holocauſtum,″neque minnham:ſed nec libamen libabitis ſuper illud.

10 'Et expiabit Aharón ſuper cornua eius ſemel″in anno:ſanguine oblationis pro peccato'expiationū,ſemel in anno expiabit ſuper illud in generationibus veſtris.″ſanctitas ſanctitatum eſt Iehouæ.

In odorē quietis,לריח ניחוח Vide ſuprà verſu 18. Oblationē,&c. אשה ליהוה: oblatio vſtulata Iehouæ.i.quæ fit in honorē Iehouæ.

42 In generationes veſtras לדרותיכם per ætates veſtras.ſeculis veſtris.

43 Gloria mea. :בכבודי per gloriam meam.id eſt præſentia mea.

44 Sanctificabo inquam tabernaculum וקדשתי את־אוהל Exponit ſuperiora.

IN CAPVT XXX.

1 Incenſi thymiam. מקטר קטורת Ad verbum,ſuffimenti ſuffitus.i.in quo incendes thymiamata,hoc eſt aromata. Paulo pòſt verſu 7, dicit,adolebit incenſum aromatum. 2 Ex ipſo ממנו .i.ex eodem ligno,non aliunde affixa & impacta.

3 Tectum eius & parietes e. את־גגו ואת־קירותיו .i.tabulam illam ſuperiorem & latera eius. Coronam זר Vide ſuprà cap.25.b.11.

4 Et per illos traiic.ve. והיה לבתים לבדים Ad verbum,& erit in loca[vel,domos] vectibus. Vt ſuprà cap.25.c.27.

6 Arcam teſtimonii, ארון העדות Arcam teſtimonii vocat, in qua Lex teſtimoniū Diuinæ voluntatis, duabus tabulis comprehenſum, ponebatur. Vide ſuprà cap.7.d.21. Quod eſt ſuper teſt. אשר על־העדות .i.quod oppanſum eſt teſtimonio,ſiue arcæ teſtimonii. Sic ſuprà cap.7.d.21. 7 Suffimentum קטורת ſuffitum.incenſum. Singulis matu. בבקר בבקר Ad verbum,in mane in mane. Geminatio ſubſtantiui Hebræis,vltra proprium ſignificatum includit diſtributiuum:vt איש איש vir vir,id eſt ſinguli viri,vel vnuſquiſque.

Quando aptabit בהיטיבו Ad verbum, in bonificando ipſum. vel,quum ipſe bonas fecerit, id eſt, quum quicquid immunditiarum oleum & ellychnium contraxerit noctu,remouerit & repurgarit.

9 Alienū,זרה id eſt aliud quàm quod deſcribetur poſtea. Neque minnham: ומנחה Hæc vox variè ab interpretibus redditur,iam munus,iam oblatio,iam ſacrificium. Hoc autem nomine vocatur iuge illud & perpetuum ſacrificium. Et Hebræi deriuari putāt à verbo נחה adduxit. Fiebátque in veſpera,hoc eſt quum ſol inciperet declinare. Vnde vſus apud eos obtinuit vt ſæpe tempus veſpertinū vocent מנחה. Et licet Scriptura quoque vocet iuge illud ſacrificium quod mane fiebat,minha:tamen peculiariter adaptatur tempori veſpertino & eius ſacrificio. 10 Et expiabit וכפר Et placabit.remouebit,ſub.iniquitatem & peccatum, id eſt (vt exponit doctus inter Hebræos) quū poſuerit ſanguinem ſuper cornua altaris,remouebit iniquitates Iſrael, quia placet coram me locus. In anno: בשנה id eſt ſingulis annis. Expiationum, הכפורים .i.quod fiet die expiationum. Sanctitas,&c. קודש וגו' Hebraiſmus,tanquam ſacrum,ſiue ſacratum, aut dedicatum eſt Iehouæ. vel tanquam res Deo dicata,ſanctiſſimum erit vobis.

Pecunia in vſus tabernaculi.

Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Quando´capies ſummam filiorum Iשſraאél per numeratos eorum, dabunt ſinguli´redemptionem animæ ſuæ Iehouæ quando numeraueris eos, & non erit in eis plaga, quum numerabis eos.

Siclus.

Hoc *autem* dabunt, ˝Omnis tranſiés ad numeratos dimidiũ שſecli˝ſecundum שſeclum ſanctitatis. viginti˝obolorum eſt שſeclus: dimidium שſecli oblatio Terræ Iehouæ.

Quicunque tranſit ad numeratos à viro viginti annorum & ſuprà, dabit oblationem Iehouæ.

Diues non´augebit, & pauper non diminuet de dimidio שſeclo, quũ dederint oblationẽ Iehouæ´ad expiandas animas veſtras.

Accipiéſque argentum expiationum à filiis Iשſraאél, & dabis illud in opus tabernaculi eccleſiæ: erítque filiis Iשſraאél˝ad memoriam coram Iehouáh´ad expiandum animas veſtras.

Labium æneũ.

Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Facies itẽ˝cõchã æneã, & baſim eius æneam ad lauandũ: ponéſque illam inter tabernaculũ eccleſiæ´& altare: ac pones in ea aquã.

Lauabunt Aharón & filii eius ex ea manus ſuas & pedes ſuos.

Quando ingrediẽtur tabernaculum eccleſiæ, lauabũt ſe aqua, ˝& non morientur: aut quum appropinquauerint ad altare vt miniſtrent, ˝vt incendant oblationem ignitam Iehouæ:

Lauabũt inquã manus ſuas & pedes ſuos, ne moriãtur: ˝erítq; illis ſtatutum perpetuũ, ´illi & ſemini eius per generationes ſuas.

11 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

12 ‖Quando tuleris ſummam filiorũ Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis, quũ fuerint recenſiti.

Numeri 1.a.2

13 Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad numerum, dimidium ſicli iuxta mẽſuram templi. ‖Siclus viginti obolos habet: media pars ſicli offeretur Domino.

Leuit.27.c.25 nume.3.g.47 ezech.45.d.12

14 Qui habetur in numero à viginti annis & ſuprà, dabit pretium.

15 Diues non addet ad medium ſicli, & pauper nihil minuet.

16 Suſceptámque pecuniam, quæ collata eſt à filiis Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonii, vt ſit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

C

17 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

18 Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandum: ponéſque illud inter tabernaculum teſtimonii & altare: & miſſa aqua,

19 Lauabunt in eo Aaron & filii eius manus ſuas ac pedes,

20 Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino:

21 Ne fortè moriantur. legitimũ ſempiternum erit ipſi, & ſemini eius per ſucceſſiones.

ALTARE THYMIAMATIS



12 Capies ſummã, &c. תשא את־ראש וגו׳ .i. Quando recenſere voles filios Iſrael qui veniunt in numerum. non enim omnes numerabantur. nam qui viceſimũ annum nondum attigerant, reiiciebãtur ab eo numero. Ad verbum legitur, Quum ſumes caput filiorum Iſrael. Hîc nona eſt apud Hebræos huius libri partitio, quam denominant à ſecunda huius verſus dictione תשא capies. Redemptionem animæ ſ. כופר נפשו oblationem intelligit qua redimebant vitam ſuam: alioqui Deus interficiebat eos, vt fecit tẽporibus Dauid. 13 Omnis trãſiens ad nume. כל־העובר על־הפקודים Hebraiſmus, Omnis qui numerabitur. Secundum שſeclum ſanct. בשקל הקודש ad pondus ſacrum. hoc eſt quo vtebantur in tẽplo, ſiue ſanctuario. nam ſiclus templi (vt aiũt Hebræi, conſentiente Ioſepho) habebat quatuor drachmas: & quælibet drachma quinque obolos. Quare accidebat vt ſiclus tẽpli, x x caperet obolos. Idem eueniebat in talento. nam talentum templi capiebat c x x libras: profanũ verò quo vulgò vtebantur, L x tantùm, id eſt dimidiũ. Ita & ſiclus vulgaris capiebat duas drachmas, id eſt didrachmum & decem obolos. Viginti obolorum erat ſiclus. Alii hæc dilucidius ſic tradunt, Alius fuit ſiclus vulgaris, alius Eccleſiaſticus, quem Scriptura ſiclum Sanctuarii vocat: & is fuit duplus ad vulgarẽ ſiclũ. Porrò vulgaris ſiclus cõtinet duas drachmas, ſeu ſeptẽ duodenos noſtros turonicos, aut paulo plus: Eccleſiaſticus verò cõtinet quatuor drachmas, hoc eſt quindecim duodenos, plus minus. Scriptura hoc loco, & Num.3.g.47, & Ezech.45.d.12, dicit Eccleſiaſticum ſiclum continere x x גרה *gerah*, quod Chaldæus paraph. interpretatur מען *main*, Græcus ὀβολοὺς. Ac Hebræi ſentiunt, מעה hoc eſt obolum, cõtinere pondus ſedecim granorum hordeaceorum. Quum igitur ſinguli Iſraelitæ iubentur in ſumptũ Sanctuarii conferre ſingulos dimidios ſiclos Eccleſiaſticos, quorum totus duplus eſt ad vulgarem, manifeſtum eſt ab vnoquoque quartam ferè partem triginta duodenorum noſtrorum turonicorũ, aut paulo amplius exigi. Dicitur autem שקל ſiclus Hebræis à שקל, id eſt appendendo, ſeu ponderando, eo quòd olim appendebatur argentum, vt hodie numeratur.

Obolorum גרה L x x tranſtulerunt ὀβολοὺς, vt præcedenti annotatione dictum eſt. 15 Augebit, ירבה .i. plus dabit. Ad expiandas, &c. לכפר וגו׳ ad placandum *Iehouam* propter animas veſtras. vel animabus veſtris. id eſt, ne interficiat vos.

16 Ad memoriam לזכרון in memoriale. in monimentum. i. vt cauſa ſit quamobrem recorder filiorum Iſrael. Hebraiſmus. de ſe loquitur in tertia perſona. Ad expiandum, &c. לכפר וגו׳ vt præcedenti verſu.

18 Concham כיור labrum. labium. peluim. Altare. המזבח ſub. holocauſti. 20 Et non morientur: ולא ימותו Hebraiſmus, ne moriantur: Vt incendant להקטיר Declarat quod præceſſit, vt miniſtrent. 21 Eritque illis ſtat. perpet. והיתה להם חק־עולם Hebraiſmus, quandiu viuent, perpetuò obſeruabitur ab illis hæc lotio. Illi לו Nempe Aharoni

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 22

Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingētos ſiclos, & cinnamomi mediū, id eſt ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta: 23

Caſiæ autem quingentos ſiclos in pōdere ſanctuarii: olei de oliuetis mēſuram hin: 24

Faciéſque vnctionis oleum ſanctū, vnguentum compoſitum opere vnguentarii. 25

Et vnges ex eo tabernaculum teſtimonii, & arcam teſtamenti, 26

Menſámque cum vaſis ſuis, candelabrū & vtēſilia eius, altaria thymiamatis 27

Et holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultū eorū pertinet. 28

Sanctificabiſque omnia, & erūt ſancta ſanctorum: qui tetigerit ea, ſanctificabitur. 29

D Aaron & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos vt ſacerdotio fungātur mihi. 30

Filiis quoque Iſrael dices, Hoc oleū vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. 31

Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud: quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit vobis. 32

Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo. 33

Dixitq; Dominus ad Moyſen, Sume tibi aromata, ſtacten & onychen, galbanem boni odoris, & thus lucidiſſimum: æqualis ponderis erūt omnia. 34

Facieſq; thymiama cōpoſitū opere vnguentarii, miſtū diligenter, & purū, & ſanctificatione digniſſimum. 35

22 Loquutus eſt & Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

23 Tu autem accipe tibi ʹaromata optima: myrrhæ ʺliberè *fluentis* quingentos *ſeclos*, & cinnami aromatici dimidium ipſius, ʺducētos & quinquaginta: & calami aromatici ducentos & quinquaginta:

Confectio olei ſancti.

24 Caſiæ verò quingētos *ſeclos*, pōdere ſanctitatis: & olei oliuæ hin:

25 Et facies ʹex eo oleum vnctionis ʺſanctitatis, ʹvnguentū vnguenti, ʹopus vnguentarii: oleum vnctionis ʹſanctitatis erit.

26 Vnges eo tabernaculum eccleſiæ, & arcam teſtimonii,

27 Et menſam omniáque ʹvaſa ipſius, & candelabrum omniáque vaſa ipſius, & altare ſuffimenti,

28 Altare quoque holocauſti & omnia vaſa ipſius, & concham & baſim eius.

29 Ita ſanctificabis ea, erunt ſanctitas ſanctitatum: quicquid tetigerit ea, ʹſanctificabitur.

30 Aharón præterea & filios eius vnges, & ſanctificabis eos vt ſacerdotio fungantur mihi.

31 Ad filios autem Iwſraʼnél loquêris, dicendo, Oleum vnctionis ſanctitatis erit hoc mihi per generationes veſtras.

32 Super carnem hominis ʹnon vnget, neque ſecundum compoſitionem eius facietis ſimiles: ſanctum eſt, ʺſanctum erit vobis.

33 Quiſquis confecerit vnguentum ſimile, & qui poſuerit ex eo ʺſuper extraneum, ſuccidetur ʺè populis ſuis.

34 Et dixit Iehouáh ad Mowſéh, Accipe tibi aromata, ʺſtactē ʺ& onycham & galbanū aromata, & thus purū: ʹæquale pondus erit.

35 Et facies ʺex eo ʺſuffimentum aromaticum, ʺopus aromatarii, miſtum, purum, & ſanctum.

Cōfectio thymiamatis.

ABIVM, SEV LABRVM AENEVM.



23 Aromata opt. בשמים רואש Ad verbum, aromata capitis. i. capitalia, primæ notæ, præcipua & optima. Liberè *fluentis* דרור Ad verbū, libertatis. i. liberæ, expertis vitii, nō adulteratæ, hoc eſt electæ & optimæ. ſolēt enim frequenter adulterari, vt tradit Plinius. Chaldæus paraph. myrrhæ puriſſimæ.

Ducentos & quinq. חמשים ומאתים Ad verbū, quinquaginta & ducentos. Declarat quod dixit, Dimidium.

25 Ex eo אותו Ad verbum, illud. i. ex toto illo, hoc eſt ex omnibus illis aromatibus. Sāctitatis, קודש. i. ſanctæ. Vnguentum vng. רוקח מרקחת Hebraiſmus, ſuauiſſimum & optimum. per appoſitionem dictum. Opus vng. מעשה רוקח opus aromatarii. Per appoſitionem etiā dictum. i. vnguētum compoſitum & confectum opere vnguentarii.

27 Vaſa ipſius, כלין id eſt vtenſilia.

29 Sanctificabitur. יקדש: erit ſanctum. vt præcedenti capite, verſu 37. q. d. ea re quæ tetigerit ſanctificata, nō licebit vti in rebus priuatis, ſed tantùm in ſacris.

32 Non vnget, לא ייסך ſub. is qui vngit corpora. Oratio defectiua, vt annotat doctus inter Hebræos. q. d. Vngens vnguento carnem ſuam, non vnget ſe iſto vnguento. Sanctū erit v. קודש יהיה לכם: . i. pro ſancto habebitis illud: hoc eſt, nō vtemini eo ad alios vſus quàm meos: nempe quum vngetis ſacerdotes meos. 33 Super extraneum, על־זר ſuper alienum. i. qui non fuerit ſacerdos, aut ex genere ſacerdotali. Sic exponūt doctiores Hebræi: & hæc videtur eſſe genuina expoſitio huius loci. Alii non tantùm ad perſonas, ſed ad alias quoque res referendū putant: acſi dicat, Non ſolùm ad vſum hominum ſiue indigenarū, ſiue alienigenarū non adhibeatur hæc vnctio, ſed ne ad alias quidem res. Alii per alienū intelligunt eū qui non eſt de filiis Iſrael.

E populis ſ. מעמיו: . i. de populo Dei, populo Iſraelitico. 34 Stacten נטף Stacte vox Græca à verbo ϛάζω ſtillo, vnde ϛακτὴ gutta, aromatis genus. & hoc quoque propriè ſignificat נטף, nempe ſtillam, ſiue guttā. Doctus inter Hebræos de hac dictione ſic ſcribit, נטף צרי gutta: ſic appellata quòd נוטף ſtillet de arbore inciſa, myrrhæ recentis inciſæ pinguedo. Dicunt doctores (inquit idem) צרי nihil aliud eſſe quàm שרף ſuccum è ligno inciſo, qui vulgò vocatur בלשמי balſamum, ſiue ſuccus balſami. Quidam magni nominis apud illos idem dicit, addens, lingua barbara dici gummi, & טריאקה theriacam. Et onycham ושחלת De hoc ſic doctus inter Hebræos, שחלת aroma eſt quod vocatur in Miſnah (ſic vocant textū Thalmudicū) צפורן *ſiphoren*, id eſt onyx, ſiue vnguis: & eſt leue & lucēs vt vnguis. atque ita reddidit Chaldæus paraph. Eadē dicit & magni nominis apud illos. Et galbanū וחלבנה Doctus inter Hebræos ſcribit, חלבנה aroma eſſe cuius odor eſt malus: & eſt radix arboris quæ inuenitur in vrbibus Græciæ, ſimilis melli nigro, quæ & in Arabico dicitur מיעה. Dioſcorides lib. 3. ca. 97, docet galbanum liquorem eſſe ferulæ in Syria naſcentis. Æquale pond. erit. בד בבד יהיה: Ad verbū, pondus in pondere erit. Significat id quod vertit noſter interpres & LXX. Alii exponunt, ſingula ſeorſum ſua pondera habebunt: vel pondus iſtius erit ſicut pondus huius. Quidam vertunt, ſolum cum ſolo erit. nam בד idem eſt quod לבד. id eſt, ſingula ſeorſum in puluerem redigentur. Dicunt Hebræi, vniuſcuiuſque horum aromatum libras LXX Moſen accepiſſe.

35 Ex eo אותה Ad verbum, illud. vt ſupra verſu 25. Suffimentum arom. קטורך רוקח confectionem aromaticam. Opus aromatarii, &c. מעשה רוקח וגו' Hebraiſmus. i. opere & induſtria aromatarii: & omnia iſta miſcebis diligēter cum ſumma puritate & ſanctimonia.

36 Et contundes ʹex eo, ʹcomminuēdo, ponéſque ʹex eo coram teſtimonio in tabernaculo eccleſiæ, in quo cōueniam tecum illic: ʹſanctitas ſanctitatum erit vobis.

37 ʹSuffimentum quod facies, ſecundum compoſitionem eius nō facietis vobis: ʹſanctitas erit tibi Iehouæ.

38 Quiſquis fecerit ʹſimile ad odorandum illud, excidetur è populis ſuis.

Cap. XXXI.

Artificibus Beſeleel & Ooliab dat Spiritū ſuū Deus, vt excogitent omnia quæ pertinent ad tabernaculum eleganter cōſtruendum.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

2 ʹVide, vocaui ʹex nomine Beצſalאél filium אVri filii חHur è tribu Iehudáh,

3 Et repleui eum Spiritu ʹDei, ſapientia, & intelligētia, ſcientia, & omni ʹarte,

4 ʹAd excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro & argento & ære,

5 Et in arte ʹgemmaria, ad replendum: & in arte lignaria, vt operetur in omni opere.

6 Ego quoque ſanè ʹdedi cum eo Aholiáb filium Aחiסſamách è tribu Dan: & in corde omnis ʹſapientis corde, dedi ſapientiam, vt faciant quæcunque præcepi tibi,

7 Nempe Tabernaculum eccleſiæ, & arcam teſtimonii, ʹ& propitiatorium quod eſt ſuper eam, ʹ& omnia vaſa tabernaculi:

8 Et menſam & vaſa eius, & candelabrum ʹmundum & omnia vaſa eius, & altare ſuffimenti,

9 Et altare holocauſti, & omnia vaſa eius, & cōchā, & baſim eius,

10 ʹEt veſtes miniſterii, & veſtes ſanctitatis ipſi Aharón ſacerdoti, & veſtes filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur:

11 Et oleum vnctionis, & ſuffimentum aromaticum ʹpro Sanctuario. ʹiuxta omnia quæ præcepi tibi, facient.

12 Dixit præterea Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

Sabbathum quale signum.

13 Et tu loquere ad filios Iשſraאél, dicendo, ʹVeruntamen ſabbatha mea cuſtodietis: quia ſignum eſt inter me & vos ʹin generationibus veſtris: vt ſciatis quòd ʹſum Iehouáh ſanctificans vos.

36 Quūmque in tenuiſſimum puluerē vniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonii, in quo loco apparebo tibi: ſāctum ſanctorū erit vobis thymiama.

37 Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino.

38 Homo quicunque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

Cap. XXXI.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 ‖Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda,

Infrà 35.d.30.

3 Et impleui eum Spiritu Dei, ſapiētia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere,

4 Ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro & argēto, & ære,

5 Marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum.

6 Dedique ei ſocium Ooliab filiū Achiſamec de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi poſui ſapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi,

B

7 Tabernaculū fœderis & arcam teſtimonii, & propitiatorium quod ſuper eā eſt, & cuncta vaſa tabernaculi.

8 Menſámque & vaſa eius, candelabrum puriſſimum cum vaſis ſuis, & altare thymiamatis,

9 Et holocauſti, & omnia vaſa eorū, labium cum baſi ſua,

10 Veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti, & filiis eius, vt fungātur officio ſuo in ſacris:

11 Oleum vnctionis, & thymiama aromatū in Sanctuario. omnia quæ præcepi tibi, facient.

12 Et loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

C

13 Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis: ‖quia ſignū eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dominus qui ſāctifico vos.

Suprà 20.b.8 ezech.20.b.12

36 Ex eo, ממנה ex ea compoſitione aromatica. ex eo ſuffimento. Comminuendo, הדק & comminues. Ex eo ממנה .i. partem aliquam compoſitionis huius aromaticæ. Sanctitas ſanct. קודש קדשים .i. erit vobis ſacroſancta hæc compoſitio, & hoc thymiama.

37 Suffimentum quod, &c. והקטורת וגו׳ Inuerſa verba Hebræis, quæ ſic Latinè ordinabis, Non facietis vobis ſuffimentum iuxta cōpoſitionem illam quam facies. Sanctitas, &c. קודש תהיה וגו׳ .i. hæc compoſitio ſacrabitur à te Domino Deo.

38 Simile כמוה ad verbum, ſicut ipſum. ſub. ſuffimentum. i. ſimilem compoſitionem, vt odore illius perfruatur.

IN CAPVT XXXI.

2 Vide, ראה q.d. ſcito. Ex nomine בשם de nomine. i. nominatim. q.d. præ omnibus, inter alios delegi illum. Vide Eſa.43.a.1, & 45.a.1.

3 Dei אלהים Antecedens pro relatiuo, meo. Mox declarat quid vocet Spiritum Dei, nempe ſapientiam, &c. Arte, מלאכה׃ Ad verbum, opere. i. arte ad facienda quæcunque opera. 4 Ad excogitandū, &c. לחשוב מחשבות לעשות בזהב Ad verbū, Ad excogitandum cogitationes ad operandum ex auro. 5 Gēmaria, ad repl. אבן למלאת Ad verbū, lapidis, ad replendum. vel, ad replendas, nempe pallas lapillis pretioſis. 6 Dedi cum eo נתתי אתו .i. adiunxi illi. Sapientis corde, חכם לב Sapientem corde vocat ingenioſum & induſtrium, cuius cor Dominus donauit ſapientia vt aliquid ingenioſè excogitare poſſit, & perficere quod excogitauerit.

7 Et propitiatorium ואת־הכפרת Vide ſuprà cap.25.b.17. Et omnia vaſa tabern. ואת כל־כלי האוהל׃ & omnem ſupellectilem eius.

8 Mundum הטהורה Ita dicebatur quòd ex auro puriſſimo eſſet factum.

10 Et veſtes min. ואת בגדי השרד & veſtimenta miniſterii. Infrà cap.35.c.19, vocat veſtes miniſterii ad miniſtrandum in Sanctuario. Ea veſtimenta ſignificat quibus arca, menſa, candelabrum, & omnia vaſa inuoluebantur quando tabernaculum deponebatur.

11 Pro Sanctuario. לקודש .i. confectum in vſum Sanctuarii. Iuxta omnia quæ præc. ככל אשר־צויתך׃ .i. prorſus vt præcepi tibi.

13 Veruntamen אך Eſt eclipſis. q.d. facient quidem omnia illa quæ iuſſi: nolo tamē ea fieri diebus feſtis. itaque ſabbatha mea. i. mihi dicata ſeruate. In generationibus v. לדורותיכם per generationes veſtras. i. temporibus veſtris. Sum Iehouáh ſan. אני יהוה מקדשכם׃ Suprà cap.16.e.23, & 20.b.8, de ſabbatho præceperat: hoc autem loco iterum illius meminit vt authoritatem eius confirmet: & vt exponat, ſabbathum eadem ſacramenti ratione inſtitutum eſſe qua tabernaculum, & totus Diuinus cultus qui iam cōmemoratus eſt. Eadem ratio quæ hic habetur, repetitur & in Ezechiele, cap.20.b.12, Sabbatha mea (inquit) dedi eis vt eſſet ſignum inter me & eos, & ſcirent quòd ego Iehoua ſanctificans eos. Nam quemadmodum tabernaculum & cultus eius Diuinitus in Iſrael inſtituta fuerūt, non vt operibus horum cultuum ira Dei placaretur, & peccata expiarentur, ſed vt eſſent ſacramenta quibus certò cognoſcerent, Deū Iſraelitis fauere, qui his ſignis Chriſtū velut abſentem nondū incarnatum illis adumbrabat, & illos exercebat ad fidem in ipſum Chriſtū ſaluatorem & expiatorem ſolum: vt ex fide iuſtificati, ſalutem conſequerentur: ita inſtitutum eſt etiam ſabbathum, non vt Iſraelitæ externo otio mererentur fauorem Dei, & remiſſionē peccatorum, ſed vt eſſet ſacramentum quo agnoſcerent, Deum velle eos ſanctificare per verbum ſuum, quod ſabbatho vt publicè, ita maximè omnium tractandū erat. nō enim eſt ſanctificatio niſi à Deo per Filium ſuū, quem nobis ſanctificatorem & iuſtitiā proponit per prædicationem verbi ſui. Quare quū Deus ſabbathū, in quo præcipuè verbū eius tractandum eſt, inſtituit, perſpicuè ſignificat, ſe eū ſolum eſſe qui per verbum ſuū credentes ſanctificet, & à quo ſolo per Filiū ſuum omnis ſanctificatio petenda ſit. Quapropter nō abs re otium ſabbathi tāta ſeueritate exigit, vt conſeruet authoritatem eccleſiaſtici miniſterii: vt oſtendat quanta ſit neceſſitas audiendi Verbi Dei quod ſabbatho tractandū eſt: vtq; perſpicuū faciat quàm neceſſariū ſit vt ab ipſo ſolo per verbū ſuū ſanctificationē & iuſtitiā expectemꝰ, quā prædicatione Euāgelii ſui nobis in Chriſto ſuo manifeſtat & donat, quoties illi fidē habemꝰ, & ab eo toti pēdemꝰ, aliūde nō expectātes ſanctitatē & iuſtitiā,

14 Cuſtodite ſabbathum, ſanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui.

D 15 Sex diebus facies opus: in die ſeptimo ſabbathum eſt, requies ſancta Domino, omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.

16 Cuſtodiant filii Iſrael ſabbathum, & celebrent illud in generationibus ſuis: pactum eſt ſempiternum,

Gen.1.d.31, & 2.a.7.
17 Inter me & filios Iſrael, ſignúmq; perpetuū. ‖ſex enim diebus fecit Dominus cælū & terram, & in ſeptimo ab opere ceſſauit.

Deut.9.b.10.
18 ‖Deditque Dominus Moyſi, completis huiuſcemodi ſermonibus in monte Sinai, duas tabulas teſtimonii lapideas ſcriptas digito Dei.

Cap.XXXII.

Act.7.e.40.
1 VIdens autem populus quòd moram faceret deſcendendi de mōte Moyſes, cōgregatus aduerſus Aarō, dixit, ‖Surge, fac nobis deos qui nos præcedāt: Moyſi enī huic viro qui nos eduxit de terra AEgypti, ignoramus quid acciderit ei.

2 Dixitque ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de vxorum filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.

3 Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron.

Pſal.105.c.19
4 Quas quū ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum cōflatilem: dixerūntque, Hi ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra AEgypti.

5 Quod quum vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens, Cras ſolennitas Domini eſt.

1.Cor.10.b.7
B 6 Surgentéſque mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas: & ‖ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.

7 Loquutus eſt autem Dominus ad Moyſen, Vade, deſcende: peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra AEgypti.

Deut.9.b.8
8 Receſſerunt citò de via quam oſtēdiſti eis: fecerūntque ſibi vitulum cōflatilem, & adorauerunt: atque immolātes ei hoſtias, dixerunt, ‖Iſti ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra AEgypti.

3.Reg.12.g.28

Infrà 33.a.3 deut.9.c.13
9 Rurſúmque ait Dominus ad Moyſen, ‖Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit:

10 Dimitte me vt iraſcatur furor me⁹ contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.

Pſal.105.d.23
C 11 Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens, ‖Cur Domine iraſcitur fur r tuus cōtra populū tuū

14 Cuſtodietis igitur ſabbathum, quia′ſanctitas eſt vobis: ′quiſquis profanauerit illud, moriendo morietur: quia omnis faciens in eo opus, excidetur′anima ipſa è medio populorum ſuorum.

15 Sex diebus fiet opus, at die ſeptimo′ſabbathum ceſſationis eſt, ſanctitas Iehouæ: ′quicūq; fecerit opus die ſabbathi, moriēdo morietur.

16 Obſeruabunt itaque filii Iשſraאél ſabbathum, ′obſeruando ipſum in generationibus ſuis: pactum eſt perpetuum.

17 Inter me & filios Iשſraאél ſignum eſt in perpetuum: quia ſex diebus fecit Iehouáh cælos & terram, die autem ſeptimo ceſſauit′& requieuit.

18 Et dedit ipſi Moשſéh, quum finem feciſſet loquendi cum eo in monte ɔSinái, duas tabulas teſtimonii, tabulas *inquam* lapideas ſcriptas digito Dei.

Tabulæ lapideæ digito Dei ſcriptæ.

Cap.XXXII.

1 VIdens verò populus quòd″tardaret Moשſéh deſcendere è monte, tunc congregatus eſt contra Aharón, & dixerunt ei, Surge, fac nobis Deos qui præcedant nos: huic enim Moשſéh viro illi qui eduxit nos è terra AEgypti, neſcimus quid acciderit.

Vitulo aureo tribuunt pars filiorum Iſrael liberationem ſuam, cúmque adorāt.

2 Et dixit illis Aharón, ″Separate inaures aureas quæ ſunt in auribus vxorum veſtrarum, filiorum veſtrorum, & filiarum veſtrarū: atque afferte ad me.

3 ″Separauerunt ſe igitur omnis populus ab inauribus aureis quæ erant in auribus eorum, & attulerunt ad Aharón.

4 Quas accepit de manu eorū, formauítque″illud″ſtylo, & fecit ex illo vitulum″fuſilē: & dixerunt, Iſti ſunt dii tui ô Iשſraאél, qui eduxerunt te de terra AEgypti.

5 Quod videns Aharón, tunc ædificauit altare″coram eo: & clamauit Aharon, dixítque, Solennitas *erit* Iehouæ cras.

6 Et ſummo mane ſurrexerunt ſequenti die, atque obtulerūt holocauſta, & admouerunt hoſtias pacificas: ſedítque populus vt manducaret & biberet, ″poſtea ſurrexerunt vt luderent.

7 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, Vade, deſcēde: quia *uiam ſuam* corrupit populus tuus quem eduxiſti è terra AEgypti.

De peccato populi admonet Moſen Deus.

8 Receſſerunt citò de via quā præcepi eis, fecerunt ſibi vitulum fuſilem, adorauerúntque illum: & ſacrificauerūt ei, dixerúntque, Iſti dii tui Iשſraאél, qui eduxerunt te è terra AEgypti.

9 Dixit præterea Iehouáh ad Moשſéh, ′Vidi populum hunc, ′& ecce populus duræ ceruicis eſt.

Ceruicis duræ populus Iſrael.

10 Nunc igitur″dimitte me, vt excandeſcat furor meus in eos, cōſumámque eos: ″te autem faciam in gentem magnam.

11 Et precatus eſt″Moשſéh faciē Iehouæ Dei ſui, & dixit, Vtquid ô Iehouáh exardeſcet furor tuus in populū tuū, quē eduxiſti è terra

Orat Moſes Deū pro Iſraele citans promiſſiones.

---

14 Sanctitas קודש .i.ſanctum, ſiue ſacroſanctum. Quiſquis pro.il. מחלליה Ad verbum, profanatores illius.

15 Sabbathum ceſſ. שבת שבתון Ad verbum, ſabbathum ſabbathi. vel, quies quietis. Frequens eſt Hebræis vt quæ maximè & ſtudioſè fieri volūt, per huiuſmodi vocum repetitionē efferāt: acſi dicat Dominus, At in die ſeptimo omnino vobis ceſſandum eſt: dies enim is mihi ſacer eſt & conſecratus. Quicunque fecerit כל־העשה Ad verbū, omnis faciens. 16 Obſeruādo ip. לעשות את־השבת Ad verbum, vt faciant ſabbathum. 17 Et requieuit. וינפש: & recreatus eſt. vel quieuit animo. Hîc & alibi Scriptura humano more de Deo loquitur, acſi homo eſſet, qui poſt laborem recrearetur.

IN CAPVT XXXII.

1 Tardaret בושש Ad verbum, confuſionem faceret. Confuſio enim eſt populo quando deſtituitur gubernatore. Chaldæus paraph. ſenſum expreſſit, quum vertit, quòd moram faceret Moſes. Sic & doctus inter Hebræos exponit hanc dictionē. 2 Separate פרקו Seponite. 3 Separauerunt ſe igitur ויתפרקו .i. priuauerunt ſe inauribus ſuis, vel detraxerunt inaures ab auribus. q.d. ſponte & vltro obtulerunt. 4 Illud אותו .i. illas omnes inaures. Stylo, בחרט ſcalpello. Conflarunt enim totum aurum in igne in vnā maſſam, & eam rudem materiam ſcalpello poſtea formarunt, expreſſerúntque vituli imaginem: quod fit ab iis qui ſigilla & aurea vaſa exculpūt. Ita exponit magni nominis apud Hebræos, cum Chaldæo paraph. & docto inter illos. Alii vertunt, in formula. vel, typo, ſiue modulo. in quem ſcilicet Aaron proiecit aurum, quod fuſum expreſſit vituli ſimilitudinem. Gallicè dicimus, *Il le iecta en moſle.* ſequitur enim, Fecit ex eo vitulum conflatilem. Fuſilem: מסכה Ad verbum, fuſionis. vel, conflationis. i. conflatilem. 5 Coram eo, לפניו ſub. vitulo. 6 Poſtea ſurrexerunt ויקומו Ad verbum, & ſurrexerunt. 9 Vidi ראיתי Contemplatus ſum. Cōſideraui. Et ecce והנה & certè. vel, ſanè. 10 Dimitte me, הניחה לי dimitte me in pace. Gallicè dicimus, *Laiſſe moy en paix.* Chaldæus paraph. Dimitte deprecationem tuam quam habes coram me. Te autē, &c. ואעשה וגו' .i. efficiam vt ex te gēs oriatur magna: vel præficiā te gēti multo maiori.

AEgypti in fortitudine magna,& manu forti?

12 ″Vtquid dicent AEgyptii,dicendo,″Malitioſè eduxit eos vt occideret eos in montibus, ′vtque cōſumeret eos è ſuperficie terræ? cōuertere ab ira furoris tui,″& pœniteat te ſuper malo populi tui.

13 Recordare Abraham Iχſnhác & Iẇſraχél ſeruorum tuorum,quibus iuraſti per teipſum,& dixiſti eis, Multiplicabo ſemē veſtrum ſicut ſtellas cæli: & totam terram iſtam quam dixi ,dabo ſemini veſtro,& hæreditate accipient *illam* in ſeculum.

14 Et pœnituit Iehouam ſuper malo quod dixerat ſe facturum populo ſuo.

Moyſes deſcendit de monte. Tabulæ à Deo ſcriptæ.

15 ′Et cōuerſus eſt , deſcendítque Moẇſéh è monte,& duæ tabulæ teſtimonii erant in manu eius, tabulæ *inquam* ſcriptæ ex vtroque latere earum,hinc & inde erant ſcriptæ.

16 Et tabulæ,opus Dei erāt: ſcriptura quoque,ſcriptura Dei erat, ſculpta ſuper tabulis.

17 Audiens autem Iehoẇſúay vocem populi″in vociferatione eius, dixit ad Móẇſéh,″Strepitus pugnæ in caſtris.

18 Qui reſpondit, ″Nō eſt clamor vociferationis fortitudinis,neque clamor vociferationis imbecillitatis,*ſed* vocē cātus ego audio.

Iratus confringit tabulas & vitulum.

19 Fuit autem,quum appropinquaſſet ad caſtra, tunc vidit vitulū & choros: & excanduit furor Moẇſéh, abiecítque è manibus ſuis tabulas illas,& fregit eas″ſub monte.

20 Tulit prætcrea vitulum quem fecerant, & combuſſit igni, cōtriuítque,donec in puluerem redegit, ″poſtea ſparſit in ſuperficiē aquarum,& potauit filios Iẇſraχél.

Obiurgat Aaronem fratrem.

21 Et dixit Moẇſéh ad Aharón,Quid fecit tibi populus iſte, quòd ″induxiſti ſuper eum peccatum *tam* grande?

22 ″Reſpōdit Aharón,″Ne iraſcatur furor domini mei:tu noſti populum quòd″in malo ſit.

23 Dixerunt enim mihi, Fac nobis deos qui præcedant nos: quia iſti Moẇſéh, viro *illi* qui eduxit nos è terra AEgypti , neſcimus quid factum ſit.

24 Quibus reſpondi,Cui eſt aurum?″ſeparate vos *ab illo*. Et *illico* dederunt mihi,& proieci illud in ignem,″egreſſúſque eſt vitulus iſte.

25 Vidit itaque Moẇſéh populū″quòd diſcoopertus eſſet (diſcoperuerat enim eum Aharón ad ignominiā inter hoſtes eorum)

26 ″Tūc ſtetit Moẇſéh in porta caſtrorū,& dixit, Quis eſt Iehouæ? ad me *ueniat*.& congregati ſunt ad eum omnes filii Leui.

quē eduxiſti de terra AEgypti,in fortitudine magna, & in manu robuſta?

12 ‖Ne quæſo dicant AEgyptii , Callidè eduxit eos,vt interficeret in mōtibus & deleret è terra:quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui.

Nume.14.c.13.

13 Recordare Abrahā Iſaac & Iſrael ſeruorum tuorum , quibus iuraſti per temetipſum,dicens,‖Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terram hanc,de qua loquutus ſum,dabo ſemini veſtro,& poſſidebitis eam ſemper.

Gen.12.b.7,&15.b.7,&48.c.16.

14 Placatúſque eſt Dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat aduerſus populum ſuum.

D

15 Et reuerſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonii in manu ſua, ſcriptas ex vtraque parte,

16 Et factas opere Dei:ſcriptura quoque Dei erat ſculpta in tabulis.

17 Audiēs autem Ioſue tumultum populi vociferantis,dixit ad Moyſen,Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.

18 Qui reſpondit, Non eſt clamor adhortantium ad pugnam,neque vociferatio compellentium ad fugam:ſed vocem cantantium ego audio.

19 Qúmque appropinquaſſet ad caſtra,vidit vitulū & choros, iratúſque valde proiecit de manu tabulas,& cōfregit eas ad radicem montis.

20 Arripiénſque vitulum quem fecerant,combuſſit,& contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael.

E

21 Dixitque Moyſes ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?

22 Cui ille reſpōdit,Ne indignetur Dominus meus:tu enim noſti populum iſtum quòd pronus ſit ad malum.

23 Dixerunt mihi, Fac nobis deos qui nos præcedant: huic enim Moyſi qui nos eduxit de terra AEgypti, neſcimus quid acciderit.

24 Quibus ego dixi,Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi:& proieci illud in ignem, egreſſúſque eſt hic vitulus.

25 Videns ergo Moyſes populū quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat:)

26 Et ſtās in porta caſtrorū,ait,Siquis eſt Domini, iungatur mihi. Congregatique ſunt ad eū omnes filii Leui.

12 Vtquid dicent למה יאמרו q.d.ne committas vt AEgyptii dicant,&c. Malitioſè ברעה Ad verbū,in malo. Quidā,callidè. Alii,infœlici ſydere.quòd AEgyptii omnia tribuāt ſyderibus. Vtq; cōſumeret e. ולכלותם vtq; deleret eos. Et pœniteat te,&c.′והנחם על־וגו Hebraiſmus,muta ſententiā de malo quod facere propoſuiſti populo tuo.Quædā ſubaudienda eſſe oſtēdit verſus 14,in quo plena loquutio legitur. 15 Et conuerſus eſt ויפן id eſt,auertit faciem ſuam à Deo. 17 In vociferatione e.ברעה .i.vociferantis,vel dum, vociferaretur. Strepitus pugnæ קול מלחמה Ad verbum, Vox pugnæ,vel belli.i.audio tanquam ſtrepitum pugnæ.

18 Non eſt clamor,&c.′אין קול ענות וגו Hebraiſmus,Non eſt ſtrepitus qualis eſſe ſolet vincentium,neque eorum qui vincūtur.In bello audiuntur duæ diuerſæ voces:vna eorum qui victi ſunt,& hæc eſt vox calamitoſa, & triſtitiæ plena: altera eſt eorum qui victoriam adeptiſunt,& illi iubilant pro fortitudine ſua.In caſtris autem Iſrael audiebatur vox gaudētium,ludentium,atque cantantiū.Chaldæus paraph. Non eſt vox fortiū præualentiū in bello:neque etiā eſt vox imbecillium qui ſuperantur. 19 Sub mōte.: תחת ההר.i.ad radices mōtis.

20 Poſtea ſparſit ויזר Ad verbum,& ſparſit.Hoc fecit vt cum aqua abſorberent cineres dei ſui.

21 Induxiſti,&c. הבאת וגו′ .i.quòd impuleris eum in tantum peccatum:ſiue quòd eum peccare feceris tam grauiter.Hebraiſmus.

22 Reſpondit ויאמר Ad verbum,Et dixit. Ne iraſcatur,&c. ′אל־יחר וגו Hebraiſmus,Ne indigneris mihi domine. In malo ſit. ברע הוא Hebraiſmus,quòd omnino malus ſit.

24 Separate vos. : התפרקו Vt in principio huius capitis, verſu 3.i.priuate vos auro inaurium veſtrarum. Subaudiendum nonnihil, quale eſt,& afferte ad me.quod & fecerunt. Egreſſúſque ויצא id eſt,formatus eſt.

25 Quòd diſcoopertus eſſet,&c.′כי פרוע וגו quòd nudatus eſſet(nudauerat enim eū Aaron,&c.i. quū vidiſſet Moſes quòd detecta & nota facta eſſet malitia populi ipſius ad ignominiam eius apud aduerſarios. Erat enim magnum dedecus & magna confuſio Iſraelitis coram hoſtibus,vt deſerto Deo cæli qui tot & tanta miracula fecerat in oculis eorum & pro vtilitate eorum,eligerent alium Deum,etiam cum magno diſpendio auri & argenti ſui.Denudauit igitur Aaron populum illum, primùm quòd innoteſcere fecerit vniuerſo mundo qualem haberent animum,quum illis fabricauit vitulum quem adorauerunt.Præterea denudauit eum ornamentis ſuis aureis.Doctus inter Hebræos exponit,quòd manifeſtatus eſſet ex operibus ſuis malis.

26 Quis eſt Iehouæ? מי־ליהוה Quis eſt pro Iehouáh?.i. Quis ſtat à parte Iehouæ,& illum colit?

27 Quibus ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorũ: & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.

28 Fecerúntque filii Leui iuxta ſermonem Moyſi, ceciderúntque in die illa quaſi tria millia hominum.

29 Et ait Moyſes, Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.

G 30 Facto autẽ altero die loquutus eſt Moyſes ad populum, Peccaſtis peccatum maximum: aſcendam ad Dominum, ſiquo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.

31 Reuerſúſque ad Dominũ, ait, Obſecro, peccauit populus iſte peccatũ maximum, feceruntque ſibi deos aureos.

32 Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

33 Cui reſpondit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo:

34 Tu autem vade, & duc populum iſtum quò loquutus ſum tibi, Angelus meus præcedet te: ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.

35 Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

Cap. XXXIII.

1 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, Vade, aſcende de loco iſto tu & populus tuus quem eduxiſti de terra AEgypti, in terram quam iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens, ‖Semini tuo dabo eam.

Gene. 12. b. 7
ſuprà 23. c. 27
ioſue 24. c. 13
Deut. 7. d. 21

2 Et ‖mittam præcurſorem tui Angelum, vt eiiciã Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum,

3 Et intres in terram fluentem lacte & melle. ‖non enim aſcẽdam tecum: quia populus duræ ceruicis es, ne fortè diſperdam te in via.

Suprà 32. b. 9
deut. 9. c. 13

4 Audiénſque populus ſermonẽ hũc peſſimum, luxit: & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.

5 Dixitque Dominus ad Moyſen, Loquere filiis Iſrael, Populus duræ ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. iam nunc depone ornatũ

27 Quibus dixit, ′Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, Ponite quiſque gladium ſuum ſuper femur ſuum: tranſite, & reuertimini de porta ad portam in caſtris: & occidite quiſque fratrem ſuum, & quiſque amicum ſuum, & quiſque propinquum ſuum.

Interficiuntur idololatræ à Leuitis, iuſſu Moſi.

28 Fecerunt autem filii Leui iuxta verbum Moשſéh: & ceciderunt è populo in die illa ferè tria millia virorum.

29 Et dixit Moשſéh, ″Conſecraſtis manum veſtram hodie Iehouæ: nam quiſque *conſecrauit manum ſuam* in filio ſuo, & in fratre ſuo, ′vt det vobis hodie benedictionem.

30 Et fuit in craſtino vt diceret Moשſéh populo, Vos peccaſtis, peccatum grande: nunc ergo aſcendam ad Iehouam, fortè placabo illum ſuper peccato veſtro.

Peccatum populi reprehendit Moyſes.

31 Reuerſus eſt itaque Moשſéh ad Iehouam, & dixit, ″Obſecro, peccauit populus iſte peccatũ grande: fecerũt enim ſibi deos aureos.

Vult deleri de libro Dei, aut populo peccatum dimitti.

32 Nunc autẽ ″ſi remittas peccatum eorum: aut ſi nõ, dele me precor de libro tuo ″quem ſcripſiſti.

33 Et dixit Iehouáh ad Moשſéh, Qui peccauit mihi, delebo illum è libro meo.

Scripti in libro Dei.

34 Nunc ergo vade, duc populum ad *locum* de quo loquutus ſum tibi, ecce Angelus meus ibit ante te: ″in die autẽ viſitationis meæ tunc viſitabo in eis peccatum ipſorum.

35 Percuſſit ergo Iehouáh populum, eo quòd feciſſent vitulum quem fecerat Aharón.

Cap. XXXIII.

1 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh, ′Vade, aſcende hinc tu & populus quem eduxiſti è terra AEgypti in terram de qua iuraui ipſi Abrahã, Iצſחhác & Iaγacób, dicẽdo, Semini tuo dabo eã.

Angelum dat populo Deus qui deducat.

2 Et mittam ante te Angelum, & eiiciam Chenaγanæum, & אEmoræum, & חHitthæum, & Perizæum, חHiuæum, & Iebuסſæum:

3 ″Ad terrã *ſcilicet* fluentẽ lacte & melle. nõ enim aſcendam in medio tui: nam populus duræ ceruicis es, ne fortè ″conſumã te in via.

Deus renuit cũ populo aſcẽdere.

4 Audiens autem populus verbum hoc malum, luxerunt: nec poſuit quiſquam ″ornamentum ſuum ſuper ſe.

Luget populus.

5 ″Dixit præterea Iehouáh ad Moשſéh, Dic filiis Iשſraאél, Vos eſtis populus duræ ceruicis: ″momento vno aſcẽdam in medium tui, & conſumam te. nunc ergo ″depone ornamẽtum tuum à te, &

---

27 Sic dixit כה־אמר .i. hæc præcepit. 29 Conſecraſtis, &c. מלאו ידכם היום ליהוה Imperat. Heb. pro præt. vt quidam Hebræorum exponunt, quos ſequutus eſt noſter interpres. id eſt, reputatur vobis occiſio illorum perinde acſi obtuliſſetis oblationem Domino. Alii vertunt per præteritum imperfectum, & per imperatiuum, ſic, Iam antè dixerat Moſes, Implete [Conſecrate] manus veſtras hodie Iehouæ: nam quiſque in filio ſuo & in fratre ſuo. ſub. conſecrabit manus ſuas. Debebat hic verſus præcedere: hoc enim dixerat antequam interficerẽt eos. q. d. hoc agite quod vobis dicam: quod factum, perinde reputabitur à Domino acſi obtuleritis ei dona & oblationes: tanquam enim ſacrificium reputabit Dominus ſiquis filium ſuum idololatram interfecerit. Chaldæus paraph. Et dixit Moſes, Offerte manibus veſtris oblationem hodie coram Domino, vnuſquiſque pro filio ſuo, & pro fratre ſuo: & vt adducantur ſuper vos hodie benedictiones. Vt det vobis ולתת עליכם Ad verbum, & ad ponendum [vel, vt ponat] ſuper vos. Redundat ו hoc loco. id eſt, vt benedicat vobis.

31 Obſecro, אנא Profectó. Certè. Vtique. Alii, Fateor.

32 Si remittas pecc. e. אם־תשא חטאתם Oratio defectiua, in qua multa ſunt ſubaudienda, acſi dicat, Si tantùm peccatũ remiſeris eis, quid ſentient de te Gentes? quanta apparebit miſericordia tua? quibus te laudibus efferent? Quem ſcripſiſti. : אשר כתבת Id eſt, in quo ſcripſiſti omnes electos tuos ab æterno. q. d. ne ſim de numero electorum tuorum.

34 In die autem viſ. m. &c. וביום פקדי ופגו׳ .i. quo tempore puniam peccata, puniam & iſtud peccatum.

IN CAPVT XXXIII.

1 Vade, aſcende לך עלה .i. hinc deſcendendo vade, & aſcendas. quia pars Septentrionalis eſt editior Meridionali.

3 Ad terram, &c. אל־ארץ זבת חלב ודבש Hebraiſmus, affluentem omnibus bonis ſuauibus & neceſſariis victui humano. Per lac enim intelligit omnes res neceſſarias ad victum, vt per mel delicatas quaſque. Similem hubertatem deſcribit & Ioel, cap. 3. d. 18, vbi pro melle habet muſtum. Conſumam te אכלך perdam te. deleam.

4 Ornamentum ſ. עדיו .i. veſtes pretioſas, torques, &c. q. d. abſtinuerunt ſinguli ab ornatu ſuo quo ornari ſolebant: vtebantur tantùm veſtibus lugubribus in ſignum animi verè dolentis & reſipiſcentis de admiſſo peccato. Hunc ſenſum non malè expreſſit Vetus interpres, Et nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. LXX tantùm habent, Luxerunt [ſiue defleuerunt] in lugubribus. ſub. veſtibus, atque hoc modo intelligunt, eos nullo ſolenni indutos ornamento, ſed pullis amictos fleuiſſe. Chaldæus paraph. per ornamenta intelligit arma bellica, quæ mox deponere iubentur, vt facilius præcipites in hoſtilem impetum ruant.

5 Dixit præterea ויאמר Iam enim dixerat. Ordo hiſtoriæ non eſt requirendus in Scriptura. Momento vno רגע אחד breui tempore. Alii, vno impetu. i. ſi minimum temporis aſcendero tecum, conſumam te. Depone הורד Ad verbum, deſcendere fac. in ſignum ſcilicet animi reſipiſcentis & dolentis de peccato admiſſo: & conſiderabo quid faciam tibi.

ſciam quid faciam tibi.

Et ſpoliauerunt ſe filii Iwſraאél ornamẽtis ſuis à mõte Horeb. 6

Mowſéh autem accepit tabernaculum, & extẽdit *illud* ſibi extra 7
caſtra ′procul à caſtris: & vocauit illud, ′Tabernaculum eccleſiæ:

Tabernaculum eccleſiæ ſiue fœderis.

″& quicunque requirebat Iehouam, egrediebatur ad tabernaculum eccleſiæ quod erat extra caſtra.

″Præterea quando egrediebatur Mowſéh ad tabernaculũ,aſſurgebat vniuerſus populus, ſtabántque ſinguli ad oſtium tentorii ſui,″& aſpiciebãt poſt Mowſéh, donec ingrederetur tabernaculũ. 8

Moſes loquitur cum Deo familiariter.

Erat autem,quando ingrediebatur Mowſéh tabernaculum, deſcẽdebat columna nubis,ſtabátque ad oſtium tabernaculi, ″& loquebatur cum Mowſéh. 9

Videns verò vniuerſus populus columnam nubis ſtantem *ad* oſtium tabernaculi,aſſurgebat vniuerſus *ille* populus,& adorabat quiſque ad oſtium tentorii ſui. 10

Et loquebatur Iehouáh ad Mowſéh facie ad faciem , quemadmodum alloquitur quiſpiam amicum ſuum . poſtea reuertebatur ad caſtra : at miniſter eius Iehowſúay filius Nun iuuenis,non recedebat è medio tabernaculi. 11

Poſtulat Deum eſſe ſecum in reducendo populo,& viam ſibi oſtendi.
Inuenire gratiã coram Deo.

Et dixit Mowſéh ad Iehouam,′Vide,tu dicis mihi,Educ populũ hunc:tu auetm non indicaſti mihi″quem miſſurus ſis mecum: & *tamen* tu dixiſti,″Noui te ex nomine,& etiam inueniſti gratiam in oculis meis. 12

Nunc ergo ſi modò inueni gratiam in oculis tuis , oſtẽde quæſo mihi″viam tuam,vt cognoſcam te, vt*que* inueniam gratiam in oculis tuis,& vide quòd populus tuus ſit gens iſta. 13

Et dixit,″Facies mea præcedet,& requieſcere faciam te. 14

″Cui reſpondit,″Niſi facies tua præcedat,ne educas nos hinc. 15

Et qua in re notum erit hîc quòd inuenerim gratiam in oculis tuis ego & populus tuus ? nónne quum ambulaueris nobiſcũ, & ſeparabimur ego & populus tuus ″ab omni populo qui eſt ſuper faciem terræ? 16

Exauditur Moſes.

Et dixit Iehouáh ad Mowſéh,Etiam rem hanc quam dixiſti faciam,quia inueniſti gratiã in oculis meis,″& noui te ex nomine. 17

Gloriam Dei petit videre.

″Adiecítque,Oſtende mihi quæſo″gloriam tuam. 18

tuum,vt ſciam quid faciam tibi.

6 Depoſuerunt ergo filii Iſrael ornatum ſuum à monte Horeb. B

7 Moyſes quoque tollens tabernaculum,tetendit extra caſtra procul, vocauitque nomen eius Tabernaculum fœderis. & omnis populus qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra caſtra.

8 Quúmque egrederetur Moyſes ad tabernaculum , ſurgebat vniuerſa plebs , & ſtabat vnuſquiſque in oſtio papilionis ſui , aſpiciebántque tergũ Moyſi, donec ingrederetur tentoriũ:

9 Ingreſſo autem illo tabernaculum fœderis,deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium , loquebatúrque cum Moyſe,

10 Cernentibus vniuerſis quòd colũna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi: ſtabántque ipſi , & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum.

11 Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem,ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum . quúmque ille reuerteretur in caſtra , miniſter eius Ioſue filius Nun puer, nõ recedebat de tabernaculo. C

12 Dixit autem Moyſes ad Dominũ, Præcipis vt educam populũ iſtum: & non indicas mihi quem miſſurus es mecum:præſertim quũ dixeris, Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me.

13 Si ergo inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi viam tuam , vt ſciam te , & inueniam gratiam ante oculos tuos : reſpice populum tuum, gentem hanc.

14 Dixitque Domin⁹,Facies mea pręcedet te,& requiem dabo tibi.

15 Et ait Moyſes,Si non tu ipſe pręcedas,ne educas nos de loco iſto.

16 In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo,niſi ambulaueris nobiſcum , vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper terram? D

17 Dixit autem Dominus ad Moyſen, Et verbum iſtud quod loquutus es,faciam : inueniſti enim gratiam coram me,& teipſum noui ex nomine.

18 Qui ait,Oſtende mihi gloriã tuam.

7 Procul הרחק Ad verbum,elongando.ſub.illud. Tabernaculum eccleſiæ: אוהלמועד Tabernaculum conuentus,aut congregationis. Vide ſuprà cap.27.d.21. Et quicunque requir.Ieho. והיה כל־מבקש יהוה Ad verbum,& fuit,omnis qui requirebat Iehouam.i.qui volebat conſulere Iehouam. 8 Præterea והיה Ad verbum,Et fuit.Quidam vertunt,Accidebat autem.vel,Quum autem egrederetur,ſub.è caſtris vt iret ad tabernaculum. Et aſpiciebant poſt Mowſéh, והביטו אחרי משה .i.obſeruabant Moſen abeuntem.

9 Et loquebatur ודבר nempe Moſes. 11 Facie ad faciem, פנים אל־פנים Hebraiſmus,pro,familiariſſimè & amiciſſimè loquebatur cum Moſe.Non enim poteſt intelligi Deum poſuiſſe Moſi ob oculos eſſentiam ſuam corporali ſpecie:ſed intelligendum eſt de familiaritate colloquii.Facies enim Dei hoc loco ſignificat fauorem,gratiam,& amicitiam Dei.

12 Vide, ראה Id eſt, Attende ad ea quæ dicturus ſum. Quem miſſurus ſis mecum: את אשר־תשלח עמי hoc eſt,non oſtendiſti mihi auxilia quorum virtute hoſtes vincam,& populum meum ſeruem. Noui te ex nomine, ידעתיך בשם noui te nominatim.i.præ cæteris te elegi. 13 Viam tuam, דרכך .i.modum & rationem qua velis populum tuum inter tot rerum diſcrimina ſeruare.

14 Facies mea,&c. פני ילכו Ad verbum,facies meæ ibunt.i. ego te præcedam. q.d. ego ipſe vobiſcum ibo, ego ipſe adero vobis fauore meo præſens & auxiliator,atque ita efficiam vt ſis bono,tranquillo,& ſecuro animo.

15 Cui reſpondit, ויאמר אליו ſub.Moſes.Ad verbum,Et dixit ad eum. Niſi facies tua אם־אין פניך .i.ſi non vis reuelare mihi viam & modum ſeruandi populi inter hoſtes. 16 Ab omni pop.&c. מכל־העם אשר על־פני האדמה : .i.ab aliis gentibus quæ habitant ſuper terram. 17 Et noui te ex nomine. ואדעך בשם : .i.tu mihi curæ es vt te conſeruem in ea vocatione.

18 Adiecitque, ויאמר Ad verbum,Et dixit.ſub.Moſes ad Dominum. Gloriam tuam. את־כבודך : Hîc Moſes idem agit quod ſuprà cap.3.d.13,Si dixerint, Quod eſt nomen eius?quid dicam eis?Quum enim non potuerit impetrare à Deo reuelationem futurarum rerum de via & ratione qua Iſraelitæ conſeruentur in aduerſis: expetit nunc reuelationem præſentis maieſtatis Dei, Oſtende,inquiens,mihi gloriam tuam.hoc eſt,rogo,maieſtatem tuam ita reueles vt poſſim eam extrinſecus ſentire & palpare, ac populo viſibilem & palpabilem obtrudere. nam quòd Iſrael paulo antè tam fœdè à verbo tuo defecerit,hinc adeò accidiſſe mihi videtur,quòd hactenus non viderunt ſubſtantiam tuã externa & manifeſta maieſtate. Quare vtiliſſimum fuerit vt nobis ob oculos ponas maieſtatem tuam ſicut reipſa eſt,externo ſenſu comprehenſibilem,quo Iſraelitæ non audiant tantùm verbum tuum ,ſed etiam teipſum ſenſibiliter videant,ac maieſtatem tuam manibus(vt ita dicam)palpẽt. Tametſi enim ſæpenumero inculcem eis quòd ſit Deus,quòd Deo curæ ſimus, quòd præſto nobis adſit in omnibus afflictionibus,quòd ſeruaturus nos ſit in omnibus aduerſis,quòd ducturus nos ſit incolumes ad terram Patribus promiſſam:atque adeò quòd quæ verba tuo mandato loquor,Dei verba ſint,& affirmem hæc omnia cõfirmari & certificari per ſtupẽda tua miracula,quæ partim in AEgypto, & in Mari rubro, partim in deſerto edidiſti: tamen tanta eſt cæcitas eorum, vt quia te non videant ac palpent externo ſenſu, quemadmodum ſubditus Regem ſuum, aut filius parentem ſuum videt,exiſtiment vaniſſima eſſe quæ de te prædicantur. Quod hîc Moſes vocat Gloriam Dei,Dominus ipſe reſpondens Moſi,verſu 10,vocat faciem ſuam:vnde videmus gloria & facie Dei idem ſignificari.

Secundæ tabulæ.

19 Reſpondit, Ego oſtendam omne bonum tibi,& vocabo in nomine Domini coram te: & | miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.

Rom.9.c.15.

20 Rurſúmque ait, Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo,& viuet.

21 Et iterum,Ecce,inquit, eſt locus apud me,& ſtabis ſupra petram.

22 Quúmque tranſibit gloria mea,ponam te in foramine petræ , & protegam dextera mea,donec tranſeam.

23 Tollámque manum meam,& videbis poſteriora mea, faciem autẽ meã videre non poteris.

Cap.XXXIIII.

1 AC deĩceps,Præcide,ait,tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum: & ſcribã ſuper eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti.

ut.10.a.1.

2 Eſto paratus mane,vt aſcendas ſtatim in montem Sinai , ſtabiſque mecum ſuper verticem montis.

3 Nullus aſcendat tecum , nec videatur quiſpiam per totum montem,boues quoque & oues non paſcantur e contra.

4 Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant:& de nocte conſurgens,aſcẽdit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus , portans ſecum duas tabulas.

5 Quũmque deſcendiſſet Dominus per nubem,ſtetit Moyſes cum eo,inuocans nomen Domini.

6 Quo tranſeunte coram eo,ait,Dominator 'Domine Deus , miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis,ac verax,

7 Qui | cuſtodis miſericordiam in millia,qui aufers iniquitatem,& ſcelera, atque peccata: nullúſque apud te per ſe innocens eſt, | qui reddis iniquita-

Pſal.142.a.2.

Deut.5.a.9
Iere.32.c.18

19 Qui reſpondit,Ego præterire faciam omne bonum meum ante faciem tuam,& vocabo ex nomine Iehouæ coram te:& miſerebor cuius miſerebor,& clemens ero in quem clemens ero.

20 Dixit præterea,Non poteris videre faciem meam:quia non videbit me homo,& viuet.

21 Dixit poſtremò Iehouáh, Ecce locus apud me , & ſtabis ſupra petram.

22 Erit autem,quum pertranſibit gloria mea,ponam te in ſpelunca petræ,& protegam te manu mea,donec tranſiero.

Iubetur ſtare in petra.

23 Poſtea remouebo manum meam , & videbis poſteriora mea, facies verò mea non videbitur.

Cap.XXXIIII.

1 ET dixit Iehouáh ad Mouſéh, Dola tibi duas tabulas lapideas ſimiles prioribus:& ſcribam ſuper tabulas illas verba quæ erãt ſuper tabulas priores quas fregiſti.

Tabulas nouas parare iubet Deus Moſi.

2 Eſto ergo paratus mane,& aſcende mane in montẽ Sinái,ſtéſque mihi illic ſuper verticem ipſius montis.

3 Nemo autem aſcendat tecum , neque vllus etiam videatur in toto *illo* monte ,*ſed* nec pecus , nec bos paſcant e regione montis huius.

4 Dolauit igitur duas tabulas lapideas ſimiles prioribus:& ſurrexit mane,aſcendítque in montem Sinái, quemadmodum præceperat ei Iehouáh,& accepit in manu ſua duas tabulas lapideas.

5 Tunc deſcendit Iehouáh in nube, & ſtetit cum eo illic: & vocauit ex nomine Iehouæ.

Orat Deũ Moſes vt cũ populo gradiatur, miſericordiam Dei commendans.

6 Et tranſiens Iehouáh ante eum, clamauit, Iehouáh, Iehouáh fortis,miſericors & miſerator, tardus ad iram, & multus miſericordia & veritate,

7 Seruans miſericordiam millibus, auferẽs iniquitatem, & præuaricationẽ,& peccatũ, & qui abſoluẽdo nõ abſoluat, viſitãs ini-

19 Qui reſpondit ויאמר ſub.Iehouáh.Ad verbum,Et dixit. Præterire faciam,&c. אעביר כל־טובי על־פניך .i.oſtendam tibi veſtigia aliqua bonorum meorum quæ ſunt infinita:hoc eſt, tantum oſtendam tibi de bonis meis, quantum mens humana capere & cognoſcere poteſt.vel(vt alii exponunt clarius)reuelabo tibi omnem bonam meam voluntatem qua erga homines afficior:& manifeſtabo tibi cognomina mea(quod ſequenti capite, verſu 5 & 6 facit)ex quibus perſpicuè intelliges quam ego voluntatem,quem animum, quos affectus erga vos homines geram:quid item vobis de me & animo meo polliceri debeatis. Et vocabo,&c. וקראתי בשם וגו׳ Hac forma loquendi ſignificat Deus Moſi,ſe,audiente ipſo,cõmemoraturum & recitaturum cognomina ſua, è quibus intelligere poſſit quæ ad ſalutem bona & neceſſaria ſunt.Vocabo(inquit)ex nomine Iehouæ.i.nomine meo. q.d.ego ipſe dicam tibi quodnam illud ſit bonum quod volo te reſcire.illud indicat capite ſequenti,verſu 6.Similem loquendi formam habes ſuprà cap.31.a.2,& infrà cap.35.d.30,vbi ſignificatur Deum nominatim elegiſſe, ac nomine ſuo deſignaſſe Beſeleel in artificem tabernaculi. Sic Eſa.43.a.1, Dominus dicit ad Iſraelem, Vocaui te in nomine tuo. Similiter cap. 45.a.1,ad Cyrum ait,Ego Dominus qui voco in nomine tuo. Alii vertunt,& inuocabo nomen Iehouæ coram te:neſcio quo ſenſu. Alii rectius, (vt reſpondeat præcedenti verbo,Præterire faciam)ſic vertunt,Clamabo nominatim,Iehouah.i.dum præteribo,dicam alta voce,Iehouah.ſub. præterit.Vide capite ſequenti,verſu 5. Et miſerebor,&c. וחנותי וגו׳ Exponit quodnam ſit illud bonum ſuum omne.acſi dicat, Reuelabo tibi omnem bonam voluntatem meam qua erga homines afficior:quæ eſt (vt ſummatim dicam) Miſerebor, &c. hoc eſt,ita affectus ſum vt non ſim niſi ipſa miſericordia & clementia,qua etiam complector quemcunque viſum mihi fuerit.ſalus hominis ex ſola mea miſericordia pendet:nemini mortalium ſum debitor,gratuitæ beneficẽtiæ eſt quicquid illis benefacio. Paulus ad Romanos,cap.9.c.15,citans hunc locum,probat ex eo,electionem ad ſalutem conſtare in ſola Dei miſericordia. Vide locum.

20 Faciem meam: את־פני Facies Dei hoc loco ſignificat imperſcrutabilẽ Dei eſſentiam & maieſtatem.Faciem ſuam vocat,quod Moſes gloriam Dei,verſu 18,vocauerat. 21 Dixit poſtremò ויאמר Ad verbum,Et dixit. Apud me, אתי .i.habeo locum paratũ in hac rupe in qua ſoleo tibi apparere. 23 Poſteriora mea, את־אחורי id eſt partem poſteriorem.hoc eſt,manifeſta & viſibilia Dei opera. Vnde & vulgus cognitionem ab effectibus,vocat cognitionem à poſteriori. Et Paulus dicit ad Rom.1.c. 20, inuiſibilia Dei cognoſci ex creatione mundi per opera.Et Act.14.c.17,Deus non expertem teſtimonii ſeipſum eſſe ſinebat,dum beneficia conferret,de cælo dans nobis pluuias ac tempora fructifera,implens cibo ac lætitia corda noſtra. Quomodo autem Deus reuelet ſeſe à poſteriori,ſeu à tergo,ſequenti capite audiemus quum recitabit nomina ſua coram Moſe.

IN CAPVT XXXIIII.

1 Dola פסל Præcide. 2 Mihi לי .i.propter me.vel expectans me. Chaldæus paraph.coram me.

3 Nemo autem aſcendat ואיש לא־יעלה Ad verbum,Et vir non aſcendat.q.d.tu ſolus aſcende.

5 Et vocauit ex nomine Iehouæ. : ויקרא בשם יהוה & clamauit nominatim,Iehouáh eſt .i.Dominus clamauit ad Moſen,atque alta voce ei denuntiauit hanc vocem,Iehouáh eſt:vt capite præcedenti,verſu 19,dixerat. Exclamabo nomen Iehouæ corã te:ſiue clamabo nominatim, Iehouah eſt coram te. 6 Fortis, אל Deus. Et miſerator, וחנון & clemens.Hæc omnia verba,Dei ſunt,non Moſis,oſtendẽdentis Moſi bonum illud quod promiſerat ſe oſtenſurum capite præcedenti,verſu 19. Vt enim ſuprà dixerat, Clamabo nominatim, Iehouah eſt,& miſerebor,&c.ita & hic idem dicit,Deus,vel fortis,miſericors.q.d. Ego ſum Dominus ille & Deus miſericors quem tu rogaſti pro populo,&c. Tardus ad iram, ארך אפים Ad verbum,lõgus irarum.i.lõganimis. Multus miſer.&c. : ורב־חסד ואמת .i.clementiſſimus & veraciſſimus in promiſſis ſuis. 7 Auferens iniq. נשא עון remittens[condonans]iniquitatem. Et qui abſoluendo,&c. ונקה לא ינקה Ad verbum,& qui innocẽtem faciendo,non innocentem faciet. Alii,& qui mundando,non mundabit.i.qui nocentem non iudicat innocentem. Viſitans iniquitatem patrum,&c. פוקד עון אבות וגו׳ Vide hæc eadem ſuprà cap.20.a.5. Ad verbum, Qui viſitat iniquitatem patrum in filiis filiorum,in tertianis & in quartanis.i.in nepotibus tertii & quarti gradus,ſi imitentur mores maiorum.

quitatem patrum ſuper filios,& ſuper filios filiorum,ſuper tertiã & quartam generationem,

8 Et feſtinans Mowſéh,demiſit caput in terram, & inclinauit ſe,

9 Atque dixit, "Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis Domine, gradiatur quæſo Dominus in medio noſtri: quia populus duræ ceruicis eſt:"& parce iniquitati noſtræ,& peccato noſtro,& poſſideas nos.

10 Et dixit, Ego"percuſſurus ſum fœdus *tecum* coram vniuerſo populo tuo: faciam mirabilia quæ non"facta ſunt in tota terra, & in omnibus Gẽtibus: videbítque vniuerſus popul⁹ ("in cuius medio es)opus"Iehouæ: quia terribile erit quod ego"facturus ſum tecũ.

Promittit Deus terrã Chanaan.

11 "Cuſtodi tibi quod ego præcipio tibi hodie: ecce ego"eiiciam à facie tua אEmoræum,& Chenayanæum,& הHitthæũ, & Perizæũ, & הHiuæum,& Iebuסſæum.

Prohibetur ſocietas Gentium, & idololatria.

12 Caue tibi ne fortè percutias fœdus"cum habitatoribus eius regionis ad quã ingreſſurus es: ne fortè ſint"in laqueũ in medio tui:

13 Sed aras eorum diruetis, & ſtatuas eorum confringetis, lucóſque eorum ſuccidetis.

14 Non enim "incuruabis te deo alteri: nam Iehouáh, "zelotes nomen eius, Deus zelotes eſt.

15 "Ne fortè percutias fœdus cum habitatoribus eius regionis, & fornicẽtur poſt deos ſuos, & ſacrificent diis ſuis:"vocet autem te *aliquis*,& comedas de ſacrificio eius.

16 Et *ne* fortè accipias de filiabus ei⁹ filiis tuis, & fornicẽtur filiæ eius poſt deos ipſarũ,& fornicari faciãt filios tuos poſt deos earũ.

Dii conflatiles.

17 Deos conflatiles non facies tibi.

Solennitas azymorum.

18 Solennitatem infermentatorum obſeruabis. ſeptem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi, tempore mẽſis"Abib: quia menſe Abib egreſſus es de AEgypto.

De primogenitis.

19 "Quicquid aperit vuluam, meum eſt,"& omne pecus tuum *quod* memorabitur *inter* primogenita bouum & ouium.

20 At primogenitum aſini redimes oue: quòd ſi non redemeris, tum ceruicem præcides illi. omne primogenitum filiorum tuorum redimes: neque"conſpicientur coram me vacui.

Sabbathum.

21 Sex diebus operaberis, at die ſeptimo ceſſabis:"in aratione & in meſſe ceſſabis.

Feſtum Pentecoſtes & Tabernaculorum.

22 "Et ſolennitatem hebdomadarum facies tibi *in* primitiis meſſis triticeæ:"& feſtum collectionis *in*"reuolutione anni.

tem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.

8 Feſtinúſque Moyſes, curuat⁹ eſt pronus in terram, & adorans,

9 Ait, Si inueni gratiam in cõſpectu tuo Domine, obſecro vt gradiaris nobiſcum: populus enim duræ ceruicis eſt: auferas iniquitates noſtras atque peccata, nóſque poſſideas.

B

10 Reſpondit Dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciã quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram nec in vllis gentibus: vt cernat populus in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus ſum.

11 Obſerua cuncta quæ hodie mandaui tibi: ego ipſe eiiciam ante faciẽ tuã Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebuſæum.

12 Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam:

13 Sed aras eorum deſtrue, & confringe ſtatuas, lucóſque ſuccide.

14 Noli adorare deum alienum: Dominus zelotes nomen eius, Deus & æmulator.

15 |Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, quũ fornicati fuerint cum diis ſuis, & adorauerint ſimulachra eorum, vocet te quiſpiam, & comedas de immolatis.

Suprà 23.d.32. deut.7.a.2.

16 |Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne poſtquã, ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant, & filios tuos in deos ſuos.

3.Reg.11.a.2

17 Deos conflatiles non facies tibi.

C

18 Solennitatem azymorũ cuſtodies. ſeptem diebus veſceris azymis, ſicut præcepi tibi, in tempore mẽſis nouorum: menſe enim verni temporis egreſſus es de AEgypto.

19 |Omne quod aperit vuluam generis maſculini, meum erit: de cunctis animantibus tam de bobus, quàm de ouibus, meum erit.

Suprà 13.a.2.b.12 & 22.d.29 ezech.44.g.30

20 Primogenitum aſini redimes oue: ſin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. primogenitũ filiorum tuorum redimes: nec apparebis in cõſpectu meo vacuus.

21 |Sex diebus operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare & metere.

Suprà 23.c.12 deut.16.d.16 eccli 35.a.6

22 |Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugũ meſſis tuæ triticeæ, & ſolennitatẽ quãdo redeunte anni tempore cuncta conduntur.

Suprà 23.b.16

---

9 Si quæſo אם־נא Si nunc. Et parce וסלחת Fut.Heb.pro imperat.vt & mox,& poſſide nos.

10 Percuſſurus ſum כורת Præſ.Heb.pro fut.percutiam. Facta ſunt נבראו Ad verbum, creata ſunt. In cuius medio es, אשר־אתה בקרבו Ad verbum, cuius tu in medio eius. Redundat Eius:& præpoſitio ב præponenda, in cuius medio es.i.quem ducis.Hebraiſmus. Iehouæ: יהוה .i.Diuinum,ſiue meum. Facturus ſum עושה Præſ.Heb.pro fut.

11 Cuſtodi tibi שמר־לך .i.diligenter obſerua. Eiiciam גורש expellam.Præſ.pro fut.

12 Cum habitatoribus eius regio. ליושב הארץ Singul.Heb.pro plur.cum incolis eius regionis.Mox præſ.Heb.pro fut.ingrederis,pro ingredieris. In laqueum in med.tui: למוקש בקרבך: in offendiculum in medio tui. id eſt ne tibi ſint cauſæ ruinæ, quum habitabunt tecum.fiet enim vt te inducant in idololatriam:vt poſtea declaratur.

14 Incuruabis,&c. תשתחוה לאל אחר adorabis deum alienum. Zelotes קנא zelotypus. vel æmulus. i. Dominus dicitur zelotypus, hoc eſt non patitur vt alius deus ſecum colatur:ſolus pro Deo amari & coli vult. Vide ſuprà cap.20.a.5.

15 Ne fortè per.fœdus פן־תכרות ברית ſub.Hoc iubeo,ne fortè,&c. Vocet autem,&c. וקרא לך ואכלת מזבחו: Confuſio numerorum,à pluralibus ad ſingularia,vt & ſequenti verſu. Hac de cauſa reprehendebat Chriſtianos quoſdam Paulus qui comedebant idolothyta, 1.Corinth.8.b.10. 18 Abib: האביב Vide ſuprà cap.13.a.4.

19 Quicquid aperit vuluam, כל־פטר רחם Ad verbum, Omnis apertio [vel emiſſio] vuluæ i.omne primogenitum. Et omne pecus tuum,&c. וכל־מקנך תזכר פטר שור ושה: & omne pecus tuum recenſebitur, primogenitum *tam in* armento *quàm in* pecore.i.omnia primogenita tam boum quàm ouium, recenſebuntur, & mea erũt. Chaldæus paraph. omniáque pecora tua maſculina ſanctificabis, primogenitum bouis & ouis. 20 Conſpicientur יראו apparebunt.ſub.filii tui.

21 In aratione,&c. בחריש ובקציר תשבות: .i.etiam tempore quo arandum eſt,& quo ſegetes demetendæ ſunt, volo diligenter obſeruari ſabbatha mea:tametſi vos aliò vocet priuata vtilitas vel arandi vel ſegetes demetendi. Chaldæus paraph. tam à ſeminando quàm à metendo quieſcas. 22 Et ſolennitatem hebd. וחג שבועות Id eſt feſtum Pentecoſtes. De hac ſolennitate vide Leuit.23.c.15,& 25.a.8:vide & ſuprà cap.23.c.16. Et feſtum collectionis וחג האסיף Id eſt feſtum tabernaculorum. De hoc feſto vide ſuprà 23.c.16, & Leuit. 23.f.34. Collectionis feſtum vocabatur, quòd celebraretur eo tempore quo omnia bona terræ condebantur, menſe Septembri. *In* reuolutione anni. תקופת השנה: Id eſt quando redeunte anno omnia conduntur.

Tribus tẽporibus anni apparebit omne maſculinũ tuũ in conſpectu omnipotentis Domini Dei Iſrael. 23

Quum enim tulero Gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente te & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in anno. 24

Non immolabis ſuper fermẽto ſanguinem hoſtiæ meæ, neque reſidebit mane de victima ſolennitatis Phaſe. 25

D

Suprà 23.d.19 deut.14.c.21

‖Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. 26

Dixitque Dominus ad Moyſẽ, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael ‖pepigi fœdus. 27

Suprà 24.d.18 deut.9.b.9.c.18

Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam nõ bibit, & ſcripſit in tabulis ‖ verba fœderis decem. 28

Deut.4.b.13

Quúmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. 29

Videntes autem Aaron & filii Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt propè accedere. 30

Vocatique ab eo, reuerſi ſunt tam Aaron quàm principes ſynagogæ. & poſtquam loquutus eſt ad eos, 31

Venerunt ad eum etiam omnes filii Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. 32

2.Cor.3.c.13

Impletiſque ſermonibus ‖poſuit velamen ſuper faciem ſuam. 33

Qui ingreſſus ad Dominum, & loquẽs cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia quæ ſibi fuerant imperata. 34

Qui videbant faciẽ egrediẽtis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam ſiquando loquebatur ad eos. 35

Cap. XXXV.

1 IGitur cõgregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos, Hæc ſunt quæ iuſſit Dominus fieri.

23 Tribus vicibus in anno 'conſpicietur omnis maſculus tuus coram Dominatore Iehouáh Deo Iשſraאél.

24 Expellam enim Gentes à facie tua, & dilatabo 'terminum tuũ: neque concupiſcet quiſquam terram tuam quando aſcendes vt conſpiciaris coram Iehouáh Deo tuo tribus vicibus in anno.

25 Non immolabis 'ſuper fermentatum ſanguinem ſacrificii mei, neque pernoctabit vſque mane ſacrificium ſolennitatis Péסſanh.

26 'Principium primitiuorum terræ tuæ inferes in domum Iehouæ Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. Primitiæ

27 Et dixit Iehouáh ad Moשſéh, Scribe tibi verba hæc, quia 'ſecundum verba iſta pepigi fœdus tecum & cum Iשſraאél.

28 Fuit autem ibi cum Iehouáh quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non edit, & aquam non bibit: '& ſcripſit in tabulis verba fœderis, *id eſt* decem verba. Ieiuniũ Moyſi. Verba decem.

29 'Factúmque eſt quũ deſcenderet Moשſéh è monte סSinái habẽs duas tabulas 'teſtimonii in manu ſua: quum deſcenderet *inquam* è monte, neſciebat quòd 'reſplenderet cutis faciei ſuæ, quum loqueretur 'cum eo. Facies Moyſi cornuta.

30 Vidítque Aharón & omnes filii Iשſraאél ipſum Moשſéh, & ecce ″reſplendebat cutis faciei eius, ″timuerúntq; appropinquare ei.

31 Et vocauit illos Moשſéh, reuerſíque ſunt ad eum Aharón & omnes principes ″ſynagogæ: & loquutus eſt Moשſéh ad eos.

32 Poſtea quoque appropinquauerunt omnes filii Iשſraאél, quibus præcepit cuncta quæ loquutus fuerat Iehouáh cum eo in mõte סSinái.

33 Quúmque finiuiſſet Moשſéh loqui cum eis, poſuit ſuper faciẽ ſuam velamen. Velamen ſuper faciem Moyſi.

34 'Rurſum quum ingrederetur Moשſéh in conſpectum Iehouæ ad loquendum cum illo, auferebat velamen, donec egrederetur: egreſſus autem, alloquebatur filios Iשſraאél quod iuſſus erat.

35 Videbant igitur filii Iשſraאél faciem Moשſéh quòd ″reſplenderet cutis faciei Moשſéh: & reducebat Moשſéh velamen ſuper faciem ſuam, donec ingrederetur vt alloqueretur illum.

Cap. XXXV.

ויקהל

Præcipitur ſabbathum.

1 D'Ein congregauit Moשſéh vniuerſam ſynagogam filiorum Iשſraél, & dixit illis, Hæc ſunt verba quæ præcepit Iehouáh vt faciatis ea.

23 Conſpicietur omnis maſc. tuus יראה כל־זכורך apparebit omne maſculinum tuũ. Ad verbum (ſi Latinè dici poſſet) omnis maſculinitas tua. i. omnes mares tui. Vide ſuprà cap.23.b.17. 24 Terminum tuum: את־גבולך. i. regionem tuam quam tibi daturus ſum.

25 Super fermentatum על־חמץ Id eſt, quum fuerit fermentatum apud te. Vide eadem ſuprà cap.23.c.18.

26 Principium, &c. ראשית בכורי וגו' Verſum iſtum habes ſuprà cap.23.c.19.

27 Secundum verba iſta על פי הדברים האלה .i. hac ratione & conditione. Decem verba intelligit, vt declarat ſequenti verſu.

28 Et ſcripſit ויכתוב ſub. Iehouáh. 29 Factúmque eſt, &c. ויהי ברדת וגו' Ad verbum ſic habet iſte verſus, Et fuit, quum deſcenderet Moſe è monte Sinai, & duæ tabulæ teſtimonii in manu Moſe, quum deſcenderet de monte: & Moſe non cognouit quòd, &c.

Teſtimonii העדות Tabulæ teſtimonii dicebãtur decalogus, quòd teſtaretur Deus voluntatẽ ſuã in illis, ſéque Deum eſſe Iſraelis, & Iſraelem eſſe populum ſuum. Reſplenderet קרן Ad verbum, reſplenduiſſet. vel in modum cornu radiaſſet. Præt. Heb. pro præſ. קרן *Keren* proprie cornu ſignificat. Vnde verbum קרן *caran* ſplendere, fulgere, radiare: quòd ſcilicet quum homo (ait doctus inter Hebræos) ſolem aut quamuis aliam lucem intentè intuetur, iam videtur illi quodammodo cornuum inſtar, ſplendorem ac radios emittere. Ex falſa, aut malè intellecta Veteris interpretis verſione, quæ ſic habet, Ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua: imperiti linguarum impoſuerunt populo, Moſen habuiſſe duo cornua in capite. quod falſiſſimum eſſe, nemo non videt. LXX plenius veritatem Hebraicam expreſſerunt, qui legunt, *καὶ μωϋσῆς οὐκ ᾔδει ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ*, id eſt, & Moſes ignorabat quòd glorificatus eſſet aſpectus faciei ſuæ. Hunc ſenſum quoque ſequutus eſt Apoſtolus, 2.Corin.3.b.7, Quòd ſi adminiſtratio mortis in literis, deformata in ſaxis, fuit in gloria, adeò vt non poſſent oculos intendere filii Iſrael in faciem Moſis, propter gloriam vultus eius quæ aboletur: cur non potius adminiſtratio mortis erit in gloria?

Cum eo. אתו: nempe Deo. vel, quum loqueretur cum eo, nempe Deus.

30 Reſplendebat קרן ſplendida [vel fulgida] erat. vt verſu præcedenti. Præt. Heb. quod per imperf. vertitur. Timuerúntque וייראו .i. non audebant accedere ad eum. 31 Synagogæ: בעדה congregationis. Ad verbum, *qui erant* in congregatione.

34 Rurſum quum ingred. ובבוא מושה Ad verbum, Et quando veniebat. 35 Reſplenderet, קרן Vide paulo antè, verſu 29.

IN CAPVT XXXV.

1 Dein congregauit, &c. ויקהל וגו' Ad verbum, Et congregauit Moſe vniuerſum cœtum. vel, vniuerſam ſynagogam, & congregationem. i. iuſſit congregari. Ab hoc capite incipiunt Hebræi decimam huius libri partitionem, denominantes eam à primo vocabulo ויקהל.

2 Sex diebus ʹfacies opus: at die ſeptima ſit vobis ʹſanctitas, ſabbathũ ceſſationis Iehouæ: quicũq; fecerit in eo opus, ″morietur.

3 ″Nõ accẽdetis ignẽ in omnibus habitaculis veſtris die ſabbathi.

Exiguntur primitiæ & donaria.

4 Dixítque Moשſch ad vniuerſam ſynagogam filiorũ Iשſraאél, his verbis, Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh, dicendo,

5 Accipite ″à vobis oblationem Iehouæ: omnis ″ſpontaneus corde ſuo, afferet eam *oblationem* Iehouæ, aurum, argentum, & æs,

6 Et hyacinthum, & purpuram, & vermiculũ cocci, & byſſum, & caprarum *pilos*,

7 Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorũ, & ligna שſittím.

8 Et oleum pro luminari, & aromata pro oleo vnctionis, & ad ſuffimentum aromaticum.

9 Et lapides onychinos, & lapides plenitudinum pro אephod & pro pectorali.

10 ″Et omnes ſapientes corde in vobis venient, & facient quæcunque præcepit Iehouáh,

11 ″Tabernaculum, tentorium eius, & operimentum eius, & circulos eius & tabulas eius, vectes eius, columnas eius, & baſes eius:

12 ʹArcam & vectes eius, propitiatorium, ″& velum tentorii:

13 ″Menſam, & vectes ipſius, & omnia vaſa eius, & panẽ facierum:

14 ″Et candelabrum luminaris & vaſa eius, & lucernas eius, & oleũ ʹluminaris:

15 ″Et altare ſuffimenti & vectes eius, & oleum vnctionis, & ſuffimentum aromaticum, & aulæum oſtii pro oſtio tabernaculi:

16 ″Altare holocauſti, ″& cribrum eius æneum, & vectes eius, & omnia vaſa eius, & concham & baſim eius:

17 ″Cortinas ipſiꝰ atrii, colũnas eiꝰ & baſes eiꝰ, & aulæũ portæ atrii,

18 ″Paxillos tabernaculi, & paxillos atrii & funiculos eorum:

19 ″Veſtes miniſterii ad miniſtrandum in ſanctuario, & veſtes ſanctas Aharonis ſacerdotis, & veſtes filiorum eius ad fungendum ſacerdotio.

20 Egreſſi ſunt itaque vniuerſa ſynagoga filiorum Iשſraאél à facie Moשſch:

Animi promptitudo populi offerentis.

21 Venerúnt que omnis vir cuius cor ″eleuauit ipſum, ″& omnis cuius ſpiritus erat ſpõtaneus apud ipſum, attulerúntque oblationẽ ″Iehouæ ad opus tabernaculi eccleſiæ, & ad omne opus eius, atque ad veſtes ″ſanctitatis.

22 Venerunt inquam viri cũ mulieribus, ʹomnis ſpontaneus cor-

2 Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus ſabbathũ & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur.

3 Non ſuccẽdetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem ſabbathi.

4 Et ait Moyſes ad omnem cateruam filiorum Iſrael, Iſte eſt ſermo quẽ præcepit Dominus, dicens,

5 Separate apud vos primitias Domino. ‖Omnis voluntarius & prõpto animo, offerat eas Domino, aurum, & argentum, & æs,

Suprà 25.a.2.

6 Hyacinthum & purpurã, coccúmque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum,

7 Pelléſque arietum rubricatas & iãthinas, ligna ſetim,

8 Et oleũ ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama ſuauiſſimum,

9 Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis.

B

10 Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, veniat, & faciat quod Dominus imperauit,

11 Tabernaculum ſcilicet & tectum eius, atque operimentũ, annulos, & tabulata cũ vectibꝰ, & paxillos & baſes:

12 Arcã & vectes, propitiatoriũ, & velum quod ante illud oppanditur:

13 Menſam cum vectibus & vaſis, & propoſitionis panibus:

14 Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius, & lucernas, & oleũ ad nutrimenta ignium:

15 Altare thymiamatis, & vectes, & oleũ vnctionis, & thymiama ex aromatibus, tẽtorium ad oſtiũ tabernaculi:

16 Altare holocauſti, & craticulã eius æneam cum vectibus & vaſis ſuis, labrum & baſim eius:

17 Cortinas atrii cum columnis & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli:

18 Paxillos tabernaculi & atrii cum funiculis ſuis:

19 Veſtimenta quorum vſus eſt in miniſterio ſanctuarii, veſtes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.

20 Egreſſáque omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi,

C

21 Obtulerunt mente promptiſſima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonii, quicquid ad cultũ & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat.

22 Viri cum mulieribus præbuerũt ar

---

2 Facies opus: תעשה מלאכה fiet opus. ſub. tabernaculi. Sanctitas, קודש Id eſt, dies ſeptima erit vobis ſacroſancta, in qua omnino ab operibus ceſſabitis. Morietur. יומת: moriatur. vel, occidatur. i. ſententia Iudicum condemnetur.

3 Non accendetis, &c. לא־תבערו וגו׳ Senſus huius loci eſt, nullũ eſſe accendendum ignem ſabbatho, vnde lucrum aliquod ſperari poſſit: vt ex fornace, in qua lateres, vel ollæ, aut calx decoquitur: aut ſi ſuccẽderetur fornax ad coquendos panes. q. d. ne cibũ quidẽ eo die præparabitis vbicunque habitaueritis. 5 A vobis מאתכם .i. de facultatibus veſtris: de his quæ apud vos ſunt, quod offeratis Iehouæ.

Spontaneus corde ſ. נדיב לבו liberalis [voluntarius] corde ſuo. i. quicunque animo eſt liberali & prono ad dandum. Hic verſus, cum quatuor ſequentibus, legitur ſuprà cap. 25. a. 2. vide illic annotationes.

10 Et omnes ſapientes corde וכל־חכם־לב Singul. Heb. pro plur. Sapientes corde vocat (vt ſuprà cap. 28. a. 3) peritiſſimos artifices, & ingenioſiſſimos. 11 Tabernaculum, את־המשכן Vide & iſtud ſuprà cap. 26. a. 1.

12 Arcam, &c. את־הארון ואת־בדיו Conſtructionem arcæ & propitiatorii vide ſuprà cap. 25. b. 10 & 17. Et velũ tentorii: ואת־פרכת המסך: & velum aulæi. i. quod oppandebatur propitiatorio, ne videretur. Quale eſſet hoc velum, vide ſuprà cap. 26. f. 31.

13 Menſam, &c. את־השולחן Structura huius menſæ deſcribitur ſuprà cap. 25. c. 23, vbi vaſorum, ſiue vtenſilium eius fit etiam mentio, & panum facierum. 14 Et candelabrum luminaris ואת־מנורת המאור Candelabrum luminaris vocat, in quo erant luminaria. Forma huius candelabri deſcribitur ſuprà cap. 25. d. 31. Luminaris: המאור: Id eſt quo luminaria fouebantur.

15 Et altare ſuff. ואת־מזבח הקטורת Et altare thymiamatis. vel incenſi. De hoc altari vide cap. 30. a. 1.

16 Altare holocauſti, את מזבח העולה Deſcribitur iſtud altare ſuprà cap. 27. a. 1. Et cribrum æneum, ואת־מכבר הנחשת אשר־לו Ad verbum, & cribrum æreum quod *erat* ei. 17 Cortinas ipſius atrii, את־קלעי החצר Vide ſuprà cap. 27. b. 9.

18 Paxillos את־יתדות De his vide ſuprà cap. 27. d. 19. 19 Veſtes miniſterii את־בגדי השרד Vide ſuprà cap. 31. b. 10.

21 Eleuauit ip. נשאו .i. excitauit ipſum. Simile habes capite ſequenti verſu 2. Et omnis cuius, &c. וכל אשר נדבה רוחו אותו .i. quotquot præditi erant animo liberali & prono ad offerendum. Iehouæ יהוה Id eſt, quam offerrent Iehouæ. Sanctitatis. הקודש: .i. ſanctas.

22 Omnis ſpontaneus corde, כל־נדיב־לב Id eſt, quotquot erant animo liberali & ſpontaneo, vt paulo antè verſu quinto.

millas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt.

Siquis habebat hyacinthũ, & purpuram, coccúmque bis tinctum, byſſum & pilos caprarum, pelles arietũ rubricatas, & ianthinas,

Argenti æríſque metalla obtulerũt Domino, lignáque ſetim in varios vſus.

Sed & mulieres doctæ, quæ neuerãt, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byſſum,

Et pilos caprarum, ſponte propria cuncta tribuentes.

D Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & rationale.

Aromatáque, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandũ vnguentum, ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum.

Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierẽt opera quæ iuſſerat Dominus per manũ Moyſi. cuncti filii Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt.

Suprà 31.a.2. Dixitque Moyſes ad filios Iſrael, Ecce vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda.

Impleuitque eum Spiritu Dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia, & omni doctrina,

Ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære:

Sculpendiſque lapidibus, & opere carpẽtario: quicquid fabrè adinueniri poteſt,

Dedit in corde eius: Ooliab quoque filium Achiſamech de tribu Dan:

Ambos erudiuit ſapientia, vt faciãt opera abietarii, polymitarii, ac plumarii de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

Cap. XXXVI.

FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam & intellectum, vt

de, attulerũt 'fibulas, & inaures, & annulos, "& dextralia, omne vas aureum, & quicunque obtulerat oblationem auri Iehouæ.

23 Omnis vir apud quem inueniebatur hyacinthus, & purpura, & vermiculus cocci, & byſſus, & caprarum pili, & pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorum, attulerunt.

24 Quicũque offerebat oblationem argenti & æris, attulerunt oblationem Iehouæ: omnis item apud quem inueniebantur ligna שſittím, "ad omne opus miniſterii attulerunt.

25 Omnis præterea mulier 'ſapiẽs corde, manibus ſuis neuerunt, & attulerunt quod neuerant, hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum.

26 Omnes autem mulieres 'quarum cor extulit illas in ſapientia, neuerunt caprarum pilos.

27 Principes verò attulerũt lapides onychinos, & lapides 'plenitudinum pro אephod & pectorali.

28 Aroma quoque, & oleum pro luminari, & pro oleo vnctionis, & pro ſuffitu aromatico.

29 Omnis vir & mulier "quorũ ſpõtaneũ erat cor apud eos, ad afferẽdũ pro omniopere quod præceperat Iehouáh vt facerẽt, "per manũ Moשſéh, attulerũt "filii Iשſraאél oblationẽ ſpõtaneã Iehouæ.

30 Et dixit Moשſéh ad filios Iשſraאél, Videte, "vocauit Iehouáh ex nomine Beצſalאél filium אוVri filii חHúr è tribu Iehudáh.

31 Et repleuit illum Spiritu "Dei, ſapientia, intelligentia, & ſcientia, & omni "arte,

32 "Ad cogitãdas cogitatiões ad operãdũ 'in auro, & argẽto, & ære:

33 "Et in arte lapidaria ad replendas *palas*, & in arte lignaria: vt operetur in omni "arte cogitationis.

34 'Dedit inſuper in corde eius vt docere poſſit, ipſe & Aholiáb filius Aחhiסſamách è tribu Dan.

35 Repleuit eos "ſapientia cordis, vt faciant omne opus artificis, "& phrygionis, "& acupictoris ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo, & *in opere* textorio, "facientes omne opus, & cogitantes cogitationes.

Cap. XXXVI.

1 FEcit ergo Beצſalאél & Aholiáb, & omnis vir "ſapiẽs corde, 'quibus dederat Iehouáh ſapientiam & intelligentiam vt ſcirent

Beſeleel & Ooliab artifices cõmendãtur populo à Moyſe.

Fabricatio Tabernaculi. Hîc eadem ferè verba quæ ſuprà cap, 26

Fibulas, חח Ornamentum cinguli ad veſtem ſubligandam. Gallicè dicimus, *agrafe*, vel *boucle*. Alii vncinum exponunt quo nectunt duas oras veſtis ſub gutture. Alii ſpinulam interpretãtur, ſiue aciculã. Gallicè *eſpingle*. Singularia ſunt omnia Heb. pro plur. Et dextralia, וכומז Ornamenta erant brachiorum, vt ex doctioribus Hebræorum alter exponit: ita & LXX. Doctus inter Hebræos accipit pro ornamento muliebri quod circa pudenda ponebatur. ſic & magni nominis apud illos vir. Chaldæus paraph. pro ſubligaculo accipit.

24 Ad omne opus miniſt. לכל־מלאכת העבודה Id eſt pro opere illo faciundo.

25 Sapiens corde, חכמת־לב Id eſt induſtria & perita, ſiue ingenioſa. hoc eſt quæ optimè nere nouerat.

26 Quarum cor, &c. אשר נשא לבן אותנה בחכמה Hebraiſmus, quem Chaldæus paraph. aut qui Latinè illum conuertit, ſic reddit, mulieres induſtriæ quibus animus erat. Quidã non obſeruantes, aut negligentes diſtinctionem Hebræorũ, qui dictioni בחכמה ſupponunt atnah, coniungunt illud, in ſapientia, ſequentibus, hoc modo, quarum cor extulit illas, in ſapientia neuerunt. hoc ſenſu, mulieres excitatæ in cordibus ſuis, peritiſſimè neuerunt caprarum pilos. 27 Plenitudinum המלואים repletionum. i. qui includi ſolent palis, & palas replent.

29 Quorum ſpont. erat cor apud eos ad off. אשר נדב לבם אותם להביא Hebraiſmus, qui voluntario ac ſpontaneo animo offerebant.

Per manum Moשſéh, ביד־משה ſub. præceperat inquam. i. quod Moſeh internuntio præceperat. Chaldæus paraph. aliter intellexit, quod præceperat Dominus fieri per manum Moſis. Filii Iשſraאél בני־ישראל Id eſt illi qui erant ex filiis Iſrael.

30 Vocauit Iehouáh, &c. קרא יהוה בשם בצלאל Vide ſuprà cap. 31. a. 2.

31 Dei, אלהים Antecedens pro relatiuo, Spiritu ſuo. Arte, מלאכה׃ arte mechanica. Ad verbum, opere

32 Ad cogitandas cog. &c. ולחשוב מחשבות וגו׳ Id eſt ad excogitandas nouas quaſdam adinuentiones operandi ex auro, &c.

33 Et in arte lapidaria: ובחרושת אבן Ad verbũ, Et in fabricatione [ſculptura, artificio] lapidis. i. in arte gemmaria. ſub. repleuit inquã Spiritu Dei, ſapiẽtia, &c. vt doctè ſcalperet gemmas quas palis aureis includat. Arte cogitationis. מלאכת מחשבת׃ .i. arte plena induſtriæ & ingenii, ſiue ingenioſa & induſtria. 34 Dedit inſuper, &c. ולהורות נתן בלבו Chaldæus paraph. Simúlque vt alios doceat, dedit in corde eius. i. reddidit eum facilem, pronum, & procliuem ad docendum alios. Ad verbum, Et ad docendum dedit in corde ipſius.

35 Sapientia cordis, חכמת־לב Sapientiam cordis vocat peritiam artis & induſtriam, ſiue ingenioſitatem, vt ita loquar. Et phrygionis, וחושב Vide ſuprà cap. 26. a. 1. Et acupictoris רוקם Vide ſuprà cap. 26. d. 36. Facientes, &c. עושי כל־מלאכה וגו׳ .i. reddidit eos peritos lignarios, phrygiones, acupictores, vel plumarios, & textores: breuiter, ita peritos vt quoduis op⁹ excogitare poſſent & facere. Alii vertũt, faciẽtiũ omne opus, & excogitãtiũ cogitationes. vt hic genitiuus plur. referat genitiuos ſuperiores, artificis, phrygionis, &c. faciẽtiũ, &c.

IN CAPVT XXXVI.

1 Sapiens corde, חכם־לב Vide præcedenti capite, verſu 25. ſignificat quemcunque ingenioſum. Quibus dederat Ieh. ſap. & intel. אשר נתן יהוה חכמה ותבונה Id eſt quos Iehouáh reddiderat ingenioſos.

facere omne opus miniſterii ſanctuarii:*fecit inquam* omnia quæ præceperat Iehouáh.

2 Vocauerat autem Mow̆ſéh Bexſalאél, & Aoliab, omnémque virum ſapientem corde, in cuius corde dederat Iehouáh ſapiẽtiam: omnem *quoque* cuius cor"eleuauerat ipſum, vt accederet ad opus vt faceret illud.

Populi prompta voluntas.

3 Tulerúntque à facie Mow̆ſéh omnem oblationẽ quam attulerãt filii Iw̆ſraאél"ad opus miniſterii ſanctuarii, ad faciẽdum illud: "porrò illi afferebãt ad eũ adhuc'oblationẽ ſpontaneam'quotidie.

4 Venerũt itaque omnes ſapientes qui faciebant omne opus ſanctuarii, ſinguli'ab opere ſuo quod faciebant:

5 Et dixerũt ad Mow̆ſéh his verbis, 'Plus affert populus afferẽdo, quàm opus ſit ad miniſterium pro opere faciendo quod præcepit Iehouáh"fieri.

6 Præcepit igitur Mow̆ſéh'vt proclamarẽt in caſtris, dicẽdo, 'Vir & mulier ne faciant vltrà opus ad oblationem ſanctitatis. itaque prohibitus eſt populus ab offerendo.

7 'Et ſubſtantia erat ſufficiens eis pro toto opere, ad faciendum illud,"& ſuperabundabat.

Cortinarum fabricatio,

8 Et fecerunt"omnis ſapiens corde inter facientes opus, tabernaculũ è decẽ cortinis, *quæ erant ex* byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, *ex*"Cherubim opere phrygionico fecit illas.

9 Lõgitudo cortinæ vnius *erat* octo & viginti cubitorum, & quatuor cubitorum latitudo cortinæ vnius: menſura vna erat omnibus cortinis.

10 Poſtea coniunxit quinque cortinas alteram cũ altera, & quinque *alias* cortinas coniunxit alteram cum altera.

11 Fecit & laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ vnius,"in extremo in coniunctione: ſic fecit in ora cortinæ extrema in coniunctione ſecundæ.

12 Quinquaginta laqueolos fecit in cortina vna, & quinquaginta laqueolos fecit in extremo cortinæ *ſecundæ* quæ *erat*"in coniunctione ſecunda:'oppoſiti *erant* laqueoli alter alteri.

13 Fecit & quinquaginta vncinos aureos, & coniunxit cortinas alteram cum altera vncinis: *& ita* factum eſt tabernaculum vnum.

Sagorum.

14 Fecit inſuper cortinas è caprarum pilis in tentorium ſuper tabernaculum,' vndecim cortinas.

15 Longitudo cortinæ vnius, triginta cubitorum, & quatuor cubitorũ latitudo cortinæ vnius: mẽſura vna *erat* vndecim cortinis.

16 Cõiunxítque quinque cortinas ſeorſum, & ſex cortinas ſeorſũ.

17 Fecit etiam laqueolos quinquaginta in ora cortinæ extrema"in cõiunctione: quinquaginta item laqueolos fecit in ora"cortinæ,

ſcirent fabrè operari quæ in vſus ſanctuarii neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus.

2 Quũmque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus,

3 Tradidit eis vniuerſa donaria filiorũ Iſrael. Qui quũ inſtarẽt operi, quotidie mane vota populus offerebat.

4 Vnde artifices venire compulſi,

5 Dixerunt Moyſi, Plus offert populus quàm neceſſarium eſt.

6 Iuſſit ergo Moyſes præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quicquã offerat vltrà in opere ſanctuarii. ſicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis.

7 Eo quòd oblata ſufficerẽt, & ſuperabundarent.

8 Fecerũntque omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, opere vario, & arte polymita.

9 Quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, & in latitudine quatuor. vna menſura erat omnium cortinarum. B

10 Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copulauit.

11 Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter,

12 Vt contra ſe inuicem venirent anſæ, & mutuò iungerentur.

13 Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderẽt cortinarum anſas, & fieret vnum tabernaculum.

14 Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi:

15 Vnũ ſagũ in lõgitudine habebat cubitos trigĩta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mẽſuræ erãt oĩa ſaga:

16 Quorum quinque iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim.

17 Fecitque anſas quinquaginta in ora ſagi vnius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iunge-

---

2 Eleuauerat ipſum, נשאו Id eſt, excitauerat ipſum. ſic præcedenti capite, verſu 21.

3 Ad opus למלאכת pro opere. Porrò illi afferebant והם הביאו Significat filios Iſrael. Præt. Heb. quod per imperfectum tempus Latinè reddi debet. Oblationem ſpont. נדבה Ad verbum, votũ. ſing. pro plur. vocat oblationes ſpontaneas vota. Quotidie. בבקר בבקר: Ad verbum, in mane in mane. 4 Ab opere ſuo ממלאכתו Id eſt relicto opere ſuo.

5 Plus affert, &c. מרבים העם להביא וגו' Ad verbum, Multiplicans *eſt* populus ad opus quod, &c. Fieri. לעשות אותה: Ad verbum, ad faciendum illud. 6 Vt proclamarent ויעבירו קול Ad verbum, & tranſire fecerunt vocem. Hebraiſmus. Vir & mulier, &c. איש ואשה וגו' Hebraiſmus, nemo poſthac aliquid offerat pro ſanctuario.

7 Et ſubſtantia erat ſufficiens והמלאכה היתה דים Ad verbum, Et ſubſtantia erat ſufficientia illorum. i. materia præparata ad opus faciẽdum, ſufficiebat artificibus. Et ſuperabundabat. והותר: Infinit. Heb. pro præterito, quod per præteritum imperfectum vertendum eſt, & redundabat. i. ita vt redundaret. 8 Omnis ſapiens corde כל־חכם־לב Id eſt quotquot erant ingenioſi & induſtrii. Cherubim, &c. כרובים וגו' Id eſt Beſeleel ſparſit eas cortinas imaginibus alatis, qualia eſſe Cherubim pinguntur. Vide eãdem deſcriptionem tabernaculi ſuprà cap. 26. a. 1. 11 In extremo, in coniunct. מקצה במחברת in extremitate in connexione. vide ſuprà cap. 26. a. 4.

12 In coniunctione במחברת in connexione. vel copula. Oppoſiti, &c. מקבילות הלולאות וגו' ſeſe inuicem reſpiciebant anſulæ [laqueoli] altera alteram. i. ita diſpoſitæ erant vt reſponderent altera alteri: & ſic per ſingulas connexiones.

14 Vndecim cortinas. עשתי־עשרה יריעות עשה אותם: Ad verbum, vndecim cortinas fecit illas. i. fecit operimentum ex vndecim cortinis. vide ſuprà cap. 26. b. 14. 17 In coniunctione: במחוברת. i. in ea parte in qua cortina debet copulari cũ alia cortina. Cortinæ, &c. היריעה וגו' . i. in ora cortinæ ſecundæ quæ ſeſe iungit cum tertia. ſiue, per quam ſecunda cortina coniungitur cum tertia.

gerentur.

18 Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus ſagis fieret.

19 Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietũ rubricatis: aliũdque deſuper velamentũ de pellibus iãthinis.

C

20 Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſetim ſtantes.

21 Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat.

22 Binæ incaſtraturæ erãt per ſingulas tabulas, vt altera alteri iũgeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23 E quibus viginti ad plagam Meridianam erant contra Auſtrum,

24 Cum quadraginta baſibus argẽteis: duæ baſes ſub vna tabula ponebãtur ex vtraqueparte angulorum, vbi incaſtraturæ laterum in angulis terminantur.

25 Ad plagã quoque tabernaculi quæ reſpicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas,

26 Cum quadraginta baſibus argẽteis: duas baſes per ſingulas tabulas.

27 Contra Occidentem verò, id eſt ad eam partem tabernaculi quæ Mare reſpicit, fecit ſex tabulas:

28 Et duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retro,

29 Quæ iunctæ erant à deorſum vſque ſurſum, & in vnam compaginem pariter ferebantur: ita fecit ex vtraque parte per angulos:

30 Vt octo eſſent ſimul tabulæ, & haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis.

D

31 Fecit & vectes de lignis ſetim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi,

32 Et quinque alios ad alterius lateris coaptãdas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad Occidẽtalem plagam tabernaculi contra Mare.

33 Fecit quoque vectẽ alium, qui per medias tabulas ab angulo vſque ad angulum perueniret.

34 Ipſa autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus eorũ argenteis: & circulos eorũ fecit aureos, per quos vectes induci poſſẽt: quos & ipſos laminis aureis operuit.

35 Fecit & velũ de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario variũ atque diſtinctum:

36 Et quatuor columnas de lignis ſetim, quas cum capitibus deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis.

37 Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſóque retorta, opere plumarii:

38 Et columnas quinque cum capitibus ſuis, quas operuit auro, baſéſque earum fudit æneas.

Cap. XXXVII.

1 Fecit autem Beſeleel & arcam de lignis ſetim, habentem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum

in coniunctione ſecunda.

18 Fecit præterea vncinos æreos quinquaginta ad coniungẽdum tentorium, vt eſſet vnum.

Opertorii.

19 Fecit inſuper operimentum tentorio è pellibus arietum rubricatis, & operimentum è pellibus taxorum ſuperné.

Tabularum.

20 Fecit & tabulas tabernaculo è lignis שſittím ſtantes.

21 Decem cubitorum *erat* longitudo tabulæ *unius*, cubiti verò & dimidii latitudoʹtabulæ alterius.

22 ʹDuo cardines erãt tabulæ vni inſtar ſcalarum gradus diſpoſiti, alter eregione alterius: ſic fecit omnibus tabulis tabernaculi.

23 Fecit inquam tabulas tabernaculo, viginti tabulas ad latus Auſtri ad Meridiem.

24 Et quadraginta baſes argenteas fecit ſub viginti tabulis: duas baſes ſub tabula vna pro duabus ʹincaſtraturis eius, & duas baſes ſub tabula altera pro duabus incaſtraturis eius.

25 In latere verò tabernaculi ſecũdo, *nempe* in latere Aquilonari, fecit viginti tabulas,

26 Et quadraginta baſes earum argenteas, duas baſes ſub tabula vna, & duas baſes ſub tabula altera.

27 ʹIn latere autem tabernaculiʹad Occidentem fecit ſex tabulas.

28 Duas tabulas fecit angulis tabernaculi in duobus lateribus.

29 ʹEt erãt quaſi gemellæ infernè, & pariter quaſi gemellæ in ſummitate eius,″in circulum vnũ: ſic fecit vtrique in duobus angulis.

30 Fuerunt itaque octo tabulæ, & baſes earum argenteæ ſedecim: baſes binæ ſub qualibet tabula.

Vectium.

31 Fecit & vectes è lignis שſittim, quinque pro tabulisʹvnius lateris tabernaculi,

32 Et quinque vectes pro tabulis alterius lateris tabernaculi, & quinque vectes pro tabulis lateris tabernaculi in lateribus duobus ad Occidentem.

33 Fecit item vectem medium vt tranſiret per medium tabularũ, ab extremo ad extremum.

34 Tabulas autem texit auro, & annulos earum fecit ex auro,″per quos traiicerentur vectes, & texit vectes auro.

Veli.

35 Fecit etiam velũ ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere phrygionicoʹfecit illud *cum figuris* Cherubim.

36 Et fecit illi quatuor colũnas *de lignis* שſittim, & texit eas auro: ʹvncini autẽ earum erãt aurei: & fudit eis quatuor baſes argẽteas.

Tentorii.

37 Fecit quoque velum ad oſtiũ tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere phrygionico:

38 Et columnas eius quinque, & vncinos earum: texítque capita earum,″& fila eas cingentia auro, baſes autem earum quinque æreas.

Cap. XXXVII.

Fabricatio arcæ teſtimonii.

1 Fecit præterea Bexſalxél ʹarcam è lignis שſittim: duorum cubitorum & dimidii longitudo eius, & cubiti & dimidii lati-

---

21 Tabulæ alterius. ׃ הקרש האחד .i. ſingularum tabularum. 22 Duo cardines שתי ידות Duæ incaſtraturæ.

24 Incaſtraturis e. ׃ ידותיו cardinibus eius. 27 In latere autẽ ולירכתי Ad verbum, In lateribus verò.i. in altero laterum. Ad Occidentem ימה Ad verbum, ad Mare. ſub. Mediterraneum, quod reſpectu Ieruſalem eſt ad Occidentem.

29 Et erant quaſi gem. והיו תואמם Ad verbum, Et erant gemellizantes.i. ita coniunctæ vt ex duabus tabulis videretur facta vnica. In circulum vnum: אל־הטבעת האחת Id eſt detinebantur circulo vno, vel annulo, ſicque conſtringebantur vt diſiungi non poſſent.

31 Vnius, ׃ האחת Hanc dictionem poſtremo loco poſitam Hebraice, priore loco reddidit noſter interpres, vt amphiboliam vitaret.

34 Per quos traiic. ve. בתים לבריחם Ad verbum, loca vectibus, vel domos. vt ſuprà cap. 25. c. 27, & 30. a. 4. 35 Fecit illud, &c. ׃ עשה אותה כרובים .i. opere phrygionico repleuit ac ſparſit velum illud Cherubimis. 36 Vncini autem earum וויהם Vide ſuprà cap. 26. f. 32. 38 Et fila eas cing. וחשוקיהם Fila vocat cælaturas quibus columnæ cælabantur.

IN CAPVT XXXVII.

1 Arcam את־הארון De iſta arca vide ſuprà cap. 25. a. 10.

tudo eius, cubiti quoque & dimidii altitudo eius:

2 Et texit eam auro mundo intrinſecus & extrinſecus: fecítque illi coronam auream in circuitu.

3 Et fudit illi quatuor annulos aureos ad quatuor angulos eius: duos videlicet annulos in latere ipſius vno, & duos annulos in latere ipſius altero.

4 Fecit & vectes è lignis ψſittim, & texit eos auro.

5 Induxítque vectes in annulos in laterib⁹ arcæ ad portãdã arcã.

Propitiatorii.

6 Fecit etiam propitiatorium ex auro mundo, duorum cubitorũ & dimidii longitudo eius, cubiti quoque & dimidii latitudo eius.

7 Fecit & duos cherubim ex auro, ″ductiles fecit eos in duabus extremitatibus propitiatorii.

8 Cherub vnum ab extremo hinc, & cherub alterum ab extremo inde: ″ex propitiatorio fecit cherubim in duab⁹ extremitatibus ei⁹.

9 ″Cherubim autem extendebant alas ſurſum verſus, tegentes alis ſuis propitiatorium: & facies eorum altera ad alteram, ad propitiatorium *erant* facies ″cherubim.

Menſæ.

10 Fecit præterea ″menſam è lignis ψſittím: duorum cubitorũ *erat* longitudo eius, & cubiti latitudo eius, cubiti autem & dimidii altitudo eius.

11 Et texit eam auro puro, fecítque ei coronam aureã in circuitu.

12 Fecit quoque ei clauſuram palmi per circuitum: & fecit coronam auream clauſuræ illi per circuitum.

13 Fudit etiã ei quatuor annulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis qui erant in quatuor pedibus eius.

14 Contra clauſuram illam erant annuli ″per quos traducerentur vectes ad portandum menſam.

15 Fecit item vectes è lignis ψſittím, quos texit auro ad portandum menſam.

16 Et fecit vaſa quæ erãt ſuper mẽſam, ſcutellas eius, & cochlearia eius, ″& crateras eius, & opercula quibus libabatur, ex auro mũdo.

Candelabri.

17 Fecit & ″candelabrum ex auro puro, ductile fecit candelabrum: haſtile eius, ″& calamus eius, ſcyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex ipſo erant.

18 Porrò ſex calami egrediebantur è lateribus eius: tres calami cãdelabri ex latere ipſius vno, & tres calami candelabri ex latere eius altero.

19 Tres calices in ſpeciẽ nucis amygdalinæ deformati *erant* in calamo vno, ſphærula & flos: & tres calices in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati in calamo altero, ſphærula & flos: ſic ſex calamis *aliis* egredientibus è candelabro.

20 ″Et in candelabro *erant* quatuor calices in ſpeciem nucis deformati, ſphærulæ eius, & flores eius.

21 Et *erat* ſphærula ſub duobus calamis ″ex ipſo, & ſphærula *altera* ſub duob⁹ calamis ″ex ipſo, & ſphærula *tertia* ſub duobus calamis ex ipſo, *ſic* ſex calamis egredientibus ex ipſo.

22 Sphærulæ eorum & calami eorum ″ex ipſo fuerunt: totum erat ″ductile vnum ex auro puro.

ac ſemiſſẽ in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidii.

2 Veſtiuitque eã auro puriſſimo intus ac foris: & fecit illi coronam auream per gyrum,

3 Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero.

4 Vectes quoque fecit de lignis ſetim, quos veſtiuit auro,

5 Et quos miſit in ãnulos qui erãt in lateribus arcæ, ad portandum eam.

6 Fecit & propitiatorium, id eſt oraculum, de auro mundiſſimo: duorũ cubitorum & dimidii in longitudine, & & cubiti ac ſemis in latitudine.

7 Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraq; parte propitiatorii.

8 Cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos cherubim in ſingulis ſummitatibus propitiatorii, **B**

9 Extendentes alas, & tegẽtes propitiatorium, ſéque mutuò & illud reſpicientes.

10 Fecit & menſam de lignis ſetim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem.

11 Circundeditque eã auro mũdiſſimo & fecit illi labiũ aureum per gyrum:

12 Ipſique labio coronam auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eandem, alterã coronam auream.

13 Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ,

14 Contra coronam: miſitque in eos vectes, vt poſſit menſa portari.

15 Ipſos quoque vectes fecit de lignis ſetim, & circundedit eos auro.

16 Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, in quibus offerenda ſunt libamina. **C**

17 Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſſimo: de cuius vecte calami, ſcyphi, ſphærulæque ac lilia procedebant.

18 Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera.

19 Tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphęrulæque ſimul & lilia: & tres ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul & lilia: æquum erat opus ſex calamorũ qui procedebant de ſtipite cãdelabri.

20 In ipſo autem vecte erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphęrulæque per ſingulos ſimul & lilia.

21 Et ſphærulæ ſub duob⁹ calamis per loca tria, qui ſimul ſex fiunt calami procedentes de vecte vno.

22 Et ſphęrulę igitur & calami ex ipſo erant: vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo. **D**

---

7 Ductiles מקשה opere ductili. Vide ſuprà cap.25.b.18. 8 Ex propitiatorio מן־הכפורת .i.ex eadem maſſa de qua factum fuerat propitiatorium. 9 Cherubim. : הכרובים Antecedens pro relatiuo Ipſorum. 10 Menſam את־השולחן Confer hæc cum iis quæ iam dicta ſunt ſuprà cap.25.c.23. 16 Et crateras e.& oper.ואת־מנקיותיו ואת־הקשות Suprà cap.25.c.29, legitur, & opercula & crateras: vbi & de his annotauimus quæ annotanda viſa ſunt. 17 Candelabrum את־המנורה De hoc habes & ſuprà cap.25.d.31, vbi annotauimus quæ hîc repeti debent. ſunt enim ſimilia ferè omnia. Et calamus eius, וקנה q.d.corpus eius.

20 Et in candelabro ובמנורה .i.in trunco candelabri. 21 Ex ipſo, ממנה ſub.procedentibus.

22 Ex ipſo ממנה nempe candelabro.i.ex eadem maſſa. Ductile vnum מקשה אחת opere ductili vno.i.ex vna maſſa.

23 Fecit & lucernas ſeptē cum emunctoriis ſuis, & vaſa vbi ea quæ emuncta ſunt, extinguantur, de auro mundiſſimo.

24 Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vaſis ſuis.

25 Fecit & altare thymiamatis de lignis ſetim, per quadrum ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua.

26 Veſtiuitq; illud auro puriſſimo cū craticula ac parietibus & cornibus.

27 Fecitque ei coronam aureolā per gyrum, & duos annulos aureos ſubcorona per ſingula latera, vt mittātur in eos vectes, & poſſit altare portari.

28 Ipſos autem vectes fecit de lignis ſetim, & operuit laminis aureis.

29 Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vnguentum, & thymiama de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarii. Cap. XXXVIII.

1 FEcit & altare holocauſti de lignis ſetim quinque cubitorū per quadrum, & trium in altitudine:

2 Cui⁹ cornua de angulis procedebāt: operuitque illud laminis æneis.

3 Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos, & ignium receptacula.

4 Craticulámque eius in modum retis fecit æneam, & ſubter eam in altaris medio arulam,

5 Fuſis quatuor annulis per totidem retiaculi ſummitates, ad immittēdos vectes ad portandum.

6 Quos & ipſos fecit de lignis ſetim, & operuit laminis æneis:

7 Induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. ipſum autem altare non erat ſolidum, | ſed cauum ex tabulatis, & intus vacuum.

Suprà 27.b.8

8 Fecit & labrū æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum quæ excubabāt in oſtio tabernaculi.

9 Fecit & atriū, in cuius Auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum,

B

10 Columnæ æneæ viginti cum baſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

11 AEquè ad Septentrionalem plagam tentoria, columnæ, baſéſque, & capita columnarum eiuſdem men-

23 Fecit & lucernas eius ſeptem, ″& forcipes eius, & receptacula ipſius, ex auro puro.

24 E talento auri puri fecit ipſum & omnia vaſa eius.

Altaris thymiamatis.

25 Fecit etiam altare ″incenſi è lignis שſittím: cubitus longitudo eius, & cubitus latitudo eius, quadratum: duo autem cubiti altitudo eius: ″ex ipſo erant cornua eius.

26 Et texit illud auro puro, tectum eius *ſaliat*, & parietes eius in circuitu, & cornua eius: fecítque ei coronam auream per circuitū.

27 Duos ſimiliter annulos aureos fecit ei ſub corona eius in duobus angulis eius, in duobus lateribus eius, ″per quos traiicerentur vectes ad portandum illud ipſis.

28 Et fecit vectes ipſos è lignis שſittím, & texit eos auro.

Compoſitio thymiamatis.

29 Fecit &″oleum vnctionis, ″ſanctitatem, & ſuffimentum aromaticum purum opere vnguentarii.

Cap. XXXVIII.

Fabricatio altaris holocauſti.

1 FEcit quoque ″altare holocauſti è lignis שſittím: quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, quadratum: & trium cubitorum altitudo eius.

2 Et fecit cornua eius in quatuor angulis eius: ex ipſo erant cornua eius: & texit illud ære.

3 Fecit inſuper ″omnia vaſa altaris, lebetes *ſaliat*, ″& ſcopas, & crateras, & tridentes, ″& receptacula: omnia vaſa eius fecit ærea.

4 Fecit præterea altari cribrum opere reticulato æneum ſub ambitu eius infernè vſque ad medium eius.

5 Fudit item quatuor annulos in quatuor extremitatibus cribro æneo, ″in quos inducerentur vectes.

6 Et fecit vectes è lignis שſittím, quos texit ære.

7 Introduxítque vectes ipſos in annulos illos per latera altaris ad ferendum illud illis: ″vacuum tabularum fecit illud.

Labri ænei.

8 Fecit ſimiliter ″concham æneam, & baſin eius æneam ″ex ſpeculis *mulierum* conuenientium, quæ conueniebant ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

Atrii.

9 ″Fecit poſtremò atrium ad plagam ″Auſtri ad Meridiem: cortinæ atrii è byſſo retorta centum cubitorum.

10 Columnæ earum viginti, & baſes earum viginti ex ære: capitella columnarum, ″& fila eas cingentia, ex argento.

11 Et ad plagam Aquilonis *cortinæ* centum cubitorum: columnæ earum viginti, & baſes earum viginti ex ære: capitella colum-

23 Et forcipes e.&c. ומלקחיה ומחתותיה & emunctoria eius, & vaſa eius. in quibus ſcilicet reponebant quæ emuncta erant.

25 Incenſi הקטורת ſuffitus. thymiamatis. De hoc altari vide ſuprà cap. 30.a.1. Ex ipſo ממנו .i. ex eadem materia. Cornua vocat cælaturas quaſdam factas in angulis eius. 27 Per quos traiicerentur ve. לבתים לבדים Ad verbum, loca vectibus.

29 Oleum vnctionis, את־שמן המשחה Huius olei compoſitionem habes ſuprà cap. 30.c.23.24.25. Sanctitatem, קודש Id eſt, quod erat ſacroſanctum. per appoſitionem dictum.

IN CAPVT XXXVIII.

1 Altare holocauſti את־מזבח העולה Vide eadem ſuprà cap. 27.a.1.

3 Omnia vaſa את־כל־כלי omnia inſtrumenta. Et ſcopas, ואת־היעים & forcipes. Et receptacula: ואת־המחתות ſub. ignium.

5 In quos inducerentur vectes.: בתים לבדים Ad verbum, loca [vel domos] vectibus.

7 Vacuum tabularum fe. il.: נבוב לוחות עשה אותו .i. fecit illud ex tabulis concauum, & non ſolidum. replebatur enim terra.

8 Concham æneam, את־הכיור נחושת labrum ex ære. peluim æneam. De hoc labro ſiue labio vide ſuprà cap. 30.c.18. Ex ſpeculis *mulierum* conuenientium, במראות הצובאות Chaldæus paraph. ex ſpeculis mulierum quæ veniebant vt orarent in oſtio tabernaculi fœderis. Doctus inter Hebræos ſcribit, Congregabantur filiæ Iſrael ad fores tabernaculi teſtimonii, afferentes manibus ſuis etiam ſpecula ſua pro munere ſpontaneo tabernaculi. Alter verò etiam inter eos doctus, in hunc locum ſic ait, Mos erat omnium mulierum vt decorarent faciē ſuam ſingulis matutinis in ſpeculis æneis, aut vitreis, atque ita adaptarent tiaras quas in capitibus ſuis habebant: quarum & in libro Eſaiæ, cap. 3.d.20, mentio fit. qui mos Iſraelitarum erat, ſicut eſt mos Iſmaelitarum in hunc vſque diem. Ecce autem in Iſrael erant mulieres Deum colentes, quæ ſpreta mundi vanitate, ſua ſpecula Domino ſponte offerebant. non enim illis amplius opus habebant vt adornarent ſeſe, ſed veniebant per ſingulos dies ad oſtium tabernaculi vt orarent & audirent præcepta. Et hoc eſt quod dicitur הצובאות, id eſt quæ militabant, ſiue congregabant ſeſe, inſtar ſcilicet exercitus, ad oſtium tabernaculi. nam plures erant. Hactenus ille. Iſtiuſmodi mulierum mentio fit, 1. Samu. 2.e.22, vbi dcitur, Eli autem erat valde ſenex, & audiuit omnia quæ faciebant filii ſui vniuerſo Iſraeli, & quòd dormirent cum mulieribus הצובאות id eſt quæ excubabant, ſiue congregabantur ad oſtium tabernaculi teſtimonii. vbi iterum Chaldæus paraph. habet, Quæ veniebant vt orarent, &c. Ex illis nimirum piis mulieribus vna fuit & Anna propheteſſa illa de qua legimus Luc. 2.e.37, quæ non diſcedebat è templo, ieiuniis ac deprecationibus ſeruiens nocte ac die, &c.

9 Fecit poſtremò atrium ויעש את החצר Ad verbum, Et fecit atrium. Atrii iſtius ſtructuram habes & ſuprà cap. 27.b.9. Auſtri ad Merid. נגב תימנה Meridianam ad Auſtrum. 10 Et fila eas cing. וחשוקיהם & zonæ earum. id eſt cælaturæ quibus illæ cingebantur.

narum,& fila eas cingentia ex argento.

12 Ad plagam verò Occidentis cortinæ quinquaginta cubitorum: columnæ earum decem,& baſes earum decem: capitella columnarum,& fila eas cingentia ex argento.

13 Et ad plagam Oriẽtis ad Ortũ cortinæ, quinquaginta cubitorũ.

14 Cortinæ quindecim cubitorum *erant* in *vno* latere:columnæ earum tres ,& baſes earum tres.

15 Et in latere altero″hinc & inde portæ atrii , cortinæ quindecim cubitorum:columnæ earum tres,& baſes earum tres.

16 Omnes cortinæ atrii per circuitum,*erant* ex byſſo retorta:

17 Baſes verò columnarum, ex ære:capitella columnarum & fila eas cingentia, ex argento : & operimenta capitellorum earum *ex* argento:ipſæ etiam omnes columnæ atrii cinctæ *erant* argento.

18 Velum autẽ portæ atrii opere phrygionis ex hyacintho,& purpura & vermiculo cocci,& byſſo retorta:*cuius* lõgitudo *erat* viginti cubitorum,altitudo verò″in latitudine,quinque cubitorum ″*ad* cortinas atrii.

19 Et columnæ earum quatuor, baſéſque earum quatuor ex ære, ″vncini earum ex argento: & operimenta capitellorum earum ″& fila eas cingentia,ex argento.

20 Omnes verò″claui tabernaculi & atrii in circuitu,*erant* ex ære.

פקודי

21 ″Iſta ſunt numerata tabernaculi, tabernaculi *inquam* teſtimonii, ″quæ numerata ſunt ad iuſſum Moשſéh,per manum אIthamár filii Aharón ſacerdotis,″*in* miniſterium Leuitarum.

22 Beצſalאél autem filius Vri filii חHúr de tribu Iehudáh fecit omnia illa quæ præceperat Iehouáh Moשſéh:

23 Et cum eo Aholiáb filius Aחhiסſamách de tribu Dan″artifex,& phrygio,& plumarius in hyacintho,& purpura,& vermiculo cocci,& byſſo.

Supputatio pretii à populo oblati.

24 Vniuerſum aurũ″inſumptũ in ipſo opere,*id eſt* in toto opere ſanctitatis (fuit autẽ aurũ″oblationis)*fuit* nouẽ & viginti talentorum, & ſeptingentorũ triginta שſeclorũ, ″ſecũdum שſeclũ ſanctitatis.

25 Et argentum″numeratorũ ſynagogæ, *erat* centũ talenta,& mille ſeptingẽti ſeptuaginta quinque שſecli,ſecũdũ שſeclũ ſãctitatis.

26 ″Semiſſis in ſingula capita,*id eſt* dimidium שſecli,ſecundum שſeclum ſanctitatis″omnibus tranſeuntibus ad numeratos,″ab eo qui natus erat viginti annos & ſuprà,in ſexcẽtis tribus millibus quingentis & quinquaginta.

27 Fuerúntq; centũ talenta argẽti ad fundendas baſes ſanctitatis, & baſes veli:″centum baſes *ex* centum talentis,talẽtum pro baſi.

28 Et *ex* mille ſeptingentis ſeptuaginta quinque *ſiclis* fecit epiſty-

ſuræ,& operis ac metalli,erant.

12 In ea verò plaga quæ ad Occidentẽ reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta,columnæ decem cũ baſibus ſuis æneæ,& capita columnarũ, & tota operis cælatura argentea.

13 Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria.

14 E quibus,quindecim cubitos, colũnarum trium,cum baſibus ſuis vnum tenebat latus:

15 Et in parte altera(quia inter vtraq; introitum tabernaculi fecit)quindecĩ æquè cubitorum erant tentoria,colũnæque tres,& baſes totidem.

16 Cuncta atrii tentoria byſſus retorta texuerat.

17 Baſes columnarum fuere æneæ,capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea:ſed & ipſas columnas atrii veſtiuit argento.

18 Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho,purpura, vermiculo,ac byſſo retorta , quod habebat viginti cubitos in longitudine:altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta menſuram quam cuncta atrii tentoria habebant.

C

19 Columnæ autem in ingreſſu fuere quatuor cum baſibus æneis, capitáq; earum & cælaturæ argenteæ.

20 Paxillos quoque tabernaculi & atrii per gyrum fecit æneos.

21 Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonii , quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moyſi in cæremonias Leuitarum per manum Ithamar filii Aaron ſacerdotis.

22 Quæ Beſeleel filius Vri filii Hur de tribu Iuda , Domino per Moyſen iubente,compleuerat:

23 Iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu Dan:qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit , & polymitarius atque plumarius ex hyacintho,purpura,vermiculo,& byſſo.

24 Omne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarii, & quod oblatum eſt in donariis , vigintinouem talentorum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum ad menſuram ſanctuarii.

D

26 Oblatum eſt autẽ ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſuprà, de ſexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta,armatorũ.

27 Fuerunt præterea centũ talenta argenti,è quibus cõflatæ ſunt baſes ſanctuarii,& introitus vbi velũ pẽdet:cẽtũ baſes factę ſũt de talẽtis cẽtũ,ſingulis talẽtis p baſes ſingulas ſupputatis.

28 De mille autem ſeptingentis & ſeptuaginta quinque fecit capita co-

---

15 Hinc & inde portæ at. מזה ומזה לשער החצר Id eſt,ex vtraque parte oſtii,ſiue ianuæ.

18 In latitudine ברוחב Id eſt quæ ſumitur per latitudinem. Ad cortinas atrii. : קלעי החצר .i. iuxta rationẽ cortinarum atrii.ſiue obſeruata proportione ad cortinas atrii. 19 Vncini וויהם cælaturæ earum.factæ ſcilicet in modum literæ ו. Et fila eas cingen. וחשוקיהם Vide paulo antè,verſu 10. 20 Claui היתדות paxilli. Clauos, ſiue paxillos vocat quos vocamus Galliçè *afiches*, quibus retinebantur in terra cortinæ,ſiue tapetia,ne facilè à vento deturbarentur.

21 Iſta ſunt numerata אלה פקודי Id eſt,hæ ſunt partes & inſtrumenta tabernaculi quæ numerata ſunt, & numero tradita ac commiſſa Leuitis.Hæc per anticipationem dicuntur,quod ex principio libri Numerorum intelligitur.Hîc Hebræi vndecimam huius libri ſectionem incipiunt,quam vocant פקודי numerata. Quæ numerata ſunt ad iuſſum M. אשר פוקד על־פי משה Ad verbũ,quod numeratum fuit ad os Moſe.i.de mandato & iuſſu Moſis. *In* miniſterium Leu.&c. עבודת הלוים וגו׳ Ordinem turbatum repoſuit noſter interpres:ſic enim legitur Hebraicè,ad iuſſum Moſeh,*in* miniſterium Leuitarũ,per manum Ithamar filii Aaron ſacerdotis.Per manũ Ithamar.i.opera Ithamar.

23 Artifex, חרש faber lignarius. 24 Inſumptum העשוי Ad verbum,factum. Oblationis התנופה .i.ſponte oblatum in donariis. Secundum,&c. : בשקל הקודש ad ſiclum ſanctum.vel,in ſiclo[aut pondere]ſancto.

25 Numeratorum ſynagogæ, פקודי העדה .i.eorum qui ex congregatione in numerum venerant.

26 Semiſſis בקע Ad verbum,Fragmentum. Quidam vertunt,drachma. Alii,Dimidium pondus. Omnib.tranſeun.ad nume. לכל העובר על־הפקודים Sing.Heb.pro plur.i.omnibus qui numerati fuerant. Ab eo qui natus,&c. מבן עשרים שנה Ad verbum,à filio viginti annorum. 27 Centum baſes,&c. מאת אדנים למאת וגו׳ Declarat proximè præcedens: acſi dicat, ſingula talenta inſumpta fuerunt ſingulis baſibus,vel ſingulæ baſes pendebant talentum vnum.

Tabernaculum.

lumnarum, quas & ipſas veſtiuit argento.

29 AEris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia, & quadringēti ſuprà ſicli.

30 Ex quibus fuſæ ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonii, & altare æneũ cum craticula ſua, omniáque vaſa quæ ad vſum eius pertinent:

31 Et baſes atrii tã in circuitu, quàm in ingreſſu eius, & paxilli tabernaculi atque atrii per gyrũ.

Cap. XXXIX.

1 DE hyacĩtho verò & purpura, vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron quando miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Dominus Moyſi.

2 Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta,

3 Opere polymitario. inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſēt torqueri cum priorum colorũ ſubtegmine,

4 Duáſque oras ſibi inuicem copulatas in vtroque latere ſummitatum,

5 Et balteum ex eiſdē coloribus, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

B 6 Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gēmaria nominib⁹ filiorũ Iſrael.

7 Poſuitque eos in lateribus ſuperhumeralis in monimentum filiorum Iſrael, ſicut præceperat Domin⁹ Moyſi.

8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta:

9 Quadrangulum, duplex, menſuræ palmi.

10 Et poſuit in eo gemmarum ordines quatuor: in primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus.

C 11 In ſecũdo, carbunculus, ſapphirus, & iaſpis.

12 In tertio, ligyrius, achates, & amethyſtus.

13 In quarto chryſolithus, onychinus, & beryllus, circundati & incluſi auro per ordines ſuos.

14 Ipſique lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli per nomina ſingulorũ.

15 Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes, de auro puriſſimo:

16 Et duos vncinos, totidémque annulos aureos: porrò annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis:

17 E quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruęrunt vncinis qui in ſuperhumeralis angulis eminebant.

lia columnis, & texit″capita ipſarum,′& cinxit eas.

29 AEs autem oblationis *fuit* ſeptuaginta talentorum & duòrum millium, & quadringentorum ẇſeclorum.

30 Et fecit ex eo baſes oſtii tabernaculi eccleſiæ, & altare æreum, ′& cribrum eius æreum, omniáque vaſa altaris.

31 Et baſes atrii per circuitũ, & baſes portæ atrii, prætereа õnes palos tabernaculi, omnéſq; palos atrii per circuitũ.

Cap. XXXIX.

1 EX hyacintho autem, & purpura, & vermiculo cocci fecerũt″veſtes miniſterii ad miniſtrandum in ſanctitate: fecerunt itē veſtes ſanctitatis quæ erant Aharonis, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moẇſeh.

Ornatus Aaron.

2 Fecit″& ℵephod ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculò cocci, & byſſo retorta.

Hæc eadem habes ſuprà cap. 28.

3 ″Extenderúntque bracteas aureas,″& inciderunt fila, vt texerent in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, & in medio vermiculi cocci, & in medio byſſi, opere phrygionico.

4 ″Oras fecerunt ei copulantes ſeſe, in duabus extremitatibus ſuis coniungebatur.

5 Et cingulum ℵephod quod erat ſuper illud, ″ex ipſo erat′iuxta opus ſuum, ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta, quemadmodũ præceperat Iehouáh Moẇſéh.

6 Et aptauerunt lapides onychinos circundatos palis aureis,″ſculptos ſculpturis annuli cum nominibus filiorum Iẇſraℵél.

7 Poſuítque″illos in lateribus ℵephod, *ut eſſent* lapides″memoriæ filiis Iẇſraℵél, quemadmodum præceperat Iehouáh Moẇſéh.

8 Fecit & pectorale opere phrygionis, ſicut opus ℵephod, ex auro, hyacintho, & purpura & vermiculo cocci, & byſſo retorta,

Rationale.

9 Quadratum erat, duplicatum fecerunt pectorale: palmus longitudo eius, palmúſque latitudo eius:″duplicatum.

10 Impleuerũt autem in eo quatuor ordines″lapidũ: ordo *autem talis erat*, ſardius, topazius, & carbunculus, *erat* ordo primus.

11 Ordo verò ſecundus, ſmaragdus, ſapphirus, & iaſpis.

12 Ordo prætereа tertius, lyncurius, achates, & amethyſtus.

13 Poſtremò quartus ordo, chryſolithus, onychinus, & beryllus, circundati palis aureis in plenitudinibus ſuis.

14 Porrò lapides illi″iuxta nomina filiorum Iẇſraℵél erant, duodecim″iuxta nomina eorum,″ſculpturæ ſigilli, quilibet iuxta nomen ſuum ſecundum duodecim tribus.

15 Fecerunt & ſuper pectorale catenas terminationis opere plectili ex auro puro.

16 Fecerunt etiam duas palas aureas, & duos annulos aureos: poſuerúntq; duos illos annulos in duab⁹ extremitatibus pectoralis.

17 Et inſeruerunt duas″catenas aureas duobus illis annulis *qui erant* in extremitatibus pectoralis.

28 Capita ip. ראשׁיהם capitella ipſarum. nempe columnarum. Et cinxit וחשק ſub. cælaturis quibuſdam eo argento factis.
30 Et cribrum, &c. ואת־מכבר הנחושת אשר לו & craticulam eius æream. Ad verbum, & craticulam quæ erat illi. ſub. altari æneo.

IN CAPVT XXXIX.

1 Veſtes miniſterii בגדי־שׂרד Vide ſuprà cap. 31. b. 10, & 35. c. 19. 2 ℵEphod את־האפוד De hoc vide ſuprà cap. 28. b. 6.
3 Extenderúntque וירקעו Extenuauerúntque. Et inciderũt, &c. וקצץ וגו׳ Ad verbũ, & incidit fila vt facerēt. i. vt intexerēt aurũ illud vel fila illa hyacintho. 4 Oras, &c. כתפות וגו׳ Latera fecerunt illi quæ ſeſe coniungerent. vel, quæ copularentur inter ſe. Vide annotationes cap. 28. b. 6. 5 Ex ipſo erat ממנו הוא . i. ex eadē materia. ſeipſũ declarat mox, quũ dicit, ex auro, &c. Iuxta opus ſ. כמעשׂהו Id eſt ſimilis texturæ. 6 Sculptos ſcul. an. מפתחות פתוחי חותם Vide ſuprà cap. 28. b. 11. 7 Illos אותם ſub. lapides. vel lapillos.
Memoriæ זכרון in memoriam. Vide ſuprà cap. 28. c. 19. 9 Duplicatum. כפול׃ . i. & ita erat duplex.
10 Lapidum: אבן Sing. Heb. pro plur. lapillorum pretioſorum. De lapillis iſtis dictum eſt capite 28. c. 18.
14 Iuxta nomina fil. Iẇſ. על־שׁמות בני־ישׂראל . i. æquabant nomina filiorum Iſrael. Iuxta no. eo. על־שׁמותם . i. quot erãt filii Iſrael.
Sculpturæ ſig. פתוחי חותם ſculpturæ annuli. Per appoſitionē dictum. q. d. lapides iſti, ſiue gēmæ iſtæ erant ſculptæ ſculptura annuli, hoc eſt expreſſa, & quæ legi poſſet. 17 Catenas aureas העבותות הזהב Ad verbum, funes auri. i. catenas aureas in modum funis intortas.

18 Duas autem extremitates duarum catenarum inſeruerunt duabus illis palis,poſuerúntque eas in oris ℵephod″à fronte ipſius.

19 Fecerũt itẽ duos ãnulos aureos,quos poſuerũt in duabꝰ extremitatibus pectoralis in ora eius *quæ erat* in latere ℵephod intrinſecus.

20 Fecerunt præterea duos *alios* annulos aureos,quos poſuerunt in duabus oris ℵephod infernè à fronte ipſius,eregione coniunctionis eius,ſupra balteum ℵephod.

21 Et ligauerũt pectorale ab annulis ſuis ad annulos ipſius ℵephod filo hyacinthino , vt eſſet ſupra balteum ipſius ℵephod,neque ſepararetur pectorale ab ℵephod, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϣſéh.

Tunica.

22 Fecit inſuꝑ palliũ ipſiꝰ ℵephod oꝑe textoris,totũ hyacinthinũ:

23 Et foramen pallii in medio eius,ſicut foramen loricæ:labrum erat in orificio ipſius per circuitum,ne frangeretur.

24 Fecerúntque in fimbriis pallii malogranata ex hyacintho , & purpura,& vermiculo cocci,& *byſſo* retorta.

25 Fecerunt & tintinnabula ex auro puro,poſuerúntque tintinnabula illa ′in medio malogranatorum in fimbriis pallii per circuitum,in medio *inquam* malogranatorum:

26 Tintinnabulum & malogranatum,tintinnabulum & malogranatum in fimbriis pallii in circuitu,″ad miniſtrandum, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϣſéh.

27 Poſt hæc fecerunt tunicas ex byſſo opere textorio ipſi Aharón & filiis eius:

28 Mitram quoque ex byſſo,′& decora galerorum ex byſſo , & feminalia linea ex byſſo retorta:

29 Balteum præterea ex byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci,opere phrygionis, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϣſeh.

Lamina ſacra.

30 Fecerunt poſtremò laminam ′coronæ ſanctificationis ex auro puro,ſcripſerúntque in ea ſcriptura cælaturarum annuli,Sanctitas ipſi Iehouæ.

31 ″Et inſeruerunt in eam filum hyacinthinum vt poneretur ſuper tiaram ſupernè,quemadmodũ præceperat Iehouáh ipſi Moϣſéh.

Populus offert Domino cuncta quæ fieri iuſſerat

32 Perfectum eſt igitur totũ opus″tabernaculi, tabernaculi eccleſiæ:& fecerũt filii Iϣſraℵél iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh ipſi Moϣſéh,ſic fecerunt.

33 Attulerúntque tabernaculum illud ad Moϣſéh, tabernaculum & omnia vaſa eius,′circulos eius,tabulas eius,vectes eius,& colũnas eius,& baſes eius,

34 Opertorium quoque ex pellibus arietum rubricatis,& opertorium ex pellibus taxorum,″& velum tentorii,

35 Arcam teſtimonii,& vectes eius,& propitiatorium,

36 Menſam,omnia vaſa eius,& panem facierum,

37 Candelabrum purum, lucernas eius, lucernas *inquam* ″ordinationis,& omnia vaſa eius,& oleum″luminaris:

38 Et altare aureum, & oleum vnctionis, & ſuffimentum aromaticum,& aulæum pro oſtio tabernaculi,

39 Altare æreũ,& cribrũ″eius æreum,vectes eius,& oĩa vaſa eius,&

18 **Hæc & antè & retrò ita conueniebant ſibi , vt ſuperhumerale & rationale mutuò necterentur,** D

21 **Stricta ad balteum & annulis fortius copulata , quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur : ſicut præcepit Dominus Moyſi.**

22 **Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam:**

23 **Et capitium in ſuperiori parte contra medium,orámque per gyrum capitii textilem:**

24 **Deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho,purpura,vermiculo,ac byſſo retorta:**

25 **Et tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum:**

26 **Tintinnabulum autem aureũ & malum punicum , quibus ornatus incedebat Pontifex quãdo miniſterio fungebatur , ſicut præceperat Dominus Moyſi.** E

27 **Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filiis eius:**

28 **Et mitras cũ coronulis ſuis ex byſſo:feminalia quoque linea byſſina:**

29 **Cingulũ verò de byſſo retorta,hyacintho,purpura,ac vermiculo, diſtinctum arte plumaria,ſicut præceperat Dominus Moyſi.**

30 **Fecerunt & laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo,ſcripſerúntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini.**

31 **Et ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi.** B

32 **Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonii: fecerúntque filii Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi.**

33 **Et obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuerſam ſupellectilem, annulos, tabulas , vectes , columnas,ac baſes,**

34 **Opertoriũ de pellibus arietum rubricatis , & aliud operimentũ de ianthinis pellibus,velum,**

35 **Arcam,vectes,propitiatorium,**

36 **Menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus,**

37 **Candelabrum, lucernas & vtenſilia earum cum oleo,** G

38 **Altare aureum , & vnguentum , & thymiama ex aromatibus , & tentorium in introitu tabernaculi,**

39 **Altare æneum,retiaculum, vectes, & vaſa eius omnia,labrum cum baſi**

---

18 A fronte ipſius. : אל־מול פניו Ad verbum,contra faciem eius.vel,eregione faciei ipſius.i.in parte anteriore ipſius ephod.
25 In medio mal. בתוך הרמונים .i.inter malogranata. 26 Ad miniſtrandum, לשרת Iſtud exponitur ſuprà cap.28.f.35.
28 Et decora gal. ואת־פארי המגבעות & ornamẽta galerorũ.i.galeros elegãtes ac pulchros,in formã galeæ. 30 Coronæ ſã. נזר־הקודש.
coronã ſanctã. 31 Et inſeruerũt in eã ויתנו עליו Ad verbũ,Et dederũt ſuper eã.ſub.ex vtraque parte. 32 Taber.tab.eccl. משכן
אוהל מועד tabernaculi *quod alio nomine dicitur* tabernaculũ eccleſiæ.vel fœderis.De hoc vide ſuprà ca.27.d.21. 33 Circulos e. קרסיו vncinos eius.vel fibulas. 34 Et velũ tẽ. : ואת פרוכת המסך Vide ſuprà cap.35.b.12. 37 Ordinat. המערכה diſpoſitionis.i.quæ quotidie bis,mane & veſperi,aptabãtur. Luminaris: : המאור .i.quo fouebatur lumẽ lucernarũ. 39 Eius אשר לו Ad verbũ,quod *erat* illi.

ſua: tentoria atrii, & columnas cum baſibus ſuis,

40 Tentorium in introitu atrii, funiculóſque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri.

41 Veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario, Aaron ſcilicet & filii eius,

42 Obtulerunt filii Iſrael, ſicut præceperat Dominus.

43 Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis,

Cap. XL.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Menſe primo, prima die menſis eriges tabernaculum teſtimonii.

3 Et pones in eo arcam, demittéſque ante illam velum:

4 Et illata menſa pones ſuper eã quæ ritè præcepta ſunt: candelabrũ ſtabit cum lucernis ſuis,

5 Et altare aureum in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonii: tẽtorium in introitu tabernaculi teſtimonii pones.

6 Et ante illud, altare holocauſti:

7 Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua.

8 Circundabiſque atrium tentoriis, & ingreſſum eius.

9 Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur:

10 Altare holocauſti & omnia vaſa eius:

11 Labrũ cum baſi ſua: omnia vnctionis oleo cõſecrabis, vt ſint ſancta ſanctorum.

B 12 Applicabiſque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonii, & lotos aqua,

13 Indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat.

14

15

16 Fecitque Moyſes omnia quæ præceperat Dominus.

17 Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die menſis collocatum eſt tabernaculum.

Nume. 7. a. 1

18 Erexitque Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes: ſtatuitq; columnas.

19 Et expandit tectum ſuper taberna-

concham, & baſim eius.

40 Cortinas atrii, & columnas eius, & baſes eius, & aulæũ pro porta atrii, & funes eius, & palos eius, & omnia vaſa miniſterii tabernaculi, ″tabernaculi eccleſiæ.

41 Veſtes miniſterii ad miniſtrãdũ in ſanctitate: veſtes ſãctas ipſi Aharón ſacerdoti, & veſtes filiorũ eius ad fungendũ ſacerdotio.

42 Iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh, ſic fecerũt filii Iשſraאél vniuerſum opus.

43 ″Videns verò Moשſéh vniuerſum opus, quòd prorſus feciſſent illud quẽadmodũ præceperat Iehouáh, benedixit illis. Cap. XL.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 ″Die *quadam* menſis primi, *nempe* prima eiuſdem, curabis erigẽdum tabernaculum, ″tabernaculum eccleſiæ.

Erigitur tabernaculum.

3 Et pones ibi arcam teſtimonii, quam teges velo ipſo:

4 Introducéſque menſam illam, & ordinabis ″ordinationem eius: introduces inſuper candelabrum, & accendes lucernas eius.

5 Pones præterea altare aureum ″ad ſuffimentum, e regione arcæ teſtimonii: & pones ″aulæum oſtii tabernaculi.

6 Dein pones altare holocauſti corã oſtio tabernaculi, tabernaculi eccleſiæ,

7 Poſtea pones concham inter tabernaculum eccleſiæ & altare, ″in qua pones aquam.

8 Poſtremò pones atrium in circuitu, & aulæum portæ atrii.

9 Tũc accipies oleũ vnctionis, & vnges tabernaculũ, atque õnia quæ ſũt in eo, ſãctificabíſq; illud & omnia vaſa eiꝰ, & erit ſanctũ.

10 Vnges & altare holocauſti atque omnia vaſa eius: ſanctificabíſque altare, & erit altare ″ſacroſanctum.

11 Vnges etiam concham & baſim eius, ſanctificabíſque illam.

12 ″Tunc appropinquare facies Aharón & filios eius ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, lauabíſque eos aqua.

13 Et *poſtea* induere facies Aharón veſtes ſanctas, vngéſque eum, & ſanctificabis eum, vt ſacerdotio fungatur mihi.

14 Filios quoque eius appropinquare facies, & indues eos tunicis.

15 Vngéſque illos quemadmodum vnxiſti patrẽ eorum, & ſacerdotio fungẽtur mihi: ″erítque vnctio eorum vt ſit eis in ſacerdotium perpetuum per generationes ſuas.

16 Fecit ergo Moשſéh: iuxta omnia quæ illi præceperat Iehouáh, ſic fecit.

17 Et factum eſt menſe primo, anno ſecundo, prima menſis, erectum fuit tabernaculum.

18 ″Erexit igitur Moשſéh tabernaculũ, poſuítque baſes eius, ″& tabulas eius, & vectes eius: atque erexit columnas eius.

19 Extendit præterea ″tẽtorium ſuper tabernaculũ, & poſuit operi-

---

43 Vidẽs verò Mo. &c. וירא משה וגו' Ad verbũ, Et vidit Moſe vniuerſũ opus, & ecce fecerãt illud: quemadmodũ præceperat Iehouáh, ſic fecerant: & benedixit illis Moſeh.

IN CAPVT XL.

2 Die *quadã*, &c. ביום החודש וגו' Ad verbũ, In die menſis primi, vna mẽſis. i. prima die mẽſis Niſan. Aſcẽdit enim Moſes altera vice mõtẽ Sinai, viceſimanona mẽſis Ab. i. Iulii: & deſcẽdit iterũ de mõte decima die mẽſis Thiשſri. i. Septẽbris, qui fuit dies propitiationis: fuitque per totũ mẽſem Elul, & per decẽ dies menſis Thiשſri in mõte, xl ſcilicet diebus ac noctibus. Et mox vt deſcẽdit, præcepit vt inſiſterẽt operi tabernaculi perficiẽdo: abſoluerúntq; vniuerſũ opus ab aurãno vſq; ad principiũ mẽſis Paſchalis, qui iã erat ſecũdus annus (incipiẽs ſcilicet) ab egreſſu de AEgypto. Tabernaculũ eccl.: אוהל מועד. i. tabernaculũ, quod alio nomine dicitur tabernaculũ eccleſiæ, ſiue fœderis, vt præcedenti capite, ver. 32. 4 Ordinationẽ e. את ערכו. diſpoſitionẽ eius. i. diſpones rite panes ſuper illã. 5 Ad ſuffim. לקטורת pro ſuffitu. De altari thymiamatis loquitur. Aulæũ oſtii tab. את מסך וגו'. i. pones in oſtio tabernaculi aulæũ illius. vel, pones tabernaculo aulæũ oſtii eius. 7 In qua po. aq.: ונתת שם מים & pones illic aquã. 10 Sacroſanctũ.: קודש קדשים Ad verbũ, ſanctitas ſanctitatũ, vel, ſanctificatio ſanctificationũ. 12 Tunc approp. fa. והקרבת Et accedere facies. applicabis. 15 Eritque, &c. והיתה וגו' Ad verbum, & erit vt ſit eis in ſacerdotium, &c. Ordo turbatus. i. hac vnctione futuri ſunt mihi ſacerdotes perpetui per ſua ſecula.

18 Erexit igitur ויקם. i. erigendũ curauit. Et tabulas e. וישם את קרשיו Ad verbũ, & poſuit tabulas eius. ſic in ſequẽtibus, verbum in ſingulis repetitur quod Latinis auribus moleſtum eſt: ideo omiſit noſter interpres. 19 Tentorium את האוהל quod ſcilicet factũ erat ex pellibus caprarum. Hæc dictio aliquando accipitur pro tabernaculo: aliquando pro cortinis tegentibus tabernaculum, vt hoc loco, & ſuprà cap. 36. b. 14. c. 19.

mentum tētorii ſuper illud ſupernè, quemadmodum præceperat Iehouáh Moϖſéh.

20 ʹTulítque & poſuit teſtimoniū in arca ipſa, poſuit quoque vectes ʹſuper arcam, & propitiatorium ʹſuper arcam ſuperné.

21 Induxítq; arcā in tabernaculū, poſuítque ʹvelū tentorii, & texit arcā teſtimonii, quemamodū præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

C

22 Poſuit & menſam in tabernaculo eccleſiæ ad latus tabernaculi ad Aquilonem extra velum.

23 ʹEt ordinauit ſuper eam ordinationem panum coram Iehouáh, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

24 Poſuítque candelabrum in tabernaculo eccleſiæ ex aduerſo in latere tabernaculi ad Meridiem.

25 Et accendit lucernas coram Iehouáh, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

26 Poſuit etiam altare aureum in tabernaculo eccleſiæ corā velo:

27 Et incendit ſuper illud ſuffimentum aromaticum, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

28 Poſuit præterea ʹaulæum oſtii tabernaculi.

9 Et altare holocauſti poſuit ad oſtium tabernaculi, tabernaculi eccleſiæ: & obtulit ſuper illo holocauſtū ʹ & minחham, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

30 Et poſuit concham inter tabernaculum eccleſiæ & altare, in qua poſuit aquam ad lauandum:

31 ʹEt lauabāt ex ea Moϖſéh Aharón & filii eius manus ſuas & pedes ſuos:

D

32 Quando ingrediebātur tabernaculū eccleſiæ, & quando accedebant ad altare, ʹlauabāt ſe, ſicut præceperat Iehouáh ipſi Moϖſéh.

33 Poſtremò erexit atriū in circuitu tabernaculi & altaris, poſuítque aulæum portæ atrii. itaque abſoluit Moϖſéh opus ipſum.

Nubes Diuinæ præſētiæ ſignū, tabernaculū operit.

34 Et operuit nubes tabernaculum eccleſiæ, gloriáque Iehouæ ʹrepleuit tabernaculum.

35 Neque poterat Moϖſéh ingredi tabernaculū eccleſiæ, quia ʹhabitabat ſuper illud nubes, & gloria Iehouæ replebat tabernaculū.

36 Qúmque recedebat nubes à tabernaculo, proficiſcebantur filii Iϖſraℵél in cunctis profectionibus ſuis:

37 Quòd ſi non recedebat nubes, *tum* non proficiſcebantur vſque ad diem qua recedebat.

38 Quia nubes Iehouæ erat ſuper tabernaculum interdiu, ignis verò erat noctu ʹin eo, ʹin oculis totius domus Iϖſraℵél in cūctis profectionibus eorum.

culum, impoſito deſuper operimēto, ſicut Dominus imperauerat.

Poſuit & teſtimonium in arca, ſubditis infrà vectibus, & oraculum deſuper.

Qúmque intuliſſet arcam in tabernaculū, appendit ante eam velum, vt expleret Domini iuſſionem.

Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonii ad plagam Septentrionalem extra velum,

Ordinatis coràm propoſitionis panib⁹, ſicut præceperat Domin⁹ Moyſi.

Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonii eregione menſæ in parte Auſtrali,

Locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini.

Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonii contra velum:

Et adoleuit ſuper eo incenſum aromatum, ſicut iuſſerat Dominus Moyſi.

Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonii.

Et altare holocauſti in veſtibulo teſtimonii, offerens in eo holocauſtum & ſacrificia, vt Dominus imperauerat.

Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonii & altare, implēs illud aqua.

Lauerúntque in eo Moyſes & Aaron ac filii eius manus ſuas & pedes,

Qum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu ei⁹ tētorio. poſtquā omnia perfecta ſunt,

Operuit nubes tabernaculum teſtimonii, & gloria Domini impleuit illud.

Nume.9.c.15
3.reg.8.b.10

Nec poterat Moyſes ingredi tectū fœderis, nube operiēte omnia, & maieſtate Domini coruſcante: quia cuncta, nubes operuerat.

Siquando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebātur filii Iſrael per turmas ſuas:

Si pendebat deſuper, manebant in eodem loco.

Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Iſrael per cunctas manſiones ſuas.

20 Tulitque, &c. ויקח וגו׳ Teſtimoniū vocat tabulas teſtimonii lapideas, nēpe decalogū ſcriptū in tabulis lapideis: de quibus vide ſuprà ca.31.d.18, & 34.d.29. Dilucidius ſic, Tulitq; teſtimoniū, & poſuit. Super ar. על־הארון .i. traduxit vectes per annulos qui erāt in ipſa arca.
21 Velum tent. את־פרוכת המסך Vide ſuprà cap.35.b.12. 23 Et ordinauit, &c. ויערוך עליו וגו׳ .i. in ea rite ordinauit panem.
28 Aulæū, &c. את־מסך וגו׳ .i. oppandit oſtio tabernaculi aulæum. 29 Et minחhā, ואת־המנחה & munus. Vide ſuprà cap.30.b.9.
31 Et lauabāt ורחצו Præt. Heb. pro imperf. 32 Lauabāt ſe, ירחצו Fut. Heb. pro præt. imperf. 34 Repleuit מלא replebat.
35 Habitabat שכן .i. incubabat ei. 38 In eo, בו ſub. tabernaculo. Alii vertunt, in ea, ſcilicet nube. q.d. in nube noctu ignis apparebat. Atque ita LXX intellexerūt, qui legunt, ϗ πῦρ ἦν ἐπ' αὐτῆς, νυκτὸς. i. & ignis erat in ipſa [nēpe nube] noctu. Volunt enim eandē fuiſſe nubem quæ interdiu ſeſe oſtēdebat, noctu verò in ignis ſpeciē vertebatur, & illucebat Hebræis. non erat ergo alia nubes: quod & de colūna dicendum. Chaldæa paraphraſis Hieroſolymitana habet, Quoniā gloria maieſtatis Domini obumbrabat tabernaculū interdiu, & ignis illuminabat ſuper ipſum tota nocte, vidente tota domo Iſrael in cunctis profectionibus ſuis. In oculis, &c. לעיני כל־בית ישראל וגו׳ .i. videntibus cunctis Iſraelitis, quoties proficiſcebantur. Quidam exponunt, in oculis omnium filiorum Iſrael per omnes turmas ſuas. quaſi is ſit ſenſus, quòd hoc nubis ſpectaculum viderint omnes filii Iſrael per vniuerſa caſtra. Prior expoſitio doctioribus magis placet.

ATRII DESCRIPTIO.

a b	Longitudo atrii centū cubitorum, verſus Meridiem, in qua XX colūnæ altitudinis quinque cubitorum cum baſibus & capitellis, & tentoriis de byſſo retorta.
c d	Longitudo æqualis verſus Septentrionem.
b c	Latus Occidentale quinquaginta cubitorum longitudinis, in quo decem columnæ altitudinis quinque cubitorum, cum baſibus & capitellis & tentoriis de byſſo retorta.
a d	Latus Oriētale etiam quinquaginta cubitorū.
e	Tentoria quindecim cubitorum in latere vno de byſſo retorta, cum tribus columnis altis quinque cubitos, capitellis & baſibus ſuis.
f	Tentoria æqualia in latere altero.
g	Tentoria viginti cubitorum in introitu atrii opere plumyionico facta, cū columnis quatuor.
h	Paxilli quibus funes tentoriorū alligabantur.

Secundum dimenſiones quæ traduntur Exodi 27, atrium tabernaculi accedit ad formam quadratam potius quàm ad pyramidatam. Quòd verò in hoc ſchemate pyramidatam ſpeciem præ ſe ferat magis quàm quadratam, id pictori tribues qui ne imperitiæ artis ſuæ damnaretur, hîc opticæ ſeruire voluit.

Ordinem caſtrorum filiorum Iſrael pete è capite ſecundo Numerorum.


OCCIDENS
EPHRAIM
MANASSES
BENIAMIN
GERSONITAE
GAD
DAN
CAATHITAE
MERARITAE
SIMEON
ASER
MERIDIES
SEPTENTRIO.
RVBEN
NEPHTHAL
c
g
f
a
b
d
AARO
MOYSES
ZABVLON
ISSACHAR
IVDA
ORIENS

Tertius Moſis liber,vulgò Leuiticus,

HEBRAICE ויקרא /. 2

Tertius iſte Moſis liber à Græcis Λευιτικὸς dicitur, quòd in eo fuſiſſimè ac prolixiſſimè tractētur quæcūque pertinēt ad officium & prouinciam tribus Leui:vt ſunt holocauſta,& reliqua omnia ſacrificiorum & oblationū genera,cura ignis perpetui,diſcrimen animalium mūdorum & immundorum,indictio dierum feſtorum,promulgatio anni iubilei,& alia quamplurima. Ab Hebræis verò dicitur ויקרא[.i.Et vocauit]à primo libri vocabulo,vt de aliis iam dictum eſt. Iidem librum iſtum vocant תורת הכהנים id eſt legem Sacerdotum.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap.I.

Ritus offerendi armenta.

1 Vocauit Autem Mowſéh, & loquutus eſt Iehouáh cum eo è tabernaculo eccleſiæ,dicendo, Loquere ad filios Iwſraél, & dic ad eos,

2 ′Homo quum offeret ex vobis oblationem Iehouæ: ′de animalibus,de bobus,″& de pecudibus″offeretis oblationem veſtram.

3 ′Si holocauſtum *fuerit* oblatio eius,′de bobus,maſculum immaculatum offeret eum:ad oſtium tabernaculi eccleſiæ offeret eum ″ſponte ſua″in conſpectu Iehouæ.

4 ″Et admouebit manum ſuam ſuper caput holocauſti , ′& acceptabilis erit illi ad expiandum ipſum.

5 ′Tunc mactabit iuuencum in conſpectu Iehouæ: offeréntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem,ac ſpargent illum ſuper altare in circuitu quod erit ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

6 Et excoriabit″holocauſtum,concidétque″in fruſta ſua.

7 Ponéntque filii Aharón ſacerdotis ignem ſuper altare:& diſponent ligna ſuper ignem.

8 Poſt hæc diſponent filii Aharón ſacerdotes fruſta illa ,″caput ″& adipem′ſuper ligna ſuperpoſita igni qui eſt ſuper altare.

VETVS.

Cap.I.

1 Vocauit Autem Moyſē, & loquutus eſt ei Dominus de tabernaculo teſtimonii,dicens,

2 Loquere filiis Iſrael,& dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiā Domino de pecoribus, id eſt de bob⁹ & ouibus offerens victimas,

3 ‖Si holocauſtū fuerit eius oblatio ac de armento, maſculū immaculatū offeret ad oſtiū tabernaculi teſtimonii ad placandum ſibi Dominum.

Exod.29.b.10

4 Ponétque manus ſuper caput hoſtiæ,& acceptabilis erit , atque in expiationem eius proficiens.

B

5 Immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filii Aaron ſacerdotes ſanguinem eius,fundentes per altaris circuitum,quod eſt ante oſtium tabernaculi.

6 Detractáque pelle hoſtiæ, artus in fruſta concident.

7 Et ſubiicient in altari ignem,ſtrue lignorum antè compoſita:

8 Et membra quæ ſunt cæſa, deſuper ordinantes,caput videlicet,& cuncta quæ adhærent iecori,

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Vocauit autem Mowſéh, ויקרא אל־מושה Clamauit autem ad Mowſéh. Clara voce vocauit.Hæc præfatur Moſes vt intelligamus hæc
ſacrificia nō eſſe ab homine,ſed à Deo ſolo inſtituta. 2 Homo quū offerret ex vobis אדם כי־יקריב מכם Hebraiſmus,pro Quū quiſpiā
priuatus offerre volet,hoc eſt ſi priuatus offerre volet. Hìc loquitur de ſacrificio priuato.Duabus de cauſis olim Deus præcepit ſacrificia Iu
dæis.Primū vt populus in idololatriā pronus,ab idolis auerteretur,& in cultu vnius Dei cōtineretur.Deinde vt typū haberet populus Dei ſa
crificii Chriſti,quem aliquando oportebat in crucē agi pro peccatis ipſorum.ſimul etiā admoneretur populus grauitatis ſuorum peccatorū,
pro quibus mactāda eſſent innoxia animalia,quorū ſanguine purgarentur. Nō quòd reconciliandæ Domino gratiæ,aut delendæ iniquita-
ti par eſſet:ſed quòd verum huiuſmodi ſacrificium adumbraret,quod tandem ad vno Chriſto re ipſa peractū fuit.Et propterea ſacrificia illa
vocabantur expiationis ſacrificia.Sacrificiorū autem Legis variæ fuerunt formæ,quæ ad duo membra omnes referri poſſunt. Aut enim pro
peccato fiebat oblatio quadam ſatiſfactionis ſpecie,qua noxa coram Domino redimebatur , vt dictum eſt: aut ſymbolum erat Diuini cul-
tus,religioniſque teſtificatio:nunc vice ſupplicationis,ad fauorem Dei poſtulandum : nunc gratiarum actionis, ad gratitudinem animi pro
acceptis beneficiis teſtandam:nunc pro ſimplici pietatis exercitatione,ad renouandam fœderis ſanctionem.Ad quod poſterius membrum
holocauſta,& libamenta,oblationes,primitiæ,& pacificæ victimæ pertinebant. De animalibus,מן־הבהמה Hoc nomine non comprehē-
duntur piſces & ſerpentes.propterea quidam vertūt,de greſſilibus.i.de animalibus quæ gradiuntur, nempe ex armento, ſiue ex bobus,& ex
gregibus offeretis.Sacrificia iſta fiebāt ex animalibus terreſtribus aut volatilibus:fiebántque vt illis teſtarētur ſe gratias referre Deo. Et
de pecudibus ומן־הצאן Nomen commune ad oues & capras. Offeretis oblat.veſtram. תקריבו את־קרבנכם : Hebraiſmus eſt,pro,offe-
rat eam.eſt enim perſonæ & numeri mutatio,& antecedens pro relatiuo.
3 Si holocauſtum,&c. אם־עולה וגו' q.d.Si quiſpiam offerre volet oblationem ex armento,quam velit totam igni abſumi. Hæc oblatio
Hebræis עולה dicitur,quæ tota igni abſumebatur:ab עלה aſcendit,quòd tota in fumū aſcenderet & abiret. A Græcis verò ὁλόκαυστον,ſiue ὁλο-
καύτωμα,quod totum cōbuſtum,aut totum igni abſumptū ſignificat,propterea quòd totū igne abſumeretur. Aliquādo tranſtulerūt ὁλοκάρ
πωσιν,& κάρπωμα,quòd hoc ſacrificium totum eſſet fructus & eſca ignis,præter pellem. Sponte ſua לרצונו Ad verbum,ſecundum vo
luntatem ſuam.i.vltro,non coactus.q.d.cum bona voluntate offerentis adduci debet,non præter illius voluntatem.L X X tamen& Vulgatus
interpres aliter legunt,nempe,ad placandum ſibi Dominum. ſic & Chaldæus paraph. vt ſit ei placabile coram Domino: ſiue,accepta ſit illi
coram Domino.Prior opinio doctioribus magis placet. In conſpectu Iehouæ. לפני יהוה: .i.ante tabernaculum eccleſiæ.ſiue,conuen-
tus,vbi exhibebat ſe Deus præſentem filiis Iſrael. 4 Et admouebit,&c. וסמך ידו וגו' Impoſitione manuum ſignificabat offerēs,
ſuam oblationem eſſe ſpontaneam,ſéque omnia quæ in manu ſua erant,à Deo accepiſſe. Manum ſuam poſuit,pro Manus ſuas,vt ait magni
nominis apud Hebræos vir.nā legimus Exod.29.b.10,Et admouebit Aaron & filii eius manus ſuas ſuper caput iuuenci.Et verſu 15,Et admo-
uebunt Aaron & filii eius manus ſuas ſuper caput hirci.Sic & infrà cap.16.c.21,Et admouebit Aaron ambas manus ſuas ſuper caput hirci.
Et acceptabilis,&c. ונרצה וגו' & grata erit illi[nempe Deo]vt expietur ipſe.i.vt proficiat illi ad expiationem.vel(vt exponit ex doctio-
ribus Hebræorum alter)vt ſit redemptio pœnarum quas ille daturus erat.Alii vertunt,ad placandum[vel,reconciliandum]illum.ſub.Deum.
q.d.hac victima redderur Deus illi propitius & placatus. 5 Tunc mactabit iuuencum ושחט את־בן הבקר ſub.ſacerdos,vel Le-
uita.vt vides ex vndecimo verſu capitis tertii. Ad verbum, Et mactabit filium bouis.Ex doctioribus Hebræorum alter dicit,Vnus Sacerdos
iugulabat,multi ſanguinem ſpargebant. vt infrà cap.9.c.12
6 Holocauſtū, את־העולה .i.victimā vnde fieri debet holocauſtū,& deartuabit illam. In fruſta ſ. לנתחיה: in mēbra ſua.i.mēbratim.
8 Caput את־הראש Deficit ו,& caput.aut את pro עם accipiendum,cum capite. Et adipem ואת־הפדר Vocem iſtam bifariam ex-
ponunt Hebræi.Veteres enim illorum per גוף quod corpus ſeu truncum corporis ſignificat,interpretantur. Atque hæc interpretatio magis
congruere videtur,eo quòd quū Scriptura poſtea de adipibus loquitur,alio vtitur vocabulo: & quòd in holocauſto,non adeps tantùm ,aut
reticulum hepatis,ſed totum corpus vituli vnà cum capite impoſitum fuit igni ſuper ligna : cui etiam imponebantur crura prius à corpore

recisa, & inteſtina, vt totum præter pellem ſuper altare cremaretur. Recentiores verò Hebræi interpretantur pro חלב quod ſignificat adipem & pinguedinem. ſentiúntque, adipem illũ, ſiue reticulum illud quod ſuper inteſtina poſitum inuenitur, impoſitum fuiſſe in loco decollationis ad tegendum ipſum quando caput incendendum igni imponebatur. Reliquum verò corpus vnà cum inteſtinis & cruribus (prius tamen omnibus lotis) igni imponebantur poſt capitis cremationem. Huic lectioni aſtipulatur Chaldæus paraph. qui Adipem tranſtulit. Similiter & LXX, qui legunt, ϗ τὸ στέαρ. Doctus inter Hebræos ſic ſcribit de hac dictione, פדר *pader* adipẽ ſignificat, ſicut & Thargũ vertit, adipem eius. Et dicunt Rabbini innui ibi quòd adeps tegebat locũ mactationis, & ſic immolabatur, atque ita fiebat in honorem Dei. Hæc ille. Quidam ſcribunt non de quolibet adipe iſtud dici, ſed de tenui qui intra inteſtina cõcreſcit, & dici per tranſpoſitionem literarum à פרד diuidere, quòd ipſa inteſtina diuidat.

Inteſtinis & pedibus lotis aqua: adolebitq; ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & ſuauem odorem Domino.

9 Et inteſtina eius, & crura eius lauabit aqua: & adolebit ſacerdos omnia *ſuper* altare: holocauſtum eſt, ″oblatio ignita odoris ″quietis Iehouæ.

C Quòd ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus ſiue de capris holocauſtum, maſculum abſque macula offeret:

10 Quòd ſi dè pecoribus *fuerit* oblatio eius, de ouibus, vel de capris ″in holocauſtum, maſculum″ immaculatum offeret eum: Pecudes.

Immolabitque ad latꝰ altaris quod reſpicit Aquilonem, coram Domino: ſanguinem verò illius fũdẽt ſuper altare filii Aaron per circuitum.

11 Mactabítque illum ad latus altaris ad Aquilonem ″in conſpectu Iehouæ: ſpargéntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare in circuitu.

Diuidẽtque membra, caput, & omnia quæ adhærẽt iecori: & imponent ſuper ligna, quibus ſubiiciendus eſt ignis.

12 Et concîdet eũ″ in fruſta ſua, ″& caput eius, & adipẽ eius: ordinabítq; ea ſacerdos ſuper ligna, ſuperpoſita igni qui eſt ſuper altare.

Inteſtina verò & pedes lauabunt aqua: & oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & odorem ſuauiſſimum Domino.

13 Et inteſtina & crura lauabit aqua: offerétque ſacerdos omnia, adolebítque ſuper altare: holocauſtum eſt, ″oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.

Si autem de auibus, holocauſti oblatio fuerit Domino: de turturibus & pullis columbæ. D

14 ″Si autem de auibus fuerit holocauſtũ, oblatio ipſius Iehouæ, tum offeret de turturibus aut ″de columbis oblationem ſuam. Aues.

Offeret eam ſacerdos ad altare: & retorto ad collũ capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinẽ ſuper crepidinem altaris.

15 Et offeret illam ſacerdos ſuper altare, ″& vngue ſecabit caput ipſius: & adolebit ſuper altare, exprimetúrque ſanguis eius ſuper parietem altaris.

Veſiculã verò gutturis & plumas proiiciet prope altare ad Orientalẽ plagam, in loco in quo cineres effundi ſolent.

16 Et remouebit ″veſiculam eius ″cum pluma ipſius, proiiciétque illam prope altare ″ad Orientem ″ad locum cineris.

Confringétque aſcellas eius, & nõ ſecabit, neque ferro diuidet eam: & adolebit ſuper altare, lignis igne ſuppoſito: holocauſtum eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino. Cap. II.

17 Et findet illam ″cum alis ſuis, neque diuidet: adolebítque eam ſacerdos *ſuper* altare, ſuper ligna quæ fuerunt ſuper ignem: holocauſtum eſt ″oblatio ignita odoris quietis Iehouæ. Cap. II.

ANima quum obtulerit oblationem ſacrificii Domino, ſimila erit eius oblatio: fundétque ſuper eã oleum, & ponet thus:

1 A″Nima autem quũ offeret oblationem ″minnham Iehouæ, ſimila erit oblatio eius: fundétque ſuper eam oleum, ac ponet ſuper eam thus. De oblatione ſacrificiorũ ſimilæ

Ac deferet ad filios Aaron ſacerdotes: quorũ vnus tollet pugillum plenum ſimilæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale ſuper altare in o-

2 Afferet autem eam ad filios Aharón ſacerdotes, & accipiet inde ″plenum pugillum ſuum de ſimila eius, & de oleo ipſius ″vltra totum thus ipſius, adolebítque ſacerdos ″odorem eius ſuper altare: Thuris.

9 Oblatio ignita אשה Ad verbum, vſtum. vel, vſtulatum. ſub. ſacrificium. Vide Exod. 29. c. 18. Quietis ניחוח .i. gratiſſimi. q. d. holocauſtum iſtud quod igni abſumitur, nidorem reddit ſuauiſſimum quo placatur Dominus.

10 In holocauſtum, לעולה .i. ad holocauſtum faciendum. Immaculatum תמים perfectum. ſine vllo vitio.

11 In conſpectu Iehouæ: לפני יהוה nempe coram Sancto ſanctorum ante Arcam fœderis.

12 In fruſtra ſua, לנתחיו in membra ſua. membratim. Et caput e. &c. ואת־ראשו וגו׳ ſub. ſeparabis à reliquo corpore. Ex doctoribus Hebræorum alter ſic exponit, & vnà cum capite & adipe ordinabit ſacerdos ſuper, &c. 13 Oblatio ignita, &c. אשה ריח וגו׳ Vide paulo antè verſu 9. 14 Si autem, &c. ואם מן וגו׳ Ordo eſt, Si autem holocauſtum fuerit oblatio eius Iehouæ de volucribus. De columbis מן־בני היונה Ad verbum, de filiis columbæ.

15 Et vngue ſecabit ומלק & abrumpet. vel, & auellet. ſub. à reliquo corpore. Doctus inter Hebræos ſic in hunc locum ſcribit, מלק, id eſt יפרק rumpet ipſum contra ceruicem eius. Scribunt autem Rabbini noſtri, Quomodo abrumpebatur hoſtia quæ fiebat ex aue? Ponebat ſacerdos duas alas eius inter duos digitos ſuos, & duos pedes eius inter duos digitos ſuos: extẽdebátque, ſiue ex trahebat collũ eius ſuper duos digitos ſuos, atque ſecabat vngue verſus ceruicem, donec attingeret iugulum: atque ita amputabat ea, vel maiorem partem: non autem diuidebat, ſicut dicitur infrà cap. 5. b. 8, Et non diuidet. Verùm in holocauſto quod fit ex aue, de quo dicitur, Et abrumpat caput eius: nec dicitur, Et non diuidat: abrumpebatur & diuidebatur caput ſeorſim, & corpus ſeorſim. Hactenus ille. Eſt ergo מלק idem quod פרק rumpere ceruicem, non inſtrumento, ſed digitis diſcerpere caput à corpore.

16 Veſiculam eius את־מוראתו LXX verterunt etiam veſiculam. Hebræi omnes hanc vocem interpretantur pro veſicula & ventriculo qui eſt in gutture auis: à ראה apparere, ſeu prominere, ſicut & Græcis πρόλοβος. vel à ראי quod ſtercus & fimum ſignificat. Cum pluma ipſius בנוצתה Chaldæus paraph. pro cibo qui in veſicula gutturis eſt, interpretatur. Et magni nominis apud Hebræos vir ſcribit נוצה ſignificare rem turpem & ſordidam. Sunt tamen apud illos qui interpretationem noſtri interpretis & aliorum confirment. Ad Orientem קדמה .i. ad partem illam quæ procul diſtabat à loco ſancto. Ad locum cineris. אל־מקום הדשן: Singul. Heb. pro plur. i. in quo reponebantur cineres qui extrahebantur de altari. 17 Cum alis ſuis, בכנפיו id eſt remanentibus alis eius. q. d. alæ eius non reſecabuntur, neque ſeparabit ſacerdos partem alteram ab altera. Oblatio ignita, &c. אשה ריח וגו׳ Vide ſuprà verſu 9.

IN CAPVT II.

1 Anima a. quum off. ונפש כי־תקריב Anima autem quum obtulerit. Chaldæus paraph. Homo autem quum obtulerit. priuatum hominem ſignificat: & à parte nobiliori totus denominatur homo. Minnham מנחה Vide Nume. cap. 30. b. 9.

2 Plenum pug. ſ. מלוא קומצו Ad verbum, plenitudinem pugilli ſui. i. quantum pugillus eius çapere poteſt. Vltra totum thus ip. על־כל־לבונתה cum toto thure illius. על pro עם. Odorem eius. אזכרתה incenſum eius. Alii, memoriale eius. i. adolebit id quod reducet Deo in memoriam ipſum offerentem: eáque res, ſacrificium ſcilicet quod ita crematur, gratiſſima eſt Domino.

oblatio ignita est odoris quietis Iehouæ.

3 Et quod ſupereſt de minnha, ipſius Aharón erit & filiorũ eius, ″ſanctum ſanctorum eſt de oblationibus ignitis Iehouæ.

Panum.

Laganorum.

4 Quum verò obtuleris oblationem minnha, ″coctionem clibani, è ſimila ″placentæ infermentatæ *erunt* miſtæ oleo, & lagana infermentatorum vncta oleo.

5 Si verò minnha ″ſartaginis oblatio tua, ſimila ″conſperſa oleo infermentata erit.

6 ″Concídes eam in fruſta, & fundes ſuper eam oleũ: ″minnha eſt.

7 Quód ſi minnha ″craticulæ oblatio tua, ſimila *cõſperſa* oleo fiet.

8 Afferéſque minnhã quæ fiet ex iis Iehouæ: ″& offeres illam ſacerdoti, ″qui admouebit illam altari.

9 Tollétque ſacerdos de minnha illa ″odorem eius, & adolebit ſuper altare: ″oblatio eſt ignita odoris quietis Iehouæ.

10 Et quod ſuperfuerit de minnha, ipſius Aharón erit & filiorum eius: ″ſanctum ſanctorum eſt de oblationibus ignitis Iehouæ.

Fermentum nullũ erat in oblationibus.

11 Omnis minnha quã offeretis Iehouæ, non fiet ″fermentata: quia de nullo fermento & de nullo melle ″adolebitis oblationem ignitam Iehouæ.

12 *In* oblatione primitiarũ offeretis ″ea Iehouæ, ″& ſuper altare non aſcendent in odorem quietis.

Sale condita oblatio.

13 Et omnẽ oblationem minnhæ tuæ ″ſale ſalies, ″neque ceſſare facies ″ſal fœderis Dei tui à minnha tua: in omni oblatione tua

dorem ſuauiſſimum Domino.

3 ‖Quod autem reliquũ fuerit de ſacrificio, erit Aarõ & filiorũ eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini. Eccli 7.d.34

4 Quum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano, de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento conſperſo oleo, & lagana azyma oleo lita. B

5 Si oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo & abſque fermento:

6 Diuides eam minutatim, & fundes ſuper eam oleum.

7 Sin autem de craticula fuerit ſacrificiũ, æquè ſimila oleo conſpergetur.

8 Quã offerens Domino, trades manibus ſacerdotis.

9 Qui quum obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino. C

10 Quicquid autem reliquum eſt, erit Aaron & filiorũ eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini.

11 Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quicquã fermenti ac mellis adolebitur‖in ſacrificio Domini.

12 Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis.

13 Quicquid obtuleris ‖ ſacrificii, ſale cõdies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione Marc.9.g.49 D

3 Sanctum ſanct.&c. קודש קדשים ſanctitas ſanctitatum, *quia eſt* de incenſis Iehouæ. vel, de iis quæ in honorem Domini incenduntur. q.d. id enim eſt ſacroſanctũ: quia id eſt de iis quæ incẽdũtur in honorẽ Domini: eóq; comedi nõ poſſunt niſi à ſanctis, hoc eſt ſacerdotibus.

4 Coctionem clibani, מאפה תנור Per appoſitionem dictum. i. quum offerre voles munus quod coctum fuerit in clibano. Placentæ, &c. חלות וגו׳ placentas infermentatas verſatas in oleo. per appoſitionem dictum.

5 Sartaginis על המחבת Ad verbum, ſuper ſartaginem. על pro מן de ſartagine. Cõſperſa oleo בלולה בשמן verſata[immerſa]in oleo.

6 Concides פתות Infinit. Heb. pro fut. Diuides. Minnha eſt. מנחה הוא׃ munus eſt. i. tale eſt munus quod offerri debet Deo.

7 Craticulæ מרחשת Docti inter Hebræos dicunt ſignificare ſartaginem, ſed profundiorem.

8 Et offeres illam והקריבה Mutatio perſonæ Heb. offeret, pro offeres. Qui admouebit, &c. והגישה וגו׳ qui offerat eam altari.

9 Odorem e. את־אזכרתה ſuffitum eius. Alii, memoriale eius. ſub. oblationis minhæ. i. quæ facit vt Deus recordetur illius oblationis minhæ. Significat partem illam quæ offertur in honorem Iehouæ. Oblatio eſt ignita, &c. אשה ריח וגו׳ incenſum [vel, ſacrificium igni abſumptum] eſt odoris ſuauiſſimi Iehouæ. q.d hæc munera etiam placent Domino. Vide Exod. 29. c. 18.

10 Sanctum ſanctorum eſt, &c. קודש קדשים מאשי יהוה׃ Vide paulo antè verſu 3.

11 Fermentata: חמץ id eſt de re fermentata. Adolebitis, &c. תקטירו וגו׳ incendetis incenſum Iehouæ.

12 Ea אותם illa. i. fermentatum & mel. hoc eſt fructus mellei ſaporis. Magni enim nominis apud Hebræos vir dicit, per mel ſignificari omnes dulces fructus: vt ſunt ficus, dactyli, & ſimilia. & de his nihil comburebatur, ſed duntaxat coram Domino offerebãtur. Alii vertunt, eas. nempe primitias. q.d. tempore nouarum frugum offeretis primitias. Hebraiſmus. de oblatione enim primitiuarũ frugum hîc loquitur, non tamen de qualibet oblatione. Nam (vt quidam doctè in hunc locum ſcribit) tres ſunt præcipuæ ſpecies ſacrificii minhæ. Vna, farina nõdum cocta. Alia fit panibus ex farina coctis. Tertia fit granulis nouarum frugum è tunica ſua excuſſis. De duabus ſpeciebus ſuprà tractatum eſt: nunc tertia deſcribitur. Non eſt autem ſentiendum quòd hoc loco deſcribatur ritus offerendarum omnium primitiarum noui frumenti quas Lex exigebat. fuerunt enim varia genera primitiarum frumenti, quarum vnaquæque ſuos habuit ritus offerendi. Vnum genus eſt noualium quod in cartallo offerendum erat, de quo ſcribitur Deut. 26. a. 2. Aliud eſt manipuli quod offerendum erat altero die Paſchæ, de quo infrà, cap. 23. b. 10. Eſt & genus primitiarũ generale, ſicut & decimarũ, de quo ſcribitur Exod. 22. d. 29, & 23. d. 19, & Deut. 12. c. 17. Aliud quoque genus eſt primitiarum, duorum videlicet panum fermentatorum in feſto Pentecoſtes, infrà cap. 23. c. 16. Eſt & oblatio placentæ ex noua maſſa, quam oportebat quẽque patremfamiliâs offerre, prius quàm veſceretur panibus è nouo frumento cõfectis. de qua vide Nume. 15. b. 20. Aliud eſt granulorum, quæ nondum erant in farinam contrita aut commolita, ſed tantùm è recentibus ſpicis igni parumper aduſtis excuſſa. Et huius tantùm oblationis ritus hoc loco deſcribitur. Habet autem eoſdem ritus quos & aliæ ſpecies minhæ, de quibus dictum eſt ſuprà. nam qui volebat hoc genus ſacrificii facere, is neceſſe habebat ſpicas matureſcentes & demeſſas igni torrere: deinde grana earum non in farinam conterere (ſuprà enim de minha farinæ dictum eſt) ſed tantùm è tunicis aut paleis ſuis expellere, ſeu excutere: quod confricatione manuum fieri ſolebat, vt ex paulo pòſt ſequẽti verſu colligi poteſt. Et ſuper altare, &c. ואל־המזבח id eſt non imponentur altari vt incẽdantur expiraturæ nidorem Domino: quia debent quidem offerri Deo primitiæ, ſed non debent adoleri, quòd cedant in cibum ſacerdotũ.

13 Sale ſalies, במלח תמלח Iubet Spiritus ſanctus ſalem in omni ſacrificio adhibere, vt hoc ritu depingat naturam Chriſti qui per ſacrificium adumbrabatur. Chriſtus enim verus ille ac cæleſtis ſal eſt, quo tam homines quàm opera eorum redduntur Deo, tanquam ſapidus cibus, grati & iucundi: quo etiam homines in ipſum credentes, ita (quanuis mortui) à putrefactione conſeruantur, vt reſurgant ad perpetuam vitam. Etenim propter peccatum homines facti ſunt Deo inſulſi & inſipidi, vt non ſolùm non ſumat ipſos in cibum in menſa cæleſtis regni, verumetiam deteſtetur eos, tanquam abominabilem ſaporem. Quum autem conſperguntur & condiuntur ſale qui eſt Chriſtus Dominus noſter, ibi tum nullus cibus Deo iucundior, nullus gratior eſt, quàm ii qui credunt in Ieſum Chriſtum. Et quod de perſonis ipſorum dictum eſt, hoc etiam intelligendum erit de ipſorum operibus. Opera enim hominum quantumuis iuſta videantur, propter peccatum tamen carni agnatum, non ſunt per ſe coram Deo perfectè bona. Quapropter non iuſtificatur in conſpectu Dei omnis viuens. ſed quia opera piorum condita ſunt ſale, hoc eſt, fiunt ex fide in Ieſum Chriſtum, idcirco ſunt Deo gratiſſima, & reputantur ab ipſo tanquam rectè facta. Propter peccatum mors in omnes homines pertranſiit, vt ait Paulus: ſed vt in Adam omnes moriuntur & putreſcunt, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Chriſtus enim cæleſtis ſal eſt, quo ſiquis aſperſus fuerit, nunquam ita putreſcet, vt in morte pereat. Sic Deus (inquit) dilexit mundum, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Neque ceſſare facies ולא תשבית. i. neque auferes. aut ſubtrahes. Hebraiſmus. Sal fœderis מלח ברית Salem fœderis vocat quem iuſſerat Dominus adhiberi in omnibus oblationibus quas populo ſuo ordinauerat tanquam fœdus & ſtatutum aliquod. vel, quem velut fœdere aſtringebantur adhibere omnibus oblationibus quas Deo offerebant, ne inſulſum quid ſacerdotes comederent. Ad quod reſpexit Ezechiel cap. 43. g. 24.

offeres ſal.

Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de ſpicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris: & ſic offeres primitias tuas Domino, 14

Fundens ſuper ea oleũ, & thus imponens, quia oblatio Domini eſt. 15

De qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti & olei ac totum thus. 16

Cap. III.

QVòd ſi hoſtia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem ſiue fœminam, immaculatum offeret coram Domino. 1

Ponétque manum ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonii: fundẽtque filii Aaron ſacerdotes ſanguinẽ per altaris circuitum. 2

Exod.29.b.19 Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus: 3

B Duos renes cũ adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. 4

Adolebúntque ea ſuper altare in holocauſtum, lignis igne ſuppoſito: in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino. 5

Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hoſtia, ſiue maſculum obtulerit ſiue fœminam, immaculata erunt. 6

Si agnũ obtulerit coram Domino, 7

Ponet manum ſuam ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonii: fundéntque filii Aaron ſanguinẽ eius per circuitum altaris. 8

offeres ſal.

14 Si verò obtuleris minhham ′primitiarum Iehouæ, ′ſpicã toſtam igni, triticum contuſum ′ſpicæ plenæ offeres minhham primitiarum tuarum.

15 ′Et pones ſuper eam oleũ, pones item thus ſuper eã: minhha eſt.

16 Et adolebit ſacerdos ″odorem eius de frumento eius contuſo, & de oleo eius ′vltra totum thus ipſius: ′oblatio eſt ignita Iehouæ.

Cap. III.

Hoſtiæ pacificorum de bobus.

1 QVòd ſi ſacrificium ″pacificorum fuerit oblatio eius, ſi ′de bobus ipſe offeret, ſiue maſculũ ſiue fœminam *offerat*, immaculatum offeret eum ″in conſpectu Iehouæ.

2 Et imponet manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ, ″& immolabit eam *ad* oſtiũ tabernaculi eccleſiæ: fundéntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem ″ſuper altare per circuitum.

3 ″Poſtea offeret de ſacrificio pacificorum ″oblationem ignitam Iehouæ, adipem operientem ″inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper ″illa:

4 Et duos renes, adipémque qui eſt ſuper ipſos, *&* ′qui eſt ſuper ilia, ′& fibram ″cum iecore, cum renibus remouebit.

5 Adolebunt autẽ *omne* illud filii Aharón ſuper altare ″vnà cum holocauſto quod erit ſuper ligna ſuperpoſita igni: ′oblatio ignita eſt odoris quietis Iehouæ.

De ouibus.

6 Quòd ſi de pecudibus *fuerit* oblatio eius in ſacrificium pacificorum Iehouæ, maſculum aut fœminam immaculatum offeret eũ.

De agnis.

7 Si *verò* agnum offerat oblationem ſuam, tum offeret illum in cõſpectu Iehouæ.

8 Imponétque manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ: poſtea mactabit eum in conſpectu tabernaculi eccleſiæ: & ſpargent filii Aharón ſanguinem eius ſuper altare per circuitum.

14 Primitiarum Ieh. בכורים ליהוה .i. de primitiis tuis quas offerre debes Iehouæ. Spicã, &c. אביב קלוי באש גרש כרמל. Quidam ſubaudita præpoſitione vertunt, *de* ſpica tenera & virente toſta igni, *&* *de* tritico contuſo [fracto] ſpicæ plenæ. vel teneræ & plenæ. גרש à גרס frãgere, contundere, & comminuere, כרמל ſpicam plenam, viridẽ, ac tenerã ſignificat. Aliquando agrum fertilẽ & feracẽ, à ſimilitudine Charmel montis, variis arboribus pleni, atque agris feracibus. 15 Et pones ſuper eam, &c. ונתת עליה וגו' q.d. vnges eam oleo, atque ſuper eam ſparges thus. 16 Odorem e. את־אזכרתה ſuffitum eius. Vide ſuprà verſu 9. Vltra totum thus ip. על כל־לבנתה vnà cum toto thure ipſius. ſic ſuprà, verſu 2. Oblatio, &c. אשה ליהוה: Vide paulo antè verſu 9.

IN CAPVT III.

1 Pacificũ שלמים Ad verbũ, paciũ .i. pacis ſummæ. q.d. ſi homo priuatus offerre voluerit hoſtiã pacis. Hoc genus ſacrificii diuerſo modo à noſtris interpretibus redditur. L X X vertũt, hoſtiã ſalutis, θυσία σωτηρίου. Vulgata tralatio, hoſtiã pacificorũ. nõnulli ſacrificiũ teleticum .i. expiatoriũ ἀπὸ τῆς τελετῆς. Et quia infrà cap.7.c.20, ſeueriter præcipitur ne quis immũdus de carne huius ſacrificii veſcatur: idcirco quidã hoc ſacrificium שלמים dictum putant quaſi ſacrificium integrum, perfectorum, immaculatorum, mundorum, & ſanctorum: propterea quòd nõ licebat de carne huius ſacrificii edere, niſi iis qui iuxta Moſaicos ritus mũdi, puri, & ſancti eſſent. atq; huc reſpexiſſe videtur paraph. Chaldæus, qui legit, hoſtiam ſanctificatorum: quòd qui voluerunt de hoc ſacrificio edere, neceſſe habuerint vt prius ab immunditiis ſuis purgati, & cum populo Dei reconciliati eſſent. Hebræi communiter ſentiunt, hoc genus ſacrificii ſic vocatum, pacificorum ſcilicet, partim quòd pax mundo per ipſum impetraretur: partim quòd ex hoc ſacrificio vna pars redderetur Domino in ſacrificium ignitum, altera ſacerdoti, & tertia offerenti. id quod in aliis ſacrificiis non ſolet fieri. De bobus ipſe off. מן־הבקר הוא מקריב de iuuencis oblaturus ſit. Præſ. Heb. pro fut. In conſpectu Iehouæ. לפני יהוה: .i. in atrio ante Sanctum ſanctorum. Vide primo capite, verſu 3.

2 Et immolabit eam ושחט & mactabit illum. nempe bouem. vel illam oblationem. mactabit eam ſacerdos. Vide primum caput, verſu 5. Super altare על־המזבח .i. ſupra extrema altaris. Alii, circa, vel iuxta.

3 Poſtea offeret והקריב ſub. ſacerdos. Oblationem ignitam Ieh. אשה ליהוה *in* incenſum Iehouæ .i. pro incenſo faciendo Iehouæ. Inteſtina, את־הקרב exta vitalia ſcilicet. Vox Hebræa ſingularis tantùm numeri, quum medium cuiuſque rei ſignificat, ideo pro ventre, & inteſtinis ipſis ſumitur. De duplici loquitur adipe, ſeu pinguedine, nempe de eo qui operit inteſtina: & hunc doctiores Hebræi propriè חלב adipem dici volunt, pinguedinem ſcilicet ſeparatam à carne, quam nos axungiam appellare poſſumus. Atque de eo qui adhæret inteſtinis: quam pinguedinem שומן in Scripturis propriè dici ſentiunt, quæ ſcilicet cõiuncta eſt carni. atque ita diſtinguunt inter חלב & שומן. Eſt porrò & hoc notandum, quòd adeps Chaldaicè תרבא, ab excellentia ſcilicet, bonitate, & præſtãtia dicitur. Atque hinc etiam eſt quòd in Scripturis, quæ optima & ſelectiſſima ſunt, veniant appellatione Adipis. ſic decimarum optima, vocantur adeps, Nume.18.c.17 Sic & frumenti optima dicuntur adeps, Pſal.81.d.17. Hinc etiam eſt quòd aliquoties per adipem potentes & diuites intelliguntur, quòd ſint optima & præcipua pars populi. Illa. על־הקרב: nempe inteſtina. Antecedens pro relatiuo.

4 Qui eſt ſuper ilia, אשר על־הכסלים qui [renes] ſunt iuxta ilia. Et fibram ואת־היותרת & reticulum. Quidam omentum interpretantur. Hebræi dicunt eſſe rubeam carnem hepar complectentem, quæ quaſi hepatis abundantia eſt iuxta nominis interpretationem, ſpeciem habens pinguedinis. Cum iecore, על־הכבד ſuper iecur. Doctum inter Hebræos ſequutus eſt noſter interpres qui dicit על־הכבד idem valere acſi legatur עם־הכבד cum iecore, vt præpoſitio על habeat ibi vim præpoſitionis עם: & innuatur quòd portiunculam aliquam carnis etiam de hepate ſiue iecore vnà cum reticulo auferre debeat ſacerdos. nam parum de hepate tollebat vnà cum reticulo.

5 Vnà cum holocauſto על־העלה ſub. præcedente. quia ſine illo non fiebant alia ſacrificia. Ad verbum, ſuper holocauſtum .i. vnà cum holocauſto. Vel, poſt holocauſtum, nempe iuge illud quod quotidie offerebatur. vt innuat holocauſtum illud iuge omnia alia ſacrificia antecedere debere: atque ita etiam magni nominis apud Hebræos vir exponit. Quem ſenſum & L X X habent, qui legunt, ἐπὶ τὰ ὁλοκαυτώματα ſuper holocauſta. Oblatio ignita eſt, &c. אשה ריח וגו' Vide ſuprà cap.1.b.9, & 2.b.9.

9 Et offeret de ſacrificio pacificorum oblationẽ ignitam Iehouæ, adipem eius, caudam integram, ′eregione ſpinæ dorſi remouebit eam: ′adipem quoque operientem inteſtina, atque omnem adipem qui eſt ſuper illa.

10 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus remouebit.

11 ′Adolebítque illud ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt Iehouæ.

De capris.

12 Si verò capra *fuerit* oblatio eius, tum offeret eam in conſpectu Iehouæ.

13 ′Ponétque manum ſuam ſuper caput eius, & mactabit eam coram tabernaculo eccleſiæ: & ſpargent filii Aharón ſanguinẽ eius ſuper altare per circuitum.

14 Poſtea offeret ex ea oblationem ſuam, oblationem ignitam Iehouæ, adipẽ operientẽ inteſtina, & omnẽ adipẽ qui eſt ſuper illa.

15 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus remouebit.

16 Adolebítque ea ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt odoris quietis. omnis adeps, Iehouæ eſt.

17 ″Statutum perpetuum′in generationibus veſtris, ″in cunctis habitaculis veſtris, omnem adipem & omnem ſanguinem non comedetis.

Cap. IIII.

Hoſtiæ pro peccatis per ignorantiam.

1 ALloquutus eſt præterea Iehouáh Mowſéh, dicendo,

2 Loquere ad filios Iwſraѫél, dicendo, ″Anima quum peccauerit per errorem′ex omnibus præceptis Iehouæ″quæ nõ ſunt facienda, ″feceritque *quidpiam* de vno ex illis:

3 Si′ſacerdos vnctus peccauerit′ſecũdum delictum populi, offeret ſacrificium pro peccato ſuo quod peccauit, iuuencum vitulũ ″immaculatum Iehouæ pro peccato.

4 Adducétque iuuencum illum ad oſtium tabernaculi eccleſiæ in conſpectu Iehouæ, & admouebit manum ſuam ſuper caput iuuenci, mactabítque iuuencum in conſpectu Iehouæ.

5 Accipiétque ſacerdos vnctus de ſanguine iuuenci, & inferet eũ in tabernaculum eccleſiæ.

6 Dein ſacerdos tinget digitum ſuum in ſanguine, aſpergétque de ſanguine illo ′ſeptẽ vicibus corã Iehouáh, ante velũ ′ſãctitatis.

7 Ponétque ſacerdos de ſanguine iſto ſuper cornua altaris ſuffimenti aromatici coram Iehouáh, ″quod eſt in tabernaculo eccleſiæ: totum autem ſanguinem′*reliquum* iuuẽci effundet ad baſim altaris holocauſti quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

9 Et offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino, adipem & caudam totam, C

10 Cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuerſa vitalia, & vtrunque renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia, reticulúmque iecoris cum renunculis.

11 Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis & oblationis Domini.

12 Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino:

13 Ponet manum ſuam ſuper caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi teſtimonii: & fundent filii Aaron ſanguinem eius ſuper altaris circuitum. D

14 Tolléntque ex ea in paſtum ignis Dominici, adipem qui operit ventrẽ, & qui tegit vniuerſa vitalia.

15 Duos renunculos cũ reticulo quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis.

16 Adolebitque ea ſuper altare ſacerdos in alimoniã ignis, & ſuauiſſimi odoris. omnis adeps, Domini erit

17 Iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſãguinem nec adipem omnino comedetis.

Cap. IIII.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere filiis Iſrael, Anima quum peccauerit per ignorantiam, & de vniuerſis mandatis Domini quæ præcepit vt non fierent, quidpiam fecerit:

3 Si ſacerdos qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino.

4 Et adducet illum ad oſtium tabernaculi teſtimonii coram Domino, ponétque manum ſuper caput eius, & immolabit eum Domino.

5 Hauriet quoque de ſanguine vituli, inferens illum in tabernaculum teſtimonii.

6 Quúmque intinxerit digitum in ſanguinem, aſperget eo ſepties corã Domino contra velum ſanctuarii.

7 Ponétque de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis gratiſſimi Domino, quod eſt in tabernaculo teſtimonii: omnem autem reliquum ſanguinẽ fundet in baſim altaris holocauſti in introitu tabernaculi. B

---

9 Eregione ſpinæ d. לְעֻמַּת הֶעָצֶה .i. ea parte quæ adhæret & coniungitur ſpinæ dorſi, detrahet. Adipem quoque, &c. ואת־החלב וגו׳ Vide tertium verſum huius capitis. 13 Ponétque וסמך Ad verbum, Et coniunget. Hæc vſque ad 17 verſum ſimilia ſunt iis quæ in principio huius capitis leguntur. 17 Statutum perp. חוקת עולם Ad verbum, Statutum ſeculi. i. perpetuum. Vertere potes in ablatiuo, Ritu perpetuo, vel Cæremonia perpetua, vt verſu præcedenti iungatur, Omnis adeps Iehouæ eſt, ritu perpetuo. In generat. veſt. לדורתיכם .i. veſtris temporibus, ſiue quandiu vixeritis. In cunctis habit. v. בכל מושבותיכם in cunctis habitationibus veſtris. id eſt, vbicunque contigerit vos habitare, abſtinebitis ab omni adipe & ſanguine.

IN CAPVT IIII.

2 Anima quum pec. per err. נפש כי תחטא בשגגה .i. quum quis peccauerit errore, vel ignorantia. Significat peccatum in quod incogitantia, imprudentia, & errore (impellente ſcilicet affectuũ mole ac impetu) animus perplexus præcipitatur, quominus rationis ac ſpiritus iudicium audiat. Ex omnibus מכל Subaudiendum nonnihil, in aliquo ex omnibus, &c. Quæ non ſunt fac. אשר לא תעשׂינה Ad verbum, quæ non fient. i. ex præceptis negatiuis. Feceritque, &c. ועשה וגו׳ Hebraiſmus, pro, feceritque quidpiam, vel aliquid de præceptis illis negatiuis. 3 Sacerdos vnctus הכוהן המשיח Summum ſacerdotem ſignificat. Secundum del. pop. לאשמת העם .i. admittendo tale delictum quale plebs admittere ſolet. Ad verbum, in delicto populi. Quidam vertunt, in delictum populi. i. faciendo delinquere populum: hoc eſt, ſi malè docuerit populum Legem, aut malè vixerit. Alii, propter delictum populi. i. ſi culpa ſacerdotis peccauerit populus, peccatum illius imputari ſolet ipſi ſacerdoti. Immaculatum תמים perfectum. integrum. omni labe carentem. 6 Septem vicibus שבע פעמים .i. pluribus vicibus. Sanctitatis. :שקודש .i. ſanctum: quod ſcilicet ſeparabat Sanctum ſanctorum à Sancto. 7 Quod אשר nempe altare. *Reliquum* Iſtud ſubaudiendum, aut ſimile, ex oratione integra, quæ habetur infrà cap. 5. b. 9, vbi ſic legitur, Et quod ſupereſt de ſanguine, exprimet, &c.

Et adipem vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinſecus ſunt: 8

Duos renunculos & reticulũ quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, 9

Sicut aufertur de vitulo hoſtiæ pacificorum: & adolebit ea ſuper altare holocauſti. 10

C Pellem verò & omnes carnes cũ capite, & pedib⁹, & inteſtinis, & fimo, 11

Et reliquo corpore offeret extra caſtra in locũ mundum, vbi cineres effũdi ſolent: incendétque ea ſuper lignorum ſtruem, quæ in loco effuſorum cinerum cremabuntur. 12

Quòd ſi omnis turba Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini eſt, 13

Et poſtea intellexerit peccatũ ſuũ, offeret pro peccato ſuo vitulũ, adducétque eum ad oſtium tabernaculi. 14

Et ponent ſeniores populi manus ſuper caput eius coram Domino: immolatóque vitulo in conſpectu Domini, 15

D Inferet ſacerdos qui vnctus eſt, de ſanguine eius in tabernaculum teſtimonii: 16

Tincto digito aſpergẽs ſepties contra velum. 17

Ponétque de eodẽ ſanguine in cornibus altaris, quod eſt coram Domino in tabernaculo teſtimonii: reliquũ autem ſanguinem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in oſtio tabernaculi teſtimonii. 18

Omnémque eius adipem tollet, & adolebit ſuper altare. 19

Sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante pro eis ſacerdote, propitius erit ei Dominus. 20

E Ipſum autẽ vitulũ offeret extra caſtra, atq; cõburet ſicut & priorẽ vitulũ: quia eſt pro peccato multitudinis. 21

Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiã, quod Domini Lege prohibetur, 22

Et poſtea intellexerit peccatũ ſuũ, offeret hoſtiam Domino, hircũ de capris, immaculatum. 23

Ponétque manũ ſuam ſuper caput eius: quúmque immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtũ coram Domino, quia pro peccato eſt, 24

Tinget ſacerdos digitũ in ſanguine 25

8 Totũ prætèrea adipẽ iuuẽci *oblati* pro peccato, tollet ab eo: *nempe* adipem operientem inteſtina, & totum adipem qui eſt″ ſuper ea.

9 Duos quoque renes, & adipem qui eſt ſuper eos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus auferet,

10 Quemadmodum tollitur à boue ſacrificii pacificorum: adolebítque ea ſacerdos ſuper altare holocauſti.

11 ″Pellem præterea iuuenci, & omnem carnem eius, cum capite eius & cruribus eius, & inteſtina eius, & fimum eius.

12 Educétque totum iuuencum extra caſtra ad locum mundum, ″ad *locum* vbi effunditur cinis, & comburet eum ſuper ligna igni: in loco inquam vbi effunditur cinis, comburetur.

Pro peccato ſynagogæ.

13 Quòd ſi tota ſynagoga Iשׂſraאél″ errauerit, ″& latuerit res in oculis congregationis, & fecerint ″vnum ex omnibus præceptis Iehouæ quæ non ſunt facienda, & deliquerint:

14 Notum autem fuerit peccatum ″quod peccauerunt: tunc offeret cõgregatio iuuẽcum filium bouis in″ ſacrificium pro peccato, adducéntque illum ante tabernaculum eccleſiæ.

15 Ponéntque ſeniores ſynagogæ manus ſuas ſuper caput iuuenci coram Iehouáh: tum mactabit iuuencum coram Iehouáh.

16 Inferétque ſacerdos ille vnctus de ſanguine iuuenci in tabernaculum eccleſiæ.

17 Et intinget ſacerdos ille digitum ſuum″in ipſo ſanguine, aſpergétque ſeptem vicibus coram Iehouáh ante velum.

18 De ſanguine quoque illo ponet ſuper cornua altaris quod eſt coram Iehouáh, quod *eſt inquam* in tabernaculo eccleſiæ: ″poſt hæc totum ſanguinem″ reliquum effundet ad baſim altaris holocauſti quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

19 Totum autẽ adipem eius tollet ab eo, & adolebit ſuper altare.

20 ″Iuuenco verò faciet, quẽadmodũ fecit iuuenco oblato pro peccato, ſic faciet ei: atq; ita expiabit eos ſacerdos, & remittetur eis.

21 Deinde iuuencũ educet extra caſtra, & comburet eũ quẽadmodũ cõbuſſit iuuẽcũ priorẽ: ″oblatio pro peccato cõgregationis eſt.

Pro peccato principis.

22 ″Si princeps peccauerit, fecerítq; vnũ ex õnibus præceptis Iehouæ Dei ſui quæ nõ ſunt faciẽda, *& id fecerit* per errorẽ, & deliquerit:

23 ″Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatũ ſuum quod peccauit: ″tunc afferet oblationem ſuã hircum caprarum maſculũ immaculatũ.

24 Ponétque manũ ſuã ſuper caput hirci, & mactabit eũ in loco in quo″ mactare ſolet holocauſtũ″ corã Iehoua: ″oblatio ꝓ peccato eſt.

25 Tollétque ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito

8 Super ea. על־הקרב: Antecedens Heb. pro relat. Vide præcedenti capite, verſu 3. 11 Pellem præt. ואת־עור ſub. tollet.

12 Ad *locum* vbi effund. cinis, אל־שפך הרשן Ad verbum, ad effuſionem cineris. Vide ſuprà cap. 1. d. 16.

13 Errauerit, ישגו peccauerit. deliquerit. Concordia eſt in ſenſu, non in voce. nam eſt verbum plurale, errauerint. Et latuerit, &c. ונעלם דבר מעיני הקהל וגו׳ Hebraiſmus, idque lateat eam. Antecedens pro relatiuo. Vnum אחת id eſt quidpiam.

14 Quod peccauerunt: אשר חטאו עליה Ad verbum, quod peccauerunt ſuper ipſum. i. in quo peccauerunt: ſiue quod peccauerunt: vt Thren. 1. c. 8, Peccatum peccauit Ieruſalem. 17 In ipſo ſang. מן־הדם Ad verbum, de ipſo ſanguine. מן pro ב.

18 Poſt hæc totum ſanguinem ואת כל־הדם ad verbum, & totum ſanguinem.

20 Iuuenco verò faciet, ועשה לפר De iuuenco verò faciet. id eſt Apparabit verò, & ſacrificabit vitulum ipſum quemadmodum, &c.

21 Oblatio pro, &c. חטאת הקהל הוא: hoc eſt, tale eſt ſacrificium quod fit pro peccato multitudinis.

22 Si princeps אשר נשיא Quum princeps. Quidam vertunt, Si autem qui peccauerit, fuerit princeps.

23 Vel indicauerit ei *quiſpiam* pec. ſ. או־הודע אליו חטאתו. Diuerſo modo vertitur hic locus ab interpretibus propter verbũ הודע quod vel actiuè vel paſſiuè accipi poteſt. Qui actiuè accipiunt, ſic intelligunt, Si cognouerit à ſemetipſo quòd peccauit, vel ſi alius quiſpiam indicauerit ei peccatum ſuum quod peccauit. Qui verò paſſiue, ſic, Si innotuit, vel notum fuit ei peccatum ſuum. Et hãc lectionem ſequutus eſt Chaldæus paraph. Notandum autem quòd particula או, cõmodè accipitur pro אם ſi, vt & annotat magni nominis apud Hebræos vir, vel pro coniunctione ET copulatiua: vt ita cohæreãt, Quũ peccauerit princeps, & fecerit, &c. & innotuerit ei peccatũ ſuum, &c. Doctus inter Hebræos או diſiunctiuè pro VEL accipiendam eſſe contendit, Senſus huius loci, inquit, eſt, vel innotuerit ei peccatum ſuum: quia dixit, Et deliquerit: hoc eſt, quum recordatus fuerit quòd peccauit, & ſeipſum reum conſtituerit: vel innotuerit ei, quòd non recordetur à ſemetipſo, ſed alii notum fecerint ei: ſi ita ſe habet, offerat oblationem, &c. Hæc ille. Hoc modo finis præcedentis verſus iungetur principio iſtius.

Tunc afferet והביא tunc offeret. vel, inferet. aut, adducet.

24 Mactare ſolet ישחט Fut. Heb. pro præſ. Coram Iehoua: לפני יהוה id eſt iuxta altare holocauſti. Oblatio, &c. חטאת הוא: Vt paulo antè, verſu 21. nam hoſtia eſt pro peccato. vel, dum hoſtia eſt pro peccato.

ſuo ,& ponet ſuper cornua altaris holocauſti: *reliquum* autẽ ſanguinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti.

26 Totũ verò adipẽ ei⁹ adolebit *ſuper* altare, ſicut adipẽ ſacrificii pacificorũ: *& ita* expiabit illũ ſacerdos à peccato eius,& remittetur ei.

27 Quòd ſi″anima aliqua peccauerit per errorẽ, de populo terræ, faciẽdo vnũ ex præceptis Iehouæ, quæ nõ ſũt faciẽda,& deliquerit,

28 ′Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatum ſuum quod peccauit: afferet oblationem ſuam capellam caprarum immaculatam fœminam pro peccato ſuo quod peccauit.

29 Admouebítque manum ſuam ſuper caput oblationis pro peccato,& mactabit oblationẽ illã pro peccato in loco holocauſti.

30 Dein tollet ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, ponétque ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.

31 Totũ præterea adipẽ eius auferet, quemadmodum ablatus fuit adeps à ſacrificio pacificorũ: adolebítq; ſacerdos *ſuper* altare″in odorẽ quietis Iehouæ: atq; *ita* expiabit eũ ſacerdos,& remittetur ei.

32 Quòd ſi pecudem attulerit oblationem ſuam pro peccato, fœminam immaculatam afferet.

33 Ponétque manum ſuam ſuper caput illius oblationis pro peccato,& mactabit illam pro ſacrificio peccati, in loco in quo mactare ſolet holocauſtum.

34 Deinde accipiet ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito ſuo, ponétque ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.

35 Totũ præterea adipem eius auferet quẽadmodum auferri ſolet adeps agni à ſacrificio pacificorũ, adolebítque illa ſacerdos ſuper altare in oblationem ignitam Iehouæ, atque *ita* expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit,& remittetur ei.

Cap. V.

De eo qui adiuranti iudici, ſcelus non indicat.

1 QVum autem anima peccauerit,″id eſt audierit vocem iuramenti,″& ipſe ſit teſtis *quòd* aut viderit,′aut ſciuerit, niſi renũtiauerit,′feret pœnam iniquitatis ſuæ.

Tangens immundum.

2 ″Aut ſi anima tetigerit aliquã rem immundã, ſiue cadauer feræ immundæ, ſiue cadauer animalis immundi, ſiue cadauer reptilis immundi,″*id*que latuerit eã, tunc ipſe immũdus *erit*,& deliquit.

3 Aut ſi tetigerit′immunditiã hominis″in omni immũditia eius qua polluitur,& latuerit eum,′& ipſe cognouerit *poſtea*, deliquit.

Expiatio periurii.

4 Aut anima ſi iurauerit, proferendo labiis″ſe malefacturam ,aut

hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti,& reliquum fundẽs ad baſim eius.

Adipem verò adolebit ſuprà, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitque pro eo ſacerdos,& pro peccato eius,& dimittetur ei. F

Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiã, de populo terræ, vt faciat quicquam de iis quæ Domini Lege prohibentur, atque delinquat,

Et cognouerit peccatum ſuum: offeret capram immaculatam.

Ponétque manus ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt,& immolabit eam in loco holocauſti.

Tollétque ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius.

Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis Domino: rogabitque pro eo,& dimittetur ei. G

Si autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouẽ ſcilicet immaculatam:

Ponet manum ſuper caput eius,& immolabit eam in loco vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ.

Sumétque ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,& tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius.

Omnem quoque adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis, cremabit ſuper altare incenſum Domini: rogabitque pro eo & pro peccato eius,& dimittetur ei.

Cap.V.

SI peccauerit anima,& audierit vocẽ adiurantis, teſtiſque fuerit quòd aut ipſe vidit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuã.

Anima quæ tetigerit aliquid immũdũ, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuum, aut quodlibet aliud reptile,& oblita fuerit immunditiæ ſuæ, rea eſt,& deliquit.

Et ſi tetigerit quicquam de immũditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui ſolet, oblitáque cognouerit poſtea, ſubiacebit delicto.

Anima quæ iurauerit,& protulerit

27 Anima aliqua נפש אחת .i. priuatus aliquis. 28 Vel indicauerit ei,&c. או הורע אליו חטאתו וגו׳ Vide paulo antè verſu 23.

31 In odorem quietis Ieh. לריח ניחוח ליהוה Vide Exod. 29. c. 18. id eſt vt inde excitetur odor gratiſſimus Domino.

IN CAPVT V.

1 Quum a. anima pec. ונפש כי־תחטא .i. Quũ quis priuatus peccauerit. Id eſt audierit vo. iur. ושמעה קול אלה Hic ו pro id eſt poſitũ eſſe manifeſtiſſimũ eſt. declarat enim quodnam ſit peccatũ illud quod peccauerit. Variè autẽ vertitur ab interpretibus locus iſte, propter duplicẽ vocis Hebraicæ אלה ſignificationẽ: nam iuramentũ, iuſiurãdum,& adiurationẽ: execrationẽ item & maledictionẽ ſignificat. Vocem iuramenti ſiue adiurationis, vel (vt habet Chaldæus paraph.) adiurantis, vocat vocem iudicis adiurantis quempiam vt teſtificetur verum de eo quod viderit, aut audierit. Senſus igitur eſt, Quòd ſi priuatus quiſpiam vocem Iudicis adiurantis ipſum audierit, vt id quod res eſt, dicat, huiuſque rei teſtis eſſe poſſit de qua eũ interrogat Iudex, eo quòd viderit,&c. Si id nõ fecerit, atque ita peccauerit, offerat,&c. Alii aliter intelligunt, Quòd qui audierit vocem execrãtis, hoc eſt qui viderit alterũ facere talem iniquitatẽ, quam audiuit in Lege Domini maledictioni & execrationi obnoxiã eſſe, videlicet transferre terminos proximi, aut facere errare cæcũ in itinere, aut accipere munera vt percutiat animam ſanguinis innocentis: hæc inquã ſiquis viderit alterũ facere,& cõniuerit ac tacuerit, nec indicauerit, pro ſua videlicet ratione ac modo: reus eſt iniquitatis,& debet offerre ſacrificiũ pro peccato. Nõ deſunt qui ita locũ accipiant quaſi hìc loquatur Scriptura de eo qui audit aliquẽ peierantem, execrantẽ, maledicentem,& abutentẽ nomine Dei,& nõ dicat illud Magiſtratui vt is puniatur, illũ reum fieri,& debere offerre pro delicto ſuo oblationem. Primã lectionem ſequũtur doctiores Hebræi & Latini. Et ipſe ſit teſtis והוא עד i. teſtificari poſſit. Aut ſciuerit, או ידע aut agnouerit. i. alia ratione rem perſpectam habuerit. Feret pœnã,&c. ונשא עונו׃ Ad verbum,& feret iniquitatem ſuam. i. dabit pœnas pro iniquitate illa apud Deum, etiam ſi lateat perpetuò homines. 2 Aut ſi anima tetigerit או נפש אשר תגע בכל־דבר טמא Ad verbũ, Vel anima quæ tetigerit in omni re immunda. Idque latuerit eam ונעלם ממנו Ad verbũ,& abſcõditũ fuerit ab ea, ſub. anima. tropus Hebraicus, pro neſcierit eſſe immundũ. 3 Immunditiam ho. בטמאת אדם .i. hominem impurũ. In omni immũditia,&c. לכל טומאתו וגו׳ iuxta omnẽ impuritatem eius qua redditur impurus. i. quacunque impuritate redditus ſit immũdus, aut pollui poſſit. Et ipſe cognou. והוא ידע .i. ſi poſtea reſciuerit. Deliquit. ואשם׃ tunc delinquet.

4 Se malefacturam להרע ſe afflicturã. ſub. ſeipſam ieiuniis, aut huiuſmodi: aut aliquem beneficiis affecturam. Sic Hebræi interpretantur. Alii intelligunt de promiſſionibus quæ temere, ſubitò, vel falſo corde effutiuntur.′Peccat enim coram Deo qui mala ſe facturum iurando pollicetur:& qui bona quæ pollicitus eſt, non facit: vnde fateatur peccatum oportet.

è labiis ſuis vt vel malè q̃d faceret, vel bene, & idipſum iuramēto & ſermone firmauerit, oblitáque poſtea intellexerit delictum ſuum:

B 5 Agat pœnitentiam pro peccato,

6 Et offerat de gregibus agnam ſiue capram, orabitque pro ea ſacerdos & pro peccato eius.

7 Sin autem non potuerit offerre pec⁹, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino: vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum.

8 Dabitque eos ſacerdoti: qui primū offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur.

9 Et aſperget de ſanguine eius parietem altaris: quicquid autem reliquū fuerit, faciet diſtillare ad fundamentū eius, quia pro peccato eſt.

10 Alterum verò in holocauſtū adolebit, vt fieri ſolet: rogabitque pro eo C ſacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.

11 Quòd ſi non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbæ, offerat pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam: non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt.

12 Tradétque eam ſacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare in monimētum eius qui obtulerit,

13 Rogans pro illo & expians: reliquā verò partem ipſe habebit in munere.

14 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

15 Anima ſi præuaricans cæremonias, per errorē in his quæ Domino ſunt ſanctificata peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatū de D gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, iuxta pondus ſanctuarii.

16 Ipſúmque quod intulit damni, reſtituet: & quintam partem ponet ſuprà, tradens ſacerdoti qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

17 Anima ſi peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his quæ Domini Lege prohibētur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam:

18 Offeret arietē immaculatū de gre-

Expiatio periurii.

bene facturam, ″ſecundū omne quod profert homo iuramento, ″& *id* latuerit eū, & ipſe *poſtea* cognouerit: ″tūc delīquet in vno ex iſtis.

5 Erit autem, quum deliquerit in vno ex iſtis, ″& confeſſus fuerit id ſuper quo peccauit:

6 Adducet oblationem pro delicto ſuo Iehouæ pro peccato ſuo quod peccauerit, fœminam de grege, agnam, aut capellam caprarum pro peccato: & expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo.

7 ″Quòd ſi facultas afferēdæ pecudis defuerit ei, tūc adducet oblationē pro delicto ſuo quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbæ Iehouæ: vnum in hoſtiam pro peccato, & alterū in hoſtiam holocauſti.

8 Afferétque illos ad ſacerdotem, & offeret eum qui eſt in hoſtiā pro peccato, priorem: ″& vngue ſecabit caput ipſius eregione ceruicis eius, & non ſeparabit.

9 Aſpergétque de ſanguine hoſtiæ pro peccato ſuper parietem altaris: & quod ſupereſt de ſanguine, exprimetur in baſim ipſius altaris: oblatio pro peccato eſt.

10 ″Alterum autem faciet holocauſtum iuxta morem: ″atque *ita* expiabit eū ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit, & remittetur ei.

11 ″Si verò non fuerit ei facultas afferendi duos turtures, aut duos pullos columbæ, tunc afferet oblationem ſuam ″qui peccauerit, decimā partē ″אephāh ſimilæ in oblationē pro peccato: nō ponet ſup̱ eā oleū, neq; ponet ſup̱ eā thus, quia oblatio pro peccato eſt.

12 Afferet illam inquā ad ſacerdotem: tum ſacerdos accipiet ex ea ″plenū pugillum ſuū ″odorem eius, & adolebit *ſuper* altare ″vltra oblationes ignitas Iehouæ: oblatio pro peccato eſt.

13 Et expiabit eū ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit ″in vno de iſtis, & remittetur ei: & erit ſacerdoti ″ſicut minחha.

14 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Expiatio furti rei conſecratæ Deo, admiſſi per ignorantiam.

15 Anima quū præuaricata fuerit præuaricationē, & peccauerit p̱ errorē *in una re* ″ex ſanctificationib⁹ Iehouæ, adducat oblationē pro delicto ſuo Iehouæ, arietē perfectū de pecudib⁹ ″ſecūdū æſtimationē tuā, ″argenti שſeclorū, ″ſecundū שſeclū ſanctitatis, ″pro delicto.

16 ″Et quod peccauerit in ſanctificatione, reddet, & quintam partem ipſius addet ei, tradétque illud ſacerdoti: ſacerdos verò ″expiabit eum in ariete oblationis pro delicto, & remittetur ei.

17 Quòd ſi anima peccauerit, ″& fecerit ″vnum ex omnibus præceptis Iehouæ *quæ* non ſunt facienda, ″& nō cognouerit, ″& deliquerit, & portauerit iniquitatem ſuam:

18 Tūc adducet arietē immaculatū de pecudibus, ſecūdū æſtimationē tuā

Secundum omne quod, &c. לכל־אשר וגו' iuxta omnia quæ proferre ſolet homo iurando. Et *id* latuerit eum, ונעלם ממנו quòd ſcilicet deierarit. Tunc delinquet, &c. ואשם וגו' tunc peccabit contra vnum ex iſtis. i. reus erit peccati.

5 Et cōfeſſus f. &c. והתודה וגו' tunc cōfitebitur quòd peccauerit in eo. i. cōtra illud. hoc eſt, tenebitur fateri delictū ſuū coram ſacerdote.

7 Quòd ſi facultas, &c. ואם־לא וגו' Ad verbum, Quòd ſi non attingat [adipiſcatur, aſſequatur] manus eius ſufficientiam agni. i. ſi adeò pauper ſit vt non ſuppetat ouis quam offerat. 8 Et vngue ſecabit ומלק Vide ſuprà cap. 1. c. 15.

10 Alterum autem ואת־השני At *de* ſecundo. Atque *ita* expiabit eum וכפר עליו. i. declarabit illum eſſe mundum à peccato.

11 Si verò non fuerit ei fac. aff. ואם־לא תשיג ידו Ad verbum, Et ſi non attigerit [vel, aſſequatur] manus eius, &c. Hebraiſmus qui paulo antè verſu 7. Qui peccauerit, אשר חטא *pro peccato* quod peccauerit. Suprà verſu 6. eſt plena loquutio. אEpha האפה Vide Eſa. 5. c. 10, & Ezech. 45. d. 10. 11. 12 Plenum pugil. ſ. מלוא קומצו Ad verbum, plenitudinem pugilli ſui. i. quantum pugillo capere poterit. Odorem e. אזכרתה memoriale eius. Vide ſuprà cap. 2. b. 9. Vltra oblationes ig. Ieh. על־אשי יהוה Vide eadem ſuprà cap. 2. a. 2. d. 16.

13 In vno מאחת Hic מן pro ב poſitum. Sicut minחha. כמנחה: . i. ſicut ſimila quæ dabatur pro ſacrificio minחæ faciendo.

15 Ex ſanctific. Ieh. מקדשי יהוה . i. in aliqua re quæ conſecrata fuerit Iehouæ, ſiue dedicata. hoc eſt, ſiquis abſtulerit aliquid ex his quæ conſecrata fuerint Iehouæ. Secundum æſtim. t. בערכך in æſtimatione tua. nempe Moſis. Vide infrà 27. a. 3. Argenti שſeclorum, כסף־שקלים . i. pretii duorum ſeclorum ad minus. Secundum שſeclum ſ. בשקל־הקדש. in ſeclo ſanctuarii. q. d. fiet æſtimatio iuxta ſiclum ſanctuarii. Pro delicto. לאשם: id eſt vt inde fiat ſacrificium pro delicto. 16 Et quod peccauerit, &c. ואת אשר חטא וגו' . i. quod peccando abſtulerit ex his quæ conſecrata & dedicata fuerint Deo. Expiabit eum in ariete oblat. יכפר עליו באיל . i. declarabit eum emundatum à peccatis per eum cuius erat aries figura, nempe per Chriſtum. 17 Et fecerit ועשתה Hic ו pro id eſt poſitum eſt, nā eſt declaratio. Vnū אחת : i. quiddam. Et non cog. ולא ידע . i. idque per errorem fecerit. Et deliquerit, &c. ואשם ונשא עונו: . i. poſtea fateatur ſe deliquiſſe, cognoueritque ſe grauatum eſſe peccato ſuo, hoc eſt, ſenſerit ſe reum eſſe illius peccati. Id ſignificat portare iniquitatem ſuam. Gallicè dicimus, *il en aura ſenti ſa conſcience chargee.*

in oblationē pro delicto, ad ſacerdotē: & expiabit eū ſacerdos ab errore ſuo quē ꝑ errorē admiſit,″neque intellexit:& remittetur ei.

19 ′Delictum eſt, delinquendo deliquit Iehouæ. Cap. V I.

Hoſtia pro peccato vltroneo.

1 LOquutus eſt præterea Iehouáh ipſi Mowſéh,dicendo,

2 Anima quū peccauerit,& præuaricata fuerit præuaricationē cōtra Iehouā,′mētitus nēpe fuerit proximo ſuo in depoſito , ′aut in depoſitione manus, ″aut raptū , ″aut vim fecerit proximo ſuo:

3 Aut inuenerit amiſſum,″& negauerit illud,″aut iurauerit falſò in vno ex omnibus quæ facere ſolet homo peccando in ipſis:

4 ″Quum ergo peccauerit,″& deliquerit,tūc reddet raptum quod rapuit,aut′vi extortum quod vi extorſit,aut depoſitum quod depoſitum fuerit apud illum,vel amiſſum quod inuenerit:

5 Aut *quidpiam aliud* ex omnibus de quibus iurauerit falſò:tunc reddet illud″in ſolidum, & quintum ipſius addet illi, eí *que* cuius erat, reddet illud′die oblationis pro delicto ſuo.

6 Oblationem verò pro delicto ſuo adducet Iehouæ,arietem integrum è pecudibus,″ſecundum æſtimationem tuam, ad faciēdum ſacrificium pro delicto ad ſacerdotem.

7 ″Et expiabit eum ſacerdos coram Iehoua,& remittetur ei,*expiabit inquam* ab vno ex omnibꝰ quæ facere ſolet *homo* delinquēdo in eo.

צו

8 Loquutus eſt deinde Iehouáh ad Mowſéh,″his verbis,

Lex holocauſti.

9 ′Præcipe Aharon & filiis eiꝰ, dicēdo,″Hæc eſt lex holocauſti(″eſt holocauſtum propter aduſtionem ſuper altare tota nocte vſque mane:& ignis altaris″ſuccendetur in eo)

10 ″Induet ſe ſacerdos veſte linea, feminalibus itē lineis induet ſe ſuper carnem ſuam : tollétque cinerem ″quum abſumpſerit ignis holocauſtum,″ab altari,& ponet illum″apud altare.

11 Pòſt exuet ſe veſtes ſuas , & induet ſe veſtibus aliis , efferétque cinerem extra caſtra,ad locum mundum.

12 Et ignis *qui erit* ſuper altare,″ſuccēdetur in eo,nō extinguetur:& ″ſuccēdet in eo ſacerdos ligna″quotidie mane, & ordinabit ſuper illud victimā holocauſti,adolebítq; ſuper illud adipes pacificorū.

Ignis perpetuus.

13 Ignis perpetuò ardebit in altari,non extinguetur.

Lex ſacrificii & libamentorum.

14 Iſta autem eſt lex minnhæ *quam*″offerent filii Aharón coram Iehoua,coram altari.

15 Tollétque ab ea′pugillo ſuo de ſimila minnhæ,& de oleo eius, ac totum thus quod erit ſuper minnham:adolebítque ſuper altare *in* odorem quietis,′odorem eius Iehouæ.

gibus ſacerdoti,iuxta menſuram æſtimationémque peccati:qui orabit pro eo , quia neſciens fecerit : & dimittetur ei,

19 Quia per errorem deliquit in Domino. Cap.V I.

1 LOquutus eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

2 Anima quæ peccauerit,& contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum quod fidei eius creditum fuerat,vel vi aliquid extorſerit,aut calumniam fecerit,

3 Siue rem perditam inuenerit,& inficians,inſuper peierauerit, | & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare homines, Numeri 5.a.6

4 Conuicta delicti,

5 Reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere,integra,& quintam inſuper partem domino cui damnum intulerat.

6 Pro peccato autē ſuo offeret arietē immaculatum de grege,& dabit eum ſacerdoti,iuxta æſtimationem mēſurámque delicti:

7 Qui rogabit pro eo coram Domino,& dimittetur illi pro ſingulis quæ faciendo peccauit.

8 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

9 Præcipe Aaron & filiis eius , Hæc eſt lex holocauſti . cremabitur in altari tota nocte vſque mane : ignis in eodem altari erit. B

10 Veſtietur tunica ſacerdos & feminalibus lineis:tollétque cineres quos vorax ignis exuſſit , & ponens iuxta altare,

11 Spoliabitur prioribus veſtimentis, indutúſque aliis, efferet eos extra caſtra,in loco mundiſſimo.

12 Ignis autem in altari ſemper ardebit,quem nutriet ſacerdos ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto , déſuper adolebit adipes pacificorum.

13 Ignis eſt iſte perpetuus , qui nunquam deficiet in altari.

14 Hæc eſt lex ſacrificii & libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino,& coram altari,

15 Tollet ſacerdos pugillum ſimilæ, quæ conſperſa eſt oleo, & totum thus quod ſuper ſimilam poſitum eſt,adolebitque illud in altari in monimentū odoris ſuauiſſimi Domino.

18 Neque intellexit: והוא לא־ידע & ipſe non intelligebat.i.per imprudentiam factum. 19 Delictum eſt, אשם הוא .i.oblatio eſt pro peccato:nam delinquendo,&c.

IN CAPVT VI.

2 Mentitus nempe f.&c.′וכחש בעמיתו וגו Hìc ו pro,Id eſt poſitum eſt.ſi contēpto Domino negauerit in damnum proximi,ipſum proximum depoſuiſſe apud ſe aliquid. Aut in depo.manus או־בתשומת יד ſub.mentitus fuerit.hoc eſt, ſi negauerit datam ſibi fuiſſe pecuniam negotiationis cōmunis cauſa. Aut raptum, או בגזל aut rapinam.ſub.admiſerit.i.pecuniam vi ac violentia extorſerit. Alii ſubaudiunt,negauerit.i.aut negauerit ſe vi pecuniam extorſiſſe. Aut vim fecerit prox.ſ. או עשק את־עמיתו: aut occultè rapuerit *bona* proximi ſui.vel,calumnia occupauerit *bona* proximi ſui. 3 Et negauerit illud,וכחש בה .i.negauerit ſe inueniſſe. Aut iurauerit ונשבע Hìc ו poſitū eſſe pro או vel,declarat principiū quinti verſus,vbi iſtud repetitur.i.aut iurauerit falſò in vno ex omnibus quæ fieri nō poſſunt ab homine ſine peccato. 4 Quum ergo pec.והיה כי־יחטא Ad verbū,Et erit,quū peccauerit. Et deliquerit, ואשם .i.coram ſacerdote fatebitur ſe deliquiſſe. Vi extortum,&c.′את־העשק וגו .i.opes quas prætextu aliquo inuaſerit,vel per calumniam occupauerit.

5 In ſolidum,בראשו Ad verbum,in capite ſuo. vel,ſumma capitali.i.reddet illud ipſum. Die oblationis,&c. ביום אשמתו: die delicti ſui.i.die quo fatebitur ſe peccaſſe. 6 Secundum æſtmationem tuam, בערכך Vide præcedenti capite,verſu 15.

7 Et expiabit eum וכפר עליו id eſt,declarabit eum eſſe mundum. 8 His verbis, לאמור Ad verbum,dicendo.

9 Præcipe צו Hic eſt ſecūda Hebræorum libri huius ſectio,quam à prima huius verſus dictione denominant צו. Hæc eſt lex hol. זאת תורת העולה .i.hæ ſunt cæremoniæ obſeruādæ in holocauſto. Eſt holocauſtum,&c. הוא העולה על מוקדה .i.dicitur holocauſtū quòd aduratur. Succendetur תוקד ardebit.i.& perpetuò ardebit ignis ille qui Diuinitus fuerit accenſus ſuper altare.

10 Induet ſe ולבש Hìc ו ſolummodo conuertit præt.in fut.neque eſt vertendum. Quum abſump. אשר תאכל Hìc אשר pro כאשר poſitū eſt,quando. Ab altari,על־המזבח Ponitur hìc על pro מעל déſuper. Apud altare. : אצל המזבח iuxta altare.in parte Orientali, procul à tentorio fœderis. 12 Succendetur in eo,תוקד בו iugiter incendetur.i.perpetuò ardebit,accenſus Diuinitus. Et ſuccendet,&c.′ובער וגו .i.nutriet illum lignis ſuperiectis. Quotidie mane, בבוקר בבוקר Ad verbum,in mane in mane.

15 Pugillo ſuo de ſimila minnhæ, בקומצו מסולת המנחה ſignificat parum ſimilæ eſſe accipiendum. Odorem eius אזכרתה ſuffitum eius.memoriale eius.Vide ſuprà,cap.2.b.9.

C 16 Reliquam autẽ partem ſimilæ comedet Aaron cum filiis ſuis, abſque fermento: & comedet in loco ſancto in atrio tabernaculi.

17 Ideo autẽ non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſũ: ſanctum ſanctorum erit, ſicut pro peccato, atque delicto.

18 Mares tantùm ſtirpis Aaron comedent illud: legitimum ac ſempiternũ erit in generationibus veſtris de ſacrificiis Domini: omnis qui tetigerit illa, ſanctificabitur.

19 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

20 Hæc eſt oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ. Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno: medium eius mane, & mediũ eius veſpere.

21 Quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur: offeret autem eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino

22 Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit: & tota cremabitur in altari.

D 23 Omne enim ſacrificium ſacerdotũ igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo.

24 Loquutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens,

25 Loquere Aaron & filiis eius, Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato, in loco vbi offertur holocauſtum, immolabitur corã Domino: ſanctum ſanctorum eſt.

26 Sacerdos qui offert, comedet eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi.

27 Quicquid tetigerit carnes eius, ſanctificabitur: ſi de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto.

28 Vas autem fictile in quo cocta eſt, confringetur: quòd ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.

29 Omnis maſculus de genere ſacerdotali veſcetur de carnibus eius: quia ſanctum ſanctorum eſt.

Suprà 4.a.5
heb.13.b.11

30 Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, |cuius ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonii ad expiandum in ſanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni.

Cap. VII.

1 HAEc quoque eſt lex hoſtiæ pro delicto: ſancta ſanctorum eſt.

2 Idcirco vbi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto: ſanguis eius per gyrum altaris fundetur.

3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia.

4 Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia eſt, reticulumq; iecoris cum renunculis,

5 Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto.

6 Oĩs maſculus de ſacerdotali genere in

---

16 Quod autem ſuperfuerit ex ea, comedent Aharón & filii eius, '*in* azymis comedetur in loco ſancto, in atrio tabernaculi eccleſiæ comedent eam.

17 'Non coquetur *in* fermentato: portionem eorum dedi "illam ex oblationibus meis ignitis: 'ſanctificatio ſanctificationum eſt, ſicut oblatio pro peccato, & ſicut oblatio pro delicto.

18 Omnis maſculus "in filiis Aharón comedet eam: 'ſtatutum perpetuum eſt in generationibus veſtris de oblationibus ignitis Iehouæ: quicquid tetigerit ea, 'ſanctificabitur.

Oblatio Aarõ & filiorũ eius in die vnctionis ſuæ.

19 Et loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

20 Iſta *eſt* oblatio Aharón & filiorum eius, quam offerent Iehouæ die qua vngetur ipſe. Decimam *partem* Nepháh ſimilæ, *in* minnham iugiter: dimidium eius mane, & dimidium eius veſperi.

21 "In craticula in oleo fiet, frictã afferes eam, 'coctiones minnhæ fruſtorum offeres in odorem quietis Iehouæ.

22 Et ſacerdos vnctus "in locum eius è filiis eius 'faciet illam: ſtatutum perpetuum Iehouæ, tota ſuffietur.

23 Et omnis minnha ſacerdotis tota cremabitur, non comedetur.

Lex hoſtiæ pro peccato.

24 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

25 Alloquere Aharonẽ, & filios eius, dicendo, Iſta *eſt* lex hoſtiæ pro peccato, In loco ĩ quo mactabitur *hoſtia* holocauſti, mactabitur hoſtia pro peccato corã Iehoua, *quia* "ſãctificatio ſanctificationũ eſt.

26 Sacerdos *offerens* illam oblationem pro peccato, comedet illam, in loco ſancto comedetur, in atrio tabernaculi eccleſiæ.

27 Quicquid tetigerit carnẽ eius, ſanctificabitur: "& ſi defluxerit de ſanguine eius ſuper veſtem, illud ſuper quod defluxerit, lauabis in loco ſancto.

28 Et vas teſtaceum "in quo coquetur, confringetur: quòd ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.

29 Omnis maſculus "in ſacerdotibus comedet illam: ſanctificatio ſanctificationum eſt.

30 Et omnis hoſtia pro peccato, de cuius ſanguine inferetur *aliquid* in tabernaculum eccleſiæ, ad expiandum "in ſanctitate, nõ comedetur, igni comburetur.

Cap. VII.

Lex hoſtiæ pro delicto.

1 I"Sta autẽ *eſt* lex hoſtiæ pro delicto: "ſãctificatio ſãctificationũ eſt.

2 Quo in loco mactabunt hoſtiam holocauſti, mactabunt hoſtiã pro delicto, & ſanguinẽ eius ſparget ſuper altare per circuitũ.

3 Totum verò adipem eius offeret ex ea, caudam, & adipem operientem inteſtina.

4 Duos quoque renes, & adipem qui eſt ſuper illos qui eſt prope ilia, & fibram ſuper iecur, cum renibus remouebit.

5 Adolebítque illa ſacerdos ſuper altare oblationem ignitam Iehouæ: oblatio pro delicto eſt.

6 Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet eam: in loco ſancto

---

16 *In* azymis comedetur מצות תאכל .i. in panibus infermentatis comedetur ſimila. Subaudiendum ב In.
17 Non coquetur *in* ferm. לא תאפה חמץ .i. ex ea non fiet panis fermentatus qui poſtea coquatur in clibano. Illam אותה nempe ſimilam reliquã. Sãctificatio ſanct. eſt, קודש קודשים היא ſanctitas ſanctitatum eſt. i. ſacroſancta eſt ſimila illa, propterea à ſolis ſacerdotibus comedenda. 18 In filiis Aharõ בבני אהרון .i. de ſtirpe ſacerdotali. Statutũ perp. חק־עולם Vide ſuprà cap. 3. d. 17. Sanctificabitur. יקדש: .i. reddetur ſanctum, vt nõ liceat aliis quàm ſanctis comedere illa. 21 In craticula, &c. על־מחבת וגו' in ſartagine cum oleo fiet. i. præparabitur: ſimila illa ſcilicet. Coctiones min. fruſt. תופיני מנחת פתים .i. minham coctam diuiſam in fruſta offeres.
22 In locum e. תחתיו .i. qui ſufficietur in locum eius. Faciet illã: יעשה אותה præparabit illam. nẽpe ſimilã, ſiue oblationẽ de ſimila.
25 Sãctificatio ſan. eſt. קודש קדשים היא ſãctitas ſanctitatũ eſt. hoc eſt, hoſtia illa ſacroſãcta eſt, dicata Iehouæ. 27 Et ſi ואשר quũq;.
28 In quo coquetur, אשר תבושל־בו ſub. hoſtia illa. 29 In ſacerdotibus בכוהנים .i. de genere ſacerdotum. 30 In ſanctitate, בקודש .i. in loco ſancto.

IN CAPVT VII.

1 Iſta autem *eſt* lex, &c. וזאת תורת וגו' .i. Hic eſt ritus obſeruandus in mactanda hoſtia pro expiatione delicti. Sanctificatio, &c. קודש וגו' eſt *enim* ſanctitas ſanctitatum. i. ſacroſanctum, hoc eſt ea res eſt ſancta, ideo eſus eius ſolis ſacerdotibus permittitur.

comedetur:ſanctificatio ſanctificationum eſt.

7 Sicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto, lex eadem illis: ſacerdotis erit qui expiabit eum.

8 At ſacerdos offerens hoſtiā holocauſti alicuius, pellis holocauſti quod obtulerit, ſacerdotis ipſius erit.

9 Omnis præterea minhha quæ coquetur in clibano,& omne præparatū in ſartagine,& in craticula, erit ſacerdotis offerentis illud.

10 Omnis item minhha miſta oleo & arida, omnibus filiis Aharón erit:erit″vnicuique ſicut fratri ſuo.

Hoſtia pacificorum.

11 Hæc autem eſt lex ſacrificii pacificorum quod offeret Iehouæ.

12 Si″pro gratiarum actione obtulerit illud, tunc offeret″pro ſacrificio gratiarum actionis placētas infermentatas verſatas in oleo, & lagana infermentata vncta oleo,& ſimilam frictam, *vnà cum* placentis illis verſatis in oleo.

13 Cum placentis panis fermentati offeret oblationem ſuam″pro ſacrificio gratiarum actionis pacificorum ſuorum.

14 Offerétque ex eo vnum *panem* ex omni oblatione, oblationem Iehouæ: ſacerdotis ſpargentis ſanguinem pacificorum″erit.

15 Caro autem hoſtiæ gratiarum actionis pacificorum eius,in die oblationis eius comedetur:non dimittet ex eo vſque mane.

16 Quòd ſi″votum,vel ſpontaneum fuerit ſacrificium oblationis eius:die quo ille obtulerit ſacrificium ſuum,comedetur,& ſequēti die comedetur″quod ſuperfuerit ex eo.

17 Quod verò ſupfuerit de carne ſacrificii die tertia,igni cōburetur.

18 ″Si autē comedēdo comedatur *aliquid* de carne ſacrificii″pacificorū eius die tertia,″nō placebit offerēs illud,″neq; imputabitur illi: abominatio erit,& anima comedēs ex eo,″iniquitatē ſuā portabit.

19 Et caro quæ contigerit vllum immundum, nō comedetur, *ſed* igni comburetur:″at carnes illas omnis mundus comedet.

20 Nā anima quæ comederit carnes de ſacrificio pacificorū quod eſt Iehouæ,″& immunditia eius *fuerit* ſuper ipſum, tunc excidetur anima illa è populis ſuis.

21 Anima item quum tetigerit quicquam immūdum,″nempe de immunditia hominis, aut animal immundum, aut omne reptile immundum, comederítque de carnibus ſacrificii pacificorum quod eſt Iehouæ:″tunc excidetur anima illa è populis ſuis.

22 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

Adeps & ſanguis non comedēda.

23 Alloquere filios Iwſraʾél, dicēdo,″Omnem adipem bouis & agni & capræ non comedetis.

loco ſancto veſcetur his carnibus: quia ſanctum ſanctorum eſt.

7 Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto: vtriuſq; hoſtiæ lex vna erit:ad ſacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit.

8 Sacerdos qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius.

9 Et omne ſacrificium ſimilæ quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula vel in ſartagine præparatur, eius erit ſacerdotis à quo offertur:

10 Siue oleo conſperſa, ſiue arida fuerint, cunctis filiis Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur. B

11 Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorū quæ offertur Domino.

12 Si pro gratiarū actione oblatio fuerit, offerent panes abſque fermento conſperſos oleo,& lagana azyma vncta oleo, coctámque ſimilam, & collyridas olei admiſtione conſperſas.

13 Panes quoque fermētatos cum hoſtia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis:

14 Ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino, & erit ſacerdotis qui fundet hoſtiæ ſanguinem.

15 Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vſque mane.

16 Si voto vel ſponte quiſpiam obtulerit hoſtiam, eadem ſimiliter edetur die:ſed & ſiquid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt:

17 Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis abſumet.

18 Et ſiquis de carnibus victimæ pacificorū die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunque anima tali ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.

19 Caro quæ aliquid tetigerit immūdum, non comedetur, ſed cōburetur igni: qui fuerit mūdus, veſcetur ex ea. C

20 Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis.

21 Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumēti, ſiue omnis rei quæ polluere poteſt, & comederit de huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis.

22 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

23 Loquere filiis Iſrael, Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis.

---

10 Vnicuique,&c. :איש כאחיו Hebraiſmus, pro, æqua menſura per ſingulos diuidetur. 12 Pro gratiarū act. על תורה Vox iſta & confeſſionem, ſiue laudem,& gratiarum actionem ſignificat, à ירה laudare & gratias agere. Hinc doctus inter Hebræos ſacrificiū factum fuiſſe putat quando aliquis agnoſcens ſe peccatorem, Domino peccata ſua confiteri, atque ſe cum illo reconciliare volebat. Quū enim aliquis ſingulare quoddā cōmiſiſſet peccatum, tunc oportebat eum aliud offerre ſacrificium, nempe חטאת vel אשם id eſt hoſtiam pro peccato, vel hoſtiam pro delicto. Tunc תורה pro ſacrificio cōfeſſionis exponendū. Vel hoc genus ſacrificii adhibebatur quādo quis Dominum ſuper aliquo ſigno laudare & gratias agere volebat: vt ſiquis periculū aliquod euaſiſſet, puta ſi liberatus fuiſſet ex vinculis, aut ex graui infirmitate conualuiſſet, aut prolem ex ſterili vxore impetraſſet. Hoc genus ſacrificii (inquit alius quidam) numeratur non inter ſanctiſſima, ſed inter vulgaria. licebat enim de reliquiis eius edere, non tantū ſacerdotibus, ſed etiā vulgo Iſraelitarū, ſi modò eſſent iuxta legitimos ſuos ritus ſanctificati. Deinde recenſentur duæ huius ſacrificii ſpecies: altera vocatur תורה hoc eſt ſacrificium cōfeſſionis & laudationis, quo videlicet offerens confitetur ſe accepiſſe beneficium à Deo, ac laudat, commendátque gloriam clementiæ ac bonitatis Dei. LXX verterunt, θυσίαν αἰνέσεως ſacrificium laudationis. Altera (vt vides paulo pòſt verſu 16) vocatur נדר vel נדבה hoc eſt votum, aut ſpontaneum, quum videlicet offerens nōdum accepit à Deo beneficium quod ſperauit: ſed vel vouit ſacrificium in expectatione beneficii accipiendi, vel ſpontanea voluntate adducit ſacrificiū, vt excitet ac cōfirmet fidem ſuam in inuocatione nominis Dei pro optata & ſperata ſalute. Pro ſacrificio על זבח cum ſacrificio. vel, in ſacrificio. Sic verſu ſequenti. 14 Erit. :לו יהיה Ad verbum, ipſius erit. redundat לו.

16 Votum, vel ſpōtaneū נדר או נדבה Vide paulo antè, verſu 12. Quod ſuperfuerit והנותר Ad verbum,& quod ſuperfuerit. Redūdat hîc ו. 18 Pacificorum e. שלמיו ſub. offerentis. Non placebit לא ירצה non erit gratus. vel, acceptus. Neque imputabitur illi: לא יחשב לו .i. neque quicquam illi profuerit. q.d. offerendo illud nihil proficiet. Iniquitatē ſ. port. עונה תשא: .i. dabit pœnas debitas peccato ſuo. 19 At carnes,&c. והבשר וגו׳ Ad verbum,& carnem, omnis mundus comedet carnem. Antecedens loco relatiui poſitum, pro omnis mundus comedet carnes illas, nempe hoſtiæ immolatæ Deo in ſacrificio pacificorum.

20 Et immunditia e. *fu.* ſuper ipſum, וטומאתו עליו id eſt quum impurus ſit impuritate interna.

21 Nempe de immunditia בטומאת Ad verbum, in impuritate. i. hominem impurum, hoc eſt leproſum, vel patientem fluxū ſeminis. Tūc excidetur,&c. ונכרתה וגו׳ .i. ille eiicietur de cōgregatione populi ſui. 23 Omnē adi.&c. כל חלב וגו׳ .i. nullū adipē,&c. comedetis. ל

Sinai,ſiue Horeb.

24 Adipẽ cadaueris morticini, & eius animalis quod à beſtia captum eſt,habebitis in varios vſus.

25 Siquis adipẽm, qui offerri debet in incẽſum Domini,comederit, peribit de populo ſuo.

26 Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo,tam de auibꝰ quàm de pecoribus.

27 Omnis anima quæ ederit ſanguinẽ, peribit de populis ſuis.

28 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

29 Loquere filiis Iſrael,dicens,Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat ſimul & ſacrificium,id eſt libamenta eius.

D 30 Tenebit manibus adipem hoſtiæ,& pectuſculum.quúmque ambo oblata Domino conſecrauerit, tradet ſacerdoti,

31 Qui adolebit adipem ſuper altare: pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum eius.

32 Armus quóque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias ſacerdotis.

33 Qui obtulerit ſanguinem,& adipẽ, filiorum Aaron,ipſe habebit & armũ dextrum in portione ſua.

34 Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filiis Iſrael de hoſtiis eorum pacificis,& dedi Aaron ſacerdoti, & filiis eius lege perpetua,ab omni populo Iſrael.

35 Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eiꝰ in cæremoniis Domini in die quo obtulit eos Moyſes vt ſacerdotio fungerentur,

36 Et quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Iſrael religione perpetua in generationibus ſuis.

37 Iſta eſt lex holocauſti & ſacrificii pro peccato atque delicto,& pro conſecratione & pacificorum victimis:

38 Quam conſtituit Dominus Moyſi in monte Sinai, quando mandauit filiis Iſrael vt offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.

Cap.VIII.

1 LOquutúſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

2 Tolle Aaron cum filiis ſuis, veſtes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, caniſtrum cum azymis:

3 Et congregabis omnem cœtum ad oſtium tabernaculi.

4 Fecitque Moyſes vt Dominus imperauerat: congregatáque omni turba ante fores tabernaculi,

5 Ait, Iſte eſt ſermo quem iuſſit Dominus fieri.

6 Statimque obtulit Aaron & filios eius:quúmque lauiſſet eos,

7 Veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & déſuper

24 Adeps quidem'cadaueris & adeps rapti parabitur in omne opꝰ, ſed comedendo non comedetis illum.

25 Nã quicũq; comederit adipẽ animalis ex quo offeret oblationẽ ignitã Iehouæ,tũc anima'quæ comederit,excidetur è populis ſuis.

26 Nullum etiam ſanguinem comedetis in cunctis habitationibus veſtris,tam de auibus quàm de iumentis.

27 Omnis anima quæ comederit vllum ſanguinem,excidetur anima illa è populis ſuis.

28 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh,dicendo,

29 Loquere ad filios Iשſraאél,dicendo, Offerens ſacrificium pacificorum ſuorum Iehouæ,afferet oblationem ſuam Iehouæ de hoſtia pacificorum ſuorum.

30 Manus eius afferent'oblationes ignitas Iehouæ, adipem cum pectuſculo afferet:pectuſculum *quidem*'ad agitandum illud agitatione coram Iehoua:

31 Adolebit verò ſacerdos adipem *ſuper* altare: & erit pectuſculum illud Aharoni & filiis eius.

32 Armum autem dextrum dabitis'ad eleuationẽ ſacerdoti de ſacrificiis pacificorum veſtrorum.

33 Qui offeret ſanguinem pacificorum, & adipem è filiis Aharonis,ipſiuserit armus dexter in portionem:

34 Quia pectuſculum agitationis, & armum eleuationis tuli à filiis Iſrael de ſacrificiis pacificorum ſuorum, & dedi illa Aharoni ſacerdoti,& filiis eius in ſtatutum perpetuum à filiis Iשſraאél.

35 'Hæc eſt vnctio Aharón, & vnctio filiorũ eius ex oblationibus ignitis Iehouæ, "à die qua accedere fecit eos ad ſacerdotio fungendum'Iehouæ,

36 Quas præcepit Iehouáh vt darent eis à die qua vnxit eos à filiis Iשſraאél ſtatuto perpetuo"in generationibus ſuis.

37 'Hæc eſt lex holocauſti,minחhæ,& ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro delicto,'& conſecrationũ,& ſacrificii pacificorum:

38 Quã præcepit Iehouáh Moשſéh in mõte סSinái,die quo præcepit filiis Iשſraאél vt offerrent oblationes ſuas"Iehouæ in deſerto סSinái.

Cap. VIII.

1 LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh,dicendo,

2 Tolle Aharón & filios eius cũ illo, & veſtes,& oleũ vnctionis,& iuuencum ſacrificii pro peccato,& duos arietes,& caniſtrũ 'infermentatorum:

Conſecratio pōtificis Aaronis & filiorum eius.

3 Atque omnẽ cœtum congrega ad oſtiũ tabernaculi eccleſiæ.

4 Et fecit Moשſéh quemadmodum præceperat illi Iehouáh: & congregatus eſt cœtus ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

5 Tunc dixit Moשſéh ad cõgregationem, Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh"vt faciatis.

6 'Et accedere fecit Moשſéh Aharonẽ & filios eiꝰ,quos lauit aqua:

7 'Eúmque induit tunicam,& cinxit illum balteo:dein pallio induit eũ,atq; ſuper eũ poſuit אephod,cinxítq; eũ cingulo אephod,

24 Cadaueris,&c. נבלה וגו'.i.animalis mortui,animaliſq; à fera rapti & laniati præparabitur ad varios vſus,ſed nõ comedetur à vobis. 25 Quæ comederit, האוכלת ſub.de adipe illo. 30 Oblationes ign. את אשי incenſa.i.ea quæ ſolent incendi in honorẽ Iehouæ. Ad agitandũ il ag. להניף אותו תנופה Vide Exod.29.d.24. 32 Ad eleuationem תרומה ſub.faciendam.id eſt in oblationem. 35 Hæc eſt vnctio זאת משחת .i.hæc eſt merces vnctionis Aaronis.q.d. mercedis loco hoc habebit Aaron & filii eius ob vnctionẽ ſuam, ſiue ſacerdotiũ ſuũ,à filiis Iſrael:hoc eſt priuilegiũ & ius ipſorum.Ita alter ex doctioribus Hebræorũ. A die ביום Hic ב pro מן poſitũ eſt. Iehouæ, ליהוה: Antecedens,pro relatiuo,ſibi. 36 In generat.ſuis. לדורותם: per generationes ſuas.vel,per ætates ſuas.i. quibus ſeculis illi vixerint. 37 Hæc eſt lex holoc.זאת התורה לעולה .i. talibus legibus & ritibus fieri debet holocauſtũ,&c. Et conſecrationum, ולמלואים Ad verbum, & impletionum.i.ſacrificii quod fieri ſolet in conſecratione ſacerdotum. 38 Iehouæ ליהוה Antecedens pro relatiuo, ſibi.

IN CAPVT VIII.

5 Vt faciatis. לעשות: Infinit.Heb.facere. Alii vertunt,fieri. 6 Et accedere fecit ויקרב Et accerſiuit ad ſe.
7 Eúmque induit ויתן עליו את־הכותנת Ad verbum,Et dedit ſuper eum tunicam.

cinxit inquam eum illo.

8 Et ſuperpoſuit eum pectorali, poſuítque in pectorali Vrím & Thummím.

9 Deinde poſuit mitram ſuper caput eius,ponens ſuper mitram ante faciem eius laminam auream,coronam ſanctam, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Mowſéh.

10 Accepit quoque Mowſéh oleum vnctionis,& vnxit tabernaculum,& quæcunque erant in illo,"& conſecrauit ea.

11 Et aſperſit ex eo ſuper altare ſeptem vicibus, vnxítque altare, atque omnia"vaſa eius,"& conchã, & baſim eius, vt cõſecraret ea.

12 Fudit etiam ex oleo vnctionis ſuper caput Aharón, vnxítque eum vt conſecraret eum.

13 Fecit præterea Mowſéh accedere filios Aharón, induítque illos tunicis: & cinxit illos balteo,atque alligauit eis mitras,quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Mowſéh.

14 "Adduxit quoq; iuuẽcũ in hoſtiã ꝑ peccato,impoſuítq; Aharõ & filii eius manus ſuas ſuper caput iuuenci hoſtiæ pro peccato.

15 Et mactauit,tulítque Mowſéh ſanguinẽ, poſuítq; ſuper cornua altaris per circuitũ digito ſuo,& expiauit altare, *reliquum* verò ſanguinẽ fudit ad baſim altaris, & ſãctificauit illud"ad expiãdũ illud.

16 Tulit præterea totum adipem qui erat ſuper inteſtina, & fibrã iecoris,& duos renes, adipémque eorum,adoleuítque *ea* Mowſéh ſuper altare.

17 Iuuencum verò, & pellem eius, & carnem eius, & fimum eius combuſſit igni extra caſtra,quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Mowſéh.

18 Poſthæc adduxit arietem holocauſti,& admouerunt Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.

19 Et mactauit,ſparſítq; Mowſéh ſanguinẽ ſuper altare ꝑ circuitũ.

20 Arietem quoque concídit in fruſta ſua, adoleuítque Mowſéh caput, & fruſta,& adipem.

21 Inteſtina verò & crura lauit aqua, & adoleuit Mowſéh totũ arietem ſuper altare: holocauſtũ eſt"in odorem quietis, oblatio ignita eſt Iehouæ,quemadmodum præceperat Iehouáh Mowſéh.

22 Accedere fecit & arietem ſecundũ,arietẽ conſecrationũ: poſuerúntque Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.

23 Et mactauit,tulítque Mowſéh de ſanguine eius,& poſuit"ſuper tenerum auris Aharón dextræ,& ſuper pollicem manus eius dextræ,& ſuper pollicem pedis eius dextri.

24 "Adduxit & filios Aharón,poſuítque Mowſéh de ſanguine ſuper tenerum auris eorũ dextræ,& ſuper pollicem manus eorũ dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri: ſparſítque Mowſéh ſanguinem ſuper altare per circuitum.

25 Tulit deinde adipẽ,& caudã,totũq; adipẽ qui erat ſuꝑ inteſtina & fibrã iecoris,duóſque renes,& adipem eorũ,& armũ dextrum.

26 De caniſtro quoque infermẽtatorum quæ erãt corã Iehouáh, tulit tortam infermentatã vnam,& tortã panis oleati vnam,& laganum vnum,poſuítque cum adipe & cum armo dextro.

humerale impoſuit.

8 Quod aſtringens cingulo, aptauit rationali, in quo erat & doctrina & veritas. B

9 Cidari quoque texit caput: & ſuper eam contra frõtem poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus.

10 Tulit & vnctionis oleum,quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua.

11 Quúmque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud & omnia vaſa eius,labrúmque cum baſi ſua ſanctificauit oleo.

12 ‖Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum,& conſecrauit. Eccli 45.c.18

13 Filios quoque eius oblatos veſtiuit tunicis lineis,& cinxit balteis,impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus. C

14 Obtulit & vitulũ pro peccato: quúmque ſuper caput eius poſuiſſet Aaron & filii eius manus ſuas,

15 Immolauit eum, hauriens ſanguinem,& tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato & ſãctificato, fudit reliquum ſanguinẽ ad fundamenta eius.

16 Adipem verò qui erat ſuper vitalia & reticulum iecoris, duóſque renunculos cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper altare:

17 Vitulum cum pelle & carnibus & fimo cremans extra caſtra,ſicut præceperat Dominus.

18 Obtulit & arietem in holocauſtũ: ſuper cuius caput quum impoſuiſſent Aaron & filii eius manus ſuas,

19 Immolauit eũ, & fudit ſanguinem eius per circuitum altaris.

20 Ipſúmque arietem in fruſta concidens, caput eius & artus & adipem adoleuit igni, D

21 Lotis prius inteſtinis & pedibus: totumque ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quòd eſſet holocauſtũ ſuauiſſimi odoris Domino,ſicut præceperat ei.

22 Obtulit & arietem ſecundum,in cõſecrationem ſacerdotum: poſuerúntque ſuper caput eius Aaron & filii eius manus ſuas.

23 Quem quum immolaſſet Moyſes, ſumẽs de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ,ſimiliter & pedis.

24 Obtulit & filios Aaron: qúumque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollicem manus ac pedis dextri, reliquũ fudit ſuper altare per circuitum. E

25 Adipem verò & caudam, omnémque pinguedinẽ quæ operit inteſtina, reticulũque iecoris, & duos renes cũ adipibꝰ ſuis & armo dextro ſeparauit.

26 Tollẽs autẽ de caniſtro azymorũ, quod erat corãDomino, panẽ abſque fermẽto vnũ, & collyridam cõſperſã oleo,laganúmq; poſuit ſuper adipes, & armum dextrum.

---

10 Et conſecr.ea. ויקדש אותם: Ad verbum,& ſanctificauit ea.ſic verſu ſequenti.

11 Vaſa eius, כליו inſtrumenta eius. Et concham, ואת־הכיור & labrum.aut, peluim.

14 Adduxit quoque ויגש Ad verbum,Et appropinquare fecit.Vel,accedere fecit.

15 Ad expiandum ill. לכפר עליו: ad expiandũ in eo.ſub.omnia peccata. 21 In odorem quietis,לריח־ניחוח Vide ſuprà cap.1.b.9.

23 Super tenerum auris על־תנוך אוזן in extremitate auris.vel,ſuper extremam auriculam.Chaldæus paraph.in ſummitate auriculæ.

24 Adduxit & ויקרב Ad verbum,Et appropinquare fecit.aut,Accedere fecit.Quidam vertunt,Accerſiuit & filios Aharon,&c.

F 17 Tradens ſimul omnia Aaron & filiis eius. qui poſtquam leuauerunteā coram Domino,

28 Rurſum ſuſcepta de manibus eorū adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuauitatis ſacrificii Domino.

29 Tulitque pectuſculum, eleuās illud coram Domino, de ariete cōſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus.

30 Aſſuménſque vnguentum, & ſanguinem qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta eius, & ſuper filios illius ac veſtes eorum.

31 Quúmque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, dicens, Coquite G carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas:|panes quoque cōſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicēs, Aaron & filii eius comedent eos.

Exod.29.f.32
infrà 28.b.9

32 Quicquid autem reliquū fuerit de carne & panibus, ignis abſumet.

33 De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem quo complebitur tempus cōſecrationis veſtræ: ſeptem enim diebus finitur conſecratio.

34 Sicut impræſentiarum factū eſt, vt ritus ſacrificii compleatur.

35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruantes cuſtodias Domini, ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt.

36 Fecerúntque Aaron & filii eius cūcta quæ loquutus eſt Dominus per manum Moyſi.

Cap.IX.

1 FActo autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & filios eius, & maiores natu Iſrael, dixitque ad Aaron,

Exod.29.a.1

2 |Tolle de armento vitulū pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrūque immaculatum, & offer illos corā Domino.

3 Et ad filios Iſrael loquêris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atq; agnum anniculos, & ſine macula in holocauſtum:

4 Bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes: hodie enim Dominus apparebit vobis.

5 Tulerunt ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtiū tabernaculi: vbi quū omnis multitudo aſtaret,

B 6 Ait Moyſes, Iſte eſt ſermo quē præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius.

7 Et dixit ad Aarō, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo, offer holocauſtū, & deprecare pro te & pro populo: quūq; mactaueris hoſtiā populi,

17 Et poſuit omnia *hæc* in manibus Aharón, & in manibus filiorū eius, "& ea agitare fecit agitatione coram Iehoua.

28 Dein accepit Mowſéh illa ex manibus eorum, adoleuítque ſuper altare in holocauſtum: "conſecrationes *enim* ſunt in odorem quietis, oblatio ignita eſt Iehouæ.

29 Tulítque Mowſéh pectus, & agitauit illud agitatione coram Iehoua: *&* ex ariete conſecrationum ipſi Mowſéh fuit "in partem, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Mowſéh.

30 Tulit etiam Mowſéh ex oleo vnctionis, & de ſanguine qui erat ſuper altare, aſperſítque ſuper Aharón, ſuper veſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes filiorum eius cum eo: conſecrauítque Aharonem & veſtes eius, & filios eius & veſtes filiorū eius cū eo.

31 Et dixit Mowſéh ad Aharón & ad filios eius, Coquite carnes ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, ibi denique comedite eam, & panem qui eſt in caniſtro "conſecrationum, quemadmodum præcepi, dicendo, Aharón & filii eius comedent eam.

32 "Quod verò ſuperfuerit de carne & pane, igni comburetis.

33 Et ex oſtio tabernaculi eccleſiæ non egrediemini ſeptē diebus, vſque ad diem quo completi fuerint dies cōſecrationum veſtrarum: ſeptem enim diebus "conſecrabit manum veſtram.

34 Quemadmodum "fecit in die hac, præcepit Iehouáh facere ad expiandum vos.

35 Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ manebitis die & nocte ſeptē diebus, obſeruabitiſque obſeruationem coram Iehoua, "& non moriemini: ſic enim iuſſus ſum.

36 Fecit itaque Aharón & filii eius omnia verba quæ præceperat Iehouáh "per manum Mowſéh.

Cap.IX.

שמיני

Prima Aaronis oblatio, pro ſe & populo.

1 FActum eſt autē, die "octauo vocauit Mowſéh Aharón & filios eius, & ſeniores Iwſraאél.

2 Dixítq; ad Aharón, Tolle tibi vitulū filiū bouis "in ſacrificiū ꝓ peccato, & arietē in holocauſtū integros, & offer coram Iehoua.

3 Ad filios verò Iwſraאél loquêris, dicendo, Tollite hircū caprarū in ſacrificium pro peccato, & vitulum & agnum anniculos immaculatos in holocauſtum:

4 Bouem item & arietem pro ſacrificio pacificorum, vt ſacrificetis coram Iehoua, & minnham "conſperſam oleo: quia hodie Iehouáh apparebit vobis.

5 Tulerūt ergo quæ præceperat Mowſéh corā tabernaculo eccleſiæ: & acceſſit totus cœtus, ſteterúntque "coram Iehoua.

6 Tum dixit Mowſéh, Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh, faciatis *illud*, "& apparebit vobis gloria Iehouæ.

7 Ad Aharón verò dixit Mowſéh, Accede ad altare, & fac oblationem pro peccato tuo, & holocauſtū tuū "& expiationē fac pro te & pro populo: "fac quoque oblationem populi, & expiationē fac

27 Et ea agitare fecit, &c. ויּנף אותם תנופה id eſt, fecit vt cum agitatione quadam illa offerrentur. Vide Exod 19.d.24.

28 Conſecrationes ſunt מלואים חם id eſt oblationes quæ fiunt pro conſecratione ſacerdotum. 29 In partem, למנה .i. portio.

31 Conſecrationum, המלואים oblationis conſecrationum .i. quæ fiebat in conſecratione ſummi Sacerdotis. Plur. Heb. pro ſingul.

32 Quod verò ſuperfuerit והנותר ſub. in craſtinum diem.

33 Conſecrabit ימלא Ad verbum, implebit. Quidam volunt tertiam perſonam futuri poni pro prima præteriti, conſecraui.

34 Fecit עשה Et hîc tertiam perſonam poni pro prima, nonnulli ſcribunt .i. quemadmodum ego Moſes feci, ſic præceperat Dominus vt facerem, vt emundarem vos à peccatis veſtris. 35 Et non moriemini: ולא תמותו vt non moriamini.

36 Per manum Mowſéh. ביד־משה: Hebraiſmus, opera & miniſterio Moſis, ſiue per Moſen.

IN CAPVT IX.

1 Octauo השמיני Hac voce denominant Hebræi tertiam huius libri ſectionem, ab hoc primo verſu incipientes.

4 Cōſperſam בלולה tinctam. verſatam. permiſtam. 5 Coram Iehoua. לפני יהוה: .i. ante fores tētorii fœderis, ſiue eccleſiæ.

7 Et expiationem fac pro te וכפר בעדך .i. expia peccata tua, orando pro te: vt doctus inter Hebræos exponit. Alii, & deprecare pro te. Fac quoque oblat. pop. &c. ועשה את־קרבן העם וגו' ſacrifica quoque pro populo, & deprecare pro illis. vel, placatum redde Deū populo.

pro eis, quemadmodum præcepit Iehouáh.

8 Acceſſit itaque Aharón ad altare, & mactauit vitulũ″ſuum oblationem pro peccato.

9 Et obtulerunt filii Aharón ſanguinem ei: qui tinxit digitũ ſuũ in ſanguine, poſuítque ſuper cornua altaris: *reliquum* verò ſanguinẽ fudit ad baſim altaris.

10 Adipem autem, & renes, & fibram iecoris hoſtiæ pro peccato adoleuit ſuper altare, quemadmodũ præceperat Iehouáh Mowſéh.

11 At carnem & pellem combuſſit igni extra caſtra.

12 Mactauit & hoſtiam pro holocauſto, & obtulerunt ei filii Aharón ſanguinem, quem ſparſit ſuper altare per circuitum.

13 Holocauſtũ quoque obtulerunt ei cum fruſtis ſuis, & caput, & adoleuit ſuper altare.

14 Dein lauit inteſtina, & crura, & adoleuit cum holocauſto ſuper altare.

15 Obtulit & oblationem populi, tulítque hircum oblationis pro peccato″qui *erat* populi, mactauítque eum, & pro peccato obtulit ipſum ſicut primum.

16 Obtulit quoque holocauſtum, & apparauit illud″iuxta morẽ.

17 Obtulit & minnhã, impleuítque manum ſuam ex ipſa, & adoleuit ſuper altare, ″præter holocauſtum matutinum.

18 Mactauit inſuper bouem & arietem *in* ſacrificium pacificorum ″quod *erat* populi: & obtulerunt filii Aharón ſanguinem, quem ſparſit ſuper altare per circuitum:

19 Et adipes bouis, & arietis, caudam, & *adipem* qui operit *inteſtina*, & renes, & fibram iecoris.

20 Poſuerũtq; adipes″ſup pectuſcula, & adoleuit adipes ſup altare.

21 Pectuſcula verò & armũ dextrum agitauit Aharón agitatione coram Iehouáh, quemadmodum præceperat Iehouáh Mowſéh.

Benedicit Aarõ populo.

22 Poſt hæc eleuauit Aharón″manum ſuam ad populum, benedixítque eis, ″& deſcendit à faciendo oblationem pro peccato, & holocauſtum, & ſacrificium pacificorum.

Apparet gloria Domini.

Ignis à Domino egreſſus, deuorat holocauſtum.

23 Et venit Mowſéh & Aharón ad tabernaculũ eccleſiæ, & egreſſi ſũt, & benedixerũt populo: ″& apparuit gloria Iehouæ toti populo.

24 ″Egreſſúſque eſt ignis à facie Iehouæ, & conſumpſit ſuper altare holocauſtum & adipes: quod videns vniuerſus populus, ″laudauerunt, & ceciderunt ſuper facies ſuas.

Cap. X.

Nadab & Abiu comburuntur à Deo.

1 ACceperunt autẽ filii Aharón, Nadáb & Abihú, quiſq; acerrã ſuam, & poſuerunt in eis ignem, cui ſuperpoſuerũt ſuffimẽtũ, obtulerũtq; corã Iehouáh″ignẽ alienũ, ″quod nõ præceperat eis.

ora pro eis, ſicut præcepit Dominus.

8 Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo.

9 Cuius ſanguinem obtulerunt ei filii ſui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduũ ad baſim eius.

10 Adipémque, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi:

11 Carnes verò & pellem eius, extra caſtra combuſſit igni.

12 Immolauit & holocauſti victimam, obtulerúntq; ei filii ſui ſanguinẽ eius, quem fudit per altaris circuitum. C

13 Ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſuper altare cremauit igni,

14 Lotis aqua prius inteſtinis & pedibus.

15 Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatóque altari,

16 Fecit holocauſtum.

17 Addens in ſacrificio libamẽta, quæ pariter offerũtur, & adolens ea ſuper altare, abſque cæremoniis holocauſti matutini.

18 Immolauit & bouem atque arietẽ hoſtias pacificas populi, obtulerúntque ei filii ſui ſanguinem, quem fudit ſupr altare in circuitum.

19 Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculóſque cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris D

20 Poſuerũt ſuper pectora: qúmque cremati eſſent adipes ſuper altare,

21 Pectora eorum & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans corã Domino, ſicut præceperat Moyſes.

22 Et extendẽs manum ad populum, benedixit ei: ſicque completis hoſtiis pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit.

23 Ingreſſi autẽ Moyſes & Aaron in tabernaculũ teſtimonii, & deinceps egreſſi, benedixerũt populo.‖ apparuítque gloria Domini õni multitudini. 2.Mac.2.c.11

24 Et ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum & adipes qui erant ſuper altare: quod quum vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum ruentes in facies ſuas.

Cap. X.

1 ARreptíſque Nadab & Abiu filii Aaron thuribulis, ‖impoſuerũt ignẽ & incenſum déſuper, offerentes coram Domino ignem alienũ, quod eis præceptum non erat. Nume.3.a.4, & 26.g.62. 1.paral.24.a.2

8 Suum אשר־לו Ad verbũ, quod ei. Quidã, quem habebat. vel, qui erat eius. 15 Qui *erat* populi, אשר לעם .i. quem populus volebat offerri pro peccato ſuo. 16 Iuxta morem. כמשפט: ritu ſuo. iuxta conſuetudinem. vt decebat. 17 Præter holoc. mat. מלבד עולת הבוקר: vltra holocauſtum matutinũ. i. quod ſingulis diebus mane offerri ſolebat. 18 Quod *erat* populi: אשר לעם qui *erat* populi. vt verſu 8. i. pro populo offerebatur. 20 Super pectuſcula, על־החזות tã bouis ſcilicet, quàm arietis. 22 Manum ſuam ידו Legitur & ידיו manus ſuas. Et deſcendit וירד Quia altare erat in loco editiore, ideo deſcendere dicitur. Alii, vertunt, poſteaquam deſcenderat. 23 Et venit Mowſ. & Aharón ad tab. ויבא משה ואהרן אל אוהל Et ingreſſus eſt Moſes & Aharon tabernaculum. Ex doctioribus Hebræorum alter per pluſquam perfectum vertit, Iam verò ingreſſus fuerat Moſes & Aharon tabernaculũ, & egreſſi erant. Et apparuit, &c. וירא כבוד יהוה וגו׳ Quænam ſit illa gloria, declarat ſequenti verſu, quum dicit ignem egreſſum à Iehoua. 24 Egreſſúſque eſt, &c. ותצא וגו׳ Declarat quod dixerat, apparuiſſe gloriam Domini. Hoc miraculum idcirco editum eſt, vt Dominus ſignificaret ſe approbare hunc ritum ſacrificãdi, & ſibi placere miniſterium Aharonis. Sic approbauerat antea ſacrificium Abelis: ignis enim de cælo deſcendit, & deuorauit ſacrificium eius. Geneſ. 4. a. 4. Sic in dedicatione templi Salomonis, ignis deſcendit de cælo, & abſumpſit holocauſta & victimas: & maieſtas Domini impleuit domum: vt ſignificaret hunc cultum ſibi placere. 2. Paralip. 7. a. 1 Sic & Eliæ ſacrificium abſumptum eſt igne è cælo miſſo. 1. Reg. 18. f. 38. Laudauerunt, וירונו Chaldæus paraph. tranſtulit vt noſter interpres. Alii, exclamauerunt. vel, acclamare cœperunt.

IN CAPVT X.

1 Ignem alienum, אש זרה ignem externum. vel, pereginum. i. non Diuinum, non è cælo miſſum, & ſumptum ex altari. Durauit autem ignis iſte è cælo demiſſus ſuper altare vſque ad conſtructionem templi Salomonis: quo tempore rurſum renouatus fuit de cælis. Et ab eo tẽpore rurſum durauit vſque ad tempora Manaſſe. Ita ſentiunt Hebræi. Extat 2. Mach. 1. d. 19, ſcriptum de iſto igni, quomodo tempore captiuitatis Babylonicæ à ſacerdotibus abſconditus fuerit in altum quendam puteum, & poſtea in reditu à Babylone, inuentam eſſe pro igne aquã craſſam, quæ offuſa ſacrificiis, in ignem conuerſa ſit. Quod non præceperat eis.: אשר לא צוה אותם de quo non præceperat eis.

2 Egreſſúſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino.

3 Dixitque Moyſes ad Aarõ, Hoc eſt quod loquutus eſt Dominus, Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens, tacuit Aaron.

4 Vocatis autem Moyſes Miſaele & Eliſaphan filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarii, & aſportate extra caſtra.

5 Confeſtimque pergẽtes, tulerũt eos ſicut iacebãt, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum.

B

6 Loquutúſque eſt Moyſes ad Aarõ & ad Eleazar & Ithamar filios eius, Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio: fratres quoque veſtri & omnis domus Iſrael plãgant incendium quod Dominus ſuſcitauit.

7 Vos autem non egredimini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos Qui fecerunt omnia iuxta præceptũ Moyſi.

8 Dixitque Dominus ad Aaron,

9 Vinũ & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculũ teſtimonii, ne moriamini: quia præceptum ſempiternũ eſt in generationes veſtras:

10 Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum:

C

11 Doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea quæ loquutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

12 Loquutúſque eſt Moyſes ad Aaron & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant reſidui, Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento, iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt.

13 Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptũ eſt mihi.

14 Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt,

2 Tum egreſſus eſt ignis à facie Iehouæ,'& conſumpſit eos, mortuíque ſunt coram Iehouáh.

3 Et dixit Moשſéh ad Aharón, Hoc eſt'quod dixit Iehouáh, dicendo, In propinquis meis'ſanctificabor, & in conſpectu totius populi glorificabor. Et ſiluit Aharón.

4 Et vocauit Moשſéh Miשſaאél & אElעſaphán filios עVzziאél patrui Aharón, & dixit illis, Accedite, exportate fratres veſtros à cõſpectu ſanctitatis ad *locum* extra caſtra.

Feruntur extra caſtra.

5 Acceſſerunt ergo, & exportauerunt eos cum tunicis ſuis ad *locum* extra caſtra, quemadmodum dixerat Moשſéh.

6 Et dixit Moשſéh ad Aharón & אElעazár & איIthamar filios eius, 'Capita veſtra ne nudetis, & veſtimenta veſtra ne ſcindatis, & nõ moriemini," *neque* in totam ſynagogam iraſcetur: fratres autem veſtri, tota *nempe* domus Iשſraאél, flebunt"incendium quod incendit Iehouáh.

Planctus Iſrael ob incenſos Nadab & Abiu.

7 'Neque ab oſtio tabernaculi eccleſiæ egrediemini, ne moriamini: quia"oleum vnctionis Iehouæ eſt ſuper vos. Et fecerunt iuxta verbum Moשſéh.

8 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Aharon, dicendo,

Interdicitur ſacerdotib⁹ vino.

9 Vinum '& שſechár non bibes tu & filii tui tecum, quum intraturi eſtis tabernaculum eccleſiæ,'& non moriemini: ſtatutũ perpetuum eſt in generationes veſtras:

10 "Tum vt diſcernatis inter ſanctum & profanum, & inter immũdum & mundum:

11 Tum vt doceatis filios Iשſraאél omnia ſtatuta"quæ loquutus eſt Iehouáh ad eos per manum Moשſéh.

12 Loquutus eſt autem Moשſéh ad Aharón & אElעazár & עיIthamár filios eius qui relicti fuerant, 'Tollite minחham quæ remanſit ex oblationibus ignitis Iehouæ, & comedite illam"*cum* infermẽtatis iuxta altare: quia"ſanctitas ſanctitatum eſt.

Sacerdotes comedunt reſiduũ oblationis.

13 Comedetis inquam illam in loco ſancto, quia *in*"ſtatutum tibi & *in* ſtatutum filiis tuis eſt de oblationibus ignitis Iehouæ: quia ſic iuſſus ſum.

14 Et pectuſculũ agitationis, & armum eleuationis comedetis in

---

2 Et conſumpſit eos, ותאכל אותם Id eſt exanimauit: neque enim in fauillam redacti ſunt, vt ex ſequentibus intelligere licet.

3 Quod dixit אשר־דבר Id eſt præmonuit. Sanctificabor, אקדש .i. ſanctus apparebo. q.d. ſumam pœnas de his qui propinquiores ſunt mihi. Quæritur vbi Dominus hæc dixerit. Reſpondent quidam Hebræorum, tunc quando dixit Exod. 29.g.43, Teſtificabor quoque ibi filiis Iſrael, & ſanctificabitur *tabernaculum* in gloria mea. Alii, quando dixit ad Moſen, Exod. 19.d.22, Sed & ſacerdotes qui applicati ſunt ad Dominum, ſanctificent ſe, ne fortè Dominus diſſipet eos, &c. Vnde iſtum locum hoc modo intelligunt, tanquam Deus dicat, Nec ſacerdotibus qui mihi ſunt propinquiores parcam, ſi aberrauerint & deliquerint: ſed ſanctificabor in illis. id eſt puniam: quanto magis alios? Hoc ſenſu exponit etiam magni nominis apud illos vir, ſic in iſtum locum ſcribens, Quum Deus ſanctus benedictus iudicium facit in iuſtis, timetur, extollitur, & laudatur: nam ſi in illis hoc facit, quanto magis in impiis? Alii ſentiunt, hoc dictum ſumptum ex generali mandato, quo Deus iuſſit Moſen ſacra iuxta verbum ſuum inſtituere, & ſacerdotes ea legitimè obſeruare, vt nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinent. quare ſic explicant, Sanctificabor (inquit) in iis qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis gloriæ ſanctificabor: hoc eſt, Ego omnino volo vt ſacerdotes qui miniſterio ſacrorum meorum funguntur, faciant ſacra iuxta verbum meum, non iuxta humanam ipſorum rationem. Quòd ſi id non fecerint, ſanctificabor in ipſis, declarabo manifeſtis ſuppliciis quibus in ipſos animaduertã, me ſanctum, firmum, & conſtãtem eſſe in mandatis meis, quibus iuſſi ſacra mea legitimè & iuxta verbum meum fieri: ac reuelabo publicè corã toto populo gloriam maieſtatis meæ, quòd ne Pontifici quidem parcam, ſi non rite ſacra mea peregerit. Hæc videtur huius loci genuina ſententia.

6 Capita veſtra ne nud. ראשיכם אל־תפרעו more ſcilicet lugentium. Dominus non vult eos eſſe triſtes propter mortem impiorum: neque vult vt contra præceptum eius quicquam faciant. *Neque* in totam, &c. ועל כל־העדה יקצף Negatio præcedens repeti debet. Aut verte, alioqui iraſcetur, & contra totam congregationem iraſcetur. Incendium quod, &c. את־השרפה אשר שרף .i. mortem filiorũ Aaronis qui perierunt igni. 7 Neque ab oſtio, &c. ומפתח אוהל וגו' .i. ne tamen ceſſaueritis ab officio veſtro, manete domi in loco ſancto, ibique vacate orationi & ſacrificiis, & his quæ ſunt muneris veſtri: nam ad hoc vncti eſtis oleo ſancto & cæleſti.

9 Et שſechar ושכר & omne quod inebriare poteſt. Et non moriemini: ולא תמותו alioqui moriemini.

10 Tum vt diſcernatis ולהבדיל Ad verbum, Et ad diſcernendum. Subaudi ex præcedentibus, Vinum ne bibatis, tum vt habeatis diſcretionem inter diem vel locum ſanctum & profanum, vel inter rem ſanctam & profanam: tum, &c.

11 Quæ loquutus eſt, &c. : אשר דבר יהוה אליהם ביד־משה Hebraiſmus, pro, quæ loquutus ſum ego miniſterio Moſis.

12 Tollite minחham, &c. קחו את־המנחה וגו' q.d. quum aliqua Domino offerentur, pars incendetur Domino, reliquum verò accipietis in vſum veſtrum. *Cum* infermenta. מצות .i. ex ea minha facietis panes infermentatos quos comedetis. Sãctitas ſanct. קודש קדשים Vide ſuprà cap. 6.b.25. 13 Statutum tibi, &c. חקך וחק־בניך ius tuum & ius filiorum tuorum. vel, portio tua & portio filiorum tuorũ. id eſt, quia ex iure ſacerdotali hoc ad te pertinet ex his quæ incenduntur in honorem Domini. Gallicè, *Cela t'eſt baillè pour ton droict.* Locum ſanctum vocat atrium tabernaculi fœderis.

loco mūdo, tu & filii tui & filiæ tuæ tecum: quia *in* ſtatutum tibi, & *in* ſtatutum filiis tuis data ſunt de ſacrificiis pacificorum filiorum Iשſraאél.

15 Armum eleuationis, & pectuſculum agitationis cum oblationibus ignitis adipum afferent vt agites agitatione coram Iehoua: & *hoc* erit tibi & filiis tuis tecum″in ſtatutum perpetuum, quemadmodum præcepit Iehouáh.

Iraſcitur Moyſes quòd non comederint reſiduum.

16 Et hircum oblatum pro peccato, requirēdo requiſiuit Moשſéh, & ecce combuſtus erat: tum iratus eſt cōtra אElayzár & איIthamár filios Aharón relictos, dicendo,

17 Cur non comediſtis oblationem pro peccato in loco ſanctitatis? eſt enim ſanctitas ſanctitatum, quum illam dederit vobis′ad portandum iniquitatem congregationis, *&*″ad expiandum eos coram Iehoua.

18 Ecce nequaquam illatus eſt ſanguis eius in ſanctitatem intrinſecus: comedendo comedere debueratis illam in ſanctitate, quēadmodum præcepi.

19 Loquutus eſt autē Aharón ad Moשſéh, Ecce hodie obtulerūt oblationē ſuam pro peccato, & holocauſtū ſuum coram Iehoua: at euenerūt mihi′talia, & *ſi* comediſſem oblationem pro peccato hodie, nunquid placuiſſet in oculis Iehouæ?

20 Quod quum audiſſet Moשſéh, placuit in oculis eius. Cap. X I.

Animalia munda & immunda.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh & Aharón, dicēdo ad eos,

2 Loquimini ad filios Iשſraאél, dicendo, ″Hæc ſunt animalia quæ′comedetis ex omnibus animalibus quæ ſunt ſuper terram.

3 Omne′diuidens vngulam, ″& findēs fiſſuram vngularum, ′*&* ruminans inter animalia, illud comedetis.

4 Veruntamen hoc non comedetis ex his quæ′ruminăt, ′& ex his quæ diuidūt vngulam: camelum: quia ruminat, & vngulam ipſe non diuidit, immundus erit vobis.

Chœrogryllus.

5 ′Et cuniculum: quia ruminat, & vngulam non diuidit, immundus erit vobis.

Lepus.

6 Et leporem: quia ruminat, & vngulam non diuidit, immundus erit vobis.

Sus.

7 Suem quoque: quia diuidit vngulam, & findit fiſſuram vngulæ, ipſe verò non ruminat, immundus erit vobis.

8 De carne eorum non comedetis, neque cadauer eorū tangetis,

edetis in loco mundiſſimo tu & filii tui & filiæ tuæ tecum: tibi enim ac liberis tuis ſepoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael.

Eo quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineāt ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus.

‖Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato quum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratúſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait,

2.Mac.2.c.11 D

Cur non comediſtis hoſtiā pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatē multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini:

Præſertim quum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta: & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi?

Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in caremoniis mente lugubri?

Quod quum audiſſet Moyſes, recepit ſatiſfactionem. Cap. XI.

LOquutúſque eſt Dominꝰ ad Moyſen & Aaron, dicens,

Dicite filiis Iſrael, ‖Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ,

Deut. 14. a. 4

Omne quod habet diuiſam vngulā, & ruminat in pecoribus, comedetis.

Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, ſed non diuidit eā, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabis.

Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus eſt.

Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit.

Et ‖ſus: qui quum vngulam diuidat, non ruminat.

2.Mach.6.d.18

Horum carnibus nō veſcemini, nec cadauera contingetis: quia immunda

B

---

15 In ſtatutum perp. לחק־עולם in ius æternum. id eſt, hoc ad te pertinebit iure perpetuo.
17 Ad portandum iniq. cong. לשאת את־עון העדה ad remittendum iniquitatem congregationis. i. vt remiſſam declararetis. Ad expiandum e. לכפר עליהם Id eſt ad placandū Deum pro eis. 19 Talia, כאלה Ad verbum, ſicut hæc. i. huiuſmodi, hoc eſt tales tribulationes, mors nempe duorum filiorum. q. d. Agnoſco quidem ordinationem Dei ſeruandam eſſe, & cum lætitia coram Domino edendum de partibus hoſtiæ pro peccato, cuius ſanguis non eſt illatus in tabernaculum teſtimonii. Sed quî potui ego lætari in tam calamitoſo & miſerabili caſu liberorum? Magnitudine igitur & neceſſitate doloris compulſus, malui conuiuium negligere, quàm conuiuium mœſtus inire.

IN CAPVT XI.

2 Hæc ſunt animalia זאת החיה Ad verbum, Hoc eſt animal. Singul. pro plur. Comedetis, תאכלו comedere poteritis.
3 Diuidens vngulam, מפרסת פרסה Id eſt habens vngulam diuiſam, ſiue biſulcam. Et findens, &c. ושוסעת שסע פרסות Id eſt habēs vngulam omnino fiſſam. hoc pertinet ad maiorem declarationem. Doctus inter Hebræos inter פרסה & שסע, id eſt vngulam & fiſſuram ita diſtinguit, vt per פרסה ſignificetur vngula diuiſa, ſed non per totum: vt quū eſt ſupernè diuiſa, infernè verò cōnexa: ſicut apparet in camelo, vrſo, cane, fele, & ſimilibus. שסע verò quādo vngulæ ſupernè & infernè ſunt fiſſæ, vt in ouibus, capris, vaccis, vitulis, & idgenus aliis. Eſt ergo פרסה vngula vel tota integra, vel aliquouſque diuiſa, non autem per totum. שסע verò vngula per totum fiſſa, quam vngulam bifidam, aut biſulcam appellare poteris. Et ruminans מעלת גרה Ad verbum, aſcendere faciens cibum. vel, reuocās ſurſum ruminationem. Hebræi ruminationē, ſiue cibū in ſtomachū demiſſum vocăt גרה *gerah*, à verbo גרר quod attrahere ſignificat. Hinc גרה *gerah* ruminatio dicta, quòd ſit (vt doctus inter Hebræos inquit) attractio cibi in guttur: quo fit vt cibus ex viſceribus rurſum in os reuocetur, vt bene cōtundatur & commolatur. atque hinc eſt fiſtula illa cibalis in gutture per quam tranſit cibus & potus. Magni nominis apud illos vir deducit à נגר, quod eſt fluere: quòd cibus refluat ad os ruminante animali. 4 Ruminant, ממעלי הגרה reuocant ſurſum cibum. vt in præcedente annotatione. Et ex his quæ diuid. וממפריסי aut ex diuidentibus, &c. Quum ex ruminantibus dicit, & ex diuidentibus vngulam, ſubaudi aduerbium TANTVM, vel SOLVM. q. d. ex animalibus quæ tantùm ruminăt, aut vngulā tantúm. Quatuor enim genera animalium hic ſunt attendenda: nam alia ruminant tantùm, alia diuidūt vngulam tantùm: alia neque ruminant, neque vngulam biſulcam habent: alia ruminant, & vngulam biſulcam habent. Animalia poſtremi huius generis munda ſunt: reliqua impura.
5 Et cuniculum: ואת־השפן LXX, Et chœrogryllum animal eſſe volunt quod herinaceus, ſiue hericius dicitur. à χοῖρος porcus, & χύλλος, quod idem ſignificare aiunt. hinc chœrogryllos, hiſtrix, vulgò porcus ſpinoſus *porc eſpi*.

ſunt vobis.

Hæc ſunt quæ gignũtur in aquis,& veſci licitũ eſt:omne quod habet pinnulas & ſquamas,tam in mari, quàm in fluminibus & ſtagnis,comedetis.

Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt,abominabile vobis,

Execrandũmque erit: carnes eorũ nõ comedetis,& morticina vitabitis.

Cuncta quæ non habẽt pinnulas & ſquamas in aquis,polluta erunt.

Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis,& vitanda ſunt vobis: aquilam,& gryphem,& haliæetum,

Et miluum,ac vulturem iuxta genꝰ ſuum,

Et omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam,

C Struthionem,& noctuam,& larũ,& accipitrem iuxta genus ſuum,

Bubonem,& mergulum,& ibin,

Et cygnum,& onocrotalũ,& porphyrionem,

Herodionem,& charadrion iuxta genus ſuum,vpupam quoque & veſpertilionem.

Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes,abominabile erit vobis.

Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes,ſed habet lõgiora retro crura per quæ ſalit ſuper terram,

Comedere debetis: vt eſt brucus in genere ſuo,& attachus,atque ophio-

immunda erunt vobis.

9 Hoc *autẽ* comedetis ex omnibꝰ quæ ſunt in aquis:oĩa quibus ſũt pinnæ & ſquamæ in aquis maris & in fluminibus,illa comedetis.

Piſces mundi & immundi.

10 Omnia verò quibus nõ ſunt pinnæ & ſquamæ in mari & in fluminibus,tam de omni 'reptili aquatili, quàm de omni anima viuente quæ eſt in aquis,abominatio erunt vobis,

11 'Abominatio inquam erunt vobis:de carne eorum non comedetis,& cadauer eorum'abominabimini.

12 Quicquid non habet pinnas & ſquamas in aquis , abominatio erit vobis.

13 Hæc autẽ abominabimini ex volatilibus (non comedentur,*quia* abominatio ſunt)aquilam,"& gryphum,"& haliæetum,

Aues immũdæ.

14 Et vulturem,& miluum ſecundum ſpeciem ſuam,

15 Et"omnem coruum ſecundum ſpeciem ſuam,

16 "Et filiam ſtruthionis,& noctuam,"& larũ,"& accipitrem ſecundum ſpeciem ſuam,

17 "Et nycticoracem,"& mergulum,"& ibin,

18 "Et porphyrionem,"& pelicanum,"& cygnum,

19 "Et ciconiam,"charadrium ſecundum ſpeciẽ ſuam,"& vpupam, & veſpertilionem.

20 "Omne reptile alatum ambulans ſuper quatuor *pedes*,abominatio erit vobis.

21 Veruntamen hoc comedetis ex omni reptili alato quod graditur ſuper quatuor *pedes*,cui ſunt"crura ſuper pedes ſuos"quibus ſaliant ſuper terram.

Aues mundæ.

22 Hæc ex illis comedetis, 'locuſtã iuxta ſpeciem ſuam, "& attacũ

10 Reptili,&c. שרץ המים וגו' Per reptilia intelligit paruos piſces qui gignuntur in aquis: per animantia, maiores piſces qui procreantur ex cõmiſtione maris & fœminæ. 11 Abominatio inq. ושקץ .i.abſtinebitis ab eſu illorum. Abominabimini. ׃ תשקצו .i.vitabitis tanquam impurum. 13 Et gryphum, ואת הפרס Noſter interpres ſequutus eſt L X X , qui verterunt καὶ τὸν γρύπα. Quibuſdam non ſit veriſimile , Scripturam de hoc animali hoc loco loqui . Si enim gryphus (inquiunt) tale animal , eſt quale à quibuſdam deſcribitur, non facilè ipſum comedi continget . iam autem ab iis maximè dehortatur Scriptura quæ facilè edi potuiſſent. Interpretantur igitur genus accipitris.Doctus inter Hebræos dicit eſſe maximam auem quæ habitat in deſerto.Oſſifragam quidam eſſe volunt. Et haliæetum, ׃ ואת העזניה L X X,καὶ τὸν ἁλιαίετον, id eſt aquilam marinam,à mari & piſcationibus ſic appellatã. Piſcatur enim piſces in mari.A multo robore & fortitudine dicitur עזניה, nam עז robur & fortitudinem ſignificat. 15 Omnem coruum את כל עורב .i.omnes ſpecies corui.

16 Et filiam ſtruth.& no. ואת בת היענה ואת התחמס Et ſtruthiocamelum,& vpupam.יענה auis eſt deſerta incolẽs,ab ענה quod Hebræis vlulare aliquando ſignificat.vnde quidam vlulam interpretantur.Doctus inter Hebræos dicit auem iſtam ſemper volare, ſuóſque deſerere pullos:qui ob defectum cibi flent,& vlulant.Ad cuius naturam alludit Scriptura,Michææ 1.b.7,Faciam planctum ſicut dracones,& plãctum ſicut filiæ ſtruthionis.Thren.4.a.3,Filia populi mei crudelis ſicut vlulæ. vel ſtruthiones.Filias,vocat pullos, vt idem annotat. תחמס noctuã, aut nycticoracem vertunt,ſic dictam(vt ſcribit doctus inter Hebræos)quòd rapiat & ſpoliet cæteras aues. Et larum, ואת השחף Auis eſt parua & nigra,habitans iuxta aquas:& tam in aqua,quàm in terra degit,quæ & fulica appellantur. Hebraicè שחף nominatur, à morbo quo laborat,qui Hebræis שחפת dicitur,attenuans ſcilicet corpus. Et accipitrem ואת הנץ .i.omnes ſpecies accipitrum.De hac aue ſic ſcribit doctus inter Hebræos,הנץ auis eſt qua capiunt cæteras aues,inſidens manui domini ſui,vulgo *eſperuier*.

17 Et nycticor. ואת הכוס & falconẽ.Id ſignificare ſcribit magni nominis apud Hebræos vir,teſte etiã docto illo inter eos,qui de hac aue ſic docet,כוס nomen eſt auis immũdæ,ignotæ nobis:& rabbi noſter Salomo dicit eſſe eã quã vulgò *falconẽ* nominãt.Verùm ea quam falconẽ vocãt,inuenitur eſſe domeſtica auis qua homines reliquas aues venãtur.Et quia dicit Scriptura,Pſal.102.a.7,Factus ſũ vt כוס in ſolitudinibus: ideò veriſimile eſt quòd ſit auis ſylueſtris quæ in deſertis agit.Hæc ille.Alter inter illos doctus,ſcribit quoſdã exiſtimare auẽ iſtã ab occultãdo & aſcondẽdo dictã eſſe,quòd ſcilicet refugiat oculos hominũ,& abdat ſe in loca deſerta quæ nõ incolũtur.Quidã bubonẽ interpretãtur.

Et mergulũ ואת השלך & ardeã.A שלך proiiciendo dicitur hæc auis,quòd ſe ad capiendũ piſces in mare proiiciat. Chaldæus paraph.ob eandẽ rationem,nẽpe quòd piſces in mari prædetur,vocat שלימנא *ſalemna*. Et ibin, ׃ הינשוף Omnes Hebræi ſentiunt auem eſſe nocturnam,quæ ideo ינשוף à נשף crepuſculo dicitur(vt ait ex doctioribus illorum alter)quòd volet in crepuſculo:non enim apparet in die,eo quòd non poteſt ferre lucem & ſplendorem ſolis. 18 Et porphyrionẽ, ואת התנשמת L X X,καὶ τὸν πορφυρίωνα. De hoc porphyrione Plinius ſcribit lib.10.cap.46. Hebræi dicunt תנשמת eſſe ſpeciem auis ſic dictæ,quòd qui illam videt,obſtupeſcat,& admiretur.Magni nominis apud illos vir dicit materna noſtra lingua vocari *chauueſouris*. Et pelicanum, ואת הקאת L X X interpretes ſequutus eſt noſter. Vulgata editio, onocrotalum legit:quod mutuatum nomen eſt à Græcis.Auem eſſe dicunt cygno ſimilem,ſic dictam quòd collum in aqua mergens,ſpiránſque,veluti ruditum aſini edat.ὄνος enim aſinum:κρόταλος verò crepitaculum ſiue crepitum ſignificat.Hebræis dicitur קאת,quòd euomat cibum ſuum,ſiue regerat quæ ingeſſit,vt ſcribit ex doctioribus Hebræorum alter.à קאה euomere. Et cygnum, ׃ ואת הרחם L X X κύκνον etiam vertunt.Hebræis nomen inditum à miſericordia,affectu,& amore,quòd hæc auis plurimum affecta ſit erga pullos ſuos,vt ſcribunt doctiores inter Hebræos.רחם enim miſereri,amare & diligere ſignificat.

19 Et ciconiam, ואת החסידה L X X,ἐρώδιον.Scribendum potius ἐρωδιὸν,vt eſt apud Homerũ.Suidas ciconiam eſſe putat,aut aliquam ciconiæ ſimilem: dictámque quaſi ἑλώδιον,quòd in paludibus verſetur.Hebræis ab חסד *heſed*,quod pietatem & miſericordiã ſignificat,חסידה nuncupatur.Nota ciconiæ pietas. Charadrium האנפה Auis maritima magna & ingluuioſa,quam aſpicientes icterici,morbo liberãtur, teſte AEliano lib. 15. cap.26. Veteres Hebræi exponunt אנפה genus milui irritabilis, tanquam deductum ſit ab אנף quod iraſci ſignificat, vt etiam ex doctioribus Hebræorum alter exponit , quòd ſcilicet facilè irritetur. Verùm magni nominis apud illos vir ſcribit ſibi videri eam auem eſſe quam *un hairon* vocamus. Et vpupam, ואת הדוכיפת Gallum ſylueſtrem exponit magni nominis apud Hebræos vir,duplicatam habentem criſtam,à דו duo,& כפות criſtæ.Chaldaicè vocatur artifex montis,propter opera ſua,vt inquit idem.

20 Omne reptile alatum. כל שרץ העוף Singul.Heb.pro plur.Omnia reptilia alata.

21 Crura כרעים ſuffragines.i.quæ habent longa crura & oblonga.Singul.Heb.pro plur. Quibus ſaliant לנתר בהן Ad verbum, ad ſaltandum in eis. 22 Locuſtam את הארבה Id eſt omnes ſpecies locuſtarum. Et attacum,ואת הסלעם De hac volucri ſic doctus

inter Hebræos, סלעם vna eſt ex ſpeciebus locuſtæ, cui eſt caluities, carens cauda, ſed oblongum habẽs caput. Ex doctioribus alter ſic nominatam putat, quòd ſaxis ſeu petris inſideat.

iuxta ſpeciem ſuam, ʹ& ophiomachum ſecundũ ſpeciem ſuam, ʹ& bruchum ſecundum ſpeciem ſuam.

Omne autem *reliquum* reptile alatum, cui ſunt quatuor *pedes*, abominatio erit vobis.

Et his polluetis vos: quicunque tetigerit cadauer corũ, ʹimmũdus erit vſque ad veſperam:

Et quicunque ʹportauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperam.

Animalia immunda.

Omne animal quod diuidit vngulam, ʹat fiſſuram non findit, & non ruminat, immunda erunt vobis: quicunque tetigerit ea, immundus erit.

Et quicquid graditur ſuper volas ſuas ʹinter omnes feras quæ gradiuntur ſuper quatuor *pedes*, immunda erunt vobis: quicunque tetigerit cadauera eorum, immundus erit vſque ad veſperam.

Et qui portauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua, immundúſque erit vſque ad veſperam: immunda erunt vobis.

Et hæc vobis immunda *erunt* inter reptilia quæ reptant ſuper terram, muſtela, & mus, ʺ& rubeta ſecundum ſpeciem ſuam:

ʹEt mygale, ʹ& chamæleon, & ſtellio, ʹ& lacerta, & talpa:

Iſta immunda ſunt vobis inter omnia reptilia: quicunque tetigerit illa poſtquã mortua fuerint, immũdus erit vſque ad veſperã.

Et omne ſuper quod ceciderit ex eis aliquid poſtquam mortua fuerint, immundũ erit, tam vas ligneum quàm veſtis, aut pellis, aut ſaccus: ʺomne vas *in* quo fieri ſolet opus, in aquam mittetur, & immundum erit vſque ad veſperam, ʺ& mundabitur.

Omne præterea vas teſtaceũ ʺ*intra* quod ceciderit aliquid ex ʺeis, quicquid erit in illo, immundum erit, & ipſum confringetis.

Cibus.
Potus.

ʺOmnis cibus qui comeditur, ſuper quem venerit aqua, immũdus erit: & omnis potus qui potatur in omni vaſe *impuro*, immundus erit.

Et omne ſuper quod ceciderit *quicquam* de cadauere eorum, immundum erit: clibanus, & chytropodes diruentur: immũda ſunt, & immunda erunt vobis.

Fons.
Ciſterna.

Veruntamen fons & ciſterna ʹcongregationis aquarũ erit munda: ʺat quod tetigerit cadauer eorum, immundum erit.

machus, ac locuſta, ſingula iuxta genus ſuum.

23 Quicquid autẽ ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis.

24 Et quicũque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vſque ad veſperum:

D

25 Et ſi neceſſe fuerit vt portet quidpiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum ſolis.

26 Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur.

27 Quod ambulat ſuper manus ex cũctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum.

28 Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis.

29 Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, muſtela, & mus, & crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum:

B

30 Mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa:

31 Omnia hæc immunda ſunt: qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperum.

32 Et ſuper quod ceciderit quicquã de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & veſtimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocũque fit opus, tingentur aqua, & polluta erũt vſque ad veſperũ, & ſic poſtea mundabitur.

33 Vas autem fictile in quod horum quicquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum eſt.

34 Omnis cibus quem comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit.

35 Et quicquid de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundũ erit: ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, & immundi erunt.

F

36 Fõtes verò & ciſternæ, & omnis aquarũ cõgregatio mũda erit: qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

Et ophiomachum ואת־החרגול Genus eſt volucri, ſaut lacertæ pugnantis cum ſerpente, ex re nomen habens, Græcis. ὄφις enim eſt ſerpens & μάχη pugna. Verùm probabilius eſt חרגול genus eſſe locuſtæ, vt & doctus inter Hebræos ſcribit. Et bruchũ ואת־החגב Eſt iſtud etiã nomen locuſtæ: vnde & vtplurimum interpretes locuſtam vertunt. Quatuor hæc genera locuſtarum quæ hìc ponuntur, quia incognita ſunt Iudæis, ideo non habent certa nomina quibus appellent, ſed communi nomine locuſtas vocant.

24 Immundus erit, &c. יטמא ער־הערב : Id eſt, non poterit verſari cum aliis, nec ingredi atrium, nec veſci oblatis: poſt veſperam autem poterit verſari, &c. 25 Portauerit הנושא nempe extra caſtra.

26 At fiſſuram non fin. ושסע איננה שוסעת Id eſt, partim diuiſa eſt illis vngula, ſed non omnino eſt fiſſa.

27 Inter omnes feras בכל־החיה ex omnibus animalibus.

29 Et rubeta והצב & bufo. LXX, quos ſequutus eſt Vetus interpres, crocodilum vertunt, qui tamen parum conuenit vt adiungatur muſtelæ, & muri, illis planè diſſimilis. 30 Et mygale, והאנקה LXX, μυγάλη. Iſtud animal doctus inter Hebræos inter reptilia ponit, ita ſcribens, אנקה reptile eſt: & fieri poteſt vt ſic vocetur eo quòd clamet iugiter. Alii murẽ araneum interpretantur. Alii dicunt non ſatis conſtare quod animantis genus ſit μυγάλη, neque Ariſtotelem de eo aliquid ſcribere: nomen tamen indicare eſſe id quod ex mure & muſtela cõflatum ſit. Magni nominis apud Hebræos vir putat hericium eſſe. Sunt tamen qui non exiſtimant hericium inter animalia eſſe ponendum, de quibus hìc ſermo eſt. Chaldaicè ילא nominatur, quod videtur confirmare eorum ſententiam qui אנקה à clamore dictũ volunt. ילל enim vlulare & clamare ſignificat. Quidam ילא ſanguiſugam exponunt, ſed non video quomodo huc cõueniat. Et chamæleon, והכוח LXX, χαμαιλέων. De hoc animali כוח ſic ſcribit doctus inter Hebræos, Scribit. R. Ionáh כוח eſſe animal quod Arabibus vocatur Chardun, & eſt ſpecies bufonis. Verum R. Selomoh ſcribit eſſe animal quod vulgò lacertam vocant, *un laixard*. Et lacerta, והחומט Hebræi communiter & vno conſenſu limacem interpretantur. 32 Omne vas, &c. כל־כלי אשר־יעשה מלאכה Ad verbum, Omne vas quo fiet opus. i. omnia vaſa quibus ars aliqua exerceri ſolet. Et mundabitur. וטהר : Id eſt, veſpera facta reddentur pura vaſa.

33 *Intra* quod, &c. אשר־יפול מהם אל־תוכו Ad verbum, *in* quod ceciderit ex illis in medium eius.

34 Omnis cibus qui com. מכל־האוכל אשר יאכל Ad verbum, Ex omni cibo qui comedetur. i. omnis cibus qui aqua pollutus fuerit, cõtrahet impuritatem ſi ponatur in vaſe impuro. 36 Congregationis aq. מקוה מים Hebraiſmus, pro, in qua eſt magna copia aquæ. Quidam ſubaudita coniunctione vertunt, & congregatio aquarum. id eſt, ciſterna non reddetur immunda, etiam ſi in eam ceciderit cadauer aliquod: ſola aqua ciſternæ quæ tetigerit cadauer, erit immunda. At quod tetigerit ונוגע Id eſt, aqua quæ tetigerit.

Si ceciderit ſuper ſementẽ, non polluet eam. 37

Si autem quiſpiam aqua ſemẽtem perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. 38

Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vſque ad veſperum. 39

Et qui comederit ex eo quidpiã, ſiue portauerit, lauabit veſtimenta ſua, & immũdus erit vſque ad veſperum. 40

G Omne quod reptat ſuper terram, abominabile erit, nec aſſumetur in cibum. 41

Quicquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt. 42

Nolite cõtaminare animas veſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. 43

1.Pet.1.c.15

Ego enim ſum Dominus Deus veſter: ‖ ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terram. 44

Ego enim ſum Dominus, qui eduxi vos de terra AEgypti, vt eſſem vobis in Deum: ſancti eritis, quia ego ſãctus ſum. 45

Iſta eſt lex animantium ac volucrũ, & omnis animæ viuentis quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, 46

Vt differentias noueritis mundi & immundi, & ſciatis quid comedere & quid reſpuere debeatis. 47

Cap. XII.

LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1

Luc.2.d.21
iohan.7.c.22

Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, ‖Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis mẽſtruæ. 2

Luc.2.c.21

‖Et die octauo circuncidetur infantulus: 3

B Ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium, donec impleãtur dies purificationis ſuæ. 4

Sinautem fœminam pepererit, immũda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus mẽſtrui, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. 5 C

37 Præterea ſi ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper aliquod ″ſemen ſatum,″quod ſeminabitur mundum erit.

Sementis.

38 At quum″fuſa fuerit aqua ſuper ſemen, & ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper illud, immundum erit vobis.

39 Quũ autẽ mortuũ fuerit aliquod animal quod ſit vobis in cibum, qui tetigerit cadauer eius, immundus erit vſque ad veſperã.

Animal mortuũ.

40 Et qui comederit de cadauere eius, lauabit veſtimenta ſua, immũdúſque erit vſque ad veſperã: is quoque qui extulerit cadauer eius, lauabit veſtimẽta ſua, atque immũdus erit vſque ad veſperã.

41 Et omne reptile reptans ſuper terram, abominatio eſt, non comedetur.

Reptile immundum.

42 Quicquid *item* graditur ſuper pectus, & quicquid incedit ſuper quatuor ʹaut plures pedes inter omnia reptilia quæ reptant ſuper terram, non comedetis: quia abominatio ſunt.

43 Ne impuras reddatis animas veſtras in omni reptili quod reptat, nec polluatis vos in eis,″neque coinquinetis vos per ea.

44 Quia ego Iehouáh Deus veſter: ſanctificate ergo vos, & eſtote ſancti, quia ſanctus ſum: & ne polluatis animas veſtras per aliqua reptilia quæ reptant ſuper terram:

45 Ego enim ſum Iehouáh″qui eduxi vos è terra AEgypti, vt eſſem vobis in Deum, & eſſetis ſancti, quia ſanctus ſum.

46 Hæc eſt lexʹanimalium *terreſtrium* & volatilium, atque omnium ʹanimalium viuentium quæ reptant, & omnium animantium reptantium ſuper terram,

47 Ad diſtinguendum inter immundum & mundum, & inter beſtias quæ comedi poſſunt, & beſtias quæ comedi non poſſunt.

Cap. XII.

1 E″T loquutus eſt Iehouáh ad Moωſéh, dicendo,

תזריע

Lex purgandæ mulieris poſt partum.

2 Loquereʹad filios Iωſraℵél, dicendo, Mulierʹſi miſſo ſemine conceperit, & pepererit maſculũ, immũda erit ſeptem diebus: ʹiuxta dies ſeparationis morbi ſui immunda erit.

3 Porrò die octauo circuncidetur caro ʹpræputii eius.

4 Et triginta tribꝰ diebus ſedebit in ſanguineʹpurificationis: ʹnullam rem ſacram tanget,ʹ& ad ſanctuarium non veniet, donec cõpleti fuerint dies purificationis ſuæ.

5 Quòd ſi fœminam pepererit, immũda erit duabus ″hebdomadibus″ſecundum ſeparationem ſuam, & ſexaginta ſex diebus ſedebit in ſanguine purificationis ſuæ.

37 Semen ſatum, זרע זרוע .i.ſuper ſementem quæ ſerenda eſt Quod ſeminab.&c. אשר יזרע טהור הוא : *ſementis* quæ ſeminanda eſt, munda erit. 38 Fuſa fuerit יותן־מים Ad verbum, data[vel, poſita] fuerit aqua.

42 Aut plures עד כל־מרבה רגלים Ad verbum, vſque ad multiplicantem pedes.

45 Qui eduxi המעלה Ad verbũ, aſcẽdere facio. præſ. pro præt. 46 Animalium, &c. הבהמה והעוף וגו' Singularia õnia Heb. pro plur.

IN CAPVT XII.

1 Et loquutus eſt וידבר Hebræi ab hoc capite quartam ſuam huius libri ſectionẽ incipiunt, quam à ſeptima ſequentis verſus dictione vocant תזריע. 2 Si miſſo ſemine concep. כי תזריע Ad verbum, quũ ſeminificauerit. i. quum præbuerit materiam fœtui formando. Hebræi hic communiter ſentiunt, mulierem filium parere quoties ipſa primùm ſemen miniſtrauerit: non quòd maſculus generetur ex mulieris ſemine: ſed mulier miniſtrat matrici rubedinem quandam (tale enim eſt mulieris ſemen) quæ mox coagulatur, & à ſuperueniente viri ſemine retinetur, atque fortificatur, creſcit, & tandem in membra conſurgit. Ex albo virili ſemine formantur nerui & oſſa: ex rubro verò mulieris producuntur caro ſanguis & pili. Iuxta dies, &c. כימי נדת דותה iuxta tempus ſeceſſionis morbi ſui. i. ſicut tempore quo ſecedere ſolet propter morbum ſuum, hoc eſt menſes ſuos & fluxum ſanguinis. vel, tot dies reputabitur impura, quot dies à commercio hominũ ſe ſubducere ſolet propter menſtruorum fluxum. qua de re vide infrà cap.15.c.19. Hac re conſulebat lex earum ſanitati. Septem autem primis à partu diebus ita immunda erat vt nemini cum ea verſari liceret, ne marito quidem: reliquis triginta tribus diebus verſari quidem, ſed non cum ea rem habere. 3 Præputii eius. ערלתו : nempe infantuli. Relatiuum ſine antecedente.

4 Purificationis: טהרה puritatis. ſub. ſuæ. i. domi ſe continebit (id ſedere ſignificat) tantiſper dum pura reddetur à ſanguinis fluxu quẽ in partu paſſa eſt. q. d. ante x x x dies mundari non poterit. Nullam rem ſacram בכל־קודש Ad verbum, omnẽ ſanctitatem. Et ad ſanctuarium ואל־המקדש Id eſt ad locum in quo eſt tabernaculum & atrium, ad cuius atrii fores fiebant oblationes.

5 Secundum ſepar. ſ. כנדתה iuxta ſeceſſionem ſuam. i. quemadmodum impura reputari ſolet tempore quo à viro recedit dum patitur menſes. Hoc non refertur ad numerum dierum, ſed ad impuritatem. ſeptem enim diebus, quæ patiebatur menſes, immunda erat: hîc autem quæ peperit fœminam, quatuordecim.

6 Poſtquam autem impleti fuerint dies purificationis ſuæ ″pro filio vel pro filia, afferet agnum ″anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ aut turturem in oblationem pro peccato, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ ad ſacerdotem.

7 Et offeret ipſum coram Iehoua, ″& expiabit eam, ″& mundabitur à vena ſanguinis ſui. ″Hæc *eſt* lex pariētis maſculū vel fœminā.

8 Quòd ſi ″non potuerit offerre agnum, tunc accipiet duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum in holocauſtum, & alterū ad oblationē pro peccato, ″expiabítque eam ſacerdos, & mūdabitur.

Cap. XIII.

Conſideratio & diſtinctio lepræ à lepra.

1 LOquut' eſt præterea Iehouáh ad Mowſéh & ad Aharō, dicēdo,

2 ″Quum in cute carnis hominis fuerit tumor, ″vel ſcabies, ″vel macula alba, fuerítque in cute carnis eius ″in plagam lepræ, tūc adducetur ad Aharonem ſacerdotem, vel ad vnum è filiis eius ſacerdotum.

3 Et aſpiciet ſacerdos plagā in cute carnis, ″*ſi* pilus in plaga verſus fuerit in alborem, ″& aſpectus plagæ ″profundior fuerit cute carnis illius, plaga lepræ eſt: itaque conſiderabit eam ſacerdos, ″tum iudicabit illum contaminatum.

4 Quòd ſi macula alba fuerit in cute carnis eius, & profundior non fuerit aſpectus eius cute, neq; pilus eius verſus fuerit in alborem, tum recludet ſacerdos ″plagam ſeptem diebus.

5 Poſtea contemplabitur eum ſacerdos die ſeptima: & quidem *ſi* plaga ″ſteterit in oculis eius, nec creuerit plaga in cute, tum recludet eum ſacerdos ſeptem diebus ſecundó.

6 Tūc perpēdet ſacerdos eā die ſeptima ſecūdò: & quidē *ſi* ″ſubnigra fuerit plaga, nec creuerit plaga in cute, tūc mundū declarabit eū ſacerdos, *nam* ſcabies eſt: & lauabit veſtimēta ſua, & mūdus erit.

7 Si verò creſcendo creuerit ſcabies in cute poſteaquā oſtēſus fuerit ſacerdoti ″in purificatione ipſius, ″oſtendetur ſecūdò ſacerdoti.

8 Itaque contemplabitur ſacerdos: & quidem *ſi* creuerit ſcabies illa in cute, immundum declarabit eum ſacerdos: *nam* lepra eſt.

9 Plaga lepræ quum fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem.

10 Conſiderabit ſacerdos: & quidem *ſi* tumor albus fuerit in cute, & is verterit pilū in alborē, ″& ſanitas carnis viuæ eſt in tumore:

11 Lepra inueterata eſt in cute carnis eius, perinde immūdum declarabit eum ſacerdos, nec recludet eum, quia immundus eſt.

12 Sinautem germinando germinauerit lepra in cute, & operuerit lepra totā cutem plagæ à capite eius vſque ad pedes eius ″ſecundū omnem aſpectum oculorum ſacerdotis:

6 Quūmque expleti fuerint dies purificationes ſuæ, pro filio ſiue pro filia, deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & tradet ſacerdoti:

7 Qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & ſic mūdabitur à profluuio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parientis maſculum aut fœminam.

D

8 Quòd ſi nō inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnū, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarū, vnum in holocauſtum, & alterū pro peccato: orabitque pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur.

Luc. 2. d. 24

Cap. XIII.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens,

2 Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quidpiam, id eſt plaga lepræ, adducetur ad Aaron ſacerdotem vel ad vnum quemlibet filiorū eius.

3 Qui quū viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſámque ſpeciem lepræ humiliorē cute & carne reliqua, plaga lepræ eſt, & ad arbitrium eius ſeparabitur.

4 Sinautem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris priſtini, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

5 Et conſiderabit die ſeptimo: & ſi quidem lepra vltrà non creuerit, nec tranſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptem diebus aliis.

6 Et die ſeptimo contemplabitur: ſi obſcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia ſcabies eſt: lauabitque homo veſtimenta ſua, & mundus erit.

B

7 Quòd ſi poſtquam à ſacerdote viſus eſt & redditus munditiæ, iterū lepra creuerit: adducetur ad eum,

8 Et immunditiæ condemnabitur.

9 Plaga lepræ ſi fuerit in homine, adducetur in ſacerdotem.

10 Et videbit eū: quūq; color alb' in cute fuerit, & capillorū mutauerit aſpectū, ipſa quoq; caro viua apparuerit:

11 Lepra vetuſtiſſima iudicabitur atque inolita cuti: contaminabit itaque eum ſacerdos, & non recludet, quia perſpicuæ immunditiæ eſt.

12 Sinautem effloruerit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnē à capite vſque ad pedes, quicquid ſub aſpectum oculorum cadit:

6 Pro filio, vel pro filia לבן או לבת .i. quæ enixa fuerit marem aut fœminam. Anniculum בן־שנתו Ad verbum, filium anni ſui.

7 Et expiabit e. וכפר עליה & rogabit pro illa. vel, placabit pro ea. ſub. Dominum. Et mundabitur וטהרה Id eſt munda declarabitur. Hæc *eſt* lex זאת תורת Id eſt, Hoc facere tenetur illa quæ, &c.

8 Non potuerit, &c. לא תמצא ידה די שה Ad verbum, nō inuenerit manus eius ſufficientiam agni. Hebraiſmus, Si tenuiores fuerint eius fortunæ quàm vt vel agnum offerre poſſit. Expiabitque eam וכפר עליה Vide præcedenti verſu.

IN CAPVT XIII.

2 Quum in cute, &c. אדם כי־יהיה בעור־בשרו Ad verbum, Homo quum fuerit in cute carnis ſuæ. Vel ſcabies, או־ספחת aut puſtula. Vel macula alba, או בהרת aut candor quidam nitens. Hæc dictio aliquādo ſola ponitur (vt in hoc verſu, & in fine huius capitis, verſu 56. pro macula alba vt nix, & nitente: aliquando adiungitur illi לבנה alba, vt infrà verſu 4 & 19. In plagam lepræ, לנגע צרעת Id eſt, ita vt id videatur eſſe lepræ ſimile. vel, ſuſpicionem ingerat lepræ.

3 *Si* pilus ושער Ad verbum, & pilus. Hic ו redundat. ſi pilus ſcilicet natura niger, mutatus fuerit. Et aſpectus, &c. ומראה הנגע עמוק & ſpecies plagæ demiſſior fuerit. i. intrò refugerit. vel, & ipſa ſuperficies loci affecti demiſſior fuerit. Tum iudicabit illū contam. וטמא אותו : Ad verbum, & contaminabit illum. 4 Plagam את־הנגע Id eſt hominem ita affectum.

5 Steterit in oculis e. עמד בעיניו Id eſt, ſi iudicio ſuo plaga videbitur ſtetiſſe. ſiue perſeueraſſe, aut manſiſſe. Alii, ſteterit in colore ſuo. quia oculis percipitur color. Chaldæus paraph. ſteterit ſicut erat.

6 Subnigra fuerit כהה obſcurata fuerit. i. contraxerit nigrorem quendam. Alii, contraxerit ſeſe. q. d. corrugauerit.

7 In purificatione ipſius, לטהרותו quando purificatus fuerit. Oſtendetur ſec. ſacerd. ונראה שנית אל־הכוהן : Ad verbum, videbitur ſecundò à ſacerdote. 10 Et ſanitas ומחית & viuacitas.

12 Secundum omnem, &c. לכל־מראה וגו' per omnem aſpectum, &c. i. per omne id quod ſub conſpectū ſacerdotis cadit. vel, in omni eo quod poteſt, vel ſolet videri à ſacerdote.

13 Conſiderabit eum ſacerdos, & teneri lepra mundiſſima iudicabit, eo quòd omnis in candorem verſa ſit:& idcirco homo mundus erit.

14 Quando verò caro viuens in eo apparuerit,

C 15 Tũc ſacerdotis iudicio polluetur, & inter immũdos reputabitur:caro enĩ viua ſi lepra aſpergitur, immũda eſt.

16 Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit,

17 Conſiderabit eum ſacerdos, & mũdum eſſe decernet.

18 Caro autem & cutis in qua vlcus natum eſt, & ſanatum,

19 Et in loco vlceris cicatrix alba apparuerit ſiue ſubrufa, adducetur homo ad ſacerdotem:

20 Qui quum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos verſos in candorem, contaminabit eum, plaga enim lepræ orta eſt in vlcere.

21 Quòd ſi pilus, coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura, & vicina carne non eſt humilior, recludet eum ſeptẽ diebus.

22 Et ſi quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ.

23 Sin autem ſteterit in loco ſuo, vlceris eſt cicatrix, & homo mundus erit.

24 Caro autẽ & cutis quam ignis exuſſerit, & ſanata albam ſiue rufam habuerit cicatricem,

D 25 Conſiderabit eam ſacerdos: & ecce ſi verſa eſt in alborẽ, & locus eius reliqua cute eſt humilior, cõtaminabit eum: quia plaga lepræ in cicatrice orta eſt.

26 Quòd ſi pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipſa lepręſpecies fuerit ſubobſcura, recludet eum ſeptẽ diebus.

27 Et die ſeptimo contemplabitur: ſi creuerit in cute lepra, contaminabit eum.

28 Sin autem in loco ſuo candor ſteterit non ſatis clarus, plaga combuſtionis eſt: & idcirco mundabitur, quia cicatrix eſt combuſturæ.

29 Vir ſiue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra,

30 Videbit eos ſacerdos, & ſiquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, ſolitóque ſubtilior: contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ eſt.

E 31 Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum ſeptem diebus.

13 Tunc contemplabitur ſacerdos: & *ſi* quidem operuit lepra omnem carnem eius, tunc mundam declarabit plagam: *nam* tota verſa eſt in candorem, *propterea* munda eſt.

14 Et quo die conſpecta fuerit in ea caro viua, ″immunda erit.

15 Et contemplabitur ſacerdos carnem *illam* viuam, immundã declarabit illam: caro viua″immunda eſt, lepra eſt.

16 Aut quum reuerſa fuerit caro viua, & conuerſa in candorẽ, tunc veniet ad ſacerdotem:

17 Conſiderabítque ſacerdos: & *ſi* quidem verſa fuerit plaga in cãdorem, mundam declarabit ſacerdos plagam illam, munda eſt.

18 ′Quum autem fuerit in cute carnis eius vlcus, & ſanatũ fuerit:

19 Fuerítq; in loco vlceris tumor albus, aut macula alba ſubrufa, ′oſtendetur ſacerdoti.

20 Tunc conſiderabit ſacerdos: & *ſi* quidem aſpectus eius humilior fuerit cute, & pilus eius verſus fuerit in candorem, immundum declarabit illũ ſacerdos, plaga lepræ eſt *quæ* in vlcere germinauit.

21 Quòd ſi conſiderauerit illã ſacerdos, & ecce non fuerit in ea pilus albus, nec demiſſior cute *reliqua*, ſed fuerit ſubobſcura: tunc recludet illum ſacerdos ſeptem diebus.

22 Si verò creſcendo creuerit per cutem, immũdam declarabit ſacerdos illam, plaga *lepræ* eſt.

23 At ſi in loco ſuo ſteterit macula illa alba, nec creuerit: aduſtio vlceris eſt, mundam declarabit illam ſacerdos.

24 Aut quum fuerit in cute carnis eius aduſtio ignis, & fuerit *in* ″ſanitate aduſtionis macula alba, ſubrufa, aut alba:

25 Conſiderabit eam ſacerdos: & *ſi* quidem verſus fuerit pilus in candorem in ea macula, & aſpectus eius ſit profundior cute *reliqua*: lepra eſt *quæ* in aduſtione germinauit, & immundam iudicabit eã ſacerdos, plaga lepræ eſt.

26 Quòd ſi inſpexerit eam ſacerdos, & *ſi* quidem non fuerit in macula pilus albus, nec demiſſior fuerit cute ipſa, ″ſed fuerit ſubobſcura, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

27 Et contemplabitur eam ſacerdos die ſeptimo: ſi′creſcendo creuerit in cute, tũc immũdã eã declarabit ſacerdos, plaga lepræ eſt.

28 Si verò in loco ſuo ſteterit macula illa, nec″creuerit in cute, ″ſed ſit ſubobſcura, ″tumor aduſtionis eſt, mundam declarabit eam ſacerdos, quia″aduſtio ambuſti eſt.

29 ″Quum autẽ viro aut mulieri exorta fuerit plaga in capite, aut in barba:

30 Tunc intuebitur ſacerdos plagã ipſam: & *ſi* quidẽ″aſpectus eius fuerit profundior cute *reliqua*, & in ea pilus flauus *&* ″ſubtilis, tunc immundam declarabit eam ſacerdos: *nam* macula nigra eſt, ″lepra capitis aut barbæ eſt.

31 Quũ autẽ cõſiderauerit ſacerdos plagã maculæ nigræ, & *ſi* quidẽ aſpectus eius nõ fuerit profundior cute *reliqua*, & pilus″niger nõ fuerit in ea, recludet ſacerdos″plagã maculæ nigræ ſeptẽ diebus.

14 Immunda erit. ; ישמא .i.erit vera lepra. 15 Immunda eſt, טמא הוא .i.ſignificat immunditiam & impuritatem.
18 Quum autem,&c. ובשר כי־יהיה וגו׳ Ad verbũ,Et caro quũ fuerit in eo in cute ipſius vlcus. 24 Sanitate aduſt.macula al. מחית
המכוה בהרת לבנה .i.in parte ambuſta quæ poſtea ſanata fuerit,macula partim cãdida,& partim rubicũda [hoc eſt cuius candor vergat ad rubore] aut tantũmodo alba. 26 Sed fuerit ſub. והוא כהה .i.coloris ſubnigri.Alii,cõtracta.aſtricta.i.ſed cohibeat ſeſe in loco ſuo,nec ſerpat in reliquas partes. 27 Creſcẽdo,&c. פשוה תפשה בעור graſſandograſſata fuerit in cutẽ ſanã. 28 Creuerit in cu. פשתה בעור
graſſata fuerit in cutem. Sed ſit ſubob. והוא כהה ſed ſit cõtracta.vel,ſed cõtraxerit ſeſe. Tumor adu. שאת המכוה היא .i.hæc plaga
nata eſt ex ea ambuſtione. Aduſtio ambuſti eſt. : צרבת המכוה היא hoc eſt,naſcitur ex humoribus qui ambuſti fuerũt colore externo.
29 Quũ autẽ,&c. ואיש או וגו׳ Ad verbũ,Et vir aut mulier quũ fuerit in eo plaga. 30 Aſpectus e.&c. מראהו וגו׳ .i.ſi pars affecta
videatur demiſſior cute reliqua,ſiue reliquo corpore. Subtilis, דק .i.ſubtilior quàm in aliis partibus. Lepra capi. צרעת הראש .i.quæ
naſci ſolet in capite. 31 Niger שחור Præcedenti verſu flauum vocauit,quia flauum magis accedit ad nigrum. Plagam maculæ
את־נגע הנתק Id eſt hominem ita affectum.

32 Et intuebitur ſacerdos plagam die ſeptima: & *ſi* quidem non creuerit macula illa nigra, nec fuerit in ea pilus flauus, & aſpectus maculæ nigræ non fuerit profundior cute:

Et die ſeptimo intuebitur: ſi nõ creuerit macula, & capillus ſui coloris eſt, & locus plagæ carni reliquæ æqualis:

33 Tunc radetur, ſed maculam nigram non radet: recludétque ſacerdos maculam nigram ſeptem diebus ſecundò:

Radetur homo abſque loco maculæ, & includetur ſeptem diebus aliis.

34 Et conſiderabit ſacerdos maculam nigram die ſeptima: & *ſi* quidem non creuerit macula nigra in cute, nec aſpectus eius fuerit profundior cute, mundam declarabit eam ſacerdos: ″lauabítque veſtimenta ſua, & mundus erit.

Si die ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotiſque veſtibus ſuis mundus erit.

35 Si autem creſcendo creuerit macula illa nigra in cute poſt purificationem ſuam:

Sin autem poſt emundationem rurſus creuerit macula in cute:

36 Tum inſpiciet eam ſacerdos: & *ſi* quidem creuerit macula illa nigra in cute, ″non requiret ſacerdos pilum flauum, immũda eſt.

Non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem ſit commutatus, quia apertè immundus eſt.

37 Quòd ſi ″in oculis eius ſteterit macula nigra, & pilus niger ortus fuerit in ea, ſanata eſt macula illa nigra: munda eſt, & mũdam declarabit eam ſacerdos.

Porrò ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem ſanatum eſſe, & confidenter eum pronuntiet mundum.

38 ″Porrò quum in cute carnis viri aut mulieris fuerint maculæ, maculæ *inquam* albæ:

Vir ſiue mulier in cuius cute cãdor apparuerit,

39 Inſpiciet ſacerdos ipſe: & *ſi* quidem in cute carnis eorum fuerint ″maculæ albæ, ſubobſcuræ: ″macula alba eſt *quæ* floruit in cute, munda eſt.

Intuebitur eos ſacerdos: ſi deprehẽderit ſubobſcurum alborem lucere in cute, ſciat nõ eſſe leprã, ſed maculã coloris candidi, & hominem mundum.

40 Vir autem ″quũ depilatũ fuerit caput eius, caluus eſt, mũd⁹ eſt.

Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus eſt. F

41 Si verò ex parte faciei eius depilatum fuerit caput eius, recaluaſter eſt, *&* mundus eſt.

Et ſi à fronte ceciderint pili, recaluaſter & mundus eſt.

42 Quum autem fuerit in caluitio, aut in recaluatione plaga alba, ″rufa, lepra germinãs eſt in caluitio eius, vel in recaluatione eius.

Sin autem in caluitio ſiue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus,

43 Tunc conſiderabit illam ſacerdos: & *ſi* quidem tumor plagæ albus, *&* rufus in caluitio eius, aut in recaluatione eius, *&* ″ſicut aſpectus lepræ *in* cute carnis:

Et hoc ſacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta eſt in caluitio.

44 Vir leproſus eſt, immundus eſt, immundum declarando, immundum declarabit illum ſacerdos: in capite eius ″eſt plaga eius.

Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis,

45 ″Porrò leproſi in quo fuerit plaga illa, veſtimenta erunt ſciſſa, & caput eius *erit* nudum, ″& pilum *ſuperioris* labri operiet: &? Immũdus, immundus ſum, ″clamabit.

Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.

46 Omnibus diebus quibus fuerit plaga in eo, contaminatus erit, *eſt enim* immundus: ſolus habitabit, extra caſtra erit habitatio eius.

Omni tempore quo leproſus eſt, & immundus, ſolus habitabit extra caſtra.

47 Quum autem in veſte fuerit ″plaga lepræ, in veſte lanea, aut in veſte linea,

Veſtis lanea ſiue linea, quæ lepram habuerit

48 Aut in ſtamine, aut in ſubtegmine ex lino, aut ex lana, aut in pelle, aut ″in quauis ſupellectile pellicea:

In ſtamine atque ſubtegmine, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum eſt,

49 Et fuerit plaga illa viridis, aut rufa in veſte, aut in pelle, aut

Si alba vel rufa macula fuerit, infe-

---

36 Non requiret לא־יבקר Id eſt non curabit de pilo flauo.

37 In oculis e. ſtet. בעיניו עמד in colore ſuo ſteterit. i. ſi colorem non demutauerit. Vide principium huius capitis, verſu 5.

38 Porrò quum in cute, &c. ואיש או־אשה כי וגו' Ad verbum, Et vir ſiue mulier, quum fuerint in cute carnis eorum maculæ. Vide ſuprà verſu 2. 19. 23. 24, de macula alba. Vide etiam eundem Hebraiſmum ſuprà verſu 29.

39 Maculæ albæ, ſubobſcuræ: בהרות כהות לבנות Ordine ſuo repoſuit vocabula Hebræa noſter interpres, quæ ſic leguntur, maculæ ſubobſcuræ, albæ. De ſubobſcuris maculis vide ſuprà verſu 21 & 26. Macula alba eſt *quæ* floruit בוהק הוא פרח vitiligo eſt *id quod* natum eſt. Significat plagam albam cui multa eſt claritas, non tamen tanta quanta in בהרת & in שאת & in ספחת. A ſplendore nomen habet.

40 Quum depilatum fuerit cap. e. כי ימרט ראשו Hebraiſmus, pro, de cuius capite fluunt capilli. i. qui patitur defluuium capillorum.

42 Rufa, אדמדם ſubrubra. id eſt cuius color albus tendit ad rubedinem.

43 Sicut aſpectus lepræ כמראה צרעת Id eſt, & præ ſe ferat ſpeciem lepræ.

44 Eſt plaga e. נגעו׃ .i. lepra ipſius: hoc eſt, leproſum habet caput. 45 Porrò leproſi, &c. והצרוע אשר־בו וגו' Ad verbum, Et leproſus in quo fuerit plaga illa, veſtimenta eius, &c. Et pilum, &c. ועל שפם יעטה & pilum *ſuperioris* labri tegat. reiecta ſcilicet in humerum veſte. Ita docti inter Hebræos intelligunt. Alii, barbam vtriuſque labri ſignificari volunt. Chaldæus paraph. labia ſua inſtar lugentis inuoluat. Chaldaica alia lectio habet, Et os eius inuoluetur panno ſicut lugens. Clamabit. יקרא׃ Id eſt clara voce declarabit ſe eſſe immundum. q. d. Cauete vobis, quia immundus ſum. Chaldæus paraph. Ne contaminemini, ne contaminemini, clamabit.

47 Plaga lepræ, נגע צרעת Id eſt affectio quædam ſimilis lepræ. Ad verbum, Veſtis autem, quum fuerit in ea plaga lepræ.

48 In quauis ſupell. בכל־מלאכת Ad verbum, in omni opere.

cta lepra reputabitur, oſtendetúrque ſacerdoti.

50 Qui conſideratam recludet ſeptē diebus.

G 51 Et die ſeptimo rurſus aſpiciens, ſi deprehenderit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt: pollutum iudicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta.

52 Et idcirco comburetur flammis.

53 Quòd ſi eam viderit non creuiſſe,

54 Præcipiet, & lauabunt id in quo lepraeſt, recludétque illud ſeptem diebusaliis.

55 Et quum viderit faciem quidē priſtinam non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundum iudicabit: & igne comburet, eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti, vel per totum, lepra.

56 Sinautem obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam veſtis eſt lota, abrūpet eum, & à ſolido diuidet.

57 Quòd ſi vltrà apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi.

58 Si ceſſauerit, lauabit aqua ea quæ pura ſunt, ſecundò, & munda erunt.

59 Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei, ſtaminis atque ſubtegminis, omniſque ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

Cap. XIIII.

1 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt: adducetur ad ſacerdotem:

Matth.8.a.1
marc.1.d.40
luc.5.c.12

3 Qui egreſſus de caſtris, quum inuenerit lepram eſſe mundatam,

4 Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculúmque & hyſſopum.

5 Et vnū ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuētes:

6 Aliū autē viuum cū ligno cedrino,

in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in quauis ſupellectile pellicea; plaga lepræ eſt, oſtendetur ſacerdoti.

50 Conſiderabítque ſacerdos plagam, recludétque plagam illam ſeptem diebus.

51 Et conſiderabit plagam illam die ſeptimo: ″ſi creuerit plaga in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in pelle, *aut* ″in omni opere quod fit ex pelle, lepra ′corrodēs eſt plaga illa, ″īmunda eſt.

52 Comburétque veſtem, vel ſtamen, vel ſubtegmen ex lana vel ex lino, vel omnem ſupellectilem pelliceam in qua fuerit plaga illa, quia lepra corrodens eſt, *propterea* igni comburetur.

53 Si autem conſiderauerit ſacerdos, & *ſi* quidem non creuerit plaga illa in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, aut in omni ſupellectile pellicea:

54 Tum præcipiet ſacerdos, & lauabunt ″id in quo eſt plaga: & recludet ′illud ſeptem diebus ſecundó.

55 Dein contemplabitur ſacerdos poſteaquā lota fuerit plaga: & quanuis non mutauerit plaga illa ′colorē ſuum, nec plaga creuerit, immunda eſt *tamen*, igni cōbures eam: ″infoſſio eſt ″in caluitio eius vel in recaluatione eius.

56 Si autē inſpexerit ſacerdos, & *ſi* quidē ″ſubobſcura fuerit plaga poſteaquā lota fuerit, abſcindet eā de veſte, vel de pelle, vel de ſtamine, vel de ſubtegmine.

57 Quòd ſi cōſpecta fuerit vltrà in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni ſupellectile pellicea: *lepra* ″germinās eſt, igni ″combures eam in qua fuerit plaga illa.

58 Veſtis autem, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen, aut quæuis ſupellex pellicea quam laueris, & receſſerit ab eis plaga: lauabitur ſecundò, & tunc munda erit.

59 ″Iſta eſt lex plagæ lepræ veſtimenti lanei vel linei, vel ſtaminis vel ſubtegminis, aut cuiuſuis ſupellectilis pelliceæ, ad declarandum illud mundum, vel ad declarandum illud immundum:

Cap. XIIII.

מצורע
Lex mundandi hominis leproſi.

1 ET ′loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

2 ″Iſta erit lex leproſi in die mundationis ſuæ: adducetur ad ſacerdotem:

3 Et egredietur ſacerdos extra caſtra, contemplabitúrque *illum* ſacerdos: & *ſi* quidem ſanata fuerit plaga lepræ à leproſo,

4 Tūc præcipiet ſacerdos, ″& tollet ei qui mūdatur, ″duos paſſeres viuos mūdos, & lignū cedrinū, & coccum vermiculi, & hyſſopū.

5 Præcipiétque ſacerdos ′vt mactet paſſerem vnum ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.

6 Paſſerem viuum tollet, & lignū cedrinum, & coccū vermiculi,

---

51 Si creuerit plaga in ve. כי־פשה הנגע בבגד ſi graſſata fuerit plaga in veſtē.i.in reliquas partes ſanas. In omni opere quod,&c. אשר וגו׳ לכל Ad verbū,in ōni quod fit ex pelle in opus,lepra,&c.Hebraiſmus.Paulo pòſt pro eodē poſuit,in ōni ſupellectile pellicea. Corrodēs ממארת Propriè ſignificat dolorē inferre. Immunda eſt. : טמא הוא ſub.veſtis illa. 54 Id in quo את אשר־בו .i.veſtē in qua,&c. 55 Colorem ſuum, את־עינו faciem ſuā.i.ſi permanſerit vt erat prius. Infoſſio eſt פחתת הוא Significat corroſionē & labē quæ introrſum radices agit,quæ graſſatur in imum,& agit intra id cui inſederit. In caluitio,&c. : בקרחתו או בגבחתו .i.in parte poſteriore,aut anteriore veſtis.Chaldæus paraph.corroſio eſt in vetuſtate eius,vel in nouitate eius. In hunc ſenſū paraphraſtæ Chaldæi doctus inter Hebræos exponit,quum dicit per caluitium videri ſibi intelligendū eſſe pannum aut veſtem quæ ob nimiam vetuſtatem amiſit pilos, & tandē lepra corrūpitur:per recaluationem verò,veſtem quā lepra priuat pilis.q.d. ſiue arroſio fuerit in nouo & piloſo panno,ſiue in veteri,immūdus erit vobis. 56 Suboſcura fue. כהה vel,videatur retrahere ſeſe.vt ſuprà verſu 26. 57 Germinās eſt, פורחת הוא .i.effloreſcit in ea. Combures eā תשרפנו ſub.veſtem. 59 Iſta eſt lex זאת תורת .i.hoc modo poterit cognoſcere quando debebit veſtimentū aliquod declarare purum aut impurum.

IN CAPVT XIIII.

1 Et loquutus eſt וידבר Hîc quintam huius libri ſectionē auſpicantur Hebræi, à quarta ſequentis verſus dictione vocantes eam מצורע.

2 Iſta erit lex,&c. זאת תהיה תורת וגו׳ Hebraiſmus, pro, Hic eſt ritus qui ſeruari debet die quo is qui lepræ dānatus fuerat,ſiue leproſus declaratus,aut ſuſpectus de lepra,iudicabitur alienus à lepra ab amicis vel propinquis.

4 Et tollet ei q.mund. ולקח למטהר vt tollat *aliquis* in gratiam eius qui mundandus eſt. Duos paſſeres viuos שתי־צפורים חיות duas auiculas viuas. 5 Vt mactet ושחט Ad verbum,& mactabit.ſub.alius ſacerdos.

& hyſſopum: & tinget illa, & paſſerem viuum in ſanguine paſſeris mactati ſuper aquas viuentes.

7 Et ſparget ſuper mundandum à lepra, ſeptẽ vicibus, ʹmundabítque eum, atque emittet paſſerem viuum ʹſuper faciem agri.

8 Lauabítque qui emũdabitur, veſtimenta ſua, ac radet omnem pilum ſuum, lauabítque ſe aqua, ʹ& purus erit: dein poſtea ingredietur caſtra, habitabítque extra tabernaculũ ſuũ ſeptem diebus.

9 ʹDie autem ſeptimo radet omnem pilum ſuum, caput ſuum, & barbam ſuam, & ſupercilia oculorum ſuorum, atque omnem *reliquum* pilum ſuum radet: lauabit quoque veſtimenta ſua, poſtquã lauerit carnem ſuam aqua, & purificabit ſe.

10 Die autem octauo tollet duos agnos immaculatos, & agnam vnam anniculam immaculatam, & tres decimas ſimilæ pro minnha miſtam oleo, & ſextarium vnum olei.

11 Statuétque ſacerdos ʹqui mundat virum mundandum, ʹ& illa coram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

12 Tollétque ſacerdos agnum vnum, quem offeret in ſacrificium pro delicto, & ſextariũ olei, & agitabit ea agitatione corã Iehoua.

13 Mactabítq; agnũ in loco in quo mactare ſolet oblationẽ ꝓ peccato, & holocauſtũ, *nẽpe* in loco ſãctitatis: quia ʹſicut hoſtia pro peccato, *ita* oblatio pro delicto eſt ſacerdotis: ſanctitas ſanctitatũ eſt.

14 Accipiétque ſacerdos de ſanguine oblationis pro delicto, & ponet ʹſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.

15 Accipiet præterea ſacerdos de ſextario olei, & fundet ʹin manũ ſuam ſiniſtram.

16 Tingétque ipſe digitũ ſuum dextrũ in oleũ quod eſt in manu ſua ſiniſtra, ſpargétq; de oleo digito ſuo ſeptẽ vicibꝰ corã Iehoua.

17 De reſiduo verò olei quod eſt in manu ſua, ponet ſacerdos ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri, ʹvltra ſanguinem oblationis pro delicto.

18 Quod autem ſupereſt de oleo quod eſt in manu eius, ponet ſuper caput mundandi: expiabítque eum ſacerdos coram Iehoua.

19 Faciet item ſacerdos oblationem pro peccato, ʹemundabítque mundandum ab immunditia ſua, & poſtea mactabit holocauſtũ.

20 ʹEt aſcẽdere faciet ſacerdos holocauſtũ & minnham ſuper altare: expiabítque eum ſacerdos, ʹ& mundus erit.

21 Si autem pauper fuerit, ʹ& manus eius non poſſit aſſequi, tunc accipiet agnum vnum in hoſtiam pro delicto in eleuationem ʹad expiandum illum, & decimam partem ſimilæ vnam permiſtam oleo pro minnha, ſextariúmque olei:

22 Duos præterea turtures, aut duos filios columbæ, ʹquodcũque apprehẽdere poterit manus eius: erítque vnus in hoſtiam pro peccato, & alter pro holocauſto.

& cocco & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati.

7 Quo aſperget illum qui mundãdus eſt, ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuũ, vt in agrũ auolet.

8 Quúmque lauerit homo veſtimẽta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatúſque ingredietur caſtra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptẽ diebus.

9 Et die ſeptimo radet capillos capitis, barbámque & ſupercilia, ac totius corporis pilos: & lotis rurſum veſtibus & corpore, B

10 Die octauo aſſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam abſq; macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium.

11 Quúmque ſacerdos purificãs hominẽ, ſtatuerit eum, & hæc omnia corã Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii,

12 Tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleique ſextarium: & oblatis ante Dominum omnibus,

13 Immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato & holocauſtũ, id eſt in loco ſancto. ſicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotẽ pertinet hoſtia: ſãcta ſanctorũ eſt.

14 Aſſuménſque ſacerdos de ſanguine hoſtiæ quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis. C

15 Et de olei ſextario mittet in manũ ſuam ſiniſtram:

16 Tingétque digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties.

17 Quod autem reliquum eſt olei in læua manu, fundet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto,

18 Et ſuper caput eius.

19 Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato, tunc immolabit holocauſtum:

20 Et ponet illud in altari cũ libamentis ſuis, & homo rite mundabitur.

21 Quòd ſi pauper eſt, & nõ poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumes agnum ad oblationẽ, vt roget pro eo ſacerdos, decimámque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium,

22 Duóſque turtures ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum:

7 Mundabítque e. וטהרו .i. iudicabit eum eſſe mundum. Super faciem agri. על־פני השדה׃ vt ſcilicet eat quocunque volet.
8 Et purus erit: וטהר .i. habebitur pro puro. 9 Die autem והיה ביום Ad verbum, Et erit, in die, &c.
11 Qui mũdat המטהר .i. qui declarat illum mũdum. Et illa ואותם nẽpe ſuprà enumerata. 13 Sicut hoſtia, &c. בחטאת האשם .i. quemadmodũ ad ſacerdotẽ pertinet hoſtia pro peccato, ita ad eũ pertinet hoſtia pro delicto. 14 Super tenerũ au. על־תנוך אזן ſuper extremam auriculam. vel, ſuper extremam partem auriculæ. 15 In manum ſ. על־כף הכוהן Ad verbũ, ſuper volam ſacerdotis. Antecedens pro relatiuo. 17 Vltra ſanguinem על דם Ad verbum, ſuper ſanguinem. Alii, cum ſanguine hoſtiæ.
19 Emundabítque, &c. וכפר על־המטהר מטומאתו emundabítque eum qui emundatur. Alii, rogabítque pro eo qui emundatur ab iniquitate ſua. vel, impuritate. 20 Et aſcendere fac. והעלה .i. imponet altari. Et mundus erit. וטהר׃ .i. tunc declarabit illum purum & mundum. 21 Et manus e. non p. aſſeq. ואין ידו משגת Ad verbum, & non manus eius apprehendens. ſub. illa ſuprà dicta. i. ſi nõ habeat vnde poſſit ſibi illa comparare. Manum pro facultate poſuit. Ad expiandum illum, לכפר עליו ad rogandum pro illo.
22 Quodcunque appreh. poterit manus e. אשר תשיג ידו .i. quæcunque habere poterit.

D	Offerétque ea, die octauo purificationis ſuæ ſacerdoti ad oſtium tabernaculi teſtimonii coram Domino.	23	Afferétque ea octauo die purificationis ſuæ ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ coram Iehoua.	
	Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei,leuabit ſimul:	24	Suſcipiétque ſacerdos agnum oblationis pro delicto, & ſextarium olei,atque agitabit ea ſacerdos′eleuationẽ coram Iehoua.	
	Immolatóque agno,de ſanguine eius ponet ſuper extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dextri.	25	Mactabítque agnum oblationis pro delicto, ac tollet ſacerdos de ſanguine oblationis pro delicto, ponétque ſuper tenerum auris mundandi dextræ,& ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.	
	Olei verò partem mittet in manũ ſuam ſiniſtram,	26	De oleo quoque fundet ſacerdos′in manum ſuam ſiniſtram:	
	In quo tingens digitum dextræ manus,aſperget ſepties coram Domino:	27	Spargétque ſacerdos digito ſuo dextro de oleo quod eſt in manu ſua ſiniſtra,ſeptem vicibus coram Iehoua.	
	Tangétque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto.	28	Ponet quoque ſacerdos de oleo quod eſt in manu ſua,ſuper tenerum auris emundandi dextræ,& ſuper pollicẽ manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri ′in loco ſanguinis oblationis pro delicto.	
	Reliquam autem partem olei quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati,vt placet pro eo Dominum.	29	Quod autẽ ſupereſt de oleo quod eſt in manu ſacerdotis,ponet ſuper caput emundandi, ad emundandum illum coram Iehoua.	
	Et turturem ſiue pullum columbæ offeret,	30	Faciet item vnum de turturibus,vel ex pullis columbarum,′ex iis quæ apprehenderit manus eius:	
	Vnum pro delicto, & alterũ in holocauſtum cum libamentis ſuis.	31	′Quod *inquam* apprehenderit manus eius′, *faciet* vnum pro peccato,& alterum in holocauſtum″cum minnha: emundabítque ſacerdos mundandum coram Iehoua.	
E	Hoc eſt ſacrificium leproſi, qui habere non poteſt omnia in emũdationem ſui.	32	″Iſta eſt lex eius in quo fuerat plaga lepræ,cuius manus non poterat apprehendere mundationem ſui.	
	Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron,dicens,	33	Et loquutus eſt Iehouáh ad Moψſch & ad Aharón,dicendo,	
	Quum ingreſſi fueritis terram Chanaan,quam ego dabo vobis in poſſeſſionẽ,ſi fuerit plaga lepræ in ædibus:	34	Quum ingreſſi fueritis terram Chenáyan, quam ego″do vobis in poſſeſſionem,″& poſuero plagam lepræ in domo terræ poſſeſſionis veſtræ:	Conſideratio & purgatio domus leproſæ.
	Ibit cuius eſt domus, nuntians ſacerdoti,& dicet,Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea.	35	Veniet ille cuius erit domus,renuntiabítque ſacerdoti, dicendo,Tanquam plaga *lepræ*″viſa eſt mihi in domo.	
	At ille præcipiet vt efferant vniuerſa de domo priuſquã ingrediatur eã, & videat vtrum leproſa ſit,ne immũda fiant omnia quæ in domo ſunt: intrabitque poſtea vt conſideret leprã domus.	36	Tunc præcipiet ſacerdos,″& expurgabunt domum antequam ingrediatur ſacerdos vt diſpiciat plagam,″ne polluatur quicquã quod ſit in ea domo: & poſtea ingredietur ſacerdos ad contemplandum domum.	
	Et quum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes,& humiliores ſuperficie reliqua,	37	Tunc conſiderabit plagam ipſam:″& *ſi* quidem plaga *quæ eſt* in parietibus domus *fuerint* nigredines, flauedines, vel rubedines:″& aſpectus eorum fuerit depreſſior *reliquo* pariete:	
	Egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus.	38	Egredietur ſacerdos è domo ad oſtium domus,″& claudet domum ſeptem diebus.	
F	Reuerſúſque die ſeptimo, conſiderabit eam: ſi inuenerit creuiſſe leprã,	39	Poſtea reuertetur ſacerdos die ſeptimo, & contemplabitur: & *ſi* quidem creuerit plaga in parietibus domus,	
	Iubebit erui lapides in quibus le-	40	Tunc præcipiet ſacerdos, & eruent lapides in quibus fuerit	

24 Eleuationem תנופה oblationem.id eſt offeret illa tanquam oblatum.
26 In manum ſuam על־כף הכוהן Ad verbum,ſuper volam ſacerdotis.Antecedens pro relatiuo.
28 In loco ſanguinis,&c. על־מקום דם וגו׳ .i.in ea parte quæ tincta fuit ſanguine hoſtiæ mactatæ pro delicto.
30 Ex iis quæ,&c. מאשר תשיג ידו : de eo quod aſſequetur manus eius.vel,quoſcunque aſſequi poterit,&c.i.turturem ſacrificabit, aut
pullũ colũbæ,aut aliud genus auiũ quod habere poterit.q.d.eam ſpeciem quã ſibi cõparare poterit,ſacrificabit.Repetitio Hebræis frequens.
31 Quod *inquam* appreh. את אשר־תשיג Quoſcunque *inquam* aſſequetur. Cum minnha: על־המנחה vltra minham.
32 Iſta eſt lex,&c. זאת תורת וגו׳ .i.hæ ſunt cæremoniæ obſeruãdæ in purificatione eius qui à lepra mũdus eſſe declaratur,& qui pauperior
erit quàm vt ſupradicta ſibi cõparare poſſit. 34 Do נותן Præſ.Heb.pro fut.daturus ſum. Et poſuero pla. ונתתי נגע Ad verbũ,
& dedero plagã.i.immiſero. Quum(inquit)in domibus quas ædificabitis in Terra ſancta quam poſſeſſuri eſtis,immiſero maculam ſiue plagã,
ac labem parieti hærentem quæ ſpeciẽ lepræ referet. 35 Viſa eſt נראה apparuit.i.aliquid ſimile lepræ viſũ eſt mihi in parietibus do-
mus meæ. 36 Et expurgabunt d. ופנו את־הבית .i.efferent omnia è domo.nam mox ſequitur,ne polluatur quicquã in domo. Ne
polluatur ולא יטמא Ad verbũ,& non polluetur. 37 Et *ſi* quidem,&c. והנה הנגע וגו׳ & ſanè *ſi* plaga illa ſit in parietibus domus a-
tris & ſubuiridibus,aut ſubrubris. Alii pro Atris,vertũt Valliculas,aut foſſas:vt שקערורות ſit ſubſtãtiuũ,hoc ſenſu,Si plaga fuerit in parietibus,
apparuerintq; valliculæ ſubuirides,aut ſubrubræ.i.ſi labes illa videatur intrò refugere,& ſpeciẽ foſſæ habeat quæ ſit ſubuiridis.Seipſum de-
clarat quũ dicit,Et aſpectus,ſiue ſuperficies foſſarũ ſit demiſſior pariete reliquo.Sic vertit Chaldæus paraph.Priorem lectionẽ ferè ſequun-
tur Hebræi.Doctus inter illos putat dictionem שקערורות cõpoſitam eſſe ex שקע & שער,acſi dicat,profundæ nigredines. Et aſpectus e.
ומראיהן & ſuperficies eorum.ſub.parietum. 38 Et claudet והסגיר .i.præcipiet claudi.

ga illa, proiiciéntque illos extra ciuitatem in locum immundum.

41 Domum autem″radere iubebit intrinſecus per circuitum, & effundent puluerem″quem abraſerint, extra ciuitatem in locum immundum.

42 Et accipient lapides alios quos reponent″loco lapidum *illorum*, & lutum aliud capiet, & complanabit domum.

43 Quòd ſi reuerſa fuerit plaga, ″& effloreat in illa domo poſtquã erui fecit lapides & abradi domum, & poſteaquam obducta fuit:

44 Tunc ingredietur ſacerdos, & conſiderabit, & *ſi* quidem creuerit plaga in domo, lepra corrodens eſt in ipſa domo, immũda eſt.

45 Deſtruétque domum *&* lapides eius, & ligna eius, atque vniuerſum lutum domus: educétque extra ciuitatem in locũ immũdũ.

46 Qui autem ingreſſus fuerit domum illam omnibus diebus quibus iuſſerit eam claudi, immundus erit vſque ad veſperam:

47 Et qui dormierit in ea domo, lauabit veſtimẽta ſua: quíque comederit in domo, lauabit veſtimenta ſua.

Purgatio eius. 48 Si autem ingrediendo ingreſſus fuerit ſacerdos, contemplatúſque viderit nõ creuiſſe plagã in ipſa domo poſtquã ipſa obducta fuit: mundam iudicabit ſacerdos domũ, quia ſanata ſit plaga illa.

49 Tollet itaque ad purificandum domum″duos paſſeres, & lignũ cedrinum, & coccum vermiculi, & hyſſopum.

50 Mactabítque paſſerem viuũ″ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.

51 Capiétque lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum vermiculi, & paſſerem viuum, & tinget illa in ſanguine paſſeris mactati, ″& in aqua viuente: aſpergétque domum ſeptem vicibus.

52 Purificabítque domũ illam ſanguine paſſeris, & aqua viua, & paſſere viuo, lignóq; cedrino, & hyſſopo, & cocco vermiculi.

53 Poſtea dimittet paſſerem viuum extra ciuitatem″ſuper faciem agri, purgabítque domum, & munda erit.

54 ″Iſta eſt lex omnis plagæ lepræ, ″& maculæ nigræ,

55 Et lepræ veſtis, & domus,

56 Et tumoris, & ſcabiei, ″& candentis maculæ,

57 Ad docendum quid agendum, ″quo die immundus, & quo die mundus declarandus eſt.

Cap. XV.

De viro ſeminifluo. 1 LOquutus eſt autẽ Iehouáh ad Moשſéh & ad Aharón, dicẽdo,

2 Loquimini ad filios Iשſraאél, & dicite eis, ″Vnuſquiſque quum ſemen eius defluet de carne ſua, immundus eſt.

3 Hæc verò erit immũditia eius″in ſemine ipſi⁹, *ſi* emittat caro ei⁹ ſemẽ ſuũ, ″vel clauſerit carnẽ ſuã ſemine ſuo, immũditia eius eſt.

4 Omne ſtratum in quo iacuerit qui patitur fluxum ſeminis, immundum erit: ″& omne id ſuper quo ſederit, immundum erit.

pra eſt, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum:

41 Domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum,

42 Lapidéſq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum.

43 Sinautem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita,

44 Ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam leprã, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt pſeuerãs, & immũda dom⁹:

45 Quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna: atque vniuerſum puluerem proiicient extra oppidum in locum immundum.

46 Qui intrauerit domũ quando clauſa eſt, immundus erit vſque ad veſperum:

47 Et qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit veſtimenta ſua.

48 Quòd ſi introiens ſacerdos viderit lepram non creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit, purificabit eã reddita ſanitate. G

49 Et in purificationẽ eius ſumet duos paſſeres, lignúmque cedrinum, & vermiculum atque hyſſopum:

50 Et immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas,

51 Tollet lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum, & paſſerem viuum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus: & aſperget domum ſepties:

52 Purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis viuẽtibus, & in paſſere viuo, lignóque cedrino, & hyſſopo, atque vermiculo.

53 Quúmque dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur.

54 Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ,

55 Lepræ veſtium & domorum,

56 Cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ & in varias ſpecies coloribus immutatis,

57 Vt poſſit ſciri quo tẽpore mũdum quid, vel immundum ſit. Cap. XV.

1 LOquutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen & Aaron, dicens,

2 Loquimini filiis Iſrael, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit.

3 Et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere, quũ per ſingula momenta adhæſerit carni eius atque concreuerit fœdus humor.

4 Omne ſtratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicũque ſederit.

---

41 Radere iubebit יקצע Ad verbum, radet, id eſt præcipiet radi. Quem abraſerint, אשר יקצו .i. quem deraſum coniecerint in angulum domus, vt poſtea eiiciant extra ciuitatẽ. Sic doctus inter Hebræos. 42 Loco lapidum אל־תחת האבנים Id eſt in locũ priorũ lapidũ qui ablati fuerint. 43 Et effloreat ופרח & pullulet. & germinet. 49 Duos paſſ. שתי צפורים duas auiculas. ſub. mundas.

50 Super vas fictile ſuper, &c.: אל־כלי־חרש על־מים חיים Hic אל pro על ponitur. i. ſuper vas fictile in quo fuerit aqua fõtana, aut fluuiatilis. Id ſignificat aqua viua. 53 Super faciem agri, אל־פני השדה Id eſt, vt liberè eat quocunque volet. Hîc אל pro על.

54 Iſta eſt lex זאת התורה Hic eſt ritus. ſub. obſeruandus in curatione omnis lepræ. Et maculæ nigræ, ולנתק: quæ ſcilicet naſcitur in barba aut capite. Vide ſuprà cap. 13. e. 30. 56 Et candentis ma. ולבהרת inſtar niuis ſcilicet. Vide ſecundum verſum huius capitis.

57 Quo die immundus, &c. ביום הטמא וביום הטהור Ad verbum, in die immundi, & in die mundi. i. ad docendum ſacerdotem de agendis die quo declarandus ſit homo impurus, & quo die purus. Vel, die quo declarandũ eſt ſitne impurũ aliquid, an purum. Aut hæ inquã ſunt leges quæ declarant ritum obſeruandum in curatione lepræ.

IN CAPVT XV.

2 Vnuſquiſque, &c. איש איש כי יגו' Ad verbum, Vir vir quum fuerit fluens de carne ſua fluxum ſuum. q. d. quiſquis patitur fluxum ſeminis, impurus eſt. Carnem vocat penem, vt Ezech. 23. c. 29.

3 In ſemine ip. בזובו Ad verbũ, in fluxu ipſius. Vel clauſerit או החתים aut obthurauerit. Semen enim aliquando craſſius eſt quàm vt exire poſſit per meatus ſuos. Si (inquit) ſemen illud non profluat, ſed remaneat in vaſis ſeminariis, tũc dicetur eſſe impurus, etiam ſi ſemen non profluat illi. Vt profluuium ſeminis externum, immundum eſt: ita & fluxus internus, qui fit quum ſemen è vaſis ſeminariis exit quidẽ, ſed foras non erumpit. 4 Et omne id וכל־הכלי & omne inſtrumentum.

5 Et ſiquis hominum tetigerit lectũ eius,lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua,immundus erit vſque ad veſperum.

6 Si ſederit vbi ille ſederat, & ipſe lauabit veſtimenta ſua : & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.

7 Qui tetigerit carnem eius , lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.

8 Si ſaliuam huiuſcemodi homo iecerit ſuper eum qui mundus eſt,lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua,immundus erit vſque ad veſperum.

9 Sagma ſuper quod ſederit,immundum erit.

B 10 Et quicquid ſub eo fuerit qui fluxũ ſeminis patitur , pollutũ erit vſq; ad veſperũ. qui portauerit horũ aliquid, lauabit veſtimẽta ſua: & ipſe lotus aqua , immũdus erit vſque ad veſperũ.

11 Omnis quem tetigerit qui taliseſt, non lotis antè manibus,lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua , immundus erit vſque ad veſperum.

12 Vas fictile quod tetigerit, cõfringetur:vas autem ligneũ lauabitur aqua.

13 Si ſanatus fuerit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionem , numerabit ſeptẽ dies poſt emundationem ſui : & lotis veſtibus & toto corpore in aquis viuentibus,erit mundus.

14 Die autem octauo ſumet duos turtures,aut duos pullos columbæ,& veniet in conſpectum Domini ad oſtiũ tabernaculi teſtimonii , dabitque eos ſacerdoti:

15 Qui faciet vnum pro peccato,& alterum in holocauſtũ: rogabitque pro eo coram Domino , vt emundetur à fluxu ſeminis ſui.

C 16 Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum : & immundus erit vſque ad veſperum.

17 Veſtem & pellem quam habuerit, lauabit aqua , & immunda erit vſque ad veſperum.

18 Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua , & immunda erit vſque ad veſperum.

19 Mulier quæ redeunte mẽſe patitur fluxus ſanguinis,ſeptem diebus ſeparabitur:omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperum:

20 Et in quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ,polluetur.

21 Qui tetigerit lectum eius , lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.

22 Omne vas ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit,lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua,pollutus erit vſque ad veſperum.

5 Quicunque item tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, ″poſteaquã lauerit ſeſe aqua: erítque immũdus vſque ad veſperã.

6 Et qui ſederit ſuper aliquid ſuper quo ſederit ſeminifluus , lauabit veſtimenta ſua,poſteaquã lauerit ſeſe aqua:erítque immũdus vſque ad veſperam.

7 Qui verò tetigerit carnem ſeminiflui , lauabit veſtimenta ſua, poſteaquã lauerit ſeſe aqua: erítque immũdus vſque ad veſperã.

8 Et ſi deſpuerit ſeminifluus ſuper mundum,lauabit veſtimenta ſua,poſteaquã lauerit ſeſe aqua:erítq; immũdus vſq; ad veſperã.

9 ″Et omne ſagma ſuꝑ quo equitauerit ſeminifluꝰ,immũdũ erit.

10 Atque omnis qui tetigerit omne quicquid fuerit ſubter eũ, immũdus erit vſq; ad veſperã:& qui portauerit ea,lauabit veſtimẽta ſua,poſteaquã lauerit ſeſe aqua,erítq; immũdus vſq; ad veſperã.

11 Omnis autem quem tetigerit ſeminifluus , & manus ſuas non abluerat aqua,lauabit veſtiméta ſua, poſteaquã lauerit ſeſe aqua: erítque immundus vſque ad veſperam.

12 Et vas fictile quod tetigerit ſeminifluus , confringetur : omne autem vas ligneum lauabitur aqua.

Purgatio eius.

13 Quum autem mundatus fuerit ſeminifluus à fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptem dies″ab emundatione ſua: lauabítque veſtimẽta ſua,poſteaquã lauerit quoque carnẽ ſuã aqua viua,″& mũdus erit.

14 Die verò octaua capiet ſibi duos turtures,aut duos pullos colũbinos , veniétque coram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & tradet eos ſacerdoti:

15 ″Quos ſacrificabit ſacerdos , vnum pro peccato , & alterum in holocauſtũ:″& emũdabit illũ ſacerdos corã Iehoua à fluxu ipſius.

16 ″Quum autem ex aliquo egreſſa fuerit effuſio ſeminis , lauabit aqua totam carnem ſuam,immũdúſque erit vſque ad veſperam.

17 Et omnis veſtis, omníſque pellis ſuper quam fuerit *aliquid* de effuſione ſeminis,lauabitur aqua,& immũda erit vſque ad veſperã.

18 Mulier quoque cum qua″dormierit vir *patiens* effuſionem ſeminis,lauabunt ſe aqua,& immundi erunt vſque ad veſperam.

De muliere mẽſtruoſa & ſanguiniflua.

19 Mulier autem″quum fuerit fluens ſanguine, *&* erit fluxus eius ″per carnem eius,ſeptem diebus erit″in ſeparatione ſua : & omnis qui tetigerit eam,immundus erit vſque ad veſperam.

20 Et omne ſuper quo iacuerit in ſeparatione ſua,immundum erit:omne quoque ſuper quo ſederit,immundum erit.

21 Omnis præterea qui tetigerit lectum eius , lauabit veſtimenta ſua,& lauabit ſeſe aqua:immundúſque erit vſque ad veſperam.

22 Omnis etiam qui tetigerit″quancunque ſedem ſuper quam ſederit,lauabit veſtimenta ſua,poſteaquã lauerit ſeſe aqua:immundúſque erit vſque ad veſperam.

23 ″Quòd ſi *inſtrumentum aliquod* fuerit ſuper ſtratum ipſum , vel ſuper ſellam ſuper quam ſederit : quum tetigerit illud *aliquis* , im-

---

5 Poſteaquam lauerit ſeſe ורחץ Ad verbum .& lauabit ſeſe.Sic ſæpiusin ſequentibus.

9 Et omne ſagma וכל־המרכב Ad verbum,& omnis equitatura.Quidam vertunt,omne ephippium.vel omnis ſella.

13 Ab emundat.ſua: לטהרתו .i.à tempore quo recepit priſtinam ſanitatem. Et mundus erit. : וטהר & emundabitur.i,habebitur pro puro. 15 Quos ſacrificab. ועשה אותם Ad verbum,Et faciet eos. Et mundabit illum וכפר עליו .i.declarabit illũ eſſe purũ.

16 Quum autem,&c. ואיש כי־תצא ממנו Ad verbum,Et homo quum egredietur ex eo,&c.

18 Dormierit,&c. ישכב איש וגו׳ concubuerit maritus concubitu ſeminis. vel, effuſione ſeminis.i.Si vir imprudens, veluti noctu dormiens,paſſus eſt fluxum ſeminis,& ſub auroram,eius rei non recordatus,cum vxore ſua congredratur,tunc per imprudentiã polluitur vterque.Chaldæus paraph.habet vt vertit noſter interpres. 19 Quũ fuerit flu.&c. כי תהיה זבה דם יהיה זובה quũ fluxum patietur,*&* fluxus eius erit ſanguis.i.ſanguineus.hoc eſt,quæ patietur menſtrua. Per carnem eius, בבשרה .i.per verenda eius:hoc eſt,qui decurret per pudenda eius. In ſeparatione ſua: בנדתה Tempus menſtruorum vocat ſeparationem,vel à ſanguine illo immundo qui à muliere ſeparatur:vel ab eo quòd tum ſeparata eſſe debebat à commercio mariti,atque aliorum hominum conſuetudine,maximè ab ingreſſu tabernaculi,atque contactu rerum mundarum. 22 Quancunque ſedem ſuper quam בכל־כלי אשר Ad verbum,omne inſtrumentũ *ſuper* quod.

23 Quòd ſi *inſtrumentum aliquod* fuerit,&c. ואם על המשכב וגו׳ .i.Quòd ſi ſtragulum aliquod fuerit ſuper lectum,aut ſuper ſedem ſuper quam illa ſederit,& quiſpiam illud tetigerit,impurus,&c.

mundus erit vſque ad veſperam.

24 Quòd ſi dormiendo dormierit quis cum ea,′& fuerit immunditia eius ſuper eum, immundus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum ſuper quod dormierit, immundum erit.

25 Mulier autem, quum fluet fluxus ſanguinis eius diebus multis ′præter tempus menſtrui ſui, vel quum patietur fluxum ſanguinis′vltra menſes ſuos, cunctis diebus fluxus immunditiæ ſuæ erit″ſicut diebus menſtrui ſui: immunda eſt.

26 Omne ſtratum in quo dormierit cunctis diebus fluxus ſui, ſicut ſtratum′menſtrui ſui erit ei: & omnis ſedes ſuper qua ſederit, immunda erit ſecundum immunditiam menſtrui ſui.

27 Quicũque tetigerit ea, immundus erit: lauabítque veſtimenta ſua, & lauabit ſe aqua, immundúſque erit vſque ad veſperam.

Purgatio earũ.

28 Quòd ſi mundata fuerit à fluxu ſuo, tunc numerabit ſibi ſeptẽ dies, & poſtea mundabitur.

29 Die autẽ octauo tollet ſibi duos turtures, aut duos pullos colũbinos, afferétque illos ad ſacerdotẽ ad oſtiũ tabernaculi eccleſiæ.

30 Et faciet ſacerdos vnum in hoſtiam pro peccato, & alterum in holocauſtum: emundabítque illam ſacerdos coram Iehoua à fluxu immunditiæ ſuæ.

31 Separabitíſque filios Iשſraél ab immunditiis ſuis, ne moriantur propter immunditias ſuas dum polluerint tabernaculũ meũ quod eſt in medio eorum.

32 Iſta eſt lex patientis fluxum ſeminis, & eius ex quo egreditur effuſio ſeminis,″vt ſit immundus propter illam,

33 Et ægrotãtis″in fluxu ſuo, & eius qui profundit fluxum ſuum, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, & viri qui dormierit cũ immũda.

Cap. X V I.

אחרי מות

Quæ ſacerdoti erant obſeruanda antequam ingredi poſſet Sanctuarium.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh″poſtquam mortui ſunt duo *ex* filiis Aharón:″qui dum accederent coram Iehoua, mortui ſunt.

2 Dixítque Iehouáh ad Moשſéh, Loquere ad Aharón fratrẽ tuũ, vt ne ingrediatur omni tempore″ſanctuarium intra velum coram propitiatorio quod eſt ſupra arcam, ne moriatur: in nube enim apparebo ſupra propitiatorium.

3 ″Cum hoc ingredietur Aharón ſanctuarium, cum iuuenco filio bouis in hoſtiam pro peccato, & ariete in holocauſtum.

4 Tunica linea″ſancta induet ſe, & feminalia linea erunt″ſuper carnem eius, balteóque lineo accinget ſe, & mitra linea″velabit ſeſe: veſtes ſanctitatis ſunt: lauabítque aqua carnem ſuam, & induet ſe illis.

5 A cœtu autem filiorum Iשſraél accipiet duos hircos caprarũ in hoſtiam pro peccato, & arietem vnum in holocauſtum.

6 Offerétque Aharón iuuencũ ſacrificii pro peccato ſuũ,″& expia

24 Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immũdus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum in quo dormierit, polluetur.

25 Mulier quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore mẽſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat, quãdiu ſubiacet huic paſſioni, immunda erit, quaſi ſit in tempore menſtruo. D

26 Omne ſtratum in quo dormierit, & vas in quo ſederit, pollutum erit.

27 Quicunque tetigerit ea, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua immundus erit vſque ad veſperum.

28 Si ſteterit ſanguis, & fluere ceſſauerit, numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ:

29 Et die octauo offeret pro ſe ſacerdoti duos turtures, aut duos pullos colũbarum ad oſtium tabernaculi teſtimonii.

30 Qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocauſtum: rogabitq; pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius.

31 Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant immunditias, & non moriãtur in ſordibus ſuis, quũ polluerint tabernaculum meum quod eſt inter eos.

32 Iſta eſt lex eius qui patitur fluxum ſeminis, & qui polluitur coitu,

33 Et quæ menſtruis temporibus ſeparatur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

Cap. X V I.

1 LOquutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen poſt ‖mortem duorum filiorũ Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt. Suprà 10.a.2

2 Et præcepit ei, dicens, Loquere ad Aaron fratrem tuum ‖ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium, quod eſt intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca: vt non moriatur (quia in nube apparebo ſuper oraculum) Exo.30.b.10 heb.9.b.7

3 Niſi hæc antè fecerit: vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocauſtum.

4 Tunica linea veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim veſtimẽta ſunt ſancta: quibus cunctis, quum lotus fuerit, induetur.

5 Suſcipiétque ab vniuerſa multitudine filiorũ Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtũ. B

6 Quúmque obtulerit vitulũ, & ora-

24 Et fuerit immunditia e. ſuper e. ותהי נדתה עליו .i. & ſuperuenerint menſes mulieri dum homo dormit cum ea.

25 Præter tempus men.ſ. בלא עת־נדתה Ad verbum, in non tempore menſtrui ſui. i. alio tempore quàm quo pati ſolet menſes. Vltra menſes ſuos, על־נדתה .i. poſt fluxum menſtrualem quem naturaliter pati ſolet. Sicut diebus menſtrui ſui, כימי נדתה .i. erit impura ſicut impura erat tempore menſtruorum ſuorum. 26 Menſtrui ſui erit ei: נדתה יהיה־לה .i. erit impurum ſicut erat impurum ſtratũ in quo dormiebat tempore menſtruorum ſuorum. 32 Vt ſit immun. propter il. : לטמאה־בה .i. per quam redditur impurus.

33 In fluxu ſuo, בנדתה in ſeparatione [vel elõgatione, aut ſegregatione] ſua. tempore ſcilicet menſiũ. i. eius quæ laborat fluxu mẽſtruo.

IN CAPVT XVI.

1 Poſtquam mortui ſunt אחרי מות Hîc incipiunt Hebræi ſextam huius libri ſectionem: quam ab his duabus dictionibus denominãt. Qui dum accederent בקרבתם ſub. vt adolerent thus. Vide ſuprà cap. 10.a.1

2 Sanctuarium אל־הקודש Sanctitatem. i. Sanctum ſanctorum. Semel in anno, Septembri menſe Summus ſacerdos ſolus ingrediebatur Sãctum ſanctorum. 3 Cum hoc בזאת .i. hoc ritu & his cæremoniis. 4 Sancta קודש Ad verbũ, ſanctitatis. i. ſacra. Super carnem e. על־בשרו .i. ſuper verenda. Velabit ſeſe: יצנוף .i. caput ſuum. 6 Et expiationem f. וכפר & rogabit.

	uerit pro ſe & pro domo ſua,		tionem faciet pro ſe & pro domo ſua.	
	Duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii.	7	Poſtea capiet duos hircos, quos ſtatuet coram Iehoua ad oſtiū tabernaculi eccleſiæ.	
	Mitténſque ſuper vtrunque ſortē, vnam Domino, & alteram capro emiſſario:	8	Mittétque Aharón ſuper duos illos hircos ſortes, ſortem vnā″Iehouæ, & ſortem alteram″pro עAzazel.	
	Cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato:	9	Offeret autem Aharón hircum ſuper quem ceciderit ſors pro Iehoua, & faciet eum pro peccato.	
	Cuius autem in caprum emiſſariū, ſtatuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces ſuper eum, & emittat eum in ſolitudinem.	10	Hircum verò ſuper quem ceciderit ſors pro עAzazel, ſtatuet viuum coram Iehoua, ″ad emundandum per illum, ad emittendū illum in עAzazel in deſertum.	
	His ritè celebratis, offeret vitulū, & rogās pro ſe & pro domo ſua, immolabit eum.	11	Offeret autem Aharón iuuencum pro hoſtia peccati ſuum, ″& expiationem faciet pro ſe & pro domo ſua: mactabítque iuuencū pro hoſtia peccati ſuum.	
C	Aſſumptóq; thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu cōpoſitum thymiama incenſum, vltra velum intrabit in Sancta:	12	Aſſumet quoque plenum thuribulum prunis ignitis de altari à conſpectu Iehouæ, ″& plenas volas ſuas de incenſo aromatico cōminuto, & inferet intra velum.	
	Vt poſitis ſuper ignem aromatib⁹ nebula eorum & vapor operiat oraculum quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur.	13	Ponétque incenſum ſuper ignem coram Iehoua: operiétque ″nubes incenſi propitiatorium quod eſt ′ſuper teſtimonium, ″& non morietur.	
Heb.9.d.13, & 10.a.4	❘Tollet quoque de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties contra propitiatorium ad Orientem.	14	Deinde accipiet de ſanguine iuuenci, & aſperget digito ſuo″cōtra faciem propitiatorii ad Orientem: coram propitiatorio inquā aſperget ſeptem vicibus de ſanguine illo, digito ſuo.	
	Quúmque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet ſanguinem eius intra velum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat e regione oraculi.	15	Mactabit præterea hircum hoſtiam pro peccato, qui fuerit populi, & inferet ſanguinem eius intra velum: faciétque de ſanguine eius quemadmodum fecit de ſanguine iuuenci, aſpergens ſcilicet illum ſupra propitiatorium & coram propitiatorio.	
D	Et expiet ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, & à præuaricationibus eorum, cunctiſque peccatis. iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimonii quod fixum eſt inter eos in medio ſordium habitationis eorum.	16	Et emundabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iשraאél, & à præuaricationibus eorum, cūctíſque peccatis eorum: ſic quoque faciet tabernaculo eccleſiæ″quod moratur cum eis″in medio immunditiarum eorum.	Tabernaculi.
Luc.1.a.10	❘Nullus hominum ſit in tabernaculo quando pontifex ſanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe & pro domo ſua & pro vniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediatur.	17	Nullus autē homo erit in tabernaculo eccleſiæ dū ingredietur ipſe″ad emundandū in ſanctuario, donec egrediatur ipſe: ″& expiationē fecerit pro ſe & pro domo ſua, & ꝓ vniuerſo cœtu Iשraאél.	
	Quum autē exierit ad altare quod corā Domino eſt, oret pro ſe, & ſumptum ſanguinē vituli atque hirci fundat ſuper cornua eius per gyrum.	18	Exibit autem ad altare quod eſt coram Iehoua, ″& expiabit illud: tollétque de ſanguine iuuenci, ac de ſanguine hirci, & ponet ſuper cornua altaris per circuitum.	Altaris.
	Aſpergénſq; digito ſepties, expiet & ſanctificet illud ab immunditiis filiorum Iſrael.	19	Aſpergétq; ſuper illud de ſāguine illo, digito ſuo, ſeptē vicibus, ac mūdabit illud, ſāctificabítque ab immūditiis filiorū Iשraאél.	
	Poſtquam emundauerit ſanctuariū & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum viuentem.	20	″Quum autem finierit expiare ſanctuarium tabernaculúmque eccleſiæ & altare, tunc offeret hircum viuum.	
E	Et poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorum: quæ im-	21	Imponétque Aharón ambas manus ſuas ſuper caput hirci viui, & confitebitur ſuper illud omnes iniquitates filiorū Iשraאél, & omnes præuaricationes eorum cum omnibus peccatis eorum:	Peccatorū Moſaica confeſſio.

8 Iehouæ,″ ליהוה pro Iehoua. Pro עAzazel.: לעזאזל Noſtri interpretes vocem iſtam tanquam appellatiuam vertunt, pro capro emiſſario, ſic appellato quòd in deſertum emitteretur. atque ita vox eſſet cōpoſita ex עז caper, & אזל abiit. At iuxta Hebræorum opinionem, Azazel mons fuit in deſerto non procul à monte Sinai, qui hoc nomen à capro illo, qui eò emittebatur, obtinuit. Doctus inter Hebræos de eo ſic ſcribit, Azazel eſt dictio compoſita ex עז & אזל: & mons ita vocatus eſt quòd caper illuc abiret.

10 Ad emundandum per il. לכפר עליו ad orandum pro illo. 11 Et expiationem faciet וכפר & rogabit.

12 Et plenas, &c. ומלא חפניו Ad verbum, & plenitudinem volarum ſuarum. i. quantum vtraque manus capere poterit.

13 Nubes incenſi ענן הקטורת .i. vapor qui excitabitur ex thymiamate incenſo. Super teſtim. על־העדות Oratio conciſa, pro, ſuper arcam teſtimonii. i. in qua erant tabulæ continentes præcepta Domini. Et non morietur.: ולא ימות ſi ita ſcilicet fecerit, non quemadmodum fecerunt Nadab & Abiu. Alii, ne moriatur, ſi aliter fecerit quàm Deus iuſſit, vt Nadab & Abiu fecerunt.

14 Cōtra faciem prop. על־פני הכפורת q.d. conſperget partem anteriorem ſpectantem ad Orientem, & poſteriorem ſpectantem ad Occidentem. 15 Supra propit. על־הכפורת וגו׳ .i. aſperget partem ſuperiorem & anteriorem propitiatorii.

16 Quod mora. cū eis השוכן אתם .i. quod fixū eſt apud illos. In medio, &c.: בתוך טומאותם .i. inter illos impuros & cōtaminatos.

17 Ad emundandum לכפר ad rogandum. Et expiationem fecerit וכפר & rogauerit.

18 Et expiabit illud: וכפר עליו & emundabit illud. 20 Quum autem finierit exp. וכלה מכפר Ad verbum, Et complebit expiare.

& ponet illa ſuper caput hirci, ac emittet *illum* per manũ viri præparati, in deſertum.

Et portabit hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates eorũ "in terram "inhabitabilem, "& abire ſinet hircum illum in deſerto.

Veniet poſt hæc Aharón in tabernaculum eccleſiæ, & exuet ſe veſtibus lineis quibus induerat ſe dũ ingrederetur ſanctuarium, & ponet eas "ibi.

Lauabítque carnem ſuam aqua in loco ſancto, & induet ſe "veſtibus ſuis. egredietur autem, & faciet holocauſtum ſuum & holocauſtum populi, "& expiationem faciet pro ſe & pro populo.

Adipem verò hoſtiæ pro peccato adolebit ſuper altare.

Qui verò deduxerit hircũ in yAzazel, lauabit veſtimẽta ſua, "poſteaquã lauerit carnem ſuã aqua, & poſtea ingredietur caſtra ipſa.

Iuuencum autem pro peccato, & hircum pro delicto quorum illatus fuerit ſanguis ad emundandum "in ſanctuario, educet extra caſtra, & comburent igni pellem eorum, & carnes eorum, & fimum eorum.

Et qui combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit carnem ſuam aqua, & poſtea ingredietur caſtra.

Feſtum expiationum à peccatis.

"Erítque vobis in ſtatutum perpetuum: mẽſe ſeptimo, decima menſis "affligetis animas veſtras, neque opus vllum facietis, indigena & peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri.

In hac enim die expiabit vos vt emundet vos: ab omnibus peccatis veſtris coram Iehoua mundabimini.

"Sabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras ſtatuto perpetuo.

Expiabit autem ſacerdos "quem vnxerit *ungens*, & cuius conſecrauerit manum ad fungẽdum ſacerdotio pro patre ſuo: induétque ſe veſtibus lineis, veſtibus ſanctis.

Et expiabit ſanctuarium ſanctitatis & tabernaculum eccleſiæ, altare quoque expiabit, & ſacerdotes, & cunctũ populum congregationis expiabit.

Erítque hoc vobis in ſtatutum perpetuum ad emundandum filios Iѡſraאél ab omnibus peccatis ſuis "ſemel quotãnis. "Et fecit Moѡſéh ſecundum quod præceperat *ei* Iehouáh.

Cap. XVII.

Sacrificia dãnat quæ non fiũt ad oſtium tabernaculi fœderis.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moѡſéh, dicendo,

Loquere ad Aharón & ad filios eius, & ad omnes filios Iѡſraאél, dícq; illis, "Iſtud eſt verbũ quod præcepit Iehouáh, dicẽdo,

"Quicũque de domo Iѡſraאél "mactauerit bouem, aut agnum, aut capram in caſtris, aut qui mactauerit extra caſtra:

Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ non adduxerit eum, vt offe-

precans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in deſertum.

22 Quúmq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſertum,

23 Reuertetur Aaron in tabernaculũ teſtimonii, & depoſitis veſtibus quibus prius indutus erat quum intraret ſanctuarium, relictiſque ibi,

24 Lauabit carnem ſuam in loco ſancto, induetúrque veſtibus ſuis. & poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtũ ſuũ ac plebis, rogabit tã pro ſe quàm pro populo:

25 Et adipem qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare.

26 Ille verò qui dimiſerit caprum emiſſariũ, lauabit veſtimẽta ſua & corpus aqua, & ſic ingredietur in caſtra. F

27 Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorũ ſanguis illatus eſt in ſanctuarium vt expiatio compleretur, aſportabũt foras caſtra, & cõburent igni tã pelles quàm carnes eorum, ac fimum.

Suprà 6.d.30 heb.13.b.11

28 Et quicunque combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua & carnem aqua, & ſic ingredietur caſtra.

29 Eritque vobis hoc legitimũ ſempiternũ: menſe ſeptimo, decima die mẽſis affligetis animas veſtras, nullúmque opus facietis, ſiue indigena ſiue aduena qui peregrinatur inter vos.

30 In hac die expiatio erit veſtri atque mundatio: ab omnibus peccatis veſtris corã Domino mundabimini.

Infrà 23.e.27 G

31 Sabbathum enim requietionis eſt, & affligetis animas veſtras religione perpetua.

32 Expiabit autẽ ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiata eſt vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo: induetúrque ſtola linea & veſtibus ſanctis.

33 Et expiabit ſanctuarium & tabernaculum teſtimonii atque altare, ſacerdotes quoque & vniuerſum populũ.

34 Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filiis Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Cap. XVII.

1 ET loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere Aaron & filiis eius, & cunctis filiis Iſrael, dicens ad eos, Iſte eſt ſermo quẽ mãdauit Dominus, dicẽs,

3 Homo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bouem, aut ouem, ſiue capram in caſtris vel extra caſtra:

4 Et nõ obtulerit ad oſtiũ tabernacu-

22 Inhabitabilem, גזרה Ad verbum, ſeparationis. i. ſeparatam à commercio hominum. i. inhabitabilem. Et abire ſinet ושלח Id eſt, dimittet vt liberè quocunque volet, abeat. 23 Ibi. שם׃ Nempe in anteriore parte tabernaculi eccleſiæ.

24 Veſtibus ſuis. את־בגדיו ſolitis videlicet. q. d. reſumet veſtes ſolitas. Et expiationem faciet וכפר & *rurſum* rogabit.

26 Poſteaquam lauerit. ורחץ Ad verbum, & lauabit. Sic in ſequentibus ſæpius.

27 In ſanctuario, בקודש Quidam ſcribunt ordinem eſſe turbatum, & legendum, illatus fuerit ſanguis in ſanctuarium, ad emundandum.

29 Eritque vobis in ſtat. perp. והיתה לכם לחוקת עולם . i. hoc obſeruabitis ritu perpetuo. Affligetis תענו ſub. ieiunio. i. ieiunabitis.

31 Sabbathum quietis eſt שבת שבתון היא Quies quietis eſt. i. ſumma quies eſt, quietiſſima & tranquilliſſima. q. d. animo & corpore vobis quieſcendum eſt. 32 Quem vnxerit אשר־ימשח Id eſt qui vnctus fuerit, ſiue quem Dominus præceperit vngendum.

34 Semel quotannis. אחת בשנה Ad verbum, vna *vice* in anno. Et fecit Moѡſéh ſecundum, &c. ויעש כאשר צוה יהוה את־משה׃ Inuerſus ordo, Hebræis elegans, quem Latinorum more reddidit noſter interpres, addito pronomine. Apud illos ſic legitur, Et fecit ſecundum quod præceperat Iehouáh ipſi Moѡſéh.

IN CAPVT XVII.

2 Iſtud eſt verbum quod præc. זה הדבר אשר־צוה Hebraiſmus, pro, Hoc eſt quod mandat, &c. vel, Hæc lex fertur à Deo. vt ſcilicet auertat illos ab idololatria. didicerant enim illi ab AEgyptiis, ſacrificare idolis.

3 Quicunque איש איש Ad verbum, Vir vir. Hebraiſmus, pro Quicunque, vel Quiſquis. Mactauerit אשר ישחט Hæc non de mactatione animalium quæ ad eſum fit, intelligenda ſunt, ſed de mactatione ſacrificiorum.

li oblationē Domino,ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinē fuderit,ſic peribit de medio populi ſui.

Ideo ſacerdoti offerre debēt filii Iſrael hoſtias ſuas quas occidunt in agro, vt ſanctificentur Domino ante B oſtium tabernaculi teſtimonii, & immolēt eas hoſtias pacificas Domino. 5

Fundétque ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & adolebit adipem in odorem ſuauitatis Domino. 6

Et nequaquam vltrà immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus cum quibus fornicati ſunt: legitimum ſempiternum erit illis & poſteris eorum. 7

Et ad ipſos dices, Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui peregrinātur apud vos, qui obtulerit holocauſtum ſiue victimam, 8

Et ad oſtium tabernaculi teſtimonii non adduxerit eam vt offerat Do C mino, interibit de populo ſuo. 9

Homo quilibet de domo Iſrael, & de aduenis qui peregrinantur inter eos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo: 10

Quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſāguis pro animæ piaculo ſit. 11

Idcirco dixi filiis Iſrael, Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinē, nec ex aduenis qui peregrinantur inter vos. 12

Homo quicunque de filiis Iſrael & de aduenis qui peregrinantur apud D vos, ſi venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra. 13

Gen.9.b 4

¶Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt: vnde dixi filiis Iſrael, Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt: & quicunque comederit illum, interibit. 14

Anima quæ comederit morticinū vel captū à beſtia, tā de indigenis quā de aduenis, lauabit veſtimēta ſua & ſemetipſū aqua, & cōtaminat⁹ erit vſq; ad veſperū: & hoc ordine mūdus fiet. 15

rat oblationem Iehouæ, coram tabernaculo Iehouæ:′ſanguis imputabitur viro illi: *nam* ipſe ſanguinem fudit,′excidetúrque vir ille è medio populi ſui:

5 Vt afferant filii Iωſraℵél ſacrificia ſua quæ mactaturi ſunt″in ſuperficie agri, vt afferant inquam″illa Iehouæ ad oſtium tabernaculi eccleſiæ ad ſacerdotem, & ſacrificent illi ſacrificia pacificorum Iehouæ.

6 Spargétque ſacerdos ſanguinem ad altare Iehouæ, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & adolebit adipē″in odorē quietis Iehouæ.

7 Et non ſacrificabunt vltrà ſacrificia ſua′dæmonibus′cum quibus fornicantur: ſtatutum perpetuum erit hoc illis′in generationibus eorum.

Domino, non dæmonibus offerendum.

8 Dices præterea illis, Quicunque è domo Iωſraℵél, aut de peregrinis qui peregrinantur in medio veſtri, obtulerit holocauſtum aut ſacrificium:

9 Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ non adduxerit illud ad faciēdum illud Iehouæ:′tunc excidetur vir ille è populis ſuis.

10 Et quicunque è domo Iωſraℵél, & è peregrinis qui peregrinantur″in medio eorum, comederit vllum ſanguinē,′ponam faciem meam in animam comedentem ſanguinem, & excidam eam è medio populi ſui:

Sanguis non comedendus.

11 Quia″anima carnis in ſanguine eſt: ego autem′dedi illum vobis ſuper altare ad expiandum animas veſtras: quia ſanguis ipſe animam″expiabit.

12 Idcirco dixi filiis Iωſraℵél, Nulla anima ex vobis comedet ſanguinem, & peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri, nō comedet ſanguinem.

Sanguine expiatio peccatorum fiebat.

13 Et quicūque è filiis Iωſraℵél, & è peregrinis qui peregrinantur in medio eorum,″venatus fuerit venationem beſtiæ, vel auis″quæ comeditur, tūc effundet ſanguinem eius,′& operiet illū puluere.

14 Quia anima cuiuſcunque carnis *eſt* ſanguis eius,″*qui eſt* in anima ipſa: dixíque filiis Iωſraℵél, Sanguinem″cuiuſcunque carnis non comedetis: quia anima cuiuſcunque carnis *eſt* ſanguis eius: quicunque comederit illum, excidetur.

15 Omnis autē anima quæ comederit cadauer,′aut raptū tam de īdigenis quàm de peregrinis, lauabit veſtimēta ſua,″poſteaquā lauerit *ſe* aqua: immūdúſq; erit vſq; ad veſperā,″poſtea mūd⁹ erit.

Morticinum nō comedendum.

4 Sanguis imput. viro illi דם יחשב לאיש Sanguinem pro cæde accipit, acſi dicat, Perinde mihi diſplicebit, acſi hominem occidiſſet, ac mortis reus iudicabitur. Excidetúrq; ונכרת delebitúrque. i. pro ethnico & incircunciſo habebitur, & peribit anima illius. Tametſi Iudæi per hoc præmaturam mortem intelligant. 5 In ſuperficie agri, על פני השדה .i. vbiuis locorum. Illa : אותם Pronomen Heb. in fine verſus poſitum, huc tranſtulit interpres, quo dilucidior eſſet ſenſus.

6 In odorem quietis Iehouæ. : לריח ניחוח ליהוה Vide Exod.29 c.18, & ſuprà cap.4.d.31.

7 Dæmonibus לשעירם Significat præcipuè eos dæmones qui hirſuti & villoſi inſtar hircorū, ſui cultoribus apparere ſolebant, vt ſcribit doctus inter Hebræos. שער enim Hebræis crinem & pilum ſignificat. Alii iſtos dæmones שעירים dictos putāt, quòd horripilare (vt ita cū aliis loquamur) faciant qui in eos inciderint. Porrò quia AEgyptus, è qua Iſraelitæ paulo antè profecti erant, varia animalia coluit, idcirco veriſimile eſt coluiſſe etiam Satyros: & Iſraelitas exemplū AEgyptiorum ſequutos, ſacrificaſſe Satyris, vt aut nō nocerēt, aut mala depellerent. Quare Spiritus ſanctus voluit vt Iſraelitæ in vno tātū & certo ac Diuinitus ordinato loco ſacrificarēt: ne ſi permitteretur ipſis in quouis loco ſacrificare, occaſionem haberent colendi idola, & deficiendi à Lege. Cum quibus fornic. אשר הם זונים אחריהם Ad verbum, quia ipſi fornicantur poſt eos. i. quorum cultui hactenus dediti fuerunt. In generat. e. : לדורותם per ætates ſuas. i. ſuis temporibus.

9 Tunc excidetur ונכרת tum exterminabitur. vt paulo antè verſu 4. 10 In medio e. בתוכם inter eos. Sic paulo pòſt. Ponam faciem meam ונתתי פני ponam iram meam. q. d. toruo vultu aſpiciam, more hominis irati. i. iraſcar illi qui comederit ſanguinem.

11 Anima carnis in ſangui. eſt: נפש הבשר בדם id eſt, anima carnalis, ſiue animalis qua viuimus, habet ſedem in ſanguine. eſt enim ſanguis ſedes animæ, vt vides Gene.9.a.5. Statim idem dicit verſu 14 & 15. Dedi illum vobis, &c. נתתיו לכם וגו׳ Id eſt, præcepi vobis vt poneretis illum, hoc eſt funderetis ſuper altare, ſiue ad baſim altaris, ad expiandum vos. Expiabit. : יכפר Fut. Heb. pro præſ. i. ſanguis eſt id quod animam expiat, aut, ſanguine expiantur animæ. Vnde Apoſtolus ad Heb.9.f.22, Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

13 Venatus fuerit ven. יצוד ציד aucupio, vel venatu ceperit. Quæ comeditur, אשר יאכל id eſt quam Lege liceat comedere. Et operiet illum וכסהו ne ſcilicet moriatur illico, ſi edantur carnes cum ſanguine.

14 *Qui eſt* in anima ipſa: בנפשו הוא *qui eſt* cōiunctus animæ ipſi. vel, *qui eſt* vnà cum anima ipſa. Cuiuſcunque carnis כל בשר cuiuſcunque animantis. Carnem pro animali accipit, vt & ſuprà. 15 Aut raptum וטרפה aut diſcerptum. vel, dilaniatum. ſub. à feris. Hic ו pro Aut ponitur, Hebraico more. Poſteaquam lauerit. וכבס Ad verbum, & lauabit. ſubaudi ex ſequenti verſu, carnem ſuam.

Poſtea mundus erit. : וטהר Ad verbum, & mundabitur. id eſt, habebitur pro mundo.

16 Quòd ſi non′lauerit, & carnem ſuam non lauerit, tunc portabit′iniquitatem ſuam.

Cap. X V I I I.

Qui coitus illiciti.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

2 Alloquere filios Iwſraél, & dic eis, Ego Iehouáh Deꝰ veſter:

3 ″Secundum opus terræ AEgypti in qua habitaſtis, ne feceritis: neque′ſecundum opus terræ Chenáyan in quam ego″introducturus ſum vos, faciatis: & in ſtatutis eorum ne ambuletis.

4 Iudicia mea″facite, & ſtatuta mea obſeruate, ″vt ambuletis in eis:″ego Iehouáh Deus veſter.

5 Cuſtodite autē ſtatuta mea, & iudicia mea: ′quæ faciet homo, & viuet in eis: ego Iehouáh.

6 ′Nemo ad vllam propinquam carnis ſuæ accedat ad reuelandā ′turpitudinem: ego Iehouáh.

7 ′Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis: mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius.

8 Turpitudinem ′vxoris patris tui non reuelabis :′turpitudo patris tui eſt.

9 Turpitudinem ſororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, ′quæ genita eſt domi, vel genita eſt foris: non reuelabis turpitudinem earum.

10 Turpitudinē filiæ filii tui, vel filiæ filiæ tuæ′non reuelabis : quia ′turpitudo tua ſunt.

11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, prolis patris tui, *quæ* ſoror tua eſt, non reuelabis.

12 Turpitudinem ſororis patris tui non reuelabis: *nam* conſanguinea patris tui eſt:

13 Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis: quia conſanguinea matris tuæ eſt.

14 Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, ad vxorem eius non accedes: *nam* vxor fratris patris tui eſt.

15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: vxor filii tui eſt, non reuelabis turpitudinem eius.

16 Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, *quia* ′turpitudo fratris tui eſt.

Quòd ſi non lauerit veſtimenta ſua vel corpus, portabit iniquitatem ſuā.

Cap. X V I I I.

LOquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Ego ſum Dominus Deus veſter:

Iuxta conſuetudinem terræ AEgypti in qua habitaſtis, non facietis: & iuxta morē regionis Chanáā ad quā ego introducturꝰ ſum vos, nō agetis: nec in legitimis eorum ambulabitis.

Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis: ego Dominus Deus veſter.

‖Cuſtodite leges meas atque iudicia: ‖quæ faciens homo, viuet in eis: ego Dominus.

Ezech. 20. b. 11
Rom. 10. a. 5
gal. 3. b. 12

Omnis homo ad proximā ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius: ego Dominus.

Turpitudinē patris tui & turpitudinē matris tuæ nō diſcooperies: mater tua eſt, nō reuelabis turpitudinē eius.

Turpitudinem vxoris patris tui nō diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt.

Turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis.

B

Turpitudinē filiæ filii tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt.

Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis.

Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui.

Turpitudinem ſororis matris tuæ nō reuelabis: eo quòd caro ſit matris tuæ.

Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorē eius quæ tibi affinitate coniungitur.

Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filii tui eſt: nec diſcooperies ignominiam eius.

Turpitudinem vxoris fratris tui nō reuelabis : quia turpitudo fratris tui

---

16 Lauerit, יכבס ſub. veſtes ſuas. Iniquitatem ſ. עונו: pœnam iniquitati ſuæ debitam.

IN CAPVT XVIII.

3 Secundum opus כמעשה .i. iuxta conſuetudinem & morem. ſic mox. Introducturus ſum מביא Præſ. Heb. pro fut.

4 Facite, תעשו Futura Heb. pro imperatiuis, vt & in ſequentibus. Vt ambuletis in eis: ללכת בהם .i. vt viuatis iuxta illas leges.

5 Quæ faciet, &c. אשר יעשה אותם האדם וחי בהם quæ *ſi* fecerit homo, viuet in eis. Alii, quia faciet illa homo, & viuet in illis. Quidā hæc exponunt de externa priuatorum hominum obedientia. Qui enim (inquiunt) publicis legibus obſequitur, viuit in eis. i. non punitur à Magiſtratu, ſed ducit vitam tranquillam. Vis non timere poteſtatem? quod bonum eſt facito, & feres laudem ab illa. Rom. 13. a. 3. Re vera tamen (interprete Chriſto, Matth. 19. c. 19, & Paulo, Rom. 10. a. 5) tam de tota & perfecta Diuinæ Legis obedientia, quàm de vita æterna intelligi debet, quam aſſequitur perfecta Legis obedientia. Homo (inquit) faciens iudicia mea, viuet in eis: hoc eſt, quicunque perfectè impleuerit Legem meam, futuram vitam adipiſcetur. Quis autem eſt qui Legem Dei perfectè impleuit? Nullus certè hominum præter vnum ſolum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Quare non poſſumus conſequi veram illā vitam in regno cælorum iuſtitia operum, ſeu Legis, ſed neceſſe habemus, eam conſequi iuſtitia fidei, videlicet vt confiteamur ore noſtro Dominum Ieſum, & credamus in corde noſtro quòd Deus excitauit illum à mortuis. hoc enim eſt iuſtitia, ſalus, & vita noſtra.

6 Nemo ad vllam. &c. איש איש וגו׳ Ad verbum, Vir vir ad omnem propinquitatem [vel, conſanguinitatem] carnis ſuæ non accedent. Hebraiſmus, pro, Nemo rem habeat cum conſanguinea ſua, etiam data fide matrimonii. Turpitudinem: ערוה nuditatem. Nuditatem vocat partes pudendas per antiphraſim, quòd nunquam nudæ eſſe debeant. ſic in ſequentibus.

7 Turpitudinem pa. t. ערות אביך Nuditatem patris tui. Hìc actiuè ſumitur, quaſi dicat, cum ea quam nudauit pater tuus, ne concumbas. & intelligit matrem. Vnde mox tanquam expoſitionis gratia additur, Et turpitudinem, ſiue nuditatem matris tuæ non reuelabis. nam ו hoc loco pro Id eſt, poſitum eſt. 8 Vxoris patris tui אשת־אביך .i. nouercæ tuæ. Exemplum huius inceſtus habes 1. Corinth. 5. a. 1. Turpitudo, &c. ערות אביך nuditas patris tui eſt. i. rem habuit pater tuus cum ea, & cum ea conſueuit.

9 Quæ genita eſt, &c. מולדת בית או מולדת חוץ Ad verbum, prolis [generationis] domus, aut prolis deforis. i. quæ ex legitimo matrimonio nata ſit, vel extra matrimonium : quando ſcilicet non præceſſerunt cæremoniæ quæ obſeruari ſolent in matrimonio contrahendo. Chaldæus paraph. cum ſorore tua filia patris tui, aut cum ſorore tua filia matris tuæ.

10 Non reuelabis: לא תגלה ערותן Ad verbum, non reuelabis turpitudinem earum. poſteriora duo vocabula non reddidit noſter interpres, quòd Latinis redundarent: Hebræis aliâs ſermo venuſtus. neque etiam in fine ſequētis verſus redditū eſt Latinè. Turpitudo tua ſ. ערותך הנה: id eſt, ſunt filiæ eius cum qua rem habuiſti.

16 Turpitudo fratris tui eſt. ערות אחיך הוא: id eſt, frater tuus conſuetudinem habuit cum ea.

C Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis: filiam filii eius, & filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt.

Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.

Ad mulierem quæ patitur menſtrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius.

Cum vxore proximi tui nõ coibis, nec ſeminis cõmiſtione maculaberis.

Infrà 20.a.2
4.reg.23.c.10

De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idólo Moloch, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.

Cum maſculo non comiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt.

Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo: mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei: D quia ſcelus eſt.

Nec polluamini in omnib⁹ his quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ Gentes, quas ego eiiciam ante conſpectũ veſtrum,

Et quibus polluta eſt terra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos.

Cuſtodite legitima mea atque iudicia, & nõ faciatis ex omnibus abominationibus iſtis, tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos.

Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.

Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat, quum paria feceritis, ſicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.

Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quidpiam, peribit de medio populi ſui.

Cuſtodite mandata mea: nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis: ego Dominus Deus veſter.

17 ʺTurpitudinem mulieris & filiæ eius non reuelabis: filiam filii eius, & filiam filiæ eius non accipies ad reuelandum turpitudinẽ eius: conſanguineæ ſunt, ʺſcelus eſt.

18 Mulierem quoque cum ſorore ſua nõ accipies, ʹad affligendũ, ad reuelandum turpitudinem eius, ʺea vidente in vita ſua.

19 Ad mulierem præterea ʺin menſtruo immunditiæ ſuæ non accedes, reuelando turpitudinem eius. Est e. hoc abominandum scelus: a quo etiam natu
abhorret. Etem
tali congressu,
tur miserrimi li
nasci: leprosi, cae
claudi, &c. Et ins
sub poena mortis
concubitu est i
dictum.

20 Vxori proximi tuiʺnon dabis concubitum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea.

21 Et è ſemine tuo ne desʹvt tranſire facias *idolo* Mólech, neque polluas nomen Dei tui: ego Iehouáh.

22 Cum maſculo autemʹne concumbas concubitu mulieris, abominatio eſt.

23 Et cum nullo animali dabis coitum tuũ, ʹvt polluaris cum eo: ʹneque mulier ſtabit ante animal vt coeat cum eo: turpitudo eſt.

24 Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerũt ſe Gentes quas egoʺeiecturus ſum à facie veſtra.

Gentium opera nõ vult ſuos imitari Deus.

25 ʹPolluta nanque eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eã, euomuítque terra habitatores ſuos.

26 Cuſtodite itaque vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, *tam* indigena, quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri:

27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerũt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra)

28 ʺEt non euomet vos terra quòd contaminanetis eam, quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos.

29 Quiſquis enim fecerit *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis: tunc animæ quæ fecerint *talia*, excidẽtur è medio populi ſui.

30 Cuſtodite inquamʹcuſtodiam meam, ne faciatis *aliqua* è ſtatutis ʺabominationum quæ facta ſunt ante vos, neque polluatis vos in illis: ego Iehouáh Deus veſter.

17 Turpitudinem mulieris, &c. ערות אשה ובתה Id eſt, mortua matre non licet tibi contrahere matrimonium cum filia eius, etiam ex alio viro. Scelus eſt. זמה הוא: ſub. ſi rem habueris cum illis.

18 Ad affligendum, לצרור ad laceſſendum. ſub. illam. i. vt altera alteram affligat. Etſi in Lege Moſis polygamia conceſſa fuit, tamen nõ licuit duabus ſimul ſororibus iungi, ne videlicet perpetuò altera alteram affligeret: quod in coniugio Iaacob patriarchæ factum eſt. Eſt igitur ſenſus, Ne accipias mulierem aliquam pro vxore cum ſorore eius, vt affligas eam concũbendo cum ſorore eius, præſente ſiue viuente ea vxoris ſorore. Ea vidente עליה Ad verbum, ſuper eam, id eſt ea præſente, vel viuente.

19 In menſtruo immund. ſ. בנדת טומאתה in ſegregatione pollutionis ſuæ. i. eo tempore quo ſeparatur vxor tua propter menſes.

20 Non dabis conc. t. לא־תתן שכבתך Nunquam habebis rem cum vxore proximi tui, vt per illam reddaris impurus.

21 Vt tranſire facias *idolo* Mólech, להעביר למולך Tametſi variæ ſunt opiniones de iſto idolo, quòd alii aſtrum quoddam, alii diabolum, alii omne idolorum genus hoc nomine vocari aſſeuerant: tamen Hebræorũ ſententia probabilior eſſe videtur, qui pro quodam idolo habent, quod Ammonitæ maximè colebant, iuxta illud quod ſcribitur 1. Reg. 11. b. 7, Tunc ædificauit Salomon fanum Camos idolo Moab in monte qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Fuit igitur Moloch ſeu idolum, ſeu ritus colendi Dei, nõ inſtitutus verbo Dei, ſed excogitatus à Gentibus, ſiue ab illis Ammonitis (vt dictum eſt ex 1. Reg. 11. b. 7) ſiue ab aliis idololatris, & poſtea ab Iſraelitis exẽplo Gentium in honorem Dei vſurpatus. De hoc cultu, 2. Reg. 23. c. 10, Ioſias cõtaminauit Thopheth, quod eſt in valle filiorum Hinnom, ne quis traduceret filium ſuum aut filiam per ignem ipſi Moloch. Et Ierem. 32. e. 35, Aedificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filiorum Hinnom, vt traducerent filios ſuos & filias ſuas ipſi Moloch. Quomodo autem hæc traductio per ignem facta ſit, haud ſcio an hoc tempore aliquid certi habeatur. Hebræi interpretes dicunt Moloch fuiſſe imaginem concauam, in quam pueri includebantur, vt ſubiecto igni, in honorem Dei concremarentur & ſacrificarentur. Exiſtimabant enim impii illi hypocritæ quòd ſi Deo placerent vituli in holocauſtum, multo magis placeret ei in holocauſtũ oblatio liberorũ ſuorũ. Et ſi Deus (inquiebãt) delectatus eſt obedientia Abrahæ qui obtulit filiũ ſuũ Iſaac, quomodo nõ delectaretur etiam iſtorum liberorum oblatione, totáque ipſorum crematione? Sunt qui ſentiunt duos vtrinque rogos ignis ſuccenſos fuiſſe per quos puer tranſiuerit, vt hac quaſi luſtratione conſecraretur Deo. itaque puer non erat crematus, ſed tantùm luſtratus & expiatus. Quod vtcunque ſe habeat, certè abominabilis fuit impietas, de qua & poſtea cap. 20. a. 2. Quod ad nomen ipſum attinet, videtur hoc illi impoſitum quòd hoc idolum, ſummum & maximum eſſet, & quaſi primatum inter reliqua idola obtineret. nam videtur deductum à מלך regnauit. Vnde מולך quaſi Rex, Imperator, & gubernator. Atque huc fortaſſe reſpexerunt L X X, qui ἄρχοντι principem verterunt hoc loco.

22 Ne concumbas concub. m. לא תשכב משכבי אשה ne dormias dormitionibus mulieris, id eſt ne habeas rem cum mare.

23 Vt polluaris cum eo: לטמאה־בה. i. reddendo te impurum. Neque mulier, &c. ואשה לא־תעמוד וגו׳. i. mulier non ſubiacebit bruto, vel non coibit cũ eo. 24 Eiecturus ſum, &c. משלח מפניכם: Præſ. Heb. pro fut. quas expellam ad aduentum veſtrum.

25 Polluta nanque. &c. ותטמא הארץ וגו׳ Et polluetur terra, poſtea viſitabo iniquitatem eius aduerſus eam, tum euomet ipſa terra habitatores ſuos. i. Si homines polluerint ſeſe his ſceleribus, puniam eos, & terra euomet vos qui tunc incoletis eam. Metaphora à ventriculo valente, & non ferente cibos corruptos, ſed euomente eos. 28 Et non euomet ולא תקיא Vt non euomat.

30 Cuſtodiam m. את־משמרתי Singul. Heb. pro plur. cuſtodias meas, id eſt obſeruationes & iuſſa. Abominationum התועבות id eſt abominabilibus.

Cap. XIX.

קדושים
Sancti ſimus.

1 L″Oquutus eſt autem Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

2 Loquere ad vniuerſum cœtum filiorum Iwſraxél, & dic ad eos, Sancti ″eſtote, quia ſanctus *ſum* ego Iehouáh Deus veſter.

Parentes. Sabbatha.

3 Quiſque matrem ſuam, & patrem ſuum timeatis: & ſabbatha mea ſeruate: ego Iehouáh Deus veſter.

Idola fugienda.

4 Ne conuertatis vos ad idola, neque deos fuſiles faciatis vobis: ego Iehouáh Deus veſter.

Hoſtia quando edenda.

5 Et quando ſacrificaueritis ſacrificium pacificorum Iehouæ, ″ſecundum beneplacitum veſtrum ſacrificabitis illud.

6 Die quo ſacrificaueritis, comedetur, & poſtridie: quod autem ſuperfuerit vſque ad diem tertium, igni comburetur.

7 Quòd ſi comedendo comedatur die tertio, ′profanum erit, ′neque placebit.

8 Et qui comederit illud, pœnam iniquitatis ſuæ portabit: quia ′ſanctitatē Iehouæ polluit, & excidetur anima ipſa è populis ſuis.

Meſſis.

9 Quum meſſueritis meſſem regionis veſtræ, ′non finies metere angulum agri tui, ″& collectionem meſſis tuæ non colliges.

Vindemia.

10 Et vineam tuam non racemabis, ″neque grana vineæ tuæ colliges, pauperi & peregrino relinques ea: ″ego Iehouáh Deus veſter.

Furtum. Mendacium.

11 Non furabimini, ″& non negabitis, ″neque mentiemini quiſque in proximum ſuum.

Periuria.

12 Et non iurabitis in nomine meo mēdaciter, ′neque polluas nomen Dei tui: ego Iehouáh.

Calumnia. Mercenarius.

13 ″Non vim inferes proximo tuo, neque ′rapies. Non morabitur ″opus mercenarii apud te vſque mane.

Surdus. Cæcus.

14 Non maledices ſurdo, & coram cæco nō pones offendiculum: ſed timebis *tibi* à Deo tuo: ego Iehouáh.

Iudiciū æquum. Acceptio perſonarum.

15 Non facies iniquitatem in iudicio, ″non ſuſcipies faciem pauperis, neque honorabis faciem ′magni: ″in iuſtitia iudicabis proximum tuum.

Criminator.

16 ″Non incedes fraudulenter in populis tuis. ′Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui: ego Iehouáh.

Odium.

17 Ne odio habeas fratrē tuum in corde tuo: *ſed* ″corripiendo corripies proximum tuum, ″neque impinges illi crimen.

Vltio. Dilectio amici.

18 Non vlciſceris te, ″neque reſeruabis *odium* cōtra filios populi tui: ſed diliges proximum tuum ſicut teipſum: ego Iehouáh.

19 Statuta mea obſeruabitis. Animal tuum non facies coire *cum*

Cap. XIX.

1 LOquutus eſt Domin⁹ ad Moyſen dicens,

2 Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos, ‖Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.

Suprà.11.g.44
1.pet.1.c.16

3 Vnuſquiſque matrem ſuam & patrem ſuum timeat: Sabbatha mea cuſtodite: ego Dominus Deus veſter.

4 Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis: ego Dominus Deus veſter.

5 Si immolaueritis hoſtiam pacificorum Domino vt ſit placabilis:

6 Eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quicquid autē reſiduum fuerit in diem tertium, igne comburetis.

B

7 Siquis poſt biduum comederit ex ea, profanus erit & impietatis reus.

8 Portabitque iniquitatem ſuā, quia ſanctum Domini polluit: & peribit anima illa de populo ſuo.

9 ‖Quúmque meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges.

Infrà 23.d.22

10 Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpēda dimittes: ego Dominus Deus veſter.

11 Non facietis furtum: non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.

C

12 ‖Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.

Exod.20.a.7.c.17
deut.5.b.11.c.20

13 ‖Non facies calumniā proximo tuo, nec vi opprimes eum. ‖Non morabitur opus mercenarii tui apud te vſq; mane.

Eccli 10.a.7
Deut.24.c.14
tob.4.c.15

14 Nō maledices ſurdo, nec corā cæco pones offendiculū: ſed timebis Deum tuum: quia ego ſum Dominus.

15 Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. ‖Non cōſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis: iuſtè iudica proximo tuo.

Deut.1.c.17,
& 16.d.16.
prouerb.24.c.23
iacob.2.a.1

D

16 Non eris criminator, nec ſuſurro in populo. Non ſtabis contra ſanguinē proximi tui: ego Dominus.

17 ‖Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum.

Eccli 19.b.13
matth.18.b.15
luc.17.a.3
1.iohan.2.b.11,
& 3.c.15

18 Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ‖Diliges amicum tuum ſicut teipſum: ego Dominus.

Matth.5.g.43,
& 22.d.39
rom.13.c.9
galat.5.c.14
iacob.2.b.8

19 Leges meas cuſtodite. Iumentum

IN CAPVT XIX.

1 Loquutus eſt autem וידבר Hîc ſeptimam huius libri ſectionem incipiunt Hebræi, quam ab octaua ſequentis verſus dictione appellant קדושים. 2 Eſtote, תהיו Fut. Heb. pro imperat.
5 Secundum benepl. ve. לרצונכם ſponte veſtra. vltro. voluntariè. Hîc ל pro ב poſitum.
7 Profanum erit, פגול הוא abominatio erit. vel, contaminatio. Neque placebit. לא ירצה: neque gratum erit. vel, acceptabitur.
8 Sanctitatē Ieh. את קודש יהוה. i. quod erit Deo conſecratū. 9 Non finies, &c. לא תכלה פאת שרך non cōſumes metere terminū [finem] agri tui. Ad verbū, non finies angulum agri tui ad metendū. i. non exactè metes terminos agri tui, ſed in illis angulis relinques aliquot ſpicas pauperibus. Et collectionem ולקט. i. ſpicas quæ remanſerint à tergo meſſorum, & illis deciderint. Sic vocant Hebræi ſpicas, quòd à pauperibus poſtea colligantur. 10 Neque grana, &c. ופרט וגו׳. i. paucula grana quæ deciderint inter vindemiandum. Ego Iehouáh אני יהוה ſub. qui id præcipio. 11 Et non negabitis, ולא תכחשו ſub. quod depoſitum fuerit apud vos.
Neque mentiemini ולא תשקרו Id eſt, neque quiſquam veſtrum falſò exiget aliquid à proximo ſuo quod non dederit illi.
12 Neque polluas וחללת Subaudienda præcedens negatio לא. niſi particulam ITA ſubaudire malis, hoc modo, & ita polluas, &c. vt quod præceſſit, exponat quid ſit polluere nomen Dei. 13 Non vim inferes לא תעשק Non facies calumniam. i. nihil ab eo exiges per calumniam. Rapies. תגזול ſpoliabis. ſub. opibus. i. non vi opprimes. Opus פעולת. i. pretium operis, ſiue merces.
15 Non ſuſcipies, &c. לא תשא וגו׳. i. ne habueris rationem pauperis vel diuitis quando iudicabis. Magni: גדול potentis. In iuſtitia בצדק id eſt iuſtè. 16 Non incedes fraudulēter לא תלך רכיל De hac phraſi & dictione רכיל vide in Ieremia, cap. 9. a. 4. Non ſtabis contra ſang. &c. לא תעמוד על דם רעך Id eſt, ne fueris in cauſa cur occidatur proximus tuus. Hebraiſmus. q. d. non occides proximum tuum, ſed nec etiam cædis illius cauſa fueris. 17 Corripiendo corrip. הוכח תוכיח arguendo argues. vel, increpando increpabis. ſub. fraternè. Neque impinges. &c. ולא תשא וגו׳ Ad verbum, & non eleuabis [vel, ſuſcipies] ſuper illū peccatum. i. neque falſum crimen illi adſcripſeris. Alii exponunt, ex Chaldæo paraph. vt non accipias eius cauſa pœnam. Alii, & non ſines illum peccare.
18 Neque reſeruabis *odium* ולא תטור neque memor eris *iniuriæ acceptæ* à popularibus tuis.

tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuũ nõ feres diuerſo ſemine. veſte quæ ex duobus texta eſt, non indueris.

'altero genere. Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine, & veſtis diuerſarum ſpecierum "ex lana & lino" non aſcendet ſuper te.

Ager. Veſtis.

E Homo ſi dormierit cũ muliere coitu ſeminis, quæ ſit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera.

20 Vir autem quum coierit cum muliere coitu ſeminis, & fuerit ancilla 'deſponſata viro, & redimendo non fuerit redẽpta, vel 'manumiſſio non fuerit data ei, 'vapulabunt: non morientur, quia nõ eſt libertate donata.

Dormiens cum ancilla.

Pro delicto autem ſuo offeret Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonii arietem:

21 Adducet autem oblationem pro delicto ſuo Iehouæ ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, arietem *immolandum* pro delicto.

Orabitque pro eo ſacerdos, & pro delicto eius corã Domino, & repropitiabitur ei, dimittetúrque peccatũ.

22 'Et expiabit illum ſacerdos per arietem pro delicto coram Iehoua, propter peccatum ſuum quod peccauit, & remittet ei peccatum ſuum quod peccauit.

Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant, immũda erunt vobis, nec edetis ex eis:

23 Quum autem ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis 'omnis generis arborem fructiferam, 'tunc circũcidetis præputium eius, fructum eius: tribus annis erit vobis incircunciſus, non comedetur eius fructus.

Primi arborum fructus vt præputia abiiciendi.

Quarto autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis Domino.

24 Quarto autem anno erit omnis fructus eius 'ſanctitas laudum Iehouæ.

F Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus veſter.

25 Anno verò quinto comedetis fructum eius, 'vt multiplicet vobis fructum eius: ego Iehouáh Deus veſter.

Non comedetis cum ſangnine. Nõ augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia.

26 Non comedetis *carnes* 'cum ſanguine. Non augurabimini, 'neque obſeruabitis tempora.

Sanguis. Auguria. Tempora non obſeruanda.

Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.

27 Non attondebitis in circuitum "comam capitis veſtri, 'neque diſſipabis extremitatem barbæ tuæ.

Coma. Barba.

Deut. 14. a. 1. Et ſuper moruo non incidetis carnes veſtras, neque figuras aliquas aut ſtigmata facietis vobis: ego Domin⁹.

28 'Inciſionem autem pro mortuo non facietis in carne veſtra, & ſcripturam "notæ non facietis in vobis: ego Iehouáh.

Mortuus. Stigmata.

Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.

29 'Ne polluas filiam tuam proſtituendo eã, "neque fornicetur terra, & impleatur "ipſa ſcelere.

Filia non proſtituenda.

Sabbatha mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite: ego Dominus.

30 Sabbatha mea obſeruabitis, '& ſanctuarium meum metuetis: ego Iehouáh.

Sabbathum.

Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus veſter.

31 Ne vertatis vos ad pythones & ad haruſpices, ne conſulatis *eos* vt polluatis vos in eis: ego Iehouáh Deus veſter.

Arioli.

19 Altero genere. כלאים Hæc vox dualis eſt numeri, & ſignificat quod miſtum eſt lana & lino, aut è duobus generibus ſeminum: vel è duobus quibuſcunque generibus, vt è duobus diuerſis animalibus, aut arboribus. Quidam vertunt, miſtim. Prohibet commiſtionem diuerſarum ſpecierum. Mox eadem vox bis ponitur. Ex lana & lino שעטנז Hæc vox per appoſitionem addita, ſignificat veſtem ex lana & lino: compoſita ex שוע lenire טוה nere & נוז torquere filum. Non aſcendet ſuper te. לא יעלה עליך׃ .i. nõ indueris veſte quæ cõtexta ſit ex duobus. 20 Deſponſata viro, נחרפת לאיש id eſt, quæ non eſt libera vxor, ſed concubina. ſic enim vocabatur ſerua, ſeu ancilla, cum qua quis habebat coniugii conſuetudinem. Alii vertunt, ſuſpectæ pudicitiæ: ab חרפה quod opprobrium & ignominiam ſignificat. Manumiſſio חופשה libertas eius. i. libellus libertatis eius. Vapulabunt: בקורת תהיה vapulatio erit. aut, verberatio. i. vapulabunt ambo. Alii, inquiſitio erit. quæ ſcilicet fiebat loris bubulis. 22 Et expiabit illum וכפר עליו Et rogabit pro illo.

23 Omnis gen. arb. fru. כל עץ מאכל Ad verbum, omnem arborem cibi. i. arbores fructiferas omnis generis. Tunc circunci. præp. e. וערלתם ערלתו את־פריו Per appoſitionem dixit, fructum eius, explicans quid vocet præputium arborum. Per præputia nanque intelligit primos fructus trium primorum annorum qui ex arboribus decerpti, abiiciendi erant velut hominis præputium exciſum. Fructum incircunciſum vocati immundum: vt qui habent præputia, immundi ſunt. Immundus præterea vocatur fructus quo veſci licitum nõ erat, neque comedere oportebat, vt mox dicit. 24 Sanctitas laudum Ieh. קודש הלולים ליהוה׃ Hebraiſmus, conſecrabitur Iehouæ in laudem eius.

25 Vt multiplicet vo. להוסיף לכם Ad verbum, ad addere faciendum vobis. .i. vt Deus multiplicet vobis prouentum ipſius arboris.

26 Cum ſang. על הדם Prohibet eis carnibus veſci quarum ſanguis non fuit effuſus. Voluit enim eos à ſuffocatis abſtinere. Neque obſeruabitis temp. ולא תעוננו׃ neque diuinabitis. aut, prædicetis futura. Significat eos qui ex aſpectu rerum cæleſtium futura ſe prædicere mentiuntur. 27 Comam cap. ve. פאת ראשכם Ad verbum, angulum capitis veſtri. id eſt finem capillorum veſtrorum. i. non attondebitis in rotundum comam. Neque diſſipabis, &c. ולא תשחית וגו׳ neque perdes [corrumpes] angulum barbæ tuæ. i. non rades barbam tuam. Quidam Hebræorũ, angulos barbæ vocãt genam ſuperiorẽ & inferiorem in dextro & ſiniſtro latere, & finẽ barbæ ipſum mentũ. Alii, duos angulos labii pro angulis barbæ interpretantur. 28 Inciſionẽ, &c. ושרט לנפש וגו׳ Ad verbũ, Et inciſionẽ pro anima. Vide Deut. 14. a. 1. Notæ nõ faci. קעקע לא תתנו Ad verbũ, notæ nõ dabitis. i. ne lõga flagellatione vibicibus corpora veſtra necetis propter mortuos.

29 Ne polluas filiam t. אל־תחלל את־בתך Prohibetur hîc lenocinium: nam nõ tantùm ii morte digni ſunt qui peccata faciunt, verumetiã ii qui vel conſentiunt, & approbant, vel defendunt, vel conniuent ad peccata. Quare Lex monet hoc loco patreſfamiliâs vt non exerceant lenocinium, & non proſtituant filias ſuas. Monet etiam Magiſtratum vt nõ toleret in politia ſua publicam ſcortationem, ſeu quæ vocant lupanaria. Gentes enim vt ſentiebant ſcortationem nõ eſſe flagitium, ita à lenocinio & proſtitutione filiarum ſuarum non admodũ abhorrebant. Sunt tamen qui putant Scripturam hic loqui de ſpirituali fornicatione, ne ſcilicet quis filiam ſuam fornicari faciat cum idolis, ſiue doceat illas cultum idolorum. Et huic ſententiæ nonnihil fauere videtur Chaldæus paraph. qui ad verbum ita habet, Nõ profanes filiam tuam vt eã idola colere facias, ne idolis ſeruiat terra, & impleatur ſcelere & peccatis. Neque fornicetur terra ולא־תזנה הארץ Hebraiſmus, neque homines ipſi colant idola. Ipſa הארץ Antecedens Heb. pro relat.

30 Et ſanctuarium m. metuetis: ומקדשי תיראו & ſanctuarium meum reueremini. Hîc nomine Sanctuarii eos intelligit qui in templo verſabantur. q. d. Vos ſacerdotes tam maiores quàm minores, qui miniſtratis mihi in templo, metuite me, & ne lugeatis mortuos, & reliqua omnia ne faciatis quæ ſolent facere AEgyptii idolorum cultores. Alii ex Hebræis hunc locum ita explicant, quòd licet omnia loca in quibus oratur, & docetur Lex, ſint veneranda: tamen ſingulariter Ieroſolyma propter ſanctuarium eſt honoranda. Vnde colligunt, non debere pernoctare in ea mortuum, non transferri debere per eam oſſa mortuorum, & alia eiuſmodi.

Senes.

32 ’Ante canitiem aſſurge, & honora facië ſenis, ’metuáſque Deũ tuum:ego Iehouáh.

Aduenæ.

33 Si autem peregrinatus fuerit tecum peregrinus in terra veſtra, ’non opprimetis illum.

34 Tanquam indigena ex vobis,erit vobis peregrinus qui peregrinatur apud vos, & dilige eum ſicut teipſum: quia *& uos* peregrini fuiſtis in terra AEgypti:ego Iehouáh Deus veſter.

Iudicium. Regula. Pondus. Menſura.

35 ’Non facietis iniquitatem in iudicio,’in menſura *magna*,in pondere,& in menſura *parua*.

36 Statera iuſta,”põdera iuſta,”ℵepha iuſtũ, & hin iuſtũ erit vobis: ego Iehouáh Deus veſter qui eduxit vosè terra AEgypti.

37 Cuſtodite igitur omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, & facite illa:ego Iehouáh.

Cap. XX.

Liberos non ſacrificandos Moloch.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moϖſéh,dicendo,

2 Filiis prætcrea Iϖſraℵél dices, Quicunque è filiis Iϖſraℵél,& è peregrinis qui peregrinantur in Iϖſraℵél, dederit de ſemine ſuo ipſi Mólech, moriendo morietur: ’populus terræ lapidabit eum lapidibus.

3 Ego nanque ’ponam faciem meam in virum illum, & exterminabo illũ è medio populi ſui,quia de ſemine ſuo dederit ipſi Mólech,”vt contaminaret Sanctuarium meum,”& pollueret nomen ſanctitatis meæ.

4 ’Quòd ſi abſcondendo abſcondat populus terræ oculos ſuos à viro illo quum dat de ſemine ſuo ipſi Mólech, non interficiendo illum:

5 Tũc ponam ego faciem meam in virum illum, & in familiam eius,& ſuccîdam eum,’& omnes qui fornicãtur poſt ipſum vt fornicentur poſt Mólech,è medio populi ſui.

Ad magos & ariolos non declinandum.

6 Anima autẽ quæ verterit ſeſe ad pythones & haruſpices ad fornicandum poſt eos,ponam faciem meam in animam illam,exterminabóque illam è medio populi ſui.

Sancti.

7 Sanctificate ergo vos,”& eſtote ſancti:quia ego Iehouáh Deus veſter.

Sanctificat Deus. Parentes.

8 Et cuſtodite ſtatuta mea,& facite ea:ego Iehouáh ſãctificãs vos.

9 Nã quicũq; maledixerit patri ſuo aut matri ſuæ,’moriẽdo morietur:patri ſuo & matri ſuæ maledixit,”ſanguis eius in eum *erit*.

32 Coram cano capite cõſurge,& honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuũ:ego ſum Dominus. G

Exod.22.c.21

33 ‖Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei:

34 Sed ſit inter vos quaſi indigena: & diligetis eum quaſi voſmetipſos:fuiſtis enim & vos aduenæ in terra AEgypti:ego Dominus Deus veſter.

35 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula,in pondere,in menſura.

36 Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius,æquúſque ſextarius:ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra AEgypti.

37 Cuſtodite omnia præcepta mea,& vniuerſa iudicia,& facite ea: ego Dominus.

Cap.XX.

Suprà 18.c.21

1 LOquutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen,dicens,

2 Hæc loqueris filiis Iſrael,Homo de filiis Iſrael,& de aduenis qui habitãt in Iſrael, ſiquis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch,morte moriatur:populus terræ lapidabit eum.

3 Et ego ponam faciem meam contra illum,ſuccidámque eum de medio populi ſui,eo quòd dederit de ſemine ſuo,Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac pollueritnomen ſanctum meum.

4 Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperiũ meũ, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch,nec voluerit eum occidere:

5 Ponam faciem meam ſuper hominem illum, & cognationem eius,ſuccidámque & ipſum,& omnes qui cõſenſerunt ei vt fornicaretur cum Moloch,de medio populi ſui.

6 Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos,&fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam,& interficiam illã de medio populi ſui. B

1.Pet.1.c.16.

7 ‖Sãctificamini,&eſtote ſancti:quia ego ſum Dominus Deus veſter:

8 Cuſtodite præcepta mea,&facite ea:ego Dominus qui ſanctifico vos.

Exod.21.c.17 prouerb.20.c.20 matth.15.a.4

9 ‖Qui maledixerit patri ſuo & matri,morte moriatur. patri matrique qui maledixerit,ſãguis ei⁹ ſit ſuper eũ.

32 Ante canitiem מפני שיבה A conſpectu ſenioris. Metuáſque,&c. ויראת מאלהיך atque timeas *tibi* à Deo tuo.

33 Non opprimetis illum. לא תונו אותו: ne afficiatis illum moleſtia.ne vim inferatis illi.

35 Non facietis,&c. לא־תעשו וגו׳ .i.rectè iudicabitis quando aduena contendet de re aliqua coram vobis. In menſura במדה in dimenſione.ſub.agrorum.Alii,in quantitate.i.in rebus quæ ad quantitatem quandam vendi ſolent.Inter hæc tria Hebræi ita diſtinguunt,vt מדה referatur ad dimenſionem agrorum,in qua dicunt iniquitatem committi quando menſuratur alicui prædium quum cælum ſerenum eſt:alteri verò quũ pluuioſum eſt:tum enim(inquiũt)inæqualitas eſt in fune quo fit dimenſio:nã & cælo ſereno eſt cõtractior,pluuioſo verò eſt longior.משקל referũt ad trutinam & ad pondera.& dicunt,non tantùm eum peccare qui vtitur iniuſta trutina & ponderibus,ſed & eum qui domi ſuæ habet, etiam ſi non vtatur. משורה dicunt eſſe menſuram,& generale eſſe vocabulum ad arida & liquida.Hac menſura iniquitatem fieri dicunt,quum quis metitur liquorem,& ex alto infundit, ſiue diſtillat illum in vas ſubiectum, vt ex illo caſu & diſtillatione vertatur in ſpumam:quo fit vt vas plenum eſſe videatur,quum vix dimidia eius pars plena ſit.

36 Pondera iuſta, אבני־צדק .Ad verbum,lapides iuſtitiæ. Lapidibus vice ponderum olim vtebantur. Vide Prouerb.11.a.1,& 16.b.11,& 20.b.10.d.23. ℵEpha iuſtum,& hin איפת צדק והין De his menſuris vide Exod.29.g.40.Eſa.5.c.10.Ezech.45.d.10.11.

IN CAPVT XX.

2 Populus terræ,&c. עם הארץ וגו׳ .i.populares eius,ſiue populus eius regionis in qua habitauerit, obruet eum lapidibus.Singul. Heb. pro plur.lapide,pro lapidibus. 3 Ponam faciem meam אתן את־פני באיש Hebraiſmũ expreſſit Chaldæus paraph.his verbis,Et ego dabo iram meam in virum illum.Nam Ponere faciem ſuam contra aliquem,eſt alicui vehementer iraſci. acſi dicat Deus, Ego iratus, eum tollam de medio. Vt contamin.ſanct.m. למען טמא את־מקדשי. Contaminare,ſiue polluere Sanctuarium Dei,dicebatur qui alio in loco immolabat quàm in ipſo Sanctuario:quod faciebat qui idolo Moloch ſacrificabat. Et pollueret,&c. ולחלל וגו׳ Polluere,ſiue profanare nomen Dei ſanctum, eſt Deo honorem non præſtare qui illi debetur:ſiue alium colere Deo ſpreto.

4 Quod ſi abſcondendo,&c. ואם העלם וגו׳ Hebraiſmus, Si populus terræ conniueat,& negligat occidere hominem illum qui,&c.

5 Et omnes qui fornic.&c. ואת כל־הזונים וגו׳ Hebraiſmus,pro,qui fornicationem,id eſt idololatriam eius imitati,colunt ipſum Moloch.Scortari enim,ſiue fornicari,pro idola colere,frequentiſſimum eſt Sacris literis.

7 Et eſtote ſancti, והייתם קדושים Repetitio,quæ declarationis vice ponitur.

9 Moriendo mor. מות יומת id eſt interficiatur,vel interficietur. Sanguis eius in eum דמיו בו: Hebraiſmus,reus eſt mortis,vt vertit Chaldæus paraph.ſiue,mori debet.

10 Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui: morte moriantur & mœchus & adultera.

Deut.22.d.22 ioh.8.a.4

11 Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos.

12 Siquis dormierit cum nuru ſua, vtérque moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos.

13 Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur: ſit ſanguis eorum ſuper eos.

14 Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius, ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri.

C

15 Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite.

16 Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſāguis eorum ſit ſuper eos.

17 Qui acceperit ſororem ſuam filiā patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illáque cōſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt: occidentur in conſpectu populi ſui, eo quòd turpitudinem ſuā mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem ſuam.

18 Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinē eius, ipſáque aperuerit fontem ſanguinis ſui: interficientur ambo de medio populi ſui.

19 Turpitudinem materteræ & amitę tuæ nō diſcooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem ſuam.

20 Qui coierit cum vxore patrui vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiā cognationis ſuæ, portabūt ambo peccatum ſuū: abſque liberis morientur.

D

21 Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinē fratris ſui reuelauit: abſque liberis erunt.

22 Cuſtodite leges meas atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi eſtis & habitaturi.

23 Nolite ambulare in legitimis nationum quas ego expulſurus ſum ante vos: omnia enim hæc fecerunt, & abominatus ſum eas.

24 Vobis autem loquor, Poſſidete terram eorum quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle: ego Dominus Deus veſter qui ſeparaui vos à cæteris populis.

Mœchus. Adultera.

10 Vir autem qui adulterium cōmiſerit cum vxore alicuius, qui *inquam* adulterium commiſerit cum vxore proximi ſui, moriendo morietur adulter & adultera.

Coitus morte puniendi.

11 Etquicunque concubuerit cum vxore patris ſui, turpitudinem patris ſui reuelauit: moriendo morientur ambo, ſanguis eorum ſuper eos.

12 Vir autem qui coierit cum nuru ſua, moriendo moriētur ambo: ′confuſionem fecerunt, ″ſanguis eorum ſuper eos.

13 Quicunque præterea coierit cum maſculo ′coitibus mulieris, abominationem fecerūt ambo: moriendo moriētur, ſanguis eorum ſuper eos.

14 Qui verò acceperit mulierem & matrem eius, ſcelus eſt: ignicōburent′illum & illas, ′ne ſit ſcelus in medio veſtri.

15 Siquis autem″dederit coitum ſuum in brutum, moriendo morietur, & iumentum occidetis.

16 Mulier item quæ acceſſerit ad aliquod animal ad coeundū cum eo, occides mulierem & animal: moriendo moriētur, ſanguis eorum ſuper eos.

17 Quiſquis verò acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, aut filiam matris ſuæ, ″& viderit turpitudinem eius, ipſáque viderit turpitudinem eius, ′opprobrium eſt, ″propterea ſuccidentur in oculis filiorum populi ſui: turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, ″iniquitatem ſuam feret.

18 Et quicunque dormierit cum muliere′laborante, & reuelauerit turpitudinē eius, fontem eius diſcooperuerit, ipſa quoq; reuelauerit fontē ſanguinis ſui: ſuccidētur ambo è medio populi ſui.

19 Turpitudinem ſororis matris tuæ & ſororis patris tui non diſcooperies: ″quia propinquam ſuam nudauit, iniquitatem ſuam portabunt.

20 Quiſquis autem dormierit cum vxore fratris patris ſui, turpitudinem fratris patris ſui reuelauit, iniquitatem ſuam portabūt, ″orbati morientur.

21 Qui item acceperit vxorem fratris ſui, ′opprobriū eſt: turpitudinem fratris ſui reuelauit, orbati erunt.

22 ″Cuſtodite itaque omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, & facite illa: ″& non euomet vos terra in quam ego ′introducturus ſum vos vt habitetis in ea.

Statuta Gentiū non imitanda.

23 ″Neque ambuletis in ſtatutis Gentis quam ego eiecturus ſum à facie veſtra: omnia enim iſta fecerunt, & deteſtatus ſum eas.

Separatus Iſrael à Deo in populum ſibi.

24 Vobis autem dixi, Poſſidebitis terram eorū, & ego daturus ſum eam vobis vt hæreditate poſſideatis illam, terram fluentem lacte & melle: ego Iehouáh Deus veſter qui ſeparaui vos″à populis.

---

12 Confuſionē fecerunt, תבל עשׂו Id eſt, rem nefariā admiſerunt. aut confuſionem dicit, quòd confundantur duo ſemina, ſemen patris & filii. Sanguis e.&c. דמיהם בם׃ .i. morti adiudicentur. 13 Coitib. mu. משכבי אשה .i. quemadmodū ſolet cōcumbere cū muliere.

14 Illum & illas, אותו ואת הן Hoc intelligitur diſiunctiuè, hunc vel illam, vt annotat alter ex doctioribus Hebræorum. Alii contrà. Ne ſit ולא תהיה Ad verbum, & non erit. i. non regnabit diutius ſcelus illud.

15 Dederit coitum ſ. יתן שכבתו Id eſt, immiſerit, vel iniecerit ſemen ſuum. hoc eſt, qui concubuerit cum iumento.

17 Et viderit turp.&c. וראה את ערותה וגו׳ Hebraiſmus, rem habuerit cum ea, illáque viciſſim coierit cum illo. Opprobrium eſt, חסד הוא res illicita eſt. fœditas eſt. q.d. inceſtus eſt, vel inceſtum admiſerunt. Propterea ſuccidentur, &c. ונכרתו וגו׳ propterea exterminabuntur in oculis popularium ſuorum. i. tollentur è medio publicé. Iniquitatem ſ. feret. עונו ישא׃ .i. pœnam iniquitati ſuæ debitam feret. 18 Laborante, דוה propter fluxum menſium ſcilicet.

19 Quia propinq. ſ. nudauit, כי את שארו הערה nā *quiſquis id fecerit*, cognatam ſuā reuelauerit. i. turpitudinem cognatæ ſuæ denudauerit.

20 Orbati mor. ערירים ימותו׃ *præterea* ſine liberis morientur. 21 Opprobrium eſt: נדה הוא Vide paulo antè, verſu 17.

22 Cuſtodite itaque ושמרתם Vide ſimilia ſuprà cap.18.d.26.27.28. Et non euomet, &c. ולא תקיא וגו׳ Vide ſuprà, cap.18.d.25. Introducturus ſum מביא Præſ. Heb. pro fut. facio intrare. i. mox introducturus.

23 Neque ambuletis, &c. ולא תלכו וגו׳ Hebraiſmus, ne vixeritis iuxta mores Gentium. Suprà cap.18.d.24, idem dicit, aliis verbis, Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerunt ſe Gentes, quas ego, &c.

24 A populis. מן העמים׃ ſub. pollutis, vt erant AEgyptii.

25 ʹVos igitur diſcrimen facite inter animal mundum & immundum, & inter auem immundam & mundam,″& ne abominabiles reddatis animas veſtras in animalibus & volatilibus, atque in omni quod reptat in terra: quæ ſeparaui vobis″ad immunditiam.

Sancti.

26 Eritis autem ſancti mihi, quia ſanctus ſum ego Iehouáh, & ſeparaui vos à populisʹvt eſſetis mei.

Pythonici moriantur.

27 Vir autem ſiue mulier quum fuerit in eis″Pytho, vel haruſpicũ ſpiritus, moriendo morientur: lapidibus lapidabunt eos, ″ſanguis eorum ſuper eos.

Cap. XXI.

אמור

Sacerdos nõ interſit mortuorum exequiis.

1 E″T dixit Iehouáh ad Mowſéh, Alloquere ſacerdotes filios Aharón, & dicito eis, ″Super animam non contaminabit ſe *quiſquam veſtrum* in populis ſuis:

2 Sed ſuper propinquo ſuo, propĩquo ſibi, *nempe* ſuper matre ſua, & ſuper patre ſuo, & ſuꝑ filio ſuo, & ſuper filia ſua, & ſuꝑ fratre ſuo,

3 Et ſuper ſorore ſua virgine″propinqua ſibi, quæ non fuerit viro:″ſuper ea contaminabit ſe.

4 ″Non cõtaminabit ſe *in* prĩcipe in populis ſuis, vt polluat ſeſe.

Nõ radat caput nec barbam in gratiam mortuorum.

5 Non decaluabũt caluitium in capite ſuo, & extremitatem barbæ ſuæ non radent: & in carne ſua non incident *ullam* inciſuram.

6 ʹSancti erunt Deo ſuo, neque polluent nomen Dei ſui, quia ″oblationes ignitas Iehouæ, & panem Dei ſui offerunt, proinde erunt″ſancti.

Vxor ſacerdotis

7 Mulierem meretricẽ″aut profanã non accipient, neque mulierem repulſam à viro ſuo accipient: quiaʹſanctus eſt Deo ſuo.

Sanctificator Deus.

8 ″Et ſanctificabis eum, quia″panem Dei tui offert: ſanctus erit tibi, quia ſanctus ſum ego Iehouáh ſanctificans vos.

Sacerdotis filia fornicans.

9 Porrò filia hominis ſacerdotis″quum cœperit fornicari, patrem ſuum contaminat, igni comburetur.

Pontifex non ingrediatur ad mortuum.

10 Sacerdos autem maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum fuerit oleũ vnctionis, & conſecrauerit manũ ſuã vt induat veſtes, ″caput ſuum non diſcooperiet, & veſtes ſuas non ſcindet:

11 ″Et ad omnes animas mortui nõ ingredietur: ne ſuper patre *quidem* ſuo aut matre ſua contaminabit ſe.

12 ʹEt de ſãctuario nõ egredietur, neq; polluet ſanctuariũ Dei ſui, quiaʹcorona olei vnctionis Dei ſui eſt ſuper eum: ego Iehouáh.

Virginem ducat vxorem.

13 Ipſe quoque vxorem″in virginitate ſua accipiet.

25 Separate ergo & vos iumentũ mũdum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas veſtras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis oſtendi eſſe polluta.

26 Et eritis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis mei.

27 ‖Vir ſiue mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

1. reg. 28. b. 7

Cap. XXI.

1 DIxit quoque Dominus ad Moyſen, Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum:

2 Niſi tantùm in conſanguineis, ac propinquis, id eſt ſuper patrem & matrem & filiũ & filiam, fratrem quoq;,

3 Et ſororem virginem quæ non eſt nupta viro:

4 Sed nec in principe populi ſui contaminabitur.

5 ‖Nec radẽt caput, nec barbam, neq; in carnibus ſuis facient inciſuras.

Suprà 19. f. 27

6 Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius: incẽſum enim Domini & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt.

7 Scortum & vile proſtibulum non ducet vxorem: nec eam quæ repudiata eſt à marito, quia conſecratus eſt Deo ſuo,

B

8 Et panes propoſitionis offert. ſit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos.

9 Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur.

10 Pontifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſũ eſt vnctionis oleũ, & cuius manꝰ in ſacerdotio cõſecratæ ſunt, veſtitúſque eſt ſanctis veſtibus, caput ſuũ nõ diſcooperiet, veſtimẽta ſua nõ ſcidet:

11 Et ad omnẽ mortuũ non ingredietur omnino: ſuper patre quoque ſuo & matre non contaminabitur.

12 Nec egredietur de ſãctis, ne polluat ſãctuariũ Dei ſui, quia oleũ ſãctæ vnctionis Dei ſui ſuper eũ eſt: ego Dñs.

C

13 Virginem ducet vxorem.

25 Vos igitur diſcrimen facite והבדלתם בין Ad verbũ, Et ſeparabitis inter, &c. i. Ponetis ergo differentiam. q. d. abſtinete ab immũdis. Et ne abominabiles, &c. ולא־תשקצו וגו׳ & ne polluatis animas, &c. Hebraiſmus, Ne polluatis vos comedẽdo animalia & aues impuras. Ad immunditiam. לטמא׃ id eſt iudicando illa impura. vel, vt iudicetis illa impura.

27 Pytho, vel haruſpicum ſpir. אובאו ידעוני ſpiritus Pythonicus, aut diuinationis. Sanguis e. &c. דמיהם בם׃ .i. erunt rei mortis, vel debent interfici.

IN CAPVT XXI.

1 Et dixit ויאמר Ab hoc capite Hebræi ſuam huius libri octauã ſectionem incipiũt, quam vocant אמור. Super animam לנפש Hîc anima pro cadauere, vt & aliis locis. q. d. Nullus ex vobis ratione mortui alicuius in populo ſuo reddat ſe impurum, tangendo ſcilicet cadauer Iſraelitæ, aut curando funus eius, multo magis curando funus extranei.

3 Propinqua ſibi, הקרובה אליו .i. quæ nata fuerit ex vtroque parẽte ipſius. Super ea cõtam. ſe. לה יטמא׃ .i. poterit intereſſe funeri ſororis ſuæ ex vtroque parente, ſi illa obierit virgo. 4 Non contamin. ſe *in* principe לא יטמא בעל Hîc noſter interpres ſubaudiuit ל ante בעל. q. d. ne funeri quidem principis intererit. Alii vertunt, Sed nec polluet ſeſe princeps in populo ſuo, vt polluatur: acſi dicat, Nullius funeri de populo ſuo intererit princeps, ne polluatur. Quæ interpretatio, omnino non videtur quadrare. nihil enim hîc principi populi præcipitur, ſed tantùm ſacerdotibus, quòd ipſorum officium in exequiis funerum eſſe debeat. Priorem interpretationem probat doctus inter Hebræos. 6 Sancti erunt Deo ſ. קדושים יהיו לאלהיהם .i. in ſumma ſanctimonia ſeruient Deo ſuo. Oblationes ig. Ieh. & pa. את־אשי יהוה לחם Ad verbum, ignem Iehouæ & panem. Ignem vocat ſacrificia ignita: panes verò, propoſitionis. Doctus inter Hebræos, nomine Panis dicit carnem & primitias comprehendi. Sancti. ׃ קודש Ad verbum, ſanctitas. 7 Aut profanam וחללה aut cõſtupratã. ſiue contaminatã. ſcortũ non publicũ intelligit. Vide paulo pòſt, verſu 14. Sãctus eſt קדש הוא Mutatio numeri, pro, ſancti ſunt.

8 Et ſanctificabis eum, וקדשתו .i. habebis illum pro ſancto. hoc eſt, in honore. Panẽ Dei tui את־לחם אלהיך Sic vocat panes propoſitionis, quos per ſingula ſabbatha offerebant. 9 Quum cœp. fornic. כי תחל לזנות ſi fuerit polluta ſtupro.

10 Caput ſ. nõ, &c. את־ראשו לא וגו׳ .i. abſtinebit à cæremoniis lugentiũ, qui nudatione capitis & veſtimentorum diſciſſione teſtabantur luctum ſuum. 11 Et ad omnes, &c. ועל כל וגו׳ Hebraiſmus, pro, nullam domum ingredietur in qua fuerit cadauer.

12 Et de ſanctuario, &c. ומן־המקדש וגו׳ .i. relicto templo non ingredietur domum funeſtam, etiam patris. pollutum enim fuiſſet templum Dei à ſacerdote, ſi ingreſſus fuiſſet illud poſtquam intrauerat domum patris mortui, vel matris. Corona olei, &c. נזר שמן וגו׳ .i. vnctus eſt oleo quo Deus eos vngi inſtituit, quod eſſet illis vice coronæ & diadematis, quibus Reges inſigniuntur.

13 In virginitate ſua בבתוליה Id eſt, ducet vxorem virginem. vt ſequenti verſu exponit.

14 Viduã autem, & repudiatam, & ſordidam atque meretricẽ non accipiet: ſed puellam de populo ſuo.

15 Ne commiſceat ſtirpẽ generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus qui ſanctifico eum.

16 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

17 Loquere ad Aarõ, Homo de ſemine tuo per familias ſuas qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo:

18 Nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo:

D 19 Si fracto pede, ſi manu,

20 Si gibbus, ſi lippus, ſi albuginẽ habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus:

21 Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo.

22 Veſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario:

23 Ita duntaxat vt intra velũ non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare nõ debet ſanctuarium meum: ego Dominus qui ſanctifico eos.

24 Loquutus eſt ergo Moyſes ad Aaron & ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

Cap. XXII.

1 Loquutus quoque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab his quæ cõſecrata ſunt filiorũ Iſrael, & nõ cõtaminent nomẽ ſanctificatorum mihi quæ ipſi offerunt: ego Dominus.

3 Dic ad eos & ad poſteros eorum, omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filii Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino: ego ſum Dominus.

4 Homo de ſemine Aaron qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur: qui tetigerit immundũ ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus,

5 Et qui tanget reptile, & quodlibet immũdum, cuius tactus eſt ſordidus,

---

14 Viduam, & repudiatam, '& profanam, & meretricem, illas *inquam* non accipiet: ſed virginem è populis ſuis accipiet vxorem.

15 Neque 'contaminabit ſemen ſuum in populis ſuis: quia ego Iehouáh ſanctificans eum.

16 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Miniſtros Dei quales eſſe oportebat.

17 Loquere ad Aharón, dicendo, Vir de ſemine tuo "in generationibus ſuis, in quo fuerit 'macula, nõ accedet vt offerat panẽ Dei ſui:

18 Quia null^9 vir in quo fuerit macula, 'accedet: vir cæcus, vel claudus, "aut diminutus, vel ſuperfluus:

19 Aut vir "*in* quo fuerit fractura pedis, vel fractura manus:

20 Aut 'gibboſus, 'vel lippus, vel 'qui habet maculam in oculo ſuo, vel *in quo fuerit* 'ſcabies, vel impetigo, vel compreſſus teſticulo:

21 Omnis vir in quo eſt "macula, è ſemine Aharón ſacerdotis, non accedet ad offerẽdum oblationes ignitas Iehouæ: macula *inquam* in eo *ſi fuerit*, non accedet ad offerendum panem Dei ſui.

22 'Panẽ Dei ſui 'de ſanctitatibus ſanctitatũ, '& de ſanctis comedet.

23 Veruntamen intra velum non ingredietur, & ad altare non accedet, quia macula eſt in eo, & non polluet ſanctuaria mea: quia ego Iehouáh ſanctificans eos.

24 "Dixit itaque *hæc* Moſשéh ad Aharón & ad filios eius, & ad omnes filios Iשſraelis.

Cap. XXII.

1 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Loquere ad Aharón & filios eius, 'vt ſeparent ſeſe à ſanctificationibus filiorũ Iשſraאél, & ne polluant nomẽ ſanctitatis meæ "*in his* quæ ipſi ſanctificant mihi: ego Iehouáh.

Qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorum.

3 Dic illis, 'In generationibus veſtris omnis vir 'qui acceſſerit ex omni ſemine veſtro ad ſanctificationes quas ſanctificauerint filii Iשſraאél Iehouæ, & immũditia ſua fuerit ſuper ipſum, 'excidetur anima ipſius à facie mea: ego Iehouáh.

4 'Quicunque è ſemine Aharón fuerit leproſus, vel ſeminifluus, de ſanctificationibus non comedet donec mundet ſe: & qui tetigerit quemuis "immundum ſuper morticino, aut vir ex quo egreditur effuſio ſeminis,

5 Aut vir qui tetigerit quodcunque reptile per quod immundus erit, aut hominem "propter quem immundus erit, "ſecundum omnem immunditiam eius:

---

14 Et profanam, & meret. וחללה וזנה Vide paulo antè, verſu 7. 15 Contaminabit יחלל polluet. violabit. 17 In generat. ſ. לדורותם .i. quibuſcunque ſeculis vixerint. Macula, מום Significat aliquam imperfectionem, aliquídve quod reprehendi poſſit. 18 Accedet: יקרב ſub. ad offerendum. Aut diminutus, &c. או חרום וגו' Hebræi חרום interpretantur eum qui habet naſum planè depreſſum in radice oculorum, quem Latinè ſimum dicimus. שרוע verò qui habet membrum aliquod aut nimis paruum, aut nimis magnum: vt ſi oculus maior ſit altero, aut tibia longior altera: vel qui quatuor aut ſex digitos habet, aut aliquid tale.

19 *In* quo fuerit, &c. אשר־יהיה וגו' Hebraiſmus, qui habuerit pedem fractum, aut manum fractam.

20 Gibboſus, גבן Doctus inter Hebræos pro gibboſo hanc dictionem accipit, quæ nonnihil affinitatis habere videtur cum Latina. Alii pro deformitate palpebrarum, ſiue ſuperciliorum accipiunt. ſunt enim qui planè nulla habent ſupercilia: alii verò tam magna, vt oculos operiant. ſunt qui vnum tantùm, ſunt rurſum qui diuerſi coloris habent: atque ita multo plura ſuperciliorum genera enumerantur.

Vel lippus, או־דק Doctus inter Hebræos exponit eum ſignificare cuius oculus tenuiſſima membrana tegitur. Alii punctum intra nigredinem oculi interpretantur. Qui habet mac. תבלול ſub. albam. ſignificat eum qui in oculis membranã albam habet quæ nigredinem oculi turbat ac confundit. à בלל quod confundere ſignificat. Scabies, vel impetigo גרב או ילפת Hæc vox ſignificat ſcabiem foris & intus ſiccam: ילפת verò ſcabiem foris humidam, & intus ſiccam 21 Macula, מום imperfectio.

22 Panem לחם Eſcam. nam Panis nomine etiam carnes intelliguntur, vt dictum eſt verſu 6. De ſanctit. ſanct. מקדשי הקדשים .i. de rebus ſacroſanctis. hoc eſt, de ſacrificiis quæ ſacrificata ſunt pro peccato & pro delicto. Et de ſanctis ומןהקדשים ſub. rebus. i. decimis & primitiis. 24 Dixit itaque וידבר Id eſt, expoſuit hæc Moſes Aharoni.

IN CAPVT XXII.

2 Vt ſeparent ſeſe, &c. וינזרו וגו' vt ſubducant ſeſe à ſanctificatis. i. abſtineãt ab his quæ Deo oblata ſunt, &c. Iſtud intelligitur pro tempore quo ipſi ſacerdotes erant impuri. nam eo tempore non licebat illis veſci rebus huiuſmodi. Sequenti verſu ſeipſum declarat. *In his* quæ ipſi ſanctificant mihi: אשר הם מקדשים לי & quod conſecrant mihi.

3 In generationibus v. לדורותיכם, Hebraiſmus, Quocunque tempore contigerit vos viuere. Qui acceſſerit, &c. אשר־יקרב וגו' .i. quicunque ſacerdos comederit de ſanctificatis. Paulo diuerſis verbis eadem dicit quæ ſuperiore verſu. Excidetur ונכרתה exterminabitur. extirpabitur. i. is tolletur è medio. 4 Quicunque, &c. איש איש וגו' Ad verbum, Vir vir de ſemine Aaron, & ipſe leproſus. Immundum ſuper mor. טמא־נפש Ad verbum, immundum animæ. i. propterea quòd curauerit funus, aut funeri interfuerit. Et hîc anima pro cadauere. 5 Propter quem, &c. אשר יטמא־לו .i. cuius contactu erit impurus. Secundum om. immund. e. לכל־טומאתו: id eſt, quacunque tandem impuritate ſit ille impurus.

6 ″Anima *inquam* quæ tetigerit illum, immunda erit vſque ad veſperam: & non comedet de ſanctificationibus, niſi lauerit carnem ſuam aqua.

7 ′Quum autem occubuerit ſol, tum erit mundus, & poſtea comedet de ſanctificationibus, quia cibus eius eſt.

8 ′Cadauer & raptũ nõ comedet, vt polluat ſeſe ĩ eo: ego Iehouáh.

9 ′Et cuſtodiant″cuſtodiã meam, ′& ne portent peccatum propter illud, & moriantur propter illud, ″quum polluerint illam: ego Iehouáh ſanctificans eos.

10 ″Omnis autem alienigena non comedet ſanctificationem: ″inquilinus ſacerdotis, ′& mercenarius nõ comedet ſanctificationẽ.

11 ′Quòd ſi ſacerdos emerit hominem emptione argenti ſui, ipſe comedet ex ea, & vernaculus eius: illi comedent″de cibo eius.

12 Filia autem ſacerdotis quũ fuerit viro ′alieno, ipſa de oblatione ſanctificationum non comedet.

13 Filia verò ſacerdotis quũ fuerit vidua, aut repudiata, & ſemen non fuerit ei, & reuerſa fuerit ad domum patris ſui, ″ſicut *in* pueritia ſua, de cibo patris ſui comedet. omnis autem alienigena non comedet ex eo.

14 Quòd ſi aliquis comederit ſanctificationẽ per imprudentiã, addet quintã partẽ eius ſuper ea, & dabit ſacerdoti cũ ſãctificatione.

15 Et non contaminabunt ſanctificationes filiorum Iשſraℵél″quas obtulerint Iehouæ:

16 ″Neque portare facient eos iniquitatem delicti, dum comederint″ſanctificationes eorum: ego enim Iehouáh ſanctificans eos.

Oblationes quales eſſe debeant.

17 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

18 Alloquere Aharón & filios eius, & omnes filios Iשſraℵél, & dicas illis, Quicũq; è domo Iשſraℵelis, & è peregrinis ĩ Iשſraℵele obtulerit oblationẽ ſuã″pro omnibus votis ſuis, & pro õnibus oblationibus ſpontaneis ſuis, quæ obtulerint Iehouæ in holocauſtũ:

19 ″Sponte veſtra *offeretis* immaculatum maſculum ex bobus, ex agnis, & ex capris.

20 Omne in quo fuerit macula, non offeretis: quia non″acceptabile erit pro vobis.

21 Vir autem quũ obtulerit ſacrificiũ pacificorũ Iehouæ, ′ad ſoluendũ votũ, vel ad volũtariè offerendũ, ex bobus, vel ex ouibus, immaculatum, erit acceptabile *Deo*, nullum vitium erit in eo.

22 Cæcum, aut fractum, vel conciſum *labijs*, ″aut verrucatũ, vel ſcabioſum, vel impetiginoſum, non offeretis iſta Iehouæ, neque oblationem ignitam dabitis ex his ſuper altare Iehouæ.

6 Immundus erit vſque ad veſperam, & nõ veſcetur iis quæ ſanctificata ſũt: ſed quum lauerit carnem ſuam aqua,

7 Et occubuerit ſol, tunc mũdatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt.

B

Exod. 22. d. 31
ezec. 44. g. 31

8 ¶Morticinum & captum à beſtia nõ comedent, nec polluentur in eis: ego ſum Dominus.

9 Cuſtodiãt præcepta mea, vt nõ ſubiaceant peccato, & moriantur in ſanctuario, quũ polluerint illud: ego Dominus qui ſanctifico eos.

10 Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis & mercenarius non veſcentur ex eis.

11 Quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis.

12 Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur.

13 Sin autẽ vidua, vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domũ patris ſui: ſicut puella cõſueuerat, aletur cibis patris ſui. omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatẽ.

14 Qui comederit de ſanctificatis per ignorãtiam, addet quintam partẽ cũ eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium.

15 Nec cõtaminabũt ſanctificata filiorum Iſrael quæ offerunt Domino.

C

16 Ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, quũ ſanctificata comederint: ego Dominus qui ſanctifico eos.

17 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

18 Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Iſrael, dicéſque ad eos, Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam vel vota ſoluẽs, vel ſponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtum Domini:

19 Vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris.

20 Si maculam habuerit, nõ offeretis, neque erit acceptabile.

Deut. 15. d. 20
eccli 35. b. 14

21 ¶Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tã de bobus quàm de ouib⁹, immaculatũ offeret, vt acceptabile ſit: õnis macula non erit ĩ eo.

22 Si cæcũ fuerit, ſi fractũ, ſi cicatricẽ habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem: nõ offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini.

6 Anima quæ, &c. נפש אשר וגו׳ .i. quicunque tetigerit quicquã ex ſuprà dictis. 7 Quum autem, &c. ובא השמש וגו׳ Ad verbũ, Et occumbet ſol. 8 Cadauer, נבלה Animal ſua ſponte mortuum intelligit, vt mox Raptum, quod à fera dilaniatum eſt.

9 Et cuſtodiant ושמרו Vt cuſtodiãt. refertur enim ad præcedentia, vt quidã volunt. Alii, Cuſtodiãt igitur. Cuſtodiã m. את־משמרתי .i. præcepta & leges meas, quas volo obſeruari. Ex doctioribus Hebræorũ alter intelligit Sanctuarium, ſiue templũ. Et ne portent, &c. ולא־ישאו וגו׳ Hebraiſmus, & ne dent pœnas propter tranſgreſſionem illorum. Quũ poll. illam: כי יחללוהו: ſub. cuſtodiã, ſiue obſeruationem. i. leges. Alii, quòd polluerint illa. 10 Omnis autem, &c. וכל־זר וגו׳ Nèmo autẽ alienigena comedet de cõſecratis. ſub. Deo. Alienigenã vocat qui nõ eſſet de genere ſacerdotali. Inquilinus תושב Significat eum cuius auricula ſubula perforata fuerit poſt donatã ſibi libertatem, & noluerit abire. Et mercenarius ושכיר qui ſcilicet exacto ſeptennio donabatur libertate, qui emptus fuerat incircunciſus.

11 Quòd ſi ſa. emerit וכוהן כי־יקנה נפש Ad verbũ, Et ſacerdos quũ emet animã. De cibo e. בלחמו: de eſca eius. i. de ſanctificatis.

12 Alieno, זר .i. qui non fuerit de genere ſacerdotali. 13 Sicut *in* pueritia ſ. כנעוריה .i. ſicut puella conſueuerat.

15 Quas obtulerint, &c. את אשר־ירימו Quidam ſubaudiunt coniunctionem, vertentes, & id quod obtulerint. eleuando ſcilicet.

16 Neque portare, &c. והשיאו וגו׳ Subaudienda fuit negatio ex præcedenti verſu. i. non efficient, aut non erunt in cauſa vt plebs peccet exẽplo eorum. q. d. non erunt ſcandalo plebi. Quidã Hebræorum exponunt, & non facient ſeipſos ferre iniquitatem ſuam. Sanctificationes eorum: את־קדשיהם .i. quæ ab illis Deo conſecrata ſunt. vel, EORVM refert Sacerdotum. hoc eſt, quæ ſacrata ſunt Deo, & ideo pertinent ad ſacerdotes. 18 Pro omnibus votis, &c. לכל־נדריהם וגו׳ Hebraiſmus, pro, ſiue vota ſua ſoluens, ſiue ſponte offerens.

19 Sponte ve. *off.* imma. לרצונכם תמים Vltro *offeretis* immaculatũ. Alii, In placationẽ *pro* vobis. Vel, acceptabilis erit *pro* vobis integer maſculus. Iſtud, In placationem pro vobis, perinde eſt acſi dicat, Siquis aliquid voluerit offerre in holocauſtum Domino quod ipſe velit eſſe acceptum & gratum [vel, vt placetur vobis Deus] offerat maſculum integrum & ſine vitio, &c. alioqui non erit gratum Deo holocauſtum.

20 Acceptabile e. pro vo. לרצון יהיה לכם: gratum erit *Deo* vobis. i. in gratiã veſtri. 21 Ad ſoluendum votum, &c. לפלא־נדר וגו׳ Ad verbum, ad ſeparandum votum, aut in oblationem ſpontaneam. 22 Aut verrucatum, או־יבלת aut verrucis conſpurcatum.

D Bouem & ouem aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes: votum autem ex iis ſolui non poteſt. 23

Omne animal quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis, ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. 24

De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata ſunt omnia, non ſuſcipietis ea. 25

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 26

Bos, ouis, & capra quũ genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. 27

Siue illa bos, ſiue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis. 28

Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actione Domino, vt poſſit eſſe placabilis, 29

Eodem die comedetis eam: non remanebit quicquam in mane alterius diei: ego Dominus. 30

Cuſtodite mandata mea, & facite ea: ego Dominus. 31

Ne polluatis nomen meũ ſanctum vt ſanctificer in medio filiorũ Iſrael: ego Dominus qui ſanctifico vos, 32

Et eduxi de terra AEgypti, vt eſſẽ vobis in Deum: ego Dominus. 33

Cap. XXIII.

Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1

Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. 2

Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia ſabbathi requies eſt, vocabitur ſanctus: omne opus nõ facietis in eo: ſabbathum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. 3

Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. 4

Exod.12.c.18
nume.18.c.16

Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt.

Et quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt: Septem diebus azyma comedetis. 6

Dies primus erit vobis celeberrimus ſanctúſq;: omne opus ſeruile nõ facietis in eo. 7

B Sed offeretis ſacrificiũ in igne Domino ſeptem diebus: dies autem ſeptimus erit celebrior & ſãctior: nullũq; ſeruile opus facietis. 8

Loquutuſq; eſt Dñs ad Moyſẽ, dicẽs, 9

Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Quum ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetẽ, feretis manipulos ſpicarũ primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. 10

---

23 Et bouem & pecus″ſuperfluum aut diminutum, pro oblatione voluntaria facies: at pro voto″non placebit.

24 ″Concuſſum & contuſum, ruptum & exciſum non offeretis Iehouæ, & in terra veſtra″non facietis.

25 De manu autem alienigenæ non offeretis″panem Dei veſtri ex omnibus iſtis, quia″corruptio eorum eſt in ipſis, macula eſt in eis: ″non accepta erunt *pro* vobis.

26 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

27 Bos, vel agnus, vel capra, quũ natus fuerit, erit ſeptẽ diebus ſub matre ſua: à die autem octauo & deinceps, ″erit gratum in oblationem ſacrificii igniti Iehouæ.

28 Bouẽ autẽ vel pecus, ″ipſum & filiũ eius nõ mactabitis die vna.

29 Quum verò ſacrificaueritis ſacrificium gratiarum actionis Iehouæ, ″ſponte veſtra ſacrificabitis.

30 Die ipſa comedetur, non relinquetis ex eo vſque mane: ego Iehouáh.

31 Obſeruate autem præcepta mea, & facite ea: ego Iehouáh.

32 Et ne polluatis nomen ſanctum meum, & ſanctificabor in medio filiorum Iשſraאél: ego Iehouáh ſanctificans vos,

33 Qui eduxi vos è terra AEgypti vt eſſem vobis in Deum: ego Iehouáh.

Cap. XXIII.

1 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Alloquere filios Iשſraאél, & dicas eis, Solennitates Iehouæ ″quas celebrabitis, ″celebritates ſanctæ, iſtæ ſunt ſolẽnitates meæ.

Solẽnitates, ſiue feſta Domini.

3 Sex diebus″fiet opus: die autem ſeptimo ″ſabbathũ quietis eſt, ″celebritas ſancta: nullum opus facietis: ſabbathum eſt Iehouæ″in cunctis habitationibus veſtris.

Sabbathum.

4 Iſtæ ſunt ſolennitates Iehouæ, celebritates ſanctæ, quas celebrabitis tempore ſuo.

Menſe primo, decimoquarto *die eiuſdem* menſis, inter duas veſperas *erit*″Péסſaחh Iehouæ.

Phaſe.

6 Quintodecimo autẽ die menſis huius, ſolennitas *erit* infermentatorum Iehouæ: ſeptem diebus infermentata comedetis.

7 Die primo″cõuocatio ſãcta erit vobis: nullũ op⁹″ſeruile facietis.

8 Offeretis autẽ oblationẽ ignitã Iehouæ ſeptẽ diebus: die ſeptimo erit conuocatio ſancta: nullum opus ſeruile facietis.

9 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

10 Alloquere Iשſraאelem, & dic eis, Quũ ingreſſi fueritis terrã quã ego″do vobis, & meſſueritis meſſem eius, tũc offeretis″עomer primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem.

Primitiæ ſpicarum offerendæ Domino poſtero die Paſchæ.

---

23 Superfluum, aut di. שרוע וקלוט auctũ, aut contractũ. i. habens coxã aut pedem nimis protractum & excreſcentẽ: aut contractũ habẽs pedem. Vide ſuprà, 21.c.18. Non placebit. לא ירצה: non erit acceptum. ſub. Deo. 24 Concuſſum & cont. ומעוך וכתות Referuntur hæc ad teſticulos. Non facietis. לא תעשו: .i. nõ ſacrificabitis. 25 Panem Dei v. את לחם אלהיכם eſcam Deo veſtro. i. ſacrificiũ. Corruptio e. in ipſis, משחתם בהם Hebraiſmus, hæc vitioſa ſunt & corrupta. Mox ſequẽtibus ſeipſum exponit. Non accepta erũt, &c. לא ירצו לכם: .i. non erunt grata Deo pro vobis. i. in gratiam veſtri. 27 Erit gratum in oblat. ירצה לקרבן .i. offerri poterit. 28 Ipſum & filium e. אותו ואת־בנו .i. non licebit vobis eodem die interficere matrẽ vel patrẽ & fœtũ eius. 29 Spõte v. לרצנכם vltronei. Ad verbũ, in volũtate veſtra. Vide paulo antè verſu 19.

IN CAPVT XXIII.

2 Quas celeb. אשר־תקראו אותם Ad verbum, quas vocabitis ipſas. Celebritates ſan. מקראי קודש conuocationes ſanctæ. Vide paulo pòſt verſu 7. Per appoſitionẽ dictũ. q. d. Hæ ſunt feriæ quas celebrabitis in honorẽ meum. Quidam vertunt, Solennitates Iehouæ quas vocabitis cõuocationes ſanctas. Conuocationes ſanctæ dicebantur, quòd tum vniuerſus populus ad cultum & honorem Dei ſolenniter conuocaretur & congregaretur. Conuocabatur autem tum populus à ſacerdotibus & Leuitis voce tubarum in hunc vſum inſtitutarum. 3 Fiet תעשה ſub. à vobis. Sabbathum quiet. שבת שבתון Ad verbũ, ſabbath ſabbathon. i. ceſſatio quietis, ſiue quieta. i. ceſſabitis prorſus. Celebritas ſancta: מקרא־קודש cõuocatio ſancta. per appoſitionem dictũ, vt præcedenti verſu. In cunctis ha. ve.: בכל מושבותיכם .i. vbicunque locorũ habitaueritis, abſtinebitis ab operibus in honorẽ Domini. 5 Péסſaחh Ieh. פסח ליהוה: .i. celebrabitis Paſcha, ſiue immolabitis agnum paſchalem in honorem Iehouæ. De Peſah, ſiue Paſcha, eius inſtitutione, & duabus veſperis, vide Exod. 12.b.6 & 11. 7 Cõuocatio ſancta erit v. מקרא־קודש יהיה לכם celebritas ſancta erit vobis. i. erit vobis dies celeberrimus. Seipſum declarat ſequẽtibus quũ dicit, nullũ opus facietis in eo. Vide Exod. 12.c.16. Seruile עבודה Ad verbũ, ſeruitutis. 10 Do נותן Præſ. Heb. pro fut. daturus ſum. עOmer את־עומר De hac menſura vide Exod. 16.g.36. Ita Hebræi hoc loco accipiũt omer, vt vertit noſter interpres, pro mẽſura illa granorum quæ è nouis ſpicis excutiebantur. Verùm quoniã omer manipulum etiã ſignificat, vt Deut. 24.d.19, Quum meſſueris meſſem tuã in agro tuo, & oblitus fueris עומר .i. manipuli tui in agro, nõ reuertaris vt capias illũ: docti quidã malũt etiã hoc loco accipi pro faſciculo: vertentes, afferetis faſciculum [manipulum, ſub. ſpicarum] primitias meſſis veſtræ. per appoſitionem dictum.

11 Qui offeret yómer coram Iehoua, ′vt ſit acceptũ pro vobis: ″in craſtino ſabbathi′ offeret illud ſacerdos.

12 Facietíſque die quo offeretis yómer, agnum perfectum anniculum, in holocauſtum Iehouæ:

13 ′Et minחhã eius, duas decimas ſimilæ′ pmiſtæ oleo, oblationẽ ignitã Iehouæ, in odorẽ″ quietis: & libamẽ eiꝰ vini quartã partẽ hin.

14 Panem verò, & polentam, ″ & ſpicam plenam non comedetis ′vſque ad hunc ipſum diem, donec obtuleritis oblationem Dei veſtri: ſtatutum perpetuũ *erit uobis*″ in generationibus veſtris, in cunctis habitaculis veſtris.

15 Numerabitis autem vobis *dies* ′ à poſtero *die* ſabbathi, ″à die qua obtuleritis yomer eleuationis, ſeptem hebdomades plenæ erunt.

Pentecoſte, ſeu dies feſtus hebdomadum.

16 Vſque ad poſterum *diem* ſabbathi ſeptimi numerabitis quinquaginta dies, & offeretis minחham nouam Iehouæ.

17 Ex habitaculis veſtris offeretis panem oblationis: duæ ex duabꝰ decimis ſimilæ erunt: *cum* fermento coquentur primitiæ Iehouæ.

Panes primitiarum.

18 Offeretíſq; cum pane *illo* ſeptem agnos perfectos anniculos, & iuuencum filium bouis vnum, & arietes duos, erũt holocauſtum Iehouæ: & minחha eorum, libamináque eorũ, oblatio ignita *erit* odoris quietis Iehouæ.

19 Facietis quoque hircum caprarum vnum pro peccato, & duos agnos anniculos in ſacrificium pacificorum.

20 Offerétque ſacerdos illa vltra panem primitiarũ, eleuationem coram Iehoua cũ duobus agnis: ′ſanctitas erũt Iehouæ ſacerdoti.

21 Et celebrabitis hoc ipſo die *celebritatem*: ′conuocatio ſancta erit vobis: nullum opus ſeruile facietis. ſtatutum perpetuum erit in cũctis habitaculis veſtris, in generationibus veſtris.

Meſſis.

22 ′Et quum metetis meſſem regionis veſtræ, nõ finies metere angulum agri tui, nec collectionem meſſis tuæ colliges: pauperi & peregrino relinques eam: ego Iehouáh Deus veſter.

23 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Feſtum tubarũ.

24 Alloquere filios Iשſraאél, dicendo, Mẽſe ſeptimo, ″primo *die* eiuſdẽ erit vobis′ ſabbathũ″ monimentũ clãgoris, cõuocatio ſancta.

25 Nullũ opꝰ ſeruile facietis, & offeretis oblationẽ ignitã Iehouæ.

26 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Dies expiationis.

27 Verũtamẽ in decimo mẽſis huius ſeptimi, dies expiationũ erit:

11 Qui eleuabit faſciculum corã Domino, vt acceptabilis ſit pro vobis, altero die Sabbathi & ſãctificabit illũ.

12 Atque in eodẽ die quo manipulus cõſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtũ Domini.

13 Et libamenta offerentur cũ eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incẽſum Domini odorẽmque ſuauiſſimũ: liba quoque vini, quarta pars hin.

14 Panem, & polentam, & pultes nõ comedetis ex ſegete, vſque ad diẽ qua offeratis ex ea Deo veſtro. præceptũ eſt ſempiternum in generationibus, cunctiſque habitaculis veſtris.

C

15 |Numerabitis ergo ab altero die ſabbathi in quo obtuliſtis manipulũ primitiarũ, ſeptem hebdomadas plenas,

Deut.16.b.9

16 Vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificium nouum Domino.

17 Ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermẽtatæ, quos coquetis in primitias Domini.

18 Offeretiſque cũ panibus, ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnũ, & arietes duos, & erunt in holocauſtum cum libamẽtis ſuis, in odorẽ ſuauiſſimũ Domino.

19 Facietis & hircũ pro peccato, duóſque agnos anniculos hoſtias pacificorum.

20 Quûmque eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum corã Domino, cedent in vſum eius.

D

21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimũ: omne opus ſeruile non facietis in eo. legitimum ſempiternum erit iu cunctis habitaculis, & generationibus veſtris.

22 |Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſque ad ſolum: |nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas: ego ſum Dominus Deus veſter.

Suprà 19.b.9

Deut.24.d.19

23 Loquutúſq; eſt Dñs ad Moyſẽ, dicẽs,

24 Loquere filiis Iſrael, |Menſe ſeptimo, prima die menſis erit vobis ſabbathum, memoriale, clãgentibus tubis, & vocabitur ſanctum.

Nume.29.a.1.

25 Omne opꝰ ſeruile nõ facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

E

26 Loquutúſq; eſt Dñs ad Moyſẽ, dicẽs,

27 |Decimo die menſis huius ſeptimi dies expiationum erit celeberri-

Suprà 16.g.30

nume.29.a.7

---

11 Vt ſit accep. pro vo. לרצונכם pro לרצון לכם poſitũ eſt. In craſtino ſab. ממחרת השבת Hîc מ pro ב poſitũ.i.poſtero die. Offeret יניפנו eleuãdo ſcilicet & agitãdo. 13 Et minחhã,&c. ומנחתו Et minha eius *erit* duæ decimæ.i.ex duabus decimis. Permiſtæ ol. בלולה בשמן verſatæ in oleo. conſperſæ oleo. Quietis: ניחוח .i.ſuauiſſimũ & gratiſſimũ Domino. 14 Et ſpicã ple. וכרמל & ſpicã tenerã. Alii, ſpicã toſtã. Magni nominis apud Hebræos vir dicit farinã eſſe factam è ſpicis plenis, aut teneris ac virentibus, quã ſiccant in furno. Vſque ad hunc,&c. עד־עצם היום הזה .i.antequam id feceritis. Seipſum mox declarat, quum ait, donec obtuleritis,&c. In generationibus ve.&c. לדורותיכם .i.quocunque tẽpore vixeritis, & vbicunque vixeritis. 15 A poſtero *die* ſab. ממחרת השבת Poſt Paſcha deſcribitur feſtũ Pẽtecoſtes. πεντηκοστὴ quinquageſimã ſignificat. De eo quod hic dicit, numerãdã eſſe Pẽtecoſten ab altero ſeu poſtero die, aut craſtino ſabbathi, nõ cõuenit inter interpretes, à quo die feſti Paſchæ incipienda ſit numeratio quinquageſimi diei. Alii enim per ſabbathũ intelligunt primũ diem Paſchæ. itaque numerant Pentecoſten ab altero die Paſchæ. Alii per ſabbathũ intelligunt totum feſtũ Paſchæ, hoc eſt omnes ſeptem dies. Quare numerãt Pentecoſten ab octauo die Paſchæ, quem putant vocari alterũ ſeu craſtinũ ſabbathi. Attamen de his ſentiat quiſque quod volet: Ioſephus perſpicuè dicit Pentecoſten numerari à ſecunda die Azymorũ, quæ eſt decimaſexta dies primi mẽſis, hoc eſt altera Paſchæ. Ad celebrandã igitur Pẽtecoſten, primũ omniũ neceſſe erat vt altera die Paſchæ offerretur Domino omer,&c.

20 Sanctitas e. Iehouæ ſacerd. קודש יהיו ליהוה לכוהן .i.omnia iſta cõſecrabũtur Domino, & cedent ſacerdoti, ſiue ſacerdos his veſcetur.

21 Cõuocatio ſan. e. מקרא־קודש Vide paulo antè, verſu 2 & 7. 22 Et quũ metetis,&c. ובקוצרכם וגו' Vide eadẽ ſuprà cap.19.b.9.

24 Primo *die* eiuſd. באחד לחודש Ad verbũ, in vna menſis. Antecedens pro relatiuo: & Vnus pro Primo. Sabbathũ שבתון requies. ceſſatio. Monimentũ clang. זכרון תרועה memoriale clangoris tubarũ. Per appoſitionẽ dictum. De hoc feſto vide Nume.29.a.1. Hebræi interpretes ſentiunt hoc feſtũ inſtitutum eſſe in memoriã liberationis Iſaac ab immolatione, vnde & eo die canunt cornu arietino: quòd aries pro Iſaac demõſtratus & immolatus ſit. Sed Scriptura nõ addit hãc cauſam, nec veriſimile eſt Spiritũ ſanctum propter vnius hominis liberationẽ, publicum feſtũ inſtituiſſe: niſi fortè hoc feſto voluerit cõmendare promiſſionẽ de Chriſto tunc repetitã, & iuramento cõfirmatam, quũ Dominus inquit, Per memetipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & nõ peperciſti vnigenito filio tuo, benedicentur in ſemine tuo omnes Gẽtes terræ. Exiſtimandum igitur Spiritum ſanctum longè alio conſilio inſtituiſſe hunc feſtum diem. In hoc enim ſeptimo menſe plures ſunt feſti dies quàm in vllo alio menſe, ac totus propemodum mẽſis feſtus eſt, adeóque tempus admodum idoneum eſt ad celebranda feſta, quippe quòd tunc omnes fruges terræ, non tantùm frum ta, ſed & poma & vina, & alia fructuum genera de agris collecta fuerint. Adhæc ab hoc menſe inchoatur numeratio ſeptimi anni, qui eſt annus ſabbathi: inchoatur etiam ab eo numeratio iubilei, de quo poſtea cap.25.b.8. Quare quũ multũ in huius mẽſis obſeruatione ſitũ ſit, voluit Spiritus ſanctus primũ eius diẽ, feſto otio, clãgore & ſacrificiis inſignẽ facere, vt ex initio, menſis ipſe notabilior fieret. Vnde & hic dies vocatur monimentum clangoris, quòd Iſraelitæ in eo die excitarentur clangore tubæ, ſeu cornu arietino ad obſeruãdum hunc menſem præ aliis propter feſta quæ in eo peragerentur, & propter numerationem anni ſeptimi ac iubilei, quæ ex ipſo inchoatur.

mus, & vocabitur ſanctus: affligetiſque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

28 Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter.

29 Omnis anima quæ afflicta nõ fuerit die hac, peribit de populis ſuis:

30 Et quæ operis quidpiam fecerit, delebo eam de populo ſuo.

31 Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternũ erit vobis in cũctis generationibus & habitationibus veſtris.

32 Sabbathum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono mẽſis: à veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra.

33 Et loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

F 34 Loquere filiis Iſrael, A quinto decimo die mẽſis huius ſeptimi, ‖erũt ferię tabernaculorũ ſeptẽ dieb⁹ Domino.

iohan.7.f.37

35 Dies primus vocabitur celeberrimus atque ſanctiſſimus: omne opus ſeruile non facietis in eo.

36 Et ſeptẽ diebus offeretis holocauſta Domino: dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtũ Domino: eſt enim cœtus atque collectæ: omne opus ſeruile non facietis in eo.

37 Hæ ſũt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atq; ſanctiſſimas, offeretiſq; in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta iuxta ritum vniuſcuiuſque diei:

38 Exceptis ſabbathis Domini, doniſq; veſtris, & quæ offertis ex voto, vel quæ ſponte tribuitis Domino.

G 39 A quintodecimo ergo die mẽſis ſeptimi, quando cõgregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Dñi ſeptẽ diebus: die primo & die octauo erit ſabbathum, id eſt requies.

40 Sumetiſq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpathuláſq; palmarũ, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro.

41 Celebrabitiſque ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum: legitimũ ſempiternum erit in generationibus veſtris: menſe ſeptimo feſta celebrabitis.

42 Et habitabitis in vmbraculis, ſeptẽ diebus: omnis qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis.

ʹconuocatio ſancta erit vobis:ʹaffligetíſque animas veſtras, & offeretis oblationem ignitam Iehouæ.

28 Nullum opus facietis hoc ipſo die: quiaʹdies expiationum eſt, ʹad expiandum vos coram Iehoua Deo veſtro.

29 Omnis enim anima quæ non fuerit afflicta eo ipſo die, excidetur è populis ſuis.

30 Et quiſquis fecerit quodcunque opus eo ipſo die, perdam animam illam è medio populi ſui.

31 ʹNullum opus facietis: ſtatutum perpetuum eritʹin generationibus veſtris in cunctis habitationibus veſtris.

32 ʹSabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras: nona menſis, in veſpera:ʺà veſpera vſque ad veſperamʺquieſcetis *in* ſabbatho veſtro.

33 Loquutus eſt & Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

34 Alloquere filios Iשſraאél, dicendo, Decimoquinto die menſis ſeptimiʹhuius, ʺſolẽnitas tabernaculorũ erit ſeptẽ diebus Iehouæ.

Feſtum tabernaculorum.

35 Die primo eritʹcõuocatio ſancta: nullum opus ſeruile facietis.

36 Septem diebus offeretisʹoblationem ignitam Iehouæ: die octauo conuocatio ſancta erit vobis, & offeretis oblationem ignitã Iehouæ:ʺſolennitas eſt: nullum opus ſeruile facietis.

37 Iſtæ ſunt feſtiuitates Iehouæ quas celebrabitis, conuocationes ſanctæ, vt offeratis *in eis* oblationem ignitam Iehouæ, holocauſtũ, & minhham, ſacrificium, & libaminaʹſuo quodque die:

38 Præter ſabbatha Iehouæ, & præter dona veſtra, prætérque omnia vota veſtra, & præter omnes ſpontaneas oblationes veſtras quas dabitis Iehouæ.

39 Veruntamen decimoquinto die menſis ſeptimi, quando cõgregaueritis fructũ terræ, celebrabitis celebritatem Iehouæ ſeptem diebus: die primo *erit*ʺſabbathũ, die quoque octauo *erit* ſabbathũ.

40 Sumetíſque vobis die primo fructumʺarboris decoris, *&*ʺramos palmarum, & ramos arborisʺdenſarum frondium, & ſalices torrentis, & lætabimini coram Iehoua Deo veſtro ſeptem diebus.

41 Celebrabitis inquam iſtã celebritatem Iehouæ ſeptem diebus quot annis: ſtatutum perpetuum erit in generationibus veſtris, menſe ſeptimo celebrabitis illam.

42 In tabernaculis habitabitis ſeptem diebus: omnis indigena in Iשſraאele habitabunt in tabernaculis:

27 Conuocatio ſancta erit v. מקרא־קודש יהיה לכם celebritas ſancta erit vobis.i.ille dies erit celeberrimus vobis. Affligetiſque,&c. ועניתם וגו' Hic affligere animas pro Ieiunare poſitũ eſt more Hebraico. 28 Dies expiationũ,&c. יום כפורים הוא וגו' Dies expiationũ eſt ad rogãdũ pro vobis Iehouã Deũ veſtrũ. Alii, dies placationũ eſt ad placãdũ Iehouã Deũ veſtrũ. Cæremoniæ huius feſti inſtitutæ fuerũt nõ vt propter ipſas peccata in iudicio Dei expiarẽtur, ſed vt eſſet tantũ ciuilis expiatio corã externa cõgregatione populi Dei, & pædagogia, ſeu ludus, vt ita dicã, puerilis (fuerunt enim Iſraelitæ eo tẽpore, pueri ſub elemẽtis mũdi) quo pii admonerentur de vera expiatione per Chriſtum ventura. 31 Nullum opus fac. כל־מלאכה לא תעשו ſub. ſeruile eo ipſo die. In generat. veſt.&c. לדרותיכם וגו' Hebraiſmus, quocũque tempore vixeritis, & vbicũque habitaueritis. 32 Sabbathum quietis שבת שבתון Ceſſatio requietionis. ceſſationis.i. quieta. hoc eſt, ceſſabitis ab omni opere. A veſpera vſ. ad veſp. מערב עד־ערב q.d. exacta nona die, appetente nocte, quæ erat initium decimi. Quieſcetis,&c. תשבתו שבתכם: Ad verbum, ſabbathizabitis ſabbathum veſtrum.i. ceſſabitis ab omni opere.

34 Huius הזה .i. antecedẽtis. Solẽnitas tab. חג הסוכות Cauſa inſtitutionis hui⁹ feſti paulo pòſt exponitur, verſu 43, vbi dicitur, Vt ſciãt generationes veſtræ quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, quũ eduxi eos de terra AEgypti. Sed nõ ſimpliciter volebat Domin⁹ hæc recordari filios Iſrael, ſed vt principio admonerẽtur de miſerrima & calamitoſa vita quã maiores eorũ in deſerto duxerãt, in quo errarũt exules, ſine domo, ſine agro, & inter gẽtes inimiciſſimas. Deinde vt reuocarẽtur animi illorũ ad memoriã miraculorũ quib⁹ Dominus cõſeruauerat eos, & tradiderat eis terrã Chanaã. Poſtremò vt cõferrẽt præſentẽ fœlicitatẽ cũ præterita miſeria: videlicet ꝙ tũc errarint exules in deſerto, nũc autẽ poſſideãt tot regna in terra Chanaan. quòd tũc nec domos nec agros poſſederint, ſed neceſſe habuerint in tuguriis habitare, eáque ſubinde mutare: nunc autẽ poſſideant nõ domos tantũ, ſed magnificas ædes, adeóque clariſſimas & munitiſſimas vrbes. quódque tũc omnibus finitimis nationibus prædæ ac direptioni fuerint: nunc autẽ omnibus ſint formidabiles. Hebræi ſentiũt hoc feſtũ tabernaculorum eam ob cauſam maximè inſtitutum fuiſſe, vt admonerentur Diuinæ protectionis ipſis per nubem exhibitæ, ſub qua, tanquã ſub vmbra, tuti proficiſcebantur, & quæ dux itineris erat. Et huic ſententiæ aſtipulatur Chaldæus paraph. qui ſic vertit, Vt ſciãt poſteri veſtri quòd in vmbraculo nubiũ ſedere [ſiue habitare] fecerim filios Iſrael. Huius feſtiuitatis fit etiã mentio apud Iohannem, 7.a.2, quam vocat ſcenopegiam.

35 Cõuocatio מקרא celebritas. 36 Oblationẽ ig. אשה Vide Exod.29.c.18. Solennitas eſt: עצרת הוא: feſtũ eſt. ſic dicitur Hebraicè, quòd prohiberetur populo aliquid operis in eo facere. 37 Suo quodq; die: דבר־יום ביומו: Ad verbũ, rẽ diei in die ſuo.i. ſecundũ ritũ cuiuſq; diei. Huius Hebraiſmi varius eſt vſus, vt vides ex hoc loco, & Exod.5.c.13.d.19, & 16.a.4. 39 Sabbathũ, שבתון quies. ceſſatio .i. vacatio ab omni opere. 40 Arboris dec. עץ הדר .i. arboris pulcherrimæ. Ramos כפות Hebræi dicunt ſignificare frondes palmarũ, quãdo folia adhuc in ſurculo deliteſcũt, & ſurculus ipſe ſceptri præ ſe fert formã. Dẽſarũ fr. עבות Ad verbũ, denſæ, vel perplexæ.

Vt ſciant ″generationes veſtræ quòd in tabernaculis habitare feci filios Iשſraאél, quando eduxi eos è terra AEgypti: ego Iehouáh Deus veſter. 43

Loquutus eſt igitur Moשſéh de ſolénitatibus Iehouæ ad filios Iשſraאél. 44

Cap. XXIIII.

Compoſitio lucernarum.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iשſraאél vt afferant tibi oleum oliuæ purum, ″contuſum pro luminari, ad accendendas ″lucernas ſemper.

3 ″Extra velum teſtimonii in tabernaculo eccleſiæ diſponet ″eas Aharón à veſpera vſque mane coram Iehoua ſemper: ″ſtatutũ perpetuum *erit* in generationibus veſtris.

4 Super cãdelabrũ mundũ diſponet lucernas corã Iehoua ſẽper.

Duodecim panes propoſitionis.

5 Accipiéſque ſimilam, ″& coques ex ea duodecim placẽtas: duarum decimarum erit vnaquæque placenta.

6 Et pones ″eas in duobus ordinibus: ſex *erunt* ordines ſuper menſam mundam coram Iehoua.

7 Pones quoque ″ſuper *utrunque* ordinem thus purum, eritque ″pani in odorem ″& incenſum Iehouæ.

8 ″Per ſingula ſabbatha ″ordinabit illos *panes* coram Iehoua ſemper, ″à filiis Iשſraאél fœdere ſempiterno.

9 ″Et erit Aharonis & filiorum eius, qui comedent eum in loco ſancto: quia ſanctitas ſanctitatum eſt ei ″de oblationibus ignitis Iehouæ ſtatuto perpetuo.

Blaſphemus lapidatur.

10 Egreſſus eſt autem filius mulieris Iſraelitidis, qui erat filius viri AEgyptii, in medio filiorum Iשſraאél: & iurgati ſunt in caſtris ipſis filius Iſraelitidis & vir Iſraelita.

11 ″Et expreſſit filius mulieris Iſraelitidis nomẽ, & maledixit: adduxerúntq; eum ad Moשſéh: nomen autem matris eius erat שSelomíth filia Dibri, de tribu Dan.

12 Et poſuerũt eum in cuſtodiam, ″vt exponeret eis iuxta ſermonem Iehouæ.

13 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

14 Educ ″blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierũt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum vniuerſus cœtus.

43 Vt diſcant poſteri veſtri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, quum educerem eos de terra AEgypti: ego Dominus Deus veſter.

44 Loquutúſque eſt Moyſes ſuper ſolennitatibus Domini ad filios Iſrael.

Cap. XXIIII.

1 ET loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Præcipe filiis Iſrael vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimũ ac lucidũ, ad concinnãdas lucernas iugiter,

3 Extra velum teſtimonii in tabernaculo fœderis. ponétque eas Aaron à veſpere vſque in mane coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus veſtris.

4 Super cãdelabrum mundiſſimũ ponẽtur ſemper in conſpectu Domini.

5 Accipies quoque ſimilã, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas:

6 Quorum ſenos altrinſecus ſuper mẽſam puriſſimam coram Domino ſtatues. B

7 Et pones ſuper eos thus lucidiſſimum, vt ſit panis in monimentũ oblationis Domino.

8 Per ſingula ſabbatha mutabuntur coram Domino, ſuſcepti à filiis Iſrael fœdere ſempiterno.

9 Erúntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco Sãcto: quia ſanctum ſanctorum eſt de ſacrificiis Domini iure perpetuo.

Exod. 29. e. 33
ſuprà 8. f. 31
matth. 12. a. 4

10 Ecce autem egreſſus filius mulieris Iſraelitidis, quem pepererat de viro AEgyptio inter filios Iſrael, iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelite.

11 Quûmque blaſphemaſſet nomẽ Domini, & maledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen. (vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.

12 Miſerúntque eum in carcerem, donec noſſent quid iuberet Dominus. C

13 Qui loquutus eſt ad Moyſen, dicẽs,

14 Educ blaſpemũ extra caſtra, & ponant omnes qui audierũt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus.

43 Generationes veſtræ דורותיכם Id eſt homines veſtri ſeculi.

IN CAPVT XXIIII.

1 Cõtuſum כתית .i. ex oliuis contuſis expreſſũ. Lucernas ſemper. נר תמיד: Singul. Heb. pro plur. i. ordinem lucernarum ſingulis noctibus. paulo infrà, verſu 4, plurali הנרות vtitur. 3 Extrà, &c. מחוץ וגו' Citra velum teſtimonii. i. quod diſcernebat partem illam interiorem in qua erant tabulæ, & citeriorem partem tabernaculi. Eas אותו Singul. Heb. pro plur. eam, nempe lucernam. tametſi relatiuum אותו ſit maſculeum, E V M, nempe ordinem lucernarum. Statutum perp. חוקת עולם cultu ſempiterno. ritu perpetuo.

5 Et coques, &c. ואפית וגו' Ad verbum, & coques eam *in* duodecim placentis. pro, ex ea facies duodecim placentas quas coques.

6 Eas אותם Aut. ם pro ן poſitum eſt, vt referat placentas: aut refert panes. i. ſinguli ordines conſtabunt ſenis placentis.

7 Super ordinem על־המערכת .i. ſuper vtrunque ordinem placentarum. Pani ללחם pro pane. vice panis. i. vice panis cremabitur in odorem ſuauitatis coram Iehoua. non enim poterat adoleri panis. Super panes erat thus per totam hebdomadem: die ſabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur. *Et* incenſum אשה *&* oblationem ignitam.

8 Per ſingula ſabb. ביום השבת ביום השבת Ad verbũ, In die ſabbathi, in die ſabbathi. Sic ſolent Hebræi diſtibutiua nomina exprimere geminatione earundem dictionum. Ordinabit illos יערכנו Ad verbum, ordinabit [diſponet] illum, nempe panem. Singul. pro plur. A filiis Iſr. &c. מאת בני ישראל וגו' ſub. acceptum. i. quos ſacerdos acceperit à filiis Iſrael fœdere, ſiue pacto, ſemper obſeruando.

9 Et erit והיתה ſub. panis ille. De oblationibus ignitis מאשי dẽ incenſis. i. res ſacroſancta eſt de his quæ incenduntur Domino. ideóque eius eſus ipſi Aaroni ſoli & filiis eius permittitur.

11 Et expreſſit ויקוב ſuis ſcilicet literis nomen יהוה. L X X rectè tranſtulerunt, καὶ ἐπονομάσας diſertè nominauit, ſeu explicuit. Iudæi ſentiunt, filium iſtum Iſraelitidis ex adulterio conceptum ex eo AEgyptio quem Moſes occidit: quam fabulam magni nominis apud Hebræos vir refert, atque etiam Lyra. Et addunt etiam cauſam iurgii fuiſſe collocationem caſtrorum. Verùm hæc valeãt ſomnia. Moſes dicit iſtũ expreſſiſſe nomen, nempe יהוה, quod licet non ponatur, ſubaudiendum tamen, vt apparet ex infrà ſcripto verſu 16. Dicunt enim Hebræi Deum ſimpliciter השם Nomen dici, omiſſo יהוה, aut אל, ob ſummam reuerentiam: dicunt inquam iſtum non iuxta vulgarem conſuetudinem, ארני Adonai, ſed iuxta literas ſuas יהוה Iehouáh enuntiaſſe: quod eſt apud Iudæos nefandum. Simplicior magis videtur quorundam doctiſſimorum virorum interpretatio, qui dicunt quòd filius viri AEgyptii malè precatus ſit alteri in iurgio, vt fieri ſolet in contentionibus & iurgiis, & exoptauerit ei exitium aut calamitatem, idque non ſimpliciter, ſed per nomen Dei. Non dixit tantùm, Exopto tibi malum: ſed addidit, ac diſertè nominauit Deum, aut nomen Iehouæ, Iehouáh, inquiens, det tibi malum, & perdat te perpetuó. Sic autem per nomen Dei malè precari, eſt nomine Dei abuti, & ipſum profanare: eſt quoque blaſphemia aduerſus priorem tabulam.

12 Vt exponeret, &c. לפרוש וגו' .i. tantiſper dum Moſes declararet quidnam de eo faciendum eſſet, reuelante Domino.

14 Blaſphemum את־המקלל Significat maledicum & contemptorem: hìc verò conuitiatorem in Deum, & iniurium.

15 Et ad filios Iſrael loquêris, Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum:

16 Et qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, ille ciuis ſiue peregrinꝰ fuerit. qui blaſphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur.

Exod.21.b.12 — 17 |Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur.

D — 18 Qui percuſſerit animal, reddat vicarium, id eſt animam pro anima.

19 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum: |ſicut fecit, ſic fiet ei. — Matth.5.f.24

Exod.21.e.24 Deut.19.d.21 — 20 Fracturam pro fractura, |oculũ pro oculo, dentẽ pro dente reſtituet. qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur.

21 Qui percuſſerit iumentum, reddat aliud: qui percuſſerit hominem, punietur.

22 AEquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Dominus Deus veſter.

23 Loquutúſque eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerũt eũ qui blaſphemauerat, extra caſtra, ac lapidibꝰ oppreſſerũt: fecerúntq; filii Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Cap. XXV.

1 LOquutúſque eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai, dicens,

2 Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Quando ingreſſi fueritis terram quã ego dabo vobis, |ſabbathizet ſabbathum Domino. — Exod.23.b.10

3 Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligéſque fructus eius.

4 Septimo anno ſabbathum erit terræ requietionis Domini: agrum non ſeres, & vineam non putabis.

5 Quæ ſponte gignit humus, nõ metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges, quaſi vindemiã. annus enim requietionis terræ eſt.

6 Sed erũt vobis in cibũ, tibi & ſeruo tuo, ancillæ tuæ & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te.

7 Iumentis tuis & pecoribus omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum.

8 Numerabis quoque tibi ſeptẽ hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta nouem. — B

15 Ad filios autem Iϖſraℵél loquaris, dicendo, Quicunque maledixerit Deo ſuo, ″portabit iniquitatem ſuam.

16 Et qui expreſſerit nomen Iehouæ, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum vniuerſus cœtus: tam peregrinus, quàm indigena, quum expreſſerit nomen, moriatur.

17 Et vir quum percuſſerit ʹquamlibet animam hominis, moriendo moriatur. — Pœna talionis.

18 Qui verò percuſſerit ʹanimam animalis, reſtituet illud, ʹanimã pro anima.

19 Vir autem qui dederit ʹmaculam in proximum ſuum, ſecundũ quod fecit, ſic fiat ei.

20 ʹFracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente, ʹſicut dederit maculam in homine, ſic dabitur in eo.

21 Qui percuſſerit animal, reddet illud: qui verò percuſſerit hominem, moriatur.

22 ″Iudicium vnum erit vobis, ſicut peregrinus, ſic & indigena erit: quia ego Iehouáh Deus veſter. — AEquum iudicium.

23 Loquutꝰ eſt autẽ Moϖſéh ad filios Iϖſraℵél, & eduxerũt blaſphemũ extra caſtra, lapidauerúntq; eũ lapidibꝰ: atq; *ita* filii Iϖſraℵél fecerũt ſecundũ quod præceperat Iehouáh Moϖſéh. Cap. XXV.

בהר — Sabbathum terræ anno ſeptimo.

1 LOquutus eſt autẽ Iehouáh ad Moϖſéh ″in mõte ᴅSinái, dicẽdo,

2 Alloquere filios Iϖſraℵél, & dic eis, Quũ ingreſſi fueritis terram quã ego ″do vobis, ″tũc ſabbathizabit terra ſabbathũ Iehouæ.

3 Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligéſque ʹfructus eius.

4 Anno autem ſeptimo ſabbathũ requietionis erit terræ, ″ſabbathum Iehouæ: agrum tuum non ſeres, & vineam tuã non putabis.

5 ″Quæ ſua ſponte naſcũtur *in* meſſe tua, nõ metes, & vuas ʹſeparationis tuæ non vindemiabis: ″annus requietionis erit terræ.

6 Erit autem ″ſabbathum terræ vobis in cibũ, tibi, & ſeruo tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & aduenæ |tuo, qui habitãt apud te:

7 Et animali tuo, & beſtiæ quæ fuerit in terra tua, erit *inquam* omnis ʹfructus eius in cibum.

8 Numerabis autem tibi ſeptem ″ſabbatha annorũ, *id eſt* ſeptẽ annos ſeptem vicibus: ″qui quidem dies ſeptem ſabbathorum annorum, efficient tibi quadraginta nouem annos. — Iubileus annus. Hebdomades annorum.

15 Portabit, &c. ʹונשא וגו ferat peccatum ſuum. i. multetur. Ad verbum, Vir vir quum blaſphemauerit, portabit iniquitatem ſuam.

17 Quamlibet ani. ho. כל־נפש אדם quencunque hominem. id eſt hominem cuiuſcunque ordinis occiderit. Iſtud generaliter hîc conſtituitur: circunſtantiæ verò leguntur Exod.21.b.12, & Deut.19.a.4.

18 Animam animalis, נפש־בהמה Hebraiſmus, pro, quicunque occiderit aliquod animal, reddet eiuſdem ſpeciei animal, aut illius pretium. Paulo pòſt, verſu 21, dicit, Qui percuſſerit animal, reddet illud. Animam pro anima. נפש תחת נפש: ſub. reſtituet.

19 Maculam מום vitium. noxam. Sequenti verſu exponit quid per maculam intelligat, fracturã nempe, &c. i. ſiquis noxã inflixerit corpori proximi. 20 Fracturam, &c. ʹשבר וגו ſub. reſtituat. Seipſum declarat quum mox dicit, Sicut dederit maculam in homine, ſic detur in eo. Sicut dederit, &c. ʹכאשר יתן וגו ſicut poſuerit maculam in proximo, ſic ponatur in eo. i. quali noxa affecerit proximum, tali afficietur à iudice. neque enim hæc lex fertur priuatis, ſed Magiſtratui, vt recto & iuſto iudicio malefactores legitimè puniat.

22 Iudicium vnum, &c. ʹמשפט אחד וגו. i. Idem ius erit vobis, ſiue fuerit peregrinus, ſiue indigena: idem ius reddetur peregrino & indigenæ. Ad verbum, Sicut peregrinus, ſicut indigena. Hebraiſmus, pro, ſicut peregrinus erit, ſic indigena: & ſicut indigena, ſic & peregrinus.

IN CAPVT XXV.

1 In monte בהר Hic Hebræi nonã huius libri ſectionẽ incipiunt, quam ab hac voce בהר denominant.

2 Do נותן Præſ. Heb. pro fut. Tunc ſabbathizabit, &c. ושבתה הארץ שבת tunc requieſcet regio requietione. vel, ceſſatione. aut, quiete. i. terra erit in otio, nõ arabitur, neq; ſeminabitur, idq; in honorẽ Iehouæ. Vide ſequẽtẽ verſum. 3 Fructus e. תבואתה: prouentus eius.

4 Sabbathum Ieh. שבת ליהוה Appoſitiuè dictum. q. d. ſabbathum illud, ſiue ceſſatio illa quieta & altum otium, celebrabitur in honorem Domini, non autem in honorem idolorum. Mox declarat quid ſit ſabbathum terræ, nempe quòd ager non ſereretur, & vinea nõ putaretur, atque ita quieſcere videretur quum fructum non ferret: nam quando ſeritur & metitur, fructum ferre ſolet: non igitur quieſcit.

5 Quæ ſuaſponte, &c. ʹאת־ספיח וגו Ad verbũ, Sponte naſcens meſſis tuæ. i. quæſponte naſcuntur ex granis meſſis anni præcedẽtis. ספיח significat id quod ſponte naſcitur ex granis quæ deciderunt inter metendum. Separationis tuæ נזירך. i. quas ſeparaſti & conſecraſti Deo. Ita quidã Hebræorũ exponunt. Doctus inter illos exponit, vuas à quibus ſeparaſti te, ſiue abſtinuiſti, & nõ laboraſti in eis, colendo eas. Vnde quidã vertunt, derelictionis tuæ. Alii vertũt, vuas vinearũ non putatarũ. i. vuas natas è vineis nõ putatis & cultis. Annus requi. &c. שנת שבתון יהיה לארץ:. i. terra erit in quiete & ſummo otio anno illo. 6 Sabbathũ ter. שבת הארץ. i. quod ſponte natum fuerit eo anno quo terra ſabbathum ſuum aget, erit vobis in cibum. 7 Fructus eius תבואתה prouentus eius. ſub. terræ.

8 Sabbatha שבתות hebdomadas. Qui quidem, &c. ויהיו לך ימי שבע Ad verbum, & erunt tibi [ſub. numerãti] dies ſeptem ſabbathorum annorum, quadraginta nouem anni. id eſt dies ſeptem hebdomadum aſſurgent in numerum quadraginta nouem annorum.

9 ″Tunc tranſire facies tubam iubilationis menſe ſeptimo, decimo menſis, *id eſt*″die expiationum: trāſire *inquam* facietis tubam per vniuerſam terram veſtram.

10 ″Sāctificabitíſq; annū quīquageſimū, & proclamabitis″libertatē in terra cūctis habitatoribꝰ eius: ″iobél ipſe erit vobis: & reuertemini quiſq; ad poſſeſſionē ſuā, & quiſq; ″ad familiā ſuā reuertemini.

11 ″Iobél ipſe, annus quinquaginta annorum erit vobis: non ſeretis, neque metetis″quæ ſponte produxerit terra, neque vindemiabitis″ſeparationes eius:

12 Quia iobél eſt, ſanctus erit vobis: ″agri comedetis fructum.

13 Anno iobél iſto reuertemini ſinguli ad poſſeſſionem ſuam.

Hebræorū emēdi & vendendi modus.

14 ″Quúmque vendideris″vēditionem proximo tuo, aut emeris è manu proximi tui, ″ne opprimatis ſinguli fratrem ſuum.

15 ″Secūdum numerum annorum poſt iobél emes à proximo tuo: ″ſecundum numerum annorum fructuum vendet tibi.

16 Iuxta multitudinem annorum″multiplicabis emptionem eius, ″& iuxta diminutionem annorū minues emptionē eius: ″numerū enim fructuum ipſe vendit tibi.

17 Ne igitur opprimatis quiſque proximum ſuum: ſed timebis à Deo tuo: quia ego Iehouáh Deus veſter.

Præcepta Dei cuſtodienda.

18 Et facite ſtatuta mea, iudiciáque mea ſeruate, & facite illa, & habitabitis ſuper terram illam″confidenter.

19 Dabítque terra fructum ſuum, & comedetis ad ſaturitatem vſque, atque habitabitis confidenter ſuper illam.

Solicitudinē de victu tolli iubet Deus.

20 Quòd ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo? en non ſeremus, neque colligemus″fructus noſtros:

Benedictio Dei.

21 ″Tunc præcipiam benedictioni meæ *pro* vobis anno ſexto, & faciet fructum pro tribus annis.

22 Seretíſque anno octauo, & comedetis″fructū veterem vſque ad annum nonum: donec venerit″fructus eius, comedetis″vetus.

Terræ venditio.

23 Terra autē nō vendetur″abſolutè: quia″mea eſt terra: vos enim

9 Et clanges buccina menſe ſeptimo B decima die menſis, propitiationis tēpore in vniuerſa terra veſtra.

10 Sanctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cūctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt enī iubileus: reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuā, & vnuſquiſque rediet ad familiam priſtinam.

11 Quia iubileus eſt & quinquageſimus annus: non ſeretis atque metetis ſponte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non colligetis,

12 Ob ſanctificationem iubilei: ſed ſtatim oblata comedetis.

13 Anno iubilei redient omnes ad poſſeſſiones ſuas.

14 Quando vēdes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum:

15 Sed iuxta numerum annorum iubilei emes ad eo: & iuxta ſupputationem frugum vendet tibi.

16 Quanto plures anni remanſerint poſt iubileum, tanto creſcet & pretiū: & quanto minus temporis nume C raueris, tanto minoris & emptio cōſtabit: tēpus enim frugum vēdet tibi.

17 Nolite affligere cōtribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſque Deum ſuum: quia ego Dominus Deus veſter.

18 Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea, vt habitare poſſitis in terra abſque vllo pauore.

19 Et gignat vobis humus fructꝰ ſuos quibus veſcamini vſque ad ſaturitatē, nullius impetum formidantes.

20 Quòd ſi dixeritis, Quid comedemꝰ anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, neque collegerimus fruges noſtras?

21 Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum:

22 Seretiſqȝ anno octauo, & comedetis veteres fruges vſque ad nonū annū: donec noua naſcātur, edetis vetera.

23 Terra quoque nō vendetur in per-

9 Tunc tranſire fa. tubā iub. והעברת שופר תרועה Hebraiſmus, clangetis cornu arietino, ſiue clangore tubæ ſignificabitis annum iubileum aduenisſe. Die expiationum: ביום הכפורים Controuerſia eſt inter Hebræos de principio anni. Alii dicūt menſem Martium eſſe principiū anni, reſpicientes exitū filiorū Iſrael. Alii menſem Septembrē, ſpectantes creationem mūdi. Aut igitur à mundo condito numerant Hebræi, aut ab exitu filiorū Iſrael: certiſſimū tamē eſt, quādo Moſes de anno iubileo loquitur, intelligere principiū anni eſſe Septēbrē.

10 Sanctificabitiſque וקדשתם .i. pronuntiabitis eū eſſe ſacrum & dicatum Deo. Libertatē, &c. 'דרור וגו Hebraiſmus, proclamabitis omnes habitatores regionis eſſe liberos, qui prius erant ſerui. tunc enim fiebant rurſum domini poſſeſſionum ſuarum quas vendiderant. Paulo pòſt verſu 13, ſeipſum declarat. Iobél ipſe erit vobis: יובל הוא תהיה לכם .i. habebitis eum pro iubileo. יובל ſignificat arietem: item buccinam è cornu arietino: præterea annum quinquageſimum, ſic dictum quòd in eo clangerent buccina arietina. Ad familiam ſuam אל־משפחתו Hoc dicit quòd qui in ſeruos venditi fuerant ante annum iubileum, eō anno donabantur libertate.

11 Iobél ipſe, &c. 'יובל הוא וגו Iubileus erit vobis annus ille quinquageſimus. Alii, Iubileus eſt, & erit vobis annus quinquageſimus. .i. habebitis illum pro anno quinquageſimo. Quæ ſponte prod. ter. את־ספיחיה Ad verbū, ſponte naſcentia eius. ſub. terræ. Vt paulo antè verſu 5. Separationes e. את נזריה: derelictiones eius. ſub. vineæ. i. vineas incultas quæ eo anno cultæ nō fuerint: vel vineas nō putatas eo anno. Vide paulo antè verſu 5. 12 Agri comed. &c. 'מן השדה וגו de agro comedetis prouētū. i. quod eo āno ſponte produxerit ager.

14 Quūq; vendideris, &c. 'וכי־תמכרו וגו Ad verbū, Et quū vendideritis venditionē proximo tuo, &c. Verbum plurale pronomini ſingulari iunctum. Mutatio numerorum frequens Hebræis. Venditionem ממכר .i. aliquid venale. Ne opprimatis אל־תונו ne decipiatis.

15 Secundum numerum כמספר Ad verbū, in numero. Verſum iſtum declarat ſequens verſus. q. d. Habenda eſt ratio annorū elapſorū à iubileo. ſi enim viceſimo anno à iubileo emes, nō tanti emes quāti emendum eſſet ſi decem tantū anni præteriiſſent. nam ſi viginti anni elapſi eſſent, triginta ſolū ſupereſſent: ſi decem, quadraginta. Si igitur plures ſuperſint anni à iubileo, pluris tibi vendet: ſi pauciores, minoris. Secundum numerum an. fru. במספר שני־תבואות ad numerum annorum prouentuum. i. quibus capies fructum rei venditæ.

16 Multiplicabis, &c. 'תרבה וגו .i. augebis pretium rei venditæ. Et iuxta diminutionē ולפי מעוט & iuxta paucitatem. i. ſi pauciores ſuperſunt anni à iubileo, minues pretium rei venditæ. Numerum enim fructuum מספר תבואות ſub. & non fundum. i. tantùm tibi vendit fructum quem capies tempore annorum qui ſuperfuerint à iubileo. 18 Confidenter. לבטח: .i. ſine vllo timore.

20 Fructus no. את־תבואתנו: prouentus noſtros. i. fructū terræ noſtræ. 21 Tunc præcipiā, &c. 'וציויתי וגו Tum mandabo benedictionem meā vobis. i. benedicā vobis. 22 Fructū veterem מן־התבואה ישן de prouentu veteri. i. qui creuerit anno ſexto. Fructus eius, תבואתה anni ſcilicet octaui. Vetus. ישן: Quidam ſubaudiunt פרי, & vertunt, fruges antiquas. i. collectas anno ſexto.

23 Abſolutè: לצמתות omnino. in totum. Ad verbum, ad exciſionem. vel vt quidam, in exterminationem, eodem ſenſu. Exterminari autem hîc dicitur ager, quando penitus à poſſeſſore abdicatur. id quod apud Hebræos fieri nō potuit, ſed prædia vendebantur vſque ad annū iubilei, ſiue is propè, ſiue longè abeſſet. Mea eſt terra: לי הארץ q. d. terra nō eſt veſtra, ſed mea: capietis quidem fructum ex ea, ſed meus eſt fūdus: nā peregrini & coloni mei eſtis. Domini quidem eſt terra & plenitudo eius: ſed Terra Iſrael propriè dicitur Terra Domini, primū quia hanc elegit præ aliis, vt habitarent in ea poſteri Patriarcharum: & inſtituerentur ibi Sacra quibus promiſſiones de Chriſto conſeruarētur. Deinde quia Gētes Chananeæ, quæ prius hanc terram incoluerunt, deletæ ſunt mandato Dei, & Iſraelitæ ſunt in eam magnis & ſtupēdis miraculis à Deo introducti. Nam in Deut. 9. a. 5, dicitur, Nō propter iuſtitias tuas & æquitatē cordis tui ingredieris, &c. Quū igitur Iſraelitæ cōſequuti ſint poſſeſſionē terræ Chanaan nō ſua induſtria aut iuſtitia, ſed clementia & beneficio Dei, exigit æquitas & gratitudo vt in contractibus ſuis ciuilibus conſeruent eas leges & ordinationes, non quas quilibet pro priuato ſuo cōmodo excogitat, ſed quas Deus ipſe per Legiſlatorem ſuum ſeruandas proponit.

petuũ:quia mea eſt,& vos aduenæ & coloni mei eſtis.

D Vnde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vẽdetur.

Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam,& voluerit propinquꝰ eius,poteſt redimere quod ille vendiderat.

Sinautem non habuerit proximũ, & ipſe pretium ad redimendũ potuerit inuenire:

Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquũ eſt,reddet emptori,ſicqꝫ recipiet poſſeſſionem ſuam.

Quòd ſi nõ inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vſque ad annũ iubileũ. in ipſo enim omnis vẽditio redibit ad dominũ, & ad poſſeſſorem priſtinũ.

Qui vẽdiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimẽdi, donec vnus impleatur annus.

Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus,emptor poſſidebit eã, & poſteri eius in perpetuum: & redimi non poterit,etiam in iubileo.

E Sinautem in villa fuerit domꝰ,quæ muros nõ habet, agrorum iure vendetur:ſi antè redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum.

AEdes Leuitarum quæ in vrbibus ſunt,ſemper poſſunt redimi:

Si redemptæ nõ fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos:quia domus vrbium Leuiticarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael.

Suburbana autem eorum non veneant,quia poſſeſſio ſempiterna eſt.

Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & ſuſceperis eũ quaſi aduenã & peregrinũ, & vixerit tecũ:

Ne accipias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti:time Deum tuum, vt viuere poſſit frater tuus apud te.

peregrini & aduenæ eſtis apud me.

24 In vniuerſa autem terra 'poſſeſſionis veſtræ, 'redemptionem dabitis terræ.

25 "Quum attenuatus fuerit frater tuus,& vendiderit *aliquid* de poſſeſſione ſua,tunc veniet 'redemptor eius propinquus ipſi,& redimet venditionem fratris ſui.

Redemptio agrorum.

26 'Et ſi non fuerit viro redemptor, "ſed apprehẽderit manus eius, & inuenerit 'quod ſufficit ad eius redemptionem:

27 Tunc ſupputabit annos 'vẽditionis ſuæ,& reſtituet quod ſupereſt viro cui vendidit, & reuertetur ad poſſeſſionem ſuam.

28 Si verò non inuenerit manus eius "quod ſufficiat ad reddendum illi,tum erit venditio eius in manu eius qui emit illã,vſque ad annũ iobél: "at egredietur in iobél,reuertetúrque ad poſſeſſionẽ ſuã.

29 Vir autem quum vendiderit domum habitationis *in* vrbe murata, "erit redemptio eius donec compleatur annus venditionis eius: 'anno vno erit redemptio eius.

Domus vẽditio.

30 Quòd ſi non redimatur donec impleatur illi annus integer,remanebit domus quæ fuerit in ciuitate cui eſt murus, "abſolutè ementi illam 'in generationibus eius:non egredietur in iobél.

31 Domus autem villarum quibus non eſt murus in circuitu, "ſecundum agrum terræ æſtimabitur: redemptio erit 'ei,& in iobél egredietur.

32 "Vrbium autem Leuitarum *&* domorum vrbium poſſeſſionis eorum, redemptio perpetua erit Leuitis.

Vrbium & ædiũ Leuiticarum vẽditio.

33 Qui autem "emerit à Leuitis, "egredietur venditio domus & vrbis poſſeſſionis eius in iobél: quia domus vrbium Leuitarum eſt poſſeſſio eorum in medio filiorum Iωſraεél.

34 "Ager autem ſuburbii vrbium eorum non vendetur: quia poſſeſſio perpetua eſt illis.

35 Quum autẽ attenuatus fuerit frater tuus, "& nutauerit manus eiꝰ apud te, "apprehẽdes illũ: "*ſicut* peregrinus & aduena viuet tecũ.

Cum eo qui ad paupertatem redactus eſt, quomodo agẽdum.

36 Ne accipias vſuram ab eo "& augmẽtum, ſed timebis *tibi* à Deo tuo,viuétque frater apud te.

24 Poſſeſſionis veſtræ, אחוזתכם Id eſt quas poſſidebitis. Redemptionem, &c. גאולה תתנו לארץ׃ Id eſt quicquid vendideris, ſub conditione redemptionis vendes.hoc eſt,vt liceat redemptori redimere. 25 Quum attenuatus fuerit כי־ימוך Id eſt inciderit in paupertatem. Redemptor eius גואלו Id eſt qui habebit ius redimendi quod ille vendiderit.

26 Et ſi non fuerit,&c. ואיש כי לא יהיה־לו גואל Ad verbum,Et vir,quum non erit illi redemptor.i. quum nõ habuerit propinquum cui ſit ius redimendi quæ ille vendiderit. Sed apprehenderit ma.e. והשיגה ידו & aſſequatur manus eius.ſub.pretium quo redimere poſſit. Seipſum mox exponit:idem enim dicit diuerſis verbis. q.d. ſi manu vel opera ſua tãtum facultatum aſſequutus fuerit ac comparauerit,vt redimere poſſit diuendita,ſemper hoc ei integrum erit:non præcludetur ei via redeundi ad bona ſua. Quod ſuff.&c. כדי גאולתו׃ Ad verbum,iuxta ſufficientiam redemptionis eius.Sic verſu ſequenti. 27 Venditionis ſuæ, ממכרו .i.à quo tempore vendiderit agellum.

28 Quod ſufficiat ad,&c. די השיב לו Ad verbum,ſufficientiam reddendi illi.nempe emptori. At egredietur ויצא ſub.agellus de poſſeſſione eius qui emit. 29 Erit והיתה .i.tum durabit redemptio donec completus ſit annus à venditione facta. Seipſum exponit mox,quum dicit,intra totum ſpatium anni à venditione,poſſe redimi. Anno vno ימים Ad verbum,diebus.

30 Abſolutè לצמיתות Vide paulo antè,verſu 23. In generationibus eius: לדורותיו Id eſt,& poſteris eius.

31 Secundum agrum t.æſtim. על־שדה הארץ יחשב cum agro terræ reputabitur.ſub.vnaquæque earum.Nam Domus quod præceſſit,eſt plurale Heb.i.iure agrorum vel terræ vendentur.nam quemadmodum agellus redimi poteſt,ita & domus illæ redimi poterunt. Ei, לו nempe domui.vel vnicuique domui.i.illæ redimi poterunt. 32 Vrbium autem Leuit.&c. וערי הלוים וגו׳ Id eſt,Si Leuitæ vendiderint vrbem aut domum quæ fuerit in vrbe in qua habitabunt,ſemper poterunt redimere illam.

33 Emerit יגאל ſub.domum aliquam.ita docti inter Hebræos.Alii aliter interpretantur.Hic גאל redimere,pro קנה emere ponitur. Egredietur venditio do. ויצא ממכר־בית .i.domus vendita egredietur de manu emptoris,& reſtituetur venditori in anno iubileo.

34 Ager autem ושדה Agrum ſuburbii vocat locum ſpatioſum extra vrbes, in quo Leuitæ pecora ſua aſſeruabant. Chaldæus paraph. vertit,agrum ſpatioſum. 35 Et nutauerit ma.e. ומטה ידו Hebraiſmus,& facultates eius ita attritæ fuerint vt cogatur petere opẽ à te. Alii exponunt,Si opes eius fuerint infirmæ. Apprehendes illũ: והחזקת בו tum firmabis illum.i.iuuabis illũ pecunia tua & facultatibus tuis,nec patieris vt ad extremam veniat paupertatem:in tempore illi ſuccurre dum adhuc aliquid habet. Metaphora ſumpta eſt ab iis qui labaſcunt,quos apprehendimus & tenemus ne planè concidant. In hunc ſenſum & magni nominis apud Hebræos vir explicat, ita ſcribens, Ne dimittas eum vt deſcendat & concidat, & difficulter rurſum poſſit erigi, ſed apprehende ſiue corrobora eum ab hora ſeu tempore quo inclinat ſe manus eius.Cui autem talis,ſimilis eſt? oneri ſcilicet quod eſt ſuper aſinum:dum adhuc ipſum eſt ſuper aſinum,vnus apprehendere ipſum & retinere poteſt. quod ſi in terram cadat,quinque non poſſunt ipſum erigere. *Sicut* peregri.& aduena,&c. גר ותושב וחי עמך׃ Iuxta hanc verſionem ו in וחי tantùm vertit præt.in fut. Alii vertunt, *tam* peregrinum,quàm aduenam, & viuet apud te. vel vt alii, *ſiue* peregrinus, ſiue aduena fuerit, & viuet apud te.q.d.non ſolùm fratrem tuum Iſraelitam pauperem iuuabis, ſed etiam peregrinum & aduenam qui ad paupertatem deuenerit. 36 Et augmentum, ותרבית & incrementum.Alii,fœnus. Alii, ſuperabundantiam. Alii, amplius. Vide Prouerb.28.b.8.Ezech.18.b.8.c.13,& 22.c.12.

Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, nec cum augmento dabis eſcam tuam.

Ego Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra AEgypti, vt darem vobis terram Chenáyan, vt eſſem vobis in Deum.

Si verò attenuatus fuerit frater tuus apud te, ″ita vt vendat ſe tibi, ″non vtêris opera eius *tanquam* ſerui opera.

Tanquam mercenarius, ″tanquam aduena erit tecum: vſque ad annum iobél ſeruiet tibi.

Egredietur autem à te ipſe & liberi eius ſecũ, ac reuertetur ad familiam ſuam, & ad poſſeſſionem patrum ſuorum reuertetur.

Sunt enim ſerui mei, quos eduxi è terra AEgypti: ″non vendentur venditione ſeruili.

Non dominaberis illi ″durè, ſed timebis à Deo tuo.

Seruus. Ancilla.

Seruus autẽ tuus & ancilla tua qui erunt tibi, de Gentibus *erunt* quæ ſunt in circuitu veſtro, ex eis emetis ″ſeruum & ancillam.

Et etiam de filiis incolarum qui verſantur apud vos, emetis, & de familia eorum qui apud vos ſunt, quos procreauerunt in terra veſtra, erúntque vobis in poſſeſſionem.

Et iure hæreditario poſſidebitis eos pro filiis veſtris poſt vos, ″ad poſſidendum poſſeſſionem: in perpetuum vtemini opera eorum: ″fratribus autem veſtris filiis Iꝟſraèl, quiſque fratri ſuo non dominabitur duré.

Si autẽ ″adepta fuerit manus peregrini & aduenæ qui eſt apud te, & attenuatus fuerit frater tuus qui apud illum *uerſatur*, ſéque vẽdiderit peregrino & aduenæ qui eſt apud te, vel ″ſtirpi familiæ peregrini:

Poſtquam vendiderit ſe, ″redẽptio erit ei: vnus è fratribus eius redimet eum:

Aut patruus eius, aut filius patrui eius redimet eũ: ″aut propinquus carnis eius, è familia eius, redimet eum: aut *ſi* ″adepta fuerit manus eius, tum redimet ſeipſum.

Et ſupputabit cum eo qui emit ipſum ab anno quo ſe vendidit illi, ″vſque ad annum Iobél: ″æſtimabitúrque pecunia vẽditionis eius ſecundum numerum annorum, & ″ſecundum dies mercenarii fiet cum eo.

″Si adhuc multi fuerint anni, ″ſecundum eos reſtituet ″redemptionem ſuam de argento venditionis ſuæ.

37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges.

38 Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra AEgypti, vt darem vobis terrã Chanáan, & eſſem veſter Deus.

39 Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum. F

40 Sed quaſi mercenarius & colonus erit: vſque ad annum iubileum operabitur apud te.

41 Et poſtea egredietur cũ liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem & ad poſſeſſionem patrum ſuorum.

42 Mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra AEgypti: non veneant conditione ſeruorum.

43 Ne affligas eum per potentiã, ſed metuito Deum tuum.

44 Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt.

45 Et de aduenis qui peregrinãtur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos:

46 Et hæreditario iure trãſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum: fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potentiam.

47 Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe eius: G

48 Poſt venditionem poteſt redimi: qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum:

49 Et patruus, & patruelis, & conſanguineus, & affinis: ſi autem & ipſe potuerit, redimet ſe,

50 Supputatis duntaxat annis à tempore venditionis ſuę vſque in annum iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarii ſupputata.

51 Si plures fuerint anni qui remanẽt vſque ad iubileum, ſecundum hos reddet & pretium.

39 Ita vt vendat ſe tibi, ונמכר־לך Ad verbum, & vendiderit ſe tibi. ſub. in ſeruum. Non vteris op. &c. לא־תעבוד וגו׳ non facies eũ famulari famulatu ſeruili. i. non abuteris eo tanquam ſeruo, ſiue non habebis eum pro ſeruo: verùm tractabis illum tanquam mercenarium & colonum, ſiue vteris eo tanquam mercenario & colono. De hoc verbo עבר quando conſtruitur cum ב, vide Exod. 1. c. 14, & Iere. 25. c. 14, & 27. b. 7. 40 Tanquam aduena כתושב tanquam colonus. Doctus inter Hebræos dicit hanc vocem ſignificare eum qui diu habitauit in aliquo loco. 42 Non vendentur, &c. : לא ימכרו ממכרת עבר .i. propterea non poterunt vendi in ſeruos perpetuos.

43 Dure, בפרך Ad verbum, in duritia. i. durè & rigidè, ſiue cum ſumma ſeueritate.

44 Seruum & ancill. : עבר ואמה Singul. Heb. pro plur. 46 Ad poſſid. poſſeſſ. לרשת אחוזה Id eſt vt eos poſſideatis. Fratribus autem veſtris, &c. ובאחיכם וגו׳ Id eſt, nemo ex vobis durior ſit erga fratres ſuos Iſraelitas.

47 Adepta f. תשיג aſſequuta fuerit. ſub. magnas opes. Hebraiſmus, Si ad opes peruenerit, & diues effectus fuerit peregrinus qui apud te moratur. Stirpi לעקר radici. i. viro primario, vel aduenæ conuerſo ad Iudaiſmum, cuius radix erat ex familia aduenæ: aut homini cuius maiores erant aduenæ. 48 Redemptio erit ei: גאולה תהיה־לו Id eſt redimi poterit.

49 Aut propinquus carnis e. או־משאר בשרו aut de cognatione carnis eius. i. aut aliquis alius de cognatione eius. Adepta fuerit השיגה aſſequetur. ſub. opes. i. ſi rurſus diteſcat. 50 Vſque ad annum iobél: עד שנת היובל Annum iubileum intelligit eum qui ſequitur venditionem. AEſtimabitúrque pecunia venditionis eius והיה כסף ממכרו Ad verbum, eritque pecunia venditionis eius, &c. Pecuniam venditionis eius vocat pecuniam qua venditus fuit. Vide annotationem ſequentis verſus. Secundum dies mercen. fiet cum eo. : כימי שכיר יהיה עמו Ad verbum, ſecundum dies mercenarii erit cum eo. i. merces operæ eius qua inſeruiuit ei, tanti æſtimabitur quanti opera mercenarii æſtimari ſolet. In redemptione Iſraelitarum qui ſe alienigenis vendiderant, habebatur ratio operæ, quæ in ipſa redemptione æſtimabatur quanti æſtimari ex æquo & bono debebat. Pretium autem & merces operæ deducebantur de pretio redemptionis: & quod æſtimata opera emptitii Iſraelitæ, reliquũ erat, perſoluebatur ab eo ẽptori. 51 Si adhuc multi fue. אם־עוד רבות בשנים Ad verbũ, Si adhuc multi in annis. i. ſi in annis qui ſuperſunt vſque ad iubileũ, ſint multi anni. q. d. ſi adhuc multi anni reſtent vſque ad iubileum. Secundum eos לפיהן .i. ſecundum numerum illorum. Redemptionem ſ. &c. : גאולתו מכסף מקנתו pretiũ redemptionis ſuæ, de pecunia *ſcilicer* qua emptus fuerit. Vt ſi x L aureis fuerit venditus, ſuper ſintque vſque ad annum iubilei x x anni: quum autem ſe redimere conabitur, adhuc decem ſuperſint anni vſque ad iubileum: iubebitur reſtituere de pretio quo emptus, ſiue venditus fuit, x x aureos, proportione ſcilicet pretii & temporis ſeruata, quum mercenarium magis egerit, quàm ſeruum. Non enim ipſe, ſed opera & labor eius vẽditus fuit domino.

Si pauci, ponet rationem cum eo 52 iuxta annorum numerum: & reddet emptori quod reliquũ eſt annorum,

Quibus antè ſeruiuit mercedibus 53 imputatis: non affliget eũ violenter in conſpectu tuo.

Quòd ſi per hæc redimi non potue- 54 rit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis.

Mei enĩ ſunt ſerui, filii Iſrael, quos 55 eduxi de terra AEgypti: ego Dominus Deus veſter.

Cap. XXVI.

Exo.20.a.4 deut.5.a.8 pſal.96.b.7

NOn facietis vobis idolũ & ſculptile, 1 nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum: ego enim ſum Dominus Deus veſter.

Cuſtodite ſabbatha mea, & pauete 2 ſanctuarium meum: ego Dominus.

Deut.28.a.1

Si in præceptis meis ambulaueritis, 3 & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea:

Dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis, 4 & terra gignet germen ſuũ, & pomis arbores replebuntur.

Iob 11.d.19

Apprehendet meſſium tritura vin- 5 demiã, & vindemia occupabit ſemẽtem: & comedetis panẽ veſtrũ in ſaturitate, & abſq; pauore habitabitis in terra veſtra.

Dabo pacẽ in finibus veſtris: dor- 6 mietis, & non erit qui exterreat: auferam malas beſtias, & gladius nõ trãſibit terminos veſtros.

B Perſequemini inimicos veſtros, & 7 corruent coram vobis.

Perſequentur quinque de veſtris cẽ- 8 tum alienos, & centum de vobis decẽ millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.

Reſpiciam vos, & creſcere faciam: 9 multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.

Comedetis vetuſtiſſima veterum, 10 & vetera nouis ſuperueniẽtibus proiicietis.

Ponam tabernaculum meũ in me- 11 dio veſtri, & non abiiciet vos anima mea.

2.Cor.6.d.16

Ambulabo inter vos, & ero Deus 12 veſter, vóſque eritis populus meus.

Ego Dominus Deus veſter, qui edu- 13 xi vos de terra AEgyptiorũ, ne ſeruiretis eis: & qui cõfregi catenas cerui-

52 Quòd ſi parum reliquum ſit ′ex annis vſque ad annum iobél, tunc ſupputabit cum eo: & ″iuxta annos ſuos reſtituet redemptionem ſuam.

53 ″Tanquam mercenarius annuus erit cum illo: ′nõ dominabitur ei ′durè in oculis tuis.

54 Si verò non ſe redemerit ′in illis, egredietur in anno iobél, ipſe & filii eius cum eo:

55 Quia mihi ſunt filii Iiſraél ſerui, ſerui mei ſunt quos eduxi è terra AEgypti: ego Iehouáh Deus veſter.

Serui Dei, Iſraelitæ.

Cap. XXVI.

Sculptilia prohibet fieri.

1 NOn facietis vobis idola & ſculptile, ″& ſtatuam non erigetis vobis, ″neque lapidem pictũ ponetis in terra veſtra vt incuruetis vos ei: ego enim Iehouáh Deus veſter.

2 Sabbatha mea cuſtodite, ″& ſãctuariũ meũ timete: ego Iehouáh.

Benedictio ſeruãtibus præcepta.

בחקתי

3 ″Si in decretis meis ambulaueritis, & præcepta mea ſeruaueritis, & feceritis ea:

4 Dabo pluuias veſtras tẽpore ſuo, dabítque terra fructum ſuũ, ′& arbores agrorum dabunt fructum ſuum:

5 ″Apprehendétque vobis tritura vindemiam, & vindemia apprehendet ſementem: comedetíſque panem veſtrum ad ſaturitatem, & habitabitis ″confidenter in terra veſtra.

6 Dabo nanque pacem in terra, & dormietis, neque erit exterrés: ″auferámque beſtias malas è terra, ″& gladius non tranſibit per terram veſtram.

7 Et perſequemini inimicos veſtros, cadéntq; corã vobis gladio.

8 Perſequentur quoque quinque ex vobis centum: & centum ex vobis decem millia perſequentur: & corruent inimici veſtri coram vobis gladio.

9 ″Vertam enim me ad vos, & creſcere faciam vos, atque multiplicabo vos, ″ſtatuámque pactum meum vobiſcum.

10 Et comedetis ″vet⁹ inueteratũ, & vetus propter nouũ ″educetis.

11 ″Et ponam tabernaculum meum in medio veſtri, ″neque abominabitur vos anima mea.

12 ″Ambulabo autem in medio veſtri, eróque vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum:

13 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra AEgypti, ne eſſetis illis ſerui: & confregi ″lora iugi veſtri, & incedere feci vos

---

52 Ex annis בשנים Hìc ב pro מן poſitum eſt. Iuxta annos, &c. כפי שניו וגו' .i. pro ratione annorũ quibus ſeruiturus eſt, addet pro redemptione ſua pecuniam. 53 Tanquam mercen. ann. כשכיר שנה בשנה Ad verbum, Tanquam mercenarius anni in annum. Non domin. ei לא־ירדנו Affixum pronomen pro ſeparato, ירדנו pro ירד לו, id eſt non ſines aduenã duriter dominari fratri tuo ſeruienti ſeruitutem apud illum. Durè in ocul. t. בפרך לעיניך: duriter te vidente. Vide paulo antè, verſu 43.

54 In illis, באלה ſub. annis. vel, per illa. ſub. quæ diximus.

IN CAPVT XXVI.

1 Et ſtatuam ומצבה & titulum. vel, & columnam, in qua ſcilicet collocetur ſculptile. Vide eadem diſertis verbis expreſſa Exod. 20. a. 4. Neque lapidem pictum ואבן משכית neque lapidem imaginis. vel effigiei. i. effigiem lapideam, ſiue ſimulachrum. Chaldæus paraph. lapidem adorationis, id eſt ſuper quo adoratis. 2 Et ſanctuarium meum timete: ומקדשי תיראו Vide ſuprà cap. 19. f. 30.

3 Si in decretis meis אם־בחקתי A ſecunda huius verſus dictione Hebræi decimam huius libri ſectionem incipiunt, appellantes eam בחקתי. Si (inquit) ſtatuta mea obſeruaueritis. Idem inculcat diuerſis verbis.

4 Et arbores, &c. ועץ השדה יתן Singularia Heb. pro plur. 5 Apprehendétque והשיג Aſſequetúrque. Occupabitque. i. Trituræ tẽpus durabit vſque ad tẽpus vindemiæ, & vindemiæ tempus durabit vſque ad tempus trituræ. hoc eſt, maximam vbertatem agrorũ & vitiũ conſequemini: & hoc in gratiã veſtri. q. d. meſſis tã copioſa erit vt tritura eius (quæ fiebat bobus calcantibus ariſtas) perduret vſque ad tẽpus vindemiæ: tãta præterea erit vindemiæ benedictio, vt collectio racemorũ perduratura ſit vſque ad ſemẽtẽ: adeóque alia benedictio aliam trudet. Alii exponũt, Nihil ſpatii interponetur quin poſt meſſem ſuccedat tritura, poſt triturã ſatio. aut, poſt triturã vindemia, poſt vindemiã ſatio. acſi dicat, nullus hoſtis impedimento erit, nulla calamitas, nullæ tẽpeſtates, nullæ grandines. Confidenter לבטח abſque vllo pauore.

6 Auferámque beſt. mal. והשבתי חיה רעה Ad verbum, & ceſſare faciam beſtiam malam. Singul. Heb. pro plur. Et gladius וחרב Hebraiſmus, neque bello aliquo opprimemini. 9 Vertã enim me ad vos, ופניתי אליכם .i. vertã faciem meã ad vos. q. d. aſpiciã vos, & veſtri curam agam. Statuámque והקימותי Hebraiſmus, ratum habebo. id eſt præſtabo quod pacto fœdere pollicitus ſum vobis.

10 Vetus inueteratum, ישן נושן q. d. tanta erit vobis annonæ copia, vt ſufficiat vobis in annos plurimos. Educetis. תוציאו: extrà portabitis. i. educetis vetera ex horreis, vt pro illis inducantur noua. 11 Et ponam, &c. ונתתי משכני בתוככם Hebraiſmus, perpetuò habitabo vobiſcum, ſemper adero vobis præſens, & fauebo vobis. Neque abomin. ולא־תגעל וגו neque execrabitur. i. nõ erit mihi moleſtum neque dedignabor habitare apud vos. 12 Ambulabo, &c. והתהלכתי בתוככם acſi dicat, ſi vertatis ſolum, ego quoque vertam, vt ſim vobiſcum. 13 Lora מוטות habenas. vincula quibus alligantur iuga collo boum.

″erecta facie.

Maledictio non ſeruantibus præcepta.

14 Si autẽ non audieritis me, neque feceritis omnia præcepta iſta:

15 Et ſi decreta mea″ſpreueritis, & iudicia mea″abominata fuerit anima veſtra, ita vt non faciatis omnia præcepta mea, ″& irritũ faciatis pactum meum:

16 Etiam ego faciam hoc vobis, conſtituam ſuper vos′terrorem, ′tabem, & febrẽ conſumẽtia oculos, & dolore afficientia animã. ſeretíſque fruſtra ſemẽ veſtrũ: nam comedẽt illud inimici veſtri.

17 ′Dabo præterea iram meam in vos, & cædemini″coram inimicis veſtris, dominabuntúrque vobis qui odio habent vos: fugietíſque, & non erit perſequens vos.

18 Quòd ſi″vſque ad hæc non audieritis me, addam corripere vos ′ſepties propter peccata veſtra.

19 Conterámque ″ſuperbiam fortitudinis veſtræ, ac dabo ′ cælum veſtrum ſicut ferrum, & terram veſtram ſicut æs.

20 Et conſumetur fruſtra″fortitudo veſtra, neque dabit terra veſtra fructum ſuũ, ″& arbores regionis *ueſtræ* non dabũt fructum ſuum.

21 Si autem ambulaueritis mecum″*in* caſu, & nolueritis audire me, addam ſuper vos plagam″ſepties ſecundum peccata veſtra.

22 Immittámque in vos″beſtiam agri, & orbabit vos, & ſuccîdet iumentũ veſtrũ, ac pauciores reddet vos, ″& deſolabũtur viæ veſtræ.

23 Quòd ſi per hæc ′non recipiatis doctrinam meã, ſed ambulaueritis mecum″*in* caſu:

24 ′Ambulabo etiam ego vobiſcum in caſu, & percutiã vos quoque″ſepties propter peccata veſtra:

25 Atque inducam ſuper vos gladium″vltorem vltionis fœderis: ′congregabimini autẽ ad vrbes veſtras, tum mittam peſtilentiam in medio veſtri, ac trademini in manum inimici.

26 Dum confregero vobis″baculum panis, coquẽt decem mulieres panem veſtrum ″in clibano vno, reddéntque panem veſtrum ″in pondere: comedetis autem, & non ſaturabimini.

27 Quòd ſi″in hoc non audieritis me, ″ſed ambulaueritis mecum in caſu:

cum veſtrarum, vt incederetis erecti.

14 Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea:

Deut.28.b.15 thren.2.f.17 malach.2.a.2

15 Si ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt nõ faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum:

C

16 Ego quoque hæc faciam vobis, viſitabo vos quoque velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & cõſumat animas veſtras: fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur.

17 Ponam faciem meam contra vos: & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini iis qui oderunt vos: fugietis nemine perſequente.

18 Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addã correptiones veſtras ſeptuplũ propter peccata veſtra.

19 Et conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ: dabóque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam.

20 Conſumetur in caſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

21 Si ambulaueritis exaduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſque in ſeptuplum propter peccata veſtra.

D

22 Emittámq; in vos beſtias agri, quæ conſumãt vos & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ.

23 Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis exaduerſo mihi:

24 Ego quoque contra vos aduerſus incedam, & percutiã vos ſepties propter peccata veſtra:

25 Inducámque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei: quúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilẽtiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium:

26 Poſtquam confregero baculum panis veſtri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non ſaturabimini.

27 Sin autẽ nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me:

Erecta facie. : קוממיות Hebræi exponunt בקומה זקופה, id eſt ſtatura eleuata & erecta: hoc eſt erecta fronte, capite erecto & non demiſſo. Qui triſtes ſunt, vultum demittunt: contrà, hilares attollunt caput. 15 Spreueritis, תמאסו abominati fueritis. Abominata fue. תגעל ſpreuerit. contempſerit. Et irritum fac. להפרכם & diſſipetis. vel, frangatis. Ad verbum, ad irritum faciendum vos. 16 Terrorem, בהלה perturbationem. i. ſubiiciam vos perturbationi. inducam ſuper vos turbationem. perturbabimini. Alii vertunt, cum feſtinatione, hoc eſt citò & feſtinanter tabem, &c. Tabem, את־השחפת phthiſin. Vide Deut.28.c.23. Vox Hebræa ſignificat infirmitatẽ qua corpus efficitur macilentum, debile, deficiénſque ſemper in deterius. Varios morbos ſe immiſſurum minatur quibus conſumantur ſiue conficiantur oculi, & anima dolore afficiatur. 17 Dabo præterea, &c. ונתתי פני בכם Hebraiſmus, iraſcar grauiſſimè in vos. Corã inim. v. לפני איובכים Hebraiſmus, pro Ab inimicis. i. cædẽt vos inimici. 18 Vſque ad hæc עד־אלה .i. per hæc. q. d. his flagellis admoniti. Paulo pòſt verſu 23, ſcripſit Moſe באלה per hæc, & verſu 27, בזאת. Septies, שבע ſeptuplũ. ſeptẽ vicibus. q. d. grauioribus, vel grauiſſimis pœnis puniã vos. Vide idẽ paulo pòſt verſu 21. 19 Superbiã fortit. v. את־גאון עזכם .i. frãgã vires veſtras quibus ſuperbitis. Hebraiſmus. Cælũ veſtrũ את־שמיכם .i. quod ſupra caput veſtrũ eſt, vt ipſe Deut.28.c.23, exponit his verbis, Et erunt cæli tui qui ſunt ſupra caput tuũ, ærei: & terra quæ eſt ſubter te, ferrea. i. claudam cælũ ne det vobis rorem: claudã quoque vobis terram, ne fructũ ſuum edat, vt ipſe ait per Aggæum, 1.c.10. Seipſum ſequenti verſu declarat. 20 Fortitudo veſtra, כוחכם Id eſt labor veſter. Et arbores reg. &c. ועץ הארץ וגו׳ Singularia Heb. pro plur. 21 *In* caſu קרי *cum* caſu. deficit ב, vt ex 24 verſu apparet, vbi legitur בקרי. id eſt, ſi caſui & fortunæ tribueritis quæ mihi tribuenda ſunt. hoc eſt, ſi dixeritis, quæ à me vobis dantur, caſu ſiue fortuna accidere, non à prouidentia mea. Eadem dictio & paulo pòſt verſu 23 & 24 repetitur. Ex doctioribus Hebræorum alter ſic ſcribit in hunc locum, Dictio קרי (vt nonnulli dicunt) ſignificat robur & victoriam: vt quum quiſpiam roborat cor ſuum, nec timet ab vllo ſuperari. Et non eſt illi ſimilis dictio in Sacris literis. Et ſecundum ipſos verti poteſt Pertinaciter. Alii exponunt, accidentaliter, ſiue forte fortuna. Hactenus ille. Chaldæus paraph. ſi ambulaueritis cõtra me in duritia, ſiue difficultate. hoc eſt, ſi vos ipſos mihi oppoſueritis, atq; duros, difficiles, & immorigeros erga me exhibueritis, &c. Septies שבע Id eſt ſeptuplo grauiores plagas immittam. 22 Beſtiam agri, & orbabit את־חית השדה ושכלה Singul. Heb. pro plur. feras agreſtes & truculentas quæ deuorabunt filios veſtros, atque etiam iumenta veſtra. Et deſolabuntur viæ veſtræ. : ונשמו דרכיכם .i. vias publicas metu ferarum inſiſtere & terere non audebitis. 23 Non recipiatis doctrinam m. לא תוסרו לי Id eſt non reſipueritis. Ad verbum, non eruditi [caſtigati, emendati] fueritis mihi. Chaldæus paraph. & ſi in his non fueritis correpti verbo meo. *In* caſu: : קרי Vt paulo antè, verſu 21. 24 Ambulabo etiam, &c. והלכתי וגו׳ Hebraiſmus, permittã vos caſui & fortunæ: non curabo amplius res veſtras: ita vobiſcum agam vt videantur omnes res veſtræ caſu accidere: ſi ſentiatis me mortalia nõ curare, ego profectò res veſtras non curabo. Septies שבע Vide paulo antè, verſu 18. 25 Vltorem vlt. fœd. נוקמת נקם־ברית Hebraiſmus, immittam homines armatos qui vlciſcentur fœdus quod pepigeratis, fractum à vobis & violatum. Congregabimini a. ונאספתם Id eſt, ſi confugeritis ad vrbes veſtras. vel, & quũ collecti fueritis intra ciuitates veſtras, mittam, &c. 26 Baculum panis, מטה־לחם virgã panis. Chaldæus paraph. ſuſtentationẽ cibi. i. vbi panis auxilio vos defraudauero, quo tãquam ſcipione innitimini. Vide Ezech.4.d.16, & 5.d.16. In clib. vno, בתנור אחד q. d. tanta erit penuria vt decẽ familiis ſufficiat clibanus vnus, idémque exiguus. In pondere: במשקל tanta ſcilicet erit panis inopia. Vide Ezech.4.d.16. 27 In hoc בזאת per hoc. i. per hãc inopiã. Sed ambul. &c. והלכתם Repetit quod antè dixerat, verſu 23.

E 28 Et ego incedam aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis propter peccata veſtra.

29 Ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum

30 Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra veſtra confringam: cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea:

31 Intãtum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra: nec recipiam vltrà odorem ſuauiſſimum.

32 Diſperdámque terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, quũ habitatores illius fuerint.

33 Vos autem diſpergam in Gẽtes, & euaginabo poſt vos gladium: eritque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ.

34 Tunc placebunt terræ ſabbatha ſua cũctis diebus ſolitudinis ſuæ quãdo fueritis in terra hoſtili, ſabbathizabit, & requieſcet,

35 In ſabbathis ſolitudinis ſuæ, eo quòd nõ requieuerit in ſabbathis veſtris quando habitabatis in ea.

F 36 Et qui de vobis remãſerint, dabo pauorem in cordibus eorũ in regionibus hoſtiũ, terrebit eos ſonitus folii volãtis, & ita fugient quaſi gladiũ: cadent nullo perſequente,

37 Et corruent ſinguli ſuper fratres ſuos, quaſi bella fugientes, nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere.

38 Peribitis inter Gentes, & hoſtilis vos terra conſumet.

39 Quòd ſi & de iis aliqui remãſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorũ, & propter peccata patrũ ſuorum & ſua affligentur:

40 Donec cõfiteantur iniquitates ſuas & maiorum ſuorum, quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerunt exaduerſo mihi.

41 Ambulabo igitur & ego cõtra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircũciſa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.

G 42 Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob & Iſaac & Abraham.

28 Incedam vobiſcum "cum ira caſus, "& corripiam vos etiam ego ſepties propter peccata veſtra.

29 Comedetíſque carnem filiorum veſtrorum, & carnem filiarũ veſtrarum comedetis.

30 Atque diſſipabo excelſa veſtra, & ſuccîdam "imagines veſtras, ponámque cadauera veſtra ſuper cadauera idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea.

31 Dabóque ciuitates veſtras *in* deſolationem, ac deſolabo ſanctuaria veſtra, neque odorabor "odorem quietis veſtræ.

32 Deſolabo inquam ego terram, "ita vt obſtupeſcant ſuper eam inimici veſtri qui habitant in ea.

33 Vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladiũ: erítque terra veſtra deſolata, & ciuitates veſtræ erunt deſtructæ.

34 Tunc "perficiet terra ſabbatha ſua cunctis diebus quibus deſolata fuerit, vos autem *eritis* in terra inimicorum veſtrorum: tũc *inquam* "requieſcet terra, & perficiet ſabbatha ſua.

35 Omnibus diebus quibus deſolata fuerit, requieſcet: "quia nõ requieuit in ſabbathis veſtris dum habitaretis in ea.

36 Qui autem remanſerint "ex vobis, inducam "teneritudinẽ in cor eorum in terris inimicorum ſuorum, & perſequetur eos ſonus folii impulſi, & fugient "fuga gladii, cadéntque "nemine perſequente.

37 Impingent autem "alter in alterum tanquam à facie gladii, nullo perſequente: neque erit vobis "reſiſtentia corã inimicis veſtris.

38 Et peribitis inter Gentes, "& abſumet vos terra inimicorum veſtrorum.

39 Et qui remanſerint ex vobis, "diſſoluentur propter iniquitatẽ ſuam in terris inimicorum veſtrorum, atque etiam propter iniquitates patrum ſuorum, cum eis *inquam* diſſoluentur:

40 "Donec cõfiteantur iniquitatem ſuam, & iniquitatem patrum ſuorum, iuxta præuaricationem ſuam qua præuaricati ſunt in me: "& etiam quòd ambulauerint mecum in caſu:

41 *Quòd* etiã ego "ambulauerim cũ illis in caſu, & induxerim eos in terram inimicorum ſuorum: "túncque humilietur cor eorum incircunciſum, atque "æquo animo ferant multam ſuam.

42 "Tunc recordabor pacti mei *cum* Iayacób, & etiam pacti mei *cum*

Confeſſio peccati, & pro eodem oratio.

Promiſſiõis ſum memor Deꝰ, parcit populo confitẽti peccatum.

28 Cum ira caſus, בחמת־קרי in ira fortunæ. hoc eſt, Si tribueritis adhuc fortunæ quod prouidentiæ meæ erat tribuendum: puniam ego vos ira grauiſſima, quæ non videbitur proficiſci à me, ſed à caſu & fortuna quam colitis. Et corripiam, &c. ויסרתי וגו׳ Eadem habes paulo ſuprà, verſu 18. 30 Imagines ve. את־חמניכם ſimulachra veſtra. Hæc vox non ſimpliciter ſimulachra ſignificat, ſed eiuſmodi quæ cultores Solis erigebant. nam חמה Solem ſignificat. inde חמנים ſimulachra lignea (vt ait doctus inter Hebræos) quæ faciebant qui Solem colebant. Alter inter illos doctus exponit altaria & domos in quibus Solem adorabant. Lignea fuiſſe ſimulachra apparet ex 2. Paral 34. b. 7, vbi legitur, Et omnia החמנים ſimulachra ſuccîdit. 31 Odorem quietis v. בריח ניחוחכם ׃ Id eſt, odorem illum gratiſſimum quem ſuffietis mihi in ſacrificiis veſtris. Non placabor odoribus incenſis à vobis. Vide Exod. 29. c. 18, & ſuprà cap. 4. d. 31.

32 Ita vt obſtupeſcant ושממו Ad verbum, & obſtupeſcent. 34 Perficiet terra ſabb. ſ. תרצה הארץ את־שבתותיה De ſabbatho terræ vide quid præcipiat Dominus ſuprà, cap. 25. a. 2. Requieſcet תשבת ſabbathizabit. ſic verſu ſequenti.

35 Quia non, &c. אשר לא־שבתה בשבתותיכם quæ nõ ſabbathizauit in ſabbathis veſtris. i. tẽpore quo debebatis celebrare ſabbatha mea.

36 Ex vobis, בכם Hîc ב pro מן poſitum eſt. Teneritudinem מורך mollitiem. i. reddam eos effœminatos & molles. Fuga gladii, מנוסת־חרב Id eſt quaſi viſis hoſtibus armatis. Nemine perſeq. ואין רודף ׃ Ad verbum, & non erit perſequens.

37 Alter in alterum איש־באחיו Ad verbum, vir in fratrem ſuum. Reſiſtentia תקומה conſiſtentia. i. neque reſiſtetis viſis hoſtibus veſtris. 38 Et abſumet, &c. ואכלה אתכם וגו & deuorabit vos. Idem bis dicit, verbis mutatis. i. moriemini in terra inimicorum.

39 Diſſoluentur ימקו labaſcent. tabeſcent. Idem verbum in fine huius verſus. i. peribunt.

40 Donec confiteantur והתודו Ad verbum, Et confitebuntur. Et etiam quòd ambulauerint, &c. ואף אשר־הלכו עמי בקרי ׃ .i. quòd ea tribuerint fortunæ quæ mihi tribuenda erant. Quidam volunt hîc paucis repeti pœnas quas ſuprà minatus fuerat: ita tamen vt in ſpem veniæ reſipiſcentes erigat Moſes. & vertunt hæc omnia vſque ad 44 verſum, hoc modo, Et vtique quia ambulauerint mecum fortuitò, Etiã ego ambulabo cum ipſis fortuitò: & inducam eos in terram hoſtium ſuorum, ſi etiam humilietur cor eorum incircunciſum, & expient iniquitatem ſuam: Donec recorder fœderis mei cum Iaacob, & fœderis mei cum Iſaac, atque etiam fœderis mei cum Abraham recorder, ac memor ſim terræ, Terra deſeretur ab eis, & fruetur ſabbathis ſuis, quæ fuit deſolata propter eos, donec expient iniquitatem ſuam.

41 Ambulauerim cum illis in caſu, אלך עמם בקרי. i. permiſerim omnia fieri quaſi à me non fierent, ſed fortuitó. Fut. Heb. pro præt. Subauditur verbum præcedens, confitebuntur. Verti poſſet, *Vnde* ego quoque ambulauerim, &c. Túncque או־אז Ad verbũ, aut tunc. אז pro ו. AEquo animo fe. mul. ſ. ירצו את־עונם ׃ Ad verbum, amabunt iniquitatem ſuam. i. non grauiter ferent pœnam quam pro iniquitate ſua expendent. Alii, exoluent pœnas quas dabunt propter iniquitates ſuas. Alii, rogabunt pro iniquitate ſua. Chaldæus paraph. expiabunt peccata ſua. 42 Tunc recordabor וזכרתי Ad verbum, Et recordabor.

Iɤſhac, & inſuper pacti mei *am* Abrahám recordabor, terræ quoque memor ero.

43 ʻTerra interim deſeretur ab eis, & perficiet ſabbatha ſua quæ deſolata eſt propter illos: & ipſi exoluent multã ſuã, eo quòd inquã iudicia mea ſpreuerint, & decreta mea abominata ſit anima eorũ.

44 ʻEt tamẽ etiam hoc modo quum ipſi fuerint interra inimicorũ ſuorum, non ʻreprobaui eos, neque abominatus ſum eos, ʻvt conſumerem eos, irritum faciendo pactum meum cum eis: egoenim Iehouáh Deus eorum.

45 ʻSed recordabor propter eos pacti priorũ, *ego* q eduxi eos è terra AEgypti in oculis Gẽtium, vt eſſem illis in Deum: ego Iehouáh.

46 Hæc ſunt decreta, & iudicia, & leges quas dedit Iehouáh inter ſe & filios Iשſraאél in monte סSinái per manum Moשſéh.

Cap. XXVII.

De variis votis, & redemptione eorundem.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Alloquere filios Iשſraאél, & dic eis, Vir quum ʻſeparauerit votum ʻſecundum æſtimationem animarum, Iehouæ:

3 ʻErit æſtimatio tua: *pro* maſculo, ʻà filio viginti annorum vſque ad filium ſexaginta annorũ ʻerit æſtimatio tua quinquaginta ʻשſeclorum argenteorum, ſecundum שſeclum ſanctuarii:

4 Quòd ſi fœmina fuerit, erit æſtimatio triginta שſeclorum.

5 Si autem à filio quinque annorum vſque ad filium viginti annorum: erit æſtimatio tua, *pro* maſculo, viginti שſeclorum: *pro* fœmina verò, decem שſeclorum.

6 ʻSi verò à filio mẽſis vſque ad filium quinque annorum: erit æſtimatio tua, *pro* maſculo, quinque שſeclorum argẽteorum: *pro* fœmina verò, æſtimatio tua *erit* trium שſeclorum argenteorum.

7 At ſi à filio ſexaginta annorum & ſuprà: ſi *pro* maſculo, erit æſtimatio tua quindecim שſeclorum: & *pro* fœmina, decem שſeclorũ.

8 Quòd ſi pauperior eſt quàm vt æſtimationem tuam *poſſit ſoluere*, ʻtũc ſtatuet illum corã ſacerdote, & æſtimabit eum ſacerdos: ʻſecundũ quod apprehẽderit manus vouẽtis, æſtimabit eũ ſacerdos.

9 Si autem animal *uouerit* ʻde quo offerunt oblationem Iehouæ, ʻomne de quo dederit Iehouæ, erit ʻſanctitas.

10 Non mutabit illud, neque cõmutabit illud, ʻmelius deteriore,

terræ quoque memor ero.

43 Quæ quũ relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbathis ſuis patiẽs ſolitudinem propter illos: ipſi verò rogabunt pro peccatis ſuis, eo quòd abiecerit iudicia mea, & Leges meas deſpexerint.

44 Attamen etiam quũ eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci eos, neq; ſic deſpexi vt conſumerẽtur, & irritum facerẽ pactũ meum cum eis: ego enim ſum Dominus Deus eorum.

45 Et recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra AEgypti in conſpectu Gentium, vt eſſẽ Deus eorum: ego Dominus.

46 Hæc ſunt iudicia atq; præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Sinai per manũ Moyſi. Cap. XXVII.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Homo qui votum fecerit, & ſpopõderit Domino animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium.

3 Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarii:

4 Si mulier, triginta.

5 A quinto autem anno vſque ad viceſimũ, maſculus dabit viginti ſiclos, fœmina decem.

6 Ab vno menſe vſque ad annũ quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli, pro fœmina tres.

7 Sexagenarius & vltrà maſculus dabit quindecim ſiclos: fœmina decem.

8 Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit.

9 Animal autem quod immolari poteſt Domino, ſiquis vouerit Domino, ſanctum erit,

10 Et mutari non poterit, id eſt nec melius malo, nec peius bono. quòd ſi

---

43 Terra interim deſeretur והארץ תעזב Ad verbum, Et terra deſeretur. 44 Et tamen etiam hoc modo ואף־גם־זאת Ad verbum, Et etiam, etiam hoc. i. etiam ſi hoc modo expulerim eos terra ſua in captiuitatem, attamen non ita reprobaui & abominatus ſum vt penitus conſumantur, & rumpam fœdus meum. Alii vertũt, Et etiam hoc quoque *fuit*, vel *contigit*, quum ipſi eſſent, &c. Reprobaui eos, מאסתים ſpreui eos. flocci feci eos. Vt conſumerem eos, לכלותם .i. ita vt internecioni darem eos.

45 Sed recordabor propter eos pacti וזכרתי להם ברית Ad verbum, Et recordabor eis pacti. i. recordabor in gratiam eorum pacti mei initi cum maioribus.

IN CAPVT XXVII.

2 Separauerit יפלא Id eſt, quum quis nuncupauerit votum aliquod Deo, ita vt diſertè illud ore ſuo exprimat atque declaret. Ad verbũ, mirificabit. פלא enim miraculum, ſiue rem admirandam ſignificat. Vnde quidam hunc ſenſum ſubeſſe putant, Siquis mirabile votum fecerit, vouẽdo ſcilicet ſe, vel pecora, vel agros & prædia ſua Domino. hoc enim difficile quiddam eſſe videtur, & quod nõ careat admiratione.

Secundum æſtimationem anim. בערכך נפשות Id eſt, qui votum fecerit, non quodcunque, ſed vt det æſtimationem animarum: hoc eſt perſonarum quas vouerit Domino. Sic exponunt Hebræi. Atque ita hic verſus ſequenti verſui iungitur, Quum vir ſeparauerit votũ animarum, Tua erit æſtimatio, ô ſacerdos. Et ך vltimũ in בערכך, opinione grãmaticorum redundat, neque eſt ſignum pronominis. éſtque בערכך idem quod בערך. In hac ſententia eſt ex doctioribus Hebræorum alter. Chaldæus item paraph. qui vertit, Qui ſeparauerit votum iuxta ſeparationem animarum. At doctus inter illos vult vltimum ך eſſe conſtitutiuum pronominis, & non redundare, exponens, iuxta æſtimationẽ tuam, ô ſacerdos (alloquitur ſacerdotem) æſtimabitur votum animarum quod factum eſt Domino.

3 Erit æſtimatio t. והיה ערכך Ad verbum, Et erit æſtimatio tua. Subauditur ô ſacerdos, vt manifeſtum eſt ex 12 verſu huius capitis, vbi integra ponitur loquutio. i. pretium conſtitues quod pro redemptione animarum det qui voto vouerit aliquam perſonã. Homines enim aut ſeipſos vouent, aut animalia, aut agros, aut domum. Qui ſeipſum vouebat, non iugulabatur ad ſacrificium, quemadmodũ animalia munda: ſed redimebatur pecunia, idque iuxta ſexum & ætatem. Si fuerit (inquit) maſculus, &c. Hîc ו verti non debet, quòd tantùm conuertat præteritum in futurum. A filio viginti, &c. מבן עשרים וגו׳ Hebraiſmus, pro, à vicenario vſque ad ſexagenarium. Erit æſtimatio tua והיה ערכך .i. tu æſtimabis quinquaginta ſiclos. Et hîc ו tantùm conuertit. שSeclorũ שקל De ſiclo profano aut ſancto, & quid valeat, vide Exo. 30. b. 13. 6 Si verò à filio menſis, &c. ואם מבן־חודש .i. ſi ſit de his qui attigerunt menſem vnũ, & plures vſque ad annum quintum. 8 Tunc ſtatuet illum והעמידו ſub. aliquis alius ſacerdos. Aut eſt perſonæ mutatio, pro, ſtatues illum coram te, ô ſacerdos, & æſtimabis illum pro facultatibus ipſius, ſecundum quod perſoluere poterit. Secundum quod appreh. &c. אשר וגו׳ על־פי Hebraiſmus, pro ratione facultatum vouentis. 9 De quo offerunt בהמה אשר יקריבו ממנה .i. de cuius genere offerre ſolent. Omne כל ſub. iumentum. Sanctitas. קודש: Id eſt ſacrum. ſacratum.

10 Melius deter. &c. טוב ברע וגו׳ Ad verbum, bonum in malum, & malum in bonum. vel, bonum cum malo, & malum cum bono.

B mutauerit, & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, cõſecratum erit Domino.

11 Animal autem immundũ quod immolari Domino nõ poteſt: ſiquis vouerit, adducetur ante ſacerdotem:

12 Qui diiudicans vtrum bonum an malum ſit, ſtatuet pretium.

13 Quòd ſi dare voluerit is qui offert, addet ſuper æſtimationem, quintam partem.

14 Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit Domino, conſiderabit eam ſacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta pretiũ quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur.

15 Sinautẽ ille qui vouerat, voluerit redimere eã, dabit quintã partẽ æſtimationis ſuprà, & habebit domum.

16 Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & cõſecrauerit Domino, iuxta menſurã ſementis æſtimabitur pretiũ: ſi triginta modiis hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venũdetur argenti.

17 Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur.

C 18 Sinautem poſt aliquantum tẽporis, ſupputabit ſacerdos pecuniã iuxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum vſque ad iubileũ, & detrahetur ex pretio.

19 Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partẽ æſtimatę pecuniæ, & poſſidebit eũ.

20 Sinautem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eũ qui vouerat, redimere non poterit.

21 Quia quũ iubilei venerit dies, ſanctificatus erit Domino: & poſſeſſio cõſecrata, ad ius pertinet ſacerdotum.

22 Si ager emptus, & non de poſſeſſione maiorum, ſanctificatus fuerit Domino,

23 Supputabit ſacerdos iuxta annorũ numerum vſque ad iubileum, pretiũ: & dabit ille qui vouerat eũ, Domino.

24 In iubileo autẽ reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eũ, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ.

Exo.30.b.13
nume.3.g.47
ezech.45.d.12

25 Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii ponderabitur: ‖ ſiclus viginti obolos habet.

26 Primogita quæ ad Dominum per·

aut deterius meliore: quòd ſi cõmutando commutauerit animal animali, & illud′ & commutatio eius erit ſanctitas.

11 Si autem *fuerit* quodlibet animal immundum, de quo non offerunt oblationem Iehouæ, tunc ſtatuet animal coram ſacerdote:

12 AEſtimabítque illud ſacerdos, ′ſiue bonum *ſit*, ſiue malum: ″ſecundum æſtimationem tuam ô ſacerdos, ſic erit.

13 Si verò redimendo redemerit illud, addet quintam eius partem ′vltra æſtimationem tuam.

14 Vir autem quum′ conſecrauerit domum ſuam′ conſecrationẽ Iehouæ, æſtimabit eam ſacerdos′ ſiue bona *ſit* ſiue mala: ſecũdum quod æſtimauerit eam ſacerdos, ′ſic manebit.

15 Si autem conſecrans redemerit domum ſuam, addet quintam partem pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam, & illius erit.

16 Si verò de agro poſſeſſionis ſuæ conſecrauerit quis Iehouæ, erit æſtimatio tua″ ſecũdum ſementem eius: ″ſemen cori hordeorum, quinquaginta שſeclis argenteis æſtimabitur.

17 Quòd ſi ab anno iobél conſecrauerit agrum ſuum, ſecundum æſtimationem tuam″ manebit.

18 Si verò poſt iobél conſecrauerit agrum ſuum, tum ſupputabit cum eo ſacerdos pecuniam ſecundum annos qui remanent vſque ad annum iobél, & detrahetur de æſtimatione tua.

19 ′Si autem redimendo redimat agrum qui cõſecrauit ipſum, addet quintã partẽ pecuniæ æſtimatiõis tuæ ſuper eã, ″& manebit ei.

20 Si verò non redemerit agrum, & ſi ″vendiderit agrum viro alteri, ″non redimet vltrá:

21 Sed erit ager, ″quum egredietur iobél, ″ſanctitas Iehouæ, ″ſicut ager anathematis, ſacerdoti erit poſſeſſio eius.

22 Si verò agrum′ emptum à ſe, ′qui non erat de agro poſſeſſionis ſuæ, conſecrauerit Iehouæ:

23 Tunc ſupputabit ′illi ſacerdos numerum æſtimationis tuæ vſque ad annum iobél, dabítque æſtimationem tuam in die illo, ′ſanctitatem Iehouæ.

24 In anno iobél reuertetur ager ad eum à quo emerat ipſum, ad eum cuius *erat* poſſeſſio terræ.

25 Omnis autem ″æſtimatio tua erit ſecundum שſeclum ſanctuarii: ″viginti obolorum eſt שſecél.

Siclus.

26 Veruntamen primogenitum ″quod iure primogenituræ offer-

Et commutatio eius ותמורתו Id eſt animal commutatum. 12 Siue bonum, &c. בין טוב ובין רע Ad verbum, inter bonum & inter malum. i. qualis qualis ſit. Infrà verſu 26, אם־שור אם־שה ſi bos, ſi ouis. Secundum æſtimationem t. &c. כערכך וגו׳ .i. perſoluet pretium quod iuſſeris. 13 Vltra æſtimationem tuam. : על־ערכך Id eſt vltra pretium à te conſtitutum.

14 Cõſecrauerit יקדיש Ad verbum, ſanctificauerit. i. Deo donauerit. Conſecrationẽ קודש Per appoſitionem dictũ, Conſecrare cõſecrationẽ Iehouæ, pro, aliquid cõſecrare Iehouæ. Sic manebit. : כן יקום ſic ſtabit. ſic ſtatuetur. Alii, cõfirmabitur. Paulo antè verſu 13, pro hoc dixit כן יהיה ſic erit. i. tanti vendetur. 16 Secundũ ſementẽ e. לפי זרעו ſecundum ſemen eius. Alii, iuxta menſuram prouentus eius. id eſt iuxta fertilitatem eius. q. d. iuxta fertilitatem eius agri pones pretium eius. habebis rationem & bonitatis eius & fertilitatis.

Semen cori hordeorum, &c. זרע חומר שעורים וגו׳ .i. pro ſingulis coris hordei dabit quinquaginta ſiclos.

17 Manebit. : יקום Vt paulo antè verſu 14. 19 Si autem red. redim. ואם־גאול יגאל Si autem redimere voluerit. Et manebit ei. : וקם לו & ſtabilietur ei. vel ſtabit illi. i. recipiet illum agellum. Paulo antè verſu 15, pro hoc verbo poſuit והיה לו & erit illi.

20 Vendiderit מכר ſub. ſacerdos. Non redimet לא־יגאל non poterit redimere.

21 Quũ egred. בצאתו ſub. de dominio & poſſeſſione ementis. Sanctitas Ie. קודש ליהוה ſanctus [ſacratus] Iehouæ. Sicut ager anath. כשדה החרם .i. ſicut ager Deo deuotus ex manubiis, aut pro redimenda culpa, ſacerdos poſſidebit eum agrum iure hæreditario. Vox Hebræa חרם *herem*, quam ferè anathema vertũt, dicitur ab חרם *haram*, quod (vt ſcribit doctus inter Hebræos) ſignificat occidere, euertere, delere, perdere, ac nullum de re ſic perdita percipere commodum. Hinc eſt genus voti quãdo quis rem aliquam penitus à ſe abdicat, quam nec redimere poteſt, nec per æſtimationem recuperare. Et illud hìc vocatur anathema, quod ſic Domino eſt conſecratũ, vt ad profanos vſus nunquam applicari poſſit. Hoc votum ferè concipiebatur ab Iſraelitis, quum ex pacto internecionis, aut ex conditione euerſionis alicuius vrbis homines aut ſpolia deuouebantur Deo: vt vides Num. 21.a.2. Deut. 13.d.15.16.17. & Ioſue 6.c.17.18. ἀνάθεμα autem compoſitum ex ἀνὰ & θέμα, quaſi dicas ſepoſitum quiddam, aut reiectum. Vox apud Paulum frequens, vt Rom. 9.a.3, Optarim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. i. quaſi quiddam ſepoſitum & alienum, aut reiectum à Chriſto. Et 1. Corin. 12.a.3. Nullus per Spiritum Dei loquens, dicit anathema Ieſũ. i. maledicit, & execratur. Significatur igitur hac dictione extremũ exitium. 22 Emptũ à ſe, מקנתו Ad verbũ, emptionis ſuæ.

Qui non erat, &c. אשר לא וגו׳ .i. quẽ iure hæreditario non poſſidebat. 23 Illi ſacerd. &c. לו הכוהן וגו׳ pro illo ſacerdos ſummã pretii à te conſtituti vſque, &c. Sanctitatem Iehouæ. : קודש ליהוה .i. ſacratam Iehouæ. Per appoſitionem dictum.

25 AEſtimatio tua ערכך ſub. ô ſacerdos. Viginti obo. עשרים גרה Vide Exo. 30.b.13. 26 Quod iure primog. off. אשר יבוכר Ad verbum, ſi Latinè dici poſſet, quod primogenitabitur. Fut. Heb. pro præſ. i. quod iure primogenituræ debetur Iehouæ.

Sinai, ſiue Horeb.

tur Iehouæ inter animalia,″nemo conſecrabit: ſiue bos, ſiue ouis, Iehouæ eſt.

27 Si verò *fuerit* ex animalibus immundis, redimet iuxta æſtimationem tuam,″& addet quintam partem eius vltra eam: & ſi non redimatur, vendatur iuxta æſtimationem tuam.

Anathema neq; vendi, neque redimi poteſt.

28 Veruntamen omne anáthema quod conſecrabit aliquis Iehouæ, ex omnibus″quæ habet, de hominibus & animalibus, & de agris poſſeſſionis ſuæ, non vendetur, neque redimetur. omne *enim* anáthema ſanctitas ſanctitatum erit Iehouæ.

29 Omne anáthema quod conſecrabitur de hominibus, non redimetur, moriendo morietur.

30 Omnes autem decimæ terræ *ſiue* de ſemine terræ, *ſiue* de fructu arborum, Iehouæ ſunt, ſanctitas Iehouæ.

31 Si verò redimendo redemerit vir *aliquid* de decimis ſuis, quintã eius partem addet″vltra eam.

32 Et omnis decima″boum & ouium, omnium *nempe* quæ tranſeũt ſub virga, decima *inquam pars* erit ſanctitas Iehouæ.

33 ″Non diſquiret vtrum bonũ an malũ, neque permutabit illud: quòd ſi commutando cõmutauerit ipſum,″erit tã hoc quàm illud quod cõmutatum eſt, erit *inquam* ſanctificatio, nõ redimetur.

34 Iſta ſunt præcepta quæ præcepit Iehouáh Moשſéh″ad filios Iשſraאél in monte סSinái.

tinent, nemo ſanctificare poterit & vouere: ſiue bos, ſiue ouis fuerit, Domini ſunt.

Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationẽ tuam, & addet quintam partem pretii: ſi redimere noluerit, vẽdetur alteri quãtuncunq; fuerit antè æſtimatũ. D

Omne quod Domino conſecratur ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non væniet, nec redimi poterit. quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. Ioſ.6.c.19.d.14

Et omnis conſecratio quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur.

Omnes decimæ terræ de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur.

Siquis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partẽ earum.

Omniũ decimarum bouis & ouis, quæ ſub paſtoris virga trãſeũt, quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino.

Non eligetur nec bonum nec malũ, nec altero commutabitur. ſiquis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur.

Hæc ſunt præcepta quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

Nemo conſecr. לא יקדיש איש אותו Ad verbum, non ſanctificabit vir illud. q.d. nemo vota Deo nuncupare poteſt ex primogenitis, quòd ipſius ſint. 27 Et addet ויסף ſed *tamen* addet. 28 Quæ habet, אשר־לו Ad verbum, quæ ei.

31 Vltra eam. עליו : nempe, æſtimationem illius decimæ. 32 Boum & ouium, om. &c. בקר וצאן וגו׳ Singularia Heb. pro plur. Trãſeuntia ſub virga paſtoris vocat animalia quæ à paſtore reguntur, ſiue potius quæ ab illo numerantur, vt Hebræi exponunt, ſcribentes in hunc modum, Qui habet agnos, ſic ſeparat inde decimam. Colligit omnes agnos, vel omnes vitulos in ſtabulum: cui facit oſtium paruũ, per quod non poſſint egredi duo ſimul. Conſtituuntúrque matres illorum extra oſtium: vt quum agni illas balantes audiant, ordine alius poſt alium ex ſtabulo egrediantur. Tum incipit & numerat cum virga, Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem: & quod decimo loco egreſſum fuerit, ſiue maſculus ſiue fœmella ſit, ſiue integrum, ſiue maculatum, ſignat ipſum rubro colore, quo tincta eſt virga: & dicit, Hoc erit pro decima. Hactenus Hebræi, ad quorũ morem in numerandis pecoribus pro decima, hîc ſanè Scriptura alludere videtur.

33 Non diſquiret לא יבקר Non conſiderabit. i. is qui dabit decimã, non faciet diſcrimen inter pecus pingue & macilentum, non feliget quod daturus ſit pro decima: ſed quod ſorte cõtigerit, dabit. Erit tam, &c. והיה־הוא וגו׳ Ad verbum, & erit ipſum & cõmutatio eius, &c. 34 Ad filios Iשſraאél אל־בני ישראל pro filiis Iſrael. i. vt illa exponeret filiis Iſrael. אל pro על poſitum, vt ſcribunt docti.

Quartus Moſis liber, vulgò Numeri.

HEBRAICE במדבר

Quartum hunc Moſis librum Græci inſcripſerunt Ἀριθμοὺς, Latini Numeros, quòd in ipſa libri fronte Moſes & Aaron ineant numerum populi Iſraelitici, idque tributim. Hebræi verò, vt ſuperioribus tribus libris, ita huic quoque à quarta primi verſus huius libri dictione impoſuerunt nomen במדבר, In deſerto.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Lʹoquutus Eſt autem Iehouáh ad Moשſéh in deſerto סSinái, in tabernaculo eccleſiæ,″in primo ″menſis ſecundi, anno ſecundo ex quo egreſſi ſunt è terra AEgypti, dicendo,

Iubentur numerari ad pugnam apti.

2 Capite ″ſummã totius cœtus filiorum Iשſraאél per familias eorum, per domos patrum eorum, iuxta numerum nominum, omnem maſculum″per capita eorum,

3 ʹA filio viginti annorum & ſuprà, ʹomnẽ egredientem ad bellũ in Iשſraאele: numerabitis eos″per exercitus ſuos tu & Aharón.

VETVS.

Cap. I.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorum ex AEgypto, dicẽs,

‖Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorũ Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini, Exo.30.b.12

A viceſimo anno & ſuprà, omnium virorum fortium ex Iſrael: & numerabitis eos per turmas ſuas, tu & Aarõ.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Loquutus eſt autẽ וידבר Hic ו quibuſdã non copulat, ſed tantùm futurũ vertit in præt. Sic ſæpe in principiis librorum Hebraicorum. In primo באחד Ad verbum, in vno. ſub. die. Menſis ſecundi, לחודש השני Hîc menſis ſecundus Hebræorum, reſpondet noſtro Aprili, & primus Martio. 2 Summam את־ראש Ad verbum, caput. ſic vocat ſummam, quòd ipſa ſit caput numeri. q.d. ſummum ſiue vltimum numerum. Chaldæus paraph. numerum. Per capita e. לגולגלותם : .i. per ſingula capita, ſiue viritim: computando ſingula capita. Vide infrà verſu 20. 3 A filio vig. ann. מבן עשרים שנה Id eſt, ab eo qui natus eſt annos viginti, & vltrá. Omnem egredientem ab bellum כל־יוצא צבא .i. quotquot apti ſunt ad militiam. Per exercitus ſuos לצבאותם per turmas ſuas.

	Erũntque vobiſcum principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis:	4	ʹSíntque vobiſcum viri de ſingulis tribubus, quorum quilibet caput domus ſit patrum ſuorum.	
	Quorum iſta ſunt nomina, De Ruben, Eliſur filius Sedeur.	5	Hæc ſunt autem nomina virorum ʹqui ſtabunt vobiſcum. ʹde Reıאubén, אEliצſúr ʹfilius שSedeıאúr.	
	De Simeõ, Salamiel fili⁹ Suriſaddai.	6	De שSimıעón, שSelumiאél filius צSuriשſaddái.	
	De Iuda, Nahaſſõ filius Aminadab.	7	De Iehudáh, Naחhשſón filius עAmminadab.	
	De Iſſachar, Nathanael filius Suar.	8	De Iשſachár, Nethanאél filius צSuעár.	
	De Zabulon, Eliab filius Helon.	9	De Zebulún, אEliab filius חHelón.	
B	Filiorum autẽ Ioſeph, de Ephráim, Eliſama filius Ammiud: de Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur.	10	De filiis Ioסſéph, de אEphráim, אEliשſamáy filius עAmmihúd: de Menaשſéh, Gamliאél filius Pedahצſúr.	
	De Beniamin, Abidã fili⁹ Gedeonis	11	De Biniamín, Abidán filius Gidעoní.	
	De Dã, Ahiézer filius Ammiſaddai.	12	De Dan, Aחhiעézer filius עAmmiשſaddái.	
	De Aſer, Phegiel filius Ocran.	13	De Aשſér, Pagıעiél filius עOchrán.	
	De Gad, Eliaſaph filius Duel.	14	De Gad, אEliaסſáph filius Deıעuél.	
	De Nephthali, Ahira filius Enan.	15	De Naphthalí, Aחhiráy filius ıעEnán.	
	Hi nobiliſſimi principes ʹmultitudinis per tribus & cognationes ſuas, & capita exercitus Iſrael:	16	ʺHi *ſunt* nobiliſſimi ſynagogæ, principes tribuum patrum ſuorum: ʺcapita millium Iשſraאelis erant.	
	Quos tulerunt Moyſes & Aaron cũ omni vulgi multitudine.	17	Accepit igitur Moשſéh & Aharón viros iſtos ʺqui expoſiti ſunt per nomina.	
	Et congregauerunt primo die menſis ſecundi, recẽſentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà,	18	Et vniuerſam ſynagogã congregauerunt primo menſis ſecundi, ʺ& ſecundum genealogiam recẽſiti ſunt per familias ſuas: ʹper domos patrum ſuorum, ʺiuxta numerum nominum, à filio viginti annorum & ſuprà, per capita ſua.	
	Sicut præceperat Dominus Moyſi, numeratique ſunt in deſerto Sinai.	19	Quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh, ʹnumerauit eos in deſerto סSinái.	
C	De Rubẽ primogenito Iſraelis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum,	20	Fuerũt itaque filii Reıאubén primogeniti Iשſraאél ʹ*per* generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorũ, ʺiuxta numerum nominum per capita ſua, ʺomnis maſculus à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam:	Ruben.
	Quadraginta ſex millia quingenti.	21	ʺNumerati eorum de tribu Reıאubén, ſex & quadraginta millia atque quingenti.	
	De filiis Simeon per generationes ſuas & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina & capita ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum,	22	De filiis שSimıעón *per* generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorum, ʺnumerati eius, iuxta numerum nominum, per capita ſua, omnis maſculus à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam:	Simeon.
	Quinquaginta nouem millia trecenti.	23	Numerati *inquam* eorum de tribu שSimıעón, nouem & quinquaginta millia atque trecenti.	
	De filiis Gad per generationes ſuas & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſuprà, om-	24	De filiis Gad *per* generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrũ ſuorum, iuxta numerum nominũ, à filio viginti annorum,	[illegible]

4 Sintque vobiſcum viri, &c. ואתכם יהיו איש איש למטה וגו' Ad verbum, Et vobiſcum erunt vir vir per tribum, vir caput, &c. i. Singuli de ſingulis tribubus erunt vobiſcum, ſinguli primores in domo paterna erunt. vel, homo vnus erit ſummus in domo paterna.

5 Qui ſtabunt vobiſcum. אשר יעמדו אתכם qui aſtabunt vobis. quum ſcilicet recenſebitis populum. De Reıאbén, לראובן ſub. tribu, De tribu Ruben. ſic in ſequentibus. Filius שSedeıאúr. בן שדיאור: Notandum ex hoc loco & aliis, Hebræos cognominis loco vti vocabulo FILIVS, & Patris nomine. Vel dicendum eſt, nomen Patris cum nomine FILIVS vſurpatum, vim habere nominis patronymici. quo genere loquendi vtuntur & Vvalli inter Britannos. 16 Hi *ſunt* nobiliſſ. קרואי Ad verbum, Hi vocati. ſiue, nominati. hoc eſt famoſi, præcipui, nobiles, vt vertunt LXX, ἐπίκλητοι. qui ſcilicet vocari ſolent quum agitur de rebus arduis, & iuxta illorum ſententiam res arduæ iudicantur. Capita ראשי duces. q.d. ſummi duces, non ſolum centenarii, ſed & milenarii. vel duces populi Iſraelitici qui conſtat multis millibus. 17 Qui expoſiti, &c. אשר נקבו בשמות: qui expreſſi ſunt nominibus ſuis. 18 Et ſecundũ geneal. recen. ſunt ויתילדו & natales ſuos profeſſi ſunt. i. quibus parẽtibus nati eſſent expoſuerũt. Alii, oſtenderunt natiuitatem ſuam. i. oſtenderunt de qua cognatione ac tribu nati eſſent. Alii, & oſtenſæ ſunt genealogiæ eorum. Per dom. patr. ſu. לבית אבותם i. ſecundũ familias auitas, ſiue paternas. q.d. declarauerunt de qua domo ſiue familia eſſent. nam pro eodem ponit familiam & domum. Iuxta numerum no. &c. במספר שמות וגו' i. quotquot fuerant nominati à viginti annis & ſuprà, computando ſingula capita. Vide paulo pòſt verſu 20. 19 Numerauit e. ויפקדם Ad verbum, & numerauit eos. Hic ו tãtum conuertit fut. in præt. Quidã vertunt, ſic recẽſuit. quia præceſſit Quemadmodum.

20 *Per* generation. ſ. תולדותם Hic & in ſequentibus verſibus 26. 28, &c. deeſt ל, quod mox ſequentibus duabus dictionibus præponitur. A genere ad ſpeciẽ progreditur Moſes, Generationes ponit, quia initiũ ab vniuſcuiuſq; tribu fieri oportuit. Deinde ad familias (quas & domos patrũ appellat tanquã ſynonyma) deſcẽdit. In familiis deinde cenſebãtur capita. Quia verò numerus nominũ expreſſus erat, definit Moſes quomodo numerandi eſſent homines, nempe iuxta capita: vt qui familiæ præeſt, nomen vnum faciat. Omnis maſculus. &c. כל זכר מבן וגו' Singul. Heb. pro plur. omnes mares, à viceſimo anno & ſuprà. quotquot poterant egredi in militiam. i. apti erant ad arma gerenda.

21 Numerati eorum de tribu Re. פקודיהם למטה ראובן Hebraiſmus, pro, qui de tribu Ruben numerati ſunt, fuerunt, &c.

22 Numerati e. פקודיו ſub. tribus. in genit. Eſt enim hìc Simeon nomẽ tribus, vt & in cæteris tribubus, quarũ hic numerus recenſetur.

& ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

25 Numerati eorũ de tribu Gád, quinque & quadraginta millia, atque ſexcenti quinquaginta.

Iuda.

26 De filiis Iehudáh per generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorum, iuxta numerũ nominum,à filio viginti annorum & ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

27 Numerati eorũ de tribu Iehudáh, quatuor & ſeptuaginta millia atque ſexcenti.

Iſſachar.

28 De filiis Iשſſachár per generationes ſuas, per familias ſuas,per domum patrum ſuorum,iuxta numerum nominũ,à filio viginti annorum & ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

29 Numerati eorum de tribu Iשſſachár, quatuor & quinquaginta millia,atque quadringenti.

Zebulon.

30 De filiis Zebulún per generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominũ, à filio viginti annorum & ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

31 Numerati eorum de tribu Zebulún, ſeptem & quinquaginta millia atque quadringenti.

Ioſeph.

32 De filiis Ioסéph,de filiis אEphráim, per generationes ſuas,per familias ſuas,per domos patrum ſuorum,iuxta numerum nominum,à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediẽs ad pugnã:

33 Numerati eorum de tribu אEphráim, quadraginta millia, atque quingenti.

Manaſſe.

34 De filiis Menaשſſéh per generationes ſuas,per familias ſuas,per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, à filio viginti annorum & ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

35 Numerati eorum de tribu Menaשſſéh,duo & triginta millia,atque ducenti.

Beniamin.

36 De filiis Biniamín per generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorum,iuxta numerum nominum,à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam:

37 Numerati eorum de tribu Biniamín, quinque & triginta millia & quadringenti.

Dan.

38 De filiis Dan per generationes ſuas, per familias ſuas, per domos patrum ſuorũ, iuxta numerum nominum,à filio viginti annorum & ſuprà,omnis egrediens ad pugnam:

39 Numerati eorum de tribu Dan, duo & ſexaginta millia atque ſeptingenti.

Aſer.

40 De filiis Aשſér per generationes ſuas, per familias ſuas,per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam:

41 Numerati eorum de tribu Aשſér,vnum & quadraginta millia, atque quingenti.

Nephthali.

42 De filiis Naphthalí per generationes ſuas,per familias ſuas,per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum,à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam:

43 Numerati *inquam* eorum de tribu Naphthali,tria & quinquaginta millia atque quadringenti.

44 Iſti ſunt numerati illi quos numerauit Moשſéh & Aharón : atque principes Iשſraאelis, ′duodecim viri:″ſinguli per domos patrum ſuorum erant.

nes qui ad bella procederent,

25 Quadraginta quinque millia ſexcẽti quinquaginta.

26 De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum,à viceſimo anno & ſuprà , omnes qui poterant ad bella procedere, D

27 Recenſiti ſunt ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti.

28 De filiis Iſſachar per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum,per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprâ , omnes qui ad bella procederent,

29 Recẽſiti ſũt quinquaginta quatuor millia quadringenti.

30 De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà,omnes qui poterãt ad bella procedere,

31 Quinquaginta ſeptem millia quadringenti.

32 De filiis Ioſeph,filiorum Ephráim per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

33 Quadraginta millia quingenti.

34 Porrò filiorum Manaſſe per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viginti annis & ſuprà,oẽs qui poterãt ad bella ꝓcedere, E

35 Triginta duo millia ducenti.

36 De filiis Beuiamin ꝑ generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

37 Triginta quinque millia quadringenti.

38 De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà , omnes qui poterant ad bella procedere,

39 Sexaginta duo millia ſeptingenti.

40 De filiis Aſer per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

41 Quadraginta millia & mille quingenti. F

42 De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella ꝓcedere,

43 Quinquaginta tria millia quadringenti.

44 Hi ſunt quos numerauerunt Moyſes & Aaron , & duodecim principes Iſrael,ſingulos per domos cognationum ſuarum.

44 Duodecim viri: שנים עשר איש nempe iuxta numerum tribuum.nam ſinguli viri ex ſingulis tribubus delecti erant. Singuli per domos איש אחד לבית Ad verbum,Vir vnus per domum.

45 Fuerúntque omnis numerus filiorū Iſrael per domos & familias ſuas à viceſimo anno & ſuprà, qui poterāt ad bella procedere,

46 Sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta.

47 Leuitæ autem in tribu familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis.

48 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

G 49 Tribū Leui noli numerare, neque pones ſummā eorū cum filiis Iſrael:

50 Sed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonii & cuncta vaſa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet. ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius: & erunt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

51 Quum proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: quum caſtrametādum, erigent: quiſquis externorum acceſſerit, occidetur.

52 Metabūtur autem caſtra filii Iſrael vnuſquiſque per turmas & cuneos, atque exercitum ſuum.

53 Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tētoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael, & excubabunt in cuſtodiis tabernaculi teſtimonii.

54 Fecerunt ergo filii Iſrael iuxta omnia quæ pręceperat Dominus Moyſi.

Cap. II.

1 LOquutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen & Aaron, dicens,

2 Singuli per turmas, ſigna atque vexilla, & domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur filii Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis.

3 Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui: eritq; princeps filiorum eius Nahaſon filius Aminadab.

4 Et omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantium, ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti.

5 Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar: quorū princeps fuit Nathanael filius Suar.

6 Et omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon:

8 Omniſque de ſtirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta ſeptem

45 Fuerúntque omnes ″numerati filiorum Iשſraאél per domos patrum ſuorum, à filio viginti annorum & ſuprà, omnis egrediens ad pugnam in Iשſraאele:

46 Fuerunt inquam omnes numerati, ſexcenta tria millia, & quingenti quinquaginta.

47 At Leuitæ per tribum patrum ſuorum nō fuerunt numerati in medio eorum.

48 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

49 ″Veruntamen tribum Leui nō numerabis, neque ſummam eorum capies ″in medio filiorum Iשſraאél.

50 Sed tu præfice Leuitas tabernaculo teſtimonii ″& omnibus vaſis eius, & omnibus quæ ad illud pertinent: ipſi portabunt tabernaculum, & omnia vaſa eius, & ipſi miniſtrabunt illi, & in circuitu tabernaculi caſtrametabuntur.

Leuitarum officium.

51 Quando autem proficiſcetur tabernaculū, ″deponent illud Leuitæ: quum autem cōſiſtet tabernaculum, ″erigent illud Leuitæ: ″& extraneus qui acceſſerit, morietur.

52 Et caſtrametabūtur filii Iשſraאél quiſque in caſtris ſuis, & quiſque iuxta vexillum ſuum per exercitus ſuos.

53 Leuitæ verò caſtrametabuntur in circuitu tabernaculi teſtimonii, & nō erit ″ira ſuper cœtum filiorum Iשſraאél: ″cuſtodiéntque Leuitæ cuſtodiam tabernaculi teſtimonii.

54 Fecerunt ergo filii Iשſraאél: ″iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh Moשſéh, ſic fecerunt.

Cap. II.

1 ET loquutus eſt Iehouáh Moשſéh & Aharón, dicendo,

2 Singuli ″iuxta vexillum ſuum, iuxta ſigna domus patrum ſuorum caſtrametabuntur filii Iשſraאél: ″procul, circum tabernaculum eccleſiæ caſtrametabuntur.

Situs vexillorum filiorū Iſrael, & nomina ducum eorum.

3 Hi autem caſtrametabuntur ad Orientem, ad exortum, vexillū *ſcilicet* exercitus Iehudáh per turmas ſuas: & princeps filiorum Iehudáh *erit* Naחhשſón filius עAmminadáb.

Vexillum Iudæ.

4 ″Et exercitus eius, numeratíque eorum, quatuor & ſeptuaginta millia atque ſexcenti.

5 Caſtrametabūtur verò iuxta eum tribus Iשſſachár. & princeps filiorum Iשſſachár *erit* Nethanאél filius צSuyár.

6 Et exercitus eius, numeratíque eius, quatuor & quinquaginta millia, atque quadringenti.

7 ″Tribus *item* Zebulún. & princeps filiorum Zebulún, אEliáb filius חHelón.

8 Et exercitus eius, numeratíque eius, ſeptē & quinquaginta mil-

---

45 Numerati filiorum Iשſraאél פקודי בני־ישראל Id eſt qui numerati fuerunt ex filiis Iſrael.

49 Veruntamen אך Iſtud reſpicit quod in principio capitis, verſu ſecundo dictum eſt, Capite ſummam, &c. In medio filiorū Iשſ. בתוך בני ישראל: .i. dum numerabis filios Iſrael, non comprehendes eos inter illos: nam ſeorſum volo eos numerari. quod fit infrà cap. 3. b. 15.

50 Et omnibus vaſis eius, ועל כל־כליו & vniuerſæ ſupellectili eius. vel vtenſilibus eius.

51 Deponēt illud יורידו אותו Ad verbū, deſcendere facient illud. id eſt quum tabernaculum erit aliò transferendum, Leuitæ reſoluent illud in partes quibus componitur: quum autem morabitur in loco vno, iidē Leuitæ conſtruent & erigent illud. Erigent יקימו Ad verbum, ſtare facient. Et extraneus, &c. והזר הקרב יומת: Extraneos ſiue alienos vocat omnes qui de tribu Leui non erant. Si (inquit) alius quàm de tribu Leui propius acceſſerit ad diſſoluendum, aut rurſus erigendum tabernaculum, interficietur iuxta ſententiam Iudicum.

53 Ira קצף ſub. Dei. i. nemini ex filiis Iſrael iraſcetur, hoc eſt neminem perdet. Cuſtodiéntque, &c. ושמרו וגו' .i. fungentur ſuo officio in tabernaculo. 54 Iuxta omnia quæ præceperat. ככל אשר צוה Id eſt omnino vt præceperat.

IN CAPVT II.

2 Iuxta vexillum ſ. על־דגלו Quatuor erant vexilla primaria quæ ſequebantur duodecim tribus Iſrael: tres tribus ſemper vexillum vnum ſequebantur. minora verò vexilla ferè innumera erant: ideò mox dicitur, iuxta ſigna domus patrum, &c. Alter ex doctis Hebræorum author eſt, in tribu Ruben, hominem: in tribu Iuda, leonem: in tribu Ephraim, bouem: in tribu Dan, aquilam fuiſſe pro vexillo. Procul, מנגד eminus. q. d. non ita prope. diſtabant enim ab inuicem (vt quidam volunt) vno milliari.

4 Et exercitus eius, numeratique eorum: וצבאו ופקודיהם Id eſt exercitus Iudæ, & qui in ea tribu numerabuntur, erunt LXXIIII. M. & VI. C. Per futurum vertes, ſi ſint verba Dei: ſi autem verba Moſis, per præteritum.

7 Tribus *item* Zebulun. מטה זבולן Dependet ex ſuperiori: acſi dicat, Duæ iſtæ tribus, nempe Iſſachar & Zabulon, caſtrametabuntur iuxta tribum Iuda.

lia atque quadringenti.

'Omnes numerati in exercitu Iehudáh, centum octoginta ſex 9
millia atque quadringēti per exercitus ſuos: primū proficiſcētur.

Vexillū Rubē. Vexillum exercitus Reıאuben *erit* ad Meridiem per turmas ſuas. 10
& princeps filiorum Reıאben *erit* אEliצſúr filius שSedeıאúr.

Et exercitus eius, numeratíque eius, ſex & quadraginta millia 11
atque quingenti.

Caſtrametabuntur autem iuxta eum tribus שSimעón. & prin- 12
ceps filiorum שSimעón, שSeluminאél filius צSuri-שſaddái.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, nouem & quinquagin- 13
ta millia atque trecenti.

Tribus item Gad. & princeps filiorum Gad, אEliaסſáph filius 14
Reעuאél.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, quinque & quadragin- 15
ta millia atque ſexcenti & quinquaginta.

Omnes numerati in exercitu Reıאubén, 'centum quinquagin- 16
ta millia, mille & quadringēti quinquaginta, per exercitus ſuos:
& ſecundi proficiſcentur.

Tabernaculum. Tum proficiſcetur tabernaculum eccleſiæ, *nempe* 'caſtra Leuita- 17
rum, in medio caſtrorum: 'quemadmodum caſtrametabūtur, ſic
'proficiſcentur, quiſque in loco ſuo, iuxta vexilla ſua.

Vexillum Ephraim. Vexillū exercitus אEphráim per turmas ſuas, *erit* ad Occidentē. 18
& princeps filiorū אEphráim *erit* אEliשſamáy filius עAmmihúd.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, quadraginta millia & 19
quingenti.

Et iuxta eum erit tribus Menaשſſéh. & princeps filiorum Me- 20
naשſſéh *erit* Gamaliאél filius Pedahצſúr.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, duo & triginta millia 21
atque ducenti.

Tribus item Biniamín. & princeps filiorum Biniamín *erit* Abi- 22
dán filius Gidעoní.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, quinque & triginta mil- 23
lia atque quadringenti.

Omnes numerati in exercitu אEphráim, cētum & octo millia 24
atque centum, per exercitus ſuos: & tertii proficiſcentur.

Vexillum Dan. Vexillum caſtrorum Dan erit ad Aquilonē, per exercitus ſuos. 25
& princeps filiorum Dan, Aחhiעézer filius עAmmiשſaddái.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, duo & ſexaginta millia 26
atque ſeptingenti.

Caſtrametabuntur autem iuxta eum tribus Aשſér. & princeps 27
filiorum Aשſér *erit* Pagעiאél filius עOchrán.

Et exercitus eius, numeratíque eorum, vnum & quadraginta 28
millia & quingenti.

Tribus item Naphthali. & princeps filiorum Naphthali, Aחhi- 29
ráy filius עEnán.

Et exercitus eius, numeratíque eorū, tria & quinquaginta mil- 30
lia atque quadringenti.

Omnes numerati in exercitu Dan, centū millia & quinquagin 31

millia quadringenti.

9 Vniuerſi qui in caſtris Iudæ ānumerati ſunt, fuerunt centum octoginta ſex millia quadringēti: & per turmas ſuas primi egredientur.

10 In caſtris filiorum Ruben ad Meridianam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur. B

11 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, quadraginta ſex millia quingenti.

12 Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai.

13 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, quinquaginta nouem millia trecenti.

14 In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel.

15 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, quadraginta quinque millia ſexcēti quinquaginta.

16 Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas ſuas: in ſecundo loco proficiſcentur.

17 Leuabitur autem tabernaculum teſtimonii per officia Leuitarum & turmas eorum: quomodo erigetur, ita & deponetur, ſinguli per loca & ordines ſuos proficiſcentur. C

18 Ad Occidentalem plagam erunt caſtra filiorum Ephraim: quorum princeps fuit Eliſama filius Ammiud.

19 Cunctus exercitus pugnatorū eius, qui numerati ſunt, quadraginta millia quingenti.

20 Et cum eis tribus filiorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur.

21 Cunctúſque exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, trigintaduo millia ducenti.

22 In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis.

23 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recenſiti ſunt, trigintaquinque millia quadringenti.

24 Omnes qui numerati ſūt in caſtris Ephraim, centū octo millia centum, per turmas ſuas: tertii proficiſcentur.

25 Ad Aquilonis partem caſtrametati ſunt filii Dan: quorū princeps fuit Ahiezer filius Ammiſaddai.

26 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, ſexaginta duo millia ſeptingenti. D

27 Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aſer: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran.

28 Cunctus exercitus pugnatorū eius, qui numerati ſunt, quadraginta millia & mille quingenti.

29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

30 Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquagintatria millia quadringenti.

31 Omnes qui numerati ſūt in caſtris Dan, fuerunt centum quinquaginta

---

9 Omnes numerati כל־הפקודים Colligit etiam numerum eorum qui ſequebantur tribum Iuda.

16 Centum quinquaginta millia, &c. מאת אלף ואחד וגו' Ad verbum, centum millia & vnum & quinquaginta millia & quadringenti.

17 Caſtra Leuitarum, מחנה הלוים Vice expoſitionis iſtud eſt poſitum. q.d. Mox locum mutabit tabernaculum eccleſiæ, id eſt turma deferens tabernaculum: caſtra ſcilicet Leuitarum, quæ inter quatuor vexilla filiorum Iſrael proficiſcentur. Quemadmodum כאשר Id eſt quo in loco. Proficiſcentur, יסעו ſub. ipſi Leuitæ.

ſeptem millia ſexcenti: & nouiſſimi proficiſcentur.

32 Hic numerus filiorũ Iſrael, per domos cognationum ſuarum & turmas diuiſi exercitus, ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta.

33 Leuitæ autem non ſunt numerati inter filios Iſrael: ſic enim præceperat Dominus Moyſi.

34 Feceruntque filii Iſrael iuxta omnia quæ mandauerat Dominus: caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias ac domos patrum ſuorum.

Cap. III.

1 HAE ſunt generationes Aaron & Moyſi in die qua loquutus eſt Dominus ad Moyſen in mõte Sinai.

Exod.6.d.23

2 Et hæc nomina filiorũ Aaron, ‖primogenitus eius Nadab: deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

3 Hæc nomina filiorum Aaron ſacerdotum qui vncti ſunt, & quorum repletæ & conſecratæ manus vt ſacerdotio fungerentur.

Infrà 26.g.61 leuit.10.a.1 1.para.24.a.2

4 ‖Mortui ſunt enim Nadab & Abiu quum offerrent ignẽ alienum in conſpectu Domini in deſerto Sinai, abſque liberis: functique ſunt ſacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo.

5 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

6 Applica tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, vt miniſtrent ei:

B

7 Et excubent & obſeruẽt quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonii,

8 Et cuſtodiant vaſa tabernaculi, ſeruientes in miniſterio eius.

9 Dabiſque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi ſunt à filiis Iſrael.

10 Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultũ ſacerdotii: externus q ad miniſtrãdũ acceſſerit, morietur.

11 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

12 Ego tuli Leuitas à filiis Iſrael pro omni primogenito qui aperit vuluã in filiis Iſrael, erúntque Leuitæ mei.

Infrà 8.c.16 exo.13.a.1, & 34.c.19 leuit.27.c.26 luc.2.d.23

13 Meum eſt enim omne primogenitũ: ex quo ‖percuſſi primogenitos in terra AEgypti ſanctificaui mihi quic-

ta ſeptem millia, atque ſexcenti: poſtremi proficiſcentur″per vexilla ſua.

32 Iſti ſunt numerati filiorum Iשſraאél per domos patrum ſuorũ, omnes numerati *qui erant in* caſtris, per turmas ſuas, ſexcenta tria millia atque quingenti quinquaginta.

33 Cæterùm Leuitæ non fuerunt numerati inter filios Iשſraאél, quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſeh.

34 Et fecerunt filii Iשſraאél iuxta omnia quæ præcepit Iehouáh Moשſeh, ſic caſtrametati ſunt per vexilla ſua, ſicque profecti ſũt quiſque per familias ſuas, per domum patrum ſuorum.

Cap. III.

Filii Aaron.

1 H′AE ſunt autem generationes Aharón & Moשſeh″ex quo loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh in monte סSinái.

2 Hæc autem ſunt nomina filiorum Aharón: primogenitus, Nadab: & Abihu, אElyazár & איIthamár.

3 Iſta ſunt nomina filiorum Aharón ſacerdotum vnctorum, quorum conſecrauerat manum vt ſacerdotio fungerentur.

4 ′Mortuus eſt autem Nadáb & Abihu coram Iehoua, quando obtulerunt ignem externum coram Iehoua in deſerto סSinái: & filii non fuerunt eis, ac ſacerdotio functus eſt אElyazár & איIthamár″coram Aharone patre ſuo.

5 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

Leuitis datur ministratio ſacrorum.

6 Appropinquare fac tribũ Leui, ″& ſtare facias eam coram Aharone ſacerdote, vt miniſtrent″ei:

7 ″Et cuſtodiant cuſtodiam eius, & cuſtodiam vniuerſi cœtus coram tabernaculo eccleſiæ,″vt exequantur cultum tabernaculi.

8 Cuſtodiant quoque omnia vtenſilia tabernaculi eccleſiæ, ′cuſtodiámque filiorum Iשſraאél, vt exequãtur cultum tabernaculi.

9 Da inquam Leuitas ipſi Aharón & filiis eius: ′dati, dati *nanque ſunt* illi à filiis Iשſraאél.

10 Aharón autem & filios eius ″præficies, cuſtodiéntque ″ſacerdotium ſuum: ″externus ſanè qui acceſſerit, morietur.

11 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

12 ′Ego quidẽ tuli Leuitas ′è medio filiorũ Iשſraאél, loco õnis primogeniti″quod aperit vuluã, à filiis Iשſraאél, erúntq; mei Leuitæ.

13 Meum nanque eſt omne primogenitum: à die quo percuſſi omne primogenitũ in terra AEgypti, ′ſanctificaui mihi omne pri-

31 Per vexilla ſua. : לדגליהם ſcilicet minora & particularia. erant enim (vt dictum eſt) quatuor tantùm vexilla primaria: minora verò penè innumera: ideo dicit, per vexilla ſua, ſequendo ſcilicet particularia.

IN CAPVT XXIII.

1 Hæ ſunt autẽ generat. ואלה תולדות Hæc ſunt autem quæ acciderunt ipſi Aharon, &c. ſic exponit ex doctioribus Hebræorum alter. Vide Gene.6.b.9. Alii tamen generationem & hic pro familia, cognatione, & affinitate accipiunt. Et quanquã (inquiunt) contextus quaſi proponit vtriuſque cognationẽ tam Moſis quàm Aaronis, tamen Aaronis tantummodo familia deſcribitur, eo quòd hi potiſſimum in miniſterium aſſumpti ſunt: de filiis autẽ Moſis nihil eiuſmodi traditur: imò quod eſt mirũ, omnibus ferè locis de his ſiletur. Cognatio igitur Moſis & Aharon eadem eſt: & quicquid de Aharone ſcribitur, de Moſe quoque narratur. Ex quo ביום Hic ב pro מן Id eſt ex quo tempore loquutus, &c. 4 Mortuus eſt autem Nadab וימת נדב Vide Leuit.10.a.1, vbi de igne externo vel alieno annotauimus. & 1. Paralip. 24.a.2. Corã Aharone, &c. על־פני אהרן אביהם .i. ſuperſtite adhuc patre Aharone. 6 Et ſtare facias, &c והעמדת אותו לפני אהרן Id eſt offeras eam Aharoni. Seipſum exponit paulo pòſt verſu 9. Ei: : אותו nempe Aharoni & filiis eius. vt paulo infrà, verſu 9.

7 Et cuſtodiant cu. &c. ושמרו את־משמרתו Hebraiſmus, pro, Et obſeruẽt cultũ quem Aharon & filii eius obſeruare tenentur, atque etiã ipſe populus. Vult eos eſſe quaſi nomophylacas tam iuris ſacerdotalis, quàm publici. Nam etſi Sacerdotes erant in ſuperiore gradu, Leuitæ tamen erant ſecũdarii adiutores. Cuſtodia autem Aharonis & tabernaculi, idem valent: quia intelligit Moſes templi cultum, & quicquid ſacerdotibus Deus mandauerat. Deinde ſequitur pars altera, vt populum in officio contineant. Vt exequantur cultum לעבוד את־עבודת Ad verbum, vt ſeruiant ſeruitutem. 8 Cuſtodiámque filiorum Iשſr. ואת־משמרת בני ישראל Id eſt ea quæ alioqui deberent cuſtodire filii Iſrael. 9 Dati, dati נתונים נתונים Hebraiſmus, pro, dono dati ſunt illi. Vel repetitio iſta ſignificat certitudinem. q.d. certiſſimum eſt eos datos eſſe Aharoni. Pro redemptione enim primogenitorum Dei dati fuerant Leuitæ Aharoni qui fungebatur vice Dei.

10 Præficies, תפקוד ſub. tribui Leuitarum. Sacerdotium ſuum: את־כהונתם Id eſt dignitatem ſuam ſacerdotalem quam habent à Deo. Externus ſanè qui acceſ. והזר הקרב Ad verbum, & extraneus qui appropinquauerit. ad miniſtrandum ſcilicet in tabernaculo.

12 Ego quidem tuli ואני הנה לקחתי Ad verbum, Et ego ecce accepi. id eſt ſelegi. E medio filiorum Iשſ. מתוך בני ישראל Id eſt ex omnibus filiis Iſrael. Quod aperit vuluam, פטר רחם Hebraiſmus, quod primum naſcitur. Exponit quid vocet primogenitum.

13 Sanctificaui mihi הקדשתי לי Id eſt vendicaui mihi tanquam rem ſacram, ac retinui.

mogenitum in Iשſraאele: ″tã ex hominibus quàm ex animalibus, mea erunt: ego Iehouáh.

14 Loquutꝰ eſt inſuper Iehouáh Moשſéh in deſertoסSinái, dicẽdo,

15 Numera filios Leui per domos patrum ſuorum, per familias ſuas: omnem maſculum″ab vno menſe & ſuprà, numerabis.

Leuitæ numerantur.

16 Numerauit itaque eos Moשſéh″iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum iuſſus fuerat.

17 Et fuerunt iſti filii Leui″per nomina ſua, Gerשſón, & Cehá th, & Merarí.

18 Hæc autem ſunt nomina filiorum Gerשſón per familias ſuas: Libni, & שSimעyí.

19 Porrò filii Cehá th per familias ſuas: עAmrám, & Iצshár, חHebrón, & עVzziél.

20 Filii verò Merarí per familias ſuas, Maחhalí, & Muשſí. iſtæ ſunt familiæ Leui per domos patrum ſuorum.

21 De Gerשſón, familia Libnitica, & familia שSimעyitica. iſtæ ſũt familiæ Gerשſoniticæ.

22 ″Numerati eorum ſecundum numerum omnis maſculi, ″à filio mẽſis & ſuprà, numerati *inquam* eorum, ſeptẽ millia & quingẽti.

Gerſonitarum ſtatio& cuſtodia

23 Familiæ Gerשſuniticæ ″poſt tabernaculum caſtrametabuntur ad Occidentem.

24 Et princeps domus patris Gerשſunitarum erat אEliaסſáph filius Laאél.

25 ″Cuſtodia autem filiorum Gerשſón in tabernaculo eccleſiæ, *erit* tabernaculum, & tentorium, operimẽtum eius, & aulæum oſtii tabernaculi eccleſiæ:

26 Cortinæ item atrii, & aulæum oſtii atrii quod erat iuxta tabernaculum, & iuxta altare per circuitum, funes quoque eius pro omni miniſterio eius.

27 Et ipſius Cehá th *erit* familia עAmramitica, & familia Iצsharitica, & familia חHebronitica, & familia עVzzielitica. iſtæ ſunt familiæ Cehathiticæ.

28 ″Secundum numerum omnis maſculi à filio menſis & ſuprà, *fuerunt* octo millia & ſexcenti, ″cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarii.

Cabathitarum.

29 Familiæ filiorum Cehá th caſtrametabuntur ad latus tabernaculi ad Meridiem.

30 Et princeps″domus patris familiarum Cehathitarum erat אEliצſaphán filius עVzziél.

31 ″Cuſtodia autem eorum *erit* arca, & menſa, & candelabrum, & altaria, ″& vaſa ſanctitatis in quibus miniſtrabunt, & aulæum, ″& vniuerſum opus eius.

32 Porrò princeps principum Leuitarum *erit* אElyazár filius Aharón ſacerdotis: ″præfectura cuſtodientiũ cuſtodiã ſanctitatis *erit ei.*

Meraritarum.

33 Ipſius Merarí *erit* familia Maחhalitica & familia Muשſitica. iſtæ

quid primum naſcitur in Iſrael abhomine vſque ad pecus, mei ſunt: ego Dominus.

14 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, dicens, C

15 Numera filios Leui per domos patrum ſuorum & familias, omnẽ maſculum ab vno menſe & ſuprá.

16 Numerauit Moyſes vt præceperat Dominus.

Exo.6.c.17 infrà 26.f.57 1.paral.6.a.11. & 23.a.6

17 Et inuenti ſunt filii Leui per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari.

18 Filii Gerſon, Lebni & Semei.

19 Filii Caath, Amram, & Ieſaar, Hebron, & Oziel.

20 Filii Merari, Moholi & Muſi.

21 De Gerſon fuere familiæ duæ, Lebnitica & Semeitica.

22 Quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab vno mẽſe & ſuprà, ſeptem millia quingenti.

23 Hi poſt tabernaculum metabũtur ad Occidentem,

24 Sub principe Eliaſaph filio Lael.

25 Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis:

26 Ipſum tabernaculum & operimẽtum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrii: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid ad ritũ altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtẽſilia eiꝰ. D

27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas, & Iſaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. hæ ſunt familiæ Caathitarum, recẽſitę per nomina ſua:

28 Omnes generis maſculini ab vno menſe & ſuprà, octo millia ſexcenti, habebunt excubias ſanctuarii,

29 Et caſtrametabuntur ad Meridianam plagam.

30 Princépſque eorum erit Eliſaphan filius Oziel:

31 Et cuſtodient arcam, menſámque & candelabrum, altaria & vaſa ſanctuarii in quibus miniſtratur, & velũ, cunctámque huiuſcemodi ſupellectilem.

32 Princeps autẽ principũ Leuitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſãctuarii. E

33 At verò de Merari erũt populi Moholitæ & Muſitæ recenſiti per nomi-

---

Tam ex hominibus quàm ex animalibus, מאדם עד־בהמה Ad verbum, ab homine ad animal.

15 Ab vno menſe מבן־חודש Ad verbum, à filio menſis. i. ab eo qui natus eſt menſem.

16 Iuxta ſermonem Ieh. על־פי יהוה Seipſum mox declarat quum dicit, quemadmodũ iuſſus fuerat. i. acceperat in mandatis à Iehouáh.

17 Per nomina ſua, בשמותם Latinè dixeris, quorum nomina ſequuntur. 22 Numerati eorum, &c. פקודיהם וגו׳ Hebraiſmus, Qui in ea tribu numerati fuerint, numerando ſolùm mares natos menſem & ſuprà. 23 Poſt tabernaculum אחרי המשכן .i. in poſteriore parte tabernaculi. 25 Cuſtodia autem, &c. ומשמרת וגו׳ Id eſt iſti excubabunt ad tentorium.

28 Secundum numerum, &c. במספר כל וגו׳ Hebraiſmus qui & paulo antè verſu 22. Ad verbum, in numero, &c. pro, numerãdo omnes mares à viceſimo anno, &c. Cuſtodientes, &c. שומרי משמרת הקודש׃ Hebraiſmus, fungentes officio in cultu ſanctuarii.

30 Domus patris famil. בית־אב למשפחות familiæ paternæ cognationum. 31 Cuſtodia autem, &c. ומשמרתם הארון Hebraiſmus, Munus autem eorum erit cuſtodire arcam, &c. Et vaſa, &c. וכלי הקודש וגו׳ & inſtrumenta ſanctuarii quibus vtentur. ſub. ſacerdotes in cultu Diuino. Et vniuerſum opus e. וכל עבודתו Chaldæus paraph. quicquid ad eius cultum pertinet.

32 Præfectura, &c. פקודת שומרי וגו׳ Id eſt qui in culto Diuino fungetur aliquo officio, erit ſub eo. vel, pertinebit ad illum.

na ſua.

ſunt familiæ Merari.

Omnes generis maſculini ab vno menſe & ſuprà, ſex milia ducenti.

34 ʹNumerati autem eorum ſecundum numerum omnis maſculi, ab vno menſe & ſuprà, ſex millia & ducenti.

Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga Septentrionali caſtrametabuntur.

35 Et princeps domus patris familiarum Merari *erit* xSuriאél filius Abinháil: *atque hi* ad latꝰ tabernaculi caſtrametabũtur ad Aquilonẽ.

Erunt ſub cuſtodia eorũ tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac baſes earum, & omnia quæ ad cultũ huiuſcemodi pertinent.

36 ʹPræfectura autem cuſtodiæ filiorum Merarí, tabulæ tabernaculi, & vectes eius, & colũnæ eius, & baſes eius, ʺomniáque vaſa eius, & vniuerſum opus eius:

Columnæque atrii per circuitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funibus.

37 Columnæ quoque atrii per circuitum, & baſes earũ, & claui earum, & funes earum.

Caſtrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id eſt ad Orientalem plagam Moyſes & Aaron cũ filiis ſuis, habẽtes cuſtodiam ſanctuarii in medio filiorum Iſrael. quiſquis alienus acceſſerit, morietur. F

38 Qui verò caſtrametabuntur ante tabernaculũ, ad Orientem, in parte *inquam* anteriore tabernaculi eccleſiæ, ad Orientem *erunt* Moשׁéh & Aharón, filiíque eius cuſtodiẽtes cuſtodiã ſanctuarii, ʺpro cuſtodia filiorũ Iשׁſraאél: ʺexternus certè qui acceſſerit, morietur.

Omnes Leuitæ quos numerauerũt Moyſes & Aaron iuxta præceptũ Domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe vno & ſuprà, fuerunt viginti duo millia.

39 Omnes numerati Leuitarum, quos numerauit Moשׁéh & Aharón ʺiuxta ſermonem Iehouæ per familias eorum, omnes mares ʺab vno menſe & ſuprà, duo & viginti millia.

Leuitarum numerus.

Et ait Dominus ad Moyſen, Numera primogenitos ſexus maſculini de filiis Iſrael ab vno menſe & ſuprà, & habebis ſummam eorum.

40 Et dixit Iehouáh ad Moשׁéh, ʹNumera omne primogenitũ maſculum filiorum Iשׁſraאél ab vno menſe & ſuprà, & accipe numerum nominum eorum.

Leuitæ loco primogenitorũ Iſraelis, Dei ſunt.

Tolléſque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorũ Iſrael, ego ſum Dominus: & pecora eorum pro vniuerſis primogenitis pecorum filiorũ Iſrael.

41 ʹCapiéſque Leuitas mihi (ego Iehouáh) ʺloco omnium primogenitorum filiorum Iשׁſraאél, & ʺbeſtias Leuitarum loco omnium primogenitorum ex beſtiis filiorum Iשׁſraאél.

Recenſuit Moyſes ſicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Iſrael:

42 Numerauit itaque Moשׁéh quemadmodum ei præceperat Iehouáh, omnem primogenitum in filiis Iשׁſraאél.

Et fuerunt maſculi per nomina ſua à menſe vno & ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſeptuagintatres. G

43 Fuerúntque omnia primogenita maſculea, ſecũdum numerũ nominum, ab vno filio menſis & ſuprà, ʺper numeratos eorum, duo & viginti millia & ducenti ſeptuaginta tres.

Loquutúſque eſt Dominꝰ ad Moyſen, dicens,

44 Loquutúſque eſt Iehouáh ad Moשׁéh, dicendo,

Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: erúntque Leuitæ mei: ego ſum Dominus.

45 ʹCape Leuitas loco omnium primogenitorum in filiis Iשׁſraאél, & beſtias Leuitarum pro beſtiis eorum, erúntque mei Leuitæ: ego Iehouáh.

Primogenitiexcedentes numerum Leuitarum, quinque ſiclis ſinguli redempti.

In pretio autem ducentorũ ſeptuagintatrium qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Iſrael,

46 ʺPorrò redemptiones ducentorum ſeptuaginta trium redundant vltra Leuitas: à primogenitis filiorum Iשׁſraאél

Accipies quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarii: ‖ſiclus habet viginti obolos.

Infrà 18.c.16
exo.30.b.13
leuit.27.c.25
ezech.45.d.12

47 Capies: ʺquinos שׁſeclos in ſingula capita, ſecundum שׁſeclum ſanctuarii ʺcapies: viginti obolorum eſt שׁſécel.

Dabíſque pecuniam Aaron & filiis eius pretium eorum qui ſuprà ſunt.

48 Dabíſque pecuniam illam Aharoni & filiis eius, ʹredemptiones eorum qui exuperant in illis.

Tulit igitur Moyſes pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis:

49 Accepit ergo Moשׁéh pecuniam ʺredemptionis ab iis qui ſuperabant ʺvltra redemptos Leuitarum:

34 Numerati autem eorum, &c. ופקודיהם במספר כל־זכר Hebraiſmus idem qui ſuprà verſu 22.

36 Præfectura autem cuſtodiæ fil. Mer. ופקודת משמרת בני מררי Chaldæus paraph. exponit iſtum Hebraiſmum, his verbis, Hæc autem tradita ſunt ad cuſtodiendum filiis Merari. Omniáque vaſa eius, &c. וכל־כליו וכל עבודתו: Hæc paulo antè verſu 31, expoſuimus.

38 Pro cuſtodia fil. Iשׁſr. למשמרת בני ישראל Id eſt vice filiorum Iſrael. Externus certè, &c. : והזר הקרב יומת Vide eadem ſuprà, verſu 10. 39 Iuxta ſermonem Ieh. על־פי יהוה Vt ſuprà, verſu 15. Ab vno menſe מבן־חודש Ad verbum, à filio menſis.

40 Numera פקוד Recenſe. 41 Capiéſque ולקחת Chaldæus paraph. Applicabiſque. Loco omnium, &c. תחת כל־בכור בבני ישראל Ad verbum, pro omni primogenito in filiis Iſrael. Singul. pro plur. Beſtias בהמת Id eſt pecora.

43 Per numeratos eorum, לפקודיהם iuxta numerum ipſorum. Repetitio eſt. nam præceſſit, Secundum numerum nominum.

45 Cape Leuitas, &c. קח את־הלוים וגו' Repetitio eſt: idem enim paulo antè dixit, verſu 41. Singularia Heb. pro plur.

46 Porrò redempt. &c. ואת פדויי וגו' Porrò pro redemptione [vel, in redemptionem] illorum ducentorum ſeptuaginta trium exuperantium numerum Leuitarum, à primogenitis, &c. Quoniam primogeniti omnium Hebræorum erant cum Leuitis æquandi, & conſecrati erant Leuitæ loco illorum, & Domino ſanctificati: nunc quia ſumma primogenitorum excedebat ſummam Leuitarum, præcipitur vt qui ſupereſſent ex illis, pretio quaſi redimerentur, & pro eorum vnoquoque ſoluerentur quinque ſicli, vt ea merces cederet in rem ſacram loco eorum qui fuerant conſecrandi, vel pro quibus conſecrati fuerant Leuitæ: ne quiſquam à Diuina charitate eſſet disiunctus.

47 Quinos שׁſeclos in ſingula capita, חמשת חמשת שקלים לגלגלת Ad verbum, quinque quinque per caput. De ſeclo quanti valeret, vide Exod. 30.b.13. Capies: תקח ſub. pecuniam illam. 48 Redemptiones, &c. : פדויי העודפים בהם Per appoſitionem dictũ, id eſt vt ſint redemptio primogenitorum exuperantium. q.d. exuperantes numerum Leuitarum conſtabunt illis ſiclis. vel, dabis pecuniam Aaroni quæ erit pro redemptione excedentium numerum Leuitarum. 49 Redemptionis הפדיום Id eſt qua redimi debebãt primogeniti Iſraelis. Vltra redemptos Leuit. : על פדויי הלוים vltra illos qui redempti fuerant à Leuitis.

50 A primogenitis filiorum Iẇſraℵél accepit pecuniam mille trecentos ſexaginta quinque *ſeclos* ſecundum ẇſeclum ſanctitatis.

51 Dedítque Moẇſéh pecuniam 'redemptionum Aharoni & filiis eius, 'iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum "præceperat illi Iehouáh.

Cap. IIII.

Officia Leuitarũ

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moẇſéh & Aharón, dicendo,

2 'Cape ſummam filiorum Ceháth è medio filiorum Leui, per familias ſuas, "& per domos patrum ſuorum,

3 "Ab eo qui natus eſt triginta annos & ſuprà, vſque ad eum qui natus eſt quinquaginta annos, "quotquot ingrediuntur in congregationem, vt faciant opus in tabernaculo eccleſiæ.

Officium Caathitarum.

4 Iſtud *erit* "opus filiorum Ceháth in tabernaculo eccleſiæ 'ſancti ſanctorum.

5 Venient autem Aharon & filii eius 'quando tranſferenda erunt caſtra, & deponent 'velũ tentorii, & operient illo arcã teſtimonii.

6 Ponéntque ſuper illam operimentum pellis taxeæ, & expãdent pãnum totum hyacinthinum déſuper, "& imponent vectes eius.

7 Et ſuper mẽſam *panum* "facierum expandent pãnum hyacinthinũ, ponéntque ſuper eam 'ſcutellas, & cochlearia, & crateras, & opercula 'operimenti: & panis ille iugis ſuper eam erit.

8 Et expandent ſuper illa pannum vermiculi coccini, operiéntq; illa opertorio pellis taxeæ, poſtea imponent vectes eius.

9 Tollent præterea pannum hyacinthinum, & operient 'candelabrum luminaris, & lucernas eius, & forcipes eius, "& receptacula eius, & omnia vaſa olei eius "quibus miniſtrabunt ei.

10 Ponéntque illud cum omnibus "vaſis eius in opertorio pellis taxeæ, & ponent "ſuper vectes.

11 Super altare autem aureum expandent pannum hyacinthinũ, & operient illum operimẽto pellis taxeæ, ponéntque vectes eius.

12 Tollent quoque omnia vaſa miniſterii quibus miniſtrabunt in ſanctuario, & ponent in panno hyacinthino, operiéntque illa operimento pellis taxeæ, & ponent ſuper vectes.

13 "Auferent & cinerem ab altari, & expãdent ſuper illud pannum purpureum.

14 'Ponéntque ſuper illud omnia vaſa eius quibus miniſtrant, receptacula, fuſcinulas, & ſcopas, "& crateras, cuncta vaſa altaris: & expandent ſuper illud operimentum pellis taxeæ, & imponent vectes eius.

50 Pro primogenitis filiorum Iſrael, mille trecentorũ ſexaginta quinque ſiclorum iuxta pondus ſanctuarii.

51 Et dedit eam Aarõ & filiis eius iuxta verbum quod præceperat ſibi Dominus.

Cap. IIII.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens.

2 Tolle ſummam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias ſuas,

3 A triceſimo anno & ſuprà, vſque ad quinquageſimum annum, omniũ qui ingrediuntur vt ſtent & miniſtrẽt in tabernaculo fœderis.

4 Hic eſt cultus filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & ſanctum ſanctorum.

5 Ingredientur Aaron & filii eius, quando mouẽda ſunt caſtra, & deponẽt velũ quod pendet ante fores, inuoluéntque eo arcam teſtimonii.

6 Et operiẽt rurſum velamine iãthinarũ velliũ, extẽdéntq; déſuper palliũ totũ hyacinthinũ, & inducẽt vectes.

7 Menſam quoque propoſitionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad libafundenda: panes ſemper in ea erunt.

8 Extendéntque déſuper pallium coccineum, quod rurſum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes.

9 Sument & pallium hyacinthinum quo operient cãdelabrum cum lucernis & forcipibus ſuis & emunctoriis, & cunctis vaſis olei, quæ ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt.

10 Et ſuper omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducẽt vectes.

11 Necnon & altare aureum inuoluẽt hyacinthino veſtimento, & extendẽt deſuper operimentum ianthinarum pellium, inducéntque vectes.

12 Omnia vaſa quibus miniſtratur in ſãctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent deſuper operimentũ ianthinarum pellium, inducéntque vectes. B

13 Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo veſtimẽto.

14 Ponẽtque cum eo omnia vaſa quibus in miniſterio eius vtuntur, id eſt ignium receptacula, fuſcinulas ac tridentes, vncinos & batilla, cuncta vaſa altaris, operient ſimul velamine iãthinarum pellium, & inducẽt vectes.

---

51 Redemptionum, הפדוים Vt paulo antè verſu 49. Iuxta ſermonem Ieh. על־פי יהוה Vide ſuprà, verſu 15. Præceperat illi Iehouáh. : צוה יהוה את־משה Ad verbum, præceperat Iehouáh Moſéh. Antecedens pro relatiuo.

IN CAPVT IIII.

2 Cape נשוא Id eſt Collige. Et per domos לבית Singul. Heb. pro plur. Subaudiuit noſter interpres coniunctionem ET ex 46 verſu huius capitis, quæ pro Id eſt poſita eſſe videtur, vt domus & familia idem ſignificent.

3 Ab eo qui natus eſt, &c. מבן שלושים שנה וגו׳ Ad verbũ, A filio triginta annorũ & ſuprà, vſque ad filiũ, &c. Hebraiſmus, quẽ Latinè reddidit noſter interpres, Ab eo qui natus, &c. Quotquot ingrediũtur in cõgregationẽ, כל־בא לצבא .i. quotquot ingrediũtur turmam eorũ, ſiue quotquot admittuntur in conſortium illud eorum qui miniſtraturi ſunt in tabernaculo. vel, in cœtum eorum qui numerantur inter miniſtros tabernaculi fœderis. Alii vertunt, qui ad militiam ingrediuntur. id eſt quotquot obire poſſunt militiam, qui ſcilicet ad eam cùm ætate, tum corporis viribus apti ſunt. Et hi ſcilicet deputentur vt inſeruiãt portandis oneribus tabernaculi. Doctioribus magis placet prior expoſitio. 4 Opus עבודת officium. miniſterium. munus. Sancti ſanct. : קודש הקדשים .i. rerum ſacratiſſimarum.

5 Quando tranſferenda erunt caſt. בנסע המחנה Ad verbum, in tranſferendo caſtra. id eſt quum mouenda erunt caſtra. Velum tentorii, את פרוכת המסך .i. velũ quo Sanctum ſanctorum diuidebatur à Sancto. 6 Et imponent ve. c. : ושמו בדיו ſub. in annulos.

7 Facierum הפנים Vide Exo. 25. c. 30. Scutellas, & cochlearia, &c. את־הקערות ואת־הכפות וגו׳ Hæc exponuntur Exod. 25. c. 29, & eadem ſunt, niſi quod hîc מנקיות præponitur dictioni קשות, in Exodo contrà. Quidam etiam מנקיות crateras exponunt, & קשות opercula. Alii contrà. Operimenti: הנסך Id eſt quibus panis operiebatur, ſiue tegebatur.

9 Candelabrum luminaris, את־מנורת המאור Vide Exod. 35. b 14. Et receptacula eius, מחתותיה Eadem habes Exod. 25. d. 38. Quibus miniſtrabunt ei. : אשר ישרתו־לה להם Id eſt quibus vtentur in miniſterio illius.

10 Vaſis eius כליה inſtrumentis eius. Super vectes. : על המוט Singul. Heb. pro plur. ſignificat inſtrumẽtum compoſitum ex duobus vectibus. Sic infrà verſu 12. 13 Auferent & cinerem ודשנו Ad verbum, Excinerabunt autem, ſi Latinè dici poſſet.

14 Ponéntque ſuper illud ונתנו עליו Ad verbum, Et dabunt ſuper illud. id eſt ponent vnà cum eo. Et crateras, ואת־המזרקות & libatoria vaſa.

Quúmque inuoluerit Aaron & filii eius ſanctuarium & omnia vaſa eius in commotione caſtrorum, tūc intrabunt filii Caath vt portent inuoluta: & non tangēt vaſa ſanctuarii, ne moriantur. iſta ſunt onera filiorū Caath in tabernaculo fœderis:

Super quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ad cuius curam pertinet oleū ad concinnandas lucernas, & cōpoſitionis incēſum, & ſacrificiū quod ſemper offertur, & oleū vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vaſorum quæ in ſanctuario ſunt.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens,

Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum:

Sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriātur, ſi tetigerint ſancta ſanctorū. Aaron & filii eius intrabunt, ipſique diſponent onera ſingulorum, & diuident quid portare quis debeat.

Alii nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluantur, alioquin morientur.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Tolle ſummam etiam filiorū Gerſon per domos ac familias & cognationes ſuas. C

A triginta annis & ſuprà vſque ad annos quinquaginta, numera omnes qui ingrediuntur & miniſtrant in tabernaculo fœderis.

Hoc eſt officium familiæ Gerſonitarum.

Vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentum aliud, & ſuper omnia velamen ianthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,

Cortinas atrii, & velum in introitu quod eſt ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos & vaſa miniſterii,

Iubente Aaron & filiis eius, portabunt filii Gerſon: & ſcient ſinguli cui debeant oneri mancipari.

Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarū in tabernaculo fœderis: erúntque ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis.

Filios quoque Merari per familias & domos patrum ſuorū recenſebis.

15 ʹQuum autem finem fecerit Aharón & filii eiusʹoperiendi ſanctuarium, & omnia vaſa ſanctuarii, quando transferenda erunt caſtra, tum poſtea venient filii Cehâth vt portent: ʹne contingant ſanctuarium, & moriantur. ʺiſta ſunt onera filiorum Cehâth in tabernaculo eccleſiæ.

16 ʹPræfectura autem אElyazár filii Aharón ſacerdotis *eſt* oleūʹluminaris, & ſuffimentum aromaticum, & minnha iugis, oleúmque vnctionis: *atque* præfectura totius tabernaculi, & omniū quæ ſunt in eo, ʺin ſanctuario & vaſis eius.

17 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh & Aharón, dicendo,

18 ʹNe excidatis tribū familiarū Cehathitarum è medio Leuitarū:

19 Sed hoc facite illis, ʹtum viuent, & non morientur: quando accesserintʹad ſanctitatem ſanctitatum, Aharón & filii eius venient, & conſtituent illos, quenque ſuper opus ſuum & ſuper onus ſuū:

20 Ne ingrediantur vt videant quando operient ſanctitatem, & moriantur.

נשא

Officium Gerſonitarum.

21 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

22 ʹCape ſummamʹfiliorum Gerשſón, etiam ipſos per domos patrum ſuorum, *&* per familias ſuas.

23 ʺAb eo qui natus eſt triginta annos, & ſuprà, vſque ad illum qui eſt quinquaginta annorum, numerabis eos: quotquot ingrediuntur in congregationem, vt faciant opus in tabernaculo eccleſiæ.

24 Iſtud *erit*ʹopus familiarum Gerשſonitarum ad miniſtrandum, ʺ& ad portandum.

25 ʺPortabunt cortinas tabernaculi, & tabernaculum eccleſiæ, operimentum eius, & operimētum pellis taxeæ quod ſuper illud eſt supernè, & aulæum oſtii tabernaculi eccleſiæ.

26 Cortinas item atrii, & aulæum oſtii portæ atrii, ʹquod eſt iuxta tabernaculū, ʺ& iuxta altare per circuitum, & funes eorum, & omnia vaſaʺoperis eorum, & quæcunqueʺfacta ſunt pro illis: & *ita* miniſtrabunt.

17 Iuxta ſermonem Aharón & filiorum eius erit vniuerſum miniſterium filiorum Gerשſonitarum, iuxta omnia onera eorum, & iuxta omnem cultum eorū: ʹ& deponetis apud eos in cuſtodiam vniuerſa onera ipſorum.

28 Iſtud eſt miniſterium familiarum filiorum Gerשſonitarum in tabernaculo eccleſiæ: ʺ& cuſtodia eorū *erit* per manum אIthamár filii Aharón ſacerdotis.

Officium Meraritarum.

29 Filios *præterea* Merari per familias ſuas, per domos patrum ſuorumʹnumerabis.

15 Quum autem, &c. וכלה אהרון Ad verbum, Et finem faciet Aharon, &c. Operiendi ſanct. לכסות את־הקודש inuoluendi res ipſas ſacras. Ne contingant, &c. ולא־יגעו וגו׳ Ad verbum, & non contingent *res* ſacras, & morientur. Alii, ne autem contingant ſancta, ne moriantur. Iſta ſunt onera אלה משא iſtud eſt onus. id eſt, hæc ex rebus tentorii fœderis ferent Caathitæ.

16 Præfectura a. אElעazar ופקודת אלעזר Functio autem Eleazar. i. Eleazar curam habebit olei luminaris, & ſuffimenti aromatici. Chaldæus paraph. Et quæ tradita ſunt Eleazar ſacerdoti hæc ſunt, oleum luminaris, &c. In ſanctuario & vaſis e. בקודש ובכליו: ſupra ſanctuariū & res ipſas ſacras. vt ſit ב pro על.

18 Ne excidatis אל־תכריתו Ne extermінetis. i. Cauete ne incuria & negligentia veſtra pereant Caathitæ. q. d. Ipſe Aaron & filii eius prius omnia diligenter inuoluant, ne nuda à filiis Caath tractentur, & propterea moriantur. Sequentibus ſeipſum declarat.

19 Tum viuent, &c. וחיו וגו׳ vt viuant, & non moriantur. Ad ſanctit. ſanct. את־קודש הקרשים Ad ſanctum ſanctorum. i. ad res ſacras deferendas.

22 Cape נשא A præcedenti verſu, ſecundam huius libri ſectionem incipiunt Hebræi quā ab hac prima huius verſus voce נשא denominant. Filiorum Ger. etiā ip. בני גרשון גם־הם Hebraiſmus, ipſorum quoque Gerſonitarum.

23 Ab eo qui natus, &c. מבן שלושים שנה Idem verſus qui in principio huius capitis, verſu 3, vbi de Caathitis loquitur.

24 Opus עבודת munus. officium. Et ad portandum. ולמשא: quando ſcilicet transferetur tabernaculum.

25 Portabunt ונשאו Ad verbum, Et portabunt. Hic ו tantùm conuertit: aut verte, Portabunt námque, &c.

26 Quod אשר nempe atrium. Et iuxta altare ועל המזבח Intelligit altare holocauſti. Operis e. עבודתם miniſterii eorum. id eſt inſtrumenta quibus illi indigebunt. Facta ſunt יעשה Fut. Heb. pro præt. Vel, fieri ſolent.

27 Et deponetis apud eos ופקדתם עליהם & committetis illis. Senſus eſt, quòd antequam veniant filii Gerſon, omnia debeant parata & inuoluta eſſe: & quòd ſingulis præcipere debeant quo pacto ſuum munus in portandis vaſis tabernaculi exequi debeant.

28 Et cuſtodia eorum, &c. ומשמרתם וגו׳ Hebraiſmus, omnia hæc facient mandato Ithamar.

29 Numerabis. ;תפקוד אותם Ad verbum, numerabis eos. Relatiuum cum antecedente, more Hebraico, quod Latinè non conuertitur.

30 Ab eo qui natus erat triginta annos & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos: numerabis eos quotquot ingrediuntur in congregationẽ illã vt faciãt opus tabernaculi eccleſiæ.

31 Hæc autem *erit* cuſtodia oneris eorum pro miniſterio eorum in tabernaculo eccleſiæ, Tabulæ tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius.

32 Columnæ item atrii per circuitum, & baſes earum, ″& claui earum, & funes earum, cum omnibus inſtrumentis earum, & omne miniſterium earum: & per nomina numerabitis vaſa″cuſtodiæ oneris eorum.

33 Hoc *erit* miniſterium familiarum filiorum Merarí,″iuxta omne miniſterium eorum in tabernaculo eccleſiæ,″per manum 'אIthamár filii Aharón ſacerdotis.

Recapitulatio.

34 Numerauítque Moשſéh & Aharón & principes congregationis filios Cehathitarum per familias ſuas, & per domos patrũ ſuorũ,

35 Ab eo qui natus erat triginta annos & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, quotquot ingrediũtur in congregationem illã ad miniſterium′*peragendum* in tabernaculo eccleſiæ.

36 Fuerúntque numerati eorũ per familias ſuas, duo millia ſeptingenti quinquaginta.

37 Iſti ſunt numerati familiarum Cehathitarum, omnes miniſtrãtes in tabernaculo eccleſiæ, quos numerauit Moשſéh & Aharón iuxta imperium Iehouæ″per manum Moשſéh.

38 Numerati filiorum Gerשſón per familias ſuas, & per domum patrum ſuorum:

39 Ab eo qui natus erat triginta annos & ſuprà, vſque ad eũ qui natus erat quinquaginta annos, quotquot ingrediuntur in cõgregationem illam ad miniſterium *peragendum* in tabernaculo eccleſiæ:

40 Numerati inquam eorum per familias ſuas, per domum patrũ ſuorum, duo millia & ſexcenti triginta.

41 Iſti ſunt numerati familiarum filiorũ Gerשſón, ″omnes miniſtrantes in tabernaculo eccleſiæ: quos numerauit Moשſéh & Aharón iuxta ſermonem Iehouæ.

42 Numerati autem familiarum filiorũ Merarí per familias ſuas, per domos patrum ſuorum:

43 Ab eo qui natus erat triginta annos & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, quotquot ingrediebantur in congregationẽ illam ad miniſteriũ *peragendũ* in tabernaculo eccleſiæ:

44 Numerati inquã eorum per familias ſuas, tria millia & ducẽti.

45 Iſti ſunt numerati familiarum filiorum Merarí, quos numerauit Moשſéh & Aharón iuxta ſermonẽ Iehouæ″per manũ Moשſéh.

46 Omnes numerati quos numerauit Moשſéh & Aharõ, & prĩcipes Iשſraאél, de Leuitis per familias ſuas, & per domos patrũ ſuorũ,

47 Ab eo qui natus erat triginta annos & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos,″quotquot ingrediebãtur ad peragendum miniſterium cultus, & *ad peragendum* opus oneris in tabernaculo eccleſiæ:

30 A triginta annis & ſuprà, vſque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium miniſterii ſui & cultum fœderis teſtimonii.

31 Hæc ſunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac baſes earum,

32 Colũnas quoque atrii per circuitũ cũ baſibus & paxillis & funibus ſuis: omnia vaſa & ſupellectilẽ ad numerum accipient, ſicque portabunt.

33 Hoc eſt officiũ familiæ Meraritarũ & miniſterium in tabernaculo fœderis: erúntque ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis.

34 Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron & principes ſynagogæ filios Caath per cognationes & domos patrũ ſuorum,

D

35 A triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimũ, omnes qui ingrediuntur ad miniſterium tabernaculi fœderis:

36 Et inuenti ſunt duo millia ſeptingenti quinquaginta.

37 Hic eſt numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyſes & Aarõ iuxta ſermonem Domini per manum Moyſi.

38 Numerati ſũt & filii Gerſon per cognationes & domos patrũ ſuorum,

39 A triginta annis & ſuprà, vſque ad quinquageſimum annum, omnes qui ingrediuntur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis:

40 Et inuenti ſunt duo millia ſexcenti triginta.

41 Hic eſt populus Gerſonitarũ, quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta verbum Domini.

42 Numerati ſunt & filii Merari per cognationes & domos patrum ſuorũ,

43 A triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:

44 Et inuenti ſunt tria millia ducenti.

45 Hic eſt numerus filiorum Merari' quos recenſuerunt Moyſes & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moyſi.

46 Omnes qui recẽſiti ſunt de Leuitis, & quos recẽſeri fecit ad nomen Moyſes & Aarõ & principes Iſrael per cognationes & domos patrum ſuorum,

47 A triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum, ingredientes ad miniſterium tabernaculi, & onera portanda,

---

32 Et claui e. ויתדותם & paxilli earum. Cuſtodiæ oneris eorum. משמרת משאם: .i. quæ committitis illis deferenda.

33 Iuxta omne miniſt. e. לכל־עבודתם id eſt in omni miniſterio quo miniſtrabunt in tabernaculo fœderis. Per manum 'אIthamár ביד איתמר ſub manu Ithamar. vel, ſub imperio & dominio Ithamar.

35 *Peragendum.* Iſtud ſubauditum eſt ex paulo pòſt ſequẽti 47 verſu, vbi plena loquutio legitur, hoc modo, ad peragendũ miniſteriũ cultus, &c. 37 Per manum Moשſéh. ביד־משה: Hebraiſmus, opera Moſis, numerante Moſe. Vel, mandato Domini facto per Moſen.

41 Omnes miniſtrantes, &c. כל־העובד וגו' Sing. Heb. pro plur. i. quotquot in ea ætate erant qui miniſtrare poſſent in tabernaculo.

45 Per manum Moשſéh. ביד־משה: Hebraiſmus, cum Moſe. Vide paulo antè, verſu 37.

47 Quotquot ingred. &c. כל־הבא וגו' Id eſt quotquot erant ſegregati ad miniſtrandum in tentorio fœderis, & quotquot admittebantur in eam turmam quæ ſelecta erat ad ferenda onera in tabernaculo fœderis.

Fuerunt ſimul octo millia quingēti octoginta. 48

Iuxta verbū Domini recenſuit eos Moſes, vnumquenque iuxta officium & onera ſua, ſicut præceperat ei Dominus. 49

Cap.V.

LOquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1

Præcipe filiis Iſrael vt eiiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutúſque eſt ſuper mortuo: 2

Tam maſculum quàm fœminam eiicite de caſtris, ne contaminent ea, quum habitauerint vobiſcum. 3

Fecerúntque ita filii Iſrael, & eiecerunt eos extra caſtra, ſicut loquutus erat Dominus Moyſi. 4

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 5

Leuit.6.a.3

Loquere ad filios Iſrael, ‖ Vir ſiue mulier quum fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiā trāſgreſſi fuerint mādatū Domini, atq; deliquerit: 6

Confitebuntur peccatum ſuum, & reddēt ipſum caput, quintámque partem déſuper ei in quem peccauerint: 7

Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia. 8

B Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Iſrael, ad ſacerdotem pertinent. 9

Et quicquid in ſanctuariū offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit. 10

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 11

Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritūque contemnens, 12

Dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia nō eſt inuenta in ſtupro: 13

Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit 14

48 Numerati inquā eorū fuerūt octo millia & quingēti octoginta.

49 Iuxta ſermonem Iehouæ numerauit eos ʹper manum Moשſéh, ſingulos ſecundum miniſterium ſuum, & ſecundum onus ſuum: ʹnumerati autem eius *fuerunt hi* quos ipſi præceperat. Cap.V.

Qui è caſtris eiiciendi.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iשſraאél vt eiiciant è caſtris omnē leproſum, & omnem ſeminifluum, omnémque pollutum ʹſuper cadauere.

3 ʺTā maſculos quàm fœminas eiicietis, ʹextra caſtra eiicietis eos, ne polluant ʺcaſtra eorum, in medio quorum ego habito.

4 Et fecerunt ſic filii Iſשraאél, eiecerúntque eos extra caſtra: quēadmodum dixerat Iehouáh Moשſéh, ſic fecerunt filii Iשſraאél.

Expiatio tranſgreſſionis,

5 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

6 Alloquere filios Iשſraאél, Vir ſiue mulier quum fecerint *aliquod* ex omnibus peccatis hominum, ʺpræuaricando præuaricationem in Iehouam, & deliquerit anima illa:

Cōfeſſio peccati

7 ʹFatebuntur peccatum ſuum quod fecerunt, ʺ& reſtituet delictum ſuum ʺin ſolidum, & quintam eius partem addet ſuper illam, dabítque ei in quem peccauerit.

8 Quòd ſi non fuerit viro illi ʺredemptor cui reſtituat delictum: ʹdelictum reſtituetur Iehouæ, ſacerdotis erit, præter arietem expiationum quo expiabit illum.

Lex primitiarū.

9 Porrò omnis oblatio omnium ʹſanctitatum filiorum Iשſraאél ʹquam offerent ſacerdoti, eius erit.

10 ʺEt cuiuſque ſanctificata ipſius erunt: vir quum dederit ſacerdoti, illius erit.

11 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Lex zelotypiæ.

12 Alloquere filios Iשſraאél, & dicas illis, ʺQuū diuerterit vxor cuiuſquam, & præuaricata fuerit contra eum præuaricationem,

13 Et coierit aliquis cum ea coitu ſeminis: ʺabſconditum autem fuerit ab oculis viri ſui, ʺ& delituerit, ipſáque polluta fuerit, teſtis verò non fuerit contra eam, neque ipſa fuerit deprehenſa:

14 ʺEt tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ, zelatúſque fuerit

---

49 Numerati autem e. :ופקודיו וגו' Hebraiſmus, pro, quos Moſes numerauit, illi ſunt quos ipſe Iehouáh præceperat ei numerandos.

IN CAPVT V.

2 Super cadauere. :לנפש Ad verbum, ſuper anima. Vide Leuit.21.a.1. 3 Tam maſculos quàm fœm. מזכר עד־נקבה Ad verbū, A maſculo ad fœminā. Sing. pro plur. Extra caſtra מחוץ למחנה. id eſt ad locum qui eſt extra caſtra. Caſtra eorum, מחניהם nempe filiorum Iſrael. Tria ſecundum Hebræos caſtra erant, Caſtra nempe Dei, id eſt tabernaculum: Caſtra Leuitarum, & Caſtra Iſrael. Leproſi ab omnibus arcebantur: Impuri per fluxum, à primis duobus excludebantur: Pollutus verò propter cadauer, ſolùm à tabernaculo eccleſiæ arcebatur. 6 Præuaricando præu. למעול מעל .i. quum admiſerint peccatum aliquod ex his quæ ſolent homines admittere præuaricando in Dominum. 7 Fatebuntur והתודו .i. tenebuntur fateri. Hîc ו tantùm conuertit, propterea non eſt verſum. Loci huius ſenſus eſt, Qui aliquid ſurripuerit, aut vi extorſerit, & ſua ſponte id reddiderit, non cogatur niſi ad ſimplicem reſtitutionem. Sin falſò iurauerit, & conuictus fuerit quòd rem abſtulit, reſtituat rem in capitali ſuo, ſiue ſortem rei, & ſuperaddat quintam eius partem, eo quòd peierauit: & cum ſacrificio quod iubetur adducere, cōfiteatur peccatum. Hanc confeſſionem Hebræi vocant confeſſionem ſuper peccato ſingulari: quia in aliis ſacrificiis fiebat confeſſio peccatorum generalis. Dicunt quoque Iudæi, per oblationem pecoris intelligendum peccatorem. Nam quum pecus ad mortem ducitur, debet (inquiunt) peccator cogitare acſi ipſe propter peccata ſua duceretur ad mortem, & confiteri, O Domine, ego reus ſum mortis, ego commerui lapidari propter hoc peccatum, non animal iſtud, vel ſtrāgulari propter hanc præuaricationē, vel comburi propter hoc crimen, &c. Hæc Iudæi. Hæc ſacrificia Chriſtum verum Dei Patris agnum adumbrabant, qui noſtra peccata expiaturus erat, & pro ipſis redemptionem ſoluturus: quàm grauia igitur nos oportet agnoſcere & confiteri peccata noſtra, pro quibus nō animal aliquod, ſed Filius Dei mortuus eſt innocens? Pater enim parcens nobis, Filium dedit in mortem. Et reſtituet והשיב ſub. is qui peccauerit. In ſolidum בראשו Ad verbum, in capite ſuo. vel, ſumma capitali. i. illud ipſum damnum proprium. vide Leuit.6.a.5.

8 Redemptor, גואל .i. propinquus. q.d. ſi is cui damnum intulit, fuerit mortuus, nec habuerit propinquum redemptorem cui reſtituat damnum quod intulerat mortuo. Delictū האשם .i. damnū quod illatum eſt. Delictum reſtit. Ieh. ſac. האשם המושב ליהוה לכוהן damnum redditum [ſiue, reſtitutum] *erit* Iehouæ. i. reſtituetur Iehouæ, & tradetur ſacerdoti. Chaldæus paraph. illud quod redditur pro peccato coram Domino, ad ſacerdotem pertinet. 9 Sanctitatum קדשי ſanctificationum. i. ſanctificatorum. q.d. ex omnibus quæ ſanctificantur à filiis Iſrael. Quam offerent אשר־יקריבו quam offerunt. vel, offerre ſolent: vt ſit fut. pro præſ.

10 Et cuiuſque, &c. ואיש וגו' Sua ſunt cuiuſque ſanctificata: quiſque quum dederit ſacerdoti, ad eum ſpectabit. i. in poteſtate ſua erit, dare illa cuicunque ſacerdoti voluerit: & cuicunque ſacerdoti dederit ſanctificatum ſuum, ad illum ſpectabit cui traditum fuerit.

12 Quum diuerterit vx. cu. איש איש כי־תשטה אשתו Ad verbum, Vir vir quum aberrauerit vxor eius. ſub. à via pudicitiæ. Sequenti verſu ſeipſum exponit, quid per Diuertere vxorem, & præuaricari intelligat.

13 Abſconditum a. fuerit, &c. ונעלם מעיני וגו'. i. idque latuerit maritū, ſiue idq; inſcio marito. Et delituerit, ונסתרה. i. abſente marito.

14 Et tranſierit, &c. ועבר Quidam iſtum verſum liberius ſic vertunt, Si hunc inuaſerit vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduerſus vxorem ſuam ipſa polluta exiſtente: aut ſi inuaſerit eum vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduerſus vxorem ſuam, tametſi nō fuerit polluta. Hebraiſmus autē eſt, Si aſcenderit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ. pro, ſi zelotypus fuerit. i. ſi pudicitiā vxoris ſuæ ſuſpectam habuerit, ſiue polluta fuerit, ſiue nō. Lata fuit lex zelotypiæ, id eſt lex qua explorabant vxorum pudicitiam mariti zelotypi, hoc eſt ſuſpicioſi in amore, & quos ſolicitos habet amor ne riualem nanciſcantur, lata inquam, ne ipſi ſæuirent in vxores quas haberent adulterij ſuſpectas: præterea vt vxores continerentur in officio, & ab impudicitia coercerentur metu tam grauis pœnæ.

vxorem ſuam,& ipſa polluta fuerit: vel tranſierit ſuper eum ſpiritus
zelotypiæ,zelatúſque fuerit vxorem ſuam, & ipſa non fuerit
polluta:
Tunc adducet vir vxorem ſuam ad ſacerdotem,& afferet″oblationem 15
eius cum illa , *nempe* decimam partem אephâh farinæ hordeaceæ
: non fundet ſuper eam oleum , neque ponet ſuper eam
thus,quia oblatio zelotypiarum eſt, oblatio″memoriæ reuocans
in memoriam iniquitatem.
Et appropinquare faciet eã ſacerdos,ſtatuétq; ″eã corã Iehoua. 16
Tollétque ſacerdos aquam ſanctam in vaſe teſtaceo: de puluere 17
quoque qui fuerit in pauimento tabernaculi tollet ſacerdos,
& mittet in aquam illam:
Tum ſtatuet ſacerdos mulierem coram Iehoua,& diſcooperiet 18
caput illius mulieris, ponétque ſuper manus eius,″oblationem
memoriæ,*quæ*″oblatio zelotypiarum eſt: & in manu ſacerdotis erunt
aquæ″amaræ maledictæ.
Et adiurabit eam ſacerdos,dicétque illi, Si non coierit quiſpiã 19
tecum,& ſi non declinaueris ad immunditiã″ſub viro tuo:″munda
eſto ab aquis iſtis amaris maledictis.
Si verò″declinaueris ſub viro tuo, & polluta fueris, dederítque 20
aliquis in te″ſemen ſuum præter virum tuum:
(Adiurabit inquam mulierem illam ſacerdos adiuratione″maledictionis, 21
& dicet mulieri)″Det te Iehouáh in maledictionẽ″&
adiurationem in medio populi tui,quum dederit Iehouáh femur
tuum″cadens,& vterum tuum tumeſcentem.
Ingrediantúrque aquæ maledictæ iſtæ in interiora tua, vt tumeſcere 22
faciant vterum,″& cadere faciant femur. Et dicet mulier
illa,″Amen amen.
Et ſcribet maledictiones iſtas ſacerdos in libro,& delebit *poſtea* 23
illas cum aquis amaris:
Potúmque dabit mulieri aquas amaras maledictas, & ingredientur 24
in eam aquæ maledictæ″in amaras.
Poſtea capiet ſacerdos è manu mulieris oblationem zelotypiarum, 25
& eleuabit illam coram Iehoua,offerétq; eam ſuper altare.
Tollet etiam ſacerdos *pugillum plenum* de oblatione″ſuffitum eius, 26
adolebítque illud ſuper altare, & poſtea potum dabit mulieri
aquas.
Potum inquam dabit ei aquas illas: & erit,ſi polluta fuerit,præuaricatáque 27
fuerit præuaricationem in virum ſuum, tunc ingredientur
in eam aquæ maledictæ *uerſæ* in amaritudinem, intumeſcétque
vterus eius,″& cadet femur eius:& erit mulier illa in ma-

Aquæ amariſſimæ.

virum contra vxorem ſuam , quæ vel polluta eſt , vel falſa ſuſpicione appetitur:

Adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem prò illa decimã partem ſati farinæ hordeaceæ . non fundet ſuper eã oleũ , nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt,& oblatio inueſtigans adulterium.

Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino,

Aſſumétque aquam ſanctam in vaſe fictili , & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.

C

Quúmque ſteterit mulier in cõſpectu Domini ,diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificiũ recordationis,& oblationem zelotypiæ:ipſe autem tenebit aquas amariſſimas,in quibus cum execratione maledicta congeſſit.

Adiurabítque eam,& dicet,Si non dormiuit vir alienus tecum,& ſi non polluta es deſerto mariti toro,non te nocebunt aquæ iſtæ amariſſimæ in quas maledicta congeſſi.

Sinautem declinaſti à viro tuo , atque polluta es,& concubuiſti cum altero viro:

His maledictionibus ſubiacebis, Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo tuo:putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur:

Ingrediãtur aquæ maledictæ in vẽtrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur.Et reſpondebit mulier, Amen,amen.

Scribétque ſacerdos in libello iſta maledicta,& delebit ea aquis amariſſimis in quas maledicta congeſſit:

D

Et dabit ei bibere : quas quum exhauſerit,

Tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ,& eleuabit illud coram Domino , imponétque illud ſuper altare:ita duntaxat vt prius.

Pugillũ ſacrificii tollat de eo quod offertur,& incẽdat ſuper altare:& ſic potũ det mulieri aquas amariſſimas.

Quás quum biberit , ſi polluta eſt, & contempto viro adulterii rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre cõputreſcet femur: eritque mulier in malediction em, &

---

15 Oblationem eius cum illa,את־קרבנה עליה munus eius[ſub.vxoris]cum illa. Memoriæ זכרון recordationis.Sic vocabatur,quòd non expiaret iniquitatem,ſed illam potius in memoriam reduceret,æmulationem Dei & mariti excitando.Eſt autem hîc repetitio Hebræis frequens. 16 Eam אותה nempe oblationem.vel,illud munus.

18 Oblatio zelotyp.eſt: מנחת קנאות הוא .i.quæ dari ſolebat quando maritus erat zelotypus. Amaræ maled. המרים המאררים׃ Amaras vocat aquas quæ poſtea fiebant amaræ. & maledictas ab effectu, quòd ſolerent mulieres impudicas reddere infœlices & miſeras : nam maledictio ſignificat infœlicitatem. 19 Sub viro tuo: תחת אישך .i.contempto marito tuo. Munda eſto הנקי Hebraiſmus,immunis eſto ab infœlicitate quam ſolent afferre aquæ iſtæ amaræ.

20 Declinaueris שטית aberraueris.ſub.à pudicitia. Semen ſuum את־שכבתו ׃ Ad verbum,deſcenſionem.nempe ſeminis.Integra loquutio legitur Leuit.15.c.17,שכבת זרע deſcenſio[vel,effuſio]ſeminis.

21 Maledictionis,האלה execrationis. Det te Ieh.in maled.יתן יהוה אותך לאלה Det te Iehouáh in execrationẽ.i.faciat te Deus miſeram & înfœlicem:faciat vt execrentur te omnes. Et adiurationem ולשבועה q.d.Sis tam miſera & infœlix, vt publica & vulgata imprecatio ſit,Contingat tibi quod mulieri illi contigit. Cadens,נופלת putridum.Hebraiſmus eſt,quum dederit femur putridum,pro reddiderit,vel fecerit vt putreſcat femur tuum. 22 Et cadere faciant ולנפל & putrefaciant. Amen,amen. אמן אמן׃ .i.ita fiat,ſic mihi contingat vt dicis,ſi peccauerim in maritum meum.Habes de hac voce annotationem Pſal.41.c.14.

24 In amaras. למרים׃ ſub.& vertentur.i.poſteaquam illa biberit aquas illas maledictionem inferentes,fient amaræ.

26 Suffitum eius, את־אזכרתה Id eſt, id ex quo debet fieri ſuffitus. 27 Et cadet ונפלה & putreſcet.

in exemplum omni populo.

Quòd ſi polluta non fuerit,erit innoxia,& faciet liberos.

Iſta eſt lex zelotypiæ: ſi declinauerit à viro ſuo,& ſi polluta fuerit:

Maritûſque zelotypiæ ſpiritu concitatus adduxerit eam in conſpectu Domini, & fecerit ei ſacerdos iuxta omnia quæ ſcripta ſunt,

Maritus abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam.

Cap. VI.

LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

Loquere ad filios Iſrael,& dices ad eos,Vir ſiue mulier quum fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare:

A vino,& omni quod inebriare poteſt,abſtinebunt, acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes ſiccáſque non comedent

Cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur,quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque ad acinum non comedent.

Iudic.13.a.5

Omni tēpore ſeparationis ſuæ[nouacula non tranſibit ſuper caput eius vſque ad completum diem quo Domino conſecratur: ſanctus erit, creſcente cæſarie capitis eius.

Omni tempore conſecrationis ſuę ſuper mortuum non ingredietur

B

Nec ſuper patris quidem &matris, & fratris ſororiſque funere contaminabitur: quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt.

Omnibus diebus ſeparationis ſuæ ſanctus erit Domino.

Sinautem mortuus fuerit ſubitò quiſpiam coram eo, polluetur caput conſecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis ſuæ,& rurſum ſeptima.

In octaua autē die offeret duos turtures,vel duos pullos columbæ ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonii.

ledictionem in medio populi ſui.

28 Quòd ſi non fuerit polluta mulier,ſed mūda fuerit,″munda erit,ſeminabitúrque ſemine.

29 Hæc eſt lex zelotypiarum quum diuerterit mulier ſub viro ſuo, & polluta fuerit:

30 ″Aut viri″ſuper quē tranſierit ſpiritus zelotypiæ,″& zelatus fuerit vxorem ſuam,ſtatuerítque mulierem coram Iehoua,ac fecerit ei ſacerdos *ſecundum* omnem legem hanc:

31 ″Et innocēs erit vir ille ab iniquitate , mulier verò illa portabit iniquitatem ſuam.

Cap. VI.

Lex conſecratorum ſiue nazaræorum.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh,dicendo,

2 Alloquere filios Iשſraאelis, & dicas eis, Vir aut mulier″quū ſe parauerit ſe,vouendo votum nazaræi,vt ſeparet ſeſe Iehouæ:

3 A vino″&שſechár ſeparabit ſeſe: acetum vini,&acetum שſechár non bibet,″neque vllum madefactum vuis bibet,ſed nec vuas recentes & ſiccas comedet.

4 Omnibus diebus″nazaræatus ſui ex omni eo quod fit″è vite vini,″ab acinis ipſis vſque ad corticem,non comedet.

5 Omnibus diebus voti nazaræatus ſui″nouacula non tranſibit ſuper caput eius , donec impleti fuerint dies″quibus conſecrabit ſe Iehouæ,″ſanctus erit,creſcere ſinet″crinem capitis ſui.

6 Omnibus diebus quibus ſeparabit ſe Iehouæ,″ad animam mortui non ingredietur.

7 Super patre ſuo aut ſuper matre ſua,ſuper fratre ſuo aut ſuper ſorore ſua,″non polluet ſeſe illis quum mortui fuerint:quia″conſecratio Dei ſui eſt ſuper caput eius.

8 Omnibus diebus nazaræatus ſui″ſanctus erit Iehouæ.

9 Si autem mortuus fuerit mortuus iuxta eum″ſtatim mox, & polluerit caput″ſeparationis eius: radet caput ſuum die purificationis ſuæ,die ſeptimo radet illud.

10 Die autem octauo afferet duos turtures, vel duos pullos colūbæ ad ſacerdotem,ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

28 Mūda erit,&c. ונקתה וגו′ tunc mūdabitur,&c.i.abſoluetur,eritq; immunis ab ōni noxia quā inferre ſolēt aquæ illæ:& pariet liberos.

30 Aut viri או איש Quidam או pro אם Si,accipiunt,vertentes,Siquis ſit qui ducatur ſpiritu zelotypiæ. Super quem,&c. אשר תעבור עליו רוח קנאה.i.quem ſpiritus zelotypiæ concitauerit. Et zelatus fuerit vx.ſ. וקנא את־אשתו & ſuſpectam habuerit pudicitiā vxoris ſuæ.

31 Et innocens erit,&c. ונקה האיש מעון Et immunis erit vir ille ab iniquitate.i.vir zelotypus impunè illud faciet:mulier verò quòd impudica fuerit,dabit pœnas.

IN CAPVT VI.

2 Quum ſeparauerit ſe,&c. כי יפלא לנדור נדר נזיר להזיר quū ſeparauerit ſeſe ad vouendum votum nazaræi, ad ſeparandum,&c.i.qui ſeparauerit ſe à commercio profanorū,& ab vſu rerum quarundam quæ in deliciis & voluptatibus habentur, vt eſt vſus vini,raſura,&c.atque ſeſe ad tempus Domino conſecrauerit.Alii,Quum mirandum aliquod fecerit. Mirandum enim eſſe dicunt quum quiſpiam voluptatibus & deliciis aſſuetus,votum abſtinentiæ facit,& carnem ſuam à deliciis abſtrahit.Nazaræi autem erant qui vt liberius vacarent Legi diſcendæ,& exponendæ benignitati Dei, aliorum cōmercio ſeſe abdicabant ad tempus, & Domino ſeſe totos dedebant. A נזר *nazar*,ſeparauit:quòd(vt dictum eſt)à communi hominum vſu viuendi ad tempus ſeparati eſſent: vnde iſti & alio nomine(vt quidam exiſtimant)à Iudæis פירושים id eſt ſeparati & ſegregati dicebantur:hi ſcilicet qui in Nouo teſtamento Phariſæi vocantur.

3 Et שSechar ſeparabit ſe: ושכר יזיר .i.abſtinebit ab omni eo quod inebriare poteſt,vt eſt potus ille qui è fructuum ſucco, malorum, vel pyrorum,aut ſimilium conficitur. Chaldæus paraph.pro Sechar, tranſtulit vinum vetus: quòd præcipuè inebriet vinum quum eſt vetuſtum. Neque vllum madefactum,&c. וכל־משרת וגו′ & omnem liquorem[ſiue,madefactionem]vuarum non bibat.משרת à שרה deducitur,quod humectare & madefacere ſignificat.Ex doctioribus Hebræorum alter, dicit hoc tantùm loco in Bibliis reperiri vocem iſtam,& ſignificare quicquid vuis diſſoluitur,vel liqueſit.Alii potum coctum interpretantur. Nec deſunt qui per ipſum intelligant vinum ſecundarium,quod fit quando vuæ preſſæ macerantur aqua.

4 Nazaræatus ſui נזרו ſeparationis ſuæ.conſecrationis ſuæ. E vite vini, מגפן היין Id eſt è vite producente vinum. Ab acinis,&c. מחרצנים וגו′ Id eſt ſiue illud fiat de acinis vuarum,ſiue de cortice eorum.

5 Nouacula non tranſibit,&c. תער לא־יעבור וגו′ Hebraiſmus,non curabit caput ſuum radendum. Quibus conſecrabit ſe אשר־יזיר quibus ſeparabitur.vel,erit ſeparatus. Sāctus erit, קדוש יהיה Hebraiſmus,dabit operā ſanctimoniæ & ſāctitati. Crinem capitis ſ. פרע שער ראשו: Ad verbum,nuditatem cæſariei capitis ſui.Sic dicitur coma oblonga, quòd non tegatur.

6 Ad animam mortui על־נפש מת Sic vocant Hebræi cadauer,ſiuecorpus mortuum.q.d.nō aderit funeri,nec curabit cadauer mortui.

7 Non polluet ſe illis,&c. לא־יטמא להם וגו′ Hebraiſmus, non aderit funeri cuiuſquam ex illis,quum aliquis illorum mortuus fuerit. Conſecratio,&c. נזר וגו′ Id eſt in capite ſuo geſtat crinem quem non curat tondendum in honorem Dei.Alii,corona Dei ſui eſt,&c.

8 Sanctus erit Iehouæ. קדוש הוא לוהוה: id eſt conſecrabitur Iehouæ.

9 Statim mox, בפתע פתאום repentè *ac* ſubitò.Hebræi iſtud ita exponunt, vt primùm ſit,quando quis violenter præſente nazaræo interficitur:ſecundum verò,ſi caſu quodam fortuito mors in hominem inciderit: tunc inquam nazaræus radet caput ſuum,& à contracta immunditia purificabit ſe,& de nouo incipiet ſeruare dies conſecrationis. Separationis eius. נזרו Refert crinem,id eſt caput ſeparationis crinis eius intonſi.

11 ″Et faciet ſacerdos vnũ pro peccato, & alterum in holocauſtũ: expiabítque illum de eo quod peccauit″ſuper cadauere, & ſanctificabit″caput ſuum die illa.

12 Et ſeparabit Iehouæ″dies nazaræatus ſui, afferétque agnũ anniculum pro delicto: & dies priores″erunt irriti, quoniam pollutus fuit nazaræatus eius.

13 Hæc autem eſt lex nazaræi: die quo completi fuerint dies nazaræatus eius, conferet ſe ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

14 Offerétque oblationem ſuam Iehouæ agnum anniculum ″perfectum vnum in holocauſtum, & agnam vnam anniculam perfectam in ſacrificium pro peccato, & arietem vnum perfectum in hoſtiam pacificorum:

15 Caniſtrum præterea *panum* infermentatorum, ſimilam placentarum″conſperſarum oleo, & lagana infermentata vncta oleo, & minnham eorum, & libamina eorum.

16 Et offeret *illa* ſacerdos coram Iehoua, faciétque ſacrificium pro peccato illius, & holocauſtum illius.

17 Arietem quoque faciet ſacrificium pacificorum Iehouæ, vnà cum caniſtro infermentatorum: faciet item ſacerdos minnham eius, & libamen eius.

18 Tum radet nazaræus *ad* oſtium tabernaculi eccleſiæ″caput nazaræatus ſui, capiétque″cæſariẽ capitis nazaræatus ſui, & ponet ſuper ignem qui eſt ſubter ſacrificium pacificorum.

19 Capiet præterea ſacerdos armum coctum de ariete illo, & placentam infermentatam vnam è caniſtro, & laganum infermentatum vnum, & ponet ſuper manus nazaræi, poſteaquam raſus fuerit″nazaræatus eius.

20 ″Et eleuabit ea ſacerdos eleuatione corã Iehoua: ″ſanctitas eſt ſacerdoti″vltra pectuſculum eleuationis, & vltra armum exaltationis: & poſtea bibat nazaræus vinum.

21 Hæc eſt lex nazaræi ″qui vouerit, & oblationis eius Iehouæ pro nazaræatu ſuo, ″præter id quod attinget manus eius: ſecundum votum ſuum quod vouerit, ſic faciet ſecundum legem nazaræatus ſui.

Benedicendi populo modus.

22 Et loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

23 Alloquere Aharón & filios eius, dicendo, Sic benedicetis filiis Iwſraxél, dicendo eis,

24 ″Benedicat tibi Iehouáh, & cuſtodiat te:

25 ″Lucere faciat Iehouáh faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui:

26 ″Attollat Iehouáh faciem ſuam ad te, ″& ponat in te pacem:

Faciétque ſacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtũ: & deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo: ſanctificabitque caput eius in die illo.

Et conſecrabit Domino dies ſeparationis illius, offerẽs agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius.

C

Iſta eſt lex conſecrationis, Quum dies quos ex voto decreuerat, cõplebuntur: adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis:

Et offeret oblationẽ eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocauſtum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietẽ immaculatum, hoſtiam pacificam:

Caniſtrum quoque panum azymorum qui conſperſi ſint oleo, & lagana abſque fermento vncta oleo, ac libamina ſingulorum:

Quæ offeret ſacerdos corã Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocauſtum.

Arietem verò immolabit hoſtiam pacificam Domino, offerens ſimul caniſtrum azymorum, & libamẽta quæ ex more debentur.

‖Tũc radetur nazaræus ante oſtiũ tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ: tollétque capillos eius, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum.

Act. 21. d. 24

D

Et armum coctum arietis, tortámque abſque fermento vnã de caniſtro, & laganum azymum vnum: & tradet in manus nazaræi, poſtquam raſum fuerit caput eius.

Suſceptáque rurſum ab eo, eleuabit in conſpectu Domini: & ſanctificata, ſacerdotis erunt, ſicut pectuſculum quod ſeparari iuſſũ eſt, & femur: poſt hæc poteſt bibere nazaræus vinum.

Iſta eſt lex nazaræi, quum vouerit oblationem ſuam Domino tempore conſecrationis ſuæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mẽte deuouerat, ita faciet, ad perfectionẽ ſanctificationis ſuæ.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Loquere Aaron & filiis eius, ‖Sic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis,

Eccli 36. c. 19

Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te.

Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui.

Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem:

11 Et faciet ועשה .i. Et ſacrificabit. Super cadauere, על־הנפש Ad verbum, ſuper anima. i. ab illa impuritate quam contraxit propterea quòd fuerit in loco vbi aliquod cadauer fuerit. Caput ſuum את־ראשו caput eius. vt verbum referatur ad ſacerdotem.

12 Dies nazaræatus ſ. את־ימי נזרו dies conſecrationis ſuæ. Accuſatiuus eſt DIES. i. ab illo die octauo incipiet rurſus numerare tempus nazaræatus ſui, hoc eſt tempus quo vouerat ſe fore nazaræum. Erunt irriti, יפלו Ad verbum, cadent. i. non numerabuntur dies præcedentes pollutionem: tempus anteactum quo fuerat nazaræus, reputabitur pro nihilo.

14 Perfectum תמים .i. in quo nihil reprehendi poſſit. 15 Conſperſarum oleo, בלולות בשמן verſatarum in oleo.

18 Caput nazar. ſ. את ראש נזרו .i. cæſariem ſuam intonſam ratione voti. Cæſariem את־שער pilũ. i. pilos qui hactenus fuerũt intõſi propter votum. 19 Nazaræatus eius. נזרו: .i. cæſaries eius quæ hactenus fuit intonſa. Chaldæus paraph. poſtquam raſerit caput conſecrationis ſuæ. 20 Et eleuabit, &c. והניף וגו׳ Hebraiſmus, eleuando offeret Iehouæ. Sanctitas eſt ſac. קודש הוא לכוהן ſanctitas erit ſacerdotis. i. ea omnia tanquam ſacra pertinebunt ad ſacerdotem. Vltra pectuſc. &c. על חזה וגו׳ vnà cum pectuſculo eleuationis, vnáque cum armo, &c. 21 Qui vouerit, & oblationis, &c. אשר ידור קרבנו וגו׳ qui vouerit oblationem ſuam Iehouæ pro ſeparatione ſua. i. qui vouerit ſe oblaturum oblationem quæ offerri ſolet pro nazaræatu. Præter id quod atting. &c. מלבד אשר־תשיג ידו excepto eo quod aſſequuta fuerit [aut, aſſequetur] manus eius. q. d. id faciet niſi poſſit plura facere.

24 Benedicat tibi יברכך id eſt det tibi Dominus copiam omnium bonorum. 25 Lucere faciat יאר Illuſtret.

26 Attollat, &c. ישא וגו׳ Coniiciat Iehoua ſuper te oculos ſuos. i. reſpiciat te ſemper. Et ponat in te pacem: וישם לך שלום: Ex doctioribus Hebræorum alter exponit, Ponat in te pacem, vt nihil tibi mali accidat neque ab hoſte, nec à mala beſtia, aut ab vlla alia re. Sunt qui iſtas benedictiones ſic explicant quaſi ſemper in qualibet benedictione poſtrema clauſula ſit expoſitio antecedentis: vt quum dicit, Benedicat tibi Dominus, mox explicet quid ſit hæc benedictio, nempe cuſtodiri ab omni malo. Ita lucere facies eius dicitur, quũ ſcilicet propitius eſt, & remittit peccata. Attollere verò faciem ſuam, quum pacem largitur.

Inuocabúntque nomen meũ ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis. 27

Cap. VII.

Exo.40.b.18

1 FActum eſt autem, in die qua compleuit Moyſes tabernaculum, & erexit illud: vnxitque & ſanctificauit, cum omnibus vaſis ſuis, altare ſimiliter & omnia vaſa eius:

2 Obtulerunt principes Iſrael capita familiarum, qui erãt per ſingulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant,

3 Munera coram Domino ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus: vnũ plauſtrũ obtulere duo duces, & vnũ bouem ſinguli, obtulerúntque ea in conſpectu tabernaculi.

4 Ait autem Dominus ad Moyſen,

5 Suſcipe ab eis vt ſeruiãt in miniſterio tabernaculi teſtimonii, & trades ea Leuitis iuxta ordinẽ miniſterii ſui.

6 Itaque quum ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra & boues, tradidit ea Leuitis.

7 Duo plauſtra & quatuor boues dedit filiis Gerſon, iuxta id quod habebant neceſſarium.

8 Quatuor alia plauſtra & octo boues dedit filiis Merari ſecundum officia & cultũ ſuum, ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis.

9 Filiis autem Caath non dedit plauſtra & boues: quia Sanctuario ſeruiũt, & onera propriis portant humeris.

10 Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die qua vnctum eſt, oblationem ſuam ante altare.

11 Dixitque Dominus ad Moyſen, Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

B

12 Primo die obtulit oblationem ſuã Nahaſſon filius Aminadab de tribu Iuda:

13 Fuerúntque in ea acetabulum argẽteum pondo centum triginta ſiclorũ, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

14 Mortariolũ ex decem ſiclis aureis plenum incenſo:

15 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

16 Hircúmque pro peccato:

17 Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Nahaſſon filii Aminadab.

18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Iſſachar:

19 Acetabulum argẽteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argẽ

---

27 Et ponent nomen meum ſuper filios Iשׂraאelis: ″& ego benedicam eis.

Cap. VII.

1 ET fuit, die quo finiuit Moשׂéh erigere tabernaculum, vnxit illud, atque ſanctificauit, omniáque vtenſilia eius, altare quoque & omnia vtenſilia eius, vnxit inquam ea, & ſanctificauit.

2 Tunc obtulerũt principes Iשׂraאelis capita domorum patrum ſuorum, iſti principes tribuum, ″hi erant præfecti numeratis.

3 Et attulerunt oblationem ſuam coram Iehoua, ſex plauſtra ″operta, & duodecim boues: plauſtrũ *unum* pro duobus principibus, & bouem in ſingulos: & obtulerunt ea coram tabernaculo.

Oblationes ſingulorum ducum populi Iſraelitici, in dedicatione tabernaculi.

4 Et dixit Iehouáh ad Moשׂéh, dicendo,

5 Accipe ab eis, ″& ſeruient in miniſterio tabernaculi eccleſiæ: & dabis ea Leuitis, vnicuique ″ſecundum miniſterium ſuum.

6 Accepit itaque Moשׂéh plauſtra & boues, & dedit ea Leuitis.

7 Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filiis Gerשׂón ſecundum miniſterium eorum.

8 Quatuor autẽ plauſtra & octo boues dedit filiis Merarí ſecundũ miniſteriũ eorũ, ſub manu אIthamár filii Aharón ſacerdotis.

9 Filiis verò Cehách nihil dedit: quia ″miniſterium Sanctitatis *erat* ſuper eos *quod* humero ferebant.

10 Obtulerunt ergo principes pro dedicatione altaris die quo illud vnctum fuit, obtulerunt inquam principes oblationem ſuã coram altari.

11 Et dixit Iehouáh ad Moשׂéh, ″Singuli principes ſingulis diebus offerent oblationem ſuam ad dedicationem altaris.

12 ″Et obtulit die primo oblationem ſuam Naחhaשׂón filius עAmminadáb è tribu Iehudáh.

Oblatio Nahaſſon tribus Iudæ.

13 Oblatio autem eius fuit ″ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argẽtea ſeptuaginta שׂeclorum ſecundum שׂeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

14 ″Cochlear vnum decem *ſeclorum* aureum, plenum ſuffitu:

15 Iuuencus vnus ″filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

16 Hircus caprarum vnus pro peccato:

17 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio Naחhaשׂón filii עAmminadáb.

18 Die ſecũdo obtulit Nethanאél filius צSuyár princeps Iשׂſachár.

Oblatio Nathanaelis tribus Iſſachar.

19 Obtulit oblationem ſuam ſcutellam argẽteam vnam, centum

---

27 Et ponent nomen, &c. ושׂמו וגו׳ .i. quum benedicent eis, adiungent nomen meum. Et ego bened. eis. ואני אברכם: Hoc quidam referunt ad ſacerdotes quibus Dominus quoque benedicere velit, ſi fideliter ſuum exequantur munus. Alii ad populum referunt. Alii ad vtrunque. Simplex autem ſenſus eſſe videtur, Dicit Deus ſe ratam habiturum benedictionem ſacerdotum, ſi fiat iuxta verbum & voluntatem ſuam. Commendatur ergo hîc miniſterium verbi & Eccleſiæ, per quod Deus benedicere vult populo ſuo.

IN CAPVT VII.

2 Hi erant præf. nume. הם העומדים על־הפקודים: Ad verbum, hi aſtabant ſuper numeratos .i. qui aſtabant dum populus numeraretur, & numeratorum præfecti erant. 3 Operta, צב Ad verbum, operimenti .i. in modum lecticarum facta. Quidam lecticas vertunt. Doctus inter Hebræos exponit operimentum lecticæ aut currus quo deferuntur homines ſupra dorſum iumentorum. Chaldæus paraph. Ieroſolymitanus habet, ſex plauſtra biiuga. acſi dicat vnicuique plauſtro fuiſſe par boum trahens illud.

5 Et ſeruient in mi. והיו לעבוד את־עבודת Ad verbũ, & erunt ad ſeruiẽdum in miniſterio. q.d. omnia illa quæ principes obtulerint, erunt vſui miniſterio tabernaculi. Secundum miniſt. ſ. כפי עבורתו: pro ratione miniſterii ſui .i. pro exigentia miniſterii. Sic in ſequentibus.

9 Miniſteriũ ſanct. *erat* ſuper eos עבודת הקודש עלהם Hebraiſmus, ad eos ſpectabat & illis erat cõmiſſum miniſterium Sanctuarii, ſiuẽ rerum ſacrarum, quas propriis humeris ferre ſolebant. 11 Singuli principes ſing. dieb. נשׂיא אחד ליום נשׂיא אחד ליום יקריבו. Ad verbum, Princeps vnus in die, princeps vnus in die offerent. Hac repetitione Hebræi exprimunt diſtributiua nomina.

12 Et obtulit ויהי המקריב Ad verbum, Fuitque qui obtulit. 13 Scutella argentea קערת־כסף Scutellam magnam & latam eſſe dicunt, liquidarum rerum receptaculum. Alii, acetabulum argenteum. 14 Cochlear כף Vas erat patulum paruũ & concauum in modum cochlearis formatum, in quo thus aut aliud huiuſmodi ponebatur. 15 Filius bouis, בן־בקר id eſt de armento.

triginta שſeclorum pondus eius: phialam vnam argēteam ſeptuaginta שſeclorum ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambas ipſas plenas ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum, decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

Iuuencum vnum filium bouis, arietem vnum, agnum anniculum in holocauſtum:

Hircum caprarum vnum pro peccato:

Et pro ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Nethanאél filii צSuyár.

Die tertio princeps filiorum Zebulún, אEliab filius חHelón.

Oblatio Eliab tribus Zabulon.

Oblatio autem eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorū ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

Hircus caprarum vnus pro peccato:

Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, agni quinq; anniculi. hæc fuit oblatio אEliáb filii חHelō.

Oblatio Eliſur tribus Ruben.

Die quarto prīceps filiorū Reואubén, אEliצſúr fili⁹ שSedeואúr.

Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum ſecundum שſeclum Sāctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum, decem *ſeclorum* aureum, plenum ſuffitu:

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

Hircus caprarum vnus pro peccato:

Et pro ſacrificio pacificorum, boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio אEliצſúr filii שSedeואúr.

Oblatio Salamiel tribus Simeon.

Die quinto, princeps filiorum שSimוyón שSelumiאél filius צSuriשſaddái.

Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum, decem *ſeclorum* aureum, plenum ſuffitu:

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

Hircus caprarum vnus pro peccato:

Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio שSelumiאél filii צSuriשſaddái.

Oblatio Eliaſaph tribus Gad.

Die ſexto princeps filiorum Gád, אEliaסſáph filius Deוyuאél.

Oblatio eius fuit ſcutella argētea vna, centū triginta *ſeclorum* pōdus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorū ſecundū שſeclū Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila cōſperſa oleo ī minחhā:

Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus

team habentē ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus Sāctuarii, vtrunque plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

20 Mortariolum aureum habens decē ſiclos, plenum incenſo:

21 Bouem de armēto & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

22 Hircúmque pro peccato:

23 Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.

24 Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon,

25 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sāctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

C

26 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

27 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

28 Hircúmque pro peccato:

29 Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Eliab filii Helon.

30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sedeur,

31 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarii, vtrūq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

32 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

33 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

34 Hircúmque pro peccato:

35 Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filii Sedeur.

36 Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Suriſaddai,

37 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sāctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

38 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

39 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

40 Hircúmque pro peccato:

D

41 Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filii Suriſaddai.

42 Die ſexto princeps filiorum Gad Eliaſaph filius Duel,

43 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sāctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

44 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

45 Bouē de armento, & arietē, & agnū

anniculum in holocauſtum:

46 Hircúmque pro peccato:

47 Et in hoſtias pacificorũ boues duós, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filii Duel.

48 Die ſeptimo princeps filiorum Ephráim Eliſama filius Ammiud,

49 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sãctuarii, vtrunque plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium.

50 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

51 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

52 Hircúmque pro peccato:

53 Et in hoſtias pacificorũ, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filii Ammiud.

E

54 Die octauo princeps filiorum Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur,

55 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

56 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

57 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

58 Hircúmque pro peccato:

59 Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadaſſur.

60 Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis,

61 Obtulit acetabulum argẽteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarii, vtrũque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

62 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

63 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum,

64 Hircúmque pro peccato.

65 Et in hoſtias pacificorũ boues duos arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filii Gedeonis.

66 Die decimo princeps filiorum Dã Ahiézer filius Ammiſaddai,

67 Obtulit acetabulum argenteum appendẽs centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarii, vtrũque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

F

68 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

69 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

70 Hircúmque pro peccato.

71 Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc

---

in holocauſtum:

46 Hircus caprarum vnus pro peccato:

47 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio אEliaסſáph filii Deעuאél.

48 Die ſeptimo princeps filiorum אEphráim אEliשſamáע filius עAmmihúd.

Oblatio Eliſamæ tribus Ephráim

49 Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, cẽtum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum ſecundum שſeclum Sãctitatis: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

50 Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

51 Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

52 Hircus caprarum vnus pro peccato:

53 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque: hæc fuit oblatio אEliשſamáע filii עAmmihúd.

54 Die octauo princeps filiorum Menaשſſéh Gamliאél filius Pedáhצſúr.

Oblatio Gamaliel tribus Manaſſe.

55 Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius, phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

56 Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

57 Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

58 Hircus caprarum vnus pro peccato:

59 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio Gamliאél filii Pedahצſúr.

60 Die nono princeps filiorum Biniámin, Abidã filius Gidעoni.

Oblatio Abidan tribus Bẽiamin.

61 Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum ſecundũ שſeclũ Sãctuarii: ãbæ ipſæ plenæ ſimila cõſperſa oleo in minחhã:

62 Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu:

63 Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

64 Hircus caprarum vnus pro peccato:

65 Et ꝓ ſacrificio pacificorũ boues duo, arietes quinq;, hirci quinque, agni anniculi quinq;. hæc fuit oblatio Abidán filii Gidעoní.

66 Die decimo princeps filiorum Dan Aחhiעézer filius עAmmiשſaddái.

Oblatio Abiezer tribus Dan.

67 Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* põdus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorũ ſecũdũ שſeclũ Sãctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila cõſperſa oleo in oblationẽ.

68 Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu.

69 Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum:

70 Hircus caprarum vnus pro peccato:

71 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio Aחhiעézer fi-

lii עAmmiשſaddái.

Oblatio Phegiel tribus Aſer.

Die vndecimo, princeps filiorũ Aשſér, Pagעiאél filius עOchrã. 72

Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* 73
pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum, ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum plenum ſuffitu: 74

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in 75
holocauſtum:

Hircus caprarum vnus pro peccato: 76

Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hir- 77
ci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio Pagעiאél filii עOchrán:

Oblatio Ahira trib' Nephthali.

Die duodecimo, princeps filiorum Naphthalí, Aחhiráע filius 78
עEnán:

Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, centum triginta *ſeclorum* 79
pondus eius: phiala vna argentea, ſeptuaginta שſeclorum, ſecundum שſeclum Sanctuarii: ambæ ipſæ plenæ ſimila conſperſa oleo in minחham:

Cochlear vnum decem *ſeclorum*, aureum, plenum ſuffitu. 80

Iuuencus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in 81
holocauſtum:

Hircus caprarum vnus pro peccato: 82

Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hir- 83
ci quinque, agni anniculi quinque. hæc fuit oblatio Aחhiráh filii עEnán.

"Hæc fuit dedicatio altaris, die quo vnctum fuit à principibus 84
Iשſraאél: ſcutellæ argẽteæ duodecim, phialæ argenteæ duodecim, cochlearia aurea duodecim.

Centum triginta *ſeclorum erat* ſcutella vna argentea: & ſeptuagin- 85
ta, phiala vna: omne argentum vaſorum, duo millia & quadringenti שſecli, ſecundum שſeclum Sanctitatis.

Cochlearia aurea duodecim, plena ſuffitu: "decem *ſeclorum erãt* co 86
chlearia, ſecundum pondus Sanctitatis: omne aurum cochleariũ, centum viginti *ſeclorum*.

Omnes boues in holocauſtum, duodecim iuuenci, arietes duo- 87
decim, agni anniculi duodecim, cum minחha ipſorum: & hirci caprarum duodecim pro peccato.

Omnes autem boues ſacrificii pacificorum, viginti quatuor iu- 88
uenci, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc fuit dedicatio altaris poſtquam vnctum fuit.

Quum autem ingrediebatur Moשſéh tabernaculum eccleſiæ, 89
'vt loqueretur cum eo, audiebat vocem loquentis ad ſe "è propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonii" inter duos Cherubim, & loquebatur "ei.

Cap. VIII.

בהעלותך

Diſpoſitio lucernarum.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh, dicendo, 1

Loquere ad Aharón, & dicas illi, Quando accendes lucer- 2
nas, "contra faciem candelabri lucebunt ſeptem lucernæ.

fuit oblatio Ahi-ezer filii Ammiſaddai.

72 Die vndecimo princeps filiorũ Aſer, Phegiel filius Ochran,

73 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

74 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

75 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum.

76 Hircúmque pro peccato:

77 Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quĩque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.

78 Die duodecimo princeps filiorum Nephthali Ahira filius Enan,

79 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sãctuarii, vtrunque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium:

80 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

81 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

82 Hircúmque pro peccato:

83 Et ĩ hoſtias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

84 Hæc in dedicationem altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratum eſt: acetabula argentea duodecim, phialæ argẽteæ duodecim, mortariola aurea duodecim:

85 Ita vt centum triginta ſiclos argenti haberet vnum acetabulum, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringenti, pondere Sanctuarii.

86 Mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia, põdere Sanctuarii: id eſt ſimul auri ſicli centum viginti.

87 Boues de armento in holocauſtum duodecim arietes, agni anniculi duodecim, & libamenta eorũ. hirci duodecim pro peccato.

88 In hoſtias pacificorum, boues vigintiquatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. hæc oblata ſunt in dedicationem altaris, quando vnctum eſt.

89 Quúmque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocẽ loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonii inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

Cap. VIII

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere Aarõ, & dices ad eũ, Quũ poſueris ſeptẽ lucernas, contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt.

---

84 Hæc fuit dedicatio זאת חנוכת q.d. hæc prædicta fuerunt in dedicatione altaris. 86 Decem, &c. עשׂרה עשׂרה הכף Hebraiſmus, ſingula cochlearia pendebant decem ſiclos. 89 Vt loqueretur cum eo, לדבר אתו .i. vt conſuleret Deum. Relatiuum pro antecedente. E propitiatorio מעל הכפורת Ad verbum, deſuper propitiatorium. Inter duos מבין שני Ad verbum, deinter duos, &c. Ei. אליו: nempe Moſi.

IN CAPVT VIII.

2 Contra faciem cand. אל מול פני המנורה .i. verſus eam partem quæ reſpondet fronti candelabri. Ab hoc capite Hebræi tertiam huius libri ſectionem incipiunt, quam à quinta ſecundi verſus dictione denominant בהעלותך.

3 Fecitque Aaron, & impoſuit lucernas ſuper cãdelabrum, vt præceperat Dominus Moyſi.

4 Hæc autem erat factura cãdelabri, Ex auro ductili, tã medi⁹ ſtipes quàm cũcta quæ ex vtroque calamorum latere naſcebãtur. iuxta exemplũ quod oſtẽdit Dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrum.

5 Et loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

B 6 Tolle Leuitas ex medio filiorum Iſrael, & purificabis eos,

7 Iuxta hunc ritum: aſpergãtur aqua luſtrationis, & radãt omnes pilos carnis ſuæ. Quumque lauerint veſtimẽta ſua, & mundati fuerint:

8 Tollent bouem de armẽtis, & libamentum eius ſimilam oleo conſperſam, bouem autem alterum de armẽto tu accipies pro peccato:

9 Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Iſrael.

10 Quumque Leuitæ fuerint corã Domino, ponent filii Iſrael manus ſuas ſuper eos,

11 Et offeret Aaron Leuitas, munus in cõſpectu Domini à filiis Iſrael, vt ſeruiant in miniſterio eius.

12 Leuitæ quoque ponẽt manus ſuas ſuper capita boum, è quibus vnũ facies pro peccato, & alterum in holocauſtum Domini, vt depreceris pro eis.

13 Statuéſque Leuitas in conſpectu Aaron & filiorum eius, & cõſecrabis oblatos Domino.

C 14 Ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei.

15 Et poſtea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt ſeruiant mihi: ſicque purificabis & conſecrabis eos in oblationem Domini:

Suprà 3.b.19 exod.13.a.2 luc.2.d.20

16 Quoniam dono donati ſunt mihi à filiis Iſrael: ‖pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael, accepi eos.

17 Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſrael, tam ex hominibus quàm iumentis, ex die quo percuſſi omne primogenitum in terra AEgypti, ſanctificaui eos mihi.

18 Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael.

19 Tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio filiorum Iſrael, vt ſeruiant mihi pro Iſrael in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuarium.

D 20 Feceruntque Moyſes & Aaron & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leuitis quæ præceperat Domi-

3 Fecítque ita Aharón, contra faciem candelabri accendit lucernas eius, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh.

Forma candelabri.

4 ′Et hoc *eſt* opus cãdelabri, ′ductile aureum vſque ad haſtile ſuum, vſque ad flores ſuos ductile erat. ′iuxta exemplar quod oſtẽderat Iehouáh ipſi Moשſéh, ſic fecit candelabrum.

Purgatio & oblatio Leuitarũ.

5 Loquutúſque eſt præterea Iehouáh ipſi Moשſéh, dicendo,

6 Cape Leuitas ′è medio filiorum Iשſraאél, & purifices illos.

7 Sic autem facies illis vt purifices illos, Sparge ſuper eos aquam purificationis, ′& trãſire faciant nouaculam ſuper totam carnem ſuam, lauéntque veſtimenta ſua, & purificentur.

8 ′Poſtea capient iuuencum filium bouis, & minnham eius ſimilam conſperſam oleo: & iuuencum alterum filium bouis capies in ſacrificium pro peccato.

9 ′Tunc offeres Leuitas coram tabernaculo eccleſiæ: ′& congregabis omnem cœtum filiorum Iשſraאél:

10 Offeres inquam Leuitas corã Iehoua, ′& coniungent filii Iשſraאél manus ſuas ſuper Leuitas.

11 ″Offerétque Aharón Leuitas *in* oblationẽ coram Iehoua à filiis Iשſraאél, & miniſtrabunt in miniſterio Iehouæ.

12 Leuitæ autem coniungent manus ſuas ſuper caput iuuencorũ: ″poſtea facies vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum Iehouæ ″ad expiandum Leuitas.

13 Statuéſque Leuitas coram Aharón & coram filiis eius, & offeres illos oblationem Iehouæ.

14 Ac ſegregabis Leuitas ′è medio filiorũ Iשſraאél, erũt mei Leuitæ.

15 Poſtea autẽ venient Leuitæ ad miniſtrandũ in tabernaculo eccleſiæ, & expiabis illos, offeréſque eos oblationem:

16 Quia ″dati, dati *inquam* ſunt mihi è medio filiorum Iשſraאél ″pro aperiente omnem vuluam, pro primogenito omnium filiorum Iשſraאél accepi eos mihi.

17 Meus eſt enim omnis primogenitus in filiis Iשſraאél, tam hominum quàm iumentorum: à die quo percuſſi omne primogenitum in terra AEgypti, ′ſanctificaui illa mihi.

18 Cepi autem Leuitas pro omni primogenito in filiis Iשſraאél.

19 Et dedi Leuitas *dono* datos Aharoni & filiis eius è medio filiorũ Iשſraאél, ″vt fungantur officio filiorum Iשſraאél in tabernaculo eccleſiæ, ″& expient filios Iשſraאél: neque ſit in filiis Iשſraאél plaga, ″quum ipſi appropinquauerint ſanctuario.

20 Fecit itaque Moשſéh & Aharón, & omnis cõgregatio filiorum Iשſraאél *ſic* ″de Leuitis, ſecundum omnia quæ præceperat Iehouáh

4 Et hoc *eſt* opus וזה מעשה Et hæc *eſt ratio qua* fuit factum. vel, Et hæc eſt factura. Ductile aureum, &c. ′מקשה זהב וגו .i. tam haſtile eius quàm flores ac lilia eius erant ductilia, ſiue opere ductili facta. vel vt alii, opere integro, hoc eſt ex vna maſſa diductum, non per fragmenta & membra compoſitum. Iuxta exemplar, &c. ′כמראה וגו Ad verbum, iuxta viſionem [vel, aſpectum] quã videre fecit Iehoua.
6 E medio filiorum Iſrael, מתוך בני ישראל Id eſt, ex omnibus filiis Iſrael ſelige Leuitas.
7 Et tranſire faciant, &c. ′והעבירו וגו .i. totum corpus ſuũ curent radendum. 8 Poſtea capient ולקחו Ad verbũ, Et capient.
9 Tunc offeres, והקרבת Ad verbum, Et appropinquare facies. Et congregabis, &c. ′והקהלת וגו q.d. id facies coram vniuerſa congregatione. 10 Et coniungent וסמכו &ponent. vel, component. i. aliqui ex illis nomine omnium imponent manus Leuitis, tanquam oblaturi eos ſua ſponte. 11 Offerétque, &c. ′והניף וגו Ad verbum, Et eleuare faciet Aharon Leuitas eleuationem coram Iehoua à filiis Iſrael, & erunt ad miniſtrandũ, &c. Eleuare coram Iehoua dicit pro offerre Iehouæ, quòd oblationes offerrent eleuãdo & agitando illas coram Iehoua. Sic paulo pòſt verſu 13 & 15. 12 Poſtea facies ועשה Ad verbum, & fac. Ad expiandum Leuitas. לכפר על־הלוים: .i. vt his ſacrificiis expientur Leuitæ. Alii, eodem ſenſu, vt placetur *Deus* Leuitis. Alii, vt remittatur peccatum Leuitis.
14 E medio fil. Iשſ. מתוך בני ישראל .i. ex omnibus filiis Iſrael. 16 Dati, dati נתונים נתונים Eadem habes ſuprà cap. 3. b. 9. Pro aperiente omnem vul. תחת פטרת כל־רחם Ad verbum, loco apertionis omnis vuluæ. i. pro omni eo quod aperit vuluam. Quid intelligat per apertionem vuluæ, mox exponit, quum dicit, pro omni primogenito, &c. 17 Sanctificaui הקדשתי conſecraui.
19 Vt fungantur, &c. ′לעבוד וגו Ad verbum, vt miniſtrent miniſtrationem filiorum Iſrael. i. miniſtrent mihi in miniſterio tabernaculi, quod alioqui curare tenerentur filii Iſrael. Et expient fil. Iשſ. ולכפר על־בני ישראל & deprecentur *Deum* pro filiis Iſrael. Vel, placent *Iehouam* erga filios Iſrael. Quum ipſi approp. &c. ′בגשת וגו Ad verbum, in appropinquando filios Iſrael ad ſanctuarium. Antecedens pro relatiuo, quum ipſi acceſſerint ad miniſtrandum in Sanctuario.
20 De Leuitis, ללוים Paulo pòſt verſu 22, ſcripſit על־הלוים ſuper, vel de Leuitis.

Moשſéh *de* Leuitis, ſic fecerunt illis filii Iשſraאél.

21 Et purificauerunt ſeſe Leuitæ, lauerúntque veſtimenta ſua, & obtulit Aharón illos oblationem coram Iehoua, ″& expiauit eos Aharón, vt purificaret eos.

22 ″His peractis aggreſſi ſunt Leuitæ fungi miniſterio ſuo in tabernaculo eccleſiæ coram Aharón & coram filiis eius: quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh de Leuitis, ſic fecerunt illis.

AEtates Leuitarum.

23 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

24 Hoc *quoque* eſt quod ad Leuitas *pertinet*, ″à viceſimo quinto anno & ſuprà ingredientur militare militiã in cultu tabernaculi eccleſiæ.

25 ″A quinquageſimo autem anno reuertetur à militia cultus, nec miniſtrabit vltrá:

26 Sed miniſtrabit cum fratribus ſuis in tabernaculo eccleſiæ ″vt munere *ſuo illi* fungantur: ″at miniſterium non adminiſtrabit. ſic facies de Leuitis ″in cuſtodiis eorum.

Cap. IX.

Phaſe præcipitur fieri.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh in deſerto סSinái, anno ſecundo quo egreſſi ſunt è terra AEgypti, menſe primo, dicendo,

2 ″Facient filii Iשſraאél ″Péסſaחh in tempore ſuo.

3 Decimoquarto die ″menſis huius ″inter duas veſperas facietis illud tempore ſuo: iuxta omnes ritus ſuos, ″& iuxta omnes cæremonias ſuas facietis illud.

4 Alloquutus eſt itaq; Moשſéh filios Iשſraאél vt facerẽt Péסſaחh.

5 Fecerúntque Péסſaחh ″in primo menſe, decimoquarto die eiuſdem inter duas veſperas in deſerto סSinái: ″iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh Moשſéh, ſic fecerunt filii Iשſraאél.

Immundi ſuper mortuo, Phaſe non prohibentur facere.

6 Fuerunt autem quidam immundi ″ſuper anima hominis, qui non potuerunt facere Péסſaחh die ipſo, tunc acceſſerunt coram Moשſéh & coram Aharon ipſo die:

7 Dixerúntque homines illi ad eum, Nos immundi ſumus ſuper anima hominis, vtquid prohibebimur ne offeramus oblationem Iehouæ tempore ſuo ″in medio filiorum Iשſraאél?

8 Et dixit ad eos Moשſéh, ″State, & audiam quid præcipiat Iehouáh pro vobis.

9 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

10 Alloquere filios Iשſraאél, dicendo, Quicunque fuerit immundus ″ſuper anima, aut fuerit in via remota, ex vobis, vel ex generationibus veſtris, faciet Péסſaחh Iehouæ.

11 Menſe ſecundo, decimoquarto die inter duas veſperas facient illud: cum infermentatis ″& herbis amaris comedent illud.

12 Non relinquent *quicquam* ex eo vſque mane, neque os confringent in eo: iuxta omnes ritus Péסſaחh facient illud.

Exod.12.g.48 iohan.19.f.36

nus Moyſi.

21 Purificatique ſunt, & lauerunt veſtimenta ſua: eleuauitque eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis,

22 Vt purificati ingrederentur ad officia ſua in tabernaculum fœderis corã Aaron & filiis eius: ſicut præceperat Dominus Moyſi de Leuitis, ita factum eſt.

23 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

24 Hæc eſt lex Leuitarũ, A vigintiquinque annis & ſuprà, ingrediẽtur vt miniſtrent tabernaculo fœderis.

25 Quúmque quinquageſimum annũ ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabunt.

26 Erúntque miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant. ſic diſpones Leuitis in cuſtodiis ſuis.

Cap. IX.

1 LOquutus eſt Dominus ad Moyſẽ in deſerto Sinai anno ſecũdo poſt quam egreſſi ſunt de terra AEgypti, menſe primo, dicens,

2 Faciãt filii Iſrael Phaſe in tempore ſuo,

3 Quartadecima die menſis huius ad veſperam, iuxta omnes cæremonias & iuſtificationes eius.

4 Præcepitque Moyſes filiis Iſrael vt facerent Phaſe.

5 Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperã in mõte Sinai. Iuxa omnia quæ mandauerat Dominus Moyſi, fecerunt filii Iſrael.

6 Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterãt facere Phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron,

B

7 Dixerunt eis, Immundi ſumus ſuper anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſrael?

8 Quibus reſpondit Moyſes, State vt conſulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9 Loquutáſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

10 Loquere filiis Iſrael, Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino.

11 In menſe ſecũdo, quartadecima die menſis ad veſperam, cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud.

12 Non relinquent ex eo quidpiã vſq; mane, & os eius nõ confringent, omnem ritum Phaſe obſeruabunt.

21 Et expiauit eos ויכפר עליהם & rogauit pro eis. 22 His peractis, &c. ואחרי וגו׳ Ad verbum, Et poſtea venerunt Leuitæ ad miniſtrandum miniſtrationem ſuam. 24 A viceſimo, &c. מבן חמש וגו׳ Ad verbum, A filio quinque & viginti annorum, &c. Hebraiſmus, Leuita incipiet fungi munere ſuo in tabernaculo, quum erit natus viginti quinque annos, aut plures.

25 A quinquageſimo, &c. ומבן חמשים וגו׳ Ad verbum, A filio quinquaginta annorum reuertetur, &c. ſub. quiſque illorum.

26 Vt munere *ſ. illi* fung. לשמור משמרת Ad verbum, ad cuſtodiendum cuſtodiam. At miniſterium non adm. ועבודה לא יעבור .i. non faciet quæ facere ſolebat ante quinquageſimum annum. In cuſtodiis e. במשמרותם: .i. iuxta ea quæ facere ſolent.

IN CAPVT IX.

2 Facient ויעשו Ad verbum, Et facient. ו redundat, Péסſaחh את־פסח De hac voce dictum eſt Exod. 12. a. 6.

3 Menſis huius בחודש הזה Ad verbum, in menſe iſto. Inter duas veſp. בין הערבים Vide Exod. 12. b. 11. Et iuxta om. cære. ובכל־משפטיו Ad verbum, iuxta omnia iudicia ſua. i. ſeruatis omnibus ritibus ac cæremoniis eius. Chaldæus paraph. iuxta omne quod cõuenit ei.

5 In primo, &c. בראשון וגו׳ Ad verbum, in primo, in quarto decimo mẽſis. Iuxta om. q. præc. ככול אשר צוה Hebraiſmus, prorſus vt præceperat. 6 Super anima ho. לנפש אדם .i. ſuper cadauere hominis, ſiue propter cadauer, quòd ſcilicet hominis mortui exequiis interfuiſſent. 8 State, & audiam עמדו ואשמעה Conſiſtite *tantiſper* dum audiam, vel intellexero quid præcipiat, &c.

10 Super anima, לנפש .i. ſuper mortuo, vt paulo antè verſu 6. Ordo inuerſus Hebræis in hoc verſu, pro, Siquis ex vobis, aut ex generationibus [id eſt poſteris] veſtris fuerit immundus ſuper anima, aut fuerit in via remota. ſub. à loco in quo celebratur Paſcha.

11 Et herbis amaris ומרורים Ad verbum, & amaroribus.

Siquis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamẽ nõ fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portabit. 13

C Peregrinus quoque & aduena ſi fuerint apud vos, facient Phaſe Domino iuxta cæremonias & iuſtificationes ſuas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. 14

Exod.40.d.34 ‖Igitur die qua erectũ eſt tabernaculum, operuit illud nubes: à veſpere autem ſuper tentoriũ erat quaſi ſpecies ignis vſque mane. 15

Sic fiebat iugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis. 16

Quúmque ablata fuiſſet nubes quæ tabernaculũ protegebat, tunc proficiſcebãtur filii Iſrael: & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. 17

Ad imperium Domini proficiſcebãtur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. 1.Cor.10.a.1 ‖Cunctis diebus quibus D ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebant in eodem loco: 18

Et ſi eueniſſet vt multo tẽpore maneret ſuper illud, erãt filii Iſrael in excubiis Domini, & nõ proficiſcebãtur. 19

Quotquot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum, ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. 20

Si fuiſſet nubes à veſpere vſque mane, & ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebantur: & ſi poſt diem & noctem receſſiſſet, diſſipabãt tentoria. 21

Si verò biduo aut vno menſe vel lõgiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebant filii Iſrael in eodẽ loco, & non proficiſcebantur: ſtatim autem vt receſſiſſet, mouebãt caſtra. 22

Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiſcebantur, erántque in excubiis Domini iuxta imperiũ eius per manũ Moyſi. 23

Cap. X.

Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1

Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem quando mouenda ſunt caſtra. 2

Quũq; increpueris tubis, cõgregabitur ad te omnis turba ad oſtiũ taber- 3

13 Vir autem qui eſt mũdus, 'aut in via non fuerit, & ceſſauerit facere Péſanh, excidetur anima illa è populis ſuis: quia "oblationẽ Iehouæ non obtulit tẽpore ſuo, peccatum ſuum portabit vir ille.

14 Si verò habitauerit apud vos peregrinus, & fecerit Péſanh Iehouæ: iuxta ritum Péſanh, "& iuxta cæremonias eius ſic faciet: ritus vnus erit vobis, tam peregrino quàm indigenæ terræ.

15 Quo autem die erectum fuit tabernaculum, operuit ipſa nubes tabernaculũ "ſupra tectum teſtimonii: & in veſpera 'erat ſuper tabernaculum "ſicut ſpecies ignis, vſque mane. Nube operiente tabernaculũ, manẽt: recedẽte verò, proficiſcũtur.

16 Sic erat iugiter: nubes operiebat illud, & ſpecies ignis noctu.

17 'Quum autem diſcedebat nubes à tabernaculo, poſtea proficiſcebantur filii Iwſraél: atque in loco in quo manebat nubes, ibi caſtrametabantur filii Iwſraél.

18 'Iuxta ſermonem Iehouæ proficiſcebantur filii Iwſraél, & iuxta ſermonem Iehouæ caſtrametabantur: omnibus diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, 'manere ſolebant.

19 'Quum verò morabatur nubes ſuper tabernaculũ diebus multis, tunc "obſeruabant filii Iwſraél cuſtodiam Iehouæ, & non proficiſcebantur.

20 'Quando autẽ nubes diebus pauci erat ſuper tabernaculum, ad ſermonem Iehouæ manebant *uno in loco*, & ad ſermonem Iehouæ proficiſcebantur.

21 "Quando item erat nubes à veſpera vſque mane, diſcedebat autem nubes mane, tum proficiſcebantur: aut *quando* die & nocte, diſcedebat autem nubes, tum proficiſcebantur.

22 Aut duobus diebus, aut menſe, aut anno, 'quando moram faciebat nubes ſuper tabernaculum manendo ſuper illud, 'manebãt filii Iwſraél, nec proficiſcebantur: "quum autem illa diſcedebat, proficiſcebantur.

23 "Iuxta ſermonem Iehouæ caſtrametabãtur, & iuxta ſermonem Iehouæ proficiſcebantur: "cuſtodiam Iehouæ ſeruabant iuxta ſermonem Iehouæ per manum Mowſéh. Cap. X.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

2 Fac tibi duas tubas argenteas, opere ductili facies illas: 'quibus vteris ad conuocandum cœtum, & ad mouenda caſtra. Tubæ argẽteæ, & earũ vſus.

3 "Quũque clangẽt illis, cõgregabũtur ad te omnis cœtus ad oſtiũ

---

13 Aut in via ובדרך Ad verbum, Et in via. ו pro Aut. i. ſi non fuerit abſens tempore quo celebrabitur Paſcha. Oblationem Iehouæ non ob. קרבן יהוה לא הקריב. i. non immolauit agnum Paſchalem.

14 Et iuxta cæremonias eius וכמשפטו Vide in principio huius capitis, verſu 3.

15 Supra tectum teſtimonii: לאוהל העדות q.d. nubes illa erat ſuper tabernaculum, ſed præcipuè ſuper eam partem in qua erat arca. Erat יהיה Fut. Heb. pro præt. vertendum per imperfectum, vt & ſequenti verſu. Sicut ſpecies ignis, כמראהאש quaſi viſio ignis. i. non ſecus ac ſiquis ignem ardentem videret: ardebat quaſi flamma, & longe latéque fulgorem ac lumen fundebat, & in media nocte flammarum nitor cernebatur. Ideo enim à veſpera vſque mane ignis ſpecies tabernaculum occupabat, vt in mediis tenebris tanta gloria cerneretur, euidénſque Diuinæ maieſtatis teſtimonium eſſet Hebræis. Similis loquutio legitur Ezech. 1. d. 14.

17 Quum autem diſcedebat ולפי העלות הענן Ad verbum, Et ſecundum quod eleuabat ſeſe nubes.

18 Iuxta ſermonem על־פי Ad verbum, Ad os, id eſt ad imperium Iehouæ, ſiue ad mandatum. Manere ſolebant. יחנו ſubſiſtebant. Ad verbum, caſtrametabuntur. Fut. pro præt. quod per imperfectum vertendum eſt.

19 Quum verò morab. ובהאריך Quum verò moram faceret. Ad verbum, Et quum prolongabat ſe. Obſeruabant, &c. ושמרו וגו' Id eſt tunc obſeruabant præcepta, ritus & cæremonias quas iuſſerat Dominus obſeruari: miniſtrabant Domino vt ipſe præceperat.

20 Quando autem, &c. ויש אשר וגו' Ad verbum, Et erat, quando erat nubes diebus numeri ſuper tabernaculum, ad os Iehouæ caſtrametabantur, & ad os Iehouæ proficiſcebãtur. Dies numeri vocat dies paucos, qui facilè numerari poſſunt. Caſtrametari dicit vt paulo antè verſu 18, pro caſtris poſitis morabantur. 21 Quando item, &c. ויש אשר וגו' Ad verbum, Et erat, quãdo *erat* nubes à veſpera vſque mane, & eleuabat ſeſe nubes, & proficiſcebantur: aut die ac nocte, & eleuabat ſeſe nubes, &c.

22 Quando moram faciebat nubes בהאריך הענן Ad verbũ, quando prolõgabat ſe nubes. vt paulo antè verſu 19. Manebant, יחנו Ad verbum, caſtrametabuntur. Fut. pro præt. vt paulo antè verſu 18. Quum a. il. diſced. ובהעלותו Ad verbũ, quum autem eleuabat ſeſe.

23 Iuxta ſermonem Ieh. caſtram. על־פי יהוה יחנו Iuxta verbum Iehouæ manebant in eodem loco. vt paulo antè verſu 18. Cuſtodiã, &c. משמרת וגו' Hebraiſmus, cuſtodierunt quæcunque iuſſerat Iehouáh cuſtodiri, quemadmodum præceperat Iehoua per Moſen.

IN CAPVT X.

2 Quibus vteris, &c. והיו לך וגו' Ad verbum, & erunt tibi ad conuocationem cœtus, & ad proficiſci faciendum caſtra. i. ad dandum ſignum vt caſtra mutentur. 3 Quúmque clangent, &c. ותקעו וגו' Ad verbum, Et clangent cum illis, & congregabuntur.

tabernaculi eccleſiæ.

4 Si autem vna *tantum* clanxerint, tunc congregabũtur ad te principes, 'capita millium Iשſraאelis.

5 'Si verò clanxeritis taratãtara, tum proficiſcentur caſtra caſtrametantium ad Orientem.

6 Quum autem clãxeritis taratantara ſecundò, tum proficiſcentur caſtra caſtrametantium ad Meridiem: taratantara *inquam* clangent 'in profectionibus ſuis.

7 Quando verò congregabitis congregationem, 'clangetis *ſolùm*, & non taratantarizabitis.

8 Filii autem Aharón ſacerdotes clangent tubis illis, 'erúntque vobis in ſtatutum perpetuum generationibus veſtris.

9 Et quando venietis ad prælium in terra veſtra contra hoſtem affligentem vos, taratãtarizabitis tubis illis, '& in memoria eritis coram Iehoua Deo veſtro, ac ſeruabimini 'ab inimicis veſtris.

10 Præterea in die lætitiæ veſtræ, & in ſolennitatibus veſtris, & in capitibus menſium veſtrorum clangetis tubis illis ſuper holocauſtis veſtris, & ſuper ſacrificiis pacificorum veſtrorum, 'erúntque vobis in memoriã coram Deo veſtro: ego Iehouáh Deus veſter.

De Sinai proficiſcuntur filii Iſrael.

11 Fuit autem anno ſecundo, menſe ſecundo, viceſima menſis diſceſſit nubes à tabernaculo teſtimonii.

12 Et profecti ſunt filii Iשſraאél 'per profectiones ſuas è deſerto סSinái, ſubſtitítque nubes in deſerto Parán.

13 Profecti ſunt igitur 'primùm iuxta ſermonem Iehouæ per manum Moשſéh.

Recenſentur caſtrorum duces. Iuda.

14 Et proficiſci cœpit vexillum caſtrorũ filiorũ Iehudáh primùm per exercitus ſuos: ſupérque exercitum eius erat Naחשſón filius עAmminadáb.

15 Super exercitũ autem tribus filiorum Iשſachár erat Nethanאél filius צSuעár.

16 Et ſuper exercitum tribus filiorum Zebulún *erat* אEliáb filius חHelón.

17 'Depoſitum autem fuerat tabernaculũ: & profecti ſunt filii Gerשſón & filii Merarí portantes 'illud.

Ruben.

18 Deinde proficiſci cœpit vexillum caſtrorum Reאubén 'per exercitus ſuos: & ſuper exercitũ eius erat אEliצúr fili9 שSedeאúr.

19 Super exercitum verò tribus filiorum שSimעón *erat* שSeluמiאél filius צSuriשſaddái.

20 Et ſuper exercitum tribus filiorum Gád *erat* אEliaסſáph filius Deעuאél.

21 Et progredi cœperũt Cehathitæ portantes 'Sanctuarium: 'erexerunt autem tabernaculum donec venirent ipſi.

Ephraim.

22 Poſtea proficiſci cœpit vexillum caſtrorũ filiorum אEphráim

naculi fœderis.

Si ſemel clãgueris, veniẽt ad te principes, & capita multitudinis Iſrael.

Si autem prolixior atque conciſus clangor increpuerit, mouebũt caſtra primi qui ſunt ad Orientalem plagã:

In ſecundo autem ſonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad Meridiem. & iuxta hũc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem.

Quando autem congregandus eſt populus, ſimplex tubarum clangor erit, & non conciſè vlulabunt.

Filii autẽ Aaron ſacerdotis clãgent tubis: eritque hoc legitimum ſempiternum in generationibus veſtris.

Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dimicãt aduerſum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum.

B

Siquãdo habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri: ego Dominus Deus veſter.

Anno ſecundo, menſe ſecundo, viceſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis:

Profectíque ſunt filii Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan.

Mouerúntque caſtra primi iuxta imperium Domini per manũ Moyſi,

Supra.1.b.9

¶Filii Iuda per turmas ſuas, quorũ princeps erat Nahaſſon filius Amminadab.

In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanael filius Suar.

In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

Depoſitúmque eſt tabernaculum, quod portantes egreſſi ſunt filii Gerſon & Merari.

Profectíque ſunt & filii Ruben per turmas & ordinẽ ſuum, quorum princeps erat Eliſur filius Sedeur.

C

In tribu autem filiorum Simeon princeps fuit Salamiel filius Suriſaddái.

Porrò in tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel.

Profectíque ſunt & Caathitæ portantes Sanctuariũ: tandiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

Mouerũt caſtra & filii Ephráim per

---

4 Capita ראשי duces. 5 Si verò clanxeritis ותקעתם תרועה Ad verbum, Et clangetis iubilationem. vel, cum iubilatione. i. tubis iubilantibus. Alii, Quum emittent ſonum prolixiorem, ſed interciſum. Erat quidam clangor ab aliis differens, vt apparet ex paulo pòſt ſequente verſu 7, nobis ignotus. Sic ſequenti verſu. 6 In profectionibus ſ. למסעיהם: .i. quoties mutabunt caſtra.

7 Clangetis, & non tarat. תתקעו ולא תריעו: Hîc diſtinguit inter תקע clangere, & רוע vociferari, iubilare, ſiue taratantarizare.

8 Erúntque vobis, &c. והיו לכם וגו׳ acſi dicat, ſoli ſacerdotes clangent tubis illis quandiu vixeritis.

9 Et in memoria eritis coram Iehoua ונזכרתם לפני יהוה Id eſt Recordabitur veſtri Iehouah in bonum veſtrum. Ab inimicis ve. מאויביכם: .i. ab impetu inimicorum veſtrorum. 10 Erúntque vobis in mem. והיו לכם לזכרון .i. efficient vt Deus ſit memor veſtri.

12 Per profectiones ſuas למסעיהם Id eſt per turmas ſuas, ſeruato ordine procedendi.

13 Primùm בראשונה initio. Innuit primam caſtrorũ motionem factam eſſe ex imperio Dei. cum clangore tubarũ Moſe internũtio.

17 Depoſitum a. fuerat tab. &c. והורד המשכן ונסעו Iam verò depoſitum fuerat tabernaculum: (antequam ſcilicet inciperent proficiſci) & proficiſci cœperunt, &c. ſecundo ſcilicet loco, ſtatim poſt primum vexillum. Illud. המשכן: tabernaculum. Antecedens pro relat.

18 Per exer. ſ. לצבאותם per turmas ſuas. 21 Sanctuarium: המקדש .i. res ſanctiores, nempe arcã fœderis, altare aureum, &c. Erexerunt a. והקימו erigebant autem. nempe Gerſonitæ & Meraritæ in loco vbi nubes reſedit, interim dum venirent Caathitæ.

	turmas ſuas,in quorum exercitu princeps erat Eliſama filius Ammiud.		per exercitus ſuos: & ſuper exercitum eius *erat* אEliשſamáע filius עAmmihúd.	
	In tribu autẽ filiorũ Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur.	23	Super exercitum verò tribus filiorum Menaשſéh *erat* Gamliאél filius Pedahצúr.	
	Et in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis.	24	Et ſuper exercitum tribus filiorum Biniamín *erat* Abidán filius Gidעóni.	
	Nouiſſimi caſtrorum omnium profecti ſunt filii Dan per turmas ſuas,in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammiſaddái.	25	Proficiſci inſuper cœpit vexillũ caſtrorum filiorum Dán, ′recolligens omnia caſtra per exercitus ſuos: & ſuper exercitum eius *erat* Aחhiעézer filius עAmmiשſaddái.	
	In tribu autem filiorum Aſer erat princeps Phegiel filius Ochran.	26	Super exercitum verò tribus filiorum Aשſér *erat* Pagעiאél filius עOchrán.	
	Et in tribu filiorũ Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.	27	Et ſuper exercitum tribus filiorum Naphthali *erat* Aחhiráע filius עEnán.	
	Hæc ſunt caſtra, & profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas quando egrediebantur.	28	′Iſtæ ſunt profectiones filiorum Iשſraאél per exercitus ſuos, ac *ita* profecti ſunt.	
D	Dixitque Moyſes Hobab filio Raguel Madianitæ cognato ſuo, Proficiſcimur ad locũ quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum,vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraeli.	29	Dixit autem Moשſéh ″ad חHobáb filium Reעuאél Midianitem ſocerum ſuum, Proficiſcimur nos ad locum de quo dixit Iehouáh, Illum dabo vobis. veni nobiſcũ, & benefaciemus tibi: quia Iehouáh′loquutus eſt bonum ſuper Iשſraאelem.	Hobab renuit cũ Moyſe proficiſc
	Cui ille reſpõdit, Non vadã tecum, ſed reuertar in terram meam in qua natus ſum.	30	Qui reſpondit ei, Non veniam,ſed ad terram meam″ & ad cognationem meam pergam.	
	Et ille,Noli,inquit,nos relinquere: tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter.	31	″Et dixit,Ne quæſo derelinquas nos: ′noſti enim mãſiones noſtras in deſerto,& fuiſti nobis pro oculis.	
	Quũque nobiſcũ veneris,quicquid optimũ fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt Dominꝰ,dabimus tibi.	32	Quum autem veneris nobiſcum, & euenerit nobis bonum illud quo benefacturus eſt Iehouáh nobis,tum benefaciemus tibi.	
	Profecti ſunt ergo de mõte Domini viam trium dierum,arcáque fœderis Domini præcedebat eos per dies tres prouidens caſtrorum locum.	33	Profecti ſunt itaque″è monte Iehouæ via trium dierum,& arca fœderis Iehouæ proficiſcebatur ante eos via trium dierum *illorum*, ′ad explorandam illis requiem.	
	Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diem quum incederent.	34	Et nubes Iehouæ *erat* ſuꝑ eos ĩterdiu″dũ ꝓficiſcerẽtur è caſtris.	
Pſal.67.a.2	Quũmque eleuaretur arca dicebat Moyſes,‖Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderũt te,à facie tua.	35	″Quũ autẽ cœpit proficiſci arca,dicebat Moשſéh,Surge Iehouáh ″& diſpergantur inimici tui,& fugiãt odio habentes te,à facie tua.	
	Quum autem deponeretur,aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.	36	Quando verò requieſcebat, dicebat, ′Reuertere Iehouáh *ad* decem millia millium Iשſraאelis.	

25 Recolligens,&c. מאסף וגו׳ .i.erat poſtremum omnium, ſecum trahens reliquam partem caſtrorum. Sic docti Hebræorum. LXX, nouiſſimi omnium caſtrorum. Alii Hebræi,Dan collectorem omnium caſtrorum dici ſentiunt,quòd omnes qui vel defatigatione, vel morbo,vel alia cauſa impediti,caſtra ſua ſequi non poterãt, ad ſe colligeret ac reciperet.Sic quoque intelligũt quod dicitur Ioſue 6.b.9,Cœtus autem collectus[ſiue congregans,aut collector]ibat poſt arcam Domini. Vbi ſimiliter intelligunt tribum Dan, quæ poſtremo loco incedens, colligebat ignauos & tardiores quoſque. 28 Iſtæ ſunt profect. אלה מסעי Hæ ſunt progreſſiones.i.hic eſt ordo progreſſus filiorum Iſrael. 29 Ad חHobab לחובב Quidam exiſtimant iſtum fuiſſe Iethro,iuxta quorum ſententiam vertit noſter interpres. Alii vertunt, Ad Hobab filium Reעuel Madianitæ ſoceri ſui.Vide interpretationem nominum Hebraicorum. Loquutus eſt bonum, &c. דבר־טוב וגו׳ Singul.Heb.pro plur.q.d.eris particeps eorum quæ Deus nobis daturus eſt:nam bona multa pollicitus eſt nobis.

30 Et ad cognationem meam ואל־מולדתי & ad natiuitatem meam.id eſt ad locum in quo natus ſum.

31 Et dixit, ויאמר ſub.Moſeh. Noſti enim mãſiones n.& fuiſti,&c. כי על־כן ידעת חנותנו במדבר וגו׳ Horũ verborũ hunc eſſe ſenſum quidã ſcribunt,Tu noſti quomodo hactenus vixerimus in deſerto iſto ſqualido,vbi nullus eſt ager qui coli poſſit,ſed tantũ montes & valles ſunt in eo,profuitque nobis auxilium & conſilium tuum: quantomagis nunc egemus prudentia tua; quum terram promiſſionis ingreſſurĩ ſimus? Nec putes quòd fruſtra nos comitaturus ſis: quandoquidem te participem facturi ſumus omniũ bonorũ quæ Dominus tandem nobis exhibebit in terra Patribus noſtris iamdudũ promiſſa.Hìc notãdus eſt Hebraiſmus,Eſſe alicui pro oculis, id eſt ducem alicui eſſe. Præterea præteritum,ratione ו factũ futurũ,verti per præteritũ. Alii verò cõuertunt, Quia propterea quòd noſti nos morari in deſerto,eſſe debes nobis ductor.Docti quidã alii,quòd חנה ſignificet caſtrametari, vertunt hoc modo, Quia reuera noſti nos habere caſtra in deſerto, & eris nobis in oculos.q.d.ſcis quàm difficile ſit in deſerto inuio deducere tantã hominum turbã,& illis moderari: noſti præterea itinera:dux igitur eris nobis,atque mecum reges hunc populum,vt tuo quaſi lumine omnes videant.

33 E monte Ieh. מהר יהוה Sic vocat montem Sinai. Ad explor.il.req. לתור להם מנוחה׃ .i.vt exploraret illis ſedes quietas,ſiue locũ in quo quieſcerent. 34 Dum profic.è ca. בנסעם מן־המחנה׃ .i.dũ proficiſcerẽtur à loco in quo fixerant tentoria ſua in deſerto Sinai.

35 Quum autem cœ.prof.ar. ויהי בנסע הארן Ad verbum,Et fuit,in proficiſcendo arcã.In dictione בנסע,obſeruant Hebræi vt in ſuis libris ſcriptis & impreſſis ſemper נ ſit inuerſum,atque etiã in primo verſu ſequẽtis capitis,in dictione כמתאוננים,dicũtque illud non carere myſterio:ac diuinant,נ inuerſum in hac dictione huius verſus,ſignificare amicã & ſalutarẽ Domini conuerſionẽ ad populũ ſuum ad preces Moſis. Alterum autẽ in primo verſu ſequentis capitis,denotare impietatẽ,peruerſitatẽ,& auerſionem populi à Domino: qui ſcilicet nõ rectè cõſiderans ingentem iſtam Dei beneuolentiã erga ſe,præclaráque beneficia quæ in ipſos cõtulerat, tam ſubitò auerſionem meditatus eſt,& reditum in AEgyptum. Surge Ieh. קומה יהוה Exurge Iehouáh.Alludit ſcriptura ad morem militarem, vbi audita tuba,ad arma exurgere ſolet miles impiger & ſtrenuus,vt ex Pſalmo 35.a.2 intelligere licet,vbi ad arma ſumenda exhortatur Dominum, Apprehẽde (inquit)arma & ſcutum,& exurge in adiutorium mihi.ſic ſæpius in ipſis Pſalmis. Et diſpergantur ויפצו & diſſipabuntur.i.vt diſſipentur.

36 Reuertere Ieh.*ad* decem m. שובה יהוה רבבות Reuertere Iehoua ad myriades,&c.Alii,Da quietem ô Iehouáh myriadibus militum, &c.i.fac quieſcere infinitam illam multitudinem filiorum Iſrael.da ſedes quietas infinitæ iſti multitudini.

Cap. XI.

Murmurat populus ob laborē.

Punitur igne.

1 ET fuit populus″ſicut iniuſtè de aliquo conquerentes: & diſplicuit in auribus Iehouæ: audiuit nanque Iehouáh, & iratus eſt furor eius,″incendítque ſe in eos″ignis ipſius,& conſumpſit′extremum caſtrorum.

Exauditur Moyſes.

2 Clamauit ergo populus ad Mowſéh, & orauit Mowſéh Iehouā, ′& abſorptus eſt ignis.

3 ″Vocauítque nomen loci illius′Thabyeráh: quia accēſus fuerat in eos ignis Iehouæ.

Optat carnes.

4 ″Et aggregatio quæ erat in medio eius,′concupiuerunt concupiſcentiam,″& auerſi ſunt: ac fleuerunt etiam filii Iwſraél, & dixerunt, Quis comedere faciet nos carnem?

5 ′Recordamur piſciū quos comedebamus in AEgypto′gratis, cucumerum,& peponum,& porrorum,& ceparum,& alliorum.

Faſtidit Man.

6 Ac nunc″anima noſtra arida eſt:′nec quicquam præter Man oculi noſtri *uident*.

7 Man autem ſicut ſemen coriandi erat,′& color eius ſicut color bedólanh.

8 Diffundebant ſe populus, & colligebāt, ac molebant in molis, vel conterebant in mortario, atque coquebant in cacabo, faciebántque ex eo placentas ſubcineritias: ſapor autem eius erat ſicut ſapor″recentis olei.

9 Quum verò deſcenderat ros ſuper caſtra nocte,deſcēdebat′Man *ſtatim* ſuper illum.

Murmuratio & infidelitas Moyſi.

10 Audiuit itaque Mowſéh populū flentem per familias ſuas,quēque ad oſtium tabernaculi ſui:vnde iratus eſt furor Iehouæ valde, ″ipſi quoque Mowſch diſplicuit.

11 Et dixit Mowſéh ad Iehouam,Vtquid″maleſeciſti ſeruo tuo? & quare″non inueni gratiam in oculis tuis,vt imponeres onus vniuerſi populi huius ſuper me?

12 An ego concepi vniuerſum populū iſtum,& an ego genui eum, quòd dicis mihi,Porta eū in ſinu tuo, quemadmodū ferre ſolet

Cap. XI.

INterea ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, contra Dominum: quod quum audiſſet Dominus,iratus eſt: & accenſus in eos ignis Domini,deuorauit extremam caſtrorum partem.

Quúmq; clamaſſet populꝰ ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſorptus eſt ignis.

Vocauitque nomen loci illius Incenſio: eo quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis Domini.

Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſyderio,ſedens & flens,iunctis ſibi pariter filiis Iſrael, & ait, ‖Quis dabit nobis ad veſcendum,carnes?

1.Cor.10.b.6

Recordamur piſcium quos comedebamus in AEgypto gratis:in mentem nobis veniūt cucumeres, & pepones,porrique,& cepe,& allia.

B

Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man.

‖Erat autem Man quaſi ſemen coriandri,coloris bdellii.

Exod.16.c.14
ſap.16.c.20
pſal.77.c.24
iohan.6.d.31

Circuibátque populus, & colligēs illud, frangebat mola, ſiue terebat in mortario,coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati.

Quúmque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros,deſcendebat pariter & Mā.

Audiuit ergo Moyſes flentem populū per familias, ſingulos per oſtia tentorii ſui:iratúſque eſt furor Domini valde:ſed & Moyſi intoleranda res viſa eſt.

Et ait ad Dominnm, Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me?

Nūquid ego concepi omnem hāc multitudinē,vel genui eā,vt dicas mihi,Porta eos in ſinu tuo ſicut portare

C

IN CAPVT XI.

1 Sicut iniuſtè de aliquo conq. כמתאוננים .i.tunc populus ſimilis fuit iis qui iniuſtè ~~cum~~ aliquo expoſtulant.q.d. Tunc cœpit populus iniuſtè expoſtulare cum Moſe: quod grauatè Dominus audiuit,ægréque tulit.Hæc expoſitio probatur docto inter Hebræos.Alii exponūt, nauſeantes,vel mœrore affecti.Magni nominis apud illos vir exponit,occaſionem quærentes.Occaſionē enim quæſiuit populus quomodo recederet à Domino.Et tūc deducitur à nomine תואנה quod occaſionē ſignificat,ab אנה *innah* cauſam præbuit.quod nomē habetur Iudicū 14.a.4,vbi de Samſone dicitur quòd occaſionem quæſiuerit contra Philiſthæos. Huic ſententiæ aſtipulatur Chaldæus paraph. L X X, quos ſequutus eſt Vetus interpres,verterunt,Et erat populus murmurans mala contra Dominum.à voce און quæ dolorem & laborem ſignificat. Hinc התאונן præ dolore lugere,querulari,& murmurare.iuxta illud Thren.4.e.39, Quid luget[ſiue,dolet] homo viuus, &c. Sunt qui exponūt pro mētiri,Et fuit populus tāquā mētiētes,&c.Quid ſignificet כ inuerſum,vide verſu 35 præced.cap. Incēditque ſe ותבער exarſitque. Ignis ipſius, אש יהוה Ad verbum, ignis Iehouæ. Antecedens pro relatiuo.i.ignis à Iehoua de cælo immiſſus. Extremum caſtrorum.:בקצה המחנה. Ad verbum,in extremitate caſtrorum.i.partem quandam caſtrorum.Alii exponūt, ignem deflagraſſe & graſſatū fuiſſe in eos qui erant in finibus caſtrorum,hoc eſt in vulgus illud collectum ac promiſcuum,quod cū Iſraele egreſſum fuerat ex AEgypto,vt habetur Exod.12.f.38,qui primum videlicet murmurare cœperunt contra Dominum,atque eò etiam Iſraelem incitarunt.

2 Et abſorptus eſt ותשקע .i.extinctus eſt. 3 Vocauitque ויקרא ſub.is qui vocauit,ſiue nomen indidit.Hebræi per actiuū,hoc dicēdi genus ſæpiſſimè exprimūt,quod Latini per imperſonale verbū,vocatū eſt. Thabyerah:תבערה ſignificat incēſionē.Ratio mox ſequitur cur ita vocatus ſit locus.Verſu etiā primo dixit,Incenditq; ſe in eos ignis. 4 Et aggregatio והאספסוף Significat promiſcuum vulgus externorū & aduenarū qui ſeſe adiunxerāt populo Iſraelitico,qui in animo ſuo defecerant à Deo:cum quibus & filii Iſrael plorantes dixerunt,Quis,&c.Magni nominis apud Hebræos vir dici putat de iis qui ex AEgypto miſti cum eis aſcendiſſent(Exod.12.f.38)qui idololatriam reſipiebant,& ad peſſima quæque ſæpe eos induxerant.nam vt ait Ouidius, -grex totus in agris, Vnius ſcabie cadit,& porrigine porci. Cōcupiuerunt conc.התאוו תאוה deſiderarunt deſiderium.Hebraiſmus,ardenter concupierunt.vel,flagrarunt deſiderio.Habet enim emphaſim geminatio verbi. Et auerſi ſunt: וישובו ſub.à Deo in corde ſuo.defecerunt ab eo.Alii coniungunt ſequētibus,& auerſi ſunt,& fleuerūt.i.auerſi fleuerūt: tum hic diſtinguendū eſt,vt & Hebræi. 5 Recordamur זכרנו Præt.Heb.pro præſ. Gratis,חנם .i.vili pretio quaſi gratis. 6 Anima no.arida eſt נפשנו יבשה.i.eſurimus. Nec quicquā,&c.אין כל בלתי Ad verbū,nō omne,tantummodo ad Man *ſunt* oculi noſtri.Acſi dicerent,Omnibus rebus quæ dictæ ſunt,caremus,& fame perimus,tantūmodo Man expectamus.

7 Et color eius,&c. ועינו וגו׳ .i.Man erat album velut bdelium. De hoc manna habes eadem & Exod.16.c.31.niſi quod hic additur,habuiſſe ſpeciem bdelii,quod quidam gemmam albam eſſe dicunt,alii margaritam albam.Vide Gene.2.b.12. Cadebat nanque manna in modum minutiſſimorum granorum alborum,quæ tam cocta quàm incocta comedi poterant:quidam in mola terebant, alii in mortario tūdebant,alii iuxta ignem in pulmentum reſoluebant.

8 Recentis olei. :לשד השמן viridis olei.Alii,partis eximiæ olei.vel,humiditatis,hoc eſt olei ſuauiſſimi.Chaldæus paraph.paſtæ oleatæ.

9 Man *ſtatim* ſuper illum.:המן עליו mā vnà cum illo. 10 Ipſi quoque Mo.di.:ובעיני משה רע Ad verbū,& in oculis Moſeh malū.

11 Maleſeciſti ſeruo tuo? הרעות לעבדך afflixiſti ſeruum tuum? Non inueni gr.&c.לא מצתי חן וגו׳ Hebraiſmus,Cur non exaudiſti preces meas,cur tam infœlicem me feciſti,vt imponeres, &c.Reſpicit ad hoc quod antea deprecatus erat ſuam vocationem,dicens ſe eſſe impeditæ linguæ,&c.Exod.3.c.11.

ſolet nutrix infantulũ, & defer in terram pro qua iuraſti Patribus eorum?

13 Vnde mihi carnes vt dẽ tantæ multitudini? flent cõtra me, dicentes, Da nobis carnes vt comedamus.

14 Non poſſum ſolus ſuſtinere omnẽ hunc populum, quia grauis eſt mihi.

15 Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

16 Et dixit Dominus ad Moyſen, Congrega mihi ſeptuaginta viros de Senibus Iſrael, quos tu noſti quòd Senes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum:

D 17 Vt deſcendam & loquar tibi: & auferam de Spiritu tuo, tradámque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.

18 Populo quoque dices, Sãctificamini cras, & comedetis carnes. ego enĩ audiui vos dicere, Quis dabit nobis eſcas carnium? bene nobis erat in AEgypto. vt det vobis Domin⁹ carnes, & comedatis:

19 Non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem,

20 Sed vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam, eo quòd repuleritis Dominum qui in medio veſtri eſt, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egreſſi ſumus ex AEgypto?

21 Et ait Moyſes, Sexcenta millia peditum huius populi ſunt: & tu dicis, Dabo eis eſum carnium menſe integro?
E

Iohan.6.c.7

22 ‖Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt poſſit ſufficere ad cibũ? vel omnes piſces maris in vnum congregabuntur, vt eos ſatient?

Eſa.59.a.1

23 Cui reſpondit Dominus, ‖Nunquid man⁹ Dñi inualida eſt? iã nũc videbis vtrum meus ſermo opere cõpleatur.

24 Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta viros de Senibus populi, quos ſtare fecit circa tabernaculum.

25 Deſcenditque Dominus per nubẽ, & loquutus eſt ad eum, auferens de Spiritu qui erat in Moyſe, & dãns ſeptuaginta viris. quúmque requieuiſſet in eis Spiritus, prophetauerunt,
F

nutritius infantem, in terram "de qua iuraſti Patribus eius?

13 Vnde mihi caro, vt dem vniuerſo populo huic? flent enim "aduerſum me, dicendo, Da nobis carnes, vt comedamus.

14 Non poſſem ego ſolus ferre vniuerſum populum hũc, quia "ſupra vires meas eſt.

15 'Quòd ſi ita tu facis mihi, occide me quæſo occidendo, ſi inueni gratiam in oculis tuis, & ne videam malum meum.

16 Dixit ergo Iehouáh ad Moשſéh, Congrega mihi ſeptuaginta viros è Senioribus Iשſraאél, quos noſti "quòd ſint Seniores populi, & principes eius, adducáſque eos ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & ſtent ibi tecum:

Onus Moyſi partitur Deus in LXX Seniores.

17 Tunc deſcẽdam, & loquar tecum ibi: '& ſeparabo de Spiritu qui eſt in te, & ponam in eis, & ſuſtinebunt tecum onus populi, & nõ ſuſtinebis tu ſolus.

Spiritus Moyſi,

18 Ad populum autem dices, 'Præparate vos in craſtinum, & comedetis carnes: fleuiſtis enim "in auribus Iehouæ, dicendo, 'Quis comedere faciet nos carnes? certè melius erat nobis in AEgypto. dabit enim Iehouáh vobis carnes, & comedetis.

Carnes promittit populo Deus

19 Non vno die comedetis, neque duobus diebus, neque quinque diebus, neque decem diebus, neque viginti diebus *tantùm*:

20 *sed* "vſque ad mẽſem dierum, donec egrediatur è naribus veſtris, & ſit vobis "in abominationem: propterea quòd contempſiſtis Iehouam qui eſt in medio veſtri: & fleuiſtis corã eo, dicẽdo, Vtquid "huc egreſſi ſumus ex AEgypto?

21 Et dixit Moשſéh, Sexcentorum millium peditum *eſt* populus, in cuius medio ego ſum: & tu "dicis, Carnem dabo eis, & comedent menſem dierum?

22 Nunquid oues & boues iugulabuntur eis, '& ſufficient illis? an omnes piſces maris congregabuntur illis, & ſufficient eis?

Infidelitas Moyſi.

23 Tũ dixit Iehouáh ad Moשſéh, Nunquid "manus Iehouæ abbreuiata eſt? nunc "videbis vtrum eueniat tibi verbum meum, an nõ.

Omnipotens Deus.

24 'Egreſſus eſt autem Moשſéh, & loquutus eſt ad populum verba Iehouæ: congregauítque ſeptuaginta viros è Senioribus populi, quos ſtatuit in circuitu tabernaculi.

25 Tum deſcendit Iehouáh in nube, & loquutus eſt ad eum: "& ſeparauit de Spiritu qui erat in eo, poſuítque in ſeptuaginta viris Senioribus: fuit autẽ, requieſcente in eis Spiritu, "prophetauerunt,

Prophetant Seniores, conſtituti à Deo principes populi cum Moyſe.

12 De qua iuraſti, &c. : אשר נשבעת לאבותיו Id eſt quam interpoſito iuramento pollicitus es te daturum Patribus eius.

13 Aduerſum me, עלי coram me. 14 Supra vires meas eſt. : כבד ממני Ad verbum, grauior eſt à me. i. grauior & maior eſt prouincia illa quàm vt illam viribus meis ſuſtinere poſſim. 15 Quòd ſi ita, &c. ואם ככה וגו׳ Verti poteſt per futurum, Quòd ſi ita facturus ſis mecum, &c. i. Quòd ſi decreueris me portaturum vniuerſum populum iſtum, interfice me quæſo, ſi tibi ſum gratus: ne videam miſeriam meam, aut ne poſthac ſubeam tantam calamitatem & infœlicitatem regendi populum tam rebellem. Quidam Hebræorum ſic exponunt quaſi Deus Moſi oſtenderit omnia mala quæ immittere vellet ſuper populũ: propterea orauerit Dominum vt prius ipſum occideret quàm videret ipſius calamitates. 16 Quòd ſint Seniores, &c. כי הם זקני .i. quos reuera ſcis eſſe ſenes & dignos qui præſint aliis.

17 Et ſeparabo ואצלתי & capiam. vel, tollam. 18 Præparate vos התקדשו Ad verbum, Sanctificamini. id eſt date operam vt puri ſitis & incontaminati. In auribus Iehouæ, באזני יהוה Id eſt me audiente. Antecedens pro relatiuo.

20 Vſque ad menſem dierum, עד חודש ימים Sic vocant Hebræi menſem integrum conſtantem ſuis diebus. In abominationem: לזרא in nauſeã. Alii, in diſperſionem. q. d. ex naribus ſpargetis & flabitis carnes deuoratas. vel tanquam rem abominãdam quam aliquis auerſatur, abiicit, & longiſſimè à ſe remotam cupit. Quidam (vt admonet magni nominis apud Hebræos vir) accipiunt pro gladio: acſi dicat, hæc res erit vobis excidio. Chaldæus paraph. in offendiculum. Huc הז Ad locum ſignificat הז, vt & infra cap. 22. c. 18, in loco, Manete quæſo בזה hic, ſiue in loco iſto. 21 Dicis, אמרת Præt. Heb. pro præſ. 22 Et ſufficient illis? ומצא להם q. d. fieri non poteſt vt oues & boues mactari poſſint in tanta abundantia, vt ſufficiant tantæ multitudini: etiam piſces maris omnes congregati in vnum, non ſufficerent illis. 23 Manus Ie. היד יהוה .i. nunquid manus mea minor eſt quàm quũ omnia creaui ex nihilo? Manus pro potẽtia, phraſi Hebraica ponitur. Loquitur autem Scriptura iuxta humanæ naturæ morem: quoniam enim hominis robur in brachiis ac manibus ferè conſiſtit, ideo id de Deo prædicat quod de hominibus tantũ dici ſolet. Non quòd Deo ſit adſcribendum quod humanum eſt: ſed quòd res Diuinas facilius per res noſtras intelligamus. Quare dicit Diuinam potentiam non eſſe diminutam quæ inexhauſta eſt, & infiniti roboris. Rectè locum iſtum LXX interpretantur, μὴ κυρίου ἡ χεὶρ ἐξαρκέσει, id eſt, nunquid nõ ſufficiet manus Domini? Videbis, &c. תראה היקרך וגו׳ Hebraiſmus, experieris an præſtare poſſim quæ pollicitus ſum, an non. Verbum pro Promiſſionibus.

24 Egreſſus eſt autem ויצא nempe de tabernaculo eccleſiæ. 25 Et ſeparauit ויאצל & ſegregauit. vel, & accepit. Vt paulo antè verſu 17. Prophetauerunt, & non add. : ויתנבאו ולא יספו Hic Prophetare Hebræi exponunt cantica & laudes dicere, iuxta illud 1. Samu. 10. a. 5, Obuium habebis cœtum Prophetarum deſcendentium de Bamah, & ante eos erunt lyra, tympanum, & tibia, & cithara, & ipſi Pro-

12-13.

phetantes. Quo loco Chaldæus paraph.habet,& ipſi laudes dicūt.Et paulo pòſt, verſu 10,Et requieuit ſuper eum Spiritus Dei,& prophetauit in medio eorum.Vbi rurſum Chaldæus paraph.& laudes dicebat inter eos. Quòd dicit, Et non addiderunt,à יסף,ſubaudi prophetare. q.d. tantum hoc die prophetarunt,& non amplius.quo ſenſu locū iſtum exponunt veteres Hebræi,vt annotat doctus inter illos. Alii à סוף,quod deficere & deſinere,ſiue ceſſare ſignificat,vertunt,& non ceſſauerunt. quos ſequitur Chaldæus paraph. Senſus igirur erit, quòd ab hoc die non amplius deſtituerit eos Spiritus Prophetiæ quandiu præfuerunt populo. Quorum ſententiam ſequuti ſunt LXX interpretes.

& non addiderunt.

nec vltrà ceſſauerunt.

Eldad & Medad prophetāt in caſtris.

ʹRemanſerunt autem duo viri in caſtris, nomen vnius אEldád, 26 & nomen alterius Medád: ſuper quos etiam requieuit Spiritus (erant verò inter ſcriptos, ſed non egreſſi fuerāt ad tabernaculum) & prophetare cœperunt in caſtris.

26 Remanſerant autem in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requieuit Spiritus (nam & ipſi deſcripti fuerāt, & non exierant ad tabernaculum) quúmque prophetarent in caſtris, F

Et cucurrit puer *quidam*, & nuntiauit Moשséh, dixítque, אEldád 27 & Medád prophetant in caſtris.

27 Cucurrit puer, & nuntiauit Moyſi, dicens, Eldad & Medad prophetant in caſtris.

Tunc reſpondit Iehoשsúay filius Nun miniſter Moשséh ʹex iuuenibus eius, & dixit, Domine mi Moשséh, prohibe eos. 28

28 Statim Ioſue filius Nun miniſter Moyſi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyſes prohibe eos.

Moyſes optat omnes prophetare.

Cui reſpondit Moשséh, ʹNunquid æmularis tu propter me? ″& 29 vtinam vniuerſus populus Iehouæ prophetæ eſſent, & quòd daret Iehouáh Spiritum ſuum ſuper eos.

29 At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum?

ʹRecepit itaque ſeſe Moשséh ad caſtra, ipſe & Seniores Iשsraאél. 30

30 Reuerſúſque eſt Moyſes, & maiores natu Iſrael in caſtra.

Pluit coturnices

Et ventus egreſſus eſt à Iehoua, ″adduxítque coturnices è mari, 31 ʹ& dimiſit ſuper caſtra, ″itinere diei vnius hinc, & itinere diei vniꝰ illinc, *per* circuitum caſtrorum, & ferè duorum cubitorum *altitudine* ſuper faciem terræ.

31 Ventus autem egrediens à Domino, arreptas trās mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra itinere quantum vno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum: volabántque in aere duobus cubitis altitudine ſuper terram. Exod.16.e.13 pſal.77.c.26 G

Tunc ſurrexit populus toto die illo, & tota nocte, totóque die 32 ſequenti, & collegerunt ſibi coturnices: ″qui pauciores *collegit*, collegit decem ″cumulos: ʹ& expanderunt ſibi expandendo, per circuitus caſtrorum.

32 Surgens ergo populus toto die illo & nocte, ac die altero, cōgregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem coros: & ſiccauerunt eas per gyrum caſtrorum.

Puniuntur carniuori.

Caro adhuc erat inter dentes eorum antequam ʹconciſa eſſet: 33 tum furor Iehouæ exarſit in populum, percuſſítque Iehouáh populum plaga magna admodum.

33 Adhuc carnes erāt in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. Pſal.77.c.31

ʹEt vocatum eſt nomē loci illius, ″Cibróth-hathaauáh: quia ibi 34 ſepelierunt populum ″concupiſcentem.

34 Vocatuſque eſt ille locus Sepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum qui deſiderauerat. Infrà 33.c.17

De Cibróth-hathaauáh profecti ſunt populus in חHaxseróth, 35 ʹ& ſubſtiterunt in eo loco.

35 Egreſſi autem de Sepulchris concupiſcentiæ, venerunt in Haſeroth, & manſerunt ibi.

Cap. XII.

Aaron & Maria murmurant cōtra Moyſen.

ET ″loquuta eſt Miriám & Aharón contra Moשséh ″propter vxorem AEthiopiſſam quam acceperat: vxorē enim AEthiopiſſam acceperat. 1

1 LOquutáque eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter vxorem eius AEthiopiſſam.

26 Remanſerunt autem וישארו Relicti autem fuerunt.& non fuerunt adducti à Moſe ad oſtium tabernaculi.

28 Ex iuuenibus e. מבחוריו quos ſcilicet delegerat vt ſibi miniſtrarēt. Alii, à pueritia ſua.ita Chaldæus paraph.& doctus inter Hebræos. Priorem interpretationem probat ex doctis Hebræorum alter. 29 Nunquid æmularis,&c. המקנא אתה לי Id eſt,nunquid tu inuides aliis ſuam benedictionem mei cauſa?quibus tamen ego non inuideo,quum meum ſit potius quàm tuum æmulari. Et vtinā ומי יתן Ad verbum,& quis det.Hebraiſmus. 30 Recepit itaque ſeſe ויאסף Ad verbum,Et recollegit ſeſe.

31 Adduxitque ויגז Ad verbum,& auulſit.vel,amouit.i.arreptas tranſtulit,ſiue auolare fecit. Et dimiſit ויטש ſub.illas.q.d.ceſſauit ventus ille dum fuerunt iuxta caſtra. Itinere diei,&c. כדרך יום וגו׳ Ad verbum,ſecundum iter diei hinc,& ſecundum iter diei illinc *in* circuitibus caſtrorum, & ſecundum duos cubitos ſuper faciem terræ.i.tanto ſpatio quantum vno die confici poteſt,nec altius attollebant ſeſe à terra duobus cubitis. 32 Qui pauciores *collegit*, הממעיט Ad verbū,diminuens.i.qui minus collegerat. Cumulos: חמרים aceruos. Ad verbum,homerim,quod vertunt choros. Qudam Hebræorum interpretantur menſuram quam aſinus ferre poteſt. vnde & iiſdem literis ſcribuntur, חמור *hamor* aſinus,& חומר *homer* chorus menſura. Et expanderunt,&c. וישטחו להם וגו׳ Id eſt captas auiculas expanderunt per circuitum tabernaculorum,vt omnia plena auibus cernerentur,nutrientes illas donec maiorem partem deuorarunt.

33 Conciſa eſſet: יכרת confecta eſſet.Fut.Heb.pro præt. 34 Et vocatum eſt ויקרא Ad verbum,Et vocauit.ſub. is qui vocauit, ſiue nomen indidit. Cibroth-hathaauah: קברות התאוה .i.ſepulchra concupiſcentiæ. Concupiſcentem. המתאוים: ſub.carnes.i. qui flagrauit deſiderio carnium. 35 Et ſubſtiterunt,&c ויהיו בחצרות: Ad verbū,& fuerunt in חHaxſeroth. Antecedēs pro relatiuo.

IN CAPVT XII.

1 Et loquuta eſt ותדבר Cohæret iſtud præcedenti capiti:acſi dicat, Quò quum perueniſſet populus,obloquuta eſt Miriam & Aaron Moſi. Propter vxorem AEthiop. על אודות האשה הכושית Ad verbum,ſuper cauſa mulieris,vel vxoris Chuשſith. Dicunt Hebræi hanc fuiſſe Sephoram Madianitidem,quæ AEthiopiſſa aliquando dicitur,quòd Madianitarum terra vicina eſſet AEthiopiæ Orientali. Nam propter vicinitatem(vt ſcribit etiam doctus inter Hebræos)fit vt AEthiopes,Madianitæ,& Iſmaelitæ pro eodem accipiantur: iuxta illud quod dicitur Gene.37.e.25,Et ecce turma Iſmaelitarum veniebat de Gilead. Et poſtea ſubditur, verſu 28, Quū ergo tranſirent viri illi Midianitæ mercatores,extraxerunt,ac eduxerunt Ioſeph è ciſterna,& vendiderunt illum Iſmaelitis illis,viginti argenteis. Et verſu 36, Interim Midianitæ illi vendiderunt eum in Miſraim. Alii AEthiopiſſam vocatam ſentiunt,non quòd natione AEthiopiſſa fuerit,ſed quòd nigredine AEthiopes referret:à qua abſtineret Moſes non ſanctimoniæ cauſa,ſed quòd ea nigredine eſſet:vel(vt alii volunt) vt fidelius in domo Domini miniſtraret:ob idque Mariam & Aharonem murmuraſſe. Alii dicunt ideo obloquutos eſſe,quòd tantus vir alienigenam duxiſſet in vxorem. Et hæc potior videtur eſſe opinio:nam in Hebræo mox ſubiicitur, Vxorem enim AEthiopiſſam acceperat. Non debebat autem Moſes ducere vxorem alienigenam contra morem Iſraelitarum. Chaldæus paraph.vertit,propter vxorem pulchram quam duxerat. Quod contrarium omnino videtur. Hebræi dicunt Sephoram formoſiſſimam mulierem fuiſſe corpore & moribus:adeò vt ob nimiam pulchritudinem per contra-

rium quodammodo AEthiopiſſa vocata ſit. Qua de cauſa & Dauid Pſal.7.a.1, Saulem regem vocat Chus,id eſt AEthiopem, propter corporis videlicet formam & proceritatem qua præditus erat. Et hanc ſententiam etiam habet author Paraphraſis Ieroſolymitanæ,dicens, Et narrauerunt Miriam & Aharon contra Moſen de vxore AEthiopiſſa quam acceperat. Et ecce nõ fuit mulier AEthiopiſſa Sipporah vxor Moſis: ſed quemadmodum AEthiops variat cute ſua ab omnibus aliis hominibus,ita etiam Sipporah vxor Moſis, forma, pulchritudine, & bonis operibus,mirabiliter quodammodo ſuperabat omnes reliquas mulieres. Hucuſque ille.

2 Et dixerũt, Nũ per ſolũ Moyſen loquutus eſt Dominus? nónne & nobis ſimiliter eſt loquutus? Quod quum audiſſet Dominus,iratus eſt valde.

3 (Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra)

4 B Statim loquutus eſt Dominus ad eum,& ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculũ fœderis. Quúmque fuiſſent egreſſi,

5 Deſcẽdit Dominus in columna nubis,& ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariã. qui quũ iſſent,

6 Dixit ad eos, Audite ſermones meos, Siquis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.

7 At non talis ſeruus meus Moyſes, ꝗ in omni domo mea fideliſſimus eſt. Hebr.3.a.2

8 Ore enim ad os loquor ei: & palã, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi?

9 Iratúſque contra eos,abiit:

10 Nubes quoque receſſit quæ erat ſuper tabernaculũ: & ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix. quúmq; reſpexiſſet eam Aaron,& vidiſſet perfuſam lepra,

11 Ait ad Moyſẽ, Obſecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatũ quod ſtultè commiſimus,

12 D Ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris ſuæ: ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra.

13 Clamauitque Moyſes ad Dominũ, dicens,Deus obſecro ſana eam.

14 Cui reſpondit Dominus, Si pater eius ſpuiſſet in faciẽ illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? ſeparetur ſeptem diebus extra caſtra,& poſtea reuocabitur.

15 Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus nõ eſt motus de loco illo donec reuocata eſt Maria.

Cap. XIII.

1 PRofectúſque eſt populus de Haſeroth,fixis tẽtoriis in deſerto Pharan.

2 Ibique loquutus eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

2 Et dixerunt, ʹNunquid ſolummodo per Moẇſéh loquutus eſt Iehouáh? nónne etiam per nos loquutus eſt? Et audiuit Iehouáh.

3 (At vir ille Moẇſéh eratʺ manſuetiſſimus omnium hominum qui erant ſuper faciem terræ) Mãſuetus Moyſes.

4 Mox ergo dixit Iehouáh ad Moẇſéh & Aharón & Miriã, ʹEgredimini vos tres ad tabernaculũ eccleſiæ. Et egreſſi ſunt ipſi tres. Increpat Deus Aaron & Mariã.

5 Tunc deſcẽdit Iehouáh in colũna nubis,& ſtetit ad oſtiũ tabernaculi: vocauítque Aharón & Miriám: & egreſſi ſunt ambo ipſi.

6 Quibus dixit, Audite nũc verba mea, Si fueritʹ Propheta vobis, ʹ*ego* Iehouáh in viſione apparebo illi, ʹin ſomnio loquar cum eo. Prophetis in viſione & per ſomnium loquitur Deus.

7 ʹNon ſic ſeruus meus Moẇſéh, *qui* in tota domo mea fidelis eſt. Moyſen cõmendat Deus.

8 ʹOre ad os loquor cum eo, ʺatque *in* viſione: ʺ& nõ per ænigmata, ʹ*ne*que per ſimilitudinem Iehouæ aſpiciet: quare ergo non timuiſtis loqui aduerſus ſeruum meum, *nempe* Moẇſéh?

9 Et exarſit furor Iehouæ in eos,& diſceſſit.

10 Nubéſque receſſitʹ à tabernaculo: & ecce Miriám eratʹ leproſa ſicut nix. reſpexítque Aharón Miriám,& ecce erat leproſa.

11 Dixit ergo Aharón ad Moẇſéh, Quæſo domine mi, ʹne nũc ponas ſuper nos peccatum, ʹquia ſtultè egimus,& quia peccauimus. Orat Aarõ Moyſen pro Maria.

12 Ne quæſo ſitʹ ſicut mortuum, ʺquod dum egreditur ex vtero matris ſuæ, conſumptum eſt dimidium carnis eius.

13 Clamauit quoque Moẇſéh ad Iehouam, dicendo, Deus quæſo ſana nunc illam. Orante Moyſe ſanatur Maria.

14 Reſpondit Iehouáh ad Moẇſéh, Et ſi pater eius ſpuendo ſpuiſſet in faciem eius, ʺnónne erubeſceret ſeptem diebus? excludatur ſeptem diebus extra caſtra,& poſteaʹ reuocabitur.

15 Itaque recluſa eſt Miriám extra caſtra ſeptẽ diebus: neque populus progreſſus eſt,donec reuocaretur Miriám.

Cap. XIII.

1 POſtea autem profectus eſt populus de חHaxſeróth, & caſtrametati ſunt in deſerto Parán. Mittuntur exploratores ad terram Chanaan.

2 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moẇſéh,dicendo,

2 Nunquid ſolummodo per Moẇſéh,&c. הרק אך־במשה וגו' Ad verbum, An duntaxat tantum in Moſe,&c. duæ dictiones idem ſignificantes. q.d. nunquid ſolus Moſes eſt Propheta? nónne & nos quoque Prophetæ ſumus?

3 Manſuetiſſimus,&c. ענו מאד מכל האדם Ad verbum, manſuetus valde,præ omnibus hominibus. q.d. Obloquutio Mariæ & Aaronis non latebat Moſen: verùm ipſe tacebat,quòd eſſet vir manſuetiſſimus,qui nulla re offenderetur: nõ ſuperbiebat, tametſi ore ad os loqueretur illi Deus. 4 Egredimini צאו ſub. de tabernaculis veſtris. 6 Propheta vobis, נביאכם Propheta ex vobis,vt annotat alter ex doctis Hebræorum. Pronomen affixum pro ſeparato,לכם. *Ego* Iehouáh, יהוה *Propheta inquam* Iehouæ. In ſomnio בחלום in viſione noctis. Alii,in ecſtaſi. Dominus aliquando apparet Prophetis ſuis in ecſtaſi, aliquando per ſomnium & dormientibus, aliquando vigilantibus. Vide paulo pòſt verſu 8. 7 Non ſic לא־כן Non eſt huiuſmodi. i. non eſt talis,qui eſt omniũ familiarium meorũ fideliſſimus. 8 Ore ad os loq. cum eo, פה אל־פה אדבר־בו Fut. Heb. pro præſ. loqui ſoleo. i. coràm alloquor illũ. q.d. eſt mihi familiariſſimus. Atque *in* viſi. ומראה Nõ intelligit ſpectra illa de quibus antea loquutus eſt,ſed figuras & formas rerum vt in ſe ſunt ſignificat: & ad Deũ referendum eſt, quòd ſcilicet Deũ facie ad faciẽ viderit,quatenus Deus ab homine mortali videri poteſt. Et non per ænig. ולא בחידות AEnigmata vocat quum vnũ videtur, & aliud intelligitur. Quinque prophetiarũ genera ex hoc loco quidam colligunt, במראה per viſionem,quũ rẽ intuemur per viſiones. בחלום in ſomnio,quod per viſionẽ etiam eſſe poteſt. בחידות in ænigmate,quũ aliud videtur,aliud innuitur: vt erat quum librum comederet Ezech.3.a.1. Et Iohannes in Apocalypſi. בתמונות per figuras,hoc eſt quum rerum imagines intuemur,quum acies, quum choros,quum pompas,quum præclariſſima quædam conſpicimus. Hæc autem ſuperiora genera omnia per reſolutionem corporis fiunt,ſiue dormiendo,ſiue etiam vigilando,quum ſenſus terrenarum rerum eripitur,vt neque videamus oculis,neque audiamus, neque tangamus: totáque mens ad eas corripiatur viſiones. Ideò vltimum præſtantiſſimúmque genus eſt quod non fit per reſolutionem,ſed nihil ſtatu corporis immutato,alloquutio Diuina fit,quod pauciſſimis contigit, fortaſſe vni Moſe. Neque per ſimil.&c. ותמונת יהוה יביט Negatio præcedens repetita eſt, more Hebræorum. Alii non repetentes negationem,vertunt,ſed per ſimilitudinem Iehouæ videre ſolet. i. qua apparere poſſũ & volo. Tũ In viſione,& Per ſimilitudinẽ,idẽ erũt. 10 A tabernaculo מעל האוהל. i. ab oſtio tabernaculi. nubes enim ſemper erat ſuper tabernaculũ. Ad verbũ,de ſuper tabernaculũ. Leproſa ſicut nix. מצורעת כשלג. i. præ lepra reddita eſt cãdida ſicut nix.

11 Ne nũc ponas,&c. אל־נא תשת עלינו חטאת. i. ne imputes nobis hoc peccatum. Quia ſtultè,&c. אשר נואלנו וגו' q.d. fateor nos peccaſſe,ideo ignoſce nobis. Alii,quod ſtultè egimus,quódque peccauimus. 12 Sicut mortuũ, כמת. i. ſimilis abortiuo. Quod dũ egred.&c. אשר בצאתו וגו' Ordo verborum eſt inuerſus,pro,cuius dimidium carnis eſt conſumptum [putridũ] quum egreditur de vulua matris ſuæ. 14 Nónne erubeſceret הלא תכלם nónne debuerat erubeſcere. vel,nónne puderet eam? q.d. Si præ ira pater eius ſpuiſſet in faciem eius, non auderet accedere ad patrem eius ante ſeptem dies: quanto minus debet illa accedere ad me? Reuocabitur, תאסף׃ Ad verbum,congregabitur. i. adiungetur eccleſiæ. Solebant enim leproſi recludi extra caſtra. Sic ſequenti verſu.

3 ″Mitte tibi viros qui explorent terram Chenáעan,quam ego″daturus ſum filiis Iשſraאél:″ſingulos viros de ſingulis tribubus patrũ ſuorum mittetis,′vnumquenque principem inter eos.

4 Miſit ergo illos Moשſéh è deſerto Parán″iuxta ſermonem Iehouæ:& vniuerſi ipſi viri,principes filiorum Iשſraאél erant.

5 Hæc autẽ ſunt nomina eorum:de tribu Reıאubén,שSammúaע filius Zachúr.

6 De tribu שSimıעón,שSaphát filius חHorí.

7 De tribu Iehudáh,Chaléb filius Iephunnéh.

8 De tribu Iשſachár,Igál filius Ioסéph.

9 De tribu אEphráim,Hoשſéaע filius Nun.

10 De tribu Biniamín,Palti filius Raphú.

11 De tribu Zebulún,Gaddiél filius סSodí.

12 De tribu Ioסéph,de tribu Menaשſéh,Gaddi filius סSuסí.

13 De tribu Dán,עAmmiאél filius Gemallí.

14 De tribu Aשſér,סSethúr filius Michaאél.

15 De tribu Naphthalí,Naחhbí filius Vophסí.

16 De tribu Gád,Gıאuאél filius Machí.

17 Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moשſéh ad explorandũ terram:& appellauit Moשſéh Hoשſéaע filium Nun,Iehoשſúaע.

18 Miſit igitur eos Moשſéh ad explorandum terram Chenáעan, dicens illis,Aſcendite hac per Meridiem,″& conſcendatis montes:

19 Et conſideretis terram ipſam qualis ſit:& populum qui habitat in ea,vtrum fortis ſit,an debilis:vtrum paucus ſit,an multus:

20 Qualis inquam ſit terra ′in qua ſit habitator , vtrum bona ſit, an mala:& quales vrbes in quibus ſit habitator , vtrum in caſtris, ′an in munitionibus.

21 Qualis rurſum terra,vtrum pinguis ſit,an macra: vtrum ſint in in ea arbores,an nŏ.″& eſtote forti animo, atque decerpite è fructu terræ:dies autem *illi erant* dies″primitiarum vuarum.

22 Aſcenderunt igitur,& explorauerunt terram,à deſerto צSin vſque ad Reחhób ingrediendo חHamáth.

23 Et aſcenderunt per Meridiem, & venerunt vſque ad חHebrón: ibi autem erat Aıחhimán, שSeשſái, & Thalmái ″filii עAnác. חHebron verò ſeptem annis ædificata fuit ante צSóעan AEgypti.

Palmes cũ vuis ſuis à duobus viris portatur.

24 Peruenerunt itaque″vſque ad vallem אEשſchól , & abſciderunt illinc″palmitem & botrum vuarum vnum: & portauerunt illum vecte″bini:& de malogranatis,& de ficubus.

25 ″Locus ille vocatus eſt Naחhál אEשſchól propter botrum quẽ abſciderunt inde filii Iשſraאél.

Reuerſi exploratores,laudãt terræ vbertatem.

26 Reuerſi ſunt autem ab explorando terram ′in fine quadraginta dierum.

3 Mitte viros qui conſiderent terram Chanáan, quam daturus ſum filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus.

4 Fecit Moyſes quod Dominus imperauerat , de deſerto Pharan mittẽs principes viros, Deut.12.d.23

5 Quorũ iſta ſunt nomina . De tribu Ruben,Sammua filium Zechur.

6 Detribu Simeon,Saphat filiũ Huri. B

7 De tribu Iuda,Caleb filiũ Iephone.

8 De tribu Iſſachar,Igal filiũ Ioſeph.

9 De tribu Ephráim, Oſee filiũ Nun.

10 De tribu Beniamin , Phalti filium Raphu.

11 De tribu Zabulõ,Geddiel filiũ Sodi.

12 De tribu Ioſeph , ſceptri Manaſſe, Gaddi filium Suſi.

13 De tribu Dã,Ammiel filiũ Gemalli.

14 De tribu Aſer,Sthur filiũ Michael.

15 De tribu Nephthali,Nahabi filium Vapſi.

16 De tribu Gad,Guel filium Machi.

17 Hæc ſunt nomina virorũ quos miſit Moyſes ad cõſiderandam terram: vocauitque Oſee filium Nun,Ioſue. C

18 Miſit ergo eos Moyſes ad conſiderandam terram Chanaan,& dixit ad eos, Aſcẽdite per Meridianam plagã: quúmque veneritis ad montes,

19 Conſiderate terrã qualis ſit: & populum qui habitator eſt eius , vtrum fortis ſit an infirmus , pauci numero an plures:

20 Ipſa terra,bona an mala:vrbes quales,muratæ an abſque muris:

21 Humus,pingnis an ſterilis, nemoroſa an abſque arboribus. confortamini, & afferre nobis in fructibus terræ. erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ veſci poſſunt. D

22 Quúmque aſcendiſſent, explorauerunt terram à deſerto Sin, vſque Rohob intrantibus Emath.

23 Aſcenderúntque ad Meridiẽ, & venerunt in Hebron, vbi erãt Achiman & Siſai & Tholmai filii Enac. nã Hebron ſeptem annis ante Tanim vrbẽ AEgypti condita eſt.

24 ¶Pergentéſque ad torrentem Botri abſciderunt palmitem cum vua ſua, quem portauerunt in vecte duo viri: de malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt, Deut.1.d.24 E

25 Qui appellatus eſt Nehel-eſchol,id eſt torrens Botri, eo quòd botrum portaſſent inde filii Iſrael.

26 Reuerſiq; exploratores terræ poſt quadraginta dies , omni regione circuita,

IN CAPVT XIII.

3 Mitte tibi שלח־לך Id eſt mitte in rem tuam, pro commodo & vtilitate tua . A primo verſu Hebræi quartam huius libri ſectionem
incipiunt,quam à primo huius verſus vocabulo nominant שלח.Confer hanc hiſtoriam cum illis quæ ſcribit Moſes,Deut.1.c.19.22. Da-
turus ſum נותן″Præſ.Heb.pro fut. Singulos viros,&c. איש אחד וגו׳ Ad verbum,virum vnum,virum vnum de tribu patrum eius.
Vnumquenque principem כל נשיא .i.quorum quiſque principatum obtineat inter eos.
4 Iuxta ſermonem Ieh. על־פי יהוה Ad verbum,iuxta os Iehouæ.i.iuxta mandatum Iehouæ.ſiue,vt illi præceperat Iehouah.
18 Et conſcendatis montes. ועליתם את־ההר: Singul.Heb.pro plur.montem.id eſt regionem montoſam.
20 In qua ſit habitator, אשר־הוא יושב בה Id eſt quæ inhabitatur. An in munitionibus. אם־במבצרים: ſub.habitent.
21 Et eſtote forti animo, והתחזקתם Ad verbum,& roborate vos. Primitiarum vuarum. בכורי ענבים: Hebraiſmus,tum erat tem-
pus in quo vuæ incipiebant matureſcere. 23 Filii עAnac. ילידי הענק Ab hoc dicti ſunt Anacim,ſiue Enacim:de quibus Deut.2.b.11.
Quidam vertunt,filios gigantis,pro gigantum.erant homines proceræ admodum ſtaturæ.
24 Vſque ad vallem עד־נחל אשכול vſque ad torrentem Eſchol. Hoc dicitur per anticipationem, Ad vallem quæ poſtea dicta eſt Vallis
botri. Palmitem & botrum v. זמורה ואשכול ענבים Hîc ו pro Id eſt poſitum eſt:acſi dicat, palmitem id eſt botrum vuarum. hoc eſt
palmitem plenum vuis. Bini: בשנים Ad verbũ,in duobus.Gallicè,*a deux.* 25 Locus ille vocatus eſt למקום ההוא קרא Ad ver-
bum,Locum illum vocauit.ſub.ille qui indidit illi nomen. 26 In fine מקץ à fine.i.exacto iam quadrageſimo die.

27 Venerunt ad Moyſen & Aaron,& ad omnem cœtum filiorum Iſrael in deſertum Pharan, quod eſt in Cades: loquutique eis & omni multitudini, oſtenderunt fructus terræ.

F 28 Et narrauerunt,dicentes,Venimus in terram ad quam miſiſti nos,quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt:

29 Sed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes nimis atque muratas: ſtirpem Enacim vidimus ibi:

30 Amalec habitat in Meridie,Hethæus & Iebuſæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta Mare,& circa fluenta Iordanis.

G 31 Inter hæc Caleb cõpeſcẽs murmur populi qui oriebatur contra Moyſen, ait,Aſcẽdamus,& poſſideamus terrã: quoniam poterimus obtinere eam.

32 Alii verò qui fuerant cum eo,dicebant,Nequaquã ad hũc populum valemus aſcẽdere,quia fortior nobis eſt

33 Detraxerũntque terræ quam inſpexerãt,apud filios Iſrael,dicentes,Terra quam luſtrauimus,deuorat habitatores ſuos:populus quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt.

34 Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere gigãteo, quibus comparati,quaſi locuſtæ videbamur.

Cap. XIIII.

1 IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa:

2 Et murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filii Iſrael, dicentes, Vtinam mortui eſſemus in AEgypto,& non in hac vaſta ſolitudine.

3 Vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terrã iſtam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi noſtri ducãtur captiui: nõnne melius eſt reuerti in AEgyptum?

4 Dixeruntque alter ad alterum,Cõſtituamus nobis ducẽ, & reuertamur in AEgyptum.

5 Quo audito Moyſes & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſrael.

Eccli 46.b.9
1.mach,2.f.56

6 ¶At vero Ioſue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipſi luſtrauerãt terram,ſciderunt veſtimenta ſua:

7 Et ad omnem multitudinem filiorum Iſrael loquuti ſunt, Terra quam circuiuimus,valde bona eſt:

27 Et abierunt,ac venerũt ad Moשſéh & Aharón, & ad vniuerſum cœtum filiorum Iשſraאél in deſertum Parán″in Cadéשs:″& retulerunt eis rem,& vniuerſo cœtui, oſtẽderúntque eis fructum terræ.

28 Narrauerúntque″illi,ac dixerunt,Peruenimus ad terram ad quã miſiſti nos,″& certè fluẽs eſt lacte & melle,& iſte eſt fructus eius:

29 ″Niſi quòd fortis eſt populus qui incolit eam regionẽ, & vrbes munitæ ſunt,& magnæ admodũ:adhæc″filios עAnác vidimus ibi.

30 Amalék habitat in terra Meridiana : & חHitthæus & Iebuםſæus & אEmoræus habitant″in montibus : Chenaעanæus verò habitat iuxta Mare,& ad ripam Iardén.

31 Et tacere fecit Chaléb populum″cõtra Moשſéh,ac dixit, Aſcendendo aſcendamus,& poſſideamus eam:nam″præualendo præualebimus ei.

Calebhortatur populũ vt aſcendat in Chanaan.

32 At viri qui aſcenderãt cum eo,dixerunt,Non poterimus aſcendere contra populum illum:quia fortior eſt nobis.

Alii exploratores dehortantur.

33 ″Et detraxerunt terræ quam explorauerãt,apud filios Iשſraאél, dicendo, Terra per quam tranſiuimus vt exploraremus eam, eſt terra conſumens habitatores ſuos: & omnis populus quem vidimus in medio eius,″viri proceræ ſtaturæ ſunt.

34 Ibi præterea vidimus gigantes filios עAnác *de genere* gigantũ : Et eramus in oculis noſtris ſicut locuſtæ, & ſic eramus in oculis eorum.

Cap. XIIII.

1 S″Vſtulit itaque vniuerſus cœtus,dedítque vocem ſuam,& fleuit populus nocte illa.

Populus flet & murmurat, ob exploratæ terræ deſperationem.

2 Et murmurauerunt aduerſum Moשſéh & aduerſum Aharón omnes filii Iשſraאél,dixerúntque eis vniuerſa multitudo, Vtinam mortui eſſemus in terra AEgypti, aut in deſerto hoc, vtinam *inquam* mortui eſſemus.

3 Et quare Iehouáh introducit nos in terram hanc,vt cadamus gladio,vxores noſtræ,& paruuli noſtri ſint in prædam? nónne ſatius eſſet nobis reuerti in AEgyptum?

4 Et dixerunt″alter ad alterum,Conſtituamus ducem,& reuertamur in AEgyptum.

5 Tum cecidit Moשſéh & Aharón ſuper facies ſuas coram vniuerſo cœtu congregationis filiorum Iשſraאél.

6 Iehoשſúaע verò filius Nun, & Chaléb filius Iephunnéh *qui erant* de explorantibus terram,ſciderunt veſtimenta ſua:

Caleb & Ioſue terram laudant, quos populus vult lapidare.

7 Ac dixerunt ad vniuerſam congregationem filiorum Iשſraאél, dicendo, Terra per quam tranſiuimus vt exploraremus eam, ″*eſt* optima terra:

27 In Cadeשs:קדשה Hîc Cades,pro Cadeſbarnea ponitur.Vide interpretationẽ nominum Hebraicorum. Et retulerũt eis rẽ,וישיבו אותם דבר Ad verbum,& redire fecerunt eis verbum.i.attulerunt eis reſponſum. Hic אותם pro להם poſitum. Retulerunt illis nuntiũ de iis rebus pro quibus miſſi fuerant, & quas in mandatis habebant. 28 Illi, לו nempe Moſi. Et certè fluens eſt lacte & melle, ודבש וגם זבת חלב & vtique fluit lacte & melle.Obſerua גם pro Certè.De hac loquutione,quòd terra fluat lacte & melle,vide Exo.33.a.3.

29 Niſi quòd fortis אפס כי־עז Deeſſe nonnihil videtur,acſi dicat,Res ita ſe habet,niſi quòd,&c.Alii,Cæterùm fortes,&c. Filios עAnac ילדי הענק filios gigantis,pro gigantum.id eſt gigantes,hoc eſt homines proceræ ſtaturæ.Vide paulo antè verſu 23.

30 In montibus: בהר Ad verbum,in monte.Singul.pro plur.in parte montana.

31 Contra Moשſéh, אל־משה Hîc אל pro על poſitum.id eſt tentauit Chaleb compeſcere populum & reddere eum attentum dum loqueretur Moſes.Vel tacere fecit populum iam obſtrepentem Moſi. Præualendo præu. : יכול נוכל לה .i.facilè expugnabimus illum.

33 Et detraxerunt,&c. ויוציאו דבת הארץ וגו׳ Ad verbum,Et protulerunt infamiam[aut,vituperationem]ipſi terræ quam explorauerant. id eſt mentiti ſunt in terram.detraxerunt terræ.Redundat EAM,more Hebræorum. Viri proceræ ſtat.ſunt. : אנשי מדות Ad verbum, viri menſurarum.i.homines proceræ admodum ſtaturæ. Vide Deut.1.e.28. 34 Et eramus,&c. ונהי בעינינו וגו׳ Hebraiſmus,Quum eos videbamus,præ illis videbamur nobis locuſtæ:tales etiam illis videbamur.

IN CAPVT XIIII.

1 Suſtulit itaque ותשא Tum ſuſtulit.vel,Tum ſublata voce vniuerſa multitudo vociferari cœpit.

4 Alter ad alterum, איש אל־אחיו Ad verbum, vir ad fratrem ſuum. Hebraiſmus. 7 Eſt optima terra: : טובה הארץ מאד מאד Ad verbum,bona terra illa valde valde.Sic geminato poſitiuo,ſuperlatiuum exprimere ſolent Hebræi.

8 ′Si complacitũ fuerit Iehouæ in nobis, introducet nos in terrã iſtã, tradétque eam nobis, *nempe* terrã quæ eſt fluens lacte & melle.

9 ′Veruntamen contra Iehouam ne ſitis rebelles: neque timeatis populum terræ huius, quia *veluti*′ panis noſter ſunt: receſſit′ protectio eorum ab eis, at Iehouáh eſt nobiſcum: ne *igitur* timeatis eos.

10 ′Tunc dixit *apud ſe* vniuerſa congregatio vt lapidarent eos lapidibus: & gloria Iehouæ apparuit in tabernaculo eccleſiæ omnibus filiis Iɯſraɤél.

Iraſcitur Dominus in populum infidelem.

11 Dixítque Iehouáh ad Moɯſéh, Vſquequo *tandem* irritabit me populus iſte, quouſque *inquam* nõ credẽt mihi′ in omnibus ſignis quæ feci in medio eius?

12 Percutiam eum peſte, expellámque eum, ′te autem faciam in gentem magnam, & robuſtiorem eo.

Oratio Moyſis vt populo parcat Deus.

13 Et dixit Moɯſéh ad Iehouam, ′Et audient AEgyptii (nam eduxiſti fortitudine tua populum iſtum è medio eius)

14 ′Ac dicent ſuper habitatoré terræ huius: *qui* audierunt quòd tu ô Iehouáh eras in medio populi iſtius: quód*que* oculo ad oculum ′apparebas tu ô Iehouáh, & nubes tua ſtaret ſuper eos, & in colũna nubis ambulabas ante eos interdiu, & in colũna ignis noctu:

15 Et *tamen* mori feceris populum iſtum′ tanquam virum vnum: ac dicent Gentes quæ audierint′ famam tuam, ′in hunc modum,

16 Quia non potuit Iehouáh introducere populum iſtum in terram *de* qua iurauerat eis, ′occidit eos in deſerto.

17 Nunc igitur′ magnificetur obſecro fortitudo Domini, quemadmodum loquutus es, dicendo,

18 Iehouáh′ tardus ad iram, & multus miſericordia, remittens iniquitatem & præuaricationem, ′& *tamen* mundãdo non mũdat, viſitans inquitaté patrũ ſuper filios′ in tertiã & quartã generationẽ.

Miſericordia Dei.

19 Parce obſecro iniquitati populi huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, & quemadmodum pepercisti populo iſti ′ab AEgypto vſque huc,

Exauditur Moyſes.

20 Et dixit Iehouáh, ′Peperci ſecundum verbum tuum.

21 ′Veruntamen viuo ego, & replet gloria mea vniuerſam terram:

22 Quòd omnes illi qui viderũt gloriam meam, & ſigna mea quæ feci in AEgypto, & in deſerto, & tentauerunt me iam decem vicibus, nec paruerunt voci meæ:

8 Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humũ lacte & melle manantem.

9 Nolite rebelles eſſe cõtra Dominũ: neque timeatis populũ terræ huius: quia ſicut panem, ita eos poſſumus deuorare. receſſit ab eis omne præſidiũ: Dominus nobiſcũ eſt, nolite metuere.

10 Cúmque clamaret omnis multitudo, & lapidib⁹ eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſrael.

11 Et dixit Dominus ad Moyſen, Vſquequo detrahet mihi populus iſte? quouſque non credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis?

12 Feriam igitur eos peſtilentia atque conſumã: te autẽ faciã principẽ ſuper gentẽ magnã, & fortiorẽ quã hæc eſt.

13 Et ait Moyſes ad Dominum, ‖Vt audiant AEgyptii de quorum medio eduxiſti populum iſtum, Exod.32.c.[illegible] C

14 Et habitatores terræ huius (qui audierunt quòd tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, ‖& nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem) Exod.13.d.21

15 Quòd occideris tantam multitudinem quaſi vnum hominem: & dicãt,

16 ‖Non poterat introducere populũ in terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſolitudine. Deut.9.d.28

17 Magnificetur ergo fortitudo Domini, ſicut iuraſti, dicens,

18 ‖Dominus patiens & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiã & quartã generationẽ. Pſal.102.b.8

19 Dimitte obſecro peccatum populi huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de AEgypto vſque ad locum iſtum. D

20 Dixitque Dominus, Dimiſi iuxta verbum tuum.

21 Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuerſa terra.

22 Attamẽ omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in AEgypto & in ſolitudine, & tẽtauerunt me iam per decẽ vices, nec obedierunt voci meæ:

8 Si complacitum fuerit, &c. אם־חפץ בנו יהוה Hebraiſmus, Si fauore ſuo proſequutus eſt, vel proſequatur, & amet nos. Quidam אם per Quia vertunt, aut Certè, hoc modo, Quia amat nos plurimúm. vel, Certè bonam voluntatẽ habet erga nos, propterea inducet, &c. Hæc videtur huius loci vera interpretatio. nam id vult populo eſſe perſuaſum. 9 Veruntamen אך Acſi dicat, Nolite igitur. Panis noſter ſunt: לחמנו הם Hebraiſmus, populũ terræ huius perinde deuorabimus atque panẽ noſtrũ. Protectio e. צלם præſidiũ eorũ. Ad verbũ, vmbra eorũ. acſi dicat, deſtituũtur omni præſidio. 10 Tunc dixit, &c. ויאמרו וגו׳ Ad verbũ, Et dixit omnis multitudo, &c. id eſt, tunc pronuntiauit vniuerſa multitudo debere eos lapidari. 11 In omnibus ſignis בכל האותות .i. propter omnia ſigna. Hebraiſmus, quum tot ſigna fecerim ipſo vidente? 12 Te autem faciam, &c. ואעשה אותך לגוי־גדול Hebraiſmus, efficiam vt ſoboles tua euadat in gentem maiorem & robuſtiorem gente Iſraelitica, vt numero & potentia vincant populum Iſraeliticum. Alii, conſtituam te principem ſuper gentem maiorem te. 13 Et audient ושמעו Videtur nonnihil ſubaudiendum, cuiuſmodi, Tu percuties, & audient. vel, Si percutias, tum audient AEgyptii. Alii, Vt audiant AEgyptii. q.d. malè audies apud AEgyptios.

14 Ac dicent, &c. ואמרו וגו׳ Ac dicent de incolis terræ huius. i. malè loquentur de ipſis quos introducturus eras in terram iſtã. q.d. ſi percuſſeris incolas terræ iſtius ſanctæ, hoc eſt Iſraelem, dicẽt alienigenæ ſiniſtra de illis, ac malè loquentur, nẽpe propter nequitiam ſuam eos à te perdi & occidi, atque huiuſmodi multa. Apparebas נראה Doctus inter Hebræos dicit eſſe benoni, ſiue participium præſens. Alter verò ſcribit eſſe tertiam perſonam pro ſecunda. Alii ſubintelligunt כבודך gloria tua. 15 Tanquam virum v. כאיש אחד Latini, omnes ad vnum. Famã t. את־שמעך huius ſcilicet rei à te geſtæ. Ad verbum, auditũ tuum. In hunc modum, לאמור Ad verbũ, dicendo.

16 Occidit eos וישחטם iugulauit eos. mactauit. 17 Magnificetur יגדל De Deo loquitur in tertia perſona, more Hebraico, pro Magnificetur quæſo fortitudo tua: oſtende te talẽ qualẽ aliquando dixiſti. 18 Tardus ad irã, ארך אפים Ad verbum, longus iris. i. longanimis. Et mundando non m. ונקה לא־ינקה Fut. Heb. pro præſ. & *tamen* abſoluendo non abſoluit. ſub. reum qui non agnoſcit peccatum ſuum. q.d. & tamen punire ſolet eos qui non reſipiſcunt. In tertiam & quartam gen. : על־שלשים ועל־רבעים Ad verbum, ſuper tertios & ſuper quartos. Vide Exo.20.a.5. i. puniens patres, & filios, nepotes, ac pronepotes.

19 Ab AEgypto, &c. : ממצרים ועד־הנה ab egreſſu AEgypti vſque ad hoc tempus.

20 Peperci ſecundum verbum tuum. : סלחתי כדברך Quidam per futurum vertunt, Condonabo vt petis.

21 Veruntamen viuo, &c. ואולם חי־אני Et profecto viuo, &c. Formula eſt iurandi Scripturis vſitata, acſi dicat, Quemadmodum ego viuo, & gloria mea implet terram: ſic quoque, &c. vel, quàm certum eſt me viuere, & gloriam meam implere terrã, tam etiam certũ eſt quòd omnes iſti qui viderunt gloriam, &c. non ſunt viſuri terram, &c. Hebraicè legitur, & replebit, vel replebitur gloria mea. Fut. pro præſ.

Pharan.
Exploratores.

23 Non videbunt terrā pro qua iuraui patribus eorum, nec quiſquā ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.

Ioſue 14.b 6

24 ‖Sed ſeruum meū Caleb qui plenus alio ſpiritu ſequutus eſt me, inducam in terram hanc quam circuiuit, & ſemen eius poſſidebit eam.

25 Quoniā Amalecites & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete caſtra, & reuertimini in ſolitudinem per viam Maris rubri.

E 26 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens,

Pſal.105.e.26

27 ‖Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me? querelas filiorum Iſrael audiui.

Infrà 26.g.65, & 32.b.10

28 Dic ergo eis, ‖Viuo ego, ait Dominus: ſicut loquuti eſtis audiēte me, ſic faciam vobis:

Deut.1.f.35

29 In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra: ‖omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſuprà, & murmuraſtis contra me,

30 Non intrabitis terram ſuper quam leuaui manum meā vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun.

31 Paruulos autem veſtros de quibus dixiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam, vt videant terram quæ vobis diſplicuit.

32 Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine.

Ezech.4.b.6

33 Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & ‖portabunt fornicationem veſtram, B donec conſumantur cadauera patrum in deſerto,

Pſal.94.d.10

34 Iuxta numerum quadraginta dierū quibus conſideraſtis terram: (annus pro die imputabitur) ‖& quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam.

35 Quoniam ſicut loquutus ſum, ita faciam omni multitudini huic peſſimæ, quæ conſurrexit aduerſum me: in ſolitudine hac deficiet & morietur.

36 Igitur ōnes viri quos miſerat Moyſes ad contemplādam terram, & qui reuerſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahē tes terræ quòd eſſet mala,

1.Cor.10.b.10
heb.3.d.10
iudæ b.5

37 ‖Mortui ſunt atque percuſſi in conſpectu Domini.

38 Ioſue autē filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerūt ex omnibus qui perrexerant ad conſiderandam terram.

---

23 ″Non videbunt terram *de* qua iuraui Patribus eorum: ″neque quiſquam eorum qui me irritauerunt, videbunt eam.

24 At ſeruum meum Chaléb (″eo quòd fuit ſpiritus alter cum eo, & adimpleuit ire poſt me) introducam eum in terram quam *iam* ingreſſus eſt, & ſemen eius hæreditate accipiet eam.

Ipſi Caleb promittitur Chanāā

25 ″yAmalec autem & Chenayanæus habitat in valle: cras reuertimini, ″& proficiſcimini in deſertum via maris ɒSuph.

26 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Mowſéh & Aharón, dicēdo,

27 Vſquequo *tandem* ″*feram* congregationem malam iſtam quæ murmurat aduerſum me? ″murmurationes filiorū Iwſraɴél qui murmurant aduerſum me, audiam?

Murmuratorib⁹ filiis Iſrael prædicit Deus interitū in deſertis.

28 Dic illis, Viuo ego, dixit Iehouáh, ſi non quēadmodum loquuti eſtis ″in auribus meis, ſic fecero vobis:

29 In deſerto iſto cadent cadauera veſtra, ″& omnes numerati veſtri ſecundum omnem numerum veſtrum à filio viginti annorū, & ſuprà, qui murmuraſtis aduerſum me.

30 ″Si vos ingrediemini terrā *pro* qua ″leuaui manum meam vt habitare facerem vos in ea, præter Chaléb filium Iephunnéh, & Iehowſúay filium Nun,

31 Ac paruulos veſtros de quibus dixiſtis, In prædam erunt: introducam *enim* eos, & cognoſcent terram ipſam quam deſpexiſtis.

32 ″Cadauera verò veſtra cadent in deſerto iſto.

33 Filii autem veſtri ″erunt paſtores in deſerto hoc quadraginta annis, ″& portabunt fornicationes veſtras, donec conſumantur cadauera veſtra in ipſo deſerto.

Fornicatio.

34 Iuxta numerum dierum quibus exploraſtis terram ipſam, quadraginta *ſcilicet* diebus (″Die pro anno, die pro anno *computato*) portabitis iniquitates veſtras quadraginta annis, & cognoſcetis ″inanitionem meam.

35 Ego Iehouáh loquutus ſum, Si non iſtud fecero vniuerſæ congregationi malæ huic quæ congregata eſt aduerſum me: ″in deſerto iſto conſumentur, ibíque morientur.

36 Viri itaque quos miſerat Mowſéh ad explorādum terrā ipſam, & reuerſi erant, murmuraréque fecerant aduerſum eum vniuerſam congregationem *iſtam*, ″detrahendo terræ,

Moriūtur exploratores, præter Caleb & Ioſue.

37 ″Mortui ſunt homines illi qui terræ detraxerunt, ″plaga coram Iehoua.

38 Iehowſúay verò filius Nun, & Chaléb filius Iephunnéh ″vixerūt ex hominibus illis qui perrexerant ad explorandum terram.

---

23 Non videbunt אם־יראו Ad verbum, Si viderint. Ita exponendum dicunt Hebræi hoc loco. Quando vero אם ſequitur dictionē ſignificantem iuramentū, vertendū eſſe per NON. Vide Deut.1.f.35. Neque quiſquam, &c. וכל־מנאצי Ad verbum, & omnes irritantes me. 24 Eo quòd fuit, &c. עקב היתה וגו׳ Hebraiſmus, quoniā fuit alio animo erga me atque alii, & impleuit voluntatem meā, ſequendo me. 25 ע Amalec autem, &c. והעמלקי והכנעני וגו׳ Sed & Amalec & Chananæū qui habitāt in planitie: cras, &c. ſub. poſſidebis· vt præcedētibus iungatur. Alii, Amalecitæ autē & Chananæi habitāt in valle: *propterea* cras, &c. q.d. deliteſcunt in locis humilioribus vt vobis inſidiētur. Alii, Quamuis Amalecitæ & Chananæi habitent in valle, *attamen* craſtina die, &c. Vallem vocat regionē demiſſam. Et proficiſcimini וסעו Retrocedite. nempe verſus Mare rubrū, declinando ab eis. Alii, progredimini. nemper verſus eos, & nihil timeatis. Hebraicè additur לכם vobis, quod redundat Latinis. 27 *Feram* Alii ſubaudiunt, *parcam* congregationi, &c. Murmurationes את־תלונות expoſtulationes. 28 In auribus meis, באזני .i. me audiente. 29 Et omnes numerati v. וכל־פקודיכם .i. quotquot ex vobis numerati ſunt. 30 Si vos ing. אם־אתם תבואו .i. Vos non ingrediemini. Vide paulo antè verſu 23. Leuaui manum m. נשאתי־את־ידי In ſignum ſcilicet iuramenti. 32 Cadauera verò ve. ופגריכם אותם Ad verbum, Et cadauera veſtra vos. i. veſtra ipſorum cadauera.

33 Erunt paſtores יהיו רועים Hebraiſmus, more paſtorum vagabuntur in deſerto. Et portabunt fornic. ונשאו את זנותיכם Hebraiſmus, Dabunt pœnas pro fornicationibus veſtris quibus defeciſtis à Deo veſtro. 34 Die pro anno, die pro a. יום לשנה יום לשנה Hebraiſmus, Singulis diebus in ſingulos annos verſis. Inanitionem meam. את־תנואתי׃ .i. an verba mea inania, & irrita futura ſint, fruſtrá que à me pronuntiata & caſſa. Alii, mendacium meum. i. an ego ſim mendax. Hæc vox ſignificat inanitionem, fruſtrationem, & retractationem verborum & cogitationum. Alii, prohibitionem meam. qua ſcilicet prohibebo vos ne ad terram meam perueniatis.

35 In deſerto iſto, &c. במדבר הזה וגו׳ Seipſum declarat. acſi dicat, Ego Dominus qui omnia poſſum, dixi omnia hæc illis euentura, profectò ſic faciam eis vt dixi, hoc eſt, faciam vt moriantur in deſerto. 36 Detrahendo terræ. להוציא דבה על־הארץ׃ Ad verbum, proferendo infamiam ipſi terræ. Sic ſequenti verſu. Vide præcedenti capite, verſu 33. 37 Mortui ſunt וימותו Hic ו non copulat, ſed tantū futurū vertit in præteritū. quod tamen per futurum reddendum eſt. Hæc enim dicuntur per anticipationem, pro morientur. Plaga corā Ie. במגפה לפני יהוה׃ .i. percuſſi à Iehoua. 38 Vixerūt ex ho. il. חיו מן־האנשים ההם .i. Remanſerūt viui. ſuperuixerūt.

Loquutus eſt igitur Moẅſéh verba iſta omnibus filiis Iẅſraℵél, & luxerunt populus valde. 39

Surrexerúntque mane, & aſcenderunt in verticem montis, dicendo, ’Ecce nos, vt aſcēdamus ad locum de quo loquutus eſt Iehouáh, quia peccauimus. 40

Agnoſcit popul⁹ peccatum ſuum.

Et dixit Moẅſéh, Vtquid tranſgredimini ſermonem Iehouæ? ’& hoc non proſperè cedet. 41

Populus iniuſſu Dei aſcendēs cōtra Amalec, occiditur.

Ne aſcendatis, quia non eſt Iehouáh in medio veſtri: ne percutiamini coram inimicis veſtris. 42

γAmalec enim & Chenaγanæus ″eſt ibi ante vos, & cadetis gladio. nam propterea quòd ″cōuerſi eſtis *ne iretis* poſt Iehouā, neque erit Iehouáh vobiſcum. 43

″Et conati ſunt aſcendere in verticem montis: at arca fœderis Iehouæ & Moẅſéh non receſſerant è medio caſtrorum. 44

Deſcēdit itaque γAmalecita & Chenaγanæus qui habitabāt in monte ipſo, percuſſerúntque eos, ″& cōtriuerunt eos vſque nHormáh. 45

Cap. X V.

Libamēta terrā ingreſſis offerenda.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moẅſéh, dicendo, 1

Loquere ad filios Iẅſraℵél, & dicas eis, Quum ingreſſi fueritis terrā habitationum veſtrarum quas ego daturus ſum vobis: 2

Et facere voletis oblationem ignitam Iehouæ holocauſtum, vel ſacrificium, ’vt ſoluatis votum ’aut ſponte veſtra, ’aut in ſolennitatibus veſtris, ″vt faciatis odorem quietis Iehouæ de bobus, aut ex pecudibus: 3

Tunc offeret offerens oblationem ſuam Iehouæ *pro* minnha ſimilæ decimam partem miſtam cum quarta parte hin olei. 4

Et vini pro libamine quartam partem hin facies ſuper holocauſtum, ’aut vltra ſacrificium pro agno vno. 5

″Aut pro ariete facies minnham ſimilæ duas decimas ″permiſtæ ″cum olei tertia parte hin. 6

Et vini pro libamine tertiam partem hin offeres in odorē quietis Iehouæ. 7

Quòd ſi facere voles iuuencum *in* holocauſtum, aut ſacrificiū ad ſoluendum votum, aut pacifica Iehouæ: 8

’Offeret vnà cum iuuēco minnham, ſimilæ tres decimas permiſtæ cum olei dimidia parte hin. 9

Et vinum offeres pro libamine dimidiam partem hin, oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ. 10

Sic fiet boui vni, aut arieti vni, aut fœtui tam de ouibus quàm de capris, 11

Iuxta numerum quem facietis ’vni iuxta numerum illorum. 12

39 Loquutúſque eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad omnes filios Iſrael, & luxit populus nimis. G

40 Et ecce, mane primo ſurgentes aſcēderunt verticem montis, atque dixerunt, Parati ſumus aſcendere ad locū de quo Dominus loquutus eſt: quia peccauimus. Deut.1.g.41

41 Quibus Moyſes, Cur, inquit, tranſgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in proſperum?

42 Nolite aſcendere: non enim eſt Dominus vobiſcum: ne corruatis coram inimicis veſtris.

43 Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorū gladio corruetis: eo quòd nolueritis acquieſcere Domino, nec erit Dominus vobiſcum.

44 At illi contenebrati aſcenderunt in verticē montis: arca autem teſtamenti Domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris.

45 Deſcenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, perſequutus eſt eos vſque Horma.

Cap. X V.

1 LOquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quum ingreſſi fueritis terrā habitationis veſtræ quā ego dabo vobis,

3 Et feceritis oblationem Domino in holocauſtum aut victimam pacificam, vota ſoluentes, vel ſponte offerentes munera, aut in ſolennitatibus veſtris adolentes odorem ſuauitatis Domino, de bobus ſiue de ouibus:

4 Offeret quicunque immolauerit victimam, ſacrificium ſimilæ, decimam partem ephi conſperſam oleo, quod menſurā habebit quartā partem hin:

5 Et vinum ad liba fundēda eiuſdem menſuræ dabit in holocauſtum ſiue in victimam per agnos ſingulos,

6 Et arietes, erit ſacrificiū ſimilæ duarum decimarum quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis hin:

7 Et vinum ad libamentū tertiæ partis eiuſdem menſuræ offeret ad odorē ſuauitatis Domino.

8 Quando verò de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiam, vt impleas votum, vel pacificas victimas:

9 Dabis per ſingulos boues ſimilæ tres decimas conſperſæ oleo, quod habeat medium menſuræ hin. B

10 Et vinum ad liba fundēda eiuſdem menſuræ in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino.

11 Sic facies per ſingulos boues & arietes & agnos & hœdos.

---

40 Ecce nos vt aſcend. הננועלינו Id eſt, En parati ſumus aſcendere ad locum ad quem præcepit Dominus vt aſcendamus. Confer iſta cum iis quæ ſcribuntur Deut.1.f.41. 41 Et hoc והוא & hæc. ſub. aſcenſio, vel tranſgreſſio. 43 *Eſt ibi ante vos,* שם לפניכם .i. occurrent vobis. Conuerſi eſtis, &c. שבתם מאחרי יהוה Hebraiſmus, quia deſeruiſtis Dominum, ipſe deſeruit vos. 44 Et conati ſunt aſcendere ויעפלו לעלות Ad verbum, Et corroborauerunt [ſub. cor ſuum] ad aſcendendum .i. recepto animo aſcenderunt. 45 Et contriuerunt, &c. ויכתום עד החרמה : Id eſt conterendo perſequuti ſunt eos vſque Horma.

IN CAPVT XV.

3 Vt ſoluatis votum לפלא נדר Id eſt vt adimpleatis. Ad verbum, vt ſeparetis. Separare votū pro ſoluere, ſiue adimplere, ponitur: quòd pecudes & cætera animalia quæ quis vouiſſet in ſacrificium, à communi & profano vſu ad ſacrum vſum tunc ſepararentur quum adimplendum erat votū. Vide Leuit.22.c.21. Aut ſponte ve. או בנדבה aut ſpontaneam oblationem. Aut in ſolennit. ve. או במועדיכם Hoc eſt, etiam ea ſacrificia quæ facere debetis in ſolennitatibus veſtris, facietis eodem ordine quem nunc dicam. Sacrificium dicebatur quod ex animalibus fiebat: oblatio verò, ſiue minha (quod & munus quidam vertunt) erat ex ſimila. Libamen autem ex vino. Nullum autem ſacrificium fiebat ſine minha & libamine. Vt faciatis odorem quietis Ieh. לעשות ריח ניחוח ליהוה Vide Exo.29.c.18. 5 Aut vltra ſacrif. או לזבח aut cum victima pacificorū. Infrà verſu 8, poſuit שלמים. 6 Aut pro ariete או לאיל Hîc או pro ו, Et pro ariete. Cum olei tertia parte hin. בשמן שלשית ההין : Paulo antè verſu 4 dixit, decimam partem hin olei: poſteriore loco ponēs שמן, quod in iſto poſuit priore. 12 Vni לאחד .i. ſingulis. vel per ſingulos. Vertere potes totū verſū hoc modo, Pro numero quē ſacrificabitis, iſta obſeruabuntur à vobis per ſingula, pro ratione eorum ex quibus fiunt minhæ & libamina .i. erit proportio ſacrificiorum, minharū & libaminum. Alii vertūt, Qualem numerum in his feceris, talem quoque numerum facies in illis. q.d. tot minhas ſiue oblationes ex ſimila, tótque libamina ex vino, offeretis Domino, quot pecora ſacrificabitis, nullum ſacrificium pecorum fiet ſine minha & libamine.

9 Offeret והקריב Mutatio perſonæ, pro Offeres.

Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerẽt ſacrificia. Vnum præceptũ erit atque iudicium tam vobis quàm aduenis terræ.

13 Omnis ciuis″faciet ſic iſta, vt offerat oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ.

14 ′Et quum peregrinatus fuerit apud vos peregrinus, aut quicunq; eſt in medio veſtri″per generationes veſtras, fecerítque oblationẽ ignitam odoris quietis Iehouæ, quemadmodũ facietis, ſic faciet.

15 O congregatio,′ſtatutum vnum *erit* vobis & peregrino qui peregrinatur *apud uos* : ſtatutum inquam perpetuum per generationes veſtras: ſicut vos ſic & peregrinus erit coram Iehoua.

16 ″Lex *inquam* vna & norma vna erit vobis & peregrino qui peregrinatur apud vos.

Loquutus eſt Dominus ad Moyſẽ, dicens,

17 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Quum veneritis in terram quam dabo vobis,

18 Alloquere filios Iשſraאél, & dicas eis, Quum ingreſſi fueritis terram ad quam ego′introducturus ſum vos,

Et comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino.

19 ″Tum fiet, quum cœperitis comedere de pane′terræ,′offeretis oblationem Iehouæ.

De cibis veſtris ſicut de areis primitias ſeparabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino.

20 ″*De* primitiis conſperſionum veſtrarum, placentam offeretis *in* oblationem:″ſicut oblationem areæ, ſic offeretis illam.

Primitiæ.

21 De primitiis conſperſionum veſtrarum dabitis Iehouæ, oblationem per generationes veſtras.

Quòd ſi per ignorantiam prætericritis quicquam horum quæ loquutus eſt Dominus ad Moyſen,

22 Quúmque erraueritis, & nõ feceritis omnia præcepta iſta quæ dixit Iehouáh ad Moשſéh.

Oblatio peccãtiũ per ignorantiã.

Et mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà,

23 Omnia *inquam* quæ præcepit Iehouáh vobis ′per manũ Moשſéh à die qua præcepit Iehouáh,″& vltrà per generationes veſtras.

C Oblitáque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, & ſacrificium eius ac liba vt cęremoniæ poſtulãt, hircúmque pro peccato.

24 ″Tum fiet ′ſi clam congregatione factũ fuerit per errorẽ, faciet vniuerſa cõgregatio iuuencum filium bouis vnum in holocauſtũ in odorẽ quietis Iehouæ, minחham quoque eius, & libamen eius ″ſecundũ normã, & hircũ caprarum vnũ in ſacrificiũ pro peccato.

Et rogabit ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſrael: & dimittetur eis, quoniã non ſponte peccauerunt, nihilominus offerẽtes incenſum Domino pro ſe & pro peccato atque errore ſuo.

25 Expiabítque ſacerdos vniuerſam congregationem filiorũ Iשſraאél, & condonabitur illis, quia error eſt: & illi offerent oblationem ſuam *in* oblationem ignitam Iehouæ, & *in* oblationem pro peccato ſuo coram Iehoua,″propter errorem ipſorum.

Et dimittetur vniuerſæ plebi filiorum Iſrael, & aduenis qui peregrinãtur inter vos, quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam.

26 Et condonabitur vniuerſæ congregationi filiorum Iשſraאél, & peregrino qui peregrinatur in medio illorum, quia″vniuerſi populi error eſt.

Quòd ſi anima vna neſciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo:

27 ′Quòd ſi anima vna peccauerit per errorem, offeret capram anniculam in ſacrificium pro peccato.

Et deprecabitur pro ea ſacerdos, quòd inſcia peccauerit coram Domino, impetrabitque ei veniã, & dimittetur illi.

28 Expiabítq; ſacerdos″animã quæ peccauerit per errorẽ, quũ peccauerit ꝑ errorẽ corã Iehoua,′expiabit inquã illã, & remittetur ei.

Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omniũ qui peccauerint ignorantes.

29 ″Ciui inter filios Iשſraאél & peregrino qui peregrinatur inter illos,′lex vna erit vobis″ei qui fecerit *peccatum* per errorem.

---

13 Faciet ſic iſta, יעשה־ככה את־אלה .i. obſeruabit illa more deſcripto. 14 Et quum peregrin. &c. וכי־יגור אתכם גר Et quum habitabit apud vos aduena. Per generat. ve. לדורותיכם .i. quocunque tempore contigerit vos viuere.

15 Statutum vnum *erit* vo. חוקה אחת לכם ritus idem *erit* vobis. Rem eandem diuerſis verbis repetit. Sequenti verſu legem & iudiciũ vocat quod hîc ſtatutum. 16 Lex vna & norma v. תורה אחת ומשפט אחד Lex eadẽ & iudiciũ idem .i. mos. Repetit quod præcedẽti verſu dixerat. 18 Introducturus ſum מביא Præſ. Heb. pro fut. 19 Tum fiet, והיה ſub. à vobis id quod ſequitur. Ad verbum, Et erit. Terræ, הארץ .i. eius regionis. Offeretis oblat. תרימו תרומה Ad verbum, eleuabitis eleuationem. Vide ſuprà cap. 8. b. 11.

20 *De* primitiis conſperſionum v. ראשית עריסותכם *De* primitiis farinæ veſtræ ſubactæ. Quidam vertunt, ciborum veſtrorum. Hîc loquitur Scriptura de prima farina in paſtam ſubacta, quòd ex illa munus primitiarum Domino erat faciendũ prius quàm vllus hominũ quicquã guſtare poſſet de nouo frumento. Præpoſitionem eſſe ſubaudiẽdam in principio huius verſus, indicat ſequens vbi adſcripta eſt מראשית. Sicut oblationem, &c. כתרומת גורן .i. quemadmodum offerre ſoletis quũ triticum eſt repurgatũ in area. 23 Per manũ Moשſéh ביד־משה Hebraiſmus, per Moſem. Et vltrà והלאה & infrà. vel, in poſterum. 24 Si clam congreg. אם־מעיני העדה Ad verbũ, ſi ab oculis congregationis. Hebraiſmus. i. ſiquis non animaduertente multitudine admiſerit peccatum aliquod. Alii vertunt, Si inquam contingat vt cæco errore à congregatione aliquid fiat. Hæc interpretatio videtur vero propius accedere, quòd infrà verſu 27, legamus, Quòd ſi anima vna peccauerit. Vide Leuit. 4. a. 2. Secundum normam, כמשפט iuxta morem. Ad verbum, iuxta iudicium. vt ſuprà verſu 16.

24 Tum fiet והיה Ad verbũ, Et erit. vt paulo antè verſu 19, aut redundat.

25 Propter errorem ipſ. על־שגגתם: pro errore ſuo. i. pro peccato quod admiſerunt per ignorantiam. 26 Vniuerſi populi error eſt. לכל־העם בשגגה: .i. ad vniuerſum populum pertinet peccatũ illud per errorem admiſſum. 27 Quòd ſi anima vna. ואם־נפש אחת Chaldæus paraph. Quòd ſi homo vnus. 28 Animam quæ peccauerit, &c. על־הנפש וגו' Chaldæus paraphr. Expiationémque faciat ſacerdos pro homine illo qui ignorauerit ſiue per ignorantiam peccauerit. Expiabit inquam illam, לכפר עליו Ad verbum, ad expiandum illam.

29 Ciui inter filios IשſraאEl האזרח בבני ישראל Indigenæ ex filiis Iſrael. Lex vna erit vobis תורה אחת יהיה לכם lex eadem erit vobis. i. eædem cæremoniæ. Mutatio eſt perſonæ. Aut redundat VOBIS. Ei qui fecerit לעושה Ad verbum, facienti.

Pœna per ſuperbiam peccantis.

Et anima quæ fecerit″in manu excelſa,″tã ciuis quàm peregrin⁹, 30
Iehouã probris afficit:atque excidetur aĩa illa è medio populi ſui.

Quia verbum Iehouæ ſpreuit,& præceptũ eius irritum fecit,ex- 31
cidendo excidetur anima illa,″iniquitas eius *erit* in ipſa.

Lapidatur qui colligit ligna in ſabbatho.

Quum autem filii Iשraאél eſſent in deſerto, inuenerunt virum 32
colligentem ligna in die ſabbathi:

Et adduxerunt illum qui inuenerunt eum colligentem ligna, 33
ad Moשſéh & Aharón,& ad vniuerſam congregationem.

Quem poſuerunt in cuſtodia, quia non erat″expoſitum quid fa 34
ciendum eſſet ei.

Et dixit Iehouáh ad Moשſéh,Moriẽdo moriatur vir ille,lapidet 35
eum lapidibus vniuerſa congregatio extra caſtra.

Eduxerũt ergo eũ cõgregatio extra caſtra,& lapidauerũt eũ lapi 36
dib⁹:mortuúſque eſt queẽadmodũ præceperat Iehouáh Moשſéh.

Et dixit Iehouáh ad Moשſéh,dicendo, 37

Fimbriæ per angulos veſtimentorum.

Alloquere filios Iשſraאél,& dic eis vt faciant ſibi″fimbrias in an 38
gulis veſtimẽtorum ſuorũ″per generationes ſuas:& ponant in fim
bria anguli″filum hyacinthinum.

″Et erit vobis inſtar fimbriarum,videbitíſque eam,& recordabi- 39
mini omniũ præceptorũ Iehouæ vt faciatis ea:″& non aſpicietis
poſt cor veſtrum & oculos veſtros,poſt quos vos fornicamini.

Fornicatio.

Vt recordemini *inquam*, & faciatis omnia præcepta mea,″& ſitis 40
ſancti Deo veſtro.

Sancti.

Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra AEgypti,vt eſ- 41
ſem vobis in Deum:ego inquã Iehouáh Deus veſter. Cap. XVI.

קרח

Rebellio Core, Dathan, & Abirom.

ET″T tulit *ſeipſum ſeorſum* Córaחh fili⁹ Iצſhár filii Cehẫth filii Leui,& 1
Dathán & Abirã filii אEliáb,& אOn filius Péleth filii Reאubẽ:

″Et ſurrexerũt corã Moשſéh,& viri è filiis Iשſraאél ducenti quin 2
quaginta,principes congregationis,″maiores congregationis,″vi-
ri nominati.

Cõgregatíq; ſunt aduerſũ Moשſéh & Aharón,ac dixerũt eis,″Sat 3
ſit vobis:nã tota cõgregatio,vniuerſi ipſi ſãcti *ſunt*,& in medio eo-
rũ eſt Iehouáh:quare ergo effertis vos ſupra cõgregationẽ Iehouæ?

30 Anima verò quæ p ſuperbiã aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus:quoniã aduerſus Dominũ rebellis fuit,peribit de populo ſuo.

31 Verbum enim Domini contẽpſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. D

32 Factum eſt autem, quum eſſent filii Iſrael in ſolitudine,& inueniſſent hominẽ colligentẽ ligna ĩ die Sabbathi:

33 Obtulerunt eum Moyſi & Aarõ, & vniuerſæ multitudini.

34 Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eo facere deberent.

35 Dixitque Dominus ad Moyſen, Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra.

36 Quúmque eduxiſſent eum foras,obruerunt eum lapidibus:& mortuus eſt ſicut præceperat Dominus.

37 Dixit quoqꝫ Dominus ad Moyſen,

38 Loquere filiis Iſrael,& dices ad eos vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum,ponentes in eis vittas hyacinthinas:

Deut.22.b.12 matt.23.a.5

39 Quas quũ viderint, recordentur omnium mandatorum Domini,nec ſequantur cogitationes ſuas & oculos per res varias fornicantes:

40 Sed magis memores præceptorum Domini faciant ea,ſintqꝫ ſancti Deo ſuo.

41 Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra AEgypti, vt eſſem Deus veſter.

Cap.XVI.

1 ECce autem Core filius Iſaar filii Caath filii Leui, & Dathan atq; Abiron filii Eliab,Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben,

Infrà 27.a.3. eccli 45.c.22. iudæ d.11

2 Surrexerũt contra Moyſen, aliiqꝫ filiorum Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, & qui tẽpore concilii per nomina vocabãtur.

Infrà 26.a.9.

3 Quúmque ſtetiſſẽt aduerſum Moyſen & Aarõ, dixerũt, Sufficiat vobis: quia omnis multitudo ſanctorũ eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur eleuamini ſuper populum Domini?

30 In manu excelſa, ביד רמה per manum excelſam.hoc eſt per ſuperbiam,temeritatem,aut per impudentiã. opponuntur enim hi illis qui per ignorantiã delinquunt.q.d.qui ſcienter & contumaciter Dei præceptũ tranſgreditur, hic Dei contẽptor & blaſphemus iudicandus. Peccare igitur in manu excelſa,eſt totis conatibus peccare,& omnibus viribus adhibitis,& cũ audacia atq; arrogãtia,ac quaſi per contẽptum. Chaldæus paraph.qui fecerit aliquid capite aperto.vel,manifeſto.hoc eſt palàm,publicè,& manifeſtè.vel(vt alii ſentiunt)arrogãter & ſuperbè,cum fiducia, & fronte perfricta.Eandem loquutionẽ vide Exod.14.b.8. Tam ciuis quàm pereg. מן האזרח ומן הגר Ad verbum, à ciue & à peregrino.i. ſiue indigena fuerit,ſiue peregrinus. 31 Iniquitas eius,&c. עוונה בה: Hebraiſmus,dabit pœnas pro iniquitate ſua.

34 Expoſitum פורש declaratũ.i.decretũ à Domino qua morte deberet mori. Vide Leuit.24.c.12,vbi Moſes interrogat Dominũ quid blaſphemo fieri velit. 38 Fimbrias ציצת Singul.Heb.pro plur.De hac voce ſic ſcribũt Hebræi, ציצת eſt tanquam cincinnus capitis:ſuntq; fila retorta. Vel extremitas veſtis,hoc eſt id quod relinquitur poſt texturã in pãno,quódque pendet ab illo,vocatur ſiſith. in qua ſẽtẽtia eſt doctus inter illos.Præcepitque Scriptura ſuſpendere ſiſith in ora veſtimenti: quod ſic vocatur quòd rami formam præ ſe ferat propter multa fila commiſſa.Veruntamen fila aſſuta in ora veſtimenti quæ non ſunt texta,vocantur גדילים, quæ vox ponitur Deut.22.b.12.Quidã exiſtimãt ציצית Hebræis fuiſſe quod Matthæus cap.23.a.5,phylacteria vocat,à φυλάττω cuſtodio,quòd per ea ſignificaretur,Diuina mandata memoriæ eſſe tenẽda,& diligẽter cuſtodienda.Igitur per totã veſtimẽtioram fimbria huius hyacinthini coloris,ſiue cærulei ſe porrigebat,quæ vocatur Hebraicè ציצית.

Per generationes ſuas: לדורותם .i.ſuis temporibus.q.d.volo hoc præceptũ eſſe perpetuũ. Filum hyacinth. פתיל תכלת: vitta hyacinthina.

39 Et erit vobis inſtar fimbr. והיה לכם לציצת Ad verbum,Et erit vobis in fimbriam.Singul.pro plur.Erit,nempe vitta illa,vel filum illud. Alii,Et erit[ſub.ea res.i.fimbriæ cum vitta] vobis fimbria.hoc eſt,tales erunt fimbriæ veſtræ. Et nõ aſpicietis,&c. ולא תתורו וגו׳ vt nõ exploretis poſt,&c.Hebraiſmus,Aſpicere poſt cor ſuum & poſt oculos ſuos, pro, ſequi cogitationes cordis ſui & concupiſcentiã oculorum ſuorum. Et poſt oculos fornicari eſt deficiendo à Deo,illos ſequi.Idololatriam notat nomine fornicationis,vt & aliis locis.Chaldæus paraph.Et vt nõ erretis poſt cogitationem cordis veſtri, & poſt viſionem oculorũ veſtrorum,poſt quæ vos erratis.Errationem pro fornicatione ſiue idololatria accipit.

40 Et ſitis ſancti Deo v. והייתם קדושים לאלהיכם: Hebraiſmus,Vt piè & ſanctè colatis Deum veſtrũ.De ſe loquitur in tertia perſona. Chaldæus paraph.atque ſancti ſitis coram Deo veſtro.

IN CAPVT XVI.

1 Et tulit *ſeipſum ſeorſum* Córaחh ויקח קורח Quintã huius libri ſectionẽ ab hoc capite incipiunt Hebræi,quã קרח inſcribunt.Bifariam hic locus exponitur ab Hebræis.Primùm vt noſter interpres vertit, Tulit *ſeipſum* vt ſurgeret, & diſcederet à Moſe,hoc eſt diuiſus eſt à toto cœtu Iſrael,quia ſeditionem excitare parabat. Et hanc ſententiam habet Chaldæus paraph. qui vertit,Et diuiſus eſt Corah. ſiue,ſeipſum diuiſit. nã apud illũ eſt verbum coniugationis Hithpael quæ reciprocã habet ſignificationẽ.q.d.ſuo motu,ſua temeritate & præſumptione,& animo ſeditioſo ſeipſum ſeparauit à Moſe,& ab vniuerſo cœtu,vt ſectam conſtitueret.Altera expoſitio eſt,Accepit[ſiue,aſſumpſit]Corah ſecum aliquot homines conſortes,nempe ducentos & quinquaginta viros illos,quos pertraxit in ſuam ſententiam:vt ſolent qui à principe aliquo volunt deficere.

2 Et ſurrexerunt coram Moשſéh, ויקומו לפני משה Et ſurrexerũt in conſpectũ Moſis.i.præſẽte Moſe declarauerũt animi ſui ſententiam. Quidam vertunt,Et inſurrexerunt in[vel,contra]Moſen. Maiores congregationis, קריאי מועד nobiliſſimi congregationis.i.qui ſemper vocabantur ad cõcionem.q.d.quum erant comitia,concilium,& conuentus principum,atque eorum qui præerant vniuerſæ multitudini:quum videlicet erat aliquid conſultandum,& ſtatuendum,tunc ipſi quoque vocari ſolebant. Alii referunt מועד ad tabernaculum fœderis,hoc ſenſu, Qui vocari ſolebant ad tentorium fœderis concilii cauſa.Chaldæus paraph.qui vocabantur tempore concilii. Viri nominat. אנשי שם: Ad verbum viri nominis. 3 Sat ſit vobis: רב לכם Satis ſit vobis.q d.forte veſtra debueratis eſſe contenti:nimium vobis arrogatis.

Quod quum audiſſet Moyſes,cecidit pronus in faciem:	4	Quod quum audiſſet Mowſéh,proiecit ſe in faciem ſuam.	
Loquutúſque ad Core & ad omnẽ multitudinem, Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit,appropinquabunt ei.	5	Et loquutus eſt ad Córanh & ad omnem congregationem eius, dicendo,Mane oſtendet Iehouáh ″qui *ſint* eius, & quis ſanctus,& vt accedat ad ſe: & quem elegerit,accedere faciet ad ſe.	
Hoc igitur facite, tollat vnuſquiſque thuribula ſua , tu Core, & omne concilium tuum.	6	Hoc facite,capite vobis acerras,Córanh,& tota cõgregatio ei⁹,	
B Et hauſto cras igne ponite déſuper thymiama coram Domino: & quencunque elegerit,ipſe erit ſanctus:multum erigimini filii Leui.	7	Et ponite in illis ignem, imponite quoque in eis incenſum coram Iehoua cras:& erit,vir quẽ elegerit Iehouáh,erit ille ſanctus: ″ſatis ſit vobis filii Leui.	
Dixitque rurſum ad Core, Audite filii Leui,	8	Et dixit Mowſéh ad Córanh,Audite quæſo filii Leui,	Moyſes increpat Core.
Num parum vobis eſt quòd ſeparauit vos Deus Iſrael ab omni populo, & iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi,& ſtaretis coram frequẽtia populi,& miniſtraretis ei?	9	An parum *hoc* vobis eſt quòd ſeparauerit Deus Iwſraℵelis vos de congregatione Iwſraℵél,vt accedere faceret vos ſibi, vt miniſtraretis in miniſterio tabernaculi Iehouæ,& vt ſtaretis coram cõgregatione,″vt miniſtraretis eis:	
Idcirco ad ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam Sacerdotium vendicetis,	10	Et accedere fecit te,& omnes fratres tuos filios Leui tecum:″niſi quæratis etiam Sacerdotium?	
Et omnis globus tuus ſtet contra Dominum ? quis eſt enim Aaron vt murmuretis contra eum?	11	Idcirco tu & vniuerſa congregatio tua,eſtis qui cõueniũt cõtra Iehouã:at verò Aharón quid eſt,quòd murmuraſtis aduerſus eũ?	
Miſit ergo Moyſes vt vocaret Dathan & Abirom filios Eliab. Qui reſponderunt,Non venimus.	12	Miſit ergo Mowſéh accerſitum Dathán & Abirám filios ℵEliab. qui reſponderunt,Non aſcendemus.	
Nunquid parum eſt tibi quòd eduxiſti nos de terra quæ lacte & melle manabat,vt occideres in deſerto,niſi & dominatus fueris noſtri?	13	Nunquid parum eſt quòd aſcendere feceris nos è terra fluente lacte & melle,vt mori faceres nos in deſerto: niſi etiam dominari velis noſtri etiam dominando?	
Re vera induxiſti nos in terrã quæ fluit riuis lactis & mellis , & dediſti nobis poſſeſſiones agrorũ & vinearum ? an & oculos noſtros vis eruere? C ret:non venimus.	14	Inſuper ad terram fluentem lacte & melle nõ introduxiſti nos, neque dediſti nobis hæreditatem″agrorum & vinearum:″num oculos virorum iſtorum effodies?non aſcendemus.	
Iratúſque Moyſes valde, ait ad Dominum , Ne reſpicias ſacrificia eorũ: tu ſcis quòd nec aſellum quidem vnquã acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.	15	Iratus eſt ergo Mowſéh valde, & dixit ad Iehouã, ″Ne reſpicias ad oblationem eorum:ne aſellum quidem vnum ab eis accepi,neque afflixi quenquam ex eis.	Orat Moyſes cõtra Core & reliquos.
Dixitque ad Core , Tu & omnis cõgregatio tua ſtate ſeorſum coram Dño,& Aarõ die craſtino ſeparatim.	16	Poſtea dixit Mowſéh ad Córanh, Tu & vniuerſa cõgregatio tua eſtote coram Iehoua,tu & illi & Aharón cras.	
Tollite ſinguli thuribula veſtra, & ponite ſuper ea incenſum,offerentes Domino, ducenta quinquaginta thuribula , Aaron quoque teneat thuribulum ſuum.	17	Et capite quiſque acerram ſuam,& imponite in illis incenſum: atque applicare facite corã Iehoua quiſque acerrã ſuam , ducẽtas quinquaginta acerras:tu quoq; & Aharón quiſque acerrã ſuam.	
Quod quum feciſſent , ſtantibus Moyſe & Aaron:	18	Tulerunt igitur quiſque acerram ſuam,& poſuerunt in eis ignẽ, poſuerunt quoque in eis ſuffitum: ſteterúntque ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,& Mowſéh & Aharón.	
Et coaceruaſſent aduerſum eos omnem multitudinem ad oſtiũ tabernaculi , apparuit cunctis gloria Domini.	19	″Iam verò congregauerat aduerſus illos Córanh vniuerſam cõgregationem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ: & apparuit gloria Iehouæ vniuerſæ congregationi.	
Loquutúſque Dominus ad Moyſen & Aaron,ait,	20	Et loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh & Aharón,dicendo,	
Separamini de medio congregationis huius, vt eos repẽte diſperdã.	21	Separate vos è medio turbæ iſtius,& conſumã eos″in momẽto.	
D Qui ceciderunt proni in faciem,atque dixerunt, Fortiſſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno pec	22	″Et proiecerunt ſe ſuper facies ſuas,ac dixerunt,Deus Deus ſpirituũ vniuerſæ carnis,annon vir vnus peccauit, & contra vniuer-	Oratio Moyſi.

---

5 Qui *ſint* eius,&c. את־אשר־לו וגו׳ i.declarabit qui ad ſe pertineant,oſtendétque quem velit eſſe ſanctum,id eſt ſummũ Sacerdotem,vt illũ accedere faciat ad ſe.Seipſum declarat mox ſequentibus.Et infrà verſu 10,apertè declarat quid hoc loco nomine Sancti intelligat,quũ dicit,Niſi quæratis etiam Sacerdotium? 7 Satis ſit vobis רב־לכם Eadem eſt loquutio quæ ſuprà verſu tertio.Eadẽ enim verba Moſes regerit in ipſum Corah,quæ Corah ipſe exprobrarat ei.q.d.Vos me accuſatis quaſi ego mihi nimium tribuã, & non ſim mea ſorte contẽtus:imò vos iſtud facitis,& non eſtis cõtenti veſtra ſorte,ſed vltra miniſteriũ illud ad quod Dominus vos præ omnibus aliis elegit,atque adhibuit,etiã Sacerdotiũ, hoc eſt ſummũ Põtificatũ deſideratis & ambitis.Obſerua autem per Sacerdotiũ,hic ſummũ miniſterium,hoc eſt ſummũ Sacerdotium,ſeu Põtificatum intelligi,ſicut & Chaldæus paraph.trãſtulit,Sacerdotiũ magnũ. 9 Vt miniſtraretis eis: לשרתם: vt miniſtraretis pro eis.vel,pro ea.ſub.cõgregatione.i.vt vice multitudinis ſeruiretis in tabernaculo? 10 Niſi quæratis etiã ובקשתם Ad verbũ,& quæritis etiam.Chaldæus paraph.& nunc vos petitis etiam Sacerdotiũ magnum? 14 Agrorum & vinearum: שרה וכרם Singul.Heb.pro plur. Num oculos,&c. העיני וגו׳ .i.an exiſtimas totam iſtam multitudinem cæcam eſſe? 15 Ne reſpicias ad obl.e. אל־תפן אל־מנחתם Hebraiſmus,ne ſit tibi grata.q.d. ne exaudias eos etiamſi obtulerint munus.Chaldæus paraph.ne ſuſcipias cum voluntate oblationem eorum. Quidam vertunt,ne conuertas te ad oblationem eorum.Erat autem hæc cõuerſio,vel reſpectio,quòd igne cælitus veniente,ſacrificium abſumebatur:atque ita Deus declarabat ſuam beneuolentiam erga offerentem.Eadem loquutio legitur & Gene.4.a.4.

21 In momento. ברגע: puncto temporis.ſubitó.Ad verbum,quaſi momento.Thren.4.b.6,quæ deſtructa eſt כמו־רגע quaſi momento.

22 Et proiecerunt ſe ויפלו Et ceciderunt.more ſcilicet ſupplicum.

ſam congregationem iraſceris?

Tum loquutus eſt Iehouáh ad Moשׁſéh,dicendo, 23

Separatur populus à tabernaculis Core,

Alloquere congregationem , dicendo ,″Diſcedite , è circuitu 24
tabernaculi Córaחh Dathán & Abirám.

Itaque ſurrexit Moשׁſéh,& perrexit ad Dathán & Abirám:″& ſequuti ſunt eum ſeniores Iשׁſraאelis. 25

Et loquutus eſt ad congregationẽ,dicens,Recedite quæſo à tabernaculis virorũ impiorũ iſtorũ,″neq; attingatis quicquã ex iis quæ ad illos pertinẽt, ne fortè pereatis″in omnibus peccatis eorũ. 26

Et receſſerunt à tabernaculo Córaחh Dathán & Abirám ″è circuitu:at Dathán & Abirám egreſſi ſunt ſtantes ad oſtiũ tabernaculorum ſuorũ,& vxores eorum,& filii eorum,& paruuli eorum. 27

Miſſus Moyſes.

Tunc dicit Moשׁſéh,″In hoc ſcietis quòd Iehouáh miſerit me vt facerem omnia opera hæc,&″quòd non de corde meo: 28

Si vt moriuntur omnes homines, morientur iſti,″& viſitatione omnium hominum viſitabitur ſuper eos,non miſit me Iehouáh: 29

Sin autẽ″creationẽ creauerit Iehouáh,& aperuerit terra os ſuũ,& deglutiuerit eos atq; omnia quæ ad illos pertinẽt,& deſcenderint viuentes in infernũ:tũ cognoſcetis ꝙ irritauerũt viri iſti Iehouã. 30

Core cum cohorte perit.

Fuit igitur,quum conſummaſſet loqui omnia verba iſta , rupit ſeſe terra quæ erat ſub illis. 31

Aperuítque terra os ſuum , & deglutiuit eos & domos eorum, atque omnes homines qui erant ipſi Córaחh,& omnẽ ſubſtantiã. 32

Deſcẽderúntque ipſi & quotquot ad eos pertinebant,viuẽtes in infernũ,ac operuit eos terra:& perierunt è medio cõgregationis. 33

Omnis autem Iשׁſraאél qui erant in circuitu eorum,fugerũt ad clamorem eorum: dicebant enim,Ne fortè deglutiat nos terra. 34

Igne interficiuntur CCL.

Porrò ignis egreſſus eſt à Iehoua, & conſumpſit ducentos illos & quinquaginta viros offerentes incenſum. 35

Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשׁſéh,dicendo, 36

Dic ad אElyazár filiũ Aharón ſacerdotis,vt tollat acerras è medio incendii,& ignem diſpergat″vltra,quia ſanctificatæ ſunt: 37

Acerras *inquam* ″peccatorũ iſtorũ in animas ſuas:vt faciant ex eis ″extenſas laminas *in* opertoriũ altaris : quia″obtulerunt *in* eis corã Iehoua,& ſanctificatæ ſunt,″& erunt in ſignum filiis Iשׁſraאél. 38

Thuribula extẽduntur in laminas.

Tulit itaque אElyazár ſacerdos acerras æreas quibus obtulerãt ″combuſti,& extenderunt eas *in* operimentum altaris, 39

Memoriale filiis Iשׁſraאél vt nõ accedat quiſquam alienus qui non eſt de ſemine Aharón,vt offerat incenſum coram Iehoua , ne ſit ſicut Córaחh,& ſicut congregatio eius, quẽadmodum dixerat Iehouáh″ipſi per manum Moשׁſéh. 40

Interficiuntur 14700,ob murmurationem in Moyſen.

Et murmurauerunt vniuerſa congregatio filiorum Iשׁſraאél in craſtino contra Moשׁſéh & Aharón,dicendo,Vos interfeciſtis populum Iehouæ. 41

cante,contra omnes ira tua deſæuiet?

23 Et ait Dominus ad Moyſen,

24 Præcipe vniuerſo populo vt ſeparetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron.

25 Surrexitque Moyſes,& abiit ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael,

26 Dixit ad turbam,Recedite à tabernaculis hominum iſtorũ impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum.

27 Quúmque receſſiſſent à tẽtoriis eorum per circuitum,Dathan & Abirõ egreſſi ſtabant in introitu papilionũ ſuorum cum vxoribus,& liberis,omnique frequentia.

28 Et ait Moyſes, In hoc ſcietis quòd Dominus miſerit me vt facerem vniuerſa quæ cernitis,& nõ ex proprio ea corde protulerim:

29 Si conſueta hominum morte interierint,& viſitauerit eos plaga qua & cæteri viſitari ſolẽt:nõ miſit me Dñs: E

30 Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiẽs terra os ſuũ deglutiat eos & oĩa quæ ad illos pertinent, deſcẽderintq; viuẽtes in infernũ,ſcietis quòd blaſphemauerint Dominũ.

31 ¶Cõfeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum:

Infrà 27.a.3
deut.11.a.6
pſal.105.c.17

32 Et aperiẽs os ſuum,deuorauit illos cũ tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum.

33 Deſcẽderúntque viui in infernum operti humo , & perierunt de medio multitudinis.

34 At verò omnis Iſrael qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicẽs,Ne fortè & nos terra deglutiat.

35 Sed & ignis egreſſus à Domino,interfecit ducẽtos quinquaginta viros qui offerebant incenſum.

36 Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

37 Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti, vt tollat thuribula quæ iacẽt in incẽdio,& ignem huc illúcque diſpergat,quoniam ſanctificata ſunt: F

38 In mortibus peccatorum : producátque ea in laminas,& affigat altari: eo quòd oblatũ ſit in eis incenſũ Domino, & ſãctificata ſint,vt cernãt ea pro ſigno & monimento filii Iſrael.

39 Tulit ergo Eleazar ſacerdos thuribula ænea in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit,& produxit ea in laminas,affigens altari:

40 Vt haberent poſtea filii Iſrael quibus commonerẽtur , nequis accedat alienigena, & qui non eſt de ſemine Aaron ad offerendum incenſum Domino,ne patiatur ſicut paſſus eſt Core,& omnis congregatio eius loquẽte Domino ad Moyſen.

41 Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra Moyſen & Aaron,dicens,Vos interfeciſtis populum Domini.

24 Diſcedite העלו Ad verbum,Aſcẽdite. phraſi Hebraica dictum eſt pro recedite. Paulo pòſt verſu 26,pro eodẽ ponitur סורו Recedite.
25 Et ſequuti ſunt eum וילכו אחריו Ad verbũ,& ambulauerunt poſt eum.i.comitati ſunt illũ. 26 Neq; attingatis, &c. ואל־תגעו וגו׳ Ad verbũ,& ne tangatis in omnibus quæ ipſis. In omnibus pecc.e. בכל־חטואתם: .i.propter tot peccata eorũ,vel vnà cũ illis qui tot peccata admiſerunt. 27 E circuitu: מסביב per gyrum.i.omni ex parte. 28 In hoc בזאת .i.Hac ratione.Hoc ſigno. Quòd non de corde meo.: כי־לא מלבי: ſub.feci.i.& non animo meo me ad id impellẽte. 29 Et viſitatione om.&c.׳ ופקודת כל־האדם וגו Hebraiſmus,Si qualia euenire ſolent cæteris hominibus qui benedictione Dei viſitantur in morte ſua,euenerint eis,dicite me non eſſe miſſum à Deo.
30 Creationem creauerit בריאה יברא creaturã creauerit.Hebraiſmus, Si Deus fecerit rẽ hactenus non viſam:ſi produxerit aliquid tãquam nouum & inſolitum.Seipſum declarat mox ſequentibus:eſt enim nouũ,terram ſe aperire. 37 Vltra, הלאה ſub.altare.i.huc illuc ſpargendo proiiciat vltra altare. 38 Peccatorũ iſtorũ in an.ſ. החטאים האלה בנפשותם Chaldæus paraph.habet,peccatorũ iſtorum qui peccauerunt in animas ſuas.i.qui perdiderunt ſeipſos propter peccata ſua.Hebraiſmus,Peccare in animã ſuam,ſeipſum perdere,ſibiipſi cauſam excidii eſſe,atque ita perire propter peccata ſua. Extenſas laminas רקועי פחים Ad verbũ,extenſiones laminarum.vel,dilatationes. Obtulerunt *in* eis הקריבום Hic affixum pro ſeparato ponitur,pro הקריבו בהם. Et erunt in ſignum,&c. ׳ויהיו לאות וגו .i.vt quoties viderint filii Iſrael altare opertum laminis,recordentur eorum qui contra præceptum Domini obtulerunt illi incenſum.
39 Combuſti, השרופים .i.homines illi qui incẽſi perierant. 40 Ipſi לו: ſub.Eleazaro.Tranſpoſita particula,vt clarior eſſet ſenſus.

42 Quúmque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis: quod poſtquam ingreſſi ſunt,operuit nubes,& apparuit gloria Domini.

G 44 Dixitque Dominus ad Moyſen,

45 Recedite de medio huius multitudinis,etiam nunc delebo eos.Quúmque iacerent in terra,

46 Dixit Moyſes ad Aaron, Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum déſuper,pergens citò ad populum vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit.

Sapi.8.d.21

47 Quod quũ feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediã multitudinem, quam iam vaſtabat incendium,obtulit thymiama.

48 Et ſtans inter mortuos ac viuẽtes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.

49 Fuerunt autẽ qui percuſſi ſunt,quatuordecim millia hominũ & ſeptingenti, abſque iis qui perierant in ſeditione Core.

50 Reuerſúſque eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis, poſtquam quieuit interitus. Cap.XVII.

1 ET loquutus eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

2 Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cũctis principibus tribuũ, virgas duodecim: & vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ.

3 Nomen autem Aaron erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit.

B 4 Ponéſque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, vbi loquar ad te.

5 Quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Iſrael, quibus cõtra vos murmurant.

6 Loquutúſque eſt Moyſes ad filios Iſrael: & dederũt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fuerúntque virgæ duodecim abſque virga Aarõ.

C 7 Quas quũ poſuiſſet Moyſes corã Domino in tabernaculo teſtimonii:

8 Sequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui:& turgẽtibus gemmis, eruperant flores,qui foliis dilatatis,in amygdalas deformati ſunt.

---

42 Fuit autem,″quum congregaret ſe congregatio contra Mowſéh & Aharón,″tum verterunt faciem ad tabernaculum eccleſiæ:& ecce operuit illud″nubes illa,& conſpecta eſt gloria Iehouæ.

43 Venit quoq; Mowſéh & Aharón coram tabernaculo eccleſiæ.

44 Et loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh,dicendo,

45 Recedite è medio congregationis huius, & conſumam eos″in momento. Et proiecerunt ſe ſuper faciem ſuam.

46 Dixit ergo Mowſéh ad Aharón, Cape acerram, & pone in ea ignem de altari, ac ſuperpone incenſum:″ac perge citò ad congregationem, ″& expia eos.″egreſſus eſt enim furor à facie Iehouæ, *iam* cœpit″percuſſio.

Orat Aaron pro populo.

47 Tulit ergo Aharón quemadmodum dixerat Mowſéh,& cucurrit in medium congregationis,″& ecce inceperat percuſſio in populo,poſuítque incenſum,& expiauit populum.

48 Stetítq; inter mortuos & viuẽtes,″& prohibita eſt percuſſio illa.

49 Fuerúntq; qui mortui ſunt percuſſione illa,quatuordecim millia & ſeptingenti, præter mortuos″propter Córanh.

50 Poſtea reuerſus eſt Aharón ad Mowſéh ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,& percuſſio prohibita eſt.

Cap.XVII.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh,dicendo,

2 Alloquere filios Iwſraél, & cape ab eis ſingulas virgas″per domos patrum,à cunctis *ſcilicet* principibus eorum iuxta domos patrum ſuorum,duodecim virgas: *&* vniuſcuiuſque nomen ſcribes ſuper virgam eius.

De virga Aaronis quæ germinauit.quo confirmabatur ſacerdotium ipſius.

3 Nomen autem Aharón ſcribes ſuper virgam Leui:″quia virga vna erit capiti domus patrum ſuorum.

4 Reponéſque illas in tabernaculo eccleſiæ″coram teſtimonio, ″vbi conueniam vobiſcum.

5 Et erit,vir ille quem elegero,illius virga″florebit:& *ita* quieſcere faciam à me murmurationes filiorũ Iwſraél, quibus murmurant aduerſum vos.

6 Loquutus eſt ergo Mowſéh ad filios Iwſraél, & dederũt illi omnes principes eorum virgam,″ſinguli principes virgam per domos patrum ſuorum, duodecim *ſcilicet* virgas: virga autem Aharón erat in medio virgarum eorum.

7 Et poſuit Mowſéh virgas corã Iehoua ĩ tabernaculo″teſtimonii.

8 Et fuit, poſtridie venit Mowſéh ad tabernaculum teſtimonii, ″& ecce germinauerat virga Aharón″è domo Leui, ac produxerat germinationem,protulerátque flores,″ad maturitatémq; perduxerat amygdala.

---

42 Quum congregaret ſe congr. בהקהל העדה .i.quum oriretur ſeditio. Tum verterunt faciem ויפנו .i.fugerunt,ſiue fugere cœperunt. Nubes illa, הענן quæ ſcilicet ſignificabat præſentiam Iehouæ. 45 In momento. ברגע Vt ſuprà verſu 21. 46 Ac perge citò והולך מהרה .i.curre citò cũ illa,ſiue illam ferendo. Et expia eos: וכפר עליהם & deprecare pro illa. Egreſſus eſt enim,&c. יצא הקצף וגו׳ Hebraiſmus,Iam Dominus cœpit præ ira ſæuire in populum. Percuſſio. הנגף: Plagam quidam vertunt:alii peſtem. 47 Et ecce,&c. והנה וגו׳ .i.iam plaga inuaſerat populũ,& graſſabatur. 48 Et prohibita eſt percuſſio illa. ותעצר המגפה: & ceſſauit plaga illa. 49 Propter Córanh. על דבר קרח: Ad verbum,ſuper verbum Corah.i.ob ſeditionem Core.

IN CAPVT XVII.

2 Per domos patrũ, לבית אב Singul.pro plur.Quidã vertunt,per familias auorũ.ſiue,auitas. 3 Quia virga vna,&c. כי מטה אחד וגו׳ Hebraiſmus,quem quidam ſic cõuertunt,ſingulæ enim virgæ ſingulis principibus familiarum auitarũ erunt.id eſt,ſinguli principes ſingulas virgas dabunt. 4 Coram teſtimonio, לפני העדות .i.ante arcam in qua eſt teſtimoniũ,id eſt liber fœderis,tabulæ lapideæ continentes decalogum,qui teſtatur Dei voluntatẽ,quid à nobis velit fieri.Vide Exod 25.c.16. Vbi conueniam vob. אשר אועד לכם שמה: Quidam futurũ vertunt per præſens,vbi conuenire ſoleo vobiſcum.i.vbi ſoleo dare vobis reſponſa.Vide Exod.27.d.21. 5 Florebit: יפרח germinabit. 6 Singuli principes virgam לנשיא אחד מטה לנשיא אחד Ad verbũ,pro principe vno,virga,pro principe vno. 7 Teſtimonii. העדות: .i.arcæ in qua erat lex fœderis,vt ſuprà verſu 4. 8 Et ecce germinauerat,&c. והנה וגו׳ Hebraiſmus,inuenit gẽmas truſiſſe,& emiſiſſe flores,amygdaláque matura. E domo Leui, לבית לוי familiæ Leui. Ad maturitatémque,&c. ויגמול שקדים: Ad verbũ,& ablactauerat amygdala.i.habebat amygdala perducta ad craſſitiem, ſiue ad maturitatem, vt doctus inter Hebræos exponit. Afferunt Hebræi interpretes cauſam cur magis amygdala, quàm alium fructum protulerit,quòd is fructus facilius & celerius quàm reliqui, erumpat. Vnde & amygdalus arbor apud Hebræos,ab euigilando & feſtinando nomen habet. שקד enim illis euigilare & feſtinare ſignificat.Hinc שקד *ſaced* amygdalus arbor dicitur,quòd acceleret germen ſuum præ reliquis arboribus. Porrò non caret etiam ſuo myſterio quòd tria hic commemorantur quæ naturam, proprietatem,ordinem & progreſſionem egerminationis oſtendunt. Primùm enim protruditur germen ſiue gemma,quod Hebræi פרח *perah*

vocāt.Inde flos,qui illis ציץ ſiue נץ *nes* dicitur.Tertiò fructus maturus quē פרי appellāt. Et quia non eſt dubiū per iſtam virgā Aharonis, Chriſti regnū ac ſacerdotiū(cuius ille typus erat)adumbratū fuiſſe: Chriſtus autē verus homo fuit,cuius humanitas ſuas veras progreſſiones habuit, ab infantia ad pueritiā,à pueritia ad adoleſcentiam,ab adoleſcentia ad iuuentutem, & inde ad virilem ætatem:idcirco Prophetæ quum loquūtur de vera Chriſti humanitate,de illius regni ortu & progreſſu,libenter hoc faciunt per huiuſmodi appellationes,quòd Chriſtū nunc germē,nunc florem,nunc fructum appellant,alludētes ad ordinem naturæ:ſimúlque nobis ſub iſta imagine veram Chriſti humanitatem pulcherrimè explicant.

9 Et protulit Moשſéh omnes virgas illas à facie Iehouæ ad omnes filios Iשſraאél: qui viderunt, & acceperunt ſinguli virgā ſuā.

10 Dixit autem Iehouáh ad Moשſéh, Refer virgam Aharónʹcoram teſtimonio in cuſtodiam,in ſignū filiisʺrebellibus:& ceſſare facies murmurationes illorum apud me, vt non moriantur.

11 Et fecit Moשſéh:quemadmodū præceperat Iehouáh ei,ſic fecit.

12 Et dixerunt filii Iשſraאél ad Moשſéh,dicendo,ʺEcce mortui ſumus,periimus,omnes nos periimus.

13 Quicunqueʹacceſſerit,qui acceſſerit *inquam* ad tabernaculū Iehouæ,morietur:ʹnūquid cōſumēdi ſumus moriēdo?

Cap. XVIII.

De officiis Leuitarum.

1 ET dixit Iehouáh ad Aharón, Tu,& filii tui,& domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarii:tu quoque & filii tui tecum portabitis iniquitatem ſacerdotii veſtri.

2 Et etiam fratres tuos,tribum Leui, tribum patris tui, accedere fac ad te,ʺ& adhæreant tibi, miniſtréntque tibi : tu autē & filii tui tecum *ſtabitis*ʺcoram tabernaculo teſtimonii.

3 ʹEt cuſtodient cuſtodiam tuam,& cuſtodiam totius tabernaculi:veruntamen ad vaſa Sanctitatis & ad altare non accedēt,ne moriantur tam ipſi quàm vos.

4 ʹEt adhærebunt tibi , & cuſtodiēt cuſtodiā tabernaculi eccleſiæ ʺin omni cultu tabernaculi:ʺ& externus non accedet ad vos.

5 ʺCuſtodietis igitur cuſtodiam Sāctitatis,& cuſtodiā altaris,ʹne ſit poſthac ira aduerſus filios Iשſraאél.

6 ʺSiquidem ego tuli fratres veſtros Leuitas è medio filiorū Iשſraאél,ʺvobis donum,datos Iehouæ,vt miniſtrēt in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.

7 Tu autē & filii tui tecū cuſtodietis ſacerdotiū veſtrūʹin ōnibus quæ pertinēt ad altare & ītra velū:& miniſtrabitis:ʺminiſtrationē doni poſui ſacerdotiū veſtrū:ideo externus q accesserit,morietur.

Aaronis erant primitiæ & decimæ,à filiis Iſrael Deo oblatæ.

8 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Aharón,ʹEgo equidem dedi tibiʺcuſtodiā oblationū mearū:ōnes *quoque* ſanctificationes filiorū Iשſraאél tibi dedi ʹpropter vnctionē,& filiis tuis ī ſtatutū ꝑpetuū.

9 Hoc erit tuūʺde ſanctificatione ſanctificationū de igne:omnis

9 Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael:viderúntque,& receperūt ſinguli virgas ſuas.

10 Dixitq; Dominus ad Moyſen,‖Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii,vt ſeruetur ibi in ſignū rebellium filiorum Iſrael, vt quieſcant querelæ eorum à me,ne moriantur.

Heb.9.a.4 D

11 Fecitque Moyſes ſicut præceperat Dominus.

12 Dixerunt autem filii Iſrael ad Moyſen,Ecce cōſumpti ſumus, omnes periuimus:

13 Quicunque accedit ad tabernaculum Domini,moritur: num vſque ad internecionem cuncti delendi ſumus?

Cap.XVIII.

1 DIxitque Dominus ad Aaron,Tu,& filii tui & domus patris tui tecum portabitis iniquitatē Sanctuarii: & tu & filii tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotii veſtri.

2 Sed & fratres tuos de tribu Leuí, & ſceptrum patris tui ſume tecum, præſtóque ſint , & miniſtrent tibi: tu autem & filii tui miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonii.

3 Excubabúntque Leuitæ ad præcepta tua,& ad cuncta opera tabernaculi:ita duntaxat vt ad vaſa Sāctuarii & altare non accedant, ne & illi moriantur,& vos pereatis ſimul.

4 Sint autem tecum , & excubent in cuſtodiis tabernaculi , & in omnibus cęremoniis eius: alienigena non miſcebitur vobis.

5 Excubate in cuſtodia Sanctuarii,& in miniſterio altaris: ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael.

6 Ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrael,& tradidi donum Domino , vt ſeruiant in miniſteriis tabernaculi eius.

7 Tu autē & filii tui cuſtodite ſacerdotiū veſtrū: & omnia quæ ad cultum altaris pertinēt,& intra velum ſunt, per ſacerdotes adminiſtrabuntur. ſiquis externus acceſſerit,occidetur.

8 Loquutúſq; eſt Dn̄s ad Aarō, Ecce dedi tibi cuſtodiā primitiarū mearū: ōnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tradidi tibi & filiis tuis pro officio ſacerdotali,legitima ſempiterna.

B

9 Hæc ergo accipies de his quæ ſanctificantur , & oblata ſunt Dn̄o. Om-

10 Coram teſtimonio in cuſt. לפני העדות למשמרת ante conſpectum *arcæ* teſtimonii,vt ſeruetur. Rebellibus:& ceſſare fa. לבני־מרי ותכל Ad verbum,rebellionis:& finies.i.finem impones querimoniis illorū de te apud me. hoc eſt vt poſthac non conquerantur de te apud me.

12 Ecce mortui ſumus, הן גוענו ſanè defecimus. Significat hæc dictio obire,ſiue mori morte facili & breui, quæ non accidit longa ægritudine.Chaldæus paraph.ecce ex nobis interfecti ſunt gladio,ecce ex nobis deglutiuit terra,ecce ex nobis mortui ſunt peſte.

13 Acceſſerit,&c. הקרב וגו׳ Quidā per præſens vertunt,accedit,accedit *inquam* ad tabernaculum,moritur. Nunquid conſumendi,&c. האם תמנו לגוע: Anne conſumpti ſumus deficiendo?vel, ad moriendum? Alii,nunquid conſumendi ſumus ad internecionem?

IN CAPVT XVIII.

1 Portabitis iniq.Sanct. תשאו את־עון המקדש Hebraiſmus,dabitis pœnas ſiquid peccatum fuerit in cæremoniis Sanctuarii. Vel,vos cuſtodes eritis Sanctuarii,& neminē qui nō ſit de tribu veſtra,permittetis miniſtrare in Sanctuario: alioqui vos portabitis perpetratū malū. Similiter tu Aharō & filii tui,quos delegi mihi in ſacerdotes,obſeruabitis diligēter ne alii Leuitæ vſurpēt ſibi ſacerdotale officiū:ſed illi ſuum, & vos veſtrū exequemini:ne in peccatum corruatis,&c. 2 Et adhæreant וילוו עליך & iungantur tibi. Alludit ad nomen Leui.Gene.29.d.34. Coram tabernaculo teſtimonii. לפני אוהל העדות: ante tabernaculum *arcæ* teſtimonii.i.fungemini officio ſacerdotali.

3 Et cuſtodient,&c. ושמרו וגו׳ Hebraiſmus,ſeruabunt præcepta tua.vel,diligentiſſimè obſeruabunt & facient quod illis præceperis,& cæremonias totius tabernaculi peragent.Studium enim & diligentiam denotāt iſtiuſmodi repetitiones apud Hebræos, Cuſtodire cuſtodiam, Seruire ſeruitutem,&c. 4 Et adhærebūt tibi, ונלוו עליך vt paulo antè verſu 2. In omni cultu לכל עבודת iuxta omne miniſteriū.i.iuxta omnes cæremonias ipſius tabernaculi. Et externus,&c. וזר וגו׳ .i.qui non fuerit de tribu veſtra,non miſcebitur vobiſcum in cultu Diuino.

5 Cuſtodietis igitur,&c. ושמרתם וגו׳ Hebraiſmus,diligentiſſimè obſeruabitis cæremonias ſanctas,vel Sanctuarii & cæremonias altaris. Ne ſit poſthac ira ולא־יהיה עוד קצף Ad verbum,& non erit vltrà ira. Quidam vertunt,vt amplius nulla ſit indignatio.

6 Siquidem ego ואני הנה Ad verbū,Et ego ecce. Vobis donū,datos Ieh. לכם מתנה נתונים ליהוה .i.vt eos vobis darē oblatos Iehouæ.

7 In omnibus quæ pert.ad altare לכל־דבר המזבח Ad verbū,in omni negotio[vel,re]altaris. Miniſtrationē doni,&c. עבודת מתנה וגו׳ .i.functionem gratuitam dedi ſacerdotium veſtrum:hoc eſt,dedi vobis dignitatem ſacerdotalem,idque gratis.

8 Ego equidem ואני הנה Ad verbum,Et ego ecce. Cuſtodiā oblat.mearum: את־משמרת תרומותי Ad verbum,cuſtodiam eleuationum mearū:id eſt ea quæ à filiis Iſrael offerendo eleuantur,vt ſunt primitiæ,primogenita,& decimæ quæ ſanctificātur,ſeparantur, vt mihi offerantur,tibi ea tradidi:caue igitur ne immundus ea comedas. Propter vnctionem, למשחה .i.eo quòd vnctus es,vt fungaris ſacerdotio.vel, quia tu es ſacerdos.q.d.quæcunque offeruntur Deo,ſacerdotum ſunt. 9 De ſanctificatione ſanctificat.de igne מקודש הקדשים מן־האש .i.Iſtud habebis de oblatione ſacratiore quæ remanſerit ex igne,hoc eſt quæ igne conſumpta non fuerit.

nis oblatio, & ſacrificiũ, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in ſancta ſanctorũ, tuũ erit & filiorum tuorum.

In ſanctuario comedes illud, mares tantùm edent ex eo, quia conſecratũ eſt tibi.

Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filii Iſrael, tibi dedi & filiis tuis ac filiabus tuis iure perpetuo: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis.

Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

Vniuerſa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis.

Omne quod ex voto reddiderint filii Iſrael, tuum erit.

Quicquid primũ erũpit è vulua cunctæ carnis quam offerũt Dño, ſiue ex hominibus, ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita duntaxat vt pro hominis primogenito pretiũ accipias, C & omne animal quod immundũ eſt, redimi facias.

Cuius redẽptio erit poſt vnũ menſem, ſiclis argẽti quinque, põdere ſanctuarii. |Siclus viginti obolos habet.

Suprà 3.g.17 exo.30.b.13, leuit.27.c.25, ezech.45.d.12

Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia ſanctificata ſũt Domino: ſanguinem tantùm eorum fundes ſuper altare, & adipes adolebis in ſuauiſſimũ odorem Domino.

Carnes verò in vſum tuum cedent, ſicut pectuſculum conſecratum, & armus dexter, tua erunt.

Omnes primitias ſanctuarii quas offerunt filii Iſrael Domino, tibi dedi & filiis ac filiabus tuis iure perpetuo: pactum ſalis eſt ſempiternũ coram Domino tibi ac filiis tuis.

Dixitque Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil poſſidebis, nec habebis partem inter eos: |ego pars & hæreditas tua in medio filiorũ Iſrael.

Deut.10.b.9, & 18.a.2 ioſue 13.b.14, & d.33 ezech.44.a.3

Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionẽ, pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis:

Vt non accedãt vltrà filii Iſrael ad tabernaculum, nec committant pec-

oblatio eorum, ″ſiue ſit minnha eorum, ſiue oblatio ˙pro peccato eorum, ſiue oblatio pro delicto eorum:ʹquod reddẽt mihi, ʹſanctificatio ſanctificationum tibi erit & filiis tuis.

10 ″In ſanctitate ſanctitatũ comedes eam, omnis maſculus comedet eam, ″ſanctificatio erit tibi.

11 Hoc quoque tuum erit″*de* oblatione doni eorum: omnes oblationes filiorũ Iשſraאél tibi dedi & filiis tuis & filiabus tuis tecum ʹin ſtatutum perpetuũ: omnis mũdus in domo tua comedet eam.

12 ʹOmnem pinguedinem olei, & omnem pinguedinem vini & frumenti, primitias eorum quas dabunt Iehouæ, tibi″dedi.

13 Primitiæ omnium quæ″in terra eorum, quas afferent Iehouæ, tuæ erunt: omnis mundus in domo tua comedet eas.

14 ″Quæcunque conſecratio in Iשſraאele, tua erit.

15 Quicquid aperit vuluam in omni carne quod offerentʹIehouæ, ʹtam de hominibus quàm de animalibus, tuum erit:″ſed redimẽdo redimes primogenitum hominis: primogenitum quoque animalis immundi redimi facies.

16 ″Et redemptiones eius à filio menſis redimi facies″ſecundũ æſtimationem tuam, pecunia quinque שſeclorum ſecundũ שſeclum ſanctuarii: viginti obolorum eſt *ſecel*.

17 Veruntamen primogenitum bouis, aut primogenitum ouis, aut primogenitum capræ non redimes:″ſunt *enim* ſanctificata: ſanguinem eorũ ſparges iuxta altare, & adipem eorum adolebis: oblatio ignita eſt in odorem quietis Iehouæ.

18 Et caro eorũ erit tua: vt pectus″eleuationis, & vt armus dexter, tua erit.

19 Omnes oblationes″ſanctificationum, quas obtulerint filii Iשſraאél Iehouæ, dedi tibi & filiis tuis & filiabus tuis tecum ″in ſtatutum perpetuum:″pactum ſalis perpetuum eſt coram Iehoua tibi & ſemini tuo tecum.

Aaronis hæreditas, Deus.

20 Dixit autem Iehouáh ad Aharón, De terra eorum ″hæreditatẽ non habebis, nec portio erit tibi in medio eorum: ego portio tua, & hæreditas tua in medio filiorum Iשſraאél.

Decimæ Leuitis erant pro hæreditate.

21 Filiis autem Leui ecce dedi omnes decimas in Iשſraאele″in hæreditatẽ, ʹpro miniſterio eorum ʹquod ipſi peragũt in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.

22 ″Et non accedent poſthac filii Iשſraél ad tabernaculũ eccleſiæ,

---

Siue ſit minnha e.&c. לכל־מנחתם Ad verbũ, in omni minha eorũ, & in omni oblatione pro peccato eorũ, & in omni oblatione, &c. ל pro מן. Quod reddent mihi, אשר ישיבו לי Hoc non tantùm de quouis delicto in genere intelligendum eſſe, oſtendunt hæc verba, ſed & de ſpeciali delicto quod reſtitui debet, vt habes ſuprà cap.5.a.7. Sanctificatio ſanctific.&c. קודש קדשים וגו׳ Hebraiſmus, ad te & ad filios tuos vt ſacrũ & Deo dicatum pertinebit. 10 In ſanctitate ſanct. בקודש הקדשים Non ſignificat partem Sanctuarii ſacratiorem vbi erat arca, ad quam ſemel in anno ſummus Pontifex ingrediebatur, ſed ſecundam partem tabernaculi, quæ aliàs ſanctum dicitur. Vocatur autem ſic reſpectu tertiæ partis quæ vocabatur atrium. Sanctificatio erit tibi. קודש יהיה־לך׃ Hebraiſmus, tua erit vt Deo ſacrata.

11 De oblatione doni e. תרומת מתנם .i. iſtud capies ex eo quod dabunt tibi dono filii Iſrael. Alii vertũt, Hoc quoque tibi: eluatio[.i. oblatio] muneris eorum, de omnibus quæ ventilanda offerunt filii Iſrael, tibi tradidi ea. תרומות vocat oblationes quæ offerebantur Deo, agitando eas in omnes partes. In ſtatutum perp. לחק־עולם Ad verbum, in ſtatutum ſeculi.i. ſempiternum.q.d. iure irreuocabili.

12 Omnem pingued.&c. כל חלב וגו׳ Omnem adipem olei, & omnem adipem muſti. Per adipem intelligit quod optimũ eſt.q.d. optimum oleum & optimum muſtum, &c. vel, optimam quanque partem olei, ac optimam quanque partem muſti, &c. Chaldæus paraphr. Omne quoque bonum olei, omne bonum vini & frumenti, &c. Dedi. נתתים׃ Ad verbum, dedi ea. Redundat pronomen. 13 In terra eorum, בארצם ſub. creuerunt. 14 Quæcunque conſecratio כל חרם Quodcunque anathema.i. Quicquid ex voto conſecrauerint Iſraelitæ Domino. De anathemate vide Leuit.27.d.21. 15 Iehouæ, ליהוה .i. mihi. Antecedens pro relatiuo. Tã de hominibus quàm de an. באדם ובבהמה Ad verbũ, in homine, & in iumento. Quidã vertunt, ſiue ſit homo, ſiue animal. Sed redimendo אך פדוה Veruntamen redimẽdo. Alii, ita duntaxat vt redimendũ cures, &c. De redemptione primogenitorũ vide Exod.34 c.20. Et ſuprà 3.g.46, vſque ad finem capitis, vbi & de ſeclo ſanctuarii, & Exod.30.b.13. 16 Et redemptiones eius ופדויו ſub. primogeniti. Secundum æſtim.t. בערכך .i. pretio tibi à me inſtituto, quod tibi exolui debet. Alii exponunt, pretio quod conſtitues. Et ita debere exponi apparet ex Leuit.27.a.3, vbi legimus, Erit æſtimatio tua, ô ſacerdos, ab eo qui natus eſt viginti annos, &c. 17 Sunt ſanctificata: קודש הם Ad verbum, ſanctificatio ſunt.i. Deo conſecrata.

18 Eleuationis, התנופה .i. quod eleuando offertur Deo ex hoſtiis pacificis. 19 Sanctificationum, הקדשים .i. ſanctas & ſacras, hoc eſt quæ mihi ſanctificãtur, dantur, & offeruntur. In ſtatutum perp. לחק־עולם Vide paulo antè verſu 11. Pactum ſalis ברית מלח Metaphoricè vocat fœdus ſalitum quod Deus externo quoque ſymbolo ſanciuit, ne vnquam euaneſcat, ſed ſemper vigeat.q.d. incorruptum, firmum, ſtabile, ac perpetuum. 20 Hæreditatem non habebis, לא תנחל Ad verbum, non hæreditabis. vel, poſſidebis.

21 In hæreditatẽ, לנחלה in poſſeſſionẽ. iure hæreditario. Pro miniſterio, &c. חלף עבודתם וגו׳ .i. pro opere & cultu eorũ. Quod ipſi peragunt in miniſterio אשר עובדים את־עבודת propterea quòd ipſi peragunt miniſterium, &c. Ita erit ſubaudiendum ב ante אשר. Alii, qui ſcilicet exequuntur cultum, &c.i. miniſtrãt in tabernaculo eccleſiæ. 22 Et non accedent poſthac ולא־יקרבו עוד vt non accedant vltrà.

ʺvt portent iniquitatem ad moriendum.

23 ʺSed ipſi Leuitæ facient opus tabernaculi eccleſiæ,& ipſi portabuntʺiniquitatē ſuamʺſtatuto perpetuo per generationes veſtras: & in medio filiorum Iשſraאél non poſſidebunt hæreditatem.

24 Decimas enim filiorum Iשſraאél quas offerent Iehouæ *in* oblationem, dedi Leuitis in hæreditatem:idcirco dixi *de* illis, In medio filiorum Iשſraאél non poſſidebunt hæreditatem.

Leuitis præcipitur vt ex decimis decimas Deo offerant.

25 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moשſeh, dicendo,

26 Et ad Leuitas loqueris,& dices eis,Quum acceperitis à filiis Iשſraאél decimas quas dedi vobis ab illis in hæreditatem veſtrā,tunc offeretis ex illis oblationem Iehouæ,decimas è decimis.

27 ʺEt reputabitur vobis oblatio *illa* veſtra vt frumentum de area,& vt plenitudo de torculari.

28 Sic offeretis vos quoque oblationem Iehouæ de omnibus decimis veſtris quas acceperitis à filiis Iשſraאél,& dabitis ex illis oblationem Iehouæ Aharón ſacerdoti.

29 Ex omnibusʺdonariis veſtris offeretis omnem oblationem Iehouæ,ʺde omni adipe eius,ʺſanctificationem eius de eo.

30 Dices præterea illis,Quum obtuleritisʺpinguedinem eius ex eo, reputabitur Leuitis vt fructus areæ,& vt fructus torcularis.

31 Comedetis autēʺillud in omni loco vos & domus veſtra: quia merces eſt vobis pro miniſterio veſtro in tabernaculo eccleſiæ.

32 Et non portabitisʺob id peccatum, quum vos obtuleritis pinguedinem eius ex eo:ʺ& *ita* ſanctificationes filiorum Iשſraאél non polluetis,& non moriemini.

Cap. XIX.

חקת

Vacca rufa,ex cuius cineribus aqua aſperſionis fiebat pro peccato.

1 LOquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moשſéh & Aharón,dicendo,

2 ʺHoc eſt ſtatutum legis quod præcepit Iehouáh dicendo, Alloquere filios Iשſraאél, vt afferant ad teʺvaccam rufam perfectam,in qua non ſitʺmacula,ʺſuper quam non aſcenderit iugum.

3 Et dabitis eam אElyazár ſacerdoti,qui educet eā extra caſtra,ʺ& mactandam curabit ante ſe:

4 Capiétq; אElyazár ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,& ſparget eregione faciei tabernaculi eccleſiæ de ſanguine eius ſeptem vicibus.

5 ʺPoſtea comburendam curabit vaccam in oculis ſuis:pellem eius,&carnem eius,& ſanguinem eius vnà cum fimo eius cōburet.

6 Tunc accipiet ſacerdos lignum cedrinum,& hyſſopum,& coccum vermiculi,proiiciétqueʺin medium combuſtionis vaccæ.

7 Et lauabit veſtes ſuasʺſacerdos, lauabit quoq; carnē ſuā aqua,&

---

catum mortiferum,

23 Solis filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus,& portantibus peccata populi, legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. nihil aliud poſſidebunt:

D

24 Decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.

25 Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,

26 Præcipe Leuitis, atque denuntia, Quum acceperitis à filiis Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earū offerte Domino,id eſt decimam partē decimæ:

27 Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quàm de torcularibus:

28 Et vniuerſis quorum accipitis primitias,offerte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti.

29 Omnia quæ offeretis ex decimis,& in donaria Domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta.

30 Dicéſque ad eos,Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias:

31 Et comedetis eas in omnibus locis veſtris, tā vos quàm familiæ veſtræ: quia pretium eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonii.

32 Et non peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

Cap. XIX.

1 LOquutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron,dicens,

2 Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus.Præcipe filiis Iſrael vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugū:

3 Tradetíſq; eam Eleazaro ſacerdoti:qui eductam extra caſtra,immolabit in conſpectu omnium:

4 Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget cōtra fores tabernaculi ſeptem vicibus.

Heb.9.d.13

5 Comburétque eam cunctis videntibus,tā pelle & carnibus eius, quàm ſanguine & fimo flammæ traditis.

6 Lignū quoque cedrinū,& hyſſopū, coccúmque bis tinctū ſacerdos mittet in flammam quæ vaccam vorat.

7 Et tunc demum lotis veſtibus & corpore ſuo,ingredietur in caſtra,cō-

---

Vt portent,&c. 'לשׂאת וגו Hebraiſmus,ne peccent,& propter peccatum moriantur. 23 Sed ipſi Leuitæ facient opus ועבד הלוי הוא את־עבדת Ad verbū,Et operabitur Leuita ipſe opus. Iniquitatē ſuam עונם .i.pœnam iniquitatis ſuæ,ſiquam admiſerint in miniſterio tabernaculi.i.punientur ſi non obſeruauerint cæremonias quæ obſeruari debēt in cultu tabernaculi. Statuto perpetuo חקת עולם *hoc erit in* ſtatutum perpetuum. 27 Et reputabitur,&c. 'ונחשב וגו Hebraiſmus,tam grata erit oblatio veſtra,quàm eſt grata oblatio eorū qui offerūt aliquid ex propria area,aut ex proprio torculari,ſiue ex propriis prædiis.Quid vocet plenitudinē torcularis,Vide Exod.22.d.29.Paulo pòſt verſu 30,paulo diuerſis verbis idem dicit. 29 Donariis veſtris מתנותיכם quæ ſcilicet receperitis à filiis Iſrael. De omni adipe eius, מכל־חלבו Hebraiſmus, quē ſic conuertit Chaldæus paraphr.de omni quod optimum eſt.q.d.ex omnibus donariis quæ acceperitis à filiis Iſrael, optimam quanque illorum partem offeretis in oblationem Domino. Sanctificationem e. מקדשו .i.oblationem conſecratam.

30 Pinguedinem eius ex eo,reputabitur,&c. 'בהרימכם את־חלבו וגו Hebraiſmus,quod optimum eſt eius decimæ,ſiue oblationis ex ea decima,tunc vobis Leuitis id reputabitur,tanquam obtuliſſetis prouentus areæ,atque prouentus,ſiue fructus torcularis.q.d.tanquam ex area veſtra obtuliſſetis mihi triticum, & de torculari veſtro muſtum.Idem dixit paulo antè verſu 27. 31 Illud אותו .i.illas decimas.

32 Ob id עליו Ad verbum,ſuper illo.i.non puniemini ob id quòd deteriora obtuleritis, quum quod optimum fuerit ipſius decimæ,obtuleritis. Et ſanctificationes ואת־קדשי .i.oblationes quæ Deo ſeparantur vt offerantur.

IN CAPVT XIX.

2 Hoc eſt ſtatutum legis זאת חקת התורה Acſi dicat,Hāc legem fero de vacca rufa.Ab hoc capite incipiunt Hebræi ſeptimā huius libri ſectionem,quam à ſecunda huius verſus dictione חקת nominant. Vaccam rufam perf. פרה ארומה תמימה vitulam rubrā perfectam.i.ætatis perfectæ,& adultam. Macula, מום vitium.i.in qua nihil culpari queat. Super quam non,&c. 'אשר לא־עלה וגו Hebraiſmus,quæ iugo ſubdita non fuerit.vel,non portauerit iugum. 3 Et mactandam curabit ante ſe: ושחט אותה לפניו; Ad verbum,& mactabit eam ante eum.i.ſacerdos cui hoc negotiū fuerit commiſſum,mactabit eam ante ipſum Eleazarum. 5 Poſtea comburendā ושׂרף Et comburet ſub.ſacerdos cui commiſſum erit negotium.nam paulo pòſt dicitur,Et qui combuſſerit eam.

6 In medium combuſt.vaccæ. ;אל־תוך שׂרפת הפרה: intra rogū illius vitulæ. 7 Sacerdos, הכוהן ille ſcilicet qui præerit incendio.

B maculatuſque erit vſque ad veſperum.

Sed & ille qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum.

Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt.

Quúmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres, veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperum. habebũt hoc filii Iſrael & aduenæ qui habitãt inter eos, ſanctum iure perpetuo.

Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus:

Aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur: ſi die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo nõ poterit emundari.

C Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac cõmiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum.

Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo, Omnes qui ingrediũtur tentorium illius, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptẽ diebus.

Vas quod non habuerit operculũ, nec ligaturã deſuper, immundũ erit.

Siquis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.

Tolléntque de cineribus combuſtionis atq; peccati, & mittẽt aquas viuas ſuper eos in vas:

D In quibus quũ homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tẽtorium, & cunctam ſupellectilem, & homines huiuſcemodi contagione pollutos.

Atque hoc modo mũdus luſtrabit immũdum tertio & ſeptimo die. expiatúſque die ſeptimo, lauabit & ſe & veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum.

Siquis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ: quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.

Erit hoc præceptũ legitimum ſempiternum: ipſe quoque qui aſpergit aquas, lauabit veſtimenta ſua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vſque ad veſperum.

Quicquid tetigerit immundus, immundũ faciet, & anima quæ horum quidpiam tetigerit, immũda erit vſque ad veſperum.

poſtea ingredietur caſtra, immundúſque erit ſacerdos vſque ad veſperam.

8 Ille quoque qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua aqua, lauabit & carnem ſuã aqua, immundúſque erit vſque ad veſperã.

9 Colliget autem vir mundus cinerem illius vaccæ, & ponet *illum* extra caſtra in loco mundo, erítque congregationi filiorum Iשׁſraאél″in cuſtodiam in aquam ſeparationis: *nam* expiatio eſt.

10 Et lauabit″qui collegerit cinerem vaccæ, veſtimenta ſua, immũdúſque erit vſque ad veſperam: & erit filiis Iשׁſraאél, & peregrino qui peregrinatur in medio eorum,″in ſtatutum perpetuum.

11 Qui tetigerit cadauer″omnis animæ hominis, immundus erit ſeptem diebus.

12 Ipſe″purificabitur″eo, die tertia & die ſeptima mundus erit: quòd ſi nõ″purificatꝰ fuerit die tertia, die ſeptima nõ erit mũdus.

13 Quicunque tetigerit mortuum,″animam hominis qui mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, tabernaculum Iehouæ polluit, & excidetur anima illa ex Iשׁſraאele, quia aqua ſeparationis non fuit aſperſa ſuper eũ, immũdus erit, adhuc immunditia eius eſt in ipſo.

14 ′Hæc *quoque* eſt lex, Quũ quis mortuus fuerit in tabernaculo, quicunque ingreſſus fuerat tabernaculũ, & quicquid fuerit in tabernaculo, immundum erit ſeptem diebus.

Lex morientis in tabernaculo.

15 Omne item vas apertum″ſuper quo non fuerit operculum adiunctum, immundum eſt.

16 Quicunque præterea tetigerit in ſuperficie agri occiſum gladio,″aut mortuum, aut os hominis, aut ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.

Lex tangentis immundum.

17 ″Tolléntque pro immundo″de puluere cõbuſtionis oblationis pro peccato, & ponent ſuper eum aquam″viuam in vaſe.

18 Capiet item hyſſopum, & intinget in aquã vir mundus, & ſparget ſuper tabernaculum, & ſuper omnem ſupellectilem, & ſuper animas quæ fuerint ibi, ac ſuper eum qui tetigit os illud, vel occiſum, vel mortuum, vel ſepulchrum.

19 Aſperget inquam mundus ſuper immundum die tertia, & die ſeptima,″& mundabit eum die ſeptima: ′poſtea lauabit veſtimẽta ſua: lauabit quoque ſeſe″aqua, & mundus erit in veſpera.

20 Vir autẽ qui immundus fuerit, & nõ purificauerit ſe, excidetur anima illa è medio cõgregationis, quia Sanctuarium Iehouæ polluit: aqua″ſeparationis non eſt aſperſa ſuper eum, immundus eſt.

21 ″Et erit eis in ſtatutum perpetuum: & qui ſparſerit aquam ſeparationis, lauabit veſtimenta ſua: quíque tetigerit aquam ſeparationis, immundus erit vſque ad veſperam.

22 Et quicquid tetigerit immundus, immundum erit: ′& anima quæ tetigerit *ipſum*, immunda erit vſque ad veſperam.

9 In cuſtodiã, &c. למשמרת למי נדה חטאת .i.″diligentiſſimè ſeruabitur cinis ille à filiis Iſrael ad conficiendam aquam luſtratoriam, qua expiabuntur ii qui propter impuritatem ſeparabuntur à commercio aliorum.

10 Qui collegerit האוסף Præſ. Heb. pro præt. Sic verſu ſequenti, Qui tetigerit. In ſtatutũ perp. לחקת עולם: .i. perpetuò obſeruabitur à filiis Iſrael & ab aduenis qui fuerint inter ipſos. 11 Omnis animæ ho. לכל־נפש אדם omnis perſonæ hominis. i. cuiuſcunque hominis.

12 Purificabitur יתחטא incipiet purificari. ſiue expiari. Eo, בו ſub. cinere. vel ea aqua. Purificatus fuerit יתחטא inceperit purificari. 13 Animam hominis בנפש האדם .i. perſonam, ſiue cadauer hominis. Declarat quod dixerat mortuum.

14 Hæc *quoque* eſt lex, Quum, &c. זאת התורה אדם כי ימות Ad verbum, Hæc eſt lex, Homo quum mortuus fuerit. i. hanc quoque legem fero, Quum quis, &c. 15 Super quo non fuerit, &c. אשר אין־צמיד פתיל עליו ſuper cuius os fruſtum laneum [ſiue, fragmẽtum panni] non fuerit adiunctum. i. ſuperpoſitum. ita exponit doctus inter Hebræos. 16 Aut mortuum, אובמת .i. cadauer hominis per ſe mortui.

17 Tolléntque ולקחו ſub. ſacerdotes. De puluere cõb. מעפר שרפת de cinere incendii. i. vitulæ illius cõbuſtæ. Viuã חיים .i. fontis, vel fluminis. 19 Et mundabit eum וחטאו & purificabit eum. & expiabit eum. Poſtea lauabit וכבס ſub. is qui antea immundus fuerat. Aqua, במים Aquã luſtratoriã ſiue ſeparationis intelligit, de qua ſuprà, verſu 9. 20 Separationis נדה Vide ſuprà, verſu 9.

21 Et erit eis, &c. והיתה להם לחקת עולם .i. Hæc lex perpetuò obſeruabitur ab Iſraelitis. 22 Et anima quæ tetigerit *ipſum*, והנפש הנוגעת .i. perſona quæ tetigerit quod tactum fuerit ab impuro, antequam tamen purificetur, tenebitur lauare veſtimenta ſua.

Cap. XX.

PEruenerunt autē filii Iשraאél vniuerſa congregatio in deſertū 1 ẋSin,ʹmenſe primo, & remanſit populus in Cadeש: vbi mortua eſt Miriám,& ſepulta fuit ibi.

Moritur Maria. Populo murmuranti dantur aquæ è petra.

ʹQuúmque non eſſet aqua congregationi, conuenerunt aduerſus Moשéh & Aharón. 2

Et iurgatus eſt populus cū Moשéh, ac dixerunt ʹin hunc modū, ʹEt vtinā ″obiiſſemus quando obierunt fratres noſtri corā Iehoua. 3

ʹEt quare venire feciſtis congregationem Iehouæ in deſertum iſtud, vt moriamur hîc nos & iumenta noſtra? 4

Et quare ″aſcendere feciſtis nos ex AEgypto, vt venire faceretis nos ad locum ″malum iſtum, ʹnō locum ſemētis, ficuum, & vinearum, & malogranatorum, & *in quo* aqua nulla eſt ad bibendum? 5

ʹAbierunt ergo Moשéh & Aharón à conſpectu congregationis ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & proiecerunt ſe ſuper faciē ſuam, apparuítque gloria Iehouæ ſuper eos. 6

Et loquutus eſt Iehouáh ad Moשéh, dicendo, 7

Accipe virgam, & congrega cœtum tu & Aharón frater tuus, ″& loquimini petræ in oculis eorum, & dabit aquam ſuam, educéſque illis aquā è petra, & potū dabis cœtui ac iumentis eorum. 8

Tulit ergo Moשéh virgam à conſpectu Iehouæ, quemadmodum præceperat ei. 9

Et congregauerunt Moשéh & Aharón eccleſiam ante petram, dixítque illis, Audite nunc ô rebelles, nunquid de petra hac ″educemus vobis aquam? 10

Et eleuauit Moשéh manum ſuam, percuſſítque petram virga ſua duabus vicibus, ″tunc egreſſæ ſunt aquæ multæ, & bibit congregatio ac iumenta eorum. 11

Moyſes & Aaron non ingreſſuri terram.

Et dixit Iehouáh ad Moשéh & Aharón, Propterea quòd nō credidiſtis ″mihi, vt ſanctificaretis me in oculis filiorū Iשraאél, idcirco nō introducetis congregationē iſtam in terram quā dedi illis. 12

Aquæ contradictionis.

Iſtæ ſunt Aquæ ″iurgii pro quibus iurgati ſunt filii Iשraאél cū Iehoua, ″& ſanctificauit ſeſe in illis. 13

Edō negat trāſitum filiis Iſrael.

Miſitque Moשéh nuntios è Cadeש ad Regē אEdóm, ʹSic dicit frater tuus Iשraאél, Tu noſti ″omnem laborē qui apprehēdit nos. 14

Deſcenderunt enim patres noſtri in AEgyptum, & manſimus in AEgypto diebus multis: afflixerunt autem nos AEgyptii, & patres noſtros. 15

Et clamauimus ad Iehouam qui exaudiuit vocem noſtram, & miſſo Angelo eduxit nos ex AEgypto: & ecce *iam* ſumus in Cadéש ciuitate ″extremi termini tui. 16

ʹTranſeamus obſecro per terrā tuā: non tranſibimus ″per agros, 17

Cap. XX.

1 VEnerúntq; filii Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin, mēſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuáque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco.

2 Quúmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron.

3 Et verſi in ſeditionem, dixerunt, Vtinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino.

4 ¶Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? Exod.17.a.2

5 Quare nos feciſtis aſcēdere de AEgypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum qui ſeri nō poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata: inſuper & aquam nō habet ad bibendum?

6 Ingreſſúſque Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, & apparuit gloria Domini ſuper eos. B

7 Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens.

8 Tolle virgam, & congrega populū tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petrā corā eis, & illa dabit aquas: quúmque eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo, & iumēta eiꝰ.

9 Tulit igitur Moyſes virgam quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei,

10 Congregata multitudine ante petram: dixitque eis, Audite rebelles & increduli, ¶ num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere?

Exod.17.b.6
deut.32.g.51
pſal.77.b.15, & 104.g.41
ſapien.11.a.4
1.cor.10.a.4

11 Quúmque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet & iumenta eius.

12 Dixítque Dominus ad Moyſen & Aaron, ¶Quia non credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Deut.1.f.37 infrà 27.c.14

13 Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filii Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis.

14 Miſit interea nuntios Moyſes de Cades ad Regem Edom, qui dicerēt, Hæc mandat frater tuus Iſrael, Noſti omnem laborē qui apprehēdit nos, C

15 Quomodo deſcenderint patres noſtri in AEgyptum, & habitauerimus ibi multo tēpore: afflixerintque nos AEgyptii, & patres noſtros:

16 Et quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritque Angelum qui eduxerit nos de AEgypto: & ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti,

17 Obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuā: non ibimus per

---

IN CAPVT XX.

1 Menſe primo, בחודש הראשון anni ſcilicet quadrageſimi ab ingreſſu ex AEgypto. Vide infrà, cap.33.c.36. 2 Quúmque non eſſet aqua ולא היה מים Ad verbum, Et non erat aqua.i.laborabat penuria aquarum. 3 In hunc modum, לאמור Ad verbum, dicendo. Et vtinam ולו Latinis auribus redundat ו, quod nos lingua noſtra exprimimus, quum magno affectu optamus aliquid, *Et pleuſt à Dieu.* Obiiſſemus quando obierunt גוענו בגוע De hoc verbo dictum eſt ſuprà, cap.17.d.12. 4 Et quare venire fe. ולמה הבאתם Sed quare[Curnam]introduxiſtis. 5 Aſcendere feciſtis העליתונו .i.eduxiſtis. Malū הרע .i.infœcundum. Seipſum mox declarat. Non locū ſementis לא מקום זרע .i.qui ſementē recipere nō poteſt.q.d.in eo nihil ſeri poteſt, neque illic creſcunt ficus, neque vineæ, neque malogranata. 6 Abierunt ergo ויבוא Receperunt ergo ſeſe. 8 Et loquimini, &c. ודברתם וגו׳ & dicatis.i.dic tu nomine tuo & fratris tui, ipſis præſentibus. 10 Educemus נוציא educere poterimus.q.d.fierine poterit vt educamus, &c. 11 Tunc egreſſæ ſunt ויצאו & eruperunt. 12 Mihi, בי in me. 13 Iurgii, pro quibus iurg. מריבה אשר רבו rixæ[vel, contentionis] pro quibus rixati ſunt.vel, cōtenderunt. Et ſanctificauit, &c. ויקדש בם & ſanctificatus eſt in illis.i.apparuit glorioſus filiis Iſrael, & omnipotens ſuperauit incredulitatē eorum. Ex doctis Hebræorū alter, ad Moſen & Aharon tantùm refert, iuxta id quod dicitur Leuit.10.a.3, In his qui appropinquant mihi, ſanctificabor. Vide illic interpretationes Hebraiſmi. 14 Sic dicit כה אמר .i.hæc tibi ſignificat. Omnem laborem, &c. כל התלאה אשר מצאתנו: omnem fatigationem quam pertulimus.i.omnes labores & fatigationes quas hactenus ſuſtinuimus.
16 Extremi term.t. קצה גבולך Ad verbum, extremitatis finium tuorum.i.ſita in extremitate patriæ tuæ.
17 Tranſeamus נעברה .i.Liceat nobis tranſire. Per agros, &c. בשדה ובכרם Sing.Heb.pro plur.

agros, nec per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis: ſed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos.

Cui reſpondit Edom, Non trāſibis per me, alioquin armatus occurram tibi.

Dixerúntque filii Iſrael, Per tritam gradiemur viā: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quòd iuſtū eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter tranſeamus.

D At ille reſpondit, Nō tranſibis. ſtatimque egreſſus eſt obuius cum infinita multitudine & manu forti:

Nec voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet tranſitū per fines ſuos: quamobrem diuertit ab eo Iſrael.

Infrà 33.d.37 ¶Qúumque caſtra mouiſſent de Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edom:

Vbi loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram quam dedi filiis Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis.

Infrà 33.e.38 deut.32.g.50 ¶Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor.

Qúumque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filiū eius: & Aaron colligetur, & morietur ibi.

Fecit Moyſes vt præceperat Dominus, & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine.

Deut.10.b.6 Qúumque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium eius. illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro.

Omnis autē multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

Cap. XXI.

Infrà 33.e.43 QVod quum audiſſet Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiē, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorū viā, pugnauit cōtra illū, & victor exiſtens, duxit ex eo prædā.

At Iſrael voto ſe Domino obligās, ait, Si tradideris populū iſtum in manu mea, delebo vrbes eius.

Exaudiuitq; Dn̄s preces Iſrael, & tradidit Chananæū, quem ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius: & vocauit nomē loci illiꝰ Horma, id eſt anáthema.

aut per vineas,ʹneque bibemus aquam putei *cuiuſquam*: via regia gradiemur, neque declinabimus ad dexteram aut ad ſiniſtram, donec tranſierimusʹterminum tuum.

18 Cui reſpondit אEdóm, Non tranſibisʹper me:ʹne fortè cum gladio egrediar in occurſum tui.

19 Et dixerunt ei filii Iשſraאél,ʹPer viam aſcēdemus: quòd ſi aquas tuas biberimus ego & pecudes meæ, daboʹpretium earum:ʹtātùm nequid *ſit impedimento*, pedibus meis tranſibo.

20 Dixit autē, Non tranſibis. egreſſúſque eſt אEdóm in occurſum eius cum populo multo & manu forti.

21 Renuit igitur אEdóm permittere Iשſraאeli vt tranſiret per terminum ſuum: itaque declinauit Iשſraאél ab illo.

22 ʹEt profecti ſunt è Cadéשs, venerúntque filii Iשſraאél, tota illa congregatio, ad Hor montem.

23 Et dixit Iehouáh ad Moשſéh & Aharón in Hor mōte, in finibus terræ אEdóm, dicendo,

24 ʹCongregabitur Aharón ad populos ſuos: non enim ingredietur terram quam dedi filiis Iשſraאél, eo quòdʹrebelles fueritis ori meo in Aquis iurgii.

25 Accipe Aharón & אElyazár filium eius, & aſcendere fac eos in Hor montem. Moritur Aaron.

26 ʹEt exue Aharonem veſtibus ſuis, & induas illis אElyazár filium eius: nam Aharónʹcongregabitur, & morietur ibi.

27 Fecítque Moשſéh quemadmodum præceperat Iehouáh, & aſcenderunt in Hor montem in oculis totius congregationis.

28 Et exuit Moשſéh Aharonem veſtibus ſuis, & induit illis אElyazarum filium eius: mortuúſque eſt Aharón ibi in vertice montis: tum deſcendit Moשſéh & אElyazár de monte. Subſtituitur Eleazarus.

29 Videns autem tota congregatio quòd obiiſſet Aharón, fleuerunt eum triginta diebus tota domus Iשſraאél. Luget Aaronē populus.

Cap. XXI.

1 QVúmque audiſſet Chenayanæus rex yArád habitās in Meridie, quòd veniret Iשſraאélʹper viam exploratorum, pugnauit cum Iשſraאele,ʹ& abduxit ex eo prædam. Vincit Iſrael regem Arad.

2 Vouit ergo Iשſraאél votum Iehouæ, & dixit, Si tradendo tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eorum. Votum Iſrael.

3 Et exaudiuit Iehouáh vocē Iשſraאelis,ʹ& dedit Chenayanæū,ʹ& perdidit eos ac vrbes corū: vocauítq; nomē loci illius, חHormáh. Horma.

Neque bibemus, &c. ולא נשתה מי באר Hoc dicit, quòd magna aquarū penuria ſit in ea regione. Terminū tuum. גבולך: fines tuos. i. regionem tuam quæ terminis & finibus circunſcripta eſt. 18 Per me: בי . i. per patriā meam. Ne fortè cū gladio פן בחרב . i. alioqui armatus egrediar aduerſum te. 19 Per viā במסלה . i. via publica, ſtrata & trita. Gallicè, *une chauſſee*: Hebraicè ſic dictā à סלל exaltauit, eleuauit, quòd lapidibus aggeſtis conſurgat in altitudinem. Pretium earum: מכרם Ad verbum, venditionē earum. Tantùm nequid, &c. רק אין־דבר ברגלי אעבורה: ſi modò nihil fuerit, pedibus meis tranſibo. q.d. dabo tibi iuſtum pretium, modò nihil ſit impedimento, trāſibo pedes, nec morabor. Chaldæus paraph. tantummodo ſine vlla re mala, pedibus meis tranſibo. i. ſine vllo tuo detrimēto. Iungi poteſt iſtud, pedibus meis, præcedētibus, ſic, modò non ſit res aliqua mala pedibus meis, tranſibo. i. modò nequid impediat tranſitū. Alii eodē ſenſu, tātùm tranſibo, ſi nihil me impediat. Alii, quoniā רגל *regel* aliquando peditem exercitum ſignificat, ideo ita transferunt, quaſi dicant filii Iſrael ſe nihil aliud petere quàm vt liceat ipſis cum ſuo exercitu pedeſtri rectà tranſire. 22 Et profecti ſunt è Cadeשs ויסעו מקדש Vide Deut.10.b.6.

24 Congregabitur יאסף אהרן אל־עמיו Apponetur [Addetur. Adiungetur] Aharon cum populis ſuis. Hebraiſmus, pro morietur. q.d. tolletur de medio, & adiicietur popularibus ſuis iam vita functis. Cauſam huius phraſis talem aſſignant Hebræi, quòd is qui moritur, quaſi ad totam ſtirpem, ſuóſque maiores proficiſcitur, ad eos coadunatur, cum eis commoratur, & inter defunctos cenſetur. Quòd autem Colligi ad populum ſuum, periphraſis ſit mortis, liquet ex eo quod ſequitur verſu 26, Aharon autem colligatur, & moriatur ibi. vbi poſterius eſt prioris expoſitio. Gene.55.c.15, Abrahā dicitur ingreſſurus ad patres ſuos. De morte Aharonis vide infrà cap.33.c.38. Rebelles fueritis ori meo מריתם את־פי . i. non credideritis verbo meo. 26 Et exue, &c. והפשט את־אהרן את־בגדיו Et fac vt Aharon exuat veſtes ſuas. Congregabitur, יאסף recolligetur. ſub. ad populos ſuos, vt paulo antè verſu 24, vbi integra eſt loquutio.

IN CAPVT XXI.

1 Per viam exploratorum, דרך האתרים . i. ea via qua venerant exploratores. Alii, via exploratorum exponunt, quòd per modum exploratorum (. i. tanquam fuiſſent exploratores) ingreſſi ſint terram Amalec, qui hìc per Chananæū intelligitur, quòd habitaret in Montanis ad Meridiem. LXX tanquam eſſet proprium loci nomen, verterunt, viam Atharim. Et abduxit ab eo prædam. וישב ממנו שבי: Ad verbum, & captiuam duxit ex eo captiuitatem. Quidam, & prædatus eſt ex eo prædam. 3 Et dedit ויתן ſubaudi ex præcedenti verſu, in manu eius. Et perdidit ויחרם & deleuit. ſub. Iſrael Chananæos. euertit, ita vt nihil omnino relictum ſit. חHormáh חרמה: Significat anathema, euerſionem illatam funditus, & omnimodam deletionem. De hac voce vide Leuit.27.c.21.

Tædet populum itineris.

4 Et profecti ſunt de Hor monte per viam maris סSuph, vt circuirent terram אEdóm: "& anguſtiis affecta eſt anima populi in via.

Loquitur cõtra Deum.

5 Loquutúſque eſt populus contra Deum & Moשſéh, Vtquid aſcendere feciſtis nos ex AEgypto, vt moreremur in deſerto? 'non eſt enim panis, neque eſt aqua, & anima noſtra 'anguſtiis affecta eſt, propter panem leuiſſimum.

Serpẽtibus ignitis percuſſi moriuntur.

6 Miſit igitur Iehouáh in populum ſerpẽtes 'ignitos, qui momorderunt populum: "ita vt moreretur populus multus ex Iשſraאele.

7 Tunc venit populus ad Moשſéh, & dixerunt, Peccauimus: quia loquuti ſumus contra Iehouam & contra te: ora Iehouam vt auferat à nobis ſerpentes iſtos. Et orauit Moשſéh pro populo.

8 Et dixit Iehouáh ad Moשſéh, Fac tibi ignitum ſerpentem, & pone eum "ſuper vexillum: & erit, quicunque morſus fuerit, & aſpexerit illum, tunc viuet.

Figura Chriſti Ieſu.

9 Fecit ergo Moשſéh ſerpentem æneum, quem poſuit "ſupra vexillum: & fuit, quando momorderat ſerpens quẽquam, aſpiciebat ad ſerpentem æneum, '& viuebat.

10 Et profecti ſunt filii Iשſraאél, caſtrametatíq; ſunt in אוObóth.

11 Profecti verò ex אוObóth, caſtrametati ſunt in עIie-עAbarim, in deſerto quod erat in conſpectu *regionis* Moáb ab Ortu ſolis.

12 Inde profecti, caſtrametati ſunt 'in valle Zéred.

Caſtrametantur in Arnon.

13 Inde item profecti, caſtrametati ſunt citra Arnón, quæ *erat* in deſerto, 'egrediẽtem à termino אEmoræi. Arnón enim eſt terminus Moáb, inter Moáb & אEmoræum.

14 Idcirco dicitur 'in libro bellorum Iehouæ, ipſam Vaheb "in turbine, & torrentes *qui adiacent* ipſi Arnón.

15 'Et decurſum torrentium qui pergit vt quieſcat *in* עAr, innititúrque termino Moáb.

16 Et illinc *profecti ſunt* "in Beאér: is eſt puteus de quo dixerat Iehouáh ad Moשſéh, Congrega populum, & dabo illis aquam.

17 Tunc cecinit Iשſraאél carmen hoc, 'Aſcende Beאér, canite ei:

18 Putee quem 'foderunt principes, foderunt eum principes populi "cum legiſlatore baculis ſuis. Et è deſerto in Mathanáh.

4 Profecti ſunt autẽ & de mõte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrum, vt circumirent terram Edom: & tæderecœpit populũ itineris ac laboris. B

5 Loquutúſque contra Deũ & Moyſen, ait, Cur eduxiſti nos de AEgypto, vt moreremur in ſolitudine? deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.

6 Quamobrem [miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, Sap.16.a.5. cor.10.b.9

7 Venerunt ad Moyſen, atque dixerũt, Peccauimus, quia loquuti ſumus contra Dominum & te: ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo.

C

8 Et loquutus eſt Dominus ad eum, Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eũ, viuet.

9 [Fecit ergo Moyſes ſerpentẽ æneũ, & poſuit eum pro ſigno: quem, quum percuſſi aſpicerent, ſanabantur. 4.Reg.18.a.4 Iohan.3.b.14.

10 [Profectique filii Iſrael, caſtrametati ſunt in Oboth. Infrà 33.e.49

11 Vnde egreſſi, fixere tentoria in Ieabarim, in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra Orientalem plagam.

12 Et inde mouẽtes, venerunt ad torrentem Zared.

13 [Quem relinquentes, caſtrametati ſunt cõtra Arnon, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus Amorrhæi. [ſiquidẽ Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. Iudic.11.c.13

14 Vnde dicitur in libro bellorũ Domini, Sicut fecit in Mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. D

15 [Scopuli torrentium inclinati ſunt vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.

16 Et ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo loquutus eſt Dominus ad Moyſen, Congrega populum, & dabo ei aquam.

17 Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud, Aſcendat puteus. Concinebant,

18 Puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis ſuis. De ſolitudine, Mathana:

4 Et anguſtiis affecta eſt, &c. ותקצר נפש העם בדרך: Ad verbũ, & abbreuiata eſt anima populi. hoc eſt, impatiẽs factus eſt animus populi, à lõganimitate receſſit. q.d. longo itinere feſſus, cœpit deſtitui animo. ſiue, remiſſus fuit illi animus. 5 Non eſt enim panis, &c. כי אין לחם וגו'. .i. in quo deſerto eſt maxima penuria panis & aquæ. Anguſtiis affecta eſt, &c. קצה בלחם הקלקל: abhorret ab eſca leui. vel, affligitur [aut, affligit ſeſe] percepto iſto leuiſſimo cibo. Leuiſſimum cibũ vocat Man, quòd leuiſſimæ concoctionis eſſet, famem non eximeret, ſatietatem non afferret, ſed inanem animam relinqueret, vt ipſi detrahebant & calumniabantur. L X X hunc ſenſum expreſſiſſe videntur, qui verterunt, Anima noſtra offenſa eſt [aut, ſtomachata] ob inanem panem iſtum. 6 Ignitos, השרפים Sic vocat ab effectu, quòd morſu inducerent calorem quendam intentiſſimum in carnem affectam veneno eorum. Ita vt moreretur וימת Ad verbum, & mortuus eſt.

8 Super vexillum: על־נס .i. in extremitate haſtæ vexillaris. Vox iſta propriè ſignificat vexillũ. hic autem pro haſta vexillari accipienda eſt. Alii volunt על pro אל poſitum, vertentes, in ſignum. i. vt ſit vice ſigni. 9 Supra vexillum: על־הנס vt præcedenti verſu. Et viuebat. וחי: .i. conualeſcebat. vel, curabatur. 12 In valle Zéred. בנחל זרד: Vide hanc profectionem Deut.2.b.13.

13 Egredientem à termino היצא מגבול prominentẽ in fines Amorrhæorum. i. protendentẽ vſque ad terminos Amorrhæorum. Confer iſta cum ſexto verſu capitis primi Deuteronomii. 14 In libro bellorum בספר מלחמות Hunc librum, quidam Hebræorum eſſe putant librum Iudicum, in quo multa deſcribuntur prælia quæ geſſerunt filii Iſrael cum Amalec: aut alium librum qui recitat mirabilia Dei quæ geſta ſunt in Mari rubro, & iuxta torrentem Arnon. Alii planè nullum librum in quo bella quædã peculiaria conſcripta ſint, intelligi exiſtimãt: ſed quia ספר non ſemper librum, ſed & enarrationem & commemorationẽ alicuius rei ſignificat, propterea hunc locum ſic legunt, Ideo dicetur, (eſt enim יאמר futurum) in commemoratione bellorum. hoc eſt, quum bella Dei commemorabuntur, recenſebuntur à poſteris, quæ bella pro Iſraele in Mari rubro geſſerit, & quæ ad hos torrentes. q.d. Hi duo loci, tanquam memorabiles, ab omni poſteritate repetentur, in quibus Deus pro Iſraele dimicauit, vbi prodigia cæleſtia oſtenſa ſunt. Quoniam autem textus Hebraicus eſt admodum breuis, ideo nonnihil obſcurus eſt: hinc interpretum & commentatorum variæ interpretationes & expoſitiones. Quidam (inter quos & noſter interpres) accipiunt והב pro nomine proprio vrbis: quibus accedit & doctus inter Hebræos, qui ſcribit ſe in emendatioribus codicibus hanc dictionẽ ita legiſſe אתוהב coniũcto articulo: & ſubaudiunt, deleuit & expugnauit Deus. Alii והב pro יהב poſitum eſſe dicunt, quod Dedit ſignificat. ſæpe enim mutatur י in ו, & cõtrà: & ſic explicant, Vt iuxta Mare rubrum Deus multa ſigna dedit, ſic iuxta torrentem Arnon mirabilis in operibus fuit. Ita exponit magni nominis apud Hebræos vir. qui etiam ſcribit, hoc prælium factum fuiſſe anno quadrageſimo poſt egreſſum ex AEgypto. In turbine, בסופה magno cum impetu. Quidam vertunt, in *mari* Suph. ſic etiam Chaldæus paraph. qui vertit, quæ fecit Dominus ad Mare rubrum, & magnalia in torrente Arnon. 15 Et decurſum, &c. ואשד וגו'. .i. expugnauit regionem per quam defluunt amnes ab Arnon vſque ad Ar, defluúntque in regionem Moabitidem. 16 In Beאér: is eſt puteus בארה הוא הבאר Ab euentu ſic denominatus eſt locus. Declarat mox quis ille fuerit puteus, In eo, inquit, loco erat puteus de quo, &c. 17 Aſcende עלי Quia incidit locus putei Beer, recitat ſcriptura Dei beneficium populo ſuo exhibitum. Aſcende, inquit, id eſt Exaltare. Iſtud eſt principium carminis, quod tamen non planè abſoluitur. Inuerſus eſt autem ordo, pro Canite ei, Aſcende Beer, vel putee, &c.

18 Cũ legiſlatore bac.ſ. במחקק במשענתם Moſen intelligũt: q.d. quẽ puteũ, adhortãte Moſe, principes foderũt baculis ſuis. Alii, ſingularẽ

numerum poni pro plurali dicunt,vt Moſen & Aharonē ſignificet,quibus conſentit Chaldæus paraph.qui vertit, effoderunt capita populi,ſcribæ ſcilicet cum baculis ſuis. Quòd ſi roges quomodo principes populi hunc fontem baculis ſuis effoderint, reſpondent Hebræi, aquas ex petra promanantes,caſtra quocunque proficiſcerentur,ſubſequutas fuiſſe per canales ſiue ductus, quos principes baculis quos in terra poſt ſe trahebāt, fecerint, ita vt ductus iſtos baculorum principum, aquæ ſequutæ fuerint vbicunque eas habere vellēt. Ad quod reſpexiſſe videtur Chaldæus paraph.qui legit,Ex quo datus eſt eis fons ille,deſcēdit cū eis in còualles,& ex conuallibus aſcendit cū eis in colles:& ex collibus in vallem quæ erat in agris,ſiue in regione Moab,vſque ad ſummitatē collis quæ reſpicit verſus Bethieſimon.Eadē ferè habet & Paraph.Ieroſolymitanus.

19 DeMathana in Nahaliel:de Nahaliel in Bamoth:

20 De Bamoth, vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga, quod reſpicit contra deſertum.

Deut.2.e.26 iudic.11.d.19

21 ‖Miſit autem Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum,dicens,

E

22 Obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam,non declinabimus in agros & vineas, nō bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos.

23 Qui cōcedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potius exercitu congregato,egreſſus eſt obuiam in deſertum,&venit in Iaſa,pugnauitque contra eum.

Ioſue 24.b.8 Amos 2.c.9 pſal.134.c.11

24 ‖A quo percuſſus eſt in ore gladii, & poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon vſque Ieboz, & filios Ammon: quia forti præſidio tenebātur termini Ammonitarum.

F

25 Tulit ergo Iſrael omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi,in Heſebon ſcilicet & viculis eius.

26 Vrbs Heſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra Regē Moab: & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat,vſque Arnon.

27 Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Heſebon, ædificetur & conſtruatur ciuitas Sehon.

28 Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flāma de oppido Sehō, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon.

Iudic.11.c.17 3.reg.11.b.7

29 ‖Væ tibi Moab,periſti popule Chamos: dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon.

30 Iugum ipſorum diſperiit ab Heſebon vſque Dibon, laſſi peruenerunt in Nophe,& vſque Medaba.

G

31 Habitauit itaque Iſrael in terra Amorrhæi.

32 Miſitque Moyſes qui explorarent Iazer:cuius ceperunt viculos, & poſſederunt habitatores.

Deut.3.a.1, & 29.a.3

33 ‖Verterúntque ſe,& aſcenderūt per viā Baſan, & occurrit eis Og rex Baſan cum omni populo ſuo,pugnaturus in Edrai.

Pſal.134.c.11

34 Dixitq; Dominus ad Moyſen, Ne timeas eū, quia in manu tua tradidi illum, & omnē populum ac terram eius: ‖faciéſque illi ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon.

19 Et è Mathanáh *in* Naחhaliאél: & de Naחhaliאél *in* Bamóth:

20 Et de Bamóth *in* Hagaie quæ eſt″in agro Moáb *in* vertice′collis, & reſpicit contra faciem ſolitudinis″Ieשſimon.

21 Miſitque Iשſraאél legatos ad סSiחhón regem אEmoræi,dicēdo,

Vincitur Sehon.

22 ″Tranſeam per terram tuā, non declinabimus per agros, neque per vineam: nō bibemus aquas putei,via regia pergemus,donec tranſierimus terminum tuum.

23 Et non permiſit סSiחhón Iשſraאeli tranſire per terminū ſuum: imò cōgregauit סSiחhón vniuerſum populum ſuum, egreſſúſque eſt in occurſum Iשſraאeli in deſerto, & venit in Iáhaצs,ac pugnauit cum Iשſraאele.

24 ‵Et percuſſit eum Iשſraאél in ore gladii,& hæreditate accepit terram eius ab Arnón vſque ad Iabbóc,*id eſt* vſq; ad filios עAmmón: nam fortis erat terminus filiorum עAmmón.

Amorrhæorum vrbes poſſidet Iſrael.

25 Et accepit Iשſraאél omnes ciuitates iſtas,habitauítq; Iשſraאél in omnib⁹ vrbibus אEmoræi in חHeשſbón,atq; in omnibus villis ei⁹.

Heſebon. Moabitæ victi ab Amorrhæis.

26 חHeשſbón enim ciuitas סSiחhón regis אEmoræi erat:ipſe autem pugnauerat contra regem Moáb′primùm, & acceperat omnem terram eius è manu eius vſque ad Arnón.

27 Idcirco dicunt″parabolicè loquētes,Venite in חHeשſbón,ædificetur,& inſtauretur ciuitas *ipſi* סSiחhón.

28 Quia′ignis egreſſus eſt de חHeשſbón,& flamma è ciuitate סSiחhón,*quæ* conſumpſit עAr Moáb *&*″dominos excelſorum Arnón.

Chamos idolum Moabitarum.

29 ′Væ tibi Moáb,periſti′popule Chemóשs:″dedit filios ſuos euaſores,& filias ſuas in captiuitatem regis אEmoræi סSiחhón.

30 ″Et lucerna eorū periit *ab* חHeשſbón vſque ad Dibón, ″& deleuimus vſque ad Nopháחh,quæ *pertingit uſque ad* Medebá.

31 Habitauit igitur Iשſraאél in terra אEmoræi.

32 Miſitque Moשſéh ad explorandum Iaעazér, & ceperunt villas eius:″& expulit אEmoræum qui erat ibi.

Percutitur Og.

33 ″Conuerſi autem aſcenderunt per viam Baשſán:& egreſſus eſt Og rex Baשſán in occurſum eorū,ipſe & vniuerſus populus eius, ad bellum in אEdréעi.

34 Tum dixit Iehouáh ad Moשſéh,Ne timeas eum: quia in manu tua dedi eum & vniuerſum populum eius, ac terram eius: faciéſque ei quemadmodum feciſti סSiחhón regi אEmoræi qui habitabat in חHeשſbón.

20 In agro בשדה id eſt in regione. Collis, הפסגה Quidam retinent verbum Hebræum Phaſga,dicentes verticem montis Abarim ſic dici qua parte reſpicit Iericho:qua autem parte reſpicit Moabitidem regionem,dici Gai,de quo Deut.34.b.6. Ieשſimon. הישימן: Alii tanquam appellatiuum vertunt,deſerti. 22 Tranſeam אעברה Ad verbum,Tranſibo.i.liceat mihi tranſire. Vide eadem ſuprà capite præcedenti,c.17.Iſtam hiſtoriam repetit Moſes in Deut.2.e.26. 26 Primùm, הראשון q.d.expugnauerat Regem Moabitarum, eum qui primus rex Moabitarum fuerat. Alii vertunt priorem.i.qui regnauerat ante Balac.

27 Parabolicè loquentes, המושלים id eſt qui parabolas & ænigmata inuulgant populo. Aut,hiſtorici ſcriptores. Ad verbū,parabolizantes, Vide Ezech.17.a.1.2. 28 Ignis אש Ex doctis Hebræorum alter ſeditionē interpretatur,quæ ſcilicet cauſa fuit vt Heſebon caperetur. Alii verò,copias. Chaldæus paraph.vertit,vētus vrens fortis ſicut ignis egreſſus eſt de Heſebon,& facientes bellū,ſicut flamma de ciuitate Sihón.

Dominos excelſorū בעלי במות habitatores excelſorum. Chaldæus paraph.ſacerdotes qui miniſtrabant in domo deorū altarium Arnon.

29 Væ tibi אוי לך q.d.Propterea infœlix es ô Moab. Popule Chemóש: עם כמוש .i.qui colis Chamos deum Moabitarū.1.Reg.11.b.7. Declarat quàm inualidæ fuerint vires huius idoli. Dedit filios ſuos,&c. נתן בניו פליטם וגו׳ .i.Chamos non potuit præſtare neque prohibere quin cultores ſui verterentur in fugā,ac fuga ſibi conſulerent:neque prohibere potuit quin ii qui adorabant eum, abducerentur in captiuitatem:dedit nanque eos captiuos Regi Amorrhæorū,nempe ipſi Sihon. 30 Et lucerna e. ונירם regnum.à נור. Doctus inter Hebræos dicit eſſe verbū à ירה, pro ונירה אותם Et iaculati ſumus in eos, & pugnauimus cum eis,donec periit,&c. Alii,Et ſagittis cōfecimus eos, periit Heſbon,&c.q.d.vicimus. Eſt autē initium carminis quod ſolet ſcribi à victoribus parta victoria,Superauimus eos, periit Heſbon vſque ad Dibon, & ad nihilum redegimus omnia vſque ad Nopha quæ protenditur vſque ad Medeba. Et deleuimus ונשים & deſtruximus.

32 Et expulit ויורש ſub.Moſes,vel Iſrael. 33 Conuerſi autem ויפנו Ad verbum,Et verterunt ſeſe.

Et percuſſerũt illum & filios eius, vniuerſúmque populum eius, adeò vt non remanſerit ei ſuperſtes, & poſſederunt terram eius. 35

Cap. XXII.

Rex Balac mittit ad Balaam vt maledicat populo.

בלק

1 ET profecti ſunt filii Iשſraאél, caſtrametatíque ſunt in campeſtribus Moab citra′Iardén Ierenhó.

2 Quúmque vidiſſet′Balác filius צSippór quæcũque fecerat Iשſraאél ipſi אEmoræo:

3 Timuit Moáb″propter populum valde, quòd multus eſſet: & anguſtia affectus eſt Moáb propter filios Iשſraאél.

4 Dixit igitur Moáb ad ſeniores Midián, Nunc′ablambẽt cõgregatio hæc omnes circuitus noſtros, quẽadmodũ lambit bos gramé agri. Porrò Balác filius צSippór erat Rex Moáb tempore illo.

5 Miſit igitur legatos ad Bilyám filium Beɥyór″ in Pethór quæ *erat* iuxta Flumen *in* terra″filiorum populi ſui, vt vocaret eum, dicẽdo, En populus egreſſus eſt ex AEgypto, ecce operuit ſuperficiem terræ, & habitat″contra me.

6 Nunc ergo veni obſecro, maledic′mihi populo huic, quia fortior eſt me: *&* fortè potero, *&* percutiã eum, expellámque″è terra: noui enim *quòd* cui benedixeris, benedictus erit: & cui maledixeris, maledictus erit.

7 Perrexerunt igitur ſeniores Moáb & ſeniores Midián, ′& diuinationum *pretium* erat in manu eorum: & peruenerunt ad Bilyám, loquutíque ſunt illi verba Balác.

8 Ille verò dixit eis, Pernoctate hîc nocte iſta,″& reddam vobis reſponſum, quemadmodum loquetur Iehouáh ad me. Manſerúntque principes Moáb cum Bilyám.

9 Et venit′Deꝰ ad Bilyã, ac dixit, Qui ſunt viri iſti *qui ſunt* apud te?

10 Reſpondit Bilyám Deo, Balác filius צSippór rex Moáb miſit ad me,

Balaã prohibet Deus maledicere Iſraelitis.

11 En populus iſte qui egreſſus eſt ex AEgypto, operuit ſuperficiẽ terræ: nunc ergo veni, maledic″mihi illi:″fortè potero pugnare cũ eo, & expellere eum.

12 Et dixit Deus ad Bilyám, Ne eas cum illis, neque maledicas populo: quia benedictus eſt.

13 Surrexit itaque Bilyám mane, & dixit ad principes Balác, Reuertimini ad terram veſtram: quia renuit Iehouáh concedere mihi vt eam vobiſcum.

35 Percuſſerunt igitur & hunc cum filiis ſuis, vniuerſúmque populũ eius, vſque ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

Cap. XXII.

1 PRofectique caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab, vbi trãs Iordanem Ierícho ſita eſt.

2 Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Iſrael Amorrhæo:

3 Et quòd pertimuiſſent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non poſſent:

4 Dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus commorantur, quo modo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere. Ipſe autem erat eo tempore Rex in Moab.

Ioſue 24.b.9

5 Miſi ergo nuntios ad Balaam filiũ Beor ariolum, qui habitabat ſuper flumẽ terrę filiorũ Ammon, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egreſſus eſt populus ex AEgypto, qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra me.

B

6 Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me eſt: ſiquo modo poſſim percutere & eiicere eum de terra. noui enim quòd benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus in quẽ maledicta congeſſeris.

7 Perrexerúntque ſeniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus. Quũque veniſſent ad Balaã, & narraſſent ei omnia verba Balac,

8 Ille reſpõdit, Manete hic nocte, & reſpõdebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud Balaam,

9 Venit Deus, & ait ad eum, Quid ſibi volunt homines iſti apud te?

10 Reſpõdit, Balac filius Sephor rex Moabitarum miſit ad me,

C

11 Dicens, Ecce populus qui egreſſus eſt de AEgypto, operuit ſuperficiem terræ: veni, & maledic ei, ſiquo modo poſſim pugnans abiicere eum.

12 Dixitque Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo: quia benedictus eſt,

13 Qui mane cõſurgens, dixit ad principes, Ite in terrã veſtram, quia prohibuit me Dominus venire vobiſcũ.

IN CAPVT XXII.

1 Iardén Ierenhó. לירדן ירחו: .i. qui labitur circa Iericho. vel, non procul à Iericho fluit. 2 Balac בלק Sextam huius libri ſectionẽ incipiunt Hebræi ab hoc verſu, inſcribentes eam ab hac ſecunda huius verſus dictione, בלק. 3 Propter pop. מפני העם Ad verbum, à facie populi. Sic mox. 4 Ablambent ילחכו הקהל .i. lambendo abradent, ſiue quaſi lambendo abſument vniuerſas regiones nobis finitimas.

5 In Pethór quæ *erat* iuxta Flumen פתורה אשר על־הנהר Chaldæus paraphraſtes expreſſit vbinam eſſet Pethor, & quo nomine vocaretur fluuius, dicens, In Pethor Syriæ, quæ eſt ad Euphratem. Nomen fuiſſe loci, magni nominis apud Hebræos vir ſcribit, atque etiam LXX interpretes, qui verterũt, Miſit legatos ad Balac filiũ Beor, Phatura. Quidam verterũt tanquã appellatiuũ, filium Beor hariolũ: quòd פתר Hebræis ſignificet exponere, interpretari, & ænigmata ſoluere. Is autẽ Balaam eo tempore habitus eſt tanquã ſomniorum interpres, & ænigmatũ explicator, ad quẽ Reges vndique dabant literas, & illum in omnibus obſcuriſſimis rebus interrogabant. Filiorũ populi ſui, בני־עמו .i. popularium ſuorũ: hoc eſt in propria patria ipſius Balaam. Quidã repetentes præcedens verbũ. vertunt, *in* terra filiorũ populi ſui. Cõtra me. ממולי: e regione mei. q.d. non procul à me, mihi imminet. 6 Mihi לי .i. in gratiã meã. Fortè potero, אולי אוכל ſub. præualere ei, ſi maledixeris ei. E terra: מן־הארץ .i. è regione mea in qua nunc eſt. 7 Et diuinationũ, &c. וקסמים בידם Doctus inter Hebræos ſic locum iſtum exponit, Et diuinationes in manibus eorum: ſenſus eſt, Et pretium diuinationũ: vel ſpecies, ſiue genera diuinationũ: aut ea quibus opus habebat ad diuinationes. Ex doctioribus Hebræorum alter ſimpliciter accipit pro diuinatoribus quos ſecũ habebãt, ne ipſos fallere poſſet, ſi fortè vel tempus, vel diem, vel horã, aut aliquid tale prætendere vellet, quaſi modò non eſſet opportunũ vti diuinationibus, vt contrarium illi oſtenderent per ſuos diuinatores quos ſecum adduxerant, atque ita caſſa facerent eius verba. Alius quidam ſic in hunc locum ſcribit, Quo incantationis genere vſus ſit Balaam, perſpectum eſt, inſomniis ſcilicet, quum noctu accubaret, vt ex iſto loco clarum fit. De alio verò diuinationis genere nihil ſcribitur. Deinde quæ veriſimilitudo eſt vt illi homines afferrent ſecum incantationes? nónne apud magum potius eſſe debuerant, non apud illos? quid opus habere poterat eorum incantationibus ille, id eſt his rebus quibus incantabant? Non eſt igitur credibile aliquid eiuſmodi allatum eſſe ab illis: ſed per incantationes hoc loco intelligimus aut pretium ipſum, aut id quod erat incantandum, id eſt rationem atque ordinem quo vti deberet ad populum maledicendum. 8 Et reddam vobis reſp. והשבתי אתכם דבר Ad verbum, & referam vobis ſermonem. Hic nomen Iehouæ interponit, vt imponat legatis ipſis.

9 Deus אלהים .i. Angelus. 11 Mihi לי .i. in gratiam meam. vt ſuprà verſu 6.

14 Reuerſi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiſcū.

15 Rurſum ille multo plures & nobiliores quàm antè miſerat, miſit.

16 Qui quum veniſſent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cunctéris venire ad me:

17 Paratus ſum honorare te, & quicquid volueris, dabo tibi: veni, & maledic populo iſti.

D

Infrà 24.c.13

18 Reſpondit Balaam, |Si dederit mihi Balac plenam domū ſuam argenti & auri, non potero immutare verbū Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar.

19 Obſecro vt hic maneatis etiā hac nocte, & ſcire queā quid mihi rurſum reſpondeat Dominus,

20 Venit ergo Deus ad Balaā nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines iſti, ſurge, & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero, facias.

21 Surrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis.

22 Et iratus eſt Deus: ſtetitque Angelus Domini in via contra Balaā, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum.

2.Pet.2.c.16
iudæ b.11

23 |Cernens aſina Angelum Domini ſtantem in via euaginato gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum: quam quum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere,

E

24 Stetit Angelus in anguſtiis duarū maceriarum, quibus vineę cingebātur.

25 Quem videns aſina, iunxit ſe parieti, & attriuit ſedentis pedem: at ille iterum verberabat eam:

26 Et nihilominus Angelus ad locum anguſtum tranſiens, vbi nec ad dexteram nec ad ſiniſtram poterat deuiari, obuius ſtetit.

27 Quúmque vidiſſet aſina ſtantē Angelum, cóncidit ſub pedibus ſedētis. qui iratus, vehementius cædebat fuſte latera eius.

28 Aperuitque Dominus os aſinæ, & loquuta eſt, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertió?

F

29 Reſpondit Balaam, Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gladium vt te percuterem.

30 Dixit Aſina, Nónne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque in præſentē diem? dic quid ſimile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam.

31 Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram.

14 Et ſurrexerunt principes Moáb, & peruenerunt ad Balác, ac dixerunt, Renuit Bilyám venire nobiſcum.

15 ʹRurſus ergo miſit Balác principes plures, & nobiliores iſtis.

16 Qui venientes ad Bilyám, dixerunt ei, Sic dixit Balác filius ẓSippór, ʹNoli quæſo prohibere teipſum ne venias ad me:

17 Nam ʹhonorando honorabo te valde: & quicquid dixeris mihi, faciam: veni igitur obſecro, & maledic mihi populo huic.

18 Reſpondens autem Bilyám, dixit ſeruis Balác, Etiamſi daturus ſit mihi Balác plenam domum ſuam argento & auro, non poſſim tranſgredi ſermonem Iehouæ Dei mei, vt faciam *aliquid, ſiue* paruū ſiue magnum:

Balaam non poteſt maledicere contra Domini voluntatem,

19 Nunc ergo manete obſecro hîc vos quoque hac nocte, vt ſciam quid addet Iehouah loqui mihi.

20 Tunc venit Deus ad Bilyám nocte, & dixit ei, Si ad vocādum te venerint viri iſti, ſurge, vade cum eis: ʹveruntamen quod dixero tibi, illud facias.

21 Surrexit itaque Bilyám mane, & ſtrauit aſinam ſuam, perrexítque cum principibus Moáb.

Balaam eunti ad maledicendū occurrit Angelus.

22 ʹIratus verò eſt furor Dei quòd ipſe iret *cum illis*: ſtetítque Angelus Iehouæ in ipſa via, ʹin aduerſarium illi: ipſe autē equitabat ſuper aſinam ſuam, & duo ʹpueri eius erant cum eo.

23 At videns aſina Angelum Iehouæ ſtantem in via, & gladiū eius euaginatū in manu eius, ʹdeclinauit illa è via, ʹ& iuit in agrum: itaque percuſſit Bilyám aſinam, vt declinare faceret eam in viam.

24 Stetítque *poſtea* Angelus Iehouæ in ſemita ʹvinearum: maceria *una erat* hinc, & maceria *altera* inde.

25 Videns verò *ſecundò* aſina Angelū Iehouæ, ʹcoartauit ſeſe parieti, coartauit quoque pedem Bilyám ad parietem: propterea ʹaddidit percutere eam.

26 Addidit præterea Angelus Iehouæ tranſire, & ſtetit in loco anguſto vbi nulla erat via ad declinandum *ſiue* ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram.

27 Quum autē vidiſſet aſina Angelum Iehouæ, ſuccubuit ſub Bilyám: vnde iratus furor Bilyám, percuſſit aſinam baculo.

28 Et aperuit Iehouáh os aſinæ, dixítque illa ad Bilyám, Quid feci tibi, quòd percuſſiſti me iam tribus vicibus?

Loquitur aſina.

29 Tum dixit Bilyám ad aſinam, Quia illuſiſti mihi: vtinam eſſet gladius in manu mea, certè nunc occiderem te.

30 Dixit autem aſina ad Bilyám, Nónne ſum aſina tua? ſuper me equitaſti ʹex quo eſſe cœpiſti, vſque ad diem hanc: nunquid ʹſolita ſum facere tibi ſic? Qui reſpondit, Nequaquam.

31 ʹEt detexit Iehouáh oculos Bilyám, vidítque Angelū Iehouæ ſtantem in via, & gladium eius euaginatum in manu eius: ʹtū demiſſo capite adorauit pronus in faciem ſúam.

15 Rurſus ergo miſit Balac ויוסף עוד בלק שלוח Ad verbum, Et addidit vltrà Balac mittere.

16 Noli quæſo prohibere teip. ne ve. אל־נא תמנע מהלוך .i. ne cauſeris quidpiam quominus venias ad me. 17 Honorando honor. כבד אכבדך Hebraiſmus, cumulabo te innumeris beneficiis. 20 Veruntamen ואך Hîc ו redundat. Alii, ita vt duntaxat, &c. Vide paulo pòſt, verſu 35, eandem ſentētiam, verbis paululū aliis. 22 Iratus verò eſt furor ויחר־אף Hebraiſmus, pro Vehementer iratus eſt. In aduerſarium illi: לשטן לו vt illi aduerſaretur. Pueri eius נעריו i. famuli, ſiue miniſtri. q. d. ſequentibus duobus miniſtris.

23 Declinauit illa ותט האתון Ad verbum, declinauit aſina. antecedens pro relatiuo. Et iuit in agrum: ותלך בשדה .i. conceſſit in agrum. coniecit ſe in agrum propinquum itineri. 24 Vinearum: הכרמים .i. quæ erat in vineis ipſis. 25 Coartauit ſeſe ותלחץ iunxit ſeſe. attriuit ſeſe. vt ſcilicet recederet ab Angelo. Idem verbum mox ſequitur, Et coartauit pedem. alliſit. vel attriuit. Addidit percutere eā. ויוסף להכותה: Hebraiſmus, iterū percuſſit eam. Sic ſequenti verſu. 30 Ex quo eſſe cœpiſti, מעודך Ad verbum, à tempore tuo. Quidā exponunt, ex quo equitare cœpiſti me. q. d. iandudum. Chaldæus paraph. habet vt vertit noſter interpres. Solita ſum ההסכן הסכנתי Ad verbum, conſueſcendo conſueui. 31 Et detexit ויגל Et reuelauit. Oculi enim eius quaſi velati tenebantur. Tum demiſſo capite, &c. ויקוד וישתחו Ad verbum, & inclinauit ſe, atque incuruauit, reuerentiæ ſcilicet & honoris gratia.

32 Et alloquutus eſt eum Angelus Iehouæ, Quare percuſſiſti aſinam tuam iam tribus vicibus? en ego egreſſus ſum in aduerſarium ″*tibi*,quia′declinauit à via coram me.

33 Et vidit me aſina,′declinauítque ante me iam tribus vicibus: ′quòd ſi non declinaſſet à facie mea, *ſcito* quòd nunc etiam te occidiſſem,′& ipſam viuam reſeruaſſem.

34 Dixit igitur Bilyám ad Angelum Iehouæ,Peccaui:nō enim ſciebam quòd tu ſtares in occurſum mei in via:nunc autem″ſi malum *eſt* in oculis tuis,reuertar′mihi.

35 Angelus verò Iehouæ dixit ad Bilyám, Vade cum iſtis viris:′veruntamen verbum quod loquar ad te,illud loquêris. Abiit igitur Bilyám cum principibus Balác.

Balac rex magnificè excipit Balaam.

36 Audiens verò Balác quòd aduenirct Bilyám, egreſſus eſt in occurſum eius in ciuitatem *quandam* Moáb,quæ erat iuxta terminum Arnón,″quæ *eſt* in extremo finium.

37 Et dixit Balác ad Bilyám, Annon mittendo miſi ad te ad accerſendum te? quare *ergo* non veniſti ad me?″an verè non poſſum honorare te?

38 Reſpondit autem Bilyám ad Balác,′Ecce veni ad te: nūc autem ′nunquid omnino potero loqui quicquam? verbum′quod poſuerit Deus in ore meo,illud loquar.

39 Et perrexit Bilyám cum Balác,& peruenerūt in ciuitatem″חHuxſoth.

40 Et mactauit Balác boues & oues,miſitque ad Bilyám,& ad principes qui cum ipſo erant.

41 Poſtera autem die accepit Balác ipſum Bilyám,&aſcendere fecit eum ″in excelſa Báyal,& vidit illinc′extremum populi.

Cap.XXIII.

Balaam cōſtruit aras.

1 ET dixit Bilyám ad Balác,AEdifica mihi hîc ſeptem altaria, appara quoque mihi hîc ſeptem iuuencos & ſeptem arietes.

2 Fecítque Balác quemadmodum dixerat Bilyám, & obtulit Balác & Bilyám iuuencum & arietem″in altari.

3 Dixit autem Bilyám ipſi Balác, Conſiſte iuxta holocauſtum tuū,″& ibo : ſi fortè ′occurrat Iehouáh in occurſum mei,″& quicquid oſtenderit mihi,nuntiabo tibi.Abiit itaque″ſolus.

32 Cui Angelus,C nquit,tertiò verberaſti aſinam tuam? ego veni vt aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua,mihique contraria:

33 Et niſi aſina declinaſſet de via,dans locum reſiſtenti,te occidiſſem, & illa viueret.

34 Dixit Balaā, Peccaui,neſciēs quòd tu ſtares contra me: & nunc ſi diſplicet tibi vt vadam,reuertar.

35 Ait Angelus, Vade cum iſtis,& caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris:iuit igitur cum principibus. G

36 Quod quū audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum eius in oppido Moabitarum,quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon.

37 Dixitque ad Balaam,Miſi nuntios vt vocarem te,cur non ſtatim veniſti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?

38 Cui ille reſpondit,Ecce adſum:nunquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?

39 Perrexerunt ergo ſimul,& venerūt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat.

40 Quúmque occidiſſet Balac boues & oues,miſit ad Balaam & principes qui cum eo erant,munera.

41 Mane autē facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

Cap.XXIII.

1 DIxitque Balaam ad Balac, AEdifica hic mihi ſeptem aras,& para totidem vitulos, eiuſdémque numeri arietes.

2 Quūque feciſſet iuxta ſermonē Balaam, impoſuerunt ſimul vitulum & arietem ſuper aram.

3 Dixitque Balaā ad Balac, Sta paulíſper iuxta holocauſtum tuum, donec vadam,ſi fortè occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi.Quūq; abiiſſet velociter,

---

32 *Tibi*, Subauditum pronomen ex verſu 22,qui præceſſit. Declinauit ירט ſub.cor tuū à via recta me ſpectante:nam adductus mercede,egreſſus es cum illis. Chaldæus paraph.quia manifeſtum eſtcoram me quòd tu vis ire in viam quæ eſt contra me.

33 Declinauitque ante me ותט לפני .i.declinauit à via trita,& ſtetit ante me, ab agro in quē declinarat,me ſpectans. Quòd ſi nō,&c. אולי נטתה Doctus inter Hebræos exponit, forſitan declinauit à facie mea: quia nunc etiam te interfeciſſem,&c.i.etiam te interfeciſſem,ſicut interfeci eam: & ſi illa non declinaſſet, te interfeciſſem,& illam ſeruaſſem viuam. Et ipſam viuam reſer. ואותה החייתי: Ad verbum,& ipſam viuificaſſem.hinc colligitur,aſinam mortuam fuiſſe poſtquam loquuta eſt.

34 Si malum *eſt* in oculis t. אם רע בעיניך Hebraiſmus,ſi diſpliceat tibi. Mihi. לי: .i.in domum meam.

35 Veruntamen ואפס Eadem ſententia quæ ſuprà verſu 20, verbis paululum mutatis. Quidam vertunt, tantummodo verbum,&c. Vel, non niſi verbum. 36 Quæ *eſt* in extremo fi. אשר בקצה הגבול: Quæ[ſcilicet Arnon]eſt in extremis finibus. 37 An verè, &c. האומנם לא אוכל כבדך: q.d. putâſne me non poſſe te afficere multis honoribus ac muneribus? 38 Ecce הנה .i. ego quidem. Nunquid om.pot. היכול אוכל Ad verbum,nunquid poſſendo potero, ſi Latinè diceretur.q.d.nunquid etiamſi coner totis viribus meis, aliquid loqui potero à me,& pro deſiderio tuo,niſi Deus dederit? Quod poſuerit D.in ore meo, אשר ישים אלהים בפי Hebraiſmus,quod ſuggeſſerit. 39 חHuxſoth. חוצות: Quidam veluti appellatiuum,vertunt, platearum. nam id ſignificat Huſoth.vnde magni nominis apud Hebræos vir exponit ciuitatem populoſiſſimam,cuius ſcilicet plateæ viris,mulieribus,ac pueris erant refertæ : vt Rex id oſtenderet ipſi Balaam: acſi diceret, Obſecro miſerearis huiusmiſeræ multitudinis cui gladius & cædes impendet.

41 In excelſa במות Sic vocat Scriptura locos eminentes & nemoroſos,quos diis ſuis conſecrabant idololatræ,& ibi lætabantur cum ſumma corporis ignominia. Extremum קצה Ad verbum, extremitatem.i.extremam partem populi Iſraelitici.

IN CAPVT XXIII.

2 In altari. במזבח: i.ſingulos vitulos & ſingulos arietes in ſingulis aris poſuerunt. 3 Et ibo: ואלכה & diſcedam.ſub.hinc,vt videam ſi fortè,&c. Occurrat Ieh.in occurſum mei, יקרה יהוה לקראתי Hebraiſmus,pro,occurrat mihi,vt iubeat quæ me velit facere. Et quicquid oſt.&c. ודבר מה יראני וגו׳ Ad verbū,& verbum cuiuſcunque rei quam fecerit me videre.i.quodcūque ſignum oſtenderit mihi,narrabo tibi. Solus. שפי: Quidam exponunt hanc dictionem pro,contrito & mœrenti animo eſſe : quam lectionem habet Chaldæa interpr.Ieroſolymitana,quæ ſic legit,Et abiit Bileam corde triſti. Alii pro celeriter incedere,& pro eo qui cupit aliquid explorare. Doctus inter Hebræos pro loco excelſo exponit:quæ lectio multis videtur eſſe probabilior. Abiit igitur in locum excelſiorem,aptiorem ſcilicet contemplationibus.Chaldæus paraph.Oncelus vertit Solus.

Occurrit illi Deus: loquutúſque ad eum Balaam, Septē, inquit, aras erexi, & impoſui vitulum & arietē déſuper.	4	Et occurrit Deus ipſi Bilyám, ′dixítque illi, Septem altaria diſpoſui, & obtuli iuuencum & arietem in *quolibet* altari.
Dominus autem poſuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris.	5	′Poſuit autem Iehouáh verbum in ore Bilyám, dixítque *illi*, Reuertere ad Balác, & ſic loquêris.
Reuerſus inuenit ſtantem Balac iuxta holocauſtū ſuum, & omnes principes Moabitarum.	6	Et reuerſus eſt ad eum, & ecce ſtabat iuxta holocauſtum ſuum, ipſe & omnes principes Moáb.
B Aſſumptáque parabola ſua, dixit, De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de mōtibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob, propterea & deteſtare Iſrael.	7	″Aſſumpſítque parabolā ſuam, ac dixit, ′De Arám adduxit me Balác rex Moáb, de mōtibus Orientis, *dicendo*, Veni, maledic mihi Iayacób, & veni, deteſtare Iשſraאelem.
Quomodo maledicam cui non maledixit Deus? qua ratione deteſter quē Dominus non deteſtatur?	8	′Cur maledicam *ei cui* nō maledixit Deus? & cur deteſtabor quē non deteſtatus eſt Iehouáh?
De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus cōſiderabo illum: populus ſolus habitabit, & inter Gentes nō reputabitur.	9	Siquidē de vertice petrarum′videbo eum, & de collibus intuebor illum: ecce populus″confidenter habitabit, ″& inter Gentes non reputabitur.
Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & noſſe numerū ſtirpis Iſrael? moriatur anima mea morte iuſtorū, & fiāt nouiſſima mea horum ſimilia.	10	Quis numerabit ″puluerem Iayacób, ′ac numerabit quartam partem Iשſraאelis? ″moriatur anima mea morte rectorum, & ſit nouiſſimum meum ſicut ipſe.
Dixitque Balac ad Balaā, Quid eſt hoc quod agis? vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu ecōtrario benedicis eis.	11	Et dixit Balác ad Bilyám, Quid feciſti mihi? vt malediceres inimicis meis, tuli te, & ecce benedixiſti benedicendo.
Cui ille reſpondit, Num aliud poſſū loqui niſi quod iuſſerit Dominus?	12	Qui reſpondens dixit, Nónne quod poſuerit Iehouáh in ore meo, ″id ſtudebo dicere?
Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum vnde partem Iſrael videas, & totum videre non poſſis, & inde maledicito ei.	13	Dixit præterea ad eum Balác, Veni obſecro mecum ad locum alium, vnde″videas illum: (′*nam* tātummodo extremum eius vidiſti, & totum ipſum non vidiſti) ′& maledic illi mihi inde.
Quūmque duxiſſet eū in locū ſublimem, ſuper verticem mōtis Phaſga, ædificauit Balaam ſeptem aras, & impoſitis ſuprà vitulis atque arietibus,	14	Et tulit eum ″*in* שSede-צſophim, in verticem ″Piסſgáh, ædificauítque ſeptem altaria, & obtulit iuuencum & arietem ″in altari.
Dixit ad Balac, Sta hic iuxta holocauſtū tuū, donec ego obuius pergā.	15	Dixit autem ad Balác, Conſiſte hîc iuxta holocauſtum tuum, ″& ego occurram illic.
Cui quū Dominus occurriſſet, poſuiſſétque verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei.	16	Occurrit itaque Iehouáh ipſi Bilyám, & poſuit verbum in ore eius, dixítque, Reuertere ad Balác, & ſic loquêris.
Reuerſus inuenit eum ſtantem iuxta holocauſtum ſuum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quē Balac, Quid, inquit, loquutus eſt Dominus?	17	Venit itaque ad eum, & ecce ille ſtabat iuxta holocauſtum ſuū, & principes Moáb cum illo. Cui dixit Balác, Quid loquutus eſt Iehouáh?
At ille aſſumpta parabola ſua ait, Sta Balac, & auſculta, audi fili Sephor,	18	′Tum aſſumpſit parabolam ſuam, & dixit, Surge Balác, & audi, auſculta verba mea fili צSippór,
Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur: dixit ergo, & nō faciet? loquutus eſt, & non implebit?	19	Non eſt homo Deus, vt mentiatur: & filius hominis, ″vt pœniteat eū: ipſe dixit, & nō faciet? loquutus eſt, & non præſtabit illud.

Deus dat Balaā quod loquatur.

Balaā benedicit ſemini Iſraelis.

4 Dixítque illi, ויאמר אליו Id eſt, Bilyám dixit Deo. 5 Poſuit autem Ieho. &c. וישם יהוה דבר בפי Hebraiſmus, ſuggeſſit illi quæ reſponderet. Seipſum exponit mox, quum dicit, Et ſic loquêris. 7 Aſſumpſitque parabolam ſuam, וישא משלו Id eſt, Exorſuſque eſt ſermonē propheticum, & dixit. Ita dicitur ſermo propheticus, quòd frequentes ſint parabolæ in Prophetis. {Ieroſolymitana paraphraſis habet, Et aſſumēs in parabola prophetiā ſuam. De Aram adduxit me מן־ארם ינחני De Arā deduxit me. i. de Meſopotamia accerſiuit. 8 Cur מה Quid. Quomodo. 9 Videbo eum, אראנו Futura Heb. pro præſ. vel præt. Intueor illum, atque de collibus contemplor eum. vel, conſideraui eum, & de collibus contemplatus ſum illum. Confidenter לבדד Id eſt ſecurus. Alii vertunt, ſolitarius. id eſt ſeorſum ab aliis Gentibus propter religionem. Et inter Gentes, &c. ובגוים לא יתחשב: Id eſt, non mutabit religionem ſuam vt cum aliis Gētibus commiſceatur. Paraphraſis Ieroſolymitana habet, Populus iſte ſolus habitabit, qui legibus, ſtatutis ſeu, ritibus populorum non miſcebit ſe. 10 Puluerem עפר Id eſt multitudinem filiorum Iaacob. Ac numerabit quartam par. ומספר את־רובע ac numerum quartæ partis. Moriatur, &c. תמות נפשי וגו׳ Id eſt, ita moriatur vt & iſti morituri ſunt, & finis meus ſicut finis iſtius populi. q. d. ita mihi eueniat ſicut illis. Hoc dicit Balaam quòd ſentiret id quod poſtea Dauid prodidit, Pſal. 116. a. 15, Precioſam eſſe mortem ſanctorum in conſpectu Domini: mortem verò impiorum peſſimam. Si vltima linea & meta in morte forent, nullum in ea notari poſſet diſcrimen iuſti & impii: ſorte quæ poſt mortem vtroſque manet, inter ſe diſtinguuntur. 12 Id ſtudebo dicere? אותו אשמור לדבר: Ad verbum, id ſeruabo vt dicam? 13 Videas illum: תראנו ſub. totum, ſiue vniuerſum. *Nam* tantummodo, &c. אפס קצהו וגו׳ Futura Heb. pro præt. Declarat ſeipſum, Vnde videas illū totū: nā antea vidiſti tantùm extremitatē eius, & totū illū non vidiſti. Obſeruanda eſt iſta parentheſis, alioqui locus obſcuriſſimus eſt. Et maledic illi mi. וקבנו־לי vt maledicas illi in meā gratiam. 14 *In* שSede-צſophim, שדה צפים Nomen loci, vel regionis. Quidam tanquam appellatiua vertunt, in agro ſpeculatorum. Magni nominis apud Hebræos vir dicit fuiſſe locū vbi: ſpeculator ſtabat & obſeruabat nequis exercitus obrueret vrbem. Piסſgáh, הפסגה Quidam tāquam appellatiuum vertunt, collis. In altari. במזבח: Vide principium capitis, verſu ſecundo. 15 Et ego occurram illic. ואנכי אקרה כה: vt ego occurram [ſub. Domino] illic. hoc eſt, vt ego cōſulam Dominum profectus eò loci. 18 Tū aſſumpſit, &c. וישא משלו וגו׳ Vide eadem ſuprà verſu 7.

19 Vt pœniteat eum: ויתנחם vt pœnitentia ducatur. id eſt vt mutet ſententiam. Hîc Balaam Dei aduerſarius, vel inuitus in hanc ſententiam erumpit, Non eſſe Deum inſtar hominis, vt mentiatur: nec quaſi hominis filium, vt mutetur: ac fieri non poſſe vt non faciat quicquid dixerit, ſiue impleat quicquid promiſerit.

Ecce, vt benedicerem′accepi: & benedixit *benedictione*, & non reuocabo eam.

′Non aſpexit iniquitatē in Iayacób, nec vidit præuaricationē in Iשſraאele: Iehouáh Deus ei⁹ eſt cū eo,′& clangor Regis *eſt* in eo.

Deus eduxit illos ex AEgypto:″ſicut robur vnicornis *eſt* ei.

Quia″nō eſt auguriū in Iayacób, nec eſt diuinatio in Iשſraאele: ″ſicut hoc tempore dicetur de Iayacób & Iשſraאele,′Quid operatus eſt Deus?

En populus *qui* tanquam leo magnus ″ſurget, & tanquā leo minor″eleuabitur: non accubabit,″donec comederit prædam,& ſanguinem occiſorum biberit.

Dixit autem Balác ad Bilyám,′Etiam maledicendo ne maledicas ei, etiam benedicendo ne benedicas ei.

′Cui reſpondit Bilyám, dicens, Annon dixi tibi ″*quòd* quicquid dixerit mihi Iehouáh, illud faciam?

Et dixit Balác ad Bilyám, Veni obſecro, ducā te ad locū alium, ′vnde fortè placebit Deo vt maledicas ei mihi.

Tulit ergo Balác ipſum Bilyám *in* verticem Peyór, qui reſpicit ″verſus Ieשſimón.

Tum dixit Bilyám ad Balác, AEdifica mihi hîc ſeptem altaria, & appara mihi hîc ſeptem iuuencos & ſeptem arietes.

Fecit itaque Balác quemadmodum dixerat Bilyám, & obtulit iuuencum & arietem′in altari.

Cap. XXIIII.

Balaam prophetat de futuro regno Iſraelis.

Q″Vum autem videret Bilyám quòd placeret Iehouæ vt benediceret Iשſraאeli, non abiit ″ſicut ſemel & iterum,″in occurſum auguriorū, ſed poſuit″verſus deſertum faciem ſuā.

Qui quum eleuaſſet oculos ſuos, vidit Iשſraאelem″habitantem per tribus ſuas,″fuítque ſuper eum Spiritus Dei.

′Tum aſſumpſit parabolam ſuam, & ait,′Dixit Bilyám filius Beyór, dixit inquam vir apertum habens oculum:

20 Ad benedicēdum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

21 Nō eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrū in Iſrael: Dominus Deus eius cum eo eſt, & clāgor victoriæ Regis in illo.

22 ¶Deus eduxit illum de AEgypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Infrà 24.b.8 D

23 Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael: temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit Deus.

24 Ecce populus vt leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: nō accubabit donec deuoret prædam, & occiſorū ſanguinem bibat.

25 Dixitque Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas.

26 Et ille ait, Nōne dixi tibi quòd quicquid mihi Dominus imperaret, hoc facerem?

27 Et ait Balac ad eum, Veni, & ducam te ad aliū locum: ſi fortè placeat Deo vt inde maledicas eis.

28 Quúmque duxiſſet eum ſuper verticem montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem,

29 Dixit ei Balaam, AEdifica mihi hîc ſeptem aras, & para totidem vitulos, eiuſdémque numeri arietes.

Fecit Balac vt Balaam dixerat: impoſuitque vitulos & arietes per ſingulas aras.

Cap. XXIIII.

QVúmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Iſraeli, nequaquam abiit vt antè perrexerat, vt augurium quæreret: ſed dirigens contra deſertum vultum ſuum,

2 Et eleuans oculos, vidit Iſrael in tētoriis commorantem per tribus ſuas: & irruente in ſe Spiritu Dei,

3 Aſſumpta parabola ait, Dixit Balaā filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus,

20 Accepi: לקחתי ſub. præceptum à Domino. id eſt iuſſus ſum à Domino benedicere.

21 Non aſpexit iniquit. in Ia. לא־הביט און ביעקב Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, Non aſpicit, non conſiderat in Iaacob iniquitatem. i. non imputat ipſi Iaacob iniquitatem propter fidem. Peccat quidē fidelis, ſed ſtatim cōdonatur ei peccatum. Quidam per iniquitatem, idola intelligunt: in qua ſententia eſt Chaldæus paraph. qui ſic tranſtulit, Video quòd non ſunt qui colant idola in domo Iaacob, neque etiā ſerui moleſtiæ & vanitatis ſunt in Iſrael. Hæc verba ſunt periphraſis idololatriæ, quam Hebræi ſæpiſſime laborem ſiue moleſtiam & vanitatem, ſiue falſitatem vocāt, eo quòd qui idolis ſeruiunt, multos habeāt labores, multáſque moleſtias, ſed fruſtra: quódque miſerè tandem fallant, decipiant, & in ſummas afflictiones ſuos cultores coniiciant. Hunc ſenſum ſequitur Vetus interpres. Atque eum ſenſum videtur etiam confirmare quod ſequenti verſu dicitur, Non eſt augurium in Iaacob, &c. quæ verba videntur hunc verſum exponere. Et clangor Regis *eſt* in eo. ותרועת מלך בו׃ & iubilatio Regis in illo *eſt*. id eſt iubilatio ſimilis eſt clangori Regis victoris. q.d. vincet hic populus inimicos ſuos. 22 Sicut robur vnicornis *eſt* ei. כתועפות ראם לו׃ Hebraiſmus, tantis pollet viribus quantis vnicornis. Huius vnicornis, ſiue monocerotis meminit Dauid Pſal. 22. c. 22. & Pſal. 92. b. 11, Et exaltabis ſicut vnicornis cornu meum.

23 Non eſt augurium in Iayacób, לא־נחש ביעקב Id eſt, non ſunt dediti auguriis. Magni nominis apud Hebræos vir bifariam locum iſtum exponit. Primò, Digni ſunt filii Iſrael benedictione, eo quòd non habent inter ſe augures & diuinatores. Secundò, Non indigent Iſraelitæ magis & hariolis: quicquid enim illis ſcire neceſſarium eſt, hoc illis à Deo Diuinitus reuelatur per Prophetas ſuos, vel per Vrim & Thummim. Alii exponunt, Nullum augurium, nulla hariolatio, nulla diuinatio, aut aliquid tale, valet contra Iſraelitas. Sicut hoc tempore, &c. כעת יאמר ליעקב ולישראל iuxta hoc tempus dicetur de Iayacób, &c. id eſt ſimili tēpore, ſiue poſthac narrabitur quanta fecit Dominus pro Iſraele. Vel, ſicut hoc tempore dicitur de Iſraelitis quanta illis Deus fecerit, ita & in poſterum erit tempus quo dicetur de magnificis operibus quæ Deus faciet populo ſuo. q.d. non hæc tātùm, ſed adhuc multo plura faciet Deus Iſraeli. Quid operatus eſt Deus? מה־פעל אל׃ quid operatus ſit Deus. id eſt quanta egerit Deus in gratiam Iſraelis.

24 Surget, יקום ſub. in pedes. Eleuabitur: יתנשא exaltabitur. Donec comederit prædam, &c. עד־יאכל טרף וגו׳ Id eſt, donec detraxerit hoſti ſpolia, & ſuperauerit inimicos, atque fruatur omnibus opibus inimicorum ſuorum.

25 Etiam maledicendo, &c. גם־קב וגו׳ Hæc phraſis Hebræa perinde valet acſi dicas, ſi nolis maledicere, nec benedicas. vel, ſi non vis maledicere illi, ſaltem ne benedixeris ei. 26 Cui reſpondit, &c. ויען בלעם ויאמר אל־בלק Ad verbum, Et reſpondit Bilyám, & dixit ad Balac. *Quòd*, &c. לאמור כל אשר Ad verbum, dicendo, Omne quod. 27 Vnde fortè, &c. אולי יישר בעיני האלהים וגו׳ Ad verbum, fortè rectū erit in oculis Dei, & maledices illi mihi inde. Primò verſu capitis ſequentis ſcribitur Bonum, pro eo quod hîc ponitur Rectum. 28 Verſus על־פני Ad verbum, contra faciem. 30 In altari. במזבח׃ Vide primam annotationem huius capitis.

IN CAPVT XXIIII.

1 Quum autem videret, &c. וירא בלעם כי טוב וגו׳ Ad verbum, Et vidit Bilyám quòd bonum eſſet in oculis Iehouæ. Sicut ſemel & iterum, כפעם־בפעם Ad verbum, ſecundum vicem in vice. vel, hac vice vt vice priore. i. vt antea ſolitus fuerat. hoc pacto inuerſus erit ordo verborum. In occurſum aug. לקראת נחשים. i. vt captaret auguria. Verſus deſertum אל־המדבר hoc eſt verſus eum locum vbi caſtrametabatur Iſrael, nempe in campeſtribus Moab. 2 Habitantem שוכן manentem. ſub. in tabernaculis ſuis. Fuitque ſuper eum Spiritus Dei. ותהי עליו רוח אלהים׃ Hebraiſmus, ſtatim fuit afflatus numine Diuino.

3 Tū aſſumpſit parabolam ſ. וישא משלו Hebraiſmus, Sublata voce exorſus eſt ſermonē ſuum propheticum. Aſſumendi enim verbo, ſiue eleuandi, innuitur ſublata voce pronuntiaſſe parabolam ſuam, ſiue propheticum ſermonem ſuum, ita vt clarè ac perſpicuè à Balac & aliis circunſtantibus audiri poſſet. cuius rei argumentum eſt, quòd Balac tandem multùm indignabatur quum audiret illum benedicere tantùm Iſraeli, & non maledicere. Dixit Bilyám נאום בלעם Ad verbum, Dictum Bilyam. Procemium eſt more Prophetarum. q.d. Pro-

phetia Bilyám filii Beor,prophetia viri cuius apertus eſt oculus. Qua loquutione innuit Balaam apertum eſſe oculum mentis ſuæ, vt videat & intelligat quæ certò futura ſint,quæque non ſint vana.q.d.Prophetia veri,non vani Prophetæ eſt. Quem ſenſum expreſſerunt etiã LXX interpretes,his verbis,Dixit homo verax. Author vulgatæ editionis contrariũ ſenſum habet,vertens,Dixit homo cuius obthuratus eſt oculus.deceptus videlicet ſimilitudine literarum verbi שׁתם,pro quo סתם quod obthurare,claudere,& abſcondere ſignificat,legiſſe videtur.

	Dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit,& ſic aperiuntur oculi eius,	4	Dixitʹaudiens eloquia Dei,qui viſionẽ Omnipotẽtisʹvidit,″cadens,& diſcoopertum habens oculum,	
	Quàm pulchra tabernacula tua Iacob,& tentoria tua Iſrael!	5	Quã pulchra tabernacula tua Iayacób,habitacula tua Iשſraאél!	
	Vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Domin⁹,quaſi cedri prope aquas.	6	ʹSicut torrentes extenſa ſunt,ſicut horti iuxta flumen,″ſicut arbores aloes *quas* plantauit Iehouáh,ſicut cedri iuxta aquas.	
B	Fluet aqua de ſitula eius,& ſemen illius erit in aquas multas, tolletur propter Agag, Rex eius, & auferetur regnum illius.	7	ʹDefluet aqua è ſitula eius,″& ſemen eius *erit* in aquis multis: & exaltabiturʹmagis quã Agág,Rex eius,& eleuabitur regnum eius.	
Suprà 23.c.22	[Deus eduxit illum de AEgypto,cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis: deuorabunt Gentes hoſtes illius,oſſáque eorũ confringent,& perforabunt ſagittis.	8	Deus eduxit eum ex AEgypto,ſicut vires vnicornis *ſunt* illi:conſumet Gentes hoſtes ſuos,& oſſa eorum″exoſſabit,ʹ& tela eius cõfodient.	
	Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna,quam ſuſcitare nullus audebit. qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus:qui maledixerit tibi,in maledictione reputabitur.	9	″*si* incuruauerit ſe vt accubet velut leo minor & vt leo maior, quis ſuſcitabit eum? ″quicũque benedixerit tibi,*erit* benedictus: & quicunque maledixerit tibi,*erit* maledictus.	
	Iratúſque Balac contra Balaam,cõploſis manibus ait, Ad maledicẽdum inimicis meis vocaui te,quibus econtrario tertiò benedixiſti.	10	Et iratus eſt furor Balác cõtra Bilyám,″& percuſſit manus ſuas: ac dixit ipſi Bilyã,Vt malediceres inimicis meis,vocaui te:& ecce ″benedixiſti benedicendo iam tribus vicibus.	Balac iraſcitur in Balaam.
	Reuertere ad locum tuum:decreueram quidẽ magnificè honorare te,ſed Domin⁹ priuauit te honore diſpoſito	11	Nunc ergoʹfuge in locum tuum: ″dixerã,Honorãdo honorabo te,& ecce priuauit te Iehouáh gloria.	
C	Reſpõdit Balaam ad Balac,Nónne nuntiis tuis,quos miſiſti ad me,dixi,	12	Cui reſpondit Bilyám, Annon etiam nuntiis tuis,quos miſeras ad me,loquutus ſum,dicendo,	
Suprà 22.d.18	[Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri,non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid vel mali proferam ex corde meo: ſed quicquid Dominus dixerit,hoc loquar?	13	Si dederit mihi Balácʹplenam domum ſuã argento & auro,non potero tranſgredi ſermonem Iehouæ, vt faciam *aliquid ſiue* bonum ſiue malum è corde meo:quod loquetur Iehouáh,illud loquar.	
	Veruntamen pergens ad populum meum, dabo tibi conſilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.	14	Nunc itaque ecce egoʹdiſcedo ad populum meum: ″age,″conſulam tibi quid facturus ſit populus iſte populo tuo in nouiſſimis diebus.	
	Sũpta igitur parabola, rurſum ait, Dixit Balaam filius Beor,dixit homo cuius obthuratus eſt oculus,	15	″Tunc aſſumpſit parabolam ſuam,& dixit, ʹDixit Bilyám filius Beyór,dixit inquam vir apertum habens oculum,	Chriſti aduentũ prædicit Balaã.
	Dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam Altiſſimi,& viſiones Omnipotẽtis videt,qui cadens apertos habet oculos,	16	ʹDixit audiens eloquia Dei,& ſciens ſcientiã Altiſſimi, *& qui* viſionem Omnipotẽtisʹvidit:″cadens, & diſcoopertũ habẽs oculũ,	
Math.2.a.2	Videbo eum, ſed non modò:intuebor illum,ſed non propè.[orietur ſtel	17	″Video illum, ſed non modò: intueor illum, ſed non déprope:	Ieſus.

4 Audiens שומע qui audiuit. Vidit, יחזה Fut.Heb.pro præt. Cadens,&c. נפל וגלוי עינים : qui iacet,& apertos habet oculos. id eſt,qui dormitat,& tamen habet oculos mẽtis reuelatos. Significat hæc ſibi dormienti & in ſomnis reuelata fuiſſe. Hunc ſenſum expreſſerunt LXX,vertentes, Qui viſionem Dei vidit in ſomnis,aperti,ſiue reuelati ſunt oculi eius. Ad verbum Hebraicè legitur,reuelatus oculos.

6 Sicut torrentes extenſa ſunt, כנחלים נטיו Sicut amnes *ſunt*, qui extenſi ſunt.id eſt latè ſeſe diffundunt, ampli ſunt & magni, in quorũ ripis ſunt pulcherrimæ arbores. Sicut arbores aloes *quas* plant. Ieh. כאהלים נטע יהוה ſicut arbores aromaticæ *quas* plantauit Iehouah. Quia vox אהלים anceps eſt ad tentoria & ad arbores aromaticas, propterea quidam vertunt, ſicut tabernacula quæ fixit Iehouáh. Chaldæus paraph.vertit vt noſter interpres. 7 Defluet aqua è ſitula eius, יזל מים מדליו Hebraiſmus,erit fœcundus:multos procreabit liberos.Alii vertunt,Defluet aqua de ramis eius.id eſt,erit ſicut arbor quæ irrigatur. Et ſemen eius *erit* in aquis m. וזרעו במים רבים Hebraiſmus, germinabit,& capiet magnum incrementum,quemadmodum & ſemina in locis humentibus.q.d.omnia neceſſaria ad hanc vitam copioſè affluent ei. Magis quàm Agag, מאגג Annotant Hebræi Agag fuiſſe commune nomen omnium Regum Amalecitarum:ſicut à primo Cæſare, omnes Romanorum imperatores, Cæſares appellantur. Porrò per illum Regem qui ipſo Agag fortior futurus ſit,quidam intelligunt Saulem,alii Dauidem:alii(quod verius videtur)Chriſtum,cuius illi typi fuere,maximè Dauid.

8 Exoſſabit, יגרם confringet. Et tela eius confodient. וחציו ימחץ : Ad verbum,& tela eius cõfodiet.vel transfiget. Verbum ſingulare nomini plurali iunctum:propterea quidam vertunt,vnumquodque telorum eius confodiet.

9 *Si* incuruauerit,&c. כרע שכב וגו׳ Ad verbum, Incuruauit ſeſe,dormiuit ſicut leo minor, &c.i. ſi ſemel proſtrauerit ſeſe in terram vt dormiat,quis eum prouocare audebit ad bellum? Verba ſine coniunctione poſita in præterito,diligenter notanda,quæ cũ SI & VT vtplurimũ exponuntur per futurum. Quicunque benedixerit tibi,&c. מברכיך ברוך וגו׳ Ad verbũ,benedicentes tibi,benedictus,&c.Plurale, verbo ſing.iunctum. 10 Et percuſſit ויספוק & colliſit.vel comploſit.more ſcilicet hominum ægrè ferentium aliquid. Benedixiſti bened. ברכת ברך .i.ſtuduiſti benedicere illi. 11 Fuge ברח לך Ad verbum,fuge tibi.redundat TIBI Latinis.i. recipe te citò in locum tuum. Dixeram,Honorãdo,&c. אמרתי כבד אכבדך dixerã,Glorificando glorificabo te.Hebraiſmus,decreuerã glorificare te.

13 Plenam domum ſ. מלוא ביתו Ad verbum,plenitudinem domus ſuæ.vt ſuprà cap.22.c.18,vbi eadẽ verba leguntur,niſi quòd pro, ſiue bonum ſiue malum,illic legitur, ſiue paruũ ſiue magnum. 14 Diſcedo,&c. הולך לעמי .i.paratus ſum diſcedere ad populares meos. Age,לכה Ad verbum,veni,pro hortantis aduerbio poſitum. Conſulam tibi quid,&c. איעצך אשר וגו׳ .i.conſulendo prædicam. Alii ſubauditis pauculis,vertunt, conſulam tibi quid facturus ſis:ſiquidem *hæc* facturus eſt,&c.

15 Tũc aſſũpſit parab.ſ. וישא משלו Vt in principio huius capitis,verſu 3. Dixit Bilyám,&c. נאום בלעם וגו׳ Vide eadẽ ſuprà verſu 3.

16 Dixit,&c. נאום שומע אמרי אל Dictum eius qui audiuit eloquia Dei.i.Prædictio viri Prophetæ qui commercium habuit cum Deo. Vidit: יחזה Fut.Heb.pro præt. Cadens,נופל præ ſopore ſcilicet.q.d.qui dormit quidẽ corpore,ſed animo vigilat.Vide ſuprà ver.4.

17 Video illum,ſed non m. אראנו ולא עתה Fut.Heb.præſ. Spiritu prophetico video illum qui poſt multa ſecula venturus eſt. Obſerua 1 poſt Sed.q.d.O Balac,conſilium meum eſt vt tu ſedeas quietus,& ne timeas hoc tempore. quod enim futurum prædico,non tuo tempo-

re,ſed in nouiſſimis diebus eueniet,tempore ſcilicet Meſſiæ:quem quidem video,ſed non in præſenti,longè adhuc abeſt. Quum ille venerit, veniet vt lux magna & ſplendor vehemens.id quod per ſtellam ſignificatur,etiam ſecundum omnes Iudæos.

Ieſus.

″procedet ſtella ex Iaעacób,& ſurget″ſceptrũ ex Iשſraאele:″& confodiet angulos Moáb,& deſtruet″omnes filios שSeth.

Et erit אEdóm poſſeſſa,& erit poſſeſſa שSeעír ab inimicis ſuis, 18
″& Iשſraאél faciet virtutem.

″Et dominabitur de Iaעacób,& perdet″reliquias de ciuitate. 19

Amalecitarum interitus.

″Quúmque vidiſſet עAmaléc,aſſumpſit parabolam ſuam, & dixit, 20
″Principium Gẽtium עAmaléc, ″ideo nouiſſimum eius vſque ad perditionem.

Cinæorũ deletio

Videns præterea Cenæum,aſſumpſit parabolam ſuam,& dixit, 21
″Robuſtum *eſt* habitaculum tuum,″& pone in petra nidum tuum.

″Certè expelletur Cáin,vſquequo Aשſúr captiuum ducat te. 22

De Romano imperio vaticiniũ.

Aſſumpſit item parabolam ſuam, & dixit,Væ,quis viuet″quum ſtatuerit iſtud? 23

Et naues″de litore Chitthím, & affligent Aשſúr, affligent quoque עEbér,″& etiam illud vſque ad perditionem. 24

Surrexit itaque Bilעám, & abiit, reuerſúſque eſt ad locũ ſuum: 25
atque etiam Balác″abiit in viam ſuam.

Cap. XXV.

Fornicatur populus cum filiabus Moab.

Q″Vum autem *aliquantiſper* mãſiſſet Iשſraאél in שSittím, cœpit 1
populus″fornicari cum filiabus Moáb,

″Et vocauerunt populum ad ſacrificia deorum ſuorum: 2
comedítque populus,″& adorauerunt deos earum.

Et adiunxit ſeſe Iשſraאél ipſi″Báעal-peעór, accenſúſ- 3

la ex Iacob , & conſurget virga de Iſrael: & percutiet duces Moab , vaſtabítque omnes filios Seth.

18 Et erit Idumæa poſſeſſio eius:hæreditas Seir cedet inimicis ſuis:Iſrael verò fortiter aget. D

19 De Iacob erit qui dominetur,& perdat reliquias ciuitatis.

20 Quúmque vidiſſet Amalec,aſſumẽs parabolam,ait, Principium Gentium Amalec,cuius extrema perdentur.

21 Vidit quoque Cinæum: & aſſumpta parabola,ait, Robuſtum quidẽ eſt habitaculum tuum:ſed ſi in petra poſueris nidum tuum,

22 Et fueris electus de ſtirpe Cin,quãdiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te.

23 Aſſumptâque parabola iterũ loquutus eſt , Heu quis victurus eſt quando iſta faciet Deus?

24 Veniẽt in trieribus de Italia, ſuperabũt Aſſyrios, vaſtabũntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt.

25 Surrexitque Balaam,& reuerſus eſt in locum ſuum:Balac quoque via qua venerat,rediit.

Cap. XXV.

1 Morabatur autem eo tempore Iſrael in Setim,& fornicat⁹ eſt populus cum filiabus Moab,

2 Quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua:at illi comederunt,& adorauerũt deos earum.

3 Initiatúſq; eſt Iſrael Beel-phegor,

Procedet דרך Incedet.Præt.Heb.pro fut.Chaldæus paraph.de Chriſto interpretatur,his verbis,Video eũ,ſed non modò:intueor eũ,ſed nõ eſt propè:quũ ſurrexerit Rex de Iaacob,& vnctus fuerit Chriſtus[vel,natus fuerit Meſſias]interficiet duces Moab,& dominabitur in omnes filios hominum. Sceptrũ שבט Ad verbũ,virga. Et confodiet ומחץ & percutiet.vt ſuprà verſu 8. Omnes fil.Seth. כל בני׳ שת׃ Sic vocat omnes filios mundi.quia à Seth qui in locum Abel interempti ſucceſſit,omnes propagati ſumus: proles autem Cain diluuio extincta eſt.Noe à Seth originem ducebat,à Noe omne genus hominum reparatum eſt.Quare filii Seth ſunt ſicut filii Adam,id eſt omne genus hominum,quia inde omnes prouenerunt. 18 Et Iשſraאél fac.virt. וישראל עושה חיל׃ Hebraiſmus,viriliter aget,ſuperabit omnes Gẽtes.Quia חיל aliquando diuitias ſignificat,propterea nonnulli diuitias vertunt.ſimiliter & Chaldæus paraph.proſperabitur in diuitiis. vbi ſcilicet poſſederit Edom & Seir. 19 Et dominabitur de Iaעa. וירד מיעקב .i.ſurget de Iaacob qui dominabitur. Reliquias de ciuitate. שריד מעיר׃ Singul.Heb.pro plur.i.perdet ſuperſtites omnes de ciuitatibus.q.d. fient omnes ex infidelibus fideles.

20 Quúmque vidiſſet וירא Spiritu ſcilicet Prophetiæ. Principium Gen.עAm. ראשית גוים עמלק Primitiæ Gentium Amalec.Hebraiſmus,Primi Amalecitæ inuaſerunt filios Iſrael poſtquam egreſſi ſunt ex AEgypto.Chaldæus paraph.Principium bellorum Iſrael,Amalec:ideo,&c.Idem habet Paraphraſis Ieroſolymitana,dicens,Principium populorum qui inſtruxerunt aciem contra Iſrael,eſt familia Amalec:qui & ipſi in fine dierum bella gerent contra eos,ſed finis eorum erit vt pereant in ſecula. Ideo nouiſſimum,&c. ואחריתו עדי אובד׃ ideo finis eius erit vſque ad internecionem. vel,ad interitum. Alii,& finis eius vſque in ſeculum peribit. Alter ex doctis Hebræorũ exponit, donec intereat. Ad verbũ,interiens.ſub.ſit..i.ipſi quoque tandẽ peribunt. 21 Robuſtũ *eſt* habit.t. איתן מושבך fortis *eſt* habitatio tua. Incipit prædicere quæ Cinæo euentura eſſent. Et pone,&c. ושים בסלע קנך׃ ſed pone in rupe nidum tuum.Ironicè autẽ hæc dicuntur. q.d.etiãſi habitaueris in rupe fortiſſima & altiſſima,tu tamẽ ſuperaberis,neque euades.Malè quidã alludere dicunt ad קן nidũ,quũ קין poſſeſſionẽ tantùm ſignificet. 22 Certè expelletur Cain,׳כי־אם יהיה לבער קין וגו Ad verbũ,Sed[vel Quia ſi]ad expellendũ Cain,&c.vel,ad remouendum Cain.ſub. de regione ſua.Ab hoc Cinæus.Salamæum vocat Chaldæus paraph.dicens,Sed erit in deuaſtationẽ Salamæus,donec Aſſyrius captiuet te. Mutatio ſecundæ perſonæ in tertiam, antecedens item pro relatiuo,obſcurũ reddunt ſenſum.ſic dilucidius vertas,Certè expelleris Cinæe,abducêris captiuus ab Aſſyriis.Iſtud V S Q V E Q V O, perinde valet acſi dicat,non tantùm expellêris, ſed etiam abducêris captiuus.vel,ita expellêris vt abducaris captiuus ab Aſſyriis. 23 Quum ſtatuerit iſtud? משומו אל׃ Ad verbũ,in ponendo iſtud.i. quis viuere poterit ex quo euenire fecerit iſta Deus?Relatiuum אל pro אלה loco antecedentis quod ſequitur.

24 De litore Chi. מיד כתים ſub.veniẽt.i.à Mari Italico,imperii Romani. Alii,à regno Turcorũ. Alii,Thuſciæ. Et etiã,&c.׳וגם־הוא וגו .i.illud Romanũ imperiũ affligetur vſque ad internecionẽ.tandẽ peribit.Vide eadẽ verba paulo antè,verſu 20.Ita Hebræi de Romano populo intelligẽdũ docẽt,quòd is tẽpore Meſſiæ planè periturus eſſet.Sed hoc videtur magis ad ipſos Hebræos referẽdũ eſſe:cui certè veritas Hebraica aſtipulari videtur,vt nonnulli eã vertũt,Qui & ipſe in ſeculũ peribit.Paraphraſis Ieroſolymitana hũc locũ ita habet,Et egrediẽtur copiæ multæ ex prouincia Italiæ vnà cum multis legionibus Romanorum,& humiliabunt Aſſyrios,affligéntque eos qui ſunt extra fluuiũ: ſed tandẽ futurũ eſt vt tam iſti quàm illi in æternũ pereant. 25 Abiit in viã ſ. הלך לדרכו׃ abiit per viã ſuã.i.regreſſus eſt via qua venerat.

IN CAPVT XXV.

1 Quum autem,&c. ׳וישב ישראל וגו Ad verbum, Et manſit [vel,ſtetit]Iſrael in Sittim,& cœpit. Fornicari לזנות Ad vtrunque referri poteſt,cùm ad ſcortationẽ,tum ad idololatriã.ſcortatione enim quam cũ illis exercuere,ad idololatriã quoque pertracti fuerunt. Sicut & Salomonẽ regem alienigenæ mulieres,cũ quibus rem habuit,ipſum tandẽ ad culturam idolorũ ſuorum pertraxerũt. Volunt autẽ hæc accidiſſe conſilio Balaam,quod dederat ipſi Balac regi Moabitarũ, vt ſcilicet formoſiſſimas mulieres mitteret ad caſtra filiorum Iſrael, quæ eos ad fœdã libidinem exercendam incitarent,ea tamen lege vt nullis ſui copiã facerent,niſi & deos ſuos colerent atque adorarent: ſic enim fore vt populus Iſrael grauiſſimã in ſe Dei iram prouocaret,inque hoſtiũ manus incideret. Hæc confirmant quæ infrà dicuntur cap.31.b.15, Dixitque ad eos Moſes,Nunquid viuas reſeruaſtis omnes mulieres?ecce iſtæ fuerunt quæ filios Iſrael per conſilium Balaam,tradiderunt in præuaricationem coram Domino in cauſa Peor,factáque eſt plaga in congregatione Domini. Item locus qui eſt in Apocalypſi, cap.2.d.14, Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat in Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere ex his quæ ſimulachris immolabantur,ſcortari,&c. Cum his conueniunt & illa quæ Ioſephus ſcribit in hunc locum, Antiquit. Iudaicarum lib.4.cap.5,vbi prolixam ſatis hiſtoriam de hac re narrat,& quale conſilium Balaam fuerit.

2 Et vocauerunt ותקראן Inuitauerúntque. Et adorauerunt deos earum. וישתחוו לאלהיהן׃ & incuruauerunt ſe diis earum.

3 Baעal-peעor, לבעל פעור Peor,teſtantibus Hebræis,ſpurciſſimum idolum Madianitarũ fuit,à denudando nempe nomen habens.פער enim aperire & denudare ſignificat.Hinc Peor dictum aſſerunt,quòd cultores eius in eius venerationem foramen podicis diſtenderent, atque cacarẽt ante cõſpectum eius.Cæterùm Baal generale nomẽ eſt ad omnia idola quæ בעלים à dominando dicũtur,quòd ſint quaſi domini ſuorũ cultorũ.Eſt ergo ſenſus,Et iunctus eſt Iſrael Baal peor.i.relicto cultu veri Dei,ſequuti ſunt cultũ idoli quod colebatur in mõte Peor.

& iratus Dominus

Deut.4.a.3
ioſue 22.d.17

Ait ad Moyſen, Tolle cūctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael. 4

B Dixitque Moyſes ad iudices Iſrael, Occidat vnuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beel-Phegor. 5

Et ecce vnus de filiis Iſrael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi. 6

Pſal.105.e.30
1.mach.2.f.57
1.cor.10.b.8

Quod quum vidiſſet Phinees fili⁹ Eleazari filii Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, 7

Ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus: ceſſauitque plaga à filiis Iſrael. 8

C Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. 9

Dixitque Dominus ad Moyſen, 10

Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis auertit iram meam à filiis Iſrael: quia zelo meo commotus eſt cōtra eos, vt non ipſe delerē filios Iſrael in zelo meo. 11

Eccli 45.d.24
1.mach.2.f.54

Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei. 12

Et erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotii ſempiternum: quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. 13

D Erat autem nomen viri Iſraelitæ qui occiſus eſt cum Madianitide, Zābri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. 14

Porrò mulier Madianitis quæ pariter interfecta eſt, vocabatᷣ Cozbi, filia Sur prīcipis nobiliſſimi Madianitarū. 15

Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 16

que eſt furor Iehouæ contra Iשׂraאelem.

4 Et dixit Iehouáh ad Moשéh, Aſſume omnes principes populi, tunc ſuſpēde eos "Iehouæ, coram ſole, & auertetur ira furoris Iehouæ ab Iשׂraאele.

5 Dixit ergo Moשéh ad Iudices Iשׂraאél, Occidite quiſque "viros ſuos qui adiunxerunt ſe ipſi Báyal Peעór.

6 "Et ecce quidā de filiis Iשׂraאél venit, "& adduxit fratribus ſuis Midianitidē "in oculis Moשéh, atque in oculis totius congregationis filiorum Iשׂraאél: ipſi autem flebant ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

Phinees occidit Zābri & Cozbi.

7 Quod quum vidiſſet Pineחháɔs filius אElyazár filii Aharón ſacerdotis, ſurrexit de medio congregationis, & accepit lanceam in manu ſua.

8 Ingreſſúſque eſt poſt virum Iשׂraאél in tabernaculum, & tranſfixit ambos ipſos, virum Iשׂraאél & mulierem illam "in ventre eius: "& repreſſa fuit plaga à filiis Iשׂraאél.

9 Et fuerunt mortui plaga illa quatuor & viginti millia.

10 "Tunc loquutus eſt Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

פינחס

Pactū Dei cum Phinees.

11 Pineחháɔs filius אElyazár filii Aharón ſacerdotis "auertit furorē meum à filiis Iשׂraאél, "quū zelatus eſt ipſe zelum meū in medio eorum, & non conſumpſi filios Iשׂraאél in zelo meo.

12 Idcirco "dic, Ecce ego "do ei pactum meum, pacis *ſcilicet*.

13 Et erit ei & ſemini eius poſt eum, "pactum ſacerdotii perpetui, eo quòd zelatus eſt pro Deo ſuo, "& expiauit filios Iשׂraאél.

14 Porrò nomē viri Iשׂraאél "percuſſi, qui percuſſus eſt cū Midianitide, *erat* Zimri filius סSalhאú, princeps "familiæ trib⁹ שSimעón.

Zambri.

15 Nomen verò mulieris occiſæ Midianitidis, Chozbí filia צSur: princeps populorum, *princeps* domus paternæ in Midián erat.

Cozbi.

16 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

Madianitas iubet De⁹ occidi.

4 Iehouæ, co.ſo. ליהוה נגד השמש .i. in gratiā Iehouæ, publicé. Gallicè, *en plein iour*. Hæc nō ſunt ita intelligenda quaſi principes ſuſpēdere debeat Moſes, vt ferè hæc verba ſonare videntur: ſed ſenſus eſt, quòd debeat conuocare principes, & producere in conſpectū populi, atque illis præſentibus iudiciū ferre cōtra eos qui trāſgreſſi erant. Ergo pronomen EOS non eſt referendū ad principes, ſed ad populū, hoc ēſt ad eos qui ex populo deliquerant. Quem ſenſum clarè expreſſit Chaldæus paraph. his verbis, Tolle omnes principes populi, & iudica atque occide eum qui reus eſt, vt occidatur coram Domino. Et hunc eſſe huius loci ſenſum, liquet etiā ex mox ſequenti cōtextu, Et dixit Moſes ad Iudices, Occidite vnuſquiſque, &c. vbi quos antea principes, nunc iudices vocat, qui in hoc à Moſe conuocantur, vt iudicium exequātur in tranſgreſſores quos quiſque ſibi ſubditos habebat. Hanc quoque ſententiam habet & Paraphraſis Ieroſolymitana, in qua ſic ſcriptum eſt, Et dixit verbū Domini ad Moſen, Tolle omnia capita populi, & ſtatue iudices eos corā Domino, & ſuſpendatur quicunque eſt reus mortis, &c. Quòd Coram ſole, vertit interpres, ſignificat in cōſpectu ſolis, publicè, palàm, in propatulo. q.d. ipſi palàm contra me peccauerunt, palàm ergo eos etiā puniri volo. Vel (vt alii intelligunt) ipſi peccauerunt intra tabernacula & in penetralibus contra me, & ego volo vt in publico puniantur. Quemadmodū Dominus & ad Dauid dicebat, Tu feciſti abſconditè, ego autem faciam hanc rem in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis huius, 2. Samu. 12. c. 11. 5 Viros ſuos אנשיו .i. ſubditos ſuos. 6 Et ecce quidam והנה איש Interea ſcilicet dum hæc fierēt. Et adduxit ויקרב Ad verbū, & appropinquare fecit. Doctus inter Hebræos exponit, tradidit. In oculis Moשéh, לעיני משה Hebraiſmus, inſpectante Moſe. 8 In ventre eius: אל־קבתה in partibus genitalibus eius. ſcilicet mulieris. à radice קוב vel קבה. Alii, in tabernaculo eius. in qua ſignificatione paulo antè poſitum eſt, Poſt virum Iſrael in tabernaculum. à radice קבב. Et repreſſa fuit ותעצר & cohibita eſt. q.d. tunc placatus fuit Iehouáh. 10 Tunc loquutus eſt, &c. וידבר יהוה וגו' Hic incipiunt Hebræi ſeptimam huius libri ſectionem, quam appellant פינחס Pinehas, quæ prima eſt dictio ſequentis verſus.

11 Auertit השיב reuocauit. id eſt reconciliauit me filiis Iſrael. Quū zelatus eſt ipſe zelū, &c. בקנאו את־קנאתי וגו' Id eſt, quum feruenti amore pro honore meo, non timuit occidere principem qui tam impudenter ſcortum introduxit, etiam quum plaga Domini iam ſæuiret in populum, & illi pœnitentia ducti, fletibus ſtuderent iratum Dominum placare. hinc factum eſt vt non conſumpſerim filios Iſrael.

12 Dic, אמור ſub. Iſraelitis. Alii ſubaudiunt, illi Phinees. Do ei pactum, &c. נותן לו את־בריתי שלום׃ decerno ei pactū meū pacis. Quidā per futurum vertūt, daturus ſum illi fœdus meum, fœdus pacis. Quod nonulli ſic intelligunt, quaſi Deus iſto ſermone ipſū Phinees ſecurum reddere voluerit, vt ſibi nihil timeret ob interfectum principem. acſi dicat Dominus Moſi, Dic illi, ſis ſecurus, ne timeas tibi à fratribus interfecti: faciam vt illi non poſſint tibi nocere. Hanc expoſitionem ſequitur ex doctioribus Hebræorum alter. Alii verò referunt ad ſtabilitatem & perpetuitatem ſacerdotii, quod non ſit ab eo auferendum amplius. q.d. Ego illi dabo fœdus meum pace & quiete ſempiterna: vt nemo illi auferre poſſit, & de tanto gradu eum deturbare. Hanc ſententiā cōfirmat quod hic mox ſequitur, Et erit ei & filiis eius poſt eum fœdus ſacerdotii in æternum. Simile exēplum habemus in Leuitis, qui quòd etiam zelati eſſent pro gloria Dei, non veriti occidere cognatos & fratres ſuos qui vitulum aureum adorauerant, præ reliquis tribubus ſacerdotii dignitatem adepti ſunt. Exod. 32. f. 29. Quòd quidam dicunt, neceſſe non fuiſſe promittere ſacerdotium ipſi Phinees, cui antea debebatur quòd eſſet ex ſemine Aharonis, nepos illius, hoc ſciāt, Deum hac promiſſione voluiſſe duo perſuaſa eſſe ipſi Phinees: nempe quòd ſuperuicturus eſſet patri: quódque illi nullo obſtaculo ſuperueniente, in ſacerdotio ſucceſſurus eſſet: de quibus antea non erat certus.

13 Pactum ſacerdotii perpetui, ברית כהונת עולם Hebraiſmus, dignitatem ſacerdotalem habiturus eſt tam ipſe quàm filii eius fœdere perpetuo & irreuocabili. Et expiauit fil Iשׂr. ויכפר על־בני ישראל׃ .i. expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Alii vertunt, & reſtituit, vel repoſuit filios Iſrael in gratiam. ſub. cum Deo. Alii, placauit *Deum* pro filiis iſrael. Idem hæc loquutio ſignificat atque id quod paulo antè verſu 11, dixerat Dominus, Auertit furorem meum à filiis Iſrael. 14 Percuſſi, qui perc. המוכה אשר הוכה interfecti, qui interfectus eſt vnà cum, &c. Familiæ tribus בית־אב Ad verbum, domus patris.

'Anguſtiis affice Midianitas,& percutias eos:

Quia ipſi"afflixerunt vos'fraudibus ſuis,quibus fraudulenter egerunt contra vos in negotio Peעór, & in negotio Chozbí filiæ principis Midián"ſororis ſuæ, quæ percuſſa eſt in die plagæ propter Peעór.

Cap. XXVI.

Numerātur rurſum filii Iſrael terrā Chanáan ingreſſuri.

ET fuit, poſt plagam dixit Iehouáh ad Moשſéh & אElyazár filiū Aharón ſacerdotis,dicendo,

'Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iשſraאél "à filio viginti annorum & ſuprà, per domū patrum ſuorum, 'omnium egredientium ad bellum in Iשſraאele.

Itaque loquutus eſt Moשſéh & אElyazár ſacerdos 'cum illis in campeſtribus Moáb iuxta Iardén'Iereחhó,dicendo,

Numerate uniuerſam congregationem filiorum Iſrael, à filio viginti annorum & ſuprà, queādmodum præceperat Iehouáh Moשſéh & filiis Iשſraאél qui egreſſi erant è terra AEgypti.

Ruben.

Reאubén *fuit* primogenitus Iשſraאelis. filii Reאubén *fuerunt aliquot*:'de חHanóch,*fuit* familia חHanochitarū:de Pallúא, familia Palluאitarum.

De חHeצſrón,familia חHeצſronitarū:de Charmi,familia Charmitarum.

Iſtæ ſunt familiæ Reuאbenitarum.&fuerunt numerati eorum, tria & quadraginta millia,ſeptingenti & triginta.

Et *ex* filiis Pallúא,אEliáb.

Filii autē אEliáb, Nemuאél,& Dathán,& Abirám:iſti ſunt Dathā & Abirám"maiores ſynagogæ,'qui rixati ſūt cōtra Moשſéh & Aharón in cōgregatione Córaחh,quū rixarētur ipſi cōtra Iehouā.

Et aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos & Córaחh, quando mortua eſt congregatio, dum conſumpſit ignis ducentos quinquaginta viros:qui fuerunt"in ſignum.

Filii verò Córaחh non *ſunt* mortui.

Simeon.

Filii שSimעō p̄ familias ſuas: de Nemuאél,familia Nemuאelitarū:de Iamín,familia Iaminitarū:de Iachín,familia Iachinitarū.

De Zéraחh, familia Zarחhitarum: de שSaאúl, familia שSaאulitarum.

Iſtæ ſūt familiæ שSimעonitarū:'duo & viginti millia& ducēti.

Gad.

Filii Gad per familias ſuas:de צSephón, familia צSephonitarū: de חHaggi,familia חHaggitarum:de שSuní,familia שSunitarum.

De אOzní,familia אOznitarum:de עEri,familia עEritarum.

17 |Hoſtes vos ſentiant Madianitæ,& percutite eos:

Infrà 31.a.2

18 Quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos,& decepere inſidiis per idôlū Phogor & Cozbi filiam ducis Madiā ſororem ſuam,quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

Cap. XXVI.

1 POſtquam noxiorum ſanguis effuſus eſt, dixit Dominus ad Moyſē & Eleazarum filium Aarō ſacerdotē,

2 Numerate omnem ſummā filiorū Iſrael à viginti annis & ſuprà,per domos & cognationes ſuas,cunctos qui poſſunt ad bella procedere.

3 Loquuti'ſunt itaque Moyſes & Eleazar ſacerdos, in cāpeſtribus Moab ſuper Iordanē contra Iericho, ad eos qui erant

4 A viginti annis & ſuprà, ſicut Dominus imperauerat, quorum iſte eſt numerus:

5 |Ruben primogenitus Iſrael.huius filius,Henoch,à quo familia Henochitarum:& Phallu, à quo familia Phalluitarum:

Gen.46.b.9 exod.6.c.14 1.para.5.a.1

6 Et Heſrō,à quo familia Heſronitarū: & Charmi,à quo familia Charmitarū

7 Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben: quarū numerus inuentus eſt quadraginta tria millia & ſeptingēti trigīta.

8 Filius Phallu,Eliab.

9 Huius filii,Namuel & Dathan & Abiron.iſti ſūt Dathan & Abiron principes populi qui |ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quādo aduerſus Dn̄m rebellauerunt.

Suprà 16.a.2, g.49 B

10 Et aperiens terra os ſuum, deuorauit Core morientibus plurimis,quādo cōbuſſit ignis ducentos quinquaginta viros: & factum eſt grande miraculum,

11 Vt Core pereunte, filii illius non perirent.

12 Filii Simeon per cognationes ſuas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarū:& Iamin, ab hoc familia Iaminitarū:Iachin,ab hoc familia Iachinitarū:

13 Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul,ab hoc familia Saulitarum.

Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia ducenti.

15 Filii Gad per cognationes ſuas: Sephon,ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:

16 Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri,ab hoc familia Heritarum:

---

17 Anguſtiis aff. צרור Infinit.Heb.pro imperat. Afflige.q.d.Hoſtiliter agecū Madianitis:ſentiant te hoſtē. L x x, hoſtes ſitis Madianitis.

18 Afflixerunt צוררים hoſtiliter egerunt contra vos.Præſ.Heb.pro præt. Fraudibus ſuis,&c. בנכליהם וגו' verſutiis[vafritiis]ſuis quas excogitauerunt aduerſum vos in negotio, &c. id eſt dolis quibus vos illexerunt ad adorandum idolum Phogor,& fornicandum cum Chozbi quæ percuſſa eſt tempore quo miſit Dominus plagam propter cultum idoli Phogor. Negotium Phogor vocat rem pertinentem ad idolum Phogor,cultum quem ipſo idolo exhibuerunt Iſraelitæ. Sororis ſuæ, אחותם Pronomen plurale,id eſt Madianitarum.q.d. qui non erubuerunt ſuæ gentis mulierem,imò ſuæ familiæ proſtituere.

IN CAPVT XXVI.

2 Tollite ſummam שאו את־ראש .i.Numerate. A filio viginti an. מבן עשרים שנה Vide ſuprà cap.1.a.3. Omnium egredientiū כל־יוצא omnium qui egredi poſſunt.vel,procedere.Singul.Heb.pro plur. 3 *Cum* illis אתם Hic pro להם poſitū eſt. Iereחhó, ירחו Id eſt qua parte non procul diſtat ab Iericho.In fine huius verſus, aut in principio ſequentis ſubaudienda ſunt hæc verba ex præcedenti verſu, Numerate vniuerſam congregationem filiorum Iſrael,vt & noſter interpres fecit. Alii aliud ſubaudiunt minus loco cōueniens. Hoc eſt, Numerate iam populum eo modo quo ſuprà iuſſi fuiſtis numerare illū.Id fit quòd multi iam plagis interiiſſent: imò planè periiſſent omnes qui ex AEgypto aſcenderant, vt in fine huius capitis dicitur. In qua numeratione reperitur tamen numerus paulo minor quàm in ea ſupputatione quæ ſuprà primo capite ponitur.In quo ſanè elucet maxima Dei potentia quæ deletam ſuam gentem tam paruo tempore propagauerit,ſubſtituerit alios in locum deletorum,atque conſeruarit. 5 *De* Hanóch, חנוך Subaudiuit noſter interpres præpoſitionem ל ex continuò ſequentibus. 9 Maiores ſynagogæ, קרואי העדה ſenatores[magnates.nobiliſſimi totius]congregationis. Vide ſuprà capite primo,verſu 16. Qui rixati ſunt אשר הצו qui rixari fecerunt filios Iſrael.i. authores fuerunt vt filii Iſrael rixarentur contra Moſen & Aharonem. 10 In ſignum. לנס: Id eſt fuerunt exemplo aliis filiis Iſrael,non eſſe rixandum & litigandum contra Dominum.Sunt tamen qui hoc ſignum & miraculum non referunt ad eos qui perierunt,& quos terra abſorpſit, ſed ad filios Core qui mortui non fuerunt:quaſi ſcilicet magnum fuerit ſignum vel miraculum,quòd aliis pereuntibus,ipſi à terra non fuerint abſorpti.

14 Duo שנים Subaudiendum ex ſeptimo verſu,numerati eorum fuerunt duo,&c.

17 Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum.

18 Iſtæ ſunt familiæ Gad, quarũ omnis numerus fuit quadraginta millia quingenti.

Gen.38.a.5.b.7 C 19 ‖Filii Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui ſunt in terra Chanáan.

20 Fuerúntque filii Iuda per cognationes ſuas: Sela, à quo familia Selaitarũ Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum.

21 Porrò filii Phares, Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum.

22 Iſtæ ſunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit ſeptuaginta ſex millia quingentorum.

23 Filii Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phunitarum:

24 Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranitarũ.

25 Hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum numerus fuit ſexaginta quatuor millia trecenti.

26 Filii Zabulõ per cognationes ſuas: Sared, à quo familia Sareditarũ: Elon, à quo familia Elonitarũ: Ialel, à quo familia Ialelitarum.

27 Hæ ſunt cognationes Zabulõ, quarũ numerus fuit ſexaginta millia quingentorum.

28 Filii Ioſeph per cognationes ſuas: Manaſſe & Ephraim.

D 29 De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarũ. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum.

30 Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum:

31 Et Aſriel, à quo familia Aſrielitarũ: & Sechem, à quo familia Sechemitarum:

Infrà 27.a.1. 32 Et Semida à quo, familia Semidaitarum: & ‖Hepher, à quo familia Hepheritarum.

33 Fuit autẽ Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, ſed tantùm filias, quarũ iſta ſũt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therſa.

34 Hæ ſunt familiæ Manaſſe: & numerus earum, quinquaginta duo millia ſeptingentorum.

35 Filii autem Ephraim per cognationes ſuas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum.

36 Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum.

37 Hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim: quarum numerus fuit triginta duo millia quingentorum. iſti ſunt filii Ioſeph per familias ſuas.

E 38 Filii Beniamin in cognationibus ſuis: Bela à quo familia Belaitarum: Aſbel, à quo familia Aſbelitarũ: Achiram à quo familia Achiramitarum:

39 Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum.

40 Filii Bela, Hered & Noeman: de Hered, familia Hereditarũ: de Noeman, familia Noemitarum.

41 Hi ſunt filii Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit

17 De Aród, familia Aroditarum: de Arאelí, familia Arאelitarum.

18 Iſtæ *ſunt* familiæ filiorum Gád iuxta numeratos ſuos, quadraginta millia & quingenti.

19 Filii Iehudáh, עEr & אוOnán: & mortuus eſt עEr, & אוOnán in terra Chenáעan. Iuda.

20 Fuerunt inquam filii Iehudáh per familias ſuas: de שSeláh, familia″שSelanitarum: de Péreץs, familia Parצſitarum: de Zéraחh, familia Zarחhitarum.

21 Fuerunt autem filii Péreץs, de חHeצſrón, familia חHeצſronitarum: de חHamúl, familia חHamulitarum.

22 Iſtæ *ſunt* familiæ Iehudáh per numeratos ſuos, ſex & ſeptuaginta millia & quingenti.

23 Filii Iשſſachár per familias ſuas, *de* Tholáע, familia Tholaיעitarũ: de Puuáh, familia′Punitarum: Iſſachar.

24 De Iaשſub, familia Iaשſubitarum: de שSimrón, familia שSimronitarum.

25 Iſtæ *ſunt* familiæ Iשſſachár iuxta numeratos ſuos, quatuor & ſexaginta millia ac trecenti.

26 Filii Zebulún per familias ſuas: de סSéred familia סSarditarũ: de אElón, familia אElonitarũ: de Iaחhleאél, familia Iaחhleאelitarũ. Zabulon.

27 Iſtæ ſunt familiæ Zebulonitarum iuxta numeratos ſuos, ſexaginta millia & quingenti.

28 Filii Ioסſéph per familias ſuas, Menaשſſéh & אEphráim. Ioſeph.

29 Filii Menaשſſéh, de Machir, familia Machiritarum: & Machir genuit Gilעád: de Gilעád, familia Gilעaditarum.

30 Iſti *ſunt* filii Gilעád: *de* איIעézer, familia איIעezritarum: de חHélec, familia חHelcitarum.

31 Et *de* Aשſriאél, familia Aשſriאelitarũ: de שSéchem, familia שSechemitarum.

32 Et *de* שSemidáע, familia שSemidaיעtarum: & *de* חHépher, familia חHephritarum.

33 Et צSelophחhád filio חHépher non fuerũt filii, ſed filiæ:″quarũ hæc nomina, Maחhláh & Noעáh, חHogláh, Milcháh, & Thirצſáh. Filiæ Salphaad

34 Iſtæ *ſunt* familiæ Menaשſſéh: numerati autem eorum, duo & quinquaginta millia & ſeptingenti.

35 Iſti *ſunt* filii אEphráim per familias ſuas: de שSuthélaחh, familia שSuthalחhitarum: de Bécher, familia Bachritarum: de Tháחhan, familia Thaחhanitarum. Ephraim.

36 Et iſti *ſunt* filii שSuthélaחh: de עErán, familia עEranitarum.

37 Iſtæ *ſunt* familiæ filiorũ אEphráim iuxta numeratos ſuos, triginta duo millia & quingenti. iſti ſunt filii Ioסſéph per familias ſuas.

38 Filii Biniamín per familias ſuas: de Beláע, familia Balעitarum: de Aשſbél, familia Aשſbelitarum: de A'חhirám, familia A'חhiramitarum. Beniamin.

39 De שSephuphám, familia שSuphamitarum: de חHuphám, familia חHuphamitarum.

40 Fuerunt autem filii Béláע, Arde & Naעamán: *de Arde*, familia Arditarum: de Naעamán, familia Naעamanitarum.

41 Iſti *ſunt* filii Biniamín iuxta familias ſuas, & numeratos ſuos,

---

20 שSelanitarum שלני De hac formatione, vide infrà verſu 23.

23 Punitarum: הפוני: Hîc ו quod eſt in פוה, in formatione patronymici conuerſum eſt in נ, ante י cõſtitutiuum patronymici: vt etiam ה aliquando, vt à שלה quod eſt ſuprà verſu 20, fit שלני, quod annotat doctus inter Hebræos.

33 Quarum hæc nomina, ושם בנות צלפחד Ad verbum, & nomina filiarum צSelophחhad.

	quadraginta quinque millia & ſexcenti.		quadragintaquinque millia ſexcenti.	
Dan.	Iſti *ſunt* filii Dán per familias ſuas: de שSuחham, famillia שSuחhamitarum: iſtæ ſunt familiæ Dán per familias ſuas.	42	Filii Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ ſūt cognationes Dā per familias ſuas.	
	Omnes familiæ שSuחhamitarū iuxta numeratos ſuos, ſexaginta quatuor millia & quadringenti.	43	Omnes fuere Suhamitæ, quorū numerus erat ſexaginta quatuor millia quadringentorum.	
Aſer.	Filii Aשſér per familias ſuas: de Imnáh, familia Imnahitarum: de Iשſúi, familia Iשſuitarum: de Beriyáh, familia Berיyitarum.	44	Filii Aſer per cognationes ſuas: Iēna, à quo familia Iemnaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum.	
	De filiis Beriyáh, de חHebér, familia חHebritarum: de Malchiאél, familia Malchiאelitarum.	45	Filii Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum.	
	Nomen autem filiæ Aשſer, erat שSáraחh.	46	Nomen autem filiæ Aſer, fuit Sara.	
	Iſtæ *ſunt* familiæ filiorum Aשſér iuxta numeratos ſuos, quinquaginta tria millia & quadringenti.	47	Hæ ſunt cognationes filiorum Aſer, & numerus eorum quinquaginta tria millia quadrigentorum.	F
Nephthali.	Filii Naphthalí per familias ſuas: de Iaחhxſeאél, familia Iaחhxſeאelitarum: de Guni, familia Gunitarum.	48	Filii Nephthali per cognationes ſuas: Ieſiel, à quo familia Ieſielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum:	
	De Iéxſer, familia Iixſritarū: de שSillém, familia שSillemitarū.	49	Ieſer, à quo familia Ieſeritarū: Sellem, à quo familia Sellemitarum.	
	Iſtæ *ſunt* familiæ Naphthalí per familias ſuas: numerati autem eorum, quadraginta quinque millia & quadringenti.	50	Hæ ſunt cognationes filiorum Nephthali per familias ſuas: quorum numerus quadraginta quinqꝫ millia quadringentorum.	
	Iſti *ſunt* numerati filiorum Iשſraאél, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti ac triginta.	51	Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael qui recenſiti ſunt, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta.	
	Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,	52	Loquutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,	
	Iſtis diuidetur terra illa ″in poſſeſſionem ſecundum numerum nominum.	53	Iſtis diuidetur terra iuxta numerū vocabulorum in poſſeſſiones ſuas.	
	″Numeroſiori dabis poſſeſſionem maiorem: & pauciori diminues poſſeſſionem ſuam: vnicuique ſecundum numeratos ſuos dabitur hæreditas ſua.	54	Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: ſingulis, ſicut nunc recenſiti ſunt, tradetur poſſeſſio.	
	″Verūtamen ſorte diuidetur terra, ″per nomina tribuum patrū ſuorum hæreditatem accipient.	55	Ita duntaxat vt ſors terram tribubus diuidat & familiis.	
	Secundū ſortes diuidetur hæreditas eius inter multū & paucū.	56	Quicquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.	
Numerus filiorum Leui.	Iſti autem *ſunt* numerati Leuitarum per familias ſuas: de Gerשſón, familia Gerשſunitarū: de Ceháth, familia Cehathitarum: de Merarí, familia Meraritarum.	57	‖Hic quoque eſt numerus filiorum Leui per familias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum.	Exo.6.c.17
	Iſtæ *ſunt* familiæ Leuitarū, familia Libnitarum, familia חHebronitarum, familia Maחhlitarum, familia Muשſitarum, familia Corחhitarum. Ceháth autem genuit yAmrám.	58	Hæ ſunt familiæ Leui: familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Muſi, familia Core. at verò Caath genuit Amram:	G
	Nomen verò vxoris yAmrám, Iochébed filia Leui, quam ″peperit ipſi Leui in AEgypto: & quæ peperit ipſi yAmrám, Aharón & Moשſéh, & Miriám ſororem eorum.	59	‖Qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata eſt ei in AEgypto. hæc genuit Amram viro ſuo filios, Aaron & Moyſen, & Mariam ſororem eorum.	Exod.2.a.2, & 6.c.20
	″Natíque ſunt ipſi Aharón, Nadáb & Abihאú, אElyazár, & אIthamár.	60	De Aaron orti ſunt Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.	
	Porrò mortui ſunt Nadáb & Abihאú, dum offerrent ignem alienum coram Iehoua.	61	‖Quorū Nadab & Abiu mortui ſūt, quum obtuliſſent ignem alienum coram Domino.	Suprà 3.a.4 leuit.10.a.2 1.paral.24.a.2
	Et fuerunt numerati eorum, viginti tria millia: ″omnes mares à filio menſis & ſuprà: non enim numerati fuerāt inter filios Iשſraאél, quòd data non ſit illis hæreditas inter filios Iשſraאél.	62	Fuerúntque omnes qui numerati ſunt, viginti tria millia generis maſculini ab vno menſe & ſuprà: quia non ſunt recēſiti inter filios Iſrael, nec eis cum cæteris data poſſeſſio eſt.	
	Iſti *ſunt* numerati Moשſéh & אElyazár ſacerdotis, qui numerauerunt filios Iשſraאél in campeſtribus Moáb, ″iuxta Iardén Ieriחhó.	63	Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.	
	Inter iſtos autē nō fuit quiſquā de numeratis Moשſéh & Aharón ſacerdotis, qui numerauerāt filios Iשſraאél in deſerto סSinái.	64	‖Inter quos nullus fuit eorum qui antè numerati ſunt à Moyſe & Aaron in deſerto Sinai.	1.Cor.10.a.6

53 In poſſeſſionem ſecun.numer.no. : בנחלה במספר שמות Id eſt vt ab illis poſſideatur iure hæreditario iuxta familias quæ diuerſa nactæ ſunt nomina. 54 Numeroſiori,&c. לרבתרבה נחלתו Ad verbum, Multo multiplicabis hæreditatem ſuam.

55 Veruntamen ſorte אך־בגורל Ita tamen vt ſorte. Per nomina,&c. לשמות וגו' Hebraiſmus, ſingulæ tribus accipient poſſeſſionē ſuam. 59 Peperit ילדה ſub. mater eius. 60 Natique ſunt ויולד Singul. Heb. pro plur. ſic verſu ſequenti.

62 Omnes mares à filio,&c. כל־זכר וגו' Singul. Heb. pro plur. omnes maſculi ab vno menſe,&c.

63 Iuxta Iardén Ieriחhó. : על־ירדן ירחו Id eſt iuxta Iordanem qua parte parum diſtat à Iericho.

Suprà 14.e.28

65 ‖Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in ſolitudine: nullúſque remāſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun.

Cap. XXVII.

Suprà 26.d.52 infrà 36.a.2 ioſue 17.a.3

1 ACceſſerũt autem ‖filiæ Salphaad filii Hepher filii Galaad filii Machir filii Manaſſe qui fuit filius Ioſeph: quarum ſunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therſa.

2 Steterúntque corā Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cũctis principibus populi ad oſtiũ tabernaculi fœderis, atque dixerunt,

Suprà 16.a.1.e.31

3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ ‖cõcitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt: hic non habuit mares filios.

4 Cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia nõ habet filium? date nobis poſſeſſionē inter cognatos patris noſtri.

B 5 Retulitque Moyſes cauſam earum ad iudicium Domini.

6 Qui dixit ad eum,

7 Iuſtã rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſſionē inter cognatos patris ſui, & in hæreditatem ſuccedant.

8 Ad filios autē Iſrael loquêris hæc, Homo quum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas.

9 Si filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos.

10 Quòd ſi & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius.

11 Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. eritque hoc filiis Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moyſi.

Deut. 31.f.37 C

12 Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare inde terram quam daturus ſum filiis Iſrael.

13 Quúmque videris eam, ibis & tu ad populũ tuum, ſicut iuit frater tuus Aaron,

Suprà 20.b.12

14 Quia ‖offendiſtis me in deſerto Sin in contradictione multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis coram ea ſuper aquas. hæ ſunt aquæ cõtradictionis in Cades in deſerto Sin.

65 Dixerat enim Iehouáh *de* illis, Moriendo morientur in deſerto. & non fuit ſuperſtes ex eis quiſquam, niſi Chaléb filius Iephunnéh, & Iehoשſúaע filius Nun.

Cap. XXVII.

1 ACceſſerunt autē filiæ צSelophחhád filii חHépher filii Gilעád filii Machír filii Menaשſſéh de familiis Menaשſſéh filii Ioסéph: hæc verò ſunt nomina filiarũ eius, Maחhláh, Noעáh, & Hogláh, & Milcháh, & Thirצſáh. Lex hæreditatis filiarũ Salphaad.

2 Hæ ſteterunt corã Moשſéh & coram אElעazár ſacerdote, & coram principibus, atque vniuerſa congregatione ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, dicendo,

3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, ʼqui tamen nõ fuit in congregatione quæ cõgregata fuit aduerſus Iehouam in cõgregatione Córaחh: ʼquia in peccato ſuo mortuus eſt, & filii nõ fuerũt ei.

4 Quareʼtolletur nomē patris noſtri de medio familiæ ſuæ, propterea quòd non ſit ei filius? da nobis hæreditatem ʺinter fratres patris noſtri.

5 ʼRetulit autem Moשſéh cauſam earum coram Iehoua.

6 Et reſpondit Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

7 ʼRectum filiæ צSelophחhád loquuntur: ʼdãdo dabis eis poſſeſſionemʺhæreditatis in medio fratrum patris ſui, ʼ& transferas hæreditatem patris earum ad eas.

8 Ad filios autem Iשſraאél loquêris, dicendo, Quum quis mortuus fuerit, & filius non fuerit illi, tum transferetis hæreditatem eius ad filiam ipſius. De hæreditate lex.

9 Quòd ſi non fuerit ei filia, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus ipſius.

10 Si verò non fuerint illi fratres, tunc dabitis hæreditatē eius fratribus patris ipſius.

11 Quòd ſi nõ fuerint fratres patri ipſius, tunc dabitis hæreditatē eius ʺpropinquiori illì de familia ipſius, ʼhæreditatéque accipiet illam: erit autem *iſtud* filiis Iשſraאél ʺin ſtatutum iudicii, quemadmodum præcepit Iehouáh Moשſéh.

12 Dixit præterea Iehouáh ad Moשſéh, Aſcende in montem עAbarím iſtum, & vide terram quam dedi filiis Iשſraאél: Oſtēditur Moyſi terra promiſſionis.

13 ʼQuam quũ videris, aggregaberis ad populos tuos tu quoque, quemadmodum *iam* aggregatus eſt Aharón frater tuus.

14 ʺQuemadmodũʺrebelles fuiſtis ori meo in deſerto צSinʺin iurgio cõgregationis, ʼvt ſanctificaretis me ʺin aquis in oculis eorũ. iſtæ ſunt Aquæ iurgii *habiti in* Cadéשs *in* deſerto צSin.

IN CAPVT XXVII.

3 Qui tamen non fuit, &c. 'והוא לא־היה וגו Ad verbum, & ipſe non fuit in medio congregationis, &c. i. inter eos qui ſeditioſè conuenerunt contra Iehouam, quos excitauerat Coreh. Quia in peccato ſ.m.eſt, כי־בחטאו מת ſed in peccato, &c. i. propter peccatum ſuum, vel in peccato ſuo, & non communi. 4 Tolletur 'יגרע .i. delebitur. obliterabitur. Ad verbum, diminuetur. Inter fratres בתוך אחי Ad verbum, in medio fratrum. Fratres vocat cognatos. 5 Retulit autem, &c. 'ויקרב וגו Ad verbum, Et appropinquare fecit Moſéh iudicium, &c. Hebraiſmus. 7 Rectum כן .i. quæ recta ſunt. Alii, Veritatem: eodem ſenſu. hoc eſt Recta poſtulant. Dando dabis eis נתון תתן להם Hebraiſmus, Omnino volo vt des illis. להם pro להן. Hæreditatis נחלה .i. hæreditariam, ſiue quam iure hæreditario poſſideant. Et transferas והעברת Ad verbum, & tranſire facies. i. vt des ipſis quod poſſeſſurus erat pater eorum.

11 Propinquiori illi לשארו הקרוב אליו Ad verbum, propinquo eius qui eſt propinquus ei. i. illi qui proximè ad illum attinebit. Hebraiſmus. Hæreditatéque accipiet il. וירש אותה & poſſidebit illam. iure hæreditario accipiet. In ſtatutum iudicii, לחקת משפט id eſt in iura & leges: hoc eſt, ſecundum hanc legem de huiuſmodi iudicabunt inter filios Iſrael: manebítque ſanctum, firmum, & inuiolabile hoc decretũ, quod nullus Iudex mutare audebit. Mutatio perſonarũ pro, ſicut præcepi tibi. 13 Quam quum videris, aggreg. 'אותה וגו וראיתה Ad verbum, Et videbis illam, & aggregaberis, &c. Adiũgi, ſiue aggregari ad populũ ſuũ, eſt mori quemadmodũ & alii mortui ſunt.

14 Quemadmodum, &c. 'כאשר וגו Nonnihil deeſſe videtur, cuiuſmodi, Ita moriemini vt rebelles fuiſtis dictis meis in deſerto Sin, quum contenderent filii Iſrael, vt inquam rebelles fuiſtis dare mihi gloriam in aquis illis quas educturus eram è petra, illis præſentibus. q.d. quemadmodum recuſaſtis extollere me, & celebrare potentiam meam quum populus tam vehementer poſtularet aquas, ita etiam non dignabor vos terra quam daturus ſum filiis Iſrael. Rebelles fuiſtis ori meo מריתם פי Id eſt non obtemperaſtis ſermoni meo, ſiue dictis meis. In iurgio congreg. במריבת העדה .i. quum rixaretur cõgregatio filiorũ Iſrael. Vt ſanctificaretis me 'לחקדישני Iſtud refertur ad initium verſus, rebelles fuiſtis ſanctificare me. i. dare mihi gloriam omnipotētiæ. i. non credidiſtis me eſſe omnipotentem, propterea non celebraſtis me coram congregatione, dando mihi eam gloriam, quòd eſſem omnipotens. In aquis במים quas ſcilicet educturus eram de petra duriſſima illis videntibus.

15 Loquutus eſt igitur Mowſéh ad Iehouam, dicendo,

16 Præficiat Iehouáh ″Deus ſpirituum omnis carnis, virum ſuper congregationem,

17 ″Qui egrediatur ante eos, & qui ingrediatur ante eos, id eſt qui educat eos, & introducat eos: ne ſit congregatio Iehouæ velut pecudes quæ nullum habent paſtorem.

Conſtituitur Ioſue dux populi pro Moyſe.

18 Et dixit Iehouáh ad Mowſéh, Cape tibi Iehowſúay filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus, ″& imponas manum tuam ſuper eum.

19 Statuáſque illum coram אElyazár ſacerdote, & coram vniuerſa congregatione: ″& dabis illi mandata in oculis eorum.

20 ″Et pones de gloria tua ſuper illum, vt audiant *illum* vniuerſa congregatio filiorum Iwſraאél.

21 ″Qui poſtea corā אElyazár ſacerdote ſtabit, ″& interrogabit eum ″de iudicio אוVrím coram Iehoua: ″ad verbum eius egredientur, & ad verbū eius ingredientur ipſe & omnes filii Iwſraאél cum eo, & tota congregatio.

22 Fecit ergo Mowſéh quemadmodum præceperat ei Iehouáh: accepit nanque Iehowſúay, & ſtatuit eum coram אElyazár ſacerdote, & coram vniuerſa congregatione.

23 Impoſuítque manus ſuas ſuper illū, ″ac dedit illi mandata, quēadmodū dixerat Iehouáh per manum Mowſéh. Cap. XXVIII.

Quid quoque tēpore offerendū.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Mowſéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iwſraאél, & dic eis, ″Oblationem meam, ″panē meū in oblationibus meis ignitis in odorem quietis meæ cuſtodietis, ″ita vt offeratis mihi *illa* in tempore ſuo.

3 Dices præterea illis, ″Hæc *eſt* oblatio ignita quā offeretis Iehouæ, agnos anniculos ″immaculatos duos ″per diē, holocauſtū iuge.

Quotidie.

4 Agnū vnū ″facies mane, & agnū alterū facies inter duas veſpas.

15 Cui reſpondit Moyſes,

16 Prouideat Dominus Deus ſpirituū omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc:

17 Et poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore.

18 Dixitque Dominus ad eum, ¦Tolle Ioſue filium Nun virū in quo eſt ſpiritus, & pone manum tuā ſuper eum.

Deut.3.d.21 D

19 Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine:

20 Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael.

21 Pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum: ad verbū eius egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filii Iſrael cū eo, & cætera multitudo.

22 Fecit Moyſes vt præceperat Dominus: quúmque tuliſſet Ioſue, ſtatuit eū corā Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi.

23 Et impoſitis capiti eius manib⁹, cūcta replicauit quæ mandauerat Dominus. Cap. XXVIII.

1 DIxit quoq; Dominus ad Moyſē,

2 Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos, Oblationem meam & panes, & incēſum odoris ſuauiſſimi offerte per tempora ſua.

3 Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, ¦agnos anniculos immaculatos duos quotidie ī holocauſtū ſēpiternū.

Exod.29.f.38

4 Vnum offeretis mane, & alterum ad veſperum.

16 Deus ſpirituū, &c. אלהי הרוחות וגו׳ .i. qui nouit corda & mentes omniū hominū. 17 Qui egrediatur, &c. אשר־יצא וגו׳ Egredi & ingredi ante populū, educere & introducere eū, Hebraiſmus idem ſignificans, pro præire, regere, gubernare, educere ad bellū & reducere.

18 Et imponas, &c. וסמכת וגו׳ vt hoc pacto videaris reſignare officium tuum, & conſtituere illum ſuper totum populum.

19 Et dabis illi mandata, &c. וצויתה אותו לעיניהם: Ad verbum, & præcipies illi, &c. i. illis præſentibus inſtrue illum quid agere debeat.

20 Et pones de gloria tua ונתת מהודך Et dabis illi de ſplendore tuo. vel, Et impertieris *aliquid* de honore tuo. Quidam Hebræorum hoc intelligunt de ſplendore illo quo irradiabat vultus Moſis ex colloquio illo quod in monte cum Deo habuerat. Et comparationem inter Moſen & Ioſuam faciunt, vt Moſes ſit tanquā ſol, Ioſue verò ſicut luna quæ à ſole lumen accipit: propterea dicunt faciem Moſis vt ſolem enituiſſe, Ioſue verò vt lunam. Alii vocem Hebræam הוד laudem, alii gloriam & honorem, alii virtutem exponunt. Alii præterea referunt ad poteſtatem & authoritatem qua ipſe Moſes pollebat apud plebem. alii verò de māſuetudine & humilitate Moſis dictum volūt, quibus populum facilè ad parendum ſibi conciliabat. Manſuetudo enim & humilitas Moſen mirum in modum laudabilem reddiderunt: qui ob id quòd cum Deo loqui ſoleret vt amicus cum amico, nihilo ſuperbior factus, erga omnes pium & tractabilem ſe exhibuit.

21 Qui poſtea coram אElyazar ſac. ſtabit, ולפני אלעזר הכוהן יעמוד Ad verbum, Et coram Eleazar ſacerdote ſtabit. Et interrogabit eum ושאל לו .i. conſulet Eleazarum. De iudicio אוVrím coram Iehoua: במשפט האורים לפני יהוה Obſeruarunt quòd vbicunque mētio fit Vrim pectoralis, ſemper coniungitur cum Thummim, vt Exod.28.c.30, Leuit.8.b.8, Eſd.2.g.63, & Nehe.7.g.65. Excipitur hic locus, & 1.Semu.28.a.6, vbi Vrim ſolum ponitur: & volunt ſimpliciter accipi pro ſummo Pontifice: vnde præſentem locum ſic legunt & exponunt, Ante Eleazarum ſacerdotem ſtabit, & interrogabit eum de iudicio Vrim coram Domino: hoc eſt, conſulet Pontificem de rebus agendis, tāquam conſcium voluntatis Dei: de rebus inquam quas reuelabit ei Dominus agendas, propter præſentiam nominis ſui quod ipſe ſacerdos geſtat in pectorali. Hic igitur Vrim pro ſummo Pontifice accipitur, vt ſit antecedens pro relatiuo. Interrogabit eum de iudicio Vrim, id eſt Pontificis, hoc eſt ſuo: interrogabit ſacerdotem de iudicio ſacerdotis: interrogabit ſacerdotem ſententiam ſuam quid Dominus velit. q.d. quum aliquid agere volet, interrogabit ſummum Pontificem qui geſtat Vrim & Thummim in pectorali. Alii exponūt, interrogabit eum de iudicio. i. ſententia Vrim, hoc eſt illuminationum, de ſententia illa Dei illuſtrantis & illuminantis, & dirigentis omnia. Vt Deus hîc dicatur Vrim, vt ſe lucem mundi vocat Chriſtus, Iohan.8.b.12. Alii, interrogabit eum quid videatur Domino eſſe faciendum, quem conſulet adhibito Vrim, in tabernaculo coram arca, quam vocat Iehouam, quòd illinc Iehoua daret reſponſa. Vide Exod.28.c.30. Ad verbum eius על־פיו Hebraicè legitur, ad os eius. ſic vocatur verbum ſiue ſermo, quòd in ore formetur. De ſermone ſacerdotis intelligit. Non vult Dominus quicquam aggredi Ioſuam & populū inconſulto ſummo Pontifice, cui Dominus reuelabat ſuam ſententiam de rebus agendis omnibus. q.d. ſecundum quod ipſe Pontifex à me edoctus loquetur, ipſe & filii Iſrael ſuſcipient aliquid agendum, aut deſiſtent. Nota Hebraiſmum, Egredi & ingredi, pro, aliquid aggredi faciēdum, aut ſuſcepto deſiſtere. 23 Ac dedit il. mand. ויצוהו Ad verbū, & præcepit illi.

IN CAPVT XXVIII.

2 Oblationem meam קרבני .i. Ritum offerendi à me præceptum. Panem meum, &c. לחמי לאשי וגו׳ panem meum pro ignitis ſacrificiis meis *quæ* fiunt in odorem, &c. Nomine Panis intelligit carnes, vt & infrà verſu 24. i. Cuſtodite ritum offerendi carnes meas & victimas meas quæ cremātur vt incenſa mihi fiant gratiſſima, quibus excitetur mihi odor gratiſſimus, & offerte ea mihi vt præcepi. Sacrificia autem Deus vocat cibum ſuum more hominum, quòd ſicut homines carnibus, vino, oleo, ſimila, & panibus, &c. potiſſimum veſcuntur & delectantur, ita & Deus illa in ſacrificiis ſuis habere voluit, non quòd illis, vt homo, veſceretur ac delectaretur, ſed quòd ipſi grata eſſent propter aliud, nempe ob fidem in dilectum Filium ſuum qui per omnia ſacrificia adumbrabatur. De odore quietis Iehouæ, vide Leuit.1.b.9. Ita vt offeratis להקריב offerendo. 3 Hæc *eſt* oblatio ignita, &c. זה האשה וגו׳ .i. Iſte eſt ritus ſacrificii vſtulati, quod ſuo tempore offeretis Iehouæ. Immaculatos תמימם .i. nullam imperfectionem habentes, carentes omni macula. Per diem, ליום in ſingulos dies. ſub. offeretis. Alii in nominatiuo vertunt, Agni anniculi, &c. per ſingulos dies *erunt in* holocauſtum iuge. i. quod nullo tēpore intermittetur.

4 Facies תעשה Id eſt rite ſacrificabis.

5 Decimam partem ephi ſimilæ, quæ cōſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat quartam partem hin.

6 Holocauſtum iuge eſt quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſſimum incenſi Domini.

7 Et libabitis vini quartā partem hin per agnos ſingulos in Sanctuario Domini.

8 Alterúmque agnum ſimiliter offeretis ad veſperam iuxta omnem ritum ſacrificii matutini, & libamentorum eius, oblationē ſuauiſſimi odoris Domino.

B 9 Die autem ſabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio, & liba:

10 Quæ rite fundūtur per ſingula Sabbatha in holocauſtum ſempiternum.

11 In calendis autem, id eſt in menſiū exordiis, offeretis holocauſtū Domino, vitulos de armento duos, arietem vnū, agnos anniculos ſeptem immaculatos:

12 Et tres decimas ſimilæ oleo cōſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos: & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes:

13 Et decimam decimæ ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos: holocauſtum ſuauiſſimi odoris atque incenſi eſt Domino.

14 Libamenta autem vini quæ per ſingulas fundenda ſunt victimas, iſta erunt, media pars hin per ſingulos vitulos, tertia per arietem, quarta per
C agnum. hoc erit holocauſtum per omnes menſes, qui ſibi anno vertente ſuccedunt.

15 Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamentis ſuis.

Exod. 12. c. 18
leuit. 23. a. 5

16 ¶Menſe autem primo, quartadecima die menſis, Phaſe Domini erit,

17 Et quintadecima die ſolennitas: ſeptem diebus veſcentur azymis.

18 Quarum dies prima venerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile nō facietis in ea.

19 Offeretiſque incenſum holocauſtū Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem:

20 Et ſacrificia ſingulorum ex ſimila quæ conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos vitulos, & duas decimas per arietem,

21 Et decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt per ſeptem agnos.

22 Et hircū pro peccato vnum, vt expietur pro vobis:

23 Præter holocauſtum matutinum quod ſemper offertis.

D 24 Ita facietis per ſingulos dies ſeptē dierum in fomitem ignis, & in odorē ſuauiſſimum Domino, qui ſurget de holocauſto & de libationibus ſingulorum.

---

5 Et *offeres* decimam partem אephâh ſimilæ in minחham permiſtæ oleo″contuſo, *cum* quarta parte hin.

6 *Iſtud eſt*″holocauſtum iuge quod factum eſt in mōte סSinái, in odorem quietis, oblationem ignitam Iehouæ.

7 Porrò libamē eius, quartam partem hin per ſingulos agnos in Sanctuario liba libamen″שſechár Iehouæ.

8 Agnum autem alterum facies inter duas veſperas, iuxta oblationem matutinam, & iuxta libamen eius facies *in* oblationem ignitam, in odorem quietis Iehouæ.

9 Die verò ſabbathi *facies* duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas *ephi* ſimilæ in minחhā permiſtæ oleo, & libamē eius.

Die ſabbathi.

10 *Iſtud eſt* holocauſtum ſabbathi″in ſabbatho ſuo, vltra holocauſtū iuge, & libamen eius.

11 ″Similiter in capitibus menſium veſtrorum offeretis holocauſtum Iehouæ, iuuencos″filios bouis duos, & arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos.

Calendis.

12 Et tres decimas *ephi* ſimilæ in minחham permiſtæ oleo in iuuēcos ſingulos, & duas decimas *ephi* ſimilæ in minחham permiſtæ oleo″in ſingulos arietes.

13 Et ſingulas decimas oblationem ſimilæ in minחham permiſtæ oleo per ſingulos agnos, *in* holocauſtum odoris quietis, *& in* oblationem ignitam Iehouæ.

14 Hæc autem libamina eorum″*de* vino, dimidium hin erit per ſingulos iuuencos, & tertia pars hin per arietem, & quarta pars hin *erit*″in ſingulos agnos. hoc eſt holocauſtum″ſingulorum menſiū, per ſingulos menſes anni.

15 Et hircus caprarum vnus in ſacrificium pro peccato ipſi Iehouæ, præter holocauſtum iuge fiet, & libamen eius.

16 Mēſe autē primo, decimaquarta die mēſis,″Péסsaחh eſt Iehouæ.

17 Et in decimoquinto die menſis huius ſolennitas: ſeptem diebus *panis* infermentatorum comedetur.

18 Die primo cōuocatio ſancta *erit*, omne opus ſeruile nō facietis.

19 Offeretis autem″oblationem ignitam *&* holocauſtum Iehouæ, iuuencos filios bouis duos, & arietem vnum, & ſeptem agnos anniculos:″immaculati erunt vobis.

20 Et minחha eorum *erit* ſimila permiſta oleo: tres decimæ in ſingulos iuuencos, & duas decimas in ſingulos arietes facietis.

21 Singulas decimas facies in agnos ſingulos in ſeptem agnis.

22 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum, ad expiandū vos.

23 Præter holocauſtum matutinum quod eſt holocauſtum iuge, facietis iſta.

24 ″Secūdum hæc facietis ſingulis diebus ſeptem dierum,″carnem oblationis ignitæ odoris quietis Iehouæ: vltra holocauſtum iuge fiet, & libamen eius.

5 Contuſo, כתית .i. expreſſo ex oleis contuſis, hoc eſt puriſſimo. 6 Holocauſtum, &c. עולת וגו׳ Hebraiſmus, acſi dicat, Iſtud intelligi debet de ſacrificio holocauſti perpetuo, quod fieri ſolitum erat in monte Sinai, ſed fuerat intermiſſum à tempore illo.
7 שSechár שכר vini. ſolebant enim inter ſacrificandum fundere vinum. 10 In ſabbatho ſ. בשבתו .i. per ſingula ſabbatha.
11 Similiter in cap. menſium veſt. ובראשי חדשיכם Item in exordiis menſium veſtrorum. i. in neomeniis, ſiue calendis. Filios bouis בני־בקר .i. de armento, ſiue natos in armento. 12 In ſingulos arietes. : לאיל האחד Ad verbum, in ariete vno.
14 In ſingulos agnos. לכבש יין Ad verbum, per agnum, *de* vino. Iſtud, *de* vino, refertur ad præcedentia: propterea noſter interpres poſuit in principio verſus, vt clarior eſſet ſenſus, ſic, Libamina eorum *de* vino. Singulorum menſium, &c. חודש בחדשו וגו׳ Ad verbū, menſis in menſe ſuo, in menſibus anni. Hebraiſmus, pro, hoc eſt holocauſtum quod per ſingulos menſes fieri ſolet, per ſingulos mēſes anni.
16 Péסsaחh *eſt* Iehouæ. : פסח ליהוה Vide hæc eadem Leuit. 23. a. 5. vide & Exod. 23. b. 15.
19 Oblationem ignitam *&* holocauſtum אשה עולה *in* oblationē ignitam holocauſtum. Immaculati erunt v. : תמימם יהיו לכם .i. capietis eos immaculatos & integros, qui ſint ſine vllo vitio. 24 Secundum hæc כאלה Talia. Carnem oblationis, &c. לחם אשה וגו׳ carnem [victimam] in oblationem ignitam [vel in ſuffitum incenſi] odoris quietis Iehouæ: vltra holocauſtum iuge fiet *iſtud*, &c.

25 Septimo autem die ʹconuocatio ſancta erit vobis: omne opus ſeruile non facietis.

Dies primitiuorum.

26 Porrò die ʹprimitiarum quando offeretis ″minhham nouam Iehouæ ″in hebdomadibus veſtris, conuocatio ſancta erit vobis, omne opus ſeruile non facietis.

27 Et offeretis holocauſtum in odorem quietis Iehouæ, iuuencos filios bouis duos, arietem vnum, & ſeptem agnos anniculos.

28 ʹEt oblationem eorum ſimilam permiſtam oleo, tres decimas in ſingulos iuuencos, duas decimas per arietes ſingulos:

29 Singulas decimas per agnos ſingulos, ſeptem agnis.

30 Hircum ″caprarum vnum ad expiandum vos.

31 Præter holocauſtum iuge & minhhā eius, facietis: (immaculati erunt vobis) & libamina eorum.

Cap. XXIX.

Quid prima die ſeptimi menſis ſit offerendum.

1 Menſe autē ſeptimo, primo *die* eiuſdē conuocatio ſancta erit vobis: nullū opus ſeruile facietis, ʹdies clāgoris erit vobis.

2 Et facietis ″holocauſtum in odorem quietis Iehouæ, iuuencum filium bouis vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos:

3 Et minhham eorum *ex* ſimila permiſta oleo, tres decimas per ſingulos iuuencos, duas decimas per ſingulos arietes:

4 Et decimam vnam per agnos ſingulos, per ſeptem agnos:

5 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato ad expiandum vos:

6 Præter holocauſtum ″calendarum & minhham eius, & holocauſtum iuge minhhámque eius, & libamina eorum, ″ſecundum ritus ſuos, in odorem quietis, oblatio ignita Iehouæ.

7 Decimo autem *die* menſis ſeptimi huius, conuocatio ſancta erit vobis, affligetíſque animas veſtras: ʹnullum opus facietis.

8 Et offeretis holocauſtum Iehouæ in odorem quietis, iuuēcum filium bouis vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem: immaculati erunt vobis.

9 Et minhham eorum *ex* ſimila conſperſa oleo, tres decimas in ſingulos iuuencos, duas decimas in ſingulos arietes:

10 Singulas decimas per agnos ſingulos, per ſeptem agnos.

11 Hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato: præter oblationem pro peccato expiationum, & holocauſtum iuge & minhham eius, libamináque eorum.

12 Porrò decimaquinta die menſis ſeptimi, conuocatio ſancta erit vobis: nullum opus ſeruile facietis, & celebrabitis ſolennitatē Iehouæ ſeptem diebus.

13 ʹEt offeretis holocauſtum & oblationem ignitam in odorem quietis Iehouæ, iuuēcos filios bouis tredecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim: immaculati erunt.

14 Minhham quoque eorum *ex* ſimila cōſperſa oleo, tres decimas in iuuencos ſingulos tredecim iuuencis: duas decimas in arietes

25 Dies quoque ſeptimus celeberrimꝰ & ſanctus erit vobis: omne opus ſeruile non facietis in eo.

26 Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus venerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile non facietis in ea.

27 Offeretiſque holocauſtum in odorē ſuauiſſimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem:

28 Atque in ſacrificiis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos: per arietes, duas:

29 Per agnos, decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſeptem.

30 Hircum quoque vnum qui mactatur pro expiatione:

31 Præter holocauſtum ſempiternum & liba eius. immaculata offeretis omnia cū libationibꝰ ſuis. Cap. XXIX.

Leuit.23.d.24

1 Menſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis. omne opus ſeruile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt & tubarum.

2 Offeretiſque holocauſtum in odorē ſuauiſſimum Domino, vitulum de armento vnum, arietē vnum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem:

3 Et in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem:

4 Vnam decimam per agnum, qui ſimul ſunt agni ſeptem:

5 Et hircū pro peccato, qui offertur in expiationem populi:

6 Præter holocauſtum calendarum cum ſacrificiis ſuis, & holocauſtum ſempiternum cum libationibus ſolitis: eiſdem cæremoniis offeretis in odorē ſuauiſſimū incēſum Domino.

Leuit.16.g.30, & 23.e.27

7 ¶Decima quoque dies mēſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atque venerabilis, & affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile non facietis in ea.

8 Offeretiſque holocauſtum Domino in odorem ſuauiſſimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptē.

B

9 Et in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem:

10 Decimam decimæ per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem:

11 Et hircum pro peccato: abſque his quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem & holocauſtum ſempiternū, & ſacrificio & libaminibus eorū.

12 Quintadecima verò die menſis ſeptimi, quæ vobis ſancta erit atque venerabilis, omne opus ſeruile non facietis in ea: ſed celebrabitis ſolennitatem Domino ſeptem diebus.

13 Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

14 Et in libamētis eorū ſimilæ oleo cōſperſæ tres decimas per vitulos ſingulos, qui ſunt ſimul vituli tredecim: &

---

25 Conuocatio ſancta מקראקודש Id eſt feſtiuitas celeberrima. Vide Leuit.23.a.2 & 7.

26 Primitiarum הבכורים .i. nouarum frugum. Eo die proponebatur panis propoſitionis confectus ex nouis frugibus. Fuerat autem is dies inſtitutus ad commemorationem Legis datæ ipſo eodem die. Minhham nouam מנחה חדשה .i. panes ex nouis frugibus. In hebdomadibus veſt. בשבעותיכם Id eſt expletis ſeptem hebdomadibus quas numerare debetis.

28 Et oblationem eorum, &c. ומנחתם וגו׳ Quidam per nominatiuum conuertunt, Oblatio autem eorum *erit* ſimila miſta cum oleo.

30 Caprarum עזים Id eſt filium vnius ex capris.

IN CAPVT XXIX.

1 Dies clangoris יום תרועה q.d. hoc die celebrabitis feſtum clangoris tubarum, in quo tubis clangetis. Vide Leuit.23.c.24

2 Holocauſtum in odorem עולה לריח in holocauſtum odoris. Sic quidam, qui ל tranſpoſitum putant.

6 Calendarum החודש Ad verbum, menſis. ſubaudiendū, principii: vt ſit, præter holocauſtum principii menſis. Secundum ritus ſuos, כמשפטם Ad verbum, ſecundum iudicium eorum. i. iuxta morem quo illa fieri ſolita ſunt.

7 Nullum opus, &c. כל מלאכה וגו׳ ita vt ne cibum quidem apparare liceret. non enim dicit ſeruile.

13 Et offeretis והקרבתם prima die ſcilicet.

duas decimas arieti vno, id eſt ſimul arietibus duobus,

15 Et decimam decimæ agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim.

16 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, & ſacrificio & libamine eius.

C 17 In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos ãniculos immaculatos quatuordecĩ:

18 Sacrificiáque & libamina ſingulorũ per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

19 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque & libamine eius.

20 Die tertio offeretis vitulos vndecĩ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

21 Sacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

22 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque & libamine eius.

23 Die quarto offeretis vitulos decẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

24 Sacrificiáque & libamina ſingulorũ per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

25 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque eius & libamine.

26 Die quinto offeretis vitulos nouẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

27 Sacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

28 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque eius & libamine.

D 29 Die ſexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

30 Sacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

31 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque eius & libamine.

32 Die ſeptimo offeretis vitulos ſeptẽ, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

33 Sacrificiáque & libamina ſingulorũ per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

34 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque eius & libamine.

35 Die octauo qui eſt celeberrimus, omne opus ſeruile non facietis,

36 Offerentes holocauſtum in odorẽ ſuauiſſimum Domino, vitulum vnũ, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem:

37 Sacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis.

38 Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificióque eius & libamine.

39 Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris: præter vota & oblationes ſpontaneas in holocauſto, in ſacrificio, in libamine, & in hoſtiis pacificis.

ſingulos duobus arietibus.

15 Et ſingulas decimas per agnos ſingulos, quatuordecim agnis.

16 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato: præter holocauſtum iuge, minnham eius, & libamen eius.

17 Die autẽ ſecundo iuuencos filios bouis duodecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die ſecundo.

18 Et minnham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, ″iuxta morem.

19 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato: præter holocauſtum iuge, & minnham eius, & libamina eorum.

20 Die verò tertio iuuencos vndecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die tertio.

21 Et minnham eorum, & libamina eorum in iuuẽcos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem.

22 Et hircum in ſacrificiũ pro peccato vnũ: præter holocauſtum iuge, & minnham eius, & libamen eius.

23 Die autem quarto iuuencos decẽ, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die quarto.

24 Minnham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem.

25 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato: præter holocauſtum iuge, minnham eius, & libamen eius.

26 Et die quinto iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die quinto.

27 Et minnham eorum, & libamina eorũ, in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem.

28 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, & minnham eius, & libamen eius.

29 Die præterea ſexto iuuencos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die ſexto.

30 Et minnham eorum, & libamina eorum in iuuẽcos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem.

31 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minnham eius, & libamina eius.

32 Et die ſeptimo iuuencos ſeptem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. Die ſeptimo.

33 Et minnham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem eorum.

34 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minnham eius, & libamen eius.

35 Die octauo ſolennitas erit vobis: nullum opus ſeruile facietis. Die octauo.

36 Et offeretis holocauſtum & oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ, iuuencum vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos.

37 Minnham eorum, & libamina eorum in iuuencum, in arietem, & in agnos, ſecundum numerum eorum, iuxta morem.

38 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtũ iuge, & minnham eius, & libamen eius.

39 Iſta facietis Iehouæ in ſolẽnitatibus veſtris: præter vota veſtra, & ſpontanea veſtra″in holocauſtis veſtris, & minnhis veſtris, & libaminibus veſtris, & pacificis veſtris.

18 Iuxta morem. כמשפט: pro conſuetudine. vt ſolitum eſt fieri. 39 In holocauſtis v. &c. לעולתיכם וגו׳ .i. præter ea quæ ſponte offeretis in holocauſtis veſtris, &c. q. d. ſacrificia ordinaria non excludent extraordinaria.

Cap. XXX.

מטות

Vota quomodo reddenda.

Puella vouens.

ET dixit Mowſéh ad filios Iwſraℵél ′ſecundum omnia quæ præ- 1
ceperat Iehouáh ipſi Mowſéh.

Loquutus eſt præterea Mowſéh″ad capita′tribuum,′de filiis Iwſ 2
raℵél,dicendo,Hoc eſt quod præcepit Iehouáh,

Quicũque vouerit votum Iehouæ ,aut iurauerit iuramentum, 3
′aſtringendo obligatione animã ſuam, ′non polluet verbum ſuũ,
iuxta omne quod egreſſum eſt ex ore ſuo,faciet.

At mulier quum vouerit votũ Iehouæ, & aſtrinxerit ſe obliga- 4
tione″in domo patris ſui in pueritia ſua:

″Et audierit pater eius votũ ipſius, & obligationẽ qua aſtrinxit 5
animam ſuam,″& tacuerit illi pater eius: tum firma erunt omnia
vota illius , omníſque obligatio qua obligauerit animam ſuam,
ſtabilis erit.

Si autem ′irritũ fecerit pater eius illud qua die ipſe audierit om 6
nia vota eius , & obligationes eius quibus obligauerit animam
ſuam:′non erunt ſtabilia, & Iehouáh parcet ei, quia irritum fecit
pater eius illud.

″Quòd ſi nupſerit viro,″& vota vouerit,aut protulerit labiis ſuis 7
aliquid quo obligauerit animam ſuam:

″Et audiuerit vir eius,″& die qua audiuerit,tacuerit ei:ſtabilia e- 8
runt vota eius, & obligatio eius qua obſtrinxerit animam ſuam,
ſtabilis erit.

Si verò die qua audiuit vir eius,″irritũ fecerit illud,tũc irritum 9
reddet votum illius″quod vouit,& quod protulit labiis ſuis,quo
obſtrinxerat animam ſuam,″& Iehouáh parcet ei.

″Omne autem votum viduæ & repudiatæ quo obligauit animã 10
ſuam,firmum erit.

Si autem ′*in* domo viri ſui vouerit , aut obſtrinxerit obligatio- 11
ne *aliqua* animam ſuam cum iuramento:

″Si audierat vir eius,& tacuerat ei,nec irritum fecerat illud,tum 12
ſtabilia erunt omnia vota eius,& omnis obligatio qua obſtrinxe
rit animam ſuam,ſtabilis erit.

″Quòd ſi irritũ faciẽdo irrita fecerat ea vir eius die qua audiue- 13
rat,omnis egreſſio labiorũ eius in votis eius,&in obligatione ani
mæ eius,nõ erit ſtabilis:vir ei⁹ irritauit ea,& Iehouáh parcet illi.

Cap.XXX.

1 NArrauitque Moyſes filiis Iſrael omnia quæ ei Dominus imperarat.

2 Et loquutus eſt ad principes tribuũ filiorum Iſrael , Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus,

3 Siquis virorũ votũ Domino vouerit, aut ſe cõſtrinxerit iuramẽto,nõ faciet irritum verbũ ſuum , ſed omne quod promiſit,implebit.

4 Mulier ſi quidpiã vouerit,& ſe conſtrinxerit iuramẽto ,quæ eſt in domo patris ſui,& in ætate adhuc puellari:

5 Si cognouerit pater votũ quod pollicita eſt,& iuramentũ quo obligauit animam ſuam, & tacuerit,voti rea erit: quicquid pollicita eſt & iurauit,opere complebit.

B

6 Sinautem ſtatim vt audierit,contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erũt: nec obnoxia tenebitur ſpõſioni,eo quòd cõtradixerit pater.

7 Si maritum habuerit, & vouerit aliquid,& ſemel de ore eius verbũ egrediẽs animã ei⁹ obligauerit iuramẽto:

8 Quo die audierit vir , & non cõtradixerit,voti rea erit,reddétque quodcunque promiſerat.

9 Sinautem audiens,ſtatim contradixerit,& irritas fecerit pollicitationes eius,verbáque quibus obſtrinxerat animam ſuam,propitius erit ei Dominus.

C

10 Vidua & repudiata quiquid vouerint, reddent.

11 Vxor in domo viri quum ſe voto conſtrinxerit & iuramento:

12 Si audierit vir,& tacuerit, nec contradixerit ſponſioni, reddet quodcunque promiſerat.

13 Sinautem extemplo cõtradixerit, non tenebitur promiſſionis rea : quia maritus contradixit , & Dominus ei propitius erit.

IN CAPVT XXX.

1 Secundum omnia quæ præcep. ככל־אשר־צוה prorſus vt præceperat. 2 Ad capita אל־ראשי ad principes. Tribuum המטות Hic Hebræi octauam huius libri ſectionem incipiunt,quam ab hac voce denominant מטות. De filiis Iwſraℵél, לבני ישראל pro filiis Iſrael.id eſt,vt dicerent filiis Iſrael:vt exponit ex doctioribus Hebræorum alter.

3 Aſtringendo oblig.ani.ſ.לאסור אסר על־נפשו vt liget ligamine animã ſuã. Aſtringere animã ſuã,Hebraiſmus eſt,pro Obligare ſeipſum, ſiue fidem ſuã.Frequens enim Hebræis eſt , animã pro ſeipſo ponere.dicit igitur,aut interpoſito iuramento aſtrinxerit ſe alicui,promittẽdo illi aliquid. Non polluet verb.ſ.&c.לא יחל דברו וגו׳.i.non irritum faciet quod eſt pollicitus:ſed quicquid verbo pollicitus eſt,præſtabit.

4 In domo pa.&c. בבית אביה בנעוריה: Hebraiſmus,quum adhuc ſit ſub cura patris,& in pueritia ſua.

5 Et audierit ושמע .i.Si intellexerit.vel,reſciuerit. Et tacuerit illi והחריש לה.i.tacendo conſenſerit.vel,non contradixerit.

6 Irritum fecerit הניא .i.declarauerit non habere ratum. Non erunt ſtab. לא יקום Sing.Heb.pro plur.

7 Quòd ſi nupſerit viro, ואם־היו תהיה לאיש Ad verbum,Et ſi eſſendo fuerit viro. Et vota vouerit,&c. ונדריה עליה וגו׳ Ad verbum,&vota eius ſuper eam,aut prolatio labiorum eius qua,&c.Hebraiſmus.i.ſi vouere cœperit,aut dixerit aliquid quo obſtrinxerit fratri fidem ſuam,interpoſito iuramento. 8 Et audiuerit ושמע .i.ſi intellexerit,aut reſciuerit. Et die qua,&c. ביום שמעו החריש לה Ordo coniunctionis ו inuerſus Hebræis,quem repoſuit noſter interpres.i.non contradixerit illi quo die intellexit.

9 Irritũ fecerit יניא Vt paulo antè verſu 6. Quod vouit,אשר עליה Ad verbum,quod *eſt* ſuper eam. Et Iehouáh parcet ei.ויהוה יסלח־לה: q.d.non peccabit,ſi non reddiderit vota illa. 10 Omne autẽ,&c. ונדר אלמנה וגו׳ Ordinem dictionis כל mutauit noſter interpres,vt dilucidior eſſet ſenſus:nam ita Hebraicè legitur,Et votum viduæ & repudiatæ,omne quo obligauit ſe ſuper animam ſuam,ſtabile erit ſuper eam. Quidam pauculis ſubauditis,nihil mutato ordine,vertunt,*Hoc eſt* autem votum viduæ aut repudiatæ:omne quo obligauerit ſeipſam,ratum erit apud illam.vel,*Hæc eſt* autem *ratio* voti viduæ aut repudiatæ.id eſt,quicquid promiſerit,aut vouerit,tenebitur reddere. 11 *In* domo viri ſui בית אישה Hebraiſmus,dum adhuc viueret vir ſuus.Vt ſuprà verſu 4.

12 Si audierat ושמע Ad verbum,Et audierat.Eadem dicendi genera in hoc verſu quæ in præcedentibus verſibus:idcirco hæc cum illis confer,cum verſu quarto & ſexto.i.ſi compertum ſit quòd intellexerit maritus eius, & tacendo conſenſerit, & non declarauerit irritum eſſe illud:tunc,&c. 13 Quòd ſi irritũ faciẽdo,&c. ואם־הפר וגו׳ Hebraiſmus, Si verò vir eius declarauerit irrita quæ vouerit, aut promiſerit, quicquid dixerit vouendo aut obſtringendo ſeipſam,declarauit irrita vir eius,non peccabit,ſi non reddiderit.vt ſuprà verſu 9.

D 14 Si vouerit,& iuramento ſe cõſtrinxerit vt per ieiuniũ vel cæterarũ rerũ abſtinentiã affligat animã ſuã: in arbitrio viri erit ſiue faciat,ſiue nõ faciat.

15 Quòd ſi audiẽs vir tacuerit,& in alteram diem diſtulerit ſententiã: quicquid vouerat atque promiſerat, reddet:quia ſtatim vt audiuit tacuit.

15 Sinautem contradixerit poſtquam reſciuit,portabit ipſe iniquitatẽ eius.

17 Iſtæ ſunt leges quas conſtituit Dominus Moyſi inter virum & vxorẽ, inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate eſt,vel quæ manet in parentis domo. Cap. XXXI.

B

1 LOquutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen,dicens,

Suprà 25.d.17

2 ‖Vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis , & ſic colligeris ad populum tuum.

3 Statimq; Moyſes, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnã,qui poſſint vltionem Dñi expetere de Madianitis.

4 Mille viri de ſingulis tribubus eligãtur ex Iſrael,qui mittãtur ad bellum.

5 Dederúntque millenos de ſingulis tribubus,id eſt duodecim millia expeditorum ad pugnam:

6 Quos miſit Moyſes cum Phinees filio Eleazari ſacerdotis, vaſáque ſancta,& tubas ad clangendum tradidit ei.

7 Qúmque pugnaſſent contra Madianitas atq; viciſſent, omnes mares occiderunt,

C

Ioſue 13.c.21

B 8 Et‖Reges eorum Eui,&Recem,& Sur,& Hur, & Rebe,quinque principes gentis:Balaam quoque filiũ Beor interfecerunt gladio.

9 Ceperúntque mulieres eorũ& paruulos, omniáque pecora & cunctam ſupellectilem:quicquid habere potuerant,depopulati ſunt.

10 Tam vrbes quàm viculos & caſtella flamma conſumpſit.

11 Et tulerunt prædã, & vniuerſa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis:

12 Et adduxerunt ad Moyſen & Eleazarum ſacerdotẽ, & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael: reliqua autẽ vtenſilia portauerunt ad caſtra in cãpeſtribus Moab,iuxta Iordanem contra Iericho.

13 Egreſſi ſunt autẽ Moyſes& Eleazar ſacerdos,& omnes principes ſynagogæ in occurſum eorum extra caſtra.

14 Omne votum,& omne iuramentum obligationis″vt affligat animam,vir eius ſtabiliet illud,& vir eius irritum faciet illud.

Affligere animam.

15 ″Quòd ſi tacẽdo tacuerit illi vir eius″à die in diẽ, ″tunc ſtabiliet omnia vota eius, ″vel omnes obligationes eius quæ ſunt ſuper eã: ſtabiliet ea,quia tacuit illi in die qua audiuit.

16 ″Et ſi irrita faciendo irrita fecerit ea poſtquã audiuit,″tunc portabit iniquitatem illius.

17 Iſta ſunt ſtatuta quæ præcepit Iehouáh Moשſéh inter virum & vxorem eius,inter patrem & filiam eius″in pueritia eius *in* domo patris ſui. Cap. XXXI.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh,dicendo,

2 Vlciſcere″vltionem filiorum Iשſraאél de Midianitis, poſtea ″aggregaberis ad populos tuos.

Madianitæ interficiuntur,& vrbes ipſorum comburuntur.

3 Loquutus eſt itaq; Moשſéh ad populũ,dicẽdo, ″Accingãt ſe ex vobis viri ad bellũ,″&ſint cõtra Midián,vt dẽt vltionẽ Iehouæ in Midián.

4 Mille de ſingulis tribubus, de omnibus tribubus Iשſraאél mittetis ad bellum.

5 Et traditi ſunt ex millibus Iשſraאél mille per ſingulas tribus, duodecim millia accincti ad militiam.

6 Quos miſit Moשſéh , mille de ſingulis tribubus ad bellum,*miſit inquam* illos, & Pineחháסs filiũ אElyazár ſacerdotis ad bellum,& vaſa ſancta,″& tubæ clangoris erant in manu eius.

7 Et pugnauerunt contra Midián,quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh,& occiderunt omnem maſculum.

8 Reges quoque Midián occiderunt″cum occiſis eorum,אEui,& Récem,& צSur,& חHur,& Rebay,quinque Reges Midián:″& Bilyám filium Beעór occiderunt gladio.

Balaam interficitur.

9 Abduxerũt autem captiuas filii Iשſraאél vxores Midianitarum & paruulos eorum,atque omnia iumenta eorum, omniáque pecora eorum,& omnem ſubſtantiam eorum prædati ſunt.

10 Omnes quoque vrbes eorum″per habitationes eorum , ″& omnes ædes eorum combuſſerunt igni.

11 Tulerúntque omnia ſpolia, & omnem prædam, tam de hominibus quàm de iumentis.

Prædam afferũt Iſraelitæ ad Moyſen & Eleazarũ.

12 Et adduxerunt ad Moשſéh & אElyazár ſacerdotẽ,&ad congregationem filiorum Iשſraאél, ″captiuitatem, & prædam, & ſpolia ad caſtra ipſa in cãpeſtribus Moáb,quæ ſunt iuxta Iardén″Iereחhó.

13 Egreſſi ſunt ergo Moשſéh & אElyazár ſacerdos,& omnes principes congregationis in occurſum eorum extra caſtra.

14 Vt affligat animam , לענות נפש Id eſt de affligenda anima. Affligere animam poſuit,pro caſtigationem aliquam aut abſtinentiam ſuſcipere.Huius verſus ſenſus eſt,Siue vouerit mulier,Siue iuramento pollicita fuerit ſe afflicturam corpus:mariti erit vel ratum habere votum illud,vel diſſipare,ſiue irritum facere,ratúmque non habere.

15 Quòd ſi tacendo,&c. ואם החרש וגו׳ Hebraiſmus,ſi omnino tacuerit,& conſenſerit illi. A die in diem, מיום אל יום .i.à die quo reſciuit, differendo in alium diem,hoc eſt,differendo improbationem illam in alium diem. Tunc ſtabiliet והקים tunc rata faciet.

Vel omnes obligationes,&c. או את כל וגו׳ Hìc או pro ו Et. id eſt, & omnia promiſſa quæ illa promiſerit.

16 Et ſi irrita faciẽdo,&c. ואם הפר וגו׳ Hebraiſmus,Si declarauerit ſe nõ habere rata. Túc por.&c. ונשא את עונה: Hebraiſmus,tunc pro illa dabit pœnas,& imputabitur illi peccatum eius. 17 In pueritia e.&c. בנעוריה וגו׳ .i.in ætate puerili quando eſt in cura paterna.

IN CAPVT XXXI.

2 Vltionem נקמת vltione.in ablatiuo.i.vlciſcere filios Iſrael. Aggregaberis ad populos t. תאסף אל עמיך: Hebraiſmus,de quo ſuprà cap.27.b.13. 3 Accingant ſe החלצו Ad verbum,Accingamini. Accingite vos.i.arment ſe. Et ſint contra M. ויהיו על מדין Hebraiſmus,impetum faciant in Madianitas,& vlciſcantur Dominum de Madianitis.

6 Et tubæ clangoris,&c. וחצוצרות התרועה בידו: Hìc ו pro id eſt ponitur:nã exponit quid per vaſa ſancta intelligat,nẽpe tubas quibus clangere,ſiue taratantarizare in honorem Dei in rebus ſacris ſolebant. Hebræi per vaſa ſancta intelligunt arcã: magis probatur doctis vt tubæ intelligantur. 8 Cum occiſis e. על חלליהם .i.vnà cum militibus eorum.q.d. vltra milites occiſos,interfecerunt & Reges eorum. Et Bilyám ואת בלעם qui ſcilicet conſilium dederat Madianitis vt pertraherent Iſraelitas in idololatriam.Hic erat de populo illo, vt quidam volunt. Alii dicunt quòd de terra ſua,ad quam iuerat poſt receſſum ſuum à Balac, redierit ad Madianitas imminẽte bello eorum vt malediceret exercitui Iſrael,& ſic vinceretur,ipſe verò reportaret lucrum à Madianitis.

10 Per habitationes e. במושבותם .i.quæ erant in locis in quibus habitare ſolebant. Et omnes ædes e. ואת כל טירותם & omnia palatia eorum. 12 Captiuitatem, את השבי Significat animas captiuas,mulieres & paruulos captos. Iereחhó. ירחו: .i. qua parte non procul abeſt ab Iericho.

Iratúſque eſt Moשſéh contra præfectos exercitus, tribunos & centuriones qui reuertebantur de militia belli.

Et dixit eis Moשſéh, ʹReſeruaſtis omnes mulieres?

En ecce ipſæ fuerunt filiis Iשſraאél, ″cõſilio Bilyám *occaſio*, ʹvt darent præuaricationem in Iehouam ″in re Peוyór, & fuit plaga in congregatione Iehouæ.

Nunc ergo occidite ʹomnes mares in paruulis, & omnem mulierem quæ cognouerit virum concubitu maſculi, occidite.

Mulieres interficiuntur.
Virgines reſeruantur.

Omnes autem paruulas inter mulieres, quæ non cognouerint concubitum maſculi, ʹſeruate viuas vobis.

Vos verò manete extra caſtra ſeptem diebus: omnis qui occiderit ″perſonam aliquam, quicunque item tetigerit occiſum, purificabitis vos die tertia & die ſeptima, vos ʹ& præda veſtra.

Omne quoque veſtimẽtum, & omnem ſupellectilem pelliceã, & omne opus è pilis caprarũ, & omne vas ligneum purificabitis.

Et dixit אElyazár ſacerdos ʹad milites qui iuerant ad bellũ, Hoc eſt ſtatutum ʹLegis quod præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh,

Profectò aurum, & argentum, æs, ferrum, ſtannũ, & plumbum:

Ignis.

Hoc eſt, quicquid ″ingreditur ignem, trãſire facietis per ignem, & mundabitur, ″veruntamen aqua expiationis purificabitur: quicquid autem non ingreditur ignem, ″tranſire facietis per aquam.

Aqua.

Lauabitis præterea veſtimenta veſtra die ſeptima, & mundi eritis, ac poſtea intrabitis caſtra.

Dixit præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

Præda ex æquo diuiditur omnibus.

Cape ſummã prædæ ″captiuitatis, tam de hominibus quàm de iumentis, tu & אElyazár ſacerdos, & capita patrũ cõgregationis:

ʹEt partieris in duas partes prædam, inter ″bellatores qui egreſſi ſunt ad pugnam, & inter vniuerſam congregationem.

Tolléſque cenſum Iehouæ à viris bellatoribus qui egreſſi ſunt ad militiam, vnam animam de quingentis, ex hominibus, & ex bobus, & ex aſinis, & ex pecudibus.

ʹDe media parte illorum capietis: & dabitis אElyazaro ſacerdoti oblationem Iehouæ.

Et de media parte filiorum Iשſraאél capies ″vnam portionem ex quinquaginta, ex hominibus, ex bobus, ex aſinis, & ex pecoribus, *id eſt* ex omni iumento: & dabis illa Leuitis ″cuſtodiẽtibus cuſtodiam tabernaculi Iehouæ.

Et fecit Moשſéh & אElyazár ſacerdos quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh.

Numerꝰ prædæ.

Et fuit præda, reſiduum *ſcilicet* prædæ quam prædati ſunt ″milites, ouium ſexcenta ſeptuaginta quinque millia,

Et boum ſeptuaginta duo millia,

14 Iratúſque Moyſes principibus exercitus, tribunis & cẽturionibus qui venerant de bello,

15 Ait, Cur fœminas reſeruaſtis?

C

16 Nónne iſtæ ſunt quæ ‖ deceperũt filios Iſrael ad ſuggeſtionẽ Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Dominũ ſuper peccato Phogor, vnde & percuſſus eſt populus?

Suprà 25.a.1

17 Ergo cunctos interficite quicquid eſt generis maſculini, etiã in paruulis: & mulieres quæ nouerũt viros in coitu, iugulate.

18 Puellas autem & omnes fœminas virgines reſeruate vobis:

19 Et manete extra caſtra ſeptem diebus: qui occiderit hominẽ, vel occiſũ tetigerit, luſtrabitur die tertio & ſeptimo.

20 Et de omni præda, ſiue veſtimentũ fuerit, ſiue vas, & aliquid in vtenſilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur.

21 Eleazar quoq; ſacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerãt, ſic loquutus eſt, Hoc eſt præceptũ Legis quod mãdauit Dominus Moyſi,

22 Aurum, & argentũ, & æs, & ferrũ, & plumbum, & ſtannum,

D

23 Et omne quod poteſt tranſire per flãmas, igne purgabitur: quicquid autem ignem nõ poteſt ſuſtinere, aqua expiationis ſanctificabitur.

24 Et lauabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo, & purificati poſtea caſtra intrabitis.

25 Dixit quoq; Dominus ad Moyſẽ,

26 Tolle ſummam eorum quæ capta ſunt, ab homine vſque ad pecus, tu & Eleazar ſacerdos & principes vulgi:

27 Diuidéſque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egreſſique ſunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem.

28 Et ſeparabis partem Domino ab his qui pugnauerũt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus, & aſinis, & ouibus,

29 Et dabis eam Eleazaro ſacerdoti, quia primitiæ Domini ſunt.

Ex media quoque parte filiorum Iſrael accipies quinquageſimum caput hominum, & boum, & aſinorum, & ouium, cunctorúmque animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in cuſtodiis tabernaculi Domini.

E

31 Fecerúntque Moyſes & Eleazar ſicut præceperat Dominus.

32 Fuit autem præda quam exercitus ceperat, ouiam ſexcenta ſeptuaginta quinque millia,

33 Boum ſeptuaginta duo millia,

---

15 Reſeruaſtis om.mul. החייתם כל־נקבה: Admirantis eſt, & ſing.Heb. pro plur.q.d.debueratiſne alicui mulieri parcere? nulli ſanè: & in hoc peccaſtis. 16 Conſilio Bilעám, בדבר בלעם Ad verbum, ad ſermonẽ Bilעam. Chaldæus paraph. conſilio. Vt darent præuar. &c. למסר־מעל וגו׳ Hebraiſmus, vt facerent filios Iſrael præuaricari in Dominum. In re Peועór, על־דבר־פעור in negotio Peor.i.propter cultum Peor. 17 Omnes mares in par. כל־זכר בטף .i.omnes paruulos ſexus maſculini. 18 Seruate vi. החיו Ad verbum, viuificate. 19 Perſonam aliquam, נפש Ad verbum, animam. Et præda veſtra. ושביכם: & captiuitas veſtra.i.quos abduxiſtis captiuos. 21 Ad milites אל־אנשי הצבא Ad verbum, ad viros pugnæ. Legis התורה .i.quod habetur in Lege.

23 Ingreditur ignem, יבוא באש .i.vim ignis ſuſtinere poteſt, & nihil detrimenti capit. Veruntamen aqua exp. אך במי נדה Ad verbum, veruntamen in aqua purificationis. Alii, Ita tamen vt, &c. vel, ea tamen lege vt aqua expiationis purificetur, tertio ſcilicet die antequam tranſeat per ignem. Tranſire facietis per aquam. תעבירו במים: .i.lauabuntur. 26 Captiuitatis, השבי .i.captiuorum.

27 Et partieris in d.par. וחצית Ad verbum, Et dimidiabis. Bellatores תופשי המלחמה Ad verbum, apprehendentes bellum. vel, tractantes bellum.i.qui bello decertarunt. Sequenti verſu vocat viros bellatores. Et verſu 32, populum militiæ.

29 De media parte illorum ממחציתם nempe militum.i.quæ ceſſit militibus.

30 Vnam portionẽ אחד אחז Ad verbum, vnum captum è quinquaginta.i.quod capietur, hoc eſt ſeparabitur, vt infrà verſu 42. Cuſtodientibus, &c. שומרי משמרת וגו׳ .i.qui magno ſtudio curant res tabernaculi fœderis.

32 Milites, עם הצבא Ad verbum, populus militiæ. Paulo antè, verſu 27, vocauit, apprehendentes bellum.

34 Aſinorū ſexaginta millia & mille:

35 Animæ hominum ſexus fœminei, quæ non cognouerant viros, triginta duo millia.

36 Datáque eſt media pars his qui in prælio fuerant, ouiū trecenta triginta ſeptem millia quingentæ.

37 E quibus in partem Domini ſupputatæ ſunt oues ſexcentæ ſeptuaginta quinque.

F 38 Et de bobus triginta ſex millibus, boues ſeptuaginta & duo:

39 De aſinis triginta millibus quingētis, aſini ſexaginta vnus.

40 De animabus hominū ſedecim millibus, ceſſerunt in partem Domini triginta duæ animæ.

41 Tradiditque Moyſes numerum primitiarū Domini Eleazaro ſacerdoti, ſicut fuerat ei imperatum,

42 Ex media parte filiorum Iſrael, quā ſeparauerat his qui in prælio fuerant.

43 De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id eſt de ouibus trecētis triginta ſeptem millibus quingentis,

44 Et de bobus triginta ſex millibus,

45 Et de aſinis triginta millibus quingentis,

46 Et de hominibus ſedecim millibus,

47 Tulit Moyſes quinquageſimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, ſicut præceperat Dominus.

G 48 Quúmque acceſſiſſēt principes exercitus ad Moyſen, & tribuni, centurionéſque,

49 Dixerūt, Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorum, quos habuimus ſub manu noſtra: & ne vnus quidem defuit,

50 Ob hanc cauſam offerimus in donariis Domini ſinguli quod in præda auri potuimus inuenire, periſcelides & armillas, annulos & dextralia ac murænulas, vt depreceris pro nobis Dominum.

51 Suſceperúntque Moyſes & Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis ſpeciebus,

52 Pondo ſedecim millia ſeptingētos quinquaginta ſiclos, à tribunis & centurionibus.

53 (Vnuſquiſque enim quod in præda rapuerat, ſuum erat)

54 Et ſuſceptum intulerunt in tabernaculum teſtimonii, in monimētum filiorum Iſrael coram Domino.

Cap. XXXII.

1 FIlii autem Ruben & Gad habebāt pecora multa, & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia: quúmque vidiſſent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras,

34 Et aſinorum vnum & ſexaginta millia:

35 Et animarum hominis, è mulieribus quæ non cognouerāt coitum maſculi, omnium *inquam* animarum, duo & triginta millia.

36 Fuit autē dimidia pars, portio eorum qui egreſſi fuerant ad militiam, numerus ouiū trecēta triginta ſeptem millia & quingētæ.

37 ʹFuit verò cēſus pro Iehoua, ex ouib⁹ ſexcētæ ſeptuagīta quīque.

38 Et boum, ſex & triginta millia: & cenſus eorum Iehouæ, duo & ſeptuaginta.

39 Et aſinorum triginta millia & quingenti: cenſus autem eorum Iehouæ, vnus & ſexaginta.

40 Et animarum hominum, ſedecim millia: cēſus verò eorum Iehouæ, duæ & triginta animæ.

41 Dedítque Moשſéh cenſum oblationis Iehouæ, ipſi Elyazár ſacerdoti, quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh.

42 Et de dimidia parte filiorū Iשſraאél, ʺquam partitus eſt Moשſéh à viris qui militauerant:

43 (Fuit autem dimidia pars cōgregationis de ouibus, trecenta & triginta ſeptem millia & quingentæ:

44 Et boum ſex & triginta millia:

45 Et aſinorum triginta millia & quingenti:

46 Et animarum hominum ſedecim millia.)

47 ʺDe dimidia inquā parte filiorum Iשſraאél tulit Moשſéh ʹportionem vnam è quinquaginta ex hominibus & ex iumētis, & dedit eam Leuitis cuſtodientibus cuſtodiam tabernaculi Iehouæ, quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh.

48 Et acceſſerunt ad Moשſéh ʹpræfecti millium militiæ, tribuni & centuriones:

49 Dixerúntque ad Moשſéh, Serui tui tulerunt ſummam virorum bellatorū qui ſunt in manu noſtra, & nō defuit ex nobis quiſquā:

Gratiarū actio à filiis Iſrael, quòd ex eis nullus in bello cecidiſſet.

50 ʺPropterea obtulimus oblationem Iehouæ quiſque quod inuenit, ʺvaſa aurea, brachiale, & ornamentū manus, annulū, inaurē, & ſubligaculū fœmineū, ad expiādū animas noſtras corā Iehoua.

51 Et accepit Moשſéh & אElyazár ſacerdos aurum ab illis, ʹomnia vaſa operis.

52 Fuítq; omne aurū ʹoblationis quod obtulerūt Iehouæ, ſedecim millia, ſeptingēti & quīquaginta שſecli, à tribunis & cēturionibus.

53 (ʺViri *nanque* exercitus prædati fuerant quiſque ſibi)

54 Accepit inquam Moשſéh & אElyazár ſacerdos aurum à tribunis & centurionibus, & intulit illud in tabernaculum eccleſiæ in memoriam ʺfiliis Iשſraאél coram Iehoua.

Cap. XXXII.

Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe petunt ſibi dari poſſeſſionem trans Iordanem ad Orientem.

1 ETʺ peculium multū erat filiis Reאubén, & filiis Gad multum admodum: ʺqui viderunt terram Iayazér & terram Gilyád, & ecce locus *ille* erat locus ʺpeculii.

37 Fuit verò cenſus Ieh. ויהי המכס ליהוה Id eſt, portio quæ offerebatur Domino de portione militum, erat, &c.

42 Quam partitus eſt אשר חצה Id eſt, quam partiendo accepit à militibus.

47 De dimidia inquam parte, &c. ויקח משה וגו׳ Vt dilucidior eſſet ſenſus, ordinem dictionum paululum mutauit noſter interpres. Portionem vnam האחוז אחד Ad verbum, captum vnum è quinquaginta. i. quod apprehendi debebat, nempe vnum è quinquaginta. Alius hîc eſt iſtarum dictionum ordo, quàm ſuprà verſu 30, idem tamen ſenſus.

48 Præfecti millium militiæ, הפקודים אשר לאלפי הצבא .i. qui præfecti erant exercitui numeroſo filiorum Iſrael.

50 Propterea obtul. ונקרב ore ſcilicet, aut mēte. i. vouimus nos daturos Iehouæ, &c. Vaſa aurea, &c. כלי זהב וגו׳ Sing. Heb. pro plur.

51 Omnia vaſa operis. כל כלי מעשה׃ Hebraiſmus, omnia vaſa ſumma arte facta. Exponit quid intellexerit per aurum, nempe omnia vaſa operis. Singul. Heb. pro plur. 52 Oblationis, התרומה Mox ſeipſum exponit quum dicit, quod obtulerunt Iehouæ.

53 Viri *nanque* exercitus אנשי הצבא .i. milites. q. d. quod milites prædati ſunt, retinuerūt quiſque ſibi, neque dederūt centurionibus ſuis.

54 Filiis Iשſraאél לבני ישראל filiorum Iſrael. i. vt ſit coram Domino tanquam memoriale filiorum Iſrael.

IN CAPVT XXXII.

1 Et peculium ומקנה Significat ſubſtantiam quæ conſtat pecoribus. Qui viderunt ויראו .i. conſiderauerunt. Peculii. מקנה׃ Id eſt paſcendis pecoribus aptus.

Venerūt igitur filii Gád & filii Reאubén, & dixerūt ad Moשſéh & אElyazár ſacerdotem, & ad principes congregationis, dicendo, 2

yAtaróth, & Dibón, & Iayazér, & Nimráh, & חHeשſbón, & אElyaléh, & שSebam, & Nebó, & Bebyón: 3

Terra quam percuſſit Iehouáh ante congregationem Iשſraאél, terra peculii eſt, & ſeruis tuis eſt peculium. 4

Dixerunt inquam, Si inuenimus gratiā in oculis tuis, detur terra hæc ſeruis tuis in poſſeſſionem: ne tranſire facias nos Iardén. 5

Rubenitæ & Gaditæ corripiūtur à Moyſe, quòd periculis ſe nolint obiicere cū fratribus.

Reſpōdit autem Moשſéh filiis Gád & filiis Reאubén, Num fratres veſtri″ingredientur pugnam, & vos manebitis hîc? 6

Et quare″frangetis cor filiorum Iשſraאél, ne tranſeāt ad terram quam dedit eis Iehouáh? 7

Sic fecerunt patres veſtri quando miſi eos de Cadéשs Barnéay vt viderent terram iſtam. 8

Aſcēderunt nanque vſque ad vallē אEשſchól, viderúntque terram, poſtea fregerunt cor filiorum Iשſraאél,″ne ingrederētur terram quam dederat eis Iehouáh. 9

Vnde iratus furor Iehouæ in die illa, iurauit, dicendo, 10

Si videbunt homines qui aſcenderūt ex AEgypto, à filio viginti annorum & ſuprà, terrā *de* qua iuraui Abrahám, Iצſחhac, & Iayacób: quia″non compleuerunt *ire* poſt me: 11

Præter Chaléb filiū Iephunnéh Cenizæum, & Iehoשſúay filium Nun, quia compleuerunt *ire* poſt Iehouam. 12

Et iratus eſt furor Iehouæ in Iשſraאelem,′vagaríq; fecit eos in deſerto quadraginta annis, donec conſumeretur tota illa generatio,′quæ fecerat malum in oculis Iehouæ. 13

Ecce autē″ſurrexiſtis pro patribus veſtris,′educatio hominū peccatorū, vt adderetis adhuc ad irā furoris Iehouæ contra Iשſraאelē. 14

″Si auerſi fueritis *ut non eatis* poſt eum, tunc addet adhuc deſerere illum in ipſo deſerto, & perdetis vniuerſum populum hunc. 15

Rubenitæ & Gaditæ promittunt ſe reducturos fratres in terrā promiſſionis.

″Et acceſſerunt *propius* ad eum, ac dixerūt, Caulas pecudum ædificabimus peculio noſtro hîc, & vrbes paruulis noſtris: 16

Nos verò″accincti erimus armis, feſtinantes ante filios Iשſraאél, donec introduxerimus eos ad locum ſuum: & manebunt paruuli noſtri in vrbibus munitis propter habitatores terræ. 17

Non reuertemur ad domos noſtras, donec poſſideant filii Iשſraאél, quiſque hæreditatem ſuam: 18

Non enim hæreditatem accipiemus cū eis trās Iardén & vltrà: ′quòd euenerit hæreditas noſtra nobis citra Iardén ad Orientem. 19

Et dixit illis Moשſéh, Si feceritis hoc,″ſi accinxeritis vos armis coram Iehoua ad bellum: 20

″Et trāſierint ex vobis omnes accincti armis ipſum Iardén ante Iehouam, donec expulerit inimicos ſuos à facie ſua, 21

Venerunt ad Moyſen & ad Eleazarum ſacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt,

Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nera, Heſebon, & Eleale, & Sabā, & Nebo, & Beon,

Terra quam percuſſit Dominus in cōſpectu filiorum Iſrael, regionis huberrimæ eſt ad paſtū animaliū: & nos ſerui tui habemus iumenta plurima.

Precamúrque, ſi inuenimus gratiā corā te, vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionē, nec facias nos tranſire Iordanem.

B Quibus reſpondit Moyſes, Nūquid fratres veſtri ibunt ad pugnam, & vos hîc ſedebitis?

Cur ſubuertitis mentes filiorum Iſrael, ne trāſire audeant in locū quem eis daturus eſt Dominus?

Nónne ita egerunt patres veſtri, quādo miſi de Cades Barne ad explorandam terram?

Supra 13.d.24

Quúmque veniſſent vſque ad Vallem botri, luſtrata omni regione, ſubuerterunt cor filiorum Iſrael, vt non intrarēt fines quos eis Domin⁹ dedit.

Qui iratus iurauit, dicens,

Supra 14.e.28

Si videbunt homines iſti qui aſcenderunt ex AEgypto à viginti annis & ſuprà, terrā quam ſub iuramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Iacob: & noluerunt ſequi me:

C Præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Ioſue filium Nun: iſti impleuerunt voluntatem meam.

Iratúſque Dominus aduerſum Iſrael, circūduxit eum per deſertum quadraginta annis, donec conſumeretur vniuerſa generatio quæ fecerat malū in conſpectu eius.

Et ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa & alūni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Iſrael.

Quòd ſi nolueritis ſequi eum, in ſolitudine populum derelinquet, & vos cauſa eritis necis omnium.

At illi propè accedentes dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & ſtabula iumentorum, paruulis quoque noſtris vrbes munitas:

D Nos autem ipſi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Iſrael, donec introducamus eos ad loca ſua: paruuli noſtri & quicquid habere poſſumus, erunt in vrbibus munitis, propter habitatorum inſidias.

Non reuertemur in domos noſtras vſquedum poſſideant filii Iſrael hæreditatem ſuam.

Nec quicquam quæremus trās Iordanem, quia iam habemus noſtram poſſeſſionem in Orientali eius plaga.

Ioſue 1.c.13

Quib⁹ Moyſes ait, Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam:

Et omnis vir bellator armatus Iordanem tranſeat, donec ſubuertat Dominus inimicos ſuos.

---

6 Ingredientur pugnam, יבואו למלחמה præliabuntur. Alii, ibunt ad bellum. 7 Frangetis cor תנואון את־לב Quidam per præſens vertunt, frangitis cor. vel, animum. i. quare deterretis. 9 Ne ingrederentur לבלתי־בוא ne auderent ingredi.

11 Non cōpleuerunt, &c. לא־מלאו אחרי: ללכת ſub. vt irent, vel ſequendo. Hebraiſmus, id eſt, Non impleuerunt voluntatem meam [vel, præceptum meum] ſequendo me. i. non obtemperauerunt mihi: vel, non ſequuti ſunt me. Sic verſu ſequenti.

13 Vagarique fecit eos וינעם Idem verbum quo vtitur Moſes quum de Cain dicit, Vagus & profugus eris in terra. Gen. 4.b.12. Per quadraginta annos ſtationes mutabant in deſerto, donec paulatim peſſima illa generatio aboleretur, nouúmque genus ſurgeret. Quæ fecerat malum, &c. העושה הרע וגו' Hebraiſmus, quæ diſplicuerat Iehouæ. 14 Surrexiſtis pro pat. ve. קמתם תחת אבותיכם Hebraiſmus, ſuffecti eſtis in locum patrum, ſucceſſiſtis patribus, ac vitam moréſque illorum imitamini. Educatio תרבות proles. alumni. per appoſitionem dictum. 15 Si auerſi fue. &c. כי תשובון וגו' Ad verbum, Si reuertamini depoſt eum. i. vt poſtea non ſequamini eum. q. d. ſi deſieritis illum ſequi. 16 Et acceſſerunt ויגשו vt ſcilicet familiarius alloquerentur eum.

17 Accincti erimus ar. נחלץ accingemur. armabimur. 19 Quòd euenerit hæred. n. no. כי באה נחלתנו אלינו .i. iam enim nacti ſumus hæreditatem & poſſeſſionem noſtram. 20 Si accinxeritis, &c. אם־תחלצו וגו' ſi accingamini coram Iehoua ad bellum. i. ſi accincti & armati procedatis ad bellum coram arca Domini. 21 Et tranſierint, &c. ועבר Singul Heb. pro plur.

Et ſubiiciatur ei omnis terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & E apud Iſrael, & obtinebitis regiones quas vultis coram Domino.

Sinautem quod dicitis nō feceritis, nulli dubium eſt quin peccetis in Deū: & ſcitote quoniam peccatum veſtrū apprehendet vos.

AEdificate ergo vrbes paruulis veſtris, & caulas & ſtabula ouibus ac iumētis: & quod polliciti eſtis, implete.

Dixerūntque filii Gad & Ruben ad Moyſē, Serui tui ſum*, faciemus quod iubet dominus noſter.

Paruulos noſtros & mulieres, & pecora ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad:

Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, ſicut tu domine loqueris.

Ioſue 4.c.12 |Præcepit ergo Moyſes Eleazaro ſacerdoti, & Ioſue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Iſrael,

F Et dixit ad eos, Si tranſierint filii Gad, & filii Ruben vobiſcum Iordanē omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra ſubiecta: date eis Galaad in poſſeſſionem.

Sinautem noluerint trāſire armati vobiſcum in terrā Chanáan, inter vos habitandi accipiant loca.

Reſponderúntque filii Gad & filii Ruben, Sicut loquutus eſt Dominus ſeruis tuis, ita faciemus:

Ipſi armati pergemus coram Domino in terram Chanaan, & poſſeſſionem iam ſuſcepiſſe nos cōfitemur trans Iordanem.

Deut.3.b.12 ioſue 13.b.8, & 22.a.4 |Dedit itaque Moyſes filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe filii Ioſeph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, terram eorum cum vrbibus ſuis per circuitum:

G Igitur extruxerūt filii Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer,

Et Roth, & Sopham, & Iazer, & Iegbaa,

Et Beth-nemera, & Beth-aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus ſuis.

Filii verò Ruben ædificauerunt Heſebon, & Eleale, & Cariatháim,

Et Nabo, & Baal-meon verſis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant.

Gen.50.d.23 |Porrò filii Machir filii Manaſſe perrexerunt in Galaad, & vaſtauerūt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius.

Dedit ergo Moyſes terram Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitanit in ea.

Iair autem filius Manaſſe abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauot Iair, id eſt Villas Iair.

Nobe quoque perrexit, & apprehēdit Canath cū viculis ſuis: vocauitq; eam ex nomine ſuo Nobe.

22 ʹEt ſubiiciatur terra illa corā Iehoua: poſtea reuertemini, & eritis ʹabſoluti à Iehoua, & ab Iשraאele: ʹerítque terra iſta vobis in poſſeſſionem ʺcoram Iehoua.

23 Quòd ſi non feceritis ita, ecce ʹpeccaſtis Iehouæ, ʹ& perpendite peccatum veſtrum quod inueniet vos.

24 AEdificate *ergo* vobis ciuitates pro paruulis veſtris, & caulas ouibus veſtris, ʺ& quod egreditur ex ore veſtro, faciatis.

25 ʹEt dixerunt filii Gád & filii Reאubén ad Moשéh, dicēdo, Serui tui facient quemadmodum dominus meus præcipit.

26 Paruuli noſtri, vxores noſtræ, pecora noſtra, & omnia iumenta noſtra erunt ibi in vrbibus Gilyád:

27 Serui autem tui ʺtranſibunt omnes accincti armis *ad* militiā coram Iehoua ad bellum, quēadmodum dominus meus loquitur.

28 ʺEt præcepit de eis Moשéh ipſi אElyazár ſacerdoti & Iehoשúay filio Nun, & principibus patrum tribuum filiorum Iשraאél:

29 ʹEt dixit illis, Si trāſierint filii Gád & filii Reאubén vobiſcū Iardén, omnes accincti armis ad bellū corā Iehoua, ʹ& ſubiecta fuerit terra ʺcoram vobis, dabitis eis terram Gilyád in poſſeſſionem.

30 Quòd ſi non tranſierint accincti armis vobiſcum, tum poſſeſſionem habebunt in medio veſtri in terra Chenáyan.

31 Et reſponderunt filii Gad & filii Reאubén, dicendo, Quod dixit Iehouáh ſeruis tuis, ſic faciemus:

32 Nos tranſibimus accincti armis coram Iehoua in terram Chenáyan, ʺvt nobiſcum ſit poſſeſſio hæreditatis noſtræ citra Iardén.

33 Dedit itaque illis Moשéh, filiis Gad & filiis Reאubén, & dimidiæ tribui Menaשſéh filii Ioסéph, regnum סSinhón Regis אEmoræi, ʹ& regnum עOg regis Baשán, terram cum vrbibus ſuis, cum terminis, vrbes terræ per circuitum.

34 Et ædificauerunt filii Gád Dibón, & yAtaróth, & yAroyér,

35 Et yAtróth, שSophán, & Iayazér, & Iogbehál,

36 Et Beth-nimráh & Beth-harán vrbes munitas, & caulas ouium.

37 Filii verò Reאuben ædificaueruut חHeשbon, & אElyalén & Ciriatháim,

38 Et Nebó, & Bayal-meyón ʺverſis nominibus, & שSibmáh: ʺ& vocauerunt nominibus nomina vrbium quas ædificauerunt.

39 Et perrexerūt filii Machir filii Menaשſéh in Gilyád, ceperúntque eam, & expulerunt אEmoræum qui erat in ea.

40 Et dedit Moשéh Gilyád ipſi Machír filio Menaשſéh, & habitauit in ea.

41 ʺIaאir præterea filius Menaשſéh perrexit, & accepit ʹvicos eorum: & vocauit eos חHauóth Iaאir.

42 Nóbaחh ſimiliter perrexit, & cepit Cenáh & villas eius: vocauítque eam Nóbaחh ſecundum nomen ſuum.

Rubenitis & Gaditis datur poſſeſſio trans Iordanē ad Orietē.

Manaſſe poſſeſſio.
Amorrhæus occiditur.

Iair poſſeſſio.

Nobe poſſeſſio.

22 Et ſubiiciatur ונכבשה Et capiatur. vel, expugnetur. Abſoluti à Ieh. נקים מיהוה inculpabiles apud Iehouam. Eritque terra iſta והיתה הארץ q.d. hac lege terram hanc poſſidebitis. Coram Iehoua. לפני יהוה: Hebraiſmus, Iehoua annuente.

23 Peccaſtis חטאתם q.d. iam peccaſtis in Iehouam. Alii volunt eſſe præteritum pro fut. Et perpendite, &c. ודעו וגו׳ Ad verbum, & cognoſcite, &c. i. perpēdite quale ſit peccatum quod cōmittitis, pro quo luetis pœnas. Alii per futurum vertunt, & cognoſcetis peccatū veſtrum, &c. i. Dominus inultum tranſire non ſinet, dabitis pœnas pro eo. Peccatum erat, quòd ex eorū ſegregatione reliqui Iſraelitæ trepidaſſent trāſire Iordanē, & diffiſi fuiſſent de Domini auxilio, cupiſſéntque redire in AEgyptū: vt prius contigerat quū exploratores populū puſillanimem reddidiſſent. 24 Et quod egr. de ore v. והיוצא מפיכם Hebraiſmus, & quod promittitis. Alii per præteritū vertunt, quod egreſſum eſt. 25 Et dixerunt ויאמר Singul. Heb. pro plur. dixit vnus nomine omnium. 27 Tranſibūt יעברו ſub. Iordanem. 28 Et præcepit de eis ויצו להם Et dedit mādata propter illos. 29 Et dixit il. ויאמר משה אלהם Ad verbū, Et dixit Moſe illis. Et ſubiecta fue. ונכבשה & capta[ſubiugata]fuerit. Corā vobis, לפניכם. i. vobis ſpectātibus. 32 Vt nobiſcū ſit, &c. ואתנו אחוזת וגו׳ Ad verbū, & nobiſcū poſſeſſio hæreditatis noſtræ. Quidā vertunt, quum iam apud nos ſit poſſeſſio hæreditatis noſtræ. i. quamuis iam aſſignata ſit nobis hæreditas citra Iordanem. Alii, vt in poteſtate noſtra maneat poſſeſſio, &c. 33 Et regnum Og, &c. ואת־ממלכת עוג וגו׳ Quomodo Iſraelitæ deuicerint Regem iſtū, vide Deut.3.a.1. 38 Verſis nom. מוסבות שם Ad verbum, mutatas nomine. Et vocauerunt nominibus nom. vrb. ויקראו בשמות את־שמות הערים Hebraiſmus, Indiderunt nomina vrbibus. 41 Ia'Nir præterea ויאיר. i. poſteri Iair. nepotes eius. Vicos e. את־חותיהם viculos eorum. ſub. Galaaditarum. Alii, vrbes eorum.

Cap. XXXIII.

מסעי

Numerantur XLII manſiones filiorū Iſrael

1 IStæ ſunt′profectiones filiorum Iשſraאél qui egreſſi ſunt è terra AEgypti″per exercitus ſuos,′per manum Moשſéh & Aharón.

2 Scripſit autem Moשſéh″egreſſus eorum per profectiones eorū ″iuxta ſermonem Iehouæ: iſtæ inquam ſunt′profectiones eorum per egreſſus eorum.

3 Profecti ſunt igitur è Rayameסſéסs menſe primo, decimaquinta die menſis′primi,′poſtera *die* Péסſaחh egreſſi ſunt filii Iשſraאél in manu excelſa, in oculis omnium AEgyptiorum.

4 (AEgyptii autem *interim* ſepeliebāt quos percuſſerat Iehouáh″ex eis,″omnē primogenitū, & in diis eorū′fecerat Iehouáh iudicia)

5 Profecti ſunt inquam filii Iשſraאél è Rayameסſéסs, & caſtrametati ſunt in סSuchóth.

6 Profecti autē de סSuchóth, caſtrametati ſūt in אEthám, quæ eſt ″in extremo deſerti.

7 Et profecti de אEthám,′reuerſi ſunt ad Pi-ha′חhiróth, qui eſt ante Bayal-צſephón, & caſtrametati ſunt ante Migdól.

8 Profecti verò″de Pene-ha′חhiróth, tranſierunt per medium′Maris in deſertū: & ambulauerunt viam trium dierum′per deſertum אEthám, & caſtrametati ſunt″in Maráh.

9 Profecti autem de Maráh, venerunt″in אElim. in אElim verò erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt illic.

10 Et profecti ex אElim, caſtrametati ſunt iuxta mare סSuph.

11 Profecti autē è mari סSuph, caſtrametati ſunt″in deſerto סSin.

12 Et profecti è deſerto סSin, caſtrametati ſunt″in Dophcáh.

13 Profecti item è Dophcáh, caſtrametati ſunt in Alúשs.

14 Et profecti ex Alúשs, caſtrametati ſunt in Rephidím, vbi non erant aquæ populo ad bibendum.

15 ′Ideo profecti è Rephidím, caſtrametati ſunt in deſerto סSinái.

16 Profecti autem è deſerto סSinái, caſtrametati ſunt″in Cibróth-Hathaauáh.

17 Et ꝓfecti è Cibróth-hathaauáh, caſtrametati ſūt″in חHaצſeróth.

18 Et profecti de חHaצſeróth, caſtrametati ſunt″in Rithmáh.

19 Profecti verò è Rithmáh, caſtrametati ſūt in Rimmón Péreצs.

20 Et profecti è Rimmón Péreצs, caſtrametati ſunt in Libnáh.

21 Profecti verò è Libnáh, caſtrametati ſunt in Riסſáh.

22 Et profecti è Riסſáh, caſtrametati ſunt in Cehelóth.

23 Profecti item è Cehelóth, caſtrametati ſunt in monte שSépher.

Cap. XXXIII.

1 HAE ſunt manſiones filiorum Iſrael qui egreſſi ſūt de AEgypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron,

2 Quas deſcripſit Moyſes iuxta caſtrorū loca, quæ Domini iuſſione mutabant.

3 ¶Profecti igitur de Rameſſe menſe primo, quintadecima die menſis primi, altera die Phaſe, filii Iſrael in manu excelſa, videntibus cunctis AEgyptiis, Exod.12.f.37

4 (Et ſepelietib⁹ primogenitos quos percuſſerat Dominus: nam & in diis eorum exercuerat vltionem)

5 Caſtrametati ſunt in Socoth:

6 ¶Et de Socoth venerunt in Etham, quæ eſt in extremis finib⁹ ſolitudinis. Exod.13.d.20 B

7 Inde egreſſi, venerunt cōtra Phi-hahiroth, quæ reſpicit Beel-ſephon, & caſtrametati ſunt ante Magdalum.

8 ¶Profectique de Phi-hahiroth, trāſierūt per mediū Mare in ſolitudinem: & ambulātes tribus diebus per deſertum Ethā, caſtrametati ſunt in Mara. Exod.14.e.22

9 ¶Profectique de Mara, venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ ſeptuaginta: ibiq; caſtrametati ſunt. Exod.15.d.27

10 Sed & inde egreſſi, fixerunt tentoria ſuper Mare rubrum.

11 ¶Profectique de Mari rubro, caſtrametati ſunt in deſerto Sin. Exod.16.a.1

12 Vnde egreſſi, venerunt in Daphca. C

13 Profectique de Daphca, caſtrametati ſunt in Alus.

14 ¶Egreſſique de Alus Raphidim, fixere tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendum. Exod.17.a.1

15 ¶Profectique de Raphidim, caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. Exod.19.a.1

16 Sed & de ſolitudine Sinai egreſſi, venerunt ad Sepulchra concupiſcentiæ.

17 ¶Profectique de Sepulchris concupiſcētiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. Suprà 11.g.34

18 ¶Et de Haſeroth venerūt in Rethma. Suprà 11.g.35. & 13.a.1

19 Profectique de Rethma, caſtrametati ſunt in Remmon Phares.

20 Vnde egreſſi, venerunt in Lebna.

21 De Lebna caſtrametati ſūt ī Reſſa.

22 Egreſſiq; de Reſſa, venerūt ī Ceelatha.

23 Vnde profecti, caſtrametati ſunt in monte Sepher.

IN CAPVT XXXIII.

1 Profectiones מסעי Deſcribit à quo loco egreſſi ſint, & ad quem profecti, vt ſeipſum ſequenti verſu exponit. Ab hac autem dictione מסעי, hanc nonam huius libri ſectionē denominant Hebræi. Per exercitus ſuos, לצבאותם per turmas ſuas. turmatim. Per manū, &c. ביד־משה וגו′ Hebraiſmus, ducibus Moſe & Aharon. 2 Egreſſus e. per prof. e. את־מוצאיהם וגו′ .i. quibus ex locis egreſſi, ad quæ loca peruenerint. Iuxta ſerm. Ie. על־פי יהוה Hebraiſmus, pro iuſſu Iehouæ, ſiue iubēte Iehoua. Profectiones, &c. מסעיהם וגו′ Hebraiſmus, id eſt loca ad quæ deuenerunt ex locis è quibus egreſſi ſunt. 3 Primi, הראשון Antecedens pro relatiuo, eiuſdem. Hanc profectionem vide Exod.12.f.37. Poſtera *die* Pe. ממחרת הפסח .i. luce altera, poſtridie quàm immolatus fuerat agnus Paſchalis.

4 Ex eis, בהם inter illos. Omnem primog. כל־בכור Subaudiendū verbum quod præceſſit, percuſſerat autem. Fecerat Ieh. iud. עשה יהוה שפטים: Hebraiſmus, de illis ſumpſerat pœnas. nam corruerant omnia. 6 In extremo בקצה in principio. i. in finibus ipſius deſerti Etham. Hæc profectio deſcribitur Exod.13.d.20. 7 Reuerſi ſunt ad וישב על Singul. Heb. pro plur. Exod.14.a.1, dicitur, Loquere ad filios Iſrael vt reuertantur & caſtramerentur ante Pi-ha′חhiróth. Hic על pro אל poſitum. 8 De Pene-ha′חhiróth, מפני החירות Idem locus qui præcedēti verſu dicitur Pi-hahiroth. Maris הים ſub. rubri. Per deſertū אEtham, במדבר אתם Iſtud deſertū dicitur & deſertum שSur à Moſe, Exod.15.d.22, Proficiſci (inquit) fecit Moſéh Iſraelem à mari Suph, egreſſique ſunt in deſertū שSur, atque perrexerūt tribus diebus per deſertū. In Marah. במרה: De hac profectione vide Exod.15.d.23. 9 In E′אlim: ובאילם Vide Exo.15.d.27.

11 In deſerto סSin. במדבר־סין: Multa accidiſſe in iſto deſerto filiis Iſrael, ſcribitur Exod.16.a.1

12 In Dophcah. ברפקה: Huius caſtrametationis & proximè ſequentis nulla fit mentio in Exodo cap.17.a.1, ſed è deſerto סSin narrantur veniſſe in Raphidim. 15 Ideo prof. ויסעו Quòd noſter interpres ו in Ideo conuertit, propterea factum eſſe apparet, quòd Exod. 17.a.2, dicitur iurgatus populus quòd non eſſent aquæ, Vbi (inquit) non erant aquæ, Et iurgatus eſt populus, &c.

16 In Cibroth-hathaauah. בקברות התאוה: Significat Sepulchra concupiſcentiæ, de quibus ſuprà cap.11.g.34. 17 In חHaצſeróth. בחצרות Quid actum ſit eo loco, ſcribitur ſuprà cap.13.a.1, vbi narratur murmuratio Mariæ & Aaronis contra Moſen. In fine capitis illius, filii Iſrael de Haſeroth in deſertum Paran veniſſe ſcribitur. 18 In Rithmáh. ברתמה: De hac manſione & ſubſequentibus, vſque ad 36 verſum, nihil legitur in præcedentibus capitibus.

Egreſſi de monte Sepher, venerunt in Harada. 24
Inde proficiſcẽtes, caſtrametati ſunt in Maceloth. 25
Profectique de Maceloth, venerunt in Tháhath. 26
D De Tháhath caſtrametati ſunt in Thare. 27
Vnde egreſſi, fixere tẽtoria ĩ Methca. 28
Et de Methca caſtrametati ſunt in Heſmona. 29
Deut.10.b.6 ‖Profectique de Heſmona, venerũt in Moſeroth. 30
Et de Moſeroth caſtrametati ſunt in Bene-iaacan. 31
Profectique de Bene-iaacan venerunt in montem Gadgad. 32
Vnde profecti, caſtrametati ſunt in Ietebátha. 33
Et de Ietebátha venerũt ĩ Hebrona. 34
Egreſſique de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſion-gáber. 35
E Inde profecti, venerunt in deſertum Sin, hæc eſt Cades. 36
Suprà 20.d.22 ‖Egreſſique de Cades, caſtrametati ſunt in mõte Hor in extremis finibus terræ Edom. 37
Suprà 20.d.25 deut.32.g.50 ‖Aſcẽditque Aaron ſacerdos in mõtem Hor iubẽte Domino: & ibi mortuus eſt anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex AEgypto, mẽſe quinto, prima die menſis, 38
Quum eſſet annorum centum viginti trium. 39
Supra.21.a.1 ‖Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitat ad Meridiẽ in terra Chanaan, veniſſe filios Iſrael: 40
Et profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona. 41
Vnde egreſſi, venerunt in Phunon. 42
Suprà 21.c.10 ‖Profectique de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth. 43 F
Et de Oboth venerũt in Ie-abarim, quæ eſt in finibus Moabitarum. 44
Profectique de Ie-abarim, fixere tẽtoria in Dibon-gad. 45
Vnde egreſſi, caſtrametati ſunt in Helmon-deblathaim. 46
Egreſſique de Helmon-deblatháim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo. 47
Profectique de montibus Abarim, tranſierunt ad campeſtria Moab, ſupra Iordanem contra Iericho. 48
Ibique caſtrametati ſunt de Beth-ſimoth vſque ad Abel-ſatim in planioribus locis Moabitarum: 49
Vbi loquutus eſt Dominus ad Moyſen, 50
Præcipe filiis Iſrael, & dic ad eos, Quando tranſieritis Iordanem, intrãtes terram Chanaan, 51
Deut.7.a.2. ioſue 11.b.12 ‖Diſperdite cunctos habitatores terræ illius: cõfringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate, 52 G
Mundantes terram, & habitãtes in ea: ego enim dedi vobis illam in poſſeſſionem. 53

24 Profecti quoq; è mõte שSépher, caſtrametati ſũt in חHaradáh.
25 Et profecti ſũt è חHaradáh, & caſtrametati ſunt in Machelóth.
26 Et profecti è Machelóth, caſtrametati ſunt in Thánחath.
27 Profecti autem è Thánחath, caſtrametati ſunt in Tháranח.
28 Profecti quoque è Tháranח, caſtrametati ſunt in Mithcáh.
29 Profecti item è Mithcáh, caſtrametati ſunt in חHaשſmonáh.
30 Et profecti ſunt de חHaשſmonáh, & caſtrametati ſunt in Moſeróth.
31 Et profecti de Moſeróth, caſtrametati ſunt in Bene-iaעacán.
32 Profectíque è Bene-iaעacán, caſtrametati ſunt in חHor Gidgád.
33 Et profecti de חHor Gidgád, caſtrametati ſunt in Iotbáthah.
34 Et profecti é Iotbáthah, caſtrametati ſunt in עAbronáh.
35 Profecti verò ex עAbronáh, caſtrametati ſunt in עEצſiõ-gáber.
36 Et profecti ex עEצſiõ-gáber, caſtrametati ſunt ″in deſerto צSin, quod eſt Cadéשs.
37 Et profecti ſũt è Cadéשs, & caſtrametati ſunt ″in Hor monte, in extremo terræ אEdóm.
38 Aſcendit autem Aharón ſacerdos in Hor montẽ ″iuxta ſermonẽ Iehouæ, & mortuus eſt ibi anno quadrageſimo ex quo egreſſi ſunt filii Iשſraאél è terra AEgypti, menſe quinto, primo *die* menſis.
39 Erátque Aharón natus centum ac viginti tres annos quando mortuus eſt in Hor monte.
40 Audiuit autem Chenaעanæus ″rex עArád (is verò habitabat in Meridie, in terra Chenaעán) quum ingrederentur filii Iשſraאél.
41 ″Et profecti de Hor monte, caſtrametati ſunt in צSalmonáh.
42 Profecti verò è צSalmonáh, caſtrametati ſunt in Punón.
43 Et profecti è Punón, caſtrametati ſunt ″in אוObóth.
44 Profecti item ex אוOboth, caſtrametati ſunt in עIie-haעabarim in termino Moáb.
45 Et profecti ex עIím, caſtrametati ſunt in Dibón-gád.
46 Profecti item è Dibón-gád, caſtrametati ſunt in עAlmón-diblatháim.
47 Profecti præterea ex עAlmón-diblatháim, caſtrametati ſunt in montibus עAbarím ante Nebó.
48 Et profecti è montibus עAbarím, caſtrametati ſunt in campeſtribus Moáb iuxta Iardén ″Ierenחó.
49 Tandem caſtrametati ſunt iuxta Iardén à Beth-ieשſimóth vſque ad Abel-ſittím in campeſtribus Moáb.
50 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moשſéh in cãpeſtribus Moáb, iuxta Iardén Ierenחó, dicendo,
51 Alloquere filios Iשſraאél, & dicas eis, ″Quum tranſieritis Iardén ad terram Chenáעan,
52 Expellite omnes habitatores terræ à facie veſtra, & perdite ″omnes picturas eorũ, & omnes imagines ″conflaturarum eorum perdetis, omniáque excelſa eorum vaſtabitis. Chananæos iubet Deus occidere.
53 Expelletis inquam ″habitatores terræ, habitabitíſque in ea: vobis enim dedi terram vt eam poſſideatis.

36 In deſerto צSin, במדבר־צן De hac profectione vide ſuprà cap.20.a.1. 37 In Hor monte, בהור ההר Vide hanc profectionẽ ſuprà cap.20.d.22. vbi & mors Aharonis deſcribitur. 38 Iuxta ſermonem על־פי Vide in principio huius capitis, verſu ſecundo.
40 Rex עArad מלך ערד Quomodo fuerit expugnatus Rex iſte, vide ſuprà cap.21.a.1. 41 Et profecti ויסעו ſub. filii Iſrael.
43 In אוOboth. באובות: Vide hanc profectionem ſuprà cap.21.b.10. 48 Ierenחó. ירחו: .i. qua parte vergit ad Ierichontem, aut alluit Ierichontem. 51 Quum tranſieritis כי אתם עוברים Quandoquidem [vel, Quia] vos tranſitis. Præſ. Heb. pro fut.
52 Omnes picturas את כל־משכיותם omnia ſpectra .i. idola, ſic dicta quòd præbeant ſe viſenda, aut ſpectentur. Hæc vox legitur & Leuit. 26.a.1. Conflaturarum e. מסכותם Hebraiſmus, pro, conflatiles, ſiue factas opere conflatili.
53 Habitatores terræ, את־הארץ Ad verbum, terram. Continens pro contento. pro יושבי הארץ.

54 Poſſidebitis autem terrā illam per ſortē, ″per familias veſtras: ″pluribus multiplicabitis hæreditatem eorum, & paucioribus diminuetis hæreditatē eorū: ″in *loco* in quo egredietur illi ſors, erit illi: per tribus patrum veſtrorum hæreditatem capietis.

55 Quòd ſi nō expuleritis habitatores terræ à facie veſtra, tū erit vt quos reliqueritis ex eis, *ſint* ″in cultros in oculis veſtris, & in ſpinas in laterib⁹ veſtris, & affligēt vos ſuper terrā in qua vos habitabitis.

56 Eueniétque *ut* quēadmodum cogitaui facere illis, faciā vobis.

Cap. XXXIIII.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iשraאél, & dicas eis, ″Quum intraueritis terrā Chenáעā, (iſta eſt terra ″quæ cadet vobis in hæreditatē, terra Chenáעan per terminos ſuos)

Terræ promiſſionis fines & termini.

3 Erit vobis ″plaga Meridiei à deſerto צSin vſque ″ad terminos אEdóm: erit inquam vobis terminus Meridiei ″ab extremo Maris ſalis ad Orientem.

4 ″Et circuibit vobis iſte terminus à Meridie, ad Maעalé עAcrabím, & tranſibit vſque ad צSin: & erunt egreſſus eius à Meridie in Cadeשs Barnéaע, atque *illinc* egredietur ad villam Addár, & tranſibit vſque ad עAצmón.

5 Præterea circuibit terminus iſte ab עAצmón vſque ad ″flumen AEgypti: & erunt *illinc* egreſſus eius ″ad Occidentem.

6 ″Terminus autem Occidentalis erit vobis Mare magnum, terminus inquam iſte erit vobis terminus Occidentalis.

7 Iſte verò erit vobis terminus Aquilonaris, à Mari magno ″deſcribetis vobis Hor montem.

8 Ab Hor monte deſcribetis ″vſque ad introitum חHamáth: & erunt egreſſus termini illius ad צSedád.

9 Et *illinc* egredietur terminus iſte ad Ziphrón, erúntque egreſſus eius ad villam עEnán: iſte erit vobis terminus Aquilonaris.

10 Deſcribetis præterea vobis ″terminum ad Orientem, à villa עEnan vſque ad ש Sephám.

11 Et deſcendet iſte terminus à שSephám vſque ad Ribláh ab Oriente עAin: & deſcendet terminus iſte, perueniétque ″ad latus maris Cinneréth ad Orientem.

54 Quam diuidetis vobis ſorte: pluribus dabitis latiorem, & paucioribus anguſtiorē: ſingulis vt ſors ceciderit, ita tribuetur hæreditas: per tribus & familias poſſeſſio diuidetur.

55 Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ: qui remāſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduerſabūtur vobis in terra habitationis veſtræ:

56 Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

Cap. XXXIIII.

1 LOquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens,

2 Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos, Quum ingreſſi fueritis terram Chanáan, & in poſſeſſionem vobis ſorte ceciderit, his finibus terminabitur,

3 ¶Pars Meridiana incipiet à ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom: & habebit terminos contra Orientem Mare ſalſiſſimum. Ioſue 15.a.b

4 Qui circuibunt Auſtralem plagam per Aſcenſum ſcorpionum, ita vt trāſeāt in Senna, & perueniāt ad Meridiē vſque ad Cadeſ barne, vnde egrediētur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vſque ad Aſemona.

5 Ibitque per gyrū terminus ab Aſemona vſque ad torrentem AEgypti, & Magni maris litore finietur. B

6 Plaga autem Occidentalis à Mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur.

7 Porrò ad Septentrionalem plagam à Mari magno termini incipiēt, peruenientes vſque ad mōtem altiſſimū:

8 A quo venient in Emath vſque ad terminos Sedáda.

9 Ibúntque cōfinia vſque ad Zephrona, & villam Enan: hi erunt termini in parte Aquilonis.

10 Inde metabuntur fines contra Orientalem plagam de villa Enan vſq; Sephāma,

11 Et de Sephāma deſcendent termini in Reblátha contra fontē Daphnim: inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth,

---

54 Per familias ve. למשפחותיכם .i. nomine familiarum & cognationum veſtrarum. Pluribus multiplicabitis לרב תרבו Ad verbum, multo multiplicabitis .i. pluribus aſſignabitis maiorem hæreditatem. In *loco* in quo, &c. אל אשר־יצא וגו׳ .i. hæreditas erit ei in eo loco in quem ceciderit ſors. q.d. ſingulis tribuetur hæreditas vt ſors ceciderit.

55 In cultros לשכים Doctus inter Hebræos admonet quoſdam ſuorum interpretari hanc vocem Cultros, alios verò, Tribulos .i. erunt inſtar tribulorum oculis veſtris. Gallicè dicimus, *Ils vous creueront les yeulx*. Quidam vertunt, ſtimuli in oculis, & ſpicula in lateribus .i. oculos veſtros ad idola ſtimulabunt, & vos armis conficient. q.d. inſtigabunt atque prouocabunt vos ad idololatriam, atque vobis occaſio erunt vt pereatis. Sūpta videtur metaphora à bubus cæteriſque animantibus quæ vt magis gradiendo promoueant, acutis ſpiculis pungi ſolent. Chaldæus paraph. futurum eſt vt hi quos reſiduos feceritis, ſint in turmas quæ arma capient contra vos, & in caſtra quæ circundabunt vos, anguſtiabúntque vos, &c.

IN CAPVT XXXIIII.

2 Quum intraueritis כי־אתם באים Quandoquidem vos ingredimini. vel, quia iam ingreſſuri eſtis. Quæ cadet vobis in hær. אשר תפול לכם בנחלה .i. quam miſſis ſortibus iure hæreditario accipietis. 3 Plaga פאת angulus. terminus. limes. Ad terminos אEdom: על־ידי־אדום iuxta Idumæam .i. propinquum Idumææ. Ab extremo, &c. מקצה וגו׳ finis [extremitas] Maris ſalis *uergendo* ad Orientem. Mare ſalſum, alias Lacus Aſphalthites, ſiue Mare mortuū dicitur. Ad Orientem .i. qua parte terminus Maris ſalſi iungitur termino Orientali. 4 Et circuibit vobis iſte t. ונסב לכם הגבול q.d. excurret, ſiue protendetur non recta linea, ſed ſinuoſa.

5 Flumen נחלה torrentem. Ad Occidentem. הימה: Ad verbum, ad Mare ipſum. AEgyptiacum ſcilicet, ſiue Mediterraneum.

6 Terminus autem Occid. &c. וגבול וגו׳ Quidam ſic vertunt, Eſt & terminus Maris .i. Occidentis, ſtatim autem vobis occurret Mare magnum, *quod* ipſum erit terminus. Alii, nulla habita ratione diſtinctionis Hebræorum quæ eſt ſub וגבול, vertunt poſteriorem partem hoc modo, terminus inquam iſte erit vobis terminus Occidentalis. 7 Deſcribetis תתאו deſignabitis. ſub. lineam quandam. q.d. protendetur à Mari magno vſque ad Hor mōtem. Quidā pro eo mōte accipiunt cuius frequens antea mentio facta eſt, in quo ſcilicet mortuus eſt Aharon. Alii verò volūt eſſe nomē promōtorii: propterea vertūt, deſcribetis vobis Hor promōtoriū. Et verſu ſequenti, Ab Hor promōtorio.

8 Vſque ad introitum לבוא Ad verbum, ad veniendum. veniendo. pergendo. Meminit locorum inſigniorū huius tractus & aliorum.

10 Terminum לגבול in terminum .i. deſignabitis lineam quandam pro deſignando termino Orientali.

11 Ad latus maris, &c. על־כתף ים־כנרת קדמה: Id eſt ad litus lacus Cinnereth ad Orientem. Nō eſt mare, ſed lacus. quoniā autem Sacræ literæ omnem aquarum congregationem vocant maria, ideo hic mare Cinnereth vocauit, quod aliâs corrupto vocabulo lacus Geneſareth vocatur. Thargum Ieroſolymitanum ſcribit Cinnereth vrbem fuiſſe in regno Amorrhæorum: vnde fortè hic lacus nomen ſumpſit. ſicuti videmus fluuios, ſtagna, & lacus ferè à locis & vrbibus quas alluunt, nomen accipere.

12 Et tendent vſque ad Iordanē, & ad vltimum ſalſiſſimo claudentur Mari: hanc habebitis terram per fines ſuos in circuitu.

13 Præcepitque Moyſes filiis Iſrael, dicens, Hæc erit terra quā poſſidebitis ſorte, & quam iuſſit Dominus dari nouem tribubus & dimidiæ tribui.

14 Tribus enim filiorū Ruben per familias ſuas, & tribus filiorū Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manaſſe,

15 Id eſt duæ ſemis tribus, acceperunt partem ſuam trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam.

16 Et ait Dominus ad Moyſen,

Ioſue 14.a.1

D

17 ‖Hæc ſunt nomina virorū qui terrā vobis diuident, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun,

18 Et ſinguli principes de tribubus ſingulis,

19 Quorum iſta ſunt vocabula, De tribu Iuda, Caleb filius Iephone.

20 De tribu Simeō, Samuel filius Ammiud.

21 De tribu Bēiamin, Elidad filius Chaſelon.

22 De tribu filiorū Dā, Bocci fili⁹ Iogli.

23 Filiorum Ioſeph de tribu Manaſſe, Haniel filius Ephod.

24 De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan.

25 De tribu Zabulon, Eliſaphan filius Phatnach.

26 De tribu Iſſachar, dux Phaltiel filius Ozan.

27 De tribu Aſer, Ahiud filius Salomi.

28 De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud.

29 Hi ſunt quibus præceperat Dominus vt diuiderent filiis Iſrael terram Chanaan.

Cap. XXXV.

1 HAEc quoque loquutus eſt Dominus ad Moyſen in campeſtribus Moab ſupra Iordanē, cōtra Iericho.

Ioſue 21.a.2

2 ‖Præcipe filiis Iſrael vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis

3 Vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum: vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis.

4 Quæ à muris ciuitatum forinſecus, per circuitum, mille paſſuum ſpatio tendentur.

5 Contra Orientem duo millia erunt cubiti, & cōtra Meridiē ſimiliter erūt duo millia: ad mare quoque quod reſpicit ad Occidentem, eadem menſura erit, & Septētrionalis plaga æquali termino finietur: erúntque vrbes in medio, & foris ſuburbana.

---

12 Et deſcendet iſte terminus ad Iardén, erúntque egreſſus eius ad Mare ſalis: ″iſta erit vobis terra per terminos ſuos per circuitum.

13 Præcepit autem Moשſéh filiis Iשſraאél, dicendo, Hæc eſt terra quā poſſidebitis ſorte, & quam præcepit Iehouáh vt darē nouem tribubus & dimidiæ tribui.

14 Acceperunt enim tribus filiorum Reאbenitarū per domos patrum ſuorum, & tribus filiorum Gaditarum per domos patrum ſuorum, & dimidia tribus Menaשſéh, acceperunt *inquam* hæreditatem ſuam.

15 ″Duæ tribus, & dimidia acceperunt poſſeſſionē ſuam citra Iardén Iereחhó ad Orientem ad exortum *ſolis*.

16 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moשſéh, dicendo,

17 Iſta ſunt nomina virorum ″qui poſſidebūt vobis terram: אElעazár ſacerdos & Iehoשſúaע filius Nun.

Nomina eorum qui terram debebant diuidere.

18 ″Et principes ſingulos de qualibet tribu capietis ″ad poſſidendam terram.

19 Et iſta ſunt nomina virorum, De tribu Iehudáh, Chaléb filius Iephunnéh.

20 Et de tribu filiorum שSimעyón, שSemúאel filius עAmmihúd.

21 De tribu Biniamín, אElidád filius Chiסſlón.

22 Et de tribu filiorū Dan, princeps Bucci filius Ioglí.

23 De filiis Ioסéph, de tribu filiorum Menaשſéh, princeps חHanniאél filius אEphód.

24 Et de tribu filiorū אEphráim prīceps Cemuאél filius שSiphtán.

25 Et de tribu filiorū Zebulún, princeps אEliצſaphā filius Parnách.

26 Et de tribu filiorum Iשſſachár princeps Paltiél filius עAzzán.

27 Et de tribu filiorum Aשſér princeps Aחhihúd filius שSelomí.

28 Et de tribu filiorum Naphthalí, princeps Pedahאél filius עAmmihúd.

29 Iſti ſunt quibus præcepit Iehouáh ″vt poſſiderent terras filiis Iשſraאél in terra Chanáעan.

Cap. XXXV.

Vrbes Leuitis dandæ.

1 ET loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh in campeſtribus Moáb iuxta Iardén Iereחhó, dicendo,

2 Præcipe filiis Iשſraאél vt dent Leuitis de hæreditate poſſeſſionis ſuæ vrbes ad habitandum: ″& ſuburbana vrbium *ipſarum* per circuitus earum dabitis ipſis Leuitis.

3 Erúntq; vrbes illis ad habitandū: ſuburbana verò earū erunt animalibus eorū, ″& ſubſtantiæ eorum, & omnibus beſtiis eorum.

4 Et ſuburbana vrbium *earum* quas dabitis Leuitis, ″à pariete vrbis & forinſecus, mille cubitorum erunt per circuitum.

5 Præterea metiemini extra vrbē à plaga Orientali duo millia cubitorū: & à plaga Meridiana duo millia cubitorū: & à plaga Occidētali duo millia cubitorū: & à plaga Aquilonari duo millia cubitorū: & vrbs *ipſa erit* ī medio: ″iſta *mēſura* erit eis ſuburbanorū vrbiū.

---

12 Iſta erit vobis, &c. : זאת תהיה לכם וגו׳ Hebraiſmus, Hæc eſt Terræ ſanctæ deſcriptio perfecta & abſoluta.

15 Duæ tribus שני חמטות Declarat quod præcedenti verſu dixerat. 17 Qui poſſidebunt אשר ינחלו.i. qui poſtea vobis eam diſtribuent poſſidendā per familias. Ex doctioribus Hebræorū alter exponit, qui facient vos poſſidere. Vnde quidam vertunt, qui diuident.

18 Et principes ſing. de qual. tr. ונשיא אחד נשיא אחד ממטה Ad verbū, Et principē vnū, principem vnū de tribu. Ad poſſidendā t. לנחול את הארץ:.i. inter quos diſtribuatur terra ipſa. Idem verbū quod præcedenti verſu. 29 Vt poſſiderent לנחול.i. vt diſtribuerent poſſidendam. Vide idem verbum ſuprà verſu 17.

IN CAPVT XXXV.

2 Et ſuburbana ומגרש Singul. Heb. pro plur. i. prædia adiacētia vrbibus, ſiue agros publicos qui adiacent vrbi. Suburbanū Hebræis dicitur מגרש à גרש expulit & eiecit, tanquā ſit ex vrbe expulſum, vt ait doctus inter Hebræos. Erat autē ſpatium ſiue planities illa tantùm pro ciuitatis decore: nec poterant Leuitæ in ea extruere domos, ſerere agros, aut plātare vineas. 4 A pariete מקיר.i. à muro, ſiue mœnibus.

5 Iſta *menſura*, &c. זה יהיה וגו׳ Ad verbum, hoc erit eis ſuburbana vrbium. i. iſta erit illis ratio agrorum publicorum vrbium. Duas hìc Moſes ponit ſpecies agri publici: prima eſt illa de qua verſu ſecundo dictum eſt: altera in qua licebat ſerere & ædificare. eos agros non licebat Leuitis vendere. Primam ſignificat per mille cubitos: ſecundam per bis mille cubitos.

6 ʼDe vrbibus autem quas dabitis Leuitis, *erunt* ſex vrbesʼrefugii, quas dabitis vt fugiat illuc homicida: ʼ& præter illas dabitis quadragintaduas vrbes.

7 Omnes vrbes quas dabitis Leuitis, *erunt* quadraginta octo vrbes: ipſas & ſuburbana earum *dabitis*.

8 Et vrbes quas dabitis de poſſeſſione filiorū Iꞷſraℵél, ʼab eo qui plures habuerit, plures accipietis: & ab eo qui pauciores, pauciores capietis: ſinguliʼpro quantitate poſſeſſionis ſuæ quam poſſederint, dabunt ex vrbibus ſuis Leuitis.

9 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moꞷſch, dicendo,

Vrbes perfugii.

10 Alloquere filios Iꞷſraℵél, & dicas eis, ʼQuum tranſieritis Iardén in terram Chenáyan:

11 Conſtituetis vobis vrbes, vrbes autemʼrefugii erunt vobis: quò fugiet homicida qui percuſſeritʼaliquem per errorem.

12 Et erunt vobis vrbes illæ in refugiumʼà propinquo: & non morietur homicida, ʼdonec ſteterit ipſe ante cōgregationē ad iudiciū.

13 Et *ex* vrbibus quas dabitis, ſex vrbes refugii erunt vobis.

14 Tres vrbes dabitis citra Iardén, & tres vrbes dabitis in terra Chenáyan: vrbes refugii erunt.

15 Filiis Iꞷſraℵél, & peregrino, ʼ& incolæ in medio eorum, erūt ſex vrbes illæ in refugium, vt fugiat illuc quicunque percuſſerit aliquem per errorem.

Lex homicidii.

16 Si autem inſtrumento ferreo percuſſerit eum, & mortuus fuerit, homicida eſt: ʼmoriendo morietur homicida.

17 Si verò ʼlapide manus, quo moriatur, percuſſerit eū, & mortuus fuerit, homicida eſt: moriendo morietur homicida.

18 Autʼinſtrumento ligneo manus, quo moriatur, percuſſerit eū, & moriatur, homicida eſt: moriendo morietur homicida.

19 ʼPropinquus ſanguinis ipſe interficiet homicidam: quum ipſe obuiauerit illi, ipſe interficiet eum.

20 Quòd ſi per odium impulerit eum, aut proiecerit *aliquid* in eum per inſidias, & mortuus fuerit:

21 Aut per inimicitiam percuſſerit eum manu ſua, mortuúſque fuerit: moriendo morietur percuſſor, homicida eſt: propinquus ſanguinis interficiet homicidam, quum ipſe occurrerit illi.

22 Si autemʼcaſu abſque inimicitiis impulerit eum, vel proiecerit in eum quoduis inſtrumentum abſque inſidiis,

23 Aut quēuis lapidē quo moriatur, *quem prius* non videbat, & cadere fecerit ſuper illum, mortuúſque fuerit, & ipſe non erat illi inimicus, ʼneque quærebat malum eius:

6 ǁDe ipſis autē oppidis quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinē: & exceptis his alia quadragintaduo oppida,

Deut.4.g.41
ioſue 21.a.3

7 Id eſt ſimul quadragintaocto cum ſuburbanis ſuis.

B

8 Ipſæque vrbes quæ dabūtur de poſſeſſionibus filiorum Iſrael, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores: ſinguli iuxta menſurā hæreditatis ſuæ dabunt oppida Leuitis.

9 Ait Dominus ad Moyſen,

10 Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, ǁQuādo tranſgreſſi fueritis Iordanem in terram Chanaan:

Deut.19.a.2
ioſue 20.a.2

11 Decernite quæ vrbes eſſe debeāt in præſidia fugitiuorum qui nolentes ſanguinem fuderint.

12 In quibus quum fuerit profugus, cognatus occiſi nō poterit eum occidere, donec ſtet in conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur.

13 De ipſis autem vrbibus que ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur,

14 Tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan,

15 Tā filiis Iſrael, quàm aduenis atque peregrinis, vt cōfugiat ad eas qui nolens ſanguinem fuderit.

16 Siquis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt: reus erit homicidii, & ipſe morietur.

C

17 Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: ſimiliter punietur.

18 Si ligno percuſſus interierit: percuſſoris ſanguine vindicabitur.

19 Propinquus occiſi homicidam interficiet: ſtatim vt apprehenderit eū, interficiet.

20 ǁSi per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quidpiam in eum per inſidias:

Deut.19.c.11

21 Aut quū eſſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: percuſſor homicidii reus erit: cognatus occiſi ſtatim vt inuenerit eum, iugulabit.

22 Quòd ſi fortuitu abſq; odio & inimicitiis quicquam horum fecerit,

23

* *

6 De vrbibus autem ואת הערים Hîc את pro מן accipiendum. Refugii, המקלט perfugii. à קלט collegit, contraxit: quòd illic colligerentur, contraherentur, ac congregarentur fugitiui. Chaldæus paraph. euaſionis. ve, [ſaluationis. quòd ad illas fugitiuus euaderet, atque ita ſaluaretur. Et præter illas ועליהם & vltra illas. הם pro הן poſitum.

8 Ab eo qui plures, &c. מאת הרב תרבו וגו׳ Ad verbum, à multo [vel, numeroſiore] multiplicabitis: à pauciore diminuetis. Eundem Hebraiſmum habes ſuprà capite 33.g.54 Pro quantitate, &c. כפי נחלתו וגו׳ Ad verbum, ſecundum hæreditatem [vel, poſſeſſionem] ſuam, quam in hæreditatem accipiet. vel, poſſidebit. 10 Quum tranſieritis Iardén כי אתם עוברים את־הירדן Quum vos iamiam tranſituri ſitis Iordanem. vel, Quandoquidem vos mox tranſituri eſtis Iordanem. Vt in principio præcedentis capitis, verſu 2.

11 Refugii מקלט perfugii. Vide paulo antè, verſu 6. Aliquem per err. נפש בשגגה: animam [id eſt aliquem] per imprudentiam. & non dedita opera. 12 A propinquo, מגואל à conſanguineo, vel cognato. ſub. interfecti. Propriè ſignificat redimentē ſiue redemptorem. Sic autem vocatur propinquus, quòd illi cōpetat ius redemptionis. Hîc optimè vertas, à redemptore ſanguinis. Vt enim in elocatis agris & vineis propinquus ius habebat redemptionis: ita quoque permittebatur illi, vlciſci fratrem, aut alium cōſanguineum interfectum. Et vltio iſta hîc vocatur redemptio, etiamſi propinquus occiſus ad poſſeſſionem reuocari non poſſet, vt ager elocatus, aut filius in ſeruitutem venditus, recuperabatur. Donec ſteterit, &c. עד־עמדו וגו׳ Id eſt donec tota ſynagoga cognouerit de cauſa eius.

15 Et incolæ ולתושב & habitanti. 16 Moriendo mor. מות יומת .i. interficietur Iudicum ſententia.

17 Lapide manus, באבן יד Id eſt lapide quem manu proiecerit. Hebraiſmus. 18 Inſtrumento lig. manus בכלי עץ־יד .i. inſtrumento quod manu geſtabat. aut, quod manu proiecerit. 19 Propinquus ſanguinis גואל הדם Conſanguineus occiſi. vel, Vltor ſanguinis, ſiue interfecti. 22 Caſu בפתע fortuitó. Alii, repente. ſubitò, id eſt caſu repentino.

23 Neque quærebat malum eius. ולא מבקש רעתו: neque ſtudebat nocere ei.

Et hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorē & propinquū ſāguinis, quæſtio vētilata: 24

Liberabitur innocēs de vltoris manu, & reducetur per ſententiā in vrbē ad quam cōfugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos magnus, qui oleo ſācto vnctus eſt, moriatur. 25

Si interfector extra fines vrbiū quæ exulibus deputatæ ſunt, 26

D Fuerit inuentus, & percuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis: abſque noxa erit qui eum occiderit. 27

Debuerat enim profugus vſque ad mortem Pontificis in vrbe reſidere: poſtquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram ſuam. 28

Hæc ſempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus veſtris. 29

Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. 30

Non accipietis pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. 31

Exules & profugi ante mortem Pōtificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt. 32

Ne polluatis terram habitationis veſtræ quæ inſontium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi per eius ſanguinem qui alterius ſanguinē fuderit. 33

Atque ita emundabitur veſtra poſſeſſio me commorante vobiſcum: ego enim ſum Dominus qui habito inter filios Iſrael. 34

Cap. XXXVI.

ACceſſerunt autem & principes familiarum Galaad filii Machir filii Manaſſe de ſtirpe filiorū Ioſeph: loquutique ſunt Moyſi coram principibus Iſrael: 1

Suprà 27.2.1
ioſue 17.2.3

Atque dixerunt, ‖Tibi domino noſtro præcepit Dominus vt terram ſorte diuideres filiis Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam patri. 2

B Quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua, & tranſlata ad aliam tribum, de noſtra hæreditate minuetur. 3

24 Tunc iudicabit congregatio inter percuſſorem & propinquum ſanguinis ſecundum iudicia iſta.

25 ″Et eruet cōgregatio homicidam è manu″propinqui ſanguinis, & reuerti facient eum congregatio ad vrbem refugii ſui, ad quā cōfugerat: habitabítque in ea, donec moriatur Sacerdos magnus ″qui vnctus eſt oleo ſanctitatis.

26 Quòd ſi egrediendo egreſſus fuerit homicida terminum vrbis refugii ſui ad quam confugerat:

27 Et inuenerit eum propinquus ſanguinis extra terminum vrbis refugii ſui, atque occiderit propinquus ille ſanguinis homicidā, ″non erit obnoxius morti.

28 In ciuitate enim refugii ſui habitabit, donec moriatur Sacerdos magnus: poſteaquam autem mortuus fuerit Sacerdos magnus, reuertetur homicida in terram poſſeſſionis ſuæ.

29 ″Et erunt iſta vobis in ſtatutū iudicii per generationes veſtras, in omnibus habitationibus veſtris.

30 Quicūque″percuſſerit aliquem, ad verbum teſtium occidet homicidā: ″ſolus enim teſtis nō teſtificabitur in animā vt moriatur.

Vnius teſtimonio nullus condemnandus.

31 Neque accipietis ″pretiū pro anima homicidæ ″ qui eſt impius vt moriatur: ſed moriendo morietur.

32 Sed nec accipietis pretium vt fugiat ad vrbem refugii ſui, vt reuertatur habitare in *ea* terra donec moriatur Sacerdos.

33 Et *ita* non polluetis terram in qua fueritis, quia″ſanguis iſte polluet terram: neque terra expiabitur propter ſanguinē qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effudit illum.

34 Ne ergo polluatis terram in qua habitatis, *&* in cuius medio ego habito: ego enim Iehouáh habito in medio filiorum Iשſraאél.

Cap. XXXVI.

1 ACceſſerunt verò principes patrum è familia filiorum Gilyád filii Machir filii Menaשſſéh″de familiis filiorum Ioסéph: & loquuti ſunt coram Moשſéh & coram principibus ″capitibus patrum filiorum Iשſraאél:

Lex connubiorum filiarum Salphaad.

2 Ac dixerunt, Domino meo præcepit Iehouáh vt daret terram in poſſeſſionem ſorte filiis Iשſraאél: *ſimul*″etiam domino meo præceptum eſt à Iehoua vt daret″poſſeſſionem צSelophחhád fratris noſtri filiabus eius.

3 ″Quæ ſi alicui de filiis *aliarum* tribuum filiorum Iשſraאél dentur in vxores, minuetur hæreditas earum ab hæreditate patrum noſtrorum, addetúrque *id* hæreditati tribus *eorum* quibus nupſerint, & de ſorte hæreditatis noſtræ minuetur.

25 Et eruet והצילו Et abſoluet. liberabit. Propinqui ſang. גואל הדם Vt paulo antè verſu 19. Qui vnctus eſt אשר־משח אותו Ad verbum, quem vnxit eum. ſub. ille qui vnxit. & redundat alterum relatiuum. 27 Non erit obnoxius morti. אין לו דם׃ Ad verbum, non erit ei ſanguis. i. non morietur propterea. 29 Et erunt iſta, &c. והיו אלה לכם וגו׳ Hebraiſmus, Hæc erunt vobis iura quæ in iudicio dicendo obſeruabunt Iudices [vel, ſic de his ſtatuent Iudices in iudiciis ſuis] quandiu vixeritis, & vbicunque habitaueritis.

30 Percuſſerit aliquem, מכה־נפש Iure ſcilicet. De Iudicibus loquitur, quòd non debent quenquam adiudicare morti, niſi teſtibus conuictū. Animam pro aliquo homine poſuit Moſes. Præterea aliquem homicidam intelligit: nam prius de homicidis fuit ſermo. & mox dicit, occidet homicidam. Quicunque igitur Iudex condēnauerit aliquem homicidā, id faciet teſtibus adhibitis, non autem ſolo teſte. Præſ. Heb. pro præt. Solus enim, &c. ועד אחד לא־יענה Ad verbū, & teſtis vnus non loquetur. i. ſolo teſte Iudex non adiudicabit quēquam morti. Anima pro homine, vt dictū eſt. 31 Pretium כופר Redemptionē ſignificat, ſiue pretium pro redēptione vitæ homicidæ. Qui eſt impius vt mor. אשר הוא רשע למות Hebraiſmus, qui eſt dignus morte. 33 Sanguis iſte הדם הוא .i. homicidium iſtud. Intelligit de eo qui adiudicandus erat morti.

IN CAPVT XXXVI.

1 De familiis ממשפחות Id eſt quæ erat vna de familiis, vel cognationibus filiorum Ioſeph. Certabant paſſim tribus Iſrael pro connubio harum puellarum, quatenus hæreditatem earum in ſortes ſuas traherent. Quod quum filii Manaſſe animaduertiſſent, cauſam legiſlatori proponunt, & conſilium quærunt. Capitibus ראשי primatibus. appoſitiuè dictum.

2 Etiam domino meo, &c. ואדוני צוה ביהוה Ad verbum, & dominus meus iuſſus eſt à Iehoua .i. Dominus meus accepit in mandatis à Iehoua. Poſſeſſionē את נחלת .i. hæreditatem quam poſſiderent. 3 Quæ ſi alicui, &c. והיו לאחד וגו׳ Ad verbū, Et erunt vni de filiis tribuum filiorum Iſrael in vxores, & minuetur hæreditas earum ab hæreditate patrum noſtrorum, & addetur hæreditati tribus cuius erunt, & de, &c. i. Si alicui nupſerint qui ſit de alia tribu, tantundem hæreditatis auferetur de hæreditate quam à maioribus accepimus, atque tantundē accedet ad hæreditatem tribus virorum quibus nupſerint, & de hæreditate noſtra quæ nobis ſorte obuenerit, aliquid diminuetur.

Iubileus.

4 Quúmque fuerit Iobél filiis Iשſraאél, addetur hæreditas earum hæreditati tribus *eorum*″quibus nupſerint: atque *ita* de hæreditate tribus patrum noſtrorum detrahetur hæreditas earum.

5 Præcepit itaque Moשſéh filiis Iשſraאél iuxta ſermonẽ Iehouæ, dicendo,″Rectum tribus filiorum Ioסſéph loquitur.

6 Hoc eſt quod præcepit Iehouáh de filiabus צSelophחhád, dicẽdo,″Vt placebit illis, ſint in vxores: veruntamen familiæ tribus patris ſui ſint in vxores.

Viris è ſua tribu ducẽda vxor, mulieribus ſimiliter nubendum.

7 Ne transferatur hæreditas filiorum Iשſraאél de tribu ad tribum *aliam*:″nam filii Iשſraאél ſinguli adhærebunt hæreditati tribus patrum ſuorum.

8 Et omnis filia quæ poſſederit hæreditatẽ de tribubus filiorum Iשſraאél, vni de familia tribus patris ſui erit in vxorem: vt poſſideant filii Iשſraאél ſinguli hæreditatem patrum ſuorum.

9 Ne transferatur poſſeſſio de tribu ad tribum aliam: ſed ſinguli ex tribubus filiorum Iשſraאél hæreditati ſuæ adhærebunt.

10 Quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh, ſic fecerũt filiæ צSelophחhád:

11 Nam Maחhaláh, Thirצſáh, & חHogláh, & Milcháh, & Noעáh *omnes* filiæ צSelophחhad, filiis patruorum ſuorum fuerunt in vxores:

12 *Iis qui erant* de familia filiorum Menaשſéh filii Ioסſéph, fuerunt in vxores: fuítque hæreditas earum tribui familiæ patris earum.

13 ″Iſta ſunt præcepta & iudicia quæ præcepit Iehouáh per manũ Moשſéh filiis Iשſraאél in cãpeſtribus Moáb iuxta Iardén Iereחhó.

4 Atque ita fiet vt quum iubileus, id eſt quinquageſimꝰ annus remiſſionis aduenerit, cõfundatur ſortiũ diſtributio, & aliorũ poſſeſſio ad alios trãſeat.

5 Reſpõdit Moyſes filiis Iſrael, & Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioſeph loquuta eſt.

6 Et hæc lex ſuper filiabus Salphaad à Domino promulgata eſt, ‖Nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ tribus hominibus:

C

Tob.1.b.9, & 7.c. 14

7 Ne commiſceatur poſſeſſio filiorũ Iſrael de tribu in tribũ: omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua:

8 Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis.

9 Nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant,

10 Vt à Domino ſeparatæ ſunt. Fecerúntque filiæ Salphaad vt fuerat imperatum:

D

11 Et nupſerũt Maala, & Therſa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui ſui,

12 De familia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: & poſſeſſio quæ illis fuerat attributa, manſit in tribu & familia patris earum.

13 Hæc ſunt mãdata atque iudicia quę præcepit Dominus per manum Moyſi ad filios Iſrael, in cãpeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.

4 Quibus nupſerint: אשר תהיינה Ad verbum, quibus erunt. 5 Rectum tribus fil. &c. כן מטה בני־יוסף דוברים: Id eſt, quod æquum & iuſtum eſt, tribus filiorum Ioſeph per primates ſuos petunt. 6 Vt placebit illis, לטוב בעיניהם Ad verbum, Vt bonum in oculis earum. i. iis qui placebũt illis nubant. 7 Nam filii Iשſraאél, &c. כי איש בנחלת וגו' Ordinem turbatum repoſuit noſter interpres, Ad verbum enim legitur, Quiſque enim hæreditati tribus patrum ſuorum adhærebunt filii Iſrael.

13 Iſta ſunt præcepta & iud. אלה המצות והמשפטים .i. hæc ſunt præcepta tã cæremonialia quã moralia, & iudicia de homicidis quæ mandauit Iehouah internuntio Moſe filiis Iſrael in campeſtribus Moab ad ripam Iordanis, qua parte non procul diſtat à Iericho.

Quintus Moſis liber, vulgò Deuteronomium, HEBRAICE דברים

Quintus iſte Moſis liber dicitur à Græcis τὸ δευτερονόμιον, ἀπὸ τοῦ δευτέρου quod ſecundum ſignificat, καὶ τοῦ νόμου legem: quaſi tu dicas ſecundam, ſiue ſecundariam legem. Sic autem vocatur, non quòd alia ſit quàm ea quæ in monte Sinai data eſt, ſed quòd denuo repetita ſit, nouo pacto per miniſterium Moſis, coram iis qui priorem in monte Sinai non audierant. Siquidem illi qui ab ipſo Domino eam audierant, omnes in deſerto perierant. Ipſe etiam Moſes infrà cap. 17. d. 18, vocat משנה התורה ſecundam legem, quo loco LXX verterunt τὸ δευτερονόμιον. Hebræi ſuo more à ſecunda voce primi verſus inſcripſerunt דברים, id eſt verba.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Breuis repetitio geſtorum, à manſione in monte Horeb, vſque ad manſionem in Cadeſ-barne.

1 Hæc ſunt Verba quæ loquutus eſt Moשſéh ad omnem Iשſraאelẽ″trans Iardén″in deſerto,″in planitie, eregiòne″סSuph, inter Parán″& Thóphel, & Labán, & חHaצſeróth, & Di-zaháb.

VETVS.

Cap. I.

Hæc ſũt Verba quæ loquutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael trans Iordanem in ſolitudine campeſtri, contra Mare rubrũ, inter Pharan & Thophel, & Laban, & Haſeroth, vbi auri eſt plurimum:

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Trans Iardén בעבר הירדן vltra Iordanem. Reſpectu ſcilicet Terræ ſanctæ. hoc eſt, in ea parte Iordanis quæ erat in terra Moab, non quæ in terra Chanaan. Hebræi enim eadem dictione בעבר vtuntur, ſiue vltra Iordanem, ſiue citra Iordanem velint dicere: vt nonniſi ex loco loquentis & audientis iudicare poſſis vltràne an citra dicendum ſit. In deſerto, במדבר Non ſic vocatur deſertũ Hebræis quòd nihil ibi ſit hominum vel rerum, quũ in Scripturis multæ vrbes in deſerto ſitæ deſcribãtur, ſed quòd ſit ſylueſtris locus. In planitie, בערבה in campeſtri loco. Propriè ſignificat planitiem, vbi ſine ſyluis & montibus latè patent campi. סSuph, סוף Mare rubrum intelligit, de quo Exod. 10. f. 19. Et Thóphel, & Labán, ובין תופל ולבן Hæc nomina quia non ponuntur aliâs in Scriptura, præſertim Nume. 33, vbi loca manſionum filiorum Iſrael enumerantur: ideo putant quidam per Thophel ſignificari murmurationem quam fecerunt ſuper Laban, hoc eſt Manna album: quam lectionem ſequitur Chaldæus paraphraſtes: qui etiam Di-zaháb, quod ſonat ſufficientiam auri, tanquam appellatiuum conuertit. eius autem ſunt verba totius verſus, Hæc ſunt verba quæ loquutus eſt Moſes cum vniuerſo Iſraele citra Iordanem: redarguens eos, quòd peccauiſſent in deſerto, & quòd irritauiſſent Deum in planitie eregione Maris rubri: quódque murmuraſſent in Paran ſuper Manna, & in Haſeroth ad iram prouocaſſent Deũ propter carnes, & quòd feciſſent vitulum aureum. Hucuſque Paraphraſtes. In hunc

ſenſum vertit eundem verſum etiam paraphraſis Ieroſolymitana. Alii tamen docti ſanè, dicunt Thophel & Laban & Di-zahab propria fuiſſe nomina locorum, etiamſi in Numeris non ponantur, & pro ipſis alia poſita eſſe. cui ſententiæ ſubſcribunt docti quidam Hebræorum. Magnū enim illud & horribile deſertū in quo filii Iſrael quadraginta annis vagati ſunt, varia ab adiacentibus locis nomina habuerūt. Inde ſunt iſtæ appellationes, deſertū סSinai, deſertū צSur, deſertū אEthan, deſertū סSin, deſertū Paran, deſertū Cadeשs, deſertū צSin, deſertū Moab, &c.

	Vndecim diebus de Horeb per viā montis Seir vſque ad Cades barne.	2	Vndecim dies *ſunt* ab חHoreb, ″itinere mōtis שSeyír vſque ad Cadeשs Barnéay.	
	Quadrageſimo āno, vndecimo mēſe, prima die mēſis loquutus eſt Moyſes ad filios Iſrael omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis:	3	Fuit autem, quadrageſimo anno, vndecimo menſe, ″prima menſis, loquutus eſt Moשſéh ad filios Iשſraאél ″iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh ei ad illos:	
Nume.21.e.24	‖Poſtquam percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon: & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtharoth & in Edrai,	4	Poſteaquam ″percuſſerat סSiחhón regem אEmoræorum, qui habitabat in חHeצſשbón, & עOg regē Baשſán, qui habitabat in עAשſtaróth ″in אEdréyi.	
	Trās Iordanē in terra Moab. Cœpitque Moyſes explanare Legē & dicere,	5	″Trans Iardén in terra Moáb ″incœpit Moשſéh explanare Legē hanc, dicendo,	Moyſes Legem explanat.
	Domin⁹ Deus noſter loquutus eſt ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis:	6	″Iehouáh Deus noſter loquutus eſt nobis in חHoréb, dicendo, ′Sat vobis eſt habitaſſe in monte iſto:	
B	Reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorū, & ad cætera quæ ei proxima ſunt, campeſtria atque mōtana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta litus maris, terrā Chananæorum, & Libani vſque ad flumen magnum Euphraten.	7	″Vertite vos, & proficiſcimini, & ite ″ad montē אEmoræum, ″& ad omnes vicinos eius, ″in ſolitudine, in monte, ″& planitie, & Meridie, ′& in litore maris, ″*ad* terram Chenayanæi, & *ad* Lebanón, vſque ad flumen magnum flumen Peráth.	
	En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & poſſidete eam, ſuper qua iurauit Dominus patribus veſtris Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illā eis, & ſemini eorum poſt eos.	8	′Vide, dedi ″coram vobis terram, ingredimini, & poſſidete terrā illam quam iurauit Iehouáh patribus veſtris Abrahám, Iצſחhác, & Iayacób, ſe daturum *eam* eis, & ſemini eorum poſt eos.	
Exod.18.c.18	Dixique vobis illo in tempore, Nō poſſum ſolus ſuſtinere vos:	9	′Et dixi vobis in tēpore illo, dicēdo, Nō poſſum ſolus ferre vos.	Moyſes non valēs ſolus adminiſtrare populum, conſtituit ſecum & alios.
	Quia Dominus Deus veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli, plurimi.	10	Iehouáh Deus veſter multiplicauit vos, ″ita vt ſitis hodie ſicut ſtellæ cæli in multitudine.	
	(Dominus Deus Patrum veſtrorū addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis ſicut loquutus eſt)	11	(Iehouáh Deus Patrū veſtrorū ″addat ſuper vos, ſicut eſtis, mille vicibus: & benedicat vobis quēadmodum loquutus eſt vobis)	
	Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia.	12	Quomodo feram ſolus ″laborem veſtrum, & onus veſtrum, & lites veſtras?	
C	Date ex vobis viros ſapiētes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis principes.	13	Date ex vobis viros ſapientes, ″& intelligētes, ′& notos ″è tribubus veſtris, ″vt præficiam illos vobis.	Principes quales eſſe debeant.
	Tunc reſpondiſtis mihi, Bona res eſt quam vis facere.	14	Et reſpondiſtis mihi, atque dixiſtis, ″Bona res eſt quam dixiſti vt faciamus.	
	Tuliq; de tribubus veſtris viros ſa-	15	Tulíque principes tribuum veſtrarum, viros ſapientes, & no-	

---

2 Itinere דרך per viam. id eſt eundo per montem, &c. 3 Prima menſis, כאחד לחודש Ad verbum, vna menſis. Antecedens pro relatiuo, prima eiuſdē. Iuxta o. quæ præc. ככל אשר צוה Hebraiſmus, prorſus, vel omnino vt præceperat. Nō niſi mandatū ſibi à Domino Moſes loquitur: propterea toties in iſto libro repetit & inculcat Sicut præceperat Iehouah. 4 Percuſſerat הכותו ſub. Dominus.

5 Trans Iarden, בעבר הירדן Vltra Iarden. Vide primo verſu. Incœpit הואיל Hæc dictio velle & incipere ſignificat: vnde quidā vertunt, voluit [placuit. ſedit animo] Moſes, & explanauit. 6 Iehouáh Deus noſter יהוה אלהינו דבר Hîc fuſius tractat Moſes quæ paucis perſtrinxerat Nume.21.b.13. Sat vobis eſt רב־לכם Sufficit vobis *hactenus*. vel, Sufficiat vobis. Poſtquam in Horeb ſiue Sinai fermè toto anno manſiſſent, in quo Legem acceperant, tabernaculum ædificauerāt, ſacerdotibus & magiſtratu pro legitima populi adminiſtratione inſtitutis, item populo per vexilla & acies ordinato & numerato: denique quum omnia in iuſtum ordinem redacta fuiſſent, iuſſit eos anno ſecundo, menſe ſecundo proficiſci: & ſic ordinatos & inſtructos recta via tendere ad terram Chanaan, ad quam vndecim dierum itinere pertingerent per viam montanorum Seir. Et hoc eſt quod hîc dicit, Satis fuiſtis in hoc monte, conuertite vos, & proficiſcimini vt veniatis ad montana Amorrhæi. Et ſic profecti ſunt, & manſione viceſima tertia venerunt in Pharan ſiue Cades, quæ & צSin dicitur, vt habes Nume.10.b.11.g.33. 7 Vertite vos, פנו Vertite ſolum, Diſcedite, Abite hinc. Ad montem אEmor. הר האמורי Mons hîc & ſimilibus locis in quibus terras & populos ſignificat, pro montanis accipi debet, ſeu potius pro tota terra in qua varii montes ſunt. Hinc ſæpius legimus, in monte Ephraim, in monte Iuda: ſic & hic, Mōs Amorrhæi. Deinde Amorrhæus, ſingulare pro plurali, ſeu pro gentili, nō pro ipſo proprio nomine ponitur. Confer iſtos limites cum capite ſequenti 11.f.24. Et ad omnes vicin. e. ואל־כל־שכניו & ad omnia vicina eius. id eſt quæ ſunt illi proxima. In ſoltitudine, בערבה in loco campeſtri. Et planitie, ובשפלה & in loco demiſſo. vel depreſſo.

Et in litore maris, ובחוף הים Singul. Heb. pro plur. & in litoribus maris. in quibus ſcilicet ſunt portus. *Ad* terram ארץ Deeſt hoc loco præpoſitio אל Ad. 8 Vide, ראה Singul. Heb. pro plur. Videte. Sunt verba Dei. Coram vobis לפניכם ante conſpectum veſtrum. q. d. licet eam vobis poſſidere, ita permitto vobis. Similis loquendi modus qui Gene.13.b.9, & 34.b.10.

9 Et dixi vobis ואמר אליכם quum ſcilicet adhuc eſſetis in monte Horeb. de quo paulo antè verſu 6, dixit, Loquutus eſt nobis in Horeb. Dixit autem hoc Exod.18.c.13, ſuggerente Iethro antequam Legem accepiſſent. Ideo hic locus narrando ſequitur, qui tamen re geſta præceſſit priorem. Vide infrà verſu 22. 10 Ita vt ſitis hodie והנכם היום Ad verbum, & ecce vos hodie.

11 Addat ſuper vos, &c. יסף עליכם וגו' Hebraiſmus, reddat numerum veſtrum millies maiorem quàm nūc eſt. Formula benè precandi.

12 Laborem veſtrum, טרחכם moleſtias veſtras. negotia veſtra. 13 Et intelligentes, ונבונים & prudentes. Sic vocantur Hebraicè qui intenti & acri iudicio ſeu animo vigilantes obſeruant, atque de omnibus rectè & ſanè iudicant, & ἐπιείκειαν, id eſt æquitatem callent. ſiquidem multa imponunt ſapientibus, niſi intelligentes ſint: & multa fallunt, niſi experti & ſcientes ſint. Et notos וידועים Id eſt quorum probitas nota ſit in populo: multo tamen magis qui ſint experti, & rerum gnari. vt eoſdem notos & intelligentes intelligas.

E tribubus ve. לשבטיכם per tribus veſtras. Vt præficiam, &c. ואשמם בראשיכם: Ad verbum, & ponam illos in capita veſtra.

14 Bona res eſt, &c. טוב־הדבר וגו' Ad verbū, bonū verbū quod dixiſti, factu. vel, ad faciēdū. vel, optimū verbū factu eſt quod dixiſti,

tos,ac cōſtitui eos principes ſuper vos,″tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,& decuriones,& præfectos tribubus veſtris.

Iudicium iuſtū.

Atque præcepi Iudicibus veſtris tempore illo,dicendo,″Audite inter fratres veſtros, & iudicate″iuſtè″inter virum & fratrē ſuum, & inter peregrinum eius.

″Non agnoſcetis faciē in ipſo iudicio:″ſicut paruū,ſic & magnū audietis:″non timebitis à facie cuiuſquā, quia iudicium Dei eſt: rem autē″quæ grauior erit vobis,″referetis ad me,& audiā illam.

Præcepíque vobis tempore illo omnia quæ facere deberetis.

Profecti verò de הHoréb,perambulauimus totam ſolitudinem magnam, & terribilem hanc quam vidiſtis″per viam montis אEmoræi, quemadmodum præceperat Iehouáh Deus noſter nobis: ac *tandem* peruenimus″vſque ad Cadéשs Barnéaע.

Et dixi vobis,Perueniſtis vſque ad montem אEmoræi,quem Iehouáh Deus noſter dat nobis.

Vide,″dedit Iehouáh Deus tuus″coram te terram:aſcende,poſſide *eam*, quēadmodum dixit Iehouáh Deus Patrum tuorum tibi: ne timeas,neque conſterneris.

Mittūtur exploratores.

″Acceſſiſtis autem ad me omnes vos,&dixiſtis,Mittamus viros ante nos,& explorent nobis terram ipſam,& referant nobis″rem, *&* viam per quam aſcendamus,& vrbes ad quas veniamus.

″Quod placuit in oculis meis,& tuli ex vobis duodecim viros, ″virum vnum per tribum.

″Qui verterunt ſe, & aſcenderunt in montem illum,venerúntque vſque ad vallem אEשſchól,& explorauerunt eam.

Tulerúntque in manu ſua è fructu terræ illius,″& attulerūt nobis,retulerúntque nobis″rem,ac dixerunt,Bona eſt terra quam Iehouáh Deus noſter dat nobis.

Populus incredulus non vult aſcendere.

Et *tamen* noluiſtis aſcendere,″ſed rebellaſtis verbo Iehouæ Dei veſtri.

Et murmuraſtis in tabernaculis veſtris,dicētes, Propterea quòd odio habebat nos Iehouáh, eduxit nos è terra AEgypti, vt traderet nos in manum אEmoræi,vt perderet nos.

Quò nos″aſcendimus? fratres noſtri″diſſoluerunt cor noſtrum,

piētes & nobiles,& cōſtitui eos principes,tribunos,& cēturiones, & quinquagenarios,ac decanos, qui docerēt vos ſingula.

16 Præcepique eis,dicēs, Audite illos, &|quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus.

Iohan.7.d.24

17 |Nulla erit diſtātia perſonarum, ita paruum audietis vt magnū: nec accipietis cuiuſquā perſonā, quia Dei iudiciū eſt: quòd ſi difficile vobis viſū aliquid fuerit,referte ad me,&ego audiā

Infrà 16.d.19
leuit.19.c.15
prouerb.24.c.23
eccli 42.a.1
iacob.2.a.2

18 Præcepique omnia quæ facere deberetis.

19 Profecti autē de Horeb,trāſiuimus per eremum terribilem & maximam quam vidiſtis,per viam mōtis Amorrhæi, ſicut præceperat Dominus Deꝰ noſter nobis. qúmque veniſſemus in Cades-Barne,

D

20 Dixi vobis,Veniſtis ad montem Amorrhæi, quē Dominus Deus noſter daturus eſt nobis.

21 Vide terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, aſcende & poſſide eam, ſicut loquutus eſt Dominus Deus noſter Patribꝰ tuis:noli timere,nec quicquam paueas.

22 Et acceſſiſtis ad me omnes,atque dixiſtis, Mittamus viros qui cōſiderent terrā, & renuntient per quod iter debeamus aſcendere, & ad quas pergere ciuitates.

23 Qúmque mihi ſermo placuiſſet, miſi ex vobis duodecim viros, ſingulos de tribubus ſuis.

Nume.13.a.4

24 |Qui quum perrexiſſent,& aſcēdiſſent in montana, venerunt vſque ad vallem Botri:& conſiderata terra,

Nume.13.d.24

25 Sumentes de fructibus eius,vt oſtēderent hubertatem,attulerūt ad nos, atque dixerunt, Bona eſt terra quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis.

E

26 Et noluiſtis aſcendere, ſed increduli ad ſermonē Domini Dei veſtri,

27 Murmuraſtis in tabernaculis veſtris,atque dixiſtis, Odit nos Dominus,& idcirco eduxit nos de terra AEgypti,vt traderet nos in manu Amorrhæi,atque deleret.

28 Quò aſcendemus? nuntii terruerūt

15 Tribunos,& centuriones,&c. שרי אלפים ושרי וגו׳ Ad verbū,Principes *ſuper* millia,& principes *ſuper* cētenos,& principes *ſuper* quinquaginta,& principes *ſuper* decem,& præfectos tribuum veſtrarum.ſiue,tribubus veſtris. Ex doctioribus Hebræorū alter exponit Præfectos qui exequebantur quod iudicauerat Iudex,& peruerſos cogebant. 16 Audite שמוע Sing.Heb.pro plur.q.d.controuerſiā dirimite, ſiue lites ſubortas inter fratres. Iuſtè צדק Subaudiendum ב,vt legas,in iuſtitia,hoc eſt iuſtè. Inter virum,&c. בין־איש וגו׳ Hebraiſmus,inter quemuis,& inter ciues,& inter peregrinos.aut,inter quoſcunque,ſiue ciues fuerint,ſiue peregrini.

17 Non agnoſcetis,&c. לא־תכירו וגו׳ Ad verbum, Non faciatis cognoſci facies in iudicio.hoc eſt,non ex vultu iudicetis.Eſt autem cognoſcere faciem in iudicio,ſiue ex facie,aut vultu iudicare,Hebraiſmus, pro non ſecundum ipſam rem & cauſam, vt in ſe eſt, ſed iuxta externam laruam vel qualitatem iudicare,prout quis amicus vel inimicus, diues vel pauper,vir vel mulier, iuuenis vel ſenex, doctus vel indoctus eſt. Facies enim quia maximè patet in corpore humano,ideò eius appellatione omnia patētia,apparentia,& perſonalia illa,puta amicitia,opulentia,potentia,ſapientia,& id genus alia intelliguntur,iuxta illud 1.Samu.17.b.7,Ne reſpicias in faciem eius,&c. nam homo videt ea quæ patent,Deus autē intuetur cor. Sicut paruum,&c. בקטון כגדול תשמעון Ad verbum,ſicut paruū,ſicut magnum audietis.i.ſicut paruū auditis,ſic & magnū audietis:& ſicut magnum auditis,ita & paruū audietis. q.d.ex æquo reddetis iudicium:ſiue pauperi ſiue diuiti,ſiue infimæ ſortis homini,ſiue magnæ reputationis in populo,& alicuius poteſtatis,gradus,aut ordinis.neutrius habebis rationem in reddendo iudicio.Explicat quod dixerat,Non agnoſcetis faciem in iudicio. Non timebitis, &c. לא תגורו מפני־איש .i.minas præpotentium non reformidabitis.Opponūtur hæc duo,Cognoſcere faciem in iudicio,pro,in gratiam alicuius ex affectu humano iudicare:& Timere faciem alicuius,pro potētiā alicuius vereri. Quæ grauior erit v. אשר יקשה מכם .i.quæ difficilior erit quā vt de ea pronūtiare,ſiue ſtatuere valeatis.

Referetis תקרבון Ad verbum,accedere[vel,appropinquare]facietis. 19 Per viam montis אEm. דרך הר המורי .i.pergēdo rectà verſus montem Amorrhæorum. Vſque ad Cadéשs Barnéaע. עד קדש ברנע׃ Nume,13.a.1,dicit caſtrametatos fuiſſe in Pharan:quod eſt deſertum in quo eſt Cades Barné. 21 Dedit Iehouáh,&c. נתן יהוה וגו׳ Hebraiſmus,pro offert,& proponit tibi terrā quam pollicitus eſt. 22 Acceſſiſtis autem ותקרבון Nume.13.a.1, ſcribit Moſes exploratores iuſſu Domini miſſos eſſe. Et ſuprà verſu 13, dicit idem Moſes,ſeſe dixiſſe velut proprio conſilio,Date ex vobis viros,&c.quum ex Exod.18.c.13,hoc ſuggerēte Iethro dixerit. Vnde hìc certum eſt,exploratores eſſe exigente populi incredulitate miſſos,& Dominum infirmitati ipſorum indulſiſſe & ceſſiſſe, ac dixiſſe ad Moſen, Mitte viros qui explorent terram,&c. Rem, דבר Id eſt reſponſum,qualis ſcilicet ſit ipſa terra.

23 Quod placuit in oc.m. וייטב בעיני הדבר Ad verbum, Et bonum fuit in oculis meis verbum.i. placuit mihi ſermo veſter. Virū vnum per tribum. איש אחד לשבט׃ Hebraiſmus,ſingulos homines per ſingulas tribus. 24 Qui verterunt ſe, ויפנו .i.abierunt.

25 Et attulerunt nobis, ויורדו Ad verbum,& deſcendere fecerunt ad nos. Rem, דבר vt paulo antè verſu 22.reddiderunt nobis reſponſum. 26 Sed rebellaſtis verbo ותמרו את־פי Ad verbum,& irritaſtis os.i.repugnaſtis imperio Iehouæ.

28 Aſcendimus? עולים aſcendere volumus? Diſſoluerunt cor noſtrum, המסו את־לבבנו .i.fregerunt nobis animum.

cor noſtrũ,dicentes,Maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura procerior: vrbes magnæ,& ad cælũ vſque munitæ, filios Enacim vidimus ibi.

29 Et dixi vobis,nolite metuere, nec timeatis eos:

30 Dominꝰ Deus qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pugnabit, ſicut fecit in AEgypto cunctis videntibus.

31 Et in ſolitudine ipſi vidiſtis, portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via per quam ambulaſtis,donec veniretis ad locum iſtum.

32 Et nec ſic quidem credidiſtis Domino Deo veſtro,

F 33 Qui præceſſit vos in via,& metatus eſt locum in quo tentoria figere deberetis, ‖nocte oſtendens vobis iter per ignem,& die per columnam nubis.

Exod.13.d.21

34 Quûmque audiſſet Dominus vocẽ ſermonũ veſtrorũ,iratꝰ iurauit,& ait,

35 ‖Non videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ terrã bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum Patribus veſtris:

Nume.14.d.30

36 Præter Caleb filium Iephone: ipſe enim videbit eam,&ipſi dabo terram quã calcauit,& filiis eius, quia ſequutus eſt Dominum.

37 ‖Nec mirãda indignatio in populũ, quũ mihi quoqꝫ iratus Dñs propter vos dixerit, ‖Nec tu ingredieris illuc:

Infrà 1.d.26,& a.c.21,& 34.b.4
Num.20.b.12

38 Sed Ioſue filius Nun miniſter tuus, ipſe intrabit pro te:hũc exhortare & robora, & ipſe ſorte terram diuidet Iſraeli.

39 Paruuli veſtri de quibus dixiſtis quòd captiui ducerentur, & filii qui hodie boni ac mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur: & ipſis dabo terram,& poſſidebunt eam.

G

40 Vos autem reuertimini, & abite in ſolitudinem per viam Maris rubri.

41 ‖Et reſpondiſtis mihi,Peccauimus Domino:aſcẽdemus & pugnabimus, ſicut pręcepit Dominus Deus noſter. Quûmque inſtructi armis pergeretis in montem,

Nume.14.g.40

42 Ait mihi Dominus,Dic ad eos, Nolite aſcendere,neque pugnetis:non enim ſum vobiſcum:ne cadatis coram inimicis veſtris.

43 Loquutus ſum, & non audiſtis, ſed aduerſãtes imperio Domini,& tumẽtes ſuperbia aſcendiſtis in montem.

44 Itaque egreſſus Amorrhæus,qui habitabat in montibus, & obuiam veniens perſequutus eſt vos, ſicut ſolẽt apes perſequi:& cecidit de Seir vſque Horma.

45 Quûmque reuerſi ploraretis corã Domino,nõ audiuit vos,nec voci veſtræ voluit acquieſcere.

dicendo,'Populus iſte maior & procerior nobis eſt: vrbes magnæ & munitæ vſque ad cælum:& etiam'filios gigantum vidimus ibi.

29 Tunc dixi vobis,Ne paueatis,neque timeatis ab eis:

30 Iehouáh Deus veſter qui præcedit vos,″ipſe pugnabit pro vobis,'prorſus vt fecit vobiſcum in AEgypto in oculis veſtris:

31 'Et *ut* in ipſo deſerto, *ubi* vidiſti quòd portauit te Iehouáh Deus tuus quemadmodum portare ſolet homo filium ſuum, *& hoc* per totã viam per quã ambulaſtis,donec veniretis vſque ad locũ iſtũ:

32 'Et *tamen* per hoc non credidiſtis Iehouæ Deo veſtro,

33 Qui præcedebat vos per viam ad explorãdum vobis locum in quo caſtra figeretis,per ignem in nocte,vt oſtenderet vobis viam per quam ambularetis,& per nubem in die.

34 Audiuit autem Iehouáh vocẽ verborum veſtrorum, iratúſque eſt,ac iurauit,dicendo,

Incredulus populus nõ videbit terrã promiſſã.

35 ″Nõ videbit quiſquam ex hominibus illis *de* generatione mala hac terram bonam quam iuraui me daturum Patribus veſtris:

36 Præter Chaléb filiũ Iephũnéh: ipſe *enim* videbit eam,eíque dabo terrã quã calcauit,& filiis eiꝰ,eo quòd adimpleuit *ire*″poſt Iehouã.

Caleb.

37 ″Etiam contra me iratus eſt Iehouáh propter vos,dicendo,Etiã tu non ingredieris illuc.

Moyſes incredulitate non eſt ingreſſus terram.

38 Iehoשſúaע filius Nun qui ſtat coram te, ipſe ingredietur illuc: ipſum *ergo*″robora:quandoquidẽ ipſe″ſorte diuidet illã Iשſraאeli.

39 Et paruuli veſtri de quibus dixiſtis,In prædam erunt:ac filii veſtri qui non norunt hodie '*nec* bonum nec malum, ipſi intrabunt illuc,illíſque dabo eam,& ipſi poſſidebunt eam.

40 Vos autem'conuerſi,proficiſcimini in deſertum,per viam maris סSuph.

Peccatum agnoſcit populus.

41 Et reſpondiſtis, & dixiſtis ad me,″Peccauimus Iehouæ:nos aſcendemus, & pugnabimus″iuxta omnia quæ præcepit nobis Iehouáh Deus noſter. Et accinxiſtis vos ſinguli'armis ſuis bellicis, & parati fuiſtis aſcendere in montem.

Contra voluntatem Dei aſcendens Iſrael contra Amorrhæũ, cæditur.

42 Dixit autem Iehouáh mihi, Dic eis, Ne aſcendatis, neque pugnetis,quia non ſum in medio veſtri: & ne percutiamini coram inimicis veſtris.

43 ″Et loquutus ſum hæc vobis, & nõ audiſtis,'imò rebelles fuiſtis verbo Iehouæ,″& temere aſcendiſtis in montem.

44 Itaque egreſſus eſt אEmoræus qui habitabat in mõte illo, in occurſum veſtri,perſequutíque ſunt vos quemadmodum facere ſolent apes,& contriuerunt vos in שSeעyír vſque ad חHormáh.

45 'Et reuerſi fleuiſtis coram Iehoua,& non exaudiuit Iehouáh vocem veſtram,nec auſcultauit vobis.

Populus iſte maior,&c. עם גדול Vide Nume.13.d.33,verba exploratorum. Filios gigantum בני ענקים Id eſt gigantes.

30 Ipſe pugnabit,&c. הוא ילחם וגו' Id eſt expugnabit illos vobis ceſſantibus, haud ſecus atque fecit in AEgypto vobis ſpectantibus. Prorſus vt fecit ככל אשר עשה Ad verbũ,iuxta omnia quæ fecit. 31 Et *ut* in ipſo deſer.&c. ובמדבר אשר ראית Subaudiendum eſt verbum præcedens,quemadmodum fecit. Deſertum Sinai intelligit. Præterea ſubauditur שם vbi.

35 Nõ videbit אם־ראה Si videbit. si pro Non. q.d. ne vnus quidẽ ex omnibus hominibus iſtius generationis peſſimæ videbit terrã, &c. Vide hæc pluribus deſcripta, Num.14.d.23.24, vbi Hebraiſmus explicatur. 36 Poſt Iehouã. : אחרי יהוה Antecedẽs loco pronominis primæ perſonæ ME. 37 Etiã contra me iratus eſt גם־בי התאנף Moſes hîc dicit Dominum etiam ſibi iratum fuiſſe propter populum,quum tamẽ eam iram ſibi accerſiuerit ſua infidelitate,vt ſcribitur Nume.20.d.24,vbi Dominus ait, Eo quòd rebelles fuiſtis ori meò in aquis Iurgii. Verum eruditi quidam ita intelligendum eſſe exiſtimant, Quòd Moſes occaſione regendi tam moroſi & increduli vulgi,tãdem lapſus ſit in incredulitatem. Et hoc vocat hîc iram Domini propter illos ſibi inflictam.

38 Robora: חזק Id eſt iube illum bono ac forti eſſe animo. Hebraiſmus. Sorte diuidet illam Iשſr. : ינחלנה את־ישראל tradet illam iure hæreditario poſſidendam Iſraeli. Ad verbum,hæreditare faciet eam Iſraelem. id eſt filios Iſrael.

39 *Nec* bonum nec malum, טוב ורע Ad verbum,bonum & malum. id eſt qui non norunt quid differat bonum à malo.

40 Conuerſi,profi. פנו לכם וסעו Ad verbum,vertite vos,& proficiſcimini. 41 Peccauimus Iehouæ: חטאנו ליהוה Hæc hiſtoria ſcribitur & Nume.14.g.40. Iuxta omnia quæ præc.no. ככל אשר־צונו Id eſt prorſus,ſiue omnino vt præcepit. Armis ſuis bellicis, את־כלי מלחמתו Ad verbum,armis belli ſui. 43 Et loquutus ſum *hæc* vo. ואדבר אליכם .i. hæc renuntiaui vobis. Imò rebelles f. verbo ותמרו את־פי Ad verbum,& irritaſtis os,&c. Vide ſuprà verſu 26. Et temere aſcẽdiſtis ותזדו ותעלו Ad verbum,& temere egiſtis,& aſcendiſtis. 45 Et reuerſi fle. ותשובו ותבכו Ad verbum, Et conuerſi eſtis,& ploraſtis. i. pœnitentia ducti,fleuiſtis.

46 Et manſiſtis in Cadéשs diebus multis 'iuxta numerum dierum quibus *antea* manſeratis.

Cap. II.

Præcipitur populo tranſituro per mōtē Seir, vt emat cibos & aquam ab eis.

1 P'Oſtea reuerſi, profecti ſumus "in deſertum illud per viam Maris סSuph, quemadmodum loquutus eſt Iehouáh ad me: & circuiuimus montem שSeעír 'diebus multis.

2 Tandem dixit Iehouáh ad me in hunc modum,

3 'Sufficit vobis circuiſſe montē iſtū: cōuertite vos ad Aquilonē.

4 Et populo præcipe dicendo, Vos 'mox tranſituri eſtis per terminum fratrum veſtrorum, filiorū עEשáu qui habitant in שSeעír, 'quanuis timeant ſibi à vobis, cauete tamen diligenter

5 'Ne irritetis eos: non enim daturus ſum vobis de terra eorum 'vſque ad calcationem plantæ pedis, quia in hæreditatem ipſi עEשáu dedi montem שSeעír.

6 Cibum emetis ab eis argento, '& comedetis: & etiam aquam emetis ab eis argento, & bibetis:

Benedictio Dei, & ſolicitudo pro Iſraelitis, & prouidentia.

7 Siquidē Iehouáh Deus tuus benedixit tibi in omni opere man⁹ tuæ, *&* 'nouit quòd ābules per deſertū magnū iſtud: iam quadraginta annis Iehouáh Deus tuus fuit tecū, neque indiguiſti aliquo.

8 Et tranſiuimus à fratribus noſtris filiis עEשáu qui habitabāt in שSeעír 'per viam ſolitudinis 'ab אEláth & ab עEצſion-gáber: conuerſi autem tranſiuimus *ad* viam deſerti Moáb.

Iſraeli præcipitur ne cōtra Moabitas prælietur.

9 Dixítq; Iehouáh ad me, Ne 'oppugnes Moáb, 'neque irrites eos bello: quia non dabo tibi de terra eius poſſeſſionem *ullam*: nam filiis Lot dedi עAr in hæreditatem.

Poſſeſſio filiorū Lot.

Emim.

10 אEmim antea habitabant in ea, populus 'magnus, & multus, '& excelſus, 'ſicut עAnacím.

11 Gigātes reputabantur etiam ipſi ſicut עAnacím: & Moabitæ vocabant eos 'אEmim.

Horrhæi.

12 In שSeעír autem habitauerunt 'חHorím antea, quos filii עEשáu expulerunt, & perdiderunt eos à facie ſua, habitauerúntque loco

46 Sediſtis ergo in Cadeſ-Barne multo tempore.

Cap. II.

1 PRofectique inde venimus in ſolitudinē, quæ ducit ad Mare rubrū, ſicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montē Seir longo tempore.

2 Dixitque Dominus ad me,

3 Sufficit vobis circuire mōtem iſtū: ite contra Aquilonem.

4 Et populo præcipe, dicens, Trāſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir, & timebunt vos: videte ergo diligenter

5 Ne moueamini contra eos: neque enim dabo vobis de terra eorū quātū poteſt vnius pedis calcare veſtigium: quia in poſſeſſionem Eſau dedi montem Seir.

6 Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis.

7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opete manuum tuarū: nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnā, per quadraginta annos habitans tecū Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. B

8 Quúmque tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabāt in Seir, per viam campeſtrem, de Elath, & de Aſion-gaber, venimus ad iter quod ducit in deſertum Moab.

9 Dixitque Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filiis Lot tradidi Ar in poſſeſſionem.

10 Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelſus vt de Enacim ſtirpe,

11 Quaſi gigantes & crederentur, & eſſent ſimiles filiorū Enacim: denique Moabitæ appellant eos Emim. C

12 In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi: quibus expulſis atque deletis, habitauerunt filii Eſau, ſicut fecit

46 Iuxta numerum dierum, &c. : כימים אשר ישבתם Ad verbum, ſecundum dies quibus manſiſtis.i. quanto tempore prius habitaueritis illic ante reditum exploratorum illorum.

IN CAPVT II.

1 Poſtea reuerſi, prof. ונפן ונסע Ad verbum, Et conuertimus nos, & profecti ſumus. In deſertum illud המדברה nempe Sinai. Diebus multis. : ימים רבים Id eſt (vt ipſe poſtea, verſu 14 dicit) triginta octo annis, vt ſenſim perirent impii murmuratores.

3 Sufficit vobis circ. רב־לכם סוב Id eſt, Satis circuiſtis. vt capite præcedenti, verſu 6. Satis, inquit, circuiſtis montana hæc, ite contra Aquilonem, ſcilicet relictis Edomæis à ſiniſtris, & Moabitis & Ammonitis (qui ad Orientem Terræ promiſſionis habitāt) à dextris, vt recta via tenderent ad Aquilonem ad Amorrhæos. Deinde victis Ammorhæis, ad Occidentem verſi, Iordanem tranſirent in terram Chanaan. Tres autem populos illos, Edomæos, Moabitas, & Ammonitas ſcribit Moſes à Domino exceptos, quum tamen Nume. 20.d.20, dicat Edomitas vi prohibuiſſe tranſitum Iſraeli. Sed diuerſis locis iſta contigerunt. Id quod in Numeris ſcribitur, geſtum eſt in Cades confinio Edom & Amorrhæorum, vbi compendio poterant tranſire ad Amorrhæos: ſed Dominus curauit vt Edomæi reſiſterent. Hoc autem loco ſcribit de confinio Edomæorum & Moabitarum, poſt longiſſimum illum circuitum montis Edom, per viam Maris rubri, vbi iam populi illi territi miraculis & virtutibus Dei celebratis in Iſraele, opus habebant præſidio Dei. 4 Mox tranſituri eſtis עוברים Ad verbum, tranſeuntes. Sic ſæpe participium præſens reddunt doctiores. Quanuis timeant, &c. וייראו מכם וגו' Ad verbum, & timebunt ſibi à vobis, & cauebitis vobis valde. Senſus eſt, Diligenter cauete ne prouocetis eos ad pugnam, ne lædatis eos: [vel, diligēter cuſtodite vos ne fortè irruant in vos, & nocēat vobis] quia timent ſibi à vobis. Seipſum declarat ſequenti verſu. 5 Ne irritetis eos: אל־תתגרו בם Ad verbum, Ne miſceatis vos cum eis, nempe in lite: quæ dictio Litis, aliquando illi coniungitur, vt Prouerb. 28.c.25, Latus animo ירגה מדון miſcebit litem. Id eſt ne prouocetis eos ad bellum. Vſque ad calcationem pl.pe. עד מדרך כף־רגל Id eſt ne tantillum quidem quantum planta pedis occupat.

6 Et comedetis: ואכלתם quo veſcamini. Et mox, quam bibatis. 7 Nouit quòd ambules ידע לכתך Ad verbum, nouit ambulare tuum. Alii vertūt, quòd perambulaueris. Quia Noſſe, ſiue Cognoſcere in Scripturis ſæpe pro Fauere, bene velle, & benefacere accipitur: vt Pſal. 1.b.6: ideò hunc locum ſic trāſtulit Chaldæus paraph. ſufficienter dedit tibi neceſſaria quum ambulares per deſertum magnum iſtud his quadraginta annis. vt Cognoſcere iter, ſit benefacere in itinere, omnia affatim in itinere ſuppeditando. Hæc autem quidam Hebræorum ſic cum antecedentibus coniungunt, quaſi dicat Deus, Quanuis opus alio cibo vobis non ſit (nam Dominus Deus veſter cæleſti benedictione, quod ederetis ſuppeditauit hactenus) nihilo ſecius tamen ſi edendi alia eſculenta cupiditas vos inceſſerit, habetis abundè pecuniarum vnde ematis omnia. Sunt ergo hæc verba quaſi redditio cauſæ: acſi dicat, Non eſt opus vt capiatis commeatum ab Edomitis: ex benedictione enim Domini abūdè ſuppetit quo emere licebit. Per opera manuum eorum intelligit pecora, & id genus, quorum magnam copiam ab AEgyptiis, deinde ab Amalecitis habuerant: Dominus autem inter manus ea curantium ampliſſimè adauxerat.

8 Per viam ſolitud. מדרך הערבה Hic מן pro ב accipitur, per viam planitiei. Ab אEIath, &c. מאילת ומעציון גבר Docti quidam etiam hoc loco volunt מן pro ב poſitum eſſe, ad Elath & ad Heſion-gaber. Huius profectionis fit mentio Nume. 33.d.35.

9 Oppugnes תצר obſideas. Neque irrites eos bel. ואל־תתגר בם מלחמה Idem verbum quod paulo antè verſu 5. niſi quod hîc adiungit illi ſubſtantiuum Belli, Neque diſceptes cum eis prælio. vel, ne ineas aduerſus eos bellum. ſiue, decertes cum eis bello.

10 Magnus, גדול Id eſt nobilis & inſignis. Et excelſus, ורם & proceræ ſtaturæ. Sicut עAnacim. : כענקים inſtar gigantum.

11 אEmim. : אמים Significat terribiles & metuendos ab איום quod terribilem ſignificat.

12 חHorim חחרים Significat nobiles, illuſtres, candidos, optimates: ab חור albo, ſiue candore: vel quòd in Oriente principes alba veſte vtantur, ſicut Latini trabea & purpura: vel quòd præ aliis ſpectabiles eſſent.

Iſrael in terra poſſeſſionis ſuæ quam dedit illi Dominus.

13 Surgentes ergo vt tranſiremus torrentem Zared, venimus ad eum.

14 Tempus autem quo ambulauimus de Cades Barne vſque ad tranſitū torrentis Zared, triginta & octo annorū fuit: donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorū de caſtris, ſicut iurauerat Dominus:

15 Cuius manus fuit aduerſum eos, vt interirent de caſtrorum medio.

16 Poſtquā autem vniuerſi ceciderunt pugnatores,

D 17 Loquut' eſt Dominus ad me, dicēs,

18 Tu trāſibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar:

19 Et accedens in vicina filiorū Ammō, caue ne pugnes contra eos, ne mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Lot dedi eam in poſſeſſionem.

20 Terra gigantum reputata eſt: & in ipſa olim habitauerunt gigātes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim.

21 Populus magnus, & proceræ longitudinis ſicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum, & fecit illos habitare pro eis:

22 Sicut fecerat filiis Eſau qui habitāt in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam poſſident vſque in præſens.

E 23 Heuæos quoque qui habitabant in Haſerim vſque ad Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis.

24 Surgite, & tranſite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Heſebon Amorrhæum & terram eius incipe poſſidere, & committe aduerſus eum prælium.

25 Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant ſub omni cęlo: vt audito nomine tuo paueant, & in morē parturientium contremiſcant, & dolore teneantur.

Nume.21.e.21

26 ¶Miſi ergo nūtios de ſolitudine Cademoth ad Sehon regē Heſebon verbis pacificis, dicens,

27 Tranſibo per terram tuam, publica gradiar via: non declinabo neque ad dextram, neque ad ſiniſtram.

28 Alimēta pretio vēde mihi, vt veſcar: aquā pecunia tribue, & ſic bibā: tantū eſt mihi concedas tranſitum.

29 Sicut fecerunt filii Eſau, qui habitāt in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec veniā ad Iordanē, & tranſeā

ipſorum, quemadmodum fecit Iשſraאél in terra ″poſſeſſionis ſuæ quam dedit Iehouáh illis.

13 Nunc ſurgite, & tranſite ″torrentem Zéred: & tranſiuimus torrentem Zéred.

14 Dies autē quibus ambulauimus de Cadéשs Barnéaע, donec trāſiremus torrentem Zéred, fuerūt trigintaocto anni, donec conſumeretur tota generatio virorum bellatorū ″de medio caſtrorum, quemadmodum iurauerat Iehouáh illis.

15 Præterea ″manus Iehouæ fuit in eos vt perderet eos è medio caſtrorum, donec ″conſumeret eos.

16 Et fuit, poſtquam conſumpti fuerunt omnes viri bellatores, vt morerentur è medio populi,

17 Tunc loquutus eſt Iehouáh ad me, dicendo,

18 Tu tranſiturus es hodie terminum Moáb, *nempe* עAr:

19 Et accedes eregione filiorū עAmmón: ne obſideas eos, neque ″irrites eos: quia non daturus ſum tibi de terra filiorum עAmmón poſſeſſionem *aliquam*: nam filiis Lot dedi illam *in* poſſeſſionē.

Ne contra Ammon pugnet, præcipitur Iſraeli.

20 Terra gigātum reputata fuit etiam ipſa, ″gigantes habitauerunt in ea olim: quos עAmmonitæ vocabant Zamzummím.

Zomzommim.

21 ″Populus magnus, & multus, & excelſus ſicut עAnacím, & perdidit eos Iehouáh à facie eorum, ″poſſederúntque eos, & habitauerūt loco ipſorum:

22 Quemadmodum fecit filiis עEשſáu habitātibus in שSeעir, ″*propter* quos diſperdidit הHoræos à facie eorum, & poſſederunt eos, habitauerúntque loco ipſorum vſque in hanc diem.

23 Et עAuæos qui habitabant ″in הHaצſerím vſque עAzzáh, ″Caphthorim qui egreſſi ſunt de Chaphthór, perdiderunt eos, & habitauerunt loco ipſorum.

Heuæi à Cappadocibus victi.

24 Surgite, proficiſcimini, & tranſite ″torrentem Arnón: ″vide, dedi in manu tua סSiחhón regem הHeשſbon אEmoræū & terram eius: ″incipe poſſidere, ″& diſcepta prælio cùm illo.

25 Hodie incipiam ″dare pauorem tuum, & formidinē tuam ſuper faciem populorum qui ſunt ſub toto cælo qui audierunt famam tuam, & pauebunt, timebúntque à facie tua.

26 ″Et miſi nuntios è deſerto Cedemóth ad סSiחhón regem הHeשſbón verbis pacificis, dicendo,

Sehon denegans tranſitum, vincitur.

27 ″Tranſeam per terram tuam, ″per viam per viam ambulabo, nō declinabo ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

28 Cibum argento vendes mihi, & comedam: aquam quoque argento dabis mihi, & bibam: tantùm tranſibo pedibus meis:

29 Quemadmodū fecerūt mihi filii עEשſáu qui habitāt in שSeעír, & Moabitæ qui habitāt in עAr, donec ″trāſiero Iardén ad terrā quā

Poſſeſſionis ſuæ ירושתו .i. quam poſtea poſſedit iure hæreditario. 13 Torrentem Zéred: נחל זרד: Hanc profectionē vide Nume.21.b.12. 14 De medio caſt. מקרב המחנה .i. qui erant in caſtris. 15 Manus Ieh. יד־יהוה Chaldæus paraph. plaga à facie Domini. Conſumeret eos. : תומם abſumerentur. id eſt perderentur. 19 Irrites eos: תצורם Vt ſuprà verſu 5 & 9, Ne laceſſas eos prælio. 20 Gigantes, &c. רפאים ישבו־בה Declarat quod proximè dixerat, Terra gigantum reputabatur.

21 Populus magnus, &c. עם גדול ורב ורם .i. nobilis & multus numero. Poſſederúntque eos, ויירשום .i. ſedes eorum occupauerūt.

22 *Propter* quos אשר Vide paulo antè verſu 12. 23 In הHaצſerim בחצרים Idem videtur eſſe quod Haſeroth vna manſionum, Nume.33.c.17. Caphthorim כפתרים Nō videntur fuiſſe quos vulgò transferūt Cappadoces, quū Cappadoces ſint in Aſia: niſi paruā aliquā manū Cappadocū irrupiſſe in Auæos quis dicat. 24 Torrentē Ar. נחל ארנן Quibuſdā Arnon eſt rupis in ſublime proiectæ nomen inter Moabitas & Amorrhæos. Quod ſi verum eſt, oportet torrentem fuiſſe in valle ſub rupe: ad quod & Nume.21.f.28, alludit Moſes, vbi recitat cantico vulgari cantatum eſſe, Ignis deuorauit ciues excelſorum Arnon. Et in fine huius, verſu 36, viderur torrentem ſeparare ab Arnon: vbi dicit de oppido in torrente ſito, & non addit Arnon. Vide, ראה Mutatio perſonæ. Incipe poſſ. החל רש Ad verbum, incipe, poſſide. Et diſcepta והתגר Idem verbum quod iam ſuprà verſu quinto, nono, & 18.

25 Dare pauorem tuum, &c. תת פחדך ויראתך Hebraiſmus, pro, reddam omnes populos territos audito nomine tuo.

26 Et miſi nuntios ואשלח מלאכים Hic refert eandem hiſtoriam quam Nume.21.e.21, ſcripſit, pluribus tamen verbis.

27 Tranſeam אעברה Liceat mihi tranſire. Per viam per viam בדרך בדרך Hac repetitione tritiſſimam & publicam viam intelligit, viam regiam. Nume.21.e.22, pro hoc Moſes ſcripſit, Via regia pergemus.

29 Tranſiero Iardén ad terram אעבור את־הירדן אל־הארץ Id eſt tranſmiſſo Iordane ingrediar terram, &c.

Iehouáh Deus noſter dat nobis.

30 Et noluit סSinhón rex חHeשׁſbón vt tranſiremus per ſe: indurauerat enim Iehouáh Deus tuus ſpiritū eius, & obfirmauerat cor eius, vt daret eum in manu tua, ″vt hodie *eſt*.

31 Dixit autem Iehouáh ad me, Vide, iam cœpi ″dare coram te סSinhón, & terram eius, ″incipe poſſidere, vt poſſideas terram eius.

32 Egreſſus eſt autē סSinhón in occurſum noſtrum, ipſe & vniuerſus populus eius ad bellum in Iaháצs:

33 Et tradidit illū Iehouáh Deus noſter ante nos, percuſſimúſque eum & filios eius, atque omnem populum eius.

34 Cepimus quoque omnes vrbes eius eo tempore, ac deſtruximus omnes vrbes, viros, & mulieres, & paruulos: non reliquimus ſuperſtitem.

35 ″Veruntamen iumenta prædati ſumus nobis, & ſpolia vrbium quas cepimus.

36 Ab עAroעér quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnón, ″& vrbe quæ *eſt* in valle, vſque ad Gilעád, non fuit vrbs ″quæ effugerit à nobis, omnes tradidit Iehouáh Deus noſter coram nobis.

37 Veruntamen ad terram filiorum עAmmón non acceſſiſti, *ad* omnem locū torrentis Iabbóc, & vrbes montanas, atque *ad* omnia *loca* quæ præcepit Iehouáh Deus noſter.

Cap. III.

Og rex Baſan occiditur.

1 Conuerſi autem aſcendimus per viam Baשׁſán: & egreſſus eſt עOg rex Baשׁſán in occurſum noſtrum, ipſe & vniuerſus populus eius ad prælium in אEdréעi.

2 Et dixit Iehouáh ad me, Ne timeas illum: in manu enim tua tradidi eū & vniuerſum populū eius, ac terrā eius: faciéſque ei quēadmodū feciſti סSinhón regi אEmoræi qui habitabat in חHeשׁſbō.

3 Tradidit itaque Iehouáh Deus noſter in manu noſtra etiā עOg regem Baשׁſán & vniuerſum populum eius: percuſſimus eū, ″adeò vt non reliquerimus ei ſuperſtitem.

4 Cepimus quoque omnes vrbes eius ″eo tempore: non fuit vrbs *ulla* ″quam non ceperimus ab eis, *nempe* ſexaginta vrbes, omnem regionem Argób regni עOg ″in Baשׁſán.

5 Omnes *autem* iſtæ vrbes *erant* munitæ ″muris altis, portis & vectibus: præter vrbes ″non muratas multas valde,

6 ″Quas vaſtauimus, quemadmodū fecimus סSinhón regi חHeשׁſbón, vaſtando omnem vrbem, viros, mulieres & paruulos.

7 Omnia autem iumenta, & ſpolia vrbium prædati ſumus nobis.

8 Tulimus itaque eo tēpore terrā è manu duorū Regū אEmoræorū, quæ erat trās Iardén, à torrēte Arnón vſq; ad montē חHermō:

Hermon mons qui & Sarion, & Sanir.

9 (צSidonii vocant חHermón, שׁSirión: & אEmoræi vocant eum שׂSenír)

10 Omnes vrbes ″planitiei, & totum Gilעád, & omnem Baשׁſán vſque ad סSalcháh, & אEdréעi, vrbes regni עOg in Baשׁſán:

ad terrā quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis.

Noluitque Sehon rex Heſebō dare nobis trāſitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritū eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, ſicut nunc vides.

Dixitque Dominus ad me, ‖ Ecce cœpi tibi tradere Sehon & terrā eius, incipe poſſidere eam. Amos 2.c.9

Egreſſúſque eſt Sehon obuiā nobis cū omni populo ſuo ad præliū in Iaſa.

G Et tradidit eum Dominus Deus noſter nobis: percuſſimúſque eum cum filiis ſuis & omni populo ſuo.

Cunctáſque vrbes in tēpore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis: non reliquimus in eis quicquam.

Abſque iumentis, quæ in partem venere prædantium: & ſpoliis vrbium quas cepimus.

Ab Aroer quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnō, & oppido quod in valle ſitum eſt, vſque Galaad, non fuit vicus & ciuitas quæ noſtras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noſter nobis.

Abſque terra filiorum Ammon, ad quam non acceſſimus, & cunctis quæ adiacent torrēti Ieboc, & vrbibus mōtanis, vniuerſiſque locis à quibus nos p̄hibuit Dn̄s Deus noſter. Cap. III.

Itaque conuerſi aſcēdimus per iter Baſan: egreſſúſque eſt Og rex Baſan in occurſum nobis cum populo ſuo ad bellandum in Edrai. Infrà 29.b.7 nume.21.g.33

Dixitque Dominus ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus eſt cum omni populo ac terra ſua: faciéſq; ei ‖ ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon. Nume.21.e.24

‖ Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus noſtris etiam Og regem Baſan & vniuerſum populum eius: percuſſimúſque eos vſque ad internecionem, Nume.21.g.33

Vaſtantes cunctas ciuitates illius vno tempore: nō fuit oppidum quod nos effugeret: ſexaginta vrbes, omnē regionem Argob regni Og in Baſan.

Cūctę vrbes erāt munitę muris altiſſimis, portiſq; & vectib⁹, aſq; oppidis innumeris quæ non habebāt muros.

Et deleuim⁹ eos, ſicut feceramus Sehō regi Heſebō, diſperdētes omnē ciuitatē, viróſq; ac mulieres & p̄uulos.

Iumēta autem & ſpolia vrbium diripuimus.

B Tulimúſque illo in tēpore terrā de manu duorum Regū Amorrhęorū qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vſque ad montem Hermon,

(Quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir)

Omnes ciuitates quæ ſitæ ſunt in planitie, & vniuerſam terram Galaad & Baſan vſque ad Selcha & Edrai ciuitates regni Og in Baſan.

---

30 Vt hodie *eſt*. : כיום הזה Ad verbum, ſecundum diem hanc. Hebraiſmus, quem quidam ſic exponunt, Vt *teſtatur* dies iſta. vel, quemadmodum omnibus hodie notum eſt. 31 Dare coram te תת לפניך Id eſt ponere in poteſtate tua. Gallicè, *a ton commandement*. Eſſe coram aliquo, pro, in poteſtate eius eſſe, & arbitrio. Incipe poſſid. &c. החל רש לרשת Ad verbum, incipe, poſſide vt poſſideas. i. incipe poſſidere iure hæreditario terram eius. 35 Veruntamen רק Tantummodo. 36 Et vrbe quæ *eſt* in valle, והעיר אשר בנחל imò ab ea vrbe quæ ſita eſt in ipſo torrente. Vallis dicitur נחל à torrente perfluente in ea. Quæ effug. à nobis, אשר שגבה ממנו Latini dicunt, quæ effugerit manus noſtras. id eſt quæ ita natura loci munita fuerit vt euaſerit è manibus noſtris.

IN CAPVT III.

3 Adeò vt non reliq. עד בלתי השאיר Quidam vertunt, ita vt non remaneret illi ſuperſtes. Alii, ita vt non ſupereſſet ei reliquus.

4 Eo tempore: בעת ההיא in tēpore ipſo. ſic in ſequentibus. Quam nō ceperimus ab eis, אשר לא לקחנו מאתם Id eſt quam non expugnauerimus, ipſis deuictis. In Baשׁſán. : בבשן Nonnihil ſubaudiendum, cuiuſmodi, qui regnabat in Baſan.

5 Muris altis, חומה גבוהה Singul. Heb. pro plur. muris altis. q. d. natura loci munitæ erant, & cinctæ mœnibus altiſſimis. Non muratas, הפרזי paganorum. id eſt in quibus pagani habitabant, quæ ſine muro ſunt.

6 Quas vaſtauimus, ונחרם אותם Ad verbū, Et vaſtauimus eas. vel, deſolauimus. aut, deleuimus. 10 Planitiei, המישור cāpeſtres.

11 Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum: monſtratur lectus eius ferreus qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mēſuram cubiti virilis manus.

Nume.32.f.33

12 Terrámque poſſedimus tēpore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripā torrentis Arnon, vſque ad mediā partē montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad.

13 Reliquā autem partem Galaad, & omnē Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe, omnem regionem Argob: cunctáque Baſan vocatur terra gigantum.

14 Iair filius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob vſque ad terminos Geſſuri & Machati: vocauitque ex nomine ſuo, Baſan Hauoth-Iair, id eſt villas Iair, vſque in præſentem diem.

C

15 Machir quoque dedi Galaad.

16 Et tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad vſque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confinium, vſque ad torrentem Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon:

17 Et planitiem ſolitudinis atque Iordanem, & terminos Cenereth vſque ad Mare deſerti, quod eſt ſalſiſſimū, ad radices mōtis Phaſga cōtra Orientē.

18 Præcepique vobis in tempore illo, dicens, Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael omnes viri robuſti:

19 Abſque vxoribus, & paruulis atque iumentis. (noui enim quòd plura habeatis pecora) & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis:

20 Donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris ſicut vobis tribuit: & poſſideāt ipſi etiam terram quam daturus eſt eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam quam dedi vobis.

D

Nume.27.d.18

21 Ioſue quoque in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his Regibus: ſic faciet omnibus regnis ad quæ tranſiturus es.

22 Ne timeas eos: Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis.

23 Precatúſque ſum Dominū in tempore illo, dicens,

24 Dn̄e Deus, tu cœpiſti oſtēdere ſeruo tuo magnitudinē tuā, manúmq; fortiſſimā: neque enim eſt alius Deus vel in cælo, vel in terra, q̃ poſſit facere opera tua, & cōparari fortitudini tuæ.

Lectus Og regis.

11 Solus quippe שOg rex Baשſán remanſerat ex reliquis gigantibus: ecce lectus eius, lectus ferreus, nónne eſt in Rabbáth filiorū yAmmón: nouem cubitorum longitudo eius, & quatuor cubitorum latitudo eius″ad cubitum hominis.

Poſſeſſio Rubē, Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe.

12 Et hanc *quidem* terram *quam* poſſedimus eo tempore ab yAroyér, quæ *ſita erat*″ad torrentē Arnón, & dimidium montis Gilyád, & vrbes eius, dedi Reאubenitis & Gaditis.

Baſan, terra gigantum.

13 Reſiduū verò Gilyád, & vniuerſam Baשſán regni yOg dedi dimidiæ tribui Menaשſéh, omnem regionē Argób,″totam Baשſán quæ vocabatur terra gigantum.

Hauoth Iair.

14 ″Ia'אír filius Menaשſéh cepit omnem regionem Argób, vſque ad terminum Geשſurí & Mayachathí: & vocauit eas ſecundum nomen ſuum, Baשſán חHauóth Ia'אír vſque ad diem iſtam.

15 Porrò ipſi Machír dedi Gilyád.

16 Reאubenitis verò & Gaditis dedi à Gilyád vſque ad torrentem Arnón,″medium torrentis,″& terminum: *&* vſque ad Iabbóc torrentem,″terminum filiorum yAmmón.

17 ″Et planitiē, & Iardén,″& terminū, ″à Chinnéreth vſque ad Mare″planitiei, Mare ſalis,″ſub effuſionibus *aquarum* collis ad Orientē.

Rubenitis & Gaditis præcipitur vt armati deducāt fratres in terram Chanaan.

18 ″Præcepíque vobis eo tempore, dicendo, Iehouáh Deus veſter dedit vobis terram iſtam vt poſſideatis eam, accincti armis trāſibitis ante fratres veſtros filios Iשſraאél,″quotquot robuſti eſtis.

19 Tantummodo vxores veſtræ, & paruuli veſtri, & pecudes veſtræ (noui *enim* quòd pecora multa ſint vobis) remanebunt in vrbibus veſtris quas dedi vobis:

20 Donec requiē dederit Iehouáh fratribus veſtris ſicut vobis, & poſſederint etiam ipſi terram quam Iehouáh Deus veſter dat eis trans Iardén: tunc reuertemini ſinguli ad poſſeſſionem ſuam quā dedi vobis.

Ioſue conſtituitur dux ſuper Iſraelem.

21 Ipſi quoque Iehoשſúay præcepi eo tempore, dicēdo, Oculi tui ″vident quæcunque fecit Iehouáh Deus veſter duobus Regibus illis, ſic facturus eſt Iehouáh omnibus regnis ad quæ tu″tranſis.

22 Ne timeatis eos: quia Iehouáh Deus veſter″ipſe eſt qui pugnat pro vobis.

ואתחנן

Orans Moyſes, omnipotentiam Dei cōfeſſus, petit ingredi terrā Chanaan, & nō exauditur.

23 ″Et rogaui Iehouam in tempore ipſo, dicendo,

24 Domine Iehouáh tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam validam: quis enim Deus in cælo,″aut in terra qui faciat″ſicut opera tua & ſecundum fortitudines tuas?

11 Ad cubitum hominis. : באמת־איש Id eſt ad vulgarem rationem longitudinis cubitalis. Loquitur de vulgari menſura cubiti.

12 Ad torrentem על־נחל ad vallem. Quando dederint Rubenitis terram iſtam, vide Nume.32.f.33.

13 Totam Baשſán לכל־הבשן. Baſan, Argob, & Trachonitis, eadem eſt regio. Quidam coniungunt partem iſtam verſus cū præcedenti, vertentes, totus funiculus Argob per totam Baſan, ille vocatur Terra gigantum. i. tota regio Argob quæ extenditur per totam Baſan, vocatur. regio gigantum. 14 Ia'אír filius Menaשſéh, &c. יאיר בן מנשה וגו' Vide eadem Nume.32.g.41.

16 Medium torrentis, תוך הנחל *&* internam partem torrentis. Et terminum: וגבול & confinium. id eſt regionem adiacentem torrenti. Terminum גבול Per appoſitionem dictum, qui eſt terminus. 17 Et planitiem & Iardén, והערבה והירדן Et campeſtria & Iordanem. id eſt campeſtria adiacentia Iordani. Et terminum, וגבול Id eſt, & regionē finitimam quæ illi adiacet. A Chinnéreth מכנרת Sic vocat lacum Geneſareth, qui & mare Galilææ, ſiue Tiberiadis dicitur. Planitiei, Mare ſalis, הערבה ים המלח ſolitudinis, Mare ſalſum. per appoſitionem dictum. id eſt Mare mortuū. Sub effuſionibus, &c. תחת אשדות הפסגה Id eſt ad radices collis quæ fontibus rigari ſolent. Quidam non transferunt ipſa nomina Hebraica, Aſdoth Piſga, tanquam proprium nomen. Incertum tamen eſt adhuc ſitne proprium, an appellatiuum nomen: tametſi huc ferantur docti quidam vt propè credant vrbis nomen eſſe, moti ex Ioſue capite 13. c.20, vbi inter vrbes tribus Ruben numeratur Aſdoth Piſga, hoc eſt, Aſdoth in radice montis Piſga. Sed & Hieronymus lib. de locis Hebraicis, dicit eſſe nomen vrbis. Significat alioqui id quod vertit noſter interpres, effuſiones aquarum, ſicut ſcatebras & ſcaturigines.

18 Præcepique vrbis ואצו אתכם Vide Nume.32.c.21. Quotquot robuſti eſtis. : כל־בני־חיל Ad verbum, omnes filii roboris. id eſt quotquot polletis viribus. hoc eſt, quotquot arma geſtare poteſtis. 21 Vidēt הרואות Ad verbum, videntes. ſub. fuerunt. id eſt viderunt. Tranſis. : עובר tranſiturus es. 22 Ipſe eſt qui pugnat pro vobis. : הוא הנלחם לכם Id eſt, eſt propugnator veſter. Alii vertunt per futurum, pugnaturus eſt pro vobis. 23 Et rogaui Iehouam ואתחנן אל־יהוה Ab hoc verſu ſecundam ſuam huius libri ſectionem incipiunt Hebræi, inſcribentes eam ואתחנן, Et rogauit. Annotant hoc loco Hebræi propriè hoc verbum ſignificare, pro gratia orare, offenſum precibus placare, non meritis niti. eſt enim deductum verbum à nomine חן *hen* quod gratiam ſignificat.

24 Aut in terra ובארץ Hic ו pro או Vel, ſiue, aut. Sicut opera tua, &c. : כמעשיך וכגבורותך Hebraiſmus, opera ſimilia tuis, & ſtratagemata ſimilia tuis, ſiue talia qualia facere ſoles.

25 Tranſeam quæſo,& videam terram illam optimā quæ eſt trans Iardén,& montem optimum iſtum,'& Lebanón.

26 Iratus autem fuerat Iehouáh contra me propter vos,propterea non exaudiuit me:'ſed ipſe dixit mihi, Sufficiat tibi,'ne poſthac alloquaris me ſuper hac re.

Moyſi Deus terram oſtendit.

27 Aſcende verticem'Pioſgáh, & leua oculos tuos ad Occidētem, & ad Aquilonem,& ad Meridiē,& ad Orientē,'ac vide oculis tuis: non enim tranſibis Iardén iſtum.

28 'Præcipe item Iehoשſúay,'& cōforta eum,'& robora eum: ipſe enim'tranſiturus eſt ante populum iſtum,ipſéque'tradet illis poſſidendam terram quam videbis.

29 'Manſimus verò'in valle,eregione'Beth-peyór.

Cap. IIII.

Adhortatio ad Legē ſeruādam.

1 NVnc ergo ô Iשſraél, audi'ſtatuta'& iudicia quæ ego'doceo vos,vt faciatis,vt viuatis: atque ingrediamini,& poſſideatis terram quam Iehouáh Deus Patrum veſtrorum dat vobis.

Verbo Dei nihil addendum aut detrahendum.

2 Non addetis ad verbum quod ego'præcipio vobis,neque'diminuetis *quicquam* ex eo,'vt cuſtodiatis præcepta Iehouæ Dei veſtri quæ ego præcipio vobis.

Beel-phegor.

3 Oculi veſtri'viderunt quæ fecit Iehouáh'propter Bayál-peyór: omnem enim hominem qui perrexerat poſt Bayál-peyór,perdidit Iehouáh Deus tuus è medio tui.

Adhærere Deo.

4 Vos autem'qui adhæſiſtis Iehouæ Deo veſtro, viuitis vniuerſi hodie.

Præcepta obſeruanda.

5 'Videte,docui vos ſtatuta & iudicia,quemadmodum præcepit mihi Iehouáh Deus meus, vt ita faciatis in medio terræ ad quam vos ingredimini,vt eam poſſideatis.

Sapiētia & intelligentia noſtra.

6 Cuſtodite ergo, & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra'& intelligentia veſtra in oculis populorū qui audient omnia ſtatuta iſta, & dicēt,'Vtique populus ſapiens & intelligens,gens'magna iſta.

Orationibus noſtris adeſt Deus.

7 Quæ enim eſt gens *ita* magna,cui ſint dii'propinqui, ſicut eſt Iehouáh Deus noſter in cunctis pro quibus inuocauerimus eum?

8 Et quæ eſt gēs *ita* magna,cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta,ſicut eſt vniuerſa Lex iſta quam ego'do coram vobis hodie?

---

25 Tranſibo igitur & videbo terrā hāc optimam trans Iordanem,& mōtem iſtum egregium,& Libanum.

26 ‖Iratúſque eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi,Sufficit tibi,nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me.

Infrà 31.a.2,& 34.a.1

27 Aſcēde cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circunfer ad Occidentem, & ad Aquilonē, Auſtrúmque,& Orientē,& aſpice:nec enim trāſibis Iordanē iſtū.

28 Præcipe Ioſue, & corrobora eū atq; cōforta: quia ipſe præcedet populum iſtū,& diuidet eis terrā quā viſurus es.

29 Manſimúſque in valle contra fanū Phogor.

Cap. IIII.

1 ET nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciens ea,viuas:& ingrediens poſſideas terrā quam Dominus Deus Patrū veſtrorum daturus eſt vobis.

2 Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri quæ ego præcipio vobis.

3 ‖Oculi veſtri viderūt omnia quæ fecit Dominus cōtra Beel-phegor,quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio veſtri.

Nume.25.a.4 Ioſue 22.d.17

4 Vos autem qui adhæretis Domino Deo veſtro, viuitis vniuerſi vſque in præſentem diem.

5 Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mādauit mihi Dominus Deus: ſic facietis ea in terra quam poſſeſſuri eſtis:

6 Et obſeruabitis, & implebitis opere:hæc eſt enim veſtra ſapiētia & intellectus coram populis, vt audiētes vniuerſi præcepta hæc,dicant, En populus ſapiēs & intelligēs,gēs magna.

7 Nec eſt alia natio tam grandis,quę habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Dominus Deus noſter adeſt cūctis obſecrationibus noſtris.

B

8 Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtáq; iudicia, & vniuerſam Legē quā ego proponam hodie ante oculos veſtros?

---

25 Et Lebanón. : והלבנן .i.locum in quo poſtea extruetur templum ex lignis cedrinis quæ afferentur è mōte Libano.Hæc dixit Spiritu prophetico. 26 Sed ipſe dixit mihi, ויאמר יהוה אלי Ad verbum,& dixit Iehouáh ad me.Antecedens pro relatiuo. Ne poſthac, &c. אל־תוסף דבר וגו' ne amplius[vltrà]loquaris mihi de hac re.Ad verbum,ne addas vt loquaris mihi amplius in verbo iſto.

27 Pioſgáh, הפסגה Videtur mons accliuis eſſe,cuius cacumen aut faſtigium Nebo dicebatur,ex quo vniuerſa Terra perſpici poterat. Ac vide oculis tuis: וראה בעיניך Hebraiſmus,aſpice diligenter. 28 Præcipe item וצו Id eſt,præceptis ac mandatis inſtrue. Et conforta eum, וחזקהו & corrobora eū.i.iube eum bono eſſe animo ac forti. Et robora eum: ואמצהו Duabus dictionibus idem ſignificantibus vtitur,vt Ioſuam Moſes magis ac magis corroboret,nec deſinat ſtimulos addere. Tranſiturus eſt,&c. יעבור לפני העם Hebraiſmus,introducturus eſt populum in terram promiſſam. Tradet illis poſſid. ינחיל אותם diuidet illis.partietur illis ſorte.

29 Manſimus verò ונשב Iam verò manſeramus. In valle, בגיא Quidam volunt eſſe loci proprium,Gai. Beth-peעór. בית פעור: fanum Peor.erat idôlum quod colebant Ammonitæ.

IN CAPVT IIII.

1 Statuta החקים Propriè ſignificat ritum & morem ſacrorum. Et iudicia המשפטים Hæc vox primò ſignificat ipſum officiū ſeu adminiſtrationem iuris. Inde liber Iudicum.i.principum,rectorum,conſulum,vel magiſtratuum. Secundò ipſum opus & exequutionē iudicii.Hinc illud Facere iudicium & iuſtitiā.Vltimò id quod Latinè dicimus iura,& leges,quibus homines inter ſe ciuiliter in rebus profanis reguntur:& ſæpius pro conſuetudine & more aliquo ponitur:vel pro iure gentium & naturali. ampla ſignificatio aliquando obſcuritatem loco parit.Hæc duo in Scripturis celebratiſſima ſunt.Ab hoc veniunt Iudices & iudicandi poteſtas:ab illo verò,regendi in ſpiritualibus magiſter,quem מחוקק vocant,Gene.49.b.10. Doceo מלמד docturus ſum.

2 Præcipio מצוה præcepturus ſum. Diminuetis תגרעו detrahetis. Vt cuſtodiatis לשמור Cauſatur Moſes ideo nihil eſſe addendum vel demendum verbis Dei,ne non ſeruentur præcepta Dei:quòd traditiones hominum verbo Dei additæ,obſtaculo ſint ne ſeruentur. Præcepta enim hominum auertunt à veritate,Tit.1.d.14,& ſeducunt corda innocentium,Rom.16.c.18.

3 Viderunt הרואות Ad verbum.videntes.ſub.fuerunt.i.viderunt. Propter Bayál-peעór: בבעל פעור Chaldæus paraph.cultoribus Baal-peor.Sic mox,Qui ambulauerunt poſt cultores Baal-peor. 4 Qui adhæſiſtis הדבקים Ad verbum, adhærentes.ſub.fuiſtis.id eſt qui adhæſiſtis. 5 Videte, ראה Singul.Heb pro plur.Verbū poſitū videtur pro exhortantis ſiue excitantis aduerbio,Eia,Agite,docui vos hactenus,&c. 6 Et intelligētia ובינתכם & prudētia.Sapientē vocat qui ea norit quæ fidei ſunt & religionis erga Deū, & iuris ac charitatis erga proximum: intelligentem verò ſiue prudentem,qui in vtriſque acutus,prudens, & cautus ſit,vt rectè in his incedat,& nulla fallacia ſeducatur.Si,inquit,hæc feceritis,apud exteras gentes reputabimini ſapientes & intelligentes,ſiue prudētes. Vtique רק Certé. Alii,Tantum. q.d.Solus iſte populus veram habet ſapientiam & intelligentiam ex ſtatutis & iudiciis Dei veri. vt paulo pòſt dicit verſu 7. Magna הגדול eximia.inclyta. 7 Propinqui, קרובים .i.propitii ac fauorabiles,qui præſto adſint & ſuccurrant inuocantibus ipſos in afflictione. 8 Do corā vo. נותן לפניכם daturus ſum ante conſpectum veſtrū.i.propoſiturus ſum vobis & explicaturus.

Cuſtodi igitur temetipſũ & animã tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris verborũ quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ: docebis ea filios ac nepotes tuos. 9

Diem in quo ſtetiſti corã Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus loquutus eſt mihi, dicens, Cõgrega ad me populũ, vt audiãt ſermones meos, & vt diſcãt timere me õni tẽpore quo viuũt in terra, doceántque filios ſuos. 10

Exod.19.e.18 |Et acceſſiſtis ad radices mõtis qui ardebat vſque ad cælum: erántque in eo tenebrę, & nubes, & caligo. 11

Loquutúſque eſt Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audiſtis, & formã penitus nõ vidiſtis. 12

Et oſtendit vobis pactũ ſuum quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ ſcripſit in duab' tabulis lapideis. 13

C Mihique mandauit in illo tempore vt docerẽ vos cæremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra quã poſſeſſuri eſtis. 14

Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras (non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua loquutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis) 15

Ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ: 16

Similitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auiũ ſub cælo volantium: 17

Atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: 18

Ne fortè eleuatis oculis ad cælum, videas ſolem & lunã, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quę creauit Dominus De⁹ tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt. 19

Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea AEgypti, vt haberet populum hæreditariũ, ſicut eſt in præſenti die. 20

Suprà 1.f.37. & 3.d.26 infrà 34.a.1 |Iratúſque eſt Dominus contra me propter ſermones veſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanẽ, nec ingrederer terram optimam quam daturus eſt vobis. 21

D Ecce moriar in hac humo, nõ trãſibo Iordanem: vos tranſibitis, & poſſidebitis terram egregiam. 22

Caue nequando obliuiſcaris pacti Domini Dei tui quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quę fieri Dominus prohibuit. 23

Heb.12.g.29 Quia Dominus Deus tuus |ignis conſumens eſt, Deus æmulator. 24

9 Veruntamen caue tibi, '& cuſtodi animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris rerum quas viderunt oculi tui, néve recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & doceas ea filios tuos & filios filiorum tuorum.

10 'Die quo ſtetiſti coram Iehoua Deo tuo in nHoréb, quum diceret Iehouáh mihi, Congrega mihi populum, 'vt recenſeam illis verba mea, 'quæ diſcent, vt timeãt me omnibus diebus quibus vixerint ſuper terram, & filios ſuos doceant.

11 Itaque acceſſiſtis, & ſtetiſtis 'ſub monte, (mons autem ille ardebat igni "vſque ad medium cæli, "tenebræ, nubes, & caligo)

12 Et loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborũ vos audiebatis, "at imaginem *ullam* non videbatis præter vocem.

13 Et renuntiauit vobis "pactum ſuum quod præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcripſit illa in duabus tabulis lapideis.

14 Mihi quoque præcepit Iehouáh eodem tẽpore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt faceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſſideatis eam.

15 Cauete ergo diligenter 'animabus veſtris (non enim vidiſtis vllam imaginem die quo loquutus eſt Iehouáh ad vos in nHoréb è medio ignis)

16 Ne fortè 'corrũpatis *vias veſtras,* & faciatis vobis ſculptile, *aut* "imaginem vllius ſimulachri, *id eſt* effigiem maſculi aut fœminæ:

17 Effigiem cuiuſcunque animalis quod in terra *degat*, effigiem cuiuſcunque volucris alatæ quæ volet "per cælum:

18 Effigiem cuiuſcunque repentis in terra, effigiem cuiuſcunque piſcis qui in aqua *degat* "ſub terra:

19 Néve attollas oculos tuos in cælum, "& videas ſolem, & lunam, & ſtellas, omnem militiam cæli, "& impellaris, & incurues te illis, coláſque ea, quæ "diſtribuit Iehouáh Deus tuus omnibus populis ſub toto cælo.

20 "Vos autem tulit Iehouáh, & eduxit vos "è fornace ferrea, ex AEgypto, vt ſitis ei "in populum hæreditatis, ſicut die iſta.

21 At Iehouáh iratus eſt in me "propter verba veſtra, iurauítque quòd non tranſirem Iardén, neque ingrederer terram optimam quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.

22 Ego enim "morior in terra iſta, neque tranſeo Iardén, vos autẽ tranſitis, & poſſidebitis terram optimam iſtam.

23 Cauete *ergo* vobis ne fortè obliuiſcamini pacti Iehouæ Dei veſtri quod pepigit vobiſcum, & faciatis vobis ſculptile, *aut* 'imaginem cuiuſcunque rei "ſicut præcepit tibi Iehouáh Deus tuus.

24 Nam Iehouáh Deus tuus "ignis conſumens eſt, "Deus zelotes.

Operum Dei ne obliuiſcamur.

Filii quid docẽdi.

Dehortatio à quacunque ſimilitudine adorãdã

Aſtra.

Hæreditas Dei populus Iſrael. Moyſes non ingreſſurus terrã promiſſionis.

Sculptilia ne ſiant quæ adorentur, ſolicite rurſum dehortatũr Moyſes.

Ignis conſumẽs Deus.

9 Et cuſtodi, &c. וּשׁמור נפשך מאד & ſerua teipſum diligenter. Ad verbum, & ſerua animam tuam valde.

10 Die quo יום אשר Subaudiendum verbum præcedens, Ne obliuiſcaris inquam, &c. Vt recenſeam illis ואשמעם Ad verbum, & audire faciam eos. i. vt illis audiẽtibus loquar. Quæ diſcent, vt tim. me אשר ילמדון ליראה אותי quibus diſcent timere me. vel, vt diſcãt timere me. 11 Sub monte, תחת ההר Hebraiſmus, ad radices montis. Vſque ad mediũ c. עד־לב השמים Ad verbũ, vſque ad cor cæli. i. videbatur ignis pertingere vſque ad medium cælum. Tenebræ, nubes, חושך ענן ſub. erant ſub eo. i. circũdabatur nube & caligine. Alii vertunt, tenebræ nubis [. i. nubes tenebricoſa] & caligo. 12 At imaginem ותמונה at figuram. ſimilitudinem. formam.

13 Pactum ſuum את־בריתו Ita vocat leges ac conditiones pacti cum illis initi. 15 Animabus ve. לנפשותיכם Id eſt vobis.

16 Corrumpatis, &c. תשחתון וגו' corrũpamini, & faciatis. i. corrupti animo ac mente, curetis faciendũ ſculptile. Imaginẽ vll. ſimu. תמונת כל־סמל ſimilitudinẽ cuiuſuis idoli. 17 Per cælũ: בשמים׃ in cælo. i. aere. 18 Sub terra: מתחת לארץ׃ . i. quæ concauitatibus terræ capitur, ſiue cõprehenditur. 19 Et videas וראית & aſpicias. vel cõtempleris. Et impellaris, ונדחת ſub. ita vt corruas à fide illa priſtina, vſqueadeò vt illa adores. Diſtribuit חלק impartitus eſt. i. in miniſterium omnium gentium creauit.

20 Vos autem tulit, &c. ואתכם לקח וגו' q. d. Si aliis gentibus contulit multa beneficia, vobis certè quamplurima contulit, quòd vnicè vos amet. E fornace ferrea, מכור הברזל . i. ſeruitute duriſſima. Vehementi verbo appellat ſeruitutem AEgypti fornacẽ ferream, nõ ſolùm propter hiſtoriæ crudelitatem, ſed & propter conſcientiarum miſeriam, ſub Legis ira & traditionum tyrannide oppreſſarum. In populũ hæred. לעם נחלה Hebraiſmus, populus hæreditarius. 21 Propter verba ve. על־דבריכם Hebraiſmus, propter vos. veſtra culpa;

22 Morior מת Præſentia, hoc verſu pro futuris, moriturus ſum, tranſibo, tranſituri eſtis.

23 Imaginem תמונת formam. vt ſuprà verſu 12. Sicut אשר Pro כאשר poſitum eſt, Quemadmodum.

24 Ignis conſumens eſt, אש אוכלה ignis deuorans. i. qui nihil reliquum faciat impiis. Deus zelotes. אל קנא׃ Vide Exo.20.a.5.

Quum genueris filios & nepotes,″& ſenueritis in terra illa,corruperitis autem *uos*, & feceritis ſculptile, imaginē cuiuſcūque rei, atque *ita* feceritis malū in oculis Iehouæ Dei veſtri,irritando illū: 25

′Teſtor contra vos hodie cælum & terrā quòd pereundo peribitis citò è terra ad quā *pergendo* tranſituri eſtis Iardén, vt poſſideatis eam:non protrahetis dies in ea,quia″diſperdendo diſperdemini: 26

Ac diſperget vos Iehouáh inter populos,& relinquemini″homines pauci numero in gentibus ad quas deducet vos Iehouáh. 27

′Seruietíſque ibi diis, operi manuū hominum, ligno & lapidi, quæ non vident,nec audiunt,nec comedunt,nec odorantur. 28

Toto cordequærendus Deus in tribulatione.

Quòd ſi requiſieris illinc Iehouam Deum tuum,tum inuenies, ſi requiſieris eum toto corde tuo,& tota anima tua. 29

Quum fuerit tibi anguſtia,inueneríntque te omnia″iſta:″in nouiſſimis diebus ſi reuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum, & paruеris voci eius: 30

Miſericors De⁹. Deus memor pacti. Beneficia Dei erga populum Iſrael,vt cognoſceretur eſſe ſolus Deus.

(Quia Deus miſericors eſt Iehouáh Deus tuus)non derelinquet te, nec diſperdet te, neque obliuiſcetur pacti Patrum tuorum de quo iurauit illis. 31

Interroga enim nunc″de diebus antiquis qui fuerunt ante te à die quo creauit Deus hominem ſuper terrā,″& ab extremo cæli vſque ad *alterum* extremum cæli,′an facta fuerit res ſimilis huic tā magnæ,aut auditum fuerit aliquid tale: 32

Nunquid audiuit populus vocem Dei *ſui* loquentis è medio ignis,quemadmodum audiſti tu,& vixit? 33

Aut nunquid tentauit deus *aliquis* vt veniret ad capiendum ſibi gentem *aliquam* è medio gētis *alterius*″cum tentationibus, cum ſignis,& cum portentis,& bello,& manu valida, & brachio extento,& terroribus magnis,″quemadmodū fecit vobis Iehouáh Deus veſter″in AEgypto in oculis tuis? 34

Deus noſter ſolus Deus.

′Tibi oſtenſum eſt, vt ſcires quòd Iehouáh eſt Deus, *&* non eſt vltrà præter eum. 35

E cælis audire te fecit vocem ſuam, vt erudiret te: & ſuper terram oſtendit tibi ignem ſuum magnum, & verba eius audiſti è medio ignis. 36

Et quoniam dilexit Patres tuos,elegit″ſemen eius poſt eum, eduxítque te ante ſe potentia ſua maxima ex AEgypto: 37

Vt expelleret gentes maximas, & robuſtiores te à facie tua,″vt introduceret te, vt daret tibi terram eorum *in* hæreditatem,″ſicut hodie. 38

Deus Iſrael, ſolus Deus eſt.

Scito ergo hodie,″& reuocato ad cor tuum, quòd Iehouáh eſt Deus ille in cælo deſuper,& ſuper terram deorſum,″nec eſt vltra. 39

Et cuſtodi ſtatuta eius & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie,vt benè ſit tibi & filiis tuis poſt te,″vtque prolōges dies ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi,″omnibus diebus. 40

25 Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra,deceptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum corā Domino Deo veſtro,vt eū ad iracundiā prouocetis:

26 Teſtes inuoco hodie cælū & terrā, citò perituros vos eſſe de terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis: non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos Dominus:

27 Atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus eſt Dominus.

28 Ibique ſeruietis diis qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi, qui non vident,nec audiūt,nec comedunt,nec odorantur.

E

Sapien.1.a.2

29 ‖Qúmque quæſieris ibi Dominū Deum tuū,inuenies eū: ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

30 Poſtquā te inuenerint omnia quæ prędicta ſunt, nouiſſimo autem tempore reuertêris ad Dominū Deū tuū, & au dies vocem eius:

31 (Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt)non dimittet te, nec omnino delebit,neque obliuiſcetur pacti in quo iurauit Patribus tuis.

32 Interroga de diebus antiquis qui fuerūt ante te ex die quo creauit De⁹ hominem ſuper terrā, à ſummo cælo vſque ad ſummum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſmodi res, aut vnquam cognitum eſt,

33 Vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis,ſicut tu audiſti,& vixiſti.

34 Si fecit Deus vt ingrederetur,& tolleret ſibi gentem de medio nationū per tentationes, ſigna atque portenta,per pugnam &robuſtam manum, extentúmque brachium, & horribiles viſiones iuxta omnia quæ fecit ꝑ vobis Dominus Deus veſter in AEgypto,videntibus oculis tuis:

B

35 Vt ſcires quoniam Dominus ipſe eſt Deus,& nō eſt alius præter eum.

36 De cælo te fecit audire vocem ſuā, vt doceret te: & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximū, & audiſti verba illius de medio ignis.

Exo.13.d.21

37 Quia dilexit Patres tuos, & elegit ſemen eorum poſt eos:‖eduxitque te præcedens in virtute ſua magna ex AEgypto,

38 Vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, darétque tibi terram earū in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die.

39 Scito ergo hodie,& cogitato in corde tuo quòd Dominus ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius.

40 Cuſtodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi: vt benſit tibi,& filiis tuis poſt te,& permaneas multo tēpore ſuper terrā quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

25 Et ſenueritis ונושנתם .i.longo tempore habitaueritis. 26 Teſtor העידותי Præt.Heb.pro præſ. Appello,ſiue Aduoco in teſtes. Diſperdendo diſperdemini. : השמד תשמדון delendo delebimini.Hebraiſmus,certò delebimini.

27 Homines pauci num. מתי מספר homines numeri.i.qui numerari poterunt,vt vertit Chaldæus paraph.hoc eſt pauci.

28 Seruietiſque ibi diis, ועבדתם שם אלהים coletiſque ibi deos,&c. 30 Iſta: הדברים האלה Ad verbum,verba illa.ſub.ſupradicta. In nouiſſimis die. באחרית הימים .i.tandē. 32 De diebus ant. לימים ראשונים dies antiquos.i.cōſule diaria & annales. Et ab extremo,&c. ולמקצהוגו׳ .i.ab Exortu ſolis vſque ad Occaſum. An facta fuerit,&c. הנהיה כדבר וגו׳ Ad verbū,an factū ſit ſicut res magna iſta,vel auditū ſit ſicut ipſa. 34 Quemadmodum fecit ככל אשר עשה Ad verbum, ſecundū omnia quæ fecit.i.prorſus vt fecit. In AEgypto במצרים in AEgyptios. 35 Tibi oſtenſū eſt,vt ſci. אתה הראת לדעת Ad verbū,Tu factus es videre,ad cognoſcendū. 37 Semen eius poſt e. בזרעו אחריו .i.ſemen Iaacob eo mortuo. 38 Vt introduceret te, להביאך ſub.in regionem earū,vt adires hæreditatem earum. Sicut ho. : כיום הזה ſub.cernis. 39 Et reuocato ad cor t. והשבות אל לבבך .i.cogitato apud te. Nec eſt vltra. : אין עוד ſub.eū.i.nullus eſt alius. 40 Vtque prolō.d. ולמען תאריך ימים vtque extrahas tēpus.i.longo tēpore habites in terra. Omnibus die. : כל הימים Quidam referunt hæc verba ad id quod paulo antè præceſſit, Vt bene ſit tibi cūctis diebus.i.vt multa beneficia cōferat tibi Deus omnibus diebus tuis. Alii referūt ad verbū Cuſtodi, quod præceſſit hoc modo, Cuſtodi omnibus diebus ſtatuta eius,

34 Cū tentationibus, במסות .i.cum probationib⁹ vt infrà capi. 7.c.19.

Nume.35.a.6 41 Tunc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trãs Iordanẽ ad Orientalẽ plagã, G

42 Vt cõfugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuum, nec ſibi fuerit inimicus ante vnum & alterũ diẽ, & ad harũ aliquã vrbiũ poſſit euadere:

Ioſue 20.c.8 43 ‖Boſor in ſolitudine, quæ ſita eſt in terra cãpeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ eſt in tribu Gad: & Golã in Baſan, quæ eſt in tribu Manaſſe.

44 Iſta eſt lex quam propoſuit Moyſes coram filiis Iſrael:

45 Et hæc teſtimonia & cęremoniæ atque iudicia quæ loquutus eſt ad filios Iſrael, quãdo egreſſi ſũt de AEgypto,

46 Trans Iordanẽ in valle contra Fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Heſebon, quem percuſſit Moyſes. filii quoque Iſrael egreſſi ex AEgypto,

47 Poſſederunt terram eius, & terram Og regis Baſan duorũ Regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad ſolis Ortum,

48 Ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad montẽ Siõ, qui eſt & Hermon,

49 Omnẽ planitiem trans Iordanẽ ad Oriẽtalẽ plagã, vſque ad Mare ſolitudinis, & vſq; ad radices mõtis Phaſga.

Cap. V.

1 Vocauitque Moyſes omnem Iſraelem, & dixit ad eum, Audi Iſrael cęremonias atque iudicia quæ ego loquor in auribus veſtris hodie: diſcite ea, & opere complete.

Exo.19.b.5 2 ‖Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb.

3 Non cum Patribus noſtris iniit pactum: ſed nobiſcum qui impræſentiarum ſumus & viuimus.

4 Facie ad faciem loquutus eſt nobis in monte de medio ignis:

5 Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius: timuiſtis enim ignem, & non aſcendiſtis in montem, & ait,

Exo.20.a.2 leuit.26.a.1 pſal.96.b.7 6 ‖Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra AEgypti de domo ſeruitutis.

7 Non habebis deos alienos in conſpectu meo.

8 Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cælo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra.

Exo.34.a.7 ierem.32.c.18 9 Non adorabis ea, & non coles: ‖ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddẽs iniquitatem patrum ſuper filios in tertiã & quartã generationẽ iis qui oderunt me:

B 10 Et faciens miſericordiam in multa millia, diligentibus me, & cuſtodien-

---

41 Tunc ſeparauit Moשſéh tres vrbes trans Iardén ad Exortũ ſolis: Tres ciuitates perfugii.

42 Vt fugeret illuc homicîda qui occidiſſet proximũ ſuum ignoranter, qui non odiſſet eum ″ab heri & nudiuſtertius, fugeret inquam ad vnam ex vrbibus iſtis, & viueret:

43 Nẽpe Béצſer in deſerto ipſo, in terra planitiei ʹde Reואubenitis: & Ramóth in Gilעád de Gaditis, & Golã in Baשſán de Menaשſſitis.

44 Hæc itaque eſt lex quam propoſuit Moשſéh corã filiis Iשſraאél:

45 Hæc ſunt ʹteſtimonia & ſtatuta & iudicia quæ dixit Moשſéh filiis Iשſraאél, quum egreſſi eſſent ex AEgypto,

46 Trans Iardén ″in valle e regione Beth-peעór, in terra סSinhón regis אEmoræorũ qui habitabat in חHeשſbón, quem percuſſit Moשſéh, & filii Iשſraאél quum egreſſi fuiſſent ex AEgypto:

47 Et poſſederunt terram eius, & terram עOg regis Baשſán, duorũ regum אEmoræorum, qui *habitabant* trans Iardén ad Ortum ſolis,

48 Ab עAroעér quæ *erat* iuxta ripam torrentis Arnón, vſque ad mõtem שSiאón qui eſt חHermón: Mons Sion, qui & Hermon.

49 Et vniuerſam ſolitudinem trans Iardén ad Orientem, vſque ad Mare ″ſolitudinis, ″ſub effuſionibus aquarum.

Cap. V.

1 Vocauitque Moשſéh vniuerſum Iשſraאelem, & dixit eis, Audi Iשſraאél ſtatuta & iudicia quæ ego ʹloquor in auribus veſtris hodie, & diſcite ea, & cuſtodite faciendo ea. Repetit Moyſes decalogum & leges Dei. Diſcẽda & facienda præcepta Dei.

2 Iehouáh Deus noſter pepigit nobiſcum pactum in חHoréb.

3 Non cum Patribus noſtris *tantum* pepigit Iehouáh ″pactum iſtud, ″ſed etiam nobiſcũ qui ſumus hîc, *&* hodie nos vniuerſi viuimus.

4 ″Facie ad faciem loquutus eſt Iehouáh vobiſcum in eo monte è medio ignis:

5 (Ego verò ſtabam inter Iehouam & vos eo tempore, vt renuntiarem vobis verbum Iehouæ: timebatis enim à facie ignis, & nõ aſcendiſtis in montem) dicendo, Mediator Moyſes.

6 Ego Iehouáh Deus tuus qui eduxi te è terra AEgypti ″è domo ſeruorum.

7 Non erunt tibi dii ″alii coram me.

8 Non facies tibi ſculptile *ullum, aut* vllam imaginẽ *eorum* quæ ſunt in cælo ſurſum, & *eorum* quæ in terra deorſum, & *eorum* quæ in aquis ʹſubter terram.

9 ″Non incuruabis te eis, neque coles ea: ego enim Iehouáh Deus tuus, Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, & in tertiam & in quartam generationem, iis qui odio habent me:

10 Et faciens miſericordiam millibus, iis qui diligunt me, & ſer- Miſericordia.

---

42 Ab heri & nudiuſt. מתמול שלשום Hebraiſmus, ante vnum aut alterum diem. i. antea. Gallicè dicimus, *ne d'hier, ne de deuant hier.*

43 De Reואubenitis: לראובני de tribu Ruben. Alii, in Reubenitis. ſic in ſequentibus. ſiue, in tribu Rubenitarum.

45 Teſtimonia העדות Id eſt quibus teſtatur Deus per Legem & verbum ſuum ſeſe adeſſe, & nos curare, quo conſcientiam de eo habeamus, quẽ aliâs neque videmus, neque ſentimus, neque intelligimus. 46 In valle בגיא in Gai. vt ſuprà verſu vltimo capitis tertii.

49 Solitudinis, הערבה planitiei. Vide ſuprà cap. 3. c. 17, vbi Mare ſolitudinis dicit vocari Mare ſalſum. Sub effuſionibus aquarum. תחת אשדות הפסגה: ſub Aſdoth Piſgah. Vide ſuprà cap. 3. c. 17.

IN CAPVT V.

1 Loquor in auribus veſt. דובר באזניכם loquuturus ſum vobis audientibus. 3 Pactum iſtud, את־הברית הזאת fœdus iſtud. Pactũ, ſiue fœdus vocat conditiones fœderis quæ hîc deſcribũtur. q. d. Propoſuit nobis in decalogo cõditiones quibus inter ipſũ & nos fœdus firmum erit, & permanebit, non aliter. Sed etiam nobiſcum כי אתנו Hîc כי pro כי אם poſitum eſt. Tametſi aliter intelligat ex doctoribus Hebræorum alter, nempe, Non cum maioribus noſtris qui mortui ſunt in AEgypto, ſed nobiſcum qui viuimus. Atque ita intellexiſſe videtur Chaldæus paraph. qui vertit, Non cum Patribus noſtris pepigit fœdus iſtud, ſed nobiſcum qui omnes hodie hîc viuimus.

4 Facie ad faciem פנים בפנים Hebraica loquutio, qua ſignificatur mutuus inter colloquendum aſpectus, quo coràm & in facie amicus loquitur amico. Sic Exod. 33. c. 11, Loquebatur Dominus ad Moſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Non quòd viderent ſpeciem Dei, quum ſuprà cap. 4. c. 15, dixerit, Nullam ſpeciem Dei vidiſtis. ſed ſignificat Deum cum ipſis fuiſſe loquutũ manifeſtis verbis & ſignis quæ viderunt, vt negari non poſſit quin Deus fuerit. 6 E domo ſeruorum. מבית עבדים: Vide annotationem in Exodo, cap. 13. a. 3. 7 Alii coram me. אחרים על־פני: alieni in conſpectu meo. i. me ſpectante. q. d. quũ nihil me lateat. Quidam vertunt, Non erit tibi vllus ex diis alienis. 8 Subter terram. מתחת לארץ: ſub terra. id eſt quæ comprehenduntur intra lineam illam circularem qua continetur globus terræ. 9 Non incuruabis te eis, לא־תשתחוה להם Non adorabis ea.

uant præcepta mea.

Iuramentum.

11 Non aſſumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum : non enim Iehouáh inſontē habebit eum qui acceperit nomen eius in vanum.

Sabbathum.

12 Obſerua diem ſabbathi, vt ſanctifices eum queãdmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus.

13 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum:

14 Die autem ſeptima ſabbathum *erit* Iehouæ Dei tui : non facies vllum opus, tu″neque filius tuus neque filia tua, neque ſeruus tuus neque ancilla tua, neque bos tuus neque aſinus tuus, neque vllum iumentum tuum, neque peregrinus tuus qui *habitauerit* intra portas tuas:″vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua ſicut tu.

15 Et memineris quòd ſeruus fueris in terra AEgypti, & eduxerit te Iehouáh Deus tuus inde in manu valida, & brachiò extento: idcirco præcepit tibi Iehouáh Deus tuus vt faceres diē ſabbathi.

Honorandi parentes.

16 Honora patrem tuum & matrem tuam, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus,″vt prolongentur dies tui, & vt bene ſit tibi ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.

17 Non facies homicidium.

18 Neque adulterium committes.

19 Nec furaberis.

20 Neque dices in proximum tuum teſtimonium falſum.

21 Neque concupiſces vxorem proximi tui, nec concupiſces domum proximi tui, agrum eius, aut ſeruum eius, aut ancillam eius, bouem eius, aut aſinum eius;″*ne*que quicquam eorum quæ ſunt proximo tuo.

22 Verba hæc loquutus eſt Iehouáh ad omnem congregationem veſtram in ipſo monte è medio ignis, nubis, & caliginis, voce magna,″& non addidit: ſcripſítque illa in duabus tabulis lapideis,″& dedit ea mihi.

Ingenium legis eſt vt mentem terreat.

23 Fuit autem, quum audiuiſſetis vocem è medio tenebrarū (mōs enim ardebat igne) acceſſiſtis ad me, omnes duces tribuum veſtrarum, & ſeniores veſtri.

24 Et dixiſtis, En″oſtendit nobis Iehouáh Deus noſter gloriam ſuã, & magnitudinem ſuam, & vocem eius audiuimus è medio ignis: ″hodie vidimus quòd loquutus eſt Deus cum homine, & vixit.

25 Nūc igitur quare moriemur? cōſumet enim nos ignis magnus iſte:″ſi iterum audierimus vocem Iehouæ Dei noſtri, moriemur.

26 Nam quæ eſt omnis caro,″vt audiat vocem Dei viuentis, loquentis è medio ignis, ſicut nos,″& viuat?

27 Accede tu, & audi omnia quæ dixerit Iehouáh Deus noſter, tu autem loquêris ad nos quæcunque dixerit Iehouáh Deus noſter tibi, & audiemus, atque faciemus.

28 Audiuítque Iehouáh vocem verborum veſtrorum quum loqueremini ad me, & dixit Iehouáh mihi, Audiui vocē verborū populi huius quæ dixerūt tibi:″benè dixerūt quæcūque loquuti ſūt.

tibus præcepta mea.

11 ‖Non vſurpabis nomē Domini Dei tui fruſtra: quia nō erit impunitus qui ſuper re vana nomen eius aſſūpſerit. Exod.20.a.7 leuit.19.c.12 matth.5.c.33

12 Obſerua diem ſabbathi, vt ſanctifices eum ſicut‖præcepit tibi Dominus Deus tuus. Exod.20.b.8 ezech.20.b.12

13 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua:

14 Septim⁹ dies Sabbathi eſt, id eſt‖requies Domini Dei tui : non facies in eo quicquã operis, tu & filius tuus & filia, ſeruus & ancilla, & bos & aſinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua ſicut & tu. Gene.2.a.2 heb.4.b.4

15 Memento quòd & ipſe ſeruieris in AEgypto, & eduxerit te inde Domin⁹ Deus tuus in manu forti, & brachio extento : idcirco præcepit tibi vt obſeruares diem ſabbathi.

16 Honora patrem tuū & matrē, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra quã Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Exod.20.c.12 eccli 3.b.9 matth.15.a.4 epheſ.6.a.2

17 ‖Non occides. Matth.5.c.21

18 Neque mœchaberis.

C

19 Furtúmque non facies.

20 Nec loquêris cōtra proximum tuū falſum teſtimonium.

21 ‖Non concupiſces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt. Rom.7.b.7

22 Hæc verba loquutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & ſcripſit ea in tabulis lapideis quas tradidit mihi.

23 Vos autem poſtquam audiſtis vocem de medio tenebrarum, & montē ardere vidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixiſtis.

24 Ecce oſtēdit nobis Dominus Deus noſter maieſtatem & magnitudinem ſuam: vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo.

25 Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? ſi enim audierimus vltrà vocem Domini Dei noſtri, moriemur.

D

26 Quid eſt omnis caro, vt audiat vocē Dei viuētis, qui de medio ignis loqtur ſicut nos audiuimus, & poſſit viuere?

27 Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noſter tibi: loquêriſque ad nos, & nos audientes faciemus ea.

28 Quod quum audiſſet Dominus, ait ad me, Audiui vocem verborum populi huius quæ loquuti ſunt tibi: bene omnia ſunt loquuti.

---

14 Neque filius tuus, ובנך Vide annotationē Exo.20.b.10. Vt requieſcat,&c. למען ינוח Hæc addidit ad ea quæ ſcripſit Exo.20.b.10. 16 Vt prolongentur,&c. למען ואריכון ימיך Vide Exo.20.b.12. 21 Neque quiquam eorum quæ וכל אשר Ad verbum, & omne quod. Præcedentem negationem ſubaudiuit noſter interpres. 22 Et non addidit: ולא יסף Docti inter Hebræos exponunt, non addidit vltrà loqui voce magna ſicut illa. Cauſa mox ſubditur, Quia non poterant ſuſtinere terribilē illam vocē. Alii exponunt, & non ceſſauit. nã vtrũque ſignicat vox Hebræa יסף. hoc eſt, durauit per totos quadraginta dies quibus Moſes ſtetit in mōte. ita vertit & Chaldæus paraph. Et dedit ea ויתנם & dedit illas. tabulas ſcilicet. 24 Oſtendit nobis הראנו Ad verbum, videre fecit nos. Hodie vidimus,&c. היום הזה ראינו וגו׳ q.d. ſatis probauimus, ſiue deprehendimus quòd loquatur, ſiue loqui poſſit, Iehouah cū homine qui viuat. vel, & viuet homo ille, non morietur propterea. 25 Si iterum audier.&c. אם־יוספים אנחנו Ad verbum, ſi addentes nos. pro, ſi addiderimus vt audiamus vocē Iehouæ Dei noſtri amplius, moriemur. 26 Vt audiat אשר שמע vt audire poſſit. Et viuat? ויחי׃ & viuere poſſit? i. non ſtatim moriatur? 28 Benè dixerunt,&c. היטיבו כל אשר דברו׃ Ad verbum, bonificarunt (ſi Latinè dici poſſet) omnia quæ dixerunt.

Quis det talem eos habere mẽtem vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mãdata mea in omni tempore, vt bene ſit eis & filiis eorũ in ſempiternũ? 29

Vade, & dic eis, Reuertimini in tentoria veſtra: 30

Tu verò hic ſta mecũ, & loquar tibi omnia mandata mea, & cæremonias atque iudicia: quæ docebis eos vt faciant ea in terra quam dabo illis in poſſeſſionem. 31

Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit Domin⁹ Deus vobis: nõ declinabitis neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã: 32

Sed per viam quam præcepit Dominus Deus veſter, ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & protelẽtur dies veſtri in terra poſſeſſionis veſtræ. 33

Cap. VI.

HAEc ſũt præcepta & cæremoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus veſter vt docerem vos, & faciatis ea in terra ad quam tranſgredimini poſſidendam, 1

Vt timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui. 2

Audi Iſrael, & obſerua vt facias: & bene ſit tibi, & multipliceris amplius ſicut pollicitus eſt Dominus Deus Patrum tuorum tibi, terrã lacte & melle manantem. 3

Matth 22.d.37
marc.12.c.29
luc.10.c.27

‖Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt. 4

B

Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 5

Infrà 11.c.18

Erúntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: 6

Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulãs in itinere, dormiẽs, atque cõſurgens. 7

Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, erúntque & mouebuntur inter oculos tuos. 8

Scribéſque ea in limine & oſtiis domus tuæ. 9

Quúmque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram pro qua iurauit Patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificaſti, 10

Domos plenas cunctarum opum quas nõ extruxiſti, ciſternas quas nõ fodiſti, vineta & olïueta quæ non plãtaſti, & comederis, & ſaturatus fueris: 11

29 ″Quis det vt ſit cor eorũ iſtud illis, vt timeant me, & cuſtodiãt omnia præcepta mea″omnibus diebus, vt bene ſit illis, & filiis eorum in ſeculum?

Optat Deus vt timeat ipſum populus, & præcepta impleat.

30 Vade, dic illis, Reuertimini ad tabernacula veſtra:

31 Tu verò hîc ſta mecum, vt dicam tibi″omnia præcepta, & ſtatuta, & iudicia quæ docebis illos, vt faciant illa in terra quam ego do eis, vt poſſideant eam.

32 ″Cuſtodite ergo vt faciatis quemadmodum præcepit Iehouáh Deus veſter vobis: ne declinetis ad dexteram, aut ad ſiniſtram.

Verbo Dei adhærendum.

33 Per omnem viam quam præceperit Iehouáh Deus veſter vobis, ambuletis, ″vt viuatis, & bonum *ſit* vobis, ″& prolongetis dies in terra quam poſſidebitis.

Cap. VI.

1 IStud autem eſt præceptum, ſtatuta, & iudicia quæ præcepit Iehouáh Deus veſter vt docerem vos, vt faciatis *illa* in terra ad quã vos″tranſitis vt poſſideatis eam:

Expoſitio primi præcepti.

2 ″Vt timeas Iehouam Deum tuum, cuſtodiendo omnia ſtatuta eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi, ″tu & filius tuus, & filius filii tui, omnibus diebus vitæ tuæ: & vt prolõgentur dies tui.

3 Audias ergo ô Iשſraאél, ″& cuſtodias vt facias, vt bene ſit tibi, vt que multiplicemini valde, quemadmodum″dixit Iehouáh Deus Patrum tuorum tibi, *in* terram fluentem lacte & melle.

4 Audi Iשſraאél, Iehouáh Deus noſter, Iehouáh vnus eſt.

Deus diligẽdus.

5 Diliges ergo Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota″anima tua, & tota″fortitudine tua.

6 Erúntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, ″in corde tuo:

Leges Domini & docẽdæ, & perpetuò memoria repetendæ.

7 ″Et repetes ea filiis tuis, ″& loquêris de eis″quãdo ſedebis in domo tua, & quãdo ambulabis per viam, & quando iacebis in lecto, & quando ſurges.

8 Ligabíſque ea″in ſignum in manu tua, & erunt″in frontalia inter oculos tuos.

9 Scribes quoque illa″in poſtibus domus tüæ & in portis tuis.

10 Erit autem, quum introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terrã *de* qua iurauit Patribus tuis Abrahám, Iצſחhác, & Iayacób, ſe daturum tibi eam, & vrbes magnas ″& pulchras quas non ædificaſti:

11 Et domos plenas omni bono quas non repleſti, & ciſternas″effoſſas quas non effodiſti: vineas & olïueta quæ non plantaſti: ″& comederis, & ſaturatus fueris:

---

29 Quis det, &c. מי־יתן וגו׳ Hebraiſmus, Vtinam ſit animus eorum iſte [.i. talis] illis. Omnibus diebus, כל־הימים Iſtud poteſt referri ad principium huius verſus, Vt ſit cor eorũ iſtud illis omnibus diebus. vel ad ſecundam clauſulam, Vt timeant me omnibus diebus, id eſt omni tempore. 31 Omnia præcepta כל־המצוה Singul. Heb. pro plur. 32 Cuſtodite ergo, &c. ושמרתם וגו׳ Hebraiſmus, Obſeruate diligenter vt faciatis, &c. Alii, Cuſtodiatis ergo *illa* opere complendo. Mutatio perſonæ.

33 Vt viuatis, & bonũ *ſit* vobis, למען תחיון וטוב לכם Hebraiſmus, vt fruamini vita, eáque beata ac fœlice. Et prolongetis והארכתם & protrahatis. vel, & producetis, id eſt longo tempore viuetis.

IN CAPVT VI.

1 Tranſitis עוברים Ad verbum, tranſeuntes .i. iam tranſituri eſtis: vt quidam exponunt.

2 Vt timeas למען תירא Mutatio numeri & perſonæ. Tu אתה ſub. vt timeas eum inquam tu, &c.

3 Et cuſtodias vt facias, ושמרת לעשות & obſerues vt facias. ſub. quod præcipio. Vel, diligenter obſerues vt facias. Alii, & obſeruabis opere cõplendo. Dixit דבר .i. promiſit. 5 Anima tua, נפשך Animam pro affectu poſuit. Fortitudine tua. מאודך: facultate tua .i. totis viribus cordis tui. 6 In corde tuo: על־לבבך: Id eſt in mente tua, vel memoria. q.d. nunquam tibi mente excidant.

7 Et repetes ea ושננתם Ad verbum, Et acues ea. Per tranſlationem vtitur hac voce Moſes. Metaphora ducta à gladio, qui dum acuitur, ſæpius impellitur ad cotem. Innuit ſtudium & diligentiam qua pueris præcepta Dei inculcari debent. Doctus inter Hebræos hãc vocem per Continuò loqui exponit .i. inculcabis illa, vel identidem repetes & dices illa filiis tuis. Et loquêris de eis ודברת בם & commentaberis [verba facies] de eis. Quando ſedebis in, &c. בשבתך בביתך quum mãſeris in domo tua. vel, quando continebis te domi .i. domi & foris, noctu & interdiu. 8 In ſignũ לאות .i. facies ex illis brachialia quæ obuerſabũtur oculis tuis, vt reducant in memoriã. Metaphora à ſagittariis qui intentiſſimos habent oculos in ſignum, ſiue ſcopum. In frontalia לטוטפות velut frontalia .i. facies tibi ex illis brachialia & frontalia, vt iugiter redeant tibi in memoriam. Aut, verſabuntur tibi inter oculos velut frõtalia quædam in interſtitio quod eſt inter oculos. 9 In poſtibus על־מזוזות Significat latera oſtii & ingreſſus domus. Gallicè, *Les iambes d'une huiſſerie de maiſon.* Hoc præcipiebat Dominus, vt quotieſcunque quis ingrederetur domum, intueretur illa, & reminiſceretur.

10 Et pulchras וטובות Ad verbum, & bonas. id eſt egregias & eximias.

11 Effoſſas quas non effodiſti: חצובים אשר לא־חצבת excisas quas non excidiſti. vel, excauatas quas non excauaſti. Et comederis, & ſaturatus fueris: ואכלת ושבעת: Hebraiſmus, pro, comederis vſque ad ſaturitatem.

Caue tibi ne obliuiſcaris Iehouæ qui eduxit te è terra AEgypti è domo ſeruorum. 12

Deus timendus, & illi ſoli ſeruiē dum. Per nomē illius iurandum.

Iehouā Deū tuū timebis, & ipſū coles: "ac per nomē ei⁹ iurabis. 13

Non ambulabitis poſt deos alios è diis populorum qui ſunt in circuitibus veſtris: 14

(Deus enim zelotes, Iehouáh Deus tuus in medio tui eſt) ne fortè iraſcatur furor Iehouæ Dei tui in te, & diſperdat te de ſuperficie terræ. 15

Non tētandus.

Non tentabitis Iehouam Deum veſtrum, quēadmodum tentaſtis "in Maסſſa. 16

"Cuſtodiendo cuſtodietis præcepta Iehouæ Dei veſtri, & teſtimonia eius, & ſtatuta eius quæ præcepit tibi: 17

Faciéſque quod rectū *eſt* & bonum in oculis Iehouæ: vt bene ſit tibi, "& ingrediaris, poſſideáſque terram optimam *de* qua iurauit Iehouáh Patribus tuis: 18

Vt propulſet omnes inimicos tuos "à facie tua, quemadmodū loquutus eſt Iehouáh. 19

Præcepta Dei, filiis inculcanda.

Quum interrogauerit te filius tuus "cras, dicendo, Quid ſibi volunt teſtimonia, & ſtatuta, & iudicia quæ præcepit Iehouáh Deus noſter vobis? 20

Tunc dices filio tuo, Serui fuimus Parעóh in AEgypto, & eduxit nos Iehouáh ex AEgypto in manu forti: 21

Dedítque Iehouáh ſigna & portenta magna, & peſſima in AEgypto in Parעonem & in totam domum eius in oculis noſtris: 22

Atque nos eduxit inde, vt introduceret nos, *ac* daret nobis terrā *de* qua iurauit Patribus noſtris. 23

Itaque præcepit nobis Iehouáh vt faciamus omnia ſtatuta iſta, vt timeamus Iehouam Deum noſtrum "in bonum noſtrum omnibus diebus, "vt conſeruaret nos in vita, vt in hac die. 24

Et iuſtitia erit nobis, "quum cuſtodierimus vt faciamus omne præceptum iſtud coram Iehoua Deo noſtro, quemadmodū præcepit nobis. 25

Cap. VII.

Cum Gentibus fœdus non ineūdum.

QVum introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terram quam tu ingreſſurus es vt poſſideas eam, "& auulſerit gentes multas à facie tua, חHitthæū, & Girgaשſæum, & אEmoræū, & Chenaעanæum, & Perizæum, & עHiuæum, & Iebuסſæum, ſeptē gentes, "multas & robuſtiores te: 1

Et tradiderit eas Iehouáh Deus tuus corā te, & percuſſeris eas: "perdendo perdes eas: non inibis cum illis pactum, neque miſereberis earum. 2

Neque iunges te affinitate cum eis: filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo. 3

"Auocabit enim filium tuū *ne eat* poſt me, & colēt deos alienos: propterea iraſcetur furor Iehouæ in vos, & diſperdet te citó. 4

Caue diligenter ne obliuiſcaris Domini qui eduxit te de terra AEgypti, de domo ſeruitutis.

Dominum Deum tuum timebis, & illi ſeruies, ac per nomē illius iurabis.

Infrà 10.d.20 matth.4.b.10 luc.4.b.8

Non ibitis poſt deos alienos cūctarum gētiū quæ in circuitu veſtro ſunt:

(Quoniā Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui) nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ.

C

‖Non tentabis Dominū Deum tuū, ‖ſicut tentaſti in loco tentationis.

Matth.4.b.1 luc.4.b.12 Exod.7.a.2 nume.21.b.5

Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias quas pręcepit tibi:

Et fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu Domini, vt bene ſit tibi: & ingreſſus poſſideas terram optimā, de qua iurauit Domin⁹ Patribus tuis,

Vt deleret omnes inimicos tuos coram te, ſicut loquutus eſt.

D

Quum interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid ſibi volunt teſtimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia quæ præcepit Dominus Deus noſter vobis?

Dices ei, Serui eramus Pharaonis in AEgypto, & eduxit nos Dominus de AEgypto in manu forti:

Fecitq; ſigna atq; prodigia magna & peſſima in AEgypto, contra Pharaonem & omnem domum illius in conſpectu noſtro:

Et eduxit nos inde, vt introductis daret terram ſuper qua iurauit Patribus noſtris.

Præcepitque nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum noſtrum, vt bene ſit nobis, cunctis diebus vitæ noſtræ ſicut eſt hodie.

Eritque noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius corā Domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis.

Cap. VII.

QVum introduxerit te Domin⁹ Deus tuus in terram quā poſſeſſurus ingrederis, & deleuerit gentes multas corā te, Hethæū, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum, & Heuæū, & Iebuſæum, ſeptem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robuſtiores te:

Infrà 31.a.3

Tradideritq; eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vſque ad internecionem: ‖ non inibis cū eis fœdus, nec miſereberis earum.

Exod.23.g.32, & 34.b.12

Neque ſociabis cum eis cōiugia: filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo.

Quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis: iraſcetúrque furor Domini, & delebit te citó.

---

13 Ac per nomen e.iur. ובשמו תשבע: ſub. & non per nomen idoli, quod quum res nihili ſit, de re vlla non poteſt teſtari, & fidem facere. acſi dicat, quādo voles aliquid affirmare, aut ſi voles cum aliquo inire fœdus, ſiquando iubearis à Magiſtratu iurare, aut in vſum proximi, non aduocabis alium in teſtimonium quàm Deum tuum veracem, rerum omnium conſcium, qui ſolus rerum omnium teſtis eſt verax: non muta idola, & ſine ſenſu. Ita Hebræi exponunt. Ne autem exiſtimes pro quauis re leui iuramentum hîc præcipi in nomine Dei: nam de ſolenni iuramento tantùm intelligendus eſt locus. 16 In Maסſſáh. במסה: Vide Exod.17.b.7.

17 Cuſtodiendo cuſt. שמור תשמרון Hebraiſmus, Diligenter cuſtodietis. 19 A facie t. מפניך ſub. in aduentu tuo.

20 Cras, מחר .i. in poſterum, ſiue poſthac. 24 In bonum no לטוב לנו .i. vt bene eſſet nobis ſemper. Vt conſeruaret nos in vita, &c. לחיותנו וגו' Ad verbum, vt viuificaret nos ſecundum diem iſtam. i. vt ſeruaret nos incolumes, vt vides nos incolumes eſſe hodie.

25 Quum cuſt. vt faciamus כי־נשמור לעשות quum ſeruabimus faciendo. vel, opere complendo.

IN CAPVT VII.

1 Et auulſerit ונשל & expulerit. & deleuerit. Multas רבים numeroſiores. i. quæ te numero ac viribus ſuperant.

2 Perdendo perdes eas: החרם תחרים אותם interficiendo interficies eas. i. prorſus interficies.

4 Auocabit enim כי־יסיר .i. hac ratione aliquis eorum auocare poſſet & abducere filium tuum ne poſtea colat me.

Quin potius hęc facietis eis, Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucóſque ſuccidite, & ſculptilia comburetis.

Infrà 14.a.2,& 26.d.18

‖Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram.

B

Non quia cũctas gẽtes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus, & elegit vos, quum omnibus ſitis populis pauciores:

Sed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramentum quod iurauit Patribus veſtris, eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis AEgypti.

Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt De⁹ fortis & fidelis, cuſtodiẽs pactum & miſericordiam diligẽtibus ſe, & his qui cuſtodiũt pręcepta eius, in mille generationes:

Et reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis reſtituẽs quod merẽtur.

Cuſtodi ergo præcepta & cæremonias atque iudicia quæ ego mãdo tibi hodie vt facias.

Si, poſtquam audieris hęc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactũ tibi, & miſericordiam quam iurauit Patribus tuis.

C

Et diliget te ac multiplicabit, benedicétque fructui ventris tui & fructui terræ tuæ, frumẽto tuo atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum ſuper terram pro qua iurauit Patribus tuis vt daret eã tibi.

Exod.23.f.26

Benedictus eris inter omnes populos.‖ Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis.

Auferet Dominus à te omnem languorem, & infirmitates AEgypti peſſimas quas nouiſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis.

Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: non parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum, ne ſint in ruinã tui.

Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero delere eas?

Noli metuere, ſed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis AEgyptiis,

Plagas maximas quas viderunt oculi tui, & ſigna atque portenta, manúmque robuſtam & extentum brachiũ vt educeret te Dominus Deus tuus: ſic faciet cunctis populis quos metuis.

5 'Sed ſic facietis eis, Altaria eorũ deſtruetis, & ſtatuas eorũ cõfringetis, lucóſque eorũ ſuccidetis, ac ſculptilia eorũ cõburetis igni:

Statuæ ſubuertendæ.

Sanctus.

6 Nã populus ſanctus es Iehouæ Deo tuo: te elegit Iehouáh De⁹ tuus, vt ſis illi populus peculiaris ex omnibus populis qui ſunt in ſuperficie terræ.

Electio à dilectione Dei.

Iudæi, populus Dei.

7 Non 'quia plures eſſetis præ omnibus populis, 'amauit vos Iehoua, & elegit vos: (vos enim eratis pauciores omnibus populis)

8 Sed quia diligebat vos Iehouáh, & cuſtodire volebat iuramẽtũ quod iurauerat Patribus veſtris, eduxit vos Iehouáh in manu forti, & redemit vos è domo ſeruorũ, è manu Paryóh regis AEgypti.

Iuramentũ Dei.

9 'Et ſcies quòd Iehouáh Deus tuus eſt Deus, Deus *inquam* 'fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & cuſtodiẽtibus præcepta ſua, vſque ad mille generationes:

Miſericordia.

10 Et reddens odio habenti ipſum, 'in faciem eius, *ita* vt perdat eũ: neque 'tardabit, odio habenti ipſum, in faciem eius reddet ei.

11 Cuſtodias ergo præcepta, & ſtatuta, & iudicia quæ ego præcipio tibi hodie vt ea facias.

Benedictio ſeruãtibus præcepta.

עקב

12 Et erit, 'propterea quòd audieritis iudicia iſta, & cuſtodieritis feceritíſque ea: cuſtodiet Iehouáh Deus tuus tibi pactum, & miſericodiam 'de qua iurauit Patribus tuis.

13 Diliget quoque te, & benedicet tibi, 'multiplicabítque te: benedicet nanque fructui ventris tui & fructui terræ tuæ, frumento tuo, & muſto tuo, & oleo tuo, 'fœtui boum tuorum, & gregibus ouium tuarũ in terra de qua iurauit Patribus tuiſſe daturum tibi.

Dilectio & benedictio Dei.

14 Benedictus eris præ cunctis populis, non erit in te infœcundus neque infœcunda, neque in iumentis tuis.

Sterilis.

15 Auferétque à te Iehouáh omnem infirmitatem, '& omnes ægritudines AEgypti peſſimas quas noſti: non ponet illas in te, ſed ponet eas in omnibus qui te oderint.

Infirmitates.

16 Abſuméſque omnes populos quos Iehouáh Deus tuus dat tibi: non parcet oculus tuus eis, nec coles deos eorum, quia 'laqueus eſt tibi.

Idololatras præcipit Deus occidi, & quare.

17 Quum dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes illæ quàm ego, quomodo potero expellere eas?

Scandalum.

18 Ne timeas tibi ab eis: *ſed* recordando recorderis quæ fecerit Iehouáh Deus tuus ipſi Paryóh & omnibus AEgyptiis,

Dei potentia & opera reuocãda in memoriam.

19 'Tentationum magnarum quas viderunt oculi tui, & ſignorũ, portentorúmque, & manus validæ, brachiíque extenti quo eduxit te Iehouáh Deus tuus: ſic faciet Iehouáh Deus tuus omnibus populis à quorum conſpectu times tibi.

5 Sed כִּי־אִם Quin potius. 7 Quia plures eſſetis מֵרֻבְּכֶם quia numeroſiores eſſetis. Amauit חָשַׁק dilexit. deſiderauit. id eſt, non fuit captus amore veſtri. 9 Et ſcies וְיָדַעְתָּ quum ſcilicet adimpleuerit omnes promiſſiones ſuas. Fidelis, הַנֶּאֱמָן verax. id eſt ſeruans promiſſi. ſeipſum declarat mox.

10 In faciem eius, אֶל־פָּנָיו Id eſt viuenti. dum adhuc viuit. Sic exponit Chaldæus paraph. & doctus inter Hebræos. Alii ad Deum referunt, & Faciem hic pro Ira accipiunt: hoc ſenſu, Deus odientibus ſe viciſſitudinem reddit facie ſua irata, vt ſcilicet eos perdat. Alii exponũt, in faciem eius, nempe Dei. q.d. contra cuius Dei faciem reflectitur eius odium. Deum enim benedictum ac glorioſum oderunt qui peſſimè viuunt, contemnentes illius mandata. Alii, in faciem eius, exponunt, ſtans contra faciem eius, atque increpans. Alii, in faciẽ eius, pro Manifeſtè accipiunt. Alii, in faciem ſuam. i. reddens ac retribuens illi ipſi qui oderit ipſum, iniuriam acceptam. vt In faciem ſuam, ſit vice pronominis, iuxta illud Exod. 33.c.14, Et facies meæ ibũt ante te. i. ego te præcedam. Tardabit, יְאַחֵר Fut. Heb. pro præſ. tardat. differt. i. non nectit moras, ſtatim ei à quo acceperit iniuriam, adhuc eo viuente, refert iniuriam acceptam. Aut expone In faciem eius, vt paulo antè.

12 Propterea quòd עֵקֶב Hæc eſt tertia huius libri apud Hebræos ſectio, quam nominant עקב. Quidam Mercedem exponunt, contra doctiſſimorum Hebræorum & Latinorum iudicium. De qua iurauit אֲשֶׁר נִשְׁבַּע .i. quam interpoſito iuramento maioribus pollicitus eſt. 13 Multiplicabítque te: וְהִרְבֶּךָ .i. ſemen tuum & opes tuas. Seipſum mox exponit. Fœtui boum t. שְׁגַר אֲלָפֶיךָ Ad verbum, emiſſioni boum tuorum. i. partui armenti tui. 15 Et omnes ægrit. וְכָל־מַדְוֵי & omnes plagas. vel, dolores. aut, infirmitates. 16 Laqueus eſt tibi. מוֹקֵשׁ הוּא לָךְ: offendiculum eſt tibi. ſub. cultus ille idolorum. ſcandalum eſt tibi. q.d. auertit te à Deo tuo, ne te totum coniicias in eum, & ab illo ſolo pendeas. 19 Tentationum הַמַּסֹּת Id eſt probationum.

20 Præterea'crabronem immittet Iehouáh Deus tuus in eos, donec pereant qui ſuperfuerint,& qui abſconderint ſe à facie tua.

21 Ne paueas *igitur* à facie corũ: quia Iehouáh Deus tuus eſt in medio tui,'Deus maximus & terribilis.

Paulatim Gẽtes erant interficiẽdæ,& quare.

22 Expellétque Iehouáh Deus tuus gentes iſtas à facie tua paulatim paulatim : non poteris abſumere eas citò ," ne multiplicetur contra te beſtia agri.

23 "Attamen tradet eas Iehouáh Deus tuus'corã te,& conteret eas contritione maxima,donec perdantur ipſæ.

24 Tradétque Reges earum in manũ tuã,& perdes nomen eorum de ſub cælo:non conſiſtet quiſquam coram te,donec perdas eos.

Sculptilia ſiue magines

25 Sculptilia deorum ipſorum combures igni: non concupiſces argentum & aurum"*quæ ſunt* ſuper ea, & capias tibi: ne"illaquees te in illo:"abominatio enim Iehouæ Dei tui eſt.

26 Neque introduces"abominationem in domum tuam,& ſis"anáthema ſicut illud : "deteſtando deteſtaberis illud , & abominando abominaberis illud, quia"eſt anáthema.

Cap. VIII.

Cõmemoratiõ afflictionũ ac beneficiorum Dei, qua cõfirmat Iudæorum fidẽ vt ſẽper & vbique ſoli Deo fidant.

1 OMne præceptum quod ego præcipio tibi hodie, 'cuſtodietis vt faciatis,vt viuatis, & multiplicemini, & ingrediamini vt poſſideatis terram de qua iurauit Iehouáh Patribus veſtris.

Tentat Deus.

Cor hominis.

2 'Meminerísque totius viæ per quam deduxit te Iehouáh Deus tuus iam quadraginta annis in deſerto,vt affligeret te,ac tentaret te,vt ſciret quid *haberes* in corde tuo, vtrũ obſeruaturus eſſes præcepta eius,"an non.

Quæcunque re viuere poteſt homo,ſi iuſſerit Deus.

3 Et afflixit te,ac eſurire te fecit, poſtea pauit te Man, quod non noueras, neque nouerant patres tui: 'vt ſcire faceret te quòd non in pane ſolo 'viuet homo,ſed'omni eo quod egreditur ex ore Iehouæ,viuet homo.

4 Veſtimentum tuum nequaquam "veterauit ſuper te,neque pes tuus"intumuit iam quadraginta annis.

5 'Sciáſque in corde tuo quòd quemadmodum corripit homo filium ſuum,*ſic* Iehouáh Deus tuus'corripit te.

Erudit nos De⁹.

6 Et cuſtodies præcepta Iehouæ Dei tui, vt ambules per vias ei⁹, & timeas eum.

Terra poſſeſſionis qualis.

7 'Iehouáh enim Deus tuus introducit te in terram optimã,terrã torrentium,aquarum,fontium,& voraginum erumpentium per

---

D

20 Inſuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos,donec deleat omnes atque diſperdat qui te fugerint, & latere potuerint.

Exod.23.e.25,& 33.a.2 ioſue 24.c.11

21 ‖Non timebis eos , quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt,Deus magnus & terribilis:

22 Ipſe conſumet nationes has in cõſpectu tuo paulatĩ atque per partes: nõ poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur cõtra te beſtiæ terræ.

23 Dabitque eos Dominus Deus tuus in cõſpectu tuo:& interficiet illos,donec penitus deleantur.

24 Tradétque Reges eorũ in manus tuas, & diſperdes nomina eorum ſub cælo: nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos.

2.Mach.12.g.40

25 Sculptilia eorum igne cõbures:non cõcupiſces argentũ & aurũ de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quicquã, ne offendas propter ea: quia abominatio eſt Domini Dei tui.

26 Nec inferes quidpiã ex idolo in domum tuam,ne fias anathema ſicut & illud eſt : quaſi ſpurcitiã deteſtaberis, & velut inquinamentum ac ſordes abominationi habebis , quia anathema eſt.

Cap. VIII.

1 OMne mandatum quod ego pręcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias:vt poſſitis viuere,& multiplicemini , ingreſſique poſſideatis terram pro qua iurauit Dñs patribus veſtris.

Infrà 29.a.5

2 Et recordaberis cuncti itineris per quod‖adduxit te Dominus Deus tu⁹ quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret , & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur,vtrum cuſtodires mandata illius, an non.

Matth.4.a.4 luc.4.a.5

3 Afflixit te penuria,& dedit tibi cibũ Manna,quod ignorabas tu & patres tui : vt oſtenderet tibi quòd ‖non in ſolo pane viuat homo,ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini.

B

4 Veſtimentum tuum quo operiebaris,nequaquam vetuſtate defecit , & pes tuus non eſt ſubtritus en quadrageſimus annus eſt:

Infrà 26.a.3

5 ‖Vt recogites in corde tuo quia ſicut erudit filium ſuum homo,ſic Dominus Deus tuus erudiuit te,

6 Vt cuſtodias mãdata Domini Dei tui,& ambules in viis eius,& timeas eum.

7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam , terram riuorum aquarumq; & fontium:in cu-

---

20 Crabronem את־הצרעה muſcam venenatam.veſpam.inſecta. 21 Deus אל fortiſſimus.

22 Ne multiplicetur,&c. פן־תרבה וגו' .i.ne terra deſerta pariat feras multas quæ te deuorent.

23 Attamen tradet eas ונתנם Ad verbũ,Et dabit eas.i.Sed tandem tamẽ tradet eas. Corã te,לפניך ante conſpectum tuum.i.in tuam poteſtatem. 25 *Quæ ſunt* ſuper ea, עליהם ſub.idola.i.quo teguntur idola illa.Subauditur ש vel אשר. Illaquees te תוקש offendas.ſcandalum patiaris.vt paulo antè verſu 16. Abominatio,&c. תועבת וגו' .i.ab hoc maximè abhorret Iehouáh.

26 Abominationem תועבה .i.idola abominanda. Anáthema חרם De hac voce vide Leuit.27.c.21.Nume.21.a.3. Deteſtando deteſt.illud, שקץ תשקצנו abhorrendo abhorrebis ab eo. Eſt anáthema. חרם הוא: .i.omnino perdi debet.

IN CAPVT VIII.

1 Cuſtodietis vt faciatis, תשמרון לעשות dabitis operam vt faciatis.Vel vt alii,cuſtodietis faciendo. 2 Meminerísque וזכרת Mutatio perſonæ & numeri,vt & in præcedenti verſu. An non. אם־לא: Particula אם ante לא vtplurimum accipitur pro aduerbio An.

3 Vt ſcire faceret te למען הודיעך vt pro comperto haberes. Viuet יחיה victurus eſt.Fut.Heb.pro præſ.viuit.viuere poſſit.aut ſoleat. Omni eo quod egred.ex ore Ieh. על־כל־מוצא פי־יהוה Ad verbum,omni egreſſu oris Iehouæ.i. omni verbo quod egreditur,&c.vt Euangeliſtæ Matthæus, cap.4.a.4, & Lucas 4.a.4, hunc locum adducunt . Quidam falſò hæc verba ad ſpiritualem vitam detorquent, acſi dictum eſſet,animas non ali viſibili pane,ſed Dei verbo. Eſt id quidem in ſe verum: ſed aliò reſpexit Moſes, nam quum nullus ad manum eſſet panis,commemorat Man extraordinarium alimentum fuiſſe populo:vt hoc documento teſtatum in omne tempus fieret,hominum vitam non eſſe incluſam in pane, ſed pendêre à nutu & beneplacito Dei. Itaque Verbum nõ pro doctrina capitur,ſed pro decreto quod Deus publicauit quo ad tuendũ naturæ ordinem,& fouendas creaturas.neque enim cõditos à ſe homines abiicit,ſed ea lege vitam illis infundit,vt ſemel datam,aſſiduè ſuſtineat.Sic dicit Apoſtolus,Heb.1.a.3,omnia ſuſtineri potenti eius verbo:hoc eſt vegetari totum mundum,& ſingulas eius partes in ſuo manere ſtatu,nutu eius ac decreto,cuius potentia ſurſum & deorſum vbique diffunditur.

4 Veterauit בלתה vetuſtate conſumptum fuit. Intumuit בצקה fuit diſcalceatus.q.d.calcei tui non fuerunt attriti.Alii,infectus luto.inſtar ſcilicet digitorum mulierum quæ paſtam ſubigunt.

5 Sciáſque in corde tuo, וידעת עם־לבבך Sciáſque apud te.vel,Cogitabis ergo apud te. Corripit יוסר caſtigat.erudit.

7 Iehouah enim כי יהוה Quidam vertunt, Quum Iehouah Deus tuus introduxerit te,&c.Et comederis,&c. per futurum coniunctiui:& iungunt verſui vndecimo, Caue tibi,&c.

ius campis & montibus erũpunt fluuiorum abyſſi:

8 Terram frumenti, hordei, ac vinearũ, in qua ficus, & malogranata, & oliueta naſcuntur, terram olei ac mellis:

9 Vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrũ ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur:

C 10 Vt quum comederis & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.

11 Obſerua & caue, nequãdo obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & cęremonias quas ego pręcipio tibi hodie:

12 Ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis,

13 Habuerisque armẽta boum, & ouiũ greges, & argẽti & auri, cũctarúmque rerum copiam,

14 Eleuetur cor tuũ, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra AEgypti, de domo ſeruitutis:

15 Et ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpẽs D flatu adurens, & ſcorpio, ac dipſas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra duriſſima:

Nume.20.b.11

Exod.16.c.15

16 Et cibauit te Manna in ſolitudine, quod neſcierunt patres tui: & poſtquam afflixit ac probauit te, ad extremum miſertus eſt tui,

17 Ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt:

18 Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuum ſuper quo iurauit Patribus tuis, ſicut præſens indicat dies.

19 Si autem oblitus Domini Dei tui, ſequutus fueris deos alienos, coluerisque illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino diſpereas.

20 Sicut gẽtes quas deleuit Domin⁹ in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

Cap. IX.

1 AVdi Iſrael, Tu tranſgrederis hodie Iordanem, vt poſſideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingẽtes, & ad cælũ vſq; muratas:

2 Populũ magnũ atque ſublimem, filios Enacim quos ipſe vidiſti & audiſti, quibus nullus poteſt exaduerſo reſiſtere.

3 Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis deuorans atque conſumens, qui conterat eos, & deleat atque diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicut loquutus eſt tibi.

4 Ne dicas in corde tuo quum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc poſſiderem, quum propter impietates ſuas iſtę deletæ ſint nationes.

″valles & per montes,

8 Terram frumẽti, & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati, terrã ″oliuæ olei & mellis:

9 Terram in qua non comedes panem in penuria, nec indigebis vlla re in ea: terram ″cuius lapides *ſunt* ferrum, & è montibus eius excides æs.

10 Comedes inquam, & ſaturaberis, túncque benedices Iehouæ Deo tuo propter terram optimam quam dederit tibi.

Gratiæ Deo agendæ.

11 Caue tibi ne obliuiſcaris Iehouæ Dei tui, vt nõ obſerues præcepta eius, & iudicia eius, & ſtatuta ei⁹ quæ ego præcipio tibi hodie:

12 Ne fortè comedas & ſatureris, & domos egregias ædifices, atque habites *in illis*:

Comedere, Saturari.

13 ″Et boues tui, ouéſque tuæ multiplicẽtur, argentum quoque & aurũ multiplicetur tibi, omne inquã quod eſt tibi, multiplicetur:

14 Tum eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Iehouæ Dei tui qui eduxit te è terra AEgypti, è domo ſeruorum:

Cor ne eleuetur.

15 Qui deduxit te per deſertum magnum & terribile ″ſerpentis adurẽtis, & ſcorpionis, & ſitis, in quo nulla erat aqua: qui eduxit tibi aquam ″è petra ſilicis:

16 Qui pauit te Man in deſerto, quod non nouerant patres tui, vt affligeret te, & probaret te, vt benefaceret tibi ″in nouiſſimo tuo.

17 Et *caue ne* dicas in corde tuo, Potentia mea, & robur manus meæ ″parauit mihi has opes:

18 Sed memineris Iehouæ Dei tui, quia ipſe dat tibi potẽtiam ad parandas opes, vt confirmet pactum ſuum quod iurauit Patribus tuis, ″ſicut in hac die.

Diuitiæ & alia corpori neceſſaria, miſericordiæ Dei tribuẽda, non noſtris viribus.

19 ″Quòd ſi obliuiſcendo oblitus fueris Iehouæ Dei tui, & ambulaueris poſt deos alienos, coluerísq; eos, ″& incuruaueris te eis: ″teſtor contra vos hodie quòd pereundo peribitis.

20 Sicut gentes quas Iehouáh ″perditurus eſt à facie veſtra, ſic peribitis, eo quòd non parueritis voci Iehouæ Dei veſtri.

Cap. IX.

1 AVdi Iſraél, tu tranſis hodie Iardén, ″vt ingrediaris ad poſſidendas gentes ″maiores & robuſtiores te, *&* vrbes magnas ″& munitas vſque ad cælum:

2 Populum magnum & excelſum, ″filios yAnacím quos tu noſti, túque ″audiſti, Quis conſiſtet coram ″filiis yAnác?

3 Scito itaque hodie quòd Iehouáh Deus tuus eſt qui tranſit ante te, *ſicut* ignis conſumens, qui delebit eos, & idem humiliabit eos ante te, ac *ita* expelles eos: perdéſque eos citò, quemadmodum dixit Iehouáh tibi.

4 Ne dicas in corde tuo, quum propulſauerit Iehouáh Deus tuus illos à facie tua, dicendo, Propter iuſtitiam meam introduxit me Iehouáh vt poſſideam terram iſtam, & propter impietatem gentium iſtarum Iehouáh expellit eas à facie tua.

Iuſtitiæ hominũ non tribuenda Dei beneficia.

Per valles, &c. בבקעה ובהר: Singul. Heb. pro plur. 8 Oliuæ olei זית שמן .i. oleæ fructiferæ. 9 Cuius lapides, &c. אשר אבניה .i. in qua enaſcuntur metalla ferri & æris. 13 Et boues t. ouéſque t. ובקרך וצאנך Et armentum tuum & grex tuus. 15 Serpentis adurentis, & ſcorpionis, נחש שרף ועקרב Id eſt, in quo erant ſerpentes igniti & adurentes, & ſcorpiones. E petra ſilicis: מצור החלמיש: Id eſt è rupe ſilicea, hoc eſt duriſſima. 16 In nouiſſimo t. באחריתך: Id eſt vt tandẽ tibi multa beneficia conferret. 17 Parauit mihi has opes: עשה לי את־החיל הזה: Ad verbum, fecit mihi ſubſtantiam hanc. Sic verſu ſequenti. 18 Sicut in hac die. כיום הזה: .i. vt hodie res habet. 19 Quòd ſi obliuiſcendo והיה אם שכח Ad verbum, Et erit, ſi obliuiſcendo. Et incuruaueris te eis: והשתחוית להם & adoraueris ipſos. Teſtor העדתי ſub. cælum & terram. 20 Perditurus eſt à fa. ve. מאביד מפניכם Præſ. Heb. pro fut. perditurus propter vos. vel, ſub aduentum veſtrum.

IN CAPVT IX.

1 Vt ingred. ad poſſid. לבוא לרשת .i. vt ingreſſus terram promiſſam, poſſideas. Maiores גדולים numeroſiores. Et munitas ובצורות Pro muratas poſitum eſt. 2 Filios yAnacim בני ענקים filios gigantum .i. gigantes. Audiſti, שמעת ſub. de eo ab exploratoribus, nempe quæ ſequuntur. Filiis yAnác: בני ענק: .i. gigantibus.

AEquitas cordis

5 Non propter iuſtitiã tuã & rectitudinẽ cordis tui tu ingrederis ad poſſidendũ terrã eorũ: ſed propter impietatẽ gẽtiũ iſtarũ Iehouáh Deus tuus expellit eas à facie tua, & vt cõfirmet verbũ quod iurauit ipſe Iehouáh Patribus tuis Abrahám, Ixſnhác, & Iayacób.

6 Proinde ſcito quòd non propter iuſtitiam tuam Iehouáh Deus tuus dat tibi terram iſtam optimam, vt poſſideas eam: ſiquidem populus duræ ceruicis es.

Reducit Moyſes in memoriã Iſraelitis qui peccatores ſunt, vt bonitatem Dei cognoſcant.

7 Memento, *&* ʹne obliuiſcaris quòd ad iram prouocaſti Iehouam Deum tuum in deſerto: ʹà die qua egreſſus es è terra AEgypti, *do* nec ingreſſi eſtis ad locum iſtum, rebelles fuiſtis Iehouæ.

Moyſes aſcendit in mõtẽ Horeb.

8 Etiam in Horéb prouocaſtis ad iram Iehouam, & iratus eſt Iehouáh contra vos ʹvt perderet vos.

Duæ tabulæ.

9 Quum aſcẽdiſſem in montem illum vt acciperem tabulas lapideas, tabulas inquam pacti quod pepigerat Iehouáh vobiſcũ, tunc manſi in monte quadraginta dies & quadraginta noctes, *ubi* panẽ non comedi, & aquam non bibi.

10 Et dedit Iehouáh mihi duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei: ʹ& in eis *erat* iuxta omnia verba quæ dixerat Iehouáh vobis in mõte è medio ignis, in die congregationis.

11 ʹFuit autẽ in fine quadraginta dierũ & quadraginta noctiũ, dedit Iehouáh mihi duas tabulas lapideas, tabulas *inquam* pacti.

Vitulus aureus.

12 Dixítq; Iehouáh mihi, Surge, deſcende celeriter hinc, quia ʺ*uiam ſuam* corrupit populus tuus quẽ eduxiſti ex AEgypto, receſſerũt citò de via quam præceperam illis, fecerunt ſibi ʹconflatile.

13 Dixit quoque Iehouáh ad me, dicendo, Vidi populum iſtum, & certè populus duræ ceruicis eſt.

14 Dimitte me vt perdam eos, deleámque nomen eorum ſub cælo, ʺ& faciam te in gentem robuſtiorem & maiorem illa.

15 ʹVerti itaque me, & deſcendi è monte (mons autẽ ille ardebat igni) & duæ tabulæ pacti erant in duabus manibus meis.

Tabulas confringit Moyſes.

16 Quúmque aſpexiſſem, ecce peccaueratis Iehouæ Deo veſtro, feceratis *enim* vobis vitulum conflatilem, receſſeratis citò dè via quam præceperat Iehouáh vobis.

Deſerere viam Dei.

17 Tunc apprehendi duas illas tabulas, & proieci eas è duabus manibus meis, confregíque illas in oculis veſtris.

Oratio Moyſi cum ieiunio.

18 ʹEt prócidi corã Iehoua ſicut prius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, *&* panem non comedi, & aquam nõ bibi propter ʺomne peccatum veſtrum quod peccaueratis, faciendo malũ in oculis Iehouæ, ʺirritando eum.

19 (ʹTimui enim propter furorẽ & irã qua iratus erat Iehouáh cõtra vos ʺvt perderet vos) & exaudiuit me Iehouáh hac quoque vice.

Iratus Deus cõtra Aaronem.

20 In Aharón etiã iratus eſt Iehouáh vehementer, *ita ut uellet* perdere illum: tum oraui etiam pro Aharón illo tempore.

21 Peccatum autem veſtrum quod feceratis, *id eſt* vitulum accepi, & combuſſi illum igni, contriuíque illum ʹmolendo bene, donec

5 Neque enim propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui ingrederis vt poſſideas terras earũ: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ ſunt: & vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramẽto pollicitus eſt Patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob.

6 Scito ergo quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terrã hãc optimã in poſſeſſionẽ, quum duriſſimæ ceruicis ſis populus. B

7 ‖Memento, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiã prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudine: ex eo die quo egreſſus es ex AEgypto vſque ad locum iſtum ſemper aduerſum Dominum contendiſti.

Exod.14.b.10, & 16.a.2, & 17.a.2,

8 Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit,

9 Quãdo aſcẽdi in mõtẽ vt acciperẽ tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcũ Dominus: ‖& perſeueraui in mõte quadraginta diebus ac noctibꝰ, panẽ nõ comedens, & aquã nõ bibẽs.

Exod.24.d.18, & 34.d.28

10 ‖Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis loquutus eſt in mõte de medio ignis, quando concio populi cõgregata eſt.

Exod.31.d.18

11 Quúmque tranſiſſent quadraginta dies & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12 Dixitque mihi, Surge, & deſcende hinc citò: quia populus tuus quẽ eduxiſti de AEgypto, deſeruerunt velociter viam quam demonſtraſti eis, fecerúntque ſibi conflatile.

13 Rurſúmque ait Dominus ad me, Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit. C

14 Dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de ſub cælo, & cõſtituam te ſuper gentem quæ hac maior & fortior ſit.

15 Quúmque de monte ardente deſcẽderẽ, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu,

16 Vidiſſémque vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum cõflatilem, ac deſeruiſſe velociter viã eius quam vobis oſtenderat:

17 Proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conſpectu veſtro.

18 Et procidi ante Dominum ſicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem nõ comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominũ, & eum ad iracundiam prouocaſtis.

19 (Timui enim indignationem & irã illius, qua aduerſum vos concitatus, delere vos voluit) & exaudiuit me Dominus etiam hac vice.

20 Aduerſum Aaron quoque vehemẽter iratus, voluit eũ conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum.

21 Peccatum autem veſtrum quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta comminuens,

---

7 Ne obliuiſc. quòd ad, &c. אל־תשכח וגו׳ Ad verbum, ne obliuiſcaris *eius per* quod ad iram, &c. A die למן־היום Hìc ל redundat.

8 Vt perderet vos. להשמיד אתכם: ad delendos vos. i. ita vt interminaretur ſe deleturum vos. Vide infra verſu 19

10 Et in eis, &c. ועליהם וגו׳ .i. in quibus omnia illa continebantur quæ dixerat vobis Dominus. Confer iſtum verſum & ſequentem cũ 18 verſu capitis 31 Exodi.

11 Fuit a. in fine, &c. ויהי מקץ וגו׳ Exactis autem quadraginta, &c. vel, Tandem exactis, &c.

12 *Viam ſuam* corrupit שחת corrupit ſeſe. corruptus eſt. perdidit ſeſe, Hæc leges Exod. 32. b. 7. Conflatile. מסכה: .i. vitulum conflatilem, vt eſt in Exodo.

14 Et faciam te in gentem, &c. ואעשה אותך לגוי וגו׳ Hebraiſmus, efficiam vt ex te prodeat gens robuſtior & numeroſior.

15 Verti itaque me & deſc. ואפן וארד Tunc conuerſus deſcendi. Nume. 32. c. 16.

18 Et prócidi ואתנפל Et corrui. Et concidi. Vide Exod. 32. g. 31. Omne peccatum ve. כל־חטאתכם Singul. Heb. pro plur. omnia peccata veſtra, vt quidam vertunt. Irritando eum. להכעיסו: vt eum ad iracundiam prouocaretis. i. quo illum grauiter irritaſtis.

19 Timui enim כי יגורתי Subaudiendum verbum præcedens, Prócidi inquam, ſiue corrui: nam timui, &c. Vt perderet vos. להשמיד אתכם ad perdendos vos. i. quæ tam vehemens erat vt paratus eſſet perdere vos. Vide ſuprà verſu 8.

21 Molendo טחון contundendo.

D omninóque in puluerẽ redigens, proieci in torrentẽ qui de mõte deſcẽdit.

Exod.17.b.7 nume.11.a.1.6 ‖In Incendio quoque, & in Tentatione, & in Sepulchris cõcupiſcentiæ prouocaſtis Dominum:

Et quando miſit vos de Cades Barne, dicens, Aſcẽdite, & poſſidete terrã quã dedi vobis: & cõtẽpſiſtis imperiũ Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei, neque vocem eius audire voluiſtis:

Sed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi.

Et iacui corã Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus.

Et orãs dixi, Domine Deus, ne diſperdas populũ tuũ, & hæreditatẽ tuã, quã redemiſti ĩ magnitudine tua, quos eduxiſti de AEgypto in manu forti.

Recordare ſeruorũ tuorũ, Abrahã, Iſaac, & Iacob: ne aſpicias duritiã populi hui⁹, & impietatẽ, atque peccatũ:

Nume.14.c.16 Ne fortè dicant habitatores terræ de qua eduxiſti nos, Non poterat Dominus introducere eos in terrã quam pollicit⁹ eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit vt interficeret eos ĩ ſolitudine.

Qui ſunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

Cap. X.

Exod.34.a.1 IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem: faciéſque arcam ligneam.

Et ſcribã in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregiſti, ponéſque eas in arca.

Feci igitur arcam de lignis ſetim: quúmque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus.

Scripſitq; in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, verba decem, quę loquutus eſt Dominus ad vos in mõte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi.

Reuerſúſque de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcam quã fecerã, quæ hucuſque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus.

Num.33.d.30 Filii autem Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filiorum Iacan in Moſera, B Nume.20.d.28 ‖vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt, pro quo, ſacerdotio functus eſt Eleazar filius eius.

Inde venerũt ĩ Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt Ietebatha in terra aquarum atque torrentium.

Eo tempore ſeparauit tribum Leui vt portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine illius vſque in præſentem diem.

eſſet comminutus in puluerem: poſtea proieci puluerem eius in torrentem qui deſcendebat è monte illo.

22 ″Et in Tabyeráh″ & in Maסſáh, ′& in Cibróth Hatthaauáh ad irã prouocaſtis Iehouam. Sepulchra cõcupiſcentiæ.

23 Et quum miſiſſet vos Iehouáh de Cadéשs Barnéay, dicendo, Aſcendite, & poſſidete terrã quam dedi vobis: ′rebellaſtis verbo Iehouæ Dei veſtri, neque credidiſtis ei, neque obediuiſtis voci eius. Infidelitas.

24 Rebelles fuiſtis Iehouæ à die *qua* cognoui vos.

25 Et prócidi corã Iehoua quadraginta diebus & quadraginta noctibus quibus prócidi: quia dixerat Iehouáh ſe deleturum vos.

26 ″Et oraui Iehouam, dicens, Domine Iehouáh, ne diſperdas populum tuum, & hæreditatẽ tuam quam redemiſti ′magnitudine tua, quem eduxiſti ex AEgypto manu valida. Oratio Moyſi pro Iſraelitis.

27 Memento ſeruorũ tuorũ, Abrahã, Ixſחhác, & Iayacób, ne reſpicias ad duritiẽ populi huius, & ad impietatẽ eius, & ad peccatũ ei⁹:

28 Ne fortè dicãt ′incolæ huius terræ vnde eduxiſti nos, Propterea quòd non potuit Iehouáh introducere eos in terram quã dixerat illis, aut quòd odiſſet illos, eduxit eos vt ĩterficeret eos in deſerto.

29 Ipſi autem ſunt populus tuus, & hæreditas tua ′quam eduxiſti fortitudine tua magna, & brachio tuo extento.

Cap. X.

1 I′N tempore illo dixit Iehouáh ad me, ′Dola tibi duas tabulas lapideas ſimiles prioribus, & aſcende ad me in montẽ, & fac tibi arçam ligneam. Inſtauratio tabularum.

2 Et ſcribam in tabulis illis verba quæ erant in tabulis prioribus quas fregiſti, & pones eas in ea arca.

3 Feci igitur arcam è lignis שſittim, ac dolaui duas tabulas lapideas ſimiles prioribus, aſcendíque in montem cum duabus tabulis illis in manu mea. Arca in qua tabulæ. Moyſes aſcendit in montem cum tabulis.

4 ′Scripſítque in tabulis iuxta ſcripturam priorem, decem verba quæ loquutus fuerat Iehouáh vobiſcum in monte ipſo è medio ignis″in die illius congregationis, & dedit illas Iehouáh mihi.

5 Cõuerſus autẽ deſcẽdi è mõte illo, poſuíq; tabulas illas in arca quã fecerã, & fuerũt illic quẽadmodũ præceperat mihi Iehouáh.

6 Filii autem Iשſraאél profecti ſunt″de Beאeróth filiorum Iayacán in Moסſeráh: illic mortuus eſt Aharón, & ſepultus eſt ibi, functúſque eſt ſacerdotio אElyazár filius eius pro eo.

7 Inde profecti ſunt in Gudgódah, & de Gudgódah in Iotbáth, ″terram torrentium aquarum.

8 ″In tẽpore illo′ſeparauit Iehouáh tribũ Leui, vt portaret arcam pacti Iehouæ, & ′vt ſtaret coram Iehoua ad miniſtrandum ei, ″& ad benedicendum in nomine ipſius, vſque ad diem hanc. Tribus Leui, miniſterio Domini præficitur.

---

22 Et in Thabyeráh, ובתבערה Nomen loco ab euentu impoſitum. ſignificat enim incendiũ, quòd accenſus fuiſſet in populum ignis Iehouæ eo loco, de quo Nume 11.a.1. Et in Maסſáh, ובמסה Nomen item loci, quod tentationem ſignificat, de quo Exod.17.b.7. Et in Cibróth-hatthauáh. ובקברות התאוה Nomen loci ab euentu impoſitum, vt vides ex hiſtoria quæ ſcribitur Nume.11.g.34.

23 Rebellaſtis verbo ותמרו את־פי repugnaſtis verbo. Ad verbum, & rebelles fuiſtis ori.

26 Et oraui ואתפלל Vide hæc Exod.32.c.11. Magnitudine t. בגדלך .i. virtute & fortitudine, vt vltimo huius capitis verſu dicit.

28 Incolæ huius terræ הארץ Ad verbum, terra. pro יושבי הארץ. 29 Quam eduxiſti אשר הוצאת quia eduxiſti.

IN CAPVT X.

1 In tempore illo dix. בעת ההיא אמר Tunc dixit. Hæc ſcribuntur Exod.34.a.1. Dola פסל Præcide. æqua.

4 Scripſitque ויכתוב ſub. Dominus. In die illius congrega. ביום הקהל .i. quo tempore populus Iſrael congregatus fuit ad radices montis, vt audiret conditiones pacti quod inire volebat vobiſcum. 6 De Beאeróth, &c. מבארות וגו׳ Nume.20.d.22, legitur, Et profecti ſunt è Cades, venerúntque filii Iſrael tota illa congregatio ad Hor montem. Hinc colligimus, quum eadem fuerit profectio, loca habuiſſe diuerſa nomina. 7 Terram torrentium aq. ארץ נחלי־מים: .i. patriam, ſiue regionem in qua ſunt multi torrentes. Nume. 21.b.10, dicuntur filii Iſrael profecti de Hor monte, caſtra poſuiſſe in Oboth: hîc verò in Gudgodah.

8 In tempore illo בעת היא Quo ſcilicet data fuit Lex. vide Nume.3.b.6. Separauit הבדיל ſegregauit tanquã rem ſacram. Vt ſtaret coram Iehoua, &c. לעמוד לפני יהוה וגו׳ Similis loquutio & Ezech.44.c.11, de qua & Gen.2.c.18. Et ad benedicendum, &c. ולברך וגו׳ De hac benedictione habes Nume.6.d.23.

9 Idcirco non fuit ipſi Leui portio & hæreditas cum fratribus ſuis: Iehouáh *enim* eſt hæreditas eius, quemadmodum dixerat ei Iehouáh Deus tuus.

Moyſes in monte x l diebus.

10 Ego autem ſteti in eo mõte iuxta dies priores, quadraginta dies & quadraginta noctes: & exaudiuit me Iehouáh hac quoque vice ipſa, *&* noluit Iehouáh perdere te.

11 Tandem dixit Iehouáh mihi, Surge, vade ʺproficiſcẽdo ante populum, vt ingrediantur, & poſſideant terram quam iuraui Patribus eorum me daturum illis.

Timere Deum. Ambulare in viis Dei. Diligere. Seruire Deo.

12 Nunc ergo Iʷſraʸél, quid Iehouáh Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Iehouam Deum tuum, vt ambules in omnibus viis eius, & vt diligas eum, coláſque Iehouã Deum tuũ ʺin toto corde tuo, & tota anima tua?

13 ʺCuſtodiẽdo præcepta Iehouæ, & ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie, ʺvt bene *ſit* tibi.

Magnitudinem & bonitatem Dei oſtendit.

14 Ecce Iehouæ Dei tui *ſunt* cæli, & cæli cælorum, terra, & omnia quæ *ſunt* in ea.

Amor Dei. Electio.

15 ʺTantũmodo in Patribus tuis beneplacitũ eſt Iehouæ, ʺvt diligeret eos, & elegit ſemen eorum poſt eos, *nempe* vos, ex omnibus populis, ʺſicut hodie.

Circuncisio cordis.

16 ʺCircuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtrã ne induretis vltrá.

Deum perſonã non accipit.

17 Iehouáh enim Deus veſter eſt, Deus deorum, & Dominus ʺdominorum, Deus magnus, potens & terribilis, qui nõ accipit perſonam, neque recipit munus.

18 Faciens iudicium pupillo & viduæ: diligens item peregrinum, dando ei panem & veſtimentum.

19 Diligite igitur peregrinũ: quia peregrini fuiſtis ĩ terra AEgypti.

Timor Dei. Iuramentum. Laus.

20 Iehouam Deum tuum timebis, illum coles, illíque adhærebis, ʺ& per nomen eius iurabis.

21 Ipſe eſt ʺlaus tua, & ipſe eſt Deus tuus qui fecit tecum magna & terribilia iſta quæ viderunt oculi tui.

22 Cum ſeptuaginta ʺanimabus deſcenderunt Patres tui in AEgyptum: nunc autem ʺpoſuit te Iehouáh Deus tuus ſicut ſtellas cæli in multitudinem.

Cap. XI.

Exhortatio ad primum præceptum ſeruandũ. Amor Dei.

1 Dilige igitur Iehouam Deum tuũ, & cuſtodi ʺcuſtodiã eius, & ſtatuta eius, & iudicia eius, & præcepta eius omnibus diebus.

2 ʺEt ſcitote hodie (ʺnõ enim cũ filiis veſtris *loquor* qui nõ nouerũt, neq; ʺviderũt) ʺcaſtigationem Iehouæ Dei veſtri, magnitudinem eius, manum eius validam, & brachium eius extentum.

---

9 ‖Quãobrem non habuit Leui partẽ neque poſſeſſionẽ cum fratribus ſuis: quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tu⁹.

Nume.18.c.20 Infrà 18.a.2

10 Ego autẽ ſteti in mõte, ſicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiã hac vice, & te perdere noluit. C

11 Dixitque mihi, Vade, & præcede populũ, vt ingrediatur & poſſideat terrã quã iuraui Patribus eorũ vt traderem eis.

12 Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominũ Deum tuũ, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua:

13 Cuſtodiáſque mandata Domini, & cæremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi?

14 En Domini Dei tui cælũ eſt, & cælũ cæli, terra, & omnia quæ in ea ſunt.

15 Et tamen Patribus tuis cõglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitque ſemẽ eorũ poſt eos, id eſt vos, de cunctis gentibus, ſicut hodie comprobatur.

16 Circũcidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. D

17 Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, ‖qui perſonam nõ accipit, nec munera.

2. Paral.19.b.7 iob 34.b.19 ſapien.6.b.8 eccli 35.b.16. rom.2.b.11 gal.2.b 6

18 Facit iudicium pupillo & viduæ: amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum.

19 Et vos ergo amate peregrinos: quia & ipſi fuiſtis aduenæ ĩ terra AEgypti.

20 ‖Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies: ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomine illius.

Suprà 6.b.13 matth.4.b.10 luc.4.b.8

21 Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui.

22 ‖In ſeptuaginta animabus deſcenderunt Patres tui in AEgyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cæli.

Gen.46.c.27

Cap. XI.

1 Ama itaque Dominũ Deum tuũ, & obſerua præcepta eius & cæremonias, iudicia, atque mandata omni tempore.

2 Cognoſcite hodie (quæ ignorant filii veſtri qui non viderunt) diſciplinã Domini Dei veſtri, magnalia eius & robuſtã manũ, extẽtúmque brachiũ.

---

11 Proficiſcendo למסע vt proficiſcaris. 12 In toto corde tuo, &c. בכל־לבבך וגו׳ in tota mente tua, & toto affectu tuo.

13 Vt bene *ſit* t. לטוב לך: Ad verbum, in bonum tibi. 15 Tantummodo רק Profectò. Certè. Alii, Verùm. Magis tamen loco cõgruit Tantummodo. Vt diligeret eos, &c. לאהבה אותם וגו׳ diligendo eos, & deligendo. i. ſolùm Patres tuos vehementiſſimè dilexit, non alias nationes: & propter eos ſolos te delegit quẽ amaret, & beneficiis omnis generis cumularet. Sicut hodie. כיום הזה: i. vt hodie videtis.

16 Circuncidite ig. præp. cordis v. ומלתם את ערלת לבבכם. i. tollite velum & operimentum quo impeditur cor veſtrum & mens ne videat: curate vt videat cor veſtrum, & cernat res agendas vobis. Chaldæus paraph. ſenſum expreſſit, dicens, Auferatis ergo ſtultitiam cordis veſtri. l x x, Circuncidetis duritiem cordis veſtri. Ieremias cap.4.a.4, de hac circunciſione loquens, ait, Nouate vobis nouale, & nolite ſeminare in ſpinas: circuncidamini Domino, & auferte præputia cordis veſtri, viri Iuda & habitatores Ieruſalem.

17 Dominorum, הארונים dominantium. 20 Et per nomen eius iurabis. ובשמו תשבע: Vide ſuprà, 6.c.13.

21 Laus tua, תהלתך Id eſt de quo gloriari debes, iactando eius beneficia erga te.

22 Animabus נפש Animas pro hominibus poſuit. & ſub. tantummodo. q.d. Erant tantùm ſeptuaginta quum deſcenderunt, &c. Vide Geneſ.46.c.27, & Exod.1.a.5. Poſuit te, &c. שמך וגו׳ Ponere in multitudinem, pro multiplicare, Hebraiſmus.

IN CAPVT XI.

1 Cuſtodiam e. משמרתו .i. quæ præcepit cuſtodienda. 2 Et ſcitote hodie וידעתם היום Tandémque ſcitote. i. oſtendatis opere vos ſcire & tenere memoria caſtigationẽ. Principiũ iſtud verſus iungitur accuſatiuis ſequentibus, interiecta parentheſi, cuius parẽtheſis reddit rationẽ paulo pòſt, verſu 7, quare eos alloquatur, non filios, dicens, Quia oculi veſtri vident opus Domini magnum. &c. vt ſcribit ex doctis Hebræorum alter. Non enim cũ filiis, &c. כי לא את־בניכם וגו׳ Hæc per parentheſim legenda, vt dictum eſt, & annotat magni nominis apud Hebræos vir. Ex doctis illorum alter ſine parentheſi legit, exponens in hæc verba, Et ſcitote hodie quòd illa miracula non erũt in futurum, vt videant ea filii veſtri, ſed vos vidiſtis ea, nempe caſtigationem eius, magnitudinem eius, &c. Caſtigationem את־מוסר Id eſt quibus modis vos erudierit poſt egreſſum ex AEgypto.

Signa & opera quæ fecit in medio AEgypti Pharaoni regi, & vniuerſæ terræ eius,

3 Et ſigna eius,& opera ei' quæ fecit in medio AEgypti, ipſi Paryóh regi AEgypti,& vniuerſæ terræ eius:

Opera Dei erga Iſraelem.

Omnique exercitui AEgyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquę Maris rubri, quũ vos perſequerentur, & deleuerit eos Dominus vſque in præſentem diem:

4 Et quæ fecit exercitui AEgyptiorũ,equis eius, & curribus eius: 'qui inundare fecit aquas maris סSuph ſuper facies eorũ,dum vos perſequerentur,& perdidit eos Iehouáh'vſque in hanc diem.

Vobiſque quæ fecerit in ſolitudine, donec veniretis ad hunc locum:

5 Quæ præterea fecit vobis in deſerto, donec veniretis vſque ad locum iſtum.

Nume.16.c.31 Pſal.105.c.17

|Dathan atque Abirom filiis Eliab, qui fuit filius Rubẽ: quos aperto ore ſuo terra abſorbuit cũ domibus & tabernaculis, & vniuerſa ſubſtãtia eorũ, quam habebant in medio Iſrael.

6 Et quæ fecit Dathán & Abirám filiis אEliáb filii Reאubén:'quãdo aperuit terra os ſuum,& deglutiuit eos,domóſque eorũ, ac tabernacula eorum, atque vniuerſam ſubſtantiam" quæ *erat* in pedibus eorum in medio totius Iשſraאelis:

Dathan & Abirom.

Oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna quę fecit,

7 "Quandoquidẽ oculi veſtri"viderunt'omnia opera Iehouæ magna quæ fecit.

Vt cuſtodiatis vniuerſa mandata illius,quæ ego hodie præcipio vobis,vt poſſitis introire, & poſſidere terrã ad quam ingredimini,

8 Cuſtodite ergo omne præceptũ quod ego"præcipio vobis hodie,vt roboremini,& ingrediamini, poſſideatíſque terram ad quã vos tranſitis vt poſſideatis eam:

B

Multóque in ea viuatis tẽpore: quã ſub iuramẽto pollicitus eſt Dominus Patribus veſtris, & ſemini eorũ,lacte & melle manantem.

9 Atq; vt prolõgetis dies ſuper terrã quam iurauit Iehouáh Patrib' veſtris ſe daturũ illis & ſemini eorũ, terrã fluẽtẽ lacte & melle.

Iuramentũ Dei

Terra enim ad quã ingrederis poſſidendam, nõ eſt ſicut terra AEgypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorum morẽ aquæ ducuntur irriguæ:

10 Terra enim quam tu ingrederis vt poſſideas eam, non eſt ſicut terra AEgypti,ex qua egreſſi eſtis, '*in* qua ſeminabas ſemen tuum, "& irrigabas pede tuo, vt hortum oleris.

Sed montuoſa eſt & campeſtris, de cælo expectans pluuias,

11 At terra ad quã vos tranſitis vt poſſideatis eam,terra montium & vallium eſt,de pluuia cæli "bibes aquam.

Terra promiſſionis,qualis.

Quã Dominus Deus tuus ſemper inuiſit,& oculi illius in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius.

12 *Eſt* terra quam Iehouáh Deus tuus"requirit, ſemper ſunt'oculi Iehouæ Dei tui in ea,à principio anni vſque ad extremum anni.

Oculi Dei.

Si ergo obedieritis mãdatis meis, quæ ego præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum veſtrũ, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra:

13 Erit itaque,ſi obediendo obediueritis præceptis meis quæ ego præcipio vobis hodie,"ita vt diligatis Iehouã Deum veſtrum, & colatis eum toto corde veſtro,& tota anima veſtra:

Toto corde Deo ſeruiendum.

Dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam,vt colligatis frumentum,& vinum,& oleum,

14 Dabo pluuiã terræ veſtræ in tẽpore ſuo,"temporaneã & ſerotinam,& *ita* colliges frumentũ tuũ,& vinũ tuum,ac oleum tuum.

Abundantia tẽporalium.

Fœnúmque ex agris ad paſcenda iumenta,& vt ipſi comedatis ac ſaturemini.

15 Et dabo herbam in agro tuo pro iumentis tuis,'comedéſque, ac ſaturaberis.

Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrum,& recedatis à Domino,ſeruiatíſque diis alienis,& adoretis eos:

16 Cauete ergo vobis ne fortè ſeducatur cor veſtrum,& recedatis, colatíſque deos alienos,"& incuruetis vos eis:

Idololatria fugienda,

C

Iratúſque Dominus claudat cælũ, & pluuiæ non deſcendant, nec terra det germen ſuum,pereatíſque velociter de terra optima quam Dominus daturus eſt vobis.

17 Vnde iraſcatur furor Iehouæ in vos,& claudat cælos,ac non ſit pluuia,neque terra det fructum ſuum,pereatíſque celeriter è terra optima quam Iehouáh dat vobis.

Suprà 6.b.6

|Ponite hæc verba mea ĩ cordib' &

18 Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro & animo veſtro,atq;

Verbum Dei in corde & ob oculos ſemper habendum.

---

4 Qui inundare fec. אשר הציף Ad verbum,qui natare fecit. Quidã אשר pro כאשר poſitum eſſe volũt,& vertunt,quãdo inundare fecit.i.quando operuit,ſiue obruit eos aquis Maris rubri. Vſque in hanc diem. עד היום הזה q.d.ita attritæ ſunt vires eorũ vt vſque in hodiernũ diem ſint adhuc infirmæ & imbeciles. 6 Quando אשר Hic אשר pro כאשר poſitum eſt. Vide hanc hiſtoriam Num.20.a.1. Quæ *erat* in ped.e. אשר ברגליהם Hebraiſmus,quam habebant præſentem.ſubſtantia enim eorũ conſiſtebat in armentis & gregibus. 7 Quandoquidẽ כי Vertere potes Sed,ſi iungas fini parentheſis ſecũdi verſus præcedẽtis. Viderunt הרואות Ad verbũ,videntes.ſubfuerunt. Omnia opera,&c. את־כל־מעשה וגו Singul.Heb.pro plur. 8 Præcipio v. מצוך Ad verbũ,præcipio tibi.Singul.pro plur. 10 *In* qua ſeminabas אשר תזרע Deeſt בה in ea.Fut.Heb.quod per præteritũ imperf.reddidit noſter interpres:alii per præſens,iacis ſemẽ tuum,& irrigas,&c. Et irrigabas pede t. והשקית ברגלך Irrigare pede ſuo hortum,eſt deducere aquas quocunque quis vult per ſulcos. acſi dicat,humana opera irrigabatur AEgyptus: at terra Chanaan de cælo irrigabitur.Significatur ergo labore & aquæductu per totã AEgyptum deduci ſolitam aquã è flumine Nilo,vt etiam indicat magni nominis apud Hebræos vir,qui pedes hoc loco pro labore ſumi dicit.Dicitur ergo terra Iſrael melior eſſe terra AEgypti,quòd in AEgypto oporteat irrigari agros more hortorum, quum illic nunquam pluat, ſed Nilus certo anni tempore, loco pluuiæ,totam terram ſua inundatione irriget & fœcundet:& extra illud tempus,arens terra multo labore aquis ex Nilo apportatis humectetur.Terra autem Iſrael bibit aquam ex pluuiis cæleſtibus quas Dominus tempore opportuno immittit. 11 Bibes תשתה Quidã per tertiam perſonã futuri vertũt,vt referatur ad terrã AEgypti,vertentes,ad pluuiã cæli bibit aquam,pro bibet. i.quũ pluit,irrigatur pluuia cæli. 12 Requirit, דורש אותה .i.curat.cuius cura habet. Oculi Ieh. עיני יהוה.i.ſemper aſpicit in eã, vt videat ſi indigeat re aliqua. 13 Ita vt diligatis Ieh.&c. לאהבה את־יהוה וגו' diligendo Iehouam Deum veſtrum,& colendo eum. 14 Temporaneã & ſerot. יורה ומלקוש tempeſtiuã & ſerotinã.Pluuiam temporaneã,ſiue tempeſtiuã vocat eam quæ decidit ſemente facta,germinationis cauſa:quod fit in principio anni,hoc eſt in Octobri qui eſt Hebræis ferè principiũ anni.Et hæc dicitur Hebræis יורה *ioreh*, à docendo & erudiẽdo, quòd quaſi doceat & erudiat terrã vt proferat fructus. Serotinam autem pluuiã intelligit eam quæ decidere ſolet in Martio,quũ iam grãdior eſt ſeges.Et hæc Hebræis dicitur מלקש ab implendis ſpicis:quòd quũ venit,ſpicas quodammodo adimplet,& ſegetes pleniores efficit.Cõpoſita vox ex verbo מלא impleuit,& קש *cas* ſtipula ſiue ſpica.vel quòd deſcendat ſuper ſpicas & ſuper ſtipulas ſeu culmos, vt inquit magni nominis apud Hebræos vir. Vel à tardando.לקש enim etiam tardare ſignificat,maximè apud Chaldæos. eſt enim vltima pluuia quã recipit ſeges ante meſſem. 15 Comedéſq;,& ſa. ואכלת ושבעת:.i.comedes vſque ad ſaturitatẽ. 16 Et incuruetis v.eis: והשתחויתם להם: & adoretis eos.

ea ligate ″in ſignum in manu veſtra, ſíntque in frontalia inter oculos veſtros.

Filii docẽdi verbum Dei. Verbũ Dei quã diligẽter legẽdũ.

19 Et docete ea filios veſtros, ″vt loquamini de eis quũ ſedebis in domo tua, & quum ambulabis per viam, quúmque iacebis in lecto, ″& quum ſurges:

20 Scribes quoque ea in poſtibus domus tuæ & in portis tuis:

21 Vt multiplicentur dies veſtri & dies filiorum veſtrorum ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus veſtris ſe daturum illis ″iuxta dies cæli ſuper terram.

Diligere Deũ.

22 Si enim cuſtodiẽdo cuſtodieritis ″omne præceptum iſtud quod ego præcipio vobis, vt faciatis illud, vt diligatis Iehouam Deum veſtrum, & vt ambuletis in omnibus viis eius, adhæreatíſque illi:

Ambulate in viis Dei.

23 Tum expellet Iehouáh omnes gentes iſtas à facie veſtra, & poſſidebitis gentes maiores & robuſtiores vobis.

24 Omnis locus quem calcauerit planta pedis veſtri, veſter erit: ″à deſerto, & Lebanón, à flumine ″flumine Peráth, vſque ad Mare ″nouiſſimum, erit terminus veſter.

25 Non conſiſtet quiſquam corã vobis: ″pauorem veſtri, & timorem veſtri dabit Iehouáh Deus veſter ſuper faciẽ totius terræ quã calcabitis, quemadmodum loquutus eſt vobis.

ראה

Benedictio obedientibus verbo Dei, maledictio non obediẽtibus.

26 ″Vide, ego pono corã vobis hodie benedictionẽ & maledictionẽ:

27 Benedictionẽ, ſi obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri quæ ego præcipio vobis hodie:

28 Maledictionem verò, ſi non obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego præcipio vobis hodie, ita vt ambuletis poſt deos alienos quos non nouiſtis.

29 ″Quúmque introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terram quam tu ingrederis vt poſſideas eam, ″tunc dabis benedictionem ſuper montem Gerizím, & maledictionem ſuper montem ″Ebál.

Garizim mons. Hebal mons.

30 ″An non ſunt trãs Iardén ″poſt viam Occaſus ſolis in terra Chenayanæi, qui habitat in planitie eregione Gilgál, ″iuxta campeſtria Moréh?

31 ″Vos enim tranſituri eſtis Iardén, vt pergatis ad poſſidendum terram quã Iehouáh Deus veſter dat vobis, & poſſidebitis illam, & habitabitis in ea.

32 ″Cuſtodite ergo vt faciatis omnia ſtatuta & iudicia quæ ego do coram vobis hodie.

Cap. XII.

1 HAEc ſunt ſtatuta & iudicia ″quæ cuſtodietis vt faciatis in terra quã ″daturus eſt Iehouáh Deus Patrum tuorũ tibi, vt poſſideas eam omnibus diebus quibus vos vixeritis ſuper terrã illam.

in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate.

19 Docete filios veſtros, vt illa meditẽtur, quãdo ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris, atque ſurrexeris:

20 Scribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ:

21 Vt multiplicẽtur dies tui & filiorũ tuorum in terra quã iurauit Dominus Patribus tuis vt daret eis quandiu cælum imminet terræ.

22 Si enim cuſtodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominũ Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei:

23 Diſperdet Dominus omnes gentes iſtas ante faciẽ veſtrã, & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis ſunt.

24 ‖Omnis locus quẽ calcauerit pes veſter, veſter erit: à deſerto, & à Libano, à flumine magno Euphrate vſque ad mare Occidẽtale erũt termini veſtri.

Ioſue 1.a.3

25 Nullus ſtabit cõtra vos: terrorẽ veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnẽ terrã quam calcaturi eſtis, ſicut loquut⁹ eſt vobis.

D

26 En propono in cõſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionẽ:

27 Benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis:

28 Maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaueritis poſt deos alienos, quos ignoratis.

29 Quum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quã pergis habitandam, ‖pones benedictionem ſuper montem Garizim, maledictionem ſuper montem Hebal.

Infrà 27.b.13

30 Qui ſunt trans Iordanem poſt viã quæ vergit ad ſolis Occubitum in terra Chananæi, qui habitat in campeſtribus contra Galgalam, quæ eſt iuxta vallẽ tendentẽ & intrantẽ procul.

31 Vos enim tranſibitis Iordanem, vt poſſideatis terram quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt habeatis & poſſideatis illam.

32 Videte ergo vt impleatis cæremonias atque iudicia quæ ego hodie ponam in conſpectu veſtro.

Cap. XII.

1 HAEc ſunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in terra quã Dominus Deus Patrum tuorum daturus eſt tibi, vt poſſideas eam, cũctis diebus quibus ſuper humũ gradieris.

18 In ſignum in manu &c. לאות על־ידכם והיו לטוטפות Vide eadem vſque ad 21 verſum, ſuprà cap.6.b.8. 19 Vt loquamini de eis לדבר בם vt cõmentemini de ejs. Alii, loquendo. 21 Iuxta dies cæli, &c. כימי השמים וגו' Hebraiſmus, quandiu cæli imminebunt terræ, hoc eſt perpetuó. 22 Omne præc. iſtud, &c. את־כל־המצוה וגו' Quidam ſingulare pro plurali poſitum eſſe volunt.

24 A deſerto, מן־המדבר nempe Sin. i. à parte Auſtrali. Flumine נהר Iſta geminatio nobiliſſimũ fuiſſe ſignificat, & nominatiſſimũ flumen. Euphratem intelligit qui erat ab Oriente ipſi Terræ ſanctæ. Nouiſſimum, האחרון Mediterraneum ſignificat, quod erat Occidẽtale reſpectu Terræ ſanctæ. Videtur hæc promiſſio fuſior priore, quæ eſt ſuprà, cap.1.b.7. Vide Nume.34.a.2. Alio nomine dicitur Mare magnum. Nam quũ Hebræi omnem collectionẽ aquarũ vocent maria, vt differat ab his quæ minora maria ſunt, à ſtagnis ſcilicet & lacubus, vt eſt mare Geneſareth, & lacus quem Iordanis in media ferè Iſraelitica terra efficit: ideo vocatur Mare magnum, Nume.34.b.5. Nouiſſimum autem mare, quod eouſque Terræ ſanctæ fines excurrerent. Sic etiã infrà 34.a.2. 25 Pauorẽ ve. &c. פחדכם וגו' Horũ interpretatio petenda ſuprà, cap.2.c.25. 26 Vide, ראה Ab hoc verbo Hebræi quartam huius libri ſectionem incipiunt. Singul. eſt pro plurali, Videte. q.d. Videat vnuſquiſque veſtrũ, propoſiturus ſum vobis hodie ſummã fœlicitatẽ, & ſummã infœlicitatem hæc ſignificant benedictio & maledictio. 29 Quúmq; intr. te. והיה כי יביאך Ad verbũ, Et erit, quũ introduxerit te. Tũc dabis ונתתה. i. dandã curabis, opera ſcilicet Leuitarũ, iubente Moſe ſucceſſore meo. Vide infrà 27.b.11, & Ioſue 8.g.33. 30 An non ſunt הלא־המה Per interrogationẽ frequẽtius dicũt Hebræi quod affirmare volũt. q.d. Qui certè ſunt. Poſt viã, &c. אחרי דרך וגו' i. in latere viæ regiæ quæ pergit ad Occaſum ſolis. Iuxta cãpeſtria אצל אלוני iuxta planities. i. iuxta ingentem illã planitiem Moreh. Chaldæus paraph. in latere planitiei Moreh. Alii, iuxta Elonẽ Moréh. 31 Vos enim, &c. כי אתם Reddit rationem verſus 29. 32 Cuſtodite ergo vt fac. ושמרתם לעשות Hæc loquutio ſæpius vſurpatur hîc à Moſe. Vide ſuprà 5.d.32.

IN CAPVT XII.

1 Quæ cuſtodietis vt fa. אשר תשמרון לעשות. i. quæ facere debetis. Daturus eſt נתן Præt. Heb. pro fut.

Subuertite omnia loca in quibus coluerūt gētes quas poſſeſſuri eſtis,deos ſuos,ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. 2

Perdendo perdetis omnia loca in quibus ſeruierunt gētes quas vos′poſſeſſuri eſtis,diis ſuis,ſuper mōtes excelſos,& ſuper colles, & ſub omni arbore′viridi.

Fugienda idololatria.

Diſſipate aras earum, & cōfringite ſtatuas, lucos igne cōburite, & idola comminuite: diſperdite nomina earū de locis illis. 3

Diruetíſque aras earum,ac ſtatuas earū cōfringetis,lucos item earum comburetis igni; & ſculptilia deorum earum concidetis, perdetíſque nomen earum è loco ipſo.

Nō facietis ita Domino Deo veſtro: 4

′Non facietis ſic Iehouæ Deo veſtro:

2.Par.7.c.12

‖Sed ad locū quē elegerit Dominus Deus veſter de cūctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo,venietis: 5

Sed locum quem elegerit Iehouáh Deus veſter de cunctis tribubus veſtris,′vt ponat nomen ſuum ibi,′vt habitet ipſe,requiretis,& venietis illuc:

Comedendū in loco quē elegerit Dominus in terra promiſſionis.

Et offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras,decimas & primitias manuū veſtrarū,& vota atque donaria,primogenita boum & ouium. 6

Et adducetis eò holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, & decimas veſtras,& oblationem manus veſtræ,& vota veſtra,& ſpontanea veſtra,& primogenita″boum veſtrorum & ouium veſtrarum.

Et comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri: ac lætabimini in cunctis ad quę miſeritis manū vos & domus veſtræ,in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter. 7

Comedetíſque illic″corā Iehoua Deo veſtro, & lætabimini″in omni re ad quam miſeritis manum veſtrā, vos & domus veſtræ, in quibus benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus.

Nō facietis ibi quæ nos hîc facimus hodie,ſinguli quod ſibi rectū videtur. 8

Non facietis″iuxta omnia quæ nos facimus hîc hodie, ſinguli quicquid rectum *eſt* in oculis ſuis.

Faciēdum quod Deus præcipit, nō quod rectum nobis videtur.

Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiē, & poſſeſſionē quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. 9

′Non enim veniſtis hucuſque ad requiem & hæreditatem quā Iehouáh Deus tuus″dat vobis.

Tranſibitis Iordanē,& habitabitis in terra quā Dn̄s Deus veſter daturus eſt vobis,vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque vllo timore habitetis. 10

Sed trāſibitis Iardén,& habitabitis in terra quā Iehouáh Deꝰ veſter″dat vobis poſſidendā iure hæreditario,& requiem dabit vobis ab omnibus inimicis veſtris in circuitu,& habitabitis′cōfidenter.

3.Reg.8.c.29

In loco quē elegerit Dominus Deꝰ veſter, ‖vt ſit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præcipio cōferetis, holocauſta veſtra, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuū veſtrarū: & quicquid præcipuū eſt in muneribus quæ vouiſtis Domino. 11

′Tūc *ad* eū locū quē elegerit Iehouáh Deus veſter vt habitare faciat nomē ſuū illic, cōferetis ōnia quæ ego præcipio vobis, holocauſta veſtra,& ſacrificia veſtra,decimas veſtras,″& oblationes manus veſtræ,″& ōne quod præcipuū eſt ī votis veſtris quæ vouebitis Iehouæ.

Ibi epulabimini corā Dn̄o Deo veſtro,vos & filii ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ,atque Leuites qui in vrbibus veſtris cōmoratur: neq; enim habet aliā partē & poſſeſſionē inter vos. 12

′Et lætabimini corā Iehoua Deo veſtro,vos & filii veſtri & filiæ veſtræ,& ſerui veſtri & ancillæ veſtræ,″& Leuitæ qui fuerūt intra portas veſtras:quia non eſt ei portio & hæreditas vobiſcum.

Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris: 13

Caue tibi ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris:

2 Poſſeſſuri eſtis,יורשים אותם Præſ.Heb.pro fut. Viridi.:רענן frōdoſa.Alii enim colebant idola in montibus altiſſimis,alii in collibus, alii in locis frondoſis & opacis. 4 Non facietis ſic לא־תעשון כן.i.talia qualia faciūt Gentes.q.d.nō vbicunque libuerit,coletis eum,ſed cōferetis vos ad locum quem,&c. 5 Vt ponat nomen ſ.ibi, לשום את־שמו שם Sæpius ponitur iſtud à Moſe in hoc libro,vt infrà b.11.c.21,& 14.c.23,& 16.a.2.b.6.c.11.Nomen ſuū vocat arcā fœderis,vnde ipſe reſponſa dabat populo ſuo, & inuocantē exaudiebat,præſentiæ eius ſignum.Vt etiam eadem arca vocatur Deus,vocatur Iehoua,Rex gloriæ,facies Dei,Pſal.24.c.8.10,& 95.b.6,& 105.a.4,& aliis locis. Pro verbo Ponēdi,infrà 26.a.2,Moſes poſuit Habitare facere,Ad locū quē elegerit Iehouah Deus tuꝰ vt habitare faciat nomē ſuū ibi.i.vt ibi arca fœderis mei collocetur,corā qua offeratis omnia quæ iubeo.Sic Iere.7.c.12,Ite quæſo ad locū meum qui erat in Silo,vbi habitare feci nomen meū in principio. Arca Domini primò fuit in tribu Ephraim in Silo cū tabernaculo plus quàm trecentis annis: quem locum abieciſſe Dominum,narrat in prædicto loco Ieremias,& Dauid Pſal.78.f.60,vbi & tentoriū,& fortitudo, & gloria Dei dicitur,quam dicit traditam fuiſſe in manū hoſtis. Tempore verò intermedio poſtquā à Philiſthæis arca capta & reducta eſt,1.Samu.4.c.11, vſque ad illud tempus quo Dauid reuelatione Diuina induxit eā in Ieruſalē,2.Samu.15.e.25,& poſt eū Salomō in templū,1.Reg.8.a.4,trāſlata eſt in diuerſa loca,& ideo nō vno in loco ſacrificatū fuit.Inde non licuit alibi quā in Ieruſalē ſacrificare,quia ille erat locus quē elegerat Dominus vt illic habitaret nomen eius.i.arca.2.Para.6.a.5. Vt habitet ip. לשכנו & habitationē eius.appoſitiuè dictū.i.locū habitaculi eius. 6 Boū v.&c.′בכרכם וגו armenti veſtri,& gregis veſtri. 7 Coram Ieh. לפני יהוה.i.ante arcam. In omni re ad quā,&c.′בכל משלח ידכם וגו Ad verbum, in omni miſſione manus veſtræ.i.in omni re quam tractaueritis. 8 Iuxta omnia quæ,&c.′ככל אשר וגו omnino vt nos facimus.Vt ſcilicet offeratis ſacrificia & oblationes variis locis,ſicut nos facimus hodie in deſerto vbi non habemus certam manſionē: ſed quocunque nos columna ignis duxerit,illic erecto tabernaculo paſſim ſacrificia offerimus. Alii ſic intelligūt,quòd quandiu filii Iſrael in deſerto fuerunt, etiā poſt cōſtructionem tabernaculi,licuerit illis ſacrificia & oblationes volūtarias alibi quàm in tabernaculo offerre,vt inquit magni nominis apud Hebræos vir:nō autē ſacrificia & oblationes quæ Lege obſtringebātur in tabernaculo offerre.& hoc fuit illis licitū quouſq; quietē promiſſā adipiſcerētur in terra promiſſionis: ad quod vſq; tēpus dicūt adhuc quatuordecim annos interceſſiſſe.Sed quando quietē adepti eſſent,nō debebāt offerre prædicta niſi vno in loco,vbi poſitū fuiſſet tabernaculū:& iſte locus primò fuit in Silo,vt quinto verſu dictū eſt, vbi tabernaculū & arca Domini habuerūt ſtabilem māſionem,ducentis ſcilicet quadraginta tribus annis,vt probari poteſt ex ſupputatione temporū Iudicum qui fuerunt à Ioſua vſque ad mortē Eli,quia tūc arca fuit capta,vt legimus 1.Samu.4.c.11.Poſtea capta arca à Philiſthæis, tranſlata fuit in Cariathiarim,& inde in Maſphat,& inde in Galgal,& inde in Nobe,& inde in Gabaon, & inde in domū Obed-Edom, & inde in Ciuitatem Dauid,2.Samu.6.c.17,& inde in templum Salomonis. Ex his colligunt, tempore deſerti libertatem habuiſſe vbique ſacrificandi: quæ ceſſauit arca quieſcēte in Silo vſque ad tempora Eli,ſub quo poſtquam capta fuit arca,rurſum in variis locis offerre licuit,donec extrueretur templum Salomonis. 9 Non enim veniſtis hucuſq.ad req. כי לא־באתם עד־עתה אל־המנוחה Necdum enim ingreſſi eſtis requiem illam. Dat vobis.:נותן לך Ad verbum,dat tibi.pro,daturus eſt vobis.Sing.Heb.pro plur.

10 Dat vobis poſſ.iur.hæ. מנחיל אתכם Ad verbū,facit vos poſſidere.vel,hæreditatē accipere facit vos. Confidenter.:בטח Deeſt ל vt ſit לבטח in fiducia.ſecurè.ſiue,ſecuri,plurali numero. 11 Tunc ad eum locū והיה המקום Ad verbū,Et erit, *ad* eum locum. Et oblationes manus ve. ותרומת ידכם Singul.Heb.pro plur.oblationes manuum veſtrarum.i.primitias quas ſoletis offerre Deo.ſic in ſequētibus. Et omne quod præcip.&c. וכול מבחר נדריכם Ad verbū,& omnē electionē votorum veſtrorum.Præcipua & optima vocat, quòd de melioribus rebus & animantibus vota ſumi debebant. 12 Et lætabimini ושמחתם.i.exultabimini cum gaudio & lætitia,vt paulo antè verſu 7. Et Leuitæ והלוי Singul.Heb.pro plur.

Sed in loco quẽ elegerit Iehouáh, in vna tribuũ tuarum, ibi offeres holocauſta tua, ibíque facies omnia quæ ego præcipio tibi. 14

A ſanguine abſtinendum.

″Tantũmodo″in omni deſiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnes″iuxta benedictionẽ Iehouæ Dei tui, quam dederit tibi ″intra omnes portas tuas: immundus & mundus comedet eas,″ſicut capream & ceruum. 15

″Veruntamen ſanguinem nõ comedetis, ſuper terram effundetis illum inſtar aquæ. 16

Decimæ vbi comedebantur.

″Non poteris comedere intra portas tuas decimã frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita″boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ: 17

Sed corã Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo″in omni re ad quam miſeris manum tuam. 18

Leuitæ alendi.

Caue *autem* tibi ne derelinquas Leuitam omnibus diebus tuis ſuper terram tuam. 19

″Quum dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminũ tuum, quemadmodum loquutus eſt tibi,″& dixeris, Comedam carnem: quòd concupiſcat anima tua veſci carnibus:″iuxta omne deſiderium animæ tuæ comedes carnes. 20

″Quum longinquus fuerit à te locus quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus″vt ponat nomẽ ſuum ibi, mactabis de bobus tuis, & de pecudibus tuis quas dederit Iehouáh tibi, quẽadmodũ præcepi tibi, & veſcêris in portis tuis ſecundum omne deſiderium animæ tuæ. 21

Certè quemadmodũ comeditur caprea & ceruus, ſic comedes illas: immundus & mundus pariter veſcentur illis. 22

Sanguis non comedendus.

Tantùm″roborare vt nõ comedas ſanguinem: quia ſanguis eſt anima, & non comedes animam vnà cum carnibus ſuis. 23

Non comedes illum, *ſed* in terram effundes illum inſtar aquæ. 24

Non veſcêris illo, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, quum feceris quod rectum eſt in oculis Iehouæ. 25

Verùm″ſãctificata tua quæ fuerint tibi, & vota tua″tolles, vt venias ad locum quem elegerit Iehouáh: 26

Et facies holocauſta tua ″carnem & ſanguinem ſuper altare Iehouæ Dei tui: ſanguis autem *aliorum* ſacrificiorum tuorum fundetur ſuper altare Iehouæ Dei tui, & carnes comedes. 27

Cuſtodi, & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te vſque in ſeculum, quũ feceris quod 28

14 Sed in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarũ offeres hoſtias, & facies quæcunque præcipio tibi.

15 Si autem comedere volueris, & te eſus carniũ delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionem Domini Dei tui, quã dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundum fuerit, hoc eſt maculatum & debile: ſiue mundum, hoc eſt integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capreã & ceruũ comedes,

16 Abſque eſu duntaxat ſanguinis, quẽ ſuper terram quaſi aquam effundes:

C

17 Non poteris comedere in oppidis tuis decimã frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorũ & pecorum, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuũ tuarum:

18 Sed corã Domino Deo tuo comedes ea in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus & famula, atq; Leuites qui manet in vrbibus tuis: & lętaberis, & reficieris corã Domino Deo tuo in cũctis ad quæ extenderis manum tuam.

19 Caue ne derelinquas Leuitẽ in omni tempore quo verſaris in terra.

20 Quãdo dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut loquutus eſt tibi, & volueris veſci carnib⁹ quas deſiderat anima tua:

Gene.28.c.14
Infrà 19.b.9

21 Locus autem quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet.

22 Sicut comeditur caprea & ceruus, ita veſcêris eis: & mundus & immundus in commune veſcentur.

23 Hoc ſolùm caue, ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt, & idcirco non debes animam comedere cum carnibus:

24 Sed ſuper terrã fundes quaſi aquã.

D

25 Vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, quum feceris quod placet in conſpectu Domini.

26 Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locũ quem elegerit Dominus:

27 Et offeres oblationes tuas carnem & ſanguinẽ ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarum tuarũ fundes in altari, carnibus autem ipſe veſcêris.

28 Obſerua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te in ſempiternum, quum

15 Tantummodo רק Veruntamen. In omni deſid.ani.t. בכל־אות נפשך Hebraiſmus, prorſus vt deſiderabis, & quantũcunque libuerit.q.d. Siquando libuerit comedere carnes, occide & manduca. Iuxta benedictionem,&c. כברכת וגו׳ Hebraiſmus, pro ratione facultatum quas dederit tibi Deus. Intra om.portas t. בכל־שעריך Portas pro vrbibus vſurpat.q.d.in quacunque vrbe habitaueris, vbicunque locorum fueris. Sicut capream & cer. כצבי וכאיל׃ Sunt enim munda animalia, ſed Domino non offeruntur.q.d.vt veſci poteſtis capreis & ceruis. 16 Veruntamen ſang.non co. רק הדם לא תאכלו Ita duntaxat vt ſanguinem non comedatis.

17 Non poteris,&c. לא־תוכל וגו׳ Non poteris comedere in vrbibus in quibus habitaueris,&c. Exceptio eſt, ne exiſtimarent ſibi licere quibuſcunque carnibus, etiam Domino conſecratis, in quolibet loco veſci. acſi dicat, Carnes quidem quaſlibet permitto tibi vt ſacrifices & comedas domi, vbicunque habitaueris, ſiue mũdus ſis, ſiue immũdus: verùm quæcũque Deo offerre debueris, vel volueris, prorſus nolo vt illa alio in loco quàm à Deo conſtituto offeras, & comedas: etiã ſi fuerit is locus procul. Concedo quidem vt carnes quaſuis ſacrifices in vſum tuũ, & comedas: verùm quæ Deo offerri volueris, ad locũ cõſtitutũ deferas: vel ſi deferere non poteris, pecuniis cõmutes, quibus alia in loco à Deo conſtituto emas.vt dicit infrà, cap.14.c.24. Boum tuorum,& pec.t. בקרך וצאנך armenti tui & gregis tui. Sic infrà verſu 21.

18 In omni re,&c. בכל משלח ידיך׃ Vide paulo antè verſu 7. 20 Quum dilatauerit,&c. כי־ירחיב וגו׳ Hic rurſum dicit quæ à duodecimo verſu vſque ad iſtum dixerat, ferè iiſdem verbis. Et dixeris, Comedam ואמרת אכלה ſub.apud temetipſum.q.d.& ſtatueris te comedere. Iuxta omne deſideriũ,&c. בכל־אות .i.pro deſiderio tuo, & vt libebit, veſci poteris carnibus.vt paulo antè verſu 15.

21 Quum longinquus fue.à te locus כי־ירחק ממך המקום Quum procul abfuerit locus à loco habitationis tuæ. Vt ponat nomen ſuum ibi, לשום שמו שם Vide ſuprà verſu 5. 23 Roborare vt non comedas,&c. חזק לבלתי אכול הדם fortis eſto vt non veſcaris ſanguine.i.conſtanter abſtine ab eſu ſanguinis. 26 Sanctificata tua,&c. קדשיך וגו׳ Id eſt quæ conſecraueris Deo tuo. Tolles, vt venias תשא ובאת Ad verbum, feres, & venies. 27 Carnem & ſang. הבשר והדם .i.ex carne & ſanguine. vel vt Chaldæus paraph. habet, quorum caro & ſanguis offeratur.

feceris quod bonum eſt & placitum in conſpectu Domini Dei tui.

29 Quãdo diſperdiderit Dominus De⁹ tuus ante faciem tuã gentes ad quas ingrederis poſſidendas, & poſſederis eas,atque habitaueris in terra earũ:

30 Caue ne imiteris eas, poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ,& requiras cæremonias earum, dicens, Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam.

31 Non facies ſimiliter Domino Deo tuo: omnes enĩ abominationes quas auerſatur Dominus, fecerũt diis ſuis, offerẽtes filios & filias, & cõburentes igni.

32 Quod præcipio tibi, hoc tantũ facito Domino: nec addas quicquã, nec minuas. Cap. XIII.

Suprà 4.a.2
prouerb.30.b.6

1 SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignũ atque portẽtum,

2 Et euenerit quod loquutus eſt, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur deos alienos (quos ignoras) & ſeruiam⁹ eis:

3 Non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat vtrũ diligatis eum an non, in toto corde & in tota anima veſtra.

4 Dominum Deum veſtrũ ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocem eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis.

5 Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur: (quia loquutus eſt vt vos auerteret à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra AEgypti, & redemit vos de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præcepit Dominus Deus tuus) & auferes malum de medio tui.

B

6 Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, ſiue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens, Eamus, & ſeruiamus diis alienis (quos ignoras tu & patres tui)

7 Cunctarum in circuitu gentiũ quæ iuxtà vel procul ſunt, ab initio vſque ad finem terræ;

8 Non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eum,

bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei tui.

29 Quũ exciderit Iehouáh Deus tuus gẽtes ad quas tu pergis vt poſſideas eas ″à facie tua, & poſſederis eas, habitaueríſq; in terra earũ:

Idololatria fugienda.

30 Caue tibi ne″illaqueés te *eundo* poſt eas, poſtquam perierint à facie tua: ne inquiras de diis earum, dicendo, Quomodo colebant gentes illæ deos ſuos, & faciam ſic etiam ego.

31 ″Non facies ſic Iehouæ Deo tuo: quia ′omnem abominationẽ Iehouæ quam odit, fecerunt″diis ſuis: nam etiam filios ſuos & filias ſuas comburebant igni″diis ſuis.

Filios combũrẽtes in honorem deorum.

32 Quicquid ego præcipio vobis, ″cuſtodietis vt faciatis: nõ addes ad illud, neque diminues ex eo. Cap. XIII.

Verbũ Dei ſolũ faciẽdum, eique nihil addendum.

1 QVum ſurrexerit in medio tui propheta, vel″ſomniãs ſomniũ (″& dederit tibi ſignum, vel portentum,

2 Eueneritque ſignũ & portẽtũ quod loquutus eſt tibi) ″dicẽdo, Eamus poſt deos alienos (quos non noſti) & colamus eos:

Pſeudopropheta miraculis à verbo Dei abducẽs.

3 Nõ obedies verbis prophetæ illius, aut″ſomniatori illi: quia tẽtat Iehouáh Deus veſter vos, ″vt ſciat an diligatis Iehouã Deum veſtrum toto corde veſtro & tota anima veſtra.

Miraculis tentat fidem noſtram Deus.

4 Poſt Iehouam Deum veſtrum′ambulabitis, & illum timebitis, ac præcepta eius cuſtodietis, vocíque eius obedietis, atque illum coletis, eíque adhærebitis.

5 Propheta autem ille, aut ſomniator ille interficietur: (quia loquutus eſt″auerſionem contra Iehouam Deum veſtrum, qui eduxit te è terra AEgypti, & redemit″te è domo ſeruorum, vt depelleret te de via quam præcepit tibi Iehouáh Deus tuus, vt ambulares per eam) & auferes malum è medio tui.

6 ″Si incitauerit te frater tuus, ″filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut″vxor ſinus tui, vel amicus tuus qui ſit ſicut anima tua, clàm dicendo, Eamus & colamus deos alienos (quos non noſti tu & patres tui)

Occidendus qui à fide & fiducia in Deum abducere tentat, etiã ſi ſit vxor.

7 De diis populorum qui ſunt *in* circuitibus veſtris, propinquiorum tibi, aut remotorum à te, ab extremo *uno* regionis vſque ad *alterum* extremum eius:

8 Non acquieſces illi, neque obedies illi, ″nec parcet oculus tuus illi, neque″indulgebis, ″neque occultabis illum:

---

29 A facie tua, מפניך .i.ad aduentum tuum. 30 Illaquees te,&c, תנקש אחריהם in laqueũ coniicias teipſũ, ſequẽdo eas.i.imitãdo cultum earum. 31 Non facies ſic Ieh. לא תעשה כן ליהוה .i.non afficies Dominum tanta contumelia, vt vnà cum illo colas deos alienos. Omnẽ abom.Ieh.quã odit כל תועבת יהוה אשר שנא .i.omne id quod maximè deteſtatur Dominus. Diis ſuis. לאלהיהם : in honorem deorum ſuorum.

IN CAPVT XIII.

1 Somnians ſom. חולם חלום Hebraiſmus, pro fictore ſomniorũ.q.d.ſiquis inter vos dicat ſe præditum eſſe prophetia, aut per ſomniũ aliquid ſibi à Deo reuelatũ. Et dederit tibi ſig.&c. ונתן אליך וגו׳ Quidam exiſtimant locũ iſtum intelligendum de ſignis aliquid repræſentantibus: cuiuſmodi ſignum quod fecit Ieremias, qui portauit iugũ in collo ſuo, vt hoc indicio ſignificaret populo captiuitatem futurã, Iere.27.a.2. Et Sedecias pſeudopropheta impoſuit capiti ſuo cornua ferrea, pollicens Regi victoriã mendacẽ, 1.Reg.22.b.11. Alii intelligunt de ſignis quæ fiunt per incantationem & artem magicam, qualia fecerunt magi in AEgypto. Alii Dare ſignum, aut portentum, ſiue miraculũ, dicunt aliud non ſignificare quàm prædicere: propter illud quod mox ſequitur, Eueneritque ſignum & portentũ quod loquutus eſt tibi. quibus verbis nihil aliud ſignificatur, quàm Et id euenerit quod ille pſeudopropheta dixerat ſignum ſuũ portẽdere, aut quod dixerat futurũ ſigno adhibito ad confirmationem. 2 Dicendo, לאמור Iungi debet iſtud principio verſus, Si ſurrexerit propheta, dicendo. Totum iſtud caput poſuit Moſes ad confirmationem illius quod dixit in fine præcedentis capitis, Non addes quicquam, &c. volens verbo Dei tanta religione adhærere i, vt nec perſonis, nec ſignis moueri debeamus: vt prorſus ſolo Dei verbo nitamur, & omnia ex oculis & ſenſibus remouamus: quia amiſſo verbo, amittitur Deus. Nequis autẽ moueatur quod hic prohibeat fidẽ adhiberi Prophetæ faciẽti & prædicẽti ſigna quæ eueniant: quũ in afri cap.18.d.22, dicat hoc pacto dignoſci, verbum eſſe Dei, ſi euenerit id quod Propheta prædixerit. nam in hoc capite loquitur de verbo Dei præterito, quod iam receptum, ſigniſque ſuis confirmatum eſt: ſicut dicit, Non addas quicquam nec minuas. Et iterum, Mandata Dei ſeruate, & vocem eius audite. Aduerſus tale verbum non ſunt admittendi prophetæ vlli, etiamſi plurent ſigna & prodigia, ne Angelus quidem de cælo, vt Paulus ad Galatas cap.1.b.8, dicit. Hic propheta, ſcribitur daturus ſigna ad hoc vt alios deos introducat: hoc iam eſt aduerſus verbum acceptum de vno ſolo Deo colendo: ideo non eſt audiendus. At cap.18, loquitur de nouo verbo nondum recepto, quod non ſit contrarium recepto. ſicut Chriſtus Euangelium ſuum ſignis firmauit, quum eſſet vltra Moſen prædicandum, Marc.16.d.34. Deus enim non reuelat aliquod verbum nouum, niſi confirmet ipſum ſignis. 3 Somniatori illi: אל חולם החלום ההוא Ad verbum, illi ſomnianti ſomnium. Vt ſciat לדעת Ad verbum, ad ſciendum. Quidam, vt palàm fiat. vel, ſit.

4 Ambulabitis, תלכו ambuletis. ſic ſequentia verba. 5 Auerſionem סרה defectionem.i.ſermonem auertentem.q.d.verbis conatus eſt auertere à cultu Iehouæ Dei veri. Te אתכם vos. Mutatio numeri. 6 Si incitauerit te כי יסיתך Si ſuaſerit tibi. vel, Quãdo voluerit ſuadere tibi. Filius matris tuæ, בן אמך .i.vterinus tuus. 8 Nec parcet oculus tuus illi, ולא תחוס עינך Iſtud exponit Moſes, quur n mox dicit, non indulgebis illi. Indulgebis תחמול miſereberis. Neque occultabis ולא תכסה nec teges. ſub ſilentio factum iſtud. reuelabis etiam quod dixerit in aurem.

Sed occidendo occides eum: manus tua erit in eum prius, vt interficias ipſum, & manus vniuerſi populi poſtea. 9

Et lapidabis eū lapidibus, & morietur: quia quæſiuit depellere te à Iehoua Deo tuo qui eduxit te è terra AEgypti, è domo ſeruorū. 10

Vt vniuerſus Iiſraél audiant, & timeant, nec addant facere aliquid ſimile huic rei peſſimæ in medio tui. 11

Ciuitatem à fiducia in Deū abductam iubet ipſe Deus cōburere, & habitatores occidere.

Si audieris de vna vrbium tuarū quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt habites ibi, ′aliquem dicentem, 12

Egreſſi ſunt *quidam* homines ′filii impietatis è medio tui, ′qui impulerunt habitatores vrbis ſuæ, dicendo, Eamus & colamus deos alienos quos non noſtis: 13

Tunc inquires & inueſtigabis, ac interrogabis diligenter: ′& ſi quidem veritas ſit *&* rumor verus *quòd* facta ſit abominatio iſta in medio tui: 14

Percutiēdo percuties habitatores vrbis illius acie gladii, perdēdo eam, & quicquid in ea fuerit, & iumenta eius acie gladii: 15

′Atque omnia ſpolia eius congregabis in medio plateæ eius, & cōbures igni vrbē ipſā, & omnia ſpolia eius prorſus ′Iehouæ Deo tuo: erítque tumulus perpetuus, non ædificabitur amplius. 16

′Neque adhærebit manui tuæ quicquā de anathemate, vt auertatur Iehouáh ab ira furoris ſui, & det tibi miſericordias, miſereatúrque tui, ac multiplicet te, quemadmodū iurauit Patribus tuis, 17

Quando obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias rectum in oculis Iehouæ Dei tui.

Cap. XIIII.

Non imitandus ritus Gētium ſuper mortuis.

FIlii eſtis Iehouæ Dei veſtri: ′nō incidetis *igitur uos*, ′neque ponetis caluitium inter oculos veſtros ſuper mortuum. 1

Popul⁹ enim ′ſanctus es Iehouæ Deo tuo, & te elegit Iehouáh vt ſis illi ī populū peculiarē ex oībus populis qui ſūt ſup faciē terræ. 2

Non comedes vllam ′abominationem. 3

Quæ animalia munda, quæ immunda.

′Hæc ſunt animalia quæ comedetis: bouem, ′agnum ouium, & hœdum caprarum, 4

Ceruum, & capream, & bubalum, & hircum ſylueſtrem, ′& damam, & bouem ſylueſtrem, & capram rupicolam, 5

Omne animal ′findens vngulam, ′& findens fiſſuram duarū vngularum, ruminans inter animalia, illud comedetis. 6

′Veruntamen hoc non comedetis ex ruminantibus & ex findentibus vngulam diuiſam, camelum, & leporem, & cuniculū: quia ruminant & vngulam non diuidunt, immunda ſunt vobis: 7

′Et porcū, qa findit vngulā & nō ruminat, immūdus eſt vobis: de carne eorū non comedetis, & cadauera eorum nō contingetis. 8

Piſces mundi & immundi.

Hoc comedetis ex omnibus quæ ſunt in aqua: quicquid habet 9

9 Sed ſtatim interficies: ‖ ſit primùm manus tua ſuper eū, & poſt te omnis populus mittat manum. Infrà 17.b.9 C

10 Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo qui eduxit te de terra AEgypti de domo ſeruitutis:

11 Vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quidpiam huius rei ſimile.

12 Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos,

13 Egreſſi ſūt filii belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis ſuæ, atque dixerunt, Eamus & ſeruiamus diis alienis quos ignoratis:

14 Quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam: D

15 Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, & delebis eā, omniáque quę in illa ſūt, vſque ad pecora.

16 Quicquid etiam ſupellectilis fuerit, cōgregabis in medio platearū eius, & cum ipſa ciuitate ſuccēdes, ita vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus: non ædificabitur amplius.

17 Et nō adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, multiplicétque te, ſicut iurauit Patribus tuis,

18 Quādo audieris vocē Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta eius quæ ego pręcipio tibi hodie, vt facias quod placitum eſt in conſpectu Domini Dei tui.

Cap. XIIII.

1 FIlii eſtote Domini Dei veſtri: nō vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo: Suprà 7.a.6 infrà 26.d.18

2 Quoniā populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei in populū peculiarem de cunctis gentibus quæ ſunt ſuper terram.

3 Ne comedatis quæ immunda ſunt.

4 ‖Hoc eſt animal quod comedere debetis: bouem, & ouem, & capram, Leuit.11.a.2

5 Ceruum, & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum,

6 Omne animal quod in duas partes findit vngulā & ruminat, comedetis.

7 De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, hęc comedere nō debetis, camelum, leporem, chœrogryllum: quia ruminant & non diuidunt vngulam, immunda erūt vobis.

8 Sus quoque quoniam diuidit vngulam & non ruminat, immunda erit: carnibus eorum non veſcemini, & cadauera non tangetis. B

9 Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: quæ habent pin-

---

12 Aliquem dicentem, לאמור: Ad verbum, dicendo. 13 Filii impietatis בני־בליעל Hebræi ferè omnes conſentiunt, hac dictione ſignificari homines malignos, peſſimos, impiiſſimos, quibus tanquā ſuorum ſcelerum miniſtris vtitur diabolus. LXX verterunt παρανόμοις exleges, peruerſos, prauos, ſceleratos. Qui impulerunt וידיחו qui detruſerunt. i. abduxerunt à vero Dei cultu.

14 Et ſi quidem veritas, &c. והנה אמת וגו׳ Ad verbum, & ecce veritas, rectum verbum, facta eſt. vel admiſſa eſt, &c. Ecce pro Si, vt infrà 19.d.17. 16 Atque omnia ſpol. ואת־כל־שללה Singul. Heb. pro plur. Iehouæ Deo tuo: ליהוה אלהיך .i. in honorem Dei tui.

17 Neque adhærebit ma.t. ולא־ידבק בידך Hebraiſmus, non reſeruabis apud te quicquā de facultatibus illis quæ cremari debent & prorſus perdi.

IN CAPVT XIIII.

1 Non incidetis לא תתגודדו ſub. carnem veſtram, cultro aut vnguibus. Morē idololatrarum fugiendū deſcribit. 1. Reg. 18.e.28, de ſacerdotibus Baal ſcribitur, Clamabant voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. Vide Leuit. 19.f.28. Neque ponetis, &c. ולא־תשימו וגו׳ .i. non tondebitis partem illam anteriorem capitis propter mortuū, quæ reſpondet parti illi quæ eſt inter oculos veſtros. Ierem. 16.a.6, ſcribitur, Et morientur magni & parui in terra hac, non ſepelientur, nec plangent eos, neque ſe incidēt, nec decaluabūt ſe propter eos. 2 Sanctus קדוש .i. dicatus & conſecratus Deo. 3 Abominationē: תועבה .i. de carnibus cuiuſcunque animalis immundi. 4 Hæc ſunt anim. &c. זאת הבהמה וגו׳ Singul. pro plur. hæc ſunt animalia quorum carnibus veſci poteritis. Agnum, &c.: שה כשבים ושה עזים .i. fœtum agnorum & fœtum caprarum, hoc eſt vitulum adultum & hœdum.

5 Et damam, ודישון & vnicornem. 6 Findens vngulā, &c. מפרסת פרסה וגו׳ Idē verſus legitur Leuit. 11.a.3. vide illic annotationes.

7 Veruntamen hoc non comed. &c. אך את־זה וגו׳ Et hæc omnia habes Leuit. 11.a.4. 8 Et porcum, ואת־החזיר ſub. nō comedetis.

nulas & ſquamas,comedite:

10 Quæ abſque pĩnulis & ſquamis ſũt, ne comedatis,quia immunda ſunt.

11 Omnes aues mundas comedite.

12 Immundas ne comedatis : aquilam ſcilicet,& gryphem,& halięetum,

13 Ixon, & vulturẽ,ac miluũ iuxta genus ſuum:

14 Et omne coruini generis:

15 Et ſtruthionem, ac noctuã, & larũ, atque accipitrem iuxta genus ſuum:

16 Herodium,ac cygnum,& ibin:

17 Ac mergulum, porphionem, & nycticoracem:

18 Onocrotalum,& charadriũ,ſingula in genere ſuo:vpupam quoque,& verſpertilionem.

C 19 Et omne quod reptat & pennulas habet,immũdũ erit,& nõ comedetur.

20 Omne quod mũdum eſt, comedite.

21 Quicquid autẽ morticinũ eſt,ne veſcamini ex eo:peregrino qui intra portas tuas eſt,da vt comedat, aut vende ei : quia tu populus ſanctus Domini Dei tui es.‖Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.

Exod.23.d.19, & 34.d.26

22 Decimam partem ſeparabis de cũctis fructibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos,

23 Et comedes in conſpectu Domini Dei tui (in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur)decimam frumẽti tui,& vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt diſcas timere Dominum Deum tuũ omni tempore.

24 Quum autem longior fuerit via,& locus quem elegerit Dominus Deus tuus,tibique benedixerit , nec potueris ad eum hæc cuncta portare,

D 25 ‖Vendes omnia,& in pretium rediges , portabiſque manu tua, & proficiſceris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus:

26 Et emes ex eadẽ pecunia quicquid tibi placuerit , ſiue ex armentis , ſiue ex ouibus,vinum quoque,& ſicerã,& omne quod deſiderat anima tua : & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua,

27 Et Leuita qui intra portas tuas eſt, caue ne derelinquas eũ:quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua.

28 Anno tertio ſeparabis aliã decimã ex omnibus quæ naſcuntur tibi eo tẽpore,& repones intra ianuas tuas.

29 Veniétque Leuites qui aliam non habet partem nec poſſeſſionem tecũ, & peregrinus ac pupili⁹ & vidua,qui intra portas tuas ſunt, & comedent, & ſaturabũtur,vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cũctis operibus manuũ tuarũ quæ feceris. Cap. XV.

1 SEptimo anno facies remiſſionẽ,

2 Quæ hoc ordine celebrabitur:

pinnulam & ſquamam,comedetis:

10 Quicquid verò non habet pinnulã & ſquamam,nõ comedetis, immundum eſt vobis.

11 Omnem auem mundam comedetis.

12 Hæ autem ſunt ex quibus non comedetis , aquila , & gryphus, & haliæetus:

Aues immũdæ.

13 ʹEt ixus,& vultur,& miluus ſecundum ſpeciem ſuam:

14 Et omnis coruus ſecundum ſpeciem ſuam:

15 Et filia ſtruthionis , & noctua, & larus , & accipiter ſecundum ſpeciem ſuam:

16 Et herodius,& ibis,& cygnus:

17 Et pelicanus,& porphirio,& mergulus:

18 Et ciconia,& charadrius ſecundum ſpeciem ſuam:& vpupa,& veſpertilio.

19 Et omne reptile″alatum immundum eſt vobis,nõ comedetur.

20 Omnem auem mundam comedetis.

21 Nõ comedetisʹvllũ cadauer:peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud,& comedet illud,aut vẽde alienigenæ:popul⁹ enim ſãctus es Iehouæ Deo tuo.″Nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ.

Morticina non comedenda. Peregrinus.

22 ″Decimando decimabis omnem prouentum ſeminis tui,quod egreſſum fuerit ex agro annuatim.

Decimæ dãdæ.

23 Et comedes coram Iehoua Deo tuo in loco quem elegerit ″vt habitare faciat nomen ſuum ibi,decimam frumenti tui, vini tui, & olei tui , & primogenita ″boum tuorum & pecudum tuarum: vt diſcas timere Iehouam Deum tuum omnibus diebus.

24 ″Quòd ſi lõgior fuerit via quàm vt per eã ferre poſſis illas,quòd diſtet à te locus ille quem elegerit Iehouáh Deus tuus vt ponat nomen ſuum ibi,quum benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus,

25 ″Tunc dabis pro pecunia, ʹ& colligabis pecuniam in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus:

26 ″Et dabis pecuniam pro omni eo quod deſiderat anima tua,pro bobus,& pro ouibus,& pro vino,& pro שׁechár,& pro cunctis denique quæ poſtulauerit à te anima tua: & comedes ibi corã Iehoua Deo tuo,ʹ& lætaberis tu & domus tua.

27 Leuitam autẽ qui intra portas tuas habitauerit,nõ derelinques: quia non eſt ei pars & hæreditas tecum.

28 ″Tertio quoque anno proferes omnes decimas prouẽtus tui anno ipſo,& repones intra portas tuas.

29 Veniétque Leuita(quia non eſt ei portio & hæreditas tecum)& peregrinus,& pupillus,atque vidua,qui ſunt intra portas tuas: ″& comedẽt,& ſaturabuntur,vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manus tuæ quod feceris. Cap. XV.

Leuitæ,peregrini, pupilli, & viduæ alendi.

1 SʹEptimo quoque anno″facies remiſſionem.

2 ″Hæc autem *eſt* ratio remiſſionis , ″vt remittat omnis

Remiſſio debitorum anno ſeptimo.

---

13 Et ixus,והראה Species eſt vulturis, alba, minor vulture,vt ait doctus inter Hebræos. Ab acumine viſus ſic dicta auis, vt ſcribunt il-
lorũ doctores. 19 Alatum העוף .i.volans mẽbranula qua vtitur vice pennulæ. 21 Vllũ cadauer: כל־נבלה Hoc eſt vllã auem
per ſe mortuam. Nõ coques hœ.&c. לא־תבשל וגו׳ Vide Exo.23.d.19,& 34.d.26. 22 Decimando,&c. עשר תעשר וגו׳ .i.dabis di-
ligenter decimã partẽ fructuũ ſementis tuæ,hoc eſt ex eo quod produxerit ager tuus. 23 Vt habitare,&c. לשכן שמו שם Vide ſuprà
cap.12.a.5. Boũ tuorũ,&c. בקרך וצאנך armenti tui & gregis tui. 24 Quòd ſi longior,&c. וכי־ירבה וגו׳ Ad verbũ,Et ſi multipli-
cata fuerit præ te via,vt non poſſis ferre eã nempe decimã.Seipſum declarat mox ſequentibus. 25 Tũc dabis ונתתה ſub.decimas
illas. Et colligabis וצרת .i.colligatã pecuniã in faſciculũ pones in manu tua. 26 Et dabis pec.&c. ונתתה הכסף וגו׳ .i.Et cõpara-
bis ea pecunia quicquid voles. Et lætaberis ושמחת .i.cũ gaudio & lætitia epulaberis. 28 Tertio quoque anno מקצה שלוש שנים
Ad verbum,In fine trium annorum.Hebraiſmus. 29 Et comedent,& ſaturab. ואכלו ושבעו Hebraiſmus,comedent ad ſaturitatem.

IN CAPVT XV.

1 Septimo quoque anno מקץ שבע־שנים Ad verbum,In extremitate ſeptem annorũ.vel,à fine.priore ſcilicet,hoc eſt initio ſeptimi an-
ni.quum ſeptimus annus aduenerit.קץ ſignificat extremitatem:quod non ſolùm de exitu rei,ſed & de initio intelligendum eſt.Quidã ver-
tunt,Septimo tandem anno. Facies remiſſionem. תעשה שמטה: Id eſt remittentur debita debitoribus qui non fuerint ſoluendo.
2 Hæc autem *eſt* ratio וזה דבר Ad verbum, Et hoc *eſt* verbum. vel,Et hæc *eſt* res. i.regula,ſiue modus. q.d. Hoc autem pacto remitten-
tur debita. Vt remittat שמוט Remittet.Infinitiuus eſt.

"qui mutuum dederit manu ſua *id quod* mutuum dederit "amico ſuo:non repoſcet ab amico ſuo,aut à fratre ſuo: quia"proclamata eſt remiſſio Iehouæ.

3 Ab alienigena repoſces:at quod fuerit tibi apud fratrem tuum, remittet manus tua:

Alēdi pauperes, neque permittēdū vt mendicēt.

4 "Intātum vt non ſit in te mendicus : quia benedicendo benedicet tibi Iehouáh in terra quā "ipſe Deus tuus dat tibi in hæreditatem vt poſſideas eam:

5 "Sed *ita* dūtaxat ſi obediēdo obedieris voci Iehouæ Dei tui , "ita vt cuſtodias faciendo omne præceptum iſtud quod ego præcipio tibi hodie:

6 "Nā Iehouáh Deus tuus benedixit tibi,quēadmodum dixit tibi: "tū mutuò accepto pignore dabis gētibus multis, tu autē nō accipies mutuò:& dominaberis gētib⁹ multis,at tibi nō dominabūtur.

De fratre in paupertatē redacto.

7 Si fuerit apud te mendicus quiſpiā è fratribus tuis in vna è portis tuis in terra tua quā Iehouáh Deus tuus dat tibi: nō indurabis cor tuum,neque claudes manum tuam à fratre tuo mendico:

Mutuū dādum, etiamſi non ſit ſpes recipiendi.

8 Sed "aperiendo aperies illi manū tuam,"& accepto pignore,mutuando mutuabis ei ad ſufficientiam vſque,"id quo indiguerit.

9 Caue tibi "ne ſit quidpiam in corde tuo impiū,dicēdo, "Propinquus eſt annus ſeptimus, annus remiſſionis: "& malignus *ſit* oculus tuus in fratrem tuum mendicum,ita vt non des ei: "clamet autem contra te ad Iehouam,& erit in te peccatum.

10 *Sed* dādo dabis ei, "neque malignum erit cor tuum quū dederis ei: quia huius rei gratia benedicet tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus operibus tuis,"& in omni re quam tractaueris.

Pauperes ſemper futuri.

11 Non enim deerit mēdicus de medio terræ:idcirco præcipio tibi,dicendo, Aperiendo aperies manum tuam fratri tuo,*id eſt* pauperi tuo,& mendico tuo in terra tua.

Serui & ancillæ Hebræi anno ſeptimo libertate donandi.

12 "Si vēditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, vel Hebræa,& ſeruierit tibi ſex annis,anno ſeptimo "dimittes eum liberum à te.

13 Et quum dimittes eum liberum à te,non dimittes eum vacuū:

14 "Onerando onerabis eū:de pecudibus tuis,"& de area tua, & de torculari tuo,in quib⁹ benedixerit tibi Iehouáh De⁹ tuus,dabis ei.

15 Et recordaberis quòd ſeruus fuiſti in terra AEgypti,& redemerit te Iehouáh Deus tuus:idcirco ego præcipio tibi hoc hodie.

cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre ſuo,repetere non poterit, quia ann⁹ remiſſionis eſt Domini.

3 A peregrino & aduena exiges : ciuē & propinquum repetendi nō habetis poteſtatem.

4 Et omnino indigens & mēdicus nō erit inter vos:vt benedicat tibi Dominus in terra quam traditurus eſt tibi in poſſeſſionem.

5 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui,& cuſtodieris vniuerſa quę iuſſit,& quæ ego hodie præcipio tibi:

6 Benedicet tibi,vt pollicitus eſt: fœnerabis gētibus multis,& ipſe à nullo accipies mutuū: dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.

7 Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quā Dn̄s Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit:nō obdurabis cor tuum,nec contrahes manum: B

8 Sed aperies eam pauperi , & |dabis mutuū quo eū indigere perſpexeris. Matth.5.g.42 luc.6.e.34

9 Caue ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio , & dicas in corde tuo , Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis,& auertas oculos tuos à paupere fratre tuo,nolēs ei quod poſtulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominū,& fiat tibi in peccatū.

10 Sed dabis ei,nec ages quippiam callidè in eius neceſſitatibus ſubleuādis: vt benedicat tibi Dominus Deus tu⁹ in omni opere , & in cunctis ad quæ manum miſeris.

11 |Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi qui tecum verſatur in terra. Matth.26.a.11

12 Quū tibi vēditus fuerit frater tuus Hebręus,aut Hebręa,& ſex annis ſeruierit tibi, in ſeptimo anno dimittes eum liberum. Exo.21.a.2 ierem.34.c.14 C

13 Et quē libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris:

14 Sed dabis viaticum de gregibus, & de area & torculari tuo,quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.

15 Memēto quòd & ipſe ſeruieris ī terra AEgypti,& liberauerit te Dn̄s De⁹ tuus,& idcirco ego nūc pręcipio tibi.

Qui mutuum dederit ma.ſ. בעל משה ידו Ad verbum, patronus mutui manus ſuæ. Hebraiſmus, qui mutuum dederit id quod dederit. creditor,id quod crediderit. Amico ſuo: ברעהו ſodali ſuo.proximo ſuo. Proclamata eſt קרא Ad verbū,proclamauit.ſub.proclamator,ſiue præco. Quidam vertunt,proclamabitur.denuntiabitur. 4 Intantum vt,&c. אפס כי וגו' Significat Dominus fore vt nemo inter eos egeat,ſi iſtam legem diligēter ſeruent:nec eſſe quod timeant, ſe minus diuitiarū habituros ſi hoc beneficium ſeptimo anno in debitores ſuos conferant. Alii vertunt,veruntamen non, &c.q.d.nō timebis hanc meam legem tibi fraudi futuram: ſiquidē ſi boni æmulatores fueritis præceptorū meorum, adeò benedicā vobis,& multiplicabo ea quibus opus habetis,vt nullus inter vos futurus ſit pauper cui mutuo quicquā ſit dandum.In hunc ſenſum exponit ex doctis Hebræorū alter. Alii,Solūmodo vt non ſit egenus,&c.acſi præcipiat ne vllum inter ſe egere ſinant:ſic enim fore vt largā Dei benedictionem in omnibus ſentiant. Alii,Præterquā quum non erit in vrbe tua pauper.vel,Niſi quando non erit,&c.i.niſi quum frater tuus fuerit diues.q.d.hæc regula non intelligitur niſi illi fuerint pauperes.nam pauperibus fratribus remittes pecuniā creditam:verùm diuites fratres excipio,quibus non remittes quod mutuum dederis,quum habeant vnde reddere poſſint.

Ipſe יהוה Antecedēs.Heb.pro relatiuo. 5 *Sed ita* duntaxat ſi ob. רק אם־שמוע Si tamen obediēdo.i.Id ita demū fiet,ſi,&c. Ita vt cuſtod.fac. לשמור לעשות ita vt obſerues facere omnia præcepta,&c.ſiue opere perficere. 6 Nā Iehouáh,&c. כי־יהוה וגו' Quidā præteritū conuertunt in futurum,benedicet. Alii,Quum autē Iehouah Deus tuus benedixerit tibi. Tū mutuò dabis והעבטת accepto ſcilicet pignore. 8 Aperiendo aperies,&c. פתוח תפתח את־ידך .i.aperta manu dabis illi. Et mutuādo mut.&c. והעבט תעביטנו וגו' Doctus inter Hebræos admonet quoſdam interpretari,& interrogādo interrogabis eum de ſufficientia defectus ipſius qui defecerit ei. .i.quibus illi ſit opus ad ſubleuandā inopiam qua premitur. 9 Ne ſit quidpiā,&c. פן־יהיה וגו' Hebraiſmus,ne ſubrepat tibi cogitatio aliqua impia. Propinquus eſt קרבה Præt.Heb.pro præſ. Et malignus *ſit* oculus t. ורעה עינך Per malū, ſiue malignum oculū Scriptura parcum, inuidentē,immiſericordem,qui non libenter miſeretur pauperū,intelligit.Hinc nata metaphora Hebræis,quòd animi habitus oculis ſe maximè prodit.Contrà oculum bonum pro animo liberali & benefico accipiunt.Prouerb.22.b.9, Bonus oculus benedicetur, quia dat de cibo ſuo pauperi.Et cap.23.a.6,Ne edas cibum oculi mali,& ne deſideres delicias eius.Qua phraſi vſus eſt Chriſtus Dominus noſter,Matth.6.c.22,Si igitur oculus tuus fuerit ſimplex.Et cap.20.b.15,An oculus tuus malus eſt quòd ego bonus ſum?Vide infrà cap.28.f.54.

Clamet autem וקרא Ad verbū,& clamabit. 10 Neque malignū erit cor t. ולא־ירע לבבך nec malū ſit cor tuū.i.neque grauetur, vel grauabitur. Et in om.re,&c.: ובכול משלח ידך Ad verbū,& in omni miſſione manus tuæ.vel,& in omni ad quod extēderis manū tuā. 12 Si venditus fue.ti. כי־ימכר לך Quum emeris ſeruū Hebræum,aut ſeruā Hebræam. Dimittes eū libe.à te. : תשלחנו חפשי מעמך .i. donatū libertate,ſines ire quocunque volet. 14 Onerando oner.e. העניק תעניק לו sub.muneribus. Alii,Ornando ornabis eū.quēadmodū ornari ſolent homines torquibus.Mox ſeipſū declarat. Et de area tua,&c. ומגרנך וגו' .i.de frumento areæ tuæ,& de vino preli tui.

16 Sinautem dixerit, Nolo egredi: eo quòd diligat tę, & domũ tuã, & bene ſibi apud te eſſe ſentit:

17 Aſſumes ſubulã, & perforabis aurẽ eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum. ancillæ quoque ſimiliter facies.

18 Nõ auertas ab eis oculos tuos quãdo dimiſeris eos liberos: quoniã iuxta
D mercedem mercenarii per ſex annos ſeruiuit tibi: vt benedicat tibi Domi- Deus tu⁹ in cũctis operibus quę agis.

19 De primogenitis quæ naſcuntur in armentis & ouibus tuis, quicquid eſt ſexus maſculini, ſanctificabis Domino Deo tuo: nõ operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium.

20 In cõſpectu Domini Dei tui comedes ea per annos ſingulos in loco quẽ elegerit Dominus, tu & domus tua.

Leuit.22.c.21
eccli 35.b.14

21 |Sinautẽ habuerit maculã, & vel claudum fuerit vel cæcũ, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo.

22 Sed intra portas vrbis tuę comedes illud: tã mũdus quàm immũdus ſimiliter veſcẽtur eis, quaſi caprea & ceruo.

23 Hoc ſolũ obſeruabis vt ſanguinem eorũ nõ comedas, ſed effundes in terram quaſi aquam.

Cap. XVI.

1 OBſerua menſem nouarũ frugũ, & verni primùm tẽporis, vt facias Phaſe Domino Deo tuo: quoniam in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de AEgypto nocte.

2 Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo de ouib⁹, & de bobus in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus vt habitet nomen eius ibi.

3 Non comedes in eo panem fermẽtatum: ſeptẽ diebus comedes abſque fermento afflictionis panẽ: quoniam in pauore egreſſus es de AEgypto: vt memineris diei egreſſiõis tuæ de AEgypto omnibus diebus vitæ tuæ.

4 Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis ſeptem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum eſt veſpere in die primo, vſque mane.

5 Non poteris immolare Phaſe in
B qualibet vrbium tuarum quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

6 Sed in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis Phaſe veſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de AEgypto.

7 Et coques, & comedes in loco quẽ elegerit Domin⁹ Deus tuus, maneꝗ cõſurgens vades in tabernacula tua.

8 Sex diebus comedes azyma: & in die ſeptima, quia collecta eſt Domini Dei tui, non facies opus.

Leuit.23.c.15

9 |Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris:

10 Et celebrabis diem feſtum hebdomadarũ Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui.

---

16 ʼQuòd ſi dixerit tibi, Non egrediar à te: propterea quòd diligat te & domum tuam, *&* quòd ʺbonum *ſit* ei tecum:

17 Tunc accipies ſubulã, ʺ& pones in aure eius, & in porta: erítque tibi ſeruus in ſeculum. ſic etiam ancillæ tuæ facies.

Auris perforata ſeruis, quid ſignificet.

18 ʼNon ſit durum in oculis tuis, quum dimittes eum liberũ à te: quiaʺduplo mercedis mercenarii ſeruiuit tibi ſex annis: & benedicet tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus quæ facies.

19 Omne primogenitũ quod naſcetur ʼin armento tuo aut in grege tuo, maſculum ſanctificabis Iehouæ Deo tuo: ʼnõ vtêris opera primogeniti bouis tui, neque tondebisʼprimogenita gregis tui.

Primogenita Deo ſanctificanda qualia eſſe debeant.

20 Coram Iehoua Deo tuo comedes illa annuatim, in loco quẽ elegerit Iehouáh, tu & familia tua.

21 Quòd ſi fuerit in eo macula, *aut fuerit* cæcum vel claudũ, *aut* quouis *alio* vitio *deturpatum*, non ſacrificabis illud Iehouæ Deo tuo.

22 Intra portas tuas comedes illud, immundus & mundus pariter *comedet* perinde atque capream & ceruum.

23 ʼTantummodo ſanguinem eius non comedes, *ſed* ſuper terram fundes illum tanquam aquam.

Cap. XVI.

1 OBſerua menſemʼAbib, & fac Péſaḥ Iehouæ Deo tuo: quia mẽſe Abib eduxit te Iehouáh Deus tuus ex AEgypto nocte.

Tria Iudæorum feſta primaria. Phaſe.

2 Et ſacrificabis Péſaḥ Iehouæ Deo tuo de pecudib⁹ & bobus, in loco quẽ elegerit Iehouáh vt habitare faciat nomen ſuum ibi.

3 Non comedesʼcum illo fermentatum: ſeptẽ diebus comedes cũ illo infermentata,ʺpanem afflictionis: quia feſtinanter egreſſus es è terra AEgypti: vt memineris diei quo egreſſus es è terra AEgypti, omnibus diebus vitæ tuæ.

4 Neque conſpicietur tibi fermentum in omni termino tuo ſeptem diebus, neque pernoctabit *quicquam* de carnibus quas ſacrificabis in veſpera die primo, vſque mane.

5 Non poteris ſacrificare Péſaḥʺin aliqua è portis tuis quas Iehouáh Deus tuus dat tibi:

6 Sed in loco quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus vt habitare faciat nomen ſuum ibi: ſacrificabis Péſaḥ ad veſperam, occumbente ſole, tempore quo egreſſus es ex AEgypto.

7 Aſſabis autem, ac comedes in loco quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus: poſtea mane conuerſus reuertêris in tabernacula tua.

8 Sex diebus comedes infermentata: die autem ſeptima eritʺſolennitas Iehouæ Deo tuo, non facies opus *ullum*.

9 ʼSeptem *deinde* hebdomadas numerabis tibi: ex quo cœperit falx eſſe in ſegete, incipies numerare ſeptem hebdomadas:

Pentecoſtes

10 Poſtea celebrabis ſolennitatem hebdomadum Iehouæ Deo tuo: ʼiuxta ſufficientiam ſpontaneæ manus tuæ *erit* quod dabis, prout benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus.

16 Quòd ſi dixerit והיה כי־יאמר Ad verbum, Et erit, ſi dixerit. Bonũ *ſit* ei tecum: טוב לו עמך: .i. quòd gratũ ſit illi habitare tecũ. vel, quòd ſentiat ſe bene habere tecum. Vide infrà cap. 23. c. 16. 17 Et pones, &c. ונתתה וגו׳ Hebraiſmus, per aurẽ eius adiges ſubulã in fores ſiue ianuam. 18 Non ſit durũ in oc. t. לא־יקשה בעינך Hebraiſmus, Ne graueris dimittere eũ. ne ſit tibi moleſtum. Duplo mercedis, &c. משנה שכר וגו׳ .i. bis tanto tempore ſeruiuit tibi quã ſeruire ſolet mercenarius. Mercenarii enim ſerui apud Hebræos operas ſuas locabant ad tres annos. Vel, duplicem mercedem ad mercedem mercenarii accipere debet.

19 In armento t. &c. בבקרך ובצאנך Ad verbũ, in bobus tuis & in ouibus tuis. Sing. Heb. pro plur. Non vtêris opera primog. bo. לא תעבוד וגו׳ Gallicè dicimus, *Tu ne te ſeruiras point de, &c.* Vide ſuprà cap. 21. a. 3. Primogenita, &c. בכור צאנך: Singul. Heb. pro plur.

23 Tantummodo רק Veruntamen.

IN CAPVT XVI.

1 Abib, האביב Vide Exo. 13. a. 4. 3 Cum illo עליו nempe ſacrificio paſchali. Panem afflict. לחם עוני Per appoſitionem dictum. q. d. monimenta afflictionis quam pertuliſtis in AEgypto, & illius anxiæ noctis in qua egreſſi eſtis ex AEgypto, vt mox dicit.

5 In aliqua è portis t. באחד שעריך Portas pro vrbibus accipit, In aliqua vrbiũ tuarũ. 8 Solennitas עצרת Sic vocatur ſolennitas à cõgregando, vel prohibendo, quòd eo die prohiberetur populus aliquod opus facere. 9 Septẽ *deinde* hebd. שבעה שבועות De feſto Pentecoſtes loquitur, de quo & Exo. 34. c. 22. 10 Iuxta ſufficientiam, &c. מסת נדבת וגו׳ iuxta ſufficientiam donarii ſpõtanei manus tuæ *erit* quod dabis. i. dabis quod ſpontaneo & liberali animo potueris pro ratione opum. Alii, ex oblatione ſpontanea erit quod dabis.

11 Et lætaberis corã Iehoua Deo tuo, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas, & peregrinus, & pupillus, & vidua, qui fuerint in medio tui, ʹin loco quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus vt habitare faciat nomen ſuum ibi.

12 Et recordaberis quòd ſeruus fueris in AEgypto: propterea cuſtodies, ac facies ſtatuta hæc.

Feſtum tabernaculorum.

13 Solennitatẽ tabernaculorum facies ſeptem diebus, quum collegeris tu″de area tua & de torculari tuo.

14 Et lætaberis in ſolennitate tua, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuita, & peregrinus, & pupill⁹, & vidua, qui *habitauerint* intra portas tuas.

15 Septẽ dieb⁹ ſolẽnitatẽ celebrabis Iehouæ Deo tuo in loco quẽ elegerit Iehouáh: quũ benedixerit tibi Iehouáh Deus tu⁹ in cũctis ″frugibus tuis, & in omni opere manuũ tuarũ, & eris ″vtiq; lætus.

Primogenita.

16 Tribus vicibus″quotannis″cõſpicietur omnis maſculus tuus coram Iehoua Deo tuo, in loco quem elegerit, in ſolennitate infermentatorum, & in ſolennitate hebdomadum, & in ſolennitate tabernaculorum: neque *quiſquam* conſpicietur coram Iehoua vacuus.

17 Quiſque″iuxta donum manus ſuæ, iuxta benedictionem Iehouæ Dei tui quam dedit tibi.

שופטים

Qualesmagiſtratus eſſe debeant.

18 Iudices & præfectos pones tibi intra omnes portas tuas quas Iehouáh Deus tuus dat tibi in tribubus tuis, qui iudicabunt populum″iudicio iuſtitiæ.

19 Nõ″inclinabis iudiciũ,″nõ agnoſces perſonã, neque capies munus: quia mun⁹ excæcat oculos ſapiẽtũ,ʹ& deſtruit verba iuſtorũ.

20 ʹIuſtitiam iuſtitiam ſequêris, vt viuas, & poſſideas terram quã Iehouáh Deus tuus dat tibi.

21 Non plantabis tibi lucum quaruncunque arborum apud altare Iehouæ Dei tui quod facies tibi.

22 Neque″eriges tibi ſtatuam: id quod odio habet Iehouáh Deus tuus.

Cap. XVII.

Vitioſa hoſtia non offerenda.

1 NOn ſacrificabis Iehouæ Deo tuo bouẽ, aut agnũ, in quo fuerit macula, *aut*″q̃dpiã vitii: q̃aʹabominatio Iehouæ Dei tui eſt.

Pœna idololatræ.

2 Si inuentus fuerit″in medio tui, in vna è portis tuis quas Iehouáh Deus tuus dat tibi,ʹvir aut mulier qui fecerit malum in oculis Iehouæ Dei tui, tranſgrediendo pactum eius:

3 Et perrexerit, coluerítque deos alienos,ʹatque incuruauerit ſe illis,ʹ& ſoli, vel lunæ, vel omni militiæ cæli, quod non præcepi:

4 Et renũtiatũ fuerit tibi, & audieris,ʹ& quæſieris diligẽter:″& ſi q̃dẽ veritas ſit, & rumor ver⁹, *quòd* facta ſit abominatio iſta ĩ Iשſraele:

5 Tunc educes hominem illum, aut mulierem illam, qui fecerunt malum hoc, ad portas tuas, hominem aut mulierem, & lapidabis eos lapidibus, & morientur.

11 Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiſcũ: in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

C

12 Et recordaberis quoniã ſeruus fueris in AEgypto: cuſtodiéſque ac facies quæ præcepta ſunt.

13 Solennitatẽ quoque tabernaculorũ cælebrabis per ſeptẽ dies, quãdo collegeris de area & torculari fruges tuas.

14 Et epulaberis in feſtiuitate tua, tu & filius tuus & filia, & ſeruus tuus & ancilla, Leuites quoque, & aduena, & pupill⁹ ac vidua qui ĩtra portas tuas ſũt.

15 Septẽ diebus Domino Deo tuo feſta celebrabis in loco quẽ elegerit Domin⁹: benedicétque tibi Dñs Deus tu⁹ in cũctis frugibus tuis, & in õni opere manuum tuarum, eriſque in lætitia.

16 Tribus vicibus per annũ apparebit omne maſculinũ tuũ in cõſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, in ſolẽnitate azymorũ, & in ſolẽnitate hebdomadarum, & in ſolennitate tabernaculorum: non apparebit ante Dominum vacuus:

D

Exod. 23. e. 15, & 34. c. 23 eccli 16. d. 6

17 Sed offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuerit, iuxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei.

18 Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populum iuſto iudicio,

19 Nec in alterã partẽ declinent: non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.

Suprà 1. c. 17 exo. 23. a. 8 leuit. 19, c. 15

20 Iuſtè quod iuſtum eſt perſequêris: vt viuas, & poſſideas terram quã Dominus Deus tuus dederit tibi.

21 Non plãtabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.

22 Nec facies tibi atque conſtitues ſtatuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

Cap. XVII.

1 NOn immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo eſt macula aut quidpiam vitii: quia abominatio eſt Domino Deo tuo.

2 Quum reperti fuerint apud te intra vnã portarum tuarũ quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier q̃ faciãt malũ in cõſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius,

3 Vt vadãt, & ſeruiant diis alienis, & adorent eos, ſolem & lunam, & omnẽ militiam cæli, quæ non præcepi:

4 Et hoc tibi fuerit nuntiatũ, audiénſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael:

5 Educes virum ac mulierem qui rẽ ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur.

13 De area tua & de tor. t. ׃ מגרנך ומיקבך .i. frumentũ tuum & vinũ tuum. 15 Frugibus t. תבואתך prouentibus tuis. Vtique lætus. ׃ אך שמח tantũ lætus. ſub. & nõ triſtis. q. d. nihil aliud quàm lætitiæ indulgebis. 16 Quotannis בשנה Ad verbũ, in anno. Conſpicietur יראה apparebit. ſub. à te oblatus. q. d. tribus vicibus ſingulis annis offeres primogenita tua. Vide Exo. 34. c. 23.
17 Iuxta donum ma. ſ. כמתנת ידו Hebraiſmus, iuxta quod conferre poterit. q. d. quíſque offeret quod poterit, & pro modo facultatum ſuarũ quas dederit illi Deus. 18 Iudicio iuſtit. ׃ משפט־צדק Hebraiſmus, ſumma æquitate & iuſtitia. A prima huius verſus dictione quintã huius libri ſectionem incipiunt Hebræi, quam vocant שופטים. 19 Inclinabis תטה declinare facies. q. d. Tu qui iudicio præfectus es, non inclinabis in alterã partẽ amore vel odio. Non agnoſces perſ. לא תכיר פנים Vide ſuprà cap. 1. c. 17. Et deſtruit ויסלף & peruertit. i. peruertere ſolet ſententiã iudicum iuſtiſſimorum. 20 Iuſtitiam iuſt. צדק צדק Hebraiſmus, Quod maximè iuſtum eſt. vel, quod æquum & iuſtum eſt ſequêris, ſiue abſoluas, ſiue condemnes. 22 Eriges תקים more ſcilicet idololatrarum.

IN CAPVT XVII.

1 Quidpiam vitii: כל דבר רע Ad verbum, vlla res mala. Abominatio Ieh. תועבת יהוה Id eſt deteſtatur Iehouah.
2 In medio tui, בקרבך Id eſt inter conciues tuos. Vir aut mulier איש או־אשה Hebraiſmus, aliquis, aut aliqua.
3 Atque incuruauerit ſe il. וישתחו להם atque adorauerit illa. Et ſoli, ולשמש Hic ו pro Id eſt (vt nonnulli vertunt) poſitum eſt.
4 Et quæſieris ודרשת tunc inquires. Et ſi quidem veritas, &c. והנה אמת וגו׳ Vide eadem verba ſuprà cap. 13. c. 14.

Infrà 19.d.15 matth.18.c.16 2.corinth.13.a.1

[In ore duorũ aut triũ teſtiũ peribit qui interficietur. nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium. 6

Suprà 13.c.9

[Manus teſtiũ prima interficiet eũ, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. 7

2.Paral.19.c.10

[Si difficile & ambiguum apud te iudiciũ eſſe perſpexeris inter ſanguinẽ & ſanguinẽ, cauſã & cauſam, leprã & non leprã: & Iudicũ inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcẽde ad locũ quẽ elegerit Dñs Deus tuus. 8

Veniéſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tẽpore: quæréſque ab eis, qui indicabũt tibi iudicii veritatem. 9

Et facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te 10

C

Iuxta legem eius: ſequeriſque ſentẽtiam eorũ, nec declinabis ad dexterã, neque ad ſiniſtram. 11

Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis ĩperio qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: 12

Cũctúſque populus audiẽs timebit, vt nullꝰ deĩceps intumeſcat ſuperbia. 13

Quum ingreſſus fueris terrã quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eã, habitaueriſq; in illa, & dixeris, Cõſtituã ſuper me Regẽ, ſicut habent omnes per circuitum nationes: 14

Eum cõſtitues quẽ Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum: non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus. 15

D

Quúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in AEgyptũ, equitatus numero ſubleuatus: præſertim quũ Dñs præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. 16

Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animũ eius, neque argẽti & auri immenſa pondera. 17

Poſtquam autẽ ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ Legis huiꝰ in volumine, accipiẽs exẽplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, 18

Et habebit ſecũ, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cæremonias eius, quæ in Lege præcepta ſunt. 19

Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partẽ dexterã vel ſiniſtrã, vt longo tẽpore regnet ipſe & filii eiꝰ ſup Iſrael. 20

6 'In ore duorum teſtium, vel trium teſtiũ, interficietur qui moriturus eſt: non *autem* interficietur in ore teſtis vnius.

Teſtes.

7 Manus teſtium erit primùm in illum, ad interficiendũ illum, & manus vniuerſi populi poſtea: & ita auferes malum è medio tui.

8 "Si latuerit te aliquid in iudicio, inter ſanguinem & ſanguinẽ, inter cauſam & cauſam, & inter plagã & plagam, *in* rebus 'rixarum 'intra portas tuas, tunc ſurges, & aſcendes ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus.

Ambiguã & difficiliorẽ cauſam referat Index ad Sacerdotes, aut ad ſupremum Iudicẽ, ſummum Sacerdotem.

9 Et venies ad Sacerdotes Leuitas, & ad 'Iudicem qui fuerit in diebus illis, "& quæres, & indicabunt tibi 'verbum iudicii:

10 Et facies iuxta verbũ quod indicauerint tibi è loco illo quẽ elegerit Iehouáh, & obſeruabis facere 'iuxta omnia quæ docuerĩt te:

11 "Iuxta legem quam docuerint te, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, facies: non declinabis à verbo quod indicauerint tibi, ad dexteram aut ad ſiniſtram.

12 Vir autem 'qui fecerit per ſuperbiam vt non obediat Sacerdoti qui ſteterit vt miniſtret illic coram Iehoua Deo tuo, aut Iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Iשſraאele.

Rebellis & cõtumax puniendus.

13 "Vt vniuerſus populꝰ audiat & timeat, & nõ ſuperbè agat vltrá.

14 Quum ingreſſus fueris terrã quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, & poſſederis eam, & habitaueris in ea, "ac dixeris, Cõſtituam ſuper me Regem *aliquem*, vt omnes gentes "quæ *ſunt in* circuitibus meis:

Inſtitutio Regis, & eius officium.

15 Conſtituendo cõſtitues ſuper te Regé quem delegerit Iehouáh Deus tuus: è medio fratrũ tuorũ conſtitues ſuper te Regẽ, nõ poteris conſtituere ſuper te virum alienigenã qui nõ ſit frater tuus.

16 'Tantùm ne multiplicet ſibi equos, neque reducat populum in AEgyptum 'vt multiplicet *ſibi* equos: 'præſertim quum Iehouáh dixerit vobis, Non reuertemini iterum per viam iſtam poſthac.

17 Neque multiplicabit ſibi vxores, ne "declinet cor eius: neque argentum & aurum multiplicabit ſibi valde.

18 'Quum autem ſederit ſuper ſolium regni ſui, ſcribet ſibi 'iteratam Legem hanc in libro "à conſpectu Sacerdotum Leuitarum:

Rex legat Deuteronomium Moyſi.

19 Erítque apud illum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Iehouam Deũ ſuum, vt cuſtodiat omnia verba Legis huius, & ſtatuta hæc, vt faciat illa:

20 Ne eleuetur cor eius ſupra fratres ipſius, neque declinet à præcepto ad dexteram aut ad ſiniſtram: "vt prolonget dies in regno ſuo, ipſe & filii eius in medio Iשſraאelis.

6 In ore duorũ, &c. עַל־פִּי שְׁנַיִם וגו׳ Hebraiſmus, Sub teſtimonio duorũ aut trium teſtiũ, nõ teſtimonio vnius. Vide Num.35.d.30, & infrà 19.d.15. 8 Si latuerit, &c. כִּי יִפָּלֵא וגו׳ Hebraiſmus, Si cauſa aliqua fuerit ambigua, & difficilior quàm vt de illa pronũtiare poſſis, cuiuſmodi inter ſanguinem & ſanguinẽ, hoc eſt inter innocentem & crimine capitali damnandũ, qui aliis rationibus videtur tibi eſſe innocens: inter cauſam & cauſam, hoc eſt inter litem pecuniariam & quæ ſit minoris momenti, vel inter litem actoris & litem defenſoris: & inter plagam & plagã, hoc eſt inter liuorem & vulnus. Inter cauſam & cauſam, בֵּין־דִּין לְדִין inter iudicium & iudicium. Rixarum רִיבֹת litiũ.i.in rebus controuerſis. 9 Iudicem הַשֹּׁפֵט Per hunc Iudicem ſummũ, intelligendum dicunt Hebræi ſummũ Pontificem. Sacerdotes & Leuitæ in Iudices eligebãtur, ſi ſapientia & timore Domini pollebãt. Deinde etiam Iſraelitæ qui peritia Legis ac religione pares Sacerdotibus, ſimiliter Iudicibus annumerabantur, vt habes Exo.18.d.22, Nume.11.c.24, Deut.1.c.13, quemadmodum & cõſenſus Hebrææ antiquitatis confirmat in libro Sanhedrin. Et quæres, וְדָרַשְׁתָּ & inquires. ſub. ab illis. Alii, & cõſules eos. Verbum iudicii: אֵת דְּבַר הַמִּשְׁפָּט: i. ſententiã ipſã, ſiue quomodo pronuntiandũ tibi ſit de re illa. 10 Iuxta omnia, &c. כְּכֹל אֲשֶׁר יוֹרוּךָ: omnino vt te docuerint. 11 Iuxta Legem, &c. עַל־פִּי הַתּוֹרָה וגו׳ .i.iuxta inſtructionẽ qua inſtruxerint te. 12 Qui fecerit per ſup. אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה בְזָדוֹן qui admiſerit contumaciã.i.ſiquis per arrogantiã nolit obedire Sacerdoti qui ibi ſteterit vt iudicet, &c. 13 Vt vniuerſus, &c. וְכָל־הָעָם וגו׳ Ad verbum, Et vniuerſus populus audiet, & timebit.i.Vt quum vniuerſus populus audierit, timeat, & nil tale poſtea faciat per arrogantiam.

14 Ac dixeris, &c. וְאָמַרְתָּ אָשִׂימָה וגו׳ Hebraiſmus, ac conſtitueris apud te, Regẽ tibi creare. Quæ *ſunt in*, &c. אֲשֶׁר סְבִיבֹתָי: quæ circũ me habitant. 16 Tantùm ne mult. רַק לֹא־יַרְבֶּה Ita duntaxat quòd non multiplicabit. Alii, Veruntamen nõ multiplicabit.i.non alet multos equos. Vt multiplicet *ſibi* eq. לְמַעַן הַרְבּוֹת סוּס .i.vt cõparet ſibi equitatũ numeroſum. Præſertim quũ Ieh. &c. וַיהוָה אָמַר וגו׳ Ad verbũ, & Iehouah dixit vobis, Non addetis vt reuertamini per viã iſtã vltrá. 17 Declinet יָסוּר recedat. deficiat. ſub. à Lege Dei.

18 Quum autẽ ſed. וְהָיָה כְשִׁבְתּוֹ Ad verbũ, Et erit ſecundũ ſedere ipſũ, &c.i.quũ regnare cœperit. Iteratã Le. hanc אֶת־מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה הַזֹּאת L X X, τὸ δευτερονόμιον τοῦτο, ſecundariã Legẽ hanc. Ioſue 8.f.32, legimus, Et ſcripſit ibi in lapidibus אֵת מִשְׁנֵה תּוֹרַת מֹשֶׁה ſecundariã Legem Moſis. Quidam (vt etiã doctus inter Hebræos) vertunt, duplum (Latinè, deſcriptum, ſiue exſcriptum) Legis huius. Gallicè, *le double*.i.curabit ſibi deſcribendũ apographum huius Legis. Rectius vertiſſe videntur L X X, ſi conferas locum iſtum cũ illo Ioſue, quos ſequutus eſt noſter interpres. A conſpectu Sacer. מִלִּפְנֵי הַכֹּהֲנִים Hebraiſmus, ad exemplar Sacerdotum, vel accepto exemplari Sacerdotum.

20 Vt prolonget dies, &c. לְמַעַן יַאֲרִיךְ וגו׳ Hebraiſmus, vt diu regnet.

Cap. XVIII.

Leuitis nulla datur poſſeſſio.

1 NOn erit ſacerdotibus Leuitis, & toti tribui Leui portio & hæreditas cum *reliquo* Iωſraℵele: oblationes ignitas Iehouæ″& hæreditatem eius comedent.

2 Et hæreditas non erit illi in medio fratrum ſuorum: Iehouáh eſt hæreditas eius, quemadmodum dixit illi.

Leuitis quid datur.

3 ′Iſtud autẽ erit ius ſacerdotũ à populo, è ſacrificãtib⁹ ſacrificiũ, ſiue bouẽ, ſiue agnũ, dabit ſacerdoti armũ, & maxillas, & vẽtriculũ.

4 Primitias frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primitias velleris ouium tuarum dabis illi.

5 Ipſũ enim elegit Iehouáh Deus tuus è cũctis tribub⁹ tuis, vt ſtet ad miniſtrãdũ″nomini Iehouæ, ipſe & filii eius omnibus diebus.

6 Quum autem venerit Leuita ex aliqua portarum tuarum ex omni Iωſraℵele, vbi ipſe peregrinabitur, ′& venerit toto deſiderio animæ ſuæ ad locum quem elegerit Iehouáh:

7 Miniſtrabit nomini Iehouæ Dei ſui, ſicut omnes fratres ei⁹ Leuitæ qui ſtant illic coram Iehoua.

8 ′Partem ſimilem parti *aliorum* comedent, ′præter venditiones eius ad patres.

Fugiẽda omnis idololatria.

9 Quum ingreſſus fueris terrã quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, non diſces facere ſecundum abominationes Gentium illarum.

Diuinos incantatores, & ſimiles abominatur Deus.

10 Nõ inuenietur in te qui trãſire faciat filiũ ſuũ aut filiã ſuã per ignẽ, diuinãs diuinationes, præſtigiator, & augur, neq; maleficus:

11 ″Neque incantator, neque interrogans pythonẽ, neque magus, neque quærens à mortuis.

12 Abominatio enim Iehouæ eſt quicunque facit hæc, & propter abominationes iſtas Iehouáh Deus tuus eiicit′illas à facie tua.

13 ′Perfectus eris cum Iehoua Deo tuo.

14 Gentes enim iſtæ quas poſſeſſurus es, ariolos & diuinos conſulunt: tu autem non ſic: ″dedit *enim* tibi Iehouáh Deus tuus.

Propheta Chriſtus promittitur.

15 ′Prophetam è medio tui è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouáh Deus tuus, illum audietis:

16 ″Iuxta omnia quæ poſtulaſti à Iehoua Deo tuo in ħHoréb, in die congregationis, dicendo, Ne addam audire vocẽ Iehouæ Dei mei, neque ignem magnum iſtum videam amplius, ne moriar.

Cap. XVIII.

1 NOn habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadẽ tribu ſunt, partem & hæreditatem cum Iſrael, ‖quia ſacrificia Domini, & oblationes eius comedent,

Suprà 10.b.9
1.corinth.9.b.13

2 Et nihil aliud accipiẽt de poſſeſſione fratrum ſuorum: ‖Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut loquutus eſt illis.

Nume.18.c.20

3 Hoc erit iudicium ſacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: ſiue bouẽ, ſiue ouẽ immolauerint, dabunt ſacerdoti armum ac ventriculũ:

4 Primitias frumẽti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonſione.

5 Ipſum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt ſtet, & miniſtret nomini Domini ipſe & filii eius in ſempiternum.

B

6 Si exierit Leuites ex vna vrbiũ tuarum ex omni Iſrael in qua habitat, & voluerit venire, deſiderãs locum quẽ elegerit Dominus:

7 Miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut õnes fratres eius Leuitæ, qui ſtabunt eo tempore coram Domino.

8 Partem ciborũ eandẽ accipiet quã & cæteri, excepto eo quod in vrbe ſua ex paterna ei ſucceſſione debetur.

9 Quando ingreſſus fueris terrã quã Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum Gentium.

10 Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducẽs per ignẽ: aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſõnia atque auguria: nec ſit malefic⁹,

C

11 ‖Nec incantator, neque qui pythones conſulat, nec diuinos, ‖& quærat à mortuis veritatem.

Leuit.20.d.27
1.Reg.28.b.7

12 Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo.

13 Perfectus eris & abſque macula cũ Domino Deo tuo.

14 Gentes iſtæ quarũ poſſidebis terrã, augures & diuinos audiũt: tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es.

15 Prophetam de gente tua de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies:

Iohan.1.f.45
act.3.d.22.,
& 7.c.37

16 Vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando cõcio congregata eſt, atque dixiſti, ‖Vltrà non audiã vocem Domini Dei mei, & ignẽ hunc maximum amplius nõ videbo, ne moriar.

Exo.20.c.19

IN CAPVT XVIII.

1 Et hæreditatem e. ונחלתו .i. quod tanquã hæreditario iure pertinet ad eum. 3 Iſtud autẽ e. ius Sacer. וזה יהיה וגו' Hebraiſmus, Hæc iure ſuo accipient ſacerdotes à populo offerenti ſacrificia. 5 Nomini Ieh. בשם־יהוה .i. in honorẽ ipſius. Antecedẽs pro relatiuo.

6 Et venerit toto, &c. ובא בכל־אות נפשו Hebraiſmus, magno deſiderio, & magna animi alacritate. Alii vertunt, tunc veniet pro deſiderio animæ ſuæ. i. pro voto. ſiue prout voluerit. 8 Partem ſimilẽ, &c. חלק כחלק יאכלו Ad verbũ, partem ſicut partẽ comedent. i. Eandem ciborum partẽ comedent quã & cæteri. Præter venditiones, &c. לבד ממכריו וגו' præter venditiones eius à patribus. i. præter ius eius quod vẽditũ fuerit à maioribus ipſius. vel, niſi tẽpore maiorum ſuorũ venditum & diſtractum fuerit: hoc eſt, niſi maiores eius vendiderint ius ipſius. Quibuſdam videtur is eſſe huius loci ſimplex ſenſus, Omnes Leuitas qui Ieroſolymã venirent vt ibi miniſtrarẽt Domino, ex æquo participare poſſe omnibus portionibus quæ ex oblationibus illis obuenirent: non autem teneri vt alius cum alio diuideret & partiretur ea bona quæ à maioribus ſuis tanquam propria habebat. Licet enim Leuitæ non haberent hæreditatẽ in terra promiſſionis vt aliæ tribus: tamen poterant ſibi quædã emere à filiis Iſrael quæ illis propria manebant, & quæ filiis ſuis poſtea relinquebant. Chaldæus paraph. præter id quod per vices ſabbathi ei obuenerit, ſicut conſtituerũt patres. Cuius paraphraſis ſenſus eſſe videtur, Omnes oblationũ portiones Leuitis ex æquo communes eſſe debere, præter eas quæ in ſabbathis obuenirẽt: eæ enim illorum tantũ eſſe debebãt qui tum miniſtrabãt: quod ex conſtitutione patrum natum eſſe videtur. Ex doctioribus Hebræorũ alter ſic explicat, Niſi vendiderit domum ſuã quam hæreditate accepit à patribus ſuis, quemadmodum ſcriptum eſt Leuit. 25.e.33, Et egredietur venditio domus & vrbis poſſeſſionis eius in Iobel. Et hæc eſt expoſitio illius quod dicit A Patribus, vel Super Patres. Non dicet illi, Hoc eſt tuum, non comedes partem ſicut partẽ, ſiue æqualẽ partem. Hactenus ille. 11 Neque incantator, וחובר חבר Ad verbũ, Et incantãs incantationẽ. Negatio ex præcedenti verſu repetita eſt, vt dilucidior ſit ſenſus. 12 Illas אותם ſub. Gẽtes. 13 Perfectus תמים Immaculatus. i. ſincero corde ac impolluto coles Deum tuum.

14 Dedit, &c. נתן לך וגו' ſub. terram illorum, propterea quòd conſulant diuinos, &c. Magni nominis apud Hebræos vir coniungit præcedentibus, Tibi autem non ſic permiſit Iehouah Deus tuus conſulere diuinos, &c. Sic vertit & Chaldæus paraph.

15 Prophetã è medio tui נביא מקרבך .i. Prophetam de gente tua. Hanc de Chriſto vero Propheta prædictionẽ habes citatam Act. 3.d.22, & 7.e.37. 16 Iuxta omnia quæ poſt. ככל אשר־שאלת Hebraiſmus, ſubaudiendũ verbum præcedens, Suſcitabit tibi prorſus vt petiſti in concione illa inſigni & celeberrima, de qua ſuprà cap. 10.a.4. De hac petitione nulla mentio in Exodo, 20.c.19, vbi populus dicit, Ne loquatur nobiſcum Deus, ne fortè moriamur. ſed Moſes ex his verbis, nõ quid ſonẽt, ſed quid velint concipit: ſpectat enim intimum affectũ & cardinẽ deſiderii eorũ. nã ſic affecti erant ex terrore vocis, vt ſummo cordis æſtu optarint mitius & blandius verbũ. Ipſa enim mors intẽtata per vocẽ Legis, coegit eos ſuſpirare ad vitã & ad verbũ ſalutis: & in tali anguſtia magis optãt, quàm audẽt petere aliud verbũ. Deus autẽ qui ſcrutatur profũda cordis, audit & reſpondet, nõ ſecundũ verba exterius ſonãtia, ſed ſecundũ affectũ interius ardentẽ. Sicut apud Lucã, 19.a.5, Chriſtus Zacchæũ ſuſpexit, nõ ſecũdũ quod foris loquebatur, ſed ſecũdũ affectũ cordis. Nõ enim auſus fuiſſet Zacchæus foris petere vt domũ ſuã Chriſtus intraret, & tamẽ intus nihil magis optabat: vnde & cũ gaudio eũ ſuſcepit, impleto deſiderio ſuo quod ipſe vix ſẽtiebat antè.

17 Et ait Dominus mihi, Bene omnia sunt loquuti,

Iohan.1.g.45

D

18 ‖Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponã verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi.

19 Qui autẽ verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.

20 Propheta autem qui arrogãtia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorũ, interficietur.

21 Quòd si tacita cogitatione responderis, Quomodo possum intelligere verbũ quod Dominus nõ est loquut⁹?

22 Hoc habebis signum, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus nõ est loquutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

Cap. XIX.

1 QVum disperdiderit Dominus Deus tuus gentes quarum tibi traditurus est terrã, & possederis eã, habitauerísque in vrbibus earum & in ædibus:

Exod.21.c.13
nume.35.b.9
iosue 20.a.2

2 ‖Tres ciuitates separabis tibi in medio terræ quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem,

3 Sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totã terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidiũ profugus est, quò possit euadere.

4 Hæc erit lex homicidæ fugiẽtis, cuius vita seruanda est: qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur:

B

5 Sed abiisse cũ eo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de manubrio amicũ eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam supradictarũ vrbium confugiet, & viuet:

6 Ne forsitan proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eũ si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis, quia nullum contra eum qui occisus est, odiũ prius habuisse monstratur.

7 Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter se spatii diuidas.

8 Quum autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit Patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram‖quam eis pollicitus est:

Suprà 12.c.20
gene.28.c.14

9 (Si tamẽ custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuũ, & ambules in viis eius omni tẽpore) addes tibi‖tres alias ciuitates, & supradictarũ trium vrbium numerũ duplicabis:

Iosue 20.c.7

C

10 Vt nõ effũdatur sanguis innoxi⁹ in medio terræ, quã Dñs Deus tu⁹ dabit tibi possidendã, ne sis sanguinis reus.

17 Et dixit Iehouáh mihi, ′Bene egerunt *in hoc* quod loquuti sunt.

18 Prophetã suscitabo illis de medio fratrũ suorũ ′sicut tu, ′& ponã verba mea in ore eius, & loquetur eis omnia quæ præcepero illi.

19 Erit autem, quicunque non audierit verba mea quæ loquetur in nomine meo, ego ′requiram ab eo.

20 Veruntamen propheta ″qui superbè egerit vt loquatur verbum in nomine meo quod non præcepi ei loqui, quíque loquetur in nomine deorum alienorum, morietur propheta ille.

Propheta aliud quàm verbũ Dei prædicans, interficiendus.

21 Quòd si dixeris in corde tuo, Quomodo cognoscemus verbum quod non loquutus fuerit Iehouáh?

Pseudopropheta quomodo dignoscendus.

22 ″Quando loquetur propheta in nomine Iehouæ, & nõ extiterit res illa, neque euenerit *illud*, est verbũ quod non loquutus est Iehouáh, per superbiã loquutus est illud propheta ille: ne timeas ab eo.

Cap. XIX.

1 QVum exciderit Iehouáh Deus tuus gẽtes quarũ *ipse* Iehouáh Deus tuus dat tibi terram, & possederis eas, habitauerísque in vrbibus earum, & in domibus earum:

Ciuitates perfugii, homicidii causa.

2 Tres vrbes separabis tibi in medio terræ tuæ quã Iehouáh Deus tuus dat tibi vt possideas eam.

3 Præparabis tibi ″itinera, ″& in tres partes diuides terminũ terræ tuæ quam in hæreditatem daturus est tibi Iehouáh Deus tuus, erítque vt fugiat illuc omnis homicida.

4 ″Hæc autem *est* res homicidæ qui fugiet illuc, & viuet: qui percusserit proximum suum ″ignoranter, neque oderat eum ab heri & nudiustertius:

Qui homicidæ innocentes.

5 Quíque abierit cum proximo suo in syluam ad cædendũ ligna, ″& impulsa fuerit manus eius in securim ad cædendum lignum, ″elapsum autẽ fuerit ferrum ″è ligno, inuenerítque proximũ suũ, & moriatur: is fugiet ad vnam vrbium istarum, & viuet:

6 Ne persequatur ″propinquus sanguinis homicidam illum ′quũ incaluerit cor eius, & assequatur eum, quòd ″longior fuerit via, ″& percutiat eum anima, ″quum tamen non sit reus mortis, quòd odisset eum ab heri *&* nudiustertius.

7 Idcirco ego præcipio tibi, dicẽdo, Tres ciuitates separabis tibi.

8 Quòd si dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminũ tuum, quemadmodum iurauit Patribus tuis, & dederit tibi vniuersam terram quam dixit Patribus tuis se daturum:

9 Quũ custodieris ″oĩa præcepta ista, vt facias ea quæ ego præcipio tibi hodie, *nempe* vt diligas Iehouã Deũ tuũ, & ambules in viis eius, oĩbus diebus: tunc addes tibi adhuc tres vrbes vltra tres istas:

10 Vt nõ effundatur sanguis innocẽs in medio terræ tuæ quã Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatẽ, ″néve sint super te sãguines.

17 Bene egerunt, &c. היטיבו אשר דברו: Rectè loquuti sunt quod dixerunt. 18 Sicut tu, כמוך similem tui. Et ponam, &c. ונתתי דברי בפיו Hebraismus, per illũ loquar, ei suggerã quid dicat. i. erit interpres volũtatis meæ ad illos. 19 Requirã ab eo. אדרוש מעמו: Hebraismus, sumã pœnas de illo. 20 Qui superbè, &c. אשר יזיד לדבר qui superbia elatus, loquutus fuerit. i. qui præsumpserit loqui quod non dixerim illi. 22 Quando loquetur proph. אשר ידבר הנביא Vide suprà cap.13.a.1, eandem sententiam diuersis verbis.

IN CAPVT XIX.

3 Itinera, הדרך Singul. Heb. pro plur. i.释 sternes tibi vias ad illas vrbes. Et in tres partes, &c. ושלשת את־גבול Ad verbũ, & tertiabis terminum. pro, terminos. i. prouinciã terræ tuæ. 4 Hæc autem *est*, &c. וזה דבר וגו׳ Hebraismus, Istud est propter quod illuc fugiet homicida: vt quũ fugerit illuc, viuere possit: nẽpe si percusserit, &c. Quidã vertunt, Hac verò de causa homicida fugiet illuc, vt viuat. Ignoranter, בבלי־דעת per ignorantiã. per imprudentiã. imprudens. Vide hæc Num.35.b.15. 5 Et impulsa fue. &c. ונדחה ידו בגרזן. i. & impulerit manu sua securim in arborẽ. Elapsũ autẽ, &c. ונשל הברזל וגו׳ auulsum autẽ fuerit ferrũ è manubrio. vel, & elabatur ferrũ de manubrio. 6 Propinquus sang. גואל הדם Vide Num.35.c.12. i. cõsanguineus eius cuius sãguis effusus est. Quũ incal. cor e. כי יחם לבבו. i. dũ ira cõmotus fuerit animus. Longior fuerit ירבה Ad verbũ, multiplicata fuerit. Et percutiat eũ ani. והכהו נפש ablatiuus Anima. & percutiat eũ *percussione* animæ. i. vulnere lethali. Quum tamẽ, &c. ולו אין משפט־מות Ad verbum, & illi non est iudiciũ mortis. 9 Omnia præcepta ista, &c. את־כל־המצוה וגו׳ Singul. Heb. pro plur. Quidam vertunt, Si tamen obseruaueris omnia præcepta hæc, opere implendo illa. 10 Néve sint super te sang.: והיה עליך דמים Repetita negatio ad clariorem intelligentiam. Ad verbũ, & sint super te sanguines. i. cædes, hoc est pœna sanguinis. q. d. ne imputetur tibi effusio illa sanguinis, & ob eam luas pœnas.

Volantarius homicida occidendus à Magiſtratibus.

11 At quum fuerit quiſpiam qui oderit proximum ſuum, & inſidiatus fuerit ei, inſurrexerítque in eum, & percuſſerit eum″anima, & mortuus fuerit: fugerit autem ad vnam vrbium iſtarum:

12 Tunc mittent ſeniores″vrbis illius, & abſtrahent eum inde, dabúntque eum in manu propinqui ſanguinis: & morietur.

13 Non parcet oculus tuus ei, ″& auferes ſanguinem innocẽtem ex Iωſraeאle, & bene erit tibi.

Termini non transferendi.

14 ″Non apprehendes terminũ proximi tui, ″quem terminauerunt priores in hæreditate tua quam poſſidebis in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſſideas eam.

Vno teſte nullus condemnandus.

15 Non ſtabit teſtis vnus cõtra quenquã in quacunque iniquitate, & in quocunque peccato, in quocunque *inquam* peccato quod peccauerit: ″in ore duorum teſtiũ aut in ore triũ teſtiũ″ſtabit verbũ.

Pœna falſi teſtis.

16 Quum ſteterit teſtis mendax cõtra aliquem″vt teſtificetur contra eum verbum peruerſum:

17 Tunc ſtabunt duo illi homines″quibus eſt lis, ″coram Iehoua, *id eſt* coram Sacerdotibus & Iudicibus qui fuerint in diebus illis:

18 Et inquirent Iudices diligẽter: ″& ſi teſtis ille eſt teſtis mendax, mendacium teſtificatus eſt contra fratrem ſuum:

Pœna talionis.

19 Facietis ei quemadmodum cogitauit facere fratri ſuo, & *ita* auferes malum è medio tui.

20 Et qui remanſerint, ″audient, ac timebunt, nec addent facere vltrà″malum ſimile huic in medio tui:

21 Neque parcet oculus tuus, ″animã pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede. Cap. XX.

Iſraelitis pugnã inituris fiducia in Deum annũtiatur.

1 QVũ egredieris ad bellũ cõtra inimicos tuos, & videris equos & currus, & populũ″maiorẽ te, ne timeas ab eis: Iehouáh enim Deus tuus eſt tecũ, qui eduxit te de terra AEgypti.

2 ″Erit autem, quum appropinquaueritis ad conflictum, accedet Sacerdos, & alloquetur populum.

Adhortatio qua vtebatur Sacerdos imminente prælio.

3 Ac dicet illis, Audi Iωſraאél, appropinquaui hodie conflictui cõtra inimicos veſtros: ne molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, neque paueatis, neque formidetis à facie eorum:

4 Quia Iehouáh Deus veſter″iturus eſt vobiſcum vt pugnet pro vobis cum inimicis veſtris, vt ſeruet vos.

Qui ad bellum procedere non debeant.

5 Et alloquẽtur præfecti populũ, dicendo, Quis eſt vir qui ædificauit domũ nouã, ″& non dedicauit eã? abeat, & reuertatur ad domum ſuã: ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius dedicet eã.

6 Et quis eſt vir qui plantauit vineam, ″& non fecit eam communem? abeat, & reuertatur ad domum ſuam: ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius communem faciat eam.

11 ‖Siquis autẽ odio habens proximũ ſuũ, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit illũ, & mortuus fuerit, fugeritq; ad vnã de ſupradictis vrbib⁹:

Nume.35.c.20

12 Mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt: & morietur.

13 Non miſereberis eius, & auferes innoxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi.

14 Non aſſumes & trãſferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores‖in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra quã acceperis poſſidendam.

Gene.28.c.14

D

15 ‖Non ſtabit teſtis vnus contra aliquẽ, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut triũ teſtium ſtabit omne verbum.

Suprà 17.b.6
matth.18.b.16
iohan.8.b.17
2 corinth.13.a.1
heb.10.c.28

16 Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eũ præuaricationis:

17 Stabũt ambo quorũ cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotũ & Iudicum qui fuerint in diebus illis.

18 Quúmque diligentiſſimè perſcrutãtes inuenerint falſum teſtẽ dixiſſe cõtra fratrem ſuum mendacium:

19 ‖Reddẽt ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui.

Prouerb.19.a.5
dan.13.g.62

20 Vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeãt facere.

21 Et non miſereberis eius, ‖ſed animã pro anima, oculum pro oculo, dentẽ pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Cap. XX.

Exo.21.e.24
leuit.24.d.20
matth.5.f.38

1 SI exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitat⁹ & currus, & maiorem quàm tu habeas, aduerſarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecũ eſt qui eduxit te de terra AEgypti.

2 Appropinquante autem iam prælio, ſtabit Sacerdos ante aciem, & ſic loquetur ad populum,

3 Audi Iſrael, vos hodie cõtra inimicos veſtros pugnam committitis: nõ pertimeſcat cor veſtrũ, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos:

4 Quia Dñs De⁹ veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.

5 Duces quoq; p ſingulas turmas audiẽte exercitu proclamabũt, ‖Quis eſt homo qui ędificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domũ ſuam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam.

Iudic.7.a.3
1.mach.3.g.56
B

6 Quis eſt homo qui plãtauit vineã, ‖& necdũ fecit eã eſſe cõmunẽ, de qua veſci oĩbus liceat? vadat, & reuertatur in domũ ſuã, ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fũgatur officio.

Leuit.19.b.9

---

11 Anima, נפש ablatiuus eſt, *percuſſione* animæ.i.vulnere lethali, vt paulo antè verſu 6. 12 Vrbis illius, עירו ſub. homicidæ.

13 Et auferes ſanguinem innoc. ובערת דם־הנקי .i. expiabis peccatum effuſi ſanguinis innocentis in Iſraele, ſiue expiabis Iſraelem à cæde hominis innocentis. 14 Non apprehendes, &c. לא תסיג גבול רעך Nõ aſſequéris terminũ vicini tui.i. nõ inuades, non tranſferes terminum ſeparantẽ agrẽ proximi tui à tuo, poſitũ inter agrum tuũ & agrũ proximi tui. Quẽ termin. אשר גבלו Ad verbũ trãſtulit noſter interpres.i. quẽ poſuerunt. quẽ fixerunt. 15 In ore duorũ teſt. על־פי שני עדים .i. Ad teſtimoniũ duorum teſtiũ. Vide ſuprà cap.17.a.6 Stabit verbũ. ׃ יקום דבר conſiſtet verbũ.i. accuſatio ipſa erit firma & ſtabilis. Stabiliri verbũ, eſt de re ipſa pronuntiari vt lis finiatur. q.d. ſi lis, aut accuſatio confirmata fuerit duorũ aut trium teſtimonio, rata erit. Hæc verba citat Chriſtus apud Matthæum 18.b.16. Et Paulus, 2.Cor.13.a.1. 16 Vt teſtificetur, &c. ׃ לענות בו סרה vt accuſet eũ rebellionis. impietatis. auerſionis. Id ſignificat סרה.

17 Quibus eſt lis, אשר־להם הריב quibus eſt rixa. vel, qui inter ſe litigant. Corã Ieh. לפני יהוה Obſerua coram Iehoua ſtare eos qui ſunt corã Sacerdotibus & Iudicibus à Iehoua cõſtitutis. 18 Et ſi teſtis והנה עד Ad verbũ, & ecce teſtis. Sæpiſſimè poſitũ הנה pro Si, vt ſuprà cap.13.c.14. 20 Audient, ישמעו ſub. iudicium iſtud. Malum ſimile huic כדבר הרע הזה Ad verbum, ſecundum verbũ malum hoc. 21 Animam pro anima, &c. נפש בנפש וגו׳ Simile genus dicendi habes Leuit.24.d.20.i. vitam pro vita exiges.

IN CAPVT XX.

1 Maiorem te, רב ממך numeroſiorem te. 2 Erit autem, &c. והיה כקרבכם וגו׳ Quum autem imminebit conflictus.

4 Iturus eſt ההולך Ad verbum, ambulans. ſub. erit. 5 Et non dicauit e. ולא חנכו .i. nondum habitauit in ea.

6 Et non fecit eam cõm. ולא חללו Quidã vertunt, & non profanauit eam. eodẽ ſenſu. Nam ante quĩtũ annum à plãtatione vitis ſiue arboris non licebat cuiquam ex eius fructu veſci: quinto autem anno omnibus licebat veſci, atque ita communis omnibus fiebat fructus, & veluti profanus. Vide Leuit.19.f.25. Nonnulli vertunt, & non vindemiauit eam.

Quis eſt homo qui deſpōdit vxorē, & non accepit eam? vadat & reuertatur in domum ſuā, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

Iudicum 7.a.3 His dictis addent reliqua, & loquētur ad populum, Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum ſuam: ne pauere faciat corda fratrum ſuorū, ſicut ipſe timore perterritus eſt.

Quūmque ſiluerint duces exercitus,
C & finē loquendi fecerint, vnuſquiſque ſuos ad bellandū cuneos præparabit.

Siquādo acceſſeris ad expugnādam ciuitatem, offeres ei primùm pacem.

Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo.

Sin autē fœdus inire noluerit, & ceperit cōtra te bellū, oppugnabis eam.

Quūmque tradiderit Dominus Deꝰ tuus illā in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladii.

Abſque mulieribus & infātibus, iumētis & cæteris quæ in ciuitate ſunt: omnem prædam exercitui diuides: & comedes de ſpoliis hoſtiū tuorū quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

Sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde ſūt, & non ſunt de his vrbibus quas in poſſeſſionē accepturus es.

D De his autem ciuitatibus quæ dabūtur tibi, nullum omnino permittes viuere:

Sed interficies in ore gladii, Hethęū videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſęum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus:

Ne fortè doceant vos facere cūctas abominationes quas ipſi operati ſūt diis ſuis, & peccetis in Dominū Deū veſtrum.

Quando obſederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eam, nō ſuccides arbores de quibꝰ veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt, & nō homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum.

Siqua autē ligna nō ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus, ſuccide, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem quæ cōtra te dimicat.

Cap. X X I. 1

QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus:

Egredientur maiores natu & iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingularū per circuitū ſpatia ciuitatū:

Et quā viciniorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius

7 Et quis eſt vir qui deſpondit mulierem, & non accepit eam? abeat, & reuertatur domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius accipiat eam.

8 Addent præterea præfecti alloqui populum, ac dicent, Quis eſt vir timidus,″& tener corde? abeat, & reuertatur domum ſuum,″ne diſſoluatur cor fratrum eius, ſicut cor illius.

9 Et erit; quum finem fecerint præfecti loquendi ad populum, ′tunc conſtituent principes turmarum in capite populi.

Quid agendū in oppugnatione vrbium.

10 Quum acceſſeris ad vrbem *aliquam*, vt expugnes eam, clamabis ad eam′pacem.

11 Et erit,′ſi pacē reſpōderit tibi, & aperuerit tibi, vniuerſus populus qui fuerit repertus in ea, erunt tibi tributarii, ſeruiéntque tibi.

12 Si verò pacem non fecerit tecum, ſed faciat tecum præliū, obſederíſque eam:

Ius belli erga expugnatas vrbes.

13 Et dederit eam Iehouáh Deus tuus in manu tua, tūc percuties ′omnem maſculum eius acie gladii.

14 Tātùm mulieres & paruulos, & animalia, & quicquid fuerit in vrbe, omnia ſpolia eius prædaberis tibi: comedéſque ſpolia inimicorum tuorum quos dederit tibi Iehouáh Deus tuus.

15 Sic facies omnibus vrbibus′longinquis à te valde, quæ nō ſunt de vrbibus gentium iſtarum.

Chananæos & huiuſmodi penitus occidi iubet Deus.

16 Tantùm de vrbibus populorum iſtorum quos Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem,′non viuificabis vllam animam:

17 Sed perdendo perdes eos, חHitthæum, אEmoræum, Chenayanæum, & Perizæum, חHiuæum, & Iebuסæum, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus:

18 Ne doceant vos facere ſecundum omnes abominationes ſuas quas faciunt diis ſuis, & peccetis in Iehouam Deum veſtrum.

Arbores frugiferas nō vult Deꝰ excindi à militibus.

19 Quū obſederis vrbē *aliquam* diebus multis pugnādo aduerſus eā, vt capias eam, non diſperdes arbores eius, impellendo in eas ſecurim:″quia ex illarū *fructibus* veſcêris, propterea ipſas non ſuccides(″*eſt* enim *uita* hominis arbor agri) vt veniat à facie tua in obſidionem.

20 Veruntamen arbores quas noueris non eſſe″fructiferas, diſperdes & ſuccídes: & ædificabis munitionem aduerſus vrbem illam quæ tecum dimicat, donec″deſcendat ipſa.

Cap. X X I.

Lex expurgationis ſuper occiſo, cuius author ignoretur.

1 QVum inuentū fuerit cadauer hominis occiſi in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſſideas eam, proſtratum in agro, nec cognitum fuerit quis percuſſerit eum:

2 Tunc egredientur ſeniores tui & iudices tui, & metiētur vſque ad ciuitates quæ ſunt in circuitibꝰ cadaueris hominis illius occiſi:

3 ″Et ſeniores vrbis propinquioris illi cadaueri occiſo, capient

---

8 Et tener corde? ורך הלבב & mollis corde? i. animo pauido. Ne diſſoluatur, &c. ולא ימס וגו׳ ne liqueſcat cor fratrum eius, &c. i. ne cæteri terreantur vt ille. 9 Tunc conſtituent, &c. ופקדו שרי צבאות Id eſt acies ipſas inſtruent.

10 Pacem. לשלום׃ pro pace. id eſt ſublata voce compellabis eam verbis pacificis. inuitabis eam ad deditionem.

11 Si pacem reſp. tibi, אם־שלום תענך ſi *in* pace reſponderit tibi. Hebraiſmus, ſi pacem receperit à te oblatam, & aperuerit tibi portas ſuas.

13 Omnem maſculum e. את כל־זכורה. i. omne quod fuerit in ea generis maſculini. 15 Longinquis הרחוקת remotis. id eſt quæ plurimùm à te diſtabunt. 16 Non viuificabis, &c. לא תחיה כל־נשמה׃ Hebraiſmus, non ſines aliquem viuere. i. nulli parces.

19 Quia ex illarum *fructibus* veſc. &c. כי ממנו תאכל Ad verbū, ſed ex illis veſcéris, propterea illas, &c. *Eſt* enim *uita* hominis arbor agri. כי האדם עץ השדה Per parentheſin hæc interſeruntur, vt quibuſdam placet: & ſignificat, arbores victum homini ſuppeditant. Ex doctis Hebræorū alter legit, homo arbor agri. & exponit, victus hominis eſt arbor agri. aitque loquutionē eſſe ſimilem illi quæ infrà legitur cap. 24. b. 6, Animam pignori accipit. i. illud quo ſuſtinetur & conſeruatur anima, hoc eſt vita. Quæ vero ſequuntur, præcedentibus ita iungūtur, Ipſas arbores non ſuccides, vt ex illis extruas machinas quibus vrbem expugnes, aut eam obſidione cingas. Quidam ſine parentheſi vertunt, hoc ordine, Et illas non ſuccides, vt veniat vrbs à facie tua in obſidionē. nā *uita* hominis ſunt arbores agri. Alii etiam ſine parentheſi legunt per interrogationem, & ſequentibus iungunt, hoc modo, Num enim homo arbor agri, vt veniat contra te in obſidionem? Sic & Chaldæus paraph. vertit, Non enim eſt ſicut homo arbor agri, vt veniat contra te in obſidionem.

20 Fructiferas, עץ מאכל Ad verbum, arborem cibi. Singul. pro plur. Deſcendat ipſa. רדתה׃ corruat ipſa. i. capiatur & expugnetur.

IN CAPVT XXI.

3 Et ſeniores, &c. והיה העיר וגו׳ Ad verbum, Et erit, vrbis propinquioris illi occiſo capient ſeniores vrbis illius vitulam, &c.

vitulã de armẽto, ″qua nemo vſus fuerit, & quæ nõ traxerit iugũ:

4 Et adducent ſeniores eius vrbis vitulã ad vallẽ″aſperã , quæ nũquam fuerit arata,neque ſeminata,′& præcident ceruicem vitulæ illic in valle.

5 Et accedẽt ſacerdotes filii Leui (eos enim elegit Iehouáh Deus tuus vt miniſtrent ipſi, & ad benedicendum in nomine Iehouæ: ′& iuxta quorum ſermonem erit omnis lis,atque omnis plaga)

6 Et omnes ſeniores eius vrbis propinquiores cadaueri hominis occiſi,″lauabunt manus ſuas ſuper vitulam′percuſſam in valle.

7 Et teſtificabuntur,ac dicent,Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem iſtum,neque oculi noſtri viderunt:

8 ″Expia populum tuum Iשׂraאél quem redemiſti Iehouáh, & ne ″imputes ſanguinem innocẽtem in medio populi tui Iשׂraאél.′Et expiabitur ab eis ſanguis.

9 Tu autem auferes ſanguinem innocentem è medio tui: quum feceris″quod rectum *eſt* in oculis Iehouæ.

תצא

Quomodo ducenda captiua in vxorem.

10 ″Quum egreſſus fueris ad bellũ contra inimicos tuos,″& dederit eos Iehouáh Deus tuus in manũ tuã,″& ex eis captiuos abduxeris,

11 Videris autem″in captiuitate mulierẽ pulchrã forma,′& deamaueris eam,& acceperis tibi in vxorem:

12 Introduces eam domũ tuam , & radet caput ſuum,″ac præcidet vngues ſuos,

13 Deponétque veſtimentum ′captiuitatis ſuæ à ſe, & manebit in domo tua,ac flebit patrẽ ſuum & matrem ſuã″menſem integrũ:& poſtea ingredieris ad eam,eríſque maritus eius,& erit tibi vxor.

14 Quòd ſi nõ″complacueris tibi in ea,tum dimittes eam ″animæ ſuæ,nec vendendo vendes eam pecunia, ″neque negotiaberis de ea,quòd ′afflixeris eam.

Ius primogenituræ non dandũ pro animi libidine.

15 Quũ fuerint viro duæ vxores,vna dilecta,& altera exoſa,& pepererĩt ei filios dilecta & exoſa:fuerit autẽ fili⁹ primogenit⁹ exoſæ:

16 ″Die quo hæredes inſtituet filios ſuos eorum quæ habuerit, nõ poterit dare ius primogenituræ filio dilectæ ″ante filium exoſæ primogenitum:

17 Sed primogenitum filium exoſæ″agnoſcet,vt det ei″menſuram duorum ex omnibus″quæ habuerit: ipſe enim eſt ″principium fortitudinis eius, ipſius eſt ius primogenituræ.

De filio proteruo.

18 Quũ quis habuerit filiũ″declinãtẽ & rebellẽ, nõ obedientẽ voci patris ſui & voci matris ſuæ,& correxerint eum,nec paruerit illis:

19 Tum apprehendent eum pater eius & mater eius , educéntque illum ad ſeniores vrbis ſuæ,& ad portam loci ſui.

tollent vitulam de armento, quę non traxit iugum,nec terrã ſcidit vomere:

4 Et ducent eã ad vallẽ aſperã atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt,nec ſementem recepit,& cædent in ea ceruices vitulæ.

5 Accedéntque ſacerdotes filii Leui, (quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei , & benedicant in nomine eius) & ad verbũ eorum omne negotium , & quicquid mundum vel immundum eſt,iudicetur.

6 Et venient omnes maiores natu ciuitatis illius ad interfectũ , lauabúntque manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt, B

7 Et dicẽt,Manus noſtræ nõ effuderũt ſanguinem hunc,nec oculi viderunt:

8 Propitius eſto populo tuo Iſrael, quẽ redemiſti Domine , & ne reputes ſãguinẽ innocẽtẽ in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis.

9 Tu autẽ alienus eris ab innocentis cruore qui fuſus eſt , quũ feceris quod præcepit Dominus.

10 Si egreſſus fueris ad pugnã cõtra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua,captiuóſque duxeris,

11 Et videris in numero captiuorum mulierem pulchram , & adamaueris eam,voluerîſque habere vxorem:

12 Introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem,& circuncidet vngues,

13 Et deponet veſtẽ in qua capta eſt: ſedénſque in domo tua,flebit patrem & matrem ſuam vno mẽſe: & poſtea intrabis ad eam , dormiéſque cum illa,& erit vxor tua. C

14 Si autem poſtea non ſederit animo tuo , dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam:quia humiliaſti eam.

15 Si habuerit homo vxores duas , vnam dilectam, & alterã odioſam, genuerintque ex eo liberos , & fuerit filius odioſæ primogenitus:

16 Volueritque ſubſtãtiam inter filios ſuos diuidere:non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ:

17 Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit, cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorũ eius, & huic debentur primogenita. 1.Paral.5.a.1

18 Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium,& coercitus obedire contempſerit: D

19 Apprehẽdent eũ, & educẽt ad ſeniores ciuitatis illius & ad portã iudicii.

Qua nemo vſus fu. אשר לא־עבד בה .i.cuius opera nemo vſus ſit in aratione.Gallicè dicimus,*de laquelle on ne ſe ſera point ſerui*.vt ſuprà ca. 15.d.20. 4 Aſperam, איתן .i.ſaxoſam. Et præcident cer. וערפו Ad verbum,& deceruicabũt.ſi Latinè dici poſſet.Sic verſu 6. 5 Et iuxta quorũ,&c.′ועל־פיהם וגו .i.quorum ſententia & iudicio pronuntiabitur de omni rixa ſiue controuerſia,& omni ſpecie lepræ. 6 Lauabunt manus ſ. ירחצו את־ידיהם Per hoc teſtantes innocentiã ſuam. 8 Expia populum tuũ כפר לעמך Parce populo tuo. Verba ſunt ſacerdotum. Imputes תתן Ad verbum,des.vel,ponas.i.ne imputes cædem huius innocentis populo tuo Iſraeli. Et expiabitur ab eis ſanguis. ונכפר להם הדם׃ & remittetur eis ſanguis ille.i.pœna homicidii illius condonabitur eis. 9 Quod rectũ *eſt* הישר .i.gratum.hoc eſt,quũ alienus fueris à reatu ſanguinis. 10 Quum egreſſus fu. כי־תצא Ab hoc verſu ſextam huius libri ſectionem incipiunt Hebræi,quam תצא nominant. Et dederit eos ונתנו Ad verbum,& tradiderit eũ.ſub.inimicũ.Mutatio numeri. Et ex eis capt.abd. ושבית שביו׃ Ad verbũ,& captiuaueris captiuitatẽ eius. 11 In captiuitate, בשביה .i.inter captiuos, ſiue in numero captiuorum. Et deamaueris eã, וחשקת בה & deſideraueris eam. 13 Captiuitatis ſ.שביה .i.quo induta capta fuit. Menſem integrũ, ירח ימים Ad verbũ,menſem dierum.Vide Num.11.d.20. 14 Complacueris ti.in ea, חפצת בה cõplacitum ſit tibi in ea.i.ſi non ames illam. Animæ ſuæ, לנפשה Hebraiſmus,pro voto ſuo.i.ſines eã abire liberam quocunque volet. Neque negotiab. לא־תתעמר בה .i.nulla ratione poteris eã diſtrahere, aut cõmutare. Doctus inter Hebræos exponit, non vtêris opera eius vt ancillæ. Alii,exiſtimant ע poſitum pro א,ab אמר, quod in Hiphil ſignificat exaltare:& vertunt, non extolles teipſum ſupra illam, quaſi per vim rem habueris cum illa. Afflixeris eam. עניתה׃ Affligere mulierem,pro Rem habere cum ea per vim. 16 Die quo,&c.′והיה ביום וגו Ad verbum,Et erit,in die quo hæreditare faciet. Ante filium exoſæ primogenitum: ′על־פני וגו Ad verbum,in conſpectu filii exoſæ primogeniti.id eſt viuente primogenito exoſæ. 17 Agnoſcet, יכיר .i.habebit pro primogenito. Menſuram duo. פי שנים .i.partem duplicem. Quæ habuerit: אשר־ימצא לו Ad verbum,quæ inuenta fuerint ei. Principiũ for.e. ראשית אונו fortitudinem, ſiue virtutẽ procreatricẽ ſignificat.Vide idẽ genus dicendi Gen.49.a.3.i.illum primũ procreauit propterea ad eũ pertinet ius primogenituræ. 18 Declinantẽ סורר deſertorẽ.i.contumacem & impiũ.Seipſũ declarat mox.Sic paulo pòſt verſu 20,

6 Percuſſam הערופה Idem verbum quod verſu 4,præciſam habentẽ ceruicem.

12 Ac præcidet ועשתה Ad verbum,& faciet . Gallicè dicimus,*faire ſes ongles*.

20 Dicéntque ad eos, Filius noſter iſte proteruus & cōtumax eſt, monita noſtra audire contēnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis.

21 Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur: vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

22 Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo:

23 Non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquā cōtaminabis terrā tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

Galat.3.b.13

Cap. XXII.

Exod.23.a.4

1 NOn videbis bouē fratris tui aut ouem errātem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo.

2 Etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quādiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

3 Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam.

4 Si videris aſinū fratris tui aut bouē cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo.

5 Nō induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deū eſt qui facit hæc.

6 Si ambulans per viā, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis deſuper incubantem, non tenebis eam cum filiis:

7 Sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tēpore.

B

8 Quum ædificaueris domum nouā, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruēte.

9 Nō ſeres vineā tuā altero ſemine: ne & ſemētis quā ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur.

20 Dicéntque ſenioribus vrbis illius, Filius noſter iſte declinās & rebellis eſt, non eſt obediens voci noſtræ, epulo & potator eſt.

21 Tunc lapidabunt eum omnes″homines vrbis ſuæ lapidibus, & morietur: atque *ita* auferes malum è medio tui, vniuerſúſque Iſraël audient, & timebunt.

De ſuſpenſis in patibulo.

22 Quum fuerit in aliquo ′peccatum *&* iudicium mortis, & interficiendus fuerit, & ſuſpenderis eum in ligno:

23 Non″pernoctabit cadauer eius in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum eodē die, ″quia maledictio Dei *eſt* ſuſpenſus: ″& non contaminabis terrā tuā quam Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatē.

Cap. XXII.

Res proximi perdita non negligenda.

1 N′On videbis bouem fratris tui aut agnū eius aberrantes, ″& abſcōdes te ab eis: *ſed* reducendo reduces eos ad fratrē tuū.

2 Etiamſi non fuerit propinquus frater tuus tibi, neque noueris illum, colliges tamen illos in domū tuam, & erunt tecum donec requirat frater tuus illos, & reſtitues eos illi.

3 Et ſic facies de aſino eius, ſic facies & de veſtimento eius, ſic itē facies de omni re amiſſa fratris tui quæ perierit ab eo, & inueneris illam: ″non occultabis te *ab illis*.

4 ′Nō videbis aſinum fratris tui aut bouem eius′ iacentes in via, & abſcondes te ab eis: erigendo eriges cum eo.

Mulier veſte virili, ne vtatur.

5 ′Mulier non feret arma viri, neque induet vir veſtimētum muliebre: quia″abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicūque hæc facit.

De nido inuēto.

6 Quum occurrerit nidus auis″coram te in via, in quauis arbore, aut ſuper terram, *in quo ſint* pulli vel oua, & mater cubet ſuper pullos aut ſuper oua, non accipies matrem cum filiis:

7 ′Dimittendo dimittes matrem, & pullos capies tibi, vt bene ſit tibi, & prolonges dies.

Tectum domus muro cingendū.

8 Quum ædificaueris domum nouam, facies ′ſepimentum *per circuitum* tecto tuo: ′ne ponas ſanguinem in domo tua, ſi ceciderit cadens ex eo.

Vinea.

9 Non ſeres vineam tuam ′diuerſis ſpeciebus ſeminum, ne fortè ″polluatur′fructus ſeminis quod ſeuiſti, & fructus vineæ.

21 Homines vrbis ſ. אנשי עירו .i. conciues eius. 22 Peccatum *&* iudicium mortis, חטא משפט מות Hebraiſmus, quum quis admiſerit peccatum propter quod morte plectendus ſit. Seipſum declarat ſequentibus.

23 Pernoctabit התלין .i. manebit. ſiue, remanebit. Quia maledictio Dei, &c. כי קללת אלהים וגו׳ .i. iam luit pœnas pro flagitio admiſſo, & legi ſatiſfecit qui affixus eſt cruci, & pendet in ligno. Alii, quanuis ſit maledictio à Deo qui ſuſpenſus eſt. i. etiamſi admiſerit grauiſſimum peccatum. Alii, quanuis maledictio Dei ſit ſuſpenſus, id eſt quanuis Deo admodum ſit execrabilis qui vitam ſuſpendio finit, tamen iure ſepulturæ non eſt fraudādus, neque debet cadauer eius pernoctare in patibulo. Suſpendium fuit ignominioſiſſimū ſupplicium apud Iudæos: tantúmque in crucem agebātur blaſphemi & idololatræ. Neque hoc ſupplicii genus illis tantùm vſitatum & familiare fuit, ſed etiam Romanis, vt ſeptima actione in Verrem docet Cicero: AEgyptiis quoque, vt Geneſ.40.d.19: atque etiam Perſis, vt Eſther 7.d.9. Et non contaminabis ולא תטמא vt non polluas.

IN CAPVT XXII.

1 Non videbis לא תראה .i. Si videris. Hebraiſmus. Exod.23.a.4, legitur, Si occurreris boui. Et abſcondes te ab eis: והתעלמת מהם Hebraiſmus, nō diſſimulabis quaſi non videas. 3 Non occultabis te *ab illis*. לא תוכל להתעלם: Ad verbum, Non poteris occultare te. i. non poteris diſſimulare te videre, & præterire quaſi illa non videas.

4 Non videbis לא תראה Vt verſu primo. Vide Exod.23.a.5. Iacentes נופלים cadentes. i. qui ceciderint. qui ſuccubuerint oneri. Alii, proſtratos. 5 Mulier non feret, &c. לא יהיה כלי גבר על אשה Ad verbum, Non erit inſtrumentum viri ſuper mulierem. Inſtrumenta bellica ſignificat. Vetat ne mulieres ad militiam cum viris proficiſcantur, more Orientalium mulierum. exponunt enim ſe periculo violandæ pudicitiæ. Simul præcipitur ne vir vtatur veſtibus muliebribus, propter honeſtatem publicè tutandam, & cauendas ſcortationes. alioqui enim imberbis adoleſcens muliebri veſtitu inter mulieres facilè lateret. Abominatio Ieh. תועבת יהוה Id eſt abominabilis eſt Domino quicunque. vel, abominatur eum Dominus, &c.

6 Coram te לפניך tibi. Vitandam omnem confuſionem docet, & ſeruandam omnem honeſtatem & manſuetudinem. ſpeciem enim animi crudelis præ ſe fert qui incubantem pullis auiculam ſimul interficit.

7 Dimittēdo di. שלח תשלח .i. ſines auolare, vel abiges. 8 Sepimentū מעקה Significat hæc vox propriè anguſtiā: hîc autē accipitur pro ſepimēto ſiue peribolo auferēte angorē ab eo qui ambulat in loco excelſo. Ineſt enim metus quidā & animi anguſtia cōſtitutis in loco excelſo ne cadāt, ſi nullum adſit obſtaculū prohibens caſum. Doctus inter Hebræos ſic de hac voce ſcribit, מעקה ædificiū eſt quod faciebant per circuitum tecti, ædificium ſcilicet decem palmorum aut amplius, nequis inde caderet. In Palæſthina, tecta domorū ſunt plana. Verti poteſt, clauſtra, vel cācellos, aut ſeptū. Ne ponas ſā. ולא תשים דמים Hebraiſmus, ne ſis cauſa & author necis, ſi corruerit aliquis de tecto tuo.

9 Diuerſis ſpe. ſemi. כלאים Quia Palæſthina calida eſt, ſemper aliquid ſeminatur in interuallis quæ ſunt inter vites, vt triticum, aut ſiligo, vel auena, aut hordeum. nolebat Dominus duas ſpecies in illis ſeri. Leuit.19.d.19, dicitur, Agrum tuum non feres diuerſo ſemine.

Polluatur תקדש Ad verbum, ſanctificetur. Per antiphraſim dictum: hoc eſt ne pereant tibi fruges enatæ è diuerſis ſeminibus, & cum illis fructus vineæ. Fructus המלאה fruges. Ad verbum, plenitudo: quod pro fructu abundante & maturo accipiendum eſt.

Arare.

'Non arabis cum boue & aſino pariter.

Veſtimentum.

Non indues te'diuerſa ſpecie *panni*, lana & lino pariter.

Fimbriæ.

'Fĩbrias facies tibi in quatuor oris operimẽti tui quo operies te.

De vxore nõ inuenta virgine.

Quum acceperit aliquis vxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, 'atque odio habuerit eam,

'Et impoſuerit ei occaſiones verborũ, '& infamauerit eam, dixeritq; Vxorẽ hãc accepi, '& acceſſi ad eã, & nõ ĩueni ĩ ea'virginitatẽ:

Tunc accipiet pater puellæ & mater eius, '& proferent *ſigna* virginitatis puellæ ad ſeniores vrbis ad portam.

Dicétque pater puellæ ſenioribus, Filiam meam dedi viro huic in vxorem, & odio habet eam:

Et ecce ipſe'impoſuit occaſiones verborum, dicendo, Non inueni in filia tua virginitatem: & en ſigna virginitatis filiæ meæ: & expandent'veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.

Tunc apprehẽdent ſeniores eius vrbis virũ, '& flagellabũt eum,

Ac mulctabunt eum centũ"argẽteis, quos dabunt patri puellæ, quoniam ' infamauit virginem Iשſraℵelis: habebítque eam vxorem, quam non poterit dimittere omnibus diebus ſuis.

"Quòd ſi vera fuerit accuſatio iſta, & non inuẽta fuerit virginitas in puella:

Tunc educent puellam ad oſtium domus patris ſui, & lapidabunt eam homines "vrbis eius, lapidibus, ac morietur, quia fecit "ſtultitiam in Iשſraℵele fornicando *in* domo patris ſui: atque *ita* auferes malum è medio tui.

Pœna adulterii.

Quum quis deprehenſus fuerit coiens cum muliere maritata marito, tunc morientur etiam ambo ipſi, vir coiens cum ea muliere, & mulier ipſa: atque *ita* auferes malum ex Iשſraℵele.

De virgine deſponſata oppreſſa in ciuitate vel agro.

Quum fuerit puella virgo deſponſata viro, & inuenerit eam aliquis in vrbe, coierítque cum ea:

Educetis vtrunque ad portam vrbis eius, & lapidabitis eos lapidibus, ac morientur: puellam quidem quòd non clamauerit in vrbe *illa*: & virum propterea quòd "afflixit vxorem proximi ſui. atque *ita* auferes malum è medio tui.

At ſi in agro inuenerit vir puellam deſponſatã, & apprehenderit eã vir ille, & coierit cũ ea: morietur vir qui coierit cũ illa, ſolus.

Puellæ verò nõ facies quicquam: "non *enim* eſt *illi* puellæ peccatum mortis. nam quemadmodum inſurgit quis in proximum ſuum, "& occîdit eum anima, ſic ſe habet res iſta.

In agro enim inuenit eam: clamauit puella deſpõſata, & nemo adfuit qui ſeruaret eam.

Lex viri opprimẽtis virginem non deſponſatã.

Quũ quis inuenerit puellam virginem quæ deſponſata non ſit, & apprehenderit eam, coierítque cum ea, & deprehenſi fuerint:

10 Non arabis in boue ſimul & aſino.

11 Non indues vestimento quod ex lana linóque contextum eſt.

12 Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui quo operiris. Nume.15.d.38

13 Si duxerit vir vxorẽ, & poſtea odio habuerit eam,

14 Quæſieritque occaſiones quibus dimittat eã, obiiciens ei nomẽ peſſimũ, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam, non inueni virginem:

15 Tollent eam pater & mater eius, & ferent ſecũ ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt:

16 Et dicet pater, Filiã meam dedi huic vxorem: quam quia odit,

17 Imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, Non inueni filiã tuam virginem: & ecce hæc ſũt ſigna virginitatis filiæ meæ: expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis: C

18 Apprehẽdéntque ſenes vrbis illius, virum, & verberabunt illum,

19 Cõdẽnãtes inſuper centũ ſiclis argẽti, quos dabit patri puellæ, quoniã diffamauit nomẽ peſſimũ ſuper virginẽ Iſrael: habebitq; eã vxorẽ, & nõ poterit dimittere eã õnibus dieb' vitę ſuę.

20 Quòd ſi verũ eſt quod obiicit, & nõ eſt in puella inuenta virginitas:

21 Eiicient eã extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur, quoniam fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malum de medio tui.

22 Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael. Leuit.20.b.10

23 Si puellã virginem deſponderit vir & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea:

24 Educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit quum eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorẽ proximi ſui. & auferes malum de medio tui. D

25 Sin autẽ in agro repererit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus.

26 Puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animã eius, ita & puella perpeſſa eſt:

27 Sola erat in agro: clamauit, & null' affuit qui liberaret eam.

28 Si inuenerit vir puellam virginem quæ non habet ſponſum, & apprehẽdens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit:

10 Non arabis, &c. לא תחרוש וגו'. i. arando nõ iunges bouẽ cũ aſino, quia vires nõ ſunt æquales: ſed iũges boues bobus, & aſinos aſinis. Ita exponit ex doctis Hebræorũ alter. Alii, non arabis cũ animalibus diuerſarum ſpecierum, quorũ vnum eſt mundũ, & alterum eſt immundum. Admonemur hoc exemplo, omnia debere ordine & æquabiliter fieri. 11 Diuerſa ſpecie שעטנז Vide Leuit.19.c.19.
12 Fimbrias גדילים De his dictum eſt Nume.15.d.38. 13 Atque odio hab. eam, ושנאה: .i. cœperit eam habere odio.
14 Et impoſuerit ei occ. verb. ושם לה עלילות דברים Hebraiſmus, & effecerit vt alii malè loquantur de ea. vel, fuerit author vt malè audiat. Et infamauerit e. והוציא עליה שם רע. Ad verbum, & eduxerit [ſiue, protulerit] ſuper eam nomen malum. i. traduxerit eam. Et acceſſi ad eam, ואקרב אליה .i. rem habui cum ea. Virginitatem: בתולים: Ad verbum, virginitates. i. ſanguinem indicem virginitatis. hoc eſt non inueni eam virginem. 15 Et proferent *ſigna* virg. והוציאו את־בתולי' Ad verbum, & educent virginitates. i. lintea infecta ſanguine rupti hymenis, indicia virginitatis, in quibus congreſſus primùm fuerat maritus cum virgine, quæ parentes ſeruare ſolebant. Hæc lex data videtur aduerſus eos qui poſt primum aut aliquot congreſſus cupiebant ab vxoribus diuertere, quòd ſuam libidinem expleſſent.
17 Impoſuit occ. verb. הוא שם עלילות דברים Hebraiſmus qui paulo antè verſu 14. effecit vt malè loquantur de ea. Veſtimentum השמלה .i. linteum. 18 Et flagellabunt e. ויסרו & caſtigabunt eum. 19 Argenteis, כסף ſub. ſiclis. vt habet Chaldæus paraph. Infamauit virg. הוציא שם רע על בתולת Ad verbum, protulit nomen malum contra virginem. 20 Quòd ſi vera, &c. ואם־אמת וגו' Ad verbum, Et ſi veritas fuerit verbum hoc. 21 Vrbis eius, עירה ſub. puellæ. Stultitiam נבלה .i. ſcelus. ignominiam.
24 Afflixit ענה humiliauit. i. compreſſit eam quæ paulo pòſt futura erat vxor proximi.
26 Non *enim* eſt *illi* puellæ pec. m. אין לנערה חטא מות .i. non admiſit facinus dignum morte. Et occidit eum anima, ורצחו נפש Hebraiſmus, & confecit eum vulnere lethali. Vide ſuprà cap.19.a.6.

Exod.22.c.16

29 Dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argẽti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ.

30 Non accipiet homo vxorem patris ui, nec reuelabit opperimẽtum eius.

Cap. XXIII.

1 NOn intrabit eunuchus attritis vel ãputatis teſticulis, & abſciſſo veretro, eccleſiam Domini.

2 Non ingredietur manzer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam Domini vſque ad decimam generationem.

3 Ammonites & Moabites etiã poſt decimam generationem nõ intrabũt eccleſiam Domini in æternum:

4 Quia noluerunt vobis occurrere cũ pane & aqua in via quãdo egreſſi eſtis de AEgypto: & quia cõduxerũt cõtra te Balaã filium Beor de Meſopotamia Syriç, vt malediceret tibi:

Nume.22.a.5

5 Et noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te.

6 Non facies cum eis pacem, nec quęras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in ſempiternum

B

7 Nõ abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt: nec AEgyptium, quia aduena fuiſti in terra eius.

8 Qui nati fuerint ex eis tertia generatione, intrabunt in eccleſiam Domini.

9 Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala.

10 Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra:

11 Et non reuertetur priuſquam ad veſperam lauetur aqua: & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra.

12 Habebis locum extra caſtra ad quẽ egrediaris ad requiſita naturæ,

13 Gerens paxillum in balteo: quúmq; ſederis, fodies per circuitum, & egeſta humo operies quo releuatus es.

C

14 Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum tuorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos:

29 Tunc dabit vir ille qui coierit cum illa, patri puellæ quinquaginta argenteos, & erit illi vxor, eo quòd afflixerit eã: non poterit eam dimittere omnibus diebus ſuis.

30 Non capiet quiſquã vxorẽ patris ſui, neque diſcooperiet oram patris ſui.

Vxor patris non ducenda.

Cap. XXIII.

1 NʹOn ingredietur qui contuſione fractos aut abſciſſos habet teſticulos, in congregationem Iehouæ.

Spadones & qui adgignendũ inepti ſunt, Iſraelitidas in vxores ducere nõ debent.

2 Non ingredieturʺſpurius congregationem Iehouæ: etiamʺgeneratione decima non ingredietur congregationem Iehouæ.

3 ʹNon ingredietur עAmmonita & Moabita cõgregationem Iehouæ: etiamʺgeneratione decima non ingredietur congregationem Iehouæ vſque in ſeculum:

Moabitis & Ammonitis ne elocentur mulieres Iſraeliticæ.

4 Eo quòdʺnon exceperint vos cum pane & aqua in via, poſteaquã egreſſi eſtis ex AEgypto: & quòd ʹmercede conduxerit aduerſum te Bilyám filium Beyór de Pethór è Meſopotamia Syriæ vt malediceret tibi:

5 Sed noluit Iehouáh Deus tuus audire Bilyám, & conuertit Iehouáh Deus tuus tibi maledictionem in benedictionem, quòd diligeret te Iehouáh Deus tuus.

6 ʺNon quæres pacem eorum & bonum eorũ cũctis diebus tuis, in ſeculum.

7 Non abominaberis אEdomæum, quia frater tuus eſt: non abominaberis AEgyptium, quia peregrinus fuiſti in terra eius.

Idumæi & AEgyptii non abominandi.

8 Filii qui naſcentur eis generatione tertia, ingredientur congregationem Iehouæ.

9 Quum egreſſus fuerisʹ*in* caſtris cõtra inimicos tuos, caue ab omni re mala.

Bellum.

10 Quum fuerit in te aliquis qui non fuerit mundus,ʺcaſu nocturno, egredietur extra caſtra, equeʹingredietur ea.

Pollutio nocturna.

11 ʹAppetente autem veſpera, lauabit ſeʺaqua: & quum occubuerit ſol,ʺingredietur caſtra.

12 Et locus *quidam* erit tibi extra caſtra, egredieríſque illuc foras.

Extra caſtra vẽter leuandus.

13 ʺPaxillus item erit tibi cũ armis tuis: erítque,ʺquando deſidere voles extrà, fodies eo, & conuerſus operies excrementa tua.

14 Iehouáh enim Deus tuus ambulat per medium caſtrorũ tuorũ, vt eripiat te, & tradat inimicos tuos corã te: ſint itaque caſtra tua

IN CAPVT XXIII.

1 Non ingredietur qui contuſione, &c. לא־יבוא פצוע־דכא וגו' Ad verbum, Non ingredietur fractus attritione, aut abſciſſus teſticulum, in eccleſiam Iehouæ. Veteres duo eunuchorum genera ponunt. alteros, qui ſic nati ſunt: ad quos referebãtur etiam qui morbo aliquo vitium illud corporis contraxiſſent: tales à cœtu Domini non arcebantur. Alteros autem, quibus virilia execta, aut tuſa, aut aliqua arte debilitata ſunt: de talibus dicunt hoc loco ſtatuere Scripturam. Ad quam diſtinctionem Chriſtus apud Matthæum, 19.b.12, alluſiſſe videtur. Sunt enim eunuchi, inquit, qui ex vtero matris ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi facti ab hominibus. Ingredi eccleſiam Iehouæ, eſt habere commercium cum populo Dei, & habere ius ducendi Iſraelitidem. De Lege enim & fide nulla hic mentio. q.d. Virgines Iſraelitides non nubent iis qui fractos habent teſticulos, aut pudenda amputata: inepti ad generandum, non ducent Iſraelitidas in vxores.

2 Spurius ממזר Quidam de ſcorto natum interpretantur. Aliis non probatur iſta expoſitio, ſed volunt eum ſignificari qui ex coitu dãnato Legibus Dei, hoc eſt ex inceſtu natus eſt, contra quẽ capitale ſupplicium decretũ eſt, aut plagæ quadraginta, vna minus. Generatione decima דור עשירי hoc eſt nunquam. eſt enim abſolutus atque perfectus numerus. q.d. nunquam poterunt ducere Iſraelitidem in vxorem. Sequenti verſu velut exponens quid ſignificet Generatione decima, addit In ſeculum. 3 Non ingredietur עAmmonita, &c. לא יבוא עמוני וגו' .i. filias veſtras non elocabitis Ammonitis aut Moabitis in æternum. Hoc de maribus, non de mulieribus intelligitur: nam Ruth Moabitis nupſit viro Iſraelitæ. Porrò Moabitæ & Ammonitæ non tam ex eo quòd ex inceſtu nati erant, in Eccleſiam Domini venire prohibentur, quàm quòd ſe ingratos erga filios Iſrael exhibuerint. Nam ſuprà cap.2.b.9, Dominus vetuit ne Moſes eos bello laceſſeret. Huius illi beneficii immemores, inimicos ac hoſtes ſeſe exhibuerunt. 4 Non exceperint vos לא־קדמו אתכם non præuenerint vos. Vel, non venerint vobis obuiam. Mercede conduxerit שכר ſub. Moab. Vide Nume.22.a.4.

6 Non quæres pacem, &c. לא־תדרש שלומם וגו' .i. Nunquam conſulas tranquillitati eorum, & vtilitati. 9 *In* caſtris מחנה Subauditur ב, cũ exercitu. Alii vertunt, quum exercitus egredietur. 10 Caſu nocturno, מקרה־לילה Ad verbum, ab accidente noctis. i. propter pollutionem quæ noctu acciderit. Ingredietur ea. יבוא אל־תוך המחנה: Ad verbũ, ingredietur mediũ caſtrorũ. priuſquã ſcilicet fuerit expiatus. 11 Appetente autẽ veſpera, והיה לפנות־ערב Ad verbũ, Et erit, in aſpiciẽdo veſperã. dũ aſpexerit veſpera. A qua: במים expiatoria ſcilicet. Ingredietur יבוא Pro Reuertetur poſitum. 13 Paxillus item erit, &c. ויתד תהיה וגו' Habebis quoque paxillum cum inſtrumentis tuis. i. cum enſe tuo. יתד *iathed*, id eſt inſtrumentum quo fodiebant terrã vice ligonis, ac ſcrobiculum excauabant, in quam onus ventris egererent, vt mox dicit, quem habere oportebat vnà cum armis bellicis. Quando deſidere voles בשבתך ſoluendo ventrem ſcilicet extra caſtra.

ʹſancta: & ne videat in te″turpitudinẽ aliquam,ʹ& auertatur à te.

Seruus fugitiuus non tradendus domino ſuo.

15 Non trades ſeruum ʹdomino ſuo, ʹqui eruerit ſe ad te à domino ſuo.

16 Tecum habitabit ″in medio tui,in loco quem elegerit″in vna vrbium tuarum,ʹvbicunque placuerit ei:non vim inferes ei.

Meretrix & ſcortator.

17 Non erit meretrix è filiabus Iשsraél, neque erit ſcortum maſculum è filiis Iשsraél.

Merces proſtibuli.

18 ″Non adduces mercedẽ meretricis, & pretium canis in domum Iehouæ Dei tui pro quocunque voto : quiaʹabominatio Iehouæ Dei tui etiam vtrunque eſt.

Non fœnerãdũ.

19 ʹNon fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ, fœnus cibi, fœnus cuiuſcunque rei quæ fœnori dari ſolet.

Vſura.

20 Extraneo fœnerabis,at fratri tuo non fœnerabis: vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus ″in cunctis ad quæ extenderis manum tuam ſuper terram ad quam ingrederis vt poſſideas eam.

Votũ reddẽdum.

21 Quũ voueris votũ Iehouæ Deo tuo, non differes reddere illud: quia requirendo requiret illud Iehouáh Deus tuus à te, & erit in te″peccatum.

22 Si autem deſieris vouere,non erit in te peccatum.

23 ″Quod egreſſum fuerit è labiis tuis,præſtabis,& facies quemadmodum vouiſti Iehouæ Deo tuo ſponte tua, poſteaquã loquutus es ore tuo.

De vinea & ſegete proximi.

24 ″Quũ ingreſſus fueris vineã proximi tui,comedes vuas″pro deſiderio tuo *ad* ſaturitatem tuam:at in vaſe tuo non pones.

25 ʹQuũ ingreſſus fueris ſegetẽ proximi tui,decerpes ſpicas manu tua:ʹat falcem nõ eleuabis in ſegetẽ proximi tui. Cap.XXIIII.

Permiſſio repudii.

1 S″I acceperit vir mulierem,& coierit cum ea,accidat autem vt non inueniat gratiam in oculis eius,quòd inuenerit in ea″turpitudinem aliquam,″& ſcripſerit ei libellum repudii, ac poſuerit in manu eius,eiecerítque eam è domo ſua:

2 Et egreſſa è domo illius,abierit,ac nupſerit viro alteri.

3 Et ille quoque vir poſterior odio habuerit eam, atque ſcripſerit ei libellum repudii,poſuerítque in manu eius,ac eiecerit eam è

& ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis,ne derelinquat te.

15 Nõ trades ſeruum domino ſuo, qui ad te confugerit.

16 Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarũ requieſcet:ne contriſtes eum.

17 Nõ erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael.

18 Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui,quicquid illud eſt quod vouerint:quia abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deum tuum.

19 Nõ fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges,nec quamlibet aliam rem,

20 Sed alieno:fratri autem tuo abſque vſura id quo indiget,commodabis:vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quã ingrederis poſſidendam. D

21 ‖Quũ votum voueris Domino Deo tuo,non tardabis reddere: quia requiret illud Domin⁹ Deus tuus: & ſi morat⁹ fueris,reputabitur tibi ĩ peccatũ. Eccli 5.a.3

22 Si nolueris polliceri, abſque peccato eris.

23 Quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis,& facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo loquutus es.

24 Ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

25 Si intraueris ſegetem amici tui,‖frãges ſpicas,& manu conteres:falce autem non metes. Matth.12.a.1

Cap.XXIIII.

1 SI acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœditatem : ſcribet libellum repudii, & dabit in manu illius,& dimittet eã de domo ſua: Matt.5.e.21, & 19.a.7 marc.10.a.4

2 Quúmque egreſſa alterum maritũ duxerit,

3 Et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiſerit

14 Sancta:קדוש Ad verbum,ſanctitas.i.pura & munda. Turpitudinem aliquam,ערות דבר Ad verbum,turpitudinem rei.i.aliquid turpe. Et auertatur à te.:ושב מאחריך & deſerat te. Ad verbum,& auertatur de poſt te.

15 Domino ſ.אדוניו hero ſuo. Ad verbũ,dominis ſuis.ſing.Heb.pro plur. Qui eruerit ſe,&c.אשר־ינצל אליך qui ſe apud te eripi cupit à domino ſuo. Alii,qui confugerit ad te,&c. 16 In medio tui, בקרבך .i.in prouincia tua. In vna vrbium t.באחד שעריך Ad verbum,in vna portarum tuarum. Vbicunque plac.ei בטוב לו Ad verbum,in bono ſibi.i.in loco illi gratiſſimo.Gallicè,*ou bon luy ſemblera.*

18 Non adduces,&c. לא תביא Non offeres. Quod illicito vſu corporis acquiſierit meretrix, ex eo nihil voueri poteſt,& nuncupari altari. Vt Deus odit rapinam in holocauſtum,ita & omnia quæ peccato & iniquitate parta ſunt,quum velit reuerenter coli.ideo illud non eſt cõferendum ad domũ Dei,ſiue pro ſacrificio, ſiue pro ſtructura,quod vilitatem & ignominiam, aut turpitudinem habet connexam. Atque hæc ratio eſt cur & pecunia qua canis venditur,non ſit offerenda:quia canis viliſſimũ animal in Scripturis habetur,vt etiam prouerbiis ſeruiat,ſicut ait Abner,2.Samu.3.b.8,Súmne ego caput canis,&c.Et 1.Samu.17.f.43,dicit Goliath,Nũquid canis ego ſum? Abominatio Ieh. תועבת יהוה .i.deteſtatur omnia illa Dominus. 19 Non fœnerabis,&c. לא תשיך וגו׳.i.Non dabis fratri tuo pecuniam ad vſuram,neque cibum,neque rem quancunque quæ ad vſuram dari ſoleat. 20 In cunctis ad quæ,&c. בכל משלח וגו׳ Ad verbum,in omni miſſione manus tuæ.ſic ſuprà cap.15.b.10. 21 Peccatum.:חטא .i.mulcta.q.d.dabis pœnas,ſiue multaberis.

23 Quod egreſſum,&c. מוצא שפתיך וגו׳ Ad verbum, Prolationem labiorum tuorũ cuſtodies.i.quod ſemel pollicitus fueris,præſtabis.

24 Quum ingreſſ.f.vin. כי תבוא בכרם רעך .i.Quũ locaueris operã tuam tempore vindemiæ proximo tuo.Chaldæus paraph. Si mercede conductus fueris in vineam fratris tui.De vindemiatoribus eſt ſermo,quibus non permittit aliquid efferre in ſporta ſua. Pro deſiderio t.כנפשך Ad verbum,ſecundum animam tuam. 25 Quum ingreſſus fu. כי תבוא vt ſcilicet metas.De meſſoribus loquitur.

At falcem non eleuabis,&c. וחרמש לא תניף וגו׳ Hebraiſmus,ſegetem non ſecabis quam efferre voles.

IN CAPVT XXIIII.

1 Si acceperit,&c. כי־יקח וגו׳ Quum quis duxerit aliquam in vxorem,& rem habuerit cum ea. Turpitudinem aliquam, ערות דבר Ad verbum,turpitudinem rei.i.aliquid turpe:vt præcedenti capite,verſu 14. Et ſcripſerit ei,&c. וכתב לה וגו׳ Quidam non coniungunt hæc ſequenti quarto verſui,vertentes,Tunc ſcribet ei libellum repudii,ac dabit in manu eius,eiiciétque eam de domo ſua.Et egreſſa de domo illius abibit,eritque alteri viro. Quòd ſi etiam vir poſterior odio habuerit eam,atque ſcripſerit illi libellum repudii,& ponens in manu eius eam eiecerit de domo ſua:aut ſi mortuus fuerit vir ille poſterior qui duxerat eam in vxorẽ:Non poterit,&c. Libellus repudii,Hebraicè dicitur libellus ſuccifionis: quòd eo libello velut excidebatur à domo mariti vxor. Formam libelli repudii non tradunt Sacræ literæ.magiſtri autem Hebræorum in his libellis vtuntur hac forma,In quarta ſabbathi,in viceſima menſis Siuan, anno quinquies milleſimo ducẽteſimo nonageſimo tertio à creatione mundi,hìc & in hac ciuitate,ego Iacob,ſic cognominatus filius Rabi Iſaac,volui ex animo,atque citra vllam coactionem dimiſi,&eieci hãc quæ hactenus fuit vxor mea,filiã illius Rabi,dóque ei facultatem & poteſtatem vt pro animi ſententia eat quò voluerit, ducique poſſit ab alio quocunque viro, nec eam quiſquam prohibeat.In cuius rei teſtimonium dedi ei libellum repudii, & ſchedam amiſſionis, atque ſignaculum diuortii, iuxta conſtitutionem Moſis &Iſraelis.Formula autem libelli repudii qua vſi ſunt veteres Romani,fuit hæc,Res tuas curato,res tuas tibi habeto.Lege tractatum De diuortiis.

de domo ſua, vel certè mortu⁹ fuerit:

4 Nõ poterit prior maritus recipere eam in vxorē: quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt corã Domino: ne peccare facias terrã tuam quã Dominus Deus tu⁹ tradiderit tibi poſſidēdã.

5 Quum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei
B quippiã neceſſitatis iniungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lętetur cũ vxore ſua.

6 Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molã: quia animã ſuam appoſuit tibi.

7 Si deprehenſus fuerit homo ſolicitans fratrē ſuũ de filiis Iſrael, & vendito eo acceperit pretiũ: interficietur, & auferes malum de medio tui.

8 Obſerua diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcunque docuerint te ſacerdotes Leuitici generis iuxta id quod pręcepi eis, & imple ſolicitè.

Nume.12.c.10 9 ¶Memento quæ fecerit Dñs Deus tuus Mariæ in via quũ egrederemini de AEgypto.

10 Quum repetes à proximo tuo rem aliquam, quã debet tibi, nõ ingredie-
C ris domum eius vt pignus auferas:

11 Sed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.

12 Si autem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus.

13 Sed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo.

Leuit.19.c.13 Tob.4.c.15 14 Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenę qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt:

15 Sed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtētat animam ſuã: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

4.Reg.4.a.1 Ezech.18.c.20 16 ¶Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur.

D

17 Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum.

18 Memento quòd ſeruieris in AEgypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

---

domo ſua, aut ſi mortuus fuerit vir ille poſterior qui acceperat eam ſibi in vxorem:

4 Non poterit maritus eius prior qui eiecerat eam, ″iterum accipere eam vt ſit illi vxor, poſteaquã polluta eſt: quia abominatio eſt coram Iehoua, & nõ pollues terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.

5 Quum quis acceperit vxorem nouã, non egredietur ad bellum, ″neque iniũgetur illi vllum *publicum* negotium: immunis erit in domo ſua anno vno, & delectabit vxorem ſuam quam accepit.

6 Non accipiet *quiſquam* pro pignore ″metã & catillũ: quoniam ″animam ipſe acciperet pro pignore.

7 Si deprehēſus fuerit aliquis qui furatus fuerit ′animam è fratribus ſuis è filiis Iשſraél, ″& negotiatus fuerit cum eo, aut vendiderit eum: morietur fur ille, & auferes malum è medio tui.

8 Caue tibi ″in plaga lepræ, vt obſerues ″diligenter, & facias ″omnino vt docebunt vos ſacerdotes Leuitæ: quemadmodum præcepi eis, ″cuſtodietis faciendo.

9 Memento eorum quæ fecit Iehouáh Deus tuus ipſi Miriám in ipſo itinere, poſteaquam egreſſi eſtis ex AEgypto.

10 Quum mutuaueris proximo tuo mutuum aliquod, non ingredieris domum eius, ″vt capias pignus eius:

11 Foris ſubſiſtes: & vir cui mutuaueris, efferet ad te pignus foras.

12 Quòd ſi vir pauper fuerit, ″non dormies cum pignore eius:

13 Reſtituendo reſtitues illi pignus illud quum occubuerit ſol, vt dormiat ″in veſtimento ſuo, & benedicat tibi: ″tibíque erit iuſtitia coram Iehoua Deo tuo.

14 ″Non vim inferes mercenario pauperi, & egeno, *tam* de fratribus tuis quàm de peregrinis tuis ꝗ ſunt ″in terra tua intra portas tuas.

15 ″In die ſuo dabis mercedem eius: ′neque occumbet ſuper eam ſol, quoniam pauper eſt, ″& cum ea ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Iehouam, ′& ſit in te peccatum.

16 ′Nõ interficientur patres pro filiis, neque filii interficiētur pro patribus: quiſque pro peccato ſuo morietur.

17 ′Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neque capies in pignus veſtimentum viduæ:

18 Sed recordare quòd ſeruus fueris in AEgypto, & redemerit te Iehouáh Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi vt facias hãc rem.

Indulgentia nuper coniugatis.

Non accipiendũ in pignus, id quo commode carere non poteſt proximus.

Prædo vendens hominem.

Cauẽdũ à lepra

Quomodo accipiendũ pignus, & quando reddendum.

Non retinenda merces.

Boni pro malis non puniendi.

Pupillus, aduena, vidua.

Reliquiæ in agro, vinea, olieto, pupillis, aduenis, & viduis relinquendæ.

4 Iterum accipere eam לשובלקחתה Ad verbum, reuerti ad accipiendum eam. 5 Neque iniungetur, &c. וכא־יעבור וגו׳ Ad verbum, & non tranſibit ſuper eum vlla res. 6 Metam & catillum: רחים ורכב molam inferiorem & ſuperiorem. רחים à ריח duale eſt, quòd ſint duæ molæ, ſuperior quæ רכב catillus, & inferior quæ רחים meta. Dicitur etiam רחים de vtraque, & non de inferiore tantùm: quia inferior tantùm dicitur שכב, vt ſuperior רכב. vnde vertere potes, Non accipies in pignus vtranque molam, imò ne ſuperiorem quidem. quæ ſcilicet minor eſt. q.d. tantum abeſt vt accipere debeas vtranque molam, vt molam ſuperiorem, breuiorem, viliorem, & leuiorem accipere atque offerre non permittam. Animam נפש .i. victum hominis, ſiue id vnde ſibi quærit victum. Anima pro vita: & vita pro victu quo vita ſuſtentatur. 7 Animam נפש Pro homine accipit. De plagiario loquitur. Et negotiatus fuerit cũ eo, והתעמר־בו .i. permutauerit illum. nempe hominem, quem nomine animæ ſignificat. Gallicè, *& ait faict marchandiſe de luy.*

8 In plaga lepræ, בנגע־הצרעת à plaga lepræ. i. vide diligenter ne tranſgrediaris leges quas tuli in gratiã leproſorum. q.d. Leproſi ſunt ſeparandi à cõmuni cõſortio ciuium, quũ ſit cõtagioſa lepra: populũ autē mundũ ac validũ requirit reſp. Exemplũ dat Miriã ſororem Moſis quæ excluſa eſt iuſſu Iehouæ. Si huic ergo non eſt parſum, vt maneret in caſtris, nulli eſt parcendum. Vel, vt alii volunt, Obſerua ne tale quid cõmittas vnde lepra percutiaris (ſicut Miriam percuſſa eſt, Nume.12.c.10) aut ſi percuſſus fueris, vt facias ſicut decet leproſum corã Leuitis. Diligenter, מאד Ad verbum, valde. Omnino vt docebunt בכל אשר־יורו Ad verbũ, ſecundum omnia quæ docebunt, &c. Cuſtodietis faciendo. תשמרו לעשות: .i. diligenter ac ſolicitè facietis. 10 Vt capias pignus e. לעבט עבטו: non vult vt qui repetit debitum, ingrediatur domum debitoris, accepturus ſcilicet pignus quod illi placuerit: quod eſſet vim inferre: ſed quod debitor protulerit pro ſua facultate, id accipiat. 12 Non dormies cũ pig. e. לא תשכב בעבטו: id perinde eſt acſi dicat, antequam eas cubitum reddes illi. 13 In veſtimento ſ. בשלמתו in veſte ſua. quam ſcilicet dederat tibi pignori. Tibique erit iuſtitia, &c. ולך תהיה צדקה וגו׳ .i. illud reputabit tibi Deus ad iuſtitiã, hoc eſt probabit opus tuum tanquã bonum & iuſtum. 14 Non vim inferes, &c. לא־תעשוק וגו׳ Non opprimes mercenariũ pauperem & egenũ, &c. ſiue ſit de fratribus tuis, ſiue de peregrinis tuis. i. non retinebis per vim, aut per calũniam mercedem mercenarii. In terra tua, &c. בארצך וגו׳ .i. in patria tua, in vrbe tua. 15 In die ſuo ביומו Hebraiſmus. Eodem die. Neque occũbet ſuper eam ſol, ולא־תבוא עליו השמש Hebraiſmus, nõ retinebis illam vſque ad occaſum ſolis. Et cum ea ſuſtentat a. ſ. ואליו הוא נשא את־נפשו & ad illam eleuat animam ſuam. i. totam ſpem in ea mercede ponit quòd ex ea viuet. hoc eſt, ex ea viuit. Et ſit in te peccatum. והיה בך חטא: Hebraiſmus, & luas pœnas. 16 Non interficientur לא־יומתו ſub. à Iudicibus.

17 Non peruertes לא תטה Id eſt non facies inclinare in alteram partem.

Reliquiæ in agro, vinea, oliueto, pupillis, aduenis, & viduis relinquendæ.

19 'Quũ meſſueris meſſem tuã in agro tuo, & oblitus fueris manipulum aliquem in agro, non reuertêris ad recipiendum illũ: peregrino, pupillo, & viduæ erit: vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manuum tuarum.

20 Quũ excuſſeris oliuas tuas, 'non ſcrutaberis ramos *quos reliqueris* poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

21 Quum vindemiaueris vineã tuam, non 'colliges racemos poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

22 Et memento quòd ſeruus fueris in terra AEgypti: idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Cap. XXV.

De pœnis delinquentium.

1 SI fuerit lis inter aliquos, & acceſſerint ad iudicium, & iudicauerint eos: 'iuſtificauerı́ntque iuſtũ, & impiũ condẽnauerint:

2 'Si quidem cædẽdus fuerit impius, 'tũc proſternet illum Iudex, & cædere iubebit illum coram ſe 'ſecundũ impietatem eius iuxta numerum.

3 'Quadragenis *plagis* cædere iubebit eũ, non 'addet: ne fortè ſi addat cædere illum vltra iſtas *plagas* plagis multis, 'vileſcat frater tuus in oculis tuis.

Merces laboranti reddenda.

4 'Non obthurabis *os* bouis quando triturat ipſe.

Lex ſuſcitandi ſemen fraternũ.

5 Quum habitauerint fratres pariter, & mortuus fuerit vnus ex eis, '& filius non fuerit ei, non nubet vxor mortui 'extrà viro extraneo: cognatus eius ingredietur ad eam, & capiet eam ſibi in vxorem, affinitatémque contrahet cum ea.

6 Erit autem, primogenitus quem pepererit, 'ſtabit nomine fratris ſui defuncti, ne deleat nomen eius ex Iשſraאele.

7 Quòd ſi noluerit vir ille accipere cognatã ſuã, 'tũc aſcẽdet cognata eiꝰ ad portã ad Seniores, & dicet, Renuit cognatꝰ meus ſuſcitare fratri ſuo nomẽ in Iשſraאele, 'nõ vult affinitatẽ cõtrahere mecũ.

8 Tunc accerſent illum Seniores vrbis eius, & loquentur cum eo, '& ſtabit, ac dicet, 'Nolui accipere eam.

9 Accedet poſtea cognata eiꝰ ad ipſũ in oculis Seniorũ, '& ſoluet calceamentũ eius à pede ipſius, & ſpuet in faciẽ eius, loquetúrq; ac dicet, Sic fiet viro 'qui non ædificauerit domum fratris ſui.

Domus diſcalceati

10 Et vocabitur nomen eius in Iשſraאele, Domus 'diſcalceati.

Mulieris manus abſcindẽda, qua pudẽda hominis apprehenderit.

11 Quũ rixati fuerint aliqui ſimul, 'alter cum altero, & acceſſerit vxor vnius vt eruat virũ ſuum è manu percutientis ipſum, & immiſerit manum ſuam, apprehenderítque 'verenda eius:

12 Tunc abſcindes manum illius, 'non parcet oculus tuus.

19 |Quãdo meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illum: ſed aduenam, & pupillum, & viduã auferre patieris: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in õni opere manuũ tuarũ. Leuit.23.d.22

20 Si fruges collegeris oliuarum, quícquid remanſerit in arboribus, non reuerteris vt colligas: ſed relinques aduenæ, pupillo, ac viduę.

21 Si vindemiaueris vineã tuã, non colliges remanentes racemos, ſed cedent in vſus aduenæ, pupilli, ac viduæ.

22 Memento quòd & tu ſeruieris in AEgypto: & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Cap. XXV.

1 SI fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint Iudices: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmã dabũt: quẽ impiũ, cõdẽnabũt impietatis.

2 Sin autem eum qui peccauit, dignũ viderint plagis: proſternent, & coram ſe facient verberari: pro menſura peccati, erit & plagarum modus:

3 Ita duntaxat vt |quadragenariũ numerũ non excedãt: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. 2.Corin.11.f.24

4 |Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. 1.Corin.9.b.9 1.tim.5.c.18

5 |Quãdo habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui: Matth.22.c.24 marc.12.b.19 luc.20.d.28 B

6 Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael.

7 Sin autem noluerit accipere vxorẽ fratris ſui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicétq;, |Nõ vult frater viri mei ſuſcitare nomẽ fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugiũ ſumere. Ruth 4.b.7

8 Statimque accerſiri eum facient, & interrogabunt: ſi reſponderit, Nolo eam vxorem accipere:

9 Accedet mulier ad eũ corã Senioribus, & tollet calceamẽtũ de pede eius ſpuétque in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui. C

10 Et vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus diſcalceati.

11 Si habuerint inter ſe iurgiũ viri duo & vnus cõtra alterũ rixari cœperit: voléntq; vxor alterius eruere virũ ſuum de manu fortioris, miſerit manum, & apprehenderit verenda eius:

12 Abſcindes manum illius, nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia.

19 Quum meſſueris, &c. כי תקצור וגו׳ Vide eadem Leuit.19.b.9. 20 Non ſcrutaberis ra. poſt te: לא תפאר אחריך Ad verbum, Nõ ramiculabis (ſi Latinè dici poſſet) poſt te. i. non ſcrutaberis, aut rimaberis ramos iã à te excuſſos, an fructus aliquos reliqueris quos excutias. A פארה quod ramũ ſignificat 21 Colliges racemos תעולל racemabis.

IN CAPVT XXV.

1 Iuſtificauerı́ntque והצדיקו .i. abſoluerint. 2 Si quidem cædendus f. imp. והיה אם־בן חכות הרשע Ad verbum, Et erit, ſi fuerit filius verberum impius. Tunc proſternet illum והפילו Tunc proſterni iubebit. Secundũ impietatem e. &c. כדי רשעתו במספר: .i. pro qualitate impietatis eius iuxta numerum in Lege conſtitutũ. די ſyllabica eſt adiectio. 3 Quadragenis ארבעים q. d. poteſt percuti vſq; ad XL plagas, non plures. Vide 2. Corinth.11.f.24. Addet: יוסיף ſub. miniſter Iuſtitiæ. Vileſcat, &c. ונקלה וגו׳ .i. ne dum pluribus plagis percuſſerit illum, moriatur vt animal contemptibile & vile te inſpectante. 4 Non obthurabis לא תחסום Non claudes. Alii, Non frænabis. ſub. in area tua. i. nõ alligabis ori bouis aliquod inſtrumentum quo prohibeatur ſpicas carpere inter triturandum fruges tuas. Vide interpretationem huius loci apud Paulum, 1. Corin.9.b.9, & 1. Timo.5.c.18. 5 Et filius non f. ei, ובן אין־לו .i. & fuerit ſine liberis. Matthæus, cap.22.c.24, apud quem iſtud Chriſto proponunt Sadducæi, habet, nõ habens filium: Marcus, 12.b.19, liberos non relinquat: Lucas, 20.c.28, iſque ſine liberis mortuus fuerit. Extrà החוצה Quid iſtud Extrà ſignificet, mox declarat, quum dicit, Viro extraneo. i. tranſeũdo in aliam familiam. 6 Stabit יקום Ad verbum, ſurget. Quidam exponunt, ſuccedet in nomen fratris ſui. Alii, vocabitur de nomine fratris ſui. hoc eſt, dicetur filius mortui, & ad eum pertinebit defuncti hæreditas. Erant enim diſtinctæ poſſeſſiones ante Babylonicam captiuitatem: quæ ſic diſcretæ, per hanc legem ſeruabantur. 7 Tunc aſcendet ועלתה .i. illico conferet ſeſe. Non vult affinit. &c. לא אבה יבמי: .i. noluit me ducere in vxorem, tanquam cognatam ſuam. 8 Et ſtabit, ac dicet, ועמד ואמר & ſtabit [ſub. ante Iudices, ac dicet. vel vt alii, quòd ſi perſeueret dicere: vt ſequẽti verſu iũgatur. Nolui, &c. לא חפצתי לקחתה: Non placet mihi ducere eam. 9 Et ſoluet וחלצה & detrahet. nempe conſanguinea. Hæc lex conferatur cum eo quod Ruth 4.b.6.7.8, ſcribitur. Illic vir ſibi detrahit calceamentum: hic verò conſanguinea viro detrahit. Hîc ad ignominiam detrahitur: illic in ſignum conceſſi iuris propinquitatis. Qui nõ ædificauerit domum אשר לא־יבנה את־בית .i. qui noluerit ſuſcitare ſemen fratri ſuo. 10 Diſcalceati. חלוץ הנעל Ad verbum, ſoluti calceum. i. hominis cui calceus fuerit detractus de pede à cognata. 11 Alter cum altero, איש ואחיו Ad verbum, vir cum fratre ſuo. Verenda eius: במבושיו: Ad verbum, confuſionem eius, Chaldæus paraph. domum, ſiue locum inferiorum eius. Ita honeſtè circunloqui ſolent pudenda. 12 Non parcet oculus t. לא תחום עינך: Hebraiſmus, non miſereberis eius.

13 Non habebis in ſacculo diuerſa pō-dera, maius & minus:

14 Nec erit in domo tua modius maior & minor.

D 15 Pōdus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terrā quā Dominus Deus tuus dederit tibi.

16 Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc, & auerſatur omnē iniuſtitiam.

Exod.17.c.8

17 Memēto quæ fecerit tibi Amalec in via, quādo egrediebaris ex AEgypto:

18 Quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit, quādo tu eras fame & labore confectus: & non timuerit Deum.

19 Quū ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiē, & ſubiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus eſt, delebis nomen eius ſub cælo: caue ne obliuiſcaris.

Cap. XXVI.

1 QVúmque intraueris terrā quā Dominus Deus tuus tibi daturus eſt poſſidendā, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea:

2 Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergeſq; ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius.

3 Accedéſque ad ſacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eū, Profiteor hodie corā Domino Deo tuo, quòd ingreſſus ſum in terrā pro qua iurauit Dominus Patribus noſtris vt daret eam nobis.

4 Suſcipiénſque ſacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui.

5 Et loqueris in conſpectu Domini B Dei tui, Syrus perſequebatur patrem meum, qui deſcēdit in AEgyptum, & ibi peregrinatus eſt in pauciſſimo numero: creuitque in gentem magnam ac robuſtam & infinitæ multitudinis.

6 Afflixerúntque nos AEgyptii, & perſequuti ſunt, imponētes onera grauiſſima.

7 Et clamauimus ad Dominum Deū Patrum noſtrorū, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & laborem, atque anguſtiam.

8 Et eduxit nos de AEgypto in manu forti & brachio extēto, in ingenti pauore, in ſignis atque portentis.

9 Et introduxit ad locum iſtū, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem.

10 Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ quam Dominus dedit mihi. & dimittes eas in cōſpectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo,

C 11 Epulaberis in ōnib⁹ bonis quæ Dn̄s Deus tuus dederit tibi & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecū eſt.

Pondera æqua, & menſuræ.

13 Non erit tibi ″in loculo tuo ″pondus & pondus, maius & minus.

14 Non erit tibi in domo tua modius & modius, ″maior & minor.

15 Pōd⁹ ″perfectū & iuſtū erit tibi: modi⁹ perfect⁹ & iuſtus erit tibi. ″vt prolōgēt dies tuos ſuper terrā quā IehouáhDeus tuus dat tibi:

16 Quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicunque facit hæc, omnis faciens iniquitatem.

Iubetur Amalec occidi.

17 Memento eorum ″quæ fecit tibi y Amaléc in via, quādo egreſſi eſtis ex AEgypto.

18 Quòd occurrerit tibi in via, ″& in cauda agminis percuſſerit te, omnium debilium *qui erant* poſt te, quum eſſes laſſus, & fatigatus, & non timuit Deum.

19 Erit ergo, quum dederit requiem Iehouáh Deus tibi ab omnibus inimicis tuis per circuitū, in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem vt poſſideas eam, delebis memoriam y Amaléc de ſub cælo: ne obliuiſcaris.

Cap. XXVI.

תבא

1 Q″Vum autē ingreſſus fueris terrā quā IehouáhDeus tuus dat tibi *in* hæreditatem, & poſſederis eam, & habitaueris in ea:

2 Tūc accipies de primitiis omniū fructuū terræ, quas afferes è terra tua quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, & pones in caniſtro, ibíſque ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus, ″vt illic habitare faciat nomen ſuum:

Primitiæ grati animi ſymbolū.

3 Et venies ad ſacerdotē qui erit in diebus illis, dicéſque illi, ″Annuntio hodie Iehouæ Deo tuo quòd ingreſſus ſum terram quam iurauit Iehouáh Patribus noſtris ſe daturum nobis.

4 Capiétque ſacerdos caniſtrum è manu tua, & ponet illud corā altari Iehouæ Dei tui.

5 ″Et loquêris, ac dices corā Iehoua Deo tuo, ″Syrus *ille* penuria laborās pater meus, deſcēdit in AEgyptū, & peregrinatus eſt illic cū viris paucis, & euaſit illic in gentem magnam, robuſtā, & multā.

6 ″Moleſtia autem nos affecerūt AEgyptii, & afflixerunt nos, impoſuerúntque nobis ſeruitutem duram.

7 Clamauimus itaque ad Iehouam Deum Patrum noſtrorum, & exaudiuit Iehouáh vocem noſtram, ″& aſpexit afflictionem noſtram, & laborem noſtrum, & oppreſſionem noſtram:

8 Et eduxit nos Iehouáh ex AEgypto cum manu forti, ac brachio extento, & terrore magno, & ſignis atque portentis.

9 Et introduxit nos ad locum iſtum, dedítque nobis terram iſtā, terram fluentem lacte & melle.

10 Nunc igitur ecce, attuli primitias fructus terræ quā dediſti mihi ô Iehouáh. ″& relinques illud coram Iehoua Deo tuo, atque adorabis coram Iehoua Deo tuo.

11 Et lætaberis in omni bono quod dederit tibi Iehouáh Deus tuus & domui tuæ, tu & Leuita, & peregrinus qui eſt in medio tui.

13 In loculo tuo בכיסך in ſacculo tuo. in marſupio tuo. De ponderibus & menſuris vide Leuit. 19.g.35. Pondus & pondus, אבן ואבן lapis & lapis. Hebraiſmus, diuerſa pondera. Seipſum exponit quum mox dicit, maius & minus. Sic verſu ſequenti 'Nepha & 'Nepha, modius & modius, pro, diuerſus modius. 14 Maior & minor. גדולה וקטנה: .i. capacior & minus capax. 15 Perfectum שלמה completum. æquale. Vt prolongent dies t. למען יאריכו ימיך vt producant dies tuos. ſub. pondera iuſta & modii iuſti hoc eſt ſint cauſa vt producantur dies tui, ſiue diu viuas. 17 Quæ fecit אשר־עשה Vide Exod. 17.c.8. 18 Et in cauda, &c. ויזנב וגו' & decaudauerit in te, ſi Latinè dici poſſet. i. poſtremum agmen tuum percuſſerit, in quo erant omnes debiles & infirmiores.

IN CAPVT XXVI.

1 Quum autem ingr. f. והיה כי־תבוא Ad verbum, Et erit quum ingredieris. Hebræi ab hoc capite ſeptimam huius libri ſectionem incipiunt, appellantes eam תבא. 2 Vt illic hab. fa. &c. לשכן וגו' Vide ſuprà cap. 12.a.5. 3 Annuntio הגדתי Præt. Heb. pro præſ. i. Profiteor, ſiue fateor Deū ſtetiſſe promiſſis. 5 Et loquêris, וענית Et reſpondebis ſub. ſacerdoti interroganti te, Quid geſtas in caniſtro? Syrus penuria lab. ארמי אובד Ad verbum, Syrus periens. q.d. Has diuitias nō accepimus à parētibus, à patre noſtro Iaacob, ſed à Deo noſtro. Nā pater noſter Iaacob qui habitauit in Syria, illic laborauit penuria, ita vt ipſi Labā ſeruierit poſtea. idē in terra Chanaā laborās rurſum penuria, deſcēdit in AEgyptū tēpore famis, &c. Hæc omnia eò tendunt vt oſtendat Moſes filios Iſrael accepiſſe Terram ſanctā ſolo Dei dono. 6 Moleſtia au. aff. וירעו Ad verbum, Et malefecerunt nobis. 7 Et aſpexit וירא aſpexit nanque. vel, conſiderauit. 10 Et relinques illud והנחתו ſub. caniſtrum, de quo ſuprà verſu ſecundo.

Primitiæ tertio quoque anno Leuitis, pupillis, viduis & aduenis perſoluendæ.

12 Poſtquã cõpleueris ′dare decimã omnium decimarum fructuũ tuorum anno tertio, ′anno decimæ, & dederis Leuitæ, peregrino, pupillo, & viduæ, & comederĩt intra portas tuas, & ſaturati fuerĩt:

13 Tunc dices corã Iehoua Deo tuo, Extuli ſanctificatum è domo, & etiam dedi illud Leuitæ, & peregrino, pupillo, & viduæ, ſecundum omne præceptum tuũ quod præcepiſti mihi: non præteriui *ullum* de præcepis tuis, neque oblitus ſum.

14 Nõ comedi ″in triſtitia mea ex eo, neque extuli ex eo ″in re profana, neque dedi *quicquam* ex ea in funere: obediui voci Iehouæ Dei mei, feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi.

15 Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, è cælo, & benedic populo tuo Iψſraℵeli, & terræ quam dediſti nobis, quẽadmodum iuraſti Patribus noſtris, terræ fluenti lacte & melle.

16 Hodie Iehouáh Deꝰ tuꝰ præcipit tibi vt facias ſtatuta hæc & iudicia: cuſtodias ergo & facias ea toto corde tuo & tota anima tua.

17 Iehouam ″exaltaſti hodie, quòd ſit tibi in Deum, & ambules in viis eius, & cuſtodias ſtatuta eius, & præcepta eius, & iudicia eius, & obedias voci eius.

Iudæi in gloriã Dei aſſumpti in populum.

18 Iehouáh quoque exaltauit te hodie quòd ſis ei in populũ peculiarem, quemadmodum loquutus eſt tibi, & quòd cuſtodias omnia præcepta eius:

19 Et ponat te ſuperiorem omnibus gẽtibus quas fecit, ′ad laudẽ, & nomen, & gloriam, & vt ſis populus ſanctus Iehouæ Deo tuo, quemadmodum dixit.

Cap. XXVII.

Iubet Moyſes vt tranſmiſſo Iordane, filii Iſrael aliquot lapides erigant, in quibus deſcribatur Decalogus.

1 ET præcepit Moψſéh & Seniores Iψſraℵelis populo, dicẽdo, ″Cuſtodi omne præceptum quod ego præcipio vobis hodie:

2 Erit autẽ, die qua trãſieritis Iardén, ′*ut eatis* ad terrã quã Iehouáh Deus tuus dat tibi, eriges tibi lapides ′magnos, quos linies calce:

3 Et ſcribes in illis omnia verba Legis huius quum trãſieris vt ingrediaris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, terram fluentem lacte & melle, quemadmodum loquutus eſt Iehouáh Deus Patrum tuorum tibi.

4 Quũ inquã trãſieritis Iardén, erigetis lapides iſtos quos ego præcipio vobis hodie, in monte ɣEbál, liniéſque eos calce.

5 AEdificabis quoque ibi altare Iehouæ Deo tuo, altare lapideũ: non eleuabis ſuper eos ′ferrum.

6 E lapidibus ″perfectis ædificabis altare Iehouæ Dei tui, & offeres ſuper illud holocauſta Iehouæ Deo tuo:

7 Atque ſacrificabis pacifica, comedéſque illic, atq; lætaberis coram Iehoua Deo tuo.

---

12 Quando compleueris decimã cunctarum frugum tuarũ, anno decimarũ tertio dabis Leuitæ & aduenę, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & ſaturentur:

13 Loquêriſque in conſpectu Domini Dei tui, Attuli quod ſanctificatum eſt de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ‖ſicut iuſſiſti mihi: non præteriui mãdata tua, nec ſum oblitus imperii tui. Suprà 14.d.27

14 Nõ comedi ex eis in luctu meo, nec ſeparaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex iis quicquam in re funebri: obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia ſicut pręcepiſti mihi.

15 ‖Reſpice de ſãctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Iſrael, & terræ quã dediſti nobis, ſicut iuraſti Patribus noſtris, terræ lacte & melle mananti. Eſaiæ 63.d.15 baruch 2.d.16 D

16 Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: vt cuſtodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

17 ‖Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt cuſtodias cæremonias illius, & mãdata atque iudicia, & obedias eius imperio. Suprà 7.a.6, & 14.a.2

18 Et Dominus elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris, ſicut loquutus eſt tibi, & cuſtodias õnia præcepta illius:

19 Et faciet te excelſiorem cunctis gẽtibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut loquutus eſt.

Cap. XXVII.

1 PRæcepit autem Moyſes & Seniores Iſrael populo, dicentes, Cuſtodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie.

2 Quúmque tranſieritis Iordanem in terram quã Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce læuigabis eos:

3 Vt poſſis in eis ſcribere omnia verba Legis huius, Iordane tranſmiſſo, vt introeas terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut iurauit Patribus tuis.

4 ‖Quãdo ergo tranſieritis Iordanẽ, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & læuigabis eos calce. Exod.20.d.25 ioſue 8.f.31

5 Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum nõ tetigit,

6 Et de ſaxis informibus impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo. B

7 Et immolabis hoſtias pacificas, comedéſque ibi, & epulaberis corã Domino Deo tuo.

---

12 Dare decimam om.dec.fru.t. לעשׂר את־כל־מעשׂר תבואתך Ad verbum, decimare omnem decimam prouentus tui.i.quum tandem dederis decimam omnium frugum tuarum. Anno decimæ, שׁנת המעשׂר Per appoſitionem dictum.i.anno quo decimæ dari ſolent pauperibus. Singulis enim annis decimæ Leuitis tantùm, at tertio quoque anno pauperibus dabantur & Leuitis. Seipſum declarat ſequentibus.

14 In triſtitia mea באוני in luctu meo.i.in calamitate mea.vel, in paupertate mea, ſiue egeſtate preſſus, non comedi aliquid ex ſanctificatis, ſiue rebus ſacris, hoc eſt decimis. In re profana, בטמא .i.vt expenderem illud in rem immundam & profanam. Nihil enim ex decimis in re profana expendi debebat, quòd Deo ſacræ eſſent.

17 Exaltaſti האמרת Doctus inter Hebræos ſcribit hoc verbum deduci vel ab אמיר quod ſummum illum ramum & palmitem in arbore ſignificat, à quo metaphoricῶς pro Exaltare, vel efferre accipitur: vel ab אמר dixit, ſiue loquutus eſt, vt האמיר ſit deprædicare, ſiue laudibus vehere, hoc ſenſu, Dominum extuliſti hodie, ita vt velit tibi eſſe Deus, propterea quòd ambules, &c. Vel potius vt vertit noſter interpres, Summo honore affeciſti Dominũ, quòd illum in Deum receperis, nõ idola, ita vt ambules, &c. Ille quoque ſummo honore te affecit quòd te in populum peculiarem receperit, dederítque tibi ſeruanda omnia præcepta ſua, non aliis populis.

19 Ad laudem, לתהלה Referendum ad verbum Ponat, & ponat te ad laudem, vel in laudem.

IN CAPVT XXVII.

1 Cuſtodi שׁמור Cuſtodite. eſt infinitiuus Hebræis. 2 *Vt eatis* Iſtud addidit noſter interpres ex ſequenti verſu, vt perficeretur oratio, in quo ſequenti verſu plena eſt. ſic enim legitur, quum tranſieris vt ingrediaris terram. In qua oratione etiam deeſt quod hìc expreſſum eſt, nempe Iardén. Magnos, גדולות inſignes. 5 Ferrum.: ברזל.i.inſtrumentum aliquod ferreum.q.d.non cædes, ſiue incides, aut dolabis illos lapides. Seipſum ſequenti verſu declarat. Mutatio numeri crebra.

6 Perfectis שׁלמות integris. non ſectis, ſed informibus, qui ferro non fuerint formati, æquati, & politi. Gallicè *toutes entieres, non taillees.*

8 Et ſcribes ſuper lapides omnia verba Legis huius planè & lucidè.

9 Dixerúntque Moyſes & Sacerdotes Leuitici generis ad omnem Iſraelem, Attēde, & audi Iſrael, hodie factus es populus Domini Dei tui.

10 Audies vocē eius, & facies mādata atque iuſtitias quas ego præcipio tibi hodie.

11 Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicens,

12 Hi ſtabunt ad benedicendū populo ſuper montem Garizim, Iordane trāſmiſſo: Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Ioſeph, & Beniamin.

13 Et eregione iſti ſtabunt ad maledicendum in mōte Hebal, Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulō, Dā, & Nephthali. C

Dan.9.c.11

14 |Et pronūtiabunt Leuitę, dicéntque ad omnes viros Iſrael excelſa voce,

15 Maledictus homo qui faciet ſculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuū artificum, ponétque illud in abſcōdito. & reſpondebit omnis populus, & dicet, Amen.

16 Maledictus qui non honorat patrē ſuum & matrem ſuā. & dicet omnis populus, Amen.

17 Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen.

18 Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amen.

19 Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

20 Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen. D

21 Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen.

22 Maledictus qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui vel matris ſuæ. & dicet omnis populus, Amen.

23 Maledictus qui dormit cum ſocru ſua. & dicet omnis populus, Amen.

24 Maledict' qui clàm percuſſerit proximū ſuum. & dicet omnis populus, Amen.

25 Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam ſanguinis innocētis. & dicet omnis populus, Amen.

Galat.3.b.10

26 |Maledictus qui nō permanet in ſermonibus Legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amē.

Cap. XXVIII.

Leuit.26.a.3

1 SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias

8 Itaque ſcribes in lapidibus omnia verba Legis iſtius, ʼdeclarando diligenter.

9 Et loquutus eſt Moשſéh & Sacerdotes Leuitæ ad omnem Iשſraאél, dicendo, Auſculta & audi Iשſraאél, hodie ʼfactus es in populū Iehouæ Deo tuo.

10 Audias ergo vocem Iehouæ Dei tui, & facias præcepta eius, & ſtatuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie.

11 Præcepítque Moשſéh populo eo die, dicendo,

Benedictiones in mōte Garizim.

12 Hi ʼſtabunt ad benedicendum populo ſuper mōtem Gerizím, quando trāſieritis Iardén, שSimעón, & Leui, & Iehudáh, & Iשſſachár, & Ioסſéph, & Biniamín.

Maledictiones in mōte Hebal.

13 Iſti verò ſtabunt ʼad maledictionem in mōte עEbál, Reאubén, Gád, & Aשſér, & Zebulún, Dán, & Naphthalí.

14 Loquentur autem Leuitæ, ac dicent ad omnē virum Iשſraאél voce excelſa,

15 Maledictus vir ille qui fecerit ſculptile, & conflatile, abominationem Iehouæ, opus manuum artificis, & poſuerit in abſcōdito. & reſpondebunt vniuerſus populus, ac dicent, Amen.

16 Maledictus qui vilipendit patrem ſuum aut matrem ſuam. & dicet vniuerſus populus, Amen.

17 Maledictus qui tranſfert terminum proximi ſui. & dicet vniuerſus populus, Amen.

18 Maledictus qui aberrare facit cæcum in via. & dicet vniuerſus populus, Amen.

19 Maledictus qui peruertit iudicium peregrini, pupilli, & viduæ. & dicet vniuerſus populus, Amen.

20 Maledictus qui coierit cum vxore patris ſui: quia diſcooperuit ʼoram patris ſui. & dicet vniuerſus populus, Amen.

21 Maledictus qui coierit cum quouis animali. & dicet vniuerſus populus, Amen.

22 Maledictus qui coierit cum ſorore ſua, filia patris ſui vel filia matris ſuæ. & dicet vniuerſus populus, Amen.

23 Maledict' q coierit cū ſocru ſua. & dicet vniuerſus popul', Amē.

24 Maledictus qui percuſſerit proximum ſuum abſconditè. & dicet vniuerſus populus, Amen.

25 Maledictus qui acceperit munus vt percutiat ʼ*plaga* animæ, ʼſanguinem innocentem. & dicet vniuerſus populus, Amen.

26 Maledictus qui non ʼſtatuerit verba Legis iſtius faciendo illa. & dicet vniuerſus populus, Amen.

Cap. XXVIII.

Succeſſus eorum qui mādata Dei ſeruauerint.

1 ET erit, ſi audiendo audieris vocē Iehouæ Dei tui, ʼvt cuſtodias

---

8 Declarando dilig. באר היטב: explicando exactè. Ex doctioribus Hebræorum alter ad Scripturam refert, quòd ſcilicet debeat eſſe benè diſtincta, litera bene picta & legibilis. 9 Factus es in pop. נהיית לעם Hoc eſt, iniit tecum fœdus vt ſis populus eius.

12 Stabunt ad bened. populo יעמדו לברך את־העם .i. iſtæ tribus ſtabunt ſuper montem Garizim, vt populo audiente recitentur benedictiones. Aut, Iſtæ tribus ſtabunt in monte Garizim ad audiendam benedictionem. Hic Moſes ad benedictiones, potiores tribus elegit, filios nempe liberarum Rachelis & Liæ. Ad maledictiones verò, ſex tribus, filios ancillarum, Zelphæ & Bileam, cum duobus filiis Ruben & Zebulon de libera Lea. fortè quòd benedictio honorabilior & dignior ſit quàm maledictio: ideò ornanda fuit præſtantioribus tribubus. Annotant autē quidam Hebræorum, benedictiones & maledictiones hoc ordine factas, vt ſex capita tribuum liberarum conſiſterent in monte Garizim: ex aduerſo autem, in monte Ebal ſeruarū liberi. In campo interiacente, ſacerdotes erāt ferentes arcā Domini, quos circunſtabant Leuitæ: hinc autem & hinc ſub radicibus vtriuſque montis vniuerſa Iſraelitarū multitudo. Leuitæ igitur facie ad montē Garizim conuerſa, ſic ordiebantur, Benedictus ſit quiſquis non fecerit ſculptile, &c. Populus ad hoc reſpondebat, Amen. Rurſus conuerſa ad Ebal facie dixerunt, Maledictus ſit qui fecerit ſculptile, &c. Sic per reliquas maledictiones conſequenter. In Ioſua, cap. 8. g. 33, videre eſt quo ordine benedictiones & maledictiones factæ ſint: nā primò benedictiones, deinde maledictiones, poſtea verba Legis cū benedictionibus & maledictionibus, prout in libro Legis habentur, recitata ſunt. 13 Ad maledict. על־הקללה ſub. audiendā. i. vt recitentur maledictiones corā illis.

20 Oram patris ſui. כנף אביו .i. operimentum lectuli patris ſui. aut, angulum pallii. i. rem opertam patri ſuo, quam nemo alius attingere debet, operimentum quo turpitudo patris tegitur, hoc eſt verenda nouercæ ſuæ.

25 *Plaga* animæ, נפש Anima. ablatiuus, hoc eſt plaga mortali. Sanguinem innocentem. דם נקי per appoſitionem dictum, vt occidat hominem innocentem. 26 Statuerit יקים ſtabilierit. confirmauerit. ratificauerit.

IN CAPVT XXVIII.

1 Vt cuſtodias faciendo לשמור לעשות vt cuſtodias ad faciendum. vel, vt cuſtodias *&* facias, vt legis infrà verſu 13. Hebraiſmus, vt ſolicitè acias. Vide Ioſue 1. b. 7.

faciẽdo omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie: 'tunc cõstituet te Iehouáh Deus tuus superiorẽ omnibus gẽtibus terræ.

2 Et venient super te omnes benedictiones istæ, apprehẽdéntque te, "si modò obedieris voci Iehouæ Dei tui.

3 'Benedictus eris in vrbe ipsa, & benedictus eris in agro.

4 Benedictus fructus vẽtris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus iumẽti tui, 'primogenitus boum tuorum, "& greges ouium tuarum.

5 Benedictum "canistrum tuum, "& consperſio tua.

6 Benedictus eris "quando ingredieris, & benedictus eris quando egredieris.

7 Dabit Iehouáh hostes tuos qui insurrexerint in te, "percussos coram te: per viam vnam egredientur ad te, & per septem vias fugient coram te.

8 'Mandabit Iehouáh tecum benedictionem in horreis tuis, "& in omni ad quod miseris manũ tuam, & benedicet tibi in terra quã Iehouáh Deus tuus dat tibi.

9 Statuet te Iehouáh sibi in populũ sãctũ, queãdmodũ iurauit tibi, quũ custodieris præcepta Iehouæ Dei tui, & ãbulaueris ĩ viis ei9.

10 Tunc intelligẽt omnes populi terræ quòd nomẽ Iehouæ inuocatum sit super te, & timebunt sibi à te.

11 "Et abundare faciet te Iehouáh "in bonum, fructu ventris tui, & fructu iumenti tui, & fructu terræ tuæ, super terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis se daturum tibi.

12 Aperiet Iehouáh tibi thesaurum suum optimum, cælum, vt det pluuiã terræ tuæ in tempore suo, & benedicat omni operi manus tuæ: & mutuabis gentibus multis, tu verò nõ accipies mutuum.

13 "Ponétque te Iehouáh in caput, & non in caudam, erísque duntaxat sursum, & nõ deorsum, "quando obedieris præceptis Iehouæ Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie vt custodias & facias:

14 Neque recesseris ab omnibus verbis quæ ego præcipio vobis hodie, ad dextram aut ad sinistrã, eundo post deos alienos vt colatis eos.

Calamitates eorũ qui Dei mandata non seruauerint.

15 "Contrà, si non obedieris voci Iehouæ Dei tui, "vt custodias faciẽdo omnia præcepta eius, & statuta eius quæ ego præcipio tibi hodie, venient super te õnes maledictiones istæ, & apprehẽdẽt te.

16 "Maledictus eris in vrbe ipsa, & maledictus in agro.

17 Maledictum canistrum tuum, & consperſio tua.

18 Maledictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, primogenitum boum tuorum, & greges ouium tuarum.

omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie: faciet te Dominus De9 tuus excelsiorẽ cunctis gentibus quæ versantur in terra.

Veniéntque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieritis.

Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.

Benedictus fructus vẽtris tui, & fructus terræ tuæ, fructúsque iumentorũ tuorum, greges armẽtorum tuorum, & caulæ ouium tuarum.

Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ.

Benedictus eris ingrediens & egrediens.

Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te, corruẽtes in cõspectu tuo: per vnã viã veniẽt cõtra te, & per septem fugient à facie tua.

Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarũ: benedicétque tibi in terra quam acceperis.

Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mãdata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius.

Videbúntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatũ sit super te, & timebunt te.

Abũdare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit Dominus Patribus tuis vt daret tibi.

B

Aperiet dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicétque cunctis operibus manuum tuarũ: & fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.

Constituet te Dominus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper suprà, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris:

Ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram, nec sequutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

Quòd si audire nolueris vocẽ Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie, veniẽt super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te.

Leuit.26.b.14
thren.2.f.17
malach.2.a.2
baruch 1.d.20

Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.

Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.

Maledictus fructus vẽtris tui & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorũ, & greges ouium tuarum.

Tunc constituet te ונתנך Ad verbum, & ponet te. i. faciet. 2 Si modò כי quum. si tamen. 3 Benedictus eris ברוך אתה Hebraismus, Omnia tibi prosperè cedent siue in vrbe, siue in agro. Abundabis omnibus rebus necessariis, siue vrbem incolas siue agrum. Aut, Fœlix eris, siue res vrbanas tractes, siue rusticas. 4 Primogenitus boum t. שגר אלפיך fœtus [ad verbũ, emissio] armenti tui. Et greges ou. t. ועשתרות צאנך: & oues gregis tui. q. d. Abũdabis liberis, & terra gignet tibi copiosum fructũ, abũdabis iumentis, armẽto, grege. Hebraismum istum exponit ipse Moses paulo pòst, versu 11, dicens, Abundare te faciet, &c. 5 Canistrum tuum, &c. טנאך וגו׳ In quo scilicet reponi solent fructus arborum. Et consperſio tua. ומשארתך: Hæc vox à relinquendo venit: vnde quidam reliquias vertunt: & per istas reliquias alii cibos, siue panem in panariis, alii annonam & alimentum, alii fructus, puta vinum, oleum, mel, & reliqua: alii arcam vel cistam panariam exponunt. q. d. calathi tui in quibus reponere soles fructus arborum, benedicti erunt, nunquam erunt vacui, & semper erit panis in cista tua panaria. 6 Quando ingredieris, &c. בבואך וגו׳ in ingressu tuo, &c. i. ingressus tuus in locum aliquem, & egressus ex loco aliquo fœlix erit. Alii ad bellum hoc referunt. q. d. quum egressus fueris ad bellum, & reuersus fueris è bello.

7 Percussos coram te. נגפים לפניך .i. efficiet vt cædas eos. 8 Mandabit Iehouáh, &c. יצו יהוה וגו׳ Hebraismus, Mittet Dominus benedictionem in cellaria tua, siue benedicet cellariis tuis & omnibus rebus quibus admoueris manum. Et in omni ad quod, &c. ובכל משלח ידך: Ad verbum, & in omni missione manus tuæ. 11 Et abundare faciet te והותירך Pro Benedicere, hìc nunc ponit Abundare facere, siue redundare. In bonum, לטובה Id est fœliciter.

13 Ponétque te Iehouáh in caput, &c. ונתנך יהוה לראש וגו׳ Hebraismus, Faciet te Dominus primum & non vltimum, primum omniũ populorum, & non abiectissimum: eris præterea tantummodo in summo, & non in imo. q. d. semper eris superior, nunquam inferior. Quando כי si tamen. vel, si modò. 15 Contrà, &c. והיה אם לא Ad verbum, Et erit, si non, &c. Vt custodias faciendo לשמור לעשות Vt suprà versu primo. 16 Maledictus eris in vrbe, &c. ארור אתה בעיר וגו׳ Hic versus & tres sequentes, contrarii sunt prorsus prioribus 3. 4. 5 & 6. Confer hæc cum iis quæ Leuit. 26. b. 14, minatur Dominus iis qui non obseruabunt præcepta eius.

19 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

20 Mittet Dominus ſuper te famē & eſuriē, & increpationē in omnia opera tua quæ tu facies: donec cōterat te & perdat velociter, propter adinuētiones tuas peſſimas ī quib' reliquiſti me.

C

21 Adiungat tibi Dominus peſtilentiā, donec conſumat te de terra ad quam ingredieris poſſidendam.

22 Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aere corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas.

Leuit.26.c.19

23 Sit cœlum quod ſupra te eſt, æneū: & terra quam calcas, ferrea.

24 Det Dominus imbrē terræ tuæ puluerē, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris.

25 Tradat te Dominus corruentē ante hoſtes tuos: per vnā viam egrediaris cōtra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ.

26 Sitque cadauer tuum in eſcā cūctis volatilibus cæli & beſtiis terræ, & nō ſit qui abigat.

27 Percutiat te Dominus vlcere AEgypti, & partem corporis per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine, ita vt curari nequeas

28 Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis.

29 Et palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas: omniq; tēpore calūniam ſuſtineas, & opprimaris violētia, nec habeas qui liberet te.

30 Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea: domum ædifices, & non habites in ea: plantes vineam, & nō vindemies eam.

D

31 Bos tuus immoletur corā te, & nō comedas ex eo: aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur tibi: oues tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui te adiuuet.

32 Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad cōſpectū eorū tota die: & non ſit fortitudo in manu tua.

33 Fructus terræ tuæ, & ōnes labores tuos comedat populus quē ignoras: & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus:

34 Et ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.

35 Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſſis, à plāta pedis vſque ad verticem tuum.

36 Ducet te Dominus & Regē quē cōſtitues ſuper te in gētē quā ignoras tu

19 Maledictus eris quando ingredieris, & maledictus quando egredieris.

20 Mittet Iehouáh in te maledictionem, 'cōtritionem & perditionem" in omni quod tractaueris & feceris, donec delearis, & pereas velociter propter malitiā operū tuorū per quæ dereliquiſti me.

21 'Adiunget Iehouáh tibi peſtilentiam, donec cōſumat te de terra ad quam tu ingrederis vt poſſideas eam.

22 Percutiet te Iehouáh 'phthiſi, & febre, & ardore, & æſtu, & gladio, "& ariditate, & robigine, & perſequentur te donec pereas.

23 Erúntque cæli tui qui ſunt ſupra caput tuum, 'ærei: & terra quæ eſt ſubter te, ferrea.

24 "Dabit Iehouáh pluuiam terræ tuæ puluerem & cinerem: è cælis 'deſcendet ſuper te, donec diſperdaris.

25 "Dabit te Iehouáh cæſum coram inimicis tuis: per viam vnam egredieris "ad illum, & per ſeptem vias fugies coram eo, eríſque "in commotionem omnibus regnis terræ.

26 Erit præterea cadauer tuum eſca omni volucri cæli & animali terræ, nec erit "terrens.

27 Percutiet te Iehouáh vlcere AEgypti, '& morbis ani, & ſcabie, & prurigine, quibus non poſſis curari.

28 Percutiet te Iehouáh amentia, & cæcitate, & ſtupore cordis.

29 Palpabíſque in meridie, quemadmodum palpat cæcus in caligine, neque ſecundabis vias tuas: "& eris tantummodo oppreſſus & direptus omnibus diebus, nec erit ſeruator.

30 Vxorem deſponſabis, & vir alius dormiet cum ea: domum ædificabis, & non habitabis in ea: vineam plantabis, '& non communem facies eam.

31 Bos tuus mactabitur in oculis tuis, & nō comedes ex eo: aſinus tuus rapietur à facie tua, "nec reuertetur ad te: pecudes tuæ tradentur inimicis tuis, nec erit tibi "ſeruator.

32 Filii tui & filiæ tuæ tradētur populo alteri, & oculi tui videbūt, "ac deficiēt propter illos tota die: nec erit fortitudo in manu tua.

33 Fructum terræ tuæ & omnē laborem tuum comedet populus quem non noueras: "& eris tātummodo oppreſſus & confractus omni "tempore:

34 'Et obſtupeſces 'propter ea quæ videbunt oculi tui.

35 Percutiet te Iehouáh vlcere peſſimo in genibus '& in coxis, ita vt non poſſis curari, à planta pedis tui vſque ad verticem tuum.

36 Abducet Iehouáh te & Regem tuum quem conſtitues ſuper te, ad gentem quam non noſti tu & patres tui, coléſque ibi deos

20 Contritionem & perd. את־המהומה ואת־המגערת confractionem & correptionem. ſiue increpationem. המהומה ſignificat ſtrepitum terribilem in quo omnia turbatione ſunt plena. In omni quod tract בכל־משלח ידך Ad verbum, in omni miſſione manus tuæ.

21 Adiunget Iehouáh tibi ידבק יהוה בך Adhærere tibi faciet Iehoua. q.d. Dominus mittet tibi peſtem quæ tenaciſſimè adhærebit tibi, ita vt ſeparari à te non poſſit. 22 Phthiſi, בשחפת macie. Vide Leuit.26.c.16 Et ariditate, & robigine, ובשדפון ובירקון Vide de his duabus dictionibus 1.Reg.8.d.37. 23 AErei נחושת Vide Leuit.26.c.19, vbi iſtud exponitur.

24 Dabit Iehouáh plu. &c. יתן יהוה את־מטר Hebraiſmus, quem ſic quidam reddunt, Vertet Iehoua pluuiam in puluerem & cinerem. q.d. tanta erit caliditas vt vice imbris deſcendat è cælo puluis Vis venti excitabit puluerem, qui poſtea vice imbris decidet. Deſcendet ירד ſub. cinis ſulfureus. 25 Dabit te Iehouáh cæſum coram, &c. יתנך יהוה נגף לפני וגו׳ Hebraiſmus, Cædet te Iehoua opera inimicorum. Immittet inimicos qui te cædant & percutiant. Ad illum, אליו ſub. inimicum tuum. In commotionem לזעוה in tremorem. vel, terrorem. q.d. audita calamitate tua, commouebuntur, vel contremiſcent omnia regna.

26 Terrens. מחריד qui terreat. id eſt qui terrendo abigat feras à corpore tuo.

27 Et morbis ani, ובעפולים .i. infirmitatibus partis corporeæ ſecretioris. dicunt eſſe ſcabiem ſiccam, impetiginem quæ coniuncta eſt pruritui. 29 Et eris tantummodo oppr. והיית אך עשוק .i. nihil aliud quàm oppriméris, & ſpoliaberis toto vitæ tempore. Verti poſſet, certè etiam oppriméris, &c. 30 Et non comunem facies eam. ולא תחללנו Vide ſuprà cap.20.a.6.

31 Nec reuertetur ad te: ולא ישוב לך Id eſt, non reſtituetur tibi. Seruator. מושיע .i. qui eripiat.

32 Ac deficient וכלות ac conſumentur. expectando ſcilicet reditum eorum. q.d. tota die aſpicies an reuertantur: nec poteris eripere filios tuos de manu illius gentis. 33 Et eris tantummodo, &c. והיית רק וגו׳ Vide paulo antè, verſu 29. 34 Et obſtupeſces והיית משוגע Et efficieris inſanus. corripieris furore, vel amentia. Propter ea quæ, &c. ממראה וגו׳ Ad verbum, ob viſionem oculorum tuorum quam videbis. 35 Et in coxis, ועל־השוקים & in cruribus. & in ſuris.

alienos,lignum & lapidem.

Et eris′in ſtuporem,′& parabolam,& fabulam omnibus popu- 37
lis ad quos deducet te Iehouáh.

Semen multum′educes *ad* agrum,& parum colliges:quia abſu- 38
met illud locuſta.

Vineas plantabis,,& coles,& vinum non bibes, neque colliges: 39
quia deuorabit illud vermis.

Oliuæ erunt tibi in omni termino tuo, at oleo non vnges te: 40
quia′decidet oliua tua.

Filios & filias generabis,′& nō erūt tibi:quia ibūt in captiuitatē. 41

Omnem arborem tuã,& fructum terræ tuæ abſumet locuſta. 42

Peregrinus qui eſt in medio tui′aſcēdet ſuper te ſupernè,ſuper- 43
nè:& tu deſcendes infernè,inferné.

′Ipſe mutuabit tibi,& tu nō mutuabis ei: ipſe′erit in caput,& tu 44
eris in caudam.

Venient autem ſuper te omnes maledictiones iſtæ,téque perſe- 45
quentur,& apprehendent te,donec diſperdaris:eo quòd non obe-
dieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo præcepta eius,& ſtatuta
eius quæ præcepit tibi.

Et erunt in te′in ſignum & in portentum, & in ſemine tuo vſ- 46
que in ſeculum:

Seruite Deo in gaudio.

Propterea quòd non coluiſti Iehouam Deum tuum in lætitia, 47
& in hilaritate cordis,propter abundantiam omnium rerum.

Et ſeruies inimicis tuis quos immiſerit Iehouáh contra te in fa 48
me,& ſiti,& nuditate, & penuria omnium rerum:ponétque iugũ
ferreum ſuper collum tuum,donec diſperdat te.

Adducet Iehouáh aduerſum te gentem à longinquo, ab extre- 49
mo terræ, quemadmodum volat aquila, gentem *inquam* cuius non
intelliges linguam:

Gentem′robuſtã facie,′quæ non eleuabit faciem ad ſenem,nec 50
puero parcet:

Et deuorabit fructum iumenti tui,& fructum terræ tuæ,donec 51
diſperdaris, quæ non relinquet tibi frumentum, vinum nouum,
& oleum,*nec*′primogenitum boum tuorum,′nec greges ouiũ tua-
rum,donec perdat te.

Et obſidebit te in omnibus vrbibus tuis,donec′corruant muri 52
tui excelſi & muniti, quibus tu fidis,in tota terra tua,& obſidebit
te in omnibus vrbibus tuis, in omni terra tua quam dedit Ieho-
uáh Deus tuus tibi.

Minatur Moyſes Iudæis fore vt liberos comedāt præcibi penuria,ſi nō obedierint verbo Dei.

Et comedes fructum vteri tui,carnem filiorum tuorum & filia 53
rum tuarum,quos dedit tibi Iehouáh Deus tuus,′in obſidione,′&
coartatione qua coartabit te inimicus tuus.

& patres tui:& ſeruies ibi diis alienis,
ligno & lapidi.

37 Et eris perditus, in prouerbium ac
fabulam omnibus populis ad quos te
introduxerit Dominus.

38 |Semētem multam iacies in terrã, Mich.6.d.15 aggæi 1.a.6
& modicum cōgregabis: quia locuſtæ
deuorabunt omnia.

39 Vineam plãtabis & fodies, & vinũ
non bibes,nec colliges ex ea quippiã:
quoniam vaſtabitur vermibus.

40 Oliuas habebis in omnibus termi-
nis tuis,& non vngêris oleo: quia de-
fluent & deperibunt.

41 Filios generabis & filias, & nō fruē
ris eis: quoniã ducētur in captiuitatē.

42 Omnes arbores tuas & fruges terrę
tuæ rubigo conſumet.

43 Aduena qui tecũ verſatur in terra, E
aſcēdet ſuper te,eritque ſublimior: tu
autem deſcendes,& eris inferior.

44 Ipſe fœnerabit tibi,& tu non fœne-
rabis ei: ipſe erit in caput,& tu eris in
caudam.

45 Et venient ſuper te omnes male-
dictiones iſtæ,& perſequentes apprehē
dent te, donec intereas : quia non au-
diſti vocem Domini Dei tui, nec ſer-
uaſti mandata eius, & cæremonias
quas præcepit tibi.

46 Et erunt in te ſigna atque prodigia,
& in ſemine tuo vſq; in ſempiternũ:

47 Eo quòd nō ſeruieris Domino Deo
tuo in gaudio, cordiſque lætitia,pro-
pter rerum omnium abundantiam.

48 Seruies inimico tuo quem immit-
tet tibi Domin⁹,in fame,& ſiti, & nu
ditate,& omni penuria: & ponet iugũ
ferreum ſuper ceruicem tuam, donec
te conterat.

49 Adducet Dominus ſuper te gentē
de longinquo,& de extremis terræ fi-
nibus in ſimilitudinem aquilæ volan-
tis cum impetu,cuius linguam intelli-
gere non poſſis:

50 Gentem procaciſſimam, quæ non
deferat ſeni,nec miſereatur paruuli:

51 Et deuoret fructum iumentorum
tuorum,ac fruges terræ tuæ,donec in-
tereas: & non relinquat tibi triticum,
vinum & oleum, armēta boum & gre
ges ouium,donec te diſperdat:

52 Et cōterat in cũctis vrbibus tuis, &
deſtruantur muri tui firmi atque ſu-
blimes, in quibus habebas fiduciam F
in omni terra tua: obſideberis intra
portas tuas in omni terra tua quam
dabit tibi Dominus Deus tuus.

53 Et comedes fructũ vteri tui, & car-
nes filiorum tuorum & filiarum tua-
rũ, quas dederit tibi Dominus Deus
tuus,in anguſtia & vaſtitate qua op-
primet te hoſtis tuus.

---

37 In ſtuporem,לשמה Vide Ierem.25.b.9. Et parabolam,& fabulam למשלולשנינה Vide eadem Ierem.24.b.9.i.audita calamitate tua obſtupeſcent omnes populi exteri,omnéſque alios infœlices comparabunt tibi,ac tuam calamitatem aſſiduè in ore habebunt.
38 Educes תוציא ſub.ex horreis tuis,quod curabis deferri in agrum,vt ſementem facias, 40 Decidet ישל Ad verbum,euellet ſe.extirpabit ſe. defluet. anteq̃ ſcilicet colligatur. 41 Et nō erūt tibi:ולא־יהיו־לך.i.illis priuaberis. 43 Aſcēdet ſuper te,&c. יעלה עליך וגו׳ Hebraiſmus,multis modis,aut longè erit ſuperior te,tu autem eris longè eo inferior.Repetitio ad exaggerationem rei.Vide ſuprà in benedictione,verſu 13. 44 Ipſe mutuabit tibi,הוא ילוך q.d.longè ditior te erit,ita vt poſſit tibi mutuò dare pecuniam.
Erit in caput,&c. יהיה לראש וגו׳ Vide ſuprà 13,in benedictione.euadet primus,ſiue tenebit primas:tu autem eris infimus & infimæ ſortis.
46 In ſignum & in por.לאות ולמופת in ſignũ & prodigium.i.vice ſigni & prodigii.q.d.hæc nota & infamia perpetuò durabit tibi ac poſteris tuis. 50 Robuſtam facie,עז פנים duram facie.Hebraiſmus,impudentem & perfrictæ frōtis. Prouerb.21.d.29,Roborat impius faciem ſuam. Quæ non eleuabit fa.ad ſenē,אשר לא־ישא פנים לזקן Hebraiſmus,quæ faciem ſenis non reuerebitur.aut,ſeni non deferet.
51 Primogenitum boum tuorũ,שגר אלפיך fœtus boum tuorũ. Nec greges ouium t. ועשתרות צאנך nec fœtas gregis tui.Vel,oues gregis tui.Vide ſuprà verſu 4. 52 Corruant רדת Infinitiuus,ſignificans ad verbum,deſcendere,pro,deſcendant.
53 In obſidione, במצור Iſtud ad principium verſus referendum eſt.i.tempore obſidionis. Et coartatione,&c. ובמצוק וגו׳ & in anguſtia.qua anget te.vel,premet.i.in ipſa oppugnatione.

Homo delicatus in te,& luxurioſus valde,inuidebit fratri ſuo,& vxori quę cubat in ſinu ſuo,

54 Viri teneri apud te & delicati valde,″malignus erit oculus in fratrem ſuum, & in vxorem ſinus ſui , & in reliquos filios ſuos quos reliquos fecerit,

Ne det eis de carnibus filiorũ ſuorũ quos comedet:eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.

55 Ne det cuiquã illorũ de carne filiorum ſuorum quos comedet: eo quòd nõ″reliquerit illi *aliud* in obſidione,& coartatione quã coartabit te inimicus tuus in omnibus vrbibus tuis.

Tenera mulier & delicata quę ſuper terram ingredi nõ valebat , nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiã , inuidebit viro ſuo qui cubat in ſinu eius,ſuper filii & filiæ carnibus,

56 Teneræ apud te & delicatæ , quæ non tentauit plantã pedis ſui ″ſtatuere ſuper terram,præ deliciis & teneritudine,″malignus erit oculus in virum ſinus ſui,& in filium ſuum,& in filiam ſuam,

Et illuuie ſecundinarũ quæ egrediũtur de medio feminũ eius , & ſuper liberis qui eadẽ hora nati ſũt: comedẽt enĩ eos clàm propter rerũ õniũ penuriã, i obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimic⁹ tuus intra portas tuas.

57 Et in ſecundas ſuas quæ egrediuntur de inter pedes eius, & in filios ſuos quos pepererit: quia comedet eos præ egeſtate omnium rerũ clàm , in obſidione & coartatione qua coartabit te inimicus tuus in vrbibus tuis.

Niſi cuſtodieris,& feceris õnia verba Legis huius, quæ ſcripta ſũt in hoc volumine, & timueris nomẽ eius glorioſum & terribile,hoc eſt Dominum Deum tuum:

58 ″Niſi cuſtodieris vt facias omnia verba Legis iſtius quæ ſcripta ſunt in libro iſto , ″vt timeas nomen glorioſum & terribile iſtud, Iehouam Deum tuum:

Augebit Dominus plagas tuas , & plagas ſeminis tui , plagas magnas & perſeuerantes , infirmitates peſſimas & perpetuas:

G

59 ″Augebit mirũ in modum Iehouáh plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas″ & perſeuerantes , & infirmitates peſſimas ac perſeuerantes:

Et cõuertet in te omnes afflictiones AEgypti,quas timuiſti,& adhęrebunt tibi.

60 Conuertétque in te″omnem infirmitatẽ AEgypti,″à quibus timuiſti tibi,& adhærebunt tibi.

Inſuper & vniuerſos languores, & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine Legis huius inducet Dominus ſuper te,donec te conterat.

61 Omnem etiam infirmitatẽ,& omnem plagã quæ nõ eſt ſcripta in libro Legis huius,inducet Iehouáh ſuper te,donec″tu perdaris.

Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cæli præ multitudine : quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui.

62 Et relinquemini cum viris paucis″pro eo quòd eratis ſicut ſtellæ cæli in multitudinem:quia non obediſti voci Iehouæ Dei tui.

Et ſicut antè lætatus eſt Dominus ſuper vos,bene vobis faciens,vóſque multiplicans:ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubuertens , vt auferamini de terra ad quam ingrederis poſſidẽdam.

63 Erit præterea,quemadmodũ lætatus eſt Iehouáh ſuper vos,benefaciendo vobis,& multiplicando vos:ſic lætabitur Iehouáh ſuper vos,perdendo & delendo vos,euelleminíque è terra ad quam ingredimini vt poſſideatis eam.

Diſperget te Domin⁹ in omnes populos,à ſummitate terræ vſque ad terminos eius : & ſeruies ibi diis alienis quos & tu ignoras, & patres tui , lignis & lapidibus.

64 Et diſperget te Iehouáh in omnes populos,ab *uno* extremo terræ vſque ad *alterum* extremum terræ : coléſque ibi deos alienos quos non noſti tu,neque patres tui,lignum & lapidem.

In Gentibus quoque illis non quieſces,neque erit requies veſtigio pedis tui : dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum,& deficientes oculos,& animam conſumptam mœrore.

65 Neque in Gẽtibus ipſis requieſces, neque erit requies plãtæ pedis tui : dabit item illic Iehouáh tibi cor pauidum , ″& defectum oculorum,& mœrorem animi.

Et erit vita tua quaſi pendens ante te:timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.

66 Et erit vita tua″ſuſpenſa tibi eregione , ac pauebis nocte & die, ″neque credes vitæ tuæ.

Mane dices,Quis mihi det veſperũ? & veſpere,Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis , & propter ea quæ tuis videbis oculis.

67 Mane dices, ″Quis dabit veſperam? & in veſpera dices, Quis dabit mane?″præ pauore cordis tui quo pauebis,″& præ viſione oculorum tuorum quam videbis.

54 Malignus erit ocul.&c. תרע עינו וגו׳ Hebraiſmus.i.inuidebit fratri & vxori, &c. q.d. Molliſſimus & delicatiſſimus quiſque,qui tantùm lectiſſimis & delicatiſſimis cibis veſcitur,inuidebit fratri ſuo & vxori ſuæ quæ dormit in ſinu ſuo,& reliquis ſuis liberis,ita vt illos nõ faciat participes carniũ filiorum ſuorũ quibus veſcetur. Malignũ & nequã eſſe oculũ alicuius,eſt illũ eſſe illiberalem,tenacem,& inuidum. Vide ſuprà cap.15.b.9.ſic paulo pòſt verſu 56. 55 Reliquerit השאיר ſub.inimicus,edendũ. 56 Statuere הצג figere.i.quæ præ mollitie vix antea terram attingebat pedibus ſuis,ne impingeret. Malignus erit ocu.&c. תרע עינה באיש וגו׳ Hebraiſmus,pro inuida.i.erit illiberalis & tenax erga maritũ.illa enim ſeruabit ſibi carnes filiorum ſuorum interfectorũ,neque illarum faciet participẽ maritum ſuũ,filios & filias,ſiue paruuli fuerint illi,ſiue natu grandiores. Per ſecundas figuratè intelligit paruulos anniculos,bimos,aut trimos. Filios autem quos peperit, intelligit grandiores & adultos. Quod verò ait,de inter pedes eius,eſt Hebraiſmus,pro,E medio femoris ſui.

58 Niſi cuſtodieris vt fac. אם לא תשמור לעשות Niſi cuſtodieris faciendo. Vide ſuprà verſu 1. Vt timeas ליראה timẽdo.*&* timueris.

59 Augebit,&c. והפלא וגו׳ Ad verbum, Mirificabit [.i. mirabiles reddet] Iehouah plagas tuas, & plagas ſeminis tui,plagas *inquam* magnas,&c. Alii,Intendet mirum in modum. Et perſeuerantes, ונאמנות & permanentes.ſiue,fixas.

60 Omnem infirm. את כל־מדוה Singul.Heb.pro plur.omnes dolores.vel,ægritudines. A quibus timuiſti ti. אשר יגורת מפניהם Ad verbum,à quarũ conſpectu timuiſti.conuerſis dictionibus.i.quas timuiſti ne immitterẽ tibi. 61 Tu perdaris. : השמדך delearis tu. vel,intereas. 62 Pro eo quòd eratis תחת אשר הייתם quum prius eſſetis.i.quum antea ſtellas cæli numero & multitudine æquaretis,

65 Et defectum oculorum, וכליון עינים .i.ſpem & expectationem vanam,vt non poſſis cernere & vitare mala.

66 Suſpenſa tibi ereg. תלואים לך מנגד quaſi pendens tibi exaduerſo.i.ante oculos tuos. Neque credes vitæ t. : ולא תאמין בחייך neque confides in vita tua hoc eſt,parum ſperabis de vita tua. 67 Quis dabit veſp. מן־יתן ערב Hebraiſmus,pro aduerbio optandi,vtinam eſſet veſpera. Præ pauore מפחד propter pauorem. Et præ viſione ocul.t. וממראה עיניך & propter viſionem oculorum tuorum.id eſt propter ea quæ videbis.

Reducétque te Iehouáh in AEgyptum in nauibus per viam de qua dixi tibi,'Nõ addes adhuc vt videas illam:'& vendétis vos illic inimicis veſtris in ſeruos & in ancillas,& non erit qui emat. 68

Cap. XXIX.

Cõmemoratione beneficiorũ Dei, ad mãdata ſeruãda hortatur

HAEc ſunt verba pacti quæ præcepit Iehouáh ipſi Moשſéh,vt pãgeret cum filiis Iשſraאél in terra Moáb,præter pactũ quod pepigit cum eis in חHoréb. 1

Vocauit itaque Moשſéh vniuerſũ Iשſraאelẽ, & dixit eis, Vos ipſi vidiſtis omnia quæ fecit Iehouáh in oculis veſtris in terra AEgypti,ipſi Parעóh & omnibus ſeruis eius,& vniuerſæ terræ eius, 2

Tentationes magnas quas viderunt oculi tui,ſigna & portenta magna illa: 3

Neque tamen dedit Iehouáh vobis cor'ad intelligendũ,& oculos ad videndum,& aures ad audiendum,vſque in hanc diem. 4

Et deduxi vos quadraginta annis per deſertum :'non inueterauerunt veſtimenta veſtra ſuper vos,& calceamentũ veſtrum'non veterauit ſuper pedem veſtrum. 5

Panem non comediſtis,neque vinum & שſechár bibiſtis: vt intelligatis quòd ego Iehouáh *ſum* Deus veſter. 6

'Et perueniſtis ad locũ iſtũ:egreſſúſque eſt סSiחhón rex חHeשſbón,& עOg rex Baשſã in occurſũ noſtrũ ad bellũ,& percuſſim⁹ eos: 7

Et tulimus terram ipſorum , tradidimúſque eam in hæreditatẽ Reאubenitis,& Gaditis,& dimidiæ tribui Menaשſſæ. 8

Cuſtodiatis igitur verba pacti iſtius , & facite ea,'vt ſecundetis omnia quæ facturi eſtis. 9

נצבים

'Vos aſtatis hodie omnes vos coram Iehoua Deo veſtro,principes veſtri tribuum veſtrarum,ſeniores veſtri,& præfecti veſtri,omnes viri Iשſraאél: 10

Paruuli veſtri , vxores veſtræ , & peregrini tui qui habitant in medio caſtrorum tuorum , à cæſore lignorum tuorum vſque ad haurientem aquas tuas: 11

'Vt tranſeas in pactum Iehouæ Dei tui , & in iuſiurandum eius quod Iehouáh Deus tuus pangit tecum hodie: 12

'Vt ſtatuat te hodie ſibi in populum , & ipſe ſit tibi in Deum, quemadmodum loquutus eſt tibi,& quemadmodum iurauit Patribus tuis,Abrahám,Iצſחhác,& Iaעacób. 13

Neque vobiſcum ſolis pãgo pactum iſtud,& iuſiurãdum iſtud: 14

Sed 'cum eo qui eſt hîc nobiſcum ſtans hodie coram Iehoua Deo noſtro,& cum eo qui non eſt hîc nobiſcum hodie. 15

Vos enim noſtis quomodo habitauimus in terra AEgypti , & quomodo tranſiuimus per medium gentium quas tranſiſtis: 16

Et vidiſtis abominationes earum,& idola earum, lignum & lapidem,argentum & aurum,'quæ *ſunt* apud illas. 17

68 Reducet te Dominus claſſibus in AEgyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres: ibi vendêris inimicis tuis in ſeruos & ancillas,& non erit qui emat.

Cap. XXIX.

1 HAEc ſũt verba fœderis quod præcepit Dominus Moyſi vt feriret cum filiis Iſrael in terra Moab:præter illud fœd⁹ quod cũ eis pepigit ĩ Horeb.

2 Vocauitque Moyſes omnẽ Iſrael, & dixit ad eos, ‖Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Domin⁹ corã vobis in terra AEgypti Pharaoni & omnibus ſeruis eius,vniuerſæque terræ illius,

Exod.19.a.4

3 Tentationes magnas quas viderũt oculi tui,ſigna illa portẽtáq; ingẽtia:

4 Et nõ dedit vobis Dominus cor intelligens,& oculos videntes , & aures quæ poſſit audire, vſq; in præſẽtẽ diẽ.

5 ‖Adduxit vos quadraginta ãnis per deſertũ:non ſunt attrita veſtimẽta veſtra, nec calceamenta pedum tuorum vetuſtate conſumpta ſunt.

Suprà 8.a.4

6 Panẽ non comediſtis,vinũ & ſicerã non bibiſtis : vt ſciretis quia ego ſum Dominus Deus veſter.

7 ‖Et veniſtis ad hũc locum: egreſſúſque eſt Sehon rex Heſebõ, & Og rex Baſan,occurrẽtes nobis ad pugnam: & percuſſimus eos:

Nume.21.g.33
Suprà 3.a.1
B

8 Et tulimus terram eorum,ac tradidimus poſſidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe.

9 Cuſtodite ergo verba pacti huius, & implete ea,vt intelligatis vniuerſa quæ facitis.

10 Vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo veſtro, principes veſtri, & tribus,ac maiores natu,atque doctores,omnis populus Iſrael:

11 Liberi & vxores veſtræ, & aduena qui tecũ moratur in caſtris , exceptis lignorum cæſoribus, & his qui cõportant aquas:

12 Vt tranſeas in fœdere Domini Dei tui,& in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum:

13 Vt ſuſcitet te ſibi in populum , & ipſe ſit Deus tuus,ſicut loquutus eſt tibi,& ſicut iurauit Patribus tuis Abraham,Iſaac,& Iacob.

14 Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio,& hæc iuramenta confirmo:

15 Sed cunctis præſentibus & abſentibus.

16 Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in terra AEgypti, & quomodo trãſierimus per medium nationũ: quas tranſeuntes,

17 Vidiſtis abominationes & ſordes, id eſt idola eorum , lignum & lapidẽ, argentum & aurum,quæ colebant.

C

---

68 Non addes adhuc vt vid.il. לא־תוסיף עוד לראותה Hebraiſmus,Poſthac non es viſurus illã. Et vendetis vos והתמכרתם & redetis vos vendibiles.vel,quæretis vt vendamini.

IN CAPVT XXIX.

1 Hæc ſunt verba pacti אלה דברי הברית .i.Hæ ſunt conditiones fœderis. 4 Ad intelligendũ, לדעת .i.intelligens.ſic mox,oculos videntes,aures audientes.q.d.audiebatis multa,ſed non intelligebatis. 5 Non inueterauerunt לא־כלו non ſunt attrita.i.nequaquã propter vetuſtatem veſtimenta veſtra depoſuiſtis,aut abieciſtis.Vide ſuprà 8.b.4. Non veterauit לא־בלתה .i.non ita cõputruit vt abiiceretis eum à pede veſtro. 7 Et perueniſtis ad locum iſtum: ותבואו אל־המקום Vide ſuprà 3.a.1,vbi hæc narrantur.

9 Vt ſecundetis למען תשׂכילו vt proſpera & fœlicia reddatis.i.vt fœlicia ſint ac proſpera quæcunque eſtis facturi.

10 Vos aſtatis אתם נצבים Hîc octauam huius libri ſectionẽ incipiunt Hebræi,denominantes eã à ſecunda huius verſus dictione נצבים.

12 Vt tranſeas in pactũ לעברך בברית Sentiunt Hebræi in percuſſione huius fœderis ritum ſolennẽ ſanciendi fœderis obſeruatũ: vt ſcilicet tranſierint inter partes animalis in partes diuiſi,ſicut & de Abraham legimus, Gene.15.b.9.d.17. Nã pecus quæ in hoc cædebatur, diſſecta in duas partes,hinc & hinc ponebatur, ita vt partes ex oppoſito ſibi ordine reſponderent:& qui fœdus erant acturi , per ſpatium interiectum tranſibant,ſic dicentes,Sic diſſecetur qui huius fœderis leges prior violarit.Vide Gene.15.b.10,vbi de hoc ritu plura.

13 Vt ſtatuat למען הקים Vt ſuſcitet.Vt erigat. 15 Cum eo qui eſt hîc,&c. את־אשר ישנו וגו' .i.cum iam natis & cum naſcituris.

17 Quæ *ſunt* apud illas. : אשר עמהם Id eſt ſimulachra lignea,lapidea,argentea,& aurea quæ ab illis coluntur.

Ne fortè ſit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro: vt vadat & ſeruiat diis illarũ gẽtiũ, & ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.

Quúmque audierit verba iuramẽti huius, benedicat ſibi in corde ſuo, dicens, Pax erit mihi, & ãbulabo in prauitate cordis mei: & aſſumat ebria ſitientem.

Et Dominus nõ ignoſcat ei, ſed tũc quammaximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum: & ſedeant ſuper eum omnia maledicta quæ ſcripta ſũt in hoc volumine, & deleat Dominus nomen eius ſub cælo.

Et conſumat eum in perditionẽ ex omnibus tribubus Iſrael, iuxta maledictiones quę in libro Legis huius ac fœderis continentur.

Dicétque ſequens generatio, & filii qui naſcentur deinceps, & peregrini qui delõge venerint, videntes plagas D terræ illius, & infirmitates quibus eã afflixerit Dominus,

Sulphure, & ſalis ardore cõburẽs, ita vt vltrà nõ ſeratur, nec virens quippiã germinet, in exẽplũ ſubuerſionis So- Gene.19.c.25 domę, & Gomorrhæ, Adamę, & Seboĩ, quas ſubuertit Dominus in ira & in furore ſuo.

3.Reg.9.b.8 iere.22.b.8 Et dicent omnes gentes, Quare ſic fecit Dominus terrę huic? quæ eſt hęc ira furoris eius immenſa?

Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra AEgypti:

Et ſeruierunt diis alienis, & adorauerunt eos quos neſciebãt, & quibus non fuerant attributi:

Idcirco iratus eſt furor Domini cõtra terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnia maledicta quæ in hoc volumine ſcripta ſunt.

Et eiecit eos de terra ſua in ira & in furore, & in indignatione maxima: proiecitque in terram alienam, ſicut hodie comprobatur.

Abſcondita, Domino Deo noſtro: quæ manifeſta ſunt, nobis & filiis noſtris vſque ad ſempiternum, vt faciamus vniuerſa verba Legis huius.

Cap. XXX.

Psal.105.g.45 QVũ ergo venerint ſuper te omnes ſermões iſti, benedictio, ſiue maledictio quã propoſui in conſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuerſis gẽtib⁹, in quas diſperſerit te Dominus Deus tuus:

Et reuerſus fueris ad eũ, & obedieris

18 Ne fortè ſit inter vos vir, aut mulier, aut familia, aut tribus, cuius cor auertat ſeſe hodie à Iehoua Deo noſtro, vt vadat ad colẽdum deos gentium harum: ne fortè ſit in vobis radix *aliqua* "fructificans venenum & abſinthium.

19 Sítque, quum ipſe audierit verba maledictionis huius, "vt benedicat ſibi in corde ſuo, dicendo, "Pax erit mihi, etiamſi "in cogitatione cordis mei ambulauero: "vt addat ebriam ſitienti.

20 "Nõ vult Iehouáh parcere illi, quia tũc fumabit furor Iehouæ, & zelus eius in eũ virũ: & recubabit in eo omnis maledictio quæ ſcripta eſt in libro iſto, & delebit Iehouáh nomẽ eius de ſub cælo.

21 "Et ſeparabit eam Iehouáh "in malum, ab vniuerſis tribubus Iשſraאelis, iuxta õnes maledictiones pacti ſcripti in hoc libro Legis.

22 Et dicet generatio poſterior, filii veſtri qui ſurgent poſt vos, & alienigena qui veniet è terra longinqua: "quũ viderint plagas terræ hui⁹, & infirmitates eius "quib⁹ ægrotare fecerat Iehouáh in ea:

23 (*Nam* "ſulphur, & ſal, & combuſtio totum ſolum eius: nõ ſeretur, neque germinabit, neque aſcendet in ea vlla herba, vt in ſubuerſione סSedóm, & עAmoráh, Admáh, & צSeboiím, quas ſubuertit Iehouáh in furore ſuo & in ira ſua.)

24 Dicent inquam omnes gentes, Quare fecit Iehouáh ſic terræ huic? quæ eſt ira furoris magni iſtius?

Cauſa furoris Domini in populum.

25 Et dicẽt, Eo quòd dereliquerunt pactũ Iehouæ Dei patrũ ſuorum, quod pepigit cum eis quum educeret eos è terra AEgypti.

26 Et abeuntes coluerunt deos alienos, incuruauerúntque ſe eis, deos *inquam* quos non nouerant, "& qui nihil impertiti fuerãt illis.

27 Et iratus eſt furor Iehouæ in terram ipſam, vt induceret ſuper eam, omnem maledictionem ſcriptam in hoc libro.

28 Extirpauítque eos Iehouáh è terra ipſorũ in ira, & indignatione, & furore magno, & proiecit eos in terram aliam, "ſicut hodie.

29 "Abſcondita, Iehouæ Dei noſtri *ſunt*: & reuelata, noſtra ſunt & filiorum noſtrorum vſque in ſeculum, vt faciamus omnia verba Legis huius.

Dei eſt occultã idololatriam punire, apertam vero, hominum.

Cap. XXX.

1 ERit autem, quum euenerint tibi omnia verba hæc, benedictio & maledictio "quas propoſui tibi, & reduxeris "ad cor tuum in cunctis gentibus ad quas expulerit te Iehouáh Deus tuus:

Pœnitentibus promittitur miſericordia.

2 Et conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum, obedieríſque vo-

18 Fructificans פורה producens. proferens. i. ne anima aliqua peccet grauiſſimè. Per venenum & abſinthium grauiſſima peccata intelligit quæ Deũ amarum & iratum reddunt: cuiuſmodi idololatria eſt, & illa hominũ impiorum opinio, dicẽtium non eſſe quòd timeamus nobis à Deo, quum nihil boni aut mali agamus, ſed omnia in nobis efficiat: quanuis omnes conſcientiam habeãt, qua ſeſe coram Deo vel accuſant, vel defendunt, quam iſti delere cupiunt, negantes quicquã eſſe cuius nos accuſemus, quum omnia fiant à Deo. De huiuſmodi Moſes ſanè loqui videtur. 19 Vt benedicat ſibi in corde ſuo, והתברך בלבבו .i. ſeipſum benedictum putet. Pax erit mihi, שלום יהיה־לי Hebraiſmus, non contingent mihi hæ maledictiones, ſiue quicquam incommodi. In cogitatione בשררות in temeritate. prauitate. nequitia. Vt addat ebriam ſitienti. למען ספות וגו' vt anteponat [præferat] ebriam ſitienti. Hic את pro על poſitum. Ebriam vocat partem animæ quæ inebriatur concupiſcentiis, nempe concupiſcentiam. Sitientem vocat rationem quæ abſtinet à voluptatibus huius ſeculi. q.d. vt det primas partes parti concupiſcibili, hoc eſt cõcupiſcentiæ: & poſteriores partes parti rationali, hoc eſt rationi. Ita doctus inter Hebræos. Verùm ſi propius verba Moſis conſiderentur, aliorum magis probabitur ſententia, qui Addat vertunt, & exponunt his verbis, Moſes id vocat radicem fel & abſinthium germinantem, quum adulationibus conamur omnem ſynæreſin ſopire, nobiſque ita imponere vt malum putemus ludicrum eſſe. Ac reuera quod in vniuerſo orbe venenum lethalius aut peſtilentius eſſe poteſt? Id etiam vocat ebrietatem ſiti adiungere: ac meritò: naturalis enim affectio noſtra inordinatus eſt appetitus, & veluti malè agendi ſitis. Quum igitur nobis ipſi benedicimus, vt hîc ait, atque nobis perſuademus nos pace potituros quandiu nequiter & perditè viuemus: id perinde eſt acſi quis vehementi ſiti accenſus ſeſe inebriaret vino, ne vllo amplius tangeretur ſenſu: quum potius ſitim illam frænare & reſtinguere ſobrietate & abſtinentia debuiſſet. 20 Non vult לא־יאבה Nollet. 21 Et ſeparabit eam והבדילו ſub. tribum. In malum, לרעה Id eſt in perniciem illius. 22 Quum viderint וראו Ad verbum, & videbunt. Quibus ægrotare, &c. אשר־חלה יהוה בה : quas induxerat Iehouah in eã. ſub. regionẽ. i. quibus afflixerat incolas eius regionis. 23 Sulphur, & ſal, & cõb. גפרית ומלח שרפה. i. ſolum eius vertetur in ſulphur & combuſtionem. Per parentheſim hæc includenda ſunt. 26 Et qui nihil, &c. ולא חלק להם : .i. à quibus nulla beneficia acceperãt. Singul. Heb. pro plur. q.d. nullus eorum impartitus fuerat eis quicquam. Alii vertunt, & non aſſignauerat eos [ſub. Deus] illis. i. nõ præfecerat eos illis. 28 Sicut hodie. כיום הזה : ſub. res ſe habet. 29 Abſcondita, Ieh. &c. הנסתרות ליהוה וגו' Quidã ſic locũ iſtum exponunt, Dei eſt punire idololatriam occultã: ad nos autem pertinet punire idololatriam apertam: neque ſolum ad nos, ſed etiam ad poſteros noſtros vſque in ſempiternum. Debemus autem hæc facere ſi velimus implere Legẽ hanc. Atque hæc interpretatio placet ex doctis Hebræorum alteri. Alii vertunt, Secreta Iehouæ Dei noſtri reuelata ſunt nobis & filiis noſtris. iuxta illud Dauidis, Non fecit taliter omni nationi, iuſtitias & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

IN CAPVT XXX.

1 Quas propoſui tibi, אשר נתתי לפניך Ad verbum, quas dedi coram te. Ad cor tuum, אל־לבבך Id eſt in memoriam.

ci eiꝰ per omnia,vt ego præcipio tibi hodie,tu & filii tui toto corde tuo,& tota anima tua:

3 'Tum reducet Iehouáh Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui,"& cõuerſus congregabit te de cunctis populis ad quos diſperſerit te Iehouáh Deus tuus.

4 Si fuerit 'expulſus tuus in extremo cæli,illinc cõgregabit te Iehouáh Deus tuus,& illinc'accipiet te:

5 Reducétque te Iehouáh Deus tuus ad terram quam poſſederãt Patres tui,ac poſſidebis eam: benefaciétque tibi,& multiplicabit te magis quàm Patres tuos.

Purificat Deus cor noſtrum, vt poſſimuꝰeum diligere.

6 Et circuncîdet Iehouáh Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui, vt diligas Iehouã Deum tuum toto corde tuo , & tota anima tua, 'propter vitam tuam.

7 Dabit autẽ Iehouáh Deus tuꝰ omnes maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos,& ſuper odio habentes te, qui perſequuti ſunt te.

8 Tu ergo reuertaris,& obedias voci Iehouæ,& facias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie.

9 (Et abũdare te faciet IehouáhDeus tuus in omni opere manuũ tuarum,in fructu ventris tui,& in fructu iumenti tui,& in fructu terræ tuæ in bonum:quoniam cõuertetur Iehouáh vt lætetur ſuper te in bonum,quemadmodum lætatus eſt ſuper Patres tuos:

10 'Si tamen obedieris voci Iehouæ Dei tui,cuſtodiẽdo præcepta eius,& ſtatuta eius,ſcripta in hoc libro Legis: quum cõuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum toto corde tuo & tota anima tua)

Præciditur hîc Iudæis occaſio citandi ignorantiam Legis.

11 'Nam hoc præceptum quod præcipio tibi hodie, non eſt occultum à te,'neque remotum eſt:

12 Non in cælo eſt, vt dicas, Quis aſcendet *pro* nobis in cælum,"vt tollat illud nobis,& recitet nobis illud,vt impleamus illud?

13 Neque trans mare eſt,vt dicas,Quis tranſfretabit *pro* nobis mare,vt afferat illud nobis,& recitet nobis,vt impleamus illud?

14 Sed propinquum eſt tibi verbum valde"in ore tuo & in corde tuo,vt facias illud.

Vita,& Mors.

15 Vide,'propoſui tibi hodie vitam'& bonũ,mortem itẽ & malũ:

eiꝰ imperiis,ſicut ego hodie præcipio tibi cum filiis tuis , in toto corde tuo, & in tota anima tua:

3 Reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuã,ac miſerebitur tui,& rurſum cõgregabit te de cunctis populis in quos te antè diſperſit.

4 Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,

5 ¶Et aſſumet,atque introducet in terrã quã poſſederunt Patres tui, & obtinebis eã:& benedicẽs tibi,maioris numeri te eſſe faciet, quã fuerint Patres tui.

2.Mach.1.f.30, & 2.c.18

B

6 Circũcidet Dominus Deus tuꝰ cor tuum & cor ſeminis tui:vt diligas Dominũ Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſſis viuere.

7 Omnes autem maledictiones has conuertet ſuper inimicos tuos, & eos qui oderunt te,& perſequuntur.

8 Tu'autem reuerteris,& audies vocẽ Domini Dei tui : faciéſque vniuerſa mãdata quæ ego præcipio tibi hodie:

9 (Et abũdare te faciet Dominus Deꝰ tuus in cũctis operibus manuũ tuarũ, in ſobole vteri tui,& in fructu iumentorum tuorũ, in hubertate terræ tuæ, & in rerũ omniũ largitate: reuertetur enim Dñs vt gaudeat ſuper te in oĩbꝰ bonis,ſicut gauiſus eſt ĩ Patribꝰ tuis:

10 Si tamẽ audieris vocẽ Domini Dei tui,& cuſtodieris præcepta eius & cæremonias, quæ in hac Lege cõſcripta ſũt:& reuertaris ad Dominũ Deũ tuũ ĩ toto corde tuo , & ĩ tota anima tua)

C

11 Mandatum hoc quod ego pręcipio tibi hodie, nõ ſupra te eſt,neque procul poſitum:

12 Nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere, ¶Quis noſtrum valet ad cælum aſcendere,vt deferat illud ad nos, vt audiamus,atque opere compleamus?

Rom.10.a.6

13 Neq; trãs mare poſitũ:vt cauſeris,& dicas,Quis è nobis poterit trãſfretare mare,& illud ad nos vſque deferre:vt poſſimꝰ audire,& facere qđ p̄ceptũ eſt?

14 Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo & in corde tuo,vt facias illum.

15 Cõſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum:

3 Tum reducet,&c. ושב יהוה וגו׳ .i.reducet captiuos tuos è captiuitate. Et conuerſus ושב .i.mutata ſententia quaſi pœnitentia ductus congregabit te. 4 Expulſus tuus נדחך Singul.Heb.pro plur.i.ſi exules tui fuerint in fine mundi,ſiue orbis,&c. Accipiet te. יקחך׃ congregabit te.i.captiuos tuos. 6 Propter vitam t. למען חייך׃ .i.vt viuas vitam,nempe æternam. 10 Si tamen obed.&c. כי תשמע בקול וגו׳ Ea tamen Lege vt audias vocẽ,&c. 11 Nã hoc præceptum,&c. כי המצוה הזאת וגו׳ Pendet hic verſus ab octauo ſuperiore verſu,Tu ergo reuertaris,& obedias,&c.nã hoc præceptum,&c.Per præceptũ Moſes non hîc ſolam Legẽ deſignat,ſed totam in genere Dei doctrinã intelligit,quæ Euangelium ſub ſe comprehendit,vt clarè oſtendit Paulus Rom.10.b.8, vbi hic locus explicatur.Oſtendit autẽ Moſes facilitatem perficiendæ Domini voluntatis,ex eo quòd modò illis occulta non eſt,nec longè diſſita,ſed ſub aſpectum poſita,in opere ac præſidio Spiritus qui prædicato Euangelii verbo datur credentibus,qui opus ſuum potenter in illorum infirmitate peragat. Neque rem.eſt: ולא־רחוקה הוא׃ neque diſſitũ eſt.vel,neque procul poſitum. 12 Vt tollat,&c. ויקחה וגו׳ Ad verbũ,& accipiet illud nobis,& audire faciet nos illud,& faciemus illud. 14 In ore tuo & in corde t. בפיך ובלבבך Quidã exiſtimãt,Oris vocabulo per ſynecdochen vſũ fuiſſe Moſen hoc loco pro Facie,ſeu cõſpectu,vt dicat cõſpectui populi ſui propoſuiſſe verbũ,vt corde recipiatur per fidem,atque ita perficiatur. Aut teſtatur Moſes Deũ in os & cor dediſſe,vt & certa fide ipſum apprehendamus,& cum fiducia confiteamur.Conuerſio autẽ verborum eſſe videtur:nam melior ordo futurus erat ſi præmiſſa cordis fiducia, oris confeſſio ſubiecta foret,quæ ex ea naſcitur.Hebræi ad ſolã Legem referunt iſtud,& exponunt,Propinqua tibi eſt Lex:nam eſt in ore tuo.i. tibi illa frequenter recitatur, & velut in os ingeritur à Leuitis.Gallicè *Tu n'ois parler d'autre choſe.*Hoc dicit propter frequentẽ recitationẽ quæ in os & corã fit: de qua Act. 15.d.21.In corde dicit,quia Legẽ(inquiunt)cordibus Iudæorum inſcripſerat Dominus prius quàm in tabulis illis lapideis Decalogum inſculpſiſſet.Poſſet & ſic intelligi,vt iidẽ ſcribũt,In ore tuo.i.in ore Leuitarũ qui è popularibus tuis ſunt. nam labia Sacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, & Legem ex ore eius requirent,Malach.2.b.7.Præterea infrà cap.33.b.10,cõmittitur Leuitis cura docendi populũ.Poſuit igitur Legem in ore Sacerdotũ & Leuitarum qui ſunt è tuis popularibus, vt ab illis requiras quæ ad bene viuendũ pertinent,& illi te doceãt ſine vlla mora.Ita Hebræi. Verũ ſi de ſola Lege ſermo eſſet,friuolũ fuiſſet argumentum,quũ nihilo ſit factu facilior Lex Dei ante oculos poſita,quàm ſi procul abeſſet.Moſes igitur iſto capite vt & quarto,inſignẽ Dei beneuolentiam populo cõmendare ſtudet,vt ex Pauli loco Rom.10.b.8,intelligimus,ex eo quòd eum in ſuam diſciplinã & magiſterium ſuſceperat.Quæ cõmendatio à nuda Lege ſumi nõ poterat.Nec obſtat quòd hîc Moſes de vita ad Legis regulam formãda concionatur: nam cum gratuita fidei iuſtitia cõiunctus eſt regenerationis Spiritus.Itaque alterum ex altero colligit:quia Legis obſeruatio eſt ex Chriſti fide.Quidã exponũt,Propè eſt verbum quod per os prædicatur,& corde creditur.q.d. Præceptum meũ non ſtatim implebis,quum audieris,ſed ſi corde ipſum dilexeris:quod non facies niſi prædicato verbo per os,& credito in corde.Doctus quidã in hũc locum ſic ſcribit,Hunc locũ accõmodauit ad cauſam ſuã Paulus: nam quũ propriè pertineat ad Decalogũ,trãſtulit eleganter & eruditè ad fidem quæ os requirit vt promulgetur,& cor vt corde credatur. Diligenter autẽ obſeruandum,ex conſenſu Hebræorum caput hoc ad regnum Chriſti pertinere.vnde etiam quidam illorum dicit,hoc loco promiſſionẽ eſſe quòd ſub Rege Meſſiah omnibus qui de fœdere ſunt,circunciſio cordis contingeret,citans Ioelẽ,cap.2.g.28. 15 Propoſui tibi נתתי לפניך Ad verbum,dedi coram te.Præt.pro præſ.propono. Et bonum, ואת־הטוב Sic vocat fœlicitatem:vt mox,malum,infœlicitatem.

D Vt diligas Dominum Deum tuum, & ābules in viis eius, & cuſtodias mādata illius ac cæremonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, benedicátque tibi in terra ad quā ingrederis poſſidendam. 16

Si autē auerſum fuerit cor tuū, & audire nolueris, atque errore decept⁹, adoraueris deos alienos, & ſeruieris eis 17

Prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tēpore moreris in terra ad quā Iordane tranſmiſſo ingredieris poſſidendam. 18

Teſtes inuoco hodie cęlū & terrā, quòd propoſuerī vobis vitā & mortē, benedictionē & maledictionē: elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuū. 19

Et diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierū tuorū) vt habites in terra pro qua iurauit Dn̄s Patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eā illis. 20

Cap. XXXI.

ABiit itaque Moyſes, & loquutus eſt omnia verba hæc ad vniuerſū Iſrael, 1

Et dixit ad eos, Centum viginti annorū ſum hodie, nō poſſum vltrà egredi & ingredi, præſertim quum & Dominus dixerit mihi, ‖Nō tranſibis Iordanem iſtum. 2

Suprà 3.d.26

Dominus ergo Deus tuus tuus trāſibit ante te: ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eas: & Ioſue iſte tranſibit ante te, ‖ſicut loquutus eſt Dominus. 3

Nume.27.c.18

Faciétque Dominus eis ‖ ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorū, & terræ eorum, deleuitque eos. 4

Num.21.e.24

Quum ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter facietis eis ſicut præcepi vobis. 5

Suprà 7.a.1

B ‖Viriliter agite, & cōfortamini: nolite timere, nec paueatis ad conſpectū eorum: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. 6

Vocauitque Moyſes Ioſue, & dixit ei coram omni Iſrael, Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in terram quam daturū ſe Patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam ſorte diuides. 7

Et Dominus quí ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. 8

Scripſit itaque Moyſes Legē hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis Senioribus Iſrael. 9

C Præcepitque eis, dicens, Poſt ſeptē annos, anno remiſſionis, in Solennitate tabernaculorum, 10

Cōuenientibus cunctis ex Iſrael, vt appareant in conſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba Legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, 11

16 Quando ego præcipio tibi hodie vt diligas Iehouā Deum tuū, vt ambules in viis eius, & cuſtodias præcepta eius, & ſtatuta eius, & iudicia eius, vt viuas, & multipliceris, benedicátq; tibi Iehouáh Deus tuus in terra ad quam ingrederis vt poſſideas eam.

17 Quòd ſi auerterit ſe cor tuum, & non audieris, ′& impellaris, & incuruaueris te diis alienis, coluerı́ſque eos:

In inobedientes Dei verbo.

18 ′Denūtio vobis hodie quòd pereundo peribitis, nō prolōgabitis dies ſuper terrā′ad quam Iardén trāſmiſſo pergis, vt poſſideas eā.

19 ′Teſtor aduerſum vos hodie cælum & terrā, *quod* vitam & mortē propoſui, benedictionem & maledictionem: deligas ergo vitam, vt viuas tu & ſemen tuum:

20 Vt diligas Iehouam Deum tuum, *&* vt obedias voci eius, adhæreáſque illi: ipſe enim eſt vita tua, & lōgitudo dierum tuorum, vt habites ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis Abrahā, Iצſaחhác, & Iaעacób, ſe daturum illis. Cap. XXXI.

Vita.

1 A′Biit itaque Moשſéh, & loquutus eſt verba iſta ad vniuerſum Iשſraאelem:

וילך

Moyſes cōpōnit ſe ad mortem.

2 Dixítque eis, ″Cētum & viginti annorum ſum hodie, non poſſum vltrà′egredi & ingredi: præterea Iehouáh dixit ad me, Non tranſibis Iardén iſtum.

3 Iehouáh Deus tuus ipſe ′tranſiturus eſt ante te, ipſe diſperdet gentes iſtas à facie tua, poſſidebíſque eas: Iehoשſúaע″ipſe tranſiturus eſt ante te, quemadmodum dixit Iehouáh.

Gentes delēdæ.

Ioſue præficitur populo, loco Moyſi.

4 Faciétque Iehouáh illis quemadmodum fecit סSiחhón & עOg regibus אEmoræi, & terræ eorum′quos diſperdidit.

5 Quum ergo dederit eas Iehouáh″ante faciem veſtram, tunc facietis eis″omnino iuxta præceptum quod præcepi vobis.

6 ′Eſtote fortes, & roborate vos, ne timeatis, neque paueatis′à facie eorum: Iehouáh enim Deus tuus eſt qui pergit tecum, nō deſeret te, neque te derelinquet.

7 Vocauit ergo Moשſéh Iehoשſúaע, & dixit illi in oculis totius Iשſraאelis, Eſto fortis, & robora te: tu enim ingredieris cū populo iſto terram quam iurauit Iehouáh Patribus eorum, ſe daturum illis, & ipſe″ſorte diuides eam illis.

Ioſue conſtituitur dux populi.

8 Iehouáh autē eſt″qui præceſſurus eſt te, ipſe erit tecum: non te deſeret, neque derelinquet te: ne timeas, neque paueas.

9 Scripſítque Moשſéh Legē iſtā, & dedit eā Sacerdotibus filiis Leui portātibus arcā fœderis Iehouæ, ″& oībus Senioribus Iשſraאél.

Scribitur Deuteronomium.

10 Et præcepit illis Moשſéh, dicēdo, ′Septimo quoque anno, ″tempore anni remiſſionis, in ſolennitate tabernaculorum,

Præcipitur legi Deuteronomiū ſeptimo quoque anno, omni populo.

11 Quum venerit vniuerſus Iשſraאél vt appareat coram Iehoua Deo tuo, in loco quem elegerit, leges Legem iſtam coram vniuerſo Iשſraאele, ′in auribus eorum.

17 Et impellaris, ונדחת ſub. in errorem. i. & aberres inductus perſuaſionibus quibuſdam. Sic ſuprà cap. 4. c. 19.
18 Denuntio הגדתי Præt. Heb. pro præſ. Ad quam Iarden tranſmiſſo pergis, אשר אתה עובר את הירדן לבוא Ad verbum, ad quam tu tranſis Iarden vt pergas. 19 Teſtor העדותי Præt. Heb. pro præſ.

IN CAPVT XXXI.

1 Abiit itaque וילך Hîc incipit nona huius libri ſectio apud Hebræos, quā vocant וילך. 2 Centum, &c. בן־מאה וגו׳ Ad verbū, filius centum & viginti annorum. Hebraiſmus. Egredi & ingredi: לצאת ולבוא .i. non poſſum vltrà è caſtris egredi ad militiam, & è militia reuerti ad caſtra. Gallicè, *Ie ne puis plus aller ne uenir.* q. d. non poſſum vltrà fungi munere Ducis.
3 Tranſiturus eſt הוא עובר Præſ. Heb. pro fut. i. erit tibi vice Ducis. Sic mox de Iehoſua. 4 Quos diſper. אשר השמיד אותם: Ad verbū, quos diſperdidit [vel, deleuit] eos. 5 Ante faciē v. לפניכם .i. vobis. quū effecerit vt veniant in poteſtatē veſtrā. Omnino iuxta præc. ככל־המצוה Ad verbū, ſecundū omne præceptum. 6 Eſtote fortes, & robor. חזקו ואמצו Hebraiſmus, Eſtote forti & inuicto animo. Sic ſequenti verſu. A facie eorum: מפניהם ad conſpectū eorum. 7 Sorte diuides eā il. תנחילנה אותם: Ad verbū, hæreditare facies eā illos. i. trades eam illis iure hæreditario poſſidendam. 8 Qui præceſſurus eſt te, ההולך לפניך Ad verbum, qui ambulat ante faciem tuam. i. qui tibi erit vice Ducis. 9 Et omnibus Se. Iשſ. ואל־כל־זקני ישראל: q. d. præſentibus Senatoribus Iſraelis.
10 Septimo quoque an. מקץ שבע שנים Ad verbū, In principio ſeptimi anni. i. ineunte ſeptimo anno. Vide ſuprà cap. 15. a. 1. Tēpore anni rem. במועד שנת השמטה .i. qui eſt annus remiſſionis. 11 In auribus eo. באזניהם: .i. ipſis audientibus, elata voce, & nō ſubmiſſa.

12 ″Congrega populum, viros & mulieres,& paruulos, & peregrinos tuos qui ſũt intra portas tuas,vt audiãt,& diſcãt,timeántque Iehouã Deũ veſtrũ,& cuſtodiãt″faciẽdo õnia verba Legis huius.

13 Et filii eorũ qui non″nouerunt,audiant,& diſcant timére Iehouam Deum veſtrum,omnibus diebus quibus victuri eſtis *ſuper* terram ad quam″tranſmiſſo Iardén pergitis,vt poſſideatis eam.

Moyſi & Ioſue prædicit De⁹ futurũ vt Moyſe mortuo populus conuertatur ad idola.

14 Et dixit Iehouáh ad Moẘſéh , Ecce appropinquauerunt dies tui vt moriaris : voca Iehoẘſúay, & ſtate in tabernaculo eccleſiæ, ″& præcipiam ei . Perrexit ergo Moẘſéh & Iehoẘſúay , ſteterúntque in tabernaculo eccleſiæ.

15 Et apparuit Iehouáh in tabernaculo, in colũna nubis: ſtetítque columna nubis ſuper oſtium tabernaculi.

Fornicantes à Deo.

16 Et dixit Iehouáh ad Moẘſéh,Ecce tu″dormiturus es cum patribus tuis:poſtea ſurget populus iſte,& fornicabitur poſt deos alienigenæ terræ, ad quã pergit *ut habitet* in medio eius : & derelinquet me,irritúmque faciet pactum meum quod pepigi cum eo.

17 Itaque iraſcetur furor meus contra eum,ipſo die,ac derelinquã eos, & abſcõdam faciem meã ab eis: ″& conſumetur,″& inuenient eũ mala multa & anguſtiæ:dicétque in die illa, Nónne propterea quòd non eſt Deus meus in medio mei,inuenerunt me mala hæc?

18 Ego verò abſcondẽdo abſcondam faciem meã in die illa , propter omne malũ quod fecerit,″quòd cõuerterit ſe ad deos alienos.

Canticũ ſiue cãtilenã iubet De⁹ à Moyſe cõponi, de futura Iſraelitarum idololatria & afflictionibus eorundẽ.

19 Nunc itaque″ſcribite vobis canticum iſtud , & doce illud filios Iẘſraℵelis: ″pone illud in ore eorum, vt ſit mihi cãticum iſtud in teſtem contra filios Iẘſraℵelis.

Saturitas.

20 Introducam enim eum in terram quam iuraui Patribus eius, fluentem lacte & melle:comedet autem,& ſaturabitur, impinguabítque ſe:tum conuertet ſe ad deos alienos , & colent eos , ″irritabúntque me,& irritum facient pactum meum.

21 Quũ autẽ inuenerint eũ mala plurima,& anguſtiæ,″tunc reſpõdebit canticũ iſtud in cõſpectu eius in teſtem:″nõ enim obliuioni tradetur ab ore ſeminis eius: noui enim″ingenium eius, *&* quid ipſe faciat hodie antequã introduxerim eum in terrã *de* qua iuraui.

22 Scripſit itaque Moẘſéh canticum iſtud eo die , & docuit illud filios Iẘſraℵelis.

Ioſue introducturus populum.

23 ″Dein præcepit Iehoẘſúay filio Nun,ac dixit,″Fortis eſto,& roborare,quia tu introduces filios Iẘſraℵelis in terram *de* qua iuraui eis:& ego ero tecum.

24 Quum autem finẽ feciſſet Moẘſéh ſcribendi verba Legis iſtius in libro,donec ea complerentur,

25 Præcepit Moẘſéh Leuitis portantibus arcam fœderis Iehouæ, dicendo,

Liber Deuteronomii reponi iubetur in latere arcæ.

26 Capite librum iſtũ Legis , & ponite eum in latere arcæ fœderis Iehouæ Dei veſtri,ſítque ibi contra te in teſtem.

12 Et in vnum omni populo cõgregato,tã viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant , & timeant Dominum Deum veſtrum , & cuſtodiãt impleãtq; õnes ſermones Legis hui⁹.

13 Filii quoque eorũ qui nũc ignorant: vt audire poſſint,& timeant Dominũ Deum veſtrum cunctis diebus quibus verſantur in terra ad quã vos Iordane tranſmiſſo pergitis obtinendam.

D

14 Et ait Dominus ad Moyſen , Ecce propè ſũt dies mortis tuę:voca Ioſue, & ſtate in tabernaculo teſtimonii , vt pręcipiã ei.Abierũt ergo Moyſes & Ioſue , & ſteterunt in tabernaculo teſtimonii:

15 Apparuitque Domin⁹ ibi in colũna nubis, quæ ſtetit in introitu tabernaculi.

16 Dixitque Dominus ad Moyſẽ, Ecce tu dormies cum patribus tuis , & populus iſte cõſurgẽs fornicabitur poſt deos alienos in terra ad quã ĩgreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me,& irritũ faciet fœdus quod pepigi cũ eo.

17 Et iraſcetur furor meus contra eum in die illo:& derelinquã eum,& abſcõdam faciem meam ab eo,& erit in deuorationẽ:inueniẽt eum omnia mala & afflictiones : ita vt dicat in illo die, Verè quia non eſt Deus mecum, inuenerunt me hæc mala.

E

18 Ego autem abſcondam,& celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quę fecit,quia ſequutus eſt deos alienos.

19 Nunc itaque ſcribite vobis canticũ iſtud,& docete filios Iſrael:vt memoriter teneãt,& ore decantẽt,& ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael.

20 Introducam enim eum in terrã pro qua iuraui Patribus eius,lacte & melle manantem:qúmque comederint, & ſaturati craſſique fuerint , auertentur ad deos alienos,& ſeruient eis:detrahéntque mihi, & irritum faciẽt pactum meum.

F

21 Poſtquam inuenerint eũ mala multa & afflictiones, reſpondebit ei canticum iſtud pro teſtimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore ſeminis ſui:ſcio enim cogitationes eius, quæ facturus ſit hodie,antequam introducam eũ in terram quam ei pollicitus ſum.

22 Scripſit ergo Moyſes canticum, & docuit filios Iſrael.

23 Præcepitque Ioſue filio Nun,& ait, Confortare,& eſto robuſtus:tu enim introduces filios Iſrael in terram quã pollicitus ſum,& ego ero tecum.

24 Poſtquã ergo ſcripſit Moyſes verba Legis huius in volumine,atque cõpleuit:

25 Præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini,dicens,

26 Tollite librũ iſtum , & ponite eũ in latere arcę fœderis Domini Dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium.

---

12 Congrega הקהל Infinitiuus eſt,quem ſic quidam vertunt,Poſtquã congregaueris. Faciendo לעשות *&* faciant. Vide ſuprà cap. 28.a.1. 13 Nouerunt, ידעו ſub.Legem hanc. Tranſmiſſo Iarden perg. עוברים את־הירדן Ad verbũ, tranſitis Iarden.i.ad quã pergendo tranſitis Iordanem. 14 Et præcipiam ei. ואצונו .i.dabo illi præcepta aliqua. 16 Dormiturus es שוכב Præſ.Heb.pro fut.breui moriturus es,quemadmodũ mortui ſunt patres tui. 17 Et conſumetur והיה לאכול Ad verbum,& erit ad comedendum.i. deuorabitur & abſumetur.ſinam eum abſumi. Et inuenient eum mala multa ומצאוהו רעות רבות .i.conficietur malis & anguſtiis multis.

18 Quòd conuerterit,&c. כי פנה וגו׳ quòd auerſus *à me,abierit* ad deos alienos. 19 Scribite v. כתבו לכם Curate deſcribendum vobis. Moſen & Ioſue alloquitur Dominus.q.d. Vt hac ratione reuocentur à cultu idolorum, curate vobis tranſcribendum canticũ iſtud quod ſequitur. Pone illud in ore eorum שימה בפיהם .i.fac vt illud memoria teneant,& ore decantent.

20 Irritabúntque me, ונאצוני ſpernéntque me. 21 Tunc reſpondebit,&c. וענתה וגו׳ .i.tunc hoc carmẽ teſtabitur illos deliquiſſe, & à me deſciuiſſe:quũ viderint ſibi ea mala accidiſſe quæ in ipſo prædicuntur deſertoribus meis. Nõ enim obliuioni,&c. כי לא תשכח וגו׳ Hebraiſmus,Semper Iſraelitæ habebunt illud in ore. Ingenium eius, את יצרו cogitatum eius.imaginationem eius.

23 Dein præcepit ויצו Poſthac dedit[ſub.Iehouah]præcepta *quædam* ipſi Iehoſuæ. Fortis eſto & roborare, חזק ואמץ Viriliter age, & eſto robuſtus.eſto forti ac inuicto animo.

G Ego enim ſcio contētionem tuam, & ceruicē tuā duriſſimā: adhuc viuēte me & ingrediēte vobiſcū, ſēper cōtētioſè egiſtis cōtra Dominum: quanto magis quum mortuus fuero?

Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atq; doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & inuocabo cōtra eos cælum & terram.

Noui enim quòd poſt mortem meā iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tēpore, quando feceritis malū ī cōſpectu Domini, vt irritetis eū per opera manuum veſtrarum.

Loquutus eſt ergo Moyſes audiēte vniuerſo cœtu Iſrael verba carminis huius, & ad finem vſque compleuit.

Cap. XXXII.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

Concreſcat in pluuiā doctrina mea: fluat vt ros eloquiū meū, quaſi imber ſup herbā, & quaſi ſtillę ſup gramina.

Quia nomē Domini inuocabo: date magnificentiam Deo noſtro.

Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deꝰ fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus.

Peccauerunt ei, non filii eius in ſordibꝰ, generatio praua atque peruerſa.

Hęccine reddis Dn̄o, popule ſtulte & inſipiēs? nūquid nō ipſe eſt pater tuꝰ qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?

Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam,

27 Ego enim noui rebellionem tuam, & ceruicem tuam duram: ecce adhuc me viuente vobiſcum hodie, rebelles eſtis Iehouæ, & quanto magis poſteaquam mortuus fuero?

28 Congregate ad me omnes ſeniores tribuum veſtrarum, & præfectos veſtros, vt loquar in auribus eorum verba iſta: & teſtes inuocem contra eos cælum & terram.

29 Noui enim quòd poſteaquam mortuus fuero, corrūpendo corrumpetis vos, & recedetis de via quam præcepi vobis: vnde eueniet vobis malū in nouiſſimo dierum, quum feceritis malum in oculis Iehouæ, irritando eum opere manuum veſtrarum.

30 Itaque loquutus eſt Mowſéh in auribus totius congregationis Iwſraél verba cātici huius, ″donec ea cōplerentur. Cap. XXXII.

1 A″Vſcultate cæli, ″& loquar, ″& audiat terra eloquia oris mei.

2 ″Stillet vt pluuia, doctrina mea: ″ſtillet vt ros, eloquiū meū, vt pluuiæ ſuper ″gramen, ″& vt imber ſuper herbam.

3 ″Quia nomē Iehouæ inuocabo, date magnitudinē Deo noſtro.

4 ″Dei ″perfectum eſt opus: omnes enim ″viæ eius iudiciū: ″Deus veritas, & non eſt iniquitas *in eo*, iuſtus & rectus eſt.

5 ″Corrupit *ſeſe* illi, non filii eius, macula eorum, generatio praua & peruerſa.

6 ″Nunquid Iehouæ retribuitis iſtud, populus ſtulte, & inſipiens? nōne ipſe eſt pater tuꝰ *qui* ″poſſedit te, ipſe fecit te, ″& præparauit te?

7 Memēto ″dierū ſeculi, ″intellige ānos ″generationis & generationis: īterroga patrē tuū, ″& annūtiabit tibi: ſenes tuos, & dicēt tibi.

8 ″Quādo hæreditates diſtribuit Excelſus Gētibus, quādo ſeparauit

Moyſes cōuocatis principibus Iſrael, prædicit eos à Deo receſſuros.

האזינו

Canticū Moyſi.

Doctrina.

Opera Dei.

Hortatur Moyſes populum, vt conſideret Dei beneficia erga ſe.

30 Donec ea complerentur. : עד תומם vſque ad finem eorum.

IN CAPVT XXXII.

1 Auſcultate האזינו Auribus percipite. Arrigite aures. Audite. Hæc eſt decima huius libri ſectio apud Hebræos, quā ab hac prima huius capitis dictione denominant האזינו. Hebræi ſcribunt canticū iſtud eſſe ſummarium totius Legis. facit enim mētionem de magnificentia Dei, de creatione mundi, de vno Deo colēdo, de generatione diluuii, de diuiſione linguarum & terrarū, de electione populi Iſraelitici, de beneficio in deſerto ei exhibito, & futura mortuorū reſurrectione, &c. Præterea quòd cælum & terram in teſtimonium adducat, hoc fieri ex affectu exhuberantiſſimo: idque duabus rationibus. Altera, quòd cælùm & terra perpetuò durent, homines autem pereant & moriātur. Altera, vt innuat quòd ſi non eſſent ſeruaturi præcepta Dei, fore vt cælū non daret pluuiam ſuā, terra non daret fruges ſuas: ſecus verò ſi Legem Dei ſeruarent. Hactenus Hebræi. Hæc ſanè eſt grauiſſima conteſtatio: nam perinde eſt acſi hominibus nullæ eſſent aures, propterea ad elementa confugiendū fuit. Sic enim loquitur Moſes vt de re prodigioſa & ſtupenda quæ mutis etiam elemētis horrorem incutere debeat, quòd Iſraelitæ defecturi ſint à Deo, à quo tot beneficiis ornati erant. Simili præfatione vſus eſt & Ieſaias, cap. 1. a. 1.

Et loquar: ואדברה Hebraiſmus, pro, me loquentē. q.d. Attendite diligēter ad ea quæ dicturus ſum. Et audiat terra ותשמע הארץ Mutatio perſonæ, pro Tu terra audi, &c. q.d. vos cælum & terra inuoco teſtes. 2 Stillet יערוף Fut. Heb. pro præſ. optatiuo. ſub. in corda Iſraelitarum. q.d. vtinā doctrina mea efficiat quod in agris aqua: vt ea non ſit vana, ſed fructum afferat. Quidā vertunt, deſcendat. Stillet תזל defluat. in animos ſcilicet audientium, vt ros gratiſſimus qui terrā fœcundare ſolet. Chaldæus paraph. totū verſum ſic vertit, Suauis ſit ſicut pluuia doctrina mea, ſuſcipiatur ſicut ros verbū meū, ſicut venti pluuiæ qui perflant ſuper gramen, & ſicut guttulæ imbris ſerotini quæ veniunt ſuper herbam. Gramen, דשא Significat herbam recentem & teneram. Vide Gene. 1. b. 11. Et vt imber, &c. וכרביבים וגו׳ & vt pluuia vehemens [vel, denſus & minutus] ſuper herbam. Multis verbis eandem rem dicit: acſi tantum diceret, Vtinam doctrina mea & ſermo meus non ſit inutilis in vobis. 3 Quia nomen, &c. כי שם וגו׳ Quoniā nomen Iehouæ celebrabo. vel cantabo. i. cantabo de inuocando & colendo vno ſolo Deo contra idololatras futuros in populo meo: date magnitudinē Deo noſtro. Hebraiſmus, pro, magnificate. i. nolite vllū alium Deum colere, aut vlli quicquā maieſtatis, aut poteſtatis tribuere, niſi vni Deo noſtro. huius ſolius eſt maieſtas, magnitudo, poteſtas: omnes alii dii, vani, mendaces, & nihili ſunt. Alii vertunt, Quoniā [Quando] nomen Domini prædico [vel, celebro] magnificate *interim* Deum noſtrum. ſub. in cordibus veſtris. Hic eſt finis præfationis. alloquitur autem non ſolum cælum & terram, ſed & omnes auditores.

4 Dei הצור Ad verbū, Rupis. vt infrà verſu 18. Vocat Scriptura Deū rupem ob ſtabilitatē, immutabilitatē, & perſeuerantiā, qui ſtat promiſſis ſuis. Perfectū eſt opus: תמים פעלו Sing. Heb. pro plur. perfecta opera eius. Cōmēdat Deū ab operibus. q.d. nulla ratione culpari, aut reprehendi poſſunt opera Dei. Viæ eius iud. דרכיו משפט viæ eius *in* iudicio. i. iuſtæ & æquæ ſemper. Repetitio, Quicquid agit, iuſtū eſt & æquū. Deus ver. אל אמונה Deus fidei. i. fidelis in promiſſionibus ſuis. 5 Corrupit *ſeſe*, &c. שחת לו וגו׳ Difficilis eſt locus, propter dictionū ordinē inuerſum. ſic autē conſtrui debet & verti, Generatio praua atque peruerſa, qui nō ſunt filii eius, in ignominiā ſuā corrupit *ſeſe* illi. i. Generatio praua & peruerſa, appoſitiuè, quæ non eſt filii eius, quæ non habet Deū pro patre, non agnoſcit Deū creatorem ſuū: corrupit *ſe*, deprauauit ingeniū ſuum, in ignominiā illi, ſcilicet Deo: hoc eſt, in dedecus Dei. vel, in ignominiā ſuam: hoc eſt, quod eſt illi probro. Sic de illis futurū aſſerit, quòd non erat manſuri in ſana doctrina & vero cultu Dei: ſed ſicut ſolet generatio praua & adultera (vt Chriſtus quoque eos vocat Matth. 12. c. 39) corrumpuntur, vt iam non ſint filii, propter fœditatem, & vitioſam religionem à ſe repertam, ſed ſpurii.

6 Nunquid Ieho. &c. הליהוה וגו׳ An hoc Iehouæ redditis popule ſtulte, &c. Hæccine retribuitis, vel reddere debetis, &c. Fut. Heb. pro præſ. Hìc incipit exprobrare ingrato populo. Vide autē ardentiſſima & vehementiſſima verba. Poſſedit te, קנך coparauit te. vel acquiſiuit. i. aſſeruit in libertatē. Alludit ad ſeruitutē Aegyptiacā. q.d. quorſum hæc ingratitudo? nónne deberes illū agnoſcere creatorē tuū, & gratias agere? Et præparauit te? : ויכוננך & cōcinnauit te: adaptauit. arte ſcilicet indicibili. 7 Dierū ſeculi, ימות עולם dierum antiquorū. i. temporū præteritorū, ſiue priſcorū. q.d. Reuoca in memoriā tēpus elapſū. Incipit ex ordine numerare beneficia in populū ingratū collata & perdita. Intellige בינו cōſidera. Mutatio numeri Heb. Generationis & gen. דור ודור Hebraiſmus, multarū generationū. i. priſcos. Et annuntiabit tibi: ויגדך & indicabit tibi. beneficia ſcilicet quæ cōtulit huic gēti. 8 Quando hære. &c. בהנחל עליון Ad verbū, Quū hæreditare fecit Altiſſimus. vel, aſſignauit hæreditatē. i. Quando Altiſſimus diuiſit patrias & regiones, & aſſignauit eas cunctis gentibus: iam tum decreuerat dare filiis Iſrael terrā illorū ſeptem populorum quos ſub aduentū ipſorum Iſraelitarū eiecit è terra Chanaan. vel, tunc dedit ſeptem gentibus, Amorrhæis ſcilicet, Heuæis, &c. tantam regionis planitiem, quæ numero filiorum Iſrael ſufficeret. Primum beneficium eſt, quòd quum Deus ſit, & omnium gentium Deus, vt quas diuiſit, Gene. 11. b. 8, & diſtribuit eis orbem terrarū, vnicuique genti ſuam portionem & terminum, vt Paulus hunc verſum æmulatus, Act. 17. f. 26, docet: tamen nō omnes elegit ſibi in populum quorū pecu-

liariter eſſet Deus vero & legitimo cultu: ſed poſuit limites, vt ſolùm vbi filii Iſrael eſſent, ibi eſſet populus eius. Vbi verò finiretur limes filiorum Iſrael, ibi ceſſaret populus Dei, & inciperent termini Gentium.

filios hominum,'ſtatuit terminos populorum ſecundum numerum filiorum Iwſraℵelis. B

Pars enĩ Iehouæ eſt popul' eius,'Iayacób ſors hæreditatis eius. 9

'Inuenit eũ in terra deſerti,″& in vaſtitate horroris deſerti:″circunduxit eum, inſtruxit eum, cuſtodiuit eum vt pupillã oculi ſui. 10

Vt aquila'quæ excitat nidũ ſuum, ſuper pullos ſuos'cubat, expandit alas ſuas,'aſſumit eum, portat eum ſuper alas ſuas. 11

Iehouáh ſolus deduxit illũ,'& nõ fuit cum eo deus alienigenæ. 12

'Impoſuit eum ſuper excelſa terræ, & comedit fructus agri,″& fecit vt ſugeret mel è petra, & oleum″è ſilice petræ: 13

'Butyrum bouis, & lac ouium,″cum adipe agnorum, & arietes ″filios Bawſán, & hircos'vnà cum adipe granorũ tritici,″& ſanguinem vuæ bibiſti merum. 14

Saturatus Iſrael & ingratus, conuertitur ad idola

Et impinguatus eſt'Iwſraℵél'& recalcitrauit:″impinguatus es, incraſſatus es, operuiſti: & dereliquit Deum *qui* fecit eum,″ac deſpexit Deum ſalutem ſuam. 15 C

'Zelare fecerunt eum propter extraneos,″per abominationes irritauerunt eum. 16

Sacrificauerunt dæmoniis, non Deo, diis quos non nouerant, ″nouis *qui* de propinquo venerunt, quos nõ timuerũt Patres veſtri. 17

'Dei qui genuit te, oblitus es: oblitus es inquam Dei″qui generauit te. 18

Minatur afflictiones De' Iudæis ingratis.

'Quum autem vidiſſet Iehouáh, exacerbatus eſt præ ira in filios & filias ſuas. 19

Et dixit, Abſcõdam faciem meam ab eis, videbo'quid in nouiſſimo eorum: generatio enim peruerſitatũ ſunt, & filii in quibus nulla eſt fides. 20

conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael:

Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eũ in terra deſerta, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis: circunduxit eum, & docuit: & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.

Sicut aquila prouocãs ad volãdum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas: & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.

Dominus ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.

Cõſtituit eum ſuper excelſam terrã, vt comederet fructus agrorum, & ſugeret mel de petra, oleũmque de ſaxo duriſſimo:

Butyrũ de armento, & lac de ouibus cũ adipe agnorũ, & arietũ filiorũ Baſã, & hircos cũ medulla tritici, & ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum.

Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguat', dilatatus, dereliquit Deum factorẽ ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerũt dæmoniis & nõ Deo, diis quos ignorabãt: noui recẽtéſq; venerũt, quos nõ coluerũt Patres eorũ.

Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dei creatoris tui.

Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filii ſui & filiæ.

Et ait, Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum: generatio enim peruerſa eſt, & infideles filii.

Statuit יצב aſſignauit. 9 Iayacób ſors, &c. יעקב חבל נחלתו׃ Iaacob funiculus[.i. portio]hæreditatis eius.i. eſt hæreditas eius. funiculis enim diuidebantur hæreditates. Iſtud eſt declaratio prioris partis huius verſus. q.d. non eſt mirum quòd expulſis illis populis dederit Dominus patriam illorum Iſraelitis: ſũt enim Iſraelitæ populus eius, & quidem tam proprius, quàm eſt alicuius portio hæreditaria. vel(vt alii exponũt)nõ latius patet popul' eius, quã quouſque extẽditur natio Iſraelitica. Iſtis ſcilicet verbis deſcribitur quã peculiaris ſit iſte popul' Dei.

10 Inuenit eũ ימצאהו Deprehendit eũ. nempe Iaacob, ſiue populũ Iſraeliticum, cui apparuit in nube quũ erraret in deſerto, & cœpit eũ deducere. In mõte Sinai pepigit fœdus cum eo. Iſtud eſt alterũ beneficium. Et in vaſtit. &c. ובתהו וגו׳ Hebraiſmus, in vaſto & horrendo deſerto. Circunduxit eum, &c. יסובבנהו יבוננהו Ad verbum, circuire fecit eum, intelligere fecit eum. ſub. Legem. i. docuit.

11 Quæ excitat nidũ ſ. יעיר קנו Fut. Heb. pro præſ. quæ prouocat nidũ ſuum. i. prouocat ad volandũ pullos ſuos, qui ſunt adhuc in nido. Continens pro contento. His verbis ſignificat quomodo eos in deſerto fouerit, mores eorũ tulerit, atque tẽtauerit, ac benefecerit eis, vt diſcerent volare. i. fidere in eum, vt capite octauo videri poteſt. Cubat, ירחף Fut. Heb. pro præſ. Aſſumit e. &c. יקחהו וגו׳ ſub. nidum. i. illos pullos ſuos, & portat eos ſuper alas ſuas. Sing. Heb. pro plur. 12 Et non fuit, &c. ואין עמו אל נכר׃ .i. nullus Deus alienus adiuuit eũ.

13 Impoſuit eũ, &c. ירכבהו וגו׳ Ad verbũ, Equitare faciet eũ ſuper excelſa terræ. i. in regione excelſa & alta. Hoc dicit quòd Terra ſancta ſit in medio climate mundi. Poſuit igitur eũ in ſũma parte orbis. Tertiũ beneficiũ quo deſcribitur ſitus & opulẽtia terræ Chanaan illis donatæ, quòd in terra ſublimi & egregia habitaret, & fructu agrorũ alerẽtur copioſè. Quidã per futurũ vertere malũt, quòd ſit prophetia. Et fecit vt ſug. &c. ויניקהו דבש מסלע וגו׳ Poeticè dicit, & figuratè, mel de petra, & oleũ de ſaxo ſugi, vt ſignificet fuiſſe in ea terra maximã abundãtiã mellis & olei. q.d. illic nullus locus erit infœcundus & vacuus rebus bonis & ſuauibus: etiam in rupibus ipſis erunt oliuæ & mel. Siquidem & oliuæ gaudent petroſis & ſterilibus locis, & apes mellificant vbiuis, etiã vbi nullus eſt ager. E ſilice petræ. ׃ מחלמיש צור .i. è petra duriſſima. Sic ſuprà cap. 8. c. 15. 14 Butyrum bouis, חמאת בקר ſub. fecit vt comederet. Et hìc Poetica quadam phraſi, opulentiam deſcribit, quòd butyro & lacte, & pinguibus agnis alerentur, & arietibus ſaginatis, &c. Cum adipe agn. עם־חלב כרים Hebraiſmus, cum agnis pinguibus. Filios Bawſan, בני־בשן .i. enutritos & educatos in monte ac regione Baſan. Arietes filios Baſan, phraſi Hebraica vocat pinguiſſimos arietes. Vnà cum adipe gran. tritici, עם־חלב כליות חטה Ad verbum, cũ adipe renum tritici. i. granorũ: quòd renibus ſint ſimilia. à radice כלה. hoc eſt, cum farina optima granorũ triticeorum, quæ præ ſe ferunt figuram teſticulorum & renunculorum. Subaudiendũ autem Comedit. Et ſanguinem vuæ ודם־ענב Phraſi Hebraica ſuccũ vuarum vocat ſanguinẽ, quòd propter colorẽ videatur ſanguis. Merum autem, per appoſitionem poſitum. hoc eſt, vinum optimum & rubrum bibes. Quidam in futuro malunt vertere, vt dictum eſt.

15 Iwſraℵél ישורון Ad verbũ, Rectus. ſic dictus Iſrael quòd fuerit rectus, à ישר. Quidã deducunt à שור aſpicere. verũ rectius eſt vt à ישר deducatur, vt ſcribit ex doctis Hebræorũ alter, Succulentus(inquit)factus Iſrael, Deo rebellis fuit. Impinguatus es, &c. שמנת עבית כשית Mutatio perſonæ, pinguis factus es[euaſiſti pinguis & ſucculẽtus]cõtraxiſti craſſitiẽ, operuiſti. ſub. pinguedine cor tuũ, ſiue animũ, qui penè ſuffocatus fuit, adeò vt nihil intelligas. Paulo plenior eſt loquutio in Pſalmo 17. c. 10, Adipe ſuo clauſerũt. Integra legitur Iob 15 c. 27, Operuit impius faciem ſuã adipe ſuo. Ac deſpexit וינבל ac floccifecit. vilipẽdit. Doctus inter Hebræos exponit, depreſſit. vel, deprimere conatus eſt. ſub. à magnitudine ſua. aut, depreſſit dignitatẽ Dei ſui. Chaldæus paraph. ſic verſum iſtum tranſtulit, Diues factus eſt Iſrael, & recalcitrauit: admodum proſperè ſucceſſit, & acquiſiuit facultates, & reliquit cultum Dei factoris ſui, exaſperauit fortiſſimum redemptorem ſuum.

16 Zelare fec. eũ, &c. יקניאוהו בזרים Prouocauerunt eũ ad æmulationẽ in externis. ſub. diis. vel, per externos. Chaldæus paraph. Ad æmulationem concitauerunt eũ cultu idolorum. Eadẽ habes paulo pòſt verſu 21. Per abominationes, &c. בתועבות יכעיסוהו׃ in abominationibus ad irã prouocauerunt eũ. i. per cultum idolorũ contenderũt prouocare ad irã. Idẽ bis dicit aliis verbis. Sequẽti verſu ſeipſum declarat.

17 Nouis *qui* de propinquo ve. חדשים מקרוב באו recentibus qui nuper venerunt. i. quorum fama nuper ad homines ipſos peruenit.

18 Dei צור Ad verbũ, Rupis, vt ſuprà verſu 4. Qui generauit te. ׃ מחוללך qui creauit[vel formauit]te. ab חול. Præſ. Heb. pro præt.

19 Quum autẽ vid. &c. וירא יהוה וגו׳ Ad verbum, Et vidit Iehouah, & abominatus eſt præ ira filios ſuos & filias ſuas. i. viros ac mulieres. Chaldæus paraph. Manifeſtatum itaque eſt coram Domino, & excanduit furor eius, eo quòd irritauerũt eum filii & filiæ. 20 Quid in no. e. מה אחריתם ſub. futurum ſit. vel, quid in fine ſuo. ſub. patientur. i. quid ad extremum facturi ſint. vel, quid accidet illis ad extremum.

Iere.15.c.14 rom.10.d.19

Ipſi me prouocauerunt in eo qui nō erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: |& ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.

21 ʹIpſi zelare fecerunt me in *re quæ* non *eſt* deus, iraſci fecerūt me in vanitatibus ſuis :″& ego zelare faciā eos in *eo qui* nō eſt populus: in gente ſtulta prouocabo eos ad iram.

D Ignis ſuccēſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabitque terrā cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.

22 Ignis enim ſuccendetur in furore meo, ʹ& ardebit vſque ad infernum inferiorem, deuorabítque terram, & fructum eius, & inflammabit fundamenta montium.

Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis.

23 ʹConſumam ſuper eos mala, ſagittas meas conſumam in eis.

Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo: dētes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentiū ſuper terrā atque ſerpētiū.

24 ʹCombuſti *erunt* fame, & comeſtiʹægritudine calida, ʹ& exciſione amara : dentes quoque beſtiarum immittam in eosʹcum veneno ſerpentium ſuper terram.

Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem ſimul ac virginem, lactentem cum homine ſene.

25 ʹForis orbabit gladius, & in cubiculis *erit* terror : ʹetiā iuuenem, etiam virginem, lactentem cum viroʹſene.

Et dixi, Vbinam ſunt? ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum.

26 ʹDicerem, ʹDiſpergam eos per angulos, ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum:

Sed propter iram inimicorū diſtuli: ne fortè ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent, Manus noſtra excelſa, & nō Dominus fecit hæc omnia.

27 Niſi″iram inimici timerem, ne fortè ʹextraneè ſe gerant hoſtes eorum, ne fortè dicant, Manus noſtraʹexcelſa, neque Iehouáh operatus eſt omnia iſta.

Gens abſque cōſilio eſt, & ſine prudentia.

28 Gens enim″periens conſiliis ſunt, nec eſt illisʹintelligentia.

Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

29 ʹSi ſapientes eſſent, intelligerēt hoc, intelligerētʹnouiſſimū ſuū.

E Quomodo perſequatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nónne ideo quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos?

30 Quomodoʹperſequutus fuiſſet vnus mille, & duo fugaſſent decem millia, niſi quòd Deus eorum vendidiſſet eos, & Iehouáhʹtradidiſſet eos?

Nō enim eſt Deus noſter vt dii eorum: & inimici noſtri ſunt iudices.

31 Nam non eſt ſicut Deus noſter, deus illorum:ʹ& inimici noſtri ſunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorū, & de ſuburbanis Gomorrhæ: vua eorum, vua fellis, & botri amariſſimi.

32 ʹEx vite enim סSedóm eſt vitis eorum, & ex vitibus עAmoráh: vuæ eorum, vuæ veneni, botriʹamaritudinum ſunt eis.

Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.

33 Venenū draconum, vinum eorū: & venenum aſpidūʹcrudele.

21 Ipſi zelare fecerunt me, &c. הם קנאוני בלא־אל Confer verſum iſtū cum paulo antè præcedenti verſu 16, Ipſi inuidere fecerunt me in non deo. id eſt conati ſunt facere vt inuiderē ei qui non erat deus. Et ego zelare faciam eos, &c. ואני אקניאם בלא־עם ego quoque prouocabo eos ad inuidiā in non populo. Edicit Dominus qua vltione vindicaturus ſit populi ſui defectionem, vbi ad idololatriam declinauerit. Quemadmodū (inquit) nouis diis inductis, me ad zelum prouocauerunt: ita ego quoque nouum populum ſuſcitabo, quo ipſi zelo accendantur. Atque vt deos fecerunt qui dii non ſunt: ita gentem conſtituam ex non gente. Sic factum eſt (teſte Paulo, ad Rom. 10. d. 19) quum Gentes aſſumptæ ſunt per Euangelium. Vnde vſque hodie implacabiliter irritantur Iudæi, quòd illos negamus eſſe populum Dei, nos verò aſſerimus nos eſſe populum Dei, vt hic verſus prædicit. 22 Et ardebit vſque ad infernum, &c. ותיקד עד־שאול תחתית Ignis hic nō ſolum ignē, ſed totam vaſtitatē ſignificat quæ igne fit, qualis fuit ignis regis Babylonis & Romanorū, vbi terra, licet non tota fuerit exuſta & vaſtata, vt in Ieruſalē & aliis locis, vt ne lapis quidē ſuper lapidem relinqueretur. hoc ſignificat quòd ardere illum dicit vſque ad infernum. acſi dicat, nihil reliquum ſuper terram erit, vel ædificii, vel germinis. ſed & ipſum ſolum, & mōtes vbi ædificia ſteterant, exurētur. quaſi ignis deorſum per terram velit ad infernum vſque ardere, ſicut videmus fieri in locis igne deſolatis. q.d. etiam profunda & infima terræ loca vertam in ſterilitatem. 23 Conſumam אספה Abſumam. id eſt Expendam contra eos omnia mala. Eadē mox vocat ſagittas ſuas.

24 Combuſti *erunt* fame, מזי רעב Id eſt Adurentur, ſiue abſumentur præ fame. AEgritudine calida, רשף caumate. ſiue morbo calido, febre ardenti & peſtifera abſumentur. Et exciſione amara: וקטב מרירי Id eſt peſte amariſſima, ſiue morbo exitiali qui citò enecat. Peſte quæ ex aere corrupto prouenit, vt ait doctus inter Hebræos. Cum veneno ſerpentium ſuper ter. עם־חמת זחלי עפר׃ Ad verbum, cum veneno reptantium terræ. id eſt ſerpentium. hoc eſt, & animalia venenata immittam.

25 Foris orbabit gladius, מחוץ תשכל־חרב Hebraiſmus, vaſtabit enſis. q.d. abſumentur bello. Etiam iuuenem, גם־בחור ſub. orbabit, ſiue vaſtabit. Singul. Heb. pro plur. vaſtabit inquam iuuenes, puellas, &c. Sene. שיבה׃ Ad verbum, canitiei.

26 Dicerem, אמרתי Præt. Heb. quod quidam per imperfectum coniunctiui vertunt, vt hic noſter. Alii per præt. perf. eiuſdem modi, Dixiſſem, & timuiſſem, in ſequenti verſu, hoc ſenſu, Iam dixiſſem apud me [id eſt ſtatuiſſem, ſiue decreuiſſem] in hunc modum. Diſpergam eos, אפאיהם Detrudam eos. פאה *peah* nomen, ſignificat extremitatem & finem cuiuſcunque rei, angulum quoque & plagam: vnde deducitur hoc verbum, quod eſt Diſpergere, ſiue detrudere in extremitatem vel angulum. Sunt qui hanc dictionem diuidūt in tres, אף אי הם *in* furore *meo*, Vbi ipſi? i. dixiſſē in furore meo, Dabo eos acſi nō eſſent: vt dicant qui illos viderint, Vbi ſunt? Verùm prior lectio verior, Statuiſſem procul abigere à me in locum orbis tā remotum, vt poſtea homines nullā illorum mentionē facerent. Ex doctis Hebræorū alter exponit, Exterminabo, ſiue Exterminaſſem eos. 27 Iram inimici כעס אויב .i. inimicum iratum illis, & infenſum. Extraneè ſe ger. ינכרו alienos ſe oſtendant. id eſt vt vertit Chaldæus paraph. ne magnificè ſe efferant. Alii, non agnoſcant. vel, ſimulent ſe agnoſcere. aut, eant inficias, ſub. id factum eſſe à me, & ſibi tribuant. In hunc ſenſum exponit magni nominis apud Hebræos vir, his verbis, Ne fortè agnoſcant rem hoſtes eorum, & meam potentiam attribuant alteri cui non eſt potentia. Excelſa, רמה Id eſt inuictæ ſunt vires noſtræ.

28 Periens conſiliis אובד עצות perdita conſiliis. id eſt perditi conſilii, ſiue inconſulta. De inimicis populi Iſraelitici loquitur. Intelligentia. תבונה׃ prudentia. id eſt imprudens. 29 Si ſapientes eſſent, &c. לו חכמו ישכילו וגו׳ Si ſapuiſſent, intellexiſſent iſtud. nempe, me perdidiſſe populum meum propter peccata ipſorum, non autem id ſibi tribuerent. Nouiſſimum ſuum. לאחריתם׃ finem ſuum. id eſt quis finis eos maneat, & reputaſſent eadem ſibi euentura propter peccata ſua.

30 Perſequutus fuiſſet vnus ירדוף אחד perſequi potuiſſet vnus. vel, perſequatur. aut perſequi poſſit. id eſt quî fieri potuiſſet vt hoſtis vnicus perſequeretur mille Iſraelitas, niſi quòd, &c. Tradidiſſet eos? הסגירם׃ ſub. hoſtibus. Quidam per futurum vertunt hæc omnia, quòd prophetiam contineant nondum impletam de futuro ſupplicio in Iſraelitas idololatras.

31 Et inimici noſtri ſunt iud. ואויבינו פלילים׃ Id eſt, etiam inimicis noſtris teſtibus, hæc ſunt vera. Verba Moſis.

32 Ex vite enim סSedóm, &c. כי מגפן סדם וגו׳ q.d. ſicuti deus hoſtium noſtrorum non eſt conferendus cum Deo noſtro, ita ipſi non ſunt nobis comparandi: quia nati ſunt parentibus iniquis, quales erant Sodomitæ & Gomorrhæi. vel, vt doctioribus magis placet, quia ſtudia Sodomitarum imitantur. Amaritudinum מרורות Hebraiſmus, ſubſtantiuū plurale, ad exprimendū ſuperlatiuum, ferunt vuas amariſſimas. Per hæc intelligit malitiam operum illorum. 33 Crudele. אכזר׃ .i. citò enecans. Eadem quæ præcedenti verſu, verbis mutatis.

34 'Nónne eſt reconditum apud me, ſigillatum in theſauris meis?

Vltio Dei eſt.

35 'Mea eſt vltio, & retributio, tēpore *quo* nutabit pes eorum : quia propinqu⁹ eſt dies afflictionis eorū, "& feſtināt quæ futura ſūt eis.

Miſericordia.

36 Quia 'iudicabit Iehouáh populū ſuū, & ſuꝑ ſeruos ſuos 'pœnitebit ipſū, "quū videbit quòd abierit man⁹, & nō *ſit* clauſus & derelictus.

37 'Et *quando* dicet, Vbi ſunt dii eorum, deus "in quo ſperabant?

38 Qui adipem ſacrificiorum illorum comedebāt, & bibebant vinum libaminis illorum : ſurgant, & opitulentur vobis, "ſit ſuper vos abſconſio.

De⁹ noſter, De⁹ ſolus eſt.

39 "Videte nunc quòd ego, ego ſum, "& non ſunt dii mecum : ego mori faciam, & viuere faciam: 'percutiam, & ego ſanabo, & nemo eſt qui de manu mea eruat,

40 'Quum eleuauero ad cælum manum meam, & dixero, Viuo ego in ſeculum.

41 Si acuero "aciem gladii mei, '& arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & odio habentibus me retribuā.

42 'Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnem, ſanguine inquam "occiſorum, "& captiuorū "de capitibus *in* vltionibus inimici.

43 'Laudate Gētes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum "vindicabit, & vindictam reddet hoſtibus ſuis, '& expiabit terram ſuam, populum ſuum.

44 Venit autem Mowſéh, & recitauit omnia verba cantici iſtius in auribus populi, ipſe & Iehowſúay filius Nun.

45 Et finiuit Mowſéh recitare oīa verba iſta ad vniuerſū Iwſraאelē,

Cór ad verba Dei.

46 Dixítque illis, "Ponite cor veſtrum ad omnia verba quæ ego teſtificor aduerſum vos hodie, vt præcipiatis ea filiis veſtris, vt cuſtodiant, & faciant omnia verba Legis iſtius.

47 'Non enim *eſt* verbum inane *ut contemni debeat* à vobis, ſed eſt vita veſtra, "& per hoc verbum prolongabitis dies ſuper terram ad quā "poſſidendam, vos "tranſitis Iardén.

Moyſes ſcandit montē Abarim, conſideraturus terrā promiſſā.

48 Loquutúſque eſt Iehouáh ad Mowſéh "eo ipſo die, dicendo,

34 Nónne hęc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?

35 |Mea eſt vltio, & ego retribuā in tēpore, vt labatur pes eorum : iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tēpora.

Eccli 28.a.1
rom.12.d.19
hebr.10.f.30

36 Iudicabit Domin⁹ populū ſuū, & in ſeruis ſuis miſerebitur : videbit quòd infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique cōſumpti ſunt.

37 Et dicet, Vbi ſunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam:

38 De quorū victimis comedebant adipes, & bibebant vinū libaminum? ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.

39 Videte quòd ego ſim ſolus, & nō ſit alius Deus præter me: |ego occidam, & ego viuere faciam: percutiā, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

F

1.Reg.2.b.6
tob.13.a.2
ſap.16.b.13

40 Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum.

41 Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudiciū manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & iis qui oderunt me, retribuam.

42 Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occiſorū, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

43 |Laudate Gentes populū eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur : & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui.

2.Mach.7.b.6

44 Venit ergo Moyſes, & loquutus eſt omnia verba cantici huius in auribus populi, ipſe & Ioſue filius Nun.

45 Compleuitque omnes ſermones iſtos, loquens ad vniuerſum Iſrael.

46 Et dixit ad eos, Ponite corda veſtra in omnia verba quæ ego teſtificor vobis hodie, vt mandetis ea filiis veſtris cuſtodire & facere, & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt Legis huius.

G

47 Quia non incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerēt: quę facientes, longo perſeueretis tempore in terra ad quam Iordane tranſmiſſo ingredimini poſſidendam.

48 |Loquutúſq; eſt Dominus ad Moyſen in eadem die, dicens,

Num.27.c.12

34 Nónne eſt reconditum apud me, חלוא הוא כמוס עמדי Singul. Heb. pro plur. q. d. Annon hæc impia omnia noui, & ſecreta teneo, licet foris cogar benefacere impiis illis propter nomen meum? ipſi autem non vident quid apud me ſuper eos definitum ſit, ideo ſecuri ſunt. Affirmat omnes mortalium res aduerſas in theſauris ſuis eſſe reconditas: quo ſignificat, eas res iuſto eius iudicio in homines immitti, tanquam ſcelerum ac flagitiorum vindices: quáſque, ſi homines ſuis fraudibus irā illius nō prouocarent, quaſi in arca incluſas & reconditas cōtineret. 35 Mea eſt vltio, לי נקם q. d. Ego vlciſcar & retribuam, quum corruere debebunt. Et feſtinant וחש Singul. Heb. pro plur. q. d. vnūquodque eorum. id eſt propediem interibunt, citò accident quæ euentura ſunt illis. 36 Iudicabit Iehouáh populum ſ. ידין יהוה עמו Id Hebraiſmus, vlciſcetur populum ſuum de inimicis ſuis. Conſolatio ſuccedere ſolet mœrori, in Prophetis. Pœnitebit ipſum, יתנחם Id eſt mutabit ſententiam, nec affliget eos vt decreuerat. Quum videbit quòd abierit, &c. כי יראה כי אזלת וגו׳ .i. quum videbit populū ſuū redactum eſſe ad iſtā ſummam miſeriam, nempe quum videbit manum, id eſt robur populi ſui abiiſſe, hoc eſt deſtitutum eſſe viribus: quū præterea videbit neminem eſſe clauſum arcibus, quòd omnes ſint expugnatæ: neminem itē ſuperfuiſſe, qui non ſit abductus in captiuitatē. 37 Et *quando* dicet, ואמר ſub. inimicus, ridendo Iſraelitas. 38 Sit ſuper vos abſconſio. יהי עליכם סתרה׃ Id eſt protectio deorū illorū. q. d. protegant vos. 39 Videte ראו Attendite. Et non ſunt dii mecum: ואין אלהים עמדי .i. quòd ſolus ſum Deus. q. d. vos qui cōfiditis diis illis, videte quòd ego ipſe ſum ſolus Deus, & præter me non eſt alius. id eſt quòd non habeam parem & conſortem Diuinitati. Percutiam, מחצתי Præt. Heb. pro fut. tranſfodiam. vulnerabo. 40 Quum eleuauero, &c. כי אשא אל שמים ידי More ſcilicet iurantis. Per ſeipſum iurare ſolet Deus, quum maiorem ſe neminem habeat, vt ait Apoſtolus Heb. 6. c. 13. Præcedenti verſui hic verſus iungitur, hoc modo, Non eſt qui de manu mea poſſit eruere, quum iurauero per me viuum & victurum in ſecula. Alii vertunt, Leuabo enim in cælum manum meam, & dicam, &c. Quod & ſic exponunt, Hoc iurantis, vel gloriantis more dicitur, quòd præter Deum nihil poſſit gloriari, neque de eſſe ſuo, neque de viuere, ſed ſolus ipſe dicit, Ego ſum, ego viuo. vt ſcilicet timeatur, & præſumptio noſtra conteratur. 41 Aciem ברק Ad verbum, laminam. fulgorem. id eſt gladium meum fulgentem. Significat ferrum gladii, fulguris ſpeciem habens. Et arripuerit iudicium manus mea, ותאחז במשפט ידי Hebraiſmus, & ſemel cœpero facere iudicium. 42 Inebriabo אשכיר Tingam. i. conficiam ſagittis inimicos meos. Occiſorum, חלל Singul. Heb. pro plur. interfectorū. i. vulneratorum, ſed non vſque ad mortem. Et captiuorū ושביה Singul. Heb. pro plur. Ad verbū, & captiuitatis. hoc eſt captiuorū & vulneratorū qui abduci ſolent, quòd vulnere accepto non interierint. De capitibus, &c. מראש פרעות אויב׃ Et hic Sing. pro plur. i. quū ſumā vindictā de hoſtibus meis, tunc gladius meus deuorabit carnes de capitibus ipſorum hoſtiū. hoc eſt, ęnſe amputabo capita hoſtium meorū. Verti etiā poteſt, In principio *in* vltionibus inimici. aut, in principio vindictarum inimici. hoc eſt, quum primùm ſumam pœnas de inimicis meis. 43 Laudate gentes populum eius, הרנינו גוים עמו Verba ſunt Moſis. Doctus inter Hebræos exponit, O gentes quæ eſtis populus eius, laudate, ſub. Iehouam. Vindicabit, & vindictam יקום ונקם vlciſcetur, & vltionem, &c. Et expiabit, &c. וכפר ארמתו עמו׃ & propitius erit terræ ſuæ & populo ſuo. vel, parcet terræ ſuæ & populo ſuo. 46 Ponite cor veſtrum, שימו לבבכם Hebraiſmus, Aduertite animum. 47 Non enim *eſt* verbum, &c. כי לא דבר רק הוא וגו׳ Non enim eſt res vana vobis, ſed eſt, &c. Alii, Non enim eſt res vilior [.i. minoris momenti] vobis, *quàm ut eam audiatis*: ſed eſt, &c. Et per hoc verbum ובדבר הזה & per hanc rem. hac re. Poſſidendam vos, &c. עוברים את הירדן שמה לרשתה׃ Ad verbum, vos tranſitis Iarden illuc vt poſſideatis eam. i. ad quam poſſidendam vos properatis, tranſmiſſo Iordane. 48 Eo ipſo die, בעצם היום הזה Ad verbum, in corp [illegible] huius. Sic Gene. 7. c. 13.

Moſes benedicit Iſraeli.

49 Aſcende in montem iſtum Abarim, id eſt trãſituum, in montẽ Nebo, qui eſt in terra Moab contra Ierícho: & vide terram Chanaan, quam ego trado filiis Iſrael obtinendam.

Nume.20.d.25, & 33.d.38

50 Et morere in monte, quem conſcẽdens iungêris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis:

Nume.20.b.10, & 27.c.14

51 Quia prævaricati eſtis cõtra me in medio filiorum Iſrael ad Aquas contradictionis in Cades deſerti Sin: & nõ ſanctificaſtis me inter filios Iſrael.

52 Ecõtra videbis terrã, & nõ ingredieris in eam quã ego dabo filiis Iſrael.

Cap. XXXIII.

1 HAEc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei, filiis Iſrael, ante mortem ſuam.

2 Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia: in dextera eius ignea lex.

Sapien.3.a.1

3 Dilexit populos, omnes ſãcti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipiẽt de doctrina illi'.

4 Legem præcepit nobis Moyſes hæreditatem multitudinis Iacob.

5 Erit apud rectiſſimum Rex, congregatis principibus populi cum tribubus Iſrael.

6 Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero.

7 Hæc eſt Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum ſuũ introduc eum: manus eius pugnabũt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit.

B

8 Leui quoque ait, Perfectio tua, &

49 Aſcende in mõtem yAbarím iſtum, montem Nebóh, qui eſt in terra Moáb, *&* qui *eſt* eregione Ieriחhó, "& vide terram Chenáyan quam ego do filiis Iשſraאelis 'in hæreditatem:

50 'Et morere in mõte ad quem aſcendis, & congregare ad populos tuos; quemadmodum mortuus eſt Aharón frater tuus in Hor monte, & congregatus eſt ad populos ſuos:

51 Eo quòd "prævaricati eſtis in me in medio filiorũ Iשſraאelis ad Aquas 'iurgii Cadéשs deſerti צSin, eo quòd 'nõ ſanctificaſtis me in medio filiorum Iשſraאelis.

52 Eregione quidem videbis terram, ſed illuc non ingredieris ad terram illam quam do filiis Iשſraאelis.

Cap. XXXIII.

הברכה

Moyſes moriturus, benedicit ſingulis tribubus Iſrael.

1 H'AEc autem *eſt* benedictio qua benedixit Moשſéh 'vir Dei filiis Iשſraאelis 'antequam moreretur.

2 Et dixit, Iehouáh "in סSinái venit, & ortus eſt è שSeyír eis: illuxit è monte Parán, & venit cum decem millibus ſanctitatis: "à dextera eius *erat* lex ignis illis.

A Deo docentur qui ei ſe ſubmittunt.

3 Etiã diligit 'populos, omnes "ſancti eius ſunt "in manu tua: "illi quoque adiunxerunt ſeſe pedibus tuis. accipient de eloquiis tuis.

4 Legem præcepit nobis Moשſéh, "hæreditatem congregationi Iayacób:

5 Fuítque "in Iשſraאele *tanquam* Rex, "quãdo congregata ſunt capita populi, pariter tribus Iשſraאelis.

Ruben.

6 'Viuat Reאubén, & nõ moriatur, "nec ſit virorũ eius numerus.

Iuda.

7 'Hæc autem ipſi Iehudáh: & dixit, Audi Iehouáh vocẽ Iehudáh, '& ad populum ſuum deduc illum: "manus eius contendent pro illo, & auxilium ab hoſtibus eius eris.

Leui.

8 "Ad Leui verò dixit, 'Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ *fuerunt* vi-

49 Et vide וראה & aſpice. vel, contemplare. In hæreditatem. לאחוזה: poſſidendam. 50 Et morere ומות Imperatiuus pro fut. morieris, vt & mox, congregare, pro congregaberis, ſiue apponêris, addêris, aut adiungêris, &c. De hoc dicendi genere vide Nume.20.d.24, vbi & mors Aharonis deſcribitur, & cap.33.e.39. Vide & 27.c.12, vbi & de morte Moſis. 51 Prævaricati eſtis in me in medio fil. מעלתם בי בתוך בני peccaſtis in me [tranſgreſſionem admiſiſtis] inter filios, &c. Iurgii, &c. מריבת וגו' contentionis *in* Cades *quæ eſt in* deſerto Sin. Vide Nume.20.a.3, & 27.c.14. Non ſanctificaſtis me לא־קדשתם אותי Hebraiſmus, nõ dediſtis mihi honorẽ & gloriã, nõ exiſtimaſtis me poſſe præſtare quod dicebam.

IN CAPUT XXXIII.

1 Hæc a. *eſt* bened. וזאת הברכה Hic poſtremam huius libri ſectionẽ incipiunt Hebræi, quã הברכה denominãt. Hoc caput cõtinet in principio & fine benedictionem vniuerſalem totius populi: in medio, benedictionem particularem & commendationem beneficiorum Dei quæ contulit in Patriarchas. Vir Dei איש האלהים Sic vocat Prophetam Diuinum. Antequam moreretur. לפני מותו: ſub mortem ſuã. vel, paulo ante mortem ſuã. Dicunt Hebræi has benedictiones factas fuiſſe die mortis Moſis. Ex contextu tamen Moſis non liquet vtrũ ipſo die quo mortuus eſt, benedixerit filiis Iſrael, an pridie ſui obitus, an pluribus antè diebus.

2 In סSinai מסיני Hîc מן pro ב. neq; enim vt quidã, de Sinai, ſed In Sinai, vertẽdũ eſt. Huius loci ſenſus talis eſſe videtur doctis quibuſdam, quòd ſignificet aduentũ Dei glorioſum & inſignẽ in Terrã promiſſionis. Illuc enim venit incipiẽs à mõte Sinai, id eſt Dominus cœpit exercere vires ſuas & oſtendere virtutem ſuã quũ in Sinai dedit Legem ſuã: & in monte Seir qui eſt in finibus Idumæorum, oſtendit claritatem ſuã (vt ſol quando apparere ſolet mundo) tanquã nouo regno illuſtraturus terrã illam. Ex hoc monte alloquutus eſt Dominus Moſen, quũ illi præcepit vt ſerpentem æneum fabricaret, Nume.21.b.8. Idem oſtendit gloriã ſuam in monte Pharan, ex quo monte alloquntus eſt Moſem quum illi coturnices eſt pollicitus, Nume.11.g.30. Venit autem cũ multis millibus ſanctitatis (hic מן pro עם poſitum eſt). i. cum populo Iſrael, quorum fuerunt quidem multa millia, licet non ſinguli ſancti, tamen ſancta fuerunt millia, quòd Deus illos ſanctificaſſet, & in populum ſuum illos ſibi ſegregaſſet. A dextera e. &c. מימינו וגו' Chaldæus paraph. Legem ſcriptam dextera eius de medio ignis dedit nobis. De Lege loquitur quæ data fuit in fulgure cum ſignis mirabilibus, vt oſtenderet eam terrere homines, non aliter quàm ignis cæleſtis.

3 Populos, עמים. i. verè Iſraelitas. Sancti e. קדשיו nempe Iſraelis. In manu t. בידך. i. in poteſtate tua, ô Domine. q. d. tu defendis ac tutaris omnes veros Iſraelitas. Illi quoque adiun. והם תוכו לרגלך Hebraiſmus, ipſi quoque ſectati ſunt veſtigia tua, & memoriæ mandauerunt bonã partem verborum tuorum. Hoc amoris Dei pignus erat, quòd miniſterium verbi in hoc populo inſtituiſſet, vbi licebat ad pedes eius auditores ſedere & audire verbum eius in ſynagogis, & in templo, vel in tabernaculo.

4 Hæreditatem, &c. מורשה וגו' Per appoſitionem dictũ. i. quæ quaſi iure hæreditario tranſiret ad filios Iſrael. ל ſubauditur ante קהלת. Alii vertũt, hæreditatẽ *inquam* congregationis Iaacob. Hic de ſe loquitur Moſes, quo officio fungeretur, nempe quòd Legem ipſam (de cuius miniſterio iam dixit) ipſe attulit. 5 In Iſraele בישורון Ad verbum, in Recto. Et hîc Iſraelem vocat Rectum vt præcedenti capite, verſu 15. ſubauditur כ ſimilitudinis ante מלך. Quando congregata ſunt בהתאסף quando congregauerunt ſe. ſub. ad illum.

6 Viuat Reאuben, & non mo. יחי ראובן ואל־ימות In eundẽ ſenſum videntur hæc dici à Moſe quo Iaacob dixerat in benedictione ipſius Reuben, nempe quòd non velit eum excellere propter peccatum in patrem admiſſum, neque etiam penitus perire. Nec ſit ויחי Subauditur negatio præcedens, more Hebræorum, & *non* ſit. 7 Hæc autem ipſi Iehudáh: וזאת ליהודה ſub. fuit benedictio. i. ſic autem benedixit Iehudam. Et ad populum ſ. ואל־עמו. i. ad portionem quam iure hæreditario ſortiturus eſt te iubente. Manus eius contendent pro illo, ידיו רב לו Sing. Heb. pro plur. i. ſuis viribus pugnabit cum hoſtibus ſuis. Alii, manus eius ſatis erunt [vel, ſufficient] illi. i. erit ſatis fortis, neminem timebit, ſi modò defendas illum ô Domine.

8 Ad Leui verò וללוי De Leui verò, vt ſit ל, pro על. Perfectiones tuæ, & doctrinæ t. תומיך ואוריך Hoc eſt, Dediſti veſtem ſacerdotalem viro Aaroni, qui fuit ſanctus tuus, id eſt vir ſanctiſſimus: veſtem inquam in qua erant perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ, id eſt Vrim & Thummim: Leuit.8.b.8, qui vir fuit ſanctiſſimus, præterquã quòd lapſus eſt in loco qui dicitur Maſſa, qui propterea dictus eſt Aquæ Meriba, id eſt Aquæ contradictionis, Exod.17.b.8. Quaſi dicat, Tu dederas dignitatem ſacerdotalem homini Leuitici generis, Aaroni, qui erat alioqui vir ſanctiſſimus: præterquam quòd peccauit in hoc, quòd contendit apud Aquas cõtradictionis. Chaldæus paraph. diuerſo ſenſu ab hac expoſitione tranſtulit, Thummim & Vrim induiſti virum qui inuentus eſt pius coram te: quem tentaſti in *loco* tentationis, & fuit perfectus: probauiſti eum ad Aquas contradictionis, & inuentus eſt fidelis.

ro miſericordi tuo,quem *tamen* tentaſti in Maɔſſa:& ′contendere fecisti eum ad Aquas Mariba.

9 ′Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ, Non vidi eum: & fratres ſuos non agnouit, & filios ſuos non cognouit : nam″custodierunt eloquium tuum,& pactum tuum″ſeruauerunt.

10 ′Docebunt Iudicia tua,ipſum Iaγacób,& Legẽ tuam Iשſraɴelé: ′ponent ſuffitum in nares tuas,& holocauſtum ſuper altare tuum.

11 ′Benedic Iehouáh ſubſtãtiæ eius , & in opere manuum eius cõplaceas tibi : ″transfige lumbos inimicorum eius , & odio habentium eum,″ne reſurgant.

Beniamin.

12 ′Ad Biniamín dixit,Dilectus Iehouæ″habitabit confidenter iuxta illum,″tegens illum tota die,″& inter humeros eius habitabit.

Ioſeph.

13 ′Ad Ioɔſéph verò dixit,Benedicta à Iehoua terra eius′ob delicias cæli,ob rorem,& ob voraginem cubantem deorſum,

14 ″Et ob delicias fructuum ſolis,″& ob delicias influentiæ lunæ:

15 ″Et ob *delicias* cacuminis mõtium antiquorum,& ob delicias collium perpetuorum:

16 ″Et ob delicias terræ, & *ob* plenitudinem eius: ′& *ob* volũtatẽ habitatoris rubi″veniat ſuper caput Ioɔſéph,& ſuper verticem′ſeparati à fratribus ſuis.

17 ″Primogenitus bouis eius decor *erit* ei,& cornua ′vnicornis cornua eius:″ipſis populos cornupetet ſimul *uſque ad* ″fines terræ.′atq; hæc *ſunt* decem millia אEphráim, & iſta millia Menaשſéh.

Zabulon. Iſſachar.

18 Et ipſi Zebulún dixit, Lætare Zebulún″quũ egredieris, & Iשſachár″in tabernaculis tuis.

doctrina tua viro ſancto tuo,quẽ probaſti in tentatione , & iudicaſti ad Aquas contradictionis.

Qui dixit patri ſuo,& matri ſuæ,Neſcio vos: & fratrib⁹ ſuis,Ignoro illos: & neſcierunt filios ſuos : hi cuſtodierunt eloquium tuum,&pactum tuum ſeruauerunt,

Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſrael : ponent thymiama in furore tuo,& holocauſtũ ſuper altare tuum.

Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuũ illius ſuſcipe:percute dorſa inimicorum eius , & qui oderũt eum,non conſurgant.

Et Beniamin ait,Amantiſſimus Domini habitabit cõfidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.

Ioſeph quoque ait,De benedictione Domini terra eius , de pomis cæli , & rore,atque abyſſo ſubiacente. C

De pomis fructuum ſolis ac lunæ:

De vertice antiquorum montiũ, de pomis collium æternorum:

Et de frugibus terræ , & de plenitudine eius:benedictio illi⁹|qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticẽ nazarẹi iter fratres ſuos. Exod.3.a.2

Quaſi primogeniti tauri,dulchritudo eius:cornua rhinocerotis, cornua illius:in ipſis ventilabit Gentes vſque ad terminos terræ.hæ ſunt multitudines Ephraim,& hæc millia Manaſſe.

Et Zabulon ait , Lætare Zabulon in exitu tuo,& Iſſachar in tabernaculis tuis.

Contendere feciſti eum תריבהו .i.permiſiſti vt cõtenderet cũ filiis Iſrael.Repetitio eſt. 9 Qui dicit patri ſ.&c.′האום רלאביו וגו Qui dixiſſet de patre ſuo & de matre ſua,Non vidi eum:& fratres ſuos nõ agnouiſſet, neque filios ſuos cognouiſſet. Significat Aaronẽ fuiſſe incorruptibilem & æquiſſimũ iudicẽ,qui rationẽ non habebat perſonæ litigantis:etiamſi pater & mater cõtendiſſent, eo iudice,ſi fratres, aut filii, ipſos condemnaſſet,ſi iniuſta fuiſſet illorum cauſa.Chaldæus paraph.Qui patris ſui & matris ſuæ non eſt miſertus quãdo rei fuerunt iudicii, faciem fratrum ſuorum & filiorum ſuorum non accepit: ſed cuſtodierunt cuſtodiam verbi tui, & pactum tuum non fecerunt irritum. Cuſtodierunt שמרו homines ſcilicet Leuiticæ tribus,Moſes & Aaron. Seruauerunt. ינצורו: Fut.Heb.pro præt.

10 Docebunt יורו Quidam per præteritum vertunt,Docuerunt iudicia tua,&c.poſuerunt ſuffitũ,&c. tota nempe illa tribus. Idem bis dicit, mutatis verbis. Iacob enim & Iſrael idem ſignificant. Ponent ſuffitum,&c.′ישימו קטורה וגו Vel per præteritum,poſuerunt ſuffitum in nares tuas.i.obtulerunt ante te ſuffitum aromatum.Chaldæus paraph.Digni ſunt iſti vt doceãt iudicia tua Iaacob, & Legem tuam Iſraelem,ponant incenſum aromatum coram te,&c. 11 Benedic Iehouáh,&c.′ברך יהוה וגו Hebraiſmus,Auge gratias tuas in ea,& opus manuum eorum habe grata.Chaldæus paraph.& oblationem manuum eius ſuſcipe cum voluntate. Tranſfige lumbos,&c. ′מחץ מתנים וגו vulnera *in* lumbis aduerſarios eius.aut,vulnera vulnere lumborum,&c. Ne reſurgant. מן־יקומון: ita vt poſtea nõ inſurgãt.

12 Ad Beniamin לבנימן De Beniamin.Subticetur benedictio Simeonitarum quòd fuerint idololatræ, quòd perdiderint ducem,quòd etiam benedictio Leuitarũ videatur ad eos pertinere.etenim Iacob ſimul cũ Leuitis,benedixit illis,Gen.49.a.5. Habitabit,&c.′ישכון וגו habitet tutus[ſecurus]iuxta illum.nempe Iehouam.i.Dominus habitet in medio Beniamin. Tegens cũ tota die,חופף עליו כל־היום ſub. ſit[.i.protegat]illũ omni tẽpore. Et inter humer.&c. ובין כתפיו שכן: Præt.Heb.pro fut.habitet.Hebraiſmus,Inter humeros habitare,pro habitare in medio.quod enim eſt inter humeros,eſt in medio.Optat vt in medio tribus Beniamin ædificetur templũ Domini. quod etiam factum eſt. 13 Ad Ioſeph verò וליוסף De Ioſeph veró. Ob delicias cæli, ממגד שמים Nomine deliciarum,ſignificat id quod optimum eſt.מגד *meged* enim ſignificat omne pretioſum & optimũ tam in fructibus quàm in auro,argento, lapidibus pretioſis, & veſtibus, aliiſque.vnde vnumquodque pro loco intelligendum,& vertendum.Seipſum declarat mox,quum dicit,ob rorem cæli,&c.q.d.benedicta erit terra eius ob rorem delicatiſſimum quo ſupernè irrigabitur,tempore id exigente : item ob fontes è terra ſcaturientes & erumpentes. ſic vocat voragines,ſiue abyſſos quæ ſunt infrà.Chaldæus paraph.Benedicta à facie Domini terra eius,profert ſuaues fructus de rore cæli deſuper,de venis fontium & abyſſorum,quæ fluunt de profundis terræ infernè.

14 Et ob delicias fructuum ſolis, וממגד תבואת שמש Vel,prouentuum.i.propter fructus optimos qui prouenire ſolent beneficio caloris ſolis.Chaldæus paraph.Profert quoque poma & fructus quos egerminare facit ſol. Et ob delicias influentiæ lunæ: וממגד גרש ירחים: Ad verbum,lunarum.i.propter fructus optimos & delicatiſſimos quorum maturitatem iuuat luna,quæ ſingulis menſibus renouatur.nam luna humectat noctu fructus qui torrentur die à ſole. 15 Et ob *delicias* cacuminis mon.ant.ומראש הררי־קדם Subaudiendũ מגד quod præceſſit.Idem bis dicit,verbis paulum mutatis.i.ob fructum prouenientem in cacuminibus montium & colliũ qui fuerũt ab initio.

16 Et ob delicias terr. וממגד ארץ ſub.arabilis. Et *ob* voluntatem,&c.′ורצון וגו & *ob* fauorem eius qui habitauit in rubo.i.qui apparuit Moſi in rubo.Exod.3.a.2. Veniat תבואתה ſub.hæc benedictio. Separati à fratribus ſ. נזיר אחיו: .i. Vtinam atque vtinam propter fauorem Dei altiſſimi hæc benedictio veniat ſuper Ioſeph qui venditus fuit à fratribus ſuis,& abductus in AEgyptum.

17 Primogenitus bo.e.&c. ′בכור שורו וגו Quidam exponunt,bouis,id eſt tribus,cuius primogenitus,id eſt præcipuus ac princeps,Iehoſua,decorus & inclytus fuit,atque potens.Ita Hebræi.Verùm de Ephraim potius intelligendũ,vt paulo pòſt dicitur.Alii vertuut,Bos eius primogenitus,&c.i.primogenitus eius erit illuſtriſſimus,& inclytus.Chaldæus paraph,Maior natu filiorum eius decorem habet. Vnicornis ראם Vide Nume.23.d.22. Ipſis populos cornupetet בהם עמים ינגח Hoc eſt,ea fortitudine inuadet populos,& dilatabit imperium ſuum vſque ad fines terræ. Atque hæc *ſunt*,&c.′והם רבבות וגו & hæ *ſunt* myriades Ephraim, hæ quoque ſunt chiliades Menaſſe.Tribuuntur myriades ipſi Ephraim primogenito benedictione,& chiliades ipſi Menaſſe primogenito natura: quòd Ephraim maior futurus erat fratre ſuo Manaſſe,& infinitis populis dominaturus.Vide benedictionẽ Iaacob qua benedixit Ephraim & Manaſſe,Ge.48.d.19

18 Quum egredieris, בצאתך ſub.ad bellum.Significat enim futurum bellicoſum.q.d.promitte tibi victoriam quum ad bellum proficiſceris.Chaldæus paraph.Lætare Zebulun quum egredieris ad bellum contra hoſtes tuos. Alii ad negotiationem referunt, vt iubeatur hic lætari Zebulon,quòd habiturus eſſet in negotiationibus ſucceſſum.habitabat enim iuxta mare,vt habes Gen.49.b.13.Iubetur & Iſſachar lætari,qui multum commercii cum Zebulon habuit,niſi quòd quieti vacabat.&c. In tabernaculis tuis. באוהליך: ſub.lætare.q.d.tu eris amator pacis,quietis ac religionis.

Populos vocabunt ad montem: ibi immolabũt victimas iuſtitiæ: qui inũdationẽ maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum. 19

Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quaſi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. 20

Et vidit principatum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus: qui fuit cũ principibus populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudiciũ ſuũ cũ Iſrael 21

D

Dan quoque ait, Dã catulus leonis, fluet largiter de Baſan. 22

Et Nephthali dixit, Nephtali abundãtia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & Meridiẽ poſſidebit. 23

Aſer quoque ait, Benedictus in filiis Aſer, ſit placẽs fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuum. 24

Ferrũ & æs calceamẽtum eius: ſicut dies iuuẽtutis tuæ, ita & ſenectus tua. 25

Nõ eſt alius vt Deus rectiſſimi: aſcẽſor cæli, auxiliator tuus: magnificẽtia eius diſcurrunt nubes. 26

Habitaculũ eius ſurſum, & ſubter, brachia ſempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicétque, Conterere. 27

Iere.23.b.6,& 33.c.16

[Habitabit Iſrael confidenter & ſolus, oculus Iacob, in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore. 28

Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui popule qui ſaluaris in Domino? ſcutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. 29

Cap. XXXIIII.

1 AScendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper mõtẽ Nebo,

19 "Populos *ad* montem vocabũt: *&* illic ſacrificabũt ſacrificia iuſtitiæ, quoniam "affluentiam maris ſugent, "& tecti theſauri arenæ.

20 "Et ad Gád dixit, Benedictus "qui dilatare fecerit Gád: "ſicut leo habitabit, & rapiet brachium atque verticem.

Gad.

21 "Et vidit principium ſibi, "quòd illic *eſſet* portio legiſlatoris tecta, "veniet autem cum principibus populi: iuſtitiã Iehouæ "faciet, & iudicia eius cum Iωſraele.

22 "Et ad Dán dixit, Dán *ut* catulus leonis, ſaltabit è Baωſán.

Dan.

23 "Et Naphthalí dixit, O Naphthalí ſatur beneplacito, & plene benedictione Iehouæ, Occidentem & Meridiem "poſſide.

Nephthali.

24 "Et ad Aωſér dixit, Benedictus "præ filiis Aωſér, erit "beneplacẽs fratribus ſuis, "& tingens in oleo pedem ſuum.

Aſer.

25 "Ferrum & æs, calceamenta tua: "& ſicut dies tui, fortitudo tua.

26 Nõ eſt "ſicut Deus ô Iωſraאél, "equitans cælum in auxilium tui, & in magnificentia ſua cælos.

27 "*vt* habitaculũ *eſt* Deus æternus: "& ſubter, brachia ſempiterna: "& eiecit à facie tua inimicum, & dixit, Diſperde.

28 "Et habitabit Iωſraאél fons Iayacób, confidenter ſolus: in terra frumenti & vini, etiam "cæli eius ſtillabunt rorem.

29 "Beatus es Iωſraאél, quis ſicut tu popule "qui ſeruaris per Iehouã ſcutum "auxilii tui, & qui eſt gladius "excellentiæ tuæ? humiliabũtur autem inimici tui, "& tu ſuper excelſa eorum calcabis.

Cap. XXXIIII.

1 AScendit ergo Moωſéh "è planitie Moab ad mõtem "Nebó, in

Moyſes mõte cõſcenſo, cõſiderat terrã promiſſã.

19 Populos *ad* montem vocabunt: עמים הר־יקראו .i.alias tribus inuitabunt, vt eant ſecum ad templum in Ieruſalem. Affluentiam maris ſugent, שפע ימים יינקו Hebraiſmus, mercibus marinis abundabunt, ideo erunt diuites, & opulentiſſimi. Et tecti theſauri arenæ. ושפוני טמוני חול: & abditi theſauri *in* arena. ſub. erunt illis. q. d. ratione maris erunt ditiſſimi, ita vt abſcondant in arena multos theſauros. Alii referunt ad ea quæ euomere ſolent maria. Alii referunt ad præcedens verbum Sugent, & vertunt in accuſatiuo, & theſauros abditos *in* arena. i. effodient è terra arenoſa aurum, &c. 20 Et ad Gad ולגד Et de Gad. Qui dilatare fecerit מרחיב .i. ceſſerit illi locum, & non reſtiterit ei dilatãti fines ſuos. Sicut leo habitabit, כלביא שכן Præt. Heb. pro fut. i. in terra ſua nõ erit aliter atque leo quem reliqua animalia timẽt. erit omnibus formidoloſus: interficiet præterea principes & Reges. hi enim per brachia & vertices, ſiue capita, ſignificantur.

21 Et vidit principium ſibi, &c. וירא ראשית לו וגו' Et vidit primitias ſibi, &c. Hoc eſt, Iam petiuit à me portionem & partem terræ quam habitaret, nempe terram Sehon regis Amorrhæorum, & Og regis Baſan, quæ citra Iordanem eſt ad Orientem Terræ ſanctæ: quòd illic videret multas arces tectas materia pretioſa: erãt enim illic palatia legiſlatorũ [ſing. Heb pro plur.] .i. principũ. Per legiſlatorẽ intelligit principẽ: quòd principis ſit cõdere leges. Non habitabit autẽ illic antequam veniat vnà cũ principibus ad ſubiugandã terram quã Dominus eſt pollicitus fratribus eius Iſraelitis: vt faciat iuſtitiam & iudicium Dei cum ipſis. i. vt quemadmodum illi præceperat Dominus vt faceret cum fratribus, faciat. Præceperat autem illi Dominus vt comitaretur fratres ſuos in Terram ſanctam, & iuuaret eos in debellandis Chananæis, quod ſe facturũ receperat, Nume.32.f.27. Facere igitur iudiciũ & iuſtitiã Dei, eſt facere quod præcepit Deus, & vt Deo promiſimus nos facturos.

Quòd illic *eſſet* portio Legiſ. tecta, כי־שם חלקת מחוקק ספון quòd videat illic eſſe portionem Legiſlatoris tectam. Singul. pro plur. Legiſlatorum, ſiue principum. quòd illic erant arces principum & palatia tecta materia nobili & pretioſa. Sic autem vocantur principes, quòd leges ferre ſoleant populis quibus dominantur. Chaldæus paraph. Et accepit in principio partem ſuam: quoniam ibi in hæreditate ſua Moſes ſcriba magnus & princeps Iſrael ſepultus eſt. i. quòd in illa regione Moſes ſepeliendus eſſet. Veniet autem cum principib. pop. ויתא ראשי עם ibunt autem principes populi, nempe ipſius Gad. Faciet, עשה Præt. Heb. pro fut.

22 Et ad Dan ולדן Et de Dan. Saltabit è Baωſan. יזנק מן־הבשן: Fut. Heb. pro præſ. qui ſaltat, vel proſilit, aut ſaltando egreditur è Baſan. In Baſan erant fortiſſimi leones. Dicit autem Dan futurum fortiſſimum, vt leones Baſan, & bellicoſiſſimum.

23 Et Naphthali, &c. ולנפתלי וגו' Et de Naphthali dixit, Naphthali ſatur [vel, plenus] fauore, & plenus benedictione, &c. ſub. erit, vel ſit, aut fuit. Chaldæus paraph. Nephthali ſatur erit deſiderio, & implebitur benedictionibus à facie Domini. Poſſide. ירשה: cape in poſſeſſionem. 24 Et ad Aωſer ולאשר Et de Aωſer. Præ filiis מבנים nomine filiorum. vel, ex parte filiorum. aut, ob nepotes.

Beneplacens רצוי gratiſſimus. acceptiſſimus. Et tingens, &c. וטובל וגו' Hebraiſmus, Magna erit copia olei in terra eius, vt eo pedem ſuum lauare poſſit. q. d. abundabit oleo. Gen. 49. d. 20, De *terra* Aſer pingui, panis eius.

25 Ferrum & æs, calceam. t. ברזל ונחשת מנעלך .i. calcatio tua. inſtrumentum pro actione. q. d. Quicquid calcaueris calceamentis tuis, erit ferrum & æs. Eſt autem Hebraiſmus, pro, In regione tua erunt fodinæ ferri & æris. Et ſicut dies tui, &c. וכימיך דבאך: Hebraiſmus, Quandiu vixeris, eris fortis: vires tuæ tandiu durabunt, quandiu viues.

26 Sicut Deus כאל ſimilis Deo. Equitans cælum, &c. רוכב שמים בעזרך q. d. Nam Deus tuus habitat in cælo, vnde fert tibi opem: ſiue nubes conſcendit, & illis inſidet, vt properet ad opem tibi ferendam. Maieſtatem ſuam oſtendendo, inſidet nubibus, ſiue cælis.

27 Vt habitaculum מענה Significat tuguriolum illud quod fit in agro, aut vineis. Deus (inquit) æternus erit populo ſuo Iſraeli protectio. i. proteget populum ſuum, velut tugurium defendit habitatores ſuos ab iniuria cæli. Et ſubter, brachia ſemp. ומתחת זרועות עולם .i. ſub populo Iſraelitico ſunt brachia infatigabilia quæ ſuſtentant ipſum. q. d. à vertice ad calcem diligenter cuſtodit totum Iſraelem Dominus. Et eiecit, &c. ויגרש וגו' Vertere potes per futurum, & expellet à facie tua inimicum, & dicet, Dele. q. d. faciet vt deleas illum.

28 Et habitabit, &c. וישכון וגו' Ordo inuerſus Hebræis, Et habitabit Iſrael confidenter, fons Iaacob. Per appoſitionem, Iſrael dicitur fons Iaacob. q. d. populus Iſraeliticus qui eſt velut riuus deductus à Iaacob qui eſt fons, ſolus habitabit, non permiſtus aliis gentibus. Cæli e. שמיו .i. pars cælorum quæ reſpondebit terræ illi. 29 Beatus es אשריך Vt connectas hæc ſuperioribus, ſubaudi Ob id beatus es, &c.

Qui ſeruaris per Ieh. נושע ביהוה .i. popule eius qui eſt tibi auxilio. Auxilii tui, עזרך .i. quo adiuuaris. Excellentiæ t. גאותך Hebraiſmus, quo paratur tibi gloria & ſplendor. Et tu ſuper excelſa e. cal. ואתה על־במותימו תדרוך Hebraiſmus, tu pedibus calcabis & conteres ceruicem Regum & principum inimicorum tuorum.

IN CAPVT XXXIIII.

1 E planitie מערבות de campeſtribus. Dicunt Hebræi, hoc caput ſcriptum fuiſſe à Ioſue, Spiritu prophetico. Nebó, in verticem collis נבו ראש הפסגה Nebo, in verticem Piſgah: ita quidam vertunt, vt & Nume. 21. d. 20.

verticem collis 'qui *eſt* contra faciem Ierenhó, & oſtẽdit illi Iehouáh omnem terram, *nempe* Gilyád vſque Dán,

Et vniuerſam Naphthalí, & terrã ℵEphráim, & Menaѡſſéh, & omnem terram Iehudáh, vſque ad 'Mare nouiſſimum: 2

Et Meridiem, & planitiem, 'vallem Ierenhó vrbis palmarum, vſque ad ℵSóyar. 3

Et dixit ei Iehouáh, Hæc eſt terra *de* qua iuraui Abrahã, Iℵſnhác, & Iayacób, dicendo, Semini tuo dabo illam. *eam* videre feci te oculis tuis, at illuc non tranſibis. 4

MoriturMoyſes & ſepelitur à Domino.

Itaque mortuus eſt illic Moѡſéh ſeruus Iehouæ, in terra Moáb, 'iuxta ſermonem Iehouæ. 5

'Et ſepeliuit eũ 'in Gaí, in terra Moáb, e regione 'Beth-peyór: neque cognouit quiſquam ſepulchrum eius vſque ad diem hanc. 6

Moѡſéh autem 'natus erat centum & viginti annos quando mortuus eſt: non 'caligauit oculus eius, neque 'aufugit viror eius. 7

Fletur Moyſes ab Iſraelitis.

Et fleuerunt filii Iѡſraℵél Moѡſéh, in campeſtribus Moáb triginta diebus: completíque ſunt dies fletus luctus Moѡſéh. 8

Ioſue ſubſtituitur.

Iehoѡſúay autẽ filius Nun repletus eſt 'Spiritu ſapientiæ, quoniam poſuerat Moѡſéh manus ſuas ſuper eum: paruerúntque ei filii Iѡſraℵél, ac fecerũt queadmodũ præceperat Iehouáh Moѡſéh. 9

Neq; ſurrexit Propheta vltrà in Iѡſraℵele ſicut Moѡſéh, 'quem noſſet Iehouáh facie ad faciem, 10

'In omnibus ſignis & portẽtis *ad* quæ facienda in terra AEgypti Paryoni & ſeruis eius, & vniuerſæ terræ eius, miſerat eũ Iehouáh, 11

'Et in omni manu forti, & in omni 'terrore magno, quæ *omnia* fecit Moѡſéh in oculis totius Iѡſraℵelis. 12

in verticem Phaſga contra Iericho: |oſtenditque ei Dominus omnẽ terrã Galaad vſque Dan,

Suprà 3.d.27
2.mach.2.a.4

2 Et vniuerſũ Nephthali, terrámque Ephraim & Manaſſe, & omnem terrã Iuda vſque ad Mare nouiſſimum,

3 Et Auſtralẽ partẽ, & latitudinẽ cãpi Iericho, ciuitatis palmarũ vſq; Segor. B

4 Dixitque Dominus ad eũ, |Hæc eſt terra pro qua iuraui Abrahã, Iſaac, & Iacob, dicẽs, Semini tuo dabo eã. vidiſti eã oculis tuis, & nõ trãſibis ad illã.

Gene.12.b.7,& 13.d.15,15.d.18,& 26.a.4

5 Mortuúſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini ĩ terra Moab, iubẽte Domino.

6 Et ſepeliuit eũ in valle terræ Moab cõtra Phogor: |& nõ cognouit homo ſepulchrũ eius vſque in præſentẽ diẽ.

Iudæ c.9

7 Moyſes cẽtum & viginti annorum erat quando mortuus eſt: nõ caligauit oculus eius, nec dẽtes illius moti ſũt. C

8 Fleuerũntque eum filii Iſrael in cãpeſtribus Moab triginta diebus: & cõpleti ſunt dies plãctus lugẽtiũ Moyſẽ.

9 Ioſue verò filius Nũ repletus eſt Spiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas: & obedierunt ei filii Iſrael, fecerũtque ſicut præcepit Dominus Moyſi. D

10 Et non ſurrexit vltrà Propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem,

11 In omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum, vt faceret in terra AEgypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæque terræ illius,

12 Et cunctam manum robuſtam, magnáque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

Qui *eſt* contra faciem Ie. אשר על־פני ירחו qui oppoſitus eſt Iericho. vel, qui reſpondet. 2 Mare nouiſſ. הים האחרון: Vide ſuprà cap.11.c.24. 3 Vallem בקעת per appoſitionẽ dictũ. Aut verte, *planitiem inquã* vallis, in qua ſita eſt Iericho vrbs quæ abũdat palmis. 5 Iuxta ſermonem Iehouæ. על־פי יהוה: de ſententia Iehouæ. i. iubente Iehoua. 6 Et ſepeliuit eum ויקבור אותו ſub. Deus, vel Angelus. i. ſepultus fuit. Ex doctioribus Hebræorũ alter vertit, Et ſepeliuit ſemetipſum, id eſt ingreſſus eſt ſpeluncam quæ fuit illi loco ſepulchri. In Gai, בגי Vide Nume.21.d.20. Quidam vertunt, in ipſa valle. Beth-peyór: בית פעור fani Peyor. vel, ædis Phogor. 7 Natus erat centum vig. an. בן־מאה ועשרים שנה Ad verbum, filius centum & viginti annorum. Caligauit כהתה caligabat. i. valebat acie oculorum. Aufugit נס emarcuerat. euanuerat. q.d. ſenectus nullum incommodum ei attulit: valebat adhuc acie oculorũ, & facies erat ei ſemper ſucculenta. Gallicè, *Il auoit touſiours le uiſage frais*. ſolet enim ſenectus eſſe ſicca. 9 Spiritu ſapientiæ, רוח חכמה Id eſt Spiritu ſancto per impoſitionem manuum. 10 Quem noſſet Iehouáh, &c. אשר ידעו יהוה וגו' Hebraiſmus, qui ſic familiariter conuerſaretur & loqueretur cum Iehoua, qui talem cõſuetudinem haberet cum Deo. 11 In omnibus ſignis, &c. לכל־האותות Subaudi, Non fuit inquam Propheta ſimilis Moſi in omnibus, &c. Alii, propter omnia ſigna, &c. Verbũ Miſerat, poſteriore loco poſuit interpres noſter, vt clarior eſſet ſẽſus, quod priore loco Hebraicè ponitur. 12 Et in omni manu forti, &c. ולכל היד החזקה וגו' Intelligit ea quæ facta ſunt in exitu de AEgypto & in Mari rubro. Terrore המורא qui ſcilicet corripuit populum, quando Dominus dedit Legem in monte Sinai.

Liber Ioſue, Hebraicè יְהוֹשֻׁעַ

Hic liber primus eſt Prophetarum priorum, quos vocant Hebræi, qui ab illis inſcribitur יהושע בן נון Iehoſua filius Nun, à LXX verò ἰησοῦς ναυῆ, Ieſus Naue. In eo ingreſſus filiorum Iſrael in Terram ſanctam deſcribitur.

VETVS

Cap. I.

1 Et factū eſt poſt mortem Moyſi ſerui Domini, vt loqueretur Dominus ad Ioſue filium Nun, miniſtrum Moyſi, & diceret ei,

2 Moyſes ſeruus meus mortuus eſt: ſurge, & tranſi Iordanem iſtum tu & omnis populus tecum, in terrā quā ego dabo filiis Iſrael.

Infrà 14.c.9

3 ‖Omnem locum quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradā, ſicut loquutus ſum Moyſi.

Deut.11.c.24

4 ‖A deſerto & Libano vſque ad fluuium magnum Euphratem, omnis terra Hethæorū vſque ad Mare magnum cōtra ſolis occaſum erit terminus veſter.

Heb.13.a.5

5 Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: ſicut fui cū Moyſe, ita ero tecum: ‖non dimittam, nec derelinquam te.

B

6 Confortare & eſto robuſtus: tu enim ſorte diuides populo huic terrā pro qua iuraui patribus ſuis vt traderem eam illis.

7 Confortare igitur, & eſto robuſtus valde: vt cuſtodias & facias omnē Legem quam præcepit tibi Moyſes ſeruus meus: ne declines ab ea ad dextrā vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis.

8 Nō recedat volumen Legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſūt in eo: tūc diriges viam tuā, & intelliges eam.

9 Ecce præcipio tibi, cōfortare, & eſto robuſtus, noli metuere, & noli timere: quoniam tecū eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quęcunque perrexeris.

10 Præcepitque Ioſue principibus populi, dicens:

11 Tranſite per medium caſtrorum,

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

1 Et fuit poſt mortē Mowſéh ſerui Iehouæ, dixit Iehouah ad Iehowſúay filium Nun miniſtrū Mowſéh, dicendo,

Dominus inſtigat Ioſue ad inuadendā Terram promiſſam.

2 Mowſéh ſeruus meus mortuus eſt: nunc ergo ſurge, tranſi Iarden iſtum tu & omnis populus iſte, ″ad terram quam ego ″do illis, ″filiis Iwſraʼél.

3 Omnem locum quem calcauerit planta pedis veſtri, vobis dedi illum, quemadmodum loquutus ſum ad Mowſeh.

4 ″A deſerto & Lebanōn iſto, vſque ad ″flumen magnum, flumen Peráth: tota terra ″הHitthæorum ″vſque ad Mare magnum, ad occaſus ſolis, erit ″terminus veſter.

Termini Terræ promiſſionis.

5 Non cōſiſtet quiſquā ante te, omnibus diebus vitæ tuæ: quemadmodum fui cum Mowſeh″ ero tecum: non derelinquam te, neque deſeram te.

6 ″Cōforta te, & robora te, quia tu ″poſſidere facies populum hūc terram *de* qua iuraui patribus eorum me daturum illis.

7 Tamen conforta te, & robora te valde, ″vt cuſtodias *&* facias ſecūdum omnem Legem quam præcepit tibi Mowſéh ſeruus meus: ″ne declines ab eo ″ad dexteram aut ad ſiniſtram, ″vt proſperè agas in omnibus *ad* quæ perrexeris.

8 Non recedat liber Legis iſte ab ore tuo, ſed mediteris in eo, die ac nocte, ″vt cuſtodias *&* facias ſecundum omne quod ſcriptum eſt in eo: tunc enim ″ſecundabis vias tuas, & tunc intelliges.

Præcipit continuam lectionem Deuteronomii.

9 ″Annon præcepi tibi, cōforta te, & robora te, ″ne cōſterneris, neque terrearis? quia tecū eſt Iehouáh Deus tuus ″in omnibus *ad* quæ perrexeris.

10 Itaque præcepit Iehowſúay ″præfectis populi, dicendo,

11 Tranſite per medium caſtrorum, & præcipite populo, dicendo,

Iubet Ioſue cibaria præparari,

VARIÆ INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Et fuit ויהי Pendet (vt ſcribunt Hebræi) huius libri principium à fine Deuteronomii: quòd Ioſue qui hunc librum ſcripſit, ſcripſerit quoque finem Deuteronomii, ab eo ſcilicet loco in quo Scriptura cōmemorat mortuum Moſen. Et hinc eſt quòd hic liber incipit à coniunctione copulatiua ו. Alioqui tantùm conuerteret futurum in præteritum, nec Latinè vertenda eſſet.

2 Ad terram אל־הארץ Sub. ללכת vt pergas, vel לבוא vt intres. i. vt pergas ad terram, &c. Do נותן Præſ. Heb. pro fut. daturus ſum. Filiis Iſrael. לבני ישראל: per appoſitionem dictum. declarat enim quid pronomine להם id eſt illis, ſignificet.

4 A deſerto מהמדבר nempe צSin in terra Edom, quod aliàs Cades, & deſertū Pharan dicitur. i. ab Auſtro: & à Lebanon. i. Septentrione. Flumen magnum, הנהר הגדול Sic dicitur Euphrates reſpectu aliorum marium quæ ſunt in Terra ſancta, nempe Maris ſalſi, & lacus Geneſareth. ה Hithæorū החתים Vnum populum nominat pro omnibus, vel (quod doctioribus magis probatur) iſtum ſolum nominat, quòd ille habitauerit in occaſu. Vſque ad Mare magnum ועד־הים הגדול Redundat ו in ועד. Etiam Mare magnum vocat Mare AEgyptiacum, ſiue Mediterraneum, quod & Mare nouiſſimū dicitur. Deut. 11.c.24 Terminus veſter. : גבולכם. i. Regio veſtra: quæ ſcilicet finibus illis terminabitur. 5 Ero tecum: אהיה עמך Eſſe cum aliquo, eſt illi adeſſe, & fauere. Chald. paraphraſtes, adiuuabo te.

6 Conforta te, & robora te, חזק ואמץ Idem ſignificant duæ iſtæ voces, corroborare & indurare. Quidam vertunt, corroborare & viriliter age. aut, eſto robuſtus, i. forti, robuſto, ac infracto ſis animo. Poſſidere fa. תנחיל i. diuides, trades poſſidendam populo.

7 Vt cuſtodias *&* facias לשמור לעשות vt obſerues facere. i. vt diligenter adimpleas per omnia Legem, &c. Vide ſimilem loquutionē Deut. 28.a.1. Ne declines ab eo אל־תסור ממנו Ne deflectas ab eo. ſcilicet Moſe legiſlatore. Vel vt alii, ab eo, nempe libro Legis. Maſſoreth tamen qui varias lectiones Hebraici codicis Bibliorum collegit, admonet poſitū eſſe pro ab ea. Hæc doctus inter Hebræos. Ad dextrā, aut ad ſiniſtrā ימין ושמאל Ire ad dextram, eſt addere verbo Dei: Ire verò ad ſiniſtrā, detrahere. Vt proſperè agas, &c. : למען תשכיל בכל אשר תלך vt ſis fœlix quocunque perrexeris. Vox שכל propriè ſignificat intelligere. Quoniā autem qui ſapiūt, fœliciter res ſuas adminiſtrāt, & aſſequuntur vota: ob id proſperè agere ſignificat. 8 Vt cuſtodias & facias תשמור לעשות Vide verſu præcedenti. i. vt diligēter adimpleas quæcunque ſcripta ſunt in eo. Secundabis תצליח proſperas reddes. vel proſperabis. quo verbo vtitur Liuius. Alii vertunt, proſperaberis in omnibus viis tuis, vt את accipiatur pro ב, & verbum ſit intranſitiuum: vt admonet doctus inter Hebræos.

9 Annon præcepi tibi, הלוא צויתיך Eſt potius hortantis & excitantis oratio, quàm interrogantis, vt admonet doctus inter Hebræos: ſicut & illud Ruth. 2.b.8, Annon audiſti filia mea? ne vadas, &c. Ne cōſterneris, neque ter. אל־תערוץ ואל־תחת ne formides, neque paueas. Chaldæus paraph. ne frangaris. ſub. metu. In omnibus, &c. : בכל אשר תלך quocunque perrexeris, vt in ſeptimo verſu.

10 Præfectis את־שוטרי caduceatoribus. ſatellitibus.

Parate vobis″annonam: quia″poſt triduum vos ʹtrãſituri eſtis Iardén hunc, vt ingrediamini ad poſſidendum terram quam Iehouáh Deus veſter dat vobis ad poſſidendum eam.

Tribum Ruben Gad, & dimidiã Manaſſe hortatur ad auxilium fratrum.

11 Reאbenitis autem, & Gaditis, & dimidiæ tribui Menaשſſéh ait Iehoשſúay, dicendo,

13 Mementote verbi quod præcepit vobis Moשſéh ſeruus Iehouæ dicendo, Iehouáh Deus veſter″quieſcere vos fecit, dabítque vobis terram hanc.

14 Vxores veſtræ, paruuli veſtri, & pecora veſtra maneant in terra quam dedit vobis Moשſeh″trans Iardén: vos autem″trãſibitis accincti armis ante fratres veſtros,″omnes potentes fortitudine, & auxiliabimini eis:

15 ″Donec quieſcere faciat Iehouáh fratres veſtros ſicut vos, & poſſideant etiã ipſi terram quã Iehouáh Deus veſter dat eis: & *tunc* reuertemini ad terram poſſeſſionis veſtræ, & poſſidebitis eam quã dedit vobis Moשſéh ſeruus Iehouæ, trans Iardén ad ortum ſolis.

16 Et reſponderunt ad Iehoשſuáy, dicendo, Omnia quæ præcepiſti nobis faciemus:″& quocunque miſeris nos, pergemus.

17 ″Prorſus vt obediuimus ipſi Moשſéh, obediemus tibi: tamen ſit Iehouáh Deus tuus tecum, quemadmodum fuit cum Moשſeh.

18 ″Quicunque rebellauerit ori tuo, & non obedierit verbis tuis in omnibus quæ præceperis ei,″interficietur: tantùm cõforta te & robora te.

Cap. II.

Ioſue mittit exploratores in Iericho.

1 M″Iſit autem Iehoשſúay filius Nun è שSittim duos viros″exploratores clàm, dicendo, Ite, conſiderate terrã,″& Ieriחho. Profecti ſunt igitur, & ingreſſi ſunt domum mulieris ʹhoſpitæ, cuius nomen erat Raחháb,″& dormierunt illic.

2 ″Dictum autem fuit Regi Ierichó, dicendo, Ecce″viri venerunt huc nocte hac è filiis Iשraאél, ad explorandum terram.

3 Tunc miſit Rex Ieriחhó ad Raחhab, dicẽdo, Educ viros qui ingreſſi ſunt ad te, qui venerunt ad domum tuã: quia ad explorandum totam terram, venerunt.

Abſconduntur à Rahab.

4 (Aſſumpſerat autem mulier ambos viros,″& abſconderat eos) Quæ ait,″Profectò venerunt ad me viri,″ſed non noueram vndenam eſſent.

5 Fuit autẽ,″dum porta clauderetur″in tenebris, viri egreſſi ſunt: nec cognoui quò abierint illi: ſequimini citò eos, quia comprehendetis eos.

& imperate populo, ac dicite, Præparate vobis cibaria: quoniã poſt diẽ tertium tranſibitis Iordanem, & intrabitis ad poſſidendã terrã quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis

12 Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait,

Num.32.d,20

13 Mementote ſermonis‖quem præcepit vobis Moyſes famulus Domini, dicens, Dominus Deus veſter dedit vobis requiem, & omnem terram.

14 Vxores veſtræ, & filii, ac iumenta manebũt in terra quam tradidit vobis Moyſes trans Iordanem: vos autem tranſite armati ante fratres veſtros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis:

D

15 Donec det Dominus requiem fratribus veſtris, ſicut & vobis dedit, & poſſideant ipſi quoque terram quã Dominus Deus veſter datur⁹ eſt eis: & ſic reuertemini in terram poſſeſſionis veſtræ, & habitabitis in ea quã vobis dedit Moyſes famulus Domini trãs Iordanem, contra ſolis ortũ.

16 Reſponderuntque ad Ioſue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepiſti nobis, faciemus: & quocunque miſeris, ibimus.

17 Sicut obediuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantùm ſit Dominus Deus tuus tecũ, ſicut fuit cum Moyſe.

18 Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præceperis ei, moriatur: tu tantùm confortare, & viriliter age. Cap. II.

1 MIſit igitur Ioſue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abſcondito: & dixit eis, Ite, & conſiderate terram, vrbémque Iericho. ‖Qui pergẽtes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam.

Iacob.2.d.25
heb.11.f.21

2 Nũtiatúmque eſt Regi Iericho, & dictum, Ecce, viri ingreſſi ſũt huc per noctem de filiis Iſrael, vt explorarẽt Terram.

3 Miſitq; Rex Iericho ad Rahab, dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingreſſi ſunt domum tuam: exploratores quippe ſunt, & omnem Terram conſiderare venerunt.

4 Tollénſque mulier viros, abſcondit, & ait, Fateor, venerunt ad me, ſed neſciebam vnde eſſent.

5 Quũmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, neſcio quò abierunt: perſequimini citò, & comprehendetis eos.

11 Annonam צדה viaticum. Poſt triduum בעוד שלושת ימים non cõprehenſo ſcilicet die promulgationis. Tranſituri eſtis עוברים Ad verbum, tranſeuntes. ſub. eritis. i. parati eritis trãſire. 13 Mementote verbi quod זכור את־הרבר אשר Memẽtote verbi quod, &c. Vide Nume. 32. d. 20. Singul. Heb. pro plural. vt etiam vertit Chaldæus Paraph. eſtote memores Quieſcere vos fecit מניח .i. dedit vobis ſedes quietas. 14 Trãs Iardén: בעבר הירדן citra Iarden. Sic verſu ſequenti. Tranſibitis תעברו Fut. Heb. pro imperat. tranſite. Omnes potentes fort. כל גבורי החיל i. quotquot valent viribus. 15 Donec quieſcere faciat עד אשר־יניח i. donec ſedes quietas dederit.

16 Et quocunque miſeris nos, ואל־כל־אשר תשלחנו Ad verbum, & ad omnia ad quæ miſeris nos.

17 Prorſus vt obediuimus בכל אשר־שמענו Ad verbum, Iuxta omnia *in* quibus obediuimus. Quidam vertunt, Sicut, obediuimus in omnibus Moſi. 18 Quicũque rebell. ori tuo, רכל־איש אשר־ימרה את־פיך Ad verbum, vt quidam volunt, omnis vir qui mutauerit os tuum. i. rebellis fuerit ſermoni tuo. Interficietur: יומת i. ſententia Iudicum, morti adiudicabitur.

IN CAPVT II.

1 Miſit autem, וישלח Miſerat autem. Exploratores clàm, מרגלים חרש qui explorarent *in* ſilentio. i. ſecretò, vel tacitè. i. qui explorarẽt ſilendo, ſiue tacendo: hoc eſt, ſine vllo ſtrepitu, ne ſcilicet perſentiſcerent incolæ regionis. Chaldæus paraph. cõiungit רחש verbo ſequẽti, ſecretò, dicendo: neſcientibus ſcilicet Iſraelitis, ne corda illorũ terrerentur, vt prius ſub Moſe contigit. Num. 13. g. 34, & 14. a. 1 Et Ieriחhó. ואת־ירי חו præſertim Iericho. Hoſpitæ זונה cauponariæ. quæ cauponariam artem exercet: ſic dicta quòd eſcas præparet ac vendat, à זון. Doctus inter Hebræos exponit מוכרת זון vendentis eſcam. Quidam à זנה fornicari deducentes, vertunt, meretricis: quòd (vt ait doctus inter Hebræos) hoſpitæ aliquando corpus ſuum proſtituere ſoleant. Et dormierunt וישכבו & quieuerunt. aliquantiſper ſcilicet.

2 Dictum autem fuit ויאמר Renuntiatum autem fuit. Viri אנשים quidam.

4 Et abſconderat eos ותצפנו Ad verbum, & abdiderat eũ. i. quemlibet ex eis. ſeparatim ſcilicet. Profectò venerunt כן באו Verum eſt *quòd* venerunt. Sed non noueram ולא ידעתי Ad verbum, & non noui

5 Porta השער Ciuitatis ſcilicet. aut hoſpitii. Clarius ſic vertas, Quum autem claudenda eſſet porta, quòd nox iam atra eſſet. Chaldæus paraph. Et fuit tempus ad claudendam portam. i. in quo claudi ſolet porta. In tenebris בחושך propter tenebras.

6 Ipſa autem fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſuæ, operuitque eos ſtipula lini, quæ ibi erat.

7 B Ii autem qui miſſi fuerant, ſequuti ſunt eos per viam quæ ducit ad vada Iordanis: illiſque egreſſis, ſtatim porta clauſa eſt.

8 Necdum obdormierãt qui latebãt: & ecce mulier aſcendit ad eos, & ait,

9 Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ.

10 Audiuimus quòd ſiccauerit Dominus aquas Maris rubri ad veſtrũ introitum, quando egreſſi eſtis ex AEgypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trãs Iordanem, Sehon & Og, quos interfeciſtis.

Num.21.c.24

11 Et hæc audientes pertimuimus, & elãguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſũ, & in terra deorſũ.

12 Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego miſericordiã feci vobiſcum, ita & vos faciatis cũ domo patris meis: detiſque mihi verum ſignum:

13 Et ſaluetis patrem meũ & matrẽ, fratres ac ſorores meas, & õnia quæ illorum ſunt, & eruatis animas noſtras à morte.

14 C Qui reſponderunt ei, Anima noſtra ſit pro vobis in mortem: ſi tamẽ non prodideris nos. Quũmque tradiderit nobis Dominus terram: faciemus in te miſericordiam & veritatẽ.

15 Demiſit ergo eos per funem de feneſtra: domus enim eius hærebat muro.

16 Dixitque ad eos, Ad montana conſcendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus donec redeãt, & ſic ibitis per viã veſtram.

17 Qui dixerunt ad eam, Innoxii erimus à iuramento hoc quo adiuraſti nos.

18 Si ingredientibus nobis terram, ſignũ fuerit funiculus iſte coccineus, & ligaueris eum in feneſtra, per quã demiſiſti nos: & patrem tuum ac matrem, fratréſque, & omnẽ cognationem tuam congregaueris in domũ tuam.

19 Qui oſtiũ domus tuæ egreſſus fuerit, ſanguis ipſius erit in caput eius, & nos erimus innoxii. Cunctorũ autem ſanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit.

6 Ipſa autem aſcendere fecerat eos in tectum, & abſconderat eos ″in culmis lini″ ordinatis ab ea ſuper tectum.

7 Et viri perſequuti ſunt eos itinere Iarden ″vſque ad vada, portãque clauſerũt paulo poſtquã egreſſi ſunt ii qui eos inſequebãtur.

8 ″Antequam autẽ dormirent, ipſa aſcendit ad eos ſuper tectum:

9 Et ait ad viros, Noui quòd Iehouáh dederit vobis terrã, & quòd ″cecidit terror veſter″ ſuper nos, & quòd″ defluxerunt omnes habitatores terræ à facie veſtra:

Rahab agnoſcit Deum Iſrael eſſe ſummũ Deum.

10 Audiuim⁹ enim quomodo ſiccari fecerit Iehouáh aquas maris סSuph à facie veſtra, dum exiretis ex AEgypto: & quæ feciſtis duobus Regibus אEmoræi, qui erant trans Iardén, סSinhon & עOg, quos interemiſtis.

11 Audiuimus inquã″ & diſſolutum eſt cor noſtrum, neque ″conſtitit vltrà ſpiritus in quoquam″ à facie veſtra: Iehoua enim Deus veſter eſt Deus″ in cælo ſurſum, & ſuper terram deorſum.

Petit Rahab, ſui & ſuorum rationem haberi, ex pugnata Ierich o.

12 Nunc igitur iurate quæſo mihi per Iehouam (feci enim vobiſcum miſericordiam) quòd facietis etiam vos cum domo patris mei miſericordiam, & dabitis mihi ſignum verum,

13 ʹQuòd viuos ſeruabitis patrem meum & matrem meam, & fratres meos, & ſorores meas, & omnes qui ad eos pertinent, eruetíſque animas noſtras à morte.

14 Dixerúntque ei viri, ʹAnima noſtra pro nobis ad moriendũ, ſi *tamen* nõ prodideritis″ ſermonem noſtrũ hunc: & erit, quũ tradiderit Iehoua nobis terrã, ʹtum faciemus tecũ miſericordiam & veritatẽ.

15 Demiſit itaque eos fune per feneſtram: domus enim eius erat ″in pariete muri, & in muro ipſa habitabat.

16 Dixítque eis, ʹAd montem pergite, ne fortè occurrãt vobis qui inſequũtur *nos*: & latitate ibi tribus diebus, donec redeant qui inſequuntur: & poſtea ibitis per viam veſtram.

17 Dixerúntque ei viri, ″Innoxii erimus à iuramento tuo hoc, quo iurare feciſti nos:

18 Ecce quum ingrediemur terram, ʹfuniculũ fili coccinei hoc ligabis in feneſtra″ per quam demiſiſti nos: tum patrem tuũ, ″& matrem tuam, fratréſque tuos, ac omnem domum patris tui congregabis ad te in domum.

19 Erit autem, quicũque egreſſus fuerit ex oſtiis domus tuæ foras, ″ſanguis eius erit in caput eius, nos verò innoxii: & quicunque fuerit tecum in domo, ſanguis illius in caput noſtrum″ ſi manus fuerit in illum.

6 In culmis lini בפשתי העץ Ad verbum, in linis ligni. vel arboris. inuerſæ dictiones, pro, in lignis lini. i. in culmis, vel ſtipulis linorum. quia adhuc linum erat in culmo, qui vocatur lignum, ſeu arbor, aut culmus. In Scriptura autem inueniuntur huiuſmodi coniunctiones, vt idem ſit coniunctum [.i. quod eſt in regimine] & id cui coniungitur, vt Exod. 15.a.4, & vermiculum cocci. Et Leuit. 14.a.4, & coccũ vermiculi. Chaldæus paraph. in faſciculis lini. Ordinatis ab ea הערוכות לה Ad verbum, ordinatis ei. hic ל pro מ poſitum eſſe annotant Hebræi.

7 Vſque ad vada על המעברות Hic על pro עד ponitur. 8 Antequam autem dormirent, ipſa והמה טרם ישכבון והיא Illi autem nondum dormire cœperãt, & ipſa, &c. 9 Cecidit terror ve. ſuper nos, נפלה אימתכם עלינו Hebraiſmus, territi ſumus propter vos. Defluxerunt. נמגו diſſoluti ſunt. præ timore ſcilicet. i. remiſſo ſunt animo propter vos. 11 Et diſſolutum eſt cor n. וימס לבבנו Hebraiſmus, fuimus territi admodum. Conſtitit. קמה Chaldæus paraph. remanſit. A facie veſtra. מפניכם propter vos: In cælo ſurſum, &c. בשמים ממעלונו .i. vbique faciens mirabilia. 13 Quòd viuos ſeruabitis והחיתם Ad verbum, Et viuificabitis. Hîc ו pro quòd poſitum eſt. i. quòd viuos, incoluméſque ſeruabitis, vita donabitis. Seipſum declarat poſtea.

14 Anima noſtra &c. נפשנו תחתיכם למות Hebraiſmus, Seruabimus vos, etiamſi nobis moriendum fuerit, faciemúſque vobiſcum miſericordiam, hac lege quòd &c. Sermonem noſtrum h. את־דברנו זה .i. hãc rationem qua volumus vos ſeruare. vel, hos ſermones noſtros quibus pollicemur nos ſeruaturos te & patrẽ, &c. Vide paulo pòſt verſu 20. Et erit והיה Aut iſtud redundat, vt alias ſæpe: aut poſitum eſt ad confirmandum quod præceſſit, quódque ſequitur. q. d. fiet quod diximus, ne dubita: tibi rurſum pollicemur quòd vbi Iehoua, &c. Tum faciemus, &c. ועשינו עמך חסד ואמת : .i. ſeruabimus vos in vita, neque fallemus, verè præſtabimus quod pollicemur.

15 In pariete muri בקיר החומה .i. in ea parte domus habitabat quæ proxima erat muro vrbis.

16 Ad montem ההרה qui ſcilicet adiacebat vrbi.

17 Innoxii erimus נקים אנחנו Immunes erimus. ſi Latinè dici poſſet, deobligati erimus. Doctus inter Hebræos ſubaudit, hac conditione quæ ſequitur. 18 Funiculũ fili coc. את־תקות חוט השני Laciniã fili coccinei. i. factã ex filo coccineo. Significat id quod vocamus Gallicè *ung chordon* vel *bende*. 19 Sanguis eius, &c. דמו בראשנו Hebraiſmus, erit reus & cauſa ſuæ mortis, cædéſque eius illi imputabitur.

Si manus fuerit in eum. אם־יד תהיה־בו : ſiquis in eum iniecerit manum.

Si verò″prodideris verbum noſtrum hoc, erimus innocentes à iuramento tuo quo nos iurare feciſti. 20

Reuertũtur exploratores

″Illa reſpondit, Vt loquuti eſtis ita ſit. Tunc dimiſit eos, & abierunt: ligauítque filum coccineum in feneſtra. 21

Abeuntes autem, peruenerunt ad montem, & manſerunt ibi tribus diebus, donec reuerterentur inſequutores: qui quæſierunt *illos* per omnem viam, & non inuenerunt. 22

Reuerſi igitur duo illi poſtquam deſcenderunt de monte, ″trãſierunt, venerúntque ad Iehoשſúay filium Nun, & narrauerunt ei omnia″quæ ſibi acciderant. 23

Dixerunt autem ad Iehoשſúay, Tradidit Iehouáh in manus noſtras totam terram, ″diſſoluti enim ſunt omnes habitatores terræ à facie noſtra. 24

Cap. III.

Venit Ioſue cũ populo ad Iordanem.

Svrrexit autẽ Iehoשſúay ſummo mane, ″& profecti ſunt è שSittim: venerúntque vſque ad Iardẽ ipſe & ommes filii Iשſraאél: pernoctauerúntque ibi antequam tranſirent. 1

Et fuit, ″à fine trium dierum trãſierunt præfecti per medium caſtrorum. 2

Arcam portant Leuitæ præcedẽtes populum.

Præceperúntque, populo dicendo, Quum videritis arcam fœderis Iehouæ Dei veſtri, & Sacerdotes Leuitas portantes eam, proficiſcemini è loco veſtro, ibitíſque poſt illam. 3

Veruntamen interſtitium erit inter vos & ipſam, ferè duum milium cubitorum″in menſura: ″ne appropinquetis ei, ″vt cognoſcatis viam per quam ambuletis: non enim tranſiſtis per viam iſtam ″ab heri & nudiuſtertius. 4

″Dixerat autem Iehoשſúay ad populum, ″Præparate vos: cras enim faciet Iehouáh in medio veſtri mirabilia. 5

Dixit item Iehoשſúay ad Sacerdotes, ″his verbis, Tollite arcã fœderis, & tranſite ante populum. Tulerunt itaque arcam fœderis, & ambulauerunt ante populum. 6

Miraculis oſtendit Deus ſe eſſe cũ Ioſue, & deducere populum.

Dixerat autem Iehouáh ad Iehoשſúay, Die hac incipiam magnificare te in oculis totius Iש ſraאél: ″vt ſciant quòd quẽadmodum ″fui cum Moשſéh, *ſic* ero tecum. 7

Tu ergo præcipies Sacerdotibus portantibus arcã fœderis, dicẽdo, Quum ingreſſi fueritis″vſque ad extremum aquæ Iardén, in Iardén ſtabitis. 8

Dixítque Iehoשſúay ad filios Iשſraאél, Accedite huc, & audite verba Iehouæ Dei veſtri. 9

″Dixit præterea Iehoſúay, ″In hoc cognoſcetis quòd Deus viuẽs 10

20 Quòd ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in mediũ, erimus mundi ab hoc iuramẽto quo adiuraſti nos.

21 Et illa reſpõdit, Sicut loquuti eſtis ita fiat. Dimittẽſque eos vt pergerẽt, appendit funiculum coccineum in feneſtra.

22 Illi verò ambulantes peruenerunt ad mõtana, & mãſerunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant perſequuti: quærẽtes enim per omnem viam, non repererunt eos.

23 Quibus vrbẽ ingreſſis, reuerſi ſunt, & deſcenderũt exploratores de monte: & tranſmiſſo Iordane, venerũt ad Ioſue filium Nun, narrauerúntque ei omnia quæ acciderant ſibi.

24 Atque dixerunt, Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cuncti habitatores eius.

Cap. III,

1 IGitur Ioſue de nocte conſurgens mouit caſtra: egre diẽtéſque de Setim, venerunt ad Iordanem ipſe, & omnes filii Iſrael, & morati ſunt ibi per tres dies.

2 Quibus euolutis, tranſierũt præcones per caſtrorum medium.

3 Et clamare cœperunt, Quando videritis arcã fœderis Domini Dei veſtri, & Sacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini præcedentes:

4 Sitque inter vos & arcam ſpatium cubitorum duum milium: vt procul videre poſſitis, & noſſe per quã viam ingrediamini: quia prius non ambulaſtis per eã. & cauete ne appropinquetis ad arcam. B

5 Dixitque Ioſue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6 Et ait ad Sacerdotes, Tollite arcã fœderis, & præcedite populum. qui iuſſa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos.

7 Dixitque Dominus ad Ioſue, Hodie incipiam exaltare te corã omni Iſrael: vt ſciant quòd ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim.

8 Tu autem præcipe Sacerdotibus qui portãt arcam fœderis, & dic eis, Quum ingreſſi fueritis partem aquæ Iordanis, ſtate in ea.

9 Dixitque Ioſue ad filios Iſrael, Accedite huc, & audite verbum Domini Dei veſtri.

10 Et rurſum, In hoc, inquit, ſcietis

---

20 Prodideris תגידי Vide paulo antè verſu 14. 21 Illa reſpondit. &c. ותאמר כדבריכם Ad verbum, Et dixit, Secundum verba veſtra, &c. 23 Tranſierunt ויעברו nempe Iordanem Quæ ſibi acciderant.: המוצאות אותם Ad verbum, quæ inuenerant ipſos.
24 Diſſoluti enim ſunt וגם נמוגו Ad verbum, & etiam diſſoluti ſunt, id eſt, ſunt animo conſternati. vt ſuprà verſu nono. Chaldæus paraph. Fracti ſunt. timore ſcilicet.

IN CAPVT III.

1 Et profecti ſunt, &c. ויסעו וגו Aſſerunt Hebræi Moſen mortuũ fuiſſe ſeptima die Februarii: & ſeptima Martii ſequẽtis, nempe ſub finem triginta dierũ luctus, Dominum alloquutũ Ioſue, & eodẽ die promulgationẽ factam populo de parãdis cibis. Quinta verò die eiuſdem miſſos fuiſſe exploratores, & octaua ipſos reuerſos fuiſſe: nona autem die filios Iſrael profectos à Sittim, & deueniſſe ad ripas Iordanis: ac decima illos tranſiuiſſe Iordanem ipſum. 2 A fine trium di. אלמקצה שלושתימים à promulgatione ſcilicet de parandis cibis.

4 In menſura: במרה ad menſurã. ſub. ſacrã, vel regiã. Ne appropinquetis ei אלתקרבו אליו ne accedatis propius ad eam. Prohibet Dominus vt non nimiũ vel accedant, vel recedant ab arca: vt ad montẽ Sinai non permittebãtur accedere, nec longius recedere: vt ſcilicet vbique Domino debitum honorem exhibeant. Vt cognoſcatis viam למען אשר־תדעו את־הדרך ſub. qua ire poſſitis ad orationem ante arcam in Sabbatho, vt ſit vobis iter apertum, & non impeditum tentoriis. Si enim propius acceſſiſſent, via non fuiſſet aperta, ſed occupata, vt non facilè dignoſci poſſet. Ab heri & nud.: מתמול שלשום .i. non ambulaſtis antea per huiuſmodi profectiones, ſiue per hanc viam.

5 Præparate vos: התקדשו Expiate vos. ſanctificamini. date operam ſanctitati.

6 His verbis, לאמור Ad verbum, dicendo. 7 Dixerat autem ויאמר antequam ſcilicet Ioſue alloqueretur Sacerdotes.
Vt ſciant אשר ידעון Hic אשר pro למען poſitũ. Fui cum Moשſéh, &c. הייתי עם וגו .i. Adfui Moſi, ita adero tibi. Doctus inter Hebræos exponit, Sicut diuiſi Mare rubrum ante Moſen, ſic diuidam Iordanem ante te: atque hac re ſcient quòd ero tecum ſicut fui cum Moſe. Vide ſequens caput, verſu 23. 8 Vſque ad extremum aquæ, &c. עד־קצה מי הירדן .i. quũ perueneritis ad vlteriorem ripã Iordanis, in Iordane, hoc eſt in alueo Iordanis iam ſiccato, conſiſtatis, donec populus tranſierit in vlteriorem ripam.

10 Dixit præterea ויאמר יהושע Ad verbum, Et dixit Iehouáh. In hoc בזאת .i. hac ratione, ſiue hoc pacto.

C quod Dominus Deus viuẽs in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum, & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergeſæũ quoque, & Iebuſæum, & Amorrhæum.

Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. 11

Parate duodecim viros de tribub⁹ Iſrael ſingulos per ſingulas tribus. 12

Et cum poſuerint veſtigia pedum ſuorum Sacerdotes qui portant arcã Domini Dei vniuerſæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atque deficient: quæ autẽ déſuper veniũt, in vna mole cõſiſtẽt. 13

Pſal.113.2.3
Act.7.f.45

Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, vt tranſiret Iordanẽ. & Sacerdotes qui portabant arcã fœderis, pergebant ante eum. 14

D Ingreſſiſque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat) 15

Eccli.24.c.36

Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcẽtes apparebãt procul ab vrbe quæ vocatur Adam vſque ad latus Sarthan: quæ autem inferiores erant, in Mare ſolitudinis (quod nunc vocatur mortuum) deſcenderunt vſquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iericho: 16

Et Sacerdotes qui portabant arcã fœderis Domini, ſtabãt ſuper ſiccam humum in medio Iordanis accincti. omniſque populus per arentem alueum tranſibat. 17

Cap. IIII.

QVibus trãſgreſſis, dixit Dominus ad Ioſue, 1

Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas tribus: 2

Et præcipe eis vt tollãt de medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt pedes Sacerdotũ, duodecim duriſſimos lapides, quos ponetis in loco caſtrorũ vbi fixeritis hac nocte tentoria. 3

Vocauitque Ioſue duodecim viros, quos elegerat de filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus: 4

Et ait ad eos, Ite ante arcã Domini Dei veſtri ad Iordanis mediũ, & portate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris, iuxta numerũ filiorum Iſrael: 5

Vt ſit ſignum inter vos: & quando interrogauerint vos filii veſtri cras, dicentes, Quid ſibi volũt iſti lapides? 6

eſt in medio veſtri, & quòd expellẽdo expellet à facie veſtra Chenayanæum, & חHitthæum, & חHiuæum, & Perizæum, & Girgaשׁſæum, & אEmoræum, & Iebuסſæum.

11 Ecce arca fœderis Dominatoris vniuerſæ terræ, ″tranſibit ante vos per Iardén.

12 Nunc ergo tollite vobis duodecim viros de tribubus Iשׁſraאél, ″ſingulos viros per ſingulas tribus.

13 ″Quum autẽ quieuerint plãtæ pedũ Sacerdotũ portantiũ arcã Iehouæ dominatoris vniuerſæ terræ, in aquis Iardén, aquæ Iardén ″intercidẽtur: & aquæ ″deſcẽdentes déſuper, ″cõſiſtẽt *in* aceruũ vnũ.

Tranſit populus Iordanem.

14 Et fuit quũ proficiſceretur popul⁹ è tabernaculis ſuis vt trãſiret Iardén, Sacerdotes qui portabãt arcã fœderis, *erant* ″ante populũ.

15 Quum autem deuenerunt qui portabant arcam, vſque ad Iardén, & pedes Sacerdotum portantium arcã ″intincti fuerunt in extremo aquarum (Iardén autem ″erat plenus vltra omnes ripas ſuas toto tempore meſſis)

Siccatur alueus Iordanis.

16 Conſtiterunt aquæ quæ deſcendebãt deſuper & aſſurrexerunt *in* aceruum vnum ″procul valde ab Adám vrbe quæ eſt ad latus צSarthán: & quæ deſcendebant ad Mare ſolitudinis, *id eſt ad* ″Mare ſalis, conſumptæ ſunt, *&* interciderunt: populus autẽ trãſierunt e regione Ierichó.

17 Stabant autem Sacerdotes portantes arcam fœderis Iehouæ in ſicco, in medio Iardén ″præparati, & totus Iשׁraאél tranſibant ″per ſiccum, donec finem facerent vniuerſa gens tranſeundi Iardén.

Cap. IIII.

Duodecim lapides ex alueo eriguntur in monimentum ſiccati Iordanis.

1 QVũ verò finiſſet vniuerſa gens tranſire Iardén (″dixerat autem Iehouáh ad Iehoשׁſúay, dicendo,

2 Tollite vobis è populo duodecim viros, ″viros ſingulos de *qualibet* tribu:

3 Et præcipite eis, dicendo, Tollite vobis hinc è medio Iardén, ″è loco vbi ſtant pedes Sacerdotum præparatorum, duodecim lapides, & transferatis eos vobiſcum, ″& deponatis in diuerſorio in quo pernoctabitis ″nocte.)

4 Tum vocauit Iehoשׁſúay duodecim viros, quos præparauerat de filiis Iשׁſraאél viros ſingulos, de *qualibet* tribu:

5 Dixítque ad eos Iehoשׁſúay, Tranſite ante arcam Iehouæ Dei veſtri in medium Iardén, ″& tollite vobis ſinguli lapidẽ vnum ″ſuper humerum ſuum, iuxta numerum tribuum filiorum Iשׁſraאél:

6 Vt ſit hoc ″ſignum in medio veſtri, quũ interrogauerint filii veſtri ″cras patres ſuos, dicendo, Quid lapides iſti ″vobis?

11 Tranſibit עובר Præſ. Heb. pro fut, i. commonſtrabit vobis viam.

12 Singulos viros, &c. איש אחד איש אחד לשבט Ad verbum, virum vnũ, virum vnum de tribu. i. ſingulos viros de ſingulis tribubus.

13 Quum autem quieuerint והיה כנוח Ad verbum, Et erit, quum quieuerint. i. cœperint quieſcere, hoc eſt figentur. Intercidentur: יכרתון diſſecabuntur. Deſcendẽtes הירדים .i. quæ antea defluebant ſupernè. Cõſiſtent, &c ויעמדו וגו׳ .i. aſſurgentes intumeſcent inſtar montis. & ſic paulo pòſt, verſu 16. 14 Ante populum לפני העם .i. præcedebant populum.

15 Intincti fuerunt, &c. נטבלו בקצה המים .i. cœperunt tingi in extremitate aquarum, ſiue in primis aquis. Erat plenus מלא q.d. erat maximus, quamuis eſſent dies meſſis, neque poterat capi alueo ſuo, ſed replebat omnes ripas ſuas: quod miraculo erat, flumẽ in æſtate non capi ſuo alueo. 16 Procul הרחק remotæ, recedentes. Mare ſalis ים המלח Mare ſalſum. dicitur, & Mortuum mare. Per appoſitionem Mare ſolitudinis, id eſt campeſtrium Iericho, vocat Mare ſalſum. Dicit totum alueum ab eo loco vſque ad Mare mortuũ ſiccatum fuiſſe.

17 Præparati, הכן .i. pede fixo, aut de induſtria. Infinitiuus eſt Heb. pro participio paſſiuo, vt admonet doctus inter Hebræos. Per ſiccum, בחרבה in arida. i. in alueo ſicco.

IN CAPVT IIII.

1 Dixerat autem, &c. ויאמר Obſeruanda parentheſis, vſque ad finem ſecundi verſus, de qua admonet doctus inter Hebræos.

2 Viros ſingulos איש אחד איש אחד Ad verbum, Virum vnum, virum vnum, vt præcedenti capite, verſu 12.

3 E loco vbi ſteterunt p. Sa. ממצב רגלי הכהנים הכין Ad verbum, de ſtatione pedum Sacerdotum præparatorum. i. de loco vbi conſiſtunt pede fixo. Et deponatis והנחתם Ad verbum, Et collocetis. Nocte. הלילה: ſub. ſequenti. i. in loco vbi figetis tentoria ſequenti nocte. finis eſt parentheſis. 5 Et tollite, &c. והרימו וגו׳ .i. imponite humeris veſtris.

6 Signum in medio veſtri, אות בקרבכם Signum inter vos. i. quod reuocabit vobis in memoriam tantum beneficium. Cras מחר .i. poſthac, in poſterum, in futurum. Vobis? לכם: ſub. ſignificant. i. quid ſibi volunt lapides iſti?

7 Dicetis eis'quòd interciderunt aquæ Iardén'ante arcam fœderis Iehouæ(*nam* quum tranſiret Iardén, interciſæ sũt aquæ Iardén) erúntque lapides iſti"in memoriã filiis Iשſraאél vſque in ſeculũ.

8 Et fecerunt ſic filii Iשſraאel ita vt præceperat Iehoשſúay:& tulerunt duodecim lapides è medio Iardén, quemadmodum dixerat Iehouáh ad Iehoשſúay, ſecundum numerum tribuũ filiorum Iשſraאél:& trãſtulerũt eos ſecũ ad diuerſoriũ,& depoſuerũt eos illic.

9 Porrò duodecim lapides erexit Iehoשſúay in medio Iardén'ſub loco vbi ſteterant pedes Sacerdotum portantium arcam fœderis: fuerúntque ibi vſque ad diem hanc.

10 Sacerdotes autem portantes arcam'ſtabãt in medio Iardén, donec compleretur omne verbum quod præceperat Iehouáh ad Iehoשſúay vt diceret populo'prorſus vt præceperat Moשſeh ipſi Iehoשſúay"itaque feſtinanter tranſiuit populus.

11 Quum autem finem trãſeundi feciſſet vniuerſus populus trãſiuit arca Iehouæ & Sacerdotes *qui erant*"ante populum.

12 Trãſierúntque filii Reאbén,& filii Gad,& dimidia tribus Menaשſſéh armati armis ante filios Iשſraאél, quemadmodum loquut⁹ fuerat ad eos Moשſéh.

Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manaſſe armati præcedãt fratres ſuos.

13 Circiter quadraginta millia armatorum militum trãſierunt'ante Iehouam ad prælium ad campeſtria Ierinhó.

14 In die ipſa magnificauit Iehouáh Iehoשſúay in oculis totius Iשſraאél, & timuerunt eum, quemadmodum timuerãt Moשſéh omnibus diebus vitæ eius.

15 Dixerat autem Iehouáh ad Iehoשſúay his verbis,

16 Præcipe Sacerdotibus portantibus arcam teſtimonii,'vt aſcendant ex Iardén.

17 Et præcepit Iehoשſúay Sacerdotibus, dicendo, Aſcendite ex Iardén.

18 Quũ autem aſcendiſſent Sacerdotes portantes arcã fœderis Iehouæ è medio Iardén,'& tranſlatæ fuiſſent plantæ pedũ Sacerdotũ ad ſiccum, reuerſæ ſunt aquæ Iardén ad locũ ſuum,"& fluxerũt ſicut heri & nudiuſtertius ſuper omnes ripas eius.

Iordanis in alueũ reuertitur.

19 Populus autẽ aſcenderunt ex Iardén decima mẽſis primi,& caſtrametati ſunt in Gilgál ad partem Orientalem Ierinhó.

20 Et duodecim lapides illos quos tulerant ex Iardén, ſtatuit Iehoשſúay in Gilgál.

21 Dixítque ad filios Iשſraאél hoc pacto, Quum interrogauerint filii veſtri cras patres ſuos, dicendo, Quid lapides"iſti?

22 Indicabitis filiis veſtris, dicendo,"Per aridam tranſiuit Iשſraאél Iardén iſtum.

23 Quoniã ſiccauit Iehouáh Deus veſter aquas Iardén à facie veſtra donec tranſiretis, quemamodum fecit Iehouáh Deus veſter mari סSuph, quod ſiccauit à facie noſtra donec tranſiremus.

24 Vt cognoſcant omnes populi terræ manũ Iehouæ quòd fortis eſt, vt timeatis Iehouam Deum veſtrum cunctis diebus.

7 Reſpõdebitis eis, Defecerũt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, quum trãſiret eum: idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monimentum filiorum Iſrael vſque in æternum.

8 Fecerunt ergo filii Iſrael ſicut præcepit eis Ioſue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat iuxta numerum filiorum Iſrael', vſque ad locum in quo caſtrametati ſunt, ibique poſuerunt eos.

B

9 Alios quoque duodecĩ lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt Sacerdotes qui portabãt arcã fœderis,& ſunt ibi vſque in præſentem diem.

10 Sacerdotes autem qui portabãt arcam, ſtabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Ioſue vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, vt dixerat ei Moyſes. feſtinauitque populus,& tranſiit.

11 Quũmque tranſiſſent omnes, trãſiuit & arca Domini: Sacerdotes quoque pergebant ante populum.

12 Filii quoque Ruben,& Gad, & dimidia tribus Manaſſe, armati præcedebant fratres ſuos filios Iſrael, ſicut eis præceperat Moyſes:

Num.33.c.29

C

13 Et quadraginta pugnatorũ millia per turmas & cuneos incedebãt per plana atque cãpeſtria vrbis Iericho.

14 In die illo magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſrael, vt timerẽt eum, ſicut timuerant Moyſen dũ adhuc viueret.

15 Dixitque ad eum,

16 Præcipe Sacerdotibus qui portãt arcã fœderis, vt aſcendãt de Iordane.

17 Qui præcepit eis, dicẽs, Aſcendite de Iordane.

18 Quũmque aſcendiſſent portantes arcam fœderis Domini,& ſiccam humum calcare cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquæ in alueum ſuum, & fluebant ſicut antè conſueuerant.

19 Populus autem aſcendit de Iordane decimo die mẽſis primi,& caſtrametati ſunt in Galgalis contra Oriẽtalem plagam vrbis Iericho.

20 Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo ſumpſerant, poſuit Ioſue in Galgalis,

21 Et dixit ad filios Iſrael, Quãdo interrogauerint filii veſtri cras patres ſuos,& dixerint eis, Quid ſibi volunt lapides iſti?

22 Docebitis eos, atque dicetis, Per arentem alueum tranſiuit Iſrael Iordanem iſtum,

23 Siccante Domino Deo veſtro aquas eius in conſpectu veſtro, donec trãſiretis: | ſicut fecerat prius in Mari rubro, quod ſiccauit donec tranſiremus:

Exod.14.d.21.

24 Vt diſcãt omnes terrarum populi fortiſſimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominũ Deum veſtrũ omni tempore.

---

7 Quòd interciderunt אשר נכרתו quomodo interciſæ fuerunt. Ante arcam מפני ארון Ad conſpectum [ſiue ad aduentum] arcæ. In memoriam לזכרון in memoriale. in monumentum.

9 Sub loco vbi ſteterant pedes Sacerdotum תחת מצב רגלי הכוהנים Ad verbum, Sub ſtatione pedum Sacerdotum, vt paulo antè, verſu tertio. i. in loco vbi ſtabant Sacerdotes deferentes,&c. Quidam exponunt תחת in imo alueo.

10 Stabant עומדים ſteterunt. Prorſus vt præceperat ככל אשר צוה Ad verbum, iuxta omne quod præcepit. Itaque feſtinanter, &c. : וימהרו העם ויעבורו Ad verbum, & feſtinauit populus,& tranſiuit.

11 Ante populum : לפני העם i. qui præceſſerant populum. Quidam Hebræorum exponit, inſpectante populo. Alii, vt irent ante populum.

13 Ante Iehouam לפני יהוה Sic ſæpe in Scripturis vocatur arca fœderis Domini.

16 Vt aſcendant ex Iarden. ! ויעלו מן הירדן id eſt, vt veniant in vlteriorem ripam Iordanis.

18 Et tranſlatæ fuiſſent,&c. נתקו וגו' i. quumprimum receſſerunt ex alueo. Et fluxerunt וילכו Ad verbum,& iuerunt. i. decurrerunt eodẽ modo quo antea facere cõſueuerant. 21 Iſti? : האלה ſub. ſibi volunt, aut ſignificant. 22 Per aridã ביבשה i. pedibus ſiccis.

Cap.V.

1 POſtquam ergo audierũt omnes Reges Amorrhæorum qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti Reges Chanaan, qui propinqua poſſidebãt Magni maris loca, quòd ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filiis Iſrael donec trãſirent, diſſolutũ eſt cor eorũ, & non remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filiorum Iſrael.

2 Eo tẽpore ait Dominus ad Ioſue, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide ſecundò filios Iſrael.

3 Fecitque quod iuſſerat Dominus, B & circuncidit filios Iſrael in Colle præputiorum.

4 Hæc autem cauſa eſt ſecundæ circũciſionis, Omnis populus q̃ egreſſus eſt de AEgypto, generis maſculini, vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per lõgiſſimos viæ circuitus.

5 Qui omnes circunciſi erant: populus autem qui natus eſt in deſerto

6 Per quadraginta annos itineris latiſſimæ ſolitudinis, incircũciſus fuit: donec conſumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat vt non oſtenderet eis terram lacte & melle manantem.

7 C Horum filii in locum ſucceſſerunt patrũ, & circunciſi ſunt à Ioſue: quia ſicut nati fuerant, in præputio erãt, nec eos in via aliquis circunciderat.

8 Poſtquam autem omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodẽ caſtrorum loco, donec ſanarentur.

9 Dixitque Dominus ad Ioſue, Hodie abſtuli opprobrium AEgypti à vobis. Vocatúmque eſt nomen loci illius Galgala, vſque in pręſentẽ diẽ.

10 Manſerúntque filii Iſrael in Galgalis: & fecerunt Phaſe quartadecima die menſis ad veſperum in campeſtribus Iericho.

11 Et comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam eiuſdem anni.

12 D Defecitque manna poſtquam comederunt de frugibus terrræ, nec vſi ſunt vltrà cibo illo filii Iſrael, ſed comederunt de frugibus præſentis anni terræ Chanáan.

13 Quum autẽ eſſet Ioſue in agro Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenẽ-

Cap.V.

1 FVit autem, quum audiſſẽt omnes Reges Emoræi qui *habitabant* trans Iardén ad Occidẽtem, & omnes Reges Chenayanæi, qui *habitabant* iuxta mare, quòd ſiccaſſet Iehouáh aquas Iardén à facie filiorum Iשſraאél donec tranſirent″liquefactum eſt cor eorũ, ′neque fuit in eis vltrà ſpiritus à facie filiorum Iשſraאél.

2 ′Eo tẽpore dixit Iehouáh ad Iehoשſúay, Fac tibi″cultros acutos, & iterum circuncide filios Iשſraאél ſecundó.

3 Et fecit ſibi Iehoשſúay ′cultros acutos, ′circuncidítque filios Iשſraאél″in Colle præputiorum.

4 Hæc autem eſt cauſa propter quam circuncidit Iehoשſúay, Vniuerſus populus qui egreſſus fuerat ex AEgypto ′maſculi, omnes ′viri bellatores mortui erãt in deſerto in ipſa via, poſteaquam egreſſi ſunt ex AEgypto.

5 Nam circunciſus fuerat vniuerſus populus qui egreſſus fuerat: at vniuerſum populum qui natus fuerat in deſerto, in via poſteaquam egreſſi ſunt ex AEgypto, non circunciderant.

6 Nã quadraginta annis ambulauerunt filii Iשſraאél per deſertũ, donec cõſumeretur vniuerſa gens virorũ bellatorũ qui egreſſi fuerant ex AEgypto, ′qui nõ audierant vocẽ Iehouæ: quibus *ſcilicet* iurauerat Iehouáh quòd nõ oſtẽderet eis terrã *de* qua iurauerat Iehouáh Patribus eorũ ſe daturũ illã nobis, terrã fluentẽ lacte & melle.

7 At filios eorũ″quos ſubſtituit in locũ ipſorũ, illos circũcidit Iehoשſúay, quia incircunciſi erãt: non enim circũciderat eos in via.

8 ″Quum autem fuit circunciſus vniuerſus populus, manſerunt in loco ſuo in caſtris, ″donec ſanarentur.

9 Dixítq; Iehouáh ad Iehoשſúay, Hodie″deuolui opprobriũ AEgypti à vobis. Et vocauit nomẽ loci illius Gilgál vſque in diẽ hãc.

10 Iã verò caſtrametati erãt filii Iשſraאél in Gilgál: & fecerũt Péסſaחh quartadecima die″mẽſis′ad veſperã, in cãpeſtribus Ieriחhó.

11 Et comederũt ″de fructu terræ′ in craſtino Péסſaחh infermentata, ″& polentam in ipſomet die.

12 ″Et ceſſauit man in craſtino, dũ comediſſent de frumento terræ, neque fuit vltrà filiis Iשſraאél man, ſed comederunt de fructu terræ Chenáyan eo anno.

13 Cõtigit autem quum eſſet Iehoשſúay″in Ieriחhó, leuauit oculo ſuos, ac vidit, & ecce vir ſtabat cõtra eum, ″in cuius manu erat

Incolæ Chanáan timent aduentũ Iſraelitarũ, auditis mirabilibus Dei.

De ſecũda circũciſione ſub Ioſue, & quam ob rem.

Deficit manna.

Angelus Domini qui præiturus erat exercitui Iſraelitico.

IN CAPVT V.

1 Liquefactum eſt וימס Diſſolutum eſt. i. cœpit remitti animus eorum. Neque fuit in eis, &c. ולא היה בם עוד רוח i. cœperunt deſtitui prorſus animo ad aduentum filiorum Iſrael. 2 Eo tempore בעת ההיא Poſteaquam ſcilicet ingreſſi ſunt Terram ſanctam trãſmiſſo Iordane. 3 Cultros acutos חרבות צורים Ad verbũ, cultros acierum. i. præditos. acie acutiſſima. Chald. paraph. nouaculas acutas. Notandum quòd intermiſſa fuerat Circunciſio ab eo tempore quo celebrauerant Paſcha, nempe à ſecundo anno poſt egreſſum ex AEgypto: quòd quandiu fuerunt in deſerto, ſubinde figebant caſtra, & mouebant illa ad imperium Domini: neque ſciebant quandiu manendum eſſet in eodem loco. at motio loci nocebat admodum recenter circunciſis. Circuncidítque וימל i. curauit circuncidẽdos. In Colle præput. אל־גבעת הערלות In Gibeath yaraloth. nomen loci ſic dicti quòd illic circunciſi fuerint filii Iſrael.

4 Maſculi, הזכרים mares. generis maſculini. Viri bellatores אנשי המלחמה i. omnes apti ad militiam, qui exceſſerantiam viceſimum annum. 6 Qui non aud. אשר לא־שמעו בקול יהוה Qui non paruerant voci [i. imperio] Iehouæ.

7 Quos ſubſtituit in locum ip. הקים תחתם אותם Ad verbum, quos ſtare fecit pro eis.

8 Quum autem, &c. ויהי כאשר־תמו וגו׳ Ad verbum, Et fuit quando completa [finita] fuit vniuerſa gens circuncidi. Donec ſanarentur. עד־חיותם i. donec inciperent conualeſcere, ac rectius habere, manſerunt in tentoriis ſuis.

9 Deuolui opprob. גלותי את־חרפת מצרים i. abſtuli opprobriũ, ſiue ignominiam AEgypti, hoc eſt præputiũ, cui ignominiæ obnoxii eratis, propterea quòd diu habitaueratis in AEgypto. Quidam Hebræorũ interpretãtur ignominiam, opinionẽ quam alii habebant quòd deos AEgyptiacos coluiſſent. Potius interpretaberis ignominiã & probrum quod AEgyptii iaciebant in Iſraelitas, nempe Dominum eduxiſſe ipſos Iſraelitas vt eos perderet: quod verum non fuit, & ceſſauit probrum, quum ipſe Dominus induxit eos in terram promiſſam.

10 Menſis לחודש nempe primi, id eſt Martii. Ad veſperam בערב quod erat initium diei decimiquinti.

11 De fructu מעבור de frugibus: anni ſcilicet præcedentis. Non licebat enim illis veſci nouis frugibus, quouſque obtuliſſent primitias Domino. In craſtino Péסſ. ממחרת הפסח poſtridie Paſchæ, id eſt decimaſexta die Martii. nam nox eſt diei ſequentis. Et polentam וקלוי & ſpicas toſtas. 12 Et ceſſauit, &c. וישבות המן וגו׳ Nam ceſſauit man poſtridie quum comederent de frugibus terræ, &c.

13 In Iericho, ביריחו In regione Ierichuntina, ſiue in agro Iericho. In cuius manu, &c. וחרבו שלופה בידו Ad verbum, Et gladius eius euaginatus in manu eius. id eſt, tenens manu euaginatum gladium.

gladius eius euaginatus: & iuit Iehowſúay ad eũ, atque ait ei, 'Ex noſtris es, an ex aduerſariis noſtris?

14 Et dixit, "Non: ſed ſum "princeps exercitus Iehouæ, nũc 'veni. Et cecidit Iehowſúay in faciem ſuam in terram, & adorauit, dixítque ei, Quid Dominus meus "loquitur ad ſeruum ſuum?

15 Et dixit princeps exercitus Iehouæ ad Iehowſúay, Solue 'calceamentum tuum de pedibus tuis: quia locus "ſuper quo tu ſtas, "ſanctitas eſt. Et fecit Iehowſúay ſic.

Cap. VI.

Deus dat vrbem Iericho Ioſue.

1 IErinhó autẽ 'clauſa erat diligentiſſimè propter filios Iwſraél: nec erat egrediens, neque ingrediens.

2 Dixit autem Iehouah ad Iehowſúay, 'Vide, dedi in manum tuã Ierinhó, & Regem eius, *&* "potentes exercitus.

3 Circuibitis itaque vrbẽ omnes viri bellatores gyrando 'eam ſemel: ſic facies ſex diebus.

4 Porrò ſeptem Sacerdotes ferent ſeptem "tubas arietinas ante arcam: die autem ſeptima circuibitis vrbem ſeptem vicibus, & Sacerdotes illi clangent tubis.

5 Quum autem "protrahent *ſonitum* cornu arietino, cumprimũ audieritis vocem tubæ, vociferabitur vniuerſus populus vociferatione magna, & cõcidet murus vrbis "ſub ſe, '& aſcẽdet populus quiſque e regione ſui.

Ioſue cũ Sacerdotibus inuadit Iericho.

6 Vocauit ergo Iehowſúay filius Nun Sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis, ſeptẽ autem *alii* Sacerdotes tollãt ſeptem "tubas arietinas coram arca Iehouæ.

Iubet Ioſue vt Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ armati præcedant arcã.

7 Dixit quoque ad populum, Tranſite, & circuite vrbem, & "armatus præcedat arcam Iehouæ.

8 Quum autẽ *hæc* dixiſſet Iehowſúay ad populũ, ſeptem Sacerdotes ferentes ſeptem tubas arietinas, præceſſerunt *arcam* Iehouæ, & clanxerunt tubis: arca autem fœderis Iehouæ ſequebatur eos.

9 Armatus verò præcedebat Sacerdotes clãgentes tubis, '& congregans ſequebatur arcam eundo & clangendo tubis.

10 Populo autem præceperat Iehowſúay, his verbis, Nõ vociferabimini, neque facietis audire vocẽ veſtram, neque egredietur ex ore veſtro verbum *ullum* vſque ad diem quo dixero vobis, Vociferamini: & vociferabimini.

11 'Circuiuit itaque arca Iehouæ, vrbem gyrando ſemel: "& reuerſi ſunt ad caſtra, manſerúntque "in illis.

12 Rurſum ſurrexit Iehowſúay mane, tulerúntque Sacerdotes ar-

tem gladium, perrexitque ad eum, & ait, Noſter es, an aduerſariorum?

Qui reſpondit, Nequaquam, ſed ſũ princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Ioſue pronus in terrã, & adorans ait, Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum?

Solue, inquit, calceamentum tuũ de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitque Ioſue vt ſibi fuerat imperatum.

Cap. VI.

IEricho autem clauſa erat atque munita, timore filiorum Iſrael, & nullus egredi audebat aut ingredi.

Dixitque Dominus ad Ioſue, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & Regẽ eius, omnéſque fortes viros.

Circuite vrbem cuncti bellatores ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus

Septimo autem die ſacerdotes tollent ſeptem buccinas, quarũ vſus eſt in iubileo, & præcedent arcam fœderis: ſeptiéſque circuibitis ciuitatem, & ſacerdotes clangent buccinis.

Quúmque inſonuerit vox tubæ lõgior atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, cõclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientúrque ſinguli per locum cõtra quem ſteterint.

Vocauit ergo Ioſue filius Nun Sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & ſeptem alii Sacerdotes tollant ſeptem iubileorum buccinas, & incedãt ante arcã Domini.

Ad populũ quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem armati, præcedentes arcam Domini. Suprà 1.c.12

B

Quũmque Ioſue verba finiſſet, & ſeptem Sacerdotes ſeptem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini,

Omníſque præcederet armatus exercitus, reliquũ vulgus arcã ſequebatur, ac buccinis oĩa concrepabãt.

Præceperat autem Ioſue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox veſtra, neque vllus ſermo ex ore veſtro egredietur, donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate, & vociferamini.

Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem ſemel per diem, & reuerſa in caſtra, manſit ibi.

Igitur Ioſue de nocte conſurgẽte,

Ex noſtris es, &c. הלנו אתה וגו׳ Pro nobis es. vel Noſter es, an aduerſariorum? Quidã Hebræorũ dicunt id accidiſſe ipſi Ioſue per viſionẽ, dum ſcilicet ipſe cogitaret de expugnanda vrbe. 14 Non: לא ſub. ſum pro aduerſariis veſtris. Princeps exercitus Ieh. שר־צבא יהוה i. Michael Angelus qui præſum exercitui Iehouæ. Veni. באתי Quidam præteritum vertunt in præſens, venio. Loquitur מדבר Præſ. Heb. pro futuro, vt nonnulli vertunt, dicturus eſt ſeruo, id eſt mihi.

15 Calceamentum, &c. נעלך מעל רגלך Singul. Heb. pro plurali, vt quibuſdam placet, calceamenta tua de pedibus tuis. Super quo tu ſtas, אשר אתה עומד עליו קדש הוא Ad verbum, *in* quo tu ſtas ſuper eum, ſanctitas eſt. i. ſanctus, propter præſentiam meam ſcilicet.

IN CAPVT VII.

1 Clauſa erat dilig. סוגרת ומסוגרת Ad verbum, Claudens, & clauſa. Duo participia fœminina ab eodem verbo, quorum prius eſt actiuæ ſignificationis, poſterius verò paſſiuæ, & coniugationis quã Hebræi vocant Pihel. Doctus inter Hebræos exponit, Claudebat viros intra ſe, ne quiſpiam egrederetur ciuitatem: & claudebatur, ne quis ingrederetur. Vnde exponens quod dixerat, ait, Non erat egrediens, neque ingrediens. Vel idem geminat, vt indicet penitus fuiſſe clauſam, & cum ſumma diligentia.

2 Vide, dedi ראה נתתי Attende, tradidi. Potentes exercitus. גברוי החיל fortes virtutis. i. virtute bellica illuſtriſſimos.

3 Eam ſemel: את־העיר פעם אחת Antecedens pro relat. Heb. circundando eam ſemel, ſingulis ſcilicet diebus.

4 Tubas arietinas שופרות היובלים Ad verbum, cornua arietum. i. tubas factas ex cornibus arietum. tametſi quidam שופר tubam, ſiue buccinam exponant, ſed corneam. 5 Protrahent *ſonitum* cornu arie. במשך בקרן היובל prolixius clangent tubis arietinis. Sub ſe, תחתיה in loco ſuo. i. abſorptus eſt in terrã. Sic infrà verſu 20. Et aſcendet, &c. ועלו העם איש נגדו׃ i. intrabit populus vrbem, ſinguli per partem muri ſibi oppoſitam. 7 Et armatus והחלוץ Singul. Heb. pro plur. armati, id eſt tribus Ruben, tribus Gad, & dimidia tribus Manaſſe. Sic verſu nono. 9 Et congregans, &c. והמאסף הולך אחרי הארן Congregantem vocat tribum Dan, vt videre eſt ex Nume. 10. d. 25, vbi ſic legitur, Proficiſci inſuper cœpit vexillum caſtrorum filiorum Dan, recolligens omnia caſtra per exercitus ſuos. Chaldæus paraph. & tribus familiæ Dan. Alii vertunt, & qui erant in extremo agminis, ſequebantur arcam.

11 Circuiuit itaque ויסב Circuire fecit itaque. ſub. Ioſue. i. curauit vt circuiret. Et reuerſi ſunt ויבאו Ad verbum, & venerunt. paulò pòſt verſu 14 legitur, Et reuerſi ſunt. In illis. במחנה׃ in caſtris. Antecedens Heb. pro relatiuo.

tulerũt Sacerdotes arcam Domini.

13 Et ſeptem ex eis ſeptem buccinas, quarum in Iubileo vſus eſt: præcedebántque arcam Domini ambulãtes, atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum ſequebatur arcam, & buccinis perſonabat.

14 Circuierũntque ciuitatem ſecundo die ſemel, & reuerſi ſunt in caſtra. ſic fecerunt ſex diebus.

15 Die autem ſeptimo diluculo conſurgentes, circuierũt vrbem ſicut diſpoſitum erat ſepties,

C

16 Quumque ſeptimo circuitu clangerent buccinis Sacerdotes, dixit Ioſue ad omnẽ Iſrael, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatẽ:

17 Sitque ciuitas hæc anáthema, & omnia quæ in ea ſunt, Domino: ſola Rahab meretrix viuat cum vniuerſis qui cum ea in domo ſunt: abſcondit enim nuntios quos direximus.

Suprà 2.a.4

18 Vos autem cauete ne de his quæ præcepta ſunt, quidpiã contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atque turbentur.

19 Quicquid autẽ auri & argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius.

20 Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonitúſque increpuit, muri ilico corruerunt: & aſcendit vnuſquiſque per locum qui contra ſe erat, ceperúntque ciuitatem.

Heb.11.f.30

2.Mach.12.c.15

21 Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierẽ, ab infante vſq; ad ſenem: boues quoq; & oues, & aſinos in ore gladii percuſſerunt.

22 Duobus autem viris qui exploratores miſſi fuerãt, dixit Ioſue, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eã, & omnia quæ illius ſunt, ſicut illi iuramento firmaſtis.

Suprà 2.c.14
heb.11.f.31

D

23 Ingreſſique iuuenes, eduxerunt Rahab, & parẽtes eius, fratres quoque, & cunctam ſupellectilem ac cognationem illius, & extra caſtra Iſrael manere fecerunt.

24 Vrbem autẽ, & omnia quæ inuenta ſunt in ea, ſuccenderunt: abſque auro & argẽto, & vaſis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini conſecrarunt.

25 Rahab verò meretricem, & domũ patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Ioſue viuere, & habitauerunt in medio Iſrael vſque in præſentẽ diẽ: eo quòd abſconderit nuntios quos miſerat vt explorarẽt Iericho. In tẽpore illo imprecatus eſt Ioſue, dicẽs,

26 Maledictus vir coram Domino qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho: in primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, & in nouiſ-

3.Reg.16.g.34

cam Iehouæ.

13 Septem autem Sacerdotes ferentes ſeptem tubas arietinas, præcedebant arcam Iehouæ eundo, & clangebant tubis: armatus verò præcedebat eos: & congregans ſequebatur arcam Iehouæ eundo, & clangendo tubis.

14 Circuierúntque ciuitatem die ſecundo, vice alia: & *poſtea* reuerſi ſunt ad caſtra. ſic fecerunt ſex diebus.

15 "Quum autem ſeptimus dies aduenisſet, ſurrexerunt cumprimum aſcendit aurora, & circuierunt vrbem iuxta hunc morem ſeptem vicibus: tantùm die iſta circuierunt vrbem ſeptem vicibus.

16 "Hac inquã vice ſeptima quum clangerẽt Sacerdotes tubis, dixit Iehoשſúay ad populũ, Vociferamini, tradidit Iehoua vobis vrbẽ.

17 "Sit autem vrbs anáthema, ipſa & quæcunque ſunt in ea 'Iehouæ: tantùm Ranhab cauponaria viuet, ipſa, & omnes qui fuerint cum ea in domo: quia abſcondit nuntios quos miſimus.

18 Veruntamẽ vos cauete ab anathemate, ne fortè contingatis aliquid de anathemate, tollatíſq; de anathemate: "& ponatis caſtra Iשſraאél anáthema, & turbetis ea.

19 Omne autem argentum & aurum, & vaſa ærea & ferrea, "ſanctitas eſt Iehouæ, theſaurum Iehouæ ingredietur.

Iericho capitur

20 Itaque vociferatus eſt populus, poſteaquam clanxerunt tubis: quũ enim audiſſet populus vocem "tubarum, vociferatus eſt populus vociferatione maxima, & cecidit murus "ſub ſe: tũ aſcẽdit populus in vrbem quiſque e regione ſui, & *ita* ceperunt eam:

21 "Deſolauerúntque omnia quæ erant in vrbe, ab homine vſque ad mulierem, à puero vſque ad ſenem, & vſque ad bouẽ, & ouem, & aſinum, acie gladii.

Seruatur Rahab.

22 Duobus autem viris qui explorauerãt terrã, dixit Iehoשſúay, Ingredimini domum mulieris cauponariæ, & educite inde "eam, & quæcunque habet, quemadmodum iuraſtis ei.

23 Ingreſſi itaque pueri exploratores, eduxerunt Ranháb, & patrẽ eius, & matrẽ eius, & fratres eius, & omnia quæ erant ei, & omnes "familias eius eduxerũt, "ac poſuerũt eos extra caſtra Iשſraאél.

Iericho comburitur.

24 Vrbem autem ſuccenderunt igni, & omnia quæ erant in ea: tamen argentum & aurum, & vaſa ærea & ferrea poſuerunt in theſauro domus Iehouæ.

Rahab cum ſuis habitat inter filios Iſrael.

25 Et Ranháb cauponariam, & domum patris eius, & omnia quæ erant ei, "viuere fecit Iehoשſúay, habitauítque in medio Iשſraאél vſque in diem hanc: quia 'abſconderat nuntios quos miſerat Iehoשſúay ad explorandum Ierinhó.

Maledicitur reædificator vrbis Iericho.

26 Adiurauit autem Iehoשſúay tempore illo, dicendo, Maledictus ſit vir ille ante Iehouam "qui ſurget, & ædificabit vrbẽ iſtam Ierinhó: "in primogenito ſuo fundabit eam, & in paruo ſuo ſtatuet

15 Quum autem ſeptimus, &c. ויהי ביום השביעי וישכמו וגו׳ Ad verbum, Et fuit in die ſeptimo, & ſurrexerunt quum aſcenderet aurora.

16 Hac inquam, &c. ויהי בפעם השביעית וגו׳ Ad verbum, Et fuit vice ſeptima, clanxerunt ſacerdotes tubis: dixitque Iehoſua, &c.

17 Sit autem vrbs anáthema, והיתה העיר חרם id eſt, prorſus deleatur ac perdatur. Eſſe anáthema, eſt prorſus deleri, perdi, deſtrui, ac exterminari. Vide Leu.27.c.21. Iehouæ: ליהוה id eſt, in gratiam Iehouæ.

18 Et ponatis caſt. Iſ. anáthema, ושמתם את־מחנה ישראל לחרם Hebraiſmus, ne ſitis cauſa perditionis caſtrorum Iſrael.

19 Sanctitas eſt Ieh. &c. קודש הוא ליהוה אוצר יהוה יבוא: ſanctitas ſunt Iehouæ, in theſaurum Iehouæ deueniant. i. tanquam conſecrata Iehouæ, in ærarium eius inferantur.

20 Tubarum, השופר Singul. Heb. pro plur. Sub ſe: tum, &c. תחתיה ויעל וגו׳ Vide ſuprà verſu 4. Chaldæus paraph. cecidit murus ciuitatis, abſorptuſque eſt infra ſe.

21 Deſolauerúntque ויחרימו Perdiderúntque.

22 Eam, & quæcunque habet, היאשה ואת־כל־אשר־לה Ad verbum, mulierem, & omnia quæ ei. Antecedens pro relatiuo.

23 Familias eius משפחותיה cognationes eius. ſiue affines. Ac poſuerunt eos ויניחום ac collocauerunt eos, &c. donec ſcilicet edocti eſſent Legem.

25 Viuere fecit החיה viuificauit. i. ſeruauit incolumia. Alii referunt ad victum, aſſignauit eis victum, deditque eis vnde viuere poſſent.

26 Adiurauit a. וישבע ſub. filios Iſrael. Qui ſurget, & ædificabit אשר יקום ובנה i. qui tentabit, ſtudebit, conabiturq; inſtaurare Iericho. In primogenito ſuo, &c. בבכורו ייסדנה וגו׳ cum primogenito ſuo iaciet fundamenta illius: & cum minimo liberorum ſuorum ſtatuet portas eius. Hebraiſmus, quum incipiet eam inſtaurare, etiamſi tum multos liberos habuerit: quum tamen finem imponet operi, paucos habebit, aut certe vnicum, vel potius, nullum. hoc eſt, euadet orbus, & priuabitur liberis, quẽadmodũ accidit ipſi Hiel, 1. Reg.16.g.34.

portas eius.

27 ′Fuit autem Iehouáh cum Iehoשſúaע, & fama eius fuit in tota Terra.

Cap.VII.

Achan vſurpat de Anathemate.

1 PRæuaricati ſunt autem filii Iשſraאél præuaricationem in anathemate: tulit nanque עAchán filius Charmi, filii Zabdi, filii Zéraחh de tribu Iehudáh, de anathemate: ″& accenſus eſt furor Iehouæ contra filios Iשſraאél.

Exploratur Hai.

2 Porrò miſit Iehoשſúaע viros *aliquot* de Ieriחhó ″in עAi quæ erat iuxta Beth-auén ad Oriẽtem Beth-אél: dixítque illis ″in hæc verba, ″Aſcendite, & explorate terram. aſcenderunt itaque viri, & explorauerunt עAi.

3 Qui reuerſi ad Iehoשſúaע, dixerunt illi, Ne aſcendat totus populus: circiter duo millia virorum, aut *ad ſummum* circiter tria millia virorum aſcendant, ″& percutient עAi: ne fatiges *mittendo* illuc totũ populum, quia pauci ſunt.

Populus Hai percutit Iſraelem.

4 Aſcenderunt ergo è populo illuc ferè tria millia virorum, & fugerunt coram viris עAi.

5 Percuſſerúntque ex eis viri עAi circiter triginta & ſex viros, & perſequuti ſunt eos ″à porta vſque ad שSebarim, & percuſſerunt eos ″in deſcenſu: ″proinde liquefactum eſt cor populi, fuítque velut aqua.

Ioſue flet coram Domino.

6 Itaque ſcidit Iehoשſúaע veſtimenta ſua, cecidítque in faciem ſuam in terram cora arca Iehouæ vſque ad veſperam, ipſe & ſenes Iſrael, ″& poſuerunt puluerem ſuper caput ſuum.

Conqueritur Ioſue coram Domino, Iſraelem ſuperari.

7 Dixítque Iehoשſúaע, Aháh Domine Iehouáh, vtquid traduxiſti traducendo populum hunc Iardén, vt traderes nos in manum אEmorrhæi, vt perdat nos? & vtinam ″voluiſſemus, & manſiſſemus trans Iardén.

8 O Domine, ″quid dicã, poſtquam vertit Iשſraאél ceruicẽ coram inimicis ſuis?

9 Audiéntque Chenaעanæus, & omnes habitatores terræ: & vertent ſe contra nos, ″diſperdéntque nomen noſtrũ è terra: ″ſed quid facies nomini tuo magno?

10 Dixítque Iehouáh ad Iehoשſúaע, Surge, ″vt quid tu cadis ſuper faciem tuam?

11 Peccauit Iשſraאél, & etiam tranſgreſſi ſunt pactum meũ quod præceperam eis, & etiam acceperunt de anathemate, & etiam furati ſunt, & etiam ″mentiti ſunt, & etiam poſuerunt ″inter vaſa ſua.

12 Ideo non poterunt filii Iשſraאél ″ſtare coram inimicis ſuis, ceruicem vertent corã inimicis ſuis, quia ″fuerunt in anathemate: nõ addam eſſe vobiſcum, niſi diſperdatis anáthema è medio veſtri.

ſimo liberorum ponat portas eius.

27 Fuit ergo Dominus cum Ioſue, & nomen eius vulgatũ eſt in omni Terra.

Cap.VII.

1 FIlii autem Iſrael præuaricati ſũt mandatũ, & vſurpauerunt de anathemate. ¶Nam Achã filius Charmi filii Zabdi filii Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratuſque eſt Dominus contra filios Iſrael.

Infrâ 22.d.20
1.para.2.b.7

2 Quumque mitteret Ioſue de Iericho viros contra Hai, quæ eſt iuxta Beth-auen, ad Orientalem plagã oppidi Beth-el, dixit eis, Aſcendite, & explorate terram. Qui præcepta complentes, explorauerunt Hai.

3 Et reuerſi dixerunt ei, Non aſcendat omnis populus, ſed duo vel tria millia virorum pergãt, & deleant ciuitatem: quare omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes pauciſſimos?

4 Aſcenderũt ergo tria millia pugnatorum: qui ſtatim terga vertentes,

5 Percuſſi ſunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & ſex homines: perſequutique ſunt eos aduerſarii de porta vſque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque cor populi, & ad inſtar aquę liquefactum eſt.

6 Ioſue verò ſcidit veſtimẽta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperam, tam ipſe quàm omnes ſenes Iſrael: miſerúntque puluerem ſuper capita ſua,

7 Et dixit Ioſue, Heu Domine De⁹, quid voluiſti traducere populũ iſtũ Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam, vt cœpimus, manſiſſemus trans Iordanem.

B

8 Mi Domine Deus, quid dicam, videns Iſraelem hoſtibus ſuis terga vertentem?

9 Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circundabũt nos, atque delebũt nomen noſtrum de terra: & quid facies magno nomini tuo?

10 Dixìtque Dominus ad Ioſue, Surge, cur iaces pronus in terra?

11 Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum: tulerúntque de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt inter vaſa ſua.

12 Nec poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eóſque fugiet: quia pollutus eſt anathemate: nõ ero vltrà vobiſcum, donec conteratis eum qui huius ſceleris reus eſt.

27 Fuit autem, &c. ויהי יהוה וגו′ Hebraiſmus, Adfuit autem Iehoua ipſi Iehoשſua, & fama eius *ſparſa* fuit per totam terram.

IN CAPVT VII.

1 Et accenſus eſt furor Ieh. ויחר־א ף Hebraiſmus, vehementer iratus eſt Iehoua.
2 In עAi, העי Duplex fuit עAi, altera Amorrhæorum. altera Ammonitarum. Amorrhæorum hæc fuit, quæ maior erat: propterea tam diligenter eius ſitum deſcribit. In hæc verba, לאמור Ad verbum, dicendo. Aſcẽdite, &c. עלו וגו′ .i. Hinc diſcedẽtes explorate regionem: itaque illinc diſcedentes viri illi, explorauerunt Ai. 3 Et percutient עAi. ויכו את־העי id eſt expugnabitur Ai.
5 A porta לפני השער id eſt, à loco qui erat ante portam. In deſcenſu: במורד Hoc eſt, in loco decliui. Proinde liquefac. &c. וימס לבב־העם .i. fuit animo valde remiſſo. 6 Et poſuerunt ויעלו Ad verbum, & aſcendere fecerunt. i. conſperſerunt capita ſua puluere, more lugentium. 7 Voluiſſemus & manſiſſ. הואלנו ונשב Hebraiſmus, placuiſſet nobis habitare.
8 Quid dicam, מה אומר .i. Quid reſpondebo iis qui volent detrahere nomini tuo, hoc eſt hoſtibus perſequentibus nos?
9 Diſperdéntque והכריתו extirpabúntque. Sed quid facies, &c. ומה תעשה לשמך qui ſcilicet pollicitus es te daturum nobis hanc regionem: dicéntque Gentes te non potuiſſe id facere. q. d. conſule nomini tuo.
10 Vt quid tu cadis למה זה אתה נופל curnam tu corruiſti pronus? ſub. in terram. 11 Mentiti ſunt, כחשו id eſt, negauerunt ſe accepiſſe. Inter vaſa ſua. בכליהם: id eſt, cũ ſupellectile ſua. 12 Stare corã inimicis לקום לפני אויביהם id eſt, reſiſtere inimicis. Sic ſequenti verſu. Fuerunt in anathemate: היו לחרם .i. polluti ſunt anathemate. Vel vt alii, acceperũt de anathemate. Perinde id eſt quod infrà verſu 13, inuerſo ſermone dicit, Anathema eſt in medio tui Iſrael. Non addam eſſe vobiſcum לא אוסיף להיות עמכם Hebraiſmus, non adero, id eſt, non fauebo poſthac vobis.

13 Surge,ſanctifica populũ,& dic eis, Sãctificamini in craſtinũ: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, Anáthema in medio tui eſt Iſrael: non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus eſt ſcelere.

14 Accedetiſque mane ſinguli per tribus veſtras: & quancunque tribum ſors inuenerit,accedet per cognationes ſuas,& cognatio per domos,domúſque per viros.

C

15 Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua: quoniam præuaricatus eſt pactum Domini,& fecit nefas in Iſrael.

16 Surgens itaque Ioſue mane, applicuit Iſrael per tribus ſuas, & inuenta eſt tribus Iuda.

17 Quæ cum iuxta familias ſuas eſſet oblata,inuenta eſt familia Zare: illã quoque per domos offerens, reperit Zabdi.

18 Cuius domum in ſingulos diuidẽs viros,inuenit Achan filium Charmi, filii Zabdi,filii Zare de tribu Iuda.

19 Et ait Ioſue ad Achã,Fili mi,da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere,atque indica mihi quid feceris,ne abſcondas.

20 Reſponditque Achan Ioſue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael,& ſic & ſic feci.

21 Vidi enim inter ſpolia palliũ coccineum valde bonum,& ducentos ſiclos argẽti, regulámque aureã quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli,& abſcondi in terra cõtra medium tabernaculi mei,argentúmque foſſa humo operui.

D

22 Miſit ergo Ioſue miniſtros:qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abſcondita in eodem loco,& argentum ſimul.

23 Auferentéſque de tentorio,tulerũt ea ad Ioſue,& ad omnes filios Iſrael, proiecerúntque ante Dominum.

24 Tollẽs itaque Ioſue Achan filium Zare,argentúmque & pallium,& auream regulam,filios quoque & filias eius, boues & aſinos & oues,ipſúmque tabernaculum,& cunctam ſupellectilem: & omnis Iſrael cum eo,duxerunt eos ad Vallem Achor.

25 Vbi dixit Ioſue,Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Iſrael:& cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.

26 Congregauerúntque ſuper eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. Et auerſus eſt furor Domini ab eis: vocatũque eſt nomen loci illius,Vallis achor, vſque hodie.

13 ʹSurge,præpara populum,& dicas,Præparate vos in craſtinũ: ſic enim dicit Iehoua Deus Iẅſraℵél, Anáthema eſt in medio tui Iẅſraℵél:non poteris ſtare coram inimicis tuis,donec abſtuleritis anáthema è medio veſtri.

14 ʹAccedetíſque mane per tribus veſtras:& tribus quã deprehẽdet Iehouáh accedet per familias: & familiaʹquam deprehendet Iehouáh,accedet per domos:& domus quam deprehendet Iehouáh,accedet per viros.

15 Qui autem deprehẽſus fuerit in anáthemate,comburetur igni, ipſe,& omnia quæ eius ſunt: quòd tranſgreſſus ſit pactũ Iehouæ, quódque fecerit nefas in Iẅſraℵél.

16 Surrexit itaque Iehoẅſúay mane,& accedere fecit Iẅſraℵél per tribus ſuas,ʺ& deprehenſa eſt tribus Iehudáh.

17 Tum applicuit familiam Iehudáh,& deprehẽdit familiam Zarnhi: applicuit deinde familiam Zarnhiʹper viros, & deprehenſa eſt *familia* Zabdi.

18 Et applicuit domum eius per viros, deprehenſúſque eſt yAchán filius Charmi,filii Zabdi,filii Zeranh de tribu Iehudáh.

19 Dixítque Iehoẅſúay ad yAchán,Fili miʺda quæſo gloriam Iehouæ deo Iẅſraℵél,ʹ& da ei confeſſionẽ,atque indica nũc mihi quid feceris,ʺne abſcondas à me.

20 Reſpondit yAchán ad Iehoẅſúay,& ait, Verè ego peccaui Iehouæ Deo Iẅſraℵél,ʺ&tale & tale feci.

21 Vidi inter ſpoliaʹpalliũ Babylonicum quoddãʺbonũ,& ducẽtos ẅſeclos argenteos,ʺ& virgam auream vnam, quinquaginta ẅſeclorum pondus eius, quæ concupiui,tulíque illa, & ecce abſcondita ſunt in terra in medio tabernaculi mei,& argentumʺſub eo.

22 Tum miſit Iehoẅſúay nuntios, qui cucurrerunt ad tabernaculum,ecce abſconditum erat in tabernaculo eius,& argentũ ſub eo.

23 Acceperunt ergo ea de medio tabernaculi, & attulerunt ea ad Iehoẅſúay, & ad omnes filios Iẅſraℵél, ſtatuerúntque ea coram Iehouáh.

24 Tollens igitur Iehoẅſúay yAchánʹfilium Zéranh,& argẽtum,& pallium,& virgam aureã, & filios eius,& filias eius, & boues eius, & aſinos eius, & pecora eius & tabernaculum eius, & omnia quæ erant eius:itaque vniuerſus Iẅſraℵél *qui erat* cum eo,ʺdeduxerũt ea in Vallem yAchór.

25 Dixítque Iehoẅſúay,Cur turbaſti nos?ʹturbet te Iehouáh in die hac. & obruerunt eum vniuerſus Iẅſraℵél lapidibus, combuſſerúntque eos igni,ʺac lapidauerunt eos lapidibus.

26 Et ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum vſque in diem hanc: ʺ& auerſus eſt Iehouáh ab ira furoris ſui: ideoʹvocauit nomen loci illius,Vallem yAchór,vſque ad diem hanc.

Comburi iubet Deus furẽ rerũ anathemati addictarum.

Quid ſubduxerit Achan de iis quæ flammis abſumi debebant.

Achã lapidatur, & omnes facultates ipſius cõburuntur,propter furtum anathematis.

---

13 Surge,קום q.d.Rumpe moras. 14 Accedetiſq; mane per trib.ve. ונקרבתם בבוקר לשבטיכם id eſt,conuenietis ſinguli ad tribum veſtram. Quam deprehendet Iehoua. אשר ילכדנו יהוה id eſt,quæ deprehendetur indicante Domino accepiſſe de anathemate:hoc eſt, ſuper quam ſors temperata à Domino ceciderit. 16 Et deprehenſa eſt. וילכד ſub.reſeruaſſe de anathemate.

17 Per viros, לגברים Significat principes familiarũ. 19 Da quæſo glor.Ieh. שים־נא כבוד ליהוה Ad verbum,Pone quæſo [vel nũc] gloriam Iehouæ.Hebraiſmus,id eſt,glorifica Deum cuius nutu cecidit ſors ſuper te. Et da ei confeſſ.ותן־לו תודה Hebraiſmus, fatere peccatum in gloriam eius & laudem. Ne abſcondas à me. אל־תכחד ממני: Hebraiſmus,ne me celes.

20 Et tale & tale וכזאת וכזאת & ſic & ſic. vel,& hoc & hoc. 21 Pallium אדרת chlamydem.veſtem.Stolam Babylonicam. Bonum,טובה pulchrum.elegans. Et virgam ולשון ligulam.vel,laminam. Sub eo. תחתיה: ſcilicet pallio.

24 Filium בן Pro nepote poſitum. Deduxerunt ea ויעלו אתם Ad verbum,& aſcendere fecerunt ea.

25 Turbet te יעכרך turbabit te.i.ſumet de te pœnas. Ac lapidauerunt,&c. ויסקלו אתם באבנים: .i.poſteaquam lapidauerunt eos. Alii ita exponunt, & coniecit in eum vniuerſus Iſrael lapides: dum ſcilicet duceretur ad ſupplicium, & combuſſerunt eos igni, & coniecerunt ſuper illos,id eſt,ſuper cineres illorum, magnam vim lapidum. 26 Et auerſus eſt,&c. וישב יהוה מחרון אפו .i.placatus eſt Iehoua, ſedata eſt ira eius. Vocauit קרא ſub.is qui indidit nomen loco. Quidam,vocauerunt.vel,vocatum fuit.

Cap. VIII.

Deus dat vrbẽ Hai in manus Iosue.

1 Dixítque Iehouáh ad Iehoשſúay, Ne timeas,& ne″terrearis: cape tecum°omnem populum bellatorem,& ſurge,aſcende in yAi:vide,dedi in manu tua regem yAi,ac populũ eius,vrbémque eius,& terram eius:

2 Faciéſque yAi,& Regi eius quemadmodũ feciſti Ierinhó,& Regi eius:tamẽ ſpolia eius,& animalia eius″prædabimini vobis.pone tibi inſidias ciuitati″à tergo eius.

Ioſue compoſito exercitu proficiſcitur ad Hai.

3 Surrexit itaque Iehoשſúay & omnis populus bellator,vt aſcenderent in yAi: & elegit Iehoשſúay triginta millia virorũ fortium robore,miſitque eos nocte:

4 Ac præcepit eis,dicendo,″Videte vos,inſidiabimini vrbi à tergo eius:ne″elõgetis vos ab ea valde,ſed eſtote *ſemper* omnes vos parati:

5 Ego autem,& omnis populus qui mecum eſt,accedemus ad vrbem.quum autem egrediẽtur in occurſum noſtrum, ſicuti prius, fugiemus ante eos:

6 Tunc egredientur poſt nos, donec″auellamus eos ab vrbe , dicent enim,Fugiunt ante nos,vt prius:& fugiemus ante eos.

7 ″Vos autẽ ſurgetis ex inſidiis,″& expelletis *habitatores* vrbis:tradétque eam Iehouáh Deus veſter in manum veſtram.

8 Quum ceperitis vrbem,ſuccendetis eam igni:iuxta verbum Iehouæ facietis:″videte, præcepi vobis.

9 Miſit inquam eos Iehoשſúay,& perrexerunt ad inſidias,manſerúntque inter Beth-אél & yAi ab Occidente yAi: manſit autem Iehoשſúay nocte illa in medio populi.

10 Poſtea ſurrexit Iehoשſúay ſummo mane,″numerauítque populũ,″atque aſcẽdit ipſe & Seniores Iשſraאél ante populũ *ad* yAi.

11 Omnis quoque populus bellator qui erat cũ eo, aſcenderũt, & appropinquauerũt,venerúntque e regione vrbis,atque caſtrametati ſunt″ab Aquilone ipſi yAi:″vallis autẽ erat inter ipſum & yAi.

12 Tulit præterea circiter quinque millia virorum,quos poſuit″in inſidiis inter Beth-אél & yAi ab Occidente ipſi ciuitati.

13 ″Et propius acceſſit″populus, *id eſt*, omnia caſtra quæ erãt ab Aquilone ipſi ciuitati,″& inſidiæ eius *quæ erant* ab Occidẽte ipſi ciuitati:″perrexítque Iehoשſúay nocte illa in medium vallis.

14 Et fuit,″quũ videret Rex yAi,″feſtinauerũt, & mane ſurrexerũt, atque egreſſi ſunt homines vrbis″in occurſum Iשſraאél in præliũ, ipſe & vniuerſus populus eius ad tempus conſtitutum,″ante campeſtria: neſciebat autem quòd inſidiæ eſſent ſibi à tergo ciuitatis.

Ioſue fugam ſimulat.

15 ″Et cæſi ſunt Iehoשſúay & vniuerſus Iשſraאél ante eos, & fugerunt per viam″ſolitudinis.

Cap. VIII.

1 Dixit autem Dominus ad Ioſue, Ne timeas,neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai. ecce tradidi in manũ tuam Regem eius, & populũ,vrbémque & terram.

2 Faciéſque vrbi Hai,& Regi ei⁹:ſicut feciſti Iericho, & regi illius : prædam verò,& omnia animãtia diripietis vobis:pone inſidias vrbi poſt eã.

Supra 6.c.20

3 Surrexitque Ioſue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt aſcenderent in Hai : & electa triginta millia virorum fortium miſit nocte:

4 Præcepitque eis,dicens ,Ponite inſidias poſt ciuitatem:nec longius recedatis,& eritis omnes parati:

5 Ego autem , & reliqua multitudo quæ mecum eſt,accedemus ex aduerſo,cõtra vrbem . quúmque exierint contra nos,ſicut antè fecimus,fugiemus,& terga vertemus:

B

6 Donec perſequentes ab vrbe,longius protrahãtur:putabũt enim nos fugere ſicut prius.

7 Nobis ergo fugiẽtibus,& illis perſequẽtibus, cõſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis ciuitatẽ: tradétque eã Dominus Deus veſter in manus veſtras.

8 Quúmque ceperitis vrbẽ,ſuccẽdite eam,& ſic omnia facietis vt iuſſi.

9 Dimiſitque eos , & perrexerunt ad locum inſidiarum,ſederúntque inter Beth-el & Hai , ad Occidẽtalem plagam vrbis Hai:Ioſue autem nocte illa in medio manſit populi,

10 Surgénſque diluculo recenſuit ſocios , & aſcendit cum Senioribus in fronte exercitus,

11 Vallatus auxilio pugnatorum. quúmque veniſſent, & aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis, ſteterunt ad Septentrionalem vrbis plagam , inter quam & eos erat vallis media.

C

12 Quinque autem millia viros elegerat , & poſuerat in inſidiis inter Beth-el & Hai ex Occidentali parte eiuſdem ciuitatis:

13 Omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciẽ dirigebat,ita vt nouiſſimi mnltitudinis Occidentalẽ plagã vrbis attingerent.abiit ergo Ioſue nocte illa,& ſtetit in vallis medio.

14 Quod quum vidiſſet rex Hai , feſtinauit mane , & egreſſus eſt cũ omni exercitu ciuitatis : direxitque aciem contra deſertum , ignorãs quòd poſt tergum laterent inſidiæ.

15 Ioſue verò & omnis Iſrael ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis viam.

IN CAPVT VIII.

1 Terrearis: תחת formides. Omnem pop.bell. את כל־עם המלחמה .i.vniuerſos milites. 2 Prædabimini. תבוזו diripietis. A tergo eius. מאחירה: .i.ad plagam Occidentalem,vt infrà verſu 9 4 Videte vos,inſid. ראו אתם אורבים לעיר Attẽdite vos,inſidiabimini.Præſ.Heb.pro fut. Elongetis vos תרחיקו recedatis. 6 Auellamus התיקנו abducamus.abſtrahamus.

7 Vos autem ſurg. ואתם תקומו Vos interim ſurgetis. Et expelletis והורשתם & propelletis.i.perdetis.

8 Videte, præcepi vob. ראו צויתי אתכם .i.attendite diligenter quòd præceperim vobis. 10 Numerauitq; ויפקוד recenſuitque.aut viſitauit.i.attentè cõſiderauit an omnes parati eſſent. Atq; aſcendit. ויעל .i.præceſſit populũ vt pergeret,comitatus Senioribus Iſrael,qui erant ei à conſiliis. 11 Ab Aquilone מצפון in parte Septẽtrionali ad quam deflexerant. Vallis autẽ והגי inſignis ſcilicet:aut ea in qua prius caſi fuerant Iſraelitæ. 12 In inſidiis אורב Has ſecundas inſidias miſit vt falleret ciues vrbis,ne ſcilicet ſuſpicarentur alias eſſe inſidias.

13 Et propius acceſſit וישימו ſub.ad vrbem.appropinquauit vrbi. Ad verbum,Et poſuerunt.ſub.ſeſe propinquiores. Populus,*id eſt* omnia caſtra העם את־כל־המחנה Per appoſitionẽ dictũ,omnia caſtra q.d.populus,hoc eſt vniuerſus exercitus qui erat,&c, Et inſidiæ eius ואת־עקבו Sic dicuntur ab aſtutia & calliditate.q.d.coniunxerunt ſeſe inſidiæ quinque millium cum caſtris. Perrexitque וילך .i.deduxit exercitum, Alii vertunt,perrexitque Iehoſua per medium vallis,vbi erat exercitus,curando ſcilicet quæ ad illum ſpectabant.

14 Quũ videret כראות .i.quũ intelligeret quæ fierent. Feſtinauerũt, וימהרו ipſe ſcilicet cũ ſuis. In occurſum לקראת.i.vt occurrerent,hoc eſt inuaderent. Ante campeſtria: לפני הערבה ante ſolitudinem.Chaldæus paraph.in planitie. quæ ſcilicet erat ante vallem in qua erat exercitus. 15 Et cæſi ſunt וינגעו Et percuſſi ſunt.i. finxerunt ſe non poſſet ſuſtinere impetum eorum , & fugerunt via quæ ducit ad deſertum. Solitudinis. המדבר: deſerti.Doctus inter Hebræos ducit,nomine Deſerti intelligi etiam locum quencunque paſcuorum.

D At illi vociferantes pariter, & ſe mutuò cohortantes, perſequuti ſunt eos. quumque receſſiſſent à ciuitate,

Et ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth-el remanſiſſet qui nõ perſequeretur Iſrael (ſicut eruperãt, aperta oppida relinquentes)

Dixit Dominus ad Ioſue, Leua clypeum qui in manu tua eſt contra vrbem Hai: quoniam tibi tradam eam. Quúmque eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis,

Inſidiæ quæ quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & ſuccenderunt eã.

Viri autem ciuitatis qui perſequebantur Ioſue, reſpicientes, & vidẽtes fumum vrbis ad cælum vſque conſcẽdere, non potuerunt vltrà huc illucque diffugere: præſertim cum hi quiſi mulauerant fugam, & tendebant ad ſolitudinem, contra perſequẽtes fortiſſime reſtitiſſent.

E Vidénſque Ioſue & omnis Iſrael quòd capta eſſet ciuitas, & fumus vrbis aſcenderet, reuerſus percuſſit viros Hai.

Siquidem & illi qui ceperãt & ſuccenderant ciuitatem, egreſſi ex vrbe contra ſuos, medios hoſtium ferire cœperunt. quũ ergo ex vtraque parte aduerſarii cæderẽtur, ita vt nullus de tanta multitudine ſaluaretur:

Regẽ quoque vrbis Hai apprehẽderunt viuẽtem, & obtulerũt Ioſue.

Igitur omnibus interfectis qui Iſraelem ad deſerta tendentem fuerãt perſequuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuerſi filii Iſrael percuſſerunt ciuitatem.

Erant autem qui in eodem die cõciderant, à viro vſque ad mulierem, duodecim milia hominum, omnes vrbis Hai.

Ioſue verò non cõtraxit manum, quam in ſublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.

Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiſerũt ſibi filii Iſrael, ſicut præceperat Dominus Ioſue.

Qui ſuccendit vrbem, & fecit eam tumulum ſempiternum:

Regem quoque eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam & ſolis occaſum. Præcepitq; Ioſue, & depoſuerunt cadauer eius de cruce: proiecerúntq; in ipſo introitu ciuitatis, cõgeſto ſuper eũ magno aceruo lapidũ, qui permanet vſq; in præſentẽ diẽ.

Tunc ædificauit Ioſue altare Domino Deo Iſrael in monte Hebal,

Exod.20.d.25 deut.27.a.5

Sicut præceperat Moyſes famulis Domini filiis Iſrael, & ſcriptum eſt in volumine legis Moyſi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit ſuper eo holocauſta Domino, immolauitque pacificas victimas.

16 ′Et conuocati ſunt omnes populi in ciuitate vt perſequerẽtur eos: & perſequuti ſunt Iehoשſuáy, ″auulſique ſunt à ciuitate.

71 Neque remanſit quiſquam de yAi & Bethאél qui non egreſſus ſit poſt Iשſraאél; reliquerúntque ciuitatem apertam, & perſequuti ſunt Iשſraאél.

18 Dixit autẽ Iehouáh ad Iehoשſúay, ″Eleua haſtam quæ eſt in manu tua contra yAi: quia in manu tua dabo eam. Et eleuauit Iehoשſúay haſtam quæ erat in manu ſua contra ciuitatem,

Deus cõſulit ipſi Ioſue quid agat.

19 Tum inſidiæ ſurrexerunt feſtinanter è loco ſuo, & cucurrerunt quum eleuaſſet ″manum ſuam, venerúntque ad vrbem, & ceperũt eam, ″ac feſtinantes ſuccenderunt vrbem igni.

20 ″Conuertentes autẽ ſeſe viri yAi poſt tergum, viderunt. & ecce aſcẽdebat fumus vrbis ad cælum, ″& non erant eis loca ad fugiendum huc aut illuc: populus autem qui fugerat in deſertum, conuerſus eſt in perſequentes.

Hai ſuccẽditur.

21 Iehoשſúay verò & vniuerſus Iשſraאél vbi viderunt quòd inſidiæ cepiſſent vrbem, aſcendiſſétque fumus vrbis, reuerſi ſunt, & percuſſerunt viros yAi.

Hai populus occiditur.

22 ″Illi præterea egreſſi ſunt de ciuitate in occurſum eorum, ′fuerúntque Iשſraאéli in medio, iſti hinc, & illi inde: & percuſſerũt eos ′vſquequo non remaneret eis ſuperſtes & euaſor:

Rex Hai cõprehenſus ducitur ad Ioſue.

23 Regémque yAi ceperunt viuum, ″& obtulerũt eũ Iehouשſúay.

24 Quum autem finem feciſſet Iשſraאél occidendi omnes habitatores Hai in agro, *id eſt* in deſerto, ″quò perſequuti fuerant eos, & cecidiſſent omnes ipſi acie gladii, donec ″conſumerentur, reuerſus eſt vniuerſus Iשſraאél ad yAi, & percuſſerunt eam acie gladii.

25 Fuítque *numerus* omniũ qui ceciderunt in die illa, à viro vſque ad mulierem, duodecim milia, omnes viri yAi.

12000. occiſi.

26 Porrò Iehoשſúay ″non reduxit manum ſuam quam extenderat ad lanceam, donec interficeret omnes habitatores yAi.

27 Tantùm animalia & ſpolia vrbis eius prædati ſunt ſibi filii Iשſraאél, iuxta verbum Iehouæ, quod præceperat ipſi Iehoשſúay.

Præda diuiditur.

28 Succendit igitur Iehoשſúay yAi, & poſuit eam ″tumulum ſempiternum ′deſolationem vſque in diem hanc.

29 Regẽ verò yAi ſuſpendit in ligno vſque ad tempus veſpertinũ: quúmque occubuiſſet ſol, ″præcepit Iehoשſúay, ″& depoſuerũt cadauer eius de ligno, & proiecerũt illud ″ad oſtiũ portæ ciuitatis, ″& ſtatuerunt ſuper illud aceruũ lapidum grandẽ vſq; ad diem hanc.

Rex Hai ſuſpẽditur.

30 ′Tunc ædificauit Iehoשſúay altare Iehouæ Deo Iשſraאél in mõ″te yEbál,

Conſtruitur altare lapideum cui inſcribitur Deuteronomium.

31 Queẽadmodũ præceperat Moשſéh ſeruus Iehouæ filiis Iשſraאél, ′ſicut ſcriptum eſt in libro Legis Moשſéh, altare *inquam* ex lapidibus ′integris, ſuper quos non ″leuauit ferrũ: & immolauerunt ſuper illud holocauſta Iehouæ, & ſacrificauerunt pacifica.

16 Et cõuocati ſunt, &c. ויזעקו כל העם אשר בעיר לרדוף אחריהם Itaq; cõgregatus eſt vniuerſus populus qui erat in vrbe, vt perſequeretur eos. Auulſique ſunt וינתקו abductique. vel abſtracti. 18 Eleua נטה Hæc vox tendere, ſiue extendere, aut expandere ſignificat: hic autem eleuare, vt etiam Chaldæus interpres vertit. In fine haſtæ erat vexillum. Eleua igitur dixit, vt daret ſignum iis qui erant in inſidiis.

19 Manum ſ. ידו quæ ſcilicet tenebat lanceam. Ac feſtinantes ſuccend. וימהרו ויציתו Ad verbum, ac feſtinauerunt, & ſuccenderunt. pro, feſtinanter ſuccenderunt, vel feſtinauerunt ſuccendere. 20 Conuertentes autem ſeſe, &c. ויפנו אנשי העי וגו׳ Porrò ciues Ai retro ſpectantes, viderunt fumum vrbis in cælum vſque aſcendẽtem. Et non erant eis loca, &c. ולא היה בהם ידים לנוס הנה והנה & non erat in eis locus ad fugiendum, &c. vel vt Chaldæus paraph vertit, & non erat eis virtus vt fugerent.

22 Illi præterea ואלה Significat inſidias quæ incenderant vrbem, quæ delituerant. Fuerúntque Iſraאeli in medio, ויהיו לישראל Hebraiſmus, intercepti ſunt ab Iſraelitis, ita vt à fronte & à tergo cingerentur ab Iſraelitis. Vſquequo non remaneret, &c. עד בלתי השאיר להם ita vt nemo illorum ſuperſtiterit, aut euaſerit. 23 Et obtulerunt ויקריבו Ad verbum, & accedere fecerunt. vel appropinquare.

24 Quò perſequuti fue. e. אשר רדפום בו Ad verbũ, quò perſequuti fuerant eos in eo. Eos, nempe Iſraelitas. Conſumerentur תומם finirentur. i. perderentur ad vnum omnes. 26 Non reduxit manum ſ. &c. לא השיב ידו אשר נטה non retraxit manum, &c. i. non depoſuit lanceam quam manu tenebat. 28 Tumulum תל ſub. lapidum. Deſolationem שממה ſolitudinem. vel, ruinam.

29 Præcepit Ieh. & depoſ. צוה יהושע ויורידו Hebraiſmus, pro, præcepit Iehoſuah vt deponerent. Ad oſtiũ portæ אל פתח שער .i. in foueã quandã quæ erat iuxta portã vrbis. Et ſtatuerũt ויקימו & erexerũt. 30 Tunc אז expugnata ſcilicet vrbe. 31 Sicut ſcriptũ eſt ככתוב Vide Exo.20.d.24, & Deu.27.a.3. Integris שלמות .i. non cæſis, aut dolatis. mox ſe ipſum declarat. Leuauit הניף ſub. latomus.

Scripſit quoque ibi in lapidibus ″iteratam Legem Moשſéh, quā ſcripſit coram filiis Iשſraאél. 32

Vniuerſus autē Iשſraאél & Seniores eius, & Præfecti ac Iudices eius ſtabant ″hinc & inde ad arcam in conſpectu Sacerdotum, Leuitis portantibus arcam fœderis Iehouæ, tam peregrinus quàm indigena: media pars eius *erat* contra montē Gerizím, & media pars eius contra montem עEbál, quemadmodū præceperat Moשſéh ſeruus Iehouæ, vt benediceret populo Iשſraאél primúm. 33

Ioſue benedicit populo Iſrael.

Et poſt hæc legit omnia verba Legis, benedictionem & maledictionem ″omnino vt ſcriptum eſt in libro Legis. 34

Non fuit ″verbum ex omnibus quæ præceperat Moשſéh, quod non legerit Iehoשſúaע coram vniuerſo cœtu Iשſraאél, & mulieribꝰ, & paruulis, & peregrinis ″ambulātibus in medio eorū. Cap. IX. 35

Congregantur reges Aliquot contra Ioſue.

QVum autem audiſſent omnes Reges qui erant ″trans Iardén in monte, & in planitie, ″& in toto litore Maris magni e regione Lebanón, הHitthæus, אEmoræus, Chenaעanæus, Perizæus, הHiuæus, & Iebuסſæus: 1

Congregauerunt ſeſe pariter ad pugnandum cum Iehoשſúaע & Iשſraאel ″conſenſu vno. 2

Gabaonitæ callidè petunt pacē à Ioſue.

At habitatores Gibעón audientes quod fecerat Iehoשſúaע ipſi Ieriחó & עAi, 3

Egerunt etiam ipſi callidè: abierūt nanque & ″finxerunt ſe legatos eſſe, & tulerunt ſaccos ″veteres aſinis ſuis, & vtres vini veteres, ″& ſciſſos, atque colligatos: 4

Et calceamēta vetera, ″& reſarta in pedibus ſuis, & veſtes veteres ſuper ſe: & vniuerſus panis ″viatici eorū aruerat, *&* mucidus erat. 5

Perrexerunt ergo ad Iehoשſúaע in caſtra *quæ erant in* Gilgál, dixerúntque ei, ″& ad virum Iשſraאél, E terra longinqua venimus: ″& nunc percutite nobiſcum ″fœdus. 6

Tunc reſpondit vir Iשſraאél ″ad הHiuæum, Fortè ″in medio mei tu habitas, & quomodo percutiam tecum fœdus? 7

At illi dixerunt ad Iehoשſúaע, ″Serui tui ſumus. Quibus ait Iehoשſúaע, Quinam eſtis, & vnde veniſtis? 8

Reſponderunt ei, E terra longinqua valde venerunt ſerui tui, in nomine Iehouæ Dei tui. audiuimus enim famā eius, & omnia quæ fecit in AEgypto: 9

Omnia item quæ fecit duobus Regibus אEmoræi, qui erāt trās Iardén, Siחón regi הHeעſbón, & עOg regi Baשſan, *qui habitabant* in עAſtharóth. 10

Dixerúntque nobis ″Seniores noſtri & omnes habitatores terræ noſtræ, his verbis, Tollite in manu veſtra eſcam pro itinere, & ite in occurſum eorum, ac dicite illis, ″Serui veſtri ſumus: & nūc percutite nobiſcum fœdus. 11

32 Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomium legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſrael.

33 Omnis autem populus, & maiores natu, ducéſque ac iudices ſtabant ex vtraque parte arcæ, in conſpectu Sacerdotum qui portabāt arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. media pars eorum iuxta mōtem Garizim, & media iuxta montem Hebal, ſicut præceperat Moyſes famulus Domini, Et primûm quidem benedixit populo Iſrael.

G

34 Poſt hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ ſcripta erant in Legis volumine

35 Nihil ex iis quæ Moyſes iuſſerat reliquit intactum, ſed vniuerſa replicauit corā omni multitudine Iſrael, mulieribꝰ ac paruulis, & aduenis qui inter eos morabantur. Cap. I X.

1 QVibus auditis, cuncti Reges trans Iordanem qui verſabantur in montanis & campeſtribus, in maritimis ac litore Magni maris, ii quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebuſæus,

2 Congregati ſunt pariter, vt pugnarent cōtra Ioſue & Iſrael, vno animo eadémque ſententia.

3 At ii qui habitabāt in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Ioſue, Iericho & Ha,

4 Et callidè cogitantes, tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos atq; conſutos:

5 Calceamentáque perantiqua quæ ad indicium vetuſtatis, pittaciis conſuta erāt, induti veteribus veſtimētis: panes quoq; quos portabāt ob viaticū, duri erāt, & in fruſtra cōminuti:

6 Perrexerúntque ad Ioſue qui tunc morabatur in caſtris Galgalæ, & dixerūt ei, atque ſimul ōni Iſraeli, De terra lōginqua venimus, pacē vobiſcum facere cupientes. Reſpōderūnt

7 que viri Iſrael ad eos, atque dixerūt, Ne fortè in terra quæ nobis ſorte debetur, habitetis, & nō poſſimus fœdus inire vobiſcum.

8 At illi ad Ioſue, Serui, inquiunt, tui ſumus. Quibus Ioſue ait, Quinā eſtis vos, aut vnde veniſtis?

9 Reſpōderunt, De terra longinqua valde venerunt ſerui tui in nomine Domini Dei tui. audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in AEgypto,

10 ‖Et duobus Regibus Amorrhæorū qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Heſebon, & Og regi Baſan, qui erant in Aſtaroth:

Num.21.e.24

11 Dixerúntque nobis Seniores & omnes habitatores terræ noſtræ, Tollite in manibus veſtris cibaria ob lōgiſſimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui veſtri ſumus: fœdus inite nobiſcum.

32 Iteratam Legem את משנה תורת Vide Deuter.17.d.18. 33 Hinc & inde ad arcam מזה ומזה לארון .i.ex vtraque parte arcæ. 34 Omnino vt ככול Ad verbum, iuxta omne quod, &c. 35 Verbum דבר quicquam. Ambulantibus, &c. החולך בקרבם: incedentibus in medio eorum.i.qui verſabantur inter illos, & conuerſi erant ad fidem illorum.

IN CAPVT IX.

1 Trans בעבר vltra, reſpectu ſcilicet campeſtrium Moab. Et in toto litore, &c. ובכול חוף הים וגו׳ .i.in toto illo tractu qui adiacet Mari mediterraneo, & reſpicit Libanum qui eſt in parte Septentrionali. 2 Conſenſu vno. פה אחד: Ad verbū, ore vno. Hebraiſmus, pro, conſenſu vnanimi, & eadem ſentētia, vt exponit doctus inter Hebræos. 4 Egerūt etiā ipſi callidè: ויעשו גם המה בערמה Vſi ſunt & ipſi aſtutia. vt & Ioſue fuerat vſus in expugnatione עAi. Quidam Hebræorum exponit, ſicut etiam fecerant filii Iaacob בערמה in dolo cum filio Sichem filio Hamor, qui fuit Heuæus, Gene. 34.b.13. Et habitatores Gabaon, ex Heuæis fuerūt, vt habes paulo pòſt, verſu 7. Quæ ſubauditio longius petita videtur. Finxerunt ſe legatos eſſe ויצטירו Ad verbū, fecerunt ſe legatos. Veteres בלים putridos. vetuſtos, id eſt vetuſtate cōſumptos, quibus ſtrauerūt aſinos ſuos. Et ſciſſos, atq; colligatos. ומבוקעים ומצוררים & ruptos [præ vetuſtate ſcilicet] & colligatos, præ ruptura. 5 Et reſarta ומטולאות .i.quæ varia fruſta corii aſſuta habebant. Viatici e. צידם Hæc vox ſignificat cibū, ſiue eſcā. propriè venationē. Paulo pòſt ſeipſum explicat verſu 11, quū pro vna dictione Viatici dicit Cibum pro itinere. 6 Et ad virum Iשſr. ואל איש ישראל Phraſis Hebræa, pro Iſraelitis, vt & ſequenti verſu. niſi quendā ex Iſraelitis exponas. Et nunc percutite ועתה כרתו obſecrantes vt percutiatis. Fœdus. ברית pacis ſcilicet. 7 Ad הHiuæum, אל החוי .i.ad Gabaonitas qui erāt Heuæi. In medio m. בקרבי .i.in terra quā Dominus dedit mihi. 8 Serui tui ſu. עבדיך אנחנו Hebraiſmus, Volumus tibi ſeruire. 11 Seniores noſtri זקינינו Significant Senatum. Serui veſtri ſu. עבדיכם אנחנו q.d. agnoſcimus vos dominos ac victores, volumúſque eſſe ſerui veſtri.

En panes quando egreſſi ſumus de domibus noſtris vt venirem′ ad vos, calidos ſumpſimus: nūc ſicci facti ſūt & vetuſtate nimia comminuti.

Vtres vini nouos impleuimus, nūc rupti ſūt & ſoluti. veſtes & calceamēta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita ſunt, & penè conſumpta.

Suſceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt.

2.Reg.21.a.2

C |Fecitque Ioſue cum eis pacem′, & inito fœdere pollicitus eſt vt non occiderētur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis.

Poſt dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd invicino habitarent, & inter eos futuri eſſent.

Moueruntque caſtra filii Iſrael, & venerūt in ciuitates eorum die tertio: quarum hæc vocabula ſunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariath-iarim.

Et non percuſſerunt eos, eo quòd iuraſſent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Iſrael. murmurauit itaque omne vulgus contra principes.

Qui reſponderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Iſrael. & idcirco nō poſſumus eos cōtingere.

Sed hoc faciemus eis, Reſeruētur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini cōcitetur, ſi peierauerimus eis.

Sed ſic viuant, vt in vſus vniuerſæ multitudinis ligna cædant, aquáſque cōportent. Quibus hæc loquentibus,

D Vocauit Gabaonitas Ioſue, & dixit eis, Cur nos fraude decipere voluiſtis, vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: quum in medio noſtri ſitis?

Itaque ſub maledictione eritis, & nō deficiet de ſtirpe veſtra ligna cædens, aquáſque comportans in domum Dei mei.

Qui reſponderunt, Nuntiatum eſt nobis ſeruis tuis quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus Moyſi ſeruo ſuo vt traderet nobis omnem terram, & diſperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur valde, & prouidimus animabus noſtris, veſtro terrore compulſi, & hoc conſilium iniuimus.

Nunc autem in manu tua ſumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis.

Fecit ergo Ioſue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Iſrael, vt non occiderentur.

Decreuitque in illo die eos eſſe in miniſterio cūcti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas com-

12 Iſte *eſt* panis noſter, calidum pro viatico′ parauimus de domibus noſtris die qua egreſſi ſumus vt veniremus ad vos: nunc autem ecce aruit & ſiccus eſt.

13 Et iſti *ſunt* vtres vini, quos impleueramus nouos, & ecce ſciſſi ſunt: & iſta *ſunt* veſtimenta noſtra & calceamenta noſtra, veterauerunt propter maximum iter.

14 Acceperunt ergo′ viri illi de viatico illorum, ′& os Iehouæ non interrogauerunt.

15 Et fecit cū eis Iehoẇſúay pacē, ac percuſſit cū eis fœdus′ quòd ſineret eos viuere: ″iurauerúntque eis principes congregationis.

16 ′Poſt tres autem dies à fœdere cū illis inito, audierūt quòd propinqui eſſent ipſis, & in medio ipſorum habitarent.

17 Profectíque ſunt filii Iẇſraꭗél, & venerunt ad ciuitates eorum die tertio: ciuitates autem eorum *erant* Gibʿyon & Chephiráh, & Beꭗeróth, Ciriáth-ieyarim.

18 Et non percuſſerunt eos filii Iẇſraꭗél: quòd iuraſſent eis principes ſynagogæ per Iehouam deum Iẇſraꭗel. & murmurauit″ vniuerſa ſynagoga contra principes.

19 ′Dixerúntque omnes principes ad vniuerſā ſynagogam, Nos iurauimus eis per Iehouam Deum Iẇſraꭗél, idcirco nūc non poſſumus attingere eos.

20 *ſed* hoc faciemus eis, ′ſeruabimus eos viuos, vt nō ſit contra nos ira propter iuramentum quod iurauimus eis.

21 ″Dixerūt præterea ad principes illos, Viuant, ′& cædant ligna, & hauriant aquam toti ſynagogæ, quemadmodum″ loquuti ſunt eis principes.

Gabaonitæ præficiuntur lignis cædēdis & aquæ portandæ.

22 Vocauit itaque Iehoẇſúay, & loquutus eſt ad eos, dicēdo, Vtquid decepiſtis nos, dicendo, ′Longinqui ſumus à vobis valde: quum in medio noſtri habitetis?

23 Nunc ergo maledicti eſtis, ″& non delebuntur ex vobis ſerui, & cædentes ligna, & haurientes aquam in domum Dei mei.

24 Qui reſponderunt ad Iehoẇſúay, atque dixerunt, Quum renuntiādo renuntiatū fuit ſeruis tuis quomodo præceperat Iehouáh Deus tuus Moẇſéh ſeruo eius vt daret vobis terram *hanc*, & diſperderet omnes habitatores terræ à facie veſtra, ′timuimus valde″ animabus noſtris à facie veſtra, & fecimus iſtud.

25 Et nūc, ecce ſumus in manu tua: ſicut placet, & ſicut rectum eſt in oculis tuis vt facias nobis, fac.

26 Et fecit eis″ ita: liberauítque eos de manu filiorum Iẇſraꭗél, nec interfecerunt eos.

27 ′Conſtituítque eos Iehoẇſúay eo die cæſores lignorum, & hauſtores aquæ ſynagogæ & altari Iehouæ, vſque ad diem hanc in lo-

12 Parauimus nobis הצטידנו אתו Ad verbum, Parauimus ipſum. i. ex eo adhuc calente viaticum adornauimus.

14 Viri illi האנשים nempe Iſraelitæ comederunt de viatico illorum in ſignum fœderis initi. Et os Ieh.&c. ואת־פי יה׳ה לא שאלו׃ Hebraiſmus, Dominum non conſuluerunt. Iudic.1.a.1, legitur Interrogauerunt filii Iſrael Dominum.

15 Quòd ſineret eos viu. לחיותם Ad verbum, Ad viuificandum eos. i. quòd non occideret eos. Iurauerúntque וישבעו ſe ſcilicet ſeruaturos pactum initū cum illis. 16 Poſt tres autē dies, &c. ויהי מקצה שלושת וגו׳ Ad verbū, Et fuit in fine trium dierū poſtquā percuſſerunt cum eis fœdus. 18 Vniuerſa ſynagoga כל־העדה i. totū vulgus. 20 Seruabimus eos viuos והחיה אותם ולא־יהיה Ad verbum, Et faciendo viuere eos, & non erit, &c. i. vt non iraſcatur cōtra nos propter tranſgreſſionē iuramenti. Verti non debet ו in והחיה

21 Dixerunt præt. ויאמרו Quidam vertunt, Et addiderunt principes. q.d. dixerunt illis & hæc. Et cædant ligna ויהיו חוטבי עצים Ad verbū, Et ſint cædentes ligna. Quidam vt expleant ſententiam, vertunt, Sed ſint cæſores lignorum, & hauſtores aquæ toti congregationi: (i. in vſum totius multitudinis) fuerunt itaque cæſores lignorum, &c. Loquuti ſunt eis דברו להם dixerunt eis, vel de eis.

22 Longinqui ſumus רחוקים Remoti ſumus. In medio noſtri בקרבנו i. in medio regionis noſtræ.

23 Et non delebuntur ex vobis ſerui, ולא יכרית מכם עבד Ad verbum, & non delebitur [vel excidetur] ex vobis ſeruus. Singul. pro plur. i. nō deficiet à vobis ſeruus, hoc eſt de ſtirpe veſtra. q.d. ſemper eritis ſerui, & cæſores lignorum, &c. ante diuiſionem Terræ ſanctæ ſcilicet.

24 Timuimus ונירא Ad verbum, & timuimus. ו non conuertit noſter interpres, quòd hæc præcedentibus connectantur. Animabus noſtris לנפשותינו i. vitæ noſtræ. 26 Ita כן nempe vt dictum eſt.

27 Conſtituitque, &c. ויתנם יהושע ביום ההוא Ad verbum, Et dedit eos Iehoſue in die illa. i. Eo die, vel ex eo die conſtituit eos vt comportarent ligna, & haurirent aquam in vſum congregationis, vt dictum eſt ſuprà verſu 21.

co quem delegerit. Cap. X.

Gabaonitis bellum infertur ab Amorrhæis quod cum Ioſue pacẽ feciſſent.

QVum autem audiſſet Adoni-צſédec rex Ieruשſaláim quòd ′cepiſſet Iehoשſúaע עAi,″& deſolaſſet eam: (quemadmodum *enim* fecerat Ieriחhó & Regi eius, ſic fecit עAi & regi eius,) & quòd″pacem feciſſent habitatores Gibעón cum Iשſraאél,′& eſſent in medio eorum: 1

′Tunc timuerunt valde, quòd ciuitas magna eſſet Gibעón,′veluti vna è ciuitatibus regni: quódque eſſet maior עAi, omnéſque viri eius fortes. 2

Propterea miſit Adoni-צſédec rex Ieruשſaláim ad Hohám regẽ חHebrón, & ad Pirám regem Iarmúth, & ad Iaphíaע regẽ Lachiש, & ad Debir regem עEglón, dicendo, 3

Aſcendite ad me, & auxiliamini mihi, & percutiemus Gibעón quia pacem fecit cum Iehoשſúaע & filiis Iשſraאél. 4

Itaque congregati ſunt, & aſcenderunt quinque reges אEmoræi, rex Ieruשſaláim, rex חHebron, rex Iarmuth, rex Lachis, rex עEglón, ipſi″& omnes exercitus eorũ, & caſtrametati ſunt iuxta Gibעon, pugnauerúntque aduerſus eam. 5

Gabaonitæ petunt auxiliũ à Ioſue.

Miſerunt ergo viri Gibעon ad Iehoשſúaע, ad caſtra in Gilgal, dicendo, ″Ne contrahas manus tuas à ſeruis tuis: aſcende ad nos citò, & ſerua nos, atque auxiliare nobis: congregati enim ſunt cõtra nos omnes Reges אEmoræi habitantes *in* monte. 6

Ioſue expugnat Amorrhæos

Aſcendit itaque Iehoשſúaע de Gilgál, ipſe″& vniuerſus populus bellator cum eo, omnes″potentes viribus. 7

Dixit autem Iehouáh ad Iehoſשúaע, Ne timeas ab eis: in manũ enim tuã tradidi eos, nec conſiſtet quiſquã ex eis in cõſpectu tuo. 8

Et venit ad eos Iehoשſúaע repente: tota *enim* nocte aſcendit de Gilgal. 9

Et contriuit eos Iehouáh coram Iשſraאél, percuſſitque eos plaga magna in Gibעón, ″& perſequutus eſt eos per viam aſcenſus Beth-חhorón, & percuſſit eos″vſque עAzecáh, & vſque Maccedáh. 10

Pluit lapidibus

Dum autem fugerent à facie Iשſraאél, *& eſſent* in deſcenſu Beth-חhorón, Iehouáh demiſit ſuper eos′lapides magnos è cælo vſque ad עAzecáh, & mortui ſunt: plures mortui ſunt lapidibus grandinis, quàm quos interfecerunt filii Iשſraאél gladio. 11

Siſtitur Sol, & prolõgatur dies.

Tũc′loquutus eſt Iehoשſúaע ad Iehouã die qua tradidit Iehouáh אEmoræum ″coram filiis Iשſraאél. ′dixerant autem in oculis Iשſraאel, Sol in Gibעón″expecta, & luna in valle Aialón. 12

Et expectauit ſol, & luna cõſtitit,″donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Annõ″hoc ſcriptũ eſt in libro Iaשſár? Stetit ergo ſol ′in medio cæli, nec feſtinauit occumbere circiter die *una* integra. 13

portantes, vſque in præſens tempus, in loco quem Dominus elegiſſet.

Cap. X.

1 QVæ quum audiſſet Adoni-ſedec rex Ieruſalem, quòd ſcilicet cepiſſet Ioſue Hai, & ſubuertiſſet eam (ſicut enĩ fecerat Iericho, & Regi eius, ſic fecit Hai, & Regi illiꝰ) & quòd transfugiſſent Gabaonitæ ad Iſrael, & eſſent fœderati eorum:

2 Timuit valde: vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regaliũ, & maior oppido Hai, omnéſque bellatores eius fortiſſimi.

3 Miſit ergo Adoni-ſedec rex Ieruſalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regẽ Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens,

4 Ad me aſcendite, & ferte præſidiũ, vt expugnemus Gabaon, quare tranſfugerit ad Ioſue, & ad filios Iſrael.

5 Cõgregati igitur aſcẽderunt quinque reges Amorrhæorum: rex Ieruſalẽ, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eam.

6 Habitatores autem Gabaon vrbis obſeſſæ miſerũt ad Ioſue, qui tũc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum: aſcẽde citò, & libera nos, férque præſidium. conuenerunt enim aduerſum nos omnes reges Amorrhæorum qui habitant in montanis, B

7 Aſcenditque Ioſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, virique fortiſſimi.

8 Dixitque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi reſiſtere poterit.

9 Irruit itaque Ioſue ſuper eos repẽte, tota nocte aſcẽdẽs de Galgalis.

10 Et conturbauit eos Dominus à facie Iſrael: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Beth-horon, & percuſſit vſque Azeca & Maceda.

11 Quúmque fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Beth-horon, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſq; ad Azeca: & mortui ſunt multo plures lapidibus grãdinis, quàm quos gladio percuſſerãt filii Iſrael. C

12 Tunc loquutus eſt Ioſue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis, ‖Sol cõtra Gabaon ne moucaris, & luna cõtra vallem-Aialon.

Eſa,28.d.21, eccli 46.a.5

13 Steteruntque ſol & luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Nónne ſcriptum eſt hoc in libro Iuſtorum? Stetit itaque ſol in medio cæli, & nõ feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.

IN CAPVT X.

1 Cepiſſet. לכד id eſt, expugnaſſet. Et deſolaſſet e. ויחרימה & deleuiſſet eam. perdidiſſet, exterminaſſet: Pacẽ feciſſent השלימו .i. fœdus pacis iniuiſſent. Et eſſent in medio e. ויהיו בקרבם: Hebraiſmus, habitarent cum illis.

2 Tunc timuerunt. וייראו ipſe ſcilicet cum ſuis. Veluti vna è ciuit.re. כאחת ערי הממלכה velut vna è ciuitatibus regiis .i. in quibus eſt ſedes regni. 6 Ne contrahas manus t. אל־תרף ידיך ne remittas manus tuas .i. negligas, vel negligens fueris ferre opẽ ſeruis tuis. In monte. ההר *in* montanis. 7 Et vniuerſus pop. bel. וכל־עם המלחמה .i. cum vniuerſa turba militum ſuorum.

10 Et perſequutus eſt eos וירדפם nempe Iſrael. Vſque עAzecáh עד־עזקה Nonnihil ſubaudiendum, percuſſit eos perſequendo vſque Azeca. 11 Lapides magnos אבנים גדלות id eſt, grandine quæ erat inſtar lapidum.

12 Loquutus eſt ידבר ſub. canticum. Chaldæus paraph. laudauit. cantico ſcilicet .i. gratias egit. Coram filiis Ioſ. לפני בני ישראל Hebraiſmus, in poteſtatem filiorũ Iſrael Dixerat autẽ in oculis, &c. ויאמר לעיני וגו' .i. fuderat orationẽ ad Deũ præſentibus Iſraelitis. Expectadום conſiſte. ſiſte gradum .i. Sol qui es ſuprà Gabaon, conſiſte, & tu luna conſiſte in planitie Aialon. q. d. O Domine permitte vt ſol & luna non deſerant nos luce ſua donec deuicerimus hoſtes noſtros. 13 Donec vlciſceretur ſe gens עד־יקום גוי tantiſper dum vlciſcebatur ſe gens .i. populus Iſraeliticus, vt vertit Chaldæus paraph. Hoc היא ſub. canticum, vel miraculũ iſtud. In medio cæli, &c. בחצי השמים וגו' .i. in linea illa Septentrionali, in medio ſcilicet Orientis & Occidẽtis, hoc eſt in Meridie. nec properauit occumbere ſpatio vnius diei integré. Quidam dicunt canticum illud hîc non memoratum, ſed in libro Iaſar, qui quidem periit in captiuitate. Alii verò dicũt initium Cantici eſſe illud, Et ſtetit ſol, &c. Quidam præterea Hebræorum putat ſolem & lunam reuera non ſtetiſſe, ſed quòd viſi fuerint ſtetiſſe, ob breuitatem ſcilicet temporis quo Iſraelitæ deuicerũt hoſtes ſuos. quod quidem erat negotium multorum dierum. q. d. Da Domine vt iſto tam breui interuallo vlciſcamur nos de hoſtibus noſtris, quanto ſol hodie ſtabit ſupra Gabaon, & luna hac nocte ſupra Aialon. Per diem integram ſiue perfectam doctus inter Hebræos intelligit diem longiſſimam, quanta ſcilicet eſt in ſolſtitio æſtiuali.

Non fuit antea & poſtea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael.

Reuerſúſque eſt Ioſue cum omni Iſrael in caſtra Galgalæ.

Fugerant enim quinque Reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda.

Nuntiatúmque eſt Ioſue quòd inuenti eſſent quinque Reges latentes in ſpelunca Maceda.

D Qui præcepit ſociis, & ait, Voluite ſaxa ingentia ad os ſpeluncæ, & ponite viros induſtrios qui clauſos cuſtodiant:

Vos autem nolite ſtare, ſed perſequimini hoſtes, & extremos quoſque fugiẽtium cædite: nec dimittatis eos vrbiũ ſuarũ intrare præſidia, quos tradidit Domin⁹ Deus in man⁹ veſtras.

Cæſis ergo aduerſariis plaga magna, & vſque ad internecionem penè conſũptis, hi qui in Iſrael effugere potuerũt, igreſſi ſunt ciuitates munitas.

Reuerſúſque eſt õnis exercitus ad Ioſue in Maceda, vbi tunc erant caſtra, ſani & integro numero: nullúſq; contra filios Iſrael mutire auſus eſt.

Præcepitque Ioſue, dicens, Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinque Reges qui in ea latitant.

Fecerúntque miniſtri vt ſibi fuerat imperatũ: & eduxerunt ad eum quinque Reges de ſpelũca, Regem Ieruſalem, Regem Hebron, Regem Ierimoth, Regem Lachis, Regem Eglõ.

Quúmque educti eſſent ad eum, vocauit omnes viros Iſrael, & ait ad principes exercitus qui ſecum erant, E Ite, & ponite pedes ſuper colla Regũ iſtorum. Qui quũ perrexiſſet, & ſubiectorum colla pedibus calcarent,

Rurſum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini & eſtote robuſti: ſic enim faciet Dominus cũctis hoſtibus veſtris aduerſum quos dimicatis.

Percuſſitque Ioſue, & interfecit eos, atque ſuſpendit ſuper quinque ſtipites: fuerúntque ſuſpenſi vſque ad veſperum.

Quúmque occumberet ſol, præcepit ſociis vt deponerent eos de patibulis: qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncam in qua latuerant: & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quę permanent vſque in præſens.

Eodem die Macedam quoque cepit Ioſue, & pcuſſit in ore gladii, Regémque illius interfecit, & omnes habitatores eius: nõ dimiſit in ea ſaltem paruas reliquias: fecítque Regi Maceda ſicut fecerat regi Iericho.

Tranſiuit autem cum omni Iſrael

14 Et non fuit ſicut dies illa ante eam nec poſt eam, *in qua* obediret Iehouáh″voci viri: Iehouáh enim pugnabat pro Iѡſraℵél.

Obediens Deus voci Ioſue.

15 ′Reuerſus autem eſt Iehoѡſúay & vniuerſus Iѡſraℵél cum eo ad caſtra in Gilgál.

16 Fugerántque quinque Reges iſti, & abſconderant ſe in ſpelunca in Maccedáh.

Reges quinque latitantes in ſpelunca.

17 Et nuntiatũ fuit ipſi Iehoѡſúay hiſce verbis, Inuenti ſunt quinque Reges abſconditi in ſpelunca in Maccedáh.

18 Dixítque Iehoѡſúay, Deuoluite ſaxa magna ad os ſpelũcæ, & cõſtituite iuxta eam viros, vt cuſtodiant eos:

19 Vos verò perſequimini inimicos veſtros, ″& caudam eorum cædite: nec ſinatis eos ingredi vrbes ſuas: tradidit enim eos Iehouáh Deus veſter in manum veſtram.

20 Quum autẽ finem feciſſet Iehoѡſúay & filii Iѡſraℵél percutiendi eos″plaga magna valde, donec′conſumerẽtur: & ſuperſtites qui ſuperfuerunt ex eis, ′ingreſſi eſſent vrbes munitas:

21 Reuerſi ſunt vniuerſus populus ad caſtra ad Iehoѡſúay in Maccedah″in pace: non mouit contra filios Iſraℵél ′quiſquam linguam ſuam.

22 Dixítque Iehoѡſúay, Aperite os ſpeluncæ, & adducite ad me quinque Reges illos de ſpelunca.

23 Et fecerunt ita: eduxerunt nanque ad eum quinque Reges illos de ſpelunca, Regem Ieruѡſalá im, Regẽ חHebrón, Regem Iarmúth, Regem Lachiѡ, Regem yEglón.

24 Quúmque eduxiſſent quinq; Reges illos ad Iehoѡſúay, vocauit Iehoѡſúay omnem virum Iѡſraℵél, dixítque ad″principes virorum bellatorum qui perrexerant ſecum, Accedite, ′ponite pedes veſtros ſuper colla Regum iſtorum. Qui acceſſerunt, poſuerúntque pedes ſuos ſuper colla eorum.

25 Dixítque ad eos Iehoѡſúay, Ne timeatis, & ne paueatis, cõfortate vos, & roborate: ſic enim faciet Iehouáh omnibus inimicis veſtris contra quos pugnatis.

26 Percuſſit itaque eos Iehoѡſúay poſt hæc, ′& interfecit eos, ac ſuſpẽdit illos in quinque′lignis, fuerúntque ſuſpenſi in″lignis vſque ad veſperam.

Quinque Reges ſuſpenduntur.

27 Fuit præterea, ″tempore quo occũbit ſol, præcepit Iehoѡſúay, & depoſuerũt eos de lignis, proiecerúntque eos in ſpelũcam in qua ſe abſconderant: & poſuerunt lapides ingentes ad os ſpelũcæ vſque ad hunc ipſum diem.

28 Maccedam verò cepit Iehoѡſúay″eo die, ″& percuſſit eam acie gladii, & Regem eius occidit vnà cum illis, ″& omnem animã quæ erat in ea: non reliquit″ſuperſtitẽ, fecítque Regi Maccedáh quemadmodum fecerat Regi Ieriחó.

Maceda vrbs capitur.

29 Trãſiuit deinde Iehoѡſúay & vniuerſus Iѡſraℵél cũ eo de Mac-

---

14 Voci viri: בקול איש petentis ſcilicet curſum naturæ immutari.

15 Reuerſus autem eſt וישב Quidam per anticipationem dictum volunt, & vertunt, Reuerſus autem fuerat.

19 Et caudam eorum cædite: וזנבתם אותם .i.percutite eos qui fuerint in extremo agmine eorum.

20 Plaga מכה percuſſione. Conſumerentur: תומם conſummarentur. vel finirentur.i.ad internecionem vſque. Ingreſſi eſſent vrbes ויבואו אל־ערי .i.ſe recepiſſent in vrbes. 21 In pace: בשלום Hebraiſmus, ſaluus & incolumis. Quiſquã לאיש Hic ל redundat. Alii volunt eſſe articulum datiui, & vertunt, non mouit *quiſquam* contra filios Iſrael, ne vni quidem linguam ſuam.i.nemo auſus eſt mutire contra filios Iſrael: hoc eſt, nemo læſit eos, ne verbo quidem.

24 Principes קציני dominos.præfectos. Ponite pedes veſtros, &c. שימו את־רגליכם וגו׳ .i.calcate pedibus veſtris ceruices illorum, in ſignum ſubiectionis & victoriæ. 26 Et interfecit eos, ac ſuſp. וימיתם ויתלם .i.iuſſit interfici ac ſuſpendi. Lignis עצים patibulis. crucibus. 27 Tempore quo occumbit ſol, לעת בוא השמש Sub occaſum autem ſolis, Quum autem occubuiſſet ſol.

28 Eo die, ביום ההוא quo ſcilicet interfecit illos Reges. Et percuſſit eam ויכה .i.propugnatores eius. Et omnẽ animam ואת־כל־הנפש .i.omnes alias perſonas. Superſtitem, שריד ſub. vnicum. ita vt nullus euaſerit.

Lebna.

cedáh in Libnáh,'& pugnauit cum Libnáh:

30 Tradidítque Iehouáh etiam eam in manum Iשſraאél,& Regem eius: & percuſſit eam acie gladii,omnémque animam quæ erat in ea, non reliquit in ea ſuperſtitem:fecítque Regi eius quemadmodum fecerat Regi Ieriחhó.

Lachis.

31 Tranſiuit præterea Iehoשſúay & vniuerſus Iשſraאél cum eo, de Libnáh in Lachiש,caſtrametatúſque eſt iuxta eam, & pugnauit cum ea.

32 Dedítque Iehouáh Lachiש in manum Iשſraאél, & cepit eã 'die ſecunda,& percuſſit eam acie gladii,omnémque animam quæ erat in ea,'prorſus vt fecerat ipſi Libnáh.

Horã rex Gazer occiditur.

33 Tunc aſcendit Horám rex Gézer ad auxiliandũ Lachiש:& percuſſit eum Iehoשſúay,ac populum eius,"donec non reliquit ei ſuperſtitem.

Expugnatur Eglon.

34 Tranſiuit inſuper Iehoשſúay & omnis Iשſraאél cum eo de Lachiש in yEglón, & caſtrametati ſunt aduerſus eam, & pugnauerunt contra eam.

35 "Ceperúntque eam die ipſa,& percuſſerunt eã acie gladii: & omnem animam quæ erat in ea,die ipſa interfecit prorſus vt fecerat ipſi Lachiש,

Hebron.

36 Aſcendit autem Iehoשſúay & vniuerſus Iשſraאél cum eo,de yEglón in חHebrón, & pugnauerunt contra eam.

37 Et ceperunt eam,ac percuſſerunt acie gladii,"& Regem eius, & omnes'vrbes eius, atque omnem animã quæ erat in ea:non reliquit ſuperſtitem, prorſus vt fecerat ipſi Eyglón:& perdidit eam, atque omnem animam quæ erat in ea.

Dabir.

38 Reuerſus eſt deinde Iehoשſúay & vniuerſus Iשſraאél cum eo in Debir,& pugnauit contra eam.

39 Cepítque eam & Regem eius, ac omnes vrbes eius: percuſſerúntque eos acie gladii, atque interfecerunt omnem animã quæ erat in ea,non reliquit ſuperſtitem: quemadmodum fecerat ipſi חHebrón, ſic fecit ipſi Debír & Regi eius, & quemadmodum fecerat ipſi Libnáh & Regi eius.

40 Percuſſit itaque Iehoשſúay omnem terram mõtanam & Meridianam & campeſtrem,"& Aשſedóth, & omnes Reges earum: nõ reliquit ſuperſtitem:& omnem animam interfecit, quemadmodum præceperat Iehouáh Deus Iשſraאél.

41 Percuſſit autem Iehoשſúay à Cadeשs barnéay vſque yAzzáh, & vniuerſam terram Góשſen vſque Gibיyón.

Deus pugnat pro Ioſue.

42 Cunctos verò Reges iſtos & terram eorũ cepit Iehoשſúay'vice vna:quia Iehouáh Deus Iשſraאél"pugnabat pro Iſשraאél.

43 Reuerſus eſt autem Iehoשſúay atque vniuerſus Iשſraאél cũ eo, "ad caſtra in Gilgál.

Cap. XI.

Congregantur aliquot Reges contra Ioſue.

1 QVum autem audiſſet Iabín rex חHaאſór, miſit ad Iobáb regem Madón,& ad Regem שSimrón,& ad Regem Achשſaph.

de Maceda in Lebna,& pugnabat cõtra eam.

F

Quam tradidit Dominus cum rege ſuo in manus Iſrael:percuſſerũtque vrbem in ore gladii,& omnes habitatores eius,non dimiſerunt in ea vllas reliquias:fecerũtque Regi Lebna ſicut fecerant Regi Iericho.

Suprà 6.c.21

De Lebna tranſiuit in Lachis cum omni Iſrael:& exercitu per gyrum diſpoſito oppugnabat eam.

Tradiditque Dominus Lachis in manus Iſrael, & cepit eã die altero, atque percuſſit in ore gladii, omnémque animam quæ fuerat in ea,ſicut fecerat Lebna.

Eo tempore aſcendit Horam rex Gazer,vt auxiliaretur Lachis:quẽ percuſſit Ioſue cum omni populo eius vſque ad internecionem.

Tranſiuitque de Lachis in Eglon & circundedit.

Atque expugnauit eam in eadẽ die, percuſſitque in ore gladii omnes animas quæ erãt in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis.

Aſcendit quoque cum omni Iſrael de Eglon in Hebron,& pugnauit cõtra eam.

Cepitque,& percuſſit in ore gladii Regẽ quoque eius,& omnia oppida regionis illius, vniuerſáſque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Eglon,ſic fecit & Hebrõ, cũcta quæ in ea reperit,cõſumens gladio.

G

Inde reuerſus in Dabir,

Cepit eam, atque vaſtauit:Regem quoque eius atque omnia per circuitũ oppida percuſſit in ore gladii:non dimiſit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Hebron & Lebna & Regibus earum,ſic fecit Dabir & Regi illius.

Percuſſit itaque Ioſue omnem terram montanam & Meridianam:atq; campeſtrẽ,& Aſedoth cum Regibus ſuis:nõ dimiſit in ea vllas reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat interfecit,ſicut præceperat ei Dominus Deus Iſrael.

A Cades-barne vſque Gazam,Omnem terram-Goſen vſque Gabaon,

Vniuerſóſq; Reges & regiones eorũ vno impetu cepit atque vaſtauit: Dominus enim Deus Iſrael pugnauit pro eo.

Reuerſúſque eſt cum omni Iſrael ad locum caſtrorum in Galgala.

Cap. XI.

QVæ quum audiſſet Iabin rex Haſor, miſit ad Ioab regem Madon,& ad regem Semeron,atque ad Regem Achſaph:

---

29 Et pugnauit cum Libnáh: וילחם עם־לבנה׃ .i.oppugnauit Libnah.Et ſic infrá.

32 Die ſecunda, ביום השני oppugnationis ſcilicet. Prorſus vt fecerat בכל.אשר־עשה .i. Ad verbum,iuxta omnia quæ fecerat.ſic infrá.

35 Ceperúntque e.die ipſa, וילכדוה ביום ההוא .i.expugnauerunt eam primo die oppugnationis.

37 Et Regem eius, ואת־מלכה qui ſcilicet ſuffectus fuerat in locum interfecti. Vrbes eius, עריה .i.illi ſubditas.erat enim metropolis.

40 Et Aשſedoth, והאשדות & decliuia.i.regionem quæ erat in decliuitate montium.

42 Vice vna: פעם אחת ſemel.i.vno impetu,ſiue vnico bello,non interrupto:hoc eſt,vna expeditione. Pugnabat נלחם Præt.Heb. quod melius per præteritum imperf.redditur.

43 Ad caſtra in Gilgál. אל־המחנה הגלגלה׃ .i.ad locũ caſtrorum,vbi ſcilicet erat tabernaculũ,vt illic gratias ageret Deo de tanta victoria.

2 Ad Reges quoqȝ Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra Meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoque & regionibus Dor iuxta mare:

3 Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebuſæũ in mõtanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maſpha.

4 Egreſſique ſunt omnes cũ turmis ſuis, populus multus nimis ſicut arena quæ eſt in litore maris, equi quoque & currus immenſæ multitudinis

5 Cõuenerũntque omnes Reges iſti in vnum ad Aquas-merom: vt pugnarent contra Iſrael.

6 Dixitque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes iſtos vulnerandos in conſpectu Iſrael: equos eorum ſubneruabis, & currus igne cõbures.

B

7 Venitque Ioſue, & õnis exercitus cum eo aduerſus illos ad Aquas-merom ſubitò, & irruerunt ſuper eos.

8 Tradiditque illos Dominus in manus Iſrael. Qui percuſſerũt eos, & perſequuti ſunt vſque ad Sidonẽ magnã & Aquas-maſerephoth, campũmque Maſphe, qui eſt ad Orientalem illius partem. Itaque percuſſit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias:

9 Fecitque ſicut præceperat ei Dominus, equos eorũ ſubneruauit, currúſque combuſſit igni.

10 Reuerſúſque ſtatim cepit Aſor: & Regẽ eiꝰ percuſſit gladio: Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat.

11 Percuſſitque omnes animas quæ ibidem morabãtur: non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed vſque ad internecionem vniuerſa vaſtauit, ipſámque vrbem combuſſit incendio.

C

12 Et omnes per circuitum ciuitates, Reges quoque earũ cepit, percuſſit, atqȝ deleuit, ‖ſicut præceperat ei Moyſes famulus Domini.

Nume.33.f.52
deut.7.a.2

13 Abſque vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis ſitæ, cæteras ſuccendit Iſrael: vnam tantùm Aſor munitiſſimam flamma conſumpſit.

14 Omnémque prædã iſtarum vrbiũ ac iumenta diuiſerunt ſibi filii Iſrael, cunctis hominibus interfectis.

15 ‖Sicut præceperat Dñs Moyſi ſeruo ſuo‖ita præcepit Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa cõpleuit: nõ præteriit de vniuerſis mandatis nec vnũ quidẽ verbũ quod iuſſerat Dominus Moyſi.

Exod.34.b.11
Deut.7.a.2

2 Ad Reges quoque qui *habitabant* ab Aquilone ʹin montanis, & in planitie ad Auſtrũ ″Chinneroth ″& in planitie, ʹ& in Naphóth-Dór ab Occidente:

3 *Et ad* Chenayanæum ʹab Oriente & Occidenre, & אEmoræum, & חHitthæum & Perizæum & Iebuoſæum in montanis, & חHiuæũ ʹſub חHermón in terra Mixſpáh.

4 Et egreſſi ſunt ipſi, ″& omnia caſtra eorũ cum eis, populus multus tanquam arena quæ eſt iuxta litus maris, præ multitudine, & equi, & currus multi valde.

5 Cõuenerúntque omnes Reges iſti, & veniẽtes caſtrametati ʹſũt pariter ad aquas Meróm, vt pugnarent cum Iשſraאél.

6 Dixit autem Iehouáh ad Iehoשſúay, Ne timeas ″à facie eorum: cras enim hoc tempore ″tradã omnes iſtos occiſos corã Iשſraאél: equos eorum ″ſubneruabis, & currus eorum combures igni.

Deus tradit Ioſue ões Reges qui coniurauerant in eum.

7 Vénit itaque Iehoשſúay & cũctus populus bellator cum eo, aduerſus eos, ad aquas Meróm repente, & irruerunt in eos.

Ioſue occidit Heuæos, Iebuſæos, & reliquos.

8 Et tradidit eos Iehouáh in manum Iשſraאél, percuſſerúntque eos, ″& perſequuti ſunt eos vſque xSidon ″magnã, & vſque ʹMiשſrephóth aquarum, & vſque ʹ ad campum Mixſpéh ad Orientem: ac percuſſerunt eos, donec non reliquerit eis ſuperſtitem:

9 Fecítque eis Iehoשſúay quẽadmodũ dixerat ei Iehouáh: equos eorum ʹſubneruauit, & currus eorum combuſſit igni.

10 Et reuerſus Iehoשſúay, eodem tempore cepit חHaxſór, ʹ& Regem eius percuſſit gladio: חHaxſór enim ″antea fuit caput omniũ regnorum iſtorum.

Vrbs Aſor percutitur.

11 Percuſſerunt inſuper omnem animam quæ erat in ea, acie gladii ″interficiendo: non remanſit vlla anima, & חHaxſór combuſſit igni.

12 Omnes quoque vrbes Regum iſtorum, & vniuerſos Reges earum cepit Iehoשſúay, percuſſítque eos acie gladii, interficiendo eos, quemadmodum præceperat Moשſéh ſeruus Iehouæ.

13 ″Tantummodo omnes vrbes quæ *adhuc* ″ſtabant in robore ſuo, non combuſſit Iשſraאél: præter חHaxſór ſolam, quam combuſſit Iehoשſúay.

14 Et omnia ſpolia vrbium iſtarum, & iumenta prædati ſunt ſibi filii Iשſraאél: tantùm omnes homines percuſſerunt acie gladii, donec perdiderunt eos: non reliquerunt vllam animam.

Prædam partiũtur inter ſe Iſraelitæ.

15 Quemadmodum præceperat Dominus Moשſeh ſeruo ſuo, ſic præcepit Moשſéh ipſi Iehoשſúay, ſic quoque fecit Iehoשſúay: ʹnihil omiſit ex omnibus quæ præceperat Iehouáh ipſi Moשſéh.

Ioſue omnia implet quæ præcepit ei Moſes.

IN CAPVT XI.

2 In montanis, בהר Ad verbũ, in monte. Chinneroth כנרות .i. maris Chinnereth, ſiue Geneſareth. Dixit autem pluraliter, aut propter ſinus eius, aut propter loca illi adiacẽtia. Chaldæus paraph. ſingulariter, Ginoſar. Vide Deut. 3. c. 14. Et in planitie, ובשפלה & in campeſtribus. in locis planis. ſiue, in regione humiliore. Et in Naphoth-Dor, ובנפות־דור Quidam vertunt, & in climatibus [regionibus] Dor.

3 Ab Oriente ממזרח Paucula ſubaudienda, qui habitabat ab Oriente, vel ad Orientem, aut verſus Ortum ſolis. ſic in ſequentibus. Singul. Heb. pro plur. Chanayanæos. Sub חHermon תחת חרמן .i. ad radices montis Hermon.

4 Et omnia caſtra eorum וכל־מחניהם & omnes exercitus eorum. vel, turmæ.

6 A facie eorum: מפניהם à conſpectu eorum. vel, propter illos. aut, ab illis. Tradam נותן Præſ. Heb: pro fut. Subneruabis, תעקר eneruabis. i. equis eorum ſuffragines, vel crura, aut neruos præcides. Gallicè, *tu leur couperas les iarets*: ne poſthac ſcilicet vtaris illis in bello, & fiduciam ponas in eis. 8 Et perſequuti ſunt e. וירדפום eos ſcilicet qui euaſerãt è prælio. Magnã, רבה .i. populoſam. Miשſrephoth. משרפות Significat aduſtiones., propterea quidam vertunt, vſque ad ſalinas. Doctus inter Hebræos exponit etiam, aquas calidas, id eſt locum in quo ſcaturiunt aquæ calidæ. & hac ratione locum iſtum vocatum fuiſſe Miſrephoth-maim. Ad campum בקעת ad planitiem.

9 Subneruauit, עקר Vide paulo antè, verſu 6.

10 Et Regem eius ואת־מלכה qui ſcilicet ad eam ſeſe receperat, aut alium quem nuper ſuffecerant in locum demortui. Antea fuit לפנים היא olim fuerat. 11 Interficiendo: החרם perdendo. omnia ſcilicet. i. vſque ad internecionẽ. Paulo pòſt verſu 14, dicit, donec perderũt eos. 13 Tantũmodo רק Veruntamen. Quæ *adhuc* ſtabant in robore ſuo, העומדות על־תלם Sic & Chaldæus paraph. vertit. id eſt, quæ non fuerant dirutæ in ipſa expugnatione. Alii vertunt, quæ *adhuc* ſtabant in cumulo ſuo. i. vt erant ſitæ: nam tum temporis vt plurimum ſitæ erant in loco edito. 15 Nihil omiſit, &c. לא הסיר דבר וגו׳ Ad verbum, non remouit verbum ex omnibus, &c.

12.14

16 Et cepit Iehoשſúay omnem terram iſtam, *nempe* montanam, & omnem Auſtralem, omnémque terram Goשſen, & planitiem atque campeſtria, montem quoque Iשſraאél, & planitiem eius:

17 A monte "Leni "qui aſſurgit verſus שSeיyir" vſque Bayal-gád in campo Lebanón ſub monte הHermón: omnes quoque Reges eorum cepit, & percuſſit eos, atque interfecit.

18 Diebus multis geſſit Iehoשſúay cum omnibus Regibus iſtis bellum.

Heuæus.

19 Non fuit vrbs quæ pacem fecerit cum filiis Iשſraאél, præter הHiuæos habitatores Gibיyón, omnes *alias* ceperunt prælio:

Induratæ à Deo Gentes.

20 Quia "à Iehouáh fuit *hoc* vt induraret cor eorũ "in occurſum belli cum Iשſraאél, vt deleret eos "vt nõ eſſet eis miſericordia: ſed vt "diſperderet eos, ſicut præceperat Iehouáh Moשſéh.

Enacim interfecti.

21 Venit autem Iehoשſúay in tempore illo, "& excidit yAnacim de montanis, *nempe* de הHebrón, de Debír, & de yAnáb, de õni quoque mõte Iehudáh, & de omni monte Iשſraאél: vnà cum vrbibus eorum deleuit eos Iehoשſúay.

22 Non remanſit *de* yAnacim in terra filiorum Iשſraאél: tãtùm in Gath, & in Aשſdód remanſerunt.

23 Accepit itaque Iehoשſúay totam terram prorſus vt dixerat Iehouáh ad Moשſéh, "& tradidit eam in hæreditatẽ ipſi Iשſraאél, "iuxta diuiſiones eorum per tribus ſuas: "& terra quieuit à bello.

Cap. XII.

Catalogus Regũ percuſſorum à filiis Iſrael trans Iordanem.

1 HI autem ſunt Reges "terræ quos percuſſerunt filii Iשſraאél, & poſſederunt terram eorum trans Iardén ad Ortum ſolis, "à torrente Arnón vſque ad montem הHermon, & omnem planitiem Orientalem.

2 סSinהón rex אEmoræus qui habitabat in הHeשſbón, quí*que* dominabatur ab yAroyér *quæ ſita erat* ad ripam torrentis Arnón, & *in* medio torrentis, & *in* media parte Gilyád, vſque ad Iabbóc torrẽtem, *qui eſt in* termino filiorum yAmmón.

3 Et à planitie vſque ad mare "Chineróth ad Orientem, & vſque ad Mare "deſerti, *id eſt* Mare ſalis ad Orientem per viam Beth-haieשſimóth: & ab Auſtro "ſub effuſionibus *aquarum collis* Piסſgáh.

4 Terminus prætererea yOg regis Baשſán "ex reſiduo Repha:אím, qui habitabat in yAשſtharóth & in אEdréיyi:

5 Quíque dominabatur in monte הHermón, & in סSalcháh, & in tota Baשſán, "vſque ad terminum "Geשſſurí & Mayachathi, & mediam partem Gilyád, terminum סSinהón regis הHeשſbón.

6 Moשſéh ſeruus Iehouæ, & filii Iשſrael percuſſerunt eos, & dedit eam Moשſeh ſeruus Iehouæ in poſſeſſionem Re:אubenitis &

18 Cepit itaque Ioſue omnem terrã montanam, & Meridianam: terrámque Goſen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montémque Iſrael, & campeſtria eius:

17 Et partẽ montis quæ aſcendit Seir vſque Baal-gad per planitiem Libani ſubter montem Hermon: omnes Reges eorum cepit, percuſſit, & occidit. D

18 Multo tempore pugnauit Ioſue cõtra Reges iſtos.

19 Non fuit ciuitas quæ ſe traderet filiis Iſrael, præter Heuæũ qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellãdo cepit:

20 Domini enim ſentẽtia fuerat vt indurarentur corda eorum, & pugnarẽt contra Iſrael, & caderent: & non mererẽtur vllam clementiã, ac perirẽt, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

21 In illo tempore venit Ioſue, & interfecit Enacim de mõtanis Hebrõ, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Iſrael, vrbéſque eorũ deleuit.

22 Nõ reliquit vllũ de ſtirpe Enacim, in terra filiorum Iſrael: abſque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus ſolùm relicti ſunt.

23 Cepit ergo Ioſue omnem terram, ſicut loquutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſſionem filiis Iſrael ſecundum partes & tribus ſuas: quieuitque terra à præliis.

Cap. XII.

1 HI ſunt Reges quos percuſſerunt filii Iſrael, & poſſederunt terrã eorum trans Iordanem ad ſolis ortum, à torrente Arnon vſque ad mõtem Hermon, & omnem Oriẽtalem plagam quæ reſpicit ſolitudinem.

2 Sehon rex Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon, dominatus eſt ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripã torrẽtis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, vſque ad torrentem Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon.

3 Et à ſolitudine vſque ad mare Ceneroth contra Oriẽtem, & vſque ad mare deſerti, quod eſt mare ſalſiſſimũ, ad Oriẽtalẽ plagã per viã quæ ducit Beth-ſimoth: & ab Auſtrali parte, quæ ſubiacet Aſedoth Phaſga. B

4 Terminus Og regis Baſan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Aſtaroth, & in Edrai.

5 Et dominatus eſt in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuerſa Baſan, vſque ad terminos Geſſuri & Machati, & dimidiæ partis Galaad, terminũ Sehon regis Heſebon.

6 Moyſes famulus Domini, & filii Iſrael percuſſerunt eos, tradidítque terram eorum Moyſes in poſſeſſio-

---

17 Leni החלק glabro.i.carente arboribus. Chaldæus paraph. diuiſo. Qui aſſurgit העולה .i.aſſurgendo tendit. Vſque Bayal-gad, &c. ועד־בעל גד בבקעת וגו׳ vſque ad planitiem Gad, *quæ eſt* in campeſtribus [aut valle] Lebanon, ad radices montis Hermon.

20 A Iehoua fuit מאת יהוה היתה .i.Iehoua hoc fecit. In occurſum belli cum Iשſ. לקראת המלחמה וגו׳ Hebraiſmus, imminente bello cum Iſraelitis. Vt non eſſet eis miſeric. לבלתי היות להם תחנה .i.vt non miſererentur illorum: hoc eſt, ſine vlla miſericordia. Diſperderet eos, השמידם nempe Iſrael. 21 Et excidit עAnacim ויכרת את־הענקים & exterminauit gigantes.

22 De עAnacim ענקים *de* gigantibus. aut, *ullus* gigantum.

23 Et tradidit eam ויתנה per ſynecdochen dictum, pro, maximam partem. Hebraicè hic rurſum ponitur Iehoſua. Iuxta diuiſiones eo. כמחלקותם iuxta partitiones eorum. Et terra quieuit à bello. והארץ שקטה ממלחמה׃ .i.Ioſue ceſſauit à bello inferendo.

IN CAPVT XII.

1 Terræ הארץ .i.eius regionis. A torrente Arnon, &c. מנחל ארנן וגו׳ .i.ad Auſtrum & ad Septentrionem.

3 Chineroth כנרות Vide præcedenti capite, verſu 2. Deſerti, הערבה ſolitudinis. campeſtrium. id eſt, cui adiacet planities magna. Vide Deute.3.c.17, Sub effuſionibus, &c. תחת אשדות הפסגה׃ Vide Deut.3.c.17, & 4.g.49.

4 Ex reſiduo Reph. מיתר הרפאים ex reliquiis [.i.de ſtirpe] gigantum.

5 Vſque ad terminum עד־גבול Nonnihil ſubaudiendum, qua parte protendebat ſeſe vſque ad, &c. Geשſſurí & Mayachathí, הגשורי והמעכתי Geſſuræorum & Maachathæorum.

nem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe.

C Hi ſunt Reges terræ quos percuſſit Ioſue & filii Iſrael trās Iordanem ad Occidentalem plagam, à Baal-gad in campo Libani, vſque ad montem cuius pars aſcēdit in Seir: tradiditque eam Ioſue in poſſeſſionem tribubus Iſráel, ſingulis partes ſuas.

Tam in montanis quàm in planis atque campeſtribus: in Aſedoth, & in ſolitudine ac in Meridie Hethæ⁹ fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebuſæus.

Rex Iericho vnus rex Hai, quæ eſt ex latere Beth-el, vnus.

Rex Ieruſalem vnus: rex Hebron vnus.

Rex Ierimoth vnus: rex Lachis vnus.

D Rex Eglon vnus: rex Gazer vnus.

Rex Dabir vnus: rex Gader vnus.

Rex Herma vnus: rex Hered vnus

Rex Lebna vnus: rex Adullā vnus.

Rex Maceda vn⁹: rex Beth-el vn⁹.

Rex Taphua vnus: rex Hepher vnus.

Rex Aphec vnus: rex Laſarō vnus.

Rex Madon vnus. rex Aſor vnus.

Rex Semeron Meron vnus: rex Achſaph vnus.

Rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus.

Rex Cedes vnus, rex Iachanā Carmeli vnus.

Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus,

Rex Therſa vnus: omnes Reges, triginta vnus. Cap. XIII.

IOſue ſenex prouectęque ætatis erat, & dixit Dominus ad eū, Senuiſti, & longæuus es, terráque latiſſima derelicta eſt, quæ necdum ſorte diuiſa eſt:

Omnis videlicet Galilæa, Philiſthiim, & vniuerſa Geſſuri:

A fluuio turbido qui irrigat AEgyptū, vſque ad terminos Accaron cōtra Aquilonem, terra Chanáā: quæ in quinque regulos Philiſthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas, Gethæos, & Accaronitas.

Ad Meridiem verò ſunt Heuæi, omnis terra Chanáan, & Maara Sidoniorum, vſque Apheca & terminos Amorrhæi,

Eiúſq; cōfinia. Libani quoq; regio cōtra Orientē à Baal-gad ſub monte Hermon, donec ingrediaris Emath.

Omnium qui habitant in mōte, à Libano vſq; ad Aquas Maſerephoth

---

Gaditis, & dimidiæ tribui Manaשſſéh.

7 Iſti autem ſunt Reges terræ quos percuſſit Iehoשſúay & filii Iשſraאél trans Iardén ad Occidentē, ″à Báyal-gád *quæ eſt* in cāpo Lebanón, ″vſque ad mōtem Lenem qui aſſurgit in שSeyir: & tradidit eam Iehoשſúay tribubus Iſשraאél in poſſeſſionem ″ſecundum partes eorum,

8 In montanis, & in planitie, & in campeſtribus, ″& in Aשſedóth, & in deſerto, ″& in Auſtro חHitthæus, אEmoræus, Chenayanæus, Perizæus, חHiuæus, & Iebuסſæus.

9 Rex Ieriחhó vnus: rex yAi, quæ erat ex latere Beth-אél, vnus.

10 Rex Ieruשſaláim vnus: rex חHebrón vnus.

11 Rex Iarmúth vnus: rex Lachiשs vnus.

12 Rex חEglón vnus: rex Gézer vnus.

13 Rex Debír vnus: rex Géder vnus.

14 Rex חHormáh vnus: rex yArád vnus.

15 Rex Libnah vnus: rex yAdullám vnus.

16 Rex Maccedah vnus: rex Beth-אél vnus.

17 Rex Thappúaחh vnus: rex חHépher vnus.

18 Rex Aphec vnus: rex Laשſſarón vnus.

19 Rex Madón vnus: rex חHaצſór vnus.

20 Rex שSimrón Merאón vnus: rex Achשſáph vnus.

21 Rex Thaynách vnus: rex Megiddó vnus.

22 Rex Cédeשs vuus: rex Iocneyám ″Charmeli vnus.

23 Rex Dor ″ipſius Napháth-dor vnus: rex Goim *quæ erat* ″in Gilgál, vnus.

24 Rex Thirצſáh vnus: omnes Reges, triginta & vnus. Cap. XIII.

1 Q″Vum autem Iehoשſúay *iam* ſenuiſſet, *&* veniſſet in dies, dixit Iehouáh ad eum, Tu ſenuiſti *ac* veniſti in dies, ″& valde multa terra relicta eſt ad poſſidendum.

2 Hæc *verò* eſt terra ″quæ relicta eſt: omnes limites Peliſthinorum, ″& omnis Geשſſuri:

3 ″A Nilo qui eſt ſuper faciē AEgypti, vſque ad terminum yEcron ad Aquilonem, ″ipſius Chenayanæi reputatur: ″quinquæ ſatrapæ Peliſthinorum, yAzzathæus, Aשſdodæus, Aשſcelonæus, & Gitthæus, & yEcronæus, & yAuæi.

4 Ab Auſtro ″vniuerſa terra Chenayanæi, & Meyaráh quæ eſt צSidoniorum, vſque ad Aphéc, vſque ad terminum אEmoræi:

5 Et terra Giblí, & totus Lebanón ad Ortum ſolis ″à Bayal-gád ſub monte חHermon, donec peruenias חHamáth.

6 Omnes habitatores ″montis, à Libano vſque ad ″Miשſrephoth

Iubet Dominus Ioſue vt diuidat reliquam terram Iſraelitis.

---

7 A Baעal-gad מבעל־גד à planitie Gad. Vſque ad montem Lenem ועד־ההר החלק .i. quæ adiacet radicibus montis Lenis. Vide præcedenti capite verſu 17. Secundum partes e. כמחלקותם׃ ſecundum diuiſiones [vel diſtributiones] eorum.

8 Et in Aשſedoth ובאשדות & in accliuitatibus. Et in Auſtro ובנגב & in parte Auſtrali. q.d. in regione fertili.

22 Charmeli לכרמל .i. quæ erat iuxta Charmelum. 23 Ipſius Naphath-dor לנפת־דור climatis [vel prouinciæ] Dor. i. quæ erat in prouincia Dor.

IN CAPVT XIII.

1 Quum autē Iehoשſúaע *iam* ſenuiſſet, &c. ויהושע זקן בא בימים ויאמר Ad verbū, Et Iehoſua ſenuit, venit in dies. Veniſſe in dies dicitur phraſi Hebraica quē Latini annoſum vocant: & ipſi Hebræi alias plenum, ſiue ſaturum dierum vocāt. Vide Gen. 25. a. 8. Et valde multa, &c. והארץ נשארה הרבה־מאוד לרשתה׃ & plurimum terræ relictum eſt vt poſſideatur. i. magna pars regionis ſupereſt debellanda, vt poſtea poſſideatur. Ad verbum, & terra relicta eſt multa valde ad poſſidendum eam.

2 Quæ relicta eſt: הנשארת .i. quæ ſupereſt debellanda. Et omnis Geשſſuri: וכל־הגשורי׃ & omnes Geſſuritæ.

3 A Nilo qui eſt ſuper faciem AEgy. מן־השיחור אשר על־פני מצרים A Nilo qui eſt cōtra AEgyptū. i. qui terminat eam partem Terræ ſanctæ quæ reſpicit AEgyptum. ab Auſtro ſcilicet. Alii, Ab amne turbido. i. riuulo quodam Nili: qui ſcilicet influit in mare Peluſiacum ad Gazam. Ipſius Chenaעanæi לכנעני Chananæorum. Quinque חמשת Subaudiendum aliquid, Et illic ſunt, vel habitāt quinque, &c.

4 Vniuerſa terra Chenaעanæi, כל־ארץ הכנעני ſub. ſupereſt debellanda. 5 A Baעal-gad מבעל־גד à planitie Gad, quæ eſt ad radices montis Hermon. Vide ſuprà cap. 11. c. 17.

6 Montis, ההר .i. montanorum, ſiue regionis montanæ. Miſשſrephoth aquarum משרפות מים Vide ſuprà cap. 11. b. 8.

aquarum, omnes צSidonios expellam à facie filiorum Iשſraאél: tantùm′cadere fac eam ipſi Iשſraאél in hæreditatem, ſicuti præcepi tibi.

7 Nunc ergo diuide terram iſtam in hæreditatem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Menaשſſéh.

8 ′Cum ea, Reאubenitæ & Gaditæ acceperunt″ partes ſuas quas dedit eis Moשſéh trans Iardén ad Orietẽm, ſicut dederat eis Moשſéh ſeruus Iehouæ:

9 ″Ab yAroyér quæ eſt iuxta ripam fluminis Arnón, & vrbẽ ipſam quæ eſt in medio vallis, & totam planitiem Medebáh vſque ad Dibón:

10 Et omnes vrbes סSiחhõ regis אEmoræi, qui regnabat in חHeשſbón vſque ad terminum filiorum yAmmón:

11 Et Gilyád, & terminum Geשſuri & Mayachathi, & totum montem חHermón, & vniuerſam Baשſán vſque ad סSalcháh:

12 Vniuerſum regnum yOg in Baשſán, qui regnabat in yAשſtharoth & in אEdréyi: ″hic ſupererat ex reſiduo Rephaím, & percuſſit eos Moשſéh, & expulit eos.

Geſſuri, Machati.

13 Non expulerunt autẽ filii Iשſraאél ″Geשſurí & Mayachathí: propterea habitauit Geשſúr & Mayachath in medio Iשſraאél vſque ad diem hanc.

Tribui Leui non datur poſſeſſio.

14 ′Tantùm tribui Leui non dedit hæreditatem: ″ſacrificia Iehouæ Dei Iשſraאél ſunt hæreditas eius, quemadmodum loquutus eſt″ei.

Poſſeſſio filiorũ Ruben.

15 ′Dedit ergo Moשſéh tribui filiorũ Reאuben per familias ſuas:

16 Fuítque illis′terminus ab yAroyér, quæ eſt iuxta ripam torrẽtis Arnón, & vrbs quæ eſt″in medio vallis, & vniuerſa planities *quæ eſt*″iuxta Medebáh:

17 חHeשſbón, & omnes″vrbes eius quæ erant in planitie: Dibón & Bamóth-báyal, & Beth-báyal-meyón,

18 Et Iahaצſáh, & Cedemóth, & Mepháath,

19 Et Ciriatháim, & שSibmáh, & צSéreth-שſáחhar″in monte vallis,

20 Et Beth-péyor, ″& Aשſdóth-piסſgáh, & Beth-ieשſimóth,

21 Et omnes vrbes″planitiei, & vniuerſum regnum סSiחhón regis אEmoræi qui regnabat in חHeשſbón, quem″percuſſit Moשſéh: & principes Midían, אEui & Recem, & צSur, & חHur, & Rébay duces סSiחhon habitatores terræ.

Balaam occiſus,

22 Et Bilyám filium Beyor′diuinatorem occiderunt filii Iשſraאél gladio″cum interfectis ſuis.

23 Fuit autem″terminus filiorum Reאuben, Iarden, ″& terminus. hæc eſt hæreditas filiorum Reאuben per familias ſuas, vrbes, & villæ earum.

B

vniuerſique Sidonii: ego ſum qui delebo eos à facie filiorũ Iſrael: veniat ergo in partem hæreditatis Iſrael, ſicut præcepi tibi.

7 Et nũc diuide terram in poſſeſſionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe,

8 Cum qua Ruben & Gad poſſederunt terram, ‖quam tradidit eis Moyſes famulus Domini trãs fluenta Iordanis, ad Orientalem plagam:

Nume.32.f.33 infra.22.a.4

9 Ab Aroer quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuerſáque campeſtria Medaba, vſque Dibon:

10 Et cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon vſq; ad terminos filiorum Ammon.

11 Et Galaad, ac terminum Geſſuri & Machati, & omnem montẽ Hermõ, & vniuerſam Baſan, vſq; ad Salecha:

12 Omne regnum Og in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, ipſe fuit de reliquiis Raphaim: percuſſitque eos Moyſes, atque deleuit.

13 Noluerũntque diſperdere filii Iſrael Geſſuri & Machati: & habitauerũt in medio Iſrael vſque in præſentem diem,

14 Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem: ſed ſacrificia & victimæ Domini Dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas, ‖ſicut loquutus eſt illi.

Num.18.c.21

15 Dedit ergo Moyſes poſſeſſionẽ tribui filiorum Ruben iuxta cognationes ſuas:

C

16 Fuitque terminus eorũ ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in valle eiuſdem torrentis media: vniuerſã planitiẽ, quæ ducit Medaba.

17 Heſebon, cunctóſque viculos eius qui ſunt in campeſtribus: Dibõ quoque, & Bamoth-baal, & oppidum Baalmeon,

18 Et Iaſſa, & Cedimoth, & Mepháath,

19 Et Cariatháim, & Sabama, & Sarathaſar in monte conuallis.

20 Beth-phogor & Aſedoth-phaſga, & Beth-ieſimoth,

21 Et omnes vrbes cãpeſtres, vniuerſáque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon, ‖quem percuſſit Moyſes, cum principibus Madian, Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Reba duces Sehon habitatores terræ.

Nume.31.a.8

22 Et Balaam filiũ Beor ariolum occiderunt filii Iſrael gladio cum cæteris interfectis.

23 Factúſque eſt terminus filiorũ Ruben Iordanis fluuius. hæc eſt poſſeſſio Rubenitarum per cognationes ſuas vrbium & viculorum.

Cadere fac eam חפלה id eſt, miſſis ſortibus diuide eam Iſraeli.

8 Cum ea, עמו .i. cum alia media tribu Manaſſe. Partes ſuas, נחלתם poſſeſſionem ſuam.

9 Ab yAroyer מערוער ſub. acceperunt.

12 Hic ſupererat, &c. הוא נשאר מיתר הרפאים hic ſupererat ex reliquiis gigantum. i. hic vnus ex omnibus gigantibus ſupererat.

13 Geשſuri & Mayachathi הגשורי ואת המעכתי Geſuræos & Maachathæos.

14 Tantùm רק Veruntamen. Sacrificia, &c. אשי וגו .i. capiet ex hoſtiis vice poſſeſſionis ſuæ. vide infrà verſu vltimo. Ei לו de illa nempe tribu Leui. 15 Dedit ergo ויתן ſub. poſſeſſionem.

16 Terminus הגבול ſub. regionis aſſignatæ, &c. i. regio illis aſſignata. q. d. regio illa continet, &c. In medio vallis, בתוך הנחל in ipſo torrente. Iuxta Medebah. על־מידבא: .i. quæ adiacet vrbi Medebah. Chaldæus paraph. *quæ protenditur* vſque ad Medeba.

17 Vrbes eius עריה id eſt, illi ſubditæ.

19 In monte vallis, בהר העמק: *quæ ſita eſt* in monte planitiei. i. in tumulo qui eſt in planitie.

20 Et Aשſdóth, &c. ואשרות הפסגה Vide Deut.3.e.17. 21 Planitiei, המישור .i. campeſtres. Percuſſit הכה .i. debellauit. Vide Nume.31.a.7. 22 Diuinatorem הקוסם ariolum, Heb. diminutiuũ. Cum interfectis ſuis. אל־חלליהם: .i. vnà cum aliis à ſe trucidatis.

23 Terminus גבול limes. ſub. regionis aſſignatæ, &c. Et terminus וגבול cum termino. ſub. eius. i. & regio adiacens illi.

Deditque Moyſes tribui Gad & filiis eius per cognationes ſuas poſſeſſionem, cuius hæc diuiſio eſt,

· Terminus Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorum Ammon, vſque ad Aroer quæ eſt contra Rabba:

D Et ab Heſebon vſque Ramath, Maſphe & Betonim: & à Manáim vſque ad terminos Dabir.

In valle quoque Beth-arã, & Beth-nemra, & Socoth, & Saphon reliquã partem regni Sehon regis Heſebon: huiꝰ quoque finis, Iordanis eſt vſque ad extremam partẽ maris Cenéreth trans Iordanem ad Orientalẽ plagã.

Hæc eſt poſſeſſio filiorum Gad per familias ſuas, ciuitates & villæ earũ.

Dedit & dimidiæ tribui Manaſſe, filiiſque eius iuxta cognationes ſuas poſſeſſionem,

Cuius hoc principium eſt: A Manâim vniuerſam Baſan, & cuncta regna Og regis Baſan, omnéſque vicos Iair qui ſũt in Baſã, ſexagĩta oppida.

Et dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth, & Edrai vrbes regni Og in Baſan: filiis Machir filii Manaſſe, dimidiæ parti filiorũ Machir iuxta cognationes ſuas.

Hanc poſſeſſionem diuiſit Moyſes in campeſtribus Moab, trãs Iordanẽ contra Iericho ad Oriẽtalem plagã.

Nume.18.c.20

Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem: quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius, ‖vt loquutus eſt illi.

Cap. XIIII.

HOc eſt quod poſſederunt filii Iſrael in terra Chanáan, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos & Ioſue filius Nun, & principes familiarum per tribus Iſrael:

Num.34.g.54

Sorte omnia diuidẽtes, ‖ſicut præceperat Dominus in manu Moyſi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui.

(Duabus enim tribubus & dimidiæ dederat Moyſes trans Iordanem poſſeſſionem) abſque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres ſuos:

Sed in eorum ſucceſſerunt locum filii Ioſeph in duas diuiſi tribus, Manaſſe & Ephráim: nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partẽ, niſi vrbes B ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda iumenta & pecora ſua.

Sicut præceperat Dominus Moyſi, ita fecerunt filii Iſrael, & diuiſerũt terram.

Num.14.d.24

Acceſſerũt itaque filii Iuda ad Ioſue in Galgala, loquutúſque eſt ad eũ Caleb filius Iephone Cenezæus, ‖Noſti quid loquutus ſit Dominus ad Moyſen hominem Dei de me & te

Poſſeſſio tribus Gad.

24 ′Dedítque Moשſéh tribui Gad, filiis Gad per familias ſuas:

25 Et fuit eis′terminus, Iaעazér, & omnes vrbes Gilעád, ″& dimidiũ terræ filiorũ עAmmõ, vſque ad עAroעér, quæ eſt corã Rabbáh:

26 Et ab חHeשſbón vſque ad Ramáth ipſius Miצſpéh & Betoním: & à Maחhanáim vſque ad terminum ipſius Debír.

27 ″Et in valle Beth-harám & Beth-nimráh, & סSuchóth, & צSaphón: ″reſiduũ regni סSiחhon regis חHeשſbon, Iardén, ″& cõfiniũ, vſque ad extremum maris Chinnéreth, trans Iardén ad Oriẽtem.

28 Hæc eſt hæreditas filiorum Gad per familias ſuas, vrbes & villæ earum.

Poſſeſſio dimidiæ tribus Manaſſe.

29 ′Dedit præterea Moשſéh dimidiæ tribui Menaשſſéh: fuítque dimidiæ tribui filiorum Menaשſſéh per familias ſuas,

30 Fuit *inquam*″terminus eorũ à Maחhanáim omnis Baשſan totius regni עOg regis Baשſán, & omnes חHauóth Iaאir quæ ſunt in Baשſán, ſexaginta vrbes.

31 Et dimidiũ Gilעád, & עAשſtharóth, & אEdréעi, vrbes regni עOg ″in Baשſán, ′filiorum Machir filii Menaשſſéh, ′dimidio filiorum Machir per familias ſuas.

32 Iſtæ ſũt *hæreditates* quas tradidit Moשſéh in campeſtribus Moáb ″à tranſitu Iardén ipſi Ieriחhó ad Orientem.

33 Tribui autem Leui non dedit Moשſéh hæreditatem: Iehouáh Deus Iשſraאél ipſe eſt″hæreditas eorum, quemadmodũ dixit″illis.

Cap. XIIII.

1 I″Sta ſunt autem quæ hæreditate acceperũt filii Iשſraאél in terra Chenáעan, quæ tradiderũt illis iure hæreditario poſſidẽda אElעazár ſacerdos & Iehoשſúaע filius Nun, ″& capita patrum tribuum filiorum Iשſraאél,

2 ″Per ſortem hæreditatis eorum, ſicuti præceperat Iehouáh″per manum Moשſéh vt daret′nouem tribubus & dimidiæ tribui.

3 Dederat enim Moשſéh hæreditatem duabus tribubus & dimidiæ tribui citra Iardén: Leuitis autem non dederat hæreditatem in medio eorum.

Manaſſe & Ephraim, vice Leuitarum accipiunt hæreditatem.

4 Fuerũt enim filii Ioסéph duæ tribus, Menaשſſéh & אEphráim: neque dederũt partẽ Leuitis in terra, præter vrbes ad habitãdum, & ſuburbana earum ″pro iumentis eorum & gregibus eorum.

5 Quemadmodum præceperat Iehouáh Moשſéh, ſic fecerũt filii Iשſraאél, ″& diuiſerunt terram.

Chaleb poſtulat ſibi promiſſam hæreditatem.

6 Acceſſerunt autẽ filii Iehudáh ad Iehoשſúaע in Gilgál: dixítque ad eum Chaléb filius Iephunnéh Cenizæus, ′Tu noſti verbum quod loquutus eſt Iehouáh ad Moשſéh virũ Dei propter me & te

24 Deditque ויתן ſub. poſſeſſionem.

25 Terminus, הגבול limes. regionis ſcilicet aſſignatæ. Et dimidium terræ וחצי־ארץ .i. media pars regionis filiorũ Ammon, hoc eſt quæ fuerat olim Ammonitarum, & poſtea occupauit eam Sehon rex Amorrhæorum.

27 Et in valle ובעמק Et in planitie. vel in loco campeſtri. Reſiduum יתר Nonnihil ſubaudiendum, cuiuſmodi, & vt vno verbo dicã, reſiduum, &c. Et confinium, וגבול & terminus. vel limes. ſub. eius regionis, adiacens illi, quæ protendebatur vſque, &c.

29 Dedit præterea ויתן ſub. poſſeſſionem. 30 Terminus eorum גבולם .i. terminus regionis aſſignatæ illis.

31 In Baשſan, בבשן .i. in regione Baſan, vel qui regnabat in Baſan. Filiorum לבני ſub. fuerũt. i. nepotum Machir. Dimidio לחצי id eſt, dimidiæ parti. q.d. non omnium, ſed aliquot. 32 A tranſitu Iardén ipſi Ieri. מעבר לירדן יריחו citra Iardén Iericho. Citra dicit, quòd meminit Iericho. i. citra Iordanem qua parte non procul diſtat ab Iericho. 33 Hæreditas eorum, נחלתם id eſt, eſt illis vice hæreditatis. debent enim accipere quæcunque Deo offeruntur. Vide ſuprà verſu 14. Illis. להם: id eſt de illis.

IN CAPVT XIIII.

1 Iſta ſunt autem, &c. ואלה אשר וגו׳ Hæ autem ſunt *hæreditates* quas iure hæreditario poſſederunt filii Iſrael in terra Chenáעan, quas tradiderunt illis iure hæreditario poſſidendas. Et capita patrum וראשי אבות & principes familiarum.

2 Per ſortem hæreditatis e. בגורל נחלתם per ſortem hæreditatis ſuæ. Iſtud iungitur præcedenti verſui. i. quæ poſſederunt miſſis ſortibus, ſiue per ſortem quæ indicabat & aſſignabat vnicuique ſuam hæreditatem. Per manum Moשſéh ביד־משה .i. per Moſen, ſiue Moſe internũtio. Nouem tribubus, &c. לתשעת המטות וחצי המטה: Quidam diſtingunt poſt Daret, vt præcedentibus iungatur: & vertũt ſequentia ſic, de nouem tribubus & dimidia tribu. 4 Pro iumentis, &c. למקניהם ולקנינם: pro armentis & gregibus eorum. paſcendis ſcilicet.

5 Et diuiſerunt. ויחלקו diuidendo. 6 Tu noſti verbum quod אתה ידעת את־הדבר אשר Tu noſti ſermonem quem. i. quid loquutus ſit Iehoua, &c.

in Cadewſ-barnéay.

7 Quadragenarius eram quãdo miſit Mowſéh ſeruus Iehouæ me de Cadewſ-barnéay ad explorandum terram:& retuli ei"verbum, quemadmodum erat cum corde meo.

8 "Et fratres mei qui aſcenderunt mecum,"diſſoluerunt cor populi: ego autem adimpleui *ire* poſt Iehouam Deum meum.

9 Et iurauit Mowſéh eo die,dicendo,"Si non terra quam calcauit pes tuus tua erit in hæreditatem & filiis tuis"in æternũ: quia"adimpleuiſti *ire* poſt Iehouam Deum meum.

10 Nunc autem "Iehouáh conceſſit mihi vitam ſicut dixerat,iam quadraginta & quinque anni ſunt ex eo tẽpore quo loquutus eſt Iehouáh hãc rem ad Mowſéh,"ex quo ambulauit Iwſraℵel per Deſertum:"& nũc quidem hodie ſum quinque & octoginta annorũ.

11 Et adhuc ſum hodie *ita* fortis vt *eram* in die qua miſit me Mowſéh:"quanta erat fortitudo mea tunc, tanta nunc fortitudo mea ad prælium,"& ad exeundum & ingrediendum.

12 Nunc ergo da mihi montem iſtum,"vt loquutus eſt Iehouáh eo die:tu enim audiſti eo die quòd"yAnacim ſũt ibi, & vrbes magnæ & munitæ,"fortè Iehouáh *erit* mecum, & expellã eos,quemadmodum dixit Iehouáh.

Traditur ei Hebron

13 Et benedixit ei Iehowſúay: dedítque nHebrón ipſi Chaléb filio Iephunnéh in hæreditatem.

14 Iccirco fuit nHebrón ipſius Chaléb filii Iephunnéh Cenizæi in hæreditatem,vſque ad diem hanc,eo quòd"adimpleuit *ire* poſt Iehouam Deum Iwſraℵél.

15 Nomẽ autem nHebrón "antea fuit Ciriath-arbay, *qui Arba* homo "magnus inter yAnacím fuit:& terra"quieuit à bello. Cap. XV.

Sors filiorum Iudæ.

1 FVítque ſors tribui filiorum Iehudáh per familias eorum"iuxta terminum ℵEdóm & deſertum xSin ad Auſtrum "ab extremo Auſtri.

2 Fuítq;"eis terminus Meridiei ab extremo Maris ſalis, *hoc eſt*"à petra"quæ reſpicit ad Meridiem.

3 "Et egreditur ad Meridiem Mayale-yacrabim, & *illinc* tranſit in "xSin: "progrediens autẽ à Meridie in Chadewſ-barnéay trãſit *illinc* in nHexſrón, & *rurſum* aſcendit in Adár, vnde circuit in Carcaya.

in Cadeſ-barne.

Quadraginta annorum eram quãdo miſit me Moyſes famulus Domini de Cades barne, vt conſiderarem terram, nuntiauique ei quod mihi verum videbatur.

Fratres autem mei qui aſcenderãt mecum,diſſoluerunt cor populi:& nihilominus ego ſequutus ſum Dominum Deum meum.

C

Supra 1.a.3

Iurauitque Moyſes in die illo, dicens,Terra quam calcauit pes tuus,erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum:quia ſequutus es Dominum Deum meum.

Conceſſit ergo Dominus vitã mihi,ſicut pollicitus eſt, vſque in præſẽtem diem.quadraginta & quinque ãni ſũt ex quo loquutus eſt Dominus verbũ iſtud ad Moyſen, quãdo ambulabat Iſrael per ſolitudinem:hodie octoginta quinque annorum ſum,

Sic valens vt eo valebam tempore quando ad explorandum miſſus ſum: Illius in me tẽporis fortitudo vſque hodie perſeuerat,tã ad bellãdũ quàm ad gradiendum.

Eccli 46.b.11

Da ergo mihi montem iſtum quẽ pollicitus eſt Dominus te quoque audiente,in quo Enacim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ:ſi fortè ſit Dominus mecum,& potuero delere eos ſicut promiſit mihi,

D

Benedixitque ei Ioſue: & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem,

1.Mach.2.f.56

Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vſq; in præſentem diem : quia ſequutus eſt Dominum Deum Iſrael.

Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe : adã maximus ibi inter Enacim ſitus eſt:& terra ceſſauit à præliis. Cap. XV.

IGitur ſors filiorum Iudæ per cognationes ſuas iſta fuit : A termino Edom deſertum Sin contra Meridiem,& vſque ad extremam partem Auſtralis plagæ.

Num.34.a.3

Initium eius à ſummitate Maris ſalſiſſimi, & à lingua eius quæ reſpicit Meridiem.

Egreditúrque contra Aſcenſumſcorpionis,& pertrãſit in Sina : aſcẽditque in Cades-barne, & peruenit in Heſron, aſcẽdens ad Addar:& circuiens Carcaa.

7 Verbum,&c. דבר כאשר עם־לבבי: Hebraiſmus,reſponſum prout ſentiebam in animo meo.hoc eſt veritatem ipſam.

8 Et fratres mei ואחי Alios exploratores ſignificat. Diſſoluerunt cor,&c. המסיו את־לב וגו׳ Hebraiſmus, deterruerunt populum,& ademerunt eis animos:ego verò impleui voluntatem Domini,eundo poſt ipſum,quum conarer addere illis animos.

9 Si non אם־לא Iurantis ſermo,in quo ſubaudiendum,Diſpeream,aut aliquid ſimile.de quo aliis locis. In æternum: עד־עולם .i.longo tempore. Adimpleuiſti,&c. מלאת Vt præcedenti verſu.

10 Iehouáh conceſſit mihi vitam החיה יהוה אותי Ad verbum,viuere fecit Iehouáh me.id eſt,ſeruauit me ſaluũ & incolumem. Ex quo אשר pro אשר עמו cum quo.i.quo duce obambulauit,ſiue vagatus eſt. Et nunc quidem,&c. ועתה הנה אנוכי היום בן־חמש וגו׳ Ad verbum, & nunc ecce ego hodie filius ſum quinque & octoginta annorum.pro,natus ſum octoginta quinque annos.

11 Quanta erat fortitudo mea,&c. ככחי אז וככחי עתה Ad verbum,ſicut fortitudo mea tunc,ſicut fortitudo mea nunc. Hebraiſmus,quanta erat tunc fortitudo mea,tanta nunc eſt:& quanta eſt fortitudo mea nunc,tanta erat tunc.q.d.tunc non erat maior,neque minor eſt nunc. Et ad exeundum,&c. ולצאת ולבוא: .i.ad iter capeſſendum.Gallicè,*a aller & uenir.*

12 Vt loquutus eſt אשר־דבר de quo loquutus eſt. yAnacim ענקים .i.gigantes. Fortè אולי Non eſt dubitantis,ſed dixit modeſtiæ cauſa,nihil ſibi arrogans,Fortè aderit mihi,ſiue fauebit,& perdam,exterminabóque eos.

14 Adimpleuit מלא Vide paulo antè verſu 8.

15 Antea לפנים .i.olim.antiquitus. Magnus inter yAnacim הגדול בענקים הוא maximus gigantum fuit.i.clariſſimus. Quieuit à bello. שקטה ממלחמה: .i.non amplius vexata fuit præliis,ſed quieuit ad tempus.

IN CAPVT XV.

1 Iuxta terminum אל־גבול Hîc אל pro על poſitum,iuxta limites. Ab extremo Auſtri. מקצה תימן: in extremitate Auſtri.i.in latere illo quod aſpicit Auſtrum.hoc eſt,tribus illa à parte Auſtrali habuit pro limite Idumæam & Deſertum xSin.

2 Eis להם filiis Iudah ſcilicet.vel,ei,nẽpe, tribui.hoc eſt,habuit tribus illa pro termino Auſtrali extremũ Maris ſalis. ſiue,incipit terminus Auſtralis eius ab extremitate Maris mortui. A petra מן הלשון Ad verbũ,à lingua.Linguam vocat promontorium,quòd longius excurrat in mare. Chaldæus paraph.petram, ſiue promontorium vertit. Alii, ab excurſu maris: ſcilicet in terram. quòd longius ac ſtrictius inſtar linguæ excurrat in terram. Quæ reſpicit,&c. הפונה נגבה .i.quod promontorium vergit ad Meridiem.

3 Et egreditur,&c. ויצא אל־מנגב וגו׳ .i.Et hinc excurrit ad locum qui eſt ad Meridiem loci qui dicitur Mayale yacrabim, id eſt Aſcenſus ſcorpionum. montana ſunt quæ ſe in modum ſcorpionum incuruant. xSin: צנה Vrbs eſt quæ deſerto xSin nomen dedit. Progrediens autem,&c. ועלה מנגב וגו׳ Ad verbum,& aſcendit [i.aſcendendo progreditur] à Meridie in Chadewſ-barneay,& *illinc* vertit ſeſe [i.tendit] in Hexſron.

4 Atque inde pertranſiens in Aſemona, & perueniens ad Torrentẽ AEgypti: eruntque termini eius Mare magnum: hic erit finis Meridianæ plagæ.

5 Ab Oriente verò erit initium Mare ſalſiſſimum vſque ad extrema Iordanis: & ea quæ reſpiciunt ad Aquilonem à Lingua maris vſque ad eundẽ Iordanis fluuium.

6 Aſcenditque terminus in Beth-hagla, & tranſit Ab Aquilone in Betharaba, aſcendens ad Lapidem-Boen filii Ruben.

B

7 Et tendens vſque ad terminos Debera de Valle-achor, contra Aquilonem reſpiciẽs Galgala, quæ eſt ex aduerſo Aſcenſionis adommim, ab Auſtrali parte torrẽtis: trãſitque aquas quæ vocantur Fons-ſolis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel.

8 Aſcenditque per vallem filii Ennõ ex latere Iebuſæi ad Meridiem, hæc eſt Ieruſalẽ: & inde ſe erigens ad verticem montis qui eſt contra Ge-Ennom ad Occidentem in ſummitate Vallis-raphaim contra Aquilonem.

9 Pertranſitque à vertice montis vſque ad fontẽ aquæ Nephtoa: & peruenit vſque ad vicos mõtis Ephrón: inclinatúrque in Baala, quæ eſt Cariath-iarim, id eſt vrbs ſyluarum.

C

10 Et circuit de Baala contra Occidẽtem, vſque ad montẽ Seir: tranſitque iuxta latus montis Iarim ad Aquilonem in Cheſlon: & deſcendit in Bethſames, tranſitque in Thamna.

11 Et peruenit contra Aquilonẽ partis Accaron ex latere: inclinatúrque Sechrona, & tranſit montem Baala: peruenitque in Iebneel, & magni Maris contra Occidentẽ fine cõcluditur.

12 Hi ſunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus ſuis.

13 Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorũ Iuda, ſicut præceperat ei Dominus: Cariath-Arbe patris Enac, ipſa eſt Hebron.

D

Iudic.1.c.10, & c.20

14 ‖Deleuitque ex ea Caleb tres filios Enac, Seſai, & Ahiman, & Tholma de ſtirpe Enac.

15 Atque inde conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-ſépher, id eſt ciuitas literarum.

4 Inde trãſit in עAצſmón, ″& egreditur *ad* ″torrentẽ AEgypti: ſúntque ″egreſſus huius termini ad Occidentem: iſte erit vobis terminus ad Meridiem.

5 Terminus verò ad Orientem, *eſt* Mare ſalis ″vſque ad extremitatem Iardén: terminus autem ″anguli Aquilonaris ″à petra maris ab extremo Iardén.

6 Aſcendítque terminus iſte in Beth-חhogláh, & tranſit ab Aquilone ad Beth-עarabáh: atque *illinc* aſcẽdit terminus iſte ad ″Lapidẽ Bóhan filii Reאubén.

7 Aſcendit præterea terminus iſte in Debir à Valle עAchór, & ad Aquilonem reſpicit ″ad Gilgál, quæ eſt eregione aſcenſus Adummim, quæ *quidem* eſt ab Auſtro torrenti: & tranſit terminus iſte ad aquas עEn-שſemeשs, ″ſúntque exitus eius ad ″עEn-rogél.

8 Et aſcendit terminus iſte ad Vallem filii Hinnom, ad latus ″Iebuסſæi à Meridie, ″ipſa eſt Ieruשſaláim: ″aſcendit inſuper terminus iſte ad verticem montis qui eſt eregione vallis Hinnóm ad Occidentem, quæ *quidem* eſt in extremitate Vallis Repháim ad Aquilonem.

9 ″Circuit autem terminus à vertice ipſius montis, ad fontem aquæ Nephthóaחh, ″& egreditur ad vrbes mõtis Hephrón, ″circuítque terminus iſte in Baעalah, ipſa eſt Ciriath-ieעarim.

10 Et *illinc* ″gyrat terminus iſte à Baעaláh ad Occidentem ad montẽ שSeעír, & *illinc* pertranſit ″ad latus montis Ieעarim ″ab Aquilone, ipſa eſt Cheסſalón, deſcendítque in Beth-שſémeשs, & pertrãſit *in* Timnáh.

11 ″Egreditúrque terminus ad latus עEcrón ad Aquilonem, ″& circuit terminus iſte ad שSichrón, pertranſítque vſque ad montem Baעaláh, ″& *illinc* egreditur in Iabneאél: ″ſúntque exitus huius termini ad Mare.

12 Porrò terminus Occidentalis ″ad Mare magnum & terminum, ″iſte eſt terminus filiorũ Iehudáh per circuitũ, per familias ſuas.

Sors Chaleb.

13 Chaléb autem filio Iephunnéh dedit partem ″in medio filiorũ Iehudáh ″iuxta ſermonem Iehouæ ad Iehoשſúaע, Ciríath-arbáע ″patris עAnác, ipſa eſt חHebrón.

14 Expulítque ″inde Chaléb tres ″filios עAnác, שSeשſadi, & Aחhimán, & Thalmái, *qui fuerunt* filii עAnác.

15 Aſcẽdítque inde ad habitatores Debir: ″cuius nomẽ antea fuit Ciriáth-סſépher.

4 Et egreditur ויצא Et excurrit. Torrentem נחל Quidam volunt Nahal, quod torrentem ſignificat, eſſe nomen loci: aut eſt Nilus. Vide infrà, verſu 47. Egreſſus תוצאות fines. i. limites. q.d. deſinit ad Mare mediterraneum.

5 Vſque ad extremitatem Iardén: עד־קצה הירדן .i. vſque ad eum locum in quo Iordanis influit in Mare ſalſum. Anguli Aquil. לפאת צפונה lateris Septentrionalis. A petra, &c. מלשון הים מקצה הירדן: *incipit* à promontorio [vel excurſu *altero*] Maris *ſalſi* ab extremitate [ſiue, termino] Iardén. i. ab ea parte qua Iordanis influit Mare ſalſum. Vide paulo antè, verſu primo.

6 Lapidẽ Bohan אבן בוהן אEben-bohan. nomen loci. 7 Ad Gilgal, אל־הגלגל verſus Gilgal. Súntque exitus eius והיה תוצאותיו i. deſinit in עEn-rogel. עEn-rogél. עין רגל: Significat fontem, ſiue oculum fullonis, ſic dicti quòd pedibus veſtes mundet.

8 Iebuסſæi היבוסי Iebuſæorũ. Ipſa eſt Ieruשſ. היא ירושלים .i. Iebuſæi habitant in Ieruſalẽ. Aſcendit inſuper ועלה .i. progreditur.

9 Circuit autẽ ותאר הגבול Et deſcribitur [ſiue vt quidã, figuratur] terminus. Alii, ducítque lineam terminus. i. lineam arcuatam ſiue obliquam quaſi circino facit. Vel, Linea arcuata [ſiue obliqua] tendit terminus. i. ſeſe confert. Alii, Deflectit autem limes iſte. Et egreditur ויצא & excurrit. Circuitque ותאר ducitque lineam, id eſt ſeſe confert. Alii, vergítque, aut deflectit. Idem verbum quod in principio huius verſus, & infrà cap. 18. c. 14.

10 Gyrat ונסב Alii, vertit ſeſe. i. tendit. Ad latus אל־כתף ad extremitatem. Ab Aquilone, מצפונה ad plagam Septentrionalem.

11 Egreditúrque ויצא Excurritque. Et circuit ותאר & ducit lineam. Alii, deflectit. Idem verbum quod in principio noni verſus. i. confert ſeſe. Et *illinc* egreditur ויצאו & excurrit. i. pergit. Súntque exitus, &c. והיו תוצאות .i. tandem deſinit in Mari.

12 Ad Mare magnum הימה הגדול ſub. contendit. Mare magnum vocat Mare mediterraneum. i. terminus Occidentalis ſitus eſt iuxta Mare mediterraneum, & terminum eius, hoc eſt regionẽ finitimam Mari mediterraneo. q.d. Mare mediterraneum & regio illi finitima efficiunt terminum ac limites Occidentales eius. Iſte eſt terminus זה גבול Iſta eſt regio ſuis terminis definita.

13 In medio, &c. בתוך וגו׳ id eſt in tribu Iuda. Iuxta ſermonem, &c אל־פי יהוה ליהושע Ad verbum, Ad os Iehouæ ad Iehoſuaע. i. de mandato Domini facto Ioſue. Patris עAnac, אבי הענק patris gigantum. i. celeberrimi inter gigantes.

14 Inde משם .i. ex agro Hebron. Hæc ſequentia de Chaleb per anticipationem dicuntur. nam mortuo Ioſue facta ſunt, vt legimus Iudic. cap. 1. c. 12. Filios עAnac, בני הענק filios gigantum. i. tres gigantes, ſiue tyrannos. Alii, filios Arba gigantis celebratiſſimi. Et ſic infrà in fine verſus.

15 Cuius nomen ושם־דבר Ad verbum, & nomen Debir.

Dixítque Chaléb, Qui percuſſerit Ciriáth-סſépher, & ceperit eã, dabo ei עAchסſáh filiam meam in vxorem. 16

Cepit autem eam עOthniél filius Cenáz″fratris Chaléb: dedítque ei עAchסſáh filiam ſuam in vxorem. 17

Axa filia Chaleb petit à patre terram irriguam.

′Fuítque quum veniret ipſa″ſuaſit illi vt peteret à patre ſuo agrum, ′& deſcendit de aſino, dixítque ei Chaléb, Quid tibi eſt? 18

Illa reſpondit, Da mihi ′benedictionem: quandoquidem terrã ″aridam dediſti mihi, da mihi″fontes aquarum. Et dedit ei ′fontes ſuperiores & fontes inferiores. 19

Iſta eſt hæreditas tribus filiorum Iehudáh per familias ſuas. 20

Catalogus maiorũ vrbium tribus Iuda & minorum illis ſubditarum.

Fuerunt autem vrbes in extremitate tribus filiorum Iedudáh iuxta terminum אEdóm ad Meridien, Cabצſéאel, & עEder, & Iagur, 21

Et Cináh, & Dimonáh, & עAdעadáh, 22

Et Cédeשs, & חHaצſór, & Ithnán, 23

Zíph, & Thélem, & Beעalóth, 24

Et חHaſór חHadatháh, & Ceríoth, Heצſrón, ipſa eſt חHaצſór, 25

Amam, & סSemáע, & Moladáh, 26

Et חHaצſár, Gaddá, & חHeשſmón, Beth-phéleth, 27

Et חHaצſár-שſuעál, & Beאer-שſébaע, & Biziotheiá, 28

Baעalá, & עiim, & עAצſem, 29

Et אEltholád, & Cheסſíl, & חHormáh, 30

Et צSiclág, & Madmannáh, & סSanſannáh, 31

Et Lebaóth, & שSilחhim, & עAin, & Rimón: omnes vrbes viginti & nouem, & villæ earum. 32

In planitie אEשſthaאól, & צSorעáh, & Aשſnáh, 33

Et Zanóaחh, & יעEn-gannim, Thaphúaחh & יעEnám, 34

Iarmúth, & עAdulám, Sochóh, & עAzecáh, 35

Et שSaעaráim, & עAditháim, & Gederáh, & Gederotháim: vrbes quatuordecim, & villæ earum. 36

צSenán, & חHadaשſáh, & Migdál-gád, 37

Et Dilעán, & Miסſpéh, & Iocthe אél, 38

Lachiשs, & Boצſcáth, & עEglón, 39

Et Chabbón, & Laחhmám, & Chithlíשs, 40

Et Gederóth, Bethdagón, & Naעamáh, & Maccedáh: ciuitates ſexdecim, & villæ earum. 41

Libnáh, & עEther, & עAשſán, 42

Et Iephtháחh, & Aשſnáh, & Neצſib. 43

Et Cheעiláh, & Achzíb, & Mareשſáh: ciuitates nouem, & villæ earum. 44

″עEcrón & oppida eius, & villæ eius. 45

Ab עEcrón & ad mare, omnes quæ ſunt′ad latus Aשſdód, & villæ earum. 46

Aשſdód, oppida eius, & villæ eius: עAzzáh, oppida eius, & villæ eius″vſque ad torrentem AEgypti, & Mare magnũ, ″& terminus. 47

″Et in monte, שSamir, & Iathir, & שSochóh, 48

16 Dixitque Caleb, Qui percuſſerit Cariath-ſépher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.

17 Cepítque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditque ei Axam filiam ſuam vxorem.

18 Qui quum pergerent ſimul, ſuaſa eſt à viro ſuo vt peteret à patre ſuo agrum: ſuſpirauitque vt ſedebat in aſino. Cui Cale b, Quid habes, inquit?

19 Atilla reſpõdit, Da mihi benedictionem: terram Auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum ſuperius & inferius.

20 Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Iuda per cognationes ſuas.

B

21 Erántque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à Meridie: Cabſeel & Eder & Iagur,

22 Et Cina & Dimona & Adada,

23 Et Cedes & Aſor & Iethnan,

24 Ziph & Telem & Baloth,

25 Aſor noua, & Carioth, Heſron, hæc eſt Aſor,

26 Amam, Sama, & Molada,

27 Et Aſer-gadda & Haſſemõ & Beth phelet,

28 Et Haſer-ſual & Ber-ſábee & Baziothia,

29 Et Baala & Iím & Eſem,

30 Et Eltholad & Ceſil & Harma:

31 Et Siceleg & Medemena & Sẽſẽna,

32 Lebaoth & Selím & Aen & Rẽmõ: omnes ciuitates vigintinouem, & villæ earum.

33 In campeſtribus verò, Eſtaol & Sarea & Aſena,

34 Et Zanoe & En-gãním & Taphûa & Enaim,

35 Et Ierimoth & Adullam, Socho & Azeca,

36 Et Saráim & Adithâim & Gedera & Gederothâim: vrbes quatuordecim, & villæ earum.

37 Sanan & Hadaſſa & Magdal-gad,

38 Delean & Maſepha & Iecthel,

39 Lachis & Baſcath & Eglon,

F

40 Chebbon, & Leheman & Cethlís,

41 Et Gíderoth & Bethdagon & Naama & Maceda: ciuitates ſedecim, & villæ earum.

42 Labana & Ether & Aſan,

43 Iephtha & Eſna & Neſib,

44 Et Ceila & Achzib & Mareſa: ciuitates nouem, & víllæ earum.

45 Accaron cum vicis & villulis ſuis.

46 Ab Accaron vſque ad mare, omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos eius.

47 Azotus cum vicis & villulis ſuis. Gaza cum vicis & villulis ſuis, vſque ad Torrẽtem AEgypti, & Mare magnum terminus eius.

48 Et in monte, Samir & Iether & Socoth,

---

17 Fratris Caleb: אחי כלב frater Caleb.i.cognatus.vel nepos.

18 Fuitque quum veniret ipſa, ויהי בבואה Fuitque quum ingrederetur ipſa.ſub. domum ſponſi.q.d.quum deduceretur in domum ſponſi ſui. Suaſit illi ותסיתהו incitauit eum.i.cœpit illi ſuadere vt peteret à patre ſuo agrum aliquem, ′hoc eſt regionem aliquam arabilem ac fertilem. Et deſcendit ותצנח & deſiliit.deiecit ſeſe de aſino.i.deſcendendo de aſino quo vehebatur, coniecit ſeſe in pedes: quum ſcilicet pater′non acquieſceret petitioni eius. 19 Benedictionem: ברכה .i.munus aliquod. Aridam הנגב Ad verbum, ſiccitatis.i.arentem, ſiticuloſam. Fontes aquarum. גולותמים ſcaturigines aquarum. vnde ſcilicet poſſim irrigare terram arentem. Fontes ſuperiores, &c. את־גולות עליות וגו׳ .i. agrum in quo erant fontes in parte ſuperiore & inferiore. Quidam Scaturigines ſuperiores, interpretantur fontes erumpentes è terra: & inferiores ſcaturigines, puteos.

45 עEcron עקרון Metropolis ſcilicet, & vrbes illi ſubditæ. Sic in ſequentibus. 46 Ad latus על־יד .i.quæ adiacent.

47 Vſque ad torrentem AEg. עד־נחל מצרים Quidam Nilum ſignificari volunt. Alii tanquam nomen propriũ, vertunt, vſque ad Nahal AEgypti. vide ſuprà verſu 4. Et terminus. וגבול: & fines.ſub.eius. 48 Et in monte, ובהר id eſt Et in montanis.

Et Dāna & Cariath-ſenna, hæc eſt Dabir: 49

Anab & Iſtemo & Aním, 50

Goſen & Holon & Gilo: ciuitates vndecim & villæ earum. 51

Arab & Ruma & Eſaan. 52

Et Ianū & Beth-thaphua & Apheca. 53

G Athmatha & Cariath-arbe, hæc eſt Hebron, & Sior: ciuitates nouem & villæ earum. 54

Maon & Charmel & Ziph & Iota. 55

Iezrael & Iucadam & Zanoe, 56

Accain, Gabaa & Thāna: ciuitates decem, & villæ earum. 57

Halhul, & Beth-ſur, & Gedor, 58

Mareth, & Beth-anoth, & Elthecō: ciuitates ſex, & villæ earum. 59

Cariath-baal, hæc eſt Cariath-iarī vrbs ſyluarum, & Arebba: ciuitates duæ & villæ earum. 60

In deſerto: Beth-araba, Meddin, & Sachacha. 61

Et Nebſan, & Ciuitas ſalis, & Engaddi: ciuitates ſex, & villæ earum. 62

Iebuſæum autem habitatorem Ieruſalem non potuerunt filii Iuda delere: habitauitque Iebuſæus cum filiis Iuda in Ieruſalem vſque in præſentem diem. 63

Cap. XVI.

Cecidit quoque ſors filiorum Ioſeph ab Iordane contra Iericho & aquas eius, ab Oriente: ſolitudo quæ aſcendit de Iericho ad montem Beth-el. 1

Et egreditur de Beth-el Luzam: trāſitque terminum Archi, Ataroth. 2

Et deſcendit ad Occidentem iuxta terminum Iephleti, vſque ad termi-
B nos Beth-horon inferioris, & Gazer: finiuntúrque regiones eius Mari-magno. 3

Poſſederúntque filii Ioſeph, Manaſſes & Ephráim: 4

Et factus eſt terminus filiorum Ephráim per cognatioens ſuas: & poſſeſſio eorum contra Orientem Ataroth-adar, vſque Bethorō ſuperiorē. 5

C Egrediuntúrque confinia in mare. Machmethath verò Aquilonem reſpicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathſelo: & pertrāſit ab Oriente Ianoe. 6

Deſcēditque de Ianoe in Ataroth & Naarâtha: & peruenit in Iericho, egreditúrque ad Iordanem. 7

De Taphûa pertranſit cōtra mare in Vallē arundineti, ſúntque egreſſus eius in mare ſalſiſſimum. hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Ephráim per fa-
D milias ſuas. 8

49 Et Dannáh, & Ciriath-סſannáh, ipſa eſt Debir.

50 Et yחnáb, & אEשׁſthemóh, & yAním.

51 Et Goשׁen, & חHolón, & Gilóh: ciuitates vndecim, & villæ earū.

52 Arab, & Dumáh, & אEשׁſyán,

53 Et Ianúm, & Beth-thappúaחh, & Aphecáh,

54 Et חHumtáh, & Ciriath-arbáy, ipſa eſt חHebrón, & צSiוyór: ciuitates nouem, & villæ earum.

55 Maוyón, Charmél, & Ziph, & Iuttáh,

56 Et Izreyאél, & Iocdeyám, & Zanóaח.

57 Cáin, Gibyah, & Thimnáh: ciuitates decem, & villæ earum.

58 חHalחhul, & Beth-צſúr, & Gedór,

59 Et Mayaráth, & Beth-yanóth, & אElthecón: ciuitates ſex, & villæ earum.

60 Ciriath-báyal, ipſa eſt Ciriath-ieyarím, & Rabbáh: ciuitates duæ, & villæ earum.

61 In deſerto: Beth-yarabáh, Middin, & סSechacháh,

62 Et Nibשׁſán, ″& Ciuitas ſalis, & yEn-gedi: ciuitates ſex, & villæ earum.

63 ″Porrò Iebuסſæos habitatores Ieruשׁſaláim non potuerunt filii Iehudáh expellere: itaque habitauit Iebuſæus ″cum filiis Iehudáh in Ieruשׁſaláim ″vſque ad diem hanc.

Cap. XVI.

1 EGreſſa eſt autē ſors filiis Ioסſéph à Iardén ″Ieriחhó, ″ad aquas Ieriחhó, ad Orientem, *ad* deſertum quod aſcendit à Ieriחhó ″in montem Beth-אél.

Sors Ephraim.

2 Egreditúrque à Beth-אél in ″Luz, & *hinc* pertranſit ad terminū אArchi yAtaróth.

3 Poſtea aſcendit ″ad Mare, ad terminum Iaphleti, vſque ad terminum Beth-חhorón inferiorē, & vſque ad Gázer, ″ſúntque exitus eius ad Mare.

4 Itaque hæreditatem acceperūt filii Ioסſéph, Menaשׁſéh & אEphráim:

5 Fuit autem terminus filiorū אEphráim per familias ſuas: fuit inquam terminus hæreditatis eorū ″ad Orientē *ab* yAtróh אAddár, vſque ad Beth-חhorón ſuperiorem.

6 ″Et exit ″terminus ille ad Mare, ad Michmethah ″ab Aquilone: ″& circumit terminus ad Orientē *ad* Thaanathשׁſilóh, & tranſit illam ″ab Oriente *ad* Ianóaחh.

7 Et deſcendit à Ianóaחh in yAtharóth, & Nayaráth, & peruenit in Ieriחhó, ″egreditúrque ad Iardén.

8 ″A Thappúaחh pergit terminus ad Mare ad Torrentem arundinis, ″ſúntque exitus eius ad Mare. hæc eſt hæreditas tribus filiorū אEphráim per familias ſuas.

62 Et ciuitas ſalis, ועיר־המלח quæ ſcilicet ſita eſt iuxta Mare ſalſum, & dedit nomen mari.

63 Porrò Iebuſסæos ואת־היבוסי Iebuſæi illi non erant de ſeptem illis populis, ſed originem trahebāt à Iebus qui erat de ſtirpe Philiſthæorum. Cum filiis את־בני iuxta filios. erant enim contigui tribui Iehuda. Vſque ad diem hanc ׃ עדהיום הזה vſque in hodiernū diem. Hoc dicitur reſpectu temporis quo hæc ſcripta ſunt.

IN CAPVT XVI.

1 Egreſſa eſt autem ſors ויצא Quidam per præſens vertunt, Egreditur autem [ſiue excurrit] ſors filiorum, &c. Ieriחhó, יריחו .i. qua parte fluit iuxta Iericho. Ad aquas Ieriחóh, למי יריחו Nomen loci. In montē Beth-אel ׃ בהר בית־אל in montanis [per montana] ad Beth-אel. 2 Luz, לוזה non eſt illa cui indidit nomen Iaacob. Archi הארכי .i. Archæorum.

3 Ad Mare, ad ter. Iaph. ימה אל גבול היפלטי, verſus Occidentē, ad fines Iaphlitæorum. Súntque exitus, &c. ׃ והיו תוצאותיו ימה .i. tandem deſinit vel finitur in Mari, nempe mediterraneo. 5 Ad Orientem מזרחה ab ortu ſolis. id eſt incipit à latere Orientali. Deſcribitur latitudo hæreditatis filiorum Ephraim, quæ reſpicit ortum ſolis. 6 Et exit ויצא Et excurrit. Deſcribitur longitudo eius ab Occaſu, vergendo ad Ortum. Terminus ille הגבול Occidentalis ſcilicet. Ab Aquilone: מצפון .i. quæ quidem vergit ad Septentrionem.

Et circumit term. ונסב הגבול & vertit ſeſe terminus. i. linea deſcribens terminū ac fines. Ab Oriente ad Ianóaחh ׃ ממזרח ינוחה. Quidam Hebræorum exponunt, ab Oriente Ianóaחh. 7 Egreditúrque ויצא excurritque.

8 A Thappúaחh pergit מתפוח ילך Deſcribitur regreſſus lōgitudinis verſus Occaſum. Pergit terminus. i. regreditur linea deſcribēs terminū ac fines, ad Occaſum. vnde ſcilicet venerat. Súntque exitus e. &c. והיו תוצאותיו הימה .i. ac tandē excurrit, hoc eſt finitur Mari mediterraneo.

9 "Et vrbes ſeparatæ filiis אEphráim in medio hæreditatis filiorũ Menaשſſéh,"omnes vrbes, & villæ earum.

10 Neque expulerunt Chenayanæum habitantem in Gézer: itaque habitauit Chenayanæus in medio אEphráim vſque ad diem hãc, & fuit"tributo ſeruiens.

Chananæus

Cap. XVII.

Sors dimidiæ tribus Manaſſe.

1 FVit quoque"ſors tribui Menaשſſéh, (ipſe enim fuit primogenitus Ioסéph,) ipſi Machir primogenito Menaשſſéh patri Gilyád (Ipſe enim fuit vir bellicoſus) fuit inquã ei Gilyád & Baשſan.

2 "Fuit item filiis Menaשſſéh"reliquis per familias ſuas, filiis yAbiyézer, & filiis חHélec, & filiis Aשriאél, & filiis שSéchem, & filiis חHépher, & filiis Semidáy. iſti ſunt"filii Menaשſſéh filii Ioסéph mares per familias ſuas.

Salphaad filiab' datur poſſeſſio.

3 Porrò צSelopheחhád filio חHépher, filii Gilyád, filii Machir, filii Menaשſſéh non fuerunt filii, ſed filiæ:"quarum iſta ſunt nomina, Maחhaláh, & Noyáh, חHogláh, Milcháh, & Thirצsáh.

4 "Hæ acceſſerunt in conſpectum אElyazár ſacerdotis, & in conſpectum Iehoשſúay filii Nun, atque in conſpectum principum, dicendo, Iehouáh præcepit Moשſch vt daret nobis hæreditatem "in medio fratrum noſtrorũ. Itaque dedit eis iuxta ſermonem Iehouæ, hæreditatem"in medio fratrum patris earum.

5 "Et ceciderunt hæreditates Menaשſſéh decem, præter terram Gilyád & Baשſán, quæ erant trans Iardén.

6 Filiæ enim Menaשſſéh ſortitæ ſunt hæreditatẽ in medio filiorum eius: terra autem Gilyád fuit"filiis Menaשſſéh reliquis.

7 "Fuit autẽ terminus Menaſſשéh ab Aſér *ad* Michmetháh quæ eſt coram שSechém,"& pergit terminus ad dexteram"ad habitatores yEn-thappúaחh.

8 Ipſius Menaשſſéh fuit terra Thappúaחh:"at Thappúaחh *quæ erat* "ad terminum Menaſſשéh, eſt filiorum אEphráim.

9 "Deſcendítque terminus *ad* Torrentem arundinis ad Meridiem ipſius Torrẽtis:"ciuitates iſtæ *tribus* אEphráim *ſunt* "in medio ciuitatum Menaשſſéh: at terminus Menaשſſéh eſt ab Aquilone ipſius Torrentis:"ſúntque exitus eius ad Mare:

10 "Ad Meridiem eſt ipſius אEphráim, & ad Aquilonẽ ipſius Menaשſſéh, "éſtque Mare terminus eius,"& in Aשſér occurrunt ſe ab Aquilone, & in Iשſſachár ab Oriente.

11 Fuítque ipſi Menaשſſéh in Iשſſachár & in Aשſér, Beth-שſeán, & oppida eius: & Ibleyám, & oppida eius:"& habitatores Dor, & op-

9 Vrbéſque ſeparatæ ſunt filiis Ephráim in medio poſſeſſionis filiorũ Manaſſe, & villæ earum.

10 Et non interfecerunt filii Ephráim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephráim vſque in diem hanc tributarius.

Cap. XVII.

1 CEcidit autem ſors tribui Manaſſe (ipſe enim eſt primogenitus Ioſeph) Machir primogenito Manaſſe patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque poſſeſſionem Galaad & Baſan.

2 Et reliquis filiorum Manaſſe iuxta familias ſuas, filiis Abi-ezer, & filiis Helec, & filiis Eſriel, & filiis Sechem, & filiis Hepher, & filiis Semida. iſti ſunt filii Manaſſe filii Ioſeph, mares, per cognationes ſuas.

Nume.26.d.29

3 Salphaad verò filio Hepher filii Galaad filii Machir filii Manaſſe non erant filii, ſed ſolæ filiæ: quarũ iſta ſunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therſa.

Nume.27.a.1. & 36.a.2

4 Veneruntque in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & Ioſue filii Nun, & principum, dicentes, Dominus præcepit per manum Moyſi vt daretur nobis poſſeſſio in medio fratrum noſtrorũ. deditque eis iuxta imperium Domini poſſeſſionem in medio fratrum patris earum.

B

5 Et ceciderunt funiculi Manaſſe, decem, abſque terra-Galaad & Baſan trans Iordanem.

6 Filiæ enim Manaſſe poſſederũt hæreditatem in medio filiorũ eius: terra autem Galaad cecidit in ſortem filiorum Manaſſe qui reliqui erant.

7 Fuitque terminus Manaſſe ab Aſer, Machmathath, quæ reſpicit Sichem: & egreditur ad dexteram iuxta habitatores Fontis Taphúæ.

8 Etenim in ſorte Manaſſe ceciderat terra Taphuæ, quæ eſt iuxta terminos Manaſſe filiorum Ephráim.

9 Deſcenditque terminus Vallis-arundineti in Meridiem torrentis ciuitatũ Ephráim, quæ in medio ſunt vrbium Manaſſe: terminus Manaſſe ab Aquilone torrẽtis, & exitus eius pergit ad mare:

C

10 Ita vt poſſeſſio Ephráim ſit ab Auſtro, & ab Aquilone Manaſſe, & vtrãque claudat mare, & cõiungantur ſibi in tribu Aſer ab Aquilone, & in tribu Iſſachar ab Oriente.

11 Fuitque hæreditas Manaſſe in Iſſachar & in Aſer, Beth ſan & viculi eius, & Ieblaam cum viculis ſuis, & ha

---

9 Et vrbes ſeparatæ והערים המבדלות Et vrbes ſegregatæ.i.ſunt in ea hæreditates & vrbes ſeparatæ. Nonnihil hic ſubaudiunt quidam, omnes inquam vrbes quæ ad eos pertinent, &c. Omnes vrbes, &c.: כל הערים וחצריהן.

10 Tributo ſeruiens. : למס עובד Ad verbum, in tributum ſeruientis.i.fuerunt illi tributarii & ſerui.

IN CAPVT XVII.

1 Sors הגורל .i.hæreditas ſorte aſſignata. 2 Fuit item filiis ויהי לבני .i.nepotibus Manaſſe fuit hæreditas. Reliquis הנותרים .i. alteri dimidiæ tribui Manaſſe. Filii בני id eſt nepotes. 3 Quarũ iſta ſunt nomina ואלה שמות בנותיו Ad verbũ, & iſta ſunt nomina filiarum eius. 4 Hæ acceſſerunt ותקרבנה Ad verbum, Et acceſſerunt. De his filiabus Salphaad vide Nume.27.a.1.& 36.a.1 In medio frat.no. בתוך אחינו .i.inter cognatos noſtros. 5 Et ceciderunt, &c. ויפלו חבלי־מנשה עשרה .i.habuit decem portiones. Dicunt Hebræi, Sex illæ familiæ ſuprà memoratæ acceperunt ſex portiones. & filiæ Salphaad quatuor, nempe portionem patris ſui: & duas pro auo ſuo Hepher, quòd fuerit primogenitus: & vnam pro fratre patris ſui, qui mortuus erat in deſerto abſque liberis. Et illi tres egreſſi fuerant ex AEgypto: ideo debebatur illis portio in diſtributione hæreditatis.

6 Filiis Menaשſſéh reliquis לבני־מנשה הנותרים .i.alteri dimidiæ tribui Manaſſæ.

7 Fuit autem terminus ויהי־גבול Deſcribitur ſitus hæreditatis tribus Manaſſe ad latus Auſtrale. Fuit autem, id eſt peruenit, ſiue tendit terminus, hoc eſt linea finiens ac terminans, ab ea parte qua habet tribum Aſer ſibi coniunctã. Et pergit terminus והלך הגבול אל־הימין & abit terminus.i.[qui inde progreditur] ad partem Auſtralem. Ad habitatores אל־יושבי .i.ad ciuitatem. Sic infrá.

8 At Thappuah ותפוח vrbs ſcilicet ipſa. Ad terminũ Menaשſſéh אל־גבול מנשה iuxta fines Manaſſe. i.contermina tribui Manaſſe.

9 Deſcenditque terminus ירד הגבול .i. Et hinc, à Thappúah ſcilicet deſcendit retrocedendo, hoc eſt reuertendo vnde venerat. Ciuitates iſtæ ערים האלה vrbes iſtæ. quæ ſcilicet ſunt à Thappúah vſque ad Torrentem arundinis. In medio ciuitatum בתוך ערי .i.includũtur in tribu Manaſſe. Súntque exitus eius, &c. ויהי תוצאותיו הימה vt præcedenti capite, verſu 8.q.d.hinc excurrit ad Occaſum vnde cœperat.

10 Ad Meridiem. נגבה i.quod vertitur ad Auſtrum, eſt ſors ipſius Ephraim. Eſtque Mare, &c. ויהי הים גבולו .i.ad Occaſum terminatur Mari mediterraneo. Et in Aשſer occurrunt ובאשר יפגעון Fut.Heb.pro præſ. Et in Aſer incurrunt, nempe filii Manaſſe.i.ad plagã Septentrionalem coniungitur tribus Manaſſe cum tribu Aſer, & eam ſibi coniunctam habet.

11 Et habitatores ואת־יושבי & ciues.i.& ciuitas.

bitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoque Endor cum viculis ſuis: ſimiliterque habitatores Thenach cum viculis ſuis, & habitatores Mageddo cum viculis ſuis, & tertia pars vrbis Nopheth.

Nec potuerunt filii Manaſſe has ciuitates ſubuertere, ſed cœpit Chananæus habitare in terra iſta. 12

Poſt quam autem conualuerunt filii Iſrael, ſubiecerunt Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerunt eos. 13

Loquutique ſunt filii Ioſeph ad Ioſue, & dixerunt, Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi vnius, quum ſim tātæ multitudinis, & bene dixerit mihi Dominus? 14

D Ad quos Ioſue ait, Si populus multus es, aſcende in ſyluā, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi & Raphaī: quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephraim. 15

Cui reſponderunt filii Ioſeph, Non poterimus ad montana conſcendere, quum ferreis curribus vtātur Chananæi qui habitant in terra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Beth-ſan cum viculis ſuis, & Iezrael mediam poſſidēs vallem. 16

Dixitque Ioſue ad domum Ioſeph Ephraim & Manaſſe, Populus multus es, & magnæ fortitudinis, nō habebis ſortem vnam: 17

Sed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi, atque purgabis ad habitandum ſpatia: & poteris vltrà procedere quum ſubuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus & eſſe fortiſſimum. 18

Cap. XVIII.

Congregatique ſunt omnes filii Iſrael in Silo, ibique fixerunt tabernaculū teſtimonii, & fuit eis terra ſubiecta. 1

Remanſerant autem filiorū Iſrael ſeptem tribus, quæ necdum acceperant poſſeſſiones ſuas. 2

Ad quos Ioſue ait, Vſquequo marcetis ignauia, & non intratis ad poſſidendā terram, quā Dominus Deus patrum veſtrorum dedit vobis? 3

Eligite de ſingulis tribubus ternos viros: vt mittam eos, & pergant atque circumeant terram, & deſcribāt eam iuxta terminum vniuſcuiuſque multitudinis: referātque ad me quod deſcripſerint. 4

pida eius: & habitatores yEn-dór, & oppida eius: & habitatores Thayanách, & oppida eius: & habitatores Magiddó, & oppida eius, ′tres regiones.

12 ″Et non potuerunt filii Menaשſſéh expellere ″*habitatores* vrbium iſtarum, ″ſed cœpit Chenayanæus habitare in terra ipſa.

13 ″Quum autem roborati eſſent filii Iשſraאél, ″poſuerunt Chenayanæum tributarium, nec expellendo expulerunt eum.

14 ″Loquuti ſunt autem filii Ioסſéph ad Iehoשſúay, dicēdo, Cur dediſti mihi in hæreditatem ſortem vnam, & hæreditatem vnā, quū ego ſim populus multus, ′itaquòd hucuſque benedixerit mihi Iehouáh?

15 Dixítque ad eos Iehoשſúay, ″Si populus multus es, aſcende in ſyluā, ″& ſuccíde tibi illic in terra Perizæi, & Repháim, ″ſi anguſtus eſt tibi mons אEphráim.

16 Cui reſponderunt filii Ioסſéph, ″Non ſufficiet nobis mons ille: & currus ″ferrei ſunt in omni Chenayanæo qui habitat ″in terra vallis, *&* ei qui *habitat* in Beth-שſeán & oppidis eius, & ei qui *habitat* ″in valle Izreyאél.

17 Dixítque Iehoשſúay ad domum Ioסſéph, *nempe* ad אEphráim & Menaשſſéh, dicēdo, Populus multus es, & fortitudo magna eſt tibi: non erit tibi ſors ″vnica:

18 ″Mons enim erit tibi, quia ſylua eſt: ″ſuccídes ergo eam, ″& erūt tibi exitus eius: ″quia expelles Chenayanæum, ″quāquam currus ferrei ſint ei, ″quanquam fortis ſit.

Cap. XVIII.

1 C″Ongregata eſt autem vniuerſa multitudo filiorum Iשſraאél in שSilóh, & collocauerunt ibi tabernaculum eccleſiæ, ″poſtquam terra ſubiecta erat coram eis.

2 ″Remanſerāt autem è filiis Iשſraאél quibus non diuiſerant hæreditatem ſuam, ſeptem tribus.

3 Dixítque Iehoשſúay ad filios Iשſraאél, Vſquequo ″ceſſatis ingredi, vt poſſideatis terram quā dedit nobis Iehouáh Deus Patrum veſtrorum?

4 Tradite ex vobis tres viros ″per tribum, ′quos mittam: ″ſurgéntque, & ambulabunt per terram, deſcribéntque eam ″iuxta hæreditatem ſuam, poſtea reuertentur ad me.

Chananæi tributarii filiis Iſrael.

Filii Ioſeph, Manaſſe & Ephráim petunt maiorem poſſeſſionem.

Mittuntur qui deſcribant terrā pro reliquis ſeptem tribubus inter filios Ioſeph & Iuda.

Tres regiones. שלושת הנפת: tria climata. ipſius Dor ſcilicet.
12 Et non potuerunt ולא יכלו ſub. in principio. vel tum. *Habitatores* vrbiū iſt. את־הערים האלה Ad verbum, vrbes iſtas. Sed cœpit ויואל ſed [proinde] voluit. optauit. 13 Quum autē roborati eſſ. ויהי כי חזקו Ad verbū, Et fuit, quū roborati eſſent. vel fortiores facti eſſent. i. collegiſſent vires. Poſuerunt Cheny a. trib. ויתנו את־הכנעני למס Ad verbum, dederunt Chenayanæum in tributum. i. reddiderunt tributarios Chananæos contra præceptum Domini. 14 Loquuti ſunt autem וידברו .i. expoſtulauerunt autē filii Ioſeph: maximè qui erant de tribu Manaſſe, cum Ioſue. Ita quòd hucuſque, &c. עד אשר־עד כה ברכני intantum hucuſque benedixit mihi Iehouáh?
15 Si populus multus es, אם־עם־רב אתה .i. Quum populus multus ſis, aſcende in ſyluam, id eſt ad montem qui plenus eſt nemoribus.
Et ſuccide tibi illic ובראת שם לך & præcide tibi illic. ſub. arbores, vt ædifices illic: præpara inquā tibi locum habitationis in regione Pherezæorum & gigantū. Alii, & præpares tibi illic. ſub. locū habitationis. Alii, & elige tibi illic. ſub. locū ad habitandum. vide paulo pòſt, verſu vltimo.
Si anguſtus eſt tibi כי־אץ לך ſi videatur tibi anguſtus. 16 Non ſufficiet לא־ימצא ſub. ad habitandum. Ferrei ברזל .i. falcati.
In terra vallis, בארץ־העמק in terra planitiei .i. apud omnes Chananæos qui habitant in regione plana & campeſtri. In valle בעמק in planitie. vltra montem ſcilicet. 17 Vnica: אחד: definita ſcilicet ac præciſa, quam habitare non poſſis.
18 Mons enim, &c. כי הר יהיה־לך כי־יער הוא Nam mons erit tuus: eſt enim ſylua. q. d. eſt inutilis fratri tuo. eſt enim plenus arboribus.
Succides ergo eam, ובראתו præcide ergo illam. i. repurga illam arboribus. Et erunt tibi exitus e. והיה לך תוצאותיו .i. hac ratione vltrà poteris progredi. Quia expelles כי־תוריש quum expuleris. ſub. quandoquidem poterunt alioqui tibi nocere. Quanquam כי Quidam vertunt, quum expuleris: iſtud כי per quia vertunt, quia currus ferrei illis, *&* quia fortes ſunt. i. quia habent currus falcatos, ſiue quos dicis habere currus falcatos, eóſque fortes eſſe.

IN CAPVT XVIII.

1 Congregata, &c. ויקהלו כל־עדת וגו׳ Ad verbum, Congregati ſunt autem totus cœtus, &c. Poſtquam terra והארץ Ad verbum, & terra. i. poſteaquam terra fuit ſubiugata ab illis. 2 Remanſerant autem ויותרו Supererant autem. Reliqui autem erant.
3 Ceſſatis מתרפים ſegnes eſtis. remiſſi. negligentes. i. Quouſque tandem eſtis animo remiſſo, & non ingredimini ad poſſidendā terram? ſiue, non accingimini ad occupandam terrā? 4 Per tribum, לשבט per ſingulas tribus. i. ex ſingulis tribubus. Qos mittā: ואשלחם Ad verbum, & mittam eos. Surgéntque, ויקומו .i. accingent ſeſe itineri. Iuxta hæreditatem ſuam, לפי נחלתם .i. iuxta rationem hæreditatis quam accipere debent.

ʹEt partientur eam in ſeptem portiones: Iehudáh ſtabit ″in finibus ſuis à Meridie: ″& familiæ Ioסſéph ſtabunt in finibus ſuis ab Aquilone. 5

″Vóſque deſcribatis terram in ſeptem partes, ″& afferatis ad me 6
huc: ″tum proiiciam vobis ſortem hîc corã Iehouáh Deo noſtro.

″Non eſt enim pars Leuitis in medio veſtri, quia ″ſacerdotium 7
Iehouæ eſt hæreditas eius: Gad autem & Reאubén, & dimidia tribus Menaשſſéh acceperunt hæreditatem ſuam citra Iardén ad ″Orientem, quam dedit eis Moשſéh ſeruus Iehouæ.

Surrexerúntque viri illi, atque abierũt, præcepítque Iehoשſúaע 8
iſtis qui ibãt vt deſcriberent terram, dicendo, Ite, & ambulate per terram, ac deſcribite eam: poſtea reuertemini ad me, & hîc proiiciam vobis ſortem coram Iehouáh in שSilóh.

Abierunt itaque viri, & tranſierunt per terram, atque deſcripſe 9
runt eam per vrbes in ſeptem partes, ″in libro: reuerſíque ſunt ad Iehoשſúaע ad caſtra *in* שSilóh.

Miſit autem eis Iehoשſúaע ſortem in שSilóh coram Iehouáh: 10
partitúſque eſt ibi Iehoשſúaע terram filiis Iשſraאél ſecundũ partes eorum.

Sors filiorum Beniamin.

Aſcendit autem ſors tribus filiorum Biniamin per familias ſuas 11
″& exiuit terminus ſortis eorũ inter filios Iehudáh & filios Ioſeph:

″Fuitque eis terminus ad latus Aquilonis à Iardén: & aſcẽdit ter 12
minus ad latus Ieriחhó ab Aquilone, ″aſcendítque in montem ad mare, ac exitus eius ſunt ad deſertum Beth-אáuen.

Luza quæ & Beth-el.

Illinc autẽ pertranſit terminus in Luz ad latus Luz Auſtra- 13
le (″ipſa eſt Beth-אél) & deſcendit terminus in עAteróth-Adár, iuxta montem qui eſt à Meridie ipſi Beth-חhorón inferiori.

Cariath-báal.

ʹEt deſignatur terminus, circuítque ad latus Maris ad Meridiẽ, à 14
monte qui eſt eregione Beth-חhorón, ad Meridiem: ſúntque exitus eius ad Ciriath-báעal (ipſa eſt Ciriáth-Ieעarím) vrbẽ filiorum Iehudáh. hoc eſt latus Maris.

Latus autẽ ad Meridiẽ, ″ab extremo Ciriáth-Ieעarím: ″itaq; exit 15
terminus ad Mare, exit inquam ad fontem aquarũ Nephthóaחh.

″Et deſcendit terminus ad extremum montis qui eſt eregione 16
vallis Ben-hinnóm, quíque eſt ″in valle Rephaím ad Aquilonem, deſcendítque ad vallem Hinnóm ad latus ″Iebuסſæi ad Meridiem, & *illinc* deſcendit ad עEn-rogél.

″Et circuit ab Aquilone, & exit ad En-שſémeשs, atq; egreditur 17
ad ″Geliló th, quæ eſt eregione contra aſcenſum Adummím: &

5 Diuidite vobis terrã in ſeptem partes: Iudas ſit in terminis ſuis ab Auſtrali plaga, & domus Ioſeph ab Aquilone:

6 Mediam inter hos terram in ſeptẽ partes deſcribite: & huc venietis ad me, vt coram Domino Deo veſtro mittam vobis hic ſortem.

7 Quia non eſt inter vos pars Leuitarum, ſed ſacerdotium Domini eſt eorum hæreditas. Gad autem & Rubẽ, & dimidia tribus Manaſſe iam acceperant poſſeſſiones ſuas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyſes famulus Domini. B

8 Quúmque ſurrexiſſent viri vt pergerent ad deſcribendam terram, præcepit eis Ioſue, dicens, Circuite terram, & deſcribite eam: ac reuertimini ad me, vt hic coram Domino, in Silo mittam vobis ſortem.

9 Itaque perrexerunt: & luſtrantes eam, in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribẽtes in volumine: reuerſique ſunt ad Ioſue in caſtra Silo.

10 Qui miſit ſortes coram Domino in Silo, diuiſitque terram filiis Iſrael in ſeptem partes.

11 Et aſcendit ſors prima filiorũ Beniamin per familias ſuas, vt poſſiderẽt terrã inter filios Iuda & filios Ioſeph.

12 Fuitque terminus eorum cõtra Aquilonem à Iordane: pergens iuxta latus Iericho Septentrionalis plagæ, & inde cõtra Occidentẽ ad montana conſcendens, & perueniens ad ſolitudinem Beth áuen.

13 Atque pertranſiens iuxta Luzã ad Meridiẽ, ipſa eſt Beth-el: deſcẽditque in Ataroth ad dar in montem qui eſt ad Meridiem Bet-horon inferioris:

14 Et inclinatur circuiens contra mare ad Meridiem montis qui reſpicit Bet-horon contra Africum: ſúntque exitus eius in Cariath-báal, quæ vocatur & Cariath-iarim, vrbem filiorũ Iuda. hæc eſt plaga contra mare, ad Occidentem.

15 A Meridie autẽ ex parte Cariath-iarim egreditur terminus cõtra mare, & peruenit vſque ad fontẽ aquarum Nephtôa,

16 Deſcenditque in partem montis qui reſpicit Vallem filiorũ Hennôm: & eſt contra Septentrionalẽ plagam in extrema parte Vallis-Raphaim. Deſcenditque in Ge-Ennom, id eſt Vallẽ-Ennom, iuxta latus Iebuſæi ad Auſtrũ: & peruenit ad Fontẽ-rogel,

17 Tranſiens ad Aquilonem, & egrediens ad En-ſémes, id eſt fontem-ſolis: & pertranſit vſque ad Tumulos qui ſunt eregione aſcẽſus Adommim:

---

5 Et partientur, &c. והתחלקו אתה לשבעה חלקים Ad verbum, Et partientur ſeſe in ea iuxta ſeptem partes. In finib. ſuis על־גבולו in prouincia ſua. Ad verbũ, iuxta terminum ſuum. Et familiæ Ioסſéph ובית יוסף .i. tribus Ephraim cum dimidia tribu Manaſſe. q. d ſecluſa tamen terra quam iam poſſidẽt tribus Iuda & Ioſeph. 6 Vóſque ואתם Vos ergo. qui ſcilicet eſtis mihi oblati à fratribus veſtris. Et afferatis ad me הבאתם אלי ſub. deſcriptionẽ. Tum proiiciam vobis, &c. ויריתי לכם גורל .i. miſſis ſortibus aſſignabo ſingulis hæreditatem coram Deo veſtro à quo temperantur ſortes. 7 Non eſt enim, &c. כי אין־חלק .i. Nullam partem capient Leuitæ inter vos. Sacerdotium Ieh. כהנת יהוה hoc eſt à Domino inſtitutum. q. d. vice hæreditatis habebunt quæ Sacerdotes accipere debent ex præcepto Domini. Citra מעבר Refert ingreſſum filiorum Iſrael in Terram ſanctam. 9 In libro על־ספר in tabulis.

11 Et exiuit terminus ſortis e. ויצא גבול גורלם .i. euenit vt prouincia illis ſorte aſſignata: ſita fuerit inter filios Iuda & Ioſeph.

12 Fuitque eis, &c. ויהי להם וגו Deſcribit longitudinem ſortis Beniamin, & incipit à latere Aquilonari, ſiue quod Aquilonem reſpicit. Aſcenditque, &c. ועלה הגבול אל־כתף .i. tenditque per montana Iericho verſus Mare, ſiue Occidentem.

13 Ipſa eſt Beth-אel היא בית־אל Duplex eſt Bethel, altera filiorum Beniamin, altera in tribu Ephraim, quæ eſt Luz.

14 Et deſignatur terminus, ותאר הגבול Et lineam circularẽ [ſiue obliquã] ducit. i. ducendo lineam circularem, tendit & vertit ſe per angulũ Occidentalem ad Meridiem, &c. Is angulus eſt Auſtralis Occidentalis, id eſt, fit ex linea Auſtrali & Occidentali: contrà prior erat Aquilonaris Occidentalis. Quidam vertunt. Et circuit. Idem verbum quod ſuprà, cap. 15. b. 9. Deſcribit latus Occidentale latitudinis.

15 Ab extremo מקצה ſub. eſt, vel incipit. Deſcribit terminum, ſiue latus Auſtrale, quod quidem vergit ab Occaſu ad Orientem. Itaque exit ויצא itaque egreditur. Ad verbũ, & exiuit. 16 Et deſcendit terminus וירד הגבול .i. à termino Occidẽtali ducitur funiculus, vel linea ad, &c. In valle Reph. בעמק רפאים in planitie Rephaim. Quidam vertũt, in עEmec Rephaim. vt ſit nomen loci. i. qui eſt in parte Aquilonari vallis Rephaim. Iebuסſæi היבסי .i. ad latus Auſtrale Iebuſæorum habitantium in Ieruſalem. Dicunt quidã Ieruſalem eſſe in duabus trbuibus, in tribu Iuda & Beniamin, ſed maximam partem eſſe in tribu Beniamin.

17 Et circuit ותאר Et lineam circularẽ ducit. ſub. illinc à Septentrione. q. d. relicto Septentrione. Geliloth גלילות aliâs dicitur Galgal.

deſcendítque Aben-Boen,id eſt lapidem Boen filii Ruben.

D Et perttanſit ex latere Aquilonis ad campeſtria:deſcenditque in planitiem,

Et prætergreditur cõtra Aquilonẽ Beth-hagla:ſúntque exitus eius contra Linguã-maris-ſalſiſſimi ab Aquilone in fine Iordanis ad auſtralẽ plagam.

Qui eſt terminus illius ab Oriẽte, hæc eſt poſſeſſio filiorũBeniamin per terminos ſuos in circuitu,& familias ſuas.

Fuerũntque ciuitates eius,Iericho & Beth-hagla & Vallis caſis.

Beth-araba & Samarãi & Beth-el

Et Auim & Aphara & Ophera,

Villa-hemona & Ophni, &Gabee: ciuitates duodecim,& villæ earum.

Gabaon & Rama & Beroth,

Et Meſphe,& Caphata &Amoſa,

Et Recem,Iarephel, & Tharela

Et Sela,Eleph,& Iebus,quæ eſt Ieruſalẽ.Gab aath &Cariath : ciuitates quatuordecim , & villæ earum . Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin inxta familias ſuas.

Cap.XIX.

ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorũ Simeon per cognationes ſuas: fuitque hæreditas eorum in medio poſſeſſionis filiorum Iuda:

Ber-ſabee,& Sabee,& Molada,

Et Haſer-ſual,Bala & Aſem,

Et Eltholad, Bethul & Harma,

Et Siceleg & Beth-marchaboth & Haſer-ſuſa,

Et Beth-lebaoth & Sarohẽ, ciuitates tredecim,& villæ earum.

Ain,& Remmõ, & Athar & Aſan, ciuitates quatuor,& villæ earum.

Omnes viculi per circuitũ vrbium iſtarum vſque ad Baalath,Becer,Ramath contra Auſtralem plagam.hæc eſt hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes ſuas,

In poſſeſſione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & idcirco filii Simeon poſſederunt in medio hæreditatis eorum.

Ceciditque ſors filiorum Zabulon per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſſionis eorum vſque Sarid.

Aſcendítque de Mari & Merala,& peruenit in Debbáſeth:vſque ad Torrentem qui eſt contra Ieconam.

Et reuertitur de Sarid cõtra Oriẽtem in finem Chaſeleth-thabor:& egreditur ad Dabéreth,aſcẽditque cõtra Iaphie.

deſcendit אEben Bóhan filii Reıאuben.

18 ″Illinc pertranſit ad latus quod eſt eregione planitiei ad Aquilonem,& deſcendit in עArabáh.

19 Inde pertranſit terminus ad latus″Bethחhogláh ad Aquilonem: ſúntque exitus termini ″ad limitem Maris ſalis ad Aquilonem, ″ad extremum Iardén ad Meridiem.iſte eſt terminus Auſtri.

20 ″Et Iardén terminat eum ad latus Orientis.Iſta eſt hæreditas filiorum Biniamin per terminos ſuos in circuitu per familias ſuas.

21 Fuerúntque vrbes iſtæ tribus filiorum Biniamin per familias ſuas,Ieriחhó,& Beth-חhogláh,& vallis Ceצſiצs,

22 ″Et Beth-עarabáh,& צSemaráim,& Beth-אél,

23 Et עAuim,& Paráh,& עOphráh,

24 ′Et villa Haעamonái,& עOphni, & Gabáע: ciuitates duodecim, & villæ earum.

25 Gibıעón,& Ramáh,& Beאeróth,

26 Et Miצſpéh,& Chephiráh,& Moצſáh,

27 Et Récem,& Irpeאél,& Tharaláh.

28 Et צSelah אEléph,& Iebuסſi(ipſa eſt Ieruשſaláim,)Gibעáth, Ciriáth,ciuitates quatuordecim,& villæ earum . iſta eſt hæreditas filiorum Biniamin per familias ſuas.

Cap. XIX.

1 EGreſſa eſt autem ſors ſecunda ipſi שSimıעón, tribui filiorum שSimeıעón per familias ſuas:″& fuit hæreditas eorũ in medio hæreditatis filiorum Iehudáh. Sors Simeon.

2 Fuítque eis′ in hæreditate eorum Beאer-שſébaע, & שSébaע , & Moladáh,

3 Et חHaצſár-שſuעál,& Bálah,& עAצſém,

4 Et אEltholád,& Bethúl,& חHormah,

5 Et צSiclág,& Beth-marchabóth,& חHaצſárסſuסſáh,

6 Et Beth-lebaıאóth,& שSaruחhẽ : ciuitates tredecĩ,& villæ earũ.

7 עAín,Rimmón,& עEther,& עAשſán:ciuitates quatuor, & villæ earum.

8 Et omnes villæ quæ erant per circuitus vrbium iſtarum vſque ad Baעaláth-beאér,″Rámath Auſtralem. Iſta eſt hæreditas tribus filiorum שSimeıעón per familias ſuas.

9 ″De portione filiorũ Iehudáh facta fuit hæreditas filiorũ שSimıעón:erat enim portio filiorum Iehudáh maior ″ipſis, itaque hæreditatem acceperunt filii שSimıעón in medio hæreditatis eorũ.

10 Aſcendit autem ſors tertia filiis Zebulún per familias ſuas: & fuit terminus hæreditatis eorum vſque ad שSarid. Zabulon.

11 Aſcendítque terminus eorum ad Mare , & Marעaláh,″& pertingit ad Dabbaשſeth : peruenítque″ad flumen quod eſt eregione Iocneעám.

12 Reuertitúrque à שSarid ad Orientem *id eſt* ad ortum ſolis, ad terminum Chiסſlóth Thabór,& *illinc* egreditur ad Dobráth, & aſcendit *in* Iaphíaע.

---

18 Illinc pertranſit ועבר Ad verbum,Et pertranſiuit. עArabah הערבה Hæc etiam Beth-arabah dicitur: non eſt autem ea quæ enumeratur in catalogo vrbium. 19 Beth-חhogla בית·הגלה Non eſt ea quæ recenſetur in catalogo vrbium. Ad limitem Maris ſalis אל·לשון ים·המלח ad excurſum Maris ſalis.i.ad locum illum in quo mare illud ſalſum excurrit in terras. Ad extremũ Iarden אל·קצה הירדן.i.ad locum vbi Iordanis influit in mare. 20 Et Iarden והירדן Deſcriptio alterius lateris latitudinis quod reſpicit Orientem. 24 Et villa Haעamonái וכפר העמוני Et Chepher *&* Haעamonai.Omnes iſtæ vrbes ſitæ ſunt inter tribum Iudah & tribum Ephraim.

IN CAPVT XIX.

1 Et fuit ויהי ſub.incluſa. 2 In hæreditate eorum בנחלתם nempe filiorum Iudah. 8 Ramath Auſtralem רמת נגב Ramath Negeb. 9 De portione מחבל Ad verbum,de funiculo. Ipſis מהם.i.quàm pro numero eorum:hoc eſt quàm vt occupari & habitari poſſit ab illis. 11 Et pertingit ופגע & incurrit. vel incidit in Dabaſeth. Ad flumen quod eſt ereg. אל·הנחל אשר על·פני ad torrentem qui eſt contra [ſiue coram] Iocneam.

13 Inde præterea tranſit ad Orientē, ad ortū, ad Githáh חHephér, *&* ad עIthāh-caצſin: & *illinc* exit in Rimmón, ″quæ gyrat ad Neעáh:

14 ′Gyrat item idem terminus ab Aquilone ad Hannathón: ſúntque egreſſus eius ad vallem Iphthaח-אél,

15 Et Cattáth, & Nahalál, & שSimrón, & Idaláh, ′& Beth-léחhem: vrbes duodecim, & villæ earum.

16 Hæc eſt hæreditas filiorum Zebulún per familias ſuas: ″vrbes iſtæ & villæ earum.

17 ″Ipſi Iשſachár egreſſa eſt ſors quarta, filiis *inquam* Iשſachár, per familias ſuas.

18 Et fuit terminus eorum, Izreעאeláh, & Cheסſulóth, & שSuném.

19 Et חHapharáim, & שSiאon, & Anaחharáth,

20 Et Rabbíth, & Ciשſión, & Abeצs,

21 Et Rémeth, & עEn-gānim, & עEn-חhaddáh, & Beth-paצſſéעs.

22 ″Et peruenit terminus in Thabór, & שSanחhaצſimáh, & Beth-שſemeשs: erúntque exitus termini eorum ad Iardén: vrbes ſedecim, & villæ earum.

23 Hæc eſt hæreditas tribus filiorū Iשſachár per familias ſuas: vrbes & villæ earum.

24 Egreſſa eſt autē ſors qnta tribui filiorū Aשſér per familias ſuas.

25 Fuitq; ″termin⁹ eorū חHelcáth, & חHali, & Bethén, & Achשſaph,

26 Et Alamélech, & עAmעád, & Miשſal, ″& peruenit in Charmél ad Mare, & in שSinחhór Libnáth.

27 Et reuertitur ad ortum ſolis in Bethdagón, & peruenit in Zebulún & in vallem Iphthaחh-אél ad Aquilonē, *& in* Beth-עémec, & Neעiאél: ″& exit ad Chabúl ″à ſiniſtra,

28 ′Et עEbrón, & Reחhób, & חHammón, & Canáh, vſque ad צSidō magnam:

29 Reuertitúrque terminus in Ramáh, vſque ad vrbem munitam ′petræ: inde reuertitur terminus in חHoסſáh: ″ſúntque exitus eius ad Mare à funiculo ad Achzib,

30 Et עVmmáh, & Aphéc, & Reחhób: vrbes viginti duæ, & villæ earum.

31 Hæc eſt hæreditas tribus filiorū Aשſér per familias ſuas: ′vrbes iſtæ, & villæ earum.

32 Filiis Nephthali exiuit ſors ſexta, filiis *inquam* Nephthali per familias ſuas.

33 Fuít que terminus eorum ab חHéleph, *&* ab אElón ″in צSaעananním, & Adami Néceb, & Iabneאél vſque ad Lacum: ′ſúntque exitus eius ad Iardén.

34 ′Poſtea reuertitur terminus ad Mare ad Aznóth-thabór: & progreditur illinc in חHuccóc, ′& peruenit ad Zebulún à Meridie, & ad Aשſér peruenit ab Occidente, & ad Iehudáh ″in Iardén, ad Or-

13 Et inde pertranſit vſque ad Orientalem plagam Geth-hepher & Tacaſin: & egreditur in Remmō, Amthar & Noa: B

14 Et circuit ad Aquilonem Hanathō: ſūt que egreſſus ei⁹ Vallis-iephthael,

15 Et Cateth & Naalol & Semerō & Iedala & Beth-lehem: ciuitates duodecim, & villæ earum.

16 Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabulō per cognationes ſuas: vrbes & viculi earum.

17 Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas:

18 Fuitque eius hæreditas Iezrael & Caſaloth & Sunem,

19 Et Hapharáim & Seon & Anaharath,

20 Et Rabboth & Ceſion, Abes,

21 Et Rameth & En-gannim & En-hadda & Beth pheſes.

22 Et peruenit terminus eius vſque Thabor & Seheſima & Beth-ſémes: erúntque exitus eius Iordanis: ciuitates ſedecim, & villæ earum.

23 Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſſachar per cognationes ſuas: vrbes, & viculi earum.

24 r Ceciditque ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas:

25 Fuitque terminus eorum Halcath & Chali & Beten & Axaph,

26 Et Elmelech & Amaad & Meſſal: & peruenit vſque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath.

27 Ac reuertitur cōtra Orientē Beth-dagón: & pertranſit vſque Zabulon & Vallem-iephthael contra Aquilonem in Bethémec & Nehiel: egreditúrque ad leuam Cabul,

28 Et Abran & Rohob & Hamon & Cana, vſque ad Sidonem magnam: G

29 Reuertitúrque in Horma vſque ad ciuitatem munitiſſimam Tyrum, & vſque Hoſa: erúntque exitus eius in mare de funiculo Achziba,

30 Et Amma & Aphec & Rohob: ciuitates vigintiduæ, & villæ earum.

31 Hæc eſt poſſeſſio filiorum Aſer per cognationes ſuas, vrbéſque & viculi earum.

32 Filiorum Nephthali ſexta ſors cecidit per familias ſuas:

33 Et cœpit terminus de Heleph & Elon Saananim & Adami, quæ eſt Neceb, & Iebnael vſque Lecū: & egreſſus eorum vſque ad Iordanem.

34 Reuertitúrque terminus cōtra Occidentem in Azanoth-thabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertrāſit in Zabulon contra Meridiem, & in Azer contra Occidentem, & in Iuda

---

13 Quæ gyrat המתואר quæ circuit, id eſt per lineam circularem tendit ad, &c. 14 Gyrat item idem ter. נסב אותו הגבול Ad verbū, Et circuit ei idem terminus. pro, vertit ſeſe idem terminus, &c. Redundat ei. 15 Et Beth-leחhem: ובית־לחם Alia eſt à Beth-lehē tribus Iudæ. 16 Vrbes iſtæ, &c. : הערים האלה וחצריהם Iſtud tanquam expoſitio ponitur. q.d. vrbes inquam iſtæ & villæ earū, ſunt tribus filiorum Zabulon. 17 Ipſi Iשſachar לישׂשכר Notandum quòd tribus Iſſachar Orientalior eſt tribu Aſer: quæ quidem vergit magis ad Aquilonem, reſpectu tribus Manaſſe. 22 Et peruenit ופגע Et incurrit. vel incidit.

25 Terminus eorum גבולם .i. tractus poſſeſſionis eorum. 26 Et peruenit ופגע & incidit. incurrit. aut, vergit. Sic ſequēti verſu.

27 Et exit ויצא & egreditur. id eſt deuenit. Notandum quòd tribus Aſer erat Aquilonior, tribus verò Zabulon Orientalior. A ſiniſtra, משׂמואל: .i. ab Aquilone. 28 Et עEbrón, ועברון Nōnihil ſubaudiendum, Præterea in eo tractu ſiue prouincia ſunt vrbes, Ebron, &c.

29 Petræ: צור .i. quæ ſita erat in rupe alta. Súntque exitus, &c. ויהיו תוצאותיו הימה מחבל אכזיבה: .i. & de tractu in quo ſita eſt Achzib, deſinit verſus Mare. ſiue in mare. Alii, tandem deuenit pergendo verſus Mare ab Hebel ad Achzib.

31 Vrbes iſtæ, &c. : הערים האלה וחצריהן ſub. ſunt poſſeſſio filiorum Aſer.

33 In צSaעanannim, בצעננים .i. quæ vrbes ſunt in regione Saעanannim. Súntque exitus e. ויהי תוצאותיו .i. hinc peruenit ad Iarden.

34 Poſtea reuertitur ושב ab Ortu ſcilicet. Et peruenit ופגע & incidit. incurrit, aut vergit. vt paulo antè, verſu 26. In Iardén הירדן iuxta Iarden. q.d. non magna diſtantia incurrit in Iordanem ipſum.

ad Iordanem contra Ortum ſolis.

35 Ciuitates munitiſſimæ, Aſſedim, Ser, & Emath & Reccath & Cenereth,

36 Et Edema & Arama, & Aſor,

37 Et Cedes & Edrai, En-haſor

38 Et Ieron & Magdalel, Horem & Beth-anath & Beth-ſames: ciuitates decem & nouem & villæ earum.

39 Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorũ Nephthali per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.

40 Tribui filiorum Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima:

D

41 Et fuit terminus poſſeſſionis eius Saraa, & Eſtaol, & Hir-ſemes, id eſt Ciuitas ſolis.

42 Selebin & Aialon & Iethela.

43 Elon & Themna & Acron.

44 Elthece, Gebbethon & Baalath,

45 Et Iud & Bane & Barac & Gethremmon.

46 Et Aquæ Iercon & Arecõ, cum termino qui reſpicit Ioppen,

47 Et ipſo fine cõcluditur. Aſcẽderũntque filii Dan, & pugnauerunt contra Leſem, ceperũntque eam: & percuſſerunt eam in ore gladii, & poſſederũt, & habitauerunt in ea, vocãtes nomẽ eius Leſem Dan, ex nomine Dan patris ſui.

48 Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.

49 Quũmque cõpleſſet ſorte diuidere terram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filii Iſrael poſſeſſionem Ioſue filio Nun in medio ſui,

50 Iuxta præceptum Domini, vrbem quam poſtulauit, Thamnath ſaraa in monte Ephráim. & ædificauit ciuitatem, habitauitque in ea.

51 Hæ ſunt poſſeſſiones quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & principes familiarũ, ac tribuum filiorũ Iſrael, in Silo coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonii, partitique ſunt terram.

Cap. XX.

1 ET loquutus eſt Dominus ad Ioſue, dicens,

2 Loquere filiis Iſrael, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorũ, de quibus loquutus ſum ad vos, per manũ Moyſi,

Nume.35.b.9 deut.19.a.2

3 Vt cõfugiat ad eas quicũque animã percuſſerit neſcius: & poſſit euadere irã proximi qui vltor eſt ſanguinis,

4 Quum ad vnã harum cõfugerit ciuitatũ: ſtabitque ante portam ciuitatis, & loquetur cũ Senioribus vrbis illius ea quæ ſe comprobẽt innocentem: ſicque ſuſcipient eum, & dabũt ei locum ad habitandum.

tum ſolis.

35 Et vrbes, munitæ, צSiddím, צSer & חHămáth, Raccath, & Chinnéreth,

36 Et Adamáh, & Ramáh, & חHaצſór.

37 Et Cédeשs, & אEdréעi, & עEn, חHaצſor.

38 Et Irאón, & Migdal-אél, חHorém, & Beth-yanáth, & Beth-שſémeשs: vrbes nouem decim & villæ earum.

39 Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Naphthali per familias ſuas, vrbes *iſtæ* & villæ earum.

Poſſeſſio tribus Dan.

40 Tribui filiorum Dán per familias ſuas exiuit ſors ſeptima.

41 Fuítque terminus hæreditatis eorum, צSoryáh, & אEשſthaאól, & עIr-שſemeשs,

42 Et Sayalabbin, & Aialón, & Ithláh.

43 Et אElón, & Thimnáthah, & עEcrón

44 Et אElthecé, & Gibbethón, & Bayaláth,

45 Et Iehúd, & Bene-berác, & Gath-rimón,

46 Et Me-haiarcón, & Raccón cum termino contra Iaphó.

47 Et exiuit terminus filiorũ Dán ab eis: aſcẽderúntque filii Dán, & pugnauerunt cum Leשſém, ceperúntque eam, ac percuſſerunt eam acie gladii, & hæreditate acceperunt eã, habitauerúntque in ea: & vocauerunt Leשſem Dan ſecundum nomen Dán patris ſui.

48 Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Dán per familias ſuas, ciuitates iſtæ & villæ earum.

Poſſeſſio Ioſue.

49 Quum autẽ finem feciſſent partiendi terram vt *poſſiderent ſinguli* terminos ſuos, dederunt filii Iשſraאél hæreditatẽ ipſi Iehoשſúay filio Nun in medio ſui,

50 Iuxta ſermonem Iehouæ dederunt ei vrbem quam petiuit, Thimnáth-סſéraחh in monte אEphráim: & ædificauit vrbem, habitaúitque in ea.

51 Iſtæ ſunt hæreditates quas tradiderunt poſſidendas אElyazár ſacerdos, & Iehoשſúay filius Nun, & principes patrũ tribuum filiorum Iשſraאél per ſortem in שSilóh corã Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & finẽ fecerũt diuidẽdi terrã.

Cap. XX.

Ciuitates perfugii.

1 LOquutus eſt autem Iehouáh ad Iehoשſúay, dicendo,

2 Alloquere filios Iשſraאél, his verbis, Date vrbes refugii, quas loquutus ſum ad vos per manum Moשſéh:

3 Vt fugiat illuc homicida percutiẽs animam per errorẽ, abſque ſcientia: erúntque vobis in refugium à propinquo ſanguinis.

4 Et fugiet ad vnam ex ciuitatibus iſtis, ſtabítque ad oſtiũ portæ vrbis, ac loquetur in auribus Seniorũ vrbis ipſius verba ſua, & recolligẽt eũ in vrbẽ ad ſe, dabúntque ei locũ, & habitabit apud eos.

35 Et vrbes, ועדי ſub. ſunt in eo tractu. Et Chinnereth, : וכנרת Ab hac vrbe denominatum fuit mare Chinnereth.

41 Terminus hæred. e. גבול נחלתם tractus poſſeſſionis eorũ. 46 Cum term, &c. : עם מול הגבול יפו Id eſt cum toto illo tractu qui erat coram, ſiue e regione Iapho. hoc eſt qui adiacebat Iapho. hæc eſt Ioppe. 47 Et exiuit terminus filiorum Dan ab eis: ויצא גבול בני דן מהם i. ſubſtractus fuit ab illis. q. d. deſtituit illos: hoc eſt fuit minor & anguſtior quàm vt eos capere poſſet. ſiue, non habuerunt regionem capacẽ tantæ multitudinis. Filii Dan, בני דן. i. aliquot ex filiis Dan. Et hæreditate acceperunt eã: וירשו אותה & poſſederũt eam. Leשſem Dan לשם דן Scribunt Hebræi, Leſem, ſiue Dan eſſe fontem ſiue originem ipſius Iordanis, aſſignántque illi etymon, ירדן id eſt שיורד מן דן i. qui deſcendit ex Dan. Eſtque Dan extremum Terræ ſanctæ. Secundũ nomen כשם iuxta nomen. de nomine.

49 Quum autem, &c. ויכלו לנחול את הארץ לגבולותיה Ad verbum, Compleuerunt autẽ in hæreditatem diuidere terram per terminos ſuos, dederúntque, &c. In medio ſui. :בתוכם i. in medio hæreditatis ſuæ. 50 Iuxta ſermonem Ieh. על פי יהוה Iuxta præceptum Iehouæ. i. de mandato Iehouæ. Videntur filii Iſrael dediſſe tantummodo ipſi Ioſue locum, in quo tamen poſtea ædificata fuit vrbs.

IN CAPVT XX.

2 Date, &c. תנו לכם את ערי וגו׳ Tradite [Aſſignate] vrbes perfugii de quibus dixi vobis per Moſen. i. Moſe internũtio, ſiue interprete. מקלט propriè ſignificat ſuſceptionem, ſiue recollectionẽ. Vide Nume.35.a.6. Deut.19.a.3. 3 Animam נפש id eſt quẽpiam. Per errorem, abſq. ſc. בשגגה בבלי דעת per ignorantiam, citra ſcientiam. i. imprudenter, & non dedita opera. A propinquo מגואל à conſanguineo. vel cognato. vide Nume.35.c.12. i. ne fortè interficiat eũ proxĩmus eius qui interfectus fuerit. Notanda phraſis Hebraica, propinquus ſanguinis, pro propinquo interfecti. 4 Et fugiet ונס .i. vt quũ fugerit ad, &c. ſtet ad, &c. Ad oſtium פתח .i. in introitu, ſiue ingreſſu. Ac loquetur in aur. ſen. ודבר וגו׳ Hebraiſmus, exponet audiente Senatu cauſam ſuam.

Quum autem perſequutus fuerit eum propinquus ſãguinis, nõ 5
tradent homicidam in manu eius: quia "abſque ſcientia percuſſit
proximũ ſuũ, neque odio habuerat eum "ab heri & nudius tertius.

Et habitabit in ea ciuitate donec ſtet "ante cœtum ad iudicium, 6
aut donec moriatur Sacerdos magnus qui erit in diebus illis: tunc
enim reuertetur homicida, veniétque ad ciuitatem ſuam, & ad domum
ſuam, ad ciuitatem vnde fugerat.

"Et parauerũt Cedéשs in Galil in monte Naphthali, & שSechém 7
in monte אEphráim, & Ciriath-arbáy (ipſa eſt הHebrón) in monte
Iehudáh.

"De trans Iardén autem Ierinhó, ad Orientem dederunt Bexſér 8
"in deſerto in planitie, de tribu Reאubén: & Ramóth in Gilyád, de
tribu Gad: & Golán in Baשſan, de tribu Menaשſſeh.

Iſtæ fuerunt ciuitates "conuentionis omnibus filiis Iשſraאél, & 9
peregrino "qui peregrinatur in medio eorum: vt fugeret illuc "quicunque
interfeciſſet aliquem per errorem, & non moreretur manu
"propinqui ſanguinis, donec "ſtetiſſet coram cœtu.

Ciuitates Leuitis traditæ.

Cap. XXI.

Acceſſerũt autem principes patrum Leuitarum ad אElyazár 1
ſacerdotem, & ad Iehoשſúay filium Nun, & ad principes patrum
tribuum filiorum Iשſraאél.

Loquutíque ſunt ad eos in שSilóh in terra Chenáyan, dicendo, 2
Iehouáh præcepit "per manum Moשſéh vt daretis nobis vrbes ad
habitandum, & ſuburbana earum "pro animalibus noſtris.

Dederunt ergo filii Iשſraאél Leuitis de hæreditate ſua iuxta ſer- 3
monem Iehouæ vrbes iſtas, & ſuburbana earum.

Sors Caathitarũ

"Egreſſa eſt autẽ ſors per familias Cehathitarum: "fuerúntque 4
filiis Aharón ſacerdotis "de Leuitis, de tribu Iehudáh, & de tribu
שSimyón, & de tribu Biniamín per ſortem, ciuitates tredecim.

Filiis autem Cehåth "reliquis, de familiis tribus אEphráim, & de 5
tribu Dan, & de dimidia tribu Menaשſſeh, per ſortem, ciuitates
decem.

Gerſonitarum.

Filiis verò Gerשſón de familiis tribus Iשſſachár, & de tribu A- 6
שſér, & de tribu Naphthali, & de dimidia tribu Menaשſſeh in Ba-
שſán, per ſortem, ciuitates tredecim.

Meraritarum.

Filiis Merari per familias ſuas, de tribu Reאubén, & de tribu 7
Gád, & de tribu Zebulún, ciuitates duodecim.

Dederunt inquam filii Iשſraאél Leuitis ciuitates has, & ſubur- 8
bana earum, ſicut præceperat Dominus per manum Moשſéh,
per ſortem.

Ciuitates Caathitarum.

"Dederunt ergo de tribu filiorum Iehudáh, & de tribu filiorum 9
שSimyón ciuitates iſtas "quas vocauit nomine,

5 Quúmque vltor ſanguinis eum fuerit perſequutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percuſſit proximum eius, nec ante biduum triduúmve eius probatur inimicus.

6 Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur Sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum ſuam de qua fugerat. C

7 Decreuerúntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in mõte Ephráim, & Cariath-Arbe (ipſa eſt Hebron) in monte Iuda.

8 Et trans Iordanem contra Orientalem plagam Iericho, ‖ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan de tribu Manaſſe. Deut. 4. g. 43 D

9 Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cũctis filiis Iſrael, & aduenis qui habitabãt inter eos: vt fugeret ad eas qui animã neſcius percuſſiſſet, & non moreretur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuã.

Cap. XXI.

1 Acceſſerúntque principes familiarum Leui ad Eleazarum ſacerdotem, & Ioſue filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael:

2 Loquutique ſũt ad eos in Silo terræ Chanáan, atque dixerũt, Dominus præcepit per manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & ſuburbana earũ ad alenda iumẽta. Nume. 35. a. 2

3 Dederũtque filii Iſrael de poſſeſſionibus ſuis iuxta imperium Domini, ciuitates & ſuburbana earum.

4 Egreſſáque eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim.

5 Et reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant, de tribubus Ephráim, & Dan, & dimidiæ tribus Manaſſe, ciuitates decem.

6 Porrò filiis Gerſon egreſſa eſt ſors, vt acciperent de tribubus Iſſachar & Aſer & Nephthali, dimidiáque tribu Manaſſe in Baſan, ciuitates numero tredecim.

7 Et filiis Merari per cognationes ſuas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon, vrbes duodecim.

8 Dederúntque filii Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earũ, ſicut præcepit Dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte tribuentes.

9 De tribubus filiorũ Iuda & Simeõ dedit Ioſue ciuitates: ‖quarũ iſta ſunt nomina, B 1. Paral. 6. a. 1

---

5 Abſque ſcientia בבלי־דעת citra ſcientiam. i. per imprudentiã, & non dedita opera. Ab heri & nud. : מתמול שלשום. i. antea.
6 Ante cœtum לפני העדה coram concilio. i ſenatu hoc eſt, donec ab aſylo reuocetur à iudicibus vrbis ſuæ, & ipſi iudicẽt de cauſa ipſius. q. d. donec audiat ius. 7 Et parauerunt ויקדשו Et præparauerunt. i. deſignauerunt. 8 De trans Iard. au. Ier. ומעבר לירדן יריחו Citra Iordanem autẽ Iericho. reſpectu ſcilicet ingreſſus filiorum Iſrael in Terram ſanctã, qua parte Iordanis fluit non procul ab vrbe Ierichuntina. In deſerto in planit. במדבר במישור. i. in ſolitudine campeſtri. 9 Conuentionis המועדה. i. perfugii, ſiue refugii, ad quas debet conuenire qui occidit quempiam per errorem. Qui peregrinatur in med. e. הגר בתוכם. i. qui habitat inter illos.
Quicunque interf. aliquem כל־מכה־נפש Ad verbum, omnis percutiens animam. Propinqui ſanguinis גואל הדם i.. conſanguinei interfecti. vide ſuprà tertio verſu. Stetiſſet corã cœtu. עמדו לפני העדה: ſtetiſſet coram concilio. vel ſenatu. i. cognitum eſſet de cauſa eius.

IN CAPVT XXI.

2 Per manũ Moשſéh ביד־משה Hebraiſmus, de quo aliis locis, per Moſen, ſiue internũtio Moſe. Pro animalib. noſtris. : לבהמתנו. i. pro alendis pecoribus noſtris. 4 Egreſſa eſt autem, &c. ויצא הגורל למשפחות וגו Hebraiſmus, Cahathitæ miſſis ſortibus acceperunt poſſeſſionem ſuam. Fuerúntque ויהי Singul Heb. pro plur. Propterea quòd vſus huius verbi eſt frequentiſſimus, non attenditur in eo numerus aut genus. De Leuitis, מן־הלוים. i. qui erant de genere Leuitico, & ex Cahath, ſed patre Amram: erántque omnes ſacerdotes.
5 Reliquis, הנותרים. i. aliis ab Aharonitis, hoc eſt filiis Aharonis: quandoquidem erant tantummodo Leuitæ.
9 Dederunt ergo ויתנו. i. aſſignauerũt Leuitis vrbes iſtas quas acceperũt de tribu, &c. Quas vocauit nomine, אשר־יקרא אתהן בשם: Vocauit, inquit ſub. is qui illis dedit nomina. i. quæ ita vocantur ex nomine. q. d. quarum ſequuntur nomina.

	Filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim ſors illis egreſſa eſt)	10	Fuerúntque filiis Aharón″de familiis Cehathi,de filiis Leui:′illis enim fuit ſors prima.	
	Cariath-arbe patris Enac, quæ vocatur Hebron,in mõte Iuda,& ſuburbana eius per circuitum.	11	Dederúntq; eis Ciriáth-arbáע″patris עAnóc (ipſa eſt חHebrón) in monte Iehudáh,& ſuburbana eius per circuitum eius.	Ciuitates Caathitarum.
Suprà 14.d.14 1.par.6.c.56	‖Agros verò & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad poſſidendum	12	Agrum verò *eius* ciuitatis & villas eius dederunt Chaléb filio Iephunnéh in poſſeſſionem eius.	
	Dedit ergo filiis Aaron ſacerdotis Hebron confugii ciuitatem,ac ſuburbana eius:& Lobnam cum ſuburbanis ſuis.	13	′Filiis inquã Aharón ſacerdotis dederũt ciuitatẽ refugii″homicidæ,′חHebrón,& ſuburbana eius:& Libnáh,& ſuburbana eius:	
	Et Iether,& Eſtemoa,	14	Et Iathir,& ſuburbana eius:& אEשſthemóaע & ſuburbana eius:	
	Et Holon,& Dabir,	15	חHolón,& ſuburbana eius:& Debír,& ſuburbana eius:	
	Et Ain,& Ieta,& Beth-ſames, cum ſuburbanis ſuis : ciuitates nouem de tribubus(vt dictum eſt)duabus.	16	Et עAin,& ſuburbana eius:& Iuttáh,& ſuburbana eius: & Beth-שſémeשs , & ſuburbana eius : ciuitates nouem de duabus tribubus iſtis.	
	De tribu autem filiorum Beniamin Gabaon & Gabae,	17	De tribu verò Biniamín,Gibעón,& ſuburbana eius : & Gébaע, & ſuburbana eius:	
	Et Anathoth & Almõ,cum ſuburbanis ſuis:ciuitates quatuor.	18	עAnathóth,& ſuburbana eius:עAlmón,& ſuburbana eius:ciuitates quatuor.	
	Omnes ſimul ciuitates filiorũ Aaron ſacerdotis tredecim ,cum ſuburbanis ſuis.	19	Omnes ciuitates filiorum Aharón ſacerdotum,tredecim ciuitates,& ſuburbana earum.	
	Reliquis verò per familias filiorũ Caath Leuitici generis hæc eſt data poſſeſſio.	20	Familiis verò filiorum Ceháth Leuitarũ qui reſidui erant de filiis Ceháth(fuerũt autẽ ciuitates″ſortis eorũ,de tribu אEphráim)	
C	De tribu Ephráim vrbes confugii Sichem cum ſuburbanis ſuis in mõte Ephráim & Gazer.	21	Dederunt inquam illis ciuitatem refugii homicidæ שSechém, & ſuburbana eius in mõte אEphráim:& Gézer,& ſuburbana eius.	
	Et Cibſain & Beth-horon , cũ ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.	22	Et Cibצſaim, & ſuburbana eius:& Beth-חhorón , & ſuburbana eius:ciuitates quatuor.	
	De tribu quoque Dan , Eltheco & Gabathon.	23	De tribu verò Dán,אElthecé,& ſuburbana eius:& Gibbethón, & ſuburbana eius:	
	Et Aialon & Geth-remon cũ ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.	24	Et Aialón,& ſuburbana eius: & Gath-rimmon, & ſuburbana eius:vrbes quatuor.	
	Porrò de dimidia tribu Manaſſe, Thanac & Geth-remon , cum ſuburbanis ſuis,ciuitates duæ.	25	De dimidia verò tribu Menaשſſéh, Thaעanách, & ſuburbana eius:Gath-rimmón,& ſuburbana eius:ciuitates duæ.	
	Omnes ciuitates decem & ſuburbana earũ datæ ſunt filiis Caath inferioris gradus.	26	Omnes ciuitates decẽ,& ſuburbana earum,″familiis filiorũ Ceháth reſiduis.	
	Filiis quoque Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugii ciuitates , Gaulon in Baſan, & Boſran cum ſuburbanis ſuis , ciuitates duas.	27	Porrò filiis Gerשſón ′de familiis Leuitarum , de dimidia tribu Menaשſſéh ciuitatẽ refugii′homicidæ,Golán in Baשſán,& ſuburbana eius: Beעeשſtheráh,& ſuburbana eius:ciuitates duæ.	Gerſonitarum ciuitates.
	Porrò de tribu Iſſachar , Ceſion,& Dabereth,	28	De tribu Iשſſachár,Ciשſión,& ſuburbana eius:Dabráth,& ſuburbana eius:	
	Et Iaramoth, & En-gannim, cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.	29	Iarmúth,& ſuburbana eius:עEn-ganním,& ſuburbana eius,ciuitates quatuor.	
	De tribu autem Azer , Maſaa & Abdon,	30	De tribu autem Aשſér,Miשſál, & ſuburbana eius : עAbdón ,& ſuburbana eius:	
	Et Helcath , & Rohob cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.	31	חHelcáth,& ſuburbana eius:& Reחhób,& ſuburbana eius:ciuitates quatuor.	
	De tribu quoque Nephthali ciuitates confugii , Cades in Galilæa, & Hammoth-dor, & Carthan , cũ ſuburbanis ſuis,ciuitates tres.	32	De tribu verò Naphthali ciuitatẽ refugii homicidæ,Cedéשs in Galil , & ſuburbana eius: &חHamóth-dאor, & ſuburbana eius: & Carthán,& ſuburbana eius:ciuitates tres.	

10 De familiis Cehathi,&c. ממשפחות הקהתי מבני לוי.i.de Cehathitis Leuitis. Illis enim,&c.′כילהם וגו׳.i.illis primũ,ſiue′primo loco cecidit ſors.hoc eſt, pro illis ſors prima egreſſa eſt. 11 Patris עAnoc אבי הענוק .i.maximi gigantum, ſiue inter gigantes & tyrannos. 13 Filiis inquam Aharón ולבני אהרן.i.qui fuerũt ſacerdotes vt pater. Homicidæ,הרוצח Sing.Heb.pro plur.homicidarum.i.ad quã fugere ſolebãt homicidæ. חHebron, חברון quo ad habitationẽ ſcilicet: nam dominium retinuerat Chaleb. 20 Sortis eorũ, גורלם.i. quas miſſis ſortibus acceperũt à filiis Iſrael. 26 Familiis,&c. למשפחות וגו׳ Verbũ aliquod ſubaudiendũ,Omnes vrbes quæ ſunt decẽ, & ſuburbana earum,fuerunt familiarum filiorum Cahath.i.Cahathitarum reliquorum. Vel,Omnes vrbes fuerunt decem & ſuburbana earum, quas dederunt familiis filiorum Cahath reſiduis. 27 De familiis Leuit. ממשפחות הלוים.i.qui fuerunt etiam Leuitæ, dederunt de dimidia tribu Manaſſe:quæ ſcilicet erat citra Iordanem,ad Ortum ſolis. Homicidæ, הרוצח Vide ſuprà,verſu 13.

33 Omnes ciuitates Gerשſunitarũ per familias ſuas, tredecim ciuitates, & ſuburbana earum.

34 Familiis autem filiorum Merari Leuitarum′reſiduorũ,de tribu Zebulún,Iocneyám,& ſuburbana ei⁹: Cartháh, & ſuburbana eius:

35 Dimnáh,& ſuburbana eius: Nahalál, & ſuburbana eius, ciuitates quatuor.

36 De tribu verò Reאuben,Béxſer,& ſuburbana eius: & Iahaxſá, & ſuburbana eius:

37 Cedemóth,& ſuburbana eius:Mepháyath,& ſuburbana eius:ciuitates quatuor.

38 Et de tribu Gad, ciuitatem refugii homicidæ, Ramóth in Gilyád,& ſuburbana eius: & Manhanaím,& ſuburbana eius:

39 חHeשſbón,& ſuburbana eius:Iayazér,& ſuburbana eius:ciuitates quatuor.

40 ″Omnes ciuitates filiorum Merari per familias ſuas′qui reſidui erant de familiis Leuitarũ: fuítque ſors eorũ,ciuitates duodecim

41 Omnes vrbes Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iשſraאél,ciuitates quadraginta octo,& ſuburbana earum.

42 ″Fuerunt ciuitates iſtæ ſingulæ & ſuburbana earum per circuitũ ipſarum:ſic omnibus ciuitatibus iſtis.

Promiſſiones de terra Chanaan impletæ.

43 Dedit itaque Iehouáh ipſi Iשſraאél vniuerſam terram de qua iurauerat ſe daturum eam Patribus eorum:& poſſederunt eam, habitauerúntque in ea.

Pax Iſraelitis.

44 ″Requiem quoque dedit eis Iehouáh in circuitu′ prorſus vt iurauerat Iehouáh Patribus eorum: ″neque fuit quiſquam qui reſiſteret illis ex omnibus inimicis eorum : omnes inimicos eorum tradidit Iehouáh in manum eorum.

45 ″Nõ cecidit *ullum* verbũ ex omni verbo bono quod loquutus fuerat Ieuouah ad domũ Iſrael,omnia euenerũt.

Cap.XXII.

Tribus Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe, remittuntur in poſſeſſionē ſuā.

1 TVnc accerſiuit Iehoשſúay Reאbenitas & Gadditas ac dimidiam tribum Menaשſſéh,

2 Dixítq; ad eos, Vos cuſtodiſtis omnia quæ præcepit vobis Moשſéh ſeruus Iehouæ, & obediſtis voci meæ in cunctis quæ præcepi vobis.

3 Non deſeruiſtis fratres veſtros ″iã diebus multis vſque ad diem hanc,″ſed cuſtodiſtis cuſtodiam præcepti Iehouæ Dei veſtri.

Pax Iſraelitis.

4 Nunc autem″requiem dedit Iehouáh Deus veſter fratribus veſtris,quemadmodum dixerat eis:nunc igitur reuertimini,& proficiſcimini ad tabernacula veſtra , ad terram poſſeſſionis veſtræ, quam dedit vobis Moשſéh ſeruus Iehouæ trans Iardén.

5 ″Tantùm obſeruate diligẽter vt faciatis præceptũ & Legem quã præcepit vobis Moשſéh ſeruus Iehouæ,vt diligatis Iehouã Deum veſtrum, & ambuletis″in omnibus viis eius, ſeruetíſque præcepta eius , & adhæreatis ei: atque ſeruiatis ei toto corde veſtro, & tota

33 Omnes vrbes familiarum Gerſon tredecim,cum ſuburbanis ſuis.

34 Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Zabulon,Iecnam & Cartha,

35 Et Damna & Naalol,ciuitates quatuor,cum ſuburbanis ſuis.

36 De tribu Ruben vltra ciuitates refugii,Boſor in ſolitudine,Miſor & Iaſer: & Iethſon & Mephaad,ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis, D

37

38 De tribu Gad ciuitates cõfugii:Galaad & Manáim & Heſebõ & Iaſer,ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.

39

40 Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes ſuas duodecim.

41 Itaque ciuitates vniuerſæ Leuitarũ in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael fuerunt quadraginta octo,

42 Cum ſuburbanis ſuis , ſingulæ per familias diſtributæ.

43 Deditque Dominus Deus Iſraeli omnem terram,quam traditurum ſe Patribus eorum iurauerat: & poſſederunt illam,atque habitauerũt in ea.

44 Datáque eſt ab eo pax in omnes per circuitũ nationes : nullúſque eis hoſtium reſiſtere auſus eſt,ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt.

45 Ne vnũ quidem verbum quod illis præſtiturũ ſe eſſe promiſerat,irritum fuit,ſed rebus expleta ſunt omnia.

Cap. XXII.

1 EOdẽ tempore vocauit Ioſue Rubenitas,& Gaditas, & dimidiam tribum Manaſſe:

2 Dixitque ad eos , Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus Domini , mihi quoque in omnibus obediſtis:

3 Nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore vſque in præſentẽ diem, cuſtodiẽtes præceptum Domini Dei veſtri.

4 Quia igitur dedit Dominus Deus veſter fratribus veſtris quietem & pacem,ſicut pollicitus eſt: reuertimini, & ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſſionis, quam tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Iordanem.

Supra'13.b.6
nume.32.f.33

5 Ita dũtaxat , vt cuſtodiatis attẽtè, & opere cõpleatis mãdatum & Legẽ quam præcepit Moyſes famulus Domini,vt diligatis Dominũ Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius,& obſeruetis mandata illius,ad- B

---

34 Reſiduorum, הנותרים reliquorum.Vocat Meraritas Leuitas reliquos,quòd poſtremo loco enumerentur.

40 Omnes ciuitates,&c. כל־הערים וגו׳ Deeſt & hic verbum,vt ſuprà verſu 26. Omnes vrbes iſtæ fuerunt Meraritarũ.vel,Omnes vrbes iſtas dederunt filiis Merari,per cognationes ſuas,qui reliqui erant.i. qui reſtabant ex cognationibus,hoc eſt ex numero Leuitarum.fuerunt enim poſtremo loco numerati. 42 Fuerunt ciuitates,&c. תהיינה הערים וגו׳.i.Singulæ harum vrbium habuerunt ſua ſuburbana:ita ſe res habuit per omnes iſtas vrbes.q.d omnibus iſtis vrbibus adiuncta fuerunt ſuburbana.

44 Requiem quoque,&c.׳וינח וגו i.ſummam pacem ac tranquillitatem. Prorſus vt iur. ככל־אשר־נשבע Ad verbum,iuxta omnia quæ iurauerat. Neque fuit quiſquam,&c. ולא־עמד איש בפניהם Ad verbum, & non ſtetit vir in conſpectu eorum.Hebraiſmus.

45 Nõ cecidit,&c. לא־נפל דבר וגו׳ Non intercidit[.i.nõ euanuit,non fuit irritum]quicquã ex omnibus rebus bonis quas dixerat,[.i.pollicitus fuerat]domui Iſrael.i. filiis Iſrael omnia euenerũt, vt pollicitus fuerat ſcilicet:idque vt oſtendatur Deus verax in omnibus promiſſis ſuis.

IN CAPVT XXII.

1 Tunc אז adimpletis ſcilicet promiſſionibus Diuinis. 3 Iam diebus multis זה ימים רבים iam à multo tempore. Sed cuſtodiſtis cuſt.&c. ושמרתם את־משמרת וגו׳ Hebraiſmus,obſeruaſtis præceptum Iehouæ quod erat vobis obſeruandum.

4 Requiem dedit הניח .i.ſedes quietas. 5 Tantùm obſeruate diligenter,&c. רק שמרו מאוד לעשות את־המצוה Ita duntaxat vt cuſtodiatis diligenter[vel attentè]& faciatis præceptum. In omnibus viis e. בכל־דרכיו per omnes vias eius.

de,& in omni anima veſtra.

Benedixitque eis Ioſue, & dimiſit eos: qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. 6

Dimidiæ autem tribui Manaſſe poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit dedit Ioſue ſortē inter cæteros fratres ſuos trans Iordanem ad Occidētalem plagam. Quumque dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis, 7

Dixit ad eos, In multa ſubſtātia atque diuitiis reuertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: diuidite prædā hoſtium cum fratribus veſtris. 8

Reuerſique ſunt, & abierunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manaſſe, à filiis Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Chanâan, vt intrarēt Galaad terram poſſeſſionis ſuæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moyſi. 9

C

Quûmque veniſſēt ad tumulos Iordanis, in terram Chanâan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis, 10

Quod quum audiſſent filii Iſrael, & ad eos certi nūtii detuliſſent ædificaſſe filios Rubē, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe altare in terra Chanâan ſuper Iordanis tumulos, contra filios Iſrael, 11

Conuenerunt omnes in Silo, vt aſſderent, & dimicarent contra eos. 12

Et interim miſerūt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari ſacerdotis, 13

Et decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribubus. 14

Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in terram Galaad, dixerûntque ad eos, 15

Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ eſt iſta trāſgreſſio? cur reliquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? 16

Nume.25.a.4

D

An parum vobis eſt quòd peccaſtis in Beel-phegor, & vſque in præſentē diem macula huius ſceleris in nobis permanet, multique de populo corruerunt? 17

Et vos hodie reliquiſtis Dominū, & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet. 18

anima veſtra.

6 ″Benedixítque eis Iehoשſúay, ac dimiſit eos, abierúntque in tabernacula ſua.

7 Dimidiæ autem tribui Menaשſſeh′dederat Moשéh in Baשán: ″*alteri* autem eius parti dedit Iehoשſúay cū fratribus ſuis trans Iardén ad Occidentem.″Et etiam quum dimitteret eos Iehoשſúay in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis,

Sors filiorum Manaſſe.

8 Tunc dixit ad eos, dicendo, Cum diuitiis multis reuertimini ad tabernacula veſtra,″& cum poſſeſſione multa valde, cum argento, & auro, & ære, & ferro, & veſtibus multis valde: diuidite ſpolia inimicorum veſtrorum cum fratribus veſtris.

Vt partē prædæ diuidāt fratrib⁹ Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ iubet Ioſue.

9 Reuerſi ſunt itaque, & abierūt filii Reאbén, & filii Gad, & dimidia tribus Menaשſſeh″a filiis Iשraאél de שSilóh quæ eſt ī terra Chenáyan vt irēt ad terrā Gilyád, ad terrā poſſeſſionis ſuæ,″*in* qua poſſeſſionem acceperant″iuxta ſermonē Iehouæ per manū Moשéh.

10 Deuenerunt autem ″ad limites Iardén qui erant in terra Chenáyan, & ædificauerūt filii Reאbén, & filii Gad, & dimidia tribus Menaשſſéh ibi altare iuxta Iardén, altare″magnum viſu.

Altare immēſæ magnitudinis ædificatur ab eis in monumentū religionis.

11 Audierunt autem filii Iשraאél dicere, Ecce ædificauerunt filii Reאubén, & filii Gad, & dimidia tribus Menaשſſéh altare e regione terræ Chenáyan in cōfinibus Iardén in trāſitu filiorū Iשraאél.

12 Audierunt inquam filii Iשraאél, & cōuenerunt vniuerſus cœtus filiorum Iשraאél in שSilóh, vt aſcenderēt cōtra eos ad pugnā.

13 ′Miſerūt autem filii Iשraאél ad filios Reאbén, & ad filios Gad, & ad dimidiam tribum Menaשſſéh, ad terram Gilyád, Pinחháס filium אElyazar ſacerdotis,

14 Et decem principes cū eo,″ſingulos principes per ſingulas domos auitas ex omnibus tribubus Iשraאél: ſinguli nanque principes familiarum patrum ſuorum erant″in millibus Iשraאél.

15 Venerunt ergo ad filios Reאubén, & ad filios Gád, & ad dimidiam tribum Menaשſſéh, ad terram Gilyád, loquutíque ſunt cum eis, dicendo,

Reprehendūtur à cæteris filiis Iſrael.

16 ″Sic dixerunt vniuerſus cœtus Iehouæ, ′Quæ eſt præuaricatio iſta quam præuaricati eſtis contra Deum Iשraאél, vt auertamini hodie″ne eatis poſt Iehouam, ædificando vobis altare, vt rebelletis hodie contra Iehouam?

17 ″An parum nobis eſt cum iniquitate Peyór,″à qua necdū ſumus mundati etiam hodie,″& *tamen* fuit plaga in cœtu Iehouæ?

18 Vos autē auertimini hodie″ne eatis poſt Iehouā: & erit, vos rebellabitis hodie cōtra Iehouā, & cras in totū cœtū Iשraאél iraſcetur.

6 Benedixitque,&c. ויברכם Hoc dicitur per anticipationē. 7 Dederat נתן ſub. poſſeſſionem. *Alteri* autem e. parti ולחציו Ad verbum, dimidio verò eius. Et etiam וגם præterea. inſuper. 8 Et cum poſſeſſione multa valde: ובמקנה רב מאוד & cum pecoribus[armentis]multis admodum. 9 A filiis Iשr. מאת בני ישראל ſub. reliquis. *In* qua poſſeſſionem,&c. אשר נואחזו כה i. cuius poſſeſſores facti fuerant. i. quam poſſederant. Iuxta ſermonē,&c. : על־פי יהוה ביד משה Hebraiſmus, de mādato Domini per Moſen. 10 Ad limites Iarden אל־גלילות הירדן ad regionem quæ adiacet Iordani. Magnum viſu : גדול למראה .i. ſpectandæ magnitudinis. 13 Miſerunt autem וישלחו ſub. interim. 14 Singulos principes, &c. נשיא אחד נשיא אחד לבית אב Ad verbum, principē vnum, principē vnum per domū patris. In millibus IשraאEl. : לאלפי ישראל .i. totius populi Iſraelitici qui erat in magno numero. Nota quòd regio quam poſſidebant filii Iſrael circa Iordanem in campeſtribus Moab, vocatur etiam interdum terra Chanáan, quòd Amorrhæi qui prius habitabāt in ea regione, vocabantur etiam Chananæi, quòd deſcendiſſent omnes à patre Chanaan. 16 Sic dixerūt vniuerſus cœtus Ieh. כה אמרו וגו׳ Sic dicit vniuerſa cōgregatio Iehouæ. q.d. Hæc mādauerunt vobis dicēda viri Iſrael religioſi qui honorē Domini maximè diligunt.

Quæ eſt præuaricatio iſta,&c. מה המעל הזה וגו׳ Quanta eſt[vel, Quid ſibi vult]præuaricatio iſta? i. quantam putatis eſſe præuaricationem iſtam quā admiſiſtis contra Deum Iſrael, vt hoc tēpore deficeretis à Domino, extruendo vobis altare, vt eſſetis rebelles hoc tempore Domino?

Ne eatis poſt Iehouam מחרי יהוה Ad verbū, depoſt Iehouā. 17 An parū,&c. המעט לנו את עון פעור An parua nobis ſit iniquitas cū Peor. i. an parua nobis videri debeat? q.d. nónne contenti eſſe debemus iniquitate illa, niſi etiam aliā adiungamus? Dilucidius ſic vertas, An paruū nobis videtur ſcelus quod admiſimus in colēdo idolū Peor? A qua necdū ſumus,&c. אשר לא יהטהרנו ממנו עד היום הזה Ad verbum, à qua non ſumus purgati vſque ad diem hanc. i. propter quam necdum hactenus placatus eſt Dominus. Et *tamen* fuit plaga,&c. ויהי הנגף בעדת יהוה: .i. propter illud afflictus fuit cœtus Domini. hoc eſt multos perdidit Dominus.

18 Ne eatis poſt Iehouam: מאחרי יהוה Ad verbum, depoſt Iehouam. Quidam ſic vertunt totum verſum, Vos autem derelinquetis hodie Iehouam, & eueniet, vos eritis rebelles,&c. i. quòd ſi derelinquatis Dominum, & deficiatis ab eo, mox[id ſignificat Cras] parata, erit vltio aduerſus omnes filios Iſrael.

19 Et quidem ʺſi immunda eſt terra poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terram poſſeſſionis Iehouæ, in qua ʹhabitat tabernaculum Iehouæ, ʹ& poſſeſſiones accipite in medio noſtrum, & contra Iehouam ne rebelletis: ʺneque à nobis deficiatis, ædificãdo vobis altare præter altare Iehouæ Dei noſtri.

20 Nónne Achã filius Zéraחh præuaricatus eſt præuaricationem ʺin anathemate, & contra omnem cœtum Iשׂraאél ʺfuit ira? & ille vir ʺvnus non obiit propter iniquitatem ſuam.

Purgant ſe fratribus.

21 Reſponderunt autem filii Reאuben, & filii Gad, & dimidia tribus Menaשׂſéh, loquutíque ſunt cũ principibus ʹmilliũ Iשׂraאel,

22 ʺDeus deorum Iehouáh, Deus deorum Iehouáh ipſe ʹnouit, & Iשׂraאél ʺcognoſcet, ſi per rebellionem, & ſi per præuaricationẽ in Iehouam, ʹne ſerues nos die hac.

23 *Si cogitauimus* ædificare nobis altare ʺvt auerteremur *ne iremus* poſt Iehouã, & ſi ad immolandũ ſuper illud holocauſta & ſacrificiũ, & ſi ʹad faciendũ ſuper illud ſacrificia pacificorũ, Iehouáh ipſe ʹ inquirat.

24 Et ſi non *potius* timore huiuſce rei fecimus hoc, ʺdicendo, ʺCras dicent filii veſtri filiis noſtris dicendo, ʺQuid vobis & Iehouæ Deo Iשׂraאél?

25 ʺPræterea terminum poſuit Iehouáh inter nos & vos filii Reאubén & filii Gad, Iardén: non eſt vobis portio in ʹIehoua: ʹ& ceſſare facient filii veſtri filios noſtros vt non timeant Iehouam.

26 Et diximus, ʹDemus nũc operam vt ædificemus altare, nõ pro holocauſto, nec pro ſacrificio:

27 ʹSed vt teſtis ſit inter nos & vos, & inter ʹgenerationes noſtras poſt nos, ʹvt ſeruiamus ſeruitutem Iehouæ coram eo in holocauſtis noſtris, & in ſacrificiis noſtris, & pacificis noſtris: & ne dicant filii veſtri ʺcras filiis noſtris, Non eſt vobis pars in Iehouáh.

28 Diximus præterea, ʹEt erit, ſi dixerint nobis aut generationibus noſtris cras: ʺtũ dicemus, Videte ſimilitudinẽ altaris Iehouæ quod fecerunt Patres noſtri, ʺnon pro holocauſto, neque pro ſacrificio, ſed vt teſtis ſit inter nos & vos.

29 ʹAbſit à nobis vt rebellemus contra Iehouam, & auertamur hodie ne eamus poſt Iehouam, ʹædificãdo altare pro holocauſto, pro oblatione, & pro ſacrificio, vltra altare Iehouæ Dei noſtri quod eſt ante tabernaculum eius.

30 Audiens verò Pinחháos ſacerdos, & principes cœtus, capitáque millium Iשׂraאél qui cum eo erant, verba quæ loquuti fuerant filii Reאbén, & filii Gad, & filii Menaſſשׂéh, ʺplacuit in oculis eorũ.

19 Quod ſi putatis immundã eſſe terram poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terram in qua tabernaculum Domini eſt, & habitate inter nos: tantùm vt à Domino, & à noſtro conſortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei noſtri.

20 Nónne Achan filius Zare præteriit mandatum Domini, & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? & ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus periiſſet in ſcelere ſuo.

Suprà 7.a.1

21 Reſponderúntque filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe principibus legationis Iſrael,

22 Fortiſſimus Deus Dominus, Fortiſſimus Deus Dominus ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget, ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, nõ cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti.

23 Et ſi ea mente fecimus vt holocauſta, & ſacrificium, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat & iudicet.

24 Et nõ ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus, Cras dicent filii veſtri filiis noſtris, Quid vobis & Domino Deo Iſrael?

25 Terminum poſuit Dominus inter nos & vos ô filii Ruben & filii Gad, Iordanem fluuium, & idcirco partẽ non habetis in Domino: & per hãc occaſionem auertent filii veſtri filios noſtros à timore Domini. putauimus itaque melius,

26 Et diximus, Extruamus nobis altare, non in holocauſta, neque ad victimas offerendas,

F

27 Sed in teſtimonium inter nos & vos, & ſobolem noſtram veſtrámque progeniem, vt ſeruiamus Domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias: & nequaquam dicant cras filii veſtri filiis noſtris, Non eſt vobis pars in Domino.

28 Quod ſi voluerint dicere, reſpondebũt eis, Ecce altare Domini quod fecerũt Patres noſtri nõ in holocauſta, neque in ſacrificiũ, ſed in teſtimonium noſtrum ac veſtrum.

29 Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus extructo altari ad holocauſta & ſacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei noſtri quod extructum eſt ante tabernaculum eius.

30 Quibus auditis, Phinees ſacerdos, & principes legationis Iſrael, qui erant cũ eo, placati ſunt: & verba filiorũ Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, libentiſſimè ſuſceperunt.

19 Si immũda אם־טמאה ſi polluta.cõtaminata.opinione veſtra ſcilicet, propterea quòd in ea non ſit altare Domini. Habitat שכן.i.erectum eſt. Et poſſeſſiones acc. והאחזו & poſſeſſores eſtote. i.habete poſſeſſionem. Neque à nobis deficiatis, ואותנו אל־תמרודו & nobis ne ſitis rebelles.i.neque à Domino, neque à nobis deficiatis, ne ſubtrahatis vos à conſortio noſtro.

20 In anathemate, בחרם .i.reſeruando ſibi aliquid de anathemate. Vide ſuprà, cap.7.a.1. Fuit ira? היה קצף ſub. Iehouæ.i.iratus eſt Iehoua. Vnus אחד vnicus.i.ſolus.ſub.quanto magis propter peccata multorum multi peribunt?

21 Millium אלפי .i.populi Iſraelitici qui erat in maximo numero. 22 Deus deorum אל אלהים .i.qui vnicus dici debet Deus. repetitur autem ad maiorem confirmationem. Nouit, ידע ſub.quo animo fecerimus. Cognoſcet, ידע ſub. poſtea. Ne ſerues nos אל־תושיענו ſub.ô Iehoua.q.d.perdat nos Deus ſi ea mente id fecimus vt deficeremus à cultu Diuino, & à conſortio aliorum.

23 Vt auerteremur, &c. לשוב מאחרי יהוה ea mente vt derelinqueremus Dominum. Ad faciendum לעשות .i.offerendũ. Requirat: יבקש ſub.in nos, & poſtea animaduertat in nos. 24 Dicendo, לאמור ſub.apud nos. Cras מחר.i.poſthac, in poſterum. Quid vobis, &c. מה־לכם וליהוה q.d.nihil eſt vobis cõmune cum Iehoua. Iehoua non eſt Deus veſter. Sequenti verſu ſeipſum declarat.

25 Præterea terminum וגבול Ad verbũ, Et terminum.i. Præterea dicẽt, Terminũ, &c. Et ceſſare faciẽt והשביתו .i.& ita auertent filii veſtri filios noſtros à timore Domini, efficient vt non timeant Dominum. 26 Demus nunc operã, &c. נעשה־נא לנו לבנות Ad verbum, Faciamus nunc nobis ædificando.i.demus operã vt extruamus altare, &c. q.d. ea ergo mente dedimus operam vt extrueremus altare, &c.

27 Sed vt teſtis ſit כי עד הוא Sed teſtis erit, &c. Generationes no. דורותינו .i.ſobolem noſtram. progeniem. Vt ſeruiamus ſeruit. Ieh. לעבדואת־עבודת vt exerceant[cõpleant]cultum Iehouæ.i.vt agere poſſint rem Diuinã. Cras מחר .i.poſthac.vel aliquãdo.ſic & mox.

28 Et erit, ſi dixerint והיה כי־יאמרו Si futurum eſt vt *ſic* dicãt. Vel ſi accidat vt *ſic* dicant. nẽpe nos non habere partem ſiue portionem in Domino. Tum dicemus ואמרנו .i.tunc filii noſtri dicent. Non pro holocauſto, לא לעולה non ad holocauſtum.i.non vt offerant in eo holocauſtũ. 29 Abſit à nobis חלילה לנו ממנו Ad verbũ, Abſit nobis à nobis. AEdificãdo altare לבנות מזבח .i.extructo altari.

30 Placuit, in oculis e. : וייטב בעיניהם Hebraiſmus, reſponſio fuit illis grata.

Dixitque Phinees filius Eleazari ſacerdos ad eos, Nunc ſcimus quòd nobiſcum ſit Dominus, quoniã alieni eſtis à præuaricatione hac, & liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. 31

Reuerſúſque eſt cum principibus à filiis Rubẽ & Gad de terra Galaad, in terram Chanáan ad filios Iſrael, & retulit eis. 32

Placuitque ſermo cunctis audientibus: & laudauerunt Deum filii Iſrael, & nequaquam vltrà dixerũt vt aſcenderent contra eos atque pugnarent, & delerent terram poſſeſſionis eorũ. 33

Vocauerũtque filii Ruben & filii Gad altare quod extruxerant, Teſtimonium noſtrum, quòd Dominus ipſe ſit Deus. 34

Cap. XXIII.

1 EVoluto autem multo tempore, poſtquam pacem dederat Dominus Iſraeli, ſubiectis in gyro nationibꝰ vniuerſis, & Ioſue iam longæuo, & perſenilis ætatis,

2 Vocauit Ioſue omnem Iſraelẽ, maiorésque natu, & principes, ac iudices, & magiſtros, dixitque ad eos, Ego ſenui, & progreſſioris ætatis ſum:

3 Vóſque cernitis omnia quę fecerit Dominus Deus veſter cũctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipſe pugnauerit.

4 Et nunc quia vobis ſorte diuiſi omnẽ terram, ab Orientali parte Iordanis vſque ad Mare magnum, multæque adhuc ſuperſunt nationes:

B 5 Dominus Deus veſter diſperdet eas, & auferet à facie veſtra, & poſſidebitis terrã, ſicut vobis pollicitꝰ eſt.

6 Tantùm cõfortamini, & eſtote ſoliciti vt cuſtodiatis cũcta quæ ſcripta ſunt in volumine Legis Moyſi: & nõ declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad ſiniſtram:

7 Ne poſtquam intraueritis ad Gentes quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine deorum earum, & ſeruiatis eis, & adoretis illos,

8 Sed adhæreatis Domino Deo veſtro, quod feciſtis vſque in diẽ hanc.

9 Et tunc auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro Gentes magnas & robuſtiſſimas, & nullus vobis reſiſtere poterit.

C 10 Vnus è vobis perſequetur hoſtium mille viros: quia Dominus Deus ve-

31 Dixítque Pinחháos filius אElʸazár ſacerdotis filiis Reאubẽ, & filiis Gád, & filiis Menaשſéh, Hodie nouimꝰ quòd in medio noſtri ſit Iehouáh, ʺquòd non præuaricati ſitis contra Iehouam præuaricationẽ iſtã: ʺtunc liberaſtis filios Iשſraאél de manu Iehouæ.

32 Reuerſus eſt igitur Pinחháos filius אElʸazár ſacerdotis, & principes illi à filiis Reאubén, & à filiis Gad, de terra Gilʸád ad terram Chenáʸan ad *reliquos* filios Iשſraאél, & retulerunt eis ʺrem.

33 ʺPlacuítque res in oculis filiorum Iשſraאél, atque benedixerunt Deo filii Iשſraאél: ʺneque dixerunt quòd aſcẽderẽt contra eos ad pugnam, ʺvt diſperderent terram in qua filii Reאubén & filii Gad habitabant.

34 Vocauerũt autẽ filii Reאubén & filii Gád altare ʸEd *dicendo*, Quia teſtis erit inter nos quòd Iehouáh eſt Deus.

Cap. XXIII.

1 FʺVit autem poſt dies multos poſtquam requiem dedit Iehouáh Iשſraאeli ab omnibus inimicis eorũ in circuitu, Iehoשſúaʸ ſenuit *&* ʺvenit in dies:

Ioſue dehortatur populum à commercio & falſa religione Gentium.

2 Tũc vocauit Iehoשſúaʸ omnem Iשſraאél, ſeniores eius, & capita eius, & iudices eius, & præfectos eius, dixítque ad eos, ʺEgo ſenui *&* veni in dies:

3 Vóſque vidiſtis omnia quæ fecerit Iehouáh Deus veſter omnibus gẽtibus iſtis in cõſpectu veſtro, quòd Iehouáh Deus veſter pugnauerit pro vobis.

4 Videte, ʺſorte diſtribui vobis gẽtes iſtas reſiduas in hæreditatẽ per tribus veſtras, à Iardén, atque omnes gentes quas diſperdidi vſque ad Mare magnum ab Occaſu ſolis.

5 Iehouáh autem Deus veſter ipſe propulſabit eas à facie veſtra, & expellet eas à conſpectu veſtro, & iure hæreditario poſſidebitis terram earum, quemadmodum loquutus eſt Iehouáh Deus veſter vobis.

6 ʺRoborate igitur vos valde, vt cuſtodiatis, & faciatis quicquid ſcriptum eſt in libro Legis Moשéh, vt non recedatis ʺab eo neque ad dexteram neque ad ſiniſtram.

7 ʺNeque commiſceamini inter gentes iſtas ʺquæ remanent vobiſcum, & nomen deorum earum ne commemoretis, ʺnec adiuretis, ʺneque ſeruiatis eis, neque incuruetis vos eis.

Non iurandum per nomina idolorum.

8 Sed Iehouæ Deo veſtro adhæreatis, ſicut feciſtis vſque ad diem hanc.

9 Propterea expulit à facie veſtra gentes magnas & fortes, ʺnec ſtetit quiſquam in conſpectu veſtro vſque ad diem hanc.

10 Vir vnus ex vobis perſequutus eſt mille, quia Dominus Deus

31 Quòd non præuaricati ſitis, &c. אשר לא־מעלתם i. quòd alieni eſtis à præuaricatione quæ vobis imputabatur. Tunc liberaſtis, &c. אז הצלתם וגו׳. i. alioqui animaduertiſſet Dominus in illos.

32 Rem. : דבר Ad verbum, ſermonem. ſiue verbum. i. reſponſum. 33 Placuítque res, &c. וייטב הדבר וגו׳ Hebraiſmus, Et grata fuit reſpõſio filiis Iſrael, laudauerúntque Deum, & gratias egerunt illi. Neque dixerunt, &c. ולא אמרו וגו׳ Hebraiſmus, & nequaquam cogitauerunt vltrà aſcendere contra eos tanquam dimicaturi. Vt diſperderent לשחת Ad verbum, vt corrumperent.

IN CAPVT XXIII.

1 Fuit autem, &c. ויהי מימים רבים וגו׳ Tranſacto autẽ multo tempore, poſtquam quietem dediſſet Iehoua Iſraeli ab omnibus inimicis eius per circuitum, & ſenuiſſet Ioſue, eſſétque iam prouectæ ætatis: vocauit, &c. Venit in dies: : באבימים Hebraiſmus, venire, ſiue procedere in dies, ſignificat eſſe grandæuum ac prouectæ ætatis. Sic Gene. 24. a. 1.

2 Ego ſenui, *&* veni in dies: :אני זקנתי באתי בימים. i. Ego quidem iam ſenio confectus ſum, & ætatis prouectæ. q. d. ego breui moriturus ſum.

4 Sorte diſtribui הפלתי Ad verbũ, cadere feci. q. d. conſiderate, reuocate in animũ, quòd iactis & miſſis ſortibus, diſtribui vobis patriam harum gentium quæ ſuperſunt [id eſt quæ nondum ſuperatæ ſunt] in poſſeſſionem, per tribus, &c.

6 Roborate igitur vos, &c. וחזקתם מאוד לשמור ולעשות Eſtote ergo forti admodũ animo ad obſeruandum & opere complendum. vel, in obſeruando & faciendo quæcunque ſcripta ſunt. Ab eo ממנו ſub. libro. i. ab illis quæ in eo ſcripta ſunt.

7 Neque cõmiſceamini gent. לבלתי־בוא בגוים האלה Et vt nõ commiſceatis vos gentibus iſtis. i. ne cõuerſemini cum gentibus iſtis. Ad verbum, vt non ingrediamini ad gentes iſtas. Quæ remanent vo. הנשארים האלה אתכם quæ relictæ ſunt apud vos. i. quæ necdum ſunt ſuperatæ.

Nec adiuretis, ולא תשביעו ſub. alios per idola eorum. Neque ſeruiatis, &c. :ולא תעבדון ולא תשתחוו להם neque colatis eos, neque adoretis eos. 9 Nec ſtetit, &c. לא־עמד איש בפניכם. i. non potuit vobis reſiſtere quiſquam vſque ad hoc tempus.

veſter eſt qui pugnat pro vobis, ſicut loquutus fuerat vobis.

Diligẽdus Deus

11 ″Præcauete ergo diligẽtiſſimè vobis, vt diligatis Iehouã Deum veſtrum:

12 ′Quia ſi auertendo auerſi fueritis, & ″adhæſeritis reſiduis Gentibus iſtis, reſiduis *inquam* iſtis quæ ſunt vobiſcum: ″& affinitatem contraxeritis cum eis, ″& miſceatis vos cum eis, & ipſæ vobiſcum:

13 ′Iam nunc ſcitote quòd poſthac Iehouáh Deus veſter non expellet omnes Gentes iſtas à facie veſtra: ſed *potius* erunt vobis in laqueum, & offendiculum, & flagellum ″in lateribus veſtris, ″& in ſpinas in oculis veſtris, donec pereatis è terra optima iſta quam dedit vobis Iehouáh Deus veſter.

Via vniuerſæ terræ.

Promiſſiones ſuas Iudæis factas impleuit Deus.

14 En autem ego ″vado hodie per viam vniuerſæ terræ: cognoſcite ergo toto corde veſtro, & tota anima veſtra quòd ″non cecidit verbum vnum ex omnibus ″verbis optimis quæ loquutus eſt Iehouáh Deus veſter ″ſuper vos, omnia euenerunt vobis, ″non cecidit ex eis verbum vnum.

Mala quæ minatur Deus deſerentibus ipſum.

15 ′Sicut ergo euenit vobis omne verbum bonum quod loquutus eſt Iehouáh Deus veſter ad vos: ſic adducet Iehouáh ſuper vos ″omne verbum malum, donec diſperdat vos è terra optima iſta quam dedit vobis Iehouáh Deus veſter.

16 Quum tranſgreſſi fueritis pactum Iehouæ Dei veſtri quod præcepit vobis, & abieritis & ſeruieritis diis alienis, incuruaueritíſque vos eis, iraſcetur furor Iehouæ contra vos, & peribitis citò è terra optima quam dedit vobis.

Cap. XXIIII.

Ioſue cõmemoratis Dei beneficiis hortatur populum ad Legis obſeruantiam.

1 C″Ongregauit autem Iehoשſúay ″omnes tribus Iשſraℵél in שSechém, vocauítq; Seniores Iשſraℵél, ″& capita eius, iudicéſque eius, ac præfectos eius: ſteterúntque ″coram Deo.

2 Dixítque Iehoשſúay ad vniuerſum populum, ′Sic dicit Iehouáh Deus Iשſraℵél, ″Trans Flumen ″habitauerũt Patres veſtri ″à ſeculo, *ut* Théraחh pater Abraham, & pater Naחhór, ſeruierúntque diis alienis.

3 Et tuli patrem veſtrum Abraham è loco qui erat trãs Flumen, & deduxi per vniuerſam terram Chenáyan: multiplicauíque ſemen eius, ″& dedi ei Iצſחhác.

4 Et dedi ipſi Iצſחhác Iayacób & yEשſáu: tradidíque ipſi yEשſáu mõtem שSeyír, vt poſſideret eum: Iayacób autem & filii eius deſcenderunt in AEgyptum.

5 Miſíque Moſשéh & Aharon, & percuſſi ″AEgyptum, ′quemadmodum feci in medio eius, & poſtea eduxi vos.

ſter pro vobis ipſe pugnabit, ſicut pollicitus eſt.

11 Hoc tantùm diligentiſſimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum veſtrum.

12 Quòd ſi volueritis Gentiũ harum quæ inter vos habitãt, erroribus adhærere, & cum eis miſcere cõnubia, atque amicitias copulare:

13 Iam nunc ſcitote quòd Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciẽ veſtram: ſed erunt vobis in foueã ac laqueum, & offendiculũ ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris, donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima quam tradidit vobis.

D

14 En ego hodie ingredior viam vniuerſæ rerræ, & toto animo cognoſcetis quòd de omnibus verbis quæ ſe Dominus præſtiturum vobis eſſe pollicitus eſt, vnum non præterierit incaſſum.

15 Sicut ergo ĩpleuit opere quod promiſit, & proſpera cũcta venerunt: ſic adducet ſuper vos quicquid malorũ cõminatus eſt, donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima quam tradidit vobis,

16 Eo quòd prætericritis pactum Domini Dei veſtri, quod pepigit vobiſcum, & ſeruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: citò atque velociter cõſurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima quã tradidit vobis.

Cap. XXIIII.

1 COngregauitque Ioſue omnes tribus Iſrael in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magiſtros: ſteterúntque in conſpectu Dei,

2 Et ad populũ ſic loquutus eſt, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ‖Trans Fluuium habitauerunt Patres veſtri ab initio, Thare pater Abrahã & Nachor: ſeruierúntque diis alienis. Gen.11.d.26.31

3 Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus: & adduxi eum in terr am Chanáan: multiplicauique ſemen eius,

4 ‖Et dedi ei Iſaac, illique rurſum dedi Iacob & Eſau. ‖E quibus, Eſau dedi montem Seir ad poſſidendum. ‖Iacob verò & filii eius deſcenderunt in AEgyptum. Gen.21.a.2, & 25.d.26 Gen.36.a.8 Gen.46.a.6

5 ‖Miſique Moyſen & Aarõ, & percuſſi AEgyptum multis ſignis atque portentis. Exod.3.c.10

---

11 Præcauete ergo dil. vo. ונשמרתם מאוד לנפשותיכם Ad verbum, Et cuſtodite valde animabus veſtris. Frequens eſt Hebræis iſtud, Animabus veſtris, verbo Cuſtodiendi coniungere, loco pronominis ſecundæ vel tertiæ perſonæ: quod aliud non ſignificat quàm, Præcauete diligenter vt diligatis, &c. Quidam tamen ſequentibus adiungunt, Videte diligenter vt ex animo diligatis Iehouam.

12 Quia ſi auertẽdo, &c. כי אם שוב תשובו Quòd ſi deſciſcatis. [ſub. à Deo] & adhæreatis, &c: vt paulo antè, verſu 7. Et affinitatẽ cõtraxeritis cum eis, והתחתנתם בהם & cõnubia miſceatis cum eis. Et miſceatis, &c. ובאתם בהם Ad verbum, & ingreſſi fueritis cum eis, &c.

13 Iam nunc ſcitote, &c. ידוע תדעו וגו׳ Ad verbũ, Sciendo ſcitote quòd non addet Iehoua Deus veſter vt expellat, &c. In laterib. ve. בצדיכם .i. quo pulſentur, ſiue percutiantur latera veſtra. Nume.33.g.55, legitur, Et in ſpinas in lateribus veſtris. Et in ſpinas in oc. ve. ולצננים בעיניכם & in cultros in oculis veſtris. Nume.33.g.55, Moſes dixit, Spinas [vel cultros] in lateribus veſtris. vide illic annotationẽ. i. quibus pungãtur oculi veſtri. q. d. mirũ in modũ affligentes vos. 14 Vado hodie, &c. הולך היום בדרך כל־הארץ Præſ. Heb. pro fut. ingreſſurus ſum hodie per viã vniuerſæ terræ. i. carnis. q. d. hodie moriturus ſum, quemadmodũ conſtitutũ eſt omnibus hominibus. Non cecidit לא־נפל nõ intercidit. non fuit irritum. Verbis optimis הדברים הטובים .i. bonis promiſſionibus quas, &c. Super vos, עליכם de vobis. Nõ cecidit, &c. לא־נפל ממנו דבר אחד: non intercidit ex eis quicquã. 15 Sicut ergo, &c. והיה כאשר בא עליכם Ad verbũ, Et erit, ſicut euenit, &c. Hebraiſmus, vt adimpleuit vobis omnes bonas promiſſiones ſuas. Omne verbum malũ, כל־הדבר הרע .i. quicquid malorum cõminatus eſt.

IN CAPVT XXIIII.

1 Cõgregauit a. ויאסף ſub. Iterũ. Omnes tribus כל־שבטי id eſt, nouẽ tribus cũ dimidia. Et capita eius, ולראשיו & principes eius. Cora Deo. לפני האלהים: .i. corã arca. 2 Sic dicit כה אמר Præt. Heb. pro præſ. i. hæc dicit: per me ſcilicet. Trans Flumen בעבר הנהר vltra fluuiũ. Euphratem intelligit. i. in Meſopotamia. Habitauerunt ישבו habitabant. A ſeculo מעולם .i. olim, vel initio.

3 Et dedi ei Iצſחhac. ואתן־לו את־יצחק: .i. poſteaquam dedi illi Iſaac. hoc eſt, per Iſaacum dedi illi prolem numeroſam.

5 AEgyptum, את־מצרים Subaudiunt Hebræi אנשי, vt vertas, homines AEgypti, hoc eſt AEgyptios. Quemadmodũ feci כאשר עשיתי i. prout, aut ſecundum quod feci, ſub. plagas in medio eius: hoc eſt tantiſper vt immitterem in eos plagas varias.

Exod.12.f.37
Exod.14.b.9

6 ‖Eduxíque vos & Patres veſtros de AEgypto, & veniſtis ‖ad mare: perſequutique ſunt AEgyptii Patres veſtros cum curribus & equitatu, vſque ad Mare rubrum.
B

7 Clamauerunt autem ad Dominum filii Iſrael: qui poſuit tenebras inter vos & AEgyptios: & adduxit ſuper eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi veſtri cuncta quæ in AEgypto fecerim, & habitaſtis in ſolitudine multo tempore:

Nume.21.e.29

8 Et introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. ‖Quúmque pugnarent cõtra vos, tradidi eos in manus veſtras, & poſſediſtis terram eorum, atque interfeciſtis eos.

Nume.22.a.5

9 ‖Surrexit autẽ Balac filius Sephor Rex Moab, & pugnauit contra Iſraelem: miſitque, & vocauit Balaã filiũ Beor, vt malediceret vobis:
C

10 Et ego nolui audire eum, ſed econtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius.

Suprà 3.d.14, & 6.a.1, & 11.a.3

11 Trãſiſtiſque Iordanem, & veniſtis ad Iericho: ‖pugnauerúntque contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæ⁹ & Hethæus & Gergeſæus & Heuæus & Iebuſæus: & tradidi eos in manus veſtras.

Suprà 11.d.20
Deut.7.c.20

12 ‖Miſique ante vos crabrones, & eieci eos de locis ſuis, duos reges Amorrhæorum, nõ in gladio & in arcu tuo.

13 Dedique vobis terram in qua nõ laboraſtis, & vrbes quas nõ ædificaſtis, vt habitaretis in eis, vineas & olіueta quæ non plantaſtis.

14 Nunc ergo timete Dominũ, & ſeruite ei perfecto corde atque veriſſimo: & auferte deos quibus ſeruierũt Patres veſtri in Meſopotamia & in AEgypto, ac ſeruite Domino.
D

15 Sin autem malum vobis videtur vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui ſeruire potiſſimum debeatis, vtrum diis quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorũ terra habitatis: ego autẽ & domus mea ſeruiemus Domino.

16 Reſponditque populus, & ait, Abſit à nobis vt relinquamus Dominũ, & ſeruiamus diis alienis.

17 Dominus Deus noſter ipſe eduxit nos & Patres noſtros de terra AEgypti, de domo ſeruitutis: fecitque videntibus nobis ſigna ingentia, & cuſtodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos tranſiuimus.

E
18 Et eiecit vniuerſas Gentes, Amorrhæum habitatorem terræ quã nos intrauimus: ſeruiemus igitur Domino, quia ipſe eſt Deus noſter.

19 Dixitque Ioſue ad populum, Non poteritis ſeruire Domino: Deus enĩ ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atq; peccatis.

6 "Et eduxi Patres veſtros ex AEgypto, deueniſtíſque ad Mare, & perſequuti ſunt AEgyptii Patres veſtros cum curribus & equitibus vſque ad Mare rubrum.

7 Tum clamauerũt ad Iehouam, '& poſuit caliginem inter vos & AEgyptios: induxítque "ſuper eum Mare, ac operuit eum: & viderunt oculi veſtri quæ feci in AEgypto, & habitaſtis in ſolitudine diebus multis.

8 Poſtea adduxi vos ad terram ℵEmoræi habitantis trans Iardén: præliatíque ſunt vobiſcum, & tradidi eos in manum veſtram: poſſediſtíſque terram eorum, ac deleui eos à facie veſtra.

9 Surrexit autem Balác filius ɤSippór Rex Moáb, '& præliatus eſt cum Iשſraℵél: miſitque, & vocauit Bilyám filium Beyhor, vt male diceret vobis:

10 Et nolui audire Bilyam, ſed benedixi benedicendo vobis, & liberaui vos manu eius.

11 Tranſiſtíſque Iardén, & veniſtis ad Ieriחhó: pugnauerúntque cõtra vos viri Ieriחhó, "ℵEmoræus, & Perizæus, & Chenayanæus, & חHitthæus, & Girgaשſæus, & חHiuæus, & Iebuסſæus: tradidíque eos in manum veſtram.

12 Et miſi ante vos "crabrones, qui expulerunt eos à facie veſtra, duos Reges ℵEmoræi, non gladio tuo, nec arcu tuo.

13 Dedíque vobis "terram in qua non laboraſtis, & vrbes quas non ædificaſtis, & habitaſtis in eis: vineas & olіueta quæ non plantaſtis, comeditis.

14 Nunc ergo timete Iehouam, & ſeruite ei "in perfectione & veritate, & auferte deos quibus ſeruierunt patres veſtri "trans Flumen & in AEgypto, & ſeruite Iehouæ.

15 "Quòd ſi moleſtum eſt vobis ſeruire Iehouæ, eligite vobis hodie "quos colatis: ſiue deos quibus ſeruierũt Patres veſtri qui fuerunt trans Flumen: ſiue deos ℵEmoræi, in quorum habitatis terra: ego verò, & domus mea colemus Iehouam.

16 Cui reſpondit populus, dicens, Abſit à nobis vt derelinquamus Iehouam, "ſeruiendo diis alienis.

17 Iehoua enim Deus noſter ipſe eſt qui eduxit nos & Patres noſtros è terra AEgypti, "è domo ſeruorum, & qui fecit in oculis noſtris ſigna "iſta magna: ſeruauítque nos in omni via per quã ambulauimus, & in omnibus populis per quorũ tranſiuimus mediũ.

18 Expulítque Iehouáh omnes populos, "præſertim ℵEmoræũ habitatorem terræ "à facie noſtra: etiam nos ſeruiemus Iehouæ, quia ipſe eſt Deus noſter.

19 Dixítque Iehoשſúay ad populum, "Non poteritis ſeruire Iehouæ, quia Deus "ſanctus eſt, Deus æmulator eſt: non parcet ſceleribus veſtris atque peccatis veſtris.

---

6 Et eduxi ואוציא Declarat quod præcedenti verſu dixerat. 7 Et poſuit caliginem וישם מאפל .i. nube caliginoſa ſeparauit AEgyptios ab Iſraelitis. Super eum עליו nempe Pharaonem. vel AEgyptum, id eſt AEgyptios.

9 Et præliatus eſt וילחם animo ſcilicet & voluntate. 11 ℵEmoræus, &c. האמורי וגו' Hi ſeſe receperant in eam vrbem vt reſiſterent filiis Iſrael: quòd vrbs illa eſſet clauis Terræ ſanctæ. 12 Crabrones, &c. את־הצרעה ותברש Singul. Heb. pro plur. crabronem, & expulit. id eſt, crabrones ipſi verterunt eos in fugam. 13 Terram ארץ .i. fructum terræ.

14 In perfectione: בתמים in integritate. Trans Flumen בעבר הנהר Euphraten intelligit. ſic verſu ſequenti.

15 Quòd ſi moleſtum eſt ואם רע בעיניכם Ad verbum, Et ſi malũ eſt in oculis veſtris. Quos colatis את־מי תעבודון quem colatis. vel, cui ſeruiatis. aut, quibus ſeruiatis. 16 Seruiendo diis alienis. לעבור אלהים אחרים: vt colamus deos alienos.

17 E domo ſeruorum, מבית עבדים .i. de loco vbi ſeruiebamus duram ſeruitutem. Iſta magna: הגדולות האלה prædicta ſcilicet.

18 Præſertim ℵEmor. ואת־האמורי Ad verbum, & ℵEmoræum. Quidam vertũt, & *præſertim* ℵEmoræum. A facie noſtra: מפנינו .i. ante aduẽtum noſtrum. 19 Non poteritis לא תוכלו Non poteſtis. ſub. cũ ſimulachris veſtris. Sanctus eſt, Deus æmulator eſt: קדושים הוא אל־קנוא Sanctus eſt, Deus zelotes. ſiue zelotypus. q. d. ſi coleretis ſimulachra vnà cum Domino, pollueretis ſanctitatem eius: Deus eſt qui nõ patitur riualem in amore.

'Si dereliqueritis Iehouam,&ſeruieritis deo alieno,cōuertet ſe, & malefaciet vobis, conſumétque vos, "poſtquam benefecerit vobis. 20

'Cui reſpondit populus, Nequaquam': ſed Iehouæ ſeruiemus. 21

Dixítque Iehoשſúay ad populum,"Teſtes eſtis contra vos quòd vos elegeritis vobis Iehouam vt illi ſeruiatis. Et dixerunt, Teſtes. 22

Corda inclinanda ad Deum.

Nunc ergo auferte deos alienos 'qui ſunt in medio veſtri,& inclinate cor veſtrum ad Iehouam Deum Iשſraאél. 23

Fœdus populi cum Domino.

"Cui reſpondit populus, Iehouæ Deo noſtro ſeruiemus,& voci eius obediemus. 24

Percuſſit itaque Iehoשſúay fœdus cum populo 'in die illa:"& propoſuit ei præceptum & iudicium in שSechem. 25

Scripſítque Iehoשſúay verba iſta "in libro Legis Dei: tulit quoque lapidem magnum, ſtatuítque eum ibi ſubter quercum quæ erat 'in ſanctuario Iehouæ. 26

Lapis in teſtimonium erectus.

Dixítque Iehoשſúay ad vniuerſum populum, En lapis iſte 'erit nobis in teſtimoniū: ipſe enim audiuit omnia "verba Iehouæ quæ loquutus eſt nobiſcum, 'erítque contra vos in teſtimonium, ne fortè mentiamini contra Deum veſtrum. 27

Moritur Ioſue.

Remiſítque Iehoשſúay populum, quēlibet in hæreditatē ſuam. 28

"His autem geſtis, mortuus eſt Iehoשſúay filius Nun ſeruus Iehouæ centum & decem annorum. 29

Sepelierúntque eum 'in termino hæreditatis eius in Thimnáth סſeráחh, quæ eſt in monte אEphráim ad Aquilonē mōtis Gáyaש. 30

Iſrael ſeruit Deo.

Seruiuítque Iשſraאél Iehouæ cunctis diebus Iehoשſúay, cunctiſque diebus Seniorū qui "diu vixerunt poſt Iehoשſúay, quíque nouerant omne opus Iehouæ quod fecerat ipſi Iשſraאél. 31

Oſſa Ioſeph ſepeliuntur.

Oſſa autem Ioסéph quæ detulerant filii Iשſraאél ex AEgypto, ſepelierunt in שSechém, in parte agri quam acquiſierat Iayacób à filiis חHamór patris שSechém centum 'nummis, "& fuerūt filiis Ioסéph in poſſeſſione ſua. 32

Elezar moritur.

Porró אElyazár filius Aharón mortuus eſt,& ſepelierunt eū in Gibyáth Pinחháס filii eius, 'qui datus fuit illi in mōte אEphráim. 33

20 Si dimiſeritis Dominum,& ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe,& affliget vos, atque ſubuertet poſtquā vobis præſtiterit bona.

21 Dixitque populus ad Ioſue, Nequaquam ita vt loqueris erit: ſed Domino ſeruiemus.

22 Et Ioſue ad populū, Teſtes, inquit, vos eſtis quia ipſi elegeritis vobis Dominum vt ſeruiatis ei. Reſpōderúntque, Teſtes.

23 Nūc ergo, ait, auferte deos alienos de medio veſtri,& inclinate corda veſtra ad Dominum Deum Iſrael. F

24 Dixitque populus ad Ioſue, Domino Deo noſtro ſeruiemus,& obedientes erimus præceptis eius.

25 Percuſſit ergo Ioſue in die illo fœdus, & propoſuit populo præcepta atque iudicia in Sichem.

26 Scripſit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrādem, poſuitque eū ſubter quercum quæ erat in ſanctuario Domini.

27 Et dixit ad omnem populum, En lapis iſte erit vobis in teſtimoniū quòd audierit ōnia verba Domini quæ loquutus eſt vobis: ne fortè poſtea negare velitis,& mētiri Domino Deo veſtro.

28 Dimiſitque populum, ſingulos in poſſeſſionem ſuam.

29 Et poſt hæc mortuus eſt Ioſue filius Nun ſeruus Domini, centum & decē annorum. G

30 Sepeliertúntque eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thamnathſare, quæ eſt ſita in monte Ephráim, à Septentrionali parte montis Gaas.

31 Seruiuitque Iſrael Domino cūctis diebus Ioſue & Seniorum, qui longo vixerant tempore poſt Ioſue, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Iſrael

32 Oſſa quoque Ioſeph, ‖quæ tulerāt filii Iſrael de AEgypto, ſepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob ‖à filiis Hemor patris Sichem, centū nouellis ouibus, & fuit in poſſeſſionem filiorum Ioſeph.

Gene.50.d.25 exod.13.d.19

Gene.33.d.19

33 Eleazar quoque filius Aaron mortuus eſt: & ſepelierunt eum in Gabaath Phinees filii eius, quæ data eſt ei in monte Ephráim.

20 Si dereliqueritis,&c. כי תעזבו את־יהוה וגו׳ Quum deſerueritis Iehouam,& colueritis deos alienos, tunc auertetur.i.mutata ſententia affliget & perdet vos. Poſtquam benef.v. אחרי אשר־היטיב לכם: poſteaquam benefecit vobis.

21 Cui reſpondit pop. ויאמר העם Ad verbum, Et dixit populus ad Iehoſuam.

22 Teſtes eſtis עדים אתם teſtes eritis. 23 Qui ſunt in medio veſtri, אשר בקרבכם .i.ſimulachra quæ cepiſtis expugnatis vrbibus, aut extuliſtis ex Ægypto. 24 Cui reſpondit pop. ויאמרו העם אל יהושע Et dixerunt populus ad Iehoſuam.

25 In die illa: ביום ההוא eodem die.vel, tempore illo. Et propoſuit ei præcep.& iud. וישם לו חוק ומשפט & ſtatuit[.i.dedit]eis ſtatutum & iudicium. Singul. Heb. pro plur. i. propoſuit eis præcepta moralia & cæremonialia: nihil adiecit Legi, ſed conditiones huius fœderis docuit eos.

26 In libro בספר qui ſcilicet erat in arca. In ſanctuario Ieh. במקדש יהוה: .i.in loco in quo erat arca Domini qui ſanctificabatur præſentia arcæ: propterea ſanctuariū vocat. 27 Erit nobis in teſt. תהיה־בנו לעדה erit inter nos in teſtimonium.i.vice teſtimonii: hoc eſt teſtabitur hîc initum fuiſſe fœdus cum Domino Deo, ea lege vt ſemper coleamus ipſum. Verba Iehouæ, אמרי יהוה .i. verba fœderis quod pepigimus cum Domino: hoc eſt, leges illæ fuerunt latæ iuxta lapidem iſtum. Erítque contra vos,&c. והיתה בכם לעדה וגו׳ q.d. ſuo modo accuſabit vos, ne fortè poſtea mentiamini, hoc eſt dicatis vos non pepigiſſe fœdus his legibus cum Domino.

29 His autem geſtis, ויהי אחרי הדברים האלה Ad verbum, Et fuit, poſt verba hæc.

30 In termino hæred. בגבול נחלתו in finibus poſſeſſionis eius.i.in poſſeſſione ſua.

31 Diu vixerunt האריכו ימים Ad verbum, prolongauerunt dies.

32 Nummis, קשיטה agnis.i.nummis, fortaſſe quòd formam agnæ impreſſam haberent. Et fuerunt filiis,&c. ויהיו לבני־יוסף לנחלה: & fuerunt.[i.ceſſerunt]filiis Ioſeph in poſſeſſionem.ſub.ſuam.hoc eſt, ita factum eſt vt habuerint oſſa patris ſui ſepulta in poſſeſſione ſua.

33 Qui datus fuit illi אשר נתן־לו .i.qui locus datus fuit illi à populo Iſraelitico.

Liber Iudicum, Hebraicè שופטים

Secundus eſt Prophetarum priorum liber, qui ab Hebræis שופטים appellatur, id eſt Iudices, & à LXX ſimiliter, κριταί. ſic enim dicebantur ii quorum opera Deus gubernabat Iſraeliticum populum poſt Moſen & Ioſuam. Aiunt autem Hebræi Samuelem prophetam ſcripſiſſe hunc librũ, in quo delicta Iſraelis & prouidentia Dei conſpiciuntur. Simul deſcribitur ratio qua Dominus remp. Iſraeliticã adminiſtrauit ante Reges.

VETVS.

Cap. I.

1 Poſt Mortem Ioſue cõſuluerũt filii Iſrael Dominũ, dicentes, Quis aſcendet ante nos cõtra Chananæum, & erit dux belli?

2 Dixitque Dominus, Iudas aſcẽdet: ecce tradidi terram in manus eius.

3 Et ait Iudas Simeoni fratri ſuo, Aſcende mecum in ſortem meam, & pugna cõtra Chananæum, vt & ego pergam tecum in ſortem tuam. Et abiit cum eo Simeon.

4 Aſcenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percuſſerũt in Bezec decem millia virorum.

5 Inuenerûntque Adoni-bezec in Bezec, & pugnauerunt contra eũ, ac percuſſerunt Chananæum & Pherezæũ.

B

6 Fugit autem Adoni-bézec: quẽ perſequuti comprehenderunt, cæſis ſummitatibus manuum eius ac pedum.

7 Dixitque Adoni-bezec, Septuaginta Reges amputatis manuum ac pedũ ſummitatibus, colligebant ſub mẽſa mea ciborũ reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxerũntque eũ in Ieruſalem, & ibi mortuus eſt.

8 Oppugnantes ergo filii Iuda Ieruſalem, ceperunt eam, & percuſſerunt in ore gladii, tradentes cunctam incẽdio ciuitatem.

9 Et poſtea deſcendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad Meridiem in campeſtribus.

C

10 Pergénſque Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath-arbe) percuſſit Seſai, & Ahiman, & Tholmai:

Ioſue 15.d.14

11 Atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath-ſépher, id eſt ciuitas literarum.

12 Dixitq; Caleb, Quí percuſſerit Cariath-ſépher, & vaſtauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.

13 Quúmque cepiſſet eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam ſuam coniugem.

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

1 Fuit Autem poſt mortem Iehoשſúay, ″interrogauerunt filii Iשſraאél Iehouam, dicentes, Quis aſcendet ad Chenayanæum ″in principio ad pugnandum cum eo?

Tribus Iuda dux belli conſtituitur.

2 Dixítque Dominus, ″Iehúdah aſcendet: ecce dedi terram in manum eius.

3 Dixítque Iehudáh a d″שSimıyón fratrem ſuum, ″Aſcende mecũ in ſortem meam, vt pugnemus contra Chenayanæum: ″& ibo etiã ego tecum in ſortem tuam. Et perrexit cum eo שSimıyón.

4 Aſcendítque Iehudáh, & tradidit Iehouáh Chenayanæum & Perizæum in manum eorum, ″percuſſerúntque eos in Bézec, decem millia virorum.

Iudas cũ Simeone expugnat Chananæos.

5 Et inuenerũt ″Adoni-bézec in Bézec, ″& pugnauerunt contra eũ, percuſſerúntque ″Chenayanæum & Perizæum.

6 Fugit itaque Adoni-bézec, & perſequuti ſunt eum, comprehẽderúntque eum, ″& abſciderunt pollices manuũ eius & pedum eius.

Adoni-bezec comprehẽditur.

7 Dixítque Adoni-bézec, Septuaginta Reges, ″pollicibus manuũ eorum ac pedum abſciſſis, colligebãt ſub mẽſa mea: ſicut feci, ſic reddidit mihi Deus. Et deduxerunt eum in Ieruשſaláim, & mortuus eſt ibi.

8 ″Pugnauerant autem filii Iehudáh contra Ieruשſálaim, & ceperant eam, percuſſerántque eam acie gladii, & ciuitatem miſerant in ignem.

Ieruſalem expugnatur,

9 Et poſtea ″deſcenderũt filii Iehudáh ad pugnandũ contra Chenayanæum habitantem ″in monte & Meridie & planitie.

10 Perrexit quoque Iehudáh ad Chenayanæum qui habitabat in חHebrón (nomen autem חHebrón antea fuit Ciriath-arbáy) & percuſſerunt שSeשſai & Aחhimán & Thalmái.

11 ″Perrexit præterea inde ad habitatores Debír (nomen verò Debír antea fuit Ciriáth-סépher.)

Dabir capitur.

12 Dixítque ″Chaléb, Qui percuſſerit Ciriáth-סépher, & ceperit eam, dabo ei yAchסáh filiam meam in vxorem.

13 Cepit autẽ eam yOthniאél ″filius Cenáz fratris Chaléb, qui minor eo erat: dedítque ei yAchסáh filiam ſuam in vxorem.

Othoniel.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Interrogauerunt וישאלו Mortuo Ioſue conſuluerunt Iſraelitæ Dominũ, quum nullum alium haberent ducem. In principio בתחלה .i. uis primus noſtrum, aut, quæ ex noſtris tribubus omnium prima parabit expeditionem in Chananæos, vt oppugnemus eos.

2 Iehúdah יהודה Tribum Iudæ ſignificat.

3 Ad שSimıyón לשמעון Totam tribum hîc etiam intelligit. Aſcende mecum in ſor.m. עלה אתי בגורלי .i. Veni mecum vt oppugnemus eos qui patriam mihi ſorte aſſignatam occupant. Et ibo, &c. והלכתי וגו׳ .i. adiuuabo te in expugnandis hoſtibus qui patriam tibi ſorte aſſignatam occupant. 4 Percuſſerúntque eos in Bez. ויכום בבזק percuſſerúntque ex eis in Bezec. i. in agro vicino vrbi Bezec.

5 Adoni-bézec אדני בזק Dominum Bezec: ita quidam vertunt. Et pugnauerunt contra eum וילחמו בו .i. oppugnauerunt vrbem vt eum caperent. Chenayanæum הכנעני qui ſcilicet adiuuabat illum.

6 Et abſciderunt ויקצצו & amputauerunt. truncauerunt. præciderunt.

7 Pollicibus manuum, &c בהונות ידיהם וגו׳ quorum pollices manuum ac pedum erant amputati. me ſcilicet iubente, vt hac ratione eſſent inepti ad bellum, & vt deterrerem alios à bello ipſo.

8 Pugnauerant autem, &c. וילחמו Iam autem oppugnauerant, &c. Hæc enim dicũtur per recapitulationem. Et ciuitatem miſerant in ignem. ואת־העיר שלחו באש׃ Pro, immiſerunt ignem in ciuitatem, totam vrbem incenderunt.

9 Deſcenderunt ירדו Ita dicit, quòd Ieruſalem eſſet in loco edito. In monte ההר in montanis.

11 Perrexit præterea, &c. וילך וגו׳ Hæc omnia vſque ad 16 verſum, leguntur Ioſue 15.d.15. 12 Chaleb כלב princeps ſcilicet tribus Iuda, & cui promiſſa erat Hebron. 13 Filius Cenaz, &c. בן־קנז אחי כלב הקטון ממנו Cenezæus, frater Chaleb, minor eo. i. iunior.

Axæ filiæ dat Caleb terrā irriguā.

14 Fuit autem,'quum pergeret ipſa,"inſtigauit eũ vt peteret à patre ſuo agrum:"& deſcẽdit de aſino,dixítque ei Chaleb,Quid eſt tibi?

15 Dixítque ei,Da mihi"benedictionem:quia terram aridam dediſti mihi,da mihi fontes aquarum. Et dedit ei Chaleb fontes"ſuperiores & fontes inferiores.

16 "Filii autem Ceni ſoceri Moשſéh"aſcenderunt de Ciuitate palmarum cum filiis Iehudáh in deſertum Iehudáh quod eſt in Meridie עArád,"& perrexit,& habitauit cum populo.

17 Et abiit Iehudáh cũ שSimעón fratre ſuo,percuſſerúntque Cheעanæum habitatorem צSepháth,"& vaſtauerunt eam,"vocauítque nomen ciuitatis הHormáh.

Horma.

Gaza.
Aſcalon.
Accaron.

18 Cepítque Iehudáh עAzzáh,& terminum eius:& Aשſcelón,& terminum eius:& עEcron,& terminum eius.

19 "Fuítque Iehouáh cum Iehudáh,"& poſſedit montem: nõ enim *poterat* expellere'habitatores vallis,quia currus ferrei erant eis.

20 Dederúntque ipſi Chaléb הHebrón,"ſicut loquutus fuerat Moשſéh,& expulit inde tres"filios עAnác.

Iebuſæus habitat Ieruſalem.

21 Iebuסſæum autem habitatorem Ieruשſaláim non expulerunt filii Biniamín:propterea habitauit Iebuסſæus cũ filiis Biniamín, in Ieruשſaláim vſque ad diem hanc.

Beth-el quæ & Luza,expugnatur à filiis Ioſeph,

22 Aſcenderunt quoque domus Ioסſéph & ipſi In Beth-אél,& Iehouáh fuit cum eis.

23 Et explorari fecerunt domus Ioסſéph,Beth-אél:'cuius nomen antea fuit Luz.

24 Viderúntque'cuſtodes virum egredientem ex vrbe, dixerúntque ei,Oſtende nobis quæſo"ingreſſum vrbis,"& faciemus tecum miſericordiam.

25 Qui oſtendit eis introitũ vrbis, percuſſerúntque vrbẽ acie gladii:virum autem & omnem familiam eius,dimiſerunt.

Luza.

26 Perrexit ergo vir in terram הHitthím,& ædificauit vrbem,vocauítque nomen eius Luz.hoc eſt nomen eius vſque ad diẽ hanc.

27 Non expulit autem Menaשſſéh"Beth-שſean, & oppida eius : & Thaעanách, & oppida eius: & habitatores Dor, & oppida eius: & habitatores Ibleעám , & oppida eius: & habitatores Megiddo, & oppida eius:cœpítque Chenaעanæus habitare in terra ipſa.

Chananæi tributarii.

28 'Et fuit,quum roboratus eſſet Iשſraאél,poſuit Chenaעanæũ tributarium,nec expellendo expulit eum.

29 אEphráim quoque non expulit Chenaעanæum habitantem in Gázer:idcirco habitauit Chanaעanæus in medio eius in Gázer.

30 Zebulún non expulit habitatores Citrón, & habitatores Nahalól: propterea habitauit Chenaעanæus in medio eius, fuerúntque ei tributarii.

Quam pergentẽ in itinere monuit vir ſuus vt peteret à patre ſuo agrũ. quæ cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino, dixit ei Caleb,Quid habes?

At illa reſpondit,Da mihi benedictionem, quia terram arentem dediſti mihi:da & irriguā aquis.Dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius & irriguum inferius.

D

Filii autem Cinæi cognati Moyſi aſcenderunt de Ciuitate palmarum, cum filiis Iuda in deſertum ſortis eius quod eſt ad Meridiem Arad:& habitauerunt cum eo.

Abiit autem Iudas cum Simeone fratre ſuo,& percuſſerunt ſimul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerũt eum. vocatúmque eſt nomẽ vrbis,Horma,id eſt anáthema

Cepitque Iudas Gazam cũ finibus ſuis,& Aſcalonem,atque Accaron cũ terminis ſuis,

Fuitque Dominus cum Iuda,& mõtana poſſedit:nec potuit delere habitatores vallis,quia falcatis curribus. abundabant.

E

Dederũtque Caleb Hebron,ſicut dixerat Moyſes:qui deleuit ex ea tres filios Enac.

Ioſue 14.d.13, & 15.d.14 nume.14.d.24

Iebuſæum autem habitatorem Ieruſalẽ non deleuerunt filii Beniamin habitauitque Iebuſæus cum filiis Beniamim in Ieruſalem vſque in præſentem diem.

Domus quoque Ioſeph aſcendit in Beth-el,fuitque Dominus cum eis.

Nam quum obſiderent vrbem,qu prius Luza vocabatur,

Viderunt hominem egrediẽtem de ciuitate,dixerúntque ad eum,Oſtende nobis introitum ciuitatis,& faciemus tecum miſericordiam.

Qui quum oſtendiſſet eis, percuſſerunt vrbem in ore gladii : hominem autem illum, & omnem cognationẽ eius dimiſerunt.

Qui dimiſſus,abiit in terã Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem , vocauitque eam Luzam : quæ ita appellatur vſque in præſentem diem.

F

Manaſſes quoq; non deleuit Bethſan,& Tanach cum viculis ſuis,& habitatores Dor,& Ieblaam,& Mageddo cum viculis ſuis,cœpitque Chananæus habitare cum eis.

Poſtquam autem confortatus eſt Iſrael, fecit eos tributarios, & delere noluit.

Ephráim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, ſed habitauit cum eo.

Zabulon non deleuit habitatores Cetron,& Naalol:ſed habitauit Chananæus in medio eius , factúſque eſt ei tributarius.

---

14 Quum pergeret ipſa, כבואה .i.quum deduceretur domum ſponſi ſui. Inſtigauit e. ותסיתהו ſuaſit illi. Et deſcendit,&c. ותצנח quum ſcilicet ille cunctaretur,aut renueret petere,illa deſiliit,ſiue deiecit ſeſe de aſino ſuo quo vehebatur.hoc eſt,accidit ad genua patris.

15 Benedictionem ברכה .q.d.da mihi munus aliquod(ſignificat enim augmentum boni)nam agrum arentem dediſti mihi,da mihi etiam ſcaturigines,ſiue locum ſcatentem aquis. Superiores עלית ſuperioris.ſub.partis agri,& fontes inferioris.

16 Filii autem Ceni ובני קיני .i.nepotes Ceni,hoc eſt Iethro Cenæi. Aſcenderunt עלו .i.receſſerunt,ſiue abierunt è Ciuitate palmarum,quæ ſita erat in agro Ierichuntino:moti gloria & fœlicitate tribus Iudæ. Et perrexit וילך princeps ſcilicet Ceni,vnà cum filiis Iuda.

17 Et vaſtauerunt eam,ויחרימו & perdiderunt eam,vel funditus euerterunt. Vocauítque ויקרא propterea vocata fuit.

19 Fuitque Ieh.cum Ieh. ויהי יהוה את־יהודה Erátque Iehoua cũ Iudah.i.fauebat illi. Et poſſedit montem: ויורש את־ההר propterea expulit montana.i.Chananæos qui tum habitabant in montanis. Habitatores vallis, את־יושבי העמק .i.eos qui habitabant in campeſtribus.

20 Sicut loquutus f. כאשר דבר .i.ſicut præceperat.Vide Nume.14.d.24. Filios עAnac. בני הענק filios gigantum.i.tres potentiſſimos tyrannos. 23 Cuius nomen ושם־העיר Ad verbum,& nomen vrbis.

24 Cuſtodes השומרים obſeruatores.i.qui obſeruabãt quicquid egrederetur. Ingreſſum vrbis, מבוא העיר id eſt,qua parte facilius expugnari poſſit vrbs iſta. hoc eſt,qua parte vrbe expugnata ingrediemur ipſam.ſignificat enim partem infirmiorem ac imbecilliorem. Et faciemus tecum miſericordiam.:ועשינו עמך חסד Hebraiſmus,hanc gratiam rependemus tibi:hoc beneficium compenſabimus.

27 Beth-שſeעan, בית־שכן Subaudiendum ex ſequentibus יושבי habitatores,vt legas,non expulit habitatores Beth-שſean.

28 Et fuit,quum roboratus eſſet ויהי כי־חזק Quum autem fortior euaſiſſet.

31 Aſer quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob.

G

32 Habitauitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum.

33 Nephthali quoque non deleuit habitatores Beth-ſémes, & Beth-anath: & habitauit inter Chananæum habitatorem terræ, fuerúntque ei Beth-ſemitæ & Bethanitæ tributarii.

34 Arctauitque Amorrhæus filios Dã in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora deſcenderent:

35 Habitauitque in mõte Hares, quod interpretatur teſtaceo, in Aialon & Salebim & aggrauata eſt manus domus Ioſeph, factúſq; eſt ei tributari⁹.

36 Fuit autem terminus Amorrhæi ab Aſcenſu ſcorpionis, Petra, & ſuperiora loca. Cap. II.

1 ASceditque Angelus Domini de Galgalis ad Locum-flentium, & ait, Eduxi vos de AEgypto, & introduxi in terram pro qua iuraui Patribus veſtris: & pollicitus ſum vt nõ facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum:

2 Ita duntaxat vt nõ feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuerteretis: & noluiſtis audire vocẽ meam. cur hoc feciſtis?

3 Quamobrem nolui delere eos à facie veſtra: vt habeatis hoſtes, & dii eorum ſint vobis in ruinam.

4 Quúmq; loqueretur Angelus Domini hæc verba ad oẽs filios Iſrael, eleuauerunt vocem ſuam, & fleuerũt.

5 Et vocatum eſt nomen loci illius, Locus-flentium ſiue lachrymarum: immolauerúntque ibi hoſtias Dño.

Ioſue 24.f.28

B

6 Dimiſit ergo Ioſue populum, & abierunt filii Iſrael vnuſquiſq; in poſſeſſionem ſuam, vt obtinerent eam:

7 Seruierúntque Domino cũctis diebus eius, & Seniorum qui lõgo poſt eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Iſrael.

8 Mortuus eſt autẽ Ioſue filius Nun famulus Domini, centum & decem annorum,

9 Et ſepelierunt eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thamnáth hares in mõte Ephráim, à Septentrionali plaga montis Gaas.

10 Omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos: & ſurrexerunt alii, qui non nouerant Dominum, &

31 Aשׂſér non expulit habitatores yAchó, & habitatores xSidón, & Aחhláb, & Achzib, & חHelbáh, & Aphic, & Reחhób:

32 Et habitauit Aשׂſér in medio Chenayanæi habitatoris terræ: nõ enim expulit eum.

33 Naphtali *quoque* nõ expulit habitatores Beth-שׂſémeשׂ, & habitatores Beth-yanáth: proinde habitauit in medio Chenayanæorum habitatorum terræ: & habitatores Beth-שׂſémeשׂ & Beth-yanáth erant eis tributarii.

34 ″Et compulerunt אEmoræi filios Dan ad montem: non enim permittebant eis vt deſcenderent in vallem.

35 ′Cœpítque אEmoræus habitare in mõte חHéreס, in Aialón, & in שׂSayalbím: & aggrauata eſt manus domus Ioסéph, & fuerunt tributarii.

36 Terminus autem אEmoræi erat ′ab Aſcenſu ſcorpionum à Petra, & ſuprá. Cap. II.

1 AScendit autem ′Angelus Iehouæ de Gilgál ad Bochim, ″& dixit, ″Eduxi vos ex AEgypto, & introduxi vos in terrã *pro* qua iurauerã Patribus veſtris, & dixi, Non irritum faciam pactum meũ ″vobiſcum in æternum:

Angelus exprobrat Iſraelitis quòd cum Chananæis fœdus fecerint.

2 Modò vos non feriatis pactum cum habitatoribus terræ huius, altaria eorum diruatis: & nõ obediſtis ′voci meæ. ′cur hoc feciſtis?

3 ′Et etiam dixi, Non expellam eos à facie veſtra, ſed erunt vobis ′in lateribus, & dii eorum erunt vobis ″in laqueum.

Populo incredulo idola relinquit Deus in ruinam.

4 ″Et fuit, quũ loqueretur Angelus Iehouæ verba hæc ad omnes filios Iשׂſraאél, leuauerunt populus vocem ſuam, & fleuerunt:

5 Vocauerúntque nomen loci ipſius Bochim: immolauerúntque ibi Iehouæ.

6 ″Dimiſerat autem Iehoשׂſúay populũ, & abierant filii Iשׂſraאél vnuſquiſque ad hæreditatem ſuam, ad poſſidendum ″terram.

7 Seruierúntque populus Iehouæ cũctis diebus Iehoשׂſúay, & omnibus diebus Seniorũ ″qui prolõgauerũt dies poſt Iehoשׂſúay, qui viderant ″omne opus Iehouæ magnum quod fecit Iשׂſraאeli.

8 Mortuus eſt autem Iehoשׂſúay filius Nun ſeruus Iehouæ quũ eſſet centum & decem annorum.

9 Sepelierúntq; eum in termino hæreditatis eius ′in Thimnáth-חhéreס, in monte אEphráim ″ab Aquilone monti Gáyaשׂ.

10 Et etiam omnis generatio illa ′aggregata eſt ad patres ſuos: ſurrexítq; generatio alia poſt eos, qui nõ nouerant Iehouã, & etiam

Iſraelitæ qui opera Dei non nouerant, adorant idola.

34 Et compulerunt אEmoræi,&c. ′וילחצו האמורי וגו .i.coegerunt ſe recipere in montana.

35 Cœpitque ויואל Optauitque.i.quum autem totis viribus conarentur habitare in,&c.tum aggrauata eſt manus domus Ioſeph, hoc eſt præualuit illis Amorrhæis.q.d.ſuperauerunt & profligauerunt illos filii Ioſeph.

36 Ab aſcenſu ſcorp. ממעלה עקרבים à Maale-acrabbim.Hic locus erat in parte Auſtrali Terræ ſanctæ. dicit igitur,fines Amorrhæorum incipiebant à Maale-acrabbim in parte Auſtrali Terræ ſanctæ,imò à סSelaע vrbe Arabiæ,& vltrà.i.multum protendebatur dominium eorũ,nempe vſque,&c.& porrigebatur verſus Septentrionem vſque ad Dan.

IN CAPVT II.

1 Angelus מלאך legatus.vel Propheta miſſus à Domino. Hebræi aiunt hunc fuiſſe Phinees. Et dixit, ויאמר ſub.in perſona Domini. q.d.hoc dicit Dominus Deus. Eduxi אעלה Ad verbum,Aſcendere faciam.fut.pro præt. Vobiſcum אתכם Nonnihil ſubaudiendũ, quod pepigi vobiſcum.i.nunquam facturus eram irritum pactum quod pepigeram vobiſcum,ita duntaxat vt non feriretis pactum,&c. vel, ea lege vt non,&c. 2 Modò vos non feriatis pa. ואתם לא־תכרתו ברית Ad verbum,& vos non feriatis pactum. Voci meæ. בקולי .i. præcepto meo.hoc eſt,non ſeruaſtis leges & conditiones pacti. Cur מה Quid. Qua de cauſa.

3 Et etiam dixi, וגם אמרתי .i.quamobrem iure dicere potui.vel,quamobrem non expellam. In lateribus, לצדים Subaudiẽdum ex Ioſue, cap.23.c.13, in vepres in lateribus.i.inſtar ſpinarum quibus pungentur latera veſtra.q.d. mirum in modum affligent vos. Quidam vertũt, in retia,vel laqueos. In laqueum. למוקש׃ in ſcandalum.in offendiculum.

4 Et fuit.quum loquer.Ang. ויהי כדבר מלאך Quum autem dixiſſet Angelus.vel legatus.i.Propheta miſſus à Deo.

6 Dimiſerat autem וישלח Iam autem dimiſerat. poſteaquam ſcilicet miſſis ſortibus diuiſit terram. hæc enim dicuntur per recapitulationem. Vide Ioſue 24.f.28.vbi & mors eius deſcribitur. Terram. את־הארץ׃ .i.eam partem terræ quam aſſequuti fuerant.

7 Qui prolong.dies,&c. אשר האריכו Hebraiſmus,qui ſuperuixerunt ipſi Ioſue. Omne opus כל־מעשה .i.omnia prodigia quæ fecerat in gratiam Iſraelis. 9 In Thimnath-חhéreס, בתמנת־חרס Ioſue 24.f.30,dicitur Thimnath-ſerah,tranſpoſitis literis poſterioribus. Ab Aquilone,&c מצפון להר־געש׃ pro.in parte Aquilonari montis Gaas. 10 Aggregata eſt ad pa.ſ. נאספו אל־אבותיו .i.condita fuit cum maioribus ſuis in ſepulchris:hoc eſt,mortua eſt.

′opus quod fecit Iשſraאéli.

11 Fecerúntque filii Iשſraאél malum in oculis Iehouæ, ſeruierúntque Beyalim.

12 Et dereliquerunt Iehouam Deum Patrum ſuorum, qui eduxerat eos è terra AEgypti, & iuerũt poſt deos alienos qui *erant* è diis populorum qui *erant* in circuitu eorũ, & incuruauerũt ſe eis: proinde irritauerunt Iehouam,

13 Dereliquerunt inquam Iehouam, & ſeruierunt ipſi Báyal, & yAשſtharoth.

Tradũtur in manus hoſtium.

14 ″Et iratus eſt furor Iehouæ cõtra Iשſraאél, & tradidit eos in manum diripientium, diripuerúntque eos, ″& vendidit eos in manũ inimicorum eorum in circuitu, nec potuerunt vltrà conſiſtere coram inimicis ſuis.

15 Quocunque egrediebantur, ″manus Iehouæ erat contra eos in malum, ſicuti loquutus fuerat Iehouáh, & ſicut iurauerat Iehouáh eis, & anguſtiis affecti ſunt vehementer.

Iudices cõſtituit Deus ſuper Iſraelem, vt ipſum liberent.
Fornicatio.

16 Suſcitauit autem Iehouáh Iudices, ″qui eriperent eos è manu diripientium eos.

17 ″Et ne Iudices quidem ſuos audierunt, ſed fornicati ſunt poſt deos alienos, & incuruauerunt ſe eis, receſſerunt citò de via per quam ambulauerant patres eorum vt audirent præcepta Iehouæ, non fecerunt ſic.

18 Quum autem ſuſcitaſſet Iehouáh eis Iudices, erat Iehouáh cum Iudice, & ſeruabat eos è manu inimicorũ ipſorum omnibus diebus Iudicis: (″pœnitebat enim Iehouam ad gemitum eorum propter oppreſſores eorum & coartatores eorum.)

Sequuntur ſuas adinuentiones.

19 ″Tandem mortuo Iudice, reuertebãtur ″& corrumpebantur magis quàm patres eorum, ambulando poſt deos alienos, ſeruiendo eis, & incuruando ſe eis: ″nõ remittebant de actibus illorum & de via illorum dura.

20 Propterea iratus eſt furor Iehouæ contra Iשſraאelé, & dixit, Eo quòd tranſgreſſa eſt gens iſta pactum meum quod præcepi Patribus eorum, nec obedierunt voci meæ:

21 Etiam ego ″poſthac non expellam quẽquam à facie eorum de Gentibus quas reliquit Iehoשſúay, & mortuus eſt:

22 Vt per eas tentem Iשſraאelem, ſíntne ſeruaturi viam Iehouæ, ambulando per eam, ſicut ſeruauerunt Patres eorum, an non.

23 Itaque reliquit Iehouáh Gentes iſtas, nõ expellẽdo eas citò, nec tradidit eas in manum Iehoשſúay.

Cap. III.

Chananæi, Amorrhæi, & huiuſmodi, quare relicti a Deo inter Iudæos.

1 ISTæ autem ſunt Gentes quas reliquit Iehouáh vt per eas tẽtaret Iשſraאélem, omnes qui non nouerant ′omnia bella Chenayán:

2 ″Tantùm vt ſcirent generationes filiorum Iשſraאél, *&* ″vt doceret eos bellum: ′tantùm qui antea ″non cognouerant ea:

opera quæ fecerat cum Iſrael.

11 Fecerûntque filii Iſrael malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim.

12 Ac dimiſerunt Dominum Deũ patrũ ſuorum, qui eduxerat eos de terra AEgypti: & ſequuti ſunt deos alienos, deóſque populorum qui habitabant in circuitu eorũ, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum,

13 Dimittentes eũ, & ſeruientes Baal & Aſtharoth.

14 Iratúſque Dominus contra Iſrael, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus qui habitabant per gyrũ: nec potuerunt reſiſtere aduerſariis ſuis.

15 Sed quocũque pergere voluiſſent, manus Domini ſuper eos erat, ſicut loquutus eſt, & iurauit eis: & vehemẽter afflicti ſunt.

16 Suſcitauitque Dominus Iudices qui liberarent eos de vaſtantium manibus:

17 Sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos: citò deſeruerunt viam per quam ingreſſi fuerãt Patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria.

18 Quúmque Dominus Iudices ſuſcitaret, in diebus eorũ flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium.

19 Poſtquam autem mortuus eſſet Iudex, reuertebãtur, & multo faciebãt peiora quàm fecerant patres eorum, ſequẽtes deos alienos, ſeruiẽtes eis, & adorãtes illos. Non dimiſerũt adinuentiones ſuas, & viam duriſſimã per quam ambulare conſueuerant.

20 Iratûſque eſt furor Domini in Iſrael, & ait, Quia irritũ fecit gens iſta Pactum meum quod pepigeram cũ patribus eorum, & vocem meam audire contempſit,

21 Et ego non delebo Gẽtes quas dimiſit Ioſue, & mortuus eſt:

22 Vt in ipſis experiar Iſrael, vtrũ cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea, ſicut cuſtodierunt Patres eorũ, an non.

23 Dimiſit ergo Dñs omnes nationes has, & citò ſubuertere noluit, nec tradidit in manus Ioſue.

Cap. III.

1 HAE ſunt Gẽtes quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum.

2 Et poſtea diſcerent filii eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi:

Opus את־המעשה .i.ingentia opera quæ fecerat in gratiam Iſraelis.

14 Et iratus eſt furor Ieh. ויחר־אף יהוה Quamobrẽ vehementer iratus eſt Iehoua. Et vendidit eos וימכרם .i.tradidit eos more vendentis, in manum, &c. 15 Manus Iehouæ, &c. יד־יהוה וגו׳ Hebraiſmus, vincebantur authore Deo.

16 Qui eriperent eos ויושיעום Ad verbum, & ſeruauerũt eos. 17 Et ne Iudices, &c. וגם אל־שופטיהם לא שמעו Ad verbum, Et etiã Iudices ſuos non audierunt. 18 Pœnitebat enim, &c. כי־ינחם וגו׳ Hebraiſmus, mutabat ſententiam, & flectebatur miſericordia quum gemitus illorum videret tempore quo maximè affligebantur & vrgebantur. 19 Tandem mortuo Iudice, והיה במות השופט Ad verbũ, Et fuit, mortuo Iudice.i.Mox vt mortuus erat Iúdex. Et corrumpebantur והשחיתו & perdebant.ſub.vias ſuas. Non remittebant, &c. לא הפילו ממעלליהם וגו׳ Ad verbum, non cadere faciebant de, &c.i.dum colerent idola, nihil diminuebant, aut omittebant de ſtudiis patrum ſuorum, neque de via illorum dura, difficili, mala, & inobediente, ſed deteriora potius committebant.

21 Poſthac non expellam לא אוסיף להוריש Ad verbum, non addam expellere.

IN CAPVT III.

1 Omnia bella Cehnayán: את כל־מלחמות כנען: .i.qua ratione geſta fuiſſent prælia illa contra Chananæos.

2 Tantùm רק ſub.reliquit Iehoua eas Gentes, vt, &c. Vt doceret eos bell. ללמדם מלחמה .i.vt ſcirẽt filii Iſrael qui poſtea naſcerentur, & quaſi cogeret eos Dominus diſcere rationem belli, quáque ratione gerenda eſſent bella. Tantùm qui antea רק אשר־לפנים Verùm qui antea.ſub.fuerant. Non cognouerant ea: לא ידעום: .i.non nouerant eam artem bellicam qua Dominus pugnabat pro illis.

3 Quinque ſatrapas Philiſthinorum omnémque Chananæum, & Sidoniũ atque Heuæum qui habitabãt in mõte Libano, de monte Baal-hermõ vſque ad introitum Emath.

4 Dimiſitque eos, vt in ipſis experiretur Iſraelem vtrum audirent mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moyſi, an non.

5 Itaque filii Iſrael habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi:

6 Et duxerunt vxores filias eorũ, ipſique filias ſuas filiis eorũ tradiderunt, & ſeruierunt diis eorum.

7 Fecerúntque malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſeruiẽtes Baalim & Aſeroth.

8 Iratúſque contra Iſrael Dominus, tradidit eos in manus Chuſan-raſatháim regis Meſopotamiæ, ſeruierúntque ei octo annis.

B 9 Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem:

10 Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Iſrael: egreſſúſque eſt ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chuſan-raſathaim regẽ Syriæ, & oppreſſit eum.

11 Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel filius Cenez.

12 Addiderunt autem filii Iſrael facere malum in conſpectu Domini: qui confortauit aduerſum eos Eglon regem Moab: quia fecerũt malũ in cõſpectu eius.

13 Et copulauit ei filios Ammon & Amalec: abiitque & percuſſit Iſrael, atque poſſedit Vrbem-palmarum.

14 Seruierúntque filii Iſrael Eglon regi Moab decem & octo annis.

15 Et poſtea clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorẽ vocabulo Aod, filium Gera filii Iemini, qui vtraque manu pro dextera vtebatur. Miſerúntque filii Iſrael per illum munera Eglon regi Moab.

C 16 Qui fecit ſibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus eſt eo ſubter ſagũ in dextro femore.

17 Obtulitque munera Eglon regi Moab: erat autem Eglon craſſus nimis.

18 Quúmque obtuliſſet ei munera, proſequutus eſt ſocios qui cum eo venerant.

3 Quinque ſatrapæ Peliשſthim, õnéſque Chenaעanæi, & צSidonii & חHiuæi habitantes in monte Lebanón: à monte Baעal חHermón″vſque ad introitum חHamáth.

4 ″Fuerũt inquam vt tentaret per eas Iשſraאelem, vt ſciret an parerent præceptis Iehouæ quæ præcepit patribus eorum per manum Moשſéh.

5 Habitauerunt ergo filii Iשſraאél in medio Chenaעanæi, חHitthæi, & אEmoræi, & Perizæi, & חHiuæi, & Iebuסſæi.

Iſraelitæ miſcẽt connubia cũ idololatris, & obliuiſcuntur Dei.

6 Acceperúntque filias eorum ſibi in vxores, & filias ſuas dederunt filiis eorum, ſeruierúntque diis eorum.

7 Fecerunt igitur filii Iשſraאél ″malum in oculis Iehouæ, oblitíque ſunt Iehouæ Dei ſui, & ſeruierunt Beעalím & lucis.

8 Itaque iratus eſt furor Iehouæ contra Iשſraאel, ″& vendidit eos in manum″Chuשſán-riשſעatháim regis″Aram-naharáim: ſeruierúntque filii Iשſraאél Chuשſan-riשſעatháim octo annos.

9 ″Clamauerunt autẽ filii Iשſraאél ad Iehouã, ſuſcitauítque Iehouáh″ſeruatorem filiis Iשſraאel, & ſeruauit eos, עOthniאelem″filiũ Cenáz fratrem Chaléb minorem illo.

Othoniel liberat populum.

10 ″Et fuit ſuper eum Spiritus Iehouæ, iudicauítque Iשſraאelem: egreſſus autem ad bellum, tradidit Iehouáh in manum eius Chuשſán-riשſעatháim regem Aram:″& roborata eſt manus eius ſuper Cuשſán-riשſעatháim.

Spiritus Dei in iudice.

11 Quieuítq; terra quadraginta annis: & mortuus eſt עOthniאél filius Cenáz.

12 ″Rurſum fecerunt filii Iשſraאél malum in oculis Iehouæ:″& roborauit Iehouáh עEglón regem Moáb contra Iשſaאelẽ, propterea quòd fecerant malum in oculis Iehouæ.

Iſraelitæ conuerſi ad idola, ſeruiunt Eglon regi Moab.

13 ″Qui cõgregauit ad ſe filios עAmmon & עAmaléc: & profectus percuſſit Iשſraאelem, & poſſederunt″Vrbem palmarum.

14 Seruierúntq; filii Iשſraאél עEglõ regi Moáb octodecim annos.

15 ″Clamauerũt autẽ filii Iשſraאél ad Iehouam, ſuſcitauítque Iehouáh eis ſeruatorem אEhúd filium Gerá filii Iemini, virum ″captũ manu dextera ſua: miſerúntque filii Iשſraאél munus per manum eius ipſi אEglón regi Moáb.

Aod liberat populum, percuſſo Rege.

16 ″Fecit autem ſibi אEhúd gladium habentem duas acies: cubitus longitudo eius: accinxítque ſe eo ſub veſtibus ſuis ſuper femur dextrum ſuum.

17 Obtulit itaque munus עEglón regi Moáb: עEglón autem erat vir pinguis valde.

18 ″Quum autem obtuliſſet munus, proſequutus eſt populum qui detulerat munus.

---

3 Vſque ad introitum חHamath. עד לבוא חמת: donec eundo *ingrediaris* Hamath. quæ ſcilicet eſt inter Orientem & Septentrionem.
4 Fuerunt inquã, &c. ויהיו לנסות ſub. relictæ. i. Remanſerunt itaque vt probaret, &c. 7 Malum in oculis Ieh. את־הרע בעיני יהוה
Hebraiſmus, quod diſplicebat Domino. 8 Et vendidit eos וימכרם .i. more vendentis ſeruos, tradidit eos in, &c. Chuשſan, &c.
כושן־רשעתים Doctus inter Hebræos ait eſſe nomen Regis Meſopotamiæ. Alii vertunt, Chuſan de Riſatháim. Chaldæus paraph. Chuſan nefarii,
vel impii hominis. Aram-naharáim: ארם־נהרים Syriæ fluuiorum. i. Meſopotamiæ. Vide interpretationem nominum Hebræorum.
9 Clamauerunt autem ויזעקו Ingemuerunt autem. Et vociferati ſunt. vel, Quum autẽ ingemuerunt. Seruatorem, &c. מושיע לבני
ישראל ויושיעם liberatorem filiis Iſrael, qui liberauit eos. Filium Cenaz בן־קנז Quidem exponunt Cenezæum.
10 Et fuit ſuper eum Spir. Ieh. ותהי עליו רוח־יהוה Hebraiſmus, Cœpit agi Spiritu fortitudinis Domini. vel, Excitauit Dominus animũ eius,
& fortitudine donauit. Et roborata eſt, &c. ותעז ידו וגו׳ Hebraiſmus, ſuperior euaſit, vel præualuit aduerſus Chuſan.
12 Rurſum fecerunt, &c. ויוספו בני ישראל וגו׳ Ad verbum, Et addiderunt filii Iſrael facere malum, &c. i. rurſum fecerũt rem ingratam Domino omnia intuenti. vel, malum, vidente Domino. Et roborauit ויחזק .i. ſuperiorem reddidit.
13 Qui congreg. ad ſe ויאסף אליו .i. adiunxit ſibi ſocios. Vrbem palmarum. את־עיר התמרים: Chaldæus paraph. dicit eſſe Iericho. Alii
vrbem quandam in agro Ierichuntino. 15 Clamauerunt autẽ ויזעקו Vt paulo antè verſu 9. Captum manu dextera ſ. אטר יד־ימינו
.i. ſcæuam, ſiue ſcæuolam, qui tantùm vtebatur manu ſiniſtra, & cuius manus dextra erat contracta, neque ea vti poterat. Gallicè, *manchot*.
16 Fecit autem ויעש .i. curauit ſibi faciendum gladium habentem duas acies. i. ſcindẽtem ex vtraque parte. Ad verbum, Et fecit ſibi Ehud
gladium, & ei erant duæ acies. 18 Quum autem obtuliſſet, &c. ויהי כאשר כלה וגו׳ Ad verbum, Et fuit, quum finem feciſſet offerendi
munus, & dimiſit, &c. i. deduxit ſocios qui ſecum detulerant munus illud.

19 Ipſe autem reuerſus eſtʹà lapidicinis quæ erant in Gilgal, & dixit, Verbum ſecreti eſt mihi ad te, ô Rex. Cui reſpõdit, ʹSile. Et egreſſi ſunt ab eo omnes″qui ſtabant iuxta eum.

20 Tũ אEhud ″ingreſſus eſt ad eum: is autemʹſedebat in cœnaculo ″æſtiuoʹſolus: dixítque אEhúd,ʹVerbum Dei mihi eſt ad te. Et ſurrexit de ſolio.

21 Tunc miſit אEhúd manum ſiniſtram ſuam, tulítque gladium à femore dextro ſuo, ac infixit eum in ventrem eius.

22 ʹEt ingreſſus eſt etiam capulus poſt ferrũ,″& clauſit adeps poſt ferrum. non enim″poterat educere gladium è ventre illius:″& exiuit ſtercus.

23 Egreſſus eſt autem אEhúdʹper veſtibulum, & clauſit fores cœnaculi″ſuper illum, & obfirmauit ſera.

24 Quum autem egreſſus fuiſſet, ſerui eius ingreſſi ſunt, & viderũt, & ecce fores cœnaculi obſeratæ: tum dixerunt, Certe″tegit pedes ſuos in cœnaculo æſtiuo.

25 ″Et expectauerunt donec tardaret: & ecce nõ aperiebat fores cœnaculi: tulerunt igitur clauem, & aperuerunt: & ecce dominus eorum ceciderat in terram mortuus.

26 אEhúd autem″euaſerat dum tardarent illi, & tranſierat lapidicinas, euaſerátque in שSeעiráth.

Moabitas tradit Deus in manus Iſrael & occidũtur.

27 Quũ autẽ perueniſſet *ad ſuos*, clanxit tuba in ″monte אEphráim, deſcenderúntque cum eo filii Iשſraאél de monte, & ipſe ante eos.

28 Dixítque ad eos, Sequimini me: tradidit enim Iehouáh inimicos veſtros, Moáb in manum veſtram. Deſcenderunt itaque poſt eum, & occupauerunt vada Iardén ipſi Moáb, neque permiſerunt quenquam tranſire.

29 Percuſſerúntque″Moáb tempore illo circiter decem millia virorum, omnem pinguem, & omnem virum fortem, nec euaſit quiſquam.

30 ″Humiliatúſque eſt Moáb in die illa ſub manu Iשſraאél,″& quieuit terra octoginta annis.

Samgar percutit Philiſthiim vomere.

31 Poſt ipſum autẽ fuit שSamgár filius עAnáth, & percuſſit *ex* Peliשſthim ſexcentos viros ſtimulo bouis, ſeruauítque etiam ipſe Iשſraאelem.

Cap. IIII.

Iſraelitæ ad idola conuerſi tradũtur in manus Iabin.

1 ADdiderunt autem filii Iשſraאél facere malum in oculis Iehouæ, אEhúd mortuo.

2 ʹEt vendidit eos Iehouáh in manum Iabín regis Chenáעan, ʹqui regnauerat in חHáצſór, & princeps exercitus eius erat סSiסſerá: ipſe autem habitabat″in חHaróשſeth-gentium.

3 Et clamauerunt filii Iשſraאél ad Iehouam, quia nongenti cur-

Et reuerſus de Galgalis, vbi erãt idola, dixit ad Regem, Verbum ſecretum habeo ad te ô Rex. Et ille imperauit ſilentium: egreſſiſque omnibus qui circa eum erant,

Ingreſſus eſt Aod ad eum: ſedebat autem in æſtiuo cœnaculo ſolus: dixitque, Verbum Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno.

Extenditque Aod ſiniſtram manũ, & tulit ſicam de dextro femore ſuo, infixitque eam in ventrem eius,

Tam validè vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. nec eduxit gladium, ſed ita vt percuſſerat, reliquit in corpore. ſtatimque per ſecreta naturæ alui ſtercora proruperunt.

Aod autem clauſis diligẽtiſſimè oſtiis cœnaculi, & obfirmatis ſera,

Per poſticũ egreſſus eſt. ſeruique Regis ingreſſi viderunt clauſas fores cœnaculi, atque dixerunt, Forſitan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo.

Expectantéſque diu donec erubeſcerent, & videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt dominum ſuum in terra iacentem mortuum.

Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & pertrãſiit locũ idolorũ vnde reuerſus fuerat. Venitque in Seirath.

Et ſtatim inſonuit buccina in monte Ephráim: deſcẽderúntque cum eo filii Iſrael, ipſo in fronte gradiente.

Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras. Deſcenderúntque poſt eum, & occupauerũt vada Iordanis quæ tranſmittunt in Moab: & nõ dimiſerunt trãſire quenquam.

Sed percuſſerunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robuſtos & fortes viros: nullus eorum euadere potuit.

Humiliatúſque eſt Moab in die illo ſub manu Iſrael: & quieuit terra octoginta annis.

Poſt hũc fuit Samgar filius Anath, qui percuſſit de Philiſthiim ſexcentos viros vomere: & ipſe quoque defendit Iſrael.

Cap. IIII.

ADdiderúntque filii Iſrael facere malum in conſpectu Domini poſt mortem Aod.

1.Reg.12.b.9

Et tradidit illos Dominus in manᵘ Iabin regis Chanáan, qui regnauit in Aſor: habuitque ducem exercitus ſui nomine Siſaram, ipſe autem habitabat in Haroſeth-gentium.

Clamauerúntque filii Iſrael ad Dominũ: nongentos enim habebat fal-

---

19 A lapidicinis מן־הפסילים à latomiis. Sile. הס Tace. donec ſcilicet receſſerint iſti. Qui ſtabant iuxta eum. העומדים עליו .i. domeſtici, vel aulici. 20 Ingreſſus eſt בא .i. propius acceſſit. Sedebat יושב habitabat. Æſtiuo המקרה Ad verbum, refrigerationis. Solus: אשר־לו לבדו: Ad verbum, qui ei ſoli. Verbum Dei דבר־אלהים .i. quod accepi à Deo. q. d. Eſt quod tibi dicam iuſſu Dei.

22 Et ingreſſus eſt etiam, &c. ויבוא גם־הנצב אחר הלהב Et ſequutus eſt capulus ferrum. Et clauſit ויסגור ſub. vulnus. ſiue ora vulneris, Adacto ferro. i. aſtrinxit. Poterat educere שלף Ad verbum, euaginauit. Et exiuit ויצא & *ſtatim* cœpit exire. ſub. per vulnus.

23 Per veſtibulum, המסדרונה Ita dicitur Hebræis veſtibulũ, quòd in eo eſſent multæ columnæ. Super illum: בעדו nempe עEglon. i. incluſit eum in cœnaculo, foribus ſera obſeratis. 24 Tegit pedes ſuos מסיך הוא את־רגליו Hebraiſmus, egerit. purgat aluum. Honeſtiſſima loquutione habitum egerentis expreſſit. 25 Et expectauerunt donec tar. ויחילו עד־בוש Et expectauerunt donec cunctaretur. Hebraiſmus, diu expectauerunt. pro עד שבוש 26 Euaſerat וימלט .i. receperat ſe.

27 Quum autem peruen. ויהי בבואו Ad verbum, Et fuit, in veniendo eum. i. quum perueniſſet ad ſuos.

29 Moab את־מואב de Moab. ſiue, de Moabitis. 30 Humiliatúſque eſt Moab ותכנע מואב Ad verbũ, Humiliatáque fuit [ſub. עדה congregatio] Moab. i. Moabitæ venerunt in poteſtatem Iſraelitarum. Et quieuit terra ותשקוט הארץ .i. habitatores terræ vixerunt in pace.

IN CAPVT IIII.

2 Et vendidit eos וימכרם .i. more vendentium, ſeruos tradidit eos in manus, &c. Qui regnauerat, &c. אשר מלך בחצור ſub. in patre. nam Rex Haſor fuit deuictus à Ioſue. i. cuius prædeceſſores Reges regnauerãt in Haſor. vel ad quem ius regni Aſor pertinebat. Aut fuerat vrbs illa coædificata. In חHaroשſeth-gentium. בחרושת הגוים: .i. in Sylua gentium. Nomen loci, ſic dictum quòd abundaret munitionibus. Chaldæus paraph. in ſolitudine munitionum.

catos currus,& per viginti annos vehementer oppreſſerat eos.

Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth,quæ iudicabat populũ in illo tempore.

Et ſedebat ſub palma,quæ nomine illius vocabatur inter Rama & Bethel in monte Ephráim:aſcẽdebántque ad eam filii Iſrael in omne iudicium.

Quæ miſit, & vocauit Barac filiũ Abinoem de Cedes Nephthali:dixítque ad eum,Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael,Vade, & duc exercitum in montem Thabor, tolléſque tecũ decẽ millia pugnatorũ de filiis Nephthali,& de filiis Zabulon:

Ego autem adducam ad te in loco torrentis Ciſon, Siſaram principem B exercitus Iabin,& currus eius, atque omnem multitudinẽ, & tradam eos in manu tua.

Dixitque ad eã Barac,Si venis mecum,vadam:ſi nolueris venire mecũ, non pergam.

Quæ dixit ad eum,Ibo quidem tecum,ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi,quia in manu mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Debora,& perrexit cũ Barac in Cedes.

Qui, accitis Zabulon & Nephthali,aſcendit cum decẽ millibus pugnatorum,habens Deboram in comitatu ſuo.

Haber autẽ Cinæus receſſerat quõdam à cæteris Cinæis fratribus ſuis filiis Hobab cognati Moyſi: & tetẽderat tabernacula vſque ad vallem quæ vocatur Sennim,& erat iuxta Cedes.

Nuntiatúmque eſt Siſaræ quòd aſcendiſſet Barac filius Abinoem in montem Thabor.

Et congregauit nongẽtos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroſeth gẽtium ad torrentem Ciſon.

C Dixitque Debora ad Barac,Surge: hæc eſt enim dies in qua tradidit Dominus Siſarã in manus tuas:en ipſe ductor eſt tuus.Deſcendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo,

Pſal.82.b.10.

Perterruitque Dominus Siſaram & omnes currus eius,vniuerſamque multitudinem in ore gladii ad cõſpectum Barac: intantũ vt Siſara de curru deſiliens,pedibus fugeret:

Et Barac perſequeretur fugientes currus,& exercitum vſque ad Haroſeth gentium,& omnis hoſtiũ multitudo vſque ad internecionẽ caderet.

Siſara autẽ fugiens peruenit ad tẽtorium Iahel vxoris Haber Cinæi.Erat autẽ pax inter Iabin regẽ Haſor,

rus ferrei erant ei : & ipſe oppreſſerat Iשׁſraאelem fortiter viginti annis.

4 Deboráh autem mulier ″prophetis vxor ′ Lappidóth iudicabat Iשׁſraאelem tempore illo.

Deborah iudicat Iſraelem.

5 Ea autem habitabat ′ſub palma Deboráh,inter Ramáh & Bethאél in monte אEphráim: ′& aſcendebant filii Iשׁſraאél ad eam ad iudicium.

6 ″Miſítque,& vocauit Barác filium Abinóyam de Cédeשׁs Naphthali: dixítque ad eum,″Nónne præcepit Iehouáh Deus Iשׁſraאél, Vade, ′& pertrahe in montem Thabór, & tolle tecum decem millia virorum de filiis Naphthali & de filiis Zebulún?

Mittit Barac ad expugnandum Siſaram.

7 ″Et pertraham ad te ad torrẽtem Ciשׁón סSiסſerá principem exercitus Iabin, & currus eius, & multitudinem eius, & tradam eum in manum tuam.

8 Dixítque ad eam Barác,Si veneris mecum,ibo:ſi autem non veneris mecum,non ibo.

9 Quæ reſpondit,′Ibo quidẽ tecum, verùm in *hoc* ″non erit gloria tua in via per quam tu ambulas : quia in manum mulieris ″tradet Iehouáh סSiסſerá. Surrexit itaque Deboráh , & perrexit cum Barác in Cedéשׁs.

10 Congregauit itaque Barác Zebulún & Naphthali in Cedéשׁs,″& aſcendit in pedibus ſuis,*&* decem millia virorum : aſcendit quoque cum eo Deboráh.

11 חHéber autem Cenæus ſeparauerat ſe″à Cain″à filiis חHobáb ſoceri Moשׁéh,″& tetẽderat tabernaculum ſuum vſque ad אElón in צSayananním,quæ eſt in Cedéשׁs.

12 Renuntiauerunt autem ipſi סSiסſerá quòd aſcendiſſet Barác filius Abinóyam in montem Thabór.

13 Congregauit igitur סSiסſerá omnes currus ſuos,nongentos currus ferreos , & omnem populum qui erat ſecum de חHaróשׁſeth gentium ad torrentem Ciשׁón.

Siſara pergit obuiam Deboræ.

14 Dixítque Deboráh ad Barác , ′Surge: hæc enim eſt dies in qua tradidit Iehouáh סSiסſerá in manum tuam:nónne Iehouáh egreſſus eſt ante te? Et deſcẽdit Barác de monte Thabór, & decem millia virorum poſt eum.

15 Et cõtriuit Iehouáh סSiסſerá, & omnes currus, ac omnia caſtra acie gladii ante Barác:deſcendítque סSiסſerá de curru, & fugit pedibus ſuis.

Siſaræ exercitus occiditur à Deo.
Siſara fugit.

16 Barác autem perſequutus eſt currus & caſtra vſque חHaróשׁſeth gentium,& ceciderunt omnia caſtra סSiסſerá acie gladii, non remanſit ne vnus quidem.

17 סSiסſerá autem fugit pedibus ſuis ad tabernaculum Iayél vxoris חHéber Cenæi. pax enim erat inter Iabín regem חHaצſór,& fa-

Iahel mulier occidit Siſaram,defixo per tempora clauo,

---

4 Prophetis נביאה .i.Diuinæ Legis gnara,populo petenti,reſponſa ex oraculis Dei dabat. Lappidoth לפידות Dicunt Lappidóth & Barac eundem fuiſſe,nempe maritum ipſius Deboræ:ſed quũ ipſa ageretur Spiritu prophetico,eum ad tempus procul habitaſſe ab illa.Alii exponunt mulierem Lappidoth,id eſt quæ cõcinnabat ellychnia,ſiue myxas in templo Domini.Verior eſt prior opinio. 5 Sub palma Deb. תחת־תומר דבורה Quibuſdã videtur nomẽ Debora referendum ad pronomen EA,ſic, Ea autẽ Debora habitabat,&c. Alii exponũt,ſub palma quæ poſtea dicta fuit Debora. Et aſcendebant,&c. ויעלו אליה וגו' .i.accedebant filii Iſrael ad eam ad ius audiendum.nam dirimebat lites.

6 Miſitque,& vocauit ותשלח ותקרא .i.Quæ miſſo nuntio,accerſiuit Barac. Nónne præcepit הלא־צוה q.d.certè præcipit,& iam præcepit. Et pertrahe ומשכת .i.tecum aſſumas & ducas. 7 Et pertraham ומשכתי Verba ſunt Dei.i.efficiam vt deſcendant.

9 Ibo quidem הלוך אלך, Ad verbũ,Eundo ibo. Non erit gloria,&c. לא תהיה תפארתך וגו' Hebraiſmus,hoc non erit tibi honori in expeditione quam paras contra illum. Tradet ימכור.i.tradidiſſe dicetur. 10 Et aſcendit in ped.ſ. ויעל ברגליו & aſcendere fecit[.i.deduxit]ad pedes ſuos.i.ſecum. 11 A Cáin מקין .i.à cognatione Cenæorum,qui ſcilicet habitabãt in deſerto Iuda. A filiis חHobáb מבני חובב .i.à nepotibus Hobab. Et tetenderat,&c. ויט אהלו וגו' .i.ſuis tentoriis occupabat magnam partem agri Cedes.

14 Surge: קום q.d.Rumpe moras.

miliam חHéber Cenæi.

Et egreſſa eſt Iayél in occurſum סSiסſerá, dixítque ad eum, Declina domine mi, declina ad me, ne timeas. Et declinauit ad eam in tabernaculum, & operuit eum″tegumento. 18

Dixítque ad eam, Da quæſo mihi bibere paululum aquæ, quia ″ſitio. Et aperuit vtrē lactis, potúmque dedit ei, atque operuit eū. 19

Dixit præterea ad eam, Sta ad oſtium tabernaculi: ′vt ſiquis ingreſſus fuerit, & interrogauerit te, ac dixerit, Eſtne hîc quiſquā? dicas, Non. 20

″Et tulit Iayél vxor חHeber″ clauū tabernaculi, & poſuit malleū in manu ſua: ingreſſáque eſt ad eum ″clàm, infixítque clauū″in tēpus eius, ″atque infixus eſt in terram (ille autem″ſoporatus erat & laſſus) & *ita* mortuus eſt. 21

Ecce autem Barác perſequebatur סSiסſerá: & egreſſa eſt Iayél in occurſum eius, dixítque ei, Veni, & oſtendam tibi virum quē quæris. Qui ingreſſus eſt ad eam, & ecce סSiסſerá″erat proſtratus humi mortuus, & clauus in tempore ipſius. 22

Humiliauit itaque Deus die illo Iabin regē Chenáyan coram filiis Iשſraאél. 23

″Et promouit fortitudo filiorum Iשſraאél, fuítque durior cōtra Iabin regem Chenáyan, donec exciderint ipſum Iabin regem Chenáyan. 24

Cap.V.

Canticū & gratiarum actio Deboræ & Barac poſt victoriam.

CEcinit autem Deboráh & Barác filius Abinóyam die illa, dicendo, 1

Dum vlciſcitur vltiones in Iשſraאél, ″dum ſponte ſe offert populus, benedicite Iehouæ. 2

Audite Reges, auribus percipite Principes: ego Iehouæ, ego *inquam* canam, pſallam Iehouæ Deo Iשſraאél. 3

Iehouáh ″quum egreſſus es è שSeyir, dum receſſiſti ex agro אEdóm, terra″concuſſa eſt, etiam cæli″ſtillauerunt, etiam nubes″ſtillauerunt aquas: 4

Montes″fluxerunt à facie Iehouæ, ″iſte סSinái *tremuit* à facie Iehouæ Dei Iשſraאél. 5

In diebus שSamgár filii yAnáth, in diebus Iayél ″ceſſauerunt ſemitæ: ″& ambulantes per ſemitas, ambulauerunt per ſemitas tortuoſas. 6

″Ceſſauerunt villæ in Iשſraאél, ceſſauerunt *inquam*, donec ſurrexi ego Deboráh, *donec inquam* ſurrexi mater in Iשſraאél. 7

& domum Haber Cinæi.

18 Egreſſa igitur Iahel in occurſum Siſaræ, dixit ad eum, Intra ad me domine mi, ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculum eius, & opertus ab eapallio,

19 Dixit ad eā, Da mihi obſecro paululum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.

20 Dixitque Siſara ad eam, Sta ante oſtium tabernaculi: & quū venerit aliquis interrogās te, & dicēs, Nunquid hic eſt aliquis? reſpōdebis, Nullꝰ eſt. D

21 Tulit itaque Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleū: & ingreſſa abſcondité, & cū ſilentio poſuit ſupra tēpus capitis eius clauum, percuſſúmque malleo defixit in cerebrū vſque ad terrā: qui ſoporē morti ſocians defecit, & mortuus eſt.

22 Et ecce Barac ſequens Siſaram veniebat: egreſſáque Iahel in occurſū eius, dixit ei, Veni, & oſtendam tibi virum quem quæris. Qui quū intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacentem mortuū, & clauum infixū in tēpore eius.

23 Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regē Chanáam corā filiis Iſrael.

24 Qui creſcebāt quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanáan, donec delerent eum.

Cap.V.

1 CEcinerúntq; Debora & Barac filius Abinóem in illo die, dicētes,

2 Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael anîmas veſtras ad periculum, benedicite Domino.

3 Audite Reges, auribus percipite principes: ego ſum, ego ſū quæ Dn̄o canam, pſallam Domino Deo Iſrael.

4 Domine quū exires de Seir, & trāſíres per regiones Edom, terra mota eſt, cælique ac nubes diſtillauerunt aquis.

5 Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Iſrael.

6 In diebus Sāgar filii Anath, in diebus Iahel quieuerunt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt par calles deuios.

7 Ceſſauerūt fortes in Iſrael, & quieuerunt: donec ſurgeret Debora, ſurgeret mater in Iſrael.

---

18 Tegumento. בשמיכה: ſtragula villoſa. 19 Sitio. צמתי Præt.Heb.pro præſ.

20 Vt ſiquis ingreſſus והיה אם־איש יבא Ad verbum, & erit, ſiquis ingredietur.

21 Et tulit ותקח quum ſcilicet ſenſit illum ſomno preſſum. Clauum את־יתד paxillum. Vide ſequenti capite, verſu 26. Clàm, בלאט ſenſim. pedetentim. ſecretó. In tempus e. ברקתו in alterum temporum eius. Atque infixus eſt ותצנח perforato ſcilicet, ac tranſuerberato capite illius. Soporatus, &c. נרדם ויעף erat preſſus ſopore præ laſſitudine. vel, fatigatione.

22 Erat proſtratus humi נפל iacebat.

24 Et promouit, &c. ותלך יד בני־ישראל הלוך וקשה Ad verbum, Et iuit manus filiorum Iſrael eundo, & dura erat, &c. i. ex eo tempore vſqueadeo cœperunt augeſcere vires filiorum Iſrael, támque fortes ac potentes euaſerunt, vt Regem Chanaan exterminauerint ac perdiderint.

IN CAPVT V.

2 Dum ſponte ſe offert בהתנדב עם & quū ſponte ſua ſumit arma populus, vt ſcilicet defendat ſeſe contra inimicos ſuos. addebat enim illis Dominus robur & animum quum volebat eos liberare. i. dum ſumit pœnas Deus de Iſraele propter peccata, dúmque populus ſponte ſumit arma. q.d. tempore afflictionis & liberationis, tempore calamitoſo & fœlici, laudate Dominum.

4 Quum egreſſus es, &c. בצאתך משעיר וגו׳ .i. quum cœpiſti relinquere montem Seir, & quum receſſiſti de Idumæa. q.d. quum cœperunt filii Iſrael vltrà procedere, Domino eos præcedente, &c. Concuſſa eſt, רעשה tremuit. i. habitatores regionis Idumæorum tremuerunt. Stillauerunt, נטפו Idem bis dicit, Cæli ſtillauerunt, & Nubes ſtillauerunt aquas. ſimul videmus cælum pro nubibus accipi. hoc eſt, cælum fuit obſcuratum ac plenum nubibus. fuerat enim author eius victoriæ. Huiuſmodi phraſi ſignificat principes & duces deſpondiſſe animum.

5 Fluxerunt à fac.Ieh. נזלו מפני יהוה .i. verſi ſunt in aquam aduentante Domino. Iſte סSinai זה סיני quemadmodum Sinai. ſub. tremuit. q.d. ſi mons cœpit tremere, quæ eſt creatura ſine ſenſu, quanto magis homines?

6 Ceſſauerunt ſemitæ: חדלו ארחות deſierunt [ſiue, deſierant] peregrinantes. q.d. nemo audebat peregre proficiſci. Et ambulantes, &c. והולכי נתיבות .i. qui autem peregrè proficiſcebantur, ire ſolebant per calles deuios.

7 Ceſſauerunt villæ חדלו פרזון .i. deſerti ſunt, ſiue deſerti erant vici, hoc eſt vrbes non munitæ.

Noua bella elegit Deus, & portas hoſtiũ ipſe ſubuertit: clypeus & haſta ſi apparuerunt in quadraginta millibus Iſrael.

B

Cor meum diligit principes Iſrael, qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino.

Qui aſcenditis ſuper nitentes aſinas, & ſedetis ſuper iudicium, & ambulatis in via, loquimini.

Alii legũt, ſedetis in iudicio.

Vbi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus, ibi narrentur iuſtitiæ Domini, clementia in fortes Iſrael: tunc deſcendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatũ.

Surge, ſurge Debora, ſurge ſurge, & loquere canticũ: ſurge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abinoẽ.

Saluatæ ſũt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.

Ex Ephráim deleuit eos in Amalec & poſt eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes deſcenderunt, & de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum.

Duces Iſſachar fuere cum Debora, & Barac veſtigia ſũt ſequuti, qui quaſi in præceps ac barathrum ſe diſcrimini dedit: diuiſo cõtra ſe Rubẽ, magnanimorum reperta eſt contentio.

Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum? diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

Galaad trans Iordanẽ quieſcebat, & Dan vacabat nauibus: Aſer habitabat in litore maris, & in portubus morabatur.

Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.

8 ″*Quum* elegit deos nouos, tunc fuit bellum in portis: ′clypeus ſi conſpectus eſt, & lancea in quadraginta millibus in Iשſraאél.

9 Cor meum″ad principes Iשſraאél, qui voluntarii fuerunt in populo: ′benedicite Iehouæ.

10 Qui aſcenditis aſinas ′candidas, qui habitatis ′iuxta Middín, ″& qui inceditis in via, loquimini.

11 ″Propter ſonitum iaculantiũ ſagittas in locis vbi hauritur aqua, ′illic narrẽt iuſtitias Iehouæ, ″& iuſtitias villarum eius in Iשſraאél: ′tunc deſcenderunt ad portas populus Iehouæ.

12 ″Exurge, exurge Deboráh: exurge exurge, loquere cãticum: ′ſurge Barác, & captiuam duc″captiuitatem tuam fili Abinóעam.

13 Tunc″dominatus eſt euaſor″fortibus populi: Iehoua dominari fecit me fortibus.

14 ′De אEphráim radix eorum, contra עAmaléc, ′poſt te′Biniamín contra populos tuos: ″de Machir″deſcenderunt′principes, & de Zebulún″trahentes ſtylo ſcribæ.

15 Principes quoque′in Iשſſachár cũ Deboráh, ″& Iשſſachár: ″ſic Barác in vallẽ miſſus eſt pedibus ſuis: ′in diuiſionibus Reאubén magnæ erant cogitationes cordis.

16 Cur″ſediſti inter duas caulas, ″vt audires ſibilos gregum? ″in diuiſionibus Reאubén magnæ erant inueſtigationes cordis.

17 Gilעád′trans Iardén manſit: ″ſed Dan vtquid habitauit in nauibus? Aשſér″ſedit in portu marium, ″& in fracturis ſuis habitauit.

18 Zebulún *eſt* populus *qui* expoſuit animam ſuam ad moriendum: & Naphthali″ſuper altitudines agri.

8 *Quum* elegit יבחר ſub. Iſrael. Fut. Hebr. pro præt. Quum eligebat. ſiue deligebat ſibi. i. quum primùm incipiebat colere idola, tunc in vrbibus eius erat bellum: vel, hoſtes cœperunt expugnare vrbes illorum, & cogere eos vt ſe reciperent in illas. Clypeus, &c. מגן אם יראה וגו׳ Subaudiendum aliquid, quale, Diſpeream ſi clypeus, &c. i. Diſpeream ſi inter XL millia hominum quiſquam illorum fuiſſet auſus aſſumere arma. q. d. nullus Iſraelitarum audebat aſſumere arma contra hoſtes, adempto illis à Deo animo: includebant ſeſe in vrbibus ſuis ab hoſte obſeſſis, nec audebant prodire.

9 Ad principes לחוקקי Ad primores. ad magnates. Sic vocantur Hebraicè principes, quòd habeãt poteſtatem legum condẽdarum. Dicit autem, Ex animo diligo principes qui tam ſtrenuè pugnauerunt, liberalique animo ſe expoſuerunt periculo, pugnantes cum Iſrael. Benedicite Ieh. ברכו יהוה Subauditur aliquid, quale, & dico illis, Laudate Iehouam, ſiue Gratias agite Iehouæ, quòd ſcilicet vobis reſtituerit animos.

10 Candidas, צחורות albas. nitentes. i. magni pretii illic. q. d. O vos mercatores qui equitatis aſinis albis quæ in pretio habentur. Iuxta Middín, על מדין .i. qui eſtis vicini loco illi qui infeſtabatur frequẽtia hoſtium. Middin aliquando nomen vrbis, vt in Ioſua legimus, cap. 15. g. 58. Aliquando nomen viæ, vt hîc. Et qui inceditis in via, loq. והולכי על דרך שיחו: .i. qui ſoletis pedites iter facere, loquimini laudem Deo. hoc eſt, agite illi gratias. 11 Propter ſonitum מקול Propter ſtrepitum. qui iam ſopitus eſt, nec auditur amplius in locis illis vbi aqua hauriri ſolet. Illic narrent iuſt. Ieh. שם יתנו צדקות יהוה .i. illic quotquot egrediuntur ad hauriendam aquam, dicant Dominum eſſe iuſtiſſimum, qui perdiderit illas. *Et* iuſtitias villarum, &c. צדקות וגו׳ .i. iuſtitiam Domini qui effecit vt filii Iſrael poſtea ſine timore habitent in villis: qui reſtituit Iſraeli villas ſuas quæ antea nõ habitabantur præ metu hoſtium ſuorũ. Tunc deſcenderunt, &c. אז ירדו .i. confecto bello cum Siſara deſcendit populus ad portas vt egrederetur vrbem: hoc eſt, populus egreſſus eſt vrbes ſine vllo timore ac periculo, qui prius continebatur intra illas. 12 Exurge, &c. עורי עורי וגו׳ Excitare, excitare Deborah, excitare excitare, dic canticum. i. lauda Iehouam. Surge קום excitare. q. d. lauda etiam Dominum, quoniam ab eo adiutus, multos captiuos abduxiſti. Captiuitatem tuam שביך .i. captiuos tuos.

13 Dominatus eſt euaſor ירד שריד dominari fecit ſuperſtitem. pro ſuperſtites. i. filios Iſrael qui euaſerant incolumes, & quos ſeruauerat in bello, Dominus ſuperiores fecit inclytis illis qui erãt cũ ipſo Siſara. Fut. Heb. pro præt. Fortibus לאדירים clariſſimis. inclytis. admirabilibus. i. principibus populi Siſaræ. 14 De אEphraim, &c. מני אפרים וגו Deeſt verbũ Heb. quod ſubaudiendũ eſt, ſic, Qui erat de Ephraim, id eſt qui radix eorũ erat, dominatus eſt in Amalec. vel pugnauit contra Amalec. i. Ioſue princeps & dux tribus Ephraim ſuperauit Amalecitas. Poſt te אחריך ſub. ô Ephraim. i. vos qui eſtis de tribu Ephraim. Biniamín cõtra pop. t. בנימין בעממיך ſub. pugnabit. i. contra populos à te olim ſuperatos, nẽpe Amalecitas. Alii minus rectè, vnà cũ populis tuis. i. tota tribus (hoc eſt, omnes alii) alacritate bellandi venit ad bellandũ. De Machir מני מכיר .i. de filiis Machir, qui habitabant vltra Iordanem. Deſcenderunt ירדו ſub. vt opem ferrent fratribus. Principes, מחקקים primates. De hac dictione dictum eſt paulo antè verſu 9. Trahentes מושכים ſub. literas. i. qui ſcribere ſolebant. Quidam vertunt, qui ducere [.i. tractare] ſolebant ſtylum ſcribæ. q. d. & principes, imò etiam ipſi ſcribæ dediti ſtudiis, ceperunt arma, & venerunt in auxilium fratrum.

15 In Iשſſachar בישׂשכר .i. tribus Iſſachar. ſub. deſcenderunt, aut venerunt. Et Iשſſachar וישׂשכר Totam tribum intelligit. q. d. non modò principes tribus Iſſachar affuerunt, ſed etiam tota ipſa tribus. Sic Barác, &c. כן ברק וגו׳ Et etiam Barac in valle coniecit ſeſe in pedes ſuos. q. d. tanta alacritate bellandi acceſſit ad prælium, vt veniret pedes. In diuiſionibus Reאubén, &c. בפלגות ראובן וגו׳ de diuiſionibus Ruben, &c. i. de Rubenitis Iordane ſeparatis ab aliis, vehementer miror quòd non venerint vt opem ferrent fratribus ſuis. Cor enim (inquit doctus inter Hebræos) diſceptabat apud ſe, & reputabat de illis quòd non veniſſent ad prælium. Quidam vertunt, magni erant cogitabundi corde.

16 Sediſti inter duas caulas, ישבת בין המשפתים remanſiſti inter duos ordines. ſub. ouium. vel inter duas caulas. Vt audires ſibilos gregũ? לשמוע שרקות עדרים q. d. in tam alto otio, interim dum videres fratres tuos in ingenti eſſe periculo. In diuiſionibus, &c. לפלגות וגו׳ Eadem verba quæ verſu præcedenti, De diuiſionibus inquam Ruben magnæ ſunt inquiſitiones, vel diſceptationes cordis. i. cogitationes. q. d. vehementer miror cur huic bello Rubenitæ non affuerint.

17 Trans בעבר vltra. Per interrogationẽ legũt alii, Galaad quieuitne [vel, remanſit] citra Iordanem? q. d. non. Sed Dan, &c. ודן למה וגו׳ Sed Dan cur apud naues degit? Si (inquit) ille qui habitabat vltra Iordanem, venit in auxilium: cur Dan præ metu opes ſuas tranſtulit vltra Iordanem? Enumerat eos qui bello non interfuerunt. Sedit in portu marium, ישב לחוף ימים Per imperf. alii, habitabat ad litus maris. Et in fracturis ſuis ועל מפרציו ישכון Fut. Hebr. pro præt. perf. quod per imperf. quidam vertunt, & in rupturis ſuis manebat. Rupturas vocat vrbes ſemidirutas. non enim habebant Aſeritæ vrbes ſatis munitas, & longè habitabãt: ob id non venerunt. Alii vertunt, ad ſinus ſuos. Doctus inter Hebræos exponit pro loco vbi diffunduntur flumina.

′Venerunt Reges,pugnauerunt:tunc pugnauerunt Reges Chenáyan″in Thayanách,& iuxta aquas Megiddó:″deſiderabile argentum non acceperunt.	19	Venerũt Reges, & pugnauerũt:pugnauerunt Reges Chanâan in Thanach, iuxta aquas Mageddo,& tamẽ nihil tulere prædantes.
De cælo″pugnauerunt, ſtellæ″de viis ſuis pugnauerunt cum סSiסſerá.	20	De cælo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manẽtes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.
Torrens Ciשſón″ſcopauit eos,torrens″antiquitatum torrẽs Ciשſón,″calcaſti ô anima mea *in* fortitudine.	21	Torrens Ciſon traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Ciſon:conculca anima mea robuſtos.
Tunc″quaſſatæ ſunt calces equi à ſono pedum,″ſono pedum fortium eius.	22	Vngulæ equorum ceciderũt,fugiẽtibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſſimis hoſtium.
Maledicite″Meróz,dixit ′Angelus Iehouæ′: maledicite maledicendo habitatoribus eius:quia non adfuerunt ad auxilium Iehouæ,ad auxilium *inquam* Iehouæ″contra fortes.	23	Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini,maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium Domini,in adiutorium fortiſſimorum eius.
′Benedicatur præ mulieribus Iayél vxor חHéber Cinæi,præ mulieribus *quæ* in tabernaculo benedicatur.	24	Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi , & benedicatur in tabernaculo. D
Aquam poſtulauit,lac dedit:″in phiala fortium obtulit″butyrũ.	25	Aquam petenti lac dedit,& in phiala principum obtulit butyrum.
Manum ſuam″ad clauum″miſit,& dexteram ſuam ad malleum ″laborantium, cõcaſſauítque סSiסſerá: abſcidit caput eius,″& perfodit,& perforauit tempus eius.	26	Siniſtram manum miſit ad clauum, & dextram ad fabrorũ malleos : percuſſitque Siſarã quærẽs in capite vulneri locũ,& tempus validè perforãs.
Inter pedes eius″incuruatus eſt, cécidit, ′dormiuit inter pedes eius:incuruauit *inquam* ſeſe,cecidit vbi incuruauit ſeſe,ibi cecidit ″vaſtatus.	27	Inter pedes eiꝰ ruit,defecit,& mortuus eſt: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miſerabilis.
Per feneſtram″reſpexit,& vlulauit mater סSiסſerá,per cancellos *inquam,dicens*,Cur″moratur currus eius venire? cur tardauerunt″pedes quadrigarum eius?	28	Per feneſtram reſpiciens,vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur,Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?
″Sapientiores principum eius ″reſponderunt , ″ipſa quoque ſeipſam ſolabatur *his uerbis*,	29	Vna ſapientior cæteris vxoribus eius hæc ſocrui verba reſpondit,
″Annon inuenerunt, & diuidunt ſpolia? ″puella *una,aut* duæ puellæ capiti viri:″ſpolia diſcoloriũ ipſi סSiסſerá,ſpolia *inquam* diſcoloriũ acupicta:diſcolor,ex vtraq; parte acupictæ in collũ ſpolii.	30	Forſitan nũc diuidít ſpolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei:veſtes diuerſorum colorum Siſaræ traduntur in prædam , & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur.
Sic pereãt oẽs inimici tui Iehouáh:″diligẽtes autẽ te ſint ſicut oritur ſol in fortitudine ſua. Quieuit autẽ terra quadraginta annis.	31	Sic pereãt omnes inimici tui Dñe: qui autem diligũt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplẽdet,ita rutilent. Quieuitque terra per quadraginta annos.

19 Venerunt Reges, באו מלכים vt ſcilicet Iſraelem oppugnarent. In Thayanach,&c. בתענך על־מי מגדו q.d.venerunt cum maximo exercitu,vt qui complecterentur totam regionẽ quæ eſt inter Thaanach & Megiddo.vel,oppugnarunt Thaanach,poſtea Megiddo. Deſiderabile arg. בצע כסף Ad verbum,deſiderium argenti,&c.i.nullam prædam ſunt aſſequuti,quod ſperauerant. Doctiores vertunt, fruſtum argenti [.i.numos] non accipiebant.q.d.nemini parcebant,etiam oblata pro redemptione quacunque pecunia.

20 Pugnauerunt, נלחמו pugnabant.ſub.cæleſtes pro illis. De viis ſuis ממסלותם de ſemitis ſuis. Quidam,de ſtationibus ſuis.i.de cælo in quo feruntur.q.d.facilè filii Iſrael expugnauerunt Siſaram,quoniam cæleſtes pro eis pugnabant contra illum.

21 Scopauit eos, גרפם .i.more ſcoparum abduxit eos. Antiquitatum קדומים .i.de numero priſcorum,hoc eſt antiquus.q.d.in hoc à Deo ordinatus fuit torrens Ciſon ab initio,vt in eo perirent Chananæi:iuxta illud Prouerb.16.a.4,Omnia operatus eſt Dominus propter ſemetipſum.Hæc doctus inter Hebræos. Calcaſti תדרכי ſub.amnem illum.i.ego pedibus meis tranſiui fortiter & viriliter,citráque periculũ.q.d.me verò mulierem infirmam non potuit rapere tranſuerſam. 22 Quaſſatæ ſunt calces eq. הלמו עקבי־סוס contuſæ [attritæ] ſunt plantæ [vngulæ] equorum.Sing.Heb.pro plur. Sono pedũ,&c. מדהרות דהרות אביריו: Ad verbum,à calcationibus fortiũ eius.i.propter crebras & frequentes concurſiones equitum,ſiue equorũ eius Siſaræ. 23 Meróz, מרוז .i.illi vrbi quæ prælio non interfuit. Angelus מלאך ſub. qui per me loquitur. Contra fortes. בגבורים: .i.contra Chananæos qui fortiter pugnabant contra filios Iſrael.

24 Benedicatur præ mul. תבורך מנשים Benedicta ſit [laudetur] ſupra *alias* mulieres. 25 In phiala fortium בספל אדירים in cratere inſignium.vel nobilium.i.in huiuſmodi cratere in quo ſolent bibere nobiles homines. Butyrum. חמאה: Ad verbũ,*lac* butyri.i.ex quo fuerat expreſſum butyrum. 26 Ad clauum ליתד Hæc dictio ſignificat clauum ſiue paxillum quo ſolent fimbriam tentorii figere in terram. Miſit,&c. תשלחנה וגו׳ Ad verbum,Manus eius *ſiniſtra* ad clauum mittent ſeſe,& dextera eius ad malleum laborantium.Ordo turbatus,& fut.pro præt.pro,Manus eius ad clauum,& dextera eius ad malleum laborantium miſerunt ſeſe.id eſt,requiſierunt.hoc eſt,arripuerunt.

Laborantium, עמלים .i.fabrorũ & aliorum artificũ. Et perfodit,&c. ומחצה וחלפה רקתו: .i.poſteaquã perforauerat & penetrauerat tempora eius. 27 Incuruatus eſt, כרע incuruauit ſeſe.inclinauit ſeſe.i.corruit. Dormiuit שכב iacuit.proſtratus eſt mortuus.q.d.ſubitò concidit in terrã mortuus. Vaſtatus. שדוד: ſpoliatus.ſub.vita.q.d.vnico ictu interfecit eum. 28 Reſpexit,& vlul. נשקפה ותיבב aſpiciebat,& vlulabat.deſiderio ſcilicet filii. Moratur בושש tardat.cunctatur. Pedes quadrig.e. פעמי מרכבותיו: .i.pedes equorum trahentiũ currus eius. 29 Sapientiores,&c. חכמות שרותיה .i.mulieres principes ſapiẽtes,ſiue prudentes,quæ illi famulabantur. Reſpõderunt, תעננה .i.verbis ſolabantur illam.Fut.eſt Heb.pro præt.quod per imperfectum redditur quibuſdã,reſpondebant. Ipſa quoque,&c. אף־היא וגו׳ Ad verbum,etiam ipſa conuertet verba ſua ad ſe. Hebraiſmus, quem quidam ſic conuertunt, quin & ipſa ſibiipſi reddebat verba. vel(vt alii)quinetiam ipſa reſpondebat ſibimetipſi.i.ſolabatur ſeſe.Fut.Heb.pro præt.quod per imperfectum reddidit noſter interpres.

30 Annon inuenerunt,& diuidunt הלא ימצאו וחלקו Fut.Hebr.pro præt.q.d.Annon inuenerunt ſpolia? occupati ſunt in illis diuidendis.

Puella,&c. רחם רחמתים לראש גבר Hebraiſmus,Capiti viri,pro Singulis. Puella vna,aut duæ puellæ dabuntur ſingulis. Spolia diſcolorium,&c. שלל צבעים וגו׳ Spolia colorum,&c.i.colorata.q.d.ſpolia colorata, infecta & tincta pretioſo colore,referet Siſara, ſpolia inquam exornata arte plumaria:& color,ſiue diſcolor,hoc eſt veſtes coloratæ,& vtrinque acupictæ, erunt in collum,hoc eſt caput ſpolii.i.ſeparabuntur vt dentur principi,nempe Siſaræ.Alii,dabuntur collo ſpolii,id eſt principi exercitus.

31 Diligentes autem te,&c. ואוהביו וגו׳ Ad verbum,& diligentes eum erunt ſecũdum egreſſum ſolis.i.proficiant,ſiue ſumant vires quemadmodum ſol quum exoritur,ſubinde lucidior euadit:hoc eſt,ſubinde maiores acclariores fiant:ſimiles ſcilicet ſoli exoriẽti. Quieuit autem terra ותשקוט הארץ .i.manſit in pace & tranquillitate:vt in fine capitis tertii.

Cap. VI.

1 FEcerunt autem filii Iſrael malũ in conſpectu Domini: qui tradidit illos in manu Madiã ſeptẽ annis.

2 Et oppreſſi ſunt valde ab eis: feceruntque ſibi antra & ſpeluncas in mõtibus, & munitiſſima ad repugnandũ loca.

3 Quúmque ſeuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian & Amalec, cæterique Orientalium nationum.

4 Et apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis, cũcta vaſtabãt vſque ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebãt in Iſrael, non oues, non boues, nõ aſinos.

5 Ipſi enim & vniuerſi greges eorũ, veniebãt cum tabernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa complebãt, innumera multitudo hominũ, & camelorum, quicquid tetigerant deuaſtantes.

6 Humiliatúſque eſt Iſrael valde in
B conſpectu Madian.

7 Et clamauit ad Dominũ, poſtulãs auxiliũ contra Madianitas,

8 Qui miſit ad eos virum prophetã, & loquutus eſt, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego vos feci conſcendere de AEgypto, & eduxi vos de domo ſeruitutis,

9 Et liberaui de manu AEgyptiorum & omnium inimicorum qui affligebant vos: eiecique eos ad introitum veſtrũ, & tradidi vobis terrã eorum:

10 Et dixi, Ego Dominus Deus veſter, ne timeatis Deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. & noluiſtis audire vocem meam.

11 Venit autem Angelus Domini, & ſedit ſub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Quúmque Gedeõ filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian,

12 Apparuit ei Angel⁹ Dñi, & ait, Dominus tecum virorum fortiſſime.

13 C Dixitque ei Gedeõ, Obſecro mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia? vbi ſunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres noſtri, atque dixerũt, De AEgypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian.

14 2.Reg.12.b.11. Reſpexitque ad eum Dominus, & ait, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian: ſcito quòd miſerim te.

15 Qui reſpondens ait, Obſecro mi Domine in quo liberabo Iſrael? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei.

16 Dixitque ei Dominus, Ego ero te-

Cap. VI.

1 FEcerunt autem filii Iשſraאél malum in oculis Iehouæ: tradidítque eos Iehouáh in manum Midián ſeptem annis.

Iſraelitæ ad -dp la cõuerſi op iao muntur à Msnii diã ſeptẽ an

2 ″Proinde præualuit manus Midián ſuper Iשſraאél: ″à facie Midián fecerunt ſibi filii Iשſraאél antra *illa* quæ *ſunt* in mõtibus, & ſpeluncas, & munitiones.

3 ″Quum enim ſeuerat Iשſraאél, aſcendebat Midián & yAmaléc, ″& filii Cedém aſcendebant aduerſus eum.

4 Qui caſtrametabantur aduerſus eos, & vaſtabant ″fructum terræ, donec ″venias in yAzzáh, neque relinquebãt victũ in Iשſraאél, ″nec pecudes, nec boues, nec aſinos:

5 Nam ipſi gregéſque eorum ″aſcẽdebant, & tabernacula eorum: veniebántque inſtar locuſtarum præ multitudine, neque ipſorũ camelorúmque eorum erat numerus: veniebant inquam in terrã ad deuaſtandum eam.

6 ″Attenuatus eſt igitur Iשſraאél valde à facie Midián: & clamauerunt filii Iשſraאél ad Iehouam.

7 Quum autẽ ″clamaſſent filii Iשſraאel ad Iehouã propter Midián,

8 Miſit Iehouáh virum Prophetam ad filios Iשſraאél, dixítque ad eos, Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, Ego eduxi vos ex AEgypto, eduxi inquam vos è domo ſeruorum,

9 Atque erui vos de manu AEgyptiorũ, & de manu omniũ opprimentium vos: quos expuli à facie veſtra, dedíq; vobis terrã eorũ:

10 Ac dixi vobis, ″Ego Iehouáh Deus veſter, ″ne timeatis deos אEmoræorum in quorum terra vos habitatis. & non obtemperaſtis voci meæ.

11 ″Venit autẽ Angelus Iehouæ, & manſit ſub quercu quæ erat in yOphráh, quæ erat ipſi Ioáשs Abiyezeritæ: Gidyón autẽ filius eius excutiebat frumẽta ″in torculari, ″vt fugere faceret à facie Midián.

Angelus apparet Gedeoni.

12 ″Et conſpectus eſt illi Angelus Iehouæ, ac dixit ei, Iehouáh tecum vir fortis.

13 Reſpõdítque illi Gidyón, Obſecro domine mi, éſtne Iehouáh nobiſcum? ″& vt quid inuenit nos totum hoc? ″& vbinam ſunt omnia mirabilia eius quæ narrauerunt nobis patres noſtri, dicẽdo, Nónne de AEgypto eduxit nos Iehouáh? ″& nunc dereliquit nos Iehouáh, tradidítque nos in manum Midián.

Gedeon queritur Deo Iſraelẽ tradi Madianitis.

14 ″Reſpexit autẽ ad eum Iehouáh, & ait, Vade ″in fortitudine tua hac, & ſaluum *facies* Iשſraאelem de manu Midián: ″nónne miſi te?

Mittit Deus Gedeonem vt liberet Iſraelem.

15 Dixítque ad eum, O Domine mi, in quo ſaluum faciam Iשſraאelẽ? ecce pater meus pauper eſt in Menaשſéh, & ego ″minimus in domo patris mei.

16 Tum dixit ad eum Iehouáh, Quia ero tecum, ″percutiéſque Mid

---

IN CAPVT VI.

1 Fecerunt autem, &c. ויעשו Hebraiſmus, de quo ſuprà cap. 3.b.7.c.12. 2 Proinde præualuit, &c. ותעז יד Hebraiſmus, Madianitæ euaſerunt ſuperiores. A facie Midián מפני מדין Hebraiſmus, propter Madianitas, ſiue metu Madianitarum.

3 Quum enim ſeuerat והיה אם־זרע Ad verbum, Et fuit, ſi ſeuerat. Et filii Cedém ובני־קדם .i. Orientales.

4 Fructum את־יבול i. ſegetes ipſas. Venias בואך ingrediaris .i. vſque ad agrum Gazæ. Nec pecudes, ושה Ad verbum, & oues. præcedẽtem negationem ſubaudiuit noſter interpres. 5 Aſcendebant, יעלו .i. veniebant. 6 Attenuatus eſt igitur, &c. וידל .i. Proinde vires filiorum Iſrael fuerunt valde acciſæ. 7 Clamaſſent ויעקו ingemuiſſent. 10 Ego Iehoua אני יהוה quem ſcilicet colere debetis. Ne timeatis לא תיראו ne reuereamini. 11 Venit autem Angelus, &c. ויבא מלאך יהוה וגו׳ .i. Miſit Dominus Angelum ſuum, qui ſubſtitit aliquandiu ſubter quercum, &c. In torculari בגת .i. in magno illo horreo patris ſui, in quo erat etiam torcular, ibíque reponebantur fruges. Vt fugere faceret להנים Hebræi ſubaudiunt, patrem ſuum .i. vt eo aleret familiam paternam fugientem ad aduentum Madianitarum. 12 Et conſpectus eſt וירא præbuit ſe viſendum.

13 Et vt quid, &c. ולמה מצאתנו כל־זאת Hebraiſmus, quare ergo hæc omnia nobis euenerunt? Et vbinam, &c. ואיה וגו׳ q.d. quare nunc non facit ſimilia? Et nunc dereliquit ועתה נטשנו quum nunc dereliquerit nos, &c. 14 Reſpexit a. ad eum ויפן אליו .i. Tunc Angelus Domini conuertit ſeſe, vel faciẽ ſuam ad illũ. In fortitudine tua hac, בכוחך זה .i. hac tua virtute fretus. q.d. eſto contentus hac virtute nunc tibi data. Nónne miſi te? הלא שלחתיך: q.d. Nónne ita ſe res habet, quòd Deus per me miſit te? ne igitur poſthac hæſites. Hic vides miſſum loqui nomine mittentis. Cenſetur enim miſſus de nomine mittentis. 15 Minimus הצעיר .i. debiliſſimus & infirmiſſimus in familia paterna, ſiue inter cognatos meos. 16 Percutiéſque, &c. והכית וגו׳ .i. tam facile vinces Madianitas, quàm vinci ſolet vnicus vir.

ián tanquam virum vnum.

Signū à Deo petit Gedeon quo certus ſit ſe ab eo mitti.

Tunc ait illi, ″Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis, fac mihi ſignum quòd tu loquaris mecum:

Ne quæſo recedas hinc, donec veniam ad te, ″& educam ſacrificium meum, & ponam coram te. Ille reſpondit, Ego manebo, donec reuertaris.

Gedeon offert Deo holocauſtū, quod ignis totum abſumit.

Gidyón autē″ingreſſus eſt, & apparauit hœdū caprarū, & *de* modio farinæ infermentato panes: carnes poſuit in caniſtro, & ius *carniū* poſuit in olla, ″& eduxit ad *eū qui erat* ſub quercu illa, & obtulit.

Dixítque ad eum Angelus Dei, Tolle carnes illas, & panes illos infermētatos, ac pone in rupe iſta, & ius *carniū*″effūde. Qui fecit ſic.

Poſtea extendit Angelus Iehouæ ſummitatem baculi qui erat in manu ſua, tetigítque carnes, & infermentata, aſcendítque ignis de rupe illa, & conſumpſit carnes & infermentata: Angelus autem Iehouæ″receſſit ab oculis eius.

Timet Gedeon quòd Angelū facie ad faciem viderit.

Vidēs verò Gidyón ꝙ Angelꝰ Iehouæ eſſet, dixit, Heu Domine Iehouáh nā propterea *quòd* vidi Angelum Iehouæ facie″ad faciē.

Dixítque ei Iehouáh, ″Pax tibi, ne timeas, non morieris.

Altare.

Et ædificauit ibi Gidyón altare Iehouæ, vocauítque illud, Iehouáh שSalō″vſque ad hāc diē: adhuc eſt in yOphráth″Abiyezeritæ.

Iubetur Gedeon euertere aram Báal, & altare Deo cōſtruere.

Fuit autem, ″nocte ipſa dixit ei Iehouáh, Tolle iuuencum bouis, qui eſt patris tui, & iuuencū″ſecundū″ſeptennē: deſtruéſque altare Báyal, quod eſt″patris tui, lucū quoq; qui eſt iuxta illud, ſuccídes.

Et ædificabis altare Iehouæ Deo tuo ſuper verticē″arcis huius, ″in planitie, tolléſque iuuencum ſecūdum, ″& aſcendere facies holocauſtum cum lignis luci quæ ſuccideris.

Tulit igitur Gidyón decē viros de ſeruis ſuis, & fecit quemadmodum dixerat illi Iehouáh: quúmque timeret familiam patris ſui, & viros ciuitatis″ne faceret interdiu, fecit noctu.

Quum autem ſurrexiſſent viri ciuitatis mane, ″viderūt deſtructum altare Báyal, & lucus qui erat iuxta illud, ſucciſus erat, & iuuencum ſecundum oblatum ſuper altare ædificatum.

Dixerúntque″alter ad alterum, Quis fecit hoc? ″& requiſierūt, ac inueſtigauerunt, atque dixerūt, Gidyón filius Ioáשs fecit hoc.

Tum dixerunt viri ciuitatis ad Ioáשs, Educ filium tuum, & moriatur: quia diruit aram Báyal, & quia ſuccîdit lucum qui erat iuxta illam.

Ioas pater Gedeonis callidè ſaluti filii ſui conſuluit.

Reſpondit Ioáשs omnibus qui ſtabant iuxta ſe, Vóſne″litigabitis pro Báyal? num ſaluū facietis eum? qui″litigauerit pro eo, interficiatur vſq; mane. ſi Deus eſt, ″litiget ſibi quòd dirui erit arā eius.

cum, & percuties Madian quaſi vnū virum.

17 Et ille, Si inueni, inquit, gratiā coram te, da mihi ſignū quòd tu ſis qui loqueris ad me.

18 Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portans ſacrificium, & offerens tibi. Qui reſpondit, Ego præſtolabor aduentum tuum.

19 Ingreſſus eſt itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes: carnéſque ponens in caniſtro, & ius carnium mittens in ollā, tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei.

D

20 Cui dixit Angelus Dei, Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petrā illā, & ius déſuper fūde. Quumque feciſſet ita,

21 Extendit Angelus Domini ſummitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos: aſcenditque ignis de petra, & carnes, azymôſque panes cōſūpſit: Angelus autē Domini euanuit ex oculis eius.

22 Vidénſque Gedeon quòd eſſet Angelus Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem:

23 Dixitque ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris.

E

24 AEdificauit ergo ibi Gedeō altare Dño, vocauitque illud, Domini pax, vſque in præſētē diē. Quūque adhuc eſſet in Ephra quæ eſt familiæ Ezri,

25 Nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurū patris tui, & alterū tātū annorum ſeptem, deſtruéſque aram Báal, quæ eſt patris tui: & nemꝰ quod circam aram eſt, ſuccide:

26 Et ædificabis altare Dño Deo tuo in ſummitate petræ huius, ſuper quā antè ſacrificiū poſuiſti: tolléſq; taurū ſecūdū, & offeres holocauſtū ſup ſtruē lignorum quæ de nemore ſuccideris.

27 Aſſūptis ergo Gedeō decē viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dñs. timens autē domū patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed oīa nocte compleuit.

28 Quúmque ſurrexiſſent viri oppidi eius mane, viderūt deſtructam aram Báal, lucúmque ſucciſum, & taurum alterum impoſitū ſuper altare quod tunc ædificatum erat.

F

29 Dixerúntque adinuicē, Quis hoc fecit? Quúmque perquirerent authorem facti, dictum eſt, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia.

30 Et dixerunt ad Ioas, Produc filium tuū huc, vt moriatur: quia deſtruxit aram Báal, & ſuccidit nemus.

31 Quibus ille reſpondit, Nunquid vltores eſtis Báal, vt pugnetis pro eo? qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequā lux craſtina veniat. ſi deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit arā eiꝰ.

17 Si quæſo inueni, &c. אם־נא מצאתי חן Hebraiſmus, ſi tibi gratus ſum, vel ſi tibi gratum fuerit, edito ſigno in gratiam meā oſtende quòd tu loquaris mecum verbis Dei. 18 Et educam ſacrifi. meum, והצאתי את־מנחתי .i. & proponam, vel offeram munus meum, ſiue cibos meos. 19 Ingreſſus eſt, בא ſub. domum ſuam. Et eduxit ויוצא & tulit. 20 Effunde. שפוך ſub. ſuper carnes.

21 Receſſit ab oculis e. חלך מעיניו: .i. euanuit ab oculis eius. 22 Ad faciem. אל־פנים: ſub. ideo moriturus ſum. Iſtud eſſe ſubaudiendum, apparet ex ſequenti verſu. 23 Pax tibi, שלום לך Hebraiſmus, eris incolumis, ſeruaberis. i. nihil mali inde tibi continget.

24 Vſque ad hanc diem, &c. עד היום הזה וגו' .i. ita vocatur vſque in hodiernum diem, & adhuc videtur. Abiyezeritæ. אבי העזרי: .i. ipſius Ioas Abiezeritæ. 25 Nocte ipſa, בלילה ההוא .i. nocte inſequente. Patris tui, לאביך .i. quem pater tuus alit. q.d. taurū illum inſignem iam grandem & adultum, quem curat alendum pater tuus, vt tandem ſacrificetur idolo Baal. Secundum השני ſub. ab illo. hoc eſt ſecundæ notæ, non ita magnum, nec conferendum cum primo. Septennem: שבע שנים Chaldæus paraph. qui à ſeptennio ſaginatur.

26 Arcis huius, המעוז הזה fortis loci huius. i. huius petræ. In planitie, במערכה .i. in loco æquali, & plano, qui eſt ad libellā adæquatus, vt illic poſſis ex ordine componere lapides ex quibus extruas altare. Et aſcendere fa. holoc. והעלית עולה .i. vt ex eo facias ſacrificiū holocauſti.

27 Ne faceret מעשות ita vt non auderet facere. i. quum id non auderet facere interdiu propter timorem.

28 Viderunt והנה Ad verbum, & ecce. 29 Alter ad alterum, איש אל־רעהו Ad verbum, vir ad proximum ſuum. Et requiſierunt, &c. וידרשו ויבקשו ויאמרו .i. quum diligenter perquiſiſſent, dixerunt. qui ſcilicet renuntiauerunt.

31 Litigabitis תריבון .i. litigare debetis. hoc eſt agere cauſam ipſius Baal? nunquid debetis eſſe patroni eius? Litigauerit pro eo, inter. &c. יריב לו וגו' .i. qui tantum ſibi ſumet vt audeat litigare pro eo, hoc eſt qui agere volet cauſam eius, interficiatur vſque mane. i. craſtina die mane. q.d. interficietur, ſed non ante diem craſtinum. Notandum dicendi genus, Ante mane Litiget ſibi, &c. ירב לו וגו' .i. cauſam ſuam agat (non enim indiget ope humana) quòd ſubuerterit aram eius. i. quòd ara eius ſit deſtructa.

32 Ex illo die vocatus eſt Gedeon, Ierobáal, eo quòd dixiſſet Ioas, Vlciſcatur ſe de eo Báal, qui fodit aram eius.

33 Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregati ſunt ſimul: & tranſeuntes Iordanem, caſtrametati ſunt in Valle Iezrael.

G 34 Spiritus autem Domini induit Gedeon: qui clangens buccina, conuocauit domũ Abi-ézer, vt ſequeretur ſe.

35 Miſitque nuntios in vniuerſũ Manaſſen, qui & ipſe ſequutus eſt eũ: & alios nuntios in Aſer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei.

36 Dixitque Gedeon ad Deum, Si ſaluum facies per manum meam Iſrael, ſicut loquutus es,

37 Ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quòd per manũ meam, ſicut loquutus es, liberabis Iſrael.

38 Factũmque eſt ita: & de nocte cõſurgens expreſſo vellere, concham rore impleuit.

39 Dixitque rurſus ad Deum, Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccũ ſit, & omnis terra rore madens.

40 Fecitque Deus nocte illa vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.

Cap. VII.

1 IGitur Ierobáal (qui & Gedeon) de nocte conſurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad: erant autem caſtra Madian in valle ad Septentrionalẽ plagam collis excelſi.

2 Dixitque Dominus ad Gedeõ, Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Iſrael, & dicat, Meis viribus liberatus ſum.

3 Loquere ad populum, & cũctis audiẽtibus prædica, ‖Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur. Receſſerúntque de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex populo vigintiduo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt.

Deut. 20. b. 5
1. mach. 3. g. 56

B 4 Dixitque Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus eſt: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, ipſe reuertatur.

5 Quúmque deſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeõ, Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolẽt canes lãbere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autẽ curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.

6 Fuit itaque numerus eorũ qui manu ad os proiiciente, lambuerunt aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.

---

32 Et vocauit eum in die ipſa, Ierubbáyal, dicendo, Litiget ′cum eo Báyal, quia diruit aram eius.

33 Omnis autem Midián, & yAmaléc, ″& filii Cédẽ congregati ſũt pariter, ″& tranſierunt, caſtrametatíque ſunt in valle Izreyאél.

34 Spiritus autem Iehouæ ″induit Gidıyón, ″& clanxit tuba, congregatúſque eſt Abieyézer poſt eum.

35 Nuntióſque miſit in omnem Menaשſéh, ac congregatus eſt etiam ipſe poſt eum: nuntios quoque miſit in Aשſér, & in Zebulún, & in Naphthali, ″aſcenderúntque in occurſum eorum.

36 Dixítque Gidıyón ad Deum, ″Si ſaluas per manum meã Iשſraאelẽm, quemadmodum loquutus es,

37 Ecce ego ″ſtatuam vellus lanæ in area: ſi ros fuerit ſuper vellus tantùm, & ſuper ″totam terram fuerit ſiccitas, tũc *certò* ſciam quòd ſaluũ facies per manũ meã Iשſraאelẽ, quemadmodũ loquutus es.

38 Et fuit ita: ſurrexit nanque in craſtino, & conſtrinxit vellus, expreſſítque rorem de vellere, plenam phialam aqua.

39 Dixit præterea Gidıyón ad Deum, Ne iraſcatur furor tuus contra me, & loquar ′tantũ ſemel, ″tentẽ quæſo tantũ ſemel in vellere. Sit quæſo ſiccitas ſuper vellus tantũ, ″& ſuper totam terram ſit ros.

40 Fecítque Deus ſic nocte ipſa, & fuit ſiccitas ſuper vellus tantũ, & ſuper totam terram fuit ros.

Cap. VII.

1 SVrrexit autem ſummo mane Ierubbáyal (ipſe eſt Gidıyón) & omnis populus qui erat cum eo, caſtrametatíque ſunt iuxta fontem חHaród: caſtra autem Midián erant ei ab Aquilone citra collem Hammoréh in valle.

2 Dixítque Iehouáh ad Gidıyón, ″Maior eſt populus qui tecum eſt, quàm vt tradam Midián in manum eorũ: ne fortè ″glorietur contra me Iשſraאél, dicendo, Manus mea ″ſalutem fecit mihi.

3 Nunc igitur proclama modò in auribus populi, dicendo, Quis eſt ″formidoloſus & pauidus? ″reuertatur, & mane facto diſcedat è monte Gilyád. & reuerſa ſunt de populo viginti & duo millia, & decem millia *tantùm* remanſerunt.

4 Dixítque Iehouáh ad Gidıyón, Adhuc populus multus eſt: ″deduc eos ad aquas, ″& probabo eum tibi illic: erit nanque, de quo dixero tibi, Iſte vadat tecum: ipſe perget tecum. & de quocunque dixero tibi, Iſte ne eat tecum: ipſe non ibit.

5 Et deduxit populũ ad aquas: dixítque Iehouáh ad Gidıyón, Omnem qui ″lambuerit lingua ſua de aqua, quemadmodum ″lambit canis, ſtare facies ſeorſum: atque omnem qui curuauerit ſe ſuper genua ſua ad bibendum.

6 Fuítque numerus ″eorum qui è manu ſua lambẽdo, ore ſuo trahebãt aquam, trecenti viri: ″totum autem reliquum populi curuauerunt ſeſe ſuper genua ſua ad bibendum aquam.

Gedeon Ierobáal dictus.

Spiritu Dei indutus Gedeon procedit ad bellum.

Fides eius in promiſſionem Dei, accepto ſigno in vellere, corroboratur.

Deus volens omnia ſibi ſoli tribui, iubet bellatorũ numerum minui.

Probantur ad aquas, quos velit Dominus pergere cũ Gedeone.

---

32 Cum eo בו contra eum. i. cauſam ſuã tueatur contra illum. q. d. malè eum perdat. 33 Et filii Cédem ובני־קדם & populi Orientales. Et tranſierunt, ויעברו ſub. Iordanem. 34 Induit לבשה .i. repleuit. Et clanxit tuba, ויתקע בשופר vt ſcilicet conuocaret milites. 35 Aſcenderúntque in occ. e. ויעלו לקראתם: .i. qui aſcendentes venerunt obuiam illis qui iam aggregati erant.

36 Si ſaluas אם ישך מושיע Præſ. pro fut. i. Si ſeruaturus es per me & mea opera.

37 Statuam מציב Præſ. Heb. pro fut. Totam terram כלהארץ reliquam terram quæ ſcilicet eſt in circuitu.

39 Tantùm ſemel, אך הפעם adhuc hac vice. Tentem אנסה .i. ſine tentem te quæſo tantùm hac vice in vellere. Et ſuper totam terram ועל־כל־הארץ .i. ſuper reliquam terram quæ erit in circuitu.

IN CAPVT VII.

2 Maior eſt populus, &c. רב העם וגו׳ .i. maior eſt numerus populi qui tecum eſt, quàm vt tradere velim, &c. Glorietur יתפאר iactet ſeſe. Salutem fecit mihi. הושיעה לי: ſeruauit me. i. viribus meis me ſeruaui. 3 Formidoloſus & pa. ירא וחרד timidus & formidoloſus? 4 Deduc eos הורד אותם Ad verbum, fac deſcendere eos. Sic verſu ſequenti. Et probabo eum ואצרפנו .i. probatum ſeligam. 5 Lambuerit, &c. ילוק בלשונו וגו׳ bibet lambendo de aqua. Lambit ילוק lambendo bibere ſolet. 6 Eorum qui è manu, &c. המלקקים בידם וגו׳ Ad verbum, lambentium in manu ſua ad os ſuum. i. qui lambentes in manu ſua ſumptã aquam bibebant de manu. Verſu præcedenti dixit, qui lambuerit lingua ſua de aqua. Totum autem reliquum pop. וכל יתר העם vniuerſus autem reliquus populus.

Dixítque Iehouáh ad Gidעón, In trecentis viris qui "lambuerũt 7
ſaluabo vos, tradámque Midián in manum tuam: vniuerſus autẽ
reliquus populus eant ſinguli in locum ſuum.

Gedeon cũ trecẽtis procedit ad bellum contra Madianitas.

"Tulerũt itaque eſcã populus in manu ſua, & tubas ſuas: "õnes au- 8
tem *alios* viros Iשſraאél dimiſit quẽque in tabernacula ſua, & trecẽ-
tos *tantùm* viros retinuit: caſtra verò Midián "erãt ei ſubter in valle.

Deſcẽdit Gedeõ in caſtra Madiã.

Fuit autem, "nocte ipſa dixit ad eum Iehouáh, Surge, "deſcende 9
in caſtra: quia tradidi ea in manum tuam.

Quòd ſi times deſcendere, deſcende tu & Puráh puer tuus ad 10
caſtra:

Audita ſomnii interpretatione victoriam omnino ſibi promittit Gedeon.

"Et audies quid loquãtur, & poſtea cõfortabuntur "manus tuæ, 11
deſcendéſque in caſtra. Deſcendit igitur ipſe & Puráh puer eius ad
extremum armatorum qui erant in caſtris.

Midián autem & עAmaléc, & omnes "filii Cedém iacebant *fuſi* 12
in valle tanquam locuſtæ præ multitudine, neque camelorum
eorum erat numerus, ſicut *neque* arenæ quæ eſt ad litus maris, præ
multitudine.

Venit inquam Gidעón, & ecce quidam narrabat "proximo ſuo 13
ſomnium, & dicebat, En ſomnium ſomniaui, "ecce nanque torta
panis hordeacei deuoluentis ſeſe in caſtra Midián, & peruenit "vſ-
que ad tabernaculum, percuſſitque illud, & corruit: euertit inquã
illud "déſuper, & corruit tabernaculum.

Cui reſpõdit proximus eius, & ait, Non eſt hoc niſi gladius Gid- 14
עón filii Ioáש viri Iשſraאél: dedit Deus in manum eius Midián,
& omnia caſtra.

Gedeoni, quem comitabantur trecenti viri, tradit Deus Madianitas.

Fuit autẽ, quum audiſſet Gidעón narrationẽ ſomnii, "& inter- 15
pretationẽ eius, "adorauit: reuerſúſq; eſt ad caſtra Iשſraאél, & ait,
Surgite: tradidit enim Iehouáh in manum veſtrã caſtra Midián.

Diuiſit ergo trecentos viros in tria capita, & dedit tubas in ma- 16
num omnium eorum, hydriáſque vacuas, "& lampades in medio
hydriarum.

Dixítque ad eos, "Ex me videbitis, & ſic facietis: ecce enim e- 17
go "ingreſſurus ſum extremũ caſtrorum: "& tũc quemadmodum
faciam, ſic facietis.

Clangam nanque tuba ego & omnes qui ſunt mecum, tunc 18
clangetis tubis etiam vos per circuitum omnium caſtrorum, di-
cetíſque, "Iehouæ & Gidעón.

Ingreſſus eſt itaque Gidעón, & centum viri qui cum eo erant, 19
extremum caſtrorum, "*in* capite vigiliæ mediæ, "ſed excitando ſu-
ſcitauerant cuſtodes: & clanxerunt tubis, confregerúntque hy-
drias quas habebant in manibus ſuis.

Clanxerunt inquam tria capita tubis, quum rupiſſent hydrias, 20

7 Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. C

8 Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cum trecẽtis viris ſe certamini dedit. caſtra autem Madian erant ſubter in valle.

9 Eadẽ nocte dixit Dominus ad eũ, Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua.

10 Sin autem ſolus ire formidas, deſcẽdat tecum Phara puer tuus.

11 Et quum audieris quid loquantur, tunc cõfortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. Deſcẽdit ergo ipſe & Phara puer eius in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. D

12 Madiã autem & Amalec, & omnes Orientales populi fuſi iacebãt in valle, vt locuſtarũ multitudo: camelique innumerabiles erant, ſicut arena quæ iacet in litore maris.

13 Quúmque veniſſet Gedeon, narrabat aliquis ſomniũ proximo ſuo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcẽdere: quũque perueniſſet ad tabernaculũ, percuſſit illud atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit.

14 Reſpõdit is qui loquebatur, Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filii Ioas viri Iſraelitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius.

15 Quúmque audiſſet Gedeon ſomniũ & interpretationẽ eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait, Surgite, tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian. E

16 Diuiſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas, ac lãpades in medio lagenarum.

17 Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini.

18 Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni.

19 Ingreſſúſque eſt Gedeon, & trecẽti viri qui erant cum eo, in partem caſtrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ: & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & cõplodere inter ſe lagenas. F

20 Quúmque per gyrũ caſtrorũ in tribus perſonarent locis, & hydrias cõ-

---

7 Lambuerunt, המלקקים lambendo biberunt. Præſ. Heb. pro præt. 8 Tulerunt itaque eſcã pop. ויקחו את צדה העם Et acceperunt viaticum [.i. cibos] populi. qui ſcilicet reuertebatur domum. hoc eſt de cibariis populi quantum opus habebat pro neceſſitate ſua. Erant ei ſubter היה לו מתחת Quidã volunt ל redundare, & exponunt, erant ſubter, id eſt in loco demiſſiore, nempe in valle. Alii eodem ſenſu vertunt, ſubter eum. vel, ſub illo. fortaſſe coactius. i. in loco demiſſiore quàm eſſet exercitus Gedeon.

9 Nocte ipſa בלילה ההוא .i. nocte inſequente. Deſcende רד vt ſcilicet oppugnes caſtra, & ea adoriaris.

11 Et audies quid loqu. ושמעת מה ידברו Vt audias quid loquantur. i. quonam ſint animo. Manus tuæ, ידיך .i. vires tuæ. q. d. poſteaquã intellexeris quæ dicant, confortabuntur vires tuæ, quæ nunc metu remiſſæ ſunt. 12 Filii Cedem בני קדם .i. populi Orientales.

13 Proximo ſuo לרעהו ſocio ſuo. amico. Ecce nãque torta panis והנה צליל לחם ecce nãque torta ſubcineritia panis. i. viſus ſum mihi videre tortam panis ſubcineritii, quæ ſcilicet coquitur inter prunas. q. d. vilis admodũ. A צלה deducitur. Alii à צלל deriuant, & vertunt, ecce nanque ſtrepitus panis, &c. qualis eſſe ſolet ſtrepitus rei quæ cum impetu proiicitur. Vſque ad tabernaculum, עד האוהל q. d. ad tentorium elegantiſſimum omnium & fortiſſimum. Deſuper, למעלה .i. ab imo ſurſum, ſiue à ſummo ad imum q. d. ſubuertit funditus.

15 Et interpretationem e. ואת שברו Ad verbum, & fractionem eius. Metaphora à nuce. i. enucleationem & expoſitionem. Adorauit וישתחו Chaldæus Paraph. & gratias egit. 16 Et lampades ולפידים & tædas. & titiones. 17 Ex me videbitis, ממני תראו .i. Vt me videbitis facere, ita facite. Ingreſſurus ſum בא Præſ. Heb. pro fut. Et tunc והיה Ad verbum, & erit. 18 Iehouæ ליהוה ſub. erit victoria. vincet Dominus & Gedeon. 19 *In* capite ראש .i. in principio. Sed excitando, &c. אך הקם הקימו את השומרים Verùm excitando, &c. i. illi quorum erat excitare cuſtodes, iam excitauerant illos. q. d. excitatis iam vigiliis qui ſecundæ vigiliæ præerant.

fregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamauerúntque, Gladius Domini & Gedeonis:

Stantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferātes, vlulantéſque fugerunt:

Pſal·81.b.10

Et nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes.‖Immiſitque Dominus gladiū in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant, fugientes vſque ad Beth-ſeca, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath.

Cōclamantes autem viri Iſrael de Nephthali & Aſer, & omni Manaſſe perſequebantur Madian.

Miſitque Gedeon nuntios in omnē montem Ephráim, dicens, Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Beth-bera atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephráim, & præoccupauit aquas atque Iordanē vſque Beth-bera.

Eſa.10.f.26‖ pſal.82.c.12

‖Apprehēſóſque duos viros Madiā Oreb & Zeb interfecit, Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculari Zeb: & perſequuti ſūt Madian, capita Oreb & Zeb portātes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

Cap. VIII.

DIxerúntque ad eū viri Ephráim, Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos nō vocares, quū ad pugnā pergeres contra Madian? iurgātes fortiter, & propè vim inferentes.

Quibus ille reſpondit, Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nónne melior eſt racemus Ephráim vindemiis Abi-ezer?

In manus veſtras Deus tradidit principes Madiā, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod quū loquutus eſſet, requieuit ſpiritus eorū quo tumebāt cōtra eū.

Quúmque veniſſet Gedeon ad Iordanem, tranſiuit eum cum trecentis viris qui ſecū erant: & præ laſſitudine, fugientes perſequi non poterant.

Dixitque ad viros Socoth, Date, obſecro, panes populo qui mecū eſt, quia valde defecerunt: vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian.

Reſponderunt principes Socoth, Forſitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes.

Quibus ille ait, Quū ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conterā carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.

Et inde conſcendens, venit in Phanuel, loquutúſque eſt ad viros loci il-

arripuerúntq; manu ſiniſtra ſuas lāpades, manu verò dextera ſua tubas vt clangerēt: clamauerúntque, ʹGladius Iehouæ & Gidעón.

21 Subſtiterúntque‖ſimul in loco ſuo per circuitum caſtrorum: ″& confracta ſunt vniuerſa caſtra, & vociferati ſunt, ac fugerunt.

22 Quum ergo clangerent ʹtrecenti illi tubis, ʹpoſuit Iehouáh gladium cuiuſque in proximum eius, & in ōnia caſtra: fugit itaque exercitus vſque ad Beth-haשſittáh in צSererath, & vſque ad limitem Abel-menholáh iuxta Tabbath.

23 Congregati ſunt autem viri Iשſraאél de Naphthali, & de Aשſér, & de tota *tribu* Menaשſſéh, & perſequuti ſunt Midián.

24 Nuntióſque″miſit Gidעónʹin omnem montem אEphráim, dicendo, Deſcendite in occurſum Midián, & præoccupate eis″aquas vſque ad Beth-baráh & Iardén. Congregati itaque ſunt ōnes viri אEphráim, & occupauerunt aquas vſque ad Beth-baráh & Iardén.

Oreb & Zeb principes occidūtur

25 Et comprehenderunt duos principes Midián, עOreb & Zeאéb: interfecerúntque עOréb in rupe עOréb, & Zeאéb occiderunt ʹin torculari Zeאéb, & perſequuti ſunt Midián: caput autem עOréb & Zéאeb attulerunt ad Gidעón″trans Iardén.

Cap. VIII.

1 DIxerunt autem ad eum viri אEphráim, ʹCur hoc feciſti nobis, quòd non vocaueris nos quum pergeres ad pugnādum contra Midián? & iurgauerunt cum illo″fortiter.

Viri Ephraim inſurgunt in Gedeonem, quos lenit laudādo eos.

2 Quibus reſpondit, Quid feci nunc″ſicut vos? ″nónne melior eſt racematio אEphráim vindemia″אAbiעézer?

3 In manum veſtram tradidit Deus principes Midián, עOréb & Zeאéb: & quid potui facere″ſicut vos? tūc″leniuit ſe ſpiritus eorū ab eo, quum loquutus eſt verbum hoc.

4 Peruenit ergo Gidעón ad Iardén: ″erat autem tranſiturus ipſe & trecenti viri qui cum eo erant″laſſi, & perſequentes.

5 Dixítque viris סSuchóth, Date obſecro ″tortas panis populo ″qui eſt in pedibus meis, quia″laſſi ſunt: ego autem perſequor Zébah & צSalmunnáע reges Midián.

Socothitæ negāt panes Gedeoni perſequenti Zebee & Salmana.

6 ″Dixítque *unus ex* principibus סSuchóth, ″Nunquid palma Zébah & צSalmunnáע nunc eſt in manu tua, vt demus exercitui tuo panem?

Ironia.

7 Dixítque Gidעón, Idcirco quum tradiderit Iehouáh Zébah & צSalmunnáע in manū meam, ʹtunc triturabo carnem veſtram ″ſpinis deſerti ac tribulis.

8 Aſcendit autē illinc in Penuאél, loquutúſque eſt ad eos″ſimile:

Negant & ciues Phanuel.

---

20 Gladius Iehouæ,&c. חרב ליהוה ולגדעון: ſub.vincet inimicos. q.d.hodie vincet inimicos ſuos,reportabítque victoriā Iehoua & Gedeon.
21 Et confracta ſunt vniu.ca. וירץ כל־המחנה Noſter interpres à radice רצץ ita tranſtulit. Alii à radice רוץ quod currere ſignificat,deducūt: ac vertunt,& cucurrit vniuerſus exercitus.i.cœpit trepidare ac diſcurſare huc illuc. 22 Trecenti illi tubis, ויתקעו שלש־מאות השופרות trecentæ illæ tubæ. Poſuit Iehouah,&c. וישם יהוה את־חרב .i.& conuertit Iehoua,&c.hoc eſt, effecit vt per vniuerſum exercitum mutua ſe cæde perimerent. 24 Miſit שלח miſerat. In omnem montem בכל־הר per omnia montana. Aquas המים vada.ne ſcilicet tranſiri poſſint. 25 In torculari ביקב Chaldæus paraph.in planitie. Hæc per occupationē dicuntur. Trans Iardén. מעבר לירדן: vltra Iordanem,ad plagam Orientalem.

IN CAPVT VIII.

1 Cur hoc feciſti no. מה־הדבר הזה עשית לנו Quod eſt verbum hoc quod feciſti nobis?q.d. Quare tantopere nos contempſiſti,vt,&c.Hæc etiam dicta videntur per anticipationem. Fortiter. בחזקה: Ad verbum,in fortitudine.i.vehementer,vel acriter.
2 Sicut vos? ככם .i.tale quale vos feciſtis? Nónne melior,&c. הלא טוב וגו' .i.maiorē gloriam reportabitis ex hoc certamine vos qui aduenistis confecto bello, quàm ego qui illud incepi. Chaldæus paraph. infirmiſſimi tribus Ephraim præſtantiores ſunt robuſtiſſimis familiæ Abiezer. Racemationem vocat interfectionē Oreb & Zeb,poſt perfectum præliū:vindemiam verò,prælium ipſum. אAbiעezer? אביעזר: i.cognationis Abiezer,hoc eſt Abiezeræorum,nempe Gedeonis. 3 Sicut vos? ככם q.d.Sed quidnam ego poſſem facere ſimile facto veſtro? Leniuit ſe ſpiritus e.ab illo רפתה רוחם מעליו remiſſa eſt[vel remitti cœpit,aut quieſcere]ira eorum in illum .i.cœperunt eſſe animo æquiore erga illum hoc dicto. 4 Erat autem tranſiturus עובר הוא ſub.Iordanem.Ad verbum, tranſiens ipſe. Laſſi, & perſeq. עיפים ורודפים: .i.vt feſſi erant, adhuc perſequebantur Madianitas. 5 Tortas ככרות buccellas panis.panes. Qui eſt in ped.m. אשר ברגלי Hebraiſmus,quem mecū duco. Laſſi ſunt: עיפים fatigati ſunt.feſſi ſunt.i.præ nimia fatigatione penè deliquiū animi patiuntur.
6 Dixitque,&c. ויאמר שרי Ad verbum,Et dixit principes.i.cui reſpondit vnus ex principibus. Quidā dicunt ſingulare verbum poni pro plurali. Nunquid palma, &c. הכף וגו' Hebraiſmus,acſi dicat, Videris loqui quaſi iam victor euaſeris:nondum viciſti illos Reges,vt audeas petere à nobis dari exercitui tuo panes. 7 Tunc triturabo ודשתי tum conteram .i. percutiam corpus veſtrū nudum ſpinis. Spinis deſerti את־קוצי המדבר .i.ſpinis quæ creſcunt in deſerto.Chaldæus parap.ſuper ſpinas deſerti.
8 Simile: כזאת Ad verbum,ſicut hoc.i.talia qualia dixerat ciuibus Suchoth.

& reſponderūt ei ciues Penuאél ſicuti reſpōderāt viri סSuchoth.

9 Dixítque etiam ciuibus Penuאél, Quum reuerſus fuero″in pace, diruam turrim iſtam.

10 Zébaחh autem & צSalmunnáh erant′in Carcór, vnà cum caſtris ſuis fermè quindecim millia, ″omnes qui reliqui fuerāt ex vniuerſis caſtris filiorum Cédem.′qui autem ceciderant, *fuerunt* centum & viginti millia virorum″educentium gladium.

11 Et aſcendens Gidעón″per viam habitantium in tabernaculis ab Oriente ipſius Nóbaחh & Iogbeháh,′percuſſit caſtra:′caſtra autem erant *cum* fiducia.

12 Quum autem fugerent Zébaחh & צSalmunnáע, inſequutus eſt eos, cepítque duos *illos* Reges Midián, Zébaח & צSalmunnáע,″& vniuerſa caſtra perterruit.

13 Atque reuerſus eſt Gidעón filius Ioáשs è prælio″ante aſcenſum ſolis.

Socothitæ luunt pœnas immiſericordiæ ſuæ.

14 Cepítque puerum de viris סSuchoth,″& interrogauit eū: & ſcripſit ei principes סSuchóth, & ſeniores ei⁹ ſeptuaginta ſeptē viros.

15 Veniens autē ad viros סSuchóth, dixit, En Zébaחh & צSalmunnáע, ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicendo, Nū manus Zébaחh & צSalmunnáע nunc in manu tua ſunt, quòd *poſtulas ut* demus viris tuis laſſis panem?

16 Tulit itaque ſeniores ciuitatis, ſpináſque deſerti ac tribulos,″& confregit cum′eis viros סSuchóth.

Phanuel habitatores occidūtur. Zebee & Salmana interficiūtur.

17 Et turrim Penuאél diruit, & interfecit viros ciuitatis.

18 Dixit autem ad Zébaחh & צSalmunnáע,″Quales erant viri illi quos interfeciſtis in Thabór? Illi reſponderunt,″Qualis tu, tales & ipſi:″vnus ſecundum formam filiorum Regis erat.

19 Et ait, Fratres mei, ″filii matris meæ erāt: viuit Iehouáh, ſi viuos ſeruaſſetis eos, non occiderem vos.

20 Dixit ergo ad Iéther primogenitum ſuum, Surge, interfice eos. Non eduxit autem puer gladium ſuum: timebat enim, quia adhuc erat puer.

21 Et ait Zébaחh, & צSalmunnáע, Surge tu, & irrue in nos: quia″ſicut vir, *eſt* fortitudo eius. Surgēs itaque Gidעón, interfecit Zébaחh & צSalmunnáע: tulítq;′lunulas quæ erāt in collis camelorū eorū.

22 Dixerúntque viri Iשſraאél ad Gidעón,″Dominare nobis etiam tu, etiam filius tuus, etiam filius filii tui: quia ſaluaſti nos de manu Midián.

Dominari Iſraeli Deum, non ſe, vult Gedeon.

23 Gidעón autem reſpondit illis, Non dominabor ego vobis, nec dominabitur filius meus vobis, *ſed* Iehouáh dominabitur vobis.

lius ſimilia: cui & illi reſponderunt ſicut reſponderant viri Socoth.

9 Dixit itaque eis, Quū reuerſus fuero victor in pace, deſtruā turrim hāc.

10 Zébee autem & Salmana requieſcebant cum ōni exercitu ſuo. quindecim enim millia viri remanſerant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæſis centum viginti millibus bellatorum, & educentiū gladiū.

C

11 ‖Aſcendénſque Gedeon per viā eorum qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe & Iegbaa, percuſſit caſtra hoſtiū qui ſecuri erant, & nihil aduerſi ſuſpicabātur.

Oſee 10.d.14

12 Fugerúntque Zébee & Salmana, quos perſequens Gedeon comprehēdit, turbato omni exercitu eorum.

13 Reuerténſque de bello ante ſolis ortum,

14 Apprehēdit puerū de viris Socoth, interrogauitque eū nomina principū & ſeniorum Sochoth, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros.

15 Venitque ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicentes, Forſitan manus Zébee & Salmana in manib⁹ tuis ſunt, & idcirco poſtulas vt dem⁹ viris qui laſſi ſūt & defecerūt, panes.

D

16 Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & contriuit cū eis, atque cōminuit viros Socoth.

17 Turrim quoque Phanuel ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis.

18 Dixitque ad Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt, Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius Regis.

19 Quibus ille reſpondit, Fratres mei fuerunt, filii matris meæ: viuit Dominus, quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderem.

20 Dixitque Iether primogenito ſuo, Surge, & interfice eos. Qui nō eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.

E

21 Dixerúntque Zébee & Salmana, Tu ſurge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur eſt hominis. ‖Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari ſolent.

Pſal.82.e.12

22 Dixerúntque omnes viri Iſrael ad Gedeō, Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filii tui: quia liberaſti nos de manu Madian.

23 Quibus ille ait, Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur vobis Dominus.

---

9 In pace, בשלום Hebraiſmus, incolumis & victor ſuperatis hoſtibus meis. 10 In Carcór, בקרקור Erat vrbs vltra Iordanē ad Orientē. Omnes qui reliqui f. כל הנותרים *nempe* quotquot remāſerant ex vniuerſo exercitu Orientaliū. Educentiū gladiū.: שולף חרב .i. pugnatorū.

11 Per viam habitantium, &c. דרך השכוני באהלים מקדם .i. via quæ ducebat ad eos qui, &c. hoc eſt via deſerti, in quo Arabes tendebāt tentoria ſua. q.d. non via recta aſcendit. Percuſſit caſtra: ויך את המחנה percuſſit exercitum. i. irruit in exercitum. Caſtra autem e. *cum* fiducia. : והמחנה היה בטח exercitus autem agebat ſecurè. erat ſecurus. i. nihil tale ſuſpicabantur.

12 Et vniuerſa caſtra pert. : וכל המחנה החריד & vniuerſum exercitū terruit. vel, diſturbauit. 13 Ante aſcēſum ſolis : מלמעלה החרס .i. antequam ſol aſcenderet ſuper Orizontem. Chaldæus paraph. antequam exortus eſſet ſol. Hoc bellum vna nocte fuit inceptum & confectum. quod ad laudem Dei refertur. 14 Et interrogauit eum: וישאלהו Nonnulla ſubaudienda ad perficiendā ſententiā, hoc modo, interrogauit eum quinam eſſent principes & ſenatores vrbis. qui recenſuit & ſcripſit. 16 Et confregit cum eis וידע בהם & contriuit cum eis. i. percuſſit ad necem vſque. Alii, & erudiuit per illas. vel potius, notum fecit per illas ciuibus Suchoth. ſub. peccatum ſuum. i. ita cæſi, nouerunt peccatum ſuum. 18 Quales erant איפוה Ad verbum, Qualiter. i. quali vultu, vel quo oris habitu ac forma erant. Chald. paraph. Qualiter ſe habebāt, vel quales erant. Alii, Vbinam ſunt quos, &c. Qualis tu, tales & ipſi: כמוך כמוהם Ad verbum, Sicut tu, ſicut illi, id eſt erant ſimillimi tui. Vnus ſecundum formā, &c. אחד כתואר וגו׳ vnus *ex illis erat* forma ſimilis filiis Regis. Alii diſtinguunt poſt אחד, & vertunt, vna [vel eadem] *ſpecies erat illis, erant autem* iuxta formam filiorum Regis. i. erant formoſiſſimi.

19 Filii matris meæ בני־אמי .i. vterini, ex parte matris meæ. 21 Sicut vir, *eſt* fortitudo e. כאיש גרובתו .i. robur reſpondet ætati & ſtaturæ: iuxta ætatem reſpondet robur hominis, vel iuxta naturam: ille eſt paruus, non habet id roboris vt poſſit nos interficere. Lunulas את־השהרונים monilia. torques. qui ſcilicet præ ſe ferebant figuram lunæ. 22 Dominare, &c. משל־בנו .i. Eſto dominus ac princeps noſter. q.d. Dignus es qui cum poſteris domineris in nos.

24 Dixitque ad'eos, Vnam petitionẽ poſtulo à vobis. Date mihi inaures ex præda veſtra. Inaures enim aureas Iſmaelitæ habere conſueuerant.

25 Qui reſponderunt, Libẽtiſſimè dabimus. Expandentéſque ſuper terrã pallium, proiecerunt in eo inaures de præda.

F

26 Et fuit pondus poſtulatarum inaurium, mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamentis, & monilibus, & veſte purpurea, quibus Reges Madian vti ſoliti erant, & præter torques aureas camelorum.

27 Fecitque ex eo Gedeõ Ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra. fornicatúſque eſt omnis Iſrael in eo, & factũ eſt Gedeoni & omni domui eius in ruinam.

28 Humiliatus eſt autem Madian coram filiis Iſrael, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: ſed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit.

29 Abiit itaque Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo ſua.

30 Habuitque ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores.

31 Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimélech.

G

32 Mortuúſque eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezri.

33 Poſtquam autem mortuus eſt Gedeon, auerſi ſunt filii Iſrael, & fornicati ſunt in baalim. Percuſſerúntque cũ Baal fœdus, vt eſſet eis in deum:

34 Nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorũ ſuorum omniũ per circuitum:

35 Nec fecerunt miſericordiã cum domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Iſraeli.

Cap.IX.

1 ABiit autem Abimélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & loquutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matris ſuæ, dicens,

2 Loquimini ad omnes viros Sichẽ, Quid vobis eſt melius, vt dominẽtur veſtri ſeptuaginta viri omnes filii Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? ſimúlque cõſiderate quòd os veſtrum, & caro veſtra ſum.

3 Loquutique ſunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorum poſt Abi-mélech, dicentes, Frater noſter eſt.

4 Dederúntque illi ſeptuaginta pondera argẽti de fano Baal-berith: qui conduxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſequutique ſunt eum.

24 Dixit præterea ad eos Gidעón, Poſtulabo à vobis poſtulationẽ ʹvt detis mihi quiſque inaurem ʺſpoliorũ ſuorum. Inaures enim aureæ erant eis: quia Iשſmeעאelitæ erant.

Dantur inaures aureæ Gedeoni à populo.

25 Et dixerunt, Dando dabimus. Et expandẽtes veſtimentũ, proiecerunt illuc quiſque inaurem ʺſpoliorum ſuorum.

26 Fuit autem pondus inaurium aurearum quas poſtulauerat, milleʺ & ſeptingentorum aureorum, præter lunulas, & monilia, & veſtes purpureas ʺquæ erant ſuper Reges Midián, & præter torques ʹquæ erant in collis camelorum eorum.

27 ʺEt fecit ex eo Gidעón אEphód, poſuítque illud in ciuitate ſua, in עOphráh. & fornicati ſunt vniuerſus Iשſraאélʺ poſt eum ibi, fuitque Gidעón ipſi & domui eius in offendiculum.

Ephod Gedeonis in offendiculum Iſraeli.

28 Humiliatus eſt itaque Midián coram filiis Iשſraאél, ʺneque poſtea eleuauerunt caput ſuum: ʺquieuítque terra quadraginta annis in diebus Gidעón.

29 Abiítque Ierubbáעal filius Ioáשs, & manſit in domo ſua.

30 Ipſi autem Gidעón fuerunt ſeptuaginta filii qui egreſſi erãt de femore eius: *uxores* enim plures fuerant ei.

Septuaginta filii Gedeonis, ex pluribus vxoribus.

31 Concubina autem eius quæ erat in שSechém, pepererat ei etiã ipſa filium, & impoſuit illi nomen Abimélech.

Abimélech.

32 Mortuus eſt autem Gidעón filius Ioáשsʺ in ſenectute bona, ſepultúſq; eſt in ſepulchro Ioáשs patris ſui in עOphráh Abiעezeræi.

33 Fuit autem quum mortuus eſſet Gidעón, reuerſi ſunt filii Iשſraאél, & fornicati ſunt poſtʹ Beעalím, poſuerúntque ſibi Báעal-beríth pro deo.

Moritur Gedeõ.

34 ʺNeq; recordati ſunt filii Iשſraאél *amplius* Iehouæ Dei ſui, qui eruit eos de manu omnium inimicorum ipſorum per circuitum.

35 ʺNec fecerunt miſericordiã cum domo Ierubbáעal Gidעón, iuxta omnia bona quæ fecerat in Iשſraאél.

Cap. IX.

1 ABiit autẽ Abimélech filius Ierubbáעal in שSechémʺ ad fratres matris ſuæ, loquutúſque eſt ad eos & ad omnem familiam domus patris matris ſuæ, dicendo,

Abimélech filius Gedeonis occidit 70 fratres ſuos.

2 Loquimini obſecro ʺin auribus omnium virorum שSechém, ʺVtrum melius vobis eſt, vt dominentur vobis ſeptuaginta viri, omnes filii Ierubbáעal, an vt dominetur vobis vir vnus? *interim* mementote ʹquòd os veſtrum & caro veſtra ſum.

3 Et loquuti ſunt fratres matris eius de eo in auribus omniũ virorum שSechém omnia verba iſta, & inclinauit ſeʺ cor eorũ poſt Abimélech: dixerunt enim, Frater noſter eſt.

4 Et dederunt ei ſeptuaginta ʺargenteos è domo Báעal-beríth, & illis conduxit Abimélech viros ʹvacuos & ʺvagos qui irẽt poſt ſe.

---

24 Vt detis ותנו־לי Ad verbũ, & date mihi. Quidã aliquid ſubaudiũt, quod ſi concedatis, date ergo. Alii volũt ו redundare. Spoliorũ ſuorum, שללו *de* præda veſtra. Quia IſשmeעאNelitæ erant. כי־ישמעאלים הם׃ quum Iſmaelitæ eſſent. i. Madianitæ. Chaldæus paraph. Arabes. 25 Spoliorum ſuorum. שללו׃ *de* præda ſua. 26 Et ſeptingent. aur. ושבע־מאות זהב ſub. ſiclorum. Siclus, aut aliud ponderis nomen frequenter omittitur ab Hebræis, quod & Latinis familiare eſt. Quidam vertunt, ſeptingenti aurei ſicli. Quæ erant ſuper Reges שעל מלכי id eſt quibus ornabantur Reges. 27 Et fecit ex eo ויעש אותו Ad verbum, Et fecit illud. i. conuertit illud in ephod, in memoria tantæ victoriæ. Poſt eum אחריו poſt ipſum. ſub. Gedeonem. i. mortuo Gedeone. Vel, in illo, ſub. ephod. i. fuit cauſa idololatriæ Iſraelitis.
28 Neque poſtea leuau. ca. ſ. ולא יספו לשאת ראשם Ad verbum, & non addiderunt vt leuarent caput ſuum. i. non erexerunt vltrà ceruicem. Quieuitque terra ותשקוט הארץ. i. fuit ſumma pax, &c. 32 In ſenectute bona בשיבה טובה. i. iam ſenio cõfectus. Abiעezerai אבי העזרי׃. i. de cognatione Abiezer. refertur enim ad Iuas. 33 Beעalim, הבעלים idola. q. d. mutata priore religione, cœperunt eſſe idololatræ. 35 Nec fecerunt miſericordiam, &c. ולא־עשו חסד Hebraiſmus, Neque rependerunt gratiam ac beneficium acceptum familiæ Gedeonis.

IN CAPVT IX.

1 Ad fratres matris ſ. אל־אחי אמו. i. vt conueniret omnes cognatos ſuos ex parte matris. 2 In auribus omn. viro. באזני כל־בעלי in auribus omnium dominorum, &c. i. audientibus omnibus dominis, id eſt principibus. ſic infrá. Vtrum melius מה־טוב vtrum præſtabilius. Quòd os veſtrum, &c. כי־עצמכם ובשרכם אני׃ Chaldæus paraph. quòd propinquus veſter ſum. i. cognatus ſum. Os, hoc loco, ab oſſe, nõ ab ore, vt ex Hebræo liquet. 3 Cor eorum לבם. i. animus & affectus. q. d. præpoſuerunt eum potius quàm alium quempiam, quòd eſſet cognatus ipſorũ. 4 Argenteos כסף. i. ſiclos argẽti acceptos è fano Baal berith. Vacuos ריקים. i. otioſos. Et vagos ופוחזים Chaldæus paraph. contemptibiles. i. nihili.

Ioatham filius Gedeonis minimus latitat.

Et venit in domũ patris sui in yOphráh,interfecítque fratres suos 5 filios Ierubbáyal septuaginta viros super lapidem vnum:remansit autem Iothám filius Ierubbáyal paruus,quòd abdidisset sese.

Abimélech constituitnr Rex.

6 Congregauerunt autem sese omnes″viri שSechém,totáque″domus Milló,& ierunt,ac constituerunt Abimélech Regẽ,″iuxta planitiem statuæ quæ *erat* in שSechém.

Ioatham proposita lignorum parabola prædicit interitum Sichimitarum & Abilech.

7 Nuntiauerunt autem ipsi Iothám:qui perrexit,& stetit in vertice montis Gerizim:& sublata voce sua clamauit,ac dixit eis, Audite me viri שSechém,& audiat vos Deus.

8 ′Eundo iuerũt arbores″ad vngendum super se Regem: dixerúntque oleæ,′Regna super nos.

9 Quibus respondit olea,′Deserámne pinguedinem meam , qua per me honorificant deos & homines:& vadam″vt promouear super arbores?

10 Dixerunt præterea arbores ad ficum,Veni tu, regna super nos.

11 Quibus respondit ficus, Num derelinquam dulcedinem meã, & fructũ meum optimum,& vadã vt promouear super arbores?

12 Dixerunt insuper arbores ad vitem , Veni tu, regna super nos.

13 Quibus respondit vitis , Num derelinquã mustum meũ quod lætificat Deum & homines,& ibo vt promouear super arbores?

14 Dixerunt postremò omnes arbores″ad rhamnum , Veni tu, regna super nos.

15 Respondit autem rhamnus arboribus,Si ′in veritate vos vngitis me in Regẽ super vos,venite,sperate″in vmbra mea:& si non, egrediatur ignis de rhamno,deuorétque″cedros Lebanón.

16 Nunc ergo si in veritate & integritate egistis,quum constituistis regẽ Abimélech,& si rectè egistis cum Ierubbáyal,& cum domo eius,si præterea″secundũ retributionẽ manuũ eius fecistis ei,

17 (Quia pugnauit pater meus pro vobis,″ac proiecit animã suam alonge,″vt eriperet vos è manu Midián:

18 Vos autem insurrexistis contra domũ patris mei hodie , & interfecistis filios eius,septuaginta viros super lapidẽ vnum,& constituistis Regem Abimélech filium ancillæ eius super viros שSechém quia frater vester est)

19 Si inquã in veritate & integritate egistis cũ Ierubbáyal , & cum domo eius hodie,″lætemini de Abimélech , & lætetur etiam ipse de vobis.

20 ′Quòd si non, egrediatur ignis de Abimélech, & deuoret viros שSechém,& domum Milló: egrediatur quoque ignis à viris שSechém & de domo Milló, & deuoret Abimélech.

21 Fugítque Iothám,″fugit inquam,atque abiit in Beאér:& mansit illic′à facie Abimélech fratris sui.

5 Et venit in domum patris sui in Ephra,& occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidẽ vnũ, remansitque Ioatham filius Ierobáal minimus,& abscõditus est.

6 Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello:abierúntque,& cõstituerũt regem Abimélech,iuxta quercum quæ stabat in Sichem.

7 Quod quum nuntiatũ esset Ioathã, iuit , & stetit in vertice montis Garizim:eleuatáque voce, clamauit & dixit,Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos Deus.

8 Ierunt ligna , vt vngerent super se regẽ:dixeruntque oliuæ , Impera nobis.

9 Quæ respondit , Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dii vtuntur,& homines : & venire vt inter ligna promouear?

10 Dixeruntque ligna ad arborẽ ficũ, Veni,& super nos regnum accipe.

11 Quæ respondit eis, Nunquid possũ deserere dulcedinẽ meam,fructúsque suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?

12 Loquutáque sunt ligna ad vitem, Veni,& impera nobis.

13 Quæ respondit eis,Nunquid possũ deserere vinum meum,quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri?

14 Dixerúntque omnia ligna ad rhamnum,Veni,& impera super nos.

15 Quæ respondit eis,Si verè me Regẽ vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite: si autem non,egrediatur ignis de rhamno , & deuoret cedros Libani.

C

16 Nunc igitur si rectè & absque peccato constituistis super vos regem Abimélech , & bene egistis cum Ierobáal,& cum domo eius,& reddidistis vicem beneficiis eius,

17 (Qui pugnauit pro vobis,& animã suam dedit periculis , vt erueret vos de manu Madian,

18 Qui nunc surrexistis contra domũ patris mei , & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem,& constituistis regẽ Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichem,eo quòd frater vester sit)

19 Si ergo rectè & absque vitio egistis cum Ierobâal, & domo eius, hodie lætemini in Abimélech,& ille lætetur in vobis.

20 Sin autẽ peruersè, egrediatur ignis ex eo , & consumat habitatores Sichem,& oppidum Mello:egrediatúrque ignis de viris Sichem & de oppido Mello,& deuoret Abimélech.

21 Quæ quum dixisset , fugit, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimélech fratris sui.

---

6 Viri בעלי primores.domini.i.ciues. Domus Millo, בית מלוא .i.omnes principes ad quos negotia publica referebãtur,qui solebant cõgregari in loco dicto Beth-millo,Gallicè *La maison de la uille.* Potest etiã accipi continens pro cõtento,locus pro vicis.i.vniuersa curia. Millo etiam congregationem significat. Posset accipi pro loco comitiorũ vbi de negotiis publicis cõsultabatur, vt erat in Ierusalem. Alii existimant Millo fuisse vrbem propinquam ipsi Sichem. Iuxta planitiem statuæ עם·אלון מוצב in planitie statuæ. i.in platea in qua erat statua quædam.Nomen loci. In Sשechém. בשכם: in *agro* Sechem. 8 Eundo iuerunt. הלוך הלכו admiratiuè legit hæc Chaldæus paraphrastes. Ad vngendum super se Regem: למשוח עליהם מלך .i.vt constituerent super se Regẽ. Regna super nos. מלוכה עלינו: q.d. Esto Rex noster.Imperatiuus est masc. 9 Deserámne ping.m. החדלתי את·דשני .i desereréne possum vel debeo oleum meum? Aut, destituárne .i.efficiámne vt priuer. q.d. debeóne abiicere sortem meã quæ optima est, qua per me honore afficiunt Deum in lucernis & oblationibus:& homines,id est adornantur munera Regibus? Vt promouear super arb. לנוע על העצים: .i.superem dignitate arbores.

14 Ad rhamnum,אל·האטד Quibusdam est genus rubi siue dumi qui nullum fert fructum. Aliis est rubus odoratus ferens rosas,Gallicè *Esglantier.* Doctus inter Hebræos dicit vocari peregrina lingua קרדון *Vn chardon.* 15 In veritate באמת .i.seriò. In vmbra mea: בצלי hoc est protectione. Cedros את·ארזי .i.nobilissimos quosque ex vobis. 16 Secundum retributionem m.e.כגמול ידיו Hebraismus, si rependistis illis vicem pro beneficiis acceptis. 17 Ac proiecit animam s.álonge, וישלך את·נפשו מנגד ac proiecit animam suam procul à se.Hebraismus,se periculo mortis exposuit. Vt eriperet ויצל Ad verbum,& eripuit.vel,liberauit. 19 Lætemini שמחו .i.lætemini eo,& ille fruatur vobis.q.d. sit fœlix ac fausta inauguratio ista in Regem. 20 Quòd si non, ואם·אין Sin minus.i.si improbè egistis. 21 Fugit inquam,atque abiit ויברח וילך & properè ac festinanter se recepit. A facie מפני .i.metu.

22 Regnauit itaque Abimélech ſuper Iſrael tribus annis.

23 Miſitque Deus ſpiritum peſſimum inter Abimélech & habitatores Sichem: qui cœperunt eum deteſtari:

24 Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobâal, & effuſionem ſãguinis eorum cõferre in Abimélech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerant.

D 25 Poſuerúntque inſidias aduerſum eũ in ſũmitate montiũ: & dum illius præſtolabantur aduentum, exercebãt latrocinia, agentes prædas de prætereũtibus: nũtiatũmque eſt Abimélech

26 Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & trãſiuit in Sichimã: ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem,

27 Egreſſi ſũt in agros vaſtãtes vineas, vuâſque calcantes: & factis cantantiũ choris ingreſſi ſunt fanum Dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech,

28 Clamãte Gaal filio Obed, Quis eſt Abimélech, & quis eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? nunquid nõ eſt filius Ierobáal, & conſtituit principẽ Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichem? cur ergo ſeruiemus ei?

29 Vtinam daret aliquis populũ iſtũ ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimélech. Dictũmque eſt Abimélech, Congrega exercitus multitudinem, & veni.

30 Zebul enim princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filii Obed, iratus eſt valde.

31 Et miſit clàm ad Abimélech nuntios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cũ fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem.

E 32 Surge itaque nocte cum populo qui tecum eſt, & latita in agro.

33 Et primo mane oriente ſole, irrue ſuper ciuitatẽ. illo autem egrediente aduerſum te cum populo ſuo, fac ei quod potueris.

34 Surrexit itaque Abimélech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis.

35 Egreſſúſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis: ſurrexit autem Abimélech & omnis exercitus cum eo de inſidiarũ loco.

36 Quúmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de mõtibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit, Vmbras mõtium vides quaſi capita hominum, & hoc errore deciperis.

22 ″Imperauit autem Abimélech ſuper Iשſraאelem tribus annis.

23 ″Immiſítque Deus ſpiritum malum inter Abimélech & viros שSechém, ″præuaricatíque ſunt viri שSechém in Abimélech.

24 ″Vt veniret iniuria ſeptuaginta filiorũ Ierubbáyal, ″& vt ſanguinẽ eorum poneret ſuper Abimélech fratrem eorum qui interfecerat eos, & ſuper viros שSechém quia ″roborauerãt manus eius vt occideret fratres ſuos.

25 Poſuerúntque aduerſus illum viri שSechém inſidias ″ſuper cacumina montium, prædabantúrque omnem qui tranſibat iuxta illa per viam: quod renuntiatum eſt ipſi Abimélech.

26 Præterea venit Gáyal filius yEbed, & fratres eius, ″& tranſierunt in שSechém, ″ac ſpem ſuam poſuerunt in eo viri שSechém.

27 ″Vnde egreſſi in agrum, vindemiauerunt vineas ſuas, ″& calcauerunt, & lætati ſunt: ingreſſíque ſunt domũ dei ſui, ac comederunt ″& biberunt, & maledixerunt ipſi Abimélech.

28 Dixit autem Gáyal filius yEbed, ″Quis eſt Abimélech, & quis eſt שSéchem, vt ſeruiamus ei? nónne filius eſt Ierubbáyal, & Zebúl præpoſitus eius? ″ſeruite *potius* viris חHamór patris שSechém. ſed quare ſeruiemus ei nos?

29 ″Et quis det populum hunc in manu mea, & auferã Abimélech? ″Et dixit ipſi Abimélech, ″Auge exercitum tuum, & egredere.

30 Audiens autem Zebul princeps ciuitatis verba Gáyal filii yEbed, ″iratus eſt vehementer.

31 Miſítque nuntios ad Abimélech ″in dolo, dicendo, Ecce Gáyal filius yEbed & fratres eius veniunt in שSechém, & ecce ″obſident ciuitatem contra te.

32 Nunc igitur ſurge noctu, tu ″& populus qui eſt tecum, & inſidiare in agro.

33 Et primo mane ad exortum ſolis ſurgens ″inuades vrbẽ. quúmque ipſe & populus qui eſt cum eo, egredietur ad te, facies ei ſecundum quod ″inuenerit manus tua.

34 Surrexit autem Abimélech, & vniuerſus populus qui erat cum eo, noctu, & inſidiati ſunt ipſi שSechém ″quatuor cunei.

35 Et egreſſus eſt Gáyal filius yEbed, ſtetítque in introitu portæ ciuitatis: ſurrexit autem Abimélech & populus qui erat cum eo de inſidiis.

36 Videns autem Gáyal populum, ait ad Zebúl, Ecce populus deſcendit de cacuminibus montiũ. Cui reſpondit Zebúl, Vmbram montium vides quaſi homines.

Dominꝰ immittit ſpiritũ odii inter Sichimitas & Abimélech eique inſidiantur.

Gaal pugna cõtra Abimélech.

22 Imperauit autẽ וישר Tenuit autem principatũ. q.d. egit principem ſuper partem Iſraelis. 23 Immiſitque,&c. וישלח אלהים רוח רעה Spiritũ malũ vocat ſpiritũ diſſenſionis.q.d.oborta eſt diſcordia inter eos,ita volẽte Deo. Præuaricatíque ſunt ויבגדו i.defecerũt à Rege ſuo. 24 Vt veniret iniuria,&c. לבוא חמס וגו׳ .i.vt iniuriã illam cõferret in caput Abimélech:hoc eſt,vt puniret eũ propter iniuriã illatã ſeptuaginta filiis Ierobaal. Et vt ſanguinem e. ודמם crimen cædis eorum. Idem bis dicit verbis diuerſis. Roborauerant manus e. חזקו את־ידיו confortauerant manus eius.Hebraiſmus,qui adiuuerãt illum in cæde fratrum. 25 Super cacumina montiũ, על ראשי ההרים vt ſcilicet illũ interciperent ſi illac tranſiret. 26 Et tranſierunt ויעברו .i.relicta priore habitatione venerunt in Sichem. Ac ſpem ſuam poſ.in eo ויבטחו בו ac ſperauerunt[cõfiſi ſunt]in eo.i.erecti ſunt in ſpem maiorem aduentu illius. 27 Vnde egreſſi in agrũ,&c. ויצאו וגו׳ Ad verbũ,Et egreſſi ſunt in agrum,vindemiauerũt,&c.hoc dicit quòd prius ſe continerent in vrbe,metu Abimélech. Et calcauerunt,& lætati ſunt: וידרכו ויעשו הלולים & calcauerunt *uuas*,& fecerunt choros.ſub. canentium ac ſaltantium. Et biberunt, וישתו ſub.coram deo ſuo, ibique inter epulas maledixerunt ipſi Abimélech. 28 Quis eſt Abim.&c. מי־אבימלך q.d. Eſtne præſtantior ipſo Sechem? hoc eſt,an tantus eſt vt debeamus illi ſeruire? Seruite,&c. עבדו q.d. deberetis potius ſeruire iis qui traxerunt originẽ ab Hamor & Sechẽ,quàm ipſi.

29 Et quis det,&c. ומי יתן וגו׳ Hebraiſmus,Vtinam populus iſte eſſet mihi ſubditus,tunc auferrem,vel abigerem,aut tollerem prorſus Abimélech, detraherem illi regiam dignitatem. Et dixit ipſi Abimélech, ויאמר לאבימלך dicebátque ipſi Abimélech.nẽpe abſenti tanquam præſenti,vel coram præfecto eius. Auge exercitum.t. רבה צבאך .i.cape tecum exercitum maximũ,& egredere,hoc eſt decerta mecum armis.q.d.cape tecum exercitum quantumlibet magnum,& egredere de loco in quo habitas,vt mutuò armis decertemus.

30 Iratus eſt vehementer. ויחר אפו: Ad verbum,& iratus eſt furor eius. 31 In dolo, בתרמה fraudulenter.i.cauté.Chaldæus paraph.clàm.ſecretó.Alii,in Thorma,vt ſit eadem vrbs quæ Aruma. Obſident צרים oppugnãt.id eſt (vt ait doctus inter Hebræos) propterea cuſtodiunt vrbem ne ingrediaris in eam,hoc eſt,ne tibi pateat ad eam acceſſus quando voles.Gallicè,*Ils tiennent fort en la uille contre toy.*

32 Et populus qui eſt tecum, והעם אשר אתך .i.milites tui. 33 Inuades vrbẽ. ופשטת על־העיר irrues in vrbẽ. Inuenerit manus t. תמצא ידך: .i.facere poteris. 34 Quatuor cunei. ארבעה ראשים: quatuor turmæ. ſub.militum. Alii, cum quatuor cuneis.vel turmis. hoc eſt,diuiſi in quatuor turmas.

ʹTunc adiecit Gáyal, ac dixit, Ecce populus deſcendunt″de vmbilico terræ, & dux vnus venit″per viam planitiei Moyonením. 37

Dixit autem ad eum Zebúl, Vbi nunc eſt os tuum quo dicebas, Quis eſt Abimélech, vt ſeruiamus ei? nónne iſte eſt populus quẽ ſpreuiſti? egredere obſecro nunc, & pugna contra eum. 38

Et egreſſus eſt Gayál″coram viris שSechém, pugnauítque contra Abimélech. 39

Expugnatur exercitus Gaal ab Abimelech.

Et perſequutus eſt eum Abimélech,ʹpoſteaquã fugere cœperat à facie eius, ceciderúntque vulnerati multi vſque ad introitũ portæ. 40

Gaal eiicitur ex Sichem.

Remanſit autem Abimélech in Arumáh, & expulit Zebúl ipſũ Gáyal & fratres eius,ʹne manerẽt in שSechém. 41

ʹPoſtridie autẽ egreſſus eſt populus″in agros, ʹ& renuntiauerũt ipſi Abimélech. 42

Tulit igitur populũ, & partitus eſt eos″in tria capita, inſidiáſque poſuit in agro: ʹvidénſque populum egredientem de ciuitate, inſurrexit in eos, ac percuſſit eos. 43

Abimélech deſtruit vrbem Sichẽ, interfectis habitatoribus eius.

Ipſe itaque Abimélech″& capita quæ *erant* cum eo, ″graſſati ſunt, & conſtiterunt ad introitum portæ ciuitatis: ″duo autem *alia* capita graſſata ſunt aduerſus omnes qui erant in agro, & percuſſerunt eos. 44

″Abimélech præterea oppugnauit vrbẽ toto die illo, & expugnauit eã, ac populum qui erat in ea interfecit: diruítque vrbem, ″& ſeminauit in ea ſal. 45

Turris Sichem cum 1000 hominibus cõburitur.

Audientes autem omnes″viri turris שSechém, venerunt ad arcem ″Beth-אel-beríth. 46

Renuntiatum verò eſt ipſi Abimélech quòd illic congregati eſſent omnes viri turris שSechém: 47

Et aſcendit Abimélech in montẽ צSalmón, ipſe & totus populus qui erat cum eo: tulítque Abimélech ſecures, & præcîdit ramos arborum, quos ſuſtulit, ac poſuit ſuper humerum ſuum, dixítque ad populum qui erat ſecum, ″Quod vidiſtis, feci: feſtinate, facite ſicut ego. 48

Præciderunt itaque etiam vniuerſus populus quiſque ramum ſuũ, & iuerũt poſt Abimélech, depoſuerúntque ad arcẽ, ″& ſuccẽderunt ſuper illos arcẽ igni: ″mortuíque ſunt etiã omnes viri turris שSechém, ferè mille viri & mulieres. 49

Abimélech oppugnãs ciuitatẽ Thebes, à muliere vulneratur.

Abiit deinde Abimélech ad Thebéץ, & caſtrametatus eſt iuxta Thebéץ, cepítque eam. 50

Turris autem fortis erat in medio ciuitatis, & fugerunt illuc omnes viri, & mulieres, & omnes viri ciuitatis, ″& clauſerunt ſuper ſe, & aſcenderunt″ſuper tectum turris. 51

Rurſúmque Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus venit per viam quæ reſpicit quercum.

Cui dixit Zebul, Vbi eſt nũc os tuũ quo loquebaris, Quis eſt Abimélech vt ſeruiamus ei? nónne hic populus eſt quem deſpiciebas? egredere, & pugna contra eum.

Abiit ergo Gaal, ſpectãte Sichimorum populo, & pugnauit contra Abímélech,

Qui perſequutus eſt eum fugientẽ, & in vrbem compulit: ceciderúntque ex parte eius plurimi, vſque ad portã ciuitatis,

Et Abimélech ſedit in Ruma: Zebul autẽ, Gaal & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt cõmorari. F

Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum: quod quum nuntiatum eſſet Ahimelech,

Tulit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas, tendẽs inſidias in agris: vidénſque quòd egrederetur populꝰ de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos,

Cum cuneo ſuo oppugnans & obſidens ciuitatẽ: duæ autem turmæ palantes per campum, aduerſarios perſequebantur.

Porro Abímélech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipſáque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret.

Quod quum audiſſent qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum dei ſui Berith, vbi fœdus cũ eo pepigerãt, & ex eo locus nomẽ acceperat, qui erat munitus valde.

Abimélech quoque audiens viros turris Sichimorũ pariter cõglobatos,

Aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo: & arrepta ſecuri, præcidit arboris ramũ, impoſitúmque ferens humero, dixit ad ſocios, Quod me vidiſtis facere, citò facite.

Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, ſequebantur ducẽ: qui circundantes præſidium, ſuccenderunt: atque ita factum eſt vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorũ turris Sichem. G

Abímélech autẽ inde proficiſcens, venit ad opidum Thebes, quod circundans obſidebat exercitu.

Erat autẽ turris excelſa in media ciuitate, ad quã cõfugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectũ ſtãtes per propugnacula.

37 Tunc adiecit Gayal, &c. ויוסף עוד געל לדבר ויאמר Ad verbum, & addidit adhuc Gayal vt loqueretur, & ait. De vmbilico terræ, מעם טבור .i. de loco eminentiore terræ, de parte terræ altiſſima, hoc eſt de ſummis montibus. Per viam planitiei מדרך אלון Ad verbum, de via planitiei .i. per viam qua itur in campeſtria Mehonenim. 39 Coram viris לפני בעלי .i. ſpectante populo. 40 Poſteaquam fugere cœperat וינס Ad verbum, & fugit. hoc eſt iam verſum in fugam. 41 Ne manerent משבת ne *poſthac* habitarent. 42 Poſtridie autem ויהי ממחרת Ad verbum, Et fuit, in craſtinum. In agros, השדה Singul. Heb. pro plur. ad ſua ſcilicet negotia peragenda. Et renuntiauerunt ויגידו quod iam renuntiauerant futurum. 43 In tria capita, לשלושה ראשים in tres cuneos. vel, turmas. Vidénſque populum וירא והנה העם Ad verbũ, & vidit, & ecce populus. 44 Et capita, &c. והראשים וגו׳ & principes qui cum eo erant. q. d. nobiliſſimi milites ac bellicoſiſſimi. Graſſati ſunt פשטו impetum fecerunt. i. impetu facto contenderunt rectà ad portam vrbis. Duo autem *alia* cap. graſſ. ושני הראשים פשטו duæ autem *aliæ* turmæ impetum fecerunt. irruerunt. inuaſerunt. 45 Abimélech præterea, &c. ואבימלך וגו׳ Ad verbũ, Et Abimélech pugnauit contra vrbẽ, & cepit vrbem. pro Quum autẽ Abimelech oppugnaſſet vrbẽ toto illo die, tandẽ expugnauit vrbem ipſam, &c. Et ſeminauit, &c. ויזרעה מלח: ne ſcilicet poſtea aliquid naſceretur in ea, vt eſſet ſterilis. 46 Viri בעלי domini. vel habitatores. vrbem ſcilicet eſſe captã. Beth-אel-berith בית־אל־ברית: Beth-אel *pro* fœdere. ita Chaldæus paraph. vt inirent fœdus cum illis qui erant in arce. 48 Quod vidiſtis, feci: מה ראיתם עשיתי Quod vidiſtis, *quod* feci. i. quod vidiſtis me feciſſe, facite: & id quidem citó. 49 Et ſuccenderunt ſuper illos ויציתו עליהם .i. ſuccenderunt arcem in qua illi erãt incluſi. Mortuique ſunt etiã וימותו גם ſub. quemadmodũ ciues vrbis Sechem mortui fuerãt. vel, quemadmodũ & cuſtodes illius arcis mortui fuerant. 51 Et clauſerunt ſuper ſe, ויסגרו בעדם ſub. arcem, ſiue portam arcis. Super ſe. i. poſteaquam ingreſſi ſunt. Super tectum על־גג vbi ſcilicet erant propugnacula.

Accedénſque Abimélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans oſtio, ignem ſupponere nitebantur.

2.Reg.11.c.21

|Et ecce vna mulier fragmē molæ déſuper iaciens, illiſit capiti Abimélech, & confregit cerebrum eius.

Qui vocauit citò armigerum ſuum & ait ad eum, Euagina gladium tuū, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus ſim. qui iuſſa perficiens, interfecit eum.

Illo quoque mortuo, omnes qui cū eo erant de Iſrael, reuerſi ſūt in ſedes ſuas.

Et reddidit Deus malū quod fecerat Abimélech contra patrem ſuum interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis.

Sichimitis quoque quod operati erant, retributū eſt: & venit ſuper eos maledictio Ioatham filii Ierobáal.

Cap. X.

POſt Abimélech ſurrexit dux in Iſrael Thola filius Phua patrui Abimélech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim:

Et iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Samir.

Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos:

Habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & principes triginta ciuitatum quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auoth Iair, id eſt oppida Iair, vſque in præſentē diem in terra Galaad.

Mortuúſque eſt Iair, ac ſepultus in loco cui eſt vocabulum Camon.

B

Filii autē Iſrael peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conſpectu Domini: & ſeruierūt idôlis, Baalim & Aſtaroth, & diis Syriæ ac Sidônis & Moab & filiorum Ammō & Philiſthiim: dimiſerúntque Dominum, & non coluerunt eum.

Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philiſthiim & filiorum Ammon.

Afflictique ſunt & vehemēter oppreſſi per annos decē & octo, omnes qui habitabant trans Iordanē in terra Amorrhæi, quæ eſt in Galaad:

Intantum vt filii Ammon Iordane tranſmiſſo vaſtarent Iudam & |Beniamin & Ephráim: afflictúſque eſt Iſrael nimis.

C

Et clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deū noſtrum, & ſeruiuimus Baalim.

Quibus loquutus eſt, Nunquid nō AEgyptii & Amorrhæi, filiique Ammon & Philiſthiim,

52 Venit ergo Abimélech vſque ad turrim, & oppugnauit eā: acceſſítque vſque ad oſtium turris, vt combureret illud igni.

53 Tum deiecit mulier quædam fragmen″molæ ſuper caput Abimélech, confregítque″illi caluariam.

54 Qui mox accerſito puero portante arma ſua, dixit ei, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè dicāt de me, Mulier interfecit eum. perfodit itaque eum puer eius, & mortuus eſt.

55 Videntes autem viri Iשſraאél quòd mortuus eſſet Abimélech, abierunt quiſque″in locum ſuum.

56 ″Reddidit itaque Deus malum Abimélech quod fecerat patri ſuo, interficiendo ſeptuaginta fratres ſuos.

57 Sed & omne malum virorum שSechém reddidit Deus in caput eorum: & euenit eis″maledictio Iothám filii Ierubbáyal.

Cap. X.

1 S″Vrrexit autem poſt Abimélech, ′vt ſaluum faceret Iשſraאél, Tholáy filius Puáh filii Dodo, vir de *tribu* Iשſſachár: ipſe autem habitabat in שSamír, in monte אEphráim.

Thola, dux Iſrael cōſtituitur.

2 ″Iudicaujtque Iשſraאelē viginti & tribus annis: & mortuus eſt, ac ſepultus in שSamir.

3 Poſt hunc ſurrexit Ia'אir Gilyadites, iudicauítque Iשſraeאlē viginti & duobus annis.

Huic ſuccedit Iair.

4 Fuerunt autem ei triginta filii equitātes ſuper triginta″pullos: ″quibus & triginta erant vrbes ′quas vocabant חHauoth Ia'אir vſque ad diem hanc, quæ ſunt in terra Gilyád.

5 Mortuus verò eſt Ia'אír, & ſepultus eſt in Camón.

6 ′Rurſum autem filii Iשſraאél fecerunt malū in oculis Iehouæ, ſeruierúntque Beyalím, & yAשſtharóth, & diis Arám, diiſque צSidón, & diis Moab, ac diis filiorū yAmmón, diis denique Peliשſthim, ″dereliquerúntque Iehouam, & non ſeruierunt ei.

Ob idololatriā filii Iſrael tradūtur in manus Philiſthinorum.

7 Propterea iratus eſt furor Iehouæ contra Iשſraאelē, & tradidit eos in manum Peliשſthim, & in manum filiorum yAmmón.

8 Qui attriuerunt & confregerunt filios Iשſraאél ′anno ipſo, ″octodecim annis cunctos filios Iשſraאél, qui erant trans Iardén in terra אEmoræi, quæ eſt in Gilyád.

9 ″Trāſierúntque filii yAmmón Iardén, vt præliarētur etiā cum Iehudáh & Biniamín, etiam cum domo אEphráim, ′& anguſtia affectus eſt Iשſraאél valde.

10 Clamauerúntque filii Iשſrאaél ad Iehouam, dicendo, Peccauimus tibi, & quia dereliquimus Deum noſtrum, & *quia* ″ſeruiuimus Beyalim.

Cōfitentes Deo peccatū ſuū, clamant ad ipſum.

11 ′Dixit autē Iehouáh ad filios Iשſraאél, ″Nónne ab AEgyptiis, & אEmoræo, & filiis yAmmón, & Peliשſthim,

Arguit Iſraelitas ingratitudinis Deus.

53 Molæ רכב ſub. ſuperioris. ab inſidendo ſic dicitur Hebraicé. Illi caluariam. את־גולגלתו: cranium eius.
55 In locum ſuum. למקומו: i. in domum ſuam 56 Reddidit itaque Deus malū וישב אהלים את־רעת Conuertit ergo[ſub. in caput eius] malum. i. ſcelus, ſiue flagitium quod, &c. Plena loquutio verſu ſequenti habetur, Reddidit Deus, vel conuertit, in caput eorum.
57 Maledictio קללת execratio. i. ita accidit illis vt Iotham imprecatus fuerat.

IN CAPVT X.

1 Surrexit autem ויק Hebraiſmus, Succeſſit autem ipſi Abimélech. Vt ſaluum faceret להושיע vt ſeruaret. vt liberaret.
2 Iudicauitque Iשſr. וישפוט את־ישראל q.d. Rexit Iſraelem nō inſtar tyranni, ſed more Iudicis. 4 Pullos, עירים ſub. aſinarum. i. mulos. q.d. vehebantur mulis egregiis & iuuenibus. Alii intelligunt equos iuuenes. Quibus & triginta erant vr. ושלושים עירים להם i. qui præerāt triginta vrbibus. Quas vocabāt להם יקראו Ad verbū, eas vocabunt. Fut. Heb. per imperf. vertendū. 6 Rurſum autē, &c. ויוסיפו בני ישראל לעשות הרע Ad verbū, Addiderunt autē filii Iſrael vt facerent malū. Dereliquerúntque Ieh. |ויעזבו את־יהוה q.d. etiam cū illis prorſus abiecerunt cultū Iehouæ. 8 Anno ipſo, בשנה ההיא quo ſcilicet deſciuerūt à cultu Diuino. Alii, anno ipſo quo mortuus eſt Iair. Octodecim annis, שמונה עשרה שנה ſub. attriuerunt inquā. refertur enim ad ſequētia. 9 Tranſierúntque, &c. ויעברו וגו' poſteaquā ſcilicet afflixerāt filios Iſrael qui habitabāt vltra Iordanē ad Orientē, traiecerunt Iordanē. Et anguſtia affectus, &c. ותצר ישראל מאד & afflictio fuit Iſraeli valde. i. atque ita vehemēter afflictus fuit Iſrael. 10 Seruiuimus Beyalim. ונעבוד את־הבעלים: & coluimus idola. q.d. duobus modis peccauimus, & quòd Dominum dereliquimus, & quòd coluimus idola. 11 Dixit autem ויאמר ſub. per Prophetam quē tum miſit, qui loquebatur in perſona Dei. Apoſiopeſis ad exprimendam vim iracundiæ Diuinæ. Nónne, &c. הלא ſub. liberaui vos.

Præterea ʾSidonii & yAmalék,& Maıyónitæ oppreſſerunt vos, 12
& clamaſtis ad me,ſaluóſque feci vos de manu eorum.

″Vos autẽ dereliquiſtis me,& ſeruiuiſtis diis alienis:iccirco″non 13
liberabo vos vltrá.

Ite,& clamate ad deos quos elegiſtis:″ipſi ſaluent vos tempore 14
anguſtiæ veſtræ.

Noncessantium confiteri peccatum,& ſemper clamantiũ miſeretur Deus.

Reſponderunt autem filii Iשׂſraאél Iehouæ, Peccauimus:fac tu 15
nobis″ſecundum quod bonum eſt in oculis tuis: tantũ libera nos
quæſumus, die hac.

Et abſtulerunt deos alienos de medio ſui,″ſeruierúntque Ieho- 16
uæ:″& anguſtiis affecta eſt anima eius propter laborem Iשׂſraאél.

Congregati ſunt autem filii yAmmón , & caſtrametati ſunt in 17
Gilyad:congregati ſunt quoque filii Iשׂſraאél,& caſtrametati ſunt
in Mixſpáh.

Dixerúntque populus & principes Gilyád ′quilibet ad proxi- 18
mum ſuum,″Quicunque cœperit pugnare cõtra filios yAmmón,
erit dux omnibus habitatoribus Gilyád.

Cap. XI.

Iephte,meretrice matre natus, occidit fratres ſuos.

IPhtháחh autem Gilyadites erat″potens viribus, erátque filius 1
mulieris″meretricis,genuerátque Gilyád ipſum Iphtháחh.

Peperit autem vxor Gilyád ipſi filios:″creuerúntque filii vxoris, 2
& expulerunt Iphtháחh,dixerúntque ei,Non accipies hæreditatẽ
in domo patris noſtri: quia filius mulieris″alterius es.

Fugit itaq; Iphtháחh ″à facie fratrũ ſuorũ, & mãſit″in terra Tób: 3
collectíq; ſunt ad Iphtháחh homines″vacui, & egreſſi ſunt″cũ eo.

″Fuit autẽ,poſt *aliquot* dies pugnauerũt filii yAmmón cũ Iשׂſraאél. 4

Iephte cõſtituitur ſuper Iſraelẽ.

″Quum ergo oppugnare cœpiſſent illos yAmmonitæ,perrexe- 5
runt″ſeniores Gilyád vt reducerent Iphtháחh de terra Tób.

Dixerúntque ad Iphtháחh,Veni,& eſto nobis in principem, vt″ 6
pugnemus contra filios yAmmón.

Reſpondit Iphtháחh ſenioribus Gilyád, Nónne″odio habuiſtis 7
me,& expuliſtis me è domo patris mei? & cur veniſtis ad me nũc
quando anguſtia eſt vobis?

Dixerúntque ſeniores Gilyád ad Iphtháחh,Idcirco nũc reuerſi 8
ſumus ad te, vt venias nobiſcum, pugnéſque contra filios yAm-
món,& ſis nobis dux,omnibus habitatoribus Gilyád.

Tunc reſpondit Iphtháחh ſenioribus Gilyád , Si reducatis me 9
vos ad pugnandum contra filios yAmmón,tradiderítque eos Ie-
houáh″coram me:eróne vobis dux?

Tum dixerunt ſeniores Gilyád ad Iphtháחh , ″Iehouáh audiet 10
inter nos,ſi non ſecundum verbum tuum fecerimus.

12 Sidonii quoque & Amalec & Chanáan oppreſſerunt vos: & clamaſtis ad me,& erui vos de manu eorum?

13 Et tamen reliquiſtis me , & coluiſtis deos alienos: idcirco non addam vt vltrà vos liberem.

14 Ite,& inuocate deos quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tẽpore anguſtiæ.

15 Dixerúntque filii Iſrael ad Dominũ,Peccauimus,redde tu nobis quicquid tibi placet:tantũ nũc libera nos.

16 Quæ dicentes omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola proiecerũt, & ſeruierũt Domino Deo:qui doluit ſuper miſeriis eorum. D

17 Itaque filii Ammon conclamantes, in Galaad fixere tentoria:cõtra quos congregati filii Iſrael , in Maſpha caſtrametati ſunt.

18 Dixerúntque principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos , Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare,erit dux populi Galaad.

Cap. XI.

1 FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad.

2 Habuit autem Galaad vxorem , de qua ſuſcepit filios:qui poſtquã creuerant,eiecerunt Iephte,dicentes,Hæres in domo patris noſtri eſſe nõ poteris,quia de altera matre natus es.

3 Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in terra Tob: cõgregatique ſunt ad eũ viri inopes, & latrocinantes,& quaſi principem ſequebantur.

4 In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Iſrael.

5 Quibus acriter inſtãtibus,perrexerũt maiores natu de Galaad, vt tollerẽt in auxiliũ ſui Iephte de terra Tob:

6 Dixerúntque ad eum,Veni, & eſto princeps noſter , & pugna contra filios Ammon.

7 Quibus ille reſpondit, Nónne vos eſtis qui odiſtis me,& eieciſtis de domo patris mei,& nũc veniſtis ad me neceſſitate compulſi? B

8 Dixerúntque principes Galaad ad Iephte,Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus,vt proficiſcaris nobiſcum,& pugnes contra filios Ammõ, ſiſque dux omnium qui habitant in Galaad.

9 Iephte quoque dixit eis, Si verè veniſtis ad me vt pugnẽ pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas , ego erò veſter princeps?

10 Qui reſpõderunt ei, Dominus qui hæc audit,ipſe mediator ac teſtis eſt quòd noſtra promiſſa faciemus.

13 Vos autem ואתם Et tamen vos. Non liberabo vos vltrá. לא־אוסיף להושיע Ad verbum,non addam vt ſaluos faciam vos.
14 Ipſi ſaluent vos המה יושיעו ipſi ſeruabunt vos.Hoc dicitur ironicé. Vel, & videte an ipſi ſeruabunt vos. 15 Secundum quod bonum eſt in oc.t. ככל־הטוב בעיניך Hebraiſmus, redde nobis quicquid tibi placuerit.q.dicat, animaduerte in nos propter peccatum noſtrum vt voles. 16 Seruierúntque Iehouæ: ויעבדו את־יהוה coluerúntque Iehouã. Et anguſtiis affecta eſt ani.&c.: ותקצר נפשו בעמל ישראל & coarctatus eſt [abbreuiatus eſt] animus eius propter afflictionem Iſraelis. Hebraiſmus,Doluit vehementer ſuper afflictione Iſraelis.q.d.non potuit vltrà æquo animo ferre miſeriam Iſraelis.id enim opponitur longanimitati ac patientiæ,& eſt anthropopathia.
18 Quilibet ad proximum ſ. איש אל רעהו Hebraiſmus,alter alteri. Quicunque,&c. מי האיש וגו׳ Ad verbum, Quis vir ille qui incipiet pugnare contra filios yAmmon,& erit caput,&c.i.princeps.

IN CAPVT XI.

1 Potẽs viribus, גבור חיל virtute bellica.i.erat fortiſſimus ac pugnaciſſimus. Meretricis, זונה cauponariæ.ita vertit Chaldæus paraph. De hac voce vide Ioſue 2.a.1. 2 Creuerúntque ויגדלו adoleuerúntque. Alterius אחרת .i.eo quòd ſis natus alia vxore,nẽpe cõcubina.Sic vocat meretricẽ,vt quibuſdam placet. Nulla obſeruatione cæremoniarum recipiebantur concubinæ à viris,quæ in legitima vxore adhibebantur:hoc excepto,erant vxores legitimæ. 3 A facie fr.ſ. מפני אחיו .i.ob metum fratrum ſuorũ. q.d.deuitans iram fratrũ ſuorũ.
In terra Tob: בארץ טוב in prouincia Tob.i.cui præerat vir quidam nomine Tob. Vacui, ריקים .i.otioſi. q.d. quem comitati ſunt egentẽ homines otioſi,eiuſque partes ſequuti ſunt. 4 Fuit autẽ, poſt,&c. ויהי מימים Hebraiſmus,Elapſo autem aliquanto tempore oppugnauerunt Ammonitæ Iſraelem. 5 Quum ergo oppug.&c. ויהי כאשר־נלחמו וגו׳ Ad verbũ,Et fuit,quum pugnarent filii Ammon cum Iſrael. Seniores זקני .i.legati miſſi à ciuibus. 7 Odio habuiſtis,&c. שנאתם אותי ותגרשוני .i.præ odio & iniuſtè expuliſtis me domo paterna. 9 Coram me: לפני .i.in poteſtatem meam. Dux? : לראש Ad verbum,in caput?i.princeps.
10 Iehouáh audiet inter nos, יהיה שומע בינותינו Hebraiſmus.acſi dicat,Dominus qui audit omnia,erit teſtis auritus huiuſce rei quam tibi pollicemur:ſumétque debitas de nobis pœnas, ſi non præſtiterimus.

Abiit itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem ſui: loquutúſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos coram Domino in Maſpha. 11

Et miſit nuntios ad Regem filiorũ Ammon, qui ex perſona ſua diceret, Quid mihi & tibi eſt quia veniſti cõtra me vt vaſtares terram meam? 12

Num.21.c.13 C Quibus ille reſpondit, ‖Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcẽdit de AEgypto à finibus Arnõ vſque Ieboc atque Iordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam. 13

Per quos rurſũ mãdauit Iephte, & imperauit eis vt dicerẽt Regi Ammõ. 14

Hæc dicit Iephte, Non tulit Iſrael terram Moab, nec terram filiorum Ammon: 15

Sed quando de AEgypto conſcenderunt, ambulauit per ſolitudinem vſque ad Mare rubrũ, & venit in Cades: 16

Nume.20.f.29 ‖Miſitque nũtios ad Regem Edõ, dicẽs, Dimitte me vt trãſeam terram tuã. Qui noluit acquieſcere precibus eius. miſit quoque ad Regem Moab, qui & ipſe tranſitum præbere contẽpſit: manſit itaque in Cades. 17

Et circuiuit ex latere teram Edõ, & terram Moab: venitque contra Orientalem plagam terræ Moab, & caſtrametatus eſt trans Arnon: ‖nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium eſt terræ Moab. 18 Nume.21.c.13, & 22.c.14

Miſit itaque Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon, & dixerunt ei, Dimitte vt tranſeam per terram tuam vſque ad fluuium. 19

Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciẽs, non dimiſit eum tranſire per terminos ſuos: ſed infinita multitudine cõgregata egreſſus eſt contra eum in Iaſa, & fortiter reſiſtebat. 20

Tradiditque eũ Dominus in manus Iſrael cum omni exercitu ſuo, & percuſſit eum, & poſſedit omnẽ terram Amorrhæi habitatoris regionis illi⁹. 21

Et vniuerſos fines eius de Arnon vſque Ieboc, & de ſolitudine vſque ad Iordanem. 22

E Dominus ergo Deus Iſrael ſubuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo ſuo Iſrael, & tu nunc vis poſſidere terram eius? 23

Nónne ea quæ poſſedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? quæ autem Dominus Deus noſter, victor obtinuit, in noſtrã cedẽt poſſeſſionẽ. 24

Nume.22.a.2 ‖Niſi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus ſit contra Iſrael, & pu 25

11 Perrexit itaque Iphtháחh cũ ſenioribus Gilyád, præpoſuerúntque eũ populus ſupra ſe in ducem & principẽ: ″loquutúſque *eſt* Iphtháחh omnia verba ſua″coram Iehoua in Mixſpáh.

12 Miſit itaque Iphtháחh legatos ad Regem filiorũ עAmmón hiſce mandatis, ″Quid mihi & tibi, quòd veniſti coram me vt pugnes contra terram meam?

Petit Iephte per nuntios ab Ammonitis quare Iſraelitas affligant.

13 Dixítque Rex filiorum עAmmón ad legatos Iphtháחh, Quia tulit Iשraאél terram meam quãdo aſcendit ex AEgypto, ab Arnón vſque ad Iabbóc, & vſque ad Iardén: nunc ergo redde eas″cũ pace.

14 ″Rurſum autẽ Iphtháחh miſit legatos ad Regẽ filiorũ עAmmón:

15 ″Dixítque ei, Sic dixit Iphtháחh, Non cepit Iשraאél terrã Moáb, neque *terram* filiorum עAmmón:

Ammon repetit terras ſuas ab Iſraelitis poſſeſſas.

16 ″Sed quũ aſcenderent ex AEgypto, per ambulauit Iשraאél per deſertum vſque ad mare סSuph, & peruenit in Cadéש.

17 Miſítque Iשraאél legatos ad Regem אEdóm, dicendo, ″Tranſeam obſecro per terram tuam. Et non″audiuit Rex אEdóm. miſit quoque ad Regem Moáb *legatos*: & noluit. manſit itaque Iשraאél in Cadéש.

18 Quúmque proficiſceretur per deſertum, circuiuit terram אEdóm & terram Moáb: deuenítque″ab Ortu ſolis terræ Moáb, & caſtrametati ſunt citra Arnón: nec intrauerunt terminum Moáb: Arnón enim eſt terminus Moáb.

19 ″Propterea miſit Iשraאél legatos ad סSiחhón regem אEmoræũ & Regem חHexbón: ″& dixit ei Iשraאél, ″Tranſeam obſecro per terram tuam vſque ad locum noſtrum.

20 ″Et non fidit סSiחhón Iשraאeli vt tranſiret per terminũ ſuum, ſed congregauit סSiחhón vniuerſum populum ſuum, & caſtrametati ſunt in Iaháys, & pugnauit contra Iשraאelem.

21 Tradidítque Iehouáh Deus Iשraאél סSiחón & vniuerſum populum eius in manu Iשraאél, & percuſſerunt eos: poſſedítque Iשraאél totam terram אEmoræi habitatoris illius terræ.

22 Poſſederunt inſuper″omnem terminum אEmoræi ab Arnón vſque ad Iabbóc, & à deſerto vſque ad Iardén.

23 ″Nunc ergo Iehouáh Deus Iשraאél eiecit אEmoræum à facie populi ſui Iשraאél, & tu poſſidebis eum?

24 ″Nónne quod poſſidendũ dederit tibi Chemóש deus tuus, illud poſſidebis? ″Sic quicquid expulerit Iehouáh Deus noſter à facie noſtra, illud poſſidebimus.

25 Et nunc, ″num multo præſtantior es Balác filio xSippór rege Moáb? ″nũquid iurgãdo iurgatus eſt cũ Iשraאele? annõ pugnãdo

11 Loquutúſque *eſt*, &c. וידבר .i. recenſuit omnia verba ſuprà dicta, & conditiones prædictas. Coram Ieho. in Mi. לפני יהוה במצפה: .i. pro concione, ſiue audiente populo in Miſpah vbi erant congregati. 12 Quid mihi & tibi, &c. מה לי ולך Hebraiſmus, Quid mihi & tecũ, id eſt, Quid mihi negotii tecum, quòd ad me veniſti, & bellum infers patriæ meæ? q.d. nihil habeo tecum cõmune, quòd inuaſeris me, & oppugnaueris patriam meam. 13 Cum pace. בשלום: .i. pacificè, & ſine bello. 14 Rurſum autem, &c. ויוסף עוד יפתח וישלח Ad verbum, Et addidit Iphtháחh, & miſit, &c. 15 Dixitque ויאמר ſub. per legatos qui habebant orationem.

16 Sed quum aſcenderent כי בעלותם Sed quum egrederentur. Vel, Quandoquidem quũ egreſſus eſſet. Sing. Heb. pro plur.

17 Tranſeam obſecro &c. אעברה נא בארצך .i. liceat mihi quæſo tranſire per patriam tuam. Audiuit שמע acquieuit.

18 Ab Ortu ſolis ממזרח שמש .i. ad finẽ terræ. Moab, qui quidẽ reſpiciebat Ortũ ſolis. 19 Propterea miſit וישלח Miſit itaque. Ad verbum, Et miſit. Tranſeam obſecro &c. נעברה נא Plur. Heb. Tranſeamus quæſo per terram tuam vſque ad locum noſtrum. i. fac nobis poteſtatem tranſeundi per patriam tuam in terram quam Deus pollicitus eſt Patribus noſtris.

20 Et non fidit, &c. ולא האמין .i. Non tantum credidit Sihon Iſraeli vt ſineret eum tranſire per patriam ſuam.

22 Omnem ter. את כל גבול omnes fines. vniuerſam regionem. 23 Nunc ergo, &c. ועתה יהוה וגו׳ Quum ergo Iehouáh Deus Iſrael expulerit Amorrhæos ſub aduentũ noſtrum, túne debes tibi vendicare eam patriã? Non certé. 24 Nónne, &c. הלא את אשר וגו׳ Loquitur iuxta opinionem ipſius Sihon. q.d. Nónne cuius dederit tibi dominium Chamos deus tuus, dices illud tuum eſſe? Sic eadem ratione omnẽ quem expulerit Dominus, id eſt patriam eorũ quos expulerimus authore Deo noſtro, illã poſſidebimus. Sic quicquid ואת כל אשר וגו׳ Ad verbum, & omne quod, &c. 25 Num multo præſt. הטוב טוב Ad verbum, num bonus bonus es? Hebraiſmus, pro, an melior? Nunquid iurgando iurg. הרב רב Nunquid rixando rixatus eſt, &c. q.d. nunquid prima iſta eſt ab eo controuerſia?

gnauit contra eos?

26 Quum habitaret Iשſraאél in חHeשſbón, & in viculis eius, & in yAroyer, & viculis eius, & in omnibus ciuitatibus quæ ſunt iuxta terminos Arnón trecentis annis, cur non ″eruiſtis in tempore illo?

27 ″Ego autem non peccaui in te, & tu ″facis mihi malum, pugnando contra me: iudicet Iehouáh ″iudex hodie inter filios Iשſraאél & filios yAmmón.

Ammonitæ ſuperbi.

28 Et non audiuit Rex filiorum yAmmón verba Iphtháחh ″quæ miſit ad eum.

Spiritu Dei acceſus Iephte, inuadit Ammonitas.

29 ″Fuit autem ſuper Iphtháחh Spiritus Iehouæ, & trãſiuit Gilyád & Menaשſſéh, pertranſiuit item Mixſpéh Gilyád, & de Mixſpéh Gilyád ″tranſiuit *ad* filios yAmmón.

Votum Iephte.

30 Vouítque Iphtháחh votum Iehouæ, & ait, Si tradendo tradideris filios yAmmón in manum meam,

31 ″Egrediens quod egreſſũ fuerit è foribus domus meæ in occurſum meum, quũ reuertar ″in pace à filiis yAmmón, ″erit Iehouæ, ″aut offeram illud *in* holocauſtum.

Vincuntur Ammonitæ ab Iephte,

32 Tranſiuit itaque Iphtháחh ad filios yAmmón vt præliaretur cõtra illos, tradidítque eos Iehouáh in manum eius.

33 Et percuſſit eos ab yAroyér vſquequo venias in Minnith, ″viginti vrbes, & vſque ad ″אAbél vinearum ″plaga magna valde: humiliatíque ſunt filii yAmmón à conſpectu filiorum Iשſraאél.

Iephte reuerteti occurrit filia ipſius.

34 ″Veniente autẽ Iphtháחh in Mixſpháh ad domum ſuam, en filia eius egreditur in occurſum eius cum tympanis & choris: & tantũ ipſa ″vnica: non erat ei ″ex ſe filius *alius*, vel filia *alia*.

35 Fuit autẽ quum vidiſſet eam, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Aháh filia mi ″incuruando incuruaſti me, & tu ″es inter turbantes me: ″etenim aperui os meum ad Iehouam, nec potero retractare.

36 Cui illa reſpondit, Pater mi ſi ″aperuiſti os tuum Iehouæ, fac mihi quemadmodum egreſſum eſt ex ore tuo, poſteaquam fecit tibi Iehouáh vltiones de inimicis tuis de filiis yAmmón.

37 Dixit præterea patri ſuo, ″Fiat mihi hoc: dimitte me duobus menſihus, vt eam, ″& deſcendam ſuper mõtes, ″ac fleam ſuper virginitate mea ego ″& amicæ meæ.

38 Ille ait, Vade. Dimiſítque eam duobus mẽſibus: abiit ergo ipſa, & amicæ eius, & fleuit ſuper virginitate ſua ſuper montes.

gnauerit contra eum,

26 Quando habitauit in Heſebon & viculis eius, & in Aroer & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Arnõ per trecẽtos annos: quare tãto tẽpore nihil ſuper hac repetitiõe tẽtaſtis?

27 Igitur nõ ego pecco in te, ſed tu cõtra me malè agis, indicẽs mihi bella nõ iuſta. iudicet Dominus arbiter huius diei inter Iſrael & inter filios Ammon.

28 Noluitque acquieſcere Rex filiorũ Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat.

F

29 Factus eſt ergo ſuper Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manaſſe, Maſpha quoque Galaad, & inde tranſiens ad filios Ammon,

30 Votũ vouit Domino, dicẽs, Si tradideris filios Ammõ in manus meas:

31 Quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino.

32 Tranſiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnarent contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius.

33 Percuſſitque ab Aroer vſque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vſque ad Abel, quæ eſt vineis conſita, plaga magna nimis: humiliatique ſunt filii Ammon à filiis Iſrael.

34 Reuertenti autem Iephte in Maſpha domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cũ tympanis & choris: non enim habebat alios liberos.

35 Qua viſa, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Heu me filia mi, decepiſti me, & ipſa decepta es, aperui enim os meũ ad Dominum, & aliud facere non potero.

G

36 Cui illa reſpondit, Pater mi, ſi aperuiſti os tuũ ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, cõceſſa tibi vltione atque victoria de hoſtibus tuis.

37 Dixitque ad patrem, Hoc ſolũ mihi præſta quod deprecor, dimitte me vt duobus menſibus circumeã montes, & plangam virginitatem meam cùm ſodalibus meis.

38 Cui ille reſpõdit, Vade. Et dimiſit eã duobus menſibus. quúmque abiiſſet cũ ſociis ac ſodalibus ſuis, flebat virginitatem ſuam in montibus.

---

26 Eruiſtis הצלתם eripuiſtis. i. quare non tentaſtis recipere, ſiue recuperare eas vrbes tanto temporis ſpatio?

27 Ego autem, &c. ואנכי לא־חטאתי. i. Quũ ego non peccauerim contra te, reddis mihi malũ. Facis mihi malum, עושה אתי רעה iniquè agis contra me. Iudex hodie, &c. השופט היום בין וגו׳. i. Deus qui eſt iuſtus iudex, iudicet de cauſa ac cõtrouerſia quæ nunc eſt inter Iſraelitas & Ammonitas. 28 Quæ miſit ad eũ.: אשר שלח אליו: ſub. per legatos. i. quæ per legatos ei mandauerat. 29 Fuit autẽ ſuper, &c. ותהי על־יפתח רוח יהוה Hebraiſmus, Cœpit agi ſiue duci Spiritu Domini. hoc eſt Actus Spiritu Dei pertrãſiit, &c. Chaldæus paraph. Spiritũ fortitudinis vertit. q.d. effecit Dominus vt ille forti animo inuaderet ipſos Ammonitas. Trãſiuit *ad* fi. yAm. עבר בני עמון: i. vt inuaderet ipſos Ammonitas. 31 Egrediẽs quod egreſſum f. והיה היוצא אשר יצא Ad verbũ, Et erit, egrediẽs quod egreſſum fuerit. i. animal quod egredietur mihi obuiã, vel qui primus è familia mea egredietur mihi victori obuiã. In pace בשלום. i. incolumis, victis Ammonitis. Erit Iehouæ, והיה ליהוה. i. conſecrabitur Iehouæ, dicabitur cultui Diuino. hoc eſt perpetuò ſeruiet Iehouæ. Aut offerã illud *in* hol. והעליתיהו עולה: Hic ו pro aut poſitum. cõſecrabitur, inquit, aut immolabitur, ſi immolari poſſit. Votum iſtud eſt conditionale, ſub diſiunctione: nam homines non ſacrificabantur Domino, nec id Deus vult. nec eſt anáthema: nam hoc fiebat imperante Domino.

33 Viginti vrbes, עשרים עיר *in* viginti vrbibus. i. expugnauit in ea regione viginti vrbes. אAbel אבל Quidam tãquam appellatiuum vertunt, planitiem vinearum. vel campeſtria. Plaga magna valde: מכה גדולה מאד q.d. ex eis reportauit inſignem victoriam.

34 Veniente autem Iphtháחh ויבא יפתח Ad verbum, Et venit Iphtháחh, pro Quum autem reuerteretur Iephthe. Vnica: יחידה ſolitaria. ſola. ſub. erat illi. i. eam ſolam tantùm habebat. Ex ſe ממנו Alii vertunt, ex ea. q.d. quæ filia nullos liberos habebat.

35 Incuruando incuruaſti me, הכרע הכרעתני deprimendo depreſſiſti me. Vel, humiliando humiliaſti me. q.d. eram nuper elatus ea victoria quam reportaueram de Ammonitis ſuperatis: tu verò depreſſiſti me, imò verò prorſus perdidiſti ac exterminaſti: actum eſt de poſteritate mea. Es inter turbãtes me: היית בעוכרי Præt. Heb. pro præſ. i. tu es de numero eorũ qui me turbant & exterminãt. Etenim aperui, &c. ואנכי פציתי פי אל־יהוה quũ ego aperuerim os meum ad Iehouã. Vel, ego enim aperui, &c. Ad verbum, & ego aperui, &c. Aperire os ſuũ Domino, pro vouere. Hebraiſmus. 36 Aperuiſti os tuum, &c. פציתה את־פיך וגו׳ Hebraiſmus, Si voueris aliquid Domino, fac de me vt vouiſti, poſteaquam vltus eſt te Dominus de inimicis tuis, videlicet Ammonitis. 37 Fiat mihi hoc: יעשה לי הדבר הזה i.. concedatur hoc mihi.

Et deſcendam וירדתי Ita dicit quòd (vt ait doctus inter Hebræos) domus Iephthe eſſet in arduo monte, vnde oporteret deſcendere: aut quòd interceſſerit vallis inter domum eius & montem. Alii, deſcendam ſuper montes, exponunt, pergam in montes. Ac fleam ſuper virginitate m. ואבכה על־בתולי. i. deplorem virginitatem meam quam perpetuò ſeruatura ſum. Virgines enim quæ vouebantur Deo, non tradebantur nuptum, ſed recludebantur. Sequenti verſu dicitur, Neque cognouit virum. Et amicæ meæ. ורעותי: & ſodales meæ. vel, ſociæ.

39 Expletiſque duobus menſibus, reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei ſicut voluerat: quæ ignorabat virum. exinde mos increuit in Iſrael, & conſuetudo ſeruata eſt,

40 Vt poſt anni circulum conueniant in vnum filiæ Iſrael, & plangant filiã Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

Cap. XII.

1 ECce autẽ in Ephráim orta eſt ſeditio: nam tranſeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte, Quare vadens ad pugnã, contra filios Ammon, vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecũ? igitur incendemus te & domum tuam.

2 Quibus ille reſpondit, Diſceptatio erat mihi & populo meo cõtra filios Ammon vehemens: vocauique vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis.

3 Quod cernẽs, poſui animam meã in manibus meis, trãſiuique ad filios B Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. quid cõmerui, vt aduerſum me conſurgatis in prælium?

4 Vocatis itaque ad ſe cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephráim: percuſſeruntq; viri Galaad Ephráim, quia dixerat, Fugitiuus eſt Galaad de Ephráim, & habitabat in medio Ephraim & Manaſſe.

5 Occupauerúntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephráim reuerſurus erat: quúmque veniſſet ad ea de Ephráim numero, fugiens, atque dixiſſet, Obſecro vt me trãſire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid C Ephratæus es? Quo dicẽte, Nõ ſum:

6 Interrogabant eũ, Dic ergo Schibbóleth, quod ĩterpretatur ſpica. Qui reſpondebat, Sibbóleth: eadem litera ſpicã exprimere nõ valẽs. ſtatimque apprehẽſum iugulabãt in ipſo Iordanis trãſitu. & ceciderũt in illo tẽpore de Ephráim quadraginta duo millia.

7 Iudicauit itaque Iephte Galaadítes Iſrael ſex annis: & mortuus eſt ac ſepultus in ciuitate ſua Galaad.

8 Poſt hunc iudicauit Iſrael Abeſan de Beth-léhem.

9 Qui habuit triginta filios, & totidẽ filias: quas emittẽs foras, maritis dedit, & eiuſdẽ numeri filiis ſuis accepit vxores, introducẽs in domũ ſuã. D qui ſeptem annis iudicauit Iſrael.

10 Mortuúſque eſt, ac ſepultus in Bethléhem.

11 Cui ſucceſſit Elon Zabulonites: & iudicauit Iſrael decem annis.

12 Mortuûſque eſt ac ſepultus in Zabulon.

39 ʹCirca finem autem duorum mẽſium reuerſa eſt ad patrem ſuũ, ʹ& fecit de ea votum ſuum quod vouerat: itaque ea ʺnon cognouerat virum. ʹ& fuit in conſuetudinem in Iשſraאél,

40 ʹAnnuatim ʹibant filiæ Iשſraאél ʺvt alloquerentur filiam Iphthánh Gilyaditæ quatuor diebus in anno.

Cap. XII.

1 CʹOngregati ſunt autem viri אEphráim, ʹ& tranſierunt ad Aquilonem, dixerúntque ad Iphthánh, Quare tranſiſti ad pugnandum contra filios yAmmón, & non vocaſti nos vt pergeremus tecum? domum tuam ʺ& te comburemus igni.

Seditio Ephráim contra Iephte.

2 Et dixit Iphthánh ad eos, ʺVir rixæ fui ego ac popul9 meus, & filii yAmmón valde: vocauíque vos, & nõ ſeruaſtis me è manu eorũ.

3 ʹVidens verò quòd non ſeruaretis, poſui animam meã in manu mea, ac tranſiui ad filios yAmmón, & tradidit eos Iehouáh in manum meam: ſed vt quid aſcendiſtis ad me die hac ad pugnandum contra me?

Pugna Iephtè cõtra Ephráim.

4 Congregauit itaque Iphthánh omnes viros Gilyád, & pugnauit cũ אEphráim: & percuſſerunt viri Gilyád ipſum אEphráim, ʹquòd dixiſſent abiecti אEphráim, Eſtis Gilyád in medio אEphráim & in medio Menaשſſéh.

5 ʹEt cepit Gilyád vada Iardén ipſi אEphráim. & fuit, quando dicebant ʺfugitiui אEphráim, Tranſeã: dicebãt ei viri Gilyád, Num אEphrathæus es? ʺSi dicebat, Non:

6 Tum dicebant ei, Dic nunc ʺשSibóleth. *ille* autem dicebat, סSibóleth: nec ʹrectè poterat loqui ſic. tum apprehenſo eo iugulabãt eum in vadis Iardén. ʺ& ceciderunt tempore illo de אEphráim quadraginta duo millia.

7 ʺIudicauit autem Iphthánh Iשſraאelẽ ſex annis, & mortuus eſt Iphthánh Gilaydites, ac ſepultus eſt in *una ex* ciuitatibus Gilyád.

Moritur Iephte.

8 Iudicauit autem poſt eum Iשſraאelẽ אIbצſán de Beth-léhnem.

Abeſan iudicat Iſraelem.

9 Et fuerunt ei triginta filii: & triginta filias ʺmiſit foras: ac triginta ʹfilias introduxit filiis ſuis déforis: iudicauítque Iשſraאelem ſeptem annis.

10 Mortuus eſt autem אIbצſán, ac ſepultus eſt in Beth-lénhem.

11 Et iudicauit poſt eum Iשſraאelem אי Elón Zebulonites: iudicauítque Iשſraאelem decem annis.

Elon ſuccedit.

12 Et mortuus eſt אי Elón Zebulonites, ac ſepultus eſt in Aialón in terra Zebulún.

39 Circa finem autem, &c. ויהי מקץ שנים חדשים Exacto autem ſpatio duorũ annorum. Et fecit de ea, &c. ויעש לה את־נדרו .i. adimpleuit in ea quod vouerat. hoc eſt, dicauit eam cultui Diuino. Non cognouerat virum, לא־ידעה איש .i. perpetuò ſeruauit virginitatem. Et fuit in conſuet. ותהי־חוק .i. inde inoleuit conſuetudo, quæ ſequenti verſu ſcribitur. 40 Annuatim מימים ימימה Ad verbũ, de diebus in dies. hoc eſt de anno in annum. i. quotannis. Ibant תלכנה Fut. per præt. imperf. vertendũ. i. ire ſolebant, vel accedere. Vt alloquerentur לתנות vt colloquerentur, vt conſolarentur: quòd ſcilicet coacta eſſet propter votum patris ſeruare virginitatẽ. Alii vertunt, ad lamentandũ ſiue plangendum. aut, vt plangerent eam.

IN CAPVT XII.

1 Congregati ſunt autem viri Eph. ויצעק איש אפרים Singul. Hebr. pro plur. Conuocati ſunt autem viri, &c. Et tranſierunt ויעבור .i. tranſmiſſo Iordane perrexerunt ad Septentrionem. Et te comburemus שורוף עליו באש Ad verbum, comburemus ſuper te in igne. 2 Vir rixæ fui, &c. איש ריב הייתי Hebraiſmus, Controuerſia magna orta eſt inter me populareſque meos, & Ammonitas: & implorai opẽ veſtram, ſed noluiſtis mihi ferre opẽ contra illos. 3 Videns verò quòd, &c. ואראה כי אינך מושיע וגו׳ Ad verbum, Et vidi quòd tu ſeruator non eſſes, &c. Hebraiſmus, Quum autẽ vidiſſem quòd nolletis ferre mihi auxilium, expoſui vitã meam periculo, & paraui expeditionem in Ammonitas: ac ita factum eſt vt authore Deo venirent in poteſtatẽ meam. quid ergo commerui vt moueretis hodie bellum aduerſum me? 4 Quòd dixiſſent, abiecti כי אמרו פליטי .i. quòd dicere ſoliti eſſent antea abiectiſſimi quique & peſſimi ex Ephraim, Vos eſtis qui habitatis Galaad. q. d. nihil aliud eſtis quàm Galaaditæ habitantes inter Manaſſe & Ephraim. Gallicè, *Vous eſtes Galaadites pour tout potage.* eſtis homines obſcuri & ignobiles, ac nullius nominis, habitantes inter duas tribus clariſſimas & nobiliſſimas, ac maximi nominis. 5 Et cepit וילכוד Et occupauit. parta ſcilicet victoria, ne recipere poſſent ſeſe in patriam ſuam. q. d præcluſit illis tranſitũ per vada Iordanis. Fugitiui פליטי Ad verbum, euaſores. i. qui ex Ephraim fugerant & euaſerant è prælio incolumes. hoc eſt, Quúmque diceret aliquis ex illis, Tranſeam: i. liceat mihi tranſire: tum dicebant, &c. Si dicebat, ויאמר Ad verbum, Et dicebat. ʺ6 שSiboleth, שבולת Hæc dictio ſignificat decurſum aquarum, ſiue locum per quẽ defluunt aquæ cum impetu. ex re igitur præſente tentabant eos. Significat etiam ſpicam. סSibóleth: סבולת Iſtud ס vt quibuſdam placet, proferebatur vt ש cum puncto in ſiniſtro cornu, hoc eſt vt ſ noſtrum inter duas vocales in medio dictionis, tanquam pronuntiares, Ziboleth per z: quum fuiſſet pronuntiandum vt pronuntiamus ſ in principio dictionis, Siboleth. Rectè poterat יכין Ad verbum, rectificabat. i. non exactè proferebat vt proponebatur illi. Et ceciderũt ויפול Sing. Heb. pro plur. cecidit. ſub. numerus. 7 Iudicauit autẽ וישפוט .i. rẽpublicam Iſraelis adminiſtrauit, non more Regis, aut tyranni, ſed more Iudicis ac cõſultoris. 9 Miſit foras: שלחהחוצה .i. locauit viris. Filias בנות .i. nurus. q. d. totidẽ filias tradidit filiis ſuis.

Poſt quẽ, Abdõ.

13 Et poſt eũ iudicauit Iשſraאél, עAbdón fili⁹ Hillél Piryathonites.

14 Hic habuit quadraginta filios, & triginta filios filiorum equitantes ſuper ſeptuagintaʹpullos : iudicauítque Iשſraאelẽ octo annis.

15 Mortuus eſt autem עAbdón filius Hillél Piryathonites, ac ſepultus eſt in Piryathón, in terra אEphráim, in monte עAmalecitarũ.

Cap. XIII.

Idololatræ filii Iſrael traduntur Philiſthæis.

1 AʹDdiderunt præterea filii Iשſraאél facere malum in oculis Iehouæ, tradidítque eos Iehouáh in manum Peliשſthinorum quadraginta annis.

Samſonis natiuitas prænũtiatur matri eius.

2 Fuit autem vir quidã vnus de צSoryáh, de familia Danitarum, ʹnomine Manóaחh: cuius vxor erat ſterilis, nec pepererat.

3 Apparuítque Angelus Iehouæ mulieri, & dixit ei, Ecce nunc es ſterilis, nec peperiſti: concipies autem, & paries filium.

4 Nunc igitur caue bibas vinum, aut שSéchar, & ne comedas vllum immundum:

Samſõ nazaræus liberaturus Iſraelem.

5 Quia ecce ʹprægnans *eris*, pariéſque filium: ʹ& nouacula non aſcendet ſuper caput eius, quiaʹneziræus Dei erit puer ab vtero: & ipſe incipiet ſeruare Iשſraאelem de manu Peliשſthinorum.

6 Venítque mulier, & dixit *hæc* viro ſuo, his verbis, Vir *quidam* Dei venit ad me, cuius aſpectus erat tãquam aſpectus Angeli Dei, ʹterribilis valde : & non interrogaui eum vndenam eſſet, neque nomen ſuum indicauit mihi.

7 Dixítque mihi, Ecce prægnans eris, & paries filium: nunc ergo ne bibas vinum aut שſechár, neque comedas vllum immundum: quia neziræus Dei erit puerʹab vtero, vſque ad diem mortis ſuæ.

Petit Manue quid agere debeat de filio naſcituro.

8 Orauit itaque Manóaחh Iehouam, & ait, Obſecro domine mi, vir Dei quẽ miſiſti, veniat quæſo iterum ad nos, doceátque nos quid faciamus puero naſcituro.

Apparet angelus Manue.

9 Exaudiuit autem Deus vocẽ Manóaחh: venit nanque Angelus Dei iterum ad mulierem illam, & ipſa ſedebat in agro: Manóaחh autem vir eius non erat cum ea.

10 Feſtinans itaque mulier, cucurrit, & nuntiauit viro ſuo, dicens ei, Ecce viſus eſt mihi vir ille qui venerat hodie ad me.

11 ʹSurgens verò Manóaחh, venit poſt vxorem ſuam : & accedens ad virum, ait illi, Túne es vir ille qui loquutus erat mulieri? Et ait, Sum.

12 Dixítque Manóaחh, ʹNunc veniat ſermo tuus, *ſed* quodnam eritʹiudicium pueri, & opus eius?

13 Reſpondit Angelus Iehouæ ipſi Manóaחh, Ab omnibus quæ dixi mulieri, caueat,

14 De vllo ʹquod egreditur de vite vini, ne comedat, id eſt vinũ aut שſechár ne bibat, neque vllum immundum comedat: quicquid præcepi ei, cuſtodiat.

15 Dixítq; Manóaחh ad Angelũ Iehouæ, ʹRemoremur quæſo te, &

13 Poſt hunc iudicauit Iſrael Abdon, filius Ellel Pharathonites:

14 Qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarũ, & iudicauit Iſrael octo annis.

15 Mortuúſque eſt ac ſepultus in Pharathon terræ Ephráim, in monte Amalec.

Cap. XIII.

1 RVrſúmque filii Iſrael fecerũt malum in cõſpectu Domini, qui tradidit eos in manus Philiſthinorum quadraginta annis.

2 Erat autem quidã vir de Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habẽs vxorem ſterilem.

3 Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & abſque liberis: ſed concipies, & paries filium.

4 Caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas:

5 Quia concipies, & paries filũ, ¦ cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia ſua & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſthinorum,

Nume. 6. a. 5

6 Quæ quũ veniſſet ad maritum ſuũ. dixit ei, Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem quum interrogaſſẽ quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere:

B

7 Sed hoc reſpondit, Ecce cõcipies, & paries filium : caue ne vinũ bibas nec ſicerã, & ne aliquo veſcaris immũdo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ.

8 Orauit itaque Manue Dominum, & ait, Obſecro Domine vt vir Dei quem miſiſti, veniat iterũ, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui naſciturus eſt.

9 Exaudiuitque Deus deprecantem Manue, & apparuit rurſum Angelus Dei vxori eius ſedenti in agro : Manue autẽ maritus eius non erat cum ea. quæ quum vidiſſet Angelum,

10 Feſtinauit, & cucurrit ad virũ ſuũ: nuntiauitque ei, dicẽs, Ecce apparuit mihi vir quem antè videram.

11 Qui ſurrexit, & ſequutus eſt vxorẽ ſuam: veniénſque ad virũ, dixit ei, Tu es qui loquutus es mulieri? Et ille reſpondit, Ego ſum.

C

12 Cui Manue, Quãdo, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit?

13 Dixitque Angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ loquutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe:

14 Et quicquid ex vinea naſcitur, nõ comedat, vinum & ſicerã non bibat, nullo veſcatur immundo : & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat.

15 Dixitque Manue ad Angelum Domini, Obſecro te vt acquieſcas pre-

---

14 Pullos: עירים ſub. aſinarum, vel equorum. i. equos iuuenes & alacres. q. d. fuit etiam benedictus in prole numeroſa: nam habuit quadraginta filios, & triginta nepotes, omnes equeſtris ordinis.

IN CAPVT XIII.

1 Addiderunt præterea, &c. ויוסיפו וגו׳. i. rurſum autem perpetrarunt rem ingratam Domino omnia intuenti.
2 Nomine, &c. ושמו וגו׳ Ad verbum, & nomen eius Manóaחh, & vxor eius ſterilis, & non peperit. i. quæ hactenus non pepererat.
5 Prægnans eris, הרה concipies. ſic paulo anté. Et nouacula non aſcendet ומורה לא יעלה & nouaculã non faciet aſcendere. ſub. tonſor. i. nouacula non radentur capilli capitis eius. Neziræus נזיר Vide Nume. 6. a. 2. 6 Terribilis valde: נורא מאר. i. mirum in modum erat facie veneranda. 7 Ab vtero, מן הבטן. i. ab ortu. ſiue natiuitate. 11 Surgens verò, &c. ויקם וילך מנוח אחרי אשתו Qui ſtatim ſequutus eſt vxorem ſuam. 12 Nunc veniat ſer t. עתה יבוא דבריך Hebraiſmus, ita eueniat vt prædixiſti. Iudiciũ pueri, &c. משפט הנער ומעשהו ius pueri & opus eius. i. quænã erit ratio educationis pueri: ſiue qua ratione educabitur puer iſte: & quid illi faciemus? i. quomodo tractabimus eum? 14 Quod egreditur de vite vini, אשר יצא מגפן היין. i. quod producit vitis quæ fert vinũ. Cuſtodiat. תשמור; ſeruabit. q. d. in ſũma, cauebit ab omnibus quæ prohibui illi. 15 Remoremur נעצרה Detineamus. q. d. ſubſiſtito hîc aliquãtiſper.

cibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.

16 Cui reſpondit Angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue quòd Angelus Domini eſſet.

17 Dixitque ad eum, Quod eſt tibi nomen, vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te?

18 Cui ille reſpondit, Cur quæris nomen meum, quod eſt admirabile?

19 Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram, offerens Domino qui facit mirabilia: ipſe autem & vxor eius intuebantur.

D 20 Quúmque aſcẽderet flamma altaris in cælũ, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Quod quũ vidiſſent Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram,

21 Et vltrà eis non apparuit Angelus Domini, ſtatimque intellexit Manue Angelum Domini eſſe,

22 Et dixit ad vxorẽ ſuam, Morte moriemur, quia vidimus Deum.

23 Cui reſpondit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta, non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neque ea quæ ſunt ventura, dixiſſet.

24 Peperit itaque filium, & vocauit nomẽ eius Samſon. creuitque puer, & benedixit ei Dominus.

25 Cœpitque Spiritus Domini eſſe cũ eo in Caſtris Dan inter Saraa & Eſthaol.

Cap. XIIII.

1 DEſcendit ergo Samſon in Thãnátha: vidénſque ibi mulierẽ de filiabus Philiſthiim,

2 Aſcendit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem.

3 Cui dixerunt pater & mater ſua, Nunquid nõ eſt mulier in filiabus fratrum tuorũ, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim qui incircũciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum, Hãc mihi accipe: quia placuit oculis meis.

4 Parentes autẽ eius neſciebãt quòd res à Domino fieret, & quæreret occaſionem cõtra Philiſthiim: eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli.

5 Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnátha: quũque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei.

B 6 Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem, quaſi

præparabimus coram te hœdum caprarum.

16 Reſpondit autem Angelus Iehouæ ipſe Manóaחh, Etiãſi moratus fueris me, non *tamen* comedam de pane tuo: ſi verò feceris holocauſtũ, ʺIehouæ offeras illud. ʹNõ enim ſciebat Manóaחh quòd eſſet Angelus Iehouæ.

Angelus nõ vult ſibi offerri hoocauſtũ, ſed Deo.

17 Dixit ergo Manóaחh ad Angelũ Iehouæ, ʹQuod eſt nomen tuũ, ʹvt quum euenerit verbum tuum, honore proſequamur te?

18 Cui reſpondit Angelus Iehouæ, ʹVtquid interrogas de nomine meo ʺquum ſit occultum?

19 Tulit itaque Manóaחh hœdum caprarum, ʹ& oblationem, & obtulit ſuper petram Iehouæ: ʹ& miraculum fecit, Manóaחh & vxore eius intuentibus.

Manue offert Deo holocauſtũ.

20 Quum autem aſcenderet flamma de altari in cælum, aſcendit Angelus Iehouæ in flamma altaris: Manóaחh autem & vxor eius intuebantur, & ceciderunt ſuper faciem ſuam in terram.

21 ʹEt vltrà non apparuit Angelus Iehouæ ipſi Manóaחh & vxori eius: tunc cognouit Manóaחh quòd Angelus Iehouæ eſſet.

22 Dixítque Manóaחh ad vxorem ſuã, Moriendo moriemur, quia Deum vidimus.

23 Cui reſpondit vxor ſua, Si voluiſſet Iehouáh occidere nos, non ſuſcepiſſet de manu noſtra holocauſtum & oblationem, nec oſtẽdiſſet nobis omnia hæc, ʺneque *hoc* tempore dixiſſet nobis talia.

24 Peperit itaque mulier filium, & vocauit nomẽ eius שSimשſón: creuítque puer, & benedixit ei Iehouáh.

Naſcitur Sãſon.

25 ʹCœpitque Spiritus Iehouæ roborare eum ʹin Caſtris Dan, inter צSoryáh & אEשſthaól.

Cap. XIIII.

1 DEſcendit autem שSimשſón in Thimnáth, vidítque mulierẽ in Thimnáth de filiabus Peliשſthinorum:

Samſon ducit vxorem de filiabus Philiſthiim.

2 ʹEt aſcendit, nuntiauítque patri ſuo ac matri ſuæ, & ait, Mulierem *quandam* vidi in Thimnáth de filiabus Peliשſthinorum: nunc ergo accipite eam mihi in vxorem.

3 Dixítque ei pater ſuus & mater ſua, Annon eſt inter filias fratrum tuorum, & in omni populo meo mulier: quòd tu vadis vt accipias vxorem ʹde Peliשſthinis incircunciſis? Reſpondit שSimשſón patri ſuo, Eam accipite mihi: quia ʺplacuit in oculis meis.

4 Pater verò eius & mater eius neſciebant quòd à Iehoua eſſet, quòd occaſionem quæreret ʹà Peliשſthæis: nam tempore illo dominabantur Peliשſthæi in Iשſraאél.

5 Deſcendit itaque שSimשſón & pater eius & mater eius in Thimnáth, venerũtque ad vineas Thimnáth, & ecce ʹcatulus leonum rugiens in occurſum eius.

Samſon leonis catulũ dilacerat.

6 ʹEt irruit in eum Spiritus Iehouæ, & diuiſit eum ſicut diuidi-

---

16 Iehouæ offeras illud. ליהוה תעלנה ſub. nõ mihi, nec idolis. Nõ enim ſciebat, &c. כי לא־ידע וגו' Hæc iungũtur præcedẽtis verſus verbis illis, Remoremur, &c. 17 Quod eſt nomen tuũ, מי שמך Cõciſus ſermo, pro מי אתה ומי שמך quis es, & quis vocaris? vel, pro מי אתה בשמך quis es nomine tuo? Vt quũ euenerit, &c. כי־יבא דבריך וכבדורך: Ad verbũ, quando venerit verbũ tuũ, [i. quod prædixiſti] & honore te proſequemur. 18 Vtquid למה זה Quamobrẽ. Quum ſit occultũ? והוא־פלאי: Ad verbũ, & ipſum occultũ? i. quũ non ſit familiare ac notũ hominibus? ſiue inter homines. 19 Et oblationem, ואת־המנחה & minhám. i. munus. Vide Exod. 30 b. 9. Et miraculum fecit, ומפלא Ad verbum, & mirificauit. ſub. Angelus. eduxit enim ignem de petra qui abſumeret hœdum, ſpectantibus & cernentibus Manoha & vxore.

21 Et vltrà non apparuit, &c. ולא־יסף עוד וגו' Ad verbum, Et non addidit vltrà Angelus Iehouæ vt conſpiceretur ipſi Manohæ. i. tunc diſparuit, nec poſtea viſus eſt ab illis. 23 Neque *hoc* tempore, &c. וכעת לא השמיענו כזאת: Ad verbum, & ſecundum tempus non feciſſet audire nos ſecundum hoc. i. non prædixiſſet nobis huiuſmodi. 25 Cœpitque Spiritus, &c. ותחל רוח וגו' Hebraiſmus, Donauit eum Iehoua robore. hoc eſt cœpit agi Spiritu Diuino. In Caſtris Dan, במחנה־דן in Maחhane Dan. i. Caſtra Dan, nomen loci, qui ita dictus fuit, quòd Danitæ, quum in vrbem Lais educerent exercitum, in eo caſtra poſuerint. qui quidem locus erat inter Sorah & Eſthaol.

IN CAPVT XIIII.

2 Et aſcendit, nuntiauitque ויעל ויגד .i. Qui quum reuerſus eſſet domum paternam, renuntiauit parentibus ſuis.
3 De Peliשſthinis מפלשתים .i. ex filiabus Philiſthinorum. Placuit in oculis m. ישרה בעיני: Hebraiſmus, ſummopere mihi placet.
4 A Peliשſthæis: מפלשתים ſub. deficiendi, & inuadendi illos. 5 Catulus leonũ כפיר אריות .i. catulus iam adultus leonis vel leænæ.
6 Et irruit in eũ ותצלח עליו Et inuaſit eũ. Et diuiſit eum ſicut diu. וישסעהו כשסע & diſcerpſit eum perinde atque diſcerperet hœdũ.

tur hœdus,″nec quicquam erat in manu eius:& non indicauit patri ſuo & matri ſuæ quod fecerat.

7 Deſcendit inquã,& loquutus eſt″mulieri quæ placuerat in oculis שSimשſón.

Mel cum apum examine in corpore leonis.

8 Reuerſus autem ′poſt dies *aliquot*, ′vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in cadauere leonis,″& mel.

9 ″Sumpſitque illud in manus ſuas,″& perrexit pergendo accomedendo:qui perueniẽs ad patrem ſuum & matrem ſuam, dedit eis, & comederunt:ſed non indicauit eis quòd de cadauere leonis ſumpſiſſet mel.

Nuptiæ Samſonis.

10 Deſcendítque pater eius ad mulierem:fecítque ibi שSimשſón conuiuium:ſic enim″faciebant iuuenes.

11 ′Quum autem vidiſſent eum,acceperunt triginta ſocios,&fuerunt cum eo.

Sãſon ſodalibus ſuis proponit ænigma de leone quẽ occiderat,in cuius cadauere mel enatum fuerat.

12 Dixítque eis שSimשſón, ′Proponam nũc vobis ænigma:ſi indicando indicaueritis illud mihi ſeptem diebus cõuiuii,″& inueneritis,dabo vobis triginta″linteamina,& triginta mutatorias veſtes:

13 Si verò non potueritis indicare mihi, dabitis vos mihi triginta linteamina, & triginta mutatorias veſtes. Qui reſponderunt ei, ″Propone ænigma tuum,& audiemus illud.

14 Dixítque eis, De comedẽte exiuit cibus, & de forti″egreſſa eſt dulcedo. Et non potuerunt indicare ænigma tribus diebus.

15 ′Fuit igitur, die ſeptima dixerunt vxori שSimשſón, ″Perſuade viro tuo vt indicet nobis ænigma, ″ne fortè cõburamus te, & domũ patris tui igni.″an vt poſſideret nos,vocaſti nos?″annon *ſic eſt?*

16 Fleuítque vxor שSimשſón apud eũ, & ait,Profectò ′odiſti me, & nõ diligis me:ænigma propoſuiſti″filiis populi mei,& *tamen* mihi nõ ″indicaſti. Qui ait illi, Ecce patri meo & matri meæ non indicaui,& tibi indicabo?

Vxori exponit ænigma.

17 Fleuit itaque apud eum ″ſeptem diebus quibus fuit eis conuiuium:fuit autẽ vt die ſeptima indicauerit ei,quia′coartabat eum: quæ indicauit′ænigma filiis populi ſui.

18 Dixerunt ergo ei viri ciuitatis die ſeptima, antequam occumberet ſol,Quid dulcius melle, & quid fortius leone?Qui dixit eis, Niſi araſſetis″in vitula mea,non inueniſſetis ænigma meum.

19 ″Et irruit in eum Spiritus Iehouæ, & deſcendit in Aשſcelón, & percuſſit″ex eis triginta viros:″exuuiáſque eorum tollens,dedit

hœdum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare.

Deſcenditque, & loquutus eſt mulieri quæ placuerat oculis eius.

Et poſt aliquot dies reuertẽs vt acciperet eam,declinauit vt videret cadauer leonis:& ecce examẽ apum in ore leonis erat ac fauus mellis.

Quem quũ ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: veniénſque ad patrem ſuum & matrem,dedit eis partẽ, qui & ipſi comederunt: nec tamẽ eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat.

Deſcendit itaque pater eius ad mulierem,& fecit filio ſuo Samſon conuiuium:ſic enim iuuenes facere conſueuerant.

Quum ergo ciues loci illius vidiſſent eum, dederũt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo.

C

Quibus loquutus eſt Samſon,Proponam vobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuii, dabo vobis triginta ſindones,& totidem tunicas:

Sin autem non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones,& eiuſdẽ numeri tunicas.Qui reſpõderũt ei,Propone problema,vt audiam⁹

Dixitque eis,De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propoſitionem ſoluere.

Quúmque adeſſet dies ſeptimus,dixerunt ad vxorem Samſon,Blandire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema: quod ſi facere nolueris, incendemus te & domum patris tui. an idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis?

Quæ fundebat apud Sãſon lachrymas, & querebatur dicens, Odiſti me,& non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filiis populi mei,nõ vis mihi exponere. At ille reſpondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero?

D.

Septem igitur diebus conuiuii flebat ante eũ:tandémque die ſeptimo, quum ei eſſet moleſta,expoſuit: quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis.

Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum,Quid dulcius melle, & quid fortius leone?Qui ait ad eos, Si non araſſetis in vitula mea, nõ inueniſſetis propoſitionem meam.

Irruit itaque in eum Spiritus Domini,deſcenditque Aſcalonẽ, & percuſſit ibi triginta viros:quorum abla-

---

Nec quicquã,&c. ומאומה אין בידו & nihil erat in manu eius. i.quũ careret omnibus armis, nec quicquam haberet quo ſe tueretur contra
leonem. 7 Mulieri לאשה de muliere.i.verba habuit de muliere apud parentes illius. 8 Poſt dies מימים Quidã Hebræorũ
exponunt,poſt annum. Vt acciperet eam לקחתה.i.vt duceret eam in vxorẽ quam antea deſponſauerat. Et mel. ודבש: .i.fauus mellis.
9 Sumpſitque illud in ma. וירדהו אל־כפיו .i.manibus ſuis auulſit à cadauere. Et perrexit perg. ac com. וילך הלוך ואכול.i.inter eun-
dum comedit de fauo. 10 Faciebant יעשו facere ſolebant iuuenes qui ducebant vxores.Fut.Heb.quod per imperfectum redditur.
11 Quum autẽ vidiſſent e. ויהי כראותם Ad verbũ,Et fuit,quũ vidiſſẽt eũ.ſub.ciues eius vrbis,dederũt illi triginta ſodales qui illi adeſſent.
12 Proponã,&c. אחודה־נא לכם חידה Ad verbũ, Ænigmaticè nũc vobis loquar ænigma.ſub.vnũ.vel problema ænigmaticũ. Et inue-
neritis,ומצאתם ſub.ſolutionem eius. Linteamina, סדינים ſindones.Hebræi exponunt,linteũ tam nocturnum quàm diurnũ, quo operimur
nocte vel die. 14 Egreſſa eſt dulcedo. יצא מתוק egreſſum eſt dulce. i.res dulcis.
15 Fuit igitur,die ſeptima ויהי ביום השביעי Ad verbum,Et fuit,die ſeptima hebdomadis ſcilicet.id eſt die quarto à propoſito ænigmate.in-
cidebat enim ſabbathum die quarto conuiuii. Perſuade viro tuo פתי את־אישך blandire viro tuo. id eſt blanditiis allice virum tuum vt
indicet nobis ænigma.hoc eſt,vt indicet tibi,& poſtea renunties nobis. Vel, indicet propter nos.id eſt vt poſtea reſciamus à te. Vel NOBIS re-
dundat. Ne fortè comburamus te,פן־נשרף אותך id eſt,alioqui comburemus te. An vt poſſideret nos, הלירשנו an vt poſſideretis
nos.i.ſubſtanitam noſtram.hoc eſt vt ſpoliaretis nos.Chaldæus paraph.nónne vt ad inopiam redigeretis nos,vocaſtis nos huc?i.ad nuptias.
16 Odiſti me,& non dil.m. שנאתני ולא אהבתני Præt.Heb.pro præſenti. Filiis populi mei, לבני עמי id eſt popularibus meis.
Indicaſti.גד indicas.vt ſit præt.pro præſ.ſub.expoſitionem. 17 Septem diebus שבעת הימים .i.vſque ad ſeptimum diem,quo ſcili-
cet tẽpore celebrabatur ab eis conuiuiũ.hoc eſt vſque ad finem ſeptẽ dierum.inceperat enim ipſa quarto die flere. Coartabat eũ: הציקתהו
premebat illum.vel,moleſta erat illi. Ænigma filiis populi ſui. החידה לבני עמה: .i.ſolutionem ænigmatis popularibus ſuis.
18 In vitula mea, בעגלתי cum vitula mea.i.niſi vxoris meæ opera vſi fuiſſetis,non potuiſſetis inuenire ſolutionem ænigmatis mei.
19 Et irruit in eum ותצלח עליו Et inuaſit eum. i.tum ſubitò authore Deo factus eſt fortior ſolito,& audacior. Ex eis מהם ſub.Aſcalo
nitis. Exuuiáſque e. את־חליצותם .i.veſtes eorum.

tas veſtes dedit iis qui problema ſoluerant: iratúſque nimis aſcēdit in domum patris ſui.

Vxor autē eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis. 20

Cap.XV.

POſt aliquantulum autem temporis, quū dies triticeæ meſſis inſtarent, venit Samſon inuiſere volens vxorem ſuam, & attulit ei hœdū de capris. quúmque cubiculum eius ſolito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, 1

Dicens, Putaui quòd odiſſes eam, & ideo tradidi illam amico tuo: ſed habet ſororem, quæ iunior & pulchrior illa eſt, ſit tibi pro ea vxor. 2

Cui Samſon reſpondit, Ab hac die nō erit culpa in me cōtra Philiſtæos, faciam enim vobis mala. 3

Perrexitque, & cepit trecentas vulpes: caudáſque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: 4

Quas igne ſuccēdēs, dimiſit vt huc illúcque diſcurrerent: quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum. quibus ſuccēſis, & comportatæ iam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula cōcrematæ ſunt, intantū vt vineas quoque & olíueta flamma conſumeret. 5

B Dixerúntque Philiſthiim, Quis fecit hanc rem? Quibus dictum eſt, Sāſon gener Thamnathæi: quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus eſt. Aſcenderúntque Philiſthiim, & cōbuſſerunt tam mulierem quàm patrem eius. 6

Quibus ait Samſon, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetā vltionem, & tunc quieſcam. 7

Percuſſitque eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes, ſuram femori imponerent. & deſcendens habitauit in ſpelunca petræ Etam. 8

Igitur aſcendētes Philiſthiim in terrā Iuda, caſtrametati ſunt in loco, qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt maxilla, vbi eorū fuſus eſt exercitus. 9

Dixerúntque ad eos de tribu Iuda, Cur aſcēdiſtis aduerſum nos? Qui reſponderunt, Vt ligemus Sāſon venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus eſt. 10

C Deſcenderūt ergo tria millia virorum de Iuda, ad ſpecum ſilicis Etā: dixerúntque ad Samſon, Neſcis quòd Philiſthiim imperent nobis? quare ergo hoc facere voluiſti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, ſic feci eis. 11

Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philiſthinorum. Quibus Samſon, Iurate, ait, & ſpondete mihi quòd non occidatis me. 12

'mutatorias iis qui indicauerant ænigma:'& iratus eſt furor eius, aſcendítque in domum patris ſui.

20 "Et fuit vxor שSimשſón ſodali ſuo, quem aſſociauerat ſibi.

Cap. XV.

1 F'Vit autem poſt dies *aliquot*, in diebus meſſis triticeæ, viſitauit שSimשſón vxorem ſuā"cum hœdo caprarum, dixítque, Ingrediar ad vxorem meam in cubiculū. Et non permiſit illi pater eius vt ingrederetur.

2 Dixítque pater eius, "Putaui quòd odiſſes eā, propterea tradidi eam ſodali tuo: annon eſt ſoror eius'minor pulchrior illa? ſit nūc tibi pro illa.

3 Dixítque ei שSimשſón, "Innocens ero vice hac à Peliשſthæis, quum fecero ego illis malum.

4 Abiens ergo שSimשſón, cepit trecentas vulpes: acceptíſque'facibus, conuertit caudam ad caudam, & poſuit facem vnam inter duas caudas in medio.

5 Poſtea ſuccendit ignē in facibus,'& emiſit in ſegetes Peliשſthinorum, & ſuccendit"ab aceruo vſque ad ſegetem, & vſque ad vineas & oleas.

6 Dixerúntque Peliשſthæi, Quis fecit hoc? Et dixerunt, שSimשſón gener'Thimnæi: quòd abſtulerit vxorem eius, & tradiderit eam ſodali eius. Aſcenderunt itaque Peliשſthæi, & combuſſerunt eam & patrem eius igni.

7 Quibus dixit שSimשſón,"Si feciſſetis ſicut hoc:'ſed vindicabo me de vobis, & poſtea ceſſabo.

8 Itaque percuſſit eos"*in* coxa vnà cum femore plaga magna: & deſcendens manſit'in cacumine petræ עEtám.

9 Aſcenderunt autem Peliשſthim, & caſtrametati ſunt in Iehudáh,"extenderúntque ſe in Lénhi.

10 Dixerúntque viri Iehudáh, Vtquid aſcendiſtis aduerſum nos? Reſpōderunt, Vt ligemus שSimשſón aſcendimus, vt faciamus ei quemadmodum fecit nobis.

11 Deſcenderunt ergo tria millia virorum de Iehudáh ad ſummitatē petræ עEtám, dixerúntque ad שSimשſón, Annō noſti quòd dominantur nobis Peliשſthim? cur igitur hoc feciſti nobis? Reſpondit illis, Quemadmodum fecerunt mihi, ſic feci eis.

12 Dixerunt præterea ei, Ad ligandum te deſcendimus, vt tradamus te in manum Peliשſthinorum. Reſpondit quoque eis שSimשſón, Iurate mihi"quòd non irruetis in me vos.

Vxor Sāſonis alteri datur.

Samſon propter ablatam vxorē ſegetes Philiſthinorum exurit.

Cōburitur vxor Samſonis à Philiſthæis.

Samſon ligatus traditur Philiſthæis.

Mutatorias החליפות ſub.veſtes. Et iratus eſt furor e. ויחר אפו Hebraiſmus, iratus eſt vehementer, quòd vxor ſua indicaſſet ſolutionem ænigmatis. 20 Et fuit vxor, &c. ותהי אשת וגו׳ .i.nupſit vxor Samſon illi quem ſibi adiunxerat ſocium ac comitem, hoc eſt viro qui antea erat chariſſimus Samſoni.

IN CAPVT XV.

1 Fuit autē poſt dies, in d. ויהי מימים בימי קציר Poſt aliquot autē dies, tempore meſſis, &c. Cum hœdo capr. בגדי עזים .i.ferens ſecum hœdum capræ. 2 Putaui quòd odiſſes eā, אמור אמרתי כי שנוא שנאתה ואתננה Ad verbū, Dicendo dixi quòd odiendo odiſſes eā, & tradidi eam. Minor הקטנה ſub.natu. 3 Innocēs ero hac vice, &c. נקיתי הפעם מפלשתים וגו׳ Præt.Heb.pro fut.i.culpa carebo poſthac, etiā ſi perdā Philiſthæos: teſtor innocentiā meā, quòd quicquid facturus ſum poſthac Palæſthinis, id iure feciſſe videbor, nēpe ab his læſus. Poſterior pars verſus variè vertitur, Facturus ſum enim illis malū.i.citra culpam rependere poſſum illis malum. Alii, quū faciam illis malum. Vel, innocēs ero poſthac apud Philiſthæos ſi fecero illis malum.i.ſi iniuriam acceptam retulero: fui enim prior laceſſitus ab illis.

4 Facibus, לפידים tædis.titionibus. 5 Et emiſit וישלח ſub.ipſas vulpes. Ab aceruo vſque ad ſeg. &c. מגדיש ועד קמה וגו׳ .i. tam ipſas ſegetes quæ diſpoſitæ erant per aceruos, quàm ſegetes ſtantes, & vineas, & olíueta. vel, vineas iunctas oliuetis. 6 Thimnæi: התמני.i.ciuis vrbis Thimna. 7 Si feciſſetis ſicut hoc: אם תעשון כזאת Verba hominis irati, ob id multa ſubintelligēda, hoc modo, Si feciſſetis tale quid initio, quum primùm ſcilicet adempta fuit mihi vxor mea, fuiſſem placatus. Sed vindicabo me, &c. כי אם נקמתי בכם Quidā aliquid ſubaudiunt, certè non mihi ſatiſfecero, niſi pœnas adhuc de vobis ſumpſero. Alii, ſed vlciſcar me de vobis prius quàm deſiſtam.

8 In coxa vnà cum fem. שוק על ירך .i.tam in cruribus quàm femoribus: hoc eſt vehementer, atque acriter. Gallicè, *Il les batit dos & uentre.* q.d.fecit ſtragem magnam. Chaldæus paraphraſtes, percuſſit ex eis tam pedites quàm equites. In cacumine petræ בסעיף סלע in promontorio rupis. ſignificat partē rupis quæ excurrit longius more ramorū. habitabat enim in regione editiore. 9 Extenderúntque ſe וינטשו effuſique ſunt. vel, effuderunt ſeſe, more caſtrametantium ſcilicet. 12 Quòd nō irruetis in me פן תפגעון בי Ad verbum, ne fortè irruatis in me. q.d. ego ſinam me ligari, modò iuretis mihi quòd tantummodo ligabitis me, & non irruetis in me.

Tū dixerunt ei his verbis, "Non,ſed ligādo ligabimus te,trademűſque te in manū eorū:" at occidēdo nō occidemus te. ligauerūt itaque eū duobus funibus nouis, "& abduxerunt eū de Petra. 13

Qui quum perueniſſet vſque ad Lénhi, Peliשſthim "vociferati ſūt in occurſum eius:" irruit autem in eum Spiritus Iehouæ, &fuerūt funes" qui erant in brachiis eius,tanquam lina quæ" combuſta ſunt igni,& diſſoluta ſunt vincula eius de manibus eius. 14

Maxilla aſini,Spiritu Dei motus, mille viros occidit.

Inuenítque maxillam aſini "recentem, miſſáque manu ſua ſuſtulit illam,& percuſſit cum ea mille viros. 15

Dixítque שSimשſón,Cum maxilla aſini" aceruus,duo acerui:cū maxilla aſini percuſſi mille viros. 16

Quúmque finē feciſſet loquēdi,proiecit maxillam è manuſua, & vocauit locum ipſum Rámath lénhi. 17

Victoriam Deo tribuit.

Sitiuit autem vehementer,& clamauit ad Iehouā,atque ait,Tu dediſti" per manum ſerui tui ſalutem hanc magnam:nunc autem moriar ſiti,& cadam in manum incircunciſorum. 18

A quis è dēte molari aſini fluētibus, ſitim leuat.

Tum rupit Deus "molarem dentem qui erat in maxilla,&egreſſæ ſūt ex eo aquæ,& bibit:reuerſúſque eſt ſpiritus eius, "ac reuixit: idcirco vocauit" nomen eius" עEnhaccoréא, qui eſt in Lénhi vſque ad diem hanc. 19

Iudicauítque Iשſraאelem "in diebus Peliשſthinorum viginti annis. 20

Cap.XVI.

Samſon ingreditur ad mulierem meretricem.

PErrexit autē שSimשſón in עAzzáh, vidítque illic mulierem "meretricem,"& ingreſſus eſt ad eam. 1

"עAzzitis *dictum fuit* dicēdo,Venit שSimשſón huc."Et circundederunt, "& inſidiati ſunt ei tota nocte in porta vrbis : "tacuerúntque tota nocte,dicendo,Vſque ad lucem matutinam *expectemus*, & occidemus eum. 2

Portas Gazæ in montem defert.

Dormiuit autem שSimשſón vſque ad dimidium noctis,media autem nocte ſurrexit : apprehendénſque fores portæ vrbis cum duobus poſtibus", "profectus eſt cum eis vnà cū vecte,"quum impoſuiſſet humeris ſuis : aſcendítque cum eis in verticem montis, qui erat contra faciem חHebrón. 3

Samſon amat Dalilam,quā ſæpe deludit petentem in quo eſſet eius maxima fortitudo.

Poſtea autem deamauit mulierem "in torrente שSoréc, cuius nomen erat "Delilâh. 4

"Aſcenderunt autem ad eam ſatrapæ Peliשſthinorum,dixerúntque ei, "Decipe eum, & vide in quo ſit fortitudo eius magna, "& qua re præualeamus illi,"vt ligatum affligamus ipſum:& nos dabimus tibi ſinguli mille & centum argenteos. 5

13 Dixerunt,Nō te occidemus,ſed vinctum trademus. ligauerúntque eum duobus nouis funibus,& tulerunt eū de petra Etam.

14 Qui quū veniſſet ad locum Maxillæ,& Philiſthiim vociferantes occurriſſēt ei,irruit Spiritus Domini in eū, & ſicut ſolent ad ardorem ignis lina conſumi, ita vincula quibus ligatus erat,diſſipata ſunt & ſoluta.

15 Inuentámque maxillam, id eſt mādibulam aſini, quæ iacebat, arripiēs, interfecit in ea mille viros, D

16 Et ait,In maxilla aſini,in mandibula puli aſinarū deleui eos, & percuſſi mille viros.

17 Quūque hæc verba canēs cōpleſſet, proiecit mandibulā de manu,& vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur,eleuatio maxillæ.

18 Sitiénſque valde, clamauit ad Dominum, & ait,Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam atque victoriam:& en ſiti morior,incidámque in manus incircunciſorum.

19 Aperuit itaque Deus molarem dētem in maxilla aſini,& egreſſæ ſūt ex eo aquæ: quibus hauſtis refocillauit ſpiritum,& vires recepit: idcirco appellatum eſt nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla, vſque in præſentem diem,

20 Iudicauitque Iſrael in diebus Philiſthiim viginti annis.

Cap. XVI

1 ABiit quoque in Gazam,& vidit ibi mulierem meretricem, ingreſſúſque eſt ad eam.

2 Quod quū audiſſent Philiſthiim, & percrebruiſſet apud eos,intraſſe vrbem Samſon, circundederunt eum, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cum ſilētio præſtolantes, vt facto mane exeuntem occiderent.

3 Dormiuit autem Samſon vſque ad medium noctis: & inde conſurgens apprehēdit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis & ſera,impoſitáſque humeris ſuis portauit ad verticē montis qui reſpicit Hebron.

4 Poſt hæc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila.

5 Venerúntque ad eā principes Philiſthinorum,atque dixerunt, Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere: quod ſi feceris,dabimus tibi ſinguli mille & cētum argenteos. B

13 Non, לא.i.nequaquam irruemus in te. At occidendo, &c. והמת לא נמיתך te autem nō occidemus. Et abduxerunt e. ויעלוהו Ad verbum, & aſcendere fecerunt eum. 14 Vociferati ſunt הריעו præ gaudio ſcilicet.i. occurrentes illi iubilauerunt. Irruit autē ותצלח venit autem. Alii,ſedit.i.tum factus eſt ſolito fortior. Qui erant in brach.e. אשר על־זרועותיו.i. quibus erant vincta brachia eius. Cōbuſta ſunt בערו arſerunt. 15 Recentem, טריה.i.recens mortui,hoc eſt adhuc humentē,humidam,ſucculentam,nondū ſiccam. 16 Aceruus,duo acerui: חמור חמורתים.i.aceruus vnus & alter.cadauerū ſcilicet hominum mortuorū. ſub.factus eſt. Vel,aceruū vnum & alterum *feci*. 18 Per manum ſerui t. ביד־עבדך.i opera ſerui tui. Quidā vertunt,Tu poſuiſti in manu ſerui tui.In eam ſitim inciderat interficiendo Palæſthinos. 19 Molarem dentē את־המכתש concauitatem.ſiue,locū concauū in quo erat dens molaris.Chaldæus paraph. petrā.quæ ſcilicet ſimilis erat mortario:hoc eſt ſaxum quoddā concauū. Ac reuixit: ויחי.i.recreatus eſt. Nomen eius שמה nēpe fontis. עיEn haccorén עין הקורא i.fons inuocantis,vel implorantis.ſub.opem diuinā. 20 In diebus Peliשſth. בימי פלשתים.i.imperantibus Palæſthinis toto tempore illius.

IN CAPVT XVI.

1 Meretricem, זונה cauponariā.Nulla enim fit mentio quòd Samſon hanc amarit,ob id vertendū potius cauponariam,vt vertunt nōnulli. Et ingreſſus eſt ad eam ויבא אליה: .i.diuertit ad eam. 2 עAzzitis לעזתים ſub.renuntiatum fuit.omiſit enim verbum,vt indicaret celeritatem renuntiationis. Et circundederunt ויסבו Et circuierunt.i.circum vrbem munierunt loca per quæ euadere poterat. Et inſidiati ſunt ei ויארבו־לו & inſidias poſuerunt ei.id eſt tota nocte illa diligenter occluſerunt portam vrbis,ne exiret per illam. Tacuerúntque ויתחרשו conticuerúntque. Quidam verterunt, ſimularunt ſe mutos & ſurdos tota illa nocte. 3 Profectus eſt cum eis vnà cum vecte, וים עם־הבריח tranſtulítque illa vnà cum vecte.ſub.tranſuerſario. Gallicè,*La barre de la porte.* Quum impoſuiſſet וישם Ad verbum, & impoſuit. 4 In torrente בנחל in valle. Delilâh. דלילה: Hebræi aiunt Delilam fuiſſe edoctam à Samſone Legem Moſis antequā commercium haberet cū ea. 5 Aſcenderunt a. ויעלו .i. Acceſſerunt autē. Decipe eum,& vide פתי אותו וראי .i.demulce blanditiis, & ita diſce ab eo in quo, &c. Et qua re præual. ובמה נוכל לו & qua ratione præualebimus ei. Vt ligatum afflig.ip. ואסרנוהו לענותו Ad verbum, ligabimúſque eum,vt affligamus ipſum. Argenteos. כסף: Chaldæus paraph.argenteos ſiclos.

Loquuta eſt ergo Dalila ad Samſō, Dic mihi obſecro in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligatus erumpere nequeas. 6

Cui reſpondit Samſon, Si ſeptem neruiceis funibus necdū ſiccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. 7

Attulerúntque ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem funes, vt dixerat quibus vinxit eum, 8

Latentibus apud ſe inſidiis, & in cubiculo finem rei expectātibus: clamauitque ad eum, Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui rupit vincula quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa tortum ſputamine, quum odorē ignis acceperit: & non eſt cognitū in quo eſſet fortitudo eius. 9

Dixitque ad eum Dalila, Ecce illuſiſti mihi, & falſum loquutus es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas. 10

C Cui ille reſpondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis. 11

Quibus rurſum Dalila vínxit eū, & clamauit, Philiſthiim ſuper te Samſon: in cubiculo inſidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarū. 12

Dixitque Dalila rurſum ad eum, Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtende quo vinciri debeas. Si inquit, ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. 13

Quod quum feciſſet Dalila, dixit ad eū, Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno extraxit clauū cum crinibus & licio. 14

D Dixítque ad eum Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, quū animus tuus non ſit mecum? per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. 15

Quúmque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatiū ad quietē non tribuēs, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt. 16

Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Ferrum nunquā aſcendit ſuper caput meū, quia nazaræus, id eſt conſecratus Deo ſum de vtero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meū, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eróque ſicut cæteri homines. 17

Vidénſque illa quòd confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad principes Philiſthinorum ac mādauit, Aſcendite adhuc ſemel, quia nūc
E mihi aperuit cor ſuū. Qui aſcēderūt, 18

6 Dixit ergo Deliláh ad שSimשſón, Indica quæſo mihi in quo ſit fortitudo tua magna, ″& quo ligatus affligi poſſis.

7 Reſpondit ei שSimשſón, Si ligauerint me ſeptem ″virgis viridibus quæ necdum aruerint: tūc infirmus reddar, ″& ero ſicut vnus ex *cæteris* hominibus.

8 ″Attulerunt ergo ad eam ſatrapæ Peliשſthinorum ſeptem ″virgas virides quæ necdum aruerant, & ligauit eum illis.

9 Porrò inſidiæ ″erant diſpoſitæ apud illam ″in cubiculo: dixítque ad eum, Peliשſthim ″ſuper te שSimשſón. Et rupit virgas quemadmodum rumpitur filum ſtupæ ″quum olfacit ignem, & non eſt ″agnita fortitudo eius.

10 Dixítque Deliláh ad שSimשſón, ″Ecce deluſiſti me, loquutúſq; es mihi mendacia: ″nunc indica quæſo mihi ″quo ligêris.

11 Qui reſpondit ad eam, Si ″ligādo ligauerint me funibus ″nouis, quibus non factum ſit aliquid operis, tunc ″infirmus reddar, & ero ſicut vnus ex *cæteris* hominibus.

12 Tulit igitur Deliláh funes nouos, & ligauit eū illis, dixítque ad eum, Peliשſthim ″ ſuper te שSimשſón (inſidiæ autem erant diſpoſitæ in cubiculo) Et rupit eos à brachiis ſuis tanquam filum.

13 Dixítque Deliláh ad שSimשſón, Hactenus deluſiſti me, & loquutus es mihi mendacia: indica mihi ″quo ligêris. Reſpondit illi, Si attexueris ″ſeptem cincinnos capitis mei ″licio.

14 ″Et fixit clauo: dixítque ad eum, Peliשſthím ″ſuper te שSimשſón. Et expergefactus ſomno ſuo, ″profectus eſt cum clauo texturæ & licio.

15 *Illa* rurſum dixit ei, Quomodo dicis, ″Diligo te, ″& cor tuum nō eſt mecum? iam tribus vicibus deluſiſti me, nec indicaſti mihi in quo ſit fortitudo tua magna.

16 Fuit itaque quum ″coartaret eum verbis ſuis, ſingulis diebus, & moleſtaret eū, ″anguſtiis affecta eſt anima eius, ita vt moreretur.

Samſon tandem indicat Dalilæ in quo ſit ſua fortitudo, & decipitur.

17 Quapropter indicauit ei totum cor ſuum, dixítque ei, ″Nouacula non aſcendit ſuper caput meum, quia nazaræus Dei ſum ab vtero matris meæ: ſi raſus fuero, recedet à me fortitudo mea, ″& infirmus reddar, & ero ″ſicut omnes homines.

18 ″Vidēs autem Deliláh quòd indicaſſet ei totum cor ſuum, miſit accerſitum principes Peliשſthinorum, his verbis, Aſcendite hac vice, quia indicauit mihi totum cor ſuum. Aſcenderunt igi-

---

6 Et quo ligatus affligi poſſis. ובמה תאסר לְעַנּוֹתֶךָ: Ad verbum, & in quo ligaberis ad affligendum te.

7 Virgis viridibus יתרים לחים vinculis [vel reſtibus] recentibus. quæ necdū aruerint. i. adhuc humentibus. Et ero ſicut vnus ex hom. והייתי כאחד האדם: & euadam ſimilis cuiuis homini. 8 Attulerunt ergo ויעלו Ad verbum, Et aſcendere fecerunt. Virgas virides יתרים לחים vincula humentia. reſtes recentes, vt verſu 7. 9 Erant diſpoſitæ יושב Ad verbū, manebant. i. deliteſcebant. In cubiculo: בחדר in cubiculo ſecretiore. in penetrali. Super te עליך aduerſum te. ſub. venerunt. i. parati ſunt irruere in te. Hoc dicit vt terreat, & periculum faciat an poſſit rumpere vincula. Quum olfacit ignem, בהריחו אש quumprimum ſentit ignem. ſiue quum propius admouetur igni. Agnita נודע. i. manifeſtata. vel, non potuit deprehendere qua re conſtaret fortitudo eius.

10 Ecce deluſiſti me, הנה התלת בי En decepiſti me. impoſuiſti mihi. i. mentitus es mihi. Nunc עתה. i. tandem. Quo ligêris. במה תאסר: qua re ligari poſſis. 11 Ligando liga. me אסור יאסרוני. i. diligenter & exactè conſtrinxerint me. Nouis, חדשים. i. craſſioribus. Infirmus reddar, וחליתי. i. deſtituar virtute mea. vt paulo antè verſu 7. 12 Super te, &c. עליך וגו׳ Eadem quæ paulo antè verſu 9. 13 Quo ligêris. במה תאסר Vt paulo antè verſu 10. Septem cincinnos שבע מחלפות. i. ſeptem partes capillorum ſimul conglobatorum: habebat enim crines oblongos & criſpos ac intricatos, ſiue contortos. Licio. עם המסכת: telæ. vel cū tela illa quæ inuoluta eſt circum iugum liciatorium. i. quæ eſt iam texta. Eſt enim lignum teres ac rotundum, ſic dictum quòd tegatur tela quæ voluitur circa ipſum.

14 Et fixit clauo: ותתקע ביתד Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, Et ita attexuit, & fixit clauo, aut vecte. ſub. iugum ipſum. i. firmauit, ſiue obfirmauit, aut ſtabiliuit iugum ipſum clauo, ſiue paxillo, vt iugum maneret fixum & immobile, ne commoueri poſſet. Super te עליך Vt paulo antè verſu 9. Profectus eſt cum, &c. ויסע את היתד וגו׳ Abſtulit clauum iugi liciatorii, & telam ipſam. i. ſecum detulit clauum, ſiue paxillum iugi liciatorii, & telam ipſam quæ erat circum iugum inuoluta. q. d. traxit ſecum omnia.

15 Diligo te, אהבתיך Præt. Heb. pro præſ. Et cor tuum, non eſt mecum? ולבך אין אתי Hebraiſmus, quum alieno ſis à me animo.

16 Coartaret הציקה vrgeret. obtunderet. opprimeret. Anguſtiis affecta eſt ותקצר elanguit. emarcuit. i. cœpit elangueſcere, id eſt eſſe animo remiſſiore ſolito, ita vt optaret mortem. ſiue, tunc cœpit eum tædere vitæ ſuæ, & optare mortem.

17 Nouacula non aſcendit, &c. מורה לא עלה וגו׳ Hebraiſmus, caput meum nunquam fuit raſum. Et infirmus reddar, &c. וחליתי וגו׳ Vide ſuprà verſu 7. Sicut omnes homines. ככל האדם: i. ſicut cæteri homines. q. d. non erunt mihi maiores vires quàm cæteris hominibus.

18 Videns autem Deliláh, &c. ותרא דלילה וגו׳. i. Quum autem intellexiſſet Delilah quòd ſibi aperuiſſet quicquid haberet in animo ſuo.

tur ad eam principes Peliשſthinorum,deferētes′argentum in manibus ſuis.

Samſoni deficit fortitudo.

19 ″Et dormire fecit eum ſuper genua ſua,vocauítque″virum, & radi fecit ſeptem ″cincinnos capitis eius,cœpítque affligere eum, & receſſit fortitudo eius ab eo.

20 Dixítque, Peliשſthim ″ſuper te שSimשſón. Expergefactus autē ſomno ſuo, dixit,Egrediar ″ſicut ſemel & iterum, ″& excutiā me. Et neſciebat quòd Iehouáh″receſſiſſet à ſe.

Apprehenſum Samſonem excæcant Philiſthiim.

21 Apprehēdentes igitur eum Peliשſthim,effoderunt oculos eius, ′& deſcendere fecerunt eum in עAzzáh,& ligauerunt eum″compedibus,″&molebat″in domo vinctorum.

22 Cœpit autē pilus capitis eius ″germinare poſteaquā raſus fuit.

23 Satrapæ autem Peliשſthinorum congregati ſunt″vt ſacrificarēt ſacrificium magnum Dagón deo ſuo,″& vt lætarentur: & dixerunt,Tradidit nobis deus noſter iu manum noſtrā שSimשſón inimicum noſtrum.

Dageni idólo tribuunt Gazitæ,quòd captus ſit Samſon.

24 Quúmque vidiſſent eum populus, laudauerunt deū ſuum:dicebant enim,Tradidit deus noſter in manus noſtras inimicum noſtrum,& eum qui deuaſtabat terram noſtram,quíque″multiplicauit occiſos noſtros.

Illudūt Samſon Philiſthiim.

25 Fuit autem, quum exhilaratū eſſet cor eorum,dixerunt, Vocate שSimשſón, ″& ludat *coram* nobis. Vocauerunt ergo שSimשſón, de domo vinctorum,& luſit ante eos: collocauerúntque eum inter columnas.

26 Et ait שSimשſón ad puerū qui′tenebat manum eius, ′Duc me, & fac palpare me columnas ſuper quas domus″firmatur, vt innitar eis.

27 Porrò domus ipſa plena erat virorum & mulierum,ibíque erāt omnes ſatrapæ Peliשſthim , & ſuper tectū, circiter tria millia virorum & mulierum,qui ſpectabant′dum luderet שSimשſón.

Orat Samſon reddi ſibi fortitudinem.

28 Clamauit autem שSimשſón ad Iehouā,& ait,Domine Iehouáh memento mei obſecro,″& fortifica me obſecro,tātùm vice hac ô Deus,& ſumā vltionē vnā è duobus oculis meis de Peliשſthinis.

29 ″Complexus itaq; eſt שSimשſón ambas columnas″medias,quibus domus ipſa ″nitebatur, & innixus eſt illis : vna erat à dextera eius,& altera á ſiniſtra eius.

Moritur cum principibus Philiſthinorum & reliqua multitudine.

30 Simúlque dixit שSimשſón , Moriatur anima mea cum Peliשſthæis , & inclinauit ſe ″fortiter, cecidítque domus ſuper ſatrapas, ſupérque vniuerſum populū qui erat in ea: fuerúntque mortui quos interfecit quum moreretur ipſe *plures*, quàm quos mori fecit dum viueret ipſe.

31 Deſcenderūt autem fratres eius, & tota domus patris eius,tu-

aſſumpta pecunia quā promiſerant.

19 At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua,& ī ſinu ſuo reclinare caput: vocauitque tonſorem,&raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere:ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit:

20 Dixitque,Philiſthiim ſuper te Samſon.Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo, Egrediar ſicut antè feci,& me excutiam:Neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus.

21 Quem quū apprehendiſſent Philiſthiim , ſtatim eruerunt oculos eius, Et duxerūt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molerefecerūt.

22 Iámque capilli ei⁹ renaſci cœperāt:

23 Et principes Philiſthinorum cōuenerunt in vnum, vt immolarent hoſtias magnificas Dagon deo ſuo , & epularentur, dicentes, Tradidit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. F

24 Quod etiam populus videns , laudabat deum ſuū , eadêmque dicebat, Tradidit Deus noſter aduerſariū noſtrū in manus noſtras, qui deleuit terram noſtram,& occidit plurimos.

25 Lætantéſque per cōuiuia, ſumptis iam epulis,præceperunt vt vocaretur Samſon,& ante eos luderet: qui adductus de carcere,ludebat ante eos,feceruntque eū ſtare inter duas colūnas.

26 Qui dixit puero regēti greſſus ſuos, Dimitte me,vt tangā columnas quibus omnis imminet domus, & reclíner ſuper eas,& paululum requieſcā.

27 Domus autem erat plena virorum ac mulierum,& erāt ibi omnes príncipes Philiſthinorum , ac de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſque ſexus ſpectantes ludentem Samſon.

28 At ille inuocato Domino ait, Domine Deus memento mei , & redde mihi nunc fortitudinē priſtinā Deus meus,vt vlciſcar me de hoſtib⁹ meis, & pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem recipiam. G

29 Et apprehendens ambas colūnas, quibus innitebatur domus, alterámque earum dextera , & alteram leua tenens,

30 Ait,Moriatur anima mea cum Philiſthiim. Concuſſiſque fortiter colūnis,cecidit domus ſuper omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat : multôque plures interfecit moriens,quám antè viuus occiderat.

31 Deſcendentes autem fratres eius, & vniuerſa cognatio tulerūt corpus

Argentum הכסף quod ſcilicet promiſerant ipſi Dalilæ. 19 Et dormire fecit eum ותישנהו id eſt,dedit operam vt corriperetur ſomno. Virum, לאיש tonſorem intelligit. Cincinnos מחלפות quibus ſcilicet conſtabat tota eius cæſaries.erat enim diſtincta in ſeptem cincinnos ſiue cirros oblongos & contortos. 20 Super te עליך Vide ſuprà verſu 8. Sicut ſemel & iterum, כפעם בפעם Ad verbum,ſecundum vicem in vice.i.vt aliàs,hac quoque vice.q.d.vt aliàs feci,ita nunc. Et excutiam me. ואנער ſub.de manibus eorum. .i.elabar. Receſſiſſet à ſe. סר מעליו: .i.ſe iam deſtitutum eſſe virtute illa quam habebat à Deo.

21 Et deſcendere fecerunt eum ויורידו אותו .i.deduxerunt eum. Compedibus, בנחושתים ſub.ferreis.Chaldæus paraph.catenis ferreis. Et molebat ויהי טוחן Ad verbum,& factus eſt molens.i.vt moleret. In domo vinctorū. בבית האסירים: Sic Hebræi vocant carcerem.

22 Germinare poſteaquam,&c. לצמח כאשר גולח: renaſci vt raſus fuerat.i.vt erat quando raſus fuit.

23 Vt ſacrificarent,&c. לזבוח זבח־גדול vt celebrarent ſacrificium magnum. vel,vt ſacrificarent hoſtias magnificas. Et vt lætarentur: ולשמחה & vt epularentur. 24 Multiplicauit occiſos noſtros. הרבה את־חללינו: Hebraiſmus,qui plurimos ex nobis occidit.

25 Et ludat *coram* nobis. וישחק לנו vt ludat coram nobis.vel,vt riſum nobis faciat.Gallicè *afin que nous en prenions noſtre paſſetemps.*

26 Tenebat manum e. המחזיק בידו .i.qui manu deducebat eum. Duc me,&c. הניחה אותי וגו׳ Dimitte me,[vel,ſtatue me]& admoue me columnis.i.accedere me facias ad columnas. Firmatur, נכון ſuſtentatur.innititur. 27 Dum luderet בשחוק ludentem Simſonē.

28 Et fortifica me וחזקני & corrobora me.q.d.reſtitue me in robur priſtinum. 29 Complexus itaque eſt וילפות Apprehendit itaque. Medias, התוך .i.quæ erant in medio domus. Nitebatur, נכון imminebat.i.quibus domus ipſa tota fulciebatur.

30 Fortiter, בכוח cum virtute.i.vt fortius impelleret.q.d.magno impetu impulit.

eius, & ſepelierunt inter Saraa & Eſthaol in ſepulchro patris ſui Manue: iudicauitque Iſrael viginti annis.

Cap. XVII.

Fvitque eo tempore vir quidã de monte Ephráim nomine Michas: Qui dixit matri ſuæ, Mille & centũ argenteos quos ſeparaueras tibi, & ſuper quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me ſũt. Cui illa reſpõdit, Benedictus filius meus Domino.

Reddidit ergo eos matri ſuæ, quæ dixerat ei, Conſecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea ſuſcipiat filius meus, & faciat ſculptile
B atque cõflatile: & nũc trado illud tibi.

Reddidit igitur eos matri ſuæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis ſculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.

Qui ædiculã quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit ephod & theraphim, id eſt veſtem ſacerdotalem & idola: impleuitque vnius filiorum ſuorum
C manum, & factus in eſt ei ſacerdos.

In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectũ videbatur, hoc faciebat.

Fuit quoque alter adoleſcẽs de Bethléhem Iuda ex cognatione eius: erátque ipſe Leuites, & habitabat ibi,

Egreſſúſque de ciuitate Beth-léhem peregrinari voluit vbicunque ſibi cõmodum repériſſet: quũmque veniſſet in montem Ephráim iter faciens, & declinaſſet parũper in domũ Michæ:

D Interrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpondit, Leuita ſũ de Bethléhem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi eſſe ꝓſpexero.

Dixitque Michas, Mane apud me, & eſto mihi parens ac ſacerdos: dabóque tibi per annos ſingulos decẽ argenteos ac veſtem duplicẽ, & quæ ad victum ſunt neceſſaria.

Acquieuit, & manſit apud hominem, fuitque illi quaſi vnus de filiis.

Impleuitq; Michas manum eius, & habuit puerum ſacerdotẽ apud ſe,

Nunc ſcio, dicens, quòd benefaciet mihi Dominus habenti Leuitici generis ſacerdotem.

lerúntque eum, & aſcenderũt, ſepeliergúntque eum inter צSoryáh & אEשׁſthaól in ſepulchro Manóaחh patris ſui: ipſe autẽ″iudicauit Iשׁſraאelem viginti annis.

Cap. XVII.

1 Fvit aute vir *quidã* de mõte אEphráim, cuius nomẽ Micháiehu.

2 Dixítque matri ſuæ, Mille & centum″argentei qui ablati fuerunt tibi,″propter quos maledixiſti, me audiẽte, ecce argentũ *illud* ′apud me eſt, ego″accepi illud. Et dixit mater eius,″Benedictus fili mi à Iehouáh.

3 Reddidit itaque mille & centum argenteos matri ſuæ: dixítque mater eius,″Sanctificando ſanctificaueram argentum illud Iehouæ″de manu mea filio meo ad faciendum ſculptile & conflatile: quapropter nunc″reddam illud tibi.

4 Qui reddidit argentum matri ſuæ: tulítque mater eius ducẽtos argenteos, quos dedit″argentario, & fecit ex eis ſculptile & cõflatile, & fuit in domo Micháiehu.

5 Viro autem Micháh″erat domus Dei, fecítque′אephód″& theraphim,″& conſecrauit manum vnius è filiis ſuis, & fuit ei ſacerdos.

6 In diebus illis non erat Rex in Iשׁſraאél, quiſque″quod rectum erat in oculis ſuis, faciebat.

7 Fuit autẽ puer de Beth-léחhem Iehudáh,′ de familia Iehudáh, qui erat Leuita,″peregrinabatúrque ibi.

8 Abiit autem vir ille de ciuitate, de Beth-léחhẽ Iehudáh, ′ad peregrinandum vbicunque inueniſſet: venítque in montẽ אEphráim vſque ad domum Micháh,″ad faciendum iter ſuum.

9 Dixítque ei Micháh, Vndenam venis? Reſpondit ei Leuita, Ego *uenio* de Beth-léחhem Iehudáh, & ego pergo″ad peregrinandum vbicunque inuenero.

10 Dixítque ei Micháh, Mane apud me, & eſto mihi pro patre & pro ſacerdote: ego verò dabo tibi decem argenteos″annuatim,″atque ordinẽ veſtimẽtorum, & victum tuũ.′ Et perrexit Leuita.

11 ′Placuítque Leuitæ manere cũ viro: fuítque ei adoleſcens ille tanquam vnus ex filiis ſuis.

12 ″Et conſecrauit Micháh manum Leuitæ, fuítque ei adoleſcens ille pro ſacerdote:′itaque habitauit in domo Micháh.

13 Dixit autem Micháh, Nunc ſcio″quòd benefaciet mihi Iehouáh, quòd ſit mihi Leuita pro ſacerdote.

Michæ mater curat ſibi facienda idola duo: alterũ ſculptile, alterũ conflatile.

Adoleſcentem Bethlehemitam ſumit ſibi Michas in ſacerdotem.

31 Iudicauit שפט iudicauerat.

IN CAPVT XVII.

2 Argentei הכסף ſub. ſicli. ita & Chaldæus paraph. Quidam Hebræorum dicit hoc accidiſſe mortuo Samſone, dum interregnum eſſet. Alii, tempore Othonielis. Propter quos maledixiſti, me aud. ואתי אלית וגם אמרת באזני Ad verbũ, & tu maledixiſti, & dixiſti in auribus meis. Hebraiſmus, propter quos dira imprecata es, me audiente. Apud me eſt, אתי .i. ſurripui, ſiue, ſuſtuli. Accepi illud. לקחתיו ſuſtuli illud. ſurripui. Benedictus ברוך ſub. ſis. vel es. i. benedicat tibi Dominus. q. d. ſis fœlix & beatus, & proſperè tibi eueniant omnia à Deo.

3 Sanctificando ſanctificaueram הקדש הקדשתי Conſecrando conſecraueram. i. iandudum conſecraueram. De manu mea filio meo ad fac. מידי לבני לעשות Hebraiſmus, & decreueram tradere tibi vt curares faciendũ ſculptile. Reddã illud אשיבנו ſub. iuxta votum meũ.

4 Argentario, לצורף Ad verbum, conflatori. 5 Erat לו Ad verbum, ei. i. habebat ædiculam ſacratam diis. Iſte Micha partim veri Dei cultor erat, partim idolorũ. אEphod אפוד Hoc nomine intelligit omnes veſtes ſacerdotales. Et theraphim ותרפים .i. ſimulachra & imagines habentes figuram humanam. Vide Oſee 3.b.4. Dicunt illos feciſſe ſimulachra illa in honorem Dei, prætextu quodam religionis ac ſuperſtitionis ductos. quod Deus zelotes abominabatur. Et conſecrauit וימלא Ad verbum, & impleuit. Implere manum alicuius, eſt introducere aliquem in poſſeſſionẽ alicuius rei. q. d. conſecrauit vnum ex filiis ſuis, offerendo ſacrificia opera illius. hoc eſt conſtituit ſacerdotem. Seipſum declarat quũ mox dicit, Et fuit ei ſacerdos. 6 Quod rectum erat in oculis ſ. הישר בעיניו Hebraiſmus, quod bonũ illis videbatur.

7 De familia Iehudáh, ממשפחת יהודה Iſtud ad Beth-lehem referendum, & ad maiorem expreſſionem poſitum eſt. q. d. nempe ea Beth-lehem quæ in tribu Iuda ſita erat. Peregrinabatúrque ibi. והוא גר־שם: peregrinatúſque fuerat ibi. i. qui quũ Leuita eſſet, habitauerat tanquam peregrinus ibi. 8 Ad peregrinandum, &c. לגור וגו׳ .i. vt habitaret tanquam peregrinus vbicunque inueniret ſedem ſiue habitationem ſibi commodam & vtilem. Vel vt alii, vbicunque inueniſſet victum. Ad faciendum iter ſ. לעשות דרכו: .i. vt illac tranſiret. hoc eſt, cœpit iter facere iuxta domum Michæ. 9 Ad peregrinandum, &c. לגור באשר אמצא: Vt præcedenti verſu. Gallicè, *a mes aduentures.*

10 Annuatim, לימים Ad verbum, ad dies. i. in ſingulos annos. Atque ordinẽ veſtim. וערך בגדים par veſtimentorum, vt exponit Chaldæus paraph. i. duas, ſiue binas veſtes, æſtiuam ſcilicet & hybernam. Et perrexit וילך .i. ſequutus eſt illum.

11 Placuitque Leuitæ ויואל הלוי Acquieuitque Leuita. Declarat quod in fine præcedentis verſus dixerat, Et perrexit.

12 Et conſecrauit וימלא Ad verbum, Et impleuit. vt ſuprà verſu quinto. Itaque habitauit ויהי Ad verbum, & fuit.

13 Quòd benefaciet, &c. כי־ייטיב וגו׳ .i. nunc ſcio me fore beatum apud Dominum, quòd habeam ſacerdotem Leuitici generis.

Cap. XVIII.

Trib⁹ Dan quærit ſibi poſſeſſionem ampliorem.

1 IN diebus illis″non erat Rex in Iשׂſraאél, & in diebus illis tribus Danitica quærebat ſibi″hæreditatem ad habitandum:″nõ enim ceciderat ei *ſors* vſque ad diem ipſum in medio tribuum Iשׂſraאél, in hæreditatem.

2 Miſerunt ergo filii Dan de familia ſua quinque viros de finibus ſuis viros″fortes de צSoryáh & de אEשׂſthaאól, vt explorarẽt terrã, ″& diligenter inſpicerent eam: dixerúntque illis, Ite, explorate terram. Qui quum veniſſent in montẽ אEphráim vſque ad domum Micháh, pernoctauerunt ibi.

Ingrediũtur exploratores in domum Michæ.

3 Quumautem eſſent iuxta domum Micháh, agnouerunt vocẽ adoleſcentis Leuitæ: & declinauerũt illuc, dixerúntque ei, Quis adduxit te huc? & quid tu facis hîc? & quid tibi *negotii* hîc?

4 Reſpõdit eis, ″Talia & talia fecit mihi Michah: mercedéque cõduxit me, ″vt eſſem illi pro ſacerdote.

5 Dixerúntque ei, Conſule obſecro Deum, vt ſciamus″an ſecundet viam noſtram per quam ambulamus.

6 Et reſpondit illis ſacerdos, Ite in pace: ″coram Iehoua eſt via veſtra per quam″ambulatis.

Veniunt Lais.

7 Itaque abierunt quinque viri illi, & venerũt in Laiשׂ, viderúntque populum qui erat″in ea, habitantem″confidenter, iuxta conſuetudinem צSidoniorum, ″quieſcentem″& cõfidentem″& *quòd* nõ eſſet qui pudore ſuffunderet *eos in* aliquo in terra, *nec* qui hæreditate acciperet regnum, & *quòd* diſtarent à צSidoniis, nec cõmercium haberent cum quoquam.

Reuerſi fratribus narrãt quid egiſſent.

8 Reuerſis autem ad fratres ſuos in צSoryáh & אEשׂſthaאól, dixerunt fratres eorum, ″Quid vos?

9 Et dixerunt, ″Surgite, ″& aſcendamus ad eos: ″vidimus enim terrã, & ecce bona valde: & vos″ſiletis?″ne ſitis pigri ad proficiſcendũ, vt ingrediamini ad poſſidendum terram:

10 (Quando intrabitis, intrabitis ad populum confidentem, præterea ″lata locis eſt) quia tradidit eam Deus in manum veſtram, locum in quo non eſt penuria vllius rei quæ *naſcatur* in terra.

Proficiſcuntur eodẽ cognatione Dan in Lais.

11 Profecti ſunt itaque inde de familia Danitica, de צSoryáh & אEשׂſthaאól ſexcenti viri accincti inſtrumentis bellicis.

12 Et aſcenderunt, caſtrametatíque ſunt in Ciriáth-ieyarím in Iehudáh. idcirco vocauerunt locum ipſum″Manhanéh Dan, vſque ad diem hanc: ecce eſt poſt Ciriáth ieyarím.

13 Et illinc tranſeuntes in montẽ Ephráim, venerunt vſque ad domum Micháh.

14 Loquutíque ſunt quinque viri qui perrexerant ad explorãdum

Cap. XVIII.

1 IN diebus illis nõ erat Rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſſionem ſibi, vt habitaret in ea: vſque ad illum enim diem inter cæteras tribus ſortem non acceperat.

2 Miſerunt ergo filii Dan, ſtirpis & familiæ ſuæ quinque viros fortiſſimos de Saraa & Eſthaol, vt explorarent terram, & & diligenter inſpicerẽt: dixerúntque eis, Ite, & conſiderate terram. Qui quũ pergentes veniſſent in montem Ephráim, & intraſſent domũ Michæ, requieuerunt ibi:

3 Et agnoſcentes vocem adoleſcẽtis Leuitæ, vtentéſque illius diuerſorio, dixerũt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? B

4 Qui reſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi Michas, & me mercede cõduxit vt ſim ei ſacerdos.

5 Rogauerunt autem eum vt conſuleret Deum, & ſcire poſſent an proſpero itinere pergerent, & res haberet effectum.

6 Qui reſpondit eis, Ite cũ pace, Dominus reſpicit viam veſtram & iter quo pergitis.

7 Euntes igitur quinque viri venerũt Lais: viderúntque populũ habitantẽ in ea abſque vllo timore, iuxta conſuetudinem Sidoniorum, ſecurum & quietum, nullo ei penitus reſiſtente, magnarúmque opum, & procul à Sidone atque à cunctis hominibus ſeparatum. C

8 Reuerſique ad fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, & quid egiſſent ſciſcitantibus,

9 Reſponderunt, Surgite, & aſcendamus ad eos: vidimus enim terrã valde opulentam & huberem, nolite negligere, nolite ceſſare: eamus, & poſſideamus eam, nullus erit labor.

10 Intrabimus ad ſecuros, in regionẽ latiſſimam, tradétque nobis Deus locum in quo nullius rei eſt penuria, eorum quæ gignuntur in terra.

11 Profecti igitur ſunt de cognatione Dan, id eſt de Sara & Eſthaol, ſexcenti viri accincti armis bellicis:

12 Aſcendentéſque manſerunt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tẽpore Caſtrorum-Dan nomẽ accepit: & eſt poſt tergum Cariath-iarim.

13 Et inde tranſierunt in montem Ephraim: quúmque veniſſent ad domũ Michæ, D

14 Dixerunt quinque viri, qui prius miſſi fuerant ad conſiderandam ter-

---

IN CAPVT XVIII.

1 Non erat Rex אין מלך .i. tempore illo erat velut interregnũ in Iſraele: nullus erat Iudex, aut Magiſtratus legitimus in Iſraele. Hæreditatem ad habitandum: נחלה לשבת poſſeſſionem [.i. ſedes] vbi habitaret. Non enim ceciderat, &c. כי לא־נפלה וגו׳ .i. nondum ſorte aſſignata fuerat illi inter cæteras tribus tota hæreditas ſortis ſuæ in hæreditate ſibi diſtributa.

2 Fortes בני־חיל Ad verbum, filios virtutis. i. bellicoſos & ſtrenuos. Et diligenter inſpicerent eam: ולחקרה & ſcrutarentur eam. vel, conſiderarent. 4 Talia & talia כזה וכזה Sic & ſic. Vt eſſem ואהי Ad verbum, & fui.

5 An ſecundet viam noſtrã התצליח דרכנו an proſperabitur via noſtra. i. an futura ſit proſpera, fœlix, & fauſta peregrinatio noſtra quam ſuſcepimus. 6 Coram Iehoua eſt via, &c. נוכח יהוה דרככם Hebraiſmus, Deus aſpicit, hoc eſt fauet peregrinationi veſtræ. Ambulatis. תלכו Fut. Heb. pro Præſ. 7 In ea, בקרבה Ad verbum, in medio eius. Confidenter, לבטח in confidentia. i. ſine timore vllo. Quieſcentem שוקט pro otioſo poſitum. Et confidentem, ובוטח & ſecurum. nihil timentem. Et *quòd* non eſſet qui pud. ſuff. &c. ואין־מכלים דבר בארץ יורש עצר Hebraiſmus, nullos habebant hoſtes, aut nulla erat diſcordia, neque etiam erat qui occuparet regnum, aut qui regni eſſet hæres. Subauditur negatio præcedens. 8 Quid vos? מה אתם: ſub. dicitis? q. d. Quid noui? quid boni affertis?

9 Surgite, קומה Verbum poſitum vice aduerbii hortantis, agite. Aut eſt ſing. pro plur. aut eſt infinitiuus pro futuro. Et aſcendamus ונעלה Sing. Heb. pro plur. Vidimus ראינו .i. conſiderauimus. Siletis? מחשים .i. ceſſatis? hoc eſt, ſegnes & tardi eſtis ad expugnãdam eam? Ne ſitis pigri אל־תעצלו .i. nolite cunctari vt eatis & intretis, ac poſſideatis eam regionem.

10 Lata locis eſt רחבת ידים .i. latiſſima eſt & ampliſſima. 12 Manhanéh Dan, מחנה־דן .i. Caſtra Dan.

ram Lais,cæteris fratribus ſuis, Noſtis quòd in domibus iſtis ſit ephod, & theraphim,& ſculptile atque cõflatile:videte quid vobis placeat.

Et quũ paulum declinaſſent,ingreſſi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ qui erat in domo Michæ:ſalutauerũtque eum verbis pacificis.

Sexcenti autem viri ita vt erant armati,ſtabant ante oſtium.

At illi qui ingreſſi fuerant domum iuuenis, ſculptile & ephod & theraphim,atque conflatile tollere nitebãtur:& ſacerdos ſtabat ante oſtiũ, ſexcentis viris fortiſſimis haud procul expectantibus.

E Tuleruntigitur qui intrauerãt,ſculptile,ephod,& idola,atque conflatile,quib⁹ dixit ſacerdos,Quid facitis?

Cuireſponderunt,Tace,& pone digitum ſuper os tuum: venique nobiſcum vt habeamus te patrem ac ſacerdotem. quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Iſrael?

Quod quũ audiſſet,acquieuit ſermonibus eorũ, & tulit ephod & idola ac ſculptile,& profectus eſt cum eis.

Qui quũ pergerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumenta,& omne quod erat pretioſum,

Iámque à domo Michæ eſſent procul,viri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes ſequuti ſunt,

Et poſt tergum clamare cœperũt. F Qui quum reſpexiſſẽt,dixerũt ad Micham,Quid tibi vis? cur clamas?

Qui reſpõdit, Deos meos quos mihi feci,tuliſtis,& ſacerdotem, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi eſt?

Dixerúntque ei filii Dan,Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniãt ad te viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereas.

Et ſic cœpto itinere perrexerũt: vìdens autem Michas quòd fortiores ſe eſſẽt,reuerſus eſt in domum ſuam.

Sexcenti autem viri tulerunt ſacerdotem, & quæ ſuprà diximus, venerúntque in Lais ad populũ quieſcentem atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladii:vrbémque incendio tradiderunt.

G Nullo penitus ferente præſidium, eo quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominũ haberent quicquam ſocietatis ac negotii.Erat autẽ ciuitas ſita in regione Rohob:quam rurſum extruẽtes,habitauerũt in ea,

Vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulũ patris ſui quẽ genuerat Iſrael:quæ prius Lais dicebatur.

Poſuerúntq; ſibi ſculptile,& Ionathan filium Gerſom filii Moyſi, ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan, vſ-

---

terram Láiשׁs:dixerúntque fratribus ſuis, Annon noſtis quòd eſt in ædibus iſtis אephód,& theraphim,& ſculptile,& cõflatile? nũc igitur″ſcitote quid faciatis.

15 Et declinauerunt illuc, venerúntque domum adoleſcentis Leuitæ, *qui erat in* domo Micháh,″& ſalutauerũt eum pacificé.

16 Sexcenti autem viri accincti″armis bellicis ſuis conſiſtebant ad oſtium portæ,qui erant de filiis Dan.

Auferunt idola Michæ,& ſacerdotem eius.

17 Et aſcendẽtes quinque viri qui iuerant ad explorandum terrã, ingreſſi illuc, tulerunt ſculptile,& אephód,& theraphim,& cõflatile: (ſacerdos autem ſtabat ad oſtium portæ, cum ſexcentis viris accinctis armis bellicis)

18 Iſti inquam ingreſſi domum Micháh,tulerũt ſculptile,אephód & theraphim,& conflatile,dixítque ad eos ſacerdos,Quid″facitis?

19 Qui reſponderũt,Tace,pone manum tuam ſuper os tuum,& veni nobiſcum, & eſto nobis pro patre, & ſacerdote. vtrum melius eſt, te eſſe ſacerdotem domus viri vnius,an te eſſe ſacerdotem tribus & familiæ in Iשׁraאél?

20 Et lætatum eſt cor ſacerdotis, tulítque אephód, & theraphim, & ſculptile,& ingreſſus eſt medium populi.

21 Et conuerſi abierunt,poſuerúntque paruulos,& iumenta,& pretioſa ante ſe.

22 Quum autem procul eſſent à domo Micháh,′viri qui erant in domibus quæ erant iuxta domum Micháh,congregati ſunt,″perſequutíque ſunt filios Dan:

23 Ac clamauerunt ad filios Dan: qui vertentes′facies ſuas, dixerunt ad Micháh,″Quid tibi,quòd congregatus es?

24 Reſpõdit, Deos meos quos feci,″tuliſtis,& ſacerdotem, & abiiſtis:& quid mihi vltrá?″& cur hoc dicitis mihi,Quid tibi?

25 Cui reſponderunt filii Dan,′Ne audire facias vocem tuam nobiſcum,ne fortè irruãt in vos viri″amari animo,″& perdas animã tuam & animam domus tuæ.

26 ″Et pergebant viri Dan in viã ſuam:vidẽs autem Micháh quòd fortiores ſe eſſent,conuerſus eſt,ac rediit domum ſuam.

Lais incendunt quã rurſum extruentes,habitãt in ea.

27 Ipſi ergo acceperunt quod fecerat Micháh, & ſacerdotem quẽ habebat,venerúntque ad Láiשׁs,ad populum quieſcentẽ,′& cõfidentẽ,percuſſerúntque eos acie gladii,ac vrbẽ ſuccenderunt igni.

28 ″Et non *fuit* liberator,quia″longinqua erat à צSidón,nec cõmercium erat eis cum *quouis* homine: ea autẽ *ſita* erat in valle″quæ erat ipſi Beth-reחhób:inſtaurauerũt autem vrbem,& manſerunt in ea.

29 Vocauerúntq; nomẽ vrbis Dan de nomine Dan patris ſui, qui natus fuerat ipſi Iשׁraאél:& quidem Láiשׁs nomẽ erat vrbi prius.

30 Erexerunt autem ſibi filii Dan ſculptile: Iehonathán autem filius Gerשׁſóm′filii Menaשׁſéh, ipſe & filii eius fuerunt ſacerdotes

---

14 Scitote quid fac. דעו מה־תעשׂו: videte[aut,decernit]equid facturi ſitis. 15 Et ſalutauerunt eum pac. וישׁאלו־לו לשׁלום: .i.precati ſunt illi ſalutem. 16 Armis bellicis ſuis כלי מלחמתם Ad verbum,vaſis belli ſuis. 18 Facitis? עושׂים: facere vultis?

22 Viri qui erant,&c. והאנשׁים אשׁר וגו׳ Periphraſis vicinorum.q.d.vicini Michæ congregati ſunt. Perſequutique ſunt וידביקו Aſſequutique ſunt.perſequendo ſcilicet. 23 Quid tibi,quòd,&c. מה לך כי נזעקת: .i.quid habes,quòd congregaſti tot homines tecum?

24 Tuliſtis,&c. לקחתם ואת־הכוהן ותלכו abducitis,vnà cum ſacerdote,& abitis. Et cur hoc,&c. ומה־זה וגו׳ q.d.habeo iuſtam expoſtulandi occaſionem. 25 Ne audire facias,&c. אל־תשׁמע קולך עמנו Ne attollas vocem tuam nobiſcum.i.nobis audientibus.q.d.Tace ſi ſapis. Amari animo, מרי נפשׁ .i.animo concitati.hoc eſt,iracundi,bilioſi,prompti ad iram,& qui facilè iraſcuntur. Et perdas ואספתה Ad verbum,colligas.vel,recolligas.q.d.Ne ſis author vt Deus reuocet ac recipiat ad ſe animam tuam & domeſticorum tuorum.

26 Et pergebant וילכו Et perrexerunt.i.Et ſic cœpto itinere perrexerunt,vel pergebant.

27 Et confidentem, ובוטח & ſecurum.i.nihil tale timentem. 28 Et non *fuit* liberator, ואין מציל Ac nullus fuit qui eriperet. Longinqua erat רחוקה remota erat. Quæ erat ipſi Beth-r. אשׁר לבית־רחוב quæ *erat in regione* Beth-reחhób.

30 Filii Menaשׁſéh, בן־מנשׁה Imitatione quidẽ Gerſom fuit filius Menaſſe,non natura:nam etiam cultor idolorum fuit vt Menaſſe. iſte autem Gerſom fuit filius Moſis,cuius Moſis honori vt conſuleretur,Hebræi dicunt dictioni משׁה ſuperpoſitum fuiſſe נ, ſic מֿשׁה, vt Gerſom iſte diceretur filius Menaſſe potius(imitatione quidem,vt dictum eſt)quàm filius Moſis,atque ita מנשׁה legeretur,non משׁה.

tribui Danitæ vſque ad diem″captiuitatis terræ.

31 ′Erexerunt inquã ſibi ſculptile ipſius Micháh quod fecerat,′cunctis diebus quibus fuit domus Dei in שSilóh. Cap. XIX.

Vxor cuiuſdã Leuitæ, reuertitur in domum patris.

1 FVit præterea diebus illis′quibus Rex non erat in Iשsraאél, vir quidam Leuita vt peregrinus habitans″in lateribus montis אEphráim, accepit ſibi vxorem concubinam de Beth-léחhem Iehudáh,

2 ′Fornicata eſt autem apud eum concubina illa,′& receſſit ab eo ad domum patris ſui in Beth-léחhem Iehudáh: fuitque ibi″dies *aliquot, nempe* quatuor menſes.

3 Surgẽs autem vir eius, ″perrexit poſt eam, ′vt loqueretur ad cor eius, ad reducendam eam: habens ſecum puerum ſuum, & par aſinorum: ea verò introduxit eum in domum patris ſui: quem quũ vidiſſet pater puellæ, ″lætatus eſt in occurſum eius.

4 ″Et ãplexatus eſt eũ ſocer eius pater puellæ, manſítque cũ eo tribus diebus: comederúntque ac biberunt, pernoctauerúntque illic.

5 Fuit verò die quarta quum ſummo mane ſurrexiſſent, ſurrexit & ille vt abiret. Tum dixit pater puellæ ad generum ſuum, ″Fulci cor tuum buccella panis, & poſtea abibitis.

6 Sederunt ergo, ac comederunt ambo pariter, & biberũt: poſtea dixit pater puellæ ad virum, ′Acquieſce quæſo vt pernoctes, & iucundetur cor tuum.

7 ″Quum verò ſurrexiſſet vir ille vt pergeret, compulit eum ſocer eius: reuerſus itaque eſt, & pernoctauit ibi.

8 Surrexit poſtea ſummo mane die quinta, ′vt pergeret: & dixit pater puellæ, Fulci quæſo cor tuum. ′Tardauerũt itaque eum, donec inclinaretur dies, comederúntque ambo.

9 Tandem ſurrexit vir ille vt abiret ipſe & cõcubina eius & puer eius: tum dixit ei ſocer eius pater puellæ, En iam ′remiſſior facta eſt dies vt óccidat, *propterea* pernoctate quæſo, ecce″manſio *eſt* diei: pernocta *ergo* hîc, ″& iucundetur cor tuum, & ſummo mane ſurgetis cras″in viam veſtram, pergéſque″in tabernaculum tuum.

Reducit eam maritus. Iebus quæ & Ieruſalem.

10 Noluit autẽ ille pernoctare, ſed ſurgens abiit, venítque″eregione Iebúס (ipſa eſt Ieruשſaláim) & cum eo par aſinorum onuſtorum, & concubina eius,

11 Quum autem eſſent iuxta Iebúס, dies″deſcenderat valde: dixitque puer domino ſuo, ″Veni obſecro, diuertamus ad vrbem Iebuסſæorum hanc, vt pernoctemus in ea.

que ad diem captiuitatis ſuæ.

31 Mãſitque apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. in diebus illis non erat Rex in Iſrael. Cap. XIX.

1 FVit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephráim, qui accepit vxorem de Beth-léhem Iuda:

2 Quæ reliquit eum, & reuerſa eſt in domum patris ſui in Beth-léhem, mãſitque apud eum quatuor menſibus.

3 Sequutúſque eſt eam vir ſuus, volens reconciliari ei, atque blandiri, & ſecum reducere, habens in comitatu puerum & duos aſinos: quæ ſuſcepit eum, & introduxit in domum patris ſui. Quod quum audiſſet ſocer eius, eúmque vidiſſet, occurrit ei lætus,

4 Et amplexatus eſt hominem: manſitque gener in domo ſoceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter.

5 Die autem quarto de nocte conſurgens, proficiſci voluit: quẽ tenuit ſocer, & ait ad eum, Guſta prius puſillũ panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſceris.

6 Sederúntque ſimul, ac comederunt & biberunt: dixitque pater puellæ ad generum ſuũ, Quæſo te vt hodie hic maneas, pariterque lætemur. B

7 At ille cõſurgens, cœpit velle proficiſci: & nihilominus obnixè eum ſocer tenuit, & apud ſe fecit manere.

8 Mane autem facto, parabat Leuites iter: cui ſocer rurſum, Obſecro, inquit, vt paululum cibi capias, & aſſumptis virib⁹, donec increſcat dies, poſtea proficiſcaris. Comederunt ergo ſimul.

9 Surrexitque adoleſcẽs, vt pergeret cum vxore ſua & puero: cui rurſum loquutus eſt ſocer, Conſidera quòd dies ad occaſum decliuior ſit, & propinquat ad veſperũ: mane apud me etiam hodie, & duc lætũ diem, & cras proficiſceris vt vadas in domũ tuã.

10 Noluit gener acquieſcere ſermonibus eius: ſed ſtatim ſurrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem, ducens ſecum duos aſinos onuſtos, & concubinam. C

11 Iámque aderãt iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad Dominum ſuum, Veni, obſecro, declinemus ad vrbem Iebuſæorum & maneamus in ea.

Captiuitatis terræ. גלות הארץ׃ .i. quo abducta fuit captiua terra. hoc eſt, quo abducti fuerunt captiui qui habitabant in Terra ſancta. hoc intelligitur de captiuitate quando Arca fuit capta tempore Eli, quo tempore multi ex filiis Iſrael abducti fuerunt captiui: quod ex ſequenti verſu cognoſcitur. Hoc idolum Samuel deiecit. 31 Erexerunt inquam וישימו Ad verbum, Et poſuerunt. Cunctis diebus, &c. כל־ימי היות וגו׳ .i. quandiu Arca Dei manſit in Silo.

IN CAPVT XIX.

1 Quibus Rex non, &c. ומלך אין בישראל Vide primum verſum capitis præcedentis. In lateribus בירכתי .i. in vno laterum.

2 Fornicata eſt autem apud eum ותזנה אליו Fornicata eſt autem in conſpectu eius. Alii, contra eum. Alii, apud ipſum. i. quum apud illum maneret. Chaldæus paraph. Quæ quum ſpreuiſſet illum, recepit ſeſe in domum, &c. Et receſſit ab eo ad do. pat. ſ. ותלך מאתו אל־בית אביה & recepit ſeſe, eo relicto, in domum patris ſui. quum ſcilicet id innotuiſſet. Dies ימים Quidam exponunt, annum vnum.

3 Perrexit poſt eam, וילך אחריה ſequutus eſt eam. Vt loqueretur ad cor e. לדבר על־לבה Hebraiſmus, vt blandiretur illi. vel, vt reconciliaretur illi. Lætatus eſt in occ. eius. וישמח לקראתו׃ Hebraiſmus, occurrit illi lætus.

4 Et amplexatus eſt eum ויחזק־בו Ad verbum, Et apprehendit eum. 5 Fulci cor tuum buc. pa. סעד לבך פת־לחם Robora [Cõforta] ſtomachum tuũ puſillo cibo. 6 Acquieſce quæſo, &c. הואל־נא ולין וגו׳ Ad verbum, velis nunc, & pernocta, & exhilaretur cor tuũ. .i. placeat tibi pernoctare, vt lætetur cor tuum. q. d. mane quæſo adhuc hodie vt læteris nobiſcum. 7 Quum verò ſurrexiſſet, &c. ויקם האיש ללכת .i. Quum autem ille vellet ſe committere itineri, obnixè precatus eſt eum ſocer eius. hoc eſt, magnis precibus illum retinuit.

8 Vt pergeret: ללכת vt committeret ſe itineri. Tardauerunt itaque והתמהמהו Moram itaque fecerunt.

9 Remiſſior facta eſt רפה debilitata eſt. i. calor ſolis remiſſus eſt, ita vt dies propinqua ſit veſperi. q. d. iam dies ad occaſum procliuior eſt. Manſio *eſt* diei: חנות היום .i. tempus eſt quo dies conuertet ſe ad hoſpitium. q. d. non procul abeſt occaſus ſolis, aut propinquat dies ad veſperam, quo tempore ſolent homines diuertere ad hoſpitium. Occaſum ſolis vocat manſionẽ: nam ſol videtur diuertere ad hoſpitium quum occidit. Et iucundetur וייטב לבבך vt exhilaretur mens tua. In viam ve. לדרככם Nonnulla ſubaudienda, cuiuſmodi, vt hinc abeatis ad capeſſendam viam veſtram. In tabernaculum t. לאוהלך׃ .i. ad vrbem tuam. 10 Eregione Iebúס עד־נוכח יבוס vſque *ad locum qui erat* eregione Iebus. 11 Deſcenderat רד declinauerat. Veni obſecro, לכה־נא Age quæſo.

Cui reſpondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filiis Iſrael, ſed tranſibo vſque Gabaa:

Et quũ illuc peruenero, manebimꝰ in ea: aut certè in vrbe Rama.

Tranſierunt ergo Iebus, & cœptũ carpebant iter, occubuitque eis ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Bẽiamin.

Diuerterúntque ad eã, vt manerẽt ibi: quò quum intraſſent, ſedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hoſpitio.

Et ecce apparuit homo ſenex, reuertẽs de agro & de opere ſuo veſperi, qui & ipſe de mõte erat Ephráim, & peregrinus habitabat in Gabaa: homines autem regionis illius erant filii Iemini.

Eleuatiſque oculis, vidit ſenex ſedẽtem hominem cum ſarcinulis ſuis in platea ciuitatis, & dixit ad eum, Vnde venis, & quò vadis?

Qui reſpõdit ei, Profecti ſumus de Beth-léhem Iuda, & pergimus ad locum noſtrum, qui eſt in latere mõtis Ephraim, vnde ieramus in Beth-léhẽ & nũc vadimus ad domum Domini, nullúſque ſub tectum ſuum nos vult recipere.

E Habentes paleas & fœnum in aſinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vſus, & pueri qui mecum eſt, nulla re indigemus, niſi hoſpitio.

Cui reſpõdit ſenex, Pax tecum ſit, ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt: tantùm quæſo ne in platea maneas.

Introduxitque eum in domum ſuã, & pabulum aſinis præbuit: ac poſtquã lauerunt pedes ſuos, recepit eos in conuiuium.

Illis epulãtibꝰ, & poſt laborẽ itineris, cibo & potu reficiẽtibus corpora, venerũt viri ciuitatis illius filii belíal, id eſt abſq; iugo, & circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atq; dicẽtes, Educ virum qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo.

F Egreſſúſque eſt ad eos ſenex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia.

Habeo filiã virginem, & hic homo habet cõcubinã, educã eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtrã libidinẽ compleatis: tãtùm obſecro ne ſcelus hoc cõtra naturam operemini in virum.

Nolebant acquieſcere ſermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendã: qua quum tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam mane.

At mulier recedẽtibus tenebris, venit ad oſtiũ domus, vbi manebat dominus ſuus, & ibi corruit.

Mane facto, ſurrexit homo, & aperuit oſtium, vt cœptam expleret viã,

12 Cui reſpondit dominus eius, Ne diuertamus ad *ullam* vrbem alienigenarum quæ non *eſt* de filiis Iשſraאél, ſed tranſeamus vſque ad Gibyáh.

13 Dixit præterea puero ſuo, Age accedamus ad alterum locorum vt pernoctemus in Gibyáh, vel Ramáh.

14 Tranſeuntes igitur abierũt: & occubuit eis ſol iuxta, Gibyáh, quæ eſt Biniamín.

15 Diuerterunt itaque illuc, vt ingrederentur ad pernoctandum in Gibyáh: & ingreſſus ſedit in platea ciuitatis, nec fuit quiſquam ″qui colligeret eos in domum ad pernoctandum.

16 Ecce autem vir *quidam* veniebat ab opere ſuo ex agro veſperi, qui erat de monte אEphráim, ″& peregrinabatur in Gibyáh: at viri loci illius erant filii Iemini.

17 Qúmque leuaſſet oculos ſuos, vidit virum iſtum ″deambulantem per plateam ciuitatis: dixítque vir ille ſenex, Quò vadis, & vnde venis?

18 Cui reſpondit, Tranſimus nos de Beth-léhem Iehudáh ″vſque ad latera montis אEphráim vnde ſum: ʹperrexi nanque vſque ad Beth-léhem Iehudáh, ″& ad domum Iehouæ vado, & non eſt quiſquam qui colligat me in domum:

19 ʹQuum & palea, etiam & fœnum ſit pro aſinis noſtris, & etiam panis, præterea & vinum eſt mihi & ancillæ tuæ, & puero *qui eſt* cum ſeruo tuo: ″non eſt penuria vllius rei.

20 Dixítq; vir ille ſenex, ″Pax tibi: ″veruntamẽ omnis penuria tua *ſit* ſuper me, tantùm in platea ne manſeris.

21 Introduxit igitur eum in domum ſuam, pabulúmque præbuit aſinis: poſtea lauerunt pedes ſuos, comederúntque ac biberunt.

22 Qúmque ipſi exhilararẽt cor ſuũ, ecce viri ciuitatis, ″viri impii, ″gyrauerũt iuxta domum, ″pulſantes oſtium: dixerúntque viro illi domino domus, ſeni illi, dicendo, Educ virum qui ingreſſus eſt domum tuam, ″vt cognoſcamus eum.

23 Egreſſus eſt autẽ ad eos vir ille dominus domus, dixítque eis, Ne fratres mei, ne malefaciatis obſecro: poſteaquam ingreſſus eſt vir iſte domum meam, ne faciatis nefas hoc.

24 En filia mea virgo, & concubina eius, educam nunc eas, ″& affligite illas, ac facite illis quod bonum eſt in oculis veſtris: viro autẽ huic ne faciatis rem ʹignominioſam iſtam.

25 Noluerunt autem viri illi audire eum: apprehendit ergo vir ille concubinam ſuam, & eduxit ad eos foras, ″& cognouerunt eam, abuſique ſunt ea tota nocte vſque mane: poſtea remiſerunt eam quum aſcenderet aurora.

26 Et venit mulier ʹſub auroram ipſam, corruítque ad oſtium domus viri vbi erat ʹdominus eius, vſque ad lucem.

27 Surgẽs verò dominus eius mane, & aperiẽs oſtia domus, egreſ-

Diuertũt in Gabaa. & ſuſcipiuntur à ſene quodam.

Gabaonitæ abutuntur concubina Leuitæ.

Moritur vxor Leuitæ.

15 Qui colligeret מאסף .i. ſuſciperet, vel exciperet. 16 Et peregrinabatur והוא־גר .i. velut peregrinus habitabat. 17 Deambulantem per plateam הארח ברחוב viatorem in platea. 18 Vſque ad latera עד־ירכתי vſque ad fines. Perrexi nanque ואלך .i. quum illic habitarem, perrexi. Et ad domum Ieh. ואת־בית יהוה .i. in Siloh, vbi ſcilicet habitẽ, vel vt illic ſacrificem, & Deo gratias agam: & nemo eſt qui me recipiat. 19 Quum & palea, &c. וגם־תבן גם־מספוא Ad verbum, Et etiam palea, etiam fœnum eſt mihi. Non eſt אין ſub. nobis. q.d. nulla re indigemus. 20 Pax tibi: שלום לך .i. ſalue, vel bono ſis animo. Veruntamen, &c. רק כל־מחסורך עלי Hebraiſmus, de nulla re cures, quoniam præbebo tibi omnia neceſſaria, ſi modò nolis hic manere.

22 Viri impii, בני־בליעל viri beliaעal. i. homines improbi, nebulones, homines nihili. Gallicè, *gens qui ne ualent rien*. Vide Prouer. 6. b. 12. Gyrauerunt iuxta domum, נסבו את־הבית cinxerunt domum. Pulſantes oſtium: מתדפקים על־הדלת inſolenter pulſantes fores. i. conantes effringere fores. Vt cognoſcamus eum. ונדענו: vt eo abutamur. Venerem maſculeam ſignificat.

24 Et affligite illas, וענו אותם .i. abutimini illis, hoc eſt violate, conſtuprate, &c. Ignominioſam iſtam. הנבלה הזאת: Ad verbũ, ignominiæ huius. i. rem hanc nefandam. 25 Et cognouerunt e. וידעו אותה .i. rem habuerunt cum ea. 26 Sub auroram ipſam, לפנות הבוקר Ad verbum, dum aſpiceret mane. vel, aurora, vt ait doctus inter Hebræos. Dominus e. ארוניה .i. maritus eius.

ſus eſtʹvt iret in viam ſuam,& en mulier concubina eius corruerat ad oſtium domus,& manus eius erant ſuper limen.

Dixítque ad eam, Surge,& eamus.ʹEt non reſpondebat: tollens igitur eam ſuper aſinum, ſurrexit vir ille,& abiit in locum ſuum. 28

Maritus in duodecim partes eã partitur, mittẽs eas ad filios Iſrael.

Qui quum veniſſet domum ſuam, accepit gladium, & arrepta concubina ſua, in fruſta concîdit eam cum oſſibus illius in duodecim fruſta,ʹ& miſit eam in omnem terminum Iשſraאél. 29

Fuit autem, quicunque videbat, dicebat, Non fuit factum nec viſum ſimile à die quo aſcenderunt filii Iשſraאél è terra AEgypti vſque in hunc diem: ʹponite *cor* veſtrum ſuper eam,ʺcõſulite, & loquimini. 30

Cap. XX.

Filii Iſrael congregãtur in Maſpha ob vxorem Leuitæ.

EGreſſi autem omnes filii Iשſraאél, congregatus eſt cœtusʺtanquam vir vnus, à Dan vſque Beאér-שſébay,ʹ& *à* terra Gilyád, ad Iehouam in Mixſpáh. 1

ʺAſtiterúntque anguli totius populi, & omnes tribus Iשſraאél in eccleſia populi Dei quadringẽta millia virorum peditum educentium gladium. 2

(Audierunt autẽ filii Biniamínʹquod aſcendiſſent filii Iשſraאél in Mixſpáh) dixerúntque filii Iשſraאél, Dicite quo modo admiſſũ eſt ſcelus hoc? 3

Et reſpondit vir Leuita, maritus mulieris occiſæ,& ait, In Gibyáh quæ eſt ipſius Biniamín, veneram & concubina mea ad pernoctandum. 4

Surrexerúntque aduerſum meʹviri Gibyáh, ʹ& circundederunt aduerſum me domum noctu: me cogitauerant occidere, at concubinam meamʺafflixerunt,& mortua eſt. 5

Arripui itaque concubinam meam,& in fruſta concídi eam, ac miſi eam in totam regionem hæreditatis Iשſraאél: fecerunt enim abominationem & fœditatem in Iשſraאél. 6

Ecce omnes vos filii Iשſraאél,ʺdate verbum & conſilium hîc. 7

Iſraelitæ petunt ſibi tradi homines qui ſcelus perpetraſſent.

Surrexítque vniuerſus populus tãquam vir vnus, dicẽdo, ʺNon ibimus quiſque in tabernaculum ſuum, neque diſcedemus quiſque in domum ſuam. 8

Nunc ergo hoc eſt quod faciemusʹipſi Gibyáh,ʹcontra eam per ſortem: 9

Accipiemus decem viros è centum de omni tribu Iשſraאél, & centum ex mille,& mille ex decem millibus,ʹvt afferãt cibum populo,ʺvt faciat quum peruenerit in Gibyáh Biniamín, iuxta omnem fœditatem quam fecit in Iשſraאél. 10

& ecce concubina eius iacebat ante oſtium, ſparſis in limine manibus. G

Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur, Surge,& ambulemus. Qua nihil reſpondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam,& impoſuit aſino, reuerſúſque eſt in domum ſuã.

Quam quũ eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum oſſib⁹ ſuis in duodecĩ partes ac fruſta cõcidẽs, miſit in õnes terminos Iſrael.

Quod quũ vidiſſent ſinguli, cõclamabant, Nunquam res talis facta eſt in Iſrael ex eo die quo aſcenderũt patres noſtri de AEgypto, vſque in præſens tempus: ferte ſententiã,& in cõmune decernite quid facto opus ſit.

Cap. XX.

EGreſſi itaque ſunt omnes filii Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus, de Dan vſque Ber-ſabee, & terra Galaad ad Dominum in Maſpha. Oſee.10.c.

Omnéſque anguli populorũ,& cunctæ tribus Iſrael in eccleſiam populi Dei conuenerunt quadringenta millia peditum pugnatorum.

(Nec latuit filios Beniamin quòd aſcẽdiſſent filii Iſrael in Maſpha) interrogatúſque Leuita maritus mulieris interfectæ quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet,

Reſpondit, Veni in Gabaa Beniamin cum vxore mea, illúcque diuerti.

Et ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domũ in qua manebam, volentes me occidere,& vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt.

Quam arreptam, in fruſta cõcidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ: quia nunquã tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.

Adeſtis omnes filii Iſrael, decernite quid facere debeatis.

Stánſque omnis populus, quaſi vnius hominis ſermone reſpõdit, Nõ recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſquam intrabit domũ:

Sed hoc contra Gabaa in commune faciemus:

Decem viri eligantur è centum, ex omnibus tribubus Iſrael,& centũ de mille,& mille de decẽ millibus, vt cõportẽt exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro ſcelere quod meretur. B

---

27 Vt iret in viam ſuam, ללכת לדרכו Hebraiſmus, vt cœpto itineri ſe committeret, ſiue vt ſuſceptum iter perficeret.

28 Et non reſpondebat: ואין עונה Ad verbum, Et non reſpondens.i.nemo reſpondebat.

29 Et miſit eam וישלחה .i.miſit partes & fruſta eius in omnes fines Iſraelitarum.

30 Ponite *cor* veſt. ſuper eam, שימו לכם עליה Hebraiſmus, diligentiſſimè perpendite. Ad verbum, Ponite vobis ſuper eam.i.ponite cor vobis ſuper malo iſto, vt exponit doctus inter Hebræos. Conſulite,&c. עצו ודברו: .i.adhibito diligenti ac maturo conſilio, decernite quid facto opus ſit. Vide ſequentis capitis verſum ſeptimum.

IN CAPVT XX.

1 Tanquam vir vnus, כאיש אחד Hebraiſmus, vnanimi conſenſu. Et *à* terra Gilyad, וארץ הגלעד Subaudiẽda fuit præpoſitio מן ex præcedenti. Deſcribit longitudinem Terræ ſanctæ ab Aquilone ad Meridiem,& latitudinem à Galaad vſque ad Mare mediterraneum. Vertere potes,& *vſque* ad terram Galaad: ſub. à Mari mediterraneo.

2 Aſtiterúntque anguli ויתיצבו פנות Affuerúntque anguli.i.primores, magnates, proceres.

3 Quòd aſcendiſſent כי־עלו ſub.& tamen nihil curauerunt. 5 Viri בעלי Ad verbum, domini.i.ciues. Et circundederũt aduerſum me ויסובו עלי & cinxerunt aduerſum me.i.in perniciem meam. Afflixerunt, ענו Quomodo afflixerint, vide præcedenti capite, verſu 25. 7 Date verbum חבו לכם דבר ועצה Ad verbum, date vobis verbum,&c. Redundat לכם .i. Ferte ſententiam,& date conſilium quid hîc facto opus ſit. In vltimo verſu præcedentis capitis dixerat, Conſulite,& loquimini.

8 Non ibimus quiſque,&c. לא נלך איש וגו׳ ſub. prius quàm vlti fuerimus hoc piaculum.

9 Ipſi Gibyáh, לגבעה propter Gabaa. Contra eam per ſortem: עליה בגורל: ſub. aſcendemus. hoc eſt miſſis ſortibus videbimus quinam ſint pugnaturi contra filios Beniamin, quique deferent cibos pro exercitu.

10 Vt afferant cibum pop. לקחת צדה לעם Ad verbum, ad accipiendum cibum populo.i.vt comportent commeatum exercitui. Vt faciat לעשות ſub. populus.i.vt reddant filiis illis Iſrael quod merentur pro tanto ſcelere admiſſo.

Beniamin cæ
dit Iſraelem.

Conuenitque vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi homo vnus eadē men
e, vnóque conſilio:
t
11

Et miſerunt nũtios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? 12

Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitiũ perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Iſrael. Qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum: 13

Sed ex cunctis vrbibus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent. 14

Inuētique ſunt vigintiquinq; millia de Beniamin educētium gladium, præter habitatores Gabaa, 15

C Qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtra vt dextra prælịantes: & ſic fundis lapides ad certum iaciētes, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquã in alteram partē ictus lapidis deferretur. 16

Virorum quoque Iſrael, abſque filiis Beniamin, inuenta ſunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. 17

Qui ſurgentes venerũt in domum Dei, hoc eſt in Silo: conſulerúntque Dñm, atque dixerũt, Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis cõtra filios Beniamin? Quibus reſpondit Dominus, Iudas ſit dux veſter. 18

Statimque filii Iſrael ſurgentes mane, caſtrametati ſunt iuxta Gabaa. 19

Et inde procedentes ad pugnã contra Beniamin, vrbem oppugnare cœperunt. 20

Egreſſique filii Bēiamin de Gabaa, occiderunt de filiis Iſrael die illo vigintiduo millia virorum. 21

Rurſum filii Iſrael & fortitudine, & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt: 22

D Ita tamen vt prius aſcenderent, & flerent coram Domino vſque ad noctē: conſulerēntque eum, & dicerent, Debeo vltrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille reſpondit, Aſcendite ad eos, & inite certamen. 23

Quúmque filii Iſrael altera die cõtra filios Beniamin ad prælium proceſſiſſent, 24

Eruperunt filii Beniamin de portis Gabaa: & occurrētes eis tanta in illos cæde bacchati ſunt, vt decem & octo millia virorum educētium gladium proſternerent. 25

11 ʹCongregatus eſt itaque omnis vir Iשſraאél in ciuitatem tãquã vir vnus, ſocii.

12 Miſerunt autem tribus Iשſraאél viros ʹin omnes tribus filiorum Biniamín, dicendo, ʺQuod malũ eſt hoc quod factũ eſt in vobis?

13 Nũc igitur date viros ʺimpios qui ſunt in Gibyáh, vt occidamus eos, & auferamus malum ex Iשſraאél. Et noluerunt *filii* Biniamín audire vocem fratrum ſuorum filios Iשſraאél:

14 Sed congregati ſunt filii Biniamín ʹex vrbibus in Gibyáh, vt exirent ad bellum contra filios Iשſraאél.

15 Numerati ſunt autē filii Biniamín in die illa de vrbibus, viginti ſex millia virorũ educentium gladium: præter habitatores Gibyáh, *qui* numerati fuerunt ſexcenti viri electi.

16 Ex toto populo iſto ſeptingenti viri electi qui erant ʹclauſa manu dextera ſua, qui omnes funda iaciebant lapidem ad capillum, ʺneque aberrabant.

17 Viri autem Iשſraאél numerati ſunt, ʹpræter Biniamín quadringēta millia virorũ euaginantiũ gladiũ: omnes iſti, viri bellatores.

18 ʺSurrexerunt autem & aſcenderunt in domum Dei, & interrogauerunt Deum, ac dixerunt filii Iשſraאél, Quis aſcendet nobis ʹin principio ad bellum contra filios Biniamín? Dixítque Iehouáh, Iehudah ʺin principio.

19 Surrexerunt itaque filii Iשſraél mane, & caſtrametati ſunt cõtra Gibyáh.

20 Egreſſi ſunt inquam viri Iשſraאél ad bellum contra Biniamín, ʺ& diſpoſuerunt contra eos viri Iשſraאel bellum, contra Gibyáh.

21 Egreſſi ſunt autem filii Biniamín de Gibyáh, ʺ& perdiderunt de Iשſraאél die illa duo & viginti millia virorum ʺad terram.

22 ʹEt confortatus eſt populus vir Iשſraאél, & rurſum diſpoſuerũt bellum in loco in quo diſpoſuerant die prima.

23 ʺAſcenderant autem filii Iſשraאél, & fleuerant ante Iehouam vſque ad veſperam, & interrogauerant Iehouã hiſce verbis, ʺNum addam accedere ad bellum contra filios Biniamín ʺfratris mei? Dixerátque Iehouáh, Aſcendite contra eum.

24 ʺCongreſſi ſunt igitur filii Iשſraאél cum filiis Biniamín poſtero die.

25 Et egreſſus eſt Biniamín in occurſum eorum de Gibyáh poſtero die, & perdiderũt de filiis Iשſraאél adhuc decem & octo millia virorum, ʺad terram: omnes ii, diſtringere gladium nouerant.

Beniaminitæ negant ſe dat

ros, ſed contrà defendunt Gabaonitas.

26600 ex Beniamin.

400000 Iſraelitæ.

Iſraelitæ conſulunt Deum contra Beniamin pugnaturi, & vincuntur.

Rurſum conſulto Domino, vincuntur.

11 Congregatus eſt itaque, &c. ויאסף כל־איש וגו' Sing. Heb. pro plur. Itaque congregati ſunt vniuerſi Iſraelitæ aduerſum [vel, iuxta] eam vrbem tanquam vir vnus, ſocii. i. vnanimi conſenſu, & eadem mente eodémque animo.

12 In omnes tribus בכל־שבטי .i. per omnes cognationes & familias quæ erant in Beniamin. Quod מה Quantum. i. quantum eſſe putatis flagitium iſtud quod perpetratum eſt inter vos? 13 Impios בני־בליעל Ad verbum, filios Beliiàyal. vt capite præcedenti, verſu 22.

14 Ex vrbibus מן הערים ſub. aliis. ſic ſequenti verſu. 16 Clauſa manu dextera ſua, אטר יד־ימינו .i. capti manu dextera ſua, hoc eſt, vtentes manu ſiniſtra pro dextra, quos ſcæuolas appellamus. Talis erat Aod Iudex in Iſrael, de quo ſuprà, capite. 3. b. 15. qui in ſuis operibus ſiniſtra vtebatur, perinde acſi manus dextra fuiſſet clauſa. Gallicè, *gauchier*. Neque aberrabant. ולא יחטא: Ad verbum, & non peccabit. pro, peccabat. ſiue peccare faciebat. Sing. pro plur. & fut pro præt. imperf. hoc eſt, erant fundibularii certiſſimi, qui ſcopum etiam minutiſſimum attingere ſolebant, neque aberrabant à ſcopo propoſito.

17 Præter Biniamin לבד מבנימן .i. exceptis illis qui numerati fuerant ex tribu Beniamin.

18 Surrexerunt autem & aſcenderunt in domum Dei, ויקומו ויעלו בית־אל .i. Confeſtim aſcenderunt domum Dei, id eſt in Siloh vbi erat tabernaculum Domini. In principio. בתחלה: in initio. Sic ſuprà cap. 1. a. 1. hoc eſt, Quæ ex omnibus tribubus prima dimicabit? In principio בתחלה: initio. ſub. aſcendet i. tribus Iuda prima omnium dimicabit.

20 Et diſpoſuerunt ויערכו & ordinarunt. aut instruxerunt contra eos aciem dimicaturi.

21 Et perdiderunt וישחיתו Huic verbo iungitur quod in fine verſus ponitur, ad terrã: vt ſit, perdiderunt ad terram. i. occiſos proſtrauerunt in terram. ſic paulo pòſt verſu 25. 22 Et cõfortatus eſt ויתחזק Et roboratus eſt. i. animum recepit populus, vir. i. Iſrael per appoſitionē dicitur. 23 Aſcenderant autem ויעלו Prius tamen aſcenderant. ſub. ad domum Dei. Filii Iſrael perierunt quòd permiſiſſent coli ſimulachrum Michæ in tribu Dan. Num addam accedere ad bel. האוסיף לגשת למלחמה Num rurſum dimicabo. vel, Debeóne rurſum dimicare. Paulo pòſt verſu 28 dicit, Num addam vltrà egredi, &c. Fratris mei, אחי .i. fratres meos.

24 Congreſſi ſunt, &c. ויקרבו וגו' Ad verbum, Appropinquauerunt igitur filii Iſrael ad filios Beniamin die ſecunda.

25 Ad terram: ארצה Vide paulo antè verſu 21. Diſtringere gladium nouerãt. שולפי חרב Ad verbum, euaginatores gladii. q. d. omnes iſti erant viri bellatores.

Tertiò consulūt Deum, & tradūtur Benianimitæ in manus ipsorū.

26 Propterea aſcenderunt omnes filii Iשſraאél, atque vniuerſus populus, & venerunt in domum Dei, f leuerúntque, ac manſerūt illic coram Iehoua: ieiunauerunt quoque die illa vſque ad veſperam, & obtulerunt holocauſta atque pacifica coram Iehoua.

27 Interrogauerúntque filii Iשſraאél Iehouam (ibi enim erat arca fœderis Dei in diebus illis:

28 Et Pinnháos filius אElyazár filii Aharón″ ſtabat āte eā *etiam* in diebus illis) dicendo, Num addam vltrà egredi ad bellum cōtra filios Biniamín ″fratris mei, an deſiſtam? Reſpondit Iehouáh, Aſcendite: quia cras dabo eum in manum tuam.

29 ″Poſuit itaque Iשſraאél inſidias contra Gibyáh per circuitum.

30 Aſcendentéſque filii Iשſraאél contra filios Biniamín die tertia, ″diſpoſuerunt contra Gibyáh″ſicut ſemel & iterum.

31 Egreſſi autem filii Biniamín in occurſum populi, ″auulſi ſunt è ciuitate, ″ & cœperunt percutere de populo vulneratos ſicut ſemel & iterum″per ſemitas (quarum vna″aſcendebat in domū Dei, & altera in Gibyáh)″in agro, ferè triginta viros de Iשſraאél.

32 Dixerúntque filii Biniamín, ″Cæſi ſunt corā nobis ſicut prius. Filii autem Iשſraאél dixerunt, Fugiamus, & auellamus eum ab vrbe vſque″ad ſemitas.

33 Quum autem omnes viri Iשſraאél″ſurrexiſſent è loco ſuo, diſpoſuerunt in Báyal-thamár: interim inſidiæ Iſשraאelis ″exibāt è loco ſuo, ″è gramineto Gébay.

34 Itaque venerunt″contra Gibyáh decem millia virorum electorum ex toto Iשſraאéle, ″& prælium aggrauatū eſt: illi autem″neſciebant quòd attingeret eos malum.

35 Percuſſítq; Iehouáh Biniamín coram Iשſraאéle, ″& perdiderūt filii Iשſraאél de Biniamín die illa viginti quinque millia & centū viros: omnes ii″euaginabant gladium.

36 ″Viderunt verò filii Biniamín quòd″percuterentur: ″dederant autem viri Iשſraאél locum ipſi Biniamín, confidebant enim in inſidiis quas collocauerant contra Gibyáh.

37 Inſidiæ autem feſtinauerunt, & impetum fecerunt contra Gibyáh, ″& protraxerunt *buccinæ ſonitum* inſidiæ, & percuſſerunt vniuerſos vrbis *habitatores* acie gladii.

38 ″Tempus autem conſtitutum erat viro Iשſraאél cum inſidiis, ″quòd magna diligentia aſcendere facerent incendium fumi è ciuitate.

Quamobrem omnes filii Iſrael venerunt in domum Dei, & ſedentes flebant coram Domino: ieiunauerúntque die illo vſque ad veſperam, & obtulerunt ei holocauſta, atque pacificas victimas.

Et ſuper ſtatu ſuo interrogauerūt, eo tempore ibi erat arca fœderis Domini:

Et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpoſitus domus. conſuluerūt igitur Dominum, atque dixerūt, Exire vltrà debem⁹ ad pugnā contra filios Beniamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dominus, Aſcēdite: cras enim tradā eos in man⁹ veſtras.

Poſuerúntq; filii Iſrael inſidias per circuitum vrbis Gabaa:

Et tertia vice, ſicut ſemel & bis, cōtra Beniamin exercitum produxerūt.

E

Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduerſarios longius perſequuti ſunt: ita vt vulnerarent ex eis ſicut primo die & ſecūdo, & cæderent per duas ſemitas vertentes terga, quarū vna ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa: atque proſternerent triginta circiter viros.

Putauerūt enim ſolito eos more cædere: qui fugā arte ſimulantes inierunt conſilium vt abſtraherēt eos de ciuitate, & quaſi fugientes ad ſupradictas ſemitas perducerent.

Omnes itaque filii Iſrael ſurgentes de ſedibus ſuis, tetenderunt aciē in loco qui vocatur Baal-thamar: inſidiæ quoque quæ circa vrbem erant, paulatim ſe aperire cœperunt,

Et ab Occidentali vrbis parte procedere. ſed & alia decē millia virorū de vniuerſo Iſrael, habitatores vrbis ad certamina prouocabant: ingrauatúmque eſt bellum contra filios Beniamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis inſtaret interitus.

Percuſſitque eos Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & interfecerūt ex eis in illo die vigintiquinque millia, & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium.

F

Filii autem Beniamin quum ſe inferiores eſſe vidiſſēt, cœperūt fugere. quod cernentes filii Iſrael, dederunt eis ad fugiēdum locum, vt ad præparatas inſidias deuenirent, quas iuxta vrbem poſuerant.

Qui quū repente de latibulis ſurrexiſſent, & Beniamin terga cædentibus daret, ingreſſi ſūt ciuitatem, & percuſſerunt eam in ore gladii.

Signū autem dederāt filii Iſrael his quos in inſidiis collocauerāt, vt poſtquam vrbem cepiſſent, ignem accenderent: vt aſcendente in altum fumo, captam vrbem demonſtrarent.

---

28 Stabat ante eam עומד לפניו .i.fungebatur dignitate ſacerdotali. Fratris mei, אחי fratres meos.vt ſuprà verſu 23.

29 Poſuit itaque וישם Collocauit itaque.Diſpoſuit. 30 Diſpoſuerunt ויערכו inſtruxerunt.ſub.aciem. Sicut ſemel & iterum. כפעם בפעם: Ad verbum, ſecundum vicem in vice.i.vt aliàs, & hac quoque vice. Vide ſuprà cap.16.c.20

31 Auulſi ſunt הנתקו .i.abducti ſunt: hoc eſt, diſceſſerunt paulo longius ab vrbe, aſtutia ſcilicet filiorum Iſrael. Et cœperunt percu.&c ויחלו להכות וגו׳ i.trucidarunt aliquot de populo vt antea. Per ſemitas במסלות .i.in coniunctione ſemitarum: hoc eſt in biuio.vt ſequēti verſu. Aſcendebat עולה .i.ducebat, tendebat.hoc eſt, qua ibatur, ad domum Dei. In agro, בשדה q.d.procul ab vrbe.

32 Cæſi ſunt coram nobis נגפים הם לפנינו q.d.ſuperiores ſumus. Ad ſemitas. אל־המסלות: .i.ad coniunctionem ſemitarum.hoc eſt ad biuium illud in quo coeunt duæ illæ ſemitæ.vt præcedenti verſu.

33 Surrexiſſent קמו Tum ſcilicet ſurrexerunt quum filii Beniamin fuerunt abſtracti vſque ad biuium illud, & aciem inſtruxerunt in Baal-thamar. Exibant מגיח diſceſſerunt.aut, diſcedere cœperunt. Alii, proripuerunt ſeſe.aut, abſtraxerunt. E gramineto ממערה *nempe* è planitie.herboſa ſcilicet. 34 Contra Gibעáh מנגד לגבעה ad Gabaa. Vel, *de loco qui erat* eregione Gabaa. Et præliū aggrauatum eſt: והמלחמה כברה & prælium erat ingrauatum. Aut ingraueſcete cœperat.hoc eſt, acrius geri cœperat. q.d.pugnabant inter ſe acriter. Chaldæus paraph.& copiæ illæ erant fortiſſimæ.i.magno animo ingreſſi ſunt eam vrbē. Neſciebant quòd, &c. לא ידעו כי נוגעת וגו׳ non intelligebant quòd pertigiſſet ad ſe malum.i.quòd ſibi immineret interitus.

35 Et perdiderunt וישחיתו & interemerunt.vel, & trucidauerunt. Euaginabant glad. שולף חרב: Hebraiſmus, erant apti bello. Eadem loquutio repetitur & infrà verſu.46. 36 Viderunt verò ויראו .i.cognouerunt. Percuterentur: נגפו .i.cæſi eſſent. Dederant autem, &c. ויתנו וגו׳ .i.ceſſerant loco hoc eſt, cœperant retrogredi, vt abducerent eos ex vrbe.

37 Et protraxerunt וימשוך tuba clangere cœperunt. Alii, traxerunt ſeſe.i.proripuerunt ſeſe in vrbem.

38 Tempus autem conſtitutum erat והמועד היה Conuentio autem facta erat. Quòd magna diligentia, &c. הרב להעלותם משאת Ad verbū, multiplicare [vel, multiplicandi] vt aſcendere facerēt combuſtionem fumi.vt ſit Macor, quod in quinta coniugatione ſimile eſt imperatiuo.i.vt quàm maximum poſſent excitarent incendium. Vel eſt imperatiuus, vt alloquatur ducem inſidiarū.q.d. da operam vt milites quā ma-

ximum poterunt, excitent incendium. Vel eſt nomen, & tunc deeſt ב In. De משאת vide Ierem. 6. a. 1. Quidã vertunt, vt ipſi diligenter aſcendere facerent columnam fumi. i. fumum qui præ ſe ferret figuram columnæ. Alii, incendium permiſtum fumo. vel fumum permiſtum flammis. i. vt diligenter excitarent quàm maximam poſſent flammam permiſtam fumo de vrbe. Paulo pòſt verſu 40, dicit, vt columna fumi.

Quod quum cernerent filii Iſrael in ipſo certamine poſiti (putauerunt enim filii Beniamin eos fugere, & inſtantius perſequebantur, cæſis de exercitu eorum triginta viris)

Vt viderunt quaſi columnam fumi de ciuitate conſcendere, Beniamin quoque reſpiciẽs retro, quum aptam cerneret ciuitatem & flammas in ſublime ferri:

Qui prius ſimulauerant fugam verſa facie fortius reſiſtebant: quod quũ vidiſſẽt filii Bẽiamin, in fugã verſi ſũt.

Et ad viam deſerti ire cœperunt, illuc quoque eos aduerſariis perſequẽtibus: ſed & hi qui vrbẽ ſuccenderãt, occurrerunt eis. G

Atque ita factum eſt vt ex vtraque parte ab hoſtibus cæderẽtur, nec erat vlla requies morientium: ceciderunt, atque proſtrati ſunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa.

Fuerunt autem qui in eodẽ loco interfecti ſunt, decẽ & octo millia virorum, õnes robuſtiſſimi pugnatores.

Quod quum vidiſſent qui remanſerant de Beniamin, fugerunt in ſolitudinem: & pergebãt ad petram, cuius vocabulum eſt Remmon. in illa quoque fuga palantes, & in diuerſa tendẽtes, occiderũt quinq; millia viros. & quũ vltrà tẽderẽt, perſequuti ſũt eos, & interfecerunt etiã alia duo millia.

Et ſic factum eſt vt omnes qui ceciderãt de Beniamin in diuerſis locis, eſſent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptiſſimi.

Remanſerunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in ſolitudinem ſexcẽti viri: ſederũtque in Petra Remmon menſibus quatuor.

Regreſſi autem filii Iſrael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſque ad iumenta gladio percuſſerũt, cunctáſque vrbes & viculos Beniamin vorax flãma conſumpſit. Cap. XXI.

IVrauerunt quoque filii Iſrael in Maſpha, & dixerũt, Nullus noſtrũ dabit filiis Beniamin de filiabus ſuis vxorem.

Venerũtque omnes ad domum Dei in Silo: & in conſpectu eius ſedẽtes vſque ad veſperã, leuauerũt vocẽ, & magno vlulatu cœperunt flere,

Dicẽtes, Quare Dñe Deus Iſrael factum eſt hoc malũ in populo tuo, vt hodie vna trib⁹ auferretur ex nobis?

39 ″Verterãt autẽ ſeſe viri Iשſraאél in prælio, & Biniamín cœperat ″percutere vulneratos ex viris Iשſraאél ferè triginta viros: ″dicebãt enim, Equidem ″percutiẽdo percuſſus eſt coram nobis ſicut priore conflictu.

40 Incẽdium autem cœperat aſcendere è ciuitate *ut* colũna fumi. reſpexit autem Biniamín poſt ſe, & ecce *iam* aſcenderat incendiũ vrbis ad cælum.

41 ′Viri autem Iשſraאél verterunt ſeſe: itaque territi ſunt viri Biniamín, ′quòd viderent ſibi inſtare interitum:

42 ′Verterántque ſeſe ante viros Iשſraאél ad viã deſerti, ″& præliũ aſſequutũ eſt eos: ″& qui de vrbibus, ″trucidabãt eos in medio ſui.

43 ″Circundederunt Biniamín, ″perſequi fecerunt eos, ″diligenter conculcauerunt eos ″vſque eregione Gibyáh ad ortum ſolis:

44 Ceciderunt ergo de Biniamín octodecim millia virorum: *atque* omnes ii, ′viri fortes.

45 ″Qui vertentes ſeſe, fugerunt ad deſertum ′ad Petrã Rimmón, ″& racemauerunt eos ″in ſemitis, quinque millia virorum: & perſequuti ſunt eos vſque ad Gidyóm, ac percuſſerunt ex eis duo millia virorum.

46 Fuerunt autem omnes qui ceciderunt de Biniamín, ′viginti quinque millia virorum ″euaginantium gladium in die illa: omnes ii, viri fortes.

47 Conuerſi itaque fugerunt verſus deſertum ad Petrã Rimmón ſexcenti viri, & manſerunt in Petra Rimmón quatuor menſibus.

48 Porrò viri Iשſraאél reuerſi ſunt ad filios Biniamín, & percuſſerunt eos acie gladii, ″de vrbibus ′viros, *in agris autem* vſque ad iumentum, vſque ad omne quod inueniebatur: etiam omnes vrbes ″quæ inueniebantur, ′miſerunt in ignem. Cap. XXI.

1 POrrò viri Iשſraאél iurauerunt in Mixſpáh, his verbis, ″Vir ex nobis non dabit filiam ſuam ipſi Biniamín in vxorem.

2 Et venit populus ″in domum Dei, manſerúntque ibi vſque ad veſperam coram Deo, leuauerúntque vocem ſuam, ac fleuerunt fletu magno,

3 Atque dixerũt, Vtquid Iehouáh Deus Iשſraאél factum eſt hoc in Iשſraאél vt deficeret hodie tribus vna ex Iשſraאél?

Ex filiis Beniamin, 600 tãtùm ſuperſunt.

Filii Iſrael iurant, ſe non daturos filias ſuas reliquis filiis Beniamin.

39 Verterant autem ſeſe ויהפך .i. dederant terga in ipſo conflictu. Percutere vulneratos להכות חללים .i. interficere aliquot. Dicebant enim, כי אמרו ſicut ſuprà verſu 32. Percutiendo percuſſ. eſt נגוף נגף .i. reuera percuſſi ſunt. q. d. inferiores nobis ſunt ſicut prioribus conflictibus. 41 Viri autem IשſraאéI verterunt ואיש ישראל הפך Singul. Heb. pro plur. i. verſa facie cœperunt reſiſtere perſequẽtibus. Quòd viderent, &c כי ראה וגו' Ad verbum, quia vidit quòd attingeret ſe malum. Sing. pro plur. i. quòd intelligerent ſibi impendere interitum. 42 Verterántque ſeſe ויפנו .i. dederant terga. Et prælium aſſequutum eſt eos: והמלחמה הדביקתהו .i. milites aſſequuti ſunt eos. Et qui de vrb. ואשר מהערים ſub. egrediebantur, qui ſcilicet collocati fuerunt in inſidiis. Trucidabant eos, &c. משחיתים אותו בתוכו Ad verbum, perdebant eos in medio ſui. i. inter cæſos agri & cæſos vrbis.

43 Circundederunt כתרו Cinxerunt. in modum ſcilicet coronæ, vt exponit doctus inter Hebræos. Perſequi fecerunt eos, הרדיפהו מנוחה diligenter [ſtrenuè] perſequuti ſunt eos *in loco* quietis. i. in quo prius quieſcebant, aut, exiſtimabant ſe poſſe quieſcere. Quidam, hortati ſunt ſeſe mutuò ad perſequendum eos ne eſſet requies. vt ſubaudiatur מן. vel, vt nulla eſſet requies. Chaldæus paraph. à domo requiei ipſorum. [aut, à loco quietis eorum] abduxerunt eos. Diligenter conculcauerunt eos הדריכוהו .i. conati ſunt conculcare eos. Alii, ambulare fecerunt eos. Vſque eregione עד נוכח .i. vſque ad locum qui erat eregione Gabaa.

44 Viri fortes. אנשי־חיל: Ad verbum, viri virtutis. aut, exercitus. i. viri fortes & bellicoſi.

45 Qui vertentes ſeſe, ויפנו Qui terga vertentes. Ad Petram Rimmón, אל סלעה־רמון ad סSelaע-Rimmon. Nomen loci. Et racemauerunt eos ויעוללוהו .i. palantes & in diuerſa loca tendentes trucidauerunt. Pronomen ſing. Heb. pro plur. Non dimiſerunt ex eis racemos, ſed omnes qui inuenti ſunt in viis, trucidauerunt. In ſemitis, במסלות per ſemitas. i. per itinera, hoc eſt dum fugerent.

46 Viginti, &c. עשרים וגו' Omittit centum qui fuerunt enumerati in ſumma vniuerſali, quòd paruus eſſet numerus, quódque id iam dixerat. Omittuntur item mille qui fuerant enumerati in ipſo delectu, qui ceciderant in duobus prioribus præliis. Euaginantium gl. שולף חרב. Vide ſuprà verſu 35. 48 De vrbibus מעיר Sing. Heb. pro plur. in vrbibus. Viros, מתום qui ſcilicet reliqui erant. i. homines vtriuſque ſexus, ac cuiuſcunque ſtatus. Quæ inueniebantur, הנמצאות Ad verbum, inuentas. i. extantes & nondum dirutas. Miſerunt in ignẽ. שלחו באש Phraſi Hebraica dictum eſt, pro, in omnes ciuitates miſerunt ignem. i. ſuccenderunt

IN CAPVT XXI.

1 Vir ex nobis non dabit איש ממנו לא־יתן Nemo noſtrum dabit. In domum Dei, בית־אל .i. in Siloh. vt præcedenti capite, verſu 18.

4 ″Poſtridie autem ſurrexit populus, & ædificauerunt ibi ′altare, obtulerúntque holocauſta & pacifica.

5 Dixerunt autem filii Iשſraאél, Quis eſt′qui non aſcendit in cœtum ex omnibus tribubus Iשſraאél ad Iehouã? Iuramẽtum enim grande fuerat pro eo qui non aſcendiſſet ad Iehouam in Mixſpáh, dicendo, Moriendo morietur.

6 ′Et pœnituit filios Iשſraאél Biniamín fratris ſui, ac dixerunt, Exciſa eſt hodie tribus vna ex Iשſraאél.

7 Quid faciemus eis qui remanſerunt′pro vxoribus, quum nos iurauerimus per Iehouam, nos non daturos eis de filiabus noſtris in vxores?

8 Dixerunt inquam, Quis vnus de tribubus Iשſraאél eſt qui non aſcendit ad Iehouam in Mixſpáh? & ecce non venerat quiſquam ad caſtra de Iabéש Gilyád ad congregationem.

9 Numeratus enim fuerat populus, & ecce non erat ibi quiſquã de habitatoribus Iabéש Gilyád.

Habitatores Iabes Galaad percutiuntur.

10 Miſerunt ergo illuc congregatio duodecim millia virorum″de viris fortibus: præceperúntque eis dicendo, Ite, & percutite habitatores Iabéש Gilyád acie gladii, & mulieres & paruulos.

11 Hoc eſt autem quod facietis, Omnem maſculum, & omnẽ mulierem quæ experta eſt concubitum virilem, interficietis.

Virgines eorum 400 dantur Beniamin.

12 Inuenerunt igitur de habitatoribus Iabéש Gilyád quadringentas puellas virgines quæ non cognouerant virum concubitu virili, quas adduxerunt ad caſtra in שSilóh, ″quæ *erant* in terra Chenáyan.

13 Miſerunt itaque tota cõgregatio, & loquuti ſunt ad filios Biniamín qui erant in Petra Rimmón, & vocauerunt eos″*cum* pace.

14 ″Itaque reuerſus eſt Biniamín tempore illo, & dederunt eis vxores quas ′ſeruauerant viuas ex mulieribus Iabéש Gilyád, ″neque ſuffecerunt eis ſic.

Filii Iſrael dolẽt ſuper interfectione Bẽiamin.

15 Populum autem ″pœnituit ipſius Biniamín, quòd feciſſet Iehouáh″fracturam in tribubus Iשſraאél.

16 ″Dixerunt ergo ſeniores cœtus, Quid faciemus reliquis, pro vxoribus? ′deleta eſt enim de Biniamín mulier.

17 Dixerũt præterea, ″Hæreditas euaſionis *ſit* Biniamín, vt non deleatur tribus de Iשſraאél.

18 Nos enim non poſſumus dare eis vxores de filiabus noſtris. Iurauerant nanque filii Iשſraאél, dicendo, Maledictus qui dederit vxorem ipſi Biniamín.

Virgines Silo rapiuntur à Beniamin.

19 ″Dixerunt inſuper, Ecce ſolennitas Iehouæ *celebratur* in שSilóh quotannis, *in loco*′qui eſt ad Aquilonem domus Dei ad exortũ ſo-

4 Altera autem die diluculo conſurgẽtes extruxeruut altare: obtulerúntque ibi holocauſta, & pacificas victimas.

5 Et dixerunt, Quis non aſcendit in exercitu Domini de vniuerſis tribubus Iſrael? Grandi enim iuramẽto ſe cõſtrinxerant, quũ eſſent in Maſpha, interfici eos qui defuiſſent.

6 Ductique pœnitentia filii Iſrael ſuper fratre ſuo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata eſt tribus vna de Iſrael,

7 Vnde vxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus, non daturos nos his filias noſtras.

B

8 Idcirco dixerũt, Quis eſt de vniuerſis tribubus Iſrael, qui non aſcendit ad Dominum in Maſpha? & ecce inuenti ſunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu non fuiſſe.

9 (Eo quoque tempore quum eſſẽt in Silo, nullus ex eis ibi repertus eſt)

10 Miſerũt itaque decem millia viros robuſtiſſimos, & præceperũt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladii, tam vxores quàm paruulos eorum.

11 Et hoc erit quod obſeruare debebitis, Omne generis maſculini, & mulieres quæ cognouerũt viros, ĩterficite.

12 Inuentæque ſunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ neſcierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad caſtra in Silo, in terram Chanaan.

13 Miſerúntque nuntios ad filios Beniamin qui erant in Petra Remmon, & præceperunt eis vt eos ſuſciperent in pace.

C

14 Venerúntque filii Beniamin in illo tempore, & datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas ſimili modo traderent.

15 Vniuerſúſque Iſrael valde doluit, & egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius tribus ex Iſrael.

16 Dixerúntque maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperũt vxores? omnes in Beniamin fœmininæ conciderunt.

17 Et magna nobis cura ingentiq; ſtudio prouidendum eſt, ne vna tribus deleatur ex Iſrael.

18 Filias enim noſtras eis dare non poſſumus, conſtricti iuramento & maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus ſuis vxorem Beniamin.

19 Ceperúntque conſiliũ, atque dixerunt, Ecce ſolennitas Dñi eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad Septen-

---

4 Poſtridie autem ויהי ממחרת Ad verbum, Et fuit, in craſtino. Altare, מזבח ſub. nouum, quemadmodum facere ſolebant dum vellent conſulere Dominum. 5 Qui non aſcendit, &c. אשר לא־עלה בקהל .i. qui non interfuit cœtui coram Iehoua.
6 Et pœnituit fil. Iשſr. Biniamin וינחמו בני ישראל אל־בנימן .i. pœnitudine adducti ſunt Iſraelitæ quòd interfeciſſent filios Beniamin. Vide paulo pòſt, verſu 15. 7 Pro vxoribus, לנשים .i. vt demus eis vxores. q. d. qua ratione dare poterimus reliquis vxores, quum, &c.
10 De viris fortibus: מבני החיל Ad verbum, ex filiis virtutis. vel, exercitus. i. qui erant fortiſſimi milites.
12 Quæ *erant* in terra Chenáyan. אשר בארץ כנען: .i. ad caſtra quæ ex tota congregatione remanſerant in terra Chanaan.
13 *Cum* pace. שלום *in* pace. i. appellauerunt eos verbis pacificis. Alii, de pace cum illis egerunt.
14 Itaque reuerſus eſt וישב Et reuerſus eſt. ſub. ad filios Iſrael. Seruauerant viuas חיו Ad verbũ, viuificauerant. Neque ſuffecerunt eis ſic. ולא־מצאו להם כן: neque inuenerunt illis ſic. i. neque hoc modo, hácque à ſe excogitata ratione inuenerunt tot vxores quot illi erant.
15 Pœnituit ipſius Biniamín, נחם לבנימן pœnitebat de Beniamin. vel, dolebat de Beniamin. i. mali quod acciderat Beniamin. Fracturam פרץ rupturam. 16 Dixerunt ergo, &c. ויאמרו וגו׳ Hæc dicuntur per recapitulationem, de omnibus illis ſuperſtitibus: & tunc in fine 18 verſus ſubintelligentur quæ prius dicta fuerant de hac materia. Vel iſta intelliguntur de ducentis illis tantùm qui non habuerunt vxores vnà cum aliis: & ita hìc poſt Reliquis, ſubaudiendũ erit, ducentis. Deleta eſt enim, &c, כי־נשמדה וגו׳ Singul. Hebr. pro plur. deletæ ſunt, ſiue perditæ mulieres. 17 Hæreditas euaſionis, &c. ירושת פליטה לבנימן .i. Studendũ eſt, aut Conemur, vt ex tribu Beniamin aliquot ſeruentur, qui ſint vice hæreditatis ipſi Iaacob. 19 Dixerunt inſuper, ויאמרו ſub. Seniores. Qui אשר Hic אשר pro באשר poſitum eſt, & ſubauditur Locus, in loco qui eſt, &c. Deſignant, ac deſcribunt eis locum in quo virgines ſolebant ducere choros.

trionẽ vrbis Beth-el ad Oriẽtalẽ plagã viæ quæ de Beth-el tẽdit ad Sichimam, & ad Meridiẽ oppidi Lebona.

Præceperũtq; filiis Beniamin, atque dixerunt, Ite, & latitate in vineis.

Quũmque videritis filias Silo ad ducẽdos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis ſinguli vxores ſingulas, & pergite in terram Beniamin.

Quũmque venerint patres earum, ac fratres, & aduerſum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis, Miſeremini eorum: non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, ſed rogantibus vt acciperent, non dediſtis, & à veſtra parte peccatum eſt.

Fecerũntque filii Beniamin vt ſibi fuerat imperatum: & iuxta numerũ ſuum rapuerunt ſibi de his quæ ducebãt choros vxores ſingulas: abierũntque in poſſeſſionem ſuam, ædificãtes vrbes & habitantes in eis.

Filii quoque Iſrael reuerſi ſunt per tribus & familias in tabernacula ſua.

In diebꝰ illis nõ erat Rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.

lis viæ quæ aſcendit è domo Dei ad שSechém, & à Meridie ipſi Lebonáh.

20 Præceperunt ergo filiis Biniamín, dicendo, Ite, & inſidiamini ″in vineis.

21 ′Ac videte: ecce nanque ſi egreſſæ fuerint filiæ שSilóh′ad ſaltandum in choris, tunc exite è vineis, & rapite vobis quiſque vxorem ſuã de filiabus שSilóh,″& ite in terram Biniamín.

22 Quum autem venerint patres earum, vel fratres earum ′ad iurgandum ante nos, tunc dicemus eis, ″Miſeremini noſtri pro illis: quia non accepimus ″vnicuique mulierem ſuam ″in bello illo: & quia non″dediſtis illis: *ita ut* tempore hoc,″deliqueritis.

23 Fecerunt ergo ita filii Biniamín, tulerúntque vxores ſecundum numerum ſuum de ſaltantibus, quas rapuerunt, atque abierunt: reuerſique ſunt ad hæreditatem ſuam, & inſtaurãtes vrbes, habitauerunt in eis.

24 Itaque abierunt illinc filii Iשſraאél′eo tempore, quiſque ad tribum ſuam, & familiam ſuam: egreſſi inquam ſunt inde ſinguli ad hæreditatem ſuam.

25 ′In diebus illis nõ erat Rex in Iשſraאél: quiſque quod rectum erat in oculis ſuis faciebat.

20 In vineis. בכרמים: propinquis ſcilicet ei loco. 21 Ac videte: וראיתם .i.conſiderate diligenter. Ad ſaltandum in choris, לחול במחולות .i.ad ducendum choros. Et ite, &c. והלכתם וגו׳ q.d.hoc facto recipietis vos in patriam veſtram.

22 Ad iurgandum לריב ad litigandum.conquerendum.expoſtulandum. Miſeremini noſtri pro illis: חנונו אותם q.d.non potuimus alia ratione dare illis vxores. Alii, Date nobis illas.vt ם pro ן ponatur. q.d. Sinite in gratiam totius Iſraelis illos habere eas mulieres. Vnicuique איש pro לאיש poſitum. In bello illo: במלחמה quod ſcilicet geſtum fuit in Iabes Galaad. Dediſtis illis: נתתם ſub. filias veſtras. Deliqueritis. תאשמו: peccaueritis.i.contraueneritis iuramento veſtro.

24 Eo tempore, בעת ההיא .i.his geſtis. 25 In diebus illis, &c. בימים ההם וגו׳ .i.Eo tẽpore erat velut interregnum in Iſrael: & quiſque quod ſibi placebat, id facere ſolebat.

Liber Ruth, Hebraicè רות

Libellus iſte vnus eſt ex illis libellis quos Hebræi vocant חמש מגלות quinque volumina: quem editum fuiſſe exiſtimant ad hoc præcipuè, vt texeretur Chriſti genealogia, qui ſecundum carnem ex Dauide deſcenſurus erat.

VETVS.

Cap. I.

In diebus vniꝰ Iudicis, quãdo iudices præerãt, facta eſt fama in Terra: abiitque homo de Beth-lehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cũ vxore ſua ac duobus liberis.

Ipſe vocabatur Elimélech, & vxor eius Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-léhem Iuda. ingreſſique regionem Moabitidem, morabantur ibi.

Et mortuus eſt Elimélech maritus Noemi: remanſitque ipſa cum filiis.

Qui accperũt vxores Moabitidas, quarũ vna vocabatur Orpha, alteráq; Ruth: manſerũntq; ibi decem annis.

Et ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet & Chelion: remanſitque mulier orbata duobus liberis ac marito.

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

1 Fuit In diebus quando iudicabant″Iudices illi, fuit fames in terra: & profectus eſt vir *quidam* de Beth-leחẽ″Iehudah, ′vt peregrinaretur in terra Moáb vnà cum vxore ſua ac duobus liberis ſuis.

Elimélech Bethlehemita cum vxore Noemi & duobꝰ filiis peregrinatur in regione Moabitide.

2 Nomen autem viri illius אElimélech, & nomen vxoris eius Naעomí: nomen verò duorum filiorum eius, Maחlón & חHilión, אEphrathæi de Beth-léחem Iehudáh: ingreſſiq; regionẽ Moáb, habitauerunt illic.

3 Mortuus eſt autem אElimélech maritus Naעomí: & remanſit ipſa, & duo filii eius.

Moritur Elimélech.

4 Acceperunt autem ſibi vxores Moabitidas: nomen vnius עOrpáh: & nomen alterius, Ruth: mãſerúntque ibi fermè decẽ annis.

5 Mortui ſunt etiam ambo ipſi, Maחlón & Chilión:″& remanſit mulier illa *orbata* duobus filiis ac marito ſuo.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Fuit ויהי Ad verbum, Et fuit. Grammatici Hebræorum annotant, hoc loco ו non copulare, ſed tantùm conuertere futurum in præt. Iudices il. השופטים ſub. in Iſrael.i.tẽpore quo Iudices regebant ac moderabantur remp. Iſraelis. Iehudáh, יהורה *quæ eſt in tribu* Iehudah. Hìc additur Iehuda, ad differentiam alterius Beth-léhem quæ eſt in tribu Zabulon. Vt peregrinaretur in terra לגור בשדי vt tanquam peregrinus habitaret in agro.i.regione. Aſſerunt Hebræi hæc geſta fuiſſe tempore Ibſam Iudicis in Iſrael, de quo Iudicum 12.c.7. Hunc veteres Hebræorum doctores dixerunt alio nomine appellatum Boaz, ac eundem eſſe de quo in hoc libello fit mentio.

5 Et remanſit, &c. ותשאר האשה וגו׳ & relicta eſt mulier illa à duobus gnatis ſuis & à marito ſuo.

Noemi defuncto marito & duobus filiis, reuertitur in patriam.

6 ′Surrexit igitur ipſa & nurus ſuæ, & reuerſa eſt ′ex regione Moáb : audierat enim in regione Moáb quòd viſitaſſet Iehouáh populum ſuum, dando eis″panem.

7 Egreſſa eſt itaque è loco in quo erat, & duæ nurus eius cum ipſa, ″& cōmiſerunt ſeſe itineri, vt reuerterentur ad terrã Iehudáh.

Ruth adhæret ſocrui ſuæ reuertenti-

8 Dixit autem Nayomí ambabus nuribus ſuis, ′Ite, redite quæque in domum matris ſuæ: ′faciat Iehouáh vobiſcum miſericordiam, quemadmodum feciſtis cum mortuis & mecum:

9 Det Iehouáh′vobis vt inueniatis requiem vnaquæque in domo viri ſui. Et oſculata eſt eas: & illæ ſublata voce ſua fleuerunt.

10 Dixerúntque ei, Certè tecum reuertemur″ad populum tuum.

11 Et ait Nayomí, Reuertimini filiæ meæ : vtquid iretis mecum? ′an vltrà mihi *ſunt* filii in vtero meo, vt ſint vobis viri?

11 Reuertimini *inquam* filiæ meæ, *&* abite: ſenior enim ſum quàm vt nubam: ″quinetiam ſi dicerem, Eſt *adhuc* mihi ſpes: etiãſi nocte hac nuberem viro, atque etiam parerem filios:

13 Nunquid eos expectabitis, donec adoleſcant? ″nunquid retardabimini vt non ſitis viro? ″Ne, filiæ meæ: ″quia amaritudo eſt mihi valde pluſquàm vobis : quoniam egreſſa eſt contra me manus Iehouæ.

14 At illæ rurſum ſublata voce fleuerunt : ′& oſculata eſt yOrpáh ſocrum ſuam, Ruth vero′adhæſit ei.

Ruth adhæret ſocrui ſuæ.

15 Cui ait *ſocrus*, Ecce reuerſa eſt ′cognata tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos: reuertere poſt′eam.

16 Et dixit Ruth, ″Ne roges me, vt relinquam te, aut recedam à te: quocunque enim perrexeris, pergam, & vbicunque morata fueris, morabor: populus tuus, populus meus : ac Deus tuus, Deus meus:

17 Vbi mortua fueris, moriar, ibíque ſepeliar: ′ſic faciat Iehouáh mihi, & ſic addat, niſi *ſola* mors″ſeparauerit me à te.

18 Vidẽs itaque quòd ′obfirmato eſſet animo vt pergeret ſecum, deſtitit loqui ad eam.

Veniũt in Beth-lehem.

19 Perrexerunt ergo ambæ illæ, donec venirent Beth-léhem: & fuit, quum ingreſſæ eſſent Beth-léhem, ″commota eſt tota ciuitas ſuper eis, ′ac dicebant, Num hæc eſt Nayomí?

20 Quæ reſpōdit eis, Ne vocetis me Nayomí: *quin potius* vocate me ′Mara, quia″amaritudine affecit me Omnipotens valde.

12 Ego″plena abieram, at vacuã reduxit me Iehouáh: cur ergo vocaretis me Nayomí, ″quum Iehouáh afflixerit me, & Omnipotẽs

Et ſurrexit vt in patriam pergeret cũ vtraque nuru ſua de regione Moabitide: audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.

Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ cum vtraque nuru: & iã in via reuertẽdi poſita in terrã Iuda,

Dixit ad eas, Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cũ mortuis & mecum.

Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis: Et oſculata eſt eas: quæ eleuata voce flere cœperunt,

Et dicere, Tecum pergemus ad populum tuum.

Quibus illa reſpondit, Reuertimini filiæ mi, cur venitis mecum? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis?

Reuertimini filiæ mi, & abite: iam enim ſenectute cõfecta ſum, nec apta vinculo coniugali. etiamſi poſſẽ hac nocte concipere, & parere filios: C

Si eos expectare velitis donec creſcant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ mi, quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus Domini contra me.

Eleuata igitur voce, rurſũ flere cœperunt. Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ.

Cui dixit Noemi, En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum & deos ſuos, vade cum ea.

Quæ reſpondit, Ne aduerſeris mihi vt relinquam te, & abeam: quocũque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor: populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.

Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiã ſepulturæ hæc mihi faciat Domin⁹, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. D

Vidẽs ergo Noemi quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecũ pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltrà reditum perſuadere:

Profectæq; ſũt ſimul, & venerũt in Beth-lehẽ: quibus vrbẽ ingreſſis, velox apud cũctos fama percrebruit: dicebãtq; mulieres, Hæc eſt illa Noemi.

Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id eſt pulchram: ſed vocate me Mara, id eſt amaram, quia amaritudine valde repleuit me.

Egreſſa ſum plena, & vacuã reduxit me Dominus. cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit,

---

6 Surrexit igitur,&c. ותקם היא וגו׳ Hebraiſmus, Confeſtim igitur ipſa cum vtraque nuru ſua reuerſa eſt.ſub.in patriam ſuam. Ex regione משדה Ad verbum, ex agro. Panem. לחם: Panis pro alimentis ponitur more Hebræorum.

7 Et commiſerunt ſeſe,&c. ותלכנה בדרך וגו׳ Ad verbum,& abierunt per viam,redeundo.

8 Ite,redite לכנה שובנה Agite,reuertimini. Faciat Iehouáh, &c. יעשה יהוה וגו׳ Hebraiſmus, Benefaciat vobis Dominus quemadmodum vos pietatem exhibuiſtis & mortuis illis filiis meis maritis veſtris,& mihi.

9 Vobis לכם Ex doctioribus Hebræorum alter ſubaudit maritum, Det vobis maritum, vt requiem inueniatis.

10 Ad populum tuum. לעמך: .i.ad populares tuos. 11 An vltrà mihi,&c. העוד־לי וגו׳ .i.habebóne vltrà in vtero meo filios, qui eſſe poſſint mariti veſtri?q.d.Non. 12 Quinetiam ſi dicerem, כי אמרתי .i.ſi hoc mecum reputarem, nempe quod ſequitur.

13 Nunquid retardabimini,&c. הלהן תעגנת וגו׳ nunquid retardabimini quo minus nubatis? Ne, אל ſub.mihi ſitis moleſtæ.ita Chaldæus paraph.ne amaritudine afficiatis animam meam.Ex doctioribus Hebræorum alter exponit,nolite mecum pergere. Quia amaritudo,&c. כי־מר־לי וגו׳ ſum etenim multo maiore quàm vos,mœrore affecta:quoniam inuaſit me manus Iehouæ.

14 Et oſculata eſt יתשק ſub.ac reuerſa eſt. Adhæſit ei. דבקה־בה: .i.comitata eſt eam,nec receſſit ab ea.

15 Cognata tua יבמתך .i.vxor fratris mariti tui.fratria tua. Eam. יבמתך: cognatam tuam.Anteced.Heb.pro relat.

16 Ne roges me, אל־תפגעי־בי Ne occurras mihi.i.ne ſuadeas mihi. 17 Sic faciat,&c. כה יעשה וגו׳ q.d. Diſperеam ego niſi,&c. vel,hæc,imò multo grauiora faciat mihi Iehoua,niſi,&c. Separauerit,&c יפריד ביני וגו׳ Ad verbum,diuiſionem fecerit inter me & inter te.

18 Obfirmato eſſet,&c. מתאמצת היא ללכת אתה Ad verbum,quòd indurata eſſet ad eundum ſecum.

19 Commota eſt,&c. ותהום כל־העיר עליהן tumultuari cœpit vrbs ipſa tota propter illas.i.cum ſtrepitu quodam commoueri. Ac dicebant, ותאמרנה ſub.mulieres. 20 Mara, מרא .i.amaram:hoc eſt triſtem ac mœſtam. Quia amaritudine,&c. כי־המר שדי וגו׳ Hebraiſmus.ſummo enim mœrore,ſiue mœſtitia affecit me Omnipotens. 21 Plena מלאה ſub.diuitiis & filiis.

afflixit Omnipotens?

Venit ergo Noemi cũ Ruth Moabitide nuru ſua, de terra peregrinationis ſuæ: ac reuerſa eſt in Beth-léhem, quando primùm hordea metebãtur. 22

Cap.II.

ERat autem viro Elimélech conſanguineus homo potens, & magnarum opum, nomine Booz. 1

Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrũ ſuam, Si iubes, vadam in agrũ, & colligam ſpicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patriſfamiliâs reperero gratiam. Cui illa reſpondit, Vade filia mi. 2

Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentium. accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimélech. 3

Et ecce, ipſe veniebat de Beth-léhem, dixitque meſſoribus, Dominus vobiſcum. Qui reſponderũt ei, Benedicat tibi Dominus. 4

Dixitque Booz iuueni qui meſſoribus præerat, Cuius eſt hæc puella? 5

Cui reſpondit, Hæc eſt Moabitis quæ venit cum Noemi de regione Moabitide: 6

Et rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: & de mane vſque nunc ſtat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuerſa eſt. 7

B Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: ſed iungere puellis meis, 8

Et vbi meſſuerint, ſequere: mandaui enim pueris meis vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri bibunt. 9

Quæ cadens in faciẽ ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem? 10

Cui ille reſpondit, Nuntiata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortẽ viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua C nata es, & veneris ad populum quẽ antea neſciebas. 11

Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. 12

Quæ ait, Inueniã gratiã apud oculos tuos dñe mi, qui cõſolatus es me, & loquut⁹ es ad cor ancillæ tuæ, quæ nõ ſum ſimilis vnius puellarũ tuarũ. 13

malè fecerit mihi?

22 ″Reuerſa quoque eſt Nayhomí″vnà cum Ruth Moabitide nuru ſua *quæ antea* reuerſa erat è regione Moáb: & venerunt ipſæ Beth-léhem in principio meſſis hordeaceæ.

Cap. I I.

Ruth colligit ſpicas in agro. Booz cognati Elimélech.

1 POrrò Nayomí habebat cõſanguineum ex marito,″virum ſtrenuum è familia אElimélech, cuius nomen erat Bóyaz.

2 Dixit autem Ruth Moabitis illa ad Nayomí,″Vadam quæſo in agrum, vt colligam ſpicas″poſt eum in cuius oculis inuenero gratiam. Et dixit ei, Vade filia mea.

3 Abiit igitur, & ingreſſa collegit *ſpicas* in agro poſt meſſores.″cõtigit autem fortè vt incideret in eam partem quæ pertinebat ad Bóyaz, qui erat de familia אElimélech.

4 ″Interim ecce Bóyaz venit de Beth-léhem, dixítque ipſis meſſoribus, Dominus vobiſcũ. Qui dixerũt ei, Benedicat tibi Iehouáh.

5 Dixítque Bóyaz famulo ſuo qui cõſtitutus erat ſuper meſſores ipſos, Cuius eſt hæc puella?

6 Reſpõdit famulus ille qui cõſtitutus erat ſuper meſſores, & ait, Puella Moabitis eſt, quæ reuerſa eſt cũ Nayomí de regiõe Moáb:

7 Quæ dixit,″Colligam quæſo, ac congregem *ſpicas* inter manipulos poſt meſſores. & ingreſſa perſtitit à ſummo mane vſque nũc: ″iam manſio eius in domo, paululum *eſt*.

Ruth inuenit gratiam coram oculis Booz.

8 Et ait Bóyaz ad Ruth,″Audíſne filia mea? ne vadas ad colligendum in agro alio, neque etiam tranſeas hinc,″ſed hîc adhærebis puellis meis.

9 Oculi tui ſint ad agrum illum quem meſſuerint,″& ſequere eas: ″an non præcepi famulis ne tangant te? & ſi ſitieris, perge ad vaſa, & bibe de eo quod hauſerint famuli illi.

Benignitas Booz erga Ruth.

10 Tunc illa cecidit in faciem ſuam, & incuruauit ſe in terram, dixítque ei,″Quare inueni gratiam in oculis tuis, vt me agnoſcas, ″quum ſim alienigena?

11 Reſpondens Bóyaz, dixit,″Prorſus nuntiatũ eſt mihi quicquid feciſti ſocrui tuæ poſtquam mortuus eſt vir tuus: & quòd relictis patre tuo & matre tua, ac terra natiuitatis tuæ,″perrexeris ad populum″antea tibi incognitum.

12 Reddat *tibi* Iehouáh″opus tuum, ſítque merces tua perfecta à Iehouáh Deo Iשſraאél, quæ veniſti″ad ſperandum ſub alis eius.

13 Illa verò ait,″Inueniam gratiam in oculis tuis domine mi, quòd cõſolatus ſis me, &″loquutus ſis ad cor ancillæ tuæ:″quum tamen ego non ſim ſicut vna ex ancillis tuis.

---

22 Reuerſa quoque eſt ותשב Nempe quadam alia vice, vt ſentit ex doctioribus Hæbræorum alter. Vnà cum Ruth, &c. המואביה כלתה עמה ורות Ad verbum, & Ruth Moabitis nurus eius cum ipſa.

IN CAPVT II.

1 Virum ſtrenuum גביר חיל Ad verbum, virum virtutis. vel, potentem virtute. i. virum ſtrenuum.

2 Vadam quæſo אלכה־נא Ad verbum, Ibo nunc, vel quæſo. q.d. liceat mihi per te ire. Poſt eum in cuius, &c. אחר אשר אמצא־חן ביעניו Ad verbum, poſt, in cuius oculis inueniam gratiam.. i. cui grata fuero. cui placuero.

3 Contigit autem, &c. ויקר וגו׳ Ad verbum, euenit autem euentus eius *in* portione agri. Hebraiſmus.

4 Interim ecce Bóyaz והנה־בועז Ad verbum, Et ecce Boaz. 7 Colligam quæſo, אלקטה נא q.d. liceat mihi per te colligere. Iam manſio eius, &c. זה שבתה הבית מעט׃ iam ſeſſio eius in domo, paululum. i. paruo tempore eſt. hoc eſt hinc apparet, non diu domi deſidere. Ita ex doctioribus Hebræorum alter. Quidam vertunt, quòd enim domi ſedet, perpuſillum *eſt*. 8 Audiſne הלוא שמעת Ad verbum, Annon audiſti, nempe quod præcepi tibi ne ires ad colligendum in alio agro? Sed hîc adhærebis, &c. וכה תדבקין Hic autem adhæreas puellis meis. i. ne diſcedas à puellis meis. 9 Et ſequere eas: והלכתה אחריהן Ad verbum, & perges poſt eas. Chaldæus paraph. & ſequere eos. Annon præcepi הלוא צויתי את־הנערים Hæc interrogatio vehemẽter aſſeuerat. q.d. certiſſimè præcepi. Sic 1. Sam. 10. a. 1.

10 Quare inueni מדוע מצאתי Vnde hoc quòd inueni. i. vnde hoc quòd ſum tibi grata? Quum ſim alienigena? ואנכי נכריה׃ Ad verbum, & ego extranea? 11 Prorſus nuntiatum eſt הוגד הגוד Ad verbum, Renuntiando renuntiatum eſt mihi. Perrexeris ותלכי conceſſeris. Antea tibi incognitum. אשר לא־ידעת תמול שלשום׃ Ad verbum, quem non noſti heri & nudiuſtertius.

12 Opus tuum, פעלך . i. mercedem operis tui. Ad ſperandum, &c. לחסות תחת־כנפיו׃ vt ſub alis eius tuta degeres.

13 Inueniam gratiam in oc. t. אמצא־חן בעיניך Hebraiſmus, ſpero me tibi fore gratam. Loquutus ſis ad cor. דברת על־לב loquutus ſis iuxta cor. Hebraiſmus,, & placentia loquutus ſis ancillæ tuæ. Quum tamen ego, &c. ואנכי לא אהיה כאחת Quum tamen ego ne vni quidem ex ancillis tuis veniam conferenda.

fff.iiii.

14 Cui dixit Bóyaz,″Tempore cibi accede huc,& comede de pane ipſo, ac intinge″buccellã tuam in acetum. Sedit itaque illa à latere meſſorum:& porrexit ei″polentam:quæ comedit ʹad ſaturitatem,″& reliquum fecit:

Benignitas Booz erga Ruth.

15 Surrexítque vt colligeret:præcepit autem Bóyaz famulis ſuis, dicens,Etiam inter ipſos manipulos colligat, ʹneque pudore afficiatis eam.

16 Quin & ″dimittendo dimittite ei de manipulis ,ʹ& relinquite vt colligat,neque increpetis eam.

Ruth collectas ſpicas excutit.

17 Collegit igitur in eo agro vſque ad veſperam , & excuſſit quod collegerat,fuítque ʹferè modius hordei.

18 Et ferens ingreſſa eſt vrbem:vidítque ſocrus eius quod collegerat,″protulit quoq;,ac dedit illi″quod reliquerat de ſaturitate ſua.

19 Cui ait ſocrus ſua, Vbi collegiſti hodie, & vbi″operata es? ſit qui te agnouit, benedictus. Tunc indicauit ſocrui ſuæ apud quem eſſet operata , dicens , Nomen viri apud quem ſum operata hodie, eſt Bóyaz.

20 Et dixit Nayomí nurui ſuæ,ʹBenedictus eſt à Iehouáh qui non dereliquit miſericordiam ſuam cum viuentibus & cum mortuis. Addidítque Nayomí, Propinquus noſter eſt vir ille, *ac* de cognatis noſtris eſt.

21 Ait ergo Ruth Moabitis illi, Etiã certè dixit mihi , Pueris ipſis qui mei ſunt, adhærebis , donec compleuerint totam hanc meſſem meam.

Ruth rurſum ad agrũ Booz reuerſa,ſpicas colligit.

22 Dixítque Nayomí ad Ruth nurum ſuam,″Bonum eſt filia mea quòd″egrederis cũ puellis eius,ne″occurrant tibi in agro alio.

23 ″Iunxit ſe igitur puellis Bóyaz colligendo *ſpicas* donec perficeretur meſſis hordeorum,& meſſis frumentorum,″& reuerſa eſt ad ſocrum ſuam.

Cap. III.

Ruth ſocrus ſuæ ſua ſu proficiſcitur ad Booz.

1 DIxit autem illi Nayomí ſocrus eius , Filia mea ″nónne quærã tibi requiem,vt bene ſit tibi?

2 Nunc ergo nónne Bóyaz de cõſanguinitate noſtra eſt,cum cuius puellis fuiſti?en″ventilat″aream hordeorum nocte.

3 Laua igitur te,ac inunge te,″veſtimenta quoque tua indue te,& deſcendes ad aream:″ne te notam facias viro ipſi,donec finem fecerit comedendi & bibendi.

4 ″Quúmq; ille ierit cubitũ,ſcito locum ipſum in quo dormiet, & ingreſſa diſcooperies ″à *parte* pedum eius,illícque accubabis:ipſe autem indicabit tibi quid factura ſis.

14 Dixitque ad eam Booz,Quãdo hora veſcendi fuerit,veni huc,& comede panem, & intinge buccellam tuã in aceto.Sedit itaque ad meſſorum latus,& congeſſit polentam ſibi,comeditq; & ſaturata eſt,& tulit reliquias.

15 Atque inde ſurrexit,vt ſpicas ex more colligeret: præcepit autem Booz pueris ſuis, dicens, Etiam ſi vobiſcũ metere voluerit,ne prohibeatis eam:

16 Et de veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria , & remanere permittite,vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.

17 Collegit ergo in agro vſque ad veſperam:& quæ collegerat virga cædẽs & excutiens, inuenit hordei quaſi ephi menſuram,id eſt tres modios. D

18 Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem,& oſtẽdit ſocrui ſuæ:inſuper protulit , & dedit ei de reliquiis cibi ſui quo ſaturata fuerat.

19 Dixitque ei ſocrus ſua, Vbi hodie collegiſti,& vbi feciſti opus?ſit benedictus qui miſertus eſt tui. Indicauitque ei apud quem eſſet operata:& nomẽ dixit viri,quòd Booz vocaretur.

20 Cui reſpondit Noemi, Benedictus ſit à Domino:quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis,ſeruauit & mortuis.Rurſúmque ait,Propinquus noſter eſt homo.

21 Et Ruth,Hoc quoque,inquit,præcepit mihi , vt tandiu meſſoribus eius iungerer , donec omnes ſegetes meterentur.

22 Cui dixit ſocrus,Melius eſt filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum , ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi.

23 Iuncta eſt itaque puellis Booz , & tãdiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

Cap.III.

1 POſtquam autẽ reuerſa eſt ad ſocrum ſuã, audiuit ab ea, Filia mi, quæram tibi requiem , & prouidebo vt bene ſit tibi.

2 Booz iſte, cuius puellis in agro iũcta es,propinquus noſter eſt , & hac nocte aream hordei ventilat.

3 Lauare igitur,& vngere,& induere cultioribus veſtimentis , & deſcende in aream. nõ te videat homo, donec eſum potúmque finierit.

4 Quãdo autẽ ierit ad dormiẽdũ,nota locũ ĩ quo dormiat:veniéſq;,& diſcooperies palliũ quo operitur à parte pedũ,& proiicies te,& ibi iacebis:ipſe autem dicet tibi quid agere debeas. B

14 Tempore cibi לעת האוכל Quum tempus fuerit edendi. Buccellam t.in acetum. פתך בחומץ .i.fruſtum cibi tui in acetum. propter æſtum ſcilicet.Chaldæus paraph.in pulmentum quod cum aceto decoctum eſt. Polentam: קלי genus eſt farinæ ita dictæ à torrendo.Chaldæus paraph.farinam toſtam. Ad ſaturitatem, ותשׂבע Ad verbum,& ſaturata eſt. Et reliquũ fecit: ותותר׃ & adhuc aliquid ſuperfuit.

15 Neque pudore affic.eam. ולא תכלימוה׃ Pudore afficere,ſiue pudefacere,pro Prohibere.qui enim prohibent,aut negant,faciunt vt petentes rubore ſuffundãtur. 16 Dimittendo dimittite שׁול תשׁולו .i.de induſtria dimittite illi,&c. Et relinquite vt coll. ועזבתם ולקטה Ad verbum,& relinquetis,& colligat.i.quam tum relinquetis,vel ſinetis colligere. 17 Ferè modius כאיפה ferè Nepha.Genus eſt menſuræ aridorum,& continet tria ſata. 18 Protulit quoque, ותוצא ſub.Ruth de pera,ſiue ſacco,vt habet Chaldæus paraph. Quod reliquerat,&c. אשר־הותרה משבעה׃ quod *de prandio ſuo* reliquum fecerat ſaturata. 19 Operata es? עשׂית Ad verbum,feciſti?ſic mox.

20 Benedictus eſt à Iehoua,&c. ברוך הוא ליהוה וגו׳ Hebraiſmus,gratus eſt Domino,plurimum gratia & fauore valet apud Dominum,qui clementer egit non ſolùm cum viuentibus,ſed etiam cum mortuis ſuis:qui non deſtitit à clementia ſua ſolita tam erga viuentes ipſos,quàm erga mortuos illos. 22 Bonum eſt טוב .i.honeſtum eſt.vel,placet. Egrederis תצאי Fut.Hebr.pro præſ.ſub.ad colligendum. Occurrant tibi יפגעו in te irruant. 23 Iunxit ſe igitur puellis ותדבק בנערות Adhæſit igitur puellis. Et reuerſa eſt,&c. ותשב את־חמותה׃ cæterùm apud ſocrum ſuam habitauit.

IN CAPVT III.

1 Nónne הלא Per interrogationem legitur Hebræis,qui huiuſmodi interrogationibus magis affirmare ſolent. Propterea quidam vertũt, Equidem tibi quæram,ô filia mea,requiem,vt bene ſit tibi. Requiem vocat nuptias.

2 Ventilat זורה Præſ.Heb.pro fut.ventilaturus eſt. Aream hordeorum גורן השׂעורים Hebraiſmus,pro,hordeum quod eſt in area.

3 Veſtimenta quoque,&c. ושׂמת שׂמלותיך עליך Ad verbum,ac pone veſtes tuas ſuper te. Ne te notã facias אל־תודעי ne præbeas te agnoſcendam.vel,ne innoteſcas viro. 4 Quúmque ille ierit cubitum, ויהי בשׁכבו Ad verbum,Et erit,quum dormierit. A *parte* pedum e. מרגלותיו ad pedes eius.vel, iuxta pedes ipſius, & inferiorem partem lecti.Sic paulo póſt.

5 Quæ reſpõdit, Quicquid præceperis, faciam.

6 Deſcenditque in aream, & fecit omnia quæ ſibi imperauerat ſocrus.

7 Qûmque comediſſet Booz & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſétque ad dormiẽdum iuxta aceruum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto pallio àpedibus ei⁹, ſe proiecit.

8 Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus eſt: viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos.

C

9 Et ait illi, Quæ es ?Illáque reſpondit, Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium tuũ ſuper famulam tuã, quia propinquus es.

10 Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiã poſteriore ſuperaſti: quia non es ſequuta iuuenes pauperes, ſiue diuites.

11 Noli ergo metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. ſcit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.

12 Nec abnuo me propinquũ, ſed eſt alius me propinquior.

13 Quieſce hac nocte: & facto mane, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt: ſin autem ille noluerit, ego te abſque vlla dubitatione ſuſcipiam, viuit Dominus: dormi vſque mane.

D

14 Dormiuit itaque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum: ſurrexit itaque antequã homines ſe cognoſcerent mutuò, & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quòd huc veneris.

15 Et rurſum, Expãde, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam: quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem.

16 Et venit ad ſocrum ſuam, quæ dixit ei, Quid egiſti filia? Narrauitque ei omnia quæ ſibi feciſſet homo:

17 Et ait, Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuã te reuerti ad ſocrum tuam.

18 Dixitque Noemi, Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat: neque enim ceſſabit homo, niſi compleuerit quod loquutus eſt.

Cap. IIII.

1 Aſcendit ergo Booz ad portã, & ſedit ibi: qûmque vidiſſet propinquum præterire, de quo prius ſermo habitus eſt, dixit ad eum, Declina pauliſper, & ſede hîc: vocãs eũ nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit.

2 Tollens autẽ Booz decẽ viros de

5 Cui ait Ruth, Quæcunque dixeris mihi, faciam.

6 Deſcendit itaque in aream illam, & fecit iuxta omnia quæ præceperat ei ſocrus ſua.

7 Quum autem comediſſet Bóyaz ac bibiſſet, exhilaratúmque eſſet cor eius, venit vt dormiret in extrema parte acerui: venit & illa ſecretò, quæ quum diſcooperuiſſet à *parte* pedum, accubuit.

Dormit ad pedes Booz.

8 ′Accidit autem vt media nocte expaueſceret vir, ′atque inclinaret ſeſe: ″& en mulier dormiebat à *parte* pedum eius.

9 Et ait, Quænam es tu? Illa reſpõdit, Ego ſum Ruth ancilla tua: ′expande oram *pallii* tui ſuper ancillam tuam, quia propinquus es.

10 Ait illi, Benedicta es tu à Iehouáh filia mea: præſtantiorem reddidiſti pietatẽ tuam hanc poſteriorem illa priore, quòd′non ambulaueris poſt iuuenes, ſiue pauperes, ſiue diuites.

11 Nunc ergo filia mea ne metuas: quæcunque dixeris faciam tibi. ſcit enim′vniuerſa vrbs populi mei quòd″mulier proba ſis.

12 ″Iam igitur *fateor* verum eſſe quòd cognatus ſum: eſt tamẽ *alius* cognatus propinquior me.

Booz agnoſcit ſe eſſe propinquũ ipſi Ruth.

13 Pernocta *hîc* nocte: facto autẽ mane, ″ſi ille ius tibi cognationis præſtare voluerit, bene eſt, ″propinquus ſit: ſi verò noluerit″id tibi præſtare, ego ius illud cognationis tibi præſtabo, viuit Iehouáh: dormi *ergo* vſque mane.

14 Dormiuit itaque à *parte* pedum eius vſque mane: poſt hæc ſurrexit antequam cognoſcere quis poſſet proximum ſuũ: ′ille autem præcepit, Ne notum ſit veniſſe mulierem illam ad aream.

15 Dixitque *ad eam*, Affer linteum ′quod eſt ſuper te, & tene illud. Et *ipſa* tenuit illud, & menſus eſt″ſex hordei *menſuras*, poſuítque ſuper eam, & ingreſſa eſt vrbem.

Ruth ſex hordei modios refert ad ſocrum.

16 Venit itaque *illa* ad ſocrum ſuam: quæ ait, ′Quænã es, filia mea? Narrauítque ei quæcunque feciſſet ſibi vir ille:

17 Et ait, Sex hordei *menſuras* has dedit mihi: dixit enim ad me, Nõ reuerteris vacua ad ſocrum tuam.

18 Ait itaq; *Naomi*, ″Mane filia mea, donec cognoſcas quomodo″cadat res: non enim conquieſcet vir ille, ″niſi cõpleuerit rem hodie.

Cap. IIII.

1 Boyáz autem aſcendens′ad portam, conſedit illic: & ecce cognatus ille trãſibat, de quo ipſe loquutus fuerat, & dixit, ″Declina, ſede hîc tu talis. Et declinauit, atque ſedit.

Booz accipit Ruth in vxorẽ.

2 Et aſſumptis decem viris è Senioribus eius vrbis, dixit, Conſi-

8 Accidit autem ויחי בחצי הלילה ויחרד Ad verbum, Et fuit, media nocte expauit vir, & inclinauit ſeſe. In ויחרד, coniunctio ו vertit tantùm futurum in præt. Atque inclinaret ſeſe: וילפת ac verteret[vel, cõuerteret]ſeſe. de latere ſcilicet in latus. Et en mulier, &c. והנה אשה שוכבת מרגלותיו; & ecce deprehendit mulierem iacentem ad pedes ſuos.

9 Expande oram, &c. ופרשת כנפך. Id eſt expande veſtem tuã, more eorum qui deſpondebant vxorem. q.d. contrahe matrimoniũ mecum, ac deſponde me tibi. Alii exponunt, alam expandere ſuper aliquem, metaphoricam eſſe loquutionem, pro In tutelam ſuam ſuſcipere.

10 Non ambulaueris poſt, &c. לבלתי־לכת וגו' nõ ſequuta ſis adoleſcentes ipſos, ſiue pauperes ſiue diuites. 11 Vniuerſa vrbs pop. m. כל־שער עמי Ad verbum, omnis porta populi mei. Alii vertunt, vniuerſus Senatus popularium meorum. nam in portis erant fora vbi fiebãt iudicia. Mulier proba ſis. אשת חיל Ad verbum, mulier virtutis. i. proba, diligens, ſtrenua, virtute prædita.

12 Iam igitur *fateor* verum eſſe quòd ועתה כי אמנם Vertere potes vt nihil ſubaudias, & כי priore loco poſitum redundet, Iam igitur verum eſt quòd, &c. 13 Si ille ius tibi cognationis præſt. vo. אם־יגאלך Ad verbum, ſi propinquus tuus eſſe voluerit. i. ſi te voluerit accipere in vxorem, tanquam qui illud facere debeat iure propinquitatis, rectè eſt. Propinquus ſit: יגאל. i. propinquitatis iure te habeat vxorem. Vertere potes, præſtet. Id tibi præſtare, &c. לגאלך וגאלתיך אנכי Ad verbum, propinquus tuus eſſe, propinquus ero tibi ego. i. ſi te noluerit habere vxorem iure propinquitatis, ego te ducam vxorem iure propinquitatis. Viuit Iehouáh: חי־יהוה Formula iuriſiurandi. 14 Ille autẽ præcepit, ויאמר Ad verbum, Et ille dixit. ſub. famulis. 15 Quod eſt ſuper te, אשר־עליך quo amiciris. Sex hordei *menſuras*, שש־שעורים Chaldæus paraph, ſex ſata hordei. Scriptura narrat quid Booz dederit ipſi Ruth. 16 Quænam es, מי־את Fieri poteſt (inquit ex doctioribus Hebræorum alter) vt ſocrus non viderit eam donec aperuerit ei fores. 18 Mane שב Quieſce, vel Sis quieta. Chaldæus paraph. Sede mecum in domo. i. Contine te domi, donec cognoſcas qualem exitum habiturum ſit hoc negotium. Cadat יפול caſura ſit. Res, ſiue negotium (inquit ex doctioribus Hebræorum alter) cadere dicitur, quòd omnia decreta è cælo manent ac prodeant. Niſi compleuerit rem כי־אם־כלה הדבר donec perfecerit negotium ipſum.

IN CAPVT IIII.

1 Ad portam, השער Chaldæus paraph. ad portam domus, ſiue loci iudicii. i. fori iudiciarii ipſius Senatus. Declina, &c. סורה שבה־פה פלוני אלמוני accede tu talis, & ſede hîc. פלוני אלמוני voces ſunt quæ nihil ſignificant apud Hebræos: tantùm vice alicuius proprii nominis, quod tacetur tanquam notum, aut quod nominari nolumus, poni ſolent. nos dicere ſolemus, *Toy tel affiex toy icy*. Sic 1. Samu. 21. a. 2, Pueris autem condixi locum פלוני אלמוני talem & talem. vel, quendam & certum.

dete hîc. Qui conſederunt.

Dixítque cognato illi, Partem agri quæ erat fratris noſtri, אEli 3
mélech, ″vendere decreuit Nayomí, quæ reuerſa eſt ″è regione
Moáb.

Ego autem ″dixi, Reuelabo aurem tuam, dicendo, Acquire *agrum* 4
illum coram ″ſedentibus ipſis & coram Senioribus populi mei, ſi vis
redimere, redime: & ſi non ″vis redimere, indica mihi: ſcio autem
quòd non eſt præter te ″ad redimendum, & ego ſum poſt te. Tum
ille ait, Ego redimam.

″Addidítque Bóyaz, Quo die acquiſieris ″agrum de manu Nayo 5
mí, ″& à Ruth Moabitide vxore defuncti acquires: vt ſuſcites no-
men defuncti in hæreditate eius.

Reſpondit cognatus ille, Non poſſum redimere mihi, ne fortè 6
″deleam hæreditatem meã: redime tibi tu ″ius propĩquitatis meæ,
quia non poſſum redimere.

Calceamẽtũ ſuũ ſoluere, & dare propinquo.

″Hic autem erat mos antiquitus in Iשſraאél in redemptione & 7
commutatione, ad confirmandum quoduis negotium, Detrahe-
bat aliquis calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo: & hoc e-
rat teſtimonium *ceſſionis* in Iשſraאél.

Dixit ergo cognatus ad Bóyaz, Acquire tibi. Simúlque detraxit 8
calceamentum ſuum.

Et ait Bóyaz Senioribus illis ac vniuerſo populo, Teſtes eſtis ho 9
die quòd acquiſiuerim omnia quæ fuerant ipſius אElimélech, &
omnia quæ fuerãt ipſius Chilión & Maחhalón de manu Nayomí.

Sed & Ruth Moabitidem vxorem Maחhalón acquiſiui mihi v- 10
xorem, ad ſuſcitandum nomen defuncti in hæreditate ſua, ne ex-
cidatur nomen ipſius defuncti de fratribus ſuis, ″& de porta loci
ſui: teſtes *inquam* eſtis hodie.

Et dixit omnis populus qui erat in porta, & Seniores, Teſtes ſu- 11
mus: reddat Iehouáh mulierem ″quæ ingreditur domum tuam,
ſicut Raחhél & ſicut Leáh, quæ ambæ ædificauerunt domum Iשſ-
raאél, ″& facias virtutem in אEphrátha, ″& compares *tibi* nomen in
Beth-léחhem.

AEdificare domum.

Sítque dom⁹ tua ſicut domus Péreץs (quẽ peperit Thamár ipſi 12
Iehudáh) de ſemine illo quod dederit tibi Iehouáh de puella hac.

Ruth parit filiũ Obed nomine.

Bóyaz itaque duxit Ruth, fuítque ei vxor. & ingreſſus eſt ad 13
eam, & dedit illi Iehouáh ″conceptum, & peperit filium.

Dixerúntque mulieres ad Nayomí, Benedictus Iehouáh qui 14
″non permiſit vt deeſſet tibi cognatus hodie, & vocabitur nomen
eius in Iשſraאél.

″Animum quoque tuum recreaturus eſt, atque alet ſenectutem 15

Senioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. Quibus reſidentibus,

Loquutus eſt ad propinquum, Partem agri fratris noſtri Elimélech vẽdit Noemi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide.

Quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo: ſi vis poſſidere iure propinquitatis, eme, & poſſide: ſin autẽ diſplicet tibi hoc ipſum, indica mihi, vt ſciam quid facere debeã. nullus enim eſt propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui ſecũd⁹ ſũ. At ille reſpõdit, Ego agrũ emá. B

Cui dixit Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomẽ propinqui tui in hæreditate ſua.

Qui reſpõdit, Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo: tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

‖Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſiquando alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamẽtũ ſuũ, & dabat proximo ſuo: hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Deut.25.b.7

Dixit ergo propinquo ſuo Booz, Tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo.

At ille maioribus natu, & vniuerſo populo, Teſtes vos, inquit eſtis hodie, quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Elimélech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi: C

Et Ruth Moabitidem vxorẽ Mahalon, in coniugium ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulum eius de familia ſua, ac fratribus & populo deleatur: vos inquam huius rei teſtes eſtis.

Reſpondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos teſtes ſumus: faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael: vt ſit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth-lehem.

Fiátque domus tua, ſicut domus Phares, ‖quẽ Thamar peperit Iudæ, de ſemine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Gen.38.g.29

Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingreſſúſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.

Dixerúntque mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui nõ eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuę, & vocaretur nomen eius in Iſrael: D

Et habeas qui conſoletur animam tuam, & enutriat ſenectutem. de nu-

3 Vendere decreuit מכרה Præt. Heb. pro fut. venditura eſt. E regione משׂדה Ad verbum, ex agro. 4 Dixi, Reuelabo aurem tuam, dicendo, Acquire אמרתי אגלה אזנך לאמור Hebraiſmus, pro, Statui apud me huius te admonere, ſiue id tibi indicare, ac dicere vt acquiras. Reuelare aurem alicuius, pro reuelare ei ſecretum aliquod, indicare ei aliquid, & de eo admonere. Similis loquutio etiam aliis locis legitur, vt 1. Samu. 9. c. 15, Dominus autem reuelauerat aurem Samuelis diem vnam antequam veniret Saul. Et cap. 20. c. 13, Si placuerit patri meo vt adducat malum ſuper te, reuelabo aurem tuam. Virgilius dixit, Cynthius aurem Vellit, & admonuit, Paſtorẽ Tityre, &c. Sedẽtibus היושבים Sedentes vocat eos qui cum eo ſedebant, aut Iudices. Vis redimere, יגאל Ad verbum, redimat. ſub. is qui ius habet redimendi. Subita perſonæ mutatio. Ad redimendum, לגאול .i. qui ius habeat redimendi illum. Quidam vertunt, ſcio enim quòd nemo eſt qui redimere poſſit, niſi tu. 5 Addidítque ויאמר Ad verbum, Et dixit. Agrum השׂדה Suprà verſu tertio dixit, partem, ſiue portionem agri. Et à Ruth, &c. ומאת רות וגו׳ q.d. quod fieri nequit niſi ſimul ducas Ruth Moabitidem in vxorem. 6 Deleam אשחית vaſtem. perdam. Ius propinquitatis meæ, את־גאולתי Ad verbum, redemptionem meam. 7 Hic autem erat mos antiquitus וזאת לפנים בישׂראל Ad verbum, Hoc autem erat antè in Iſrael. 10 Et de porta loci ſ. ומשער מקומו Chaldæus paraph. & de porta Senatus quæ eſt in loco eius. 11 Quæ ingreditur הבאה Præſ. Heb. pro fut. quæ ingreſſura eſt. Et facias virtutem, &c. ועשׂה־חיל באפרתה וקרא־שם Ad verbum, & fac virtutem in Ephratha, & voca nomen &c. Hebraiſmus, virum te fortem ac ſtrenuum præbeas in Ephratha, & famam tibi acquiras in Beth-lehem. Ephratha & Beth-lehem pro eodem poſuit. 13 Conceptum, הריון conceptionem. i. Iehoua dedit ipſi Ruth vt conciperet. 14 Non permiſit, &c. לא השׁבית לך גואל היום ויקרא Ad verbum, non fecit ceſſare tibi cognatum hodie, & vocabitur, &c. i. qui non permiſit vt deficeret tibi hodie cognatus, is nempe cuius nomen futurum ſit celebre in Iſrael. Vocari nomen alicuius in aliquo loco, pro celebre fieri. 15 Animum quoque tuum, &c. והיה לך למשׁיב נפשׁ ולכלכל Ad verbum, Et erit tibi in recreantem animã, & ad nutriendum, &c.

ru enim tua natus eſt, qui te diligit: & multo tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios.

Suſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus eſt filius Noemi: vocauerũt nomẽ eius Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid.

1. Paral. 2. a. 4, & b. 10 Matth. 1. a. 3

Hæ ſũt generationes Phares: Phares genuit Eſron,

Eſron genuit Ram, Ram genuit Aminadab,

Aminadab genuit Nahaſſõ, Nahaſſon genuit Salmon,

Salmõ genuit Booz, Booz genuit Obed.

Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid.

tuam:ʹquia nurus tua, quæ diligit te, peperit eũ, quæ tibi melior eſt quàm ſeptem filii.

16 Accipiens itaque Nayomí infãtem, poſuit eum in gremiũ ſuũ, ʹfuítque ei in nutricem.

17 ʹPorrò vicinæ ipſæ indiderunt ei nomen, quæ dicebant, Natus eſt filius ipſi Nayomí: indiderũt inquam ei nomen עObéd: ipſe eſt pater Iשſai patris ipſius Dauid.

Ex quibus ortus Dauid.

18 Iſtæ ſunt generationes Peréʒ: Peréʒ genuit חHeʒrón,

19 חHeʒrón autẽ genuit Ram, Ram autẽ genuit עAmminadáb,

20 עAmminadáb autẽ genuit Naחhשſón, Naחhשſón autẽ genuit ʹשSalmáh,

21 שSalmáh autem genuit Bóyaz, Bóyaz autem genuit עObéd,

22 עObéd autem genuit Iשſai, Iשſai autem genuit Dauid.

Quia nurus tua, &c. כי כלתך אשר־אהבתך ילדתו Quidã ſic vertunt omiſſo כי, iſte quem peperit nurus tua, quæ te diligit, & quæ tibi *interim* multis liberis præſtantior eſt. 16 Fuitque ei in nutricem. ותהי־לו לאומנת: fuitque nutritia eius. i. educauit eum. 17 Porrò vicinæ ipſæ, &c. ותקראנה לו וגו׳ Ad verbũ, Et vocauerunt ei vicinæ nomen, dicendo, Natus eſt filius ipſi Naomi: & vocauerũt nomen eius Obed. 20 שSalmáh, את־שלמה: Idem dicitur Salmáh & Salmon.

Primus Samuelis liber: vulgò Primus Regum, Hebraicè שמואל א׳

Tertius liber eorum quos vocant Hebræi נביאים ראשונים Prophetas priores: quem שמואל א׳ Samuelis primum inſcribunt: quòd eius conceptionem, natiuitatem, & res geſtas contineat. Latini primum Regum: LXX verò vocant βασιλειῶν α, Regnorum primum. Dicunt hunc librũ ſubiunctum fuiſſe libro Iudicum, quòd Eli & Samuel fuerint duo poſtremi Iudices: Hebræi tamen alias afferunt rationes.

VETUS.

Cap. I.

Fuit vir vnus de Ramathaím ſophim, de mõte Ephráim, & nomẽ eius Elcana, filius Ieroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus:

Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filii, Annæ autem non erat liberi.

Et aſcẽdebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Domino exercituũ in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini.

Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cũctis filiis eius & filiabus partes.

Annæ autem dedit partem vnã triſtis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam eius.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Fuit Vir quidamʹ de Ramathaím צSophim, ʹde monte Ephraím, cuius nomen erat ʹאElcanáh, filius Ieroחhám filii אElihú, filii Thoחhu, filii צSúphʺאEphrathæi.

Elcana duas vxores habet, Annã & Phenennam.

2 Is autem habuit duas vxores: nomen vnius, חHannáh: & nomẽ alterius, Peninnáh: & fuerunt ipſi Peninnáh nati, at ipſi חHannáh non fuerunt nati.

3 ʺAſcendebat autem vir ille ab vrbe ſua annuatim ad adorandum & immolandum Iehouæ exercituum in שSiló, vbi erant duo filii עEli, חHophni & Pinחhás ſacerdotes Iehouæ.

Ophni & Phinees filii Heli.

4 ʺVenit autẽ dies, ʺ& immolauit אElcanáh, deditque Peninnáh vxori ſuæ & omnibus filiis eius atque filiabus eiusʺpartes:

5 Ipſi verò חHãnáh dedit partẽ vnam *duntaxat* ʺhonorabilẽ, quoniã ipſam חHannáh diligebat: Iehouáh autẽ cõcluſerat vuluam eius.

VARIAE INTERPRETUM LECTIONES CUM HEBRAISMORUM EXPLICATIONE.

1 Fuit vir quidã ויהי איש אחד Ad verbũ, Et fuit vir vnus. Hìc ו non copulat, ſed tantùm vertit futurũ in præteritum. De Ramatháim צSophim, מן־הרמתים צופים Dictio Ramatháim dualis eſt numeri: nã fuerunt duæ Ramah, acſi vertas, Erat vir quidã de altera Ramah quæ dicebatur Ramath Sophim, id eſt ſpeculatorum: in qua habitabant ſpeculatores, hoc eſt Prophetæ, ſiue viri Sacrarum literarum ſtudioſi. Doctus inter Hebræos repetit מן, vt legas, de Sophim, acſi dicas, de familia Sophim, id eſt de familia Prophetarũ, qui dicũtur Sophim, hoc eſt ſpeculatores. Ita vertit Chaldæus paraph. Alii Sophim exponũt, Reſpiciẽtes, hoc modo, de altero oppidorũ Ramah mutuò ſeſe reſpicientium. Duo enim illa oppida ſpeculabantur, ſiue reſpiciebant ſeſe. iſte erat ex altero illorum. De monte אEphráim, מהר אפרים. i. qui habitabat, ſiue peregrinabatur in tribu Ephraim. Vel refertur ad Ramathaim oppidum, quod fuerit de monte Ephraim, hoc eſt ſitũ in monte Ephraim. Et in hanc ſententiam Doctus inter Hebræos exponit, in monte Ephraim, ſub. ſitum oppidum. vt מן ponatur pro ב. אElcanah, אלקנה Fuit vir iſte Leuita, de nepotibus Core: cuius maiores ipſe enumerat, vt oſtendat eum fuiſſe Leuitam, ſimúlque doceat habitaſſe in monte Ephraim. Genealogia eius deſcribitur 1. Para. 6. b. 22. אEphrathæi. אפרתי: Iſtud ad Suph referri debere ſcribit doctus inter Hebræos. q. d. qui Suph etiã habitabat in mõte Ephraim vt & maiores ſui. Quidã vertunt in nominatiuo, Ephrathæus, vt ad Elcanã referatur, quòd fuerit Ephrathæus habitãs in monte Ephraim, non de tribu. 3 Aſcendebat autẽ ועלה ſub. ter. Aſcendebat quidem ter in anno ad Tabernaculũ fœderis, vt Lege iubebatur, Deut. 16. d. 16, Aſcendere mares cogebantur: ſed ſemel duntaxat in anno ducebant ſecum totam familiam. Annuatim מימים ימימה quotannis. Ad verbum, de diebus *in* dies. Chaldæus paraphraſtes, ſtato tempore anni, 4 Venit autem dies, ויהי היום quo ſcilicet ſolebat Elcana curare immolari hoſtias pacificas. Quidam dicunt fuiſſe feſtum Tabernaculorum. Ad verbum, Et fuit dies, pro, Quum autem veniſſet dies, immolauit, &c. Partes: מנות: portiones. portiunculas. Offerentes edebant partem hoſtiarum coram Domino, id eſt in atrio, eregione Tabernaculi fœderis. 5 Honorabilem, אפים Ad verbum, vultus. i. partẽ ſelectam & honorabilem: vt ſcilicet eam exhilararet. ſciebat enim eſſe triſtem, quòd eſſet ſterilis. Chaldæus paraph. electam. q. d ſumma diligentia ex aliis omnibus electam, in quam ſcilicet oculos cõiecerat: vel quæ etiam in conuiuio lauto apponi poſſet coram claris conuiuis. Alii vertunt, partem irarum, id eſt quam cum triſtitia dabat & mœſtus. Alii, portionem iræ interpretantur, hoc eſt portionem quæ daretur illi ad alleuiandam iram.

Phenēna exprobrat Annæ ſterilitatem.

″Irritabat autem eam inimica eius etiam ira, propterea quòd″ad iram prouocaret eam, quòd concluſiſſet Iehouáh vuluam eius. 6

″(Et ſic faciebat annuatim) & ex quo aſcenderat ipſa in domum Iehouæ,′ſic irritabat eam: flebat autem, nec comedebat. 7

Dixítque ei אElcanáh vir ſuus, הHannáh, quare fles? & vtquid non comedis,″& vtquid malè habet cor tuum? nónne′melior ſum tibi quàm decem filii? 8

Surrexit itaque הHannáh poſtquam comederant in שSilóh & biberant: יEli autem ſacerdos ſedebat″ſuper ſolium′iuxta poſtem″templi Iehouæ. 9

Ipſa verò *quum eſſet* amaro animo,′orauit Iehouam,′abundéque fleuit. 10

Anna petit à Domino filium.

Vouit dein votum, dicens, Iehouáh exercituum′ſi reſpexeris afflictionem ancillæ tuæ, recordatúſque fueris mei, neque fueris oblitus ancillæ tuæ, ſed dederis famulæ tuæ″ſemen virile:′tum dabo illud Iehouæ omnibus diebus vitæ eius,″& nouacula non aſcẽdet ſuper caput illius. 11

Quum autẽ″multiplicaret orare coram Iehoua, יEli obſeruabat″os eius. 12

Oratio in corde

הHannáh autẽ loquebatur in corde ſuo, tãtùm labia eius mouebãtur, vox autẽ eius nõ audiebatur:″& exiſtimauit eã יEli ebriam. 13

Dixit ergo ad eam יEli,′Vſquequo præ te feres ebrietatem?″aufer vinum tuum à te. 14

Heli reputat Annam ebriam.

Reſpondit הHannáh, & ait,′Non, domine mi, *ſed* mulier′dura ſpiritu ſum: neque vinum, neque שſéchar bibi,′ſed effudi animã meam coram Iehoua. 15

″Ne ponas ancillam tuã *coram* filia impia: quia præ multitudine″eloquii mei & indignationis meæ loquuta ſum hactenus. 16

Cui reſpõdit יEli, ac dixit, Vade in pace:″& Deus Iשſraאél det petitionem tuam quam petiſti ab eo. 17

Illa dixit,″Inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit,′iráque illius non fuit ei vltrá. 18

″Et ſurrexerunt ſummo mane, adorauerúntque coram Iehoua: poſtea reuerſi ſunt, & venerunt in domum ſuam in Ramáh. cognouit autem אElcanáh הHannáh vxorẽ ſuam,″& recordatus eſt 19

6 Affligebat quoque eam æmula ei⁹, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius:

7 Sicque faciebat per ſingulos ãnos, quum redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non capiebat cibum. B

8 Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna, cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? nũquid non ego melior tibi ſum quàm decem filii?

9 Surrexit autem Anna poſtquã comederat, & biberat in Silo. & Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus Domini,

10 Quum eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter:

11 Et votũ vouit, dicẽs, Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

12 Factum eſt autẽ quum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.

13 Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebãtur, & vox penitus non audiebatur. æſtimauit ergo eam Heli temulentã:

14 Dixitque ei, Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum quo mades. C

15 Reſpondens Anna, Nequaquã, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego ſum, vinúmque & omne quod inebriare poteſt, nõ bibi: ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.

16 Ne reputes ancillã tuam quaſi vnã de filiabus belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei loquuta ſum vſque in præſens.

17 Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Iſrael det tibi petitionẽ tuam quam rogaſti eum.

18 At illa dixit, Vtinã inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis. Et abiit mulier in viã ſuã, & comedit, vultúſque non ſunt amplius in diuerſa mutati.

19 Et ſurrexerunt mane, & adorauerunt corã Domino: reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam in Ramatha. cognouit autem Elcana An-

6 Irritabat.a.e.inimica e. ובעםתה צרתה וגו׳ Prouocabat autẽ eam æmula ſua idẽtidẽ ad iram. Doctus inter Hebræos dicit, duas ſiue plures vxores vnius viri, dici צרות hoc eſt inimicas, quòd adinuicem ſint inimicæ, & altera alteri inuidere ſoleat. Ad iram prouocaret eã, הרעמה mœrore afficeret eam. aut, triſtem redderet eam. 7 Et ſic faciebat וכן יעשה Sic autem faciebat. ſub. Elcana, ſic quotannis aſcendebat ad tabernaculum Domini, & ſacrificabat. Et ex quo aſcenderat ip. מדי עלותה Quidam ſubauditis particulis ſic vertunt, Et quum peruenerant illuc, & ex quo ipſa aſcenderat. Sic irritabat כן תכעסנה .i. de more prouocare ſolebat eam ad iracundiam.

8 Et vtquid malè habet ולמה ירע & quare affligitur. i. quare es animo ægro ac triſti? Melior טוב præſtãtior. q.d. nónne deberes me pluris facere, quàm decem filios? vel, nónne poſſum tibi plura beneficia præſtare quàm decem filii? ego enim diligo te vehementiſſimé.

9 Super ſolium על־הכסא ſuper ſedem. vel, in magno ſolio. erat enim ſummus pontifex. Iuxta poſtem על־מזות id eſt ad alterum ex poſtibus, hoc eſt ad alterum atrii latus. Templi Ieh. היכל יהוה׃ .i. loci in quo erat tabernaculum Domini. Per איכל intelligit atrium, aut totum illud ædificium quod atrium & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neque edere, neque ſedere licebat in atrio, ſed extra atriũ. 10 Orauit ותתפלל ſub. in atrio ante tabernaculum fœderis. Abundéque fleuit. ובכוה תבכה׃ Ad verbum, & flendo fleuit.

11 Si reſpexeris אם־ראוה תראה Ad verbũ, Si reſpiciendo reſpexeris. vel, videndo videris. id eſt, ſi dignatus ſis cõtemplari. Semen virile: זרע אנשים Ad verbum, ſemen virorum. i. ſemen virilis ſexus, hoc eſt prolem maſculam. Chaldæus paraph. ſemen inter filios hominum. Tum dabo eum Ieh. ונתתיו ליהוה vt ſcilicet illi ſeruiat quandiu vixerit. Et nouacula, &c. ומורה לא־יעלה על־ראשו׃ .i. capillus eius nunquã radetur. q.d. erit nazaræus. 12 Multiplicaret orare הרבתה להתפלל multiplicaret preces. i. diu oraret verſus eam partẽ in qua Dominus ſe præſentẽ exhibebat. Os eius את־פיה׃ .i. eam precantem. 13 Et exiſtimauit ויחשבה itaque reputauit. propterea reputauit. 14 Vſquequo præ te feres ebrietatẽ? עד־מתי תשתכרין Vſquequo ages temulentam? Moues enim labia, at verba non audiuntur. Gallicè, *Iuſques a quand feras-tu de l'yurongne?* Aufer, &c. הסירי את־יינך מעליך׃ q.d. excute hanc temulentiam à te.

15 Non, domine mi, לא אדני ſub. ita res habet vt reputas, non ſum ebria, ſed mulier, &c. Dura ſpiritu קשת־רוח ægra animo. i. animo afflicto, quæ grauatè fero ſortem meã. Sed effudi, &c. ואשפך את־נפשי .i. ſed deprõpſi quicquid habebã in animo. 16 Ne ponas, &c. אל־תתן את־אמתך לפני בת־בליעל Hebraiſmus, Ne conferas me filiæ impiæ & improbæ. i. noli me habere pro muliere temulenta. Alii, Ne ponas me in ordine filiarum improbarum. Eloquii mei, & indig. m. שיחי וכעסי querelarum mearum & ægritudinis *animi* mei, id eſt præ multo mœrore & dolore cordis. q.d. multa querens & ægre ferens, tandiu oraui. 17 Et Deus Iשſr. det ואלהי ישראל יתן nam Deus Iſrael dabit. q.d. exaudiuit te Deus Iſrael, & daturus eſt quod petiſti. 18 Inueniat ancilla, &c. תמצא שפחתך חן בעיניך Hebraiſmus, Ineam tecum hanc gratiam, vt pro me orare velis. Iráque illius, &c. ופניה vultúſque eius. ſub. mœſtus. q.d. facies illa vultuoſa quæ præ ſe ferebat mœſtitiam ac triſtitiam. i. exinde non viſa eſt mœſta ac triſtis. Verti poteſt, triſtitiáque eius, &c.

19 Et ſurrexerunt וישכימו ſub. altero die. Et recordatus eſt ויזכרה .i. miſertus eſt eius: quæ enim prius erat ſterilis, concepit.

nam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus.

Et factum eſt poſt circulum dierũ, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomẽ eius Samuel: eo quòd à Domino poſtulaſſet eum.

D

Aſcendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immoloret Domino hoſtiã ſolennem, & votũ ſuum.

Et Anna nõ aſcendit: dixit enim viro ſuo, Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum vt appareat ante cõſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.

Et ait ei Elcana vir ſuus, Fac quod bonũ tibi videtur, & mane donec ablactes eũ: precórque vt impleat Dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.

Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & vno modio farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. puer autẽ erat adhuc infantulus.

Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

Et ait, Obſecro mi domine, viuit anima tua domine: ego ſũ illa mulier quæ ſteti corã te hic orãs Dominum.

Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam quam poſtulaui eum.

Idcirco & ego cõmodaui eũ Domino cunctis diebus, quibus fuerit accõmodatus Domino. Et adorauerũt ibi Dominũ: & orauit Anna, & ait,

Cap. II.

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatũ eſt cornu meũ in Domino: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo.

Nõ eſt ſanctus vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedãt vetera de o-

---

eius Iehouáh.

20 Nam factum eſt 'in reuolutionibus dierum poſteaquam concepiſſet חHannáh, peperit filium: vocauítque nomen eius "שSemuאél, Quòd à Iehoua petiui eum.

Anna peperit filiũ, quẽ uocauit Samuel.

21 Aſcendit autẽ vir ille אElcanáh cum tota familia ſua, vt offerret Iehouæ hoſtiam 'anniuerſariam, & votum ſuum.

22 חHannáh autem 'non aſcendit: dixit enim viro ſuo, '*Non aſcendam* donec ablactetur infans: tũ deducam eum *mecum*, "vt cõſpiciatur coram Iehoua, & maneat ibi vſque "in ſæculum.

'Subaudire potes ſequẽti verſu *Manebo*, donec, &c.

23 Dixítque ei אElcanáh vir ſuus, Fac quod bonum eſt in oculis tuis, mane donec ablactaueris eum: "veruntamen confirmet Iehouáh verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuũ donec ablactauiſſet eum.

24 "Deduxítque illum ſecum poſteaquam ablactauit eum, 'cum iuuencis tribus, "& modio vno farinæ, "atque vtre vini adduxit eum ad domum Iehouæ in שSilóh: "puer autem *erat* puer.

Offertur à matre puer Samuel Domino, iuxta votum.

25 Mactauerunt itaque iuuencum, "& adduxerunt puerum ad עEli.

26 Ipſáque dixit, "Obſecro domine mi, "viuit anima tua domine mi, ego ſum mulier illa "quæ ſteti tecum hîc vt orarem Iehouam.

27 Pro puero iſto "oraui, & dedit Iehouáh mihi petitionem meam quam petii ab eo.

28 Et ego quoque "commodaui eum Iehouæ "omnibus diebus quibus erit commodatus Iehouæ. "Et incuruauit ſe ibi Iehouæ.

Cap. II.

1 O"Rauit autem חHannáh, & dixit, "Exultauit cor meum "in Iehoua, 'exaltatum eſt "cornu meum in Iehoua: "dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum "in ſalute tua.

Canticũ Annæ, in quo gratias agit Deo quòd ex ſterili fœcundam reddiderit.

2 'Non eſt ſanctus ſicut Iehouáh: 'quia non eſt præter te, nec eſt "fortis ſicut Deus noſter.

3 "Ne *ergo* poſthac loquamini *uerba* ſuperba, *neque* egrediatur verbũ

---

20 In reuolutionibus d. לתקופות הימים in circuitibus [ſub. aliquot] dierum. Hebraiſmus, Tranſactis autẽ aliquot menſibus. שSemuאel, שמואל Etymologiæ non ſunt ſemper exigendæ ad regulas Grammatices. Aliter autem componuntur nomina ab Hebræis, aliter à Latinis. Aliquando enim in compoſitis Hebraicis cernũtur tantùm primæ literæ vocum è quibus vocabulũ componitur, vt ex hoc nomine Semuelis eſt clarum, quod impoſitum eſt à muliere, nõ à viro docto: retinétque tantùm primã literam verbi שאל, quod Poſtulauit ſignificat. Semuel dicitur quaſi שאלתי אתו מאל. 21 Anniuerſariam, הימים i. quam ſolebat facere ſingulis annis. 22 Non aſcendit: לא עלתה ab eo ſcilicet tempore quo aſcenderat in locum vbi erat Tabernaculum Domini. Vt conſpiciatur ונראה & appareat. i. ſtatuatur. Ad verbum, & ad ducã eum, & conſpicietur. In ſeculũ. עד עולם: .i. quandiu vixerit. 23 Veruntamen confirmet אך יקם tantùm [vel modò] adimpleat. i. ratã habeat promiſſionẽ ſuam. q.d. Peto tantùm à Deo vt nõ infirmet quod nobis promiſit per עEli. Hic habenda eſt ratio totius orationis Hannæ. 24 Deduxitque illum ותעלהו Ad verbum, Aſcenderéque fecit illum. Cũ iuuencis בפרים Id erat pro amplis ſacrificiis, oblationibus, & libaminibus faciendis. Et modio ואיפה & epha. vide Exod. 29. g. 40. Atque vtre ונבל & amphora. cado. fidelia.

Puer autem *erat* puer. והנער נער Ad verbum, & puer, puer. i. erat adhuc paruulus. q.d. nihil aliud erat quàm puer. Chaldæus paraphraſtes, erat adhuc lactens. 25 Et adduxerunt ויבאו .i. facto ſacrificio, introduxerunt. 26 Obſecro domine mi, בי אדוני O domine mi. q.d. audi ancillam tuam, & concede mihi quod petitura ſum. Viuit anima tua חי נפשך Iurat in animam ſummi Sacerdotis. Aſſeuerationis genus. q.d. ego dicam veritatem, & non mentiar: tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verum eſt te viuere, *Auſſi uray que tu es yci, ou la*. Vel, tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verum eſt quòd ego opto vitam tuam. Quæ ſteti הנצבת quæ ſtabam.

27 Oraui התפללתי Præt. Heb. quod quidam per imperfectum reddunt, orabam, vel rogabam. 28 Commodaui e. השאלתיהו mutuaui eum. i. vt mihi à Deo donatus eſt, ita etiam ego illi ipſum dono. vel, decreui, vel voui me tradituram illum vtendum Domino. Chaldæus paraph. tradidi eum vt ſit miniſtrans. Omnibus diebus, &c. כל הימים וגו'. i. quandiu erit ſuperſtes, profectò datus eſt Domino.

Et incuruauit ſe ibi Ieh. וישתחו שם ליהוה: Et adorauit illic [vel, tunc] Iehouam. ſub. Eli. q.d. tunc Eli acquieuit precibus mulieris, quæ petebat vt ipſe Deo gratias ageret. ille gratias egit pro beneficio quod illa accepiſſet.

IN CAPVT II.

1 Orauit autem ותתפלל q.d. Orauerat Hanna, hoc eſt à Deo petierat filium: quem quia ab eo acceperat, nunc dicit, ſiue gratias agit. Aut, Precata eſt Deum Hanna, vt acceptum haberet Samuelem: poſtea gratias agit de tanto beneficio accepto. Vel, Orauit autem, id eſt fudit preces, & gratias egit, &c. Exultauit עלץ Præt. Heb. pro præſ. Exultat In Iehoua: ביהוה per Iehouam. i. authore Domino, ſiue beneficio Domini animus meus plenus eſt lætitia. Cornu meum קרני Cornu pro gloria. Metaphora ab animalibus cornigeris, quæ cornibus tutãtur vitam ſuam, vnde & propter cornua gloriari ſolent. Cornua igitur propriè robur ſignificant: & quia fortitudine illa gloriari ſolent animalia, ideo gloriam etiam ſignificat. q.d. gloria mea nũc magna eſt Dei beneficio: materiã gloriandi habeo ope tua ô Deus. Dilatatum eſt רחב dilatauit ſeſe. q.d. habeo quod reſpondeã nunc inimicis meis, ſi obiiciant mihi ſterilitatẽ meam: prius habebã os clauſum. In ſalute tua. בישועתך per ſalutem tuam. i. per tuum beneficium. q.d. quoniam maximum beneficiũ accepi à te: beneficio tuo fœcunda facta ſum, vnde maximè lætor.

2 Non eſt ſanctus אין קדוש Nullus eſt ſanctus. q.d. Nullus alius coli debet, præter Dominũ: nam eſt clementiſſimus, &c. Per ſanctitatẽ intelligit miſericordiam, clementiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes. Quia non כי אין imò nullus. q.d. tu ſolus ſanctus. Fortis צור Deus. q.d. es potentiſſimus. 3 Ne *ergo* poſthac, &c. לא תרבו וגו' Ad verbũ, Ne multiplicetis vt loquamini ſublime, egrediatur durum ex ore veſtro. Idem bis dicit mutatis verbis. Fut. Heb. loco infinitiui, Ne multiplicetis vt loquamini, pro, Ne vltrà loquamini. Pro Sublime, vertere potes Arrogans ac ſuperbum, ſub. verbum. Geminatione ſubſtantiui ſignificat, frequentes fuiſſe & aſſiduos in effutiendis verbis ſuperbis. nã etiam

dicit, Ne multiplicetis. Præterea negatio quæ præceſſit, ſecundo loco repeti debet, Neque egrediatur, &c. Durum vocat ſuperbum & arrogans verbum: quale eſt, Deum non eſſe omnipotentem, qui ſterili poſſet dare conceptum.

arrogãs ex ore veſtro: quia Deus″ſciẽtiarum Iehouáh,″& ipſi præparantur opera.

4 ′Arcus & fortes confracti ſunt,′& debiles accincti ſunt robore.

5 ′Saturi pro pane ſe locauerunt: & famelici′ceſſarũt,′adeò vt ſterilis pepererit ſeptem, & quæ multiplicabat liberos, infirmata ſit.

6 Iehouáh′mortificat & viuificat,′deſcendere facit ad inferos, & aſcendere facit.

7 Iehouáh′pauperem facit & ditat,′humiliat & exaltat.

8 ′Suſcitat è puluere′pauperem,′è ſtercore eleuabit mendicum, ′vt ſedere faciat cũ principibus,′& ſoliũ gloriæ ſortiri faciat eos. Iehouæ enim ſunt′cardines terræ,′& poſuit ſuper eos orbem.

9 Pedes′piorum ſuorum ſeruabit, ac impii in tenebris′conticeſcent: quia′non in fortitudine roborabitur vir.

10 Iehouáh conterantur′litigantes cum eo,′ſuper ipſum′è cælis tonabit: Iehouáh′iudicabit fines terræ, & dabit fortitudinẽ′Regi ſuo & exaltabit cornu Chriſti ſui.

Chriſti regnum.

Samuel miniſtrat Deo.

11 ′Abiit autem אElcanáh in Ramáh in domum ſuam, puer verò miniſtrabat Iehouæ′coram עEli ſacerdote.

Filii Heli, filii nequam.

Eorum peccatũ.

12 Filii autẽ עEli, filii erant′Beliiáעal: nec′agnoſcebant Iehouam:

13 ′Nam conſuetudo ſacerdotum cum populo erat *talis*,′Quocunque ſacrificante ſacrificium, veniebat puer ſacerdotis quando coquebatur caro, cum fuſcinula tridente in manu ſua:

14 ′Et percutiebat in concha, vel in aheno, vel in lebete, vel in olla: quicquid′educebat fuſcinula, accipiebat ſacerdos ſibi: ſic faciebant vniuerſo Iשׂſraאeli′venientibus illuc in שׁSilóh.

re veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.

Saturati prius, pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt: donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

Deut.32.f.39 tob.13.a.2 ſap.16.b.13

Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.

Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

B

Pedes ſãctorum ſuorum ſeruabit, & impii in tenebris conticeſcẽt: quia non in fortitudine roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduerſarii eius, ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

Et abiit Elcana in Ramátha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciẽ Heli ſacerdotis.

Porrò filii Heli, filii belial, neſcientes Dominum,

Neque officium ſacerdotum ad populum: ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dũ coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua.

C

Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebãt vniuerſo Iſraeli venientium in Silo.

Scientiarum דעות cognitionum. i. omnia nouit, cogitationes & opera hominum. Et ipſi præparantur opera. ולו נתכנו עללות: i. ordine fiunt ab eo opera magnifica. hoc eſt, mirabilium operum eſt patrator & deſignator. Alii vertunt, & ipſi numerantur opera. i. ab eo ponderantur & examinantur opera omnium. Legitur & לא, propterea quidam vertunt, & non numerantur opera eius. i. nullo numero comprehendi poſſunt opera eius. 4 Arcus & fortes, &c. קשת גבורים חתים וגו׳ Ita vertendum eſſe, non autẽ Arcus fortium, docet Grammatica, quòd חתים plur. maſc. non poſſit referri ad קשת ſingul. fœmin. Senſus igitur eſt, Arma nihil proſunt fortibus: iam qui modò videbantur ſuperiores, ſtatim vincuntur: & contrà, qui prius videbantur penè victi ac ſuperati, tandem euadũt ſuperiores, ita volente Deo. Et debiles, &c. ונכשלים אזרו חיל: & infirmi accinxerunt ſe robore. vel, viribus. i. qui videbantur eſſe multo inferiores, ſuperant viribus.

5 Saturi pro pane ſe locauerunt: שבעים בלחם נשכרו. q. d. Qui prius veſcebantur ad ſaturitatem vſque, laborarunt inopia, vſqueadeò vt pro victu habendo locauerint operã ſuam. Ceſſarunt, חדלו deſierunt. ſub. locare operã ſuam. i. qui fame penè conficiebantur, habuerũt quod ederent. Annumerat ſe inter egentes Anna, quòd ante Dei beneficium eſſet ſterilis. Adeò vt ſterilis, &c. עד עקרה וגו׳ . i. quæ prius erat ſterilis, multos liberos habuit: quæ verò multos habebat liberos, facta eſt tandem orba & ſine liberis.

6 Mortificat, &c. ממית ומחיה וגו׳ . i. Dominus interficit quos vult, & ſeruat à morte quos vult: facit aliquando vt quis ita morbo laboret, vt de vita eius deſperetur, & iam penè ſit in ſepulchro: quẽ tamen ſanat. Bis idem dicit mutatis verbis. Inferi pro ſepulchro. Deus eſt dominus vitæ & necis. Poteſt hic verſus intelligi de diuerſis vel de vno, vt etiam ſequens verſus. Interficit vnum, alterum autem ſanat, de cuius vita deſperabatur: vel, Iſtum interficit, & eundem reuocat ad vitam. Deſcendere facit, &c. מוריד שאול ויעל: deducit ad inferos, & reducit.

7 Pauperem facit, &c. מוריש ומעשיר . i. author eſt diuitiarum & paupertatis. Chaldæus paraph. intelligit hoc canticum tanquam prophetiam: propterea omnia vertit per futurum. Humiliat משפיל deprimit. deiicit. i. quẽ vult deprimit, & de gradu deiicit: eundem, ſi lubet, afficit honoribus. 8 Suſcitat è puluere מקים מעפר Erigit è puluere. i. de gradu ſiue ordine infimo. Pauperem, דל Significat hominem tenuis fortunæ. E ſtercore, &c. מאשפות ירים אביון . i. è ſordibus, hoc eſt è ſtatu ſordidiſſimo eleuat egenũ. Vt ſedere faciat cũ prin. להושיב עם נדיבים vt collocet eum, &c. i. vt clarum & nobilẽ reddat. Et ſolium gloriæ, &c. וכסא כבוד ינחלם & ſolium gloriæ poſſidere faciat illos. i. illũ, acſi dicat, vnumquenque eorũ, hoc eſt, cõſtituit eos in honoribus & ſummis magiſtratibus. Cardines מצוקי columnæ. i. creauit Dominus ac fundauit terram, éſtque Dominus eius, atque omnium quæ in ea ſunt. Et poſuit ſuper eos orbem. וישת עליהם תבל: & ſuffulcit illis orbẽ. 9 Piorũ ſ. ſer. חסידו ישמור ſanctorum ſuorũ ſeruat. i. pios qui ipſum colunt. Præt. Heb. pro præſ. Conticeſcent: ידמו Vel per præſens, conticeſcunt. i. intereunt ac pereunt. Non in fortitudine rob. vir. לא בכוח יגבר איש: non in fortitudine roboratur quiſquam. id eſt nemo ſeipſum ſeruare poteſt ſuis viribus. 10 Litigantes cum eo, מריבו ſub. Samuele. Quidam Hebræorum dicunt hîc Annã precari pro filio ſuo, & ſimul pro Iſraele quem iudicaturus erat, vt Dominus conterat aduerſarios eius. quod factum fuit quum Dominus intonuit voce grandi ſuper Philiſthæos, qui Iſraelem aggreſſi fuerant, infrà cap.7.c.10. Alii vertunt, Iehouæ conterantur rixæ eius. vel, frangentur litigantes eius. i. qui cum eo diſceptant & rixantur, aut contendere volunt. Eodem ſenſu alii, Aduerſarii Iehouæ frangentur . i. exterminabuntur, & peribunt. Super ipſum עלו ſub. litigantem, rixatorem & aduerſarium. Singul. pro plur. ſuper illos. id eſt tangentur illi de cælo. E cælis בשמים vt ב pro מן accipiatur. Alii, in cælis. Iudicabit fines t. ידין אפסי ארץ . i. iudicaturus eſt omnes homines. Vel vt ſit fut. pro præſ. iudiciũ exercere ſolet in omnes qui ſunt in orbe terrarũ, quando vult. De extremo iudicio interpretantur nõnulli: alii de tempore Meſſiæ. Regi ſuo, &c. : למלכו וירם קרן משיחו . i. reddet fortem Regem ſuum. Etiam Chaldæus paraph. hunc locũ de Meſſia intelligit. q. d. Dominus mittet Meſſiam, & illum glorioſiſſimum & potentiſſimum faciet Cornu pro gloria, vt primo verſu.

11 Abiit autem וילך . i. rediit, quũ gratias egiſſet. Corã עEli ſacerd. את פני עלי הכהן: Hebraiſmus, pro, de mandato Eli, in his quæ illi præcipiebat Eli, pro ætatula, canendo & pulſando inſtrumenta muſica, docente ipſo Eli. Diſcebat Samuel Legem Domini, & muſicen.

12 Beliiáעal בליעל. i. impii, improbi, vt Deut.13.c.13, & Iudicũ 19.c.22. Agnoſcebãt Ieh. ידעו את יהוה . i. Regi eius nõ parebãt: imò mutauerant decretũ Dei: nam, &c. 13 Nã conſuetudo ſacerd. ומשפט הכהנים De recenter introducta à ſacerdotibus conſuetudine loquitur. q. d. Hanc nouã conſuetudinem introduxerant populo filii Eli, & alii ſacerdotes, Legem Dei immutantes. Nam ſecundum Legem Domini ſacerdotes è pacificis hoſtiis accipere debebãt tantùm armum & pectuſculum: iſti maiorem portionem accipiebant. Leuit.7.d.31.

Quocunque ſacrificante ſacrif. כל איש זבח זבח Quum aliquis ſacrificabat ſacrificium. ſub. pacificum. 14 Et percutiebat in concha, והכה בכיור Et percutiebat [ſub. carnes quæ erant] in concha. aut, olla, &c. i. conabatur arripere, aut apprehendebat carnes, &c. Educebat יעלה Ad verbum, aſcendere faciebat. Venientibus illuc in שׁSilóh. הבאים שם בשלוה: ſub. vt immolarent hoſtiam pacificam.

Etiam antequam adolerent adipē, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem vt coquam ſacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.

D Dicebátque illi immolans, Incēdatur primùm iuxta morē hodie adeps, & tolle tibi quantuncunque deſiderat anima tua. Qui reſpōdens aiebat ei, Nequaquam:nūc enim dabis, alioquin tollam vi.

Erat ergo peccatum puerorū grande nimis coram Domino:quia detrahebant homines ſacrificio Domini.

Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo.

Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis dieb⁹ aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolennem.

Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei, Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod cōmodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum.

E Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud Dminum.

Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filii ſui vniuerſo Iſraaeli:& quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi,

Et dixit eis, Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?

Nolite filii mei:non enim eſt bona fama quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.

Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominū peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui:quia voluit Dominus occidere eos.

Puer autē Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quàm hominibus.

F Venit autē vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Nunquid nō apertè reuelatus ſum domui patris tui, quū eſſent in AEgypto in domo Pharaonis?

Et elegi eū ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſrael.

15 ″Etiam antequam adoleuiſſent adipem, veniebat famulus ſacerdotis, & dicebat viro immolanti, Da carnem, vt aſſem ſacerdoti: non enim accipiet à te carnem coctam, ſed crudam.

16 Cui reſpondebat vir ille, Adolendo adoleant hodieʹadipem, poſtea tolle tibi ″ſicuti deſiderat anima tua. Ille dicebat, Nequaquam, ſed nunc dabis: & ſi non dederis, accipiam vi.

17 ʹErátque peccatum puerorum magnum valde coram Iehoua, quiaʹcontemnebant viri ſacrificium Iehouæ

18 שSemuאél autem miniſtrabat coram Iehoua puer accinctus אephód lineo.

Samuel miniſtrat Domino

19 ″Et tunicam paruam ″fecerat ei mater ſua :ʹ& afferebat ad eum annuatim quando aſcendebat ipſa cum viro ſuo ad immolandū hoſtiam anniuerſariam.

20 Benedixit autem עEli Elcanáh & vxori eius, & dixit,ʹponat Iehouáh tibi ʹſemen de muliere hacʹpro commodato quod commodauit Iehouæ.ʹEt abierunt in locum ſuum.

21 ʹViſitauit autem Iehouáh חHannáh, quæ ccepit, & peperit tres filios, & duas filias:creuítque puer שSemuאélʹapud Iehouam.

Anna parit tres filios & duas filias.

22 עEli autem erat ſenex valde, & audiuit vniuerſa quæ faciebāt filii ſui vniuerſo Iשſraאeli, & quomodo dormirent cum mulieribus″quæ congregabantur ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

23 Dixítque illis, Vtquid facitis″res tales? audio enim egoʹgeſta veſtra mala ab vniuerſo populo iſto.

Heli lētius corripit filios ſuos.

24 ʹNe filii mei *ita faciatis*:non enim eſt bona fama quam ego audio, ″facientes tranſgredi populum Iehouæ.

25 Si peccauerit vir in virum,″iudicabit ipſum Iudex: ſi autem in Iehouam peccauerit quiſpiam,″quis iudicabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui:quia volebat Iehouáh occidere eos.

26 Puer autem שSemuאél″ambulabat & creſcebat,″& bonus erat tam apud Iehouam quàm apud homines.

27 Venit autē″vir Dei ad עEli, dixítque ei, Sic dicit Iehouáh,″Annon manifeſtando manifeſtaui me domui ″patris tui,″quū eſſent in AEgypto in domo Parעóh?

Arguitur Heli indulgentiæ erga filios.

28 ʹEt elegi eū ex omnibus tribubus Iשſraאél mihi in ſacerdotē, vt offerret ſuper altare meū,ʹvt ſuffiret thymiama, vt geſtaret אephod ʹcorā me, & dedi domui patris tui″oēs oblationes filiorū Iשſraאél.

15 Etiam antequem גם בטרם יקטרון Præterea antequā cremaſſent. 16 Adipem, החלב ſub. hoſtiæ. Moris erat vt ſacerdos carnē elixā acciperet ab offerēte. Sicuti deſiderat ani.t. כאשר תאוה נפשך.i quantū voles. 17 Erátque peccatū puc. ותהי חטאת הנערים Fuitque peccatum adoleſcentium.i.filiorum Eli. Contemnebant נאצו ſpreuerunt.i.cœperunt habere deſpectui ſacrificia quæ fiebant in honorē Domini, atque abhorrere ab offerēdis victimis & oblationibus. 19 Et tunicā paruam ומעיל קטן Significat veſtē exteriorē, paruam, habita ſtaturæ ratione pueri.erat enim veſtis lōga, & ea ornabatur in feſtis ſolēnioribus. Fecerat ei תעשה לו Fut.Heb.pro præt. Et afferebat והעלתה ſub.illam veſtē. 20 Ponat ישם det. Semē זרע.i.prolē aliam. Pro cōmodato,&c.׳תחת השאלה וגו.i.loco Samuelis quē tradidiſtis miniſterio Diuino. Alii, pro portione quā petiuit, vel poſtulauit.ſub. vterque veſtrum. i.loco Samuelis quē vterque veſtrum petiit à Domino. Et abierunt והלכו Et receſſerunt 21 Viſitauit autē כי פקד Viſitauit enim.ſubaudiunt, reuerſi ſunt, inquā, domū læti, quòd viſitaſſet Iehoua,&c.crediderāt enim verbis Eli, quæ adhibuerat benedictioni illi.de futura prole. Vel כי redūdat. Apud Iehouā. :עם יהוה.i.miniſtrans Iehouæ. 22 Quæ cōgregabantur הצובאות cōgregatis.turmatim ſcilicet.de quibus vide Exod.38.a.8.Doctus inter Hebræos intelligit puerperas quæ veniebant turmatim vt purgarētur,& orarent Deū. 23 Res tales? כדברים האלה Ad verbū, ſecundum verba iſta? Geſta veſtra mala את דבריכם רעים Ad verbū, verba veſtra mala. vel res geſtas malas. 24 Ne filii mei אל בני Apoſiopeſis quæ iratis conuenit.ſub.ita faciatis. Facientes tranſgredi,&c. :מעברים עם יהוה *nā ita faciendo hinc* abigitis populū Iehouæ.i.efficitis ne huc populus veniat oblatum victimas. Alii vertunt, fama quā audio, *quam* tranſire facit[i.ſpargit]populus Iehouæ.ſub.de vobis.

25 Iudicabit ipſum Iudex: ופללו אלהים.q.d.ſi vocetur in ius, habebit etiam patronū qui defendat eum coram Iudice. Alii legunt minus rectè, iudicabit enim Deus. Quis iudicabit pro eo? מי יתפלל לו.i.quis diſceptabit contra Dominū pro illo?q. d.nullus eſt excuſationi locus quum peccatur in Dominū. Alii, quis rogabit pro eo? 26 Ambulabat & creſc. הולך וגדל.i.promouebat annis & bonitate, bonáque fama creſcebat. Et bonus erat,&c. וטוב גם עם יהוה.i.ſubinde melior & gratior euadebat tam apud Deum, quàm apud homines.

27 Vir Dei איש אלהים.i.vir quidam miſſus à Deo, Propheta, quidam, vir Diuinus. Nonnulli aiunt fuiſſe Eliam, alii Angelum ſpecie humana. Hebræi exiſtimant fuiſſe Phinees, alii Elcanā. Annon manifeſtando mani. הנגלה נגליתי.i. Apertène reuelatus ſum. Vel, Annon manifeſtè reuelatus ſum,&c. Hebraiſmus. Patris tui, אביך nempe Aharonis. Quum eſſent בהיותם ſub.filii Iſrael. Incipit à cōmemoratione beneficiorum, vt oſtendat eum ingratum:quod ferè fit in huiuſmodi increpationibus.

28 Et elegi ובחור Infinit.Heb.pro præſ.Et elegi, ſub.Aharonem. Vt ſuffiret להקטיר vt adoleret. incenderet. Coram me לפני.i.in tabernaculo meo. Omnes oblationes את כל אשי omnia ſacrificia. i.partem quandam ex victimis omnibus quas filii Iſrael oblaturi erant, quam ego volui pertinere ad ſacerdotes.

29 ʹCur calcitraſtis in ſacrificium meum, & in oblationem meam ʺquam præcepi in tabernaculo? & maiore honore affeciſti filios tuos quàm me, ʹvt impinguaretis vos de primitiis omnium oblationum Iשſraאél ʺpopuli mei.

30 Idcirco dixit Iehoua Deus Iשſraאél, ʹDicendo dixeram quòd domus tua & domus patris tui ʺambularent coram me vſque in ſeculum: nunc autem dicit Iehouáh, Abſit *hoc* à me: ʺquia honorãtes me honorabo, contemnentes autem me contemnentur.

31 Ecce ʺdies veniunt, & præcîdam brachium tuum & brachium domus patris tui, ʺne ſit ſenex in domo tua.

32 ʺEt aſpicies inimicũ in habitaculo ʹin cũctis quibus benefaciet ipſi Iשſraאél: neque erit ſenex in domo tua omnibus diebus.

33 Et virum nõ ʺexcídam tibi ab altari meo, ʺvt conſumam oculos tuos, & dolore afficiam animam tuam, ʺ& omnis multitudo domus tuæ morientur ʺviri.

34 ʹEt hoc tibi ſignum quod eueniet duobus filiis tuis חHophni & Pinחhaס: die eadem morientur ambo.

Sadoc ſacerdos fidelis corã vncto Dei Salomone.

35 Suſcitabóque mihi ſacerdotem fidelẽ, *qui* vt fuerit in corde meo & in animo meo faciet: & ædificabo ei domum ʹſtabilem, ʺambulabítque coram chriſto meo omnibus diebus.

36 Et erit, quicunque reſiduus manſerit in domo tua, veniet, ʺvt incuruet ſe ei pro nummo argenteo & buccella panis: & dicet, Adiunge me quæſo ʺvni *parti* ſacerdotiorum, ʺvt comedam buccellam panis.

Cap. III.

Tẽpore Heli in Iſrael rari prophetæ, & qui voluntatem Dei prædicarent. Quare vocatur Samuel à Domino, vt ſit propheta ipſius.

1 PVer autem שSemuאél miniſtrabat Iehouæ ʹcoram yEli: ʺ& ſermo Iehouæ erat pretioſus in diebus illis, ʺnon *erat* viſio aperta.

2 ʹFuit autem in die illa, yEli dormiebat in loco ſuo: & oculi eius cœperant caligare, ʹnec poterat cernere.

3 ʹEt lucerna Dei antequam extingueretur, & שSemuאél dormiebat in templo Iehouæ in quo erat arca Dei.

4 Tunc vocauit Iehouáh שSemuאelem: qui reſpondit, En ego.

5 Et cucurrit ad yEli, & dixit, Ecce ego, ʹquia vocaſti me. Et ait, Non vocaui: reuertere, dormi. Abiit ille, & dormiuit.

---

29 Quare calce abiicitis victimã meã, & munera mea quæ præcepi vt offerrẽtur in templo: & magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificii Iſrael populi mei?

30 Propterea ait Dominus Deus Iſrael, ‖Loquens loquutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in cõſpectu meo vſque in ſempiternum: nunc autem dicit Dominus, abſit hoc à me: ſed quicũque honorificauerit me, glorificabo eũ: qui autẽ cõtemnunt me, erũt ignobiles.

3.Reg.2.c.27

31 Ecce dies veniunt, & præcidã brachium tuum & brachium domus patris tui, vt nõ ſit ſenex in domo tua.

G

32 Et videbis æmulum tuum in tẽplo, in vniuerſis proſperis Iſrael: & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus.

33 Veruntamen non auferã penitus virum ex te ab altari meo: ſed vt deficiãt oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur quum ad virilem ætatem venerit.

34 Hoc autem erit tibi ſignum quod vẽturũ eſt duobus filiis tuis Ophni & Phinees: in die vno moriẽtur ambo.

35 Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram chriſto meo cunctis diebus.

36 Futurum eſt autẽ vt quicunque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummũ argenteum & tortam panis, dicátque, Dimitte me obſecro ad vnam partẽ ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

Cap. III.

1 PVer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, (& ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta)

2 Factum eſt ergo in die quadã, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre

3 Lucernã Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei.

4 Et vocauit Dominus Samuel: qui reſpondens, ait, Ecce ego.

5 Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit, Nõ vocaui: reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit.

---

29 Cur calcitraſtis in ſacrif. m. למה תבעטו בזבחי Fut. Heb. pro præt. vel præſ. Quare *ergo* velut calcibus abieciſtis [.i. repellitis, ſiue cõtemnitis] ſacrificia mea, &c. Alii, Quare abigitis è domo mea eos qui antea afferebant victimas & munera? Quã præcepi אשר ציויתי ſub. mihi offerri. Vt impinguaretis vos להבריאכם vt ſaginaretis voſipſos. Populi mei. לעמי: ante [apud] populum meum. i. vidente & ſpectante populo meo. 30 Dicendo dixeram אמור אמרתי Hebraiſmus, decreuerã omnino. ita ſtatueram. Ambularent coram me יתהלכו לפני i. fungerẽtur officio ſummi Sacerdotis in tabernaculo meo. ita & Chaldæus paraph. Quia honorantes me, &c. כי־מכבדי אכבד ובזי יקלו: Ad verbum, ſed qui honore affecerunt me, eos honore afficiam: qui verò cõtempſerint me vileſcent. i. ſua culpa viles ac cõtemptibiles euadent. 31 Dies veniunt, & præcîdam brach. ימים באים וגו׳ .i. inſtat tempus in quo præcîdam robur tuum. hoc eſt auferam tibi dignitatem illã ſacerdotalem. Ne ſit ſenex in domo t. מהיות זקן בביתך: .i. vt nemo ſit ex familia tua qui perueniat ad ſenium. Quidam per Senem, intelligunt ſapientem. 32 Et aſpicies inimicum והבטת צר Et cernes æmulum. ſub. tuum, in poſteris tuis ſcilicet. i. poſteri tui videbunt alium fungi officio ſummi Sacerdotis in tabernaculo meo. In cunctis quibus benefaciet בכל אשר־ייטיב id eſt quando multis beneficiis afficiet populum Iſraeliticum. 33 Excîdam אכרית exterminabo. i. non omnes auferam tibi. q. d. ſemper erit aliquis ex tuis nepotibus qui famulabitur ad altare meum. Vt conſumam לכלות vt tabeſcere faciam. vel, marceſcere. præ inuidia ſcilicet in poſteris tuis, quum videbunt alium fungi officio ſummi Sacerdotis, quod ad familiam tuam pertinebat. Et omnis multitudo וכל־מרבית & omnis educatio. Viri. אנשים: .i. in virili ætate. hoc eſt, quum primum venerint ad ætatem virilem, vt plus tibi doloris inferant in morte ſua.

34 Et hoc tibi ſignum וזה לך האות .i. Et iſtud ſignum quod eueniet duobus filiis tuis, erit tibi ſignum quòd quæ dico vera ſint.

35 Stabilem, נאמן firmam .i. dabo illi familiam ampliſſimam & numeroſam, quæ perueniet vſque ad ſenium. Ambulabítque, &c. והתהלך לפני־משיחי .i. fungetur officio ſacerdotali corã Rege cui regnum dedero. 36 Vt incuruet ſe ei להשתחות לו vt ſeſe illi proſternat. ſupplicaturus ſcilicet illi tanquã maiori, Vni *parti* ſacerdotiorũ, אל־אחת הכהונות vni ex officiis ſacerdotalibus. i. vt fũgar tua benignitate vno ex officiis minorum ſacerdotiorum. præfice me vni ex functionibus ſacerdotalibus. Vt comedam, &c. לאכול פת לחם: .i. pro victu. hoc eſt, vt hac ratione viuere poſſim.

IN CAPVT III.

1 Coram yEli: לפני עלי Hebraiſmus, commonſtrante & inſtruente eum Eli. Chaldæus paraphraſtes, viuente Eli. Et ſermo Ieh. erat pretioſus ודבר יהוה היה יקר .i. charus. q. d. tũc erant rari Prophetæ qui verbum Domini annũtiarent populo: rarò Dominus reuelabat arcana ſua. Hoc dicit vt quodãmodo exaltetur Samuel, & hoc per parẽtheſin. Nõ *erat* viſio aperta. אין חזון נפרץ: non erat prophetia manifeſta. Chald. paraph. non erat prophetia quæ publicè innoteſceret. 2 Fuit autem in illa die, &c. ויהי ביום ההוא ועלי שוכב במקומו Factum eſt autem eo tẽpore, quũ Eli dormiret in loco ſuo. i. in interiore parte atrii, quæ erat propinquior tabernaculo Domini. In interiore ſiue penitiore parte atrii, hoc eſt in propinquiore tabernaculo, dormiebant ſacerdotes: in poſteriore, Leuitæ, quæ magis aberat à tabernaculo. Nec poterat cernere. לא יוכל לראות: ſub. bene, vel exactè. Hoc dictum eſt ad commendandam diligentiam Samuelis, qua officioſè admodũ famulabatur ipſi Eli, qui tum magis indigebat miniſterio alicuius. 3 Et lucerna, &c. ונר אלהים וגו׳ Ordo inuerſus ſic conſtrui debet, Et quum lucernæ quæ erant in templo Domini vbi erat arca Dei, necdum extinctæ eſſent, & Samuel adhuc dormiret: Tunc vocauit, &c. q. d. tempore nocturno quum adhuc Samuel dormiret, vocauit, &c. 5 Quia vocaſti me. כי־קראת לי id eſt quem vocaſti.

Samuel.
Heli.

6 Et adiecit Dominus rurſum vocare Samuelem. conſurgénſque Samuel abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocaſti me. qui reſpōdit, Non vocaui te, fili mi: reuertere & dormi.

7 Porrò Samuel nec dum ſciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei ſermo Domini.

8 Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertió. qui cōſurgens abiit ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum.

9 Et ait ad Samuelem, Vade, & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo.

10 Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit ſicut vocauerat ſecūdò, Samuel Samuel. Et ait Samuel, Loquere, quia audit ſeruus tuus.

11 Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbū in Iſrael, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. C

12 In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ loquutus ſum ſuper domum eius, incipiam & complebo.

13 Prædixi enim ei quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatē: eo quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.

14 Idcirco iuraui domui Heli, quòd nō expietur iniquitas domus eius victimis & muneribꝰ vſque in æternū.

15 Dormiuit autē Samuel vſque mane, aperuitque oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionē Heli.

16 Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi. Qui reſpondēs ait, Præſto ſum.

17 Et interrogauit eū, Quis eſt ſermo quē loquutus eſt ad te? oro te, ne celaueris me: hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonē, ex oībus verbis quæ dicta ſunt tibi.

18 Indicauit itaque ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcōdit ab eo. Et ille reſpondit, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.

19 Creuit autē Samuel, & Dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.

20 Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dā vſque Ber-ſabee, quòd fidelis Samuelis propheta eſſet Domini.

21 Et addidit Dn̄s vt appareret in Silo: quoniā reuelatus fuerat Dn̄s Samueli in Silo iuxta verbū Domini. & euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

6 Rurſum autem Iehouáh vocauit שSemuאelē. & ſurrexit שSemuאél, abiítque ad yEli, ac dixit, Ecce ego: quia vocaſti me. Et ait, Non vocaui, fili mi: reuertere, dormi.

7 שSemuאél autem ″necdum cognoſcebat Iehouam, & nondum reuelatus fuerat ei ſermo Iehouæ.

8 Addidit præterea Iehouáh vocare שSemuאelē tertió. & ſurrexit, atque abiit ad yEli, dixítque, Ecce ego: quia vocaſti me. Tum intellexit yEli quòd Iehouáh vocaret puerum.

9 Dixítque yEli ad שSemuאelē, Vade, dormi: & ſi ″vocauerit te, dices, Loquere Iehouáh: quia ″audit ſeruus tuus. Abiit ergo שSemuאél, & dormiuit ″in loco ſuo.

Heli docet Samuelem quid reſpondeat Domino vocanti.

10 Venit inſuper Iehouáh, ″& ſtetit, vocauítque ″vt ſemel & iterum, & dixit, שSemuאél שSemuאél. Reſpondit שSemuאél, Loquere: quia audit ſeruus tuus.

11 Dixítque Iehouáh ad Sשemuאelē, Ecce ″facturus ſum rē *quandam* in Iשraאele, quā quicūque audierit, ″tinniēt illi ambæ aures eius. B

12 In die illa ſuſcitabo cōtra yEli omnia quæ loquutus ſum aduerſus domum eius: ″incipiam & perficiam.

Prædicit Deus Samueli pœnam Heli ob peccatum filiorum.

13 ″Et indicabo illi quòd ″iudico ego domum ſuam vſque in ſeculum, propter iniquitatem ″quam nouit: ″quia contemnebant ſeipſos filii eius, & non prohibuit eos.

14 Et idcirco iuraui domui yEli, ″Si expiabitur iniquitas domus yEli ſacrificio & minnha vſque in ſeculum.

15 Dormiuit autem שSemuאél vſque mane, ″aperuítque oſtia domus Iehouæ: ″& timebat indicare ″viſionem ipſi yEli.

16 Vocauit itaque yEli שSemuאelem, & dixit, שSemuאél fili mi. Qui reſpondit, En ego.

17 Et dixit, Quod eſt verbum quod ″loquutus eſt tibi? ne quæſo celes me: ″ſic faciat tibi Deus, & ſic addat, ſi abſconderis à me verbū *ullum* ex omnibus verbis quæ loquutus eſt tibi.

18 Indicauit igitur ei שSemuאél omnia verba, nec abſcōdit ab eo. Tunc ait, Iehouáh eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.

Indicat Samuel viſionē ipſi Heli

19 ″Creuit autem שSemuאél, & Iehouáh erat cum eo: ″& non fecit cadere ex omnibus verbis eius in terram.

20 Et cognouit vniuerſus Iשraאél à Dán vſq; Beאer-שsébay quòd ″fidelis eſſet שSemuאél Propheta Iehouæ.

21 ″Rurſúmque apparuit Iehouáh in שSilóh: ″quoniam manifeſtauerat ſe Iehouáh שSemuאeli in שSilóh ″in verbo Iehouæ.

7 Necdum cognoſcebat, &c טרם ידע את־יהוה וגו׳ Hebraiſmus, necdū erat aſſuetus audire Dominū loquentem. nondum nouerat nomen Domini, quū alloquitur ſuos Prophetas. 9 Vocauerit יקרא ſub. is qui te prius vocauerat. Audit ſeruus t. שמע עבדך q.d. ego attēdo, paratus obſequi: dic quid vis. In loco ſuo. במקומו: .i. in parte anteriore atrii Leuitarū, quod nō erat illud de quo fit mentio in Lege, ſed appendix ad tabernaculū. 10 Et ſtetit, ויתיצב .i. aſtitit illi: hoc eſt, apparuit illi in quadā forma. Vt ſemel & iterū, כפעם־בפעם Ad verbum, ſecundum vicem in vice. 11 Facturus ſum עשה Præſ. Heb. pro fut. Tinnient תצלינה ſub. vehementer. i. quæ incutiet maximū terrorē audienti. Hoc dicit de futura captiuitate arcæ fœderis. 12 Incipiā & perficiam. החל וכלה: Ad verbū, incipiēdo & perficiendo. Chaldæus paraph. vertit per fut. i. rem adducā vſque ad calcem. 13 Et indicabo illi והגדתי לו quū ſcilicet ſignum quod dixit illi Propheta, euenerit. Iudico שפט Præſ. Heb. pro fut. iudicaturus ſum. i. quòd ego pœnas expetiturus ſum iuſtè de familia eius in perpetuū. Quam nouit: אשר־ידע quā nouerat. vel, quā non ignorabat. Quia contemnebant, &c. כי־מקללים להם. i. cōtemptibiles ſe reddebant, & nō repreſſit eos, ſiue non reprehendit eos acriter. Prius ſcriptū erat apud Hebræos כי מקללים לי contemnebāt enim me. i. anteponebant honorē ſuum & propriam vtilitatē honori meo. Sed quia hoc durum erat, & nimium detrahens honori Dei, correxerunt illud ſcriptores Hebræi, & ſcripſerunt להם pro לי, vt vertit noſter interpres. 14 Si expiabitur אם־יתכפר Si remouebitur. Chaldæus paraph. non condonabitur. 15 Aperuítque ויפתח de more ſuo ſcilicet. Et timebat ושמואל ירא Ad verbū, & Samuel timebat. Omiſit noſter interpres dictionē Samuel hoc loco, quòd Latinis auribus redūdaret. 17 Loquutus eſt דבר ſub. is qui vocauit tè hac nocte. Sic faciat tibi, &c. כה יעשה לך אלהים וכה יוסיף Formula eſt adiurandi & obteſtandi Hebræis. q.d. ita te tractet vt me erat tractaturus, quin grauius puniat, ſi me celes. vel, malè tibi cōtingat, &c. 19 Creuit autem, &c. ויגדל וגו׳ .i. vt ſtatura promouit, ita gratia & fauore Dei. Et non fecit cadere, &c. ולא־הפיל מכל דבריו ארצה: Hebraiſmus, nullū verbū protulit Samuel quod eſſet vanū & inane: impleta fuerūt quæcunque dixit. Alii referunt ad Deū, Non permiſit vt vllum verbum ſuum irritū fieret. Metaphora à liquidis, quæ ſi effundantur in terram, pereunt: aut ab ædificiis collapſis. 20 Fidelis eſſet שSemuאél, &c. נאמן שמואל לנביא .i. quòd aptus eſſet ac idoneus qui aliquando euaderet in Prophetā. Chaldæus paraph. quòd eſſet fidelis in prophetia Domini. quod doctis minimè probatur. 21 Rurſumq; apparuit, &c. ויסף יהוה להראה Ad verbū, Et addidit Iehouáh vt cōſpiceretur. ſub. ipſi Samueli. Quoniā manifeſtauerat ſe כי־נגלה apparuerat enim. In verbo Iehouæ. כדבר יהוה: Antecedens pro relatiuo, cum verbo ſuo, hoc eſt annuntians illi arcana quædam: vel præcipiens Samueli quædam quæ diceret Iſraeli.

Cap. IIII.

Cæditur Iſrael à Philiſthæis.

1 E″T fuit verbū שSemuאelis vniuerſo Iשſraאeli. Egreſſus eſt autē Iשſraאél ″in occurſum Peliשſthím in bellū, & caſtrametati ſunt iuxta ″אEben-haעézer: Peliſthím autē caſtrametati ſunt in Aphéc.

2 Itaque aciem inſtruxerūt Peliſtשhím in occurſum Iשſraאelis, ″& expandit ſeſe præliū, ″cæſúſque eſt Iשſraאél coram Peliשſthím: & percuſſerunt ″in acie in agro fermè quatuor millia virorum.

Affertur arca in caſtra.

3 ″Et venit popul⁹ ad caſtra: dixerúntq; Seniores Iשſraאelis, Vtquid percuſſit nos Iehouáh hodie corā Peliשſthím? ″accipiamus ad nos è שSilóh arcā fœderis Iehouæ, ″& veniat in medium noſtri, ſeruétque nos è manu inimicorum noſtrorum.

4 Miſit itaque populus in שSilóh, & tulerunt inde arcam fœderis Iehouæ exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erāt quoq; ibi duo filii עEli cum arca fœderis Iehouæ, חHophní & Pineחháסs.

Clamor magnus in aduētu arcæ.

5 Fuit autē, quū veniſſet arca fœderis Iehouæ in caſtra, vociferati ſunt vniuerſus Iשſraאél vociferatione magna, ″& perſonuit terra.

6 Audientes autem Peliשſthím ″vocem vociferationis, dixerūt, ″Quæ eſt vox vociferationis magnæ huius in caſtris עEbræorum? ″& cognouerunt quòd arca Iehouæ veniſſet in caſtra.

Timent Philiſthiim audientes arcam Dei eſſe cum Iſraelitis.

7 Timuerūtque Peliשſthím: ″retulerūt enī, Venit Deus in caſtra. ″atq; dixerūt, ″Væ nobis: nō enī fuit ″ſimile heri, & nudiuſtertius.

8 Væ nobis: quis liberabit nos è manu Deorum fortium iſtorū? hi ſunt Dii qui percuſſerunt AEgyptum ″omni plaga ″in deſerto.

9 ″Cōfortamini, ″& eſtote viri, Peliשſthím: ne fortè ſeruiatis עEbræis queēadmodū ſeruierūt nobis, eſtote inquā viri, ″& pugnate.

Secundò cædun tur Iſraelitæ.

10 Pugnauerūt itaque Peliשſthím, & cæſus eſt Iשſraאél, fugerúntque ſinguli in tabernacula ſua: & fuit ″plaga magna valde: ceciderunt nanque de Iשſraאele triginta millia peditum.

Arca capitur. Ophni & Phinees moriuntur.

11 Et arca Dei capta fuit, & duo filii עEli ″mortui ſunt, חHophní & Pineחháסs.

12 Currens autē quidam ex Biniamín de acie, venit in שSilóh ″die ipſa veſtibus ſuīs ſciſſis, ″& terra ſuper caput eius.

13 Venit inquā, & ecce עEli ſedebat ″ſuper thronum ″ad latus viæ, ″ſpeculās: erat enī cor eius pauēs propter arcā Dei. vbi autē venit vir ille ″vt renūtiaret in ciuitate, vociferata eſt vniuerſa ciuitas.

Nuntiatur ciuitati & ipſi Heli arcā eſſe captā.

14 Et audiēs עEli vocē clamoris, dixit, ″Quæ eſt vox tumultus huius? Vir autem ille ″feſtinanter venit, & renuntiauit ipſi עEli.

Cap. IIII.

1 EGreſſus eſt nāque Iſrael obuiam Philiſthiim in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidem adiutorii. Porró Philiſthiim venerūt in Aphec.

2 Et inſtruxerunt aciē contra Iſrael: inito autem certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, quaſi quatuor millia virorum.

3 Et reuerſus eſt populus ad caſtra: dixerūntq; maiores natu de Iſrael, Quare percuſſit nos Dominus hodie corā Philiſthiim? afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum.

4 Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcā fœderis Domini exercituum ſedētis ſuper cherubim: erántque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees.

5 Quūmq; veniſſet arca fœderis Dñi in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra. B

6 Et audierunt Philiſthiim vocē clamoris, dixerúntque, Quænā eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? & cognouerunt quòd arca Domini veniſſet in caſtra.

7 Timuerūtque Philiſthiim, dicētes Venit Deus in caſtra. & ingemuerūt dicentes, Væ nobis: non enim fuit tāta exultatio heri & nudiuſtertius.

8 Væ nobis: quis nos ſeruabit de manu Deorū ſublimiū iſtorū? hi ſunt Dii qui percuſſerunt AEgyptum omni plaga in deſerto.

9 Confortamini, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt nobis: cōfortamini, & bellate.

10 Pugnauerunt ergo Philiſthiim, & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſque in tabernaculū ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum.

11 Et arca Dei capta eſt: duo quoque filii Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.

12 Currens autē vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. C

13 Quūque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viā, ſpectās. erat enim cor eius pauēs pro arca Dei. Vir autē ille poſtquam ingreſſus eſt, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas.

14 Et audiuit Heli ſonitum clamoris, dixitque, Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit, & nuntiauit Helí.

IN CAPVT IIII.

1 Et fuit verbū, &c. ויהי דבר־שמואל וגו׳ .i. Mox Samuel dixit vniuerſo Iſraeli quæ audierat à Domino, nempe de reſiſtendo Palæſthinis, & ſuſcipiēda expeditione aduerſus eos. Quidā Hebræi doctores hic dicunt Samuelē conſuluiſſe Dominū an deberēt Iſraelitæ ſuſcipere expeditionē aduerſus Palæſthinos inuadentes filios Iſrael. Dominū autem reſpondiſſe vt Palæſthinis occurrerent: atque id dicunt eſſe quod hîc dicitur. Et factū eſt verbū, &c. Hinc poſtea dicunt Seniores Iſrael, Cur percuſſit nos Deus? &c. q.d. quū nos hanc expeditionē ſumpſerimus Deo ita iubente, cur iam nos affligit? In occurſum לקראת .i. contra. אEben-haעézer: אבן־העזר lapidē adiutorii. Hoc dicitur per anticipationē: nā iſte locus ſic dictus eſt poſtea ab euētu, infrà 7.c.12. 2 Et expādit ſeſe præliū, ותטש המלחמה & explicauit [dilatauit. diffudit] ſeſe. i. cœperūt dilatare ſeſe milites ipſi. Cæſúſq; eſt וינגף percuſſúſq; eſt. i. cœpit terga vertere Palæſthinis. In acie in agro במערכה בשדה .i. in ipſo cāpo cōflictus. vel, de acie Iſraelitarū. 3 Et venit populus, &c. ויבא העם וגו׳ Quūmque populus recepiſſet ſeſe in caſtra, dixerunt Seniores, &c. Accipiamus ad nos נקחה אלינו .i. mittamus in Siloh qui adducāt huc arcā fœderis, &c. Et veniat in me. &c. ויבוא בקרבנו וישיענו .i. vt quū illata fuerit in mediū noſtri, ſeruet nos. 5 Et perſonuit terra. ותהום הארץ: ita vt terra tremeret. 6 Vocē vociferationis, את־קול התרועה .i. ingentē illum clamorē. Quæ eſt vox vocif. מה קול התרועה Quid ſibi vult ſtrepitus vociferationis ingentis huius? Et cognouerunt וידעו .i. intellexerūt ab exploratoribus. innotuit illis quòd, &c. 7 Retulerunt enim, כי אמרו ſub. exploratores. i. cœperūt timere Palæſthini, audientes exploratores dicentes, Venit Deus in caſtra Hebræorum. Atque dixerunt, ויאמרו ſub. Palæſthini. Væ nobis: אוי לנו: q.d. actum eſt de nobis. Simile כזאת Ad verbum, ſicut hoc, i. tale quidpiam. q.d. non fuit heri talis exultatio in caſtris Hebræorum: ratio bellandi mutata eſt: nam pugnabamus antea cum hominibus, nunc cum Deo pugnabimus. 8 Omni plaga בכל־מכה .i. multis plagis.

In deſerto. במדבר: .i. in Mari rubro quod adiacebat deſerto. Subaudiēda præpoſitio ET, & in deſerto. Chaldæus paraph. quū hic locus videretur repugnare his quæ ſunt in Lege, addidit aliquot verba, Et populo ſuo in deſerto fecit multa miracula. Quidam volūt מדבר ſignificare דבר Verbum, in qua ſignificatione accipitur Cantic. 4.b.5, Eloquium tuum decorū. & vertunt, omni plaga verbo. ſub. ſolo. quod pulchrè conuenit. q.d. qui ſolo verbo ſuo percuſſit AEgyptios. 9 Cōfortamini, התחזק Eſtote fortes. Et eſtote viri, והיו לאנשים .i. eſtote animo virili ac forti, ſiue præbete vos viros. Et pugnate ונלחמתם: ſub. cōtra eos acriter. 10 Plaga magna valde: המכה גדולה מאד ſtrages maxima. 11 Mortui ſunt, מתו in ipſo ſcilicet cōflictu. 12 Die ipſa ביום ההוא eodē die. ſub. conflictus. Et terra ſuper caput e. ואדמה על־ראשו: & capite ſparſo puluere. 13 Super thronū על־הכסא ſuper ſellā. vel, ſedē. Ad latus viæ, יד דרך iuxta locū viæ. iuxta viā ducentē ad caſtra. Speculans מצפה aſpiciens. ſub. & expectans nuntiū. Vt renuntiaret להגיד ſub. cladem acceptā à Palæſthinis. 14 Quæ eſt vox, &c. מה קול ההמון הזה .i. Quid ſibi vult maximus iſte clamor? Feſtinātervenit, מהר ויבוא Ad verbū, feſtinauit, & venit.

Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. 15

Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum eſt, fili mi? 16

Reſpondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filii tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta eſt. 17

D Qúmque ille nominaſſet arcã Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus mortuus eſt. ſenex enim erat vir & grãdæuus: & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis. 18

Nurus autem eius vxor Phinees prægnãs erat, vicináque partui: & audito nũtio quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus: incuruauit ſe & peperit. irruerant enim in eam dolores ſubiti. 19

In ipſo autem momento mortis eius, dixerunt ei quæ ſtabant circa eam, Ne timeas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animaduertit. 20

Et vocauit puerũ, I-chabod, dicẽs, Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo. 21

Et ait, Trãſlata eſt gloria ab Iſrael, eo quòd capta eſſet arca Dei 22

Cap. V.

1 PHiliſthiim autem tulerunt arcã Dei, & aſportauerunt eam à Lapide-adiutorii in Azôtum.

2 Tulerúntque Philiſthiim arcã Dei, & intulerunt eã in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon.

3 Qúmque ſurrexiſſent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eũ in locum ſuum.

4 Rurſúmque mane die altera cõſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuã in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſeper limẽ: porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.

B 5 Propter hanc cauſam nõ calcant ſacerdotes Dagõ, & oẽs qui ingrediũtur templum eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in hodiernum diem.

6 Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: ‖ & percuſſit in ſecretiori parte natium Azôtum & fines eius. Pſal.77.d.66

7 Videntes autem viri Azotii huiuſcemodi plagam, dixerunt, Non maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniã

---

15 yEli autem erat nonaginta & octo annorum, oculíque eius ″caligauerant, nec poterat videre.

16 Dixítq; ille vir ad yEli, Ego venio ex acie, ex acie inquam fugi hodie. Et ait ille, Quid rei fuit, fili mi?

17 Reſpondit nuntius ille, & dixit, Fugit Iשraאél corã Peliשthím, & etiam plaga magna facta eſt in populo: ſed & duo filii tui mortui ſunt, חHophni & Pineחháos, & arca Dei capta eſt.

18 Qúmque ille ″memoraſſet arcam Dei, cecidit ″de throno retrorſum, iuxta locum ″portæ, ″& confractum eſt occiput eius, mortuúſque eſt: erat enim vir ſenex, ″& grauis, iudicauerátque Iשraאelem quadraginta annis. Moritur Heli.

19 Porrò nurus eius, vxor Pineחhaos, erat ″prægnans ad pariendum, & audiuit famam quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, ac vir ſuus, ″incuruauit ſeſe, & peperit: quia ″effuſæ erant ſuper eam anguſtiæ eius. Naſcitur I-chabod.

20 ″Tempore autem quo ipſa moriebatur, dixerunt *mulieres* quæ aſtabant ei, Ne timeas: quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit, ″neque poſuit cor ſuum.

21 Et illa vocauit puerũ ″אI-chabód, dicẽdo, ″Trãſlata eſt gloria ex Iשraאele (″ꝙ capta eſſet arca Dei, ″& *mortuus eſſet* ſocer ſuus, & vir ſuus)

22 Dixit inquam, Tranſlata eſt gloria ex Iשraאele, quia capta eſt arca Dei.

Cap. V.

1 PEliשthím autẽ ″tulerunt arcam Dei, & abduxerũt eam ″ab אEben-hayézer in Aשdód. Arca iuxta Dagon à Philiſthæis collocatur, corruit ipſe Dagon.

2 Tulerunt inquam Peliשthím arcam Dei, & introduxerũt eam in domum Dagón, ſtatuerúntque eam iuxta Dagón.

3 Qúmque ſurrexiſſent Aשdodii ″in craſtino, ecce Dagón ceciderat in faciem ſuam in terram coram arca Iehouæ: tollentéſque Dagón, reſtituerunt eum in locum ſuum.

4 Et quũ mane poſtridie *iterum* ſurrexiſſent, ecce Dagón *denuo* ceciderat in faciem ſuam in terram coram arca Iehouæ: caput autem Dagón & ambæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant in limine: ″tantùm Dagón remanſerat in eo.

5 Ideò nõ calcant ſacerdotes Dagón, & omnes qui ingrediuntur domũ Dagón, ſuper limen Dagón in Aשdód ″vſque ad diẽ hanc.

6 Aggrauata eſt autem manus Iehouæ in Aשdodios, ″& deſolauit eos, & percuſſit eos ″mariſcis, ″Aשdód & fines eius. Percutiuntur mariſcis Philiſthæi.

7 Vidẽtes verò viri Aשdód ″quòd ſic *eſſet*, dixerũt, Ne maneat arca Dei Iשraאél apud nos, ″quia dura eſt manus eius contra nos, &

---

15 Caligauerãt, קמה Sing. pro plur. caligauit. ſub. vterq; oculus. Alii vertũt, defecerãt. i. כלו, vt Iere. 14. a. 6, Defecerãt oculi eorũ. Alii, rugauerãt. quãdo enim rugãt oculi in ſenectute, deſiccatur humor, attolluntúrq; nerui oculi, ingreditúrq; oculus foramẽ ſuũ, inquit doctus inter Hebræos. 18 Memoraſſet arcã Dei, בהזכירו את ארון mentionẽ feciſſet arcæ Dei. Alii, nominaſſet arcã Dei. De throno מעל הכסא deſuper ſellã. Portæ, השער. i. qui adiacebat portæ. hoc eſt iuxta portã, ſiue oſtium. Et cõfractum eſt occ. e. ותשבר מפרקתו & fracta eſt ceruix eius. Et grauis, וכבד & obeſo corpore. vel, ſucculẽto. 19 Prægnans ad pariend. הרה ללת. i. gerebat vterũ proxima partui. à ילד, & deficit ד, iuxta multorum Hebræorum expoſitionem. Alii à ילל deducentes, vertunt, prægnans ad eiulandum. i. vicina clamoribus & eiulatui quem emittere ſolent mulieres parientes. Incuruauit ſeſe, ותכרע. i. decubuit: hoc eſt cõpoſuit corpus ſuum in modũ parturiẽtis. Effuſæ erãt ſuper eã anguſtiæ e. נהפכו עליה צריה: effuſi erãt ſuper eam dolores ipſius. i. obruta fuit doloribus partus. Metaphora ſumpta ab aqua quæ exalto & ſubitò effunditur. 20 Tẽpore autem quo ipſa mor. ובעת מותה Sub mortẽ autem eius. Vel, Sub articulum tẽporis quo mortua eſt. Neque poſuit cor ſuum. ולא שתה לבה: ſub. ad id quod dicebatur illi: non intendebat animum. q. d. neque viſa eſt verbis illarum moueri. 21 אIchabód אי כבוד Hîc אי ponitur pro אין Nõ. i. nõ eſt gloria. vel pro איה Vbi. i. vbi eſt gloria? quia non eſt in Iſraele hodie. Hæc doctus inter Hebræos. Tranſlata eſt גלה exulat. Quòd capta eſſet, &c. אל הלקח וגו' Quæ incluſa ſunt parentheſi, ſunt verba ſcriptoris. Hic אל pro בעבור ponitur. & ſic trãſtulit Chaldæus paraph. Et *mortuus eſſet* ſocer ſuus. ואל חמיה Subaudiendum על מות, vt abſoluatur ſententia, & propterea quòd mortuus eſſet ſocer ſuus.

IN CAPVT V.

1 Tulerũt לקחו ceperũt. vel, ceperãt. Ab אEben-hayézer מאבן העזר Vide præcedẽti cap. verſu 1. 3 In craſtino, ממחרת poſtridie. 4 Tantùm Dagon רק דגון Doctus inter Hebræos ex ſentẽtia ſuorũ doctorũ dicit Dagon ab vmbilico & infrà fuiſſe forma piſcis, idcirco dici Dagon, דג enim eſt piſcis: ab vmbilico verò & ſuprà, inſtar hominis fuiſſe, ſicut hîc dicitur, Et ambæ manus eius, &c. vnde exponunt, Tantùm Dagon. i. formã piſcis remanſiſſe. 5 Vſque ad diẽ hanc. עד היום הזה: vſque in hodiernũ diem. Hoc refertur ad tẽpus quo iſte liber ſcriptus fuit. 6 Et deſolauit eos, וישמם & perdidit eos. contriuit. deuaſtauit. attriuit. Mariſcis, בעפלים vitiis ſedis, ſiue podicis. עפול ſignificat partẽ extantem & prominentẽ. Dicit autem doctus inter Hebræos podicẽ ita vocari per antiphraſin, quòd minimè extet. Medici tamen dicũt eum extare propter morbum, nẽpe quãdo procidit. Aשdód & fines e. אשדוד וגו' *nimirũ ciues* Aſdod & *habitatores* finium eius. 7 Quòd ſic כי כן. i. rem ſic ſe habere. ſe ſcilicet confici ſedis vitiis. Quia dura eſt manus e. &c. כי קשתה וגו'. i. quòd nos mirè affligat, & Deum noſtrum.

contra Dagón deum noſtrum.

8 Miſerunt itaque,& congregauerunt omnes ſatrapas Peliשthinorum ad ſe, ac dixerunt, Qui faciemus arcæ Dei Iשraאelis? Reſponderunt,″Ad Gáth circũducatur arca Dei Iשraאelis. Et circunduxerunt arcam Dei Iשraאél.

9 Fuit autẽ,poſteaquã circũduxerunt eã, manus Iehouæ fuit cõtra ciuitatẽ″cõtritione magna valde: & percuſſit viros ciuitatis à paruo vſque ad magnũ,″& in locis occultis enatæ ſunt eis mariſcæ.

10 Miſerunt ergo arcam Dei in עEcrón: quúmque veniſſet arca Dei in עEcrón,″exclamauerunt עEcronitæ,dicendo,″Circunduxerunt ad me arcam Dei Iשraאél,vt interficiãt me & populũ meũ.

Arcam reiiciunt de finibus ſuis Accaronitæ.

11 Proinde mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Peliשthinorum,dixerúntque,″Dimittite arcam Dei Iשraאelis,″vt reuertatur in locũ ſuũ,& non interficiat me & populũ meum. Erat enim ″cõtritio mortis ″in tota ea vrbe,″grauis erat valde manus Dei ibi.

12 Viri autem qui non fuerant mortui, percuſſi ſunt″mariſcis:″aſcendítque clamor ciuitatis in cælum.

Cap. VI.

1 FVit autẽ arca Iehouæ″in agro Peliשthinorũ ſeptem mẽſibus.

Philiſthæi conſulunt ſacerdotes ſuos quid de arca Dei faciendum ſit.

2 Vocantes autem Peliשthini ſacerdotes & diuinos,dixerunt, Quid faciemus de arca Iehouæ? indicate nobis ″in quo remittamus eam in locum ſuum.

3 Reſpõderunt,Si remiſſuri eſtis arcã Dei Iשraאél, ne remittatis eã″vacuã:ſed″reddendo reddetis ei hoſtiã pro peccato:tũc curabimini,& notum erit vobis″cur non receſſerit manus eius à vobis.

Ani aurei.

Mures aurei.

4 Et dixerunt, Quæ erit hoſtia pro peccato quam″reddemus ei? Reſponderunt, Secundum numerum principũ Peliשthinorum quinque ani aurei, & quinque″mures aurei: quia″plaga vna eſt omnibus,& principibus veſtris.

5 Facietíſq;″imagines anorũ veſtrorũ,& imagines muriũ veſtrorũ qui″deuaſtauerunt terrã,″& *ita* dabitis Deo Iשraאél gloriã: fortè″alleuiabitur manus eius à vobis,& diis veſtris,& à terra veſtra.

6 Sed quare″aggrauabitis cor veſtrũ quemadmodum aggrauauerunt AEgyptii& Parעóh cor ſuum? nónne quando″mira operatus eſt in eos,dimiſerunt eos,& abierunt?

7 Nunc ergo capite,″& facite plauſtrũ nouũ vnum,& duas vaccas″lactantes,″ſuper quas nõ aſcenderit iugũ, & alligate vaccas plauſtro,″& reducite filios earum qui ſunt poſt eas,ad domum.

dura eſt manus eius ſuper nos & ſuper Dagon deum noſtrum.

8 Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſpõderúntque Gethæi, Circunducatur arca Dei Iſrael. Et circunduxerunt arcam Dei Iſrael.

G

9 Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis,à paruo vſque ad maiorẽ,& cõputreſceb. pãtrominẽtes extales eorũ.

10 Miſerunt ergo arcam Dei in Accarõ: quúmque veniſſet arca Dei in Accaron,exclamauerunt Accaronitæ,dicentes, Adduxerũt ad nos arcam Dei Iſrael,vt interficiat nos & populum noſtrum.

D

11 Miſerunt itaque & cõgregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui dixerunt,Dimittite arcam Dei Iſrael, vt reuertatur in locum ſuum, & non interficiat nos cum populo noſtro. Fiebat enĩ pauor mortis ĩ ſingulis vrbib⁹,& grauiſſima valde manus Dei.

12 Viri quoque qui mortui nõ fuerãt, percutiebãtur in ſecretiori parte natium: & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis in cælum. Cap. VI.

1 FVit ergo arca Domini in regione Philiſthinorum ſeptem mẽſibus.

2 Et vocauerũt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eã in locũ ſuũ.

3 Qui dixerunt, Si remittitis arcam Dei Iſrael,nolite dimittere eã vacuã: ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis quare nõ recedat manus eius à vobis.

4 Qui dixerunt, Quid eſt quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſpõderúntque illi, Iuxta numerũ prouinciarum Philiſthinorũ quinque anos aureos facietis,& quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis,& ſatrapis veſtris.

5 Facietíſque ſimilitudines anorũ veſtrorũ, & ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terram,& dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi fortè releuet manũ ſuam à vobis,& à diis veſtris,& à terra veſtra.

B

Exod.12.d.31

6 Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit AEgyptus & Pharao cor ſuum? nónne poſtquam percuſſus eſt,tũc dimiſit eos,& abierũt?

7 Nunc ergo arripite & facite plauſtrum nouũ vnum:& duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitũ iugum, iungite in plauſtro,& recludite vitulos earum domi.

8 A*d* Gath circunducatur גת יסוב Hic גת pro לגת poſitum eſt.ad Gath abducatur,vel deuoluatur.

9 Contritione magna valde: מהומה גדולה מאד *cum* contritione quammaxima. Vel,*in* contritione. i.fuit plaga in ciues vrbis Gath,ita vt attererentur.Mox ſeipſum exponit,quum dicit,Et percuſſit viros ciuitatis,&c. Et in locis occultis,&c. וישתרו להם עפולים: Ad verbum,& abſcondita ſunt illis ſedis vitia.i.exorta ſunt illis vitia in parte ſecretiore inteſtini recti.laborauerunt vitiis ſedis in parte ipſius ſedis non patente, tã parui quàm magni. 10 Exclamauerunt ויזעקו tũ vociferati ſunt. Circunduxerunt הסבו Abduxerunt.i.amandauerunt à ſe ad nos.Sunt verba Satrapæ. 11 Dimittite שלחו Amandate. Vt reuertatur in locũ ſ. וישוב למקומו Ad verbũ,& reuertetur in locum ſuum.nempe in Silo,ſiue in terrã filiorum Iſrael. Contritio mortis מהומת־מות fractio mortis. i.maxima lues & morbus lethalis graſſabatur:multi moriebantur in ciuitate. In tota ea vrbe, בכל־העיר Quidam legunt,in omni ciuitate:acſi morbus fuiſſet in omnibus vrbibus Palæſthinorum.quod doctioribus minus probatur. Grauis erat,&c. כבדה־מאד יד וגו׳ .i.grauiſſimè affligebat Dominus eam vrbem.

12 Mariſcis: בעפולים vitiis ſedis.ſiue procidentia ani. Aſcendítque,&c.: ותעל שועת העיר השמים: Hyperbole,pro,exauditus eſt eiulatus maximus ciuium eius vrbis.

IN CAPVT VI.

1 In agro בשדה .i.in regione. 2 In quo remittamus eã במה נשלחנו .i.qua ratione,ſiue quo pacto remittere debeamus eam.

3 Vacuam: ריקם .i.ſine muneribus. Reddendo,&c. השב תשיבו לו אשם. .i.exoluite illi quod debetis, nempe oblationẽ pro peccato. hoc eſt,ornate illam muneribus in oblationẽ pro peccato veſtro,quòd abduxeritis illã. Cur non receſſerit, &c. למה לא־תסור ידו מכם: .i.quare non deſinat vos affligere. 4 Reddemus נשיב exoluemus. Mures עכברי Percuſſerat Dominus Palæſthinã non ſolùm vitiis ſedis,ſed etiam muribus qui terrã ipſam ſuffodiebant, & ita ineptã reddebant frugibus gignendis, vt ſequenti verſu dicitur. Plaga vna,&c. מגפה אחת לכולם ולסרניכם: .i.omnes tam ſatrapæ quàm alii, laborant eodẽ morbo. 5 Imagines צלמי ſimulachra. Deuaſtauerũt המשחיתם demoliti ſunt.perdiderunt. Et *ita* dabitis, &c. ונתתם לאלהי ישראל כבוד .i.ita fatebimini vos victos fuiſſe à Deo Iſrael, cuius honori detraxiſtis quũ cepiſtis arcã eius:ita reſtituetis gloriã Deo Iſraelis,& illũ honore afficietis. Alleuiabitur manus eius יקל את־ידו alleuiabit manum ſuã.vel,leuiorẽ faciet.i.fortè deſiſtet vos affligere,vel leuius vos affliget. 6 Aggrauabitis cor ve. תכבדו את־לבבכם obfirmabitis animum veſtrum.i.quare obſtinatè & pertinaciter reſiſtetis,retinendo obfirmatè arcã iſtam?q.d.nolite retinere pertinaciter arcam, vt AEgyptii populum Iſraeliticum retinuerunt. Mira operatus eſt, &c. התעלל בהם וישלחום mirabilia opera fecit in eos, tum demum dimiſerunt eos.i.quando vires ſuas deprompſit in eos, tum demum etiam inuiti dimiſerunt filios Iſrael.

7 Et facite ועשו curate faciendũ. Lactantes, עלות fœtas. Super quas nõ aſcend.iug. אשר לא עלה עליהם על .i.quibus nunquã antea iugum fuerat impoſitum. Et reducite,&c. ואסרתם .i.recludite vitulos earum qui ſequuntur eas, in ſtabulo.

8 Tolletiſque arcam Domini,& ponetis in plauſtro,& vaſa aurea quæ exoluiſtis ei pro delicto,ponetis in capſellã ad latus eius: & dimittite eam vt vadat.

9 Et aſpicietis: & ſi quidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſinautem minimè, ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos,ſed caſu accidit.

10 Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabãt vitulos,iunxerunt ad plauſtrũ,vitulóſque earum concluſerunt domi.

11 C Et poſuerunt arcam Domini ſuper plauſtrum,& capſellam quæ habebat mures aureos & ſimilitudinẽ anorũ.

12 Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur,pergẽtes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad ſiniſtram. ſed & ſatrapæ Philiſthiim ſequebantur vſque ad terminos Bethſames.

13 Porrò Bethſamitæ metebant triticũ in valle: & eleuantes oculos ſuos, viderunt arcam, & gauiſi ſunt quum vidiſſent.

14 Et plauſtrum venit in agrum Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri,vaccáſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino.

15 Leuitæ autem depoſuerunt arcam Domini, & capſellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea, & poſuerunt ſuper lapidem grandem: viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, & immolauerunt victimas in die illa Domino.

16 Et quinque ſatrapæ Philiſthinorũ viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa.

17 D Hi ſunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philiſthiim pro delicto,Domino: Azotus vnum,Gaza vnum, Aſcalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum.

18 Et mures aureos ſecundũ numerũ vrbium Philiſthiim,quinque prouinciarum,ab vrbe murata vſque ad villam quæ erat abſque muro, & vſque ad Abel-magnũ ſuper quem poſuerunt arcam Domini, quæ erat vſque in die illa in agro Ioſue Bethſamitis.

19 Percuſſit autẽ de viris Bethſamitibus,eo quòd vidiſſent arcã Domini: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis: luxitque populus,eo quòd percuſſiſſet plebem plaga magna.

20 Et dixerunt viri Bethſamitæ,Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcẽdet à nobis?

21 Miſerúntque nũtios ad habitatores Cariath-iarim,dicentes, Reduxerunt Philiſthiim arcam Domini,deſcendite,& ducite eam ad vos.

---

8 Tollitéque arcã Iehouæ, & imponite eam plauſtro:″& vaſa aurea quæ reddidiſtis ei pro expiatione peccati, ponetis in capſa ad latus eius, & dimittite eam,& abeat.

9 ″Et aſpicite:″ſi via termini ſui aſcendat in Beth-ϣſémeϣs,″ipſa fecit nobis omne malũ grande hoc:″ſin minus,ſciemus quòd nequaquam manus eius tetigit nos, *ſed*″accidens eſt *quod* fuit nobis.

10 Fecerunt ergo viri illi ſic: tulerunt enim duas vaccas lactantes, quas alligauerunt plauſtro,& filios earum recluſerunt″domi.

Vaccæ reducũt arcam.

11 Impoſuerúntque arcam Iehouæ plauſtro, & capſam, & mures aureos, & imagines anorum ſuorum.

12 ″Et direxerũt ſe vaccæ per viam,per viam *inquam* Beth-ϣſémeϣs, ″via eadem perrexerunt pergendo & mugiendo:nec declinauerũt ad dexterã aut ad ſiniſtram. ſatrapæ verò Peliϣſthinorum ſequebantur eas vſque ad terminum Beth-ϣſémeϣs.

13 Viri autem Beth-ϣſémeϣs metebant meſſem triticeam″in valle: & leuantes oculos ſuos, viderũt arcã, lætatíque ſunt quũ vidiſſent.

Bethſamitæ viſa arca lætãtes, holocauſta efferũt.

14 Plauſtrũ autem venit in agrum Iehoϣſúay Beth-haϣſimϣſitæ, & ſubſtitit ibi. illic autem erat lapis magnus: & conciderunt ligna plauſtri,& vaccas immolauerunt in holocauſtum Iehouæ.

15 Porrò Leuitæ depoſuerant arcam Iehouæ, & capſam quæ erat cum ea,in qua erant″vaſa aurea,& poſuerant ſuper lapidem illum magnum: viri autem Beth-ϣſémeϣs obtulerũt holocauſta,& immolauerunt″victimas die ipſa Iehouæ.

16 Quod vbi vidiſſent ſatrapæ Peliϣſthinorum,reuerſi ſunt in yEcrón in die illa.

17 ″Iſti autẽ ſunt ani aurei quos reddiderunt Peliϣſthim in oblationẽ pro peccato Iehouæ, pro Aϣſdód vnus, pro yAzzáh vnus, pro Aϣſcelón vnus,pro Gáth vnus,pro yEcrón vnus.

Quinque ani aurei Palæſthinorum & mures aurei totidem.

18 Mures verò aurei ſecundũ numerum omniũ vrbium Peliϣſthinorũ″pro quinque ſatrapis,& ab vrbe munita vſque ad villã abſq; muro, ″& vſque ad planitiem magnã ſuper quã repoſuerãt arcam Iehouæ,″vſque ad diẽ hanc in agro Iehoϣſúay Beth-haϣſimϣſitæ.

19 ″Percuſſit autem″ *aliquot* ex viris Beth-ϣſémeϣs, quia″introſpexiſſent in arca Iehouæ:″percuſſit inquã è populo ſeptuaginta viros″*&* quinquaginta millia virorum: luxitque populus,quòd percuſſiſſet Iehouáh populum plaga magna.

Bethſamitæ percutiuntur, quòd intra arcam aſpexiſſent.

20 Dixerũt ergo viri Beth-ϣſémeϣs,″Quis poterit ſtare corã Iehoua Deo ſancto iſto?″& ad quem aſcendet à nobis?

Sanctus Deus Iſrael.

21 Miſerúntque nuntios ad habitatores Ciriath-ieyarím, his verbis,Reduxerunt Peliϣſthim arcam Iehouæ, deſcendite,*&*″abducite eam ad vos.

---

8 Et vaſa aurea ואת כלי הזהב .i.podices & mures aureos. 9 Et aſpicite:וראיתם .i.Cõſiderate quid eueniet. Si via אם דרך ſi *per* viam.i.ſi rectà pergendo verſus terminos ſuos & fines terræ Iſrael, aſcenderit ipſa arca in vrbem Bethſemes. Ipſa fecit הוא עשה ipſe fecit.ſub.Dominus Deus Iſraelis. Sin minus, ואם לא Ad verbũ,& ſi non. Accidens,&c. מקרה הוא היה caſus eſt *qui* accidit.i.ſed quòd omnia iſta nobis caſu euenerint. 10 Domi : בבית in domo.i.in ſtabulo ſolito: vt vaccæ memores vitulorum ſuorũ,reuerterentur ad locum ſuum. 12 Et direxerunt ſe וישרנה Et rectè iuerunt. vel, rectà proceſſerunt. Via eadem perrex. במסלה אחת הלכו itinere vno gradiebãtur.vel,incedebant. 13 In valle:בעמק q.d.in amœniſſima illa valle in qua erat Bethſemes. 15 Vaſa aurea:כלי זהב .i.donaria,de quibus paulo antè verſu 8. Victimas זבחים hoſtias pacificas ſcilicet. 17 Iſti autem ſunt ani,&c. ואלה טחורי הזהב .i.Hæc autem ſunt donaria & anathemata quæ præ ſe ferebant ſpeciem anorum,quæ exoluerant pro expiatione peccati. 18 Pro quinque ſatrapis, לחמשת הסרנים *pertinentiũ* ad quinque ſatrapas.i.in quibus habitabant quinque ſatrapæ. Et vſque ad planitiẽ magnã ועד אבל הגדולה & vſque ad planitiem *lapidis illius* magni. i.in qua erat lapis ille magnus ſuper quem poſuerant arcam, vt paulo antè verſu 15,dictũ eſt.hoc eſt, etiam vrbes & villæ vicinæ Bethſemes,vſque ad eum locum in quo ſubſtitit arca. Alii,& vſque ad lapidẽ magnum.vt ſit אבל pro אבן. Alii,vſque ad Abel magnum,locum ſcilicet ita dictum ob luctum magnũ illic editum,vt ſequenti verſu dicitur. Vſque ad diẽ hanc עד היום הזה ſub. היא is autem,nempe lapis, vſque in hodiernum diem, ſiue vſque ad hoc tempus extat & viſitur in agro illo. 19 Percuſſit autem ויך ſub.Dominus. *Aliquot* ex viris באנשי. Ad verbum,in viris,vel ex viris, vt ſit ב pro מן. Introſpexiſſent in arca ראו בארון aſpexerunt *quæ erant* in arca.aperuerunt enim arcam,& viderunt illud quod erat in medio eius. Propterea dixit In arca,& non Arcam. Alii(vt annotat doctus inter Hebræos)exponunt, & contempſerunt arcã Iehouæ. Percuſſit inquam,&c. ויך בעם Chaldæus paraph.& occidit de ſenioribus populi ſeptuaginta viros:& de cœtu,quinquaginta millia virorum. *Et* quinquaginta וחמשים Hîc ו ſubauditur,vt annotat doctus inter Hebræos ex Chaldæo paraph. 20 Quis poterit ſtare מי יוכל לעמוד q.d.videtur exigere à nobis ſanctimoniam maximã. Et ad quem ואל מי & ad quos. 21 Abducite העלו aſcendere facite.

Cap. VII.

Reducunt viri Cariath-iarim arcam in domum Abinadab.

1 VEnerũt ergo viri Ciriath-ieyarim,′& abduxerũt arcã Iehouæ, & intulerunt eam indomũ Abinadáb *qui habitabat*″in ipſo colle: & אElyazar filium eius″ſanctificauerũt,vt cuſtodiret arcã Iehouæ.

Plent Iſraelitæ.

2 (Fuit autem, à die qua manſit arca in Ciriáth-ieyarim,′multi elapſi ſunt dies,′viginti nempe anni)& lamentata eſt vniuerſa domus″Iשraאél,′ſequutá*que* eſt Iehouam.

Samuelis oratio ad populum lugentem. Corde toto ſeruiendũ ſoli Deo.

3 Dixítque שSemuאél ad vniuerſam domum Iשraאél hiſce verbis, Si toto corde veſtro reuertimini ad Iehouam,auferte″deos alienos de medio veſtri,& Aשſtharóth,& præparate cor veſtrũ Iehouæ,& ſeruite ei ſoli:tum liberabit vos de manu Peliשſthinorũ.

4 ′Abſtulerũt ergo filii Iשraאél″Béyalim & Aשſtharóth,& ſeruierunt Iehouæ ſoli.

Orat Samuel pro populo.

5 Dixit verò שSemuאél, Congregate vniuerſum Iשraאelem″in Mixſpáh,″& orabo pro vobis ad Iehouam.

Ieiunium & lachrymæ. Confeſſio peccati.

6 Congregati ergo in Mixſpáh,″hauſerunt aquam, & effuderunt corã Iehoua, ieiunauerúntque die illa, atque dixerunt ibi,Peccauimus Iehouæ.′Iudicauítq; שSemuאél filios Iשraאél in Mixſpáh.

Philiſthæi aſcẽdunt contra Iſraelem, & à Deo percutiuntur.

7 Audiẽtes autẽ: Peliשſthim quòd congregati eſſent filii Iשraאél in Mixſpáh, aſcenderunt ſatrapæ Peliשſthim contra Iשraאelem: quod quum audiſſent filii Iשraאél,timuerunt à facie Peliשſthim.

8 Dixerúntque filii Iשraאél ad שSemuאelem,″Ne ſileas pro nobis clamando ad Iehouam Deum noſtrum,vt eripiat nos de manu Peliשſthim.

9 Tulit ergo שSemuאél agnum′lactis vnum,& obtulit illũ′*in* holocauſtum totum Iehouæ : clamauítque שSemuאél ad Iehouam pro Iשraאele,& exaudiuit eum Iehouáh.

Orans Samuel Dominum pro Iſaelitis,exauditur.

10 Fuítque,שSemuאele offerẽte holocauſtum, Peliשſthæi acceſſerunt protinus ad prælium contra Iשraאelẽ: intonuit autem Iehouáh′voce grandi illa die ſuper Peliשſthæos, & contriuit eos,″cæſíque ſunt coram Iשraאele.

11 Egreſſi autem viri Iשraאél de Mixſpáh, perſequuti ſunt Peliשſthim,& percuſſerũt eos vſque *ad locum qui eſt* ſubter Beth-chár.

12 Tulit verò שSemuאél lapidẽ vnum, & poſuit inter Mixſpáh & ′שSen, vocauítque nomen eius אEben-hayézer, & dixit, Hucuſque auxiliatus eſt nobis Iehoua.

13 ″Itaque humiliati ſunt Peliשſthim, ′nec venerũt vltrà in terminũ Iשraאelis:″& fuit manus Iehouæ contra Peliשſthim omnibus diebus שSemuאelis.

Cap. VII.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Domini,& intulerunt eam in domũ Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.

2 Et factum eſt,ex qua die manſit arca in cariath-iarim,multiplicati ſunt dies (erat quippe iam annus viceſimus)& requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum.

3 Ait autẽ Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicens, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominũ, auferte deos alienos de medio veſtri, & Aſtaroth, & præparate corda veſtra Domino: ‖ & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſtiim.

Deu.6.c.4. matth.4.b.10

4 Abſtulerũt ergo filii Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli.

B

5 Dixit autem Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphat, vt orem pro vobis Dominum.

6 Et conuenerunt in Maſphath,hauſerũtque aquam, & effuderunt in cõſpectu Domini: & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitque Samuel filios Iſrael in Maſphath.

7 Et audierunt Philiſthiim quòd cõgregati eſſẽt filii Iſrael in Maſphath, & aſcẽderunt ſatrapæ Philiſtinorum ad Iſrael: quod quum audiſſent filii Iſrael, timuerũt à facie Philiſthinorũ.

8 Dixerúntque ad Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deũ noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum.

C

9 Tulit autem Samuel agnum lactẽtem vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus.

10 Factum eſt autẽ quum Samuel offerret holocauſtũ, Philiſthiim iniere prælium cõtra Iſrael: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filiis Iſrael.

Eccli.46.d.21

11 ‖Egreſſique viri Iſrael de Maſphath, perſequuti ſunt Philiſthæos : & percuſſerunt eos vſque ad locũ qui erat ſubter Beth-char.

12 Tulit autem Samuel lapidẽ vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen : & vocauit nomen eius, Lapis adiutorii: dixitque, Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus.

D

13 Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec appoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael: facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos cunctis diebus Samuelis.

IN CAPVT VII.

1 Et abduxernnt ויעלו Ad verbum, & aſcendere fecerunt. In ipſo colle: בגרעה Pars erat vrbis Cariath-iearim, nempe collis. Eſt enim deſcriptio vrbis. Quidã ſubaudiunt *quæ erat*: non enim legitur אשר Hebraicè, tametſi quidã dicant, in quibuſdã codicibus legi. Sanctificauerunt, קדשו conſecrauerunt. Chaldæus paraph. præfecerunt. 2 Multi elapſi ſunt dies, וירבו הימים Ad verbum, & multiplicati ſunt dies. Coniunctio ו non copulat, ſed tantùm conuertit fut. in præt. Viginti nempe ויהיו עשרים Ad verbũ, & fuerunt viginti. Sequutá*que* eſt Iehouam: אחרי יהוה Ad verbũ, poſt Iehouam. Quidam vertunt, dum conuerſa eſt ad Iehouam. i. vniuerſi Iſraelitæ cœperunt conuerti ad Dominum. Chaldæus paraph. & congregati ſunt ad Dominum. 3 Deos alienos אלהי הנכר Ad verbum, deos alieni generis, nempe Beyalim, vt ex ſequenti verſu intelligitur. 4 Béaylim & Aשſtharoth הבעלים ואת העשתרות Béyalim maſculinum eſt, & Aſtharoth fœmininum: vnde videntur his vocibus ſignificari dii deæque Gentium. 5 In Mixſpáh, המצפתה In Miſpah Deo adiuuante Reges deuicerũt Iſraelitæ, ob id cõgregantur illic: nam ה præpoſitum voci Miſpah, eſt vice articuli: quaſi dicas, in illa Miſpah, quæ inſignis eſt ea victoria quæ legitur Ioſue 11.a.3. Et orabo ואתפלל vt orem. 6 Hauſerunt aquã, וישאבו מים Doctus inter Hebræos dicit hanc hauſionẽ & effuſionẽ aquæ fuiſſe populi in ſignũ fidei remiſſionis peccatorũ, dicentis, Euaneſcant peccata noſtra vt hæc aqua: dele peccata noſtra. Magni nominis inter eos vir, In ſignum humiliationis, inquit. q. d. certè nos ſumus corã te ſicut aqua effuſa. Alii Chald. paraph. ſequũtur, qui ſic ait, Hauſerũt aquas è puteo cordis ſui, & abundè lachrymati ſunt corã Domino, reſipiſcẽtes. Iudicauítque שSem. וישפוט שמואל. i. diremit lites & controuerſias quæ erant inter Iſraelitas. 8 Ne ſileas pro nobis clamãdo אל־תחרש ממנו מזעוק. i. ne deſeras, vel deſtituas nos quin clames iugiter ad Iehouam. 9 Lactis חלב. i. lactentẽ. *In* holocauſtum totum עולה כליל & holocautoma integrum. i. prorſus vſtulatum. 10 Voce grandi בקול־גדול fragore maximo. i. cum fragore magno tetigit eos. Cæſique ſunt coram Iſraele. וינגפו לפני ישראל: i. cæſi fugatique ſunt ab Iſraele. 12 שSen, השן Promontorium erat, ſiue pars rupis quæ procurrebat longius. 13 Itaque humiliati ſunt ויכנעו Chaldæus paraph. Et fracti ſunt. i. cõſternati animo. Nec venerunt vltrà in, &c. ולא יספו עוד לבוא Ad verbum, & no addent vltrà vt veniant in terram. i. poſtea non ſunt aggreſſi filios Iſrael. Et fuit manus Ieh. &c. ותהי יד יהוה וגו׳. i. quandiu vixit Samuel, Iſraelitæ fuerunt ſuperiores Palæſthinis.

Et redditæ ſunt vrbes quas tulerant Philiſthiim ab Iſrael, Iſraeli ab Accaron vſque Geth, & terminos ſuos: liberauitque Iſrael de manu Philiſthinorum. erátque pax inter Iſrael & Amorrhæum. 14

Iudicauit quoque Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ: 15

Et ibat per ſingulos annos circuiẽs Beth-el & Galgala & Maſphath, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis. 16

Reuertebatúrque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare Domino. 17

Cap. VIII.

FActum eſt autem quum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices Iſrael. 1

Fuítque nomen filii eius primogeniti Ioel: & nomẽ ſecundi Abia, Iudicum in Ber-ſabee. 2

Et non ambulauerunt filii illius in viis eius: ſed declinauerunt poſt auaritiã, acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium. 3

Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelem in Ramátha. 4

Dixerúntque ei, Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis: cõſtitue nobis Regem vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes. 5

Oſee 9.b.14, & 13.c.10. act.13.c.21.

Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis, eo quòd dixiſſent, Da nobis Regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. 6

B

Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: nõ enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. 7

Iuxta omnia opera ſua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de AEgypto vſque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi. 8

Nunc ergo vocem eorum audi: veruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius Regis qui regnaturus eſt ſuper eos. 9

Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe Regem: 10

Et ait, Hoc erit ius Regis qui imperaturus eſt vobis, Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciétque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum. 11

C

Et conſtituet ſibi tribunos & centuriones & aratores agrorũ ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum. 12

14 ′Et reſtitutæ ſunt vrbes quas tulerant Peliשthím ab Iשraאele, Iשraאeli, ab yEcrō vſq; ad Gáth, ′& terminũſuũ liberauit Iשraאél de manu Peliשthím: fuítque pax inter Iשraאelẽ″ & אEmoræum.

15 Iudicauit autẽ שSemuאél Iשraאelẽ″ omnibus diebus vitæ ſuæ.

16 Ibat verò ″ſingulis annis, & circuibat Beth-אél & Gilgál & Miyſpáh, iudicabátque Iשraאelem in cunctis hiſce locis.

17 ′Poſtea reuertebatur in Ramáh: ibi enim erat domus eius, & ibi *quoque* iudicabat Iשraאelem, ibíque ædificauerat altare Iehouæ.

Cap. VIII.

1 Q″Vum autem ſenuiſſet שSemuאél, poſuit filios ſuos Iudices Iשraאeli.

2 Fuítque nomen filii eius primogeniti, ′Ioאél: & nomen ″ſecundi eius, Abiiáh, ′Iudices in Beאer-שébay.

3 ″Non ambulauerunt autem filii eius in viis illius, ′ſed declinauerunt poſt auaritiã, acceperúntq; munera, & peruerterũt iudiciũ.

4 Congregati ſunt ergo omnes Seniores Iשraאél, & venerunt ad שSemuאelem in Ramah.

5 Ac dixerunt ei, Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis: nunc igitur conſtitue nobis Regem ad iudicandum nos, ″ſicut omnes Gentes.

6 Diſplicuit autem ſermo iſte in oculis שSemuאelis, quòd dixiſſent, Da nobis Regẽ, vt iudicet nos: ″& orauit שSemuאél Iehouã.

7 Dixítque Iehoua ad שSemuאelẽ, ″Audi vocem populi in omnibus quæ dicent tibi: non enim te ſpreuerunt, ″ſed me ſpreuerunt, ″ne regnem ſuper eos.

8 Iuxta omnia opera quæ fecerunt à die qua ″eduxi eos ex AEgypto vſque ad diem hanc (″dereliquerunt autem me, & ſeruierunt diis alienis) ′ſic ipſi faciunt etiam tibi.

9 Nunc ergo audi vocem eorum: veruntamen quando ″conteſtãdo conteſtatus fueris contra eos, ″& indicaueris eis iüs Regis qui regnaturus eſt ſuper eos.

10 Dixítque שSemuאél omnes ſermones Iehouæ ad populum qui petebant ab ipſo Regem:

11 Dixit inquam, ″Hoc erit ius Regis qui regnaturus eſt ſuper vos, Filios veſtros tollet, ″& ponet *eos* ſibi in curribus ſuis, & equitibus ſuis, ″& current ante currum eius.

12 Ponet quoque ſibi ″tribunos & quinquagenarios, & ad arandũ ′arationem ſuam, & ad metendũ meſſem ſuam, ″& ad faciendum vaſa bellica ſua, & inſtrumenta curruum ſuorum.

Pax in Iſrael.

Samuel conſtituit filios ſuos iudices ſuper Iſraelem.

Iudices auari.

Regem petunt Iſraelitæ abiicientes Deum.

Orat Samuel.

Regis ius.

14 Et reſtitutæ ſuut ותשובנה Ad verbũ, Et reddiderunt, &c. Et terminum ſuum ואת גבולן & terminos ſuos. vel, fines. i. regionem ſuã. aut, terminos earum. i. agros. Et אEmoræum: ובין האמרי Amorrhæi nomen generale eſt, & pro omnibus Palæſthinis hic poni videtur.

16 Singulis annis מדי שנה בשנה Ad verbum, de anno in annum. 17 Poſtea reuertebatur ותשובתו Ad verbum. Et reuerſio eius.

IN CAPVT XIII.

1 Quum autem ſenuiſſet ויהי כאשר זקן Ad verbũ, Et fuit, quũ ſenuiſſet. i. Quum non eſſet adeò valens vt ita circuire poſſet vrbes Iſraelis reddendi iuris gratia, quemadmodum antea facere ſolebat. 2 IoאEl: יואל Hic 1. Paral. 6. b. 27, Vaſſeni, ſiue Vaſni dicitur. Secundi eius, משנהו ſecundi ab ipſo. Iudices שופטים. i. ius reddẽtes populo. 3 Non ambulauerũt a. &c. ולא הלכו בניו בדרכו Hebraiſmus, æquitatem, iuſtitiam, mores, ac probitatẽ paternam non ſunt imitati. Sed declinauerunt poſt auar. ויטו אחרי הבצע Hebraiſmus, ſequuti ſunt cupiditatem. q. d. cupiditate habendi ducti, acceptis muneribus, non reddiderunt ius ex æquo & bono, vt pater.

5 Sicut omnes Gentes: ככל הגוים ſub. habent Regem. 6 Et orauit ויתפלל. i. conſuluit Dominum præmiſſa oratione.

7 Audi vocem pop. שמע בקול העם. i. acquieſce petitioni populi. Sed me ſpreuerunt כי אותי מאסו Præt. Heb. pro præſ. repudiant [reiiciunt. ſub. *ſolum*] ſed me *quoque* reiiciunt. Ne regnem ſuper eos. ממלך עליהם: i. ne viuant legibus meis.

8 Eduxi eos העליתי אותם Ad verbum, aſcendere feci eos. Dereliquerunt autẽ me, & ſeru. ויעזבוני ויעבדו quum ſcilicet me derelinquerent & ſeruirent, &c. Sic ipſi, &c. כן המה עשים גם לך: i. ſic te deſerunt, & petunt alium iudicem. 9 Conteſtando conteſt. fu. העד תעיד. i. diligenter conteſtatus fueris Deum & homines. Et indicaueris eis ius והגדת להם משפט. i. prædixeris eis ius, hoc eſt mores ac tyrannidem. 11 Hoc erit ius זה יהיה משפט Ad verbũ, Hoc erit iudicium. q. d. His moribus & hac conſuetudine vtentur erga vos Reges: talem exercebunt tyrannidem. cui parere neceſſe erit, nec obſiſtere licebit vobis, ſed dicto audientes eſſe oportebit. Quidam Hebræorum dicunt hæc eſſe licita Regibus: alii verò dicunt Dominum hæc dixiſſe vt deterreret populũ à petendo Rege. Et ponet *eos* ſibi. ושם לו. i. quoſdam ex eis præficiet curribus ipſis vt ipſos regant, & alios faciet equites. Hebraiſmus. Et current ורצו vt currant.

12 Tribunos שרי אלפים Ad verbum, principes ſuper mille. Sub his duobus comprehendit alios magiſtratus militum. Arationem ſuam, חרישו. i. terram ſuam arabilem. i. faciet ex illis aratores & meſſores. Et ad faciendum vaſa, &c. ולעשות כלי וגו׳. i. quoſdam conſtituet fabros ferrarios, alios verò fabros lignarios.

13 Filias præterea veſtras tollet″pro vnguentariis,& coquinariis & panificis.

14 Agros inſuper veſtros,& vineas veſtras, & olieta veſtra optima accipiet,dabítque ſeruis ſuis.

15 ″Et de ſeminibus veſtris & vineis veſtris capiet decimas,″& dabit eunuchis ſuis atque ſeruis ſuis.

16 Seruóſque veſtros & ancillas veſtras,iuuenéſque veſtros″optimos,& aſinos veſtros tollet,″vt faciat *per illos* opus ſuum.

17 De pecoribus veſtris decimam capiet,″& eritis ei ſerui.

18 ″Et clamabitis die illa à conſpectu Regis veſtri quem elegeritis vobis:& non exaudiet vos Iehouáh die illa.

*Gentium more Regem volunt habere.

19 Renuit verò populus audire vocem שSemuאelis:ſed dixerunt, ″Nequaquam,ſed Rex erit ſuper nos.

20 Et erimus nos quoque ſicut vniuerſæ Gentes,″iudicabítque nos Rex noſter,″& egredietur ante nos,pugnabítque bella noſtra.

21 Audiuit itaque שSemuאél omnia verba populi,″& dixit ea in auribus Iehouæ.

22 Et ait Iehouáh ad שSemuאelem,Audi vocem eorum,″& conſtitue eis Regem. Dixit itaque שSemuאél ad viros Iשraאél,Ite quiſque in vrbem ſuam.

Cap.IX.

Saul filius Cis quærit aſinas patris.

1 FVit autem vir de Biniamín,cuius nomen erat Ciש,filius Abiאél, filii צSeror, filii Bechoráth,filii Aphiaח,filii viri Iemini, ″fortis robore.

2 ″Huic erat filius nomine שSaאúl,″electus & pulcher, & non erat quiſquam de filiis Iשraאél pulchrior illo : ab humero ſuo, & ſurſum ″altior erat toto populo.

3 Perierant autem aſinæ Ciש patri שSaאúl, dixítque Ciש ad שSaאúl filium ſuum,Aſſume nunc tecū″vnum è pueris, & ſurge, vade,quære aſinas.Tranſiuit itaque per montem אEphráim.

4 Tranſiuit deinde″in terram שSaliשáh,& nō inuenerunt:tranſierunt præterea per terram שSáעalim,″& non *erant*:tranſiuit inſuper in terram″Iemini,& non inuenerunt.

5 Quum autem deueniſſent in terram צSúph,שSaאúl dixit puero ſuo qui erat cum eo,″Veni, & reuertamur: ne fortè″ceſſauerit pater meus ab aſinis,″& timeat nobis.

Pueri ſuaſu vadit ad Samuelē.

6 Dixítque ei,En nunc Vir Dei eſt in iſta ciuitate,& vir ille″honorabilis:quicquid″loquitur, eueniēdo euenit. nunc *igitur* eamus illuc,ſi fortè indicet″viam noſtram per quam ambulemus.

7 Reſpōdit שSaאúl puero ſuo,″Ecce ibimus: quid verò feremus viro?″panis enim abiit de vaſis noſtris,neque munus eſt quod fe-

13 Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias,& focarias,& panificas.

14 Agros quoque veſtros, & vineas, & olieta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.

15 Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit,vt det eunuchis & famulis ſuis.

16 Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos,& aſinos auferet & ponet in opere ſuo.

17 Greges veſtros addecimabit, vóſque eritis ei ſerui.

18 Et clamabitis in die illa â facie Regis veſtri quē elegiſtis vobis : & non exaudiet vos Dominus in die illa.

D

19 Noluit autē populus audire vocē Samuelis,ſed dixerunt,Nequaquam, Rex enim erit ſuper nos.

20 Et erimus nos quoque ſicut omnes Gētes:& iudicabit nos Rex noſter,& egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.

21 Et audiuit Samuel omnia verba populi,& loquutus eſt ea in auribus Domini.

22 Dixit autē Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum , & conſtitue ſuper eos Regē.Et ait Samuel ad viros Iſrael, Vadat vnuſquiſque in ciuitatē ſuam

Cap. I X.

1 ET erat vir de Beniamin , nomine Cis,filius Abiel,filii Seror,filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Iemini, fortis robore:

2 Et erat ei filius vocabulo Saul , electus & bonus:& non erat vir de filiis Iſrael melior illo : ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnē populū.

3 Perierant autem aſinæ Cis patris Saul ,& dixit Cis ad Saul filiū ſuum, Tolle tecū vnum de pueris,& conſurgens vade, & quære aſinas. Qui quū tranſiſſent per montem Ephraim,

4 Et per terram Saliſa , & non inueniſſent,tranſierunt etiam per terram Salim,& nō erant: ſed & per terram Iemini,& minimè repererunt.

5 Quum autem veniſſent in terram Suph , dixit Saul ad puerum ſuū qui erat cum eo,Veni, & reuertamur:ne fortè dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis.

6 Qui ait ei , Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac , vir nobilis : omne quod loquitur,ſine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra propter quam venimus.

7 Dixitque Saul ad puerum ſuū,Ecce ibimus , quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ciſtartiis noſtris , &

---

13 Pro vnguentariis,&c. לרקחות וגו' in vnguentarias,& in focarias,& in panificas.i. vt ſint vnguentariæ,coquinariæ,& piſtrices.
15 Et de ſeminibus,&c. וזרעיכם וגו' Et ſemina veſtra[i.ſegetes]& vineas veſtras.i.fructum vinearum. Et dabit ונתן vt det.
16 Optimos, הטובים Ad verbum,bonos.id eſt elegantes,formoſos, & præſtantiſſimos. Vt faciat,&c. ועשה למלאכתו: Ad verbum,& faciet in opere ſuo. 17 Et eritis ei ſerui ואתם תהיו לו לעבדים: q.d.& vt vno verbo dicam. eritis ei ſerui. 18 Et clamabitis, וזעקתם .i.Vos autē tandem ingemiſcetis , quū ſcilicet fueritis oppreſſi tyrannide Regis veſtri. A conſpectu Regis v. מלפני מלככם Hebraiſmus,propter Regem veſtrum. 19 Nequaquam, לא ſub. mutabimus ſententiam. 20 Iudicabitque nos ושפטנו .i.ſuis legibus reget nos. Et egredietur ante nos,&c. ויצא לפנינו ונלחם וגו' Hebraiſmus,erit imperator noſter, quū erunt bella gerēda.vel,eo duce præliabimur. 21 Et dixit ea,&c. וידברם Hebraiſmus, expoſuit ea Iehouæ.vel, retulit ea Iehouæ in oratione ſua. 22 Et conſtitue והמלכת Ad verbum,& regnare facies.

IN CAPVT IX.

1 Abiאél אביאל Hic 1.Paral.8.c.33, dicitur Ner. Fortis robore. גבור חיל: .i.bellicoſus. pugnax , arte militari clarus. Refertur ad Cis.
2 Huic erat filius nomine ולו היה בן ושמו Ad verbum,Et ei erat filius,& nomen eius, &c. Electus & pulcher, בחור וטוב .i.florens ætate & formoſus. Altior erat toto pop. גבה מכל העם: eminebat ſuper vniuerſum populum. i.ab humero ſurſum verſus excedebat maximum quenque ex toto populo. 3 Vnū è pueris, את אחד מהנערים aliquem è famulis. 4 In terrā שSalשſáh, בארץ שלשה Chaldæus paraph.in terram Auſtralem. Et non *erant*: ואין .i.& nuſquā apparebant. Iemini, ימיני .i. tribus Beniamin. 5 Veni,& reuert. לכה ונשובה Age reuertamur. Ceſſauerit יחדל deſtiterit. ſubaudi,à quærendis aſinis. i. ne poſthabita cura aſinarum , cœperit eſſe ſolicitus de nobis. Et timeat nobis. ודאג לנו: & ſolicitus ſit de nobis. 6 Honorabilis: נכבד clarus.inſignis.nobilis. Loquitur,eueniēdo euenit. ידבר בוא יבוא Fut.Heb.pro præſ.quæcūque prædicit,proculdubio eueniūt. Viam noſtram,&c. את דרכנו אשר הלכנו עליה: .i. cauſam viæ noſtræ propter quam venimus,ſiue ob quam hoc iter ſuſcepimus. 7 Ecce ibimus:quid,&c. והנה נלך וגו' .i.ſi eamus,quid feremus,ad eum? Panis enim,&c. כי הלחם אזל מכלינו panis enim euaſit de peris noſtris.i.deſtituti ſumus cibo.

ſportulam non habemus vt demus homini Dei, nec quicquam aliud.

B Rurſum puer reſpōdit Sauli, & ait, Ecce inuēta eſt in manu mea quarta pars ſtatéris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtram.

Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque, vadens conſulere Deum, Venite, &eamus ad Vidētem. qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.

Et dixit Saul ad puerū ſuum, Optimus ſermo tuus: veni, eamus. Et ierūt in ciuitatem in qua erat vir Dei.

Quúmque aſcenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendā aquam, & dixerunt eis, Num hîc eſt Videns?

Quæ reſpondentes, dixerunt illis, Hic eſt, ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in ciuitatē, quia ſacrificium eſt hodie populo in excelſo.

Ingredientes vrbem, ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat excelſū ad veſcendum: neque enim comeſturus eſt populus donec ille veniat: quia ipſe benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt qui vocati ſunt: nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum.

Et aſcēderūt in ciuitatem: quúmque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis vt aſcenderet in excelſum.

Act.13 c.21

¶Dominus autem reuele uerat auriculam Samuelis ante vnam diē quàm veniret Saul, dicens,

C Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virū ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populū meū de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meū: venit enim clamor eorum ad me.

Quúmque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce vir quē dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo.

Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica (oro) mihi vbi eſt domus Videntis.

Et reſpondit Samuel Sauli, dicens, Ego ſum Videns: aſcende ante me in excelſum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi.

Et de aſinis quas nudiuſterti⁹ perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. & cuius erunt optima quæque Iſrael? nónne tibi & omni domui patris tui?

Reſpondens autem Saul, ait, Nunquid nō filius Iemini ego ſum de mi-

ramus viro Dei, *ſed*″quid eſt apud nos?

8 ″Iterum autem puer loquutus eſt שSaאuli, & dixit, Ecce inuenitur in manu mea quarta pars שſecli argētei, ″quam dabo viro Dei, vt indicet nobis″viam noſtram.

9 Olim in Iשraאele ſic dicebat quiſque quando ibat″ad inquirēdum Deum, Venite, & eamus vſque ad Videntem. quia *qui* Propheta hodie, vocabatur olim ″Videns.

Propheta, olim dicebatur Vidēs

10 Dixit ergo שSaאúl puero ſuo, ″Bonum eſt verbum tuum: veni eamus. Abierunt igitur in ciuitatem in qua erat vir Dei.

Saul conſultur⁹ Vidētē aſcendit.

11 Quum autem aſcēderent cliuum vrbis, inuenerūt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Eſtne hîc Videns?

12 Quæ reſponderunt eis, ac dixerunt, Eſt, ecce ante te, feſtina nūc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium hodie eſt populo ″in excelſo.

13 Quumprimum ingreſſi fueritis vrbem, ″ſic inuenietis eum, antequam aſcēdat in excelſū ad veſcendum: non enim″comedet populus donec venerit: nam ipſe″benedicturus eſt ſacrificio, poſtea comedent qui″inuitati ſunt. nunc igitur aſcendite: quia eum″hac ipſa hora inuenietis.

14 Aſcenderunt itaque in ciuitatem: ipſis autem ingrediētibus″in medium ciuitatis, ecce שSemuאél″egrediebatur in occurſum eorum, vt aſcenderet in excelſum.

Samuel occurrit Sauli.

15 Iehouáh autem″reuelauerat aurem שSemuאelis diem vnā antequam veniret שSaאúl, dicendo,

Samueli precipit Deus vt Saulem vngat in Regem.

16 Hoc ipſo tēpore cras mittā ad te virum de terra Biniamín, quē vnges in ducem ſuper populū meum Iשraאelē: & ſaluum faciet populum meum de manu Peliשthím. reſpexi enim ″populum meum, quia venit clamor eius ad me.

17 שSemuאél autem reſpexit שSaאulē, & Iehouáh alloquutus eſt eum, Ecce vir ille de quo dixi tibi, iſte″dominabitur populo meo.

Samuel per Spiritum Dei cognoſcit Saulem.

18 ″Acceſſit autem שSaאúl ad שSemuאelem in medio portæ, & dixit, Indica quæſo mihi″vbi hîc eſt domus Videntis?

19 Et reſpondit שSemuאél ad שSaאulem, Ego ſum Videns: aſcēde ante me in excelſum, & comedetis mecū hodie, poſtea dimittam te mane:″& quicquid eſt in corde tuo, annuntiabo tibi.

Sauli indicat Samuel aſinas inuentas, & ipſum Regē futurum.

20 ″Et aſinis quæ perierūt tibi, hodie tres dies ſunt, ne apponas cor tuum: quia inuētæ ſunt. ″ſed cuius eſt omne deſiderabile Iשraאelis? nónne tuum, & vniuerſæ familiæ patris tui?

21 Reſpondit autem שSaאúl, & dixit, Nónne″filius Iemini ſum,

Quid eſt apud nos? מה אתנו q.d. nihil. 8 Iterum autem puer, &c. ויוסף הנער וגו׳ Ad verbum, Et addidit puer reſpondere Sauli, &c. .i. Reſpondit autem. vel, Iterum autem reſpondit, &c. Quam dabo ונתתי Ad verbum, & dabo. Viam noſtram. את־דרכנו׃ .i. id cuius gratia hoc iter ſuſcepimus. 9 Ad inquirendum Deum, לדרוש אלהים ad conſulendum Deum. Hodie, היום ſub. dicitur. Videns. הרואה׃ à viſione ſcilicet Prophetica. 10 Bonum eſt verbum tuum: טוב דברך rectus eſt ſermo tuus. Hebraiſmus, rectè loqueris.
12 In excelſo. בבמה׃ .i. in loco editiore in quo fieri ſolebāt publica cōuiuia. Chald. paraph. in domo ſeſſionis. vbi ſcilicet ſedebāt ad comedēdum. i. in cœnacula. 13 Sic כן .i. ſtatim. Comedet יאכל Fut. Heb. pro præſ. Benedicturus eſt ſacrificio, יברך הזבח .i. gratias acturus eſt, hoſtiæ pacificæ nomine. Agebant gratias Deo Hebræi ante prandium. præterea moris erat apud eos, vt qui gratias egerat præſentium ciborum cauſa, illos frangeret & diſtribueret. Hic verò tantùm mentio fit gratiarum actionis, quòd propter morem, fractio & diſtributio facilè ſubaudiantur. Chaldæus paraph. fractionis tātùm meminit, quum dicit, Ipſe enim diuiſurus eſt victimam. Ad hunc locum pertinere videtur locus Lucæ, cap. 24.d.30. vbi de Chriſto profecto in Emmaunta legitur, Dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Inuitati ſunt. הקרואים apparati ſunt. vel, præparati. Hac ipſa hora כהיום ſecundum diem. i. hoc ipſo temporis articulo.
14 In medium ciuit. בתוך העיר intra vrbem. Egrediebatur יוצא domo ſcilicet. 15 Reuelauerat aurem שSemuאelis גלה את אזן שמואל Vide Ruth 4.a.4. 16 Populum meum, &c. את־עמי כי וגו׳ .i. affectionem populi mei implorantis opem meam.
17 Dominabitur populo meo. יעצור בעמי׃ Hoc verbum ſignificat continere in officio, & coercere. i. regnabit ſuper populum meum, vt exponit doctus inter Hæbræos. 18 Acceſſit autem, &c. ויגש שאול וגו׳ appropinquauit Saul Samueli. i. incurrit in Samuelem ſtatim vt tranſgreſſus eſt portam ipſam. Vbi hic אי־זה quænam ſit. vel, vbinā ſit. 19 Et quicquid eſt in corde tuo, &c. וכל אשר בלבבך וגו׳. quicquid verſas in mente tua, indicabo tibi. 20 Et aſinis, &c. ולאתונות וגו׳ Hebraiſmus, Ne cures, vel ſis ſolicitus (id enim ſignificat Apponere cor ſuum) de aſinis quas velut perditas requiris ab hinc triduum. Sed cuius eſt omne deſid. ולמי כל־חמדת cuius verò eſt omne deſiderium. q.d. ad quē ſpectant optima quæque, &c. q.d. tua ſunt: futurus enim es Rex in Iſrael. 21 Filius Iemini בן־ימיני .i. Beniaminita.

'de minoribus tribubus Iשſraאél, & familia mea'minor omnibus familiis tribus Biniamin? "vt quid igitur loquutus es mihi ſecundum verbum hoc?

Samuel & loco & cibo honorat Saulem.

22 Apprehēdens itaque שSemuאél שSaואulem & puerum eius, introduxit eos in cœnaculum, & dedit eis locum in capite inuitatorum, qui erant fermè triginta viri.

23 Dixítque שSemuאél'coquo, Da partem illam quam dedi tibi, de qua dixi tibi, "Pone eam apud te.

24 Suſtollēs itaque coquus'armum "& *quod erat* ſuper eum, appoſuit שSaואuli, '& ait, Ecce'quod remāſerat, pone ante te, comede: quia in hoc ipſum tempus reſeruatum erat tibi, "dicēdo, Populum inuitaui. Comedit itaque שSaואul cum שSemuאele die illa.

25 'Et quum deſcederent de excelſo in ciuitatem, loquutus eſt cum שSaואule"ſuper tectum.

26 Poſtæc ſurrexerunt ſummo mane: fuítque, quum aſcenderet aurora, vocauit שSemאuél שSauואlē"in tectum, dicendo, "Surge, & dimittā te. Et ſurrexit שSaואúl, egreſſique ſunt ambo, ipſe & שSemuאél foras.

27 "Ipſis deſcendentibus in extremum vrbis, שSemuאél dixit ad שSaואulem, Dic puero'vt tranſeat ante nos('& trāſiuit) tu autem conſiſte"hoc ipſo die, 'vt indicem tibi verbum Dei.

Cap. X.

Saul vngitur in Regem ſuper Iſraelem,

1 TVlit autem שSemuאél 'lēticulam olei, & effudit ſuper caput eius, oſculatúſque eſt eum, ac dixit, "Nónne quòd vnxit te Iehouáh ſuper hæreditatem ſuam in ducem?

Signa quibus credat Saul ſe à Deo vnctum in Regem

2 Quum abieris hodie à me, "inuenies duos viros"iuxta ſepulchrū Raחhél, "in termino Biniamín in צSelצſáחh, qui dicent tibi, Inuētæ ſunt aſinæ quas ieras ad quærendū: & ecce "omiſerat pater tuus negotium aſinarum, & timebat de vobis, dicendo, Quid faciam "*de* filio meo?

3 "Illinc progreſſus porrò, venies vſque ad Planitiem Thabór, '& reperient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Beth-אél, vnus portans tres hœdos, & alter portās tres tortas panis, & tertius portans vtrem vini.

4 'Et ſalutabunt te cum pace, dabúntque tibi duos panes, quos accipies de manu eorum.

5 Poſtea deuenies "in collē Dei, "in quo ſunt"præfecti Peliשſthím:

nima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo loquutus es mihi ſermonem iſtum?

22 Aſſumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati: erāt enim quaſi triginta viri.

23 Dixitque Samuel coquo, Da partē quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te.

24 (Leuauit autem coquus armum, & poſuit ante Saul) dixitque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cū Samuele in die illa.

25 Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, & loquutus eſt cum Saule in ſolario.

26 Qúumque mane ſurrexiſſēt, & iam eluceſceret, vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicens, Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel.

27 Qúumque deſcenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbum Dei.

Cap. X.

1 TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait, ¦Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatē ſuam in principem,

Oſee 9.d.15
act.13.c.21

2 Quum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicéntque tibi, Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo?

3 Qúmq; abieris inde, & vltrà trāſieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deū in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.

4 Qúumque te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

5 Poſt hæc venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum: & cū in-

---

De minoribus tribubus מקטני שבטי .i.vna ex minimis tribubus: hoc eſt ex infima tribu. Vtquid igitur, &c. ולמה וגו' Hebraiſmus, quare ergo dicis mihi talia? 23 Coquo, לטבח lanio. Pone eam apud te. שים אותה עמך: .i.ſerua tibi ipſam apud te diligenter.

24 Armum את־השוק .i.crus.coxam. Et *quod erat* ſuper eū, והעליה .i.armum integrum & ampliſſimum. Et ait, ויאמר ſub.Samuel. Quod remanſerat, הנשאר quod ſeruatum erat.i.ſeruaueram. Dicendo, Populum inuitaui. לאמור העם קראתי .i. Quum dixi, Inuitaui & alios. 25 Et quum deſcenderent de excelſo. וירדו מהבמה .i.reuerſi de loco conuiuii in domum Samuelis. Super tectum. על־הגג: in tecto. vel ſolario. vt ſcilicet familiariter alloqueretur. Solebant autem deambulare præcipuè poſt cœnam in tecto. nam erant plana tecta, non ſimilia noſtris, vt in Deuteronom. dictum eſt, cap.22.b.8. 26 In tectum, הגגה vt ſcilicet eum familiarius alloqueretur. Surge, קומה Age.q.d.para te itineri. Sic mox, Surrexit, pro, parauit ſe itineri.

27 Ipſis deſcendentibus, &c. המה יורדים בקצה העיר Quū autem ipſi deſcenderent, eſſéntque in extrema parte vrbis. Vt tranſeat ante nos, ויעבור לפנינו Ad verbum, & tranſibit ante nos. pro, vt antecedat nos. (Et tranſiuit)ויעבר Præceſſit itaque. iuſſu Saulis ſcilicet. Per parentheſim poſitum. Hoc ipſo die, כיום Ad verbum, ſecundum diem.i.hoc ipſo articulo diei, id eſt temporis: hoc eſt, nunc, pauliſper. Vt indicem tibi ואשמיעך Ad verbum, vt audire faciam te.i.vt exponam tibi quod mihi dixit Deus.

IN CAPVT X.

1 Lenticulam olei, את־פך השמן phialam[paruam phialam] olei. ſiue vnguenti aromatici.i.phialam plenam balſamo. Hebræi aiunt Saulem non fuiſſe vnctum oleo vnctionis quo illi ſoli vncti ſunt qui fuerunt è domo Dauid. Nónne quòd vnxit te, &c. הלא כי־משחך Subaudiēdum aliquid, Annon ita res habet quòd vnxit, &c. Cum interrogatione pronuntiāt Hebræi quod vehementer affirmare volunt. q.d. ego vngo te nomine Dei qui hac vnctione te ducem ſuper hæreditatem ſuam conſtituit. De huiuſmodi interrogatione vide Ruth.3.a.1

2 Inuenies duos viros ומצאת וגו' q.d. his ſignis credes vera eſſe quæ dixi tibi. Iuxta ſepulchrū עם־קבורת Subaudiunt Hebræi, qui nūc ſunt iuxta ſepulchrum. In termino בגבול ſub. inuenies inquam.i.occurrent tibi. Omiſerat נמצאו .i.poſtpoſuerat: hoc eſt, depoſuerat curam & ſolicitudinem aſinarum, & cœperat eſſe ſolicitus de vobis. *De* filio meo? לבני: ſub. quem periſſe timeo?

3 Illinc progreſſus porrò, venies וחלפת משם והלאה ובאת Ad verbum, Et tranſibis inde, & vltrà, & venies.i. Quum autem abieris inde, & vltrà proceſſeris, deueneriſque vſque ad, &c. Et reperient te. ומצאוך .i.occurrent tibi.

4 Et ſalutabunt te cum pace, ושאלו לך לשלום .i.dicent tibi ſalutem. 5 In collē Dei, אל־גבעת האלהים .i.in collem vrbis Cariath-iearim vbi eſt nunc arca Dei. Præfecti נצבי præſidia.i.vbi Palæſthini poſuerunt præſidium. Cariath-iearim erat vrbs Iſraelitarum, non Palæſthinorum, licet illi adhuc in ea haberent præſidium.

ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem Prophetarũ deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſóſque prophetantes.

B 6 Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in in virum alium.

7 Quando ergò euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Deus tecum eſt.

8 Et deſcendes ante me in Galgala: (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblationẽ, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis, donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias.

9 Itaque quum auertiſſet humerũ ſuũ vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa.

10 Venerúntque ad prædictum collẽ, & ecce cuneus Prophetarum obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Dei, & prophetauit in medio eorum.

11 Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet cum Prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas?

Infrà 19.d.24 C

12 Reſponditque alius ad alterum, dicẽs, Et quis pater eorum? Propterea verſum eſt in Prouerbium, Num & Saul inter Prophetas?

13 Ceſſauit autem prophetare, & venit ad excelſum.

14 Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quò abiſtis? Qui reſponderunt, Quærere aſinas: quas quum non reperiſſemus, venimus ad Samuelem.

15 Et dixit ei patruus ſuus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16 Et ait Saul ad patruum ſuum, Indicauit nobis quia inuẽtæ eſſent aſinæ. De ſermone autẽ regni nõ indicauit ei, quem loquutus fuerat ei Samuel.

17 Et cõuocauit Samuel populum ad Dominum in Maſpha.

18 Et ait ad filios Iſrael. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego eduxi Iſrael de AEgypto, & erui vos de manu AEgyptiorum, & de manu omnium Regum qui affligebant vos.

19 Vos autem hodie proieciſtis Deũ veſtrum qui ſolus ſaluauit vos de vni

″quum autem ingreſſus fueris illuc, in vrbem, obuiũ habebis cœtum ″Prophetarum deſcẽdentium ″de excelſo, ″& ante eos erunt lyra, tympanum, & tibia, & cithara, ″& ipſi prophetantes.

Prophetæ laudem Deo canentes inſtrumentis muſicis.

6 ″Et requieſcet ſuper te Spiritus Iehouæ, ″& prophetabis cum eis, efficieríſque vir alter.

Spiritus Dei innouat corda.

7 Quum autem venerint ſigna iſta tibi, ″fac quod inuenerit manus tua, quia Deus tecum eſt.

8 Deſcendes quoque ante me in Gilgál, & ecce ego deſcendã ad te ad offerendum holocauſta, ad ſacrificandum ſacrificia pacificorum: ſeptem diebus expectabis, donec venero ad te, & oſtẽdam tibi quæ facturus ſis.

9 ″Fuit itaque, quũ vertiſſet humerũ ſuũ vt diſcederet à שSemuאele, ″immutauit ei Deus cor *in* aliud, & euenerunt omnia ſigna hæc die illa.

Cor Saulis immutat Deus.

10 Venerúntque illuc ″ad collem, & ecce cœtus Prophetarum ″in occurſum eius, ″& requieuit ſuper eum Spiritus Dei, ″& prophetauit in medio eorum.

Prophetat Saul.

11 ″Fuit autem, omnis qui nouerat eum ab heri & nudiustertius, viderunt, & ecce cum Prophetis prophetabat: dixítque populus ″alter ad alterũ, ″Quidnã accidit filio Ciש? ″nunquid etiã שSaאúl inter Prophetas?

12 Et reſpondit ″vir inde, ac dixit, ″Et quis pater eorum? Propterea iſtud verſum eſt in parabolã, Num etiã שSaאúl inter Prophetas?

Prophetia, Dei donum. Prouerbium.

13 ″Et ceſſauit prophetare, venítque in excelſum.

14 Dixit autem patruus שSaאulis ad eum, & ad puerũ eius, Quonam abieratis? Reſpondit, Ad quærendum aſinas: ″quum autem videremus quòd non *inuenirentur*, venimus ad שSemuאelem.

15 Et dixit patruus שSaאulis, Indica quæſo mihi quid dixerit vobis שSemuאél.

16 Reſpondit Saאúl patruo ſuo, ″Indicando indicauit nobis quòd inuẽtæ eſſent aſinæ. Negotium verò regni non indicauit ei, quod dixerat שSemuאél.

17 Cõuocauit autem שSemuאél populũ ad Iehouam in Mixſpáh.

Docet populum Samuel quã grauiter peccarit petendo Regẽ.

18 Dixítque ad filios Iשraאelis, Sic dixit Iehouáh Deus Iשraאelis, Ego eduxi Iשraאelem ex AEgypto, & liberaui vos de manu AEgyptiorum, imò de manu omnium *aliorum* regnorum opprimentium vos.

19 Vos autem hodie ″abieciſtis Deum veſtrum ″qui ſeruat vos ab

Quum autem, &c. ויהי כבואך שם העיר Ad verbum & erit, quando ingredieris illuc vrbem. Prophetarum נבאים Chaldæus paraph. ſtudioſorum Sacrarum literarum, ſiue diſcipulorum Prophetarum qui operam dant Legi. Sic etiam doctores Hebræorum intelligunt. Vide Nume.11.c.25. De excelſo, מהבמה i. de loco conuiuii. Et ante eos erunt lyra, &c. ולפניהם נבל וגו׳ & illos præcedent nablum. vel, pſalteriũ. Et ipſi prophetantes. והמה מתנבאים: .i. qui ipſi prophetabunt. Chaldæus paraph. qui laudabũt. i. canent encomia, pſalmos & hymnos in honorem Dei. 6 Et requieſcet וצלחה Et irruet. inſiliet. Et prophetabis והתנבית .i. celebrabis Deum in hymnis & canticis.

7 Fac quod inuenerit, &c. עשה לך וגו׳ Ad verbum, fac tibi quod, &c. Redundat TIBI. i. fac quicquid tibi venerit in manũ. q. d. ne timeas ſuſcipere bellum contra hoſtes tuos, ſi ita res ferat. Hoc dicitur per anticipationem.

9 Fuit itaque, quum vertiſſet humerum ſuum והיה כהפנותו שכמו Quum autem auertiſſet humerum ſuum. Immutauit ei Deus cor *in* aliud, ויהפך לו אלהים לב אחר .i. immiſit in eum aliam mentem à priore, nempe cor, ſiue animum Regium.

10 Ad collem, הגבעתה ſub. Cariath-iearim. In occurſum eius, לקראתו .i. occurrerunt illi: hoc eſt incurrit in cœtum Prophetarum. Et requieuit ſuper eum ותצלח עליו & inſiluit [vel, irruit] in eum, &c. i. cœpit agi Spiritu Diuino Et prophetauit, &c. ויתנבא בתוכם: Chaldæus paraphr. & laudabat Deum vnà cum illis, & canebat cantica in honorem Dei.

11 Fuit autem, omnis, &c. ויהי כל יודעו וגו׳ Omnes autem qui nouerãt eum antea. Alter ad alterum, איש אל רעהו Ad verbum, vir ad proximum ſuum. Quidnam accidit filio מה זה היה לבן Ad verbum, Quid hoc fuit filio, &c. Nunquid etiam הגם ſub. erat antea. q. d. qui fit vt nunc prophetet, qui non erat antea Propheta? hæc mutatio fuit admodum repentina.

12 Vir inde, איש משם vir illinc. i. aliquis qui aderat. Et quis pater eorum? ומי אביהם ſed quis eſt pater eorum?. i. ſed an patres eorum ſunt Prophetæ? Chaldæus paraph. ſed quis fuit magiſter eorũ?. i. quis docuit eos? q. d. qui docuit illos, & dedit illis Spiritum prophetiæ, potuit etiã docere Saulem, & dare illi Spiritum propheticum. 13 Et ceſſauit ויכל Quum autem ceſſaſſet. vel, deſiiſſet.

14 Quum autem videremus quòd non, ונראה כי אין Ad verbum, & vidimus quòd non. ſub. inuenirentur. Plena loquutio legitur paulo pòſt, verſu 21, Requiſierúntque eum, & non eſt inuentus.

16 Indicando indicauit הגד הגיד Quidam vertunt Hebraiſmum ſic, Conſtanter affirmauit. vel, affirmabat.

19 Abieciſtis מאסתם reprobaſtis. i. repudiaſtis. Qui ſeruat מושיע qui eripere ſolet. vel, ſeruauit.

omnibus″malis veſtris & anguſtiis veſtris: dixiſtíſque ei,′Sed Regé pones ſuper nos. Nunc ergo ſtate′ coram Iehoua per tribus veſtras,& per millia veſtra.

Sorte & ſigno externo,indicat Deus ſe eligere Saulem in Regé.

′Et quum applicaſſet שSemuאél omnes tribus Iשraאél,″capta eſt tribus Biniamín. 20

Applicuit præterea tribum Biniamín per familias ſuas, & capta eſt familia Matri,″& captus eſt שSaאúl filius Ciש:″requiſierúntque eum,& non eſt inuentus. 21

Conſuluerũt itaque Iehouam″an venturus eſſet adhuc illuc vir: & reſpondit Iehouáh,Ecce abſcondit ſe″inter vaſa. 22

Inuitus Saul cõſtituitur Rex.

Currentes igitur, tulerunt eum inde, & conſtitit in medio populi,& altior erat toto populo ab humero ſuo & ſuprá. 23

Dixítque שSemuאél ad vniuerſum populum,′Videtíſne quem elegerit Iehouáh, quòd non ſit ſimilis illi in toto populo? Et exclamauerunt vniuerſus populus,ac dixerunt,′Viuat Rex. 24

Viuat rex.

″Et loquutus eſt שSemuאél ad populum ius regni, ſcripſitque in libro,& repoſuit″corã Iehoua, dimiſítque שSemuאél vniuerſũ populum,quenque ad domum ſuam. 25

Sed & שSaאúl abiit in domũ ſuam in Gibעáh,& abierunt cum eo exercitus′quorum tetigerat Deus cor. 26

Corda tangit Deus.

″Filii autem impii dixerunt,″Quid ſaluabit nos iſte? Et deſpexerunt eũ,″nec attulerũt ei munus *ullũ*: ipſe verò erat″veluti ſurdus. 27

Cap. XI.

Naas Ammonites obſidet Iabes Galaad.

1 A″Scendit autem Naħháשs″עAmmonites,& caſtrametatus eſt contra Iabéשs Gilעád:& dixerunt omnes viri Iabéשs ad Naħháשs,′Percute nobiſcum fœdus,& ſeruiemus tibi.

Dixítque ad eos Naħháשs עAmmonites, In hoc percutiam *fœdus* vobiſcum,″effodiendo vobis omnem oculum dextri *lateris*,″ponámque iſtud opprobrium ſuper totum Iשraאelem. 2

Iabenitæ petũt auxiliũ à Saule.

Ad quem dixerũt Seniores Iabéשs,″Concede nobis ſeptẽ dies, vt mittamus nuntios per omnem terminum Iשraאél:& ſi nullus ſit qui ſeruet nos,egrediemur ad te. 3

Peruenerúntque nuntii in Gibעáh שSaאulis,″& loquuti ſunt verba in auribus populi:& ſuſtulerunt vniuerſus populus vocem ſuam,ac fleuerunt. 4

Saul Spiritu Dei accẽſus,promittit Iabenitis auxilium.

″Interea שSaאúl veniebat″poſt boues ex agro, & dixit שSaאúl, Quid *accidit* populo, quòd flent? Et narrauerunt ei verba virorum Iabéשs. 5

D

uerſis malis & tribulationibus veſtris: & dixiſtis, Nequaquam,ſed Regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras & per familias.

20 Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael,& cecidit ſors tribus Bẽiamin.

21 Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri,& peruenit vſque ad Saul filium Cis: quæſierunt ergo eum,& nõ eſt inuentus.

22 Et conſuluerunt poſt hæc Dominũ vtrũnam venturus eſſet illuc: reſponditque Dominus, Ecce abſconditus eſt domi.

23 Cucurrerunt itaque,& tulerunt eũ inde: ſtetitque in medio populi,& altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum.

24 Et ait Samuel ad omnẽ populum, Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.& clamauit omnis populus, & ait,‖Viuat Rex.

3.Reg.1.d.25

25 Loquutus eſt autem Samuel ad populum‖legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & dimiſit Samuel omnem populum,ſingulos in domum ſuam.

Suprà 8.c.11

26 Sed & Saul abiit in domum ſuam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus,quorum tetigerat Deus corda.

27 Filii verò Belial dixerunt,Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum,& non attulerunt ei munera: ille verò diſſimulabat ſe audire.

Cap. XI.

1 ET aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad: dixerúntque omnes viri Iabes ad Naas,Habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi.

2 Et reſpondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriã vobiſcum fœdus, vt eruam omniũ veſtrum oculos dextros, ponâmque vos opprobrium in vniuerſo Iſrael.

3 Et dixerũt ad eum Seniores Iabes, Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nũtios ad vniuerſos terminos Iſrael: & ſi non fuerit qui defendat nos,egrediemur ad te.

B

4 Venerũt ergo nuntii in Gabaa Saulis, & loquuti ſunt verba hæc audiente populo:& leuauit omnis populus vocem ſuam,& fleuit.

5 Et ecce Saul veniebat ſequens boues de agro,& ait,Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerũt ei verba virorum Iabes.

Malis veſtris רעותיכם .i.afflictionibus veſtris & tribulationibus veſtris. Sed Regem כי־מלך Aut redundat כי Sed: aut ſubaudiendum aliquid,hoc modo, dixiſtíſque ei,Nequaquam acquieſcemus verbis tuis,ſed Regem conſtituas ſuper nos. Coram Iehoua לפני יהוה Hoc dicit quòd hæc fierent coram altari,aut quòd adduxerant arcam,aut quòd ſacerdos aderat.

20 Et quum applicaſſet ויקרב Et quum accedere feciſſet.ſub.ad ſortes.i.quum proieciſſet ſortes. Capta eſt וילכד .i.ſorte electa eſt. q.d.ſors cecidit ſuper tribũ Beniamin,vel ſortita eſt ius regni. 21 Et captus eſt וילכד Subaudi,& proiecit ſortes ſuper viros familiæ Matri,& ſorte captus eſt,ſiue deprehenſus eſt Saul. Requiſierúntque,&c. ויבקשוהו ולא נמצא: .i.quem quum requiſiſſent,non inuenerunt. 22 An venturus,&c. הבא וגו׳ Eſtne venturus adhuc illuc vir? ſub. ille qui electus eſt. Inter vaſa. אל־הכלים: inter arma.inter impedimenta.ſub.populi. 24 Videtíſne הראיתם Præt.Heb.pro præſ. Viuat Rex. יחי המלך: Chaldæus paraph.Sit fœlix Rex.i.cedant omnia Regi fœliciter. 25 Et loquutus eſt,&c. וידבר וגו׳ .i.expoſuit populo ius regiæ dignitatis quod habet Rex in ſubditos. Corã Iehoua, לפני יהוה .i.ad latus arcæ Domini.Hic liber periit cum multis aliis.non continebat iura tyrannidis,ſed iura regni & æquæ adminiſtrationis. 26 Quorum tetigerat Deus cor. אשר נגע אלהים בלבם: .i.aliquot qui timebant Dominum. 27 Filii autem impii ובני בליעל Filii autem Beliiáעal.De his vide Deuteronomii cap.13.c.13. Quid.ſaluabit מה יושענו In quo ſaluabit.i.qua re,aut ratione. Nec attulerunt,&c. ולא הביאו וגו׳ quo ſcilicet eum Regem agnoſcerent.Chaldæus paraph.non venerunt eum ſalutatum.Hoc de prima ſalutatione intelligi debet quæ non fiebat ſine muneribus. Veluti ſurdus. כמחריש: .i.obſurduit Saul ad omnia quæ illi dicebantur de hoſtibus ſuis. Alii vertunt,veluti tacens.aut,ſilens.i.rem diſſimulans. q.d. ille probè hoc diſſimulauit.

IN CAPVT XI.

1 Aſcendit ויעל Aſcenderat autem. Quidam aiunt Iſraelitas ideo Regem petiiſſe quòd audirent Regem iſtum copias in ipſos parare. עAmmonites, העמוני Chaldæus paraph.Rex Ammonitarũ. Percute,&c. כרת לנו ברית q.d.parati ſumus nos dedere tibi, habeto nos cõfœderatos,& erimus tibi tributarii. 2 Effodiendo בנקור eruendo.i.hac lege & conditione ſi eruã. Ponámque.&c. ושמתיה וגו׳ .i.& hac ratione opprobrio & ignominia afficiam vniuerſum Iſraelem. 3 Concede nobis הרף לנו Dimitte nos.Chaldæus paraphr.Expecta nos.i.da nobis inducias ſeptem dierum. 4 Et loquuti ſunt,&c. וידברו וגו׳ Hebraiſmus,expoſuerunt legationem ſuam audiente populo. 5 Interea והנה Ad verbum,Et ecce. Poſt boues אחרי הבקר .i.ſequens boues ſuos.

Et inſiluit Spiritus Dei in Saul, quum audiſſet verba hæc,& iratus eſt furor eius nimis. 6

Et aſſumens vtrunque bouem,concîdit in fruſta,miſitque in omnes terminos Iſrael per manũ nuntiorum, dicens, Quicunque non exierit, & ſequutus fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini populũ, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus. 7

C

Et recenſuit eos in Bezec: fuerûntque filiorum Iſrael trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. 8

Et dixerunt nuntiis qui venerant, Sic dicetis viris qui ſunt in Iabes Galaad,Cras erit vobis ſalus, quũ incaluerit ſol. Venerũt ergo nuntii, & annũtiauerũt viris Iabes:qui lætati ſũt. 9

Et dixerũt,Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis. 10

Et factum eſt,quum dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saul populum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon vſque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt,ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. 11

Suprà 10.d.27.

D

‖Et ait populus ad Samuelem,Quis eſt iſte qui dixit, Saul num regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos. 12

Et ait Saul,Non occidetur quiſquã in die hac,quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſrael. 13

Dixit autem Samuel ad populum, Venite,& eamus in Galgala,& innouemus ibi regnum. 14

Et perrexit omnis populus in Galgala,& fecerũt ibi Regem Saul corã Domino in Galgala,& immolauerũt ibi victimas pacificas coram Domino:& lætatus eſt ibi Saul,& cuncti viri Iſrael nimis. 15

Cap. XII.

DIxit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael, Ecce audiui vocem veſtram iuxta omnia quæ loquuti eſtis ad me,& conſtitui ſuper vos Regem: 1

Et nũc Rex graditur antevos: ego autẽ ſenui,& incanui,(porrò filii mei vobiſcum ſunt) itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hanc diem. 2

Eccli 46.d.22

Ecce præſto ſum,‖loquimini de me coram Dño,& corã chriſto eius,vtrũ bouẽ cuiuſquam tulerim, aut aſinũ: ſi quempiam calumniatus ſum,ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquã munus accepi: & contemnam illud hodie,reſtituámque vobis. 3

6 ʹTunc tranſiuit Spiritus Dei ſuper שSaואulé,quũ audiſſet verba hæc,″iratúſque eſt furor eius valde.

7 Et tulit par boum, & in fruſta concîdit illud, ac miſit in omnem terminum Iשraאelis per manum nuntiorum,dicendo, Qui non exierit poſt שSaואulẽ″& poſt Sשemuאelẽ, ſic fiet de bobus eius. Et cecidit ʹpauor Iehouæ in populum,ʹ& egreſſi ſunt tãquam vir vnus.

Timor Dei.

8 Recenſuit itaque eos in Bézec: & fuerunt filii Iשraאél trecẽta millia:& viri Iehudáh triginta millia.

310000 bellatorum.

Viri Iuda.

9 ʹDixerúntque nũtiis qui venerãt,Sic dicetis viris Iabés ש Gilyád, Cras erit vobis ſalus,quum incaluerit ſol. Et venerunt nuntii,renuntiauerúntque viris Iabéשs,& gauiſi ſunt.

10 ″Dixerunt igitur viri Iabéשs, Mane egrediemur ad vos, vt faciatis nobis″quicquid bonum erit in oculis veſtris.

11 ʹPoſtridie autem diſpoſuit שSaואúl populum in tria capita,ʹ& inuaſerunt medium caſtrorum″in vigilia matutina, & percuſſerunt yAmmón vſque dum incaluit dies: qui autẽ ſuperfuerunt, diſperſi ſunt,nec remanſerunt ex eis duoʹpariter.

Saul occidit Ammonitas.

12 Dixítque populus ad שSemuאelẽ, Quis eſt qui dicebat, *Nunquid* שSaואúl regnabit ſuper nos? date viros,& mori faciemus eos.

13 ʹDixítque שSaואúl, Non interficietur quiſquam die hac: quia hodieʹfecit Iehouáh ſalutem in Iשraאele.

Vindictam prohibet Saul,& victoriam Deo tribuit.

14 Dixítque שSemuאél ad populum, Venite, & eamus in Gilgal, ʹvt innouemus ibi regnum.

Innouatio regni Saulis.

15 Abiit ergo vniuerſus populus in Gilgál, & conſtituerunt Regem ibi שSaואulem″corã Iehoua in Gilgál, ibíque ſacrificauerunt victimas pacificas″coram Iehoua: & lætatus eſt ibi שSaואúl & omnes viri Iשraאél″mirum in modum.

Cap. XII.

1 DIxit autem שSemuאél ad vniuerſum Iשraאelem,Ecce audiui vocem veſtram in omnibus quæ dixiſtis mihi, & cõſtitui ſuper vos Regem:

Samuel iudex innocens & integer etiam populi teſtimonio.

2 Et nunc ecce Rexʹgraditur ante vos: ego autem ſenui,ʹ& incanui,″& filii mei ecce ſunt vobiſcum: ego autemʹambulaui coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad diem hanc.

3 ″En ego,ʹteſtificamini cõtra me coram Iehoua & coramʹvncto eiusʹan bouem cuiuſquã tulerim, & aſinũ cuiuſquam acceperim, ″& cui vim intulerim,&ʹquẽ cõtriuerim,& de manu cuius tulerim ʹpretium,″& occultauerim oculos meos ab eo:& reſtituam vobis.

6 Tunc tranſiuit Spir. ותצלח רוח Tunc irruit Spiritus.nẽpe fortitudinis.i.ſubitò Dominus reddidit eum fortiorẽ ſolito. Iratúſque eſt furor eius v. ויחר אפו מאד׃ Hebraiſmus,iratus eſt vehemẽter. 7 Et poſt שSemuאelẽ, ואחר שמואל Addidit Samuelem,quòd nondũ approbatus eſſet Rex ab omnibus.q.d.qui nolunt ſequi Saulem,ſaltem ſequantur Samuelem. Pauor Iehouæ פחד־יהוה Id eſt quo Iehoua terruit populum:vel metus immiſſus à Deo in cor eorum. Et egreſſi ſunt tanquam vir vnus. ויצאו כאיש אחד׃ Hebraiſmus,ſequutus eſt cũ populus ad bellum vnanimi conſenſu. 9 Dixerúntque ויאמרו Saul ſcilicet & Samuel.

10 Dixerunt igitur ויאמרו ſub.ad Nahas obſidentem eam vrbem. Quicquid bonum,&c. ככל־הטוב בעיניכם׃ Ad verbum,iuxta omne quod bonum in oculis veſtris.i.quæcunque vobis libuerint. 11 Poſtridie autem diſpoſuit ויהי ממחרת וישם Ad verbum,Et fuit,in craſtino diſpoſuit.i.diuiſit in tres turmas. Et inuaſerunt,&c. ויבואו וגו׳ Ad verbum,& ingreſſi ſunt in medium caſtrorũ.i.irruerunt in exercitum Ammonitarum. In vigilia matutina,באשמורת הבוקר .i.in tertia vigilia noctis.hoc eſt,ſub auroram ipſam. Pariter. יחד׃ ſimul. ſub.fugientes. 13 Fecit Iehouáh ſalutem,&c. עשה־יהוה וגו׳ Hebraiſmus,dedit Dominus claram & inſignem victoriam Iſraeli de hoſtibus ſuis. 14 Vt innouemus ibi reg. ונחדש שם המלוכה׃ .i.vt confirmemus illic Regem Saulem.

15 Coram Iehoua לפני יהוה .i.coram altari Domini quod illic erat extructum. Mirum in modum. עד־מאד׃ Ad verbum,vſque valde.i.vehementer.

IN CAPVT XII.

2 Graditur ante vos: מתהלך לפניכם incedit ante vos.i.moderatur remp.veſtrã.Sic mox,Ego ambulaui coram vobis. Et filii mei ecce ſ.v. ובני הנם אתכם .i.ſuccedent in locum meum,poteritis eos conſulere de rebus ſacris. Ambulaui corã vo. התהלכתי לפניכם .i.adminiſtraui remp.veſtram. 3 En ego, הנני .i.adſum.q.d.paratus ſum reddere rationem adminiſtrationis meæ,&c. Teſtificamini contra me ענו בי .i.incuſate me ſi poteſtis. Vncto eius משיחו .i.Saule quem Domini iuſſu vnxi in Regem. An bouem cuiuſquam tul. את־שור מי לקחתי Ad verbum,bouem cuius tuli.in vſum meum ſcilicet. Et cui vim intulerim, ואת־מי עשקתי & quem calumniatus ſim.i.calumnia opibus priuarim. Quem contriuerim, את־מי רצותי quem pulſauerim.vel pulſandum curauerim.i.quem læſerim, aut in pecunia,aut in corpore ipſo. Pretium, כופר redemptionẽ.pretium redemptionis. Et occultauerim oculos meos ab eo: ואעלים עיני בו & texerim oculos meos propter eum.i.in negotio, cauſa, & iudicio eius:diſſimulando ſcilicet me videre peccatum eius:hoc eſt cui pepercerim propter munera. Alii,& tegam oculos meos contra me.i.tantiſper dum dicat teſtimonium contra me:ne ſcilicet videam illud.

4 Reſponderũt,″Non vim intuliſti nobis,nec attriuiſti nos,neque tuliſti de manu cuiuſquam quidpiam.

5 ″Et Dixit ad eos,Teſtis eſt Iehouáh contra vos, & teſtis chriſtus eius die hac quòd non inueneritis in manu mea quidpiam. Et dixit,Teſtis.

Arguit Samuel populum ingratitudinis erga Deum,quòd pro Deo Rege hominem Regem petierit.

6 Dixítque שSemuאél ad populum, Iehouáh qui″fecit Moſשéh & Aharón,& qui eduxit patres veſtros ex AEgypto.

7 Nunc igitur ſtate,″vt diſceptem vobiſcũ coram Iehoua″de omnibus iuſtitiis Iehouæ quas fecit vobiſcũ & cum patribus veſtris.

8 Quũ ingreſſus eſſet Iayacób in AEgyptũ, clamauerunt patres veſtri ad Iehouam, miſítque Moſשéh & Aharonẽ, qui eduxerunt patres veſtros ex AEgypto,″& habitare fecerunt eos in loco iſto.

9 Et obliti ſunt Iehouæ Dei ſui, tradidítque eos in manum סSiסerá principis exercitus חHaצſór,& in manum Peliשſthím, & in manum Regis Moáb,qui præliati ſunt contra eos.

10 Clamauerúntque ad Iehouam, ac dixerunt, Peccauimus: quia dereliquimus Iehouam, & ſeruiuimus Beyalím & yAשſtharóth. nunc ergo libera nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi.

11 Proinde miſit Iehouáh Ierubbáyal,″& Bedán, & Iphtháחh, & שSemuאelem,eruítque vos de manu inimicorum veſtrorum″vndique,& habitaſtis″confidenter.

12 ″Et vidiſtis quòd Naחháשs rex filiorũ yAmmón venit cõtra vos, & dixiſtis mihi,Nequaquam,ſed Rex regnabit ſuper nos:quũ Iehoua Deus veſter,Rex veſter eſſet.

13 Nunc igitur ecce Rex quem elegiſtis, quem poſtulaſtis: & en poſuit eum Iehouáh ſuper vos Regem.

14 Si timueritis Iehouam, & ſeruieritis ei, atque obedieritis voci eius,″neque exaſperaueritis os Iehouæ, ″eritis tum vos, tum Rex qui″regnat ſuper vos, poſt Iehouam Deum veſtrum.

15 Si autẽ non audieritis vocem Iehouæ,ſed exaſperaueritis os Iehouæ,″erit manus Iehouæ contra vos,″vt contra patres noſtros.

Deus miraculo cogit dura corda fateri peccatum, Lex.

16 ″Etiam nunc ſtate,& videte rem grandem hanc quam Iehouáh ″facit in oculis veſtris.

17 Nónne meſſis triticeæ *tempus* eſt hodie? inuocabo Iehouã,& dabit tonitrua,& pluuiã:″& ſcitote, & videte quòd malum veſtrum magnum eſt quod feciſtis in oculis Iehouæ,petẽdo vobis″Regẽ.

18 ″Clamauit ergo שSemuאél ad Iehouam,dedítque Iehouáh tonitrua & pluuiam in die illa: & timuit vniuerſus populus Iehouã vehementer & שSemuאelem.

Et dixerunt, Non es calumniatus nos,neque oppreſſiſti, neq; tuliſti de manu alicuius quidpiam.

Dixitque ad eos, Teſtis eſt Dominus aduerſum vos,&teſtis chriſtus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quidpiam.Et dixerunt, Teſtis.

Et ait Samuel ad populũ,Dominus qui fecit Moyſen & Aaron,& eduxit patres noſtros de terra AEgypti. B

Nunc ergo ſtate,vt iudicio contendam aduerſum vos corã Domino,de omnibus miſericordiis Domini,quas fecit vobiſcũ &cum patribus veſtris.

‖Quomodo Iacob ingreſſus eſt in AEgyptum, & clamauerũt patres veſtri ad Dñm:& miſit Dominus Moyſẽ & Aaron,& eduxit patres veſtros de AEgypto,&collocauit eos ĩ loco hoc. Gene.46.a.5.

‖Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manus Siſaræ magiſtri militiæ Haſor,& in manu Philiſthinorum,& in manu Regis Moab, & pugnauerunt aduerſum eos. Iudicum 4.a.8

Poſtea autem clamauerunt ad Dominum,& dixerũt, Peccauimus quia dereliquimus Dominũ,& ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorũ noſtrorum, & ſeruiemus tibi.

Et miſit Dominus Ierobáal & Bdan & Iephte & Samuel,& eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter.

Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi, Nequaquam, ſed Rex imperabit nobis: quum Dominus Deus veſter regnaret in vobis. C

Nunc ergo præſto eſt Rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus Regem.

Si timueritis Dominum,& ſeruieritis ei,& audieritis vocẽ eius,& non exaſperaueritis os Domini, eritis & vos,&Rex qui imperat vobis,ſequẽtes Dominum Deum veſtrum.

Si autem nõ audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Dominí ſuper vos, & ſuper patres veſtros.

Sed & nũc ſtate, & videte rem iſtã grandem, quã facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro.

Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? inuocabo Dñm, & dabit voces, & pluuias:& ſcietis,& videbitis quia grande malum feceritis vobis in cõſpectu Dñi,petẽtes ſuper vos Regẽ.

Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias in illa die: & timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem. D

4 Non vim intuliſti nobis, לא עשקתנו Non es calumniatus nos. 5 Et dixit ויאמר vnus ſcilicet pro omnibus.Vel,dixerunt,ſub. omnes vna voce. 6 Fecit עשה .i.qui reddidit eos claros & nobiles.ſub.teſtis eſt inquam.Chaldæus paraph. qui fecit fortitudines.vel, virtutes.i.miracula per Moſen & Aharonem.q.d.Habeo innocentiæ meæ Deum teſtem grauiſſimum qui Moſen clarum,&c.

7 Vt diſceptem vobiſcũ ואשפטה אתכם vt contendam iudicio vobiſcum.vel,ſubeam iudicium. De omnibus iuſtitiis את כל־צדקות .i.beneficiis quæ contulit in vos Dominus.Iuſtitiam pro beneficio Hebræi aliquando accipiunt, ſiue pro eleemoſyna, quòd homines iuſtos declaret. 8 Et habitare fecerunt eos יושיבום & collocauerunt eos.vel,ſtatuerunt.i.fuerunt cauſa per doctrinam ſuam vt iſtuc veneritis.

11 Et Bedán, ואת־בדן .i.Samſonem,vt Chaldæus paraph.& doctus inter Hebræos exponũt:qui ſic dictum exiſtimat,quaſi filium Dan,quòd fuerit de familia & tribu Dan. Vndique, מסביב per circuitum. Confidenter. בטח: .i.ſecuré.

12 Et vidiſtis quòd,&c. ותראו וגו׳ Et tamen quum vidiſtis quòd Nahas rex filiorum עAmmón veniret contra vos,dixiſtis mihi,(dehortanti ſcilicet ne alium Regem peteretis quàm Dominum)Nequaquam.ſub.acquieſcemus verbis tuis.

14 Neque exaſperaueritis os Ieho. ולא תמרו את־פי יהוה neque rebelles fueritis ori Iehouæ.vel,neque inobedientes fueritis ſermoni Iehouæ. Eritis והיתם .i.diu permanebitis,ſiue longo tempore viuetis poſt Iehouam,hoc eſt in cultu Iehouæ.Hîc ו non copulat,ſed præteritum vertit in futurũ. Regnat. מלך Præt.Heb.pro præſ.& fut. 15 Erit manus Ieh.contra vos, והיתה יד־יהוה בכם .i affliget vos,vt afflixit patres veſtros quãdo fuerũt inobedientes ſermoni ipſius. Vt cõtra patres veſtros. ובאבותיכם: Hic ו pro ו ד,interprete Chaldæo paraph. qui vertit,quemadmodum fuit cum patribus veſtris.Doctus inter Hebræos exponit, & cõtra patres veſtros.id eſt contra Reges veſtros qui debent eſſe vt patres filiis. 16 Etiam nunc ſtate, גם־עתה התיצבו Nunc quoque conſiſtite. Facit עושה Quidã per futurum vertũt, facturus eſt. 17 Et ſcitote,& videte ודעו וראו Id eſt,tũ cognoſcetis & intelligetis. Regem. מלך: ſub.alium ab eo,nẽpe Iehoua.

18 Clamauit ergo,&c ויקרא וגו׳ Inuocauit ergo Samuel Iehouam.

19 Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem, Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur: addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malū, vt peteremus nobis Regem.

20 Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere, (vos feciſtis vniuerſū malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro.

21 Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt)

22 Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuū magnum: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum.

23 Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectā.

24 Igitur timete Dominum, & ſeruite ei in veritate ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica quæ in vobis geſſerit.

25 Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos & Rex veſter pariter peribitis.

Cap. XIII.

Infrà 15.d.17

1 Filius vnius anni erat Saul quū regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael.

2 Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Beth-el, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterum populum remiſit, vnumquenque in tabernacula ſua.

3 Et percuſſit Ionathas ſtationē Philiſthinorum, quæ erat in Gabaa: quod quum audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi.

4 Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam, Percuſſit Saul ſtationē Philiſthinorum: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthiim. Clamauit autem populus poſt Saul in Galgala.

5 Et Philiſthiim congregati ſunt ad præliandū contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in litore maris plurima: & aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad Orientem Beth-auen.

B

6 Quòd quum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos (afflictus enim erat populus) abſconderuut ſe in ſpelūcis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis.

7 Hebræi autem tranſierunt Iordanem terram Gad & Galaad. quúmq; adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuer-

19 Dixerúntque vniuerſus populus ad שSemuאelem, Ora pro ſeruis tuis ad Iehouam ″Deum tuū, vt non moriamur: addidimus enim omnibus peccatis noſtris malū *hoc* vt peteremus nobis Regē.

20 Dixítque שSemuél ad populū, Ne timeatis (vos *quidē* feciſtis omne malum hoc: veruntamen ne recedatis à tergo Iehouæ, ſed ſeruite Iehouæ toto corde veſtro:

21 ″Neque declinetis poſt idola, quæ non proderunt, nec eruent: quia idola ſunt.)

22 Non enim derelinquet Iehouáh populū ſuum propter nomen ſuum magnum: ″quia voluit Iehouáh facere vos ſibi populum.

23 ″A me quoque abſit vt peccē Iehouæ, ceſſando orare pro vobis: ″docebóque vos viam bonam & rectam.

24 ″Veruntamen timete Iehouam, & ſeruite ei in veritate, *id eſt* toto corde veſtro: ″videte enim quòd magnifice fecit vobiſcum.

25 Si autem ″malefaciendo malefeceritis: etiam vos, etiam Rex veſter, peribitis.

Cap. XIII.

1 Filius anni *unius* erat שSaואúl ″quādo regnauit ipſe (″duobus autē annis regnauit ſuper Iשſraאelem)

2 Elegit autē ſibi שSaואúl tria millia ex Iשſraאele, ″& fuerūt cum שSaואule duo millia in Michmáשs, & in monte Beth-אél: mille verò fuerunt cum Ionathán in Gibyáh Biniamín: reſiduum verò populi remiſit, quenque in tabernacula ſua.

3 Percuſſit autem Ionáthan ″præſidium Peliשſthím quod erat ″in colle, audierúntque Peliשſthím: tum שSaואúl ″clanxit tuba per totam terram, dicendo, ″Audiant yEbræi.

4 Et vniuerſus Iשſraאél audierūt ″quòd diceretur, Percuſſit Saואúl præſidiū Peliשſthím: & etiam ″fœtuit Iשſraאél inter Peliשſthím. Congregati ſunt ergo populus poſt שSaואúl in Gilgál.

5 Peliשſthím verò congregati ſunt vt pugnarent cum Iשſraאele, triginta millia curruum, & ſex millia equitū, ″& populus *erat* ſicut arena quæ eſt ad litus maris præ multitudine: & aſceuderunt, caſtrametatíque ſunt in Michmáשs ad Orientem Beth-אauen.

6 Viri autem Iשſraאél videntes quòd ″anguſtia eſſet ſibi (″coartatus enim erat populus) abſconderūt ſeſe populus in ſpeluncis, ″& in munitionibus, ″& in petris, & in turribus, & in ciſternis.

7 yEbræi præterea *aliquot* tranſierunt Iardén in terram Gad & Gilyád: שSaואúl autem adhuc erat in Gilgál, vniuerſúſque populus

Oratio.

Euangeliū prouocat ad pœnitentiam & fidem in Deum.

Propter promiſſiones ſuas parcit Deus.

Oratio.
Via recta.

Seruiēdum Deo in veritate, toto corde.

Percutiūtur Philiſthæi à Saule & Ionatha.

Philiſthæis rurſum cōgregatis, pauidi Iſraelitæ abdunt ſe in cauernis.

Saul elatus, relinquitur à ſuis.

19 Deum tuum, אלהיך acſi dicat, qui te exaudire ſolet. 21 Neque declinetis poſt, &c. ולא תסורו כי וגו׳ Ad verbum, Et ne declinetis, quia poſt vanitatem, qui non proſunt, neque eruūt, nam vanitas ſunt. i. Nolite inquam recedere, ſub. à Domino Deo veſtro, quia tum declinaretis poſt vanitatem, hoc eſt ſequeremini idola, ſiue deos vanos, qui non proſunt, neque prodeſſe poſſunt, neque eruunt de afflictione. nam vani ſunt. Quidam vertunt, Nolite declinare poſt vanitatem: quia ſunt hi qui non proſunt. vt ſit ordo dictionum inuerſus.

22 Quia voluit, &c. כי הואיל וגו׳ .i. ne malè audiat inter Gentes, quæ audierunt eum velle vos facere populum ſuum. Quidam vertunt, quandoquidem animum adiecit ad hoc vt vos ſibi faciat in populum. 23 A me quoque, &c. גם אנכי וגו׳ Ad verbum, Etiam ego, abſit à me. ſub. quanuis ſpreueritis me. Docebóque vos והוריתי אתכם Subaudiendum aliquid, Orabo quidem pro vobis, & docebo vos.

24 Veruntamen אך Tantùm. Videte enim quòd magn. כי ראו את אשר הגדיל conſiderate enim mirabilia quæ edidit ante vos. vel, quæ geſſit in gratiam veſtram. 25 Malefaciendo malefeceritis: הרע תרעו .i. ſi pergetis malefacere.

IN CAPVT XIII.

1 Quando regnauit במלכו .i. ex quo regnare cœpit. hoc eſt, iam regnauerat vno anno ab inunctione ſua. Quidam ex doctioribus Hebræorum ſic ſcribit in hunc locū, Interceſſerat annus vnus ab inunctione Saulis vſque ad innouationem regni ſui: annus itē alter ab ipſa innouatione regni vſque ad delectum horum trium millium virorum. Chaldæus paraph. Quaſi filius anni in quo non ſunt peccata, Saul quando regnauit. In eandem ſententiam exponit & doctus inter Hebræos, his verbis, Filius anni, id eſt innocēs ab iniquitate, vt filius lactens. Prior expoſitio verior.

Duobus autem annis ושתי שנים poſt quos ſcilicet priuatus eſt quidem dignitate Regia, māſit tamen apud eum adminiſtratio reipublicæ pluribus annis. 2 Et fuerunt ויהיו .i. manſerunt. ſic mox. 3 Præſidium את נציב ſtationē. Alii præfectū. præſidem. In colle, בגבע ſub. Cariath-iearim, vbi erat arca Dei. Iſtud intelligitur ex decimo capite, verſu 5, vbi dicitur, Poſtea deuenies in collē Dei in quo ſunt præſidia Philiſthim. Clanxit tuba תקע בשופר vt ſcilicet ſe accingerent ad bellum. Audiant ישמעו nempe præſidiū Palæſthinorum eſſe cæſum à Ionatha. vt ſequēti verſu dicitur. Hoc dicebat vt ſe accingerent bello. 4 Quòd diceretur, לאמור Ad verbū, dicēdo. Fœtuit נבאש quòd fœteret. putidus eſſet. i. quòd Palæſthini abhorrerent ab Iſraele tanquam à re malè olente & putida. q. d. oderant maximè Iſraelitas.

5 Et populus ועם & reliquum vulgus. Beth-אauen. בית־און Sic eam vocat ob idolorum in ea cultum: aliàs dicitur Beth-אél, quòd ibi Dominus apparuerit ipſi Iaacob. 6 Anguſtia eſſet ſibi צר לו in anguſtiam eſſent redacti. Coartatus נגש afflictus. cōſtrictus. Et in munitionibus, ובחוחים & in ſpinetis. Et in petris, & in turr. ובסלעים ובצרחים & in rupibus, & in locis præruptis.

'commoti ſunt poſt eum.

8 Et expectauit ſeptem dies ſecundum tempus quod *dixerat* שSemuאél: quũ autem non veniret שSemuאél in Gilgál,'diſperſus eſt populus ab eo.

Saul contra præceptum Dei, nõ expectato Samuele ſacrificat, vnde & abiicitur à Deo.

9 "Tunc dixit שSaאúl, Afferte ad me holocauſtum, & hoſtias pacificas. Qui obtulit holocauſtum.

10 Quúmque finem feciſſet offerendi holocauſtũ,'ecce שSemuאél venit, & egreſſus eſt שSaאúl in occurſum eius vt ſalutaret eum.

11 Dixítq; שSemuאél, Quid feciſti? Reſpondit שSaאúl,'Quia vidi quòd diſpergebatur populus à me, & *quòd* tu non venires' ad tempus dierum: Peliשthím autẽ congregauerant ſeſe in Michmáשs:

12 Dixíque,'Nunc deſcendent Peliשthím ad me in Gilgál, & faciem Iehouæ'nõ oraui.'roboraui itaque me, & obtuli holocauſtũ.

13 Et ait שSemuאél, Stultè egiſti, non ſeruaſti præceptum Iehouæ Dei tui quod præcepit tibi:'quia nunc ſtabilierat Iehouáh regnũ tuum ſuper Iשraאelem vſque in ſeculum:

Regnũ Dauidis prædicitur.

14 Nunc autem regnum tuum"non ſtabit.'quæſiuit Iehouáh ſibi virum ſecũdum cor ſuum, cui præcepit Iehouáh'vt ſit dux ſuper populum ſuum, quia non ſeruaſti quod præcepit Iehouáh.

15 "Surrexit autem שSemuאél, & aſcendit de Gilgál in Gibyáh Biniamín, & recenſuit שSaאúl populũ'qui inueniebatur cum eo, fermè ſexcentos viros.

Philiſthæi deſcẽdunt contra Iſraelitas.

16 שSaאúl igitur & Ionathán filius eius, & populus qui inuẽtus eſt cum eis, manebant in Gebáy Biniamín: Peliשthím verò caſtrametati erant in Michmáשs.

Aſtutia Philiſthinorum carẽt gladiis & armis Iſraelitæ.

17 Et egreſſus eſt"vaſtator è caſtris Peliשthím"*in* tribus capitibus: caput vnum'reſpiciebat ad viam yOphráh ad terram"שSuyál:

18 Et caput alterum reſpiciebat ad viam Beth-חhorón: caput verò tertium reſpiciebat ad viam"termini qui reſpicit contra vallem "צSebo'yím verſus deſertum.

19 Porrò faber non inueniebatur in tota terra Iשraאél:"dixerant enim Peliשthím, Ne fortè faciant yEbræi gladium aut lanceam.

20 Deſcendebántque vniuerſus Iשraאél *ad* Peliשthím, vt acueret quiſque"vomerem ſuum, & ligonem ſuum,'& ſecurim ſuã, & ſarculum ſuum.

21 'Erat autem'lima'vomeribus & ligonibus, & tridẽtibus, & ſecuribus,"& ad acuendum ſtimulum.

ſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum.

Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapſúſque eſt populus ab eo.

Ait ergo Saul, Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum.

Quúmque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obuiam ei, vt ſalutaret eum.

Loquutúſq; eſt ad eũ Samuel, Quid feciſti? Reſpondit Saul, Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies: porrò Philiſthiim congregati fuerant in Machmas:

Dixi, Nũc deſcẽdẽt Philiſthiim ad me in Galgala, & faciẽ Domini non placaui. neceſſitate cõpulſus, obtuli holocauſtum.

C

Dixitque Samuel ad Saul, Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. quod ſi nõ feciſſes, iã nũc præparaſſet Dominus regnũ tuũ ſuper Iſrael in ſempiternũ.

Sed nequaquã regnũ tuũ vltrà conſurget: quæſiuit Dñs ſibi virum iuxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populũ ſuum, eo quòd nõ ſeruaueris quæ præcepit Dominus.

Act.13.d.21

Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. & recenſuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcẽtos viros.

Et Saul & Ionathas filius eius, populúſque qui inuẽtus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philiſthiim conſederant in Machmas.

Et egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Philiſthinorum tres cunei: vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual:

D

Porrò alius ingrediebatur per viã Beth-horon: tertius autem verterat ſe ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum.

Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael: cauerant enim Philiſthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Philiſthiim, vt exacueret vnuſquiſq; vomerem ſuum, & ligonem, & ſecurim, & ſarculum.

Retuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonũ, & tridentium, & ſecurium, vſque ad ſtimulũ corrigendum.

Commoti ſunt poſt eum. חרדו אחריו: trepidauerunt poſt ipſum.i.trepidantes ſequuti ſunt eum. vel, cum magna trepidatione receperunt ſeſe ad illum. 8 Diſperſus eſt ויפץ dilapſus eſt.i.recedebat. 10 Ecce שSemuאél venit, והנה שמואל בא .i.renuntiatum eſt illi, Samuelem aduentare. 11 Quia vidi quòd diſperg. כי־ראיתי כי־נפץ *Id feci* quia vidi quòd dilaberetur. vel, diſpergeretur. Alii, Quũ vidi quòd dilaberetur. Præt. Hebr. per præt. imperfectum vertendum. Ad tempus dierum: למועד הימים ſub. conſtitutorum.i.ad diem conſtitutam & præfixam. 12 Nunc עתה .i. Iamiam. Non oraui. לא חליתי .i.nondum deprecatus ſum. Roboraui itaque me ואתאפק .i.obfirmaui animum.q.d. etiam reclamante animo obtuli holocauſtum præ timore. 13 Quia nunc ſtabilierat כי עתה הכין Quidam per futurum vertunt, nunc enim confirmaturus. vel, ſtabiliturus erat.i.longo tempore dignitas illa regia manſura erat in tua ſtirpe.

14 Non ſtabit. לא־תקום non permanebit. Quæſiuit בקש q.d. priuaberis Regia dignitate, quòd non feceris quæ præceperat Dominus. Vt ſit dux לנגיד Chaldæus paraph. vt ſit Rex. 15 Surrexit autem שSemuאél ויקם שמואל .i. Accinxit ſe itineri cum Saule. Qui inueniebatur cum eo, הנמצאים עמו .i.qui cum ipſo erat. hoc eſt, qui eum comitatus fuerat.

17 Vaſtator המשחית prædator.i.tres turmæ populatorum, ſiue prædonum egreſſi ſunt de exercitu Philiſthiim, vt vaſtarent totam regionem. *In* tribus capitibus: שלושה ראשים .i.cum tribus agminibus, vel turmis. Reſpiciebat יפנה vertebat ſeſe. vergebat.i.gradiebatur, aut pergebat per viam, &c. שSuyál: שועל: Chaldæus paraph. Meridiei.

18 Termini qui reſpicit, &c. הגבול הנשקף על־גי .i.regionis quæ imminebat valli. צSebo'yím, הצבעים .i.baſilicorum, regulorum, quòd variis tincti ſint coloribus. 19 Dixerant אמרו ſub. Tollamus omnes fabros ferrarios è regione, ne fortè, &c.

20 Vomerem ſ. את־מחרשתו Chaldæus paraph. ſtimulum ſuum. quo ſcilicet punguntur boues. Doctus inter Hebræos dicit hanc vocem ſignificare quodcunque inſtrumentum aptum ad omnem fabricationem, ſiue ad omne opus artificis. Eadem vox in fine huius verſus repetitur. Idem alio loco ſcribit fuiſſe inſtrumẽtum quo vtebantur & lignarii & lapicidæ artifices. Et tamen ab חרש deducitur, quod præter alia, etiam arare ſignificat. Propterea cultrum aratorium alii interpretantur. Et ſecurim ואת־קרדמו & bipennẽ. Dicunt bipennem tunc temporis fuiſſe inſtar cultri latomi. Gallicè, *une beſagüe.* 21 Erat autem והיתה ſub. iis qui nolebant deſcẽdere in Palæſthinam. Lima הפצירה פים Ad verbũ, multa oribus.i.inſtrumentum habens multas inciſuras, velut ora, hoc eſt lima. ſic exponit doctus inter Hebræos in dictione פה. Vomeribus למחרשות .i.qua acuebant vomeres. Et ad acuendum ſtimulum. ולהציב הדרבן: & ad collocandum [.i.inſerendum in fuſtem] aculeum. ſtimuli ſcilicet boum.

Qúmque veniſſet dies prælii, non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.

Egreſſa eſt autē ſtatio Philiſthiim vt tranſcenderet in Machmas.

Cap. XIIII.

ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum, Veni, & tranſeamus ad ſtationē Philiſthinorum, quæ eſt trans locum illum: patri autem ſuo hoc ipſum non indicauit.

Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa ſub malogranato, quæ erat in Magron: & erat populus cum eo quaſi ſexcentorum virorum.

Suprà 4.d.29

Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat ephod: ſed & populus ignorabat quò iſſet Ionathas.

Erant autē inter aſcēſus, per quos nitebatur Ionathas trāſire ad ſtationē Philiſthinorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi in modū dentiū ſcopuli hinc inde prærupti, nomē vni Boſes, & nomen alteri Sene:

Vnus ſcopulus prominens ad Aquilonem ex aduerſo Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa.

2.Par.14.c.11

Dixit autem Ionathas ad adoleſcētem armigerum ſuum, Veni, tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis: ‖quia non eſt Domino difficile ſaluare vel in multis, vel in paucis.

B

Dixitque ei armiger ſuus, Fac ōnia quæ placēt animo tuo: perge quò cupis, ero tecum vbicunque volueris.

Et ait Ionathas, Ecce nos trāſimus ad viros iſtos: qúmque apparuerimus eis,

Si taliter loquuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos: ſtemus in loco noſtro, nec aſcēdamus ad eos.

Si autē dixerint, Aſcendite ad nos, aſcendamus: quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris: & hoc erit nobis ſignum.

Apparuit igitur vterque ſtationi Philiſthinorum: dixerúntque Philiſthiim, En Hebræi egrediūtur de cauernis in quibus abſconditi fuerant.

Et loquuti ſunt viri de ſtatione ad Ionathan & ad armigerum eius, dixerúntque, Aſcendite ad nos, & oſtēdemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerū ſuū, Aſcēdam⁹, ſequere me: tradidit enī Dn̄s eos in manus Iſrael.

Aſcendit autē Ionathas manibus & pedibus reptās, & armiger eius poſt eum. itaque alii cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat ſequens eum.

22 ʹDie igitur pugnæ non reperiebatur gladius nec lancea in manu totius populi qui erat cum שSaıאule & cum Ionathán: ʺ& tantùm שSaıאúl & Ionathán filius eius habebant.

23 Egreſſum eſt autem præſidium Peliשthím ʺin tranſitum Michmáשs.

Cap. XIIII.

Fiducia in Deū Ionathas armigero comite profligat Philiſthæos.

1 AʺCcidit autem die quadā vt diceret Ionathán filius שSaıאulis ad puerum armigerum ſuum, ʹAge, tranſeamus ad præſidium Peliשthím ʺquod eſt trans *locum* illum: patri autē ſuo nō ʺindicauit.

2 שSaıאúl verò manebat in extremo Gibעáh ſub malo granato quod erat in Migrón: populus autem qui erat cum eo, erant circiter ſexcenti viri.

3 Aחhiiáh autem filius Aחhitúb fratris איI-chabód filii Pineחháס filii עEli ſacerdotis Iehouæ in שSilóh geſtabat אEphód: populus autem neſciebat quòd abiiſſet Ionathán.

4 ʹEt inter tranſitus per quos quærebat Ionathán tranſire ad præſidiū Peliשthím ʹ*erat* dens petræ in tranſitu hinc, & dens petræ in tranſitu inde: nomen vnius, Boצséץs: & nomen alterius, סSéneh:

5 ʹDens vnus ſtabat ad Aquilonem contra Michmáשs, & alter ad Meridiem contra Gebáע.

6 Dixítque Ionathán ad puerū armigerū ſuū, Age, trāſeamus ad præſidium incircunciſorū iſtorum: fortè ʺfaciet *ſalutem* Iehouáh per nos: quia non eſt Iehouæ ʺprohibitio ſeruādi cū multis, vel paucis.

7 Reſpondit armiger eius, ʹFac quicquid eſt in corde tuo: ʹdiuerte, ʹecce ſum tecum ſecundum cor tuum.

Signo vult certior reddi Ionathas de victoria Dei.

8 Dixítque Ionathán, Ecce nos ʺtranſimus ad viros, & aperiemus nos eis.

9 Si ſic dixerint nobis, Expectate, donec pertingamus ad vos: ʺſtemus in loco noſtro, & ne aſcendamus ad eos.

10 Si verò ſic dixerint, Aſcendite ad nos: aſcendamus, quia ʺtradidit eos Iehouáh in manum noſtram: & hoc *erit* nobis ſignum.

11 Oſtenderūt ergo ſeſe ambo præſidio Peliשthím, dixerúntq; Peliשthím, En עEbræi egrediūtur de antris ī quibus ſeſe abdiderāt.

Conſpecto Ionatha, exterriti diffugiunt Philiſthiim.

12 Et loquuti ſunt viri præſidii ad Ionathán & armigerum eius, ac dixerunt, Aſcendite ad nos, ʺ& indicabimus vobis aliquid. Tū ait Ionathán ad armigerum ſuum, Aſcende poſt me: tradidit enim eos Iehouáh in manum Iשraאelis.

13 Aſcendit itaque Ionathán ʺmanibus ſuis & pedibus ſuis, & armiger eius poſt eum. & ceciderunt coram Ionathán: & armiger eius interficiebat ʺpoſt eum.

22 Die igitur pugnæ ויהי ביום מלחמת וגו׳ Ad verbum, Et fuit, in die prælii non eſt inuentus gladius, &c. i. Die pugnæ neque enſes habebant, neque lanceas vniuerſus populus. Et tantùm שSaıאúl, &c. ונמצא וגו׳ Ad verbum, & repertus eſt ipſi Saul & Ionathan filio eius.

23 In tranſitum אל־מעבר .i. in eam partem quæ erat inter Michmas & Gabaa Beniamin: hoc eſt, collocauerunt præſidium vltra Michmas. Significat viam, ſiue agrum per quem tranſeundum eſt. Gallicè *Au paſſage de Michmas.*

IN CAPVT XIIII.

1 Accidit autē die q. vt diceret ויהי היום ויאמר Ad verbū, Et fuit dies, & dixit. Age, trāſeamus לכה ונעברה Ad verbū, Veni, & trāſeamus. Quod eſt trās, &c. אשר מעבר הלז quod eſt in latere illo. הלז de remoto dicitur: הזה autē de propinquo. Indicauit. הגיד: ſub. mentem ſuā. quod agere propoſuerat 4 Et inter tranſitus, &c. ובין המעברות וגו׳ .i. in ea via, ſiue agro per quē conabatur, ſiue contēdebat Ionathan tranſire. Vide vltimum verſum præcedentis capitis. *Erat* dens petræ, &c. שן־הסלע וגו׳ Dentem petræ vocat promontorium, ſcopulū, prominentiam, acutum ſcopulum, quòd more dentis promineat, atque longius excurrat. i. erant vtrinque duæ petræ prominentes, altera in vno latere, altera in altero, ſiue ex altera parte, quà tranſeundum erat. 5 Dens vnus ſtabat השן האחד מצוק Scopulus vnus prominebat.

6 Faciet *ſalutem* Ieh. per nos: יעשה יהוה לנו operabitur Iehoua pro nobis. cooperabitur nobis. i. dabit nobis victoriam. Prohibitio מעצור remoratio. retardatio. i. non remoratur, ſiue retardatur à ſaluando, non eſt illi difficile ſeruare per paucos aut per multos.

7 Fac quicquid eſt in corde t. עשה כל־אשר בלבבך .i. fac vt lubet. Hebraiſmus. Diuerte, נטה לך declina tibi. i. perge quocunque voles. Ecce ſum tecū, &c. הנני עמך כלבבך: Hebraiſmus, ſequar te quocūq; uoles pergere. 8 Trāſimus עוברים .i. iam certū eſt nos trāſituros ad eos, vt oſtendamus nos illis. Gallicè, *Nous nous deſcouurirons a eulx.* 9 Stemus in loco n. ועמדנו תחתינו tum cōſiſtemus in eodē loco.

10 Tradidit eos נתנם Hoc dicebat Spiritu prophetico, aut quòd ita præſagiret animus eius. 12 Et indicabimus vobis aliquid. ונודיעה אתכם דבר Ad verbū, & ſcire faciemus vos verbū. vel, rem. Gallicè *Nous auons quelque choſe a uous dire.* q. d. volumus vobis aliquid dicere.

13 Manibus ſuis & pedibus ſuis, על־ידיו ועל־רגליו .i. repens manibus ac pedibus. Vel vt alii exponunt, totis viribus conatus eſt aſcendere. Ad verbum, ſuper manus ſuas & ſuper pedes ſuos. Poſt eum. אחריו: à tergo ipſius.

C

14 Et fuit hæc plaga prima, qua'percuſſit Ionathán & armiger eius, ferè viginti virorum'quaſi in medio iugeri paris *boum in* agro.

15 Fuit itaque pauor in caſtris, & in agro, & in omni populo:'præſidium & vaſtator expauerunt etiam ipſi, commotáque eſt terra, 'ac fuit in pauore Dei.

16 Et viderunt ſpeculatores שSaואulis in Gibáע Biniamín: & ecce multitudo ipſa diſſoluebatur,'promouebátque, & atterebatur.

Perſequitur Saul Philiſthæos.

17 Dixit verò שSaואúl ad populum qui cum eo erat,'Recenſete nunc, & videte quis abierit ex nobis. Quúmque receſuiſſent, ecce aberat Ionathán, & armiger eius.

18 Aítque שSaואúl ad Anhiiáh,'Admoue arcam Dei. (Erat enim arca Dei die illo cum filiis Iשraאél)

19 'Et fuit, adhuc loquente שSaואule ad ſacerdotem, tumultus qui erat in caſtris Peliשthim'ibat eundo, & creſcebat: propterea dixit שSaואúl ad ſacerdotem,'Recollige manum tuam.

20 Itaque congregatus eſt שSaואúl, & vniuerſus populus qui cum eo erat, venerúntque vſque in prælium, & ecce *conuerſus* erat gladius cuiuſque in proximum ſuum,'contritio magna valde.

21 עEbræi autẽ qui fuerant cũ Peliשthæis'ſicut heri *&* nudiuſtertius, *&* qui aſcenderãt cũ eis in caſtra,'*erant* per circuitũ, & etiã ipſi *conuerſi ſunt* vt eſſent cũ Iשraאele, qui *erat* cum שSaואule & Ionathán.

22 Omnes inſuper viri Iשraאél qui abdiderant ſe in monte אEphráim, quũ audiſſent quòd fugerẽt Peliשthím, perſequuti ſunt etiam ipſi illos"in prælio.

Victoria Deo tribuitur.

23 Et ſeruauit Iehouáh in die illa Iשraאelem, "bellatores autem tranſierunt Beth-áuen.

Iuraméto aſtringit Saul populũ, ne quicquam guſtet ante victoriam.

24 Et vir Iשraאél'coartatus erat die illa: adiurauerat enim שSaואúl populum dicendo, Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, "donec vlciſcar me de inimicis meis. "Itaque non guſtauit vniuerſus populus panem.

25 "Vniuerſus autem *iſte populus* terræ venerunt'in ſyluam, erátque mel in ſuperficie agri.

26 Ingreſſus eſt autem populus in ſyluam, & ecce"decurrebat mel, "& nemo fuit qui admoueret ori ſuo manum ſuam: timebat enim populus"iuramentum.

Ionathas edicti paterni ignarus, mel deguſtat.

27 Ionathán autem non audierat quando adiurauit pater eius populum, extendítque extremitatem virgæ quæ *erat* in manu ſua, & intinxit illã in fauũ mellis, 'cõuertítque manũ ſuam ad os ſuum,

14 Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Ionathas & armiger eius, quaſi viginti virorũ, in media parte iugeris quod par boum in die arare cõſueuit.

15 Et factum eſt miraculum in caſtris, per agros: ſed & omnis populus ſtationis eorum: qui ierant ad prædandum, obſtupuit: & conturbata eſt terra, & accidit quaſi miraculum à Deo.

16 Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant iu Gabaa Beniamin: & ecce multitudo proſtrata, & huc illúcque diffugiens.

17 Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Quũmque requiſiſſent, repertũ eſt non adeſſe Ionathan & armigerum eius.

18 Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Iſrael)

19 Quũmque loqueretur Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum: creſcebátq; paulatim, & clarius reboabat: & ait Saul ad ſacerdotẽ, Cõtrahe manũ tuã.

20 Cõclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerũt vſque ad locum certaminis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximũ ſuũ, & cædes magna nimis.

21 Sed & Hebræi qui fuerãt cum Philiſtiim heri & nudiuſtertius, aſcenderántque cum eis in caſtris, reuerſi ſũt vt eſſent cum Iſraele qui erat cũ Saul & Ionatha.

D

22 Omnes quoq; Iſraelitæ qui ſe abſconderant in monte Ephráim, audiẽtes quòd fugiſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio.

23 Et ſaluauit Dominus in die illa Iſrael. pugna autem peruenit vſque ad Beth-auen.

24 Et viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem:

25 Omnéque terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri.

26 Ingreſſus eſt itaque populus ſaltũ, & apparuit fluens mel, nullúſque applicuit manum ad os ſuum: timebat enim populus iuramentum.

27 Porrò Ionathas non audierat quũ adiuraret pater eius populum: extenditque ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manũ ſuam ad os

14 Percuſſit הכה ſub. Philiſthæos. Quaſi in medio iugeri, &c. :כבחצי מענה צמד שדה quaſi in medio iugeri, iugeri agri. i. in tãtillo ſpatio & interuallo quãta eſt pars dimidia iugeri, aut ſulci ducti à pari boum per integrum iugerũ terræ. q. d. breuiſſimo ſpatio interfecerunt viginti.
15 Præſidium, &c. המצב וגו׳ ſtatio [.i. qui in ſtatione collocati erant] & prædator, trepidauerunt etiam ipſi. Ac fuit in pauore Dei. ותהי :לחרדת אלהים ac fuit *correpta* trepidatione Dei. i. immiſſa à Deo. vel, trepidatione Dei, id eſt, magna, vt Gene. 1. a. 2, & 30. b. 8.
16 Promouebátq;, & atterebatur. :וילך והלום Ad verbũ, & abibat, & frãgebatur. i. ſubinde magis atterebatur. q. d. ſubinde augebatur ſtrages.
17 Recenſete פקדו Recognoſcite. 18 Admoue arcam Dei. הגישה ארון האלהים .i. affer ephod quod eſt iuxta arcam Dei, & in quo ſunt Vrim & Thummim. 19 Et fuit adhuc loquente Saul ויהי עד דבר שאול Interea autem dum loqueretur Saul ad ſacerdotem. Ibat eundo, וילך הלוך Hebraiſmus, procedebat procedendo. magis augebatur. paulatim euadebat maior. Seipſum exponit, quum mox dicit, & creſcebat, ſiue increſcebat. Recollige אסוף .i. retrahe. q. d. ſine illic ephod, noli illud capere: nõ enim eſt mihi otiũ conſulendi Dominũ.
20 Contritio מהומה ſtrages. clades. 21 Sicut heri *&* nudiuſtertius, כאתמול שלשום .i. ſicut prius, ſiue antea. *Erant* per circuitum, סביב .i ſubduxerant ſeſe à reliquo exercitu. 22 In prælio. :במלחמה .i. vt cum eis decertarent. Alii vertunt, aſſequuti ſunt etiã ipſi eos, & pugnauerunt cũ eis. 23 Bellatores autẽ tranſ. והמלחמה עברה milites autũ tranſierunt, &c. i. vſque ad Beth-auen & vltrà perſequuti ſunt Philiſthæos. Quidã vertũt, pertranſiitque pugna vſque Beth-auẽ. 24 Coartatus erat die illa: adi. en. ונגש ביום ההוא ויאל Ad verbũ, Coartatus erat die illo, & adiurauerat. ו pro כי poni hoc loco, annotat doctus inter Hebræos, vt Ieſa. 64. b. 5, Ecce iratus es, & peccauimus. pro, quia peccauimus, iratus es. Sic hoc loco, Coartatus eſt Iſrael, vel afflictus, ſub. fame, eo tempore, quòd adiuraſſet Saul populũ dicẽdo, &c. Poteſt hoc factum eſſe quum irẽt in locum certaminis de Gabaa Beniamin. nam hoc Ionathas non audiuit. Alii aiunt hoc dixiſſe Saulem inter perſequendũ. Donec vlciſcar me de inim. m. ונקמתי מאויבי vt vlciſcar me de inimicis meis. Ad verbũ, & vlciſcar me de inimicis meis. Itaque non guſtauit, &c. ולא־טעם וגו׳ .i. abſtinuit ab omni eſca. 25 Vniuerſus autẽ *iſte populus* terræ וכל־הארץ Ad verbũ, Et vniuerſa terra. i. vniuerſus exercitus Hebræorũ. In ſyluam, ביער in ſaltum. qui ſcilicet erat in eo itinere. 26 Decurrebat mel, הלך דבש Ad verbum, decurſus mellis, vt annotat doctus inter Hebræos. i., defluebat mel in terram. Et nemo fuit, &c. ואין מגיש וגו׳ Ad verbum, & non erat accedere faciẽs manum ſuam ad os ſuũ. i. nemo applicauit manum ſuam ori ſuo habentem pauxillum mellis. q. d. nemo auſus fuit ne minimum quidem mellis guſtare. Iuramentum. :את־השבועה execrationem. ſub. Saulis. 27 Conuertitque manum ſ. ad os ſ. וישב ידו אל־פיו applicauitque [admouitque] manum ſuam ori ſuo. i. guſtauit de melle illo.

ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.

Reſpōdēſque vnus de populo, ait, Iureiurando cōſtrinxit pater tuus populum, dicens, Maledictus vir qui cōederit panem hodie, (defecerat autem populus) 28

E Dixitque Ionathas, Turbauit pater meus terram: vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei, eo quòd guſtauerim paululum de melle iſto. 29

Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorū, quā reperit: nónne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthiim? 30

Percuſſerunt ergo in die illa Philiſthæos à Machmis vſque in Aialon. defatigatus eſt autē populus nimis. 31

Et verſus ad prædam, tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum ſanguine. 32

Nuntiauerunt autem Sauli dicentes quòd populus peccaſſet Domino comedēs cum ſanguine. qui ait, Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc ſaxum grande. 33

Deut.12.c.16. & 23

Et dixit Saul, Diſpergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum & arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino comedētes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu ſua vſq; ad noctē, & occiderūt ibi. 34

AEdificauit autem Saul altare Domino: túncque primùm cœpit ædificare altare Domini. 35

Et dixit Saul, Irruamus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtem⁹ eos vſque dū illuceſcat mane, nec relinquamus ex eis virū. Dixitque populus, Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait ſacerdos, Accedamus huc ad Deum. 36

F Et conſuluit Saul Deum, Num perſequar Philiſthiim? ſi trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa. 37

Dixitque Saul, Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. 38

Viuit Dominus ſaluator Iſrael, quia ſi per Ionathan filium meum factū eſt, abſq; retractatione morietur. Ad quod nullus cōtradixit ei de omni populo. 39

Et ait ad vniuerſum Iſrael, Separamini vos in partem vnam, & ego cū Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſpōditque populus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. 40

Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſrael, Da ſanctitatem. Et deprehēſus eſt Ionathas & Saul: populus autem exiuit. 41

′& illuminati ſunt oculi eius.

28 ″Reſpōdit autē quidam è populo, & dixit, ″Adiurando adiurauit pater tuus populum, dicendo, Maledictus vir qui comederit panem hodie. ″& defecit populus.

29 Et dixit Ionathán, Turbauit pater meus *populum* terræ: videte quæſo ′vt illuminati ſint oculi mei, ′quia guſtaui paululū mellis hui⁹:

30 ′Quanto magis ſi comedēdo comediſſet hodie populus de ſpoliis inimicorum ſuorum quæ inuenit? ′nūc enim nónne creuiſſet plaga in Peliשſthím?

31 Percuſſerunt itaque die illo Peliשſthím à Michmáשs vſq; ad Aialón, defatigatúſque eſt populus vehementer.

32 ″Et diuertit populus ad prædā, & acceperunt oues, & boues, ″& vitulos, mactauerúntq; humi, ac comedit populus ′cum ſanguine.

Populus fatigatus comedit carnes, quarū totus ſanguis nō effluxerat, quod fecit contra Dei præceptum.

33 Et nuntiauerunt ipſi שSaואúl, his verbis, Ecce populus peccat Iehouæ comedendo cum ſanguine. Qui ait, Præuaricati eſtis: voluite ad me hodie lapidem magnum.

34 Rurſum dixit שSaואúl, Diſpergimini in populum, & dicite eis, Afferte ad me quiſque ″bouem ſuum, & quiſque pecus ſuū, & mactate ′hîc, & veſcimini, neque peccabitis Iehouæ comedēdo cum ſanguine. Et adduxerūt vniuerſus populus quiſque ″bouem ſuum in manu ſua noctu, & mactauerunt ibi.

35 ″Extruxit quoque שSaואúl altare Iehouæ: ″illud cœpit ædificare altare Iehouæ.

Altare Domino ædificat Saul.

36 Et ait שSaואúl, ″Deſcēdamus poſt Peliשſthím noctu, & deprædemur eos, donec illuxerit mane, nec relinquamus ex eis virum. Qui dixerunt, Quicquid bonum eſt in oculis tuis fac. Dixit præterea ſacerdos, ′Accedamus huc ad Deum.

37 Conſuluit itaque שSaואúl Deum, Num deſcendam poſt Peliשſthím? tradéſne eos in manū Iשſraאél? Et nō reſpōdit ei die illa.

Saul cōſulit Dominum contra Philiſthæos.

38 Dixit ergo שSaואúl, Accedite huc omnes ″anguli populi, & ſcitote, ac videte ′in quo ſit peccatum hoc hodie.

39 Viuit enim Iehouáh qui ſaluat Iſraelē, quòd ſi fuerit illud in Ionathán filio meo, quòd moriendo morietur. Et non reſpondit ei quiſpiam ex toto populo.

40 Dixit præterea ad vniuerſū Iשſraאelē, ′Vos eritis in latere vno, ego autē & Ionathán filius meus erimus in latere altero. Reſponderunt populus ad שSaואulem, Quod bonū eſt in oculis tuis, fac.

41 Dixit autem שSaואúl ad Iehouam Deum Iשſraאelis, ″Da perfectionem. ″Et deprehenſus eſt Ionathán & שSaואúl: populus verò ″egreſſi ſunt.

Et illuminati ſunt ותרואנה & lumen receperunt. vel, clariores redditi ſunt. qui ſcilicet prius caligabant præ fame.

28 Reſpondit autē quidā è pop. & dixit ויען איש מהעם ויאמר Dixitque aliquis de populo in hunc modū. Adiurando adiur. השבע השביע. .i. ſeriò adiurauit. Et defecit pop. ויעף העם: & defatigatus eſt populus. i. atque ita factū eſt vt penè defecerit populus præ fame & laſſitudine.

29 Vt illuminati ſint כי אורו vt illuſtrati ſint. lumen receperint. Quia guſtaui כי טעמתי quum guſtaui, vel, vt guſtaui.

30 Quanto magis אף כי לוא ſub. fortis factus eſſet, ſi, &c. Nunc enim nónne creuiſſet כי עתה לא־רבתה Hîc לא pro הלא .i. an verò non maior ſtrages edita fuiſſet in Palæſthinos? 32 Et diuertit pop. ויעט העם Et congregauit populum. i. conuertit populum ad prædam. Varia eſt lectio Hebraicè. vt vertit noſter interpres, legitur ויעט. & pro hac ſecunda interpretatione legitur ויעש. Et vitulos, ובני בקר Ad verbum, & filios bouis. Cum ſanguine. על־הדם: Iugulabant enim humi boues, & ita caro ebibebat expreſſum ſanguinem. Vel, populus non expectabat vt ſanguis fluxiſſet. quod verius videtur. Alii, comedit iuxta ſanguinem, vt idololatræ. quod erat prohibitum. Alii, nondum ſanguis effuſus erat. Oſtendit quanta fame vrgerentur. 34 Hic, בזה .ſuper hoc ſaxum. Bouem ſ. שורו nomine Bouis intelliguntur & alia animalia quæ mactaturi erant. 35 Extruxit quoque שSaואúl altare ויבן שאול מזבח vt ſcilicet qui vellet offerre hoſtias pacificas, offerret eas illic. Illud cœpit ædific. אותו החל לבנות .i. fuit altare primum quod extruxit Saul. Alii, ex eo *lapide* cœpit ædificare Domino. 36 Deſcendamus poſt נרדה אחרי .i. inſequamur fugientes Palæſthinos. Accedamus huc ad Deū. נקרבה הלום אל־האלהים: .i. prius conſulamus Dominum. 38 Anguli populi, פנות העם .i. principes populi. Iúdicum 20.a.2. Principes, ſiue primores populi ſic vocantur, quòd ipſi in republica id ſint quod anguli in ædificio. In quo במה .i. in qua re.

40 Vos eritis in latere vno, אתם תהיו לעבר אחד .i. vos ſeparabimini in vnam partem. Hoc eſt, mittemus ſortes inter nos & vos.

41 Da perfectionem. הבה תמים Decerne integritatem. i. ſortem veram. Chaldæus paraph. Fac venire in veritate. i. fac venire ſortem pro rei veritate, vt exponit doctus inter Hebræos. Hoc eſt, fac vt ſors cadat ſuper eum qui peccauit. Et deprehenſus eſt וילכד .i. Et ſors cecidit ſuper vtrunque. Egreſſi ſunt. יצאו: .i. abſolutus eſt à ſortibus. Oſtendit Dominus per ſortes peccatū admiſſum non pertinere ad populum.

Dixítque שSaאúl, Proiicite ſortē inter me & Ionathán filium meum. Et deprehenſus eſt Ionathán. 42

Ionathas quem pater occidere vult, ob deguſtatum mel, à populo liberatur.

Dixítque שSaאúl ad Ionathán, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathán, & ait, Guſtando guſtaui cum ſummitate virgæ quæ erat in manu mea paululum mellis, & ″en ego moriar? 43

Reſpondit שSaאúl, ″Sic faciat *mihi* Deus, & ſic addat, quòd moriendo morieris Ionathán. 44

Operatus cum Deo Ionathas dicitur, per quē Deus occiderat Philiſtæos.

Et ait populus ad שSaאulē, ″Nunquid Ionathán morietur, qui fecit ſalutem magnam hanc in Iשraאele? abſit, viuit Iehouáh ſi ceciderit de capillo capitis eius in terrā: nam cum Deo ″fecit hodie. Et redemit populus Ionathán, & non eſt mortuus. 45

″Aſcendit ergo שSaאúl à Peliשthím: Peliשthím autem abierunt in locum ſuum. 46

Saulis bella.

שSaאúl itaque ″cepit regnum ſuper Iשraאelem, & pugnauit per circuitum contra omnes inimicos ſuos, contra Moáb, & contra filios עAmmón, & contra אEdóm, & contra reges צSobáh, & contra Peliשthím: ″& quocunque ſe verteret, viriliter agebat. 47

Cōgregauit quoque exercitum, & percuſſit עAmaléc, & eruit Iשraאelem de manu diripientis ipſum. 48

Saulis filii.

Fuerunt autē filii שSaאulis, Ionathán, ″& Iשui, & Malchiשúaע: nomen autem duarum filiarum eius, nomen primogenitæ, Meráb: nomen autem minoris, Michál. 49

Achinoam.

Abner.

Nomen verò vxoris שSaאulis Aחhinóעam filia Aחhimáעaצs: nomen autem ″principis militiæ eius, Abnér filius Nér patrui שSaאulis. 50

Ciש autem *fuit* pater שSaאulis: & Nér pater Abnér, filius *erat* ″Abiאél. 51

Saul viros robuſtos ſibi adiūgit.

Fuit autem bellum ″forte contra Peliשthím omnibus diebus שSaאulis: ″& quencunque videbat שSaאúl virum fortem, quencunque item robuſtum, adiungebat eum ſibi. 52

Cap. XV.

Iubet Deus vt Saul deleat Amalec vſque ad internecionem.

Dixit autem שSemuאél ad שSaאulē, Me miſit Iehouáh vt vngerem te Regem ſuper populum ſuum, ſuper Iשraאelē: nūc ergo ″audi vocem verborum Iehouæ. 1

Sic dicit Iehouáh exercituū, ″Recordor eorū quæ fecit עAmalec Iשraאeli, ″quòd poſuerit illi *inſidias* in via quando aſcendebat ex AEgypto. 2

Nunc ergo vade, ″& percute עAmalec: & perdite quæcunque ſunt ei, nec parcas ei, ſed interfice à viro vſque ad mulierē, à paruulo vſque ad lactentem, à boue quoque vſque ad pecudem, à camelo vſque ad aſinum. 3

42 Et ait Saul, Mittite ſortem inter me & inter Ionathan filiū meum. Et captus eſt Ionathas.

43 Dixit autem Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior?

44 Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. G

45 Dixitq; populus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, qui fecit ſalutē hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt: viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur.

46 Receſſitque Saul, nec perſequutus eſt Philiſtiim: porrò Philiſtiim abierunt in loca ſua.

47 Et Saul confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitum aduerſum omnes inimicos eius, cōtra Moab, & filios Ammō, & Edom, & Reges Soba, & Philiſthæos: & quocunque ſe verterat, ſuperabat.

48 Congregatóque exercitu percuſſit Amalec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorum eius.

49 Fuerunt autē filii Saul, Ionathas, & Ieſſui, & Melchi-ſua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ, Merob: & nomen minoris, Michol. 1.Para.8.c.33

50 Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius, Abner filius Ner, patruelis Saul.

51 Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

52 Erat autem bellum potens aduerſū Philiſthæos omnibus diebus Saul. nam quencunque viderat Saul virū fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eam ſibi. Cap. XV.

1 Et dixit Samuel ad Saul, Me miſit Domin⁹ vt vngerem te in Regē ſuper populum eius Iſrael: nunc ergo audi vocem Domini.

2 Hæc dicit Dominus exercituū, Recenſui quæcunque fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via quum aſcenderet de AEgypto. Exod.17.c.8

3 Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & aſinum.

---

43 En ego moriar? חנני אמות: Chaldæus paraph. ſumne propterea reus mortis? 44 Sic faciat, &c. כה־יעשה וגו׳ Hebraiſmus, Hæc, imò etiam multo maiora faciat mihi Deus. q.d. Diſpeream ego niſi moriaris, quando ego ita ſtatui.

45 Nunquid Ionathan היונתן Ergó ne Ionathan. Fecit עשה operatus eſt. Hebraiſmus, authore Deo, vel adiutus à Deo, ſiue ope Dei fretus, fecit hanc magnam ſalutem. Chaldæus paraph. interpretatur, coram Deo manifeſtum eſt quòd peccauerit per ignorantiam.

46 Aſcendit ergo, &c. ויעל שאול וגו׳ Ad verbum, Et aſcendit Saul de poſt Peliſthim. Hebraiſmus, Regreſſus eſt ergo, vel retulit pedē Saul à perſequendis Philiſthinis. 47 Cepit regnum לכד המלוכה vendicauit ſibi regnum. Doctus inter Hebræos exponit, roboratus fuit in regno. i. confirmatus eſt Rex. Quidam vertūt, Porrò Saul nactus regnum Iſraelis. Et quocunque ſe verteret, &c. ובכל אשר־יפנה ירשיע: Ad verbum, & in omni *ad* quod ſe vertebat, intrepidè ſe gerebat. Alii, ſuperabat. ſub. inimicos. Chaldæus paraph. perdebat. tanquam noxios ſcilicet. Doctus inter Hebræos exponit, terrebat. perterrefaciebat. aut turbabat. 49 Et Iשui וישוי Hic dicitur Aminadab, vbi enumerātur filii Saul qui ceciderūt cum eo in prælio. Vide infrà, cap.31.a.2. Non meminit autē Iſboſeth, quòd aptus non eſſet gerēdis armis, vt alii de quibus hîc ſola fit mentio. 50 Principis militiæ e. שר־צבאו imperatoris exercitus eius. 51 Abiאél. אביאל: Hic dicitur etiā Ner, 1.para.8.c.33.

52 Forte חזקה graue. i. acerrimè bellatum eſt cōtra Philiſthæos, quādiu regnauit Saul. Et quencunque, &c. וראה שאול וגו׳ Ad verbū, Et vidit Saul omnem virum potentem, & omnē filium virtutis [vel, exercitus] & aggregauit eum ſibi. Filium virtutis, ſiue roboris, aut exercitus vocat pugnacem, & aptum bello, aut bellica virtute clarum.

IN CAPVT XV.

1 Audi vocem verborum שמע לקול דברי .i. pare mandato ac præcepto Iehouæ. 2 Recordor פקדתי Ad verbum, Recordatus ſum. Memini. Alii vertunt, Viſitabo. vel, Rependam. Quòd poſuerit illi אשר־שם לו oppoſuit enim ſeſe illi. i. reſtitit illi. Vel vt habet doctus inter Hebræos, oppoſuit enim illi inſidiatores, vel exercitum ſuum. Chaldæus paraph. qui inſidiatus eſt illi.

3 Et percute והכיתה Futura in hoc verſu Heb. pro imperat.

4 Præcepit itaque Saul populo,& recenſuit eos quaſi agnos:ducenta millia peditum,& decem millia virorum Iuda.

5 Quũmque veniſſet Saul vſque ad ciuitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente.

6 B Dixitque Saul Cinæo, Abite,recedite, atque diſcedite ab Amalec : ne fortè inuoluam te cum eo .tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſrael, quũ aſcenderẽt de AEgypto . Et receſſit Cinæus de medio Amalec.

7 Percuſſitque Saul Amalec ab Heuila,donec venias ad Sur,quæ eſt eregione AEgypti.

8 Et apprehendit Agag regem Amalec viuum:omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9 Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouiũ & armentorum,& veſtibus, & arietibus, & vniuerſis quæ pulchra erãt,nec voluerũt diſperdere ea.quicquid verò vile fuit & reprobum,hoc demoliti ſunt.

10 C Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel,dicens,

11 Pœnitet me quòd cõſtituerim Saul regem : quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contriſtatúſque eſt Samuel,& clamauit ad Dominum tota nocte.

12 Quúmque de nocte ſurrexiſſet Samuel vt iret ad Saul mane,nũtiatum eſt Samueli, eo quòd veniſſet Saul in Carmelum,& erexiſſet ſibi fornicem triumphalem , & reuerſus tranſiſſet, deſcendiſſetque in Galgala.

13 Et quum veniſſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul,Benedictus tu Domino: impleui verbum Domini.

14 Dixitque Samuel , Et quæ eſt hæc vox gregum quæ reſonat in auribus meis,& armẽtorum,quã ego audio?

15 Et ait Saul , De Amalec adduxerũt ea:pepercit enim populus melioribꝰ ouibus & armentis vt immolarẽtur Domino Deo tuo:reliqua verò occidimus.

16 Ait autẽ Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ loquutus ſit Dominus ad me nocte. Dixitque ei, Loquere.

17 Et ait Samuel, ‖Nónne quum paruulus eſſes in oculis tuis,caput in tribubus Iſrael factus es,vnxitq; te Dominus in Regem ſuper Iſrael?

Suprá 13.a.1

18 Et miſit te Dominus in viã, & ait Vade, & ĩterfice peccatores Amalec, & pugna contra eos vſque ad internecionem eorum.

19 Quare ergo non audiſti vocem Domini:ſed verſus ad prædam es , & feciſti malum in oculis Domini?

4 'Et congregauit שSaıאúl populũ,numerauítque eos"in Telaim, ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iehudáh.

5 'Venit itaq; שSaıאúl vſq; ad ciuitatẽ עAmaléc,&certauit ĩ valle

6 "Dixítque שSaıאúl ad Cinæum,"Ite,recedite,deſcendite de medio עAmalecitarum , ne fortè diſperdam te cum eo:tu enim "feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iשſraאél quando aſcenderũt ipſi ex AEgypto. Receſſit itaque Cinæus de medio עAmaléc.

Cinæo miſericordi fit miſericordia.

7 Et percuſſit שSaıאúl עAmaléc ab חHauiláh,veniẽte te in שSur, quæ eſt eregione AEgypti.

8 Cœpítque Agág regem עAmaléc viuum,'& omnem populum interfecit acie gladii.

9 Et pepercit שSaıאúl & populus ipſi Agág, "& optimæ parti ouium,& bobus,"& pinguibus,"& ſaginatis, & omni quod bonum erat, nec voluerunt perdere ea:"quicquid autem erat contemptibile & diſſolutum, illud perdiderunt.

Peccat Saul,prædã ex Amalecitis reſeruans & regem Agag cõtra Dei præceptum.

10 Fuit autem verbum Iehouæ ad שSemuאelem,his verbis,

11 Pœnitet me quòd cõſtituerim שSaıאulem regẽ:quia"auerſus eſt à me, & verba mea non 'confirmauit . Et ira tus eſt vehementer שSemıאúel,clamauítque ad Iehouam tota nocte.

Pœnitere Dei.

12 Et ſurrexit שSemuאél in occurſum שSaıאúl mane: nuntiatum autẽ fuit שSemuאeli,dicẽdo, Venit שSaıאul in Charmél,"& ecce conſtituit ſibi locũ,& vertit ſeſe, trãſiuítq; ac deſcẽdit in Gilgál.

Orat Samuel pro Saule.
Samuel cũ Saule expoſtulat quòd contra præceptũ Dei prædã reſeruaſſet, & regem Agag.

13 Venítq; שSemuאél ad שSaıאulẽ & dixit ei שSaıאúl,"Benedictus tu à Iehoua:"ſtatui verbum Iehouæ.

14 שSemuאél verò ait,"Et quis eſt balatus pecorum iſtorum"in auribus meis,& mugitus boum quem ego audio?

15 Reſpondit שSaıאúl , Ex עAmalecitis adduxerunt ea : pepercit enim populus optimæ parti ouium,& bobus,vt ſacrificaret Iehouæ"Deo tuo:reſiduum verò perdidimus.

16 Dixítq; שSemuאél ad שSaıאulẽ, "Permitte,& indicabo tibi quæ loquutus eſt Iehouáh mihi nocte. Ille ait ei,Loquere.

17 Dixit ergo שSemuאél, Nónne"quum paruulus eſſes in oculis tuis , caput tribuũ Iשſraאelis fuiſti , vnxítque te Iehouáh in Regẽ ſuper Iשſraאelem?

18 Et miſit te Iehouáh"per viã,dixítque tibi,Vade,perde peccatores,*nẽpe* עAmaléc,& pugna cõtra eũ,donec"cõſumpſerint ipſi eos.

19 Et vtquid non paruiſti voci Iehouæ, ſed diuertiſti ad ſpolia, ac *ita* feciſti malum"in oculis Iehouæ?

4 Et congregauit וישמע Ad verbum,Et audire fecit.quod per Cógregauit doctus inter Hebræos cum Chaldæo paraph.exponit,quòd ad
vocem congregentur homines. In Telaim בטלאים Nomen loci,vt admonet doctus inter Hebræos. Idem tamen admonet rectius verti
poſſe,cum agnis.quia ſinguli adducebant agnum,ex quorum numero noſcebatur numerus militum.nõ enim licebat populum numerare, quòd
Deus eſſet iratus.Chaldæus paraph.cum agnis paſchalibus. 5 Venit itaque,&c. ויבא וגו׳ .i.Peruenit itaque Saul ad vrbem Amalec,
& tetendit *inſidias* in torrẽte:adiacente ſcilicet vrbi.i. Quum perueniſſet Saul ad vrbem Amalecitarum,tetendit inſidias, &c. Vel vt vertit noſter
interpres,certauit,ſiue dimicauit,in torrẽte.Chaldæus paraph.inſtruxit aciẽ.vel,diſpoſuit exercitũ. 6 Dixitque ויאמר ſub.per nuntios.
Alii,Iam verò dixerat.Cinæũ dicit pro Cinæis nepotibus Iethro. Ite,reced . לכו סורו .i.citò diſcedite hinc.Cinæi habitabãt in tabernaculis:
idcirco frequenter locum mutabãt. Feciſti miſericordiam עשיתה חסר .i.præclaro beneficio affeciſti.Hoc dicit propter conſilium Iethro.
8 Et omnem populum ואת־כל־העם & reliquum omne vulgus. 9 Et optimæ parti ouium, ועל־מיטב הצאן & præſtãtioribus oui-
bus.i.optimis gregibus ouium:hoc eſt optimis quibuſque ouibus,& optimo cuique armento. Et pinguibus והמשנים Sic Chaldæus paraph.
.i.pinguibus ſua ipſorũ natura. Et ſaginatis, ועל־הכרים induſtria humana ſcilicet. Alii,anniculis & arietibus,id eſt maioribus natu. Alii,agnis
ſecũdi partus.i.ſecundo partu natis.ſunt enim præſtantiores. Alii,agnis bimis.i.duorũ annorum.Et vt ſummatim dicã,omni quod,&c.i.præſtãtiſſi
mis quibuſque animalibus. Quicquid autem,&c. וכל־המלאכה וגו׳ omnem autẽ ſubſtantiã vilem & marcidam deleuerunt. מלאכה ſignificat
omnẽ rem in qua collocamus noſtrã operã,id eſt peculiũ,vel ſubſtantiam. Pro pecore etiam accipitur. 11 Auerſus eſt à me, שב מאחרי
Ad verbum,auerſus eſt de poſt me.i.deſiit me ſequi.hoc eſt,deſeruit me. Confirmauit. הקים ſtatuit.adimpleuit.
12 Et ecce cõſtituit,&c. והנה מציב וגו׳ .i.deſignauit ſibi locũ in quo ponat caſtra,nẽpe vt illic diuidat prædã:& auerſus trãſiit,deſcẽditq;,&c.
13 Benedictus tu à Ieh. ברוך אתה ליהוה q.d.diligit te,ac tibi fauet plurimùm,qui reuelet tibi ſecreta ſua. Statui הקימותי adimpleui.
14 Et quis eſt balatus ומה קול Quid ergo ſibi vult iſte balatus. In auribus m. באזני Hebraiſmũ iſtũ mox explicat,quũ dicit,quẽ audio.
15 Deo tuo: אלהיך .i.quẽ colis,& qui tibi ſua ſecreta reuelat. 16 Permitte, הרף Sine.ſub.me loqui.i.ſine me vt indicem tibi,&c.
17 Quum paruulus eſſes in oc.t. אם־קטון אתה בעיניך .i.quanuis eſſes ſortis infimæ,etiam tuo iudicio,quanuis videreris tibi paruus,ſiue re-
putares te paruum,tamen,&c. 18 Per viam, בדרך .i.vt accingeres te itineri. Conſumpſerint כלותם ſub.tui milites.
19 In oculis Iehouæ? בעיני יהוה: .i.quod maxime diſplicet Domino.

20 Respondit שSaאúl שSemuאeli, Imò obtēperaui voci Iehouæ, & ambulaui per viam per quam misit me Iehouáh, ″& adduxi Agág regem yAmaléc, & yAmalecitas perdidi.

21 Tulit autem populus de spoliis pecorum & boum′præcipua anathematis ad immolandum Iehouæ Deo tuo in Gilgál.

Obedire nos præceptis suis mauult Deus, quàm victimas ipsi offerre.

22 Dixit autem שSemuאél, ′Nunquid voluntas Iehouæ *est* in holocaustis & victimis, vt in obtemperando″voci Iehouæ? ecce,″parêre quàm sacrificium, melius est: auscultare,″quã adeps arietum.

Saul abiicitur à Deo.

23 Quia *sicut*″ peccatum diuinationis est rebellio:′& idolum & theraphim transgredi: eo quòd contempsisti verbum Iehouæ,″ abiecit te ne sis Rex.

Saul confitetur peccatum suum.

24 Tunc dixit שSaאúl ad שSemuאelē, Peccaui, quia transgressus sum ″sermonē Iehouæ, & verba tua: nam timui populum, & parui voci eorum.

25 Nunc ergo″parce obsecro peccato meo, & reuertere mecum:″& adorabo Iehouam.

26 Dixítque שSemuאél ad שSaאulē, Non reuertar tecum: quia′proiecisti verbum Iehouæ, te quoque proiecit Iehouáh ne sis Rex super Iשsraאelem.

27 Quúmque cōuertisset se שSemuאél vt abiret, arripuit′oram pallii eius,″& scissa est.

Aufertur regnũ Israel Sauli, & datur Dauidi. Deus nunquam pœnitudine ducitur.

28 Tum dixit ad eum שSemuאél, ′Scidit Iehouáh regnum Iשsraאél à te hodie, & tradidit illud proximo tuo″meliori te.

29 ″Et etiam Fortitudo Iשsraאelis non mentietur, nec pœnitudine ducetur: non enim homo est, vt pœniteat illum.

30 Ait ille, Peccaui: nũc ′honora me quæso coram senioribus populi mei, & coram Iשsraאele, & reuertere mecum,″vt adorem Iehouam Deum tuum.

31 ″Reuersus itaque שSemuאél, sequutus est שSaאulē, & adorauit שSaאúl Iehouam.

Samuel occidit Agag regem Amalec.

32 Dixit autem שSemuאél, ″Adducite ad me Agág regē yAmaléc. Et iuit ad eum Agág″*cum* deliciis. dixítque Agag, Verè″venit amaritudo mortis.

33 Et ait שSemuאél, Quemadmodum ″orbauit mulieres gladius tuus, sic orbabitur″præ mulieribus mater tua. Et in frusta concîdit שSamuאél Agág coram Iehoua in Gilgál.

E

20 Et ait Saul ad Samuelem, Imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regē, & Amalec interfeci.

21 Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorũ quæ cæsa sũt, vt immolet Dño Deo tuo in Galgalis.

22 Et ait Samuel, Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & nō potius vt obediatur voci Domini? melior est enim obediētia quàm victimæ: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum.

Eccles 4.d.17
Osee 6.c.7
Matth.9.b.13, & 12.a.7

23 Quoniam quasi peccatum ariolãdi est, repugnare: & quasi scel⁹ idololatriæ, nolle acquiescere. pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te ne sis Rex.

24 Dixitque Saul ad Samuelem, Peccaui, quia præuaricatus sum sermonē Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum.

F

25 Sed nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum vt adorē Dominum.

26 Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis Rex super Israel.

27 Et conuersus est‖Samuel vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallii eius, quæ & scissa est.

28 Et ait ad eum Samuel, ‖Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.

Supra 28.a.17

29 Porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam.

30 At ille ait, Peccaui: sed nũc honora me coram senioribus populi mei, & corã Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum.

G

31 Reuersus ergo Samuel, sequutus est Saulē: & adorauit Saul Dominũ.

32 Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus. Et dixit Agag, Siccine separat amara mors?

33 Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus: sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

20 Et adduxi ואביא adduxi enim.sub.captiuum, neque permisi vt faceret quod liberet. 21 Præcipua anathematis, ראשית החרם primitias anathematis.i.animalia præstantiora quæ delenda erant & prorsus perdenda. Chaldæus paraphr. in principio anathematis.i.priusquam inciperet perdere animalia. 22 Nunquid voluntas Ieh. *est* in hol.&c. החפץ ליהוה בעולות וגו′ Nunquid beneplacitum Iehouæ est in holocaustis.i. Amátne Dominus holocausta & victimas perinde atque obtemperare, &c. Vel, Súntne holocausta & sacrificia æquè grata Deo, atq; obedire illi? Voci Iehouæ? בקול יהוה Antecedens pro relatiuo, voci ipsius? Parêre שמוע obedire.i.obedientia. Quàm adeps arietum. מחלב אילים: .i.quàm offerre adipem arietum. 23 Peccatum diuinationis est rebellio: חטאת קסם מרי .i.rebellio est tam graue peccatum, quàm diuinatio. Alii exponunt, Tam grauis punitio debetur rebellioni, quàm diuinationi. Et idolum & theraphim transgredi: ואון ותרפים הפצר atque iniquitas & theraphim transgredi.sub. voluntatem Dei. acsi dicat, voluntatē Dei transgredi, addere præcepto eius, tam graue est peccatum, quàm velle scire futura per simulachra. Vox Hebræa און *auen*, pro qua iniquitatem vertunt nonnulli, significat iniquitatem, mendaciũ, & falsitatem, & etiam ipsa Gentium idola, quòd aliud non sint quàm mendacium, fallentia homines. Theraphim vocat simulachra per quæ futura sciuntur. De qua voce vide Gene.31.c.19. Qui trãsgreditur præceptum Dei, id est addit aliquid, videtur negare Deum esse prudentissimum, & se Deo ipso facit prudentiorem. Abiecit te ne sis Rex. וימאסך ממלך: .i.te dignitate regia priuat. q.d. denuntio tibi iussu Dei quòd posthac non eris Rex Israelis. 24 Sermonem Iehouæ, את פי יהוה Ad verbum, os Iehouæ.

25 Parce obsecro peccato meo, שא נא את חטאתי dimitte quæso peccatum meum.i.condona mihi hãc culpam. Et adorabo Iehouam. ואשתחוה ליהוה: vt curuem me Iehouæ. vt adorem Iehouã. 26 Proiecisti, &c. מאסתה וגו′ contēpsisti verbũ Iehouæ, te quoque contempsit. 27 Oram בכנף Hæc vox significat alteram partium anteriorum vestis, alam scilicet. Gallicè, *le pan d'une robbe*. Et scissa est. ויקרע: & rupta est. 28 Scidit קרע rupit. q.d. auulsit. abstraxit. Chaldæus paraph. abstulit.i.priuauit te hodie iure regni. Meliori te. הטוב ממך: præstantiori te. 29 Et etiam Fortitudo וגם נצח Et etiam victoria, &c.i.Deus qui est author victoriarum quibus potitus est Israel, qui protegit ac defendit Israelem, triumphator ille maximus in Israele Deus, non mentietur illi cui dedit regnũ tuum. Alii, Et etiam virtutem Israelis non faciet irritam.sub. Dominus.i.neque tamen destituet Dominus Israelem pristina virtute.

30 Honora me quæso כבדני נא honore affice me.i.id honoris mihi exhibe quæso, vt reuertaris mecum, &c. Vt adorem והשתחויתי Ad verbum, & incuruabo me. 31 Reuersus itaque, &c. וישב וגו′ Ad verbum, Et reuersus est Samuel post Saulem.

32 Adducite ad me הגישו אלי Ad verbum, Appropinquare facite mihi. *Cum* deliciis. מעדנות *cum* voluptatibus.i.gressu & incessu regio ac superbo. Alii, gaudens. aut hilaris. quòd scilicet præferret mortem vitæ. Alii, *cum* vinculis.i.vinctus. Venit סר declinauit.sub.ad me. .i.irruit in me, vel inuasit me amaritudo mortis. q.d. actum est de me, pene iam morior.

33 Orbauit שכלה sub.liberis, vel maritis. Præ mulieribus מנשים in mulieribus. vel, inter mulieres.

34 Abiít autem Samuel in Ramatha, Saul verò aſcendit in domum ſuam in Gabaa Saulis.

35 Et non vidit Samuel vltrà Saul vſque ad diem mortis ſuæ. veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniã Dominum pœnitebat quòd cõſtituiſſet Regem Saul ſuper Iſrael.

Cap. XVI.

1 DIxitque Dominus ad Samuelem, Vſquequo tu luges Saul, quũ ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi Regem.

2 Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulũ de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolãdum Domino veni.

3 Et vocabis Iſai ad victimam, & ego oſtendam tibi quid facias: & vnges quencunque monſtrauero tibi.

4 Fecit ergo Samuel ſicut loquutus eſt ei Dominus: venitque in Beth-léhem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrentes ei: dixerúntque, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus?

B

5 Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni: ſanctificamini, & venite mecum vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium.

6 Quúmque ingreſſi eſſēt, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino eſt chriſtus eius?

7 Et dixit Dominus ad Samuelē, Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eũ: nec iuxta intuitum hominis ego iudico: ‖homo enim videt ea quæ parēt, Dominus autem intuetur cor.

Pſal.7.c.10.

8 Et vocauit Iſai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.

9 Adduxit autē Iſai Samma: de quo ait, Etiam hũc non elegit Dominus.

10 Adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos corã Samuele: & ait Samuel ad Iſai, Non elegit Dominus ex iſtis.

11 Dixitque Samuel ad Iſai, Nunquid iam completi ſunt filii? Qui reſpondit, Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai, ‖Mitte, & adduc eum: nec enim diſcũbemus priuſquam huc ille veniat.

C

2.Reg.7.b.8. pſal.77.g.70, & 88.c.21

12 Miſit ergo, & adduxit eũ: erat autē rufus, & pulcher aſpectu, decoráque facie. Et ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipſe eſt enim.

34 Abiit verò שSemuאél in Ramáh: שSaואúl verò aſcendit in domum ſuam in Gibyáh שSaואulis.

35 ʹNeque vltrà שSemuאél vidit שSaואulē vſque ad diem quo mortuus eſt: ʺlugebat enim שSemuאél שSaואulem: Iehouã autem ʺpœnituit quòd regnare feciſſet שSaואulem ſuper Iשſraאelem.

Samuel luget Saulem.

Cap. XVI.

1 DIxit autem Iehouáh ad שSemuאelē, Quouſque tu luges שSaואulem, quũ ego reprobauerim eum, ne regnet ſuper Iשſraאelem? imple cornu tuum ʹoleo, ʺ& veni, mittam te ad Iשſái Bethleחhemitam: ʹprouidi enim de filiis eius mihi Regem.

Samuelem timidũ mittit Deus ad vngendũ Dauidem.

2 Ait illi שSemuאél, Quomodo vadam? audiet שSaואúl, & interficiet me. Reſpondit Iehouáh, ʹVitulã boum tolles in manu tua, dicéſque, Ad immolandum Iehouæ veni.

3 Et inuitabis Iשſai ʺad victimam, & ego indicabo tibi quid facturus ſis: vngéſque mihi quem dixero tibi.

4 שSemuאél itaq; fecit quod dixerat Iehouáh, & venit in Beth-léחhem: ʹcõmoti ſunt autem ſeniores ciuitatis in occurſum eius, ʺ& dixerunt, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus?

Prætextu ſacrificii vngit Samuel Dauidem.

5 Reſpõdit, Pacificus: ad immolandum Iehouæ veni: ʺſanctificate vos, & venite mecum ad victimã. ʺEt ſanctificauit ipſum Iשſái, & filios eius, inuitauítque eos ad victimam.

6 Quũ autem ingreſſi eſſent, aſpexit אEliáb, & dixit, ʹCertè coram Iehoua eſt chriſtus eius.

7 Dixit autem Iehouáh ad שSemuאelem, Ne reſpicias ad ʹformã eius, ʹ& ad altitudinem ſtaturæ eius, quia reieci eum: nam non ʹquod aſpicit homo: homo enim aſpicit *quæ ſunt* præ oculis, & Iehouáh aſpicit *quæ ſunt* in corde.

Homines iuxta faciem iudicant.

Cor intuetur Deus.

8 Accerſiuit igitur Iשſái Abinadáb, ʹ& tranſire fecit eum coram שSemuאele. qui dixit, Etiam hunc non elegit Iehouáh.

9 Tranſire quoque fecit Iשſai שSammáh. & dixit, Etiam hunc non elegit Iehouáh.

10 Tranſire fecit itaque Iשſái ſeptem filios ſuos coram שSemuאele: dixítque שSemuאel ad Iשſái, Neque iſtos elegit Iehouáh.

11 Tandem dixit שSemuאél ad Iשſái, ʹSúntne finiti pueri? Reſpondit, Adhuc ʺreſtat minor, & ecce paſcit oues. Tum dixit שSemuאel ad Iשſái, ʺMitte, & tolle eum: non enim diſcumbemus, donec ille venerit huc.

12 Miſit ergo, ʹ& introduxit eum: erátque ille rufus, ʹcum nitore oculorum *erat*, & decorus viſu. Et ait Iehouáh, Surge, vnge eum, quia ʹiſte eſt.

Dauid pulcher vngitur.

---

35 Neque vltrà, &c. ולא־יסף וגו׳ Ad verbum, Et non addidit Semuel videre, &c. i. nec poſtea inuiſit Samuel Saulem, nec alloquutus eſt. Lugebat enim כי־התאבל Præt Hebr. per præt. imperf. reddendum. i. erat in perpetuo luctu ac mœrore propter motum Saulem à regno. Pœnituit נחם pœnituerat.

IN CAPVT XVI.

1 Oleo, שמן ſub. vnctionis. Et veni, ולך Vice aduerbii hortãtis ponitur verbum iſtud hoc loco, vt & aliis locis. Prouidi enim, &c. ראיתי בבניו לי מלך׃ i. decreui conſtituere Regem vnum ex filiis eius. 2 Vitulã boum עגלת בקר i. vitulam armenti, ſiue de armento. aut, vitulam *filiam* bouis. vt aliàs ſæpe. 3 Ad victimam, בזבח ad ſacrificium. vel, ad conuiuium, vt vertit Chaldæus paraph. quod celebrabitur de carnibus victimæ pacificæ immolatæ. vel, ad victimam. i. propter victimam comedendam, ſiue carnes victimæ comedendas.

4 Cõmoti ſunt autem ויחרדו trepidauerunt autē. i. trepidantes occurrerunt illi. timebant enim ne quũ Samuel illuc aduentaſſet, grauiſſimè animaduerteret in quempiam ex vrbe. Chaldæus paraph. congregati ſunt autem. Et dixerunt, ויאמר Ad verbum, & dixit. ille ſcilicet qui omnium primus erat, ſiue nobiliſſimus omniũ. 5 Sanctificate vos, התקדשו præparate vos. Et ſanctificauit ויקדש & præparauit. i. iuſſit præparatos eſſe, nominatim ſcilicet. 6 Certè coram Iehoua, &c. אך נגד יהוה משיחו׃ Hebraiſmus, quammaximè fauet Dominus chriſto ſuo. Aut, Dominus erit cum chriſto ſuo. Vel, coram Domino ſit chriſtus eius. i. cuſtodiat Dominus chriſtum ſuum. Chaldæus paraphr. Pulchrè prouidit Deus de Meſſia. 7 Formam eius, מראהו Ad verbum, aſpectum eius. Et ad altitudinem ואל־גבה aut ad proceritatem. Quod aſpicit homo: אשר יראה האדם quod conſiderat homo. ſub. aſpicio. vel conſidero.

8 Et tranſire fecit eum, &c. ויעברהו לפני שמואל i. iuſſit eum venire in conſpectum Samuelis. 11 Súntne finiti pu. התמו הנערים Hebraiſmus, pro, Nullum præter iſtos habes filiũ? vel, Ad ſuntne omnes pueri? Reſtat minor, שאר הקטן reliquus eſt minimus. vel, ſupereſt. Mitte, & tolle eum: שלחה וקחנו i. miſſis nuntiis iube eum venire. 12 Et introduxit eum: ויביאהו ſub ad Samuelem. Cum nitore, &c. עם־יפה וגו׳ q.d. vltrà id quod habebat nitentes & elegantes oculos, erat eleganti ſpecie, decoráque facie. Doctus inter Hebræos dicit עם poni pro ו, & pulcher oculorum, [pro oculis,] & decorus viſu. Iſte eſt. זה הוא quem ſcilicet volo inungi in Regem.

Spiritus ſanctus in Dauide.

13 Accepit igitur שSemuאél cornu olei, & vnxit eũ in medio fratrum ſuorum:″& manſit Spiritus Iehouæ ſuper Dauidẽ à die illa & deinceps: ſurrexítque שSemuאél,& abiit in Ramáh.

Deus immittit ſpiritum malum in Saulem.

14 ″Spiritus autem Iehouæ receſſit à שSaואule,″& terruit eum ſpiritus malus à Iehoua.

15 Dixerunt autem ſerui שSaואúl ad eum, Ecce nunc ſpiritus Dei malus terrette.

Pſaltes quæritur pro Saule.

16 Dicat quæſo dominus noſter, ″*&* ſerui tui *qui ſunt* corã te, quærẽt virum ſcientem pſallere cum cithara:″vt quum fuerit ſuper te ſpiritus Dei malus, pſallat manu ſua,& bene ſit tibi.

17 Dixit itaque שSaואúl ſeruis ſuis, Prouidete quæſo mihi virum ″bene ſcientem pſallere,& adducite mihi.

Dauid laudatur.

18 Et reſpondit vnus è ſeruis, ac dixit, Ecce vidi filium ″ipſi Iשſái Beth-halanhmitæ,ſciẽtem pſallere,″& potentem robore,ʹac bellicoſum,″& prudentem,″& formoſum,″& Iehouáh eſt cum eo.

19 Miſit itaque שSaואúl nuntios ad Iשſái, his verbis,Mitte ad me Dauidem filium tuum ʹqui *eſt* cum pecoribus.

20 Tulítque Iשſái″aſinum *ferentem* panem, & vtrem vini, & hœdum caprarũ vnum,miſitque per manũ Dauidis filii ſui ad שSaואulẽ.

Dauid armiger Saulis.

21 Quum autem veniſſet Dauid ad שSaואulem,″ſtetit coram eo:& dilexit eum plurimùm, fuítque ei armiger.

22 Miſit autem שSaאúl ad Iשſái″qui dicerẽt, ʹStet obſecro Dauid coram me:quia inuenit gratiam in oculis meis.

Pſallente Dauide recedit ſpiritus malus à Saule.

23 ʹFuit autem, quum eſſet ſpiritus Dei ſuper שSaואulem,tum ſumebat Dauid citharam , & pſallebat manu ſua:″& refrigerium erat שSaואuli , & bene erat illi, ac recedebat ab eo ſpiritus ille malus.

Cap. XVII.

Philiſthiim congregantur contra Iſraelem.

1 CONgregauerunt autem Peliשthím copias ſuas ad prælium, & cõgregati ſunt iuxta שSochóh quæ eſt in Iehudáh: caſtrametatíq; ſunt inter שSochóh & עAzecah″in termino Dammím.

2 שSaואúl autem & viri Iשraאél congregati, caſtrametati ſunt in valle אEláh,″& inſtruxerunt aciem in occurſum Peliשthím.

3 Peliשthím verò ſtabant ſuper montem″hinc,& Iשraאelitæ ſtabant ſuper montem inde:& vallis erat inter eos.

Goliath qualis, & arma ipſius.

4 Et egreſſus eſt vir ʹintermedius de caſtris Peliשthím, Goliáth nomen eius,de Gáth:altitudo eius *erat* ſex cubitorum ʹ& palmi.

5 Et galea ʹærea ſuper caput eius,lorica quoque ſquamata induebatur:pondus autem loricæ *erat* quinque millium שſeclorũ″æris.

---

13 Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius:& directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: ſurgénſque Samuel abiit in Ramátha.

Act.7.f.16, & 13.d.22

14 Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino.

15 Dixerúntque ſerui Saul ad eum, Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te.

16 Iubeat dominus noſter, & ſerui tui qui coram te ſunt, quærẽt hominem ſcientem pſallere cithara: vt quando arripuerit te ſpiritus Dei malus,pſallat manu ſua,& leuius feras.

17 Et ait Saul ad ſeruos ſuos,Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallentẽ, & adducite eum ad me.

D

18 Et reſpondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore,& virum bellicoſum,& prudentem in verbis, & virum pulchrum:& Dominus eſt cum eo.

19 Miſit ergo Saul nuntios ad Iſai,dicens , Mitte ad me Dauid filium tuũ qui eſt in paſcuis.

20 Tulit itaque Iſai aſinum plenũ panibus,& lagenam vini,& hœdum de capris vnum,& miſit per manum Dauid fili ſui Sauli.

21 Et venit Dauid ad Saul,& ſtetit corã eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger.

22 Miſitque Saul ad Iſai, dicens, Stet Dauid in cõſpectu meo:inuenit enim gratiam in oculis meis.

23 Igitur quandocunque ſpiritus Dei arripiebat Saul,Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua,& refocillabatur Saul,& leuius habebat:recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

Cap. XVII.

1 COngregantes autẽ Philiſthiim agmina ſua in prælium , conuenerũt in Socho Iudæ:& caſtrametati ſunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim.

2 Porrò Saul & filii Iſrael cõgregati venerunt in Vallem terebinthi,& direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthiim.

3 Et Philiſthiim ſtabãt ſup mõtẽ ex parte hac,& Iſrael ſtabat ſup montẽ ex altera parte:valliſq; erat ĩter eos.

4 Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi:

5 Et caſſis ærea ſup caput ei9:& lorica hamata induebatur.porrò põd9 loricæ ei9,quinq; millia ſiclorũ æris erat.

---

13 Et manſit ותצלח & requieuit. 14 Spiritus autem ורוח ſub.bonus. Et terruit eum ובעתתו & turbauit eum.i.exagitauit.vel, cœpit eum agitare. 16 *Et* ſerui tui *qui ſunt* coram te, עבדיך לפניך .i.ſerui tui qui præſto adſunt ad imperata facienda. Quidã ſubaudito ל, vertunt,ſeruis tuis coram te. Alii parentheſi iſtud includunt,ſic(*nam* ſerui tui ante te.) Vt quũ fuerit ſuper te והיה בהיות עליך Ad verbũ,& erit,quum fuerit ſuper te,&c. 17 Bene ſcientem pſall. מיטיב לנגן Ad verbum,bonificantem pſallere.i.qui doctè pulſet citharam. Sequente verſu dicit יודע מנגן ſcientem pſallere. 18 Ipſi Iשſái לישי .i.apud Iſai. Et potentem robore, וגבור חיל & fortem viribus.

Ac bellicoſum, ואיש מלחמה Ad verbum,& virum belli.i.fortiſſimum,aut bellicoſiſſimum.vel peritum artis bellicæ. Et prudẽtem, ונבון דבר ſub.in rebus agendis. Ad verbum,& intelligentem rei.i.intelligentem quæ facere oporteat:optimi conſilii hominem. Et formoſum, ואיש תואר Ad verbum,& virum formæ.ſub.bonæ.i.formoſum. Et Iehouáh eſt cum eo. ויהוה עמו: cum quo eſt Iehoua.

19 Qui *eſt* cum pecoribus. אשר בצאן: i.qui paſcit oues,paſtorem.

20 Aſinum *ferentem* panem, חמור לחם Ad verbum,aſinum panis. Defectiuam eſſe orationem ſcribit doctus inter Hebræos,pro,aſinũ portantem panem. Chaldæus paraph.onuſtum aſinum pane. 21 Stetit coram eo: ויעמוד לפניו .i.aſtitit illi,miniſtrando.

22 Qui dicerent לאמור Ad verbum,dicendo. Stet obſecro,&c. יעמד־נא וגו׳ q.d. Volo eum mihi adeſſe ac miniſtrare:eſt enim mihi gratiſſimus. 23 Fuit autem,&c. והיה וגו׳ Quidam ſic liberius vertunt, Quum autem arripiebat ſpiritus Dei[ſub.malus]Saulem,tum ſumebat,&c. Et refrigerium erat,&c. ורוח לשאול וטוב לו & refocillatio[reſpiratio.recreatio]erat ipſi Sauli.[i.refocillabatur Saul]meliúſq; habebat.

IN CAPVT XVII.

1 In termino Dammim. באפס דמים: in extremo Dammim. Alii,in אEpheס Dammim.

2 Et inſtruxerunt aciem ויערכו מלחמה Ad verbum,ordinauerunt bellum:vt parati eſſent occurrere Philiſthæis.

3 Hinc, מזה .i.ex vna parte. Inſtruxerunt Philiſthim primam aciem in monte, reliquus verò exercitus erat in valle:ex altera parte montis caſtra poſuerant Iſraelitæ. 4 Intermedius הבנים Sic dicebatur quòd ſoleret prodire in medium:erat velut quidam anteſignanus inter duo caſtra ſtans. Ad verbum,inter duo.i.inter duas acies ſtans. Et palmi. וזרת: ſub.vnius.vel,& dimidii cubiti.i.trium palmorum.

5 Ærea נחושת chalybea.Gallicè,*d'acier*. Æris. נחושת: ferri.chalybis.

6 Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius.

7 Haſtile autem haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium: ipſum autẽ ferrum haſtæ eius ſexcẽtos ſiclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum.

B

8 Stánſque clamabat aduerſum phalangas Iſrael, & dicebat eis, Quare veniſtis parati ad prælium? nunquid ego non ſum Philiſthæus, & vos ſerui Saul? eligite ex vobis virũ, & deſcendat ad ſingulare certamen.

9 Si quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuſſero eũ vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis.

10 Et aiebat Philiſthæus, Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, Date mihi virum, & ineat mecũ ſingulare certamen.

11 Audiẽs autem Saul, & omnes Iſraelitæ ſermones Philiſthæi huiuſcemodi, ſtupebant, & metuebãt nimis.

12 Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ‖ ſuprà dictũ eſt, de Bethléhem Iuda, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grãdæuꝰ inter viros.

ſuprà 16.a.1

13 Abierunt autem tres filii eius maiores poſt Saul in præliũ: & nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertius quoque Samma:

ſuprà.16.a.8

14 Dauid autem erat minimus. tribus ergo maioribus ſequutis Saulem,

15 Abiit Dauid, & reuerſus eſt á Saul, vt paſceret gregẽ patris ſui in Bethléhem.

16 Procedebat verò Philiſthæus mane & veſpere, & ſtabat quadraginta diebus.

17 Dixit autem Iſai ad Dauid filium ſuum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos,

C

18 Et decem formellas caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce.

19 Saul autem & illi, & omnes filii Iſrael in Valle terebinthi pugnabãt aduerſum Philiſthiim.

20 Surrexit itaque Dauid mane, & cõmendauit gregem cuſtodi: & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai: & venit ad locum Magála, & ad exercitũ qui egreſſus ad pugnam, vociferatus erat

6 'Præterea lamina ærea *erat* ſuper pedes eius, & clypeus æreus″inter humeros eius.

7 Et haſtile lanceæ eius″tanquam iugum liciatorium texentium: ferrum verò lanceæ eius erat ſexcentorum שſeclorũ ferri: porrò qui ferebat ſcutum, pergebat ante eum.

8 'Et cõſtitit, clamauítque ad acies Iשſraאelis, ac dixit eis, 'Vtquid egreſſi eſtis ad inſtruendam aciem? nónne ego Peliשſthæus ſum, & vos ſerui שSaואulis? eligite ex vobis virum, ″& deſcendat ad me.

Goliath ſuperbus prouocat Iſrael ad ſingulare certamen.

9 Si quiuerit pugnare mecũ, ″& percuſſerit me, tum erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero illi, & percuſſero eum, eritis nobis ſerui, & ſeruietis nobis.

10 Aiebat præterea Peliשſthæus, Ego probris affeci acies Iשſraאelis die hac, Date mihi virum, ″& pugnemus pariter.

11 Quum autẽ audiſſet שSaואúl & omnis Iשſraאél hæc verba Peliשſthæi, territi ſunt, & timuerunt valde.

Timidi Iſraelitæ.

12 Dauid verò″iſte *erat* filius viri אEphrathæi, de Beth-léחhem Iehudáh, nomine Iשſai, cui erant octo filii: is autem erat″in diebus שSaואulis ſenex″veniens inter homines.

Iſai quis.

13 Abierántque tres filii Iשſai″maiores, abierant *inquam* poſt שSaואulem ad bellum: nomen autem trium filiorum eius, qui perrexerant ad bellum, אEliáb primogenitus, & ſecundus ab illo Abinadáb, tertius verò שSammáh:

Tres filii Iſai bellatores.

14 Dauid verò erat minor. tres itaque maiores *natu* abierant poſt שSaואulem:

Dauid humilis & abiectus.

15 Dauid verò ibat & reuertebatur à שSaואule ad paſcendum pecora patris ſui in Beth-léחhem.

Dauid paſcit gregem patris.

16 Acceſſit autem Peliשſthæus″veniendo mane atque veſperi, & ſtetit quadraginta diebus.

17 Dixit autem Iשſai ad Dauidẽ filium ſuum, 'Tolle nunc fratribus tuis יאephi″polentæ huius, ac decem hos panes, '& curre ad caſtra ad fratres tuos.

Dei prouidẽtia mittitur Dauid ab Iſai ad fratres

18 Decem autem″caſeos lacteos iſtos perferes.″tribuno, & fratres tuos viſitabis″in pace, ″& pignus eorum tolles.

19 שSaואúl autem & ipſi, omnéſque viri Iשſraאél erant in valle אEláh pugnantes aduerſus Peliשſthím.

20 Surgens igitur Dauid ſummo mane, ac relicto grege cuſtodi, onerauit ſeſe, atque abiit quemadmodum præceperat ei Iשſái: & peruenit″ad vallum: exercitus autem egreſſus fuerat″ad aciem,

6 Præterea lamina ærea ומצחת נחושת Et lamina lata ferrea. vel chalybea. Alii, & ocreæ ferreæ *erant* ſuper pedes eius.i.crura eius muniebantur ocreis quæ tegebant etiam pedes. ità dictæ quòd haberent ſimilitudinem frontalium. Inter humeros e. : בין כתפיו .i.humeri eius tegebãtur clypeo æreo.caſſis enim illa habebat appendicem quandam quæ demittebatur vſque ad humeros.vel, hoc erat illi vice clypei.ſignificat enim partem illam quæ tuetur dorſum: hoc eſt, erat à tergo optimè munitus. 7 Tanquam iugum liciatorium כמנור .i. æquabat craſſitie iugũ liciatoriũ, circa quod telã inuoluere ſolent textores. 8 Et cõſtitit, ויעמוד ſub. inter duas acies. Vtquid egreſſi eſtis למה תצאון Quare egredimini. Vel, egrediemini. Fut. Heb. q.d. non eſt opus vt egrediamini omnes. Et deſcendat ad me. וירד אלי: .i. qui prælietur contra me ſingulari certamine. 9 Et percuſſerit me, והכני .i.vicerit me.

10 Et pugnemus pariter. ונלחמה יחד: .i.ineamus ſingulare certamen. 12 Iſte הזה .i.de quo ſuprà dictum eſt. In diebus שSaואulis בימי שאול .i.quo tempore regnabat Saul. Veniens inter homines בא באנשים: ſub. ſenectutis. Sic dicitur de Abraham, Gene. 24.a.1, quòd venerit in dies, nempe ſenectutis, vt exponunt Hebræi.q.d. annumerabatur ſenibus, exiſtens de numero ſenum ac debiliũ. grandæuus inter homines, & prouectæ ætatis. Chaldæus paraph. annumeratus inter electos, id eſt fortes ac inclytos.

13 Maiores, הגדולים ſub.natu. 16 Veniendo mane, & veſperi, השכם והערב Ad verbum, manicando & veſperando, ſi Latinè dici poſſet.i.veniendo mane, & veniendo veſperi.q.d.bis quotidie prodibat in medium, mane & veſperi, & prouocabat Iſraelem.

17 Tolle nunc קח נא Cape nunc. ſub. vt perferas. Polentæ הקליא farinæ ſpicarum toſtarum. vide Leuit.23. c.14.

Et curre ad caſtra והרץ המחנה & curre ad exercitum.i.celeriter defer ad fratres qui ſunt in exercitu. 18 Caſeos lacteos חרצי החלב formellas factas ex lacte. Id erat loco muneris. Tribuno, לשר האלף Ad verbum, principi millium. Græcè, chiliarcho. ſub quo ſcilicet militant fratres tui. In pace, לשלום id eſt vt ſcias qua ſint valetudine. Et pignus eorum tolles. ואת ערובתם תקח: & pignus eorum capies, id eſt, ſi pecuniam acceperint mutuò, dato pignore tu redimes, ſi defuerit eis pecunia. Solent milites deficiente pecunia, bona ſua tradere in pignus. Dedit igitur Iſai Dauidi pecuniam qua fratrum pignora, ſiquid pignoris loco fortè tradidiſſent, redimeret. Quidam vertunt, & miſtionem eorum.i.cum quibus ordinati ſunt. Chaldæus paraph. negotia eorum. 20 Ad vallum: המעגלה .i. ad locum exercitus, ſiue ad ipſum exercitum. Sic autem vallum dicitur Hebraicè, quòd eſſet forma circulari. Ad aciem אל המערכה .i. vt diſponeretur in aciem.

″& vociferabantur in prælio.

21 ″Ordinauerátque Iשׂraאél & Peliשׂthím aciem contra aciem.

Dauid currit ad caſtra.

22 ″Derelicta itaque Dauid ſarcina quam à ſe depoſuerat, in manu cuſtodis impedimentorum, cucurrit in aciem: quúmque veniſſet, ″ſalutauit fratres ſuos pacificé.

23 Eo autem loquente cum eis, ecce vir ″intermedius aſcendebat (Goliáth Peliשׂthæus nomen eius, de Gáth) ″de aciebus Peliשׂthinorum, & loquebatur ″eiuſmodi verba: & audiuit Dauid.

24 Omnes autem viri Iשׂraאél quum vidiſſent virum illum, fugerunt à facie eius, & timuerunt vehementer.

Præmiũ percutienti Goliath.

25 ″Dixerúntque Iשׂraאelitæ inter ſe, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? nam vt probris afficiat Iשׂraאelem aſcendit. qui autem percuſſerit ipſum, ditabit eum Rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris eius faciet ″liberam in Iשׂraאele.

26 Et dixit Dauid ad viros qui ſtabant iuxta ipſum, his verbis, Quid fiet viro qui percuſſerit Peliשׂthæum iſtum, & abſtulerit opprobrium ab Iשׂraאele? quis eſt enim Peliשׂthæus incircunciſus iſte, quòd probris afficiat acies Dei viuentis?

Dauid Spiritu tractus, quærit occaſionem vt à Rege vocetur contra Goliath. Dauid fratris inuidiã & cõtumeliam cõtemnit.

27 Reſpondit ei populus ″eundem ſermonem, dicendo, Sic fiet viro qui percuſſerit eum.

28 Audiens autem אEliáb frater eius maior *natu* ″illum loquentem cum viris illis, iratus eſt furor eius in Dauidem, & dixit, Cur huc deſcendiſti, & apud quẽ reliquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiã tuam, & nequitiam cordis tui, quòd vt videres ″prælium, deſcendiſti.

29 Et dixit Dauid, Quid ″feci nunc? annon ″verbum eſt?

30 Et diuertit ab illo verſus alium, cui loquutus eſt ″vt antea. & reſponderunt ei populus ″iuxta priorem ſermonem.

31 Audita ſunt ergo verba quæ dixerat Dauid, & renuntiauerunt coram שSaאule: qui aſſumpſit eum.

Dauidis fides, & Saulis diffidẽtia.

32 Dixítque Dauid ad Saאulem, Ne concidat ″cor hominis in ipſo: ſeruus tuus ″ibit, & pugnabit cum Peliשׂthæo iſto.

33 Et dixit שSaאúl ad Dauidẽ, Non poteris ire ″ad Peliשׂthæum iſtum, vt pugnes cum eo: quia puer es, ipſe autem eſt ″vir bellator ab adoleſcentia ſua.

Dauid fides Dei adiutorium contra leonẽ & vrſum experti, ipſum contra Goliath intrepidũ reddit.

34 Reſpondit Dauid שSaאuli, Pãſtor erat ſeruus tuus patri ſuo ″in pecoribus: & veniebat leo, & vrſus, & tollebat agnum de grege:

35 Egrediebar autem poſt eum, & percutiebam eum, ″eruebámq; ex ore eius: quúmque inſurgeret aduerſum me, tum apprehendebam ″barbam eius, & percutiebam eum, ac interimebam ipſum.

in certamine.

21 Direxerat enĩ aciẽ Iſrael: ſed & Philiſthiim ex aduerſo fuerãt præparati.

22 Derelinquẽs ergo Dauid vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos.

23 Quúmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcẽdens, Goliath nomine, Philiſthæus de Geth, de caſtris Philiſthinorum: & loquente eo hæc eadẽ verba, audiuit Dauid.

24 Omnes autem Iſraelitæ, quũ vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde.

25 Et dixit vnus quiſpiam de Iſrael, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraeli aſcendit. virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domũ patris eius faciet abſque tributo in Iſrael.

26 Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum, dicens, Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſrael? quis eſt enim hic Philiſthæus incircũciſus qui exprobrauit acies Dei viuentis? D

27 Referebat autẽ ei populus eundem ſermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percuſſerit eum.

28 Quod quũ audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait, Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas illas oues in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, deſcendiſti.

29 Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum eſt?

30 Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem ſermonem. & reſpõdit ei popul⁹ verbũ ſicut prius.

31 Audita ſunt autem verba quæ loquutus eſt Dauid, & annuntiata in conſpectu Saul.

32 Ad quem quum fuiſſet adductus, loquutus eſt ei, Non cóncidat cor cuiuſquam in eo: ego ſeruus tuus vadã, & pugnabo aduerſus Philiſthæum.

33 Et ait Saul ad Dauid, Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eũ: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.

Eccli 47.a.b E

34 ¶Dixitque Dauid ad Saul, Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis.

35 Et perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum. & illi cõſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentũ eorum, & ſuffocabam, interficiebámque eos.

Et vociferabantur והרעו .i. clamor magnus exaudiebatur in ipſa acie. 21 Ordinauerátque ותערך Inſtruxerátque. diſpoſuerat. direxerãt tanquam ſtatim dimicaturi. 22 Derelicta itaque, &c. ויטש דוד Ad verbum, Et dereliquit Dauid vaſa déſuper ſe ſuper manum cuſtodis vaſorum, & cucurrit, &c. vaſa Dauidis vocat ſarcinam, quam humeris geſtabat. Vaſa item ſecundo loco poſitum, vocat impedimẽta bellica. Salutauit fratres ſ. pacif. וישאל לאחיו לשלום: & interrogauit fratres ſuos de pace. i. de incolumitate ipſorũ, & valetudine. 23 Intermedius הבנים Vide ſuprà verſu quarto. De aciebus ממערכות de copiis. exercitu. acie. Scribitur & ממערות de vallibus, vel, graminetis. i. de loco in quo poſita erat caſtra. Eiuſmodi verba: כדברים האלה Ad verbũ, ſecundũ verba hæc. i. talia verba qualia dicta ſunt ſuprà verſu octauo & nono. 25 Dixerúntque, &c. ויאמר איש ישראל וגו׳ Ad verbũ, Et dixit vir Iſrael, Num, &c. Liberã חפשי immunem. ſine tributo. Chaldæus paraph. claram ac nobilem. 27 Eundem ſermonẽ, כדבר הזה .i. verba prædicta. Ad verbũ, ſecundum verbum hoc. 28 Illum loquentem, &c. בדברו אל־האנשים וגו׳ Ad verbũ, quũ loqueretur ad viros, & iratus eſt furor Eliab. i. vehemẽter iratus eſt. Prælium, המלחמה .i. aciem iam inſtructã ad prælium. 29 Feci עשיתי .i. peccaui. Verbum eſt? דבר הוא: ſub. quod dixi. i. merus ſermo eſt quem dixi: hoc eſt, merum verbũ eſt ſine facto, ac ſine re. 30 Vt antea. כדבר הזה Ad verbũ, ſecundũ verbum hoc. i. eadem interrogauit. Iuxta priorẽ ſermonem. דבר כדבר הראשון: Ad verbum, ſermonem iuxta ſermonem priorem. i. reddidit illi reſponſum ſimile priori. 32 Cor hominis in ipſo: לב־אדם עליו animus hominis propter illũ. i. nemo ſit animo remiſſo propter verba illius. Ibit, ילך .i. paratus eſt inire ſingulare certamẽ. 33 Ad Peliשׂthæum, &c. אל־הפלשתי הזם וגו׳ .ĩ. vt ineas ſingulare certamen cum Philiſthæo iſto. Vir bellator איש מלחמה Ad verbum, vir belli. i. qui verſatus eſt in bello ab adoleſcentia ſua.

34 In pecoribus: בצאן iuxta gregem. ſiue, oues. Paſtor erat iuxta oues, id eſt paſcebat oues. hoc eſt quum paſceret oues.

35 Eruebámque והצלתי ſub. ouem. Barbam eius, בזקנו .i. mentum cum barba. id ſignificare dictionem Hebræam ſcribit doctus inter Hebræos.

Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircunciſus, quaſi vnus ex eis: quia auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis.

Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Dixit autē Saul ad Dauid, Vade, & Dominus tecum ſit.

Et induit Saul Dauid veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æreā ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica.

Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: nō enim habebat conſuetudinem. dixitque Dauid ad Saul, Non poſſum ſic incedere, quia nō vſum habeo. Et depoſuit ea.

Et tulit baculum ſum quem ſemper habebat in manibus: & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem quam habebat ſecum, & fundā manu tulit: & proceſſit aduerſum Philiſthæum.

F Ibat autem Philiſtæus incedens & appropinquans aduerſum Dauid, & armiger eius ante eum.

Quúmq; inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eū. erat autē adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu.

Et dixit Philiſthæus ad Dauid, Nūquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis.

Dixitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & beſtiis terræ.

Dixit autē Dauid ad Philiſthæum, Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti.

Hodie Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera caſtrorum Philiſthiim hodie volatilibus cæli & beſtiis terræ: vt ſciat omnis terra quia eſt Deus in Iſrael:

Et nouerit vniuerſa eccleſia hæc, quia non in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus. ipſius enim eſt bellū, & tradet vos in manus noſtras.

Quū ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veniret, & appropinquaret cōtra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſthæi.

G Et miſit manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & percuſſit Philiſthæum in fronte: & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuā ſuper terram.

1.Mach.4.d.30 ‖ Præualuitque Dauid ′aduerſum Philiſthæum in funda & lapide, per-

36 ′Leonem itaque, ſed & vrſum percuſſit ſeruus tuus: ′erit ergo Peliשׁſthæus incircunciſus iſte, vt alter eorum: quia probris affecit acies Dei viuentis.

37 Dixit præterea Dauid, Iehouáh qui eruit me″de manu leonis, & de manu vrſi, ipſe eruet me de manu Peliשׁſthæi huius. Tum dixit שׁSaואúl ad Dauidem, Vade, & Iehouáh ſit tecum.

38 Induit ergo שׁSaואúl Dauidem veſtibus ſuis, & poſuit galeam ″æream ſuper caput eius, induítque eum lorica.

39 Accinxit ſe præterea Dauid gladio ſuo ſuper veſtes ſuas, ″& tentauit ire: non enim ″periculum fecerat. dixit verò Dauid ad שׁSaואulem, Non poſſum incedere cum iſtis: quia ″nō feci periculum. Depoſuit ergo ea Dauid à ſe.

Dauid reiectis armis Saulis, Dei potentia confiſus, procedit contra Philiſthæum cum baculo & lapidibus.

40 Sed tulit ″baculum ſuum in manu ſua, & delegit ſibi quinque ″lenes lapides de torrente, & poſuit eos ″in inſtrumēto paſtorali quod habebat, ″id eſt in pera, ″& fundam ſuam manu geſtabat: ″appropinquauítque ad Peliשׁſthæum.

41 ″Porrò incedere cœpit Peliשׁſthæus procedendo, & accedēdo ad Dauidem, & vir ille qui ferebat ſcutum ante eum.

42 Quúmque Peliשׁſthæus intuitus eſſet, vidiſſétque Dauidem, deſpexit eum, quòd puer eſſet, ″& rubicundus, & pulcher aſpectu.

43 Dixítque Peliשׁſthæus ad Dauidem, Nunquid canis ſum, quòd venis contra me cum baculis? ″Et maledixit Peliשׁſthæus Dauidi per deos ſuos.

Maledicit Goliath Dauidi.

44 Dixit præterea Peliשׁſthæus Dauidi, Veni ad me, & dabo carnē tuam volatilibus cæli & beſtiis agreſtibus.

45 Dixit autem Dauid Peliשׁſthæo, Tu *quidem* venis ad me cū gladio & lancea, & clypeo: ″ego verò venio ad te in nomine Iehouæ exercituum Dei ″acierum Iשׁſraאelis, quem probris affeciſti.

Arma Dauid, potentia Dei.

46 Hodie tradet te Iehouáh in manum meam, & percutiam te, atque auferam caput tuū à te: dabóque cadauera caſtrorum Peliשׁſthím hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ, & cognoſcent omnes habitatores terræ quòd eſt Deus ″Iשׁſraאeli.

Omnia agit Dauid vt glorificetur Deus Iſrael etiā in Gētibus.

47 Sciéntque vniuerſa cōgregatio iſta, quòd non gladio & lancea ſaluum facit Iehouáh (′Iehouæ enim eſt bellum) & tradet vos in manum noſtram.

Deus abſque gladio ſaluat.

48 ″Fuit autem, quū ſurrexiſſet Peliשׁſthæus, & veniſſet, appropinquaſſétque in occurſum Dauidi, feſtinauit & Dauid, & cucurrit in aciem in occurſum Peliשׁſthæo.

49 Et mittens Dauid manum ſuā ″ad inſtrumentū illud, tulit inde lapidem *unum* quem funda iecit, percuſſítque Peliשׁſthæū ′in fronte eius, & infixus eſt lapis in fronte eius, cecidítque ſuper faciem ſuam in terram.

Interficitur Goliath, & caput eius abſcinditur.

50 ′Robuſtior itaque fuit Dauid Peliשׁſthæo funda ″& lapide: per-

36 Leonem itaque, &c. גם את־הארי גם־הדוב Ad verbum, Etiam leonem, etiam vrſum. Erit ergo והיה ſub. vt ſpero. i. tam facilè ergo interficiam iſtum, quàm interfeci alterum eorū. 37 De manu leonis, &c. מידי הארי ומיד הדוב. i. de periculo imminente à leone & vrſo.

38 AEream נחושת ferreā. chalybeam. 39 Et tentauit ire: ויאל ללכת & conatus eſt incedere. Ad verbum, & voluit ire. Mox dicit, & tentauit. vel, periculū fecit. Periculū fecerat. נסה ſub. antea. Non feci periculū. לא נסיתי. i. vſum nō habeo. non ſum aſſuefactus talia ferre. 40 Baculum ſuum מקלו. i. quem antea geſtare ſolebat. Lenes חלוקי læues. i. glabros, politos, hoc eſt rotundos & nō aſperos. In inſtrumento בכלי. i. in ſacculo. Id eſt in pera, ובילקוט Hîc ו pro Id eſt poſitū: exponit enim quid intelligat per inſtrumentum paſtorale. Et fundam ſuam, &c. וקלעו בידו Ad verbum, & funda eius in manu ipſius. Appropinquauítque ויגש acceſſitque.

41 Porrò incedere, &c. וילך הפלשתי הולך וקרב Ad verbum, Et iuit Peliſthæus, procedens & appropinquans.

42 Et rubicundus, &c. ואדמוני עם־יפה מראה: & rufus, ac formoſus, vt ſuprà cap. 16. c. 12. 43 Et maledixit ויקלל Et maledixit. vel, dira imprecatus eſt. 45 Ego verò, &c. ואנוכי־בא. i. paratus ſum congredi tecum, fretus ope & auxilio Dei. Acierum מערכות copiarū. turmarū. 46 Iſraeli. לישראל: in Iſraele. 47 (Iehouæ enim eſt bellū) ליהוה המלחמה. i. à Domino eſt victoria quæ reportatur ex bello. ita Chaldæus paraph. 48 Fuit autem, quum, &c. והיה כי־קם Quidam ſic liberius vertunt, Quum autem incedere [procedere] cœpiſſet Philiſthæus, & accederet contra Dauidem. 49 Ad inſtrumentum, אל־הכלי De quo paulo antè, verſu 40. peram intelligit.

In fronte eius, אל־מצחו. i. in parte inermi. erexerat enim partem illam galeæ quæ tegit frontem.

50 Robuſtior itaque fuit ויחזק Præualuit itaque. Et lapide: ובאבן quem ſcilicet primùm eduxerat è pera.

cuſſitque Peliשſthæum, & interfecit eum: gladius autem nullus erat in manu Dauidis.

Accurrit autem Dauid, & ſtetit ſupra Peliשſthæũ: tulit deinde gladium eius, & euaginauit eum è vagina ſua, interfecítque eum, ac præcîdit eo caput eius. Quum autẽ vidiſſent Peliשſthæi quòd mortuus eſſet fortis eorum, fugerunt. 51

Fugientes Philiſthæi occiduntur ab Iſraelitis.

Surgentes itaque viri Iשſraאél & Iehudáh, vociferati ſunt, ac perſequuti ſunt Peliשſthím′vſquequò venias ad vallem, & vſq; ad portas yEcrón: ceciderúntque vulnerati Peliשſthím in via שSayaráim vſque ad Gath, & vſque ad yEcrón. 52

Et reuerſi filii Iשſraאél à perſequendo Peliשſthím, diripuerunt caſtra eorum. 53

Caput Goliath in Ieruſalem delatum.

Tollens itaque Dauid caput Peliשſthæi, intulit illud in Ieruשſaláim, & arma eius poſuit″in tabernaculo ſuo. 54

Quúmque vidiſſet שSaואúl Dauidem egrediẽtem in occurſum Peliשſthæi, dixerat ad Abner principem militiæ, ″Filius cuius eſt iſte puer, Abnér? Reſpondit Abnér, ″Viuit anima tua Rex, ſi noui. 55

Et dixit Rex, Interroga tu, filius cuius ſit adoleſcens. 56

Dauid coram Saule

Quum autem reuerteretur Dauid à cædendo Peliשſthæo, tulit eum Abnér, & adduxit eum ante conſpectũ שSaואulis, ″habentẽ caput Peliשſthæi in manu ſua. 57

Dixítque ad eum שSaואúl, Filius cuius es, puer? Reſpondit Dauid, Filius ſerui tui Iשſái Beth-helaחhmitæ. 58

Cap. XVIII.

POſteaquam verò finem loquẽdi feciſſet ad שSaואulem, anima Iehonathán″alligata eſt cum anima Dauidis, & dilexit eum Iehonathán ſicut animam ſuam. 1

″Aſſumpſit ergo eum שSaואúl eodẽ die, neque permiſit ei redire domum patris ſui. 2

Ineũt fœdus Dauid & Ionathas amiciſſimi.

Percuſſerunt autem Iehonathán & Dauid fœdus, quòd diligeret eum ſecundum animam ſuam. 3

Et exuit ſe Iehonathán pallio quo erat indutus, & dedit illud Dauidi, veſtes quoque ſuas *alias*, vſque ad gladium ſuum, & vſque ad arcum ſuum, & vſque ad balteum ſuum. 4

Dauid prudens amatur à populo.

Egrediebatur autem Dauid ad omnia ad quæ mittebat eum שSaאוúl, *&* ″prudenter ſe gerebat: præfecítque eum שSaואúl″militibus, placuítque in oculis totius populi, ″ſimúlque in oculis ſeruorum שSaואulis. 5

Mulieres occurrunt Sauli & Dauidi cum tympanis.

Fuit autẽ, ″dum venirent ipſi, reuertente Dauide à percutiendo Peliשſthæo, egreſſæ ſunt mulieres de cũctis vrbibus Iשſraאél ″cãtando: ″& chori *mulierum ibant* in occurſum שSauואlis regis, cũ tympanis, ″cum *inſtrumemtis* lætitiæ, ′& canticis. 6

′Alternis autẽ canebant mulieres illæ ludẽtes, ac dicebant, Per- 7

cuſſúmque Philiſthæum inter fecit. Quúmque gladium non haberet in manu Dauid,

51 Cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæũ & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua: & interfecit eum, præciditque caput eius. Videntes autem Philiſthiim quod mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt.

52 Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda, vociferati ſũt, & perſequuti ſunt Philiſthæos, vſquedũ venirẽt in vallem, & vſque ad portas Accaron: ceciderúntque vulnerati de Philiſthiim via Saráim vſque ad Geth, & vſque ad Accaron.

53 Et reuertẽtes filii Iſrael poſtquam perſequuti fuerãt Philiſthæos, inuaſerunt caſtra eorum.

54 Aſſumens autem Dauid caput Philiſthæi, attulit illud in Ieruſalẽ: arma verò eius poſuit in tabernaculo ſuo.

55 Eo autẽ tempore quo viderat Saul Dauid egredientẽ contra Philiſthæũ, ait ad Abner principem militiæ, De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? Dixitque Abner, Viuit anima tua, Rex, ſi noui.

56 Et ait Rex, Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer.

57 Quúmq; regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentem in manu:

58 Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adoleſcens? Dixitque Dauid, Filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum.

Cap. XVIII.

1 ET factum eſt, quum compleſſet loqui ad Saul, anima Ionathæ cõglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam.

2 Tulitque eũ Saul in die illa, & non conceſſit ei vt reuerteretur in domũ patris ſui.

3 Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quaſi animam ſuam.

4 Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam̃ Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium & arcum ſuum, & vſque ad balteum.

C

5 Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque miſiſſet eum Saul, & prudẽter ſe agebat: poſuitque eum Saul ſuper viros belli, & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximéque in cõſpectu famulorũ Saul.

6 Porrò quum reuertererur percuſſo Philiſthæo Dauid, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael, cantantes, choróſque ducentes in occurſum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris.

7 Et præcinebant mulieres ludentes atque dicentes, Percuſſit Saul mille,

---

52 Vſquequò venias ad vallem עד־בואך גיא donec venias ad Gai. Chaldæus paraph. vſque ad ingreſſum ipſius Gai. 54 In tabernaculo ſuo : באהלו .i. in domo ſua quæ erat in Beth-lehẽ. 55 Filius cuius eſt, &c. בן־מי־זה וגו׳ Dauid non ſatis erat notus Sauli, quòd frequenter rediret ad oues paſcendas. Præterea ſunt obliuioſi principes, vt qui detineantur multis negotiis. Alii referunt ad perturbationem animi Saulis: aut certè rogat cuius ſit trib⁹, & ex qua familia: quod ſatis intelligitur ex poſtremo verbo huius capitis, quũ dicit Beth-lehemitæ. alioqui ſi quæſiſſet ſolùm de patre, ſatis erat dicere, Iſai ſe eſſe filiũ. Viuit anima tua חי־נפשך Hebraiſmus, iuro per animam tuam, quòd non noui. 57 Habentem caput, &c. וראש הפלשתי בידו: Ad verbum, & caput Philiſthæi erat in manu eius.

IN CAPVT XVIII.

1 Alligata eſt נקשרה .i. conglutinata eſt. amore coniuncta. 2 Aſſumpſit ergo eum ויקחהו ſub. in aulam ſuam. i. retinuit eum ab eo die. 5 Prudenter ſe gerebat: ישכיל proſperè rem gerebat. i. magna fœlicitate negotia conficiebat. Militibus, אנשי המלחמה Ad verbum, viris belli. Simúlque in oculis, &c. וגם בעיני וגו׳ q.d. fuit gratus non ſolùm vniuerſo populo, ſed etiã ſeruis Saulis, qui tamen poterant illi inuidere. 6 Dum venirent ipſi, בבואם ſub. Iſraelitæ à bello. Cantando: לשיר ad canendum. i. vt ore cantarent carmina in laudem victorum. Et chori והמחולות & fiſtulæ. ſub. erant in manibus earum. i. tenẽtes fiſtulas. hoc eſt, canentes ore ac fiſtulis, egreſſæ ſunt inquam in occurſum, &c. Cum *inſtrum.* lætit. בשמחה cum *organis* lætitiæ. i. cum inſtrumentis muſicis. Et canticis. : ובשלשים & cymbalis. à tribus chordis ſic dictum inſtrumentum. Alii, cum canticis nobilibus & eximiis.

7 Alternis autem caneb. ותענינה Præcinebántque.

& Dauid decem millia.

8 Iratus eſt autẽ Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolùm regnum?

C 9 Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps.

10 Poſt diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid autẽ pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies, tenebátque Saul lanceam:

11 Et miſit eam, putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecundò.

12 Et timuit Saul Dauid: eo quòd Dominus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet.

13 Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eum tribunum ſuper mille viros: & egrediebatur & intrabat in conſpectu populi.

D 14 In omnibus quoque viis ſuis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo.

15 Vidit itaque Saul quòd prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eum.

16 Omnis autem Iſrael & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos.

17 Dixitque Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorẽ: tantummodo eſto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul autẽ reputabat, dicens, Nõ ſit manus mea in eum, ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum.

E 18 Ait autem Dauid ad Saul, Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam gener Regis?

19 Factum eſt autem tempus quum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Molathitæ vxor.

20 Dilexit autem Dauid Michol filia Saul altera: & nuntiatum eſt Saul, & placuit ei.

21 Dixitque Saul, Dabo eã illi, vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſthinorum. Dixitque Saul ad Dauid, In duab⁹ rebus gener meus eris hodie.

22 Et mandauit Saul ſeruis ſuis, Loquimini ad Dauid clam me, dicẽtes, Ecce places Regi, & omnes ſerui eius diligunt te: nunc ergo eſto gener Regis.

F 23 Et loquuti ſunt ſerui Saul in aurib⁹ Dauid omnia verba hęc: & ait Da-

cuſſit שSaואúl mille ſuos, & Dauid ″decem millia ſua.

8 Et iratus eſt שSaואúl valde, diſplicuítque in oculis eius verbum iſtud, ac dixit, Tribuerunt Dauidi decẽ millia, mihi autem tribuerunt mille: ″& vltrà *quid dare poſſunt* ei niſi regnum?

9 ″שSaואúl ergo *toruè* aſpiciebat Dauidem à die illa, & vltrá.

10 Fuit autem, poſtero die ʹrequieuit ſpiritus Dei malus in שSaואulem, ʹ& prophetabat in medio domus, Dauid autem pſallebat manu ſua, ″ſicut *conſueuerat* per ſingulos dies: lancea autem erat in manu שSaואulis:

Inuaditur Saul à ſpiritu malo.

Pſallit Dauid.

11 Et iaculatus eſt שSaואúl lanceam, ʹdicens, ʹPercutiam Dauidem & parietem. At auertit ſe Dauid à facie eius duabus vicibus.

Saul tentat occidere Dauidem, & quare.

12 Et timuit ſibi שSaואúl ″à Dauide, quòd Iehouáh eſſet cum eo, ″& à שSaואule receſſiſſet.

13 ″Et amouit eum שSaואúl à ſe, & poſuit eum ſibi tribunum, ″& egrediebatur atque ingrediebatur ante populum.

Dauid prudens cum quo Deus erat, diligitur à populo.

14 Porrò Dauid in omnibus viis ſuis ʹprudenter ſe gerebat, & Iehouáh erat cum eo.

15 Quúmque vidiſſet שSaואúl quòd prudenter ſe gereret valde, timuit à facie eius.

16 Vniuerſus nanque Iשſraאél & Iehudáh diligebat Dauidẽ, quia ″egrediebatur & ingrediebatur ante eos.

17 Dixit igitur שSaואúl ad Dauidẽ, Ecce filiam meam maiorẽ Meráb dabo tibi in vxorem: ″tantùm eſto mihi filius fortis, & geras bella Iehouæ: ″שSaואúl autẽ dicebat, ″Ne ſit manus mea in eum, ſed ſit in eum manus Peliשſthím.

Promiſſam Dauidi Merob, alteri dat Saul.

Hypocrita Saul.

18 Dixit verò Dauid ad שSaואulẽ, Quis ego *ſum*, ″& quæ vita mea, *&* familia patris mei in Iשſraאele, vt ſim gener Regi?

19 Fuit itaque, quo tempore danda erat Meráb filia שSaואulis Dauidi, data eſt עAdriאeli Meחholathitæ in vxorem.

20 Amauit autem Michál filia שSaואulis Dauidem: quod nuntiatum fuit שSaואuli, & placuit ea res in oculis eius.

21 Dixit ergo שSaואúl, Dabo eã illi, vt ſit ei ″laqueus, ″& ſit in eum manus Peliשſthinorum. Idcirco dixit שSaואúl ad Dauidem, ″In *altera* duarum eris mihi gener hodie.

22 Præcepit autem שSaואúl ſeruis ſuis, Loquimini Dauidi clàm, dicendo, Ecce ″complacuit *ſibi* in te Rex, & omnes ſerui eius ″diligunt te: nunc igitur gener eſto Regis.

Michol promittitur Dauidi.

23 Et loquuti ſunt ſerui שSaואulis in auribus Dauidis verba hæc.

Decem millia ſua. ברבבתיו: myriades ſuas. q.d. Multos quidem percuſſit Saul, at Dauid multo plures. Quidam vertunt, Dauid percuſſit in ter myriadibus. q.d. tot homines percuſſit quaſi fuiſſet adiutus hominum myriadibus.

8 Et vltra, &c. ועוד לו אך המלוכה: Ad verbum, & vltrà illi? certè regnum. i. quid ſupereſt ei vltrà? certè regnum illi etiam dabunt.

9 Saul ergo *toruè* aſpiciebat ויהי שאול עין Ad verbũ, Et fuit Saul oculans, ſi Latinè dici poſſet. Verbum factum ab עין oculus. i. maligno ac inuido oculo eũ aſpiciebat. 10 Requieuit ותצלח inuaſit. irruit. Et prophetabat ויתנבא Prophetare dicũtur ſtulti, i. abſurda effutire. quòd nõ intelligant ea quæ dicunt, quemadmodũ Prophetæ abſurda & ridicula vidẽtur dicere iis qui Spiritu Dei carent, ſine quo nõ poſſunt intelligere. Chaldæus paraph. deſipiebat. i. more deſipientiũ aliena atque abſurda loquebatur. Sicut *conſueuerat* per, &c. כיום ביום Ad verbum, ſecundum diem in die. i. vt quotidie ſolebat facere. 11 Dicens, ויאמר ſub. apud ſe. Ad verbum, & dixit. Percutiam, &c. אכה בדוד ובקיר. i. vno ictu, confoſſo Dauide, lanceam parieti figam. aut adigam in parietem. 12 A Dauide, מלפני דוד Ad verbum, à facie Dauidis. 13 Et amouit eum ויסרהו Et amandauit eũ. Et egrediebatur, &c. ויצא וגו׳ Hebraiſmus, educebat populum ad bellum, & reducebat, vt imperatores ſolent facere. erat enim dux ac imperator populi. 14 Prudenter ſe gerebat, משכיל Vt ſuprà verſu quinto. i. proſperè admodum res gerebat, aut maxima fœlicitate negotia conficiebat, quòd Deus illi faueret. Sic ſequenti verſu.

16 Egrediebatur, &c. יוצא ובא לפניהם: Hebraiſmus, quòd copias eorũ fœliciſſimè ac magno ſucceſſu educeret ad bellũ, & inde reduceret.

17 Tantùm eſto mihi fil. for. אך היה־לי לבן־חיל Hebraiſmus, ea lege vt ſis dux & imperator mei exercitus, & geras bella Iehouæ contra Palæſthinos. שSaואúl autem dicebat, ושאול אמר Saul tamen cogitabat. Ne ſit manus mea, &c. אל־תהי ידי וגו׳ Hebraiſmus, non inficiam eum, ſed interficietur à Palæſthinis. 18 Et quæ vita mea, ומי חיי. i. quæ ratio ſtatus, ſiue conditionis meæ?

21 Laqueus, למוקש ſcandalum. offendiculum. i. propter eam corruet, occaſio illi erit ruinæ & exitii. Hoc dicit propter Palæſthinos quos interfecturus erat ante nuptias. Et ſit in eum, &c. ותהי־בו וגו׳ Hebraiſmus, & ita veniat in poteſtatẽ Palæſthinorum, & ab eis interficiatur.

In *altera* duarum בשתים Ad verbum, In duabus. Vertere potes, Per *alteram* duarum ſub. filiarum. Sic Chaldæus paraph. nam altera data erat Adrieli. Alii dicunt, vt ſcribit doctus inter Hebræos, quòd ambæ fuerint ei in vxores, quia poſt mortem Merab, accepit Michal.

22 Complacuit *ſibi* in te חפץ בך places plurimum Regi. Diligunt te: אהבוך Præt. Heb. pro præſ.

Reſpondit Dauid, ″Num leue eſt in oculis veſtris generum eſſe Regis, quum ego ſim vir pauper & deſpectus?

Saul petit à Dauide centũ præputia Philiſthinorum, vt ſic ab eis occidatur.

24 Renuntiauerunt ergo ſerui שSaואulis ei, dicẽdo, ′Talia loquutus eſt Dauid.

25 Dixit autem שSaואúl, Sic dicetis Dauidi, ′Non eſt voluntas Regi in dote, ſed in centum præputiis Peliשſthím, vt vltio ſumatur de inimicis Regis. שSaואúl autem ″cogitabat ′tradere Dauidem in manum Peliשſthim.

Affert ea Dauid ad Regem, & accipit Michol vxorem.

26 Renuntiauerunt autem ſerui eius Dauidi verba hæc: & placuit ea res in oculis Dauidis, generũ eſſe Regis: ′nondum autem completi erant dies.

27 Surrexit ergo Dauid, & abiit ipſe & viri eius, & percuſſit ex Peliשſthím ducentos viros, quorũ præputia attulit Dauid, ″& plenè tradiderunt ea Regi, vt gener Regis fieret: & dedit ei שSaואúl Michál filiam ſuam in vxorem.

28 Videns autem שSaואúl, animaduerténſque quòd Iehouáh eſſet cum Dauide: *quódque* Michál filia ſua diligeret eum:

Deus cum Dauide, vnde timetur à Saule.

29 ″Addidit שSaואúl timere ſibi amplius à facie Dauidis: fuítque שSaואúl ″inimicitias gerens cum Dauide omnibus diebus.

30 ″Egreſſi ſunt autem principes Peliשſthím: ″à quo autem tempore egreſſi ſunt, prudentius ſe geſſit Dauid præ cunctis ſeruis שSaואulis, proinde celebre fuit nomen eius valde.

Cap. XIX.

Saul iubet occidi Dauidem.

1 LOquutus eſt autem שSaואúl ad Iehonathán filium ſuũ, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderent Dauidem. Iehonathán autẽ filius שSaואulis ″complacebat ſibi in Dauide valde.

Ionathas indicat Dauidi patris inſidiás.

2 Renuntiauit ergo Iehonathán Dauidi dicens, Quærit שSaואúl pater meus interficere te: nũc itaque caue tibi obſecro vſque mane, ″& manebis in occulto, & abſcondes te:

3 Ego autem ″egrediar, & ſtabo ′ad manum patris mei in agro ″in quo eris: tum ego loquar de te patri meo, & videbo quid *reſpondeat*, atque renuntiabo tibi.

Saul iurat ſe non occiſurum Dauidem.

4 Loquutus eſt autem Iehonathán de Dauide bonum שSaואuli patri ſuo: dixítque ei, Ne peccet Rex in ſeruum ſuũ, in Dauidẽ: quia non peccauit tibi, ′ſed opera eius bona *fuerunt* tibi valde.

5 ″Poſuit nanque animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Peliשſthæum, fecítque Iehouáh ſalutẽ magnam vniuerſo Iשſraאeli: vidiſti, & lætatus es: ″quare ergo peccares contra ſanguinem innocentem, interficiendo Dauidem ſine cauſa?

6 ″Audiuítque שSaואúl vocem Iehonathán, ac iurauit שSaואúl, Viuit Iehouáh, ſi morietur.

uid, Num parum videtur vobis generum eſſe Regis? ego autem ſum vir pauper & tenuis.

24 Et renuntiauerunt ſerui Saul, dicẽtes, Huiuſcemodi verba loquutus eſt Dauid.

25 Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantùm centum præputia Philiſthinorum, vt fiat vltio de inimicis Regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philiſthinorum.

26 Quúmque renuntiaſſent ſerui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit ſermo in oculis Dauid, vt fieret gener Regis.

G

27 Et poſt paucos dies ſurgẽs Dauid abiit cum viris qui ſub eo erãt: & percuſſit ex Philiſthiim [ducẽtos viros: &] attulit eorum præputia, & annumerauit ea Regi, vt eſſet gener eius. dedit itaque Saul ei Michol filiã ſuã vxorem.

2.Reg.3.c.14

28 Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus eſſet cum Dauid: Michol autem filia Saul diligebat eum.

29 Et Saul magis cœpit timere Dauid: factúſque eſt Saul inimicus Dauid cunctis diebus.

30 Et egreſſi ſunt principes Philiſthinorum: á principio autẽ egreſſionis eorum, prudentius ſe gerebat Dauid, quàm oẽs ſerui Saul, & celebre factũ eſt nomẽ eius nimis.

Cap. XIX.

1 LOquutus eſt autem Saul ad Ionathan filium ſuũ, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderẽt Dauid. Porrò Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde.

2 Et indicauit Ionathas Dauid, dicẽs, Quærit Saul pater me⁹ occidere te: quapropter obſerua te quæſo mane, & manebis clàm, & abſconderis:

3 Ego autem egrediens, ſtabo iuxta patrem meũ in agro, vbicunque fueris, & ego loquar de te ad patrẽ meũ: & quodcunque videro, nũtiabo tibi.

4 Loquutus eſt ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ ſuum, dixitq; ad eum, Ne peccet Rex in ſeruũ ſuũ Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde.

5 Et poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnã vniuerſo Iſraeli: vidiſti, & lætatus es: quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiẽs Dauid qui eſt abſque culpa?

6 Quod quũ audiſſet Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit, Viuit Dominus, quia non occidetur.

---

23 Num leue eſt in oculis ve. הנקלה בעיניכם Hebraiſmus, nunquid res vilis ac parua vobis videtur generum eſſe Regis? 24 Talia כדברים האלה Eiuſmodi. Ad verbum, Secundũ verba hæc. 25 Non eſt voluntas, &c. אין חפץ למלך Non beneplacitũ eſt Regi, &c. Hebraiſmus, Rex non quærit aliam dotem quàm centum præputia Philiſthinorum. Non delectatur alia dote quàm centum, &c. Cogitabat חשב ſub. hac ratione. Tradere להפיל coniicere. Ad verbum, cadere facere. 26 Nondum autem, &c. ולא מלאו הימים: i. nondum autem erat completum tempus præſtitutum dandi præputia illa, vice dotis. 27 Et plenè tradiderunt ea Regi, וימלאום למלך & ad plenum tradiderunt ea Regi. i. numerauerunt ei illa omnia. q.d. numero perfecto & completo tradiderunt ea ii qui illa detulerant ad Regem. 29 Addidit שSaואúl, &c. ויאסף שאול וגו׳ Ad verbũ, Et addidit Saul timere à facie Dauidis amplius. Inimicitias gerẽs cum Da. &c. איב את דוד כל הימים: inimicus Dauidi ſemper. ſub. ab eo tẽpore. 30 Egreſſi ſunt autẽ, &c. ויצאו שרי וגו׳ ſub. cum exercitibus ſuis vt bellum inferrent Iſraelitis. A quo autem tempore, &c. ויהי מדי צאתם Ad verbum, Et fuit, à tempore egredi eorum. vel, egreſſus eorum. i. ex quo egreſſi ſunt, fœlicius rem geſſit, ſiue fœlicior fuit in bello: vnde clarum & inclytum fuit nomen eius.

IN CAPVT XIX.

1 Complacebat ſibi in Dauide valde. חפץ בדוד מאד: i. amabat vehementer, vel deamabat Dauidem. 2 Et manebis, &c. וישבת i. & occulta teipſum, & abde. 3 Egrediar, אצא ſub. craſtina die mane. Ad manum pat. m. ליד אבי cui ſcilicet ſolet inniti quãdo ambulat. Verti etiam poteſt, vt annotat doctus inter Hebræos, in loco patris mei. i. ad quem exire ſolet pater meus animi cauſa. Magni nominis apud eos vir exponit, iuxta patrem meum. q.d. aſtabo lateri patris mei. In quo eris: אשר אתה שם ſub. deliteſcens cras mane. 4 Sed opera eius, &c. וכי מעשיו וגו׳ Ad verbum, & quòd opera eius, &c. i. ſingula quæ geſſit, profuerunt tibi admodum. 5 Poſuit nanque, &c. וישם וגו׳ Hebraiſmus, expoſuit ſe periculo mortis. Quare ergo, &c. ולמה וגו׳ ſed quare [cur ergo] peccares contra ſanguinẽ innocentẽ, vt interficeres Dauidẽ nihil tale meritũ? 6 Audiuítque שSaואúl vocẽ וישמע שאול בקול i. acquieuit verbis ac monitis Ionathæ.

B 7 Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, ſicut fuerat heri & nudiuſtertius.

8 Motum eſt autem rurſum bellum: & egreſſus Dauid, pugnauit aduerſũ Philiſthiim: percuſſitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius.

9 Et factus eſt ſpiritus Domini malus in Saul: ſedebat autem in domo ſua, & tenebat lanceam: porrò Dauid pſallebat manu ſua.

10 Niſúſq; eſt Saul cõfigere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in parietē, & Dauid fugit, & ſaluatus eſt nocte illa.

11 Miſit ergo Saul ſatellites ſuos in domum Dauid vt cuſtodirēt eum, & interficeretur mane. quod quum annuntiaſſet Dauid Michol vxor ſua, dicens, Niſi ſaluaueris te nocte hac, cras morieris:

12 Depoſuit eum per feneſtram: porrò ille abiit & aufugit, atque ſaluatus eſt.

C 13 Tulit autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eam veſtimentis.

14 Miſit autem Saul apparitores qui raperēt Dauid: & reſpõſum eſt quòd ægrotaret.

15 Rurſúmque miſit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.

16 Quúmque veniſſent nuntii, inuentum eſt ſimulachrũ ſuper lectum, & pelles caprarum ad caput eius.

17 Dixitque Saul ad Michol, Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicũ meum vt fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul, Quia ipſe loquutus eſt mihi, Dimitte me, alioquin interficiam te.

18 Dauid autem fugiens, ſaluatus eſt: & venit Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierunt ipſe & Samuel, & morati ſunt in Naioth.

19 Nuntiatum eſt autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in Ramátha.

20 Miſit ergo Saul lictores, vt raperēt
D Dauid: qui quum vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini ſuper nuntios, & prophetare cœperũt etiã ipſi.

21 Quod quum nuntiatum eſſet Sauli, miſit & alios nuntios: prophetauerunt autē & illi: & rurſum miſit Saul tertios nuntios: qui & ipſi prophetauerunt.

7 Proinde vocauit Iehonathán Dauidē, renuntiauítque ei Iehonathán ʺomnia verba hæc: & adduxit Dauidem ad שSaואulem, ʺqui fuit ante eum ſicut heri *&* nudiuſtertius.

8 ʹMotum eſt autē rurſus bellum, & egreſſus eſt Dauid, & pugnauit aduerſus Peliשſthím: percuſſítque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius.

9 ʹFuit autem ſpiritus Iehouæ malus ſuper שSaואulem, erátque in domo ſua ſedens, habens lanceam ſuam in manu ſua: Dauid autem ʹpſallebat manu.

10 ʹConatúſque eſt שSaואúl percutere lancea Dauidē & parietem: & declinauit à facie שSaואulis, ʺ& percuſſit lancea parietem: proinde Dauid fugit, ʹ& euaſit nocte illa.

11 Miſit autem שSaואúl nuntios ad domum Dauidis, ʹvt cuſtodirēt eum, & occiderent eum mane: & indicauit illud Dauidi Michál vxor eius, dicendo, Niſi ſerues animam tuam hac nocte, cras interficieris.

12 ʹDimiſit ergo Michál Dauidem per feneſtram: qui abiens effugit, atque eripuit ſeſe.

13 Tulítque Michál ʹſimulachrũ, ʹ& poſuit ʹſuper lectum, ʹ& puluinar *è pilis* caprarum poſuit *ſub* capite eius, & operuit veſte.

14 Miſit autem שSaואúlʺnuntios vt tollerent Dauidem: *illa* verò dixit, AEgrotat.

15 Remiſit autē שSaואúl nuntios vt viderent Dauidem, dicendo, Afferte eum in lecto ad me, vt interficiam eum.

16 Quúmque veniſſent nuntii, ecce ſimulachrum *iacebat* ſuper lectum, & puluinarʺè pilis caprarum *ſub* capite eius.

17 Dixítque שSaואúl ad Michál, Vtquid ſic decepiſti me, & dimiſiſti inimicum meum, & euaſit? Reſpondit Michál שSaואuli, Ipſe dixit mihi, Dimitte me, ʺvtquid interficiam te?

18 Dauid igitur fugiens euaſit, & venit ad שSemuאelē in Ramáh, indicauítq; omnia ei quæ fecerat illi שSaואúl: & abiit ipſe & שSemuאél, & morati ſunt in Naióth.

19 Renũtiatum eſt autem שSaואuli, hiſce verbis, Ecce Dauid eſtʹin Naióth *quæ eſt* in Ramáh.

20 Miſítque שSaואúl nuntios ad tollendum Dauidem, ʹ& viderũt cœtum Prophetarumʺprophetantium, & שSemuאelem ſtantem, ʹconſtitutum ſuper eos: ʺ& fuit ſuper nuntios שSaואulis Spiritus Dei, ʺ& prophetabant etiam ipſi.

21 Renuntiauerunt autē hoc שSaואuli: qui miſit nuntios alios, & prophetauerunt etiam ipſi: rurſúſque & שSaואúl miſit nuntios tertios, & prophetauerunt etiam ipſi.

David percutit Philiſthæos.

Saul nititur confodere Dauidē pſallentem.

Fugit Dauid. Michol prouidētia Dei ſeruat Dauidem, per feneſtram illum demittens.

Dauid fugiēs, venit ad Samuelē.

Saul, & miniſtri eius perſequentes Dauidē, prophetant cũ prophetis.

---

7 Omnia verba hæc: כל־הדברים האלה nempe quæ ſuprà dicta ſunt. Qui fuit ante eum, &c. ויהי לפניו וגו׳ Hebraiſmus, aſtitit, ac miniſtrauit illi vt antea facere ſolebat. 8 Motum eſt autem rurſus bellum, ותוסף המלחמה Ad verbum, Additum eſt autem rurſus bellum eſſe. 9 Fuit autem ותהי .i. Inuaſit autem. Pſallebat manu. מנגן מיד: .i. pulſabat citharam, vt leniret dolorē Saulis, & abigeret ſpiritum illum malum Dominus. 10 Conatúſque eſt ויבקש שאול .i. Niſus eſt affigere haſta Dauidem parieti, ſiue adigere haſtam transfoſſo Dauide in parietem. Et percuſſit lancea pa. ויך את־החנית בקיר .i. adegit Saul haſtam in parietem: hoc eſt, caſſo vulnere perlata eſt lancea in parietem. Et euaſit וימלט & liberatus eſt. aufugit in domum ſuam ſcilicet. 11 Vt cuſtodirent eum, לשמרו qui eum obſeruarent. ne ſcilicet exiret domo noctu. 12 Dimiſit ergo ותורד Ad verbum, Et deſcendere fecit. 13 Simulachrum, את־התרפים ſtatuam vnam. vel, imaginem quandam. q.d. vnam ex imaginibus. Hæc vox hîc pro quauis effigie referente ſpeciē hominis accipitur, ſiue ſit lignea, ſiue argentea, ſiue lapidea. Alibi in malam partem accipitur. Super lectum, אל־המטה Hîc אל pro על poſitum.

Et puluinar *è pilis* caprarũ ואת־כביר העזים Ad verbũ, ceruical caprarũ. i. ex pelle caprina adhuc piloſa. Chaldæus paraph. vtrē. quia puluinar refert vtrem. Id fecit Michal vt Dauid interim reciperet ſe in locũ tutum. 14 Nuntios vt tollerēt מלאכים לקחת ſatellites[apparitores] vt apprehenderent. i. raperent ad ſeſe. 17 Vtquid interficiam te? למה אמיתך: .i. quare committes vt interficiam te? q.d. interficiam te, ſi renueris. 19 In Naioth in Ramah. בניות ברמה .i. quæ eſt in agor vrbis Ramah. Naioth locũ eſſe ſitũ in agro Ramah aiunt quidã Hebræorũ. Alii, locũ vicinũ Ramah. Significat autem locũ ſtudioſorum. 20 Et viderunt וירא Ad verbum, & vidit. ſub. maximus, vel præcipuus eorum, vel vnuſquiſque eorũ. i. Singuli eorum viderunt. Prophetantium, נבאים .i. laudantium Deum canticis & carminibus. Conſtitutũ ſuper eos: נצב עליהם præfectum illis. i. docentem illos. vel, & Samuel erat ſtans *&* præfectus illis. i. ſtans docebat illos. Et fuit ſuper nuntios ותהי על־מלאכי irruitque in nuntios. Et prophetabant ויתנבאו Chaldæus paraph. & laudabant. ſub. Deum.

22 Abiens ergo & ipſe in Ramáh, venit vſque ad ciſternam magnam quæ eſt in שSéchu: & interrogans ait, Vbi *ſunt* שSemuאél & Dauid? Et dixit *quidam*, Ecce eſt in Naióth *quæ eſt* in Ramáh.

23 Et abiit illuc in Naióth in Ramáh: & fuit ſuper eum etiam Spiritus Dei,′atque inter eundum prophetabat vſquequo veniret in Naióth in *quæ eſt* Ramáh.

24 Et exuit etiam ipſe″veſtes ſuas, ac prophetauit etiã ipſe″coram שSemuאele,′cecidítque nudus tota die illa & nocte: Idcirco′dicũt, Num etiam שSaאúl inter Prophetas? Cap. XX.

Prouerbium.

Dauid conqueritur apud Ionathan.

1 FVgiens autẽ Dauid de Naióth *quæ eſt* in Ramáh, venit, & dixit corã Iehonathán, Quid feci? quæ *eſt* iniquitas mea, & quod peccatum meum″coram patre tuo, quòd″quærit animam meam?

2 Qui dixit ei,′Abſit, non morieris: ecce″nõ facit pater meus rem grandem vel rem paruam quin′reuelet aurem meam: quare ergo celaret me pater meus rem hanc? non hoc faciet.

Rurſum init fœdus Ionathas cum Dauide.

3 ″Et iurauit adhuc Dauid, ac dixit,′Certò nouit pater tuus quòd inueni gratiam in oculis tuis, & dicet,′Ne cognoſcat hoc Iehonathán: ne fortè dolore afficiatur. ′verũ viuit Iehouáh, & viuit anima tua quòd″quaſi paſſus *unus eſt* inter me & mortem.

4 Reſpondit Iehonathán Dauidi,′Quid dicit anima tua, & faciam tibi?

Fallit Dauid Saulem.

5 Dixit autem Dauid ad Iehonathán, Ecce″Calendæ ſunt cras,′& ſedendo ſedere ſoleo apud Regem ad veſcendum, dimittas ergo me, & abſcondam me in agro vſque ad veſperam″*diei* tertiæ.

6 ′Si recordando recordatus fuerit mei pater tuus, dices,″Poſtulando poſtulauit à me Dauid″vt curreret in Beth-léhem vrbem ſuam: quòd ſacrificium″annuum ſit ibi toti familiæ.

7 Si ſic dixerit, Bene,″pax *eſt* ſeruo tuo: ſi autẽ″indignetur, ſcito quòd′completa ſit malitia eius.

8 ″Facias ergo miſericordiam cum ſeruo tuo, quia″in fœdus Iehouæ adduxiſti ſeruum tuum tecum:″& ſi eſt in me iniquitas, interfice me tu: & vſque ad patrem tuum quare adduceres me?

Signo triũ ſagittarum, promittit Ionathas Dauidi ſe indicaturũ voluntatẽ patris.

9 Dixit verò Iehonathán,″Abſit tibi, quòd″ſi certò ſciuero completam eſſe malitiam′cũ patre meo, vt veniat cõtra te, non illud annuntiem tibi.

22 Abiit etiam ipſe in Ramátha, & venit vſque ad ciſternam magnam quæ eſt in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco ſunt Samuel & Dauid? Dictúmque eſt ei, ecce in Naioth ſunt in Ramátha.

23 Et abiit in Naioth in Ramátha, & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus Dei, & ambulabat ingrediens, & prophetabat vſquedũ veniret in Naióth in Ramátha.

24 Et expoliauit etiã ipſe ſe veſtimẽtis ſuis, & prophetauit cum cæteris corã Samuele: & cecidit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbiũ, Nũ & Saul inter ꝓphetas? Cap. XX.

Suprà 10.c.11.

1 FVgit autem Dauid de Naioth quæ eſt in Ramátha, veniénſq; loquutus eſt corã Ionatha, Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2 Qui dixit ei, Abſit, nõ morieris: neque enim faciet pater meus quicquã grande vel paruũ, niſi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit me pater meus ſermonẽ tantummodo? nequaquam erit iſtud.

3 Et iurauit rurſũ Dauidi: & ille ait, Scit profectò pater tuus quia inueni gratiã in oculis tuis, & dicet, Neſciat hoc Ionathas, ne fortè triſtetur. quinimò viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantùm (vt ita dicam) gradu, ego mórſque diuidimur.

4 Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5 Dixit autẽ Dauid ad Ionathan, Ecce Calẽdæ ſũt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo iuxta Regem ad veſcendũ: dimitte ergo me vt abſcõdar in agro vſque ad veſperã diei tertiæ.

B

6 Si requiſierit me pater tuus, reſpõdebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Beth-léhem ciuitatẽ ſuã: quia victimæ ſolennes ibi ſunt vniuerſis contribulibus ſuis.

7 Si dixerit, Bene, pax erit ſeruo tuo: ſi autem fuerit iratus, ſcito quia completa eſt malitia eius.

8 Fac ergo miſericordiã in ſeruũ tuũ, quia fœdus Dñi me famulũ tuum tecũ inire feciſti: ſi autẽ eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

9 Et ait Ionathas, Abſit hoc à te: neque enim fieri poteſt vt ſi certè cognouero completam eſſe patris mei malitiã contra te, nõ annũtiem tibi.

23 Atq; inter eundũ proph. וילחלוך ויתנבא Ad verbũ, & iuit eũdo, & prophetauit. 24 Veſtes ſuas, בגריו Quidã Hebræorũ intelligunt hoc de ornatu Regio. Alii aiũt abieciſſe omnia veſtimenta. & rectè. Spiritus enim Dei adimit omnẽ pudorem iis quos poſſidet, vt liberè & ſine alicuius metu laudes Dei prædicẽt. Corã שSemuאele, לפני שמואל Samuel tamen nõ inuiſit, neque adiit illũ, neque etiam dignatus eſt eum alloqui, iuxta id quod prius dixerat, ſe non vltrà viſurum illum ante mortẽ ſuam. Ceciditque ויפול & corruit. ſub. in terram: vt & alii qui correpti erant ac poſſeſſi Spiritu illo Diuino. nõ enim fungebantur ſenſus exteriores officiis ſuis. Dicunt. יאמרו Fut. Heb. pro præſ. Hoc prouerbium pertinet ad ſummã laudem potentiæ Dei, quũ volumus oſtẽdere ipſum multa facere præter hominũ opinionem. De re quæ prima fronte videbatur abſurda, dicebatur hoc prouerbiũ. Senſus eſt, Nónne Saul prophetauit, & Spiritu Dei raptus eſt, quum Prophetas vellet perdere? q.d. prophetauit. Vel, Num Saul Propheta erat quum coram Samuele in Ramah prophetauit?

IN CAPVT XX.

1 Coram patre tuo, לפני אביך cõtra patrem tuũ. i. quid peccaui in patrem tuũ? Quærit animã m. מבקש את־נפשי. i. vult me interficere.
2 Abſit, חלילה ſub. hoc à te. q.d. pater meus nõ decreuit te interficere. Tribuebat enim omnia quæ fecerat Saul Dauidi, ſpiritui maligno. Non facit, &c. לא־יעשה Fut. Heb. pro præſ. Non ſolet facere quicquã, ſiue paruum ſit, ſiue magnũ, quod nõ prius indicet mihi. Reuelet aurẽ meam: יגלה את־אזני Vide Ruth 4.a.4. 3 Et iurauit adhuc וישבע עוד וגו׳. i. eadem autem adhibito iuramento confirmauit. Certò nouit ידוע ידע Ad verbũ, ſciendo ſciuit. Hebraiſmus, Certò nouit pater tuus me tibi charũ eſſe. Ne cognoſcat אל־ידע Ne reſciſcat. Verùm ואולם & ſané. Quaſi paſſus, כפשע quaſi greſſus. vno tantùm paſſu ego mórſque diuidimur. hoc eſt, paruo interuallo ſeiungitur à me mors: parũ abeſt quin interficiar. 4 Quid dicit מה־תאמר Fut. Heb. pro præſ. i. Quid cupis me facere tua cauſa, & faciã tibi? 5 Calendæ חודש neomeniæ. Sic vocatur primus dies mẽſis. Et ſedendo ſedere ſo. ואנוכי ישוב אשב Ad verbum, & ego ſedẽdo ſedebo. pro, quando ego ex more ſoleo diſcumbere ad veſcendũ cum Rege. *Diei* tertiæ. השלישית: quæ ſcilicet eſt ſecunda à Calendis.
6 Si recordãdo record. f. mei. אם־פקוד יפקדני. i. ſi requirat vbi ſim. Quidã vertunt, Si accuratè de me perquiſierit. Poſtulãdo poſt. à me נשאול נשאל Hebraiſmus, obnixè rogauit me. Vt curreret לרוץ vt citò iret. vel, vt ei liceret feſtinatò ire, &c. Annuũ הימים anniuerſarium. Ad verbũ, dierũ. quod ſingulis annis fieri ſolet, vt ſuprà cap. 1. d. 21. Pax *eſt* ſeruo tuo: שלום לעבדך ſub. erit. i. ſaluus ero. Indignetur, חרוה יחרה לו iraſcatur. Ad verbum, iraſcendo ira fuerit ei. Completa ſit malitia e. כלתה הרעה conſummata eſt malitia apud ipſum. i. ad finẽ vſque perducta eſt. hoc eſt, ſcito illũ omnino decreuiſſe me perdere. 8 Facias ergo miſericordiã, &c. ועשית חסד על־עבדך. i. miſereаris ſerui tui. In fœdus Ieh. בברית יהוה Hebraiſmus, mecũ qui ſum ſeruus tuus, percuſſiſti fœdus coram Iehoua. Et ſi eſt in me iniq. ואם יש־בי עון׳. i. ſi agnoueris in me iniquitatem vllam, ne adducas me ad patrem tuum, ſed tu occide me.
9 Abſit tibi, חלילה לך Abſit à te. ſub. vt ſuſpiceris illud de me: Certò ſciuero ידע ארע Ad verbum, cognoſcendo cognouero. Cum patre meo, מעם אבי patris mei. i. patrem meum decreuiſſe te perdere.

10 Reſponditque Dauid ad Ionathan, Quis renuntiabit mihi, ſiquid fortè reſponderit tibi pater tuus durè?

11 Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur in agrum. Qúmque exiſſent ambo in agrum,

12 Ait Ionathas ad Dauid, Domine C Deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiam patris mei craſtino vel perẽdie, & aliquid boni fuerit ſuper Dauid, & non ſtatim miſero ad te, & notum tibi fecero:

13 Hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat: ſi autem perſeuerauerit patris mei malitia aduerſum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo.

14 Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini: ſi verò mortuus fuero,

15 Non auferes miſericordiam tuam à domo mea vſque in ſempiternum, quando eraidcauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquenque de terra: auferat Ionathã de domo ſua, & requirat Domin⁹ de manu inimicorũ Dauid.

16 Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requiſiuit Dominus de manu inimicorum Dauid.

17 D Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illũ: ſicut enim animam ſuam, ita diligebat eum.

18 Dixitque ad eum Ionathas, Cras Calendæ ſunt, & requireris: requiretur enim ſeſſio tua,

19 Vſque perendie. deſcendes ergo feſtinus, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & ſedebis iuxta lapidem, cui nomen eſt Ezel.

20 Et ego tres ſagittas mittã iuxta eũ, & iaciã quaſi exercẽs me ad ſignum.

21 Mittam quoque & puerum, dicẽs ei, Vade, & affer mihi ſagittas. Si dixero, puero Ecce ſagittæ intra te ſũt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil eſt mali, viuit Domin⁹.

10 Dauid præterea ait ad Ionathán, ″Quis renuntiabit mihi *bonum*, ″aut quid reſponderit tibi pater tuus duri?

11 Reſpõdit Ionathán Dauidi, ″Age egrediamur in agrum. Et egreſſi ſunt ambo in agrum.

12 Tum dixit Ionathán Dauidi, ″Iehouáh Deus Iשׂraél, ſi inueſtigauero patrem meum ″hoc ferè tempore cras *aut* perendie, ″*&* ecce *ſi* bonum *fuerit* ſuper Dauidem, & non tunc miſero ad te, reuelaueróque aurem tuam:

13 Sic faciat Iehouáh Iehonathan, & ſic addat: ″quòd *ſi* placuerit patri meo *adducere* malum ſuper te, etiam reuelabo aurem tuam, ″ac dimittã te, ″ibíſque in pace, ″& ſit Iehouáh tecũ, quemadmodum fuit cum patre meó.

14 ″Et non *peto à te*, ſi *fuero* adhuc viuens: non enim *uereor quin* facturus ſis mecum ″miſericordiam Iehouæ, & non moriar.

15 ″Sed *peto* non reſcindas miſericordiam tuam à domo mea vſque in ſeculum, ne tum *quidem* ″quum ſuccîdet Iehouáh inimicos Dauidis ″vnumquenque è ſuperficie terræ.

16 ″Pepigit itaq; fœdus Iehonathán cum domo Dauidis, *dicens*, ″Requirat Iehouáh de manu inimicorum Dauidis.

17 ″Et addidit Iehonathán iurare ipſi Dauidi, propterea quòd diligeret ipſum: nam *iuxta* amorem animæ ſuæ amabat eum.

18 Dixit autem ei Iehonathán, Cras ſunt Calendæ: ″itaque memoraberis: ″vacabit enim ſeſſio tua.

19 ″Tribus igitur diebus deliteſces, *&* deſcẽdes valde, veniéſq; ad locũ in quo ″delitueras ″die operis, & manebis apud lapidẽ ″viatoriũ.

20 Ego autem tres ſagittas ″ ad latus eius iaciam, ″ mittendo *illas* ad ſcopum.

21 ″Poſtea autem mittam puerum, *dicens ei*, ″Vade, inueni ſagittas. Si dicendo dixero puero, Ecce ſagittæ à te ″& citrà: ″cape eum, & veni, quia ″pax tibi, nec eſt quicquam *mali*, viuit Iehouáh.

10 Quis renũtiabit mihi מי יגיד לי Cõciſa oratio, propterea ſubaudiẽdũ aliquid, cuiuſmodi, ſi bono animo fuerit pater tuus in me, quis, &c. Vel (quod ſubaudit doctus inter Hebræos) ſi benignè reſpõderit tibi. Aut quid reſpond. &c. או מה־יענך אביך קשה: aut ſiquid reſpõderit tibi pater tuus durè. aut, aſperè. Ad verbum, durũ. ſub. verbũ. Alii, aut quale [quid] ſit verbũ durũ quod reſpónderit tibi pater tuus. i. vtrũ velit me omnino perdere, an tantummodo expellere domo ſua. 11 Age egrediamur, &c. לכה ונצא השדה Ad verbum, Veni & egrediamur, &c. Hoc dicit vt familiarius colloquãtur. 12 Iehouáh Deus Iשׂr. &c. יהוה אלהי ישראל וגו׳ Sequẽti verſui iungitur iſte verſus, Iehouáh Deus Iſrael, ſi inueſtigauero, &c. & non miſero, &c. Iehouáh, inquam, Sic faciat. Alii non iungũnt ſequẽti, ſed ſcribũt conciſam eſſe orationem, propterea ſubaudiendũ Viuit: aut ex principio ſequentis verſus, Sic faciat, &c. ac vertũt totũ verſum hoc pacto, Iehouáh Deus Iſrael viuit, quòd percontabor [inueſtigabo] patrẽ meum. i. animum ac ſententiam patris mei hoc ferè tẽpore cras *aut* perendie: & ſi bonũ ſit ſuper Dauidem, nónne tunc mittam ad te, & reuelabo aurẽ tuam? Vero propior videtur eſſe noſtri interpretis verſio, tametſi vtriuſque ſit idem ſenſus. Hoc ferè temp. cras *aut* per. כעת מחר השלשית Ad verbũ, iuxta tempus cras tertiæ. i. hac ipſa hora cras aut perendie. Chaldæus paraph. iuxta tẽpus hoc cras vel diei tertiæ. *Et* ecce *ſi* bonũ *fuerit* ſu. D. והנהטוב אל־דוד. i. ſi bona ſit reſponſio, ſi bene loquatur de te. Reuelaueróq;, &c. וגליתי את־אזנך: De hac loquutione dictũ eſt Ruth 4.a.4 13 Quòd *ſi* plac. &c. כי־ייטב אל־אבי וגו׳ Ad verbũ, quòd *ſi* bonum fuerit patri meo malũ ſuper te, & aperiã, &c. i. quòd ſi velit inducere malũ ſuper te, hoc eſt te perdere, indicabo quoque tibi. Ac dimittã te, ושלחתיך iubebo te abire. Ibiſque in pace, והלכת לשלום. i. diſcedes incolumis & ſaluus. Et ſit Iehouáh, &. ויהי יהוה עמך q.d. & ſis fœlix in præliis tuis quũ eris Rex. 14 Et nõ, &c. ולא אם עודני חי Doctũ inter Hebræos ſequutus eſt noſter interpres in vertẽdo iſto verſu. Ad verbũ, Et non ſi adhuc ego viuens, & nõ facies mecũ miſericordiã Iehouæ, & non moriar. Quidã hæc ſic cõuertunt, Nec *timeo* quandiu viuo, ne non facias mecum miſericordiã Iehouæ, nec quum mortuus fuero. Alii liberius ſic, Si *id* non *præſtitero*, nec mihi viuo, nec mortuo beneficiũ Domini præſtiteris. Miſericordiã Iehouæ, חסד יהוה Hoc dicit propter fœdus quod ambo pepigerãt, de quo paulo antè dicebat, verſu 8, Facias ergo miſericordiam cũ ſeruo tuo, quia in fœdus Iehouæ adduxiſti ſeruũ tuum. 15 Sed *peto ut* non reſcindas ולא־תכרית Sed nec ſuccides. Quũ ſuccîdet Ieh. בהכרית יהוה quum exterminabit Iehoua. Vnumquenque è ſuperficie t. איש מעל פני האדמה: . i. etiam vſque ad vnũ de terra. 16 Pepigit itaque fœdus Ionathán ויכרות יהונתן. i. pollicitus eſt ſe ſeruaturũ quandiu viueret, totã familiam Dauidis. Requirat ובקש Ad verbũ, Et requirat. ſub. ſi non præſtitero quod polliceor. 17 Et addidit, &c. ויוסף יהונתן להשביע את־דוד Quidam vertunt, Et addidit Iehonathan vt adiuraret ipſum Dauidem. i. rurſum adegit ad iuſiurandum, &c. 18 Itaque memoraberis: ונפקדת. i. memor erit tui pater meus. hoc eſt, requireris à patre meo. Vacabit enim ſeſſio tua. כי יפקד מושבך: Chaldæus paraph. erit vacuus locus tui diſcubitus. i. inanis enim & vacuus erit locus in quo ſedere ſoles 19 Tribus igitur diebus, &c. ושלשת תרד מאד Ad verbum, Et tertiabis, & deſcendes valde. Hebraiſmus, per tres dies deliteſces, & abdes te in loco humili atque demiſſo valde. Delitueras נסתרת Ad verbum, deliteſces. abſcondes te. Die operis, ביום המעשה. i. die negotii, quando negotium tuum egi apud patrem, & ille mihi pollicitus eſt iureiurando adhibito, quòd non interficeret te. Viatorium. האזל: viæ. i. indicem viæ, ſiue itineris. Solent (inquit doctus inter Hebræos) qui iter faciunt, coaceruare lapides iuxta iter ad indicandum ipſum iter. Quidam volunt eſſe nomen loci, propterea non conuertunt vocem Hebræam אEzel. 20 Ad latus eius צדה nempe lapidis viatorii. ה hoc loco non habet punctum in ventre, quod ſignum eſt pronominis fœminini, tametſi id ſignificet. Mittendo לשלח לי Ad verbum, mittendo mihi. Redundat pronomen. Interpres noſter pro hoc ſuppoſuit *illas*, vt exprimeret ſagittas de quibus dictum fuerat inter ipſos. Mittendo, ſiue ſagittando illas, nempe ad lapidem illum tanquam ad ſcopum. 21 Poſtea autẽ והנה Ad verbum, Et ecce. Vade, inueni לך מצא. i. age quære. Et citrà: והנה Ad verbum, & huc. ſub. veniendo. Cape eum, קחנו Aſſume illum. nempe puerum. Pax tibi שלום לך. i. ſaluus es.

22 Si verò ſic dixero puero, Ecce ſagittæ *ſunt* à te & vltrà: vade, quia ″dimiſit te Iehouáh.

23 ″Verbi autem quod loquuti ſumus ego & tu, ecce Iehouáh *teſtis* inter me & te vſque in ſeculum.

Abſconſus Dauid, requiritur à Saule.

24 Abſcondit ergo ſe Dauid in agro. fuerunt itaque Calendæ, ʹ& accubuit menſæ Rex ad veſcendum:

25 Sedítque Rex″in ſede ſua″ſicut ſemel & iterum, in ſede *inquam iuxta* parietem: aſſurrexítque Iehonathàn, ſedítque Abnér ad latus שSaואulis:″vacabat verò locus Dauidis.

26 Nõ eſt tamẽ loquutus שSaואúl quicquã die illa:″dicebat enim, ʹAccidens eſt præterquã quòd eſt mundus,″*vel* quia nõ eſt mũdus.

27 Fuit præterea poſtridie Calendarũ, ʹſecundo, vacauit locus Dauidis: & dixit אSaואúl ad Iehonathán filium ſuum, Quare nõ venit filius Iשſai″neque heri, neque hodie ad veſcendum?

Ionathan excuſantem Dauidẽ vult Saul occidere.

28 Reſpondit Iehonathán שSaואuli, ″Obnixè poſtulauit Dauid à me *ut iret* vſque Beth-lénhem:

29 Dicens, ″Dimitte me obſecro, quia ʹvictima eſt familiæ nobis in vrbe, & ipſe″præcepit mihi frater meus: nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis tuis, ″conferam me illuc, vt videam fratres meos. idcirco non venit ad menſam Regis.

30 ″Et iratus eſt furor שSaואulis in Iehonathán, ac dixit ei, Fili *matris* ʹperuerſæ rebellione, nónne ″ſcio quòd elegeris filiũ Iשſái in confuſionem tuam, & in confuſionem″ignominiæ matris tuæ?

31 Omnibus enim diebus quibus filius Iשſái vixerit ſuper terrã, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. nunc ergo mitte, ʹ& tolle eum ad me, quia″filius mortis eſt.

32 Reſpondit autẽ Iehonathán שSaואuli patri ſuo, & dixit ei, Quare morietur? quid fecit?

33 Et cõtorſit lanceã contra eũ, vt percuteret eum: tũ animaduertit Iehonathán quòd decretũ eſſet à patre ſuo interficere Dauidẽ.

34 Surrexit itaque Iehonathán à mẽſa″in ira furoris, neque comedit altera die Calendarum panem: dolore enim affectus erat propter Dauidem, *&* quòd ignominia affeciſſet eum pater ſuus.

Ionathas tribus miſſis ſagittis liberat Dauidẽ à morte.

35 Proinde mane egreſſus eſt Iehonathán in agrum ad tẽpus conſtitutum Dauidi, & puer paruus cum eo.

36 Dixítque ad puerum ſuum, Curre, ″inueni nunc ſagittas quas ego″iacio. Puer cucurrit, & ille iaculatus eſt ʹvltra illum.

37 Quum autem veniſſet puer vſque ad locũ ſagittæ quam iaculatus fuerat Iehonathán, clamauit Iehonathán poſt puerum, & dixit, Nónne ſagitta à te &″vltrà eſt?

38 Rurſum clamauit Iehonathán poſt puerum, Accelera, feſtina, ne ſteteris. Colligens itaque puer Iehonathán ſagittas, venit ad

22 Si autẽ ſic loquutus fuero puero, Ecce ſagittæ vltra te ſunt, vade in pace, quia dimiſit te Dominus.

23 De verbo autem quod loquuti ſumus ego & tu, ſit Dominus inter me & te, vſque in ſempiternum.

24 Abſconditus eſt ergo Dauid in agro. & venerũt Calendæ, & ſedit Rex ad comedendum panem.

E

25 Qúmq; ſediſſet Rex ſuper cathedram ſuam (ſecundum conſuetudinẽ) quæ erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul: vacuúſque apparuit locus Dauid.

26 Et nõ eſt loquutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quòd fortè eueniſſet ei vt non eſſet mundus, nec purificatus.

27 Qúmque illuxiſſet dies ſecũda poſt Calendas, rurſus apparuit vacuus locus Dauid: dixitque Saul ad Ionathã filium ſuum, Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum?

28 Reſpõditque Ionathas Sauli, Rogauit me obnixè, vt iret in Beth-léhẽ,

29 Et ait, Dimitte me, quoniam ſacrificium ſolẽne eſt in ciuitate, vnus de fratribus meis accerſiuit me: nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis tuis, vadã citò, & videbo fratres meos. ob hanc cauſã nõ venit ad menſã Regis.

30 Iratus autem Saul aduerſum Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virũ vltro rapiẽtis, nũquid ignoro quia diligis filiũ Iſai in confuſionem tuam, & in cõfuſionẽ ignominioſæ matris tuæ?

F

31 Omnibus enim diebus quib⁹ filius Iſai vixerit ſuper terrã, non ſtabilieris tu, neque regnũ tuum. itaque iam nunc mitte, & adduc eũ ad me: quia filius mortis eſt.

32 Reſpõdens autem Ionathas Sauli patri ſuo, ait, Quare morietur? quid fecit?

33 Et arripuit Saul lanceã vt percuteret eum: & intellexit Ionathas quòd definitum eſſet à patre ſuo vt interficeret Dauid.

34 Surrexit ergo Ionathas à menſa in ira furoris, & non comedit in die Calendarũ ſecunda panem: contriſtatus eſt enim ſuper Dauid, eo quòd confudiſſet eum pater ſuus.

35 Qúmque illuxiſſet mane, venit Ionathas in agrũ iuxta placitũ Dauid, & puer paruulus cum eo.

36 Et ait ad puerũ ſuum, Vade, & affer mihi ſagittas quas ego iacio. Qúmque puer cucurriſſet, iecit aliã ſagittam trans puerum.

G

37 Venit itaque puer ad locum iaculi quod miſerat Ionathas: & clamauit Ionathas poſt tergum pueri, & ait, Ecce ibi eſt ſagitta porrò vltra te.

38 Clamauitque iterũ Ionathas poſt tergum pueri, dicens, Feſtina velociter, ne ſteteris. Collegit autem puer

---

22 Dimiſit te שלחך id eſt iubet te diſcedere. Quidam vertunt, amandauit te. 23 Verbi autem quod loquuti ſumus ego & tu, דברנו אני והדבר אשר ואתה Eius autẽ rei de qua ſermonẽ fecimus inter nos. 24 Et accubuit menſæ Rex וישב המלך על־הלחם Ad verbum, & ſedit Rex ad panem. 25 In ſede ſua על־מושבו Chaldæus paraph. ſuper lectũ ſuũ. Conſuetudo enim fuit (inquit doctus inter Hebræos) comedere in lectis. cubabant enim antiqui veſcentes. Sicut ſemel & iterum, כפעם בפעם ſecundum vicem in vice. i. ſicut ſolitus erat. vel, de more. Vacabat verò l. ויפקד מקום & manſit vacuus [vel, inanis] locus. Eadem dictio quæ ſuprà verſu 18.

26 Dicebat enim, כי אמר ſub. apud ſe. i. cogitabat. Accidens eſt, &c. מקרה הוא בלתי טהור הוא. i. Accidit Dauidem non veniſſe propter occupationem. eſt quidem purus, ſed accidit eum eſſe occupatum ac impeditum negotiis. *Vel* quia non eſt mundus. כי־לא טהור: *aut* cogitabat eũ impurũ eſſe. q. d. aut certè impurus eſt, pollutione ſcilicet nocturna. 27 Secũdo, השני ſub. die, ſequẽte Calendas ſcilicet. idem bis dicit. Neq; heri, &c. גם־תמול גם־היום אל־הלחם: Ad verbũ, etiã heri, etiã hodie ad panem? i. ad menſam Regis, vt paulo pòſt dicit verſu 29.

28 Obnixè poſtulauit נשאול נשאל Ad verbum, poſtulando poſtulauit. 29 Dimitte me שלחני Sine me abire. Victima eſt famil. no. זבח משפחה לנו. i. habemus ſolenne ſacrificium. Præcepit mihi צוה־לי ſub. vt adeſſem, cui obedire me oportet. Conferã me אמלטה Ad verbum, elabar. 30 Et iratus eſt furor ויחר־אף Hebraiſmus, Et indignatus eſt vehementer. Peruerſæ rebellione, נעות המרדות. peruerſæ & rebellis. q. d. tu imitaris mores matris tuæ quæ non parebat mihi. Scio ידעתי. i. perſpectum habeo. Ignominiæ ערות pudoris. nam dicent eam commiſiſſe adulterium. q d. non videris filius meus, ſed potius adulteræ, quòd non pareas mihi.

31 Et tolle eum וקח אותו. i. captũ adducas ad me. Filius mortis בן־מות Hebraiſmus, dignus eſt qui moriatur. 34 In ira furoris, בחרי־אף Hebraiſmus, vehemẽter iratus. 36 Inueni מצא. i. quære, & inuẽtas affer ſagittas. Iacio. מורה Præſ. Heb. pro fut. iaculaturus ſum. vel, emiſſurus Vltra illum. להעברו: ſub. ſcopum. vel puerum. Vtrunque poteſt referre.

Ionathæ ſagittas, & attulit ad dominum ſuum.

39 Et quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant.

40 Dedit ergo Ionathas arma ſua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem.

41 Quúmq; abiiſſet puer, ſurrexit Dauid de loco qui vergebat ad Auſtrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & oſculãtes ſe alterutrũ, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius.

42 Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcũque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus ſit inter me & te, & inter ſemẽ tuum & ſemen meum vſque in ſempiternum.

43 Et ſurrexit Dauid, & abiit: ſed & Ionathas ingreſſus eſt ciuitatem.

Cap. XXI.

1 VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimélech ſacerdotem: & obſtupuit Achimélech, eo quòd veniſſet Dauid: & dixit ei, Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum?

2 Et ait Dauid ad Achimélech ſacerdotem, Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit, Nemo ſciat rem propter quã miſſus es à me, & cuiuſmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum.

3 Nunc ergo ſiquid habes ad manũ, vel quinque panes da mihi, aut quicquid inueneris.

4 Et reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctũ: ſi mũdi ſunt pueri, maximè à mulierib⁹.

B 5 Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei, Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta: porrò via hæc, polluta eſt, ſed ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis.

Matth. 21. a. 3

6 | Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum panem: neque enim erat ibi panis, niſi tantùm panes propoſitionis, qui ſublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi.

7 Erat autem ibi vir quidã de ſeruis Saul, in die illa intus in tabernaculo

dominum ſuum.

39 Puer autem neſciebat quicquam, duntaxat Iehonathán & Dauid ſciebant rem.

40 Tradidit igitur Iehonathán "arma ſua puero "ſuo: dixítq; ei, Vade, defer in ciuitatem.

41 Quum autem abiiſſet puer, ſurrexit Dauid "de latere Auſtrali, & procidens in faciem ſuam in terram, "incuruauit ſe tribus vicibus: & oſculãtes ſeſe mutuò, "fleuerũt alter cũ altero, "ſed Dauid abũdé.

42 Dixit ergo Iehonathán ad Dauidem, "Vade in pace: *& eſto memor eiuſce rei* "quã iurauimus ambo nos ipſi per nomen Iehouæ hiſce verbis, Iehouáh "ſit inter me & te, & inter ſemen meum & ſemẽ tuum "vſque in ſeculum.

43 Surrexit igitur *Dauid*, & abiit: Iehonathán verò regreſſus eſt in vrbem.

Cap. XXI.

1 PEruenit autem Dauid in Nób ad Ahhimélech ſacerdotem: & tremens Ahhimélech, venit in occurſum Dauidi, dixítque ei, Quare venis ſolus, & nemo eſt tecum?

2 Reſpondit Dauid ipſi Ahhimélech ſacerdoti, Rex præcepit mihi quiddam, dixítque mihi, Nemo ſciat quicquam, "rem propter quam mitto te, & quam præcepi tibi: "pueris autem condixi locum talem *&* talem.

3 Nunc igitur "quid eſt ſub manu tua? quinque panes da in manu mea, aut quod inuenitur.

4 Reſpondit ſacerdos Dauidi, & dixit, "Nõ eſt panis profanus ſub manu mea, ſed panis ſanctus: "ſi *modò* pueri ſeruauerint ſe, maximè à muliere.

5 Reſpõdit Dauid ſacerdoti, & dixit, Certè mulier "prohibita fuit à nobis ſicut heri *&* nudiuſtertius quum egreſſus ſum, *ſed* "& fuerunt vaſa puerorũ ſanctitas: "& ipſe *panis eſt* more profani: "quanto magis hodie ſanctificabitur in vaſe?

6 Dedit ergo ei ſacerdos *panem* ſanctitatis: non enim erant ibi panes, niſi "panes facierum, qui remoti "erant à facie Iehouæ, vt ponerentur panes calidi die quã ſublati erant *illi*.

7 Ibi autem erat quidã de ſeruis שSaאulis "eo die, "qui demora-

Poſt oſcula data Ionathæ, aufugit Dauid,

Dauid fugiens, venit in Nobe ad Achimélech.

Laicus panis; Panis ſanctus, ſiue propoſitionis.

Dauid comedit panes propoſitionis. exponitur locus iſte à Chriſto Matth. 12. a. 3

40 Arma ſua את־כליו .i. pharetram & arcum. Suo, אשר־לו Ad verbum, qui *erat* ei. 41 De latere Auſt. מאצל הנגב ſub. lapidis viatorii. Ionathan miſerat ſagittas ad latus Septentrionale, ne puer incurreret in Dauidem. Incuruauit ſe. וישתחו id eſt, ſalutauit eum demiſſo in terrã capite. Fleuerunt alter cum al. ויבכו איש את־רעהו defleuerunt alter alterũ. Sed Dauid abundé עד דוד הגדיל: Ad verbum, ita vt [adeò quòd] Dauid magnificauit. i. ſed Dauid abundantius fleuit. 42 Vade in pace: לך לשלום q.d. abi ſaluus & incolumis. Quam iurauimus אשר נשבענו Eclipſis quæ mirè conuenit dolentibus. propterea ſubaudiuit nonnulla noſter interpres. Sit יהיה ſub. teſtis. Vſque in ſeculum. עד־עולם: .i. in longum tempus.

IN CAPVT XXI.

2 Rem propter quã, &c. את־הדבר אשר־אנוכי שולחך Declarat illud Quicquam præcedens. Pueris autem cõdixi locũ, &c. ואת הנערים יודעתי אל־מקום פלוני אלמוני Ad verbũ, pueros autẽ ſcire feci locum talẽ *&* talem. i. quendam & certum, in quo ſcilicet eos reperiã. Vel, locũ [.i. domũ, aut vrbem] talis *&* talis. ſub. hominis, ſiue cuiuſdam hominis certi. Vide Ruth 4. a. 1. 3 Quid eſt ſub manu tua? מה־יש תחת־ידך .i. quid habes ad manum, & in promptu? Quidam legunt, Nunc ergo *ſi* ſub manu tua *ſunt* quinque panes. i. ſi habes quinque panes.

4 Nõ eſt panis profanus, &c. אין־לחם חול אל־תחת ידי. Nõ habeo panem profanũ, ſed ſacrũ. Dicunt enim cõfeſtim obtuliſſe illi panes propoſitionis, quòd ſciret eũ magna fame preſſum. Si *modò*, &c. אם־נשמרו ſi *tamen* cauerint ſibi [continuerint ſe] miniſtri *tui* tantùm à muliere. i. à pollutione quæ cõtrahitur cum muliere. hoc eſt, ſi nõ *fuerint* polluti. Dicunt hoc dixiſſe honoris cauſa de Dauide, q.d. Quẽ dabo tibi, ſiue de quo edere poteris, ſi continueris te à commercio muliebri. 5 Prohibita fuit à nobis עצורה לנו .i. remota fuit, procul fuit à nobis ne eſſet nobiſcum. q.d. quod ad mulieres attinet, abſtinuimus ab illis iam tres dies ſunt & vltrà. Et fuerunt vaſa puerorum ſanct. ויהיו כלי־הנערים קודש .i. veſtes puerorum ſanctificatæ & purificatæ fuerunt. i. ſanctificauimus nos more eorum qui volunt ſe itineri committere.

Et ipſe, &c. והוא דרך חול וגו׳ Poſſunt exponi bifariã hæc verba, vel vt vertit noſter interpres, Tametſi nõ ſit præuaricatio in comedẽdis panibus propoſitionis, vbi amoti ſũt à cõſpectu Domini. q.d. nõ eſt quod excuſes te nõ poſſe dare nobis panes propoſitionis, quibus veſci ſolis ſacerdotibus liceat: nã amoti à cõſpectu Domini, tanquã profani habẽtur, & omnibus veſci licet, maximè quũ quis fame premitur. Vel vt alii, qui tanquã הוא eſſet fœmininum, volũt illud referre דרך *derech*, quod eſt fœmininum, & vertũt, quum tamen via ſit profana. i. quũ hanc peregrinationẽ negotii profani cauſa inſtituerimus, tamen ſanctificauimus nos. Quanto magis hodie, &c. ואף כי היום יקדש בכלי: .i. quanto magis ſeruabitur in puritate ac ſanctimonia ſua panis ille in vaſe ipſo in quo reponetur? q.d. maiore diligentia ſeruabimus in puritate ſua vaſa noſtra. Alii, quãto magis ſanctificabitur *uia noſtra* in vaſis ipſis? Quidã totũ verſum ſic cõuertunt, Verè mulier prohibita eſt à me, *ut non eſſet mecum* ſicut heri *&* nudiuſtertius quũ egreſſus ſum, & fuerunt vaſa pueri ſancta: ſed & *panis amotus à menſa Domini eſt* more *panis* profani *quo ueſci licitum eſt*: & etiã quanuis hodie ſanctificatus eſſet in vaſe *quod eſt ſuper menſam, ueſci tamen licitum eſſet, quum alium non habeas, & ego ſim in neceſſitate cõſtitutus.*

6 Panes facierum, לחם הפנים i. propoſitionis. Vide Exod. 25. c. 30. 7 Eo die, ביום ההוא quo ſcilicet hæc geſta fuerunt.

7 Qui demorabatur coram Ieh. נעצר לפני יהוה qui continebat ſeſe coram Iehoua. vt ſcilicet adoraret ad tabernaculum fœderis.

Doeg.

batur coram Iehoua, cuius nomen erat Doég ʼאEdomæusʼpotentiſſimus paſtorum qui erant ipſi שSaואuli.

Arma requirit Dauid qui ſub protectione Dei erat.

Dixítque Dauid ad Aחhimélech, Sed éſtne hîc ʼſub manu tua lancea, vel gladius? quia ″neque gladium meum, neque arma mea tuli in manum meam, quòd ″verbum Regis vrgeret. 8

Dixit autem ſacerdos, Gladius *quidem* Goliáth Peliשſthæi quem percuſſiſti in valle אElá ″ecce eſt inuolutus ″panno ″poſt אephód: ſi iſtum ″vis tollere tibi, tolle: quia non eſt alius præter ipſum hîc. Tum dixit Dauid, ʼNon eſt ſimilis huic, da illum mihi. 9

Dauid apud regem Achis inſaniam ſimulat.

ʼSurrexit ergo Dauid, & fugit die illa à facie שSaואulis: venítque ad Achis regem Gáth. 10

Dixerúntque ſerui Achis ad eum, Nónne iſte eſt Dauid ʼRex terræ? nónne huic cantabant per choros, dicendo, Percuſſit שSaואúl ″mille ſuos, & Dauid decem millia ſua? 11

″Et repoſuit Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, ac timuit valde à facie Achiשs regis Gáth. 12

″Et immutauit ipſe ſermonem ſuum in oculis eorum, ″& inſanum ſe oſtendebat in manibus eorum, ″& deſcribebat ſuper fores portæ, & demittebat ſaliuam ſuam in barbam ſuam. 13

Dixit propterea Achiשs ſeruis ſuis, ″Ecce vidiſtis hominem furentem, vt quid introduxiſtis eum ad me? 14

″Careóne inſanis ego, quòd introduxeritis hunc vt inſanum ageret coram me? ″num iſte ingredietur domum meam? 15

Cap. XXII.

Ad Dauidem latitantem, ære alieno oppreſſi congregantur.

PRofectus ergo illinc Dauid, ″ſeruauit ſe in ſpelunca עAdullã: quod quum audiſſent fratres eius, & vniuerſa domus patris eius, deſcenderunt ad eum illuc. 1

″Congregatíque ſunt ad eum ″quicunque erat in anguſtiis conſtitutus, ″& cuicunque erat creditor, quicunque item erat amarus animo: fuítque eis in principem: ʼfuerunt autem cum eo fermè quadringenti viri. 2

Fugit ad Regẽ Moab, cum quo habitauerunt parentes ipſius.

Abiit verò Dauid inde in Miצſpéh ″Moáb, dixítque ad Regem Moáb, ʼEgrediatur quæſo pater meus & mater mea, *& habitent* vobiſcum, donec cognoſcam quid faciat ″mihi Deus. 3

Adduxit ergo eos ante Regem Moáb, & habitauerunt cum eo omnibus diebus quibus fuit Dauid ″in arce illa. 4

Gad prophetæ monitu fugit Dauid in Hareth.

Dixit autem Gád propheta Dauidi, Ne maneas poſthac in arce iſta: age, proficiſcere in terram Iehudáh. Abiit ergo Dauid, & venit in ſaltum חHáreth 5

Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentiſſimus paſtorum Saul.

8 Dixit autẽ Dauid ad Achimélech, Si habes hìc ad manum haſtam aut gladium? quia gladiũ meum & arma mea nõ tuli mecum: ſermo enim Regis vrgebat.

9 Et dixit ſacerdos, Ecce gladius Goliath Philiſthæi, quem percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt inuolutus pallio poſt ephod: ſi iſtũ vis tollere, tolle: neque enim hic eſt alius abſq; eo. Et ait Dauid, Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.

10 Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem Geth.

11 Dixerúntque ſerui Achis ad eum, Nunquid non iſte eſt Dauid Rex terræ? nónne huic cãtabant per choros, dicentes, Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia? D

12 Poſuit ergo Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth.

13 Et immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in oſtia portæ, defluebántque ſaliuæ eius in barbam.

14 Et ait Achis ad ſeruos ſuos, Vidiſtis hominem inſanum: quare adduxiſtis eum ad me?

15 An deſunt nobis furioſi, quòd introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? hiccine ingredietur domum meam?

Cap. XXII.

1 ABiit ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncã Odollam: quod quum audiſſent fratres eius, & omnis dom⁹ patris eius, deſcenderunt ad eũ illuc.

2 Et cõuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia cõſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo: & factus eſt eorum princeps: fuerúntque cum eo quaſi quadringenti viri.

3 Et profectus eſt inde Dauid in Maſpha quæ eſt Moab: & dixit ad Regẽ Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam quid faciat mihi Deus.

4 Et reliquit eos ante faciem Regis Moab: mãſerúntque apud eũ cunctis diebus quib⁹ Dauid fuit in præſidio.

5 Dixitque Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in terrã Iuda. Et profectus eſt Dauid, & venit in ſaltum Hareth.

אEdomæus, האדומי Habitatione quidem, non genere: qui ſcilicet habitauerat, vel habitabat etiã adhuc in Idumæa. Potentiſſimus paſt. אביר הרועים princeps [.i. maximus] paſtorum. 8 Sub manu t. תחת־ידך .i. in promptu, ad manum, in poteſtate. Neque gladium, &c. גם־חרבי וגם־כלי לא־לקחתי Ad verbũ, etiam gladium meum, & etiam arma mea non tuli. Verbũ Regis vrgeb.: דבר־המלך נחוץ Ad verbum, Regis verbum acceleratum .i. negotium, vel mandatũ Regis vrgebat me ſtatim diſcedere. 9 Panno בשׂמלה velo. veſte.

Poſt אephod: אחרי האפוד .i. poſt eum locum in quo reponitur ephod. hoc eſt, veſtes ſacerdotales. Alii intelligunt de veſte pontificis.

Vis tollere tibi, תקח לך Ad verbũ, accepturus es tibi .i. velis accipere, licet per me capias. Non eſt ſimilis huic, אין כמוה .i. eſt incõparabilis. 10 Surrexit ergo Da. & fugit ויקם דוד ויברח confeſtim & propere fugit. 11 Rex terræ? מלך הארץ Rex huius regionis? .i. ad quem pertinet regnum huius regionis. Mille ſuos, & Dauid, &c. באלפו ודוד ברבבותיו: Vide ſuprà cap. 18. b. 7.

12 Et repoſuit Dauid, &c. וישם דוד .i. mãſerunt hæc apud eũ alta mente repoſta. 13 Et immutauit ipſe ſerm. ſ. וישנו את טעמו Et immutauit illum ſenſum ſuum. Vel mutabat, relatiuũ ante ſuum antecedens, pro, mutauit ſenſum illũ ſuum, vel mentẽ ſuam .i. finxit inſaniam.

Et inſanũ ſe oſtend. ויתהולל & ſimulauit [vel, finxit] ſtultitiam. vel, inſaniam .i. egit ſtultum. Et deſcribebat ויתו more ſcilicet ſtulti.

14 Ecce vidiſtis, &c. הנה תראו וגו' .i. quũ videretis hominem iſtũ eſſe inſanum & ſtultũ, quare, &c. 15 Careóne חסר Deſtituórne Indigeóne. Gallicè, *N'ay ie pas aſſez de ſots*, &c. Num iſte ingred. &c. הזה יבוא אל־ביתי: .i. hiccine dignus eſt qui ingrediatur regiam meam? q.d. procul hunc hominem abigite: non enim eſt dignus qui in regiam meam ingrediatur.

IN CAPVT XXII.

1 Seruauit ſe in ſpel. וימלט אל־מערת euaſit. [vel recepit ſe] in ſpeluncam Adullam, quæ erat in tribu Iuda. 2 Congregatíque ſunt ויתקבצו Cõgregauerúntque ſeſe .i. adiunxerunt ſeſe illi, vt ſcilicet ſolamen aliquod inuenirent. Quicunque erat in ang. conſt. כל־איש מצוק Ad verbum, omnis vir anguſtiatus. Et cuicunque erat creditor, וכל־איש אשר־לו נושא id eſt quotquot oppreſſi erant ære alieno, & non erant ſoluendo. Fuerunt autem cum eo ויהיו עמו .i. ſequuti ſunt eum. 3 Moab, מואב genitiuus eſt, id eſt quæ erat in regione Moab. Egrediatur יצא ſub. de patria ſua. Mihi לי de me .i. donec intellexero quid facturus ſit de me.

4 In arce illa. במצודה: .i. in Maſpha quæ erat arx firmiſſima.

B Et audiuit Saul quòd apparuiſſet Dauid & viri qui erant cum eo: Saul autem quum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore quod eſt in Rama, haſtam manu tenens, cunctique ſerui eius circunſtarent eum:

Ait ad ſeruos ſuos qui aſſiſtebāt ei, Audite me nunc filii Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos, & centuriones:

Quoniam cōiuraſtis omnes aduerſum me, & nō eſt qui mihi renuntiet, maximè quū & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai? non eſt qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annūtiet mihi: eo quòd ſuſcitauerit filius meus ſeruum meū aduerſum me, inſidiantem mihi vſque hodie.

Reſpondens autē Doeg Idumæus qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſeruos Saul, Vidi, inquit, filiū Iſai in Nobe apud Achimélech filium Achitob.

Qui conſuluit pro eo Dominū, & cibaria dedit ei: ſed & gladiū Goliath Philiſthæi dedit illi.

Miſit ergo Rex ad accerſendum Achimélech ſacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, ſacerdotū qui erant in Nobe, qui vniuerſi venerunt ad Regem.

Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui reſpondit, Præſto ſum Domine.

C Dixitque ad eum Saul, Quare coniuraſtis aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo Deum, vt conſurgeret aduerſum me, inſidiator vſque hodie permanens?

Reſpondénſque Achimélech Regi, ait, Et quis in omnibus ſeruis tuis ſicut Dauid fidelis, & gener Regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua?

Num hodie cœpi pro eo conſulere Deum? Abſit hoc à me: ne ſuſpicetur Rex aduerſus ſeruum ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa domo patris mei: nō enim ſciuit ſeruus tuus quicquam ſuper hoc negotio, vel modicum vel grande.

Dixitq; Rex, Morte morieris Achimélech, tu & omnis dom⁹ patris tui.

D Et ait Rex emiſſariis qui circunſtabant eum, Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nā manus eorum cum Dauid eſt: ſcientes quòd fugiſſet, non indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui Regis extēdere manus ſuas in ſacerdotes Domini.

Et ait Rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in ſacerdotes. Conuerſúſque Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinq; viros veſtitos ephod lineo.

Nobe autem ciuitatē ſacerdotum percuſſit in ore gladii, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouémque & aſinum, & ouē in ore gladii.

6 Audiuit autem שSaואúl″quòd notus eſſet Dauid & viri qui erāt cum eo: שSaואúl verò manebat in Gibyáh″ſub arbore in Ramáh, habens lanceā ſuam in manu ſua, omnéſque ſerui eius aſtabāt illi.

7 Dixit itaque שSaואúl ſeruis ſuis qui aſtabant illi, Audite quæſo ′filii Iemini, ″omnibúſne vobis dabit ′filius Iשſai agros & vineas vt omnes vos conſtituat tribunos & centuriones:

Saul ſuos accuſat coniurationis.

8 Quòd coniuraſtis omnes vos aduerſum me, nec eſt′qui reuelet aurem meam? quum fœdus inierit filius meus cum filio Iשſai, nō *eſt* tamen ex vobis qui doleat″ſuper me, & qui reuelet aurē meam, quòd ſuſcitauit filius meus ſeruum meum aduerſum me″ad inſidias, vt hodie *res habet*.

9 Reſpōdit autem Doég אEdomæus qui cōſtitutus erat ſuper ſeruos שSaואulis, & dixit, Vidi filium Iשſai venientem in Nób ad Aחhimélech filium Aחhitúb.

Doeg Dauidis innocentis proditor.

10 Qui conſuluit pro eo Iehouam, atque viaticum dedit ei: gladiū quoque Goliath Peliשthæi dedit ei.

11 Proinde miſit Rex ad vocandum Aחhimélech filium Aחhitúb ſacerdotem, & omnem familiam patris eius, *id eſt* ſacerdotes qui erant in Nób: qui venerunt omnes ad Regem.

Accerſitus Achimélech, accuſatur cō[illegible]rationis à Saule impio.

12 Tunc dixit שSaואúl, Audi nūc fili Aחhitúb. Et dixit, En ego domine mi.

13 Tū ait ad eum שSaואúl, Vtquid coniuraſtis aduerſum me tu & filius Iשſái, quum dediſti ei panem, & gladium, & conſuluiſti pro eo Deum, vt inſurgeret contra me″in inſidiis, vt hodie *res habet*?

14 Reſpondit Aחhimélech Regi, & ait, Et quis ex omnibus ſeruis tuis ſicut Dauid fidelis, *qui* & gener Regis *eſt*, & qui pergit″ad obedientiam tuam, ″clarúſque eſt in domo tua?

15 Hodiéne *primùm* cœpi″conſulere pro eo Deum? abſit *hoc* à me: ne imputet Rex ſeruo ſuo″quidpiam *&* toti familiæ patris mei: non enim′agnoſcit ſeruus tuus″de omnibus his rem paruā vel magnā.

16 Et ait Rex, Moriendo morieris Aחhimélech, tu, & tota familia patris tui.

17 Dixit itaque Rex′curſoribus ſibi aſtantibus, ″Conuertimini, & irruite in ſacerdotes Iehouæ: quia etiam″manus eorū *eſt* cum Dauide, & quia quum cognoſcerent quòd fugeret, non reuelarūt aurem meam. At renuerunt ſerui Regis extendere manum ſuam ″vt irruerent in ſacerdotes Iehouæ.

Occidūtur ſacerdotes quòd ſuſcepiſſent Dauidē.

18 Tūc dixit Rex ad Doég, ″Cōuertere tu, & interfice ſacerdotes. ″Cōuerſus itaq; Doég אEdomæus, irruit in ſacerdotes: interfecítque die illa octoginta & quinque viros′ferentes אephód lineum.

19 Ipſam quoque Nób ciuitatem ſacerdotum percuſſit acie gladii, à viro vſque ad mulierem, à paruulo vſque ad lactentem, boues, & aſinos, ″& pecudes acie gladii.

Nobe percutitur à Saule.

6 Quòd notus eſſet כִּי נוֹדַע quòd cognitus eſſet. i. apparuiſſet. hoc eſt, famam eſſe aliquot homines adiunxiſſe ſe Dauidi. Sub arbore in Ramáh, תחת־האשל ברמה .i. ſub arbore illa inſigni quæ erat in loco edito illius vrbis quæ dicebatur Ramah.

7 Fili Iemini, בְּנֵי יְמִינִי .i. Beniaminitæ. Omnibúſne vobis גם־לכֻלְּכֶם Ad verbū, etiā omnibus vobis. Ironia eſt. q. d. non eſt mirum quòd cum Dauide aduerſum me coniuraſtis: nam creditis vos plura beneficia accepturos ab eo quàm à me. Filius Iשſai בן־ישי Subticet nomen Dauidis per cōtemptum. 8 Qui reuelet aurem meam? גולה את־אזני Vide Ruth 4. a. 4. i. indicet mihi. Super me, עָלַי .i. vicē meam. Ad inſidias, &c. לְאֹרֵב כַּיּוֹם הַזֶּה׃ .i. vt inſidientur mihi, ſicut hodie videre eſt. 13 In inſidiis, vt hodie לְאֹרֵב כַּיּוֹם הַזֶּה׃ .i. ſtructis inſidiis. Vide paulo antè verſu 8. Ad verbum, ad inſidias ſecundū diem hanc? 14 Ad obedientiam tuam, אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ .i. qui promptus eſt ad tibi parendum. Clarúſque וְנִכְבָּד inclytúſque. vel, inſignis. 15 Conſulere pro eo לִשְׁאָל־לוֹ quum ſcilicet erat deducturus copias tuas aliquó. Quidpiam דָּבָר .i. crimen aliquod. Agnoſcit יָדַע Præt. Heb. pro præſ. De omnibus his בְּכָל־זֹאת ex omni hoc. i. in omnibus quæ dicis, non agnoſcit ſeruus tuus crimen aliquod paruum aut magnum quod admiſerit contra te.

17 Curſoribus לָרָצִים emiſſariis. Conuertimini, סֹבּוּ circuite. i. circumeundo interficite. Manus eorum *eſt* cum D. יָדָם עִם־דָּוִד .i. fauent Dauidi, ſtant à partibus Dauidis. 18 Conuertere סֹב Circui. i. circumeundo irrue. Cōuerſus itaque וַיִּסֹּב circuiens itaque. i. circumeundo irruit. Ferentes אephod lineum. נֹשֵׂא אֵפוֹד בָּד׃ non quòd tum ferrent quum interficerentur: ſed quòd eſſent in ea ætate, eóque ordine vt ferre poſſent, hoc eſt miniſtrarent in ſacerdotio Domini. 19 Et pecudes וָשֶׂה Singularia Heb. pro plur. agnos, vel, arietes. aut, oues.

Fuga Abiathar ad Dauidem,

Euaſit autem filius vnicus ipſi Anhimélech filio Anhitúb, cui nomen erat אEbiathár,″& fugit poſt Dauidem: 20

Renuntiauítque אEbiathár Dauidi quòd occidiſſet שSaואúl ſacerdotes Iehouæ. 21

Et dixit Dauid ad אEbiathár, Sciebam ea die quia ibi erat Doég אEdomæus, quòd renuntiando renuntiaret שSaואuli: ego″cauſam præbui in omnem animam domus patris tui. 22

Mane apud me, ne timeas: quoniã″qui quæſierit animã meam, quæret animã tuam: quia cuſtoditus eris″penes me. 23 Cap. XXIII.

Dauid conſulto bis Domino, liberat Ceilam à Philiſthæis.

1 Renuntiauerunt autem Dauidi, his verbis, Ecce Peliשthæi″pugnant cum Ceעiláh, & diripiunt areas.

2 ″Et interrogauit Dauid Iehouam, dicendo, Vadámne & percutiam Peliשthæos iſtos? Reſpondit autem Iehouáh Dauidi, Vade, ″& percuties Peliשthæos, liberabíſque Ceעiláh.

3 Et dixerũt″viri Dauidis ad eũ, Ecce nos hîc″in Iehudáh timem⁹, quãto magis quũ perrexerimus in Ceעiláh″ad acies Peliשthím?

4 ″Itaque rurſum Dauid interrogauit Iehouã. ″cui reſpondit Iehouáh, & dixit, Surge, deſcende in Ceעiláh, quia″do Peliשthæos in manum tuam.

5 Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceעiláh,″& pugnauit cum Peliשthæis,″& abduxit pecora eorum: percuſſitq; eos plaga magna, & ſeruauit Dauid habitatores Ceעiláh.

Abiathar cum ephod in Ceila.

6 ″Fuit autem quum fugeret אEbiathár filius Anhimélech ad Dauidem in Ceעláh,″אephód inciderat in manum eius.

Saul deſcendit cõtra Dauidem in Ceilam.

7 Renuntiatum auté fuit שSaואuli quòd veniſſet Dauid in Ceעiláh, dixitque שSaואúl, Concluſit eum Deus in manum meam: quia concluſus eſt ingrediendo″vrbem portarum & vectis.

8 Congregauit itaque שSaואúl omnem populum in prælium, vt deſcenderet in Ceעiláh, vt obſideret Dauidem & viros eius.

Conſultus à Dauide Dominus, reſpondet, eos quos ipſe liberaſſet, tradituros ipſum Sauli, niſi fugeret.

9 Animaduertens verò Dauid quòd contra ſe שSaואúl tacitè″cogitaret malum, dixit ad אEbiathár ſacerdotẽ,″Applica אephód.

10 Dixítque Dauid, Iehouáh Deus Iשraאél,″audiendo audiuit ſeruus tuus quòd quærit שSaואúl venire in Ceעiláh, vt diſperdat ciuitatem propter me:

11 An tradent me″viri Ceעiláh in manũ eius? an deſcẽdet שSaואúl, quemadmodum audiuit ſeruus tuus, Iehouáh Deus Iשraאél? indica quæſo ſeruo tuo. Reſpondit Iehouáh, Deſcendet.

12 Dixit præterea Dauid, An tradent me viri Ceעiláh, & viros meos in manum שSaואulis? Reſpondit Iehouáh, Tradent.

13 Surrexit ergo Dauid, & viri eius fermè ſexcenti viri, egreſſíque ſunt è Ceעiláh,″& pergebãt quò pergebãt: שSaואuli autẽ renũtia-

20 Euadens autẽ vnus filius Achimélech filii Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid:

21 Et annuntiauit ei quòd occidiſſet Saul ſacerdotes Domini.

22 Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa quòd quũ ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli: ego ſum reus omnium animarum domus patris tui.

23 Mane mecũ, ne timeas: ſiquis quæſierit animam meam, quæret & animam tuam, mecũmque ſeruaberis.

Cap. XXIII.

1 Et annuntiauerunt Dauid, dicentes, Ecce Philiſthiim oppugnant Ceilam, & diripiunt areas.

2 Conſuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Num vadam, & percutiã Philiſthæos iſtos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philiſthæos, & Ceilam ſaluabis.

3 Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum, Ecce nos hîc in Iudæa cõſiſtẽtes timemus: quanto magis ſi ierimus in Ceilam aduerſum agmina Philiſthinorum?

4 Rurſum ergo Dauid conſuluit Dominum. qui reſpondens ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philiſthæos in manu tua.

5 Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilã, & pugnauit aduerſũ Philiſthæos, & abegit iumenta eorum, & percuſſit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ.

6 Porrò eo tẽpore quo fugiebat Abiathar filius Achimélech ad Dauid in Ceilam, ephod ſecum habens deſcenderat.

7 Nuntiatum eſt autem Sauli quòd veniſſet Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum Deus in manus meas: concluſúſque eſt, introgreſſus vrbem in qua portæ & ſeræ ſunt. B

8 Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam deſcẽderet in Ceilam, & obſideret Dauid & viros eius.

9 Quòd quum Dauid reſciſſet quia præpararet ei Saul clã malũ, dixit ad Abiathar ſacerdotẽ, Applica ephod.

10 Et ait Dauid, Domine Deus Iſrael, audiuit famam ſeruus tuus quòd diſponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me:

11 Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & ſi deſcẽdet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait Dominus, Deſcendet.

12 Dixitque Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dñs, Tradent.

13 Surrexit ergo Dauid & viri ei⁹ quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nuntiatũq; eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid de

---

20 Et fugit poſt Dauidem: ויברח אחרי דוד: & confugit ad Dauidẽ. 22 Cauſam præbui, &c. סבותי בכל נפש cauſa fui in omnem animã, &c. Hebraiſmus, cauſa fui vt interficeretur tota familia patris tui. 23 Qui quæſierit, &c אשר יבקש את נפשי יבקש את נפשך .i. qui quæſierit me perdere, quæret perdere te. Quidam per præſens vertunt, qui quærit animam meam, quærit animã tuam. ſiue, qui quærit perdere me, &c. q.d. communem habemus hoſtem Saulem. Penes me. עמדי: mecum. i. cuſtodiam te ſicut cuſtodiam meipſum.

IN CAPVT XXII.

1 Pugnant cũ Ceעiláh נלחמים בקעילה oppugnant Ceilã. 2 Et interrogauit Da. וישאל דוד ביהוה Conſuluit ergo Dauid Iehouam. Et percuties והכית & percutias. 3 Viri Dauidis אנשי דוד .i. viri qui erant cũ Dauide. In Iehudáh ביהודה q.d. nos quidem hîc in media tribu timemus, quanto magis timebimus quum perrexerimus in Ceilam, vt defendamus eam à Palæſthinis? Ad acies אל מערכות ad agmina. i. pugnaturi contra Palæſthinos. 4 Itaque rurſum, &c. ויוסף עוד דוד לשאול ביהוה Ad verbum, Et addidit Dauid adhuc interrogare Iehouam. Id facit propter infirmitatẽ ſuorũ. Do נותן Præſ. Heb. pro fut. 5 Et pugnauit cũ P. וילחם בפלשתים & expugnauit Philiſthæos. Et abduxit pecora e. וינהג את מקניהם & abegit greges eorũ. vt vertit Chaldæus paraph. ſcilicet è Palæſthina. nam illuc vſque fugientes perſequutus fuerat. vel, pecora quæ ſecum adduxerant vt alerent exercitum. 6 Fuit autem quum fugeret ויהי בברוח .i. Quum autẽ pararet ſe ad fugã. אEphod inciderat, &c. אפוד ירד בידו: .i. forte fortuna, & non dedita opera ſecum detulerat, & poſuerat inter ſarcinas ſuas. 7 Vrbem portarum & vectis. בעיר דלתים ובריח: .i. vrbem clauſam portis & vecte. 9 Cogitaret מחריש moliretur. machinaretur. Applica אephod. הגישה האפוד: .i. afferas ephod, vt cõſulas Dominũ per Vrim & Thummim. adhærebãt enim ipſi ephod. 10 Audiẽdo audiuit שמוע שמע q.d. ex multis audiuit. 11 Viri בעלי Significat & dominos & maiores, ſiue magnates. 13 Et pergebant, &c. ויתהלכו באשר יתהלכו & perrexerunt quò perrexerunt. i. huc illuc vagati ſunt incerti. vel vt doctus inter Hebræos exponit & loquitur, per viam accidentalem. i. quò fors ferebat, *Ils ſ'en alloyent a l'aduenture.*

Ceila, & ſaluatus eſſet: quamobrem diſſimulauit exire.

Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſſimis, manſitque in mõte ſolitudinis Ziph: quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus eius.

C Et vidit Dauid quòd egreſſus eſſet Saul vt quæreret animã eius: porrò Dauid erat in Deſerto Ziph in ſylua.

Et ſurrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in ſyluam, & confortauit manus eius in Deo.

Dixitque ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus: ſed & Saul pater meus ſcit hoc.

Percuſſit ergo vterque fœdus corã Dño: manſitque Dauid in ſylua, Ionathas autẽ reuerſus eſt in domũ ſuam.

Aſcenderunt autẽ Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nónne Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ, in colle Hachila, qui eſt ad dexteram deſerti?

Nunc ergo ſicut deſiderauit anima tua vt deſcẽderes, deſcẽde: noſtrũ autẽ erit vt tradamus eũ in manus Regis.

Dixitque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam.

Abite ergo oro, & diligentius præ-

D parate, & curioſius agite, & conſiderate locum vbi ſit pes eius, vel quis viderit eum ibi. recogitat enim de me quòd callidè inſidier ei.

Conſiderate & videte omnia latibula eius, in quibus abſconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiſcũ. quòd ſi etiam in terrã ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda.

At illi ſurgentes, abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in deſerto Maon, in campeſtribus ad dexteram Ieſimon.

Iuit ergo Saul & ſocii ei⁹ ad quærẽdum eum: & nũtiatum eſt Dauid, ſtatimque deſcendit ad Petram, & verſabatur in deſerto Maon. quod quũ audiſſet Saul, perſequutus eſt Dauid in deſerto Maon.

Et ibat Saul ad latus mõtis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erãt in latere montis ex parte altera: porrò Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul: itaque Saul & viri eius in modum coronæ cingebãt Dauid & viros eius, vt caperent eos.

Et nuntius venit ad Saul, dicẽs, Feſtina, & veni: quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram.

tum fuit quòd euaſiſſet Dauid ″è Ce'עiláh, & deſtitit exire.

Moratur Dauid in ſolitudine Ziph.

14 Manſit autem Dauid in deſerto ″in munitionibus, manſit in quã in monte in deſerto Ziph: quæſiuit porrò eum שSa'אúl omnibus diebus, nec tradidit eum Deus in manum eius.

15 ′Quum intellexiſſet ergo Dauid quòd egreſſus eſſet שSa'אúl ad quærendum animã ſuam, tum *continuit ſe* in deſerto Ziph in ſylua.

16 ″Surrexit autem Iehonathán filius שSa'אúl, & profectus eſt ad Dauidem in ſyluam, ″& confortauit manum eius in Deo.

Cõſolatur Ionathas Dauidem.

17 Dixítque ei, Ne timeas, quia ″nõ inueniet te manus שSa'אulis patris mei: ſed tu regnabis ſuper Iשſraאelem, & ego ero ′tibi ſecũdus: & etiam שSa'אúl pater meus ſcit ″ita.

18 Pepigerúntque ambo fœdus ″corã Iehoua: & remanſit Dauid in ſylua, Iehonathán autem abiit in domum ſuam.

Percutit fœdus cum Ionatha.

19 Aſcenderunt autem Ziphæi ad שSa'אulem in Gibעáh, dicentes, Nónne Dauid latitat nobiſcum ″in munitionibus in ſylua in Gibעáh הHachiláh, quæ eſt ″ad dextram *deſerti* Ieשſimón?

Proditur à Ziphæis.

20 Nunc igitur ″iuxta omne deſiderium animæ tuæ, ô Rex, deſcendendo deſcende, & noſtrum erit tradere eum in manum Regis.

21 Et dixit שSa'אúl, ″Benedicti vos à Iehoua, quia miſerti eſtis mei:

22 Ite quæſo, ″*&* parate adhuc, ″& ſcitote, & videte locum eius in quo ſit pes eius, *&* quis viderit eum ibi. ″dixit enim mihi quòd ″callidiſſimus eſt.

Benedictos prædicat Saul qui Dauidem perderent.

23 ″Proinde conſiderate & cognoſcite ′omnia latibula in quibus deliteſcere ſoleat, & reuertimini ad me ″cum re certa, & ibo vobiſcum: ′quòd ſi fuerit in terra, ſcrutabor eum in omnibus millibus Iehudáh.

24 Surrexerunt igitur, & abierunt in Ziph ante שSa'אulem: Dauid verò & viri eius *erant* in deſerto Ma'עón ″in campeſtribus ad dexteram Ieשſimón.

25 שSa'אúl verò & viri eius profecti ſunt ′ad quærendum: quod nuntiauerunt Dauidi, deſcendítque ″ad Petram, & manſit in deſerto Ma'עón. audiens hoc שSa'אúl, perſequutus eſt Dauidem in deſertum Ma'עón.

Perſequitur Saul Dauidem.

26 Pergebat igitur שSa'אúl ex latere montis ″hinc, Dauid verò & viri eius ex latere mõtis ′illinc: ″feſtinabátque Dauid abire à facie שSa'אulis: שSa'אúl autem & viri eius circundabant Dauidem & viros eius, vt apprehenderet eos.

27 Nuntius autem venit ad שSa'אulem, dicens, Accelera, & veni: quoniam ″impetum fecerunt Peliſtשhím ſuper terram

E Ce'עiláh מקעילה .i. relicta Ceila. 14 In munitionibus, במצדות in præſidiis. vel, arcibus. locis natura munitis. aut, rupibus inacceſſis. 15 Quum intellexiſſet ergo וירא Ad verbum, Et vidit. *Continuit ſe.* Vel, *delituit.*

16 Surrexit autem ויקם .i. accinxit ſe itineri, vt inuiſeret Dauidem. Et confortauit manum e. ויחזק את־ידו & fortificauit [vel roborauit] manũ eius. i. iuſſit eũ bono eſſe animo ac forti, quòd Deum haberet ſibi fauentẽ. 17 Non inueniet te manus שSa. לא תמצאך יד שאול .i. nõ attinget, vel aſſequetur te manus Saul. hoc eſt, non venies in poteſtatem eius. Tibi ſecundus: לך למשנה ſecundus à te. i. vicarius tuus.

Ita. כן: ſub. futurum. 18 Coram Iehoua: לפני יהוה .i. Iehoua teſte. 19 In munitionibus, במצדות, vt paulo antè, verſu 14.

Ad dextram מימין .i. ad Meridiem. Vide paulo pòſt, verſu 23. 20 Iuxta omne deſid. animæ t. לכל־אות נפשך Hebraiſmus, pro deſiderio animi tui. ſiue, vt cupis. 21 Benedicti vos à Iehoua, ברוכים אתם ליהוה Hebraiſmus, Dominus proſequitur vos ſingulari fauore. 22 *Et* parate הכינו *&* præparate. i. diligenter & exactè diſquirite adhuc. Et ſcitote, &c. ודעו וראו את־מקומו אשר תהיה רגלו & cognoſcite, & cõſiderate locũ eius in quo fuerit pes eius. i. in quo habitet. Dixit enim mihi כי אמר אלי ſub. animus meus. i. ita præſagit mihi animus meus. Chaldæus paraph. Dixerunt mihi. i. renuntiatum eſt mihi. Alii, Dixit enim mihi. ſub. Dauid, quòd magno aſtu & calliditate vti ſoleat in re militari. Callidiſſimus eſt. ערום יערם הוא: Ad verbum, callendo callet. i. aſtutiſſimus eſt, aſtu & calliditate præditus eſt.

23 Proinde conſiderate, &c. וראו ודעו Conſiderate ergo & reſcite. vel, Intelligite & perpendite. Omnia latibula, &c. מכל המחבואים אשר יתחבא ex omnibus latibulis *in* quo nunc deliteſcat. Fut. Heb. pro præſ. Cum re certa, אל־נכון Ad verbũ, ad certum. i. cum certo nuntio, vt re vera indicetis mihi locum vbi deliteſcat. Chaldæus paraph. in veritate. Quòd ſi fuerit in terra, &c. והיה אם וגו' Ad verbũ, & erit, ſi fuerit ipſe in terra. i. in regione veſtra, perquiram eum cum omnibus millibus Iehuda. i. aſſumptis omnibus chiliadibus Iehuda.

24 In campeſtribus ad dexteram Ieשſ. בערבה אל ימין הישימון in planitie, ad dexteram Ieſimon. Vide paulo antè, verſu 19.

25 Ad quærendum: לבקש ſub. Saulem. Ad Petram, הסלע in rupem. Vallis erat media ab eo loco in quo erat Dauid, in rupẽ in quam volebat ire. q. d. deſcendit in vallem, quæ erat inter locum in quo erat ipſe Dauid, & rupem illam.

26 Hinc, מזה i. ex vno latere. Illinc: מזה .i. ex altero latere. Feſtinabátque Dauid abire, &c. ויהי דוד נחפז ללכת מפני שאול .i. quanta poterat feſtinatione parabat diſcedere à Saule. 27 Impetum fecerunt פשטו irruerunt.

24-29

Immiſſis Philiſthæis contra Saulem, liberat Deus dauidem.

28 Reuerſus igitur שSaואúl à perſequendo Dauide, iuit in occurſum Peliשſthím: Ideo vocauerũt locum illum, סSélah-hãmaחh-lecóth.

Cap. XXIIII.

Dauid habitat in En-gaddi.

1 AScendit autẽ Dauid illinc, & manſit in munitionibus עEn-gédi.

2 Fuit autẽ quum reuerſus eſſet שSaואúl à Peliשſthím, nuntiauerunt ei his verbis, Ecce Dauid eſt in deſerto עEn-gédi.

Ipſum perſequitur Saul.

3 Aſſumpſit itaque שSaואúl tria millia virorum 'electorum ex vniuerſo Iשſraאele, & abiit vt quæreret Dauidem, & viros eius in ſuperficie rupium 'hircorum ſylueſtrium.

4 Et peruenit ad 'Caulas ouium *quæ erant* iuxta viam, vbi erat ſpelunca: quam ingreſſus eſt שSaואúl 'ad tegendũ pedes ſuos: Dauid autem & viri eius, 'in lateribus ſpeluncæ ſedebant.

Late: Dauid in ſpelunca cum ſuis.

5 Dixerúntque viri Dauidis ad eum, Ecce dies de qua dixerat Iehouáh tibi, Ecce 'do 'inimicum tuum in manum tuam, & facies ei quemadmodum placuerit in oculis tuis. Surrexit itaque Dauid, & abſcidit oram pallii quod erat שSaואuli, 'clám.

Dauid timens Deũ, pro malo reddit bonum inimico Sauli in manus eius à Deo tradito.

6 Fuit verò, poſt hoc percuſſit cor Dauidis ipſum quòd abſcidiſſet oram *pallii* quòd erat שSaואuli.

7 Dixítq; viris ſuis, 'Abſit *hoc* mihi à Iehoua, 'ſi faciam hoc domino meo, chriſto Iehouæ, 'vt mittam manum meam in eum: quia chriſtus Iehouæ eſt.

Verbis blandis prohibuit Dauid ne Saul occideretur à ſuis.

8 'Et confregit Dauid viros ſuos verbis, nec permiſit eos conſurgere in שSaואulem: שSaואúl autem ſurrexit de ſpelunca, '& abiit per viám.

Dauid oſtendit miſericordiam ſuam Sauli.

9 Surrexit & Dauid poſtea, egreſſúſque eſt de ſpelunca, & clamauit poſt שSaואulẽ, dicẽs, Domine mi Rex. Reſpexit autẽ שSaואúl poſt ſe, 'tum inclinauit ſe Dauid in faciem in terram, & adorauit:

10 Aítque Dauid ad שSaואulem, Vtquid audis verba hominum 'dicentium, Ecce Dauid quærit malum tuum?

11 Ecce hodie 'viderũt oculi tui quòd tradiderit te Iehouáh hodie in manum meam in ſpelunca. '& dixit *quiſpiam* vt occiderem te, 'at peperci tibi, & dixi, Non extendam manum meam in dominum meum, quia chriſtus Iehouæ eſt.

12 Itaque pater mi 'vide, etiam vide oram pallii tui in manu mea: quia dum abſcinderem oram pallii tui, non interfeci te: ſcito & vide quòd nõ eſt in manu mea malum, neque præuaricatio: neque peccaui in te: tu autẽ 'venaris animã meam, vt auferas eam.

Vindictam Deo reſeruat Dauid.

13 'Iudicet Iehouáh inter me & te, '& vlciſcatur me Iehouáh de te, at manus mea non erit in te.

28 Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtẽs perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Philiſthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum Petram diuidentem.

Cap. XXIIII.

1 AScẽdit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutiſſimis En gaddi.

2 Quúmque reuerſus eſſet Saul, poſtquam perſequutus eſt Philiſthæos, nuntiauerunt ei, dicẽtes, Ecce Dauid in deſerto eſt En-gaddi.

3 Aſſumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigandũ Dauid & viros eius, etiã ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt.

4 Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti: erátque ibi ſpelũca quam ingreſſus eſt Saul vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. C

5 Et dixerunt ſerui Dauid ad eum, Ecce dies de qua loquutus eſt Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicũ tuũ, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præſcidit orã chlamydis Saul ſilenter.

6 Poſt hæc percuſſit cor ſuũ Dauid, eo quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.

7 Dixitque ad viros ſuos, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hãc rem domino meo chriſto Domini, vt mittam manum meã in eum, quia chriſtus Domini eſt. B

8 Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos vt conſurgerent in Saul: porrò Saul exurgẽs de ſpelunca, pergebat cœpto itinere.

9 Surrexit autem Dauid poſt eum: & egreſſus de ſpelunca, clamauit poſt tergũ Saul, dicens, Domine mi Rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: & inclinans ſe Dauid pronus in terrã, adorauit:

10 Dixitque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentiũ, Dauid quærit malum aduerſum te?

11 Ecce hodie viderũt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in ſpelunca: & cogitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Nõ extendam manũ meam in dominũ meum, quia chriſtus Dñi eſt. C

12 Quin potius pater mi, vide & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam quũ præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extẽdere manum meã in te. animaduerte, & vide quoniam non eſt in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem inſidiaris animæ meæ vt auferas eam.

13 Iudicet Dominus inter me & te, vt vlciſcatur me Dominus ex te: manus autem mea non ſit in te.

28 סSélah-hammaחh lecóth. סלע־המחלקות: Nomen loci, quod ſignificat petram diuiſionum, vel diſtractionum. i. variarum ſententiarum. Quidam hoc referunt ad Saulem, cuius animus diſtrahebatur in partes varias, capturúſne eſſet prius Dauidem, an Palæſthinis occurſurus. Alii referunt ad milites Saulis qui diuerſa ſentiebant. Doctus inter Hebræos dicit ideo dici lapidem diſtractionum, ſiue diuiſionum, quòd ſeparauerint ſe ab inuicem alii ab aliis.

IN CAPVT XXIIII.

3 Electorum בחור iuuenum. i. florentium ætate. hoc eſt, fortium. Sing. Heb. pro plur. Hircorum ſylu. היעלים: ibicum. caprarum ſylueſtrium. i. in ſummitatibus rupium in quibus ſolent habitare ibices. hoc eſt, ſuper rupes abruptiſſimas ſolis ibicibus peruias.

4 Caulas ouium גדרות הצאן Gidroth-aצſon. Nomen loci. Ad tegendum pedes ſ. להסך את־רגליו. i. ad purgãdum ventrem. Chaldæus paraph. ad faciendum neceſſitatem ſuam. Eandem loquendi formam habes Iudicum 3. c. 24. In lateribus בירכתי. i. in intima parte eius ſpeluncæ deliteſcebant. 5 Do נותן Præſ. Heb. pro fut. traditurus ſum. Inimicum t. את־אויבך. i. inimicorum tuorum præcipuum. Clám. בלט: tacité. ſecretó. 7 Abſit *hoc* mihi à Iehoua, חלילה לי מיהוה. i. ne permittat Dominus vt id faciã. prohibeat Dominus me id facere. Si faciam אם־אעשה. i. non faciam. aut ſubaudiendum, Diſpeream ſi fecero hanc rem. Vt mittam manum m. in e. לשלח ידי בו. i. vt iniiciam manus violẽtas in eum, ſiue vt occidam eum. 8 Et confregit וישסע. i. auocauit eos à ſententia. Doctus inter Hebræos exponit, fregit iram illorum. Alii vertunt, Itaque pacauit. vel, pacatos reddidit. Et abiit per viam. וילך בדרך: ſub. cœptam. i. abiit cœpto itinere. 10 Dicentium, לאמור Ad verbum, dicendo. i. quare credis delatoribus dicentibus, &c.

11 Viderunt ראו videre potuerunt. Et dixit ואמר ſub. quidam qui mecum erat. Chaldæus paraph. dixerunt. i. adhortati ſunt. At peperci tibi, ותחס עליך Ad verbum, & pepercit tibi. ſub. oculus meus. vel anima mea. Plena loquutio legitur Deut. 7. c. 16, & aliis locis.

12 Vide, etiam vide ראה גם ראה. i. diligenter aſpice vt agnoſcas. Venaris צודה. i. more venantium inſidiaris. 13 Iudicet ישפוט Iudicabit. Et vlciſcatur ונקמני & vindicabit.

14 Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, Ab impiis egreditur impietas: manus ergo mea non ſit in te.

15 Quem perſequeris Rex Iſrael? quẽ perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum.

16 Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet cauſam meam, & eruat me de manu tua.

17 Quum autem cõpleſſet Dauid loquens ſermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem ſuam, & fleuit. D

18 Dixitque ad Dauid, Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.

19 Et tu indicaſti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & nõ occideris me.

20 Quis enim quũ inuenerit inimicũ ſuum, dimittit eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me.

21 Et nũc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael:

22 Iura mihi in Domino ne deleas ſemen meũ poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23 Et iurauit Dauid Sauli: abiit ergo Saul in domum ſuam: & Dauid & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

Cap. XXV.

Infrá 28.a.3
eccli 46.d.23

1 MOrtuus eſt autẽ Samuel, & cõgregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerunt eũ, & ſepelierunt eũ in domo ſua in Ramátha. Conſurgénſque Dauid deſcendit in deſertum Pharan.

2 Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erántq; ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo.

3 Nomen autẽ viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigáil: erátq; mulier illa prudentiſſima & ſpecioſa: porrò vir eius durus, & peſſimus, & malitioſus: erat autẽ de genere Caleb

4 Quũ ergo audiſſet Dauid in deſerto quòd tonderet Nabal gregem ſuum,

5 Miſit decem iuuenes, & dixit eis, Aſcẽdite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacificè.

14 Quemadmodum dicit prouerbium ′antiqui *hominis*, ′Ab impiis egredietur impietas: & manus mea non erit in te. Prouerbium.

15 Poſt quem egreſſus eſt Rex Iשׂsraאelis? quẽ perſequeris? canem mortuum, pulicem vnum.

16 Sit ergo Iehouáh in iudicẽ, & iudicet inter me & te, ″videátque ′ac diſceptet cauſam meam, ″& iudicet me de manu tua.

17 Fuit autem, quum compleuiſſet ″Dauid loqui verba hæc ad שׂSaאulem, dixit שׂSaאúl, Eſtne vox tua hæc, fili mi Dauid? Et ſublata voce ſua שׂSaאúl fleuit.

18 Dixítque Dauidi, Iuſtior es me: tu enim retribuiſti mihi ″bonũ, ego autem retribui tibi malum.

Saul cum fletu agnoſcit Dei manũ, Dauidis innocentiam, ſuámque iniquitatem.

19 Tu quidem indicaſti hodie ″quantum feceris mecum bonũ: quoniam quũ tradiderit me Iehouáh in manũ tuam, non tamen occideris me.

20 ′Nunquid inueniet quiſpiã inimicũ ſuum, & dimittet eum per viam bonam? proinde Iehouáh retribuat tibi bonũ ′pro eo quod hodie feciſti mihi.

21 Nunc ergo (noui enim quòd ″regnando regnabis, & ſtabit in manu tua regnum Iשׂsraאelis)

22 Nunc inquã iura mihi per Iehouam ″quòd non abſcindes ſemẽ meũ poſt me, neque diſperdes nomen meũ de domo patris mei.

Iurat Dauid Sauli.

23 Iurauit itaque Dauid שׂSaאuli, & abiit שׂSaאúl in domũ ſuam: Dauid verò & viri eius aſcenderunt ′in præſidium. Cap. XXV.

1 M″Ortuus eſt autem שׂSemuאél, congregatíque ſunt omnes Iשׂsraאelitæ, & planxerunt eum, ac ſepelierũt eum in domo ſua in Ramáh. Surrexit autem Dauid & deſcẽdit in deſertũ Parán.

Moritur Samuel.

2 Et vir *quidam habitabat* in Maעón, ″cuius opes *erant* in Charmél, erátque vir ille ″magnus valde, qui habebat ouium tria millia, & mille capras. fuit autem vt tonderet oues ſuas in Charmél.

Nabal impius.

3 Porrò nomen viri *erat* Nabál: nomen verò vxoris eius, *erat* Abigáil, erátque mulier illa ″prudens & pulchra forma: vir autem ille erat ′durus, ′& malus operibus, atque Chalibbita.

Abigáil ſapiens & pulchra.

4 Audiuit itaque Dauid in deſerto quòd tõderet Nabál oues ſuas.

5 Miſit ergo Dauid decem pueros, dixítque Dauid pueris, Aſcendite in Charmél, & ite ad Nabál, ipſúmque ſalutate nomine meo pacificé.

Dauid mittit ſeruos ſuos ad Nabal pro cibis.

---

14 Antiqui הקדמוני Sub. hominis, qui primus dixit hoc prouerbium, poſtea fuit in ore omnium hominum. ſic exponit doctus inter Hebræos. Chaldæus paraph. Quemadmodũ dicũt prouerbia quæ ſunt ab antiquo. Alii, antiqui. i. authoris antiquiſſimi. hoc eſt, vt habetur in prouerbio antiquiſſimo. Ab impiis egred. imp. מרשעים יצא רשע Fut. Heb. pro præſ. Ab impiis egredi ſolet impietas. i. impii ſuo ſe gladio iugulãt, ſua ſe impietate perimunt. hoc eſt, committunt facinus propter quod pereunt. Alii רשע expon unt opus impium. hoc eſt, ſcio impios impiè acturos. q. d. vt ſciam te impiè acturum, tamen nunquam iniiciam manus violentas in te.

16 Videátque וירא .i. conſideret cauſam vtriuſque. Ac diſcep et cauſam m. וירב את־ריבי ac litiget litem meam. i. agat, tueatur, ac defendat cauſam meam: hoc eſt patrocinetur mihi. Vertere potes per futurum. Et iudicet me, &c. וישפטני מידך: .i. iudicio ſuo liberet me de manu & poteſtate tua, eruátque me è manu tua. 18 Bonum, ego autem, &c. הטובה ואני וגו׳ beneficium, quum ego affecerim te iniuria. 19 Quantum feceris, &c. את אשר־עשיתה וגו׳ quomodo cõtuleris in me beneficium, quomodo tradiderit me Iehoua in manum tuam, & non occidiſti me. Alii, quanta bonitate ſis me proſequutus, quòd me, quum Dominus me in manum tuam concluſiſſet, non interfeceris. Alii, quantum mihi feceris bonum: quoniam quum Dominus me tradiderit in manum tuam, tu me non occidiſti.

20 Nunquid inueniet, &c. וכי־ימצא וגו׳ Num inueniet, &c. Hebraiſmus, Soléntne homines, ſi occurrãt inimicis ſuis, ſinere eos abire ſaluos & incolumes, ſine vllo damno ac malo? q. d. non ſolent id facere alii homines. Pro eo quod hodie, &c. תחת היום וגו׳ pro hoc die *in* quo feciſti mihi bonum. i. pro iis quæ geſſiſti hoc die, in quo feciſti mihi bonum. hoc eſt pro beneficio quod contuliſti mihi hodie.

21 Regnando regnabis, &c. מלוך תמלוך וגו׳ Hebraiſmus, certò regnabis, & ſtabile ac firmum erit apud te regnum Iſraelis.

22 Quòd non abſcindes. &c. אם־תכרית וגו׳ Ad verbum, ſi abſcideris, &c. & ſi diſperdideris, &c. i. quòd non exterminabis prolem meam me mortuo, & quòd non perdes, ſiue delebis nomen meum de familia mea paterna.

23 In præſidium. על־המצודה: in munitionem. ſiue, locum munitum. quò ſcilicet ſe recipere ſolebant.

IN CAPVT XXV.

1 Mortuus eſt autem וימת Interea ſcilicet dum perſequeretur Saul Dauidem.

2 Cuius opes ומעשהו Ad verbum, & opus eius. Doctus inter Hebræos dicit vocem hanc ſignificare peculium, oues & boues, in quibus verſatur totũ opus hominis. Pro opibus accipitur, quòd in his opes conſtitutæ eſſent. Magnus valde, גדול מאד .i. ditiſſimus ac potẽtiſſimus.

3 Prudens טובת־שכל Ad verbum, bona intellectu. quia (inquit doctus inter Hebræos) verſabatur prudenter & ſapienter in operibus quæ factura erat. Chaldæus paraph. ſapiens ſcientia. vel cogitatione. Durus, קשה .i. difficilis ac moroſus. Et malus operibus, ורעם עללים .i. peſſimus, qui peſſima patrabat. Atque Chalibbita. והוא כלבי: .i. de genere Chaleb.

Et dicite,′Sic viuenti:& tu ſaluus,domúſque tua ſalua,ac omne 6
quod eſt tibi *ſit* ſaluum.

Nunc autem′audiui quòd tondentes *ſunt* tibi:″iam paſtores qui 7
ſunt tibi,″fuerunt nobiſcum,′nõ affecimus eos ignominia,nec defuit eis quicquam omnibus diebus quibus fuerunt in Charmél:

Interroga pueros tuos,& renuntiabũt tibi.inueniãt ergo pue- 8
ri gratiam in oculis tuis: in die enim′bono venimus: da obſecro
′quod inuenerit manus tua ſeruis tuis & filio tuo Dauidi.

Superba Nabal reſponſio ſeruis Dauidis.

Venerunt ergo pueri Dauidis,& alloquuti ſunt Nabál iuxta o- 9
mnia verba hæc,nomine Dauidis:″& quieuerunt.

Reſpondit autẽ Nabál ſeruis Dauidis, & dixit, Quis eſt Dauid, 10
&quis filius Iשsái?hodie ″multi ſunt ſerui″qui ſeparant ſe ſinguli à
facie dominorum ſuorum.

Et tollam panẽ meum , & aquam meã, ″& victimam meã quã 11
occídi tonſoribus meis,vt dem viris quos non noui vndenã ſint?

Deſcẽdit Dauid vt vlciſcatur ſe de impio Nabal.

Itaque cõuerterunt ſeſe pueri Dauidis in viam ſuam, & reuerſi 12
ſunt. quum veniſſent autem , annuntiauerunt ei ″ſecundum omnia verba hæc.

Et ait Dauid viris ſuis,Accingat ſeſe quiſque gladio ſuo.Et ac- 13
cinxerũt ſe ſinguli gladio ſuo:ſed & Dauid accinxit ſe gladio ſuo:
′aſcenderúntque poſt Dauidem ferme quadringenti viri:ducenti
autem remanſerunt′apud ſupellectilem.

Abigáil autem vxori Nabál retulit′puer vnus è pueris,dicẽdo, 14
En miſit Dauid nuntios è deſerto ′ad ſalutandum dominum noſtrum:″qui inuectus eſt in eos.

Iuſtitia Dauidis à rebus fratrum etiam in neceſſitate aſtinentis.

Et *tamen* viri″boni fuerunt erga nos mirũ in modum,neque fui- 15
mus″ignominia affecti,″nec defuit nobis quicquam cũctis diebus
quibus″ambulauimus cum eis dum eſſemus″in agro.

″Murus fuerunt nobis tum noctu,tũ interdiu,cũctis diebusqui- 16
bus cum eis pauimus pecora.

Nunc igitur″ſcito,& vide quid ſis factura:nam″completum eſt 17
malum contra dominum noſtrum , & cõtra vniuerſam domum
eius: ′quũ ipſe ſit improbior quàm vt poſſit quiſquã eũ alloqui.

Abigáil it obuiã Dauidi cum cibariis.

Feſtinauit itaque Abigáil,& tulit ducentos panes & duos vtres 18

6 Et dicetis,Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcunque habes,ſit pax.

7 Audiui quòd tonderẽt paſtores tui B
qui erant nobiſcum in deſerto : nunquã eis moleſti fuimus,nec aliquãdo defuit quicquã eis de grege,omni tẽpore quo fuerũt nobiſcũ in Carmelo.

8 Interroga pueros tuos , & indicabunt tibi. nunc ergo inueniant pueri gratiam in oculis tuis:in die enim bona venimus : quodcunque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid.

9 Quúmque veniſſent pueri Dauid, loquuti ſunt ad Nabál omnia verba hæc ex nomine Dauid:& ſiluerunt.

10 Reſpondens autem Nabal pueris Dauid,ait,Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerũt ſerui qui fugiunt dominos ſuos.

11 Tollam ergo panes meos,& aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſoribus meis , & dabo viris quos neſcio vnde ſint?

12 Regreſſi ſunt itaque pueri Dauid per viam ſuam, & reuerſi venerunt, & annuntiauerunt ei omnia verba quæ dixerat.

13 Tunc ait Dauid viris ſuis,Accingatur vnuſquiſque gladio ſuo.Et accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis,accinctúſ- C
que eſt & Dauid enſe ſuo: & ſequuti ſũt Dauid quaſi quadringẽti viri: porrò ducenti remanſerunt ad ſarcinas.

14 Abigáil autẽ vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris ſuis , dicens , Ecce Dauid miſit nuntios de deſerto,vt benedicerent domino noſtro,& auerſatus eſt eos.

15 Homines iſti,boni ſatis fuerunt nobis,& non moleſti:nec quicquam aliquando periit omni temporequo fuimus conuerſati cum eis in deſerto.

16 Pro muro erãt nobis tam in nocte quàm in die,omnibus diebus quibus pauimus apud eos,greges.

17 Quamobrem cõſidera,& recogita quid facias: quoniã cõpleta eſt malitia aduerſum virum tuum , & aduerſum domum tuã : & ipſe eſt filius belial,ita vt nemo poſſit ei loqui.

18 Feſtinauit igitur Abigáil,& tulit ducentos panes , & duos vtres vini , &

6 Sic viuenti,&c. כה לחי וגו׳ .i.Ita tibi viuo ſiue viuenti proximo anno contingat facere, nempe vt incolumis tondeas oues: ſiſque ſaluus,& familia tua:quicquid præterea tuum eſt,ſit ſaluum.Hoc genere ſermonis longiorẽ vitam imprecari ſolent Hebræi, vt Galli quum dicunt, *Ie prie a Dieu que d'auiourdhuy en un an uous en puiſſiez faire autant*. Vel vt alii, Sic tibi accidat quandiu vixeris, nempe vt ſis ſaluus,& familia tua ſit ſalua,& quicquid habes ſit ſaluũ.vt ET ſiue ו Hebraicũ,expoſitiuè vertatur. Aut,Tale bonum ſit tibi per vitam tuam.his opibus abundes quandiu vixeris:ſiſque ſaluus,&c. שלום vt annotat doctus inter Hebræos , thoar eſt,ſiue adiectiuum, ſignificans pacificum,ſiue ſaluum, non pacem. tametſi ita quidam vertant, Et tu ſis in pace,& domus tua ſit in pace,&c.Vel,tibique ſit pax,&c.

7 Audiui quòd tondentes שמעתי כי גוזזים .i.intellexi quòd tonſores habeas,tondentes oues tuas. Iam paſtores עתה הרועים Gallicè, *Or tes paſteurs*,&c.Ita ſolemus incipere cauſam. Fuerunt nobiſcum, היו עמנו .i.verſati ſunt apud nos in deſerto. Non affecimus eos ignominia, לא הכלמנום .i.nihil eripuimus illis. Alii, non affecimus eos pudore.q.d. quum petierunt à nobis aliquid, non ſunt paſſi repulſam. Commemorant ſerui Dauidis beneficium collatum in paſtores Nabal,vt illum benigniorem reddant erga Dauidem.

8 Bono טוב .i.læto & hilari,hoc eſt feſto. Quod inuenerit manus tua, אשר תמצא ידך .i.quod habebis in promptu.

9 Et quieuerunt. וינוחו׃ & conquieuerunt.i.deſierunt loqui.Alii dicunt eos conquieuiſſe quòd eſſent fatigati.

10 Multi ſunt רבו Ad verbum,multiplicati ſunt.i.in magno ſunt numero. Qui ſeparant ſe המתפרצים qui ſubducunt ſeſe.i.recedunt à dominis ſuis. 11 Et victimam meam ואת טבחתי .i.eſcam meam,vel carnes meas quas præparaui.

12 Secundum omnia verba hæc. ככל הדברים האלה׃ .i.huiuſmodi ſermones.vel,omnino vt audierant,indicarunt Dauidi.

13 Aſcenderúntque poſt ויעלו אחרי .i.ſequuti ſunt. Apud ſupellectilem. על־הכלים׃ ad ſarcinas.i.cuſtodierunt impedimenta cuſtodienda.Gallicè,*les hardes*. 14 Puer vnus ex pueris, נער־אחד מהנערים .i.vnus ex famulis. Ad ſalutandum לברך Ad verbum,ad benedicendum.i.vt ſalutem diceret hero noſtro. Qui inuectus eſt in eos. ויעט בהם׃ at auerſatus eſt eos.i.ſtatim amandauit,& quaſi auolare coegit ſua reſponſione dura & inciuili. 15 Boni טובים benigni. Ignominia affecti, הכלמנו quòd ſcilicet aliquid perdidiſſemus.Alii vertunt,pudore affecti.i.ſi quicquam petebamus ab illis,nunquam paſſi ſumus repulſam.Vt paulo antè,verſu 7. Nec defuit nobis ולא־פקדנו neque requiſiuimus.vel,deſiderauimus.i.neque requiſiuimus quicquã perditum,quum nihil vnquã perdiderimus toto eo tẽpore quo verſati ſunt nobiſcũ.q.d.neque verbo,neque facto vnquam nos læſerunt. Ambulauimus התהלכנו .i.conuerſati ſumus. In agro. בשדה .i.in deſerto ipſo vbi paſcebamus oues. 16 Murus חומה .i.vice muri.

17 Scito.& vide דעי וראי delibera & diſpice.vel conſidera. Completum eſt malum כלתה הרעה decretum eſt malum.vel,decreta eſt infœlicitas,ſub.vt veniat.i.certiſſimè ventura eſt.q.d.alioqui actum eſt de hero noſtro & eius familia. Quum ipſe ſit improbior quàm vt,&c. והוא בן־בליעל מדבר אליו׃ Ad verbum, & ipſe eſt filius Beliiáעal à loquendo cum eo.i.quum ipſe improbior ſit quàm vt loqui liceat de hac re ad eum.De hac voce Beliiáעal,vide Deuteron.13.b.13.

D quinque arietes coctos,& quinque ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ, & ducẽtas maſſas carycarum, & poſuit ſuper aſinos:

Dixitq; pueris ſuis, Præcedite me, ecce ego poſt tergum ſequar vos. Viro autem ſuo Nabal non indicauit.

Quum ergo aſcendiſſet aſinũ,& deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occurrit.

Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono.

Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnib⁹ quæ ad ipſum pertinent vſque mane, mingentem ad parietem.

Quum autẽ vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam,& adorauit ſuper terram.

Et cecidit ad pedes eius, & dixit, In me ſit domine mi hæc iniquitas: loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis,& audi verba famulæ tuæ.

Ne ponat oro dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquũ Nabal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autẽ ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi, quos miſiſti.

E Nũc ergo domine mi, viuit Dominus,& viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui,& qui quærũt domino meo malum.

Quapropter ſuſcipe benedictionẽ hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequuntur te dominum meum.

Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domũ fidelem, quia prælia Domini domine mi tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.

vini,& quinque″oues paratas, & quinque ſata″polentæ,& centum ″ligaturas vuarum ſiccarũ,& ducentas″maſſas carycarum:& impoſuit *illa* aſinis:

19 Dixítque pueris ſuis,″Tranſite ante me, en ego poſt vos venio. At viro ſuo Nabál″non indicauit.

20 Fuit verò, illa equitãte ſuper aſinum, & deſcendente″per abditum montis, ecce Dauid & viri eius deſcendebant″in occurſum eius,& occurrit eis.

21 Porrò Dauid″dixerat, Certè fruſtra ſeruaui omnia quæ″*habet* iſte in deſerto, vt nihil defuerit ex omnibus quæ habet:& *tamen* reddidit mihi malum pro bono.

Humanus Dauidis affectus,

22 Sic faciat Deus inimicis Dauidis,″& ſic addat, ſi reliquero ex omnibus quæ habet″vſque mane,″mingentem ad parietem.

23 Quum vidiſſet autem Abigáil Dauidem,″feſtinauit & deſcendit de aſino,& corruit corã Dauide ſuper faciem ſuam, & incuruauit ſeſe in terram.

Oratio Abigáil ad Dauidem.

24 Corruit inquam ad pedes eius,& dixit,″In me(ego *peccaui* domine mi)iniquitas: propterea loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis,& audi verba ancillæ tuæ.

25 ″Ne quæſo apponat dominus meus cor ſuum ſuper″virum impium hunc, ſuper Nabál: quia ſecundum nomẽ ſuum ſic eſt:″Nabál nomen eius, & ſtultitia *eſt* cum eo. ego verò ancilla tua non videram pueros domini mei quos miſeras.

26 ″Nũc autem domine mi, viuit Iehouáh,& viuit anima tua,″qui prohibuit te Iehouáh″ne venires in ſãguines,″& *ne* ſeruaret manus tua te: nunc autem ſint″ſicut Nabál inimici tui,& qui quærũt domino meo malum.

Deus obſtitit ne Dauid occideret Nabal.

27 Nunc igitur″benedictio hæc quam attulit″ancilla tua domino meo,″detur pueris qui″ambulant ad pedes domini mei.

Benedictio pro muneribus.

28 Parce obſecro præuaricationi ancillæ tuæ, quia″certò facturus eſt Iehouáh domino meo″domum ſtabilem, quia prælia Iehouæ dominus meus præliatus eſt, & malitia non inuenta fuit in te″à diebus tuis.

Peccatum viri tranſfert in ſe Abigáil.

---

18 Oues paratas, צוֹאֹ־עֲשׂוּיוֹת arietes coctos. Ad verbum, arietes factos.i.paratos. Sic Gene.18.a.7. Et feſtinauit facere eum. Polentæ, קלי farinæ ſpicarum toſtarum. Vide Leuit.23.c.14. Ligaturas vuarum ſicc. צמוקים faſciculos vuarum ſiccatarum, in clibano ſcilicet, aut ad ſolem. Alii, botros vuarum ſiccarum. ita exponit doctus inter Hebræos. Gallicè, *moiſſines de raiſins cuicts.* Maſſas carycarum: דבלים Carycas vocat ficus aridas, ſiccatas ad ſolem. Doctus inter Hebræos exponit tortas ficuum ſiccarum, id eſt ſimul congregatarum donec fiant tanquã tortæ panis. Chaldæus paraph. ducentas libras maſſarum carycarum. 19 Tranſite ante me,&c. עברו לפני וגו׳ Præcedite faciem meam, en ego vos ſequar. Non indicauit. לאהגידה: ſub. quæ à ſe geſta fuerant. 20 Per abditum montis, בסתר ההר per ſecretum montis.i.per partem montis ſecretiorem,& magis occultam. non enim vidit procul Dauidem venientẽ. Chaldæus paraph. per latus montis. Solent latera mõtium occulta eſſe venientibus & deſcendentibus ab altero latere. In occurſum eius, לקראתה .i.vt ſtatim incurrerent in illam.

21 Dixerat, אמר Priuſquam ſcilicet itineri ſe committeret. Aut verte, dicebat: nempe in ipſo itinere. Quæ *habet* iſte,&c. אשר לזה וגו׳ Ad verbum, quæ iſti in deſerto,& non deſideratum fuit ex omnibus quæ illi, quicquam. 22 Et ſic addat, וכה יוסיף .i.imò multo deteriora faciat. Imprecãdi modus, in quo eſt defectio, pro, Sic faciat mihi Deus vt opto, nempe vt me interficiat, aut multo deteriora faciat. Cõuertit autem imprecationem à prima in tertiam perſonam. Vſque mane, עד־אור הבוקר Ad verbum, vſque ad lucem matutinam.i.vſque ad diem craſtinam. Mingentem ad parietem. משתין בקיר: Genus dicendi Hebræorum, ſiquando ſe nihil prorſus relicturos ſignificare volunt. q.d. perdat me Dominus, ſi non euertero omnia quæ habet Nabal, intra lucem craſtinam, & ſi quẽquã reliquero ne meientẽ quidẽ ad pariẽtem. q.d. ne canibus quidem eius qui ad parietem ſolent meiere, ſiquos habet, parcam. vel, neque filiis eius qui iam poſſunt ad parietẽ me iere, parcam. Melius hic locus intelligitur de canibus cuſtodibus. Gallicè dicere ſolemus, *On n'y a laiſſé ne chien ne chat.*

23 Feſtinauit & deſcendit ותמהר ותרד .i.feſtinãter deſcendit. 24 In me(ego *peccaui* do. כי־אני וגו׳ Quibuſdã כי eſt obſecrãtis particula:& vertũt, Obſecro, vel O, ego domine mi iniquitas.i.iniquitas eſt in me ipſa, ego ipſa ſum quæ peccaui, reputa me peccaſſe, atq; ita audi verba ancillæ tuæ. 25 Ne quæſo apponat,&c. אל־נא ישים וגו׳ Apponere cor ſuũ ſuper aliquẽ, more Hebræorũ dicitur, pro adiicere animũ ad aliquẽ,& illum curare. Non apponere cor, eſt non curare,& contemnere. Ne cures(inquit)de iis quæ reſpondit improbus iſte. Virum impium איש הבליעל virum beliiáal. Vide Deut.13.b.13. Nabál nomen eius, נבל שמו .i.ſtultus eſt, vt vocatur. Repetitio eſt. idem enim bis dicit. 26 Nunc autem dom.mi, ׳ואתה ארני ſub. res ita habet. q.d per Deum viuum non vidi tuos pueros. Qui prohibuit te Iehouáh, אשר מנעך יהוה Subaudiẽdum, viuit inquam: nã iſtud Iehouáh, cõiungitur cũ illo, ſic, Viuit inquã Iehoua qui prohibuit te. Ne venires in ſangu. מבוא בדמים Chaldæus paraph. ne effunderes ſanguinem. Et *ne* ſeruaret,&c. והושע ידך לך Hebraiſmus, ne vltionem ſumeres de inimicis tuis, ne vlciſcereris te manu propria. Doctus inter Hebræos exponit, qui ſeruauit manũ tuam tibi.i.ne effunderes ſanguinem.

Sicut Nabál כנבל nempe debiles, infirmi,& ſtulti. 27 Benedictio hæc הברכה הזאת .i.munus iſtud. Ancilla tua שפחתך *ſeruus* ancillæ tuæ. Verbum enim eſt maſculeum. Nõ meminit autem pueri, ſiue ſerui, quòd ipſa in primis erat quæ afferebat munus. Detur pueris ונתנה לנערים tradatur pueris.i.iube illud excipi à pueris tuis. Ambulant ad pedes,&c. המתהלכים וגו׳ Hebraiſmus, qui miniſtrant, ſiue famulantur tibi. 28 Certò facturus eſt עשׂוה־יעשה Ad verbum, faciendo faciet. q.d. futurus es Rex, quem decet omnis clementia.

Domum בית .i.regiam, vel familiam. A diebus tuis. מימיך: .i.ex quo es, ſiue viuis.

Et *tamen* ſurrexitʹhomo ad perſequendum te, & ad quærendum animam tuam: ſed erit anima domini meiʹligata in faſciculo vitæ cum Iehoua Deo tuo: at animam inimicorum tuorum funda iaculabitur *Deus*ʺin medio ſedis fundæ. 29

ʹQuum autē fecerit Iehouáh domino meo bonū iuxta omnia quæ loquutꝰ eſt de te, & præceperit tibi vt ſis dux ſuper Iשׁſraאelē, 30

Tunc non erit hoc tibi domino meoʺin offendiculum & offenſionem cordis,ʺ& quòd effuderit ſanguinē ſine cauſa, aut quòd fecerit ſalutem dominus meus ſibi:ʹ& *quum* benefecerit Iehouáh domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. 31

Gratias agit Deo ipſe Dauid, quod prohibuerit ne Nabal occideret.

Et ait Dauid ad Abigáil,ʺBenedictus Iehouáh Deus Iשׁſraאelis, qui miſit te hodie in occurſum mei. 32

ʺEt benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuiſti me hodieʺne venirē in ſanguines,ʺ& *ne* ſeruaret manus mea me. 33

Et certè viuit Iehouáh Deus Iשׁſraאelis, qui prohibuit me ne malefacerem tibi: quòd niſi feſtinaſſes, veniſſéſq; in occurſum mihi, non remanſiſſet ipſi Nabálʹvſque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. 34

Accepit ergo Dauid è manu eius quod illa attulerat ei, & dixit illi, Aſcendeʺin pace in domum tuam:ʹvide, audiui vocem tuam, ʺ& ſuſcepi faciem tuam. 35

Nabal ebrius.

Venit itaque Abigáil ad Nabál, & en erat ei conuiuium in domo ſua quaſi conuiuium regium, & cor Nabál iucundum *erat* in eo, ipſéque erat ebrius valde: ipſa autem nō indicauit ei quicquā nec paruum nec magnum,ʺvſque ad lucem matutinam. 36

Poſtera autem dieʺquum digeſſiſſet vinum Nabál, indicauit ei vxor eiusʺverba iſta, & emortuum eſt cor eius in medio eius,ʺ& fuit in lapidem. 37

Nabal occiditur à Deo.

ʺQuum autem tranſiſſent ferè decem dies, percuſſit Iehouáh Nabál, & mortuus eſt. 38

Gratiarum actio Dauidis, ob mortuum Nabal.

Audiēs Dauid quòd mortuus eſſet Nabál, dixit, Benedictus Iehouáhʺqui iudicauit iudicium opprobrii mei de manu Nabál, & ſeruum ſuum prohibuit à malo, & malum Nabál reuerti fecit Iehouáh in caput eius. Miſit inſuper Dauid, & loquutus eſtʺad Abigáil, vt acciperet eam ſibi vxorem. 39

Dauid ducit Abigáil in vxorem.

Venerunt itaque ſerui Dauidis ad Abigáil in Charmél, loquutí que ſunt cum ea, dicendo, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi vxorem. 40

29 Si enim ſurrexit aliquando homo perſequens te, & quærens animā tuā, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ.

30 Quū ergo fecerit Dn̄s tibi domino meo omnia quæ loquutus eſt bona de te, & conſtituerit te ducē ſuper Iſrael,

31 Non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & quum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. F

32 Et ait Dauid ad Abigáil, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum:

33 Et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea.

34 Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerem tibi: niſi citò veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

35 Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei, Vade pacificè in domum tuam: ecce audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam.

36 Venit ergo Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei conuiuiū in domo eius quaſi cōuiuium Regis, & cor Nabal iucūdum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbū puſillū aut grande vſque mane.

37 Diluculo autem quū digeſſiſſet vinū Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emortuū eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. G

38 Quúmque pertranſiſſent decē dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.

39 Quòd quum audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrii mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo, & malitiā Nabal reddidit Dominus in caput eius. Miſit ergo Dauid, & loquutus eſt ad Abigáil, vt ſumeret eam ſibi in vxorem.

40 Et venerūt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelum, & loquuti ſunt ad eā, dicentes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem.

29 Homo אדם q.d. quidam Saul. Ligata in faſciculo vitæ cum Iehoua צרורה בצרור החיים את יהוה .i. dominus meus diutiſſimè viuet, colendo Dominum Deum. Alii vertunt, apud Iehouam.i. in vita æterna. quod minus probatur doctis. vel, dabit tibi Iehoua prolem quæ diutiſſimè viuet, & diu ſedebit ſuper ſolium tuum. In medio ſedis fundæ. בתוך כף הקלע: Partem fundæ latiorem intelligit ad quam alligantur duo funes.i. eiiciet celerrimè ex hoc mundo, quemadmodum lapis funda emitti ſolet. hoc eſt, citiſſimè perdentur.

30 Quum autem fecerit Ieh. והיה כי־יעשה יהוה .i. quum Dominus te affecerit ſummo illo beneficio quod tibi eſt pollicitus, hoc eſt quū te Regem conſtituerit. Seipſum exponit. 31 In offendiculum & off. cordis, לפוקה ולמכשול לב Hebraiſmus, non te anget hoc, nempe quòd effuderis ſanguinem innoxium, & quòd ſumpſeris pœnas de hoſtibus tuis. Et quòd effuderit, &c. ולשפך־דם וגו׳ Ad verbum, & ad effundendum ſanguinem, & ad faciendum ſalutem, &c. quod quidam vertunt, & vt effundas ſanguinem gratis, & vt ſeruet [.i. vlciſcatur ſe] dominus meus. ſub. de inimicis ſuis. Eadem loquutio paulo antè verſu 26. habetur. Et *quum* benefecerit והיטב .i. conſtituerit eum Regem ſuper Iſraelem. 32 Benedictus ברוך ſub. ſit, vel erit. i. Laudandus eſt. vel laudetur. Aut, Gratiæ illi agantur.

33 Et benedictum eloquiū t. וברוך טעמך Et laudanda prudentia tua. Vox טעם ſignificat prudentiam, conſilium, ſermonem, & etiam guſtum. Chaldæus parap. vertit prudentiam. Ne venirem in ſangu. מבוא בדמים Hebraiſmus, ne effunderem ſanguinem innocentem. Et *ne* ſeruaret, &c. והושע ידי לי: Vide panlo antè verſu 26. 34 Vſque ad lucem, &c. עד־אור וגו׳ Vide ſuprà verſu 22.

35 In pace לשלום .i. recipe te in domum tuam ſalua & incolumis. Vide, audiui vo.t. ראי שמעתי בקולך Conſidera, acquieui petitioni tuæ. Et ſuſcepi fa.t. ואשא פניך: & honoraui faciem tuam. q.d. condonaui tibi omnia, quū ſis mihi gratiſſima. vel, gratiſſima mihi fuerunt quæ dixiſti, & quæ attuliſti. 36 Vſque ad lucem mat. עד־אור הבוקר: .i. vſque in diem ſequentem. donec ſcilicet exhalaſſet crapulā.

37 Quum digeſſiſſet vinum Nabal, בצאת היין מנבל Ad verbum, quū exiſſet vinum à Nabal.i. quum crapulam edormiſſet. Verba iſta, הדברים האלה .i. quæ ſuprà dicta ſunt. Et fuit in lapidem. והוא היה לאבן: .i. verſum eſt in lapidem: hoc eſt obſtupuit inſtar lapidis, præ metu ſcilicet, quum intellexit periculum in quod inciderat. 38 Quum autem tranſiſſent ferè, &c. ויהי כעשרת הימים Ad verbum, Et fuit circiter decem dies. 39 Qui iudicauit, &c. אשר רב וגו׳ qui iudicauit cauſam probri, &c. i. qui vltus eſt iniuriā qua affecit me Nabal. Ad Abigáil, באביגיל cum Abigáil. nempe per ſeruos nomine ſuo. Alii, de Abigail. & rectius (vt opinor) propter ſequentia.

Quæ conſurgens adorauit prona in terrã, & ait, Ecce, famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei.

41 Quæ ſurgens incuruauit ſe in faciem in terrã, & dixit, Ecce ancilla tua ″in ancillam ad lauandum pedes ſeruorum domini mei.

Et feſtinauit & ſurrexit Abigáil, & aſcendit ſuper aſinũ, & quinque puellæ ierũt cum ea, pediſequæ eius, & ſequuta eſt nuntios Dauid: & facta eſt illi vxor.

42 ″Feſtinans ergo ſurrexit Abigáil, & inſedit aſino, & quinq; puellæ eius, ″quæ ambulabãt ad pedes eius, atque abiit poſt nuntios Dauidis, & fuit ei vxor.

Sed & Achinôam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor eius.

43 Sed & Aחhinóyam accepit Dauid de Izreאyél, fuerúntque etiam ambæ vxores.

Achinoam.

Saul autem dedit Michol filiã ſuam vxorem Dauid Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

44 שSaıאúl autem ″dedit Michál filiam ſuam vxorem Dauidis, ipſi Palti filio Láiשs qui erat de Gallim.

Michol vxor Dauid, datur Phalti

Cap. XXVI.

ET venerũt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce Dauid abſcõditus eſt in Colle Hachila, qui eſt ex aduerſo ſolitudinis.

1 VEnerunt præterea Ziphæi ad שSaıאulem ″in Gibyáh, dicẽdo, Nónne Dauid latitat in Gibyáh הHachiláh *quæ eſt* ″eregione Ieשſimón?

Ziphæi produnt Dauidem Sauli.

Et ſurrexit Saul & deſcendit in Deſertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto Ziph.

2 Surrexit itaque שSaıאúl, & deſcendit in deſertum Ziph, & cum eo *erant* tria millia virorum electorũ ex Iשſraאele, vt quæreret Dauidem in deſerto Ziph.

Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via: Dauid autẽ habitabat in deſerto, videns autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum,

3 Caſtrametatus eſt autem שSaıאúl in Gibyáh הHachiláh, quæ eſt eregione Ieשſimón iuxta viam: Dauid autem manebat in deſerto, ″& vidit quòd veniſſet שSaıאúl poſt ſe in deſertum:

Saul Dauidem perſequitur.

Miſit exploratores, & didicit quòd veniſſet certiſſimé.

4 Miſitque Dauid exploratores, & cognouit quòd veniſſet שSaıאúl ″pro certo.

Et ſurrexit Dauid, & venit ad locũ vbi erat Saul: qũumque vidiſſet locũ in quo dormiebat Saul & Abner filius Ner, prĩceps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius,

5 Surrexit ergo Dauid, & venit iuxta locum in quo caſtra poſuerat שSaıאúl: ″viditque Dauid locum vbi dormiret שSaıאúl, atque Abnér filius Nér princeps militiæ eius: שSaıאúl autem dormiebat ″in vallo, populus verò in caſtris manebat per circuitum eius.

Ait Dauid ad Achimélech Hethæũ, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis deſcendet mecũ ad Saul in caſtra? Dixitque Abiſai, Ego deſcẽdam tecum.

6 Et loquutus eſt Dauid, dixítque ad Aחhimélech הHitthæum & ad Abiשſái filium צSeruiáh fratrem Ioáb, his verbis, Quis deſcendet mecum ad שSaıאulem in caſtra? Reſpondit Abiשſái, Ego deſcendam tecum.

Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tẽtorio, & haſtã fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius.

7 Venit ego Dauid & Abiשſái ad populũ noctu, & ecce שSaıאúl iacens dormiebat in vallo, & lancea eius fixa erat humi ″ad caput eius: Abnér verò & populus dormiebant per circuitum eius.

Parcit ſecundò Dauid inimico Sauli dormiẽti, haſtã & ſcyphũ eius auferens.

B Dixitque Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicũ tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecũdo opus non erit.

8 Dixit autem Abiשſái ad Dauidem, ″Concluſit Deus hodie inimicum tuum in manum tuam: nunc ergo percutiam eum obſecro ″lancea in terram vice vna, & non iterabo illi.

Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manũ ſuam in chriſtum Domini, & innocens erit?

9 Dixit autem Dauid ad Abiשſái, Ne ″perdas eum: quis enim ″extendet manum ſuam in chriſtum Iehouæ, ″& innocens erit?

Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcendens perierit:

10 Dixit præterea Dauid, ″Viuit Iehouáh, ſed Iehouáh ″percutiet eum, aut ″dies eius veniet, & morietur: vel in prælium deſcendet, & peribit.

Propitius ſit mihi Dominus ne extendam manum meam in chriſtũ Domini: nunc igitur tolle haſtã quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus.

11 ″Abſit mihi à Iehoua vt mittam manum meam in chriſtũ Iehouæ: ſed nunc tolle obſecro lanceam quæ eſt ″ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & eamus.

41 In ancillam לשפחה .i.parata eſt, ſiue præſto eſt vt ſit miniſtra quæ lauet pedes, &c. 42 Feſtinãs ergo ſurrexit ותמהר יתקם Ad verbum, Et feſtinauit & ſurrexit. Quæ ambulabant ad pe.e. ההלכות לרגלה .i.pediſequæ eius. 44 Dedit נתן dederat.

IN CAPVT XXVI.

1 In Gibעah, הגבעתה nempe Beniamin. Iterum produnt Ziphæi Dauidem Sauli. Vide ſuprà cap.23.c.19. Eregione על־פני ex aduerſo. Suprà cap.23.c.19, dixit, ad dextram Ieſimon. 3 Et vidit וירא & intellexit. vel cognouit. vt ſequenti verſu וידע.
4 Pro certo. אל־נכון: certiſſimé. 5 Viditque וירא .i.oculis deſignauit. In vallo, במעגל Vide ſuprà cap.17.c.20.
7 Ad caput eius: מראשותו ad ceruical eius. ſic dictum Hebraicè quòd capiti ſupponatur .i.ad caput eius. 8 Concluſit סגר Chaldæus paraph. Tradidit. Lancea in terram בחנית ובארץ Ad verbum, in lancea & in terrã .i.liceat mihi per te percutere illum, & ita percutiam eum, vt ipſo tranſfoſſo infigam haſtam terræ, vno ictu, & eum altero ictu non percutiam. vel, ita vt non ſit opus vt percutiam eum denuo.
9 Perdas eum: תשחיתהו .i.perimas, ſiue interficias. Extendet manum ſuam שלח ידו miſerit manum ſuam .i.percuſſerit. q.d. quis citra graue periculum tetigerit chriſtum Iehouæ? Præt. Heb. pro fut. Et innocens erit? ונקה: & inſons erit?
10 Viuit Iehouáh, חי־יהוה ſub. ſi percutiam eum, aut ſinam eum percuti. Percutiet eum, יגפנו morbo ſcilicet, ita vt moriatur ante tempus ſuum. Dies eius יומו .i.periodus vitæ eius. 11 Abſit mihi à Iehoua חלילה לי מיהוה Abſit hoc à me à Iehoua .i.authore Iehoua. q.d. Non permittat Iehoua vt percutiam. Prohibeat, auertat hoc à me, vt, &c. Ad caput eius, מראשותו ad ceruical eius .i.iuxta caput eius. ſic ſequenti verſu, qui erat ad ceruical Saulis.

Prouidētia Dei, opprimitur ſomno Sauleum ſuis.

12 Tulit itaque Dauid lãceam,& ſcyphum aquæ qui erat ad caput שSaאulis,&abierunt:& nemo vidit,nec″cognouit,nec euigilauit, ſed omnes dormiebant:″ſopor enim Iehouæ ceciderat ſuper eos.

Dauid exprobrat Abner ſomnolentiam.

13 Et trãſiuit Dauid in latus oppoſitum,& ſtetit in vertice montis álonge:″multus locus erat inter eos.

14 Tum clamauit Dauid ad populum & ad Abnér filium Ner,dicendo,″Reſpondebíſne Abnér? Et reſpondit Abnér, & dixit, Quis es tu qui″clamas ad Regem?

15 Dixit autem Dauid ad Abnér, ″Nónne tu vir es?& quis ſicut tu in Iשſraאele?″ſed quare nõ cuſtodiſti dominum tuum Regem?venit enim″vnus è populo vt perderet Regem dominum tuum.

16 Non eſt bonum hoc quod feciſti:viuit Iehouáh quia ″filii mortis eſtis, ″qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtum Iehouæ: nunc autem vide vbi ſit lancea regia, & ſcyphus aquæ qui erat″ad caput eius.

17 Agnouit autẽ שSaאúl vocẽ Dauidis, & dixit, Num vox tua iſta,fili mi Dauid?Reſpõdit Dauid,Vox mea eſt,domine mi Rex.

18 Dixit præterea, Vtquid dominus meus perſequitur ſeruũ ſuũ? ″quid enim feci?& quod in manu mea malum?

19 Nunc ergo audiat quæſo dominus meus Rex verba ſerui ſui: ſi Iehouáh incitauit te contra me,″odoretur ſacrificium:ſi verò filii hominum, maledicti ſunt coram Iehoua,qui ″expellũt me hodie ″ne adhæream hæreditati Iehouæ,dicẽdo, Vade,ſerui diis alienis.

20 Nunc autem″ne cadat ſanguis meus in terram à conſpectu Iehouæ:quia egreſſus eſt Rex Iשſraאelis ad quærendũ″pulicẽ vnum, quemadmodum″perſequitur *quiſpiam* perdicem in montibus.

Agnoſcit Saul peccatum ſuũ,& miſericordiam à Dauide ſibi factam.

21 Dixítque שSaאúl, Peccaui:reuertere fili mi Dauid:non enim malefaciam tibi amplius, quòd ″pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis die hac:ecce ſtultè egi,& erraui″multum valde.

22 Et reſpondens Dauid,dixit, Ecce lãcea Regis, tranſeat *huc* vnus è pueris,& tollat eam.

23 Iehouáh autem reddat″viro iuſtitiam ſuam,& fidem ſuam:tradidit enim te Iehouáh hodie in manum , ″ſed nolui mittere manum meam in chriſtum Iehouæ.

24 ″Et ecce vt magnificata eſt anima tua die hac in oculis meis, ″ſic magnificetur anima mea in oculis Iehouæ, & eruat me ex omni anguſtia.

25 Dixit autem שSaאúl ad Dauidem, ″Benedictus tu fili mi Dauid:″& faciendo facies,& valẽdo valebis. Poſt hæc Dauid abiit in

12 Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ qui erat ad caput Saul, & abierunt:& non erat quiſquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret: ſed omnes dormiebat,quia ſopor Domini irruerat ſuper eos.

13 Quúmq; trãſiſſet Dauid ex aduerſo,& ſtetiſſet in vertice mõtis delõge, & eſſet grande interuallum inter eos:

14 Clamauit Dauid ad populum,& ad Abner filium Ner, dicens,Nónne reſpondebis Abner?& reſpondens Abner ait, Quis es tu qui clamas,& inquietas Regem?

G

15 Et ait Dauid ad Abner, Nũquid nõ vir tu es?& quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum Regem?ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret Regem dominum tuum.

16 Non eſt bonũ hoc quod feciſti: viuit Dominus quoniam filii mortis eſtis vos, qui nõ cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtũ Domini: nunc ergo vidi vbi ſit haſta Regis,& vbi ſit ſcyphus aquæ qui erat ad caput eius.

17 Cognouit autem Saul vocem Dauid,& dixit, Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea, domine mi Rex.

18 Et ait, Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſeruum ſuum?quid fecit?aut quod eſt malũ in manu mea?

19 Nũc ergo audi oro domine mi Rex, verba ſerui tui: ſi dominus incitat te aduerſum me,odoretur ſacrificium: ſi autem filii hominũ,maledicti ſunt in conſpectu Domini,quia eiecerũt me hodie vt non habitem in hæreditate Dñi,dicẽtes,Vade,ſerui diis alienis.

20 Et nũc nõ effundatur ſanguis meus in terra coram Domino . quia egreſſus eſt Rex Iſrael vt quærat pulicem vnum , ſicut perſequitur perdix in montibus.

21 Et ait Saul,Peccaui:reuertere fili mi Dauid:nequaquã enim vltrà tibi malefaciam,eo quòd pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie:apparet enim quòd ſtultè egerim , & ignorauerim multa nimis.

22 Et reſpondens Dauid,ait, Ecce haſta Regis:trãſeat vnus de pueris Regis,& tollat eam.

23 Dominus autẽ retribuat vnicuiq; ſecundum iuſtitiam ſuam & fidẽ:tradidit enim te Dominus hodie in manum meam , & nolui extẽdere manũ meam in chriſtum Domini.

24 Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis , ſic magnificetur anima mea in oculis Domini , & liberet me de omni anguſtia.

25 Ait ergo Saul ad Dauid , Benedict⁹ tu fili mi Dauid : & quidem faciens facies,&potens poteris.Abiit autem

---

12 Cognouit, יורע percepit. Sopor enim Ieh. כי תרדמת יהוה .i.ſopor vehemens,vt Gene.1.a.2,Spiritus Dei,pro vento magno:& Pſal. 36.b.7,montes Dei,&c.Omnia enim magna & fortia tribuuntur Deo.Vel,ſopor Iehouæ,id eſt à Iehoua immiſſus:ne ſcilicet ſentirent aduentum Dauidis. 13 Multus locus רב המקום .i.grande interuallum. 14 Reſpondebíſne תענה Videtur Dauid ſæpius vocaſſe ipſum Abner.q.d.iam clamaui,& non reſpondes. Clamas ad Regem? קראת אל־המלך: Præt.Heb.pro præſ.Ad Regem,vel iuxta Regem.i.audiente Rege.q.d.qui audeas excitare Regem à ſomno ſuo.Chaldæus paraph.quid clamas ad caput Regis?.i.quid clamore tuo excitas Regem?

15 Nónne tu vir es? הלוא איש אתה .i.inſignis homo & præclarus. Sed quare ולמה cur igitur. Vnus è populo אחד העם .i.plebeius quidam. 16 Filii mortis בני־מות Hebraiſmus,digni morte,ſiue rei mortis. Qui non cuſtodiſtis אשר לא־שמרתם quoniam non ſeruaſtis diligenter. Ad caput eius. מראשתו: ad ceruical eius.i.iuxta caput eius. Vide ſuprà,verſu ſeptimó.

18 Quid enim feci?&c כי מה עשיתי וגו׳ .i.quid commerui,aut quid mali admiſi?

19 Odoretur ירח olfaciat.i.ſit mihi propitius,quum feram illi munera. Alii,olfaciet ſacrificium.ſub.meum.i.placabo iram eius ſacrificio & munere.Chaldæus paraph.ſuſcipiat oblationem meam cum voluntate. Expellunt me גרשוני Præt.Heb.pro præſ.i.abigunt.hoc eſt,quum cogunt me diſcedere ex hæreditate Domini,perinde faciunt acſi dicerent mihi,Abi,cole deos alienos. Ne adhæream מהסתפח ne coniunctus ſim. 20 Ne cadat,&c. אל־יפול וגו׳ Hebraiſmus,Nunquam obliuiſcatur Dominus ſanguinis mei effuſi in terram,ſi interficias me,ſed ſit ſemper in conſpectu eius,& requirat illud,vlciſcatúrque. Pulicem vnum, את־פרעוש אחד .i.me hominem debilem,infirmum,atque abiectiſſimæ ſortis. Perſequitur ירדוף Fut.Heb.pro præſ.perſequi ſolet.ſub.auceps.

21 Pretioſa fuerit יקרה chara fuerit.i.magno æſtimata apud te.q.d.quòd peperceris mihi,nec me occideris. Multũ valde. הרבה מאד: maximé.grauiſſimé. 23 Viro לאיש qui ſcilicet talia egerit qualia hodie egi.i.habeat rationẽ viri qui iuſtè & fideliter vixerit, qui iuſtè egerit,& fidem ſeruauerit vt ego ſeruaui. Sed nolui,&c. ולא אביתי וגו׳ & *tamen* nolui contingere vnctum Iehouæ.

24 Et ecce vt magnificata eſt והנה כאשר גדלה Et quidem vt magno æſtimata fuit.i.habui in magno pretio.In oculis meis.i.apud me. Sic magnificetur ani.m. כן־תגדל נפשי .i.conſeruet me Dominus in vita,ne me occidas.

25 Benedictus tu ברוך אתה .i.ſumma laude dignus es.aut,fœliciſſimus es. Et faciendo facies, גם עשה תעשה .i.præclara opera facies.

res præclaras geſturus es. Ad verbum, Etiam faciendo facies, & etiam valendo valebis. vel (ſi latinè dicit poſſet) poſſendo poteris .i. magnis viribus pollebis. Quidam vertunt, & facies, & omino perficies. Alii, vtique faciendo facies, præualendo præualebis. Chaldæus paraph. Regnando regnabis, & proſperando proſperabis.

Dauid in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

Cap. XXVII.

ET aít Dauid in corde ſuo, Aliquãdo incidã vna die in manus Saul: nónne melius eſt vt fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum, & deſperet Saul, ceſſétque me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiã ergo manus eius.

Et ſurrexit Dauid, & abiít ip ſe, & ſexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoc regem Geth.

Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipſe & viri eius, vir & domus eíus, Dauid & duæ vxores eius, Achinoam Iezraelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli.

B Et nuntiatum eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum.

Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiã in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius vt habitẽ ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate Regis tecum?

Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſque in diẽ hãc.

Fuit autem numerus dierũ quibus C habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium.

Et aſcendit Dauid & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vſque ad terram AEgypti.

Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virũ & mulierem: tollénſque oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis.

Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ, & contra Meridiem Ierameel, & contra Meridiem Ceni.

D Virum & mulierẽ non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicẽs, Ne fortè loquantur aduerſum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habi

viam ſuam, & שSaıאúl reuerſus eſt in locum ſuum.

Cap. XXVII.

1 D'Icebat verò Dauid in corde ſuo, 'Tandem abſumar die vna per manum שSaıאulis, "nõ eſt mihi bonũ: "ſi eruendo eruam me in terram Peliשſthím, "tum deſperabit de me שSaıאúl, "vt non quærat me vltrà in omni termino Iשraאelis atque *ita* eruam me de manu eius.

Dauid in anguſtia cordis cõſtitutus, fugit ad Achis regem Geth.

2 Surgens itaque Dauid, tranſiit ipſe, & ſexcenti viri qui erãt cum eo ad Achiש filium Maıyóch regem Gáth.

3 Et habitauit Dauid cum Achiש in Gáth, ipſe & viri eius ſinguli cum familia ſua: Dauid & duæ vxores eius, Anhinóyam Izreאyelitis, & Abigáil vxor Nabál Charmelitis.

4 Nuntiatũ eſt autem שSaıאuli quòd fugiſſet Dauid in Gáth, 'nec addidit vltrà quærere eum.

5 Dixit autem Dauid ad Achiש, "Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis, "dent mihi locum in vna vrbium regionis, vt maneam ibi: "& vtquid manet ſeruus tuus in ciuitate regia tecum?

Siceleg ciuitas datur Dauidi in habitationem.

6 Et dedit ei Achiש "in die illa Siclág: ideo fuit Siclág Regibus Iehudáh vſque ad diem hanc.

7 Fuit autem numerus dierum quibus manſit Dauid in regione Peliשſthím "dies *aliquot* & quatuor menſes.

8 Aſcenderat autem Dauid & viri eius, "& impetum faciebant in Geשſuritam, & Girzitam, & yAmalecitam: hi enim inhabitabant terram "quæ *fuerat* à ſeculo, "ingrediente te שSúr vſque ad terram AEgypti.

Dauid excurrit ad prædam, Philiſthæos occidẽs.

9 "Et percuſſit Dauid terram, 'nec viuum reliquit virum & mulierem, abſtulit quoque oues, & boues, & aſinos, & camelos, ac veſtes: poſthæc reuerſus eſt, & venit ad Achiש.

10 Dixítque Achíש, 'Quò irruiſtis hodie? Reſpondit Dauid, Contra Meridiem Iehudáh, & contra Meridiem "Ieranhmeאelí, & contra Meridiem "Ceni.

Dauid fallit regem Achis.

11 "Virum autem & mulierem non relinquebat viuum Dauid, vt introduceret in Gáth, 'dicendo, Ne fortè renuntient contra nos. Sic fecit Dauid: "& ſic *fuit* cõſuetudo eius "omnibus diebus quibus

IN CAPVT XVVII.

1 Dicebat verò ויאמר Præt. Heb. per præt. imperf. reddendum, Dicebat Dauid tacitus & ſecũ. Tandem abſumar עתה אספה Ad verbum, Nunc abſumar. Alii, Iam abſumar .i. tandem finem vitæ meæ inueniam incidens in manum Saulis. Non eſt mihi bonum: אין לי טוב ſub. hic .i. nulla eſt hìc mihi quies, nuſquã conquieſcit animus meus. Gallicè, *Ie n'ay yci nul bien*. Quidam liberius vertunt, Itaque nihil mihi conſultius, quàm vt fuga euadam, &c. Si eruendo eruam me כי המלט אמלט ſi fugiendo fugero. ſalutis cauſa ſcilicet .i. ſi conceſſero in regionem Palæſthinorum. Tum deſperabit ונואש ſub. ſe conſequuturum me. Vt non quærat me לבקשני .i. non quæret me vt antea.

4 Nec addidit vltrà, &c. ולא יסף עוד לבקשו: Hebraiſmus, pro, nunquam poſtea quæſiuit eum.

5 Si quæſo inueni, &c. אם נא מצאתי וגו' Hebraiſmus, ſi ſum tibi gratus & charus. Dent יתנו .i. deſignent. tui ſcilicet quibus demandaueris hoc negotium. Et vtquid manet ולמה ישב ſed quare manebit, &c. i. quare ſeruus tuus erit tibi grauis manendo in eadem vrbe in qua habitas, & in qua eſt ſedes totius regni? 6 In die illa ביום ההוא .i. eo tempore.

7 Dies *aliquot* & quatuor menſes. ימים וארבעה חדשים: .i. aliquot dies cum quatuor mẽſibus. Doctus inter Hebræos ſcribit hoc loco DIES non poſſe accipi pro annis, quòd Dauid non manſerit illic annum integrum. Nam Saul duobus tantùm annis regnauit: omnia autem quæ geſſit Saul cum Dauide, octo menſibus perfici potuerunt. Præterea Dauid nõ niſi poſt mortem Samuelis deſcendit in regionem Palæſthinorum. Mors autẽ Samuelis præceſſit mortem Saulis ſeptem mẽſibus. Alii etiam Hebræorũ doctores exponunt, quatuor menſes & aliquot dies menſis quinti. 8 Et impetum faciebant ויפשטו & irruebant. prædas agebant. depopulabantur. graſſabantur. Gallicè, *Ils couroyent, ou faiſoyent des courſes*. Quæ *fuerat* à ſeculo, אשר מעולם .i. antiquam, ideo populoſam. Ingrediente te בואך Chaldæus paraph. ab ingreſſu.

9 Et percuſſit Dauid ter. והכה דוד את הארץ .i. interfecit incolas eius regionis. Nec viuum reliquit ולא יחיה Ad verbum, & non viuificabit. Quidam vertunt, nec ſeruabat incolumes viros, &c. i. nullos viuos ſeruabat, nemini parcebat. Fut. pro præt.

10 Quò irruiſtis? אל פשטתם Hìc אל pro אן accipitur, id eſt quò, vt ſcribit doctus inter Hebræos: & ל ponitur loco נ, & ſic Chaldæus paraph. לאן Quò. Alii volunt א poni loco ע, & אל pro על מי ſuper quem, aut in quã patriam impetum feciſtis? Hanc expoſitionem confirmare videtur reſponſio Dauidis, Super Meridiem, &c. Ex doctioribus Hebræorum alter interrogatiuè exponit, Nónne irruiſtis hodie? Ieranhmeאeli, הירחמאלי Familia erat de tribu Iuda. Ierameel enim filius fuit Eſron filii Phares. 1. Par. 2. b. 9. Ceni. הקני: Familia erat Iethro quæ habitabat in medio filiorum Iuda, vt vides Iudicum 1. d. 16. 11 Virum autem, &c. ואיש ואשה וגו' Vt paulo antè verſu 9. Dicendo, לאמור .i. dicens apud ſe, Non ſeruabimus illos, ne fortè renuntient, &c. Et ſic *fuit* conſuetudo eius וכה משפטו .i. & ea, ſiue talis. q. d. ſic ſolitus eſt facere. Omnibus diebus quibus manſit כל הימים אשר ישב Hebraiſmus, quandiu habitauit.

manſit in regione Peliשthím.

Et credidit Achiש Dauidi, dicens,″Abominando abominatus eſt populū ſuum Iשraאelē: proinde erit mihi ſeruus″in ſeculum. 12

Cap.XXVIII.

Dauid conſtituitur cuſtos regis Achis in bello.

E″O autem tempore congregarunt Peliשthím″caſtra ſua in pugnam, vt pugnarent cum Iשraאele: dixítque Achiש ad Dauidem,″Sciendo ſcito quòd mecum venies ad caſtra tu & viri tui. 1

Reſpondit Dauid ad Achiש,″Profectò ſcies quæ faciet ſeruus tuus. Dixit ergo Achiש ad Dauidē,″Certè cuſtodem capiti meo ponam te omnibus diebus. 2

Samuel mortuus

Saul aufert magos & hariolos.

שSemuאél autem mortuus erat, & planxerant eum vniuerſus Iשraאél, & ſepelierant eum in Ramáh,″id eſt in vrbe ſua. שSaואúl autem abſtulerat pythones & magos″è terra. 3

Congregati itaque Peliשthím venerūt, & caſtrametati ſunt in שSuném: congregauit & שSaואúl vniuerſum Iשraאelem, & caſtrametati ſunt in Gilbóay. 4

Videns verò שSaואúl caſtra Peliשthím, timuit,″& expauit cor eius valde. 5

Cōſuluit itaque שSaואúl Iehouam, & non reſpōdit ei Iehouáh nec per ſomnia, neque per Vrim, neque per Prophetas. 6

Saul Philiſthæis contra ſe cōgregatis, nihil ipſi reſpondente Deo, pythoniſſā conſulit.

Dixit ergo שSaואúl ſeruis ſuis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem,″& ibo ad eam, atque inquiram per eam. Et dixerunt ſerui eius ad eū, Ecce mulier habens pythonem in עEn-dór. 7

″Mutauit ergo ſeſe שSaואúl, & induit ſe veſtimentis aliis, abiítque ipſe, & duo viri cum eo, venerúntque ad mulierem noctu, ac dixit, Diuina quæſo mihi per pythonem,″& fac aſcendere ad me quem dixero tibi. 8

Et ait mulier ad eum,″Ecce tu noſti quid fecerit שSaואúl,″qui abſcidit pythones & magos è terra: cur ergo tu″offendiculum ponis animæ meæ, vt mori facias me? 9

Iurauit autem ei שSaואúl per Iehouā, dicendo, Viuit Iehouáh″ſi euenerit tibi pœna propter hoc. 10

Suſcitatus Samuel, annuntiat Sauli mortem, & Philiſthæos victoria potituros.

Dixit itaque mulier, Quem″aſcendere faciam tibi? Ille dixit, שSemuאelem fac aſcendere mihi. 11

Vidénſque mulier שSemuאelem, exclamauit voce magna: dixítque mulier ad שSaואulem″in hæc verba,″Vtquid decepiſti me?″tu enim es שSaוúl. 12

Et dixit ei Rex, Ne timeas: quid enim vidiſti? Reſpōdit mulier שSauli,″deos vidi aſcendentes è terra. 13

tauit in regione Philiſthinorum.

12 Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus eſt contra populū ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

Cap.XXVIII.

1 FActum eſt autē, in diebus illis cōgregauerunt Philiſthiim agmina ſua, vt prępararentur ad bellum contra Iſrael: dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito quoniam mecum egredieris in caſtris tu & viri tui.

2 Dixitq; Dauid ad Achis, Nūc ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus.

3 ‖Samuel autem mortuus eſt, planxitque eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramátha vrbe ſua. & Saul abſtulit magos & hariolos de terra.

Supra 25.a.1

4 Congregatique ſunt Philiſthiim, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregauit autem & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelbóe.

5 Et vidit Saul caſtra Philiſthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis.

6 Conſuluitque Dominum, & nō reſpondit ei neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neq; per prophetas.

B

Leu,20.d.27
deut.18.b.11

7 Dixitque Saul ſeruis ſuis, Quærite mihi mulierem habentem pythonē, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerūt ſerui eius ad eum, Eſt mulier pythonem habēs, in En-dor.

8 Mutauit ergo habitum ſuum, veſtitúſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, venerūntq; ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quē dixero tibi.

9 Et ait mulier ad eum, Ecce tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occidar?

10 Et iurauit ei Saul in Domino, dicēs, Viuit Dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter hāc rem.

11 Dixitque ei mulier, Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi ſuſcita.

12 Quum autem vidiſſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul.

13 Dixitque ei Rex, Noli timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul, deos vidi aſcendentes de terra.

---

12 Abominando abomin. הבאש הבאיש Hebraiſmum quidam ſic reddunt, Omnino ſordet illi gens ſua Iſraelitica. Doctiores tamen ſic vertunt, reddidit ſe fœtidum in populum ſuum, nempe Iſraelem.i.inuidioſum, odioſum, vel abominabilem ſe reddidit popularibus ſuis. hoc eſt, facit quæ diſplicent popularibus ſuis. Alii, fœtere fecit, id eſt fœtida reddidit ac inuiſa opera ſua popularibus ſuis. quòd abhorreamus à re fœtida, putida ac maleolente. Similis loquutio legitur & Gene.34.d.30, & Exod.5.d.21. In ſeculum. עולם: .i.ſempiternus & perpetuus.

IN CAPVT XXVIII.

1 Eo autem tempore ויהי בימים ההם Ad verbum, Et fuit, in diebus illis. Caſtra ſua in pug. מחניהם לצבא copias ſuas ad militiam. vel, copias ſuas militares. Sciendo ſcito, &c. ידוע תדע וגו׳ Hebraiſmus, Certò ſcias quòd mecum egredieris ad militiam.

2 Profectò ſcies quæ faciet לכן אתה תדע את אשר־יעשה propterea ſcias quid facturus ſit. Certè לכן Hac de cauſa. quòd ſcilicet videam te ita paratum ad obſequium meum, deſignabo te cuſtodem perpetuum corporis mei.

3 Id eſt in vrbe ſua. ובעירו Hic ו pro Id eſt poſitum, hoc eſt in qua habitabat. Alii exponunt, in ipſa vrbe, & non extra. Alii, & luxerant eum in Ramah, *qui ſcilicet illic aderant*: & in *ſingulis* vrbibus ſuis, *qui ſcilicet abſuerant*. E terra. מהארץ: .i. de regione illa.

5 Et expauit ויחרד & trepidare cœpit. 7 Et ibo ad eam, atque inq. per eam ואלכה אליה ואדרשה־בה .i.vt profectus ad illam, conſulam ipſam. ſub. quid facto opus ſit. 8 Mutauit ergo ſeſe ויתחפש .i.habitum ſuum. Et fac aſcendere ad me והעלי לי .i.ſuſcita mihi.

9 Ecce tu noſti, &c. הנה אתה וגו׳ Tu quidem noſti [.i. Tu probè tenes] quid fecerit Saul, quomodo exterminauerit. vel, eraſerit. Qui אשר quomodo. Offendiculum ponis animæ meæ, מתנקש בנפשי illaqueas te in anima mea.i. quæris, vel ſtudes eſſe offendiculo, vel niteris ponere offendiculum animæ meæ, vt cures me interficiendam. 10 Si euenerit tibi, &c. אם־יקרך עון וגו׳ ſi euenerit tibi iniquitas in verbo iſto.i.nihil mali tibi continget ob id. 11 Aſcendere faciam אעלה .i.euocabo, ſiue ſuſcitabo.

12 In hæc verba, לאמור dicendo, Vtquid decepiſti me? למה רמיתני quare impoſuiſti mihi? vel, fefelliſti me? Tu enim es שSaואúl. ואתה שאול: quum ſis Saul. 13 Deos vidi, &c. אלהים וגו׳ Plurali vtitur pro ſingulari. & ſic Chaldæus paraph. Angelum Domini vidi aſcēdentem. Doctus inter Hebræos exponit hominem magnum: plurali autem vti honoris gratia, vt Exod.22.d.28, diis non maledices.i.hominibus magnis, vel iudicibus.

Dixítque ei, Qualis eſt forma eius? Quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit.

C Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: ſiquidem Philiſthiim pugnant aduerſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit neque in manu Prophetarum, neque per ſomnia: vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam.

Et ait Samuel, Quid interrogas me, quũ Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum?

Suprà 15.f.28 Faciet enim tibi Dominus ſicut‖loquutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid:

Quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris eius in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

Et dabit Dominus etiam Iſrael tecum in manus Philiſthiim: cras enim tu & filii tui mecum eritis: ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus
D Philiſthiim.

Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim valde verba Samuelis, & robur non erat in eo, qa nõ comederat panẽ tota die illa.

Ingreſſa eſt itaq; mulier illa ad Saul, & vidit, (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eũ, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meam in manu mea, & audiui ſermones tuos quos loquutus es ad me.

Nũc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellã panis, vt comedens conualeſcas, & poſſis iter agere.

Qui renuit, & ait, Non comedam. Coegerũt autem eum ſerui ſui & mulier, & tãdem audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum.

Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in domo, & feſtinauit, & occidit eum: tollénſque farinam, miſcuit eam, & coxit azyma:

Et poſuit ãte Saul, & ãte ſeruos ei⁹: q quũ comediſſẽt, ſurrexerũt, & ãbulauerũt p totã noctẽ illã. Cap. XXIX.

CONgregata ſũt ergo Philiſthiim vniuerſa agmina in Aphec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt ſuper fontem qui erat in Iezrahel.

Et ſatrapæ quidem Philiſthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouiſſimo agmine cum Achis

Dixerúntque principes Philiſthiim, Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthim, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit

14 Dixítque ei, Qualis eſt forma eius? *illa* ait, Vir *quidã* ſenex aſcẽdit, & ipſe amictus eſt pallio. Et cognouit שSaאúl quòd שSemuאél eſſet, & incuruauit ſe in faciem ſuper terram, atque adorauit.

15 Dixit autem שSemuאél ad שSaאulem, ′Vtquid commouiſti me, faciendo aſcendere me? Reſpondit שSaאúl, ′Anguſtiis afficior valde, ″quum Peliשthím pugnẽt contra me, & Deus receſſerit à me, nec reſpondet mihi vltrà neque′per manum Prophetarum, neque per ſomnia: itaque vocaui te vt indicares mihi quid facturus ſim.

16 Et ait שSemuאél, ″Et vtquid interrogas me, quum Iehouáh receſſerit à te, ″& ſit *cum* inimico tuo?

17 ″Et fecit illi Iehouáh quemadmodum loquutus eſt per manum meam: ″& ſcidit Iehouáh regnum de manu tua, & dedit illud″ſocio tuo Dauidi.

18 Quemadmodum non obediſti voci Iehouæ, nec feciſti″iram furoris eius contra עAmaléc, ita hoc fecit tibi Iehouáh hodie.

Saul quare abiectus à Deo.
Ira furoris Dei.

19 Tradet autem Iehouáh etiam Iשraאelem tecum in manũ Peliשthím, & cras eris tu & filii tui mecum: etiã *inquam* caſtra Iשraאelis tradet Iehouáh in manum Peliשthím.

20 ″Statim autem שSaאúl corruit quantus quãtus erat in terram: extimuerat enim vehementer propter verba שSemuאelis: ″etiã vires non erãt in eo, quia nõ comederat panẽ tota die & tota nocte.

Saulis anguſtia & deſperatio.

21 Ingreſſa verò mulier ad שSaאulẽ, vidit quòd territus eſſet valde, & dixit ei, Ecce obtẽperauit ancilla tua voci tuæ, ″& poſui animam meam in manu mea, & parui verbis tuis quæ dixiſti mihi.

22 Nunc ergo obtẽpera quæſo etiã voci ancillæ tuæ, & ponã ante te buccellã panis, ′vt comedas, & ſint in te vires vt vadas per viam.

23 Qui renuit, ac dixit, Non comedam. Et coegerunt eum ſerui eius, & etiam mulier, obediuítque voci eorum: ſurrexit nanque è terra, & ſedit″ſuper lectum.

24 Porrò mulieri *erat* vitul⁹″ſaginarii in domo, ′& feſtinauit, & iugulauit eũ: poſtea tulit farinã, ″& miſcuit, ″coxítq; *ex* ea infermẽtata.

25 Et attulit ante שSaאulem, atque ante ſeruos eius: qui comederunt, poſtea ſurrexerunt, & abierunt nocte ipſa. Cap. XXIX.

1 COngregauerãt autẽ Peliשthím omnes copias ſuas in Aphéc: Iשraאél verò caſtrametati erãt″in fonte qui erat in Izreאעél.

2 ″Porrò principes Peliשthím tranſibant centeni & milleni: Dauid autem & viri eius tranſibant″in extremo cum Achiש.

Dauid cum Philiſthæis contra Saulem pugnaturos, ab exercitu remittitur prouidẽtia Dei.

3 Dixerunt autẽ principes Peliשthim, Quid *ſibi volunt* עEbræi iſti? Reſpondit Achiש principibus Peliשthím, ″Nónne iſte *eſt* Dauid

15 Vtquid commouiſti, &c. למה הרגזתני וגו′ Quare moleſtus es mihi [vel inquietaſti me] vt ſuſcitares me? vel, curando me ſuſcitandum. Anguſtiis afficior val. צר־לי מאד Coartor plurimũ. Ad verbũ, Anguſtia mihi valde. Quũ Peliשthím ופלשתים Ad verbũ, & Peliſthim. Per manum Proph. ביד הנבאים .i. opera Prophetarũ. 16 Et vtquid interrogas me, ולמה תשאלני Sed quare conſulis me. Et ſit *cum* inimico tuo? ויהי ערך: .i. faueat illi. Ita Chaldæus parap. Alii, & ſit hoſtis tuus? 17 Et fecit illi Iehouáh ויעש יהוה לו Et faciet Iehouáh illi. nempe Dauidi, vt ſit relat. pro anteced. Vel, illi, nempe inimico, qui erat Dauid. Et ſcidit ויקרע & abſcidit. Chaldæus paraph. & auferet. Socio tuo לרעך ſodali tuo. 18 Iram furoris e. חרון־אפו .i. quod præceperat iratus valde contra Amalec.

20 Statim autem, &c. וימהר וגו′ Ad verbum, Et feſtinauit Saul, & cecidit *de* plenitudine ſtaturæ ſuæ. id eſt, ſtatim corruit vt erat erectus. Gallicè, *de ſa haulteur*. vel, *d'auſſi hault qu'il eſtoit*. Verbum loco aduerbii poſuit: vt ſæpe aliâs, & paulo pòſt verſu 24, maximè in hoc genere dicendi.

Etiam vires non erant in eo, גם־כח לא־היה בו neque robur erat in eo. vt ſcilicet ſeſe eripere poſſet.

21 Et poſui animam meam in manu m. ואשים נפשי בכפי Hebraiſmus, expoſui me periculo.

22 Vt comedas, &c. ואכול וגו′ Ad verbum, & comedes, & erunt in te vires quum ambulabis per viam. i. vt edas, & reſtituantur tibi vires: vel vt poſſis recipere animum quum iter facies. hoc eſt, vt poſſis iter facere. 23 Super lectum. אל־המטה: vt diſcumberet ſcilicet.

24 Saginarii מרבק .i. quem ſaginabat. Et feſtinauit, & iugulauit ותמהר ותזבחהו Hebraiſmus, de quo paulo antè, verſu 20, pro, illico occidit. Et miſcuit ותלש & conſperſit. ſubegit. ſub. eam. Coxitque *ex* ea infermentata. ותפהו מצות: .i. ex ea confecit panes azymos quos ſtatim curauit coquendos. non enim expectauit donec farina illa ſubacta fermentaretur.

IN CAPVT XXIX.

1 In fonte בעין Quidam volunt nomen eſſe loci, in עAin. 2 Porrò principes, &c, וסרני וגו′ Porrò ſatrapæ [tyranni, vt habet Chaldæus paraph] incedebant per centurias & chiliadas. In extremo באחרונה ſub. agminis. in extrema acie.

3 Nónne iſte *eſt* Dauid, &c. הלוא־זה דוד וגו′ q.d. An ignoratis hunc eſſe Dauidem, &c.

ſeruus שSaואulis regis Iשſraאelis, qui fuit mecum″iam diebus, imò iam annis, & non deprehendi in eo quicquam à die qua″habitauit *mecum*, vſque ad diem hanc?

4 Et irati ſunt aduerſus eum principes Peliשſthím, dixerúntque ei principes *illi* Peliשſthím, ″Remitte virum, & reuertatur ad locum ſuum″cui præfeciſti eum, neque deſcẽdat nobiſcum in prælium, ne ſit nobis aduerſarius in prælio. ″in quo enim placebit hic domino ſuo? annon in capitibus virorum iſtorum?

5 Nónne hic eſt Dauid ″cui canebant in choris, dicendo, Percuſſit שSaואúl mille ſuos, & Dauid decem millia ſua?

Dauid laudatur ab Achis.

6 Vocauit itaque Achiש Dauidẽ, & dixit ei, Viuit Iehouáh quòd ″rectus es, ″& bonus in oculis meis eſt egreſſus tuus & ingreſſus tuus mecum in caſtra: non enim inueni in te malum *ullum* à die qua ingreſſus es ad me, vſque ad diem hanc: ſed in oculis principum tu″non es gratus.

7 Nunc ergo reuertere, & abi in pace, ″& ne committas rem ingratam principibus Peliשſthím.

8 Dixítque Dauid ad Achiש, ″Quid enim feci, & quid inueniſti in ſeruo tuo à die qua″fui coram te, vſque ad diem hanc, ″vt non eam, & pugnem contra inimicos domini mei Regis?

Gentilis hic meminit Dei veri & Angeli.

9 Reſpondens Achiש, dixit Dauidi, ″Noui quòd bonus es in oculis meis ſicut Angelus Dei: ſed principes Peliשſthím dixerũt, ″Ne aſcendat nobiſcum in prælium.

10 Nunc igitur ſurge ſũmo mane, & ſerui″domini tui qui venerũt tecum, & ſurgite ſummo mane ſtatim vt illuxerit vobis, & ite.

11 Surrexit itaque Dauid ipſe & viri eius, vt abiret ſummo mane, vt reuerteretur ad terrã Peliשſthím: Peliשſthim verò aſcenderũt in Izreאyél.

Cap. XXX.

Dauid Siceleg ſuccenſam inuenit.

1 FVit autẽ, ′quum rediiſſet Dauid & viri eius in צSiclág ″die tertia, עAmalecitæ″graſſati fuerãt verſus Meridiem & צSiclág, ″& percuſſerant צSiclág, combuſſerántque eam igni:

2 Et captiuas duxerant mulieres quæ erant in ea: à paruo vſque ad magnum non interfecerant quenquam, ſed abduxerant, ″& abierant in viam ſuam.

3 Quum veniſſet ergo Dauid & viri eius ad ciuitatem, ″ecce combuſta erat igni: & vxores eorum & filii eorum, & filiæ eorum′captiui ducti erant.

ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt apud me multis diebus vel annis: & nõ inueni in eo quicquam ex die qua tranſfugit ad me, vſque ad diem hanc?

4 Irati ſunt autẽ aduerſus eum principes Philiſthiim, & dixerunt ei, ‖Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo in quo conſtituiſti eum: & non deſcẽdat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſarius, quũ præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominũ ſuũ, niſi in capitibus noſtris? B 1.para.12.c.19

5 Nónne iſte eſt Dauid cui cantabãt in choris, dicentes, Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis?

6 Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conſpectu meo: & exitus tuus & introitus tuus mecum eſt in caſtris: & nõ inueni in te quicquã mali ex die qua veniſti ad me, vſque in diem hanc: ſed ſatrapis non places. C

7 Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos ſatraparum Philiſthiim.

8 Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo à die qua fui in conſpectu tuo vſq; in diẽ hanc, vt nõ veniam, & pugnẽ contra inimicos dñi mei Regis?

9 Reſpondens autem Achis, loquutus eſt ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei: ſed principes Philiſthinorũ dixerũt, Non aſcendat nobiſcum in prælium. D

10 Igitur conſurge mane, tu & ſerui domini tui, qui venerunt tecum: & quum de nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere, pergite.

11 Surrexit itaq; de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſcerẽtur mane, & reuerterentur ad terrã Philiſthiim: Philiſthiim autem aſcenderũt in Iezrahel.

Cap. XXX.

1 QVúmque veniſſẽt Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex parte Auſtrali in Siceleg, & percuſſerãt Siceleg, & ſuccẽderant eã igni:

2 Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo vſque ad magnũ: & nõ interfecerant quenquam, ſed ſecum duxerant, & pergebant itinere ſuo.

3 Quum ergo veniſſet Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inueniſſent eam ſuccenſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas,

---

Iam diebus, imò iam annis, זה ימים ארזה שנים dies aliquot, imò verò annos aliquot. i. & quem ego cognoſco iam à multis annis. Ita quidam exponunt: quum tamen apud illum fuiſſet quatuor tantùm menſes, aut paulo plus, vt dictum eſt ſuprà cap. 27. c. 7. propterea Doctus inter Hebræos exponit, & cum tam bene noui quàm ſi manſiſſet apud me annos aliquot. Habitauit נפלו In hac ſignificatione vertunt quidam & illud Gene. 25. b. 18, Coram cunctis fratribus ſuis habitauit. Vide annotationem eo loco. & Iudicum 7. c. 12, Habitabant in valle. vbi noſter interpres vertit, fuſi iacebant. Doctus inter Hebræos exponit, cecidit ad me. Chaldæus paraphr. diuiſit ſe ad me. i. diuiſit ſe à Saule, & venit ad me. hoc eſt quod quidam vertunt, ex quo tranſfugit ad me. vel defecit à Rege ſuo ad me. Significat enim (vt illi annotant) deficere ab aliquo, & tranſfugere ad alium. 4 Remitte השב Ad verbũ, Redire fac. vel, Reuerti fac. Cui præfeciſti eum, אשר הפקדתו quẽ illi cõſtituiſti.

In quo enim placebit, &c. ובמה יתרצה וגו׳ nam quanam in re redibit [redire poterit] in gratiam cum domino ſuo? nónne per capita, &c. i. nónne ſi ferat ad illum capita noſtra, vel capita militum noſtrorum quos interfecerit? 5 Cui canebant אשר יענרלו. i. quẽ laudabant.

6 Rectus es, ישר אתה ſub. in oculis meis. i. habeo te pro viro probo. Et bonus in oculis meis egreſ. &c. וטוב בעיני צאתך וגו׳ Hebraiſmus, quòd mihi placet conuerſatio tua in caſtris ipſis. q. d. per Deũ viuum quẽ colis, habeo te pro viro probo & integro: & cõmercium tuum ſiue conuerſatio tua, & vita quam in caſtris meis vixiſti, mihi grata fuit. Non es gratus. לא־טוב אתה: Ad verbum, non es bonus. i. ſatrapis non places. 7 Et ne committas rem ingr. princip. ולא־תעשה רע בעיני סרני׳ Ad verbum, & non facies malum in oculis principum. i. nec feceris aliquid quod non ſit gratum principibus meis. 8 Quid enim feci, כי מה עשיתי Quidam ſcribunt aut כי redundare: aut ſubaudiendum, Hoc me male habet: nam quid feci. Fui coram te, הייתי לפניך. i. verſatus ſum in aula tua, aut cœpi ſeruire tibi. Vt non eam, & pugnẽ כי לא אבוא ונלחמתי. i. vt non permittar congredi cum inimicis, &c. 9 Noui quòd bonus es in oc. m. ידעתי כי טוב אתה בעיני Hebraiſmus, Videris mihi tam bonus quàm eſt Angelus Dei. Ne aſcendat לא־יעלה Non aſcendet.

10 Domini tui ארוניך nempe Saulis. Statim vt illuxerit ואור Ad verbum, & illuceſcet.

IN CAPVT XXX.

1 Die tertia, ביום השלישי ſub. ab egreſſu eius. Graſſati fuerant פשטו impetum fecerant. irruerant. Et percuſſerant ויכו. i. diruerant, ſiue deſtruxerant. non enim occiderant habitatores vrbis: quia ſequenti verſu dicitur, Non interfecerunt quenquam. Dixit autem vrbẽ percuſſam, pro deſtructam, vt aliàs Scriptura dicit ſanari ædificium, aut viuificari, quando inſtauratur ac reparatur.

2 Et abierant in viam ſ. וילכו לדרכם: . i. reuerſi fuerant. 3 Ecce combuſta erat והנה שרופה pro, inuenerunt eam combuſtam. Captiui ducti erant. נשבו: abierant in captiuitatem.

Leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eó, voces ſuas, & planxerũt donec deficerent in eis lachrymæ. 4

Siquidẽ & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoã Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. 5

Et contriſtatus eſt Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſq; B viri ſuper filiis ſuis, & filiabus: confortatus eſt autẽ Dauid in Domino Deo ſuo. 6

Et ait ad Abiathar ſacerdotem filiũ Achimélech, Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid. 7

Et cõſuluit Dauid Dominũ, dicens, Perſequar latrunculos hos, & cõprehendam eos, an nõ? Dixitque ei, Perſequere: abſque dubio enim comprehendes, & excuties prædam. 8

Abiit ergo Dauid ipſe & ſexcẽti viri qui erant cum eo, & venerũt vſque ad torrentem Beſor: & laſſi quidam ſubſtiterunt. 9

Perſequutus eſt autẽ Dauid ipſe & C quadringẽti viri: ſubſtiterãt enim ducenti, qui laſſi tranſire non poterant torrentem Beſor. 10

Et inuenerunt virum AEgyptiũ in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederúntque ei panem vt comederet, & biberet aquam. 11

Sed & fragmen maſſæ carycarum, & duas ligaturas vuæ paſſæ: qui quũ comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: nõ enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. 12

Dixit itaq; ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? Qui ait, Puer AEgyptius eD go ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius. 13

Siquidem nos erupimus ad Auſtralem plagam Cerethi, & contra Iudã, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni. 14

Dixitq; ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum iſtum? Qui ait, Iura mihi per Deum quòd non occidas me, & nõ tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum iſtum. 15

Qui quum duxiſſet eũ, ecce illi diſcumbebant ſuper faciẽ vniuerſæ terræ comedentes, & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem, pro cuncta præda & ſpoliis quæ ceperant de terra Philiſthiim, & de terra Iuda. 16

E Et percuſſit eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam alterius diei: & non euaſit ex eis quiſquam, niſi quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant. 17

Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerãt Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit: 18

4 Et extollẽs Dauid & populus qui erat cum eo vocem ſuam, fleuerunt ″donec non eſſent in eis vires ad flendum.

5 Duæ quoque vxores Dauidis captiuæ ductæ erant, Aнhinóyam Izreℵyelitis, & Abigáil vxor Nabál Charmelitæ.

6 Itaque anguſtiis affectus eſt Dauid valde: ″dixerãt enim populus ſe lapidaturos illum, quòd amaritudine plena eſſet anima vniuerſi populi, quiſque propter filios ſuos & propter filias ſuas: ″& roborauit ſeſe Dauid in Iehouáh Deo ſuo.

7 Dixit autem Dauid ad ℵEbiathár ſacerdotem filium Aнhimélech, ″Applica quæſo mihi ℵephód. Et applicauit ℵEbiathár ℵephód Dauidi.

8 ″Et interrogauit Dauid Iehouam, dicendo, *Num* perſequar exercitum iſtum? num apprehendã eum? Et dixit ei, Perſequere: quia ″comprehendendo comprehendes, & eruendo erues.

9 Abiit itaque Dauid ipſe & ſexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vſque ad torrentem Beẇſór: ″reliqui verò ſubſtiterunt.

10 Et perſequutus eſt *eos* Dauid ipſe & quadringẽti viri, & ſubſtiterunt ducenti viri qui ″laſſi fuerant, ne tranſirent torrentẽ Beẇſór.

11 Inuenerúntque virum AEgyptium ″in agro, quem adduxerunt ad Dauidem, & dederunt ei panem, & comedit, propinauerunt ei & aquam.

12 Dederunt ei præterea ″fragmen maſſæ carycarũ, & duas ligaturas vuarũ paſſarum: qui comedit, reuerſúſque eſt ſpiritus eius in eum. non enim comederat panem, nec biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus.

13 Poſt hæc dixit ei Dauid, Cuius es tu, & vnde es? Reſpõdit, Puer AEgyptius ſum, ſeruus viri yAmalecitæ, & dereliquit me dominus meus, quòd ægrotarem hodie tres ſunt dies.

14 ″Nos graſſati ſumus ad Meridiem Cherethi, & in id quod eſt Iehudáh, & ad Meridiem ″Chaléb, & ẋSiclág combuſſimus igni.

15 Dixit autem ei Dauid, ″Num deduces me ad exercitum illum? Qui dixit, Iura mihi per Deũ quòd non interficies me, neque trades me in manũ domini mei, & deducam te ad exercitum illum.

16 Deduxit ergo eum, & ecce ″diffuſi erant in ſuperficie totius terræ comedentes & bibentes, ″& tripudiantes propter omnia ſpolia & ea magna quæ tulerant è terra Peliẇſthím & è terra Iehudáh.

17 Et percuſſit eos Dauid ″à crepuſculo vſque ad ″veſperam, ″*& uſque* in craſtinum illarum: nec euaſit ex eis quiſquam, præter quadringentos viros adoleſcentes, qui inſiderũt camelis, & aufugerunt.

18 ″Et eruit Dauid omnia quæ tulerant yAmalecitæ: duas quoque vxores ſuas eruit Dauid:

Vxores Dauidis captæ.

Lapidare.

Confortatur Dauid in Domino.

Dauid conſulto Domino, perſequitur Amalecitas ſuccenſores.

Prouidẽtia Dei occurrit ſeruus Amalecitæ, qui Dauidem ducit ad eos qui ſuccẽderent Siceleg.

AEgyptius meminit Dei veri.

Dauid, occiſis Amalecitis, reducit prædam.

4 Donec non eſſent in eis vires עד אשר אין־בהם כח donec defuit illis virtus.
6 Dixerant אמרו .i.cogitauerant.vel, dixerunt enim populus, &c.q.d.parum abfuit quin lapidibus obruerit eum populus. Et roborauit ſeſe ויתחזק & fortificatus eſt.i.reſumpſit animum, fretus ſpe ac fiducia in Deum.
7 Applica הגישה Admoue.q.d.proferas nunc in prælium.
8 Et interrogauit Dauid וישאל דוד Et cõſuluit Dauid. Comprehendendo cõpreh.&c. השג תשיג וגו׳ Hebraiſmus, proculdubio aſſequeris, & erues.ſub.quos ſecum deducunt. 9 Reliqui verò ſubſt. והנותרים עמדו Subaudiendũ aliquid, cuiuſmodi, Bona autem pars tranſiuit, reliqui verò ſubſtiterunt. 10 Laſſi fuerant, ne tranſirent פגרו מעבור magis laſſi erant quàm vt tranſire poſſent. Vel, qui pigriores fuerunt.præfi cta laſſitudine ſcilicet.id eſt, qui ſimulabãt tantam laſſitudinem vt non poſſent trãſire, &c. Significat hoc verbum, laſſum eſſe ac remiſſum: ſignificat & pigrum eſſe. 11 In agro, בשדה ſub.iacentem.
12 Fragmen maſſæ carycarum, פלח דבלה fruſtum maſſæ carycarum.i.ficuum aridarum, de quibus vide ſuprà, cap.25.c.18, vbi & de ligaturis vuæ paſſæ eſt annotatio. 14 Nos graſſati ſumus אנחנו פשטנו Poſteaquam nos impetum fecimus.ſiue, feceramus, aut irrueramus. Chaléb, כלב Hic filius fuit Eſron, qui erat de tribu Iuda.
15 Num deduces me התורידני Potéſne me deducere. Ad verbum, Num deſcendere facies me.
16 Diffuſi erant נטושים proſtrati erant.vel iacentes & requieſcentes. Et tripudiantes וחוגגים & feſtum agentes.
17 A crepuſculo מהנשף ſub.nocturno. Veſperam, הערב diei nempe ſequentis *Et uſque* in craſtinum illarum: למחרתם in craſtinam diem illarum.ſub.veſperarum.i.vſque ad diem ſequentem duas illas veſperas.q.d.toto triduo percuſſit eos.
18 Et eruit ויצל .i.recepit.

Et non defuit eis″neque paruum neque magnum, tam de filiis quàm de filiabus, neque de præda, atque omnibus his quæ abſtulerant ſibi, omnia reduxit Dauid. 19

Et tulit Dauid″omnes greges & armenta: *&* ducebant *illa*″ante pecus: & dixerunt,″Hæc eſt præda Dauidis. 20

Venit autem Dauid ad ducentos viros″qui laſſi erant, ita vt non poſſent ſequi Dauidē,″& reſidere fecerant eos in torrente Beשſór: ″qui egreſſi ſunt in occurſũ Dauidis & in occurſũ populi qui erat cum eo: & acceſſit Dauid ad populum, & ſalutauit eos pacificé. 21

Salutare pacifice.

Dixit autē omnis vir malus″& impius ex his viris qui iuerāt cum Dauide,″hunc in modum, Propterea quòd non venerunt nobiſcum, non dabimus eis de ſpoliis quæ eruimus, niſi vnicuique vxorem ſuam & filios ſuos,″& ducent, & abibunt. 22

Prædam ex æquo diuidi iubet Dauid.

Dixit autem Dauid, Non facietis ſic, fratres mei, de *his* quæ dedit Iehouáh nobis, & qui cuſtodiuit nos, dedítque exercitũ qui venerat contra nos, in manum noſtram. 23

Et quis obediet vobis in re hac? ſed″qualis eſt portio deſcēdentis ad prælium, talis erit & portio manētis ad ſarcinas:″pariter diuidentur. 24

″Fuerátque *id* ab eo die & ſuprà: & poſuit illud in ſtatutum & cōſuetudinem in Iשſraאele″vſque ad diem hanc. 25

Ex præda gratificatur Dauid omnibus amicis.

Venit ergo Dauid in שSiclág, & miſit de ea præda Senioribus Iehudáh″amicis ſuis, dicendo, En vobis benedictio de ſpoliis inimicorum Iehouæ: 26

″Iis qui *erant* in Beth-אél, & qui in Ramóth ad Meridiem, & qui in Iatthír, 27

Et qui in עAroעér, & qui in שSiphmóth, & qui in אEſthemóaע, 28

Et qui in Rachál, & qui in vrbibus Ieraחhmeאelitarum, & qui in vrbibus Cenitarum, 29

Et qui in חHormáh, & qui in Chor-עaשſán, & qui in עAthách, 30

Et qui in חHebrón,″& omnibus locis in quibus″verſatus fuerat Dauid ipſe & viri eius. 31

Cap. XXXI.

Philiſthiim occidunt Iſraelitas.

1 P″Eliשſthím inquam pugnabant cum Iשſraאele: & fugerūt viri Iשſraאelis à facie Peliשſthím, ceciderúntq; vulnerati in monte Gilbóaע.

Saul & filii eius occiduntur.

2 Et aſſequuti ſunt Peliשſthím שSaאulē & filios eius: percuſſerũtq; Iehonathán, & Abinadáb, & Malchi-שſúaע filios שSaאulis.

3 ″Et aggrauatũ eſt præliũ cōtra שSaאulē: quem quũ inueniſſent

19 Nec defuit quicquam à paruo vſque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus, & de ſpoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid.

20 Et tulit vniuerſos greges & armenta, & minauit ante faciem ſuam: dixeruntque, Hæc eſt præda Dauid.

21 Venit autem Dauid ad ducētos viros qui laſſi ſubſtiterāt, nec ſequi potuerant Dauid, & reſidere eos iuſſerat in torrēte Beſor: qui egreſſi ſunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo: accedens autem Dauid ad populum, ſalutauit eos pacificé. F

22 Reſpōdénſque omnis vir peſſimus, & iniquus de viris qui ierāt cum Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiſcum, non dabimus eis quicquam de præda quam eruimus: ſed ſufficiat vnicuique vxor ſua & filii, quos quum acceperint, recedant.

23 Dixit autem Dauid, Non ſic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduerſum nos, in manus noſtras:

24 Nec audiet vos quiſquam ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcē dentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diuident.

25 Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael vſque in diem hāc. G

26 Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit dona de præda Senioribus Iuda proximis ſuis, dicens, Accipite benedictionem de præda hoſtiũ Domini:

27 ′His qui erant in Beth-el, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Gether,

28 Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Eſthamo,

29 Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni,

30 Et qui in Harama, & qui in lacu Aſan, & qui in Athach,

31 Et qui in Hebrō: & reliquis qui erāt in his locis in quibus cōmoratus fuerat Dauid & viri eius.

Cap. XXXI.

1 PHiliſthiim autem pugnabant aduerſum Iſrael: & fugerunt viri Iſrael ante faciem Philiſthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelbóe. 1. Par. 10. a. 1

2 Irruerúntq; Philiſthiim in Saul & in filios eius, & percuſſerũt Ionathā & Abinadab & Melchiſúa filios Saul,

3 Totúmque pōdus prælii verſum eſt in Saul: & conſequuti ſunt eum viri

---

19 Neque paruum neque mag. &c. מן־הקטן ועד־הגדול וגו׳ Ad verbum, à paruo & vſque ad magnũ, & vſque ad filios & filias, & à ſpolio, & vſque ad omnia quæ tulerunt ſibi. 20 Omnes greges & armenta: את־כל הצאן והבקר Intelligit ea quæ Amalecitæ abegerant de Iuda & aliis regionibus. Ante pecus, לפני המקנה .i. ante greges & armēta quæ abegerant Amalecitæ de Siclag. Diſtribuerant greges in duas partes, nēpe in eos quos abegerant Amalecitæ ex Iuda & aliis vrbibus, & in eos quos abegerant ex Siclag. Greges autē Siclag non appellabant prædam: nam ii reſtituebantur ſuis dominis. Hæc eſt præda Dauidis. זה שלל דוד׃ q.d. præter veſtra quæ reſtituũtur vobis, hæc adducit Dauid.

21 Qui laſſi erant, &c. אשר־פגרו וגו׳ quos piguerat ſequi Dauidem. Hoc eſt, qui præ laſſitudine, ſiue vera ſiue ficta, non fuerant ſequuti Dauidem. Et reſidere fecerant eos ויושיבום & remanere fecerant [ſtatuerant] eos. ad ſarcinas ſcilicet cuſtodiendas. Qui egreſſi ſunt ויצאו Ad verbum, & egreſſi ſunt. refertur iſtud ad initium huius verſus. 22 Et impius ובליעל Ad verbum, & beliiáעal. Vide Deutero. 13.b.13. Hunc in modum, ויאמרו Ad verbum, & dixerunt. Et ducent, וינהגו quos abducent ſecum

24 Qualis eſt portio, &c. כחלק היורד וגו׳ quanta eſt portio, &c. Ad verbum, ſicut pars deſcendentis in prælium, & ſicut pars remanentis ad ſarcinas. i. quanta eſt portio deſcendentis in præliũ, tanta eſſe debet portio eius qui remanet ad ſarcinas: & quāta eſt portio eius qui remanet ad ſarcinas, tanta eſſe debet portio eius qui deſcendit ad certamen. i. æqualis portio erit deſcendentibus & remanentibus. Pariter diuidentur. יחדו יחלוקו ſimul [.i. ex æquo] partiētur. 25 Fuerátque *id* ab eo die, &c. ויהי מהיום ההוא .i. Id obſeruatũ fuerat ab eo die, & ſupra. i. ab initio mundi vſque ad eum diem: & vertit illud Dauid in ſtatutum, vel legem, & conſuetudinem in Iſraele, &c. Vſque ad diē hanc. עד היום הזה׃ vſque in hodiernum diem: & talis conſuetudinis author fuit Dauid in Iſraele, quæ quidem obſeruatur & perdurat vſque in hodiernum diem.

26 Amicis ſuis, לרעהו Quidam ſubaudiunt coniunctionem, & amicis ſuis.

27 Iis qui לאשר Sub. Miſit inquam iis qui *habitabant* in, &c. Sic infrá.

31 Et omnibus locis ולכל־המקומות .i. & Senioribus omnium locorum. Verſatus fuerat התהלך Ad verbum, ambulauerat.

IN CAPVT XXXI.

1 Peliשſthím inquam pugnabant ופלשתים נלחמים Quum autem Peliשſthím pugnarent.

3 Et aggrauatum eſt ותכבד המלחמה .i. onus prælii verſum eſt in Saulem.

ſagittarii, & vulneratus eſt vehemẽter à ſagittariis.

4 Dixitque Saul ad armigerum ſuum, Euagina gladiũ tuum, & percute me: ne fortè veniant incircuncisi iſti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus: arripuit itaque Saul gladium, & irruit ſuper eum.
B

5 Quod quum vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.

6 Mortuus eſt ergo Saul, & tres filii eius, & armiger illius, & vniuerſi viri eius in die illa pariter.

7 Videntes autem viri Iſrael qui erãt trãs vallẽ & trãs Iordanẽ, quòd fugiſſent viri Iſraelitæ, & quòd mortuus eſſet Saul, & filii eius, reliquerunt ciuitates ſuas, & fugerunt: venerũtque Philiſthiim, & habitauerunt ibi.
C

8 Facta autẽ die altera, venerunt Philiſthiim vt expoliarẽt interfectos: & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe.

9 Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miſerunt in terram Philiſthinorum per circuitũ, vt annuntiaretur in templo idolorũ ſuorum & in populis.

10 Et poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth, corpus verò eius ſuſpenderunt in muro Beth-ſan.
D

1. Reg.2.a.4

11 ‖Quod quum audiſſent habitatores Iabes Galaad, quæcunque fecerant Philiſthiim Saul:

12 Surrexerũt omnes viri fortiſſimi, & ambulauerũt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorũ eius de muro Beth-ſan: venerũntq; Iabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi:

13 Et tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerũt ſeptem diebus.

iaculatores, ′viri cum arcu, timuit ſibi valde à iaculatoribus.

4 Dixítque שSaואúl armigero ſuo, Euagina gladium tuum, & cõfode me illo: ne fortè veniant incircuncisi iſti, & confodiant me, ″illudántq; mihi. Noluit autẽ armiger eius: quòd timeret valde: tulit ergo שSaואúl gladium, ′& irruit ſuper eum.

5 Videns verò armiger eius quòd mortuus eſſet שSaואúl ′irrut etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.

6 Mortuúſque eſt שSaואúl, & tres filii eius, & armiger eius, atque etiam omnes″viri eius in die illa pariter.

7 Quum autem vidiſſent viri Iשraאél *alii* qui *habitabant* ′citra vallem, & qui *habitabant* vltra Iardén, quòd fugiſſẽt viri Iשraאél, quód que mortui eſſent שSaואúl & filii eius, relictis vrbibus fugerunt: ′venerúntque Peliשthím, & habitauerunt in eis.

8 ″Poſtridie verò venerunt Peliשthím ad expoliandũ interfectos, & inuenerunt שSaואulẽ, & tres filios eius iacẽtes in mõte Gilbóaע.

9 Et præciderũt caput eius, detraxerúntque arma eius, & miſerũt *illa* in terram Peliשthím per circuitum, ′ad annuntiandũ in templo idolorum ſuorum & populo.

10 Et collocauerunt arma eius in templo עAשtharóth: corpus verò eius′affixerunt muro Beth-שsan.

11 Audientes autem de eo″habitatores Iabéשs Gilעád quæ fecerãt Peliשthím de שSaואule:

12 Surrexerunt omnes viri fortes, & perrexerunt tota illa nocte, tulerúntque corpus שSaואulis & corpora filiorum eius de muro Beth-שsán: & quum veniſſent in Iabéשs, ″combuſſerunt ea ibi.

13 Accipientéſque oſſa eorum, ſepelierunt *illa* ſub ′arbore *quæ erat* in Iabéשs, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

Saul ſeipſum occidit.

Armiger Saulis ſe ipſum occidit.

Iſraelitæ fugientes.

Philiſthiim ſpoliato Saule, deferunt caput & arma in terrã ſuã.

Habitatores Iabes Galaad comburunt Saulem, & oſſa ſepeliunt.

Sepultura.

Ieiunium.

Viri cum arcu, אנשים בקשת Exponit quos vocet iaculatores, ſiue ſagittarios, nempe viros geſtantes arcum, peritos artis ſagittandi, ſiue ſagittarios peritiſſimos. 4 Illudántq; mihi. יהתעללו־בי .i. crudeliter me trucident. Et irruit ſuper eum. ויפול עליה: .i. magno impetu incubuit ſuper eum. 5 Et irruit etiam ipſe ויפול־גם־הוא incubuit ipſe quoque. 6 Viri eius אנשיו qui ſcilicet erãt illi propinqui, ſiue aderant illi in eo certamine. 7 Citra vallem, בעבר העמק vltra vallem: quæ ſcilicet adiacebat monti Gelboe. Venerúntque Peliשthim, &c. ויבואו פלשתים וגו' quas ingreſſi Peliſthim, habitauerunt in eis. 8 Poſtridie verò ויהי ממחרת Ad verbum, Et fuit, in craſtino. 9 Ad annuntiandum לבשר .i. ad annuntiandum inſignem illam victoriam & mortem Saulis. 10 Affixerunt תקעו clauis ſcilicet. 11 Habitatores Iabéשs Gilעád, יושבי יבש גלעד quos ſcilicet liberauerat initio regni ſui: vt vides ſuprà 11.c.11. 12 Combuſſerunt וישרפו quòd ſcilicet iam eſſent putrida & plena vermibus, combuſſerunt carnem vſque ad oſſa. 13 Arbore האשל ſub. inſigni, & pulcherrima quadam. 1. Paral. 10.d.12, dicitur fuiſſe quercus.

Secũdus Samuelis liber: vulgò Secundus Regum, Hebraicè שמואל ב

VETVS.

Cap. I.

1 Factum Eſt autẽ poſtquã mortu⁹ eſt Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies.

2 In die autem tertia apparuit homo veniens de caſtris Saul veſte conſciſſa, & puluere conſperſus caput: & vt venit ad Dauid, cecidit ſuper faciem ſuam, & adorauit.

3 Dixitque ad eũ Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eum, De caſtris Iſrael fugi.

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

1 ′Fuit Autem, poſteaquam mortuus eſt שSaואúl, & Dauid reuerſus eſſet à cædendo עAmalék, manſit Dauid in שSiclág duobus diebus.

2 Die autem tertio ecce quidam venit ″è caſtris *in quibus egerat* cum שSaואule, & veſtes eius ſciſſæ *erant*, terráque ſuper caput eius: qui quum veniſſet ad Dauidem, corruit in terram, ″& incuruauit ſe.

3 Dixit autem ei Dauid, ′Vndenam venis? Cui reſpondit, E caſtris Iשraאelis′eripui me.

Veſtis conſciſſa, & puluis ſurſum iactatus, ſigna luctus.

Annuntiatur Dauidi mors Sauli & Ionathæ.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Fuit autem, &c. ויהי וגו' Verti poteſt hic verſus hoc modo, Mortuo autem Saule quum Dauid reuerſus eſſet à cæde[ſtrage] Amalecitarum, manſit Dauid in Siclag biduum. Vel, & manſiſſet Dauid in Siclag biduum, Tertio demum die, &c.

2 E caſtris, &c. מן־המחנה וגו' Ad verbum, è caſtris à cum Saule. Gallicè, *d'auec Saul.* Et incuruauit ſe. וישתחו: honoris cauſa ſcilicet.

3 Vndenam venis? אי מזה תבוא Ad verbum, Vbi vnde venies? Fut. pro præſ. Id eſt vbi eſt locus vnde venis? Sic exponit doctus inter Hebræos. Eripui me. נמלטי: euaſi. aufugi.

4 Dixit ei Dauid,″Quid euenerit,nuntia quæſo mihi.Reſpōdit ille,Fugit populus de prælio, & etiã″multitudo cecidit è populo,& mortui ſunt: ſed & שSaואúl & Iehonathán filius eius mortui ſunt.

5 Dixit præterea Dauid ad puerum qui nuntiabat ei,Quomodo ſcis quòd mortuus ſit שSaואúl & Iehonathán filius eius?

6 Reſpondit puer qui nuntiabat ei,″Accidit vt venirem in montẽ Gilbóaע, & ecce שSaואúl″innixus erat lanceæ ſuæ: ″ecce præterea currus & equites perſequebantur eum.

7 ″Reſpiciens autẽ poſt ſe, vidit me,ac vocauit:& dixi ei,En ego.

8 Dixit verò mihi,Quis es?Reſpondi illi, עAmalecites ſum.

9 Tum dixit mihi,Sta quæſo ſuper me,& interfice me:quia″tenet me anguſtia:nam″tota adhuc anima mea *eſt* in me.

10 Itaque ſtans ſuper eum, interfeci illum. ſciebam enim quòd nõ poſſet viuere ′poſt caſum ſuum: & tuli diadema quod erat ſuper caput eius,& armillã quæ erat in brachio eius,attulíque ea ad dominum meum huc.

Dauidis triſtitia ob mortẽ Saulis inimici,& Ionathæ amici. Fletus. Ieiunium.

11 Tunc apprehendit Dauid veſtimenta ſua,& ſcidit ea,atque etiã omnes viri qui erant cum eo.

12 Et planxerunt, fleuerúntque, ac ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper שSaואulẽ & ſuper Iehonathán filiũ eius,ac ſuper populum Iehouæ, ″& ſuper domũ Iשſraאelis,quòd cecidiſſent gladio.

13 Dixit autem Dauid ad puerum qui nuntiabat ei, ″Vndenam es tu?Reſpondit,Filius viri′peregrini עAmalecitæ ſum.

Occidi iubet Dauid eum qui narrauerat ſe occidiſſe Saulem.

14 Rurſum dixit illi Dauid, Quomodo non timuiſti mittere manum tuam′ad perdendum chriſtum Iehouæ?

15 Vocauítque Dauid ″vnum è pueris,cui dixit,Accede,*&* ″occide eum. Qui percuſſit eum,& mortuus eſt.

16 Dixítque ad eum Dauid,″Sanguis tuus ſuper caput tuum:os enim tuum teſtificatum eſt contra te,dicendo, Ego occidi chriſtum Iehouæ.

17 ″Et lamentatus eſt Dauid lamentationẽ hanc ſuper שSaואulem & ſuper Iehonathán filium eius.

18 (″Dixerat autẽ vt docerent filios Iehudáh *iaculari* arcu:ecce ſcriptum eſt in libro Iaשſár.)

Lamentatio Dauidis ſuper Saulem & Ionathã.

19 ″O decus Iשſraאelis,″in excelſis tuis vulneratus eſt: ″quomodo ceciderunt potentes?

4 Et dixit ad eum Dauid, Quod eſt verbum quod factũ eſt? indica mihi. Qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruẽtes è populo mortui ſũt: ſed & Saul & Ionathas filius eius interierunt.

5 Dixitque Dauid ad adoleſcentem qui nuntiabat ei,Vnde ſcis quia mortuus eſt Saul & Ionathas filius eius?

6 Et ait adoleſcens qui nuntiabat ei, Caſu veni in montem Gelbôe,& Saul incumbebat ſuper haſtã ſuam: porrò currus & equites appropinquabãt ei.

B

7 Et cõuerſus poſt tergũ ſuũ, vidẽſq; me,vocauit. cui quũ reſpõdiſſẽ, Adſũ.

8 Dixit mihi, Quiſnam es tu?Et aio ad eum,Amalecites ego ſum.

9 Et loquutus eſt mihi,Sta ſuper me, & ĩterfice me: qm̃ tenẽt me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt.

10 Stânſq; ſuper eũ,occidi illũ: ſciebã enim quòd viuere non poterat poſt ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius,& attuli ad te dominũ meũ huc.

11 Apprehendens autem Dauid veſtimenta ſua, ſcidit, omnéſque viri qui erant cum eo,

12 Et planxerunt, & fleuerunt,& ieiunauerũt vſque ad veſperã ſuper Saul, & ſuper Ionathã filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael,eo quòd corruiſſent gladio.

13 Dixitque Dauid ad iuuenẽ qui nuntiauerat ei,Vnde es tu?Qui reſpõdit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego ſum.

C

14 Et ait ad eum Dauid, ‖Quare non timuiſti mittere manum tuam vt occideres chriſtum Domini?

Pſal.104.b.15

15 Vocánſque Dauid vnum de pueris ſuis,ait, Accedens irrue in eum. Qui percuſſit illum,& mortuus eſt.

16 Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus ſuper caput tuum : os enim tuum loquutum eſt aduerſum te, dicens, Ego interfeci chriſtum Domini.

17 Planxit autem Dauid plãctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius:

18 (Et præcepit vt docerent filios Iuda arcum,ſicut ſcriptum eſt in Libro iuſtorum)

19 Inclyti Iſrael,ſuper mõtes tuos interfecti ſunt: quomodo ceciderunt fortes?

4 Quid euenerit,&c. ′מה־היה וגו Ad verbum,Quid fuit rei?indica mihi.i.Quid rei geſtum eſt?ſub.in caſtris.Quale eſt quod geſtum eſt? Quid accidit? Multitudo cecidit è pop. הרבה נפל מן העם multũ populi cecidit.i.multus populus,hoc eſt bona pars populi cecidit & mortua eſt. 6 Accidit vt venirem נקרוא נקריתי Caſu[Forte fortuna]veni.vel,veneram.Gallicè,D'*aduenture ie me trouuay*.q.d.tunc offendi Saulem incũbentem,&c.Ad verbum,Caſu veniendo,caſu veni. Innixus erat נשען incumbebat. vel,incubuerat. Ecce præterea.&c. ′והנה הרכב ובעלי וגו porrò currus[falcati ſcilicet]& turmæ militum appropinquabant illi.ſiue,aſſequebantur illum.i.parũ aberat quin aſſequuti eſſent illum.Significat enim hoc verbum perſequi & aſſequi. פרשים autem dicuntur milites quòd calcaribus pungant equos. Alii vertunt,& duces[vel,præfecti]militum. 7 Reſpiciens autem poſt ſe vidit me, ויפן אחריו ויראני Qui conuerſus vidit me.à tergo ſcilicet.

9 Tenet me anguſtia: אחזני השבץ apprehendit[corripuit]me tremor.ſiue, trepidatio.i.palpitatio. Tota adhuc anima mea *eſt* in me. כל־עוד נפשי בי: .i.adhuc ſum plenus vita & vigore animi. 10 Poſt caſum ſuum: אחרי נפלו .i.poſtquam incubuerat in gladium ſuum.

12 Et ſuper domum Iשſ. ועל־בית ישראל Hîc ו poſitum eſt pro Id eſt.Populus enim Iehouæ erat domus Iſrael.

13 Vndenam אי מזה Ad verbum,Vbi vnde.vt ſuprà verſu tertio.i.vbi locus vnde es? Peregrini גר aduenæ.vel proſelyti.

14 Ad perdendum chriſtum Ieh. לשחת את־משיח יהוה: vt perimeres vnctum Iehouæ?.i.Saulem,qui iuſſu Domini vnctus fuerat in Regẽ.

15 Vnum è pueris, לאחד מהנערים .i.quendam ex adoleſcentibus qui aſtabant. Occide eum. פגע־בו irrue in eum.

16 Sanguis tuus ſuper caput tuum: דמך על־ראשך .i.Sanguis quem effudiſti, eſt cauſa mortis tuæ.Chaldæus paraph. peccatum cædis à te commiſſum,recidit in caput tuum. 17 Et lamentatus eſt,&c. ויקונן דוד וגו Et planxit Dauid hunc in modum ſuper,&c.

18 Dixerat autem,&c. ′ויאמר וגו .i.Antè hortatus fuerat vt docerent filii Iuda ſuos artem ſagittandi,hoc eſt rem militarem,quam intelligit nomine Arcus.q.d.Ne deſperent filii Iſrael propter mortem Saulis, ſed ſint bono animo,& tractent arma:futuri enim ſunt clari arte bellica. Sanè id ſcriptum eſt in libro qui dicitur Sepher Iaſar.qui liber non extat.Alii,in libro Legis:quòd contineat quæ recta ſunt & vera. Alii,in libro Geneſis:quòd in eo contineantur geſta Patriarcharum qui fuerunt recti & probi.

19 O decus הצבי O gloria.Vel,deſiderium.i.ô inclyta terra Iſrael. Initium lamentationis,& terram alloquitur. Obſcurior paulo eſt lamentatio iſta,in qua multa ſubaudienda ſint,quòd hæc tanquam ab homine amicorum morte turbato dicantur. In excelſis tuis vulneratus eſt: על־במותיך חלל Hic quædam ſubaudiunt nonnulli,hoc pacto,*Ceciderúntne*, vel *Quomodo ceciderunt* ſuper colles tuos[vel,tumulos tuos.aut,excelſa tua]interfecti?Singulare Hebr.pro plurali. Quomodo ceciderunt potentes? איך נפלו גבורים: quomodo corruerunt heroes?vel,fortes?

aut, viri fortiſſimi? q. d. fieri non poteſt vt hoc fuerit factum ope humana, ſed Diuina vltione:nam illi erant fortiſſimi, & in loco eminentiore. Deſcribit primò locum belli:deinde virtutem ducum.

Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Aſcalonis: ne fortè lætentur filiæ Philiſthiim,ne exultent filiæ incircunciſorum.

20 ″Ne renuntietis in Gáth,néve annuntietis in plateis Aשׁſcelón, ne fortè lætentur″filiæ Peliשׁſthím,ne fortè exultēt filiæ incircunciſorum.

D Montes Gelbôe,nec ros nec pluuia veniāt ſuper vos,neque ſint agri primitiarū: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium,clypeus Saul,quaſi non eſſet vnctus oleo.

21 ″Montes Gilbóay nec ros nec pluuia *deſcendat* ſuper vos, ′*ne*que *ſint* agri oblationum:quia illic″proiectus eſt clypeus fortium, clypeus שׁSaואulis,″*acſi* non eſſet vnctus oleo.

A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquā rediit retrorſum,& gladius Saul non eſt reuerſus inanis.

22 A ſanguine ″interfectorū, ab adipe fortium ſagitta arcus Ionathán″nō rediit retrorſū,& gladiꝰ שׁSaואulis ″nō eſt reuerſus inanis.

Saul & Ionathas amabiles,& decóri in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

23 שׁSaואúl & Iehonathán″amabiles, ″& chari in vita ſua, in morte quoque ſua non ſunt ſeparati: aquilis ″leuiores fuerunt,leonibus fortiores fuerunt.

Filiæ Iſrael ſuper Saul flete,qui veſtiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro.

24 Filiæ Iשׁſraאelis ſuper שׁSaואulē flete, qui veſtiebat vos coccino ″cum deliciis,″qui inducebat ornamenta aurea veſtimentis veſtris.

Quomodo ceciderūt fortes in prælio? Ionatha in excelſis tuis occiſus es?

25 Quomodo ceciderunt fortes in medio prælii? ″Iehonathán in excelſis tuis occiſus es.

Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis,& amabilis ſuper amorem mulierum.

26 ″Anguſtiis afficior propter te frater mi Iehonathán:″dulcis fuiſti mihi valde,″mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum.

Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

27 Quomodo ceciderunt″fortes,& perierunt arma bellica?

Cap. II.

IGitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominum, dicens, Num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? & ait Dominus ad eum, Aſcēde. Dixitque Dauid, Quò aſcendam? & reſpondit ei, In Hebron.

1 H″Is autem geſtis interrogauit Dauid Iehouam, dicēdo, Num aſcendam ad vnam ex vrbibus Iehudáh? Cui reſpondit Iehouáh, Aſcende. Et dixit Dauid, Quò aſcendam? Reſpondit, In חHebrón.

Dauid conſulto Domino, aſcendit in Hebron.

Aſcēdit ergo Dauid, & duæ vxores eius Achinoam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli:

2 Aſcendit ergo illuc Dauid, atque etiam duæ vxores eius, Ahinoyám Izreאyelitis,& Abigáil vxor Nabál Charmelitæ.

D Sed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid ſingulos cum domo ſua:& manſerunt in oppidis Hebron.

3 Viros ſuos præterea qui erant ſecum,″aſcendere fecit Dauid, vnumquéque cum familia ſua,& manſerunt″in oppidis חHebrón.

1.Mach.2.f.57 ‖Venerúntqꝫ viri Iuda,& vnxerunt ibi Dauid,vt regnaret ſuper domum Iuda.‖ & nuntiatum eſt Dauid, quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul. 1.Reg.31.d.11

4 Venerunt autem viri Iehudáh,& vnxerunt ibi Dauidem in Regem ſuper domum Iehudáh:tum renuntiauerunt Dauidi dicendo, Viri Iabéשׁs Gilyád″*ſunt* qui ſepelierunt שׁSaואulem.

Vngitur in Regem ſuper Iudá. Benedicuntur Iabenitæ à Dauide, quòd Saulē ſepeliſſent.

Miſit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos, Bene-

5 Miſit ergo Dauid nuntios ad viros Iabeשׁs Gilyád, ″& dixit eis,

20 Ne renuntietis,&c. אל־תגידו וגו׳ q.d.vtinam id lateret hoſtes noſtros. Filiæ Peliשׁſthim, בנות פלשתים Meminit mulierum, quia recitabant carmina aliis de his rebus.q.d.ne fiant carmina de hac victoria quæ recitent mulieres in choris ſuis.

21 Montes Gilbóay הרי בגלבע Maledicit loco. Neque *ſint* agri oblationum: ושדי תרומות Ad verbum,& agri oblationum.ſub.ne ſint in vobis. ſubauditur enim negatio proximè præcedens.i.ita vt non ſint in vobis agri fertiles,hoc eſt ferentes fructum vnde fiat poſthac oblatio Domino. Proiectus eſt נגעל abiectus fuit tanquam res abominabilis,poſteaquam fuerunt illic interfecti.quaſi eſſet inutilis,& non fuiſſet vnctus oleo. *Acſi* non eſſet vnctus oleo. בלי משיח בשמן: .i.quaſi Saul non præparaſſet clypeū ſuum ad bellum:hoc eſt,quaſi ſtrenuè non reſtitiſſet hoſtibus ſuis in prælio.Solebant enim vngere clypeos illos coriaceos,vt facilius reſiſterent ictibus.Alii exponūt,acſi Saul non fuiſſet vnctus in Regem oleo vnctionis.quæ expoſitio doctioribus magis placet.

22 Interfectorum, חללים .i.interficiendorum. Non rediit retrorſum, לא נשוג אחור Singul.Hebr.pro plurali,ſagittæ non redierunt retrorſum.id eſt,ſagittæ contactis armatorum corporibus non reuertebantur, ſed penetrabant corpora illorum in quos coniectæ fuerant,& interficiebant armatos.q.d.Ionathan ſuis ſagittis multos interfecit. Non eſt reuerſus inanis. לא תשוב ריקם: .i.non ſolebat reuerti vacuus, quin vulneraret aduerſarium. 23 Amabiles, הנאהבים dilecti.amati.ſub.viciſſim,id eſt ſeſe mutuò amantes.q.d.qui ſeſe ſibi mutuò diligendos exhibebant. Et chari in vita ſua, והנעימים בחייהם & dilecti[ſuaues]in vita ſua.i.qui ſeſe in vita ſua plurimùm dilexerant.

Leuiores fuerunt, קלו in perſequendis ſcilicet inimicis.

24 Cum deliciis, עם־עדנים cum voluptatibus.i.aliis veſtibus pretioſis ſiue delicatis,quas mulieres habere ſolent in deliciis. Qui inducebat ornamenta aurea veſtimētis veſtris. המעלה עדי זהב על לבושכן: Singul.Heb.pro plur.Ad verbum,qui aſcendere faciebat ornamentum [monile]aureum ſuper veſtem veſtram.i.qui ornabat veſtes veſtras monilibus,ſiue ornamentis aureis.

25 Iehonathán,&c. יהונתן וגו׳ Subaudienda quædam,hoc modo, Quomodo cecidiſti ô Ionathan? in excelſis tuis interfectus es.q.d.in patria tua,in loco eminentiore,meliore,ac tutiore,quum eſſes alioqui vir inuictiſſimus,interfectus es tamen.

26 Anguſtiis afficior propter te צר־לי עליך Ad verbū,Anguſtia mihi ſuper te.q.d.doleo vicē tuā. Dulcis fuiſti,&c. נעמת לי מאד Ad verbū,Dulcuiſti,ſi Latinè dici poſſet.i.charus,ſiue dulcis & iucundus fuiſti mihi vehementer.i.amicitia tua erat mihi iucundiſſima. Mirabilior נפלאתה .i.maior fuit mihi amor tui amore mulierum.te magis diligebam quàm vllam mulierē. Vel,amore mulierum quo amare ſolent maritos ſuos,aut liberos.Nam Amor actiuè & paſſiuè accipi poteſt. Idem ſæpius repetit more lamentantium:ſunt enim verba hominis turbati. 27 Fortes,& perierunt arma bellica? גבורים ויאבדו כלי מלחמה: i.viri fortiſſimi, imò planè periit omnis gloria bellica:Saul ſcilicet & Ionathan,qui erant vera vaſa ac inſtrumenta bellica Iſraelis.

IN CAPVT II.

1 His autem geſtis ויהי אחרי־כן Ad verbum,Et fuit poſt ſic conſuluit,&c.

3 Aſcendere fecit העלה duxit.deduxit. In oppidis בערי in vrbibus.erat enim Hebron vrbs metropolis.

4 *Sunt* qui ſepelierunt אשר קברו Quibuſdam videtur אשר non ſuo loco poſitum: propterea hoc ordine vertunt, dicendo *quòd* viri Iabes Galaad ſepeliſſent. Alii ſubaudiunt דבר id eſt negotium,vertentes,dicendo *quid egiſſent* ciues Iabes Galaad,*nempe quòd* ſepeliſſent,&c.

5 Et dixit ויאמר nempe per legatos.

ʹBenedicti vos à Iehoua, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro cum שSaואule,& ſepeliſtis eum.

6 ″Propterea nunc faciat Iehouáh vobiſcum miſericordiam & veritatem:ſed & ego″faciã vobiſcũ bonũ hoc,quòd feceritis iſtud.

7 ʹNunc ergo cõfortentur manus veſtræ,& eſtote filii fortes:quia mortuus eſt dominus veſter שSaואúl, & etiã me vnxerunt domus Iehudáh in Regem ſuper ſe.

Iſ-bóſeth conſtituitur Rex ſuper Iſraelem.

8 Porrò Abnér filius Nér princeps militiæ,ʹqui *erat* ipſi שSaואuli, tulit איIשſ-bóשſeth filium שSaואulis,ʹ& tranſire fecit eum in Maחhanáim.

9 ʹEt regnare fecit eum ſuper Gilעád, & ſuper Aשſuri, & ſuper Izreאעél,& ſuper אEphráim,& ſuper Biniamín, & ſuper Iשſraאelẽ vniuerſum.

10 Quadragenarius erat איIשſ-bóשſeth filius שSaואulis,quando regnare cœpit ſuper Iשſraאelem,″& duobus annis regnauit:″tantùm domus Iehudáh ſequuti ſunt Dauidem.

Dauid quandiu regnauit ſuper Iudam.

11 Fuit autem numerus dierũ quibus fuit Dauid Rex in חHebrón ſuper domum Iehudáh,ſeptem anni & ſex menſes.

12 ″Porrò egreſſus eſt Abnér filius Ner, & ſerui איIשſ-bóשſeth filii שSaואulis de Maחhanáim in Gibועón.

Ducum exercitus temeritas.

13 Ioáb autẽ filius צSeruiáh,& ſerui Dauidis egreſſi ſunt, occurrerúntque eis iuxta piſcinam Gibועón″pariter:ʹ& mãſerunt hi iuxta piſcinam hinc,illi verò iuxta piſcinam inde.

14 Tum dixit Abnér ad Ioáb,Surgant nuncʹiuuenes,″& ludãt ante nos.Et ait Ioáb,Surgant.

Vincunt viri exercitus Dauidis.

15 Surrexerũt ergo,″& trãſierunt in numero:duodecim ex″Biniamín & איIשſ-bóשſeth filio שSaואulis,& duodecĩ ex ſeruis Dauidis.

16 Et apprehenderunt quiſque caput proximi ſui,″& gladius cuiuſque in latus proximi ſui, ″ceciderúntque pariter: & vocauit locũ ipſum″חHelcáth haצſurím,qui eſt in Gibועón.

Abner fugatur.

17 Et fuit prælium durumʹadmodum eo die: ʹcæſúſque fuit Abnér,& viri Iשſraאelis coram ſeruis Dauidis.

18 Erant autẽ″ibi tres filii צSeruiáh,Ioáb, & Abiשſái, & עAשſaאél: עAשſaאél autem″leuis *erat* pedibus ſuis, ſicut vna è capreis quæ *degunt* in agro.

Aſael perſequitur ipſi Abner.

19 עAשſaאél autem perſequutus eſt ″Abnér,″nec declinabat eundo ad dexteram aut ad ſiniſtram à tergo poſt Abnér.

dicti vos Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul,& ſepeliſtis eum.

6 Et nunc retribuet vobis quidẽ Dominus miſericordiam & veritatem: ſed & ego reddam gratiam, eo quòd feciſtis verbum iſtud. B

7 Confortentur manus veſtræ, & eſtote filii fortitudinis:licet enim mortuus ſit dominus veſter Saul, tamen me vnxit domus Iuda in Regem ſibi.

8 Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Iſ-bóſeth filium Saul, & circunduxit eum per Caſtra.

9 Regémque conſtituit ſuper Galaad, & ſuper Aſſuri, & ſuper Iezrahel, & ſuper Ephrâim,& ſuper Beniamin,& ſuper Iſrael vniuerſum.

10 Quadraginta annorum erat Iſ-bóſeth filius Saul,cum regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit:ſola autem domus Iuda ſequebatur Dauid. C

11 Et fuit numerus dierum quos commoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſuper domum Iuda, ſeptem annorum & ſex menſium.

12 Egreſſúſque eſt Abner filius Ner, & pueri Iſ-bóſeth filii Saul,de Caſtris in Gabaon.

13 Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſſi ſunt,& occurrerunt eis iuxta piſcinam Gabaon. & quum in vnũ conueniſſent,e regione ſederunt: hi ĩ vna parte piſcinæ,& illi ex altera.

14 Dixitque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et reſpondit Ioab,Surgant.

15 Surrexerunt ego, & tranſierunt numero duodecim de Beniamin,ex parte Iſ-bóſeth filii Saul,& duodecim de pueris Dauid. D

16 Apprehenſóque vnuſquiſque capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt ſimul: vocatúmque eſt nomẽ loci illi illius, Ager robuſtorum,in Gabaon.

17 Et ortum eſt bellum durum ſatis in die illa: fugatúſque eſt Abner & viri Iſrael à pueris Dauid.

18 Erant autem ibi tres filii Saruiæ, Ioab,& Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor velociſſimus fuit, quaſi vna de capreis quæ morantur in ſyluis.

19 Perſequebatur autẽ Aſael Abner, & non declinauit ad dexteram neq; ad ſiniſtrã omittens perſequi Abner.

Benedicti vos à Ieh.qui fec. ברוכים אתם ליהוה אשר עשיתם Benedicti vos à Iehoua,quòd feceritis.A Iehoua,id eſt apud Iehouam.hoc eſt, Vos digni eſtis quos Iehoua ſummo fauore perſequatur,quòd huiuſmodi beneficium contuleritis in dominum veſtrum Saulem.

6 Propterea nunc,&c. ועתה יעש וגו׳ .i.Poſthac ergo rependat Iehoua vobis hoc beneficium & hanc fidem præſtitam ac ſeruatam domino veſtro. Faciam vobiſcum bonum hoc, אעשה אתכם הטובה הזאת .i.rependam vobis hoc beneficium.

7 Nunc ergo confortentur,&c. ועתה תחזקנה וגו׳ .i.Et vos quoque ſitis bono ac forti animo.Ad verbum,Et nunc roborentur manus veſtræ,& eſtote in filios fortitudinis.i.in viros fortes.Chaldæus paraph.viri fortes.

8 Qui *erat* ipſi שSaואúli, אשר לשאול .i.quem habebat Saul. Et tranſire fecit eum ויעברהו Hebraiſmus,& deduxit,ſiue traduxit eum.

9 Et regnare fecit eum וימליכהו Et conſtituit eum Regem.

10 Et duobus annis regnauit: ושתים שנים מלך Poſt duos iſtos annos ceſſaſſe regnũ Iſraelis, dicit doctus inter Hebræos,id eſt fuiſſe ſine Rege quinque annis & ſex mẽſibus.At doctor quidẽ alius etiã Hebræus,Leui nomine,exponit, & duobus annis regnauerat:quũ ſcilicet geſta ſunt quæ infrà dicuntur:& ita aſſerit illum regnaſſe ſeptem annis & ſex menſibus. Tantùm domus Iehudáh,&c. אך בית יהודה וגו׳ Ad verbum, tantùm domus Iehudáh fuerũt poſt Dauidẽ.Domum Iuda vocat tribum Iuda. Quidã vertunt,Verũ domus Iuda,&c.Alii,Sed domus Iuda,&c.

12 Porrò egreſſus eſt ויצא Porrò egreſſus fuerat. 13 Pariter: יחדו .i.vbi fuerunt omnes congregati. Et manſerunt וישבו & ſederunt.vel,ſubſtiterunt. 14 Iuuenes, הנערים adoleſcentes.i.iuuenes milites. Et ludant ante nos. וישחקו לפנינו & ludant coram nobis.i.deſcendant in ſingulare certamen nobis ſpectantibus,& oſtendant an ſint periti rei militaris.

15 Et tranſierunt in numero: ויעברו במספר & tranſierunt iuxta numerum.i.prodierunt numero certo.

16 Et gladius cuiuſque וחרבו Ad verbum,& gladius eius.ſub.adactus fuit,&c.i.ſinguli adegerũt enſem in latus ſui ſocii. Ceciderúntque pariter: ויפלו יחדו .i.mutuis vulneribus confoſſi perierunt. חHelcáth haצſurím, חלקת הצורים Significat agrum robuſtorum,ſiue fortium:quòd(vt ſcribit doctus inter Hebræos) fortes fuerint iuuenes iſti vt ſilices,& viriliter pugnauerint:neque ſuperauit alter alterum, ſed ſeinuicem occiderunt. Alii exponunt, agrum acierum.i.enſium,ſiue gladiorum.Chaldæus paraph.ager occiſorum.

17 Admodum עד־מאד Ad verbum,vſque valde.i.Exortum eſt prælium acerrimum, Cæſuſque fuit,&c. וינגף וגו׳ .i.ſuperatus fuit Abner cum Iſraelitis à ſeruis Dauidis. Cæſum dicit,non vſque ad mortem.nam fugientem Abner paulo pòſt verſu 19,dicitur Aſael perſequi.

18 Ibi שם .i.in eo prælio. Leuis *erat* pedibus ſ. קל ברגליו Significat velociſſimum fuiſſe curſorem, qui velocitate pedum æquaret capreas agreſtes. 19 Abner, אבנר ſub.fugientem. Nec declinabat,&c. ולא־נטה וגו׳ .i.ſemper euntem rectà proſequebatur,non declinans ad dextram vel ad ſiniſtram à tergo ipſius Abner,hoc eſt omiſſo ipſo Abner.

20 Reſpexit itaque Abner poſt tergũ ſuum & ait, Túne es Aſael? Qui reſpõdit, Ego ſum.

E 21 Dixitque ei Abner, Vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, & apprehende vnum de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. Noluit autem Aſael omittere quin vrgeret eum.

22 Rurſúmque loquutus eſt Abner ad Aſael, Recede, & noli me ſequi, ne fortè cõpellar confodere te in terrã: & leuare non potero faciem meã ad Ioab fratrem tuum?

23 Qui audire cõtempſit, & noluit declinare: percuſſit ergo eum Abner auerſa haſta in inguine: & trãſfodit, & mortuus eſt in eodem loco: omnéſq; qui trãſibant per locum illum in quo ceciderat Aſael, & mortuus erat, ſubſiſtebant.

F 24 Perſequentibus autem Ioab & Abiſai fugientem Abner, ſol occubuit: & venerunt vſque ad collẽ Aquæductus, qui eſt ex aduerſo vallis itineris deſerti in Gabaon.

25 Congregatique ſunt filii Beniamin ad Abner: & cõglobati in vnũ cuneũ, ſteterunt in ſummitate tumuli vnius.

26 Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Nũ vſq; ad internecionẽ tuus mucro deſæuiet? an ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio? vſquequo nõ dicis populo vt omittat perſequi fratres ſuos?

27 Et ait Ioab, Viuit Deus, ſi loquutus fuiſſes, mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum.

G 28 Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit omnis exercitus, nec perſequuti ſunt vltrà Iſrael, neq; iniere certamẽ.

29 Abner autem & viri eius abierunt per cãpeſtria tota nocte illa: & trãſierunt Iordanem, & luſtrata omni Beth horon, venerunt ad Caſtra.

30 Porrò Ioab reuerſus omiſſo Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Aſaele.

31 Serui autem Dauid percuſſerũt de Beniamin & de viris qui erant cum Abner, trecentos ſexaginta viros, qui & mortui ſunt.

32 Tulerúntque Aſael, & ſepelierunt eũ in ſepulchro patris ſui in Beth-léhẽ: & ambulauerunt tota nocte Ioab & viri qui erant cũ eo, & in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

Cap. III.

1 FActa eſt ergo longa concertatio inter domũ Dauid & inter domũ Saulis: Dauid proficiens & ſemper ſeipſo robuſtior, domus autem Saul decreſcens quotidie.

1. Paral. 3. a. 1

2 ‖Natique ſunt filii Dauid in Hebrõ: fuitque primogenitus eius Amnon de Achinóam Iezrahelitide.

20 Reſpiciés autem Abnér à tergo ſuo, *ait*, Túne es yAשſaאél? Reſpõdit, Sum.

21 Et dixit illi Abnér, "Declina ad dexteram tuam vel ad ſiniſtram tuam, & apprehende "vnum è pueris, "& tolle tibi exuuias eius. Et noluit yAשſaאél "declinare à tergo illius.

22 "Rurſum autem Abnér dixit ad yAשſaאelẽ, "Recede à tergo meo: vtquid "percutiã te in terram? *& ſi percuſſero te*, quomodo "leuabo faciem meam ad Ioáb fratrem tuum?

23 Quũ autẽ renuiſſet cedere, percuſſit eum Abnér "poſteriore *parte* lanceæ "in quinta *coſta*: "& egreſſa eſt lancea à tergo illius, "cecidítque ibi in loco ſuo in quo mortuus eſt. porrò quicũque veniebat ad locũ in quo ceciderat yAשſaאél, & mortuus fuerat, ſubſiſtebat.

Aſael velocitate ſua confiſus occiditur.

24 Et perſequuti ſunt Ioáb & Abiשſai ipſum Abnér: "ſol autem occubuerat quum ipſi peruenerunt ad Gibyáth ammá quæ eſt eregione Giáחh, iuxta viam deſerti Gibיyón.

Ioab & Abiſai perſequũtur ipſum Abner.

25 Tum congregati ſunt filii Biniamín poſt Abnér, "fuerúntq; cœtus vnus, & ſteterunt in ſummitate collis vnius.

26 Et clamauit Abnér ad Ioáb, & ait, "Num in perpetuũ deuorabit gladius? "annõ noſti quòd amaritudo ſit in nouiſſimo? quouſque ergo non dices populo vt reuertatur "à tergo fratrum ſuorum?

27 Et dixit Ioáb, Viuit Deus quòd "niſi loquutus fuiſſes "quòd *inquã* iã inde à mane aſcendiſſet populus, quiſque à tergo fratrũ ſuorũ.

28 Clanxit ergo Ioáb buccina, & conſtitit vniuerſus populus, nec ſunt perſequuti vltrà IשſraאeIẽ, neque addiderunt vltrà pugnare.

29 Porrò Abnér & viri eius perrexerunt "per campeſtria tota nocte illa, traiecerúntque Iardén, & perambulauerunt totam Bithrón, venerúntque ad Maחhanáim.

30 Ioáb verò reuerſus à perſequendo Abnér, cõgregauit cunctũ populũ, & defuerunt è ſeruis Dauidis nouemdecim viri & yAשſaאél.

31 Serui autẽ Dauidis "percuſſerant de Biniamín & de viris Abnér: trecenti & ſexaginta viri mortui ſunt.

32 Et tollentes yAשſaאelem, ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui quod erat in Beth-léחhem, & iter fecerunt tota nocte Ioáb & viri eius, "& diluxit eis in חHebrón.

Sepelitur Aſael.

Cap. III.

1 FVit autem bellum longum inter domũ שSaאulis & domum Dauidis: porrò Dauid "ibat & confortabatur: domus verò שSaאulis "ibat & attenuabatur.

Sors regni Saulis & Dauidis.

2 Nati ſunt autem Dauidi filii in חHebrón, quorum primogenitus eius fuit Amnón ex Aחhinóyam Izreאyelitide.

Filii Dauidis in Hebron.

21 Declina נטה לך Ad verbum, declina tibi. Gallicè, *deſtourne toy*. i. diuerte hinc. Vnum è pueris, אחד מהנערים ſub. comitibus tuis, vel ſociis: vel vt alii volunt, comitibus me ſequentibus, vt ſit tibi comes in reditu tuo. Et tolle tibi exuu. וקח לך את חלצתו q.d. quòd ſi times tibi ab eo, detrahe illi arma ſua, neque etiã interfeceris illũ. Declinare à tergo illius. לסור מאחריו: recedere eo omiſſo. i. noluit dimittere illum. 22 Rurſum autem Abner dixit ויסף עוד אבנר לאמור Ad verbum, Et addidit adhuc Abner dicere. Recede à tergo meo: סור לך מאחרי. i. deſiſte me perſequi. Percutiam te in terram? אככה ארצה. i. ita te percutiam vt proſternam humi, & corruas mortuus in terram? hoc eſt, cur cogar te interficere? Leuabo faciem, &c. אשא פני אל יואב. i. poſthac audebo aſpicere Ioab fratrem tuum? 23 Poſteriore *parte* lanceæ באחרי החנית poſteriore *parte* haſtæ. id eſt auerſa haſta in inguine. In quinta אל החומש id eſt in parte illa corporis in qua eſt quinta coſta, vbi ſcilicet eſt ſedes fellis & iecoris. Et egreſſa eſt lan. à ter. &c. ותצא החנית מאחריו. i. adegit cuſpidem lanceæ vltra tergũ eius: hoc eſt, tranſfodit eum. Cecidit itaq; ibi, &c. ויפל שם וימת תחתו Ad verbũ, & cecidit [corruit] ibi, & mortuus eſt in loco ſuo. i. in eo loco in quo fuit percuſſus, mortuus eſt. 24 Sol autẽ occubuerat, &c. והשמש באה וגו׳ Et ſol occubuit, & ipſi venerunt vſque ad Gibעath ammá. אמה ſignificat aquæductum, ſiue riuũ. 25 Fuerúntque cœtus vnus, &c. ויהיו לאגודה אחת וגו׳. i. cõglobati in cuneum vnum, ſteterunt in vertice cuiuſdam tumuli. 26 Num in perpetuum deuo. gla. הלנצח תאכל חרב. i. Num ad internecionem vſque cædes hunc populũ? nunquã finẽ facies cædendi? Annon noſti הלוא ידעתה. i. intelligíſne quòd tandem finis belli erit amarus? A tergo fratrum ſ. מאחרי אחיהם: . i. vt deſiſtat perſequi fratres ſuos. 27 Niſi loquutus fuiſſes, לולא דברת niſi dixiſſes, nempe, Surgant pueri, & ludant ante nos. i. niſi prouocaſſes me. Quòd iam inde à mane, &c. כי אז מהבוקר נעלה quòd iam inde [ad verbũ, tunc] à matutino tempore aſcendiſſet. &c. i. receſſiſſet iuſſu meo populus mihi ſubditus, quiſque omiſſo fratre ſuo. 29 Per campeſtria בערבה per deſertum, vt habet Chaldæus paraph. 31 Percuſſerant הכו ſub. aliquot. vel, multo plures. 32 Et diluxit eis in חHebrón. ויאור להם בחברון: . i. prima luce, [ſiue diluculo] peruenerunt in Hebron.

IN CAPVT III.

1 Ibat & confortabatur: הולך וחזק Hebraiſmus, ſubinde fortior euadebat. Ibat & attenuabatur. הולכים ודלים: Hebraiſmus, quotidie, ſiue ſubinde decreſcebat, ac debilior fiebat.

3 'Secūdus verò eius″Chiláb ex Abigáil vxore Nabál Charmelitæ: & tertius, Abשſalóm filius Mayacháb filiæ Thalmai regis Geשſur:

4 Et quartus, Adoniiáh filius חHaggíth: & quintus, שSephatiáh filius Abitál:

5 Et ſextus, Ithreyám'ex עEgláh vxore Dauidis. iſti nati ſunt Dauidi'in חHebrón.

6 Fuit autē, quum eſſet bellum inter domum שSaואulis & domū Dauidis, Abnér'viriliter agebat pro domo שSaואulis.

Iſ-boſeth iraſcitur in Abner.

7 שSaואuli autem fuerat concubina, cuius nomen erat Riצſpáh filia Aiáh: dixítque אIשſ-bóשſeth ad Abnér, Quare″ingreſſus es ad concubinam patris mei?

8 Iratus itaq; Abnér valde propter verba אIשſ-bóשſeth, dixit,'Nūquid caput canis ego ſum qui ad *tribum* Iehudáh? hodie″feci miſericordiā cum domo שSaואulis patris tui, fratribus eius, & proximis eius, neque tradidi te in manum Dauidis:″& *tamen* viſitas ſuper me iniquitatem mulieris hodie.

Abner ſentit pro Dauide.

9 'Sic faciat Deus ipſi Abnér, & ſic addat ei, quòd ſicut iurauit Iehouáh Dauidi, ſic faciam ei,

10 ″Vt transferā regnum à domo שSaואulis, & ſtabiliam ſoliū Dauidis ſuper Iשſraאelé & ſuper Iehudáh, à Dan vſq; Beאer-שſébaע.

11 Et non potuit vltrà amplius reſpondere ipſi Abnér quicquam, quòd timeret eum.

Abner transfugit ad Dauidē.

12 Miſit itaque Abnér nuntios ad Dauidem 'loco ſui, his verbis, ″Cuius eſt terra?″*&* qui dicerent,'Feri fœdus tuum mecum, & ecce ″manus mea *erit* tecū, ad reducendum ad te vniuerſum Iשſraאelé.

13 Cui reſpōdit, Bene, ego feriam tecū fœdus: veruntamen vnum peto à te, ″nēpe ne videas faciem meam,″niſi prius adduxeris Michál filiam שSaואulis,″quū voles venire vt videas faciem meam.

Dauid repetit Michol vxorem ſuam.

14 Miſítque Dauid nūtios ad אIשſ-bóשſeth filium שSaואulis,″qui dicerēt, ″Da vxorem meam Michál,″quā deſpondi mihi centum præputiis Peliשſthím.

Abner reducit Michol Dauidi.

15 Miſit ergo אIשſ-bóשſeth, & tulit eā à viro Paltiél filio Laiש.

16 Abiit autem cum ea vir ſuus,″eundo & flendo poſt eam, vſque Baחhurím: tū dixit ad eū Abnér, Vade, reuertere. Et reuerſus eſt.

Hortatur Iſraelitas vt ſuſcipiant Dauidem.

17 ″Porrò Abnér ſermonem habuit cum Senioribus Iשſraאelis,″in hanc ſententiam, Et heri, & nudiuſtertius quæſiuiſtis Dauidē vt eſſet Rex ſuper vos:

18 Nunc igitur'facite: Iehouáh enim loquutus eſt ad Dauidem, di-

Et poſt eum Cheleab de Abigáil vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Abſalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur:

Quartus autē Adonias, filius Haggith: & quintus Saphatia, filius Abital:

Sextus quoque Iethraam de Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron.

Quum ergo eſſet prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul.

Fuerat autem Sauli concubina nomine Reſpha, filia Aia: dixitque Iſbóſeth ad Abner, Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei?

B

Qui iratus nimis propter verba Iſbóſeth, ait, Nunquid caput canis ego ſum aduerſum Iudam hodie, qui fecerim miſericordiam ſuper domū Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requiſiſti in me quod argueres pro muliere hodie?

Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi quomodo iurauit Dominus Dauid, ſic faciam cum eo,

Vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael, & ſup Iudā, à Dā vſq; Berſabee.

Et non potuit reſpondere ei quicquam: quia metuebat illum.

Miſit ergo Abner nuntios ad Dauid, pro ſe dicentes, Cuius eſt terra? & vt loquerentur, Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſrael.

Qui ait, Optimè, ego faciam tecū amicitias: ſed vnam rem peto à te, dicens, Non videbis faciem meā antequam adduxeris Michol filiā Saul: & ſic venies, & videbis me.

Miſit autem Dauid nuntios ad Iſboſeth filium Saul, dicens, Redde vxorē meam Michol, quam deſpondi mihi centum præputiis Philiſthiim. 1.Reg.18.g.27

Miſit ergo Iſ-bóſeth, & tulit eam à viro ſuo Phaltiel, filio Lais.

Sequebaturq; eam vir ſuus, plorās vſque Bahurim: & dixit ad eū Abner, Vade, & reuertere. Qui reuerſus eſt.

Sermonem quoque intulit Abner ad Seniores Iſrael, dicens, Tam heri quàm nudiuſtertius quærebatis Dauid vt regnaret ſuper vos:

Nunc ergo facite: quoniam Dominus loquutus eſt ad Dauid, dicens, In

---

3 Secundus verò eius ומשנהו .i. qui illi ſecundo loco natus fuit. Chilab כלאב Hic 1.Paral.3.a.1, dicitur Daniel.

5 Ex עEgla vxore D. לעגלה אשת דוד Hæc non erat nobilis, nec vllo alio nomine nota, nec celebris, niſi quòd vxor eſſet Dauidis: neque hæc eſt Michol. nam Michol nullos liberos genuit Dauidi. In חHebrón. בחברון .i. dum regnaret ſuper Iudam in Hebron.

6 Viriliter agebat היה מתחזק fortificabat ſe. i. ſummis ac totis viribus annitebatur defendere domum Saulis.

7 Ingreſſus es באתה .i. rem habuiſti. 8 Nunquid caput, &c. הראש כלב־אנכי וגו' Egóne præfectus canis qui ad *tribum* Iehuda *pertinet*? Canis, ſing. pro plur. i. Egóne ſum cuſtos canum qui ad tribum Iuda pertinent, hoc eſt canum Dauidis inimici tui qui eſt de tribu Iuda? ſumne tam vilis & abiecti officii, quòd me tam acriter increpas? non pluris me facis quàm cuſtodem canum hoſtis tui? Feci miſericordiam אעשה־חסד Fut. Heb pro præt. i. multa contuli in patrē tuum beneficia, & tamen ita me paruipendis acſi nulla cōtuliſſem in ipſum beneficia. Et *tamen* viſitas, &c. ותפקוד עלי עון האשה Præt. Heb. pro præſ. i. & tamen increpas me quòd rem habuerim cum muliere, quū debueris ad hoc conniuere. vel, ita me increpas quaſi verum ſit me rem habuiſſe cum ea. 9 Sic faciat, &c. כה־יעשה Verba irati, ideo ſubticet reliqua. q. d. Hæc faciat mihi Deus, & multo grauiora, vel Diſperеam, niſi fecero quæ dicturus ſum, nempe quòd vt iurauit. vel, certè vt iurauit Dominus Dauidi, ita faciam ei. 10 Vt transferam, &c. להעביר וגו' Ad verbū, Tranſire faciendo regnum à domo Saulis, & erigendo [vel conſurgere faciendo] ſolium Dauidis. i. vt curem transferendum, & curem ſtabiliendum, per totam longitudinem Terræ ſanctæ.

12 Loco ſui, תחתו pro ſe. Chaldæus paraph. de loco ſuo in quo erat. Gallicè, *ſans bouger de ſa place.* Doctus inter Hebræos exponit, ſecretò, & clàm. Cuius eſt terra? למי־ארץ .i. ad quem pertinet hæc regio, niſi ad te? *Et* qui dicerent, לאמור Ad verbum, dicendo. Feri fœdus t. mecum, כרתה בריתך אתי .i. fac mecum amicitiam tuam. Manus mea *erit* tecum, ידי עמך Hebraiſmus, fauebo tibi, & te pro virili adiuuabo. 13 Nempe ne vid. לאמור לא־תראה Ad verbum, dicendo, Non videbis, &c. i. ne ſtudeas viſere me. Niſi prius adduxeris כי אם־לפני הביאך quin prius adducas. i. cures adducendam. Quum voles, &c. בבואך לראות Ad verbum, in veniendo te ad videndum.

14 Qui dicerent, לאמור Ad verbum, dicendo. Quam deſpondi, &c. אשר ארשתי לי וגו' .i. quam deſpondi mihi ea lege vt darem centum præputia Philiſthinorum. q. d. quam magno mihi comparaui. Vide 1.Samuel 18.g.27. 16 Eundo & flendo הלוך ובכה .i. plorando inter eundū. q. d. proſequutus eſt eam plorans propter diſceſſum eius. 17 Porrò Abner ſermonē habuit ודבר־אבנר היה Ad verbum, Et verbum Abner fuit. In hanc ſententiam, Et heri, & n. לאמור גם תמול גם שלשום Ad verbum, dicendo, Etiam heri, etiam nudiuſt. i. Antea ſemper deſideraſtis Dauidem vt regnaret ſuper vos. 18 Facite: עשו ſub. vt regnet.

manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſrael de manu Philiſtiim
D & omnium inimicorum eius.

Loquutus eſt autem Abner etiam ad Beniamin: & abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Iſraeli & vniuerſo Beniamin. 19

Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium. 20

Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt cõgregẽ ad te dominũ meum Regem omnem Iſrael, & ineam tecũ fœdus, & imperes omnibus, ſicut deſiderat anima tua. Quũ ergo deduxiſſet Dauid Abner, & ille iſſet in pace, 21

Statim pueri Dauid & Ioab venerunt cæſis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autẽ non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiſerat eum, & profectus fuerat in pace. 22

E Et Ioab & omnis exercitus qui erãt cum eo, poſtea venerant: nuntiatum eſt itaque Ioab à narrantibus, Venit Abner filius Ner ad Regẽ, & dimiſit eum, & abiit in pace. 23

Et ingreſſ⁹ eſt Ioab ad Regẽ, & ait, Quid feciſti? ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eũ, & abiit, & receſſit? 24

Ignoras Abner filiũ Ner, quoniam ad hoc venit vt deciperet te, & ſciret exitum tuum & introitum tuum, & noſſet omnia quæ agis? 25

Egreſſus itaque Ioab à Dauid, miſit nuntios poſt Abner, & reduxit eũ à ciſterna Sira, ignorante Dauid. 26

3.Reg,2.a.5 Quúmque rediiſſet Abner in Hebron, ſeorſum abduxit eum Ioab ad medium portæ vt loqueretur ei, in dolo: & percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt in vltionẽ ſanguinis Aſael fratris eius. 27

Quod quũ audiſſet Dauid rẽ iam geſtã, ait, Mundus ego ſum, & regnũ meum apud Dominũ vſque in ſempiternum à ſanguine Abner filii Ner. 28

Et veniat ſuper caput Ioab, & ſu-
F per omnẽ domũ patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxũ ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane. 29

Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerũt Abner, eo quòd occidiſſet Aſael fratrẽ eorũ in Gabaõin prælio. 30

Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, 31

cendo, ″Per manum Dauidis ſerui mei ſeruabo populum meum Iשׂſraאelẽ de manu Peliשׂſthím, & de manu omniũ inimicorũ eius.

19 ″Præterea loquutus eſt etiam Abnér in auribus Biniamín: ſed & abiit Abnér ″vt loqueretur in auribus Dauidis in חHebrón quicquid bonum erat in oculis Iשׂſraאelis & in oculis totius domus Biniamín.

20 Quum ergo deueniſſet Abnér ad Dauidem in חHebrón, & cum eo viginti viri: fecit Dauid ipſi Abnér & viris qui erant cum eo, conuiuium.

21 Poſt hæc dixit Abnér ad Dauidem, Surgam, & ibo, vt congregem ad dominum meum Regẽ vniuerſum Iשׂſraאelem, ″qui percutient tecum fœdus, ″regnabíſque in omnibus quæ deſiderabit anima tua. Et remiſit Dauid ipſum Abnér, qui receſſit ″in pace.

22 Et ecce ſerui Dauidis & Ioáb veniebant è caſtris, prædam multam ſecum ″adducẽtes: Abnér autem non erat cum Dauide in חHebrón, nam remiſerat eum, receſſerátque in pace.

23 Ioáb inquã & vniuerſus exercitus qui erat ſecum, eò venerunt: nuntiauerunt autem Ioáb, dicendo, ″Venit Abnér filius Ner ad Regem, & remiſit eum, illéque receſſit in pace.

24 Venit itaque Ioáb ad Regẽ, & dixit, ″Quid feciſti? ecce venit Abnér ad te, quare dimiſiſti eum, ″& abiit eundo?

25 Noſti Abnér filiũ Ner, quòd vt deciperet te, venerit, ″& vt ſciret exitum tuũ & introitum tuũ, & vt ſciret omnia quæ tu facis.

26 Et egreſſus Ioáb à Dauide, miſit nuntios poſt Abnér: qui reduxerunt eum à ciſterna סSiráh: ″quod Dauid neſciebat.

27 Reuerſus eſt itaque Abnér in חHebrón: ″& diuertere fecit eum Ioáb in medium portæ vt loqueretur ei ″pacificè: & percuſſit eum ibi ″in quinta *coſta*, ″mortuúſque eſt ″propter ſanguinem עAשׂſaאél fratris eius.

28 ″Quod quum poſtea reſciſſet Dauid, dixit, ″Innocens ego, & regnum meum ″coram Iehoua vſque in ſeculum à ſanguine Abnér filii Ner.

29 ″Cadat ſuper caput Ioáb, & ſuper vniuerſam domũ patris eius, nec ″deficiat de domo Ioáb ″fluens & leproſus, ″& tenens ſcipionẽ, & cadens gladio, & carens pane.

30 Ioáb igitur & Abiשׂſái frater eius interfecerunt Abnér, eo quòd interfecerat עAשׂſaאelem fratrem eorum in Gibעón in prælio.

31 Dixit autem Dauid ad Ioáb & ad vniuerſum populũ qui erat

Cõuiuium ei celebrat Dauid.

Ioab occidit ipſum Abner.

Dauid maledicit ipſi Ioab propter occiſum Abner.

Occiſum Abner plangit Dauid cum populo.

Per manum Dauidis ביד דוד Hebraiſmus, Per Dauidem. Opera Dauidis. 19 Præterea loquutus eſt, &c. וידבר־גם וגו' Hebraiſmus, Habuit quoque Abner orationem ad Beniaminitas, apud quos erat dignitas Regia. Vt loqueretur in auribus, &c. לדבר באזני דוד וגו' Hebraiſmus, vt diceret præſente Dauide omnia quæ placuerant Iſraeli & toti familiæ Beniamin. 21 Qui percutient, &c. ויכרתו אתך ברית Ad verbum, & percutient tecum fœdus. Quidam vertunt, vt ineant tecum fœdus. i. vt faciant tecum amicitiam. Regnabiſque, &c. ומלכת בכל וגו' & tu regnes in omnibus quæ concupiſcit anima tua. i. in omnibus quæ voles. Vertere potes, vt percuſſo cũ illo fœdere, regnes, &c. Quidam vertunt, & tu omnibus pro animi tui voto imperes. In pace. בשלום: .i. ſine noxa, ſaluus & incolumis. Vertere potes hanc partẽ verſus ita vt ſequenti iungatur, hoc modo, Quum autem remiſiſſet Dauid ipſum Abner, & receſſiſſet in pace, Statim ſerui Dauidis, &c.

22 Adducẽtes: הביאו afferẽtes. Ad verbũ, venire fecerũt. 23 Venit בא Venerat. 24 Quid feciſti? מה עשיתה q.d. nõ ſapienter, ſed ſtultè egiſti. Et abiit eundo? וילך הלוך: Hebraiſmus, abiit ſecurus, nihil ſibi timens: & quod prius dixit, in pace. Idem videntur ſignificare hoc loco, abiit abeundo, &, abiit in pace. 25 Et vt ſciret exitum tuum, &c. ולדעת את־מוצאך וגו' Hebraiſmus, & vt exploraret quomodo te geras. Mox ſequentibus ſeipſum exponit, quum dicit, Et vt ſciret omnia quæ tu facis. i. omnia quæ hîc fiunt ac geruntur.

26 Quod Dauid neſciebat. ודוד לא ידע: Ad verbum, & Dauid neſciebat. i. ignorante & inſcio Dauide. 27 Et diuertere fecit eum ויטהו & ſecedere fecit eum. i. abduxit eum. Pacificè: בשלי quietè. blandè. verbis ac ſermonibus blandis. Quidam Hebræorum exponunt, in errore: quia Abner ignorabat cor illius, quòd vellet eum occidere. Doctus inter Hebræos etiam exponit, confeſtim, ſiue repente. In quinta החומש in inguine. Mortuúſque eſt וימת Quidã reiiciunt hæc verba ad finem verſus, tanquam non collocata ſuo ordine, hoc modo, & percuſſit eum in inguine propter ſanguinem fratris ſui, & mortuus eſt. Propter ſanguinem בדם Ad verbum, in ſanguine. i. quòd interfeciſſet fratrem eius. 28 Quod quum poſtea reſc. D. וישמע דוד Ad verbum, Et audiuit Dauid poſtea. Innocens נקי mundus. Hebraiſmus, Scit Iehoua me non eſſe conſcium mortis Abner. Coram Iehoua, מעם יהוה Ad verbum, de cum Iehoua. Chaldæus paraph. à conſpectu Domini. pro, in conſpectu Domini. Alii, coram Iehoua. i. teſte Iehoua.

29 Cadat יחולו Maneat. ſub. ſanguis Abner. Plur. Heb. quòd referat plurale דמים ſanguines. i. Aſcribatur hoc crimen ipſi Ioab, détque pœnas ob hanc cædem. Deficiat יכרת Ad verbum, extermineturur. Fluens זב .i. fluxum ſeminis patiens. Et tenens ſcipionem, ומחזיק בפלך & apprehendens baculum. cui ſcilicet innitatur præ morbo pedum quo laborabit.

ſecum, Scindite veſtimenta veſtra, & accingite vos ſaccis, & plangite″ante Abnér. Rex autem Dauid ibat poſt feretrum.

32 Et ſepelierunt Abnér in חHebrón: tum extulit Rex vocẽ ſuam, ac fleuit ſuper ſepulchrum Abnér, fleuerunt & totus populus.

33 ″Poſt hæc planxit Rex ipſum Abnér, & dixit, Num ſicut moritur ″ſtultus, mortuus eſt Abnér?

34 Manus tuæ″non erant ligatæ, & pedes tui″non erant admoti cõpedibus æreis: *ſed*″ſicut corruit *quiſpiam* corã filiis iniquis, corruiſti. ″Et rurſum vniuerſus populus fleuit ſuper eum.

35 Venit autem vniuerſus populus ″vt cibaret Dauidẽ pane″quum adhuc eſſet dies: & iurauit Dauid dicẽdo, Sic faciat mihi Deus, & ſic addat ſi antequam occubuerit ſol, guſtauero panem, aut quicquam quantulumcunque fuerit.

36 ″Cognouerunt igitur vniuerſus populus, placuítque in oculis eorum: vt omnia quæ faciebat Rex, ″*ita hoc quoque* in oculis ″totius populi placuit.

37 Cognouerunt inquam vniuerſus populus, totúſque Iשſraאél die illa quòd″non fuiſſet à Rege vt interficerent Abnér filium Ner.

38 Dixit autem Rex ſeruis ſuis, ″Annõ ſcitis quòd princeps & *quidem* magnus cecidit hodie in Iשſraאele?

39 Et ego hodie ″tenellus & vnctus Rex: viri autem iſti filii צSeruiah″duriores ſunt me: reddat Iehouáh facienti malum, iuxta malitiam ſuam.

Cap. IIII.

Iſrael turbatur ob mortuum Abner.

1 AVdiens autem″filius שSaואulis quòd mortuus eſſet Abnér in חHebrón, ″debilitatæ ſunt manus eius, *imò* & vniuerſus Iשſraאél perterriti ſunt.

Baana. Rechab. Beroth.

2 Duo autem viri principes turmarum erant filio שSaואulis: nomen vnius Baעanáh, & nomẽ alterius Recháb, filii Rimmón Beאerothitæ de filiis Biniamín, quia etiam Beאeróth reputatur ″in Biniamín.

3 ″Fugerunt autem Beאerothitæ″in Githaím, & fuerunt ibi aduenæ vſque ad diem hanc.

Miphiboſeth filius Ionathæ.

4 Ipſi verò Iehonathán filio שSaואulis erat filius ″claudus pedib⁹: quinquennis erat quando venit rumor *mortis* שSaואulis & Iehonathán de Iezreאעél: & tulit eũ nutrix eius, ac fugit: fuit autẽ quum feſtinaret ipſa fugere, ″ille cecidit, & claudus factus eſt, & nomen eius Mephibóשſeth.

Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò Rex Dauid ſequebatur feretrum.

32 Qúmque ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit Rex vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autẽ & omnis populus.

33 Plangénſque Rex Abner, ait, Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner.

34 Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere coram filiis iniquitatis, ſic corruiſti. Cõgeminánſq; omnis populus fleuit ſuper eũ.

35 Qúmque veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quicquam.

36 Omniſque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit Rex in conſpectu totius populi.

37 Et cognouit omne vulgus, & vniuerſus Iſrael in die illa quoniam non actum fuiſſet à Rege vt occideretur Abner filius Ner.

38 Dixit quoq; Rex ad ſeruos ſuos, Nũ ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Iſrael?

39 Ego autẽ adhuc delicatus, & vnctus Rex: porrò viri iſti filii Saruiæ duri ſunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.

Cap. IIII.

1 AVdiuit autem filius Saul quòd cecidiſſet Abner in Hebron, & diſſolutæ ſunt manus eius, omniſque Iſrael perturbatus eſt.

2 Duo autẽ viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomẽ alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Beniamin: ſiquidẽ & Beroth reputata eſt in Beniamin.

3 Et fugerũt Berothitæ in Gethaím, fuerúntque ibi aduenæ vſque ad tempus illud.

4 Erat autẽ Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaque eum nutrix ſua, fugit: qúmque feſtinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus eſt: habuitque vocabulũ Miphibóſeth.

B

---

31 Ante Abner. לפני אבנר .i.ante funus Abner. 33 Poſt hæc planxit ויקונן Poſt hæc lamentatus eſt. Stultus, mortuus eſt נבל ימות Fut. Heb. pro præt. i. nunquid vt mori ſolent ſtulti, ſiue ignaui, abiecti ac viles homines, ita mori debuit Abner? q.d. Non. Chaldæus paraph. vt moriuntur improbi? 34 Non *erant* ligatæ, לא אסורות ſub. quare ergo non te defendiſti? Non *erant* admoti comped. ær. לא לנחושתים הוגשו .i. non erant vincti compedibus: ſub. cur ergo ſi videbas te inferiorem, nõ fugiebas, quum valeres maximè pedibus ac manibus? Ad verbũ, non in cõpedes æris appropinquare facti ſunt. Sicut corruit, &c. כנפול לפני וגו' Reſpondet Dauid, vt cadere ſolent, nẽpe dolo, homines alioqui ſtrenui, coram iniquis, id eſt interfecti ab improbis, ita interfectus es. q.d. te interfecerũt doloſè, vt iniqui homines ſolẽt dolo interficere. Et rurſum vniuerſus, &c. ויוסיפו וגו' Ad verbum, Et addiderunt vniuerſus populus flere ſuper ipſum. i. propter eius mortem. 35 Vt cibaret Dauidem pane להברות את־דוד לחם id eſt efficeret vt Dauid comederet. Quum adhuc eſſet dies: בעוד היום id eſt ante veſperam. 36 Cognouerunt הכירו ſub. rem illam non fuiſſe factam conſilio Regis, & gratiſſimum fuit vniuerſo populo. Seipſum exponit verſu ſequenti. *Ita hoc quoque* nempe quòd tam ægrè tulerit mortem illius. 37 Non fuiſſet à Rege לא היתה מהמלך .i. non proceſſiſſet à Rege cõſilium iſtud de interficiendo Abner. 38 Annon ſcitis הלוא תדעו q.d. veſtra intereſt ſcire.

39 Tenellus, רך q.d. Nunc primum mihi videor hodie eſſe Rex: quaſique hodie primùm vnctus ſim in Regem. Nam Abner conuerterat mentem Iſraelitarum ad Dauidem. Ego (inquit) hodie ſum tenellus & exiguarum virium, quanuis vnctus ſim Rex ſuper Iudam. & quum notum ſit me non eſſe potentem viribus, tamen iſti filii Saruiæ ſunt inclementiores quàm exiguitati virium mearum conueniat: quod non poteſt non impedire ſucceſſum regni mei. Quidam aiunt metaphoram ſumptam eſſe à ramis tenellis qui facilè franguntur: ob id debebat regia Dauidis poteſtas ſeruari nequid indecens fieret. Alii vertunt, facilis vel clemens ſum, quanuis vnctus ſim in Regem. at illi qui ſunt tantùm nepotes mei, inclemẽtiores me ſunt: ego enim peperceram ipſi Abner, illi autẽ non pepercerunt. Doctis probatur hæc interpretatio. Vox nanque Hebræa רך, pro qua vertimus tenellum: & קשה pro qua duriorẽ, opponuntur: prior pro facili ſiue clemente, altera pro difficili ſiue duro accipitur. Hoc dicit de nepotibus ſuis, quòd ſibi plurimùm metueret ab illis. Duriores ſunt me: קשים ממני difficiliores [aſperiores. inclementiores] ſunt me. i. quàm pro negotio meo deceat eos eſſe.

IN CAPVT IIII.

1 Filius שSaואulis בן־שאול nempe Iſ-boſeth. Debilitatæ ſunt manus e. וירפו ידיו Hebraiſmus, cœpit eſſe animo remiſſo, ac deſpõdere animũ. 2 In Biniamin. על־בנימן .i. inter vrbes Beniamin. q.d. eſt etiam de tribu Beniamin. 3 Fugerunt autem ויברחו Fugerant autem audita ſcilicet morte Saulis, metu Palæſthinorum. In Githáim, גתימה quæ ſcilicet longius diſtabat à Palæſthinis.

4 Claudus pedib: נכה רגלים Ad verbum, captus pedibus. vel, fractus. Ille cecidit ויפול ſub. è brachiis eius.

5 Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingreſſi ſunt feruente die domum Iſ-bóſeth: qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie.

6 Ingreſſi ſunt autem domum aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt.

C

7 Quúm autem ingreſſi fuiſſent domum, ille dormiebat ſuper lectũ ſuũ in conclaui, & percutientes interfecerunt eum: ſublatóque capite eius, abierunt per viam deſerti tota nocte.

8 Et attulerunt caput Iſ-boſeth ad Dauid in Hebron: dixerúntque ad Regem, Ecce caput Iſ-bóſeth filii Saul inimici tui qui quærebat animã tuã: & dedit Dominus domino meo Regi vltionem hodie de Saul, & de ſemine eius.

9 Reſpõdens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni anguſtia,

Suprà 1.c.15

D

10 ‖Quoniam eum qui annũtiauerat mihi, & dixerat, Mortuus eſt Saul: qui putabat ſe proſpera nuntiare: tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio:

11 Quãto magis nunc quum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo ſua, ſuper lectũ ſuum, non quæram ſanguinem eius de manu veſtra, & auferam vos de terra?

12 Præcepit itaque Dauid pueris ſuis, & interfecerunt eos: præcidentéſque manus & pedes eorum, ſuſpẽderunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Iſ bóſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebron.

Cap. V.

1.Paral.11.a.1

1 ET venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebrõ, dicẽtes, Ecce, nos os tuum & caro tua ſumus.

2 Sed & heri & nudiuſtertius quum eſſet Saul Rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſrael: dixit autẽ Dominus ad te, ‖Tu paſces populũ meũ Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael.

Pſal.77.g.71

3 Venerunt quoque & Seniores Iſrael ad Regẽ in Hebron, & percuſſit cum eis rex Dauid fœdus in Hebrõ, coram Domino: vnxerúntque Dauid in Regem ſuper Iſrael.

3.Reg.2.b.11

4 Filius triginta annorum erat Dauid quum regnare cœpiſſet, & ‖quadraginta annis regnauit.

5 In Hebron regnauit ſuper Iudam ſeptem annis & ſex menſibus: in Ieruſalem autẽ regnauit trigintatribus annis ſuper omnem Iſrael & Iudam.

6 Et abiit Rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ieruſalem ad Iebuſæũ

Baana & Rechab occidunt Iſ-boſeth.

5 ʹAbierunt ergo filii Rimmón Beאerothitæ, Recháb & Bayanáh, & ingreſſi ſuntʺquum incaluiſſet dies in domum אIשſ-bóשſeth: ipſe autem dormiebatʺin cubiculo meridiano.

6 Ecce inquã ingreſſi ſuntʺvſque in mediũ domus *tanquam*ʹemptores frumentorum, & percuſſerunt eumʺin quinta *coſta*: *ipſe* autem Recháb & Bayanáh frater eius euaſerunt.

7 Ingreſſi ſunt inquam domum (ipſe autem dormiebat ſuper lectum ſuumʺin cubiculo lecti ſui) & percutientes eum, interfecerunt eum, & abſtulerunt caput eius, tulerúntque illud, & abierunt per viam campeſtrem tota nocte.

Caput Iſ-bóſeth qui afferunt ad Dauidem, iuſſu eius occiduntur.

8 Attulerúntque caput אIשſ-bóשſeth ad Dauidem in חHebrón: dixerúntque Regi, Ecce caput אIשſ-bóשſeth filii שSaאulis inimici tui ʹqui quærebat animã tuam, & dedit Iehouáh domino meo Regi vltiones hodie de שSaאule & ſemine eius.

Liberator Deus

9 Reſpondens autem Dauid ipſi Recháh & Bayanáh fratri eius filiis Rimmón Beאerothitæ, dixit eis, Viuit Iehouáh qui redemit animam meam ex omni anguſtia,

10 Quòd eum qui renuntiauit mihi dicendo, Ecce mortuus eſt שSaאúl, (is autem eratʺveluti euangelizans in oculis ſuis) arripui & occidi eum in שSiclág,ʺqui *putabat quod* darẽ ei præmium nuntii:

11 Quanto magis homines impios qui interfecerunt virũ iuſtum in domo ſua ſuper lectum ſuum? & nuncʺnónne requirã ſanguinem eius de manu veſtra, & auferam vos è terra?

Suſpendere.

Sepelitur caput Iſbóſeth.

12 Præcepit itaque Dauidʺpueris, & interfecerunt eos, præcidertúntque manus eorum, ac pedes eorum, & ſuſpenderunt ad piſcinam in *agro* חHebrón: caput verò אIשſ-bóשſeth tulerunt, ac ſepelierunt in ſepulchro Abnér in חHebrón.

Cap. V.

Vngitur Dauid in Regem ſuper Iſraelem.

1 VEnerũt autẽ omnes tribus Iשſraאelis ad Dauidẽ in חHebrõ, atq; dixerũtʹhoc modo, Ecce, nosʺos tuũ & caro tua ſumus.

2 ʹEt heri & nudiuſtertius quum eſſet שSaאúl Rex ſuper nos, tuʺeducebas & introducebas Iשſraאelem. Dixítque Iehouáh tibi, Tu paſces populũ meum Iשſraאelẽ, & tu eris dux ſuper Iשſraאelẽ.

Paſcere populũ.

3 ʺVenerunt autem omnes Seniores Iשſraאelis ad Regem in חHebrón, & percuſſit cum eis rex Dauid fœdus in חHebrónʹcoram Iehoua, & vnxerunt Dauidem in Regem ſuper Iשſraאelem.

4 Filius triginta annorum erat Dauid quando regnauit, *&* quadraginta annis regnauit.

5 In חHebrón regnauit ſuper Iehudáh ſeptem annis & ſex menſibus: & in Ieruשſaláim regnauit triginta & tribus annis ſuper Iשſraאelem & Iehudáh.

6 Abiit autem Rex & viri eius in Ieruשſaláimʹad Iebuסſæum ha-

---

5 Abierunt ergo וילכו poſtquam ſcilicet coniurarunt in necẽ domini ſui. Quum incaluiſſet dies, כחום היום .i. in feruenti die: hoc eſt circa meridiem. In cubiculo merid. את משכב הצהרים: in cubili [lecto] meridiei. i. in quo ſolebat dormire meridiano tempore. Alii, dormiebat dormitionẽ meridianam. ſiue ſomnum meridianum. Chaldæus paraph. dormitionẽ Regum. i. eo tempore quo dormire ſolent Reges. 6 Vſque in medium do. עד־תוך הבית .i. in penitiorem vſque partem domus. Emptores frum. לקחי חטים .i. habitu & ſpecie mercatorum tritici ingreſſi ſunt. Alii vertunt, *cum* mercatoribus tritici. In quinta אל־החומש in inguine. Paucis deſcribit mortẽ Iſboſeth, ſequenti verſu pluribus. hoc autem per anticipationem dicitur. 7 In cubiculo lecti ſ. בחדר משכבו in penetrali cubilis ſui. vel, cubiculi ſui. i. in penitiore parte domus, vbi erat lectus eius. 9 Qui quærebat ani. t. אשר בקש את־נפשך .i. dum viueret, ſtudebat te perdere.

10 Veluti euãgelizans in oc. ſ. כמבשר בעיניו Hebraiſmus, videbatur ſibi nuntius rei lætæ. Qui *putabat quod*, &c. אשר לתתי־לו בשרה: Magni nominis apud Hebræos vir exponit, qui *putabat me lætitia perfundere*, vt darem ei præmium nuntii ſui. Alii, qui *venerat* vt darem ei præmium nuntii ſui. 11 Nónne requiram, &c. הלוא אבקש וגו׳ .i. annon debeo requirere ſanguinem, &c. i. interficere vos quòd occideritis illum? 12 Pueris, את הנערים iuuenibus. adoleſcentibus.

IN CAPVT V.

1 Hoc modo, לאמור Ad verbũ, dicendo. Os tuũ & caro tua ſumus. עצמך ובשרך אנחנו: Hebraiſmus, propinqui & cognati tui ſumus.
2 Et heri & nudiuſt. גם־אתמול גם שלשום Ad verbum, Etiã heri etiam nudiuſtertius. i. antea. Educebas & introduc. אתה הייתה מוציא והמבי את־ישראל Hebraiſmus frequens, pro, imperatorẽ agebas: educebas ad bellũ, & reducebas à bello parta victoria. Deficit א poſt י in והמבי
3 Venerunt autem ויבואו ante aduentum tribuum ſcilicet. Coram Iehoua, לפני יהוה id eſt ſpectante Iehoua, aduocato Iehoua in teſtem fœderis. 6 Ad Iebuסſæum habit. terræ אל־היבוסי יושב הארץ .i. aduerſus Iebuſæos qui habitabant in ea regione.

bitatorē terræ, dixítque Dauidi hoc modo, ′Non ingredieris huc
niſi remoueris cæcos & claudos.″tanquam dicerēt, Non ingredie-
tur Dauid huc.

Dauid capit arcē Sion.
Præmium occidēti Iebuſæum.

Cepit tamen Dauid arcem צSiión: ″ipſa eſt ciuitas Dauidis. 7
″Dixit nanque Dauid die illa, Quiſquis percuſſerit Iebuסſæum, 8
″& attigerit canales, & *percuſſerit* claudos cæcóſque odio habitos
ab anima Dauidis, *conſtituam illum ducem.* ideo ″dixerunt, Cæcus & clau-
dus non intrabit domum.

Prouerbium.

Ciuitas Dauid.

Et habitauit Dauid in ea arce, vocauítque eam Ciuitatem Daui- 9
dis: ″& ædificauit Dauid per circuitum ′à Milló, ″& introrſum.

Deus cū Dauide

′Et ibat Dauid eundo & creſcendo, & Iehouáh Deus exercituū 10
erat cum eo.

Domus Dauidi confirmato ædificatur.

Miſit autem חHirám rex Tyri ′legatos ad Dauidem, & ligna ce- 11
drina, & fabros lignarios, ′artificéſque lapidis parietis: & ædifica-
uerunt domum Dauidi.

Et cognouit Dauid quòd confirmaſſet eum Iehouáh Regem 12
ſuper Iשׁraאelem, & quòd exaltaſſet regnum eius propter popu-
lum ſuum Iשׁraאelem.

Ducit vxores. Filii eius in Ieruſalem nati.

Accepit autē Dauid adhuc ′cōcubinas & vxores de Ieruשׁſaláim, 13
poſtquā venit de חHebrón, natíq; ſunt adhuc Dauidi filii & filiæ.
Et hæc ſunt nomina eorum qui nati ſunt in Ieruשׁſaláim, שׁSa- 14
múya, & שׁSobáb, & Nathán, & שׁSelomóh,
Et Ibחhar, & אEliשׁſúay, & Népheg, & Iaphíay, 15
Et אEliשׁſamáy, & אEliadáy, & אEliphélet. 16

Conſulto Domino profligat Philiſthæos.

Audientes autem Peliשׁſthím quòd vnxiſſent Dauidem in Re- 17
gem ſuper Iשׁraאelem, aſcenderunt cuncti Peliשׁſthím ″ad quæ-
rendum Dauidem: ″quod vbi audiuit Dauid, deſcendit in arcem.
Peliשׁſthím autē venerunt, ″& diffuderunt ſe in valle Rephaím. 18
″Interrogauit igitur Dauid Iehouā his verbis, Aſcendámne con 19
tra Peliשׁſthím? tradéſne eos in manū meam? Reſpondit Iehouáh
Dauidi, Aſcēde, quia ″tradendo tradā Peliשׁſthím in manū tuam.
Venit itaque Dauid ″in Báyal-peraצſím, & percuſſit eos ibi Da- 20
uid, dixítque, Diuiſit Iehouáh inimicos meos corā me ″iuxta di-
uiſionē aquarū. Idcirco ″vocauit nomē loci illius Báyal-peraצſím.
Et reliquerūt ibi ſculptilia ſua, ″quæ cōbuſſit Dauid & viri eius. 21

Rurſum percutit Philiſthæos.

″Rurſum autem aſcenderūt Peliשׁſthím, & diffuderunt ſe in val- 22
le Rephaím.

habitatorem terræ: dictúmque eſt Dauid ab eis, Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos, dicētes, Non ingredietur Dauid huc.

B

Cepit autem Dauid arcē Sion: hæc eſt Ciuitas Dauid.

Propoſuerat enim Dauid in die illa præmium qui percuſſiſſet Iebuſæū, & tetigiſſet domatum fiſtulas, & cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum.

C

Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinſecus.

Et ingrediebatur proficiens atque ſuccreſcens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo.

1.Par.14.a.1

¶Miſit quoque Hirā Rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorū, artificéſque lapidū ad parietes: & ædificauerūt domū Dauid

Et cognouit Dauid quoniam confirmaſſet eum Dominus Regē ſuper Iſrael, & quoniam exaltaſſet regnum eius ſuper populum ſuum Iſrael.

1.Para.3.b.8
C

¶Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ieruſalē, poſtquā venerat de Hebron: natique ſunt Dauid & alii filii & filiæ:

Et hæc nomina eorū qui nati ſunt in Ieruſalem, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon,

Et Iebahar, & Eliſúa, & Nepheg, & Iaphia,

Et Eliſama, & Elioda, & Eliphálet.

1.Para.14.b.8
c.11.d.16

¶ Audierūt ergo Philiſthiim quòd vnxiſſent Dauid in Regem ſuper Iſrael: & aſcenderunt vniuerſi vt quærerent Dauid. quod quū audiſſet Dauid, deſcendit in præſidium.

Philiſthiim autem venientes, diffuſi ſunt in valle Raphaim.

Et conſuluit Dauid Dominum, dicens, Si aſcendam ad Philiſthiim? & ſi dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Aſcende, quia tradens dabo Philiſthiim in manu tua.

Eſa.28.c.21

¶Venit ergo Dauid in Baal-pharaſim, & percuſſit eos ibi, & dixit, Diuiſit Dn̄s inimicos meos coram me, ſicut diuidūt aquæ. Propterea vocatū eſt nomen loci illius Baal-pharaſim.

Et reliquerūt ibi ſculptilia ſua: quæ tulit Dauid & viri eius.

Et addiderūt adhuc Philiſthiim vt aſcenderent, & diffuſi ſunt in valle Raphaim.

Non ingredieris huc, &c. לא־תבוא הנה כי אם־הסירך וגו׳ .i. non poteris capere hanc arcem, niſi abſtuleris, &c. i. expugnaueris cæcos & claudos, quibus tradidimus arcem defendendam aduerſum copias tuas. Ironia eſt, q.d. tam munita eſt arx iſta vt poſſit propugnari & defendi à ſolis cæcis & claudis. perdis igitur operam: tuo quantumuis forti exercitui non opponentur fortes, ſed tantùm debiles & inualidi, quòd locus ipſe munitiſſimus per ſe, pauco præſidio tutari ſe poſſit. Tanquam dicerent, Non, &c. לאמור לא־יבוא דוד הנה׃ Ad verbum, dicendo, Non ingredietur, &c. i. quaſi dicerent Dauidem non poſſe expugnare eam arcem, etiam ſi à ſolis cæcis & claudis defenderetur.

7 Ipſa eſt ciuitas D. היא עיר דוד׃ .i. quæ poſtea dicta fuit Ciuitas Dauidis. vt vides paulo pòſt, verſu 9. 8 Dixit nanque ויאמר Dixerat naque. Declarat qua ratione arx illa fuerit expugnata. Et attigerit canales, ויגע בצנור & attigerit fiſtulas. quibus pluuia tecti excipitur. .i. quiſquis expugnauerit Iebuסſæos, primúſque conſcenderit murū arcis, & peruenerit ad tectum, percuſſeritque claudos & cæcos, qui propugnant arcem quos odit Dauid, ſubaudi ex 1. Paral. 11. a. 6, erit caput & princeps militiæ meæ. Dixerunt, יאמרו dicunt, Dauid nunquā admittet in ea arce cæcos & [aut] claudos. Vel, dixerunt. i. ſtatuerunt ne poſtea vllus cæcus aut claudus intraret in eam arcem. Fut Heb pro præt. vel præſ.

9 Et ædificauit ויבן ſub. murum. A Milló, מן המלוא Doctus inter Hebræos dicit Millo ſignificare locum & plateam comitiorū, quòd illic congregaretur populus ad conſultandum de rebus agendis. Alii intelligunt aggerē qui cingebat arcem. Alii aiunt fuiſſe foſſam circum arcem, quòd aqua impleretur, ſic dictam. nam מלא implere ſignificat. Et introrſum. וביתה׃ ſub. vergendo.

10 Et ibat, &c. וילך דוד הלוך וגדול וגו׳ Hebraiſmus, promouebat magis ac magis, ſiue exinde quotidie maior fiebat.

11 Legatos מלאכים qui ſcilicet congratularentur ei. Artificéſque lapidis parietis: וחרשי אבן קיר .i. artifices apti ad parietes extruendos: hoc eſt latomos. 13 Concubinas & vxores פלגשים ונשים Concubinas vocat mulieres quas citra cæremonias ducebat: vxores verò adhibitis cæremoniis. Vide Gene. 35. d. 22. 17 Ad quærendum D. לבקש את־דוד .i. vt pugnarent cum Dauide. Quod vbi audiuit וישמע Ad verbum, & audiuit. Alii, quod quum intellexiſſet. 18 Et diffuderunt ſe וינטשו .i. caſtrametati ſunt.

19 Interrogauit igitur, &c. וישאל וגו׳ Conſuluit igitur Dauid Iehouam, dicendo, Aſcenderéne debeo, &c. Tradendo tradā נתון אתן Hebraiſmus, certiſſimum eſt quòd tradam. 20 In Baal-peraצſim כבעל־פרצים Chaldæus paraph. in planitiē gigantum. Baal-peraſim ſignificat planitiem rupturarum. Nomen loci ab euentu poſtea ſic impoſitum. Iuxta diuiſionem aquarum. כפרץ מים iuxta rupturam aquarum. i. quemadmodum aquæ omnia perrumpunt. ſolēt enim aquæ tempore inundationis ſuæ ripas alueiſui rumpere. Vocauit קרא in memoriam ſcilicet tantæ victoriæ. 21 Quæ combuſſit וישאם Ad verbum, & combuſſit ea. Sic exponit hoc loco iſtud verbum doctus inter Hebræos. 22 Rurſum autem aſcend. ויוסיפו עוד וגו׳ Ad verbum, Et addiderunt adhuc Peliſthim aſcendere, &c.

23 Conſuluit autem Dauid Dominũ: qui reſpondit, Non aſcendas, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex aduerſo pyrorum.

24 Et quũ audieris ſonitũ gradientis in cacumine pyrorũ, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat caſtra Philiſthiim.

25 Fecit itaque Dauid ſicut præceperat ei Dominus, & percuſſit Philiſthiim de Gabaa, vſque dum venias Gezer.

Cap. VI.

1 Congregauit autem rurſum Dauid omnes electos ex Iſrael, triginta millia.

1.Para.13.b.5 2 ‖Surrexitque Dauid, & abiit, & vniuerſus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini exercituũ, ſedẽtis inter Cherubim ſuper eam.

3 Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum nouum: tulerúntque eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa: Oza autem & Ahio filii Abinadab minabant plauſtrum nouum.

1.Reg.7.a.2 4 ‖Quũmque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſtodiẽs arcã Dei, Ahio præcedebat arcã.

5 Dauid autem & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, tympanis, & ſiſtris, & cymbalis.

1.Para.13.c.10 6 ‖Poſtquam autem venerunt ad aream Nachon, extẽdit Oza manum ad arcã Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues.

B 7 Iratúſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eũ ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei.

8 Contriſtatus eſt autem Dauid, eo quòd percuſſiſſet Dominus Ozã, & vocatum eſt nomen loci illius, Percuſſio Ozæ, vſque in diem hanc.

9 Et extimuit Dauid Dominũ in die illa, dicẽs, Quomodo ingredietur ad me arca Domini?

10 Et noluit diuertere ad ſe arcã Domini in Ciuitatem Dauid: ſed diuertit eam in domũ Obed-edõ Gethæi.

11 Et habitauit arca Domini in domo Obed-edom Gethæi tribus mẽſibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius.

1.Para.15.d.25 12 ‖Nuntiatúmq; eſt regi Dauid quòd benedixiſſet Dominus Obed-edom, & omnia eius propter arcam Dei. Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obed-edom in Ciuita-

23 Interrogauit ergo Dauid Iehouam: qui reſpondit, Non aſcẽdes *nunc*, *ſed* gyra poſt eos, & venias ad eos ex aduerſo mororum.

24 Quúmque audieris ″ſonitum inceſſus in cacuminibus mororũ, tunc ″mouebis te: tunc enim ″egredietur Iehouáh ante te, vt percutiat caſtra Peliשthím.

25 Et fecit Dauid ita, quemadmodum præceperat ei Iehouáh: & percuſſit Peliשthím à Gebáy, vſque dum venias in ″Gázer.

Cap. V I.

1 Collegit autem adhuc Dauid omnem electum in Iשſraℵele, *nempe* triginta millia.

2 Qui ſurrexit, & abiit, vniuerſúſque populus qui erat cum eo, ″de Bayalá Iehúdah, ″vt abducerent inde arcam Dei ″*ſuper* quam inuocatur nomen, nomen *inquam* Iehouæ exercituum ſedentis *inter* Cherubim *qui ſunt* ſuper eam.

3 Impoſuerúntque arcam Dei plauſtro nouo: & tulerunt eam è domo Abinadáb quæ erat ″in Gibyáh: yVzzá autem & Aחhío filii Abinadáb deducebant plauſtrum illud nouum.

4 ″Tulerunt inquam eam è domo Abinadáb, quæ *erat* in Gibyáh, arcam Dei: Aחhio autem ibat ante arcam.

5 Dauid verò & vniuerſus Iשſraℵél ″ludebant ″coram Iehoua in omnibus ″inſtrumentis muſicis, & citharis, & nablis, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis.

6 Et venerunt ″ad aream Nachón. extendit autem manum ſuam yVzzá ad arcam Dei, ″& retinuit eã, quoniam ″declinabant boues.

7 Propterea iratus eſt furor Iehouæ cõtra yVzzá, & percuſſit eum ibi Deus propter temeritatẽ, mortuúſque eſt ibi iuxta arcã Dei.

8 ″Iratus eſt autem Dauid, eo quòd ″rupiſſet Iehouáh rupturam in yVzzá: & vocauit locũ ipſum Péreɣs yVzzá, vſque in hunc diem.

9 Extimuit itaque Dauid Iehouam in die illa, & dixit, Quomodo ″ingredietur ad me arca Iehouæ?

10 Et noluit Dauid abducere ad ſe arcam Iehouæ in ciuitatẽ Dauidis, ſed diuertere fecit eam Dauid in domum yObéd-ℵedóm ″Gitthæ.

11 Et manſit arca Iehouæ in domo yObéd-ℵedóm Gitthæi tribus menſibus: ″& benedixit Iehouáh yObéd-ℵedóm & vniuerſæ domui eius.

12 Renuntiatúmque eſt regi Dauidi ″in hæc verba, Benedixit Iehouáh domui yObéd-ℵedóm, & omnibus quæ habet, propter arcam Dei. Et abiens Dauid, adduxit arcam Dei è domo yObéd-

Deus inſtruit Dauidẽ ad prælium, & Philiſthæos ipſe percutit.

Reducit Dauid arcam de domo Abinadab, neglectam à Saule.

Ludit Dauid coram Domino in inſtrumentis.

Oza occiditur à Deo, quòd arcã attigerit.

Ducitur arca in domum Obed-edom.

Benedictio Dei.

Ducit Dauid arcã in arcẽ Sion cum gaudio.

---

24 Sonitũ inceſſus קול צעדה .i.ſtrepitum quaſi hominũ gradientium ſuper cacumina, &c. Mouebis te: תחרץ .i.procedes. Alii, roborabis te. vel, fortificabis. Egredietur Iehouáh יצא יהוה .i.egreſſus præcedet te Iehoua. Chaldæus paraph. egredietur Angelus Domini.

25 Gazer. גזר: vrbem ſcilicet Palæſthinorum. i. quam tum occupabant Palæſthini: erat tamen in tribu Beniamin.

IN CAPVT VI.

2 De Bayala מבעלי Hæc vrbs quæ eſt in tribu Iuda, dicitur & alio nomine Cariath-iearim, vt vides Ioſue 15.b.9. Ad eam profecti fuerant Dauid cum ſuis, vt afferrent arcã inde. Loquitur de reditu. Vt abducerent להעלות Ad verbum, vt aſcendere facerent. *Super* quam inuocatur, &c. אשר־נקרא שם Hebraiſmus, quæ vocatur, ſiue dicitur arca Dei. 3 In Gibyah: בגבעה in colle. pars erat vrbis Cariath-iearim, ita dicta quòd locus ille eſſet eminentior in ea vrbe. 4 Tulerunt inquam eam וישאוהו Sic vertendo, repetitur verſus præcedens: & accuſatiuus ſequens, nempe arcã Dei, iungitur iſti pronomini EAM, & עם pro את accipitur, vt ſcribit doctus inter Hebræos, ſic, Tulerunt inquam eam, nempe arcam Dei. Quidã iſtorum volunt pronomen הו referre arcam, ſiue capſulam in qua erant repoſita donaria, ſiue anathemata Palæſthinorum, quam tulerunt è domo Abinadab vnà cum arca Dei. & ita עם accipiunt in ſua ſignificatione.

5 Ludebãt משחקים .i.exultabãt. Chaldæus paraph. laudabãt. Corã Iehoua לפני יהוה .i. coram arca Iehouæ. Inſtrumẽtis muſicis, עצי ברושים Ad verbum, lignis abietum. i. inſtrumentis muſicis quæ fieri ſolent lignis abiegnis. 6 Ad aream Nachon. עד־גורן נכון ad Goren Nachon. Et retinuit ויאחז ne ſcilicet caderet. Declinabant שמטו calcitrabant. i. calcitrando deiecturi videbantur arcam in terram. Chaldæus paraph. agitabant eam. Doctus inter Hebræos exponit quaſi membratim diſcerpi, vel dearticulari viderẽtur boues. præ ſanctimonia arcæ ſcilicet. i. quòd fatiſcerent ſub onere arcæ. 8 Iratus eſt autẽ ויחר AEgrè tulit autem. vel, Indignatus eſt. Rupiſſet Ieh. rupturam פרץ יהוה פרץ .i.interfeciſſet Vzam. 9 Ingredietur ad me יבוא אלי .i.introducetur in vrbem meam, vel in tentoriũ quod præparaui illi. q.d. timeo mihi plurimum ab arca: quò ergo introducam eam? 10 Gitthæi. הגתי: Sic dicebatur quòd aliquando peregrinatus fuiſſet in Geth. Leuita erat, oſtiarius & cantor: vt vides 1.Paral.15.c.21 & 24.

11 Et benedixit, &c. ויברך וגו׳ q.d. eo tempore omnia proſperè ceſſerunt illis. 12 In hæc verba, לאמור Ad verbum, dicendo.

dóm in Ciuitatem Dauidis cum lætitia.

Quum autem progreſſi eſſent illi'qui portabant arcam Iehouæ 13
ſex paſſus, immolabat"bouem & bubalum.

Dauid autem ſaltabat totis viribus coram Iehoua, erátque Da- 14
uid"accinctus אephód lineo.

Dauid igitur, & vniuerſa domus Iשsraאelis deducebant arcam 15
Iehouæ"cum iubilo & ſonitu buccinæ.

Dauidē ſaltātē deſpicit Michol.

Fuit autem, arca Iehouæ ingrediente Ciuitatē Dauidis, Michál 16
filia שSaואulis proſpexit de feneſtra, & vidēs regem Dauidē"ſub-
ſilientem & ſaltantem corā Iehoua, deſpexit eum in corde ſuo.

Quum autem adduxiſſent arcam Iehouæ, collocauerunt eam 17
in loco ſuo in medio tabernaculi quod tetēderat ei Dauid, & ob-
tulit Dauid holocauſta'coram Iehoua, & pacifica.

Holocauſta.

Benedicit Dauid populo.

Quum autem finem feciſſet Dauid offerēdi holocauſta & paci- 18
fica,"benedixit populo in nomine Iehouæ exercituum.

Et diſtribuit vniuerſo populo, vniuerſæque multitudini Iשſ- 19
raאelis'à viro vſque ad mulierē, vnicuique placentā panis vnam,
& fruſtum carnis vnum,"& lagenā vnam: & abiit omnis populus
vnuſquiſque in domum ſuam.

Michol arguit Dauidem, quòd coram Domino ſaltauerit.

Poſt hæc reuerſus eſt Dauid'vt benediceret domui ſuæ: egreſſa 20
eſt autē Michál filia שSaואulis in occurſum Dauidi: & ait,"Quàm
glorioſus fuit hodie Rex Iשſraאél! qui'diſcooperuit ſe hodie ī ocu-
lis ancillarū ſeruorū ſuorū,"vt ſolet ſe diſcooperire vnus è fatuis.

Et ait Dauid ad Michál,'Coram Iehoua qui elegit me potius 21
quàm patrem tuum, & quàm vniuerſam domum eius, præcipien
do mihi vt eſſem dux ſuper populum Iehouæ, ſuper Iשſraאelem:
"& Iudam coram Iehoua:

'Et vilior fiā amplius quàm hoc, & ero'humilis in oculis meis: 22
& apud ancillas illas de quibus loquuta es,'glorificabor.

"Proinde ipſi Michál filiæ שSaואulis nō fuit"natus vſque ad diē 23
quo mortua eſt.

Cap. VII.

Dauid bona intentione cogitat ædificare domū Domino.

FVit autē, quum ſediſſet Rex in regia ſua, & Iehouáh requiem 1
dediſſet ei vndique ab omnibus inimicis eius,

Dixit Rex ad Nathán Prophetam, Vide quæſo, ego habito"in 2
regia cedrina, arca autem Dei habitat'in medio cortinæ.

Nathán verò ait ad Regem,"Quicquid eſt in corde tuo, vade, 3
fac, quia Iehouáh tecum eſt.

Dauid prohibetur à Nathan, ædificare domū Domino.

Porrò ea nocte fuit verbum Iehouæ ad Nathán,'dicendo, 4
Vade, & dic ſeruo meo Dauidi, Sic dixit Iehouáh, Nunquid tu 5
ædificabis mihi"domum, vt habitem?

---

tem Dauid cum gaudio.

13 Quūmque tranſcendiſſent qui portabant arcam Domini ſex paſſus, immolabat bouem & arietem:

14 Et Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominū: porrò Dauid erat accinctus ephod lineo.

15 Et Dauid, & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamenti Domini in iubilo & in clangore buccinæ.

16 Quúmque intraſſet arca Domini in Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regē Dauid ſubſilientem, atque ſaltantem corā Dño: & deſpexit eū in corde ſuo.

17 Et introduxerūt arcam Domini, & impoſuerunt eam in loco ſuo in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocauſta & pacifica coram Domino.

1.Par.16.a.2

18 Quúmque compleſſet offerens holocauſtum & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum,

19 Et partitus eſt vniuerſæ multitudini Iſrael tam viro quàm mulieri ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnā, & ſimilam frixam oleo: & abiit omnis populus, vnuſquiſque in domum ſuam. D

20 Reuerſúſque eſt Dauid vt benediceret domui ſuæ: & egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid, ait, Quā glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorū ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris.

21 Dixitque Dauid ad Michol, Ante Dominū qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael & Iudam,

22 Et vilior fiā plus quàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus loquuta es, glorioſior apparebo.

23 Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.

Cap. VII.

1 FActum eſt autem quum ſediſſet Rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis, 1.Paral.17.a.1

2 Dixit ad Nathan Prophetam, Vidéſne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit in medio pellium?

3 Dixitque Nathan ad Regē, Omne quod eſt in corde tuo, vade, fac: quia Dominus tecum eſt,

4 Factum eſt autem in illa nocte, & ecce ſermo Domini ad Nathā, dicēs,

5 Vade, & loquere ad ſeruū meū Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domū ad habitandū?

---

13 Qui portabant נושאי .i.Leuitæ. Bouē & bubalum. שור ומריא: Sing.Heb.pro plur.boues & bubalos.Chaldæus paraph.bouē & *pecus* pingue.i.arietes. 14 Accinctus אephod חגור אפוד amictus ephod.Alia erat veſtis à veſte ſacerdotali.Chaldæus paraph.pallio byſſino.

15 Cum iubilo,&c. בתרועה ובקול שופר: cum iubilo & clangore.i.clangentibus tubis & buccinis.

16 Subſilientem & ſalt. מפזז ומכרכר exultantem[geſtientem præ lætitia]& tripudiantem. 17 Corā Iehoua,& pacif. לפני יהוה ושלמים: .i.coram arca ipſa,& hoſtias pacificas. 18 Benedixit pop. ויברך את־העם .i.tum bene precatus eſt populo per nomen Domini.

19 A viro vſque ad mul. למאיש ועד־אשה .i.tam à viris quàm à mulieribus. Et lagenā ואשישה ſub.vini. 20 Vt benediceret domui ſ. לברך את־ביתו .i. vt bene precaretur ſuis ſicuti populo bene precatus fuerat. Quàm glorioſus מה־נכבד Hoc ironicè dicitur. q.d. Quàm decenter ſe geſſit. Diſcooperuit ſe נגלה nudauit ſeſe,&c. Vt ſolet ſe diſcooperire,&c. כהגלות נגלות אחד הרקים: Ad verbum, vt nudando nudat ſe vnus vacuorū.i.ſicut nudaret ſe,vel,nudare ſe ſolet vnus ex otioſis,vel ſcurris.i.vt quidam vilis & abiectus.

21 Coram Iehoua לפני יהוה ſub.id feci.i.nudaui me. Et Iudam ושחקתי .i.præ lætitia geſtiā, ſiue ſaltabo. 22 Et vilior fiam,&c. ונקלתי עוד מזאת Et vilior ero hac.ſub. vilitate.i.dabo operā vt in vilitatē incurram maiorem hac: vel,vt vilior videar quàm viſus ſum,ſi vilitas dici debeat.Loquitur enim iuxta ſententiā Michal. Humilis in oculis m. שפל בעיני abiectus in oculis meis.i.ſummiſſius me gerā quàm fecerim.vt ſcilicet placeam Iehouæ. Glorificabor. אכבדה: glorioſus apparebo.ita faciendo ſcilicet. 23 Proinde ipſi Michal ולמיכל Porrò ipſi Michal. Natus ילד puer.i.filius.q.d.nunquam habuit liberos.Legitur & ולד,vbi ו pro י ponitur.

IN CAPVT VII.

2 In regia cedrina, בבית ארזים Ad verbū,in domo cedrorum.i.in regia ornata tabulis cedrinis. In medio cortinæ. בתוך היריעה: iuxta cortinam.i.ſub cortinis,hoc eſt in tētorio facto ex pellibus. 3 Quicquid eſt in corde tuo,vade כל אשר בלבבך לך .i.quicquid in animo verſas, age fac. לך imperatiuus eſt qui pro particula hortantis & concedentis ſiue permittentis frequenter vſurpatur.Hoc dicit ſenſu humano, non Spiritu prophetico. 4 Dicendo, לאמור: .i.dicentis. 5 Domum, בית .i.templum.

Neque enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios Iſrael de terra AEgypti, vſque in diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo & in tentorio. 6

Per cuncta loca quæ tranſiui, cum omnibus filiis Iſrael, nunquid loquẽs loquutus ſum ad vnam de tribubus Iſrael, cui præcepi vt paſceret populum meum Iſrael, dicens, Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam? 7

B Et nunc hæc dices ſeruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, ‖Ego tuli te de paſcuis ſequẽtem greges, vt eſſes dux ſuper populum meũ Iſrael. 8

1.Reg.16.c.12.
pſal.77.g.70

Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulaſti, & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorũ qui ſunt in terra. 9

Et ponam locum populo meo Iſrael, & plãtabo eum, & habitabit ſub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis vt affligant eum ſicut prius, 10

Ex die qua conſtitui iudices ſuper populum meum Iſrael: & requiẽ dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: prædicitque tibi Dominus quòd domũ faciat tibi Dominus. 11

3.Reg.8.b.20

‖Quúmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. 12

3.Reg.5.a.5,
& 6.b.12.
1.para.22.b.10

‖Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. 13

Heb.1.b.5
Pſal.88.c.31

‖Ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filium: ‖qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. 14

C Miſericordiam autem meam non auferã ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quẽ amoui à facie tua. 15

Et fidelis erit domus tua & regnũ tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. 16

Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionem iſtam, ſic loquutus eſt Nathan ad Dauid. 17

Ingreſſus eſt autem Rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſque? 18

Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquum: iſta eſt enim lex Adam Domine Deus. 19

Quid ergo addere poterit adhuc Dauid vt loquatur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuum Domine Deus. 20

6 Non enim habitaui in domo *ulla* à die quo adduxi filios Iשׂraאél de AEgypto, vſque in hunc diem, ʺſed ambulaui in tentorio & tabernaculo.

7 In omni *loco in* quo ambulaui cum omnibus filiis Iשׂraאél, num verbum vllum feci cum aliqua è tribubus Iשׂraאelis, cui præceperim vt paſceret populum meum Iשׂraאelem, dicendo, Vtquid non ædificaſtis mihi domum cedrinam?

8 Et nũc ſic dices ſeruo meo Dauidi, Sic dixit Iehouáh exercituũ, Ego tuli te ʺè tugurio *euntem* poſt oues, vt eſſes dux ſuper populum meum, ſuper Iשׂraאelem.

9 Fuíque tecum in omni *loco* quò perrexiſti: ʺexcidi inſuper omnes inimicos tuos à facie tua, ʺfecíque tibi nomen magnum iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra.

10 ʺConſtituam quoque locum populo meo Iשׂraאeli, & plantabo eum *illic*, habitabítque in loco ſuo, nec ʺmouebitur *loco* amplius, ʺneque addent filii iniqui affligere eum vt prius,

11 Et ex die quo præcepi *ut eſſent* Iudices ſuper populum meũ Iשׂraאelem: ſed requiẽ dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. præterea annuntiat tibi Iehouáh quòd ʺdomum tibi faciet ipſe.

12 Quum exacti fuerint dies tui, dormieríſque cum patribus tuis, ʺſtatuam ſemen tuum poſt te, quod egredietur ʺè ventre tuo, & firmabo regnum eius.

13 ʺIpſe ædificabit domum nomini meo, ʺ& firmabo ſolium regni eius vſque in ſeculum.

14 Ego ero illi ʺin patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui quum iniquè egerit, ʺarguã eum virga hominũ, & plagis filiorũ hominum.

15 Miſericordia autem mea non recedet ab eo, quemadmodũ ʺabſtuli à שׁSaאule, quem ſuſtuli à facie tua.

16 Et firma erit domus tua, & regnũ tuum vſque in ſeculũ ʺcoram te: thronus tuus erit firmus vſque in ſeculum.

17 ʺIuxta omnia verba hæc & iuxta omnem viſionem hanc, ſic loquutus eſt Nathán ad Dauidem.

18 ʺIngreſſus itaque Rex Dauid, ʺſedit corã Iehoua, & ait, Quis ego *ſum* Domine Iehoua, & quæ *eſt* domus mea, ʺquòd adduxiſti me huc vſque?

19 ʺEt parũ adhuc *fuit* hoc in oculis tuis Domine Iehoua, & etiam loquutus es ſuper domum ſerui tui in longinquum: at iſta eſt lex hominis Domine Iehoua.

20 ʺEt quid addet vltrà Dauid loqui ad te? & tu noſti ſeruũ tuum Domine Iehoua.

Nihil vult Deus agi, ſine verbo ſuo.

Cõmemoratione beneficiorũ oſtendit Deus ſe omnia hominibus præſtare.

Laudat fidelis Dauid benignitatem Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum.

Beneficia Dei tribuenda verbo & promiſſioni & bonæ voluntati eius.

6 Sed ambulaui ואהיה מתהלך ſed obambulaui.i.vagatus ſum manẽs in tentorio. 8 E tugurio *euntem* poſt oues, מן־הנוה מאחר הצאן
è caula ſequentem oues.i.quum paſceres oues. 9 Excidi inſuper ואכריתה deleui [exterminaui] inſuper. Fecique tibi nomen,&c.
ועשתי לך שם וגו׳ .i.dedi tibi famam quæ æquaret famã & nomen maximorũ quorũque terræ. 10 Conſtituã quoque ושמתי Ad verbũ, Et ponã.i.Statuam, præſcribam, & dabo locum felicem ac beatũ populo. Mouebitur ירגז commouebitur. pauebit.aut agitabitur.
Neque addent,&c. ולא־יוסיפו בני־עולה וגו׳ .i.neque poſthac iniqui affligent eum vt initio fecerunt ante tempora Iudicum.
11 Domum tibi faciet ipſe. בית יעשה־לך יהוה׃ Ad verbum, domum tibi faciet Iehoua. Antecedens pro relatiuo. Domum facere dicitur
Deus, Hebraica loquutione, quando dat ſobolem, & ampliat familiam. q.d. daturus eſt tibi prolem quæ accipiat dignitatem regiam.
12 Statuam ſemen t. והקימותי erigam [exaltabo, euehaṁ] ſemen tuum.i.vnũ è liberis tuis: hoc eſt conſtituam eum Regem. E ventre
tuo, ממעיך ex vtero tuo. Alii, ex inteſtinis tuis. 13 Ipſe ædifi.domũ הוא יבנה וגו׳ ipſum [ſcilicet ſemen] extruet templũ,&c. Et firmabo ſolium,&c. וכוננתי את־כסא וגו׳ & ſtabiliam thronum,&c. i.reddã regnum eius ſtabile, firmũ ac perpetuum. 14 In patrem,&c.
לאב והוא וגו׳ Chaldæus paraph. vt pater, & ipſe erit mihi filius. Arguam eũ virga ho. והוכחתיו בשבט אנשים. .i.corripiã eum virga qua homines patres ſolent caſtigare filios ſuos,&c. hoc eſt humano more, & pœna humana, id eſt benigna & clementi: interim miſerebor eius.
15 Abſtuli חסרותי Ad verbum, recedere feci.i.ſuſtuli vt regnares. 16 Coram te: לפניך׃ .i. vt nunc eſt te vidente.
17 Iuxta omnia verba hæc,&c. ככל הדברים האלה Hebraiſmus, fideliter Nathan retulit omnia verba Dei ad Dauidem.
18 Ingreſſus itaque ויבוא ſub. in locum vbi erat arca. Sedit coram Iehoua, וישב לפני יהוה manſit [ſtetit] corã Iehoua. oraturus ſcilicet.
Quòd adduxiſti me,&c. כי הביאתני עד־הלום׃ .i.quòd euexeris me ad tantam dignitatem? 19 Et parum adhuc hoc,&c. ותקטן
עוד זאת וגו׳ .i.Sed & hoc parum viſum eſt tibi, niſi etiã loquereris de his quæ euentura ſunt poſteris meis. vel, niſi etiam pollicereris regnũ poſteris meis: quæ lex.i.conditio & ſors, eſt magni viri & excellentis, hoc eſt ſortis viri præclari & excellentis, non hominis vilis & abiecti qualis
ego ſum. q.d. id quod loquutus es, decet ſolũ hominem præclarum & inſignem. 20 Et quid addet,&c. ומה יוסיף .i. Quid plura dicet ſeruus tuus Dauid? plura dicere non poteſt, neque opus eſt pluribus, quum tu noueris ſeruum,&c.

Miſericordia Dei,populus Iſrael factus eſt Dei populus.

21 Propter verbum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti omnem magnitudinem hanc, vt notam faceres ſeruo tuo.

22 Ideo magnificatus es Iehoua Deus: quia non eſt ſicut tu, nec eſt Deus præter te iuxta omnia quæ audiuimus auribus noſtris.

23 Et quis ſicut populus tuus,ſicut Iשraאél, gens vna in terra,propter quam iuit Deus vt redimeret ſibi in populum,& poneret ſibi nomen,facerétque vobis magnitudinem, & terribilia terræ tuæ à facie populi tui quem redemiſti tibi ex AEgypto, *ex* Gētibus,& diis eius?

24 Et confirmaſti tibi populum tuum Iשraאelem, tibi populum vſque in ſeculum:& tu Iehoua fuiſti eis Deus.

Vt promiſſiones ſuas impleat, orat Dauid Dominum.

25 Nunc igitur Iehouáh Deus, verbum quod loquutus es de ſeruo tuo & de domo eius ſuſcita vſque in ſeculum, & fac ſecūdum quod loquutus es:

26 Et magnificetur nomen tuum vſque in ſeculum, dicendo, Iehouáh exercituum *eſt* Deus ſuper Iשraאelē:& domus ſerui tui Dauidis erit firma coram te.

27 Tu enim Iehouáh exercituū Deus Iשraאelis reuelaſti aurem ſerui tui, dicendo, Domum ædificabo tibi:ideo inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te oratione hac.

28 Nunc itaque Iehouáh Deus(tu *enim* es Deus, & verba tua erunt veritas, & loquutus es de ſeruo tuo bonum hoc)

29 Nunc inquam velis, & benedic domui ſerui tui, vt ſit in ſeculum coram te, quia tu Domine Iehouáh loquutus es, & benedictione tua benedicatur domus ſerui tui in ſeculum.

Cap.VIII.

Dauid vincit Philiſthæos.

1 POſt hæc autem percuſſit Dauid Peliשthím,&humiliauit eos: tulítque Dauid Métheg-ammáh de manu Peliשthím.

2 Et percuſſit Moáb,& menſus eſt eos funiculo, iacere faciendo eos ſuper terrā: & menſus eſt duos funiculos ad interficiendū, & plenum funiculum ad donandum vita: fuerúntque Moabitæ Dauidi in ſeruos, portantes munus.

Percutitur Adarezer.

3 Ad hæc percuſſit Dauid Hadadyézer filium Reחhób Regē צSo-

21 Propter verbum tuum, & ſecundū cor tuū feciſti omnia magnalia hæc: ita vt notum faceres ſeruo tuo.

22 Idcirco magnificatus es Domine Deus,quia non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te,in omnibus quæ audiuimus auribus noſtris.

D

23 Quæ eſt autem vt populus tuus Iſrael,gens in terra propter quam iuit Deus vt redimeret eam ſibi in populum,& poneret ſibi nomen,faceretq; eis magnalia, & horribilia ſuper terram à facie populi tui,quem redemiſti tibi ex AEgypto,Gentibus, & diis eius?

24 Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempiternum:& tu Domine Deus factus es eis in Deum,

25 Nunc ergo Domine Deus verbum quod loquutus es ſuper ſeruum tuū, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum:& fac ſicut loquutus es:

26 Vt magnificetur nomen tuum vſq; in ſempiternum, atque dicatur, Dominus exercituū, Deus ſuper Iſrael: & domus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram Domino.

27 Quia tu Domine exercituum Deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui,dicēs, Domum ædificabo tibi:propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te oratione hac.

28 Nunc ergo Domine Deus, (tu es Deus,& verba tua erunt vera:loquutus es enim ad ſeruū tuū bona hæc)

29 Incipe ergo, & benedic domui ſerui tui, vt ſit in ſempiternum corā te: quia tu Domine Deus loquutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſempiternum.

Cap.VIII.

1 FActū eſt autē poſt hæc, percuſſit Dauid Philiſthiim, & humiliauit eos,& tulit Dauid Frænum tributi de manu Philiſthiim. 1.Para.18.a.1

2 Et percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo,coæquans terræ: mēſus eſt autē duos funiculos, vnum ad occidendum,& vnum ad viuificandum: factúſque eſt Moab Dauid ſeruiens ſub tributo.

3 Et percuſſit Dauid Adarézer filiū Rohob Regē Soba,quādo profectus

21 Propter verbū t.& ſec.cor t. בעבור דברך וכלבך Hebraiſmus, Vt impleres promiſſiones tuas,& propter voluntatem tuam.q.d.imò vltro feciſti,quoniā ita tibi placuit. Feciſti omnē magnitudinē hanc, עשית את כל־הגדולה הזאת feciſti vniuerſam amplitudinē iſtam.i.dignitatē regiam dediſti. Vt notā faceres ſeruo tuo. להודיע את־עבדך׃ .i.vt notā faceres ſeruo tuo eam amplitudinē & dignitatem quam daturus es poſteritati eius.Nam 1.Paral.17.d.19 legitur,Vt nota faceres omnia magnalia. 22 Magnificatus es גדלת ſub.apud me.i.propterea quòd noui animū tuum & voluntatē tuam, maximus viſus es mihi. Non eſt ſicut tu, אין כמוך .i. nullus eſt alius Deus ſimilis tui. Iuxta omnia quæ audiuimus,&c. ככל אשר־שמענו באזנינו׃ quemadmodū audiueramus aliis narrantibus. 23 Gens vna גוי אחד gens ſingularis.Chaldæus paraphr.gens electa. In populum,&c. לעם וגו׳ id eſt vt eſſet illi populus,& excitaret ſibi famam. Vobis לכם ſub.ô Iſraelitæ. Magnitudinē, הגדולה amplitudinem.vt paulo antè,verſu 21. Et terribilia terræ tuæ ונוראות לארצך & terribilia propter terram tuam. A facie populi t. מפני עמך Subaudi ex 1.Paral.17.d 21,expellendo Gentes.aut verte, propter populum tuum. Quem redemiſti tibi,&c. אשר פרית לך ממצרים גוים ואלהיו׃ .i.quem in libertatem aſſeruiſti ex AEgypto,& ex gentibus & diis eius.ſub.AEgypti. Aut ſingulare eſt pro plurali,earum. Alii poſteriorem partem vertunt,ſubaudito verbo, *& percuſſiſti* Gentes, & deos earum. vel, eius, nempe AEgypti. Alii, qui redemiſti tibi ex AEgypto gentes[.i.Iſraelem,quòd conſtet pluribus tribubus ac familiis] & deos[.i.primores]earum. In eundem ſenſum quidam vertunt,gentem cum iudicibus eius. Alii,& Deum earum.i.teipſum,quòd videaris affligi quum tui affliguntur.

24 Tibi populum vſque,&c. לך לעם וגו׳ .i.vt eſſet populus tuus perpetuò, & tu oſtendiſti te eſſe Deum eorum.

25 Verbum הדבר .i.promiſſionem quam pollicitus es ſeruo tuo. Suſcita הקם confirma.ratifica.Seipſum exponit mox ſequentibus, quum dicit,Et fac ſecundum quod loquutus es.i.pollicitus. 26 Et magnificetur ויגדל Et magnificabitur. i.magnū erit. Dicendo, לאמור .i.vt dicant poſteri.Vel,& dicent.Aut,nam dicent.ſi vertas per futurū,magnificabitur. Erit firma יהיה נכון ſit ſtabilis.i.regnum perpetuum maneat in domo Dauidis.. 27 Reuelaſti aurem ſerui t. גליתה את־אזן עבדך לאמור Hebraiſmus,dixiſti audiente ſeruo tuo. Domum ædificabo tibi: בית אבנה לך .i.familiam regiam extruam. Cor ſuum לבו ſub.paratum,aptum & diſpoſitum. Vt oraret,&c. להתפלל אליך את התפלה הזאת׃ Ad verbū,vt oraret ad te orationem hāc. Quidam vertunt,vt oraret corā te orationē hanc. 28 Et loquutus es de,&c. ותדבר אל עבדך וגו׳ .i.pollicitus es ſeruo tuo bonam hanc promiſſionem. 29 Velis,& benedic הואל וברך Hebraiſmus,placeat tibi benedicere. Vt ſit in ſeculum coram te, להיות לעולם לפניך .i.vt permaneat perpetua,& obtineat regnum tuum.

IN CAPVT VIII.

1 Métheg-ammáh מתג האמה Vrbs aut regio, ita dicta à fræno riui,id eſt aquæductu.Chaldæus paraph.inſtaurationem aquæductus.In 1. Para.18.a.1,dicitur Gath,& oppida eius.Frænū riui ab Hebræis dicitur aquæduct⁹,quòd per canalē ducam⁹ aquā quò volumus,vt fræno equū.

2 Et percuſſit Moab, ויך את־מואב Hoc verbo ſæpiſſimè vtitur Scriptura quādo victos & ſuperatos ſignificat. Iacere faciendo eos,&c. השכב אותם ארצה proſtratos eos ſuper terram.vel vt alii,coæquando eos terræ. q.d. ſubiugauit Moabitas, & menſurauit eos fune,hoc eſt eos menſura certiſſima,numeróque certiſſimo,& eo numero quo voluit, interfecit,& veluti ad funiculum elegit eos quos interficere voluit. Gallicè, *Il les a tuez a la meſure qu'il luy a pleu.* Ad interficiendum,&c. להמית ומלא וגו׳ Ad verbum,ad mortificandum, & integrum funiculum ad viuificandū.q.d.duas partes interfecit,& alteri parti pepercit,nempe bellatorū quos diuiſerat in tres partes. Portātes munus נשאי מנחה׃ .i.pendentes tributa quotannis.

eſt vt dominaretur ſuper flumen Euphráten.

Et captis Dauid ex parte eius mille ſeptingentis equitibus, & viginti millibus peditū, ſubneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. 4

B Venit quoque Syria Damaſci, vt præſidium ferret Adarézer regi Soba: & percuſſit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. 5

Et poſuit Dauid præſidium in Syria Damaſci: factáque eſt Syria Dauid ſeruiens ſub tributo: ſeruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcūque profectus eſt. 6

Et tulit Dauid arma aurea quæ habebant ſerui Adarézer, & detulit ea in Ieruſalem. 7

Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multum nimis. 8

Audiuit autem Thou rex Emath, C quòd percuſſiſſet Dauid omnē robur Adarézer, 9

Et miſit Thou Ioram filium ſuum ad regem Dauid, vt ſalutaret eum cōgratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnaſſet Adarézer, & percuſſiſſet eum: (hoſtis quippe erat Thou Adarézer) & in manu eius erant vaſa aurea, & vaſa argentea, & vaſa ærea: 10

Quæ & ipſa ſanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro quæ ſanctificauerat de vniuerſis Gentibus quas ſubegerat, 11

De Syria, & Moab, & filiis Ammō, & Philiſthiim, & Amalec, & de manubiis Adarézer filii Rohob Regis Soba. 12

D Fecit quoq; ſibi Dauid nomen quū reuerteretur capta Syria in valle Salinarū, cæſis decem & octo millibus. 13

Et poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitque præſidium: & facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid: & ſeruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus eſt. 14

Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael: faciebat quoque Dauid iudiciū & iuſtitiam omni populo ſuo. 15

Ioab autē filius Saruiæ erat ſuper exercitum: porrò Ioſaphat filius Ahilud erat à commentariis: 16

Et Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant ſacerdotes: & Saraias, ſcriba. 17

Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cerethi & Phelethi: filii autem Dauid ſacerdotes erant. 18

báh dum proficiſceretur' vt conſtitueret terminum ſuum in flumine Peráth.

4 Cepit autem Dauid ex eis mille & ſeptingēos equites, & viginti millia virorum peditum, '& ſubneruauit Dauid omnem currū, "& reliquit ex eis centum currus.

Syria Dauidi tributaria.

5 'Venit autē Arám Damméשſec vt opē ferret Hadadyézer regi צSobáh, & percuſſit Dauid de Arám viginti & duo millia virorum.

6 Et cōſtituit Dauid præfectos in Arám Dammeשſéc, fuerúntq; Aramæi Dauidi in ſeruos "portantes munus: & ſeruauit Iehouáh Dauidem "in omni *loco* ad quem perrexit.

7 Tulit quoque Dauid clypeos aureos "qui erant ſuper ſeruos Hadadyézer, & detulit eos in Ieruשaláim.

Thou rex Emath, petit à Dauide pacem.

8 De Bétaחh verò & Berotháivrbibus Hadadyézer tulit rex Dauid æs multum valde.

9 Audiens autem Thoעyi rex חHamáth quòd percuſſiſſet Dauid omnem exercitum Hadadyézer:

10 Miſit Thoעyi *ille* Ióram filium ſuū ad regem Dauidem, 'vt ſalutaret eum pacificè, & benediceret ei quòd pugnaſſet cum Hadadyézer, ac percuſſiſſet eū: ("gerebat enim bella *cum* Thóעyi Hadadyézer)'& in manu eius erant vaſa argētea, & vaſa aurea, & vaſa ærea.

11 Quæ etiam "ſanctificauit rex Dauid Iehouæ cum argento & auro, quæ ſanctificauerat' de vniuerſis Gentibus quas ſubegerat,

12 De Arám, & de Moáb, & de filiis עAmmón, & de Peliשthím, & de עAmaléc, & de ſpoliis Hadadyézer filii Reחhób regis צSobáh.

Idumæa ſeruit Dauid.

13 Fecit itaque Dauid *ſibi* nomen quum reuerteretur à cædēdo Arám in Valle ſalis, *cæſis* octodecim millibus.

14 Conſtituit denique in אEdóm "præfectos, in tota inquam אEdóm conſtituit præfectos: fuerúntque omnes אEdomæi ſerui Dauidis: & ſeruauit Iehouáh Dauidem in omni *loco* ad quē perrexit.

15 Regnauit igitur Dauid ſuper vniuerſum Iשraאelē: 'faciebátque Dauid iudicium & iuſtitiam vniuerſo populo ſuo.

16 Ioáb autem filius צSeruiáh erat ſuper exercitum: Iehoשſaphát verò filius Aחhilúd *erat* "à commentariis.

17 צSadóc verò filius Aחhitúb, & Aחhimélech filius אEbiathár *erant* "ſacerdotes, & שSeraiáh ſcriba.

18 Benaiáhu autem filius Iehoiadáy, '& Cherethí, & Pelethí, & filii Dauidis principes erant.

3 Vt conſtitueret, &c. להשיב ידו בנהר וגו' vt produceret [prorogaret] terminum ſuum, &c. Alii, vt inſtauraret dominium ſuum in flumine Euphrate. i. regionem adiacentem Euphrati, quam antea ceperat à filiis Iſrael. 4 Et ſubneruauit, &c. ויעקר וגו' . i. præcidit crura equis omniū curruū, hoc eſt eam cruris partē quæ eſt neruoſa, ne eſſent tā celeres & apti ad bellū. non autē ne omnino graderentur. Ad verbum, abſtulit baſes. ſunt enim crura animalibus veluti baſes & fundamenta. Et reliquit, &c. ויותר ממנו וגו' . i. reſeruauit ex eis quadringētos equos. 5 Venit autē Aram Dam. ותבוא ארם דמשק Arā Damméſec vocat Syriā in qua ſita eſt Damaſcus. Quidā vertunt, Venerunt autē Syri Dammeſec. 6 Portantes munus: נושאי מנחה vt paulo antè, verſu ſecundo. In omni *loco* ad quem per. בכל אשר הלך: quocunque perrexit. 7 Qui erant ſuper ſeruos אשר היו אל עבדי Hebraiſmus, quibus milites Hadadezer tegebantur. 10 Vt ſalutaret eū, &c. לשאל לו לשלום וגו' . i. ſalutē illi diceret, & congratularetur ei, atque offerret munera ampliſſima, propterea quòd, &c. Munus enim dicitur benedictio: & mox dicit, Et in manu eius erant vaſa argentea, &c. Gerebat enim bella *cum* Thoעi כי איש מלחמות תועי היה Ad verbū, quia vir bellorū Thoi, &c. Subauditur עם Cū: atque ita Chaldæus paraph. qui vertit, quia vir faciens bella cum Thoi erat Hadadezer. Et in manu eius, &c. ובידו וגו' Hebraiſmus, ferebat ſecum munera argentea & aurea. 11 Sanctificauit הקדיש conſecrauit. ſiue, dedicauit. De vniuerſis, &c. מכל הגוים ſub. capta. 15 Faciebátq; Dauid, &c. ויהי דוד וגו' . i. ius ſuum vnicuique reddebat, neque quenquam lædebat. Iudicium ad eos inter quos lis erat, refertur: iuſtitia verò æquitatem & beneuolentiā erga omnes ſignificat. Vel, fuit ſeuerus in quos oportuit, & in quos oportuit, miſericors. 16 A commentariis: מזכיר . i. ſcribebat res geſtas à Rege ipſo, & omnia mādabat memoriæ. Chaldæus paraph. erat præpoſitus ſuper memoriis. acſi dicat, ſuper libro memoriarū, vel hiſtoriarum, vt exponit doctus inter Hebræos. Ad verbū, memorans. vel reducens in memoriā. cuius officium erat ſuggerere, & in memoriam reuocare Regi quæ eſſent agenda. ita exponunt nonnulli. 17 Sacerdotes, כוהנים Significat principes & ſeruos Domini, timentes Dominū, vt exponit doctus inter Hebræos, atque etiam magni nominis apud eos vir. Chaldæus paraph. principes. acſi diceret maiores & præfectos omnibus illis. 18 Et Cherethi, &c. והכרתי והפלתי Duæ cognationes erant quæ nunquam recedebant ab aula Dauidis. illis enim cōmiſſa erat cura corporis regii. Chaldæus paraph. dicit Cherethæos fuiſſe ſagittarios: Phelethæos autem fundibularios. Quidam vertunt, *erat ſuper* Cherethi & ſuper Phelethi. i. præerat Cherethæis & Phelethæis. Sic dictos fuiſſe dicunt quidā, quòd haberent verba præciſa, & opera mirabilia, quia erāt conſiliarii. Si iſtos iungas filiis Dauidis, vt vertit noſter interpres, fuerunt etiam principes, magnates, & primores, & vt LXX vertunt, principes aulæ, vt & filii Dauidis. Si dicas Benaiáhu præpoſitum fuiſſe illis, ſolos Dauidis filios dicet fuiſſe primores. Quiſque quod melius ſibi videbitur, ſequatur.

Cap. IX.

Siba ſeruus Saul.

1 DIxit autē Dauid,″Eſtne adhuc *aliquis* qui ſuperſit è domo שSaואulis, vt faciam cum eo miſericordiā propter Iehonathan?

2 Erat verò de domo שSaואulis ſeruus, cuius nomen erat ″צSibá, quem vocauerunt vt veniret ad Dauidem: & ait Rex ad eum, Túne es צSibá? Reſpondit, Seruus tuus ſum.

Miſericordia Dei, beneficiūm que propter Deū

3 Dixit item Rex, Eſtne adhuc aliquis è domo שSaואulis ″vt faciā cum eo miſericordiam Dei? Reſpōdit צSibá Regi, Supereſt adhuc filius Iehonathán ″claudus pedibus.

4 Dixítque ei Rex, Vbinam eſt? Et dixit צSibá ad Regē, En eſt in domo Machir filii עAmmiאél de Lo-debár.

Dauid Miphibóſeth filio Ionathæ omnes Saulis agros reſtituit.

5 Tunc miſit Rex Dauid, & tulit eum è domo Machir filii עAmmiél de Lo-debár.

6 Veniens autem Mephibóשſeth filius Iehonathán filii שSaואulis ad Dauidem, ″prócidit in faciē ſuam, & adorauit: dixítque Dauid, Mephiboשſéth? Qui reſpondit, En ſeruus tuus.

7 Ait ad eum Dauid, Ne timeas: quia ″faciendo faciam tecū miſericordiam propter Iehonathán patrem tuum, reſtituámque tibi ″vniuerſum agrū שSaואulis patris tui, & tu ″comedes panē ad menſam meam ſemper.

8 ″Tunc incuruauit ſe, & dixit, Quid eſt ſeruus tuus, quòd reſpexiſti ad canem mortuum qui *eſt* ſicut ego?

9 Vocauit poſt hæc Rex צSibá ″puerū שSaואulis, & dixit ei, Quicquid erat שSaואuli, & vniuerſæ familiæ ei⁹, dedi ″filio domini tui.

10 Coles autem ei terram tu & filii tui & ſerui tui, ″& afferes, ″vt ſit filio domini tui panis quem ipſe comedat: Mephibóשſeth autem filius domini tui ″comedet ſemper panem ad menſam meam. Erant verò ipſi צSibá quindecim filii & viginti ſerui.

11 Reſpondit צSibá Regi, ″Iuxta omnia quæ præcepit dominus meus Rex ſeruo ſuo, ſic faciet ſeruus tuus: ″quanquā Mephibóשſeth comederet ſuper menſam meā veluti vnus de filiis Regis.

Micha.

12 Porrò ipſi Mephibóשſeth erat fili⁹ paru⁹, cui nomē erat Michá: ″vniuerſa autē habitatio domus צSibá, ſerui erāt Mephibóשſeth.

13 Mephibóשſeth igitur manebat in Ieruשſaláim, quòd ſuper mēſam Regis ſemper comederet: ipſe autem claudicabat ambobus pedibus ſuis.

Cap.X.

Mittit Dauid ſeruos ad conſolandū Hanon.

1 F″Vit autem poſt hæc, mortuus eſt Rex filiorum עAmmón, & regnauit חHanón filius eius pro eo.

Miſericordia.

2 Dixítque Dauid, ″Faciam miſericordiam cū חHanón filio Na-

Cap.I X.

1 ET dixit Dauid, Putáſne eſt aliquis qui remanſerit de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam prôpter Ionathan?

2 Erat autem de domo Saul, ſeruus nomine Siba: quē quū vocaſſet Rex ad ſe, dixit ei, Túne es Siba? Et ille reſpondit, Ego ſum ſeruus tuus.

3 Et ait Rex, Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiā Dei? Dixitque Siba Regi, Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus.

4 Vbi, inquit, eſt? Et Siba ad Regem, Ecce, ait, in domo eſt Machir filii Ammiel in Lo-dabar. B

5 Miſit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar.

6 Quum autem veniſſet Miphibóſeth filius Ionathæ filii Saul ad Dauid, corruit in faciem ſuam, & adorauit. dixitq; Dauid, Miphibóſeth? Qui reſpōdit, Adſum ſeruus tuus.

7 Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiā propter Ionathan patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panē in menſa mea ſemper.

8 Qui adorans eum, dixit, Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei?

9 Vocauit itaque Rex Sibā puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuerſam domum eius, dedi filio domini tui.

10 Operare igitur ei terram tu & filii tui & ſerui tui: & inferes filio, domini tui cibos, vt alatur: Miphibóſeth autem filius domini tui comedet ſemper panem ſuper mēſam meā. Erant autem Sibæ quindecim filii & viginti ſerui. D

11 Dixitque Siba ad Regē, Sicut iuſſiſti domine mi Rex ſeruo tuo, ſic faciet ſeruus tuus: & Miphibóſeth comedet ſuper menſam meam, quaſi vnus de filiis Regis.

12 Habebat autē Miphibóſeth filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ ſeruiebat Miphibóſeth.

13 Porrò Miphibóſeth habitabat in Ieruſalē, quia de menſa Regis iugiter veſcebatur: & erat claudus vtroque pede.

Cap.X.

1 FActum eſt autem poſt hæc, vt moreretur Rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo.

2 ‖Dixitque Dauid, Faciā miſericordiā cum Hanon filio Naas, ſicu fecit

1.Para.19.a.2

IN CAPVT IX.

1 Eſtne adhuc, &c. הכי יש עוד .i. Superéſtne aliquis qui remāſerit è familia Saulis, vt conferā illi beneficium propter amorē quo proſequebar Ionathā? vel, propter promiſſionē quā feci Ionathæ? Facere miſericordiam cū aliquo, phraſi Hebraica dicitur, pro beneficiū cōferre in illū. 2 צSibá, ציבא Dicunt Sibam fuiſſe Chananæū, propterea non donari libertate mortuo hero ſuo. 3 Vt faciā cum eo miſericordiā Dei? ואעשה עמו חסד אלהים .i. vt cōferam illi beneficium optimū & magnum, quod erit Deo gratū. Claudus ped. נכה רגלים: Ad verbum, captus[percuſſus]pedibus.i. claudus. 6 Prócidit in faciem, &c. ויפול על פניו וישתחו .i. demiſſo vultu in terram, adorauit Regem.

7 Faciendo faciā tecū miſeric. עשוה אעשה עמך חסד Hebraiſmus, proculdubio faciam, vel certò facturus ſum, ſiue collaturus ſum in te multa beneficia. Vniuerſum agrū את כל שדה Sing. Heb. pro plur. vniuerſos agros. Chaldæus paraph. vniuerſam poſſeſſionē. ſiue, hæreditatē. ea erat fiſco addicta propter rebellionē Iſ-boſeth. Comedes panem, &c. תאכל לחם וגו׳ .i. ſumes cibum de menſa mea iugiter: hoc eſt eris mihi aſſiduus conuiua. 8 Tunc incuruauit ſe, וישתחו gratias agendo ſcilicet, & in ſignū animi grati. 9 Puerum נער ſeruū. ſa mulū. Filio domini tui. לבן ארוניך .i. nepoti Saulis, filio Ionathæ Miphiboſeth. 10 Et afferes, והבאת & inferes. ſub. in horrea prouentū eius. Vt ſit filio do. &c. והיה לבן ארוניך לחם וגו׳ .i. vt ſit quo alatur nepos heri tui ſcilicet Micha filius Miphiboſeth. Comedet ſemper pa. &c. יאכל תמיד לחם וגו׳ .i. erit mihi aſſiduus cōuiua, vt ſuprà verſu 7. 11 Iuxta omnia quæ præcepit ככל אשר יצוה prorſus[omnino]vt præcepit. Quanquā Mephib. comederet ומפיבשת אוכל Ad verbū, & Mephiboſeth comedēs. Hìc ו pro Quanuis. Iam enim dixerat Dauid præcedenti verſu, atque verſu 7, Comedes panē ſuper menſam meā. Interea ipſe Mephiboſeth erat conuiua ipſius Siba. Vertendū igitur vt noſter interpres fecit, Quanquā Mephiboſeth comedebat, ſiue comederet. i. comedere ſoleret, &c. q. d. Nihil hactenus defuit illi: alui enim cum regio apparatu, quemadmodū ali ſolent filii Regū, hoc eſt lautiſſimé. Alii vertunt, additis pauculis, Tunc ſubiecit Dauid, Mephiboſeth ſumet cibū de menſa mea, quaſi eſſet vnus ex filiis meis. 22 Vniuerſa autem habitatio domus וכל מושב בית Hebraiſmus, quotquot habitabant in domo.

IN CAPVT X.

1 Fuit autem, &c. ויהי אחרי כן וימת Mortuus eſt autē poſtea. 2 Faciā miſericordiā, &c. אעשה חסד וגו׳ Hebraiſmus, Benignè agā cum Hanon filio Nahas, ſicut benignè egit pater eius mecum, quum recepit fratrē meum fugientem à facie Regis Moab. Iſte enim & patrem & matrem, & alios fratres Dauidis peremerat, vt dicunt doctores Hebræorum.

pater eius mecum miſericordiā. Miſit ergo Dauid, cōſolans eum per ſeruos ſuos ſuper patris interitu. quum autem veniſſent ſerui Dauid in terrā filiorum Ammon,

Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominū ſuum, Putas quòd propter honorē patris tui miſerit Dauid ad te conſolatores, & non ideò vt inueſtigaret & exploraret ciuitatē, & euerteret eam, miſit Dauid ſeruos ſuos ad te?

Tulit itaque Hanon ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorū medias vſque ad nates, & dimiſit eos.

B Quod quū nuntiatum eſſet Dauid, miſit in occurſum eorum (erāt enim viri confuſi turpiter valde) & mandauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec creſcat barba veſtra, & tunc reuertimini.

Videntes autem filii Ammon quòd iniuriam feciſſent Dauid, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrū Rohob, & Syrum Soba, & viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Iſ-tob duodecim millia virorum.

Quod quū audiſſet Dauid, miſit Ioab & omnem exercitum bellatorū.

Egreſſi ſunt ergo filii Ammon, & direxerūt aciem ante ipſum introitū portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Iſ-tob & Maacha ſeorſum erant in campo.

Videns igitur Ioab quòd præparatū eſſet aduerſum ſe præliū & ex aduerſo & poſt tergū, elegit ex omnibus electis Iſrael, & inſtruxit aciem contra Syrum.

C Reliquam autem partem populi tradidit Abiſai fratri ſuo, qui direxit aciem aduerſus filios Ammon.

Et ait Ioab, Si præualuerint aduerſum me Syri, eris mihi in adiutoriū: ſi autem filii Ammon præualuerint aduerſum te, auxiliabor tibi.

Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri: Dominus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo.

Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui ſtatim fugerunt à facie eius.

Filii autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fugerunt & ipſi à facie Abiſai, & ingreſſi ſunt ciuitatem: reuerſúſque eſt Ioab à filiis Ammon, & venit Ieruſalem.

Videntes igitur Syri quoniam corruiſſent coram Iſrael, cōgregati ſunt pariter.

D Miſitque Adarézer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magiſter militiæ Adarézer, erat princeps eorum.

Quod quū nuntiatum eſſet Dauid, cōtraxit omnē Iſraelem, & tranſiuit

חhás, quemadmodū fecit pater eius mecū miſericordiā. Et miſit Dauid vt conſolaretur eum per manū ſeruorū ſuorū ſuper patre ſuo: venerunt itaque ſerui Dauidis in terram filiorum עAmmón.

3 Dixerúntque principes filiorū עAmmón ad חHanón dominū ſuum, Num honorat Dauid patrē tuum in oculis tuis, quia miſit ad te conſolatores? nónne vt inueſtigaret vrbem, & exploraret eam, atque ſcrutaretur eam, miſit Dauid ſeruos ſuos ad te?

4 Tulit itaque חHanón ſeruos Dauidis, & raſit dimidium barbæ eorum, atque veſtes eorum præcîdit ad medium, id eſt vſque ad nates eorum, & dimiſit eos.

5 Renuntiauerunt autem Dauidi, qui miſit in occurſum eorum (erant enim viri confuſi valde) dixítque Rex, Manete in Ierichó, donec germinauerit barba veſtra, & reuertemini.

6 Videntes autem filii עAmmón quòd rem fœdam feciſſent Dauidi, miſerūt, & cōduxerunt de Arám Beth-reחhób, & Arám צSobá viginti millia peditum, & à Rege Maעacháh mille viros, & *ab* אIש-tob duodecim millia virorum.

7 Quod audiens Dauid, miſit Ioáb, & omnē exercitū robuſtorū.

8 Egreſſi ſunt autem filii עAmmón, & diſpoſuerunt bellum *ad* oſtium portæ: Arám verò צSobah, & Reחhób, & אIשſ-tób, & Maעacháh, ſeorſum in agro.

9 Videns verò Ioáb quòd eſſet cōtra ſe facies belli antè & retro, elegit *aliquot* ex omnibus electis Iשſraאelis, & ordinauit *aciem* in occurſum Arám.

10 Reſiduum verò populi tradidit in manum Abiשſái fratris ſui, & ordinauit *aciem* in occurſum filiorum עAmmón.

11 Dixítque, Si robuſtior fuerit Arám me, eris mihi in ſalutem: ſi verò filii עAmmón robuſtiores fuerint te, ibo ad ſeruandum te.

12 Robora te, & eſto robuſtus pro populo noſtro & pro ciuitatibus Dei noſtri: Iehouáh autē faciat quod bonū *eſt* in oculis ſuis.

13 Appropinquauit igitur Ioáb, & populus qui cū eo erat, ad prælium contra Arám, & fugerunt à facie eius.

14 Filii autem עAmmón videntes quòd fugeret Arám, fugerunt & *ipſi* à facie Abiשſái, ingreſſíque ſunt ciuitatē: reuerſúſque eſt Ioáb à filiis עAmmón, & venit in Ieruשſaláim.

15 Quum autem vidiſſet Arám quòd cæſus eſſet coram Iשſraאele, congregauerunt ſeſe pariter.

16 Miſitque Hadarעézer, & eduxit Arám qui erat vltra Flumen, & venerunt ad חHelám: & שSobách princeps militiæ Hadarעézer, *erat* ante eos.

17 Nuntiatū eſt autē Dauidi: qui cōgregauit vniuerſum Iשſraאelē,

Conſolari.

Ignominia affecti remittuntur.

Ammonitæ cū Syris cōgregantur in prælium cōtra Dauidem quos debellat Dauid.

Sobach princeps exercitus. Adarézer, occiditur cum exercitu.

Et miſit וישלח ſub. legatos. Per manū ſeruorum, &c. ביד־עבדיו וגו׳ .i. per ſeruos ſuos ſuper interitu patris ſui. 3 In oculis tuis, בעיניך Hebraiſmus, tua ſententia & opinione. q.d. putas quòd honore affecerit Dauid patrē tuum, quum miſit, &c. Inueſtigaret vrbē, חקור את־העיר rimaretur vrbem. Atque ſcrutaretur eam, ולהפכה ſub. diligenter. ab הפך euertit, ſubuertit, & etiam ſcrutatus eſt: quòd quæ ſcrutamur, euertere ſoleamus in vtrunque latus. 5 Confuſi נכלמים ignominia affecti. Germinauerit יצמח .i. creuerit. 6 Rē fœdā feciſſent Dauidi, נבאשו בדוד fœtidi & abominabiles eſſent *in naribus* Dauidis. Miſerūt, &c. וישלחו בני־עמון Ad verbū, Et miſerunt filii Ammon. Repetitur Filii Ammon, more Hebraico, quod Latinè vertentibus omitti debet. De Aram, &c. את־ארם וגו׳ Regiones ſunt, ſiue partes Syriæ: duo verò poſtrema, Maעacháh & Iſtob, nomina ſunt virorum, aut regionū. 7 Robuſtorum. הגבורים: *&* fortes. i. bellicoſiſſimos. 8 Et diſpoſuerunt bellū ויערכו מלחמה & inſtruxerunt aciem. *Ad* oſtium portæ: פתח השער ſubaudiendū verbū, vt pugnarent iuxta introitū portæ. Seorſum in agro. לבדם בשדה: erāt ſoli [vel ſolitarii, id eſt ſeiuncti ab Ammonitis, procul ſcilicet à porta] in agro. 9 Eſſet contra ſe, &c. היתה אליו פני וגו׳ conuerſum [præparatum] eſſet prælium in ſe, &c. i. quòd immineret ſibi bellum, ſéque hoſtes habiturum à facie & à tergo. Et ordinauit ויערך לקראת הרם: & inſtruxit. i. inſtructā aciem conuertit in Syros. Sic ſequenti verſu. 10 Reſiduum verò pop. ואת יתר העם Reliquū verò populum. 11 Si robuſtior fuerit Aram me, אם־תחזק ארם ממני Si præualuerint Syri mihi. aut, ſi videantur eſſe fortiores me. hoc eſt, Si videris me ſuccumbere Syris, feres mihi opem. Robuſtiores fuerint יחזקו fortiores fuerint. i. ſi præualuerint mihi. Ad ſeruandum te. : להושיע לך .i. vt feram tibi opem. 12 Robora te, &c. חזק ונתחזק Viriliter age, & fortiter pugnes. Faciat quod bonū, &c. יעשה הטוב בעיניו: i. det cui voluerit victoriam. 13 Appropinquauit igitur ויגש Acceſſit igitur. i. impreſſionem fecit in Syros. 16 Miſitque וישלח ſub. nuntios. i. miſſis nuntiis eduxit Syros qui habitabant trans Euphratem. 17 Vniuerſum Iשſr. את־כל־ישראל .i. maximam partem Iſraelis.

tranſiuítque Iardén, ac venerunt ad הHelám: ordinauerunt verò *aciem* Aramæi in occurſum Dauidis, & præliati ſunt contra eum.

18 Fugit autem Arám à facie Iשׁſraאelis, & interfecit Dauid de Arám′ſeptingẽtos currus & quadraginta millia equitum, שׁSobách quoque principem″exercitus illius percuſſit, & mortuus eſt illic.

Syri ſeruiunt Dauidi.

19 Quum autem vidiſſent omnes Reges ſerui Hadaryézer quòd cæſi eſſent coram Iשׁſraאele, fecerunt pacem cum Iשׁſraאele, ac ſeruierunt eis, timuerúntque Aramæi venire″ad ſeruandum vltrà filios yAmmón.

Cap. XI.

Rabba obſidetur.

1 FVit autem,″reuertẽte anno, tempore quo′egrediuntur Reges, miſit Dauid Ioáb atque ſeruos ſuos cum eo, vniuerſum quoque Iשׁſraאelem, & vaſtauerunt filios yAmmón, atque obſederũt Rabbáh: Dauid autem manebat in Ieruשׁſaláim.

Dauidis adulterium cum Beth-ſabee.

2 Fuit verò ſub tẽpus veſpertinũ quũ ſurrexiſſet Dauid″de ſtratu ſuo, & deambularet″ſuper tectum domus regiæ, vidit mulierem″lauantem ſe,″è tecto: erátque mulier decora aſpectu valde.

3 ″Et miſit Dauid,′ac inquiſiuit de muliere.″& dixit *quidam*, Nónne hæc *eſt* Bath-שׁſebay filia אEliyam vxor אוVriiáh″הHitthæi?

4 Tum miſit Dauid nuntios, & tulit eam: quæ ingreſſa eſt ad eum, & rem habuit cum ea (″ipſa autem purgauerat ſe ab immunditia ſua) reuerſáque eſt in domum ſuam.

5 Mulier concepiſſe ſe ſentiens,′miſit, & renuntiauit Dauidi, his verbis, Prægnans ſum.

Vriam ab exercitu reuocat Dauid, vt cũ vxore dormiat, & celetur adulterium eius.

6 Miſit itaque Dauid ad Ioáb *hiſce mandatis*, Mitte ad me אוVriiáh הHitthæum. Et miſit Ioáb אוVriiáh ad Dauidem.

7 Quum veniſſet אוVriiáh ad eum, interrogauit *eum*″de pace Ioáb, & de pace populi, & de pace belli.

8 Dixit præterea Dauid ad אוVriiáh, Deſcende in domum tuam, & laua pedes tuos. Egreſſum autẽ אוVriiáh è domo Regis,′egreſſum eſt & poſt eum donum regium.

9 At dormiuit אוVriiáh′*ad* oſtium domus regiæ cum omnibus ſeruis domini ſui, neque deſcendit in domum ſuam.

10 Quod renuntiauerunt Dauidi, dicẽdo, Non deſcendit אוVriiáh in domum ſuam. Tum dixit Dauid ad אוVriiáh,′Nónne de via tu venis? quare *ergo* non deſcendiſti in domum tuam?

11 Reſpondit אוVriiáh Dauidi, Arca, & Iשׁſraאél, & Iehudáh manet″in tabernaculis, præterea dominus meus Ioáb & ſerui domini mei″in ſuperficie agri manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, dormiámque cum vxore mea? ′*per* vitam tuam & vitam animæ tuæ ſi faciam hoc.

12 Dixit itaque Dauid ad אוVriiáh, Mane hîc etiã hodie, & cras di-

Iordanem, venitque in Helam: & direxerunt aciẽ Syri ex aduerſo Dauid, & pugnauerunt contra eum.

18 Fugerũtq; Syri à facie Iſrael, & occidit Dauid de Syris ſeptingẽtos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percuſſit: qui ſtatim mortuus eſt.

19 Videntes autem vniuerſi Reges qui erant in præſidio Adarézer, ſe victos eſſe ab Iſrael, fecerunt pacem cum Iſrael: & ſeruierunt eis, timuerúntque Syri auxilium præbere vltrà filiis Ammon.

Cap. XI.

1 FActum eſt ergo, vertente anno, eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab, & ſeruos ſuos cum eo, & vniuerſum Iſrael, & vaſtauerunt filios Ammon, & obſederunt Rabba: Dauid autem remanſit in Ieruſalem. 1.Par.20.a.1

2 Dum hæc agerentur, accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ: viditque mulierem ſe lauãtem ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mulier pulchra valde.

3 Miſit ergo Rex, & requiſiuit quæ eſſet mulier. nuntiatúmque eſt ei quòd ipſa eſſet Beth-ſabee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi.

4 Miſſis itaque Dauid nuntiis, tulit eam: quæ quũ ingreſſa eſſet ad illum, dormiuit cum ea: ſtatimque ſanctificata eſt ab immunditia ſua: & reuerſa eſt in domum ſuam, Leuit.15.c.19

5 Concepto fœtu: mitténſque nũtiauit Dauid, & ait, Concepi.

6 Miſit autem Dauid ad Ioab, dicẽs, Mitte ad me Vriam Hethæũ. Miſitq; Ioab Vriam ad Dauid.

7 Et venit Vrias ad Dauid: quæſiuitque Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo adminiſtraretur bellum.

8 Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egreſſus eſt Vrias de domo Regis, ſequutúſque eſt eum cibus regius. B

9 Dormiuit autem Vrias ante portã domus regiæ, cum aliis ſeruis domini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam.

10 Nuntiatúmque eſt Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domũ ſuam. Et ait Dauid ad Vriam, Nũquid non de via veniſti? quare non deſcendiſti in domum tuam?

11 Et ait Vrias ad Dauid, Arca, & Iſrael, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ manent: & ego ingrediar domũ meam, vt comedã & bibam, & dormiã cum vxore mea? per ſalutem tuam, & per ſalutẽ animæ tuæ nõ faciã rem hanc.

12 Ait ergo Dauid ad Vriã, Mane hîc etiam hodie, & cras dimittam te. mã-

---

18 Septingentos currus, שבע מאות רכב .i. milites qui vehebantur LXX curribus falcatis. Exercitus illius צבאו nempe Hadarezer. vel exercitus eius, id eſt Syriæ: hoc eſt principem Syrorum. 19 Ad ſeruandum, &c. להושיע עוד את־בני עמון: .i. vt opem ferrent poſtea Ammonitis.

IN CAPVT XI.

1 Reuertente anno, לתשובת השנה Ad verbum, in reuerſione anni. id eſt inſequente anno, vel altero anno. Egrediuntur צאת ſub. ad bellum gerendum. hoc eſt tempore æſtiuo quo ſuppetunt cibi hominibus & iumentis. 2 De ſtratu ſuo משכבו vbi ſcilicet dormierat ſomnum pomeridianum, vt dicitur ſuprà cap.4.c.7, de Iſ-boſeth. Super tectum ועל־גג Tecta terræ ſanctæ plana fuiſſe apparet ex Deut.22.a.8. Lauantem ſe, רוחצת ſub. ſeptimo die immunditiæ ſuæ. Leuit.15.c.19. i. domi ſuæ lauacro purgantẽ immunditiam menſtruorum. E tecto: מעל הגג Verbo præcedenti iungendũ, vidit è tecto, nẽpe per feneſtrã domus in qua lauabat ſe mulier. Ad verbũ, de ſuper tectũ. 3 Et miſit וישלח ſub. quempiam qui interrogaret quænam eſſet. Ac inquiſiuit וידרוש quænam ſcilicet ea eſſet mulier. Et dixit ויאמר is videlicet cui negotiũ erat commiſſum. הHitthæi? החתי: Hitthæum dicit aut habitatione, aut genere, ſed qui poſtea fuiſſet cõuerſus ad fidem Iſraeliticã. Interrogatiuè pronuntiat, vt magis affirmet, vt dictum eſt Ruth 3.a.1. 4 Ipſa autẽ purgau. ſe והיא מתקדשת ea autẽ iam ſanctificauerat ſe. i. purgauerat ſeſe à pollutione menſiũ, dum ſcilicet videt eam Rex lauantẽ ſe. q.d. nõ peccauit quòd rem habuerit cum immunda, nã erat munda: ſed quod deterius multo, adulterium cõmiſerit. 5 Miſit, ותשלח ſub. nuntios, timens ne lapidaretur. 7 De pace Ioab, &c. לשלום יואב וגו׳ Hebraiſmus, quomodo valeret Ioab, populúſque, & quàm rectè haberet bellũ. pro militibus accipit bellum. 8 Egreſſum eſt, &c. ותצא אחריו וגו׳ .i. ſequutum eſt illum ferculum miſſum à Rege. Chaldæus paraphraſtes, cibus. 9 *Ad* oſtium פתח in ingreſſu. ad portã. 10 Nónne de via tu venis? הלוא מדרך אתה בא q.d. quum ſis fatigatus ex itinere, debebas deſcendere in domũ tuam. 11 In tabernaculis, בסכות in tentoriis. ſiue, papilionibus. In ſuperficie agri ma. על פני השדה חונים .i. habitant foris in agris, ſiue humi ſub dio iacent. *Per* vitam tuam, &c. חייך וחי נפשך Iuramentum eſt, per authorem ſalutis tuæ. Vel, quàm verum eſt me optare tibi vitam præſentem & futuram, &c.

ſit autē Vrias in Ieruſalem in die illa & altera.

13 Et vocauit eum Dauid vt comederet coram ſe & biberet, & inebriauit eum: qui egreſſus veſpere, dormiuit in ſtratu ſuo cum ſeruis domini ſui, & in domum ſuam non deſcendit.

14 Factum eſt ergo mane, & ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, miſitque per manum Vriæ,

15 Scribēs in epiſtola, Ponite Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſſimum eſt prælium: & derelinquite eum, vt percuſſus intereat.

16 Igitur quū Ioab obſideret vrbem, poſuit Vriam in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos.

17 Egreſſique viri de ciuitate, bellabāt aduerſum Ioab, & ceciderunt de populo ſeruorum Dauid, & mortuus eſt etiam Vrias Hethæus.

18 Miſit itaque Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prælii.

19 Præcepitque nūtio, dicens, Quum compleueris vniuerſos ſermones belli ad Regem,

20 Si eum videris indignari, & dixerit, Quare acceſſiſtis ad murū, vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa déſuper ex muro tela mittantur?

Iud. 9. g. 53

21 ¶Quis percuſſit Abimélech filium Ierobeſeth? nónne mulier miſit ſuper eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum acceſſiſtis? dices, Etiā ſeruus tuus Vrias Hethæus occubuit.

22 Abiit ergo nuntius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab.

23 Et dixit nuntius ad Dauid, Præualuerunt aduerſum nos viri, & egreſſi ſunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu perſequuti eos ſumus vſque ad portam ciuitatis.

24 Et direxerūt iacula ſagittarii ad ſeruos tuos ex muro déſuper: mortuiq; ſunt de ſeruis Regis, quinetiam ſeruus tuus Vrias Hethæus mortuꝰ eſt.

25 Et dixit Dauid ad nuntium, Hæc dices Ioab, Non te frangat iſta res: varius enim euentus eſt belli, & nunc hunc, & nunc illum cōſumit gladius: conforta bellatores tuos aduerſus vrbem, vt deſtruas eā, & exhortare eos.

26 Audiuit autē vxor Vriæ quòd mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & plāxit eū.

27 Tranſactóque luctu miſit Dauid, & introduxit eam in domū ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitque ei filiū: & diſplicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

Cap. XII.

1 MIſit ergo Dominus Nathā ad Dauid: qui quum veniſſet ad eū, dixit ei, Duo viri erant in ciuitate

mittā te. Māſit ergo אוVriiáh in Ieruשſaláim die illa, & in craſtino.

13 Poſt hæc vocauit eum Dauid, & comedit ante illum, & bibit, ʹ& inebriauit eum: & egreſſus eſt veſperi ad dormiendū in ſtratu ſuo cum ſeruis domini ſui, in domum verò ſuam non deſcendit.

14 Mane autem facto ſcripſit Dauid literas ad Ioáb, quas miſit per manum אוVriiáh:

Vrias perfert literas ſuæ mortis.

15 Scripſit autem in literis ″hunc in modum, Ponite אוVriiáh eregione prælii ″fortis, ″poſtea reuertimini à tergo eiꝰ, vt percutiatur, & moriatur.

16 Fuit igitur ″quum obſideret Ioáb ciuitatem, poſuit אוVriiáh in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos.

Ioab impius timet perdere principis gratiā.

17 Egreſſi ergo ciues ciuitatis pugnauerunt cum Ioáb: ″ceciderúntque *aliquot* de populo, de ſeruis Dauidis: ſed & mortuus eſt אוVriiáh הHitthæus.

Mors Vriæ.

18 Miſitque Ioáb, & renuntiauit Dauidi omnia ″geſta prælii:

19 Ac præcepit nuntio, dicendo, Quum finem feceris narrandi ad Regem ″vniuerſa geſta prælii,

Nuntius Ioab nuntiat Dauidi mortem Vriæ.

20 Sic facies, ″ſi excitetur furor Regis, & dixerit tibi, Quare acceſſiſtis *propius* ad vrbē, ″vt præliaremini? ″nónne ſciebatis quòd proiicerent è muro?

21 Quis percuſſit Abimélech filium ʹIerubbéשſeth? nónne mulier proiecit ſuper eū fragmen molæ è muro, & mortuus eſt in Thébeץs? quare *inquam* acceſſiſtis ad murum? tum dices, Etiam ſeruus tuus אוVriiáh הHitthæus mortuus eſt.

22 Abiit ergo nuntius: qui quum acceſſiſſet, renuntiauit Dauidi omnia pro quibus miſerat eum Ioáb.

23 Dixit præterea nuntius Dauidi, Præualuerūt aduerſum nos viri, & egreſſi ſunt aduerſum nos in agrum: ″perſequuti autem ſumus eos vſque ad oſtium portæ:

24 ʹAt iaculati ſunt iaculatores in ſeruos tuos è muro, & mortui ſunt *aliquot* è ſeruis Regis, & etiam ſeruus tuus אוVriiáh הHitthæus mortuus eſt.

25 Dixit itaque Dauid nuntio, Sic dices ad Ioáb, ʹNe diſpliceat in oculis tuis hoc: quia ″hunc ſicut illū conſumit gladius: ″corrobora prælium tuum cōtra vrbē, & deſtrue eā: ″conforta quoque illum.

26 Audiuit autem vxor אוVriiáh quòd mortuus eſſet אוVriiáh vir ſuus, & planxit ʹeum.

Beth-ſabee poſt luctum viri accipitur à Dauide in vxorem.

27 Tranſactóque *tempore* luctus, miſit Dauid, & recepit eam in domū ſuam, fuítque ei vxor: & peperit ei filium: diſplicuit autem id quod fecerat Dauid in oculis Iehouæ.

Cap. XII.

1 MIſit autem Iehouáh Nathán ad Dauidem: qui veniens ad eum, dixit ei, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, &

Propoſita ſimilitudine pauperis & diuitis, Nathā à Dauide extorquet ſententiam aduerſus ipſum.

---

13 Et inebriauit eum: וישכרהו .i. curauit eum inebriandū. vt vel hac ratione deſcenderet in domū ſuam. 15 Hunc in modum, לאמור Ad verbū, dicendo. Fortis, החזקה .i. acerrimi. hoc eſt, obiicite illū militibus acerrimè pugnantibus. Poſtea reuertimini à tergo e. ושבתם מאחריו .i. retrocedite ab eo: hoc eſt, relinquite eū ſolum pugnantē, vt percuſſus intereat. 16 Quum obſideret בשמור Ita tranſtulit Chaldæus paraph. Ad verbū, quum cuſtodiret. vel, obſeruaret. 17 Ceciderúntque ויפול Sing. Heb. pro plur. cecidit. i. mortui ſunt. 18 Geſta prælii: דברי המלחמה: Ad verbum, verba prælii. i. euentum belli. Chaldæus paraph. negotia belli.

19 Vniuerſa geſta prælii. כל־דברי המלחמה vniuerſa negotia prælii: hoc eſt, rationes omnes, ſiue omnem euentū, atque omnia quæ acciderunt in hoc prælio. 20 Sic facies, ſi excitetur, &c. והיה אם־תעלה וגו׳ Ad verbū, erit, ſi aſcenderit. Quidā vertunt, ſi contingat Regē cōmoueri. Chaldæus paraph. ſi exarſerit ira Regis. ו in והיה non copulat, ſed vertit præt. in fut. Vt præliaremini, &c. להלחם .i. quaſi expugnaturi eam.

Nónne ſciebatis, &c. הלוא ידעתם ſcitiſne quomodo iaculētur [vel quòd iaculari ſoleant] è muro? 21 Ierubbeשſeth? ירובשת .i. Gedeonis. Vide Iudic. 9. g. 52. 53. 23 Perſequuti autē ſumus eos, &c. ונהיה עליהם וגו׳ Ad verbū, & fuimus cōtra eos. i. deinde reſumptis viribus ac impetu facto irruimus in eos, & repulimus, perſequutiq; ſumus eos vſque ad ingreſſum portæ. 24 At iaculati ſunt, &c. ויראו המוראים. At ſagittarii miſerunt ſagittas. ſiue, tela. 25 Ne diſpliceat in oc. t. אל־ירע בעיניך Hebraiſmus, Ne ſit tibi moleſtum. vel, ne ægrè feras.

Hoc את־הדבר Ad verbū, iſte ſermo. iſtud verbū. את non eſt ſignū accuſatiui hoc loco, vt annotant Hebræi. Hunc ſicut illum cōſ. gl. כזה וכזה תאכל החרב ſic & ſic abſumit gladius. i. varius eſt euentus belli: modò hi cæduntur, modò illi. Corrobora præl. t. החזק .i. corrobora milites tuos: hoc eſt, iube eos bono eſſe animo ac forti in capienda vrbe & euertenda. Conforta quoque illum. וחזקהו: corrobora quoque illum. nempe Ioab. iube illum bono eſſe animo ac forti. 26 Eum. על־בעלה: Ad verbum, ſuper virum ſuum.

alter pauper.

2 Diuiti erant oues & boues multi valde.

3 Pauperi verò non erat quicquam, præter agnam vnam paruam quam emerat, quámque nutrierat, creuerátque cum eo & cum liberis ſuis pariter: de buccella eius comedebat, & de calice eius bibebat, & in ſinu eius dormiebat, ″erátque illi tanquam filia.

4 Quum autem veniſſet″viator ad virum diuitem, ″pepercit accipere de ouibus & de bobus ſuis vt pararet *abũ* viatori qui venerat ad ſe: & tulit agnã viri pauperis, & parauit eã viro qui venerat ad ſe.

5 ″Tum iratus eſt furor Dauidis in virum valde, dixítque ad Nathán, Viuit Iehouáh quòd filius mortis eſt vir qui fecit hoc:

6 Et agnam reſtituet″bis quadruplicatam, eo quòd fecerit hoc, & ei non pepercerit.

7 Dixítque Nathán Dauidi, Tu es vir ille: ſic dicit Iehouáh Deus Iשׁſraאelis, Ego vnxi te vt eſſes Rex ſuper Iשׁſraאelem, & erui te de manu שׁSaאulis.

8 Dedíque tibi″domum domini tui, ″& vxores domini tui in ſinum tuum: præterea tradidi tibi domum Iשׁſraאelis & Iehudáh: ″& ſi parum, adiecturus eram tibi″talia & talia.

Cõtemnere verbum Domini.

9 Quare contempſiſti verbum Iehouæ faciendo quod malum eſt in oculis eius? אוVriiáh הHitthæũ percuſſiſti gladio, & vxorẽ eius accepiſti tibi in vxorem, ipſum verò occidiſti gladio″filiorum עAmmón.

10 Nunc igitur″nõ recedet gladius de domo tua vſque in ſeculũ, eo quòd contempſiſti me, ac tuliſti vxorem אוVriiáh הHitthæi, vt eſſet tibi vxor.

Pœna & crux Dauidis impoſita à Deo.

11 Sic dixit Iehouáh, En ego″ſuſcitaturus ſum aduerſum te malũ de domo tua, tollámque vxores tuas″in oculis tuis, & dabo″proximo tuo, dormiétque cum vxoribus tuis ″in oculis ſolis huius.

12 Tu enim feciſti abſconditè, ego verò faciam hoc coram toto Iשׁſraאele & coram ſole.

Dauidem pœnitet peccati.

13 Dixit autem Dauid ad Nathán, Peccaui Iehouæ. Et ait Nathán Dauidi, Etiã Iehouáh ″tranſtulit″peccatum tuum, non morieris.

Peccatum condonatur reſeruata cruce.

14 Veruntamen quia ″blaſphemando blaſphemare feciſti inimicos Iehouæ in hoc negotio, etiam filius qui natus eſt tibi, moriendo morietur.

AEgrotat infãs.

15 Poſt hæc abiit Nathán in domum ſuam: percuſſit autem Iehouáh puerum quem pepererat vxor אוVriiáh Dauidi, & ægrotauit.

Orat, & ieiunat Dauid.

16 Et rogauit Dauid Deum pro puero, & ieiunauit Dauid ieiunium, ″& ingreſſus pernoctauit, & iacuit ſuper terram.

17 Surrexerunt autem Seniores domus eius ad eum vt erigerent

vna, vnus diues, & alter pauper.

2 Diues habebat oues & boues plurimos valde.

3 Pauper autem nihil habebat omninò, præter ouem vnam paruulam quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius ſimul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiẽs: erátque illi ſicut filia.

4 Quum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitẽ, parcẽs ille ſumere de ouibus & de bobus ſuis, vt exhiberet cõuiuiũ peregrnio illi qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini q venerat ad ſe

B

5 Iratus autem indignatione Dauid aduerſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniã filius mortis eſt vir qui fecit hoc.

6 Quẽ reddet‖in quadruplũ, eo quòd fecerit verbũ iſtud, & non pepercerit.

Exod.22.a.1

7 Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir: hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego vnxi te in Regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul.

8 Et dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, dediq; tibi domum Iſrael & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adiiciam tibi multo maiora.

9 Quare ergo contempſiſti verbum Domini vt faceres malum in conſpectu meo? Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eũ gladio filiorum Ammon.

C

10 Quam ob rem nõ recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eo quòd deſpexeris me, & tuleris vxorẽ Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua.

11 Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua, & tollã vxores tuas ĩ oculis tuis, ‖& dabo proximo tuo, & dormiet cũ vxoribus tuis in oculis ſolis huius.

Infrà 16.d.22

12 Tu enim feciſti abſconditè: ego verò faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis.

Eccli 47.b.13

D

13 Et dixit Dauid ad Nathan, ‖Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum: non morieris.

14 Veruntamen quoniã blaſphemare feciſti inimicos Domini propter verbum hoc: filius qui natus eſt tibi, morte morietur.

15 Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuã: percuſſit quoque Dominus paruulum quẽ pepererat vxor Vriæ Dauid, & deſperatus eſt.

16 Deprecatúſque eſt Dauid Deũ pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſũ, iacuit ſuper terrã.

17 Venerunt autem Seniores domus eius, cogẽtes eũ vt ſurgeret de terra:

IN CAPVT III.

Erátque ei tanquam filia. ותהי־לו כבת: .i. diligebat eam vnicè tanquam filiam. Hoc dicit quòd Vrias eſſet ea natu maior.

4 Viator הלך quiſpiam iter faciens. peregrinus. Pepercit accipere ויחמול לקחת .i. noluit accipere de ouibus ſuis vt cibum pararet, ſiue conuiuium ac cœnam. 5 Tum iratus eſt furor Da. ויחר־אף דוד Hebraiſmus, Vehementer indignatus eſt in hominẽ illũ diuitem.

6 Bis quadruplicatam, ארבעתים Ad verbum, biſquater. i. octies: hoc eſt pro agna illa reddet bis quaternas agnas. Alii, quadrupliciter. i. quatuor agnas. q. d. eo quòd fecit hanc rem, id eſt furatus eſt agnam, reddet quatuor agnas: & eo quòd non pepercit agnæ hominis pauperis, reddet alias quatuor. Doctores Hebræorũ dicunt eum dediſſe pœnas in quatuor liberis. Fures tenebantur reddere quadruplum: hic autem, quoniam diues erat, addit alterum quaternarium numerũ, nam reddit octo oues. 8 Domum את־בית ſucceſſit enim Sauli in regnum.

Et vxores ואת־נשי De Egla & Michal, vel Riſpha & Michal intelligunt Hebræi. Et ſi parum, ואם־מעט ſub. adhuc expectaſſes, & nõ peccaſſes. Talia & talia. כהנה וכהנה: Ad verbum, ſecundum hæc & ſecundum hæc. i. multo maiora his dediſſem tibi.

9 Filiorum עAmmon. בני עמון: q. d. gladio incircunciſorũ: quæ magna eſt iniuria. 10 Non recedet gladius, &c. לא־תסור חרב מביתך .i. tui peribunt enſe. 11 Suſcitaturus ſum מקים Præſ. Heb. præſto ſum ſuſcitare. In oculis tuis, לעיניך .i. te ſciente. Proximo tuo, לרעיך Ad verbum, ſodalibus tuis. i. vni ex ſodalibus tuis, hoc eſt, filio tuo Abſalom. In oculis ſolis huius. לעיני השמש הזאת: .i. ſpectante ſole iſto: hoc eſt publicè & palàm. 13 Tranſtulit העביר quoniam ſcilicet agnouiſti te peccaſſe.

14 Blaſphemando blaſph. &c. נאץ נאצת Hebraiſmus, feciſti vt Dominus malè audiret apud inimicos ſuos, propterea quòd feciſti hanc rem. dicent enim eum conſtituiſſe Regem improbiſſimum populo ſuo. Chaldæus paraph. quia aperiendo aperuiſti os inimicorum Domini in hoc negotio. i. dediſti anſam inimicis Domini loquendi contra ipſum propter hanc rem. 16 Et ingreſſus ובא ſub. cubiculum,

qui noluit,nec comedit cum eis cibū.

18 Accidit autem die ſeptima vt moreretur infans : timuerúntque ſerui Dauid nuntiare ei quòd mortuus eſſet paruulus:dixerūt enim,Ecce quū par-E
uulus adhuc viueret,loquebamur ad eum, & nō audiebat vocem noſtram: quanto magis ſi dixerimus,Mortuus eſt puer,ſe affliget?

19 Quum ergo Dauid vidiſſet ſeruos ſuos muſſitantes,intellexit quòd mortuus eſſet infantulus: dixitque ad ſeruos ſuos, Non mortuus eſt puer? Qui reſponderunt ei,Mortuus eſt.

20 Surrexit ergo Dauid de terra,& lotus vnctúſque eſt: quúmque mutaſſet veſtes,ingreſſus eſt domum Domini: & adorauit,& venit in domū ſuā,petiuitq; vt poneret ei panē,& comedit.

21 Dixerunt autē ei ſerui ſui, Quis eſt ſermo quem feciſti? propter infantē, quū adhuc viueret,ieiunaſti,& flebas: mortuo autem puero,ſurrexiſti,& comediſti panem.

22 Qui ait,Propter infantem dum adhuc viueret,ieiunaui & fleui:dicebam enim,Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus,& viuat infans?

23 Nunc autē quia mortuus eſt, quare ieiuno ? nunquid potero reuocare eum amplius? ego vadā magis ad eū: ille verò non reuertetur ad me.

F 24 Et conſolatus eſt Dauid Beth ſabee vxorem ſuam : ingreſſúſque ad eam,
Matth.1.a.6. dormiuit cum ea: ‖quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.

25 Miſitque in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis Domino:eo quòd diligeret eum Dn̄s.

1.Paral.20.a.1. 26 ‖Igitur pugnabat Ioab cōtra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat Vrbem regiam.

27 Miſitque Ioab nuntios ad Dauid, dicēs, Dimicaui aduerſum Rabbath, & capienda eſt Vrbs aquarum.

G 28 Nūc igitur congrega reliquā partem populi,& obſide ciuitatē,& cape eam: ne quū à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo aſcribatur victoria.

29 Congregauit itaque Dauid omnē populum, & profectus eſt aduerſum Rabbath:quūq; dimicaſſet,cepit eā.

30 Et tulit diadema Regis eorū de capite eius(pondo auri talentū,habens gemmas pretioſiſſimas) & impoſitū eſt ſuper caput Dauid:ſed & prædam ciuitatis aſportauit multam valde.

31 Populū quoque eius adducens ſerrauit,& circumegit ſuper eos ferrata carpenta: diuiſitque cultris,& traduxit in typo laterum : ſic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum Ammon : & reuerſus eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.

eum è terra,ſed noluit,neque comedit cum eis panem.

18 Die autē″ſeptima mortuus eſt infans : timuerúntque ſerui Dauidis nuntiare ei quòd mortuus eſſet infans:″dicebant enim,Ecce quum eſſet infans viuus,loquuti ſumus ad eum,& nō audiuit vocem noſtram:quomodo ergo dicemus ei, Mortuus eſt infans,″vt faciat malum *ſibi*?

19 Vidēs autem Dauid quòd ſerui ſui muſſitarent,intellexit quòd mortuus eſſet infans:dixítq; Dauid ſeruis ſuis,Eſtne mortuus infans? Qui dixerunt,Mortuus eſt.

20 Surgens ergo Dauid è terra, lauit ſe, atque vnxit ſe, ac mutauit veſtes ſuas:ingreſſúſque eſt domū Iehouæ, & adorauit: venit deinde in domū ſuā,″tū petiuit,& appoſuerūt ei panem,& comedit.

21 Tunc dixerunt ſerui eius ad eum,Quid eſt hoc quod feciſti? pro puero viuo ieiunaſti & fleuiſti: quādo autem mortuus eſt infans, ſurrexiſti,& comediſti panem.

22 Qui ait,Adhuc infante viuēte,ieiunaui & fleui:″dixi enim,Quis ſcit *ſi* miſereatur mei Iehouáh,& viuat infans?

23 Nunc autem quum ſit mortuus, vtquid iam ieiunarem? num potero″reuocare eum vltrá? ego vado ad eum,at ille non reuertetur ad me.

24 Et conſolatus eſt Dauid Beth-שſébaע vxorem ſuam,ingreſſúſque ad eam, concubuit cum ea:& peperit filium, vocauítque nomen eius שSelomóh,& Iehouáh dilexit eum.

Naſcitur Salomon.

25 ʹMiſerat enim per manum Nathán prophetæ,″& vocauit nomē eius Iedidiáh,″propter Iehouam.

26 ″Pugnauit autem Ioáb contra Rabbáh filiorum עAmmón, & cepit Vrbem″regiam.

Expugnatur Rabbath.

27 Miſitque Ioáb nuntios ad Dauidē″in hæc verba,″Pugnaui contra Rabbáh,etiam cepi″Vrbem aquarum.

28 Nunc igitur congrega reſiduum populi,ʹ& caſtrametare cōtra ciuitatem,& cape eam:ne fortè capiam ego ciuitatem,″& vocetur nomen meum ſuper eam.

29 Congregauit itaque Dauid vniuerſum populum,profectúſque eſt contra Rabbáh,& pugnauit contra eam,cepítque eam.

30 Tulit autem diadema Regis eorum de capite eius (cuius pondus *erat* talētum auri,″& lapis pretioſus *erat in eo*) ″& fuit ſuper caput Dauidis,& prædam″vrbis eduxit multam valde.

31 Populum verò qui erat in ea,eduxit,& poſuit″ſub ſerra, ʹ& ſub trahis ferreis, & ſub ſecuribus ferreis,″tranſiréq; fecit eos per fornacē : ″atque ita faciebat omnibus ciuitatibus filiorū עAmmón. reuerſus eſt itaque Dauid & omnis populus in Ieruשſaláim.

Ammonitarum pergrauis afflictio.

18 Septima השביעי ſub.à natiuitate. Dicebant enim, כי אמרו Præt.Heb.per præt.imperf.vertendum,dicebant apud ſe.vel,inter ſe. Vt faciat malum? ועשה רעה: ſub.ſibi.i.vt ſe affligat.q.d. ſi dixerimus mortuum eſſe,tum ſe affliget. Ad verbum,& faciet malum?
20 Tum petiuit,וישאל ſub.ſibi apponi eſcā. 22 Dixi enim, כי אמרתי dicebā enim. 23 Reuocare eum להשיבו ſub.ad vitā.
25 Miſerat enim וישלח ſub.Dominus.id enim mandauerat Dominus Dauidi per Nathan,1.Paral.22.c.9. Et vocauit ויקרא ſub.Dauid, ex ſe,& ſua ſponte altero nomine,nempe Iedidiáh. Propter Iehouam. בעבור יהוה: .i.quia Iehouah diligebat eum.
26 Pugnauit וילחם .i.oppugnatam[vel,pugnando]expugnauit eam. Regiam. המלוכה: Ad verbum,regni.i.quæ erat ſedes regni. Vrbs regia adiacebat ipſi Rabbah,& defendebat illam:quæ quidem vrbs alio nomine vocabatur Vrbs aquarum,vt ſequenti verſu vides.
27 In hæc verba, ויאמר Ad verbum,& dixit. Pugnaui נלחמתי .i.oppugnatam[vel pugnando]expugnaui eam. Vrbem Aquarum. את־עיר המים: Vide præcedenti verſu. 28 Et caſtrametare,&c. וחנה וגו׳ .i.oppugna & expugna eam. Et vocetur nomē,&c. ונקרא שמי עליה: Hebraiſmus,ne ſi ego cepero eam,victoria aſcribatur mihi,non tibi.
30 Et lapis pretioſus ואבן יקרה Singul.Heb.pro plur.lapides pretioſi:hoc eſt,vltra lapides pretioſos quibus ornabatur. Et fuit ſuper caput Dauidis ותהי על־ראש דוד ſub.impoſita.i.capiti Dauidis impoſita ad tempus breue,vt dicunt quidā. Alii,& fuit poſita ſuper caput.i.ſuſpēſa.
Vrbis eduxit העיר הוציא .i.de vrbe aſportauit. 31 Sub ſerra, במגרה .i.ſerris ſecandum curauit:hoc eſt perdidit eum ſerris. Et ſub trahis ferreis,&c. ובחרצי הברזל וגו׳ .i.tribulis,ſiue trahis quæ ab equis trahebantur,proterendos curauit,& ſecuribus interfecit. Tranſiréq; fecit,&c. והעביר אותם במלבן .i.coniecit eos in fornacem tegulariam,in qua decoquebantur lateres. Legitur & במלכן, per כ in fine,tunc vertendum,per Malchen.i.locum idoli Molech,hoc eſt per ignem. Atque ita faciebat,&c. ובן יעשה וגו׳ Fut.Heb.pro præt.quod per imperf.vertendum eſt.i.ita facere ſolebat,&c.

Cap. XIII.

Inceſtus Amnõ filii Dauid cum Thamar ſorore Abſalom.

1 FActum eſt autem poſtea, quum Abשſalóm filio Dauidis eſſet ″ſoror pulchra, cuius nomẽ erat Thamár, vt adamaret eã Amnón filius Dauidis.

2 Anguſtiis autem afficiebatur Amnón adeò vt in morbum incideret propter Thamár ſororẽ ſuam: ʹvirgo enim erat, & difficile erat in oculis Amnón facere ei quicquam.

3 Porrò ipſi Amnón erat amicus, cuius nomen erat Ionadáb filius שSimyáh fratris Dauid: Ionadáb autem erat virʹprudens valde.

4 Qui dixit ei, Quare ſic es macer fili Regis ″ſingulis diebus? annón indicabis mihi? Dixìtque ei Amnón, Thamár ſororem Abשſalóm fratris mei adamo.

5 Et dixit ei Ionadáb, Cuba ſuper lectum tuum, & ægrotum te ſimula: tum veniet pater tuus ad videndum te, & dices illi, ʹVeniat obſecro, Thamár ſoror mea, ʹvt porrigat mihi eſcã, atque paret me ſpectante pulmentũ, vt videam, & cibum capiam de manu eius.

6 Accubuit ergo Amnón, & ægrotum ſe ſimulauit. tũ venit Rex ad videndum eum: dixítque Amnón Regi, Veniat obſecro Thamár ſoror mea, vt faciat me ſpectante″duo lagana, & cibũ capiam de manu eius.

7 Miſit igitur Dauid ad Thamár domum, dicendo, Veni nunc in domum Amnón fratris tui, & fac ei pulmentum.

8 Venítque Thamár in domum Amnón fratris ſui (ipſe autem iacebat) quæ tollens ʹfarinã″cõmiſcuit, fecítque lagana in oculis eius, & coxit lagana.

9 Tulit poſtea ſartaginem, ʹ& effudit córam eo: ipſe verò renuit comedere: dixítq; Amnón, Educite omnes viros à me. Et egreſſi ſunt omnes viri ab eo.

10 Tum dixit Amnón ad Thamár, Affer pulmentũ″in cubiculũ, vt comedã de manu tua. Tulit ergo Thamár lagana quæ parauerat, & attulit ad Amnón fratrem ſuum in cubiculum:

11 Et obtulit ei vt comederet: qui apprehendit eam, dixítque ei, Veni, cuba mecum ſoror mea.

12 *illa* verò dixit ei, Ne frater mi, ne opprimas me: non enimʹſic fit in Iשſraאele, ne facias ſtultitiam hanc.

13 ″Nam ego quò depellam probrum meum? tu verò eris veluti vnus è ſtultis in Iשſraאele. nũc ergo alloquere obſecro Regẽ: ″non enim denegabit me tibi.

14 Noluit autem audire vocem eius, ſed præualuit illi, oppreſſítq; eam, & concubuit cum ea.

Amnon expellit ipſam Thamar cũ ingenti odio.

15 Et odio habuit eam Amnón odio magno valde: maius enim *fuit* odium quo odio habuit eam, amore quo dilexerat eam. dixítq; ei Amnón, Surge, vade.

16 Quæ reſpondit ei, ″Ob hanc cauſam malũ maius eſt hoc, quàm

Cap. XIII.

FActum eſt autem poſt hæc, vt Abſalom filii Dauid ſororem ſpecioſiſſimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,

Et deperiret in eam, ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia quũ eſſet virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhoneſtè ageret cum ea.

Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.

Qui dixit ad eũ, Quare ſic attenuaris macie fili Regis, per ſingulos dies? cur nõ indicas mihi? Dixitque ei Amnon, Thamar ſororẽ fratris mei Abſalom amo.

Cui reſpõdit Ionadab, Cuba ſuper lectũ tuũ, & langorẽ ſimula: quúmq; venerit pater tuus vt viſitet te, dic ei, Veniat oro, Thamar ſoror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmẽtum, vt comedam de manu eius.

Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit: quúmq; veniſſet Rex ad viſitandũ eum, ait Amnon ad Regem, Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiũculas, & cibũ capiã de manu eius.

Miſit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens, Veni in domum Amnõ fratris tui, & fac ei pulmentum.

Venitque Thamar in domum Amnon fratris ſui (ille autẽ iacebat) quæ tollẽs farinam commiſcuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit ſorbitiũculas.

Tollénſque quod coxerat, effudit, & poſuit coram eo, & noluit comedere: dixitque Amnõ, Eiicite vniuerſos à me. Quúmque eieciſſẽt omnes,

Dixit Amnon ad Thamar, Infer cibum in conclaui, vt veſcar de manu tua. tulit ergo Thamar ſorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnõ fratrem ſuum in conclaui.

Quúmque obtuliſſet ei cibum, apprehẽdit eam, & ait, Veni, cuba mecum ſoror mea.

C

Quæ reſpondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiam hanc.

Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi vnus de inſipiẽtibus in Iſrael. quin potius loquere ad Regem, & non negabit me tibi.

Noluit autẽ acquieſcere precibus eius, ſed præualens viribus, oppreſſit eam, & cubauit cum ea.

Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt maius eſſet odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat: dixitque ei Amnõ, Surge, & vade.

Quæ reſpõdit ei, Maius eſt hoc malũ quod nũc agis aduerſum me, quàm

---

IN CAPVT XIII.

1 Soror אחות ex eadẽ nempe matre. 2 Virgo enim erat, &c. כי בתולה היא וגו׳ .i. quæ quum eſſet virgo, difficile & arduũ illi videbatur poſſe potiri illa. nam more virginum continebatur domi. 3 Prudens חכם ad mala ſcilicet, id eſt callidiſſimus & aſtutiſſimus.

4 Singulis diebus? בבוקר בבוקר Ad verbum, in mane in mane? 5 Veniat תבוא ſub. ad me. Vt porrigat mihi eſcam, &c. ותברני לחם וגו׳ Ad verbum, & comedere faciat me panem, & faciat in oculis meis pulmentum. Vel vt alii, eſcam.

6 Duo lagana, שתי לבבות duas placentas. vel, cruſtulas mellitas. 8 Farinam את־הבצק Sic farina hoc loco dicitur Hebraicè, à fine ſuo, nam frumentum molitur vt fiat farina, & è farina conſperſio. Commiſcuit, ותלוש .i. coniecit in aquam feruentem, vt poſtea frigeret illa. 9 Et effudit ותצוק de ſartagine ſcilicet in ſcutellam, aut aliud vas. 10 In cubiculum החדר ſub. ſecretius.

11 Sic fit יעשה כן ita fieri ſolet. Fut. Heb. fiet pro fit, & ſic Chaldæus paraph. ſub. fornicatio.

13 Nam ego quò depellam, &c. ואני אנה וגו׳ Ad verbum, Et ego quò pergere [vel, abire] faciam, &c. q. d. quomodo me probro liberabo, ſi mecum rem habueris? Non enim denegabit me tibi. כי לא ימנעני ממך: Ad verbum, & non prohibebit me à te.

16 Ob hanc cauſam, &c. אל־אודות וגו׳ Noſter interpres legit על, pro אל vt & Chaldæus paraph. Alii vertunt, Ne *fiant* cauſæ mali huius maiores [.i. quod futurũ eſt maius] altero quod admiſiſti aduerſum me, eiiciendo me .i. quod admittes ſi me eieceris. iungitur enim cum præcedẽti.

Amnon inceſtus.

quod antè feciſti,expellens me.Et noluit audire eam:

17 Sed vocato puero qui miniſtrabat ei,dixit,Eiice hanc à me foras:& claude oſtium poſt eam.

D 18 Quæ induta erat talari tunica: huiuſcemodi enim filiæ Regis virgines veſtibus vtebãtur. Eiecit itaque eam miniſter illius foras, clauſitque fores poſt eam.

19 Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſq; manibus ſuper caput ſuum,ibat ingrediẽs, & clamans.

20 Dixit autẽ ei Abſalom frater ſuus, Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? ſed nũc ſoror tace, frater tuus eſt: neque affligas cor tuum pro hac re.Manſit itaque Thamar contabeſcens in domo Abſalom fratris ſui.

21 Quum autem audiſſet Rex Dauid verba hæc,contriſtatus eſt valde.

22 Porrò non eſt loquutus Abſalõ ad Amnõ nec malum nec bonum: oderat enim Abſalom Amnon, eo quòd violaſſet Thamar ſororem ſuam.

E 23 Factum eſt autem poſt tempus biẽnii vt tonderentur oues Abſalom in Baal-haſor,quæ eſt iuxta Ephraim:& vocauit Abſalõ omnes filios Regis.

24 Venítque ad Regem , & ait ad eũ, Ecce tondentur oues ſerui tui:veniat oro Rex quum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum.

25 Dixitque Rex ad Abſalom,Noli fili mi,noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Quũ autem cogeret eum,& noluiſſet ire,benedixit ei.

26 Et ait Abſalom, Si non vis venire, veniat obſecro nobiſcum ſaltẽ Amnon frater meus.Dixitq; ad eũ Rex, Non eſt neceſſe vt vadat tecum.

27 Coegit autem Abſalom eum,& dimiſit cum eo Amnon & vniuerſos filios Regis.

28 Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens , Obſeruate quum temulentus fuerit Amnon vino , & dixero vobis,Percutite eum:& interficite:nolite timere,ego enim ſum qui F præcipio vobis:roboramini ,& eſtote viri fortes.

29 Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon,ſicut præceperat eis Abſalom : ſurgentéſque omnes filii Regis, aſcẽderũt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt.

30 Quúmque adhuc pergerẽt in itinere , fama peruenit ad Dauid , dicens, Percuſſit Abſalom omnes filios Regis,& nõ remanſit ex eis ſaltẽ vnus.

31 Surrexit itaque Rex,& ſcidit veſtimenta ſua,& cecidit ſuper terram: & omnes ſerui illius qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſtimenta ſua.

32 Reſpondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid,dixit,Ne æſtimet dñs meꝰ Rex quòd omnes pue-

aliud quod feciſti mecũ,emittẽdo me.At ille noluit audire eam:

17 Sed accerſito puero ſuo qui miniſtrabat illi,dixit,Emitte nunc iſtam à me foras,& obſera oſtium poſt eam.

18 ʺSuper eam verò *erat* tunica polymita : ſic enim induebantur filiæ Regis virgines tunicis.Eduxit itaque eam miniſter eius foras, & obſerauit oſtium poſt eam.

19 ʹTulit autem Thamar cinerem ſuper caput ſuum, & tunicã polymitam quæ erat ſuper ſe, ſcidit, poſuítque manum ſuam ſuper caput ſuum,ʺ& ibat eundo,& clamabat.

20 Dixítque ad eam Abשſalóm frater ſuus, Annon ʺAminón frater tuus ʹfuit tecum? nunc autem ſoror mea tace, frater tuus eſt: ʺne apponas cor tuum ad hoc. Manſit itaque Thamár deſolata in domo Abשſalóm fratris ſui.

21 Rex verò Dauid audiens omnia hæc,iratus eſt vehementer.

22 Non eſt autẽ loquutus Abשſalóm cum Amnón ʺà malo vſque ad bonum: odio enim habebat Abשſalóm ipſum Amnón, propterea quòd compreſſiſſet Thamár ſororem ſuam.

23 Et fuit, poſt duos annos ʺdierum,ʺtondebant *pecudes* ipſi Abשſalóm in Bayal-חhaצſór, quæ erat iuxta אEphráim, ʺ& vocauit Abשſalóm omnes filios Regis.

24 Ingreſſus eſt etiam Abשſalóm ad Regem , & dixit, Ecce nunc tondent *pecudes* ſeruo tuo:veniat obſecro Rex & ſerui eius cum ſeruo tuo.

25 Cui dixit Rex,Ne fili mi,ne nunc veniamus omnes,ʺne grauemus te.ʺEt cogebat eum:noluit tamen ire,ʺſed benedixit ei.

26 Dixit autem Abשſalóm,ʺEt nõ veniet quæſo nobiſcũ Amnón frater meus? Reſpondit ei Rex,ʺAd quid iret tecum?

27 ʺQuum autem cogeret eum Abשſalóm,miſit cum eo Amnón, & omnes filios Regis.

28 Præcepit autẽ Abשſalóm pueris ſuis,dicendo,Obſeruate quæſo quum iucundum fuerit cor Amnón vino,& dixero vobis,Percutite Amnón: tum interimite eum , ne metuatis: ʺnónne quia ego præcepi vobis? confortamini,& eſtote ʺfortes.

29 Fecerunt igitur pueri Abשſalóm ipſi Amnón quemadmodum præceperat Abשſalóm: ʺſurrexerúntque omnes filii Regis,& conſcenderunt quiſque mulum ſuum,ac fugerunt.

30 ʺQuum autem adhuc eſſent in via, fama venit ad Dauidẽ, ʺdicendo , Percuſſit Abשſalóm omnes filios Regis , & ne vnus *quidem* ex eis remanſit.

31 Surrexit itaque Rex,& ſcidit veſtimenta ſua, ʺiacuitque in terra,omnes quoque ſerui eius aſſiſtebant *illi* ſciſſis veſtibus.

32 Loquutus eſt autẽ Ionadáb filius שSimyáh fratris Dauidis , & dixit,Ne dicat dominus meus,Omnes pueros filios Regis intere-

Thamar dolens cinere aſperſa caput manet apud Abſalom.

Abſalom conuiuio celebrato in tonſione ouium, occidit fratrem ſuum Amnon.

Triſtis Dauid ob mortem Amnonis.

18 Super eam verò *erat* tunica poly. ועליה כתונת פסים .i.Ea induta erat tunica polymita. De polymita veſte vide Gene.37.a.3.

19 Tulit autem Thamar,&c. ותקח תמר וגו׳ .i.acceptum cinerem poſuit ſuper caput ſuum. Et ibat eundo,& clama. ותלך הלוך וזעקה: .i.inter eundum clamabat & vociferabatur. 20 Aminón האמינן Sic vocat Amnonem per contemptum, vt annotat doctus inter Hebræos. Fuit היה .i.rem habuit. Ne apponas cor,&c. אל־תשיתי וגו׳ Hebraiſmus,ne cures de hac re. Ad verbum, Ne apponas cor tuum ad rem iſtam. 22 A malo vſque ad bonum: למרע ועד־טוב Hebraiſmus,neque bonum,neque malum.

23 Dierum, ימים .i.integros. Tondebant ויהיו גזזים Ad verbum,& erant tondentes. Et vocauit ויקרא ſub.ad conuiuium.

25 Ne grauemus te. ולא נכבד עליך ne ſimus tibi graues.propter impenſas. Et cogebat eum: ויפרץ־בו ſub.precibus.i.obnixe rogabat. Sed benedixit ei. ויברכהו: .i.ſed benè precatus eſt illi.aut,vale dixit ei.

26 Et non veniet ולא ילך q.d.Quòd ſi non venturus ſis,an propterea Amnón non veniet? Ad quid iret tecum? למה ילך עמך: q.d.non eſt opus. 27 Quum autem cogeret ויפרץ־בו Ad verbum,Et coegit eum.

28 Nónne quia ego,&c. הלא כי אנוכי וגו׳ Nónne *ita res habet* quòd ego præcepi vobis *hoc*? .i.nónne eſtis id facturi mandato ac præcepto meo? confidite igitur. Fortes. לבני חיל: Ad verbum,filii fortitudinis.i.eſtote fortes & robuſti,hoc eſt bono animo.

29 Surrexeruntque ויקומו ſub.à cõuiuio. 30 Quum autem adhuc eſſent in via, ויהי המה בדרך Ad verbum,Et fuit,ipſi in itinere. Dicendo, לאמור .i.quæ diceret. 31 Iacuítque in terra, וישכב ארצה in ſignum ſcilicet luctus ac mœroris.

merunt: quia Amnón tantum mortuus eſt, quoniam″in ore Abשſalóm poſita erat *cædes* à die qua oppreſſit Thamár ſororē ſuam.

33 Nunc ergo″ne apponat dominus meus Rex ſuper cor ſuum verbum, dicendo, Omnes filii Regis mortui ſunt:″quia Amnón ſolus mortuus eſt.

Fugit Abſalom. 34 Fugit autem Abשſalóm: & eleuans puer ſpeculator oculos ſuos, vidit, & ecce populus multus veniebat de via *quæ erat*″poſt montem ex latere ipſius.

35 Dixítque Ionadáb ad Regem, Ecce filii Regis veniūt:″iuxta verbum ſerui tui ſic fuit.

36 Quum autem finem feciſſet loquēdi, ecce filii Regis venerunt, & ſublata voce ſua fleuerunt, atque etiam Rex & omnes ſerui eius fleuerunt fletu admodum magno.

37 Porrò Abשſalóm fugit, & abiit ad″Thalmai filium עAmmiחhúr regem Geשſúr: & luxit *Dauid* propter filiū ſuum″omnibus diebus.

38 Abשſalóm inquam fugiens abiit in Geשſúr, fuítque ibi tres annos.

39 ′Poſt hæc deſiderauit *anima* Dauidis regis egredi propter Abשſalóm: quia cōſolationem acceperat″ſuper Amnón quòd mortuus eſſet.

Cap. XIIII.

Aſtu mulieris Thecuitidis reuocatur Abſalō. 1 ANimaduertens autem Ioáb filius צSeruiáh″quòd cor Regis *eſſet* ad Abשſalóm:

2 Miſit in Thecoעáh, & tulit inde mulierem″ſapientem, dixítque ad eam, Præ te fer luctum obſecro, atque indue te quæſo veſtibus lugubribus, nec vngas te oleo, ſíſque veluti mulier iā diebus multis lugens ſuper mortuum.

3 Ingredieris autem ad Regem, & loqueris ei″iuxta verbum hoc. ″poſuit enim Ioáb verba in ore eius.

4 Loquuta eſt itaque mulier illa Theco’עitis Regi, ′poſtquam ceciderat ſuper faciē ſuam in terram, & adorauerat, dixit inquam, ″Serua ô Rex.

5 Dixítque ei Rex, Quid eſt tibi? Reſpōdit illa, Profectò mulier vidua ſum, & mortuus eſt vir meus.

6 Ancillæ autem tuæ duo erant filii, qui rixati ſunt ambo in agro, & non erat′qui erueret eos, percuſſítque alter alterum, & occîdit eum.

7 En autem inſurrexit tota familia contra ancillam tuam, & dixerunt, Da percuſſorem fratris ſui, vt interficiamus eum″propter animam fratris ſui quem occîdit, & diſperdamus etiam ′hæredē.

ri filii Regis occiſi ſint: Amnon ſolus mortuus eſt, quoniā in ore Abſalom erat poſitus ex die qua oppreſſit Thamar ſororem eius.

33 Nūc ergo ne ponat dominus meus Rex ſuper cor ſuum, verbum iſtud, dicens, Omnes filii Regis occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mortuus eſt. פ

34 Fugit autem Abſalom: & eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos, & aſpexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis.

35 Dixit autem Ionadab ad Regē, Ecce filii Regis adſunt: iuxta verbū ſerui tui ſic factum eſt.

36 Quúmque ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filii Regis: & intrantes leuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt: ſed & Rex & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis.

37 Porrò Abſalō fugiēs, abiit ad Tholomai filiū Ammiur regē Geſſur. luxit ergo Dauid filiū ſuum cūctis diebus.

38 Abſalom autē quum fugiſſet, & veniſſet in Geſſur, fuit ibi tribus annis.

39 Ceſſauitque Rex Dauid perſequi Abſalom, eo quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

Cap. XIIII.

1 INtelligens autem Ioab filius Saruiæ quòd cor Regis verſum eſſet ad Abſalom,

2 Miſit Thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem, dixitque ad eam, Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier iam plurimo tempore lugēs mortuum:

3 Et ingredieris ad Regem, & loqueris ad eum ſermones huiuſcemodi. Poſuit autē Ioab verba in ore eius.

4 Itaque quum ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad Regem, cecidit coram eo ſuper terram, & adorauit, & dixit, Serua me Rex.

5 Et ait ad eam Rex, Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit, Heu mulier vidua ego ſum: mortuus eſt enim vir meus.

6 Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro, nulluſque erat qui eos prohibere poſſet: & percuſſit alter alterum, & interfecit eum. B

7 Et ecce conſurgēs vniuerſa cognatio aduerſum ancillā tuā, dicit, Trade eum qui percuſſit fratrē ſuum, vt occidamus eum pro anima fratris ſui quē interfecit, & deleamus hæredem.

32 In ore Abſalom poſita erat על־פי אבשלום היתה שומה ſub. cædes. i. ſemper narrabat amicis ſe occiſurum Amnon: decreuerat ſtatim interficere illum. Sic doctus inter Hebræos. 33 Ne apponat, &c. אל ישם וגו׳ Hebraiſmus, ne ponat ſuper cor ſuum aliquid tale quod ſequitur .i. ne credat huiuſmodi verbis, nēpe, Omnes filii, &c. Quia כי־אם Admonet Maſoreth, variarum lectionum Hebraicarum in Bibliis index, ſcribi כי־אם, & ſolum legi כי. Poteſt tamen conſtare ſenſus, ſi vertas iuxta ſcripturam כי־אם, ſed Amnon ſolus, &c.

34 Poſt montem ex latere ip. אחריו מצד ההר Ad verbum, poſt eum ex latere montis. Relatiuum ante ſuum antecedens. i. per viam quæ erat poſt montem. per latus montis cœpit eos ſpeculator videre quum fuerunt in latere montis. erat enim veniendum illac in vrbem.

35 Iuxta verbum, &c. כדבר עבדך וגו׳ Hebraiſmus, vt dixit ſeruus tuus, ita euenit. 37 Thalmai תלמי Hic erat pater matris eius.

Omnibus diebus. :כל־הימים quibus ſcilicet luxit, hoc eſt, tribus annis. Alii, multo tempore.

39 Poſt hæc deſiderauit ותכל Verbum fœmininū: propterea ſubaudiunt Hebræi, anima. & ita habet Chaldæus paraph. i. cœpit Rex teneri maximo deſiderio Abſalomis abſentis: ac ſubinde ſuſpirabat quum meminerat filii. Hoc doctus inter Hebræos. Alter ex doctioribus illorū exponit (quod tamen aliis minus probatur) & deſiderare fecit Dauidem, ſub. vxor ſua filium abſentem, vt egrederetur aliquis quem mitteret vt reuocaret Abſalom exulem. Super Amnón quòd mortuus eſſet. :על־אמנון כי־מת .i. ſuper Amnone mortuo. ſiue de morte Amnonis.

IN CAPVT XIIII.

1 Quòd cor Regis *eſſet* ad Abשſ. :כי־לב המלך על־אבשלום Hebraiſmus, quòd teneretur deſiderio Abſalom.

2 Sapientem, חכמה prudentem. Quàm prudens fuerit, ex ſequentibus perſpicitur. 3 Iuxta verbum hoc. כדבר הזה .i. talia.

Poſuit enim Ioab verba, &c. וישם יואב וגו׳ Hebraiſmus, pro, ſuggeſſit quæcunque oporteret eam dicere Regi.

4 Poſtquam ceciderat, &c. ותפול וגו׳ Ad verbum, & cecidit ſuper, &c. & adorauit, & dixit. Serua הושעה .i. fer mihi opem.

6 Qui erueret מציל qui liberaret. i. qui litem inter eos ortam componeret.

7 Propter animam fratris ſui quem occ. בנפש אחיו אשר הרג Hebraiſmus, quòd interfecerit fratrem ſuum. Hæredem. :את־היורש .i. illum ſuperſtitem qui alioqui eſt futurus hæres patris ſui.

& quærũt extinguere ſcintillam meã quæ relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram.

Et ait Rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. 8

Dixitque mulier Thecuitis ad Regẽ, In me domine mi Rex ſit iniquitas, & in domum patris mei: Rex autem & thronus eius ſit innocens. 9

Et ait Rex, Qui contradixerit tibi adduc eum ad me, & vltrà non addet vt tangat te. 10

Quæ ait, Recordetur Rex Domini Dei ſui, vt non multiplicentur proximi ſanguinis ad vlciſcendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait, Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui ſuper terram. 11

C

Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominũ meum Regem verbum. Et ait, Loquere. 12

Dixitque mulier, Quare cogitaſti huiuſcemodi rem contra populũ Dei, & loquutus eſt Rex verbum iſtud vt peccet, & non reducat eiectum ſuum? 13

Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertũtur: nec vult Deus perire animã, ſed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. 14

Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum Regem verbum hoc, præſente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad Regem, ſiquo modo faciat Rex verbum ancillæ ſuæ. 15

D

Et audiuit Rex vt liberaret ancillã ſuam de manu omnium qui volebãt de hæreditate Dei delere me, & filiũ meum ſimul. 16

Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbũ domini mei Regis ſicut ſacrificium: ſicut enim Angelus Dei, ſic eſt dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus eſt tecum. 17

Et reſpõdens Rex dixit ad mulierẽ, Ne abſcondas à me verbum quod te interrogo. Dixitq; ei mulier, Loquere 18

″& extinguent prunam meam quæ relicta eſt, ″vt nõ ponant viro meo nomen, & reſiduum ſuper faciem terræ.

8 Dixit autem Rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego ″iubebo pro te.

9 Reſpõdit verò mulier Thecoïtis Regi, Super me domine mi Rex ſit ″iniquitas, & ſuper domum patris mei: Rex autem, & thronus eius ſit innocens.

10 Dixit præterea Rex, Loquentẽ contra te ″adduc eum ad me, & non ″continget te vltrá.

11 Tum illa dixit, ″Recordetur obſecro Rex Iehouæ Dei tui, ″ne multiplices propinquos ſanguinis ad perdendum, néve diſperdãt filium meum. Reſpondit, Viuit Iehouáh ſi ceciderit *pilus* de coma filii tui in terram.

12 Dixítque mulier, Loquatur obſecro ancilla tua ad dominum meum Regem verbum *unum*. Et ait ille, Loquere.

13 Tum mulier dixit, ″Et quare cogitaſti ſimile contra populum Dei? ″loquitur enim Rex verbũ hoc ſicut imprudens, eo quòd nõ reuocet Rex expulſum ſuum.

14 ″Moriendo nanque morimur, & *ſumus* veluti aquæ quæ defluunt in terram, quæ nõ congregantur: neque ſuſcipiet Deus ″animam, ″ſed cogitauit cogitationes vt expulſum non expellat à ſe.

15 Nunc autem quòd veni vt loquerer ad Regem dominum meũ ″verbum hoc, *cauſa eſt*, quia ″terruit me populus: & dixit ancilla tua, ″Loquar nunc ad Regem, forſitan faciet Rex ″verbũ ancillæ ſuæ.

16 Audiet enim Rex vt liberet ancillam ſuam de manu viri ″volẽtis perdere me, & filium meum pariter de hæreditate Dei.

17 Dixit præterea ancilla tua, Sit obſecro verbũ domini mei Regis ″ad requiem: ″ſicut enim Angelus Dei, ſic eſt dominus meus Rex, ″vt audiat quod bonum eſt & quod malum, & Iehouáh Deus tuus ſit tecum.

18 Et reſpondit Rex, dixítque ad mulierem, Ne quæſo ″abſcondas à me verbum quod ego interrogo te. Dixítque mulier, Loquatur

---

Et extinguent prunam meam וכבו את־גחלתי ſic extinguere conantur ſcintillam meam. Alii, extinguere volentes prunas meas quæ relictæ ſunt. q.d. ſupereſt parua ſcintilla quã volunt extinguere. Vt non ponant, &c. לבלתי שום וגו׳ .i. vt non relinquant vllũ filium qui nomen patris referat. vel, vt deleatur prorſus memoria viri mei, quæ ſeruabitur in ſcintilla illa filii mei, ſi placuerit tibi ſeruare illum.

8 Iubebo pro te. אצוה עליך׃ .i. dabo mandata pro te. vel, propter te. hoc eſt, iubebo & præcipiã vt filio tuo nihil mali fiat. q.d. iubebo cognatis tuis ne ſint tibi moleſti. 9 Iniquitas, &c. העון וגו׳ .i. pœna iniquitatis ſit in me, & in familiam patris mei: Rex autem ſit exors pœnæ iniquitatis. q.d. ſiquid mihi interim acciderit te negligente querimoniam meam, lues tu pœnas, ſiquid ſiniſtri accidat filio meo. Retorſit enim in ſe mulier quod erat tribuendum Regi, honoris cauſa. 10 Adduc eum והבאתו Verbum eſt maſculinum, quòd vnum ex pueris ſuis alloquatur, quem dat mulieri comitem: quia mulier non potuiſſet adducere illum, niſi cum vno ex pueris Regis. Continget te vltrá. יוסיף עוד לגעת בך׃ Ad verbum, addet vltrà vt tangat te. 11 Recordetur obſecro, &c. יזכר־נא וגו׳ Mutatio perſonæ, Memento quæſo Rex Iehouæ Dei tui. Hebraiſmus, Iura mihi per Dominũ. Ne multiplices prop. ſang. מהרבית גאל הדם ne multiplices vltores ſanguinis *effuſi*. i. ne ſis cauſa vt multiplicentur, hoc eſt ne multi exiſtant vltores ſanguinis, qui conentur perdere filium meum. Vult Regem promiſſionẽ ſuam iureiurando confirmare. q.d. Si interdixeris vni tantùm, ſtatim emerget alius qui filium meum occidat: ita eris cauſa quòd vltores ſanguinis effuſi exiſtant multi. Sit ergo Rex edictum tuum generale, & iureiurando firmetur: prohibe in vniuerſum, iureiurando adhibito, nequis occidat filium meum. 13 Et quare cogitaſti, &c. ולמה חשבתה וגו׳ Sed quare [Quare ergo] cogitaſti tale quidpiam [ad verbum, ſecũdum hoc] de populo Dei? .i. quomodo cogitas populum tuum talia ſentire ac velle facere, nempe eos velle interficere filium meum? Quum illud damnes, cur igitur illud facis, neque animaduertis te loquutum contra teipſum? non enim reuocas Abſalõ. Loquitur enim Rex, &c. ומדבר המלך וגו׳ .i. loqui vel dicere videtur Rex verbum hoc, quòd ſcilicet non interficiant filium meum, tanquam imprudens, eo quòd non reuocet Rex exulem ſuum, hoc eſt filium ſuum, qui ſibi ipſi indixit exilium propter cædem fratris ſui, cuius accuſatur. q.d. non aduertis teipſum cõdemnare, qui non reuoces Abſalom. 14 Moriendo nanque morimur, כי מות נמות Hebraiſmus, Omnes breui moriemur. q.d. ne quæſo acceleres mortem Abſalom, citò enim ſatis morietur: vita hominum fluxa eſt inſtar aquarum effuſarum in terrã, quæ non recolliguntur. anima enim noſtra breui exibit à nobis, neque reuertetur in corpus ante reſurrectionem. Animam, נפש Pro perſona accipit animam. i. non ſuſcipiet faciem cuiuſquam, ita vt non moriatur. q.d. nemini cuiuſcunque ſortis ſit, parcet quominus moriatur. Sed cogitauit cogitat. וחשב מחשבות Hebraiſmus, ſanxit legem quòd repulſum & exulem non repelletà ſe. i. reuocat ad ſe extorres, & eos qui exulant ad tẽpus propter ſcelus aliquod, vt etiam eſt in Lege. Hoc ad vrbes refugii debet referri. 15 Verbum hoc, הדבר הזה ſermonem iſtum. ſubaudi, ſub inuolucro.

Terruit me populus: יראוני העם ſub. qui dicebat, ſi rem apertè tibi declararem, fore vt excandeſceres. Loquar אדברה .i. Proponam illi hiſtoriam de duobus filiis meis, &c. Verbum את־דבר .i. parabolam meam, ſiue conſilium meum. 16 Volentis perdere me, להשמיד אותי qui quærit perdere me (ita quidam Hebræorum exponunt) nam filio meo mortuo non poſſum ſuperuiuere.

17 Ad requiem: למנוחה ad quietem. ſub. mihi & filio meo. i. iubeat nos eſſe ſaluos. Hebraiſmus. Sicut enim Angelus Dei, כי כמלאך .i. ſapientia & prudentia æquat Angelum. Hæc expoſitio petita eſt ex paulo poſt ſequenti verſu 20. Vt audiat לשמוע .i. vt intelligat, ſiue diſcernat: hoc eſt ad ponendum diſcrimen inter cauſam iuſtam & iniuſtam.

18 Ne quæſo abſcondas à me verbum אל־נא תכחדי ממני דבר Hebraiſmus, pro, Ne obſecro celes me quicquam.

obſecro domine mi Rex.

Et ait Rex,ʹNum manus Ioáb tecum eſt in omni hoc? Reſpondit mulier, & ait,ʹ*Per* vitam animæ tuæ domine mi Rex, ʹnon eſt *quiſpiam qui poſſit* declinare ad dexteram vel ſiniſtram ab omnibus quæ dixit dominus meus Rex: ſeruus enim tuus Ioáb ipſe præcepit mihi, ipſéque poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc: 19

″Vt verterem faciem ſermonis, fecit ſeruus tuus Ioáb rem hanc. dominus autem meus ſapiens eſt iuxta ſapientiam Angeli Dei, vt cognoſcatʹomnia quæ *ſunt* in terra. 20

Dixit autem Rex ad Ioáb, Ecce nunc ″feci verbum hoc: vade, reduc puerum Abשſalóm. 21

Et corruit Ioáb ſuper faciem ſuam in terram, adorauítque & benedixit Regi: dixítque Ioáb, Hodie cognouit ſeruus tuus quòd inueni gratiam in oculis tuis domine mi Rex: fecit enim Rexʹverbum ſerui ſui. 22

″Surrexit ergo Ioáb, & abiit in Geשſúr, & adduxit Abשſalóm in Ieruשſaláim. 23

David renuit videre Abſalom.

Dixítque Rex, Deflectat in domum ſuam, & faciem meam ne videat. Deflexit itaque Abשſalóm in domum ſuam, & faciem Regis non vidit. 24

Pulcher Abſalō.

Sicut Abשſalóm autem nō erat vir *ita* pulcher in vniuerſo Iשſraאele″ad laudandum eum valde: à planta pedis eius, vſque ad verticem eius non erat in eo macula. 25

Cæſaries eius.

Et quando tondebat″caput ſuum (″ſolebat autē quotannis tondere *illam*: quia graue erat ei, ideo tondebat illud) ponderabat comam capitis ſui ducentis שſeclis″pondere regio. 26

Filii eius.

Thamar, filia Abſalom.

Nati ſunt autem ipſi Abשſalóm tres filii, & filia vna, cuius nomen erat Thamár: ea fuit mulier pulchra aſpectu. 27

Manſítque Abשſalóm in Ieruשſaláim duobus annis ʹdierum, & faciem Regis non vidit. 28

Miſit ergo Abשſalóm ad Ioáb, vt mitteretʹeum ad Regem, qui noluit venire ad eum: & miſit adhuc ſecundò, & noluit venire. 29

Abſalō meſſem Ioab ſuccendit.

Dixit itaque ſeruis ſuis, Conſiderate poſſeſſionem Ioáb″iuxta locum meum, ibíque *habet* hordea: ite, & comburite ipſam igni. Et ſuccenderunt ſerui Abשſalóm poſſeſſionem igni. 30

″Surrexit igitur Ioáb, & venit ad Abשſalóm in domum, dixítq; ei, Vtquid ſuccenderūt ſerui tui poſſeſſionem quæ eſt mihi, igni? 31

Reſpondit Abשſalóm ipſi Ioáb, Ecce miſi ad te dicendo, Veni huc, & mittam te ad Regē″vt dicas, Quare veni de Geשſúr? melius 32

domine mi Rex.

19 **Et ait Rex, Nunquid manus Ioab tecum eſt in omnibus iſtis? Reſpōdit mulier, & ait, Per ſalutem animæ tuæ domine mi Rex, nec ad ſiniſtram, nec ad dexteram eſt ex omnibus his quæ loquutus eſt dominus meus Rex: ſeruus enim tuus Ioab ipſe præcepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc:** B

20 **Vt verterem figuram ſermonis huius, ſeruus tuus Ioab præcepit iſtud: tu autem domine mi Rex, ſapiens es: ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia ſuper terram.**

21 **Et ait Rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Abſalom.**

22 **Cadénſque Ioab ſuper faciē ſuam in terram, adorauit, & benedixit Regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit ſeruus tuus quia inueni gratiā in oculis tuis domine mi Rex: feciſti enim ſermonem Rex ſerui tui.**

23 **Surrexit ergo Ioab, & abiit in Geſſur, & adduxit Abſalom in Ieruſalem.**

24 **Dixit autem rex, Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat. Reuerſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem Regis non vidit.** F

25 **Porrò ſicut Abſalom, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio pedis vſque ad verticem non erat in eo vlla macula.**

26 **Et quando tondebat capillū (ſemel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis, pondere publico.**

27 **Nati ſunt autem Abſalom filii tres: & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ.**

28 **Manſitque Abſalom in Ieruſalem duobus annis, & faciem Regis non vidit.**

29 **Miſit itaque ad Ioab vt mitteret eū ad Regem: qui noluit venire ad eum. quumque ſecundò miſiſſet, & ille noluiſſet venire ad eum:**

30 **Dixit ſeruis ſuis, Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem meſſem hordei: ite igitur, & ſuccendite eum igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalom ſegetem igni.** G

31 **Surrexitq; Ioab, & venit ad Abſalō in domum eius, & dixit, Quare ſuccēderunt ſerui tui ſegetem meam igni?**

32 **Et reſpondit Abſalom ad Ioab, Miſi ad te obſecrans vt venires ad me, & mitterem te ad Regem, & diceres ei, Quare veni de Geſſur? melius**

19 Num manus Ioab,&c. היד יואב וגו׳ Hebraiſmus, Nónne Ioab in omnibus iſtis præſtitit tibi operā ſuā? *Per* vitam animæ tuæ חי־נפשך .i.per ſalutem tuam. Nō eſt *quiſpiam qui poſſit* declinare,&c. אם־אש להמין וגו׳ Ad verbū, non eſt vir dextrificare, vel ſiniſtrificare. ſi Latinè dici poſſet. Legitur & אם איש, ſi vir, vel quiſquā,&c. Quidā vertunt, non eſt [.i.licet, ſub. cuiquā] declinare neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtrā, q.d. dictura ſum tibi veritatem, non tergiuerſabor quū tu ſis ſagaciſſimus, qui ſtatim deprehēdas mendaciū, non oportet me quicquā celare: veritatem igitur reſpōdebo de omnibus quæ tu interrogaueris. Doctus inter Hebræos exponit, Nemo alius *præcepit mihi* vt declinarem aut ad dexteram aut ad ſiniſtram ex omnibus *quæ dixi tibi*: quemadmodum loquutus eſt dominus meus Rex, *ita res habet*.i.ex ſententia aliorum nihil adieci, ſolus ſeruus tuus Ioab,&c. 20 Vt verterem faciē ſermonis, לבעבור סבב את־פני הדבר Vt verterem formam ſermonis.i.vt tibi proponerem ſermonem figuratum. Vel, vt verteret tibi faciem rei.i.vt poneret tibi ante oculos rem ipſam, hoc eſt negotium Abſalom. hoc eſt, vt tacitè, & velut aliud agens, rem ipſam tibi indicaret Ioab: dúmque hoc narrarem, intelligeres fabulam de te narrari, miſit me ad te. Omnia quæ *ſunt* in terra. את־כל־אשר בארץ: Doctus inter Hebræos exponit, negotia ſua & negotia aliorum.

21 Feci verbum hoc: עשיתי את־הדבר הזה feci rem hanc.i.quod volebas. Legitur & עשית feciſti.i.curaſti mihi proponi eam parabolā. q.d. quum tu ſis author huiuſce rei, vide, reuoca,&c. 22 Verbum ſerui ſui. את־דבר עבדו: .i.quæ conſuluit ſeruus ſuus.

23 Surrexit ergo Ioab, & abiit ויקם יואב וילך Hebraiſmus, Statim ergo abiit Ioab.

25 Ad laudandum להלל .i.ita vt laudarent eum homines vehementer: hoc eſt qui dignus eſſet vt maximè laudaretur ob formam.i.cuius forma maxima commendatione erat digna. Quidam vertunt, ſplendendo. 26 Caput ſuum את־ראשו .i.cæſariem ſuam. Solebat autem quotannis,&c. והיה מקץ ימים וגו׳ Ad verbum, erat autem à fine anni in annum quòd tondebat. Fut. pro præt. quod per imperf. redditur.

Pondere regio. באבן המלך: .i.ad pondus regium. hoc eſt publicum.

28 Dierum, ימים .i.integris. hoc eſt, toto biennio. 29 Eum אותו nempe ipſum Ioab.

30 Iuxta locum meū, אל־ידי .i.quæ eſt propinqua poſſeſſioni meæ, ſiue agro meo. 31 Surrexit igitur Ioab & venit ויקם יואב ויבוא Hebraiſmus, de quo paulo antè verſu 23, Statim ergo venit Ioab. 32 Vt dicas, לאמור Ad verbum, dicendo.

mihi erat ibi eſſe: obſecro ergo vt videã faciem Regis: quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me.

Ingreſſus itaque Ioab ad Regẽ, nũtiauit ei omnia: vocatúſque eſt Abſalom, & intrauit ad Regẽ, & adorauit ſuper faciem terræ coram eo: oſculatúſque eſt Rex Abſalom.

Cap. XV.

IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus & equites, & quinquaginta viros qui præcederent eum.

D Et mane conſurgens Abſalom ſtabat iuxta introitũ portæ, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad Regis iudiciũ, vocabat Abſalom ad ſe, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui reſpondens aiebat, Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus.

Reſpondebátque ei Abſalom, Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed nõ eſt qui te audiat conſtitutus à Rege.

Dicebátque Abſalõ, q̃s me cõſtituat iudicẽ ſuper terrã, vt ad me veniant oẽs q habẽt negotiũ, & iuſtè iudicẽ?

Sed & quũ accederet ad eũ homo vt ſalutaret illum, extẽdebat manum ſuã, & apprehendens oſculabatur eũ.

B Faciebátque hoc omni Iſrael veniẽti ad iudicium vt audiretur à Rege, & ſolicitabat corda virorum Iſrael.

Poſt quadraginta autem annos dixit Abſalom ad Regem, Vadam & reddam vota mea quæ voui Domino, in Hebron.

Vouens enim vouit ſeruus tuus quum eſſet in Geſſur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ieruſalẽ, ſacrificabo Domino.

Dixitque ei rex Dauid, Vade in pace. Et ſurrexit, & abiit in Hebron.

Miſit autem Abſalom exploratores in vniuerſas tribus Iſrael, dicens, Statim vt audieritis clãgorem buccinæ, dicite, Regnauit Abſalom in Hebrõ.

Porrò cum Abſalom ierunt ducenti viri de Ieruſalem vocati, eũtes ſimplici corde, & cauſam penitus ignorantes.

C Accerſiuit quoque Abſalom Achitóphel Gilonitem conſiliarium Dauid, de ciuitate ſua Gilo, quum immolaret victimas, & facta eſt coniuratio valida, populúſque concurrens augebatur cum Abſalom.

Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom.

mihi eſſet adhuc illic eſſe. & nunc *fac ut* videam faciem Regis:″& ſi ſit in me iniquitas, interficere me faciat.

Abſalom oſculatur Dauidem.

33 Venit igitur Ioáb ad Regẽ, & indicauit ei: tum vocauit *Rex* Abשſalóm, & venit ad Regem,″ & adorauit eum ſuper faciem ſuam ſuper terram coram Rege: & oſculatus eſt Rex Abשſalóm.

Cap. XV.

Abſalõ ambiens regnum animos populi ſibi conciliat.

1 FVit autẽ poſt hæc, fecit ſibi Abשſalóm″currus & equos, & quinquaginta viros″currentes ante ſe.

2 Mane verò ſurgens Abשſalóm, ſtabat iuxta locum viæ″portæ: & omnem virum cui erat″cauſa vt veniret ad Regem pro iudicio, vocabat Abשſalóm, & dicebat,″Ex quanam ciuitate es tu?″Quúmque is reſponderet, Ex vna tribuum Iשſraאelis *eſt* ſeruus tuus.

3 Dicebat ad eum Abשſalóm,″Vide, ſermones tui boni ſunt, & recti: at qui te audiat non eſt tibi à Rege *conſtitutus*.

4 Dicebat præterea Abשſalóm,″Quis ponat me iudicẽ in terra, & ad me veniat omnis vir cui ſit cauſa″& iudiciũ,″& iuſtitiã faciã ei?

5 ″Sed & quum accederet quiſpiam, & incuruaret ſe ei, extendebat manum ſuam, atque apprehẽdebat eum, & oſculabatur eum.

6 Faciebat autem Abשſalóm″hoc pacto vniuerſo Iשſraאeli qui veniebant″pro iudicio ad Regem,″& furabatur Abשſalóm cor virorum Iשſraאelis.

Abſalom ementitur ſacrificium & votum, dum hypocriſi & fraude regnũ quærit.

7 Fuit præterea,″in fine quadraginta annorum dixit Abשſalóm Regi, Vadam quæſo, & reddam votum meum quod voui Iehouæ in חHebrón:

8 Votum enim vouit ſeruus tuus quum manerem″in Geשſúr *quæ eſt* in Arám, dicendo, Si reducendo reduxerit me Iehouáh in Ierušaláim,″ſeruiam Iehouæ.

Coniuratio Abſalom.

9 Dixitque ei Rex,″Vade in pace.″Qui ſurgens profectus eſt in חHebrón.

10 ″Miſit autem Abשſalóm exploratores in vniuerſas tribus Iשſraאelis,″vt dicerent, Quum audieritis ſonitũ buccinæ, dicite,″Regnauit Abשſalóm in חHebrón.

11 Cum Abשſalóm autem abierãt ducenti viri de Ieruשſaláim inuitati, qui abierant in ſimplicitate ſua,″nec ſciebant quicquam.

12 ″Miſit quoque Abשſalóm ad Aחhithóphel Gilonitam conſiliarium Dauidis, *qui egreſſus eſt* de ciuitate ſua, de Gilóh,″dum immolaret victimas: factáque eſt coniuratio valida: populus nanque ibat,″& augebatur cum Abשſalóm.

Fugit Dauid a facie Abſalom.

13 Et venit nuntius ad Dauidem, dicendo,″Eſt cor viri Iשſraאelis poſt Abשſalóm.

Et ſi ſit in me iniqu. ואם־יש־בי עון .i.ſi iniquè egerim interficiendo Amnon fratrem meum, quòd violaſſet ſororem meam.

33 Et adorauit eum ſuper faciem ſuam וישתחו לו על־אפיו & adorauit eum pronus in terram.

IN CAPVT XV.

1 Currus & equos, מרכבה וסוסים Sing. Heb. pro plur. currũ & equos .i. equites. Currẽtes ante ſe. רצים לפניו: .i. qui illum præcedebant.

2 Portæ: השער ſub. regiæ. Cauſa vt veniret ריב לבוא lis. [controuerſia.] *propter quam* veniendum eſſet. Ex quanam ciuitate אי־מזה עיר Ad verbum, Vbi ex qua ciuitate .i. vbi eſt ciuitas vnde tu es? Quúmque is reſponderet ויאמר Ad verbum, Et dicebat.

3 Vide, ſermones tui, &c. ראה דבריך וגו׳ Hebraiſmus, En cauſa tua eſt optima. 4 Quis ponat me iudicẽ מי־ישמני שופט Hebraiſmus, Vtinam eſſem iudex huius regionis. Et iudiciũ, ומשפט & controuerſiã. Et iuſtitiam fa. ei. והצדקתיו: .i. iuſtè iudicem illos. hoc eſt dirimam rectè cauſas illorum. Ad verbum, & iuſtificem eum? 5 Sed & quum accederet quiſp. & incuru, והיה בקרב־איש להשתחות Ad verbum, Et fuit, in appropinquando viro, in incuruando ſe ei. 6 Hoc pacto כדבר הזה Ad verbum, ſecundum ſermonem iſtum. vel iuxta verbum hoc. Pro iudicio למשפט .i. pro iure audiendo. Et furabatur Abשſalóm cor, &c. ויגנב אבשלום וגו׳ Hebraiſmus, his dolis & artibus inibat gratiam ab Iſraelitis. 7 In fine quadraginta ann. מקץ ארבעים שנה exactis quadraginta annis. nempe à tempore quo petierunt Iſraelitæ Regem. 8 Seruiam Iehouæ. ועבדתי את־יהוה: ſacrificiis ſcilicet.

9 Vade in pace. לך בשלום .i. Vade incolumis & ſaluus. q.d. ſit fauſta ac felix profectio tua. Qui ſurgens profe. ויקם וילך .i. Qui mox profectus eſt. 10 Miſit quoque וישלח Miſerat autem. Vt dicerent, לאמור Ad verbum, dicendo. Quidam vertunt, hiſce mandatis. Regnauit מלך .i. Creatus vel conſtitutus eſt Rex. 11 Nec ſciebant quicquam. ולא ידעו כל־דבר: Ad verbum, & non ſciebant vllum verbum .i. nihil omnino ſcientes eorum quæ Abſalom moliebatur. 12 Dum immolaret בזבחו quum ille mactaturus eſſet. Et augebatur ורב & fiebat maior. 13 Eſt היה Præt. Heb. pro præſ. i. animus Iſraelitarum conuerſus eſt ad Abſalom. toto corde ſequuntur partes Abſalom. Singularia Hebr. pro pluralibus.

Fugit Dauid à facie Abſalom.

14 Tum dixit Dauid omnibus ſeruis ſuis qui erant cum eo in Ieruשsaláim, ″Surgite, & fugiamus: quia″non erit nobis euaſio à facie Abשsalóm: feſtinate abire, ne fortè acceleret, & apprehendat nos, ″& impellat ſuper nos malum, ac percutiat ciuitatem acie gladii.

15 Dixerunt autem ſerui Regis ad Regem, ″Quicquid elegerit dominus meus Rex, ecce ſerui tui.

16 Egreſſus eſt ergo Rex, & tota eius familia ″in pedibus eius, & reliquit Rex decem mulieres concubinas vt cuſtodirent domum.

17 Egreſſus inquam eſt Rex, & vniuerſus populus in pedibus eius, qui ſubſtiterunt ″*in* loco longinquo.

18 Cuncti autem ſerui eius tranſibant ″ad manum eius: omnes quoque ″Cherethi, & omnes Pelethi, atque omnes Githæi, ſexcenti viri qui venerant ″in pede eius de Gáth, tranſibant ante faciem Regis.

Ethai proſelytus, ſequitur Dauidē fugientem.

19 Dixit autem Rex ad אIttháí הHitthæum, Vtquid venis etiam tu nobiſcum? ″reuertere (& mane ″cum Rege: quia alienigena es, & etiam profugus) ad locum tuum.

20 Heri ″aduentus tuus *fuit*, & hodie mouebo te *loco* ″vt venias nobiſcum? ″ego autem vado quò vado: reuertere, & reduc ″fratres tuos: ″tecum *erit* miſericordia & veritas.

21 Reſpōdit verò אIttháí Regi, ac dixit, Viuit Iehouáh, ″& *per* vitã domini mei Regis, quòd in quocũque loco fuerit dominus meus Rex, tam in morte quàm in vita, quòd *inquam* ibi erit ſeruus tuus.

22 Dixit ergo Dauid ad אIttháí, Veni, & tranſi. Et tranſiuit אIttháí הHitthæus, ″& omnes viri eius, & omnes paruuli qui erant cũ eo.

23 ″Et tota terra flebat voce magna, vniuerſúſque populus tranſibat: Rex autem tranſibat per torrentẽ ″Cidrón, & vniuerſus populus tranſibat ″contra faciem viæ ad deſertum.

Sadoc ſacerdotē in vrbem remittit Dauid.

24 Ecce præterea etiam צSadóc, & omnes Leuitæ cum eo portantes arcam fœderis Dei, ″& ſtatuerũt arcam Dei, ″aſcenditque אEbiathár, donec finiret vniuerſus populus tranſire de ciuitate.

25 Et ait Rex ad צSadóc, Reduc arcam Dei in vrbem: ſi inuenero gratiam in oculis Iehouæ, reducet me, atque illam oſtēdet mihi, ″& tabernaculum eius.

Vera ſui mortificatio & abnegatio.

26 Si verò ſic dixerit, ″Non beneplacitum eſt mihi in te: ecce ego, faciat mihi quod bonum eſt in oculis ſuis.

Et ait Dauid ſeruis ſuis qui erant cum eo in Ieruſalē, Surgite, fugiamus neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom. feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam, & percutiat ciuitatē in ore gladii.

Dixerúntque ſerui Regis ad eum, Omnia quæcunq; præceperit dñs noſter Rex, libēter exequemur ſerui tui.

Egreſſus eſt ergo Rex, & vniuerſa domus eius pedibus ſuis: & reliquit Rex decem mulieres concubinas ad cuſtodiendam domum.

D

Egreſſúſque Rex & omnis Iſrael pedibus ſuis, ſtetit procul à domo:

Et vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eũ, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi ſexcenti viri qui ſequuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant Regem.

Dixit autem Rex ad Ethai Gethæũ, Cur venis nobiſcum? reuertere, & habita cum Rege, quia peregrinus es, & egreſſus es de loco tuo.

Heri veniſti, & hodie compelleris nobiſcum egredi? ego autem vadam quò iturus ſum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum miſericordiam & veritatem.

Et reſpondit Ethai Regi, dicens, Viuit Dominus, & viuit dominus meus Rex, quoniam in quocũque loco fueris domine mi Rex, ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.

E

Et ait Dauid Ethai, Veni & tranſi. Et trãſiuit Ethai Gethæus, & oēs viri qui cũ eo erant, & reliqua multitudo.

Omnéſque flebant voce magna, & vniuerſus populus trãſibat: Rex quoque tranſgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam quæ reſpicit ad deſertũ.

Venit autem & Sadoc, & vniuerſi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam fœderis Dei, & aſcendit Abiathar, donec expletus eſſet omnis populus qui egreſſus fuerat de ciuitate.

Et dixit Rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in vrbem: ſi inuenero gratiã in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam & tabernaculũ ſuũ.

Si autem dixerit mihi, Non places: præſtò ſum, faciat mihi quod bonũ eſt coram ſe.

F

14 Surgite, & fugi. קומו ונברחה Hebraiſmus, Citò fugiamus. Non erit nobis euaſio לאתהיהלנו פליטה .i. nullus noſtrum euadet, ſi expectauerimus Abſalom. Et impellat ſuper nos malum, והדיח עלינו את־הרעה .i. magno impetu nos perdat.

15 Quicquid elegerit, &c. ככל אשר־יבחר וגו' Ad verbum, Iuxta omne quod elegerit, &c. Hebraiſmus, Prorſus vt decreuerit faciundum dominus meus Rex, en ſerui tui parati ſunt facere. 16 In pedibus eius, ברגליו Hebraiſmus, quem tota familia ſequuta eſt. Sic ſequente verſu. 17 *In* loco longinquo. בית המרחק: Ad verbum, *in* loco elongationis. i. in loco remoto ab vrbe.

18 Ad manum e. על־ידו ad latus eius. i. iuxta illum. Cherethi, &c. הכרתי וגו' Cherethæi, & omnes Pelethæi. Dicunt Hebræi Cherethæos & Phelethæos fuiſſe duas cognationes in Iſraele quæ iugiter verſabantur in aula, & quibus commiſſa erat cuſtodia corporis regii. Chaldæus paraph. vertit ſagittarios & fundibularios. Alii dicunt eos fuiſſe homines doctos ac legiſperitos: & illos fuiſſe vocatos Cherethæos quòd decernerent de omnibus: hos verò Phelethæos, quòd cognoſcerēt de rebus arduis ac difficilibus. Vide ſupra cap. 8. d. 18. In pede eius ברגלו .i. cum eo, nempe Itthai. Relatiuum loco antecedentis. Hebraiſmus.

19 Reuertere שוב Debet verbum iſtud iungi verbis poſterioribus huius verſus, Reuertere in locum tuum. i. in Ieruſalem vbi eſt habitatio tua. Cum Rege, עםהמלך nempe nouo, & nuper creato. 20 Aduentus tuus בואך Ad verbum, venire tuum. i. nuper veniſti in hanc regionem. Vt venias nobiſcum? עמנו ללכת Ad verbum, nobiſcum ad veniendum? Ego autem vado quò vado: ואני הולך על אשר־אני הולך .i. quum vadam neſcio quó. Eadem loquutio legitur 1. Samu. 23. b. 13. Fratres tuos את־אחיך .i. milites tuos: Tecum *erit* miſericordia, &c. עמך חסד ואמת tecum *erit* gratia & fides. Hebraiſmus, repēdam tibi poſtea, memor huius beneficii in me collati: & fidei quam ſeruaſti mihi, quòd volueris me ſequi etiam fugientem. Alii vertunt, & reducito fratres tuos tecum, miſericordia & veritas. ſub. nota eſt. i. gratitudo animi tui nota eſt mihi, & fides: ſatis perſpectam habeo gratitudinem tuam & fidē. Doctioribus magis placet poſterior iſta verſio. Chaldæus paraph. & facito cum illis miſericordiam & veritatem. 21 Et *per* vitam domini, &c. וחי ארוני וגו' & viuit dominus meus Rex.

22 Et om. viri e. וכל־אנשיו .i. milites illi ſexcēti, de quibus paulo antè verſu 18. 23 Et tota terra וכל־הארץ .i. incolæ totius regionis. Cidron, קדרון Ita dicitur ab obſcuritate. i. torrens Cidron erat ſitus in loco aliquo opaco, obſcuro, & vmbroſo. Rectà tetendit populus ad deſertum, Dauid autem parum deflexit vt tranſiret per torrentem Cidron. Contra faciem viæ על־פני־דרך .i. cōtra viam quæ ducebat rectà in deſertũ. 24 Et ſtatuerunt ויצקו collocarúntque. i. depoſuerunt & collocarunt in loco idoneo. Aſcenditque ויעל .i. conceſſit ad latus itineris vnà cum arca, donec omnino tranſiſſet vniuerſus populus egreſſus de ciuitate.

25 Et tabernaculum eius. ואת־נוהו: & domicilium eius. i. in quo reponitur arca.

26 Non beneplacitũ eſt mihi in te, ec.c. לא חפצתי בך הנני .i. Non es mihi gratus, nec te amo: paratus ſum ſuſtinere quæcunque immiſerit.

27 Et dixit Rex ad Sadóc ſacerdotē, Ó Videns,reuertere in ciuitatē in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filii veſtri ſint vobiſcum.

28 Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti, donec veniat ſermo à vobis indicans mihi.

29 Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ieruſalem, & manſerunt ibi.

30 Porrò Dauid aſcendebat cliuum oliuarum,ſcandens & flens,nudis pedibus incedens, & operto capite, ſed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans.

31 Nuntiatum eſt autem Dauid quòd & Achitóphel eſſet in coniuratione cum Abſalom, dixitque Dauid, Infatua quæſo Domine conſilium Achitóphel.

G

32 Quúmque aſcenderet Dauid ſummitatem montis in quo adoraturus erat Deum, ecce occurrit ei Chuſai Arachites,ſciſſa veſte,& terra pleno capite.

33 Et dixit ei Dauid,Si veneris mecum, eris mihi oneri:

34 Si autem in ciuitatem reuertaris,& dixeris Abſalō,Seruus tuus ſum ego, Rex:ſicut fui ſeruus patris tui,ſic ero ſeruus tuus: diſſipabis conſilium Achitóphel.

35 Habes autem tecum Sadoc & Abiathar ſacerdotes: & omne verbum quodcunque audieris de domo Regis, indicabis Sadoc & Abiathar ſacerdotibus.

36 Sunt enim cum eis duo filii eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbū quod audieritis.

37 Veniente ergo Chuſai amico Dauid in ciuitatem, Abſalom quoque ingreſſus eſt Ieruſalem. Cap. XVI.

1 QVúmque Dauid tranſiſſet paululū montis verticē,apparuit Siba puer Miphiboſeth,in occurſum eius,quum duobus aſinis qui onerati erant ducentis panibus,& cētum alligaturis vuæ paſſæ,& centum maſſis palatharum,& vtre vini.

2 Et dixit Rex Sibæ,Quid ſibi volunt hæc? Reſponditque Siba, Aſini domeſticis Regis vt ſedeant, & panes & palathæ ad veſcēdū pueris: vinū autē vt bibat ſiquis defecerit in deſerto.

Infrà 19.e.27.

3 ¶Et ait Rex, Vbi eſt filius domini tui? Reſponditque Siba regi, Remāſit in Ieruſalē,dicens,Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnū patris mei.

4 Et ait Rex Sibæ, Tua ſint ōnia quæ fuerunt Miphibóſeth. Dixitque Siba, Oro vt inueniam gratiam coram te,domine mi Rex.

27 Dixit præterea Rex ad צSadóc ſacerdotem,'Nónne Videns es? reuertere in ciuitatem in pace: Aחhimáγaγs autem filius tuus, & Ionathán filius אEbiathár,duo filii veſtri,'*ſint* vobiſcum.

28 'Videte,ego moror in campeſtribus deſerti,donec veniat'verbū à vobis vt nuntietis mihi.

29 Reduxit ergo צSadóc & אEbiathár arcam Dei in Ieruשſaláim,& manſerunt ibi.

30 Porrò Dauid aſcendebat'per aſcenſum oliuarum,aſcendens,& flens"operto eius capite,& nudis pedibus,vniuerſúſq; populus qui erat cum *eo* operuerunt quiſque caput ſuum,& aſcendebant aſcendendo,& flendo.

31 Nuntiauit autem Dauidi *quiſpiam*,dicendo,Aחhithóphel *eſt* in cōiuratoribus cum Abשſalóm. Dixítque Dauid,'Infatua obſecro cōſilium Aחhithóphel,ô Iehouáh.

Oratio Dauidis contra Achitóphel.

32 Peruenit autem Dauid vſque ad verticem vt illic adoraret Deū, & ecce in occurſum eius חHuשſái Archites ſciſſam habens tunicā ſuam,& terra ſuper caput eius.

Chuſai remittit Dauidē in Ieruſalem.

33 Dixítque ei Dauid,"Si tranſieris mecum,eris mihi oneri.

34 Si autem in ciuitatem reuertaris,&dixeris ad Abשſalóm,Seruus tuus ero ô Rex: *fui* ſeruus patris tui ' extunc:"nunc verò *ero* ſeruus tuus:diſſipabis'mihi conſilium Aחithóphel.

35 Et annón tecum *erit* ibi צSadóc & אEbiathár ſacerdotes? porrò quicquid audieris"de domo Regis, indicabis ipſis צSadóc & אEbiathár ſacerdotibus.

36 Ecce ibi ſunt cum eis duo filii eorum, Aחhimáγaγs ipſius צSadóc, & Iehonathán ipſius אEbiathár, per quorum manus mittetis ad me quidquid audieritis.

37 "Venit itaque חHuשſái amicus Dauidis in ciuitatem,& Abשſalóm ingreſſus eſt in Ieruשſaláim. Cap. XVI.

1 QVum autem Dauid tranſiſſet paululum de vertice *montis*,ecce צSibá puer Mephibóשſeth in occurſum eius,cum pari aſinorum ſtratorū,ſuper quos erant ducenti panes, & cētum'ligaturæ vuæ paſſæ,& cētum maſſæ carycarum,& vter vini.

Sibæ mendaci, Dauidi occurrenti,dantur bona Miphibóſeth.

2 Dixítque Rex ad צSibá,"Quid iſta tibi? Reſpondit צSibá, 'Aſini *erunt* pro familia Regis ad equitandum: panis verò & carycæ, vt comedant pueri:& vinum,vt bibat'qui laſſus fuerit in deſerto.

3 Dixítque Rex,Et vbi eſt filius domini tui?"Reſpondit צSibá Regi,Ecce remanſit in Ieruשſaláim: dixit enim, Hodie reſtituet mihi domus Iשſraאelis regnum patris mei.

4 Et dixit Rex ad צSibá,Ecce tua ſunt omnia quæ habet Mephibóשſeth. Tūc ait צSibá, 'Supplex oro inueniam gratiam in oculis tuis,domine mi Rex.

---

27 Nónne Videns es? הרואה אתה .i.Propheta,vt quidam exponunt:& etiam Chaldæus paraph. Nónne Propheta es?q.d. Si Dominus reſponderit tibi redeundum in vrbem,redito. Alii,Vidéſne tu?.i. Valéſne cōſilio?q.d.ſi valeas conſilio,reuertere.plus enim mihi profueris redeundo,quàm manendo. *Sint* vobiſcum.: אתכם .i.reuertantur etiā. 28 Videte,ego moror ראו אנוכי מתתמהמה Conſiderate,ego ſubſiſtam.vel,remanſurus ſum.ſub.dies aliquot. Verbum à vobis vt nuntietis mihi.: דבר מעמכם להגיד לי verbum à vobis ad renuntiandum mihi.i.nuntium à vobis quod renuntietis mihi.hoc eſt,donec intellexero per nuntios veſtros quidnam agatur in aula noui Regis.

30 Per aſcenſum oliuarum, במעלה הזיתים per cliuum *montis* oliuarum.i.per montem oliuarū. Operto eius capite,&c. וראש לו חפוי וגו׳ Ad verbum,& caput ei opertum,& incedebat diſcalceatus. 31 Infatua סכל .i.Perde.vel,irritum fac.

33 Si tranſieris mecum,אם עברת אתי .i.ſi me ſequaris. 34 Extunc: מאז olim.ex multo tempore. Nunc verò ועתה .i.poſthac. Mihi לי .i.in vtilitatem meam. 35 De domo Regis, מבית המלך in domo regia.

37 Venit itaque,&c. ויבוא וגו׳ q.d.Statim autē vt ingreſſus eſt Chuſai amicus Dauidis in vrbem,ingreſſus quoque eſt Abſalō in Ieruſalē.

IN CAPVT XVI.

1 Ligaturæ vuæ paſſæ,&c. צמוקים Vide 1.Sam.25.d.18. 2 Quid iſta tibi? מה אלה לך .i. Quid iſta ſibi volunt quæ affers? Aſini,&c. החמורים וגו׳ .i.Aſinis vehentur familiares,hoc eſt vxores Regis,&c. Qui laſſus fuerit היעף qui defatigatus fuerit.i.defecerit.

3 Reſpondit ויאמר Hæc mentiens dicebat. 4 Supplex oro, השתחויתי Supplico. Ad verbum,Incuruaui me. Chaldæus paraph. Gratias ago. Nam qui gratias agunt,aliquo ſigno exteriore ſolent animi gratitudinem oſtendere.

Semei maledicit Dauidi fugiēti.

5 'Venit itaque rex Dauid vſque ad Baחhurím,& ecce'inde vir egrediebatur'e familia domus שSaאulis, cuius nomē erat שSimעi filius Gerá,"egrediebatur *inquam* egrediendo,& maledicebat.

6 'Et proiiciebat lapides in Dauidem atque omnes ſeruos regis Dauidis:& omnis populus & omnes 'potentes erant à dextra eius & à ſiniſtra eius.

7 Sic autem dicebat שSimעi dum malediceret illi,Egredere,egredere'vir ſanguinum & vir impie.

8 Reddidit tibi Iehouáh'omnem ſanguinē domus שSaאulis, pro quo regnaſti: tradidítque Iehouáh regnum in manu Abשsalóm filii tui:& ecce es'in malo tuo,quoniam vir ſanguinum es.

9 Dixítque Abiשsai filius צSeruiáh ad Regem,Vtquid'maledicet canis mortuus hic domino meo Regi? tranſibo nūc,& amputabo caput eius.

Mortificata voluntas.

10 Ait verò Rex,Quid mihi&vobis,filii צSeruiáh,ſi maledicat? nam Iehouáh dixit ei,Maledic Dauid:& quis dicet,Cur feciſti ſic?

Dauidiniuriam, quòdà Deo eſſet, non vlciſcitur.

11 Et dixit Dauid ad Abiשsái,& ad omnes ſeruos ſuos, Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo,quærit animam meam:quanto magis nunc'filius Iemini? ſinite illum vt maledicat:quia"dixit ei Iehouáh.

Fides. Afflictio.

12 Forſitan reſpiciet Iehouáh'ad afflictionem meam, & reddet Iehouáh'mihi bonum pro maledictione eius hodie.

13 Et ibat Dauid & viri eius per viam : שSimעi autem ibat per latus montis eregione eius,eundo, & maledicebat,& proiiciebat lapides eregione illius,"& iactabat puluerem.

14 'Peruenit itaque Rex & vniuerſus populus qui erat cum eo,laſſi,"& requieuit illic.

15 Abשsalóm autem & vniuerſus populus viri Iשraאél venerunt in Ieruשsaláim,& Aחhithóphel cum eo.

16 Quū autē ingreſſus eſſet חHuשsái Archites amicus Dauidis ad Abשsalóm,dixit חHuשsái ad Abשsalóm,Viuat Rex,viuat Rex.

17 Dixítque Abשsalóm ad חHuשsái, Iſta eſt 'miſericordia tua erga amicum tuum? quare non iuiſti cum amico tuo?

Chuſai iuxta Dauidis conſilium deficit ad Abſalom.

18 Reſpondit חHuשsái ipſi Abשsalóm,Nequaquam:ſed *eius ero* quē elegit Iehouáh & populus iſte,& omnes viri Iשraאél,illius ero,& cum eo manebo.

19 "Et ſecundò,cui ego ſeruiturus ſum? nónne'filio eius? quemadmodum ſeruiui patri tuo,ſic'ero coram te.

Conſilium Achitóphel.

20 Dixit autem Abשsalóm ad Aחhithóphel , Date cōſilium quid faciamus.

21 Reſpondit Aחhithóphel ad Abשsalóm,Ingredere ad concubinas patris tui quas dimiſit ad cuſtodiendam domum : audiétque

3.Reg.2.b.8

Venit ergo rex Dauid vſque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei,filius Gera,procedebátq; egrdiēs, & maledicebat.

B

Mittebátque lapides contra Dauid & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid:omnis autem populus &vniuerſi bellatores à dextro & à ſiniſtro latere Regis incedebant.

Ita autem loquebatur Semei quū malediceret, Egredere, egredere vir ſanguinum,& vir belial.

Reddidit tibi Dominus vniuerſū ſanguinem domus Saul:quoniam inuaſiſti regnum pro eo,& dedit Dominus regnum in manu Abſalom filii tui:& ecce premunt te mala tua, quoniam vir ſanguinum es.

Dixit autē Abiſai filius Saruiæ, Regi,Quare maledicit canis hic moriturus domino meo Regi? vadam,& amputabo caput eius.

Et ait Rex,Quid mihi & vobis eſt, filii Saruiæ? dimittite eum vt maledicat:Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid:& quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit?

C

Et ait rex Abiſai & vniuerſis ſeruis ſuis,Ecce filius meus,qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animā meam: quanto magis nunc hic filius Iemini? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini,

Si fortè reſpiciat Dñs afflictionem meā , & reddat mihi Dominus bonū pro maledictione hac,die hodierna.

Ambulabat itaq; Dauid, & ſocii eius per viā cum eo:Semei autē per iugū montis ex latere,cōtra illū gradiebatur, maledicens, & mittēs lapides aduerſum eum,terrámque ſpargens.

Venit itaque Rex,& vniuerſus populus cum eo laſſus, & refocillatus eſt ibi.

Abſalom autem & omnis ppulus eius ingreſſi ſunt Ieruſalem,ſed & Achitóphel cum eo.

Quum autem veniſſet Chuſai Arachites amicus Dauid ad Abſalom, locut' eſt ad eū,Salue Rex,ſalue Rex.

Ad quem Abſalom,Hæc eſt,inquit, gratia tua ad amicū tuum ? quare nō iuiſti cum amico tuo?

D

Reſpōditque Chuſai ad Abſalom, Nequaquā : quia illius ero quē elegit Dominus , & omnis hic populus & vniuerſus Iſrael,& cum eo manebo.

Sed vt & hoc inferam , cui ego ſeruiturus ſum? nónne filio Regis? ſicut parui patri tuo,ita parebo & tibi.

Dixit autem Abſalom ad Achitóphel, Inite conſilium, quid agere debeamus.

Et ait Achitóphel ad Abſalom, Ingredere ad cōcubinas patris tui,quas dimiſit ad cuſtodiendum domum , vt

---

5 Venit itaque Rex,&c. ובא המלך וגו׳ Quum autem perueniſſet Rex vſque ad Bahurim.i.in agrum Bahurim:hoc eſt,quū iam non longe abeſſet à Bahurim. Vrbs erat in tribu Beniamin,quæ 1.Paral.6.e.60, dicitur Almath,vt dicunt Hebræi. Hoc verò per anticipationē dicitur:nā quæ prius illi acciderint,exponuntur. Inde משם .i.ex Bahurim. E familia domus שSaאulis, ממשפחת בית־שאול .i.è tribu Beniamin. Egrediebatur egred. יוצא יצוא .i.qui quum egreſſus eſſet,cœpit maledicere Dauidi.

6 Et proiiciebat lapides in Dauidē ויסקל באבנים את־דוד Ad verbū,Et lapidabat lapidibus Dauidē. Potentes הגבורים fortes.i.omnes viri militares eius erant ad latus dextrum eius & ad ſiniſtrū. 7 Vir ſanguinū & vir impie. איש הדמים ואיש הבליעל: Vir ſanguinum & vir beliiaal.i.homicida & improbe.De Beliiaal vide Deut.13.c.13. 8 Omnē ſanguinem domus שSa. כל־דמי בית־שאול Hoc dixit propter Iſboſeth & Abner. In malo tuo, ברעתך .i.calamitate & afflictione opprimeris,quoniam ſanguinem humanum fudiſti.

9 Maledicet יקלל .i.perget maledicere homo iſte abiectiſſimus,qui non pluris eſt quàm canis mortuus.

11 Filius Iemini? בן־הימיני .i.Beniaminita. Dixit אמר pro Præcepit poſitum. 12 Ad afflictionem meā, בעוני Sic ſcribitur vt vertit noſter interpres:at legitur בעיני ad oculum meum.id eſt lachrymas oculorū meorum. 13 Et iactabat pul.: ועיפר בעפר Ad verbū, & puluerabat(ſi Latinè dici poſſet)puluerem. 14 Peruenit itaque ויבוא ſub.in Bahurim. Et requieuit וינפש & recreatus eſt.vel, refocillatus.reſumpſit animum.reſpirauit.Chaldæus paraph.vertit vt noſter interpres. 17 Miſericordia tua חסדך gratia tua. q.d.hæc rependis amico tuo pro beneficiis ab ipſo acceptis? 19 Et ſecundò, והשנית Ad verbum,Et ſecunda.ſub.ratio propter quam id feci.i. Deinde.Adhæc. Filio eius? לפני בנו Ad verbum,coram filio eius? Vacat iſtud CORAM quibuſdam,aliis non item,quòd ea ſit verbi עבד conſtructio.ſic mox,coram patre tuo. Ero coram te.: אהיה לפניך sub.ſeruus.i.ſeruiam tibi.

vt quũ audierit omnis Iſrael quòd fœdaueris patrẽ tuum, roborentur tecũ manus eorum.

Suprà 12.c.11

Tetenderunt ergo Abſalom tabernaculum in ſolario, ingreſſúſq; eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael. 22

Conſilium autem Achitóphel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſiquis conſuleret Deum: ſic erat omne conſiliũ Achitóphel, & quũ eſſet cum Dauid, & quũ eſſet cũ Abſalõ. 23 Cap. XVII.

DIxit ergo Achitópbel ad Abſalom, Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac nocte: 1

Et irruẽs ſuper eum (quippe qui laſſus eſt, & ſolutis manibus) percutiam eum: quúmque fugerit omnis populus qui cum eo eſt, percutiam Regem deſolatum: 2

Et reducam vniuerſum populum, quomodo vnus homo reuerti ſolet: vnum enim virũ tu quæris: & omnis populus erit in pace. 3

Placuitque ſermo eius Abſalom & cunctis maioribus natu Iſrael. 4

Ait autem Abſalõ, Vocate & Chuſai Arachitem, & audiamus quid etiã ipſe dicat. 5

Quúmque veniſſet Chuſai ad Abſalom, ait Abſalom ad eum, Huiuſcemodi ſermonem loquutus eſt Achitophel: facere debemus an non? quod das conſilium? 6

B

Et dixit Chuſai ad Abſalom, Non eſt bonum cõſilium quod dedit Achitóphel hac vice. 7

Et rurſum intulit Chuſai, Tu noſti patrem tuũ & viros qui cum eo ſunt, eſſe fortiſſimos & amaro animo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat: ſed & pater tuus vir bellator eſt, nec morabitur cum populo. 8

Forſitã nũc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & quũ ceciderit vnus quilibet in prĩcipio, audiet quicunq; audierit, & dicet, Facta eſt plaga in populo qui ſequebatur Abſalõ. 9

Et fortiſſimus ipſe, cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur: ſcit enim omnis Iſrael fortem eſſe patrẽ tuum, & robuſtos omnes qui cum eo ſunt. 10

C

Sed hoc mihi videtur rectum eſſe conſiliũ, Cõgregetur ad te vniuerſus Iſrael, à Dan vſque Berſabee, quaſi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum. 11

Et irruemus ſuper eum in quocunque loco inuẽtus fuerit: & operiem⁹ 12

vniuerſus Iשׂſraאél 'quòd abominationem feceris in patrẽ tuum, & roborabuntur manus omnium "qui tecum *ſunt*.

Abſalõ cum concubinis patris concumbit.

22 Tetenderunt ergo ipſi Abשׂſalóm "tabernaculum ſuper tectum, & ingreſſus eſt Abשׂſalóm ad cõcubinas patris ſui in oculis totius Iשׂſraאelis.

23 Conſilium autem Aחhithóphel quod cõſulebat in diebus illis, erat quaſi 'quis interrogaſſet verbum Dei: ſic erat omne cõſilium Aחhithóphel, etiam Dauidi, etiam ipſi Abשׂſalóm. Cap. XVII.

Conſilium Achitóphel.

1 DIxit autem Aחhithóphel ad Abשׂſalóm, 'Deligam nunc duodecim millia virorũ, & conſurgã, & perſequar Dauidẽ "nocte:

2 'Et irruã in eum: is enim eſt fatigatus, '& remiſſis manibus: terrebo eum, & fugiet vniuerſus populus qui eſt cum eo, & percutiã Regem ſolum:

3 Atque reducam vniuerſum populũ ad te: '*&* quũ reuerſi fuerint omnes, *& interfeceris* virũ quẽ tu quæris, vniuerſus popul⁹ erit in pace.

4 "Et rectum fuit verbum in oculis Abשׂſalóm & in oculis omniũ Seniorum Iשׂſraאelis.

5 Dixítque Abשׂſalóm, Voca obſecro & חHuשׂſái Architam, & audiamus "quid in ore eius etiam fuerit.

6 Et quum veniſſet חHuשׂſái ad Abשׂſalóm, dixit illi Abשׂſalóm dicendo, 'Secundũ verbum hoc loquutus eſt Aחhithóphel: nunquid faciemus verbum eius, an non? tu loquere.

Diſſipatur à Deo conſilium Achitophel per Chuſai.

7 Tum dixit חHuשׂſái ad Abשׂſalóm, Non eſt bonum conſilium quod conſuluit Aחhithóphel hac vice.

8 Addidítque חHuשׂſái, Tu noſti patrẽ tuũ & viros eius quòd fortes ſint, "adhæc amari animo ſunt ſicut vrſus "orbatus in agro: præterea pater tuus eſt vir bellicoſus, 'nec pernoctabit cum populo.

9 En nunc deliteſcit "in quadam fouea, vel in quodam alio loco: & erit "quum inciderint in illos initio, & audierit qui audiet, dicet, Fuit plaga in populo qui erat poſt Abשׂſalóm:

10 *Hinc fiet* "vt etiã vir fortis, cuius cor ſit ſicut cor leonis, liqueſcendo liqueſcat: ſcit enim vniuerſus Iשׂſraאél quòd fortis eſt pater tuus, '& fortiſſimi qui ſunt cum eo.

Conſilium Chuſai.

11 Sed 'conſulo vt congregando congregetur ad te vniuerſus Iשׂſraאél à Dan vſque Beאer-שׂſébay, 'tanquam arena quæ eſt ad mare in multitudine, "& facies tua vadat in bellum.

12 Tum veniemus ad eum "ad quendam locũ in quo inueniri po-

21 Quòd abominationem fec. כִּי־נִבְאַשְׁתָּ quòd rem fœdam feceris. q.d. quòd fœtidum & malè olentem te reddideris patri tuo. i. quòd ſeriò defeceris à patre tuo. Quidam vertũt, quòd exoſus ſis patri tuo. Qui tecum *ſunt*. אשר אתך: i. qui tuas partes ſequuntur.

22 Tabernaculũ ſuper tectũ, האוהל על־הגג tentoriũ in tecto. nẽpe regio. 23 Quis interrogaſſet verbũ Dei: ישאל־איש בדבר האלהים conſuleret quis verbum Dei. i. tantæ erat authoritatis, quantæ eſt reſponſum & oraculum Diuinum.

IN CAPVT XVII.

1 Deligam אבחרה q.d. Fac mihi poteſtatem deligendi nunc, &c. Nocte: הלילה: ſub. ſequente.

2 Et irruam in eum: ואבוא עליו Ad verbũ, Et veniã ſuper eum. Et remiſſis manibus: ורפה ידים & debilis manibus. i. animo remiſſo. q.d. quem inueniã fatigatũ ac remiſſum. 3 *Et* quum reuerſi fuerint, &c. כשוב הכל האיש אשר וגו' quum reuerſi fuerint omnes, vir quẽ tu quæris, *veniet* in poteſtatem tuã, & ita vniuerſus populus erit in pace. Alii, cõuerſo ordine, Vir quem tu quæris, *reputabitur* vt reuerſio omnium. i. interfectio Dauidis erit cauſa cur omnes reuertantur, & quòd vniuerſus populus ſit in pace. Alii item conuerſo dictionum ordine, Quúmque reuerſi fuerint omnes, vniuerſus populus erit in pace: [i. ſaluus] *nam* is quem quæris, eſt vir ipſe. i. caput & dux populi. hoc eſt, tu enim ſolũ principem & ducem quæris. 4 Et rectum fuit verbum in oculis, &c. ויישר הדבר בעיני וגו' Hebraiſmus, placuit conſilium ipſi Abſalom. nã quæ recta ſunt, placent. 5 Quid in ore eius etiam fu. מה־בפיו גם־הוא: i. quid etiam ipſe dicat ac ſentiat. Hebraiſmus.

6 Secundum verbum hoc, &c. כדבר הזה וגו' Hebraiſmus, Talia loquutus eſt Achitophel, ſumus facturi quod conſuluit, néc ne?

8 Adhæc amari animo ומרי נפש & amaro animo. i. vehemẽter irati. Orbatus in agro: שכול בשדה. i. ſicut vrſus cui catuli ſunt ablati, ſæuire ſolet in agro. Nec pernoctabit ולא ילין. i. non capiet ſomnũ. 9 In quadam fouea, &c. באחת הפחתים וגו' Ad verbum, in vna fouearũ. i. in vno è locis. Quum inciderint, &c. כנפול בהם וגו'. i. quum milites tui irruerint in illos ad prælium paratiſſimos, & audi erit qu audiet tumultum tuorum qui primo impetu perierint, tum dicet, Victus eſt populus qui ſequitur partes Abſalom.

10 Vt etiam, &c. ואף הוא וגו' Ad verbum, Et ipſe etiam filius virtutis, cuius cor eius ſicut, &c. i. hinc fiet vt ille qui audierit, etiamſi ſit animo audaciſſimo præditus, diſſoluto ſit animo, & trepidare incipiat. Et fortiſſimi ובני־חיל Ad verbum, & filii virtutis. vel, fortitudinis, qui, &c.

11 Conſulo vt congregando congreg. יעצתי האסוף יאסף Ad verbum, conſului vt congregando, &c. Præt. pro Præſ. i. conſulo vt citiſſimè congregetur Tanquam arena, &c. כחול וגו'. i. qui multitudine arenam maris æquat. Quidam vertunt, præ multitudine. Et facies tua ופניך. i. ipſe præſens adſis in conflictu. 12 Ad quendam locum in quo inueniri באחת המקומות אשר נמצא Ad verbum, ad vnum ex locis, &c. i. vbicunque tandem locorum inuenietur.

terit,'& irruemus in eum quemadmodum cadit ros ſuper terram, & non relinquetur ex eo nec ex omnibus viris qui ſunt cum eo, etiam vnus.

13 Quòd ſi in vrbem *aliquam*'collegerit ſeſe,portabūt vniuerſus Iשſraאél ad ciuitatem funes, trahemúſque eam vſque in torrentem, donec ne lapillus quidem inueniatur ibi.

14 Dixítque Abשſalóm & omnis vir Iשſraאél, Melius eſt cōſilium חHuשſai Architæ conſilio Aחhithóphel. Iehouáh autē præceperat deſtruere conſilium Aחhithóphel'quod bonum erat,vt induceret Iehouáh ſuper Abשſalóm malum.

Chuſai;conſiliū Achithophel Dauidi aperit.

15 Dixit autē חHuשſái ad צSadóc & אEbiathar ſacerdotes,Sic & ſic conſuluit Aחhithóphel ipſi Abשſalóm & Senioribus Iשſraאél: & ſic & ſic conſului ego.

16 Nunc ergo mittite feſtinanter, & renuntiate Dauidi, dicendo, Ne moreris'nocte in campeſtribus deſerti, ſed etiā' mox traiice: ne fortè deglutiatur Rex & vniuerſus populus qui eſt cum eo.

17 Iehonathan autem & Aחhimáעaצs ſtabant in fonte Rogel'quò iuit ancilla, & nuntiauit eis:'ipſi verò ituri erāt & renūtiaturi regi Dauidi:'non enim poterant oſtendere ſeſe ingrediendo vrbem:

18 Vidit tamen eos puer, & renuntiauit ipſi Abשſalóm. abierunt itaque ambo feſtinanter,& venerūt ad domum viri in Baחhurím cui erat puteus in atrio ſuo,& deſcenderunt illuc.

Achimaa & Ionatha abſconſi i puteo, falluntur ſerui Abſalō.

19 Tulit verò 'mulier, & expandit operimentum in ſuperficie putei,& expandit ſuper illud'grana contuſa:& non eſt agnita res.

20 Venerunt autem ſerui Abשſalóm ad mulierem in domū,ac dixerunt, Vbi eſt Aחhimáעaצs & Ionathan? Reſpondit eis mulier, Tranſierunt'vadum aquæ. Et quæſierūt:non inuenientes autem, reuerſi ſunt in Ieruשſaláim.

21 Quum autem abiiſſent illi, aſcenderunt de puteo, atque abierunt, nuntiauerúntque regi Dauidi, ac dixerunt ipſi Dauidi, Surgite,& tranſite feſtinanter'aquam: ſic enim conſuluit contra vos Aחhithóphel.

22 Et ſurrexit Dauid, atque omnis populus qui erat cum eo,trāſierúntque Iardén, 'donec illuceſceret mane: vſque ad vnum non defuit qui non tranſiret Iardén.

Achitóphel laqueo mortem ſibi conſciſcit.

23 Aחhithóphel autem videns quòd non eſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum,& ſurrexit, abiítque domum ſuam in ciuitatem ſuam,& præcepta dedit'familiæ ſuæ, poſtea ſtrāgulauit ſeſe,& mortuus eſt,ac ſepultus in ſepulchro patris ſui.

Abſalom perſequitur Dauidē.

24 Dauid autem'venit in Maחhanáim, & Abשſalóm tranſiit Iardén,ipſe '& omnes viri Iשſraאelis cum eo.

Amaſa.

25 Et poſuit Abשſalóm עAmaשſá pro Ioáb ſuper exercitū:עAmaשſa autē filius erat'viri cuius nomē Ithrá,'Iשſraאelita, qui ingreſſus fuerat ad Abigál filiā'Naחháשs ſororem צSeruiáh matrē Ioáb.

eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram:& non relinquemus de viris qui cum eo ſunt,ne vnum quidem.

13 Quòd ſi vrbem aliquam fuerit ingreſſus,circundabit omnis Iſrael ciuitati illi funes,& trahemus eā in torrentē,vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea.

14 Dixitque Abſalom,&omnes viri Iſrael, Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ conſilio Achitóphel.Domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitóphel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalom malum. D

15 Et ait Chuſai Sadoc &Abiathar ſacerdotibus,Hoc & hoc modo cōſiliū dedit Achitóphel Abſalom & Senioribus Iſrael:& ego tale & tale dedi cōſilium.

16 Nunc ergo mittite citò,& nuntiate Dauid,dicētes,Ne moreris nocte hac in cāpeſtribus deſerti, ſed abſque dilatione trāſgredere:ne fortè abſorbeatur Rex,& oīs populus qui cū eo eſt.

17 Ionathan autem & Achimaas ſtabāt iuxta fontem Rogel:abiit ancilla & nuntiauit eis, & illi profecti ſunt vt referrēt ad regem Dauid nuntium: non enim poterant videri,aut introire ciuitatem.

18 Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Abſalom:illi verò concito gradu ingreſſi ſunt domū cuiuſdā viri in Bahurim, qui habebat puteum in veſtibulo ſuo,& deſcenderunt in eū. E

19 Tulit autem mulier, & expādit velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas:& ſic latuit res.

20 Quúmque veniſſent ſerui Abſalō in domum ad mulierē, dixerunt,Vbi eſt Achimaas & Ionathan?Et reſpondit eis mulier, Tranſierunt feſtinantes,guſtata paululum aqua.At hi qui quærebant,quum non reperiſſent,reuerſi ſunt in Ieruſalem.

21 Quúmque abiiſſent, aſcenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid,& dixerunt,Surgite, & tranſite citò fluuium:quoniam huiuſcemodi dedit conſilium cōtra vos Achitóphel. F

22 Surrexit ergo Dauid,& omnis populus qui cum eo erat,& tranſierunt Iordanem, donec diluceſceret:& ne vnus quidem reſiduus fuit qui non tranſiſſet fluuium.

23 Porrò Achitóphel videns quòd nō fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuum,ſurrexitque & abiit in domum ſuam & in ciuitatē ſuam: & diſpoſita domo ſua, ſuſpendio interiit,& ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui.

24 Dauid autem venit in caſtra,& Abſalom tranſiit Iordanem,ipſe & omnes viri Iſrael cum eo.

25 Amaſam verò conſtituit Abſalom pro Ioab ſuper exercitum: Amaſa autem erat filius viri qui vocabatur Ietra de Iſraeli,qui ingreſſus eſt ad Abigail filiā Naas, ſororem Saruiæ quæ fuit mater Ioab. G

Et irruemus in eum ונחנו עליו Ad verbum,& requieſcemus ſuper eum.à נוח .i.occupabimus,obruemus eum aut ſubitò,aut multitudine. Quidam ab חנה caſtrametari,vertunt,caſtrametabimur aduerſus eum. 13 Collegerit ſeſe, יאסף .i.ſe receperit.

14 Quod bonum erat, הטובה quod erat præſtantius. 16 Nocte הלילה ſub.proxima. Mox traiice: עבור תעבור Ad verbum, tranſeundo tranſeas.ſub.Iordanem. 17 Quò iuit ancilla, והלכה השפחה ad hoc ſcilicet miſſa. Ad verbum,& abiit ancilla. Ipſi verò ituri,&c. והם ילכו והגידו .i.ſtabant ad fontem Rogel, vt quum illis eſſet renuntiatum quid dicerent, proficiſcerentur: ſtabant inquam illic, quòd non auderent ingredi vrbem,ne viderentur. Non enim poterant כי לא יוכלו & non audebant.Fut.Heb.per præt. imperf. vertēdum.

19 Mulier, האשה .i.materfamilias eius domus. Grana contuſa: הרפות Hebræi dicunt eſſe grana triticea:alii hordeacea.

20 Vadum מיכל riuum.i.flumen.Chaldæus paraph.iam tranſierunt Iordanem. 21 Aquam: את המים .i.Iordanem.

22 Donec illuceſceret mane: עד־אור הבקר vſque dum illuxit mane.i.vſque ad diluculum matutinum:hoc eſt antequam diluceſceret.

23 Familiæ ſuæ, אל ביתו de familia ſua. 24 Venit in Maחha.& Abשſalòm בא מחנימה ואבשלום iam deuenerat in Mahanáim quū Abſalom,&c. Et omnes viri Iשſr. וכל־איש ישראל .i.maior pars Iſraelis. 25 Viri איש .i.magnatis cuiuſdam. Iשſraאelita, הישראלי Genere quidem, & Iſmaelita habitatione.ita enim vocatur 1. Paral.2.b.17,quòd ſcilicet aliquando habitaſſet apud Iſmaelitas.

Naחháשs נחש Is eſt Iſai.

26 Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Abſalom in terra Galaad.

27 Quúmque veniſſet Dauid in caſtra, Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammõ,&Machir filius Amiel de Lodabar,& Berzellai Galaadites de Rogelim,

28 Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia, & vaſa fictilia,frumẽtum, & hordeũ, & farinam,& polentam, & fabam,& lentem,& frixum cicer,

29 Et mel,& butyrũ,oues,& pingues vitulos: dederúntque Dauid & populo qui cum eo erat,ad veſcendum. ſuſpicati enim ſunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto.

Cap.XVIII.

1 IGitur conſiderato Dauid populo ſuo,conſtituit ſuper eos tribunos & centuriones.

2 Et dedit populi tertiam partem ſub manu Ioab,& tertiam partẽ ſub manu Abiſai filii Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem ſub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitque Rex ad populum,Egrediar & ego vobiſcum.

3 Et reſpondit populus, Non exibis: ſiue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit è nobis, non ſatis curabũt: quia tu vnus pro decem millibus computaris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe præſidio.

4 Ad quos Rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo Rex iuxta portam: egrediebatúrque populus per turmas ſuas centeni & milleni.

5 Et præcepit Rex Ioab & Abiſai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerum B Abſalõ. Et omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis principibus pro Abſalom.

6 Itaque egreſſus eſt populus in campum contra Iſrael(& factum eſt prælium in ſaltu Ephraim)

7 Et cæſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu Dauid, factáque eſt plaga magna in die illa,viginti millium.

8 Fuit autem ibi prælium diſperſum ſuper faciem omnis terræ, & multo plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo,quàm hi quos vorauerat gladius in die illa.

9 Accidit autẽ vt occurreret Abſalõ ſeruis Dauid,ſedens mulo: quúmque ĩgreſſus fuiſſet mulus ſubter cõdenſã quercũ & magnã, adhæſit caput eius quercui: & illo ſuſpenſo inter cælũ & terrã, mulus cui inſederat,ptrãſiuit.

26 Et caſtrametatus eſt Iשſraאél & Abשſalóm in terra Gilyád.

Prouidẽtia Dei, cibi afferuntur Dauidi in deſerto.

27 Fuit autem quum perueniſſet Dauid in Manhanáim, ʹשSobí filius Nanhás de Rabbáh filiorum עAmmón,& Machir filius עAmmiאel de Lo-debár,& Barzillai Gilyadites de Rogelím,

28 ″Lectum,″& crateres,& vaſa figulina,& frumẽtum,& hordeum, & farinam,″& polentam,& fabas,& lentes,& polentam,

29 Et mel, & butyrum,& pecudes,& caſeos vaccinos obtulerũt Dauidi & populo qui cum eo erat,ad veſcendum. dixerunt enim, Populus ille famelicus eſt,″& laſſus,& ſitiens eſt in deſerto.

Cap. XVIII.

1 REcenſuit autem Dauid populum quem habebat ſecum,& poſuit ſuper eos″tribunos & centuriones.

Præparat Dauid exercitũ contra Abſalom.

2 ʹEt miſit Dauid populum, tertiam partem ʹſub manu Ioáb, & tertiam partem ſub manu Abiשſai filii צSeruiáh fratris Ioáb,& tertiam partem ſub manu אItthái Gitthæi: dixítq; Rex ad populum, ʹEgrediendo egrediar etiam ego vobiſcum.

3 Dixit verò populus, Non egredieris: ſi enim fugiendo fugerimus,″non ponent ſuper nos cor: & ſi mortua fuerit media pars noſtrum, non ponẽt ſuper nos cor. ʹnunc autem es ſicut nos decem millia: nunc igitur melius eſt quòd ſis nobis ex ciuitate″auxilio.

4 Et dixit ad eos Rex, Quod bonum eſt in oculis veſtris,faciam. Subſtitit itaq; Rex ″in loco portæ, & vniuerſus populus egrediebantur″centeni & milleni.

5 Præcepit autem Rex ipſi Ioab & Abiשſái & אItthái, dicendo, ʹLeniter propter me *tractate* puerum Abשſalóm. Vniuerſus autem populus audiuit quum præcepta daret Rex omnibus principibus ʹpropter Abשſalóm.

Dauid præcipit ne occidatur Abſalom.

6 Egreſſus eſt itaque populus in cãpum in occurſum Iשſraאelis: (& fuit prælium″in ſaltu אEphráim)

Vincitur exercitus Abſalom.

7 Et cæſi ſunt ibi populus Iשſraאelisʹcorã ſeruis Dauidis, fuítque ibi plaga magna die illa,viginti millium.

8 ʹIbíque præliũ diſperſum fuit in ſuperficie vniuerſæ terræ: & pluresʹſylua conſumpſit è populo,quàm gladius die illa.

9 ″Occurrit autem Abשſalóm in ſeruos Dauidis: Abשſalóm verò equitabat ſuper mulo,& ingreſſus eſt mulus″ſubter dẽſitatẽ quercus magnæ,″& adhæſit caput eius quercui,″poſitúſq; eſt inter cælum & terram: mulus autem qui erat ſub eo,tranſierat.

Abſalõ de quercu pendens confoditur à Ioab.

---

27 Sobí ושבי Hunc fuiſſe Iſraelitam dicunt Hebræi,qui in Rabbah remanſerat,ea expugnata à Dauide. Alii fratrem Nahas,quem ſuperauerat Dauid in Rabbah. Alii filium Hanon. 28 Lectum, משכב Singul.Hebr.pro plur.Lectos.Stratoria.i.quæ pertinent ad lectum. Chaldæus paraph.ſindones.linteamina. Et crateres, וספות & hydrias.Doctus inter Hebræos exponit pelues. Et polẽtam, וקלי triticeam ſcilicet.In fine verſus polentam intelligit leguminariam.i.ex leguminibus factam. 29 Et laſſus,&c. ועיף וגו׳ & fatigatus,& ſitibundus ex deſerto.i.ex itinere facto per deſertum.

IN CAPVT XVIII.

1 Tribunos & centur. שרי אלפים ושרי מאות: Ad verbum,principes *ſuper* mille,& principes *ſuper* centum. 2 Et miſit וישלח .i. commiſit,tradidit. Sub manu Ioab, ביד־יואב .i.fidei Ioab. Egrediẽdo egr. יצוא אצא ſub.ad præliũ. 3 Non ponẽt ſuper nos cor: לא־ישימו אלינו לב Hebraiſmus,non adiicient ad nos cor.i.non magnopere curabũt de fuga noſtra.Sic mox, Non ponent ſuper nos cor ſi mediã partem noſtrum occiderint.i.non valde curabunt,vel non magnifacient victoriam illam. Nunc autem,&c. כי־עתה וגו׳ .i.nunc autem quum ſaluus & incolumis es.Subaudiẽda quædam,acſi dicat,pro decem millibus nobis ſimilibus computaris.q.d. Te ſaluum tanti faciunt quanti facerent decem millia hominum ſimilium nobis.Doctus inter Hebræos coactè nimis exponit,vt doctiores ſcribũt,quum dicit, Etiamſi nunc perierint decem millia virorum ſimilium nobis.i.etiamſi numerus interfectorum aſcendat ad decem millia. Auxilio. לעזור: Ad verbũ,ad auxiliandum.i. Præſtat igitur vt precibus & conſilio feras nobis opem ex vrbe. 4 In loco portæ, אל־יד השער .i.in eo loco portæ vbi ſedere ſolebant ſpectaturi tranſeuntes. Alii vertunt,iuxta [vel,ſecus] portam. Centeni & milleni. למאות ולאלפים: per centurias & chiliadas. 5 Leniter,&c. לאט־לי וגו׳ Leniter in meam gratiam *tractate* puerum,nempe Abſalom.q.d. Leniter mea cauſa incurrite in illũ, nolite ſæuire in illum,ſed parcite illi. Propter Abשſalóm. על־דבר אבשלום: Ad verbum,pro negotio Abſalom.i.de non perdendo Abſalom. 6 In ſaltu אEphráim. ביער אפרים: in ſylua Ephraim. Sylua iſta Ephraim dicebatur quòd tranſmiſſo Iordane Ephrathæi illuc paſtum pecora deducebant: quod vetitum non erat. 7 Coram ſeruis לפני עבדי .i.à ſeruis. 8 Ibique prælium,&c. ותהי־שם וגו׳ .i. Tota ea regio operta erat militibus pugnantibus. Sylua conſumpſit היער לאכול Alii aiunt feras multos diſcerpſiſſe: alii,ob crebras ſcrobes multos occubuiſſe. Ad verbum,& multiplicauit ſylua conſumere,&c. 9 Occurrit autem ויקרא Incurrit autem. Subter denſitatem quercus תחת שובך האלה .i.ſubiit quercum magnã habentem multos ramos intricatos & perplexos. Et adhæſit caput eius quercui, ויחזק ראשו באלה & adhæſit coma [cæſaries] eius quercui.i.ramis illius quercus. Quidam,& retentum eſt caput eius in quercu. Poſitúſque eſt ויתן Ad verbũ, & datus eſt,i.remanſit ſuſpenſus inter cælum & terram.nam mulus quo vehebatur,iam præterierat.

Quod quum vidiſſet quiſpiam, nuntiauit ipſi Ioáb,& dixit,Ecce vidi Abשſalóm″ſuſpenſum in quercu. 10

Dixit autem Ioáb viro nuntianti ſibi,″En verò vidiſti,& cur nõ percuſſiſti eum ibi in terram, & mea interfuiſſet dare tibi decem ″argenteos & balteum vnum? 11

Reſpondit vir ad Ioáb,iam ſi″appenderẽ ſuper manus meas mille argenteos,non mitterem manum meam in filium Regis: quia ″in auribus noſtris præcepit Rex tibi & Abiשſai & אItthái, dicẽdo, Cauete ne quis tangat puerum Abשſalóm. 12

″Aut feciſſem in animã meam mendaciũ:″nihil enim eſt abſcõditum Regi,& tu ſtetiſſes″ex aduerſo. 13

Dixítque Ioáb,″Non ſic expectabo coram te. Tulit igitur″tria tela in manu ſua,& infixit ea in cor Abשſalóm″adhuc ipſo viuẽte ″in medio quercus. 14

″Circuierunt quoque decem iuuenes armigeri Ioáb,& percuſſerunt Abשſalóm,& occiderunt eum. 15

″Cecinítque Ioáb buccina,& reuerſus eſt populus à perſequẽdo Iשſraאele,quia″prohibuit Ioáb populum. 16

Monumentum Abſalom.

Et tulerunt Abשſalóm, proiecerúntque eum in ſaltum, in foueam ″grandem, ″& ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum valde : porrò vniuerſus Iשſraאél fugerunt ſinguli in tabernacula ſua. 17

Abשſalóm autem ″ceperat *hoc conſilium*, & erexerat ſibi in vita ſua monumentum quod erat in valle regia: ″dixerat enim, ″Non eſt mihi filius″qui memorari faciat nomen meum. vocauítque monumẽtum nomine ſuo: vocatum enim fuit illud, Locus Abשſalóm, vſque ad diem hanc. 18

Aחhimáyaɣs autem filius ẓSadoc dixit,Currã″nunc,& nũtiabo Regi quòd″iudicauerit eũ Iehouáh de manu inimicorũ ſuorum. 19

Dixítque ei Ioáb, ″Non vir nuntii eris hodie,ſed nuntiabis″die altera:hodie non nuntiabis,eo quòd filius Regis mortuus eſt. 20

Chuſi nuntiat Dauidi victoriã, & mortuum Abſalom.

Dixit præterea Ioáb″ad Chuשſí, Vade, nũtia Regi quod vidiſti. Et incuruauit ſe Chuשſí ipſi Ioáb,& cucurrit. 21

″Et addidit adhuc Aחhimáyaɣs filius ẓSadóc, & dixit ad Ioáb, 22

10 Vidit autem hoc quiſpiam,& nuntiauit Ioab,dicens,Vidi Abſalom pẽdere de quercu.

11 Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra,&ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos,& vnum balteum? C

12 Qui dixit ad Ioab,Si appenderes in manibus meis mille argẽteos,nequaquam mitterem manum meam in filium Regis: audientibus enim nobis præcepit Rex tibi,& Abiſai,&Ethai, dicens,Cuſtodite mihi puerum Abſalom.

13 Sed & ſi feciſſem contra animam meã audacter,nequaquã hoc Regẽ latere potuiſſet,& tu ſtares ex aduerſo.

14 Et ait Ioab,Nõ ſicut tu vis, ſed aggrediar eum coram te.Tulit ergo tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom:quúmque adhuc palpitaret hærens in quercu:

15 Cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. D

16 Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum,ne perſequeretur fugientem Iſrael, volens parcere multitudini.

17 Et tulerunt Abſalom,& proiecerũt eum in ſaltu,in foueam grandem, & comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis:omnis autẽ Iſrael fugit in tabernacula ſua.

18 Porrò Abſalom erexerat ſibi, quũ adhuc viueret,titulum qui eſt in Valle Regis : dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. vocauitque titulum nomine ſuo,& appellatur,Manus Abſalom: vſque ad hanc diem.

19 Achimaas autem filius Sadoc, ait, Curram,& nuntiabo Regi quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius.

20 Ad quem Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, ſed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare: filius enim Regis eſt mortuus. E

21 Et ait Ioab Chuſi, Vade & nuntia Regi quæ vidiſti.Adorauit Chuſi Ioab,& cucurrit.

22 Rurſus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit ſi

10 Suſpenſum in quercu. תלוי באלה: pendentem de quercu.

11 En verò vidiſti,& cur non percuſſ. והנה ראית ומדוע לא־הכיתו Ad verbum,& ecce vidiſti,&c. Quum videris,quare non percuſſiſti,&c. Quidam interrogatiuè vertunt,Et ecce vidiſti? Argenteos כסף ſub.ſiclos.& ita Chaldæus paraph.

12 Appenderem ſuper manus m. שוקל על־כפי appenderem in manibus meis.i.ſi mihi iam appenſos numerarem mille ſiclos. In auribus noſtris באזנינו Hebraiſmus,nobis audientibus. 13 Aut feciſſem,&c. ארעשיתי וגו׳ Aut facerem contra animam meam rem iniquam.ſiue,facinus occultum & latens. Vel,Sed & ſi feciſſem,feciſſem rem iniquam in perniciem meam.nam contraueniſſem præcepto Regis. q.d.Neque planè,ſiue apertè,neque occultè velim nocere filio Regis:reſciret enim Rex. Nihil enim eſt abſcond. וכל־דבר לא־יכחד מן־המלך Ad verbum,& omne verbum non abſcondetur à Rege.Fut.Heb.pro præſ.i.nihil latere ſolet Regem. Ex aduerſo. מנגד: .i.eminus.àlonge. q.d.& nõ patrocinatus eſſes mihi:ſed potius inſtitiſſes cõtra me apud Regẽ vt occiderer. 14 Nõ ſic expectabo,&c. לא־כן אוחילה לפניך ſub.vt tu feciſti.non hîc ſubſiſtam coram te diutius. iamiam occidam. Vel,Non faciam vt tu feciſti. non morabor etiam te ſpectante interficere ipſum.q.d.ſine mora interficiam Abſalom,te etiam præſente:vt ſcias me non exigere à te quod ipſe facere nolim. Alii vertunt,Non eſt rectũ quòd expectem coram te.ſub.vt interficiam eum,ne eripias eum. Vel,Non eſt bonum quòd præſentia tua reuocet me à cæde Abſalom.q.d.interficiam Abſalom,nec verebor tuam præſentiam. Tria tela שלושה שבטים tres lanceas[haſtas]minutas.i.ſubtiliores & minus craſſas. Adhuc ipſo viuente עודנו חי & adhuc ipſe viuebat.poſtquam ſcilicet infixit lanceas & transfodit eum,ideo decem pueri percuſſerunt eũ. Quidam vertunt,& tamen necdum erat mortuus. In medio quercus. בלב האלה: Ad verbum,in corde quercus. Quidam partem infimam quercus interpretantur. 15 Circuierunt quoque ויסובו Cinxerunt itaque *eum*.[vel,*eam*]*arborem*.

16 Cecinítque ויתקע .i.Cœpit canere receptui. Prohibuit חשך prohibuerat.continuerat.

17 Grandem, הגדול prealtam.profundam. Et ſtatuerunt ſuper eum ויצבו עליו & erexerũt ſuper illam.iam ſcilicet repletam lapidibus.

18 Ceperat,&c. לקח וגו׳ .i.induxerat ſibi in animũ erigere, dum adhuc viueret,titulum,ſiue pyramidem,atque arcum triumphalem,qui ſitus erat,&c.Hoc citat obiter huius libri author,vt oſtendat manifeſto argumento Abſalom fuiſſe ſuperbum,& laudis nimis quàm auidũ. Aut ironicè hæc dicuntur,quòd cõgeſtis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Dauidis multo alia quàm illa quã ſibi,dũ viueret,excitauerat. Dixerat אמר .i.cogitauerat. Non eſt mihi filius אין־לי בן Suprà cap.14.f.27,legimus,Nati ſunt Abſalom tres filii,& filia vna. Mortui erant igitur:propterea erexit monumentum in ſui memoriam poſt mortem. Qui memorari faciat,&c. הזכיר שמי וגו׳ Infinit.Heb.qui conſeruet memoriam nominis mei.aut,ad perpetuandam memoriam nominis mei. Quidam vertunt,vt memoriam relinquam nominis mei.

19 Nunc, נא quæſo. Iudicauerit eum שפטו .i.iudicio ſuo liberauerit. 20 Non vir nuntii לא איש בשורה .i.non es aptus ad perferendum nuntium.mox idem dicit,Hodie non nuntiabis. Die altera: ביום אחר quum ſcilicet euenerit nuntius lætior.

21 Ad Chuשſi, לכושי ad Æthiopẽ.aut natione, aut propter nigrorem faciei.i.ad virum qui vocabatur Æthiops. Non eſt hic amicus Dauidis:nam ille vocabatur Chuſai. 22 Et addidit adhuc,&c. ויוסף עוד וגו׳ .i.Rurſum autem dixit Ahimaas filius Sadoc ad Ioab.

etiã ego currampoſt Chuſi? Dixitque ei Ioab, Quid vis currere fili mi? nõ eris boni nuntii baiulus.

Qui reſpondit, Quid enim ſi cucurrero? & ait ei, Curre. Currẽs ergo Achimaas per viã cõpẽdii, trãſiuit Chuſi.

Dauid autẽ ſedebat inter duas portas: ſpeculator verò qui erat in faſtigio portæ ſuper murum, eleuans oculos, vidit hominem currẽtem ſolum.

Et exclamans indicauit Regi: dixitque Rex, Si ſolus eſt, bonus eſt nũtius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius,

F Vidit ſpeculator alterum hominẽ currentem, & vociferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currẽs ſolus. dixitque Rex, Et iſte bonus eſt nuntius.

Speculator autem, Cõtemplor, ait, curſum prioris, quaſi curſũ Achimaas filii Sadoc. Et ait Rex, Vir bonus eſt: & nuntium portans bonum, venit.

Clamans autem Achimaas, dixit ad Regẽ, Salue Rex. Et adorãs Regẽ, coram eo pronus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerũt manus ſuas contra dominũ meum Regem.

G Et ait Rex, Eſtne pax puero Abſalom? Dixitque Achimaas, vidi tumultum magnũ, quũ mitteret Ioab ſeruus tuus, ô Rex, me ſeruum tuum: neſcio aliud.

Ad quẽ Rex, Tranſi, ait: & ſta hic. Quúmque ille tranſiſſet, & ſtaret,

Apparuit Chuſi: & veniens ait, Bonum apporto nuntium domine mi Rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui ſurrexerunt contra te.

Dixit autem Rex ad Chuſi, Eſtne pax puero Abſalom? Cui reſpõdens Chuſi, Fiant, inquit, ſicut puer inimici domini mei Regis, & vniuerſi qui conſurgunt aduerſus eum in malum.

Contriſtatus itaque Rex aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit: & ſic loquebatur, vadens, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Abſalom fili mi, fili mi Abſalom.

Cap. XIX.

NVntiatum eſt autem Ioab quòd Rex fleret, & lugeret filiũ ſuum.

Et verſa eſt victoria in luctũ in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet Rex ſuper filio ſuo.

Et declinauit popul⁹ ĩ die illa ingredi ciuitatẽ, quomodo declinare ſolet populus verſus, & fugiens de prælio.

ʼQuicquid ſit, curram quæſo etiam ego poſt Chuשſi. Ait Ioáb, Vt quid tu ʼcurris fili mi, quum tibi nullum nuntium ſe offerat?

23 ʼEt quicquid ſit, curram. Ait ei, Curre. Cucurrit igitur Aʼחhimáyaץs per viam ʼplanitiei, & anteuertit ipſum Chuשſi.

24 Dauid autẽ ſedebat inter duas portas: & ierat ſpeculator ʼſuper tectum portæ, ſuper murũ: ſublatis autẽ oculis ſuis aſpexit, ʼ& ecce vir currebat ſolus.

25 Clamauit ergo ſpeculator, & renuntiauit Regi: dixítque Rex, Si ſolus eſt, ʼnuntiũ eſt in ore eius. ʼEt ibat eundo, & appropinquabat.

26 Vidit autem ſpeculator virum alterum currentem: & clamauit ſpeculator ad ianitorem, dixítque, Ecce vir *quidam* currens ſolus. Tum dixit Rex, Etiam iſte ʼnuntiat.

27 Dixit præterea ſpeculator, Video curſum prioris veluti curſum Aʼחhimáhyaץs filii צSadóc. Et ait Rex, Vir bonus eſt iſte, ʼ& cum nuntio bono venit.

28 Clamans itaque Aʼחhimáyaץs dixit Regi, ʼPax. Et incuruauit ſe Regi in faciem ſuam ſuper terrã, & ait, Benedictus Iehouáh Deus tuus qui ʼtradidit viros illos qui leuauerunt manus ſuas contra dominum meum Regem.

29 Dixit autem Rex, ʼPáxne eſt puero Abשſalóm? Reſpõdit Aʼחhimáyaץs, Vidi ʼtumultum magnum dum ʼmitteret ʼſeruum Regis Ioáb, & *me* ſeruum tuum, ʼſed non noui quid.

30 Dixítque Rex, ʼDiuerte, ſta hîc. Diuertit ergo, & ſtetit.

31 Et ecce Chuשſí acceſſit, & ait, ʼNuntiatur domino meo Regi quòd ʼiudicauit te Iehouáh hodie de manu omnium inſurgẽtium contra te.

32 Dixit autẽ Rex ad Chuשſí, Num eſt pax puero Abשſalóm? Reſpõdit Chuשſí, ʼSint ſicut puer, inimici domini mei Regis, & vniuerſi qui inſurgunt contra te ʼin malum.

33 Et conturbatus eſt Rex, & aſcendit in cœnaculum portæ, & fleuit: ſícque dicebat dum iret, Fili mi Abשſalóm, fili mi, fili mi Abשſalóm: vtinam mortuus eſſem pro te Abשſalóm fili mi, fili mi.

David accepto nuntio mortis Abſalõ, plangit.

Cap. XIX.

Ioab conſolatur Regem flentem Abſalom filium.

1 NVntiatum eſt autem Ioáb, Ecce Rex flet, ʼ& luget ſuper Abשſalóm.

2 Itaq; verſa eſt ſalus die illa in luctũ toti populo: audiuit enim populus die illa ʼquòd diceretur, Dolet Rex propter filium ſuum.

3 ʼEt furatus eſt ſe populus die illo vt ingrederetur vrbẽ, quemadmodũ furantur ſe populus qui erubeſcũt dum fugiũt è prælio.

Quicquid ſit, ויהי מה Ad verbum, Et erit quid. i. quicquid eueniat, in omnem euentum, non curo. Gallicè, *Aduienne comme il en pourra aduenir.* Curris fili mi, &c. רץ בני וגו' Præſ. Heb. pro fut. curres fili mi, quum tibi non ſit nuntium ſeſe offerens. i. quum nullum habeas nuntium quod ſeſe tibi offerat perferendum? Doctus inter Hebræos exponit, quum nulla tibi merces pro hoc nuntio erit parata. q. d. curres gratis. Alii מוצאת deducunt à יצא egredi, & exponunt, quũ nullum habeas nuntium ratione cuius egrediaris hinc. vel, quod te compellat exire. Alii, nullum nuntium inueniens? ſub. proſperitatem & bonum. i. tibi conducibile, ſiue quod ſit tibi lucro.

23 Et quicquid ſit, ויהי־מה Subaudiendum eſt, Qui reſpondit, aut Rurſum dixit. Planitiei, הככר .i. planam & cãpeſtrem, faciliorem & compendioſiorem. 24 Super tectum portæ, ſuper murum: אל־גג השער אל־החומה .i. ſuper coronam qua cingebatur murus. Et ecce vir, &c. והנה־איש רץ לבדו: ſtatim vidit virum qui ſolus currebat. 25 Nuntium eſt in ore eius. בשורה בפיו Hebraiſmus, nuntium affert. Et ibat eundo, &c. וילך הלוך וקרב: Et ibat eũdo & appropinquãdo. i. ſtatim, vel ſubinde propius accedebat, vel acceſſit. Hebraiſmus.

26 Nuntiat. מבשר: eſt nuntius. 27 Et cum nuntio ואל־בשורה & pro nuntio. i. boni nuntii cauſa venire ſolet.

28 Pax. שלום ſub. ſit tibi. i. ſalue. Tradidit סגר .i. venire fecit in poteſtatem Ioab.

29 Páxne eſt puero שלום לנער .i. ſaluúſne eſt, valétne puer, &c. Tumultum magnũ ההמון הגדול turbam magnam. ſiue, multitudinem congregatam. Mitteret לשלוח ſub. ad te. Seruum Regis את־עבד המלך nempe Chuſi, ſiue Æthiopem. Sed non noui quid. ולא ידעתי מה: ſub. vltrà euenerit. Vel, quid ſibi vellet turba illa. 30 Diuerte, סוב ſub. ad vnum laterum. Ad verbum, Circui.

31 Nuntiatur יתבשר Fut. Heb. pro præſ. Nuntium accipiat. Iudicauit te שפטך .i. liberauit te.

32 Sint ſicut puer, יהיו כנער .i. Ita accidat illis vt puero. In malum. לרעה: .i. vt tibi noceant.

IN CAPVT XIX.

1 Et luget ויתאבל Præt. Heb. pro præſ. lugere videtur. luctum, ſiue lugentis habitum præ ſe fert.

2 Quòd diceretur, לאמור Ad verbum, dicendo. 3 Et furatus eſt ſeſe pop. &c. ויתגנב העם וגו' Hebraiſmus, Subduxit ergo ſeſe. id eſt, furtim ingreſſus eſt vrbem, non cum triumpho, vt victores ſolent, ſed vt ii qui fuga elapſi ſunt, & victi.

4 Rex autē'operuerat faciem ſuā,& clamabat voce magna, Fili mi Abשׁſalóm, Abשׁſalóm fili mi, fili mi.

5 Ingreſſus eſt autem Ioáb ad Regem in domum,& dixit, Pudore affeciſti hodie vultus omniū ſeruorum tuorum qui eripuerunt animam tuam hodie,& animā filiorum tuorū & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum,

6 Diligēdo eos qui te odio habēt,& odiendo eos qui te diligūt. et enim indicaſti hodie quòd nō ſint tibi *curæ* principes & ſerui: deprehendi nanque hodie quòd ſi *modo* Abשׁſalóm viueret, & omnes nos hodie mortui eſſemus, quòd *inquā* tūc"rectū *eſſet* in oculis tuis.

7 Nunc ergo ſurge, egredere,"& loquere ad cor ſeruorum tuorum: per Iehouam enim'iuro, quòd ſi non egreſſus fueris, non manebit quiſquam tecum hac nocte:'atque iſtud tibi peius erit omni malo quod euenit tibi ab adoleſcentia tua vſque nunc.

Dauid ſedet in porta ciuitatis, in ſignum luctus depoſiti.

8 Surrexit itaque Rex,& ſedit"in porta: poſtea vniuerſo populo renuntiauerunt his verbis, Ecce Rex ſedet in porta: tunc venit vniuerſus populus in conſpectum Regis: Iשׁſraאél autem fugerat, ſinguli in tabernacula ſua.

9 Vniuerſus autem populus'certabat in omnibus tribubus Iשׁſraאelis, dicentes, Rex eruit nos de manu inimicorum noſtrorum, idémque eripuit nos de manu Peliשׁſthím: nuper verò fugit de terra *iſta* propter Abשׁſalóm:

Increpat populus ſtultitiā ſuā, quòd Abſalom conſtituiſſet Regem.

10 Abשׁſalóm autem quem vnxeramus ſuper nos, mortuus eſt in prælio: nunc itaque vtquid'ſiletis in reducendo Rege?

Iudam hortatur Dauid ne in reducendo ipſo ſit poſtremus.

11 Rex autem Dauid"miſit ad צSadóc & אEbiathár ſacerdotes, his verbis, Loquimini ad Seniores Iehudáh, dicētes, Vtquid eritis vltimi in reducēdo Rege in domum ſuam? ("verbū autem vniuerſi Iשׁſraאelis venit ad Regem in domum eius)

12 Fratres mei eſtis,'os meum & caro mea eſtis: vtquid igitur eritis nouiſſimi in reducendo Rege?

Amaſa conſtituitur princeps pro Ioab.

13 Et ad עAmaשׁſáא dicetis,'Annon tu *quoque* os meum & caro mea es? hæc faciat mihi Deus & hæc addat, ſi non princeps fueris exercitus coram me omnibus diebus pro Ioáb.

Iuda reducit Regem.

14 "Et inclinauit cor omnium virorum Iehudáh veluti viri vnius, vt mitterent *in hæc uerba* ad Regem, Reuertere tu,& omnes ſerui tui.

15 Reuerſus eſt itaque Rex, & peruenit vſque ad Iardén: Iehudáh autem venerat in Gilgál, vt iret in occurſum Regis,"traduceretq; Regem Iardén.

Semei occurrit Dauidi.

16 "Feſtinauit quoq; שׁSimעi fili⁹ Gerá"filii Iemini qui erat de Baחhurím,& deſcendit cū viris Iehudáh in occurſum Regi Dauidi.

17 Et mille viri erant cum eo de Biniamín: צSibá præterea ſeruus domus שׁSaאulis, ac quindecim filii eius,& viginti ſerui eius cum

4 Porrò Rex operuit caput ſuum, & clamabat voce magna, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi, fili mi.

5 Ingreſſus ergo Ioab ad Regē in domum, dixit, Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum qui ſaluā fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum,& animā concubinarum tuarum.

6 Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & oſtendiſti hodie quia non curas de ducibus tuis & de ſeruis tuis: & verè cognoui modò quia ſi Abſalom viueret,& omnes nos occubuiſſemus, tunc placeret tibi.

B

7 Nunc igitur ſurge,& procede: & alloquens ſatiſfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi quàm omnia mala quæ venerūt ſuper te ab adoleſcētia tua vſque in præſēs.

8 Surrexit ergo Rex, & ſedit in porta: & omni populo nuntiatū eſt quòd Rex ſederet in porta: venitque vniuerſa multitudo coram Rege: Iſrael autem fugit in tabernacula ſua.

9 Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicēs, Rex liberauit nos de manu inimicorum noſtrorum, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſthinorum: & nunc fugit de terra propter Abſalom:

10 Abſalom autem quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello: vſquequo ſiletis,& non reducitis Regem?

C

11 Rex verò Dauid miſit ad Sadoc & Abiathar ſacerdotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicētes, Cur venitis nouiſſimi ad reducendum Regem in domū ſuam? (Sermo autem omnis Iſrael peruenerat ad Regem in domo eius)

12 Fratres mei vos, os meum & caro mea vos: quare nouiſſimi reducitis Regem?

13 Et Amaſæ dicite, Nónne os meum & caro mea es? hæc faciat mihi Deus & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab.

14 Et inclinauit cor omnium virorū Iuda, quaſi viri vnius: miſerúntq; ad Regem, dicentes, Reuertere tu,& omnes ſerui tui.

3. Reg. 2. b. 8

15 ¶Et reuerſus eſt Rex: & venit vſq; ad Iordanem: & Iuda venit vſque in Galgala, vt occurreret Regi,& traduceret eum Iordanem.

16 Feſtinauit autem Semei filius Gera filii Iemini de Bahurim,& deſcēdit cū viris Iuda in occurſum regis Dauid,

D

17 Cum mille viris de Beniamin,& Siba puer de domo Saul,& quindecim filii eius, ac viginti ſerui erāt cum eo:

4 Operuerat לאט more lugētium ſcilicet, præ pudore, ne videretur flere. 6 Rectum *eſſet* in oculis t. ישר בעיניך: Hebraiſmus, id tibi gratum eſſet. 7 Et loquere ad cor,&c. ודבר על־לב עבדיך .i. loquere quæ futura ſunt grata ſeruis tuis, hoc eſt blandè ac leniter alloquere ſeruos tuos. Iuro, נשבעתי Præt. Heb. pro præſ. Atque iſtud tibi peius erit,&c. ורעה לך זאת atque diſplicebit [moleſtum erit] tibi iſtud,&c. i. plus incommodi ac damni, moleſtiarúmq; afferet tibi, quàm omne aliud malum quod acciderit tibi,&c.

8 In porta: בשער ſub. vrbis. i. in eo loco in quem omnes conuenire ſolebāt. 9 Certabat נדון .i. certatim contendebat de reducendo Rege. De populo qui Abſalom partes ſequutus fuerat, loquitur. 10 Siletis מחרשים .i. ceſſatis.

11 Miſit שלח ſub. nuntios. Verbum autē,&c. ודבר וגו' Hæc per parentheſim eſſe legēda, ſcribit doctus inter Hebræos: dicens iſta eſſe verba authoris: acſi diceret, dum hæc dictaret nuntiis, accepit literas ab aliis,&c. Alii ſine parentheſi legunt, vertentes per pluſquam perfectum, ſic, quum verbum totius Iſraelis venerit,&c. i. quum omnes alii Iſraelitæ iam miſerint nuntium de reuocando Rege in patriam.

12 Os meū & caro mea e. עצמי ובשרי אתם Hebraiſmus, pro cognatis & conſanguineis. 13 Annon tu os meū,&c. הלוא עצמי וגו' .i. nónne nepos meus es? 14 Et inclinauit,&c. ויט וגו' Et inflexit,&c. hoc eſt, hac ratione alter pontificum Sadoc vel Abiathar, flexit animos omniū virorum Iehuda in vnam ſententiā de reducendo Rege in patriam ſuam, ita vt nemo repugnaret. Doctus inter Hebræos exponit iſtud de Amaſa. Alii de Dauide, quòd ſcilicet hac oratione quam miſit ad Sadoc & Abiathar, flexit animos omnium: miſerunt itaque nūtios ad Regem qui dicerent,&c. Chaldæus tamen paraph. vertit intranſitiuè, Et inflexum eſt cor,&c. tanquam legerit ויט *uaiet*.

15 Traduceretque להעביר .i. vt comitaretur Regem dum tranſiret Iordanem: vel vt iuuaret Regem in traiiciendo Iordane.

16 Feſtinauit quoque וימהר Iungendum verbum iſtud ſequenti, Feſtinauit & deſcendit. i. feſtinanter deſcendit. vel, properè deſcendit. Filii Iemini בן־הימיני .i. de tribu Beniamin.

& irrumpētes Iordanem ante Regē,

Tranſierunt vada, vt traducerent domum Regis, & facerent iuxta iuſſionem eius: Semei autem filius Gera proſtratus corā Rege, quū iam tranſiſſet Iordanem: 18

Supra 16.a.5

Dixit ad eum, ‖Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarū ſerui tui in die qua egreſſus es domine mi Rex, de Ieruſalem, neque ponas Rex in corde tuo. 19

Agnoſco enim ſeruus tuus peccatū meum: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioſeph, deſcendique in occurſum domini mei Regis. 20

Reſpondens verò Abiſai filius Saruiæ, dixit, Nunquid pro his verbis nō occidetur Semei, quia maledixit chriſto Domini? 21

Et ait Dauid, Quid mihi & vobis filii Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſatan? ergóne hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me factum Regem ſuper Iſrael? 22

Et ait Rex Semei, Non morieris. iurauitque ei? 23 E

Miphibóſeth quoque filius Saul deſcendit in occurſum Regis illotis pedibus & intonſa barba: veſtéſque ſuas nō lauerat à die qua egreſſus fuerat Rex, vſque ad diem reuerſionis eius in pace. 24

Quúmque Ieruſalē occurriſſet Regi, dixit ei Rex, Quare non veniſti mecum Miphibóſeth? 25

Et reſpondēs ait, Domine mi Rex, ſeruus meus contempſit me, dixique ei ego famulus tuus vt ſterneret mihi aſinum, & aſcendens abirem cum Rege: claudus enim ſum ſeruus tuus. 26

Supra 16.a.3

‖Inſuper & accuſauit me ſeruum tuum ad te dominū meum Regem: tu autem domine mi Rex, ſicut Angelus Dei es, fac quod placitū eſt tibi. 27

Neq; enim fuit domus patris mei niſi morti obnoxia domino meo Regi: tu autem poſuiſti me ſeruū tuum inter conuiuas menſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſſum vltrà vociferari ad Regem? 28

Supra 16.a.4

Ait ergo ei Rex, Quid vltrà loqueris? fixum eſt quod loquutus ſum: tu & Siba diuidite poſſeſſiones. 29

Reſpōditque Miphibóſeth Regi, Etiam cuncta accipiat, poſtquam reuerſus eſt dominus meus Rex pacificè in domum ſuam. 30 F

3.Reg.2.b.7

‖Berzellai quoque Galaadites, deſcēdens de Rogelim, traduxit Regē Iordanē: paratus etiam vltra fluuium proſequi eum. 31

Supra 17.g.27

‖Erat autē Berzellai Galaadites ſe- 32

eo, ″tranſierunt Iardén ante Regem.

18 ″Tranſiuit inſuper ſcapha vt traducerent ″familiam regiam, ac facerent ″quod bonum *eſſet* in oculis eius: שSimʿyi autem filius Gerá procidit ante Regem, dum tranſiret Iardén:

19 Dixítque Regi, Ne imputet mihi dominus meus ″iniquitatē, neque memineris ′eius quod iniquè egit ſeruus tuus quo die ″egreſſus eſt dominus meus Rex de Ieruשſaláim, ″vt ponat Rex ſuper cor ſuum.

Veniā rogat Semei, & iurat ei Rex ſe non occiſurum eum.

20 Agnoſcit enim ſeruus tuus ſe peccaſſe, & ecce veni hodie primus ″totius familiæ Ioסſéph, vt deſcenderem in occurſum domini mei Regis.

21 Et reſpōdit Abiשſái filius צSeruiáh, ac dixit, ′Nunquid propter hoc non interficies שSimʿyi ″qui maledixit chriſto Iehouæ?

22 Dixit autē Dauid, ″Quid mihi & vobis filii צSeruiáh, ′quòd ſitis mihi hodie aduerſarii? *num* hodie interficietur vir in Iſשraאél? ′annon enim noui quòd hodie ſim Rex ſuper Iשſraאelem?

23 Dixítque Rex ad שSimʿyi, Non morieris. iurauítque ei Rex.

24 Mephibóשſeth præterea filius שSaאulis deſcendit in occurſum Regis: ″nō aptauerat autem pedes ſuos, nec aptauerat ″labrū ſuum, & veſtes ſuas non lauerat à die qua abierat Rex, vſque ad diē qua rediit ″in pace.

Miphibóſeth Regi occurrit.

25 ″Fuit autem quum veniſſet in Ieruשſaláim in occurſum Regis, dixit ei Rex, Vtquid non veniſti mecum Mephibóשſeth?

26 Reſpondit, Domine mi Rex, ſeruus meus decepit me: ″dicebat enim ſeruus tuus, Sterne mihi aſinam, & equitabo ſuper eam, ibóque ad Regem: claudus enim eſt ſeruus tuus.

27 ″Et accuſauit *me* ſeruum tuum apud *te* dominum meum Regem: dominus autem meus Rex eſt ″ſicut Angelus Dei: fac igitur quod bonum eſt in oculis tuis.

28 Non enim fuit vniuerſa familia patris mei ″niſi viri mortis domino meo Regi, & *tamen* poſuiſti ſeruū tuum inter conuiuas mēſæ tuæ: ſed quid eſt mihi vltrà ″iuſtitiæ, ″vt clamem vltrà ad Regem?

29 Tum dixit ei Rex, ″Vtquid loqueris vltrà verba tua? ″dixi: tu & צSibá diuidite ″agros.

30 Et ait Mephibóſשeth Regi, ′Etiam omnia tollat poſtquam rediit dominus meus Rex in pace in domum ſuam.

31 Sed & Barzillái Gilyadites deſcēdit de Roglím, tranſiuítq; cum Rege Iardén, ″vt tranſmitteret eum vltra Iardén.

32 Porrò Barzillái ſenex erat valde, octoginta *ſcilicet* annorū, & ipſe

Berzellai vir nobilis & diues nō vult ſibi quicquā rependi pro beneficiis ſuis erga Regem.

17 Et tranſierunt Iardén ante Regem. וצלחו הירדן לפני המלך: .i. vt irent in conſpectum Regis, hoc eſt ſalutatum Regem qui erat in vlteriore ripa Iordanis. Vel, & perruperunt. i. tranſierunt mulis aut equis. 18 Tranſiuit inſuper ועברה ſub. in vlteriorē ripam. Familiam regiam, את-בית המלך Ad verbum, domum Regis. i. vxores Dauidis, ancillas & paruulos. Quod bonum *eſſet* in oculis eius: הטוב בעינו ſub. Regis. i. quod gratum eſſet Regi. ſiue facerēt quod iuberet. 19 Iniquitatē, עון ſub. meam. Eius quod iniquè egit את אשר העוה quomodo iniquè egerit. i. iniuriæ tibi illatæ à ſeruo tuo. Egreſſus eſt יצא egreſſus erat. Vt ponat Rex ſuper cor ſ. לשום המלך אל-לבו: Hebraiſmus, vt iniuriam illam acceptam ponat Rex ſuper cor ſuum. hoc eſt, vt curet Rex de iniuria accepta.

20 Totius familiæ Ioסſéph, לכל-בית יוסף Obſerua quòd vniuerſum Iſraelem vocat Ioſeph. Aut vocat tribum Beniamin familiā Ioſeph, quòd ſub vexillo Ephraim militaret. 21 Nunquid propter hoc התחת זאת .i. propter hanc ſupplicationē. Qui maledixit כי כלל quum maledixerit. 22 Quid mihi & vobis מה-לי ולכם ſub. eſt commune. Gallicè, *Pourquoy vous ſoulciez vous de mes affaires?* Quòd ſitis mihi, &c כי-תהיו-לי היום לשטן .i. quòd propter verba veſtra non condonem iniquitatem Semei? Annon enim, &c. כי הלוא ידעתי וגו' q.d. hodie primùm noui me eſſe Regem, hoc eſt mihi reſtitutum eſſe regnum Iſraelis. 24 Non aptauerat a. pedes ſ. ולא-עשה רגליו Ad verbum, & non fecerat pedes ſuos. Quidam exponunt, non curauerat præſcindendos vngues pedū ſuorum. Alii, non lauerat. Labrum ſuum, שפמו .i. non curauerat radendam barbam ſuperioris labri. In pace. בשלום: .i. incolumis ac ſaluus. 25 Fuit autem quum veniſſet, &c. ויהי כי-בא ירושלם וגו' Quidam ſic vertunt, ſubauditis pauculis, Quū autem venit Rex Ieruſalem, *venit Mephiboſeth* obuiam Regi.

26 Dicebat אמר Ad verbum, dixit. Quidam vertunt, dixerat. 27 Et accuſauit וירגל Sed detulit. Sicut Angelus Dei: כמלאך האלהים quod ad ſapientiam nempe attinet. 28 Niſi viri mortis כי אם-אנשי-מות .i. morti obnoxia, hoc eſt digna quam dominus meus Rex prorſus perdat. Hoc dicit propter perſequutiones Saulis. Iuſtitiæ, צדקה .i. iuſtæ querelæ. i. quid poſſum vltrà de te conqueri? Vt clamem ולזעוק Quidam aliud verbum ſubaudiunt propter ו, ſic, *ut conquerar*, & vociferer, &c. 29 Vtquid loqueris, &c. למה תדבר Fut. Heb. pro præſ. Hebraiſmus, Quid opus eſt pluribus verbis? vel, Quid vltrà loqueris? Dixi, אמרתי .i. ſtat ſententia. Agros. את-השדה: .i. hæreditatem tuam paternam. 30 Etiam omnia tollat גם את-הכל יקח q.d. placet mihi, atque æquo, feram animo vt omnia ſibi habeat, poſteaquā, &c. 31 Vt tranſmitteret eū לשלחו vt proſequeretur. vel, deduceret eū. i. comitaretur abeuntem

pauerat Regem dum moraretur in Maחhanáim: quia vir ″magnus erat valde.

33 Dixit autem Rex ad Barzillái, Tranſi mecum, & alam te mecum in Ieruwſaláim.

34 Barzillái verò ait ad Regem, Quot ſunt dies annorũ vitæ meæ, vt aſcendam cum Rege in Ieruwſaláim?

35 Octoginta annorum ſum hodie: ″num diſcernam inter bonum & malum? ″an guſtu diſcernet ſeruus tuus quod comedã & quod bibam? num ″audiam vltrà vocem ″cantorum & cantatricum? & vt quid erit ſeruus tuus adhuc oneri domino meo Regi?

36 ″Paululum tranſibit ſeruus tuus Iardén cum Rege: & vtquid retribueret mihi Rex retributionem iſtam?

37 Reuertatur obſecro ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, ″in ſepulchro patris mei & matris meæ: ecce autem ſeruus tuus ″Chimhám ″tranſibit cum domino meo Rege, ″fac ei quod bonum eſt in oculis tuis.

Chamaam filius Berzellai comitatur Regem.

38 Dixítque Rex, Mecum tranſeat Chimhám, & faciã ei quod bonum fuerit in oculis tuis, & quicquid ″volueris à me, faciam tibi.

39 Quum autem trãſiſſet vniuerſus populus Iardén, Rex quoque tranſiuit: & oſculatus eſt Rex ipſum Barzillái, ″ac benedixit ei, reuerſúſque eſt in locum ſuum.

40 ″Tranſiuit verò Rex in Gilgál, & Chimhám cum eo: vniuerſus autem populus Iehudáh traduxerunt Regem, atque etiam ″dimidium populi Iwſraℵelis.

Iſrael cum Iuda contendit, quod non fuerit vocatus ad reducendam Regem.

41 Ecce præterea omnes viri Iwſraℵelis venientes ad Regem, dixerũt, ″Cur furati ſunt te fratres noſtri viri Iehudáh, & traduxerunt ″Regem ac familiam eius Iardén, & omnes viros Dauidis cum eo?

42 ″Reſpondit autem omnis vir Iehudah viro Iwſraℵelis, ″*Traduximus*, ″quia propinquus eſt Rex mihi: & cur iraſceris propter hoc? ″num comedendo comedimus *aliquid* à Rege? ″num donatiuum donauit nobis?

43 ″Reſpondit autem vir Iwſraℵel viro Iehudáh, & dixit, ″Decem partes *ſunt* mihi in Rege, ″& etiam in Dauide pluſquam tu: ″& cur floccifeciſti me? ″& annon fuit verbum meum prius mihi vt reducerem Regem meum? ″at durius fuit verbum viri Iehudáh verbo viri Iwſraℵelis.

nex valde, id eſt octogenarius, & ipſe præbuit alimenta Regi, cum moraretur in caſtris: fuit quippe vir diues nimis.

33 Dixit itaque Rex ad Berzellai, Veni mecum, vt requieſcas ſecurus mecum in Ieruſalem.

34 Et ait Berzellai ad Regẽ, Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcẽdam cum Rege in Ieruſalem?

35 Octogenarius ſum hodie: nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarum? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus & potus? vel audire poſſum vltrà vocem cãtorum atque cãtatricum? quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo Regi?

36 Paululum procedat famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac viciſſitudine.

37 Sed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, iuxta ſepulchrum patris mei & matris meæ: eſt autem ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum domine mi Rex, & fac ei quicquid tibi bonum videtur.

G

38 Dixit itaque ei Rex, Mecum tranſeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me, impetrabis.

39 Cùmque tranſiſſet vniuerſus populus & Rex Iordanem, oſculatus eſt Rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

40 Tranſiuit ergo Rex in Galgalam, & Chamaam cum eo: omnis autem populus Iuda traduxerat Regem, & media tantùm pars affuerat de populo Iſrael.

41 Itaque omnes viri Iſrael concurrentes ad Regem, dixerunt ei, Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda, & traduxerunt Regem & domum eius Iordanem, omnéſque viros Dauid cum eo?

42 Et reſpondit omnis vir Iuda ad viros Iſrael, Quia mihi propior eſt Rex: cur iraſceris ſuper hac re? nunquid comedimus aliquid ex Rege, aut munera nobis data ſunt?

43 Et reſpondit vir Iſrael ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego ſum apud Regem, magiſque ad me pertinet Dauid quàm ad te: cur feciſti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum eſt priori, vt reducerem Regem meum? durius autem reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

32 Magnus גדול Diuitem fuiſſe ſignificat. 35 Num diſcernã, &c. האדע בין־טוב לרע .i. nunquid præ ſenio diſcernere poſſum inter ſuaue & inſuaue? An guſtu diſcernet, &c. אם־יטעם Fut. Heb. pro præſ. An guſtu diſcernit ſeruus tuus quod edit & bibit? i. nũquid guſtu ac ſapore diſcernere poſſum [ſiue potero] poſthac cibum & potũ? q.d. his rebus non delectatur ſeruus tuus propter ſenium. Audiam אשמע .i. audire poſſum, vel potero. q.d. hæc ætas non capitur his quæ audiuntur in aulis principum. Cantorum שרים .i. muſicorũ qui audiuntur in aula Regis. 36 Paululum tranſibit, &c. כמעט יעבר .i. Parum procedet vltra Iordanem proſequendo te, poſteà reuertar ad ciuitatem meam. 37 In ſepulchro עם קבר Sub. & ſepeliar. עם pro ב, & ſepeliar in ſepulchro, vel iuxta ſepulchrum. Chimham כמהם filius meus ſcilicet. Tranſibit יעבר nempe vſque in Ieruſalem. Fac ei quod, &c. ועשה לו וגו׳ fac de eo quod voles.
38 Volueris à me, תבחר עלי Ad verbũ, elegeris mihi. i. quæ volueris me facere, faciam propter te. 39 Ac benedixit ei, ויברכהו & bene precatus eſt illi. 40 Tranſiuit verò ויעבר .i. Tranſmiſſo Iordane venit Rex, &c. Dimidium pop. Iwſr. חצי עם ישראל: pars aliqua populi Iſraelitici. i. ii qui ſequuti fuerant Dauidem dum fugeret, & mille illi de tribu Beniamin quos adduxerat Semei.
41 Cur furati ſunt te, &c. מדוע גנבוך וגו׳ .i. Quare illi ſoli fuerunt comites vt reducerent te? debebant enim nos vocare. Regem, &c. את־המלך ואת ביתו וגו׳ A ſecunda ad tertiam perſonam fit tranſitus, phraſi Hebræis admodum familiari, vbi inferior ſuperiorem alloquitur, vt ſeſe magis deiiciat. Dicendum enim erat, Traduxerunt te Regem, ac familiam tuam, &c. 42 Reſpondit autem, &c. ויען Per plurale gratior erit oratio, Reſponderunt autem omnes viri Iuda Iſraelitis, Traduximus, quia cognatus eſt nobis Rex, &c. *Traduximus*, Aut iſtud ſubaudiendum, aut כי redundat, vt ſæpius fit. Quia propinquus, &c. כי־קרוב quia cognatus, &c. Hoc dicunt quòd Dauid habitaret in tribu Iuda. Num comedendo, &c. האכול אכלנו וגו׳ Hebraiſmus, num cibos à Rege propterea accepimus? id eſt, num ex hac re emolumenti aliquid accepimus? Num donatiuum, &c. אם־נשאת נשא לנו: num donũ [munus] donatum eſt nobis? Gallicè, *Nous a il faict quelque preſent plus qu'a vous tou, Nous a il faict quelque gratieuſete plus qu'a uous pour cela?* 43 Reſpondit, &c. ויען Singularia Heb. pro plur. Decem partes, &c. עשר־ידות לי במלך .i. decem partibus ad nos pertinet Rex: ſumus enim decem tribus. Et etiam in Dauid pluſq. tu: בדוד אני ממך Idem bis dicit. Alii tamen vertunt, ſubaudito verbo, & etiam Dauidem *diligo* ſupra te. i. præterea Dauidem diligo magis quàm tu, tametſi non ſit de tribu mea, ſed de tua. Et cur floccifeciſti me? ומדוע הקלותני quare ergo ſpreuiſti me? Et annon fuit verbũ meũ prius mihi ולא־היה דברי ראשון לי Hebraiſmus, nónne prius dixi, vel decreui, ſiue ſtatui. hoc eſt, nónne priores verba fecimus de reducendo Rege noſtro? At durius, &c. ויקש דבר .i. arrogantius ac inſolentius viri tribus Iudæ loquuti ſunt, quàm cæteri qui erant ex aliis tribubus.

Cap.XX.

ACcidit quoque vt ibi eſſet vir belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai: in tabernacula ſua Iſrael.

Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſequutúſq; eſt Seba filiũ Bochri: viri autem Iuda adhæſerũt Regi ſuo à Iordane vſque Ieruſalem.

Quúmque veniſſet Rex in domum ſuam in Ieruſalem, tulit decẽ mulieres concubinas, quas dereliquerat ad cuſtodiendam domum, & tradidit eas in cuſtodiam, alimenta eis præbens: & non eſt ingreſſus ad eas, ſed erant B clauſæ vſque in diem mortis ſuæ in viduitate viuentes.

Dixit autem Rex Amaſæ, Cõuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adeſto præſens.

Abiit ergo Amaſa vt cõuocaret Iudam, & moratus eſt extra placitum quod ei conſtituerat.

Ait autem Dauid ad Abiſai, Nunc magis afflicturus eſt nos Seba filius Bochri, quàm Abſalõ: tolle igitur ſeruos domini tui, & perſequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.

Egreſſi ſunt ergo cum eo viri Ioab, C Cerethi quoq; & Phelethi: & omnes robuſti exierunt de Ieruſalem ad perſequendum Seba filium Bochri.

Quúmque illi eſſent iuxta lapidem grãdem qui eſt in Gabaon, Amaſa veniẽs occurrit eis: porrò Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſurã habitus ſui, & deſuper accinctus gladio dependente vſque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere.

Dixit itaque Ioab ad Amaſam, Salue mi frater, & tenuit manu dextera mentum Amaſæ, quaſi oſculãs eum.

Porrò Amaſa non obſeruauit gladium quẽ habebat Ioab: qui percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terrã, nec ſecundum vulnus appoſuit. Ioab autem & Abiſai frater eius perſequuti ſunt Seba filium Bochri.

D Interea quidam viri, quũ ſtetiſſent iuxta cadauer Amaſæ, de ſociis Ioab, dixerũt, Ecce qui eſſe voluit pro Ioab comes Dauid.

Amaſa autem cõſperſus ſanguine iacebat in media via: vidit hoc quidã vir quòd ſubſiſteret omnis populus ad videndũ eum, & amouit Amaſam de via in agrum: operuitque eum veſtimento, ne ſubſiſterẽt tranſeuntes, propter eum.

Amoto ergo illo de via, tranſibat

Cap.XX.

1 IBi autem′caſu erat vir *quidam*″beliiáyal, cuius nomen erat שSébay filius Bichrí″vir Iemini: is clanxit buccina, & dixit, ″Non eſt nobis pars in Dauide, neque hæreditas nobis in filio Iשſái: quiſque *reuertatur* ad tabernacula ſua ô Iשſraאél.

2 ″Aſcendit ergo omnis vir Iשſraאél′à Dauide, poſt שSebáy filium Bichrí: viri autem Iehudáh adhæſerunt Regi ſuo à Iardén vſque ad Ieruשſalaim.

3 Venit autem Dauid in domũ ſuam in Ieruשſaláim: & tulit Rex decem mulieres concubinas, quas reliquerat vt cuſtodirẽt domũ, & poſuit eas′*in* domo cuſtodiæ, & aluit eas, ſed ad eas nõ eſt ingreſſus: fuerúntque′vinctæ vſq; ad diem mortis ſuæ,°*in* viduitate vitæ.

4 Dixit autem Rex ad yAmaשſá, ″Congrega mihi viros Iehudáh intra triduum, & tu hîc′eſto præſens.

5 Abiit igitur yAmaשſá vt congregaret Iehudáh, moratúſque eſt vltra tempus quod conſtituerat ei.

6 Tum dixit Dauid ad Abiשſái, Nunc peius faciet nobis שSébay filius Bichrí, quàm Abשſalóm: tolle *igitur*″ſeruos domini tui, & perſequere eum, ″ne fortè inueniat ſibi ciuitates munitas, & effugiat ex oculis noſtris.

7 Egreſſi ſunt itaque poſt eum viri Ioáb, & Cherethæi, & Pelethæi, atque omnes fortes: egreſſi ſunt quoque ″de Ieruשſaláim ad perſequendum שSébay filium Bichrí.

8 Quum autẽ eſſent iuxta illud ſaxum ingens quod *uiſitur* in Gibyón, yAmaשſá″venit ante eos: Ioáb autem erat accinctus″tunica veſtimenti ſui, & ſuper eam′cingulum gladii adhærentis lumbis eius in vagina ſua: ″quúmque *Ioab* egreſſus eſſet, tum cecidit *gladius*.

9 Dixítque Ioáb ad yAmaשſá, Nũ ſaluus es frater mi? & arripuit manus′dextera Ioáb barbam yAmaשſá vt oſcularetur eum.

10 yAmaשſá autẽ nõ cauebat ſibi à gladio qui erat in manu Ioáb: & percuſſit eum illo ″in quinta *coſtæ*, & effudit inteſtina eius in terram, ″nec iterauit ei, ″& mortuus eſt: Ioáb autem & Abiשſái frater eius perſequutus eſt שSébay filium Bichrí.

11 Quidã autem″conſtitit iuxta ipſum *Amaſa* è pueris Ioáb, & dixit, ″Quis *eſt* qui voluit *eſſe* pro Ioáb, & quis *voluit eſſe* Dauidi poſt Ioáb?

12 yAmaשſá autem″volutauerat ſeſe in ſanguine in medio viæ: videns autem quidam quòd ſubſiſteret vniuerſus populus, ″auertit ipſum de via in agrum, & coniecit ſuper eum veſtimẽtum, quum videret quòd quicunque veniebat iuxta eum, ſubſiſtebat.

13 Quando autem amotus fuit de via, tranſiuit quiſque poſt Ioáb

Seba ſeparat Iſraelẽ à Dauide.

Cõcubinas ſuas decem includit Dauid.

Amaſa cõuocat Iudam contra Sebam.

Abiſai perſequitur Sebam.

Ioab doloſè interficit Amaſam.

Sebam perſequitur Ioab.

IN CAPVT XX.

1 Caſu נקרא forte fortuna. Beliiáyal, בליעל Vide Deut.13.b.13. Vir Iemini: איש ימיני .i. de tribu Beniamin. Non eſt nobis pars, &c. אין לנו חלק וגו׳ q.d. illi dicunt, aut facto oſtendunt Dauidẽ ad nos nulla ratione pertinere: abeant ergo ſinguli noſtrum in ſua tentoria, & Dauidem tanquam rem alienam abiiciamus. 2 Aſcendit ergo, &c. ויעל כל־איש ישראל Sing. Heb. pro plur. Diſceſſerunt itaque omnes Iſraelitæ. A Dauide, מאחרי דוד Ad verbum, depoſt Dauidem. aut, à tergo Dauidis. i. relicto Dauide ſequuti ſunt Seba.

3 *In* domo cuſtodiæ, בית־משמרת .i. in cuſtodia, hoc eſt carcere. Vinctæ צרורות .i. recluſæ, ſiue concluſæ. *In* viduitate vitæ. אלמנות חיות׃ ſub, permanentes. vel permanſerunt in viduitate vitæ. i. viuente marito ſuo Dauide. Alia enim eſt viduitas mortis, quũ moritur maritus.

4 Congrega הזעק Conuoca. voce ſcilicet præconis, aut ſonitu tubæ. Eſto præſens. עמוד׃ Ad verbum, ſta. id eſt, adeſto.

6 Seruos domini tui, את־עבדי אדניך .i. milites Ioab principis militiæ meæ. Ne fortè inueniat ſibi, &c. פן־מצא לו וגו׳ .i. ne occupet ciuitates munitas, & ſubducat ſe à conſpectu noſtro. hoc eſt, ita vt neſciamus quò ierit. 7 De Ieruſalem מירושלים ſub. ciues aliquot.

8 Venit ante eos: בא לפניהם .i. occurrit illis. Tunica veſtimenti ſui: מדו לבשו .i. ſago quo vti ſolebat in expeditione militari. Cingulum gladii adh. חגור חרב מצמדת balteus gladii hærentis, &c. i. quod ſtringebatur balteo quo dependebat enſis. Quúmque egreſſus eſſet, tum cecidit. יצא ותפול׃ .i. quum egreſſus eſſet Ioab obuiam Amaſæ venienti, cecidit gladius ille quem geſtabat in lumbis.

9 Dextera ימין dexteræ. ſub. partis. i. lateris dextri. eſt in regimine. 10 In quinta אל־החמש ſub. coſta. Alii, in inguine. Chaldæus paraph. in latere femoris eius. Nec iterauit ei, ולא־שנה לו .i. non inflixit illi alterum, ſiue ſecundum vulnus. 11 Conſtitit iuxta ipſum עמד עליו ſtabat iuxta ipſum. nẽpe cadauer Amaſæ iuſſu Ioab. Quis *eſt* qui voluit, &c. מי אשר חפץ וגו׳ quis eſt qui amat Ioab? & quis *eſt* qui ſit, aut *uelit eſſe* pro Dauide? poſt Ioab. ſub. eat. q.d. qui amat Ioab, & fouet partes Dauidis, ſequatur Ioab.

12 Volutauerat ſeſe, &c. מתגולל בדם וגו׳ volutans in ſanguine, *iacebat* in medio viæ. Auertit ויסב deuoluit. i. abduxit cadauer Amaſæ.

vt perſequerentur שSébay filium Bichri.

14 Et pertranſiuit omnes tribus Iשſraאél, Abél, & Beth-mayacháh, & omnia *loca* Berim: cōgregatíque ſunt, ac venerūt etiā″poſt ipſū.

Obſidetur Abela

15 ″Quum veniſſent autem, obſederunt eum in Abeláh *quæ erat iuxta* Bet-hmayacháh, ″& effuderunt aggerem contra vrbem: ″& ſtetit in antemurali: vniuerſus autem populus qui erat cum Ioáb, ″moliebantur ſubruere murum.

16 Et clamauit mulier *quædam* ſapiens de vrbe, Audite, audite, dicite obſecro ad Ioáb, Appropinqua huc, & loquar ad te.

17 Qui quū acceſſiſſet ad eā, dixit mulier, Túne es Ioáb? Reſpōdit, Sum. Quæ ait ei, Audi verba ancillæ tuæ. Reſpondit, Audio ego.

18 ″Tum *illa* dixit hoc modo, Loquēdo″loquebantur olim, dicēdo, Interrogando interrogent in Abél: ″& ſic perficiebant.

19 ″Ego *ſum inter* pacificos *&* fideles Iשſraאelis: *&* tu quæris interficere″vrbē & matrem in Iשſraאele? quare″diſſipas hæreditatē Iehouæ?

20 Tunc reſpondit Ioáb, ac dixit, ″Abſit, abſit *hoc* à me vt ſubuertā, & diſperdam:

21 Non ita habet res, ſed vir *quidam* de monte אEphraim, שSebáy filius Bichri nomen eius, leuauit manum ſuam contra Regem, in Dauidem: tradite illum ſolùm, ″& recedā ab vrbe. Dixítque mulier ad Ioáb, Ecce caput eius″proiicitur ad te per murum.

Caput Sebæ traditur Ioab.

22 Venit itaque mulier ad vniuerſum populū″cum ſapientia ſua, & abſciderunt caput שSebáy filii Bichrí, proiecerúntque ad Ioáb: & clanxit buccina, ″& diſperſi ſunt ab vrbe vnuſquiſque in tabernacula ſua: Ioáb autem reuerſus eſt Ieruשſaláim ad Regem.

Ordo aulæ Dauidis.

23 Porrò Ioáb *erat* ſuper vniuerſum exercitum Iשſraאelis: Benaiáh verò filius Iehoiadáy″ſuper Cherethí & Pelethí.

24 Adorám″ſuper tributum, & Iehoשſaphát filius Aחhilúd″à commentariis.

25 Et שSeiá, ſcriba: & צSadóc & אEbiathár, ″ſacerdotes.

26 Et etiam עIrá Iaאirites erat″princeps Dauidis.

---

omnis vir ſequens Ioab ad perſequēdum Seba filium Bochri.

14 Porrò ille tranſierat per omnes tribus Iſrael vſque in Abelam, & Bethmaacha: omnéſque viri electi congregati fuerant ad eum. E

15 Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & circundederunt munitionibus ciuitatem, & obſeſſa eſt vrbs: omnis autē turba quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere muros.

16 Et exclamauit mulier ſapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum.

17 Qui quū acceſſiſſet ad eam, ait illi, Tu es Ioab? & ille reſpondit, Ego. Ad quem ſic loquuta eſt, Audi ſermones ancillæ tuæ. Qui reſpondit, Audio. F

18 Rurſúmque illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, |Qui interrogant, iuterrogent in Abela: & ſic proficiebant. Deut.20.c.11

19 Nônne ego ſum quæ reſpondeo veritatē in Iſrael, & tu quæris ſubuertere ciuitatē, & euertere matrē ĩ Iſrael? quare præcipitas hæreditatem Dñi?

20 Reſpondénſque Ioab ait, Abſit, abſit hoc à me: nō præcipito, neque demolior.

21 Non ſic ſe habet res, ſed homo de monte EphráimSeba, filius Bochri cognomine, leuauit manum ſuam cōtra regem Dauid: tradite illum ſolùm, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per murum. G

22 Ingreſſa eſt ergo ad omnem populū, & loquuta eſt eis ſapiēter: qui abſciſſum caput Sebæ filii Bochri proiecerunt ad Ioab: & ille cecinit tuba, & receſſerūt ab vrbe, vnuſquiſque in tabernacula ſua: Ioab autē reuerſus eſt Ieruſalem ad Regem.

23 |Fuit ergo Ioab ſuper omnem exercitū Iſrael: Banaias autē filius Ioiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. Suprà 8.d.16

24 Aduram verò ſuper tributa: porrò Ioſaphat filius Ahilud, à cōmētariis.

25 Siua autem, ſcriba: Sadoc verò & Abiathar, ſacerdotes.

26 Ira autē Iairites erat ſacerdos Dauid.

---

14 Poſt ipſum. :אחריו: refert Ioab. 15 Quum veniſſent a. ויבואו ויצורו ſub.viri Iſrael. Et effuderant aggerē וישפכו סוללה .i.excitarunt aggerē ex terra congeſta, qua repleuerunt foueas vrbis. Vide Iere.32.d.24, & 33.a.4, & Ezech.4.a.2. Et ſtetit, &c. ותעמור ſub. agger.i.pertingebat vſque ad antemurale. Vel potius, ſtetit, ſub.bellum, vel prælium.i.milites acceſſerunt propius ad antemurale. Alii, & viri vrbis ſteterunt in antemurali ad defēdendam vrbem. Alii, & remanſit vrbs capienda in antemurali Notandum quòd חיל ſignificat antemurale, & foſſam vrbis. Senſus ergo, venerunt vſque ad priorem murum, vel ad foſſam vrbis iam repletam terra ingeſta. Moliebantur ſubruere משחיתם להפיל Ad verbum, ſubuertebant [vel, diſſipabant] vt cadere facerent.i.ſubuertere nitebantur.

18 Tum *illa* dixit hoc modo, ותאמר לאמור Ad verbum, Et dixit dicendo. Loquebantur olim, ידברו בראשונה Ad verbum, loquentur in principio. Futurum quod per præt.imperf.vertendum eſt. In principio, pro Antea, vel Olim poſitū.i.iſtud quod ſequitur, nempe interrogando, &c. tanquam prouerbium iactabatur. Probabile enim eſt fuiſſe prouerbiale dictum, cuius ignota eſt origo. Coniicere tamen licet, aliquando ex ea vrbe datum fuiſſe prudens reſponſum quod toti populo vtile & ſalubre fuit. Atque huius rei memoriam prouerbio celebratam fuiſſe: quo admonebantur qui grauius aliquod negotium ſuſcepturi erant, ne inconſultò ſuſciperent, ſed potius ſi aliunde non adeſſet cōſilium, in Abela prudentes conſulerent Non fruſtra dictum videtur paulo antè, verſu 16, Et clamauit mulier quædā ſapiens de ciuitate. Appoſitè autem ad rem præſentem adductum fuit, vt antiquum vrbis beneficium mitigandæ iræ Dauidis valeret. Quidam ex ſententia docti inter Hebræos, & aliorū ferè omnium, volunt hæc referri ad id quod Deut.20.b.10, ſcribitur, Quū acceſſeris ad vrbē aliquā vt expugnes eam, clamabis ad eam, Pacem. Et erit, ſi pacem reſponderit tibi, &c. atque hoc modo vertunt, Loqui ſolent primùm, dicendo, *ſi* interrogaſſent Abel, tunc ſic finiuiſſent. Id eſt, Qui veniunt oppugnatum aliquā vrbem, primùm, ſiue antequam oppugnent eam, interrogant num velint recipere leges pacis, & ſeſe dedere: ſi interrogaſſent duces, ſiue milites tui ipſam Abel, hoc eſt ciues vrbis quam oppugnas, tunc ſtatim, ſiue iandudum finiuiſſent bellū. hoc eſt tradidiſſent ſeſe poteſtati tuæ, & recepiſſent leges pacis à te propoſitas & oblatas. In hanc ſententiā vertit etiam Chald.paraph. his verbis, Et ait mulier, Recordor nunc quòd ſcriptum eſt in libro Legis, vt rogetur ciuitas in primis: ſic quoque fuerat interrogandū pro Abel, an pacem vellent. Alii eodē ſenſu, Loquendo loquuti ſunt ab antiquo dicentes, Interrogando *primùm* interrogent *pro pace* Abel: ſic enim hucuſque continuauerunt. Alii liberius, Omnino primùm loquendum erat cum Abel, déque repetūdis agendum, ſícque peragenda poſtulatio. Et ſic perficiebant. :וכן התמו: nempe quod ſuſceperant. Præt.Heb. per imperfectum vertendum, vt Loquebantur, quod præceſſit. Vel, perficiebant, nempe quod præcepit Lex de proponenda pace. 19 Ego, &c. ′אנכי שלומי וגו Ego *ſum ex* pacificis *&* ſeruantibus fidem *in* Iſraele.i.ego Abel ſum ex pacificis & illis qui fidem ſeruarunt Dauidi Regi ſuo. q.d. ego non defeci à Rege. vel, conciues mei ſunt homines pacifici, & qui perſtiterunt hactenus in fide erga Dauidem cum aliis ex Iſraele. Vrbem & matrem עיר ואם id eſt arcem munitiſſimam, & quidem metropolitanam. Diſſipas תבלע Fut.Heb. pro præſ. quæris deglutire. abſorbere. perdere. euertere. q.d. & nos quidem ad Deum pertinemus, quemadmodum & vos alii. Idem verbum ſequenti verſu habetur. 20 Abſit, &c. חלילה q.d. diſpeream ſi deglutire, ſiue euertere velim aut perdere vrbem veſtram. Vel, non volo euertere neque perdere vrbē veſtram. 21 Et recedam ab vrbe, ואלכה מעל העיר .i.deſiſtā oppugnare vrbem. Proiicitur מושלך Præſ.Heb. pro fut. 22 Cum ſapientia ſua, בחכמתה cum prudentia ſua. i.prudentiſſimè orauit coram populo quem conuocauit. Et diſperſi ſunt ויפוצו.i.ſparſi receſſerunt ab vrbe, relicta obſidione, vt irent ſinguli in tentoria ſua quæ erant in variis locis ſita. 23 Super Cherethi, &c. :על הכרתי ועל הפלתי .i.præerat Cherethæis & Phelethæis. De his vide ſuprà cap.15.d.18 24 Super tributum, על המס .i.præerat pecuniæ recipiendæ ex tributis. A commentariis. :המזכיר Vide ſuprà 8.d.16. 25 Sacerdotes. :כוהנים ſub.ſummi. 26 Princeps כהן primus conſiliarius. amicus intimus.

Cap. XXI.

1 FActa eſt quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & conſuluit Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus, Propter Saul, & domum ſanguinum, quia occidit Gabaonitas.

2 Vocatis ergo Gabaonitis, Rex dixit ad eos (Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum: ‖filii quippe Iſrael iurauerãt eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filiis Iſrael & Iuda)

Ioſue 9.c.19

3 Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? & quod erit veſtri piaculũ, vt benedicatis hæreditati Domini?

4 Dixerúntque ei Gabaonitæ, Nõ eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio contra Saul, & contra domum eius: neq; volumus vt interficiatur homo de Iſrael. Ad quos ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis?

B 5 Qui dixerunt Regi, Virum qui attriuit nos & oppreſſit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem reſiduus ſit de ſtirpe eius in cunctis finibus Iſrael.

6 Dentur nobis ſeptem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul quondam electi Domini. Et ait Rex, Ego dabo.

7 Pepercitque Rex Miphiboſeth filio Ionathæ filii Saul, ‖propter iuſiurandũ Domini quod fuerat inter Dauid & inter Ionathan filium Saul.

1.Reg.18.a.3

8 Tulit itaque Rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni & Miphiboſeth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi,

9 Et dedit eos in manũ Gabaonitarũ: qui crucifixerunt eos in monte corã Domino: & ceciderunt hi ſeptem ſimul occiſi in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei.

10 Tollens autem Reſpha filia Aia cilicium, ſubſtrauit ſibi ſupra petrã ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem.

C 11 Et nuntiata ſunt Dauid quæ fecerat Reſpha, filia Aia, cõcubina Saul.

12 Et abiit Dauid, & tulit oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filii eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Beth-ſan, ‖in qua ſuſpenderant eos Philiſthiim quũ interfeciſſent Saul in Gelboe,

1.Reg.31.d.10

13 Et aſporauit inde oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filii eius: & colligentes oſſa

Cap. XXI.

1 FVit autem fames in diebus Dauidis tribus annis, anno poſt annum: ″& requiſiuit Dauid faciẽ Iehouæ: & dixit Iehouáh, ′Propter שSaואulem, ″& propter familiam ſanguinariam, eo quòd interfecit Gibוyonitas.

Fames trium annorum, ob violatam à Saule cum Gabaonitis fidẽ, ſedatur morte ſeptem filiorum Saulis.

2 Accerſiuit itaque Rex Gibוyonitas, & dixit eis (Gibוyonitæ autẽ non de filiis Iשraאél erant, ſed de reliquiis אEmoræorum, quibus filii Iשraאél iurauerant: ′quæſierat autem שSaואúl percutere eos, dum zelaret pro filiis Iשraאél & Iehudáh)

3 Dixit inquam Dauid ad Gibוyonitas, Quid faciã vobis, ′& quo expiabo″vt benedicatis hæreditati Iehouæ?

4 Reſponderunt ei Gibוyonitæ, ′Non eſt nobis *quæſtio* ſuper argento & auro cum שSaואule & cum familia eius, ″neque eſt nobis *uoluntas* quẽquam interficiendi in Iשraאele. Et dixit, ″Quicquid dixeritis, faciam vobis.

5 Tum dixerũt Regi, ′Vir ille *eſt* qui cõſumpſit nos, & qui″cogitauit aduerſum nos: *&*″deleti ſumus vt non ſubſiſtamus in vllo termino Iשraאél.

6 Dentur nobis ſeptem viri″è filiis eius, ′& affigemus eos Iehouæ in Gibyáh שSaואulis electi Iehouæ. Dixítque Rex, Ego dabo.

7 ″Et pepercit Rex Mephibóשſeth filio Iehonathán filii שSaואulis, ″propter iuſiurandum Iehouæ, quod fuit inter eos, Dauidem & Iehonathán filium שSaואulis.

Dauid præſtat iuramentũ quod Ionathæ iurauerat.

8 Tulit ergo Rex duos filios Rixſpáh filiæ Aiáh, quos pepererat שSaואuli, Armoni & Mephibóשſeth, & quinque filios Michál filiæ שSaואulis, quos pepererat yAdriéli filio Barzillái Meחholathitæ:

9 Et dedit eos in manu Gibוyonitarũ, & ſuſpenderunt eos in mõte″corã Iehoua: & mortui ſunt ſeptem illi ſimul, & occiſi fuerunt in diebus meſſis, in primis diebus, in principio meſſis hordeaceæ.

Septem filii Saulis ſuſpẽduntur.

10 Tollens autem Rixſpáh filia Aiáh ſaccum, ′extendit eum ſibi ſuper rupem à principio meſſis, ″donec ſtillaret aqua ſuper eos è cælo, & nõ permittebat aues cæli requieſcere ſuper eos interdiu, nec beſtiam agri noctu.

Reſphæ materna viſcera.

Fluuia immiſſa declarat Deus famem remiſſam.

11 Renuntiatum autem fuit Dauidi quod fecerat Rixſpáh filia Aiáh concubina שSaואulis.

12 Et abiit Dauid, & tulit oſſa שSaואulis atque oſſa Iehonathán filii eius ′à maioribus Iabéשs Gilyád, qui furati fuerant ″eos″de platea Beth-שſán, in qua ſuſpenderant eos Peliשſthím, die qua percuſſerant Peliשſthím שSaואulem in Gilbóay.

Dauid ſepelit oſſa Saulis & Ionathæ.

13 ′Tulit inquam inde oſſa שSaואulis & oſſa Iehonathán filii eius,

---

IN CAPVT XXI.

1 Et requiſiuit Dauid fa. Ieh. ויבקש דוד את־פני יהוה Hebraiſmus, Conſuluit Iehouam. Propter שSauאlem, אל־שאול ſub. oborta eſt fames iſta. Et propter fam. ſang. ואל־בית הדמים .i. propter Saulem hominem ſanguinarium qui effudit ſanguinem innocentem.

2 Quæſierat autem, &c. ויבקש וגו׳ id eſt dedita opera ac ſtudio percuſſerat eos, quum vellet hæreditatem Gabaonitarum adiicere ad tribum Iudæ & alias. 3 Et quo expiabo ובמה אכפר & qua re placabo. ſub. vos. Vt benedicatis וברכו vt bene precemini. Hæreditatem Domini vocat tam regionẽ quàm incolas. 4 Non eſt nobis, &c. אין־לנו כסף וזהב Ad verbũ, Non eſt nobis argentum & aurum. i. Cõtrouerſia noſtra non verſatur circa argentum & aurũ: vel, non quærimus argentũ & aurum. Neque eſt nobis *uoluntas* quenquã interfic. ואין־לנו איש וגו׳ neque eſt nobis quiſquã *ex aliis* quẽ velimus interficere. nullum volumus ex aliis interfici. Quicquid dixeritis, &c. מה־אתם אומרים וגו׳ Quid dicitis *ut* faciam vobis? i. quid vultis vt faciam vobis? 5 Vir ille *eſt* qui conſum. nos, האיש אשר כלנו .i. vir ille eſt Saul qui perdidit nos. Cogitauit דימה ſub. cogitationes prauas. hoc eſt machinatus eſt contra nos. Deleti ſumus, &c. נשמדנו וגו׳ .i. deleti ſumus ex omnibus habitationibus Iſrael. vel, adeò vt deleti ſimus, &c. 6 E filiis eius, מבניו .i. ex nepotibus eius. Et affigemus eos Iehouæ והוקענום ליהוה vt affigamus[vel, crucifigamus. aut, adigamus eos in crucem]ad placandum Iehouam.

7 Et pepercit ויחמול Miſertus eſt autem. i. nõ tradidit eum. Propter iuſiurandum Iehouæ, על־שבועת יהוה .i. propter iuramentum factum per nomen Iehouæ. vel, coram Iehoua, ſiue audiente Iehoua. 9 Coram Iehoua: לפני יהוה ſic dixit quòd arca Domini eſſet in vrbe proxima. 10 Extendit eum ſibi ותטהו לה .i. ex illo fecit ſibi tentorium propter æſtum: erat enim illic totos dies & totas noctes, petens à Domino vt ſupplicio filiorum ſuorum oſtenderet ſe placatum eſſe. Donec ſtillaret aqua עד נתך מים .i. donec nubes ſoluta eſſet in aquam. Fames euenerat propter ſiccitatem: vnde placatum Deum nouit Riſpa ex pluuia. 12 A maioribus מאת־בעלי à primoribus. à ciuibus. Eos אותם .i. cadauera eorum. De platea Beth-שſan, מרחוב בית־שן quæ ſcilicet adiacebat muro in quo fuerãt ſuſpẽſa. Chaldæus paraph. de muro in Beth-ſan. 13 Tulit inquam ויעל Aſportauit nanque. Ad verbum, Et aſcendere fecit.

& collegerunt oſſa affixorum.

14 Et ſepelierũt oſſa שSaאulis & Iehonathán filii eius in terra Biniamín in צSeláy, in ſepulchro Ciשs patris eius: & fecerunt iuxta omnia quæ præceperat Rex, ″& *poſt hæc* placatus eſt Deus terræ.

Quatuor inſignia bella Dauidis cõtra Philiſthæos.

15 Fuit inſuper bellum Peliשſthím cum Iשſraאele, & deſcendit Dauid, ac ſerui eius cum eo, atque præliati ſunt contra Peliשſthinos: ″& defecit Dauid.

16 Tum Iשſ-bibenób, qui erat de filiis ʹGigantis (pondus autem *ferri* ʹhaſtæ eius ″*erat* trecentorum שſeclorum æris, & ipſe erat accinctus *enſe* ″nouo) ″cogitauit percutere Dauidem.

Ieſbi-benob interficetur.

17 Et auxiliatus eſt ei Abiשſái filius צSeruiáh, percuſſítque Peliשſthæum, atque interfecit eum. tunc iurauerunt viri Dauidis ei, dicendo, Non egredieris vltrà nobiſcum in prælium, ″ne extinguas lucernam Iשſraאelis.

18 Poſt hæc etiam extitit bellum in Gob cum Peliשſthím: tunc percuſſit סSibbechái חHuשſathites ipſum סSaph, qui erat de filiis Gigantis.

19 Factum deinde & aliud bellũ in Gob cum Peliשſthím, ″vbi percuſſit אElחhanán filius Iayare ʹOregim Bethhalaחhmites *alterũ* Goliáth Gitthæum: cuius haſtæ lignum erat ʹtanquam iugum liciatorium texentium.

20 Fuit inſuper adhuc bellum in Gáth: erat autẽ ibi ″vir *magnæ* menſuræ: cuius digiti manuum & digiti pedũ erant ″ſeni, viginti quatuor numero, ″qui etiam erat natus ex Gigante.

21 Hic probris affecit Iשſraאelem, & percuſſit eum Iehonathán filius שSimyáh fratris Dauidis.

22 Quatuor ii nati ſunt ipſi Giganti in Gáth: & interfecti ſunt manu Dauidis & manu ſeruorum eius.

Cap. XXII.

Cãticũ Dauidis pro liberatione ab omnibus inimicis.

1 LOquutus eſt ergo Dauid Iehouæ verba cantici huius ″die qua liberauit eum Iehouáh de manu omnium inimicorum ſuorum, ″& de manu שSaאulis.

2 ʹEt dixit, Iehouáh ″petra mea, & arx mea, & liberator meus ʹmihi.

3 ″Deus fortitudo mea, ″ſperabo in eo, ʹſcutũ meũ, ʹ& cornu ſalutis meæ, ʹeleuatio mea, ʹ& refugium meũ, ſaluator meus, ʹab iniu-

---

eorum qui affixi fuerant,

14 Sepelierunt ea cum oſſibus Saul, & Ionathæ filii eius in terra Bẽiamin, in Latere, in ſepulchro Cis patris eius: fecerúntque omnia quæ præceperat Rex, & repropitiatus eſt Deus terræ poſt hæc.

15 Factum eſt autem rurſum prælium Philiſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcendit Dauid & ſerui eius cum eo, & pugnabant contra Philiſthiim: deficiente autem Dauid,

16 Ieſbi-benob, qui fuit de genere Arapha, (cuius ferrum haſtæ trecẽtas vncias appẽdebat, & accinctus erat enſe nouo) niſus eſt percutere Dauid.

D

17 Præſidióque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum Philiſthæũ interfecit. tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernã Iſrael.

1. Paralip. 20. a. 4

18 ‖Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philiſthæos: tunc percuſſit Sobochai de Huſathi, Saph de ſtirpe Arapha.

19 Tertium quoque fuit bellũ in Gob contra Philiſthæos, in quo percuſſit Adeo datus fili⁹ Saltus polymitarius Beth lehemites Goliath Gethæũ, cuius haſtile haſtæ erat quaſi liciatoriũ texentium.

20 Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelſus qui ſenos in manibus pedibúſque habebat digitos, id eſt vigintiquatuor, & erat de origine Arapha.

21 Et blaſphemauit Iſrael: percuſſit autẽ eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.

22 Hi quatuor nati ſunt de Arapha in Geth: & ceciderunt in manu Dauid & ſeruorum eius.

Cap. XXII.

1 LOquutus eſt autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.

Pſalm. 17. a. 3

2 Et ait, ‖Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator meus.

3 Deus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugiũ meũ: ſalua-

---

14 Et placatus eſt ויעתר & reconciliatus eſt. 15 Et defecit ויעף & fatigatus eſt. 16 Gigãtis הרפה .i. hominis Palæſthini cognomento Gigãtis, qui habitabat in Gath. *Erat* trecẽt. שſec. שלש מאות משקל .i. appẽdebat trecentos ſeclos æreos ad rationẽ ponderis æris. Nouo חדשה .i. optimo. Alii, cingulo nouo, vnde ſcilicet dependebat enſis. adiectiuũ ſine ſubſtantiuo. Sic Habacuc. 1. d. 16, & cibus eius, pinguis. ſub. ouis. Cogitauit ויאמר Ad verbũ, & dixit. i. ſtatuit, ſiue decreuit. 17 Ne extinguas lucernam ולא תכבה את־נר Ad verbũ, & non extingues lucernam. i. ne tecum pereat gloria & ſplendor Iſraelis. Chaldæus paraph. ne pereat tecum regnum Iſraelis.

19 Vbi percuſſit ויך Ad verbum, & percuſſit. Oregim ארגים Quidam tanquam appellatiuum plurale vertunt, texentium, ſiue textorum. quòd texeret vela neceſſaria domui Sanctuarii. Goliath גלית Noſter interpres addidit Alterum, qui ſcilicet mortuo illo quem interfecerat Dauid, dictus eſt etiam Goliath, quòd accederet ad robur illius. Et iſte, 1. Para. 20. d. 5, dicitur frater Goliath Gitthæi. Tanquam iugum liciat. tex. כמנור ארגים: Sic 1. Reg. 17. a. 7. Sic & Iudicum 16. c. 14, cum clauo הארג texturæ, vel iugi liciatorii.

20 Vir menſuræ: איש מדון à מדד. Alii à דנן deducunt, & vertunt, vir litis. rixæ. contentionis. i. rixoſus & contentioſus, hoc eſt bellicoſus. Seni, שש ושש Ad verbũ, ſex & ſex.. i. in ſingulis manibus & ſingulis pedibus digitos habebat ſenos. Qui etiam erat, &c. וגם הוא יולד להרפה: qui etiam erat filius Gigantis. de quo ſuprà verſu 16.

IN CAPVT XXII.

1 Loquutus eſt ergo Dauid Ieh. וידבר דוד ליהוה .i. Propterea agendo gratias Deo cecinit canticũ hoc in gloriam Iehouæ. Refert hic acceptas Deo victorias ſuas Dauid. Iſte idem pſalmus eſt qui in Libro Pſalmorũ eſt ordine XVIII, iuxta numerũ Hebræorũ, qui ab hoc nonnihil variat, amplius aliquid habẽs, aut minus, aut aliis verbis. quod indicabitur ſuo loco. Die ביום Dies pro tẽpore in Sacris libris frequẽtiſſimum eſt, quòd tempus conſtet diebus. Et de manu שS. ומכף שאול: Hic ו pro Præſertim poſitũ videtur, & ita quidam ãnotant, præcipuè de manu Saulis. qui æquipollebat omnibus inimicis eius. omniũ enim fuit fortiſſimus. 2 Et dixit, ויאמר Iungitur iſtud principio præcedentis verſus, acſi dixiſſet, Loquutus eſt ergo Dauid in hunc modũ. In Libro Pſal. ſic incipit, Diligã te Iehouáh fortitudo mea. Petra mea, & arx mea, סלעי ומצודתי rupes mea, & præſidium [propugnaculum] meum. Rupẽ Deum appellat, metaphora ſumpta à refugio. nam propter hoſtes, ſolemus rupes petere. Secunda metaphora Deum arcẽ, ſiue propugnaculum appellat, quod fortius rupe eſſe ſolet: ideo dicit, & liberator meus. q. d. Iehoua eripuit me è periculis. nec mirũ: eſt enim potentiſſimus & inexpugnabilis. Mihi. לי: Quibuſdã pronomẽ iſtud redũdat.

3 Deus fortitudo mea, אלהי צורי Deus rupis meæ. In Libro Pſal. Deus meus petra mea. vel, rupes. Sperabo in eo, אחסה־בו in quo ſperabo. vel, in qua rupe ſperare ſoleo. vt ſit fut. pro præſ. ſpero. Scutum meum, מגני clypeus meus. ſic illum vocat, quòd inſtar clypei illum protegeret. Et cornu ſalutis meæ, וקרן ישעי Hebraiſmus, & cornu meum ſalutiferum: ſiue, cornu in defenſionem meam. hoc eſt potens ac ſalutaris defenſor meus. Per cornu, vires intelligit: quia quemadmodum animalia cornuta ſe tuentur cornibus, ita Dauid auxilio Dei & defenſione, qua veluti cornu vtebatur. q. d. virtus qua ſeruor, ſiue liberor à vi & impetu hoſtium meorũ, eſt Deus qui veluti cornu petit & conficit hoſtes meos. Eleuatio mea, משגבי arx mea. Significat locũ editum & eleuatum in refugium. Vel, eleuatio mea, qui me extrahit & eripit è mediis hoſtibus. Et refugium m. ומנוסי Hæc non leguntur in Libro Pſalmorum. Multis verbis ac variis fatetur Deum eſſe protectorem ſuum. Ab iniuria מחמס à violentia.

tor meus: de iniquitate liberabis me.		ria ſaluum feciſti me.
Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.	4	ʹLaudatum ʹinuocabo Iehouam,& ab inimicis meis ſaluus ero.
Quia circundederunt me contritiones mortis, torrentes belial terruerunt me:	5	ʹCircundederant enim me ʹcontritiones mortis,ʹtorrentes impietatis terruerant me:
Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis:	6	ʹDolores ſepulchri circundederant me, præuenerant me ʹlaquei mortis:
In tribulatione mea inuocabo Dominum,& ad Deum meũ clamabo: & exaudiet de templo ſuo vocẽ meam, & clamor meus veniet ad aures eius.	7	ʹIn tribulatione *itaque* mea inuocaui Iehouã,& ad Deum meum clamaui:& exaudiuit de templo ſuo vocem meã, & clamor meus ʺin aures eius *peruenit*.
Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montiũ concuſſa ſunt & conquaſſata, quoniam iratus eſt.	8	ʹTum commota eſt & contremuit terra,ʹfundamenta cæli commota ſunt,& intremuerunt,ʺquoniam iratus erat.
Aſcendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.	9	Aſcendit fumusʺin ira eius, & ignisʹde ore eius deuorat, carbones ſuccenſi ſuntʺab eo.
Et inclinauit cælos,& deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.	10	ʹEt inclinauit cælos ,& deſcendit,ʹ& caligo ſub pedibus eius.
Et aſcendit ſuper Cherubim,& volauit: & lapſus eſt ſuper pennas vẽti.	11	ʹEt equitauit ſuper Cherub,& volauit,& auolauit ſuper pennas venti.
B Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulum: cribrans aquas de nubibus cælorum.	12	Poſuit quoque tenebras in circuitu ſuo *tanquam* tabernacula,ʺcolligationem aquarum nubes cælorum.
Præ fulgore in conſpectu eius, ſuccenſi ſunt carbones ignis.	13	Præ fulgoreʺin conſpectu eius ſuccenſi ſuntʹcarbones ignis.
Tonabit de cælo Dominus, & excelſus dabit vocem ſuam.	14	Tonauit è cælo Iehouáh, & altiſſimus deditʺvocem ſuam.
Miſit ſagittas, & diſſipauit eos: fulgur, & conſumpſit eos.	15	Et miſitʺſagittas,& diſperſit eos: fulgur,ʹ& contriuit eos.
Et apparuerunt effuſiones maris, & reuelata ſunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.	16	Atque apparueruntʺeffuſiones maris, reuelata ſunt fundamenta orbis, propter increpationem Iehouæ,ʹab expiratione ſpiritus iræ eius.
Miſit de cælo,& aſſumpſit me: & extraxit me de aquis multis.	17	ʹMiſit de ſummo, aſſumpſit me, extraxit me de aquis multis:
Liberauit me ab inimico meo potentiſſimo,& ab his qui oderant me: quoniam robuſtiores me erant.	18	Et liberauit me ab inimico meo forti, ab odio habentibus me, ʹquoniam robuſtiores erant me.

4 Laudatum מהולל .i.celebrem.vel,laudatum,ſub.à me quum illi gratias ago. Alii vertunt,laudabilem.vel,laudandũ.i.omni laude digniſſimum. Inuocabo,&c. אקרא וגו׳ Quidam vertunt hæc futura per præſens,inuoco[vel,inuocare ſoleo]& ab inimicis meis ſeruor.vel,ſeruari ſoleo. Alii per præt.imperf.inuocabam Iehouã,& ab inimicis meis ſeruabar. 5 Circundederant enim me כי אפפוני Futura Heb. quæ melius per præt.pluſquamperf.vertuntur. Cõtritiones mortis, משברי־מות confractiones mortis.i.tribulationes & procellæ tribulationum mortiferæ & lethales. In libro Pſalm.legitur, Dolores mortis.ſiue,mortiferæ. Torrentes impietatis נחלי בליעל torrentes beliiáꜹal. De Beliiáꜹal vide Deut.13.c.13. Torrentes beliiaal vocat multitudinem tribulationũ quæ ab impiis infliguntur: quia vt aqua pereunt homines quum non poſſunt reſiſtere,ita & multitudine tribulationum. Alii iniurias grauiſſimas & crebras interpretantur.

6 Dolores ſepulchri חבלי שאול Sic vocat dolores lethales, qui tanti ſunt vt penè enecent homines, & in ſepulchrum detrudant. Laquei mortis. מוקשי מות: Significat inſidias mortiferas. q.d. Parum aberat quin inciderẽ in inſidias inimicorum mortiferas: doli quibus Saul & eius ſocii mortem mihi intentabant,anticipauerant me:& iamiam periturus eram laqueis conſtitutis ante faciem meam.

7 In tribulatione mea inuocaui בצר לי אקרא Per præſens potes vertere, Quũ eſt[vel,erat]tribulatio.ſiue,dũ tribulatione premor. In aures eius. באזניו: ſub.peruenit. In Lib.Pſal.legitur verſu 7,corã eo peruenit. Illic eſt verbũ quod hîc deeſt. Quidã ſequẽti verſui iungẽtes,vertũt, vt primùm clamor meus ad aures eius peruenit. 8 Tũ cõmota eſt & contr. ותגעש ותרעש Terræmotũ ſignificat.q.d & fiebat terræmotus magnus. Vt autem magnitudinem terræmotus exprimat, vtitur duabus vocibus idem ſignificantibus. Fundamenta cæli מוסדות השמים .i.montes: quòd cælum videatur fulciri montibus. Alii,terra ipſa: quòd ſit vice cẽtri circa quod cælum perpetuò moueatur. In Lib.Pſal.legitur, baſes montium concuſſæ ſunt.vel,concutiebantur. i.commouebantur vehementiſſimè, vt hoſtes mei perſpicerent tremendã Dei poteſtatem, quum ferebat mihi ſuppetias. Fundamenta montium concuti,eſt montes radicitus & à fundamentis cõcuti. Quoniã iratus erat. כי־חרה לו: Ad verbum,quoniam iratus erat ei. Quidam tamen volunt לו redundare: aut vertendum verbũ, tanquam nomen,quoniam indignatio *erat* illi. Niſi quis velit pronomen iſtud referre inimicum, Quoniam erat iratus inimico meo.i.inimicis meis. Nam frequenter ſine antecedente ponitur relatiuum. Alii vertunt,quando indignatus eſt. 9 In ira eius, באפו .i.dum iratus eſt. hoc eſt,dum iraſceretur, fumum emittebat. Hoc dicit quòd cauſa ſit tempeſtatũ in quibus fiunt fulgura.ſiue fulgetra,cælum obſcuratur nubibus,quæ ſunt velut fumus. Præterita ſunt Heb. quæ per præterita imperf. vel pluſquamperf.verti poſſunt, vt in præcedentibus. Alii vertunt,*qui egreditur* de nare eius.i.naribus. De ore eius deuorat, מפיו תאכל ex ore eius *egrediens* abſumit. ſub.omnia. Fut.Heb. pro præſ. Carbones vocat fulmina. Deſcribit habitum aeris turbulenti. Ab eo. ממנו: ſub.igne. 10 Et inclinauit cælos, ויט שמים Et demiſit[ſiue,demittebat]cælum.i.nubes. Videtur enim quũ eiuſmodi excitat tẽpeſtates, demittere cælum in terram vt illic appareant miracula eius. Et caligo,&c. וערפל ne ſcilicet agnoſceretur.

11 Et equitauit ſuper Cherub, וירכב על־כרוב Per hæc celeritatem auxilii Diuini intelligit.q.d.velociſſimè venit vt mihi ferret auxilium. Cherub,ſingul.pro plur. 12 Colligationem חשרת .i.denſitatem. Colligatione enim nubium inter ſeſe,ob illarum multitudinem,quia ſunt plenæ aqua,tenebreſcit terra.ĩ Lib.pſal.habetur,tenebroſitatas aquarũ. Per cælũ,aerem intelligit. His verbis declarat quid vocet tabernaculum Dei,nempe tenebroſitatem aquarum,ſiue nubes denſas aeris.q.d.Deliteſcit in tenebris: facit ex caligine ſibi circunfuſa quaſi tabernaculũ.

13 In conſpectu eius נגדו .i.qui ab eo procedit. Carbones ignis. גחלי־אש: .i.fulmina ignita.periphraſis fulminis. Hæc omnia pertinent ad deſcriptionem tempeſtatis.perinde acſi diceret, A ſplendore gloriæ(ita vertit Chaldæus paraph.) id eſt à ſplendido conſpectu eius egrediuntur nubes in quibus generantur fulmina,quibus perduntur impii. In Libro Pſal.legitur, Præ fulgore *qui erat* coram eo,nubes eius tranſierunt,grando & carbones ignis. 14 Vocem ſuam. קולו: ſtrepitum ſuum.fragorem. In Libro Pſalmorum additur,grandinem & carbones ignis.quo explicatur quid intelligatur hîc per vocem Dei. Repetit quod priore verſu dixerat, fulmina deſcribens.

15 Sagittas, חצים .i. grandinẽ & tela ignita,ſiue fulgetra. Et contriuit eos. ויהם: .i.hoſtes ſuos 16 Effuſiones אפיקי vada.aluei.fundũ. Chaldæus paraph.profunditates.i.increpante Iehoua, & inſufflante,aluei fluuiorũ rapidiſſimorum conſpicui facti ſunt,atque etiam aluei profundiſſimi per quos fluuii rapidi decurrere ſolent. ſic vocat fundamenta orbis,;voragines & abyſſos aquarũ. Ab expiratione,&c. מנשמת רוח אפו: ab expiratione flatus naris[.i.narium]eius.quum præ ira ſpiritum quendam per nares emittit.

17 Miſit de ſummo, ישלח ממרום .i.de cælo,ſub.Angelos miniſtros ſuos.hoc eſt,eripuit meà grauiſſimis periculis.id ſignificãt aquæ multæ, hoc eſt vehementes. 18 Quoniam robuſtiores erant me. כי אמצו ממני: quum fortiores erant me. Vel,quòd fortiores eſſent me.

19 ″Præuenerant me in die afflictionis meæ: at Iehouáh fuit ′baculus mihi.

20 ′Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quoniam ″complacuit ſibi in me.

21 Retribuit mihi Iehouáh ſecundum iuſtitiam meam, ſecundum munditiam manuum mearum reddidit mihi.

22 Quia cuſtodiui ′vias Iehouæ, nec impiè egi ″à Deo meo.

23 Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo *ſunt*, & ſtatuta eius, non recedam ′ab eo.

24 Et fui ′perfectus cum eo, & ſeruaui me ′ab iniquitate mea.

25 Et reſtituit Iehouáh mihi ſecūdum iuſtitiam meam, ſecundum munditiam meam in conſpectu oculorum eius.

26 Cum miſericorde miſericorſeris: cū viro perfecto perfectꝰ eris:

27 Cum mundo mundus eris, & cum ′peruerſo ″peruerſè ages.

28 Et populum pauperem ″ſaluum facies: ″at oculos tuos *pones* ſuper excelſos, humiliabis *eos*.

29 ″Quia tu *es* lucerna mea ô Iehouáh, & Iehouáh ″illuminabit tenebras meas.

30 ′In te enim cōtriui exercitum, in Deo meo tranſiliui murum.

31 ″Dei perfecta *eſt* via, eloquium Iehouæ ″purgatum, ſcutum eſt omnibus ſperantibus in eo.

32 ″Quoniam quis Deus præter Iehouam, & quis ″fortis præter Deum noſtrum?

33 Deus, ″fortitudo mea *in* exercitu: ″& ſoluit perfectā viam meam,

34 Ponens pedes meos tanquam ceruarum, & ſuper excelſa mea ′ſtatuit me.

35 Docet manus meas ad bellum, ″& contritus eſt arcus æreus brachiis meis.

36 ′Et dediſti mihi ſcutū ſalutis tuæ, ″& *in* manſuetudine tua multiplicaſti me.

37 Dilataſti greſſum meū ſubtus me, ′& nō declinauerūt tali mei.

38 ′Perſequutus ſum inimicos meos, ″& diſperdidi eos, nec reuer-

19 Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamētum meum.

20 Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.

21 Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundū mūditiā manuum mearum reddet mihi.

22 Quia cuſtodiui vias Domini, & nō egi impiè à Deo meo.

23 Omnia enim iudicia eius in cōſpectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

24 Et ero perfectus cum eo, & cuſtodiam me ab iniquitate mea.

25 Et reſtituet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundū mūditiam manuū mearum, in cōſpectu oculorum ſuorum. C

26 Cum ſancto ſanctus eris, & cum robuſto perfectus eris:

27 Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.

28 Et populum pauperē ſaluū facies: oculiſque tuis excelſos humiliabis.

29 Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.

30 In te enim currā accinctus, in Deo meo tranſiliam murum:

31 Deus, immaculata via eius, eloquiū Domini igne examinatum: ſcutū eſt omnium ſperantium in ſe.

32 Quis eſt Deus præter Dominum, & quis fortis præter Deū noſtrum?

33 Deus qui accingit me fortitudine, & complanauit perfectā viā meam,

34 Coæquans pedes ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me.

35 Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.

36 Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ, & manſuetudo tua multiplicauit me.

37 Dilatabis greſſus meos ſubtus me, & non deficient tali mei.

38 Perſequar inimicos meos, & con- D

19 Præuenerant me יקדמוני Præuerterant me.i.irruerant in me incautum, & nihil tale cogitantem, atque oppreſſerant impreſſione repentina tempore quo calamitate afficiebar, quum iam acciſæ eſſent res meæ. Baculus משען fulcrum.ſuſtentaculum.

20 Et eduxit ויצא ſub.de anguſtiis in locum ſpatioſum. Hoc eſt, depulſa omni triſtitia, perfudit me gaudio, quod animū laxare ſolet. Multis verſibus prædicat ſui liberationem. Complacuit ſibi in me. חפץ בי׃ dilexit me. Vel, bene volebat mihi.

22 Vias Iehouæ, דרכי יהוה Sic vocat præcepta. i. quia totus fui in operibus quæ à Deo probantur. A Deo meo. מאלהי׃ ſub. diſcedendo.i.neque enim per improbitatem defeci à Deo meo. Vel, neque impiè ſentiens de Deo meo, ab illo defeci.

23 Ab eo. ממנה׃ .i.à quoquam ex eis.hoc eſt, à ſtatutis eius non receſſi. In libro Pſalmorum legitur, & ſtatuta eius non ſubmoui à me.

24 Perfectus תמים integer. i.præſtiti me illi ſemper integrum. Ab iniquitate mea. מעוני׃ .i. ad quam natura mea pronus ſum. hoc eſt, caui nequid praui admitterem. aut, ne ſcelus admitterem quod antea admiſiſſem. 27 Peruerſè ages. תתפל׃ .i.retribues illi ſecundum peruerſitatē eius. 28 Saluum facies: תושיע Fut. quod per præſ. verti poteſt, ſaluū facis. ſiue, ſeruas. At oculos tuos, &c. ועיניך על־רמים תשפיל׃ at oculos tuos *conicis* in elatos, *&* deiicis *eos*. Vel, *ut* deiicias *eos*. Alii, *donec* deiicias *eos*. In Libro Pſal. legitur, & oculos excelſos humilias. 29 Quia tu, &c. כי־אתה נירי Certè tu *es* lucerna mea. Quidā volunt כי redundare. q.d. Te ſolū ô Domine, ſequi volo ducē in tenebris huius ſeculi. Lucernam pro duce accipit. Liber Pſalm. habet, Quoniā tu illuminas lucernā meam. Illuminabit teneb.m.: יגיה חשכי׃ illuſtrabit tenebras meas. Mutatio perſonæ à ſecunda in tertiam. Per Lucem, ſiue cādelam Scriptura paſſim ſignificat res ſecundas: vt per Tenebras omnia aduerſa. q.d. ſiquid mihi ſecundi acciderit, tu in cauſa es, qui vertis tribulationes meas in proſperitatem. Id verum eſſe probat verſus ſequens, cui præpoſita eſt coniunctio rationalis כי. 30 In te enim contriui, &c. כי בכה ארוץ גדוד Hîc oſtendit quomodo illuminatæ fuerint eius tenebræ. Futura Heb. quæ vel per præterita perf. vt præcedentia, verti debent, aut per imperf. Niſi etiam eo tēpore oſtendere velit non modò id ſe feciſſe, ſed ſe quoque facturum, quoties aliquid aduerſi acciderit. 31 Dei perfecta *eſt* via, האל תמים דרכו .i. omnia Dei opera ſuut perfecta. Quidam vertunt, Deus eſt, cuius perfecta *eſt* via. Purgatum, צרופה .i. purum velut igni examinatum. q.d. caret omni vitio, nihil eſt in eo quod reprehendi poſſit. Præterea protegit omnes qui ſperant in ipſo. 32 Quoniam quis Deus כי מי־אל Quis enim Deus. i. Quis iure optimo dici poſſit אל à fortitudine & omnipotentia, præter ipſum? Fortis צור petra. i. defenſor & propugnator. à firmitate & ſtabilitate. 33 Fortitudo mea *in* exercitu: מעוזי חיל.i. qui dat mihi fortitudinē & vires in prælio. In Libro Pſalm. Qui accingit me fortitudine. Et ſoluit ויתר .i. liberā reddit viam meam, ita vt reddatur perfecta & plana, ſine vllo offendiculo. q.d. tollit omnia impedimēta de via mea. hoc eſt, efficit vt ad finem optatū deueniam. Metaphora ſumpta à vinctis. Liber Pſal. habet, Et ponit perfectā viā meam.

34 Statuit me. יעמידני׃ Fut. Heb. pro præſ. collocat me. ne ſcilicet corruā. i. dū cogor fugere, dat pedibus meis celeritatē ceruorum, & efficit vt tandē recipiam me ad arcem in qua tutus ſim. 35 Et contritus eſt ונחת Præt. Heb. pro præſ. & frangitur. i. dat mihi vires vt vel arcū fortiſſimum frangere poſſim. 36 Et dediſti mihi, &c. ותתן־לי מגן ישעך .i. Tu es mihi vice clypei quo defendor in bello. Tu me auxilio tuo defendes velut clypeo impenetrabili. Et *in* manſuetudine, &c. וענותך תרבני׃ Fut. Heb. pro præt. vel præſ. i. gratia, vel benignitate multiplicas me. hoc eſt, cōuertis animos militum ad me, & efficis vt multi, me ſequantur. vel, vt pauci milites mei reſiſtant multitudini hoſtiū. q.d. videris multiplicare milites meos. 37 Et non declinauerūt, &c. ולא מעדו & non nutarunt crura mea. aut, vertebræ meæ. Præt. item pro præſ. i. das mihi greſſum liberum, vt poſſim diſcurſare huc illuc: & confirmas crura mea vt poſſim perſequi hoſtes meos.

38 Perſequutus ſum ארדפה Fut. Heb. pro præt. vel præſ. Et diſperdidi eos, ואשמידם Liber Pſalmorum habet, & comprehendi eos.

D teram,& non conuertar donec conſumam eos.

39 Conſumam eos & confringam, vt non conſurgant: cadent ſub pedibus meis.

40 Accinxiſti me fortitudine ad prælium,incuruabis reſiſtentes mihi ſubtus me.

41 Inimicos meos dediſti mihi dorſũ: odientes me,& diſperdam eos.

42 Clamabunt, & non erit qui ſaluet: ad Dominum,& non exaudiet eos.

43 Delebo eos vt puluerẽ terræ:quaſi lutum platearum comminuam eos, atque confringam.

44 Saluabis me à cõtradictionibus populi mei:cuſtodies me in caput Gẽtiũ populus quem ignoro,ſeruiet mihi.

45 Filii alieni reſiſtẽt mihi, auditu auris obedient mihi.

46 Filii alieni defluxerunt,& cõtrahentur in anguſtiis ſuis.

47 Viuit Dominus,& benedictus Deꝰ meus:& exaltetur Deus fortis ſalutis meæ.

48 Deus qui das vindictas mihi,& deiicis populos ſub me.

49 Qui educis me ab inimicis meis,& à reſiſtentibus mihi eleuas me:à viro iniquo liberabis me.

Rom.15.b.9

50 ¶Propterea confitebor tibi Domine in Gentibus,& nomini tuo cantabo.

51 Magnificans ſalutes Regis ſui, & faciens miſericordiã chriſto ſuo Dauid & ſemini eius in ſempiternum.

Cap.XXIII.

1 HAEc autem ſunt verba nouiſſima quæ dixit Dauid filius Iſai: dixit vir cui conſtitutum eſt de chriſto Dei Iacob,egregiꝰ Pſaltes Iſrael,

2 Spiritus Domini loquutus eſt per me, & ſermo eius per linguã meam.

3 Dixit Deus Iſrael mihi, loquutus eſt Fortis Iſrael, Dominator hominũ,iuſtus dominator in timore Dei.

4 Et ſicut lux auroræ oriẽte ſole, mane abſq; nubibus rutilat, & ſicut pluuiis germinat herba de terra.

ſus ſum donec conſumpſi eos:

39 Et cõſumpſi eos,& cõfodi eos,nec ſurgẽt,ʹceciderúntque ſubtus pedes meos.

40 Et accinxiſti me fortitudine ad prælium, ʹincuruaſti inſurgentes in me ſubtus me.

41 ʹEt inimicorum meorum dediſti mihi ceruicem,ʹ*&* odio habẽtium me,& excidi eos.

42 ʹAſpexerunt,& nõ fuit ſeruator:ad Iehouã,& nõ exaudiuit eos.

43 Et contudi eos ſicut puluerem terræ,ſicut lutum platearumʹcõminui eos,*&* diſtendi eos.

44 Et eruiſti meʹà cõtradictionibus populorum,ʺcuſtodiſti me in caput Gentium:populus *quem* non noueram,ſeruiuit mihi.

Abiectio Iudæorum,& Gentium electio.

45 Filii alieniʹmentiti ſunt mihi,ʹad auditũ auris obediuerũt mihi.

46 Filii alieniʹdefluxerunt,& contremueruntʺè clauſuris ſuis.

47 ʹViuit Iehouáh,& benedictꝰ *eſt*ʹfortitudo mea,ʺ& exaltetur Deus ʹfortitudo ſalutis meæ:

48 Deus *eſt* qui dat vindictas mihi,ʹ& deiicit populos ſub me,

49 ʹEt educis meʹab inimicis meis,ʺ& ab inſurgentibus in meʹexaltaſti me,à viro iniquo liberaſti me:

50 Proptereaʹconfitebor tibi Iehouáh in Gentibus,ʺ& nomini tuo pſallam.

Laus Dei inter Gẽtes, poſt prædicatũ Chriſtũ.

51 ʹArx ſalutum Regis ſui,ʺ& faciens miſericordiã chriſto ſuo Dauidi,& ſemini eius vſque in ſeculum.

Cap.XXIII.

1 HAEc autem ſunt verba Dauidisʹnouiſſima:dixit Dauid filius Iשׂſái, dixit inquam vir qui conſtitutus eſt ʺexcelſus, vnctus Dei Iayacób,ʺ& dulcis in carminibus Iשׂſraאelis,

Nouiſſima verba Dauid.

2 Spiritus Iehouæ loquutus eſt per me, & ſermo eius *factus eſt*ʹ per linguam meam.

Spiritus Dei loquutus eſt per Dauidem.

3 ʺDixit Deus Iשׂſraאelisʹmihi,loquutus eſtʹfortis Iשׂſraאelis,ʹDominator *erit* in hominibus,iuſtus *&* dominator *in* timore Dei:

4 Et ſicut luxʹmane quum exortus eſt ſol, mane *inquam* abſque nubibusʺà ſplendore *&* à pluuia,herba de terra.

39 Ceciderúntque ſubtus,&c. ויפלו תחת רגלי: .i.proſtratos in terrã poſtea calcaui,vel calco pedibus. 40 Incuruaſti תכריע humiliaſti.deieciſti.Fut.Heb.pro præt. 41 Et inimicorũ,&c. ואויבי וגו' Hebraiſmus, Vertis in fugam inimicos meos. *Et* odio habentiũ me,& excidi eos. משנאי ואצמיתם: Liber Pſal.habet,& odio habentes me ſuccidi. 42 Aſpexerũt, ישעו Fut. pro præſ. Aſpiciunt.i.Expectant opẽ,& non eſt qui adiuuet. 43 Cõminui eos,diſtendi e. אדקם ארקעם: cõtriui eos,dilataui eos. 44 A contradictionibus מריבי à cõtentionibus.vel,rixis. Cuſtodiſti me תשמרני ſub.vt præficeres me Gẽtibus.Liber Pſal.habet,poſuiſti me.Fut.Heb.pro præt. 45 Mentiti ſunt mihi, יתכחשו לי negauerunt mihi, ſub.ſe inſurrexiſſe in me:aut fauiſſe inimicis meis. Vel potius, illiberali animo & ſeruiliter ſe ſubiecerunt mihi. Ad auditũ auris לשמוע אזן .i.ad ſolã famam. 46 Defluxerunt, יבולו Fut.Heb.defluẽt, pro defluxerũt.i.vires alienigenarũ emarcuerũt. hoc eſt,perierũt alienigenæ,quemadmodũ folia quæ decidũt, perire ſolẽt. E clauſuris ſuis. ממסגרותם: .i.concluſi in munitionibus ſuis.hoc eſt,trementes continuerunt ſe in arcibus ſuis. 47 Viuit חי Viuens eſt. i.oſtendit ſe viuere quum exerit virtutẽ ſuam contra inimicos meos.q.d.Deus meus non eſt Deus mortuus,& vitæ expers vt idola quæ ſuis opem ferre non poſſunt. Alii vertunt, Viuat Iehouáh. Fortitudo mea, צורי rupes mea. Et exaltetur וירום & exaltandus eſt.ſub.ab omnibus. Fortitudo ſalutis meæ: צור ישעי: rupes ſalutis meæ.i.Deus qui eſt rupes in qua ſaluti meæ conſulo, & vbi tutus ſum ab omnibus periculis. 48 Et deiicit ומוריד Liber Pſal.habet,& adduxit.Idem ſenſus,Dedit vt vlciſcerer me de hoſtibus meis,& ſubiecit populos mihi. 49 *Et* educis me ומוציאי Liber Pſal.habet,Et erutor meus.vel ereptor. Ab inimicis m. מאויבי .i.de poteſtate inimicorũ m. Et ab inſurg.in me ומקמי Hic ו pro Nã,quibuſdã: vt ſit expoſitio præcedentiũ verborũ, educis ab inimicis:nã ab inſurgẽtibus,&c. Exaltaſti me, תרוממני Fut.Heb. pro præt. 50 Cõfitebor tibi אודך Laudabo[celebrabo]te.i.gratias agã. Et nomini tuo pſ. ולשמך אזמר: & nomini tuo canã.i.in honorem nominis tui,laudes dicam. 51 Arx ſalutum מגדול ישועות turris ſalutũ.i.Eſt enim Deus velut arx in qua tutus,ſiue in tuto eſt is quem conſtituit Regem. Et faciens ועושה Quidam per futurum,& facturus eſt.

IN CAPVT XXIII.

1 Nouiſſima: האחרונים .i.Hæc ſunt quæ dixit Dauid,poſteaquam edidit omnes pſalmos. Aſſerit ſe omnes pſalmos ſcripſiſſe per Spiritũ Dei,& ſe Diuina voluntate creatum Regem. Excelſus, על Idem ſignificat quod עליון vt docti inter Hebræos ſcribunt. Quidam vertunt, *in loco* ſublimi.i.in magna dignitate. Et dulcis,&c. ונעים זמרות ישראל: & ſuauis in cãticis Iſraelis.i.ſuauiſſimus Pſaltes Iſraelis.cõpoſuit enim pſalmos ſuauiſſimos,quibus vtitur Iſrael in laudando Deo. 2 Per linguã m. על־לשוני: Ad verbum,ſuper linguã meam.ſub.fuit.i.Spiritus ſanctus loquutus eſt per me pſalmos. 3 Dixit אמר ſub.prius quàm eſſem Rex cõſtitutus.q.d.pollicitus fuerat ſe conſtituturũ me Regem Dominus per Samuelem. Mihi, לי .i.de me. Fortis Iשׂſraאelis, צור ישראל rupes Iſraelis.i.Deus fortiſſimus quem Iſrael colit. Dominator,&c. מושל וגו' .i.dominabitur, ſiue imperabit hominibus in iuſtitia[vel,cũ iuſtitia] & timore Dei.hoc eſt, prædixit me fore Regem iuſtum & timentẽ Deum. 4 Mane quum exortus eſt בוקר יזרח Ad verbum,mane exorietur. Mane,id eſt temporis matutini. Quidam vertunt,Et ſicut lumẽ temporis matutini orto iam ſole,temporis inquam matutini non nebuloſi.i.Et dixit ſplendorẽ ac decus regni mei fore ſimile lumini temporis matutini orto iam ſole,quod ſcilicet eſt luciddiſſimum,& lumen eius ſubinde creſcit vſque ad meridiẽ:temporis inquam matutini quod non eſt nebuloſum, id eſt quod non obſcuratur, ſiue conſpurcatur aduentu nubium. A ſplendore *&* à pluuia, herba de terra. מנוגה ממטר דשא מארץ: Cõciſus ſermo obſcurũ locum reddit,propterea aliquid ſubaudiendũ,cuiuſmodi,*purgatum* à ſplendore *&* à pluuia, *ex qua* herba *germinat* de terra.i.quod non cõſtat ſplendore & pluuia deſcendente ſuper gramen quod egreditur de terra.hoc eſt,in quo ſol partim lucet,& partim non lucet,cadente pluuia ſuper gramen. Quidã vertunt,propter ſplendorẽ & propter pluuiã,herbam *elicit* terra. Et ſic exponũt, Creſcet regnũ meum ſicut lux matutina quæ paulatim in maiorem accreſcit claritatẽ. Lux autẽ quæ nube turbatur,aut pluuia. nihil prodeſt,niſi quòd herbã creſcere facit citò periturã. Alii,quod non habet nubes præ fulgore ſuo,*aut* propter pluuiã *quæ* herbã è terra *elicit*.

5 Non enim ſic domus mea″cum Deo,″quia pactum æternũ iniit mecum,″ordinatum per omnia,& cuſtoditũ:quandoquidem tota ″ſalus mea,″& omnis voluntas,quòd″non germinare faciet.

6 ″Impii autem *erunt* tanquam ſpinæ *quæ*″propellũtur,vniuerſi:quia non manu″capient:

7 Et quicunque volet tangere eas,″replebitur ferro,aut haſtili lanceæ,& igne comburendo comburentur″in loco ſuo.

Catalogus fortium Dauid.

8 Iſta ſunt nomina fortium″qui *erant* Dauidi.″Sedens in cathedra, ″ſapiens,″caput magnorũ,erat yAdinó yEꝫſnita *qui fuit*″ſuper octingentos vulneratos vice vna.

Eleazar percutit Philiſthæos.

9 ″Et poſt eũ אElyazár filius Dodo ″filii Aחhoיחhí″inter tres fortes *qui erant* cum Dauide″quando probris affecerunt Peliשſthæos *qui* cõgregati erãt″illic in prælium, ″quũ iam aſcendiſſent viri Iשſraאél.

10 ″Is exurgens percuſſit Peliשſthím, donec″deficeret manus eius, ″& adhæreret manus eius gladio:″& fecit Iehouáh ſalutẽ magnam in die illa,atque populus″reuerſus eſt poſt eũ,tantũ ad ſpoliandũ.

11 Poſt eum autem *fuit* שSammáh filius Agé Hararites:congregati ſunt nanque Peliשſthím″in villa, ibíque erat″poſſeſſio agri plena lentis,populus verò fugerat″à facie Peliשſthím:

12 Tum conſtitit in medio poſſeſſionis,″& liberauit eam,atque percuſſit Peliשſthím,″fecítque Iehouáh ſalutem magnam.

Victoria Deo tribuitur.

13 Deſcenderunt præterea tres″ex triginta principibus, & venerũt ″in meſſe ad Dauidem in ſpelũcam yAdullám:″caſtra autem Peliשſthím poſita erant in valle″Rephaím.

Dauid ſitiẽs non vult bibere aquã quã principes cũ vitæ periculo hauſerant inter Philiſthæos.

14 Dauid verò tunc erat″in præſidio, & præſidiũ Peliשſthím tunc erat in Beth-léחhem.

15 ″Deſiderauit autem Dauid,& ait,″Quis potabit me aqua de ciſterna Beth-léחhem quæ eſt ad portam?

16 ″Tum irruperunt tres fortes in caſtra Peliשſthím , & hauſerunt aquam de ciſterna Beth-léחhem,quæ erat ad portã, quam apportauerunt,atque attulerunt ad Dauidem,& noluit bibere de ea, ″ſed effudit eam Iehouæ,

17 Ac dixit,Abſit mihi ô Iehouáh,vt faciã hoc:num *bibam* ſanguinẽ

5 Nec tãta eſt domus mea apud Deũ, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum: cuncta enim ſalus mea, & omnis voluntas, nec eſt quicquam ex eo quod non germinet.

6 Præuaricatores autem quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi: quæ nõ tolluntur manibus:

7 Et ſiquis tãgere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato,ignéque ſuccenſæ cõburentur vſque ad nihilũ.

8 ‖Hæc nomina fortium Dauid.Sedẽs in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres,ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.

1.Para.11.b.10

9 Poſt hũc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philiſtiim,& congregati ſunt illuc in prælium.

B

10 Quũmque aſcendiſſent viri Iſrael, ipſe ſtetit,& percuſſit Philiſthæos donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio:fecitque Dominus ſalutẽ magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuerſus eſt ad cæſorum ſpolia detrahenda.

11 Et poſt hunc, Semma filius Age de Arari: & congregati ſunt Philiſthiim in ſtatione:erat quippe ibi ager lente plenus . quũmque fugiſſet populus à facie Philiſthiim,

12 Stetit ille in medio agri,& tutus eſt eũ, percuſſitque Philiſthæos : & fecit Dominus ſalutem magnam.

13 Necnon & antè deſcenderant tres qui erant principes inter triginta, & venerant tempore meſſis ad Dauid in ſpeluncã Odollam: caſtra autẽ Philiſthinorũ erãt poſita in valle Gigãtũ.

14 Et Dauid erat in præſidio: porrò ſtatio Philiſthinorũ tũc erat in Bethléhem.

15 Deſiderauit ergo Dauid , & ait, O ſiquis daret mihi potũ aquæ de ciſterna quæ eſt in Beth-léhẽ iuxta portã!

16 Irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſthinorũ , & hauſerunt aquã de ciſterna Beth-léhem , quæ erat iuxta portã,&attulerũt ad Dauid:at ille noluit bibere, ſed libauit eam Domino,

C

17 Dicẽs,Propitius ſit mihi Domin⁹, ne faciã hoc : num ſanguinẽ hominũ

5 Cum Deo, עם־אל .i.apud Deum.q.d.Non enim ſic ſe habet familia mea apud Deũ:hoc eſt,talem promiſſionem imperfectam nõ fecit mihi Deus. Quia pactum æternũ iniit mecum, כי ברית עולם שם לי Ad verbum, quia pactum æternum poſuit mihi. Ordinatum per omnia,& cuſt. ערוכה בכל וגו׳ diſpoſitum[præparatũ]in omnibus, & ſeruatum. Alii, ordinatè per omnia ſancitum & conſeruatum. Quidam pro Cuſtoditum,vertunt Inuiolabile.Hoc dicit vt opponat tempori matutino quod conſpurcatur interuentu nubium.Omnia hæc intelligenda ſunt de Chriſto. Salus mea, ישעי ſub.ipſe eſt. Et omnis voluntas, וכל־חפץ & omne deſiderium. ſub. fertur in eum. q.d. totus ab eo pendeo. Non germinare faciet. לא יצמיח: non producet.i.nõ excitabit.ſub.alium Regem qui non ſit de familia mea.q.d.in familia mea manebit perpetuò regnũ.Doctus inter Hebræos exponit,nõ erit vt germen agri quod euaneſcit:ſed perpetuò regnabit ille qui eſt ſalus mea & deſideriũ meũ,Chriſtus qui de ſemine meo deſcendet. 6 Impii autẽ ובליעל Ad verbũ,Et beliiáyal.Vide Deut.13.c.13.ſub.ſunt,vel erũt. Propelluntur, מונד propulſantur.pede ſcilicet,aut baculo. Capient: יקחו: Quidam per præſens vertunt , capiunt , vel capere ſolent. ſub.illas. 7 Replebitur ימלא Aut per præſens,repletur.ſub.ipſe,aut manus eius.i.capiet inſtrumentum ferreum quo ſuccidet illas, aut haſtile lanceæ quo propellat illas. In loco ſuo. בשבת: Ad verbum,in habitaculo.vel,manſione.i.cremabuntur in loco ſuo.

8 Qui *erant* Dauidi. אשר לדוד quos habebat Dauid.i.qui militauerunt cum Dauide. Sedens in cathedra,יושב בשבת more ſcilicet eorum qui conſulunt aliis.conſultus. Sapiens, תחכמוני prudens. Caput magnorum, ראש השלשי .i.primus principum.vel,magnatum & nobilium.Iſtum militem prius à ſapientia commendat,deinde à virtute bellica.q.d.conſilio valebat, & virtute bellica.Confer iſta cum 1.Para. 11.c.11. Super octingentos,.&c. על־שמונה מאות .i.qui in vno prælio manu ſua trucidauit octingentos.Hebraiſmus.

9 Et poſt eum, ואחרו .i.qui erat ſecundæ dignitatis ab eo. Filii Aחhoיחhí בן אחחי .i. Ahohæus,ſiue de familia Ahohæorum. Inter tres fortes בשלושה הגבורים .i.qui vnus fuit trium fortium qui erant cũ Dauide,qui optimè rem geſſit. Quando probris affecerunt Pel. בחרפם בפלשתים quum probris laſſeciuerunt Philiſthæos. Alii,quũ irruerent cũ periculo vitæ in Palæſthinos.Verbum חרף ſignificat diſcrimini ſe exponere. Illic שם .i.vbi erat Dauid,vt dimicarent cũ Iſraelitis. Quum *iam* aſcendiſſent ויעלו Ad verbum,Et aſcenderunt.

10 Is exurgens percuſſit הוא־קם ויך Hebraiſmus,Is confeſtim & ſine mora,vbi vidit ſuos populares fugiſſe,percuſſit.Hoc pacto vtuntur Hebræi verbo Surgendi. Deficeret יגעה defatigata eſſet q.d.ad laſſitudinẽ vſque. Et adhæreret ותדבק q.d.præ nimio labore manus quæ gladium tenebat,ſpaſmũ contraxit,ita vt finito conflictu,vix potuerit educi è manu eius gladius. Spaſmus, eſt tendonum contractio, quæ aliquando fit inanitione,hoc eſt,quum præ nimio ſudore tendones ſicceſcunt & cõtrahuntur. Et fecit Iehouáh ſalutẽ ויעש יהוה תשועה .i. per illum dedit inſignem victoriam Iſraelitis.Nota,hanc victoriam Deo tribui,vt & reliquæ. Reuerſus eſt poſt eum, ישובו אחריו .i.ſequutus eſt eum ad detrahenda ſpolia cæſis.Fut.Heb.pro præt. 11 In villa,לחיה.i.in pago quodam iuxta quem hæc geſta ſunt.Vel,in ſtatione. Poſſeſſio agri חלקת השדה .i.ager. A facie מפני .i.metu, vel,ad aduentũ. 12 Et liberauit eam, ויצילה ſub.lentem,ſiue lenticulam .i.agrum plenum lenticulis. Fecítque Iehouáh,&c. ויעש יהוה וגו׳ Hebraiſmus,qui paulo antè verſu 10 exponitur. 13 Ex triginta princip. מחשלושים ראש .i.de principibus[primariis]qui tum obtinebãt primum locũ apud Dauidem. In meſſe אל־קציר .i.tẽpore meſſis. Caſtra autẽ,&c. וחית פלשתים חונה cœtus autem[cõgregatio,exercitus]Peliſthim poſuerant caſtra in,&c. Rephaím. רפאים: gigantũ.quæ non procul diſtabat à ſpelunca Adullã. 14 In præſidio, במצודה in loco munito.nempe in rupe. 15 Deſiderauit autem ויתאוה concupiuit autem.i.præ deſiderio dixit. Quis potabit me aqua מי ישקני מים Hebraiſmus, Vtinã aliquis efficeret vt biberẽ aquã,&c.

16 Sed effudit ויסך ſub.in terram in honorem Iehouæ.

iſtorum qui profecti ſunt, & animarũ periculum bibam? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſſimi.

Abiſai quoq; frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus iſtis: ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam cõtra trecentos, quos interfecit, nominatus in illis tribus, 18

Et inter tres nobilior, erátque eorum princeps, ſed vſque ad tres primos non peruenerat. 19

Et Banaias filius Ioiadæ viri fortiſſimi, magnorum operum de Cabſeel: ipſe percuſſit duos leones Moab, & ipſe deſcendit, & percuſſit leonem in media ciſterna in diebus niuis. 20

Ipſe quoque interfecit virũ AEgyptium, virum dignum ſpectaculo, habentem in manu haſtam: itaque quũ deſcendiſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtã de manu AEgyptii, & interfecit eum haſta ſua. 21

Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. 22

D Et ipſe nominatus inter tres robuſtos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vſque ad tres nõ peruenerat: fecitque eum ſibi Dauid auricularium, à ſecreto. 23

Aſael frater Ioab inter triginta, Elehanã filius Patrui eius de Beth-léhẽ. 24

Sẽma de Harodi, Elica de Harodi. 25

Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua. 26

Abi-ezer de Anathoth, Mobonnai de Huſati. 27

Selmon Ahohites, Maharái Netophathites. 28

Heled filius Baana, & ipſe Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin. 29

Banáia Pharathonites, Heddai de torrente Gaas. 30

Abi-albon Arbathites: Azmáueth de Beromi. 31

Eliaba de Salaboni: filii Iaſſen, Ionathan. 32

Semma de Orori, Ahiam filius Satar Ararites. 33

Eliphélet filius Aaſbai filii Machati, Eliã filius Achitóphel Gelonites. 34

Heſrái de Carmelo, Pharái de Arbi. 35

Igaal filius Nathan de Soba, Bani de Gadi. 36

Selec de Ammoni, Naharái Berothites armiger Ioab filii Saruiæ. 37

Ira Iethrites, Gareb & ipſe Iethrites. 38

Vrias Hetthæus: omnes, triginta ſeptem. 39

Cap.XXIIII.

1 ET addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid in eos dicentem, Vade, numera Iſrael & Iudam.

2 Dixitque Rex ad Ioab principem exercitus ſui, Perambula omnes tri-

---

virorũ'qui abierũt"cum periculo vitæ ſuæ? Et noluit bibere eam. hæc fecerunt tres illi fortes.

18 Porrò Abiשſái frater Ioáb filius צSeruiáh erat 'princeps trium, & idem"excitauit lanceam ſuam cõtra trecentos occiſos: & ei erat 'nomen inter illos tres.

19 Trium nónne'glorioſiſſimus erat? & erat eis princeps,'ſed vſque ad tres non peruenit.

20 Et Benaiáhu filius Iehoiadáע, filius viri "fortis,'magnus operibus, de Chabצſeél: ipſe percuſſit"duos fortes Moáb: idem quoque deſcendit, & percuſſit leonem'in medio ciſternæ in die'niuis.

21 Ipſe præterea percuſſit virum AEgyptium"virum formoſum, & in manu AEgyptii *erat* lancea: deſcendit autẽ ad eum cum baculo, "& rapuit lanceã de manu AEgyptii, ac interfecit eum lãcea ipſius.

22 Hæc fecit Banaiáh filius Iehoiadáע, & ei erat"nomen inter tres illos fortes.

23 'Iſtorum triginta *erat*'glorioſiſſimus,"ſed *tamen* ad tres non peruenit: & poſuit eum Dauid"ad auditum ſuum.

24 עAשſaאél frater Ioáb *fuit* inter triginta: אElחhanán filius Dodo *de* Beth-léחhem.

25 שSammáh חHarodites, אElicá חHarodites.

26 חHeléעs Paltites, עIra filius עIcceשs Thecoעites.

27 Abi-עézer עAnnethothites, Mebunnái חHuשſathites.

28 צSalmón Aחhoחhites, Maharái Netophathites.

29 חHéleb filius Baעanáh Netophathites, אItthái filius Ribái de Gibעáth filiorum Biniamín.

30 Benaiáhu Piעathonites, Hiddái de torrente Gáעaשs.

31 Abi-עalbón עArbathites, עAzmáueth Barחhumites.

32 Eliaחhbá שSaעalbonites: 'filii Iaשſén, Iehonathán.

33 שSamáh Hararites, A'חhiám filius שSarár Ararites.

34 אEliphélet filius Aחhaסſbái'filius Maעachathi, Eliעám filius Aחhithóphel Gillonites.

35 חHeצſrái Charmelites, Paעarái Arbites.

36 Igál filius Nathán de צSobáh, Bani Gadites.

37 צSélec עAmmonites, Naחharái Beאerothites, armiger Ioáb filii צSeruiáh.

38 עIrá Ithrites, Garéb Ithrites.

39 אVriiáh חHitthæus. omnes, triginta & ſeptẽ.

Cap.XXIIII.

1 E"T addidit furor Iehouæ iraſci contra Iשſraאelem,"& cõcitauit Dauidem in eos, dicendo, Vade, numera Iשſraאelẽ & Iehudáh.

2 Dixit ergo Rex ad Ioáb principem exercitus"quem *habebat* ſecum, Diſcurre nunc per omnes tribus Iשſraאelis à Dán vſque

Abiſai.

Banaias.

Cõmouetur Dauid à Deo vt numeret populum, vnde puniatur populus contra quem iratus erat ipſe Deus.

---

17 Qui abierunt ההולכים ſub. quæſitum aquam. Præſ. Heb. pro præt. Cum periculo vitæ ſuæ? בנפשותם Ad verbum, in animas ſuas? 18 Princeps trium, ראש השלשי .i. primas tenebat inter tres poſteriores. Excitauit עורר vibrauit. Nomen שם fama præcipua. .i. erat celeberrimus. 19 Glorioſiſſimus נכבר honorabiliſſimus. præſtantiſſimus. per interrogationẽ vehemẽtius affirmat. q. d. triũ ſanè nobiliſſimus erat. Sed vſque ad tres ועד השלשה id eſt ad dignitatem trium priorum. 20 Fortis חיל fortitudinis. i. fortis & robuſti. Legitur & חי vitæ. i. viuacis, robuſti ac bellicoſi. Magnus operibus, רב־פעלים multus operibus. operoſus. i. magnarum rerum patrator. Duos fortes את שני אריאל duas arces munitiſſimas. duo loca fortiſſima, quorum vterque dicebatur Ariel. i. homines qui defendebant duo loca fortiſſima regionis Moabitarum. Chaldæus paraph. duos fortes. In medio ciſternæ בתוך הבואר in ciſterna. Scribitur הבאר putei. Niuis. השלג: niuoſo. i. hyberno: quo tempore leones ſolent magis valere viribus.

21 Virum formoſum, איש מראה Ad verbum, virum aſpectus. i. in quẽ coniiciebant aſpectum, ſiue quem aſpiciebant propter venuſtatem formæ. Et rapuit ויגזול & abſtulit. vel, excuſſit. 22 Nomen inter tres שם בשלשה .i. fama inter tres illos ſequentes.

23 Iſtorũ triginta מן השלשים ſub. ſequentiũ. Glorioſiſſimus נכבר nobiliſſimus, vt paulo antè verſu 19. Sed *tamen* ad tres ואל השלשה .i. ad dignitatem trium priorum. Ad auditum ſuum. אל־משמעתו: .i. auriculariũ, & à ſecretis. Alii vertunt, ſuper *uiros* obedientiæ ſuæ. i. præfecit eum viris ſibi obedientibus, hoc eſt Cherethæis & Pelethæis. 32 Filii Iaשſén בני ישן *ex* filiis Iaſén. i. filius.

34 Filius Maעachathi, בן המעכתי .i. Maachathæus.

IN CAPVT XXIIII.

1 Et addidit ויוסף vt ſcilicet paulo antè, cap. 21. a. 1, quum immiſerat famem ob Gabaonitas. Vertere potes, Rurſus iratus eſt Iehouáh. Et concitauit ויסת Hîc dicitur Deus concitaſſe cor Dauidis vt numeraret populũ: at 1. Paral. 21. a. 1, dicitur Satan incitaſſe ipſum Dauidem: vnde intelligimus Satanam iræ Dei flabellum eſſe, vt corda hominum, quocunque voluerit Deus, impellat.

2 Quem *habebat* ſecum, אשר־אתו Quem, nempe exercitum. Aut verte, qui *Ioab erat* cum eo.

Beℵer-שſébay,& numerate populum,vt ſciam numerum populi.

Dixítque Ioáb ad Regem, Addat Iehouah Deus tuus ad populum'ſicut ſunt & ſicut ſunt centum vicibus, & oculi domini mei Regis videant: ſed vtquid dominus meus Rex"vult hoc? 3

'Præualuit autem verbum Regis ſuper Ioáb & ſuper principes exercitus:egreſſus eſt itaque Ioáb & principes exercitus à facie Regis vt numerarent populum,nempe Iשſraℵelem. 4

Et tranſierunt Iardén, & caſtrametati ſunt in yAroyér ad dexteram"eius, *in loco* qui *erat* in medio torrentis Gád,"& ad Iayazér. 5

Poſtea venerunt in Gilyád,& in terram Thaחhtthim חHodſi,inde venerunt in Dan Iayán"& circa צSidón. 6

Venerúntque ad munitionē Tyri, & ad omnes vrbes חHiuæorũ & Chenayanæorũ:'vnde egreſſi ſunt ad Meridiem Iehudáh in Beℵer-שſébay. 7

Quúmque obambulaſſent vniuerſam terram, venerunt in fine nouem menſium & viginti dierum in Ieruשſaláim. 8

800000 viri Iſrael.

Dedítque Ioáb numerum 'numerationis populi Regi: fuit *autem* Iשſraℵél, octingenta millia virorum fortium 'euaginantium gladium:& viri Iehudáh *fuerunt* quingenta millia virorum. 9

500000 viri Iuda

Pœnitet Dauidem numerati populi.

'Poſt hæc percuſſit cor Dauidis ipſum, poſtquā numerauit populum : dixítque Dauid ad Iehouam, Peccaui grauiter'*in eo* quod feci:nunc ergo ô Iehouáh,"tranſfer quæſo iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi valde. 10

Quúmque ſurrexiſſet Dauid mane , verbũ Iehouæ fuit ad Gád prophetam'videntem Dauidis,"dicens *ei*, 11

Ipſi tria pœnarũ genera proponuntur.

Vade, & loquere Dauidi, Sic dixit Iehouáh,Tria ego 'offero tibi,elige tibi vnum ex his,"vt faciam tibi. 12

Venit itaque Gád ad Dauidem,& nuntiauit ei,dixítque illi, Víſne vt veniant tibi ſeptē anni famis in terra tua: an vt tribus menſibus fugias coram hoſtibus tuis, & ipſe *hoſtis* perſequatur te: an vt ſit tribus diebus peſtis in terra tua? nunc"cognoſce, & conſidera quale verbum reſpondeam mittenti me. 13

Fames.

Bellum.

Peſtis.

Peſtem eligit.

Dixítque Dauid ad Gád , Anguſtiis afficior ſupramodum : 'incidam obſecro in manum Iehouæ , quia multæ *ſunt* miſerationes eius,& in manum hominum ne incidam. 14

"Immiſit itaque Iehouáh peſtem in Iשſraℵelē à mane'vſque ad tempus conſtitutum : & mortui ſunt de populo à Dán vſque ad Beℵer-שſébay ſeptuaginta millia virorum. 15

Septuaginta millia virorum cadunt peſte.

"Quúmque extendiſſet manum ſuam Angelus ad Ieruשſaláim vt diſperderet eam,'pœnituit Iehouā mali, dixítque Angelo "diſperdenti populum,Sufficit nunc:"quieſcere fac manum tuā. Angelus autem Iehouæ erat iuxta aream Araunáh Iebuסſæi. 16

bus Iſaael à Dan vſq; Ber-ſabee,& numerate populũ,vt ſciā numerũ eius.

3 Dixitque Ioab Regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc eſt,iterúmque centuplicet in conſpectu domini mei Regis: ſed quid ſibi dominus meus Rex vult in re huiuſmodi?

4 Obtinuit autem ſermo Regis verba Ioab & principum exercitus:egreſſúſque eſt Ioab & principes militum à facie Regis vt numerarent populum Iſrael.

5 Quúmque pertranſiſſent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexterā vrbis, quæ eſt in Valle Gad:& per Iazer,

6 Tranſierũt in Galaad, & in terram inferiorē Hadſi,& venerũt in Dā ſyluestria:circũeuntéſq; iuxta Sidonem,

7 Tranſierunt prope mœnia Tyri,& omnem terram Heuæi & Chananæi, venerúntque ad Meridiē Iuda in Berſabee.

B

8 Et luſtrata vniuerſa terra,affuerunt poſt nouem menſes & viginti dies in Ieruſalem.

9 Dedit ergo Ioab numerum deſcriptionis populi Regi, & inuenta ſunt de Iſrael octingenta millia virorũ fortium,qui educerent gladium:& de Iuda quingenta millia pugnatorum.

10 Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominũ, Peccaui valde in hoc facto : ſed precor Domine vt tranſferas iniquitatē ſerui tui,quia ſtultè egi nimis.

11 Surrexit itaque Dauid mane,& ſermo Domini factus eſt ad Gad prophetam & videntem Dauid,dicens,

12 Vade, & loquere ad Dauid,Hæc dicit Dominus , Triũ tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his , vt faciam tibi.

13 Quúmque veniſſet Gad ad Dauid, nuntiauit ei,dicēs,Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua:aut tribus mēſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur ; aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.nunc ergo delibera,& vide quem reſpondeā ei,qui me miſit, ſermonē.

14 Dixit autē Dauid ad Gad, Coartor nimis : ſed melius eſt vt incidā in manus Domini (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quàm in manus hominum.

C

15 Immiſitque Dominus peſtilētiam in Iſrael , de mane vſque ad tempus conſtitutum,& mortui ſunt ex populo à Dan vſque ad Ber-ſabee ſeptuaginta millia virorum.

16 Quûmque extendiſſet manũ ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem,& ait Angelo percutienti populum , Sufficit nunc: contine manũ tuā.Erat autē Angelus Domini iuxta areā Areuna Iebuſæi.

3 Sicut ſunt & ſicut ſunt כהם וכהם.i.quotquot ſunt.vel,quantus quantus eſt.hoc eſt,reddat centuplo maiorē,ſiue numeroſiorē quàm nunc eſt. Vult hoc? חפץ בדבר הזה: deſiderat hoc? vel,tenetur huius rei deſiderio? 4 Præualuit autē,&c. ויחזק וגו' Hebraiſmus, Vicit verba Ioab & principum militiæ qui eum dehortabantur. 5 Eius העיר Ad verbum,vrbis.refert Aroer. Et ad Iayazér. ואל־יעזר: Quidam exiſtimant vnam eſſe dictionē ℵEl־iayazér. Alii,iuxta Iaazer.i.non procul à Iaazer. 6 Et circa צSidon. וסביב אל־צידון: .i.ad loca quæ erant circa Sidonem. 7 Vnde egreſſi ſunt ויצאו .i.vnde reuerſi ſunt. 9 Numerationis מפקד ſupputationis.i.ſummam populi numerati. Euaginantium שולף educentium.qui poterant geſtare arma,& educere gladium.Sing.Heb.pro plu. 10 Poſt hæc percuſſit,&c. ויך לב־דוד אותו .i.confeſtim cœpit angi ob factum.hoc eſt,cœpit pœnitere illum facti. *In eo* quod feci אשר עשיתי quia feci.Vel,quòd fecerim.ſub.hoc. Tranſfer quæſo iniq. העבר־נא את־עון Hebraiſmus,condona obſecro hoc peccatũ ſeruo tuo. 11 Videntem Dauidis, חוזה דוד.i.qui prophetare ſolebat,& prædicere Dauidi voluntatē Dei. Dicens *ei*, לאמור: Ad verbum, dicendo, 12 Offero נוטל affero.impono.Tria.i.vnum ex tribus.Seipſum mox declarat. Vt faciā ואעשה ſub.quod elegeris. 13 Cognoſce, רע .i.maturè delibera,& ſtatue. 14 Incidam נפלה Particip.præſ.ex coniug.Niphal.1.Paral.21.b.13,legitur אפלה Incidam.q.d.deligo peſtem. 15 Immiſit itaque ויתן Ad verbum,Et dedit. Vſque ad tempus conſtit. ועד־עת מועד .i.vſque ad veſperam.nam hoc commēdat miſericordiam Dei qui pro tribus diebus vnum tantùm elegerit. 16 Quúmque extendiſſet וישלח Ad verbum,Et miſit. Pœnituit Ieh.mali, וינחם יהוה אל־הרעה .i.mutauit ſententiam de afflictione quā interminatus fuerat. Diſperdenti pop. המשחית בעם exterminatori.i.cui iuſſerat perdere populum. Quieſcere fac הרף cohibe.

Dixitque Dauid ad Dominum quũ vidiſſet Angelum cædẽtem populum, Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi:iſti qui oues ſunt,quid fecerũt? vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. 17

Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei, Aſcende, & conſtitue altare Dño in area Areuna Iebuſæi. 18

D Et aſcendit Dauid iuxta ſermonem Gad,quem præceperat ei Dominus. 19

Conſpiciénſque Areuna, animaduertit Regem & ſeruos eius tranſire ad ſe. 20

Et egreſſus adorauit Regem prono vultu in terrã,& ait,Quid cauſæ eſt vt veniat dominus meus Rex ad ſeruũ ſuum? Cui Dauid ait,Vt emam à te aream, & ædificẽ altare Dño, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in populo. 21

Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus Rex, ſicut placet ei:habes boues in holocauſtũ, & plauſtrũ & iuga boũ in vſũ lignorũ. 22

Omnia dedit Areuna Regi: dixitq; Areuna ad Regem, Dominus Deus tuus ſuſcipiat votum tuum. 23

Cui reſpõdens Rex ait,Nequaquã vt vis,ſed emam pretio à te, & nõ offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues,argẽti ſiclis quinquaginta. 24

Et ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica:& propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael. 25

17 Dixítque Dauid ad Iehouam quum vidiſſet Angelũ cædẽtem populum,& ait,Ecce ego peccaui,& ego iniquè egi:iſti autẽ ſunt oues, quid fecerunt? ʹſit obſecro manus tua contra me & contra domum patris mei.

18 Venit autem Gád ad Dauidem eo die,& dixit ei, Aſcende,erige Iehouæ altare in area Araunáh Iebuſæi.

19 Et aſcendit Dauid iuxta verbum Gád,quemadmodum præceperat Iehouáh.

20 Reſpiciénſq; Araunáh, vidit Regem & ſeruos eius ʺtranſeuntes ad ſe: & egreſſus Araunáh, ʺincuruauit ſe Regi ſuper faciem ſuam ſuper terram.

21 Dixítque Araunáh, Cur venit dominus meus Rex ad ſeruum ſuum? Reſpondit Dauid, Vt emam à te aream iſtam, vt ædificem altare Iehouæ,ʺ& reſtringatur plaga à populo.

22 Dixítque Araunáh Dauidi, Accipiat, & offerat dominus meus Rex quod bonum eſt in oculis ſuis:ʺvide boues pro holocauſto,& plauſtra,& inſtrumenta boumʺpro lignis.

23 Omnia dedit AraunáhʺRex Regi: dixítque Araunáh Regi, Iehouáh Deus tuusʺcomplaceat ſibi in te.

24 Dixit verò Rex ad Araunáh, Nequaquam, ſed emendo emam à te pretio,nec offeram Iehouæ Deo meo holocauſtaʺgratis. Emit itaque Dauid aream,& bouesʺargento,שſechelím quinquaginta.

25 Et ædificauit Dauid ibi altare Iehouæ, obtulítque holocauſta & pacifica:& placatus eſt Iehouáh terræ,ʺ& cohibita eſt plaga ab Iשſraאele.

Dolet Dauid, propter ſe occidi populum, quũ ipſe ſit qui peccauerit.

Ceſſat peſtis,oblatione à Dauidẽ facta.

Gratis non accẽpit Dauid,aut vẽ aufert quod offerat Deo.

17 Sit תהי .i.conuertatur manus tua,&c.hoc eſt percute me. 20 Tranſeuntes עוברים .i.venientes. Incuruauit,&c.׳וישתחו וגו adorauit Regem vultu prono in terram. 21 Et reſtringatur ותעצר prohibeatur.comprimatur.i.ne vltrà graſſetur peſtis in populum. 22 Vide boues ראה הבקר En tibi boues. Pro lignis. :לעצים .i.in vſum lignorũ.hoc eſt,vt facias ignem. 23 Rex המלך *quondam* Rex.fuerat enim Rex Iebuſæorũ antequam capta fuiſſet arx Ieruſalem à Dauide. Complaceat ſibi in te. :ירצך .i.te gratũ habeat,& tua ſacrificia ſint illi accepta. 24 Gratis. חנם .i.ex rebus alienis. Argento,בכסף Mox declarat quodnam fuerit argẽtum,nempe ſicli argentei quinquaginta. Aiunt ſingulas tribus dediſſe quinquaginta ſiclos: quoniam in 1. Para.21.d.25, ſexcentis ſiclis emiſſe legimus. Alii aiunt illum emiſſe ſolùm eam partem cum bobus in qua altare ædificaret:deinde reliquam partem eius areæ.
25 Et cohibita eſt ותעצר & prohibita eſt.i.ceſſauit.conquieuit peſtis quæ graſſabatur in Iſraelem.

Primus Regum liber, vulgò Tertius Regum, Hebraicè מלכים א

Liber iſte vltimus eſt librorum quos vocant Hebræi נביאים ראשנים Prophetas priores:qui ab ipſis dicitur מלכים א Regum primus: à Latinis,Regum III: & à LXX,βασιλειῶν γ Regnorum tertius.

VETUS.

Cap.I.

Et Rex Dauid ſenuerat,habebátq; ætatis plurimos dies:quúmque operiretur veſtibus,non calefiebat. 1

Dixerunt ergo ei ſerui ſui,Quæramus domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram Rege,& foueat eum,dormiátque in ſinu tuo,& calefaciat dñm noſtrũ Regẽ. 2

Quęſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad Regem. 3

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap.I.

1 Rex autem Dauid ſenuerat, *&*ʹvenerat in dies, coopetiebántque eum veſtibus,& nõ calefiebatʺei *caro*.

2 Dixerúntque ei ſerui eius,ʺQuærant domino meo Regi puellã virginem,ʺquæ ſtet corã Rege,ʹ& eum foueat,dormiátque in ſinu tuo,ʺcalefiátque *caro* domini mei Regis.

3 Quæſierunt itaque puellã pulchrã in omni termino Iשſraאelis, inuenerúntq; Abiשſágʺשſunamithidẽ,quã adduxerunt ad Regẽ.

Seni Dauidi frigido datur Abiſag puella,quæ eum iacentem calefaciat.

VARIAE INTERPRETUM LECTIONES CUM HEBRAISMORUM EXPLICATIONE.

1 Venerat in dies,בא בימים Hebraiſmus.i.ætatis prouectæ erat. Vide Gene.24.a.1. Tum erat ſexagenarius Dauid: qui tã citò ſenuerat propter labores quos tulerat perſequente Saule,& ob alia bella. Anno CCCCLXXVII ab exitu de AEgypto hæc geſta ſunt. Ei :לו Redundat. q.d.& tamen non calefiebat:nam calor natiuus in eo penè erat extinctus. 2 Quærant יבקשו .i.liceat nobis per te quærere.vel,iube quæramus. Quæ ſtet coram Rege, ועמדה לפני המלך .i.quæ aſtet Regi.Chaldæus paraph.vt ſeruiat,vel miniſtret Regi. Verſu quarto dicitur,Et miniſtrabat ei. Et eum foueat, ותהי־לו סוכנת & calefaciat eum.Doctus inter Hebræos exponit,vt vtilitatem afferat illi.calefaciendo ſcilicet illum. Chaldæus paraph.ſit ei propinqua. i.admouens ſe, ſiue corpus ſuum corpori regio vt calefaciat ipſum. Alii,vt cuſtodiat theſauros eius. Calefiátque,&c.:וחם לאדוני המלך & foueat dominũ meum Regem. 3 שSunamithidem,השונמית .i.è Sunem vrbe tribus Iſſachar.Ioſ.19.b.18.

4 Puella autem erat pulchra admodum, ʹ& Regem fouebat, & miniſtrabat ei: Rex verò ʺnon cognouit eam.

Adonias inſcio patre, ſine Dei verbo occupat regnum, immolatis victimis.

5 Porrò Adoniiáh filius חHaggith ʺefferebat ſeſe, dicendo, Ego regnabo. ʹEt fecit ſibi currus & equites, & quinquaginta viros ʹcurrentes ante ſe.

6 ʹEt non contriſtauit eum pater ſuus à diebus eius, dicẽdo, Cur ita feciſti? erat autem & iſte decorus forma valde: & ipſum pepererat חHaggith ʹpoſt Abשſalóm.

7 ʹEt loquutus eſt cum Ioáb filio צSeruiáh, & cum אEbiathár ſacerdote: qui adiuuerunt *euntes* ʹpoſt Adoniiáh:

8 צSadóc vero ſacerdos & Benaiáhu filius Iehoiadáע, & Nathán propheta, & שSimעi, & Reעi ʺ& fortes qui *erant* Dauidi, non erant cum Adoniiáhu.

9 Immolauit autem Adoniiáhu oues, & boues, ʹ& pinguia iuxta lapidem Zoחhéleth, qui erat ʹapud fontem Rogél, & inuitauit omnes fratres ſuos filios Regis, omnéſq; viros Iehudáh ſeruos Regis:

10 At Nathan prophetã, & Benaiáhu, ʹ& fortes illos, & שSelomóh fratrem ſuum non inuitauit.

Cõſilio Nathan, Beth-ſabee indicat Dauidi Adoniam regnare.

11 Dixítque Nathán ad Bath-שſébaע matrem שSelomóh ʹin hunc modũ, Nónne ʹaudiſti quòd regnet Adoniiáhu filius חHaggith, & dominus noſter Dauid ʹneſcit?

12 Nũc igitur veni, *&* dabo tibi nunc conſilium, ʹ& erue animam tuam, atque animam filii tui שSelomóh.

13 Vade, & ingredere ad regem Dauidem, & dicas ei, Nónne tu domine mi Rex, iuraſti ancillæ tuæ, his verbis, שSelomóh filius tuus regnaturus eſt poſt me, ipſéque ſedebit ſuper ſoliũ meum? cur ergo ʹregnat Adoniiáhu?

14 Ecce, te adhuc loquente ibi cum Rege, ʹveniam poſt te, ʹ& complebo ſermones tuos.

15 Ingreſſa eſt itaque Bath-שſébaע ad Regem in conclaue: Rex autẽ ʺſenuerat valde, & Abiשſág Sunamithis miniſtrabat Regi.

16 Inclinauit ergo ſe Bath-שſébaע, ʺ& adorauit Regem: dixítque Rex, ʹQuid *eſt* tibi?

17 Illa reſpõdit, Domine mi, tu iuraſti per Iehouam Deum tuum ancillæ tuæ, שSelomóh filius tuus regnabit poſt me, ipſéque ſedebit ſuper ſolium meum.

18 Et nunc en Adoniiáh regnat, tu verò nunc domine mi Rex ignoras.

19 Immolauit enĩ boues & pinguia, & pecudes in multitudine, inuitauítq; omnes filios Regis, & אEbiathár ſacerdotẽ, ac Ioáb principem exercitus: שSelomóh autem ſeruum tuum non inuitauit.

4 Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, & miniſtrabat ei: Rex verò non cognouit eam.

5 Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. Fecitq; ſibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6 Nec corripuit eum pater ſuus aliquando, dicens, Quare hoc feciſti? erat autem & ipſe pulcher valde, ſecundus natu poſt Abſalom.

7 Et ſermo ei cum Ioab filio Saruiæ & cum Abiathar ſacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ.

B

8 Sadoc verò ſacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & Rei, & robur exercitus Dauid non erat cum Adonia.

9 Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuerſis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios Regis, & omnes viros Iuda ſeruos Regis:

10 Nathan autem prohetam, & Banaian, & robuſtos quoſque, & Salomonem fratrem ſuum non vocauit.

11 Dixit itaque Nathã ad Beth-ſabee matrẽ Salomonis, Num audiſti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noſter Dauid hæc ignorat?

12 Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalua animam tuam, filiique tui Salomonis.

13 Vade, & ingredere ad Regẽ Dauid, & dic ei, Nónne tu domine mi Rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicẽs, Quòd Salomõ filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare ergo regnat Adonias?

14 Et adhuc ibi te loquente cũ Rege, ego veniam poſt te, & complebo ſermones tuos.

15 Ingreſſa eſt itaque Beth-ſabee ad Regem in cubiculo: Rex autẽ ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat ei.

16 Inclinauit ſe Beth-ſabee, & adorauit Regem: ad quam Rex, Quid tibi, inquit, vis?

17 Quæ reſpondens ait, Domine mi, tu iuraſti per Dominũ Deum tuũ ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo.

18 Et ecce nũc Adonias regnat, te domine mi Rex ignorante.

19 Mactauit boues & pinguia quæq;, & arietes plurimos, & vocauit oẽs filios Regis, Abiathar quoque ſacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonẽ autem ſeruũ tuum nõ vocauit.

---

4 Et Regẽ fouebat, ותהי למלך סוכנת Eadẽ dictio quæ præcedẽti verſu, & erat fouẽs Regẽ. vel, calefaciẽs. Non cognouit eam. לא ידעה: .i. rem non habuit cum ea. 5 Efferebat ſeſe, מתנשא exaltabat ſeſe. hoc eſt, affectabat regnum decumbente patre. Et fecit ויעש & conſtituit. vel, comparauit. Currentes ante ſe. רצים לפניו: .i. qui præcedentes geſtarent arma eius.

6 Et non contriſtauit eum ולא עצבו .i. non affecit eũ dolore corripiendo eũ, non increpauit eum pater ſuus à diebus eius. vel, ſuis. id eſt vnquam, hoc eſt quandiu vixit. Gallicè, *De ſa uie.* Poſt Abשſalóm. אחרי אבשלום: ſub. natum. i. ſecundus erat ab Abſalom. 7 Et loquutus eſt cum, &c. ויהיו דבריו עם יואב Ad verbum, Et fuerunt verba eius cum Ioab. ſub. de inuadendo regno. Poſt Adoniiáh: אחרי ארניה: .i. ſequutique ſunt partes Adoniæ .i. iuuerunt Adoniam ſequendo partes eius, & pertrahendo alios ad ipſum. 8 Et fortes, &c. והגבורים אשר לדוד .i. robur militiæ Dauidis. 9 Et pinguia ומריא .i. pecora ſaginata. Apud fontẽ Rogel, אצל עין רגל iuxta עEn Rogel.

10 Et fortes illos, ואת־הגבורים de quibus paulo antè verſu 8. 11 In hunc modum, לאמור Ad verbum, dicendo. Audiſti quòd reg. שמעת כי מלך intellexiſti quòd regnet. i. iam regnum inuaſerit, & pro Rege ſe gerat, ídque ignorante atque inſcio Dauide hero noſtro. Neſcit? לא ידע: Præt. Heb. pro præſ. 12 Et erue animam tuam, ומלטי את־נפשך Hebraiſmus, quo poteris ſaluti tuæ & filii cõſulere.

13 Regnat מלך Præt. Heb. pro præſ. i. regiã dignitatẽ inuaſit, & pro Rege ſe gerit. 14 Veniam poſt te, אבוא אחריך mox ſequar te. Et complebo ſerm. t. ומלאתי את־דבריך: .i. ſermonem à te cœptum de Adonia inuadente regnum, perſequar ad finem vſque.

15 Senuerat valde, זקן מאד .i. erat valde infirmus ac debilis præ ſenio. i. erat ſenio confectus. 16 Et adorauit Regẽ: ותשתחו למלך .i. demiſſo capite inclinauit, ſiue proſtrauit ſe. q. d. ſtatim atque ingreſſa eſt cubiculũ regium, verticem inclinauit honoris cauſa: & quum parum progreſſa eſſet, etiam totum corpus incuruauit. His verbis idem ſignificantibus nihil aliud vult indicare quàm ipſam ſummo honore affeciſſe Dauidem, ſumma cũ abiectione ſui. Prima vox Hebræa תקוד ſignificat verticẽ demittere. Orientales non poſſunt tã facilè aperire caput quàm nos aperimus, quòd aliter tegant ac ornẽt illud quàm nos. Secũda vox השתחו à שחה eſt totũ corpus incuruare. Alia eſt vox כרע quæ ſignificat genu flectere, noſtro more. Pſal. 95. a. 6, cõtinentur hæc tria genera exhibendi honorẽ. Quid *eſt* tibi? מה־לך: Quid tibi? quid vis? quid petis?

20 Veruntamen domine mi Rex, in te oculi reſpiciunt totius Iſrael, vt indices eis quis ſedere debeat in ſolio tuo domine mi Rex poſt te:

21 Eritque, quum dormierit dominus meus Rex cum patribus ſuis, erimus ego & fili⁹ meus Salomõ peccatores.

22 Adhuc illa loquente cum Rege, Nathan propheta venit.

23 Et nuntiauerunt Regi dicentes, Adeſt Nathan propheta. Quúmque intoiſſet in conſpectum Regis, & adoraſſet eum pronus in terram,

24 Dixit Nathan, Domine mi Rex, tu dixiſti, Adonias regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronum meum?

25 Quia deſcẽdit hodie, & immolauit D boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuerſos filios Regis, & principes exercitus, Abiathar quoque ſacerdotem: illiſque veſcentibus & bibentibus coram eo, & dicẽtibus, Viuat Rex Adonias:

26 Me ſeruum tuum, & Sadoc ſacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuũ non vocauit.

27 Nunquid à dño meo Rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper thronum domini mei Regis poſt eum?

28 Et reſpondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Beth-ſabee. Quæ quũ fuiſſet ingreſſa coram Rege, & ſtetiſſet ante eum,

29 Iurauit Rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni anguſtia,

30 Quia ſicut iuraui tibi per Dominũ Deum Iſrael, dicens, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum pro me: ſic faciam hodie.

31 Summiſſóque Beth-ſabee in terrã vultu, adorauit Regẽ, dicens, Viuat dominus meus Dauid in æternum.

32 Dixit quoque Rex Dauid, Vocate mihi Sadoc ſacerdotẽ, & Nathan pro- E phetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui quũ ingreſſi fuiſſent corã Rege,

33 Dixit ad eos, Tollite vobiſcum ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon.

34 Et vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in Regẽ ſuper Iſaael: & canetis buccina, atque dicetis, Viuat Rex Salomon.

35 Et aſcẽdetis poſt eum, & veniet, & ſedebit ſuper ſoliũ meũ, & ipſe regnabit pro me: illique præcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael & ſuper Iudam.

36 Et reſpondebit Banaias filius Ioiadæ, Regi, dicens, Amen: ſic loquatur Dominus Deus domini mei Regis.

37 Quomodo fuit Dominus cum domino meo Rege, ſic ſit cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium eius à ſolio domini mei regis Dauid.

38 Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi: & impoſuerũt Salomonẽ ſuper mulã regis Dauid, & adduxerũt eũ in Gihon.

20 ″Tu autẽ domine mi Rex, *noſti* quòd oculi totius Iשſraאelis″ſuper te ſunt, vt indices eis quis ſeſſurus ſit ſuper ſoliũ domini mei Regis poſt ipſum:

21 ″Alioqui futurũ eſt, ″quum dormierit dominus meus Rex cum patribus ſuis, vt & ego & filius meus שSelomóh″*ſimus* peccatores.

22 Ecce autẽ adhuc ea loquẽte cum Rege, Nathán propheta″venit.

23 Et nuntiauerunt Regi, dicendo, Ecce Nathán propheta. Et ingreſſus ante Regem, incuruauit ſe Regi ſuper faciẽ ſuã ſuper terrã.

24 Aítque Nathán, Domine mi Rex, túne dixiſti, Adoniiáhu regnabit poſt me, ipſéque ſedebit ſuper ſolium meum?

25 Deſcendit enim hodie, & immolauit boues, & pinguia, & pecudes in multitudine, inuitauítque omnes filios Regis, ac principes exercitus, atque אEbiathár ſacerdotem: & ecce ipſi ″comedunt & bibunt coram eo, iámque dixerunt, Viuat Rex Adoniiáhu.

26 Me autem qui ſum ſeruus tuus, & צSadóc ſacerdotem, & Benaiáhu filium Iehoiadáh, & שSelomóh ſeruum tuum non inuitauit.

27 An à domino meo Rege facta eſſet res iſta, & nõ indicaſſes ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper ſolium domini mei Regis poſt eum?

28 Et reſpõdens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bath-שſébaע. Quæ ingreſſa inconſpectum Regis, ſtetit coram Rege.

29 Et iurauit Rex, dicẽs, ″Viuit Iehouáh qui redemit animã meam de omni anguſtia,

30 Quòd quemadmodum iuraui tibi per Iehouam Deum Iשſraאelis, dicendo quòd filius tuus שSelomóh regnaturus eſſet poſt me, ″ita ipſe ſedebit ſuper ſoliũ meũ pro me, *quòd inquam* ſic faciã hodie.

31 Et inclinauit ſe Beth-שſébaע in faciẽ ſuper terrã, incuruãuítque ſe regi, ac dixit, Viuat dominus meus rex Dauid in æternum.

32 Dixit autẽ rex Dauid, Vocate ad me צSadóc ſacerdotẽ, & Nathã prophetã, & Benaiahu filiũ Iehoiadáע. ″Qui ingreſſi ſũt ante Regẽ.

33 Et dixit eis Rex, Capite vobiſcum ſeruos domini veſtri, & ſedere facite שSelomóh filium meum ſuper mulam quæ eſt mihi, ″& deducite eum in Giחhón:

34 Et vnget eũ ibi צSadóc ſacerdos & Nathán propheta in Regem ſuper Iשſraאelem: poſt hæc clãgetis buccina, atque dicetis, Viuat rex שSelomóh.

35 Atque aſcendetis *illinc*″poſt eum, & veniens ſedebit ſuper ſolium meũ, ipſéque regnabit pro me: ″nam illi *iam* præcepi vt ſit dux ſuper Iשſraאelem & ſuper Iehudáh.

36 Reſpondit autem Benaiáhu filius Iehoiadáע Regi, & dixit, ″Amen: ſic dicat Iehouáh Deus domini mei Regis.

37 Quemadmodum fuit Iehouáh cum domino meo Rege, ita ſit cum שSelomóh, ″magnificétque ſolium eius pluſquam ſolium domini mei regis Dauidis.

38 Deſcẽdit ergo צSadóc ſacerdos, & Nathã propheta, & Benaiáhu filius Iehoiadáע, Cherethæi quoque & Pelethæi: & ſedere fecerũt שSelomóh ſuper mulã regis Dauidis, deduxerũtq; eũ in Giחhón.

Dauid præcipit Solomonem vngi in Regem ſuper Iudam & Iſraelem.

Salomon vngitur in Regem.

20 Tu autem ואתה Et nunc.i.in hac ætate vicina morti.q.d.vniuerſus Iſrael coniicit oculos in te, vt ſciat quis ſit poſt te regnaturus. Super te עליך ſub.coniecti. 21 Alioqui fut.eſt, והיה Ad verbum, Et erit. Quũ dormierit, &c. כשכב וגו׳ .i.quum vita functus fuerit. Similis loquutio eſt Gene.47.g.30. *Simus* peccatores. חטאים: .i.peribimus tanquã peccatores, & perdemur: hoc eſt interficiet nos Adonias, ſi ante mortem nõ deſignaris Regem. Hebræi exponunt, erimus falſi & fruſtrati. hoc eſt, fruſtrabimur ſpe noſtra, quaſi aberrantes à ſcopo. Alii exponunt, Tum dicent filium meum non fuiſſe dignum regno, propter culpam noſtram, quòd me cognoueris viuente viro.

22 Venit. בא: ingreſſus eſt. ſub. atriũ. 25 Comedũt & bibunt corã eo, אוכלים ושותים לפניו .i.recumbunt corã eo edentes & bibẽtes. Hebraiſmus. 29 Viuit Iehouáh חי־יהוה Iuro per Deũ viuentem. 30 Ita ipſe והוא Ad verbũ, & ipſe. ו cõuerſum in Ita, vt correſpondeat ſuperiori Quemadmodum. 32 Qui ingreſſi ſunt ante Regem. ויבואו לפני המלך: .i.qui ingreſſi ſteterunt coram Rege.

33 Et deducite והורדתם Ad verbũ, & deſcendere facite. 35 Poſt eũ, אחריו .i.ſequentes eũ. Nam illi præcepi ואותו צויתי Ad verbum, Et illi præcepi. 36 Amen: ſic dicat אמן .i.ita ſit, ſic ſtatuat futurum. 37 Magnificétque ויגדל amplificétque.i.maius reddat.augeat. Sic infrà.

39 Tulit inſuper צSadóc ſacerdos″cornu olei de tabernaculo,& vnxit שSelomóh: poſt hæc clanxerunt buccina, dixerúntque vniuerſus populus, Viuat Rex שSelomóh.

40 ″Et aſcendit vniuerſus populus poſt eum,atque *is* populus canebat tibiis, ac lætabatur gaudio magno, ′ita vt rumperetur terra à voce eorum.

Fugit Adonias audiens Salomonem vnctum in Regem.

41 Audiens autem Adoniiáhu,& omnes inuitati qui erant cum eo, (″ipſi autem finierant comedere) audiens item Ioáb ſonitum buccinæ,dixit,Cur vox *fit* ciuitatis″tumultuantis?

42 Adhuc eo loquẽte,ecce Ionathán filius אEbiathár ſacerdotis venit: *cui* dixit Adoniiáhu,Ingredere,quia vir″fortis *es*,″& bonum renuntiabis.

43 Reſpondens autem Ionathán,dixit ad Adoniiáhu,Profectò dominus noſter rex Dauid conſtituit regem שSelomóh.

44 Miſítque cum eo Rex ipſum צSadóc ſacerdotẽ, & Nathán prophetam,& Benaiáhu filium Iehoiadáy, ſed & Cherethæos & Pelethæos,& ſedere fecerunt eum ſuper mulam″regiam.

45 Præterea vnxerunt eum צSadóc ſacerdos & Nathán propheta in Regem in Gihhón: & aſcenderunt illinc lætantes,′& tumultuauit ciuitas: iſte eſt ſonitus quem audiſtis.

46 Atque etiam ſedit שSelomóh ſuper ſolium regni.

47 Quinetiam″venerunt ſerui Regis″ad benedicendũ domino noſtro regi Dauid, dicentes,″Benefaciat Deus nomini שSelomóh plus quàm nomini tuo,″& magnificet ſolium eius plus quàm ſolium tuum.″Et incuruauit ſe Rex ſuper lectum.

48 Et etiã ſic dixit Rex, Benedictus Iehouáh Deus Iשsraאelis qui dedit hodie ſedentem ſuper thronum meum,″me vidente.

49 ″Illi verò territi ſunt,& ſurrexerunt omnes inuitati qui erant cũ Adoniiáhu,atque abierunt ſinguli in viam ſuam.

50 Porrò Adoniiáhu timẽs *ſibi* à facie שSelomóh, ſurrexit,& abiit, tenuítque cornua″altaris.

51 Nuntiatum eſt autem שSelomóh″his verbis, Ecce Adoniiáhu timens regem שSelomóh, ecce inquam apprehendit cornua altaris, dicens, Iuret mihi hodie rex שSelomóh quòd nõ interficiet ſeruum ſuum gladio.

52 Et dixit שSelomóh,Si fuerit″filius virtutis,′nõ cadet de capillis eius ſuper terrã: ſi verò malũ deprehenſum fuerit in eo,morietur.

53 Miſit itaque Rex שSelomóh, ″& abduxerunt eum ab altari: & veniens incuruauit ſe regi שSelomóh: dixítque שSelomóh, Vade in domum tuam.

Cap.II.

Præcepta dat Dauid filio Salomoni.

1 APpropinquauerunt autem dies Dauidis vt moreretur, præcepítque ipſi שSelomóh filio ſuo,dicendo,

39 Sumpſitque Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat Rex Salomõ.

40 Et aſcẽdit vniuerſa multitudo poſt eum,& populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno,& inſonuit terra à clamore eorum.

F

41 Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo(iámque cõuiuium finitum erat) ſed & Ioab, audita voce tubæ,ait, Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis?

42 Adhuc illo loquẽte,Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias,Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians.

43 Reſponditque Ionathan Adoniæ, Nequaquam: dominus enim noſter rex Dauid regẽ conſtituit Salomonẽ.

44 Miſitque cum eo Sadoc ſacerdotẽ, & Nathan prophetam, & Benaiam filium Ioiadæ,& Cerethi & Phelethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam Regis.

45 Vnxerúntque eum Sadoc ſacerdos & Nathan propheta Regem in Gihon: & aſcenderunt inde lætantes, & inſonuit ciuitas: hæc eſt vox quam audiſtis.

46 Sed & Salomon ſedet ſuper ſolium regni.

47 Et ingreſſi ſerui Regis, benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronũ eius ſuper thronum tuũ. Et adorauit Rex in lectulo ſuo.

G

48 Inſuper & hæc loquutus eſt, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis.

49 Territi ſunt ergo,& ſurrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam.

50 Adonias autẽ timens Salomonem, ſurrexit, & abiit,tenuitque cornua altaris.

51 Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regem Salomonem,tenet cornua ltaris,dicẽs, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd non interficiat ſeruum ſuum gladio.

52 Dixitque Salomon,Si fuerit vir bonus,non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: ſin autem malũ inuentum fuerit in eo,morietur.

53 Miſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingreſſus, adorauit regem Salomonẽ: dixitque ei Salomon,Vade in domum tuam.

Cap.II.

1 APpropinquauerunt autem dies Dauid,vt moreretur,præcepitque Salomoni filio ſuo,dicens,

---

39 Cornu olei קרן השמן .i.partem aliquam olei vnctionis in paruo vaſe. 40 Et aſcendit,&c. ′ויעלו וגו Hebraiſmus,à Gihon proſequutus eſt eum vſque in Regiam. Ita vt rumperetur, &c. ותבקע הארץ בקולם: Ad verbum,& rumpebatur,&c. i.rumpi videbatur terra à ſtrepitu eorum.q.d.excitatus eſt tantus clamor,vt terra videretur diſrumpi & findi. 41 Ipſi autem finierant com. והם כלו לאכול.i.finito iam conuiuio. Tumultuantis? הומה: frementis? i.Cur vrbs ſic ſtrepitu tumultuatur? Vel,Quare auditur ſtrepitus vrbis tumultuãtis?

42 Fortis *es*, חיל Ad verbum,virtutis.i.ſtrenuus,probus,ac bonus. Et bonum וטוב id eſt fœlicia ac proſpera.

44 Regiã. המלך: .i.qua nemo alius quam Rex vehi poterat. 45 Et tumultuauit ותהום & perſtrepuit.inſonuit.i.ſonitu ac tumultu repleta fuit. 47 Venerunt באו ingreſſi ſunt.ſub.in cubiculum regium. Ad benedicendum לברך .i.bene precaturi.vel,congratulaturi. Benefaciat,&c. ′ייטיב אלהיך את־שם וגו Bonum[.i.illuſtrius]efficiat Deus nomen,&c. i.Clariorem reddat famam Salomonis,&c.

Et magnificet ויגדל vt paulo antè verſu 37.i.maiorem reddat regiam dignitatem,&c.hoc eſt ditionem. Et incuruauit ſe וישתחו .i. adorauit Rex Deum in lecto,agendo ei gratias,tanquam rem gratiſſimam audiret. 48 Me vidente. ועיני ראות: Ad verbum,& oculi mei vident. 49 Illi verò territi ſunt, ויחרדו Obſtupefacti ſunt ergo.vel,Trepidantes ergo ſurrexerunt,&c.

50 Altaris. המזבח: quod ſcilicet Dauid extruxerat in vrbe ſua. nam altare quod curauerat Moſes extruendum in deſerto,adhuc erat in Gabaon.1.Paral.21.d.29. 51 His verbis, לאמור Ad verbum,dicendo. 52 Filius virtutis, לבן־חיל Ad verbum reddidit noſter interpres,Eſt autem Hebraiſmus,pro,Si fuerit præditus virtute ac fortitudine animi,ac amans virtutis.i.probus.Chaldæus paraph.ſi fuerit homo timens peccare. Non cadet de capillis e. לא יפול משערתו non cadet *quicquam* de cæſarie[coma,capillitio]eius.

53 Et abduxerunt eum וירדוהו Ad verbum,& deſcendere fecerunt eum.

2 Ego ingredior viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir.

3 Et obſerua cuſtodias Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & cuſtodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ‖ſcriptum eſt in Lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunque te verteris: Deut.17.d.16

4 Vt confirmet Dominus ſermones ſuos, quos loquutus eſt de me, dicens, Si cuſtodierint filii tui viam ſuam, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael.

5 Tu quoque noſti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Iſrael, ‖Abner filio Ner, & ‖Amaſæ filio Iether: quos occidit, & effudit ſanguinem belli in pace: & poſuit cruorem prælii in balteo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamēto ſuo quod erat in pedibus eius. 2.Reg.3.e.27 2.Reg.20.c.10

B

6 Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacificè ad inferos.

7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedētes in menſa tua: ‖occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Abſalō fratris tui. 2.Reg.19.f.31

8 Habes quoque apud te Semei filiū Gera filii Iemini de Bahurim, ‖qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad Caſtra: ſed quia ‖deſcendit mihi in occurſum quū trāſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, Non te interficiam gladio. 2.Reg.16.a.5 2.Reg.19.d.23

9 Tu noli pati eum eſſe innoxium: vir autem ſapiens es, & ſcies quæ facies ei, deducéſque canos eius cum ſanguine ad inferos.

10 ‖Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Act.2.e.29, & 13.e.36

11 ‖Dies autem quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt. in Hebron regnauit ſeptem annis: in Ieruſalem vero, triginta tribus. 2.Reg.5.a.4.

12 ‖Salomon autem ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatū eſt regnum eius nimis. 1.Para.29.f.23.

C

13 Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Beth-ſabee matrem Salomonis: quæ dixit ei, Pacificúſne eſt in-

2 Ego abeo per viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir.

3 Et cuſtodi cuſtodiam Iehouæ, vt ambules in viis eius, vt cuſtodias decreta eius, præcepta eius, & iudicia eius, atque teſtimonia eius, ſicut ſcriptū eſt in Lege Moשſéh, vt proſpera reddas quæcunque feceris & omnia ad quæ te verteris:

4 Vt cōfirmet Iehouáh verbum ſuum quod loquutus eſt mihi, dicendo, Si cuſtodierint filii tui viam ſuam, ambulando coram me in veritate, in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, dicendo *inquam*, Non abſcindetur tibi vir de ſolio Iשſraאél.

5 Et etiā tu noſti quæ fecit mihi Ioáb filius צSeruiáh, id eſt quæ fecit duobus principibus exercituum Iשſraאél, Abnér filio Nér, & עAmaשſá filio Iéther, quos occidit, & poſuit ſanguines belli in pace: poſuit inquā ſanguines belli in balteo ſuo qui erat in lumbis ſuis, & in calceamento ſuo quod erat in pedibus ſuis. Ioab occidi præcipit.

6 Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacificè ad ſepulchrum.

7 Filiis autem Barzillái Gilעaditæ facies miſericordiā, & ſint inter conuiuas menſæ tuæ: quia ſic acceſſerunt ad me dum fugerem à facie Abשſalóm fratris tui. Berzellai filiis reddi gratiam præcipit.

8 Ecce præterea tecum eſt שSimעi filius Gerá filii Ieminí de Baחurím, & ipſe maledixit mihi maledictione vehemēti eo die quo ibam in Maחhanáim: at ipſe tamen deſcendit in occurſum mei ad Iardén, & iuraui ei per Iehouam, dicendo, Non te interficiam gladio. Semei occidi præcipit.

9 Nunc autem ne innocētem dimittas eum: & quum ſis vir prudēs, noſti quæ facturus ſis, vt deducas canitiem eius cum ſanguine ad ſepulchrum.

10 Dormiuit itaq; Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Ciuitate Dauidis. Moritur Dauid.

11 Dies autē quibus regnauit Dauid ſuper Iשſraאelē, fuere quadraginta anni: in חHebrón regnauit ſeptem annis, & in Ieruשſaláim regnauit triginta tribus annis.

12 שSelomóh igitur ſedit ſuper ſolium Dauidis patris ſui, & firmatum eſt regnum eius valde.

13 Venit autem Adoniiáhu filius חHaggith ad Bath-שſébaע matrem שSelomóh: & *illa* dixit, Pacificúſne *eſt* ingreſſus tuus? Qui Adonias petit Abiſag in vxorem.

IN CAPVT II.

2 Abeo per viam vniuerſæ terræ: הולך בדרך כל־הארץ Hebraiſmus, abiturus ſum in viam hominum habitantium in terra. q.d. ſentio quòd breui moriturus ſum vt cæteri homines. Confortare, & eſto vir. וחזקת והיית לאיש: .i. ſis ergo forti ac virili animo.

3 Et cuſtodi cuſtodiam, &c. ושמרת את־משמרת וגו׳ Obſerua obſeruationem, &c. i. quæ cuſtodiri & ſeruari iuſſit Deus: nēpe præcepta, ita vt ambules in viis eius. hoc eſt, vt imiteris eum, & ſis illi ſimilimus, quantum homo poteſt Deo aſſimilari, ſeruando decreta, &c. Hebræi vocant Decreta, ſiue ſtatuta quorum ratio ignoratur: & Præcepta, quæ habent rationem adiunctam: & Iudicia, id eſt Leges: & Teſtimonia, quæ reuocant nobis in memoriam ea quæ fecerit Deus, vt ſunt ſabbatha, &c. Et omnia ואת כל Quidam volunt את pro ב accipi. & vertunt, & in omni *loco ad* quem te verteris. quò te conuerteris. 4 Vt confirmet למען יקים Vt ratum habeat. i. adimpleat promiſſionem quam fecit mihi de ſemine meo perpetuo. Mihi, עלי de me. Non abſcindetur לא־יכרת .i. non auferetur. q.d. habebis ſemper aliquem ex nepotibus tuis qui ſedeat, &c. 5 Quos occidit, ויהרגם Ad verbum, & occidit eos. Quidam iſtud ו pro Id eſt, accipi volunt, vt ſic conſequentia præcedentibus iungas, Quæ fecit duobus, &c. hoc eſt occidit eos. Et poſuit ſanguines belli in pace: וישם דמי־מלחמה בשלום Quidā iungunt iſtud In pace, præcedentibus, Occidit eos, & exponunt, quos occidit in pace, id eſt incautos, & dum nihil tale ſuſpicarentur: & poſuit ſanguinem *eorum, ſanguinem* belli. i. cædem eorum non minus ſibi licitam reputauit quàm ſi interfeciſſet eos in ipſo prælio. hoc eſt, reputauit cædem eorum tanquam cædē factam in cōflictu. Alii exponunt, Occidit eos, & poſuit [id eſt effudit] ſanguinem belli. hoc eſt, reputauit cædem factam in conflictu, nempe cædem fratris ſui Aſael, quem Abner interfecerat, quaſi factam in pace. i. quaſi interfectus fuiſſet tempore pacis. q.d. vltus eſt mortem fratris ſui qui interfectus fuerat in conflictu, non minore ſtudio quàm ſi interfectus fuiſſet tēpore pacis. Poſuit inquā ſanguines belli in balteo ſuo ויתן דמי מלחמה בחגורתו .i. enſe quo facta fuit ea cædes, accinxit ſe de induſtria. Et in calceamēto ſuo, &c. ובנעלו וגו׳ .i. occidit eos in ipſo loco, ita vt corruerint mortui ad pedes eius. 6 Et non deduces canitiem eius, &c. ולא־תורד וגו׳ Hebraiſmus, non ſines eum ſenio confectum mori morte naturali. 7 Facies miſericordiam, תעשה חסד .i. magnis beneficiis cumulabis eos. vel, multa in eos confer beneficia. Sic כן .i. cum miſericordia & gratia. hoc eſt cum amplis muneribus. 2. Samue. 19. f. 31.

8 Filii Ieminí בן־הימיני .i. Beniaminita. Vehementi נמרצת acri. forti. i. affecit me grauibus iniuriis. Ad Iardén, הירדן quum ſcilicet redirem iam confecto bello. 9 Nunc autem, &c. ועתה וגו׳ Veruntamen ne abſoluas eum. i. ne ſinas eum impunitum: ne illi ſinas hoc impune abire. Noſti quæ facturus ſis, וידעת את אשר תעשה .i. nam quum ſis ſapiens & prudens, inuenies cauſam qua curabis eum interficiendum. 12 Et firmatum eſt ותכון & ſtabilitum fuit. quòd ſcilicet vnctus fuerit in Regem patre viuente à ſummo Pontifice, fortiſſimiſque exercitus Iſrael. Vel dicitur per anticipationem, interfectis nempe inimicis eius, vt eſt in fine huius capitis.

13 Pacificúſne *eſt*, &c. השלום בואך .i. adueníſne pacis ergo?

reſpondit,Pacificus.

14 Præterea ait,′Verbum mihi *eſt* ad te.Ipſa dixit,Loquere.

15 Tum dixit *ille*, Tu noſti quòd ′meum erat regnum,″& ſuper me poſuerat vniuerſus Iשraél faciem ſuam,vt regnarem: ſed tralatū eſt regnum,fuítque fratris mei:″à Iehoua enim′fuit ipſius.

16 ″Nunc autem petitionē vnam ego′poſtulo abs te,′ne reuerti facias faciem meam.Illa dixit ei,Loquere.

17 Et ille ait, Dic obſecro שSelomóh regi (″non enim reuerti faciet faciē tuam)vt det mihi Abiשſág שSunamit hidē in vxorem.

18 Reſpondit Bath-שſebáy,Bene ego loquar pro te ad Regem.

19 Venit itaque Bath-שſebáy ad regē שSelomóh vt loqueretur ei pro Adoniiáhu:& aſſurrexit Rex in occurſum eius:qui quū incuruaſſet ſe illi,ſedit ſuper ſolium ſuum,& poſuit′ſolium matri ſuæ: quæ ſedit ad dexteram eius.

20 Illa ait,Petitionem vnam paruam ego peto à te,′ne reuerti facias faciem meam. Dixítque ei Rex, Pete mater mea: non enim reuerti faciam faciem tuam.

21 Quæ dixit, Detur Abiשſág שSunamithis ipſi Adoniiáhu fratri tuo in vxorem.

22 Tunc reſpondit rex שSelomóh , ac dixit matri ſuæ, Sed quare tu poſtulas Abiשſág שSunamithidē pro Adoniiáhu?″poſtula pro eo regnū.ipſe enim frater meus maior *natu* me eſt,′& illi eſt אEbiathár ſacerdos & Ioáb filius צSeruiáh.

23 Et iurauit rex שSelomóh per Iehouam,dicendo,′Sic faciat mihi Deus,& ſic addat, quòd contra animam ſuam loquutus eſt Adoniiáhu verbum hoc.

24 Nunc igitur viuit Iehouáh qui″confirmauit me, atque ſedere fecit me ſuper thronum Dauidis patris mei,& qui″fecit mihi domum ſicut dixerat,quòd hodie interficietur Adoniiáhu.

Occiditur Adonias.

25 ″Miſit ergo rex שSelomóh per manum Benaiáhu filii Iehoiadáh,& irruit in eum,mortuúſque eſt.

Abiathar priuatur ſacerdotio.

26 Et ad אEbiathár ſacerdotem dixit Rex ,′*In* עAnathóth vade″ad agros tuos, quia″vir mortis es : verùm hodie non interficiam te, quia portaſti arcā Domini Iehouæ ante Dauidem patrem meū: deinde quia′afflictus fuiſti in omnibus in quibus afflictus fuit pater meus.

27 Et eiecit שSelomóh אEbiathár′ne eſſet ſacerdos Iehouæ:″vt adimpleret verbum Iehouæ quod loquutus fuerat ſuper domū עElí in שSilóh.

greſſus tuus? Qui reſpōdit,Pacificus.

14 Addiditque, Sermo mihi eſt ad te. Cui ait,Loquere.Et ille,

15 Tu,inquit,noſti quia meum erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in Regem: ſed trāſlatum eſt regnum, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutum eſt ei.

16 Nunc ergo petitionē vnam precor à te, ne cōfundas faciem meam.Quæ dixit ad eum,Loquere.

17 Et ille ait,Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquam poteſt) vt det mihi Abiſag Sunamitidem vorem.

18 Et ait Beth-ſabee,Bene,ego loquar pro te Regi.

19 Venit ergo Beth-ſabee ad Regē Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia:& ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam,& ſedit ſuper thronum ſuū: poſitúſque eſt thronus matri Regis,quæ ſedit ad dexterā eius.

20 Dixitque ei,Petitionem vnā paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam: & Dixit ei Rex, Pete mater mea : neque enim fas eſt vt auertam faciem tuam.

D

21 Quæ ait,Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor.

22 Reſponditque Rex Salomon, & dixit matri ſuæ , Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum : ipſe eſt enim frater meus maior me , & habet Abiathar ſacerdotem,& Ioab filium Saruiæ.

23 Iurauit itaque Rex Salomon per Dominum, dicens , Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat,quia contra animam ſuam loquutus eſt Adonias verbum hoc.

24 Et nunc viuit Dominus qui firmauit me , & collocauit me ſuper ſoliū Dauid patris mei , & qui fecit mihi domum ſicut loquutus eſt, quia hodie occidetur Adonias.

25 Miſitque Rex Salomon per manū Banaiæ filii Ioiadæ,qui interfecit eū, & mortuus eſt.

26 Abiathar quoque ſacerdoti dixit Rex,Vade in Anathoth ad agrū tuū, & quidem vir mortis es:ſed hodie te non interficiam,quia portaſti arcam Domini Dei corā Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus.

E

27 Eiecit ergo Salomon Abiathar,vt non eſſet ſacerdos Domini , ‖vt impleretur ſermo Domini quē loquut⁹ eſt ſuper domum Heli in Silo.

1.Reg.2.f.

14 Verbum mihi *eſt* ad te. דבר לי אליך Hebraiſmus,Habeo quod tibi dicam. Gallicè,I'*ay quelque choſe a uous dire.*

15 Meum erat regnum,לי היתה המלוכה .i.ad me pertinebat regnum. Et ſuper me poſuerat,&c. ועלי שמו כל וגו׳ Hebraiſmus,conieceerant in me oculos,ſperantes me fore Regē,& me expectabant vt regnarem. A Iehoua מיהוה .i.Iehoua volente ac iubente. Fuit ipſius. היתה לו: factum eſt *iſtud* illi. 16 Nunc autem ועתה Nunc ergo. Poſtulo שואל Præſ.Heb.pro fut.petiturus ſum.petam. Ne reuerti facias faciem m. אל תשבי את פני Facere reuerti faciem alicuius,eſt reiicere illum & repellere,quaſi remittere illum vacuum. cui contrarium eſt,Suſtinere faciem alicuius.i.ne deneges mihi:ne abiicias me,more denegantium aliquid.

17 Non e.reuerti faciet faciē t. כי לא ישיב את פניך .i.nō denegabit tibi. 19 Soliū matri ſuæ: כסא לאם המלך Ad verbū,ſedē[cathedrā]matri Regis.antecedens pro relat. 20 Ne reuerti facias fa.m. אל תשב את פני vt paulo antè verſu 16,ne patiar à te repulſam.ne deneges mihi. 22 Poſtula pro eo ושאלי לו Ad verbū,& poſtula ei.Quidam vertunt,quin potius pete pro eo,&c.q.d.hac ratione vult ſibi vendicare regnum.Alii,pete etiā,&c. Et illi eſt,&c. ולו ולאביתר .i.cōmunicat conſilia ſua cum Abiathar & cum Ioab,quorū conſilio omnia facit.Vel potius verte,*Pete* inquā illi *regnum*, & Abiathar ſacerdoti,& Ioab filio Saruiæ. quorum ſcilicet cōſilio nititur inuadere regnum.q.d. ſi daretur illi Abiſag,omnes intelligerent ad eum debere pertinere regnum.Hebræi etiam aiunt nemini licere tangere mulierem quæ cum Rege concubuiſſet,niſi Rex eſſet. 23 Sic faciat mihi,&c. כה יעשה לי וגו׳ Hebraiſmus,Hæc patiar,& multo grauiora,grauiſſimas quaſq; pœnas luam,ſumat de me Deus alias atque alias pœnas,hoc eſt grauiſſimas,quòd in perniciem ſuam loquutus eſt Adonias.

24 Confirmauit me, הכינני,ſtabiliuit me.ſub.in regno meo. Fecit mihi domum עשה לי בית .i.dedit mihi familiam claram & inſignem.

25 Miſit ergo וישלח ſub.vt interficeretur Adonias. 26 *In* עAnathóth vade ענתות לך O Anathothites vade. Ad agros tuos, על שדיך .i.in.poſſeſſionem tuam.q.d.recipe te in domum tuam,vel vrbem,aut patriam. Vir mortis es: איש מות אתה Hebraiſmus,morti obnoxius. Afflictus fuiſti,&c. התענית בכל וגו׳ .i.afflixiſti te in omnibus in quibus afflixit ſeſe.i.laborē ſuſtinuiſti in omni eo in quo laborem ſuſtinuit,&c. 27 Ne eſſet ſacerdos מהיות כוהן .i.priuauit eum dignitate ſacerdotali qua fungebatur coram Iehoua. Vt adimpleret למלא Vide 1.Samue.2.f.29.

Venit autem nuntius ad Ioab quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniã, & poſt Salomonem non declinaſſet. fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris.	28	Peruenit autẽ fama vſque ad Ioáb (qui Ioáb ʹdeclinauerat poſt Adoniiáh, & poſt Abשſalóm non declinauerat) & fugit Ioáb ad tabernaculum Iehouæ, & apprehendit cornua altaris.	Interficitur Ioab
Nuntiatúmque eſt regi Salomoni quòd fugiſſet Ioab in tabernaculum Domini, & eſſet iuxta altare: miſitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eum.	29	Renuntiatum verò eſt regi שSelomóh quòd fugiſſet Ioáb ad tabernaculum Iehouæ, Et ecce *inquiunt*, eſt apud altare. miſítq; שSelomóh Benaiáhu filium Iehoiadáy, dicendo, Vade, irrue in eum.	
Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit Rex, Egredere. Qui ait, Nõ egrediar, ſed hic moriar. Renuntiauit Banaias Regi ſermonem, dicens, Hæc loquutus eſt Ioab, & hæc reſpondit mihi.	30	Et venit Benaiáhu ad tabernaculum Iehouæ, dixítque ei, Sic dixit Rex, Egredere. Cui reſpondit, Nequaquam, ſed hîc *potius* moriar. Et retulit Benaiáhu Regi verbũ, dicẽdo, Sic loquutus eſt Ioáb, & ſic reſpondit mihi.	
Dixitque ei Rex, Fac ſicut loquutus eſt, & interfice eum, & ſepeli: & amouebis ſanguinem innocentem qui effuſus eſt à Ioab, à me & à domo patris mei.	31	Dixítque ei Rex, Fac ſicut loquutus eſt, & irrue in eum, ʹ& ſepeli eum: ʺ& auferas ſanguinẽ gratis *effuſum*, quem effudit Ioáb, à me & à domo patris mei.	
F Et reddet Dominus ſanguinem eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros iuſtos melioréſque ſe: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante, ‖Abner filium Ner principem militiæ Iſrael, ‖& Amaſam filiũ Iether principem exercitus Iuda. 2.Reg.3.c.27 2.Reg.20.c.9	32	Et reddet Iehouáh ʹſanguinẽ eius ſuper caput eius: quia aggreſſus eſt duos viros iuſtiores ʺ& meliores ſe, occidítque eos gladio, & pater meus Dauid neſciebat, Abnér *videlicet* filiũ Ner principẽ exercitus Iשſraאelis, & yAmaשſá filiũ Iéther principẽ militiæ Iehudáh.	
Et reuertetur ſanguis illorũ in caput Ioab & in caput ſeminis eius in ſempiternum: Dauid autem & ſemini eius, & domui & throno illius ſit pax vſque in æternum à Domino.	33	Reuertetur itaque ʹſanguis eorum in caput Ioáb, & in caput ſeminis eius in æternum: Dauidi autem & ſemini eius, & domui eius, & throno eius ſit pax vſque in ſeculum à Iehoua.	
Aſcẽdit itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eũ interfecit: ſepultúſq; eſt in domo ſua in deſerto.	34	Aſcendit itaque Benaiáhu filius Iehoiadáy, & irruit in eum, & interfecit eum, ſepultúſque eſt in domo ſua ʺin deſerto.	
Et conſtituit Rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotẽ poſuit pro Abiathar.	35	Poſuit verò Rex ipſum Benaiáhu filium Iehoiadáy pro eo ſuper exercitum, & צSádoc ſacerdotem poſuit Rex pro אEbiathár.	
Miſit quoque Rex, & vocauit Semei, dixitque ei, AEdifica tibi domũ in Ieruſalem, & habita ibi: & nõ egredieris inde huc atque illuc.	36	Poſt hæc miſit Rex, & accerſiuit שSim'yí, dixítque ei, AEdifica tibi domum in Ieruשſaláim, & habita ibi, nec egrediaris inde huc aut illuc.	Semei interficitur.
Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum: ſanguis tuus erit ſuper caput tuum.	37	Erit nanque, die quo egreſſus fueris, & tranſieris torrentem ʹCidrón, ʹcertò ſcias te moriturum: ʺſanguis tuus erit in caput tuum.	
Dixitq; Semei Regi, Bonus ſermo: ſicut loquutus eſt dominꝰ meus Rex, ſic faciet ſeruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ieruſalem diebus multis.	38	Et ait שSim'yí ad Regem, ʹBonum eſt verbum: ſicut loquutus eſt dominus meus Rex, ſic faciet ſeruus tuus. Et mãſit שSim'yí in Ieruשſaláim diebus multis.	
G Factum eſt autem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad Achis filiũ Maacha regem Geth: nuntiatúmq; eſt Semei quòd ſerui eius iſſent in Geth.	39	ʹFuit autem, in fine trium annorũ aufugerũt duo ſerui שSim'yí ad Achíשs filium Mayacháh regem Gath: & renuntiauerunt *quidam* ipſi שSim'yí dicendo, En ſerui tui ſunt in Gath.	
Et ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum, iuitque ad Achis in Geth ad requirendũ ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth.	40	Et ſurgens שSim'yí, ſtrauit aſinum ſuum, & abiit in Gath ad Achíשs, vt requireret ſeruos ſuos: abiit inquam שSim'yí, & reduxit ſeruos ſuos de Gath.	
Nuntiatum eſt autem Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalẽ, & rediiſſet.	41	Nuntiatum eſt autem ipſi שSelomóh quòd abiiſſet שSim'yí de Ieruשſaláim in Gath, & reuerſus eſſet.	
Et mittens vocauit eum, dixitque illi, Nónne teſtificatus ſum tibi per Dominum, & prædixi tibi, Quacũq; die egreſſus ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? Et reſpondiſti mihi, Bonus ſermo quem audiui.	42	Tum miſit Rex, & accerſiuit שSim'yí, dixítq; illi, Nónne ʹadiuiuraui te per Iehouã, ʹ& proteſtatus ſum tibi, dicendo, In die qua egreſſus fueris, & abieris huc aut illuc, certò ſcias quòd moriendo morieris? Et dixiſti mihi, Bonum eſt verbum. ʺaudiui.	

28 Declinauerat poſt Adoniiáh, נטה אחרי ארוניה .i.ſequutus fuerat partes Adoniæ.q.d.is qui initio nõ fuerat ſequutus ipſũ Abſalõ, tandẽ cõiurauit in herum ſuum. 31 Et ſepeli eum: וקברתו ſub.in ſepulchro maiorum ſuorum. Et auferas ſangu.gratis, והסירות דמי חנם vt auferas ſanguinem gratis.i.cædem gratis factam, ſiue cædem hominis innocẽtis.hoc eſt culpam ſiue crimen cædis immeritæ. q.d. efficies ne poſthac imputetur mihi aut patri meo cædes horum duorum ducum. 32 Sanguinem eius את־דמו .i.quem effudit:hoc eſt culpam cædis ab eo factæ.q.d.peribit propter cædem ab eo factam. Et meliores וטובים & præſtantiores.

33 Sanguis eorum דמיהם .i.culpa ſiue crimen cædis & mortis eorum. 34 In deſerto. במדבר: id eſt extra vrbem in loco nec arabili, nec conſito arboribus. 37 Cidrón, קדרון Hic locus indicat torrentem Cidron non fuiſſe procul ab vrbe.ſitus autem erat in loco opaco, obſcuro, & vmbroſo: vnde dicitur torrens Cidron, id eſt obſcuritatis. Certò ſcias, &c. ידוע תדע וגו' Ad verbum, ſciendo ſcias quòd morte morieris. Sanguis tuus, &c. דמך וגו' .i.caput tuum ſanguine tuo fœdabitur & intingetur. q.d.ſi aliter feceris, iubebo te interfici, eriſque cauſa mortis tuæ. 38 Bonum eſt verbum: טוב הדבר Hebraiſmus, placet mihi quod dicis.ſermo eſt conciſus.

39 Fuit autem, &c. ויהי וגו' Contigit autem poſt tres annos vt aufugerent.

42 Adiuraui te השבעתיך .i.curaui vt iurares mihi [vel, iureiurando te aſtrinxi] per Dominum. Et proteſtatus ſum tibi ואעד בך adhibitis ſcilicet teſtibus.ſiue, coram teſtibus. Audiui. שמעתי: .i.intellexi quæ dixeris.

Quare ergo non cuſtodiſti″iuſiurandum Iehouæ,& præceptum 43
quod præcepi tibi?

Dixit præterea Rex ad שSimʏi,Tu noſti omne malum″cuius cõ 44
ſcium eſt cor tuum,quod feciſti Dauidi patri meo:″reuerti autem
fecit Iehouáh malum tuum in caput tuum:

Rex autem שSelomóh benedictus,& thronus Dauidis ſit ſtabi 45
lis″coram Iehoua vſque in ſeculum.

Præcepit itaque rex ipſi Benaiáhu filio Iehoiadáʏ: qui egreſſus 46
eſt, & irruit in eum, ac mortuus eſt:& regnum″confirmatum fuit
in manu שSelomóh.

Cap. III.

Salomon ducit filiã Pharaonis in vxorem.

AFfinitate autem coniunctus eſt שSelomóh ipſi Parʏóh regi 1
AEgypti,& accepit filiam Parʏóh,adduxítque eam in Ciuitatem Dauidis,donec compleret ædificare domũ ſuam,& domum Iehouæ, murúmque Ieruשſaláim per circuitum.

Excelſa.

″Tantummodo populus immolabat in excelſis, quia non erat 2
ædificata domus nomini Iehouæ vſque ad dies illos.

Dilectio Dei.

Dilexit autem שSelomóh Iehouam ambulando″in præceptis 3
Dauidis patris ſui:″tantùm in excelſis immolabat,& ſuffiebat.

Oratio Salomonis,qua petit à Deo ſapientiam ſibi dari.

Ibat autem Rex in Gibʏón,vt immolaret illic,quia ipſum erat 4
excelſum″maximũ:mille holocauſta obtulit שSelomóh ſuper altare illud.

In Gibʏón viſus eſt Iehouáh ipſi שSelomóh″in ſomnis nocte,di 5
xítque Deus,″Poſtula quod *uis ut* dem tibi.

Et ait שSelomóh,″Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauide patre meo 6
miſericordiam magnam,″ſicut ambulauit coram te″in veritate & iuſtitia & rectitudine cordis tecum , & ſeruaſti illi miſericordiam magnam iſtam,″quòd dederis ei filium ſedentem ſuper thronum eius″ſecundum diem hanc.

Et nunc ô Iehouáh Deus meus tu cõſtituiſti Regẽ me ſeruum 7
tuum pro Dauide patre meo: ego verò puer ſum paruus, *&*″neſcio egredi & ingredi.

Et ſeruus tuus eſt″in medio populi tui quẽ elegiſti,populi mul 8
ti,qui″nec numerari nec ſupputari poteſt præ multitudine.

Des ergo ſeruo tuo″cor intelligens vt iudicet″populum tuum, 9
vt diſcernat inter bonum & malũ.quis enim poterit iudicare populum tuum″grauem iſtum?

Et placuit verbum in oculis Domini quòd poſtulaſſet שSelo- 10

---

43 Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurãdum domini, & præceptũ quod præceperam tibi?

44 Dixitque Rex ad Semei,Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuũ,quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum:

45 Et rex Salomõ benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino vſque in ſempiternum.

46 Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ:qui egreſſus,percuſſit eum,& mortuus eſt.

Cap. III.

2.Paralip.1.a.1

1 COnfirmatum eſt igitur regnũ in manu Salomonis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi AEgypti: accepit nanque filiam eius,& adduxit in Ciuitatem Dauid,donec compleret ædificãs domum ſuã, & domũ Dñi,& murũ Ieruſalẽ per circuitum.

2 Attamẽ populus immolabat in excelſis:non enim ædificatum erat templũ nomini Domini vſque in diẽ illũ.

3 Dilexit autem Salomon Dominũ ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat,& accendebat thymiama.

4 Abiit itaque in Gabaon, vt immolaret ibi:illud quippe erat excelſũ maximum:mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud,

5 In Gabaon.Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens,Poſtula quod vis vt dem tibi.

6 Et ait Salomon,Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam:ſicut ambulauit in cõſpectu tuo in veritate & iuſtitia,& recto corde tecum, cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedẽtem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie.

B

7 Et nunc Domine Deus meus,tu regnare feciſti ſeruum tuũ pro Dauid patre meo: ego autem ſum puer paruulus,& ignorãs egreſſum & introitum meum.

8 Et ſeruus tuus in medio eſt populi quem elegiſti,populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine.

2.Paral.1.b.10.

9 ‖Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. quis enim poterit iudicare populum iſtum,populum tuum hũc multum?

10 Placuit ergo ſermo coram Domino , quòd Salomon poſtulaſſet huiu-

---

43 Iuſiurandum Iehouæ, שבועת יהוה .i.quod iuraſti mihi per Iehouam. 44 Cuius conſcium eſt cor,&c אשר ידע לבבך וגו׳ Quidam vertunt,quod nouit cor tuum,*&* quod feciſti,&c. Reuerti autem fecit והשיב reduxit autem.vel,conuertit.reciprocare fecit.i.effecit Iehoua vt dares pœnas de malo quod feciſti patri meo. 45 Coram Iehoua לפני יהוה .i.faciente & aſpirante Iehoua.q.d.faciat Iehoua vt diu bene adminiſtrem regnum quod à patre meo accepi.Vel,coram Iehoua,id eſt ſub cælo,hoc eſt in terra.nam videtur Deus ex alto proſpectare in terram. 46 Confirmatum fuit נכונה ſtabilitum eſt.q.d. Tunc poſito omni metu tenuit regnũ Iſraelis Solomon occiſis Adonia,Ioab & Semei:hoc eſt,ſine æmulis regnare cœpit.

IN CAPVT III.

2 Tantummodo רק Cæterùm.i.immolabat victimas Deo in altaribus antè conſtructis,& ad id ordinatis.

3 In præceptis בחוקות in ſtatutis.vel,præſcriptis quæ tradiderat ei pater ſub tempus mortis ſuæ. Tantùm רק cæterùm.Hoc loco non taxatur Solomon:tunc enim illi licebat,quòd in altari Moſaico immolare non poſſet,quod erat in Gabaon.

4 Maximum: הגדולה .i præſtantiſſimum altare.nempe altare illud æreum quod curauerat Moſes faciendum iuſſu Iehouæ.

5 In ſomnis nocte, בחלום הלילה per ſomniũ nocte. Alii,in ſomnio nocturno. Poſtula quod,&c. שאל מה אתן לך: Poſtula,[ſub.à me] quid dabo tibi?.i.quid vis vt dem tibi?Vel,Pete quid dem tibi. 6 Tu feciſti,&c. אתה עשית וגו׳ Tu quidem multa beneficia cõtuliſti in patrem meum. Sicut ambulauit coram te כאשר הלך לפניך Hebraiſmus eſt,pro,Sicut pater meus ambulauit coram te,ſic etiam in illũ multa beneficia contuliſti. In veritate & iuſtitia באמת ובצדקה .i.citra vllam ſimulationem erga Deum,& in iuſtitia erga proximum.

Quòd dederis ותתן Ad verbum,& dediſti. Secundum diem hanc. כיום הזה: .i.vt hodie reuera apparet.

7 Neſcio egredi,&c. לא ארע צאת ובוא: Hebraiſmus,neſcio quomodo me gerere debeã in adminiſtratione tanti regni ac tantæ reipublicæ. Egredi & ingredi , ſumpta metaphora à paſtoribus qui egrediuntur domo ante gregem , & ante gregem domum ingrediuntur. Aut à ducibus militaribus. 8 In medio populi tui בתוך עמך Eſſe in medio populi,eſt populi curam habere.Sumpta metaphora à præfectis operũ,qui ſpectant populum ſibi cõmiſſum,vt quàm diligenter peragat opus ſibi iniunctum. Nec numerari,&c. לא ימנה Ad verbum,non numerabitur,nec ſupputabitur. 9 Cor intelligens לב שומע Ad verbũ,cor audiens.i.mentem docilem,Deo & Spiritui monenti audientem.

Populum tuum, את־עמך .i.lites populi tui. Alii vertunt,vt reddam[reddere poſſim]ius populo tuo:vt diſcernere valeam inter bonum & malum.i.inter cauſam iuſtam & iniuſtam. Grauem הכבד .i.multum & copioſum, modi rem.

Et dixit Deus Salomoni, Quia postulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad dicernendum iudicium: 11

Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, intantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. 12

Sapien.7.b.11 ‖Sed & hæc quæ nõ poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in Regibus cunctis retro diebus. 13

C Si autem ambulaueris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea & mandata mea, ſicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos. 14

Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomniũ: qúmque veniſſet Ieruſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. 15

Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, ſteterúntque coram eo. 16

Quarum vna ait, Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo. 17

Tertia autẽ die poſtquam ego peperi, peperit & hęc: & eramus ſimul, nullúſque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. 18

Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiẽs quippe oppreſſit eum. 19

Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. 20

Qúmque ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram, 21

D Reſponditque altera mulier, Non eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum contendebant corã Rege. 22

Tũc Rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: & iſta reſpõdit, Non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. 23

Dixit ergo Rex, Afferte mihi gladium. Qúmque attuliſſent gladium coram Rege: 24

móh hanc rem.

11 Dixit ergo Deus ad eum, Eo quòd poſtulaſti hoc, & non poſtulaſti tibi dies multos, neque poſtulaſti tibi diuitias, neque poſtulaſti animam inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ″intelligentiam ad audiendum iudicium:

12 Ecce ″feci iuxta verba tua, en dedi tibi ″cor ſapiens & intelligens, ″ita vt ſimilis tui non fuerit ante te, nec poſt te ſurrecturus ſit ſimilis tui.

13 ″Et etiã quod nõ poſtulaſti, dedi tibi, ″nẽpe diuitias atque gloriã, ita vt nõ fuerit ſimilis tui quiſquã inter Reges cũctis diebus tuis.

Exponitur hic quod Mat.6.d.33. Primũ quærite regnum Dei, &c.

14 Et ſi ambulaueris in viis meis cuſtodiendo decreta mea & præcepta mea, ſicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos.

15 Qúmque euigilaſſet שSelomóh, ″& en ſomnium: & venit in Ieruשſaláim, ac ſtetit coram ″arca fœderis Iehouæ, & obtulit ″holocauſta, fecítque pacifica: fecit præterea conuiuium cunctis famulis ſuis.

16 Tunc venerunt duæ mulieres ″meretrices ad Regem, & ſteterunt coram eo.

17 Dixítque mulier vna, ″Obſecro domine mi, ego & mulier iſta habitabamus in eadem domo, & peperi apud eam in ipſa domo.

Iudiciũ eius pro duabus meretricibus.

18 Fuit verò, die tertia qua peperi, peperit etiam mulier iſta, & eramus ſimul: non erat externus nobiſcum in ipſa domo, ″præter nos duas in *ea* domo.

19 Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte, quia ″incubuit ſuper eum.

20 Et ſurrexit media nocte, tulítque filium meũ ″qui erat apud me, (ancilla autem tua dormiebat) & requieſcere fecit eum in ſinu ſuo, & filium ſuum mortuum requieſcere fecit in ſinu meo.

21 Quum autem ſurrexiſſem mane vt darẽ lac filio meo, en mortuus erat: ″& conſideraui eum mane, & ecce non erat filius meus quem pepereram.

22 Poſtea dixit mulier altera, ″Nequaquam, ſed filius meus viuit, & filius tuus eſt is qui mortuus eſt. Illa verò dicebat, Non, ſed filius tuus eſt is qui mortuus eſt, & filius meus eſt is qui viuit. ″Et loquebantur coram Rege.

23 Dixit itaque Rex, Hæc dicit, Iſte eſt filius meus is qui viuit, & filius tuus eſt is qui mortuus eſt: & iſta dicit, Nequaquam, ſed filius tuus eſt is qui mortuus eſt, & filius meus eſt is qui viuit.

24 Dixit præterea Rex, Afferte mihi gladium. Et attulerũt gladiũ coram Rege:

---

11 Intelligentiam ad audiendum iud. חבין לשמוע משפט: .i.ſapientiam & prudentiam vt rectè iudices.

12 Feci iuxta verba tua, עשיתי כדברך en concedo tibi quod petiſti. Cor ſapiens & intell. לב חכם ונבון .i.mentem ſapiẽtem & ſagacẽ, ſiue prudentem.ſub.in agendis rebus. Ita vt ſimilis, &c. כמוך וגו׳ q.d.ſuperabis omnes Reges Iſrael ſapientia. Non enim comparat Salomonem omnibus, ſed Regibus tantùm, vt ex ſequentibus videre eſt. Non eſt igitur quærendum an fuerit ſapientior Moſe: quo quidem Salomonem Hebræi aiunt in rebus naturalibus, non Diuinis fuiſſe prudentiorẽ. 13 Et etiam quod וגם אשר Sed & quod. Quinetiã quod. Nempe diuitias atque gloriam, גם־עשרו גם־כבוד Ad verbum, etiam diuitias etiam gloriam.

15 Et en ſomnium: והנה חלום .i.ſenſit ſe ſomniaſſe, ac cœpit meminiſſe ſomnii tam magnifica promittentis. Oſtendit hic locus ſomnia non ſemper eſſe vana & affinia mendacio: ſimúlque Deum etiam vera prædicere per ſomnium. Arca fœderis ארון ברית In Ieruſalem erat arca, ſed tentorium quod curarat extruendum Moſes, erat in Gabaon. Holocauſta, עולות .i.hoſtias, ſiue victimas in holocauſtum.

16 Meretrices זונות Chaldæus paraphr.cauponariæ. Doctiores exiſtimant mulieres fuiſſe artis cauponariæ, quarum mariti tum fortè abierant negotiationis ergo. Quòd ſi hæ mulieres erant meretrices, pepererunt præter meretricum conſuetudinem, quæ certè parere non ſolent: quòd ſi pariunt, fœtum necare conſueuerunt. Hæ verò præter aliarum morem & pariunt, & fœtus ſuos amant.

17 Obſecro בי q.d.fer mihi opem. 18 Præter, &c. זולתי וגו׳ Subaudiendum aliquid, nullus erat inquam.

19 Incubuit שכבה Ad verbum, dormiuit.i.dormiens oppreſſit illum. 20 Qui erat apud me, מאצלי Ad verbum, de apud me. Gallicè, *d'aupres de moy.* 21 Et conſideraui eum, &c. ואתבונן אליו וגו׳ & diligentiſſimè contemplata ſum eum.i.quem quum diligenter inſpexiſſem ad clariorem lucem, deprehendi eum non eſſe filium meum quem pepereram.

22 Nequaquam, לא ſub.res ſic habet. Et loquebantur ותדברנה Chaldæus paraph.diſceptabant.i.contendebant inter ſe.

Tum dixit Rex, Diuidite infantem illum viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. 25

Dixit autem mulier cuius filius erat is qui viuebat, ad Regem, (″cõmota enim ſunt viſcera eius ſuper filio ſuo) dixit inquã, ′Obſecro domine mi, date ei infantẽ illum viuũ, & interficiendo ne interficiatis eũ. ″Altera autẽ dicebat, ″Nec mihi nec tibi ſit, diuidite. 26

Tunc reſpondit Rex, ac dixit, Date illi infantem illum viuũ, & interficiendo ne interficiatis eum: hæc eſt mater eius. 27

Audiẽtes autẽ vniuerſus Iשׂraאéliudiciũ illud quod iudicauerat Rex, timuerunt ″à facie Regis, quia viderunt quòd ſapientia Dei eſſet in corde eius ad faciendum iudicium. 28

Cap. IIII.

Salomonis principes & præfecti

ET fuit rex שׂSelomóh, ′Rex ſuper vniuerſum Iשׂraאelem. 1

Iſti autẽ *ſunt* principes quos habebat: ′עAzariáhu filius צSadóc ſacerdotis. 2

אElinhóreph & Aחhiiáh filii שׂSiשׂſa, ″ſcribæ: Iehoשׂſaphát filius Aחhilúd ″à commentariis. 3

Benaiáhu autem filius Iehoiadáע, ſuper exercitum: צSadóc verò & אEbiathár, ſacerdotes. 4

Et עAzariáhu filius Nathán ″ſuper præfectos, & Zabúd filius Nathán ſacerdos ′amicus Regis. 5

Et Aחhiשׂſár ſuper domum, Adonirám verò filius עAbdá ″ſuper tributum. 6

Erant autem ipſi שׂSelomóh duodecim præfecti ſuper vniuerſum Iשׂraאelem, ″qui alebant Regem, & domum eius: ′menſe in anno intererat vnicuique eorum alere. 7

Et hæc *ſunt* nomina eorum: ″filius חHur in monte אEphráim. 8

Filius Décer in Macáץs & in שׂSaעalbím, atque in Beth-שׂſémeשׂs, ″& אאElón Beth-חhanán. 9

Filius חHéסſed in Arubóth: ″ipſius *erat* שׂSochóh, & tota terra חHépher. 10

Filius Abinadáb *eius erat* vniuerſus terminus Dאor, Tapháth filia שׂSelomóh erat ei vxor. 11

Baעaná filius Aחhilúd *eius erat* Thaעanách, & Megiddó, & tota Beth-שׂſeán, quæ *erat* iuxta צSarthánah, ſubter Izreאעél, à Beth-שׂſeán vſque ad ″Abél Meחholáh *&* vſque trans Iocmeעám. 12

Filius Géber in Ramóth Gilעád: eius erant villæ Iaאír filii Menaשׂſſéh quæ erãt in Gilעád: eius erat regio Argób quæ *erat* in Baשׂſan: ſexaginta vrbes magnæ muro & vecte æreo *munitæ*. 13

Aחhinadáb filius עIddó *in* Maחhanáim. 14

Aחhimáעaץs *in* Naphthalí: *&* is quoque accepit Boשׂſmáth filiã שׂSelomóh in vxorem. 15

Baעaná filius חHuשׂſái, in Aשׂſér & in עAlóth. 16

25 Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri.

26 Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad Regem (cõmota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine, date illi infantem viuũ, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi nec tibi ſit, ſed diuidatur.

27 Reſpondit Rex, & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt enim mater eius.

28 Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem, videntes ſapientiã Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

Cap. IIII.

1 ERat autem rex Salomon regnãs ſuper omnem Iſrael.

2 Et hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc ſacerdos.

3 Elihóreph & Ahia filii Siſa, ſcribæ: Iõſaphat filius Ahilud, à commentariis.

4 Banaias filius Ioiadæ, ſuper exercitum: Sadoc autem & Abiathár, ſacerdotes.

5 Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebãt Regi: Zabud filius Nathan, ſacerdos amicus Regis.

6 Et Ahiſar præpoſitus domus, & Adoniram filius Abda ſuper tributa.

7 Habebat autẽ Salomon duodecim præfectos ſuper omnẽ Iſrael qui præbebant annonã Regi & domui eius: per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant.

8 Et hæc nomina eorum: Ben-hur, in monte Ephráim.

9 Ben-decar, in Macees, & in Salbim, & in Beth-ſámes & in Elon, & in Beth-hanán.

10 Beth-héſed in Aruboth: ipſius erat Socho, & omnis terra Epher.

11 Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiã Salomonis habebat vxorem. B

12 Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuerſam Beth-ſan, quæ eſt iuxta Sarthâna ſubter Iezrahel, à Beth-ſan vſque Abel-mehula eregione Iecmaam.

13 Bẽ-gaber in Ramoth-Galaad: habebat Auoth-iair filii Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus magnis atq; muratis quæ habebant ſeras æreas.

14 Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15 Achimaas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Baſemath filiã Salomonis in coniugio.

16 Baana & filius Huſi, in Aſer, & in Baloth.

---

26 Commota enim ſunt, &c. נכמרו רחמיה על־בנה .i. mota fuit ſtatim miſericordia erga filium ſuum. Obſecro כי Quæſo. q.d. parce puero. ſubticet enim reliqua præ dolore: quæ omnia ſunt ſigna animi perturbati. Altera autem dicebat, וזאת אומרת Contrà altera dixit. Nec mihi, &c. גם־לי גם־לך לא יהיה Ad verbum, etiam mihi, etiam tibi non ſit. 28 A facie Regis, מפני המלך propter Regem.

IN CAPVT IIII.

1 Rex ſuper vniuerſum Iשׂſr. מלך על־כל־ישראל: .i. magno omnium conſenſu regnauit, fuitque illi vniuerſus Iſrael ſubiectus. Quidam hoc dictum putant propter Dauidem, quòd Salomon regnauerit ſuper totum Iſraelem initio ſui regni, quod non contigit Dauidi patri.

2 עAzariáhu עזריהו Azarias erat filius Achimaas, qui erat filius Sadoc. igitur Filius, id eſt nepos. 3 Scribæ: סופרים Plurale eſt. Vel, ab epiſtolis, Gallicè, *Secretaires des commandemens*. Lege in Eſther 3.c.12, officium ſcribæ. A commentariis. המזכיר Vide 2.Sam.8.d.16.

5 Super præfectos, על־הנצבים .i. præerat præfectis illis duodecim de quibus paulo pòſt verſu 7. Amicus רעה ſocius. ſodalis. comes.

6 Super tributum. על־המס: .i. præerat tributis exigendis. Gallicè, *Qui auoit la charge du recouurement des deniers, General des finances.*

7 Qui alebant Regẽ, וכלכלו את־המלך .i. præbebant neceſſaria Regi. Menſe in anno חודש בשנה Hebraiſmus, pro ſpatio vnius menſis per ſingulos annos. 8 Filius חHur בן־חור Vocauit nominibus patrum ſuorum, quòd notiora eſſent. ſubaudiendũ autẽ, præerat. manebat. regebat. adminiſtrabat. 9 Et אאElón Beth-חhanán. ואילון בית־חנן: .i. & in Elon quæ ſita erat in loco qui dicebatur Beth-hanan.

10 Ipſius *erat*, &c. לו שכה .i. ditionis eius erat, ſiue ad ditionem eius pertinebat Sochóh. Vel, regebat, aut adminiſtrabat.

12 Abel אבל Chaldæus paraph. planitiem.

Ióſaphat filius Pharúe,in Iſſachar.

Semei filius Ela,in Beniamin.

Gaber filius Vri,in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Baſan,ſuper omnia quæ erãt in illa terra.

Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena Maris in multitudine: comedẽtes,& bibentes,atque lætantes.

Eccli 47.c.15

C

|Salomon autẽ erat in ditione ſua, habens omnia regna ,à flumine terræ Philiſthiim vſque ad terminũ AEgypti:offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis diebus vitæ eius.

Erat autẽ cibus Salomonis per dies ſingulos,triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ.

Decem boues pingues , & viginti boues paſcuales,& centũ arietes, excepta venatione ceruorũ,caprearum, atque bubalorum,& auium altilium.

Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans Flumen,à Thaphſa vſque ad Gazam, & cũctos Reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu.

Habitabátque Iuda & Iſrael abſque timore vllo,vnuſquiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua,à Dan vſque Ber-ſabee cunctis diebus Salomonis.

2.Par.9.f.25

Et habebat Salomon|quadraginta millia præſepia equorum curulium, & duodecim millia equeſtrium.

Nutriebántque eos ſupradicti Regis præfecti : ſed & neceſſaria menſæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore ſuo.

D

Hordeum quoque,& paleas equorum & iumentorũ deferebant in locũ vbi erat Rex,iuxta conſtitutũ ſibi.

Eccli 47.c.16

Dedit quoque Deus ſapiẽtiam Salomoni , & prudentiam multam nimis: & latitudinem cordis, quaſi arenam quæ eſt in litore maris.

Et præcedebat ſapiẽtia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium & AEgyptiorum.

Et erat ſapientior cunctis hominibus:ſapiẽtior Ethan Ezrahite,& Heman,& Chalcol , & Dorda filiis Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum.

Loquutus eſt quoque Salomõ tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia.

Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopũ

17 Iehoשſaphát filius Paruáחh,in Iשſachár.

18 שSimעí filius אEláh in Biniamín.

19 Géber filius אVri,in terra Gilעád,terra סSiחhón regis אEmoræi, & עOg regis Baשſán:″& præfectus vnicus *erat* qui *præerat* illi terræ.

20 Iehudáh & Iשſraאél *erant* multi tanquam arena quæ eſt ad mare in multitudine,″comedentes,& bibentes,& lætantes.

21 שSelomóh autem dominabatur omnibus regnis″à Flumine *uſque ad* terram Peliשſthím,*&* vſque ad terminũ AEgypti:*&* offerebant munera,atque ſeruiebant שSelomóh omnibus diebus vitæ eius.

22 Erat autem cibus שSelomóh in ſingulos dies , triginta cori ſimilæ,& ſexaginta cori″farinæ.

Apparatus ciborũ Salomonis.

23 Decem boues″pingues, & viginti boues paſcuales, centúmque oues,præter ceruos,& capreas,& bubalos,″& gallinaceos ſaginatos.

24 Ipſe enim dominabatur omni loco trans Flumen,à Thiphסſáחh vſque ad עAzzáh, *id eſt*″omnibus Regibus qui erant trans Flumẽ,& pax erat ei″ex omnibus lateribus eius in circuitu.

25 Et habitabat Iehudáh & Iשſraאél″confidenter, quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua,à Dan vſq; Beאer-שſébaע omnibus diebus שSelomóh.

Pax ſub ipſo ſine vllo timore.

26 Fuerunt autem ipſi שSelomóh quadraginta millia equorum″*in* equilibus equorũ pro curribus ſuis, & duodecim millia equitum.

Numerus equorum.

27 Porrò alebant præfecti iſti regem שSelomóh,atque omnes qui accedebant ad menſam regis שSelomóh , ſinguli in menſe ſuo,″non ſinebant deeſſe quicquam.

28 Hordeum præterea & paleas pro equis″& mulis ″deferebant ad locum″in quo erat,ſinguli″iuxta conſtitutum ſibi.

29 Dedit autem Deus ſapientiam ipſi שSelomóh, ″& intelligentiam multam valde, ″& latitudinem cordis ſecundũ arenam quæ eſt iuxta litus maris.

Dona Dei in Salomonẽ collata.

30 ″Et amplior fuit ſapientia שSelomóh,ſapientia omnium filiorum″Orientalium,& omni ſapientia AEgyptiorum.

Sapientia Salomonis.

31 Sapientior item fuit omni homine,atque adeò ipſo אEthán Ezraחhite,& Hemán,& Chalchól,& Dardáע filiis″Maחhól:fuítq; nomen eius in omnibus gentibus per circuitum.

32 ″Loquutus quoque eſt tria millia parabolarum :″& fuerunt cantica eius quinque & mille.

Numerus parabolarum & carminum.

33 ″Loquut⁹ eſt præterea de arboribus,à cedro quæ eſt ĩ Lebanón,

19 Et præfectus,&c. ונציב וגו׳ & præfectus vnus *erat* qui *præfectura fungebatur in tota ea* regione.i.in tota ea regione erat vnica præfectura. Hic eſt duodecimus præfectus. Salomon diuiſit Terram ſanctam in duodecim præfecturas:qua in re non habuit rationem diuiſionis Ioſue,ſed facultatum ſingularum tribuum:vnde fit vt aliquando in hac diuiſione vrbes aliarum tribuum adiiciantur aliis tribubus. Alii vertunt,præterea *erat* vnus qui *præerat in tota* terra.ſub.Iſrael:nempe cui ſubiecti erant xii illi præfecti.

20 Comedentes,&c. אוכלים וגו׳ .i.cum magna animi ſecuritate & lætitia viuentes. 21 A flumine,&c. מן־הנהר וגו׳ Euphraten intelligit.Deſcribitur latitudo imperii Solomonis,ab Euphrate qui eſt ad Orientem Terræ ſanctæ.Ita Chaldæus paraph.Peliſthim erant ab Occidente,AEgyptus erat à Meridie.Septentrionalis partis paulo pòſt fit mentio.Non intelligit omnia regna adiacentia fuiſſe Solomoni ſubdita:ſed quòd Reges illarum regionum timebant Solomonem,& mittebant ei munera,ſeruiebántque ei quandiu vixit.

22 Farinæ. קמח: craſſioris ſcilicet.nã ſimila erat tenuior farina. 23 Pingues, בראים .i.impinguati:quibus opponũtur paſcuales,non ſaginati,quales veniũt à paſcuis. Et gallinaceos ſaginatos. וברברים אבוסים: capos ſaginatos. Alii,aues peregrinas.Chaldæus paraphraſtes interpretatur aues altiles. 24 Omnibus Regibus,&c. בכל־מלכי וגו׳ .i.ipſe dominabatur in tota regione quæ erat vltra Euphratẽ,à qua ſcilicet afferebãtur ei munera illa. Ex omnibus lateribus eius, מכל־עבריו .i.ex omni parte.q.d.vicini eius nõ audebãt quicquã moliri aduerſus eum.

25 Confidenter, לבטח .i.in magna animi ſecuritate,nihil ſibi timens. 26 *In* equilibus eq. אורות סוסים nempe in quolibet equili decem equi:atque ita habebat quatuor millia equilium,vt ſcribitur 2.Paral.9.f.25. 27 Non ſinebãt deeſſe q. לא יעדרו דבר: .i.non committebant vt aliquid deſideraretur.Alii,non deficiebat illis quicquã. 28 Et mulis ולרכש & camelis.vel,dromedariis.Alii,iumentis.

Deferebant יבאו adducebant.i.adducere ſolebant.Fut.per præt.imp.vertendum. In quo erat, אשר יהיה־שם ſub.Rex.Ad verbum,in quo erat ibi.Redundat IBI. Iuxta conſtitutum ſibi. כמשפטו: .i.prout aſtringebantur.prout erat illis conſtitutum.vel,pro more ſuo.

29 Et intelligentiam ותבונה .i.prudentiam. Et latitudinem cordis,&c. ורחב לב כחול וגו׳ .i.latitudinẽ animi,vel mentis.hoc eſt,mentẽ multarũ rerũ capacem,quemadmodũ arena lõgè latéque occupat circa litus maris. In hac enim cõparatione reſpicit locum quẽ arena continet. q.d.tam amplã mentẽ quàm amplũ locũ occupat arena quæ eſt iuxta mare. Vel,dedit illi Deus mentem ſua capacitate multa intelligentem & cõplectẽtem inſtar arenæ quæ ſpatioſum locũ obtinet.Doctus inter Hebræos exponit Latitudinẽ mentis circa res intelligibiles quæ plurimæ ſunt.

30 Et amplior fuit ותרב Ad verbum,Et multiplicata eſt.i.maior euaſit. Orientaliũ, קדם qui ſcilicet tunc temporis plurimum dediti erant philoſophiæ,aſtrologiæ,& magiæ. 31 Maחhól: מחול .i.Zerah,ſiue vt alii ſcribunt,Ezra:fuit enim binomius.

32 Loquutus quoque eſt וידבר Et dixit.i.compoſuit. Et fuerũt cantica,&c. ויהי וגו׳ .i.liber odarũ quem ediderat,cõplectebatur mille & quinq; odas. 33 Loquutus eſt præterea,&c. וידבר וגו׳ .i.Diſſeruit etiam de natura ſtirpium,à cedro quæ plurima creſcit in Libano.

ad hyſſopũ quæ egreditur de pariete. Loquutus eſt inſuper de animalibus,& de volatilibus, & de reptilibus,& de piſcibus.

″Et veniebãt ex omnibus populis ad audiendam ſapientiã שSelomóh″ab vniuerſis Regibus terræ qui audierant ſapientiam eius. 34

Cap. V.

Hirã mittit ſeruos vt gratulentur Salomoni.

MIſit autem חHirám rex Tyri″ſeruos ſuos ad שSelomóh:(audierat enim quòd ipſum vnxiſſent inRegem pro patre ſuo) quia dilexerat חHirám Dauidem omnibus diebus. 1

Salomõ petit ligna ab Hirã in ædificationem templi.

″Miſítque שSelomóh ad חHirám,dicendo, 2

Tu noſti Dauidem patrem meum non potuiſſe ædificare domum nomini Iehouæ Dei ſui″propter bella quæ circundederant eum,donec Iehouáh poſuit eos ſub plantis″pedum eius. 3

Nunc verò requiẽ dedit Iehouáh Deus meus mihi in circuitu: *ita ut* nullus ſit aduerſarius,neque eſt″occurſus malus. 4

″Et ecce ego cogito ædificare domũ nomini Iehouæ Dei mei: ſicut loquutus eſt Iehouáh Dauidi patri meo″hiſce verbis, Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſoliũ tuum, ipſe ædificabit domum illam nomini meo. 5

Nunc ergo præcipe vt ſuccidant mihi cedros de Lebanón: erũt autem ſerui mei cum ſeruis tuis: mercedémque ſeruorũ tuorum dabo tibi ,″quicquid dixeris. tu enim ſcis quòd non eſt inter nos vir ſciens cædere ligna ſicut צSidonii. 6

Hiram gentilis agnoſcit nomen Dei.

Fuit itaque, quum audiſſet חHiram verba שSelomóh,vehementer gauiſus eſt, & ait,Benedictus Iehouáh hodie,qui dedit Dauidi filium ſapientem ſuper populum multum hunc. 7

″Miſítque חHirám ad שSelomóh,dicendo, Audiui quæ miſiſti ad me,ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis,& lignis abiegnis. 8

Serui mei deducẽt *ligna* de Lebanón ad mare:ego autem″ponam ea per rates in mare vſque ad locum quẽ mandaueris mihi,″& diſſoluam ea ibi , túque tolles:″facies autem voluntatem meã,præbendo cibum domui meæ. 9

Dedit ergo חHirám ipſi שSelomóh ligna cedrina & ligna abiegna *iuxta* omnem voluntatem eius. 10

שSelomóh autem præbuit חHirám viginti millia cororũ tritici in cibum domui eius , & viginti coros olei″contuſi:″ſic dedit שSelomóh ipſi חHirám″per ſingulos annos. 11

Iehouáh itaq; dedit ſapientiã שSelomóh vt′dixerat ei:fuítque pax inter חHirám & שSelomóh,ac percuſſerunt fœdus ambo. 12

Numerus artificum.

″Indixit verò rex שSelomóh tributum omni Iשraאeli,″& fuit tributum triginta millia virorum. 13

Quos miſit ĩ Lebanõ,decẽ millia per ſingulos mẽſes,″viciſſim: 14

quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piſcibus.

34 Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis Regibus terræ,qui audiebant ſapientiam eius.

Cap. V.

1 MIſit quoque Hirã rex Tyri ſeruos ſuos ad Salomonẽ:(audiuit enim quòd ipſum vnxiſſent Regem pro patre eius)quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore.

2 ‖Miſit autem Salomon ad Hiram, dicens, 2.Para.2.a.3.

3 Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei,& quia nõ potuerit ædificare domũ nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitũ,donec daret Dñs eos ſub veſtigio pedũ eius.

4 Nunc autẽ requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum: & nõ eſt ſatan,neque occurſus malus.

5 Quamobrem cogito ædificare tẽplum nomini Domini Dei mei,‖ſicut loquutus eſt Dominus Dauid patri meo,dicens, Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium tuũ, ipſe ædificabit domum nomini meo. 2.Reg.7.b.13 1.Para.22.b.10

6 Præcipe igitur vt præcidant mihi cedros de Libano,& ſerui mei ſint cũ ſeruis tuis:mercedem autem ſeruorũ tuorũ dabo tibi quãcunque petieris: ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cædere ſicut Sidonii.

7 Quum ergo audiſſet Hiram verba Salomonis , lætatus eſt valde, & ait, Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientiſſimũ ſuper populum hunc plurimum.

8 Et miſit Hiram ad Salomonem,dicens,Audiui quæcũque mandaſti mihi : ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.

9 Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vſque ad locum quem ſignificaueris mihi , & applicabo ea ibi,& tu tolles ea:prębebiſq; neceſſaria mihi,vt detur cibus domui meæ.

10 Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina , & ligna abiegna iuxta omnem voluntatem eius.

11 Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius , & viginti coros puriſſimi olei:hæc tribuebat Salomon Hirã per ſingulos annos.

12 Dedit quoque Dominus ſapiẽtiam Salomoni, ‖ſicut loquutus eſt ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percuſſerunt ambo fœdus. Suprà 3.b.12

13 Elegitque Rex Salomõ operarios de omni Iſrael,& erat indictio triginta millia virorum.

14 Mittebátque eos in Libanum,decẽ millia per menſes ſingulos viciſſim,

---

34 Et veniebant ויבואו ſub.in Ieruſalem. Ab vniuerſis,&c. ׳מאת כל וגו ſub.miſſi ab vniuerſis Regibus qui aliquid audierãt de ſumma eius ſapientia. Vel,vt audirent inquam ab vniuerſis Regibus terræ.i.ſuis,qui audierant ſapientiam eius.

IN CAPVT V.

1 Seruos ſ. את־עבדיו .i.legatos,qui illi gratularentur,& offerrent omnia ſua,vt ſolent Reges. 2 Miſitque,&c. ׳וישלח וגו .i.Quibus reſpõdit,vel dedit in mãdatis,vt dicerẽt Regi ſuo. 3 Propter bella,&c. ׳מפני המלחמה וגו .i.propter bella quæ eũ vrgebãt,hoc eſt quibus premebatur vndique,ſiue omni ex parte.Bella interpretari potes bellatores. Pedum eius. רגלו: Scribitur רגלו pedum eius,nẽpe Dauidis,& legitur רגלי pedũ meorũ,nẽpe Salomonis,vt annotat doctus inter Hebræos. 4 Occurſus malus. פגע רע: .i.qui infeſtet patriã meã incurſionibus:non eſt quiſquã qui me inuadat,& cuius occurſum timeã. 5 Et ecce ego cogito,&c. והנני אמר לבנות Quapropter en ego meditor extruere ædem in honorem Dei quem colo. Hiſce verbis, לאמור Ad verbum,dicendo. 6 Quicquid dixeris. ככל אשר האמר Ad verbum,ſecundum omnia quæ dixeris.i.prorſus vt dixeris. 8 Miſitque וישלח ſub.nuntios,vel legatos.

9 Ponam ea per rates in mare אשימם דוברות בים .i.curabo ea compoſita per rates,deducẽda ad mare ad locum,&c. Et diſſoluã ea ibi, ונפצתים שם .i.diſſoluta & diſſipata traham ea in litus. Facies autem volũtatem meam תעשה את־חפצי .i.facies quod mihi gratum fuerit, ſi dederis cibum quo alere poſſim familiam meam. 11 Contuſi: כתית .i.optimi & puriſſimi,nempe quod ſua ſponte defluit contuſis oleis citra operã preli. Sic dedit כה־יתן Fut.Heb.pro præt.hæc dedit.vel,dabat. Per ſingulos annos. שנה בשנה: quãdiu ſcilicet eguit illius opera dum extrueret templum. 13 Indixit veró,&c. ׳ויעל וגו Ád verbũ, Et aſcendere fecit rex Selomoh tributum ex omni Iſraele. Et fuit tributum,&c. ׳ויהי המס וגו .i.vt darentur ei ex Iſraele triginta millia virorum. 14 Viciſſim: חליפות alternatim.Alii,permutatim.quia ſingulis menſibus permutabantur & innouabantur,aliis abeuntibus,& aliis aduenientibus.

D ita vt duobus menſibus eſſent in domibus ſuis: & Adoniram erat ſuper huiuſcemodi indictionem.

15 Fueruntque Salomoni ſeptuaginta millia eorum qui onera portabant: & octoginta millia latomorũ in monte.

16 Abſque præpoſitis qui præerãt ſingulis operibus, numero trium milliũ, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus.

17 Præcepitq; Rex vt tollerẽt lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos:

18 Quos dolauerunt cæmẽtarii Salomonis, & cæmẽtarii Hirã: porrò Giblii præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

Cap. VI.

2.Paralip.3.a.1

1 FActum eſt ergo quadringẽteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorũ Iſrael de terra AEgypti, in anno quarto, menſe Zio (ipſe eſt mẽſis ſecundus regni Salomonis ſuper Iſrael) ædificare cœpit domũ Domino.

2 Domus autẽ quam ædificabat rex Salomõ Domino, habebat ſexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & tringinta cubitos in altitudine.

3 Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta menſuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4 Fecitque in templo feneſtras obliquas.

5 Et ædificauit ſuper parietem tẽpli tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & Oraculi, & fecit latera in circuitu.

6 Tabulatum quod ſubter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatũ ſex cubitorũ latitudinis, & tertiũ tabulatũ ſeptẽ habens cubitos latitudinis. trabes autem poſuit in domo per circuitũ forinſecus, vt non hærerent muris templi.

7 Domus autem quum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo quum ædificaretur.

8 Oſtium lateris medii in parte erat domus dextræ: & per cochleã aſcen-

menſe vno erant in Lebanón, & duobus menſibus in domo ſua: Adonirám autem ″*erat* ſuper tributum.

15 Fuerunt verò ipſi שSelomóh ſeptuaginta millia ″portantium onus, & octoginta millia ″excidentium in monte:

16 Præter ″principes & præfectos שSelomóh qui erant ſuper opus, tria millia & trecenti, ″qui præerant populo qui faciebat opus.

17 Præcepítque Rex ″vt aduehereut lapides grandes, lapides inquã ″pretioſos, ″ad fundandam domum, & lapides ″dolatos.

18 Dolauerunt itaque cæmentarii שSelomóh & cæmentarii יחHirám, ″& Giblim, atque præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

Cap. VI.

1 P″Orrò quadringenteſimo octogeſimo anno poſteaquam egreſſi ſunt filii Iשſraאél è terra AEgypti, anno quarto, mẽſe ″Aprili (ipſe eſt menſis ſecundus, quo regnare cœpit שSelomóh ſuper Iשſraאelem) ædificauit domum ″Iehouæ.

Fabrica & forma templi.

2 Domus autem quam ædificauit rex שSelomóh Iehouæ, ſexaginta cubitorum *erat* longitudo eius, & viginti latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius.

3 ″Veſtibulum autem *erat* ″ante Templum domus: viginti cubitorũ longitudo eius ″ante latitudinem domus: decem *autem* cubitorum latitudo eius ″ante domum.

4 Fecit inſuper domui feneſtras ″latas *intrinſecus*, anguſtas *extrinſecus*.

5 AEdificauit deinde iuxta murũ domus, ″thalamum per circuitum, iuxta murum domus ″per circuitum Templo & Oraculo: fecit inquam ″thalamos per circuitum.

6 ″Thalami inferioris quinque cubitorũ erat latitudo: & medii, ſex cubitorum latitudo: & tertii, ſeptem cubitorum latitudo: ſiquidem ″retractiones poſuerat in domo per circuitum parte externa, ″ne apprehenderent muros domus.

7 Domus enim quũ ædificaretur, lapide ″perfecto ″aduecto *è monte* ædificata eſt: & mallei, & ſecuris, *atque* omne inſtrumentum ferreũ non fuit auditum in domo quum ædificaretur.

8 Oſtium ″thalami medii *erat* in latere domus dextro: & per co-

Erat ſuper tributum. :על־המס .i. præerat huic tributo, hoc eſt omnibus illis. 15 Portantium onus, נושא סבל i. baiulorũ, qui deferrent lapides è latumiis ad locum ad quem currus accedere poſſent. Excidentium in monte: :חוצב בהר .i. latomorum qui excidebant lapides in mõte, ſiue latumia. 16 Principes & præfectos משרי הנצבים Ad verbum, principes præfectorũ .i. præter principes & præfectos. vel, præter principes qui præfecti erant. hoc eſt quos præfecerat Salomon operi. Qui præerant הרודים qui dominabantur. i. qui ſolicitabant operas. 17 Vt aduehereut ויסעו Ad verbum, & proficiſci fecerunt. Pretioſos יקרות .i. maximi pretii. Ad fundandam domũ, ליסד הבית .i. ad iacienda fundamenta templi. Dolatos. :גזית politos. Hi ſuperponebantur fundamento. Gallicè, *pierres de taille.*
18 Et Giblim, והגבלים Quidam, & ciues Gebal. qui erant peritiſſimi latomi.

IN CAPVT VI.

1 Porrò quadring. octog. anno ויהי בשמונים שנה Ad verbum, Et fuit, octogeſimo anno & quadringenteſimo anno. Aprili, זו Sic dicitur à ſplendore. Eſt autem menſis ſecundus apud Hebræos. Chaldæus paraph. vocat menſem apertionis florũ. Vide ſequẽtis capitis verſum 37. Iehouæ. :ליהוה .i. in honorẽ Iehouæ. 3 Veſtibulũ autẽ והאולם Porticus autẽ. Hebræi vocant בית שער domũ portæ. i. ædificium quod adiacet portæ. Nota quòd tota illa ſtructura diuidebatur in duas partes, nempe דביר Adytũ, ſiue Oraculũ, quod alio nomine dicitur Sanctũ ſanctorum, in quo erat arca fœderis. Altera pars peculiari vocabulo dicebatur היכל templum in quo erant, candelabrum, altare thymiamatis, & menſa panum propoſitionis. Ante Templũ domus: על־פני היכל הבית ante Templũ *eius* domus. i. ante ſecundã partẽ domus. Ante latitudinẽ domus: על־פני רוחב ante faciem latitudinis domus. i. reſpondebat latitudini domus. q. d. tam longũ erat veſtibulum, quàm erat lata domus ipſa. Ante domũ. :על־פני הבית ante frontẽ domus. i. ſumendo eam latitudinem ſecundũ longitudinem ipſius templi. per quam latitudinem veſtibuli intrabant Templũ. 4 Latas, &c. :שקופים אטומים Ad verbum, apertas, clauſas. i. laxiores intrinſecus quàm extrinſecus.
5 Thalamum יצוע appendicem. i. ædificiũ illi adiunctũ, non cõprehenſa porticu. Per circuitum Tẽplo & Oraculo: סביב להיכל ולדביר per circuitum Templi & Oraculi. Oraculũ vocat quod in tabernaculo Sanctum ſanctorum: in quo arca teſtamenti. de quo, atque de Tẽplo, paulo antè verſu tertio. Quum domum dicit, præcipue Sanctum, & Sanctum ſanctorum intelligit, vt hoc loco vides. nam quum dixerit, iuxta murum domus: mox tanquam explicaret quid vocet domum, dicit, per circuitum Templi & Oraculi. Thalamos per circuitum. :צלעות סביב appẽdices per circuitum. ſub. prædicti Templi & Oraculi. Significat appendicem multas manſiones habentem. nam צלע ſignificat ædificium laterale, quod ad latus maioris ædificii extruitur. 6 Thalami inferioris היצוע התחתונה .i. appẽdicis infimæ. q. d. appendicis pars infima habebat quinq;, &c. Retractiones מגרעות Retractiones, ſiue Reſtrictiones, aut reductiones vocat, quãdo murus abducitur introrſum, ita vt inferior muri pars laxior ſit, & promineat magis quàm ſuperior, ad collocanda capita trabium. Gallicè, *les retraictes.* Ne apprehenderent לבלתי־אחז ſub. capita trabium. i. ne trabes hærerent parietibus: hoc eſt, ne neceſſe eſſet fieri foramina in pariete in quæ inderentur capita trabiũ appendicis.
7 Perfecto שלמה .i. integro. Sing. pro plur. Ad verbum, perfectionis. Aduecto מסע Ad verbum, profectionis. aduectionis. adductionis. i. talibus lapidibus quales allati fuerant. Quum eſſent integri lapides, foramen nullum erat in quod capita trabium immitterentur, alioqui integri non fuiſſent. Dolabãtur autem lapides in lapidicinis, & parabãtur: vnde opus nõ fuit vt in extruenda domo vterentur inſtrumẽtis ferreis.
8 Thalami medii הצלע התיכונה appendicis mediæ. i. mediæ partis appendicis.

chleas″aſcendebant′ad medium,& de medio′ad tertium.

9 AEdificauit ergo domum illam,′& perfecit eam:& texit domũ ″trabibus incuruatis & tabulatis cedrinis.

10 AEdificauit & thalamum illũ cum tota domo:quinque cubitorum *erat*″altitudo eius, & apprehẽdebat domũ′per trabes cedrinas.

11 ′Fuit autem verbum Iehouæ ad שSelomóh,dicendo,

12 Domus iſta quam tu ædificas, ſi ambulaueris ′in decretis meis, ″& iudicia mea feceris,ſeruaueríſque omnia mandata mea ambulando ìn eis:″tum ſtatuam verbum meum tecum quod loquutus ſum ad Dauidem patrem tuum:

13 Habitabóque in medio filiorum Iשſraאelis,neque deſeram populum meum Iשſraאelem.

14 AEdificauit itaque שSelomóh domum illam,& perfecit eam.

15 Et ædificauit parietes domus intrinſecus tabulis cedrinis: *id eſt*′à pauimẽto dom⁹ vſq; ad parietes′cõtignationis,operuit ligno intrinſecus:obduxit quoque pauimentum ipſũ domus tabulis abiegnis.

16 ′AEdificauit etiam viginti cubitos à lateribus domus tabulis cedrinis, à pauimento vſque ad parietes: ædificauit quoque ſibi in domo Oraculum,″vt eſſet Sanctitas ſanctitatum.

17 At quadraginta cubitorum erat ′domus: ipſa eſt templum ′oppoſitum *Oraculo*.

18 ″Porrò tabulæ cedrinæ *quibus tegebatur* domus intrinſecus ″depictæ *inſtar* cucurbitarum agreſtium, & cælaturis *inſtar* florum:′omnia tabulis cedrinis *tegebantur*,nec lapis apparebat.

19 Oraculum autem ′in medio domus intrinſecus præparauit, vt poneret ibi arcam fœderis Iehouæ.

20 ″Intrinſecus autem *erat* Oraculum:viginti cubitorum *erat* longitudo *eius*, & viginti cubitorum latitudo, & viginti cubitorum ′altitudo eius:″& operuit illud auro puriſſimo:altare autem operuit cedrinis tabulis.

21 Texit igitur Selomóh″domum intrinſecus auro puriſſimo:′& occluſit catenis aureis Oraculum:″& texit illum auro.

22 ′Totámque domum texit auro, donec perficeretur tota do-

debant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.

9 Et ædificauit domum, & cõſummauit eam: texit quoque domũ laquearibus cedrinis.

B

10 Et ædificauit tabulatum ſuper omnem domũ quinq; cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis.

11 Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem,dicens,

12 Domus hæc quã ædificas, ſi ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris,& cuſtodieris omnia mãdata mea,gradiẽs per ea:firmabo ſermonem meum tibi, ‖quem loquutus ſum ad Dauid patrem tuum.

13 Et habitabo in medio filiorũ Iſrael, & nõ derelinquam populum meum Iſrael.

14 Igitur ædificauit Salomon domum, & conſummauit eam.

15 Et ædificauit parietes domus intrinſecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vſque ad ſummitatem parietũ, & vſque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinſecus:& texit pauimentum domus tabulis abiegnis.

16 AEdificauitque viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina,à pauimento vſque ſuperiora: & fecit interiorem domũ Oraculi in Sanctum ſanctorum.

17 Porrò quadraginta cubitorum erat ipſum templum pro foribus Oraculi.

18 Et cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur,habens tornaturas & iũcturas ſuas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis veſtiebantur,nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

C

19 Oraculum autẽ in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini.

20 Porrò Oraculum habebat viginti cubitos longitudinis,& viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis:& operuit illud atque veſtiuit auro puriſſimo:ſed & altare veſtiuit cedro.

21 Domum quoque ante oraculũ operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis.

22 Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: ſed & totum altare

Diuturnus domus ſplendor Salomoni à Deo promittitur,ſi leges eius ſeruauerit.

Oraculum.

Infrà 9.a.5
2.reg.7.c.13
1.para.22.b.10

Aſcendebant יעלו Fut.Heb.quod melius per imperf.vertitur. Ad medium, על־התיכונה .i.in mediam partem appendicis. Ad tertium. אל־השלשים׃ Ad verbum,in tertiana.in triſtega.i.ad thalamos tertiæ regionis appendicis.

9 Et perfecit eam, ויכלהו & conſummauit eam.vel,compleuit.quãtum ad muros & parietes.Epilogus eſt præcedẽtium. Trabibus,&c. גבים ושדרות בארזים׃ .i. texit partẽ ſuperiorẽ eius ædis trabibus leuiter incuruis,vel fornicatis,hoc eſt inſtar fornicis incuruatis, vel arcuatis,quæ videbantur contra pondus ſurgere:& lignis cedrinis ſuper trabes illas diſpoſitis.Ligna vocat tigna,Gallicè *ſoliues*.

10 Altitudo eius, קומתו nempe thalami.i.ſingularum manſionum appẽdicis. Per trabes cedrinas. בעצי ארזים׃ Ad verbum,in lignis cedrinis.i.hærebat illi ædi thalamus,ſiue appendix per trabes cedrinas.nam capita earũ erant collocata ſuper retractiones, ſiue reductiones quæ erant in muro templi. 11 Fuit autem verbum ויהי דבר .i.Tunc dixit Iehoua ad Salomonem per Ahiam prophetam Siloniten.

12 In decretis meis, בחוקותי in inſtitutis meis.vel ſtatutis. Et iudicia mea ואת־משפטי .i.leges meas. Tum ſtatuam והקימתי tum firmabo.ſiue,confirmabo & adimplebo promiſſionem meam quam promiſi Dauidi patri tuo.

15 A pauimento מקרקע à ſolo.exponit quod prius dixerat. Cõtignationis,operuit הספן צפה tabulati,texit,aut,veſtiuit.i.ſumma arte veſtiuit parietes tabulis cedrinis à ſolo vſque ad tabulatum ipſum,hoc eſt tectum. Gallicè, *Il lambriſſa*.

16 Ædificauit etiam,&c. ויבן וגו׳ .i.Texit ſpatium longũ x x cubitos,ſeptum ſcilicet trãſuerſarium:hoc eſt,ex L x cubitis longitudinis,viginti ſeparauit à parte extrema,ſiue poſteriore domus(quæ vergebat ad Occidentem)tabulis cedrinis quæ à pauimento vſque ad tectum pertingebant,vt eſſet Oraculum,ſiue Sanctum ſanctorum,in quo arca teſtamenti poneretur.In domo dicit,pro In parte domus interna. Vt eſſet Sanctitas,&c. לקודש הקדשים׃ Ad verbum,in Sanctum ſanctorum.i.Oraculum ſiue Adytum,quod alio nomine dicitur Sanctum ſanctorum.

17 Domus: הבית .i.reliqua pars domus,nẽpe ipſum Sanctũ. Oppoſitum *Oraculo*. לפני׃ .i.ante faciẽ Oraculi. Alii,parte interna.Siquidem פנים *panim*,facies ſiue formas ſignificat:vnde לפני quod ponetur pro פנימי toar,& ל redundabit.i.reliqua pars domus erat x L cubitorũ,quæ Templum,ſiue Sanctũ dicebatur.Erat autem oppoſitum Oraculo.Verti poteſt vt alii vertunt,erat in interioribus,ſiue parte interna.reſpectu ſcilicet veſtibuli,non Oraculi. 18 Porrò tabulæ cedrinæ,&c. וארז אל־הבית מפנימה Ad verbum,Et cedrus ſuper domum *erat* intrinſecus.i. domus parte interna tecta ac veſtita erat tabulis cedrinis. Depictæ,&c. מקלעת וגו׳ & ſculptura colocynthidum,& celaturæ florum.vel vt quidam,apertiones florum.ſub.variorum,erant in illis. Omnia tabulis,&c. הכל ארז אין וגו׳ Ad verbum,totum cedrus,non lapis videbatur. 19 In medio domus intr. בתוך־הבית מפנימה intra domum parte interna.i.in abditiſſima & ſecretiſſima parte domus.

20 Intrinſecus autem ולפני Parte autem interna. Altitudo eius, קומתו Intelligit de ea parte altitudinis quæ obducta erat tãtummodo auro.nam x x cubiti erant tecti ſolo auro,alii decem erant tecti lapillis pretioſis. Et operuit illud ויצפהו .i.totum quod ſuprà dictum eſt.

21 Domum את־הבית .i.eam partem domus de qua paulo antè loquutus eſt,nempe Oraculum,ſiue Adytum. Et occluſit catenis aureis ויעבר ברתוקות זהב Ad verbum,& tranſire fecit in catenis aureis.ſub.vectes,vt doctus inter Hebræos exponit.i.vice peſſuli, quòd ſoleant occludere fores vectibus ac repagulis,occluſit fores Oraculi catenis aureis.Doctus inter Hebræos exponit,firmauit.quaſi adactis vectibus. Et texit illum ויצפהו & texit illum ſub.parietem.i.ſeptum illud quod diſtinguebat Oraculum à reliqua parte domus,auro internè & externè.

22 Totámque domũ.&c. ואת־כל־הבית .i.vniuerſam illã ædem obduxit auro,adeò vt tota domus fuerit veſtita auro.

oraculi texit auro.		mus:totúmque altare″quod *erat* ante Oraculum,texit auro.
Et fecit in Oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum,decem cubitorum altitudinis.	23	Fecit autem in ipſo Oraculo duos Cherubim è lignis″pineis:decem cubitorum″altitudo eius.
Quinque cubitorum ala Cherub vna,& quinque cubitorum ala Cherub altera: id eſt decem cubitos habentes à ſummitate alæ vnius, vſque ad alæ alterius ſummitatem.	24	Quinque autem cubitorum erat ala Cherub vna,& quinque cubitorum ala Cherub altera:decem cubiti erant ″ab extremitatibus alæ vnius,vſque ad extremitates alæ alterius.
Decem quoque cubitorũ erat Cherub ſecundus,in menſura pari,&opus vnum erat in duobus Cherubim:	25	Decem præterea cubitorum erat Cherub ſecundus:menſura eadem,″& inciſio eadem erat ambobus Cherubim.
Id eſt,altitudinẽ habebat vnus cherub decem cubitorũ,& ſimiliter Cherub ſecundus.	26	″Altitudo Cherub vnius erat decem cubitorum,& ſimiliter Cherub ſecundi.
Poſuitqu Cherubim in medio templi interioris: extendebãt autem alas ſuas Cherubim, & tangebat ala vna parietem,& ala Cherub ſecundi tangebat parietem alterum : alæ autẽ in media parte templi ſe inuicem cõtingebant.	27	Collocauit autem ipſos Cherubim″in medio domus interioris: ″expandebántque alas ſuas, tãgebátque ala vnius, parietem, & ala Cherub alterius tangebat parietem alterum:alæ autem eorum *quæ erant* in medio domus,contingebant ſe inuicem.
Texit quoque Cherubim auro.	28	Texítque ipſos Cherubim auro.
D Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit variis cælaturis & torno: & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete,& egredientes.	29	Omnes autem parietes domus per circuitum ſculpſit″cælaturis ſculpturarum Cherubim & palmarũ,&cælaturis florũ″intrinſecus & extrinſecus.
Sed & pauimentũ domus texit auro in trinſecus & extrinſecus.	30	Quin & pauimentũ dom⁹ texit auro ″intrinſecus & extrinſecus.
Et in ingreſſu Oraculi fecit oſtiola de lignis oliuarum,poſtéſque angulorũ quinque.	31	Et oſtio Oraculi fecit″valuas è lignis pineis:ſuperliminare,*&* poſtes *erant* quinque laterum.
Et duo oſtia de lignis oliuarum , & ſculpſit in eis picturam Cherubim,& palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia , & texit ea auro : & operuit tã Cherubim quàm palmas & cætera,auro.	32	″Duas inquam valuas *fecit* è lignis pineis,& cælauit in eis cælaturas Cherubim palmarúmque, ac cælaturas florum,texítque auro: & extendit ſuper Cherubim & ſuper palmas″aurum.
Fecitque in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos:	33	Sic quoq; fecit oſtio templi,*nempe* poſtes è lignis pineis ″quadrilateros.
Et duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus,&vtrũq; oſtiũ duplex erat, & ſe inuicem tenens aperiebatur.	34	Porrò ambæ valuæ *erant* è lignis abiegnis , *&* duo latera valuæ vnius″rotunda,& duo latera alterius valuæ rotunda.
Et ſculpſit Cherubim,& palmas,& cælaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.	35	Et ſculpſit *in illis* Cherubim,& palmas,& cælaturas florum:″texítque auro″directo″illud quod erat inſculptum.
Et ædificauit atriũ interius tribus ordinibus lapidum politorũ, & vno ordine lignorum cedri.	36	Poſt hæc ædificauit atrium ″interius tribus ordinibus lapidum dolatorum,& ordine *uno* trabium cedrinarum. Atriũ interius.
Anno quarto fundata eſt domus Domini in menſe Zio.	37	Anno″quarto″fundata fuit domus Iehouæ,menſe″Aprili.
Et in anno vndecimo , menſe Bul (ipſe eſt menſis octauus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo , & in vniuerſis vtenſilibus ſuis : ædificauitque eam annis ſeptem.	38	Et anno vndecimo,menſe″Octobri(is eſt menſis octauus)completa fuit domus″cum omnibus vtẽſilibus ſuis,atque omnibus iis quæ ad illam pertinebant,& ædificauit eam″annis ſeptem.

Quod *erat* ante Oraculum אשר־לדביר quod ad Oraculum.ſub.pertinebat.i.quod erat poſitum ante oſtium Oraculi.

23 Pineis: שמן Chaldæus paraph.oliuæ. Altitudo eius. קומתו: .i.ſtatura ſingulorum. 24 Ab extremitatibus,&c. מקצות וגו׳ Ad verbum,ab extremitatibus alarum eius,vſque ad extremitatem alarum eius.i.ab extremitate alæ,vel alarũ vnius,vel huius, vſq; ad extremitatem alterius,vel iſtius:&viceuerſa,&c.ab extremitate iſtius,vſque,&c. 25 Et inciſio וקצב & inciſura.i.ſculptura.

26 Altitudo קומת Statura. 27 In medio domus interioris: בתוך הבית הפנימי .i.intra domum interiorem,vel internam,hoc eſt in Oraculo. Expandebántq; alas ſuas, ויפרשו את־כנפי הכרובים Antecedẽs Heb.pro relatiuo,Cherubim.expãdebant alas Cherubim.i.qui Cherubim expandebant alas ſuas. 29 Cælaturis ſculpturarum פתוחי מקלעות .i.cælaturis & ſculpturis. Intrinſecus & extrinſecus. מלפנים ולחיצון: .i.parte interna in Oraculo,& parte externa in tẽplo & Sancto.Sic ſequenti verſu. 30 Intrinſecus,&c. לפנימה ולחיצון: vt præcedenti verſu. 31 Valuas è lignis pineis: דלתות וגו׳ valuas pineas.vel oleaginas.i.quæ conſtabãt ex materia oleagina,vel pinea. *Erant* quinquelaterum. חמשית: Ad verbum, *fecit ex* quinta.ſub.figura.i.pentagono i. præ ſe ferebant figuram pẽtagonalem. Alii referunt ad proportionem.i. ſuperliminaris ac poſtium ad valuas erat proportio ſub quintupla. nam quãto ampliores ſunt valuæ,tanto craſſiores eſſe debent poſtes & ſuperliminare.hoc eſt,erãt quinta pars valuarũ,ſiue æquales erant quintæ parti valuarũ. 32 Duas inquam valuas,&c. ושתי דלתות וגו׳ Doctus inter Hebræos ſic exponit,Et *in* duabus illis valuis pineis[vel,oleagineis] inſculpſit ſculpturas Cherubimorũ & palmarũ,& cælaturas florum.i.varios flores. Aurum. את־הזהב: .i.laminas aureas.nempe vt poſtea apparerent etiam cælaturæ illæ.erant enim miro artificio obductæ.

33 Quadrilateros. מאת רבעית: quadratos. Ad verbũ,de quarta.i.quadrata figura. Alii,ex quarta parte.i.latitudo poſtiũ erat æqualis quartæ parti valuarum. 34 Rotunda, גלילים .i.opere tornatili facta,nempe ex columnellis. 35 Texitq; וצפה ſub.cælaturas illas.

Directo מיושר .i.rectè,aptè,artificioſéq; collocato:hoc eſt,miro artificio poſito. Illud quod erat inſc. על־המחוקה: Ad verbum, ſuper *id* quod inſculptũ erat.nempe vt apparerent etiã cælaturæ illæ poſtea,ſiue poſt aurum obductũ. 36 Interius הפנימית internũ.reſpectu atrii magni,id eſt atriũ ſacerdotum. 37 Quarto הרביעת ſub.regni Salomonis. Fundata f. יוסד .i.cœpit fundari.Doctus inter Hebræos cum Chaldæo paraph. Aprili. זו: Sic Hebraicè dicitur à ſplendore,ſiue decore florũ quòd in eo primùm appareant flores.Sicut Aprilis ab aperiendo,quòd tunc natura aperiat ſuas dotes.Vide præcedenti capite verſu primo. 38 Octobri בול Sic dicitur Hebraicè menſis iſte à נבל marceſcere,attenuare,cadere,quòd eo mẽſe quæ è terra naſcũtur,marceſcant,& folia de arboribus cadãt.Alii בול dictum volũt.tanquã מבול quod diluuium ſignificat,quòd iſte menſis imbribus abundet.Chaldæus paraph.habet,in menſe collectionis fructuũ. Cum omnibus vtenſilibus,&c. לכל־דבריו ולכל־משפטו Ad verbũ,cum omnibus rebus ſuis,& cũ omnibus iudiciis ſuis.i.cum omnibus vtenſilibus ſuis, atque iis quæ ad illa pertinere videbantur. Quidã vertũt,per omnes partes ſuas & iuxta cunctam diſpoſitionẽ ſuam. Alii,ſecundum omnes res ſuas,& ſecundum omnes regulas ſuas.vel,formas.aut,exemplaria. Annis ſeptem.: שבע שנים ſub.integris.i.ſpatio ſeptem annorum ædificauit eam.

TEMPLVM SINE TECTO CVM PORTICV SVA.



ab	Longitudo lx cubitorum.
a c	Latitudo xx cubitorum.
d e	Altitudo xxx cubitorum.
f g	Porticus ante templum, xx cubitorum longitudinis, & x cubitorum latitudinis.
h	Feneſtræ obliquæ, ſiue laxiores intrinſecus, & extrinſecus arctæ.
i lz	Tabulata per gyrum tria, ſiue appendices, quarum ima, quinque cubitos latitudinis habebat: media, ſex: ſuprema, ſeptem. ſingulæ altitudinis quinque cubitorum.
m n o	Retractiones, ſiue reductiones in muro templi, quibus innitebantur capita trabium Vocamus Gallicè *retraictes*. Pro quibus trabes vertit Vetus interpres.
p	Cochlea.
q	Sanctum ſanctorum, ſiue Oraculum: cuius longitudo & latitudo erant xx cubitorum. altitudo autem cubitorum xx. quod dum dicimus, eam partẽ altitudinis intelligimus quæ ſolo auro erat tecta: nam alii decem cubiti erant tecti lapillis pretioſis & auro.
r	Templum, ſiue Sanctum, pro foribus Oraculi, xl cubitorum longitudinis.
ſ	Arca fœderis.
t	Cherubim duo, x cubitorum altitudinis.
u	Oſtiola, ſiue valuæ in introitu Oraculi.
x	Velum quo diſtinguebatur Sanctum à Sancto ſanctorum. 2. Par. 3. d. 14. Matth 27. f. 51.
y	Locus oſtii templi: quod ideo non expreſſit pictor ne reliquæ picturæ officeret.
z	Candelabra decem, quinque ad dextram, & quinque ad ſiniſtram. 2. Paral. 4. d. 20.
aa	Menſæ decem.
bb	Altare thymiamatis.

Templum tectum, cum porticu ſua, atrio ſacerdotum & atrio populi.



a Atrium interius, quod & atrium ſarcedotum dicitur.
b Altare holocauſti, longitudinis & latitudinis xx cubitorum, & decem altitudinis, cuius deſcriptionem ac picturam veriorem & clariorem habes Exod.27.b.8.
c Labra, ſiue luteres.2.Paral.4.b.6.
d Mare.2.Paral.4.a.2.
e Atrium populi, quod baſilica, ſiue baſilica grandis, 2.Paral.4.b.9, & 6.b.13.dicitur, & Act.3.b.11, & 5 c.12, Porticus Salomonis. Hoc atrium, nomine templi ſæpe intelligitur in Nouo teſtamento, vt Matth.21.a.12, Act.3.a.1. In hoc atrio concionabatur CHRISTVS, & ex eo vendentes & ementes eiecit.
f Baſis ænea, ſiue ſuggeſtum, longitudinis & latitudinis quinque cubitorum, & altitudinis trium. 2 Paral.6.b.13.
g Porta Orientalis, quæ porta Sur, 4.Reg.11.b.6, & Porta fundamēti, 2.Paral.23.a,5, dicitur. Hāc nonnulli putant eam eſſe quæ Actorum 3.a.2.b.10. dicitur Porta ſpecioſa, quòd omnium portarum, Orientalis eſſet pulcherrima.
h Porta Meridionalis.
i Porta Septentrionalis.

Cap. VII.

AEdificatur domus Salomonis in ſaltu.

DʹOmum autem ſuam ædificauit שׁSelomóh tredecim annis, 1
ʹ& compleuit totam domum ſuam.

AEdificauit quoqueʹdomum ſaltus Lebanón: centum cubitorũ 2
erat longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, &
triginta cubitorũ altitudo eius.ʹſuper quatuor ordines columnarũ
cedrinarũ *ædificauit eam*, trabes autem cedrinæ *erant* ſuper columnas.

ʹEt tecta erat tabulis cedrinis ſurſũ ſuper trabes quæ erant ſuper 3
colũnas quadraginta & quinque, quindecim per ordines ſingulos.

Et feneſtrarum erant tres ordines, feneſtráque *erat* contra fene- 4
ſtramʹtribus vicibus.

Et omniaʹoſtia & poſtes quadrata erant,ʹ*una cum* feneſtris: eregio 5
ne autem feneſtra erat contra feneſtram, tribus vicibus.

Porticum autem columnarum fecit: quinquaginta cubitorum 6
erat longitudo eius, & triginta cubitorũ latitudo ei⁹: erátq; ea por
ticusʹante faciẽ illarũ, columnæque & trabes ante faciem illarũ.

Porticum quoqueʹſolii in qua iudicaret, *nempe* porticum iudicii 7
fecit: quæ tecta erat cedroʹà pauimento vſque ad pauimentum.

Domui autem ſuæʹin qua manebat, *fecit* atrium alterũ ʹintra por 8
ticum illam,ʹſecundũ opus iſtud erat. domum præterea fecit filiæ
Paryóh (quam acceperat שׁSelomóh)ʹſecundum porticum hanc.

Domus filiæ Pharaonis.

Omnia illa *erant ex* lapidibus ʹpretioſis, ſecundũ menſuras *lapidum* 9
ʹdolatorum, ſerratorũ ſerra,ʹintrinſecus & extrinſecus: & à funda-
mentoʹvſque ad *lapides* mẽſuræ quatuor digitorum, & extrinſecus,
vſque ad atrium maius.

ʹFundatum autem *erat* lapidibus pretioſis, lapidibus magnis, la- 10
pidibus decem cubitorum, & lapidibus octo cubitorum.

ʹSuprà verò *erant* lapides pretioſi ſecundum menſuras *lapidum*ʹdo- 11
latorum, & cedrinæ tabulæ.

Cap. VII.

1 DOmum autem ſuam ædificauit Salomon |tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit.

|infrà 9.b.10

2 AEdificauit quoque domum ſaltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3 Et tabulatis cedrinis veſtiuit totã cameram, quæ quadraginta quinque columnis ſubſtẽtabatur: vnus autem ordo habebat columnas quindecim,

4 Contra ſe inuicem poſitas, & eregione ſe reſpicẽtes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

5

6 Et porticum columnarũ fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alterã porticũ in facie maioris porticus & colũnas & epiſtylia ſuper colũnas.

7 Porticum quoque ſolii, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem.

8 Et domuncula in qua ſedebatur ad iudicandum, erat in media porticu ſimili opere. domum quoque fecit filiæ Pharaonis (|quam vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hãc porticum.

|Suprà 3.a.1

9 Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normã quandam atque menſurã tam intrinſecus quàm extrinſecus ſerrati erant: à fundamento vſque ad ſummitatem parietum, & extrinſecus vſque ad atrium maius.

B

10 Fundamenta autẽ de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorum.

11 Et déſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ ſecti erant, ſimilitérque de cedro.

IN CAPVT VII.

1 Domum autem ſuam ואת־ביתו nempe regiam, aut regias ſuas. nam regias ſuas & quicquid ædificauit, conſtruxit intra XIII annos. Et compleuit, &c. ויכל וגו׳ ſub. ſpatio tredecim annorum. Alii, vſque ad decimum tertium annum regni ſui, nempe biennio poſt conſummationem templi: prius enim extruxit templum quàm domum ſuam. Conſumpſit autem x x annos in conſtructione vtriuſque, vt infrà videbis, cap. 9.b.10. 2 Domum ſaltus Lebanón: את־בית יער הלבנון Vocat domum ſaltus Libani, non quòd in monte Libano fuerit ſita: ſed quia locus ille amœnitate & pulchritudine certare poterat cum Libano. vel quòd locus ille ob copiã materiæ cedrinæ, Saltus Libani dici poterat. Hanc domũ fuiſſe ædificatã à Solomone, aduerſus æſtum, teſtatur Chaldæus paraphraſtes, qui vertit domum refrigerii. Locus iſte non procul erat à Ieruſalem. Super quatuor ordines על ערבעה טורי In ſingulis ordinibus erant quindecim columnæ: quod probari poteſt ex tabulato primo primæ manſionis. nam dicit in manſione ſuperiori fuiſſe quindecim columnas. totidem ergo erãt in ſingulis ordinibus. Trabes erant diſpoſitæ ſecundum latitudinem, non ſecundum longitudinem. 3 Et tecta erat, &c. וספון בארז וגו׳ Ad verbum, & erat tecta cedro ſurſum ſuper, &c. i. ſuper columnas erant collocatæ trabes: ſuper trabes, tigna, quæ Gallicæ *Soliues* appellamus: ſuper tigna autem erant tabulæ cedrinæ. In inferiori parte domus erant quatuor ordines columnarum, vt poſſent ſuſtinere pondus: in ſuperiori verò erant tres tantùm ordines, quia futurum erat vt multi conuenirent ad Regem, oportebátque propterea locum eſſe capaciorem. impediunt autem columnæ.

4 Tribus vicibus. שלוש פעמים: In vtroque latere tres erant feneſtrarum ordines, ſibi ex oppoſito reſpondentes.

5 Oſtia & poſtes quadrata erãt, הפתחים והמזוזות רבועים .i. omnia ſuperliminaria portarũ quadrata erant, id eſt quadratæ figuræ, ſiue quatuor laterum. i. non erant rotunda. *Vnà cum* feneſtris: שקף Singul. Heb. pro plur. i. cum lignis feneſtrarum quæ ambiebãt feneſtram. q. d. omnia ſuperliminaria portarum, & poſtes, cum lignis feneſtrarum erãt figuræ quadratæ: omniáque ligna feneſtrarum ſibiinuicem reſpondebant triplici ordine. nam in ſingulis lateribus erant terni ordines feneſtrarum, quæ reſpondebant alterius lateris feneſtris, vt iam dictum eſt.

6 Ante faciem illarũ. על־פניהם: Subaudi columnarum. Hebraiſmus eſt, pro, porticus illa conſtabat columnis & trabibus, quæ quidem columnæ & trabes erant in conſpectu columnarum domus ſaltus. hoc eſt, porticus illa obiecta erat domui illi quæ tot habebat columnas, quæ erat domus ſaltus Libani. 7 Solii הכסא tribunalis. Hoc erat iuxta regiam quæ erat in Ieruſalem. A pauimento, &c. מהקרקע וגו׳ .i. texit tabulis cedrinis ab imo vnius parietis vſque ad imum alterius parietis. q. d. omnes parietes cum tabulato fuerunt tecti tabulis cedrinis.

8 In qua manebat, אשר־ישב שם .i. vbi habitaturus erat in Ieruſalem. Intra porticum illam, מבית לאולם .i. quod erat in penitiore loco quàm porticus, nempe ad quod ibatur per porticum. Secundum opus iſtud erat: כמעשה הזה היה .i. factum erat ſimili opere quo facta erat porticus ſolii. Quum alterum dicit, oportuit duas fuiſſe porticus in regia. Ex domo igitur regia ingrediebatur atrium, ex atrio in porticum ſolii intrabat & domum. Secundum porticum hanc. כאולם הזה: .i. opere ſimili operi huius porticus iudicii, ſiue ſolii, quæ erat omnino tecta internè tabulis cedrinis. 9 Pretioſis, יקרות .i. optimis & commendatiſſimis, qui tum erant in magno pretio. Dolatorum, גזית ſectorum. Ad verbum, exciſionis. i. lapidibus qui habebant lapidum exciſorum & quadratorum magnitudinem. Quam autem magnitudinem haberent hi lapides, incertum eſt: tametſi ex ſequẽti verſu aliquid cõiici poteſt. Intrinſecus, &c. מבית ומחוץ .i. non ſolùm parte interna ædificii, ſed etiã externa. Vſq; ad *lapides* menſuræ quatuor digitorũ, עד־הטפחות ומחוץ .i. vſque ad lapides quibus incumbunt, ſiue ſuperponũtur trabes, quòd promineãt extra murum circiter quatuor digitos. Gallicè vocamus *corbeaux*. q. d. parte interna omnia cõſtructa erant lapidibus arte ſumma elaboratis, vſque ad lapides quibus incumbebãt trabes: & parte externa vſque ad eam partem quæ reſpiciebat atrium magnum in quo populus orabat. Non erat ergo porticus ſolii procul remota ab atrio magno. 10 Fundatum autem ומיוסד ſub. erat hoc ædificium. Quidam vertunt, Et fundamentũ erat factũ. i. conſtabat lapidibus. Singul. pro plur. fundamẽta prædictorũ ædificiorũ iacta erant lapidibus, &c.

11 Suprà verò ומלמעלה .i. ſupra fundamentum. Dolatorum, גזית Vt paulo antè verſu 9. i. qui habebant quantitatem quam tunc habere ſolebant lapides cæſi.

DVO SCHEMATA DOMVS SALTVS LIBANI, SIVE DOMVS COLVMNARVM, SIVE REGIAE RVSTICAE.

Primum ſchema domus ſaltus Libani, in quo ſublato pariete, oculis tuis ſubiecimus L X illas cedrinas columnas manſionis inferioris, & X L V manſionis ſuperioris.



a b Longitudo centum cubitorum.
a c Latitudo L cubitorum.
d e Altitudo x x x cubitorum.

f g h i Quatuor deambulatoria, ſiue potius quatuor ordines colũnarum cedrinarum, in inferiori parte domus, numero L X

k l m Tres ordines columnarum in ſuperiori parte, numero X L V.

n Porticus columnarum, ſiue porticus domus columnarum, aut porticus ſeu veſtibulum domus ſaltus Libani, L cubitorum longitudinis, & latitudinis x x x. porticus hæc obiecta & coniuncta fronti domus columnarum, habebat contignationem vnam deambulationis cauſa. neque certo numero columnarum conſtabat, quanuis illi ſex adiecerimus in vtroque ſchemate: quod fecimus vt intelligas eam quoque ſuum columnarum numerum habuiſſe, incertum tamen, quòd illum Scriptura non exprimat.

Secundum ſchema domus ſaltus Libani, in quo & alterum parietem regiæ ipſius, & alteros feneſtrarum ſuperioris manſionis terniones, tibi expreſſimus, Erant enim in vtroque latere ſuperioris manſionis regiæ huius ruſticæ, multiplices feneſtrarum terniones.



Abſoluto templo ædificauit Salomon regiam in ſaltu Libani, in qua per æſtatem ageret. Conſtabat hæc regia duabus manſionibus. inferior habebat L X columnas cedrinas, quòd maius onus ſuſtineret quàm ſuperior, quæ X L V columnis tantùm conſtabat. Superior manſio ſortita eſt tam copioſum feneſtrarum numerum, vt illa eſſet opportunior ventis hinc inde excipiendis. Saltus Libani in quo ædificata fuit regia hæc ruſtica, erat prope Ieruſalem. Sic autem appellatus eſt quòd amœnitate, pulchritudine, & cedrorum copia, cum ipſo Libano certare videretur. Totum ædificium regiæ ſaltus Libani oculis tuis non ſubiecimus: ſed tantùm illius partes quæ maiorem obſcuritatem videbantur habere.

Porticus ſolii ſeu tribunalis, id eſt porticus in qua ius reddebat populo Salomon, pertinebat ad regiam vrbanam, nõ ad ruſticam. Abſurdum enim eſſet dicere, Salomonem habuiſſe tribunal ruri, & non in vrbe. Hanc autem porticum, & domum filiæ Pharaonis quæ erat Salomoni vxor, non expreſſimus pictura, quòd earum metrum & formam Scriptura non tradat.

Atrium maius templi.
Atrium interius templi.

12 Porrò atrio maiori″per circuitum *erant* tres ordines″è *lapidibus* dolatis, ″& ordo vnus trabium cedrinarum, & atrio illi ′domus Iehouæ interiori,& porticui eius domus.

Hiram artifex fundit pro Salomone.

13 Mittens autem rex שׁSelomóh,tulit חHiram de Tyro:

14 Filius mulieris viduæ erat de tribu Naphthali: pater verò eius vir Tyrius faber ærarius: erátque repletus ſapientia & intelligentia,& ſcientia vt faceret omne opus ex ære: qui venit ad regem שׁSelomóh,& fecit″omne opus eius.

12 Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis,& vnius ordinis de dolata cedro:necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus.

13 Miſit quoque Rex Salomon,& tulit Hiram de Tyro,

14 Filiũ mulieris viduæ de tribu Nephthali,patre Tyrio,artificem ærarium, & plenum ſapientia & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære : qui quũ veniſſet ad Regem Salomonem,fecit omne opus eius.

12 Per circuitũ סביב .i.per omnia latera.Porticus iſta magna erat in qua populus orabat quæ non erat tecta,quæ 2.Paral.4.c.9 dicitur atriũ magnum. E *lapidibus* dolatis, גזית Ad verbũ,exciſionis. Et ordo וטור ſub.ſupra illos lapides erat. Domus Iehouæ בית־יהוה .i. quod erat ante domum Domini.q.d.idem ſentiendum eſt de atrio interiore,& de porticu. Atrium interius vocat atrium ſacerdotum. Porticum vocat atrium quod erat ante tabernaculum in veſtibulo templi. Docti exiſtimant veſtibulum,atrium ſacerdotum,& atrium populi fuiſſe continentia ædificia. 14 Omne opus eius. את־כל־מלאכתו: .i.quæcunque volebat fieri.

ALTERA COLVMNARVM ÆNEARVM VESTIBVLI TEMPLI.



a b Altitudo, XVIII cubitorum.
c Linea, ſiue filum ambiẽs, aut rotunditas, XII cubitorum.
d Capitellũ altitudinis quinque cubitorum, factum ex duobus hemiſphæriis, contectũ reticulo. in ſingulis hemiſphæriis erãt ſinguli ordines malogranatorũ ſculptorũ in ipſis maculis & interuallis reticuli. reliqua verò hemiſphæriorum portio erat ſparſa liliis. A vertice autem capitelli depẽdebãt ſeptem funiculi.

15 ″Finxit & duas columnas″æreas:″octodecim cubitorũ erat altitudo columnæ vnius: & filum duodecim cubitorũ circundabat″columnam ſecundam.

Forma colũnarum ænearum.

Ierem.52.c.21

16 Et duo″capitella fecit quæ ponerentur ſuper capita columnarum, ″fuſa *ex* ære : quinque cubitorũ erat altitudo capitelli vnius, & quĩq; cubitorũ altitudo capitelli alteriꝰ.

C

17 ′Reticula opere retis, ″funes *factos* opere catenarum capitellis quæ erãt ſuper caput columnarum : ′ſeptem *erant* capitello vni,& ſeptem capitello ſecundo.

18 Fecit ergo columnas: ″& duos ordines ĩ circuitu″in reticulo vno,vt tegerẽt″capitella″quæ *erant* ſuper caput,′malogranatis: & ſic fecit capitello ſecundo.

15 Et finxit duas columnas æreas,decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam: & ‖ linea duodecĩ cubitorum ambiebat columnam vtranque.

16 Duo quoque capitella fecit quæ ponerentur ſuper capita columnarum fuſilia ex ære: quinque cubitorũ altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorũ altitudinis capitellum alterum:

17 Et quaſi in modum retis & catenarũ ſibi inuicem miro opere contextarũ,vtrunque capitellũ columnarum fuſile erat: ſeptena verſuum retiacula in capitello vno, & ſeptena retiacula in capitello altero.

18 Et perfecit columnas, & duos ordines (per circuitum retiaculorum ſingulorũ,vt tegerẽt capitella quæ erant ſuper ſummitatem) malogranatorũ: eodẽ modo fecit & capitello ſecũdo.

F 15 Finxit & ויצר Et formauit.i.dedit formã ac figuram. fecerat enim modulos ex terra tenaci. Æreas: נחושת Ad verbum,æris.Subauditur מן Ex.i.ex ære fuſo. Octodecim שמונה עשרה plus minus ſcilicet.nõ enim Scriptura ſacra curat de præciſa quãtitate,menſura,& numero. Columnã ſecundã. את־העמוד השני: Intellige etiam primam cinxiſſe.eadẽ enim erat craſſities vnius & alterius.Filũ,ſiue linea, aut peripheria ambiens erat duodecim cubitorum : & diameter id eſt linea dimetiens,erat quatuor:quia in gyro ſunt duodecim cubiti,in diametro ſunt quatuor.eſt enim à peripheria ad diametrum proportio tripla,hoc eſt continet ter menſuram diametri,& ſeptimam eius partem,vt 22,ad 7. 16 Capitella כותרות epiſtylia.vel coronamenta. Fuſa *ex* ære: מוצק נחושת .i.ex ære fuſo facta. 17 Reticula opere retis, שבכים מעשה שבכה Cancellos factos opere reticulato.in quorum plagis & foraminibus extabãt malogranata. Funes גדילים Gallicè,*des cordelettes*. Quidam vertunt, reticula contexta in morẽ catenarum. Septem שבעה ſub.funes concatenati.ſiue,reticula ſeptem. 18 Et duos ordines ושני טורים ſub.malogranatorum. In reticulo vno, על־השבכה האחת Idem de ſecundo intelligendum. Capitella הכותרות .i.mediam partem capitellorum,nempe tertium illum cubitum. Quæ *erant* ſuper caput, אשר על־ראש .i.quæ erant impoſita ſummitatibus,ſub.columnarum. Malogranatis: תרמנים .i.vt duobus illis ordinibus malogranatorum tegeretur pars media capitellorum,nempe tertius ille cubitus.

Capitella autem 'quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilii fabricata erant in porticu, quatuor cubitorum.

19 Capitella autē *illa* ' quæ *erant* ſuper caput columnarum, *erat* 'opus lilii in porticu, "quatuor cubitis.

Et rurſum alia capitella in ſummitate columnarum déſuper iuxta menſuram colūnæ cōtra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant incircuitu capitelli ſecundi.

20 Capitella inquā *illa quæ erant* ſuper duas columnas, etiam déſuper eregione ventris *capitelli*, "qui *erat* vltra reticulum, *habebant malogranata*: nam malogranata ducēta erāt in ordinibus *duobus* per circuitū "ſuper capitellum ſecundum.

Et ſtatuit duas columnas in porticu templi: quúmque ſtatuiſſet columnā dexterā, vocauit eā nomine Iachin: ſimiliter erexit columnam ſecūdam, & vocauit nomen eius Booz.

21 'Statuit deinde columnas illas in porticu templi: & ſtatuit columnam dexteram, vocauítque nomen eius 'Iachin: ſtatuit & columnam ſiniſtram, vocauítque nomen eius 'Bóyaz.

Iachin.

Booz.

Et ſuper capita columnarum opus in modum lilii poſuit: perfectúmque eſt opus columnarum.

22 'Et ſuper caput columnarum 'opus lilii: abſolutum eſt itaque opus columnarum.

19 Quæ *erant* ſuper caput col. אשר על ראש העמודים .i.quæ ſuperpoſita erant ſummitatibus columnarū. Opus lilii in porticu, מעשה שושן באולם .i. opere liliorum erant facta tali, quale viſitur in veſtibulis domorum elegantioribus. Quatuor cubitis. ארבע אמות: .i.per quatuor cubitos reliquos: duos inferiores ſcilicet, & duos ſuperiores: nam medium erat ſparſum malogranatis. Ex quinque partibus, quatuor erant opertæ liliis. 20 Qui *erat* vltra reticulū, אשר לעבר השבכה qui *uenter erat* è latere reticuli. ſub. habebāt malogranata. q.d. non ſolùm habebant lilia, ſed etiam malogranata. Super capitellum ſec. על הכותרת השנית: in capitello ſecundo. i. altero. hoc eſt in primo, ſimiliter & in ſecundo. 21 Statuit deinde ויקם Erexit deinde. Iachin: יכין Hæc vox ſignificat, confirmet. q.d. Vtinam confirmet ac ſtabiliat Deus hanc domum, faciat eam perpetuam ac ſtabilem. Bóyaz. בעז: Dictio iſta ſignificat fortitudinem & vigorem: acſi diceret, Vtinam ſit in ea domo vigor perpetuò: ſitque in fortitudine, hoc eſt ſtabilis ſit ac permanens. Eodē tendit vtriuſque columnæ nomen. 22 Et ſuper caput ועל ראש .i. in ſummitate illarū columnarū poſuit. Opus lilii: מעשה שושן .i. opus liliorum, hoc eſt capitella quæ erāt penè tecta liliis.

D Fecit quoque mare fuſile decem cubitorum à labio vſque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo eius, & reſticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

23 Fecit quoque mare fuſum decem cubitorū à labro eius vſque ad labrum eius, rotundum "in circuitu: & quinque cubitorum erat altitudo eius, "filúmque triginta cubitorum ambiebat illud per circuitum.

Mare fuſile.

Et ſculptura ſubter labiū circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines ſculpturarum ſtriatarū erant fuſiles.

24 "Tubercula autem inſtar colocynthidum ſubter labium eius per circuitum, "circundabant illud: decem "in cubito, ambiebant mare per circuitū: duo ordines turberculorum fuſorum erant "in fuſione illius.

Et ſtabat ſuper duodecim boues, è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidētem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare ſuper eos déſuper erat: quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant.

25 Stabat *mare* ſuper duodecim boues: tres "reſpiciebant ad Aquilonem, & tres reſpiciebant ad Occidentem, & tres reſpiciebant ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientē: & mare ſuper eos ſupernè erat, & omnia poſteriora eorum "intrinſecus erant.

Groſſitudo autē luteris, triū vnciarū erat, labiúmque eius quaſi labium calicis, & folium repandi lilii, duo millia batos capiebat.

26 "Denſitas autem eius *erat* palmus: & labium eius erat "ſecundum opus labii calicis *&* floris lilii: duo millia batorum capiebat.

23 In circuitu: סביב .i. tam parte ſumma, quàm infima: erat rotundum à ſummo ad imum. Filúmque וקוה lineáque. vel, reſticula.
24 Tubercula a. inſtar coloc. ופקעים וגו' Tubercula autem ſimilia cucurbitis. in quibus erant formata capita boum, vt ex 2. Paral. 4. a. 3, videre eſt. Circundabant illud: סובבים אותו cingebant illud. In cubito, באמה .i. in ſingulis cubitis erant dena tubercula. erant ergo trecenta. In fuſione illius. ביצוקתו: .i. fuerunt fuſa quando mare illud fuit fuſum. q.d. non fuerunt aduentitia, ſiue appoſititia.
25 Reſpiciebant פונים ſpectabant. conuerſi erant. Intrinſecus erant. ביתה: .i. deliteſcebant.
26 Denſitas autē eius, palmus: ועביו טפח Craſſitudo autē *circunferentiæ erat* vnius palmi. Secundū opus labii cal. *&* floris lilii: כמעשה שפת־כוס פרח שושן .i. erat factum inſtar labii calicis, & floris lilii. ſunt enim flores lilii curuati. Alii vertunt, *&* flos lilii *erat in eo*. i. maris illius labium ſparſum erat floribus lilii. Sic Chaldæus paraph.

DESCRIPTIO MARIS, ID EST VASIS CONTINENTIS AQVAE VIM MAXIMAM

b Latitudo, x cubitorũ.
c d Altitudo, v cubitorũ.
e f Rotũditas, xxx cubitorum.
g Cincturæ ornatæ tuberculis trecẽtis, inſtar cucurbitarũ, in quibꝰ deformata erãt capita boũ, 2. Par. 4. a. 3. In capitibꝰ autẽ illis boum erant saliẽtes ad educendam aquam.



Baſes æneæ.

Fecit prætereaʺ baſes decẽ æreas: quatuor cubitorum *erat* longitudo baſis vnius, & quatuor cubitorum latitudo eius, & trium cubitorum altitudo eius. 27

ʺHoc autem *eſt* opus baſis.ʺ cincturæ *erant* in ipſis, quæ cincturæ *erant* inter prominentias.ʺ 28

Et ſuper cincturas illas quæ erant inter prominentias *erant* leones, boues, & Cherubim:ʺ & ſuper prominentias *erat* baſis deſuper: & ſubter, leonesʺ & boues,ʺ additamenta *quædam* opere extenſo. 29

Quatuor autẽ rotæ æreæ *erant* baſibus ſingulis,ʺ & tabulæ æreæ: & *in* quatuor ʺangulis eiusʺ humeruli erant: & ſubter cõcham humeruli fuſi *erant*ʺ ex latere ſingulorum additamentorum. 30

ʺOs verò eiꝰʺ intra capitellũ *erat*:ʺ & ſupernè, in cubito (os autẽ eiꝰ erat rotundũʺ opere baſis) cubitꝰ & dimidiũ cubiti. & etiãʺ ſuper os ipſum *erant* cælaturæ,ʺ cum cincturis ſuis,ʺ quadratæ, nõ rotundæ. 31

27 Et fecit decẽ baſes æneas, quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.

28 Et ipſum opus baſium, inter raſile erat, & ſculpturæ inter iuncturas.

29 Et inter coronulas & plectas, leones & boues & Cherubim: & inter iuncturas ſimiliter deſuper: & ſubter leones & boues quaſi lora ex ære dependentia.

30 Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei: & per quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterẽ fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. F

31 Os quoque luteris intrinſecus erat in capitis ſummitate: & quod forinſecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundũ, pariterq́ʒ habebat vnũ cubitum & dimidium: in angulis autẽ columnarũ variæ cælaturæ erãt: & media intercolũnia, quadrata, nõ rotũda.

27 Baſes את־המכנות quæ ſcilicet ſupponendæ erant decem conchis.

28 Hoc autem opus baſis. וזה מעשה המכונה .i. Singularũ baſium apparatus erat huiuſmodi. vel, Singulæ baſes erant factæ in hunc modũ. Cincturæ *erant* in ipſis, &c. מסגרות להם וגו׳ .i. ſingulæ baſes habebant ſingulas cincturas: & ſingulæ cincturæ erant inter prominentias duas, imam ſcilicet & ſummã. Prominẽtias vocat quæ ſpondis lectorũ veteri forma ſtructorum erãt ſimiles: quæ ſic dicebantur Hebræis quòd eſſent inſtar graduum. q. d. pars illa ima & ſumma prominebat.

29 Et ſuper prominentias ועל השלבים .i. vltra prominentias, imam & ſummam. i. in ſummitate, ſiue ſumma parte magnæ baſis erat alia paruula baſis, ſiue columnella quædã vice baſis. Prominẽtias vocat, *les bors & mouleures.* Et boues ולבקר ſub. & cherubimos, qui ſcilicet erant in cincturis illis. Additamẽta *quædam*, &c. לויות מעשה מורד: .i. adiectitia quædã facta opere extenſo, id eſt, quæ non fuerunt facta quũ funderetur baſis ipſa. Erant enim tubercula quædã adiectitia quæ erant vice baſium, quibus ſcilicet videbantur incumbere animalia illa: vt poni ſolent ſub ſimulachris.

30 Et tabulæ æreæ: וסרני נחושת: quibus ſcilicet latera baſis quadratæ tegebantur, & quæ adiacebant prominentiis. Angulis eius פעמותיו ſub. baſis. i. ſingularum baſium quæ adiacebant prominentiis eius. Humeruli כתפות .i. fulcra, ſuſtentacula, columnellæ. Ex latere ſingul. add. מעבר איש לויות: hoc eſt in fundo ac parte ima ipſius conchæ.

31 Os verò ופיהו Et orificium eius. ſub. baſis quadratæ. Intra capitellum מבית לכותרת .i. intra baſim ipſam paruam. Et ſupernè, in cubito ומעלה באמה & ſurſum .i. parte ſuperna. q. d. ſiquis parte ſuperna ad vmbilicum eius metiri velit columnellam illam menſura cubitali, habebit cubitum & dimidium latitudinis. Opere baſis מעשׂ־כן .i. factum ad ſimilitudinem baſis. Super os ipſum על־פיה .i. iuxta orificium ipſius capitelli. Cũ cincturis ſuis, ומסגרותיהם & cincturæ earum, nempe omnium baſium. Quadratæ, מרובעות Cincturas latas fuiſſe dicit, vt ſunt zonæ latæ.

32 Quatuor quoq; rotæ quæ per quatuor angulos baſis erant, cohærebant ſibi ſubter baſim: vna rota habebat altitudinis cubitum & ſemis.

33 Tales autem rotæ erant quales ſolēt in curru fieri: & axes earũ, & radii, & canthi, & modioli, omnia fuſilia.

34 Nam & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius, ex ipſa baſi fuſiles & coniuncti erant.

35 In ſummitate autẽ baſis erat quædã rotũditas vni⁹ & dimidii cubiti, ita fabrefacta vt luter deſuper poſſet imponi, habens cælaturas ſuas variáſque ſculpturas ex ſemetipſa.

36 Sculpſit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubĩ, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinẽ hominis ſtãtis, vt nõ cælata, ſed appoſita per circuitũ videretur.

F

37 In hunc modum fecit decem baſes fuſura vna, & menſura, ſculpturáque ſimili.

32 Quatuor item rotæ illæ erãt intra cincturas & axes rotarum, ″in baſi ipſa altitudo rotæ vnius erat cubitus & dimidium cubiti.

33 ″Opus præterea rotarum erat ſicut opus rotæ currus: ″axes earũ, & modioli earũ, & canthi earũ, & radii earum, omnia erant fuſa.

34 Quatuor ergo humeruli *erant* ſuper quatuor angulos ″baſis vnius: ″ex baſi ipſa *erant* humeruli eius.

35 Et in ſummitate ″baſis *erat* ″dimidium cubiti *in* altitudine rotunda per circuitum: & in ſummitate illius baſis *erant* prominentiæ eius, & cincturæ eius ex ipſa.

36 Et fecit cælaturas in tabulis prominentiarũ eius, & in ″cincturis eius, cherubím, leones, & palmas ex latere cuiuſque additamentorum per circuitum.

37 ″Ad hũc modum fecit decem baſes: fuſura ″eadem, menſura eadem, ″inciſio eadem *erat* cunctis ipſis.

32 In baſi במכונה q.d. non ſupponebantur baſi, ſed erant intra ipſam baſim. 33 Opus præterea rotarũ, &c. מעשה האופנים וגו׳ Opus dicimus Gallicè *La facon*. Rotæ igitur illæ ſimiles erãt ac perinde factæ atque rotæ currrũ. Axes earũ, &c. ידותם וגו׳ axes erãt illis, habebãt & modiolos, & canthos, & radios: quæ omnia erant fuſa. i. ex ære fuſili. 34 Baſis vnius: המכונה האחת *in* baſe vna. i. in ſingulis baſibus. ſiue per ſingulas baſes. Ex baſi ipſa, &c. מן־המכנה כתפיה: i. fulcra, ſiue ſuſtẽtacula ipſius erant ex eadem maſſa ænea. Gallicè, *De la meſme piece*. q.d. non erant adiectitia, ſed fuerant fuſa vnà cum baſe. 35 Baſis המכונה ſub. quadratæ. intelligit baſim illam paruam. Dimidium cubiti *in* altit. &c. חצי האמה קומה וגו׳ i. erat columnella quædam, ſiue baſis rotunda, cuius altitudo non excedebat dimidium cubitum: & iuxta ſummitatem illius paruæ baſis ſuperpoſitæ magnæ baſi, erant prominentiæ eius, hoc eſt habebat ſuas prominentias: & cincturæ ſingularum erant ex eadem materia. vt paulo antè, verſu 33. 36 Cincturis eius, מסגרותיה nempe paruæ columnæ, ſiue baſis. 37 Ad hunc modũ כזאת Ad verbũ, Secundum hoc. Decẽ iſtas baſes de quibus loquitur, videre potes in tabella præcedente, in qua pictũ eſt templum tectum, in atrio ſacerdotum. Eadem, אחד Ad verbum, vna. Inciſio eadem קצב אחד ſculptura vna. vel, eadem.

LVTERIS, SIVE CONCHAE VNIVS E DECEM FORMA.



a b Lõgitudo baſis, quatuor cubitorum.
a c Latitudo, quatuor cubitorum.
a d Altitudo, triũ cubitorũ.
e Prominentiæ.
f Cinctura, in qua imagines leonum, boum, & cherubim.
g Rotæ quatuor, altitudinis cubiti & ſemis.
h Columella in formã capitelli, latitudinis cubiti & dimidii, & dimidii altitudinis, in qua cælaturæ cherubim, leonum, & palmarum.
i Humeruli ſiue ſuſtentacula.
k Luter, quatuor cubitorũ in diametro.

38 Fecit quoque decem lutéres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, erátque quatuor cubitorum: ſingulos quoque luteres per ſingulas, id eſt decem, baſes poſuit.

39 Et conſtituit decem baſes, quinque ad dexteram partem templi, & quin

38 Fecit & decem conchas æreas: quadraginta batos capiebat concha vna: quatuor cubitorum erant ſingulæ conchæ, ″concha vna ſuper baſim vnam, decem baſibus.

39 Et poſuit baſes quinque ″ad latus domus à dextera: & quinque

Luteres decem ænei.

38 Concha vna, &c. כיור אחד וגו׳ i. ſingulis baſibus, quæ decem erant, ſingulas conchas ſuperpoſuit.
39 Ad latus domus על־כתף הבית in latere domus. i. atrii ſacerdotum, quod erat coniunctum domui, ſiue templo.

ad latus domus à ſiniſtra eius : mare quoque poſuit à latere domus dextro ad Orientem contra Meridiem.

40 Fecit præterea חיHirám conchas,& ſcopas,″& pelues: cõpleuítque חיHirám facere vniuerſum opus quod fecit regi שSelomóh in domo Iehouæ:

41 Columnas duas,″& vaſa rotunda capitellorum quæ erãt ſuper caput columnarum duarum:& reticula duo,vt operirent duo illa vaſa rotunda capitellorũ quæ erant ſuper caput columnarum.

42 Et malogranata quadringẽta in duobus reticulis, *nempe* duo ordines malogranatorũ erant reticulo vno ad operiendum duo illa vaſa rotunda capitellorum quæ erant″in ſuperficie columnarum:

43 Et baſes decem,atque conchas decem ſuper baſes:

44 Et mare vnum,& boues duodecim ſubter mare:

45 Et lebetes,& ſcopas,& pelues:& omnia vaſa″hæc quæ fecit חיHirám regi שSelomóh in domo Iehouæ,erant ex ære′polito.

46 In planitie Iardén fudit ea Rex″in denſitate terræ inter סSucchóth & צSarthán.

47 ′Et omiſit שSelomóh omnia vaſa: propter multitudinem′nimiam non eſt exploratum pondus æris.

48 Fecit inſuper שSelomóh omnia vaſa *alia*″quæ *erant pro* domo Iehouæ,″altare aureum, & menſam ſuper quam erant panes facierũ, auream:

49 Et candelabra,quinque à dextera,& quinque à ſiniſtra ante Oraculũ,ex auro puriſſimo,& flores,& lucernas,& forcipes ex auro,

50 Et hydrias,″& pſalteria,& pelues,& cochlearia,& acerras,ex auro puro : & cardines valuis domus interioris, *id eſt* ſanctitatis ſanctitatum,*&* valuis domus,*id eſt* templi,aurei.

51 Abſolutum eſt itaque vniuerſum opus quod fecit rex שSelomóh pro domo Iehouæ,& intulit שSelomóh″ſanctitates Dauidis patris ſui , argentum & aurum & vaſa , *&* repoſuit *ea* in theſauris domus Iehouæ.

Cap. VIII.

Collocatur arca in templo.

1 TVnc cõuocauit שSelomóh ſeniores Iשſraאélis,&omnia capita tribuum,′principes patrũ filiorum Iשſraאél,″ad ſe in Ieruשſaláim,′vt transferrent arcam fœderis Iehouæ de Ciuitate Dauidis,″ipſa eſt צSiión.

2 Conuenerunt itaque ad regem שSelomóh omnes viri Iשſraאelis in menſe″Septembri″in ſolennitate:is eſt menſis ſeptimus.

3 Quum autem veniſſent omnes Seniores Iשſraאelis,tulerunt ſacerdotes arcam,

4 ′Et transtulerunt arcam Iehouæ,tabernaculum eccleſiæ,& om-

que ad ſiniſtram: mare autem poſuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem.

40 Fecit quoque Hiram lebetas, & ſcutras & amulas,& perfecit omne opus regis Salomonis in tẽplo Domini:

41 Columnas duas, & funiculos capitellorũ ſuper capitella columnarum duos: & retiacula duo , vt operirent duos funiculos,qui erant ſuper capita columnarum.

42 Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos verſus malogranatorum in retiaculis ſingulis,ad operiendos funiculos capitellorum qui erant ſuper capita columnarum:

43 Et baſes decem , & luteres decem ſuper baſes:

44 Et mare vnũ , & boues duodecim ſubter mare:

45 Et lebetes,&ſcutras,& amulas:oĩa vaſa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini,de aurichalco erãt. G

46 In campeſtri regione Iordanis fudit ea Rex in argilloſa terra,inter Sochoth & Sarthan.

47 Et poſuit Salomõ omnia vaſa:propter multitudinem autem nimiã nõ erat pondus æris.

48 Fecitque Salomon omnia vaſa in domo Domini:altare aureum,& mẽſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis,auream:

49 Et candelabra,quinq; ad dexterã,& quinque ad ſiniſtrã cõtra Oraculũ ex auro puro,&quaſi lilii flores & lucernas deſuper aureas&forcipes aureos,

50 Et hydrias,& fuſcinulas,& phialas, & mortariola , & thuribula de auro puriſſimo : & cardines oſtiorum domus interioris ſancti ſanctorũ , & oſtiorum domus templi, ex auro erãt.

51 Et perfecit omne opus quod faciebat rex Salomõ in domo Domini, & intulit quæ ſanctificauerat Dauid pater ſuus,argentum,& aurum,& vaſa, repoſuitque in theſauris domus Domini. 2.Para.5.a.b

Cap. VIII.

1 TVnc cõgregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cũ principibus tribuũ,& duces familiarum filiorũ Iſrae' ad regem Salomonem in Ieruſalem, vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id eſt de Siõ. 2.Paral.5.a.b

2 Conuenitque ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe Ethanim in ſolenni die:ipſe eſt menſis ſeptimus.

3 Venerúntq; cuncti ſenes de Iſrael, & tulerunt arcam ſacerdotes,

4 Et portauerunt arcam Domini, & tabernaculũ fœderis , & omnia vaſa

---

40 Et pelues: ואת־המזרקות Vaſa erant è quibus ſpargebatur aqua aut ſanguis. 41 Et vaſa rotunda capitel. וגלת הכתרות & bina hemiſphæria[ſiue,dimidiatos globos]capitellorum. 42 In ſuperficie על־פני .i.ſuper caput. 45 Hæc האהל Legitur &האוהל tabernaculi. acſi dicat, inſtar vaſorum tabernaculi teſtimonii, vt ait doctus inter Hebræos. Chaldæus paraph. & omnia vaſa iſta ſecundũ opus vaſorũ tabernaculi,quæ fecit Moſes,ſic fecit Hirã regi Selomoh in domo ſanctuarii Domini ex ære optimo. Polito. ממורט: terſo.i.mũdo ab omni rubigine. 46 In denſitate terræ במעבה האדמה .i.in terra denſa,hoc eſt argilla,apta ſcilicet vt ex ea fiant moduli in quibus fundantur vaſa metallica. 47 Et omiſit וינח Et dimiſit.i.neglexit diſquirere rationem ponderis æris, & quanti ponderis eſſent vaſa illa. Nimiam מאד מאד Ad verbum,valde valde. 48 Quæ *erant pro* domo Ieh. אשר בית יהוה quæ *pertinebant ad* domum Iehouæ. Altare aureum, את מזבח הזהב Significat altare incenſi. 50 Et pſalteria, והמזמרות & inſtrumenta muſica.

51 Sanctitates Dauidis את־קדשי דוד .i.quæcunque Dauid conſecrauerat Deo.

IN CAPVT VIII.

1 Principes patrum נשיאי האבות duces maiorum.i .antiquarum familiarum. Exponit quod dixerat,Capita tribuũ. Ad ſe אל המלך שלמה Ad verbum,ad regem שSelomoh. Antecedens pro relatiuo. Vt transferrent להעלות Ad verbum, vt aſcendere facerent. Ipſa eſt צSiión. היא ציון: .i.quæ alio nomine dicitur Sion. 2 Septembri, האתנים Ad verbũ,אEthanim. Septẽber dicitur Hebraicè mẽſis fortium,propter fructus arborum & fruges,quæ collectæ eo menſe reponuntur in horrea.Fructibus ſiquidem confirmatur cor hominis:humana quoque vita roboratur. Vel propter crebra & magna feſta quæ in ipſo mẽſe celebrabantur, feſtũ nempe tabernaculorũ, dies expiationum, & feſtum dedicationis.Chaldæus paraph.quem veteres primùm vocabant : nunc autem eſt menſis ſeptimus. Acſi dicat, (inquit doctus inter Hebræos)vocabant primum veteres, à creatione mundi, quòd mundus eo menſe (inquiunt) conditus ſit: nunc autem ex quo egreſſi ſunt filii Iſrael ex AEgypto,eſt menſis ſeptimus:& Martius,primus menſis. In ſolennitate: בחג .i.ſub feſtum ipſum tabernaculorum.

4 Et tranſtulerunt ויעלו Et intulerunt.Ad verbum,Et aſcendere fecerunt.Sic mox. Tranſtulerunt,ſub.in ſanctum ſanctorum. Sacerdotes

ter arcam fœderis tulerunt, Quum tranſierunt Iordanem, Quum circuierunt Iericho, Et quum eam reduxit Dauid, Quartò hîc in templum. Nam erat Leuitarum hoc deferendæ arcæ fœderis munus: non licebat autem illis intrare in Sanctũ ſanctorum. quòd ſi potuiſſet Pontifex ſolus deferre, nõ fuiſſet vſus opera ſacerdotũ. In Paralipomenis dicũtur Leuitæ arcã intuliſſe: quod nomen eſt generale tam ad ſacerdotes, quàm ad alios. Vel, Leuitæ tulerũt vſque ad Sanctũ ſanctorũ, poſtea intulerũt ſacerdotes. Aut ſacerdotes intulerũt arcã, & Leuitæ reliqua in theſaurũ tẽpli.

ſanctuarii quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ.

5 Rex autem Salomõ, & omnis multitudo Iſrael quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues abſque æſtimatione & numero.

6 Et intulerunt ſacerdotes arcã fœderis Domini in locum ſuum, in Oraculum templi, in Sãctum ſanctorum ſubter alas Cherubim.

7 Siquidem Cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, & protegebãt arcam, & vectes eius deſuper.

8 Quúmque eminerent vectes, & appareret ſummitates eorum foris Sanctuariũ, ante Oraculũ nõ apparebant vltrà extrinſecus, qui & fuerunt ibi vſque in præſentem diem.

Heb.9.a.4 Deut.10.a.5

9 In arca autem non erat aliud ‖niſi duæ tabulæ lapideæ‖ quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cũ filiis Iſrael quum egrederentur de terra AEgypti.

Exod.40.d.34 B

10 ‖Factum eſt autem, quũ exiſſent ſacerdotes de Sanctuario, nebula impleuit domum Domini,

11 Et non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulã: impleuerat enim gloria Dñi domũ Domini.

2.Para.6.a.1

12 ‖Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula.

13 AEdificans ædificaui domũ in habitaculum tuum, firmiſſimũ ſolium tuum in ſempiternum.

14 Cõuertitque Rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſię Iſrael: omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat.

15 Et ait, Benedictus Dominus Deus Iſrael qui loquutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meum, & in manu ſua perfecit, dicens,

16 A die qua eduxi populum meũ Iſrael de AEgypto, nõ elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomẽ meum ibi: ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper populum meum Iſrael.

2.Reg.7.a.1

17 ‖Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael:

18 Et ait Dominus ad Dauid patrem meum, Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti hoc ipſum mente tractans.

19 Veruntamen tu non ædificabis domum, ſed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipſe ædificabit domũ nomini meo.

20 Confirmauit Dominus ſermonem ſuum, quem loquutus eſt: ſtetiq; pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thro-

nia vaſa ſancta quæ erant in tabernaculo: tranſtulerunt inquam ea ſacerdotes & Leuitæ.

5 Rex autẽ שSelomóh & vniuerſa cõgregatio Iשſraאelis quæ cõuenerat ad eum, ″*erat* cum eo ante arcã immolãtes oues & boues, quæ neque numerari, neque ſupputari poterant præ multitudine.

6 Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Iehouæ in locũ ſuum, in Oraculũ domus, in Sanctitatẽ ſanctitatũ ſubter alas Cherubim:

7 Nam Cherubim expandebant alas ſupra locum arcæ, operiebántque Cherubim arcam, & vectes eius deſuper.

8 ″Et extraxerunt vectes, apparebántque capita vectium ″è Sanctitate ″corã Oraculo, ″& nõ apparebant extrinſecus, fuerúntque illic vſque ad diem hanc.

9 Nõ erãt in *ea* arca ″niſi duæ tabulæ lapideæ, quas illic repoſuerat Moשſéh in חHoréb, ″quando pepigit Iehouáh *fœdus* cum filiis Iשſraאelis, quando egreſſi ſunt è terra AEgypti.

Tabulæ teſtamẽti in arca repoſitæ.

10 Fuit autem, quum exirẽt ſacerdotes è Sanctitate, ″nubes repleuit domum Iehouæ.

Nebula implet templum.

11 Neque poterant ſacerdotes ſubſiſtere adminiſtrandum propter nubem: repleuerat enim gloria Iehouæ domum Iehouæ.

12 Tũc dixit שSelomóh, Iehouáh ″dixit ꝙ habitaret ĩ ipſa caligine.

13 AEdificando ædificaui domum habitationis tibi, locum vt habites *ibi* in ſecula.

14 Conuertit autem faciem ſuam, & benedixit vniuerſæ congregationi Iשſraאelis: tota autem congregatio Iשſraאelis ſtabat.

Salomon benedicit cõgregationi, pòſt gratias agit Deo.

15 Dixítque, ″Benedictus ſit Iehouáh Deus Iשſraאelis, qui loquutus eſt ore ſuo Dauidi patri meo, ″& manu ſua adimpleuit, dicẽdo,

16 A die qua eduxi populum meum Iשſraאelem ex AEgypto, non elegi ciuitatem ex vniuerſis tribubus Iשſraאelis ad ædificandam domum, ″vt eſſet nomen meum ibi: ′ſed elegi Dauidem vt eſſet ſuper populum meum Iשſraאelem.

Electus Dauid.

17 ″Fuit autem in corde Dauidis patris mei ædificare domum nomini Iehouæ Dei Iשſraאelis:

18 At Iehouáh dixit Dauidi patri meo, Eo quòd fuerit in corde tuo ædificare domũ nomini meo, bene feciſti quòd fuerit in corde tuo:

19 Veruntamen tu non ædificabis domum, ſed filius tuus ″qui egreſſurus eſt de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo.

20 Cõfirmauit itaque Iehouáh verbum ſuum quod loquutus eſt, ″& ſurrexi pro Dauide patre meo, & ſedi ſuper thronum Iשſraאe-

Promiſſiones ſuas implet Deus.

---

5 *Erat* cum eo אתו *erat* iuxta [ſiue, apud] ipſum. 8 Et extraxerunt ויארכו Ad verbum, Et elongare fecerunt. ſub. in partem anteriorem verſus introitum Oraculi. Non totos extraxerunt, ſed partem aliquam. Vectes in extremitatibus arcæ per latitudinem, non per longitudinem diſpoſiti erant. E Sanctitate מן־הקודש è Sanctuario. i. è templo. Coram Oraculo, על־פני הדביר in facie Oraculi. i. in parte quæ erat in fronte, hoc eſt, in introitu Oraculi. Et non apparebant extr. ולא יראו החוצה .i. non excedebant Oraculum ipſum.

9 Niſi duæ tabulæ רק שני לוחות Iſtud רק non excludit vrnam in qua erat manna, & virgã Aharonis, quæ continebantur in ipſa arca: ſed ſenſus eſt, Nihil aliud, ex tota Lege ſcilicet, ſiue ex libro Legis cõtinebatur in arca, niſi, &c. Quãdo pepigit אשר כרת quod *fœdus* pepigerat. Tabulas vocat fœdus, ſiue cõditiones fœderis. quòd in illis ſcriptũ eſſet fœdus. Chal. paraph. in quibꝰ erat deſcriptũ fœdus quod pepigit, &c.

10 Nubes repleuit והענן מלא vt nubes repleret. Per nubem & caliginẽ indicabat Deus præſentiam ſuam. 12 Dixit אמר .i. ſtatuit ac decreuit. q.d. per hanc nubem intelligo Deum delegiſſe ſibi hunc locum & ſedem hanc, tanquam ſibi gratiſſimam. Chaldæus paraph. Deus ſtatuit vt maieſtas ſua habitet in Ieruſalem. i. in templo extructo Ieroſolymis. 15 Benedictus ſit ברוך .i. laudetur. omni laude efferatur. laudandus eſt à nobis. Et manu ſua adimpl. ובידו מלא .i. liberalitate ſua, vel potentia adimpleuit quod pollicitus fuerat.

16 Vt eſſet nomen m. ibi: להיות שמי שם Hebraiſmus, quæ dicaretur nomini meo, & in qua inuocarer. Sed elegi. ואבחר .i. vſque ad hoc tempus quo elegi Dauidem. 17 Fuit autem in corde Daui. ויהי עם לבב דוד Hebraiſmus, pro cogitauit & ſtatuit apud ſe Dauid.

19 Qui egreſſurus eſt היוצא Ad verbum, egrediens. Præſ. Heb. pro fut. Chaldæus paraph. quẽ gignes. 20 Et ſurrexi pro D. ואקום תחת דוד Hebraiſmus, ſuffectus ſum in locum Dauidis, &c. vel, ſucceſſi illi, hoc eſt, adeptus ſum regnum Dauidis patris mei, iuxta promiſſionem à Deo illi factam: atque ita confirmata & impleta eſt illa promiſſio.

lis, quemadmodum loquutus eſt Iehouáh, & ædificaui domum nomini Iehouæ Dei Iשſraאelis:

21 Poſuíque ibi locum ipſi arcæ, in qua eſt 'fœdus Iehouæ quod pepigit cum patribus noſtris quum eduxit eos è terra AEgypti.

Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo.

22 Conſtitit autem שSelomóh "ante altare Iehouæ coram vniuerſa congregatione Iשſraאelis, & expandit palmas ſuas ad cælum,

23 Ac dixit, Iehouáh Deus Iשſraאél, nõ eſt ſimilis tibi Deus *nec* in cælo deſuper, nec ſuper terram deorſum, 'cuſtodiens pactũ & miſericordiam ſeruis tuis qui ambulant coram te toto corde ſuo.

24 Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quæ loquutus es ei: 'loquutus nanque es ore tuo, & manu tua impleſti, ſecundũ diẽ hãc.

25 Nunc igitur ô Iehouáh Deus Iשſraאelis, cuſtodi ſeruo tuo Dauidi patri meo quæ loquutus es ei, dicẽdo, 'Nõ excidetur tibi vir à facie mea ſedẽs ſuper thronũ Iשſraאelis: "ſi modò cuſtodierint filii tui 'viã ſuã *quæ eſt* vt ambulent corã me, ſicut ambulaſti corã me.

26 Nunc inquam ô Deus Iשſraאél, 'ſtabiliatur obſecro verbũ tuum quod loquutus es ſeruo tuo Dauidi patri meo.

27 'Verúmne eſt quòd habitabit Deus ſuper terrã? ecce, 'cælũ & cæli cælorũ "te non cõtinẽt: quãto minus domus iſta quã ædificaui?

28 At *tu* reſpice 'ad orationem ſerui tui, & ad deprecationem eius ô Iehouáh Deus mi, exaudiendo clamorem & orationẽ quam ſeruus tuus orat coram te hodie:

29 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam nocte ac die in loco de quo dixiſti, 'Erit nomen meum ibi: *&* vt audias orationem quam 'orabit ſeruus tuus in loco iſto.

30 Exaudias inquam deprecationẽ ſerui tui & populi tui Iשſraאelis qui orauerit in loco iſto: tu quidem exaudias de loco habitationis tuæ, *id eſt* de cælis, exaudias & parcas.

Iuramentum.

31 'Quum peccauerit vir in proximum ſuum, "& detulerit in eũ iuramentum, *ita* vt cogat eum iurare, & venerit "iuramẽtum ante altare tuum in domo hac:

32 Tu "exaudias in cælo, "& facias, & iudices ſeruos tuos, 'cõdemnando impium, "vt des viã eius in caput eius: '& iuſtificando iuſtum, "dãdo ei ſecundum iuſtitiam eius.

Bellum.

33 Quando cæſus fuerit populus tuus Iשſraאél 'coram inimico, quòd "peccauerint tibi, "& reuerſi fuerint ad te, '& confeſſi fuerint nomen tuũ, & orauerint, deprecatíque fuerint te in domo hac:

34 Tu exaudias in cælo, & parcas 'peccato populi tui Iשſraאelis,

num Iſrael, ſicut loquutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael.

21 Et conſtitui ibi locum arcæ in qua fœdus Domini eſt, quod percuſſit cũ patribus noſtris quando egreſſi ſunt de terra AEgypti.

C

22 Stetit autem Salomon ante altare Domini in cõſpectu eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum,

23 Et ait, ‖Domine Deus Iſrael, nõ eſt ſimilis tui deus in cælo déſuper, & ſuper terrã deorſum, qui cuſtodis pactũ & miſericordiã ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo.

2.Mach.2.b.8

24 Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæ loquutus es ei: ore loquutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat.

25 Nunc igitur Domine Deus Iſrael, cõſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ loquutus es ei, dicens, ‖Nõ auferetur de te vir corã me, qui ſedeat ſuper thronũ Iſrael: ita tamẽ ſi cuſtodierint filii tui viã ſuã, vt ambulẽt coram me ſicut tu ambulaſti ĩ cõſpectu meo.

2.Reg.7.b.12, & c.16

26 Et nunc Deus Iſrael, firmentur verba tua quæ loquutus es ſeruo tuo Dauid patri meo.

27 Ergóne putãdũ eſt quòd verè Deus habitet ſuper terram? ſi enim cælũ & cæli cælorũ te capere nõ poſſunt, quãto magis domus hæc quã ædificaui?

28 Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Dñe Deus meus: audi hymnum & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie:

29 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte ac die, ſuper domum de qua dixiſti, ‖Erit nomen meũ ibi: vt exaudias orationẽ quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus:

Deut.12.b,11

30 Vt exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrael, quodcunque orauerint in loco iſto: & exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & quum exaudieris, propitius eris.

31 Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur aſtrictus, & venerit propter iuramentum corã altari tuo in domum tuam:

D

32 Tu exaudies in cælo, & facies, & iudicabis ſeruos tuos, cõdemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificánſque iuſtũ, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam.

33 Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac:

34 Exaudi in cælo, & dimitte peccatũ populi tui Iſrael, & reduces eos in ter

---

21 Fœdus Iehouæ, ברית יהוה .i. tabulæ in quibus erant præcepta & cõditiones fœderis. 22 Ante altare Ieh. לפני מזבח יהוה .i. corã altari magno quod erat in atrio Sacerdotum. Illic orabant in ſuggeſtu extructo ſupra labrum æneum, vt ex 2. Paral. 6.b.13, intelligere eſt.

23 Cuſtodiens pactum & miſeric. שומר הברית והחסד .i. qui ſeruat pactum liberaliter nobiſcum initum. 24 Loquutus nanque es, &c. ותדבר בפיך וגו' .i. quæ promiſiſti illi, virtute ac potentia tua adimpleſti, quod hoc quoque die videre licet.

25 Non excidetur tibi vir à fa.m. לא־יכרת לך איש מלפני .i. Non deerit de prole tua, hoc eſt de nepotibus tuis quiſquã, qui, &c. Si modò cuſtod. רק אם־ישמרו ita tamen ſi cuſtodierint. Viam ſuam דרכם .i. quam cuſtodire debent, quæ eſt vt ambulent, &c.

26 Stabiliatur יאמן Ad verbũ, verificetur. cõpleatur. firmũ ſit. 27 Verúmne eſt quòd כי האומנם Inuerti debẽt hæc verba האומנם כי .i. Ergone putandũ eſt quòd verè habitaturus ſit. Cælũ, &c. השמים ושמי השמים Per cœlum intelligitur totum hoc ſpatium quod nobis apparet vſque ad ſphæram lunæ: per cælos cælorum, totus ambitus firmamenti. Atque hoc ad notandam ſummam altitudinem additur, vel immenſitatem quæ ſupra primam ſuperficiem eminet. Te non cõtinent: לא יכלכלוך te capere nõ poſſunt.

28 Ad orationem ſer.t. & ad deprec. אל־תפלת עבדך ואל־תחנתו Hanc differentiã ponunt Hebræi inter orationẽ & deprecationem: vt oratio ſit nomen generale: deprecatio autem fiat pro neceſſariis, aut pro impetranda peccatorũ remiſſione. Clamorem ואל־הרנה audem. aut, orationem quæ fit clara voce. 29 Erit nomen meũ ibi: יהיה שמי שם .i. illic colar, vel agnoſcetur nomen meũ & gloria mea. Vide Deut. 12.a.5. Orabit יתפלל Quidam per præſens vertunt, orat. 31 Quum peccauerit את אשר יחטא Si peccauerit. i. ſi aliquis depoſitum neget. Et detulerit in eum, &c. ונשא־בו אלה להאלותו Doctus inter Hebræos refert iſtud ad Iudicem. i. ſententia ſua ſtatuerit illum iuraturum, ita vt cogat eum. Idem affert & aliam expoſitionem quam nonnulli ſequuntur, vertentes, & exegerit ab eo iuſiurandum. vt ſit à נשה, & ſit א pro ה. Iuramentum אלה ſub. איש, vt ſit איש אלה vir iuramenti. i. is qui per ſententiam iudicis debet iurare.

32 Exaudias תשמע ſub. orationem eius qui iuſtã cauſam habuerit. Et facias, ועשית .i. fac agnoſcatur ab omnibus is qui reus fuerit ſceleris. Condemnando להרשיע Ad verbum, impium faciendo. i. oſtendendo quòd cauſam iniuſtam habuerit. Vt des viam eius, &c. לתת דרכו בראשו Hebraiſmus, reddendo illi iuxta malum eius. Et iuſtificando iu. ולהצדיק צדיק & abſoluendo iuſtum. i. oſtendendo quòd iuſtam cauſam habuerit. 33 Coram inimico, לפני אויב .i. ab inimico. Peccauerint tibi, יחטאו־לך .i. terga dederint hoſti perſequenti. Et reuerſi fuerint ושבו ſub. alii. i. reliquus populus qui remanſerit in vrbe. Et confeſſi fuerint והודו .i. gloriam & laudem dederint tibi, agnoſcendo ſcilicet ſcelera ſua. 34 Peccato לחטאת propter quod ſcilicet cæſus fuerit ab hoſte.

ram quam dediſti Patribus eorum.

35 Si clauſum fuerit cælū, & non pluerit propter peccata eorum, & orātes in loco iſto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionem ſuam:

36 Exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum, & populi tui Iſrael: & oſtende eis viam bònam per quam ambulent, & da pluuiam ſuper terram tuam quā dediſti populo tuo in poſſeſſionem.

37 Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locuſta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obſidēs, omnis plaga, vniuerſa infirmitas,

38 Cuncta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Iſrael: ſiquis cognouerit plagā cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac:

39 Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius (qa tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum)

40 Vt timeant te cunctis diebus quib⁹ viuunt ſuper faciē terræ quam dediſti Patribus noſtris.

41 Inſuper & alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſrael, quū venerit de terra longinqua propter nomē tuū.

42 (Audietur enim nomen tuum magnū, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) quū venerit ergo, & orauerit in hoc loco:

43 Tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomē tuum timere, ſicut populus tuus Iſrael, & probent quia nomen tuum inuocatū eſt ſuper domū hanc quam ædificaui.

44 Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum cōtra inimicos ſuos per viā quocunque miſeris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo:

45 Et exaudies in cęlo orationes eorum & preces eorum, & facies iudicium eorum.

1.Para.6.f.25
eccles.7.c.21.
1.iohan.1.d.8

46 Quòd ſi peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè:

47 Et egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & cōuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicētes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè geſſimus.

'& reducas eos in terram quam dediſti Patribus eorum.'

35 Quando clauſum fuerit "cælum, & non fuerit pluuia, quòd peccauerint tibi: & orauerint in loco iſto, cōfeſſique fuerint nomini tuo, & à peccato ſuo auerſi fuerint 'quando afflixeris eos:

Pluuia.

36 Tu exaudias in cælo, & parcas peccato ſeruorum tuorum, & populi tui Iשׂſraאelis, 'quū docueris eos viam bonam per quam ambulent, & dabis pluuiam ſuper terram tuam quam dediſti populo tuo in hæreditatem.

37 Fames 'ſi fuerit in terra, *aut* peſtis quū fuerit, *aut* 'ariditas *&* robigo, locuſta, bruchus quū fuerit: *aut* quū obſederit eum inimicus eius in terra portarum ſuarū, quæcunque plaga, quæcunq; infirmitas,

Fames.
Peſtis.
AErugo.

38 "Quæcunq; oratio, *aut* quæcūque deprecatio *ſuſcepta* fuerit à quouis, *aut* ab vniuerſo populo tuo Iשׂſraאele, quū cognoſcet quiſque plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac:

39 Tu exaudias de cælo, de loco habitationis tuæ: & parcas, ac facias, déſque vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, cuius cognouiſti cor (tu enim noſti ſolus cor omnium filiorum hominum)

40 Vt timeant te omnibus diebus quibus vixerint in ſuperficie terræ quam dediſti Patribus noſtris.

Corda Deus ſolus nouit.

41 'Quinetiam de alienigenis qui nō ſunt de populo tuo Iשׂſraאele, qui venerint de terra longinqua 'propter nomen tuum:

Alienigena.

42 ("Si audierint nomen tuum magnum, & manum tuam validā, & brachiū tuum extentū) venerint inquā, & orauerint in domo hac.

Nomē Dei vbique audicur.

43 Tu exaudias de cælo, de loco habitationis tuæ, faciáſque 'iuxta omnia pro quibus inuocauerint te alienigenæ: vt ſciāt omnes populi terræ nomen tuū, vt timeant te ſicut populus tuus Iשׂſraאél, & cognoſcant "quòd nomen tuū inuocatum ſit ſuper domū hanc quam ædificaui.

44 "Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum cōtra inimicū ſuum per viam per quam miſeris eos", & orauerint Iehouam '*contra* viam ciuitatis quam elegiſti, & domum quam ædificaui nomini tuo:

Bellatores orantes victoriam.

45 Exaudias de cælo orationem eorum, & deprecationem eorum, & facias iudicium eorum.

46 Si peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, tradideríſque eos 'corā inimico, & captiuos duxerint eos qui ceperint eos, in terram inimici longinquam vel propinquam:

Peccatores oēs.

47 'Et reuerſi fuerint ad cor ſuum in terra in quam captiui ducti fuerint: atque conuerſi, deprecati fuerint te in terra illorum qui captiuos eos abduxerint, dicendo, Peccauimus, & iniquè egimus, impiè egimus:

Populus captiuus ductus.
Confeſſio.

Et reducas eos והשבותם .i. eos reuerti facias de captiuitate. 35 Cælū, שמים pro aere accipitur. i. Quū in aliqua regione nō plueri. Seipſum mox exponit. Quando afflixeris eos: כי תענם: quum exaudieris eos. 36 Quum docueris eos כי תורם ſub. exaudias inquam eos poſteaquam edocti fuerint à te per Prophetas, quid dimiſſis peccatis agere debeant. 37 Si fuerit כי יהיה .i. quum oborta fuerit. ſic in ſequētibus. Ariditas *&* robigo, שדפון ירקן Dictionē שדפון doctus inter Hebræos exponit percuſſionē ſementis, vento Orientali ingredientē ſpicas, adeò vt non perficiatur maturitas. Gene. 41.d.27, eadē dictio legitur pro arefactis, Septē ſpicæ graciles arefactæ Euro. Pro hac Vredinem quidam vertunt. Alteram dictionem ירקן idem doctus inter Hebræos interpretatur morbum ſegetum, quū tota ſeges perit, nullas prorſus ſpicas producens. Pro hac quidam vertunt AEruginem, ſiue rubiginem, quæ eſt incidētis ſegetibus humoris putrefactio: quo vitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. *nuillam* ſiue *niellam* noſtrates appellant. Has duas voces coniunctas habes Deut. 28. c.22, Amos 4.c.9, Agg. 2.c.18. 38 Quæcūque oratio, &c. כל תפלה וגו' Ad verbū, Omnis oratio, omnis deprecatio quæ fuerit omni homini, omni populo, &c. i. quæcūque oratio ſuſcepta fuerit à quouis homine ratione particulari, aut ab vniuerſo populo oratio publica & vniuerſalis. hoc eſt, quancunque orationē ſuſceperint ſiue priuatim, ſiue publicè, quum ſentiet quiſque dolorē cordis ſui. vel, pro dolore quē quiſque ſentit apud ſe. 41 Quinetiam de alienigenis וגם אל הנכרי Quinetiā de externis. i. Quod ad gētes externas pertinet. Propter nomen tuū: למען שמך: audita fama eorū quæ facis in hoc tēplo. 42 Si audierint כי ישמעון Quū audierint. 43 Iuxta omnia, &c. ככל אשר וגו' .i. omnino vt precatæ fuerint exteræ gentes. Quòd nomen tuū inuoc. &c. כי שמך נקרא וגו' Hebraiſmus, intelligant hanc domum eſſe tuā, ſiue templū eſſe Domini. 44 Si egreſſus fu. כי יצא Quum egreſſus fuerit. *Contra* viam ciuitatis דרך העיר *uerſus* viam ciuitatis. vel, *uerſus* vrbem. i. conuerſi, aut verſis vultibus ad vrbem quam delegiſti. 46 Coram inimico, לפני אויב .i. in poteſtatem inimici.

47 Et reuerſi fuerint ad cor ſuum והשיבו אל לבם .i. Et reuocauerint ſe ad cor ſuum. Vel, Et reduxerint ſe ad mentem ſuam. i. recordati fuerint peccatorum ſuorum, & pœnituerit eos ipſorum.

Cōuerſi inquam fuerint ad te toto corde ſuo, & tota anima ſua 48
in terra inimicorum ſuorum qui captiuos abduxerint eos, & orauerint ad te ″*contra* viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, ciuitatē quam elegiſti, & domum quam ædificaui nomini tuo:

Exaudias de cælo, de loco habitationis tuæ orationem eorū & 49
deprecationem eorum, ″& facias iudicium eorum:

Parcáſque populo tuo qui peccauerint tibi, & omnibus præua- 50
ricationibus eorū quibus præuaricati fuerint contra te: & des eos in miſericordias coram illis qui captiuos abduxerint eos, & miſereantur eorum.

Populus enim tuus & hæreditas tua ſunt, quos eduxiſti ex AE- 51
gypto, ″è medio fornacis ferreæ.

″Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & ad depre- 52
cationem populi tui Iשſraאelis, exaudiendo eos omni *tempore* quo inuocauerint te.

Tu enim ſeparaſti eos ′tibi in hæreditatem de vniuerſis populis 53
terræ, ″ſicut dixeras per Moשſeh ſeruum tuum, quando eduxiſti Patres noſtros ex AEgypto, Domine Iehoua.

Fuit autem, quum finem feciſſet שSelomóh orandi Iehouam v- 54
niuerſa oratione & deprecatione iſta, ſurrexit à conſpectu altaris Iehouæ, ′*ac* deſiit genua flectere: ′& manibus ſuis expanſis ad cælum,

Salomon rurſum benedicit vniuerſo Iſraeli.

Ac ſtans, benedixit vniuerſæ congregationi Iשſraאelis, voce ma 55
gna, dicendo,

″Benedictus Iehouáh qui dedit ′requiem populo ſuo Iשſraאeli 56
″iuxta omnia quæ loquutus eſt: ′nō cecidit verbū vnum ex omni verbo eius bono quod loquutus eſt per manū Moשſéh ſerui ſui.

Sit Iehouáh Deus noſter nobiſcum, ſicut fuit cum Patribus no 57
ſtris: ne derelinquat nos, neque deſerat nos:

″Vt inclinare faciat cor noſtrum ad ſe, vt ambulemus in vniuer 58
ſis viis eius, & cuſtodiamus præcepta eius, & decreta eius, & iudicia eius quæ præcepit Patribus noſtris.

Síntque verba mea hæc, quibus deprecatus ſum ′coram Iehoua, 59
propinqua Iehouæ Deo noſtro die ac nocte, ′ita vt faciat iudiciū ſerui ſui, & iudicium populi ſui Iשſraאelis ′per ſingulos dies.

Vt cognoſcant omnes populi terræ quòd Iehouáh eſt Deus, 60
nec eſt vltra *eum*.

Et ſit cor veſtrum perfectum cum Iehoua Deo noſtro, ambu- 61
lando in decretis eius, & cuſtodiendo præcepta eius, ″ſecundum diem hanc.

Mactantur victimæ.

Rex autem & vniuerſus Iשſraאél cum eo ſacrificabant ſacrifi- 62
cium coram Iehoua.

Sacrificauítque שSelomóh ſacrificium pacificorū quod ſacrifi- 63

48 Et reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viam terræ ſuæ quā dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo: B

49 Exaudies in cælo, in firmamento ſolii tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum:

50 Et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus inquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiā coram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis.

51 Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra AEgypti, de medio fornacis ferreæ.

52 Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te.

53 Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatem de vniuerſis populis terræ, ſicut loquutus es per Moyſen ſeruum tuum, quādo eduxiſti Patres noſtros de AEgypto, Domine Deus.

54 Factum eſt autem, quum cōpleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de cōſpectu altaris Domini: vtrunque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum.

55 Stetit ergo & benedixit omni eccleſię Iſraël voce magna, dicens,

56 Benedictus Dominus qui dedit requiē populo ſuo Iſrael, iuxta omnia quæ loquutus eſt: nō cecidit ne vnus quidē ſermo ex omnibus bonis quæ loquutus eſt per Moyſen ſeruum ſuū.

57 Sit Dominus Deus noſter nobiſcū ſicut fuit cū Patribus noſtris, non derelinquens nos, neque proiiciens.

58 Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus mādata eius, & ceremonias eius, & iudicia quęcunque mandauit Patribus noſtris. G

59 Et ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram Domino, appropinquantes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per ſingulos dies:

60 Vt ſciant omnes populi terræ quia Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt vltrà abſque eo.

61 Sit quoque cor noſtrū perfectum cum Domino Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie.

62 Igitur Rex & omnis Iſrael cum eō immolabāt victimas corā Domino.

2.Para.7.a6

63 ‖Mactauitque Salomon hoſtias pacificas, quas immolauit Domino,

---

48 *Contra* viam terræ ſuæ דרך ארצם .i.cōuerſi, aut verſis vultibus ad terrā, &c. 49 Et facias iudicium eorū: ועשית משפטם .i.vlciſcaris iniuriam illis illatam. 51 E medio fornacis ferr. מתוך כור הברזל: .i.è ſeruitute duriſſima. Vide Deut.4.c.20. Fornacem ferream vocat, quæ aſſiduo igne ita induruit, vt præ ſe ferat duritiem ferream. hoc eſt, non aliter quàm aurum aut argentum igne probatur, variis ac grauibus afflictionibus probati ſunt. 52 Vt ſint oculi tui, &c. להיות עיניך וגו׳ Subaudiendum aliquid, Parcas inquam populo tuo, vt, &c. i. vt coniicias oculos tuos in ſeruum tuum orantem. 53 Tibi in hæreditatem, &c. לך לנחלה .i.vt eſſent tui ex omnibus populis terræ, & ad te pertinerent quaſi iure hæreditario. Sicut dixeras per Moשſéh כאשר דברת ביד משה Ac verbum, ſicut dixeras per manum Moשſéh. i.per Moſéh. Vide Exod.19.a.6.q.d. huius rei habeo authorem grauiſſimū, atque teſtimonium. 54 *Ac* deſiit genua fle. מכרוע על־ברכיו Ad verbum, à genu flectendo ſuper genua ſua. Et manibus ſuis, &c. וכפיו פרושות השמים: Finis iſte verſus iungitur ſequenti. Quū Salomon oraret, erat oculis fixis in altare. Quum verò orandi finem fecit, erexit ſe, atque obuertit ſe verſus populum, illique manibus in cælum expanſis benedixit. 56 Benedictus ברוך .i.Omni laude digniſſimus eſt. Requiem מנוחה quietem. i.ſedes quietas, ſiue pacem quietam. Iuxta omnia quæ loq. eſt: בכל אשר דבר: omnino vt loquutus fuerat. Non cecidit verbū vnum לא־נפל דבר אחד Chaldæus paraph. non fuit irritum vnum verbum. 59 Coram Iehoua, לפני יהוה .i. Sit ſemper Dominus memor eius orationis quam nunc oro. Ita vt faciat iudicium, &c. לעשות משפט Hebraiſmus, ita vt det mihi ſeruo ſuo & populo ſuo Iſraeli quæ erunt nobis neceſſaria, & quibus indigebimus. Per ſingulos dies. דבר־יום ביומו: Ad verbū, res diei in die ſuo. 61 Secundum diem hanc. כיום הזה: .i.ſicut hodie facitis.

boum viginti duo millia,& ouium cē tum viginti millia:& dedicauerunt tē plū Domini Rex & omnes filii Iſrael

64 In die illa ſanctificauit Rex mediū atrii quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocauſtum ibi,& ſacrificium, & adipem pacificorū: quoniā altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere nō poterat holocauſtum,& ſacrificium, & adipē pacificorum.

65 Fecit ergo Salomō in tempore illo feſtiuitatem celebrē, & omnis Iſrael cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vſque ad riuum AEgypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus & ſeptē diebus,id eſt quatuordecim diebus.

66 Et in die octaua dimiſit populos: qui benedicentes Regi profecti ſunt in tabernacula ſua lætātes, & alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid ſeruo ſuo, & Iſrael populo ſuo.

Cap. IX.

2.Paralip.7.c.11

1 FActum eſt autem quū perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini,& ædificium Regis,& omne quod optauerat & voluerat facere:

Suprà 3.a.5

2 Apparuit ei Dominus ſecundò,| ſicut apparuerat ei in Gabaon.

Suprà 8.c.29 deut.12.b.11

3 Dixitque Dominus ad eum, Exaudiui orationem tuā & deprecationē tuam , quam deprecatus es corā me: ſanctificaui domum hanc quam ædificaſti, |vt ponerē nomen meum ibi in ſempiternum , & erūt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

4 Tu quoq; ſi ambulaueris corā me, ſicut ambulauit Dauid pater tuus,in ſimplicitate cordis,& in æquitate: & feceris ōnia quæ præcepi tibi,& legitima mea & iudicia mea ſeruaueris:

2.Reg.7.b.12.c.16 1.par.22.c.10.

5 Ponam th ronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternum , |ſicut loquutus ſum Dauid patri tuo, dicens , Nō auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſrael.

6 Si autem auerſione auerſi fueritis vos & filii veſtri, non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea,& cæremonias quas propoſui vobis , ſed abieritis& colueritis deos alienos,& adoraueritis eos:

B

7 Auferam Iſrael de ſuperficie terræ quā dedi eis,& templum quod ſanctificaui nomini meo, proiiciam à conſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium,& in fabulam cunctis populis.

8 Et domus hæc erit in exempli|om-

cauit Iehouæ,boū duo & viginti millia,& ouiū centū viginti millia,& dedicauerūt domū Iehouæ Rex atque ōnes filii Iשſraאelis.

64 Eodem die ſanctificauit Rex 'mediū atrii quod erat ante domū Iehouæ:fecit quippe ibi 'holocauſtum,& oblationes, & adipes pacificorum:ſiquidem altare 'æreum quod erat coram Iehoua, erat paruum,ita vt nō comprehēderet 'holocauſtum & oblationem & adipes pacificorum.

Dedicatur templum.

65 Fecítque שSelomóh 'tempore illo feſtiuitatē, & vniuerſus Iשſraאél cum eo,'congregatio magna,ab introitu חHamáth vſque ad torrentem AEgypti 'coram Iehoua Deo noſtro ſeptem diebus, & ſeptem diebus,quatuordecim diebus.

Fit ingens celebritas.

66 'Die autem octauo 'dimiſit populum,& benedixerunt Regi,atque abierunt in tabernacula ſua, læti, & hilares corde ' propter omnia bona quæ fecerat Iehouáh Dauidi ſeruo ſuo & Iשſraאeli populo ſuo.

Cap. IX.

1 FVit autem, quum compleuiſſet שSelomóh ædificare domum Iehouæ,& domum regiam , vniuerſúmque deſiderium ſuum quod voluit facere:

Deus ſecūdò per quietem apparet Salomoni

2 'Apparuit Iehouáh ipſi שSelomóh ſecundò,ſicut apparuerat ei in Gibעón.

3 Dixítque illi Iehouáh , Exaudiui orationē tuā & deprecationē tuam quam deprecatus es coram me : ſanctificaui domum iſtam quam ædificaſti , "ponendo nomen meum ibi vſque in ſeculum: "erúntque oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus.

4 Et tu ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid pater tuus' in perfectione cordis& rectitudine,faciendo ſecūdum omnia quæ præcepi tibi,decreta mea & iudicia mea ſeruaueris:

5 Firmabo thronum regni tui ſuper Iשſraאelem in ſeculum, ſicut loquutus ſum Dauidi patri tuo, dicendo, 'Non abſcindetur tibi vir à throno Iשſraelis.

6 *Quòd* ſi auertendo auerſi fueritis vos & filii veſtri à me,& non cuſtodieritis præcepta mea,& decreta mea 'quæ dedi coram vobis: ſed abieritis,& ſeruieritis diis alienis,"& incuruaueritis vos illis:

7 'Excîdam Iשſraאelem "è ſuperficie terræ quā dedi eis : & domū quam ſanctificaui nomini meo, "dimittā à facie mea , & erit Iשſraאél "in parabolam & in fabulam in omnibus populis,

8 Atq; domus iſta "quæ futura eſt altiſſima, *ita ut* quicunq; tranſie-

64 Medium atrii את־תוך החצר .i.internam partem atrii ſacerdotum,hoc eſt pauimentum lapideum. Holocauſtū,&c. את־העולה וגו׳ Singul.Heb.pro plur.Sic in fine huius verſus. Æreum הנחשת .i.tectum ære.Iſtud Latini de altari Moſis intelligunt,quod erat in veſtibulo. Hebræi non ſine ratione aliter ſentiunt,hoc debere intelligi de magno altari Salomonis.nam nominatim 2.Paralip.7.b.7.dicitur altare æneum Salomonis. Holocauſtum,&c. את־העולה וגו׳ .i.copiam ac multitudinem holocauſtorum,oblationum,&c.

65 Tempore illo בעת־ההוא dedicationis ſcilicet tēpli. Congregatio magna, קהל גדול quæ ſcilicet fuerat conuocata. חHamath,&c. חמת וגו׳ Hamath eſt terminus Septentrionalis: Torrens ille quem vocabant Torrentē AEgypti , erat in termino Auſtrali.His deſcripſit longitudinem Terræ ſanctæ.Ex tota Iudæa coierat populus Ieruſalem. Coram Iehoua לפני יהוה .i.colendo Dominum. Septem diebus,&c. שבעת ימים וגו׳ .i.ſeptem diebus pro dedicatione, & ſeptem pro feſto tabernaculorum.Intra ſeptem dies feſtiuitatis dedicationis templi euenerat dies expiationum:in quo,ita permittente Iehoua,& cum eis diſpēſante(vt veriſimile eſt)comederunt etiā hoſtias pacificas.Alii dicunt eos immolaſſe quidem,ſed non comediſſe vſque ad veſperam & diem ſequentem. 66 Die autē octauo ביום השמיעי nēpe ab initio feſti tabernaculorum. Dimiſit שלח .i.fecit populo abeundi poteſtatē pro cōcione.nō enim eo die,ſed poſtero abiit populus.Octauo die à Scenopegia fiebat cōcio:& pro cōcione Rex,aut qui populo præerat,admonebat populū ſui officii. Propter ōnia bona,&c. על־כל־הטובה וגו׳ quòd ſcilicet adimpleſſet promiſſionem factam Dauidi,quòd permiſiſſet templum ædificari à Salomone,ſicuti pollicitus fuerat Dauidi,2.Samu.7.b.13.

IN CAPVT IX.

2 Apparuit וירא ſub.per quietem. 3 Ponendo nomen meū ibi לשום־שמי שם .i.vocando ædem iſtam,ædem meā. Erúntq; oculi mei,&c. והיו עיני ולבי שם .i.coniiciā oculos meos in eā,ſemper habebo rationē eorum quæ fient in hac domo,& erit mihi ſemper chara. 4 In perfectione cordis,&re. בתם לבב וביושר in integritate[vel ſimplicitate]cordis,& æquitate.Mox declarat quid his verbis intelligat,nēpe facere ſecundum,&c. 5 Non abſcindetur tibi לא־יכרת לך Non auferetur tibi.i.de genere tuo & ſtirpe tua.hoc eſt,ſēper erit aliquis de genere tuo qui ſit Rex ſuper Iſraelē. 6 Quæ dedi corā vobis: אשר נתתי לפניכם .i.quæ propoſui corā vobis. Et incuruaueritis,&c. והשתחויתם להם: & adoraueritis eos. 7 Excîdā והכרתי Chald.paraph. Auellam. E ſuperficie terræ מעל פני האדמה .i.è terra ipſa. hoc eſt tollā eum de medio.q.d.non ſolū priuabo eū regno,ſed & patria ipſa Dimittā à facie mea, אשלח מעל פני abiiciam à conſpectu meo. tanquam non mihi gratam. In parab.& in fab. למשל ולשנינה in prouerbium & in fabulam.q.d.Alii populi vtentur parabola de Iſraelitis,quum loqui volent de miſeris & infœlicibus hominibus,& iugiter de eis loquentur.Fabula ſignificat iugem & continuum ſermonem. 8 Quæ futura eſt altiſſ. הזה יהיה עליון quæ ad tempus futura eſt in ſummo honore.ſub.tandem deſtruetur.aut,euaneſcet.i.tolletur de medio.Quidam futurum conuertunt in præt.quæ fuit altiſſima.

rit per eam, obſtupeſcat, "& ſibilet, ac dicat, Quamobrẽ fecit Iehouáh ſic terræ huic, & domui huic?

9 Reſpõdebúntque, Eo quòd dereliquerunt Iehouam Deũ ſuum, 'qui eduxit patres eorum è terra AEgypti: & apprehenderũt deos alienos, adorauerúntque eos, & ſeruierunt eis: idcirco *inquam* induxit Iehouáh ſuper eos omne malum hoc.

10 Fuit præterea 'in fine viginti annorum quibus ædificauit שSelomóh duas domos, *nempe* domum Iehouæ & domum regiam,

11 (חיHirám *autem* Rex Tyri 'donauerat ipſi שSelomóh ligna cedrina & abiegna, & aurum ſecundum omnem voluntatem eius) tũc dedit Rex שSelomóh ipſi חיHirám viginti vrbes in terra Galil.

Salomon dat oppida Hirã regi.

12 Et egreſſus eſt חיHirám è Tyro vt videret vrbes quas tradiderat ei שSelomóh, "& non placuerunt ei.

13 Dixítque, 'Quid ſunt vrbes iſtæ, quas dediſti mihi, frater mi? & appellauit eas terram "Chabúl, vſque ad diem hanc.

120 talenta auri.

14 Miſerat autem חיHirám ad Regem cẽtum & viginti talẽta auri.

15 ("Et hæc *eſt* ratio tributi propter quam exegit Rex שSelomóh, ad ædificandum domum Iehouæ, & domũ ſuam, "& Millo, & murum Ieruשſaláim, & חHaצſór, & Megiddó, & Gézer.

Gazer ſuccenſa, Chananæo occiſo.

16 Paryóh rex AEgypti aſcendit, & cepit Gézer, ſuccẽditque eam igni: Chenayanæum quoque qui habitabat in ciuitate, interfecit, ac tradidit eam 'pro muneribus filiæ ſuæ vxori שSelomóh.

17 AEdificauit autẽ שSelomóh Gézer, & Beth-horón inferiorem,

Gazer, Beth-horon, Baalath, Palmyra.

18 Et Bayaláth, & Thamór in deſerto "in terra,

19 Et õnes vrbes theſaurorũ quæ erãt ipſi שSelomóh, & vrbes 'curruũ, & vrbes 'equitũ, '& deſideriũ שSelomóh quod deſiderauit ædificare in Ieruשſaláim & in Lebanón, & ĩ omni terra dominii ſui.)

Facit Salomon Chananæos & reliquos tributarios.

20 Omnem populum qui remanſerat de אEmoræo, חHitthæo, Perizæo, חHiuæo & Iebuסſæo qui non erant de filiis Iשſraאelis,

21 *Id eſt* filios eorum qui remanſerant poſt eos in terra, quos nõ potuerant filii Iשſraאelis 'occidere: "fecit שSelomóh tributarios vſq; ad diem hanc.

22 De filiis verò Iשſraאelis 'non fecit שSelomóh ſeruum *ullum*: ſed erant viri bellatores, & ſerui eius, & principes eius, & duces eius, & principes curruum eius, & equitum eius.

550 præfecti.

23 'Iſti ſunt principes præfectorum ' qui *erant* ſuper opus ipſi שSelomóh, quingenti & quinquaginta, 'qui præerant populo qui faciebat opus.

24 Cæterùm filia Paryóh aſcẽdit de Ciuitate Dauidis in domũ ſuã

nis qui tranſierit per eam, ſtupebit: & ſibilabit, & dicet, |Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic

Deut.29.d.24
iere.22.b.8

9 Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra AEgypti, & ſequuti ſunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malum hoc.

10 |Expletis autem annis viginti poſtquam ædificauerat Salomon duas domos, id eſt domũ Dñi & domũ Regis,

2.Paralip.8.a.1

11 (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurũ iuxta omne quod opus habuerat) tunc dedit rex Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ.

12 Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei.

13 Et aít, Hæcine ſunt ciuitates quas dediſti mihi, frater? & appellauit eas terram Chabul, vſque in diem hanc.

C

14 Miſit quoque Hiram ad Regem cẽtum viginti talenta auri.

15 (Hæc eſt ſumma expẽſarum quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum ſuam, & Mello, & murum Ieruſalem, & Heſer, & Mageddo, & Gazer.

16 Pharao rex AEgypti aſcendit, & cepit Gazer, ſuccenditque eam igni: & Chananæum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis.

17 AEdicauit ergo Salomon Gazer, & Beth-horon inferiorem,

18 Et Baalath & Palmyrã in terra ſolitudinis.

19 Et omnes vicos qui ad ſe pertinebant, & erant abſque muro, muniuit, & ciuitates curruũ, & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit vt ædificaret in Ieruſalem, & in Libano & in omni terra poteſtatis ſuæ)

20 Vniuerſum populum qui remanſerat de Amorrhæis, & Hetheis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebuſæis, qui nõ ſunt de filiis Iſrael,

21 Horum filios, qui remanſerant in terra, quos ſcilicet nõ potuerant filii Iſrael exterminare: fecit Salomõ tributarios vſque in diem hanc.

22 De filiis autem Iſrael non cõſtituit Salomon ſeruire quenquam, ſed erãt viri bellatores, & miniſtri ei⁹ & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum.

D

23 Erant autem principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti, quingenti quinquaginta, qui habebãt ſubiectum populũ, & ſtatutis operibus imperabant.

24 |Filia autem Pharaonis aſcendit de Ciuitate Dauid in domũ ſuam quam

2.Par.8.b.11.

Et ſibilet, ושרק præ ſtupore ſcilicet, more eorum qui ſunt attoniti quum vident repentinam aliquam mutationẽ. 9 Qui eduxit, &c.
אשר הוציא q.d. a quo tot & tanta beneficia acceperunt. 10 In fine vig. ann. מקצה עשרים שנה elapſis viginti annis.
11 Donauerat ipſi שSelomóh, &c. נשא את־שלמה וגו׳ Ad verbum, onerauerat [cumulauerat] Salomonem lignis cedrinis, &c. hoc eſt, Hiram rege præbẽte ligna, &c. 12 Et non placuerunt ei. ולא ישרו בעיניו: Ad verbum, & non fuerunt rectæ in oculis eius.
13 Quid מה .i. Quanti putas eſſe vrbes, &c. Chabul, כבול .i. lutoſam, luto ſcilicet tenaci. Alii exponunt, arenoſam .i. infertilem. quæ appellatio durat vſque in hanc diem. 15 Et hæc *eſt* ratio, &c. וזה דבר־המס Ad verbũ, Et hæc *eſt* res tributi quam aſcendere fecit .i. Hæc eſt autem cauſa ob quam rex Selomoh tributũ exegit .i. vt ædificaretur. Vel potius, Hæc eſt ratio tributi quod indixit Chananæis Selomoh, nẽpe vt ædificaret, &c. q.d. Hac via conſequutus eſt Selomoh pecuniam reliquam quam impendit in domũ Domini. verſus iſte pertinet ad verſum 20 qui ſequitur. Et Millo, ואת המלוא Locus erat in Ieruſalem, in quem populus Iſrael cõueniebat quum de rebus ad publicam vtilitatem pertinentibus erat conſultandum. à verbo מלא, impleuit, quòd locus populo repleretur. Locus erat ſine tecto & ædificio.
16 Pro muneribus שלוחים Ad verbũ, munera, dotes .i. loco dotis ac muneris. 18 In terra, בארץ: .i. quod erat iuxta Terrã ſanctã.
19 Curruum, הרכב in quibus ſcilicet currus illi falcati ſeruabantur tempore pacis. Equitum, הפרשים .i. in quibus alebantur equites præſidiarii tempore pacis. Et deſiderium שSelomóh ואת חשק שלמה .i. omnia ædificia quæ optauerat ædificare, &c. vel, & vt vno verbo dicam, quicquid habebat in votis, ædificare tam in Ieruſalem quàm in ſaltu, &c. 21 Occidere: להחרימם exterminare. ſiue, expellere ſedibus, &c. Fecit, &c. ויעלם וגו׳ Ad verbum, & aſcendere fecit Selomóh in tributum ſeruile .i. tributarios reddidit, exigens ab eis partim operas, partim nummos. 22 Non *fecit* לא־נתן Ad verbum, non dedit .i. non poſuit, aut conſtituit. 23 Iſti ſunt principes, &c. אלה שרי וגו׳ i. Sequitur numerus præfectorum quos præfecit operi Selomóh. Qui præerant, &c. הרודים בעם וגו׳ .i. qui continebant turbam operarum in officio, in illis ædificiis extruendis. Hebræi ſcribunt in conſtructione templi fuiſſe præfectorum operum tres ordines: infimum, qui conſtabat ter millenis & trecentis, ſuprà cap. 5. d. 16. hic autẽ ordo qui erat numeroſiſſimus, conſtabat proſelytis. medium, qui capiebat trecentos etiã proſelytos. & ſupremũ, in quo numerabantur ducenti & quinquaginta, qui erant Iſraelitæ. Comprehendit ergo numerus huius capitis medium & ſupremum ordinem. nam ſi trecentis addas 250, conſtitues 550. Ita conciliatur locus 2. Paral. 8. c. 10, huic capiti. Etiam in Paralip. numerantur 550 præfecti. nam 2. Paral. 2. d. 18. recenſentur tria millia & ſexcenti præfecti: de quo numero trecenti deducendi ſunt qui pertinent ad medium ordinem. Numerus igitur præfectorum operum, fuit trium millium, trecentorum & quinquaginta.

ædificauerat ei:tũc ædificauit Mella.

25 Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta, & pacificas victimas ſuper altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino: perfectúmque eſt templum.

26 Claſſem quoque fecit rex Salomõ in Aſiõ-gaber, quæ eſt iuxta Ailath in litore Maris rubri, in terra Idumææ.

27 Miſitque Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris, cum ſeruis Salomonis.

28 Qui quũ veniſſet in Ophir, ſumptũ inde aurum quadringentorũ viginti talentorũ, detulerunt ad regem Salomonem. Cap. X.

2. Para. 9. a. 1
matth. 12. c. 42
luc. 11. d. 31.

1 SEd & Regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

2 Et ingreſſa Ieruſalẽ multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portãtibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas, venit ad Salomonẽ, & loquuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo.

3 Et docuit eam Salomon omnia verba quæ propoſuerat: nõ fuit ſermo q Regẽ poſſet latére, & nõ reſpõderet ei

4 Vidẽs autem Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domũ quã ædificauerat,

5 Et cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltrà ſpiritum.

6 Dixitque ad Regem, Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſup ſapiẽtia tua.

7 Et non credebã narrantibus mihi, donec ipſa veni & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nũtiata non fuerit: maior eſt ſapiẽtia, & opera tua, quàm rumor quem audiui.

B

8 Beati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtãt coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.

9 Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui cõplacuiſti, & poſuit te ſuper thronũ Iſrael, eo quòd dilexerit Dominus Iſrael in ſẽpiternũ: & cõſtituit te Regẽ, vt faceres iudiciũ & iuſtitiã.

10 Dedit ergo Regi centũ viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas: non ſunt allata vltrà aromata tã multa, quàm ea quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni.

11 Sed & claſſis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretioſas.

---

quam 'ædificauerat ſibi: tunc 'ædificauit Millo.

25 Offerebat autem שSelomóh tribus vicibus "ſingulis annis holocauſta & pacifica ſuper altare quod ædificauerat Iehouæ, & adolebat 'ſuper illud quod erat 'coram Iehoua, "& perfecit domum.

Salomonis oblationes.

26 Et claſſem fecit rex שSelomóh in עExſion-géber quæ erat iuxta 'אElóth, iuxta ripam maris סSuph in terra אEdóm.

Mittit claſſem cauſa auri.

27 'Miſitque חHirám 'cum claſſe ſeruos ſuos viros nauticos & 'gnaros maris, cum ſeruis שSelomóh:

28 Qui deuenerunt "in אוOphir, ac tulerunt inde aurum, quadringenta "& viginti talenta, & adduxerunt ad regẽ שSelomóh. Cap. X.

420 talenta auri.

1 REgina autem "שSebá "audiens famam שSelomóh in nomine Iehouæ, venit 'vt tentaret eum in ænigmatibus.

Regina Saba venit ad audiendã ſapientiam Salomonis.

2 Et ingreſſa eſt Ieruשſaláim "cum exercitu graui valde, & camelis portantibus aromata, & aurum multũ valde, & lapides pretioſos: venítque ad ipſum שSelomóh, atque loquuta eſt ad eum "quæcunque habebat in animo ſuo.

3 'Indicauit autem ei שSelomóh omnia verba eius, non fuit verbũ *ullum* abſconditum à Rege quod non indicauerit ei.

4 "Et vidit Regina שSebá omnem ſapientiam שSelomóh, & domum quam ædificauerat,

5 Ac cibos mẽſæ eius, "& ſeſſionẽ ſeruorũ eius, "& ſtatũ miniſtrorũ eius, & veſtimẽta eorum, "& pincernas eius, "& holocauſtũ eius quod offerebat in domo Iehouæ: "& non erat in ea vltrà ſpiritus.

6 Dixítque ad Regem, 'Verum erat verbum quod audiui in terra mea ſuper rebus tuis & ſapientia tua.

7 "Et non credidi verbis ipſis, donec ipſa veni, & viderunt oculi mei: "ecce autem nõ fuit nũtiatum mihi dimidium: "addidiſti ſapientiam & bonum ſuper famam quam audiui.

8 Beati viri tui, beati ſerui tui iſti "qui ſtant coram te, ſemper audientes ſapientiam tuam.

9 Sit Iehouáh Deus tuus benedictus 'qui cõplacuit ſibi in te, ita vt poſuerit te ſuper ſoliũ Iשſraאelis, eo quòd dilexerit Iehouáh Iשſraאelé in ſeculũ, & poſuerit te Regẽ, vt faceres iudiciũ & iuſtitiã.

10 Dedítque *illa* Regi centũ & viginti talenta auri, & aromata multa valde, & lapillos pretioſos: "non venerũt talia aromata vltrà in *tanta* multitudine, quæ dedit Regina שSebá regi שSelomóh.

Dat Salomoni munera.

11 Quinetiam nauis חHirám quæ portabat aurũ ex אוOphir, aduexit ex אוOphir "coralia multa valde & lapillos pretioſos.

---

24 Ædificauerat בנה ſub. Selomóh. Ædificauit בנה .i. cinxit muro. 25 Singulis annis בשנה Ad verbum, in anno. Super illud אתו ſub. altare àureum. Relatiuum pro antecedente, & אתו pro עליו. Alii, iuxta illud, hoc eſt non procul ab altari illo æneo. Coram Iehoua, לפני יהוה .i. ante Oraculũ in quo erat arca Domini. Et perfecit domũ. ושלם את־הבית: .i. quæcunq; fieri debebant in æde Domini. 27 Miſitque וישלח Hiram miſit non è Tyro Phœniciæ quæ erat iuxta Sidonem ad mare Syriacum, ſiue Mediterraneum: ſed ex inſula quadã cui nomen Tyrus, ad Mare rubrũ, quæ erat illi ſubdita: miſit in quã ſeruos ſuos qui habitabant in inſula illa. Cum claſſe באני in illa claſſe. Gnaros maris, יודעי הים gnaros *uiarum* maris. ſub. Oceani. 28 In אוOphir, אופירה Ophir eſt inſula remotiſſima à ſinu Elanitico: quam quidam dicunt eſſe inſulam illam in Oceano Occidentali, quæ nunc vocatur Hiſpania, ſiue Hiſpaniola. Aut eſt alia quædam inſula aurifera. Et viginti ועשרים Triginta talenta quæ 2. Paral. 8. d. 18, ſuperſunt, dicunt fuiſſe inſumpta in vſus nauticos.

IN CAPVT X.

1 שSeba שבא Vrbs eſt maxima in Arabia fœlici, quæ dedit & regioni nomen: ſitáq; eſt non procul à Mari rubro. Audiens שומעת ſub. erat. i. audiebat. hoc eſt, quũ frequenter audiſſet famã *eorum quæ* Selomóh *faciebat* in nomine Iehouæ, nõ in nomine idolorum. Vt tentaret, &c. לנסותו בחידות: vt probaret eum in ænigmatibus. i. vt periculum faceret ſapientiæ eius, propoſitis illi quæſtionibus multis. Chaldæus paraph. in parabolis. Doctus inter Hebræos exponit acſi diceret, in verbis occultis in ſapiẽtia. 2 Cum exercitu graui בחיל כבד cum multo comitatu. Quæcunque habebat in animo ſuo. את־כל־אשר היה עם לבבה: Ad verbum, omne quod fuit cum corde ſuo. 3 Indicauit autem ei, &c. ויגד־לה וגו' .i. ſoluit illi omnes quæſtiones, atque ænignata quæ propoſuerat: nihil enim latuit Regem. 4 Et vidit ותרא .i. Conſiderauitque diligenter. 5 Et ſeſſionem ומושב & accubitum. vel ſedes. i. ordinem conuiuarũ, quo ordine ſederent. Et ſtatum ומעמד .i. quo ordine, geſtu, & habitu aſtarent Regi. Et pincernas eius, ומשקיו Chaldæus paraph. pocula eius. vaſa eius potoria. Gallicè, *ſon buffet*. Et holocauſtum eius quod off. ועלתו אשר יעלה & aſcẽſum eius per quem aſcẽdebat in. &c. Et non erat in ea, &c. ולא־היה בה וגו' .i. præ ſtupore fuit penè deſtituta animo. præ admiratione manſit attonita. paſſa eſt ecſtaſin, ſiue exceſſum mentis. 6 Verum erat verbum, &c. אמת היה הדבר Verus erat ſermo ille quem audiueram de rebus tuis, &c. i. qui ferebatur quum adhuc eſſem in patria mea. 7 Et non ולא Non tamẽ. Ecce autẽ, &c. והנה וגו' & ecce nõ fuit renũtiata mihi media pars. Addidiſti ſapientiã, &c. הוספת חכמה Hebraiſmus, ſapientia tua & bonitas ſuperant rumorem quem audiueram. 8 Qui ſtant corã te, העומדים לפניך qui aſtãt tibi. i. qui tecum habitant. 9 Qui complacuit ſibi in te אשר חפץ בך cui complacitum eſt in te. i. qui te tanto amore proſequutus eſt. 10 Non venerunt talia, &c. לא בא כבשום וגו' non venit tanta copia aromatũ poſtea [ſub. in Iudæam] quanta dedit, &c. 11 Coralia עצי אלמוגים ligna almugim. dicuntur 2. Paral. 9. c. 10, algummim. Quidam (inquit doctus inter Hebræos) vocant coralia: alii verò quæ vocant *brezil*.

Fecítque Rex è coraliis ″fulcra domus Iehouæ & domus Regis, & citharas, ʹ& lyras cantoribus: non venerũt ″talia coralia, nec viſa ſunt vſque ad diem hanc. 12

Rex autem ש Selomóh dedit Reginæ ש Sebá ″omnem voluntatem ſuam quam petiuit, præter ea quæ dedit illi ʹmanu regia ש Selomóh: poſthæc vertit ſe, & abiit in terram ſuam ipſa & ſerui eius. 13

Cenſus pecuniæ Salomonis annuus. 666 talẽta auri.

Erat autem pondus auri quod obueniebat ipſi ש Selomóh per annos ſingulos, ſexcentorum & ſexaginta ſex talentorum auri: 14

ʹPræter viros mercatores, & negotiationem aromatariorum, & omnes Reges y Arabiæ, & duces terræ. 15

200 ſcuta.

Fecit autem rex ש Selomóh ducenta ʹſcuta ex auro ʹtracto: ſexcẽtos aureos ″ inſumpſit in ſingula ſcuta. 16

Et trecentos ʹclypeos ex auro tracto: tres minas auri inſumpſit in ſingulos clypeos, & poſuit eos Rex in domo ſaltus Lebanón. 17

12 Fecitque Rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyráſque cantoribus: non ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina, neque viſa vſque in præſentẽ diem.

13 Rex autem Salomõ dedit Reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis iis quæ vltrò obtulerat ei, munere regio. Quæ reuerſa eſt, & abiit in terram ſuam cum ſeruis ſuis.

14 Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri: C

15 Excepto eo quod afferebãt viri qui ſuper vectigalia erãt, & negotiatores vniuerſique ſcruta vendentes, & omnes Reges Arabiæ, ducéſque terræ.

16 Fecit quoque rex Salomon ducẽta ſcuta de auro puriſſimo, ſexcẽtos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius.

17 Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæque minæ auri vnam peltã veſtiebant: poſuitque eas Rex in domo ſaltus Libani.

12 Fulcra מסער Sing. Heb. pro plur. ſuſtentacula. ſignificat ſuſtentacula illa quæ ſolent eſſe ex vtraque parte aſcenſus cuiuſpiã. Et lyras ונבלים & nabla. Talia coralia כן עצי אלמוגים Ad verbum, ſic ligna almugim. i. tanta copia coraliorum, ſiue lignorum quæ vocant *brexil*.
13 Omnem voluntatẽ ſuam quam pe. את־כל־חפצה אשר שאלה .i. quicquid habuit in votis petere. Manu regia כיד המלך pro liberalitate [vel, magnificentia] regia. Ad verbum, ſecundum, [vel, iuxta] manum Regis. Chaldæus paraph. ſecundum diuitias manus Regis. Significat munera ampliſſima data fuiſſe Reginæ. 15 Præter viros mercatores, &c. לבד מאנשי התרים .i. præter id quod obueniebat illi à mercatoribus, minoribus ſcilicet, hoc eſt minoris notæ, à תור Scrutari, quòd ſoleãt omnia diligẽter cõſiderare: & negotiatione aromatariorũ, qui è remotiſſimis regionibus afferebãt pretioſiſſima aromata, & ab õnib⁹ regulis Arabiæ fœlicis, & ducib⁹ patriæ ſuæ. Vel, eius regionis, Arabiæ ſcilicet.
16 Scuta צנה Sing. Heb. pro plur. Sunt ſcuta maiora quibus fere tegimus totũ corpus. Gallicè, *targes*. Tracto: שחוט ductili. i. optimo & ſequaci. Inſumpſit, &c. יעלה וגו׳ Ad verbum, aſcẽdere fecit ſuper ſcutũ vnũ. 17 Clypeos, מגנים Scuta erant breuiora, quaſi lunata.

Thronus Salomonis.

Fecit præterea Rex ſolium eburneum magnum, & operuit illud auro ʹobrizo. 18

ʹSex gradus erant ſolio, & ſummitas rotunda erat in ſolio ʹà parte eius poſteriore, ″& fulcra hinc & inde in loco ſeſſionis, & duo leones ſtabant ″ad fulcra ipſa. 19

Duodecim leones ſtabant illic ſuper ſex gradus hinc & inde: nõ fuit factum tale in vniuerſis regnis. 20

18 Fecit etiam rex Salomon thronũ de ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis.

19 Qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atque inde tenẽtes ſedile: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas.

20 Et duodecim leũculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde: non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis.



18 Obrizo. מופז: purgato. vel, puriſſimo.
19 Sex gradus erant ſolio, שש מעלות לכסה .i. ſex gradibus aſcendebatur ad ſolium.
A parte eius poſteriore, מאחריו à tergo. Gallicè, *au doſſier*. Et fulcra וידות Ad verbum, & manus. Significat fulcra quibus innitebantur brachia in vtroque latere ſedis.
Ad fulcra ipſa. אצל הידות: .i. ad ſedem ipſam: in extrema parte ſcilicet.

Omnia vaſa aurea.

Argentum nihili æſtimatũ tempore Salomonis.

Omnia inſuper vaſa potoria regis ש Selomóh erant aurea, omnia item vaſa domus ſaltus Lebanón ex auro puro: ʹnõ erat argentum, ″non reputabatur in diebus ש Selomóh quicquam: 21

21 Sed & õnia vaſa, de quibus potabat rex Salomõ, erãt aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſalt⁹ Libani, de auro puriſſimo: nõ erat argentũ, nec alicuius pretii putabatur in dieb⁹ Salomonis.

21 Non erat argentum, אין כסף ſub. in eis. i. nulla ex illis vaſis erant argentea. Non reputabatur לא נחשב pro nihilo habebatur. in nullo pretio erat. ſub. argentum.

22 Quia claſſis Regis per mare cum claſſe Hirã ſemel per tres annos ibat in Tharſis,deferens inde aurũ & argẽtum, & dentes elephantorum, & ſimias,& pauos.

23 Magnificatus eſt ergo Rex Salomõ ſuper omnes Reges terræ, diuitiis & ſapientia.

24 Et vniuerſa terra deſiderabat vultũ Salomonis,vt audiret ſapientiã eius, quam dederat Deus in corde eius.

25 Et ſinguli deferebant ei munera,vaſa argẽtea & aurea,veſtes & arma bellica,aromata quoque,& equos,&mulos,per annos ſingulos.

2.Para.1.d.14

26 Congregauitque Salomon currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringẽti currus,& duodecim millia equitum:& diſpoſuit eos per ciuitates munitas,& cum Rege in Ieruſalem.

27 Fecitque vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum:& cedrorum præbuit multitudinem quaſi ſycomoros quæ naſcũtur in campeſtribus.

28 Et educebantur equi Salomoni de AEgypto & de Coa. negotiatores enim Regis emebãt de Coa,& ſtatuto pretio perducebant.

29 Egrediebatur autẽ quadriga ex AEgypto ſexcentis ſiclis argẽti,& equus centum quinquaginta. atque in hũc modum cũcti Reges Hethæorum & Syriæ,equos venundabant.

Cap. XI.

1 REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas,filiam quoque Pharaonis,& Moabitidas,& Ammonitidas,Idumæas,& Sidonias,& Cethæas:

Exod.34.b.16.

2 De Gẽtibus ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſrael, ‖Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras:certiſſimè enim auertẽt corda veſtra vt ſequamini deos earum. iis itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore.

3 Fuerúntq; ei vxores reginæ ſeptingentæ,& concubinæ trecẽtæ:& auerterunt mulieres cor eius.

4 Cùmque iam eſſet ſenex,deprauatũ eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos : nec erat cor eius perfectum cũ Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius.

5 Sed colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum, & Moloch ido-

22 Quia claſſis″Tharשiש erat Regi per mare,cum claſſe חHirám: ſemel in tribus annis veniebat claſſis Tharשiש,quæ referebat aurum & argentum,dentes elephantum,& ſimias,& pauos.

23 ″Et magnificatus eſt Rex שSelomóh præ omnibus Regibus terræ in diuitiis & ſapientia.

24 ′Omnéſque habitatores terræ quærebant faciẽ שSelomóh,vt audirent ſapientiam eius quam poſuerat Deus in corde eius.

25 Et afferebant quiſque munus ſuum, vaſa argẽtea,& vaſa aurea, & veſtes,″& arma,& aromata,equos,& mulos:″ídque per ſingulos annos.

26 Congregauit itaque שSelomóh currus & equites: & fuerunt ei mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum,′quos collocauit in vrbibus curruum,″& cum Rege in Ieruשſaláim.

1400 currus.
1200 equites.

27 ″Et poſuit Rex argentum in Ieruשſaláim tanquam lapides,& cedros poſuit tanquã ſycomoros quæ creſcunt in campeſtribus præ multitudine.

28 ″Et egreſſus equorum *qui erat* ipſius שSelomóh, *erat* ex AEgypto: ′nam congregatio mercatorum Regis accipiebant cõgregationem *equorum* pretio.

29 Cæterùm aſcẽdebat & egrediebatur″quadriga ex AEgypto cum ſexcentis argenteis:equus verò cum centum & quinquaginta: & ſic omnes Reges חHitthæorum & Reges Arám per manum eorũ educebant.

Cap. XI.

1 REx autem שSelomóh adamauit mulieres alienigenas multas, ″& filiam Parעóh, Moabitidas, עAmmonitidas, אEdomæas,צSidonias,*&* חHitthæas:

Amore excæcatus Salomon idololatriam fert in terra ſancta.

2 De gẽtibus ſcilicet′quas dixerat Iehouáh filiis Iשraאelis, ″Non ingrediemini ad eas, & ipſæ non ingredientur ad vos : ſiquidem ″inclinare faciẽt cor veſtrum poſt deos ſuos:iis *inquam* adhæſit שSelomóh″amore.

3 Fuerunt ei præterea vxores reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ:″& declinare fecerunt mulieres eius cor eius.

700 vxores Salomonis.
300 concubinæ.

4 Et fuit,″tempore ſenectutis שSelomóh,vxores eius″inclinauerunt cor eius poſt deos alienos, nec fuit cor eius ″perfectum cum Iehoua Deo ſuo, ſicut *fuerat* cor Dauidis patris ſui.

5 Sed abiit″ipſe poſt עAשthóreth deũ צSidoniorũ,& poſt″Milchõ

---

22 Tharſis תרשיש Inſula eſt hoc loco in Oceano ad Occidentem. Chaldæus paraphr. claſſis Africa.i.Rex habebat claſſem quæ per ipſum Oceanum ibat in Tharſis cum claſſe Hiram. 23 Et magnificatus eſt ויגדל .i.ſuperauit omnes Reges opibus.

24 Omnéſque habitatores terræ וכל־הארץ Ad verbum,Et tota terra.i.homines vniuerſæ regionis propinquæ & Orientalis.

25 Et arma, ונשק ſub.bellica. Idque per ſingulos annos. דבר־שנה בשנה: Ad verbum,rem anni in anno.q.d.ſuo quæque anno.

26 Quos collocauit,&c. וינחם בערי quos deduxit[vel,deduci curauit]in vrbes deſtinatas curribus. Et cum Rege ועם־המלך .i.partim apud ſe. 27 Et poſuit,&c. ויתן וגו׳ Ad verbũ,Et dedit.i.effecit vt tãta eſſet copia argenti quanta lapidũ:tãta quoque copia cedrorum, quanta & ſycomorum. 28 Et egreſſus,&c. ומוצא וגו׳ .i.Salomon curabat deduci ſibi optimos quoſque equos ex AEgypto. Vel, Ab AEgypto adducebantur equi Salomoni, vel ad Salomonem. Nam congregatio mercatorum ומקוה סוחרי & turma [ſocietas] negotiatorum.i mercatores capere ſolebant ex AEgypto magnam copiam equorum dato pretio. Hîc ו pro Nam. niſi vertas vt quidam, Et turma mercatorum Regis capiebant filum pretio. id eſt telam byſſinam , ſiue veſtes byſſinas , quæ eo tempore erant in magno pretio,aducctæ ex AEgypto. Mercatores miſſi à Rege,afferebant telam byſſinam pretio quodam certo de quo conuenerat inter emptorem & venditorẽ. Permittebat Pharao Salomoni vt mitteret mercatores ſuos in AEgyptũ qui equos abducerent & telas byſſinas,quæ erãt in maximo pretio eo tempore. Gallicè, *Il luy bailloit traicte de cheuaux,& de fines toiles de lin.* 29 Quadriga מרכבה currus.i.hac ratione, opera illorũ mercatorum aſcendebant, educebantur(nam AEgyptus depreſſior erat Terra ſancta)currus & equi ex AEgypto:currus quidem, pretio ſexcentorum argenteorum educèbatur,equus verò dato pretio centum quinquaginta argenteorum.i.ſinguli equi. Per manum inquam iſtorum,atque eorum opera , quibus ſolis licebat educere,cæteri Reges habebãt currus & equos ex AEgypto.

IN CAPVT XI.

1 Et filiam Parעóh, ואת־בת־פרעה maximè [præſertim]filiam Parעóh.quòd ea præcipuas partes teneret in auertendo eo à vero Dei cultu.

2 Quas dixerat אשר אמר de quibus *Gentibus* dixerat.i.præceperat. Non ingrediemini ad eas, לא־תבואו בהם Chaldæus paraph.non miſcebitis vos cum illis,&c.& ipſi non miſcebunt ſe vobiſcum. Inclinare facient cor veſtrum poſt,&c. יטו את־לבבכם אחרי אלהיהם inclinabunt cor veſtrum poſt deos ſuos.i.vt ſequamini deos ſuos.hoc eſt,reddent animum veſtrum propenſum ad cultum deorum ſuorum. Amore. לאהבה: Ad verbum,amando.i.miſcuit ſe illis,ita vt eas diligeret. 3 Et declinare fecerunt ויטו & auerterunt.ſub.à Deo, ſiue à vero Dei cultu. 4 Tempore ſenectutis לעת זקנת .i.quum ſenuiſſet. Inclinauerunt הטו flexerunt.i.auerterunt mentem eius vt ſequeretur deos alienos.hoc eſt,effecerunt vt eſſet animo propenſiore & equiore in deos alienos. Perfectum שלם integrum.i.non coluit prorſus ex animo Dominum. 5 Ipſe שלמה Ad verbum,Selomoh.Antecedens pro relatiuo. Milchóm מלכם Mox verſu 7,dicitur Molech Vide Leuit.18.c.21.

″abominationem עAmmonitarum.

Fecit itaque שSelomóh″malum in oculis Iehouæ,″& non adimpleuit *ut iret* poſt Iehouam ſicut Dauid pater eius. 6

Chamos. Moloch.

Tunc ædificauit שSelomóh″excelſum ipſi Chemóשs abominationi Moáb in monte qui eſt″eregione Ieruשſaláim, & Mólech abominationi filiorum עAmmón. 7

Et ſic fecit omnibus vxoribus ſuis alienigenis, quæ ſuffiebant & immolabant diis ſuis. 8

Iraſcitur Deus Salomoni.

Iratus eſt ergo Iehouáh cõtra שSelomóh, quòd″declinaſſet cor eius à Iehoua Deo Iשraאelis,″qui apparuerat ei duabus vicibus, 9

Et præceperat ei ſuper hac re,ne abiret poſt deos alienos:& *tamen* non cuſtodierat quod præceperat Iehouáh. 10

Salomonis regnum diuidendum.

Dixit itaque Iehouáh ad שSelomóh, Propterea quòd fuit″hoc apud te,nec cuſtodiſti pactum meum,&decreta mea quæ præceperam tibi,″ſcindẽdo ſcindam regnum à te,& dabo illud ſeruo tuo. 11

Veruntamen in diebus tuis non faciam hoc,propter Dauidem patrem tuum:*at* de manu filii tui ſcindam illud. 12

Attamen totum regnum non ſcindã, *ſed*″tribum vnam dabo filio tuo,propter Dauidem ſeruum meum,& propter Ieruשſaláim quam elegi. 13

Suſcitat Dominus Adad aduerſariũ Salomoni.

Suſcitauit igitur Iehouáh aduerſarium ipſi שSelomóh , Hadád אEdomæum,de ſemine regio,qui erat in אEdóm. 14

Fuit enim,quũ eſſet Dauid in אEdóm, *&* aſcendiſſet Ioáb princeps militiæ″ad ſepeliendum interfectos, & percuſſiſſet omnem maſculum in אEdóm: 15

(Nã ſex menſibus manſit ibi Ioáb,& vniuerſus Iשraאél, donec exterminaret omnem maſculum in אEdóm) 16

Adad fugit à facie Dauidis vaſtantis Idumæã.

Tunc aufugerat Hadád ipſe,″& viri אEdomæi de ſeruis patris ſui cum eo,vt irẽt in AEgyptum:Hadád autẽ erat puer paruulus. 17

″Qui ſurgentes de Midián, venerunt in Parán, & aſſumpſerunt ″viros *aliquot* ſecum de Parán , & ingreſſi ſunt AEgyptum ad Parעóh regem AEgypti, qui dedit ei domum ,″& cibum iuſſit *ut ſubminiſtrarent* ei,″terram quoque dedit ei. 18

″Inuenit ergo Hadád gratiam in oculis Parעóh valde , adeò vt dederit ei vxorem ſororem vxoris ſuæ, ſororẽ Thaחhpenéסs″principis. 19

Peperit autẽ ei ſoror Thaחhpenéסs, Genubáth filium eius,″ablactauítque eum Thaחhpenéסs″in medio domus Parעóh,& fuit Genubáth in domo Parעóh in medio filiorum Parעóh. 20

Adad reuertitur in Iſrael.

Quum autem Hadád audiſſet in AEgypto quòd dormiſſet Dauid cum patribus ſuis,quódque mortuus eſſet Ioáb princeps militiæ:tum dixit ad Parעóh,Dimitte me,vt abeam ad terram meã. 21

lum Ammonitarum.

6 Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino,& non adimpleuit vt ſequeretur Dominum, ſicut Dauid pater eius. B

7 Tunc ædificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab, in monte qui eſt contra Ieruſalem , & Moloch idolo filiorum Ammon.

8 Atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis quæ adolebant thura,& immolabant diis ſuis.

9 Igitur iratus eſt Dominus Salomoni,quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, |qui apparuerat ei ſecundò. Suprà 9.a.3

10 |Et præceperat de verbo hoc,ne ſequeretur deos alienos:& non cuſtodiuit quæ mandauit ei Dominus. Suprà 6.b.12

11 Dixit itaque Dominus Salomoni, Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meũ,& præcepta mea quæ mandaui tibi, diſrumpens |ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Infrà 12.d.19

12 Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuũ: de manu filii tui ſcindam illud.

13 Nec totum regnũ auferã, ſed tribũ vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum,& Ieruſalẽ quã elegi. C

14 Suſcitauit autem Dominus aduerſarium Salomoni Adad Idumæum de ſemine regio,qui erat in Edom.

15 Quũ enim eſſet Dauid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ ad ſepeliẽdum eos qui fuerant interfecti,& occidiſſet omne maſculinum in Idumæa: 2.Reg.8.d.14

16 (Sex enim menſibus ibi moratus eſt Ioab,& omnis Iſrael,donec interimeret omne maſculinũ in Idumæa)

17 Fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cũ eo,vt ingrederetur AEgyptum : erat autẽ Adad puer paruulus.

18 Quúmque ſurrexiſſent de Nadian, venerunt in Pharan , tulerúntq; ſecũ viros de Pharan , & introierũt AEgyptum ad Pharaonem regẽ AEgypti: qui dedit ei domum , & cibos conſtituit,& terram delegauit.

19 Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum vt daret ei vxorẽ,ſororem vxoris ſuæ germanam Taphnes reginæ. D

20 Genuitque ei ſoror Taphnes Genubath filium,& nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis: erátque Genubath habitãs apud Pharaonem cum filiis eius.

21 Quúmque audiſſet Adad in AEgypto,dormiſſe Dauid cũ patribus ſuis, & mortuũ eſſe Ioab principem militiæ,dixit Pharaoni,Dimitte me,vt vadam in terram meam.

Abominationem שקוץ Deum, ſiue idolum vocauerat,quod nunc abominationem:quòd idola Gentium abominetur Dominus.
6 Malum הרע nempe iſtud,colendi idola. Et non adimpleuit,&c. ולאמלא וגו׳ .i.non impleuit præceptũ Domini,ſequendo ipſum: hoc eſt non permanſit in vero illius cultu. 7 Excelſum במה Quidam interpretantur altare.Vide Num.22.g.41.
9 Declinaſſet נטה auerſum eſſet. Qui apparuerat ei הנראה אליו qui præbuerat ſe viſendum ei.
11 Hoc זאת nempe peccatum.quia peccatum iſtud inuentum eſt apud te. Scindendo ſcindam קרוע אקרע omnino abrumpam.vel auellam. 13 Tribum vnam שבט אחד Tribus Iuda & tribus Beniamin reputabãtur pro vna tribu,quòd tribus Beniamin permiſta eſſet tribui Iuda. 15 Ad ſepeliendum interfectos, לקבר את החללים .i.vt curaret ſepeliendos Idumæos interfectos.
18 Qui ſurgentes de Midián, ויקומו ממדין .i.Qui diſcedẽtes de Midián,quò ſcilicet conceſſerant ab AEdom. Viros אנשים Vt ſcilicet cum magna dignitate intrarent in AEgyptum,& illi teſtarentur eum eſſe de genere regio. Et cibum,&c. ולחם וגו׳ Ad verbum,& panem dixit ei.Hebraiſmus,pro,eſcam imperauit dari illi.i.victum conſtituit illi. Terrã quoq; dedit ei. וארץ נתן לו: .i.præfecit eum regioni cuidã. 19 Inuenit ergo Hadad gratiam,&c. וימצא וגו׳ Hebraiſmus, fuit gratus maximè Pharaoni. Principis. הגבירה: .i.reginæ. Hæc omnia dicit vt oſtendat eum maximo odio proſequutum fuiſſe Iſraelitas. 20 Ablactauitque eum ותגמלהו .i.ablactatum eum, & ab vbere depulſum educauit. In medio domus Parעóth בתוך בית פרעה .i.in ipſa regia.

22 Dixitque ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille reſpondit, Nulla: ſed obſecro te vt dimittas me.

2.Samu.8.a.3

23 Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon filium Eliada, ‖qui fugerat Adarézer regē Soba dnm ſuum:

24 Et congregauit contra eum viros, & factus eſt princeps latronū cum interficeret eos Dauid: abierúntque Damaſcum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum Regem in Damaſco,

E 25 Erátque aduerſarius Iſraeli cunctis diebus Salomonis: & hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſrael, regnauitque in Syria.

2.Para.13.a.6

26 ‖Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, ſeruus Salomonis (cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua) leuauit manum contra Regem.

27 Et hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum, quia Salomō ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui.

28 Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: vidénſque Salomon adoleſcētem bonæ indolis & induſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.

92 Factum eſt igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ieruſalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo: erant autē duo tātùm in agro.

F 30 Apprehendénſque Ahias pallium ſuum nouum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes.

31 Et ait ad Ieroboā, Tolle tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego ſcindam regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.

32 Porrò vna trib⁹ remanebit ei propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael:

33 Eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthē deam Sidoniorum, & Chamos deū Moab, & Moloch deū filiorum Ammon: & nō ambulauerit in viis meis vt faceret iuſtitiam corā me, & præcepta mea, & iudicia, ſicut Dauid pater eius.

34 Nec auferam omne regnū de manu eius, ſed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauid ſeruū

22 Cui reſpondit Parעóh, ″Quo enim indiges apud me, ″vt quæras ire ad terram tuam? Et dixit, ″Non, ſed dimittendo dimitte me.

Razon aduerſarius Salomoni ſuſcitatus à Deo.

23 Suſcitauit quoque Deus ″illi aduerſariū Rezón filium אEliadáy, qui ″fugerat ab Hadadעézer rege צSobáh domino ſuo:

24 Congregauerátq; ad ſe viros, & fuerat princeps exercitus quū interfeciſſet ″eos Dauid: ″abierúntque Dāméשſec, & habitauerunt in ea, regnauerúntque in Damméשſec.

25 Fuítque aduerſarius Iשſraאeli omnibus diebus שSelomóh, ″& cum malo quod *fecit* Hadád: ″& deteſtatus eſt Iשſraאelem, regnauitque ſuper Syriam.

Ieroboam rebellis Salomoni.

26 Iarobעám autem filius Nebát אEphrathæi de צSeradáh (nomen verò matris eius צSeruעáh mulier vidua) ″ſeruus ipſi שSelomóh, leuauit manum contra Regem.

27 ″Et hæc *eſt* res propter quam leuauit manum cōtra Regē, ″שSelomóh ædificauit ″Millo, *&* obſtruxit ″diruptionem ciuitatis Dauidis patris ſui.

28 Vir autem Iarobעám erat ″potens robore: ″& videns שSelomóh puerum quòd faciens opus erat, præfecit eum vniuerſo oneri domus Ioסſéph.

Ahias propheta tradit decem tribus Ieroboam.

92 Eo autem tempore quum Iarobעám egreſſus eſſet de Ieruשſaláim, inuenit eum Aחhiiáh שSilonites propheta, in via, ipſéque erat opertus veſte noua, erántque ambo ſoli in agro.

30 Tunc apprehendit Aחhiiáh veſtem illam nouam ″quæ *erat* ſuper ſe, & ſcidit illam in duodecim ″ſciſſiones.

31 Dixítque ad Iarobעám, Tolle tibi decem ſciſſiones: ſic enim dixit Iehouáh Deus Iשſraאelis, Ecce ego ″ſcindo regnum de manu שSelomóh. & dabo tibi decem tribus.

32 Tribus autē ″vna erit ″ei propter ſeruum meū Dauidē, & propter Ieruשſaláim ciuitatem quā *elegi* ex omnibus tribubus Iשſraאelis:

33 Eo quòd dereliquerunt me, & adorauerunt עAשſthóreth deū צSidoniorum, Chemóשſ deum Moáb, & Milchóm deum filiorum עAmmón, nec ambulauerūt in viis meis, faciendo ″quod rectum eſt in oculis meis, ″& decreta mea, & iudicia mea, ſicut Dauid pater eius.

34 ″Non tamē tollā quicquā regni de manu eius, ſed ducē ponā cū cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauidem ſeruū meum quē ele-

22 Quo enim indiges כי מה־אתה חסר Ad verbū, Quia quo indiges. Aut redundat כי aut ſubaudiendum erit aliquid. q.d. id non permittā: quo enim indiges, &c. Vt quæras ire, &c. מבקש ללכת וגו׳ .i. quòd nunc optas reuerti in patriā tuā? Non, לא Nequaquā. ſub. acquieſcā verbis tuis. vel, nequaquā remanebo hic. 23 Illi לו nēpe Salomoni. ſuſcitauit illi alterum inimicum. Fugerat ab Hadadעezér ברח מאת הדדעזר .i. qui reliquerat herum ſuum, in conflictu, quum videret iam inclinatam eſſe aciem, & penè fuſam, videretque victoriam iam ferè eſſe apud Dauidem. 24 Eos אותם .i. milites Hadadezer, hoc eſt quum potitus eſſet victoria contra Hadadezer & milites eius. Abierúntque Damméשſec, וילכו דמשק Et iuerunt in Dammeſec. i. inuaſerunt Dammeſec, & expugnarunt eā. erat enim præcipua vrbs Syriæ. Hoc autē factū fuit longo pòſt tēpore, nēpe ſub ſeniū Salomonis. 25 Et cū malo quod *fecit* Hadád: ואת־הרעה אשר הדד Subaudiēda multa, ſic, *& coniunctum eſt malum eius* cum malo quod *fecit Iſraeli* Hadad. i. afflictio eius adiūcta fuit afflictioni quam fecit Hadad. hoc eſt, ipſe quoq; afflixit Iſraelem vnà cum Hadad. Et deteſtatus eſt Iשſr. ויקץ בישראל & abhorruit ab Iſraele. i. exercuit ſemper contra eos inimicitias. Quidam vertunt, contemptui habuit Iſraelem. 26 Seruus ipſi שSelomóh, leuauit, &c. עבד לשלמה וירם וגו׳ .i. quum eſſet ſeruus Salomonis, fuit rebellis aduerſus eum. 27 Et hæc *eſt* res, &c. וזה הדבר וגו׳ Et hic eſt ſermo quo, &c. Ita obloquutus eſt Salomoni. Alii, Hæc autem eſt cauſa rebellionis eius contra Salomonem. Selomóh שלמה Verba ſunt Ieroboam rebellantis contra Salomonem. Nomine autem Regis proprio vtitur per contemptum. Millo, את־המלוא .i. locum publicum & neceſſarium ciuibus Ieroſolymitanis atque Iſraelitis. Diruptionem את־פרץ rupturam. i. aperturam. Gallicè, *La breche*. quam (inquit doctus inter Hebræos) fecerat Dauid in muro Sion, vt ſi rebellaret Iſrael contra eum, egrederetur, & fugeret illis ignorantibus. q.d. iuſtè ſcilicet putat ſe prudentiorem patre ſuo, qui contra libertatem publicā ædificauit domos aliquot familiæ filiæ Pharaonis in platea Mello, in qua figebat tentoria populus quādo conueniebat: & poſticum obthurauit quo poterat elabi in ſurgēte populo. Poſticū vocat quod Gallicè dicimus *la poſterne*. Hoc pacto volebat odiū populi concitare in Salomonē. 28 Potens robore: גבור חיל .i. fortis & magnanimus, & virtute ſingulari. Hoc eſt, valebat viribus tam animi quàm corporis. Et vidēs שSelomóh, &c. וירא שלמה וגו׳ .i. quem quum vidiſſet, ſiue conſideraſſet iuuenem operoſum & laborioſum, ac in rebus agendis diligentiſſimum, præfecerat tributo, ſiue vectigalibus exigendis, quæ exigebantur à tribu Ephraim & Manaſſe.

30 Quæ *erat* ſuper ſe, אשר עליו qua tectus erat. Sciſſiones. קרעים: fragmēta. fruſta. diuiſiones, ſiue rupturas. i. partes. Sic verſu ſequēti.

31 Scindo קורע Præſ. Hebr. pro fut. rumpam. i. abrumpendo detraham, ſiue detracturus ſum.

32 Vna האחד Vnica. Tribus Iuda & tribus Beniamin pro vna reputabantur, quòd eſſent permiſtæ, vt dictum eſt ſuprà verſu 13. Ei לו .i. proli ac nepotibus eius. 33 Quod rectū eſt in oculis m. הישר בעיני .i. quæ placita ſunt mihi. Et decreta mea, וחוקותי & ſtatuta mea. & cæremonias meas. 34 Non tamen tollam quicquam, &c. ולא־אקח את־כל־הממלכה מידו q.d. ſi nam eum regnare quādiu vixerit.

gi:′quia custodiuit præcepta mea & decreta mea:

35 Sed tollam regnum de manu filii eius,& dabo illud tibi, decem scilicet tribus:

36 Filio verò eius dabo tribum vnam,′vt sit lucerna Dauidi seruo meo omnibus diebus coram me in Ieruשsaláim ciuitate quam elegi mihi′vt ponerem nomen meum ibi.

37 Te autem assumam, & regnabis in omnibus quæ desiderabit anima tua,erísque Rex super Iשsraאelem.

38 Erit præterea,si audieris omnia quæ præcepero tibi,& ambulaueris in viis meis,& feceris quod rectum est in oculis meis,custodiendo decreta mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus,ero tecum:′& ædificabo tibi domum firmam,sicut ædificaui Dauidi,& dabo tibi Iשsraאelem:

39 ′Et affligam semen Dauidis propter hoc: veruntamen non omnibus diebus.

Fugit Ieroboam Salomonem.

40 ″Quæsiuit autem שSelomóh interficere Iarobyám:′propterea surgens Iarobyám fugit in AEgyptũ ad שSiשsac regem AEgypti: fuítque in AEgypto,donec mortuus esset שSelomóh.

Moritur Salomon.

41 Reliqua verò′acta שSelomóh,& quæcunque gessit,& sapientia eius,nónne scripta sunt″in libro actorum שSelomóh?

42 Dies autem quibus regnauit שSelomóh in Ieruשsaláim super vniuersum Iשsraאelem,fuerunt quadraginta anni.

43 Dormiuítque שSelomóh cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauidis patris sui: regnauítque Reחhabyám filius eius pro eo.

Regnat Roboã.

Cap. XII.

Roboam constituitur Rex à populo.

1 ABiit autem Reחhabyám in שSechém:in שSechém nanque venerat vniuersus Iשsraאél vt Regem constituerent eum.

2 Fuit verò, quum audisset Iarobyám filius Nebát (qui adhuc erat in AEgypto,quò fugerat à facie regis שSelomóh)″tum reuersus est Iarobyám ex AEgypto.

Petit populus à Roboam vt tributũ à Salomone indictum minuat.

3 ″Miserúntq;,& vocauerũt eũ:″venerũt autẽ Iarobyám & vniuersa cõgregatio Iשsraאelis,& loquuti sunt ad Reחhabyám,dicẽdo,

4 Pater tuus′aggrauauit iugum nostrũ,sed tu nunc alleuia de seruitute patris tui dura,& de iugo eius graui quod posuit super nos, & seruiemus tibi.

5 Dixítque ad eos,Abite′vsque ad tres dies,& reuertimini ad me. Abiit ergo populus.

Consilium senum.

6 Et consilium iniit rex Reחhabyám cum senioribus″qui steterãt coram שSelomóh patre suo,adhuc eo viuente,dicẽdo,″Quomodo consulitis vos,vt respondeam populo huic verbum?

meum quem elegi,qui custodiuit mãdata mea & præcepta mea.

Auferam autem regnum de manu filii eius,& dabo tibi decem tribus:

Filio autem eius dabo tribũ vnã,vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalẽ ciuitate quam elegi vt esset nomen meum ibi.

G

Te autem assumam,& regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisque Rex super Israel.

Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est corã me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus,ero tecum:& ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel:

Et affligam semẽ Dauid super hoc: veruntamen non cunctis diebus.

Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam:qui surrexit & aufugit in AEgyptum ad Sesac regem AEgypti, & fuit in AEgypto vsque ad mortem Salomonis.

Reliquum autem verborum Salomonis,& omnia quæ fecit,& sapientia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum Salomonis.

Dies autẽ quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnẽ Israel, quadraginta anni sunt.

Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Roboã filius eius pro eo.

Cap. XII.

2.Par.10.a.1.

VEnit autem Roboam in Sichẽ: illuc enim cõgregatus erat omnis Israel ad constituẽdum eũ Regẽ.

At verò Ieroboam filius Nabat, quum adhuc esset in AEgypto profugus à facie Regis Salomonis, audita morte eius,reuersus est de AEgypto.

Miserúntque, & vocauerunt eum: venit ergo Ieroboam,& omnis multitudo Israel, & loquuti sunt ad Roboam,dicentes,

Pater tuus durissimum iugũ imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululũ de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis,& seruiemus tibi.

Qui ait eis,Ite vsque ad tertiũ diẽ, & reuertimini ad me. Qúmq; abiisset populus,

B

Iniit consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre eius, quum adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi consilium,vt respondeam populo huic?

Quia custodiuit אשר שמר qui*que* custodiuit. 36 Vt sit lucerna Dauidi למען היות ניר לדויד Lucerna pro regno, vt exponit Chaldæus paraph.i.vt semper habeat aliquem ex nepotibus suis qui regnet in Ierusalẽ,me conspiciẽte. Vt ponerẽ nomẽ meũ ibi. לשום שמי שם: Hebraismus,quæ diceretur mea,& in qua inuocaretur nomen meum. 38 Et ædificabo tibi domum firmam, ובניתי לך בית־נאמן .i.familiam superstitem quæ longo tempore permaneat:hoc est nepotes qui sufficientur in locum tuum,succedéntque tibi in regno.

39 Et affligam,&c. ואענה וגו׳ .i.nepotes Dauidis affligam,non restituendo illis regnum,propter idololatriam quam tulit & cui fauit Salomon:veruntamen non semper affligam illos,nam tandem restituam illis regnum,tempore scilicet Messiæ: quod adimpletum fuit in Christo Iesu Domino nostro,qui sedit super solium Dauidis patris eius,Luc.1.c.31. 40 Quæsiuit autem ויבקש .i.conatus est,& dedit operam.

Propterea surgens Iarobyám fugit ויקם ירבעם ויברח .i.propterea mox confugit Ieroboam ad,&c.

41 Acta דברי gesta.Ad verbum,sermones.siue,verba. In libro actorum על־ספר דברי .i.in libro scripto de gestis eius,hoc est in historia eius.

IN CAPVT XII.

2 Tum reuersus est ex AEg. וישב ירבעם במצרים: Hic ב pro מן accipitur. Quidam vertunt,mansitque Ieroboam in AEgypto.

3 Miserúntque,& vocauerunt eum, וישלחו ויקראו לו Quidam iuxta opinionem docti inter Hebræos,vertunt per plusquam perfectum,Etiam miserant,& vocauerant eum.i.missis nuntiis accersiuerant eum. Venerunt autẽ ויבואו sub.in Sichem,antequã inaugураretur in Regẽ.

4 Aggrauauit iugum,&c. הקשה את־עולנו וגו׳ .i.grauissimum iugũ imposuit nobis pater tuus per præfectos suos(vide suprà,cap.4.a.7)sed nunc in principio regni tui,alleuia,hoc est minue aliquid de seruitute illa quam imposuit nobis pater tuus,dura & difficili.

5 Vsque ad tres dies, עוד שלושה ימים Ad verbum,adhuc tres dies.i.vsque in diem tertium.

6 Qui steterant coram שSelomóh,&c. אשר־היו עומדים את־פני שלמה וגו׳ qui astiterant Solomoni patri quum viueret.Ad verbum,qui erant ii qui astabant ei.i.qui erant serui eius. Quomodo consulitis vos,&c. איך אתם נועצים וגו׳ Quodnam consilium inistis inter vos, vt dem responsum populo huic?Paulo pòst versu 8,ponit מה Quid.

Qui dixerunt ei, Si hodie obedieris populo huic, & ſeruieris, & petitioni eorum ceſſeris, loquutúſque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſerui cunctis diebus. 7

Qui dereliquit cõſilium ſenũ quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi: 8

Dixitque ad eos, Quòd mihi datis conſilium, vt reſpondeã populo huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugum quod impoſuit pater tuus ſuper nos? 9

C Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic loquere populo huic, qui loquuti ſunt ad te, dicentes, Pater tuus aggrauauit iugum noſtrũ, tu releua nos: ‖ ſic loquêris ad eos, Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. 10

Eccli 47.d.28

Et nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem addam ſuper iugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. 11

Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut loquutus fuerat Rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. 12

Reſponditque Rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum quod ei dederant: 13

Et loquutus eſt eis ſecundũ conſilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addam iugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædã vos ſcorpionibus. 14

D Et nõ acquieuit Rex populo: quoniam auerſatus fuerat eũ Dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuum ‖ quod loquutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabat. 15

Suprà 11.b.11

Videns itaque populus quòd noluiſſet eos audire Rex, reſpondit ei, dicẽs, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hęreditas in filio Iſai? in tabernacula tua Iſrael: nũc vide domũ tuam Dauid. Et abiit Iſrael in tabernacula ſua. 16

Super filios autem Iſrael, quicunq; habitabãt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. 17

Miſit ergo rex Roboã Adurã qui erat ſuper tributa: & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuus eſt. porrò E rex Roboam feſtinus aſcendit currum, & fugit in Ieruſalem. 18

Receſſitque Iſrael à domo Dauid, vſque in præſentem diem. 19

Factũ eſt autẽ, quũ audiſſet omnis Iſrael quòd reuerſus eſſet Ieroboam, 20

7 Et loquuti ſunt illi, dicendo, Si hodie, ʹfuerisſeruus populo huic, ſeruierîſque eis, & reſpõderis eis, loquutúſque fueris eis verba ʹbona, erunt tibi ſerui ʹomnibus diebus.

8 Dereliquit autem conſilium ſeniorum quod conſuluerant ei, & conſilium iniit cum iuuenibus qui ʺadoleuerant cum eo, qui ſtabant coram eo:

9 Dixítque ad eos, Quid conſulitis vos, ʹvt reſpõdeamus verbum populo huic, qui loquuti ſunt mihi dicẽdo, Alleuia de iugo quod poſuit pater tuus ſuper nos?

10 Dixerunt autem ei iuuenes qui adoleuerant cum eo, dicendo, Sic loquêris populo huic, qui loquuti ſunt tibi dicẽdo, Pater tuus ʹaggrauauit iugum noſtrũ, tu autem alleuia à nobis: ſic *inquam* loquêris ad eos, ʺMinimus *digitus* meus craſſior eſt lumbis patris mei.

11 Nunc ergo pater meus ʹonus impoſuit vobis iugum graue, ego autem addam ʺiugo veſtro: pater meus ʹcorripuit vos flagellis, ego autem corripiam vos ʺſcorpionibus.

12 Venit itaque Iarobyám & vniuerſus populus ad Reᴨhabyám die tertio, ſicut loquutus fuerat Rex, dicendo, Reuertimini ad me die tertio.

13 Reſpondítque Rex populo dura, relicto cõſilio ſeniorum quod conſuluerant ei:

14 Loquutus eſt autẽ ad eos ſecundũ conſilium iuuenum, dicẽdo, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego verò addam iugo veſtro: pater meus corripuit vos flagellis, ego verò corripiam vos ſcorpionibus.

15 ʹEt non exaudiuit Rex populum: ʹfuit enim cauſa à Iehoua, vt confirmaret verbũ ſuum quod loquutus fuerat ʹipſe per manum Aᴨhiiáh שSilonitæ ad Iarobyám filium Nebát.

16 Quum autem vidiſſet vniuerſus Iשſraאél quòd non ʹexaudiſſet eos Rex, reſponderunt Regi ʺin hunc modum, ʺQuæ nobis portio in Dauide? neque hæreditas eſt *nobis* in filio Iשſái. v*ade* in tabernacula tua ô Iשſraאél: nunc ʹvide domum tuam ô Dauid. Abiit itaque Iשſraאél in tabernacula ſua.

17 Super filios autẽ Iשſraאél qui habitabant in vrbibus Iehudáh, regnauit Reᴨhabyám.

18 Miſit verò rex Reᴨhabyám ipſum Adorám qui erat ſuper tributum, & lapidauerũt eum vniuerſus Iשſraאél lapidibus, ac mortuus eſt: rex autem Reᴨhabyám ʹroborauit ſeipſum vt aſcenderet currum vt fugeret in Ieruשſaláim.

19 ʹEt præuaricati ſũt Iשſraאelitæ in domũ Dauidis vſq; hodie.

20 Fuit itaque, quum audiſſet vniuerſus Iשſraאél quòd reuerſus eſ-

Conſilium iuuenum.

Roboam ſequutus conſilium iuuenum, duris verbis cum populo agit.

Sciſſio regni Iſrael.

Roboã regnat ſuper Iudam.

Aduram lapidatur.

Ieroboã regnat ſuper Iſraele n.

7 Fueris ſeruus populo huic, תהיה־עבד לעם הזה .i.ſi demiſeris tete, & parueris, & quaſi ſeruieris. Bona, טובים .i.lenia.i.ſi reddideris illis reſponſum lene. Omnibus diebus. כל־הימים: ſub.vitæ tuæ. 8 Adoleuerant cum eo, גדלו אתו .i.qui educati fuerant cum eo in deliciis. 9 Vt reſpondeamus verbum ונשיד דבר vt demus reſponſum. Vide paulo antè verſu ſexto.

10 Aggrauauit iugum noſtrũ, הכביד את־עולינו Vide paulo antè verſu quarto. Minimus, &c. קטני עבה וגו׳ Minimus *digitorum* meorum craſſior eſt, &c. Vel, Minimum *membrorum* meorum craſſius euaſit lumbis.[i.toto corpore]patris mei. hoc eſt, dignitas ac maieſtas mea eſt multo excellentior dignitate ac maieſtate patris mei.q.d.vires meæ ſuperant vires patris mei: hoc eſt, multo fortior ſum patre meo. Chaldæus paraph. Infirmitas mea fortior eſt robore patris mei.i.quod putatis in me eſſe infirmiſſimum, validius eſt eo quod in patre meo videbatur eſſe robuſtiſſimum. 11 Onus impoſuit vobis iugum graue, העמיס עליכם עול כבד aggrauauit vos iugo graui. i.quod dicitis eſſe graue.

Iugo veſtro: על־עולכם .i.à patre meo vobis impoſito. Corripuit יסר caſtigauit. Scorpionibus. בעקרבים: .i.flagellis aculeatis, habẽtibus ſcilicet aculeos in extremitatibus. 15 Et nõ exaudiuit Rex pop ולא שמע המלך אל־העם Et nõ obtẽperauit Rex populo. acquieuit. morẽ geſſit. Fuit enim cauſa à Iehoua, כי־היתה סבה מעם יהוה .i.proueniebat cauſa à Iehoua: authore Iehoua atque ita volente fiebat. paulo pòſt verſu 24, dicit, A me facta eſt res iſta. quæ verba exponunt quid hæc ſibi velint, nempe Deum fuiſſe authorẽ huius defectionis. Ipſe יהוה Ad verbum, Iehouáh. antecedens pro relatiuo. 16 Exaudiſſet שמע acquieuiſſet. obtemperaſſet eis. In hunc modũ, דבר לאמור Ad verbum, ſermonem[aut verbum]dicendo. Quæ nobis portio, &c. מה־לנו חלק וגו׳ .i.quid poſthac lucri aut emolumenti ſperemus nobis in genere Dauidis? q.d. Nihil. Alii, Quid ad nos ſpectat[vel, pertinet] genus Dauidis? Eadem verba ſine interrogatione leguntur 2.Samu.20.a.1. Vide domum tuam ô Da. ראה ביתך דוד .i.proſpice domui tuæ ô nepos Dauid Roboam. Nomen aui pro nomine nepotis. hoc eſt, impera poſthac tribui Iudæ ſoli. 18 Roborauit ſeipſum vt aſcẽderet התאמץ לעלות Hebraiſmus, aſſumpto animo aſcẽdit currũ. Vel, animo præſente vſus eſt in aſcendendo. 19 Et præuaricati ſunt Iſraelitæ, &c. ויפשעו ישראל וגו׳ .i.defecerunt à domo Dauidis.

ſet Iarobyám, miſerunt, ac vocauerunt eũ ad congregationẽ, & Regem conſtituerunt eum ſuper vniuerſum Iשſraאelẽ: "nõ fuit poſt domum Dauidis niſi tribus Iehudáh ſola.

Roboam dehortatur Deus ne bella ſuſcipiat contra fratres Iſraelitas.

Venit ergo Renhabyám in Ieruשſaláim, & congregauit vniuerſam domum Iehudáh, & tribum Biniamín, cẽtum ſcilicet & octoginta millia electorum 'facientium bellum, vt pugnaret cum domo Iשſraאelis, 'vt reduceret regnum "ad ſe filium שSelomóh.

'Fuit autem verbum Dei ad שSemayiáh virum Dei, dicendo,

Dic ad Renhabyám filium שSelomóh regem Iehudáh, & ad vniuerſam domũ Iehudáh & Biniamín, & reſiduo populi, his verbis,

Sic dixit Iehouáh, Ne aſcendatis, neque pugnetis contra fratres veſtros filios Iשſraאelis: reuertimini quiſque in domum ſuã, quia à me facta eſt res iſta. Et paruerunt verbo Iehouæ, reuerſíque ſunt "vt ab irent iuxta verbum Iehouæ.

Sichem.

"AEdificauit autem Iarobyám שSechém in monte אEphráim, habitauítque in ea: & egreſſus inde, ædificauit Penuאél.

Dixit autem Iarobyám in corde ſuo, 'Nunc reuertetur regnum ad domum Dauidis.

"Si aſcenderit populus iſte ad faciendum ſacrificia in domo Iehouæ in Ieruשſaláim, 'cõuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Renhabyám regem Iehudáh, & me interfecto, reuertentur ad Renhabyám regem Iehudáh.

Ieroboam beneficii Dei immemor, facit duos vitulos aureos, quos Diuino honore dignatur.

Conſilio itaque inito Rex fecit duos vitulos aureos, dixítque ad eos, "Sufficiat vobis aſcendiſſe *hactenus* in Ieruשſaláim: "ecce dii tui ô Iשſraאél, qui eduxerunt te è terra AEgypti.

Et poſuit vnum in Beth-אél, & alterum poſuit in Dán.

"Fuítque res iſta in peccatum, "ita vt iret populus coram vno vſque in Dán.

Fecit præterea "domũ excelſorum, & cõſtituit ſacerdotes "quoſdam de populo qui non erant de filiis Leui.

Fecit inſuper Iarobyám ſolennitatem menſe "octauo, quintadecima die menſis, "ſecundum ſolennitatem quæ erat in Iehudáh: "& obtulit ſuper altare: ſimiliter fecit in Beth-אél, immolando vitulis quos fecerat: & conſtituit in Beth-אél ſacerdotes excelſorum quæ fecerat.

Obtulit quoque ſuper altare quod fecerat in Beth-אél quintadecima die, menſe octauo, menſe *inquam* " quem eduxerat de corde

miſerũt, & vocauerũt eum cõgregato cœtu, & cõſtituerunt eum Regem ſuper omnem Iſrael: nec ſequutus eſt quiſpiam domum Dauid præter tribum Iuda ſolam.

21 Venit autem Roboam Ieruſalem, & congregauit vniuerſam domũ Iuda, & tribum Beniamin, cẽtum octoginta millia electorum virorũ, & bellatorum, vt pugnarent contra domũ Iſrael, & reducerent regnum Roboã filio Salomonis.

22 ‖Factus eſt autem ſermo Dei ad Semeiam virum Dei, dicens, 2.Par.11.a.4

23 Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens,

24 Hæc dicit Dominus, Non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael: reuertatur vir in domum ſuam: à me enim factum eſt verbum hoc. Audierunt ſermonem Domini, & reuerſi ſunt de itinere ſicut eis præceperat Dominus. F

25 AEdificauit autem Ieroboã Sichẽ in mõte Ephráim, & habitauit ibi: & egreſſus inde, ædificauit Phanuel.

26 Dixitque Ieroboam in corde ſuo, ‖Nunc reuertetur regnum ad Domũ Dauid, Suprà 11.g.37

27 Si aſcenderit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem: & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda, interficiéntque me, & reuertentur ad eum.

28 Et excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà aſcendere in Ieruſalem, ‖ecce dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra AEgypti. Exod.32.b.8

29 Poſuítque vnum in Beth-el, & alterum in Dan: G

30 Et factum eſt verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum vſque in Dan.

31 Et fecit fana in excelſis, ‖& ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. 2.Paral.11.b.49

32 Conſtituitque diem ſolennem in mẽſe octauo, quintadecima die menſis, in ſimilitudinem ſolẽnitatis quę celebrabatur in Iuda. Et aſcendens, altare ſimiliter fecit in Beth-el, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: conſtituitque in Beth-el, ſacerdotes excelſorum quæ fecerat.

33 Et aſcẽdit ſuper altare quod extruxerat in Beth-el, quintadecima die menſis octaui, quem finxerat de cor-

20 Non fuit poſt domum Da. לא היה אחרי בית־דוד Hebraiſmus, Nulla tribus ſequuta eſt partes familiæ Dauidis præter tribum Iuda ſolam. quæ tamen comprehendebat etiam tribum Beniamin: id quod ex ſequente verſu facilè perſpicitur. 21 Faciẽtium bellum, עושה מלחמה .i. militantiũ, militũ, verſantiũ in bello, ſiue aptorũ bello. Sing Heb. pro plur. Vt reduceret להשיב vt reſtitueret. Ad ſe לרחבעם Ad verbũ, ad Renhabyam. Antecedẽs pro relatiuo. ad ſe qui erat filius Selomoh. 22 Fuit autẽ verbũ, &c. ויהי דבר האלהים Hebraiſmus, Loquutus eſt autem Deus ipſi Semaiah, &c. 24 Vt abirent iuxta verbum Ieh. ללכת כדבר יהוה .i. vt facerent quæ præceperat Iehoua. 25 AEdificauit autẽ ויבן .i. Præclara quædã ædificia extruxit: vel, præclaris ædificiis ornauit. Alii, Muniuit muro fortiore, & extruxit in ea regiã. 26 Nunc עתה .i. mox, vel breui. q.d. niſi conſuluero rebus meis, facilè regnũ ad Iudã redibit. 27 Si aſcẽderit אם־יעלה Quũ aſcendet. Cõuertetur cor ושב לב .i. erit propẽſo animo, hoc eſt, facilè recõciliabitur 28 Sufficiat vobis aſcẽdiſſe רב־לכם מעלות Satis ſit vobis quòd aſcendiſtis. q.d. Satis hactenus itum eſt à vobis. Chald. paraph. Lõgior eſt via quàm vt eatis. q.d. non ſine magno labore itis quotannis. Ecce dii tui הנה אלהיך ecce deus tuus. vterque ſcilicet vitulus. i. refert, vel repræſentat Deũ. facta ſunt enim primùm vt eſſent ſimulachra Dei, quaſi ineſſet illis aliquid Diuinitatis, nõ vt colerẽtur. 30 Fuítque res iſta in pecc. ויהי הדבר וגו׳ .i. Quod fuit poſtea cauſa grauiſſimi peccati. nã ob id lapſus eſt Iſrael in idololatriã. Ita vt iret, &c. וילכו וגו׳ Ad verbũ, & abierũt populus, &c. i. ita vt populus aſcenderet ex Beth-el in Dan, vt viſeret colerétq; alterũ: cõtrà, ex Dan proficiſceretur in Beth-el, vt viſeret alterũ. Indicat ſtudiũ idololatriæ populi, quibus quum fuiſſent poſiti in duobus terminis vituli, accederent potius ad remotiorem à ſe: vt qui de Dan eſſet, iret in Beth-el: qui de Bethel, curreret adoratum vitulum qui erat in Dan. 31 Domum excelſorum, את־בית במות templum altarium. Quoſdam de populo מקצות העם partem populi. Vt rem populo gratam faceret, creauit ſacerdotes ex aliqua parte vulgi, reiectis Leuitis. Verti poteſt, de extremitatibus populi. i. de extremis ordinibus populi: tam de diuitibus, quàm de pauperibus conſtituit ſacerdotes. Quidam aiunt expulſos Leuitas, quòd noluiſſent immolare vitulis. 32 Octauo, השמיני .i. Octobri. ſolennitatẽ tabernaculorum quæ ſeptimo menſe celebrari debebat, octauo menſe inſtituit: quia electus fuerat Rex circa ea tempora. Aut ne obloquerentur qui vellent ire in Ieruſalem, quòd eo tempore diſtinerentur feſto in Iſraele, quum eſſet eundum in Ieruſalem. Secundum ſolen. כחג וגו׳ id eſt feſtum ſimile ei quod celebrabatur Ieroſolymis.

Et obtulit ויעל ſub. holocauſta & ſacrificia. Hæc fecit Ieroboam, vt hac ratione conciliaret gratiam populi, ac ita ſibi retineret regnum.

33 Quem eduxerat de corde ſ. אשר־ברא מלבו .i. quẽ excogitauerat, hoc eſt quo voluerat id offerre. Sic Nehem. 6.b.8, Quia tu de corde tuo

educis ea. Quidam vertunt, quem finxerat. Doctus inter Hebræos etiam exponit, mentitus fuerat, ab educendo, quòd mendacium è corde educitur ad os. Chaldæus paraph. in menſe quem conceperat de voluntate ſua. Legitur & מלבר .i. præter. q.d. menſe inquam quem finxerat, præter vel vltra ſolennitatem quæ mandata erat in Lege.

de uſo, & facit ſolennitatem filiis Iſrael, & aſcendit ſuper altare, vt adoleret incenſum.

Cap. XIII.

ET ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Dñi in Beth-el, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus iaciente.

Et exclamauit contra altare, in ſermone Domini, & ait, Altare altare, hæc dicit Dominus, ‖ Ecce, filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & immolabit ſup te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccẽdunt, & oſſa hominum ſuper te incendet.

4.Reg.23.d.17

Deditque in illa die ſignum, dicẽs, Hoc erit ſignum quod loquutus eſt Dominus, Ecce, altare ſcindetur, & effundetur cinis qui in eo eſt.

Quúmque audiſſet Rex ſermonem hominis Dei, quem inclamauerat cõtra altare in Beth-el, extendit manum ſuam de altari, dicens, Apprehendite eum. & exaruit manus eius quam extenderat contra eum, nec valuit retra-
B here eam ad ſe.

Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædixerat vir Dei in ſermone Dñi.

Et ait Rex ad virum Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi. orauitque vir Dei faciem Domini, & reuerſa eſt manus Regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat.

Loquutus eſt autẽ Rex ad virum Dei, Veni mecum domũ vt prãdeas, & dabo tibi munera.

Reſponditque vir Dei ad Regem, Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panẽ, neque bibam aquam in loco iſto:

Sic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini, præcipientis, Non co-
C medes panem, neque bibes aquam, nec reuerteris per viam qua veniſti.

Abiit ergo per aliam viam, & non eſt reuerſus per iter quo venerat in Beth-el.

Prophetes autẽ quidam ſenex habitabat in Beth-el, ad quẽ venit filius ſuus, & narrauit ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ loquutus fuerat ad Regẽ, narrauerunt patri ſuo.

Et dixit eis pater eorũ, Per quam viam abiit? Et oſtenderunt ei filii ſui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Iuda.

Et ait filiis ſuis, Sternite mihi aſinum. Qui quum ſtrauiſſent, aſcendit,

Et abiit poſt virum Dei, & inuenit eum ſedentem ſubtus terebinthum:

ſuo: ″& cõſtituit ſolennitatem filiis Iשraאelis, & aſcendit ad altare ″vt ſuffiret.

Cap. XIII.

Ierob oam ſacrificans vitulis, increpatur à Propheta.

1 ECce autẽ, vir Dei venit de Iehudáh ″in verbo Iehouæ in ″Beth-אél: Iaróbyám autem ſtabat iuxta altare vt ſuffiret.

Ioſias rex prænuntiatur.

2 Et inclamauit contra altare in verbo Iehouæ, & dixit, Altare altare, ſic dixit Iehouáh, ecce filius ″naſcetur ″domui Dauidis, cuius nomen Iאoשſiiáhu, qui immolabit ſuper te, & oſſa hominũ ″comburent ſuper te.

Signum.

3 ″Et dedit eodem die portentum, dicendo, Hoc eſt portentum quod loquutus eſt Iehouáh, Ecce, altare ″ſcindetur, & effundetur cinis qui eſt ſuper illud.

Extenſa manus Ierobeã in Prophetam, areſcit.

4 Fuit autem, quum audiſſet Rex verbum viri Dei quod inclamauerat contra altare in Beth-אél, tunc extendit *ipſe* Iarobyám manũ ſuam ″ab altari, dicendo, Apprehendite eum. & exaruit manus eius ″quam extenderat in eum, & non potuit retrahere eam ad ſe.

5 Altare inſuper ″ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, iuxta portentum quod dederat vir Dei ″in verbo Iehouæ.

Orante Propheta, reſtituitur manus Ieroboã.

6 ″Loquutus eſt ergo Rex, & dixit viro Dei, Precare quæſo faciem Iehouæ Dei tui, & ora pro me, ″vt reuertatur manus mea ad me. Precatus eſt itaque vir Dei, faciẽ Iehouæ, & reuerſa eſt manus Regis ad eum, ″fuítque ſicut prius.

Propheta nihil ſuſcipit à contemnente verbum Dei.

7 ″Tunc loquutus eſt Rex ad virum Dei, Veni mecum domum, ″& corrobora te, dabóque tibi donum.

8 Et dixit vir Dei ad Regẽ, Si dares mihi dimidium domus tuæ, non irem tecum, nec comederem panem, neque biberem aquam in loco iſto:

9 Sic enim ″præcepit mihi in verbo Iehouæ, dicendo, ″Non comedes panem, neque bibes aquam, neque reuerteris per viam per quam iueris.

10 Abiit itaque per aliam viam, nec eſt reuerſus via qua venerat in Beth-אél.

Pſeudopropheta.

11 ″Propheta autem vnus ſenex habitabat in Beth-אél, cuius filius venit, & narrauit ei ″omne opus quod fecerat vir Dei eo die in Beth-אél, & verba quæ dixerat Regi, ″narrauerúntq; ea patri ſuo.

12 Tunc dixit illis pater ipſorum, Quanam via abiit? ″Et viderunt filii eius viam qua abierat vir Dei qui venerat de Iehudáh.

13 Dixit præterea filiis ſuis, Sternite mihi aſinum. Qui ſtrauerunt ei aſinum: & ſedit ſuper eum,

14 Atque abiit poſt virum Dei: quem inuenit ſedentẽ ſubter quer-

Et conſtituit ויעש Ad verbum, & fecit. Vt ſuffiret. להקטיר: vt cremaret. vel, adoleret. ſub. thura & aromata.

IN CAPVT XIII.

1 In verbo Iehouæ בדבר יהוה .i. de mandato Iehouæ, aut verbis Dei. Vel vt alii, cum verbo Iehouæ. ſic verſu ſequenti. Hic dicitur fuiſſe Hiddo, teſte illo docto inter Hebræos. Beth-אel: בית־אל Hic Beth-el non eſt ea quæ aliter dicitur Luza. nam illa eſt in tribu Beniamin, quũ hæc ſit in regno decem tribuum. 2 Naſcetur נולד Ad verbum, naſcens. ſub. erit, vt annotat doctus inter Hebræos, pro naſciturus eſt. Domui Dauidis לבית־דוד .i. de genere, vel ſtirpe Dauidis. Cõburent ישרפו cremabunt. iuſſu ſcilicet Ioſiæ. Alii, & oſſa hominis [id eſt Ieroboam] cremabunt. 3 Et ededit eodem die portentum, ונתן ביום ההוא מופת .i. Tunc adiecit ſignum quo probaret ſua verba nõ eſſe ficta ab homine, ſed ſe à Deo eſſe miſſum, & quòd quæ dixerat, euentura eſſent. מופת ſignum, vel portentũ vertere poteſ. Chaldæus interpres vertit אתא ſignũ. Scindetur, נקרע findetur. rumpet ſeſe. ſua ſcilicet ſpõte, nullo deturbante. 4 Ab altari, מעל המזבח ſub. retracta. i. quam habebat ſuper altare. Manu ſignũ dabat populo vt apprehẽderetur vir Dei. Quam extenderat אשר שלח .i. qua ſignum dederat populo vt comprehenderent eum. 5 Sciſſum eſt, נקרע rupit ſeſe. ſub. ſponte ſua. In verbo Iehouæ. בדבר יהוה: .i. verbis Dei: vt ſuprà verſu primo. 6 Loquutus eſt ergo ויען Ad verbũ, Et reſpõdit. pro loquutus eſt, ponitur. Sic 2. Reg. 1. c. 11. Vt reuertatur ותשוב .i. vt reſtituatur mihi manus mea. Fuítque ſicut prius. ותהי כבראשנה: .i. talis qualis antea erat. q.d. vtebatur ea quomodo antea ſolebat. 7 Et corrobora te, וסעדה & fulci te. conforta te. & cõfirmes vires corporis tui. Alii, vt prandeas, 9 Præcepit צוה ſub. Angelus qui mihi apparuit nomine Dei. Non comedes לא־תאכל Ne comedas. 11 Propheta autem ונביא Chaldæus paraph. pſeudopropheta autem. Hic pſeudopropheta verum Prophetam decepit. Omne opus את כל־המעשה totum negotium. i. vniuerſam rem geſtam à viro Dei. Narrauerúntque ויספרום vno ſcilicet loquente: aut, viciſſim narrauerunt. 12 Et viderunt ויראו .i. explorauerunt.

eum,dixítque ad eum,Túne es vir ille Dei qui veniſti de Iehudáh? Et ait ille ,Sum.

15 Tum ait ei,Veni mecum domum,& comede panem.

16 Ille reſpondit,Non poſſum reuerti'tecum,& ingredi tecum:nec comedam panem,neque bibam tecum aquam in loco iſto.

17 'Verbum enim *fuit* ad me in verbo Iehouæ,″Non comedes panem,neque bibes ibi aquam : non reuerteris vt eas per viam per quam veniſti.

18 Reſpondit ei,Etiam ego propheta ſum ſicut tu:Angelúſque loquutus eſt mihi in verbo Iehouæ, dicendo,Reduc eum tecum in domũ tuã,vt comedat panem, & bibat aquam.*Et* mentitus eſt ei.

19 Reuerſus eſt itaque cum illo, & comedit panem in domo eius, & bibit aquam.

20 Fuit verò,quum ipſi aſſiderent menſæ, factum eſt verbum Iehouæ ad prophetam qui reduxerat eum:

Propheta verbo Dei inobediens, occiditur à leone immiſſo à Deo.

21 Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehudáh,dicendo,Sic dicit Iehouáh, Propterea quòd rebellis fuiſti ori Iehouæ, nec ſeruaſti præceptum quod præceperat tibi Iehouáh Deus tuus:

22 Sed reuerſus es,& comediſti panem,atque bibiſti aquam in loco de quo dixerat tibi,Non comedes panem,neque bibes aquam: ″non ingredietur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.

23 Poſtquã ergo comediſſet panem, & bibiſſet,'ſtrauit ei aſinum, nempe prophetæ quem reduxerat.

Prouidẽtia Dei, cadauer Prophetæ occiſi à leone ſeruatur ab eodẽ leone.

24 Quum itaque abiiſſet,inuenit eum leo in via,qui occîdit eum: & erat cadauer eius iacens in via, aſinúſque ſtabat iuxta illud, leo quoque ſtabat iuxta cadauer.

25 Et ecce viri tranſeuntes viderunt cadauer illud iacens in via, & leonem ſtantẽ iuxta illud: qui venientes dixerunt in vrbe in qua propheta ſenex manebat.

26 Quod quum audiſſet propheta ille qui reduxerat eum de via, dixit, Vir Dei eſt qui rebellis fuit ori Iehouæ: ideo tradidit eum Iehouáh leoni,'& confregit,occidítque eum iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat ei.

27 Loquutus eſt inſuper ad filios ſuos,dicendo, Sternite mihi aſinum.Et ſtrauerunt.

28 Qui quum abiiſſet,inuenit cadauer eius iacens in via,atque aſinum & leonem ſtantes iuxta cadauer : non comedit leo cadauer, ″neque confregit aſinum.

Sepelitur Propheta.

29 Et tulit propheta cadauer viri Dei, poſuítque illud ſuper aſinũ, ac reduxit illud:& venit in vrbẽ'ſuã,vt plangeret,& ſepeliret eũ.

Planctus.

30 Poſuit autem cadauer eius in ſepulchro ſuo,'& planxerunt eũ, Heu frater mi.

Sepultura.

31 Poſtquam autẽ ſepeliuit eũ, dixit filiis ſuis hoc modo, Quum mortuus fuero,ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei eſt ſepultus,iuxta oſſa eius ponite oſſa mea.

32 'Eueniet enim id quod exclamauit in verbo Iehouæ contra altare quod eſt in Beth-אél, & contra omnes domos excelſorũ quæ ſunt in vrbibus שSomerón.

& ait illi, Túne es vir Dei qui veniſti de Iuda? Reſpondit ille,Ego ſum.

15 Dixit ad eum,Veni mecum domũ, vt comedas panem.

16 Qui ait,Non poſſum reuerti,neque venire tecum: nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto. D

17 Quia loquutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini,dicens,Non comedes panem, & non bibes aquam ibi,nec reuerteris per viam qua ieris.

18 Qui ait illi, Et ego propheta ſum ſimilis tui : & Angelus loquutus eſt mihi in ſermone Domini,dicens;Reduc eum tecum in domũ tuã,vt comedat panem,& bibat aquam.

19 Et reduxit ſecum: comedit ergo panem in domo eius,& bibit aquam.

20 Quúmque ſederent ad menſam,factus eſt ſermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum.

21 Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda,dicens,Hæc dicit Dominus, Quia non obediens fuiſti ori Domini,& non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi Dñs Deus tuus:

22 Et reuerſus es,& comediſti panem, & bibiſti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panẽ, neque biberes aquam, nõ inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorũ. E

23 Quúmque comediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinum Prophetæ quem reduxerat.

24 Qui quum abiiſſet,inuenit eum leo in via,& occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus autẽ ſtabat iuxta illum,& leo ſtabat iuxta cadauer.

25 Et ecce , viri tranſeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem ſtantem iuxta cadauer : & venerunt, & diuulgauerunt in ciuitatem in qua prophetes ille ſenex habitabat.

26 Quod quum audiſſet propheta ille qui reduxerat eum de via,ait,Vir Dei eſt , qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eũ Dominus leoni,& confregit eum , & occidit iuxta verbum Domini quod loquutus eſt ei. F

27 Dixitq; ad filios ſuos,Sternite mihi aſinum.Qui quum ſtrauiſſent,

28 Et ille abiiſſet,inuenit cadauer eius proiectum in via, & aſinũ & leonem ſtantes iuxta cadauer : non comedit leo de cadauere,nec læſit aſinum.

29 Tulit ergo prophetes cadauer viri Dei,& poſuit illud ſuper aſinum,& reuerſus intulit in ciuitatem prophetes ſenex,vt plangerent eum.

30 Et poſuit cadauer eius in ſepulchro ſuo: & planxerunt eũ , Heu mi frater.

31 Quúmque plãxiſſent eum, dixit ad filios ſuos,'Quum mortuus fuero,ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt:iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. G

32 Profectò enim veniet ſermo quem prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Beth-el , & contra omnia fana excelſorum quæ ſunt in vrbibus Samariæ.

---

16 Tecum, אתך .i.in domũ tuam. 17 Verbum enim *fuit* ad me in verbo Ieh. כי־דבר אלי בדבר יהוה .i.iniunctum enim fuit mihi verbis Dei. Non comedes,&c. לא־תאכל וגו׳ Ne comedas,&c. 22 Non ingred.cadauer tuum,&c. לא־תבוא נבלתך Hebraiſmus, non ſepelietur cadauer tuum:hoc eſt,morieris antequã reuertaris in patriã tuã. 23 Strauit ויחבש .i.iuſſit ei inſterni,nẽpe ſenex propheta. 26 Et confregit,occiditque e. וישברהו וימתהו .i. quem confringendo interfecit. 28 Neque confregit ולא שבר .i.quẽ confringendo non interfecit.hoc eſt,non læſit. 29 Suam, הנביא הזקן Ad verbum,prophetæ ſenioris.Antecedens pro relatiuo. 30 Et planxerunt eum, ויספדו עליו ſub.propheta ille ſenex,cum ſuis. 32 Eueniet enim id כי היות יהיה הדבר Ad verbum,Quia eſſendo erit verbum.

Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboā de via ſua peſſima, ſed ecōtrario fecit de nouiſſimis populi, ſacerdotes excelſorum: quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum.

Et propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, & euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ. Cap. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam.

Dixitque Ieroboam vxori ſuæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta, qui loquutus eſt mihi quòd regnaturus eſſem ſuper populum hunc.

Suprà 11.f.31

Tolle quoque in manu tua decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, & vade ad illū: ipſe enim indicabit tibi quid euenturum ſit puero huic.

Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & conſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ ſenectute.

Dixit autem Dn̄s ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt conſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat: hæc

B

& hæc loquêris ei. Quum ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe quæ erat,

Audiuit Ahias ſonitum pedū eius introeuntis per oſtium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius.

Vade, & dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael,

Et ſcidi regnū domus Dauid, & dedi illud tibi, & nō fuiſti ſicut ſeruus meꝰ Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſequutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo:

C

Sed operatus es malè ſuper omnes qui fuerūt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proieciſti poſt corpus tuum:

Infrà 15.f.29

Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentē ad parietem, & clauſum, & nouiſſimū in Iſrael: & mūdabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus vſque ad purum.

---

33 ″His geſtis non eſt reuerſus Iarobyám à via ſua mala: ″ſed rurſum fecit quoſdam è populo ſacerdotes excelſorum: ″qui volebat, implebat manum ſuam, & erat *de* ſacerdotibus excelſorum.

Ieroboā impius nō conuertitur.

34 ″Et fuit hæc res in peccatū domus Iarobyám, & vt extirparetur, atque deleretur è ſuperficie terræ. Cap. XIIII.

1 IN illo tempore ægrotauit Abiáh filius Iarobyám.

2 Dixítque Iarobyám ad vxorem ſuam, Surge nunc, & ″muta te ipſam, ne cognoſcant quòd ſis vxor Iarobyám: & vade in שׂSilóh, ecce ibi eſt Aחhiiáh propheta, ″qui loquutus fuerat de me quòd *futurus eſſem* Rex ſuper populum ſuum.

Vxor Ieroboam conſulit Ahiam prophetam ſuper filio ſuo ægroto.

3 ″Cape autem in manu tua decem panes, ″& cruſtula, ″& vaſculū mellis, & vade ad eum: ipſe indicabit tibi quid euenturū ſit puero.

4 Et fecit ſic vxor Iarobyám: ſurgens nanque abiit in שׂSilóh, & venit in domum Aחhiiáh: Aחhiiáh autem non poterat videre, quia ″caligauerant oculi eius præ ſenectute eius.

5 Iehouáh autē dixit ad Aחhiiáh, Aחiiáhu ecce vxor Iarobyám venit vt quærat aliquid à te de filio ſuo, quia ægrotat: talia & talia loquêris ei: & erit, quum illa veniet, ″aliam præ ſe feret.

6 Quum ergo audiſſet Aחhiiáhu ſonitum pedum eius venientis ad oſtium, dixit, Ingredere vxor Iarobyám, cur aliam præ te fers? ″ego autem miſſus ſum ad te *cum* dura *viſione*.

7 Vade, dic ad Iarobyám, Sic dixit Iehouáh Deus Iשׂſraאelis, Propterea quòd exaltaui te è medio populi, & poſui te ducem ſuper populum meum Iשׂſraאelem,

Ieroboam ſe funditus euerſorum propter idololatriam prædicit Deus per Prophetam.

8 ″Ac ſcidi regnum à domo Dauidis, & dedi illud tibi: tu verò non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit præcepta mea, ″& qui ambulauit poſt me toto corde ſuo, faciēdo tantùm quod rectum eſt in oculis meis:

Laudatur Dauid à Deo.

9 ″Sed malefeciſti faciēdo præ omnibus qui fuerunt ante te: abiiſti enim, & feciſti tibi deos alienos, & conflatilia, vt irritares me, ″me autem proieciſti poſt corpus tuum:

10 Idcirco ego adduco malum ſuper domum Iarobyám, & excîdam de Iarobyám ″mingentē ad parietem, ″clauſum & derelictum in Iשׂſraאele, ″& remouebo domum Iarobyám, ſicut ″remouet *quis* ſterquilinium, ″donec finiatur.

---

33 His geſtis אחר הדבר הזה Ad verbum, Poſt verbum hoc.i.hoc facto non reliquit idololatriā ſuam. Sed rurſum fecit quoſdam, &c. וישב ויעש מקצות העם Ad verbum, ſed reuerſus eſt, & fecit de extremitatibus populi. Vide præcedenti capite, verſu 31. Qui volebat, implebat manum ſ. החפץ ימלא את־ידו .i.qui volebat fieri ſacerdos, oblato munere conſtituebatur ſacerdos. Hunc ſenſum videtur ſequutus Chaldæus paraph. qui vertit, Qui volebat, offerebat munus, vel donum. Alii vertunt, eius qui illi placebat, implebat manum.i.ille fiebat ſacerdos qui erat illi gratus & acceptus. Atque ita Ieroboam dicitur implere manum eius quem volebat ſacerdotem eſſe, vt Moſes iubetur à Deo implere manum Aaronis & filiorum eius, quos volebat ſacerdotes conſecrari: vt vides Exod. 28.g.41, & 29.b.9.f.35.

34 Et fuit hæc res, &c. ויהי בדבר הזה וגו׳ Ad verbum, Et fuit propter hoc in peccatū domus Iarobyam, & ad extirpādum, & ad delendum. Quidam vertunt, Fuitque hoc in peccatum familiæ Ieroboam, vt omnino deleta fuerit.i.hæc idololatria fuit in pœnam (hic peccatum pro pœna quæ pro peccato infligitur) ſiue cauſa fuit pœnarum quas dedit familia Ieroboam, quòd omnino deleta fuerit. Alii, Et fuit in hoc negotio *aliquid* in pœnam familiæ, &c.i.accidit vt propter hanc cauſam familia Ieroboam dederit pœnas, ita vt prorſus deleta ſit.

IN CAPVT XIIII.

1 Muta teipſam והשתנית .i.muta veſtitum & ornatum tuum, ne agnoſcaris. Seipſum mox declarat. Gallicè, *deſguiſe toy*.

2 Qui loquutus fuerat de me, &c. הוא דבר עלי וגו׳ .i.qui prædixerat me fore Regem. His verbis ſignificat veracem eſſe Prophetam.

3 Cape autem ולקחת Munera ferebant conſulturi Prophetas, vt ex hoc loco apparet, & ex 1.Samu.9.a.7. Et cruſtula, ונקודים Panes erant dulciarii, ita dicti à forma quam præ ſe ferebant, quales ſunt quos vocamus *Des gaufres*. nam illis ſolebant imprimere formam quandam in qua erant foramina, & velut puncta maiora. Et vaſculum ובקבוק De hoc vaſculo anguſti oris, vide Ierem. 19.a.1.

4 Caligauerant קמו extabant. muſculi ſcilicet oculorum eius.i.oculi eius refugiebant intro. 5 Aliam præ ſe feret. מתנכרה: .i. veniet habitu diſſimulato. Ad verbum, & ipſa *erit* diſſimulans ſe.i.dabit operam, mutata forma, ne à te agnoſcatur.

6 Ego autem, &c. ואנוכי שלוח אליך קשה: quum ego miſſus ſim ad te *cum nuntio* duro?i.vt denuntiem dura & difficilia.

8 Ac ſcidi ואקרע .i.abſtuli, quaſi ſcindendo. Et qui ambulauit, &c. ואשר־הלך אחרי וגו׳ .i.ſequutus eſt me prorſus ex animo.

9 Sed malefeciſti, &c. ותרע לעשות .i.peſſimè omnium egiſti qui præceſſerunt. Me autem proieciſti, &c. ואותי השלכת אחרי גוך; Corpus pro tergo.i.proieciſti me poſt tergum tuum. hoc eſt, me contempto & poſthabito ac poſtpoſito. 10 Mingentem ad parietē, משתין בקיר Vide 1.Samu.25.d.22. Clauſum & derelictū עצור ועזוב .i.opes quæ recluduntur: & peculium, hoc eſt oues & boues, quæ relinquuntur in agro. q.d. non ſolùm liberos, ſed & omne peculium. Alii, quinetiam eos qui clauduntur in munitionibus, & qui relicti fuerūt vſque ad finem belli.i.reliquias familiæ tuæ. q.d. tandē omnes peribunt. Et remouebo ובערתי אחרי בית Ad verbū, & remouebo poſt domū. Alii, & expellā. eiiciā. Alii, ſuccidā. Remouet *quis* יבער Fut. Heb. pro præſ. eiicere ſolet.i.nō aliter quàm eiicere ſolet qui eiicit fimū, ſiue ſtercus, ita vt ne tantillū quidē ſtercoris remaneat. Donec finiatur. עד־תומו: .i.donec totū eiiciat. hoc eſt, omnino. q.d. ita exterminabo & perdam vt nihil relinquatur: non magis quàm ſolent famuli è domibus eiicientes ſtercora, quicquam ex illis relinquere. Quidā Hebræorum exponit, ſicut turbo eiicere ſolet quæ corripit.

11 Eum qui mortuus fuerit de Iarobyám in vrbe, comedent canes: eum verò qui mortuus fuerit in agro, comedẽt volucres cæli: Iehouáh enim loquutus eſt.

Signum morituri Abia.

12 Tu autem ſurge, vade in domum tuam: quãdo ingredientur pedes tui vrbem, morietur puer,

13 Plangéntque eum vniuerſus Iשſraאél, ac ſepelient eum: iſte enim ſolus″de Iarobyám ingredietur in ſepulchrum,″quòd inuenta ſit res in eo grata Iehouæ Deo Iשſraאelis in domo Iarobyám.

14 ″Et conſurgere faciet Iehouáh ſibi Regẽ ſuper Iשſraאelem qui excidet domum Iarobyám″hoc die:″& quid *eſt hoc* etiam nunc?

Iſrael periturus propter idololatriam.

15 Percutiétque Iehouáh Iשſraאelem,″ſicut mouetur arundo in aqua, & auellet ipſum Iשſraאelem è terra bona iſta quam dedit patribus eorum, & diſperget eos″trans Flumen, eo quòd fecerunt lucos ſuos, irritantes Iehouam.

16 ″Tradétque Iשſraאelem propter peccata Iarobyám qui peccauit & peccare fecit Iשſraאelem.

Abia filius Ieroboam moritur.

17 Surrexit itaque vxor Iarobyám, & abiit, peruenítque in Thiryſah: ipſa autem ingrediente limen domus, mortuus eſt puer.

18 Et ſepelierunt eum, planxerúntque eum vniuerſus Iשſraאél, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manũ ſerui ſui Anhiiáhu prophetæ.

Moritur Ieroboam.

19 ″Reliquum autẽ verborum Iarobyám, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, en ſcripta ſunt in libro″verborũ dierum Regum Iשſraאelis.

20 Dies autem quibus regnauit Iarobyám, duo & viginti anni fuere: dormiuítque cum patribus ſuis, & regnauit Nadáb filius eius pro eo.

Regnat Nadab.

21 Renhabyám autẽ filius שSelomóh regnauit in Iehudáh. vni⁹ & quadraginta annorũ erat Renhabyám quando regnare cœpit, & ſeptẽdecim annis regnauit in Ieruשſaláim, ciuitate quã elegit Iehouáh,″vt poneret nomẽ ſuum ibi ex omnibus tribubus Iשſraאelis: nomen autem matris eius fuit Nayamáh″yAmmonithis.

Idololatria Iudæ.

22 Fecítque Iehudáh malum in oculis Iehouæ,″& ad iracundiam prouocauerunt eum magis quàm omnia quæ fecerãt patres eorum peccatis ſuis quæ peccauerant.

23 Nam ædificauerũt etiam ipſi ſibi excelſa, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnẽ arborem viridem.

24 Fuerũt etiã ſcorta maſcula in terra, fecerũt ſecundũ omnes abominationes Gẽtium quas eiecit Iehouáh à facie filioũ Iשſraאelis.

Sesac rex AEgypti, diripit domum Domini.

25 Fuit autem, anno quinto regis Renhabyám aſcendit שSiשſác rex AEgypti contra Ieruשſaláim:

26 Et tulit theſauros domus Iehouæ ac theſauros domus regiæ, omnia inquam tulit: tulit & omnia ſcuta aurea quæ fecerat שSelomóh.

11 Qui mortui fuerint de Ieroboã in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabũt eos aues cæli: quia Dominus loquutus eſt.

12 Tu igitur ſurge, & vade in domum tuam: & in ipſo introitu pedũ tuorum in vrbem, morietur puer,

13 Et planget eum omnis Iſrael, & ſepeliet: iſte enim ſolus inferetur de Ieroboam in ſepulchrũ, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus ad Dominũ Deum Iſrael, in domo Ieroboam. D

14 Cõſtituet autem ſibi Dominus Regem ſuper Iſrael, qui percutiet domũ Ieroboã in hac die, & in hoc tẽpore:

15 Et percutiet Dominus Deus Iſrael, ſicut moueri ſolet arũdo in aqua: & euellet Iſrael de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans Flumen: quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dominum.

16 Et tradet Dominus Iſrael propter peccata Ieroboã, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael.

17 Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abiit, & venit in Therſa: quúmque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus eſt.

18 Et ſepelierunt eum: & planxit eum omnis Iſrael iuxta ſermonem Domini, quem loquutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ. B

19 Reliqua autẽ verborũ Ieroboam, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael.

20 Dies autem quibus regnauit Ieroboam, vigintiduo anni ſunt: & dormiuit cũ patribus ſuis: regnauitque Nadab filius eius pro eo.

2.Para.12.a.1

21 ‖Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iudæa: quadraginta & vnius anni erat Roboam, quũ regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnauit in Ieruſalem, ciuitate quam elegit Dominus vt poneret nomen ſuũ ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autem matris eius Naama Ammonithis.

22 Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerunt eũ ſuper omnibus quę fecerant patres eorũ in peccatis ſuis quæ peccauerunt.

23 AEdificauerunt enim & ipſi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnẽ collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam:

24 Sed & effœminati fuerũt in terra, fecerúntque omnes abominationes Gentiũ, quas attribuit Dominus ante faciem filiorum Iſrael.

25 In quinto autem anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex AEgypti in Ieruſalem,

Suprà 10.c.16

26 Et tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit: ſcuta quoque aurea‖ quæ fecerat Salomon.

---

13 De Iarobyam לירבעם .i.ex omnibus filiis Ieroboam. Quòd inuenta ſit res, &c. יען נמצא־בו וגו׳ Ad verbum, quia inuentum eſt in eo verbum bonum à Iehoua, &c. Quid boni fecerit filius Ieroboam, non exprimitur in Scriptura. Aut In eo, ſignificat, In domo Ieroboam: vt exprimitur in fine huius verſus. 14 Et conſurgere faciet והקים Et ſuſcitabit. Hoc die: זה היום hoc tempore.i.breui. Quidã iungunt זה præcedenti nomini, atque finem huius verſus ſic legunt, domum Ieroboam iſtam die illo, & id quoque futurum eſt.i.die illo quo ille ſuſcitabitur, & id quoque, &c.q.d. præſentem & futuram familiam occidet. Et quid *eſt hoc* etiam nunc? ומה גם־עתה: ſed quid eſt etiã nunc? .i.ſed quanta eſt præſens afflictio? q.d. parua eſt ſi conferatur cum ſequentibus & futuris: nam multo grauiores erunt.

15 Sicut mouetur כאשר ינוד Futurũ Heb. pro præſ. ſicut agitari ſolet. aſſiduo ſcilicet & continuo motu in aqua decurrente, vel à quolibet vento. Trans Flumen, מעבר לנהר Vltra Flumen.i.Euphratem. 16 Tradétque Iשſraאelem ויתן את־ישראל ſub. in maledictionem & deſolationem.i.perdet Iſraelem. 19 Reliquum au. verborum ויתר דברי Reliqua autem geſta. Verborum dierum דברי־הימים Sic vocant Hebræi annales, chronica, aut diaria. Et ſic quidam vertunt. 21 Vt poneret nomen ſuum ibi, לשום את־שמו שם .i.vt illic inuocaretur, & diceretur vrbs ſua. עAmmonithis העמונית: Erat gẽtilis eius mater: vnde eius meminit, & fuit deditus idololatriæ, religionẽ matris imitatus. 22 Et ad iracundiam prou. ויקנאו & ad zelotypiam concitauerunt.

Pro quibus fecit rex Roboam ſcuta ærea,& tradidit ea in manum ducū ſcutariorum,& eorum qui excubabāt ante oſtium domus Regis.

Quúmq; ingrederetur Rex in domū Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium:& poſtea reportabāt ad armamentariū ſcutariorum.

Reliqua autem ſermonū Roboā, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro ſermonū dierū Regū Iuda.

Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.

Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid:nomen autem matris eius Naama Ammanithis:& regnauit Abiam filius eius pro eo. Cap. XV.

2.Par.11.d.22

IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filii Nabat,regnauit Abiam ſuper Iudam.

Tribus annis regnauit in Ieruſalē: nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom.

Ambulauitque in omnibus peccatis patris ſui,quæ fecerat ante eū:nec erat cor eius perfectū cum Domino Deo ſuo,ſicut cor Dauid patris eius.

Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalē, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem:

Eo quòd feciſſet Dauid rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab B omnibus quæ præceperat ei , cunctis diebus vitæ ſuæ , ‖ excepto ſermone Vriæ Hethæi.

2.Reg.11.a.4. c.17,&12.b.9.

Attamen bellū fuit inter Roboam & Ieroboam omni tēpore vitæ eius.

Reliqua autē ſermonum Abiam, & omnia quæ fecit , nónne hæc ſcripta ſunt in ‖ libro verborum dierum Regum Iuda ? fuitque prælium inter Abiam & inter Ieroboam.

2.Para.13.a.3

‖Et dormiuit Abiam cum patribus ſuis,& ſepelierunt eū in Ciuitate Dauid:regnauitq; Aſa filius eius pro eo.

2.Para.14.a.1

In anno ergo viceſimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda:

Et quadraginta & vno anno regnauit in Ieruſalem : nomen matris eius Maacha,filia Abeſſalom.

Et fecit Aſa rectū ante cōſpectum Domini,ſicut Dauid pater eius:

Et abſtulit effœminatos 'de terra, purgauitque vniuerſas ſordes idolo- C rum,quæ fecerant patres eius.

Inſuper & Maacham matrē ſuam amouit , ne eſſet princeps in ſacris Priapi,& in luco eius quem cōſecrauerat:ſubuertitque ſpecū eius,&confregit ſimulachrum turpiſſimum ;& combuſſit in torrente Cedron.

27 Fecítque rex Reחhabyám pro eis ſcuta ærea, & depoſuit in manu″principum curſorum qui cuſtodiebant oſtium domus regiæ.

28 Fuit autem quo tempore ibat Rex domum Iehouæ, deferebant ea curſores,& referebant ea′ad thalamum curſorum.

29 Reliquum autem verborum Reחhabyám, & omnia quæ fecit, ′nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborū dierū Regum Iehudáh?

Moritur Roboā.

30 Fuit verò bellū inter Reחhabyám & Iarobyám cunctis diebus.

31 Dormiuítq; Reחhabyám cum patribus ſuis,ac ſepultus eſt′cum illis in Ciuitate Dauidis & nomē matris eius Nayamáh yAmmonithis.Et regnauit Abiiáh filius eius pro eo. Cap.X V.

1 POrrò anno decimo octauo Regis Iarobyám filii Nebát regnauit Abiiám ſuper Iehudáh.

Abiā impius regnat ſuper Iudā. Abſalon,filius Salomonis hic dicitur Abeſſalō.

2 Tribus annis regnauit in Ieruשſaláim:nomen autem matris eius fuit Mayacháh filia′Abiשſalóm.

3 Et ambulauit in omnibus peccatis patris ſui quæ fecerat ante eum, nec fuit cor eius′perfectū cum Iehoua Deo ſuo ſicut cor Dauidis patris ſui.

Laus Dauidis.

4 Attamen propter Dauidem dedit Iehouáh Deus eius ipſi″lucernam in Ieruשſaláim,ſuſcitando filium eius poſt eum,″& ſtabiliendo Ieruשſaláim:

5 Quòd feciſſet Dauid quod″rectū erat in oculis Iehouæ , neque declinaſſet ab vllo eorum quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ,″præterquam in re אVriiáh חHitthæi.

6 ′Bellum autē fuerat inter Reחhabyám & Iarobyám cunctis diebus″vitæ illius.

7 Reliquum autem verborum Abiiám, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh ? fuit inquam bellum inter Abiiám & Iarobyám.

8 Dormiuit autem Abiiám cum patribus ſuis , & ſepelierūt eum in Ciuitate Dauidis:regnauítque Aסſá filius eius pro eo.

Moritur Abiam.

9 Anno itaque viceſimo ipſius Iarobyám regis Iשſraאelis regnauit Aסſá ſuper Iehudáh.

Succedit pius Aſa.

10 Et quadraginta vno anno regnauit in Ieruשſaláim:noménque ″matris eius Mayacháh filia Abiשſalóm.

11 Fecit autē Aסſá quod rectum erat in oculis Iehouæ , ſicut Dauid″pater eius.

12 ″Suſtulit enim ſcorta maſcula″de terra:& abſtulit vniuerſa″idola quæ fecerant patres eius.

13 Et etiam Mayacháh matrē ſuam amouit″ne eſſet princeps,′quæ fecerat″idolum in luco,& ſuccîdit Aסſá idolum eius,&combuſſit in torrente Cedrón.

27 Principum curſorum שרי הרצים id eſt tradidit ſtipatoribus Regis, qui ſtipabant Regem euntem,erántque à cuſtodia corporis regii. 28 Ad thalamum curſorum. אל תא הרצים: in cubiculum curſorū.i.in locum in quem recipiebant ſe curſores illi,regreſſo Rege de tēplo. 29 Nónne hæc ſcripta ſunt הלא המה כתובים Per interrogationem ſcribūt Hebræi quod maximè affirmare volunt. quod hîc interrogando dicit,affirmatiuè poſuit ſuprà capite præcedenti,verſu 19,Ecce ſcripta ſunt in,&c. 31 Cum illis עם אבותיו Ad verbum,cum patribus ſuis.Antecedens pro relatiuo.

IN CAPVT XV.

2 Abiשſalóm. אבישלום: Hebræi dicunt idem eſſe quod Abſalom. 3 Perfectum שלם ſyncerum.integrum. 4 Lucernam ניר .i.filium qui regnaret in tribu Iuda.Seipſum mox declarat,quum dicit,Suſcitando,&c.i.dando regnū filio eius ipſo mortuo. Et ſtabiliendo ולהעמיד & cōfirmando.ſub.in ſtatu priſtino. 5 Rectū erat in oculis Ieh. את הישר בעיני יהוה Hebraiſmus,quæ placebant Iehouæ,& erant grata.quòd quæ recta ſunt,placeant. Præterquam in re,&c. רק בדבר וגו׳ præterquā in negotio,&c.q.d. hoc vno excepto quòd fuit cauſa necis Vriæ. 6 Bellum autem fuerat,&c. ומלחמה היתה וגו׳ .i.Quemadmodum autem fuerat bellū aſſiduum inter patrem eius & Ieroboam,ita fuit etiam bellum continuum inter ipſum & Ieroboam,vt dicit verſu ſequenti. Vitæ illius חייו: ſub.Roboam,qui conabatur perpetuò recuperare regnum quod occupauerat Ieroboam:vnde ortum eſt bellum inter Reges Iudææ & Iſrael. 10 Matris eius אמו .i.auiæ.fuerat enim educatus apud eum,quæ erat mulier impia ac dedita idololatriæ, & tamen ipſe non didicit mores auiæ.ideo hoc dictum eſt in laudem eius. 11 Pater eius. אביו: .i.proauus. 12 Suſtulit enim ויעבר Expulit enim. Amouit. De terra: מן הארץ .i.de regno ſuo. Idola הגלולים ſimulachra. 13 Ne eſſet princeps, מגבירה .i.ne haberet in regno ſuo authoritatē vllam regnandi,aut imperandi:priuauit eam omni dignitate.Gallicè,*luy oſta la regence du pais.* Quæ fecerat אשר עשתה eo quòd fecerat. Idolum in luco, מפלצת לאשרה ſimulachrum Priapi in luco. Vox Hebræa ſignificat tremorem membrorum, & timorem animi: quòd idololatræ deos ſuos timeant ac reuereantur.

14 ″Excelſa autem non ſuſtulerunt: attamen cor Aɒſá erat ″perfectum cum Iehoua omnibus diebus ſuis.

15 Et intulit ″ſanctificationes patris ſui, & ſanctificationes ſuas *in* domum Iehouæ, argentum, & aurum, & vaſa.

Bellum inter Aſa & Baaſa. Rama ædificatur.

16 Bellum autē fuit inter Aɒſá & Bayaϣſá regem Iϣſraℵelis omnibus diebus eorum.

17 ″Aſcendit nanque Bayaϣſá rex Iϣſraℵelis aduerſum Iehudáh, ″& ædificauit Ramáh, ″ne permitteret egredientem & ingredientem ad Aɒſá regem Iehudáh.

Aſa, miſſis muneribus, petit auxiliū à Ben-adad

18 Et tollens Aɒſá omne argentū & aurum quæ reliqua erant in theſauris domus Iehouæ & theſauris dom⁹ regiæ, dedit ea in manu ſuorū ſeruorū, miſitq; ea rex Aɒſá ad Bē-hadád filiū Tabrimmón filii пHezión regem Arám qui habitabat in Damméϣſec, dicēdo,

19 ″Fœdus *eſt* inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ecce mitto ad te ″munus, argentum & aurum: vade, irritum fac pactum tuum cum Bayaϣſa rege Iϣſraℵelis, vt recedat à me.

Ben-adad oppugnat Iſraelem.

20 Morem itaque geſſit Ben-hadád regi Aɒſá, & miſit principes exercitus quos habuit contra vrbes Iϣſraℵelis, & percuſſit yIión & Dán, atque Abel-beth-mayacháh, & vniuerſam Chinneróth cum vniuerſa terra Naphthalí.

21 Fuit autem, quum audiſſet Bayaϣſá, deſtitit ædificare Ramáh, ″manſítque in Thirxſáh.

Deſtruitur Rama.

22 Tunc rex Aɒſá congregauit vniuerſum Iehudáh, ″nemo fuit exemptus: & tulerūt lapides Ramáh & ligna eius ″quæ ædificauerat Bayaϣſá, & extruxit ex eis rex Aɒſá, Gébay Biniamín, & Mixpáh.

Gabaa Beniamin. Maſpha.

23 Reliquum autem omnium verborū Aɒſá, ″& omne robur eius, & quidquid fecit, & vrbes quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh? verūtamen tempore ſenectutis ſuæ ægrotauit ″pedibus ſuis.

Moritur Aſa.

24 Dormiuítq; Aɒſá cū patribus ſuis, ac ſepultus eſt cū illis in ciuitate Dauidis patris ſui: regnauítq; Iehoϣſaphát filius eius pro eo.

Ioſaphat ſuccedit Aſæ.

Nadab impius

25 Nadáb autem filius Iarobyám regnare ″cœpit ſuper Iϣſraℵelem anno ſecundo Aɒſá regis Iehudáh, & regnauit ſuper Iϣſraℵelem ″duobus annis.

26 Fecítque malum in oculis Iehouæ, & ambulauit in via patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iϣſraℵelem.

27 Cōſpirauit autē aduerſus eum Bayaϣſá filius Aпhiiáh de domo Iϣſſachár, percuſſítque eum Bayaϣſá ″in Gibbethón, quæ erat Peliϣſthæis (Nadáb autē & vniuerſus Iϣſraℵél obſidebāt Gibbethō.)

Baaſa occidit Nadab, regnátque pro eo.

28 Interfecítque eum Bayaϣſá ″anno tertio Aɒſá regis Iehudáh, & regnauit pro eo.

14 Excelſa autem non abſtulit: veruntamen cor Aſa perfectum erat cum Domino cunctis diebus ſuis.

15 Et intulit ea quæ ſanctificauerat pater ſuus, & vouerat, in domum Domini, argentum, & aurum, & vaſa.

16 Bellum autē erat inter Aſa & Baaſa regē Iſrael cunctis diebus eorum.

17 Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iudæ.

18 Tollens itaque Aſa omne argentū & aurum quod remanſerat in theſauris domus Domini, & in theſauris domus regiæ, dedit illud in manus ſeruorum ſuorū: & miſit ad Ben-adad filiū Tabremō fili Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, dicens, D

19 Fœdus eſt inter me & te, & inter patrem meum & patrē tuum: ideo miſit tibi munera, argentum & aurum: & peto vt venias, & irritū facias fœdus quod habes cum Baaſa rege Iſrael, & recedat à me.

20 Acquieſcens Ben-adad regi Aſa, miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſerunt Ahion & Dan & Abel-domum-maacha, & vniuerſam Cenneroth, omnem ſcilicet terram Nephthali.

21 Quod quum audiſſet Baaſa, intermiſit ędificare Rama, & reuerſus eſt in Therſa. E

22 Rex autem Aſa nuntium miſit in omnem Iudam, dicens, Nemo ſit excuſatus. Et tulerūt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baaſa, & extruxit de eis rex Aſa, Gabaa Beniamin, & Maſpha.

23 Reliqua autē omnium ſermonum Aſa, & vniuerſæ fortitudines eius, & cūcta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hęc ſcripta ſunt in libro verborum Regum Iuda? Veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes.

24 Et dormiuit Aſa cū patribus ſuis, & ſepultus eſt cū eis in Ciuitate Dauid patris ſui: regnauitque Ioſaphat filius eius pro eo.

25 Nadab verò filius Ieroboā regnauit ſuper Iſrael anno ſecundo Aſa regis Iuda: regnauitq; ſuper Iſrael duobus annis. F

26 Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini, & ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

27 Inſidiatus eſt autem ei Baaſa filius Ahię de domo Iſſachar: & percuſſit eum in Gebbethon, quæ eſt vrbs Philiſthinorū: ſiquidē Nadab, & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon.

28 Interfecit ergo illū Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.

14 Excelſa autē והבמות Excelſa erant altaria priuata in quibus fiebant ſacrificia etiam in honorē Dei, maximè ex eo tempore quo fuerat tabernaculum in Silo vſque ad templū Salomonis. Hic autem Rex in hoc falſus eſt quòd ea reliquit: nā illa quæ erant idolis conſecrata, euertit: quæ autē in honorē Dei, reliquit. debuerat enim in vniuerſum omnia altaria euertere, ne in alio loco fierēt ſacrificia quàm in loco à Deo præſcripto, nēpe in templo Salomonis. Perfectū שלם .i. Deū puro corde coluit: neque putauit ſe peccare quòd relinqueret excelſa in quibus ſoli Deo fierent ſacrificia. 15 Sanctificationes את־קדשי .i. ea quæ ſanctificauerat, ſiue conſecrauerat pater ſuus, nempe aurum, &c. 17 Aſcendit nanque ויעל q.d. conduxit milites, & eduxit eos contra Iehudam. Et ædificauit Ra. ויבן את־הרמה vt ædificaret Ramah, id eſt arcem, vel turrim illam munitiſſimā & inexpugnabilem. Ne permitteret לבלתיתת .i. vt prohiberet ne quiſquam ire poſſet ad Aſa, neque egredi ab eo. 19 Fœdus *eſt* ברית id eſt, fœdus eſt inter me & te, quod etiam fuit inter patrem meum & inter patrem tuum. q.d. non nouum, ſed antiquum. Alii, Fœdus *ſit* inter me & te vt, fuit inter patrem meum & patrem tuum. Munus, שוחר vice muneris. 21 Manſitque וישב q.d. continuit ſe in vrbe regia. 22 Nemo fuit exemptus: אין נקי nemine excepto. Quæ ædificauerat אשר בנה ex quibus extruxerat .i. aſportauerant aliò materiā qua extruxerat. vel, quam inſumpſerat in ædificium ipſum. 23 Et omne robur e. וכל גבורתו .i. & omnia fortia geſta eius. Pedibus ſuis. את־רגליו: podagra. 25 Duobus annis. שנתים: Duobus quidē annis in pace, & octo annis in afflictione. 27 In Gibbethon, &c. בגבתון וגו׳ Vide ſequētis cap. verſ. 15. 28 Anno tertio בשנת שלוש ſub. bellorū quæ geſſit Aſa rex Iuda contra Iſraelem. Non intelligitur de initio regni eius: nam ſub Aſa decē annis quieuit terra. at quæ 2. Paral. 16. a. 1, dicuntur de exordio regni eius ſunt intelligēda. Doctus inter Hebræos ſic ſcribit, Locus iſte ſic exponi debet, Anno tertio quo cœpit Aſa pugnare cum Regibus Iſrael, pugnauit prius cum Nadab filio Iarobyam: & anno tertio regnauit Baaſa qui pugnauit cum Aſa, ſicut dictum eſt. Bellum autem fuit inter Aſa & inter Baaſa. Bellum verò illud quo aſcendit Baaſa, & ædificauit Ramah, fuit anno viceſimotertio regni eius, qui eſt annus

tricesimus tertius principii regni Aſa,viceſimus tamen & quintus annus,vel viceſimus ſextus regni ipſius Aſa: quia annus ſecundus Nadab filii Ieroboam, eo quòd non fuerit cōpletus, annumeratur annis Baaſa.decē annos quibus quieuit terra in principio regni Aſa,non annumerauit ipſi Nadab filio Ieroboam:duóq; anni ex eis fuerunt in diebus Ieroboā:præterea octo annis non regnauit ſuper Iſraelem:& ſi regnauit,non fuit roboratū regnum eius, propterea non annumerauit eos illi:anno verò ſecundo poſt decem annos regnauit Nadab regno perfecto,& tunc pugnauit cum Aſa. Et hoceſt quod ſuprà dixit, Nadab autem filius Ieroboam regnauit ſuper Iſraelem anno ſecundo Aſa,&c.

Quúmque regnaſſet, percuſſit omnem domum Ieroboam: non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec deleret eum ‖iuxta verbū Domini quod loquutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis,

Suprà 14.c.10

G Propter peccata Ieroboā quæ peccauerat, & quibus peccare ſecerat Iſrael: & propter delictum quo irritauerat Dominum Deum Iſrael.

Reliqua autem ſermonum Nadab, & omnia quæ operatus eſt: nōne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierū Regum Iſrael?

Fuitque bellum inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum.

Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnē Iſrael in Therſa vigintiquatuor annis.

Et fecit malum corā Domino, ambulauitque in viis Ieroboā, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

Cap. XVI.

FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filium Hanani contra Baaſa, dicens,

Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & poſui te ducem ſuper populū meū Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irritares in peccatis eorum:

Ecce,ego demetā poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius: & faciā domū tuam ‖ſicut domum Ieroboam filii Nabat.

Suprà 15.f.29

Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli.

B Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcūque fecit, & prælia eius: nōne hæc ſcripta ſunt ‖in libro verborū dierum Regum Iſrael?

2.Para.16.a.1

Dormiuit ergo Baaſa cū patribus ſuis, ſepultúſque eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo.

Quū autem in manu Iehu filii Hanani prophetæ, verbū Domini factū eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & contra omne malū quod fecerat coram Domino ad irritandum eum in operibus manuum ſuarū, vt fieret ſicut domus Ieroboam: ob hāc cauſam occidit eum.

Anno viceſimoſexto Aſa regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in Therſa duobus annis.

C Et rebellauit cōtra eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa.

4.Reg.2.g.31

‖Irruens ergo Zambri, percuſſit, & occidit eū anno viceſimoſeptimo

29 Et fuit, quum regnare cœpiſſet, percuſſit vniuerſam domum Iarobyám, non reliquit vllam animā ipſi Iarobyám, donec ″diſperdidit eum, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum ſerui ſui Aחhiiáh שSilonitæ.

Domus Ieroboā deſtruitur.

30 Propter peccata Iarobyám quæ peccauit, & peccare fecit Iשſraאelē, propter irritationē eius qua irritauit Iehouā Deū Iשſraאelis.

31 Reliquum autem verborum Nadáb, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis?

32 Bellum verò fuit inter Aסſá & Bayaשſá regem Iשſraאelis omnibus diebus eorum.

33 Anno tertio Aסſá regis Iehudáh regnauit Bayaשſá filius Aחhiiáh ſuper vniuerſum Iשſraאelem in Thirצſáh, vigintiquatuor annis.

34 Fecítque malum in oculis Iehouæ, ambulauítque in via Iarobyám, & in peccato eius quo peccare fecit Iשſraאelē. Cap. XVI.

1 FVit autem verbum Iehouæ ad Iehú filium חHanáni contra Bayaשſá, dicendo,

Iehu prædicit Baaſæ interitū propter idololatriam.

2 Propterea quòd ″exaltaui te de puluere ipſo, ″poſui nanq; te ducem ſuper populum meum Iשſraאelis, & *tamen* ambulaſti in via Iarobyám, & peccare feciſti populum meum Iשſraאelem, irritando me ″peccatis eorum:

3 En ego ″remoueo poſteros Bayaשſá, & poſteros domus eius: ″dabóque domum tuam ſicut domum Iarobyám filii Nebát.

4 Eum qui mortuus fuerit ex Bayaשſá in ciuitate, ″comedent canes: eū verò qui mortuus fuerit ″ex eo in agro, comedēt aues cæli.

5 Reliquū autem verborum Bayaשſá, & quæ fecit, ″atque fortitudo eius, nōne ſcripta ſunt in libro verborū dierū Regū Iשſraאelis?

6 Quum autē dormiſſet Bayaשſá cum patribus ſuis, ſepultus eſt in Thirצſáh, & regnauit אEláh filius eius pro eo.

Baaſa mortuo ſuccedit Éla.

7 ″Et etiam per manum Iehú filii חHanáni prophetæ verbū Iehouæ fuerat ſuper Bayaשſá & ſuper domū eius, & ſuper omne malum quod fecit in oculis Iehouæ, ″irritando eum opere manuum ſuarum, ″quòd futura eſſet ſicut domus Iarobyám, & propterea quòd percuſſiſſet eum.

8 ʹAnno viceſimoſexto Aסſá regis Iehudáh, regnauit אEláh filius Bayaשſá ſuper Iשſraאelem in Thirצſáh duobus annis.

9 Coniurauit autē aduerſus eum ſeruus eius Zamri princeps mediæ partis curruum: erátque in Thirצſáh ″bibens *&* ebrius ″*in* domo Arצſá, qui erat ſuper domum Thirצſáh.

Zambri occidit Elam.

10 Et veniēs Zimri, percuſſit eum, ″& occîdit eū anno viceſimo-

29 Diſperdidit eum, השמדו deleuit eum.i.familiam eius.

IN CAPVT XVI.

2 Exaltaui te de puluere ipſo, הרימותיך מן העפר .i.euexi te in ſupremū gradum de ſtatu infimo. Poſui nanque te ואתנך Ad verbū, & dedi te.Exponit quomodo erexerit eum. Peccatis eorum: בחטאתם: Pronomen plurale pro ſingulari,eius,nempe Ieroboam.

3 Remoueo מבעיר Præſ.Heb.pro fut.expellā,ſiue remouebo.q.d.En ego expellā Baaſa & familiam eius.i.tollā de medio. Dabóque, &c. ונתתי Hebraiſmus, reddam familiā eius ſimilem familiæ Ieroboam.i.perdā eam non aliter quàm perdidi Ieroboā,cuius ſtudia imitatus es.

4 Comedēt canes,&c. יאכלו הכלבים Hoc genere dicendi ſignificat eos carituros ſepultura. q.d.nullus ſepelietur. Ex eo לו ei.i.ex eius familia. 5 Atq; fortitudo eius, וגבורתו וגו׳ .i.fortia & egregia facinora eius. 7 Et etiam per manū,&c. וגם ביד יהוא Hebraiſmus,prædixerat etiam Iehu interitū filii eius, nēpe Ieroboam. vel,non ſolùm per Iehu interitus familiæ huius fuit prædictus,ſed & per Ahiam. Aut,prædixit etiam Iehu interitū Baaſa quemadmodū Ahias prædixerat interitum patris eius Ieroboam. Irritando eum להכעיסו prouocando eum.vel,ita vt prouocaret eum ad iram. Quòd futura eſſet להיות .i.prædixit verbum Dei fore vt eſſet ſimilis domui Ieroboam,& propterea quòd percuſſiſſet illum,Nadab ſcilicet.vel,quòd futura eſſet familia Baaſa vt familia Ieroboam,& quòd percuſſiſſet,&c.Minatus eſt Deus extremum exitium familiæ Baaſa duabus de cauſis:primùm ob idololatriam:deinde quòd ille dominū ſuum Nadab interfeciſſet. Pater pro filio aliquādo ponitur. Ergo Eum refert Ieroboā,hoc eſt filium Ieroboam Nadab:vel dicendum,eſſe relatiuum ſine antecedente expreſſo.

8 Anno viceſimoſexto בשנת עשרים ושש שנה Ad verbū,anno viceſimo & ſexto anno.Bis ponitur Anno,quorū alterum Latinis redundat.Sic paulo pòſt verſu 15. 9 Bibens,ebrius שותה שכור acſi dicat (inquit doctus inter Hebræos,) vſqueadeò bibit vt ſeipſum inebriarit. *In* domo Arצſa, בית ארצא Chaldæus paraph. in templo Arſa,[i.idoli quod colebat Ela] quod templum erat iuxta regiam. Hebræi dicunt Arſa fuiſſe nomen proprium præfecti aulæ regiæ.

ſeptimo Aסſá regis,ʹ& regnauit pro eo.

Zambri regnās pro Ela, delet domum Baaſa.

11 Fuit autem quum ipſe regnaret, ſederétque ſuper ſolium eius, percuſſit omnem domum Bayaשſa (non reliquit ex ea mingentem ad parietem) & propinquos eius & amicos eius.

12 Deleuítque Zimri vniuerſam domũ Bayaשſá iuxta verbũ Iehouæ quod loquutus fuerat ſuper Bayaשſa in manu Iehú Prophetæ,

13 Propter vniuerſa peccata Bayaשſá, & peccata Eláh filii eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iשſraאelem,ʹita vt irritarẽt Iehouam Deum Iשſraאelis″in vanitatibus ſuis.

14 Reliquum autem verborum Eláh, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis?

Contẽpto Zambri, eligitur Amri.

15 Anno viceſimo ſeptimo Aסſá regis Iehudáh, regnauit Zimri ſeptem diebus in Thirצſáh: populus autem″caſtrametabantur contra Gibbethón quæ erat Peliשſthinis.

16 Audiẽs autem populus qui erat in caſtris,″huiuſmodi verba, Cõiurauit Zimri, & etiam percuſſit Regem: tunc Regem conſtituerunt vniuerſus Iשſraאél yOmri principem exercitus ſuper Iשſraאelem die illa, in caſtris.

17 Aſcendítq; yOmri, & vniuerſus Iשſraאél cum eo de Gibbethón, & obſederunt Thirצſáh.

Zambri ſuccendit ſeipſum.

18 Quúmque videret Zimri captam eſſe ciuitatem, ingreſſus″palatium domus regiæ,″combuſſit ſuper ſe domum regiam igni, ac mortuus eſt

19 Propter peccata ſua quibus peccauit, faciendo quod malum eſt in oculis Iehouæ, ambulando in via Iarobyám, & in peccatis eius quæ fecerat, peccare faciendo Iשſraאelem.

20 Reliquum autem verborum Zimri, & cõiuratio eius qua coniurauit, nõne ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Regũ Iשſraאelis?

21 Tunc diuiſus eſt populus Iשſraאelis in duas partes: dimidia pars populi ʹſequebatur Thibni filium Ginàth, vt conſtituerent eum Regem, & altera dimidia pars ſequebatur yOmri.

Thebni.

22 ″Præualuit autẽ populus qui ſequebatur yOmri, populo qui ſequebatur Thibni filium Ginàth, & mortuus eſt Thibni, regnauit verò yOmri.

Samariæ mons.

23 ″Anno triceſimoprimo Aסſá regis Iehudáh regnauit yOmri ſuper Iשſraאelem duodecim annis: in Thirצſáh″regnauit ſex annis.

24 Emítque montem″שSomerón à *quodam* שSémer duobus talentis argenti,″& ædificauit montẽ: vocauítque nomen ciuitatis quam ædificauit, de nomine שSémer domini illius mõtis, שSomerón.

25 Fecit autem yOmri malum in oculis Iehouæ, & peius fecit omnibus qui fuerunt ante ſe.

26 Ambulauítque in omni via Iarobyám filii Nebát, & in peccato eius quo peccare fecit Iשſraאelem, irritãdo Iehouam Deum Iשſraאelis″in vanitatibus ſuis.

Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.

Quúmque regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium eius, percuſſit omnem domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingẽtem ad parietẽ, & propinquos & amicos eius.

Deleuitque Zambri omnem domũ Baaſa, iuxta verbũ Domini quod loquutus fuerat ad Baaſa in manu Iehu Prophetæ,

Propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filii eius, qui peccauerũt, & peccare fecerunt Iſrael, prouocãtes Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. D

Reliqua autẽ ſermonũ Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Regũ Iſrael?

Anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptẽ diebus in Therſa: porrò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum.

Quúmque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe Regẽ, fecit ſibi Regẽ omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris.

Aſcẽdit ergo Amri, & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa.

Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cũ domo regia: & mortuus eſt

In peccatis ſuis quæ peccauerat, faciens malum coram Domino, & ambulãs in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael. E

Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarum eius, & tyrannidis, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iſrael?

Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum Regem: & media pars Amri.

Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuúſque eſt Thebni, & regnauit Amri.

Anno triceſimoprimo Aſa regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Therſa regnauit ſex annis.

Emitque montem Samariæ à Semer duobus talentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat, nomine Semer montis domini Samariæ. F

Fecit autem Amri malum in cõſpectu Domini, & operatus eſt nequiter ſuper omnes qui fuerunt ante eum.

Ambulauitque in omni via Ieroboam filii Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iſrael: vt irritaret Dominũ Deum Iſrael in vanitatibus ſuis.

---

10 Et regnauit pro eo. וימלך תחתיו: .i. inuaſit regnum illius.
13 *Ita* vt irritarent להכעים prouocando ad iram. In vanitatib. ſ. בהבליהם: .i. per ſimulachra & idola ſua, colendo ea.
15 Caſtrametabãtur, &c. חונים על־גבתון אשר וגו׳ caſtra poſuerãt cõtra Gibbethon, &c. i. erãt in caſtris vt obſideret Gibbethõ quæ tũc occupabatur à Palæſthinis. 16 Huiuſmodi verba, לאמור Ad verbum, dicendo. 18 Palatium אל־ארמון arcem. i. locum tutiſſimum ac munitiſſimum regiæ. Combuſſit, &c. וישרוף עליו את־בית־מלך & combuſſit ſe vnà cum regia. Alii referunt ad Omri, quòd combuſſerit ipſum Zimri vnà cum regia, vertentes, & combuſſit ſuper eum domum Regis ad quam confugerat Zimri. 21 Sequebatur היה אחרי Ad verbum, fuit poſt. i. ſequebatur partes Thibni 22 Præualuit autem ויחזק Euaſit autem fortior. id eſt fuit ſuperior.
23 Anno triceſimoprimo בשנת שלושים ואחת Hoc intelligitur de regno pacifico. A triceſimoſeptimo vſque ad quadrageſimum primum interiacentes anni non numerantur propter bella. Notandum autem, melius eſſe vt accipiantur omnes iſtæ ſupputationes regis Aſa ſimpliciter, & vt in Scriptura legũtur, & quòd locus libri Paralipomenõ, vbi dicitur quòd Baaſa rex Iſrael ædificauit Rama anno triceſimoſexto regni Aſa regis Iuda, intelligatur de anno x x x v i à diuiſione regni, ſiue morte Salomonis, quo tẽpore ſcilicet regnabat Aſa rex Iuda: erátque annus ille, annus decimusſextus regni ipſius. Regnauit מלך regnauerat. 24 שSomerón שמרון .i. Samariæ. Et ædificauit ויבן & muniuit. 26 In vanitatibus ſuis. בהבליהם: vt ſuprà verſu 13. per omnia (inquit) imitatus eſt ſtudia Ieroboam & idololatriam eius, impellendo Iſraelem in ipſam idololatriam.

27 Reliqua autem ſermonũ Amri, & prælia eius quæ geſſit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iſrael?

28 Dormiuítque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo.

29 Achab verò filius Amri regnauit ſuper Iſrael anno triceſimo octauo Aſa regis Iuda: & regnauit Achab filius G Amri ſuper Iſrael in Samaria viginti & duobus annis.

30 Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui fuerunt ante eum:

31 Nec ſuffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filii Nabat: inſuper duxit vxorẽ Iezabel filiam Eth-baal regis Sidoniorum: & abiit & ſeruiuit Baal, & adorauit eum.

32 Et poſuit aram Baal in tẽplo Baal, quod ædificauerat in Samaria,

33 Et plantauit lucũ: & addidit Achab in opere ſuo, irritans Dominum Deũ Iſrael ſuper omnes Reges Iſrael, qui fuerunt ante eum.

Ioſue 6.d.26

34 In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Iericho: in Abiram primitiuo ſuo fundauit eam, & in Segub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius: | iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat in manu Ioſue filii Nun.

Cap.XVII.

Eccli.48.a.3 iac.5.d.16

1 ET dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, | Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius cõſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia niſi iuxta oris mei verba.

2 Et factum eſt verbum Domini ad eum, dicens,

3 Recede hinc, & vade cõtra Orientem, & abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem,

4 Et ibi de torrente bibes: coruiſque præcepi vt paſcant te ibi.

5 Abiit ergo, & fecit iuxta verbũ Domini: quúmque abiiſſet, ſedit in torrente Carith qui eſt cõtra Iordanẽ.

6 Corui quoque deferebant ei panẽ & carnes mane, ſimiliter panẽ & carnes veſperi: & bibebat de torrente.

7 Poſt dies autẽ ſiccatus eſt torrens: non enim pluerat ſuper terram.

B

8 Factus eſt ergo ſermo Domini ad eum, dicens,

Luc.4.d.25

9 | Surge & vade in Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te.

10 Surrexit & abiit in Sareptha. quũque veniſſet ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocauit eã, dixitque ei, Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam.

27 Reliquũ autem verborum עOmri, & omnia quæ fecit, '& fortitudo eius quam fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierũ Regum Iשſraאelis?

28 Dormiuítque עOmri cum patribus ſuis, ac ſepultus eſt in שSomerón, regnauítque Aחháb filius eius pro eo.

Moritur Amri.

29 Aחháb autem filius עOmri regnauit ſuper Iשſraאelem anno triceſimo octauo Aסſá regis Iehudáh: regnauit inquam Aחháb filius עOmri ſuper Iשſraאelem in שSomerón viginti duobus annis.

Achab impius ſuccedit Amri.

30 Fecítque Aחháb filius עOmri peius in oculis Iehouæ omnibus qui fuerunt ante ſe.

31 Fuit autem ('nónne leue fuit *ei* ambulare in peccatis Iarobעám filii Nebát?) 'vt acciperet vxorem 'אIzébel filiam אEth-báal regis צSidoniorum, "& abiit & ſeruiuit 'Báעal, "incuruauítque ſe ei.

Ducit vxorem Iezabel.

32 Et erexit altare ipſi Báעal in domo Báעal quam ædificauerat in שSomerón:

33 Fecítque Aחháb lucum, addidítque ipſe Aחháb facere ad irritãdum Iehouã Deum Iשſraאelis præ cæteris Regibus Iשſraאelis qui fuerunt ante ſe.

34 In diebus eius חHiאél Beth-אelita ædificauit Ieriחhóh: "in Abirã primogenito ſuo fundauit eam, & in שSegub minimo ſuo ſtatuit portas eius, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum Iehoשſúaע filii Nun.

Reædificatur Iericho.

Cap.X V I I.

1 DIxit autẽ אEliiahu Thiשſbites' de aduenis Gilעád, ad Aחháb, 'Viuit Iehouáh Deus Iשſraאelis, in cuius cõſpectu 'ſto, ſi erit annis his ros' & pluuia' niſi ſecundum verbum meum.

Elias famẽ prædicit ipſi Achab.

2 Fuítque verbum Iehouæ ad eum, dicendo,

3 Abi hinc, '& verte te ad Orientem, & abſconde te' in torrente Cherith qui eſt eregione Iardén.

Vt fugiat, hortatur Eliam Deus.

4 Et erit, de torrente bibes, coruis autẽ præcepi vt paſcãt te ibi.

5 Qui abiit, & fecit iuxta verbum Iehouæ: abiit inquam, & ſedit in torrente Cherith qui erat eregione Iardén.

Prouidẽtia Dei, Elias paſcitur à coruis.

6 Corui autem afferebant ei panem & carnes mane, panem quoque & carnes veſperi: & de torrente bibebat.

7 'Poſt dies verò aliquot aruit torrens ille: nõ enim "fuerat pluuia in terra.

8 Fuit itaque verbum Iehouæ ad eum, dicendo,

9 'Surge, vade in צSarpháth quæ eſt ipſius צSidõ, & mane ibi: "ecce præcepi mulieri viduæ vt paſcat te.

Mittitur ad mulierẽ Sarepthanam | pauperrimam.

10 Qui ſurgens abiit in צSarphath, & deuenit ad portam ciuitatis. ecce autem ibi *erat* mulier vidua colligens "ligna: & vocauit eã, ac dixit, Affer obſecro mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam.

---

27 Et fortitudo eius quã fecit, וגבורתו אשר עשה Hebraiſmus, quæ egregiè ac fortiter geſſit. vt ſuprà verſu 4. 31 Nónne leue fuit הנקל Nónne leue viſum eſt illi: aut parui momẽti. q.d. ſic. poſcit enim ה reſponſionẽ affirmatiuã. hoc eſt, parũ enim curauit ſi imitaretur peccata, &c. Alii, Nunquid vile [turpe] fuit illi? q.d. putauit eſſe vile. idem enim eſt ſenſus. Vt acciperet ויקח Ad verbũ, & accepit. Alii, accepit inſuper. Et abiit וילך ſub. Sidonem. Baעal, את הבעל Nomen eſt appellatiuum, non proprium, idolum, ſiue ſimulachrum ſignificãs in genere. Incuruauitque ſe ei. וישתחו לו: adorauitque eum. 34 In Abiram primogenito ſuo, &c. באבירם בכורו יסדה וגו' cum primogenito ſuo, &c. i. Quum cœpit ædificare illam, viuebat adhuc primogenitus eius: at quum finẽ impoſuit illi, mortuus eſt etiam nouiſſimus, ſiue vltimus natu. Vide Ioſ. 6.d.26.

IN CAPVT XVII.

1 De aduenis מתושבי inquilinis. incolis. Chaldæus paraph. de Thoſab. Viuit Iehouáh, &c. חי־יהוה .i. iuro tibi per Iehouam, corã quo ſtare ſoleo frequenter in oratione. vel, cui ſeruio. Sto עמדתי Prat. Heb. pro præſ. aſto. Stare coram aliquo, pro illi inſeruire. Et pluuia, ומטר aut pluuia. Niſi ſecundum verbum meum. כי אם־לפי דברי: .i. niſi prædixero fore, Deo ſcilicet mihi reuelante.

3 Et verte te ad Ori. ופנית לך־קדמה .i. & proficiſcere verſus Orientem. In torrente, בנחל Obſerua, Torrentem interdum accipi pro aqua ipſa, interdum pro valle per quam decurrit aqua: hic pro vtroque accipi poteſt.

7 Poſt dies verò aliquot ויהי מקץ ימים Ad verbum, Et fuit in fine dierũ. Fuerat pluuia in terra. היה גשם בארץ: deſcenderat pluuia [pluerat] in ea regione. 9 Surge, vade קום לך q.d. ſine mora vade. 10 Ligna: עצים fragmenta ligni ſignificat, & ramuſculos quos obuiam habebat.

Quæ abiit ′vt tolleret: reuocauit autẽ eam, & dixit, Tolle obſe- 11
cro mihi *etiam* buccellam panis in manu tua.

Illa ait, ′Viuit Iehouáh Deus tuus, ſi eſt mihi panis ſubcineritius 12
præter plenam volam farinæ in hydria, & paululum olei in lenti-
cula: & en ego colligo ′duo ligna, vt vadam, ′& præparẽ illud mihi
& filio meo, ′comedamúſque illud, ac moriamur.

Dixit verò ad eam אEliiáhu, Ne timeas, vade, fac ſecundum ver 13
bum tuum: veruntamen fac mihi inde ſubcineritium panem par-
uum prius, & affer mihi: tibi autem & filio tuo facies poſtea.

Sic enim dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, ′Hydria farinæ non con- 14
ſumetur, & lenticula olei non deficiet vſque in diem quo dabit Ie-
houáh pluuiam ſuper faciem terræ.

Abiit ergo, & fecit ſecundum verbum אEliiáhu: & comedit ip- 15
ſa & ipſe, & familia eius ′per dies.

Hydria farinæ non defecit, & lenticula olei nõ defecit, iuxta ver 16
bum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum אEliiáhu.

Oratione Eliæ ſuſcitatur filius hoſpitæ ſuæ.

Fuit autem, poſt hæc ægrotauit filius mulieris dominæ domus: 17
erátque ægritudo eius ′vehemens valde, adeò vt non remaneret in
eo halitus.

Dixit ergo ad אEliiáhu, ′Quid mihi & tibi vir Dei? veniſti ad me 18
vt ĩ memoriã reduceres iniquitatẽ meã, & mori faceres filiũ meũ?

Dixítque ad eam, Da mihi filium tuum. Et ipſe tulit eum de ſi- 19
nu illius, ′portauítque eum in cœnaculum in quo manebat, &
poſuit eum ſuper lectum ſuum:

Tunc clamauit ad Iehouam, ac dixit, Iehoua Deus mi, etiámne 20
viduam ′apud quam habito, afflixiſti, interficiendo filium eius?

′Et admenſus eſt ſeſe ſuper puerum tribus vicibus, clamauítque 21
ad Iehouam, & dixit, Iehoua Deus mi, reuertatur obſecro anima
pueri huius ′in interiora eius.

Et exaudiuit Iehouáh vocem אEliiáhu, reuerſáque eſt anima 22
pueri in interiora eius, & reuixit.

Tulítque אEliiáhu puerũ, & deduxit eum ′de cœnaculo in do- 23
mum, ac dedit illum matri ſuæ: dixítque אEliiáhu, Vide, viuit fi-
lius tuus.

Et ait mulier ad אEliiáhu, Nunc iam noui ′quòd vir Dei es, & 24
verbum Iehouæ *quod eſt* in ore tuo, veritas eſt.

Cap. XVIII.

Elias mittitur ad Achab. Prouidẽtia Dei etiam erga ingratos.

ELapſis autem diebus multis, verbum Iehouæ fuit ad אEliiáhu 1
′anno tertio, dicendo, Vade, oſtende te ipſi Aחháb, & dabo plu
uiam ſuper faciem terræ.

Abiit ergo אEliiáhu vt oſtenderet ſe ipſi Aחháb: fames autẽ va- 2
lida erat in שSomerón.

Abdias diſpenſator domus Achab, mittitur ad inueſtigandam herbam.

Vocauit igitur Aחháb עObadiáhu qui erat ſuper domum. עO- 3
badiáhu autem erat timens Iehouam valde.

Quũmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens, Affer mihi obſecro & buccellam panis in manu tua.

Quæ reſpondit, Viuit Dñs Deus tuus, quia non habeo panẽ, niſi quãtum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululũ olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur.

C

Ad quam Elias ait, Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: veruntamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcineritiũ panem paruulum, & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies poſtea.

Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vſq; ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ.

Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die

Hydria farinæ non defecit, & lecythus olei nõ eſt imminutus, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat in manu Eliæ.

Factum eſt autem poſt verba hæc, ægrotauit filius mulieris matriſfamiliás, & erat languor eius fortiſſimus, ita vt non remaneret in eo halitus.

Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?

D

Et ait ad eam, Da mihi filiũ tuum. Tulitque eum de ſinu eius, & portauit in cœnaculum vbi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectulum ſuum:

Et clamauit ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, etiâmne viduã apud quam ego vtcunque ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius?

Et expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait, Domine Deus meus, reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius.

Et exaudiuit Dominus vocem Elię: & reuerſa eſt anima pueri intra eũ, & reuixit.

Tulitque Elias puerũ, & depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri ſuæ, & ait illi, En viuit filius tuus.

Dixitque mulier ad Eliam, Nũc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbũ Domini in ore tuo verum eſt.

Cap. XVIII.

POſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens, Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.

Iuit ergo Elias vt oſtenderet ſe Achab: erat autem fames vehemens in Samaria.

Vocauitque Achab Abdiam diſpẽſatorem domus ſuæ (Abdias autẽ timebat Dominum valde.

---

11 Vt tolleret: לקחת vt caperet. i. vt afferret illi aquam. 12 Viuit Iehouáh, &c. חי־יהוה וגו׳ Hebraiſmus, Iuro tibi per Dominum Deum quem tu colis, non eſſe mihi quicquam panis ſubcineritii, ſed tantum farinæ quantũ manu capi poteſt. Duo ligna, שנים עצים pro pauculis dixit, duo. Et præparem illud ועשיתיהו vt ex illo paululo quod ſupereſt, præparem mihi panem ſubcineritium. Comedamuſque, &c. ואכלנהו ומתנו: vt quũ comederimus, moriamur. nihil enim aliud ſupererat illi. 14 Hydria farinæ כד הקמח Hydriã farinæ, atque lenticulam olei dixit, pro farina hydriæ, & oleo lenticulæ, ſiue lecythi. Continens pro contento. i. farina hydriæ non deficiet, nec oleum lenticulæ minuetur. 15 Per dies. ימים: id eſt diebus aliquot. 17 Vehemens, &c. חזק מאד עד אשר וגו׳ Ad verbum, fortis admodum, donec non remanſit. 18 Quid mihi & tibi, &c. מה לי ולך ſub. commune. q. d. qua in re te læſi?

Was hab ich dir!

19 Portauítque eum ויעלהו Ad verbum, & aſcendere fecit eum. 20 Apud quam habito, &c. מתגורר עמה הרעות apud quam diuerſor [habito vt peregrinus] affligere voluiſti. vel, dignam duxiſti vt affligeres. Alii, affliges.

21 Et admenſus eſt ſeſe ſuper p. ויתמודד על־הילד Et expandit ſeſe ſuper puerum, id eſt incubuit puero. In interiora eius. על־קרבו: in viſcera eius. i. intra illum, hoc eſt in ſedem ſuam, nempe cor. 23 De cœnaculo in domum, מן־העליה הביתה. i. de ſuperiore parte domus in inferiorem. 24 Quòd vir Dei es, כי איש אלהים אתה. i. te Prophetam Dei eſſe. & quòd quæ dixiſti mihi, vera ſunt. vel, noui quòd quæ dixiſti, &c. priorem partem huius verſus intelligit de reſurrectione filii ſui: poſteriorem de prædictione ſuperiore farinæ & olei.

IN CAPVT XVIII.

1 Anno tertio, בשנה השלישית à diſceſſu eius de torrente Cherith.

Nam quũ interficeret Iezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abſcondit eos quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua.) 4

Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles: ſi fortè poſſimus inuenire herbã, & ſaluare equos & mulos, & non penitus iumẽta intereant. 5

Diuiſerúntque ſibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnã, & Abdias per viam alteram ſeorſum. 6

B Quúmque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui quum cognouiſſet eũ, cecidit ſuper faciem ſuam, & ait, Non tu es, domine mi, Elias? 7

Cui ille reſpõdit, Ego: vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. 8

Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me ſeruum tuũ in manu Achab, vt interficiat me? 9

Viuit Dominus Deus tuus, quia nõ eſt gens aut regnum, quò nõ miſerit dominus meus, te requirens: & reſpõdentibus cunctis, Non eſt hic: adiurauit regna ſingula & gentes, eo quòd minime repereris. 10

Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. 11

Quúmque receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te in locũ quem ego ignoro: & ingreſſus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Dominum ab infantia ſua. 12

C Nunquid nõ indicatum eſt tibi domino meo quid fecerim quum interficeret Iezabel Prophetas Domini, quòd abſconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua? 13

Et nũc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias: vt interficiat me. 14

Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto, quia hodie apparebo ei. 15

Abiit ergo Abdias in occurſum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occurſum Eliȩ. 16

Et quum vidiſſet eum, ait, Túne es ille qui conturbas Iſrael? 17

Et ille ait, Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſequuti eſtis Baalim. 18

Veruntamen nunc mitte, & cõgrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prohetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetáſque lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel. 19

4 ʼNam quum exterminaret 'אIzébel Prophetas Iehouæ, tulit yObadiáhu centum Prophetas, & abſcõdit eos quinquagenos in ſpelunca, pauítque eos pane & aqua.)

5 Dixítque Aחháb ad yObadiáhu, ʼVade per terram ad vniuerſos fontes aquarum, & ad omnes torrentes, ſi fortè inueniamus herbam, ʺvt viuos conſeruemus equos & mulos, ʼneque priuemus *urbem* iumentis.

6 Partiti ſunt ergo ſibi terram ʺper quam tranſirẽt: Aחháb ibat per viam vnam ʺſolus, & yObadiáhu ibat per viam alteram ſolus.

Achab quærit herbam.

7 ʼQuúmque yObadiáhu *eſſet* in itinere, ecce אEliiáhu venit in occurſum eius: & quum agnouiſſet eum, prócidit ſuper faciẽ ſuam, & dixit, Annon tu es dominus meus אEliiáhu?

8 Reſpondit ei, Sum: vade, dic domino tuo, En אEliiáhu *adeſt*.

9 Et dixit, ʼQuid peccaui quòd tradis ſeruum tuum in manum Aחháb, vt interficiat me?

Abdias timẽs vitæ ſuæ, non vult renũtiare Achab adeſſe Eliam.

10 ʺViuit Iehouáh Deus tuus ſi eſt gens & regnum ad quod non miſerit dominus meus vt requireret te: ʺ& dixerunt, Non eſt. tunc adiurauit ʺregnum & gentem quòd non inueniſſet te.

11 Et nunc tu dicis, Vade, dic domino tuo, En אEliiáhu *adeſt*.

12 ʺErítque, quũ à te receſſero, tum Spiritus Iehouæ aſportabit te ad locum ʼquem non cognoſcam: veniam autem vt nuntiem ipſi Aחháb, & quum ille te nõ inuenerit, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Iehouam ab adoleſcentia ſua.

13 Nónne renuntiatum fuit domino meo quod feci, quum occideret 'אIzébel Prophetas Iehouæ? quòd abſconderim ex Prophetis Iehouæ centum viros, quinquaginta & quinquaginta viros ʺin ſpelunca, & paui eos pane & aqua?

14 Et nunc tu dicis, Vade, dic domino tuo, En אEliiáhu: ʼ& interficiet me.

15 Reſpondit אEliiáhu, ʺViuit Iehouáh exercituum in cuius conſpectu ſto, quòd hodie ʺoſtendam me ei.

16 Abiit ergo yObadiáhu in occurſum Aחháb, & renuntiauit ei: venítque Aחháb in occurſum אEliiáhu.

17 Quúmque vidiſſet Aחháb אEliiáhu, dixit Aחháb ad eum, Nónne tu es ille qui conturbas Iשſraאelem?

Elias miſſus à Deo, cõfidenter arguit Achab.

18 Qui reſpondit, Non conturbaui Iשſraאelem, ſed tu & domus patris tui, quum dereliqueritis mandata Iehouæ, ʺ& ambulaueris poſt Beyalím.

19 ʺNunc igitur mitte, congrega ad me vniuerſum Iשſraאelem ad montẽ Charmél, & prophetas Báyal quadringentos & quinquaginta, prophetas quoque ʼlucorum quadringentos comedentes in menſa 'אIzébel.

850. falſi prophetæ.

4 Nam quum exterminaret 'אIze. ויהי בהכרית איזבל את נביאי Ad verbum, Et fuit, in excidendo 'אIzébel Prophetas. i. quum perſequeretur, ſtuderétque tollere Iezabel Prophetas. Chaldæus paraphraſtes, occidere faceret.

5 Vade per terram לך בארץ .i. luſtra regionem. Vt viuos conſeruemus ונחיה Ad verbum, & viuificabimus. Neque priuemus, &c. ולא נכרית מן־בהמה: Ad verbũ, & non excidamus [vel, excidere faciamus] à iumentis. Vel, & non priuabimus *urbem* [vel, *nos*] iumentis. i. ne deſtituamur iumentis. 6 Per quam tranſirent: לעבר־בה Ad verbum, ad tranſeundum in ea. i. vt luſtrarent eam. Solus, לבדו ſeorſum. i. ſine Abdia: & Abdias ſolus ſine Achab ibat alia via. 7 Quúmque עObadiáhu, &c. ויהי עבדיהו בדרך וגו׳ Ad verbũ, Et fuit, Obadiáhu in itinere, & ecce Eliiáhu in occurſum eius. pro, Accidit autem [vel, Euenit autem] quum eſſet Abdias in via ipſa [per quam ſcilicet ibat] occurrit illi Elias. 9 Quid peccaui, &c. מה חטאתי Quid peccaui [ſub. contra te] vt tu tradas, &c. 10 Viuit Iehouáh, &c. חי יהוה וגו׳ Hebraiſmus, iuro tibi per Dominũ Deum cuius es Propheta, nullã eſſe gentẽ, aut regnũ vicinũ ad quod, &c. Et dixerunt, Nõ eſt. ואמרו אין ſub. Reges & gẽtes ad quas miſerat nũtios. Chaldæus paraph. Et dixerũt, Nõ fuit hic. Regnũ & gentẽ, &c. את־הממלכה ואת־הגוי וגו׳ Sing. Heb. pro plur. adiurauit regna & gentes quòd nõ inueniſſent te. vel, propterea quòd non inueniſſet te. 12 Erítque, quum à te, &c. והיה אני אלך מאתך ורוח וגו׳ Ad verbum, & erit, ego abibo à te, Spiritus, &c. Quem nõ cognoſcã: אשר לא־ארע: quẽ ignorabo. i. mihi ignotum.

13 In ſpelunca, במערה .i. in ſingulis ſpeluncis. 14 Et interficiet me. והרגני: certè [profectò] interficiet me. 15 Viuit Iehouáh, &c. חי יהוה Vide eadem ſuprà cap. 17. a. 1. Oſtendam me ei. אראה אליו: apparebo illi. q. d. prædictio tua erit vera, ſi prædixeris me adeſſe. 18 Et ambulaueris, &c. ותלך אחרי הבעלים: Singulari vtitur, acſi dicat, & tu præcipuè ſequutus fueris idola.

19 Nunc igitur mitte, ועתה שלח ſub. nuntios. q. d. Ergo quia tu dicis me conturbare Iſraelẽ, volo probare te ipſum eſſe qui illũ conturbas, non me. Lucorum quadring. comedentes, &c. האשרה ארבע מאות אכלי וגו׳ Sing. Heb. pro plur. luci, quadringenti comedentes, &c. lucos, dicatos idolis intelligit. comedentes de menſa Iezabel, id eſt quibus victum dabat Iezabel.

Miſit itaque Anháb ad omnes filios Iשׁraאelis, & congregauit prophetas in monte Charmél. 20

Elias corripit populumquod Deo & Baalim ſeruire vellet, oſtẽdens Deum Iſraelis,eſſe verũ Deum.
Zelus Eliæ pro Deo.

Et accedens אEliiáhu ad vniuerſum populum,ait, Quouſque *tandem* ʹclaudicatis in duas cogitationes? ſi Iehouáh eſt Deus, ite poſt eũ: ſi verò Bayál, ite poſt ipſum. Et nõ reſpõdit ei populus verbũ. 21

Rurſum dixit אEliiáhu ad populum, Ego ʹremanſi Propheta Iehouæ ſolus: prophetæ autem Báyal ſunt quadringenti & quinquaginta viri. 22

ʹDent itaque nobis duos iuuencos & eligant ſibi iuuencum vnum, quem in fruſta concidant, ac ponant ſupet ligna, ignem autem non ſupponant: ego verò parabo iuuencum alterum, quem ponam ſuper ligna, nec ignem ſupponam. 23

Exaudire per ignem.

ʹTum inuocate nomen deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomẽ Iehouæ: ʹerit verò, Deus qui exaudierit ʹper ignẽ, ipſe ſit Deus. Et reſpondit vniuerſus populus, dicens, ʹBonum *eſt* verbum. 24

Dixit præterea אEliiáhu ad prophetas Bayál, Eligite vobis iuuẽcum vnum, & parate primùm, quia plures eſtis: & inuocate nomẽ deorum veſtrorum, at ignem ne ſupponatis. 25

Tulerunt ergo iuuencum quem ″dederat eis, & parauerunt, atq; inuocauerunt nomen Báyal à mane vſque ad meridiem, dicendo, Báyal exaudi nos. ſed nõ erat vox, nec qui reſponderet: ʹ& tranſiliebant ſuper altare quod fecerant. 26

Irrʹdet Elias Baal.

Quum autem eſſet meridies, illudebat eis אEliiáhu, atque dicebat, Clamate ″voce magna, quia Deus eſt, *aut* quoniam *illi fortè eſt* ſermo, aut quoniã inſequutio *eſt* illi: aut quoniam via *eſt* illi, vel dormit ipſe, & excitabitur. 27

Clamauerũt itaque voce magna, & incidebant ſe ″iuxta morem ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderent ſe ſanguine. 28

Fuit autem, quum tranſiſſet meridies, ʹ& prophetaſſent vſque quo offerrent ſacrificium: nulla erat vox, neque qui reſponderet, aut qui auſcultaret. 29

Altare reſtituit, & offert holocauſtum.

Tum dixit אEliiáhu ad vniuerſum populum, Accedite ad me. Et acceſſerũt vniuerſus populus ad eum: ʹcurauítque altare Iehouæ *quod fuerat* dirutum. 30

Tulítque אEliiáhu duodecim lapides, iuxta numerum tribuum filiorum Iayacób, ″ad quem verbum Iehouæ factum fuerat, Iשׁraאél erit nomen tuum. 31

Et ædificauit ex lapidibus altare in nomine Iehouæ: fecítque aquæductum ʹſecundum locum duorum ſatorũ ſementis in circuitu altaris. 32

Parauit deinde ligna, & in fruſta concîdit iuuencum, poſuítque ſuper ligna. 33

20 Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli.

21 Accedens autem Elias ad omnem populũ, ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autẽ Baal, ſequimini illũ. Et non reſpõdit ei populus verbũ D

22 Et ait rurſus Elias ad populũ, Ego remanſi Propheta Domini ſolus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta viri ſunt.

23 Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: & ego faciã bouem alterum, & imponã ſuper ligna, ignem autem non ſupponam.

24 Inuocate nomina deorum veſtrorũ, & ego inuocabo nomen Domini: & Deus qui exaudierit per ignẽ, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait, Optima propoſitio.

25 Dixit ergo Elias prophetis Baal, eligite vobis bouẽ vnum, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorum veſtrorum, ignémque non ſupponatis.

26 Qui quũ tuliſſent bouem quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vſque ad meridiẽ, dicentes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebántque altare quod fecerant. E

27 Quúmque eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur

28 Clamabãt ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.

29 Poſtquam autẽ tranſiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes:

30 Dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curauit altare Domini quod deſtructũ fuerat.

31 Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quẽ factus eſt ſermo Domini, dicens, ‖Iſrael erit nomen tuum.

Gene.32.f.28
4.reg.17.f.34

32 Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitque aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris,

33 Et compoſuit ligna: diuiſitque per membra bouẽ, & poſuit ſuper ligna. F

21 Claudicatis,&c. פוסחים על־שתי הסעפים .i. Quouſque tandem alternis, more claudorum, innitimini duabus perſuaſionibus? nunc credendo Dominum, nunc Baal eſſe verũ Deum. Chaldæus paraph. Vſquequo diuiſi eſtis in duas partes? 22 Remanſi נותרתי relictus ſum. i. ſum ſolus ex omnibus Prophetis qui hìc tuear gloriam & honorẽ Domini. 23 Dent itaque,&c. ויתנו־לנו שנים פרים Dẽt itaque [ſub. ſerui Achab] duos boues. 24 Tum inuocate וקראתם Tunc inuocabitis. Erit verò, והיה q.d. hac conditione vt Deus qui,&c. Per ignem, באש .i. demittendo ignem de cælo qui conſumat holocauſtum. Bonum *eſt* verbum. טוב הדבר: .i. æquum & bonũ eſt quod proponit. 26 Dederat נתן ſub. Achab, vel is qui adduxerat. Et tranſiliebãt,&c. ויפסחו על וגו׳ Et inſiliebant [Alii, ſaltabãt, quaſi mente capti eſſent] iuxta altare quod fecerat. ſub. vnus, vel maximus eorum. vel, Achab. 27 Voce magna, quia Deus eſt,&c. בקול גדול כי־אלהים הוא כי־שיח וגו׳ voce alta, [ſublata] nam Deus eſt, aut *illi* ſermo,&c. i. altiore voce clamate, nam Deus eſt vt dicitis: ſuapte enim natura audire poteſt. aut, non poteſt audire, quia eſt illi ſermo & colloquium, vel negotium (nam id etiã ſignificat שיח) eſt illi cũ aliquo, ſiue occupatus eſt in negotio aliquo. aut quia in perſequendis hoſtibus fugientibus eſt occupatus. aut quia iuit aliquò peregre. aut fortè dormit, & excitabitur clamore veſtro. 28 Iuxta morẽ ſuum כמשפטם de more ſuo. i. iuxta morem ſuæ religionis. 29 Et prophetaſſent, ויתנבאו .i. inuocaſſent nomen deorum ſuorum vſque ad id tempus quo offerri ſolebat oblatio, hoc eſt ſacrificium veſpertinum.

30 Curauítque altare וירפא את־מזבח medicatúſque eſt altari. Metaphora ab ægrotis, pro, refecit, ſiue inſtaurauit. Sic Nehem.4.b.7, medicata fuiſſet cicatrix muri Ieruſalẽ. 31 Ad quẽ verbũ,&c. אשר היה דבר־יהוה וגו׳ Hebraiſmus, qui quũ Iaacob diceretur, dictus eſt Iſrael à Iehoua. 32 Secundũ locum duorum ſa. כבית סאתים Ad verbum, ſecundũ domum [.i. locum, ſiue ſaccũ] duorum ſatorũ. hoc eſt, tantæ capacitatis quantæ eſt ſaccus capax duorum ſatorum. Domus hoc loco pro ſacco, vt & alio loco, Domus manuum pro chirotechis.

Et ait, Implete quatuor hydrias aqua,& fundite ſuper holocauſtum,& & ſuper ligna. rurſúmque dixit, Etiã ſecũdò hoc facite.Qui quum feciſſent ſecundò, ait, Etiam tertiò idipſum facite.Fecerúntque tertió. 34

Et currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. 35

Quúmque iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias Propheta ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac,& Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus,& iuxta præceptũ tuũ feci omnia verba hæc. 36

Exaudi me Domine, exaudi me:vt diſcat populꝰ iſte quia tu es Dominus Deus,& tu conuertiſti cor eorũ iterũ. 37

Cecidit autem ignis Domini,& vorauit holocauſtũ,& ligna,& lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aquæductu lambens. 38

Quod quũ vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuã,& ait,Dominus ipſe eſt Deus,Dominus ipſe eſt Deus 39

B Dixitque Elias ad eos,Apprehẽdite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis.Quos quũ apprehẽdiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon,& interfecit eos ibi. 40

Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. 41

Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Charmeli,& pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua, 42

Et dixit ad puerum ſuum,Aſcende, & proſpice contra Mare. Qui quũ aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam.Et rurſum ait illi, Reuertere ſeptem vicibus. 43

In ſeptima autem vice, Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de Mari. qui ait,Aſcende, & dic Achab, Iunge & deſcende, ne occupet te pluuia. 44

Quúmque ſe verteret huc atque illuc, ecce cæli contenebrati ſunt,& nubes & ventus,& facta eſt pluuia grandis: aſcendens itaque Achab abiit in Iezrahel. 45

Et manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel. 46

Cap.X I X.

NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias,& quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas gladio. 1

Miſitque Iezabel nuntiũ ad Eliam, dicens, Hæc faciant dii & hęc addãt, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis. 2

34 Et dixit,Implete quatuor hydrias aqua,& effundite ſuper holocauſtum & ſuper ligna. Dixit præterea,ʼIterate.Et iterauerunt.Ait inſuper,Tertiò *hoc* facite.Et tertiò fecerunt:

35 ʼIta vt fluerent aquæ per circuitum altaris, atque etiam aquæductum impleret aqua.

36 Fuit autem,quum offerri ſolebatʺ ſacrificium acceſſit ℵEliiáhu propheta,& dixit,Iehoua Deus Abraham,Ixſחhác,& Iשſraℵelis,hodieʼcognoſcatur quòd tu es Deus in Iשſraℵele,& *quòd* ego *ſim* ſeruus tuus,quódque in verbo tuo fecerim omnia hæc.

37 Exaudi me Iehoua, exaudi me, & cognoſcat populus hic quòd tu es Iehouáh Deus, & *quòd* tu conuerteris cor eorum retrorſum.

38 Tunc ceciditʺignis Iehouæ, ac conſumpſit holocauſtum, & ligna,ʼ& lapides,& puluerem,& aquã quæ erat in aquæductu,linxit.

39 *Hoc* quum vidiſſet vniuerſus populus, procidit in facies ſuas, ac dixit,Iehouáh eſt Deus,Iehouáh eſt Deus.

40 Et ait ℵEliiáhu ad eos,Apprehendite prophetas Báyal,nemo euadat ex eis. Et apprehenderunt eos,ʼ& deduxit eos ℵEliiáhu ad torrentem Ciשſon,& interfecit eos ibi.

41 Tunc dixit ℵEliiáhu ad Aחháb,ʺAſcende, comede & bibe: quia ʺſonus multitudinis pluuiæ.

42 Aſcendítque Aחháb vt comederet & biberet: ℵEliiáhu verò aſcendit in verticem Charmél, & proſtrauit ſe in terram,ʺpoſuítque faciem ſuam inter genua ſua:

43 Et dixit ad puerum ſuum, Aſcende nunc, & proſpice ad viam Maris. Aſcẽdit itaque,& proſpexit,atque ait, Non eſt quicquam. Dixit præterea,Reuertere ſeptem vicibus.

44 Fuítque,in ſeptima dixit,Ecce nubes paruula ſicut vola hominis aſcẽdit è Mari. Tunc dixit,ʺAſcẽde,dic ad Aחháb,ʺLiga *currum*, & deſcende,ʺne remoretur te pluuia.

45 Et fuit,ʼvſque huc & vſque huc cæli cõtenebrati ſunt nubibus ʺ& vento,fuítque pluuia magna:ʺcõſcendit itaque Aחháb,& abiit in Izreℵyél.

46 .ʼManus autem Iehouæ fuit ſuper ℵEliiáhu, & accinxit lumbos ſuos,ʼ& cucurrit ante Aחháb,ʺdonec venias tu in Iezreℵyél.

Cap.XIX.

1 REnuntiauit autem Aחháb אIzébel omnia quæ fecerat ℵEliiáhu,ʼ& prorſus quòd occidiſſet omnes Prophetas gladio.

2 Miſit itaque אIzébel nuntium ad ℵEliiáhu,dicendo,ʼSic faciãt dii & ſic addant,ʺniſi hoc tempore cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis.

Oratio Eliæ.

Igne de cælo miſſo qui cõſumpſit holocauſtũ,oſtẽdit Deus ſe verũ eſſe Deum.

Elias interficit omnes prophetas Baal.

Impetrat pluuiam.

Elias anteuertit Achab proficiſcenti Iezrahel.

Iezabel perſequitur Eliam.

34 Iterate.Et iterauerũt. שנו וישנו .i.iterum idem facite.Et iterum idem fecerunt. 35 Ita vt fluerent וילכו Ad verbum,Et ibant.
36 Sacrificium, המנחה ſub.veſpertinum. Cognoſcatur quòd tu es Deus יודע כי־אתה אלהים innoteſcat te eſſe Deum.ſub.verum.
38 Ignis Iehouæ, אש־יהוה .i.demiſſus è cælo,ſiue à Iehoua. Et lapides, ואת־האבנים quibus extructum erat altare.
40 Et deduxit eos ויורדם Ad verbum,& deſcendere fecit eos.ne ſcilicet ſanguine eorum contaminaretur Terra ſancta.
41 Aſcẽde,עלה Achab tum erat in torrẽte,hoc eſt loco demiſſiore:aut eius tentoriũ erat in editiore mõtis loco. Quidam Hebræorũ dicit, Achab ſe confeciſſe inedia vt impetraret à Deo pluuiã.q.d.eſto bono animo:nã Deus dabit pluuiã. Sonus multitud. pluuiæ. קול המון הגשם: ſtrepitus multitudinis imbris.ſub.exauditur.i.iam mihi videor exaudire.vel,mox auditurus es ſtrepitum vehementis pluuiæ.
42 Poſuítque faciẽ ſ. וישם פניו וגו׳ .i.demiſit faciem ſuã more ſupplicũ.Hoc pertinet ad humilitatẽ orãtis, & maiorẽ attentionẽ orationis.
44 Aſcende, עלה id eſt vbi deſcenderis è Charmel,aſcende in eum locum vbi eſt Achab. Aut fortè locus ad quem aſcẽderat Achab vt comederet,erat in editiore mõtis parte. Liga אסור ſub.currũ.i.iunge equos currui.hoc eſt,cura currũ tuum præparandũ:ne intercipiat te in itinere pluuia. Ne remoretur te. ולא יעצרכה ne cõcludat te.ne retardet te. 45 Vſque huc & vſque huc עד־כה ועד־כה Hebraiſmus, Dum,vel interim dum hæc gererentur. Alii,dum ſe verteret huc atque illuc.Chaldæus paraph.dum iungerentur equi currui,& ille deſcenderet, cælum obſcuratũ eſt nubibus,& excitatus eſt ventus comes pluuiæ. Et vento, ורוח & ventus.ſub.excitatus eſt. Cõſcendit itaque וירכב ſub.currum.dum ſcilicet videret cælum obnubilatum. 46 Manus autẽ Iehouæ ויד־יהוה .i. virtus & fortitudo.q.d.Dominus dedit robur & vires Eliæ,hoc eſt confirmauit Eliã. Et cucurrit ante Aחháb, וירץ לפני אחאב q.d.non ſolùm aſſequutus eſt Achab,ſed & anteuertit.
Donec venias,&c. עד־בואכה .i.donec venias vſque ad eum locũ per quem intras,ſiue ingredi ſoles in Izreℵyel, hoc eſt vſque ad introitum Izreℵyel.

IN CAPVT XIX.

1 Et prorſus,&c. ואת כל־אשר הרג & omnino quòd occidiſſet.i.præſertim quomodo interfeciſſet omnes pſeudoprophetas.
2 Sic faciant,&c. כה־יעשון וגו׳ Hæc faciant dii,&c.i.hæc mihi eueniant,imò grauiora,ſub.niſi vlciſcar mortem prophetarum:quia,&c.
Niſi hoc tempore cras כי בעת מחר quia hoc tempore cras.Gallicè, A *telle heure qui ſera demain à ceſte heure.*

Elias fugit Iezabelem.

3 ′Quum autẽ vidiſſet,ſurrexit,& abiit′ſecundum animã ſuam, & venit ĩ Beאer-שׁsebáע,quæ erat ĩ Iehuháh,&dimiſit puerũ ſuũ illic.

Mori optat Elias.

4 Ipſe autem perrexit per deſertum itinere diei: & veniens ſedit ſubter′geniſtam vnam,& petiuit animæ ſuæ mori, ac dixit,′Sufficit nunc, ô Iehoua: tolle animam meam : non enim melior ſum patribus meis.

Ab Angelo paſcitur.

5 ′Et recubuit ac dormiuit ſubter geniſtam vnam:& ecce,illo ipſo tempore Angelus tetigit eum,ac dixit ei,Surge, comede.

6 Quúmque circunſpexiſſet,ecce ad caput eius panis inter prunas coctus, & ſcyphus aquæ : comedit itaque, ac bibit,′& rurſum recubuit.

7 Reuerſus eſt autẽ Angelus Iehouæ ſecundò,& tetigit eum,ac dixit,Surge,comede,quia′longior à te eſt via.

Eliæ ieiunium.

8 Surgens ergo comedit, & bibit, profectúſque eſt in fortitudine′cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei′חHoréb.

Queritur ſe ſolũ ex Prophetis Dei relictũ eſſe.

9 Et illic ſubiit in ſpeluncam, & pernoctauit ibi: & ecce verbum Iehouæ ad eum,dixítque ei,′Quid tibi hîc אEliiáhu?

10 Qui dixit, Zelando′zelatus ſum pro Iehoua Deo exercituum: dereliquerunt enim pactum tuum filii Iשׁraאél,altaria tua deſtruxerunt,& Prophetas tuos occiderunt gladio:′& remãſi ego ſolus, quærúntque animam meam vt auferant eam.

Signa Dei aduentantis.

11 Et ait,Egredere,& ſta in mõte coram Iehoua: ecce enim Iehouáh′tranſit,′& ventus grandis,& fortis,′ſubuertens montes,& cõfringens petras coram Iehoua,′non in vento Iehouáh:& poſt ventum′commotio,non in commotione Iehouáh:

12 Et poſt commotionẽ ignis,non in igne Iehouáh:& poſt ignem ′vox tacita,tenuis.

13 Quum autem′audire cœpiſſet אEliiáhu , operuit faciem ſuam pallio ſuo , ′& egreſſus ſtetit ad oſtium ſpeluncæ : & ecce ad eum vox quæ dixit,′Quid tibi hîc אEliiáhu?

14 Qui reſpondit, Zelando zelatus ſum pro Iehoua Deo exercituum,quia dereliquerũt pactum tuum filii Iשׁraאelis, altaria tua deſtruxerunt,& Prophetas tuos occiderunt gladio: & remanſi ego ſolus,quærúntque animam meam′vt auferant eam.

Timuit ergo Elias,& ſurgens abiit quocunque eum ferebat voluntas:venitque in Beerſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum.

Et perrexit in deſertũ viam vnius diei: quúmq; veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine,tolle animam meam:neque enim melior ſum quàm patres mei.

Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi : & ecce, Angelus tetigit eum,& dixit illi,Surge,& comede.

Et reſpexit,& ecce ad caput ſuũ ſubcineritius panis, & vas aquæ:comedit ergo,& bibit, & rurſum obdormiuit.

B

Reuerſúſque eſt Angelus Domini ſecundò,& tetigit eum, dixitque illi, Surge,comede: grandis enim tibi reſtat via.

Qui quũ ſurrexiſſet , comedit & bibit,& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus,vſque ad mõtem Dei Horeb.

Quúmque veniſſet illuc, manſit in ſpelunca: & ecce ſermo Domini ad eum,dixitque illi,Quid hic agis Elia?

Rom.11.a.3

At ille reſpondit,‖Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituũ, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio: & derelictus ſum ego ſolus , & quærunt animam meam vt auferant eam.

Et ait ei,Egredere, & ſta in monte corã Domino:& ecce Dominus trãſit,& ſpiritus grandis,& fortis,ſubuertens montes,& conterens petras ante Dominũ: non in ſpiritu Dominus: & poſt ſpiritum commotio : non in commotione Dominus.

C

Et poſt commotionem ignis : non in igne Dominus: & poſt ignem ſibilus auræ tenuis.

Quod quum audiſſet Elias,operuit vultum ſuum pallio,& egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ , & ecce vox ad eũ, dicens,Quid hic agis Elia?

Et ille reſpondit,Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum , quia dereliquerunt pactũ tuum filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt , & Prophetas tuos occiderunt gladio: & derelictus ſum ego ſolus , & quærunt animam meam vt auferant eam.

3 Quum autem vidiſſet,&c. וירא ויקם וילך Ad verbum,Et vidit,& ſurrexit,& abiit.pro, Quum id intellexiſſet, confeſtim abiit. Secundum animam ſuam, אל־נפשו .i.quocunque eum ferebat animus ac voluntas. Chaldæus paraph. vt animam ſuam erueret.vel ſeruaret.

4 Geniſtam vnam, רותם אחת iuniperum vnam.vel,quandam. Sufficit רב Satis.ſub.vixi.ſatis eſt mihi hactenus vixiſſe.

5 Et recubuit ac dormiuit וישכב ויישן .i.proiecit ſe vt dormiret.proſtratus dormiuit. 6 Et rurſum recubuit. וישב וישכב: Ad verbum,& reuerſus eſt,& recubuit. 7 Longior à te eſt via. רב ממך הדרך .i.iter eſt maius quàm pro viribus tuis. q.d.vires tuæ præſentes non poſſent ſufficere itineri quod reſtat à te conficiendum. Maius eſt à te iter.Latinè non poteſt commodè verti,niſi pluribus verbis.

8 Cibi האכילה cibationis.i.refectionis. חHoréb. חורב: in quo ſcilicet data fuit Lex.Chaldæus paraph.in quo reuelata fuit gloria Domini. 9 Quid tibi מה לך ſub.eſt negotii? 10 Zelatus ſum קנאתי Quidam per imperfectum vertunt , zelabar.i.cruciabar veluti zelotypia pro honore Dei,tanquam ſuſtinerem perſonam ipſius Dei. Et remanſi ואותר & relictus ſum.

11 Tranſit, עובר Quidam per præt.imperf.vertunt,tranſibat. Alii,tranſiturus erat. Conſolatur eum Dominus præſentia ſua:& poſtea prædicit illi puniendos idololatras. Et ventus grandis ורוח גדולה & flatus magnus.Signa horrida præcedebant præſentiam Domini.

Subuertens montes,& confr.petras מפרק הרים וגו' cõfringens montes, & perrũpens rupes.i.tam vehemens erat ventus vt montes ſubuertere poſſet,& petras confringere. Vel,tam vehemens,quàm vehemens eſſe ſolet ventus montes ſubuertens. Signa horrenda quæ terribilem Dei præſentiam ſignificant. Eadem ferè leguntur facta ante aduentum Spiritus ſancti, Act.2.a.2. Non in vento Iehouah. לא ברוח יהוה non cum flatu *erat* Iehouáh. Quid per hæc ſignificetur,non ſatis liquet ex Hebræorum ſcriptoribus. Doctus nanque inter illos exiſtimat Deum cõpenſationem quandam reddidiſſe Eliæ pro zelo eius,quũ duceret eum mirabiliter per deſertum vſque ad montẽ Horeb,vbi refectione illum corroborauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus,& tandẽ maieſtatẽ ſuam glorioſam illi oſtendit, in loco vbi & Moſi famulo ſuo gloriam ſuam oſtenderat. Alius quidam illorũ exiſtimat horrendum illum ventũ,fragorem & ignem à Iehoua Eliæ fuiſſe oſtenſos vt illum doceret impiorum hominum magis deſiderandam pœnitentiam, quàm perditionem,&ferendum ad tempus peccatorem,potius quàm ſubitò perdendum. Simplicior eorum videtur expoſitio,qui ſubſtantiuum verbum in futuro *erit* ſubaudiunt,vt ſic intelligamus, tunc quum videbis ventum vehementem,commotionem & ignem,non audies tunc vocem Domini. Iſta ſignificabant terrorẽ poteſtatis Diuinæ,vt Exod.19.b.9,Ecce ego venio ad te in denſitate nubis,vt audiat populus dum loquar tecum,& etiam tibi credant in ſeculum. Et paulo pòſt verſu 16,Die tertia mane facta ſunt tonitrua,& fulgura,& nubes denſiſſima,&c. Commotio, רעש concuſſio.tremor.ſub.montis. Mox ſequitur,nec in concuſſione erat Iehoua:& poſt concuſſionem.i.poſt terræmotum ſequebatur ignis. 12 Vox tacita,tenuis. קול דממה דקה: ſub.audita fuit. Alii vertunt,vox ſilens,gracilis. Alii,vox ſilentii:vt ſit ſubſtantiuum:tametſi poſſit eſſe & adiectiuum.i.ſubmiſſa,ſiue demiſſa.

13 Audire cœpiſſet כשמוע ſub.ſigna illa quæ præcedebant. Et egreſſus ſtetit ויצא ויעמוד iam autem[enim]egreſſus erat,& ſtabat. Quid tibi מה לך ſub.eſt hîc negotii.i.quid hîc agis?

Et ait Dominus ad eũ, Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: quúmque perueneris illuc, vnges Hazael Regem ſuper Syriam.

Et Iehu filium Namſi vnges Regem ſuper Iſrael: Eliſæum autem filiũ Saphat, q eſt de Abel-meula, vnges Prophetam pro te.

D

4.Reg.9.a.1
eccli.48.a.8

¶Et erit, quicũnque fugerit gladium Hazael, occidet eũ Iehu: & quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliſæus.

Rom.11.a.4

¶Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptẽ millia vniuerſorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum.

Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſæũ filiũ Saphat, arantẽ ĩ duodecim iugis boũ, & ipſe in duodecim arantibus vnus erat: quũmq; veniſſet Elias ad eum, miſit palliũ ſuum ſuper illũ.

Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait, Oſculer, oro, patrẽ meum & matrẽ meam, & ſic ſequar te. Dixitq; ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi.

Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud: & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgénſque abiit, & ſequutus eſt Eliã, & miniſtrabat ei.

Cap. XX.

Porrò Ben-adad rex Syriæ, cõgregauit omnem exercitum ſuum, & triginta duos Reges ſecum, & equos, & currus: & aſcendens pugnabat contra Samariam, & obſedit eam.

Mitténſque nuntios ad Achab regem Iſrael in ciuitatem,

Ait, Hæc dicit Ben-adad, Argẽtum tuũ & aurum tuũ meum eſt: & vxores tuæ & filii tui optimi, mei ſunt.

Reſponditq; Rex Iſrael, Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus ſum ego, & omnia mea.

Reuertentéſque nuntii dixerunt, Hæc dicit Ben-adad qui miſit nos ad te, Argentum tuum, & aurũ tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi:

Cras igitur hac eadem hora mittã ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & domum ſeruorum tuorum: & omne quod eis placuerit, ponent in manibus ſuis, & auferent.

Vocauit autem Rex Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniam inſidietur nobis:

15 Dixítque Iehouáh ad eum, Vade, reuertereʹin viam tuam, in deſertum Dammeשſec:ʹquum eò perueneris, vnges חHazaאél in Regem ſuper Arám:

16 Iehú verò filiũ Nimשſi vnges in Regẽ ſuper Iשraאelem: & אEliשſáy filiũ שSaphat de אAbel-meחholáh vnges in prophetã pro te.

17 ʹErit autem, eũ qui ſe eruerit à gladio חHazaאél, interficiet Iehú: & qui ſe eruerit à gladio Iehú, interficiet אEliשſáy.

18 ʹReſeruabo autem in Iשraאele ſeptem millia: omnia genua quæ non curuauerunt ſeſe ipſi Bayál, & omne os quod″non oſculatum eſt eum.

19 Abiens itaque inde, reperit אEliשſáy filiũ שSaphát: is autem arabat, & duodecim″paria *erant* ante eum, ″ipſéq; *erat* in duodecimo: ″& tranſiuit אEliiáhu ad eum, proiecítque palliũ ſuum ſuper eum.

20 Qui relictis bobus cucurrit poſt אEliiáhu, ac dixit, ʹOſculer obſecro patrem meum, & matrem meam, & ibo poſt te. Cui dixit, Vade, reuertere: ″quid enim feci tibi?

21 ″Et reuerſus eſt ab eo: poſt hæc tulit par boum, & mactauit illud, ″& inſtrumento boum″coxit eis carnes, deditque populo, & comederunt: ″ſurrexítque, & abiit poſt אEliiáhu, ″& miniſtrauit ei.

Cap. XX.

1 BEn-hadád autem rex Arám cõgregauit vniuerſum exercitum ſuum, & triginta duo Reges erãt cum eo, equi quoque, ac currus: aſcendit autem, & obſedit שSomerón, & oppugnauit eam.

2 Miſitque legatos ad Aחháb regem Iשraאelis in eam vrbem.

3 ʹDixítque ei, Sic dicit Ben-hadád, Argentum tuum, & aurum tuum meum eſt, vxores quoque tuæ, & filii tui elegãtes, mei ſunt.

4 Et reſpondit Rex Iשraאelis, ac dixit, ″Iuxta verbũ tuum domine mi rex, tuus ſum, & omnia quæ ſunt mihi.

5 Reuerſi autem legati dixerunt, Sic dixit Ben-hadád, dicendo, ″Mitto ad te, dicendo, Argentum tuum & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos mihi dabis.

6 ʹNiſi hoc tempore cras mittam ſeruos meos ad te, & ſcrutabũtur domum tuam, domóſque ſeruorum tuorum: atque ii″omne concupiſcibile oculorũ tuorũ ponent in manibus ſuis, ac tollent.

7 Vocauit itaque Rex Iשraאelis, omnes ſeniores terræ, & ait, ″Cognoſcite obſecro, & videte quòd malũ iſte quærat: miſit enim ad

Iubeturʹinungere Hazael, Iehu, & Eliſæum in vltionem idololatriæ Iſrael.

Eliſæus exʹagricultura ad prophetiam vocatur à Deo.

Eliſeus, relictis omnibus ſequitur vocantem, Deum, miniſtra't que Eliæ.

Obſidetur Samaria.

Achab deſperãs, ſubmittit ſe Ben-adad.

15 In viam tuam, לדרכך per viam tuam. qua ſcilicet veniſti. ſub. aliquatenus ſcilicet, ſiue aliquo vſq; progreſſus: & poſtea vade rectà in deſertum, &c. Quum eò perueneris, vnges ובאת ומשחת Ad verbũ, & venies, & vnges. non per te, ſed per alium. i. cures eum vngendum. hoc eſt, declares eum futurum Regem. 18 Reſeruabo autem in Iשſ. ſeptem mi. והשארתי בישראל שבעת אלפים Seruabo autem reliquos in Iſraele ſeptem millia. Septem millia pro multis poſuit. i. efficiam vt maneant mihi ſuperſtites quamplurimi qui non adorarunt Baal. Non oſculatum eſt eum. לא־נשק לו: non dedit illi oſcula. in ſignum obedientiæ & reuerentiæ.

19 Paria *erant* ante eũ, צמדים לפניו iuga boũ habebat. Ipſéq;, &c. והוא בשנים & ipſe in duodecimo. i. agebat duodecimũ par, ſiue iugũ. q.d. ipſemet ducebat aratrum. Et tranſiuit אEliiáhu ad e. ויעבור אליהו אליו tranſibat autem Elias iuxta illum. i. quum autem tranſiſſet, &c.

20 Oſculer אשקה .i. Fac mihi poteſtatem oſculandi patrem, & oſculando petam facultatem diſcedendi. Quid enim feci tibi? מה־עשיתי לך: .i. quid feci tibi propter quod ſequi me debeas? Hoc dicit cum quadam ſimulatione, volens extorquere ab eo quidnam haberet in animo, & intelligere quo ſpiritu eſſet afflatus. q.d. quia proieci pallium meum ſuper te, ideo tu curres poſt me?

21 Et reuerſus eſt ab eo: וישב מאחריו Ad verbum, Et reuerſus eſt de poſt eum. vel, à tergo illius. i. relicto Elia, reuerſus eſt ad parentes ſuos, patrẽ & matrem: à quibus quũ abeundi facultatẽ accepiſſet, venit iterũ ad agrũ vbi erant aratores cum multis viris vrbis, qui ſequuti fuerãt eum abeuntem, quòd ſepararetur ab eis. tum ille, vt eos dimitteret, ac vale diceret, ſequuturus Eliã, tulit par boum, &c. Et inſtrumẽto boum ובכלי הבקר Sing. Heb. pro plur. Inſtrumenta boum vocat aratra, ſiue ligna aratri. propterea quòd ſequeretur Eliam, non expectauit vt cæderentur ligna alia, ſed paratioribus vſus eſt, nempe inſtrumentis boum. Coxit eis בשלם Relatiuum præcedens ſuum ſubſtantiuum, coxit carnes, & dedit eis, nempe populo, &c. redundare videtur. Surrexitque ויקם ſub. facto conuiuio. Et miniſtrauit ei. וישרתהו: .i. fuit miniſter ac famulus eius.

IN CAPVT XX.

3 Dixitque ויאמר ſub. vnus ex illis nuntiis. 4 Iuxta verbum tuum כדברך .i. vt dicis. q.d. quæcunque poſſideo, in tua ſunt poteſtate, ita vt futurus ſim tibi tributarius. 5 Mitto כי־שלחתי Hic כי redundat: & præt. pro præſ. ponitur, Mitto. ſub. nuntios. q.d. Nunc per nuntios ſignifico tibi dicendum, ſiue qui hæc tibi referant nomine meo. Alii, per præteritum plus quàm perfectum vertunt Miſeram ad te, vt dares mihi argentum tuum, & aurum tuum, &c. 6 Niſi hoc tempore cras כי אם־כעת מחר Subaudiendum aliquid, diſpeream: aut, nõ ſit mihi propitius Baal. Alii vertunt, Sed hac ipſa hora cras. & ſubaudiunt, Nec his quidẽ contentus ero, ſed. q.d. dabis illa quidem, ſed non propterea ſatis erit mihi. Hic Benhadad videbatur quærere occaſionem belli. Omne concupiſcibile oculorum t. כל־מחמד עיניך Hebraiſmus, quicquid erit tibi gratum & charum, id arripientes auferent. 7 Cognoſcite obſecro, & videte, &c. דעו־נא וראו וגו׳ .i. Cõſiderate nunc, & perpendite quòd occaſionem belli nobis inferendi iſte captat.

me pro vxoribus meis & pro filiis meis,& pro argento meo & pro auro meo:& non denegaui ei.

8 Dixerúntque ad eum omnes ſeniores illi, & vniuerſus ille populus ,Ne pareas,neque acquieſcas.

9 Dixit ergo legatis Bē-hadád,dicite domino meo Regi, Omnia pro quibus miſiſti ad ſeruum tuum ʺinitio,faciam:rem autem hāc nō poſſum facere.Itaque abierūt nuntii,& retulerunt ei reſpōſum.

10 Miſit igitur ad eum Ben-hadád, & ait, Sic faciant mihi dii & ſic addāt,ſi ſuffecerit puluis שSomerón ʺpugillis vniuerſi populi ʺqui *eſt* in pedibus meis.

11 Et reſpondit Rex Iשſraאelis,ac dixit,ʺDicite,ʺNe glorietur accinctus ſicut diſcinctus.

12 Quum autem audiſſet verbum hoc(bibebat enim ipſe & Reges in tabernaculis)dixit ſeruis ſuis, Admouete *inſtrumēta bellica*.Et admouerunt contra ciuitatem.

Prophetam mittit Deus ad Achab,in deſperatis rebus promittens ſalutem.

13 Et ecce Propheta quidam acceſſit ad Anháb regem Iשſraאelis, qui dixit,Sic dixit Iehouáh,Nónne vidiſti vniuerſam multitudinem magnam hanc? en ego trado eam in manu tua hodie:vt ſcias quòd ego Iehouáh.

14 Dixit verò Anháb,ʺPer quem?Ille reſpondit,Sic dixit Iehouáh, ʺPer pueros principum prouinciarum. Tunc dixit, ʺQuis incipiet bellum?Reſpondit,Tu.

Achab iuxta Dei verbum,vincit Ben-adad, quem cōuertit in fugā.

15 Recenſuit itaque pueros principum prouinciarum , qui fuerūt ducenti & triginta duo : poſt quos recenſuit & vniuerſum populum ʺomnium filiorum Iשſraאelis,ſeptem millia:

16 Egreſſi ſunt itaque in meridie:Ben-hadád verò ʺbibebat ebrius in tabernaculis , ipſe & Reges: *nam* triginta duo Reges auxiliabantur ei.

17 Egreſſi ſunt inquam pueri principum prouinciarum initio: ʺ& miſit Ben-hadád,& renuntiauerunt ei,dicendo, ʺViri egreſſi ſunt de שSomerón.

18 Tunc ait,ʺSiue pro pace egreſſi fuerint,capite eos viuos:ſiue ad bellum egreſſi fuerint,capite eos viuos.

19 Illi ergo egreſſi ſunt de vrbe , *nempe* pueri principum prouinciarum,& exercitus ʺqui ſequebatur eos:

20 Et percuſſerunt quiſque ʺvirum ſuum,& fugerūt Arám, perſequutúſque eſt eos Iשſraאél,& eripuit ſeſe Ben-hadád rex Arám ſuper equum & equites *aliquot*.

21 ʺEgreſſus eſt præterea Rex Iשſraאelis , & percuſſit equos & currus,percuſſítque Arám plaga magna.

Propheta præmonet Achab, rurſum Bē-adad præliaturum contra eum.

22 (Acceſſerat nāque Propheta ad Regēm Iשſraאelis,ac dixerat ei,

miſit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento & auro: & nō abnui.

8 Dixerúntque omnes maiores natu & vniuerſus populus ad eum, Nō audias,neque acquieſcas illi.

9 Reſpōdit itaque nuntiis Ben-adad, Dicite domino meo Regi , Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruū tuū in initio, faciam: hanc autem rem facere non poſſum.Reuerſique nuntii retulerunt ei.

10 Qui remiſit,& ait,Hæc faciāt mihi dii & hæc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui ſequitur me.

11 Et reſpondens Rex Iſrael,ait,Dicite ei, Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.

12 Factum eſt autem, quū audiſſet verbum iſtud, bibebat ipſe & Reges in vmbraculis,& ait ſeruis ſuis,Circundate ciuitatem.Et circūdederunt eam.

C

13 Et ecce Propheta vnus accedēs ad Achab Regem Iſrael,ait ei,Hæc dicit Dominus, Certè vidiſti omnem multitudinem hāc nimiam? ecce,ego tradam eam in manum tuam hodie: vt ſcias quia ego ſum Dominus.

14 Et ait Achab,Per quē?Dixitque ei, Hæc dicit Dominus, Per pediſequos principū prouinciarum. Et ait,Quis incipiet præliari?Et ille dixit,Tu.

15 Recenſuit ergo pueros principum prouinciarum , & reperit numerum ducentorum trigintaduorum : & recenſuit poſt eos populum , omnes filios Iſrael ſeptem millia:

16 Et egreſſi ſunt meridie. Ben-adad autem bibebat temulētus in vmbraculo ſuo , & Reges trigintaduo cum eo,qui ad auxilium eius venerant.

17 Egreſſi ſunt autē pueri principum prouinciarum in prima fronte. miſit itaq; Ben-adad: qui nuntiauerunt ei, dicētes,Viri egreſſi ſunt de Samaria.

18 At ille ait , Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos : ſiue vt prælientur,viuos eos capite.

19 Egreſſi ſunt ergo pueri principum prouinciarum , ac reliquus exercitus ſequebatur eos:

D

20 Et percuſſit vnuſquiſque virum qui cōtra ſe veniebat: fugerúntque Syri, & perſequutus eſt eos Iſrael. fugit quoque Ben-adad rex Syriæ in equo cum equitibus ſuis.

21 Necnō egreſſus Rex Iſrael percuſſit equos & currus: & percuſſit Syriā plaga magna.

22 (Accedēs autem Propheta ad Regem Iſrael, dixit ei , Vade, & confor

9 Initio,faciam: בראשׁונה אעשׂה principio[primùm.i.in prima legatione]paratus ſum facere. 10 Pugillis vniuerſi pop. לשׁעלים לכל־העם .i.vt impleant ſinguli volam ſuam ex eo.q.d.oppugnabo vrbem veſtram cum numeroſiſſimo exercitu.Alii,quòd plantæ pedum militum meorum terram adiacentem vrbi veſtræ aliò tranſferent,ita vt nihil remanſurum ſit. Qui *eſt* in pedibus.m. אשׁר ברגלי: .i.quem mecum duco,& qui me ſequitur. 11 Dicite, דברו ſub.Regi Syriæ. Ne glorietur,&c. אל־יתהלל וגו׳ Ne ſe iactet accinctus,ſicut ſolutus.i. Ne glorietur is qui iam primùm accingit enſem, initurus prælium , ſicut is qui iam adepta victoria, ſoluit zonam in qua eſt enſis. q.d. ne canat triumphum ante victoriam. 14 Per quem? במי per quos? Per pueros,&c בנערי וגו׳ per iuuenes principum prouinciarum.ſub.patriæ ſiue regionis tuæ.i.per pueros patriæ tuæ qui educari ſolent in aulis Regum. Quis incipiet bellum? מי־יאסור המלחמה Chaldæus paraph.quis deferet vexillum belli?Iſtud interrogat quòd idololatra eſſet, & ſciret ſe propterea odioſum eſſe Deo. Ad verbum legitur. Quis ligabit aciem?Quidam propterea vertunt, Quis inſtruet aciem?.i.quis erit dux eorum? Metaphora ab iis qui iungunt boues aut equos operis cauſa. 15 Omnium filiorum Iשſraאelis כל־בני ישׂראל qui ſcilicet erant in Samaria.

16 Bibebat ebrius שׁותה שׁכור iam biberat temulentus.i.ad ebrietatem vſque,in caſtris ipſis,vnà cum regulis ſuis.

17 Et miſit וישׁלח ſub.nuntios vt ſciret quidnam eſſet. Viri אנשׁים q.d.aliquot,ſiue pauci quidam.

18 Siue pro pace אם־לשׁלום Siue propter pacem.Sic mox,ſiue propter bellum.

19 Qui ſequebatur eos: אשׁר אחריהם Ad verbum,qui *erat* poſt eos. 20 Virum ſuum, אישׁ .i.hoſtem contra ſe venientem.

21 Egreſſus eſt præterea Rex, &c. ויצא מלך וגו׳ .i.in ipſa fuga egreſſus eſt Rex, qui eos qui equorum & curruum opera euadere conabantur,percuſſit,ita vt affecerit Syros cæde ingenti.Videtur Rex egreſſus poſtremo loco,verſis iam in fugam hoſtibus.

tare, & ſcito, & vide quid facias: ſequenti enim anno Rex Syriæ aſcēdet contra te)

Serui verò Regis Syriæ dixerunt ei, Dii mōtium ſunt Dii eorum, ideo ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. 23

Tu verò verbum hoc fac, Amoue Reges ſingulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: 24

Et inſtaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos ſecundū equos priſtinos, & currus ſecundum currus quos antè habuiſti, & pugnabimus contra eos in campeſtribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit conſilio eorum, & fecit ita. 25

E Igitur poſtquam annus tranſierat, recenſuit Ben-adad Syros, & aſcendit in Aphec, vt pugnaret contra Iſrael. 26

Porrò filii Iſrael recenſiti ſunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerſo, caſtráq; metati ſunt contra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autē repleuerunt terram. 27

Et accedens vir Dei, dixit ad Regē Iſrael, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montiū eſt Dominus, & nō eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinem hanc grandē in manu tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus. 28

Dirigebántque ſeptem diebus ex aduerſo hi atq; illi acies, ſeptima autem die cōmiſſum eſt bellum: percuſſerúntque filii Iſrael de Syris centum millia peditum, in die vna. 29

Fugerunt autē qui remanſerant in Aphec, in ciuitatē: & cecidit murus ſuper viginti ſeptem millia hominū qui remanſerant. porrò Ben-adad fugiens ingreſſus eſt ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum. 30

Dixerúntque ei ſerui ſui, Ecce, audiuimus quòd Reges domus Iſrael F clementes ſint. ponamus itaque ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad Regem Iſrael: forſitan ſaluabit animas noſtras. 31

Accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerūt funiculos in capitibus ſuis. venerúntque ad Regem Iſrael, & dixerūt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit? frater meus eſt. 32

Quod acceperunt viri pro omine: & feſtinantes rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerunt, Frater tuus Bē-adad. Et dixit eis, Ite, & adducite eum ad me. Egreſſus eſt ergo ad eum Ben-adad, & leuauit eum in currum ſuum. 33

Vade, ʼeſto robuſtus, & ſcito ac vide quid facias: in reuerſione enim anni Rex Aram ʺaſcenſurus eſt contra te)

23 Serui autem Regis Arám dixerunt ad eum, Deus montium ſunt Deus eorum, idcirco præualuerunt nobis: ʼveruntamē pugnemus contra eos in loco campeſtri, ʺ*& uidebis* annon præualebimus eis.

24 Et hoc fac, Amoue ʼReges, quenque è loco ſuo, & pone duces pro eis.

Inſtaurato exercitu rurſum præliatur contra Iſraelē Ben-adad.

25 Tu præterea ʼnumerabis tibi exercitum iuxta exercitum qui cecidit à te, & equos iuxta equos, & currus iuxta currus, & pugnabimus contra eos in campeſtribus, *& uidebis* annon præualebimus eis. Et audiuit vocem eorum, ac fecit ſic.

26 In reuerſione igitur anni recenſuit Ben-hadád Aramæos, & aſcendit in Aphéc ad bellum contra Iשſraאelem.

27 Filii autem Iשſraאelis recenſiti fuerunt, ʺ& inuenti ſunt omnes, & abierunt in occurſum eorum: caſtrametati ſunt autem filii Iשſraאél eregione illorum tanquam duo parui greges, Aramæi autem replebant terram.

28 ʺAcceſſerat verò vir Dei, & dixerat Regi Iשſraאelis, his verbis, Sic dixit Iehouáh, Propterea quòd dixerunt Aramæi, Deus montium eſt Iehouáh, & non Deus vallium eſt: dabo vniuerſam multitudinem magnā hanc in manū tuā: vt ſciatis quòd ego Iehouáh.

Propheta annuntiat ipſi Achab victoriā de Syris Cadit exercitus Ben-adad ob blaſphemiam.

29 Caſtrametati ſunt ergo iſti eregione illorum ſeptem diebus: fuítque, die ſeptima ʺcommiſſum eſt prælium, & percuſſerunt filii Iשſraאelis de Arám centum millia peditum die vna.

30 Reliqui verò fugerunt in, Aphéc in vrbem, & corruit murus ſuper viginti ſeptem millia virorum qui remanſerant: Ben-hadád autem fugiens venit in vrbē ʺ*in* cubiculum *quod erat* intra cubiculū.

31 Dixerunt verò ei ſerui eius, ʺEcce nunc audiuimus quòd Reges domus Iשſraאelis Reges miſericordes ſint: ʺponamus obſecro ſaccos in lumbis noſtris, ʺ& funes in capite noſtro, atque egrediamur ad Regem Iשſraאelis, forſitan ʺviuam ſeruabit animam tuam.

Ben-adad miſericordiā orat ab Achab.

32 ʺCinxerunt igitur ſaccos in lumbis ſuis, ac funes in capitibus ſuis, & venerunt ad Regem Iשſraאelis, atque dixerūt, Seruus tuus Ben-hadád dicit, Viuat obſecro anima mea. Ille ait, ʼViuítne adhuc? frater meus eſt.

Achab nō agnoſcens Dei victoriā, ſeruat Ben-adad contra Deī præceptum.

33 Viri autem illi ʺmore augurū diligēter obſeruabant ʺnum ab eo: & feſtinantes accelerauerunt, dixerúntque, ʺFrater tuus Benhadád. Et dixit, Ite, ʺtollite eum. Egreſſus eſt ergo ad eum Ben-hadád, ʺ& aſcendere fecit eum ſuper currum.

22 Eſto robuſtus, &c. התחזק וגו׳ confortare, & perpende, ac circūſpice quid facturus ſis. i. eſto animo forti & bono, hoc eſt vade audacter, & diligenter circunſpice vt interficias quotquot venerint in poteſtatem tuam. Alii, vt parta victoria reſipiſcas ab idololatria. Aſcenſurus eſt עולה Præſ. Heb. pro fut. 23 Veruntamen ואולם & quidem. *Et uidebis* annon præualebimus אם־לא נחזק *diſpercamus* niſi præualeamus. 24 Reges, המלכים eos ſcilicet qui ſtatim fugerunt. 25 Numerabis תמנה Quidam per imperatiuum, numera. vel, conſcribe. i. conſcribe tibi tantum exercitum quantus erat exercitus ille qui tibi periit, ſiue quē perdidiſti anno ſuperiore: & tot equos quot erant qui perierunt anno ſuperiore, tot item currus qui anno ſuperiore perierunt, & pugnabimus in planitie quam nobis deligemus.

27 Et inuenti ſunt omnes וכלכלו Ad verbum (ſi Latinè dici poſſet) omnitati ſunt. i. fuerunt omnes ipſi. q. d. ne vnus quidem deſideratus eſt ex omnibus qui in priore bello fuerant: omnes adfuerunt. Quidam exponunt, & omnibus ad bellum neceſſariis inſtructi ſunt.

28 Acceſſerat verò ויגש antequam ſcilicet proceſſiſſent obuiam illis. 29 Commiſſum eſt ותקרב Ad verbum, appropinquauit.

30 *In* cubiculum *quod erat* intra cub. חדר בחדר׃ .i. in cubiculum intimum. in locum abditiſſimum. q. d. non inueniebat locum ſatis tutum vt deliteſceret. 31 Ecce nūc audiuimus הנה־נא שמענו Ecce iam audiuimus. i. intelleximus. Ponamus obſecro, &c. נשימה נא וגו׳ Verſu ſequēti dicit, Cinxerunt ſaccos in lumbis ſuis. i. induamus nos ciliciis more ſupplicum. Et funes וחבלים & laqueos. Viuam ſeruabit יחיה Ad verbum, viuificabit. i. parcet. 32 Cinxerunt igitur, &c. ויחגרו וגו׳ .i. Accinxerunt lumbos ſuos ſaccis. q. d. Induti ſaccis, ac gerentes funes in collis ſuis, ingreſſi ſunt, &c. Viuítne adhuc? frater meus eſt. העודנו חי אחי הוא׃ Viuitne adhuc frater meus? .i. qui mihi perinde charus eſt atque frater. 33 More augurum diligenter obſ. ינחשו Ad verbum, augurati ſunt. Num ab eo: חממנו Vocem iſtam ſuo loco repoſuit noſter interpres, ex ſententia docti inter Hebræos, vt dilucidior eſſet ſenſus, quæ poſt Accelerauerunt, Hebraicè ponitur. Obſeruabant igitur num ab eo. i. ex eius ore excipere poſſent verbum aliquod amicum. Chaldæus paraph. aliter legit, nempe, Illi autem pro omine acceperunt, & feſtinauerunt, & rapuerunt [præripuerunt. i. citò ac velociſſime exceperunt] verbum illud [fratris] ab eo. i. ex ore eius, Frater tuus Ben-hadád. אחיך בן־הדד ſub. viuit. Frater tuus, id eſt quem vocas fratrem tuum. Tollite e. קחוהו .i. adducite eum ad me. Et aſcendere fecit, &c. ויעלהו על־המרכבה׃ .i. iuſſit vt conſcenderet currum quo geſtabatur. admiſit eum in currum ſuum.

'Dixítque ad eum, Vrbes quas tulit pater meus à patre tuo, reſti 34
tuam, 'plateáſque pones tibi in Damméψſec, ſicut poſuit pater meus in ψSomerón. Et ego "cum hoc fœdere dimittam te. Pepigit ergo cum eo fœdus, & dimiſit eum.

Achab ſententia ſua ſe iugulat.

Vir autem quidam de filiis Prophetarum dixit ad proximum 35
ſuum 'in verbo Iehouæ, Percute me quæſo. Et renuit vir ille percutere eum.

Tum dixit ei, Propterea quòd non audiſti vocem Iehouæ, ecce 36
'recedis à me, & percutiet te leo. Abiit itaque ab eo, & inuenit eum leo, qui percuſſit eum.

Inuenit præterea virum alterum, cui dixit, Percute me obſe- 37
cro. 'Et percuſſit eum vir percutiendo, ac vulnerando.

Et abiit Propheta ille, ac ſtetit in occurſum Regi iuxta viam, & 38
mutauit ſeſe 'cum velamine ſuper oculos ſuos.

Quum autẽ Rex trãſiret, exclamauit ad Regem, & ait, Seruus tu- 39
us "egreſſus eſt in mediũ prælii, & en 'vir receſſit, & adduxit ad me 'virũ, ac dixit, Cuſtodi virum iſtum: "ſi deſiderando deſiderabitur, erit anima tua pro anima ipſius, vel talentum argenti appendes.

Quúmque ſeruus tuus 'ageret hîc & illic, ipſe 'non fuit. Dixítq; 40
ad eum Rex Iψſraℵelis, 'Sic *eſt* iudicium tuum, tu definiuiſti.

'Et confeſtim amouit velamen ab oculis ſuis, & agnouit eum 41
Rex Iψſraℵelis quòd de Prophetis eſſet:

Dixítque illi, Sic dixit Iehouáh, quia dimiſiſti 'virum occiſionis 42
meæ de manu, 'erit anima tua pro anima ipſius, & populus tuus pro populo ipſius.

Et abiit Rex Iψſraelis in domum ſuam "triſtis & furibundus, & 43
venit in ψSomerón.

Cap. XXI.

Naboth vineam ſuam denegat regi Achab.

FVit autem poſt hæc, vinea erat Nabóth Izreℵyelitæ, quæ erat 1
in Izreℵyél, iuxta ædes Anháb regis ψSomerón.

Et loquutus eſt Anháb ad Nabóth, dicendo, Da mihi vineã tuã, 2
& erit mihi in hortũ "olerũ: eſt enim "prope *&* iuxta domum meã, dabóque tibi pro ea vineam meliorem illa: 'ſi placuerit in oculis tuis, dabo tibi argentum pretium illius.

Reſpondit Nabóth ad Anháb, 'Abſit mihi à Iehoua vt dem hæ- 3
reditatem patrum meorum tibi.

Triſtatur Achab.

Tum venit Anháb in domum ſuam 'triſtis & furibundus pro- 4
pter verbum quod loquutus fuerat ei Nabóth Izreℵyelita, dicendo, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. & decubuit ſuper lectum ſuum, 'auertítque faciem ſuam, neq; comedit panem.

34 Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddã: & plateas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimiſit eum.

35 Tunc vir quidam de filiis Prophetarum dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini, Percute me. At ille noluit percutere.

36 Cui ait, Quia noluiſti audire vocẽ Domini, ecce, recedes à me, & percutiet te leo. Quúmque paululum receſſiſſet ab eo, inuenit eum leo, atq; percuſſit.

37 Sed & alterum inueniens virũ, dixit ad eum, Percute me. Qui percuſſit eum, & vulnerauit. G

38 Abiit ergo Propheta, & occurrit Regi in via, & mutauit aſperſione pulueris oculos ſuos.

39 Quúmque Rex tranſiſſet, clamauit ad Regem, & ait, Seruus tuus egreſſus eſt ad præliandum cominus: quúmq; fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidã ad me, & ait, Cuſtodi virum iſtum: qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentũ argenti appẽdes.

40 Dũ autẽ ego turbatus huc illúcque me verterem, ſubitò non comparuit. Et ait Rex Iſrael ad eũ, Hoc eſt iudicium tuum, quod ipſe decreuiſti.

41 At ille ſtatim abſterſit puluerem de facie ſua, & cognouit eum Rex Iſrael quòd eſſet de Prophetis.

42 Qui ait ad eũ, Hæc dicit Dominus, ¶Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Infrà 22.f.38

43 Reuerſus eſt igitur Rex Iſrael in domum ſuam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

Cap. XXI.

1 POſt verba autem hæc, vinea erat Naboth Iezrahelitę, quæ erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ.

2 Loquutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerũ, quia vicina eſt, & prope domum meam. dabóque tibi pro ea vineam meliorem: aut ſi commodius tibi putas, argenti pretium quantum digna eſt.

3 Cui reſpondit Naboth, Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4 Venit ergo Achab in domũ ſuã indignãs & frendẽs ſuper verbo quod loquutus fuerat ad eũ Naboth Iezrahelites, dicẽs, Nõ dabo tibi hæreditatem patrũ meorum. Et proiiciẽs ſe in lectulũ ſuũ, auertit faciem ſuã ad parietem, & non comedit panem. B

34 Dixitque ויאמר Sub. Ben-hadad. Plateáſque, &c. וחוצות וגו' Id eſt fora, aut vicos rerum venalium conſtitues tibi, ex quibus vectigalia accipies ac tributum in Dammeſec, vrbe ſcilicet regia: & hac re ſuperiorem te agnoſcam. Cum hoc fœdere בברית .i. hoc pacto inter nos inito. Verba ſunt Achab. q.d. hac conditione ſinam te abire. 35 In verbo Iehouæ, בדבר יהוה .i. verbis Domini. Parabola qua Deus oſtẽdit Achab moriturũ, & in primis Deo eſſe obediendũ. 36 Recedis à me, הולך מאתי .i. mox vt diſceſſeris à me, percutiet, &c.

37 Et percuſſit eum vir, &c. ויכהות האיש וגו' Hebraiſmus, Acriter percuſſit eum, ita vt vulneraret.

38 Cum velamine באפר amictu capitis. i. dedit operam vt redderet ſe ignotum, amictu capitis ſuper oculos demiſſo, ne ſcilicet agnoſceretur à Rege. 39 Egreſſus eſt in medium prælii, יצא בקרב־המלחמה egreſſus erat, &c. i. egreſſus erat è domo ſua, vel vrbe, & intrauerat in medium prælii vt iret in conflictum. Vir receſſit, איש סר .i. aliquis receſſerat è conflictu, & adduxerat, &c. Virum, איש .i. aliquem captiuum. Si deſiderando deſiderabitur אם־הפקד יפקד Verbum iſtud deeſſe ſignificat, propterea quidam vertunt, ſi defuerit, & amiſſus fuerit. i. ſi elabatur, vel aufugiat. 40 Ageret hîc & illic, עושה הנה והנה laboraret hîc & illic. i. eſſet occupatus. Nõ fuit. איננו .i. diſparuit atque aufugit. Sic *eſt* iudiciũ tuũ, tu definiuiſti. כן משפטך אתה רחצת: .i. ſic ſe habet vt dixiſti, tu iam pronuntiaſti ſententiam.

41 Et confeſtim amouit velamen וימהר ויסר את־האפר Ad verbum, Et feſtinauit, & amouit amictum capitis. aut, velamen.

42 Virum occiſionis meæ de manu, איש־חרמי מיד ſub. tua. Hebraiſmus, quia emiſiſti virum quem volebã occidi. Alii, virum retis mei, .i. qui inciderat in rete meum, vel caſſes meas. Erit anima tua, &c. והיתה נפשך וגו' Hebraiſmus, morieris pro eo, & populus tuus pro populo ipſius. 43 Triſtis & furibundus, סר וזעף mutatus à ſe & ſtomachabundus. vel, indignatus: quòd ſcilicet dimiſiſſet illum.

IN CAPVT XXI.

2 Olerũ: ירק Singul. Heb. pro plur. Significat & olera, & herbas odoriferas. Prope *&* iuxta domũ m. קרוב אצל ביתי propinqua *&* cõtigua domui meæ. Si placuerit in oc. t. &c. אם טוב בעיניך וגו' Hebraiſmus, Aut ſi tibi commodius videatur, [ſi mauis] dabo tibi argentum pro pretio illius. 3 Abſit mihi à Iehoua חלילה לי מיהוה Hebraiſmus, Prohibeat hoc à me Iehoua vt dem, &c. 4 Triſtis & furibundus סר וזעף mutatus à ſe & indignans. vel, commotus & ægreferens. Eadẽ verba quæ præcedenti capite, verſu vltimo. Auertítq; ויסב ſub. ab iis qui erãt in cubiculo, & conuertit ſe ad parietem. Alii, conuertítque faciem ſuam. ſub. ad parietem, neque comedit panem. ſub. præ ira.

Ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel vxor ſua,dixitq; ei, Quid eſt hoc vnde anima tua contriſtata eſt? & quare non comedis panem? 5

Qui reſpōdit ei, Loquutus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei,Da mihi vineam tuam,accepta pecunia: aut ſi tibi placet, dabo tibi vineā pro ea. & ille ait,Non dabo tibi vineam meam 6

Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Iſrael: ſurge, & comede panē, & æquo animo eſto: ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. 7

C

Scripſit itaque literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. 8

Literarum autem hæc erat ſententia, Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi: 9

Et ſubmittite duos viros filios belial contra eum,& falſum teſtimoniū dicāt,Benedixit Deum & Regem.Et educite eum, & lapidate, ſicque moriatur. 10

Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabāt cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel,&ſicut ſcriptū erat in literis quas miſerat ad eos. 11

Prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerūt Naboth inter primos populi. 12

D

Et adductis duobus viris filiis diaboli,fecerunt eos ſedere contra eum: at illi,ſcilicet vt viri diabolici,dixerūt cōtra eum teſtimonium coram multitudine,Benedixit Nabóth Deum & Regem. Quamobrem eduxerunt eū extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. 13

Miſerūntque ad Iezabel, dicentes, Lapidatus eſt Nabóth,& mortu⁹ eſt. 14

Factum eſt autem,quum audiſſet Iezabel lapidatū Naboth, & mortuū, loquuta eſt ad Achab, Surge,& poſſide vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquieſcere, & dare eam accepta pecunia: non enim viuit Naboth,ſed mortuus eſt. 15

Quod quum audiſſet Achab, mortuum videlicet Naboth, ſurrexit, & deſcendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ,vt poſſideret eam. 16

E

Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Theſbiten,dicens, 17

Surge,& deſcende in occurſum Achab regis Iſrael, qui eſt in Samaria: ecce ad vineam Nabóth deſcendit,vt poſſideat eam: 18

Et loqueris ad eum, dicens, Hæc dicit Dominus, Occidiſti,inſuper & poſſediſti. & poſt hæc addes, Hæc dicit Dominus,In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinē Nabóth, lambent quoque ſanguinem tuum. 19

5 Veniens autem ad eum אIzébel vxor eius, dixit ei,Curnā ſpiritus tuus ʹtriſtis eſt,& non comedis panem?

Impia Iezabelis conſolatio.

6 Qui dixit ad eam, Quia ʺloquutus ſum ad Nabóth Izreאעelitā, dixíque ei,Da mihi vineam tuam pecunia: aut ſi tu mauis, dabo tibi vineā *aliam* pro ea.is verò reſpondit,Non dabo tibi vineā meā.

7 Dixítque ei אIzébel vxor eius, ʺTúne nunc faceres regnū ſuper Iשſraאelem? ſurge,comede panem, & iucundetur cor tuum: ego dabo tibi vineam Nabóth Izreאעelitæ.

8 Scripſítque literas nomine Aחháb, quas ſignauit annulo eius,& miſit literas illas ʹad ſeniores ʺ& optimates qui *erant* in vrbe eius, ʹhabitantes cum Nabóth.

Iezabel ſubmiſſis falſis teſtibus lapidari iubet Naboth.

9 Scripſit autē in literis ʹtalia, ʹIndicite ieiunium,& ſedere facite Nabóth ʺin capite populi:

10 Et ſtatuite duos viros ʹbeliiáעal aduerſus eum,qui teſtificentur contra eum,dicendo, ʺBenedixiſti Deo & Regi. Poſtea educite eū, atque lapidate eum,vt moriatur.

11 Fecerunt ergo viri vrbis ipſius ſeniores & optimates qui habitabant in vrbe ipſius,vt miſerat ad eos אIzébel, quemadmodum ſcriptum erat in literis *illis* quas miſerat ad eos.

12 ʹIndixerunt ieiuniū, & ſedere fecerūt Nabóth in capite populi.

13 Venerunt poſtea duo viri beliiáעal,& ſederunt e regione ipſius, ac teſtificati ſunt contra eum viri illi beliiáעal, *nempe* contra Nabóth,coram populo,dicendo,Benedixit Nabóth Deo & Regi. Eduxerunt ergo eum extra vrbem, & lapidauerunt eum lapidibus, ac mortuus eſt.

14 Poſt hæc miſerunt ad אIzébel, dicendo, Lapidatus eſt Nabóth, ac mortuus eſt.

Achab approbat factū à Iezabele vxore ſua.

15 Fuit autem,quū audiſſet אIzébel quòd lapidatus eſſet Nabóth, ac mortuus eſſet, dixit illa ad Aחháb, Surge,poſſide vineam Nabóth Izreאעelitæ, ʺquam renuit dare tibi pro pecunia: non enim Nabóth viuit,ſed mortuus eſt.

16 Audiens itaque Aחháb quòd mortuus eſſet Nabóth, ſurrexit ipſe,vt deſcēderet ī vineā Nabóth Izreאעelitæ, ʺvt poſſideret illā.

17 Tunc fuit verbum Iehouæ ad אEliiáhu Thiשſbitén, ʺdicendo,

Elias increpat Achab,prædicēs illi mortem.

18 Surge,deſcende in occurſum Aחháb Regis Iשſraאelis qui eſt in שSomerón:ecce eſt in vinea Nabóth, ad quam deſcendit vt poſſideat eam.

19 Et loquêris ad eum ʺhiſce verbis,Sic dixit Iehouáh, ʺNónne occidiſti,& etiam poſſediſti? Dices præterea illi hoc modo,Sic dixit Iehouáh, ʺIn loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabóth,lingent canes ſanguinem tuum, ʺetiam tuum.

5 Triſtis eſt, סרח commotus eſt.i.quare es animo commoto ac triſti,& non ſumis cibum?
6 Loquutus ſum אדבר Fut.Hebr.pro præt.perf.vel imperf.loquebar,& dicebam,&c.
7 Túne nunc faceres regnum אתה עתה תעשה מלוכה Hebraiſmus.i.Túne ſic,vel hac via(nempe rogādo) faceres opus Regis?hoc eſt exerceres imperium,ſiue regnares ſuper Iſráelem?Vel hoc dixit ironicῶs.q.d.non eſt Regis rogare vel precari.
8 Ad ſeniores אל־הזקנים Non ad omnes,ſed certos,quos ſciebat eſſe impios,aut ſibi morigeros. Et optimates qui,&c. ואל החורים אשר בעירו & nobiles vrbis eius. Nam verſu 11,dicit, Viri vrbis ipſius ſeniores & optimates. Sic dicuntur Hebraicè à candore animi,aut nitore corporis,vel ſplendore veſtium. Habitantes cum Naboth. היושבים את־נבות: Quid ſignificet iſtud,paulo pòſt exponit,quum verſu 11,dicit, qui habitabant in vrbe ipſius.nempe Naboth.
9 Talia, לאמור Ad verbum,dicendo. Indicite ieiunium, קראו־צום Id eſt,decernite celebrari ieiunium quodam die.Hoc dicit quòd die ieiunii ſolerēt inquirere in flagitia & facinora populi. Doctus inter Hebræos exponit,Conuocate concionem.ſiue,congregationem. In capite populi: בראש העם: .i.ſtatuite inter primos populi,ſiue primates vrbis. 10 Beliiáעal בליעל Vide Deut.13.c.13. Benedixiſti ברכת Hic pro maledixiſti poſitum eſt. 12 Indixerunt ieiunium, קראו צום Conuocarunt concionem.ſiue congregationem. Vide paulo antè,verſu 9. 16 Vt poſſideret illam. לרשתו: Gallicè,*pour en prendre poſſeſſion.* 17 Dicendo, לאמור: .i.dicens,vel dicentis.
19 Hiſce verbis, לאמור Ad verbum,dicendo. Nónne occidiſti,&c. הרצחת וגם־ירשת q.d.non ſatis eſt tibi occidiſſe illum,niſi etiā poſſeſſionem eius inuadas? In loco in quo,&c. במקום וגו׳ Non de eodem loco particulari,ſed vniuerſali intelligit.i.in ea regione,patria,aut agro.q.d.In hac patria id tibi continget quod contigit Naboth. Alii legunt,Propterea quòd linxerunt,&c. Quidam dicunt hoc fuiſſe completum in Achab.Alii dicunt dilatum fuiſſe in filium eius. Etiam tuum. גם־אתה: etiam tuum ipſius.Gallicè,*uoyre de toy.*

Et ait Anháb ad אEliiáhu,'Num deprehendiſti me,inimice mi? 20 Ille reſpōdit,Deprehendi, quia'vendidiſti teipſum ad faciendum malum in oculis Iehouæ.

″Ecce ego adduco ſuper te malum,'& auferam poſt te, & ſuccidam de Anháb'mingentem ad parietem,'& clauſum,ac derelictū in Iwſraאele. 21

Dabo quoque domum tuam ſicut domum Iarobyám filii Nabát,& ſicut domum Bayawſa filii Anhiiáh,'propter irritationē qua irritaſti,& quòd peccare feciſti Iwſraאelem. 22

Prædicit & mortem Iezabel.

″Et etiam ſuper 'אIzébel loquutus eſt Iehouáh, dicendo, Canes comedent 'אIzébel'intra antemurale Izreאyél. 23

Eum qui mortuus fuerit de *domo* Anháb in vrbe, comedēt canes: & eum qui mortuus fuerit in agro,comedent volucres cæli. 24

″Veruntamen non fuit ſicut Anháb'qui vendiderit ſeipſum ad faciendū malū in oculis Iehouæ,'*&* quē incitauit 'אIzébel vxor ei⁹. 25

″Rem enim fecit abominabilem valde, eundo poſt idola, iuxta omnia quæ fecerunt אEmoræi quos expulit Iehouáh à facie filiorum Iwſraאelis. 26

Agit pœnitētiā.

Fuit autem, quum audiſſet Anháb verba hæc, ſcidit veſtimenta ſua,& poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam, ieiunauítque,ac dormiuit″in ſacco,& ambulauit″ſenſim. 27

Fuit autem verbum Iehouæ ad אEliiáhu Thiwſbiten , dicendo, 28

Vidiſtíne quòd'humiliauerit ſe Anháb à facie mea? propterea quòd humiliauit ſe à facie mea , non inducam malum in diebus eius:in diebus″filii eius inducam malum ſuper domum eius. 29

Cap. XXII.

Achab petit à Ioſaphat ſuppetias aduerſus Ramoth Galaad.

H″Abitauerunt autem tres annos abſque bello inter Arám & Iwſraאelem. 1

Fuit autem,anno tertio'deſcendit Iehowſaphát rex Iehudáh ad Regem Iwſraאelis. 2

(Tum dixit Rex Iwſraאelis ſeruis ſuis , Scitíſne quòd noſtra fuit Ramóth Gilyád, & nos″tacemus à recipiēdo eam de manu Regis Arám?) 3

Et ait ad Iehowſaphát , Veniéſne mecum ad prælium contra Ramóth Gilyád? Reſpondit Iehowſaphát Regi Iwſraאelis, ″Sicut ego, ſic tu: ſicut populus meus , ſic populus tuus: ſicut equi mei, ſic equi tui. 4

20 Et ait Achab ad Eliam, Num inueniſti me,inimice mi? Qui dixit ei,Inueni,eo quòd venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini.

21 Ecce ego inducā ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clauſum,&vltimum in Iſrael. 4.Reg.9.b.8 F

22 Et dabo domum tuam ſicut domū Ieroboam filii Nabat, & ſicut domū Baaſa filii Ahia: quia egiſti vt me ad iracundiam prouocares,& peccare feciſti Iſrael. Suprà 15.f.29 Suprà 16.a.3

23 Sed & de Iezabel loquutus eſt Dominus,dicens,Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. 4.Reg.9.g.33

24 Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedēt eum canes: ſi autē mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.

25 Igitur non fuit alter talis ſicut Achab,q venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini:concitauit enim eum Iezabel vxor ſua,

26 Et abominabilis factus eſt,intantū vt ſequeretur idola quæ fecerāt Amorrhæi quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael. G

27 Itaque quū audiſſet Achab ſermones iſtos,ſcidit veſtimenta ſua,& operuit cilicio carnem ſuam,ieiunauitq;, & dormiuit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite.

28 Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbiten,dicens,

29 Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa , non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filii ſui inferam malum domui eius. 4.Reg.9.f.16.

Cap. XXII.

1 TRanſierunt igitur tres anni abſque bello inter Syriam & Iſrael. 2.Paral.18.a.2

2 In anno autem tertio deſcendit Ioſaphat rex Iuda ad Regem Iſrael.

3 (Dixitq; Rex Iſrael ad ſeruos ſuos, Ignoratis quòd noſtra ſit Ramoth Galaad,& negligimus tollere eam de manu Regis Syriæ?)

4 Et ait ad Ioſaphat,Veniéſne mecū ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Ioſaphat ad Regē Iſrael, Sicut ego ſum,ita & tu: & ſicut populus meus , & populus tuus: & ſicut equi mei,ita & equi tui.

---

20 Num deprehendiſti me, המצאתני ſub.in aliquo delicto.i. Nūquid inueniſti in me quod carpere poſſis,tu qui mihi ſemper aduerſaris? Vendidiſti te,&c. התמכרך וגו' Hebraiſmus,quaſi vendideris teipſum,dediſti operam & ſtuduiſti ſemper malefacere,fuiſti ſemper animo procliui & propēſo ad faciēdū rē ingratā Domino. 21 Ecce ego adduco ſuper te הנני מבי אליך Sub. Hæc dicit Iehouah,En ego inducam.vel,inducturus ſum.In מבי deficit א,vt eſſet מביא. Et auferā poſt te, ובערתי אחריך .i.mox tollam te de medio,velut à tergo te propellēs. Alii,Exterminabo.ſub.te.i.tollam te de medio.q.d.diligenter eiiciā & expellā te,vel tuos. Poſt te,id eſt tecum. Mingentē ad parietē, משתין בקיר Vide 1.Sam.25.d.22. Et clauſum,ac derelictum ועצור ועזוב Vide ſuprà cap.14.c.10.Clauſum,id eſt ſiqui ſe receperint in arces munitiſſimas:& Derelictum,id eſt ſiquis forte fortuna derelictus ſit ac contēptus. hoc eſt,omnes tuos,ſiue ſint in dignitate conſtituti,ſiue non: hoc eſt,ſiue ſummi ordinis,ſiue infimi. 22 Propter irritationem,&c. אל הכעס וגו' propter iram[iracundiam]ad quam prouocaſti. ſub.me. 23 Et etiam ſuper 'אIzébel וגם לאיזבל Præterea de 'אIzébel. Intra antemurale בחל in antemurali.aut iuxta antemurale. ſiue foſſam,quæ duci ſolet circum mœnia.Gallicè,*es foſſez de la uille*.id enim ſignificat etiam vox Hebræa. Alii vertunt,agro.vallo.planitie.

25 Veruntamen רק Certè. Qui vendiderit ſeipſum,&c. אשר התמכר וגו' Vide paulo antè verſu 20.i.qui ſua ſponte,non metu adactus,fecerit tot mala. Et quem incitauit אשר הסתה vt ſcilicet malum faceret,& coleret idola. Alii vertunt,eo quòd incitaret eum,&c.

26 Rem enim fecit abominabilē valde, ויתעב מאד Ad verbum,Et abominationem fecit valde. Quidam vertūt,Etenim rem valde abominabilem commiſit,ſectando ſimulachra,prorſus vt fecerunt,&c. 27 In ſacco, בשק Hæc vox(vt quidam ſcribunt)ſignificat vilem veſtem & aſperam,vt contexta ſit ex ea materia è qua contexi ſolent ſacci. Senſim. אט: pedetentim.vel lentè:more ſcilicet lugentium ac mœrentium.Chaldæus paraph.diſcalceatus. 29 Humiliauerit,&c. נכנע וגו' abiecerit ſeſe Achab à conſpectu meo?.i.ante me.

IN CAPVT XXII.

1 Habitauerunt,&c. וישבו וגו' .i.à fœdere inito cum Ben-hadad fuit pax in Iſraele tribus annis. Anni pars pro toto anno hîc accipitur.

2 Deſcendit וירד Significat illum inuiſiſſe regem Achab. 3 Tacemus מחשים ſilemus.i.ceſſamus:quòd qui ſilent,ceſſare vidētur. Ramoth fuerat occupata à Regibus Syriis ante Ben-hadad:vnde ex fœdere non tenebatur Ben-hadad eam reddere.

4 Sicut ego,&c. כמוני כמוך q.d.Ego & tu vnum ſumus:idem ſum facturus quod tu:& meo populo , & meis equis æquè vti poteris,atque tuis:populus meus iturus eſt quò populus tuus.vel,populus meus & tuus idem ſunt: equi mei ibunt quò tui ſunt ituri: erit nobis commune periculum .i.quò tu cum populo tuo & equis ire voles,illuc paratus ſum ego ire vnà cum populo meo & equis. Hæc enim congeminatio Caphim literarum Hebraicarum,quæ pro aduerbiis ſimilitudinis ſumuntur,ſignificat æqualitatem aut dignitatis,aut conditionis.

5 Dixitque Ioſaphat ad Regem Iſrael, Quære, oro te, hodie ſermonem Domini.

6 Congregauit ergo Rex Iſrael Prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcere? B Qui reſponderunt, Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis.

7 Dixit autem Ioſaphat, Non eſt hîc Propheta Domini quiſpiã, vt interrogemus per eum?

8 Et ait Rex Iſrael ad Ioſaphat, Remãſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eũ, quia nõ prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Iemla. Cui Ioſaphat ait, Ne loquaris ita Rex.

9 Vocauit ergo Rex Iſrael eunuchum quendam, & dixit ei, Feſtina adducere Michæam filium Iemla.

10 Rex autem Iſrael & Ioſaphat rex Iuda ſedebãt, vnuſquiſq; in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio, in area iuxta oſtiũ portæ Samariæ, & vniuerſi Prophetæ prophetabant in conſpectu eorum.

11 Fecit quoq; ſibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec deleas eam.

12 Omnéſq; prophetæ ſimiliter prophetabant, dicentes, Aſcende in Ramoth Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus Regis.

13 Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæã, loquutus eſt ad eum, dicens, Ecce, ſermones prophetarũ ore vno Regi bona prædicant: ſit ergo & ſermo tuus ſimilis eorum, & loquere bona.

14 Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcũque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.

15 Venit itaque ad Regem, & ait illi Rex, Michæa, ire debem⁹ in Ramoth Galaad ad præliãdum, an ceſſare? Cui C ille reſpondit, Aſcende, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus Regis.

16 Dixit autem Rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi niſi quod verum eſt, in nomine Domini.

17 Et ille ait, Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus quaſi oues non habentes paſtorem: & ait Dominus, Non habẽt iſti dñm: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace.

18 (Dixit ergo Rex Iſrael ad Ioſaphat, Nunquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum?)

19 Ille verò addens, ait, Propterea audi ſermonem Domini, Vidi Dominũ ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris.

5 Dixit præterea Iehoשſaphát Regi Iשſraאelis, ʹRequire obſecro hodie verbum Iehouæ.

6 Congregauit itaque Rex Iשſraאelis prophetas, ferè quadringentos viros, dixítque ad eos, Iréne debeo in Ramóth Gilyád ad prælium, an quieſcam? Et dixerunt, Aſcẽde: nam tradet *eam* Dominus in manum Regis.

cece pſeudoprophetæ conſulũt bellũ contra Ramoth Galaad.

7 Dixítque Iehoשſaphát, Eſtne hîc Propheta Iehouæ vltrà, ʺvt inquiramus ex eo?

Ioſaphat requirit verbum Dei.

8 Et ait Rex Iשſraאelis ad Iehoשſaphát, ʺAdhuc *eſt* vir vnus, ʺvt inquiramus Iehouam ab eo: ſed ego odi eum, quia non ʺvaticinatur mihi bonum, ſed malum, Micháiehu filius Imlá. Dixítque Iehoשſaphát, ʺNe dicat Rex ita.

Michæam vnicũ Dei Prohetam odit Achab, quòd vera dicat.

9 Vocauit itaque Rex Iשſraאelis ʹeunuchum quendam, & dixit, ʹFeſtinare fac Micháiehu filium Imlá.

10 Cæterùm Rex Iשſraאelis, & Iehoשſaphát Rex Iehudáh ſedebant, vterq; ſuper ſolium ſuum, induti ʺveſtibus ʺin area ad oſtiũ portæ שSomerón, vniuerſíque prophetæ prophetabant ante eos.

11 Fecerat autem ſibi צSidciiáh filius Chenayanáh cornua ferrea, ac dixit, Sic dixit Iehouáh, His ʹferies Aramæos, ʹdonec comſumas eos.

Sedecias falſus propheta imitatur veros Prophetas.

12 Omnes quoq; prophetæ prophetabãt ſimiliter, dicendo, Aſcẽde in Ramoth Gilyád, ʺ& proſperè ages: nam tradet *eam* Iehouáh in manum Regis.

13 Porrò nuntius qui iuerat ad vocandum Micháiehu, loquutus eſt ad eum, dicendo, En nunc verba prophetarum ore vno ʺbonũ *annuntiant* Regi: ſit quæſo verbum tuum ſicut verbum vnius ex eis, ʺ& loquere bonum.

14 Tum dixit Micháiehu, Viuit Iehouáh, quòd quicquid dixerit Iehouáh mihi, illud loquar.

Propheta Dei verbum Dei loquitur.

15 Quum ergo veniſſet ad Regem, tũc dixit Rex ad eum, Micháiehu, iréne debemus in Ramoth Gilyád ad bellũ, an deſiſtere? Is verò dixit ad eum, Aſcende, ʺ& proſperè ages: nam tradet *eam* Iehouáh in manum Regis.

Ironia Michææ & imitatio pſeudoprophetarum.

16 Dixítque ad eum Rex, ʹVſque ad quot vices ego adiuro te ne loquaris mihi niſi veritatem, in nomine Iehouæ?

17 Tunc ait, Vidi vniuerſum IשſraאeIem diſperſum ſuper mõtes, velut oues quibus nõ erat paſtor: ʹdixítque Iehoua, Non ſunt domini iſtis: reuertatur quiſque domum ſuam ʺin pace.

Prædicit diſpergendum populũ in prælio, & Achab occidendũ.

18 (Et ait Rex Iשſraאelis ad Iehoשſaphát, Annon dixerã tibi *quòd* non vaticinaretur mihi bonum, ſed malum?)

19 Rurſum ait, Idcirco audi verbum Iehouæ, Vidi Iehouam ſedẽtem ſuper ſolium ſuum, atque vniuerſum exercitũ cæli aſſiſtentem illi à dextera eius & à ſiniſtra eius.

---

5 Require obſecro &c. דרש־נא וגו׳ Hebraiſmus, Conſule Dominũ. 7 Vt inquiramus ex eo? ונדרשה מאותו׃ .i.ex ore eius, ſub. verbũ Domini.i.per quem conſulamus Dominũ. 8 Adhuc *eſt* vir, &c. עוד איש־אחד וגו׳ .i.Supereſt quidã alius per quem cõſulamus Dominũ. Vaticinatur יתנבא vaticinari ſolet. Fut.Heb.pro præſ. Quidã retinẽt futurũ, vaticinabitur. Ne dicat Rex ita. אל־יאמר המלך כן׃ q.d. vaticinabitur proſpera. 9 Eunuchum quendã, סריס אחד Ad verbum, eunuchum vnum. Feſtinare fac מהרה .i.citò accerſe. Alii, Feſtina [ſub. vocare] Micháiehu. 10 Veſtibus בגדים ſub. regiis. In area בגרן ſub. quadã. tum prope vrbes erant areæ ob incurſiones hoſtium. 11 Feries תנגח Ad verbum, cornupetes. Chaldæus paraph. interficies Syros. Donec conſumas eos. עד־כלותם׃ ſub. non deſines ferire eos, donec memoriam eorum deleueris. Quidam vertunt, donec in vniuerſum eos conficias.

12 Et proſperè ages: והצלח & proſperè cedet tibi. 13 Bonum טוב .i.proſpera ac fœlicia prædicant de profectione regia: tu ſimiliter vaticinare proſpera ſicut quilibet illorum. Et loquere bonum. ודברת טוב׃ Fut.Heb.pro imper. vaticinare & tu proſpera.

15 Et proſperè ages: והצלח .i.proſperè ac fœliciter rem gere. Hoc ironicè dictum.

16 Vſque ad quot vices, &c. עד־כמה פעמים אני משביעך .i. Quoties patieris me adiurare te? q.d. iterum atque iterum te adiuro, vt, &c. Ordo verborum Hebraicorum talis eſſe debet, adiuro te in nomine Iehouæ, ne loquaris, &c. 17 Dixitque ויאמר ſub. mihi. In pace. בשלום׃ .i.ſalui & incolumes. Sic infrà, verſu 28.

Deus,opera pſeudoprophetarum, ſeducit interdũ eos qui verbum illius oderunt.

Dixítque Iehouáh,Quis'decipiet Anháb vt aſcendat,& cadat in Ramóth Gilyád? Et dixit'iſte ſic,& alter dicebat ſic. 20

Tunc egreſſus eſt'ſpiritus,qui ſtetit coram Iehoua, & ait, Ego decipiam eum.Iehouáh verò ait ad eum,'In quo? 21

Reſpondit,Egrediar,eróque ſpiritus mendacii in ore omnium prophetarum eius.Dixit ergo,Decipies,& etiam præualebis:egredere,& fac ita. 22

Nunc ergo en dedit Iehouáh ſpiritum mendacii in ore omniũ prophetarũ tuorũ iſtorũ, & Iehouáh loquutus eſt ſuper te malũ. 23

Percutitur Michæas propheta.

Tũc acceſſit xSidciiáhu filius Chenayanáh, & percuſſit Micháiehu in maxillã,ac dixit,'Quando tranſiuit Spiritus Iehouæ à me, vt alloqueretur te? 24

Reſpondit Micháiehu,Ecce,'videbis die illo quo ingredieris *de* cubiculo in cubiculum vt abſcondas te. 25

Ait itaque Rex Iωſraℵelis,Tolle Micháiehu,'& reducito eum ad Amón principem vrbis,& ad Ioáωs filium Regis, 26

Incarceratur Michæas.

Dicéſque,Sic dicit Rex,'Ponite hunc in domo carceris,'& cibate eum pane arcto,& aqua arcta,donec veniam in pace. 27

Dixit autẽ Micháiehu,Si reuertẽdo reuerſus fueris in pace,nõ eſt loquutus Iehouáh per me. 'Præterea dixit, Audite populi omnes. 28

Achab pugnans contra Ramoth Galaad, iuxta verbum Dei occiditur.

Aſcendit itaque Rex Iωſraℵelis, & Iehoωſaphát rex Iehudáh in Ramóth Gilyád. 29

Dixítque Rex Iωſraℵelis ad Iehoωſaphát, 'Mutabo meipſum, & ingrediar bellum,tu verò indue te veſtibus tuis. Et mutauit ſeſe Rex Iωſraℵelis,ingreſſúſque eſt bellum. 30

Rex autem Arám præcepit principibus curruum qui erant ſibi, triginta duobus,dicendo,'Ne pugnetis neque cum paruo ,neque cum magno,præterquam cum ſolo Rege Iωſraℵelis. 31

Fuit autem ,quum vidiſſent principes curruum Iehoωſaphát, dixerunt,Certè Rex Iωſraℵelis eſt.Et declinauerũt contra eum vt pugnarent:tum exclamauit Iehoωſaphát. 32

Quum verò vidiſſent principes curruum quòd non eſſet Rex Iωſraℵelis,reuerſi ſunt'ab eo. 33

Quidam autem iaculatus eſt arcu'in ſimplicitate ſua,& percuſſit Regem Iωſraℵelis'inter iũcturas & loricam:dixítq; aurigæ ſuo, 'Verte manum tuam,& educ me de caſtris,quia'vulneratus ſum. 34

Achab moritur.

('Incaluerat autem prælium die illa : Rex autem conſiſtebat in curru eregione Aramæorum,) & mortuus eſt'veſperi,defluebátque ſanguis plagæ'in ſinum currus. 35

20 Et ait Dominus, Quís decipiet Achab regẽ Iſrael,vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuſcemodi,& alius aliter.

21 Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit corã Domino, & ait, Ego decipiã illum. Cui loquutus eſt Dñs, In quo?

22 Et ille ait,Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarũ eius. Et dixit Dominus, Decipies, & præualebis:egredere,& fac ita.

D

23 Nũc igitur ecce dedit Dominus ſpiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorũ, qui hic ſunt, & Dominus loquutus eſt cõtra te malum.

24 Acceſſit autem Sedecias filius Chanaana,& percuſſit Michæã in maxillam,& dixit,Méne ergo dimiſit Spiritus Domini,& loquutus eſt tibi?

25 Et ait Michæas,Viſurus es in dia illa quando ingrediêris in cubiculũ intra cubiculum,vt abſcondaris.

26 Et ait Rex Iſrael, Tollite Michæã, & maneat apud Amon principem ciuitatis,& apud Ioas filium Amélech,

27 Et dicite eis,Hæc dicit Rex,Mittite virum iſtum in carcerem,& ſuſtẽtate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ,donec reuertar in pace.

28 Dixitque Michæas,Si reuerſus fueris in pace,nõ eſt loquutus in me Dominus.Et ait,Audite populi omnes.

29 Aſcendit itaque Rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad.

30 Dixit itaq; Rex Iſrael ad Ioſaphat, Sume arma,& ingredere prælium, & induere veſtibus tuis.Porrò Rex Iſrael mutauit habitũ ſuum, & ingreſſus eſt bellum.

31 Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum trigintaduobus, dicens , Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, niſi contra Regem Iſrael ſolum.

E

32 Quum ergo vidiſſẽt principes curruum Ioſaphat , ſuſpicati ſunt quòd ipſe eſſet Rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eum : & exclamauit Ioſaphat.

33 Intellexerúntque principes curruũ quòd non eſſet Rex Iſrael,& ceſſauerunt ab eo.

34 Vir autẽ quidã tetendit arcũ,in incertũ ſagittã dirigẽs,& caſu percuſſit Regẽ Iſrael inter pulmonẽ & ſtomachum : at ille dixit aurigæ ſuo, Verte manum tuã , & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum.

35 Cõmiſſũ eſt ergo præliũ in die illa, & Rex ſtabat in curru ſuo cõtra Syros , & mortuus eſt veſpere : fluebat autẽ ſanguis plagæ in ſinum currus.

---

20 Decipiet יפתה imponet.Alii,perſuadebit.Sic verſu ſequenti. Iſte ſic, זה בכה .i.vnus in hunc modum.Gallicè,*l'ung diſoit d'ung,l'autre diſoit d'autre.*Vel,*l'un diſoit ainſi,& l'autre ainſi.* 21 Spiritus, הרוח ſub.malignus,vel mendax de loco ſuo. In quo? במה: Qua in re?Qua ratione? 24 Quando אי זה Chaldæus paraphr. Qua hora.Alii,quà,ſiue per quem locum.2 Paral.18.c.23,ſcribitur,per quam viã.

25 Videbis,&c. רואה וגו' .i.ſcies quum ingredieris,præ metu ſcilicet de cubiculo in cubiculum interius,ſiue intimum.hoc eſt,quum non inuenies locũ in quo ſecurus deliteſcas.Præſ.Heb.pro fut. 26 Et reducito eum והשיבהו ſub.in vrbẽ.Alii aiunt eũ fuiſſe antea in carcere.

27 Ponite,&c. שימו וגו' .i.recludite iſtum in carcere. Et cibate eum pane arcto, והאכלוהו לחם לחץ & nutrite eum pane tribulationis,[afflictionis.oppreſſionis]& aqua anguſtiæ,ſiue afflictionis.i.exiguo pane,& exigua aqua.Chaldæus paraph.pane qui erit in afflictione.hoc eſt,non ad ſaturitatem,ſed ad neceſſitatem tantùm,& aqua cõſimili. 28 Præterea dixit,&c. ויאמר שמעו וגו' .i.vocauit populum in teſtem,Audite omnes quæ dico:vt quum quæ prædixi,euenerint,intelligatis me dixiſſe inſpiratione Diuina.

30 Mutabo meipſum,& ingred. התחפש ובוא .i.mutato habitu ingrediar.Quod mox ſequitur,Indue te veſtimentis tuis, ſatis indicat quid hic velit per mutare ſe. 31 Ne pugnetis,&c. לא תלחמו וגו' .i. Nolite pugnare cum quoquam,ſed totum impetum conuertite in Regem Iſrael. 33 Ab eo. מאחריו: à tergo eius.vel,depoſt eum. 34 In ſimplicitate ſua, לתומו .i.citra intẽtionem animi,ac ſine vllo delectu,hoc eſt in incertum,citra propoſitum feriendi Regem. Inter iuncturas & loricam: בין הדבקים ובין השרין inter annulos quibus cõſtabat lorica.q.d.forte fortuna allapſa eſt ſagitta in foramẽ quod erat inter annulos.Vel,inter cõmiſſuram quandã,hoc eſt inter laminas quæ dependent à ſolida lorica qua totum corpus munitur.Doctioribus magis probatur iſta interpretatio.Gallicè,*entre les ioincts des cuiſſons*.Quidam Hebræorum exponit,inter commiſſuram ſquamarum & loricam. Verte manum tuam, הפוך ידך .i.flecte habenas. Vulneratus ſum. החליתי: Ad verbnm,ægrotare factus ſum.i.dolore aut morbo correptus ſum:vel potius, dolet mihi vulnus quod accepi. Non diſſimulat ſe accepiſſe vulnus. 35 Incaluerat autem,&c. ותעלה המלחמה .i.Acre autem prælium commiſſum fuerat eo die quo vulnus accepit Achab, & ipſe conſtantiſſimè pugnabat contra Syros.Gallicè,*Il eſtoit renforcé.* Veſperi בערב in veſpera.i.ſub veſperam,circiter occaſum ſolis.

In ſinum אל חיק Vocat ſinum quicquid aliquid capit.Chaldæus paraph.intra currum.

Et præco inſonuit in vniuerſo exercitu antequam ſol occumberet, dicẽs, Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem ſuam, & in terram ſuam. 36

Mortuus eſt autem Rex, & perlatus eſt in Samariam: ſepelierúntque Regem in Samaria. 37

Et lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinẽ eius, & habenas lauerunt, iuxta verbũ Domini quod loquutus fuerat. 38

F Supra 21.c.21.

Reliqua autem ſermonum Achab, & vniuerſa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarúmque vrbiũ quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? 39

Dormiuit ergo Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. 40

Ioſaphat verò filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam anno quarto Achab Regis Iſrael. 41

Trigintaquinque annorũ erat quũ regnare cœpiſſet, & vigintiquinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Azuba filia Salai. 42

Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea: feciteque quod rectũ erat in cõſpectu Dñi. 43

Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. 44

Pacémque habuit Ioſaphat cum Rege Iſrael. 45

Reliqua autem verborũ Ioſaphat, & opera eius quæ geſſit, & prælia, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda? 46

G Sed & reliquias effœminatorum, qui remanſerant in diebus Aſa patris eius, abſtulit de terra. 47

Nec erat tunc Rex conſtitutus in Edom. 48

Rex verò Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quæ nauigarẽt in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ ſunt in Aſion-gáber. 49

Tunc ait Ochozias filius Achab ad Ioſaphat, Vadant ſerui mei cũ ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat. 50

Dormiuitque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. 51

C

Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria, anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda, regnauitque ſuper Iſrael duobus annis. 52

Et fecit malum in conſpectu Domini, & ambulauit in via patris ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 53

Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. 54

---

36 Et tranſiuit ʹvox præconis per caſtra quũ occubuit ſol, dicendo, quiſque *reuertatur* in vrbem ſuam, & quiſque in terram ſuam.

37 Mortuus eſt inquam Rex, & deportatus in שSomerón, ſepelierúntque Regem in שSomerón.

38 ʹ*Quidam* autem lauit currũ in piſcina שSomerón, & linxerunt canesʺſanguinem eius, & arma lauerũt, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat.

39 Reliquum autem verborum Aחháb, & quæcunque fecit, domus quoque eburnea quam ædificauit, & omnes vrbes quas ædificauit, nónne ſcripta ſunt ĩ libro verborũ dierũ Regũ Iשſraאelis?

40 Dormiuit itaque Aחháb cum patribus ſuis, & regnauit Aחhaziáhu filius eius pro eo.

41 Porrò Iehoשſaphát filius Aסſá regnauit ſuper Iehudáh anno quarto Aחháb Regis Iשſraאelis.

Ochozias Rex Iſrael.

42 Iehoשſaphát verò trigintaquinque annorum erat quando regnare cœpit, & vigintiquinque annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius erat עAzubáh filia שSilחhi.

Ioſaphat pius.

43 Ambulauit autem in omni via Aסſá patris ſui, nec declinauit ab ea, faciendo quod rectum erat in oculis Iehouæ.

44 Veruntamen excelſa ʺnon remouerunt, adhuc populo immolante & ſuffiente in *illis* excelſis.

45 Pacem quoque fecit Iehoשſaphát cum Rege Iשſraאelis.

46 Reliquum autem verborum Iehoשſaphát, ʹ& robur eius quod fecit, & quo pugnauit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

47 Et reliqua ſcorta maſcula quæ remanſerant in diebus Aסſá patris ſui, ʹexpulit è terra.

48 Porròʹ Rex nullus erat in אEdóm, præfectus erat Rex.

49 Iehoשſaphátʹ fecit naues Tharשſíשs, vt irẽt in אOphir ʺpro auro, & non iuerunt, quia confractæ ſunt naues in אEצión gáber.

Ioſaphat mittit in Ophir pro auro.

50 Tunc dixit Aחhaziáhu filius Aחháb ad Iehoשſaphát, Vadãt ſerui mei cum ſeruis tuisʺin nauibus. Et noluit Iehoשſaphát.

51 Dormiuítque Iehoשſaphát cum patribus ſuis, ſepultúſq; eſt cũ patribus ſuis in Ciuitate Dauidis patris ſui, & regnauit Iehorám filius eius pro eo.

Ioſaphat moritur.

Succedit Ioram.

52 Aחhaziáhu filius Aחháb cœpit regnare ſuper Iשſraאelẽ in שSomerón anno decimoſeptimo Iehoשſaphát regis Iehudáh, & regnauit ſuper Iשſraאelem duobus annis.

Ochozias impius.

53 Fecítque malum in oculis Iehouæ, ambulauítque in via patris ſui, & in via matris ſuæ, atque in via Iarobעám filii Nebát, qui peccare fecit Iשſraאelem.

54 Seruiuítque Báעal, & adorauit illum, atque ad iracundiam prouocauit Iehouam Deum Iשſraאelis, ʹiuxta omnia quæ fecerat pater eius.

---

36 Vox præconis תרנה Ad verbũ, clamor. i. proclamatũ fuit voce præconis in caſtris. 37 Et deportatus ויבוא Ad verbũ, & venit. 38 *Quidam* autem lauit וישטף Ad verbum, Et lauit. ſub. auriga. Sanguinem eius, את־דמו vnà ſcilicet cum aqua. nam aquæ permiſtũ ſanguinem lambebant canes qui veniebant bibitum in piſcina. 44 Non remouerunt, לא־סרו Ad verbum, non receſſerunt. i. non fuerunt ſublata. q. d. non ſuſtulit. 46 Et robur eius quod fecit, & quo pugnauit, וגבורתו אשר עשה ואשר נלחם .i. fortiora facta eius, & prælia quæ ſtrenuè fecit & præliatus eſt. 47 Expulit è terra. בער מן־הארץ: eiecit è patria. ſiue regione, ſub. ſua.

48 Rex nullus, &c. ומלך אין וגו׳ q. d. Tempore huius Idumæa erat ſubiecta Regibus Iuda: tantũ is præerat illis quem præficiebat Rex Iuda, erátque prorex, ſiue vicarius Regis Iuda. 49 Fecit naues Tharשſiשs, עשה אניות תרשיש Parauerat claſſem. i. naues tales qualibus vti ſolent in mari illo magno. Chaldæus paraphr. Africanas. i. quæ irent in Africã. hoc eſt tales quales erant quibus vehi ſolebant Iudæi in Africã. Pro auro, לזהב ſub. illinc aſportando. 50 In nauibus. באניות .i. vnà cum claſſe tua in Ophir.

54 Iuxta omnia quæ fecerat ככל אשר־עשה prorſus vt fecerat.

Secundus Regum liber, vulgò Quartus Regum, Hebraicè מלכים ב

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Defectio Moabitarum & lapſus Ochoziæ cœnaculo, pœnæ ſunt idololatriæ eius.

ʹDefecit Autem Moáb ab Iשraאele, mortuo Aחháb. 1

Decidit verò Aחhaziáh ʹper cancellos ʹin cœnaculũ ſuum quod erat in שSomerón, atque ægrotauit: tum miſit nuntios quibus dixit, Ite, conſulite ʹBáyal zebúb deum yEcrón, ʹſi viuam de infirmitate hac. 2

Eliam admonẽt vt Deũ Iſrael conſulat, quærit vt interficiat.

Angelus autem Iehouæ loquutus eſt ad אEliiáh Thiשbiten, Surge, aſcende in occurſum nuntiorum Regis שSomerón, & loquere ad eos, ʹNónne quia non eſt Deus in Iשraאele, proficiſcimini vt conſulatis Báyal zebúb deum yEcrón? 3

Idcirco ſic dicit Iehouáh, De lecto ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed moriendo morieris. *ſimúl*que abiit אEliiáh. 4

Quúmque reuerſi eſſent nuntii ad eum, dixit ad eos, Quamobrem reuerſi eſtis? 5

Reſponderunt ei, Vir *quidam* aſcendit in occurſum noſtrum, dixítque nobis, Ite, reuertimini ad Regem qui miſit vos, & dicite ei, Sic dixit Iehouáh, Nónne quia nõ eſt Deus in Iשraאele, tu mittis cõſulturus Báyal zebúb deum yEcron? idcirco de lecto ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed moriendo morieris. 6

Veſtitus Eliæ.

Dixit autem ad eos, ʹQualis forma eſt viri qui aſcendit in occurſum veſtrum, & loquutus eſt vobis ſermones iſtos? 7

Et reſponderunt ei, ʹVir piloſus, & cingulo pelliceo accinctus renes ſuos. Tum ait, Eliiáh Thiשbites eſt. 8

Quinquagenarii ad Eliã miſſi cõſumuntur igne.

ʹMiſítq; ad eum, principẽ quinquagenarium, ʹ& quinquaginta eius: qui aſcendens ad eum (ecce autẽ ſedebat in vertice montis) dixit illi, ʹVir Dei, Rex dixit, deſcende. 9

Reſpondens Eliiáhu dixit principi quinquagenario, ʹEt ſi vir Dei ſũ, deſcendat ignis è cælo, & conſumat te atq; quinquaginta tuos. Tũ deſcẽdit ignis è cælo, & cõſũpſit eũ & quinquaginta ei⁹. 10

ʹRurſum autem miſit ad eum, principem quinquagenarium alium, & quinquaginta eius. ʹqui loquutus eſt, & dixit ei, Vir Dei ſic dixit Rex, Feſtina, & deſcende. 11

Et reſpõdit אEliiáh, dixítque eis, Si vir Dei ſum, deſcẽdat ignis è cælo, & conſumat te, atque quinquaginta tuos. Tum deſcendit ʹignis Dei è cælo, & conſumpſit eum atque quinquaginta eius. 12

VETVS

Cap. I.

1 PRæuaricatus eſt autem Moab in Iſrael, poſtquã mortu⁹ eſt Achab.

2 Ceciditque Ochozias per cãcellos cœnaculi ſui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: miſitque nuntios, dicens ad eos, Ite, conſulite Beel zebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac.

3 Angelus autẽ Domini loquutus eſt ad Eliam Theſbiten, dicens, Surge, & aſcende in occurſum nuntiorũ Regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid nõ eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad cõſulendum Beel zebub deum Accaron?

4 Quamobrem hæc dicit Dominus, De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, nõ deſcendes, ſed morte morieris. Et abiit Elias. B

5 Reuerſique ſunt nuntii ad Ochoziã: qui dixit eis, Quare reuerſi eſtis?

6 At illi reſponderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad Regem qui miſit vos, & dicetis ei, Hæc dixit Dominus, Nunquid quia non erat Deus in Iſrael, mittis vt conſulatur Beelzebub deus Accarõ? Idcirco de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti nõ deſcendes, ſed morte morieris.

7 Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus eſt vir ille qui occurrit vobis, & loquutus eſt verba hæc?

8 At illi dixerunt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Theſbites eſt.

9 Miſitque ad eum, quinquagenariũ principẽ, & quinquaginta q erãt ſub eo: qui aſcẽdit ad eũ: ſedẽtique in verticẽ mõtis, ait, Homo Dei, Rex præcepit vt deſcẽdas.

10 Reſpõdenſq; Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei ego ſum, deſcẽdat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cęlo, & deuorauit eũ & quinquaginta qui erant cum eo. C

11 Rurſúmque miſit ad eum, principem quinquegenarium alterum, & quinquaginta cum eo: qui loquutus eſt illi, Homo Dei, hæc dixit Rex, Feſtina, deſcende.

12 Reſpondens Elias ait, Si homo Dei ego ſum, deſtẽdat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis Dei de cælo, & deuorauit illũ, & quinquaginta eius.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Defecit autem Moab ויפשע מואב .i. deſierunt Moabitæ pendere tributum Regibus Iſrael, mortuo Achab. Pœnas ſuæ idololatriæ dat Ochozias duobus modis. nam ab eo defecerũt Moabitæ: & quum deambularet in tecto, decidit in cœnaculum per feneſtrã per quã immittebatur lumen in cœnaculum. 2 Per cancellos בעד השבכה quibus ſcilicet immittebatur lumen in cubiculum regium. Feneſtram intelligit quæ obſtructa erat lignis cancellatim & tranſuerſim intertextis. In cœnaculum ſuum, בעליתו Cœnaculum vocant tabulatum ſuperius. Sic autem Hebraicè dicitur, quòd ad illud aſcendatur. Bayal zebúb בבעל זבוב Significat dominum muſcæ: deus credebatur ab Accaronitis qui amoliretur lethales & pernicioſiſſimas muſcas quæ incolas agri Accaronitici infeſtabant. Ita doctiores. Alii rationem nominis ſumunt à copia muſcarum quam hoſtiarum copioſiſſimus ſanguis gignebat. Si viuam אם אחיה an conualeſcam. i. moriturus ſim, nécne.

3 Nónne quia non eſt, &c. המבלי אין אלהים Ad verbum, Nónne ob non eſſe Deũ in Iſraele, &c. i. nónne propterea quòd nullus opinione veſtra ſit Deus in Iſraele. ſiue, eo quòd Rex veſter non putat vllum eſſe Deum in Iſraele, &c.

7 Qualis forma מה משפט Ad verbum, Quale iudicium. i. cuius figuræ & habitus? vel, qualis eſt?

8 Vir piloſus, איש בעל שער Ad verbum, Vir patronus [aut, dominus] pili. i. homo piloſus & hirſutus. Chaldæus paraph. vno verbo dixit, piloſus. 9 Miſitq; ad eũ וישלח אליו ſub. comprehendendum, & adducendum ad ſe. Et quinquaginta eius: וחמשיו .i. quinquaginta viros qui erant ſub eo, ſiue quibus præerat. Vir Dei, &c. איש האלהים וגו׳ Hæc videntur dici per ironiam. q. d. qui te iactas eſſe virum Diuinum, Rex iubet vt deſcendas. 10 Et ſi vir Dei ſum, ואם איש אלהים אני vt ſcilicet reuera ſum: quanquam Virum Dei me irridendo appelles. q. d. non putas me eſſe virum Dei verúmque Prophetam, ſed Deus comprobabit igne de cælo demiſſo.

11 Rurſum autẽ miſit וישב וישלח Ad verbũ, Et reuerſus eſt Rex, & miſit. Qui loquutus eſt, ויען Ad verbũ, & reſpõdit. Reſpõdere, pro loqui, frequẽs in Scripturis. Sic 1. Reg. 13. b. 6. 12 Ignis Dei è cælo אש אלהים מן השמים Ignẽ Dei è cælo, vocat ignẽ miſſũ à Deo è cælo.

Iterum miſit principẽ quinquagenarium tertium,& quinquaginta qui erant cum eo.qui quũ veniſſet, curuauit genua cõtra Eliam,& precatus eſt eum,& ait,Homo Dei,noli deſpicere animam meam & animas ſeruorum tuorum qui mecum ſunt.

13 ′Iterum verò miſit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta eius. aſcendit ergo,& venit princeps ille quinquagenarius tertius, atque incuruauit ſe ſuper genua ſua coram אEliiáhu, & rogauit eum, dixítque illi, Vir Dei, ′pretioſa ſit quæſo anima mea & anima ſeruorum tuorum iſtorum quinquaginta,in oculis tuis.

D Ecce deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos,& quinquagenos qui cũ eis erant:ſed nunc obſecro vt miſerearis animæ meæ.

14 Ecce deſcendit ignis è cælo,& cõſumpſit duos principes quinquagenarios priores,& quinquaginta eorum:nunc ergo pretioſa ſit anima mea in oculis tuis.

Loquutus eſt autẽ Angelus Domini ad Eliam,dicens, Deſcẽde cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & deſcendit cum eo ad Regem.

15 Loquutus eſt autem Angelus Iehouæ ad אEliiáhu, Deſcende cum eo,′ne timeas à facie eius. Qui conſurgens,deſcendit cum eo ad Regem.

Et loquutus eſt ei,Hæc dicit Dominus,Quia miſiſti nuntios ad conſulẽdum Beel-zebub deum Accaron, quaſi nõ eſſet Deus in Iſrael,à quo poſſes interrogare ſermonem, ideo de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes,ſed morte morieris.

Elias increpat Ochoziam.

16 Loquutúſq; eſt ad eum, Sic dixit Iehouáh, Propterea quòd miſiſti nuntios ad conſulendum Bayal-zebúb deum yEcrón,(′& quidem quòd non eſſet Deus in Iשraאéle vt cõſuleres verbum eius) idcirco *inquam* de lecto ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed moriendo morieris.

Mortuus eſt autẽ iuxta ſermonem Domini quem loquutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecũdo Ioram filii Ioſaphat regis Iudææ: non enim habebat filium.

Moritur Ochozias.

17 Mortuus eſt itaque′iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat אEliiáhu:& regnauit Iehorám pro eo,anno ſecundo′Iehorám filii Iehoשſaphát Regis Iehudáh,quia non fuerat ei filius.

Reliqua autem verborũ Ochoziæ quæ operatus eſt, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Cap.II.

Succedit Ioram frater eius.

18 Reliquum autem verborum Aחhaziáh quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשraאél? Cap.II.

FActum eſt autem, quũ leuare vellet Dominus Eliam per turbinẽ in cælũ,ibat Elias & Eliſæꝰ de Galgalis.

Eliſæus Eliæ indiuiduus comes

1 ET fuit, quum ſublaturus eſſet Iehouáh אEliiáhu per turbinem in cælum,abiit אEliiáhu & אEliשſáy de Gilgál.

Dixitque Elias ad Eliſæum, Sede hic,quia Dominus miſit me vſque in Beth-el. Cui ait Eliſæus,Viuit Dominus, & viuit anima tua,quia non derelinquam te. Quúmque deſcendiſſẽt Beth-el,

Quæ loca adierit Elias priuſquam vento illò vehementiſſimo raperetur in cælum.

2 Tum dixit אEliiáhu ad אEliשſáy,′Sede obſecro hîc,quia Iehouáh miſit me vſque in Beth-אél. Dixit verò אEliשſáy, Viuit Iehouáh,& viuit anima tua, non derelinquam te. Deſcẽderunt itaque in Beth-אél.

Egreſſi ſunt filii Prophetarum qui erant in Beth-el, ad Eliſæum,& dixerunt ei,Nunquid noſti quia hodie Dominus tollet dominũ tuum à te? Qui reſpondit,Et ego noui,ſilete.

3 Tunc egreſſi ſunt′filii Prophetarũ qui erãt in Beth-אél,ad אEliשſáy,atque dixerunt,Annon noſti quòd hodie Iehouáh tollit dominum tuum′à capite tuo? Et ait,′Etiam ego noui,tacete.

Dixit autem Elias ad Eliſæũ, Sede hic, quia Dominus miſit me in Iericho. Et ille ait,Viuit Dominus, & viuit anima tua,quia non derelinquam te. Quúmque veniſſent Iericho,

4 Dixit ei rurſus אEliiáhu,אEliשſáy ſede obſecro hîc,quia Iehouáh miſit me in Ieriחhó. Qui reſpondit,Viuit Iehouáh,& viuit anima tua,ſi dereliquero te. Venerunt itaque in Ieriחhó.

Acceſſerunt filii Prophetarum qui erant in Iericho,ad Eliſæum,& dixerunt ei, Nũquid noſti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait,Et ego noui,ſilete.

5 Et acceſſerunt filii Prophetarũ qui erant in Ieriחhó ad אEliשſáy, dixerúntque illi, Annon noſti quòd hodie Iehouáh tollit dominum tuum à capite tuo? Et ait,Etiam ego noui,tacete.

B Dixit autem ei Elias,Sede hic,quia Dominus miſit me vſque ad Iordanem. Qui ait, Viuit Dominus,& viuit anima tua, quia nõ derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter.

6 Dixit præterea illi אEliiáhu,Sede obſecro hîc,quia Iehouáh miſit me ad Iardén. Qui reſpõdit,Viuit Iehouáh,& viuit anima tua, ſi dereliquero te. Abierunt igitur ambo.

Et quinquaginta viri de filiis Prophetarũ ſequuti ſunt eos,qui & ſteterunt econtra ongè: illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem.

7 Quinquaginta autem viri de filiis Prophetarum′iuerũt, ſteterúntque′eregione álonge:duo autem illi ſubſtiterũt iuxta Iardén.

13 Iterum verò miſit וישב וישלח Ad verbũ,Et reuerſus eſt,& miſit.ſicut paulo antè verſu 11. Pretioſa ſit quæſo תיקר Solemus parcere rei charæ. q.d.ne deſpicias vitam meam & ſeruorum tuorum. parce vitæ meæ & meorũ: ne perdas me, & milites qui mecum ſunt. Pſal.116.b.15, Pretioſa in conſpectu Iehouæ mors ſanctorum eius.i.Deus magnificat ſuorum mortem.

15 Ne timeas à facie eius. אל־תירא מפניו ne formides ab eo. Timebat, quia Regi aduerſa prædixerat: præterea Iezabel mater Regis ſummo eum odio proſequebatur. 16 Et quidem quòd,&c. המבלי אין־אלהים Ad verbum,nónne quia non eſt,&c.vt ſuprà verſu 3.

17 Iuxta verbum Iehouæ,&c. כדבר יהוה וגו׳ .i.quemadmodum prædixerat Iehoua per Eliam. Iehoram filii Iehoשſaphat, ליהורם בן־יהושפט Ioram filius Ioſaphat cœpit regnare cum patre ſuo,anno decimoſeptimo regni eius,quo etiam anno regnare cœpit Ochozias. Hic Ochozias regnauit duobus annis perfectis:pars decimiſeptimi pro anno,& pars decimioctaui pro altero anno. Quòd per annũ ſecundũ hìc intelligere debeamus annum decimumoctauum regni Ioſaphat, docet initium tertii capitis ſequentis,Ioſaphat vigintiquinque annis regnauit. Anno decimooctauo Ioſaphat regnare cœpit Ioram filius eius,ergo octo annis & ſuprà,id eſt nouem,ſynecdochicω̃s,regnauit cum patre.

IN CAPVT II.

2 Sede obſecro שב־נא Mane quæſo. 3 Filii Prophetarũ בני־הנבאים Diſcipulos Prophetarũ vocat eorũ filios,vt infrà verſu 12:vt patres pro magiſtris aliquando accipiuntur. A capite tuo? מעל ראשך Ad verbum,deſuper caput tuum?.i.à te,vel tibi. Pars pro toto. Gallicè, *d'auec toy?* Aut doctor eſt velut corona & ornamentum. Ergo Capite tuo,id eſt dominum tuum qui tibi non aliter ornamento eſt atque corona capiti. Etiam ego noui, גם־אני ידעתי Ego quoque noui.q.d.Dominus mihi reuelauit.

7 Iuerunt, הלכו .i.proſequuti ſunt abeuntes,vt viderent finem. Eregione מנגד exaduerſo.

Elias diuidit quas pallio.

Tulítq; אEliiáhu palliũ ſuum,ʹ& conuoluit,ac percuſſit aquas, & diuiſerunt ſe huc & illuc:tunc tranſierunt amboʹper ſiccum. 8

Duas partes gratiæ Eliæ petit Eliſæus,nõ totam aut maiorem.

ʹQuũ autẽ tranſiſſent,אEliiáhu dixit ad אEliשſáy,Poſtulaʹquod faciam tibi antequam tollar à te.Et ait אEliשſáy,ſit obſecroʹmẽſura duorum ſpiritus tui ſuper me. 9

Ille ait,ʹRem difficilem poſtulaſti: ſi videris meʹquum tollar à te,ʹerit tibi ſic:ſinautem,non erit. 10

Rapitur in cælum Elias.

Fuit itaque,ʹipſis euntibus,eundo ac colloquendo, ecce currus igneus atque equi ignei diuiſerunt vtrunque,& aſcendit אEliiáhu per turbinem in cælum. 11

אEliשſáy autem videns *id*,clamabat,ʹPater mi,pater mi,ʹcurrus Iשſraאelis & equites eius.Et non vidit eum amplius: poſthæc apprehendit veſtimenta ſua,& ſcidit ea in duasʹſciſſiones. 12

Eliſæus pallio Eliæ diuidit aquas.

Suſtulítque pallium אEliiáhu quod ceciderat ab eo,ac reuerſus eſt,& ſtetit iuxta ripam Iardén. 13

Accepítque pallium אEliiáhu quod ceciderat ab eo,& percuſſit aquas,dixítque,ʹVbi eſt Iehouáh Deus אEliiáhu, etiã ipſe? Et percuſſit aquas,& diuiſerunt ſeſe huc & illuc:& tranſiuit אEliשſáy. 14

Videntes autem eum filii Prophetarum qui erant in Ierinhó e regione,dixerunt,ʹRequieuit ſpiritus אEliiáhu ſuper אEliשſáy.& venerunt in occurſum eius,inclinauerúntque ſe ei in terram. 15

Atque dixerunt ei,Ecce nunc ſunt cum ſeruis tuis quinquaginta viri robuſti:eant quæſo,& requirant dominum tuum:ne fortè tulerit eum Spiritus Iehouæ, ʹ& proiecerit eum in vnum è montibus,aut in vnam è vallibus.Qui ait,Ne mittatis. 16

Quæſitus Elias non inuenitur.

Et coegerunt eumʹvſqueadeo vt tardauerit:tandem dixit,Mittite.& miſerunt quinquaginta viros, quæſierúntque tribus diebus,& non inuenerunt eum. 17

Quúmque reuerſi eſſent ad eum:(ipſe autem habitabat in Ierinhó)dixit ad illos,An non dixeram vobis,Ne eatis? 18

Aquæ mortiferæ, immiſſo per Eliſæũ ſale,ſalubres redduntur.

Porrò viri ciuitatis dixerunt ad אEliשſáy, Ecce nuncʹhabitatio ciuitatis bona *eſt*, vt domine mi vides: at aquæ ʹmalæ *ſunt*,ʹ& terra *habitatores* orbat. 19

Tum dixit, Afferte mihi phialam nouam,& ponite in ea ſal.Et attulerunt ei. 20

Egreſſus autem ʹad exitum aquarum, coniecit illuc ſal, ac di- 21

8 Tulitque Elias pallium ſuum,& inuoluit illud,& percuſſit aquas,quæ diuiſæ ſunt in vtranque partẽ: & tranſierunt ambo per ſiccum.

9 Quúmque trãſiſſent, Elias dixit ad Eliſæum, Poſtula quod vis vt faciam tibi,antequam tollar à te.Dixitque Eliſæus, Obſecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus.

10 Qui reſpondit, Rem difficilem poſtulaſti:attamen ſi videris me,quãdo tollar à te,erit tibi quod petiſti:ſi autẽ non videris,non erit.

11 Quúmque pergerent, & incedẽtes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque: ‖& aſcendit Elias per turbinem in cælũ. Ecli.48.b.11. 1.mach.2.f.58

12 Eliſæus autẽ videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius.Et nõ vidit eum amplius: apprehenditque veſtimẽta ſua, & ſcidit illa in duas partes. C

13 Et leuauit pallium Eliæ quod ceciderat ei: reuerſúſque ſtetit ſuper ripã Iordanis:

14 Et pallio Eliæ quod ceciderat ei,percuſſit aquas, & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ etiam nũc?percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt huc atque illuc: & tranſiit Eliſæus.

15 Videntes autem eum filii Prophetarum qui erant in Iericho econtra, dixerunt,Requieuit Spiritus Eliæ ſuper Eliſæũ. & venientes in occurſum eius, adorauerũt eum proni in terrã,

16 Dixerũntque illi, Ecce, cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire,& quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium,aut in vnam vallium. Qui ait,Nolite mittere.

17 Coegerũntque eum donec acquieſceret,& diceret,Mittite. & miſerũt quinquaginta viros : qui quũ quæſiſſent tribus diebus,non inuenerunt.

18 Et reuerſi ſunt ad eum:at ille habitabat in Iericho,& dixit eis, Nũquid non dixi vobis,Nolite ire?

19 Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliſæum,Ecce.habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tuipſe domine perſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. D

20 At ille ait,Afferte mihi vas nouum & mittite in illud ſal.Quod quum attuliſſent,

21 Egreſſus ad fontem aquarum,miſit in illũ ſal,& ait,Hæc dicit Dominus,

---

8 Et conuoluit, ויגלום & complicauit. Per ſiccum. בחרבה: ſub.vadum.

9 Quum autem tranſiſſent ויהי כעברם Ad verbũ,Et fuit,quum tranſirent. Quod faciam tibi, מה אעשה לך quid *uelis ut* faciam tibi Menſura duorum ſpiritus tui ſuper me. פי־שנים ברוחך אלי: portio duorum ſpiritus tui in me.ב pro מן.hoc eſt,da vt duæ partes tui ſpiritus diuiſi in tres partes, id eſt gratiæ quam Deus tibi contulit,ſint in me. Noluit petere tantam ſibi fieri gratiam,quantam magiſtro.q.d.noli me efficere tantum quantus es,ſed ſolùm da mihi duas partes tui ſpiritus. 10 Rem difficilẽ poſtulaſti: הקשית לשאול Rem arduã poſtulas.Ad verbũ,Difficilis fuiſti in petendo. Quũ tollar à te, לוקח מאתך .i.abeuntẽ. Erit tibi ſic, יהי־לך כן .i.fiet tibi vt petis:hoc eſt,hoc ſigno deprehendes,quod petis,tibi datũ eſſe à Deo. 11 Ipſis euntibus eũdo,&c. המה הולכים הלוך וגו׳ Quidã ſic vertunt,Quũ autẽ vlterius[lõgius]inter fabulandũ progreſſi eſſent,apparuit currus igneus, & equi ignei,& ſeparauerũt illos duos,& aſcẽdit Elias in turbinein cælũ. Chaldæus paraph.plurali numero dixit,currus ignei & equi ignei.Et Separauerũt illos duos,id eſt ſteterũt in eo interuallo quod erat inter eos duos,& corripuit Eliam turbo immiſſus cælitus. Quòd ait In cælũ,ſignificat in aerẽ.Quidã enim dicũt eum raptũ fuiſſe in cælũ:& veſtes eius,ac totũ corpus abſumpta fuiſſe in ſphæra illa ignea.In cælũ alii exponunt in aerem & locum aliquẽ tranquillitatis plenum, id eſt in ſinũ Abrahæ,qui in aere potius collocandus videtur,quàm in terra.Non autem raptus fuit in ipſum paradiſum:quia eò nondum apertus fuerat aditus à Chriſto, 1.Corinth. 15.c.20,Primitiæ dormientium Chriſtus.In locum cæleſtem aliquem raptus fuit,deſtinatũ olim ſpiritibus piis firma fide expectantibus Meſſiã, qui paradiſi aditum aperturus erat.Corpus etiam ipſum Eliæ raptum fuit,ſed immutatum,& incorruptibile redditum.

12 Pater mi,pater mi, אבי אבי .i.Magiſter mi,magiſter mi.Sic vocat præceptorem:eadem ratione qua ſuprà verſu tertio, diſcipulos vocauit filios. Currus Iשſraאelis,&c. רכב ישראל וגו׳ .i.qui plus iuuabas Iſraelem oratione quàm currus falcati & equites.Ita exponit Chaldæus paraph.& doctus inter Hebræos. **Sciſſiones.** קרעים: partes.fruſta. 14 Vbi eſt Iehouáh,&c. איה יהוה וגו׳ q.d.Cur non diuidũtur aquæ,quum eũdem Deum colam quem coluit Elias? Quidam vertunt,Vbi eſt Iehouah Deus Eliiáhu? Etiam ipſi.i.ipſi quoq; , hoc eſt in gratiam ipſius,ſub.factum miraculum.percuſſit enim[ſub.ſecundò]aquas,&c.

15 Requieuit Spiritus,&c. נחה רוח וגו׳ .i.afflatus eſt ſpiritu Eliæ Eliſæus:nam viderunt eum redeuntem per Iordanem pede ſicco.

16 Et proiecerit eum וישלכהו .i.dimiſerit eum in quodam monte,vel in quadam valle.

17 Vſqueadeo vt tardauerit:tandem dixit, עד־בוש ויאמר Ad verbum,donec tardauerit: & dixit.i.coegerunt eum tantiſper dum tardauit, ſiue cunctabatur,ſub.dicere ac permittere illis vt mitterent. 19 Habitatio ciuitatis bona *eſt*, מושב העיר טוב ſitus vrbis commodus eſt, vel elegans. Malæ רעים peſſimæ.noxiæ & inſalubres. Et terra orbat. והארץ משכלת: & terra[.i.regio]orbat.i.perimit,perdit,ſub.habitatores ſuos.q.d.hic pereunt ac citò intereunt incolæ. 21 Ad exitum אל־מוצא .i.ad ſcaturiginem,vel fontem.

Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque ſterilitas.

Sanatæ ſunt ergo aquæ vſque in diem hāc, iuxta verbum Eliſæi quod loquutus eſt. 22

Aſcendit autē inde in Beth-el: quúmque aſcenderet per viam, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebāt ei, dicentes, Aſcende calue, aſcēde calue. 23

Qui quum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. 24

Abiit autem inde in montē Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam. 25

Cap. III.

IOram verò filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Samaria anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ: regnauitque duodecim annis. 1

Et fecit malū coram Domino, ſed non ſicut pater ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal quas fecerat pater eius. 2

Veruntamē in peccatis Ieroboam filii Nabat qui peccare fecit Iſrael, adhæſit, nec receſſit ab eis. 3

Porrò Meſa rex Moab nutriebat pecora multa, & ſoluebat Regi Iſrael centum millia agnorum & cētum millia arietum cum velleribus ſuis. 4

Quúmque mortuus fuiſſet Achab, prꝗuaricatus eſt fœdus quod habebat cum Rege Iſrael: 5

Egreſſus eſt igitur Rex Iorā in die illa de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſrael: 6

Miſitque ad Ioſaphat regem Iuda, dicens, Rex Moab receſſit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui reſpondit, Aſcendam: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, popul⁹ tuus: & equi mei, equi tui. 7

Dixitq́;, Per quā viam aſcēdemus? At ille reſpōdit, Per deſertū Idumꝗę. 8

B

Perrexerunt igitur Rex Iſrael, & Rex Iuda, & Rex Edom, & circuierunt per viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui, & iumentis quæ ſequebantur eos. 9

Dixitque Rex Iſrael, Heu congregauit nos Dominus tres Reges, vt traderet in manu Moab. 10

Et ait Ioſaphat, Eſtne hic Propheta Domini, vt deprecemur Dominū per eum? Et reſpōdit vnus de ſeruis Regis Iſrael, Eſt hic Eliſæus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. 11

xit, Sic dixit Iehouáh, ″Sanaui aquas iſtas, non erit ″illinc vltrà mors, & *terra* ″orbans.

22 Et ſanatæ ſunt aquæ illæ vſque in diem hāc, iuxta verbum אEliשſáy quod loquutus fuerat.

23 Aſcendit præterea inde in Beth-אél: ipſo autem aſcendēte ″per viam, pueri parui egreſſi ſunt ex vrbe, qui illudebant ei, atque dicebant ei, Aſcende calue, aſcende calue.

24 Et reſpiciens poſt ſe, ac videns eos, maledixit eis in nomine Iehouæ, & egreſſæ duæ vrſæ è ſylua, lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.

25 Et abiit inde in montem Charmél, & inde reuerſus eſt in שSomerón.

Cap. III.

1 IEhorám autem filius Anháb regnare cœpit ſuper Iשſraאelem in שSomerón anno decimo octauo Iehoשſaphát regis Iehudáh: regnauítque duodecim annis.

2 Fecítque quod malum eſt in oculis Iehouæ: verùm non ſicut pater ſuus & ſicut mater ſua: nam abſtulit ſtatuas Báyal quas fecerat pater ſuus.

3 Veruntamen peccatis Iarobyám filii Nebát qui peccare fecit Iשſraאelem, adhæſit, nec receſſit ″ab eis.

4 Porrò Méשſay rex Moáb ″habebat greges: ″& reddebat Regi Iשſraאelis centum millia agnorum, & centum millia arietum cum lana.

5 Fuit autem, quū mortuus eſſet Anháb, ″defecit Rex Moáb à Rege Iשſraאelis.

6 Egreſſus eſt itaq; Rex Iehorám ″die illa de שSomerón, & recenſuit vniuerſum Iשſraאelem:

7 Atque abiit, miſítque ad Iehoשſaphát regem Iehudáh, ″qui dicerent, Rex Moáb defecit à me, veniéſne mecum contra Moáb ad bellum? Reſpondit, Aſcendam: ″ſicut ego, ſic tu: ſicut populus meus, ſic populus tuus: ſicut equi mei, ſic equi tui.

8 Et dixit, Quanā via aſcēdemus? Reſpondit, Via deſerti אEdóm.

9 Profectus eſt itaque Rex Iשſraאelis, & Rex Iehudáh, atque Rex אEdóm. ″quúmque circuiſſent per viam ſeptem diebus, ″defuit aqua caſtris, atque iumentis quæ *erant* ad pedes eorum.

10 Dixítque Rex Iשſraאelis, ″Ahah, vocauit enim Iehouáh tres Reges iſtos, vt traderet eos in manum Moáb.

11 Dixítque Iehoשſaphát, Eſtne hîc Propheta Iehouæ, ″vt cōſulamus Iehouam per eum? Reſpondit quidam è ſeruis Regis Iשſraאelis, & ait, Eſt hîc אEliשſáy filius שSaphát, ″qui fundebat aquam ſuper manus אEliíahu.

Pueri Eliſæum irridentes, lacerantur ab vrſis.

Ioram filius Achab, impius.

Meſa rex Moab tributarius Regi Iſrael.

Tribus Regibus, nēpe Iſrael, Iuda & Edō, pugnaturis cōtra Moab, deficiunt aquæ.

Eliſæus pluuiam eis prænuntiat, & de Moabitis victoriam.

Sanaui aq. iſtas, רפאתי למים Præt. Heb. pro præſ. Reddo ſalubritatem aquis iſtis. Vel, Volo has aquas reddi ſalubres. Illinc משם Id eſt ab illis aquis. non continget ab illis vltrà mors. hoc eſt, non erunt amplius noxiæ, ſiue lethales: neque vltrà hic locus orbabit habitatores ſuos. Orbans. ומשכלת: Quidam volunt eſſe nomen, & vertunt, propter has aquas non erit vltrà mors, aut interitus. ſiue internecio.

23 Per viam, בדרך qua ſcilicet ibatur in Beth-el.

IN CAPVT III.

3 Ab eis. ממנה: Ad verbum, ab eo. ſub. peccato. Vel, ab illa. ſub idololatria. Relatiuum ſing. cuius antecedens eſt plurale.

4 Habebat greges: היה נוקד Ad verbū, fuit paſtor. Chaldæus paraph. alebat multos greges. i. paſtor erat multorum gregum, ac diues erat pecoris. Paſtorem ſic vocant Hebræi, quòd in ea regione oues ferè ſint aſperſæ variis maculis. Et reddebat והשיב .i. pendebat tributum.

5 Defecit ויפשע Ad verbum, præuaricatus eſt. i. noluit vltrà pendere tributum ſolitum. Sic paulo pòſt verſu 6.

6 Die illa ביום ההוא tempore illo. nempe rebellionis. 7 Qui dicerent, לאמור Ad verbum, dicendo. Sicut ego, &c. כמוני כמוך Vide 1. Reg. 22. a. 4. 9 Quúmque circuiſſent ויסובו ſub. deſertum ipſum. Defuit aqua, &c. ולא היה וגו' & non fuit aqua caſtris [.i. exercitui] neque iumentis quæ *erant* ad pedes eorum. i. quæ ſecum ducebant, ſiue quæ eos ſequebantur.

10 Ahah, אהה Ohe. vox eſt admirantis & deſperantis. q. d. Hei mihi, res ita habet quòd inuitauit nos Deus, &c. i. videtur nos conuocaſſe ac excitaſſe vt, &c. Chaldæus paraph. Væ. 11 Vt conſulamus Ieh. ונדרשה את יהוה Ad verbum, & [pro vt] inquiramus *os* Iehouæ. .i. vt conſulamus Iehouam. Rex pius, & ab idolorum cultu alienus, confugit ad Deum in tribulatione. Qui fundebat aquam ſuper manus אשר יצק מים על ידי quum ſcilicet volebat eas abluere. i. qui inſeruiebat, &c.

12 Dixítque Iehoשſaphát, 'Eſt cum eo verbum Iehouæ. Deſcenderũt ergo ad eũ Rex Iשſraאél, & Iehoשſaphat, atque Rex אEdóm.

13 Et ait אEliשſáy ad Regem Iשſraאelis, ″Quid mihi & tibi? vade ad prophetas patris tui, & ad prophetas matris tuæ. Dixítque ei Rex Iשſraאelis, 'Nequaquam: 'quia conuocauit Iehouáh tres Reges iſtos, vt traderet eos in manum Moáb.

14 Dixit verò אEliשſáy, Viuit Iehouáh exercituum, in cuius cõſpectu'ſto, quòd″niſi faciem Iehoשſaphát regis Iehudáh ſuſciperem, non intuerer te, neque te aſpicerem.

Pſalte canente, prophetat Eliſæus.

15 Nunc ergo'tollite mihi pſaltem. Quúmque pſalleret pſaltes, ″fuit ſuper eum manus Iehouæ:

16 Et ait, Sic dixit Iehouáh, 'Fac *in* torrente iſto crebras foſſas:

17 Sic enim dixit Iehouáh, Non videbitis ventum *ullum*, neque videbitis pluuiam, & *tamen* torrens iſte implebitur aqua, vnde bibetis vos, & greges veſtri, & iumenta veſtra.

18 ″Leue autem *eſt* hoc in oculis Iehouæ: dabit quoque Moáb in manum veſtram:

19 Percutietíſque omnem vrbem munitam, & omnem vrbem electam, 'atque vniuerſas arbores bonas deiicietis, cunctóſque fontes aquarũ obthurabitis, & omnẽ″agrũ bonũ operietis lapidibus.

20 Fuit igitur mane, 'quãdo offertur ſacrificium, ecce aquæ veniebant è via אEdóm, & repleta eſt terra aquis.

Vincuntur Moabitæ.

21 Vniuerſus autem Moáb audiens quòd aſcendiſſent Reges ad pugnandum aduerſus eos, 'congregauerũt ſeſe, 'ab omni accingente ſe cingulo & ſuprà, ſteterúntque″in termino:

22 Et ſurrexerunt mane, quũ ſol ortus eſſet ſuper aquas: viderúntque Moabitæ eregione aquas illas ″rubras tanquam ſanguinem,

23 Ac dixerunt, Sanguis eſt: digladiando ″digladiati ſunt Reges, & percuſſerunt quiſque proximum ſuum: & nunc *curre* ″ad ſpolia ô Moáb.

24 ″Quúmque veniſſent ad caſtra Iשſraאelis, conſurrexerunt Iשſraאelitæ, & percuſſerũt Moabitas: fugerúntque à facie eorum, ″& percuſſerunt eum, ″percuſſerunt inquam Moáb,

25 Atque vrbes deſtruxerunt, & in optimũ quenque agrũ proiecerunt quiſque lapidem ſuum, ac repleuerunt illũ, & omnes fontes aquarum obthurauerunt, atq; omnes arbores bonas deiecerunt,

Et ait Ioſaphat, Eſt apud eũ ſermo Domini. Deſcenditque ad eum Rex Iſrael, & Ioſaphat, & Rex Edom.

Dixit autem Eliſæus ad Regem Iſrael, Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. Et ait illi Rex Iſrael, Quare cõgregauit Dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Moab?

Dixitque ad eum Eliſæus, Viuit Dominus exercituum, in cuius cõſpectu ſto, quòd ſi non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerẽ, nõ attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.

C

Nunc autem adducite mihi pſaltẽ. Quúmq; caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini.

Et ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueũ torrentis huius foſſas & foſſas.

Hæc enim dicit Dominus, Non videbitis ventum neque pluuiam: & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra.

Parúmque eſt hoc in cõſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras:

Et percutietis omnẽ ciuitatem munitam, & omnẽ vrbem electã, & vniuerſum lignũ fructiferũ ſuccidetis, cũctóſq; fontes aquarũ obthurabitis, & omnẽ agrũ egregiũ operietis lapidib9

Factum eſt igitur mane, quando ſacrificiũ offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viã Edom, & repleta eſt terra aquis.

Vniuerſi autem Moabitæ audiẽtes quòd aſcẽdiſſent Reges vt pugnarẽt aduerſum eos, cõuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo deſuper, & ſteterunt in terminis:

Primóque mane ſurgentes, & orto iam ſole exaduerſo aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quaſi ſanguinem:

Dixerúntque, Sanguis gladii eſt: pugnauerunt Reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab.

Perrexerúntq; in caſtra Iſrael: porrò conſurgens Iſrael, percuſſit Moab: at illi fugerunt coram eis. venerunt igitur qui vicerant, & percuſſerunt Moab,

Et ciuitates deſtruxerunt: & omnẽ agrum optimum, mittentes ſinguli lapides, repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarum obthurauerunt: & omnia ligna fructifera ſucciderũt, ita

---

12 Eſt cum eo verbum Iehouæ. יש אותו דבר־יהוה .i. Eſt verus Propheta Dei. hoc affirmatiuè, non interrogatiuè dictum. q.d. ſi fuerit famulus tanti Prophetæ, per eum conſulere poterimus Dominum. 13 Quid mihi & tibi? מה־לי ולך .i. Quid mihi eſt tecum commune? q.d. nihil. Nequaquam: אל Ne. ſub. talia dicas. q.d. miſſa facias iſta, ne reiicias nos. Quia conuocauit כי־קרא nam inuitauit. ſubaudienda quædam, ſic, Nam verum eſt quòd vocauit. i. videtur nos conuocaſſe, vt, &c. 14 Sto עמדתי Præt. Heb. pro præſ. i. cui aſſiſto, more famulorum: vel, cuius ſum famulus, & cui inſeruio. Nam famuli ſtare ſolent corã dominis ſuis vt eis ſeruiant. Niſi faciẽ, &c. לולי פני וגו׳ Hebraiſmus, niſi reuererer Iehoſaphat. q.d. quæ faciam, agam in gratiam Iehoſaphat. Gallicè, *n'eſtoit pour l'honneur de Iehoſaphat, ie ne te daigneroye regarder.* 15 Tollite mihi pſaltem. קחו־לי מנגן .i. adducite ad me pſaltem. Chaldæus paraphr. citharœdum. i. aliquem qui canat laudes aliquas in honorem Dei, vt excitet animum meum, ſiue vt eleuet intentionem animi mei ad Deum. Non enim muſica profana vtebantur, ſed ſancta. Fuit ſuper eum manus Ieh. ותהי עליו יד יהוה: Hebraiſmus, fuit afflatus Spiritu Prophetiæ. Chaldæus paraph. requieuit ſuper eũ Prophetia. 16 Fac *in* torrente iſto crebras foſ. עשוה הנחל הזה גבים גבים: Ad verbum, fac torrentẽ iſtum foſſas foſſas. Alii, in valle iſta ſcrobes ſcrobes. Repetitio eiuſdem dictionis frequentem multitudinem rei alicuius demonſtrat.

18 Leue autem *eſt* hoc, &c. ונקל זאת וגו׳ Facile autem *erit* hoc in, &c. i. facilè faciet hoc Iehoua.

19 Atque vniuerſas arb. bonas וכל־עץ טוב Sing. Heb. pro plur. Bonas arbores vocat fertiles. Agrũ bonũ oper. lap. החלקה הטובה תכאבו באבנים: Ad verbum, poſſeſſionẽ bonam affligetis lapidibus. i. obruetis lapidibus. Tranſlatio ab iis qui lapidibus obruũtur. Agrũ vocat portionẽ quã poſſidemus. 20 Quãdo offertur ſacrificiũ, כעלות המנחה quãdo offerri ſolet minha. i. ſacrificium illud matutinũ. hoc dicit ad differentiam veſpertini. 21 Congregauerunt ſeſe, ויצעקו ſub. ad vocem præconis. Ab omni accingente ſe cingulo מכל חגר חגורה Cingulũ vocat quo enſis depẽdet. hoc eſt ab ea ætate in qua primũ geſtare ſolẽt enſem. In termino: על־הגבול: in finibus. ſub. regionis ſuæ. 22 Rubras tanquã ſanguinem. אדומים כדם: rubeſcentes more ſanguinis. 23 Digladiati ſunt נחרבו ſub. inter ſe. Ad ſpolia לשלל ad prædã. q.d. iam vobis ampliſſima præda parata eſt. 24 Quúmque veniſſent ויבואו incompoſiti ſcilicet, ſine ordine, acie non inſtructa, quaſi non eſſent dimicaturi. Et percuſſerunt eum, ויכו־בה nempe Moab. i. congregationem Moabitarum. hoc eſt percuſſerunt, ſiue occiderunt Moabitas. ſemel atque iterum percuſſerunt Moabitas qui aufugerant. Vel, percuſſerunt eum, nempe exercitum. Legitur & ויבו per ב, & ו eſt loco א, & בה cum ה ſigno pronominis fœmineo, vt legamus, & ingreſſus eſt [ſub. Iſrael] eam. i. ſingulas vrbes ad quas confugerant Moabitæ qui effugerant è conflictu ipſo. Percuſſerunt inquam והכות Hic ו pro Id eſt poſitum, vt exponat quid per EVM intelligat, percuſſerunt eum, id eſt percuſſerunt Moab.

nd man [illegible]

vt muri tantùm fictiles remanerēt: & circundata eſt ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percuſſa.

Quod quū vidiſſet Rex Moab, præualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gladios, vt irrūperent ad Regem Edom: & nō potuerunt.

Arripiēſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt indignatio magna in Iſrael, ſtatimque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

Cap. IIII.

MVlier autē quædā de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi.

Cui dixit Eliſæus, Quid vis vt faciā tibi? dic mihi, q̄d habes in domo tua? At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar.

Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nō pauca.

Et ingredere, & claude oſtium tuū, quū intrinſecus fueris tu & filii tui: & mitte inde in omnia vaſa hæc: & quū plena fuerint, tolles.

Iuit itaque mulier, & clauſit oſtiū ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebant vaſa, & illa infundebat.

Quúmque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuū, Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit, Non habeo. Stetitque oleum.

Venit autem illa, & indicauit homini Dei. & ille, Vade, inquit, vende
B oleum, & redde creditori tuo: tu autē & filii tui viuite de reliquo.

Facta eſt autē quædā dies, & tranſibat Eliſæus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem: quúmque frequēter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panem.

Quæ dixit ad virum ſuū, Animaduerto quòd vir Dei ſāctus eſt iſte qui tranſit per nos frequenter.

Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrū: vt quum venerit ad nos, maneat ibi.

Facta eſt ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi.

"ita vt *ſolùm* reliquerint lapides eius in Cir-חHaréשׂſeth: circundederunt verò *eam* "fundibularii, & percuſſerunt eam.

26 Videns autem Rex Moáb "quòd præualeret ſibi bellū, tulit ſecum ſeptingentos viros "euaginantes gladium, "vt irrumperet ad regem אEdóm, & non potuerunt.

27 "Tulit itaque filium ſuum primogenitum qui regnaturus erat pro eo, & obtulit illum holocauſtum ſuper murum: fuítque "indignatio magna ſuper Iשׂraאelé, "propterea diſceſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram.

Rex eorū ſacrificat filium ſuum

Cap. IIII.

1 M"Vlier autem vna de vxoribus filiorum Prophetarum clamauit ad אEliשׂáy, dicendo, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, tu verò noſti quòd ſeruus tuus timebat Iehouam: creditor autem venit vt tolleret duos pueros meos ſibi in ſeruos.

Pauperculæ viduæ dat Deus oleū per Eliſæū, cuius ope æs aliēnum diſſoluit.

2 Ad quam dixit אEliשׂáy, Quid faciā tibi? indica mihi, quid eſt tibi in domo? Illa ait, Non eſt ancillæ tuæ quicquam in domo niſi vas olei.

3 Tum dixit, Vade, pete tibi vaſa ab *iis qui ſunt* extrà, *id eſt* ab omnibus vicinis tuis, vaſa *inquam* vacua, *&* "ne pauca petas:

4 "Et ingrediaris, atque claudas oſtiū ſuper te & ſuper filios tuos, & fundas in omnia vaſa hæc: & quod impletum fuerit, amouere facies.

5 Abiit itaque ab eo, & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos: ipſi afferebant ad eam, & ipſa infundebat.

6 Fuit autem quum impleuiſſet vaſa illa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas *aliquod*. Qui reſpondit, "Non eſt vltrà vas. Et ſubſtitit oleum.

7 Tunc illa venit, & indicauit viro Dei: ille verò ait, Vade, vende oleū, & redde creditori tuo: tu autem, & filii tui viues de reliquo.

8 "Fuit præterea, quadam die quū tranſiſſet אEliשׂáy in שSuném, ibi aderat mulier" magna, "quæ vi retinuit eū vt comederet panē. fuit itaq; "dum tranſiret ipſe, declinabat illuc vt comederet panē.

Mulier diues ſuſcipit hoſpitio Eliſæum.

9 Dixítque illa viro ſuo, Ecce nūc noui quòd vir Dei ſanctus eſt *iſte* "qui tranſit per nos iugiter.

10 Faciamus quæſo "cœnaculum parietis paruum, ponamúſque ei ibi lectum, & menſam, & ſellam, & candelabrum: quum autē venerit ad nos "declinabit illuc.

11 "Quadam igitur die venit illuc, & declinauit in cœnaculum, ac requieuit ibi.

Eliſæus hoſpitæ ſterili impetrat à Deo filium pro miniſterio.

25 Ita vt *ſolùm* reliquerint lap. eius, &c. עד־השאיר אבניה וגו׳ Ad verbum, donec relinquerēt lapides eius in, &c. i. ita vt relinquerent in Ciraréſeth (erat vrbs celeberrima Moabitarū) lapides eius. i. muros eius tātùm. q.d. ita vt remanerent ſoli muri eius: nam omnia quæ erant in circuitu eius deſtruxerunt. nondum vrbem acceperant, ſed omnia vicina loca perdiderant. Fundibularii, הקלעים Hæc vox non ſolùm ſignificat eos qui funda lapides iaciunt, ſed qui etiam tormentis contorquent ingentia ſaxa in muros.

26 Quòd præualeret ſibi bellum, כי־חזק ממנו המלחמה .i. quòd bellum acrius eſſet quàm quod ſuſtinere poſſet: vel, ſe acrius oppugnari quàm vt reſiſtere poſſet. Euaginantes gladium, שולף חרב .i. magnanimos & bellicoſos. Vt irrumperet ad Regem אEdóm, להבקיע אל־מלך אדום .i. vt rupta acie impetu facto pugnarent aduerſus Regem Edom qui non procul aberat ab vrbe.

27 Tulit itaque, &c. ויקח וגו׳ Quū videret ſe eſſe in tanta deſperatione rerum, deſperarétque de viribus humanis, confugit ad deos ſuos, & in honorem illorum ſacrificauit filium ſuum primogenitum. Alii referūt ad filium Regis Edom quem Rex Moabitarum ceperat in illa perruptione. Alii aliter exponunt. Indignatio קצף commotio. i. ob id facinus vehementer indignati ſunt Iſraelitæ, & ægrè tulerunt quum viderent rem tam crudelem. Propterea diſceſſerunt ויסעו Ad verbum, & profecti ſunt.

IN CAPVT IIII.

1 Mulier autem ואשה Dicunt eam fuiſſe vxorem Abdiæ principis militiæ Achab regis Iſraelis.

3 Ne pauca petas: אל־תמעיטי: Vnica eſt vox, quaſi tu dicas, ſi liceret, ne paucifices. i. ne pauca quæras, ſiue mutuò accipias. q.d. quamplurima quæras. 4 Et ingrediaris, ובאת ſub. domum tuam. 6 Non eſt vltrà vas. אין עוד כלי Nullum ſupereſt vas.

8 Fuit præterea, quadā, &c. ויהי היום ויעבר Ad verbum, Et fuit dies, & trāſiuit. Magna, גדולה .i. nobilis. vel magnæ dignitatis, aut prædiues, atque opulenta. Quæ vi retinuit eum vt comederet panem. ותחזק־בו לאכל־לחם .i. quæ compulit eum quum tranſiret, vt illuc diuerteret. & ſumeret cibum. Dum tranſiret ipſe מדי עברו .i. quotiés illac iter faceret.

9 Qui tranſit per nos עובר עלינו .i. qui tranſeundo diuertit ad nos. 10 Cœnaculum parietis עלית־קיר .i. cubiculum quoddam ex parietibus: hoc eſt anguſtum ac ſemotum ab aliis ædificiis. 11 Quadam igitur die venit ויהי היום ויבוא Ad verbū, Et fuit dies, & venit.

Dixítque ad Genhazí puerum ſuum, Voca Sunamithidē hanc. 12
Vocauit ergo illam: & illa ſtetit coram eo.

Dixit præterea, Age, dic ad eam, Ecce″ſolicita es pro nobis omni 13
ſolicitudine iſta: quid vis vt faciam tibi? ″éſtne conueniendus tibi
Rex aut prīceps exercitꝰ? Illa dixit, ′In medio populi mei habito.

Et ait, Et quid vis vt faciam ei? Reſpondit Genhazí, ″Equidem 14
filius non eſt ei, & vir eius ſenex eſt.

Tum ait, Voca eam. Et vocauit eam: & illa ſtetit ad oſtium. 15

Poſthæc dixit, ′In tēpore iſto″ſecundū tēpus vitæ amplexaberis 16
filiū. ″Et illa ait, Ne domine mi vir Dei, ne mentiaris ancillæ tuæ.

Concepit itaque mulier, & peperit filium in tempore iſto′ſecū 17
dum tempus vitæ quod dixerat ei אEliשſáy.

Filio mortuo, hoſpita currit ad Eliſæum.

Et creuit puer. ′quadam autem die quum egreſſus eſſet ad pa- 18
trem ſuum, ad meſſores,

Dixit patri ſuo, ″Caput meum, caput meum. ″Et ait ad puerum 19
quendam, Tolle eum ad matrem ſuam.

Qui quum tuliſſet eum, attulit ad matrem ſuam: & ſedit ſuper 20
genua eius vſque ad′meridiem, & mortuus eſt.

″Tum illa aſcendit, & poſuit eum ſuper lectum viri Dei, & *oſtium* 21
clauſit ſuper eum, atque egreſſa eſt.

Vocauítque virū ſuum, & ait, Mitte obſecro mihi vnum è pue- 22
ris, & vnam aſinam, vt currā vſque ad virū Dei: ″mox reuertar.

Et ille dixit, Quare itura es ad eum? hodie″nō ſunt Calendæ, nec 23
ſabbathum. Reſpondit illa, ″Pax.

′Strauit itaque illa aſinam, dixítque puero, Duc & vade, ″ne re- 24
moreris propter me vt conſcendam, niſi dixero tibi.

Profecta igitur venit ad virum Dei in montē Charmél: quúm- 25
que vidiſſet illam vir Dei ′procul, dixit ad Genhazí puerum ſuū,
Ecce Sunamithis illa:

Nunc age, curre ei obuiā, & dic ei, ′Eſtne pax tibi? éſtne pax vi- 26
ro tuo? éſtne pax puero? Illa dixit, Pax.

Venit autem ad virum Dei in montem, & apprehendit pedes 27
eius: acceſſítque Genhazí vt depelleret eam. Et dixit vir Dei, Sine
eam, quia″anima eius amara eſt ei: & Iehouáh celauit me, nec in-
dicauit mihi.

At illa dixit, Nunquid petiui filium à domino meo? annon di- 28
xi, Ne fallas me?

Giezi cum baculo ſuo mittit Eliſæus ad ſuſcitandum puerum.

Et dixit ad Genhazí, ″Accinge lumbos tuos, & tolle ″baculum 29
meū in manu tua, ″& vade: ſi inueneris quēpiam, ne ſalutes eum:

12 Dixitque ad Giezi puerum ſuum,
Voca Sunamitidē iſtam. Qui quū vo
caſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo,

13 Dixit ad puerū ſuum, Loquere ad C
eā, Ecce, ſedulè in omnibus miniſtra-
ſti nobis, quid vis vt faciam tibi? nun
quid habes negotiū, & vis vt loquar
Regi, ſiue principi militiæ? Quæ re-
ſpōdit, In medio populi mei habito.

14 Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei?
dixitque Giezi, Ne quæras: filium e-
nim non habet, & vir eius ſenex eſt.

15 Præcepit itaque vt vocaret eā: quæ
quū vocata fuiſſet, & ſtetiſſe āte oſtiū,

16 Dixit ad eam, in tēpore iſto, in hac
eadē hora, ſi vita comes fuerit, habe-
bis in vtero filiū. At illa reſpōdit, Noli

17 quæſo Domine mi Dei vir, noli men
tiri ancillæ tuæ.

Et concepit mulier, & peperit filiū
in tempore, & in hora eadem qua di-

18 xerat ei Eliſæus.

Creuit autem puer: & quum eſſet
quædā dies, & egreſſus iſſet ad patrē
ſuum, ad meſſores,

19 Ait patri ſuo, Caput meum, caput
meum. At ille dixit puero, Tolle, duc
eum ad matrem ſuam.

20 Qui quū tuliſſet, & duxiſſet eum ad
matrē ſuā, poſuit eū illa ſuper genua
ſua vſque ad meridiē, & mortuus eſt. D

21 Aſcendit autem, & collocauit eum
ſuper lectulum hominis Dei, & clau-
ſit oſtium: & egreſſa,

22 Vocauit virum ſuum, & ait, Mit-
te mecum obſecro vnum de pueris,
& aſinam, vt excurram vſque ad ho-
minem Dei, & reuertar.

23 Qui ait illi, Quam ob cauſam vadis
ad eū? hodie non ſunt Calendæ, neq;
ſabbathum. Quæ reſpondit, Vadam.

24 Strauitque aſinū, & præcepit pue-
ro, Mina, & propera, ne mihi moram
facias in eūdo: & hoc age quod præ-
cipio tibi.

25 Profecta eſt igitur, & venit ad virū
Dei in montem Carmeli: quúmque
vidiſſet eam vir Dei econtra, ait ad
Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis
illa.

26 Vade ergo in occurſum eius, & dic
ei, Recténe agitur circa te, & circa vi-
rum tuum, & circa filium tuum? Quę
reſpondit, Rectè.

27 Quúmque veniſſet ad virum Dei in
montem, apprehendit pedes eius: &
acceſſit Giezi vt amoueret eam. & ait
homo Dei, Dimitte illā: anima enim E
eius in amaritudine eſt, & Dominus
celauit à me, & non indicauit mihi.

28 Quæ dixit illi, Nunquid petiui filiū
à domino meo? nunquid non dixi ti-
bi, Ne illudas me?

29 Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos Luc 10.a.4
tuos, & tolle baculum meū in manu
tua, & vade, Si occurrerit tibi homo,

13 Solicita es pro nobis, &c. חרדת אלינו וגו׳ Hebraiſmus, Tu ſedulò miniſtras nobis, ſiue tu magnum laborem ſumis vt miniſtres nobis. Eſtne conueniendus, &c. היש לדבר לך .i. Habéſne aliquod negotiū propter quod opus tibi ſit vt aliquis alloquatur Regē pro te, aut principē exercitus? In medio populi mei habito. בתוך עמי אנוכי יושבת: q.d. Inter cōſanguineos meos habito qui poſſunt mihi eſſe interpretes apud Regem, ſiquid negotii habuerim propter quod is conueniendus ſit. 14 Equidem filius אבל בן Certè filius, &c. Eſt oratio conciſa, & vertendum Sed. acſi dicat, Certè in his non eſt illi opus opera tua, ſed filius, &c. 16 In tempore iſto למועד הזה Hac tempeſtate. Hoc articulo temporis. Accipitur enim pro tempore particulari. Gallicè, *en ceſte ſaiſon*. Secundum tempus vitæ, כעת חיה Vide Gene. 18. b. 10.

18 Quadam autem die quum egreſſus ויהי היום ויצא Ad verbum, Et fuit die *quadam* & egreſſus eſt.

19 Caput meum, caput meum. ראשי ראשי .i. caput meum mihi vehementer dolet. Repetere ſolent qui conqueruntur. Et ait ויאמר ſub. pater qui miniſtrum alloquitur. 20 Meridiem, הצהרים Duale eſt, quòd conſtet duobus luminibus, matutino & pomeridiano.

21 Tum illa aſcendit, & poſuit eum ותעל ותשכבהו Et aſcendit illa [ſub. in cœnaculum Eliſæi] & compoſuit, &c.

22 Mox reuertar. ואשובה: Ad verbum, & reuertar. 23 Non ſunt Calendæ, &c. לא חודש וגו׳ Solebant diebus feſtis conuenire viros ſanctos vt illos conſulerent. Pax. שלום: .i. Rectè quidem ſe habent omnia, rei bonæ gratia proficiſcor.

24 Strauit itaque illa aſinam, ותחבוש האתון nempe miniſtri opera. Ne remoreris אל תעצר ſub. aſinam, eundo ſenſim & pedetētim, quaſi equitatura ſim: niſi dixero tibi, Vade ſenſim. Alii dicunt quòd pedes ibat, propter amaritudinem animæ ſuæ: & dixit puero vt duceret aſinam, & iret ſibi poſt aſinam: nec remoraretur aſinam vt equitaret ipſa, niſi diceret ei. Chaldæus paraphr. Ne cogas me equitare, niſi quando dixero tibi. 25 Procul, מנגד eminus. Significat eregione, è loco oppoſito, & obiecto.

26 Eſtne pax tibi? השלום לך Hebraiſmus, Recténe vales, vel, Recténe omnia geruntur apud te?

27 Anima eius amara eſt ei: נפשה מרה לה Hebraiſmus, pro, eſt mœſtiſſima, & penè confecta mœrore.

29 Accinge lumbos tuos, חגור מתניך .i. Præpara teipſum, & accinge te itineri. Baculum meum משענתי Significat ſcipionem quo innitebatur. Et vade: ולך ſub. in Sunem.

non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiã,non reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciem pueri.

Porrò mater pueri ait,Viuit Dñs,& viuit anima tua,nõ dimittam te.Surrexit ergo,& ſequutus eſt eam. 30

Giezi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciẽ pueri:& nõ erat vox,neque ſenſus:reuerſúſque eſt in occurſum eius,& nuntiauit ei,dicens, Non ſurrexit puer. 31

Ingreſſus eſt ergo Eliſæus domum, & ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: 32

Ingreſſúſque clauſit oſtium ſuper ſe,& ſuper puerum: & orauit ad Dominum. 33

F Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: poſuitq; os ſuũ ſuper os eius,& oculos ſuos ſuper oculos ei⁹,& man⁹ ſuas ſuper manus eius:& incuruauit ſe ſuper eum,& calefacta eſt caro pueri. 34

At ille reuerſus, deambulabat in domo,ſemel huc atque illuc: & aſcẽdit, & incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties,aperuitque oculos. 35

Et ille vocauit Giezi,& dixit ei, Voca Sunamitidẽ hanc. Quæ vocata,ingreſſa eſt ad eũ.qui ait,Tolle filiũ tuũ. 36

Venit illa,& corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram: tulitque filium ſuum,& egreſſa eſt. 37

Et Eliſæus reuerſus eſt in Galgala: erat autẽ fames in terra, & filii Prophetarũ habitabãt corã eo: dixitque vni de pueris ſuis,Pone ollã grandẽ, & coque pulmẽtũ filiis Prophetarũ. 38

Et egreſſus eſt vnus in agrũ vt colligeret herbas agreſtes: inuenitque G quaſi vitem ſylueſtrem,& collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium ſuũ,& reuerſus cõſcidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet. 39

Infuderunt ergo ſociis, vt comederent: quúmque guſtaſſent de coctione, clamauerunt, dicentes, Mors in olla,vir Dei.Et non potuerunt comedere. 40

At ille, Afferte, inquit farinam.Et miſit in ollam,& ait, Infunde turbæ, vt comedãt.Et nõ fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. 41

Vir autẽ quidam venit de Baalſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum,viginti panes hordeaceos,& frumentum nouum in pera ſua: at ille dixit,Da populo,vt comedat, 42

Reſponditque ei miniſter eius, Quantum eſt hoc,vt apponã coram centũ viris? rurſum ille ait, Da populo,vt comedat: hęc enim dicit Dominus,Comedent,& ſupererit. 43

Poſuit itaque corã eis, qui comederunt, & ſuperfuit,iuxta verbũ Domini. 44

& ſi ſalutauerit te quiſpiam,'ne reſponderis ei: & pone baculum meum ſuper faciem pueri.

30 Dixit autem mater pueri, Viuit Iehouáh, & viuit anima tua, ſi dimiſero te. Surrexit ergo,& ſequutus eſt eam.

31 Genhazí autem "tranſierat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri,"& non erat vox,neque attentio: idcirco reuerſus eſt in occurſum eius,& nuntiauit ei,dicendo,Non ſurrexit puer.

32 Ingreſſus verò eſt אEliשſáy in domum,& ecce puer *erat* mortuus, ו iacebat ſuper lectum eius.

33 Quúmque ingreſſus eſſet,clauſit oſtium 'ſuper vtrunque, orauítque ad Iehouam.

34 'Et conſcendens incubuit ſuper puerum,poſuítque os ſuum ſuper os eius,& oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius," ו expandit ſe ſuper eũ, calefactáque eſt caro pueri:

35 'Et auerſus deambulabat in domo modò huc, & modò illuc, poſtea aſcendit, expandítque ſeſe ſuper eum: & ſternutauit puer vſque ad ſeptem vices & aperuit puer ille oculos ſuos.

36 Tunc vocauit Genhazí, ac dixit,Voca שSunamithidem illam. Et vocauit eam: venítque ad eum,& ait,Tolle filium tuum.

37 Quæ accedens quum ingreſſa eſſet,corruit ad pedes eius, & incuruauit ſe ſuper terram: tulítque filium ſuum,& egreſſa eſt.

38 Poſthæc אEliשſáy reuerſus eſt in Gilgál: fames autẽ erat in terra,& filii Prophetarum "habitabant coram eo: dixítque puero ſuo, Diſpone ollam grandem,& coque pulmentũ filiis Prophetarũ.

39 Egreſſus eſt itaque "vnus in agrum vt colligeret "olera,"& offendit "vitem agreſtem,& collegit ex ea "colocynthides agreſtes "plenum veſtimentum ſuum: dein venit,& conſcidit in ollam pulmẽti: non enim 'ſciebant.

40 "Fuderunt autem viris, vt comederent. fuit verò, edentibus illis de pulmento illo, exclamauerunt, atque dixerunt, 'Mors *eſt* in olla,vir Dei.Et non poterant comedere.

41 Dixit autem, "Tollite farinam.Et proiecit "in ollã,ac dixit, 'Funde populo. Et comederunt, "nec fuit quicquam mali in olla.

42 Porrò quidã veniebat de Báyal שSaliשſáh,& ferebat ad virum Dei panes primitiarum, *nempe* viginti panes hordeaceos, '& ſpicas plenas virides cũ tunicis ſuis: dixítque,Da populo,vt comedant.

43 Reſpõdit miniſter eius, 'Quid dabo iſtud coram centum viris? Rurſum ait,Da populo,vt comedant: ſic enim ait Iehouáh, Comedent,& ſupererit.

44 Poſuit itaque coram eis: & comederũt,"& reliquerũt,iuxta verbum Iehouæ.

Oratione Eliſæi ſuſcitatur filius hoſpitæ.

Eliſæus amarũ pulmentum dulce reddit.

Paucis panibus plurimi hîc ſaturantur, precibus Eliſæi.

Ne reſponderis ei: לאתעננו .i.ne reſalutaueris.q.d.neminem alloquaris in via,ſed ito rectà ad puerũ.hoc vnum mediteris,vt rectà eas ad puerum.Luc.10.a.4,idem præceptum dat diſcipulis Chriſtus. 31 Tranſierat ante eos, עבר לפניהם præceſſerat eos. Et non erat vox,&c. ואין קול ואין קשב .i.& puer neque loquebatur,neque audiebat.hoc eſt,non videbatur intelligere quæ dicebantur.
33 Super vtrunque, בעד שניהם .i.ſuper ſe & illum.q.d.neminem reliquit in eo cubiculo. 34 Et conſcendens ויעל ſub.lectum.
Et expandit ſe ſuper eũ, ויגהר עליו .i.toto corpore incubuit illi. 35 Et auerſus, וישב ſub.à puero.i.viciſſim & per interualla relicto puero,inambulabat huc & illuc cogitabundus,poſtea expandebat ſe ſuper puerum. 38 Habitabant יושבים ſedebãt.vt ſcilicet aliquid ab eo diſcerent:nam illum colebant tãquam ſummum Prophetam. 39 Vnus אחד .i.quidam ex filiis Prophetarum. Olera, ארות Ita Chaldæus paraph. Alii, erucas .i.folia erucæ. quam ita Hebraicè dictam volunt ab אור lumine, ſiue luce, quòd conferat claritati oculorum. Vitem agreſtem, גפן שדה *quaſi* vitem ſylueſtrem. i.aliquid ſimile viti agreſti. Colocynthides agreſtes, פקועות שדה cucurbitas agreſtes quæ ſunt ſaporis amari. Alii,& collegit ex ea fungos agreſtes. Plenum veſt.ſuum מלא בגדו plenam veſtem ſuam.i.quantum veſte eius capi poterat. Sciebant. ידעו: ſub.illas eſſe ſaporis amariſſimi. 40 Fuderunt autem viris, ויצקו לאנשים .i. Infuderunt pulmentum in ſcutellas conuiuis. Mors *eſt* in olla, מות בסיר .i.venenum.effectus pro cauſa.q.d.aliquis coniecit venenum in ollam.exiſtimabant ſubeſſe venenum ob amaritudinem. 41 Tollite וקחו Quin[Cur non] capitis.i.affertis? In ollam, אל הסיר in quam ſcilicet coniecerant pulmentum illud. Nec fuit quicquam mali ולא היה דבר רע .i.non remanſit quicquam amaritudinis in pulmento quod effundebatur ex olla ipſa. 42 Et ſpicas,&c. וכרמל וגו' Ad verbũ,& ſpicam plenam viridem cum tunica ſua.i.ſpicas aliquot triticeas. nondum enim excuſſa erant grana. 43 Quid dabo מה אתן Quamobrem[Cur]dabo. 44 Et reliquerunt iuxta,&c. ויותרו כדבר יהוה: ſub.aliquid.i.adhuc aliquid ſuperfuit,ſuperfuturum reuelauerat Dominus Prophetæ.

Cap. V.

Naaman Syrus per Eliſæũ curatur à lepra, ad gloriam Dei Iſraelis.

NAyamán autem *quidam* princeps militiæ regis Arám erat,'vir magnus corã domino ſuo, & honoratus facie: per illũ enim dederat Iehouáh ſalutem ipſi Arám. erat verò vir 'potens robore, *ſed* leproſus. 1

Captiua in gloriam Dei.

'De Arám autẽ egreſſi erant exercitus, qui captiuã duxerãt è terra Iשſraאelis puellam paruulam,'quæ inſeruiebat vxori Nayamán. 2

Dixítque ad dominam ſuam,'Vtinam dominus meus eſſet coram Propheta qui eſt in שSomerón, tũc curaret eum à lepra ſua 3

Ille venit, & renũtiauit domino ſuo, dicẽdo, Sic & ſic loquuta eſt puella quæ eſt è terra Iשſraאelis. 4

Tum dixit Rex Arám, Vade, proficiſcere, & mittã literas ad Regem Iשſraאelis. Abiit itaq;,'& tulit in manu ſua, *&* decem talenta argenti, & ſex millia aureorũ, decẽ inſuper'mutatoria veſtimẽta. 5

Detulítq; literas ad Regem Iשſraאelis,'in hæc verba,'Nunc ergo quũ venerit epiſtola hæc ad te,'ecce miſi ad te Nayamán ſeruum meum,'vt cures eum à lepra ſua. 6

Fuit verò, quũ legiſſet Rex Iשſraאelis epiſtolam, ſcidit veſtimẽta ſua, & ait, Súmne ego Deus,'vt mortificem & viuificem, quòd iſte mittit ad me vt curem virum à lepra ſua? enimuero aduertite quæſo, & videte quòd occaſionem quærat ipſe'contra me. 7

Quũ verò audiſſet אEliשſáy vir Dei quòd ſcidiſſet Rex Iשſraאelis veſtimẽta ſua, miſit ad Regem,'huiuſmodi verbis,'Vtquid ſcidiſti veſtimenta tua? veniat nunc ad me, & ſciat quòd eſt Propheta in Iשſraאele. 8

Venit itaque Nayamán'in equo ſuo, & in curru ſuo, & ſtetit ad oſtium domus אEliשſáy. 9

Miſit autẽ ad eum אEliשſáy nuntium, dicendo, Vade, & laua te ſeptẽ vicibus in Iardén, & reuertetur caro tua tibi, ac mũdabitur. 10

Et iratus Nayamán abibat, dicebátque, En cogitabã apud me, Egredietur egrediẽdo, & ſtans inuocabit nomen Iehouæ Dei ſui, eleuabítque manum ſuam ad locum, & curabit leproſum. 11

Nónne meliores ſunt Amanáh, & Parpár fluuii Damméשſec omnibus aquis Iשſraאelis?'annon *ſi* lauero me in illis, mũdus ero? Et conuerſus ibat cum ira. 12

Acceſſerunt autem ſerui eius, ac loquuti ſunt ad eum, atque dixerunt, Pater mi, *ſi* rem grandem Propheta loquutus fuiſſet tibi, nónne feciſſes?'& quanto magis quum dixerit'tibi, Laua te, & mundus eris? 13

Lauatur Naamã in Iordane, & ſanatur.

Deſcendit ergo, & lauit ſe in Iardén ſeptem vicibus, iuxta ver- 14

Cap. V.

1 NAaman autem princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominũ ſuum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus ſalutẽ Syriæ: erat autem vir fortis & diues, ſed leproſus.

2 Porrò de Syria egreſſi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de terra Iſrael puellam paruulam quæ erat in obſequio vxoris Naaman.

3 Quæ ait ad dominã ſuam, Vtinam fuiſſet dominus meus ad Prophetam qui eſt in Samaría: profectò curaſſet eum à lepra quam habet.

4 Ingreſſus eſt itaque Naaman ad dominum ſuũ, & nuntiauit ei, dicens, Sic & ſic loquuta eſt puella de terra Iſrael.

5 Dixitque ei Rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad Regem Iſrael. Qui quũ profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decẽ talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mutatoria veſtimentorum: B

6 Detulit literas ad Regem Iſrael, in hæc verba, Quum acceperis epiſtolã hãc, ſcito quòd miſerim ad te Naamã ſeruum meũ, vt cures eum à lepra ſua.

7 Quumq; legiſſet Rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Nunquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare, quia iſte miſit ad me vt curem hominem à lepra ſua? animaduertite, & videte quòd occaſiones quærat aduerſum me.

8 Quod quum audiſſet Eliſæus vir Dei, ſcidiſſe videlicet Regem Iſrael veſtimenta ſua, miſit ad eũ, dicẽs, Quare ſcidiſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe Prophetã in Iſrael. C

9 Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſæi.

10 Miſitque ad eum Eliſęus nuntium, dicens, Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.

11 Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locũ lepræ, & curaret me.

12 Nunquid non meliores ſunt Abana & Pharphar fluuii Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & munder? Quum ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans, D

13 Acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & loquuti ſunt ei, Pater, ſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis?

14 Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei, & re- Luc.4.c.27

IN CAPVT V.

1 Vir magnus איש גדול .i.in magno pretio apud dominũ ſuum. Potens robore, גבור חיל .i.ſtrenuus admodum, aut vir bellicoſus.

2 De Aram autẽ egreſſi e.exer. וארם יצאו גדודים Syri autẽ egreſſi erant cum copiis. vel, cum aliquot turmis militum. Quæ inſeruiebat vxori ותהי לפני אשת Ad verbum, quæ erat coram vxore.i.quæ poſtea miniſtrauit vxori Naaman.

3 Vtinam dominus meus eſſet אחלי ארוני לפני Orationes domini mei ſint, &c.i. Deprecetur dominus meus. Vel, Si rogauerit dominus meus Prophetam qui eſt in Samaria vt reſtituat illi ſanitatem, reſtituet illi. Chaldæus paraph. Fœlix eſſet dominus meus ſi ſtaret coram Propheta. i.fœliciter ageretur cũ domino meo, ſi iret, &c.

5 Et tulit ויקח ſub. literas. Mutatoria veſtimenta. חליפות בגדים: mutatorias veſtes. Aut, veſtes ad mutandum.i.quibus vteretur Propheta quum veſtem quotidianam mutare vellet. Mutatoriæ veſtes, ſunt veſtes pretioſiores ac elegantiores quibus vtimur in publico ac foris, diebúſque ſolennibus.

6 In hæc verba, לאמור Ad verbũ, dicendo. Nunc ergo, &c. ועתה וגו' Quidã dicunt primã clauſulam literarũ periiſſe: acſi ſic ſcriptũ fuiſſet, Vbi receperis has literas, cura ſanandũ hunc ſeruum meũ Naaman, nam, &c. Ecce miſi הנה שלחתי .i.ſcito me miſiſſe. Vt cures ואספתו Ad verbũ, & curabis.i.vt cures, vel ſanes, &c. Alii, remoueas eum. vel eripias. Alii, vt recolligas eum.i.reuoces eum in congregationem ſanorũ à lepra. nam leproſi extra cõmercium cæterorum degebant. Quidã ſcribunt, אסף hic accipi in ſignificatione curandi, ſiue ſanandi: quòd qui ſanatur, retrahatur, ſiue eripiatur à morbo. Alii, quòd qui curati ſunt à lepra, recolligantur, reuocentúrque in congregationem & conſortium aliorum, vt dictum eſt.

7 Vt mortificem & viuif. להמית ולהחיות vt mori faciam, & *poſtea* in vitam reſtituam.i.qui habeam imperium in mortem & vitam. Contra me. לי: .i.inferendi mihi bellum.

8 Huiuſmodi verbis, לאמור Ad verbũ, dicẽdo. Vtquid ſcidiſti, &c. למה קרעת בגדיך q.d.non debueras ſcindere veſtimẽta tua: an neſciebas Deum ſolere ſuſcitare mortuos ad preces hominum, præſertim fideliũ?

9 In equo ſuo, בסוסו Scribitur & בסוסיו in equis ſuis: propterea quidam vertunt, cum equitatu ſuo.

12 Annon *ſi* lauero, &c. הלא ארחץ וגו' Ad verbum, annon lauabo me, & mundabo me? q.d. lauare quidem me poſſum, & mundus ero, vel mundabor propterea? non puto.

13 Et quanto magis ואף sub. facere debes. Dixerit tibi, אמר אליך ſub. rem facillimam.

ſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli,& mundatus eſt.

Reuerſúſque ad virum Dei cum vniuerſo comitatu ſuo, venit, & ſtetit coram eo,& ait,Verè ſcio quòd nō ſit Deus in vniuerſa terra,niſi tantùm in Iſrael: obſecro itaque vt accipias benedictionem à ſeruo tuo.

E At ille reſpōdit,Viuit Dominus ante quē ſto,quia nō accipiā. quúmque vim faceret,penitus non acquieuit.

Dixitque Naaman,Vt vis: ſed obſecro concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonū de terra: nō enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtū,aut victimam diis alienis,niſi Domino.

Hoc autē ſolum eſt de quo depreceris Dominum pro ſeruo tuo, Quādo ingredietur dn̄s meus tēplū Remmon,vt adoret:& illo innitente ſuper manū meā,ſi adorauero in tēplo Rēmon, adorante eo in eodem loco,vt ignoſcat mihi Dn̄s ſeruo tuo ꝓ hac re.

Qui dixit ei,Vade in pace.Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

F Dixitque Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro iſti,vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus quia curram poſt eum,& accipiam ab eo aliquid.

Et ſequutus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quem quū vidiſſet ille currentem ad ſe, deſiliit de curru in occurſum eius, & ait, Recténe ſunt omnia?

Et ille ait,Rectè.dominus meꝰ miſit me ad te, dicens, Modò venerunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim,ex filiis Prophetarum:da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices.

Dixitque Naaman, Melius eſt vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauitque duo talenta argēti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis, qui & portauerunt coram eo.

G Quúmque veniſſet iam veſperi,tulit de manu eorum,& repoſuit in domo,dimiſitque viros,& abierunt.

Ipſe autem ingreſſus, ſtetit coram domino ſuo, & dixit Eliſæus, Vnde venis Giezi? Qui reſpondit,Non iuit ſeruus tuus quoquam.

At ille ait, Nónne cor meū in præſenti erat,quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? nunc igitur accepiſti argentum,& accepiſti veſtes, vt emas olíueta, & vineas,& oues,& boues,& ſeruos,& ancillas?

bum viri Dei, & reuerſa eſt caro eius ſicut caro pueri parui: & mundatus eſt.

15 Poſt hæc reuerſus eſt ad virū Dei ipſe″& tota turma eius,ingreſſúſque ſtetit ante eum, ac dixit,″En nunc noui quòd nō eſt Deus in tota terra, niſi in Iשſraאele: nunc igitur tolle obſecro″benedictionem à ſeruo tuo.

Confitetur Deū Iſrael,& adorat.

Eliſæus nō accipit munera,ne videatur Dei donum vendere.

16 Ille autem dixit,Viuit Iehouáh″in cuius conſpectu ſto,″ſi accepero.cogebat autem eum vt tolleret,at *ille* renuit.

17 Dixítque Nayamán,″Et non:detur quæſo ſeruo tuo onus paris mulorū de terra.non enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum aut ſacrificium diis alienis,niſi Iehouæ.

18 ″Hac in re parcat Iehouáh ſeruo tuo,quādò ĩgredietur dominus meus ædē Rimmón,vt adoret ibi,& ipſe innixus fuerit ſuper manū meā,″& incuruauero me in æde Rimmón, in *hac* incuruatione mea in æde Rimmón,ignoſcat quæſo Iehouáh ſeruo tuo″hac ĩ re.

19 Et ait illi,Vade in pace.″Et abiit ab eo quaſi milliare terræ.

20 Dixit autē Geחhazí puer אEliשſáy viri Dei,Ecce″pepercit dominus meus *rebus* Nayamán Aramæi iſtius, vt *non* acciperet de manu eius quæ attulit:viuit Iehouáh ſi nō cucurrero poſt ipſum,& accepero aliquid ab eo.

Giezi mendacii munera accipit, quæ renuerat dominus eius in gloriam Dei.

21 ″Sequutus eſt ergo Geחhazí poſt Nayamán. videns verò Nayamán *illum* currentē poſt ſe,deſiliit de curru in occurſum eius,ac dixit,″Annon eſt pax?

22 Reſpōdit ille, Pax. dominus meus miſit me″vt dicerem,″Ecce nunc *tempore* hoc venerūt ad me duo pueri de mōte אEphráim, de filiis Prophetarum:da obſecro illis talentum argenti,& duo mutatoria veſtimenta.

23 Dixítque Nayamán,″Velis capere duo talēta.″Coegítque eum, & colligauit duo talenta argenti in duobus″ſacculis,duóque mutatoria veſtimenta, quæ poſuit ſuper duos pueros ſuos,& portabant ante ipſum.

24 Veniens autem″ad munitionem, tulit *ea* de manu eorū,″& depoſuit in domo,ac dimiſit viros,& abierunt.

25 Ipſe autem ingreſſus ſtetit coram domino ſuo: dixítque ei אEliשſáy,Vndenam Geחhazí? Reſpondit, Non iuit ſeruus tuus huc aut illuc.

26 Ille verò dixit ei,″Nónne cor meum iuit *tecum*,quando cōuertit ſe vir de curru ſuo in occurſum tui?″an tempus *eſt* vt acciperes veſtes,″& olíueta,& vineas,& pecudes,& boues, & ſeruos,& ancillas?

15 Et tota turma eius, וכל־מחנהו vnà cum toto comitatu ſuo. En nunc הנה־נא Nunc tandem.vel,demum. Benedictionē ברכה .i.munus quoddam. 16 In cuius conſpectu ſto, אשר־עמדתי לפניו Ad verbum,cuius ſteti in conſpectu eius.Vide ſuprà cap.3.b.14.

Si accepero: אם־אקח non accipiam.ſub.munus. 17 Et nō:detur quæſo,&c. ולא יותן־נא .i.tametſi non capias munus à me,tamen obſecro vt detur mihi tantundem de hac terra,quantum duo muli ferre poſſunt. Doctus inter Hebræos interrogatiuè legit,vt illud 2.Samu.13.c.26,Et nō ibit nūc nobiſcū Amnon?q.d.Et nō vis accipere?ita nolo cogere:detur tamē,&c. 18 Hac in re parcat לדבר הזה יסלח Pro hac re cōdonet. Ita Chald.paraph.q.d. Fac precibus tuis vt cōdonet mihi Dominus incuruationē illā quā cogor ex officio præſtare Regi oranti in tēplo Remmon.ſoleo enim illi tremulo & imbecilli eſſe vice ſcipionis quū incedit,ſtat,aut ſe inclinat. Et incuruauero me והשתחויתי .i.ſi tū incuruauero me vt inſeruiā domino meo,& accōmodem me illi incuruanti ſeſe,non ſtudio colendi idola. Hac in re. בדבר הזה: .i.in hac adoratione.q.d.cōdonet dominus ſeruo tuo hanc adorationē.ſum enim Regi vice ſcipionis.Exiſtimant doctiores,Naaman abſtinuiſſe à commercio Regis per id tempus quo lepra laborauit. 19 Et abiit ab eo,&c. וילך מאתו כברת ארץ: .i.qui quum eo relicto conceſſiſſet milliare vnum,dixit apud ſe Giezi,&c. 20 Pepercit dominus meus,&c. חשך ארוני את וגו׳ Ad verbum, prohibuit dominus Naaman Aramæum iſtum ne acciperet,&c.i.noluit dominus meus quicquam accipere è muneribus quæ attulit Naaman,&c.

21 Sequutus eſt ergo,&c. וירדף .i.Proſequutus eſt ipſum Naaman abeuntem. Annon eſt pax? השלום: .i.Recténe habent omnia?

22 Vt dicerem, לאמור ſub.tibi.Ad verbum,dicendo. Ecce nunc *tempore* hoc הנה עתה זה .i.modò,iamiam.Gallicè,*tout a ceſte heure.*

23 Velis capere הואלקח Ad verbum,velis,cape.hoc eſt, Rogo te vt capias, rem mihi gratam feceris ſi acceperis. Gallicè, *Voſtre plaiſir ſoit de prendre.* Coegítque eum, ויפרץ־בו .i.precibus eum adegit vt duo talenta acciperet. Sacculis, חרטים crumenis.marſupiis.

24 Ad munitionem, אל־העופל .i.in locum editum vbi ipſe videri non poſſet. Et depoſuit in domo, ויפקוד בבית .i.ſeruanda tradidit illa in domo quæ illic erat conſtructa. 26 Nónne cor meum iuit לא־לבי הלך .i.aderam tunc mente,ſiue animo & ſpiritu. An tēpus *eſt* העת An tempus *erat*, &c.q.d.non debueras quicquam ab iſto accipere qui non eſt noſtræ religionis. Et olíueta, &c. וזיתים וגו׳ virtute ſcilicet ac facultate,non reipſa.i.acciperes vnde emas tibi olíueta,&c.

Giezi cum liberis ſuis lepra percutitur.

L̀epra igitur Nayamán″adhærebit tibi & ſemini tuo in ſeculum. 27
Et egreſſus eſt à conſpectu eius″leproſus ſicut nix.

Cap. VI.

Eliſæus ferrum ſecuris natare facit, virtute verbi Dei.

1 DIxerunt autem ′filii Prophetarum ad אEliſáy, En quæſo locus in quo habitamus″coram te,′anguſtior *eſt* nobis:

2 Eamus obſecro vſque ad Iarden, vt tollamus inde ſinguli tignum vnum, & faciamus nobis ibi locum ad habitandum illic. Quibus dixit, Ite.

3 ″Et ait quidam,′Velis obſecro venire cum ſeruis tuis. Ille dixit, Ego vadam.

4 Et abiit cum eis: venerúntque ad Iarden, & cædebant ligna.

5 Fuit autem, quum quidam deiiceret *aliquod* tignum,″ferrum decidit in aquam:″tum exclamauit, ac dixit,″Aháh domine mi, & ipſum erat commodatò acceptum.

6 Dixitq; Vir Dei, Quò decidit? Et oſtendit ei locum: præcidítque″lignum,″& proiecit illuc,′& ſupernatare fecit ferrum.

7 Et dixit, Tolle tibi. Et extendit manum ſuam, & tulit illud.

Syri moliuntur inſidias aduerſus Iſraelē: quod indicat Deus Regi Iſrael per Prophetam.

8 ″Rex autem Arám pugnabat cum Iשſraאele: & conſilium iniit cum ſeruis ſuis, dicendo,′In loco tali *&* tali erunt caſtra mea.

9 Propterea miſit Vir Dei ad Regem Iשſraאelis, dicendo, Caue ne tranſeas per locum illum: illuc enim Aramæi″deſcendunt.

10 Miſit ergo Rex Iשſraאelis ad locum quem dixerat ei Vir Dei, & admonuerat eum,″& cauit ſibi illinc, non ſemel atque iterum.

11 Conturbatum autem fuit cor Regis Arám propter hoc: & conuocatis ſeruis ſuis ait illis, Quare non indicabitis mihi quis″è nobis eſt Regis Iשſraאelis?

12 Tum dixit vnus è ſeruis eius,′Non, domine mi Rex, ſed אEliשſáy propheta qui eſt in Iשſraאele, indicat Regi Iשſraאelis verba quæ″lóqueris in penetrali cubiculi tui.

13 Qui ait, Ite, & videte vbinam ſit, vt mittam & tollā eum.′Renuntiatum eſt autem ei his verbis, En eſt in Dothán.

Mittit Rex Syriæ qui capiant Eliſæum.

14 Miſitque illuc equos, & currus,″& exercitum grauem: qui venerunt nocte, & circunſederunt ciuitatem.

15 Surgens autē ſummo mane miniſter Viri Dei,″atque egreſſus, videt exercitum circundantem vrbem, & equos & currus: dixítque puer eius ad eum, Aháh domine mi,′quomodo faciemus?

Eliſæus fidens Deo, nihil timet

16 Qui reſpondit, Ne metuas: quia plures ſunt″qui nobiſcū *ſunt*, quàm qui cum illis.

Protegitur Eliſæus a Deo.

17 Orauítque אEliשſáy, & ait, O Iehoua, aperi obſecro oculos eius

Sed & lepra Naamā adhærebit tibi & ſemini tuo, vſq; in ſempiternū. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix. Cap. VI.

DIxerunt autem filii Prophetarū ad Eliſæū, Ecce, locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis:

Eamus vſque ad Iordanem, & tollamus ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad ad habitandum. Qui dixit, Ite.

Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum ſeruis tuis. Reſpondit, Ego veniam.

Et abiit cum eis: quúmq; veniſſent ad Iordanem, cædebant ligna.

Accidit autē, vt quum vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrū ſecuris in aquam: exclamauitque ille, & ait, Eheu domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperam.

Dixit autē homo Dei, Vbi cecidit? B
At ille mōſtrauit ei locū: præcidit ergo lignū, & miſit illuc, natauitq; ferrum.

Et ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

Rex autē Syriæ pugnabat cōtra Iſrael, cōſiliūq; iniit cū ſeruis ſuis, dicēs, In loco illo & illo ponamus inſidias.

Miſit itaq; Vir Dei ad Regē Iſrael, dicens, Caue ne tranſeas in locum illum: quia ibi Syri in inſidiis ſunt.

Miſit itaque Rex Iſrael ad locum quem dixerat ei Vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi, non ſemel neque bis.

Cōturbatúmque eſt cor Regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis, ait, Quare nō indicatis mihi quis proditor mei ſit apud Regem Iſrael?

Dixítque vnus ſeruorū eius, Nequaquā, domine mi Rex, ſed Eliſæus C
propheta qui eſt in Iſrael, indicat Regi Iſrael omnia verba quæcunque loqutus fueris in conclaui tuo.

Dixitque eis, Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiam eum. Annūtiaueruntq; ei, dicētes, Ecce in Dothain.

Miſit ergo illuc equos, & currus, & robur exercitus: qui quum veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem.

Conſurgens autem diluculo miniſter Viri Dei, egreſſus eſt, viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitque ei, dicēs, Eheu domine mi, quid faciemus?

At ille reſpondit, Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis.

Quúmque oraſſet Eliſæus, ait, Do- D
mine, aperi oculos huius, vt videat.

---

27 Adhærebit tibi, &c. תדבק בך .i. laborabis lepra incurabili, & filii tui quos nunc habes. Leproſus ſicut nix. מצורע כשלג: .i. præ lepra candidus inſtar niuis.

IN CAPVT VI.

1 Filii Prophetarum בני־הנביאים .i. diſcipuli Eliſæi, & reliquorum Prophetarum. Dicunt Hebræi ſtudioſos Prophetarum homines familiarius verſatos cum Eliſæo abiecto Giezi, quàm antea: quòd Giezi ſectatoribus Prophetæ eſſet acerbiſſimus. Coram te, לפניך .i. apud te. Anguſtior *eſt* nobis: צר ממנו: Ad verbum, anguſtus *eſt* à nobis. i. anguſtior eſt quàm vt nos capere poſſit. 3 Et ait quidam, ויאמר האחד Ad verbum, Et ait vnus. ſub. ex diſcipulis illius. Velis obſecro venire הואל נא ולך Ad verbum, Velis quæſo, & veni. i. precamur vt venias. 5 Ferrum הברזל ſub. ſecuris, vel bipennis. Ahah domine mi, &c. אהה אדוני והוא שאול: Heu me domine mi, & ipſa mutuò erat accepta. i. periit ferrum ſecuris quam mutuò acceperam. 6 Lignum, עץ ſub. aliquod: vnde ſcilicet faceret alterum manubrium. Et proiecit illuc, וישלך־שמה .i. infixit illud manubrium nouum in foramen ferri quod erat in fundo Iordanis. Et ſupernatare fecit ויצף ſub. manubrium. vel Eliſæus. Alii, & ſupernatauit. vel, cœpit ſupernatare. ſub. ferrum cum manubrio. 8 Rex autem Arám, &c. ומלך ארם היה נלחם וגו׳ Quum autem Rex Syriæ bellum gereret aduerſum Iſraelem, conſtituit cum ſeruis ſuis collocare inſidias in quodam loco. In loco tali *&* tali erūt caſtra mea. אל־מקום פלני אלמוני וגו׳ In loco tali *&* tali caſtrametabimur. De hoc genere dicēdi vide Ruth 4. a. 1. 9 Deſcendunt. נחתים: deſcenderunt. i. caſtrametantur. 10 Et cauit ſibi, &c. ונשמר שם לא וגו׳ .i. cauit ſibi ne eò iret, miſit inquā non ſemel atque iterum, ſed ſæpius. Alii, & cauit ſibi illinc non ſemel atque iterū. 11 E nobis eſt Regis Iשſraאelis? משלנו אל־מלך ישראל: è nobis *prodat conſilia noſtra* Regi Iſraelis? 12 Non, לא .i. nequaquam res habet vt putas, domine mi Rex: nam, &c. Loqueris תדבר Fut. Heb. pro præſ. loqui ſoles in intimo tuo conclaui, ſiue in ſecretiſſimo cubiculorum tuorum. 13 Renuntiatum eſt autem ויוגד ſub. ab exploratoribus, quum reuerſi eſſent. 14 Et exercitum grauem: וחיל כבד .i. magnum peditatum. q. d. miſit illuc equites, & qui pugnarent in curribus falcatis, & pedites in magno numero. 15 Atque egreſſus, videt ויצא והנה Ad verbum, & egreſſus eſt, & ecce. egreſſus, ſub. domo. Alii, vt egrederetur, ſub. vrbe. Quomodo faciemus? איכה נעשה: .i. quid faciemus? q. d. actū eſt de nobis, periimus. 16 Qui nobiſcum *ſunt*, אשר אתנו .i. qui ſtant à parte noſtra, quàm qui ſunt pro illis.

Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruū igneorū, in circuitu Eliſæi.

Hoſtes verò deſcenderunt ad eum: 18 porrò Eliſæus orauit ad Dominū, dicens, Percute obſecro gentem hāc cæcitate. Percuſſitque eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Eliſæi.

Dixit autem ad eos Eliſæus, Nō eſt 19 hæc via, neq; iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtēdam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariā.

Quúmque ingreſſi fuiſſent in Sama 20 riam, dixit Eliſæus, Domine aperi oculos iſtorum vt videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ,

Dixitque Rex Iſrael ad Eliſæum 21 quū vidiſſet eos, Nunquid percutiam eos pater mi?

E Et ille ait, Nō percuties: neq; enim 22 cepiſti eos gladio & arcu tuo, vt percutias: ſed pone panem & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominum ſuum.

Appoſitáque eſt eis ciborū magna 23 præparatio, & comederūt & biberūt, & dimiſit eos, abierúntq; ad dominū ſuum: & vltrà non venerunt latrones Syriæ in terram Iſrael.

Factum eſt autem poſt hæc, congre 24 gauit Ben-adad Rex Syriæ vniuerſum exercitum ſuum, & aſcendit, & obſidebat Samariam.

Factáq; eſt fames magna in Sama- 25 ria: & tandiu obſeſſa eſt, donec venūdaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis.

Quúmque Rex Iſrael tranſiret per 26 F murū, mulier quædam exclamauit ad eū, dicens, Salua me domine mi Rex.

Qui ait, Non: te ſaluet Dominus: 27 vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari?

Dixitque ad eam Rex, Quid tibi 28 vis? Quæ reſpondit, Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.

Coximus ergo eum, & comedimus: 29 dixique die altera, Da filium tuum, vt comedamus eum. quæ abſcondit filium ſuum.

Quod quum audiſſet Rex, ſcidit ve 30 ſtimenta ſua, (& tranſibat per murū: viditque omnis populus ciliciū quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus.)

Et ait, Hæc mihi faciat Deus, & 31 & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſæi filii Saphat ſuper ipſum hodie.

'vt videat. Et aperuit Iehouáh oculos pueri, vidítque: & ecce 'mōs plenus *erat* equis, '& currus igneus in circuitibus אEliשſáy.

18 'Quúmque deſcenderent ad eum, orauit אEliשſáy ad Iehouam, & ait, Percute obſecro gentem iſtam "cæcitatibus. Et percuſſit eos cæcitatibus, iuxta verbum אEliשſáy.

Syri percuſſi cæcitate, introducūtur in mediā Samariam.

19 'Dixit ergo ad eos אEliשſáy, Nō eſt hæc 'via, nec eſt hæc vrbs: venite poſt me, & ducam vos ad virum quē quæritis. Duxit autem eos in שSomerón.

20 Fuítque, quum ingreſſi eſſent שSomerón, dixit אEliשſáy, ô Iehouáh aperi oculos iſtorum 'vt videant. Et aperuit Iehouáh oculos eorum, 'ac viderunt, & ecce *erant* in medio שSomerón.

21 Dixit autem Rex Iשſraאelis ad אEliשſáy quū vidiſſet eos, 'Nūquid percutiam percutiam pater mi?

Rex Iſrael Syros hoſtes ſuos conuiuio excipit authore Eliſæo.

22 Et ait, Non percuties. num quos cepiſti gladio tuo & arcu tuo, 'percutis? *quin* appone eis panem & aquam, vt comedant & bibant, abeántque ad dominum ſuum.

23 Apparauit itaque eis apparatum magnum, comederúntque, ac biberunt, & dimiſit eos: illi verò abierunt ad dominum ſuum, 'nec addiderunt vltrà exercitus Arám venire in terram Iשſraאelis.

24 Fuit autem poſt hæc, congregauit Ben-hadád Rex Arám omnia caſtra ſua, & aſcendit, atque obſedit שSomerón.

Syri obſident Samariam.

25 Fuítque fames magna in שSomerón: ecce nanque obſederunt eam, donec 'eſſet caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars 'cab "ſtercoris columbarum, quinque argenteis.

Fames in Samaria.
Caput aſini quāti emptū, atque ſtercus colūbinū

26 Accidit autem, quum Rex Iשſraאelis 'tranſiret ſuper murum, vt mulier exclamaret ad eū, dicendo, Saluā me fac domine mi Rex.

27 Qui dixit, 'Ne ſeruet te Iehouáh, vnde ſaluam faciam te? num de area, vel de torculari?

28 Dixit præterea ei Rex, "Quid eſt tibi? Illa ait, Mulier hæc dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie: filium autem meum comedemus cras.

29 Coximus igitur filium meum, & comedimus eum: poſtero verò die dixi ad eam, Da filium tuum, vt comedamus eum. '& illa abſcondit filium ſuum.

Mulier coquit filium.

30 Quum ergo audiſſet Rex verba mulieris, ſcidit veſtimēta ſua: ("trāſeunte autem illo ſuper murum, 'vidit populus, & ecce ſaccus erat ſuper carnem eius interné)

31 Dixítque, Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, ſi ſteterit caput אEliשſáy filii שSaphát ſuper eum hodie.

Ioran minatur mortem Eliſæo.

17 Vt videat, ויראה ſub. Angelos qui futuri ſunt nobis auxilio. Mons חהר in quo ſita erat vrbs: vel qui non procul aberat ab vrbe. Et currus igneus ורכבאש Quidam in plurali vertunt, & currus ignei erant in circuitu Eliſæi. 18 Quúmque deſcenderent ad eum, וירדו אליו ſub. egreſſum vrbe. Cæcitatibus. בסנורים Plur. Heb. pro ſing. cæcitate. Alii, hebetudine oculorum. i. vt habeant aciem oculorum hebetem, & non perfectè videant. 19 Dixit ergo ad eos ויאמר אלהם nempe poſtquam rogatus fuerat ab eis. Via, הירך quæ ſcilicet ducit in vrbem in qua putatis eſſe Eliſæum. 20 Vt videant. ויראו Ad verbum, & videant. ſub. vbinam ſint. Ac viderunt, & ecce, &c. ויראו והנה וגו׳ .i. ac deprehenderunt ſe eſſe intra Samariam. 21 Nunquid percutiā, &c. האכה אכה וגו׳ .i. viſne percutiā atque interficiam eos, domine mi? vel præceptor mi? 22 Percutis? מכה Quidam, percuteres? q.d. ſi hos percuteres, non percuteres homines victos tua opera, ſed opera Dei. nullum ius habes in iſtos, quia non cepiſti eos. 23 Nec addiderunt, &c. ולא־יספו עוד .i. ex eo tēpore deſierunt Syri facere impetum in Iſraelē, nēpe tēpore eius Regis. Vox VLTRA non excludit totum tempus futurum, ſed hoc dicit, quandiu Rex ille vixit, Syri non inuaſerunt Terram ſanctam. 25 Eſſet היות .i. venderetur. Cab הקב menſura quæ continet quartam partem סeah. i. ſati, ſiue modii. Stercoris חרייונים Ita ſcribitur, nempe cum ח & ר, ſed legitur cum ד & ב ſic, רבויעם quod idem ſignificat. Nam quod ſcribitur, ſignificat quod egreditur è foramine columbarum. חור enim eſt foramen. at quod legitur, honeſtiore vocabulo ſignificat ſuperfluitatem quæ fluit è columbis, à דב ſiue דוב verbo Chaldæo, quod eſt fluere. Quidam Hebræorum dicunt ſtercore columbino vſos fuiſſe tempore obſidionis ad fouendum ignem ob penuriam ligni. Alii interpretantur grana illa quæ eximebantur è veſicula gutturis colūbarum, quibus veſcebantur tempore famis. 26 Tranſiret ſuper murum, עובר על החומה .i. circuiret mœnia, luſtrando vrbem.

27 Non ſeruet te Iehoua, &c. אל־יושיעך יהוה וגו׳ q.d. diſpereas, vnde feram opem tibi? quare petis à me cibum, quum ſcias me omni re carere? neque triticum, neque vinum habeo quod tibi dare poſſim, omnia mihi deſunt.

28 Quid eſt tibi? מה־לך .i. Quid vis? quid quæris? 29 Et illa abſcondit ותחבא & illa occultauit. vt ſcilicet ipſum ſola edat. vel vt parcat ei, ſeruétque viuum. 30 Tranſeunte autem illo ſuper murum, והוא עובר על החומה vt paulo antè verſu 26, quum luſtraret vrbem, ſuper mœnia iter faciens. Vidit populus, &c. וירא העם והנה השק .i. deprehendit populus eum geſtare cilicium ſub veſte Regia.

32 (Eliשſáy autem ſedebat in domo ſua, & ſeniores ſedebãt cum ipſo:) miſitque virũ *quendam* à facie ſua: antequã *verò* nuntius veniret ad eum, dixit ad ſeniores, Annon vidiſtis quòd miſerit filius homicidæ huc, vt auferat caput meum? videte, quũ venerit nuntius, claudite oſtium, & reprimite eum in oſtio. nónne ſtrepitus pedũ domini eius poſt eum eſt?

33 Adhuc eo loquente cum illis, ecce nuntius deſcẽdebat ad eum, & dixit, Ecce, hoc malũ à Iehoua eſt: quid expectabo Iehouam amplius?

Ioram agnoſcit apud Eliſæum, Deum authorẽ eſſe famis.

Cap. VII.

1 Dixit autem אEliשſáy, Audite verbum Iehouæ, Sic dixit Iehouáh, Hoc tempore cras ſatum ſimilæ שſeclo *emetur*, & duo ſata hordei *uno* שſeclo in porta שSomerón.

Eliſæus prædicit Samaritis abundantiam.

2 Et reſpõdit dux ſuper cuius manum Rex innitebatur, ad virum Dei, & ait, Si Iehouáh faceret feneſtras in cælo, num eſſet hoc? Et dixit, En videbis oculis tuis, ſed ex eo non comedes.

Incredulus dux verbo Dei.

3 Quatuor auté viri erant leproſi ad introitum portæ: qui dixerunt quiſq; ad proximũ ſuũ, Cur manemus hîc donec moriamur?

4 Si dixerimus, Ingrediamur vrbem, fames eſt in vrbe, & moriemur ibi: ſi verò mãſerimus hîc, moriemur etiam: nunc igitur venite, & transfugiamus ad caſtra Arám: ſi ſinant nos viuere, viuemus: & ſi mori fecerint nos, moriemur.

5 Surrexerunt ergo in crepuſculo vt irent ad caſtra Arám: venerúntque vſque ad extremum caſtrorum Arám, & ecce non erat ibi quiſquam.

6 Dominus enim effecerat vt audiret exercitus Arám ſonitum curruum, & ſtrepitum equorum, *id eſt* ſtrepitum exercitus magni: dixerúntque alter ad alterum, Ecce mercede conduxit aduerſum nos Rex Iשſraאelis Reges הHitthæorum, & Reges AEgyptiorum, vt veniant contra nos.

Fugantur Syri à Deo.

Sine hominum manu Dominus ab obſidione & fame liberat Iſraelem.

7 Et ſurgentes fugerunt in crepuſculo, & reliquerunt tentoria ſua, & equos ſuos, & aſinos ſuos (caſtra *erant* vt fuerant) & fugerunt pro anima ſua.

8 Quum inquam veniſſent leproſi illi vſque ad extremũ caſtrorum, ingreſſi tentorium vnũ, comederunt & biberunt: tulerúntque inde argentum & aurum & veſtes, & abeuntes abſconderũt: & reuerſi ingreſſi ſunt tentorium aliud, atque tulerunt inde, & abeuntes abſconderunt.

9 Dixerunt autem alter ad alterum, Nõ rectè facimus: dies hæc, dies boni nuntii eſt, & nos tacemus? quòd ſi ipſi expectauerimus vſque ad lucem matutinam, inueniet nos iniquitas: nunc igitur venite, ingrediamur, & annuntiemus in domo Regis.

32 (Eliſæus autẽ ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo.) præmiſit itaque virum: & antequam veniret nuntius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quòd miſerit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? Videte ergo quũ venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire: ecce enim ſonitus pedũ Domini eius poſt eum eſt.

33 Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. & ait, Ecce, tantum malum à Domino eſt: quid amplius expectabo à Domino?

Cap. VII.

1 Dixit autem Eliſæus, Audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus, in tempore hoc cras modius ſimilæ vno ſtatere erit, & duo modii hordei ſtatere vno, ĩ porta Samariæ.

2 Reſpõdens vnus de ducibus, ſuper cuius manum Rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiã cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

3 Quatuor ergo viri erãt leproſi iuxta introitũ portæ: qui dixerũt adinuicẽ, Quid hic eſſe volum⁹ dõec moriamur

4 Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: ſiue mãſerimus hic, moriendum nobis eſt: venite ergo, & tranſfugiamus ad caſtra Syriæ. ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi autẽ occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5 Surrexerunt ergo veſperi vt venirent ad caſtra Syrię. quúmque veniſſent ad principium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. B

6 (Siquidem Dominus ſonitum audire fecerat in caſtris Syrię, curruum & equorum exercitus plurimi: dixerũtque adinuicẽ, Ecce mercede conduxit aduerſum nos Rex Iſrael Reges Hethæorum, & AEgyptiorum, & venerunt ſuper nos.

7 Surrexerunt ergo, & fugerũt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos, & aſinos in caſtris, fugerũtque, animas tantùm ſuas ſaluare cupientes.)

8 Igitur quum veniſſent leproſi illi ad principium caſtrorũ, ingreſſi ſunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tulerũtque inde argentum & aurum & veſtes, & abierunt, & abſcõderunt: & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum, & inde ſimiliter auferentes abſconderunt.

9 Dixerũntque adinuicem, Nõ rectè facimus: hæc enim dies boni nuntii eſt. ſi tacuerimus, & noluerimus nũtiare vſque mane, ſceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula Regis. C

32 Sedebant cum ipſo: יושבים אתו ſedebant iuxta eũ.i.aſſidebant illi. Miſitque virũ וישלח איש qui ſcilicet præcideret caput Eliſæo. Dixit אמר ſub. Eliſæus. Filius homicidæ בן־המרצח .i.filius Achab homicidæ, cuius conſenſu Naboth eſt occiſus.q.d.iſte qui imitatur mores paternos. Et reprimite eum,&c. ולחצתם אתו .i.eum repellite, occludentes illi oſtium.nolite ſinere eum ingredi.

33 Deſcendebat יורד deſcendit.præſens.q.d. viderunt ipſi nuntium deſcendentem. Et dixit, ויאמר ſub. Rex qui anteuertit nuntio quem miſerat. Hic locus oſtendit, Regem Iſrael protinus mutaſſe ſententiam, illumque nuntio quẽ miſerat, anteuertiſſe, ita vt illi non licuerit Eliſæo præcidere ceruices. Hoc malum זאת הרעה Hæc afflictio.i.tanta iſta fames vt mulieres comedant natos ſuos. Quid expectabo,&c. מה־אוחיל ליהוה עוד: .i. Quid vltrà expectare debeam à Domino? q.d. nulla ſupereſt ſpes. Sunt verba hominis penè deſperantis.

IN CAPVT VII.

1 Hoc tempore לעת Hoc articulo temporis. Hac hora. 2 Dux השליש quaſi dicas tertium à Rege. Feneſtras ארבות ſub. per quas Deus triticum demitteret.q.d.etiamſi Deus demittat de cælo triticum, vt olim Man, non tamen poſſet eſſe tam vile triticum.

3 Portæ: השער ſub. vrbis, in qua erat habitaculum leproſorum, aut qua ibatur ad caſtra. 4 Si dixerimus, אם־אמרנו .i. Si ita ſtatuamus. vel, Si velimus ingredi. Moriemur etiam: ומתנו ſub. fame & inedia. Si ſinant nos viuere,&c. אם־יחינו נחיה וגו' Ad verbum, ſi viuificauerint nos, viuemus: & ſi mortificauerint,&c. 5 In crepuſculo כנשף ſub. nocturno.i.prima nocte. Vſque ad extremum עד־קצה vſque ad extremitatem.i.principium: hoc eſt ad prima tentoria caſtrorum. 6 Alter ad alterum, איש אל־אחיו Ad verbum, vir ad fratrem ſuum. 7 In crepuſculo, בנשף ſub. veſpertino. Caſtra *erant* vt fuerant המחנה כאשר הוא ſub. prius. i. ita inſtructa vt erant prius. nihil enim ſecum abduxerant. Pro anima ſua. אל־נפשם: Chaldæus paraph. vt ſeruarent animam ſuam.i.vitam ſuam. Vel, fugerunt ſibi.i. fuga ſibi cõſuluerunt. 8 Vſque ad extremũ עד־קצה Vide paulo antè, verſu quinto. 9 Alter ad alterũ, איש אל־רעהו Ad verbũ, vir ad proximũ ſuũ.i.adinuicem. Iniquitas: עון Pro pœna quæ iniquitati debetur, poſuit iniquitatẽ.i. dabimus pœnas.

10 Quúmque veniſſent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad caſtra Syriæ, & nullum ibidē reperimus hominē, niſi equos & aſinos alligatos, & fixa tentoria.

11 Ierunt ergo portarii, & nuntiauerūt in palatio Regis intrinſecus.

12 Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egreſſi ſunt de caſtris, & latitant in agris, dicentes, Quum egreſſi fuerint de ciuitate, capiem⁹ eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus.

13 Reſpondit autem vnus ſeruorum eius, Tollamus quinque equos qui remanſerunt in vrbe (quia ipſi tantùm ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael, alii enim conſumpti ſunt) & mittētes, explorare poterimus.

14 Adduxerunt ergo duos equos, miſitque Rex in caſtra Syrorum, dicens, Ite, & videte.

D

15 Qui abierunt poſt eos vſque ad Iordanem: ecce autem, omnis via plena erat veſtibus & vaſis, quæ proiecerāt Syri quū turbarentur: reuerſique nuntii indicauerunt Regi.

16 Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ: factúſque modius ſimilę ſtatere vno, & duo modii hordei ſtatere vno, iuxta verbum Domini.

17 Porrò Rex ducem illum, in cuius manu incumbebat, conſtituit ad portam: quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta verbum quod loquutus fuerat Vir Dei, quando deſcenderat Rex ad eum.

18 Factúmque eſt ſecundū ſermonem viri Dei, quē dixerat Regi, quādo ait, Duo modii hordei ſtatere vno erunt, & modius ſimilæ ſtatere vno, hoc eodem tēpore cras in porta Samariæ:

19 Quando reſpōderat dux ille Viro Dei, & dixerat, Etiāſi Dominus fecerit cataractas in cælo, nūquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

20 Euenit ergo ei ſicut prædictū erat, & cōculcauit eum populus in porta, & mortuus eſt.

Cap. VIII.

Suprà 4.f.34

1 ELiſæus autē loquutus eſt ad mulierem cuius viuere fecerat filiū, dicens, Surge, vade, tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris: vocauit enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſeptem annis.

2 Quæ ſurrexit, & fecit iuxta verbū hominis Dei: & vadens cū domo ſua, peregrinata eſt in terra Philiſthiim diebus multis.

3 Quúmq; finiti eſſent anni ſeptē, reuerſa eſt mulier de terra Philiſthiim: & egreſſa eſt vt interpellaret Regem pro domo ſua & pro agris ſuis.

10 Venerunt itaque, & clamauerunt ad ianitorem vrbis, renuntiauerúntque "eis, dicendo, Venimus ad caſtra Arám, & ecce non erat ibi quiſquam, neque vox hominis, niſi equi ligati, & aſini ligati, & tentoria vt fuerant.

Leproſi annuntiant prouidentiam Dei Iſraelitis.

11 "Clamauerunt ergo ianitores, & renuntiauerunt in domo Regis "intrinſecus.

12 Surrexítque Rex nocte, & dixit ſeruis ſuis, Indicabo nunc vobis quid fecerint nobis Aramæi, Sciūt quòd famelici ſimus, propter ea egreſſi ſunt è caſtris, vt latitent "in agro, "dicendo, Quū egreſſi fuerint è ciuitate, capiemus eos viuos, "& vrbem ingrediemur.

Dei ordinationē non agnoſcunt.

13 Tunc reſpondit vnus è ſeruis eius, ac dixit, "Tollant quæſo quinq; ex equis reſiduis qui remanſerunt in ea. "ſiquidem illi *ſunt* ſicut vniuerſa multitudo Iשraאelis quæ remanſit in ea, illi *inquam* profectò *ſunt* ſicut vniuerſa multitudo Iשraאelis quæ iam cōſumpta eſt) & mittamus, "atque videamus.

14 Tulerunt igitur duos "currus equorū, quos miſit Rex "poſt caſtra Arám, dicendo, Ite, & videte.

15 Et abeuntes illi ſequuti ſunt eos vſq; ad Iardén, & ecce, tota via plena erat veſtibus, & vaſis quæ proiecerant Aramæi "dum feſtinarent: reuerſi verò nuntii indicauerunt Regi.

16 Et egreſſus populus diripuit caſtra Arám: & fuit ſatum ſimilæ שſeclo, & duo ſata hordei שſeclo, iuxta verbum Iehouæ.

17 Porrò Rex præfecit ducē illum, ſuper cuius manū innitebatur, "portæ, cōculcauitque eū populus in porta, & mortuus eſt ſicut loquut⁹ fuerat Vir Dei, qui *id* dixerat fore quū deſcēderet Rex ad eū:

Dux qui verbo Dei incredulus fuerat, conculcatur à turba.

18 "Fuit inquam quemadmodum loquutus fuerat Vir Dei ad Regem, dicendo, Duo ſata hordei שſeclo *ementur*, & ſatum ſimilæ שſeclo erit hoc tempore cras in porta שSomerón.

19 Et reſponderat dux ad Virū Dei, & dixerat, Etiāſi faceret Iehouáh feneſtras in cælo, num eſſet hoc? Dixerátque ille, En tu videbis oculis tuis, ſed ex eo non comedes.

20 Et fuit ſic: conculcauerúntque eum populus in porta, ac mortuus eſt.

Cap. VIII.

1 ELiשſáy autem loquutus eſt ad mulierem illā cuius viuere fecerat filiū, his verbis, Surge, & vade tu & familia tua, "atque peregrinare vbi potueris peregrinari: "vocauit enim Iehouáh famem, & etiam venit ſuper terram ſeptem annis.

Prædicenti Eliſæo famē ſeptem annorum, Sunamitis credula fugit in AEgyptum.

2 Surrexit itaq; mulier, & fecit iuxta verbū Viri Dei. abiit nāque ipſa & familia ei⁹, & peregrinata eſt ī terra Peliשſthím ſeptē annis.

3 Fuit autem, in fine ſeptem annorum reuerſa eſt mulier è terra Peliשſthím: & egreſſa eſt "vt clamaret ad Regem pro domo ſua & pro agro ſuo.

Reuerſæ mulieri tradūtur poſſeſſiones, propter Eliſæum.

---

10 Eis, להם ſub. ianitoribus. vel ianitori, & illis qui cum eo erant. 11 Clamauerunt ergo ויקרא השוערים Clamauit ergo *unus ex* ianitoribus. i. vnus ex ianitoribus clamauit vt excitaret ianitorem aulæ regiæ, hoc eſt, ianitores clara voce retulerunt ianitoribus aulæ qui Regi rē indicarent. Intrinſecus. פנימה: interné. i. in intima parte palatii Regis. 12 In agro, בהשדה ſub. Samaritano. Dicēdo, לאמור ſub. apud ſe. q. d. hoc conſilio. Et vrbē ingrediemur. ואל־העיר נבוא: i. tunc potiemur vrbe. 13 Tollāt quæſo, &c. ויקחו־נא חמשה וגו׳ q. d. Mittantur ex nobis aliquot, ſiue quinque cū quinque equis. vel vt doctus inter Hebræos exponit, Capiant aliquot ex illis quinque equis qui ſoli remanſerunt. Siquidem illi, &c. הנם ככל־ההמון i. ſiquidē illi laborant inedia, & iam penè cōſumpti ſunt fame, ſicut vniuerſa multitudo quæ in vrbe eſt, fame penè confecta eſt: & illi quidem propediem morituri ſunt fame, non aliter quàm vniuerſa illa multitudo Iſraelis quæ iam periit. q. d. non magnam iacturam faciemus ſi perierint illi equi: nam etiam ſi in vrbe remanſerint, morituri ſunt. Atque videamus. ונראה: ſub. an ſit vera fama, an fictitia. 14 Currus equorum, רכב סוסים equos vectarios generis equini. i. duo iumenta vectaria. Significat enim רכב etiā iumentū quo vehimur. Poſt caſtra Arám, אחרי מחנה־ארם. i. qui ſequerentur Syros. 15 Dū feſtinarent: בחפזם i. dum trepidantes fugerent, vt citius currerēt. 17 Portæ על־השער Datiuus eſt verbi Præfecerat. conſtituerat enim ſuper portā qua egrediebantur ad diripienda caſtra Syrorū. 18 Fuit inquā quemadmodum loquutus f. ויהי כדבר איש האלהים אל־המלך וגו׳ Quū enim loqueretur Vir Dei Regi, dicendo, &c. Reſpondit dux, &c. Vide primum verſum huius capitis, & ſecundum.

IN CAPVT VIII.

1 Atque peregrinare, &c. וגורי באשר תגורי atque habita vbi habitare poſſis. vel poteris. i. vbi videbitur tibi commodum & vtile habitare. Vocauit enim כי־קרא inuitauit enim. vt ſcilicet veniat. i. immiſſurus eſt. Metaphora ſumpta à conuiuis. 3 Vt clamaret, &c. לצעק אל־המלך i. vt conquereretur apud Regem quòd domum ſuam quidam, ſe abſente, quum illam vacuam reperiſſent, occupaſſent.

4 Rex autem"loquutus eſt ad Geחhazí puerum viri Dei, dicendo, Narra obſecro mihi omnia"magnalia quæ fecit אEliשſáy.

5 Quúmque ille narraret Regi"quomodo viuere feciſſet mortuũ, en mulier cuius"viuere fecerat filium, clamabat ad Regem pro domo ſua & pro agro ſuo, dixítq; Geחhazí, Domine mi Rex, hæc eſt mulier, & hic eſt filius eius quem viuere fecit אEliשſáy.

6 Tunc interrogauit Rex mulierem: quæ narrauit ei: dedítque ei Rex"eunuchũ vnum, dicendo,"Reſtitue omnia quæ erant ei, & omnes fructus agri, à die qua reliquit terram vſque adhoc tempus.

Ben-adad ægrotus conſulit Eliſæum.

7 Poſthæc venit אEliשſáy in Dãméשſec: Ben-hadád autẽ Rex Arã ægrotabat, renũtiatũq; eſt ei his verbis, Venit Vir Dei hucuſq;.

8 Et ait Rex ipſi חHazaאél, Tolle in manu tua munus, & vade in occurſum Viri Dei,"& requires Iehouã ab eo, dicendo,"Nunquid viuam de infirmitate hac?

9 Abiit igitur חHazaאél in occurſum eius, & tulit munus in manu ſua,"atq; omne bonum Dãméשſec, onus quadraginta camelorũ: & venit, ſtetítque corã eo, & ait, Filius tuus Ben-hadád Rex Arám miſit me ad te, dicendo, Nunquid viuam de infirmitate iſta?

10 Reſpondit ei אEliשſáy, Vade, dic ei, Viuendo viues: oſtendit tamen mihi Iehouáh quòd moriendo morietur.

Flet Eliſæus.

11 "Et ſtare fecit faciem ſuam, & poſuit donec moraretur: fleuítque Vir Dei.

12 Dixítque חHazaאél, Quare dominus meus flet? Reſpõdit, Quia noui"malũ quod facturus ſis filiis Iשſraאelis:"munitiones eorum mittes in ignem, & adoleſcentes eorum gladio occides, & paruulos eorum"allides, & prægnantes eorum diuides.

Hazaeli prædicit quæ mala ipſe facturus eſſet Iſraeli.

13 Dixítque חHazaאél,"Quid eſt enim ſeruus tuus canis, vt faciat rem magnam hanc? Reſpondit אEliשſáy, Oſtendit mihi Iehouáh te *fore* Regem ſuper Arám.

14 Et receſſit ab אEliשſáy, & venit ad dominum ſuum, dixítque ei, Quid dixit tibi אEliשſáy? Et ait, Dixit mihi,"Viuendo viues.

Hazael imprudẽs ſuffocat Bẽadad, & pro eo regnat.

15 Fuit autem, poſtera die tulit"pannum craſſum, & intinxit"in aquam, & expandit ſuper"faciem eius: mortuúſque eſt, ac regnauit חHazaאél pro eo.

Regnat Ioram filius Ioſaphat ſuper Iudam.

16 Anno autẽ quinto Iorám filii Aחháb Regis Iשſraאelis, & Iehoשſaphát Regis Iehudáh, regnauit Iehorã filius Iehoשſaphát Rex Iehudáh.

17 Triginta octo annorum erat quando regnare cœpit, & octo annis regnauit in Ieruשſaláim.

18 Et ambulauit per viã Regum Iשſraאelis, quemadmodũ fecerat"domus Aחháb: filia enim Aחháb erat ei vxor: fecítque malum in oculis Iehouæ.

B

4 Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſæus.

5 Quúmque ille narraret Regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad Regẽ pro domo ſua & pro agris ſuis: dixitque Giezi, Domine mi Rex, hæc eſt mulier, & hic eſt filius eius quem ſuſcitauit Eliſæus.

6 Et interrogauit Rex mulierẽ: quæ narrauit ei. deditque ei Rex eunuchũ vnum, dicens, Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt, & vniuerſos reditus agrorũ, à die qua reliqt terrã, vſq; ad præſẽs.

C

7 Venit quoque Eliſæus Damaſcum, & Ben-adad Rex Syriæ ægrotabat: nuntiauerúntque ei, dicẽtes, Venit vir Dei huc.

8 Et ait Rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occurſum Viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicẽs, Si euadere potero de infirmitate mea hac.

9 Iuit igitur Hazael in occurſũ eius, habens ſecum munera, & omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorum. quúmque ſtetiſſet coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad Rex Syriæ miſit me ad te, dicẽs, Si ſanari potero de infirmitate mea hac?

10 Dixitque ei Eliſæus, Vade dic ei, Sanaberis: porrò oſtendit mihi Dominus quia morte morietur.

D

11 Stetitque cum eo, & conturbatus eſt vſque ad ſuffuſionem vultus: fleuitque Vir Dei.

12 Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? At ille dixit, Quia ſcio quę facturus ſis filiis Iſrael mala. ciuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorũ elides, & prægnantes diuides.

13 Dixitque Hazael, Quid enim ſum ſeruus tuus canis, vt faciam rẽ iſtam magnã? Et ait Eliſęus, Oſtendit mihi Dominus te Regem Syriæ fore.

14 Qui quum receſſiſſet ab Eliſęo, venit ad dominũ ſuum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliſæus? At ille reſpõdit, Dixit mihi, Recipies ſanitatem.

E

15 Quúmque veniſſet dies alter, tulit ſtragulum, & infudit aquã, & expandit ſuper faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo.

16 ¶Anno quinto Ioram filii Achab Regis Iſrael & Ioſaphat Regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat Rex Iuda. 2.Par.21.a.4

17 Triginta duorum annorum erat quũ regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit in Ieruſalem.

18 Ambulauitque in viis Regum Iſrael, ſicut ambulauerat dom⁹ Achab: filia enim Achab erat vxor eius, & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini.

---

4 Loquutus eſt מדבר Præſ. Heb. pro præt. Magnalia הגדולות ſignificat res inſignes, hoc eſt miracula. 5 Quomodo viuere feciſſet אשר־החיה Ad verbum, quomodo viuificaſſet. i. ſuſcitaſſet. 6 Eunuchũ סריס principem. ſub. quendam aulæ ſuæ. Vide Gene.37.g.36. Reſtitue השיב .i. Cura reddi & reſtitui omnia quæ ad illam ſpectant, à tempore quo diſceſſit è patria iſta. 8 Et requires Iehouã ab eo, ודרשת את־יהוה מאותו .i. conſules eũ de voluntate Dei. Nunquid viuã de infir. hac? האחיה מחלי זה: Cõualeſcámne ab iſta ægritudine? 9 Atque omne bonũ וכל־טוב & optima quæque. i. pretioſiſſima quæque. q. d. ex pretioſiſſimis quibuſque Damaſceni agri tulit quantũ ferre poterant X L cameli. 11 Et ſtare fecit, &c. ויעמד את־פניו וגו׳ Et ſtatuit vultum ſuum, &c. ſub. in altero latere. i. auertit vultum ab eo: & poſuit manũ ſuam ante faciem ſuã aliquandiu. id ſignificat, Donec moraretur. volebat enim continere ſe à lachrymis, & diſſimulare mœrorem animi. 12 Malum quod facturus, &c. את אשר־תעשה וגו׳ Vertunt quidam אשר in Quòd coniunctionem, quòd facturus ſis filiis Iſraelis malum. Alii in Quomodo. i. animo præuideo afflictionem qua afficies Iſraelitas. Munitiones eorum, &c. מבצריהם תשלח באש Sic ſæpe Hebræi loquuntur, cõuerſo dictionum ordine, pro, ignem mittes in munitiones eorũ. i. munitiſſima quæque loca incendes igni. Allides, תרטש ſub. ad parietẽ, vel ſaxum, aut ſolum. 13 Quid eſt enim, &c. כי מה עבדך Subaudiendum eſt aliquid, cuiuſmodi, Ne dicas hoc ſeruo tuo: qualis enim eſt ſeruus tuus, non pluris ſanè faciendus quàm canis mortuus, ſeruus tuus abiectiſſimus, quòd dicas me facturum rem tam grandem? 14 Viuendo viues. חיוה תחיה: Conualeſces. Recipies ſanitatem. Hebraiſmus. 15 Pannum craſſum, המכבר ſtragulam. operimentũ lecti quod fiebat è pilis caprarum. In aquã, במים ſub. frigidam, vt extingueret ardorem & æſtum febris. Faciem eius: פניו faciem ſuam. nam alii referunt ad Ben-hadad, qui rogarit vt ſibi daretur pãnus intinctus in aquam frigidam, quo vultum ſuum tegeret, vt inueniret refrigerium. Alii ad Hazaelem referunt, vt & noſter interpres. Doctus inter Hebræos ait, hoc Hazaelem feciſſe de induſtria. Alii, per imprudentiam, quum quereretur Rex de calore febris, porrexiſſe pannum humentem. 18 Domus Aחháb: בית אחאב .i. ii qui fuerant de domo Achab.

2.Reg.7.b.13 F 19 Noluit autem Dominus diſperdere Iudam propter Dauid ſeruum ſuum, ſicut promiſerat ei, vt daret illi lucernam, & filiis eius, cunctis diebus.

20 In diebus illis receſſit Edom ne eſſet ſub Iuda, & cõſtituit ſibi Regem.

21 Venitque Iorã Seira, & omnes currus cum eo: & ſurrexit nocte, percuſſitque Idumæos qui eum circundederant, & principes curruum: populus autem fugit in tabernacula ſua.

22 Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Iuda, vſque ad diem hanc: tunc receſſit & Lobna in tempore illo.

23 Reliqua autem ſermonum Ioram, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda?

2.Para.22.a.1 24 Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cum eis in Ciuitate Dauid: & regnauit Ochozias filius eius pro eo.

G 25 Anno duodecimo Iorã filii Achab Regis Iſrael regnauit Ochozias filius Ioram Regis Iudæ.

26 Vigintiduorum annorum erat Ochozias quum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Athalia filia Amri Regis Iſrael.

27 Et ambulauit in viis dom⁹ Achab: & fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut dom⁹ Achab: gener enim domus Achab fuit.

28 Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael Regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram.

29 Qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eũ Syri in Rama prçliantem contra Hazael Regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram Rex Iuda, deſcendit inuiſere Ioram filiũ Achab, in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

Cap.IX.

4.Reg.19.d.17 1 Eliſæus autem Prophetes vocauit vnum de filiis Prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.

2 Quũmque veneris illuc, videbis Iehu filium Ioſaphat filii Namſi: & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum, & introduces in interius cubiculum.

3 Tenénſque lenticulam olei, fundes ſuper caput eius, & dices, Hçc dicit Dominus, Vnxi te Regem ſuper Iſrael. aperiéſque oſtiũ, & fugies, & nõ ibi ſubſiſtes.

4 Abiit ergo adoleſcẽs puer Prophetæ in Ramoth Galaad.

5 Et ingreſſus eſt illuc: ecce autẽ principes exercitus ſedebant: & ait, Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixitq;

---

19 Noluit tamen Iehouáh diſperdere Iehudáh própter Dauidem ſeruum ſuum, quemadmodũ dixerat ei quòd daret ei ′lucernam, & filiis eius, cunctis diebus.

20 In diebus eius′defecit אEdóm ab imperio Iehudáh, & cõſtituerunt ſuper ſe Regem.

21 Trãſiuit igitur Iorám in עSeעir, & omnes currus cum eo: quúmque ſurrexiſſet nocte, & percuſſiſſet אEdóm qui circũdederat eũ, & principes curruum, fugit′populus in tabernacula ſua.

22 Rurſum defecit אEdóm ab imperio Iehudáh vſque ad diẽ hãc: tunc defecit Libnáh″eo tempore.

23 Reliquum autem verborum Iorám, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

24 Dormiuítque Iorám cum patribus ſuis, fuítque ſepultus cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis: & regnauit Aחhaziáhu filius eius pro eo.

25 Anno duodecimo Iorám filii Aחháb Regis Iשraאél regnauit Aחhaziáhu filius Iehorám Regis Iehudáh.

26 Vigintiduorum annorũ erat Aחhaziáhu ′quũ regnare cœpit, & anno vno regnauit in Ieruשaláim: nomen autem matris eius erat עAthaliáhu′filia עOmri Regis Iשraאelis.

27 ′Ambulauit autem per viam domus Aחháb: fecítque malum in oculis Iehouæ, ſicut domus Aחháb: gener enĩ domus Aחháb erat.

28 Et iuit cum Iorám filio Aחháb ad bellum contra חHazaאél Regem Arám, in Ramóth Gilעád, & percuſſerunt Aramæi Iorám.

29 Propterea reuerſus eſt ipſe Iorám Rex vt curaret ſe in Izreאעél à plagis quibus percuſſerant eũ Aramæi in Ramáh, ″dum pugnaret contra חHazaאél Regem Arám: Aחhaziáhu autem filius Iehorám Rex Iehudáh deſcendit vt videret Iorám filium Aחháb in Izreאעél, quòd ægrotaret.

Cap.IX.

1 Porrò אEliשáע Propheta vocauit vnum è filiis Prophetarum, dixítque ei, ″Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam″olei huius in manu tua, ac vade in Ramóth Gilעád.

2 ″Et ingrediaris illuc, & aſpicias ibi *ubi ſit* Iehú filius Iehoשaphát filii Nimשi: quum autẽ *eò* perueneris, ſurgere facias illum de medio ′fratrum ſuorum, & introducas eum ′*in* cubiculum *quod eſt* in *alio* cubiculo.

3 Tum tolles lenticulam olei, & effundes ſuper caput eius, ac dices, Sic dixit Iehouáh, ″Vnxi te in Regem ſuper Iשraאelẽ. & tum aperto oſtio fugies, ′nec expectabis.

4 Abiit itaque puer ille, ′puer Prophetæ in Ramóth Gilעád.

5 Qui quum eſſet ingreſſus, ecce principes exercitus ſedebant: tum dixit, ″Verbum *eſt* mihi ad te ô princeps. Dixítque Iehú, Ad

---

Edom recedit à Iuda, conſtituto ſibi Rege.

Lobna.

Mortuo Ioram ſuccedit Ochozias fili⁹ impius.

Bellũ Ioram & Ochoziæ contra Hazael.

Iehu vngitur in Regem Iſrael.

Fuga.

---

19 Lucernam ניר .i. ſplendorem illum regalem, ſiue dignitatem regiam. Sic 1.Reg.11.f.36. 20 Defecit אEdom ab imperio Iehudáh, פשע אדום מתחת יד־יהודה Ad verbũ, præuaricatus eſt Edo deſub manu Iehuda.i. deſiit eſſe ſubditus Regi Iehuda. Sic paulo pòſt verſu 22. 21 Populus העם ſub. Idumæorũ qui euaſerat. 22 Eo tẽpore. בעת ההיא: .i. in hac ſecunda & vltima defectione. Libnáh vrbs Idumææ nõ procul aberat à Terra ſancta. 26 Quũ regnare cœpit, במלכו Ad verbũ, in regnãdo ipſo: vnà cũ patre ſcilicet, & anno vno regnauit ſolus, quũ ipſe eſſet XLII annorũ. Vide 2.paral.22.a.2 Filia בת .i. neptis. 27 Ambulauit autem, &c. וילך בדרך וגו׳ Hebraiſmus, imitatus eſt mores & ſtudia familiæ Achab. 29 Dum pugnaret cõtra חHaz. בהלחמו את־חזאל dum propugnaret .i. defenderet, ſub. Ramoth contra Hazael.

IN CAPVT IX.

1 Accinge lumbos tuos, חגור מתניך .i. præpara te itineri, da operã vt citò eas. hoc enim feſtinationem quandam deſignat. Iſtud etiam dicit quòd tum Rex abiſſet. Olei huius השמן הזה vnguẽti huius.i. balſami, ſiue opobalſami. non enim intelligitur hic locus de vnguento vnctionis quo ſe Reges Iudæ vngebant. 2 Et ingrediaris illuc, & aſpicias, &c. ובאת שמה וראה־שם Nonnihil ſubaudiuit interpres. Vertere potes, Et ingredere illuc, & aſpice.i. diligenter circunſpice vbinam ſit Iehu. Fratrum ſuorum, אחיו Qui hic fratres dicuntur, paulo infrà verſu quinto, principes appellãtur. q.d. è medio collegarum ſuorum. *In* cubiculum *quod eſt* in *alio* cubiculo. חדר בחדר: *in* penetrale *quod eſt* in *alio* penetrali.i. in cubiculum internum, ac ſecretiſſimum & penitiſſimũ. 3 Vnxi te in Regem משחתיך למלך *Iam* vnxi te in Regem.i. elegi te vt ſis Rex, atque hac effuſione vnguenti ſignifico te fore Regem. Nec expectabis ולא תחכה ſub. vt quicquam dicat tibi. q.d. ſtatim reuertaris. 4 Puer Prophetæ הנער הנביא Chaldæus paraph. diſcipulus Prophetæ. Alii, puer Propheta. Quidam dicunt fuiſſe Ionam. 5 Verbum *eſt* mihi ad te דבר לי אליך Hebraiſmus, Habeo quæ dicam tibi, Paucis te volo.

quem ex omnibus nobis? Reſpondit, Ad te ô princeps.

Surrexit itaque, & ingreſſus eſt domum, & fudit oleum ſuper caput eius, ac dixit ei, Sic dixit Iehouáh Deus Iʬſraℵelis, ʼVnxi te in Regem ſuper populum Iehouæ, ſuper Iʬſraℵelem. 6

Achab.

Iezabel.

Et percuties domum Anháb domini tui: nam vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum Prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Iehouæ de manu ʼℵIzébel: 7

Et peribit vniuerſa domus Anháb, ſuccidámque de Anhábʼmingentem ad parietem,ʼ& clauſum & derelictum in Iʬſraℵele. 8

Et dabo domum Anháb ſicut domum Iarobɣám filii Nebát, & ſicut domum Baɣaſá filii Anhiiáh. 9

ʼℵIzébel autem comedent canes in agro Izreℵɣél, & non erit ſepeliens.ʼMox aperuit oſtium, & fugit. 10

Iehu conſtituitur Rex.

Iehú autẽ egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui:ʼdixítque ei,ʼEſtne pax? cur venit inſanus ille ad te? Reſpõdit illis, Vos noſtis virum & ſermonem eius. 11

Et dixerunt, Falſum eſt: indica nunc nobis. Ille dixit,ʼSic & ſic dixit mihi, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Vnxi te in Regem ſuper Iʬſraℵelem. 12

ʼFeſtinauerunt itaque, & tulerunt quiſque veſtimentum ſuum, ac poſuerunt ſubter eum ʼin faſtigio graduum, clãxerúntque tuba, atque dixerunt,ʼRegnat Iehú. 13

Iehu interficit Iorã regẽ Iſrael, & Ochoziã regẽ Iuda.

Coniurauit itaque Iehú filius Iehoʬſaphát filii Nimʬſi contra Iorám (Iorám autem cuſtodierat Ramóth Gilɣád vnà cum vniuerſo Iʬſraℵele à facie nHazaℵél Regis Arám: 14

Et reuerſus fuerat Iehorám rex vt curaret ſe Izreℵɣél à vulneribus quibus vulnerauerãt eum Aramæi dum pugnaret cõtra nHazaℵél Regem Arám) dixítque Iehú,ʼSi eſt volũtas veſtra,ʼne egrediatur euaſor è ciuitate qui eat vt renuntiet in Izreℵɣél. 15

ʼEt cõſcendit Iehú, & abiit in Izreℵɣél: Iorám enimʼdecũbebat ibi, Anhaziáh quoq; Rex Iehudáh deſcẽderat vt inuiſeret Iorám. 16

Porrò ſpeculator qui ſtabat ſuper turrim in Izreℵɣél, quum videret globum Iehú venientem, dixit,ʼGlobum video. Dixítque Iehorám, Accipeʼequitem, & mitte in occurſum eorum, ac dicat, ʼEſtne pax? 17

Abiit itaque eques in occurſum eius, ac dixit, ʼSic dixit Rex, Eſtne pax? Reſpõdit Iehú,ʼQuid tibi & paci?ʼgyra poſt me. Renũtiauit autem ſpeculator, dicendo, Venit nuntius vſque ad eos, ſed non reuertitur. 18

Miſit igitur equitem ſecundum: qui veniens ad eos, ait, Sic dixit Rex, Eſtne pax? Reſpondit Iehú, Quid tibi & paci? gyra poſt me. 19

Renuntiauit itaque ſpeculator, dicendo, Venit vſque ad eos, ſed non reuertitur: inceſſus autẽ eſt ſicut inceſſus Iehú filii Nim- 20

Iehu, Ad quẽ ex omnibus nobis? At ille dixit, Ad te ô princeps. B

Et ſurrexit, & ingreſſus eſt cubiculum: at ille fudit oleum ſuper caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Vnxi te Regem ſuper populũ Domini Iſrael.

Et percuties domum Achab domini tui, & vlciſcar ſanguinem ſeruorũ meorum Prophetarum, & ſanguinẽ omnium ſeruorum Domini ‖ de manu Iezabel. 3.Reg.21.f.21

Perdámque omnem domũ Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum & nouiſſimũ in Iſrael.

Et dabo domum Achab, ‖ ſicut domum Ieroboam filii Nabat, ‖ & ſicut domum Baaſa filii Abia. 3.Reg.21.g.30 3.Reg.16.a.3

Iezabel quoque comedẽt canes in agro Iezrahel, nec erit qui ſepeliat eam. Aperuitque oſtium, & fugit.

Iehu autem egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui: qui dixerunt ei, Recténe ſunt omnia? quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis, Noſtis hominẽ, & quid loquutus ſit. C

At illi reſponderunt, Falſum eſt, ſed magis narra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc loquutus eſt mihi: & ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te Regẽ ſuper Iſrael.

Feſtinauerunt itaque, & vnuſquiſque tollens pallium ſuum, poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinẽ tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt, Regnauit Iehu.

Coniurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filii Namſi contra Ioram: (porrò Ioram obſederat Ramoth Galaad, ipſe & omnis Iſrael cõtra Hazael Regem Syriẹ.

Et reuerſus fuerat vt curaretur in Iezrahel, propter vulnera, quia percuſſerant eum Syri, præliantẽ contra Hazael Regem Syriæ) dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nũtiet in Iezrahel.

Et aſcendit, & profectus eſt in Iezrahel: Iorã enim ęgrotabat ibi, & Ochozias Rex Iuda deſcenderat ad viſitandum Ioram.

Igitur ſpeculator qui ſtabat ſuper turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. Dixitque Ioram, Tolle currũ, & mitte in occurſum eorũ, & dicat vadens, Recténe ſunt omnia? D

Abiit ergo qui aſcenderat currum, in occurſum eius, & ait, Hæc dicit Rex, Pacatáne ſunt omnia? Dixitque Iehu, Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. Nuntiauit quoque ſpeculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur.

Miſit etiam currum equorũ ſecundum: venitque ad eos, & ait, Hæc dicit Rex, Nũquid pax eſt? Et ait Iehu, Quid tibi & paci? trãſi, & ſequere me.

Nuntiauit autem ſpeculator, dicẽs, Venit vſque ad eos, & nõ reuertitur: eſt autẽ inceſſus quaſi inceſſus Iehu

6 Vnxi te, &c. משחתיך וגו' Vt paulo antè verſu 3. 8 Mingentem ad par. משתין בקיר Vide 1.Samu.25.d.22. Et clauſum, & derelictum ועצור ועזוב Vide 1.Reg.14.c.10. 10 Mox aperuit ויפתח Ad verbũ, Et aperuit. 11 Dixítque ei, ויאמר לו ſub.vnus nomine omnium. Eſtne pax? השלום Hebraiſmus, Recténe ſe habent omnia? q.d. Prædixitne ille proſpera? Solebant Prophetæ appellari inſani, ſiue furioſi quòd dum agerentur Spiritu prophetico, vires naturales ſopitæ eſſent, & viderentur quaſi furere.

12 Sic & ſic dixit mihi, dicendo, כזאת וכזאת אמר אלי לאמור .i. hæc & illa, hoc eſt, inter alia hoc quoque dixit mihi.

13 Feſtinauerunt itaque, & tulerunt וימהרו ויקחו Hebraiſmus, Mox tulerunt. vel, feſtinantes acceperunt. In faſtigio grad. אל־גרם המעלות .i. in ſupremo gradu, hoc eſt in loco eminẽtiſſimo. Regnat מלך Præt.Heb. pro præſ. regnũ adeptus eſt. 15 Si eſt voluntas veſtra, אם־יש נפשכם .i. ſi vobis cordi eſt, & placet vt regnem. Ne egrediatur euaſor אל־יצא פליט .i. nemo egrediatur, nec euadat. Vel, nemo euadat ex vrbe. 16 Et conſcendit וירכב ſub. equum, vel currum. Decumbebat שוכב ſub. in lecto ægrotus.

17 Globum את־שפעת turmam. comitatũ, qui ſequebatur illum. Equitem, רכב curſorem equeſtrem. Eſtne pax? השלום: Recténe habent omnia? Tranquilláne ſunt omnia? 18 Sic dixit Rex, Eſtne pax? כה־אמר המלך השלום q.d. Peto à te nomine Regis annõ pacata ſint omnia. Quid tibi & paci? מה־לך ולשלום Hebraiſmus, Quid tibi eſt commune cum pace? vel, quid curas de pace? Gallicè, *De quoy te ſoukies tu ſ'il eſt paix, ou non?* Gyra poſt me. סוב אל־אחרי Verte te ad tergum meum. i. ſequere me à tergo.

filii Namſi,præceps enim graditur.

E Et ait Ioram,Iunge currum.Iunxitque currum eius, & egreſſus eſt Iorã rex Iſrael, & Ochozias rex Iuda, ſinguli in curribus ſuis, egreſſique ſunt in occurſum Iehu,& inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. 21

Quúmque vidiſſet Ioram Iehu, dixit,Pax eſt Iehu? At ille reſpõdit,Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. 22

Conuertit autem Ioram manũ ſuã, & fugiens ait ad Ochoziam, Inſidiæ Ochozia. 23

Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percuſſit Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſaggitta per cor eius, ſtatimque corruit in curru ſuo. 24

Dixitque Iehu ad Badacer ducem, Tolle, proiice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim (quando ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem huius) quòd Dñs onus hoc leuauerit ſuper eum, dicẽs, 25 F

3.Reg.21.g.29 ‖Si nõ pro ſanguine Naboth,& pro ſanguine filiorum eius,quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro iſto,dicit Dominus. nũc ergo tolle,& proiice eũ in agrũ,iuxta verbum Dñi. 26

Ochozias autem Rex Iuda videns hoc,fugit per viam domus horti:perſequutúſque eſt eum Iehu,& ait,Etiã hunc percutite in curru ſuo, in aſcenſu Gur qui eſt iuxta Ieblaam. Qui fugit in Mageddo,& mortuus eſt ibi. 27

Et impoſuerunt eum ſerui eius ſuper currum ſuum,& tulerunt in Ieruſalem: ſepelierúntque eum in ſepulchro cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid. 28

Anno vndecimo Iorã filii Achab, regnauit Ochozias ſuper Iudam, 29

Venitque Iehu in Iezrahel: porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram, 30

Ingredientem Iehu per portam,& ait, Nũquid pax eſſe poteſt Zambri, ‖qui interfecit dominum ſuum? 31 3.Reg.16.c.10

Leuauitque Iehu faciem ſuã ad feneſtrã,& ait,Quæ eſt iſta? Et inclinauerunt ſe ad eũ duo vel tres eunuchi. 32

At ille dixit eis,Præcipitate eã deorſum.Et præcipitauerunt eã, aſperſúſque eſt ſanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. 33

Quúmque introgreſſus eſſet vt comederet biberétq; ait, Ite, & videte 34

שſi,quia″furioſè incedit.

21 ″Tum dixit Iehorán,Liga *currum*.Ligauit igitur currũ eius,& egreſſus eſt Iehorã Rex Iשſraאelis,& Aחhaziáhu Rex Iehudáh,quiſque in curru ſuo, egreſi ſunt inquam in occurſum Iehú, & inuenerunt eum in agro Naboth Izreאyelitæ.

22 Quum autem vidiſſet Iehoram Iehú,dixit,″Eſtne pax Iehú? Reſpondit,″Quæ pax? adhuc fornicationes אIzébel matris tuæ, & veneficia eius quamplurima

23 Mox conuertit Iehorám manum ſuam,& fugit,dixítque ad Aחhaziáhu,Dolus Aחhaziáh.

24 Iehú autẽ″impleuit manũ ſuã arcu, & percuſſit Iehorám″inter brachia ei⁹,& egreſſa eſt ſagitta è corde ei⁹,& corruit in curru ſuo.

25 Dixit autem ad Bidcár ducem ſuum,Tolle,proiice eum in partem agri Nabóth Izreאyelitæ:memẽto enim *quòd* ego & tu eramus aliquando cum quibuſdam qui equitabant primi poſt Aחháb patrem eius,& Iehouáh″leuauit aduerſus eum prophetiam hanc:

26 ″Niſi ſanguinem Nabóth & ″ſanguinẽ filiorũ eius ″viderim heri,dicit Iehouáh:itaque reddã tibi in agro hoc,dicit Iehouáh. Nũc ergo tolle,ac proiice eum in agrum,iuxta verbum Iehouæ.

27 Aחhaziáh autem Rex Iehudáh quum vidiſſet,″fugit per viam domus horti:″perſequutúſque eſt eum Iehú,& ait,Etiam hũc percutite ſuper currum, in aſcenſu Gúr qui eſt iuxta Ibléyam.″Et fugit in Megiddó,atque mortuus eſt ibi.

28 ″Et impoſuerunt illum in currum vt illum deferrent ſerui eius in Ieruשſaláim,ſepelierúntque eum in ſepulchro ſuo cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis.

29 ″Anno autem vndecimo,anno Iorám filii Aחháb regnauit Aחhaziáh ſuper Iehudáh.

30 Venit ergo Iehú in Iezreאyél:″אIzébel autẽ quum audiſſet,ornauit fuco oculos ſuos,ornauit quoque caput ſuum, ac reſpexit de feneſtra. Præcipitata Iezabel moritur.

31 Et quum Iehú ingrederetur per portam, illa dixit,″Eſtne pax ô Zimri,occiſor domini ſui?

32 Ille verò ſublata facie ſua ad feneſtram,dixit,″Quis eſt mecum, quis? Et proſpexerunt ad eum duo *aut* tres eunuchi.

33 Qui dixit,Demittite eam.Et demiſerunt eam,″& aſperſum eſt de ſanguine eius in parietem,& in equos, & conculcauit eam.

34 Ingreſſus verò comedit & bibit,ac dixit,″Viſitate nunc male- Comeditur à canibus iuxta verbum Dei.

20 Furioſè בשגעון cum præcipitatione[.i.præceps,præcipitanter]ingreditur.vel incedere ſolet.Gallicè,*Il chemine bien roide.*
21 Tum dixit Iehoram,Liga. ויאמר יהורם אסור Tum dixit Iehoram[ſub.aurigæ ſuo,] Iunge.ſub. currũ.i.equos currui. Iunxit itaque currum eius.i.equos currui eius. 22 Quæ pax?adhuc,&c. מה השלום עד־זנוני Quæ pax eſt *quæ peruenire poſſit* vſque ad fornicationes Izebel matris tuæ, & veneficia eius quamplurima? i. quæ ratio pacis conuenire poſſit tecum & cum matre tua fornicaria & venefica,ſiue quæ deceat te & matrem tuam?q.d.neque tu dignus es pace,neque mater tua.
23 Manum ſuam, ידיו Ad verbum,manus ſuas.i.vnam ex manibus ſuis.hoc eſt,vertit habenas equorum. 24 Impleuit manum ſuam arcu, מלא ידו בקשת Hebraiſmus,adduxit neruum quantum potuit. Inter brachia e. בין זרעיו .i.à tergo inter ſcapulas.
25 Leuauit aduerſus eum,&c. נשא עליו וגו׳ .i.prædixit iſtud de eo. 26 Niſi אם לא Subaudiendum aliquid,Non habeat poſthac verax,niſi,&c. Sanguinẽ filiorum eius דמי בניו Licet 1.Reg.21.d. 13, nulla fiat mentio cædis filiorum Naboth, hic tamen locus indicat Naboth habuiſſe filios,qui etiam interfecti ſunt à Iezabele:alioqui patri mortuo illi ſucceſſiſſent,neque vineam optatam conſequutus fuiſſet Achab. Viderim heri, ראיתי אמש .i.meminerim nuper. 27 Fugit per viam domus horti: וינס דרך בית הגן .i. fugit in Samariã per hortos,ſiue per viam latentem & occultam quæ erat conſita arboribus,& ideo ſecretior. Perſequutúſque eſt eum,&c. וירדף אחריו Hic ſubaudiunt multa, vt clariora ſint omnia,Perſequutus eſt eum Iehu vſque in Samariam.quum autem adductus fuiſſet ad eum,dixit,Hunc quoque perimite in curru.Dixit hoc in aſcenſu Gur.Vel,dixit,Percutite eum in aſcenſu Gur. Et fugit וינס ſub.vulnere accepto.aut vulneratus. 28 Et impoſuerunt illum,&c. וירכבו אותו עבדיו Ad verbum, Et equitare fecerunt eum ſerui eius.i.currui impoſitum deduxerunt,&c. 29 Anno autẽ,&c. ובשנת אחת עשרה שנה Repetitur hoc vt intelligamus eũ propter ſcelera non diu regnaſſe. Intelligit autẽ de annis perfectis:nã duo anni imperfecti reputantur pro vno. 30 אIzébel autẽ quũ audiſſet, ואיזבל שמעה .i. Quũ intellexiſſet Iehu aduẽtare,pinxit oculos ſuos fuco:hoc eſt,ornauit ſe ornatu regio, vel vt placeret Iehu,vel potius vt appareret ipſi Iehu,volẽs ſeruare dignitatẽ regiam quandiu viueret: nam erat ſuperba & arrogantiſſima.itaque quaſi exprobrans hoc dicit. 31 Eſtne pax,&c. השלום .i.pacificúſne eſt aduẽrus tuus,ô tu qui es alter Zimri? 32 Quis eſt mecum,quis? מי אתי מי Quis eſt *illic* pro me,quis?i.quis illic eſt cũ illa qui à parte mea ſtet? 33 Et aſperſum eſt de ſanguine e. ויז מדמה Et aſperſit ſe[.i.diſſiliit]de ſanguine eius. i.pars aliqua ſanguinis eius ruptis venis diſſiliit in parietem,&c.hoc eſt,paries proximus & equi fuerunt aſperſi ſanguine eius:& conculcauit eam Iehu equo ſuo.
34 Viſitate nunc פקדו נא Agite,recolligite.

dictam illam,& ſepelite eam,quia filia Regis eſt.

35 Abeuntes itaque vt ſepelirent eam, non inuenerunt ex ea niſi caluariam,& pedes,"& palmas manuum.

36 Et reuerſi renuntiauerunt ei:qui dixit,Verbũ Iehouæ eſt quod loquutus eſt per manum ſerui ſui אEliiáhu Thiſbitæ, dicendo,In agro Izreאyél comedent canes carnes 'אIzébel.

37 Erítque cadauer 'אIzébel ſicut ſtercus ſuper faciem agri in agro Izreאyél,ita vt non ſint dicturi,Hæc eſt אIzébel. Cap.X.

Iehu occidit ſeptuaginta filios Achab, & omnẽ domum eius, vt cõpleretur verbum Domini.

1 AחHáb autem fuerant ſeptuaginta filii in שSomerón:ſcripſitque Iehú literas, & miſit in שSomerón ad principes Izreאyél ſeniores,"& ad nutritios Aחháb "huiuſmodi mandatis,

2 "Nunc ergo quum venerit epiſtola hæc ad vos,(vobiſcum enim ſunt filii domini veſtri, ſunt & currus vobiſcum, & equi, ciuitas quoque munita,& arma.)

3 'Conſiderate præſtantiorem,& qui magis placet de filiis domini veſtri,& ponite *eum* in ſolio patris ſui, atq; pugnate pro domo domini veſtri.

4 Timuerunt autem vehementiſſimè, atque dixerunt, Ecce duo Reges 'non ſteterunt coram eo,& quomodo ſtabimus nos?

5 Miſit itaque is qui præerat domui,& qui præerat ciuitati,& ſeniores illi,& nutritii,ad Iehú,dicendo, Serui tui ſumus,& omnia quæ dixeris nobis,faciemus : non creabimus Regem quenquam: quod bonum eſt in oculis tuis,fac

6 Scripſit ergo ad eos epiſtolã "ſecunda *uice*,dicendo,Si mei eſtis,& voci meæ obeditis,tollite capita virorũ filiorum domini veſtri,& venite ad me "tẽpore hoc cras in Izreאyél. (filii autẽ Regis ſeptuaginta viri erant apud maiores ciuitatis qui educabant illos.)

7 Quúmque perueniſſet epiſtola ad eos, tulerunt filios Regis, & iugulauerunt ſeptuaginta viros,ac poſuerũt capita eorum "in cophinis,atque miſerunt ad eum in Izreאyél.

8 "Venit autem nuntius qui indicauit ei,dicendo, Attulerunt capita filiorum Regis. Ille dixit, Ponite ea in duobus aceruis ad oſtium portæ vſque mane.

9 Quúmque mane "egreſſus eſſet,ſtetit,& ait ad vniuerſum populum,"Iuſti vos eſtis:ecce ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum :ſed quis percuſſit omnes iſtos?

10 "Scitote nunc quòd non cadet quicquã de ſermone Iehouæ in terrã,quem loquutus eſt ipſe Iehouáh cõtra domũ Aחháb, fecítque Iehouáh quod loquutus fuerat per manũ ſerui ſui אEliiáhu.

11 Percuſſitque Iehú omnes qui reliqui erant de domo Aחháb in Izreאyél , & omnes optimates eius,"notóſque eius,ac ſacerdotes eius,"donec non reliquit ei ſuperſtitem.

Occidit & XLII fratres Ochoziæ Regis Iuda.

12 Surgens autẽ poſt hæc,profectus eſt & abiit in שSomerón:"ipſe

maledictã illam,& ſepelite eam: quia filia Regis eſt.

35 Quúmque iſſent vt ſepelirent eam, non inuenerunt niſi caluariam,& pedes,& ſummas manus.

36 Reuerſique nuntiauerunt eis & ait Iehu, Sermo Domini eſt, ‖ quem loquutus eſt per ſeruum ſuum Eliam Theſbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel. 3.Reg.21.f.21.

37 Et erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Iezrahel,ita vt prætereuntes dicant,Hæccine eſt illa Iezabel? Cap. X.

1 ERant autem Achab ſeptuaginta filii in Samaria:ſcripſit ergo Iehu literas,& miſit in Samariam,ad optimates ciuitatis,& ad maiores natu,& ad nutritios Achab,dicens,

2 Statim vt acceperitis literas has (qui habetis filios domini veſtri, & currus,& equos, & ciuitates firmas, & arma)

3 Eligite meliorem,& eum qui vobis placuerit de filiis domini veſtri,& eũ ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri.

4 Timuerunt illi vhementer, & dixerunt,Ecce,duo Reges non potuerunt ſtare coram eo,& quomodo nos valebimus reſiſtere?

5 Miſerunt ergo præpoſiti domus,& præfecti ciuitatis,& maiores natu,& nutritii , ad Iehu , dicentes, Serui tui ſumus, quæcũque iuſſeris, faciemus, nec conſtituemus nobis Regẽ : quæcunque tibi placent fac. B

6 Reſcripſit autem literas ſecundò, dicens, Si mei eſtis,& obeditis mihi, tollite capita filiorum domini veſtri, & venite ad me hac eadẽ hora cras, in Iezrahel.(porrò filii Regis,ſeptuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur.)

7 Quúmque veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios Regis, & occiderũt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis,& miſerunt ad eũ in Iezrahel.

8 Venit autem nuntius , & indicauit ei,dicens,Attulerũt capita filiorum Regis. Qui reſpondit , Ponite ea ad duos aceruos, iuxta introitum portæ vſque mane.

9 Quúmque diluxiſſet,egreſſus eſt,& ſtans dixit ad omnem populum,Iuſti eſtis:ſi ego coniuraui contra dominũ meum,& interfeci eum, quis percuſſit omnes hos?

10 Videte ergo nunc quoniam nõ cecidit de ſermonibus Domini in terrã, ‖quos loquutus eſt Dominus ſuper domũ Achab , & Dominus fecit quod loquutus eſt in manu ſerui ſui Eliæ. 3.Reg.21.g.29

11 Percuſſit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel , & vniuerſos optimates eius , & notos & ſacerdotes, donec nõ remanerent ex eo reliquiæ. C

12 Et ſurrexit, & venit in Samariam:

---

35 Et palmas וכפות .i.extremitates.

IN CAPVT X.

1 Et ad nutritios ואל האומנים .i.ad eos qui educabant & nutriebant filios Achab. Huiuſmodi mãdatis,' לאמור: Ad verbũ,dicendo.
2 Nunc ergo,&c. ועתה כבא וגו' Hic tantùm recitat principem clauſulã literarum & concluſionem. 3 Conſiderate præſtantiorẽ,&c.
וראיתם הטוב והישר מבני וגו' Ad verbũ,Et videte bonũ & rectũ de filiis,&c.Subaudiẽdũ בעיניכם in oculis veſtris,vt ſit plena loquutio.i.proſpicite
diligenter conſiderate præſtãtiorem & qui magis placeat vobis.Hoc dicebat vt tentaret eos. 4 Nõ ſteterunt coram eo, לא עמדו לפניו
Hebraiſmus,pro non potuerunt ei reſiſtere. 6 Secunda *uice* , שנית .i.ſecundò,ſiue iterũ. Tẽpore hoc כעת hac hora. hoc articulo
tẽporis. 7 In cophinis , בדודים in calathis.in caniſtris. 8 Venit autẽ nuntius ויבוא המלאך Noctu hæc capita allata ſunt:qui
autem ea deferebant,portam clauſam inuenerunt. vnde ille qui portæ præerat , miſit qui denuntiaret hoc Regi.tẽpeſtiuè enim clauduntur portæ,vbi res ſunt nouæ. 9 Egreſſus eſſet ויצא egreſſurus eſſet. vel egredi velle videretur. Iuſti vos eſtis,&c. צדקים אתם q.d.putatis vos eſſe iuſtos,& me iniuſtũ qui coniurauerim contra dominũ meum.Oratio conciſa quæ ex ſequentibus verbis ſic abſoluitur, Vt hos nõ interfeciſtis,ſed Dominus:ſic dominum meum non interfeci,ſed Dominus. 10 Scitote nunc דעו אפוא q.d.Certè hoc totum quod hactenus geſtum eſt,voluntate Diuina factum eſt. 11 Notóſque eius, ומיודעיו .i. familiares. Donec non reliquit ei ſup. עד־בלתי השאיר־לו שריד: ita vt non reliquerit ei ſuperſtitem vllum. 12 Ipſe *autem erat* iuxta domum הוא בית עקד id eſt,& quum iam deueniſſet iuxta domum tõſtrinæ. Ad verbum,ligationis,quòd in ea ligarentur oues tondendæ. Alii vertunt,iuxta congregationem: quòd illic cõgregarentur paſtores.Chaldæus paraphraſtes,iuxta domum congregationis paſtorum.

quúmque veniſſet in Camerã paſtorum, in via

13 Inuenit fratres Ochoziæ Regis Iuda, dixitque ad eos, Quinã eſtis vos? Qui reſponderunt, Fratres Ochoziæ ſumus, & deſcendimus ad ſalutandos filios Regis & filios Reginæ.

14 Qui ait, Comprehendite eos viuos. Quos quũ comprehendiſſent viuos, iugulauerunt eos in ciſterna iuxta Cameram, quadragintaduos viros: & nõ reliquit ex eis quenquam.

15 Qúmq; abiſſet inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, D & benedixit ei, & ait ad eũ, Nunquid eſt cor tuũ rectũ ſicut cor meũ cũ corde tuo? Et ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit, da manũ tuam. Qui dedit ei manum ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in currum:

16 Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impoſitum in curru ſuo,

17 Duxit in Samariam: & percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vſque ad vnum, iuxta verbũ Domini quod loquutus eſt per Eliã.

3.Reg.16.d.33

18 ¶Congregauit ergo Iehu omnẽ populum, & dixit ad eos, Achab coluit Baal parũ, ego autẽ colã eũ amplius.

19 Nũc igitur omnes prophetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat, ſacrificiũ enim grande eſt vt puto mihi Baal: quicunque defuerit, nõ viuet. (porrò Iehu faciebat hoc inſidioſè, vt diſperderet cultores Baal.)

20 Et dixit, Sanctificate diẽ ſolennem Baal. Vocauitque,

E

21 Et miſit in vniuerſos terminos Iſrael, & venerũt cuncti ſerui Baal: nõ fuit reſiduus ne vnus quidẽ qui non veniret. & ingreſſi ſunt templũ Baal, & repleta eſt domus Baal à ſummo vſque ad ſummum.

22 Dixitque iis qui erãt ſuper veſtes, Proferte veſtimenta vniuerſis ſeruis Baal. Et protulerunt eis veſtes.

23 Ingreſſúſque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal, Perquirite & videte nequis fortè vobiſcum ſit de ſeruis Domini, ſed vt ſint ſerui Baal ſoli.

24 Ingreſſi ſunt igitur vt facerent victimas & holocauſta: Iehu autẽ præparauerat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus veſtras, anima eius erit pro anima illius.

F

25 Factum eſt autem quum cõpletum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percuſſerúntque eos in ore gladii, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatẽ templi Baal.

autem erat iuxta domum tonſtrinæ paſtorum in via.

13 Et Iehú″inuenit fratres Aחhaziáhu Regis Iehudáh, & dixit, Quinam eſtis? Reſponderunt, Fratres Aחhaziáhu ſumus: & deſcendimusʹad ſalutandum filios Regis & filios Reginæ.

14 ʹMox dixit, Comprehendite eos viuos. Et comprehẽderunt eos viuos, iugulauerúntque eos ad ciſternam domus tonſtrinæ, quadraginta & duos viros, nec reliquit ex eis quenquam.

15 Poſthæc abiit inde, & inuenit Iehonadáb filium Rechál in occurſum ſuum, quem ſalutauit, aitque ei, ″Nunquid eſt cor tuum rectum, quemadmodũ eſt cor meum cum corde tuo? Reſpondit Iehonadáb, ʹEſt & eſt. Da igitur *inquit* manũ tuam. Et dedit ei manum ſuam, ″& aſcendere fecit eum ad ſe in currum:

Ionadab filius Rechab pius, iũgitur ipſi Iehu ad delendã idololatriam.

16 Ac dixit, Veni mecum, & vide″zelum meum pro Iehoua. ʹImpoſuerunt inquam eum in curru eius,

17 Et venit in שSomerón, & percuſſit omnes qui reliqui erant de Aחháb in שSomerón, donecʹdiſperdidit ipſum, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat ad אEliiáhu.

18 Congregauit autem Iehú vniuerſum populum: quibus dixit, Aחháb coluitʹBáyal parum, Iehú″colet eum multúm.

19 Nunc ergo omnes prophetas Báyal, omnes ſeruos eius & omnes ſacerdotes eius conuocate ad me, nemo deſit: ſacrificiũ enim grande eſt mihi ipſi Báyal: quicunque defuerit, non viuet. Iehú autem *id* faciebat callidè, vt perderet cultores Báyal.

Omnes ſacerdotes Baal, aſtutia Iehu iuterficiũtur.

20 Dixítque Iehú, ″Sanctificate cœtũ ipſi Báyal. Et conuocauerũt.

21 Miſit deinde Iehú in vniuerſum Iשſraאelẽ: & venerunt omnes cultores Báyal, nec defuit quiſquam qui non venerit: ingreſſíque ſunt domum Báyal, & repleta eſt domus Báyal″ab extremo vſque ad extremum.

22 Tum dixit ei qui præerat theſauro veſtiũ, Profer″veſtes omnibus cultoribus Báyal. Et protulit eis veſtes.

23 Poſt hæc ingreſſus eſt Iehú, & Iehonadáb filius Reחháb domũ Báyal, dixítque cultoribus Báyal, ʹScrutamini & videte ne fortè ſit hîc vobiſcum de ſeruis Iehouæ, ″niſi cultores Báyal ſoli.

24 Ingreſſi ſunt inquam vt facerent ſacrificia & holocauſta. Iehú autem collocauerat ſibi foris octoginta viros, quibus dixerat, Vir qui euaſerit ex hominibus illis quos ego adducturus ſum in manus veſtras, ″anima eius *erit* pro anima illius.

25 ʹQuum autem compleuiſſet facere holocauſtum, dixit Iehú ʹcurſoribus & ducibus, Ingredimini, percutite eos, ″ne vnus quidẽ egrediatur. Et percuſſerunt eos acie gladii, abiecerúntque cadauera eorũ ipſi curſores & duces: poſtea abierunt″vſque ad vrbem domus Báyal.

13 Inuenit fratres מצא את־אחי offendit nepotes.i.filios fratris Aחhaziáhu. Ad ſalutandũ, &c. לשלום וגו׳ pro ſalute filiorum Regis & filiorum Reginæ.i.vt feramus opẽ filiis Regis & Reginæ Iezabel. 14 Mox dixit, ויאמר Ad verbũ, & dixit. 15 Nunquid eſt cor tuum, &c. היש את־לבבך .i.Nunquid diligis me ex animo, ſicut ego diligo te ex animo? Eſt & eſt. יש ויש Geminatione verbi vehementius affirmat.q.d.proculdubio diligo te ex animo. Et aſcendere fecit eum ויעלהו .i.ſuſtulit eum in currum quo vehebatur.
16 Zelum meum pro Ieh. בקנאתי ליהוה .i.quanta facturus ſum in honorẽ Iehouæ. Impoſuerunt inquã e. וירכבו ſub.famuli.i.miniſtri adiuuerunt conſcendentem in currum. Ad verbum, & equitare fecerunt. 17 Diſperdidit ipſum, השמדו deleuit ipſum.i.totam eius familiam. 18 Baγal הבעל Baal appellatiuũ eſt nomen, ſignificans idolũ in genere: hic autẽ & 1.Reg.16.g.32, & .22.g.54, pro illo inſigni idolo Sidoniorũ accipitur, quod aliâs dicitur Aſtarte, ſiue Aſtoreth. Achab (inquit) non multum fuit addictus cultui Baal, ego verò multũ ero.
20 Sanctificate קדשו Conuocate. Indicite. 21 Ab extremo vſque ad extr. פה לפה: ab ora ad orã.i.à ſummo ad ſummũ.i.omnino. Metaphora ſumpta à vaſis humore aliquo plenis. Gallicè, *De bord en bord*. 22 Veſtes לבוש Sing.Heb.pro plur.quibus vti ſolebant qui colebant Baal. 23 Scrutamini & videte חפשו וראו Diſpicite diligenter & conſiderate. Niſi cultores כי אם־עבדי ſed cultores.
24 Anima eius, &c. נפשו תחת נפשו: .i.anima eius qui ſinet eum abire, erit pro anima illius qui euaſerit.q.d.morietur pro eo.
25 Quum autem compleu. ויהי ככלותו ſub.ſummus ſacerdos Baγal. Curſoribus לרצים .i.ſatellitibus.militibus leuioris armaturæ.
Ne vnus quidem egrediatur. איש אל־יצא Ad verbum, vir non egrediatur.i.nequis euadat. Vſque ad vrbem, &c. עד־עיר בית־הבעל: .i. vſque ad vrbem quandam vicinam Samariæ, in qua templum dedicatum erat Baal.

Baal comminuitur. Ex eius templo latrinas facit Iehu.

26 Et educentes ſtatuas domus Báyal,″combuſſerunt eas.

27 ″Diruerũt quoque ſtatuã Báyal′atque domum eius,poſuerúntquè eam″pro latrinis vſque hodie.

28 Deleuit itaque Iehú Báyal de Iשſraאele.

29 Veruntamen à peccatis Iarobyám filii Nebát,qui peccare fecit Iשſraאelem,non declinauit Iehú,ab illis *id eſt à* vitulis aureis qui erant in Beth-אél & in Dan.

Mercedem tēporalem dat Deus ipſi Iehu.

30 Dixit ergo Iehouáh ad Iehú, Quandoquidem″ſtudioſè feciſti quod rectũ erat in oculis meis , *&* ″iuxta omnia quæ *erant* in corde meo,feciſti domui Aחháb: filii″quartæ generationis ſedebunt tibi ſuper ſolium Iשſraelis.

31 Iehú autem non obſeruauit vt ambularet in Lege Iehouæ Dei Iשſraאelis toto corde ſuo,nec declinauit à peccatis Iarobyám qui peccare fecit Iשſraאelem.

32 Tempore illo cœpit Iehouáh″excidere in Iשſraאele,″percuſſitq; eos חHazaאél in omni termino Iשſraאelis.

Iſrael percutitur ab Hazaele.

33 A Iardén ad Ortum ſolis,omnem terram Gilyád, Gaditen, & Reאuben iten, & Menaשſſiten,ab Aroyér (quæ eſt iuxta torrentẽ Arnón)& Gilyád,& Baשſán.

34 Reliquũ autẽ verborũ Iehú,& omnia quæ fecit,″totáq; fortitudo eius, nõne ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Regũ Iשſraאelis?

Iehu moritur.

Dormiuítque Iehú cum patribus ſuis,& ſepelierunt eũ in שSomerón,regnauítque Iehoaחház filius eius pro eo.

Succedit Ioachaz.

35 Dies autem quibus regnauit Iehú ſuper Iשſraאelem, fuerũt vigintiocto anni″in שSomerón.

Cap.X I.

Athalia interficit omne ſemen regium. Ioas filius Ochoziæ abſcõditur.

1 ATHaliáh autem mater Aחhaziáhu videns quòd mortuus eſſet filius ſuus,ſurrexit,& perdidit omne ſemen regium.

2 Tulit verò Iehoשſébay filia regis Iorám ſoror Aחhaziáhu,Ioáש filiũ Aחhaziáhu , furatáque eſt cũ è medio filiorũ Regis qui interficiebantur,″ipſum & nutricem eius″in cubiculo lectorum:& occultauerunt eum à facie yAthaliáhu,nec eſt interfectus.

3 Fuítque cum illa in domo Iehouæ abſconditus ſex annis : yAthaliáh autem regnabat ſuper terram.

Ioas fit Rex.

4 Anno autẽ ſeptimo miſit Iehoiadáy, & tulit″cẽturiones, duces ″& curſores,quos introduxit ad ſe in domũ Iehouæ, percuſſítque cum illis fœdus,″ac iurare fecit eos in domo Iehouæ, & oſtendit eis filium Regis.

5 Præcepítque eis,dicendo,Hoc eſt quod facietis,Tertia pars veſtrum″*erit* eorum qui intrant ſabbathum , & obſeruaturi ſunt″cuſtodiam domus regiæ:

26 Et protulerũt ſtatuam de fano Baal, & combuſſerunt.

27 Et comminuerunt eam. deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vſque in diem hanc.

28 Deleuit itaque Iehu Baal de Iſrael:

29 Veruntamen à peccatis Ieroboam filii Nabat qui peccare fecit Iſrael, non receſſit,nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan.

30 Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia ſtudioſè egiſti quod rectũ erat & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo, feciſti cõtra domum Achab: |filii tui vſq; ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.

Infrà 15.c.12

31 Porrò Iehu nõ cuſtodiuit vt ambularet in Lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccatis Ieroboam qui peccare fecerat Iſrael.

G

32 In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael:percuſſitque eos Hazael in vniuerſis finibus Iſrael,

33 A Iordane contra Orientalem plagam,omnem terram Galaad,& Gad, & Ruben,& Manaſſe,ab Aroer(quæ eſt ſuper torrentem Arnon)&Galaad & Baſan.

34 Reliqua autem verborum Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nõnne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iſrael?

Et dormiuit Iehu cũ patribus ſuis, ſepelierũntque eũ in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo.

35 Dies autem quos regnauit Iehu ſuper Iſrael,viginti & octo anni ſunt,in Samaria.

Cap.X I.

2.Para.22.d.11

1 ATHalía verò mater Ochoziæ,videns mortuũ filium ſuum , ſurrexit & interfecit omne ſemẽ regiũ.

2 Tollẽs autem Ioſába filía regis Ioram ſoror Ochoziæ,Ioas filiũ Ochoziæ,furata eſt eum de medio filiorum Regis qui interficiebantur , & nutricẽ eius,de triclinio:& abſcondit eum à facie Athaliæ,vt non interficeretur.

3 Erátque cum ea ſex annis clàm in domo Domini:porrò Athalia regnauit ſuper terram.

4 |Anno autem ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumens centuriones & milites,introduxit ad ſe in templum Domini,pepigitque cũ eis fœdus:& adiurans eos in domo Domini , oſtendit eis filium Regis.

2.Para.23.a.1

5 Et præcepit illis,dicens,Iſte eſt ſermo quem facere debetis,Tertia pars veſtrum introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus Regis.

26 Cõbuſſerunt eas. וישרפוה: Ad verbũ, & cõbuſſerunt eã.i.vnamquanque earũ.Sing.pro plur. 27 Diruerũt quoque ויתצו Cõfregerunt quoque.demoliti ſunt. Atque domũ eius, ויתצו את־בית בבעל Ad verbũ , & diruerunt domum eius. Pro latrinis למוצאות Ad verbũ,pro exitibus. Sic vocant excrementa quibus exoneratur aluus: & locũ in quem populus aluum exonerat. 30 Studioſè feciſti הטיבות לעשות Ad verbum , benefeciſti faciendo. i.bene & diligenter curaſti vt faceres. Iuxta omnia quæ *erant* in corde m. בכל אשר בלבבי. Hebraiſmus,omnino vt optabam. Quartæ generat. רבעים Ad verbũ,quartani.vel,quartanorũ.i.nepotes tui potientur regno tuo. 32 Excidere in Iſשr. לקצות בישראל præciſionem facere in Iſraele.i.permittere vt adimerentur ac detraherẽtur vrbes aliquot Iſraeli. præcidit ditionem Iſraelis. Percuſſitque,&c. ויכם וגו׳ Hebraiſmus , ſuperauit Iſraelitas , in omnibus illorum finibus vrbes aliquot expugnans. 34 Totáq; fortitudo eius, וכל גבורתו & tota eius magnanimitas.i.quæcunque ſtrenuè ac fortiter geſſit. 35 In שSomerón, בשמרון: Ordo præpoſterus ſic reponi debet,Dies quibus regnauit Iehu ſuper Iſraelem in Someron,fuerunt vigintiocto anni.

IN CAPVT XI.

2 Ipſum,&c. אותו וגו׳ ſub.& occultauit, ex 2.Para.22.d.11. In cubiculo lect. בחדר המטות in penetrali lectorũ.i.in quo erant lecti,hoc eſt in appendicibus templi vbi erãt cubilia Sacerdotũ & Leuitarum. 4 Centuriones, את־שרי המאות Ad verbũ, principes centum.in genit.plur.Hi erãt de genere Leuitarũ. Et curſores ולרצים ſcutiferos ſatellites,milites leuis armaturæ. Ac iurare fecit e. וישבע אותם atque adiurauit eos,quòd ſecreta eius nõ proderent. 5 *Erit* eorũ qui intrant ſabb. באי השבת Hic habenda eſt ratio functurorũ officio,& defunctorum. Qui obituri erant ſuam hebdomadẽ, non fuerunt diuiſi in varias portas:ſed pars eorum conſtituta fuit portæ qua aditus patebat ad Regia,id eſt Septentrionali portæ atrii:pars verò altera dedit operã templo. Qui verò iam functi fuerant ſua hebdomade, diſtributi ſunt in duas claſſes.nã ex iis alii præfecti ſunt portæ Oriẽtali,alii verò portæ Auſtrali.Omnes igitur Sacerdotes & Leuitæ fuerũt diuiſi in tres partes:qui tamen per vices fungebãtur ſuo officio,per hebdomadẽ,vt de Zacharia legimus Luc.1.a.8. Tertia igitur iſta pars cõſtabit ex iis qui intrãt hebdomadẽ.i.qui functuri ſunt officio proximo ſabbatho. Gallicè,*Qui entrent en leur ſeptmaine,qui ſont ſeptmainiers.* Cuſtodiã dom.regiæ: משמרת בית המלך: .i.qui obſeruabunt portam illam qua qui habitãt in regia,ingredi ſolent atrium populi, obſeruabunt inquã nequi prodeant è regia, quum Rex coronabitur,& illum interficiant.

B Tertia autem pars ſit ad portã Sur: & tertia pars ſit ad portã quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorum:& cuſtodietis excubias domus Meſſa.

Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes ſabbatho, cuſtodiãt excubias domus Domini circa Regem.

Et vallabitis eum, habẽtes arma in manibus veſtris:ſiquis autem ingreſſus fuerit ſeptũ templi, interficiatur: eritiſq; cum Rege introeunte & egrediente.

Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada ſacerdos:& aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebãtur ſabbatho, cum iis qui egrediebantur è ſabbatho, venerunt ad Ioiadam ſacerdotem.

Qui dedit eis haſtas, & arma Regis Dauid, quæ erant in domo Domini.

Et ſteterunt ſinguli habẽtes arma in manu ſua, à parte templi dextera, vſque ad partem ſiniſtram altaris & ædis, circum Regem.

C Produxitque filium Regis, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium: fecerũtque eum Regẽ, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerũt, Viuat Rex.

Audiuit autem Athalia vocem populi currentis:& ingreſſa ad turbas in templum Domini,

Vidit Regem ſtantem ſuper tribunal iuxta morem, & cantores & tubas prope eũ, omnémque populum terrę lætantem & canentem tubis:& ſcidit veſtimenta ſua, clamauitque, Coniuratio, coniuratio.

Præcepit autẽ Ioiada ſacerdos centurionibus qui erãt ſuper exercitum, & ait eis, Educite eam extra ſepta tẽpli, & quicunque eam ſequutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos, Non occidatur in templo Domini.

Impoſuerũtque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium Regis, & interfecta eſt ibi.

D Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominũ & Regem, & inter populũ, vt eſſet populus Domini, & inter Regem & populum.

Ingreſſúſq; eſt omnis populus terræ templum Baal, & deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè: Mathan quoque ſacerdotẽ Baal occiderũt corã altari:& poſuit ſacerdos cuſtodias in domo Domini.

Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terrę, deduxerũntque Regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ ſcutariorũ in palatium,

6 Et tertia pars eritʹin porta ᴅSur:& tertia pars in porta *quæ eſt*ʹpoſt curſores, & cuſtodietis cuſtodiam domusʹ*a* deſertione.

7 Duæ quoque partes veſtrũ *erunt*, omnesʺexeuntes à ſabbatho: & *hi* cuſtodient cuſtodiam domus Iehouæ circa Regem.

8 Et cingetis Regem per circuitum,ʹſinguli tenentes arma ſua in manu ſua.ʹqui autem venerit ad ſepta, interficiatur:& eſtote cum Rege quando egredietur & quando ingredietur.

9 Fecerunt ergo centuriones illi iuxta omnia quæ præceperat Iehoiadáh ſacerdos:& tulerunt ſinguli viros ſuos, eos qui ingrediebantur in ſabbathum, cum exeuntibus àʹſabbatho:& venerunt ad Iehoiadáh ſacerdotem.

10 Dedítque ſacerdos centurionibus lanceas & clypeos, quæ fuerant Regi Dauidi, quæ erant in domo Iehouæ.

11 Et ſteterunt curſores, ſinguli tenentes arma ſua in manu ſua, à latere domus dextero, vſque ad latus domus ſiniſtrum,ʹad altare & ad domum, iuxta Regem per circuitum.

12 ʹEt eduxit filium Regis, poſuítque ſuper eum diadema, & ornamentum, & Regem creauerunt eum, vnxerúntque eum, & plauſerunt manu, atque dixerunt, Viuat Rex.

13 Quum autem audiſſet yAthaliáh ſonitum curſorum *&* populi, tum ingreſſa eſt ad populum in domum Iehouæ.

14 Quæ quum circunſpexiſſet, ecce Rex ſtabatʹiuxta columnã ſecundum morem,ʺ& principes & tubæ *erant* ante Regem, totúſque populus terræ erat lætus, & clangebãt tubis:tum ſcidit yAthaliáh veſtimenta ſua, clamauítque,ʹConiuratio, coniuratio.

15 Præcepit ergo Iehoiadáh ſacerdos centurionibus illis præpoſitis exercitus, dixítque eis, Educite eãʹper media ſepta, & qui iuerit poſt eam, interficiatur gladio. Dixerat enim ſacerdos, Ne moriatur in domo Iehouæ.

16 ʹDederúntque ei locum:ʺ& venit per viam introitus equorum domus regiæ, & interfecta eſt ibi.

17 Percuſſit autem Iehoiadáh fœdus inter Iehouam & Regem & populũ,ʹvt eſſet populus Iehouæ,ʺitem inter Regẽ & populum.

18 Et iuit vniuerſus populusʺterræ in domum Báyal, & diruerunt illam, altaria quoque eius, & imagines eius confregerunt ʺbene: Matthán præterea ſacerdotem Báyal occiderũt ante aras: poſuítque ſacerdos præfectos ſuper domum Iehouæ.

19 Tulit præterea cẽturiones illos, & duces, & curſores, atque vniuerſum populũ terræ, & deduxerunt Regem è domo Iehouæ, ac venerunt per viam portæ curſorum ad domum regiam, ſedítque

Occiditur Athalia.

Fœdus in quo Ioas & populus promittũt ſe obſequuturos Deo, & populꝰ ſe morigerũ fore Regi

Matthan ſacerdos Baal interficitur.

---

6 In porta ᴅSur בשער סור Hæc porta quæ erat Oriẽtalis, ſic dicebatur quòd polluti & immundi per eã educerẽtur. Dicitur & 2. Para. 23. a. 5, porta fundamenti, id eſt præcipua. maxima iſta erat porta atrii initio ſola, poſtea duæ illi additæ, Meridionalis & Aquilonaris. Poſt curſuros, אחר הרצים poſt *portam* curſorum. i. militũ & ſatellitum. Portam Auſtralem intelligit. Præterea milites eos qui foris cuſtodiebant & cingebant templum, hoc eſt hechal & deuir. A deſertione. מסח: derelictione. i. cuſtodietis excubias templi à derelictione loci: hoc eſt, cauebitis diligenter nequis deſerat aciem, ſiue ordinem ſuum in acie: nequis ſcilicet confundat ordinẽ ſuum. Ad verbum, *à* demolitione, vel deſtructione, ſiue dirutione. Id eſt (vt exponit doctus inter Hebræos) vt nõ diruat ſe aliquis ex vobis, & diuidat ſe ab ordine cuſtodiæ eũdo ad locũ aliũ. qui enim ſegregat ſe ab ordine, idem facit acſi diruat ſtationẽ. Similis loquutio legitur Exod. 19. d. 21. 7 Exeuntes à ſabbatho, &c. יוצאי השבת וגו׳ . i. omnes qui iam defuncti fuerunt officio ſuo ea hebdomade, & receſſuri ſũt: omnes inquã illi egredientes ſabbathum, obſeruabunt excubias domus Iehouæ ſuper, vel propter Regem. i. diligentiſſimè cuſtodient Regem quum fuerit in templo ipſo. 8 Singuli tenentes, &c. איש וכליו וגו׳ Ad verbũ, vir & arma eius in manu eius. Sic paulo pòſt verſu 11. Qui autẽ venerit ad ſepta, והבא אל השדרות׳ qui autẽ inuaſerit ordines ipſos. i. ſiquis voluerit irrumpere in acies, ſiue ordines ipſos, hoc eſt in vos ita diſpoſitos. 11 Ad altare, &c. למזבח ולבית על־המלך סביב: iuxta altare, & iuxta domum [vel circa altare, & circa domum] in circuitu Regis. i. circum partẽ illam in qua erat magnum illud altare Salomonis: & circum domum, hoc eſt ſanctum ſanctorum à parte externa, & foris. 12 Et eduxit ויוצא Et deprompſit.

14 Iuxta columnam, על־העמוד . i. in ſolio regio in quo ſedere ſolebãt Reges, quod erat ad columnam quandam inſignem. Et principes, והשרים & magnates. Coniuratio, coniu. קשר קשר: q. d. iſti coniurauerunt in me.

15 Per media ſepta אל־מבית לשדרות per medias acies. vel per medios ordines. ſub. militũ. Vide ſuprà verſu 8. 16 Dederúntque ei locũ, וישמו לה ידים Ad verbũ, Poſuerũnque ei ſpatium. ſub. per acies. Et venit, &c. ותבוא דרך quúmque iret per viã introitus, &c. i. per viam per quã equi ingrediebantur in domum Regis. 17 Vt eſſet pop. Ieh. להיות לעם ליהוה . i. quo Rex & populus polliciti: ſunt ſe ſeruaturos Legem Domini. Item inter Regem & pop. ובין המלך ובין העם: . i. quo Rex promiſit ſe recturum populum cum omni æquitate:& populus iurauit ſe facturum imperata. 18 Terræ הארץ . i. eius regionis. Bene, היטב exactè, diligenter, ita vt nihil remanſerit.

ſuper thronum Regum.

Lætitia.

Et lætatus eſt vniuerſus populus terræ, vrbſque conquieuit: yAthaliáhu autem occiderant gladio iuxta domum Regis. 20

Septem annorum erat Iehoáʋs quum regnare cœpit. 21

Cap. XII.

Ioas pius habuit magiſtrũ religionis Ioiadã ſummũ ſacerdotem.

Anno ſeptimo Iehú creatus eſt Rex Iehoáʋs, & quadraginta annis regnauit in Ieruʋſaláim: nomẽ autẽ matris eius ySibiáh de Beʀer-ʋſébay. 1

Fecitque Iehoáʋs quod rectum erat in oculis Iehouæ, omnibus diebus ſuis quibus docuit eum Iehoiadáh ſacerdos. 2

Veruntamen ′excelſa non receſſerant, adhuc populus ″immolabat & ſuffiebat in excelſis illis. 3

Iubet Ioas ſacerdotes inſtaurare templum.

Dixit autem Iehoáʋs ad ſacerdotes, Omnem pecuniam ″ſanctitatum quæ ″introducitur in domum Iehouæ, id eſt ″pecuniã tranſeuntis, ″*&* pecuniam perſonalem æſtimationis cuiuſque, omnem *denique* pecuniam ″quã ſinguli ſponte conferunt in domũ Iehouæ: 4

Tollent ſibi ſacerdotes, quiſque à noto ſuo, & ipſi ″inſtaurabunt ruinas domus in omni loco in quo inuenta fuerit ibi ruptura. 5

Ioas ſacerdotibus non curantibus templum inſtaurari, curat ipſe.

Fuit autem, anno viceſimo tertio, ″anno Regis Iehoáʋs nõdum inſtaurauerant ſacerdotes ″ruinas templi. 6

Idcirco vocauit Rex Iehoáʋs Iehoiadáh ſacerdotem atque *alios* ſacerdotes, dixítque eis, Cur nõ inſtauratis ruinas tẽpli? nunc ergo ne accipiatis pecuniam à notis veſtris, ſed ad ruinas domus ″tradite illam. 7

Morem itaque geſſerunt ſacerdotes, nõ recipiendo pecuniam à populo, ″neque inſtaurare ruinas domus. 8

Sed tulit Iehoiadáh ſacerdos arcam ″vnius, & perforauit foramen ″in oſtio eius, poſuítque eã iuxta altare ″in dextera, quũ quis ingreditur in domum Iehouæ, & poſuerunt ibi ſacerdotes cuſtodes ″liminis omnẽ pecuniam quæ inferebatur in domũ Iehouæ. 9

Fuit autem, quando videbant multam pecuniam eſſe in arca, aſcẽdebat ſcriba Regis, & Sacerdos magnus, ″qui colligabãt, poſtquã numerauerant pecuniã quæ inueniebatur in domo Iehouæ. 10

Et tradebant pecuniam ′paratam ″in manus facientium opus qui præfecti erant in domo Iehouæ, ″& inſumebãt eam in fabros lignarios, ″& in *alios* fabros qui reficiebant domum Iehouæ, 11

& ſedit ſuper thronum Regum.

20 Lætatúſq; eſt omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occiſa eſt gladio in domo Regis.

21 Septémque annorũ erat Ioas quũ regnare cœpiſſet.

Cap. XII.

2.Para.14.a.1

1 Anno ſeptimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Sebia de Ber-ſabee.

2 Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada ſacerdos.

3 Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum.

4 Dixitque Ioas ad ſacerdotes, Omnem pecuniam ſanctorum quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam ſpõte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini:

5 Accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint inſtauratione.

6 Igitur vſque ad viceſimumtertium annum Regis Ioas, nõ inſtaurauerũt ſacerdotes ſartatecta templi. B

7 Vocauitque Rex Ioas Ioiadam põtificẽ & ſacerdotes, dicens eis, Quare ſartatecta non inſtauratis tẽpli? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem veſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam.

8 Prohibitique ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta templi.

9 Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen déſuper, & poſuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domum Dñi, mittebãtq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia, omnẽ pecuniam quæ deferebatur ad tẽplum Domini.

10 Cúmque viderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba Regis & pontifex, effundebántque & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo Domini.

11 Et dabant eam iuxta numerũ atq; menſurã in manu eorũ qui præerant cæmentariis domus Domini: qui impendebant eã in fabris lignorum, & in cæmentariis iis qui operabantur in domo Domini, C

IN CAPVT XII.

3 Excelſa non receſſerunt, הבמות לא־סרו .i. altaria priuata non fuerunt ſublata. Immolabant מזבחים in honorẽ ſcilicet Dei: quod tamen non erat gratum ipſi Deo, qui volebat in Ieruſalem tantùm ſacrificia fieri. 4 Sanctitatum הקדשים ſanctificationum, id eſt conſecratam Domino. Introducitur יובא infertur. ſiue quæ inferri ſolet. Futurũ Heb. pro præſenti. Pecuniam tranſeuntis, כסף עובר pecuniam trãſeuntis. ſiue, tranſeuntium. ſing. Heb. pro plur. ſub. in numerũ, ſiue inter numeratos. i. qui numerabantur cũ aliis: hoc eſt qui iam attigerant annũ viceſimum, qui quidẽ dabant in ſingula capita dimidium ſicli, vnde cõparabant victimas quibus fiebat ſacrificiũ illud iuge & perpetuum. Sic vocat pecuniam cenſus quam dabant qui reputabãtur inter numeratos. Pecuniã perſonalem æſtimationis cuiuſque, ſiue pecuniã pretii animarũ cuiuſque hominis, intelligit pecuniã qua quiſque redimebat ſeipſum. Triplex pecunia inferebatur in templũ. Prima eorum qui attigerant viceſimum annum. Secunda, erat illa quã quiſque ſoluere tenebatur quum votum vouiſſet Domino ſe daturum quantum æſtimatus eſſet à ſacerdote. (Leuit. 27. a. 2.) quæ vota fiebãt potiſſimum in periculis. Tertia verò quæ ex liberalitate Iſraelitarum dabatur. *Et* pecuniam, &c. איש כסף נפשות ערכו Ad verbũ, *&* viri pecuniam animarũ æſtimationis eius. i. quã quis ſoluere tenebatur, quũ vouerat Iehouæ ſe daturum quãti æſtimaretur: hoc eſt qua quis redimebat ſeipſum, vt proxima annotatione dictũ eſt. Quam ſinguli, &c. אשר יעלה וגו׳ Ad verbũ, quæ aſcenderit ſuper cor viri, vt inferat in, &c. i. quã quis ſecũ ſtatuerit inferre in domũ, &c. 5 Inſtaurabũt ruinas יחזקו את־בדק Ad verbũ, fortificabũt fractũ. vel, dirutũ. Sing. pro plur. ruinas, vel rupturas. 6 Anno Regis Iehoáʋs שנה למלך יהואש Redũdat iſtud Anno: & Regis. pro Regni poſitũ eſt, Anno viceſimotertio regni Ioas. Ruinas את־בדק ſciſſuras. rupturas. Iam agebatur annus centeſimus quinquageſimus quintus ex quo templum fuerat extructum. vnde aliquibus in locis minari ruinam poterat. Quidam aiunt tum fuiſſe lacerũ, & pene dirutum ab Athalia & eius filiis: hóſque aiunt, quicquid erat pretioſum in domo Domini, detuliſſe in ædem Baal. 7 Tradite illam. תתנוהו: .i. reddatis eam pecuniam iam acceptã. 8 Neque inſtaurare, &c. ולבלתי חזק את־בדק הבית: .i. ea lege vt non repararent ruinas domus. 9 Vnius, אחד ſub. ſacerdotis. In oſtio e. בדלתו Sic vocat operculũ arcæ. In dextera, בימין Legitur & מימין à dextra. Dextrum templi eſt propriè ea pars templi quæ pertinet ad Auſtrum: vt ſiniſtra pars propriè ea eſt quæ pertinet ad Aquilonem.

Liminis הסף .i. qui habebant cuſtodiam tẽpli. Alii, vaſorũ. ſing. pro plur. i. ſacerdotes qui cuſtodiebãt ſupellectilem templi, poſuerunt, &c.

10 Qui colligabãt, poſtquã numerauerant pec. ויצורו וימנו את הכסף Ad verbũ, & ligabant & numerabant pecuniam. i. qui numeratã pecuniã quæ inueniebatur in domo Iehouæ, colligabant in faſciculos. 11 Paratam המתכן numeratam. vel ſignatam. In manus faciẽtium opus על־יד עושי המלאכה .i. architectis qui præfecti erãt operi tẽpli. Gallicè, *a ceulx qui auoyent entreprins l'œuure.* Et inſumebãt ויצי אותו Ad verbum, & educebãt eã. Et in *alios* fabros, &c. ולבונים וגו׳ Ad verbũ, & in ædificatores qui faciebant [.i. operabãtur] *in* domo Iehouæ.

Et ſartatecta faciebant: & in iis qui cædebant ſaxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur inſtauratio domus Domini in vniuerſis quæ indigebant expenſa ad muniendam domum.

Veruntamen nõ fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureũ & argenteũ, de pecunia quæ inferebatur in templũ Domini.

Iis enim qui faciebant opus, dabatur, vt inſtauraretur ex ea templum Domini.

Et nõ fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam vt diſtribuerẽt eã artificibus, ſed in fide tractabãt eã.

Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis nõ inferebãt in templũ Domini, quia ſacerdotũ erat.

D Tunc aſcendit Hazael Rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciem ſuam vt aſcenderet in Ieruſalem.

Quamobrem tulit Ioas Rex Iuda omnia ſanctificata quæ cõſecrauerãt Ioſaphat & Iorã & Ochozias patres eius Reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat, & vniuerſum aurum quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio Regis: miſitque Hazaeli Regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalẽ.

Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda?

Surrexerunt autem ſerui eius, & cõiurauerunt inter ſe, percuſſerúntque Ioas in domo Mello in deſcenſu Sella:

Iozachar nanque filius Semaath, & Iozabad filius Somer, ſerui eius, percuſſerunt eum, & mortuus eſt: & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid, regnauitque Amaſias filius eius pro eo.

Cap. XIII.

ANno viceſimotertio Ioas filii Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria, decem & ſeptem annis.

Et fecit malum coram Domino, ſequutúſque eſt peccata Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & non declinauit ab eis.

Iratúſque eſt furor Domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filii Hazael, cunctis diebus.

12 ″In cæmẽtarios ″& cæſores lapidũ, & ad emẽda ligna, & lapides ″dolatos, vt inſtaurarent ruinas domus Iehouæ, ″atque in omnia quæ inſumebantur in domum ad eam inſtaurandam.

13 Veruntamen non fiebant in domum Iehouæ crateres argenteæ, ″pſalteria, pelues, tubæ, nec vllum vas aureum, neque vllum vas argenteum ex pecunia quæ inferebatur in domum Iehouæ.

14 Facientibus enim opus dabãt eam, & inſtaurabant ex ea domũ Iehouæ.

15 ″Nec repoſcebant rationem ab hominibus per quorum manus dabant pecunias vt darent facientibus opus: nam in fide faciebãt.

16 ″Pecunia pro delicto & pecunia pro peccatis non inferebatur in domum Iehouæ, ſacerdotum erat.

Hazael, accepta grandi pecunia à Ioas, deſtitit pergere oppugnatũ Ieruſalem.

17 ″Tunc aſcendit חHazaאél Rex Arám, & pugnauit contra Gáth cepítque eam: ″poſtea cõuertit חHazaאél faciem ſuam vt aſcẽderet contra Ieruשׁsaláim.

18 Tulit autẽ Iehoáשׁs Rex Iehudáh ″omnes ſanctificationes quas ſanctificauerant Iehoשׁsaphát & Iehorám & Aחhaziáhu patres eius, Reges Iehudáh, & ſanctificationes ſuas, & omne aurum quod inuentum eſt in theſauris domus Iehouæ & domus Regis, miſítque ad חHazaאél Regem Arám, ″& aſcendit à Ieruשׁsaláim.

19 Reliquum autem verborum Iehoáשׁs, & omnia quæ fecit, annon ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

Ioas interficitur à duobus ſeruis ſuis.

20 Inſurgentes autem ſerui eius, coniurauerunt coniurationem, percuſſerúntque ipſum Iehoáשׁs ″*in* Beth Milló, quæ deſcendit in סSillá:

21 Iozachár inquã filius שׁSimyáth, & Iehozabád filius שׁSomér ſerui eius percuſſerũt eum, & mortuus eſt: ſepelierúntque eum ″cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis: & regnauit Amaצsiáh filius eius pro eo.

Succedit Amaſias.

Cap. XIII.

Ioachaz cum populo Iſrael traditur à Deo in manus Syrorum.

1 ANno viceſimotertio, ″anno Ioáשׁs filii Aחhaziáhu regis Iehudáh regnauit Iehoaחház filius Iehú ſuper Iשׁsraאelem in שׁSomerón, ſeptemdecim annis.

2 Et fecit quod malum eſt in oculis Iehouæ: ambulauítque poſt peccata Iarobyám filii Nebát qui peccare fecit Iשׁsraאelem, ″nec declinauit ab eis.

3 Iratúſque eſt furor Iehouæ contra Iשׁsraאelem, & tradidit eos in manũ חHazaאél regis Arám, & in manum Ben-hadád filii חHazaאél ″cunctis diebus.

12 In cæmentarios ולגודרים Hos intelligit qui digerebant & diſponebant lapides. Et cæſores lapidum, ולחוצבי האבן & latomos. qui excidebant lapides. Dolatos, מחצב Ad verbũ, latomiæ. Atq; in omnia, &c. ולכל אשר יצא וגו׳ Ad verbum, & in omne quod egrediebatur ſuper domũ. 13 Pſalteria, מזמרות muſica inſtrumenta. 15 Nec repoſcebant rat. ab hom. ולא יחשבו את־האנשים .i. non cogebant homines illos in quorum manus conſignabant illam pecuniã, reddere rationẽ aliquã eius pecuniæ, quòd bona fide diſpenſarent eam.

16 Pecunia pro delicto, &c. כסף אשם וגו׳ .i. pecunia quæ ſupererat empta victima pro delicto. Qui vouerãt in longinqua regione aliquid pro peccato, mittebãt pecuniam ad vnum ex ſacerdotibus qui victimam emebat: & quod reliquum erat pecuniæ, empta victima, id cedebat in vtilitatẽ ſacerdotũ. 17 Tunc אז Mortuo ſcilicet Iehoiada pontifice, quum Ioas credens aulicis, deditus fuit idololatriæ. Ioas enim interfecit Zachariam filium Iehoiadæ, quòd eum & aulicos carperet ob idololatriã, idq; mortuo Iehoiada, vt ſcribitur 2. Paral. 24. f. 22, vbi & in paulo præcedentibus verſibus defectio Ioas ſcribitur. Poſtea conuertit חHazaאél faciem ſ. וישם חזאל פניו Ad verbũ, & poſuit, &c. i. Poſtea conuertit ſeſe vt veniret rectà, &c. hoc eſt, voluit conuertere vires ſuas contra Ieruſalem. Quidam Hebraiſmum iſtum ſic vertunt, ſtatuitque apud ſe Hazael aſcendere, &c. 18 Omnes ſanctific. quas ſanct. את כל־הקדשים אשר־הקדישו .i. conſecrationes [ſiue, quæcũque donaria] quæ conſecrauerant maiores. Et aſcendit à Ieruשׁsal. ויעל מעל ירושלם: .i. deſtitit venire ad oppugnandum Ieruſalem. non enim venit in Ieruſalem. Sequenti tamen anno Hazael rediit oppugnatum Ioas: cui quũ occurriſſet, ab eo eſt vulneratus: quúmque in lectica referretur in Ieruſalẽ, coniuratione facta interemptus eſt à ſeruis Hazaelis. 2. Paral. 24. g. 25. 20 *In* Beth-Millo, בית מלא Non loquitur de campo Millo qui erat in Ieruſalem, ſed eo qui aberat ab Vrbe. Quod vt intelligamus, adiicit, quum deſcenderet in Silla. q. d. quum deſcenderet in Beth-Millo, qui locus erat in cliuo loci nuncupati Silla: vt intelligatur Beth-Millo fuiſſe in loco editiore.

21 Cum patribus ſuis עם־אבותיו In eadem quidem vrbe, ſed non in eodem loco, hoc eſt, non in ſepulchro maiorum ſuorum.

IN CAPVT XIII.

1 Anno Ioáשׁs שנה ליואש Iſtud Anno, ponitur vice genitiui regni, quaſi dicas, Anno viceſimotertio regni Ioas. Id fuit circa initium anni viceſimitertii. Capite præcedenti, verſu 6, plena eſt loquutio, quum dicit, Anno viceſimotertio, anno Regis Iehoas, &c. Vide illic annotationem.

2 Nec declinauit ab eis. לא־סר ממנה: non receſſit ab eo i. ab vllo eorum, hoc eſt ab eis. q. d. non reliquit peccata illa. Vel, non receſſit ab illa. nempe idololatria. 3 Cunctis diebus. כל־הימים: .i. toto illo tempore: hoc eſt, quandiu regnauit Ioachaz.

Orante Rege, liberat eos Deus.

4 Deprecatus eſt’ ergo Iehoaחház facię̃ Iehouæ,& exaudiuit eum Iehouáh: videbat enim afflictionẽ Iשſraאelis: nam’affligebat eos Rex Arám.

5 (Et dedit Iehouáh Iשſraאeli’ſeruatorem,& egreſſi ſunt de poteſtate Arám, habitauerúntque filii Iשſraאelis in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius.

6 ’Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Iarobעám qui peccare fecit Iשſraאelem:’per ea ambulauit, quinetiam lucus’ſtetit in שSomerón.)

7 ’Non enim reliquerat ipſi Iehoaחház de populo niſi quinquaginta equites,& decẽ currus,& decẽ millia peditum: diſperdiderat enim eos Rex Arám,’& poſuerat eos veluti puluerẽ ad triturãdũ.

8 Reliquum autem verborum Iehoaחház, & omnia quæ fecit,’& fortitudo eius, annon ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשraאelis?

Mortuo Ioachaz, ſuccedit Ioas filius.

9 Dormiuítque Iehoaחház cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum in שSomerón, regnauítque Ioáשs filius eius pro eo.

10 Anno triceſimoſeptimo, ’anno Ioáשs Regis Iehudáh, regnare cœpit Iehoáשs filius Iehoaחház ſuper Iשſraאelem in שSomerón ſedecim annis.

11 Et fecit malum in oculis Iehouæ: non declinauit ab vllis peccatis Iarobעám filii Nebát qui peccare fecit Iשſraאelem :’in illis ambulauit.

12 Reliquum autem verborum Ioáשs,& omnia quæ fecit,& fortitudo eius qua pugnauit cum Amaצsiáh rege Iehudáh, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis?

Ioas mortuo regnat Ieroboam.

13 Dormiuítque Ioáשs cum patribus ſuis: ’Iarobעám autem ſedit ſuper ſolium eius: ſepultúſque fuit Ioáשs in שSomerón cum Regibus Iשſraאelis.

Eliſæus ægrotus prædicit Regi Ioas quoties victor futurus eſſet contra Syros.

14 ’אEliשſáע autem ægrotauit ægritudine ſua qua mortuus eſt, & deſcendit ad eum Ioáשs rex Iשſraאelis, ac flens ſuper faciem eius, dixit,’Pater mi, pater mi,’currus Iשſraאelis & equites eius.

15 Tum dixit ei אEliשſáע, Tolle arcum *aliquem* & ſagittas. Et accepit ſibi arcum & ſagittas.

16 Dixítque ad Regem Iשſraאelis,’Apprehende manu tua arcũ. Et apprehendit manu ſua.’poſuit præterea אEliשſáע manus ſuas ſuper manus Regis,

17 ’Ac dixit, Aperi feneſtram ’ad Orientem. Qúmque aperuiſſet, dixit אEliשſáע, Iaculare. Et iaculatus eſt. tum ait, ’Sagitta ſalutis Iehouæ, ſagitta inquam ſalutis contra Arám: percuties nanque

Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ:

(Et dedit Dominus ſaluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Syriæ: habitauerúntque filii Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius.

Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauerũt: ſiquidem & lucus permanſit in Samaria.)

B

Et non ſunt derelicti Ioachaz de populo, niſi quinquaginta equites,& decem currus,& decem millia peditum: interfecerat enim eos Rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ.

Reliqua autẽ ſermonum Ioachaz, & vniuerſa quæ fecit,& fortitudo eiꝰ, nónne hæc ſcripta ſũt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?

Dormiuitque Ioachaz cum patribus ſuis,& ſepelierunt eũ in Samaria: regnauitque Ioas filius eius pro eo.

Anno triceſimoſeptimo Ioas Regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim ãnis.

Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit.

Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amaſiam regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?

Et dormiuit Ioas cũ patribus ſuis: Ieroboam autem ſedit ſuper ſolium eius. porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria cum Regibus Iſrael.

Eliſæus autem ægrotabat infirmitate qua & mortuus eſt: deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat corã eo, dicebátque, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius.

Et ait illi Eliſæus, Affer arcum & ſagittas. Qúmque attuliſſet ad eum arcum & ſagittas,

Dixit ad Regem Iſrael, Pone manum tuam ſuper arcum. Et quũ poſuiſſet ille manum ſuam, ſuperpoſuit Eliſæus manus ſuas manibus Regis:

Et ait, Aperi feneſtram Orientalẽ. Qúmque aperuiſſet, dixit Eliſæus, Iace ſagittam. Et iecit. & ait Eliſæus, Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutiéſque Sy-

4 Affligebat לחץ Præt. Hebr. per imperf. vertendum. 5 Seruatorem, מושיע .i. vindicem. filium ſcilicet iſtius qui aſſeruit eos à ſeruitute Syrorum in libertatem. Seipſum declarat quum mox dicit, Et egreſſi ſunt de poteſtate Aram. i. deſierunt eſſe in poteſtate Syrorum.

6 Veruntamen non receſſerunt,&c. אך לא־סרו וגו' .i. Non tamen deſierunt colere vitulos aureos quos erexerat Ieroboam. Per ea ambul. בה הלך Ad verbum, in eo ambulauit. i. in ſingulis peccatis ambulauerunt Iſraelitæ. Stetit עמדה .i. remanſit. q.d. lucum ipſum non exciderunt, ſed reliquerunt. 7 Non enim,&c. כי לא וגו' Dependet hic verſus ex ſecunda particula quarti verſus. Et poſuerat eos וישמם ſub. in eo conflictu. i. conculcauit eos quemadmodum lutum platearum conculcari ſolet. Triturare, pro conculcare.

8 Et fortitudo eius, וגבורתו .i. omnia egregia facta eius. 10 Anno Ioas שנת ליואש Vt primo verſu huius capitis.

11 In illis: בה Sing. Heb. pro plur. Vide ſuprà verſu ſecũdo. 13 Iarobעám autem ſedit וירבעם ישב Iarobעám autem [ſub. filius eius] iam ſedere cœperat. aiunt nanque eum regnaſſe viuente patre. non enim hic dicitur, regnauit mortuo patre.

14 אEliשſáע autem,&c. ואלישע וגו' Quum autem Eliſæus ægrotaret infirmitate qua mortuus eſt. Pater mi, pater mi, אבי אבי .i. Magiſter. Repetitio pertinet ad affectum. q.d. Domine mi quare deſeris nos? Apoſiopeſis. Currus Iשſ.& equites eius. רכב ישראל ופרשיו: .i. qui fuiſti hactenus Iſraeli vice multorum curruum falcatorum & equitum: hoc eſt, qui ſeruabas Iſraelem oratione tua, potius quàm omnes milites armis ſuis. ſiue, qui plus iuuare potes oratione tua, quàm omnes currus & milites quos habet Iſrael.

16 Apprehende manu tua,&c. הרכב ידך וגו' Ad verbum, Equitare facito manum tuam ſuper arcum. Et equitare fecit manum ſuam ſuper arcũ. i. Superpone manum tuam arcui. Et ſuperpoſuit manũ ſuam arcui. Poſuit præterea,&c. וישם וגו' & ſuperpoſuit Eliſæus manus ſuas manibus Regis. vt ſcilicet hac ratione confirmaret ſignum ipſum & prædictionem ſuam.

17 Ac dixit, ויאמר ſub. Eliſæus cuidam aſtantium. Vel, Iam autem dixerat. Ad Orientem. קדמה: .i. feneſtram illam quæ ſpectat ad Orientem, hoc eſt ad Syriam quæ ad Orientem erat. Sagitta ſalutis,&c. חץ תשועה וגו' .i. ſagitta quam emiſiſti, erit ſalutifera Iſraeli, authore Iehoua: hoc eſt, ſignum eſt futuræ victoriæ, ſagitta inquam ſalutifera contra Syriam.

riam in Aphec, donec conſumas eam.

18 Et ait, Tolle ſagittas. Qui quũ tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute iaculo terrã. Et quũ percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet,

19 Iratus eſt Vir Dei cõtra eum, & ait, Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad cõſummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.

D

20 Mortuus eſt ergo Eliſæus, & ſepelierunt eum. latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno.

21 Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſæi: Eccli.48.b.14 ‖quod quũ tetigiſſet oſſa Eliſæi, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

22 Igitur Hazael Rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz:

23 Et miſertus eſt Dominus eorum, & reuerſus eſt ad eos propter pactũ ſuũ quod habebat cum Abraham & Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neque proiicere penitus, vſque in præſens tempus.

24 Mortuus eſt autem Hazael Rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo.

25 Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Ben-adad filii Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui, iure prælii: tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

Cap. XIIII.

1 1.Par.25.a.1. IN anno ſecundo Ioas filii Ioachaz regis Iſrael regnauit Amaſias filiꝰ Ioas regis Iuda.

2 Vigintiquinque annorũ erat quũ regnare cœpiſſet: viginti autẽ & nouem annis regnauit in Ieruſalem. nomen autem matris eius Ioadan de Ieruſalem.

3 Et fecit rectum coram Domino, veruntamen non vt Dauid pater eius: iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus, fecit.

4 Niſi hoc tantùm quòd excelſa nòn abſtulit: adhuc enim populus immolabat & adolebat in excelſis.

B

5 Quúmque obtinuiſſet regnũ, percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant Regem patrem ſuum:

6 Filios autem eorum qui occiderãt, non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in libro Legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus, dicens, Deut.24.c.16 ‖Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus: ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur.

7 Ipſe percuſſit Edom in Valle ſalinarũ, decẽ millia, & apprehẽdit petrã in prælio, vocauitq; nomẽ eius Iectehel, vſque in præſentem diem.

8 Tunc miſit Amaſias nũtios ad Ioas filium Ioachaz, filii Iehu regis Iſrael, dicens, Veni, & videamus nos.

Arám in Aphéc donec conſumas.

18 Rurſus ait, Tolle ſagittas: Et tulit, dixítque Regi Iשſraאelis, ″Percute terram. Et percuſſit tribus vicibus, poſtea deſtitit.

19 Tunc iratus eſt in eum Vir Dei, & ait, *Debueras* percutere quinque vel ſex vicibus: tunc percuſſiſſes Arám, donec conſumpſiſſes: nũc autem tribus vicibus percuties Arám.

20 Poſthæc mortuus eſt אEliשſáy, & ſepelierũt eum: ″caſtra autem Moáb venerunt in terram ″ſequenti anno.

Moritur Eliſæus

21 Fuit autem quum vellent ſepelire quendam, ecce, viderunt caſtra illa, & proiecerunt virũ in ſepulchrum אEliשſáy: ″qui deſcendens tetigit oſſa אEliשſáy, & reuixit, ſurrexítq; ſuper pedes ſuos.

Ad contactũ oſſiũ Eliſæi, ſuſcitatur mortuus.

22 חHazaאél autem Rex Arám oppreſſit Iשſraאelem omnibus diebus Iehoaחház.

23 Et miſertus eſt Iehouáh illorum, miſertus eſt inquam illorũ, ″& conuerſus eſt ad eos, propter pactum ſuum cum Abrahám Ixſחhác & Iayacób, & noluit perdere eos, nec eiecit eos ″à facie ſua, vſque ad hoc tempus.

Promiſſionũ ſuarũ memor miſeretur Iſraelis Deus.

24 Mortuus eſt autẽ חHazaאél Rex Arám, & regnauit Ben-hadád filius eius pro eo.

Hazael Rex Syriæ moritur: regnat Ben-adade pro eo.

25 ″Itaque reuerſus eſt Iehoáשs filius Iehoaחház, & tulit vrbes de manu Ben-hadád filii אHazaאél, quas tulerat de manu Iehoaחház patris ſui in bello: tribus vicibus percuſſit eum Ioáשs, & reſtituit vrbes Iשſraאeli.

Cap. XIIII.

1 ANno ſecundo Ioáשs filii Iehoaחház regis Iשſraאelis regnare cœpit Amaxſiáhu filius Ioáשs regis Iehudáh.

Amaſias rex Iuda interficit occiſores patris ſui.

2 Vigintiquinque annorũ erat quando regnare cœpit, & viginti nouem annis regnauit in Ieruשſaláim. nomen verò matris eius Iehoyaddán de Ieruשſaláim.

3 Is fecit quod rectũ erat in oculis Iehouæ, veruntamen non ſicut Dauid pater eius: iuxta omnia quæ fecerat Ioáשs pater eius, fecit.

4 Duntaxat excelſa ″non abſtulerant: adhuc populus immolabat & ſuffiebat in excelſis.

5 Fuit autem, ″quum roboratum eſſet regnum in manu eius, percuſſit ſeruos ſuos qui percuſſerant Regem patrem eius.

6 Filios autem percuſſorum non occidit, quemadmodum ſcriptum eſt in libro Legis Moשſéh, *in* quo præcepit Iehouáh, his verbis, Non interficientur patres pro filiis, neque filii interficientur pro patribus, ſed quiſque pro peccato ſuo interficietur.

7 Is etiam percuſſit אEdóm in Valle ſalis, decem millia, & cepit ″סSeláy in bello, & vocauit nomẽ eius Ioctheאél, ″vſq; ad diẽ hanc.

Amaſias percutit Edom.

8 ″Tunc miſit Amaxſiáh legatos ad Ioáשs filium Iehoaחház, filii Iehú regis Iשſraאelis, ″hiſce mandatis, ″Veni, videamus nos facie.

Capitur à Ioa rege Iſrael.

18 Percute terram, הך ארצה .i. dirige, mitte ſagittas tuas in terram. hoc eſt, Appete terram ſagittis. Id iubet, vt hoc ſigno confirmet prædictionem illi factam. 20 Caſtra autem Moab, &c. וגדודי מואב וגו׳ Copiæ autem militares Moabitarum irruerunt in eam regionẽ. Sequenti anno. בא שנה: Ita vertit & Chaldæus paraph. Fieri tamen poteſt (inquit doctus inter Hebræos) vt א poſitum ſit loco ה fœminei, vt ſit בה, & legas, in ipſo anno quo mortuus eſt Eliſæus. 21 Qui deſcendens, tetigit oſſa וילך ויגע האיש בעצמות Ad verbum, & abiit, & tetigit vir oſſa. i. qui quum deueniſſet in imum ſepulchri, tetigit oſſa Eliſæi, ac reuixit. 23 Et conuerſus eſt ad eos, ויפן אליהם .i. reſpexit eos oculo miſericordiæ. A facie ſua, מעל פניו .i. de terra in qua maieſtas eius habitabat. 25 Itaq; reuerſus, &c. וישב וגו׳ Itaq; iterũ Iehoas filius Iehoahaz tulit, &c.

IN CAPVT XIII.

4 Non abſtulerant: לא סרו non receſſerant. i. non fuerant ſublata. 5 Quum roboratum, &c. כאשר חזקה וגו׳ Quum firmatum [vel, confirmatum] eſſet regnum, &c. i. quum obtinuiſſet regnum. Gallicè, *Quand il en fut bien paiſible.*

7 סSeláy סלע Rupem. Chaldæus paraph. arcem. Forraſſe arx quædam erat ſita in illa rupe. Vſque ad diem hanc. עד היום הזה: .i. quod nomen retinuit vſque in hodiernum diem. 8 Tunc אז parta ſcilicet victoria, nimium elatus animo. Hiſce mandatis, לאמר Ad verbum, dicendo. Veni, videamus nos facie. לכה נתראה פנים: .i. Age veniamus in conſpectum alter alterius. hoc eſt, ſtatuto die deſcendamus in locum certaminis. Chaldæus paraph. Veni, & ſtatuto die confligamus. q. d. tui diripuerunt vrbes meas, veni igitur, confligamus inter nos. Aiunt Amaſiam, quũ milites Iſraelis conduxiſſet, illos adhortante Propheta miſſos feciſſe: quare milites indignati diripuerũt vrbes: ob id motus Amaſias hæc ſcripſit, iniuria laceſſitus.

Tum miſit Iehoaשs Rex Iשſraאelis ad Amaצſiáhu regem Iehudáh 'huiuſmodi reſpōſum, 'Carduus qui eſt in Lebanón miſit ad cedrum quæ eſt in Lebanón, his verbis, Da filiam tuam filio meo vxorem. tranſiuit autem beſtia agri quæ eſt in Lebanón, & conculcauit carduum illum. 9

'Percutiendo percuſſiſti אEdóm, propterea ſubleuauit te cor tuum: gloriare, & ſede in domo tua: ″& vtquid immiſcebis te in malum, vt corruas tu & Iehudáh tecum? 10

Et non acquieuit Amaצſiáhu: aſcēdit ergo Iehoáשs Rex Iשſraאelis, ″& viderunt ſeſe facie, ipſe & Amaצſiáhu Rex Iehudáh in Beth-שſémeשs quæ eſt ipſi Iehudáh. 11

Et cæſus fuit Iehudáh coram Iשſraאele, fugerúntque ſinguli in tabernacula ſua. 12

Amaצſiáhu verò regem Iehudáh filiū Iehoáשs filii Aחhaziahu, cepit Iehoáשs Rex Iשſraאelis″in Beth-שſémeשs: & venit in Ieruשſaláim, diruítque murum Ieruשſaláim à porta אEphráim, vſque ad portam Anguli quadringentis cubitis. 13

Diripitur à Ioa tēplū Domini.

Tulitque totum aurum & argentū, atque omnia vaſa quæ inuenta ſunt in domo Iehouæ, & in theſauris domus Regiæ, ″filios quoque obſides, reuerſúſque eſt in שSomerón. 14

Reliquum autem verborum Iehoáשs quæ egit, ″& fortitudo eius, & quomodo pugnauit cum Amaצſiáhu rege Iehudáh, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis? 15

Ioas moritur.

Dormiuítque Iehoáשs cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in שSomerón cum Regibus Iשſraאelis, regnauítque Iarobעám filius eius pro eo. 16

Succedit Ieroboā filius eius.

Vixit autem Amaצſiáhu filius Ioáשs rex Iehudáh poſtquam mortuus eſt Iehoáשs filius Iehoaחház regis Iשſraאelis, quindecim annis. 17

Reliquum autem verborum Amaצſiáhu, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudá? 18

Coniurauerunt autem aduerſus eum coniurationem in Ieruשſalaim, & fugit in Lachíשs: 'miſerunt autem poſt eum in Lachíשs, & occiderunt eum ibi. 19

Occiditur Amaſias.

Tulerúntque eum in equis, & ſepultus fuit in Ieruשſaláim cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis. 20

Tulit igitur vniuerſus populus Iehudáh ″עAzariáh, (erat autem ſexdecim annorum) & Regem conſtituerunt eum pro patre ſuo Amaצſiáhu. 21

Azarias filius eius conſtituitur Rex.

Ipſe ædificauit 'אEláth, ″& reſtituit eam ipſi Iehudáh poſtquam dormiſſet Rex cum patribus ſuis. 22

Anno decimoquinto, anno Amaצſiáhu filii Ioáשs regis Iehu- 23

9 Remiſitque Ioas Rex Iſrael ad Amaſiam Regem Iuda, dicēs, Carduus Libani miſit ad cedrum quæ eſt in Libano, dicens, Da filiā tuam filio meo vxorē. tranſierúntque beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & conculcauerūt carduum.

10 Percutiens inualuiſti ſuper Edom, & ſubleuauit te cor tuum: contentus eſto gloria, & ſede in domo tua: quare prouocas malū, vt cadas tu & Iudas tecum?

11 Et non aquieuit Amaſias: aſcenditque Ioas Rex Iſrael, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias Rex Iuda in Beth-ſames oppido Iudæ. D

12 Percuſſúſque eſt Iuda coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in tabernacula ſua.

13 Amaſiam verò Regem Iuda filium Ioas filii Ochoziæ, cepit Ioas Rex Iſrael in Beth-ſámes, & adduxit eum in Ieruſalem: & interrupit murum Ieruſalem, à porta Ephráim vſque ad portam Anguli, quadringentis cubitis.

14 Tulitque omne aurum & argētum, & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo domini, & in theſauris Regis, & obſides, & reuerſus eſt in Samariā.

15 Reliqua autē verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amaſiam regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?

16 Dormiuitque Ioas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cum Regibus Iſrael: & regnauit Ieroboā filius eius pro eo. E

17 Vixit autem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz Regis Iſrael, quindecim annis.

18 Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iuda.

19 Factáque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalē: at ille fugit in Lachis. miſerúnque poſt eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

20 Et aſportauerunt in equis, ſepultúſque eſt in Ieruſalem cū patribus ſuis in Ciuitate Dauid.

21 ¶Tulit autē vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum ſedecim, & conſtituerūt eum Regem pro patre eius Amaſia. 2.Par.26.a.1

22 Ipſe ædificauit Elath, & reſtituit eā Iudæ, poſtquā dormiuit Rex cum patribus ſuis.

23 Anno quintodecimo Amaſiæ filii Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam

9 Huiuſmodi reſponſum, לאמור Ad verbum, dicendo. Carduus החוח Iſtud ה præpoſitum, hoc loco non interrogat, nec amplificat rem, ſed diminuit. q. d. carduus abiectiſſimus omnium qui naſcuntur in Libano. Parabola eſt qua ſe Rex Iſrael confert cedro, Regem Iuda carduo, Milites beſtiis q. d. etiamſi miſiſſes legationem pacis cauſa, non excepiſſem honorificè tuos: nam es abiectiſſimus: quomodo ergo audes me prouocare ad bellum? 10 Percutiendo percuſſiſti, &c. הכה הכית וגו' .i. Propter victoriam quam de Idumæis reportaſti, ſuperbis nimium: per me licebit vt glorieris quantum voles: modò contineas teipſum apud te. Et vtquid immiſcebis, &c. ולמה תתגרה ברעה .i. quare te coniicere cupis in periculum, & miſeriam vltro, &c. 11 Et viderunt ſeſe facie, ויתראו פנים .i. præbuerunt ſe viſendos facie ad faciem: hoc eſt deſcenderunt in certamen ſtatuta die. 13 In Beth שſémeשs: בבית שמש .i. in conflictu facto iuxta Beth-ſemes:

14 Filios quoque obſides, ואת בני התערובות .i. filios nobilium qui dati fuerant obſides Regi Iuda, ne patres eorum rebellarent in eum. Ita Chaldæus paraph. 15 Et fortitudo e. & quomodo, &c. וגבורתו ואשר וגו' Hebraiſmus, & egregia ſtrenuáque facta eius, & victoria qua vicit Amaſiam. 19 Miſerunt autem וישלחו ſub. milites, ſiue exercitum, oppugnata vrbe, & tandem expugnata.

21 עAzariáh עזריה Hic dicitur 2. Paral. 26. a. 1, עVzziiáhu. Itaque duo nomina habuit affinia, Fortitudo Domini, & Auxilium Domini.

22 Et reſtituit eam וישבה .i. quam iam receperat, & iam reſtituerat regno Iuda mortuo patre. Hæc vrbs dicitur Elanon, à qua ſinus Elanicus Dauid totam Idumæam tributariam reddiderat: quæ tamen defecit poſtea à Regibus Iuda.

filius Ioas Regis Iſrael in Samaria, quadraginta & vno anno:

Et fecit quod malum eſt coram Domino. nõ receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filii Nabat qui peccare fecit Iſrael. 24

Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſque ad Mare ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael, quem loquutus eſt per ſeruũ ſuũ Ionam filium Amathi prophetæ qui erat de Geth quæ eſt in Hepher: 25

G

Vidit enim Dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & quòd cõſumpti eſſent vſque ad clauſos carcere & extremos, & nõ eſſet qui auxiliaretur Iſraeli. 26

Nec loquutus eſt Dominus vt deleret nomen Iſrael de ſub cælo, ſed ſaluauit eos in manu Ierobam filii Ioas. 27

Reliqua autem ſermonũ Ieroboã, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum & Emath Iudæ in Iſrael: nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? 28

Dormiuitque Ieroboã cũ patribus ſuis Regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo. 29

Cap. X V.

Anno viceſimoſeptimo Ieroboã Regis Iſrael regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda. 1

Sedecim annorum erat quum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Iechelia de Ieruſalẽ. 2

Fecitque quod erat placitum corã Domino, iuxta omnia quæ fecit Amaſias pater eius. 3

Veruntamen excelſa nõ eſt demolitus: adhuc populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. 4

2. Paral. 26. d. 21

Percuſſit autem Dominus Regẽ, & fuit leproſus vſq; in diem mortis ſuæ, & habitabat in domo libera ſeorſum: Ioatham verò filius Regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. 5

Reliqua autem ſermonum Azariæ, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierũ Regum Iuda? 6

B

Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis: ſepelierúntq; eum cũ maioribus ſuis in Ciuitate Dauid: & regnauit Ioatham filius eius pro eo. 7

Anno triceſimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboã ſuper Iſrael in Samaria, ſex menſibus. 8

Et fecit quod malũ eſt coram Domino, ſicut fecerant patres eius: non receſſit à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 9

Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes, percuſſitq; eũ palàm, & interfecit, regnauitque pro eo. 10

---

dáh, regnauit Iarobyám filius Ioáשs Regis Iשſraאelis in שSomerón quadraginta & vno anno:

Per Ieroborm liberat Deus Iſraelem ab afflictionibus.

24 Et fecit malum in oculis Iehouæ, non declinauit ab vllis peccatis Iarobyám filii Nebát, qui peccare fecerat Iשſraאelem.

25 "Is reſtituit terminum Iשſraאelis ab introitu חHamáth vſque ad mare ſolitudinis, iuxta verbum Iehouæ Dei Iשſraאelis quod loquutus fuerat per manũ ſerui ſui Ionáh filii Amithái Prophetæ qui erat de Gath-haחhépher:

26 Vidit enim Iehouáh afflictionem Iשſraאelis "mutabilem valde: "& nõ erat clauſus, neq; derelictus, neq; qui auxiliaretur Iשſraאeli.

27 "Neque loquutus fuerat Iehouáh quòd deleret nomen Iשſraאelis ne eſſet ſub cælo: "ideo ſeruauit eos per manum Iarobyám filii Ioáשs.

28 Reliquum autẽ verborũ Iarobyám, & omnia quæ fecit, "atque fortitudo eius, & quomodo pugnauerit, quomodo item reſtituerit Damméשſec & חHamáth ipſi Iehudáh" in Iשſraאele, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis?

Zacharias ſuccedit Ieroboam patri ſuo.

29 Et dormiuit Iarobyám cum patribus ſuis, cum Regibus Iשſraאelis, regnauítque Zachariáh filius eius pro eo. Cap. X V.

Azarias Rex Iuda, leproſus.

1 Anno viceſimoſeptimo, "anno Iarobyám Regis Iשſraאelis regnare cœpit עAzariáh filius Amaצſiáh regis Iehudáh.

2 Sedecim annorum erat quando regnare cœpit, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruשſalaím: & nomen matris eius Iecholiáhu, de Ieruשſaláim.

3 Is fecit quod rectum erat in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat Amaצſiáhu pater ſuus.

4 Veruntamẽ excelſa non fuerant ſublata: adhuc populus immolabat & ſuffiebat in excelſis.

5 "Percuſſit autem Iehouáh Regem, fuítq; leproſus vſque ad diẽ quo mortuus eſt, & habitauit "in domo libera: Iothám verò filius Regis "*erat* ſuper domum, iudicans populum terræ.

6 Reliquum autem verborũ עAzariáhu, & omnia quæ fecit, annõ ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

Moritur Azarias, pro quo regnat Ioatham.

7 Et dormiuit עAzariáh cum patribus ſuis, ſepelierúntque eum cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis, & regnauit Iothám filius eius pro eo.

8 Anno triceſimooctauo, anno עAzariáhu regis Iehudáh, regnare cœpit Zechariáhu filius Iarobyám ſuper Iשſraאelem in שSomerón, ſex menſibus.

9 Et fecit malum in oculis Iehouæ, quemadmodum fecerant patres eius: non declinauit à peccatis Iarobyám filii Nebát qui peccare fecit Iשſraאelem.

Zacharias occiditur à Sellum.

10 Coniurauit autem aduerſus eum שSallúm filius Iabéשs, & percuſſit eum coram populo, occidítque eum, & regnauit pro eo.

---

25 Is reſtituit, &c. הוא השיב וגו' .i. recuperauit totam eam regionẽ quæ eſt ab Hamath, vrbe ſita in extremitate Syriæ, vſque ad Mare ſolitudinis, hoc eſt lacũ Aſphaltiten. Hæc occupauerat Reges Syri. Hic quanquã fuit impius, tamen Deo iuuante liberauit Iſraelẽ: vnde ſumma miſericordia Dei colligitur. 26 Mutabilem valde: מורה מאד .i. quæ ſubinde & in dies grauior euadebat. Chaldæus paraph. fortẽ .i. grauẽ. Et non erat clauſus, &c. ואפס עצור וגו' .i. nemo tutus erat, ſiue eſſet miles, aut alicuius honoris homo qui ſe in locum tutiſſimum recepiſſet, ſiue qui eſſet abiectiſſimus. hoc eſt, ſiue magnæ dignitatis, ſiue abiectiſſimæ ſortis eſſet. Alii, carebant & opibus & pecoribus. Vide 1. Reg. 14. c. 10. 27 Neque loquutus fuerat ולא־דבר .i. Neque ſtatuerat, vel decreuerat. Ideo ſeruauit e. ויושיעם ſed ſeruauit eos. 28 Atq; fortitudo eius, & quo. pug. וגבורתו אשר־נלחם Vide præcedẽti capite, verſu 15. In Iשſraאele, בישראל Iſrael hoc loco etiam tribum Iuda complectitur. Ieroboam Rex Iſrael reſtituit Damaſcũ & Hamath tribui Iuda, ita vt eſſent ditionis Iſrael, id eſt Iudæ, vt antea fuerãt.

IN CAPVT XV.

1 Anno Iarobyám שנה לירבעם Vide ſuprà, cap. 15. a. 1. b. 10. 5 Percuſſit autem, &c. וינגע וגו' Quare ſit percuſſus à Iehoua, ſcribitur 2. Paral. 26. c. 16. In domo libera: בבית החפשית Ad verbum, in domo *habitationis* liberæ .i. in domo quadam ſeparata ac ſemota à commercio hominum. *Erat* ſuper domum, &c. על־הבית שופט וגו' .i. erat præfectus, ſiue præpoſitus Regiæ. hoc eſt habitabat in palatio ipſo, reddens ius populo regni Iuda.

11 Reliquum verò verborum Zechariáh, ″ecce ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis.

Promiſſio Iehu, impleta.

12 ″Hoc *eſt* verbum Iehouæ quod loquutus fuerat ad Iehú, dicendo, Filii quartæ generationis ſedebunt tibi ſuper thronum Iשſraאelis. Fuítque ita.

Sellum regnat pro Zacharia.

13 שSallúm filius Iabéשs regnauit anno triceſimonono, anno yVzziiáh regis Iehudáh, & regnauit″ per menſem dierum in שSomerón.

Sellum interficitur à Manahem.

14 Aſcendit nanque Menaחhém filius Gadí de Thirצſáh, venítque in שSomerón, & percuſſit שSallúm filium Iabéשs, in שSomerón, interemítque illum, ac regnauit pro eo.

15 Reliquum autem verborum שSallúm, & coniuratio eius qua coniurauit, ecce ipſa ſcripta ſunt in libro verborū dierum Regum Iשſraאelis.

Thapſa ciuitas percutitur.

16 Tunc″percuſſit Menaחhém vrbem Thiphoſáחh, & omnes qui erant in ea, & terminos eius°à Thirצſáh: quia non ″aperuerat: ideo percuſſit, *&*″omnes prægnantes eius ſcidit.

Prægnantes occiſæ.

17 Anno triceſimo nono, anno yAzariáh Regis Iehudáh, regnauit Menaחhém filius Gadí ſuper Iשſraאelē decē annis in שSomerón.

Manahem Rex Iſrael.

18 Et fecit malum in oculis Iehouæ: nō receſſit à peccatis Iarobyám filii Nebát, qui peccare fecit Iשſraאelē″omnibus diebus ſuis.

19 °Venit autē Pul rex Aשſſúr″contra terrã, & dedit Menaחhém ipſi Pul mille talenta argenti, ′vt eſſent manus eius ſecum ad roborandum regnum in manu ſua.

20 ″Indixit autem Menaחhém argentum illud Iשſraאeli, ″omnibus potentibus ſubſtãtia, vt darēt Regi Aשſſúr quinquaginta שſeclos argenteos ſinguli. reuerſúſque eſt Rex Aſſúr, nec ſubſtitit illic, in *ea* terra.

21 Reliquum autem verborum Menaחhém, & quæcunque fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis?

Mortuo Manahem ſuccedit Phaceia.

22 Dormiuítque Menaחhém cū patribus ſuis, & regnauit Pecaחhiáh filius eius pro eo.

23 Anno quinquageſimo, anno yAzariáh regis Iehudáh, regnare cœpit Pecaחhiáh filius Menaחhém ſuper Iשſraאelem in שSomerón, duobus annis.

24 Fecítque quod erat malum in oculis Iehouæ, non receſſit à peccatis Iarobyám filii Nebát qui peccare fecit Iשſraאelem.

Phaceia interficitur à Phacee.

25 Coniurauit autem aduerſus eum Pécaחh filius Remaliáhu ′dux eius, & percuſſit eum in שSomerón ″in palatio domus regiæ ′cum Argób, & cum Ariéh, & cum eo quinquaginta viri de filiis Gilyaditarum: quem quum interfeciſſet, regnauit pro eo.

26 Reliquum autem verborum Pecaחhiáh, & omnia quæ fecit, ec-

11 Reliqua autem verborum Zachariæ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?

C

12 Iſte eſt ſermo Domini quē loquutus eſt ad Iehu, dicens, Filii tui vſque ad quartam generationem ſedebunt de te ſuper thronum Iſrael. Factúmq; eſt ita.

Suprà 10.f.30.

13 Sellum filius Iabes regnauit triceſimonono anno Azariæ Regis Iudæ: regnauit autē vno menſe in Samaria.

14 Et aſcendit Manahem filius Gadi de Therſa: venitque in Samariam, & percuſſit Sellū filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitque pro eo.

15 Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius per quam tetendit ′inſidias: nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierū Regum Iſrael?

16 Tunc percuſſit Manahē Thapſam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Therſa: noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & ſcidit eas.

D

17 Anno triceſimonono Azariæ Regis Iudæ regnauit Manahem filius Gadí, ſuper Iſrael decem annis in Samaria.

18 Fecitque quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael cunctis diebus eius.

19 Veniebat Phul rex Aſſyriorum in terram, & dabat Manahē Phul mille talenta argenti, vt eſſet ei in auxiliū, & firmaret regnum eius.

20 Indixitque Manahem argentū ſuper Iſrael cunctis potentibus & diuitibus, vt daret Regi Aſſyriorū, quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos: reuerſúſque eſt Rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in terra.

21 Reliqua autem ſermonum Manahem, & vniuerſa quæ fecit, nōne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?

22 Et dormiuit Manahem cum patribus ſuis: regnauitque Phaceia filius eius pro eo.

E

23 Anno quinquageſimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahem ſuper Iſrael in Samaria, biennio:

24 Et fecit quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael.

25 Cōiurauit autem aduerſus eū Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſſit eū in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie: & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitque pro eo.

26 Reliqua autem ſermonum Phaceia, & vniuerſa quæ fecit, nónne hęc

---

11 Ecce ipſa הנם Vtuntur Hebræi aduerbiis demonſtrandi pro aduerbiis affirmandi. q.d. ea certè ſcripta ſunt, &c.

12 Hoc *eſt* verbum הוא דבר Iſtam promiſſionem habes ſuprà cap. 10.f.30.

13 Per menſem dierum ירח ימים .i. Per menſem integrum & completum tãtummodo, atq; conſtantem omnibus ſuis diebus.

16 Percuſſit יכה Hoc verbo pro oppugnare & expugnare vſurpant Hebræi quum de vrbibus loquũtur. Et pro perdere, aut interficere, quum de hominibus, vt mox. A Thirצſah: מתרצה .i. à termino Thirſah. ſiue vſq; ad terminū Thirſah: nam ager eius vrbis pertingebat vſq; ad Thirſah. Aperuerat: פתח ſub. populus vrbis portas, propoſitis legibus pacis. Omnes prægnantes eius ſcidit. את כל ההרותיה בקע: .i. omnium prægnantium mulierum aperuit vterum. q.d. ne prægnantibus quidem pepercit. ab הרה. Alii tanquam ab הרר vertunt, & omnes vrbes eius perrupit. quòd ſint inſtar montium propter ædificia.

18 Omnibus diebus ſuis. כל ימיו: Iſtud ſecundæ parti verſus iungitur, Non receſſit cunctis diebus ſuis. poſſet & ad Ieroboam referri.

19 Venit בא Quidam per præt. imperf. vertunt, Veniebat. Contra terram, על הארץ .i. contra regionem ſubditam Regi Iſraelis. Vt eſſent manus eius, &c. להיות ידיו וגו׳ Hebraiſmus, vt ei ſuppetias ferret ad ſtabiliendum & confirmãdum regnum ſuum. i. vt tali munere retinere poſſet regnum ſuum illius fauore.

20 Indixit autem ויוצא Ad verbum, Et exire fecit. i. indixit, aut exegit eam pecuniam ab Iſraele, & diuitibus omnibus, & imperauit. Omnibus potentibus ſubſt. על כל גבורי החיל .i. omnibus opulentis.

25 Dux eius, שלישו Hæc vox ſignificat eum qui dignitate tertius eſt à Rege. accipitur & pro nobili duce. In palatio domus Regiæ בארמון בית מלך .i. in arce, turre munitiſſima totius domus in qua habitabat Rex. Cum Argób, &c. את ארגוב וגו׳ q.d. fretus auxilio Argób & Ariéh quos habuit ſocios coniurationis.

ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ Regum Iſrael?

F Anno quinquageſimo ſecundo Azariæ Regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ ſuper Iſrael in Samaria, viginti annis. 27

Et fecit quod erat malum corã Domino: non receſſit à peccatis Ieroboã filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 28

In diebus Phacee Regis Iſrael venit Theglath-phalâſar Rex Aſſur, & cepit Aiõ, & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæã, & vniuerſam terrã Nephthali: & tranſtulit eos in Aſſyriòs. 29

Coniurauit autem, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filiũ Romeliæ, & percuſſit eũ, & interfecit: regnauitque pro eo, viceſimo anno Ioatham filii Oziæ. 30

Reliqua autem ſermonũ Phacee, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? 31

2.Para.27.a.1 ‖Anno ſecundò Phacee filii Romeliæ Regis Iſrael, regnauit Ioatham filius Oziæ Regis Iuda. 32

G Vigintiquinque annorũ erat quũ regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius, Ieruſa filia Sadoc. 33

Fecitque quod erat placitum corã Domino: iuxta omnia que fecerat Ozias pater ſuus, operatus eſt. 34

Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incenſũ in excelſis: ipſe ædificauit portã domus Domini ſublimiſſimã. 35

Reliqua autem ſermonum Ioathã, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda? 36

(In dieb⁹ illis cœpit Dominus mittere in Iudam Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.) 37

Et dormiuit Ioathã cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo. 38

Cap. XVI.

2.Paral.28.a.1 ANno decimoſeptimo Phacee filii Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. 1

Viginti annórum erat Achaz quũ regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non fecit quod erat placitum in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius. 2

Sed ambulauit in via Regũ Iſrael: inſuper & filium ſuum conſecrauit, transferens per ignem ſecundũ idola Gentium, quæ diſſipauit Dominus coram filiis Iſrael. 3

Immolabat quoque victimas, & adolebat incenſum in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frõdoſo. 4

Eſa.7.a.1 ‖Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalem ad præliandum: quũmque obſiderent Achaz, non valuerunt ſuperare eum. 5

ce ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis.

27 Anno quinquageſimo ſecundo, anno yAzariáh Regis Iehudáh regnare cœpit Pécaחh filius Remaliáhu ſuper Iשſraאelem in שSomerón viginti annis.

Phacee, Rex Iſrael.

28 Fecítque quod malum erat in oculis Iehouæ: non receſſit à peccatis Iarobyám filii Nebát, qui peccare fecit Iשſraאelem.

29 In diebus Pécaחh Regis Iשſraאelis venit Thiglath-piléoſer Rex Aשſſur, & tulit yIión, & Abel-beth-mayacháh, & Iánoaחh, & Cédeשs, & חHaאſór, & Gilyád, & Galílah, omnem terram Naphthalí, & tranſtulit eos in Aשſſur.

30 Coniurauit autem coniurationem Hoשſéay filius אEláh cõtra Pécaחh filium Remaliáhu, & percutiens eum, occidit eum, regnauítque pro eo, anno viceſimo Iothám filii yVzziiáh.

Phacee interficitur ab Oſee.

31 Reliquum autem verborum Pécaחh, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iשſraאelis.

32 Anno ſecundo Pécaחh filii Remaliáhu Regis Iשſraאelis, regnare cœpit Iothám filius yVzziiáhu Regis Iehudáh.

Ioatham Rex Iuda.

33 Viginti quinque annorum erat quãdo regnare cœpit, & ſedecim annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius Ieruשſa filia Sadóc.

34 Et fecit quod rectũ erat in oculis Iehouæ: iuxta omnia quæ fecerat yVzziiáhu pater eius, fecit.

35 Veruntamen″excelſa non receſſerunt, adhuc populus immolabat & ſuffiebat in ipſis excelſis: ipſe ædificauit ′portam domus Iehouæ ſuperiorem.

36 Reliquum autem verborum Iothám, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

37 (″In diebus ipſis cœpit Iehouáh mittere in Iehudáh Reאſín Regem Arám, atque Pécaחh filium Remaliáhu.)

38 Dormiuítque Iothám cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis patris ſui, regnauítque Aחház filius eius pro eo:

Mortuo Ioathã ſuccedit Achaz.

Cap. XVI.

1 ANno ſeptimodecimo, ′anno Pécaחh filii Remaliáhu, regnare cœpit Aחház filius Iothám regis Iehudáh.

Achaz idololatra conſecrat filium per ignem.

2 Viginti annorum erat Aחház quando regnare cœpit, & ſedecim annis regnauit in Ieruשſaláim: & nõ fecit quod rectum erat in oculis Iehouæ Dei ſui, ſicut Dauid pater eius,

3 Sed ambulauit in via Regum Iשſraאelis, & etiam filium ſuum ″tranſire fecit per ignem ſecundum abominationes Gentiũ quas expulerat Iehouáh à facie filiorum Iשſraאelis.

4 Immolauit inſuper & ſuffiuit in excelſis, & collibus, & ſubter omne lignum viride.

5 ′Tunc aſcendit Reאſín rex Arám, & Pécaחh filius Remaliáhu rex Iשſraאelis in Ieruשſaláim in prælium, & obſederunt Aחház: non tamen potuerunt expugnare.

Ieruſalem obſidetur à Raſin & Phacee.

35 Excelſa non receſſerunt, הבמות לא סרו q.d. in hoc tantùm peccauit, quòd excelſa non abſtulit: nam eo regnante ſacrificabatur in altaribus ſuper quæ nolebat Dominus ſibi ſacrificari. Portam domus Ieh. ſuperiorem. :את־שער בית־יהוה העליון Intelligẽdum eſt de portis atrii, non templi Salomonis: verùm quum hæc eſſent contigua, dicuntur templum, quum fit mentio de portis domus Domini. Etiam vbi in Actis 3. a.2.b.10, fit mentio portæ Speciosæ, nõ eſt intelligẽdum de templo, ſed de atrio illo in quo populus orabat: quæ ideo dicitur Templi, quòd omnia illa, atrium, deuir, & hechal, dicerentur Templum. 37 In diebus ipſis בימים ההם Sub idem tempus, nẽpe ſub mortem Iothami, vel eo mortuo. Parentheſis eſt: aliquando enim verſus qui poſtponi debet, præponitur in Sacris libris.

IN CAPVT XVI.

1 Anno Pécaחh שנה לפקח Huiuſmodi loquutione vſus eſt & ſuprà, cap.13.a.1.b.10, pro, anno inquam regni Pécah decimoſeptimo.

3 Tranſire fecit per ignem העביר באש De hoc Vide Leuit.18.c.21.q.d. ita vt etiam proprium filium ſacrificarit idolis, cremãdo eum in honorem idoli Moloch. Alii, tranſire fecit per ignem, id eſt luſtrauit igne, per medios ignes, ſiue per medium duorum ignium. In Paralipomenis legitur luſtraſſe filios ſuos, id eſt vnum ex filiis ſuis. 5 Tunc אז Regnante ſcilicet Achaz, & colente idola. Hoc refertur ad ſuperiora.

6 "In tempore illo reſtituit Rexſin Rex Arám "אי Eláth ipſi Arám, & extirpauit Iehudæos "de אי Elóth: tunc א Edomæi "venerūt in אי Eláth, & habitauerunt ibi vſque ad diem hanc.

Achaz petit auxilium à Rege Aſſyriorum.

7 'Miſit autem Aחház nuntios ad Thiglath-peléɒſer Regem Aשſſúr, dicendo, Seruus tuus "& filius tuus ſum: aſcēde, & ſerua me de manu Regis Arám, & de manu Regis Iשſraאélis, qui inſurrexerunt in me.

8 Et tulit Aחház argentum & aurum quod inuentum eſt in domo Iehouæ, & in theſauris domus regiæ, 'miſítque Regi Aשſſur munus.

Damaſcus vaſtatur. Raſin interficitur.

9 Acquieuit autem illi Rex Aשſſúr: 'aſcendit nanque in Damméשſec, & cepit eam, '& trāſtulit eam in Cir, & Rexſín interemit.

10 Perrexítque Rex Aחház in occurſum Thiglath-piléɒſer Regis Aשſſúr in Damméשſec: videns 'verò altare Rex Aחház quod erat in Damméשſec, miſit ad אי Vriiáh ſacerdotem "ſimilitudinem altaris, & figuram eius "ſecundum omne opus eius.

11 Extruxítque אי Vriiáh ſacerdos altare: iuxta omnia quæ miſerat Rex Aחház è Damméשſec, ſic fecit אי Vriiáh ſacerdos, donec venit Rex Aחház è Damméשſec.

Achaz in gratiā Regis Aſſyriorum, ablato Dei cultu, diis Syriæ ſacrificat.

12 Quum veniſſet autem Rex è Damméשſec, '& vidiſſet altare, acceſſit ad altare, "& obtulit ſuper illud:

13 "Incēdítque holocauſtum ſuum, & ſacrificium ſuum, atque libauit libamen ſuum, ſparſitque ſanguinem pacificorum 'ſuum, iuxta altare.

14 'Et *poſuit illud* iuxta altare æreum quod erat coram Iehoua, & accedere fecit *amplius* à conſpectu domus inter altare & domum Iehouæ, poſuítque illud ad latus altaris ad Aquilonem.

15 Et præcepit Rex Aחház אי Vriiáh ſacerdoti, dicendo, Super altare 'maius incēde holocauſtum matutinū, & minחhā veſpertinā, holocauſtum quoque regium, & minחhā eius, holocauſtū inſuper vniuerſi populi terræ, & minחham eorum, & libamina eorū: & omnē ſanguinē holocauſti, atque vniuerſum ſanguinē victimæ iuxta illud ſparges: altare verò æreum "erit meum ad requirendum.

16 Fecit autē אי Vriiáh ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat Rex Aחház.

17 Præcidit etiam Rex Aחház 'clauſuras baſium, & amouit ab eis "conchas: mare quoque depoſuit de bobus æreis qui erant ſub eo, & poſuit illud ſuper pauimentum lapideum.

In tēpore illo reſtituit Raſim Rex Syriæ Ailā Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vſque in diem hanc.

B

Miſit autem Achaz nūtios ad Theglath-phalāſar Regē Aſſyriorum, dicens, Seruus tuus & fili⁹ tuus ego ſū: aſcende, & ſaluū me fac de manu Regis Syriæ, & de manu Regis Iſrael, qui conſurrexerunt aduerſum me.

Et quū collegiſſet Achaz argentum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in theſauris Regis, miſit Regi Aſſyriorum munera.

Qui & acquieuit voluntati eius: aſcendit enim Rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtauit eam: & tranſtulit habitatores eius Cyrenen, Raſin autem interfecit.

Perrexitque Rex Achaz in occurſum Theglath-phalāſar Regi Aſſyriorum in Damaſcum: quúmque vidiſſet altare Damaſci, miſit Rex Achaz ad Vriam ſacerdotē exemplar eius, & ſimilitudinem iuxta omne opus eius.

Extruxitque Vrias ſacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat Rex Achaz, de Damaſco, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret Rex Achaz de Damaſco.

C

Quūmq; veniſſet Rex de Damaſco, vidit altare, & veneratus eſt illud: aſcenditque:

Et immolauit holocauſta, & ſacrificium ſuum, & libauit libamina, & fudit ſanguinē pacificorum quæ obtulerat ſuper altare.

Porrò altare æreum quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: poſuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem.

Præcepit quoque Rex Achaz Vriæ ſacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocauſtum matutinum, & ſacrificium veſpertinum, & holocauſtū Regis, & ſacrificium eius, & holocauſtum vniuerſi populi terræ, & ſacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem ſanguinē holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimæ ſuper illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam.

D

Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat Rex Achaz.

Tulit autem Rex Achaz cælatas baſes, & luterem qui erat déſuper: & mare depoſuit de bobus æreis qui ſuſtentabant illud, & poſuit ſuper pauimentum ſtratum lapide.

6 In tempore illo בעת ההיא Eo tempore. quum ſcilicet diſcederet ab obſidione. אי Eláth אילת Hæc vrbs erat in Idumæa, ſubiecta Regi Syriæ: hinc ait Elath reſtitutam Syriæ. De אי Elóth מאילות Eadem vrbs Elath & Eloth. Venerunt באו .i. redierunt.

7 Miſit autem וישלח Iam autem miſerat: antequam ſcilicet Rex Iſrael diſceſſiſſet ab obſidione re infecta. Et filius tuus ſum: ובנך אני q.d. habeo te vice patris. 8 Miſitque Regi Aשſſúr munus. וישלח למלך־אשור שוחר: miſitque *illa omnia* Regi Aſſur pro munere.

9 Aſcendit nanq;, &c. ויעל מלך אשור Ad verbum, & aſcendit Rex Aſſur. Gaudent Hebræi repetitis iiſdem dictionibus, quibus Latini carent libenter, quòd ſenſum nonnunquam obſcurent potius quàm adiuuent. Et tranſtulit eam in Cir, ויגלה קירה .i. tranſtulit habitatores eius in Cir. quidam volunt eſſe Cyrenen. 10 Similitudinem altaris, את־דמות המזבח exemplar altaris. Gallicè, *Le patron*. Eximium quoddam altare intelligit, quum eſſet in metropoli. Secundum omne opus eius. לכל־מעשהו: .i. cum omni opere, ſiue opificio eius. Gallicè, *ſans rien oublier de ſa facon.* 12 Et vidiſſet altare, וירא המלך את־המזבח Hîc Hebraicè additur Rex, vt & poſt proximè ſequēs verbū, quod Latinis redundat. Et obtulit ſuper illud. ויעל עליו: ſub. oblationē, ſuā. i. ſacrificiū matutinum. Vide paulo infrà verſu 15, Holocauſtum matutinū. Duo ſacrificia quotidie fiebāt, matutinum & veſpertinū. Vide Exod. 29. g. 38, & Nume. 28. a. 3. Iſtud non licebat ei facere: non enim licebat offerre ſacrificia ſuper altare illud nouum, quum eſſet profanū: altare verò quod Salomon curauerat faciēdum, erat dicatum Deo, atque in illius honorē conſtructū. 13 Incenditque ויקטר .i. cum aromatibus cremauit holocauſtum ſuum matutinū. Suū, אשר־לו Ad verbum, qui ei.

14 Et *poſuit* illud iuxta altare, &c. ואת המזבח הנחושת וגו׳ Subaudienda fuerunt nōnulla, vt clarior eſſet ſenſus. i. poſuit illud iuxta altare æneum quod Salomon curauerat faciēdum, quódq; erat ante Dominum, hoc eſt ante veſtibulum domus Domini, & poſuit in loco viciniore veſtibulo quàm illud quod prius collocatum erat ante ipſum veſtibulum templi: poſuit itē illud in latere Septentrionali ipſius altaris, ad dextrā ſcilicet introeuntibus templum. 15 Maius הגדול .i. meum, quantitate vel dignitate maius. Erit meū ad requirendum. יהיה־לי לבקר: .i. mihi ſeruabitur: vt quum venerit mihi in mentem, illic ſacrificem. q.d. in illo Salomonis poſthac nulla ſacrificia fient.

17 Clauſuras המסגרות peripherias. circunferentias. limbos. ſummas extremitates elaboratas à Salomone. intelligit extremitates colūnarum quæ velut continebant & apprehendebant conchas ſuperpoſitas. Conchas את־הכיור Sing. Heb. pro plur. labra. luteres.

Muſach quoque ſabbathi, quod ædificauerat in tẽplo: & ingreſſum Regis exterius, cõuertit in templum Domini, propter Regem Aſſyriorum.	18	'Et tentoriũ ſabbathi quod ædificauerãt in domo,'& introitum Regis externum reuerti fecit in domum Iehouæ, propter Regem Aשſſúr.	
Reliqua autem verborum Achaz quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regũ Iuda?	19	Reliquum autem verborum Aחház quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?	
Dormiuitque Achaz cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid: & regnauit Ezechias filius eius pro eo.	20	Dormiuítque Aחház cum patribus ſuis, & ſepultus eſt'cum illis in Ciuitate Dauidis:'regnauítq; חHizciiáhu filius eius pro eo.	Mortuo Achaz, regnat Ezechias.
Cap.XVII.		Cap. XVII.	
ANno duodecimo Achaz Regis Iuda, regnauit Oſee filius Ela in Samaria ſuper Iſrael nouem annis.	1	A'Nno duodecimo Aחház Regis Iehudáh, regnare cœpit Hoשſéay filius אEláh in שSomerón ſuper Iשſraאelẽ nouẽ annis.	Oſee Rex Iſraelis Regi Aſſyriorũ tributari⁹.
Fecitque malum coram Domino: ſed non ſicut Reges Iſrael qui ante eum fuerunt.	2	Fecítque malum in oculis Iehouæ, veruntamen non ſicut Reges Iשſraאelis qui fuerant ante eum.	
Contra hunc aſcendit Salmanáſar Rex Aſſyriorum, & factus eſt ei Oſee ſeruus, reddebátque illi tributa.	3	'Aduerſus eum aſcenderat שSalmanאéסſer Rex Aשſſúr, & factus fuerat ei Hoשſéay ſeruus,'reddebátque ei munus.	
Quũmque deprehendiſſet Rex Aſſyriorum Oſee, quòd rebellare nitẽs, miſiſſet nuntios ad Sua Regem AEgypti, ne præſtaret tributa Regi Aſſyriorum, ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, & vinctum miſit in carcerem.	4	Deprehendit autem Rex Aשſſúr in Hoשſéay coniurationem, quòd miſiſſet legatos ad סSo Regem AEgypti, neq;"mitteret munus'illi annuatim:'propterea clauſit eum Rex Aשſſúr, & vinxit eum in domo carceris.	
Peruagatúſque eſt omnem terram, & aſcendens Samariam, obſedit eam tribus annis.	5	'Aſcendítque Rex Aשſſúr in vniuerſam terram, aſcendit & in שSomerón, atque obſedit eam tribus annis.	
Infra 18.b.10 |Anno autẽ nono Oſee, cepit Rex Aſſyriorum Samariam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuitq; eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozã, in ciuitatibus Medorum.	6	Anno autem"nono Hoשſéay, cepit Rex Aשſſúr שSomerón, & tranſtulit Iשſraאelem in Aשſſúr, collocauítque eos in חHeláחh, & in חHabór *iuxta* fluuium Gozán, & *in* ciuitatibus Medorum.	Samaria capitur à Rege Aſſur.
Factum eſt enim, quum peccaſſent B filii Iſrael Domino Deo ſuo qui eduxerat eos de terra AEgypti, de manu Pharaonis regis AEgypti, coluerunt deos alienos.	7	"Quum enim peccauerunt filii Iשſraאelis Iehouæ Deo ſuo qui eduxerat eos è terra AEgypti ne eſſent ſub poteſtate Paryóh Regis *ipſius* AEgypti:'& timuerunt deos alienos,	Cauſa captiuitatis Iſrael, idololatria.
Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium quas conſumpſerat Dominus in cõſpectu filiorum Iſrael, & Regum Iſrael: quia ſimiliter fecerant.	8	Ambulauerúntque in decretis Gẽtium quas eiecerat Iehouáh à facie filiorũ Iשſraאelis, & *decretis* Regum Iשſraאelis quæ'faciebãt:	
Et operuerunt filii Iſrael verbis nõ rectis Dominum Deum ſuum: & ædificauerunt ſibi excelſa in cũctis vrbibus ſuis à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam.	9	"Et occultè fecerunt filii Iשſraאelis quæ non erant recta, coram Iehoua Deo ſuo, & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis"à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam:	
Fecerúntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignum nemoroſum:	10	Statuerúntque ſibi ſtatuas & lucos ſuper omnem collem eleuatum, & ſubter omnem arborem'viridem:	
Et adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem Gentium quas tranſtulerat Dominus à facie eorum: fecerúntque verba peſſima, irritantes Dominum.	11	Adolentes illic ſuffitum in omnibus excelſis, ſicut Gẽtes quas trãſtulerat Iehouáh à facie eorum, atque fecerunt res peſſimas ad irritandum Iehouam,	
Et coluerũt imũditias de qb⁹ præceperat eis Dñs, ne facerent verbũ hoc.	12	Seruiẽtes idolis de quibus Iehouáh dixerat eis, Ne feceritis hoc:	
Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda per manũ omnium Pro-	13	"Tũc teſtificatus eſt Iehouáh cõtra Iשſraאelẽ & cõtra Iehudáh	

18 Et tentorium ואת־מוסך Et velum.i.depoſuit, ſiue deiecit tentorium in quo ſolebant quieſcere ſabbatho ſacerdotes qui priore hebdomade functi fuerant officio ſuo: quod fuerat ædificatum in atrio ſacerdotum. Et introitum Regis,&c. ואת מבוא המלך וגו' .i.introitum domus regiæ exteriorem reduxit in domum Iehouæ, in gratiam Regis Aſſyrii: ita vt non liceret ingredi vel egredi regia, niſi per templum ipſum. Regia prius habebat duplicem introitũ, exteriorem & interiorẽ. Exteriorẽ, per quem ingredi quiuis poterat regiam, non ingrediendo tẽplum. Poſtrema particula verti poteſt, metu Regis Aſſur. Dicitur enim hoc feciſſe Achaz adulandi cauſa. Alii, metu, vt ſe in templum cõiiceret ſi Rex Aſſyriæ regiam oppugnaret. 20 Cum illis עם־אבותיו Ad verbum, cum patribus ſuis. Antecedens pro relatiuo. Regnauitque,&c. וימלוך וגו' Hebraiſmus, pro cui ſucceſſit filius eius nomine Ezechias.

IN CAPVT XVII.

1 Anno duodecimo בשנת שתים Hoc intelligitur à rebellione ipſius Oſee contra Regem Aſſyriorum, excuſſo iugo illius. Nam inuaſerat eũ Rex ille Aſſyriorũ anno primo regni eius, ac redegerat eum in poteſtatem ſuam: qui quidem erat annus quartus regni Achaz: & ideò nõ dicitur regnaſſe hic octo annis illis quibus fuit tributarius. 3 Aduerſus eum aſcenderat עליו עלה Hebraica phraſis, pro inuaſerat eum, initio, vel primo anno regni eius, qui erat annus quartus regni Achaz. Reddebátque ei munus. וישב לו מנחה: .i.pendebat illi quotannis tributum, vſque ad octauum annum.q.d.reddiderat eum tributarium. 4 Mitteret העלה Ad verbũ, aſcẽdere faceret. Illi annuatim: למלך אשור כשנה בשנה Ad verbũ, Regi Aſſur ſicut ãno in anno. Anteced.pro relat.i.ſicut anno præterito, ita anno præſenti: hoc eſt vt annuatim facere ſolebat. Propterea cla.e. ויעצרהו .i.coniecit eum in carcerẽ, poſteaquã ſuperaſſet eum ſecundó. hoc enim dicitur per anticipationẽ.
5 Aſcendítque,&c. ויעל וגו' Iam autem aſcenderat: quum ſcilicet vidiſſet Regem Iſrael defeciſſe à ſe.q.d. Et iam tota patria deuicta,&c.
6 Nono התשעית computando à principio rebellionis eius. 7 Quum enim peccauerunt כי־חטאו Quum enim peccaſſent. Sic ſequentia verba eſſent vertenda. Et timuerunt ויירא. i.venerati ſunt. 8 Faciebant: עשו: Præt.perf.Heb.per imperf.vertendum.
9 Et occulte fecerunt ויחפאו Ad verbũ, Et occultauerunt.i.clàm dixerunt verba quæ non erant vera.q.d.obloquuti ſunt Deo. A turre cuſtodum,&c. ממגדל נוצרים וגו' .i.in vrbibus tam paruis quàm magnis. Turrim intelligit quæ ædificari ſolet in agris ad cuſtodiendos fructus adhuc pendentes, & maxime vuas. Vide capite ſequenti, verſum octauum. 10 Viridem: רענן: frondoſam.
13 Tunc teſtificatus eſt ויעד .i.Teſtes inuocauit cælum & terram contra,&c.

per manū omniū Prophetarū & omnis "Videntis, huiuſmodi verbis, Reuertimini à viis veſtris malis, & cuſtodite præcepta mea & decreta mea, iuxta vniuerſam Legē quā præcepi patribus veſtris, & quam miſi ad vos per manū ſeruorum meorum Prophetarum.

14 Et non ſunt obſequuti, "ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrū ſuorū, qui non crediderunt in Iehouā Deū ſuū.

15 Contempſerúntque decreta eius, & pactum eius quod pepigit cum patribus eorum, & teſtificationes eius quibus teſtatus fuerat contra eos: "& abierunt poſt vanitatem, vaníque facti ſunt, & poſt Gentes quæ erant in circuitu eorum, de quibus præceperat Iehouáh ne facerent ſicut illæ.

Vituli aurei.

16 Ac *tandem* dereliquerunt omnia præcepta Iehouæ Dei ſui, ac fecerunt ſibi conflatile, duos vitulos atque lucum, incuruauerúntque ſe vniuerſæ militiæ cæli, & ſeruierunt "Báyal.

Filios conſecrāt per ignem.
Diuinationes.

17 "Et tranſire fecerunt filios ſuos & filias ſuas per ignem, "& diuinauerunt diuinationes, auguratíque ſunt, "atque tradiderunt ſeſe ad faciendum malum in oculis Iehouæ, vt irritarent eum.

18 Propterea iratus eſt Iehouáh vehementer cōtra Iשſraאelem, "& remouit eos à facie ſua: nihil remanſit præter tribū Iehudáh ſolā.

19 Etiam Iehudáh non cuſtodiuit præcepta Iehouæ Dei ſui, "ſed ambulauerunt in ſtatutis Iשſraאelis quæ fecerant.

20 "Abhorruit itaq; Iehouáh ab vniuerſo ſemine Iשſraאelis, & afflixit eos, tradidítque eos in manum diripientium, "donec proiiceret eos à facie ſua.

Ieroboam.

21 Quoniam "ſcidit Iשſraאelē à domo Dauidis, & Regē conſtituerunt Iarobyám filium Nebát: "expulit autem Iarobyám Iשſraאelē *ne iret* poſt Iehouam, & peccare fecit eos peccato grandi.

22 Ambulauerúntque filii Iשſraאelis in vniuerſis peccatis Iarobyám quæ ille fecerat, nec receſſerunt ab eis,

23 Donec remouit Iehouáh Iשſraאelem à facie ſua, ſicut loquutus fuerat per manum omnium ſeruorum ſuorum Prophetarum, "exulauítque Iשſraאél è terra ſua in Aשſſúr vſque ad diem hanc.

Aſſyriis habitantibus Samariam pro Iſraelitis, immittit Deus leones.

24 Adduxit præterea Rex Aשſſúr *homines* è Babél, & è Chutháh, & yAuuáh, & חHamáth, & סSepharuáim, & collocauit eos in vrbibus שSomerón pro filiis Iשſraאelis, "qui poſſederunt שSomerón, & habitauerunt in vrbibus eius.

25 Fuit autē, principio quū habitare cœperūt illic, non timuerunt Iehouam, & miſit Iehouáh in eos, leones qui eos occidebant.

26 Dixerunt ergo Regi Aשſſúr, dicendo, Gentes quas "tranſtuliſti & collocaſti in vrbibus שSomerón non norunt "morem Dei terræ: & immiſit in eos leones "qui interimunt eos, eo quòd neſciunt morem Dei terræ.

phetarum & videntium, dicens, ‖Reuertimini à viis veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea & cæremonias, iuxta omnem Legem quam præcepi patribus veſtris: & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorum meorum Prophetarum. Iere.25.a.5 C

14 Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicē patrum ſuorum qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo.

15 Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum Patribus eorum, & teſtificationes quibus teſtificatus eſt eos: ſequutiq; ſūt vanitates, & vanè egerunt: & ſequuti ſunt Gentes quæ erant per circuitū eorū, ſuper quibus præceperat Dominus eius vt non facerent ſicut & illæ faciebant.

16 Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei ſui: fecerúntque ſibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuerſam militiā cæli: ſeruierúntque Baal:

17 Et conſecrauerunt filios ſuos & filias ſuas per ignem: & diuinationibus inſeruiebant & auguriis: & tradiderunt ſe vt facerent malum coram Domino, vt irritarent eum.

18 Iratúſque eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodo.

19 Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata Dñi Dei ſui: verū ambulauit in errorib⁹ Iſrael, quos operatus fuerat.

20 Proiecitque Dominus omne ſemē Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripiētium, donec proiiceret eos à facie ſua: D

21 ‖Ex eo iam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael à domo Dauid, & conſtituerūt ſibi Regē Ieroboā filium Nabat: ſeparauit enim Ieroboā Iſrael à Domino, & peccare eos fecit peccatū magnū. 3.Reg.12.d.16

22 Et ambulauerunt filii Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam quæ fecerat: non receſſerunt ab eis,

23 Vſquequo Dominus auferret Iſrael à facie ſua, ‖ſicut loquut⁹ fuerat in manu omnium ſeruorū ſuorum Prophetarum: tranſlatúſque eſt Iſrael de terra ſua ī Aſſyrios, vſque in diē hāc. Iere.25.b.9

24 Adduxit autem Rex Aſſyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Aua, & Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Iſrael: qui poſſederūt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius.

25 Quúmq; ibi habitare cœpiſſent, nō timebant Dominū: & immiſit in eos Domin⁹ leones qui interficiebāt eos.

26 Nuntiatúmq; eſt Regi Aſſyriorū, & dictum, Gentes quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ: & immiſit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quòd ignorent ritum Dei terræ. E

Videntis, חוזה Dicunt Hebræi Prophetam differre à Vidente, quòd prophetia eueniat Prophetæ ſiue per viſionem, ſiue per ſomnium: Videnti autem, per viſionem tantùm. Huiuſmodi verbis, לאמור Ad verbum, dicendo.

14 Sed indurauerunt ceruicem ſuam, &c. ויקשו את־ערפם וגו' Hebraiſmus, perſtiterunt indurati vt maiores ſui.

15 Et abierunt poſt vanit. &c. וילכו אחרי ההבל וגו' Hebraiſmus, & ſequuti ſunt vanitatē, & euanuerunt, imitatiq; ſunt ritus & mores Gentium vicinarum. Vide 1.Reg.16.c.13 & 26. 16 Báyal. את הבעל: .i. coluerunt idola quæ dicebantur Baal.

17 Et tranſire fecerunt, &c. ויעבירו וגו' Vide Leuit.18.c.21. Et diuinauerūt, &c. ויקסמו וגו' .i. fuerunt dediti diuinationibus & auguriis. vel, fuerunt diuini & augures. Atque tradiderunt ſeſe ויתמכרו Ad verbum, & vendiderunt ſeſe. Vide 1.Reg.21.e.20.f.25.i. dediti fuerunt omnes ad malefaciendum. 18 Et remouit eos à facie ſ. ויסרם מעל פניו & abſtulit eos à facie ſua. i. eiecit eos è terra in qua colebatur: vel, in qua erat templum dicatum nomini eius, in quo colebatur, & in quo habitabat præſentia maieſtatis eius.

19 Sed ambulauerunt, &c. וילכו בחוקות .i. eadem fecerunt quæ Iſraelitæ faciebant.

20 Abhorruit itaque וימאס Spreuit itaque. Contemptui habuit vniuerſum, &c. Donec proiiceret, &c. עד אשר השליכם וגו' .i. ita vt proiecerit eos à facie ſua. vt paulo antè, verſu 18. 21 Scidit קרע ſub. Dominus. i. detraxit decem tribus de dominio familiæ Dauidis, cui omnes Iſraelitæ parebant. Expulit autem וידח impulit autem. i. præpediuit. auertit. q.d. pepulit de via, quum ſequeretur Dominum.

23 Exulauitque ויגל abiitque in captiuitatē. 24 Qui poſſederunt, &c. וירשו וגו' Fortè in eo loco ſementē iecerunt, aut vineas plantarunt. nam vrbs funditus erat euerſa. 26 Tranſtuliſti הגלית ſub. de Aſſyria in Terram ſanctam. Morem משפט Ad verbum, iudicium. i. ritum: hoc eſt quo cultu & religione coli velit Deus eius terræ. Paulo pòſt dicitur verſu 28, Docebátque eos quomodo timerent Iehouam. Qui interimunt eos והנם ממיתים Ad verbum, & ecce interficiunt eos.

Præcepit autem Rex Aſſyriorum, dicens, Ducite illuc vnum de ſacerdotibus, quos inde captiuos adduxiſtis: vadat, & habitet cũ eis, & doceat eos legitima Dei terræ.

Igitur quũ veniſſet vnus de ſacerdotibus iis qui captiui ducti fuerãt de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dñm.

Et vnaquæque Gens fabricata eſt deum ſuum: poſuerúntque eos in fanis excelſis quæ fecerant Samaritæ, Gens & Gẽs in vrbibus ſuis in quibus habitabat.

Viri enim Babylonii fecerunt Socoth-benoth: viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Aſima.

F Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. ii autem qui erant de Sepharuáim, comburebant filios ſuos igni, Adramélec diis Sepharuáim.

Et nihilominus colebant Dominũ: fecerunt autem ſibi de nouiſſimis ſacerdotes excelſorum, & ponebãt eos in fanis ſublimibus.

Et quũ Dominũ colerent, diis quoque ſuis ſeruiebãt, iuxta cõſuetudinẽ Gentium, de quibus tranſlati fuerant Samariam.

Vſque in præſentem diem morem ſequuntur antiquum: non timent Dominum, neque cuſtodiũt cæremonias eius atque iudicia & legẽ & mandatũ quod præceperat Dominus filiis Iacob, quem cognominauit Iſrael:

Gen.32.f.28
3.reg.18.e.31

Et percuſſerat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis.

G Sed Dominum Deum veſtrum qui eduxit vos de terra AEgypti in fortitudine magna & in brachio extento: ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate.

Cæremonias quoque, & iudicia, & legem, & mandatum quod ſcripſit vobis, cuſtodite vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos.

Et pactum quod percuſſit vobiſcũ, nolite obliuiſci: nec colatis deos alienos:

Sed Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum.

Illi verò non audierunt, ſed iuxta conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant.

Fuerunt igitur Gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus & idolis ſuis ſeruientes: nam & filii eorum, & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciũt vſque in præſentem diem.

Cap.XVIII.

2.Para.28.d.28, & 29.a.1

ANno tertio Oſee filii Ela regis Iſrael, regnauit Ezechias filius

---

27 Præcepit itaque Rex Aשſſúr 'hiſce mandatis, Deducite illuc vnum è ſacerdotibus quos tranſtuliſtis inde, qui pergant & habitent illic, '& doceant eos morem Dei terræ.

28 Venit ergo vnus è ſacerdotibus quos trãſtulerãt de שSomerõ, & habitauit in Beth-אél, docebátque eos 'quomodo timerẽt Iehouã.

29 Fecerunt verò ſingulæ Gentes deos ſuos, & repoſuerunt 'in domo excelſorum quæ fecerant שSomeronitæ, ſingulæ Gentes in vrbibus ſuis in quibus habitabant.

Varii Gẽtiũ dii.

30 Viri enim Babél fecerũt סSucchóth Benóth: viri autem Chúth fecerunt Nergál: & viri חHamáth fecerunt Aשſimá.

Socoth Benoth.
Nergel.
Aſima.

31 Hauuæi autem fecerunt Nibחház & Tharthác: סSepharuæi autẽ comburebãt filios ſuos igni ipſi Adramélech & יAnamélech diis סSepharuæorum.

Nebahaz.
Tharthaz.
Adramelech.
Anamelech.

32 Et timebant Iehouam: fecerúntque ſibi 'aliquot ſuorum ſacerdotes excelſorum, ″qui faciebant eis in domo excelſorum.

33 Iehouam *quidem* timebant, & *nihilominus* diis ſuis ſeruiebant iuxta morem Gentium ″vnde tranſtulerant eos.

Deo & dæmonibus ſeruiunt.

34 'Vſque in diem hanc faciunt iuxta ritus priſtinos: 'non timent Iehouam, ″neque faciũt iuxta decreta & morem ipſius, neque iuxta legem, & præceptum quod præcepit Iehouáh filiis Iaיacób, cui impoſuit nomen Iשſraéאl.

35 Pepigerat autem Iehouáh cum eis pactum, præceperátque eis, dicendo, 'Non timebitis deos alienos, nec adorabitis eos, nec ſeruietis eis, nec immolabitis eis:

36 Sed Iehouã ″qui eduxit vos è terra AEgypti in fortitudine magna & brachio extento, ″hunc timebitis, & hunc adorabitis, huícq; ſacrificabitis:

Deus timendus, adorandus, & ei immolandum.

37 Statuta præterea, & iudicia, & legem, & præceptum, quæ ſcripſit vobis, cuſtodietis, faciendo *ea* cũctis diebus, neque timebitis deos alienos.

38 Pacti inſuper quod pepigi vobiſcum ne obliuiſcamini, neque timeatis deos alienos:

Pacti Dei memores.

39 Sed Iehouam Deum veſtrum timete, & ipſe liberabit vos è manu omnium inimicorum veſtrorum.

40 Et non obtemperarunt, ſed iuxta conſuetudinem ſuam priſtinam fecerunt.

41 Itaque Gẽtes iſtæ timuerunt Iehouã, & nihilominus ſculptilibus ſuis ſeruierunt: etiam filii eorum, & filii filiorum eorũ, ſecũdum quod fecerunt patres eorum, *ita* ipſi faciunt vſq; ad diẽ hanc.

Deo & idolis ſeruiunt.

Cap. XVIII.

1 FVit autem ″anno tertio Howשéay filii אEláh regis Iשſraאelis, re-

Regnat Ezechias pius poſt impiũ Achaz patrẽ.

---

27 Hiſce mãdatis, Deducite לאמור הוליכו Ad verbũ, dicẽdo, Pergere facite. Et doceãt eos ויורם Sing. Heb. pro plur. Alii vertunt, Et pergant, [eant] & habitent illic, & doceat eos. i. & eant alii Aſſyrii ſcilicet loco eorum qui fuerũt interfecti à leonibus, cum ſacerdote illo, & habitent illic: doceat verò illos ſacerdos ille: hoc eſt inſtruat eos cultum ac religionem Dei regionis illius.

28 Quomodo timerent איך יראו quo cultu colerent. 29 In domo בבית in æde. vel fano, ſiue fanis.

32 Aliquot ſuorum מקצותם partem ſuorum. i. conſtiruerunt aliquot ex ſuis ſibi ſacerdotes, &c. Qui faciebant eis ויהיו עושים להם Ad verbum, & fuerunt facientes eis. i. qui offerebant ſacrificia & munera, vel qui ſacrificabant pro illis in æde excelſorum.

33 Vnde tranſtulerãt eos. אשר הגלו אותם משם: i. quemadmodum facere ſolent Aſſyrii vnde fuerant adducti. Alii vertunt, quos tranſtulerant illinc. i. de Samaria: hoc eſt quemadmodum facere ſolebant Iſraelitæ ante exilium: vel Chananæi, quos ſcilicet tranſtulerant Iſraelitæ.

34 Vſque in diẽ hanc, &c. עד היום הזה וגו' Iſta poſſunt intelligi de Aſſyriis incolis Terræ ſanctæ, qui debebant ſeruare Legẽ, quòd facti eſſent proſelyti, & tranſiſſent in religionẽ Iſraelitarum. Aut de Iſraelitis ipſis quibus data fuerat Lex. Non timent Ieh. אינם יראים את־יהוה ſub. verè, & ſyncero cultu. Neq; faciunt, &c. ואינם וגו' i. non obſeruant ſtatuta & cæremonias ſibi traditas à Iehoua.

35 Non timebitis, &c. לא תיראו וגו' Ne timueritis deos, &c. vel, Ne timete. 36 Qui eduxit vos אשר העלה אתכם Ad verbum, qui aſcendere vos fecit. Hunc timebitis, &c. אותו תיראו וגו' Fut. pro imperatiuo, hunc timete, adorate, illi ſacrificate.

IN CAPVT XVIII.

1 Anno tertio בשנת שלוש A rebellione ſcilicet cõtra Regẽ Aſſyriæ, cui fuerat tributarius annis octo. Oſeas ſeptẽdecim annis regnauit, octo annis fuit tributarius: & duodecimo anno regni Achaz exuit iugũ. poſtea regnauit ſex annis. exinde bellũ geſſit in eũ Rex Aſſyrius tribus annis.

gnare cœpit חHizciiáhu filius Aחház Regis Iehudáh.

Vigintiquinque annorum erat quando regnare cœpit,& vigintinouem annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius Abi filia Zechariáh. 2

Fecítque quod rectum erat in oculis Iehouæ,iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. 3

Serpens Moyſi æneus confringitur,quem adorabat populus.

Ipſe ſuſtulit excelſa,& contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucum,″cōfregítque ſerpentem æreum quem fecerat Moשſéh: quia vſque ad dies illos filii Iשſraאelis ſuffiebāt ei: & vocauit eū ″Neחhuשſthán. 4

Laus Ezechiæ.

In Iehoua Deo Iשſraאelis ſperauit,& poſt eum non fuit ſimilis illi inter cunctos Reges Iehudáh,& *ex iis* qui fuerunt ante eum. 5

Adhæſítque Iehouæ, nec declinauit ab eo: cuſtodiuítque præcepta eius quæ præceperat Iehouáh Moשſéh. 6

Fuítque Iehouáh cum eo:″in omni loco ad quem egrediebatur, proſperè agebat:″rebellauit autem contra Regem Aשſſur, & non ſeruiuit ei. 7

Ipſe ″percuſſit Peliשſthæos vſque ad עAzzáh,& terminos eius, ″à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam. 8

Salmanaſar capta Samaria trāſfert Iſraelem in Aſſyrios.

Fuit autem anno quarto Regis חHizciiáhu (is erat annus ſeptimus ipſi Howſéaע filio אEláh Regis Iשſraאelis) aſcēdit שSalmanאéסſer rex Aשſſúr contra שSomerón,& obſedit eam: 9

″Ac ceperunt eam ſub finē triū annorū: anno ſexto חHizciiáhu (is eſt annus nonus Howſeáע regis Iשſraאelis)capta eſt Somerón. 10

Tranſtulítq; Rex Aשſſúr Iשſraאelē in Aשſſúr, & deducere fecit eos in חHaláחh,& in חHabór,*ad* flumē Gozán,& in vrbes Madái: 11

Eo quòd non obediuerunt voci Iehouæ Dei ſui,ſed tranſgreſſi ſunt pactum eius, *id eſt* omnia quæ præceperat Moשſéh ſeruus Iehouæ:neque paruerunt,neque audierunt,neque fecerunt. 12

Ezechias ſe ſubmittit Regi Aſſyriorum.

Porrò quartodecimo anno Regis חHizciiáhu aſcēdit סSãחheríb rex Aשſſúr contra omnes vrbes Iehudáh munitas,cepítque eas. 13

Miſit itaq; חHizciiáhu rex Iehudáh ad Regē Aשſſúr in Lachíש, ″huiuſmodi mandatis, ″Peccaui, recede à me: quod impoſueris mihi,feram.″Et impoſuit Rex Aשſſúr חHizciiáh regi Iehudáh trecenta talenta argenti,& triginta talenta auri. 14

Dedítque חHizciiáh omne argentum quod repertum eſt in domo Iehouæ,& in theſauris domus Regiæ. 15

Eodem tempore ″abſcidit חHizciiáh valuas templi Iehouæ, ″& columnas quas ″texerat חHizciiáh rex Iehudáh, & dedit eas Regi Aשſſúr. 16

Sennacherib minatur Ezechiæ.

″Miſit autem Rex Aשſſúr Tharthán, & Rab-סſaríסs,& Rabשſacéh,de Lachíש ad Regem חHizciiáhu cum exercitu″graui in Ieruשſaláim:qui aſcenderunt,& venerunt in Ieruשſaláim,& aſcende- 17

Achaz Regis Iuda.

Vigintiquinque annorū erat quū regnare cœpiſſet: & vigintinouē annis regnauit in Ieruſalem:nomen matris eius Abi filia Zachariæ.

Fecitque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

Ipſe diſſipauit excelſa & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitq; ſerpentem æneū,‖quem fecerat Moyſes: ſiquidem vſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum: vocauitque nomen eius Nehuſtan.

Num.21.c.8

In Domino Deo Iſrael ſperauit: itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis Regibus Iuda, ſed neq; in iis qui ante eum fuerunt.

Et adhæſit Domino,& non receſſit â veſtigiis eius: fecitque mādata eius quæ præceperat Dominus Moyſi.

B

Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat,ſapienter ſe agebat: rebellauit quoque contra Regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei.

Ipſe percuſſit Philiſthæos vſque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam.

Anno quarto Regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filii Ela Regis Iſrael, aſcendit Salmanáſar Rex Aſſyriorum in Samariam, & oppugnauit eam,

Et cepit:‖nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechiæ, id eſt nono anno Oſee regis Iſrael,capta eſt Samaria:

Suprà 17.a.1

Et tranſtulit Rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios, collocauitque eos in Hala,& in Habor fluuiis Gozan in ciuitatibus Medorum:

Quia non audierunt vocē Dñi Dei ſui, ſed prætergreſſi ſunt pactū eius: ōnia quæ præceperat Moyſes ſeruus Dñi, non audierunt,neque fecerunt.

C

‖Anno quartodecimo Regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ad vniuerſas ciuitates Iuda munitas,& cepit eas.

2.Paral.32.a.1
eſa.36.a.1
eccli 48.c.19

Tunc miſit Ezechias rex Iuda nūtios ad Regem Aſſyriorū in Lachis, dicens,Peccaui,recede à me:& omne quod impoſueris mihi,feram.Indixit itaque Rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

Deditque Ezechias omne argentū quod repertum fuerat in domo Domini,& in theſauris Regis.

In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri quas ipſe affixerat, & dedit eas regi Aſſyriorum.

Miſit autem rex Aſſyriorum Tharthan,& Rabſaris,& Rabſacen de Lachis ad Regem Ezechiā cum manu valida,Ieruſalem:qui quum aſcendiſſent,venerunt Ieruſalem,& ſteterunt

4 Confregitque ונתת comminuitque.nempe fruſtillatim. Neחhuשſtán. נחושתן: Per contemptum impoſitum nomen,quod diminutiuum indicat.q.d.quid putatis ſerpentem iſtum in ſe habere Diuinitatis,quum ſit merum æs,& ad tempus erectus fuerit?

7 In omnni loco ad quem,&c. בכל אשר־יצא ישכיל in omnibus propter quæ egrediebatur,erat fœlix.i.omnia quæ ille aggrediebatur,fœliciter illi ac proſperè cedebant,& magna prudentia faciebat. Rebellauit autem,&c. וימרוד וגו' .i.excuſſit iugum Regis Aſſur,deſiitque eſſe illi tributarius. 8 Percuſſit הכה .i.debellauit ac ſuperauit. A turre cuſtodum,&c. ממגדל נוצרים וגו' Significat his verbis tam paruas quàm magnas vrbes expugnaſſe: vel,tam arces quàm vrbes munitiſſimas.Similis loquutio ſuprà cap.17.b.9.

10 Ac ceperunt eam וילכדוה ſub. milites eius.i.expugnauerunt.

14 Huiuſmodi mandatis, לאמור Ad verbum,dicendo. Peccaui, חטאתי ſub.rebellando contra te. Et impoſuit וישם .i. iniunxit,vel imperauit.ſub.in ſingulos annos. .6 Abſcidit קצץ conſcidit.Chaldæus paraph.decorticauit.i.detraxit à valuis laminas quibus ſuperficies valuarum erat obducta. Et columnas quas ואת־האומנות אשר & poſtes ipſos quos,&c.Vel,limina illarum valuarum quæ obduxerat laminis aureis vel argenteis.i.detraxit laminas quibus tecti erant poſtes. Texerat צפה obduxerat.ſub.auro.

17 Miſit autem וישלח Elapſis aliquot annis poſtquam iterum renuit pendere tributum, venit Sennacherib vſque in Lachis,vnde hos miſit.Ex præcedentibus & ſequentibus colligi poteſt,Sennacherib inuaſiſſe ter Iudam. Graui כבר .i.numeroſo.

iuxta aquæductum piſcinæ ſuperioris quæ eſt in via agri fullonis.

D 18 Vocauerúntque Regem: egreſſus eſt autẽ ad eos Eliacim filius Helciæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à commẽtariis.

19 Dixítque ad eos Rabſaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit Rex magnus, Rex Aſſyriorum, Quæ eſt iſta fiducia qua niteris?

20 Forſitan iniſti conſilium, vt præpares te ad prælium. in quo confidis, vt audeas rebellare?

21 An ſperas in baculo arundineo atque confracto, AEgypto, ſuper quem ſi incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? Sic eſt Pharao rex AEgypti omnibus qui confidunt in ſe.

E 22 Quòd ſi dixeritis mihi, In Domino Deo noſtro habemus fiduciam: nónne iſte eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria: & præcepit Iudæ & Ieruſalem, Ante altare hoc adorabitis in Ieruſalem?

23 Nunc igitur tranſite ad dominum meum Regem Aſſyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis aſcẽſores eorum.

24 Et quomodo poteſtis reſiſtere ante vnum ſatrapam, de ſeruis domini mei minimis? an fiduciam habes in AEgypto propter currus & equites?

25 Nunquid ſine Domini voluntate aſcendi ad locum iſtum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Aſcende ad terram hanc, & demolire eam.

26 Dixerũt autem Eliacim filius Helciæ & Sobna & Ioahe, Rabſaci, Precamur vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriacè: ſiquidem intelligimus hanc linguam: & nõ loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui eſt ſuper murum.

F 27 Reſponditque eis Rabſaces, dicens, Nunquid ad dominum tuum, & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer ſermones hos, & non potius ad viros qui ſedent ſuper murum, vt comedant ſtercora ſua, & bibant vrinam ſuam vobiſcum?

28 Stetit itaque Rabſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba Regis magni, Regis Aſſyriorum.

29 Hæc dicit Rex, Non vos ſeducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.

30 Neque fiduciã vobis tribuat ſuper Dominum, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu Regis Aſſyriorum.

31 Nolite audire Ezechiã: hæc enim dicit Rex Aſſyriorum, Facite mecum quod vobis eſt vtile, & egredimini ad

runt inquam, & venerunt, & conſtiterunt 'ad aquæductũ piſcinæ ſuperioris 'quæ eſt in via agri fullonis.

18 'Vocauerũt autem Regem, & egreſſus eſt ad eos אEliacím filius חHilciiáhu 'qui erat ſuper domũ, & שSebná 'ſcriba, & Ioáחh filius Aסſáph 'à commentariis.

19 Dixítq; ad eos Rabשſacéh, Dicite obſecro ad חHizciiáhu, Sic dicit Rex magnus Rex Aשſſúr, Quænã eſt hæc fiducia qua tu 'fidis?

20 'Dixiſti, "Certè ſermo labiorum, conſiliũ & fortitudo ad prælium. nunc cui fiſus es, quòd defeciſti à me?

21 Nunc ecce confiſus es in baculo arundineo 'confracto iſto, *nempe* AEgypto, cui ſi innitatur quiſpiam, 'ingredietur in manum eius, ac perforabit eam: ſic eſt Paryóh rex AEgypti omnibus confidentibus in eo.

22 Quòd ſi dixeritis mihi, In Iehoua Deo noſtro cõfidimus: nónne is eſt cuius abſtulit חHizciiáh excelſa, & altaria? dixítque ad Iehudáh & Ieruשſaláim, Coram altari hoc 'incuruabitis vos in Ieruשſaláim.

23 Nũc igitur 'fideiube obſecro domino meo Regi Aשſſúr, & dabo tibi duo millia equorum, ſi modò poſſis dare 'equitãtes ſuper eos.

24 Et quomodo 'verterefacies faciem ducis vnius ſeruorum domini mei minimorum, vt confidas in AEgypto propter currus & equites?

25 Et nunc, nunquid abſque Iehoua aſcendi contra locum iſtum, vt diſperdam illum? Iehouáh dixit mihi, Aſcende contra terram iſtam, & diſperde eam.

26 Et dixit אEliacím filius חHilciiáhu & שSebná & Ioáחh ad Rabשſacéh, Loquere obſecro ſeruis tuis 'Aramicè, (ſiquidem intelligimus) & ne loquaris nobiſcum Iehudaicè 'in auribus populi qui eſt ſuper murum.

27 Reſpondit verò illis Rabשſacéh, Nũquid ad dominum tuum & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer verba iſta? nónne ad viros qui ſedent ſuper murum, vt comedant "ſtercus ſuum, & bibant aquam pedum ſuorum vobiſcum?

28 Stetítque Rabשſacéh, & exclamauit voce magna Iehudaicè, loquutúſq; eſt, ac dixit, Audite verbũ Regis magni, Regis Aשſſúr:

29 Sic dixit Rex, Ne ſeducat vos חHizciiáhu, quia non poterit eruere vos è manu eius:

30 Neq; ſperare faciat vos חHizciiáhu in Iehoua, dicẽdo, Eruendo eruet nos Iehouáh, nec tradetur ciuitas hæc ĩ manũ Regis Aשſſúr.

31 Ne acquieſcatis חHizciiáhu: ſic enim dixit Rex Aשſſúr, 'Facite mecũ benedictionẽ, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſq;

Blaſphemia.

Sennacherib blaſphemus probris afficit Deum viuentem.

Ad aquæductum בתעלת .i. ad canalem in quem deriuabatur aqua è piſcina ſuperiore. Quæ eſt in via agri fullonis. אשר במסלת שדה כובס: Viam ſtratã lapidibus intelligit. Hoc ſignificat vox Hebræa. Gallicè, *une chauſſee.* Chaldæus paraph. iuxta iter agri expanſionis fullonũ. .i. in quo ſolebant fullones expandere veſtes, poſtquã lauiſſent eas in piſcina illa. 18 Vocauerũt autẽ ויקראו .i. inuitauerunt ad colloquium. Qui erat ſuper domũ, אשר על־הבית Hebraiſmus, qui præerat regiæ. Scriba, הסופר .i. qui præerat Libris ſacris, & in illis verſabatur. A commentariis. המזכיר: Vide 2. Sam. 8. d. 17. 19 Fidis? בטחת: Præt. Heb. pro præſ. i. Quanta eſt fiducia iſta qua niteris? vnde tantùm tibi fidis? 20 Dixiſti, אמרת ſub. apud te. Certè ſermo, &c. אך־דבר וגו׳ Sermonem labiorum vocat facundiã. q. d. Eloquentia & facundia eſt mihi: conſilium & fortitudo, vel magnanimitas ad bellum, quibus reſiſtere poſſim etiam Regi Aſſyriæ. hoc eſt, præditus ſum facundia ad commouendos milites: conſilio, in rebus gerendis: & fortitudine, ad bellum gerendum. Alii, Sermo labiorum, id eſt oratio ad Deum. Vide Ieſa. 36. a. 5. 21 Confracto הרצוץ Non tantùm ſignificat fractum, ſed etiam fragile: vt ellychnium extinctum, quod facilè extingui poteſt. Ingredietur ובא ingreditur. Fut. Heb. pro præſ. i. figitur in manum eius: hoc eſt, frãgitur, & pars vna, nempe fragmẽta, & partes illæ acutæ, intrant ac figuntur in manum, lædúntque innitentem. q. d. falleris ſi ſperas in Pharaone, qui facilè frangi poteſt, vt arundo, & vinci. Homines quibus fidimus, ſunt ſimiles fragili arundini, cuius fragmenta acuta, quũ frangitur, ſolent lædere innitentem, vt dictum eſt: ſic homines plus tandẽ incõmodi nobis afferũt, quã cõmodi. 22 Incuruabitis vos תשתחוו אתכם adorabitis. q. d. hoc fecit in gloriã ſuã. 23 Fideiube התערב vadem promitte. vel da obſides. Aut, depoſito pignore certa. vel contende. Equitantes ſupes eos. רוכבים עליהם: ſeſſores eorum. q. d. tu paucos habes in regno tuo equites, & vix poſſes inuenire ducentos. 24 Vertere facies תשיב reuerti facies. Vide Ieſa. 36. b. 9. 26 Aramicè, ארמית Syriacè. In auribus populi באזני העם Hebraiſmus, audiente populo. 27 Stercus ſuum, &c. את־חוריהם וגו׳ De his dictionibus, & Aqua pedum, Vide Ieſa. 36. c. 12. 31 Facite mecum bened. &c. עשו־אתי ברכה וגו׳ Hebraiſmus, de quo & Ieſa. 36. c. 16.

de vite ſua,& vnuſquiſque de ficu ſua: & bibite vnuſquiſque aquã ciſternæ ſuæ:

32 Donec veniam, & tollam vos ad terram ſimilem terræ veſtræ, terram frumenti & vini, terram panis & vinearum, terram ″oliuæ olei,″& mellis:″& viuatis,& non moriamini:neque audiatis חHizciiáhu,″quum ſuadebit vobis,dicendo,Iehouáh eruet nos.

33 Nunquid eruendo eruerunt dii Gentium vnuſquiſque terram ſuam è manu Regis Aשſſúr?

34 Vbi eſt deus חHamáth & Arphád? vbi eſt deus סSepharuáim, Henáע & עIuáh? nunquid eruerunt שSomerón è manu mea?

35 Quis eſt inter omnes deos terrarum qui eruerit terram ſuam è manu mea,quòd eruere poſſit Iehouáh Ieruשſaláim è manu mea?

36 Tacuit autem populus, nec reſponderunt ei verbum: quia præceptum Regis erat,dicentis,Ne reſpondeatis ei.

37 Venerũt ergo אEliacím filius חHilciiáhu,qui erat ſuper domũ, & שSebná ſcriba, & Ioáחh filius Aסáph à commentariis,ad חHizciiáhu ſciſſis veſtibus,& nuntiauerunt ei verba Rabשſacéh.

Cap. XIX.

Mittit Ezachias nũt'os ad Eſaiã, ob Sennacherib.

1 QVum autem audiſſet Rex חHizciiáhu, ſcidit veſtimẽta ſua, & operuit ſe″ſacco,ingreſſúſque eſt domum Iehouæ.

2 Et miſit אEliacím qui erat ſuper domum,& שSebná ſcribam,atque ſeniores ſacerdotum opertos ſaccis ad Ieשſaעiáhu prophetam filium Amóץs.

3 Qui dixerunt ei,Sic dixit חHizciiáhu,″Dies anguſtiæ & increpationis, & blaſphemiæ eſt dies hæc. ″venerunt enim filii vſque ad matricem,& virtus non eſt pariendi.

4 ″Si fortè audiat Iehouáh Deus tuus omnia verba Rabשſacéh quẽ miſit Rex Aשſſúr dominus eius vt probris afficiat Deum viuentem,& arguat verbis quæ audiuit Iehouáh Deus tuus:″& leua orationem pro reſiduo quod inuenitur.

5 Venerunt itaque ſerui Regis חHizciiáhu ad Ieשſaעiáhu.

6 Quibus reſpõdit Ieשſaעiáhu, Sic dicetis domino veſtro, Sic dixit Iehouáh, Ne timeas à facie verborũ quæ audiſti, quibus probris affecerunt me pueri Regis Aשſſúr.

Promittit Deus victoriam Ezechiæ,& Regis Aſſyriæ mortẽ prædicit.

7 Ecce ego″pono in eo ſpiritum,& audiet rumorem,reuertetúrq; in terram ſuam,& cadere faciam eum gladio in terra ſua.

8 Reuerſus eſt itaque Rabשſacéh, & inuenit Regem Aשſſúr pugnantem contra Libná: audierat enim quòd ″profectus eſſet de Lachíשs.

9 ″Audiuit autem de Thirhacáh rege Chúשs,dicendo, Ecce egreſſus eſt vt pugnet tecum. ″& reuerſus eſt, miſitque *alios* legatos ad חHizciiáhu ″cum hiſce mandatis,

Blaſphemia Sẽnacherib.

10 Sic dicetis חHizciiáhu Regi Iehudáh, dicendo, Ne decipiat te

me:& comedet vnuſquiſque de vinea ſua,& de ficu ſua: & bibetis aquas de ciſternis veſtris:

G

32 Donec veniam, & transferam vos in terrã quæ ſimilis eſt terræ veſtræ, in terram fructiferã, & fertilem vini, terram panis & vinearũ,terram oliuarum,& olei ac mellis:& viuetis,′& nõ moriemini. nolite audire Ezechiã q vos decipit,dicẽs, Dñs liberabit nos.

33 Nunquid liberauerunt dii Gentium terram ſuam de manu Regis Aſſyriorum.

34 Vbi eſt deus Emath & Arphad? vbi eſt deus Sepharuáim,Ana & Auatnũ. qd liberauerũt Samariã de manu mea?

35 Quinam illi ſunt in vniuerſis diis terrarum qui eruerunt regionẽ ſuam de manu mea,vt poſſit eruere Dominus Ieruſalem de manu mea?

36 Tacuit itaque populus, & non reſpondit ei quicquã:ſiquidẽ præceptũ Regis acceperãt,vt nõ reſpõderẽt ei.

37 Venitq; Eliacim filius Helciæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioace filius Aſaph, à commentariis, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

Cap. XIX.

Eſa.37.a.1

1 QVæ quum audiſſet Ezechias Rex, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco,ingreſſúſque eſt domum Domini.

2 Et miſit Eliacim præpoſitum domus,& Sobnam ſcribam,& ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis,ad Eſaiã prophetam filium Amos.

3 Qui dixerũt ei,Hæc dixit Ezechias, Dies tribulationis , & increpationis, & blaſphemiæ dies iſte: venerunt filii vſque ad partum, & vires non habet parturiens.

4 Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuerſa verba Rabſacis , quem miſit Rex Aſſyriorum dominus ſuus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus : & fac orationem pro reliquiis quæ repertæ ſunt.

5 Venerunt ergo ſerui Regis Ezechiæ ad Eſaiam.

B

6 Dixitque eis Eſaias,Hæc dicetis domino veſtro , Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie ſermonum quos audiſti,quibus blaſphemauerunt pueri Regis Aſſyriorum me.

7 Ecce ego immittam ei ſpiritum,& audiet nuntium, & reuertetur in terram ſuam,& deiiciam eum gladio in terra ſua.

8 Reuerſus eſt ergo Rabſaces , & inuenit Regẽ Aſſyriorum expugnãtem Lobnam:audierat enim quòd receſſiſſet de Lachis.

Eſa.37.b.9

9 ¶Quúmque audiſſet de Tharaca rege AEthiopiæ, dicentes, Ecce, egreſſus eſt vt pugnet aduerſum te : & iret contra eum : miſit nuntios ad Ezechiam,dicens,

10 Hæc dicite Ezechiæ Regi Iuda, Non te ſeducat Deus tuus , in quo

---

32 Oliuæ olei, זית יצהר .i.oliuæ ferentis oleum,hoc eſt terram fructiferã. Et viuatis,& nõ moriamini: וחיו ולא תמותו &viuetis,& non moriemini. Quum ſuadebit vobis כי יסית אתכם .i.quum tentabit vos ſeducere.Alii,ſuadebit enim vobis.

IN CAPVT XIX.

1 Sacco, בשק .i.veſte viliſſima,qua animi dolorem indicabant Iudæi. 3 Dies anguſtiæ,&c. יום צרה וגו' Dies pro tempore.q.d. ſumus nunc in maximis anguſtiis,quia Sennacherib minatur obſidionẽ,& inimici noſtri increpant nos quòd rebelles fuerimus:præterea in Deũ probra iactant,dicẽtes quòd Deus non poterit nos eripere de manu Regis Aſſyriæ. Venerunt enim filii,&c. כי באו בנים עד־משבר .i.Filios vocat fœtus.Hac allegoria ſignificauit maximũ periculũ & lethalẽ calamitatem imminere Ieruſalẽ.q.d.Vix ex hac tribulatione euademus. Vox משבר ſignificat ſellam in qua ſedent parturientes:& os vteri,ſeu matricis:quò quum peruenit fœtus,multa ipſe patitur,multúmque incommodi.

4 Si fortè audiat Iehouáh אולי ישמע יהוה Fortè audiet Iehouáh.i.ſigno aliquo declarabit ſe audiſſe. Et leua orationem,&c. ונשאת תפלה וגו' Hebraiſmus,Ora pro reliquiis quæ adhuc extant.Hoc intelligitur de duabus tribubus quæ ſupererant.

7 Pono in eo ſpiritum, נותן בו רוח Hebraiſmus,poſiturus ſum in eo animum.i.daturus ſum illi voluntatem reuertendi in patriam ſuã,&c. vt in Ieſaia. 8 Profectus eſſet de Lachiשs. נסע מלכיש: .i.receſſiſſet à Lachis vnde miſerat legatos Rex Aſſyriæ.

9 Audiuit autem וישמע quum ſcilicet oppugnaret Libna. Et reuerſus eſt, וישב Multa ſunt ſubaudienda,cuiuſmodi,Quod quum audiſſet,ſoluta obſidione,vertit exercitum in Regẽ Chus,ſiue Æthiopiæ:quo deuicto,rurſum obſedit Ieruſalẽ. Cum hiſce mandatis. לאמור: Ad verbum,dicendo.

habes fiduciam: neque dicas, Non tradetur Ieruſalem in manus Regis Aſſyriorum.

C Tu enim ipſe audiſti quæ fecerunt Reges Aſſyriorum vniuerſis terris, quomodo vaſtauerunt eas: tu ergo ſolus poteris liberari?

Nunquid liberauerunt dii Gentium ſingulos quos vaſtauerũt patres mei, Gozã videlicet, & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thelaſſar?

Vbi eſt Rex Emath, & Rex Arphad, & Rex ciuitatis Sepharuáim, Ana & Aua?

Itaque quũ accepiſſet Ezechias literas de manu nuntiorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino.

Et orauit in conſpectu eius, dicens, Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus Regum omnium terræ: tu feciſti cælũ & terrã.

Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui miſit vt exprobraret Deum viuentem.

D Verè Domine, diſſipauerunt Reges Aſſyriorum Gentes & terras.

Et miſerunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, ſed opera manuũ hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.

Nunc igitur Domine Deus noſter, ſaluos nos fac de manu eius, vt ſciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus ſolus.

Miſit autem Eſaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quæ deprecatus es me ſuper Sennacherib rege Aſſyriorum, audiui.

Iſte eſt ſermo quẽ loquutus eſt Dominus de eo, Spreuit te, & ſubſannauit te, virgo filia Sion: poſt tergũ tuũ caput mouit, filia Ieruſalem.

Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? contra Sanctum Iſrael.

E Per manum ſeruorum tuorum exprobraſti Domino, & dixiſti, In multitudine curruũ meorum aſcendi excelſa montium, in ſummitate Libani, & ſuccidi ſublimes cedros eius, & electas abietes illius: & ingreſſus ſum vſque ad terminos eius, & ſaltũ Carmeli eius.

Ego ſuccidi, & bibi aquas alienas, & ſiccaui veſtigiis pedum meorum omnes aquas clauſas.

Nũquid nõ audiſti quid ab initio fecerit? ex diebꝰ ãtiquis plaſmaui illud, & nunc adduxi: erúntq; in ruinã colliũ compugnantiũ ciuitates munitæ.

Et qui ſedent in eis, humiles manu: contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt velut fœnum agri, & virens herba tectorũ, quæ arefacta eſt antequã veniret ad maturitatem.

Deus tuus cui tu confidis, dicendo, Non tradetur Ieruשſaláim in manum Regis Aשſſúr.

11 Ecce audiſti quæ fecerint Reges Aשſſur vniuerſis terris, perdẽdo eas: & tu liberaberis?

12 Num liberauerunt eas dii Gẽtium quos deleuerũt patres mei, Gozán & חArán, & Réצſeph, & filios עEdén qui erãt in Thelaשſár?

13 Vbi eſt Rex חHamáth, & Rex Arpád, & Rex vrbis סSepharuáim, Henáע & עIuáh?

14 Et tulit חHizciiáhu literas de manu legatorum, legítque eas: & quum aſcendiſſet domum Iehouæ, expandit eas חHizciiáhu coram Iehoua.

15 Orauítque חHizchiiáhu coram Iehoua, & dixit, Iehouáh Deus Iשſraאelis, ″ſedens ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus ″omnium regnorum terræ, tu feciſti cælum & terram.

16 Inclina Iehoua aurem tuam, & audi: aperi Iehoua oculos tuos, & vide: & audi verba סSanחheríb, ″qui miſit vt probris afficeret Deum viuentem.

17 Verè Iehoua, vaſtauerunt Reges Aשſſúr Gẽtes & terram earũ.

18 Et poſuerunt deos eorum in ignem: non enim dii erant, ſed opus manuum hominum, lignum & lapis, ideo perdiderunt eos.

19 Et nunc Iehoua Deus noſter ſaluos fac nos obſecro de manu eiꝰ, vt cognoſcãt õnia regna terræ quòd tu es Iehouáh Deus ſolus.

20 Tunc miſit Ieשſayiáhu filius Amóץs ad חHizciiáhu, dicẽdo, Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאelis, Pro quibus oraſti me ſuper סSanחheríb Rege Aשſſúr, audiui.

21 Hoc eſt verbum quod loquutus eſt Iehouáh ſuper eum, Contempſit te, ſubſannauit te, virgo filia צSión: poſt te caput mouit, filia Ieruשſalaím.

22 Quẽ probris affeciſti, & cui cõuitiatus es, & ſuper quẽ exaltaſti vocẽ, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? cõtra ſanctũ Iשſraאelis.

23 Per manum legatorum tuorum probris affeciſti Iehouam, & dixiſti, In multitudine curruum meorum aſcendi excelſa montium, latera Lebanón, & ſuccîdam altitudinem cedrorum eius, electas abietes illius, ″& ingrediar habitaculum finis eius, ſaltum Charmeli eius.

24 Ego fodi *uenam*, & bibi aquas alienas, & ſiccaui plãta pedũ meorum omnes riuos munitos.

25 ″Nónne audiſti à longo *tempore*? id feci, à diebus antiquis etiam formaui illud, nunc euenire feci illud: & erit ad deſtruendum in aceruos ruinarum ciuitates munitas.

26 Et habitatores earum ″abbreuiati manu, contriti ſunt & pudore affecti, fuerũt *ut* herba agri, & olus germinis, *ut* herba tectorum, & percuſſa ariditate antequam ſit ſeges.

Petit Ezechias auxilium à Domino contra Regem Aſſur, vt cognoſcatur Deus Iſrael eſſe Deus ſolus.

Eſaias cõſolatur Ezechiam, victoriam nuntians.

15 Sedens ſuper Cherubim, יושב הכרובים qui habitas inter Cherubim. Omnium regnorum לכל־ממלכות in omnibus regnis.

16 Qui miſit אשר שלחו ſub. legatos. 23 Et ingrediar, &c. ואבואה וגו' De hoc vide annotationem in Ieſaia, 37.c.24.

25 Nónne audiſti, &c. הלא־שמעת וגו' Hoc verſu declarat Dominus nihil ab hoc tyranno fieri, aut iam factum eſſe, quod ore Prophetæ non prædixerit: atque ita authorem earum rerum ſe eſſe pronuntiat. acſi diceret, Intellexiſtíne iam olim ſententiã decretã quam pronuntiauerã in Gentes, etiam in Iſraelem ipſum? vel, Prophetiam illam quam prædixeram per Prophetas meos, hoc eſt id quod ſtatueram me facturum hiſce temporibus? eam ſententiã exequutus ſum, ſiue eam prædictionem adimpleui tempore Regum Aſſyriæ, partim tuo tempore, partim, &c. hoc tempore euenire feci eam: & prædictio illa indicabat fore vt vrbes munitiſſimæ redigantur in aceruos deſolatos, hoc eſt eas deſtruendas. Alii vertunt, Annon audiſti *quòd* à longinquo *tempore* fecerim eam, à diebus antiquis etiam formauerim ipſam? nunc verò adducerem ipſam vt eſſet in deſolationem, in aceruos ruinarum, vt ciuitates munitæ? Exponunt autem hoc modo, Declarat Dominus ſe Ieroſolymæ tutorem eſſe, nec vnquam Eccleſiæ defuturum: neque paſſurum aboleri ipſam, vt alias vrbes quæ dirutæ ac vaſtatæ ſunt. nam confert Ieroſolymam cum aliis vrbibus quæ ab Aſſyrio euerſæ fuerant, & redactæ in eius poteſtatem: ne exiſtiment à tyranno tam facilè euerti poſſe. nec enim eiuſdem eſt conditionis cum aliis quæ dirutæ & ſolo æquatæ ſunt. Non eſt igitur comparanda Eccleſia cum aliis vrbibus etiam munitiſſimis.

26 Abbreuiati manu, קצרי־יד Hebraiſmus, Imbelles, ſiue imbecilles. Vide in Ieſaia, vbi ſimilia omnia vſque ad finem capitis, leguntur, paucis exceptis.

Habitationẽ autẽ tuam, & egreſſum tuum & ingreſſum tuum 27 noui,& furorem tuum contra me.

Quoniam iratus es aduerſum me, & tumultus tuus aſcendit in 28 aures meas:ideo ponam hamum meum in naribus tuis, & camũ meum in labiis tuis,& redire faciam te per viam qua veniſti.

Signum futuræ victoriæ.

″Et hoc tibi ſignum,Comede anno iſto per ſe germinantia:an- 29 no autem ſecundo ſponte *etiam* germinantia: anno verò tertio ſeminate & metite,& plantate vineas,&comedite fructũ earum.

Et addet″quæ euaſit familiæ Iehudáh,quæ remanſit,″*mittere* radi- 30 cem deorſum,& facere fructum ſurſum.

De Ieruשſaláim enim egredientur reliquiæ,&euaſor de monte 31 צSiión:zelus Iehouæ exercituum faciet hoc.

Propterea ſic dicit Iehouáh de Rege Aשſſúr, Non ingredietur 32 vrbem hanc,nec iaciet illuc ſagittam, neque præoccupabit eam clypeo *munitus*,nec effundet iuxta eam″aggerem.

Per viam qua venit,reuertetur,& ciuitatem hanc non ingredie- 33 tur,dicit Iehouáh.

Propter ſeipſum & promiſſiones ſuas ſaluat Deus

Et protegam ciuitatem hanc,vt ſeruem eam propter me,& pro 34 pter Dauidem ſeruum meum.

Angelus Domini occidit exercitũ Sennacherib.

Fuit igitur,″nocte illa egreſſus eſt Angelus Iehouæ,& percuſſit *in* 35 caſtris Aשſſúr centum octogintaquinque millia.ſurrexerunt autem ſummo mane,& en omnes ipſi cadauera mortua.

Propterea profectus abiit,reuerſúſque eſt סSanחherib rex Aשſ- 36 ſúr,&habitauit in Nineuéh.

Occiditur Sennacherib à filiis ſuis.

Et fuit,eo adorãte in domo Niסſróch deum ſuum, & Adramé- 37 lech & שSarאéצſer filii eius percuſſerunt eum gladio:ipſi autẽ euaſerũt in terram Ararát: & regnauit אEסſar-חhaddón filius eius pro eo.

Cap. XX.

AEgrotanti Ezechiæ prædicit Eſaias mortem.

I″N diebus illis ægrotauit חHizciiáhu vſque ad mortem: & ve- 1 nit ad eum Ieשſayiáhu filius Amóשs prophetæ, dixítque ad eũ, Sic dixit Iehouáh,″Præcipe domui tuæ,quia morieris,&nõ viues.

Et conuertit חHizciiáhu faciem ſuam ad parietem,& orauit ad 2 Iehouam,dicendo,

Oratio Ezechiæ. Ambulare in veritate.

Obſecro ô Iehoua,Memẽto quæſo quòd ambulauerim coram 3 te″in veritate & corde integro , & quod bonũ eſt in oculis tuis,fecerim.Et fleuit חHizciiáhu fletu magno.

Fletus.

Tempus vitæ Ezechiæ prolongatur.

Nõdum autem Ieשſayiáhu egreſſus fuerat ad atrium medium, 4 quum verbum Iehouæ fuit ad eum,dicendo,

Reuertere,& dic ad חHizciiáhu duci populi mei,Sic dixit Iehouáh Deus Dauidis patris tui,Audiui orationem tuam,vidi lachrymas tuas, ecce ego ſano te,die tertia aſcendes in domum Iehouæ. 5

Et addã diebus tuis quindecim annos:déque manu Regis Aשſ- 6 ſúr eruam te,& ciuitatemiſtam,atque protegam ciuitatem iſtam, propter me & propter Dauidem ſeruum meum.

Propter ſe & promiſſa ſaluat Deus.

″Dixítque Ieשſayiáhu,Tollite″maſſam ficuũ ſiccarũ.Et tulerũt, 7

F

Habitaculum tuũ, & egreſſum tuũ, & introitum tuum,& viam tuam ego præſciui, & furorem tuum cõtra me.

Inſaniſti in me,& ſuperbia tua aſcẽdit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis , & camum in labiis tuis,& reducam te in viam per quam veniſti.

Tibi autemEzechia hoc erit ſignũ, Comede hoc anno quæ repereris: in ſecundo autem anno, quæ ſponte naſcuntur: porrò in tertio anno ſeminate & metite:plantate vineas,& comedite fructus earum.

Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda,mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.

De Ieruſalem quippe egredientur reliquiæ, & quod ſaluetur,de monte Siõ:zelus Dñi exercituum faciet hoc.

G

Quamobrem hæc dicit Dominus de Rege Aſſyriorum, Nõ ingredietur vrbem hanc,nec mittet in eam ſagittam,nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio.

Per viam qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

Protegámque vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me,& propter Dauid ſeruum meum.

¶Factum eſt igitur, in nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; millia.quúmq; diluculo ſurrexiſſet,vidit oĩa corpora mortuorũ.

Tob.1.d.21
eccli.48.d.24
eſa.37.g.36
1.mach.7.f.41
2.mach.8.e.19

Et recedens abiit,& reuerſus eſt Sẽnacherib rex Aſſyriorum , & manſit in Niniue.

¶Quúmque adoraret in templo Neſroch deum ſuum, Adramélech & Saráſar filii eius percuſſerunt eum gladio,fugerúntq; in terram Armeniorum : & regnauit Aſar-haddon filius eius pro eo.

Tob.1.d.25

Cap. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: & venit ad eum Eſaias filius Amos , propheta, dixitque ei,Hæc dicit Dñs,Præcipe domui tuæ:morieris enim tu, & non viues.

2.Paral.32.f.24
eccli 48 d.46
eſa.38.a.1

Qui conuertit faciẽ ſuam ad parietem,& orauit Dominum,dicens,

Obſecro Domine , memento quæſo quomodo ambulauerim coram te ĩ veritate, & ĩ corde perfecto,& quod placitum eſt coram te,fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno.

Et antequã egrederetur Eſaias mediam partem atrii , factus eſt ſermo Domini ad eum,dicens,

Reuertere,& dic Ezechiæ duci populi mei , Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui , Audiui orationem tuã,& vidi lachrymã tuã:ecce,ſanaui te,die tertio aſcendes tẽplũ Domini.

B

Et addã diebus tuis quindecim annos:ſed & de manu Regis Aſſyriorũ liberabo te,& ciuitatem hanc,& protegam vrbem iſtam,propter me , & propter Dauid ſeruum meum.

Dixitque Eſaias,Afferte maſſam ficorum. Quam quũ attuliſſent, & po-

29 Et hoc tibi ſignum, חה־לך האות ſub.quòd prophetia quam prædixi,euentura ſit.

30 Quæ euaſit פליטת Ad verbũ,euaſio.i.qui è familia Iuda euaſerunt,& remanſerunt in Terra ſancta,agent parte ima altius radices. Quidam vertunt,Rurſúmque in vnum coibit quod euadet è domo Iuda,iactáque deorſum radice,quod reliquum eſt,fructum ſurſum reddet.

Mittere radicem deorſum,&c. שורש למטה וגו' Metaphora ab arboribus quæ ſunt in ſolo læto.i.multi relinquentur,& erunt ſuperſtites.

32 Aggerem. סוללה: ſub.ad eam oppugnandam. 35 Nocte illa בלילה ההוא quæ proximè ſubſequuta eſt diem qua venit Rex Aſſyriæ vt obſidione cingeret vrbem Ieruſalem,atque eam funditus tolleret.

IN CAPVT XX.

1 In diebus illis בימים ההם nempe ſub tempus aduentus Regis Aſſyriæ. Præcipe,&c. צו וגו' Vide eadem & Eſa.38.a.1.

3 In veritate באמת .i.citra vllam fictionem.Seipſum mox declarat quum dicit,& corde integro.

7 Dixitque,&c. ויאמר וגו' Hæc à Ieſaia ſcribũtur cap.38.d.21. Maſſam ficuum ſiccarum. דבלת תאנים Ad verbũ,maſſa ficuum ſiccarũ ficuum.Scribunt,ficus aridas habere vim excalfaciendi:vnde dura tubercula concoquunt,& ſtatim digerunt.Ex caryсis fecerunt cataplaſma.

ſuiſſent ſuper vlcus eius,curatus eſt.

Dixit autem Ezechias ad Eſaiam, Quod erit ſignum quia Dominus me ſanabit,& quia aſcẽſurus ſum die tertia templum Domini?

Cui ait Eſaias, Hoc erit ſignum à Domino,quòd facturus ſit Dominus ſermonem quem loquutus eſt: vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus?

Et ait Ezechias,Facile eſt vmbrã creſcere decẽ lineis:nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur retrorſum decẽ gradibus.

Inuocauit itaque Eſaias propheta Dominum,& reduxit vmbram per lineas quibus iam deſcenderat in horologio Achaz,retrorſum decem gradibus.

C

Eſa.39.a.1

In tempore illo miſit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum,literas & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet Ezechias.

Lætatus eſt autem in aduentu eorum Ezechias,& oſtendit eis domum aromatum,& aurum,& argentum,& pigmenta varia,vnguenta quoque,& domum vaſorũ ſuorũ, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. Nõ fuit verbum quod non monſtraret eis Ezechias in domo ſua,& in omni poteſtate ſua.

Venit autem Eſaias Propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei, Quid dixerunt viri iſti? aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua venerunt,de Babylone.

At ille reſpondit,Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias,Omnia quæ ſunt in domo mea,viderunt: nihil eſt quod non monſtrauerim eis in theſauris meis.

D

Dixit itaque Eſaias Ezechiæ, Audi ſermonem Domini,

Ecce dies venient,& auferentur omnia quæ ſunt in domo tua, & quæ cõdiderunt patres tui vſque in diem hanc, in Babylonem:non remanebit quicquam,ait Dominus.

Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te,quos generabis,tollent,& erũt eunuchi in palatio Regis Babylonis.

Dixitque Ezechias ad Eſaiam,Bonus ſermo Domini, quem loquutus es:ſit pax & veritas in diebus meis.

Reliqua autem ſermonũ Ezechiæ, & omnis fortitudo eius,& quomodo fecerit piſcinam & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatẽ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum Regum Iuda?

Dormiuitque Ezechias cũ patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.

ac poſuerunt ſuper vlcus,& ſanatum eſt.

8 ʹDixerat autem ƞHiziiáhu ad Ieẇſayiáhu, Quod ſignum *erit* quòd ſanaturus ſit Iehouáh me,& aſcenſurus ſim die tertio in domum Iehouæ?

Signũ ſanitatis accipit Ezechias in horoſcopo.

9 Reſpondit Ieẇſayiáhu, Hoc *erit* tibi ſignum à Iehoua, quòd ipſe facturus ſit rem iſtam quam loquutus eſt, *uíſne ut* ʹprogrediatur vmbra decem gradibus,an reuertatur decem gradibus?

10 Reſpõdit ƞHizciiáhu,ʹLeue eſt vmbræ ʹdeclinare decem gradibus: nolo *hoc*,ſed vt reuertatur vmbra retrorſumʹdecem gradibus.

11 Clamauit itaque Ieẇſayiáhu Propheta ad Iehouam, & reduxit vmbram per gradus quibus deſcenderat,ʺin cochlea quam fecerat Aƞház,retrorſum decem gradibus.

12 Tempore illo miſit Berodách Baladán filius Baladán rex Babél literas & munera ad ƞHizciiáhu: audierat enim quòd ægrotaſſet ƞHizciiáhu.

Recipit munera à Rege Berodach.

13 ʺEt audiuit eos ƞHizciiáhu,oſtendítque eis vniuerſam domum ʺdeſiderabilem ſuam, argentum & aurum, & aromata,ʺ& vnguẽtum optimum, & domum vaſorum ſuorum, & quicquid inuentum eſt in theſauris ſuis:non fuit quicquam quod non oſtenderit eis ƞHizciiáhu in domo ſua,& in omni dominatu ſuo.

14 Introiuit autem Ieẇſayiáhu Propheta ad regem ƞHizciiáhu, dixítque ei, Quid dixerunt viri iſti? & vnde venerũt ad te? Reſpondit ƞHizciiáhu,De terra longinqua venerunt, de Babél.

Increpatur ab Eſaia ob oſtẽtatos theſauros.

15 Et ait,Quid viderunt in domo tua? Reſpondit ƞHizciiáhu,Cũcta quæ erant in domo mea,viderunt : non fuit quicquam quod non oſtenderim eis in theſauris meis.

16 Tunc dixit Ieẇſayiáhu ad ƞHizciiáhu, Audi verbum Iehouæ,

17 Ecce dies veniunt,& deferetur quicquid eſt in domo tua,& quæ condiderunt patres tui ad hunc vſque diem, in Babél: non remanebit quicquam,dixit Iehouáh.

Captiuitatem Babylonicam prædicit ei.

18 De filiis quoque tuis qui egredientur de te,quos genueris, tollent,& erunt eunuchi in palatio Regis Babél.

19 Dixit autem ƞHizciiáhu ad Ieẇſayiáhu, ʹBonum *eſt* verbum Iehouæ quod loquutus es. Et adiecit,ʹNónne *bonum eſt* ſi pax & veritas futura ſit in diebus meis?

20 Reliquũ autẽ verborũ ƞHizciiáhu,& omnis fortitudo eius,& quomodo fecerit piſcinã & aquæductũ,deduxerítque aquas in Ciuitatem,nónne ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Regũ Iehudáh?

Pacem & promiſſum vitæ tẽpus quindecim annorum petit.

21 Dormiuítque ƞHizciiáhu cum patribus ſuis, & regnauit Menaẇſſéh filius eius pro eo.

Moritur. Succedit Manaſſes.

8 Dixerat autem ויאמר antequam ſcilicet imponeretur cataplaſma. Hæc præcedunt quæ dicta ſunt verſu ſuperiore : vnde vertendũ per pluſquam perfectũ. 9 Progrediatur vmbra decẽ grad. הלך הצל עשר מעלות .i. cõficiat decẽ gradus per quos totidẽ horæ deſignantur. Chaldæus paraph. decem horas. Loquitur de horologio per quod ad vmbram ſolis noſcuntur horæ: cuius lineæ dicuntur מעלות id eſt gradus, per quos horæ deſignantur. 10 Leue eſt נקל facile eſt. promptum eſt. Decem gradibus. עשר מעלות .i. decem horis. q.d. volo vt reuertatur à decima ad primã lineam. Nam aiunt eam tum fuiſſe horam quam vmbilicus præmonſtrabat. Accipio autẽ decimam horam ab ortu ſolis. In his horologiis deſignantur horæ inæquales propter dies longiores:vel,æquales,vt nos qui à media nocte diẽ accipimus:illi autem ab ortu ſolis diem naturalem: ob id quidam aiunt diem fuiſſe productam decem horis, alii viginti, alii triginta duabus. Doctus inter Hebræos ait decem horis,quia in momento fuit vmbra reducta. Doctioribus verò magis placet æqualem fuiſſe diem cum aliis:nam in horologio erant ſolùm duodecim lineæ quæ tot horas deſignabant. Miraculũ fuit,vmbram retroceſſiſſe,procedente tamen ſole,nec ſequutã eſſe vmbram motum ſolis. Et hæc reductio fuit momentanea:quandiu autẽ illic ſteterit,neſcimus: vmbra autẽ poſtea ſequuta eſt motum ſuum poſtquã hoc innotuit Regi & eius ſeruis. 11 In cochlea במעלות .i. in horologio ſolario in quo deſcenderat ſol, ſiue vmbra quã iecerat ſol obiectu vmbilici: quod horologiũ erat affixũ in ſummitate cochleæ quam fecerat Achaz:reduxit inquã retrorſum decem lineis. 13 Et audiuit eos וישמע עליהם .i. paruit eis. rogarant enim (inquit doctus inter Hebræos) vt oſtenderet eis domum. quod & fecit. In Ieſaia cap.39.a.1. legitur, Et lætatus eſt. Deſiderabilem ſuam, נכותה deſiderabilium ſuorum. i. locum in quo erant quæcũque chara habebat & pretioſa. Gallicè, *ſon cabinet.* Hoc eodem verſu & paulo pòſt verſu 15 vocat theſauros. Et vnguentum optimum, ואת שמן הטוב Vide Ieſaiam.

19 Bonum *eſt* verbum, &c. טוב דבר וגו׳ q.d. faciat Dominus pro arbitratu ſuo, dummodo ſtatus regni mei ſit ſtabilis. Nónne *bonum eſt* ſi,&c. הלא אם שלום Quidni, ſi pax,&c. i. modò tranquillitate & quiete ſumma fruar quandiu vixero, & præſtet Dominus quod eſt pollicitus,ne ab hoſtibus arguatur mendacii.

Cap. XXI.

Impius Manaſſes inſtaurat idola.

DVodecim annorum erat Menaשſſéh quum regnare cœpit, 1 & quinquagintaquinque annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius erat חHephאſibáh.

Fecítque malum in oculis Iehouæ 'iuxta abominationes Gen- 2 tium quas expulerat Iehouáh à facie filiorum Iשſraאelis.

Conuerſus nanque inſtaurauit excelſa quæ euerterat חHizciiá- 3 hu pater eius,& erexit altaria ipſi Báyal,fecítque lucum ſicut fecerat Aחháb Rex Iשſraאelis:'& incuruauit ſe vniuerſæ militiæ cæli, & ſeruiuit eis.

Extruxit quoque altaria in domo Iehouæ,de qua dixerat Ieho 4 uáh,'In Ieruשſaláim ponam nomen meum.

Duo atria.

Extruxit inquam aras vniuerſæ militiæ cæli in duobus atriis do 5 mus Iehouæ.

Traduxit etiam filium ſuum per ignem,'obſeruauítque tempo 6 ra,& auguratus eſt,& conſtituit pythonem,& magos:'multiplicauit vt faceret malum in oculis Iehouæ ad irritandum *eum*.

Poſuit item ſculptile luci quod fecerat,in domo de qua dixe- 7 rat Iehouáh ad Dauidẽ & ad שSelomóh filium eius,In domo iſta & in Ieruשſaláim quã elegi præ cunctis tribubus Iשſraאelis, ponã nomen meum'in ſempiternum.

'Nec addam vt cõmoueri faciam pedẽ Iשſraאelis è terra quam 8 dedi patribus eorum:'ita duntaxat ſi cuſtodierint facere iuxta omnia quæ præcepi eis,&iuxta vniuerſam Legem quam præcepit eis ſeruus meus Moשſéh.

At illi non audierunt,'ſed errare fecit eos Menaשſſéh,ita vt face 9 rent peiora quàm Gentes'quas deleuit Iehouáh à facie filiorum Iשſraאelis.

Itaque loquutus eſt Iehouáh per manum ſeruorum ſuorũ Pro- 10 phetarum,dicendo,

Propterea quòd fecit Menaשſſéh Rex Iehudáh abominationes 11 iſtas, 'faciẽdo peiora quàm fuerint omnia quæ fecerũt אEmoræi qui præceſſerunt eum,& peccare fecit etiã Iehudád in idolis ſuis:

Idcirco dixit Iehouáh Deus Iשſraאelis,Ecce ego'induçam *tantum* 12 malum ſuper Ieruשſaláim & Iehudáh, vt omnis audientis illud tinniant ambæ aures.

'Et extendam ſuper Ieruשſaláim lineam שSomerón,& perpen 13 diculum domus Aחháb:'& abſtergam Ieruשſaláim ſicut abſtergit *quiſpiam* ſcutellam,terſit,& vertit ſuper faciem ſuam.

Deſerámque reliquias hæreditatis meæ, & tradam eos in ma- 14 num inimicorum eorum, erúntque in rapinã & in direptionem omnibus inimicis ſuis:

Eo quòd fecerunt malum in oculis meis, & irritauerunt me à 15

Cap. XXI.

2.Paral.33.a.1

1 DVodecim annorum erat Manaſſes quum regnare cœpiſſet, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Hapſiba.

2 Fecitque malum in conſpectu Domini,iuxta idola Gentiũ quas deleuit Dominus à facie filiorum Iſrael.

3 Conuerſúſq; eſt,& ædificauit excelſa quæ diſſipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal,& fecit lucos ſicut fecerat Achab Rex Iſrael: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.

Ierem.32.f.34
2.Reg.7.b.10

4 ‖Extruxitque aras in domo Domini,de qua dixit Dominus, ‖In Ieruſalem ponam nomen meum.

5 Et extruxit altaria vniuerſæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini.

6 Et traduxit filium ſuum per ignem, & ariolatus eſt,& obſeruauit auguria & fecit pythones,& aruſpices multiplicauit,vt faceret malum coram Domino,& irritaret eum.

2.Reg.7.b.10
3.reg.8.b.16.
& 9.a.3

B

7 Poſuit quoque idolum luci quem fecerat, in tẽplo Domini,‖ſuper quo loquutus eſt Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, In tẽplo hoc,& in Ieruſalem quã elegi de cunctis tribubus Iſrael, ponam nomen meum in ſempiternum.

8 Et vltrà non faciam cõmoueri pedem Iſrael de terra quam dedi patribus eorum : ſi tamen cuſtodierint opere omnia quę præcepi eis, & vniuerſam Legem quã mandauit eis ſeruus meus Moyſes.

9 Illi verò non audierũt, ſed ſeducti ſunt à Manaſſe, vt facerẽt malum ſuper Gentes quas cõtriuit Dominus à facie filiorum Iſrael.

10 Loquutúſque eſt Dominus in manu ſeruorum ſuorum Prophetarum, dicens,

Ierem.15.a.4

11 ‖Quia fecit Manaſſes Rex Iuda abominationes iſtas peſſimas, ſuper omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum,& peccare fecit etiam Iudam in immunditiis ſuis:

12 Propterea hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego inducam mala ſuper Ieruſalem & Iudam: vt quicunq; audierit,tinniant ambæ aures eius.

C

13 Et extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ieruſalẽ, ſicut deleri ſolent tabulæ, delens vertam, & ducã crebrius ſtylum ſuper faciem eius.

14 Dimittam verò reliquias hęreditatis meæ,& tradam eas in manus inimicorum eius, erúntque in vaſtitatem & in rapinam cunctis aduerſariis ſuis:

15 Eo quòd fecerint malum corã me, & perſeuerauerint irritantes me, ex

---

IN CAPVT XXI.

2 Iuxta abominationes Gentium כתועבות הגוים Hebraiſmus,fecit abominanda non aliter quàm Gentes,ſiue coluit idola more Gentium.
3 Et incuruauit,&c. וישתחו וגו' & adorauit vniuerſam militiã cæli,& coluit illã. 4 In Ieruשſaláim,&c. בירושלם אשים את־שמי: .i.in templo quod extruetur in Ieruſalem,inuocabitur nomen meum,& dicetur templum meum,vocabitúrque de nomine meo.
6 Obſeruauitque temp.& aug. ועונן ונחש .i.ex inſpectione cæli & ſtellarum futura prædixit & diuinauit,ac exercuit artem præſtigiatricem.i.fuit præſtigiator. Multiplicauit,&c. הרבה לעשות הרע .i.quamplurima fecit mala quibus ad iracundiam prouocauit Deum.
7 In ſempiternum. לעולם: Pro longo tempore poſitum eſt. 8 Nec addam,&c. ולא אוסיף להניד .i.Neque poſthac committam, ſiue efficiam vt Iſrael moueat pedem.vel,nec vltrà ſinam vt Iſrael emigret ex hac terra. Ita duntaxat ſi cuſtod. רק אם־ישמרו לעשות ſi tamen[dummodo]cuſtodierint facere.i.ea lege atque conditione vt curam ac diligentiam ponant vt faciant omnia quæ præcepi eis.
9 Sed errare fecit eos ויתעם ſed ſeduxit eos. 11 Faciendo peiora הרע *&* deteriora fecit. 12 Inducã מביא Præſ.Heb.pro fut.
13 Et extendam, &c. ונטיתי וגו' Metaphora ab architectis & latomis. q.d.deſignabo velut linea quadam id quod volo perdi & deiici : & quemadmodum curaui euertendam Samariam,ita curabo euertendam Ieruſalem:& non aliter quàm perdidi familiam Achab, perdam illam. Perpendiculum, inſtrumentum ad cuius rationem dirigunt architecti lapides ædificii. Et abſtergam ומחיתי .i.ciuibus ſuis repurgabo,vt repurgare ſolet aliquis coquus,aut is cui id negotii demandatum eſt,ſcutellam:quam quum repurgauerit,vertit in faciem,hoc eſt ſubuertit.

die quã egreſſi ſunt patres eorum ex AEgypto,vſque ad hanc diem.

Inſuper & ſanguinẽ innoxiũ fudit Manaſſes multum nimis, donec impleret Ieruſalem vſque ad os, abſque peccatis ſuis quibus peccare fecit Iudam,vt faceret malũ coram Domino.

Reliqua autem ſermonũ Manaſſe, & vniuerſa quæ fecit, & peccatũ eius quod peccauit,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ Regũ Iuda?

Dormiuitque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ,in horto Oza:& regnauit Amon filius eius pro eo.

D Vigintiduorum annorũ erat Amõ quũ regnare cœpiſſet: duobus quoq; annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Maſſalémeth filia Harus de Iateba.

Fecitque malum in conſpectu Domini,ſicut fecerat Manaſſes pater ei⁹.

Et ambulauit in omni via per quã ambulauerat pater eius:ſeruiuitq; im mũditiis quibus ſeruierat pater eius, & adorauit eas.

Et dereliquit Dominum Deum patrum ſuorũ, & non ambulauit in via Domini.

Tetenderúntq; ei inſidias ſerui ſui, & interfecerunt Regem in domo ſua.

Percuſſit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regẽ Amon: & conſtituerunt ſibi Regem Ioſiam filium eius pro eo.

Reliqua autem ſermonum Amon quæ fecit,nónne ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iuda?

Sepelierúntque eum in ſepulchro ſuo,in horto Oza:& regnauit Ioſias filius eius pro eo. Cap.XXII.

2.Paral.34.a.1. OCto annorũ erat Ioſias quum regnare cœpiſſet, & triginta vno anno regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Idida,filia Adaia de Beſecath.

Fecitque quod placitum erat corã Domino, & ambulauit per oẽs vias Dauid patris ſui: non declinauit ad dexteram,ſiue ad ſiniſtram.

Anno autem octauodecimo regis Ioſiæ,miſit Rex, Saphan filium Aſalia,filii Meſſulan ſcribam templi Domini,dicens ei,

Vade ad Helciam ſacerdotem magnum,vt conſletur pecunia quæ illata eſt in templum Domini, quã collegerunt ianitores templi à populo,

Detúrque fabris per prępoſitos in domo Domini:qui & diſtribuãt eam iis qui operãtur in templo Domini, ad inſtauranda ſartatecta templi:

B Lignariis videlicet & cęmentariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapidicinis ad inſtaurandum templum.

Veruntamen nõ ſupputetur eis argentum quod accipiunt, ſed in poteſtate habeant,& in fide.

die qua egreſſi ſunt patres eorum ex AEgypto,vſque ad diẽ hanc.

16 Sed & ſanguinem innoxium fudit Menaωſſéh multum valde, ita vt impleret Ieruωſaláim ″de latere ad latus,præter peccatũ ſuũ quo peccare fecit Iehudáh,faciendo malum in oculis Iehouæ.

17 Reliquum autem verborum Menaωſſéh, & vniuerſa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

18 Dormiuítq; Menaωſſéh cũ patrib⁹ ſuis,& ſepultus eſt in horto domus ſuæ,in horto ɣVzzá,regnauitque Amón filius eius pro eo.

Moritur Manaſſes.

19 Vigintiduorum annorum erat Amón quando regnare cœpit, & duobus annis regnauit in Ieruωſaláim:nomen autem matris eius erat Meωſullémeth filia חHarús de Iotbáh.

Amon impius regnat pro Manaſſe patre impio.

20 Fecítque malum in oculis Iehouæ ſicut fecerat Menaωſſéh pater ſuus.

21 Et ambulauit per vniuerſam viam per quam ambulauerat pater ſuus: ſeruiuítque idolis quibus ſeruierat pater ſuus, & incuruauit ſe eis:

22 Ac dereliquit Iehouam Deum patrum ſuorum,nec ambulauit in via Iehouæ.

23 Coniurauerunt autem ſerui Amón in eum,& interfecerũt ″ipſum in domo ſua.

A ſeruis interficitur Amon.

24 Et percuſſit ″ populus terræ omnes qui cõiurauerant aduerſum Regem Amón,Regémque conſtituit *ipſe* populus terræ Iɴoωſiiáhu filium eius pro eo.

Ioſias filius Amon conſtituitur Rex.

25 Reliquum autem verborum Amón ″quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

26 ″Et ſepeliuit eum in ſepulchro ſuo in Horto ɣVzzá,regnauítque Iɴoωſiiáhu filius eius pro eo. Cap.XXII.

1 OCto annorum erat Iɴoωſiiáhu quum regnare cœpit, trigintáque & vno anno regnauit in Ieruωſaláim : nomen autem matris eius erat Iedidáh filia ɣAdaiáh de Boχſcáth.

Ioſias pius.

2 Fecítq; quod rectũ erat in oculis Iehouæ,& ambulauit in omni via Dauidis patris ſui,nec declinauit ad dexterã aut ad ſiniſtram.

3 Fuit autẽ decimooctauoanno regis Iɴoωſiiáhu,miſit Rex,ωSaphã filiũ Aχſaliáhu filii Meωſulã,ſcribã,ad domũ Iehouæ,dicẽdo,

Ioſiæ cura,in inſtaurando tẽplo.

4 Aſcende ad חHilciiáhu ſacerdotem magnum,″vt perficiat *conflare* pecuniam quæ illata eſt in domum Iehouæ,quam collegerunt ″cuſtodes liminis à populo.

5 Et tradãt eam in manu facientium opus,″præfecti in domo Iehouæ:tradant inquã eam facientibus opus quod eſt in domo Iehouæ,″ad inſtaurandum ruinas domus,

6 Fabris nempe, ″& ædificatoribus,& cæmẽtariis, & ad emẽdum ligna & lapides exciſos,ad inſtaurandam domum.

7 Verùm ″non numeretur eis argentum illud quod datur in manu eorum, ″ſed in fide faciant.

---

16 De latere ad latus, מפה לפה Ad verbum, os ad os.i.ad orificium vſque: Gallicè, *de bord en bord*. Chaldæus paraph.ab extremitate ad extremitatem.Metaphora à vaſis quæ aqua aut alio humore impleri ſolent. 23 Ipſum את־המלך Ad verbum,Regem. 24 Populus terræ עם הארץ .i.populus eius regionis. 25 Quæ fecit, אשר עשה Quidam ſubaudiunt coniunctionem & quæ fecit. 26 Et ſepeliuit ויקבור ſub.Ioſias.

IN CAPVT XXII.

4 Vt perficiat ויתם .i. vt perfectè & exactè conflet argentum rude & non percuſſum. Alii, vt perficiat .i.perfectè exigat pecuniam. De conflando argento eum loqui,videtur confirmare quod ſequitur verſu 9,Conflauerunt,&c. Cuſtodes liminis שומרי הסף .i. æditui. Alii,cuſtodes vaſorum. 5 Præfecti,&c. המופקדים בבית יהוה וגו׳ qui præfecti ſunt in domo Iehouæ.i.qui præſunt operi templi,tradant,&c. Ad inſtaurandum,&c. לחזק את־בדק הבית׃ Ad verbum,ad roborandum fiſſurã [vel,rupturam] domus.i.ad reparandas & inſtaurandas ſciſſuras templi. 6 Et ædificatoribus, ולבונים & tignariis. 7 Non numeretur לא־יחשב non numerabitur.i.non dabitur illis pecunia numerata,ſiue certo numero. Sed in fide faciant. כי באמונה הם עושים׃ nam in fide operantur. Ad verbum, quia in fide ipſi facientes.ſub. erunt.i.fideliter eam pecuniam diſpenſabunt. Vide ſuprà cap.12.c.16.

Deuteronomiũ reperitur.

8 Dixit autem חHilciiáhu ſacerdos magnus ad שSaphán ſcribã, ʹLibrum Legis inueni in domo Iehouæ. Et dedit חHilciiáhu librum ipſi שSaphan, legítque illum.

9 Venit autem שSaphán ſcriba ad Regem, retulítque Regi ʹreſpõſum, & dixit, ʹConflauerunt ſerui tui argentum quod inuentũ eſt in domo, & dederunt illud in manu facientium opus præfecti in domo Iehouæ.

Ioſias conſulit Dominum per Holdam propheтiſſam, de libro Deuteronomii neglecto à patribus.

10 Nuntiauítque שSaphán ſcriba Regi, dicẽdo, Librum dedit mihi חHilciiáhu ſacerdos, legítque illum שSaphán coram Rege.

11 Quum autẽ audiſſet Rex verba libri Legis, ſcidit veſtimẽta ſua.

12 Præcepítque Rex חHilciiáhu ſacerdoti, & Aחhicám filio שSaphán, & עAchbór filio Michaiáh, & שSaphán ſcribæ, & עAשſaiáh ſeruo Regis, dicendo,

13 Ite, ʹrequirite Iehouam pro me & pro populo, & pro vniuerſo Iehudáh ʹſuper verbis libri huius qui inuentus eſt, quia magna eſt ira Iehouæ, quæ ſuccenſa eſt contra nos, eo quòd non obedierunt patres noſtri verbis libri huius, faciendo omnino vt ſcriptum eſt ʹnobis.

14 Abiit ergo חHilciiáhu ſacerdos, & Aחhicám, & עAchbór, & שSaphán, & עAשſaiáh ad חHuldáh prophetiſſam vxorem שSallúm filii Thicuáh filii חHarחháס cuſtodis veſtium (ipſa autẽ habitabat in Ieruשſaláim ʹin domo doctrinæ) & loquuti ſunt ad eam.

15 Illa dixit eis, Sic dixit Iehouáh Deus Iשraאelis, Dicite viro qui miſit vos ad me,

16 Sic dixit Iehouáh, En ego ʹadduco malum ſuper locũ iſtum, & ſuper habitatores eius, *id eſt* omnia verba libri quem legit Rex Iehudáh.

17 Eo quòd dereliquerunt me, & ſuffierunt diis alienis, vt irritarẽt me in omni opere manuum ſuarum, ſuccenſus eſt furor meus in locum iſtum, nec extinguetur.

Ioſias credulus verbis Dei, exauditur.

18 Ad Regẽ autẽ Iehudáh qui mittit vos ad requirendũ Iehouã, ſic dicetis, Sic dixit Iehouáh Deus Iשraאelis, ʹVerba quæ audiſti:

19 Verùm emollitum eſt cor tuum, & humiliatus es à facie Iehouæ, quando audiſti quæ loquutus ſum ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, ʹquòd eſſet in deſolationẽ, & in maledictionem: & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me, & etiam ego audiui, dixit Iehouáh:

Fletus.

20 Propterea ecce, ego recolligam te ad patres tuos, ʹ& recolligêris in ſepulchra tua in pace, & non videbunt oculi tui vniuerſum malum quod ego induco contra locum iſtum. Cap. XXIII.

Ioſias legit Deuteronomium coram populo.

1 ET retulerunt Regi ʹverbum. ʹmiſit ergo Rex, & congregauerũt ſe ad eum omnes Seniores Iehudáh, & Ieruשſaláim.

2 Aſcendítque Rex in domum Iehouæ, ʹ& omnes viri Iehudáh,

8 Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan ſcribam, Librum Legis reperi in domo Domini. Deditque Helcias volumen Saphan qui & legit illud.

9 Venit quoq; Saphan ſcriba ad Regem, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait, Conflauerunt ſerui tui pecuniam quæ reperta eſt in domo Domini: & dederunt vt diſtribueretur fabris à præfectis operũ tẽpli Domini.

10 Narrauit quoque Saphã ſcriba Regi, dicens, Librum dedit mihi Helcias ſacerdos. Quem quum legiſſet Saphã coram Rege,

11 Et audiſſet Rex verba libri Legis Domini, ſcidit veſtimenta ſua.

12 Et præcepit Helciæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaia & Saphan ſcribæ, & Aſaiæ ſeruo Regis, dicens,

13 Ite, & conſulite Dominũ ſuper me, & ſuper populo, & ſuper omni Iuda, de verbis voluminis iſtius quod inuẽtum eſt: magna enim ira Domini ſuccenſa eſt contra nos: quia non audierunt patres noſtri verba libri huius, vt facerent omne quod ſcriptum eſt nobis.

C

14 Ierunt itaque Helcias ſacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Aſaia ad Holdam prophetidem vxorẽ Sellum filii Thecuę, filii Araas cuſtodis veſtium (quæ habitabat in Ieruſalẽ, in Secunda) loquutiq; ſunt ad eã.

15 Et illa reſpondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dicite viro qui miſit vos ad me,

16 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego adducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, omnia verba Legis quę legit Rex Iuda:

17 Quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt diis alienis, irritãtes me in cũctis operibus manuum ſuarum: & ſuccendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.

D

18 Regi autem Iuda qui miſit vos vt conſuleretis Dominum, ſic dicetis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Pro eo quòd audiſti verba voluminis,

19 Et perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis ſermonibus contra locum iſtum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in ſtuporem, & in maledictũ: & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, ait Dominus:

20 Idcirco colligã te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuũ in pace, vt non videãt oculi tui omnia mala quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum. Cap. XXIII.

2.Para.34.f.30

1 ET renutiauerunt Regi quod dixerat. qui miſit, & congregati ſunt ad eum omnes ſenes Iuda & Ieruſalem,

2 Aſcenditq; Rex templũ Domini, & omnes viri Iuda, vniuerſique qui

8 Librum Legis ספר התורה .i. librum continentem Legem. Hic locus indicat impium Manaſſen ſuſtuliſſe libros ſacros è medio, adeò vt Ioſias non habuerit librum Legis antequã inuenerit eum Helcias. 9 Reſponſum, דבר Ad verbum, rem. ſiue, verbum. Conflauerunt התיכו Hic locus oſtendit argentum fuiſſe rude, & non percuſſum. 13 Requirite Iehouam דרשו את־יהוה conſulite Iehouam. Super verbis על־דברי propter verba. i. propter librum hunc. Nobis. עלינו: propter nos. 14 In domo doctrinæ, במשנה Sic interpretatur Chaldæus paraph. Locum quendam fuiſſe iuxta templum, ſcribunt quidam, in quem doctiſſimi quique conueniebant vt conferrent de Lege & vaticiniis Prophetarũ. Alii exiſtimant locũ fuiſſe in quo literis profanis dabãt operam, quũ tunc Ieroſolymis nulli eſſent libri ſacri. Alii nomen vici fuiſſe docẽt, Ad verbũ, in Secunda. 16 Adduco malũ מביא רעה Præſ. Heb. pro fut. adducturus ſum calamitatẽ & miſeriã. 18 Verba quæ audiſti: הדברים אשר שמעת: Subaudiendũ aliquid, ſic, Verba quæ audiſti dum legeretur liber Legis, euentura quidem erant. Poſthæc ſequenti verſu legitur, Verùm emollitum, &c. 19 Quòd eſſet in deſol. לחיות לשמה .i. quòd locus iſte deſolaretur, & maledictioni Diuinæ ſubiiceretur. 20 Et recolligêris in ſepulchra tua ונאספת אל־קברותיך .i. deferẽt te in ſepulchrũ tuum

IN CAPVT XXIII.

1 Verbum. דבר .i. quæ audierant ab ea, hoc eſt reſponſum. Miſit ergo וישלח ſub. nuntios in vrbes ſibi ſubditas, qui congregarent.
2 Et omnes viri וכל־איש Ad verbum, & omnis vir. Hoc de maiori parte intelligi debet.

habitabant in Ieruſalem cum eo ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus,à paruo vſque ad magnum: legitque cunctis audiētibus omnia verba Libri fœderis,qui inuētus eſt in domo Domini.

Stetitque Rex ſuper gradum:& fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum,& cuſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & cæremonias in omni corde &in tota anima, & ſuſcitarent verba fœderis huius,quæ ſcripta erant in libro illo. acquieuitque populus pacto.

Et præcepit Rex Helciæ pontifici, & ſacerdotibus ſecundi ordinis,& ianitoribus, ‖vt proiicerent de templo Domini omnia vaſa quæ facta fuerāt Baal,& luco,& vniuerſæ militiæ cæli: &combuſſit ea foris Ieruſalem in cōualle Cedron,& tulit puluerem eorū in Beth-el.

Eccli·49.a.3

B

Et deleuit aruſpices quos poſuerāt Reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per ciuitates Iuda,& in circuitu Ieruſalem:& eos qui adolebant incēſum Baal,& ſoli,& lunæ,& duodecim ſignis,& omni militiæ cæli.

Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ieruſalem in conualle Cedron:& combuſſit eum ibi,& redegit in puluerem, & proiecit ſuper ſepulchra vulgi.

Deſtruxit quoque ædiculas effœminatorum,quæ erant in domo Domini,pro quibus mulieres texebāt quaſi domunculas luci.

Congregauitque omnes ſacerdotes de ciuitatibus Iuda:& cōtaminauit excelſa,vbi ſacrificabant ſacerdotes,de Gabaa vſque Ber-ſabee : & deſtruxit aras portarū in introitu oſtii Ioſue principis ciuitatis , quod erat ad ſiniſtram portæ ciuitatis.

Veruntamen non aſcendebant ſacerdotes excelſorū ad altare Domini in Ieruſalem:ſed tantùm comedebāt azyma in medio fratrum ſuorum.

Cōtaminauit quoque Thopheth, quod eſt in conualle filii Ennom: ‖vt nemo conſecraret filium ſuum aut filiam per ignem,Móloch.

Leuit,18.c.21

Abſtulit quoque equos quos dederant Reges Iudæ, ſoli, in introitu tēpli Domini , iuxta exedram Nathanmélech eunuchi , qui erat in Pharurim:currus autem ſolis cōbuſſit igni.

Altaria quoque quæ erāt ſuper tecta cœnaculi Achaz,quæ fecerāt Re-

omnéſque habitatores Ieruϖſaláim erant cum eo,& Sacerdotes, ″& Prophetæ,& vniuerſus populus,à paruo vſque ad magnum:legítque in auribus eorum omnia verba Libri fœderis,qui inuētus fuerat in domo Iehouæ.

3 Stetit autem Rex″iuxta columnam,& pepigit fœdus coram Iehoua,″ſe ambulaturos poſt Iehouam, & cuſtodituros præcepta eius,& teſtimonia eius,decretáque eius toto corde & tota anima, ″vt ſuſcitarent verba fœderis huius,quæ ſcripta ſunt in libro illo″& ſtetit vniuerſus populus in fœdere.

4 Præcepit inſuper Rex ħHilciiáhu ſacerdoti magno, & ſacerdotibus″ſecundis, & cuſtodibus liminis, vt educerent è templo Iehouæ omnia vaſa quæ facta fuerāt″ipſi Báyal,& luco,& vniuerſæ militiæ cæli: & combuſſit ea extra Ieruϖſaláim in campeſtribus Cidrón,″tulítque puluerem eorum in Beth-ℵél.

5 ″Ceſſare quoque fecit ſacerdotes *idolorum* quos poſuerant Reges Iehudáh,vt ſuffirent in excelſis in vrbibus Iehudáh,& in circuitibus Ieruϖſaláim, ſimúlque eos qui ſuffiebant ipſi Báyal, ſoli, & lunæ,& ſignis,″& vniuerſæ militiæ cæli.

6 Eduxit quoque″lucum è domo Iehouæ extra Ieruϖſaláim in torrentem Cidrón,& combuſſit eum ad torrentem Cidrón:comminuítque in puluerem , ac proiecit puluerem eius ″ſuper ſepulchrum filiorum populi.

7 Et deſtruxit domos ſcortorum maſculorum quæ erant ″in domo Iehouæ,″in quibus mulieres texebant cortinas luco.

8 ″Et venire fecit omnes ſacerdotes de vrbibus Iehudáh, ″& cōtaminauit excelſa in quibus ſuffiebant ſacerdotes,à Gebáy vſque ad Beℵer-ϖébay,& deſtruxit excelſa″portarum,*&* quæ erāt in introitu portæ Iehoϖúay principis vrbis,quæ erant ad ſiniſtram viri *ingredientis* portam vrbis.

9 Veruntamen″non aſcendebāt *vltrà* ſacerdotes ad altare Iehouæ in Ieruϖſaláim,ſed comedebant infermentata″in medio fratrum ſuorum.

10 Cōtaminauit etiā Thópheth , quod erat in valle filii Hinnóm, ne tranſire faceret quiſquam filium ſuum aut filiam ſuam per ignem ipſi Mólech.

11 ″Ceſſare denique fecit equos quos poſuerant Reges Iehudáh ſoli,ab introitu domus Iehouæ ad cubiculū Nethan-mélech eunuchi,quod erat″in ſuburbanis,″& currus ſolis combuſſit igni.

12 Sed & aras quæ erant ſuper tectum cœnaculi Aħház, quas fece-

Fœdus percutit cum Domino, cuius conditio eſt obſeruatio Legis.

Demolitur idola.

Vaſa dicata Baal

Sacerdotes Baal

Sol.

Luna.

Lucus.

Excelſa.

Thopheth.

Equi & currus Solis.

Altaria idolorū.

Et Prophetæ, והנביאים Chaldæus paraph.& ſcribæ.i. diſcipuli Prophetarum.non enim erant ibi alii Prophetæ. Propterea miſit Rex ad Holdam Prophetiſſam.Alii aiunt eos tum abfuiſſe,ſed poſtea à Rege cōuocatos fuiſſe cum populo.Hæc doctus inter Hebræos.

3 Iuxta columnam, על־העמוד iuxta quam ſcilicet ſtare ſolebat Rex.Alii,in ſuggeſto.vel ſede.Sic dictum Hebraicè ſuggeſtum,quòd à terra eſſet eleuatum. Se ambulaturos ללכת Ad verbū,ad eundum.vt irēt.i.pollicebatur ſe ambulaturum poſt Dominū.Sequentia verba etiam leguntur ſing.numero pro plur. Vt ſuſcitarent להקים .i.vt adimplerent. Et ſtetit ויעמוד & perſtitit.i.acquieuit fœderi.Chaldæus paraph.& ſuſceperunt vniuerſus populus ſuper ſe fœdus.Doctus inter Hebræos exponit, ſteterunt,& corroborati ſunt ore & corde in fœdere.

4 Secundis, המשנה ſecundi. ſub.ordinis.i.ſecundæ dignitatis à pontifice. Ipſi Báyal, לבעל propter Baal.i.quibus vtebantur in cultu Baal. Tulítque,&c. ונשא את־עפרם בית־אל׃ .i.iuſſit deferendum cinerem in Beth-el,vt altare ibi extructum pollueret.

5 Ceſſare quoque fecit, &c. והשבית את־הכמרים Aboleuit quoque Chamarim.i.priuauit dignitate ſacerdotes fanorum. Et vniuerſæ,&c. ולכל צבא השמים׃ Hîc ו pro Id eſt:nam ſol,luna,& ſigna,ſunt militia cæleſtis. 6 Lucū את־האשרה .i.ſimulachrum luci.i.eductum de templo curauit aſportandum,&c. Super ſepulchrum,&c. על־קבר בני העם׃ .i.ſuper ſepulchra vulgi qui adorauerat lucum illum.

7 In domo Iehouæ, בבית יהוה .i.in atrio populi,hoc eſt, domunculas ſacerdotum qui verſabantur in cultu luci & ſimulachrorum.′intelligit enim de fornicatione ſpirituali. Alii tamen intelligunt de fornicatione carnali. In quibus mulieres אשר הנשים Adeò inualuerat cultus luci,vt fuerint extructæ ædiculæ in templo fœminis quæ texerent cortinas luci,& etiam ſacerdotibus luci,quos ſcorta maſcula vocat.

8 Et venire fecit ויבא Et accerſiuit. Et contaminauit ויטמא & polluit.i.polluta & contaminata eſſe declarauit. Portarū, השערים .i.quæ erant ad portas vrbis Ieruſalē. 9 Non aſcendebāt לא יעלו non aſcenderunt.ſub.vltrà ex eo tēpore. In medio fratrum ſ. בתוך אחיהם׃ inter fratres ſuos.i.comedebant de oblationibus , ſiue partem habebant in iis quæ capere ſolebant ſacerdotes alii , priuati tamen dignitate ſacrificandi in Ieruſalem. 11 Ceſſare denique fecit וישבת .i. abſtulit, ſiue amouit. In ſuburbanis, בפרורים quæ ſcilicet erant Orientem verſus.Equi de quibus hîc loquitur,erant inſtar veredorum quibus curſores equeſtres vtebantur, & illis vehebantur qui quotidie ſolem orientem ſalutabant iuſſu Regis . Et currus ſolis ואת־מרכבות השמש Fortaſſe intelligit currus quibus vehebantur cultores ſolis, dum quotidie illi obuiam procederent. Quidam intelligunt de ſtatuis in quibus erant ſculpti currus.

rant Reges Iehudáh, & altaria quæ fecerat Menaשſſéh in duobus
atriis domus Iehouæ, deſtruxit Rex, '& cucurrit inde, & proiicere
fecit puluerem eorum in torrentem Cidrón.
Excelſa. Excelſa quoque quæ erant coram Ieruשſaláim, quæ erant ad 13
dexteram Montis 'oliueti, quæ 'ædificauerat שSelomóh Rex Iשſraℵelis
ipſi yAשſthóreth abominationi ɣSidoniorũ, & Chemóשs
abominationi Moáb, '& Milchóm abominationi filiorum yAmmón,
contaminauit Rex.
Contriuit inſuper ſtatuas, & ſuccidit lucos, repleuítque locum 14
eorum 'oſſibus hominum.
Altare Ieroboã. Quinetiam altare quod erat 'in Beth-ℵél, & excelſum quod fecerat 15
Iarobyám filius Nebát, qui peccare fecit Iשſraℵelem, altare inquam
illud, & excelſum deſtruxit, combuſſítque excelſum, & cõminuit
in puluerem, combuſſit & lucum.
Oſſa mortuorũ Conuerſus autem Iℵoשſiiáhu, 'vidit ſepulchra quæ erant ibi in 16
Monte: & mittens tulit oſſa è ſepulchris, & combuſſit *ea* ſuper altare
illud, atque *ita* contaminauit illud, iuxta verbum Iehouæ quod
prædicauerat Vir Dei qui prædicauerat hanc rem.
Oſſa Prophetæ Dei ſeruantur. Et ait, Quid titulus iſte quem video? Reſponderunt ei viri 17
ciuitatis, Sepulchrum Viri Dei eſt qui venerat de Iehudáh, & prædicauerat
hæc quæ feciſti 'contra altare Beth-ℵél.
Et dixit, 'Dimittite illum, nec moueat quiſquã oſſa eius. 'Et liberauerũt 18
oſſa eius, oſſa *inquam* prophetæ qui venerat de שSomerõ.
Omnes etiã domos excelſorum quæ erant in ciuitatibus שSomerón, 19
quas fecerãt Reges Iשſraℵelis ad irritandũ *Iehouam*, abſtulit
Iℵoשſiiáhu: fecítque eis 'iuxta oĩa opera quæ fecerat in Beth-ℵél.
Occidit omnes ſacerdotes Baal. Mactauit inſuper cunctos ſacerdotes excelſorum qui erant ibi 20
ſuper altaria, combuſſítque oſſa hominum ſuper ea, & reuerſus
eſt in Ieruשſaláim.
Celebrat Phaſe. Præcepit autem Rex vniuerſo populo, dicendo, Facite Péסſaחh 21
Iehouæ Deo veſtro, ſicut ſcriptum eſt in hoc libro fœderis.
'Non enim celebratũ fuit tale Péסſaחh à diebus Iudicum qui iudicauerunt 22
Iשſraℵelem, & cunctis diebus Regum Iשſraℵelis & Regum
Iehudáh.
Decimooctauo autem anno regis Iℵoשſiiáhu factũ eſt Péסſaחh 23
iſtud Iehouæ in Ieruשſaláim.
Pythones. Arioli. Sed & pythones & magos, '& ſimulachra, '& idola, atque cũctas 24
abominationes quæ conſpiciebantur in terra Iehudáh & in Ieruשſaláim,
'remouit Iℵoשſiiáhu, 'vt ſtatueret verba Legis ſcripta in
libro quem inuenit חHilciiáhu ſacerdos, in domo Iehouæ.
Laus Ioſiæ. Et ſimilis illi nõ fuit ante ipſum Rex qui reuerſus ſit ad Iehouam 25
Toto corde conuerſus ad Deum toto corde ſuo, & tota anima ſua, & totis viribus ſuis, iuxta
vniuerſam Legem Mosſéh, nec poſt eum exurrexit ſimilis illi.
Veruntamen nõ eſt reuerſus Iehouáh à furore iræ ſuæ magnæ, 26

ges Iuda, & altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atriis templi Domini,
deſtruxit Rex: & cucurrit inde, & diſperſit cinerem eorum in torrẽtem
Cedron.
13 Excelſa quoque quæ erant in Ieruſalem ad dexteram partẽ ¦Montis of- 3.Reg.11.b.7
fenſionis¦ quæ ædificauerat Salomon
Rex Iſrael, Aſtoreth idolo Sidoniorum,
& Chamos offenſioni Moab,
& Melchom abominationi filiorum
Ammon, polluit Rex.
14 Et contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos:
repleuitque loca eorum oſſibus
mortuorum.
15 ¦Inſuper & altare quod erat in Beth 3.Reg.12.f.28 D
el, excelſum quod fecerat Ieroboam
filius Nabat, qui peccare fecit Iſrael:
& altare illud excelſum deſtruxit atque
combuſſit, & cõminuit in puluerem:
ſuccenditque etiam lucum.
16 Et conuerſus Ioſias, vidit ibi ſepulchra
quæ erant in monte: miſitque, &
tulit oſſa de ſepulchris, & combuſſit
ea ſuper altare, & poſuit illud, iuxta
verbum Domini quod loquutus eſt
Vir Dei, qui prædixerat verba hæc.
17 Et ait, Quis eſt titulus ille quem video?
Reſpõderũntque ei ciues vrbis
illius, ¦Sepulchrum eſt hominis Dei 3.Reg.13.a.2
qui venit de Iuda, & prædixit verba
hæc quæ feciſti ſuper altare Beth-el.
18 Et ait, Dimittite eum, nemo cõmoueat
oſſa eius. Et intacta manſerunt
oſſa illius, cum oſſibus prophetæ qui
venerat de Samaria.
19 Inſuper & omnia fana excelſorum
quę erãt in ciuitatibus Samariæ, quæ
fecerãt Reges Iſrael ad irritandũ Dominũ,
abſtulit Ioſias: & fecit eis ſecundũ
oĩa opera quæ fecerat in Beth-el.
20 Et occidit vniuerſos ſacerdotes excelſorum,
qui erant ibi ſuper altaria:
& combuſſit oſſa humana ſuper ea:
reuerſúſque eſt Ieruſalem.
21 ¦Et præcepit omni populo, dicens, 2.Pará.35.a.1
Facite Phaſe Domino Deo veſtro, ſe 3.eſd.1.a.1
cundum quod ſcriptum eſt in libro
fœderis huius.
22 Nec enim factum eſt Phaſe tale à
diebus Iudicum qui iudicauerunt Iſrael,
& omnium dierum Regum Iſrael,
& Regum Iuda:
23 Sicut octauodecimo anno regis Ioſiæ
factum eſt Phaſe iſtud Domino
in Ieruſalem.
24 Sed & pythones & ariolos, & figuras
idolorum, & immũditias, & abominationes
¦quæ fuerant in terra Iuda
& Ieruſalem, abſtulit Ioſias: vt ſtatueret
verba Legis quæ ſcripta ſunt
in libro quem inuenit Helcias ſacerdos
in templo Domini.
25 Similis illi non fuit ante eũ Rex
qui reuerteretur ad Dominum in toto
corde ſuo, & in tota anima ſua, &
in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnẽ
Legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit
ſimilis illi.
26 Veruntamen non eſt auerſus Do-

12 Et cucurrit inde, וירץ משם .i. citiſſimè abiit. Alii, & currere fecit illinc, ſub. altaria .i. amouit, vel cõtriuit, & confregit. 13 Olíueti, המשחית Ad verbũ, offenſionis. vel deſtructionis, exterminationis. ita dicebatur propter idololatriã quæ illic exercebatur. AEdificauerat בנה .i. permiſerat extrui. Et Milchóm ולמלכום idolũ quod & Mólech, 1.Reg.11.b.7, dicitur. 14 Oſſibus hominũ. עצמות אדם: vt ſcilicet ea magis eſſe polluta ſignificaret. Nã contactu cadaueris, aut oſſium, ſacra loca cõtaminabantur. 15 In Beth-ℵel, בבית אל Intelligit eam Beth-el quæ eſt in regno Iſraelis, 1.Reg.13.a.1. 16 Vidit וירא Verba huius verſus verti poſſunt per pluſquam perfectum, viderat, miſerat, tulerat, cõbuſſerat, &c. Prædicauerat קרא id eſt prædixerat. Sic mox & ſequẽti verſu. 17 Cõtra altare על המזבח de altari. 18 Dimittite illum, הניחו לו Sinite illum quieſcere. ſub. in ſepulchro. Et liberauerunt, &c. וימלטו id eſt effecerunt vt oſſa eius intacta remanerent, hi nempe qui illa Regi dixerant. De oſſibus pſeudoprophetæ loquitur. 19 Iuxta omnia opera, &c. ככל המעשים .i. eadẽ fecit his quæ fecerat illis quæ erant in Beth-el. 22 Non e. celebratum fuit tale Péסſaחh כי לא נעשה כפסח הזה Ad verbũ, & non factum fuit ſicut Peſah iſtud. 24 Et ſimulachra, ואת התרפים Propriè (vt quidam volunt) ſunt dii penates. Et idola, ואת הגלולים Hic ו eam vim habet acſi diceres, Vt vno verbo dicam, omnia idola, &c. Remouit בער expulit. eiecit. Vt ſtatueret למען הקים vt rata eſſe iuberet. i. confirmaret, aut conciliaret robur verbis Legis.

minus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudã, propter irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes.

Dixit itaque Dominus, Etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael: & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ieruſalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi.

Reliqua autem ſermonum Ioſiæ, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda?

2.Par.35.c.20 ‖In diebus eius aſcẽdit Pharao Necho Rex AEgypti contra Regem Aſſyriorum ad flumen Euphráten: & abiit Ioſias Rex in occurſum eius: & occiſus eſt ĩ Mageddo quũ vidiſſet eũ.

Et portauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ieruſalem, & ſepelierũt eum in ſepulchro ſuo. ‖tulitq; populus terræ Ioachaz filiũ Ioſiæ: & vnxerũt eum, & cõſtituerũt eum Regem pro patre ſuo. 2.Par.36.a.1

G Vigintitrium annorũ erat Ioachaz quũ regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.

Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerãt patres eius.

Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem: & impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri.

Regémque conſtituit Pharao Nechao Eliacim filiũ Ioſiæ, pro Ioſia patre eius, vertitque nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in AEgyptum.

Argentum autem & aurum dedit Ioacim Pharaoni, quũ indixiſſet terrę per ſingulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnũquenque iuxta vires ſuas, exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao.

Vigintiquinque annorum erat Ioacim quum regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Zebuda filia Phadaia de Ruma.

Et fecit malum corã Domino, iuxta omnia quę fecerant patres eius.

Cap. XXIIII.

IN diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & factus eſt ei Ioacim ſeru⁹ tribus annis: & rurſum rebellauit contra eum.

Immſitque ei Dominus latrũculos Chaldæorum & latrunculos Syrię, & latrunculos Moab, & latrunculos fi-

quo cõcitata fuerat ira eius contra Iehudáh, propter omnes ″irritationes quibus irritauerat eum Menaẅſſéh.

27 Dixit nanque Iehouáh, Etiam Iehudáh ʹeiiciam à facie mea, ſicut eieci Iẅſraℵelem, ″& auerſabor ciuitatem iſtam quam elegeram, Ieruẅſaláim, & domum de qua dixeram, Erit nomẽ meũ ibi.

28 Reliquum autem verborum Iℵoẅſiiáhu, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

29 In diebus eius aſcendit Paryóh Nechóh Rex AEgypti contra Regem Aẅſſúr, ad flumen Peráth: abiit autem Rex Iℵoẅſiiáhu in occurſum eius, & occidit eum in Megiddó ʹquum vidiſſet eum.

Occiditur Ioſiá

30 ʹEt impoſuerunt eum in currum ſerui ſui mortuũ, è Megiddó, & adduxerunt eum in Ieruẅſaláim, ſepelierúntque eum in ſepulchro ſuo: tulit autem populus terræ Iehoaחház filium Iℵoẅſiiáhu, & vnxerunt eum, Regémque conſtituerunt pro patre ſuo.

Succedit filius eius Ioachaz.

31 Vigintitrium annorum erat Iehoaחház quando regnare cœpit, & tribus menſibus regnauit in Ieruẅſaláim: nomen autẽ matris eius erat חHamutál, filia Irmeiáhu de Libnáh.

32 Fecítque malum in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerant patres ſui.

33 ″Et ligauit eum Paryóh Nechóh in Ribláh, in terra חHamáth, ʹdum regnaret in Ieruẅſaláim, ″& impoſuit mulctã ſuper terram, centum talenta argenti, & talentum auri.

Capitur Ioachaz à Pharaone.

34 Et Regem cõſtituit Paryóh Nechóh ℵEliacím filium Iℵoẅſiiáhu pro Iℵoẅſiiáhu patre ſuo: ʹ& vertit nomen eius Iehoiacím: ipſum autem Iehoaחház tulit, & venit in AEgyptum, mortuúſque eſt ibi.

Subſtituitur Eliacim ſiue Ioacim.

35 Argentum autẽ illud & aurum tradidit Iehoiacím ipſi Paryóh: ″præterea æſtimare fecit terram, vt daret argentum ″ad imperium Paryóh: ab vnoquoque ſecundum æſtimationem ſuam exigebat argentum & aurum à populo terræ, vt daret ipſi Paryóh Nechóh.

36 Vigintiquinque annorum erat Iehoiacím quando regnare cœpit, & vndecim annis regnauit in Ieruẅſaláim: nomen autem matris eius erat Zebudáh filia Pedaiáy de Rumáh.

37 Fecítque malum in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

Cap. XXIIII.

1 IʹN diebus eius aſcendit Nebuchadnℵexſer Rex Babél, & fuit ei Iehoiacím ſeruus tribus annis: ″ſed conuerſus rebellauit contra eum.

Ioacim fit ſeru⁹ regi Babylonis.

2 Miſit autem Iehouáh contra eum ʹexercitus Chaẅſdim, & exercitus Arám, & exercitus Moáb, & exercitus filiorũ yAmmón, mi-

---

26 Irritationes quibus irritauerat eum הכעסים אשר הכעיסו indignationes[iras]quibus ad iracundiam prouocauerat eum.

27 Eiiciam אסיר remouebo, &c. Et auerſabor ומאסתי & abominabor. aſpernabor.

29 Quum vidiſſet eum. כראותו אותו: ſub. in armis. vel armatum. i. quum intellexiſſet eum paratum eſſe ad pugnandum. Pharao proficiſcebatur in Charchamis vrbem ſitam ad Euphratem, de qua Regem Syriæ expulerat Rex Aſſyriæ: quam hic Pharao dum vellet reſtituere Regi Syriæ, conſcripſit copias aduerſum Regem Aſſyriæ, & tranſiuit per Iudam. Quod neſciens, aut fortè diſſimulãs ſe ſcire Ioſias, congreſſus eſt cum Pharaone in tribu Iuda, & ab ipſo Pharaone interfectus fuit.

30 Et impoſuerunt eum in currum וירכבוהו Ad verbum, Et equitare fecerunt eum.

33 Et ligauit eum ויאסרהו Et vinxit eum. i. coniecit eum in vincula. Dum regnaret במלוך Annotant Hebræi, in contextu ſcribi במלוך in regnando, ſiue dum regnaret: & legi ממלוך à regnãdo, ne regnaret. ſub. vltrà, vel poſtea. Et impoſuit mul- &c. ויתן־עונש על־הארץ. i. indixit mulctam quandam ſuper incolas eius regionis, mulctam inquam centum, &c.

34 Et vertit ויסב. i. mutato nomine vocauit eum, &c.

35 Præterea æſtimare fecit, &c. אך העריך את־הארץ Id eſt quod vulgò dicitur, taxauit facultates eorum qui habitabant in ea regione. q. d. non detrectauit tributum, imò cenſuit facultates habitatorũ, vt daret tributum imperatum. Ad imperium על־פי pro æſtimatione, ſiue pro ratione æſtimationis Paryóh. i. vt daret pecuniam imperatam à Paryóh.

IN CAPVT XXIIII.

1 In diebus eius בימיו. i. ſub finẽ tertii anni regni eius. Vide Danie. 1. a. 1. Vel quarto anno ab eo quo regnare cœperat Ioacim, venit Nabuchodonoſor, & expugnauit Ieruſalẽ. Ierem. 25. a. 1. Sed conuerſus, &c. וישב וימרד Ad verbũ, & reuerſus eſt, & rebellauit. Quũ Nabuchodonoſor retinuiſſet Ioacim annũ vnũ in vinculis, poſteaeũ reſtituit regno priſtino, tributo impoſito, quod poſt tres annos negauit. Vnde rurſus duxit Nabuchodonoſor copias contra Ieruſalẽ, & expugnauit eam anno vndecimo Ioacim, quo anno ipſe mortuus eſt dum abduceretur è Ieruſalẽ, & ſepultura caruit. Ierem. 22. e. 19, & 2. Paral. 36. b. 6 non traditur quòd abductus ſit Babylonem vſque, ſed quòd illum catenis vinxerit Nabuchodonoſor vt abduceret in Chaldæam. nam in ſecunda captiuitate non peruenit in Chaldæam, ſed in itinere ipſo mortuus eſt Ioacim. Sic Hebræi.

2 Exercitus את־גדודי turmas.

ſit inquam eos in Iehudáh vt perderent eum, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum ſeruorũ ſuorũ Prophetarũ.

3 Certè 'iuxta os Iehouæ fuit contra Iehudáh, vt auferret eum 'à facie ſua propter peccata Menaשſſéh, iuxta omnia quæ fecerat.

4 Et etiã propter ſanguinẽ innocentẽ quem effuderat, & repleuerat Ieruשſaláim cruore innocenti: '& noluit Iehouáh parcere.

5 Reliquum autem verborũ Iehoiacim, & omnia quæ fecit, nónne ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

Moritur. Succedit Ioachin.

6 'Dormiuit itaque Iehoiacim cum patribus ſuis, & regnauit Iehoiachín filius eius pro eo.

7 Porrò non addidit vltrà Rex AEgypti egredi è terra ſua: tulerat enim Rex Babél à torrente AEgypti vſque ad flumen Peráth, quicquid erat Regis AEgypti.

8 Octodecim annorũ erat Iehoiachín quãdo regnauit, & tribus menſibus regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius Neחhuשſthá, filia אElnathán de Ieruשſaláim.

9 Fecítque malum in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Ieruſalẽ obſidetur à Babyloniis

10 In tempore illo aſcenderunt ſerui Nebuchadnאeצſár Regis Babél contra Ieruשſaláim, '& venit ciuitas in obſidionem.

11 "Sed & Nebuchadnאeצſár Rex Babél venit contra vrbem, & ſerui eius obſidebant eam.

Ioachin ſe tradit Regi Babyloniorum.

12 "Egreſſus eſt autẽ Iehoiachin Rex Iehudáh ad Regem Babél, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum Rex Babél anno octauo quo regnauit.

13 'Et extulit illinc omnes theſauros domus Iehouæ, & theſauros dom⁹ regiæ, & cõcîdit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat שSelomóh Rex Iשſraאelis in tẽplo Iehouæ, "ſicut loquutus fuerat Iehouáh.

Ieruſalẽ & Ioachin trãſferũtur in Babylonem.

14 Et tranſtulit totã Ieruשſaláim, & vniuerſos principes, & omnes "fortes viribus, decem millia 'captiuorum, & omnes artifices '& incluſores: nemo relictus eſt præter pauperes populi terræ.

15 Tranſtulit & Iehoiachín in Babél, & matrem Regis, & vxores Regis, & eunuchos eius, atque 'fortes terræ abduxit in captiuitatẽ, de Ieruשſaláim in Babél:

16 Omnes præterea 'viros roboris, ſeptem millia, & artifices, "& incluſores mille, omnes fortes "facientes bellum: abduxit inquam eos Rex Babél in captiuitatem in Babél.

Subſtituitur ei Mathanias, qui & Sedecias.

17 Regem autem conſtituit Rex Babél Mathaniáh patruum eius pro eo, & vertit nomen eius *in* צSidciiáhu.

18 Viginti vnius anni erat צSidciiáhu quãdo regnare cœpit, & vndecim annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autem matris eius erat חHamutál, filia Irmeiáhu de Libnáh.

19 Et fecit malum in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat Iehoiacím.

liorum Ammon: & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per ſeruos ſuos Prophetas.

3 Factum eſt autem hoc per verbum Domini contra Iudã, vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit.

4 Et propter ſanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari.

B

5 Reliqua autem ſermonum Ioacim, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iuda?

6 Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis: & regnauit Ioachin fili⁹ ei⁹ ꝓ eo.

7 Et vltrà non addidit Rex AEgypti vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim Rex Babylonis à riuo AEgypti, vſque ad fluuiũ Euphratẽ, omnia quæ fuerant Regis AEgypti.

8 Decem & octo annorum erat Ioachin quũ regnare cœpiſſet: & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Nehuſta, filia Elnathan de Ieruſalem.

9 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Danie.1.a.1

10 In tempore illo aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor Regis Babylonis in Ieruſalem, & circundata eſt vrbs munitionibus.

11 Venitque Nabuchodonoſor Rex Babylonis ad ciuitatem, quum ſerui eius oppugnarent eam.

12 Egreſſúſque eſt Ioachin Rex Iuda ad Regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum Rex Babylonis anno octauo regni ſui.

13 Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat Salomon Rex Iſrael in tẽplo Domini, iuxta verbũ Domini.

14 Et tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem, & omnem artificem & incluſorem: nihilque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ.

2.Para.36.b.10 eſth.2.a.6

B

15 Tranſtulit quoq; Ioachin in Babylonẽ, & matrẽ Regis, & vxores Regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatẽ de Ieruſalem in Babylonem.

16 Et omnes viros robuſtos, ſeptẽ millia, & artifices & incluſores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem.

Ierem.37.a.1, & 52.a.1

17 Et cõſtituit Mathaniam patruum eius pro eo: impoſuitque nomen ei Sedeciam.

18 Viceſimum & primum annum ætatis habebat Sedecias quum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna.

19 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim.

---

3 Iuxta os עַל־פִּי iuxta ſententiam. i. lata ſententia de ore Domini. Ore ſuo tulerat ſententiam qua prædixerat ſe abducturum Iudam in captiuitatem. A facie ſua מֵעַל פָּנָיו. i. è Terra ſancta. 4 Et noluit וְלֹא־אָבָה ideo noluit. 6 Dormiuit itaque וַיִּשְׁכַּב Hic locus ſimpliciter pertinet ad mortem Ioacim, non etiam ad ſepulturam: quia ſepultura aſinorum ſepultus eſt, Ierem. 22. c. 19. 10 Et venit ciuitas in obſid. וַתָּבֹא הָעִיר בַּמָּצוֹר Hebraiſmus, obſeſſa eſt ciuitas. Sequenti verſu dicit, obſidebant eam. 11 Sed & Nebuchad. &c. venit וַיָּבֹא נְבוּכַדְנֶאצַּר מֶלֶךְ־בָּבֶל וְגוֹ' Ad verbũ, Venitq; Nebuchad. &c. i. Quúmque tandẽ veniſſet Nabuchodonoſor oppugnatum eam vrbem, obſeſſam à ſeruis ſuis, egreſſus eſt, &c. 12 Egreſſus eſt autem וַיֵּצֵא Egredi hîc, pro dedere ſeſe ponitur, & in poteſtatem victoris venire. 13 Et extulit illinc וַיּוֹצֵא מִשָּׁם Et aſportauit inde, nempe è Ieruſalem. Sicut loquutus fuerat Ieh. כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה׃ i. quemadmodum prædixerat Dominus per Ieſaiam Prophetam. 14 Fortes viribus, גִּבּוֹרֵי הַחַיִל Sic vocat bellicoſos. Paulo pòſt verſu 16, vocat Viros roboris. Captiuorũ, גּוֹלָה Sing. Heb. pro plur. vt admonet doctus inter Hebræos. Quidã ſubaudito בּ vertunt, in trãſmigrationẽ. Et incluſores: וְהַמַּסְגֵּר Sing. Heb. pro plur. ianitores. i. cuſtodes vrbis. vel (vt ait doctus inter Hebræos) & eos qui ſtringebãt enſem. hoc eſt milites. Incluſores caſtrorũ vocat. i. peritos caſtrametandi. Vide Iere. 24. a. 1. 15 Fortes terræ וְאֵילֵי הָאָרֶץ Chaldæus paraph. principes [dominos] eius regionis 16 Viros roboris, אַנְשֵׁי הַחַיִל Paulo ante vocauit fortes viribus. Et incluſores וְהַמַּסְגֵּר vt verſu 14. Facientes bellum, עֹשֵׂי מִלְחָמָה i. bellicoſos, ſiue bello aptos.

20 Iraſcebatur enim Dominus contra Ieruſalem & contra Iudã, donec proiiceret eos à facie ſua: receſſitque Sedecias à Rege Babylonis.

Cap. XXV.

Iere. 39. a. 1, & 52. a. 4

1 FActum eſt autem, anno nono regni eius, mẽſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circundederũt eã: & extrũxerunt in circuitu eius munitiones.

2 Et clauſa eſt ciuitas atque vallata, vſque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ,

3 Nona die menſis, præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.

4 Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viã portæ quæ eſt inter duplicem murũ ad hortum Regis (porrò Chaldæi obſidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis.

B 5 Et perſequutus eſt exercitus Chaldæorum, Regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erãt cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum.

6 Apprehenſum ergo Regem duxerunt ad Regẽ Babylonis in Reblatha: qui loquutus eſt cum eo iudicium.

7 Filios autẽ Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitque eum catenis, & abduxit in Babylonẽ.

8 Menſe quinto, ſeptima die mẽſis, (ipſe eſt annus nonuſdecimus Regis Babylonis:) venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus Regis Babylonis, in Ieruſalem.

C 9 ¶Et ſuccendit domum Domini, & domum Regis: & omnes domos Ieruſalem, omnémque domũ magnam combuſſit igni.

10 Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorũ, qui erat cum principe militum.

11 Reliquam autem populi partem quæ remanſerat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad Regem Babylonis, & reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.

12 Et de pauperibus terrę reliquit vinitores & agricolas.

Ierem. 27. d. 19

13 ¶Columnas autem æreas quæ erãt in templo Domini, & baſes, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omne in Babylonem.

14 Ollas quoq; æreas, & trullas, & tridẽtes, & ſcyphos, & mortariola, & om-

20 ″Nam propter furorem Iehouæ qui erat contra Ieruשſaláim & Iehudáh, donec eiecit eos à facie ſua, defecit xSidciiáhu à Rege Babél.

Cap. XXV.

1 FVit autem, anno nono regni eius, menſe decimo, decima menſis venit Nebuchadnאexſár Rex Babél ipſe & vniuerſus exercitus eius cõtra Ieruשſaláim, caſtrametatúſque eſt aduerſus eam, ″atque extruxerunt contra eam″ turrim ligneam per circuitum.

Rebellante Sedecia, Ieruſalem obſidetur à Nabuchodonoſor.

2 ′Et venit ciuitas in obſidionem vſque ad vndecimum annum regis xSidciiáhu.

3 Nona menſis″ præualuit fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.

Fames.

4 ″Et rupta eſt vrbs, omnéſque viri bellatores *fugerunt* nocte per viã portæ *quæ erat* ′inter duos muros qui *erant* iuxta hortum regium: (Chaשſdím autem *erant* iuxta ciuitatẽ per circuitũ)″ & abiit Rex per viam ſolitudinis.

5 Perſequuti verò ſunt exercitus Chaשſdim Regem, & comprehẽderunt eum in campeſtribus Ieriחhó: & vniuerſus exercitus eius ′diſperſus eſt ab eo.

Sedecias capitur.

6 Comprehenderũt inquam Regem, & abduxerunt eum ad Regem Babél in Ribláh, ′loquutíque ſunt cum eo iudicium.

7 Filios autem xSidciiáhu iugulauerunt in oculis eius, atque oculos xSidciiahu excæcauit, & vinxit eum compedibus æneis, & abduxit eum in Babél.

Filii eius occiduntur. Effodiuntur oculi Sedeciæ.

8 Menſe autem quinto, ″ſeptima menſis (ipſe eſt annus nonuſdecimus Regis Nebuchadnאexſár Regis Babél) venit Nebuzaradán magiſter ′laniorum, ſeruus Regis Babél, in Ieruשſaláim.

9 Et incendit domum Iehouæ, & domum regiam, & omnes domos Ieruשſaláim, omnẽ denique ′domũ magnã combuſſit igni.

Succenditur Ieruſalem & templum.

10 Muros præterea Ieruשſaláim per circuitũ deſtruxit vniuerſus exercitus Chaשſdím qui erat cum magiſtro laniorum.

11 Reliquum autẽ populum qui relictus fuerat in ea vrbe, ″& trãſfugas qui transfugerãt ad Regem Babél, & reliquum vulgus multitudinis tranſtulit Nebuzaradán magiſter laniorum.

12 ″De pauperibus verò terræ reliquit magiſter laniorum vinitores & agricolas.

13 Columnas autem æreas quæ erant in domo Iehouæ, & baſes, & mare æreũ quod erat in domo Iehouæ, confregerunt Chaשſdím, & detulerunt æs eorum in Babél.

14 Ollas quoque, & ſcopas, ″& pſalteria, & cochlearia, & omnia vaſa

20 Nam propter furorem, &c. כי על־אף וגו׳ .i. Nam tantam iram cõceperat Dominus contra Ieruſalẽ, vt permitteret rebellare Sedeciam, quo fieret vt abducerentur à terra ſua in captiuitatem. Alii vertunt, Nam cum ira Iehouæ erat *congregatio* in Ieruſalẽ & Iuda, donec proiecit eos à facie ſua: tum rebellauit, &c. i. nam inuito & ægreferente Domino, congregatio eorum qui euaſerant, nec abducti fuerant in captiuitatẽ, erat in Ieruſalem & Iuda: donec eiecit eos de Terra ſancta, in qua erat templũ Domini, in quo facies, id eſt arca ipſius Domini, erat, ſuper quam præſentiam ſuam exhibebat: proinde rebellauit Sedecias.

IN CAPVT XXV.

1 Atque extruxerunt ויבנו & excitauerunt. ſub. artifices. Confer caput iſtud cum Ieremiæ 52. a. 1. Turrim ligneam דיק Vide Ezech. 4. a. 2, & 17. e. 17. machinam bellicam intelligit, qualiſqualis fuerit. 2 Et venit ciuitas in obſid. ותבוא העיר במצור Hebraiſmus, Itaque obſeſſa fuit vrbs. 3 Præualuit ויחזק inualuit. i. viguit maximé. 4 Et rupta eſt ותבקע Et perrupta fuit. Gallicè, *La breſche fut faicte.* ſub. crebris ictibus arietum. Omittitur verbum, vt intelligamus fugam fuiſſe præcipitem. Nam in Ieremia cap. 52. b. 7, dicitur, Fugerunt, & exceſſerunt nocte eam diem inſequente. Inter duos muros בין החומותים Porta occultabatur duobus muris. Ad hunc modum poſtica vrbium fieri conſueuerunt. Gallicè dicimus, *Vne poſterne.* Per duos muros intelligit murum & antemurale. Et abiit וילך ſub. Rex. In Ieremia legitur, Et abierunt per viam ſolitudinis. i. per campeſtria. 5 Diſperſus eſt ab eo. נפוצו מעליו: dilapſus erat ab eo. i. eum reliquerat.
6 Loquutiq; ſunt cum eo iud. וידברו אתו משפט: Hebraiſmus, acriter ac vehementer increpauerunt eum, quòd ſcilicet violaſſet fidem datam Regi. Similem Hebraiſmũ vide in Ierem. cap. 39. b. 5. 8 Septima mẽſis בשבעה לחודש In Ieremia legitur decima. Scribunt doctores Hebræorũ quòd ſeptima die cõgregatæ ſunt Gentes ad templũ, comedebant autẽ in eo, ac bibebant, deſtruebántq; illud, atque incendebant. quod durauit vſque ad finem decimæ diei. Laniorum, טבחים Chaldæus paraph. militum. Hebræi vocant milites, lanios, ob cædem, vt nos Galli dicimus de cæde ingenti, *On a faict une grande boucherie.* 9 Domum magnam בית גדול .i. domos magnatum, magnificas.
11 Et trãſfugas qui transfug, ואת הנופלים אשר נפלו & perfugas qui perfugerant. i. qui ſequuti fuerant partes Regis Babylonis, quãdo vrbs fuit expugnata. 12 De pauperibus verò terræ ומדלת הארץ Ad verbũ, De paupertate verò terræ. i. ex pauperrimis eius regionis aliquot reliquit qui colerẽt vites & agros. 14 Et pſalteria ואת המזמרות Doctus inter Hebræos dicit ſignificare inſtrumenta quibus pſallebant, aut cantabant. Alia nomina huius verſus & ſequentium, vide Exod. 27. a. 3, & 2. Reg. 25. a. 1.

ærea in quibus ministrabant,tulerunt,

15 Et acerras,& pelues:quæ aurea,aurea:& quæ argentea,argentea, tulit magister laniorum:

16 Columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat שSelomóh in domo Iehouæ:non erat pondus æris omniumvasorũ istorum.

17 Octodecim cubitorum erat altitudo columnæ vnius, & capitellum super eam æreum, & altitudo capitelli erat trium cubitorum,& reticulum, & malogranata super capitellum per circuitũ: & omnia ærea: & similia istis erant ipsi columnæ secundæ cum retiaculo.

18 Tulit quoque magister laniorum שSeraiáh sacerdotem primum,& צSephaniáhu sacerdotẽ″secundũ,& tres custodes vasorũ.

19 Et de vrbe tulit eunuchum quendam qui erat″præfectus super viros bellatores,″& quinque viros ex iis″qui videbant faciem Regis,qui inuenti fuerũt in vrbe: & scribam principem militiæ,″qui colligebat populum terræ,& sexaginta″viros de populo terræ qui inuenti sunt in ea vrbe:

20 Tulit inquam eos Nebuzaradán magister laniorum, & deduxit eos ad Regem Babél in Ribláh.

21 Et percussit eos rex Babél, interfecítque eos in Ribláh in terra חHamáth.″itaque translatus est Iehudáh è terra sua.

Godolias præfectus super eos qui remanserant in Ierusalẽ, occiditur.

22 ″Populo autem qui remãserat in terra Iehudáh, quem reliquerat Nebuchadneצsár Rex Babél, illis *inquam* præfecit Gedaliáhu filium Aחhicám filii שSaphán.

23 ″Audierunt autẽ omnes principes exercituum,ipsi & viri,quòd præfecisset Rex Babél Gedaliáhu,&venerũt ad Gedaliáhu in Misצpáh, ″nẽpe Iשſmaאyél filiꝰ Nethaniáh,& Ioחhanán filius Caréaחh, & שSeraiáh filius Thanחhúmeth Netophathites,& Iaazaniáhu filius Mayachati,ipsi″& viri eorum.

24 Et iurauit eis Gedaliáhu,& viris eorum,dixítque eis, Ne timeatis *uobis* à seruis Chaשſdím:manete in terra, & seruite Regi Babél, & bene erit vobis.

25 ″Fuit autem,mense septimo venit Iשſmaאyél filius Nethaniáh filii אEliשſamáy de semine regni, & decem viri cum eo:percusserúntque Gedaliáhu,ac mortuus est: Iehudæos quoque, ″&Chaשſdím quierant cum eo in Miצſpáh.

26 ″Et surrexit vniuersus populus à paruo vsque ad magnũ,& principes exercituum, iverúntque in AEgyptum: timuerunt enim à facie Chaשſdím.

27 ″Fuit præterea,anno tricesimoseptimo transmigrationis Iehoiachin Regis Iehudáh, duodecimo mense, ″vicesimaseptima men-

nia vasa ærea, in quibus ministrabãt, tulerunt.

D

Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea,aurea:& quæ argentea,argentea,tulit princeps militiæ:

Id est columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat Salomon in tẽplo Domini,non erat pondus æris omnium vasorum.

3.Reg.7.b.15.
Iere.52.e.21
2.para.3.d.15

‖Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum:& retiaculum,& malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea:similem & columna secunda habebat ornatum.

Tulit quoq; princeps militiæ Saraiam sacerdotem primũ, & Sophoniã sacerdotem secundũ,&tres ianitores:

E

Et de ciuitate eunuchum vnum qui erat præfectus super bellatotes viros: & quinque viros de iis qui steterant coram Rege, quos reperit in ciuitate:& Sopher principẽ exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ:& sexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate.

Quos tollẽs Nabuzardan princeps militum,duxit ad Regẽ Babylonis in Reblatha.

Percussitq; eos Rex Babylonis,& interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua.

Iere.40.b.5.c.9

‖Populo autem qui relictus erat in terra Iuda,quem dimiserat Nabuchodonosor Rex Babylonis,præfecit Godoliam filium Ahicam filii Saphan.

Quod quũ audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cũ eis, videlicet quòd constituisset Rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha,Ismahel filius Nathaniæ & Iohanan filius Carée,& Saraia filius Thanehúmeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socii eorum.

F

Iurauitque Godolias ipsis & sociis eorum,dicens, Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra,& seruite Regi Babylonis,& bene erit vobis.

Factum est autẽ, in mense septimo venit Ismahel filius Nathaniæ filii Elisama de semine regio,& decem viri cum eo: percusserúntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erãt cũ eo in Maspha.

Consurgénsque omnis populus à paruo vsque ad magnum, & principes militum, venerũt in AEgyptum, timentes Chaldæos.

Factum est verò,in anno tricesimo septimo trãsmigrationis IoachinRegis Iudæ, mense duodecimo, vicesi-

G

---

18 Secundum, משנה sub.ab eo.q.d.vicariũ summi Pontificis,secũdæ dignitatis ab illo. 19 Præfectus super viros bellatores פקיד על־אנשי המלחמה .i.præfectus militum. Et quinque viros וחמשה אנשים In Ierem.52.e.25,legimus,septẽ viros.Dicunt Hebræi duos fortasse nõ fuisse magni nominis,ideo non esse hîc numeratos:istos autem fuisse nobiliores.Alii dicunt fuisse septem,cõputatis duobus scribis Iudicum. Qui videbant faciem Regis, מרואי פני־המלך Hebraismus,ex illis qui assistebant Regi,aut qui coram Rege stabant.i.ex domesticis Regis, familiaribus,intimis,& assiduis apud Regẽ.Vide 1.Reg.10.b.8. Qui colligebat המצבא qui congregabat.subaudi ex Ieremia,ad militiam.i. qui habebat potestatẽ conscribendi exercitũ ex populo eius regionis.Vide postremũ cap.Ieremiæ. Viros de populo terræ איש מעם הארץ Significat plebeios. 21 Itaque translatus est ויגל itaque transmigrauit. demigrauit. q.d.atque ita completa fuit prophetia, & quæ illis interminatus fuerat Deus per Prophetas. 22 Populo autem,&c. והעם וגו׳ Hæc leguntur Ieremiæ 40.b.5. 23 Audierunt autem וישמעו Quúmque intellexissent. Nempe Iשſmaאyél וישמעאל Hîc ו pro Nempe positũ est:nam isti sunt principes qui venerunt. Et viri eorum. ואנשיהם : .i.qui erant illis subditi:hoc est,cum viris suis. 25 Fuit autem, in mense,&c. ויהי בחודש וגו׳ Hæc leguntur Ierem.41.a.1,vbi pluribus describitur historia ista. Et Chaשſdim ואת־הכשדים .i.Chaldæos, siue Babylonios qui cum Godolia stabant à parte Regis Assyriæ. 26 Et surrexit,&c. ויקומו כל־העם מקטון ועד־גדול .i.confestim ergo profectus est vniuersus populus tam infimæ quàm summæ sortis & ordinis.timebant enim sibi à Chaldæis propter cædem Godoliæ præfecti. 27 Fuit præterea, ויהי Hæc leguntur Ierem.52.g.31. Vicesimaseptima בעשרים ושבעה In Ieremia scribitur, vicesimaquinta. Dicunt doctores Hebræorum,vicesimoquinto die mortuum fuisse Nabuchodonosor, & vicesimosexto sepultum, vicesimo autem septimo eductum fuisse è sepulchro suo ab Euil-merodach filio ipsius.

maſeptima die menſis, ſubleuauit Euil-merodach Rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin Regis Iuda de carcere.

Et loquutus eſt ei benignè, & poſuit thronum eius ſuper thronũ Regum qui erant cum eo in Babylone.

Et mutauit veſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panẽ ſẽper ĩcõſpectu ei⁹ cũctis dieb⁹ vitæ ſuæ.

Annonã quoque conſtituit ei ſine intermiſſione, quæ & dabatur ei à Rege per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ.

ſis, eleuauit אEuil-merodách Rex Babel anno quo regnauit, caput Iehoiachin Regis Iehudáh, de domo carceris.

28 Loquutúſque eſt cum eo bona, & poſuit thronum eius ſuper thronum Regum qui *erant* cum eo in Babél.

29 Et mutauit veſtes carceris eius, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius cunctis diebus vitæ ſuæ.

30 Portio autem eius *erat* portio perpetua quæ dabatur ei è Rege per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ.

Ioachin eductus è carcere, exaltatur, & nutritur à Rege Babylonis.

Eleuauit נשא Iungitur verbum iſtud cum fine verſus, ſic, eleuauit caput de domo carceris.i.exemit eum è carcere, & affecit eum magnis honoribus. In Ieremia legitur, Et eduxit eum è domo carceris. Anno quo regnauit בשנת מלכו .i.anno primo regni ſui.

28 Bona, טובות ſub.verba.i.blandè & benignè alloquutus eſt eum. Hebraiſmus. Super thronum מעל כסא in loco eminentiore & altiore quàm eſſet thronus Regũ, &c. Qui *erant* cum eo. אשר אתו ſub.captiui. Alii, qui ſecum erãt.i.apud ipſum, nempe Euil-merodach.

29 Veſtes carc.e. בגדי כלאו .i.quibus vtebatur dum eſſet clauſus in carcere. In conſpectu eius לפניו .i.in menſa eius. Aut, coram eo: hoc eſt in aula eius. 30 Perpetua תמיד iugis. aſſidua. Ad verbum, aſſiduitatis. ſine interruptione. Gallicè dicimus, *Il auoit bouche a court.* Per ſingulos dies דבר־יום ביומו Ad verbum, res cuiuſque diei in die ſuo.i. cibus diei, ſuo tẽpore. Vitæ ſuæ. חיו: nempe Ioachin. Aut, vitæ eius, nempe Euil-merodach.

Liber Paralipomenon primus: Hebraice, דברי הימים.

Hic liber à Græcis dicitur παραλειπομένων, id eſt Liber derelictorum, quòd contineat quædam prætermiſſa in libris Regum. Hebræi verò דברי הימים inſcribunt, id eſt Verba dierum: Latinè dicas, Diaria ſiue Annales, aut Librum annalium, quòd יום frequentiſſimè pro anno accipiatur in Sacris literis. Vnus eſt autem liber apud ipſos, ſed diuiſus à noſtris. In primo agitur de regno Iſrael nondum diuiſo: in ſecundo verò de regno iam diuiſo. Huius libri author ignoratur: & is liber de quo ſæpe fit mentio in libris Regum, non eſt iſte, ſed illius fortaſſe velut epitome. eſt enim breuiſſimus, & totius Sacræ hiſtoriæ compendium. Ponitur ab Hebræis poſt librum Ezræ, quòd exiſtiment illum ſcriptum ab Ezra eo tẽpore quo populus Iudaicus poſt captiuitatem Babylonicam duce Zorobabele & ſacerdote Ioſia, redierat in Ieruſalem. id quod colligunt ex fine huius libri.

VETVS.

Cap. I.

Gene.2.b.7, & 4.d.25, & 5.b.9

Adã, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathuſale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth.

Gene.10.a.2

Filii Iapheth: Gomer & Magog & Madai & Iauan, Thubal, Moſoph, Thiras.

Porrò filii Gomer: Aſcenez, & Riphath, & Thogorma.

Filii autem Iauan: Eliſa, & Tharſis, Cethim, & Dodanim.

Filii Cham: Chus, & Meſraim, & Phut, & Chanáan.

Filii autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Porrò filii Regma: Saba, & Dadan.

Gen.10.b.8

Chus autem genuit Nemrod: iſte cœpit eſſe potens in terra.

Meſraim verò genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephtuim,

Phetruſim quoque, & Chaſluim: de quibus, egreſſi ſunt Philiſthiim & Caphthorim.

Chanaan verò genuit Sidonẽ primogenitum ſuum, Hethæũ quoque,

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Adam, שSeth, אEnóשs.
2 Cenán, Mahalalאél, Iéred,
3 חHanóch, Methuשſélaחh, Lémech,
4 Nóaחh, שSém, חHám, & Iépheth.

Breuis repetitio totius genealogiæ Adam vſque ad filios Eſau & Iacob.

5 Filii Iépheth: Gómer, & Magóg, & Madái, & Iauán, & Thubál, & Méשſech, & Thiráס.

Filii Iapheth.

6 Filii autem Gómer: Aשſchenáz, & Ripháth, & Thogarmáh.

7 Filii verò Iauán: אEliשſáh, & Tharשſiש, Chitthím, & Dodaním.

8 Filii חHám: Chúש, & Miצſráim, Put, & Chenáעan.

Cham.

9 Filii verò Chúש: סSebá, & חHauiláh, & סSabthá, & Raעamáh, & סSabthechá. Filii autem Ramעamáh: שSebá, & Dedán.

10 Chúש autem genuit Nimród: ipſe cœpit eſſe potens in terra.

Nemrod,

11 Miצſráim verò genuit Ludim, & עAnamím, & Lehabim, & Naphthuחhim,

12 Et Pathruסím, & Chaסſluחhím, è quib⁹ egreſſi ſunt Peliשthím & Chaphthorím.

Philiſthim.

13 Chenáעan autem genuit צSidón primogenitũ ſuum, & חHéth,

Filii Chanaan.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Adam, שSeth, אEnóשs. ארם שת אנוש: Hîc non ſubauditur Genuit, vt legas, Adam genuit Seth, Seth genuit Enos: ſed apud Hebræos ſic impletur oratio, Adam, Seth filius eius, Enos filius eius. quod ex ſequẽti tertio capite ſatis liquet, vbi verſu 9 plena eſt loquutio, Et filius Selomoh fuit Rehaעam, Abiiah filius eius, Aſa filius eius. Latinè vertas, cuius filius fuit Abiiah, cuius filius fuit Aſa, &c. ſic in ſequentibus capitibus. Simplicia & ſola ponuntur nomina: quæ ſi referantur ad ſuperiora, filii ſunt: ſi ad inferiora, patres. Sic autem loquuntur Hebræi breuitatis cauſa. Horum generationes vſque ad quintum verſum vide Gene.1.c.26, & 2.b.7, & 4 d.25, & 5.a.3.

4 Nóaחh נח ſub. eſt pater horum trium. & ſic aliter hic verſus exponi debet quàm ſuperiores. Debebat autem tantùm meminiſſe vnius filiorum Noe, nempe eius à quo Abraham & Dauid deſcenderũt: ſed propter illorum nobilitatẽ omnes illos tres & illorum generationem recenſet. Nam poſt diluuium occupauerunt, & repleuerunt tres partes orbis terrarum, Aſiam, Africam, & Europam. Item iſti quatuor quaſi in vna & eadem linea ſunt, non in diuerſis, vt ſuperiores. 5 Filii Iépheth: בני יפת Procedit ordine retrogrado: nam à tertio filio Noe incipit. Gomer גמר Quibus terris iſte, & alii ſequentes nomina dederint, vide ſingula in Libello interpretationum nominum Hebraicorum quæ ad finem huius operis adiecimus. 10 Ipſe cœpit eſſe potens in terra. הוא החל להיות גבור בארץ: De hoc vide Gene.10.b.8. .i. cœpit imperare & regnare in terra in qua degebat, hoc eſt exercere tyrannidem. 12 Egreſſi ſunt יצאו orti ſunt.i. quorum colonia ſunt Palæſthini: hoc eſt, è quibus orti ſunt, quaſi eſſent colonia eorum, & ab illis ſponte migraſſent.

″Et Iebuסſæum,& אEmoræum,& Girgaשſæum, 14
Et חHiuæum,″& עArcæum,& סSinæum, 15
Et Aruadæum,& צSemaræum,& חHamathæum. 16

Sem.

Filii שSem:″עElám,& Aשſſúr, & Arpachשſád,& Lud, & Arám, 17
& עוVץs,& חHul,& Géther& Mשéſech.
Arpachשſád autem genuit שSélaחh,& שSélaחh genuit עEber. 18

Phaleg.

Ipſi autem עEber nati ſunt duo filii:nomen vnius, Péleg, quia 19
in diebus eius″diuiſa eſt terra:& nomen fratris eius Ioctán.

Iectan.

Ioctán autem genuit Almodád,& שSéleph,& חHaצſarmáueth, 20
& Iráחh,
Et Hadorám,& אוVzál,& Dicláh, 21
Et עיEbál,& Abimaאél,& שSebá, 22
Et אוOphir,& חHauiláh,& Iobáb.omnes iſti,filii Ioctán. 23
″שSem,Arpachשſád,שSélah, 24
עEber,Péleg,Reעוu, 25
שSerúg,Naחhór,Théraחh, 26
Abrám:ipſe eſt Abrahám. 27

Filii Abraham.

Filii Abrahám:Iשſחhác & Iשſmaעאél. 28

Filii Iſmaelis.

Hæ generationes eorū: Primogenitus Iשſmaעאélis, Nebaióth, 29
& Cedár,Adbeאél,& Mibשſám.
Miשſmáע,& Dumáh,Maשſſá,חHadád,& Themá, 30
Ietúr,Naphíשs,& Cédmah.iſti ſunt filii Iשſmaעאél: 31
Filii autem Ceturáh″concubinæ Abrahám, peperit Zimrán, 32
& Iocשſán,& Medán,& Midián, & Iשſbáh,& שSúaח. Et filii Iocשſán:שSebá,& Dedán.
Et filii Midián : עיEpháh, & עEphér, & חHanóch, & Abidáע, & 33
אEldaעáh.omnes iſti,filii Ceturáh.

Iſaac.

Genuit autē Abrahám Iצſחhác.filii Iצſחhác:עEשſaú & Iשſraאél. 34

Filii Eſau.

Filii עEשſáu:אElipház,Reעוuאél,& Ieעוús,& Iaעalám,&Coráחh. 35
Filii אElipház : Themán, & אוOmár,צSephí,& Gaעatthám,Cenáz,& Thimnáע,& עAmalék. 36
Filii Reעוuאél:Náחhath,Zéraחh,שSammáh,& Mizzáh. 37
Filii autem שSeעיír:Lotán, & שSobál,& צSibעוón, & עAnáh, & 38
Diשſón,& אEצſér,& Diשſán.
Filii autē Lotán:חHori,&Homám. ſoror verò Lotán,Thimnáע. 39
Filii שSobál : עAlián , & Manáחhath , & עיEbál , שSephí, & אוOnám.Filii autem צSibעוón: Aiáh,& עAnáh. 40
Filii עAnáh: Diשſón. Filii autem Diשſón: חHamrán,& אEשſbán,& Ithrán,& Cherán. 41
Filii אEצſér : Bilhán, & Iaעauán, Iaעacán. Filii Diשſón: עוVץs & 42
Arán.

Reges Edom.

″Iſti autem ſunt Reges qui regnauerunt in terra אEdóm,′antequā regnaret Rex *aliquis* ſuper filios Iשſraאelis:Bélaע filius Beעוór: 43
& nomen ciuitatis eius Dinhábah.
Et mortuus eſt Bélaע, regnauítque pro eo Iobáb filius Zéraחh 44
de Boצráh.

B

14 Et Iebuſæum, & Amorrhæū & Gergeſæum,
15 Heuæúmque, & Aracæum, & Sinæum,
16 Aradium quoque,& Samaræum,& Hamathæum.
17 ‖Filii Sem: AElam & Aſſur & Arphaxad & Lud & Aram. Hus & Hul, & Gether & Moſoch,
Gene.10.d.22 & 11.b.10
18 Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipſe genuit Heber.
19 Porrò Heber nati ſunt duo filii,nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratris eius Iectan.
20 Iectan autem genuit Elmodad & Saleph & Haſarmoth & Iare,
21 Adoram quoque & Vzal & Decla,
22 Hebal etiam & Abimáel & Saba,
23 Necnon & Ophir, & Heuila & Iobab.omnes iſti,filii Iectan.
24 Sem,Arphazad,Sale,
25 Heber,‖Phaleg,Ragau,
Gene.11.a.15
26 Sarug,‖Nachor,Thare,
Gene.11.b.14
27 Abram,‖iſte eſt Abraham.
Gene.17.a.5
28 Filii autem Abraham ,‖Iſaac & Iſmael.
Gene.16.c.11.
29 Et hæ generationes eorum,‖Primogenitus Iſmaelis,Nabaioth & Cedar & Adbeel & Mabſam.
Gen.25.b.13.
30 Et Maſma,& Duma,Maſſa,Hadad & Thema,
31 Ietur, Naphis,Cedma. hi ſunt filii Iſmahelis.
32 ‖Filii autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit : Zamran, Iecſan, Madan, Madian, Ieſboc, & Sue. Porrò filii Iecſan:Saba,& Dadan.
Geneſ.25.a.2
C
33 ‖Filii autē Madian:Epha,& Epher, & Henoch,& Abida,&Eldaa.omnes hi,filii Ceturæ.
Geneſ.25.a.4
34 ‖Genuit autem Abraham Iſaac:cuius fuerunt filii,Eſau & Iſrael.
Geneſ.21.a.2
35 ‖Filii Eſau:Eliphaz,Rahuel,Iehus, Ihelom & Core.
Geneſ.36.b.9
36 Filii Eliphaz: Theman, Omar, Sephi,Gatham,Cenez,Thamna,Amalec.
37 Filii Rahuel : Nahath, Zara, Samma,Meza.
38 Filii Seir:Lotan,Sobal, Sebeon,Ana,Diſon,Eſer,Diſan.
39 Filii Lotan : Hori, Homam. Soror autem Lotan,fuit Thamna.
40 Filii Sobal:Alian , & Manáhath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filii Sebeon: Aia & Ana.
41 Filii Ana:Diſon. Filii Diſon: Hamran,& Eſeban, & Iethran, & Charā.
42 Filii Eſer:Balaan & Zauan & Iacā. Filii Diſon:Hus, & Aran.
D
43 Iſti ſunt Reges qui imperauerunt in terra Edom , antequam eſſet Rex ſuper filios Iſrael.Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eius,Denaba.
44 Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab fili⁹ Zare de Boſra.

---

14 Et Iebuסſæū, ואת־היבוסי Iebuſæū populum intellige:nā id indicat ה haiedia quod vocāt Hebræi,id eſt demōſtratiuum,quod propriis nominibus nō præponitur.Igitur eſt appellatiuum nomen populi,vt ſunt etiam ſequentia nomina populorū etiam propria,vſque ad 17 verſum.
19 Diuiſa eſt terra: נפלגה הארץ Id eſt diuiſi ſunt habitatores terræ, ſecundum diuiſiones linguarum,vt ſcribitur Gene.11.b.7,hoc eſt,natus eſt tempore quo diuiſio hæc facta eſt. Vel Eber Propheta erat,qui indidit nomen filio à re quæ euentura erat eius tempore.
24 שSem,&c. שם Eſt repetitio à præcedente 17 verſu, qua oſtendit per quos deſcenderit Abraham ex Sem . Quare cæteris omiſſis interrupta ſeries non eſſet,ſi diceres ſic,Noe,Sem,Arphaxad,&c.
32 Concubinæ Abraham, פילגש אברהם ſub.hi ſunt.Hæc Gene.25.a.1,vxor dicitur.De concubina vide Gene.35.d.22.
43 Iſti autem ſunt Reges ואלה המלכים Hebræi hanc differentiam ponūt inter Reges& duces:quòd Reges eſſent cum diademate,quo carebant duces,qui proximam dignitatem habebant à Rege.

Quúmq; & Iobab fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum. 45

Obiit quoque & Huſam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madiam in terra Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. 46

Quúmque & Adad fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Semla de Maſreca. 47

Sed & Semla mortuus eſt, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem ſita eſt. 48

Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanan filius Achobor. 49

Sed & hic mortuus eſt, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit, Phai. & appellata eſt vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. 50

D

Adad autẽ mortuo, duces pro Regibus in Edõ eſſe cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, 51

Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, 52

Dux Cenez, dux Themã, dux Mabſar, 53

Dux Magdiel, dux Hiram. ii duces Edom. 54

Cap. II.

Gen. 29. g. 32, 30. a. 5, & 35. c. 18

Filii autem Iſrael: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſſachar, & Zabulon, 1

Dan, Ioſeph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aſer. 2

Infrà 4. a. 1 geneſ. 38. a. 3, & 46. b. 12

Filii Iuda: Her, Onã, & Sela. hi tres, nati ſunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus corã Domino, & occidit eum. 3

Gene. 38. g. 29 matth. 1. a. 3

Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filii Iuda, quinque. 4

Fili autem Phares: Heſron & Hamul. 5

Filii quoque Zare: Zamri, & Ethã, & Eman, Chalchol quoque, & Dara, ſimul quinque. 6

Ioſue 7. a. 1

B Filii Charmi: Achar qui turbauit Iſrael, & peccauit ĩ furto anathematis. 7

Filii Ethan: Azarias. 8

Filii autem Heſron qui nati ſunt ei: Ierameel, & Ram, & Chalubai. 9

Ruth 4. d. 19

Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Nahaſſon principem filiorum Iuda. 10

Nahaſſon quoque genuit Salma, de quo ortus eſt Booz. 11

Booz verò genuit Obed, qui & ipſe genuit Iſai. 12

1. Reg. 16. b. 10, & 17. b. 12

Iſai autem genuit primogenitũ Eliab, ſecundũ Abinadab, tertium Simmaa, 13

Quartũ Nathnael, quintũ Raddai, 14

Sextum Aſom, ſeptimum Dauid. 15

Quorum ſorores fuerunt, Saruia, & Abigáil. filii Saruiæ: Abiſai, Ioab, & Aſael, tres. 16

Abigáil autẽ genuit Amaſa, cuius pater fuit Iether Iſmahelites. 17

C Caleb verò filius Heſron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fuerúntque filius eius Iaſer, & Soba, & Ardon. 18

Quúmque mortua fuiſſet Azuba, accepit vxorem Caleb, Ephratha, quæ peperit ei Hur. 19

Porro Hur genuit Vri: & Vri genuit Beſeleel. 20

---

45 Et mortuo Iobáb, regnauit ꝓ eo Huשſã de terra Themanæorũ.

46 Mortuus eſt præterea חHuשſám, & regnauit pro eo Hadád filius Bedád, qui percuſſit Midián in agro Moáb: & nomen ciuitatis eius עAuíth.

47 Mortuo item עAdád, regnauit pro eo שSamláh de Maשſrecáh.

48 Mortuus eſt autem שSamláh, & regnauit pro eo שSaיאúl de Rechobóth flumine.

49 Mortuus eſt & שSaיאúl, & regnauit pro eo Baעal-חhanán filius עAchbór.

50 Mortuus eſt deniq; Báעal-חhanán, & regnauit pro eo Hadád: & nomen vrbis eius fuit Paיעi: nomen item vxoris eius, Mehetabאél filia Matréd filiæ Me-zaháb.

51 Mortuus eſt poſtremò Hadád. Fuerunt autẽ duces אEdóm, dux Thimnáע, dux עAliáh, dux Iethéth,

52 Dux Aholibamáh, dux אEláh, du Pinón,

53 Dux Cenáz, dux Theמán, dux Mibצſár,

54 Dux Magdiאél, dux יעIrám. Iſti duces אEdóm. Cap. II.

1 Iſti filii Iשſraאelis: Reיאbén, שSimיעón, Leui, & Iehudáh, Iשſſachar, & Zebulún,

Filii Iacob.

2 Dan, Ioסéph, & Biniamín, Naphthali, Gád, & Aשſér.

3 Filii Iehudáh: יעEr, & יאOnán, & שSeláh, tres nati ſunt ei' de filia שSúaע Chenaעanithide. Fuit autem יעEr primogenitus Iehudáh, malus in oculis Iehouæ, & occîdit eum.

4 Thamár autem nurus eius peperit ei Péreץs & Zéraחh. omnes filii Iehudáh, quinque.

5 Filii Péreץs: חHeצſrón, & חHamúl.

6 Filii autem Zéraחh: Zimri, & יאEthán, & Hemán, & Chalchól, & Daráע. omnes hi, quinque.

7 Filii verò Charmi: עAchár' turbator Iשſraאelis, qui præuaricatus eſt in anathemate.

8 Filii autem יאEthán: עAzariáh.

9 Filii verò חHeſצrón qui nati ſunt ei: Ieraחmeאél, & Rám, & Chelubái.

Heſron.

10 Rám autem genuit עAmminadáb: עAmminadáb autem genuit Naחaשſón principem filiorum Iehudáh.

11 Naחaשſón autem genuit שSalmá, 'שSalmá autẽ genuit Bóעaz.

12 Bóעaz autem genuit יעObéd, יעObéd autem genuit Iשſái.

13 Iשſái autem genuit primogenitum ſuum אEliáb, & Abinadáb ſecundum, & שSimעáא tertium,

Filii Iſai ſiue Ieſſe.

14 Nethanאél quartum, Raddái quintum,

15 אOצſém ſextum, Dauidem ſeptimum.

16 Sorores autem eorum צSeruiáh & Abigáil. filii autẽ צSeruiáh: Abשſái, & Ioáb, & עAשſa-אél, tres.

Filii Saruiæ.

17 Abigáil autem genuit עAmaשſá: pater verò עAmaשſá fuit Iéther Iשſmaאעelita.

18 Chaléb autem filius חHeצſrón genuit עAzubáh mulierem & Ierióth. & iſti filii eius: Ieשſér, & שSobáb, & Ardón.

Caleb filius Heſron.

19 Mortua autem eſt עAzubáh, & accepit ſibi Chaléb 'אEphráh, & peperit ei חHúr.

20 חHúr autem genuit יאVri, יאVri autem genuit Beצſalאél.

IN CAPVT II.

3 De filia שSúaע מבת־שוע Hic Sua erat pater vxoris Iuda. Filios Iuda potiſſimùm recenſet, quòd ex eo deſcenderit Saluator.

7 Turbator Iשſraאelis, עוכר ישראל qui turbauit Iſraelem. In Ioſua, cap. 7. a. 1, vbi factum iſtius narratur, legitur Achan.

19 אEphrath, אפרת Hæc dedit nomen vrbi Ephratha.

21 ʹPoſtea autem ingreſſus eſt חHeצſrón ad filiam Machir ʹpatris Gilעád. ʹipſe nā que acceperat eamquú eſſet ſexaginta annorum, & peperit ei שSegúb.

22 שSegúb autem genuit Iaאír, ʹcui fuerunt viginti tres vrbes in terra Gilעád.

23 ʹCepit verò Geשſúr & Arám oppida Iaאir ab eis, Cenáth, & viculos eius, ſexaginta ciuitates. omnes iſtæ *ſunt urbes* filiorum Machir patris Gilעád.

24 Poſteaquam autē mortuus eſt חHeצſrón ʹin Chaléb אEphrátha, tum vxor חHeצſrón Abiiáh peperit ei Aשſחhúr ʹpatrem Thecóaע.

25 Fuerunt autem filii Ieraחhmeאél primogeniti חHeצſrón, primogenitus Rám, & Bunáh, & אOren, & אOצſem, & Aחhiiáh.

Ierameel.

26 Fuit & vxor altera ipſi Ieraחhmeאél, cuius nomē erat עAtaráh, ipſa eſt mater אוOnám.

27 Fuerunt autem filii Ram primogeniti Ieraחhmeאél: Máעaצs & Iamin & עEcer.

28 Fuerunt verò filii אוOnám: שSammái, & Iadáע. & filii שSāmái: Nadáb, & Abiשſúr.

29 Et nomen vxoris Abiשſúr, Abiháil, quæ peperit ei Aחhbán & Molid.

30 Filii autem Nadáb: סSéled, & Appáim. mortuúſque eſt סSéled abſque liberis.

31 Filii autem Appáim: Iשſעi. filii verò Iשſעi: שSeשſán. & filii שSeשſán: Aחhalái.

32 Filii autem Iadáע fratris שSammái: Iéther, & Ionathán. & mortuus eſt Iéther abſque liberis.

33 Filii autē Ionathán: Péleth, & Zazá. iſti fuerūt filii Ieraחhmeאél.

34 Non fuerunt autē ipſi שSeשſán ʹfilii, ſed filiæ. ipſi præterea שSeשſán fuit ſeruus AEgyptius, cuius nomen erat Iarחháע.

35 Et dedit שSeשſán filiam ſuam ipſi Iarחháע ſeruo ſuo in vxorem, quæ peperit ei עAthái.

36 עAthái autem genuit Nathán: Nathán autem genuit Zabád.

37 Zabád autem genuit אEphlál. אEphlál autem genuit עוObéd.

38 עוObéd autem genuit Iehú: Iehú autem genuit עAzariáh.

39 עAzariáh autē genuit חHeléצs: חHeléצs autē genuit אElעaשſáh.

40 אElעaשſáh autē genuit סSiסſemái: סSiסſemái autē genuit שSallū

41 שSallúm autem genuit Iecamiáh: Iecamiáh autem genuit אEliשſamáע.

Filii Caleb filii Eſron.

42 Filii autem Chaléb fratris Ieraחhmeאél: Meשſáע primogenitus eius: ʹipſe fuit pater Ziph, & filiorū Mareשſáh, & pater חHebrón.

43 Et filii חHebrón: Córaחh & Thappúaחh, & Récem, & שSémaע.

44 שSémaע autem genuit Raחhám patrem Iorceעám, & Récem genuit שSamái.

45 Filius autē שSamái: Maעón. Maעón autē fuit ʹpater Beth-צſúr.

46 עיEpha autē concubina Chaléb peperit חHarán, & Moצſá, & Gazéz: ″& חHarán genuit Gazéz.

21 Poſt hæc ingreſſus eſt Heſron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam quum eſſet annorum ſexaginta: quæ peperit ei, Segub.

22 Sed & Segub genuit Iair, & poſſedit viginti tres ciuitates in terra Galaad.

23 Cepitque Geſſur & Aram oppida Iair, & Canath & viculos eius ſexaginta ciuitatum. omnes iſti, filii Machir patris Galaad.

24 Quum autem mortuus eſſet Heſron, ingreſſus eſt Caleb ad Ephratha. habuit quoque Heſron vxorē Abia, quæ peperit ei Aſhur patrē Thecuæ.

D

25 Nati ſunt autem filii Ierameel primogeniti Heſron, Rā primogenitus eius, & Buna & Arā, & Aſō & Achia.

26 Duxit quoque vxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam.

27 Sed & filii Ram primogeniti Ierameel, fuerunt, Moos, Iamin & Achar.

28 Onam autem habuit filios Semei & Iada. filii autem Semei: Nadab & Abiſur.

29 Nomen verò vxoris Abiſur, Abiháil, quæ peperit ei Ahobban & Molid.

30 Filii autem Nadab fuerunt, Saled, & Appháim. mortuus eſt autem Saled abſque liberis.

E

31 Filius verò Appháim, Ieſi, qui Ieſi genuit Seſan. Porrò Seſan genuit Oholai.

32 Filii autem Iada fratris Semei: Iether & Ionathan: ſed & Iether mortuus eſt abſque liberis.

33 Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. iſti fuerunt filii Ierameel.

34 Seſan autem non habuit filios, ſed filias & ſeruum AEgyptium, nomine Ieraa.

35 Deditque ei filiam ſuam vxorem: quæ peperit ei Ethei.

36 Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad,

37 Zabad quoque genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed,

38 Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam,

39 Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elaſa,

40 Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi genuit Sellum,

41 Sellum genuit Icamiam, Icamia autem genuit Eliſama.

F

42 Filii autem Caleb fratris Ierameel: Meſa primogenitus eius, ipſe eſt pater Ziph: & filii Mareſa patris Hebrō.

43 Porrò filii Hebron, Core, & Thaphua & Recem & Samma.

44 Samma autē genuit Rahā patrem Iercaam, & Recem genuit Sammâi.

45 Filius autē Sammâi Maon: & Maō pater Beth-ſur.

46 Epha autem concubina Caleb peperit Haran, & Moſa, & Gezez. porrò Haran genuit Gezez.

21 Poſtea autem ואחר .i. Poſteaquam iſti geniti fuerunt. Patris Gilעád אבי גלעד .i. principis regionis Galaad. Ipſe nanque acceperat eam, &c. והוא לקחה והוא בן ששים שנה Ad verbū, & ipſe accepit eam, & erat filius ſexaginta annorū. Acceperat eam, ſub. in vxorem vel concubinam. 22 Cui fuerunt, &c. ויהי לו וגו׳ .i. qui fuit dominus vigintitrium vrbium, quas illi dederūt cognati auiæ eius, filii Machir. 23 Cepit verò, &c. ויקח גשור וארם וגו׳ .i. Ceperunt Geſſuræi & Aramæi oppida Iair ab illis, nempe filiis Iair incolis earum, quas poſtea recepit Dauid. 24 In Chaléb אEphrátha, בכלב אפרתה Nomen vrbis, ſic dictæ à viro & vxore: ea eſt Beth-léhem Ephrátha. Patrē Thecóaע אבי תקוע .i. qui poſtea fuit princeps Thecoa. 34 Filii, בנים ſub. viuentes tū quum moreretur. nam filius eius de quo paulo antè verſu 31, obierat ipſo viuēte: ideo ſolas filias reliquit hæredes. ita Hebræi. 42 Ipſe *fuit* pater, &c. הוא אבי זיף ובני מרשה אבי חברון: Hebraiſmus, fuit princeps habitantium in Ziph, & ciuium vrbis Mareſah, & princeps Hebron. Redit ad generationem Chaleb fratris Ierameel, & Ram, ſiue Aram, filiorum Eſrom. 45 Pater Beth-צſur. אבי בית־צור: .i. princeps vrbis Beth-ſur. 46 Et חHaran genuit Gazez. והרן הוליד את־גזז: Fuit ergo Haran frater Gazez, & pater alterius Gazez.

Filii autē Iahaddái: Regum & Ioatham & Geſan & Phalet & Epha & Saaph.

Concubina Caleb,Maacha,peperit Saber,& Tharana.

Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrē Macbena, & patrē Gabaa.filia verò Caleb,fuit Achſa.

Ii erant filii Caleb,filii Hur primogeniti Ephrátha,Sobal pater Cariath-iarim.

G Salma pater Beth léhem, Hariph pater Beth-gader.

Fuerunt autem filii Sobal patris Cariath-iarim,qui videbat dimidiū Requietionum.

Et de cognatione Cariath-iarim, Iethrei, & Phuthei, & Semathei, & Maſerei. ex iis egreſſi ſunt Saraitæ & Eſthaolitæ.

Filii Salma:Beth-léhē,& Netophathi, Coronæ domus Ioab, & dimidiū Requietionis Sarai.

Cognationes quoque ſcribarū habitantium in Iabes, Canentes atque Reſonantes,& In tabernaculis cōmorātes.ii ſunt Cinæi qui venerūt de Calore patris dom⁹ Rechab. Cap. III.

Dauid verò hos habuit filios,qui ei nati ſunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: ſecūdum Daniel de Abigail Carmelitide,

Tertium Abſalom filium Maacha filiæ Tholmai Regis Geſſur: quartū Adoniam filium Aggith:

Quintum Saphatiam ex Abital: ſextum Ietraham de Egla vxore ſua.

Sex ergo nati ſunt ei in Hebron,vbi regnauit ſeptem annis & ſex menſibus. triginta autem & tribus annis regnauit in Ieruſalem.

1.Reg.5.c.14 B Porrò in Ieruſalē nati ſūt ei filii Simmaa, & Sobab, & Nathā, & Salomō, quatuor de Beth-ſua filia Ammiel:

Iebahar quoque & Eliſama,

Et Eliphalet,& Noge,& Nepheg, & Iaphia,

Necnon Eliſama,& Eliada,& Eliphélet,nouem.

Omnes hi, filii Dauid,abſque filiis concubinarum: habuerúntque ſororem Thamar. 2.Reg.13.a.1

Filius autē Salomonis, Roboam: cuius Abia filius genuit Aſa. de hoc quoque natus eſt Ioſaphat,

Pater Ioram:qui Ioram genuit Ochoziam,ex quo ortus eſt Ioas:

Et hui⁹ Amaſias filius, genuit Azariam. porrò Azariæ filius Ioatham,

47 Filii autem Iaחhdái:Régem,& Iothám, & Geשſán, & Phélet, & עEpháh,& שSayáph.

48 Concubina Chaléb,Mayacháh,peperit שSéber & Thirחhanáh:

49 Peperit & שSayáph patrem ʹMadmannáh, שSeuáh patrē Machbenáh,& patrem Gibyá.filia autem Chaléb,yAchסáh.

50 Iſti fuerunt filii ʹChaléb filii חHur primogeniti Ephrátha,שSobál pater Ciriath-ieyarím.

51 שSalmá ʹpater Beth-léחhem,חHaréph pater Beth-gadér.

52 Fuerunt autem filii ipſi שSobál patri Ciriath-ieyarím,ʹqui contemplabatur dimidium Hamenuחhóth.

53 ʹEt familiæ Ciriáth-ieyarim:ʹIthræus,& Puthæus,& שSumathæus, & Miשſraʹyithæus. ab iſtis ʹegreſſi ſunt צSorayathæus & אEשſthaulitæus.

54 Filii שSalmá: Beth-léחhem & Netophathi, diademata domus Ioáb,ʹ& dimidium Manaחhethorum צSorʹyi.

55 Et familiæ ʹſcribarum habitantiū in Iaybéצs,Thirחhathæi,שSimyathæi,שSuchathæi.hi ſunt Cinnæi qui venerunt de חHamáth ʹpatris domus Recháb.

Cap. III.

1 Iſti autē fuerunt filii Dauidis, qui nati ſunt ei in חHebrón: primogenitus Amnón ex Aחhinóyam Izreאyelithide: ſecundus ʹDaniאél ex Abigáil Charmelithide,

2 Tertius Abשſalóm filius Mayacháh filiæ Thalmái Regis Geשſúr:quartus Adoníah filius חHaggíth.

3 Quintus שSephatiáh de yAbital: ſextus Ithreyám ex yEgláh vxore ſua.

4 Sex nati ſunt ei in חHebrón:& regnauit ibi ſeptem annis & ſex menſibus:& triginta tribus annis regnauit in Ieruשſaláim.

5 Iſti autē nati ſunt ei in Ieruשſaláim: שSimyá,& שSobáb,& Nathán,& שSelomóh,quatuor ʹde Bath-שſúay filia yAmmiאél.

6 Et Ibחhár,ʹ& אEliשſamáy, & אEliphélet,

7 Et Nogáh,& Népheg,& Iapiáy,

8 Et אEliשſamáy,& אEliadáy,& אEliphélet,nouem.

9 Omnes *hi ſunt* filii Dauidis,præter filios concubinarum:& Thamár ʹſoror eorum.

10 Filius autem שSelomóh fuit Reחhabyám,ʹAbiiáh filius eius,Aסsá filius eius,Iehoשſaphát filius eius,

11 Iorám filius eius,Aחhaziáhu filius eius,Ioáשs filius ʹeius,

12 Amaצſiáhu filius eius,yAzariáh filius eius,ʹIothám filius eius,

Maacha.

Achſa.

Filii Dauid.

Excelſa.

Reges Iuda à Salomone vſque ad Sedeciam.

49 Madmānáh,&c. מדמנה וגו׳ Patrem pro principe accipit, vt & ſuprà,& etiam infrá. 50 Chaléb filii חHúr כלב בן חור Alter Chaleb fuit filius Hur primogeniti Ephratha filiæ prioris Chaleb filii Eſrom,qui auus erat huius,& hic illius nepos.

51 Pater Beth-léחhem, אבי בית־לחם .i.princeps ciuium Beth-lehem.Sic mox. 52 Qui contemplabatur,&c.: הרואה חצי המנוחות qui aſpiciebat dimidiū Hamenuhoth. i.qui curam gerebat,ſiue princeps erat dimidii loci qui dicebatur Hamenuhoth.i.requietiones. fortè à fertilitate agri & amœnitate loci ita dicti. Hic enim רואה principem ſignificat. nam principis eſt contemplari ſuos.

53 Et familiæ ומשפחות Et cognationes. Ithræus,&c. היתרי וגו׳ Singularia pro plur. Egreſſi ſunt יצאו Iſta egreſſio aut ſignificat cognationē & genus, aut colonias ab iſtis deductas. 54 Et dimidium,&c. וחצי המנחתי הצרעי: Ordo inuerſus, pro Soræi, appoſitiuè,dimidia pars Manahethorū,ab vrbe Mana.Vel ita,Haſori erat dimidia pars eorum qui habitabat Manahath. 55 Scribarū סופרים id eſt iuriſperitorum,doctorum virorum. Patris domus Rechab. אבי בית־רכב: patre Rechabitarum.hi abſtinebant à vino.vide Iere.35.a.6

IN CAPVT III.

1 Daniאél דניאל Iſte 2.Samu.3.a.3,dicitur Chilab,ſiue Cheleab. Matrem dicit fuiſſe Charmelithidē,quòd fuiſſet vxor Nabal Charmelitæ. Quæ hoc capite ſcribuntur, propter genealogiā Chriſti præcipuè ſcripta ſunt. 5 De Bath-שſuaע filia עAmm. לבת־שוע בת־עמיאל: Hæc 2.Samu.11.a.3, dicitur Bath-ſeba filia Eliam. Hic Salomon quartus eſt ex filiis Bath-ſua: ſed tres priores fuerunt filii Vriæ adoptati à Dauide:ſolus autem Salomon fuit vnus & ſolus filius naturalis Dauidis ex Beth-ſua. Prior qui natus eſt ex adulterio,& mortuus eſt die octauo, non recenſetur inter filios Dauidis. 6 Et אEliשſamáh,& אEliphélet.: ואלישמע ואליפלט Hi duo bis repetuntur,quod mirū videri poteſt: nam & hac re offenſi Græci,diſtinxerunt hæc nomina.Reuera fuerunt nouem. Quum enim Dauid vni è filiis ſuis indidiſſet nomen Eliſama,ſtatim poſt natiuitatem eius mortuus eſt,ob id primus poſt illum mortuum natus,eodem vocatus eſt nomine.Idem de Eliphelet agendum. Hîc igitur enumerantur omnes filii mortui ac viuentes:in Regibus,viuentes tantúm.

9 Soror e. אחותם: ex parte quidem patris:nam ſolius Abſalom fuit ſoror vterina. 10 Abiiáh filius eius, &c. אביה בנו וגו׳ Iſtud & ſequentia verteris rectè,cuius filius fuit Abiiáh,cuius filius fuit Aſa,&c. 12 Iotham יותם Hic fuit ex nepotibus Azariæ,non filius. Vox Hebræa בן filium ſignificat & nepotem vt ſæpius dictum fuit.

Anחáz filius eius, חHizciiáhu filius eius, Menaשſſéh filius eius, 13
Amón filius eius, Iאoשſiiáhu filius eius. 14

Filii Ioſiæ. Filii autem Iאoשſiiáhu: primogenitus ′Iohanán, ſecũdus Iehoiacim, tertius צSidciiáhu, ″quartus שSallúm. 15
Filii autẽ Iehoiacim: Iechoniáh filius eius, צSidciiáh filius eius. 16
Filii autem Iechoniáh: Aסſír, ″שSealthiאél filius eius, 17
′Et Malchirám, & Pedaiáh, & שSenaאצſár, Iecamiáh, Hoשſamáy, & Nedabiáh. 18
Filii autem Pedaiáh: ″Zerubbabél & שSimעi, ″& filius Zerubbabél, ″Meשſullám, & חHananiáh: ″& שSelomíth ſoror eorum: 19
Et חHaשſubáh, & אOhél, & Berechiáh, & חHaסſadiá, Iuשſabחéסſed, ″quinque. 20
″Filius autem חHananiáh: Pelatiáh, & Ieשſayiáh: ″filii Rephaiáh filii Arnán, filii עObadiáh, filii שSechaniáh. 21
Et filii שSechaniáh: שSemaעaiáh. filii autem שSemaעaiáh, חHattúשs, & Igál, & Bariáחh, & Neעariáh, & שSaphát, ″ſex. 22
Filius autẽ Neעariáh: אElioעenái, & חHizciiáh, & עAzricám, tres. 23
Filii autem אElioעenái: Hodauiáhu, אEliaשſib, & Pelaiáh, & עAccub & Iohanán, & Dalaiáh, & עAnáni, ſeptem. 24

Cap. IIII.

Genealogia filiorum Iuda. Filii Iehudáh: Péreץs, ″חHeצſrón, & Charmi, & חHúr, & שSobál. 1
Reaiáh autem filius שSobál genuit Iáחhath, Iáחhath autem genuit Aחhumái, & Láhad: iſtæ familiæ צSorעathí. 2
″Et iſtæ *familiæ* patris עEtám: Izreאעél, & Iשſmá, & Idbáשs: & nomen ſororis eorum צSelelphoni. 3
Penuél autem pater Gedór, & עEzer pater חHuשſáh. Iſti filii חHúr ′primogeniti אEphrátha patris Beth-léחhem. 4

Aſhur. ′Aשſחhúr autem patri Thecóaע fuerunt duæ vxores, חHeláh & Naעaráh. 5
Et peperit ei Naעaráh, Aחhuzám, & חHépher, ″& Themení, & אAחhaשſtharí. iſti filii Naעaráh. 6
Filii autem חHeláh: צSéreth, & Ieצſóחhar, & אEthnán. 7
″Cóץs autem genuit עAnhúb, & Haצſobebáh, & familias Aחharחhél filii Harúm. 8

Iabes. Fuit autẽ autem Iaעabéץs ′honorabilior fratribus ſuis: & mater ei⁹ vocauit nomẽ eius Iaעabéץs, dicẽdo, Quia peperi eũ *cum* dolore. 9

Oratio Iabes. Et inuocauit Iaעabéץs Deum Iשſraאelis, dicẽdo, ″Si benedicen- 10

---

13 Procreauit Achaz patrẽ Ezechiæ, de quo natus eſt Manaſſes.
14 Sed & Manaſſes genuit Amon patrem Ioſiæ.
15 Filii autem Ioſiæ fuerunt: primogenitus Iohanan, ſecundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum.
16 ‖De Ioacim natus eſt Iechonias & Sedecias. Matth.1.b.11.
17 Filii Iechoniæ fuerunt: Aſir, Salathiel,
18 Melchiram, Phadaia, Senneſer & Iecemia, Hoſama, & Nadabia.
19 De Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Moſollam, Hananiã, & Salomith ſororẽ eorum: D
20 Haſaba quoque & Ohol & Barachiam, & Haſadiam, Ioſabhéſed, quinque.
21 Filius autem Hananiæ: Phaltias pater Ieſeiæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnã de quo natus eſt Obdia, cuius filius fuit Sechenias.
22 Filius Secheniæ: Semeia, cuius fili i, Hattus, & Iegaal, & Baria, & Naaria & Saphat, ſex numero.
23 Filius Naariæ: Elioenái, & Ezechias, & Ezricam, tres.
24 Filius Elioenái, Oduia, & Eliaſub, & Pheleia & Accub & Iohanam & Dalaia & Anani, ſeptem.

Cap. IIII.

1 Filii Iuda: ‖Phares, Heſrõ, & Charmi, & Hur, & Sobal. Suprà 2.a.4 Gene.38.g.29, & 46.b.12
2 Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati ſunt Habumai & Laad. hæ cognationes Sarathi.
3 Iſta quoque ſtirps Etam: Iezrahel & Ieſema & Iedebos. nomen quoq; ſororis eorum, Hſalelphuni.
4 Phanuel autẽ pater Gedor, & Ezer pater Hoſa, iſti ſunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Beth-léhem.
5 Aſhur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naraa.
6 Peperit autem ei Naara Oozam & Hepher & Themani & Ahaſthari. iſti ſunt filii Naara.
7 Porrò filii Halaa: Séreth, & Sahar & Ethnan. B
8 Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filii Arum.
9 Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore.
10 Inuocauit verò Iabes Deum Iſrael,

---

15 Iohanán יוחנן Hic dicitur 2.Reg.23.f.30, Iehoahaz, erátq; minor natu ipſo Iehoiacim. Primogenitus ergo dicitur nõ natiuitate, ſed dignitate: quia adeptus eſt regnũ ante fratrem ſuũ Iehoiacim, ſiue Eliacim maiorẽ natu. Primogeniti nomẽ duobus modis accipitur, natura, aut dignitate. Quartus שSallúm. הרביעי שלום: In 2.Reg.23.f.30.g.33, & 24.b.17, tribuũtur Ioſiæ tãtùm tres filii: nã illic omittitur Sellum, quòd nõ ſit aſſequutus dignitatẽ illã regiã. 17 שSealthiאél שאלתיאל Iechonias fuit auus Sealthiel, nõ pater reuera. Auus autẽ dicitur gignere nepotẽ, quia eius patrẽ genuit. 18 Et Malchirã, ומלכירם Mãca eſt oratio: deeſt enim, Et hi fuerũt filii Sealthiel, Malchirám, & Pedaiáh, &c. aut in fine huius verſus aliquid ſubaudies, ſic, Et Malchirám, & Pedaiáh, &c. fuerũt filii Sealthiel. 19 Zerubbabél זרובבל Matthæus dicit cap.1.b.12, quòd Salathiel genuit Zorobabelẽ: hic verò Zorobabel dicitur filius Pedaiæ. Hebræi dicunt Filiũ hîc pro nepote accipi: & qui patrẽ genuerit, filiũ quoque videri genuiſſe. Neque dicendũ eſt Salathielem & Pedaiã eundẽ eſſe. Et filius Zerub. ובן זרובבל Sing. Heb. pro plur. filii Zerubbabel. Meשſullám, משולם Alio nomine dicitur Abiud. Et שSelomith ושלמית Hæc fuit ſoror duorũ præcedentium, non ſequentiũ: propterea ſeparauit eam à reliquis. 20 Quinque. חמש: ſub. fuerunt filii Zerubbabel. 21 Filius autem ובן Sing. Heb. pro plur. Et filii, &c. Filii Rephaiáh, &c. בני רפיה וגו׳ Enumerat filios cum patribus, aut patres cũ filiis. q.d. Rephaia, & filii eius, &c. Vel, Rephaia, Arnan, &c. cum fiiis eorum, dicuntur filii Hananiæ: nam & nepotes dicuntur filii. 22 Sex. ששה: Comprehenſo ſcilicet patre Semaaiah. nam quinque filios eius tantùm enumerat. Aut dic nomen vnius eſſe omiſſum.

IN CAPVT IIII.

1 חHeצſrón, חצרון Hic fuit filius Peres, non Iudæ: ſolus Peres eſt filius: reliqui, nepotes. 3 Et iſtæ *familiæ* patris אEtám: ואלה אבי עיטם Iſti autem *filii* patris עEtam. i. principis illius loci. Pater pro principe etiam in ſequentibus locis ſumitur. 4 Primogeniti בכור Hur dicitur hîc primogenitus matris, non patris Chaleb, quia ex alia vxore alium habuit primogenitũ. Item hic vocatur princeps Beth-léhem, quum fuerit eius filius Salma: ſed filii principatus tribuitur patri. 5 Aשſחhúr autẽ ולאשחור Iſte fuit filius poſthumus Eſron ex Abia vxore, cuius filii fuerũt principes Thecoah, non ipſe pater. 6 Et Themení, & Aחhaשſtharí, ואת תימני ואת האחשתרי Nomina gentiũ, non autem propria. q.d. Themenæos & Aſtharæos. 8 Coץs autem וקוץ Deſcribit generationem Cos, quanuis patrem eius nõ exprimat, nec antea meminerit. 9 Honorabilior, &c. נכבד מאחיו clarus [inclytus, glorioſus] præ fratribus ſuis. A matre dictus fuit Iabes, quod dolorem ſignificat: à patre autem dictus fuit Othoniel. Fuit autem clariſſimus, tum quia percuſſit ciuitatem Ciriath-ſepher, vt legimus, Iudicum 1.c.12, tum quòd doctor fuit inſignis, deditque nomen vrbi in qua habitabant ſcribæ & legiſperiti. 10 Si benedicendo, &c. אם ברך תברכני וגו׳ Hebraiſmus, Si cœptis meis aſpiraueris, & dilataueris patriam meam, & tuleris mihi opem in hoc bello.

dicẽs, Si benedicẽs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia nõ opprimi. Et præſtitit Deus quæ precatus eſt.

11 Chelub autẽ frater Sua, genuit Mahir, qui fuit pater Eſthon.

12 Porrò Eſthon genuit Beth-rapha, & Pheſſe, & Thinna patrẽ vrbis Naas. ii ſunt viri Recha.

C 13 Filii autem Cenez: Othoniel, & Saram. porrò filii Othoniel, Hathath & Maonathi.

14 Maonathi Genuit Ophra. Saraia autem genuit Ioab patrẽ Vallis artificum: ibi quippe artifices erant.

15 Filii vero Caleb filii Iephone: Hir, & Ela, & Naham. filiique Ela: Cenez.

16 Filii quoque Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria, & Aſrahel.

17 Et filii Ezra: Iether, & Mered, & Epher, & Ialon, genuitque Mariam, & Sammái, & Ieſba patrem Eſthamo.

18 Vxor quoque eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrẽ Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. ii autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.

D 19 Et filii vxoris Odaiæ ſororis Nahã patris Ceila, Garmi, & Eſthamo, qui fuit de Machathi.

20 Filii quoq; Simõ: Amnon, & Rinna filius Hanan, & Thilon. & filii Ieſi: Zoheth & Benzoheth.

Gene.38.a.1 21 ¶Filii Sela, filii Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & cognationes domus operãtium byſſum in domo Iuramenti.

22 Et Qui ſtare fecit ſolẽ, viriq; Mẽdacii, & Securus & Incẽdẽs, qui principes fuerunt in Moab, & Qui reuerſi ſunt in Lahẽ. hæc autẽ verba vetera.

23 Hi ſunt figuli habitãtes in Plãtationibus & in Sepibꝰ, apud Regẽ ĩ operibus eius, cõmoratique ſunt ibi.

Gene.46.b.10 exod.6.c.15 24 Filii Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul.

E 25 Sellum filius eius, Mabſam filius eius, Maſma filius eius.

26 Filii Maſma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius.

27 Filii Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuerſa cognatio non potuit adæquare ſummam filiorũ Iuda.

28 Habitauerunt autem in Berſabee & Molada & Haſar-ſuhal,

29 Et in Bala, & in Aſõ, & in Tholad,

30 Et in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg,

31 Et in Beth-marchaboth, & in Haſar-ſuſim, & in Beth-berai, & in Saa-

do benedixeris mihi, & auxeris terminũ meum, fuerítque manus tua mecum, ″& feceris *liberationem* à malo, ne dolore afficiar. ″Et euenire fecit quod petiit.

11 Chelúb autem frater שSuחháh genuit Meחhír: ipſe eſt ″pater אEשſthón.

12 ″אEשſthón autem genuit Beth-raphá, & Paסéaחh, & Theחhinnáh patrem vrbis Naחháשs. iſti viri Recháh.

13 Filii autem ″Cenáz: עOthniאél, & שSeraiáh. filii autem עOthniאél: חHatháth.

14 Meועonothái autem genuit עOphráh: שSeraiáh autem genuit Ioáb patrem ″Vallis artificum: quia *illic* artifices fuerunt.

15 Filii autem Chaléb filii ″Iephunnéh: עIrú, אEláh, & Naעám. filii autem Eláh: Vcnáz.

Caleb filius Iephone.

16 Filii autem Iehaleleאél: Ziph, & Zipháh, Thiriáh, & Aשſarאél.

17 Et filius עEzráh: Iéther, & Méred, & עEpher, & Ialón: ″& peperit Miriám, & שSammái, & Iשſbáh ″patrem אEשſthemóaע.

18 Vxor autem eius Iehudiiáh peperit Iéred patrem Gedór, & חHéber patrem שSochó, & Iecuthiél patrem Zanóaחh. & iſti filii Bithiáh filiæ Parעóh, ″quam accepit Méred.

19 Filii autem vxoris Hodiiáh ſororis Naחhám patris Ceעiláh: Hagarmí, & אEשſthemóaע Maעachathites.

20 Filii autem שSimón: Amnón, & Rinnáh filius חHanán, & Thilón. filii autem Iשſעi: Zoחhéth, & Ben-zoחhéth.

21 Filii שSeláh, filii Iehudáh: עEr pater Lecháh, & Laעadáh pater Mareשſáh: & familiæ domus ″operis byſſini in domo Aשſbéaע.

Filii Sela.

22 Et Iocím, & viri Chozebá, & Ioáשs, & שSaráph, qui dominati ſunt in Moáb, & Iaשſubi Léחhem, ″& verba antiqua.

23 ″Iſti ſunt figuli, & habitatores Netaעím, & Gederáh: cum Rege in opere eius, habitauerunt ibi.

24 Filii שSimועón: Nemuאél, & Iamín, Iaríb, Zeráחh, שSaואúl.

25 שSallúm filius eius, Mibשſám filius eius, Miשſmáע filius eius.

Genealogia filiorum Simeon.

26 Filii autem Miשſmáע: חHamuאél filius eius, Zacchúr filius eius, שSimעí filius eius.

27 Ipſi שSimעí fuerunt filii ſedecim, & filiæ ſex: fratribus autem eius non fuerunt filii multi, ″& totam familiam ſuam non multiplicauerunt vſque ad filios Iehudáh.

28 Habitauerunt autem in Beאer-שſébaע, & Moladáh, & חHaצſar-שſuעál,

Habitatio eorũ.

29 Et in Bilháh, & in עEצſém, & in Tholád,

30 Et in Bethuאél, & in חHormáh, & in צSiclág,

31 Et in Beth-marchabóth, & in חHaצſar-סſuסím, & ĩ Beth-birאi,

---

Et feceris, &c. ועשית וגו׳ .i. liberaueris me à periculo, ne afficiar dolore. Poſſet & ita iungi, & feceris vt non doleã ob malum. i. accepto incommodo & damno. Eſt enim duplex conſtructio apud Hebræos. Subaudiendum autem, faciam talia & talia. nam tacet quod voto promiſit.

Et euenire fecit ויבא .i. dedit illi talem euentum qualem optabat. 11 Pater אEשſthón. אבי אשתון: .i. princeps illius loci.

12 אEשſthón autem ואשתון Hic Eſthón conditor fuit vrbis Eſthon, cuius principem verſu præcedenti dixerat Chelub, vel Mehir.

13 Cenaz: קנז Hic fuit vitricus Chaleb, aut patruus eius, apud quem educatus eſt.

14 Vallis artificum: גיא חרשים Ge-haraſim. חרש ſignificat artificem, ſiue fabrum cuiuſcũque materiæ, ligni, ferri & ſimilium. Iſte Ioab nõ eſt ille Ioab princeps militiæ Dauidis, cuius mentio fit in 1. Samu. 26. a. 6, & ſæpius in ſecundo Samuelis.

15 Iephunnéh: יפנה Hic eſt qui alio nomine dicitur Eſron. nam aiunt fuiſſe binomium.

17 Et peperit ותהר ſub. ea quæ peperit, vxor nempe Chaleb, vel potius Ezræ: quaſi diceret eum duas habuiſſe vxores ex quarum altera ſuſcepit Miriam. Patrem אבי .i. principem. 18 Quam accepit Méred. אשר לקח מרד: Conciſa oratio, pro, quam duxerat, ſub. Chaleb in vxorẽ, ex qua genuit vnicũ filium Mered. Alii, quam accepit Mered in vxorẽ. ſed prior expoſitio verior, quam Chaleb accepit in vxorem.

21 Operis עבודת opificii. quod opificium exercebatur in domo Aſbea. q. d. illæ familiæ deſcenderunt à Iuda.

22 Et verba antiqua. והדברים עתיקים: quæ ſunt verba vetera. q. d. iſta nomina ſunt virorum veterum.

23 Iſti ſunt figuli, &c. המה היוצרים וגו׳ Iſti ſunt figuli illi clari qui fuerunt in magno pretio tempore Dauidis, qui propter opus Regis habitabant in Netaim & Gedera. Alii, Hi ſunt figuli illi, & qui habitabant inter plantas & ſepes: [.i. qui verſabantur in hortis] cũ ipſo Rege in opere eius. i. propter opus eius habitauerunt ibi. 27 Et totam familiam ſuam, &c. וכל משפחתם וגו׳ .i. non attigit numerum tribus Iuda.

& in שSaעaráim. hæ ciuitates eorum,"donec regnauit Dauid.

32 Et villæ eorũ: עEtám & עAin, Rimmón & Thochén, & עAשſán, ciuitates quinque.

33 Et omnes viculi eorum qui erant in circuitu vrbium iſtarum, vſque ad Báעal."hæc *fuit* habitatio eorum, & genealogia eorũ ipſis,

34 Et Meשſobáb, & Iamléch, & Ioשſáh filius Amaצſiáh,

35 Et Ioאél, & Iehú filius Ioשſibiáh filii שSeraiáh filii עAשſiאél,

36 Et אElioעenái, & Iaעacobáh, & Ieשſonhaiáh, & עAשſaiáh, & עAdiאél, & Ieשſimeאél, & Benaiáh,

37 Et Zizá filius שSiphעi filii Alón filii Iedaiáh filii שSimrí filii שSemaעiáh.

38 Iſti *fuerunt* "qui venerũt per nomina principes in familiis ſuis, & in domo patrum ſuorum multiplicati ſunt "in multitudinem.

39 "Profecti ſunt itaque ad introitum Gedor vſque ad Orientem "vallis illius, vt quærerent paſcua pecoribus ſuis:

Cham ſtirps deleta à filiis Simeon.

40 Et inuenerunt paſcuum pingue & bonum: (terra autem "lata ſpatiis, & qeta, ac trãquilla) "quia de חHám fuerũt habitãtes ibi ãtea.

41 Venerunt autem iſti ſcripti per nomina, in diebus Ieחhizciiáhu Regis Iehudáh, & percuſſerunt "tabernacula eorum, & habitacula quæ inuẽta ſunt illic, interfecerúntque eos vſque ad diem hanc, & habitauerunt loco illorum: quoniam paſcuum pro pecoribus ſuis *erat* ibi.

Amalecitæ percuſſi à filiis Simeon.

42 Præterea *quidam* ex illis filiis שSimעón profecti ſunt in montem שSeעír, viri quingenti: quibus Pelatiáh, & Neעariáh, & Rephaiáh, & עVzziאél filii Iשſעi "præerat.

43 Et percuſſerunt reſiduum "eorum qui euaſerunt ex עAmaléc, & habitauerunt ibi vſque ad diem hanc.

Cap. V.

Genealogia Ruben. Regnum datum Iudæ, & ius duplicis portionis ipſi Ioſeph.

1 Filii autem Reאubén primogeniti Iשſraאélis (ipſe enim *fuit* primogenitus: quum autem violaſſet ipſe torum patris ſui, "data eſt primogenitura eius filiis Ioסſéph filii Iשſraאelis: "nõ tamen vt ipſi attribueretur primogenitura.

2 Iehudáh enim "fortiſſimus fuit inter fratres ſuos, "& princeps ille ex eo, "& primogenitura ipſi Ioסſéph *data eſt.*)

3 Filii *inquam* Reאubén primogeniti Iשſraאelis, חHanóch, & Pallú, חHeצſrón, & Charmí.

4 Filii Ioאél: שSemaעiáh filius eius, Góg filius eius, שSimעí filius eius,

5 Micháh filius eius, Reaiáh filius eius, Báעal filius eius,

Beera.

6 Beאeráh filius eius, quem captiuum deduxit "Thilgáth-pilneאé-סſer Rex Aשſſúr, ipſe princeps *erat* ipſis Reאubenitis.

raim. hæ ciuitates eorũ vſque ad Regem Dauid.

32 Villæ quoque eorum: Etam, & Aen, Remmon, & Thochen, & Aſan, ciuitates quinque. F

33 Et vniuerſi viculi eorũ per circuitũ ciuitatũ iſtarũ vſque ad Baal. hæc eſt habitatio eorũ, & ſedium diſtributio.

34 Moſobab quoque & Iemlech, & Ioſa filius Amaſiæ,

35 Et Ioel, & Iehu filius Ioſabiæ filii Saraiæ filii Aſiel,

36 Et Elioenai & Iacoba & Iſuhaia & Aſaia & Adiel & Iſmiel & Banaia.

37 Ziza quoque filius Sephei filii Allon filii Idaia filii Semri filii Samaia.

38 Iſti ſunt nominati principes in cognationib⁹ ſuis, & in domo affinitatũ ſuarũ multiplicati ſunt vehementer.

39 Et profecti ſunt vt ingrederẽtur in Gador vſque ad Orientem vallis, & vt quærerent paſcua gregibus ſuis.

40 Inuenerúntque paſcuas huberes & valde bonas, & terram latiſſimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerant de ſtirpe Cham. G

41 Ii ergo venerunt quos ſuprà deſcripſimus nominatim, in diebus Ezechiæ Regis Iuda: & percuſſerunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vſque in præſentem diem: habitauerúntque pro eis, quoniã huberrimas paſcuas ibidem repererunt.

42 De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habẽtes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Ieſi:

43 Et percuſſerunt reliquias quæ euadere potuerant Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis, vſque ad diem hanc.

Cap. V.

1 Filii quoque Ruben primogeniti Iſrael (‖ipſe quippe fuit primogenitus eius: ſed quum violaſſet torum patris ſui, data ſunt primogenita ei⁹ filiis Ioſeph filii Iſrael, & non eſt ille reputatus in primogenitum. Gene.35.d.22. & 49.a.4

2 ‖Porrò Iudas qui erat fortiſſimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primogenita autem reputata ſunt Ioſeph) Gene.49.b.9

3 ‖Filii ergo Ruben primogeniti Iſrael: Enoch & Phallu, Eſron & Charmi. Gene.46.a.9 exod.6.c.14

4 Filii Ioel: Samaia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius,

5 Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius,

6 Beera filius eius, quẽ captiuũ duxit Thelgath-phalnáſar rex Aſſyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben.

31 Donec regnauit Dauid. עד־מלך דויד׃ .i. hîc habitauerunt vſque ad tempus quo regnauit Dauid, qui eas reſtituit Iudæis.

33 Hæc *fuit* habitatio, &c. זאת מושבותם וגו׳ Hæc *fuit una* habitatio & genealogia eorum ipſis. q.d. Hæc fuit vna habitationum eorum.

38 Qui venerunt per nomina principes הבאים בשמות נשיאים Hebraiſmus, qui nominatim deſignati ſunt principes. De ſupradictis iam enumeratis à verſu 34, loquitur. In multitudinem. לרוב׃ .i. vehementer. 39 Profecti ſunt itaq; וילכו ſub. propter multitudinem. Vallis illius, הגיא quæ ſcilicet erat iuxta Gedor. 40 Lata ſpatiis, רחבת ידים .i. ſpatioſa. Hæc per parẽtheſim legenda. Quia de חHám, &c. כי מן־חם וגו׳ quia habitatores eius *erant* de *numero* filiorum ח Ham, *qui habitauerant* illic olim.

41 Tabernacula eorum, את־אהליהם tentoria eorum. i. filiorum Ham habitantium in ea regione.

42 Præerat. בראשם׃ Ad verbum, in capite eorum. ſub. fuerunt. 43 Eorum qui euaſerunt ex עAmalec, הפלטה לעמלק Ad verbum, euaſionis עAmalec. i. qui ex Amalec euaſerant ſub Saule & Dauide.

IN CAPVT V.

1 Data eſt primogenitura eius נתנה בכורתו datum eſt ius primogeniture. intellige quãtum ad duplicem portionẽ, non quantũ ad dignitatem. nam primogeniti duplicem portionem accipiebant. Filium Iſraelis vocat Ioſeph, fortaſſe quòd eſſet ipſi Iſraeli patri chariſſimus, & tanquã in deliciis. Gallicè, *Le fils de ſon pere.* Non tamen vt ipſi attribueretur primogenitura. ולא להתיחש לבכורה׃ .i. non tamen vt reputaretur Ioſeph primogenitus, quod ad dignitatem & principatum attinet. 2 Fortiſſimus fuit inter fr. ſ. גבר באחיו Dicitur enim Gene. 49. b. 10, Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Et paulo antè, verſu 8, Te honorabũt fratres tui. Igitur primogenituræ ius, quod ad fructum attinet, erat Ioſeph: quod ad dignitatem, erat ipſius Iudæ. Et princeps ille ex eo, ולנגיד ממנו ſub. erat egreſſurus. q.d. illi erat promiſſum regnũ: imò Rex ille regum Chriſtus venturus erat ex tribu Iuda. Et primogenitura והבכורה Primogeniturã accipit pro fructu & duplici portione quæ debebatur primogenito. 6 Thilgath-pilneאéסſer תלגת פלנאסר Vide libellum interpretationum nominum Hebraicorum in fine huius operis.

7 Fratres autem eius, & vniuerſa cognatio eius, quādo numerabantur per familias ſuas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam.

8 Porrò Bala filius Azaz, filii Sāma, filii Ioel, ipſe habitauit in Aroer, vſq; ad Nebo & Beel-meon.

B 9 Contra Orientalem quoque plagam habitauit vſque ad introitū eremi, & flumen Euphraten. multūquippe iumentorum numerū poſſidebant in terra Galaad.

10 In diebus autem Saul præliati ſunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitauerūntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ reſpicit ad Orientem Galaad.

11 Filii verò Gad eregione eorum habitauerūt in terra Baſan vſq; Selcha.

12 Ioel in capite, & Sapham ſecūdus: Ianai autem & Saphat in Baſan.

13 Fratres verò eorum ſecundum domos cognationum ſuarum, Michael & Moſollā & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, ſeptem.

14 Ii filii Abihail, filii Huri, filii Iara, filii Galaad, filii Michael, filii Ieſeſi, filii Ieddo, filii Buz.

15 Ahi filius Abdiel, filii Guni, princeps domus in familiis ſuis.

C 16 Et habitauerunt in Galaad & in Baſan & in viculis eius, & in cunctis ſuburbanis Saron, vſque ad terminos,

17 Omnes hi numerati ſunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Iſrael.

18 Filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe, viri bellatores, ſcuta portantes, & gladios, & tendētes arcum, eruditiq; ad prælia, quadragintaquatuor millia, & ſeptingēti ſexaginta procedentes ad pugnam.

19 Dimicauerunt contra Agarenos: Ithuræi verò, & Naphis, & Nodab,

20 Præbuerunt eis auxilium: tradítique ſunt in manus eorum Agareni, & vniuerſi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt quū præliarentur: & exaudiuit eos, eo quòd credidiſſent in eum.

21 Ceperūntque omnia quæ poſſederant, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & aſinos duo millia, & animas hominum centum millia.

D 22 Vulnerati autē multi corruerūt: fuit enim bellum Dei: habitauerúntque pro eis vſque ad tranſmigrationem.

23 Filii quoque dimidiæ tribus Manaſſe poſſederūt terram à finibus Baſan vſque Baal, Hermon & Sanir, & mōtem Hermon. ingens quippe numerus erat.

7 Fratres autem eius per familias ſuas, quum recenſiti fuerunt ʹper generationes ſuas, princeps fuit Ieyiél & Zechariáhu.

8 Et Beláy filius yAzán filii שSémay filii Ioאél: ipſe habitabat in yAroyér, vſque ad Nebó & Bayal-Meyón.

Habitatio filiorum Ruben.

9 Ab Oriente quoque habitauit vſque ad introitum deſerti, à flumine Peráth: quia greges eorū multiplicati fuerūt ī terra Gilyád.

10 In diebus autē שSaאúl fecerunt bellum cum Hagarenis, & ceciderunt per manum eorum, habitauerúntque in tabernaculis eorum ſuper omnem faciem Orientis ʹ*terræ* Gilyád.

Filiorum Gad habitatio.

11 Filii verò Gad ʹeregione ipſorum habitauerunt in terra Baשſán vſque סSalcháh,

12 Ioאél dux, & שSaphám ʹſecundus: Iayanái autem & שSaphát ʹin Baשſán.

13 ʹFratres verò eorum ʹper domos patrum ſuorum, Michaאél, & Meשſullā, & שSebáy, & Iorái, & Iayachán, & Zíay, & yEber, ſeptē.

14 Iſti *fuerunt* filii Abiחháil, filii חHurí, filii Iaróaחh, filii Gilyád, filii Michaאél, filii Ieשſiשſái, filii Iaחhadó, filii Buz:

15 *Et* Aחhi filius yAbdiאél, filii Guní ʹprincipes per domos patrum ſuorum.

16 Habitauerunt autem in Gilyád ʹin Baשſán, ʹ& in viculis eius, & in vniuerſis ſuburbanis שSarón vſque ad ʹexitus eorum.

17 Omnes hi ʹrecenſiti fuerant in diebus ʹIothám Regis Iehudáh, & in diebus Iarobyám regis Iשſraאelis,

Ruben, Gad, & Manaſſe filii, quales.

18 *Fuerunt autem* filii Reאubén, & Gaditæ, & dimidia tribus Menaשſéh, ʹde filiis robuſtis, viris portātibus ſcutum & gladium, & tendentibus arcum, ʹ& edoctis bello, quadraginta quatuor millia, ſeptingenti & ſexaginta, ʹegredientes ad pugnam.

19 ʹFecerunt quoque bellum cum Hagarenis, & Ietúr, & Naphíשs, & Nodáb.

Orantes in fide, dum præliantur, vincunt Agarenos.

20 ʹEt adiuti ſunt contra eos, traditíque ſunt in manum ipſorum Hagareni, & vniuerſi ʹqui erant cum eis: quia ad Deum clamauerunt in bello, ʹ& exorabilē ſeſe præbuit eis, quia ſperauerūt in eo.

Spolia opima.

21 Et prædati ſunt armēta eorum, *ex* camelis eorum quinquaginta millia: & *ex* pecudibus ducenta & quinquaginta millia, & aſinorum duo millia, ʹ& animarum hominum centum millia.

Bellum Dei.

22 Quia ʹvulnerati multi corruerunt, ʹquòd à Deo fuiſſet cōflictus ille: & habitauerunt pro eis ʹvſque ad tranſmigrationem.

Filiorum dimidiæ tribus Manaſſe habitatio.

23 Filii autem dimidiæ tribus Menaשſéh habitauerunt in *ea* terra, à Baשſán vſq; ad Báyal חHermón, & שSenír, & mōtem חHermón, ʹ*quòd* multiplicati eſſent.

7 Per generationes ſuas, לתולדותם .i. quando attributi ſiue deſignati fuerunt generationibus ſuis. q.d. per generationes cuiuſque.

10 *Terræ* Gilyád. לגלעד: *montis* Gilyád. i. occupauerunt totam illam regionem Orientalem quæ contigua erat regioni Gilyad.

11 Eregione ipſorum לנגדם iuxta illos. 12 Secundus: המשנה .i. ſecundus dignitate ab illo Ioel. Recenſet eos qui inter Gaditas primas tenebant. In Baשſán. בבשן: q.d. inter filios Gad qui erant in Baſanitide regione.

13 Fratres verò eorum ואחיהם ſub. proximi dignitate. i. tertii à Ioel dignitate, & poſt Sapham ſecundi. Deſcribit ſingularum familiarum principes. Per domos patrum ſ. לבית אבותיהם per domos familiarum ſuarum. i. per familias ſiue cognationes ſuas.

15 Principes ראש Sing. Heb. pro plur. hi principes fuerunt in domibus maiorum ſuorum. Ad verbum, caput in domibus, &c.

16 In Baשſán, בבשן Baſan dicitur & metropolis Baſanitidis regionis, & tota regio. Hic melius pro metropoli. Et in viculis eius, ובבנותיה nempe ipſius, Baſan. Ad verbum, & filias eius. Quum metropolis ſit Baſan, omnéſque aliæ vrbes dicantur matres, par eſt vt viculi dicantur filiæ. Exitus eorum. תוצאותם: Sic vocat fines & terminos. 17 Recenſiti fuerant התיחשו numerati fuerāt. Iotham. יותם De hoc vide 2. Reg. 15. a. 5. b. 7. 18 De filiis robuſtis, מן־בני־חיל Hebraiſmus, ex fortiſſimis: vel viri fortes, hoc eſt bellatores, qui poterant portare ſcutum, & gladium geſtare. Et edoctis bello, ולמודי מלחמה & peritis belli. ſiue aſſuetis bello. Egredientes ad pugnam. יוצאי צבא: Hebraiſmus, parati conſerere manus cum hoſte. 19 Fecerunt quoque ויעשו ſub. qui ſequūtur. Hi fuerunt filii Iſraelis qui dederunt nomina iſtis populis. 20 Et adiuti ſunt ויעזרו ſub. à Deo. q.d. qui virtute Diuina ſuperarunt Hagarenos. Qui erant cum eis: שעמהם .i. qui ſequebantur partes Hagarenorum. Et exorabilem ſeſe præbuit eis, ונעתור להם ſub. Deus. Alii, & placatus eſt eis. Sic accipitur in Niphal coniug. 21 Et animarum hominum ונפש אדם Animas pro hominibus poſuit. 22 Vulnerati חללים .i. interfecti. Quòd à Deo fuiſſet cōflictus כי מהאלהים המלחמה .i. quòd Deus fuiſſet author huius conflictus. Vſque ad tranſmigrationē. עד־הגולה: .i. vſque ad tempus quo fuerunt ducti captiui à Rege Aſſyriorum: hoc eſt vſque ad illam inſignem captiuitatem & tranſmigrationem.

23 *Quòd* multiplicati eſſent. המהרבו: Ad verbum, ipſi multiplicati ſunt. q.d. præ multitudine magna occupauerunt omnia loca à Baſan vſque ad montem Baal Hermon.

Iſti autem ʹcapita domus patrũ eorum, עEpher, & Iשſעi, & אE-liאél, & עAzriאél, & Irmeiáh, & Hodauiáh, & Iaחhdiאél, viri ʺfortes robore, viri nominum, capita domui patrum ſuorum. 24

Rubén, Gad, & dimidia tribus Manaſſe, venit in poteſtate Aſſyriorum, ob idololatriam.

Præuaricati ſunt autem in Deum patrũ ſuorum, fornicatíque ſunt poſt deos populorum terræ quos ʹdiſperdiderat Deus à facie eorum. 25

ʹSuſcitauit ergo Deus Iשׂraאelis ſpiritũ Pul regis Aשׁſúr, & ſpiritum Thilgáth-pilnéסſer Regis Aשׁſúr, & tranſtulit eos, Reאube nitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Menaשׁſéh, deduxítque eos in חHeláחh, & חHabór, & Haráh, & fluuium Gozán, vſque ad diem hanc. 26

Cap. VI.

Filii Leui.

FIlii Leui: ʹGerשׁón, Ceháth, & Merari. 1

Filii Caath.

Filii autẽ Ceháth: עAmrám, Iצſhár, & חHebrón, & עVzziאél. 2

Filii Aaron.

Filii autem עAmrám: Aharón, & Moשׁéh, & Miriám. Filii autẽ Aharón: Nadáb, & Abihú, אElעazár, & אIthamár. 3

אElעazár genuit Pineחháס: Pineחháס genuit Abiשׁúay. 4

Abiשׁúay autem genuit Bucci, Buccí autem genuit עVzzi, 5

עVzzi autem genuit Zeraחhiáh, Zeraחhiáh autem genuit Meraióth. 6

Meraióth genuit Amariáh, Amariáh autem genuit Aחhitúb. 7

Aחhitúb autem genuit צSadóc, צSadóc autem genuit Aחhimáyaצs. 8

Aחhimáyaצs autem genuit עAzariáh, עAzariáh autem genuit Ioחhanán. 9

Azarias.

Ioחhanán autẽ genuit עAzariáh: ipſe eſt ʹqui ſacerdotio functus eſt in domo quam ædificauit שSelomóh in Ieruשׁalaím. 10

Genuit autẽ עAzariáh Amariah, Amariáh autẽ genuit Aחhitúb. 11

Aחhitúb autẽ genuit צSadóc, צSadóc autem genuit שSallúm. 12

שSallúm autem genuit חHilciiáh, חHilciiáh autem genuit עAzariáh. 13

עAzariáh autem genuit שSeraiáh, שSeraiáh autem genuit Iehoצſadác. 14

Ioſedec.

Iehoצſadác autem abiit ʹquando tranſtulit Iehouáh Iehudáh & Ieruשׁalaím per manum Nebuchad-neצſár. 15

ʹFilii *inquam* Leui: Gerשׁóm, Ceháth: & Merari. 16

Hæc verò *ſunt* nomina filiorum Gerשׁóm: Libní & שSimעí. 17

Gerſon.

Filii autem Ceháth: עAmrám, & Iצſhár, & חHebrón, & עVzziél. 18

Generationes Leui.

Filii Merari: Maחhalí, & Muשׁí. iſtæ ergo ſunt familiæ ʹLeuí per familias ſuas. 19

ʺIpſi Gerשׁóm, Libní filius eius, Iaחháth filius eius, Zimmáh filius eius, 20

Ioáחh filius eius, עIddó filius eius, Zeráh filius eius, Ieatherái filius eius. 21

Et ii fuerunt principes domus cognationis eorum, Epher, & Ieſi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel, viri fortiſſimi & potẽtes, & nominati duces in familiis ſuis. 24

Reliquerũt autem Deum patrem ſuorum, & fornicati ſunt poſt deos populorum terræ, quos abſtulit Deus coram eis. 25

Et ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul Regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgath-phalnáſar Regis Aſſur: & tranſtulit Rubẽ & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vſque ad diem hanc. 26

Cap. VI.

Infrà 21.b.6 gen.46.b.11. exod.6.d.17

FIlii Leui: Gerſon, Caath, & Merari. 1

Filii Caath: Amram, Iſaar, Hebron, & Oziel. 2

Filii Amram: Aaron, Moyſes & Maria. Filii Aaron: Nadáb & Abiu, Eleazar & Ithamar. 3

Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abiſúe. 4

Abiſúe verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, 5

Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth. 6

Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob. 7

Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas. 8

Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan. 9

Iohanan genuit Azariam: ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo quã ædificauit Salomõ in Ieruſalem. 10

Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob. 11

Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum. 12

Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam. 13

Azarias genuit Saraiã, & Saraias genuit Ioſedec. 14

B

Porrò Ioſedec egreſſus eſt, quando tranſtulit Dominus Iudam & Ieruſalem per manus Nabuchodonoſor. 15

Exod. 6. c. 19

Filii ergo Leui: Gerſom, Caath, & Merari. 16

Et hæc nomina filiorum Gerſom: Lobni, & Semei. 17

Filii Caath Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel. 18

Fili Merari: Moholi & Muſi. Hæ autem cognationes Leui ſecundum familias eorum. 19

Gerſom, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius. 20

Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. 21

---

24 Capita domus patrum eorum, ראשי בית־אבותם principes domus maiorum ſuorum. i. familiarum ſuarum. Fortes robore, viri nominum, גבורי חיל אנשי שמות Hebraiſmus, fortiſſimi, ſiue potentiſſimi, ac nominatiſſimi, ſiue clariſſimi.

25 Diſperdiderat השמיר deleuerat. 26 Suſcitauit ergo ויער .i. mouit iſtum vt pararet expeditionem contra illos. Duo iſti Reges non vixerunt eodem tempore, propterea ſeparauit eos.

IN CAPVT VI.

1 Gerשׁón, גרשון Hìc per ן ſcribitur, infrà verò verſu 16, ſcribitur per ם, quòd hæ literæ ſint inter ſe affines.

10 Qui ſacerdotio functus eſt אשר כהן q.d. Ipſe eſt qui in priore tẽplo ſtrenuè functus eſt officio ſacerdotis: quia reſtitit Regi Oſee volẽti præter officiũ offerre incenſum in tẽplo Salomonis. 15 Quando trãſtulit בהגלות ſub. in Babylonẽ. Tranſmigratio Iſraelis non fuit facta vno anno, nec ab vno Rege, ſed decẽ annis & à quatuor Regibus Aſſyriæ. 16 Filii *inquam* Leui: בני לוי Repetit principium capitis, quia à principio ipſo recenſuit tantum genealogiam Cahath. tranſit autem ad filios generatos à ſecundo filio Leui, & eorum generationem recenſet.

19 Leui, per familias ſ. :הלוי לאבותיהם Leui pro Leuitarũ ſumitur: nomen eſt gentile, non proprium. Ad verbũ legitur, per patres ſuos. Deſideratur autem בית, vt legas, iuxta domum patrum ſuorũ. i. per familias ſuas. 20 Ipſi Gerשׁóm, לגרשום Hebraica phraſis, pro Gerſonis filius fuit Libni. Quidam volunt ל redundare, aut ſignificare ſubſtantiam rei, id eſt ipſe Gerſom, ſub. fuit filius eius. nempe Leui. poſtea ſequatur, Libni filius eius, nempe Gerſom.

Filii Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Aſir filius eius. 22

Elcana filius eius, Abiaſaph filius eius, Aſir filius eius. 23

Thahath filius ei⁹, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. 24

Filii Elcana, Amaſai & Achimoth. 25

Et alcana: filii Elcana, Sophái filius eius, Nahath filius eius, 26

Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. 27

Filii Samuel: primogenitus Vaſſeni, & Abia. 28

Filii autem Merari: Moholi, Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, 29

C Samaa filius eius, Haggia filius eius, Aſaia filius eius, 30

Iſti ſunt quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini, ex quo collocata eſt arca: 31

Et miniſtrabant coram tabernaculo teſtimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini in Ieruſalem: ſtabant autem iuxta ordinem ſuum in miniſterio. 32

Ii verò ſunt qui aſſiſtebant cum filiis ſuis, de filiis Caath, Heman cãtor filius Ioel, filii Samuel, 33

Filii Elcana, filii Ieroham, filii Eliel, filii Thohu, 34

Filii Suph, filii Elcana, filii Mahath, filii Amaſai. 35

Filii Elcana, filii Ioel, filii Azariæ, filii Sophoniæ, 36

Filii Thahath, filii Aſir, filii Abiaſaph, filii Core, 37

Filii Iſaar, filii Caath, filii Leui, filii Iſrael: 38

Et frater eius Aſaph, qui ſtabat à dextris eius, Aſaph filius Barachiæ, filii Samaa, 39

Filii Michael, filii Baſaiæ, filii Melchiæ, 40

Filii Athanai, filii Zara, filii Adaia, 41

Filii Ethan, filii Zamma, filii Semei, 42

D Filii Ieth, filii Gerſom, filii Leui. 43

Filii autem Merari fratres eorum, ad ſiniſtram: Ethan filius Cuſi, filii Abdi, filii Maloch. 44

Filii Haſabiæ, filii Amaſiæ, filii Helciæ, 45

Filii Amaſai, filii Boni, filii Somer, 46

Filii Moholi, filii Muſi, filii Merari, filii Leui. 47

Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati ſunt in cunctum miniſteriũ tabernaculi domus Dei. 48

Aaron verò & filii eius adolebant incenſum ſuper altare holocauſti, & ſuper altare thymiamatis, in omne opus Sancti ſanctorum: & vt precarentur pro Iſrael, iuxta omnia quæ præceperat Moyſes ſeruus Dei. 49

Hi ſunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees fili⁹ eius, Abiſue filius eius. 50

---

22 Filii Cehách: עAmminadáb filius eius, Coráחh filius eius, Aסsír filius eius, Caath.

23 אElcanáh filius eius, & אEbiaסsáph filius ei⁹, & Aסsír filius eius,

24 Tháחhath filius eius, אוVriאél filius eius, עVzziiáh filius eius, & שSaאוúl filius eius.

25 Filii autem אElcanáh: עAmaשsái & Aחhimóth.

26 ″אElcanáh: filii אElcanáh, שSophái fili⁹ ei⁹, & Náחhath fili⁹ eius,

27 אEliáb filius eius, Ieroחhám filius eius, אElcanáh filius eius.

28 ″Filii autem שSemuאél: primogenitus″Vaשsni, & Abiiáh.

29 Filii Merarí: Maחhalí, Libni filius eius, שSimעí filius eius, עVzzáh filius eius,

30 שSimעá filius eius, חHaggiiáh filius eius, עAשsaiáh filius eius. Merari.

31 Iſti ſunt autem quos præfecit Dauid ″in locis cantici domus Iehouæ à requiete arcæ. Cantores.

32 Miniſtrauerunt autem″coram tabernaculo tentorii eccleſiæ″in cantico, donec ædificauit שSelomóh domum Iehouæ in Ieruשsaláim: ″ſteterúntque″iuxta morem ſuum in miniſterio ſuo.

33 Iſti ſunt autem qui ſteterunt, & filii eorum de filiis Cehathitarum, Hemán cantor filius″Ioאél filii שSemuאél, Hemã de Caath.

34 Filii אElcanáh, filii Ieroחhám, filii אEliאél, filii Thóaחh,

35 Filii צSuph, filii אElcanáh, filii Máחhath, filii עAmaשsái,

36 Filii אElcanáh, filii Ioאél, filii עAzariáh, filii צSephaniáh,

37 Filii Tháחhath, filii Aסsír, filii אEbiaסsáph, ″filii Córaחh,

38 Filii Iצshár, filii Cehách, filii Leuí, filii Iשsraאelis:

39 ″Et frater eius Aסsáph, qui ſtabat ad dexteram eius: Aסsáph *inquam* filius Berechiáhu filii שSimעá. Aſaph de Gerſõ.

40 Filii Michaאél, filii Baעaשseiáh, filii Malchiiáh,

41 Filii אEthní, filii Zéraחh, filii עAdaiáh,

42 Filii איEthán, filii Zimmáh, filii שSimעí,

43 Filii Iáחhath, filii Gerשsóm, filii Leuí.

44 Porrò filii Merarí ″fratres eorũ *erant* ad ſiniſtram: איEthán filius Ciשsí, filii עAbdí, filii Mallúחh, Ethan de Merari.

45 Filii חHaשsabiáh, filii Amaצsiáh, filii חHilciiáh,

46 Filii Amצsí, filii Baní, filii שSemér,

47 Filii Maחhalí, filii Muשsí, filii Merarí, filii Leuí.

48 ″Fratres autem eorũ Leuitæ *alii* ″dati *ſunt* ad omne miniſterium habitaculi domus Dei. Leuitæ.

49 Aharón autem & filii eius″adoleuerũt ſuper altare holocauſti, & ſuper altare ″ſuffimenti ad omne opus ″Sancti ſanctorum, ″& ad expiandum Iשsraאelem, iuxta omnia quæ præceperat Moשséh ſeruus Dei. Aaron.

50 Iſti autem ſunt filii Aharón, אElעazár filius eius, Pineחháס filius eius, Abiשsúaע filius eius, Filii Aaron.

---

26 אElcanáh: אלקנה Hîc videtur fuiſſe filius Aſſir. Quod mox ſequitur Elcana, antecedens eſt pro relatiuo: vt legas, filii eius fuerunt ii qui ſequuntur. 28 Filii autem שSemuאel: ובני שמואל Semuel fuit filius Elcanæ, potuit igitur aliquid ſubaudiri, cuiuſmodi, Filius autem eius fuit Semuel. vt poſtea ſequatur, Porrò filii Semuelis, &c. Vaשsni, ושני Iſte infrà, verſu 33, & 1. Samu. 8. a. 2, dicitur Ioel.

31 In locis cantici על־ידי־שיר in rationibus cantici. vel officiis cantici. i. cantorum. ſic verti poſſunt Hebræa. q. d. iſti ſunt quos Dauid præfecit cantoribus, poſteaquam poſita eſt arca in tabernaculo quod fecerat illi Dauid.

32 Coram tabernaculo tentorii eccleſiæ לפני משכן אוהל־מועד corã tentorio tabernaculi cõuentus. ſiue, congregationis. Vide Exod. 27. d. 21. In cantico, בשיר .i. in canticis illis Diuinis. Steterúntque ויעמדו ſub. tempore templi. Iuxta morem ſuum, כמשפטם .i. pro ratione dignitatis ſuæ, quem morem nacti erant tempore tabernaculi. q. d. manſerunt in eo ordine & ſtatu quẽ nacti erant tempore tabernaculi.

33 Ioel יואל De hoc vide ſuprà verſu 28. 37 Filii Córaחh. בן־קורח: Iſte non fuit filius, ſed nepos.

39 Et frater eius ואחיו .i. cognatus. nam habuerunt hi duo eundem auum, nempe Leui. 44 Fratres eorum אחיהם nempe cantorum ſupradictorum. 48 Fratres autem eorum ואחיהם ſub. cantorum ſupradictorum. 48 Dati נתונים deputati.

49 Adoleuerunt, &c. מקטירים וגו׳ q. d. Aaron & filii eius functi ſunt miniſterio ſacerdotum. Suffimenti הקטרת thymiamatis. Sancti ſanctorum, קודש הקדשים Sanctum ſanctorum aliquando accipitur pro adyto, aliquando pro partibus templi in quibus verſabantur ſacerdotes. Et ad expiandum Iשsr. ולכפר על־ישראל .i. ad reddendum Deum propitium, ſiue placatum Iſraeli, iuxta præſcriptum Moſis.

51 Buccí filius eius, עVzzi filius eius, Zeraחiáh filius eius,

52 Meraióth filius eius, Amariáh filius eius, Aחitúb filius eius,

53 צSadóc filius eius, Aחimáעaצs filius eius.

Habitacula filiorum Aaron.

54 Et iſtæ *ſunt* habitationes eorum ″per palatia eorum ″in termino eorum, filiorum *ſcilicet* Aharón ″per familiam Cahathitarum: nam illorum fuit hæc ſors.

55 Dederunt ergo eis חHebrón in terra Iehudáh, & ſuburbana eius, *quæ erant* in circuitu eius.

Caleb habitatio.

56 ″Agros autem vrbis, & villas eorum dederunt Chaléb filio Iephunneh.

Ciuitates filiorum Aaron.

57 Filiis autem Aharón dederunt ex vrbibus Iehudáh, *urbes* ″euaſionis, חHebrón, & Libnáh, & ſuburbana eius, & Iatthir, & אEשſthemóע, & ſuburbana eius,

58 ″Et חHilén, & ſuburbana eius, & Debir, & ſuburbana eius.

59 Et עAשſán, & ſuburbana ei⁹, & Beth-שſémeשs, & ſuburbana ei⁹.

60 De tribu autẽ Biniamín, Gébaע, & ſuburbana ei⁹: ″& עAleméth, & ſuburbana eius: & עAnathóth, & ſuburbana eius. omnes vrbes eorum, ″tredecim vrbes per familias eorum.

Caath.

61 Filiis autẽ Cehắth reliquis ″de familia tribus, de dimidia tribu dimidiæ partis Menaשſéh per ſortem, vrbes decem.

Gerſom.

62 ″Filiis autẽ Gerשſóm per familias ſuas, de tribu Iשſachár, & de tribu Aשſér, & de tribu Naphthalí, & de tribu Menaשſéh in Baשſán, ciuitates tredecim.

Merari.

63 ″Filiis Merarí per familias ſuas, de tribu Reאubén, & de tribu Gád, & de tribu Zebulún per ſortem, ciuitates duodecim.

64 Dederũt *inquam* filii Iשſraאél Leuitis ciuitates & ſuburbana earũ.

65 Dederunt *inquam* per ſortem ex tribu filiorum Iehudáh, & ex tribu filiorum שSimעón, & ex tribu filiorum Biniamín vrbes iſtas ″quas vocauerunt nominibus.

Caath.

66 ″Et *iis qui erant* de familiis filiorũ Cehắth (″fuerũt autem vrbes *&* termini eorum, de tribu Ephráim.)

Vrbes refugii.

67 Illis *inquam* dederunt vrbes euaſionis, שSechém, & ſuburbana eius, in monte אEphráim: & Gézer, & ſuburbana eius:

68 Et Iocmeעám, & ſuburbana eius: & Beth-חhorón, & ſuburbana eius:

69 Aialón, præterea, atque ſuburbana eius: & Gath-rimmón, atq; ſuburbana eius.

70 Ex dimidia autem tribu Menaשſéh, עAnér, & ſuburbana eius: & Bilעám, & ſuburbana eius, ″ipſi familiæ filiorum Cehắth qui reſidui erant.

Gerſom.

71 Filiis *autem* Gerשſóm ex familia dimidiæ tribus Menaשſéh, Go-

51 Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius,

52 Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius,

53 Sadoc filius eius, Achimaas filius eius.

54 Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum ſcilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipſis enim ſorte contigerant.

E

55 Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & ſuburbana eius per circuitum:

56 Agros autem ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone.

Ioſue 21.b.12

57 ‖Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates ad confugiendũ, Hebron & Lobna, & ſuburbana eius,

58 Iether quoq; & Eſthemo cum ſuburbanis ſuis, ſed & Helõ & Dabir cũ ſuburbanis ſuis.

59 Aſan quoque & Bethſemes & ſuburbana earum.

60 De tribu autem Beniamin: Gabee & ſuburbana eius, & Almath cũ ſuburbanis ſuis, Anathoth quoq; cum ſuburbanis ſuis. omnes ciuitates, tredecim per cognationes ſuas.

61 Filiis autẽ Caath reſiduis de cognatione ſua dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionem, vrbes decẽ.

62 Porrò filiis Gerſom per cognationes ſuas de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali, & de tribu Manaſſe in Baſan, vrbes tredecim.

63 Filiis autem Merari per cognationes ſuas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt ſorte ciuitates duodecim.

F

64 Dederunt quoque filii Iſrael Leuitis ciuitates, & ſuburbana earum:

65 Dederúntque per ſortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Bẽiamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus ſuis.

66 Et iis qui erant de cognatione filiorũ Caath (fuerúntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim.)

Ioſue 21.b.21

67 ‖Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim: & Gazer cũ ſuburbanis ſuis,

68 Iecmaam quoque cum ſuburbanis ſuis, & Beth-horon ſimiliter.

69 Necnon & Aialon cum ſuburbanis ſuis, & Geth-remmon in eũdem modum.

70 Porrò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana eius, Balaam & ſuburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant.

71 Filiis autem Gerſom de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulon

---

54 Per palatia eorum לשירותם Hæc vox ſignificat domos lapide polito ædificatas, & domos inſignes: propterea vertit interpres palatia. In termino eorum, בגבולם .i. in regione eorum, vel in finibus ſuis. Gallicè, *en leur quartier*. nam regio quælibet certis limitibus & finibus eſt diſtincta. Per familiam Cahathitarum: למשפחת הקהתי in cognatione Cahathitarum. nam Aharon deſcendit ex Cahath.

56 Agros autẽ ואת־שדה Sing. Heb. pro plur. 57 Euaſionis, המקלט perfugii. Subaudiendũ fuit vrbes. alioqui obſcurior locus fuiſſet. Erant autẽ ſex vrbes perfugii vltra Iordanẽ, tres citra. prima fuit Hebron. 58 Et חHilén, ואת־חילן Dicitur à Ioſue, Holen, propter affinitatem hiric & holẽ. 60 Et עAleméth, ואת־עלמת Hæc à Ioſue dicitur Almon. Tredecim שלש־עשרה Hic omittũtur duæ, quæ ſcribũtur in Ioſue 21.b.13, & ſequentibus verſibus. 61 De familia tribus, ממשפחת המטה Multa hîc ſunt ſubaudiẽda, alioqui locus valde erit obſcurus, ſic, *dederunt* de cognatione tribus *Leui*, de dimidia tribu, *id eſt* de media *parte* Menaſſe per ſortẽ. vel, ſortibus miſſis. vt intelligamus idem eſſe חצי & מחצית. Ideo ponit vtrunque: éſtque ſenſus, Dederunt autem filiis Cahath reliquis, id eſt qui ſupererant de cognatione tribus Leui, de dimidia tribu Manaſſe, hoc eſt de dimidia parte Manaſſe. Confer hæc omnia cum capitibus XX & XXI Ioſue.

62 Filiis autem Gerשſóm ולבני גרשום ſub. dederunt vrbes ad habitandum. Plena eſt loquutio paulo pòſt verſu 64.

63 Filiis Merari לבני מררי ſub. dederunt filii Iſrael. 65 Quas vocauerunt nominibus. אשר־יקראו אתהם בשמות .i. quibus nomina indidere. Vel, quas vocarunt nominibus quibus appellauimus illas ſuperioribus verſibus.

66 Et *iis qui erant* de fam. fil. Cehắth וממשפחות בני קהת Iſtud ſequenti verſui coniungitur, interiecta parentheſi: éſtque Hebraiſmus, Et de familiis, vel cognationibus filiorum Cehath dederunt illis, pro, iis qui erant de cognatione Cehath dederunt vrbes, &c. Fuerunt autem, &c. ויהי וגו׳ Parentheſis eſt, & Hebraiſmus, pro, habitauerunt etiam in tribu Ephraim. 70 Ipſi familiæ למשפחת ſub. dederunt. Alii vertunt eodem ſenſu, pro familia filiorum Cahath.

in Baſan, & ſuburbana eius, & Aſtaroth cum ſuburbanis ſuis,

G De tribu Iſſachar, Cedes & ſuburbana eius, & Dabereth cum ſuburbanis ſuis,

Ramoth quoque & ſuburbana eius,& Anem cum ſuburbanis ſuis.

De tribu verò Aſer,Maſal cum ſuburbanis ſuis,& Abdon ſimiliter,

Hacoc quoque & ſuburbana eius, & Rohob cum ſuburbanis ſuis.

Porrò de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & ſuburbana eius,Hamon cum ſuburbanis ſuis, & Cariatháim & ſuburbana eius.

Filiis autē Merari reſiduis :de tribu Zabulon, Remmono & ſuburbana eius,& Thabor cum ſuburbanis ſuis.

Trans Iordanem quoque ex aduerſo Ierícho contra Orientē Iordanis, de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cum ſuburbanis ſuis,& Iaſſa cum ſuburbanis ſuis,

Cademoth quoque & ſuburbana eius,& Mepháath cū ſuburbanis ſuis.

Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & ſuburbana eius, & Manaim cum ſuburbanis ſuis,

Sed & Heſebō cum ſuburbanis ſuis, & Iezer cum ſuburbanis ſuis.

Cap. VII.

Gen.46.b.13 Porrò filii Iſſachar : Thola , & Phua,Iaſub & Simerō,quatuor.

Filii Thola: Ozi & Raphaia,& Ieriel, & Iemai, & Iebſem, & Samuel, principes per domos cognationum ſuarum. De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſunt in diebus Dauid, vigintiduo millia ſexcenti.

Filii Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt Michael, & Obadia, & Ioel, & Ieſia, quinque,omnes principes.

Cûmque eis per familias, & populos ſuos.accincti ad prælium, viri fortiſſimi, triginta ſex millia: multas enim habuerunt vxores & filios.

B Fratres quoque eorum per omnē cognationem Iſſachar, robuſtiſſimi ad pugnandum , octogintaſeptē millia numerati ſunt.

Gene.46.c.21 Filii Beniamin:Bela, & Bechor,& Iadihel,tres.

Filii Bela:Eſbòn,& Ozi,& Oziel, & Ierimoth,& Irai , quinque,principes familiarum,& ad pugnandum robuſtiſſimi:numerus autem eorum,vigintiduo millia & trigintaquatuor.

Porrò filii Bechor:Zamira,& Ioas, & Eliezer, & Elioenai,& Amri,& Ierimoth, & Abia,& Anathoth , & Almath.omnes hi,filii Bechor.

Numerati ſunt autem per familias ſuas principes cognationum ſuarum ad bella fortiſſimi, viginti millia &

lán in Baשׂſán,& ſuburbana ei⁹: &yAשׂſtharóth,ac ſuburbana eius.

71 Ex tribu autem Iשׂſſachár,Cédeשׂs,& ſuburbana eius:Dobráth, & ſuburbana eius:

73 Ramóth quoq;,& ſuburbana eius:&yAném,ac ſuburbana eius.

74 De tribu verò Aשׂſer, Maשׂſál, & ſuburbana eius: & Abdón, ac ſuburbana eius:

75 Et חHucóc,& ſuburbana eius:Reחhób quoq;,&ſuburbana eius.

76 De tribu item Naphthalí,Cédeשׂs,in Galil,& ſuburbana eius:& חHammón,ac ſuburbana eius:& Ciriatháim,ac ſuburbana eius.

77 Filiis Merarí reſiduis,de tribu Zebulún,Rimmonó,& ſuburbana eius:Thabór,& ſuburbana eius. Merari.

78 Et vltra˝Iardén Ierechó ad Oriētem Iardén,de tribu Reıאubén, Béצſer in deſerto,& ſuburbana eius:&Iahaצſáh,ac ſuburbana eius:

79 Cedemóth quoque, & ſuburbana eius: & Mepháyath,ac ſuburbana eius.

80 De tribu autem Gád, Ramóth in Gilyád, & ſuburbana eius: & Manhanáim,ac ſuburbana eius: Gad.

81 Et חHeשׂſbon, ac ſuburbana eius: Iayazér itē,ac ſuburbana eius.

Cap. VII.

1 Filii autem Iשׂſſachár : Tholáy,˝ & Puáh, Iaשׂſúb , & שׂSimrón, quatuor. Genealogiæ filiorum.

2 Filii autem Tholáy: yVzzí, & Rephaiáh,& Ieriאél, & Ianhamái, & Ibשׂſám,& שׂSemuאél,principes˝per domū patrū ſuorum, ipſius *inquam* Tholáy˝fortes robore per generationes ſuas : numerus *autem* eorum˝in diebus Dauidis,vigintiduo millia & ſexcenti.

3 Filii yVzzí: Izranhiáh. Filii autem Izranhiáh: Michaאél, & yObadiáh,& Ioאél,Iשׂſſiiáh,˝quinque,principes omnes.

4 ˝*Eránt*que cum illis per generationes ſuas˝per domum patrū ſuorum,˝exercitus militiæ prælii triginta ſex millia:˝multiplicauerūt enim vxores & filios.

5 ˝Fratres quoq; eorum˝per omnes familias Iשׂſſachár, fortes viribus, *erant* octoginta ſeptem millia ,˝recenſiti per ſeriem generationis eorum per omnes.

6 *Filii* Biniamín:Beláy,& Bécher,& Iediyaאél,tres. Biniamin.

7 Filii autem Beláy:אEצſbón, & yVzzi, & yVzziאél,& Ierimóth, & ıyIri,quinque, principes˝domus familiarum,potentes viribus: & quum recenſiti fuerunt per ſeriem generationis eorum,vigintiduo millia & trigintaquatuor.

8 Filii autem Bécher:Zemiráh,& Ioyáשׂs,& אEliyézer,& אElioıyenái, & yOmrí, & Ieremóth, & Abiiáh,& yAnathóth,& yAlámeth: omnes iſti,filii Bécher.

9 Recenſiti autem per ſeriem generationis eorum & per generationes ſuas, principes domus familiarum ſuarum, fortes robore,

---

78 Iardén Ierechó לירדן ירחו Iordanis dicitur Ierícho:quia fluit circum Ierícho:de quo & aliis locis dictum eſt.

IN CAPVT VII.

1 Et Puáh,Iaשׂſúb, ופואה ישוב Gene.46.b.13,hi duo vocantur Puuáh & Iob.quare quidam dicunt Iaſub eundem eſſe cum Iob.

2 Per domum patrum,&c. לבית־אבותם וגו׳ per familiā maiorū ſuorum per *familiam* Thola.i.principes familiæ ſuæ,hoc eſt familiæ Thola.Repeti debet בית per familiam,vel familiæ. Fortes robore, גבורי חיל Pro bellicoſis poſuit. In diebus Dauidis בימי דויד .i.quum numerauit Dauid populum.2.Sam.24.a.1. 3 Quinq;,principes o. חמשה ראשים כולם: Quinq; fuerunt comprehenſo patre:& hi omnes viri clariſſimi. 4 *Eránt*q; cum illis ועליהם ſub.ſuperioribus. Per domum patrum ſ. לבית אבותם per familias ſuas. Exercitus militiæ prælii גדודי צבא מלחמה turmæ militares aptæ ad prælium.i.milites apti ac parati ad prælium.q.d.generoſi & fortes. Multiplicauerunt enim vxores & filios. כי־הרבו נשים ובנים Hebraiſmus,habuerunt enim plurimas vxores,ex quibus genuerunt plurimos liberos.

5 Fratres quoque e. ואחיהם Intelligit cognatos. Per omnes familias Iשׂſſachár, לכל משפחות יששכר .i.omnes Iſſacharitæ. Recenſiti per ſeriem,&c. התיחשם לכל: quando recenſiti fuerunt per ſeriem generationis eorum per omnes.i.per totam cognationem ſuam.q.d.comprehenſis omnibus,aſcenderunt ad numerum octoginta.&c. 7 Domus familiarum, בית אבות .i.familiæ ſuæ.

fuerunt viginti millia & ducenti.

10 Porrò filii Iediעaאél: Bilhán. filii verò Bilחhán: Ieעuשs, & Biniamín,& אEhúd,& Chenaעanáh,& Zethán,& Tharשſiשs, & Aחhiשſánחhar.

11 Omnes iſti,filii Iediעaאél,principes familiarum,fortes viribus, ſeptemdecim millia & ducenti,″egrediẽtes ad militiã in præliũ.

12 ″Et שSuppim,& חHuppim ″filii עIr:″חHuשſim,filii Aחhér.

13 Filii *autem* Naphthâli: Iaחhaצſiאél,& Guní,& Iéצſer,″& שSallúm,″filii Bilhâh.

14 ″Filii Menaשſſéh: Aשſriאél,″quem peperit: concubina eius″Aramæhah peperit Machir″patrem Gilעád.

Machir.

15 Machir autem″accepit *ſibi* vxorẽ חHuppim & שSuppim:& nomẽ ſororis eius Maעacháh. nomẽ autem ſecundi, צSelophחhád: fuerúntque ipſi צSelophחhád filiæ.

16 Peperit autem Maעacháh vxor Machír filiũ,″quem vocauit Péreשs : & nomen fratris eius שSéreשs . filii autem eius: אוVlam, & Récem.

17 Filii autem אוVlam: Bedán.iſti filii Gilעád filii Machir filii Menaשſſéh.

18 ″Soror autem eius,Molécheth, peperit איIשſhód,& Abiעézer, & Maחhaláh.

19 Fuerunt autem filii שSemidáע, Aחhián,& שSéchem, & Licחhí, & Aniעám.

Filii Ephraim.

20 Filii autem אEphráim: שSuthélaחh, & Béred filius eius, & Tháחhath filius eius,& אElעadáh filius eius,& Tháחhath filius eius,

21 Et Zabád filius eius,& שSuthélaחh filius eius,& עEzér,& אElעád. ″& occiderunt eos viri Gáth ″qui nati erant in terra:″deſcenderant enim vt abigerent greges eorum.

Occiſi filii Ephraim.

22 ″Luxit itaque אEphráim pater eorum diebus multis,venerúntque″fratres eius ad conſolandum eum.

23 Ingreſſus eſt autem ad vxorem ſuam, quæ concepit,& peperit filium:vocauítque nomen eius Beriעáh, quòd in afflictione″fuiſſet in domo eius,

Beria.

24 ″Filia autẽ eius,שSeאeráh,quæ ædificauit″Bethחhorón inferiorẽ & ſuperiorem,& אVzén שSeאeráh.

25 Et Repháחh filius eius,& Réשſeph,&Thélaחh filius eius,& Tháחhan filius eius,

26 Laעadán filius eius,עAmmiúd filius eius,אEliשſamáע filius eius,

ducenti.

C

10 Porrò filii Iadihel: Balan. filii autẽ Balan,Iehus,& Beniamin,& Aod, & Chanaana,& Zethan,& Tharſis, Ahiſâhar.

11 Omnes ii,filii Iadihel,principes cognationum ſuarum,viri fortiſſimi,decem & ſeptem millia & ducenti ad prælium procedentes.

12 Sephã quoque & Haphã filii Hir: & Haſim filii Aher.

13 Filii autem Nephthali:Iaſiel,& Guni,& Ieſer,& Sellum,filii Bala.

14 Porrò filii Manaſſe,Eſriel:concubináque eius Syra peperit Machir patrem Galaad.

15 Machir autem accepit vxorẽ filiis ſuis Happhim & Saphim: & habuit ſororem nomine Maacha:nomen autem ſecundi,Salphaad, natæque ſunt Salphaad filiæ.

D

16 Et peperit Maacha vxor Machir filium,vocauitque nomẽ eius Phares: porrò nomen fratris eius,Sares:& filii eius,Vlam,& Recem.

17 Filius autem Vlam: Badan. ii ſunt filii Galaad,filii Machir,filii Manaſſe.

18 Soror autem eius, Regina peperit Virũ decôrũ, & Abiézer,& Mohola.

19 Erant autem filii Semida: Ahin & Sechem,& Leci,& Aniam:

20 Filii autẽ Ephraim:Suthala, Bared filius eius,Thahath filius eius, Elada filius eius,Thahath filius eius,

21 Et huius filius Zabad , & huius filius Suthala , & huius filius Ezer & Elad:occiderunt autem eos viri Geth indigenæ,quia deſcenderant vt inuaderent poſſeſſiones eorum.

E

22 Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt conſolarentur eum.

23 Ingreſſúſque eſt ad vxorem ſuam, quæ concepit,& peperit filium,& vocauit nomen eius Beria , eo quòd in malis domus eius ortus eſſet.

24 Filia autem eius fuit Sara,quæ ædificauit Beth-horon inferiorem & ſuperiorem,& Ozen Sara.

25 Porrò filius eius, Rapha,& Reſeph, & Thale,de quo natus eſt Thahan,

26 Qui genuit Laadan:huius quoq; filius Ammiud,qui genuit Eliſama,

11 Egredientes ad militiam in præliũ. יוצאי צבא למלחמה: Hebraiſmus,militari ordine procedentes in prælium.i.periti artis militaris,ſiue viri militares,accincti ad prælium & bellicoſi. 12 Et שSuppim, ושפם Hîc Gene.46.c.21,dicitur Muppim.fuit igitur binomius. Filii עIr: בני עיר Hic Ir dicitur Iri paulo ſuprà,verſu 7,in enumeratione filiorum Bela. חHuשſim,filii Aחhér. חשם בני אחר: Sic vertũt plures,vt noſter interpres:doctioribus quibuſdam magis placet ſic verti, Huſim fuit filius alius.ſub.à filiis Beniamin,quia fuit ex nepotibus Dan. Locus hic facilè intelligitur collatus cum Gene.46.c.23,vbi habetur,Et filii Dan,חHuשſim.& plur.eſt pro ſing.filius.

13 Et שSallum, ושלום In Geneſi,46.c.24,dicitur Sillem. Filii Bilhah. בני בלהה: Subaudiendum nonnihil,ſic,iſti ſunt filii Bilhah:non iſti qui præceſſerunt,ſed Dan & Nephthali,vt habetur Gene.46.c.23.24.25.

14 Filii בני Plur.Heb.pro ſing.filius.aut ſubaudienda præpoſitio,Ex filiis,&c. Quem peperit: אשר ילדה ſub.vxor eius.Vel,quem peperit,ſub.ea quæ peperit,nempe mater. Aramæha הארמיה Syra illa,Gallicè,*la Syrienne.* Patrem Gilעad. אבי גלעד: .i.principẽ Gilad.vel patrem reuera:nam Machir fuit pater viri qui dicebatur Gilad,ſimúlque princeps regionis Gilad.

15 Accepit *ſibi* vxorem חHuppim & שSuppim, לקח אשה לחפים וגו' Quidã putarunt hæc duo eſſe nomina vnius: quod ſi ita eſſet,nõ addidiſſet ל.Ideo vertendum,accepit *ſibi* in vxorem *ſororem* Huppim & Suppim,qui habebant idem nomen cum nomine ſororis propriæ.

16 Quem vocauit ותקרא שמו Ad verbum,& vocauit nomen eius. 18 Soror autem eius, ואחותו ſub.Gilעád.

21 Et occiderunt eos והרגום nempe nepotes Ephraim. Qui nati erant in terra: הנולדים בארץ .i.nati in regione illa,hoc eſt indigenæ illius terræ. Deſcenderant enim,&c. כי ירדו וגו' ſub.nepotes Ephraim.Hîc dat cauſam obiter,quia erant ignari loci:ſed erat alia cauſa à Deo,quòd nondum veniſſet tempus quo volebat Deus illos extollere.Deus autem vtitur cauſis ſecundis vt inſtrumentis.

22 Luxit itaque ויתאבל Mœrore itaque affectus eſt.Patrem pro auo mox ponit. Fratres eius אחיו .i.cognati & conſanguinei. Habebat fratrem maiorem natu ſe,nempe Manaſſe.Hîc verò dicit fratres,ſignificans non illum fratrem ſuum,ſed cognatos.

23 Fuerat היתה fuiſſet ſub.vxor eius,vel mater.In domo eius,ſub.Ephraim.q.d. ſic eum vocauit quòd eſſet conceptus tempore triſtitiæ & afflictionis. 24 Filia autem eius, ובתו .i.neptis.Per neptem,eam intellige quæ nata eſt ex nepotibus.q.d.ex tribu Ephraim duxit originem mulier clariſſima Scera nomine & celebris,quòd tres vrbes ædificaſſet.

De quo ortus eſt Nun, qui habuit filium Ioſue. 27

F Poſſeſſio autem eorum & habitatio, Beth-el cum filiabus ſuis, & cõtra Orientem, Noran, ad Occidentalem plagã, Gazer & filiæ eius, Sichẽ quoque cum filiabus ſuis, vſque ad Aia cum filiabus eius. 28

Iuxta filios quoque Manaſſe Bethſan & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius: in his habitauerunt filii Ioſeph, filii Iſrael. 29

Gen 46.b.17 ‖Filii Aſer: Iemna, & Ieſua, & Ieſſui, & Baria, & Sara ſoror eorum. 30

Filii autẽ Baria: Heber & Melchiel: ipſe eſt pater Barſaith, 31

Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hothan, & Suaa ſororẽ eorũ. 32

Filii Iephlat: Phoſec, & Chamaal & Aſoth: hi filii Iephlat. 33

G Porrò filii Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. 34

Filii autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. 35

Filii Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra, 36

Boſor, & Hod, & Samma, & Saluſa, & Iethran, & Bera. 37

Filii Iether: Iephonne, & Phaſpha, & Ara. 38

Filii autem Olla: Aree, & Haniel, & Reſia. 39

Omnes hi filii Aſer, principes cognationũ, electi atq; fortiſſimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta eſſet ad bellum, vigintiſex millia. 40

Cap. VIII.

Gene.46.c.21 ſuprà 7.b.6. BEniamin autem genuit Bela primogenitum ſuum, Aſbel ſecundum, Ahara tertium, 1

Nohaa quartum, & Rapha quintũ. 2

Fuerúntque filii Bela: Addar, & Gera, & Abiud, 3

Abiſue quoq;, & Naaman, & Ahoe, 4

Sed & Gera, & Sephuphã, & Hurã. 5

Hi ſunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui tranſlati ſunt in Manahath. 6

Naaman autem & Achia, & Gera ipſe tranſtulit eos, & genuit Oza & Ahihud. 7

Porrò Saharaim genuit in regione Moab, poſtquam dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. 8

Genuit autem de Hodes vxore ſua, Iobab, & Sebia, & Moſa, & Molchõ, 9

B Iehus quoque & Sechia, & Marma. hi ſunt filii eius principes in familiis ſuis. 10

Mehuſim verò genuit Abitob, & Elphaal. 11

---

27 Nun filius eius, Iehoשſúay filius eius.

28 Poſſeſſio autem eorum, & habitationes eorum, Beth-אél, & viculi eius: & ad Orientẽ, Nayaran: & ad Occidẽtem, Gézer, & viculi eius, שSechem, & viculi eius, vſque ad yAzáh, & viculos eius.

29 ʹEt iuxta loca filiorum Menaשſéh, Beth-שſeán, & viculi eius: Thaynách, & viculi eius: Megiddó, & viculi eius: Dor, & viculi eius. ʺin iſtis habitauerunt filii Ioסſéph filii Iשraאél.

30 Filii Aשſér: Imnáh, & Iשſuáh, & Iשſui, & Beriyáh, & שSeráחh, ſoror eorum. Aſer filii

31 Filii autẽ Beriáy: חHéber, & Malchiאél, ipſe eſt ʹpater Birzáith.

32 חHéber autem genuit Iaphlét, & שSomer, & חHothám, & שSuyá ſororem eorum.

33 Filii autem Iaphlét: Paסſách, & Bimhál, & yAשſuáth. iſti, filii Iaphlét.

34 Filii autem שSémer: Aחhi & Rohagáh, Ieחhubbáh, & Arám.

35 Filius autẽ Helem fratris eius, צSopháחh, & Imnáy, & שSéleשs, & yAmál.

36 Filii צSopháחh: סSuáחh חHarnépher, & שSuyál, & Beri, & Imráh,

37 Béצſer, & Hod, & שSammá & שSilשſáh, & Ithrán, & Beאerá.

38 Filii autem Iéther: Iephunnéh, & Piסſpáh, & Ara.

39 Filii autem yVllá: Aráחh, & חHanniאél, & Riצſiáh.

40 Omnes iſti, filii Aשſér, ʺprĩcipes domus familiarũ, electi, ʺfortes viribus, capita principum: & recenſiti ſunt per ſeriem generationis eorum ʺad militiam in prælium: numerus autem eorũ, viri vigintiſex millia.

Cap. VIII.

1 BʹIniamín autem genuit Bélay primogenitum ſuum, Aשſbél ſecundum, & Aחhráחh tertium, Genealogia filiorum Beniamin.

2 Noחháh quartum, & Rapha quintum.

3 Fuerunt autem filii ipſi Bélay: Adár, & Gerá, & Abihúd.

4 Et Abiשſúay, & Nayamán, & Aחhóaחh,

5 Et Gerá, & שSephuphán, & חHurám.

6 Iſti verò ſunt filii אEחhúd (ʺiſti, principes ſunt familiarum habitantium *in* Gébay, ʺ& tranſtulerunt eos in Manáחhath.)

7 ʹNayamán, & Aחhiiáh: ʺ& Geráh ipſe tranſtulit eos. ʺgenuit autẽ yVzzáh, & Aחhiחhúd.

8 ʺשSaחharáim autem genuit in agro Moáb, ʺpoſteaquam eiecit illas, חHuשſím & Bayaráh vxores ſuas.

9 Genuit *inquam* de חHódeשs vxore ſua Iobáb, & צSibiáh, & Meשſá, & Malchám,

10 Et Ieyúצs, & שSachiá, & Mirmáh: iſti filii eius, principes familiarum.

11 De חHuשſím verò genuerat Abitúb, & אElpáyal.

---

29 Et iuxta loca filiorum Menaשſéh, ועל־ידי בני־מנשה .i. verſus eam regionem quam inhabitabant filii Manaſſe. iuxta filios Manaſſe. In iſtis באלה ſub. vrbibus. 31 Pater אבי Pro principe poſitum.

40 Principes domus familiarum, ראשי בית־האבות Hebraiſmus, principes familiarum ſuarum. Patriarchæ. Fortes viribus, גבורי חילים pro fortiſſimis poſitum. Ad militiam in prælium: בצבא במלחמה Suprà verſu 11, dixit, egredientes ad militiam in prælium. Quidam vertunt, inter *uiros* militiæ ad bellum. i. proficiſcentium ad bellum, hoc eſt, vt aſcriberentur numero proficiſcentium ad bellum. Alii, inter milites militiæ. pro, inter viros militares.

IN CAPVT VIII.

1 Biniamín autem ובנימן Deſcribit iterum generationem Beniamin, vt deſcribat generationem Saulis.

6 Iſti, &c. אלה הם וגו׳ Parẽtheſis eſt, vſque ad finem huius verſus. Iſti, nẽpe filii Ehud. Et tranſtulerunt eos ויגלום nempe ciues Gebay.

7 Naעamán, ונעמן Hìc ו redundat, propter interiectam parentheſim. q. d. Ehud habuit hos filios. Et Geráh ipſe tranſtulit eos. וגרה הוא הגלם .i. ipſe Gera fuit ille qui tranſtulit eos: fuit autor præcipuus tranſlationis eorum, vel dux. Genuit autem והוליד ſub. ipſe Gera.

8 שSaחharáim autem ושחרים Tranſit ad alteram generationem quæ fuit ex filiis Beniamin. Poſteaquam eiecit illas, מן־שלחו אותם nempe vxores ſuas. Nota relatiuum maſculinum pro fœminino, quod etiam ponitur pro antecedente: poſteaquam amandauit illas à ſe, nempe Huſim, &c. Habebat duas vxores quas repudiauit propter cauſas quæ hìc tacentur.

Filii autem אElpáyal: yEber, & Miשſyám, & שSámed. ipſe ædificauit אוOnó & Lod, & villas eius.
Et Beriyáh, & שSémay (ipſi principes familiarum habitantium in Aialón: ipſi fugauerunt habitatores Gath.)
Et Aחhió, שSaשſác, & Ieremóth,
Et Zebadiáh, & yArád, & yAder,
Et Michaאél, & Iשſpáh, & Ioחhá, filii Beriyáh.
("Et Zebadiáh, & Meשſullám, & חHizci, & חHáber,
Et Iשſmerái, & Izliáh, & Iobáb, filii Elpáyal.)
Et Iacim, & Zichri, & Zábdi,
Et אEliיyenái, & צSillethái, & אEliאél,
Et yAraiáh, & Beraiáh, & שSimráth, filii שSimיyi.
Iשſpán autem, & yEber, & אEliאél,
Et yAbdón, & Zichri, & חHanán,
Et חHananiáh, & יyElam, & yAnathothiiáh,
Et Iphdeiáh, Penuאél, filii שSaשſác.
שSamשſerái autem, & שSehariáh, & yAthaliáh.
Et Iayareשſiáh, & אEliiáh, & Zichri, filii Ieroחhám.
Iſti principes familiarum per generationes ſuas, "principes *inquam* iſti habitauerunt in Ieruשſaláim.
In Gibוyón autem habitauerunt, "princeps Gibוyón: & nomen vxoris eius Mayacháh.
Et filius eius primogenitus yAbdón, "& צSúr: & Cíשs, & Báyal, & Nadáb,
Et Gedór, & Aחhió, "& Zécher.
Et Miclóth genuit שSimáh: & etiam iſti e regione "fratrum ſuorum habitauernnt in Ieruשſaláim cum fratribus ſuis.
"Nér autem genuit Cíשs: Cíשs autẽ genuit שSaאוúl, שSaאוúl autẽ genuit Iehonathán, & Malchi-שſúay, & Abinadáb, & אEשſbáyal.
Filius autem Iehonathán: Merib-báyal, Merib-báyal autem genuit Micháh.
Filii verò Micháh: Pithón, & Mélech, & Thaאréay, & Aחház.
Aחház autem genuit Iehoyadáh, Iehoyadáh autem yAlémeth, & yAzmáueth, & Zimrí: Zimrí autem genuit Moצſá.
Moצſá autem genuit Binyá, Rapháh filius eius, אElyaשſáh filius eius, Aצſél filius eius.
Porró ipſi Aצſél fuerũt ſex filii, quorum hæc ſunt nomina, yAzricám, Bóchru, & Iשſmaאyél, & שSeyariáh, & yObadiáh, & חHanã. omnes iſti, filii Aצſél.
Filii autem yEשſéc fratris eius, אוVlám primogenitus eius, Ieוyúשs ſecundus, & אEliphélet tertius.
Fuerúntque filii אוVlám, viri fortes robore, "tendentes arcum, "& multiplicantes filios, & filios filiorum, *uſque ad* centum & quinquaginta. omnes iſti *fuere* de filiis Biniamín.

12 Porrò filii Elphaal: Heber, & Miſaã, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius.

13 Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth.

14 Et Ahio, & Seſac, & Ierimoth,

15 Et Zabadia, & Arod, & Heder,

16 Michael quoque & Ieſpha, & Ioha filii Baria.

17 Et Zabadia, & Moſollam, Et Hezeci, & Heber,

18 Et Ieſamari, & Iezlia, & Iobab filii Elphâal,

19 Et Iacim, & Zechri, & Zabdî,

20 Et Elioenai, & Selethâi, & Eliel,

21 Et Adaia, & Baraia, & Samarath, filii Semei.

22 Et Ieſphan, & Heber, & Eliel,

23 Et Abdon, & Zechri, & Hanan,

24 Et Hanania, & AElam, & Anathothia.

25 Et Iephdaia, & Phanuel filii Seſac.

26 Et Samſari, & Sohoria, & Otholia,

27 Et Ierſia, & Elia, & Zechri, filii Ieroham.

28 Hi patriarchæ & cognationũ principes, qui habitauerunt in Ieruſalem.

29 ‖In Gabaon autem habitauerunt Abi-gabaon, & nomen vxoris eius Maacha.

Infrà 9.f.35

30 Filiúſq; eius primogenitus Abdõ, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadah.

31 Gedor quoque & Ahio, & Zacher, & Macelloth:

32 Et Macelloth genuit Samaa: habitauerúntque ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis.

33 Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul: porrò Saul genuit Ionathan, & Melchi-ſua, & Abinadab, & Eſbaal.

Nomina generis Saul.

Infrà 9.g.39
1.reg.14.g.51
D

34 Filius autem Ionathã, Merib-baal: & Meribbaal genuit Maacha.

35 Filii Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz,

36 Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porró Zamri genuit Moſa.

37 Et Moſa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus eſt Elaſa, qui genuit Aſel.

38 Porrò Aſel ſex filii fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi, filii Aſel.

Filii autem Eſec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus ſecundus, & Eliphalet tertius.

Filii Vlam.

40 Fuerúntque filii Vlam viri robuſtiſſimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vſque ad centum quinquaginta. omnes hi, filii Beniamin.

---

17 Et Zebadiáh, וזבדיה Iſte verſus cum ſequenti legi debent per parentheſim: nam pergit recenſere filios Ephaal quos prætermiſerat.

28 Principes *inquam* ראשים ſub. tribus ſuæ. hoc eſt, principes tribus Beniamin.

29 Princeps Gibעוón: אבי גבון Ad verbum, pater Gibעוon. Sic vocantur principes, quòd ita debeant ſe gerere erga ſubditos, vt patres erga filios. Confer hæc cum fine ſequẽtis capitis, verſu 35, vbi paucis mutatis reperies quæ huic loco explicando prodeſſe poſſunt. Illic nomen principis ponitur.

30 Et צSúr: וצור ſub. & reliqui filii fuerunt. Qui ſequuntur, ſunt filii Sur.

31 Et Zécher. וזכר; Subaudiendum, & Micloth: vt poſtea ſequatur, Porrò Micloth: quod ſatis liquet ex 37 verſu capitis ſequentis. ne autem bis repeteret, ſemel dixit.

32 Fratrum ſuorum אחיהם Cognatos intelligit, vt & mox.

33 Ner autem ונר Hic 1. Samu. 9. a. 1, dicitur Abiel. Hebræi dicunt proprium eius nomen fuiſſe Ner, id eſt lucernam, quòd aliis bonæ vitæ exemplo prælucceret.

40 Tendentes arcum, דורכי קשת Hebraiſmus, periti ſagittãdi. Et multiplicantes filios, &c. ומרבים בנים וגו׳ Hebraiſmus, qui genuerunt multos filios ex quibus magna nepotum multitudo.

Cap. I X.

1 VNiuerſus ergo Iſrael dinumeratus eſt:& ſumma eorum ſcripta eſt in Libro Regum Iſrael & Iuda: tranſlatique ſunt in Babylonem propter delictum ſuum.

2 Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibus,& in vrbib⁹ ſuis:Iſrael, & ſacerdotes,& Leuitæ,& Nathinæi.

Nehem.11.a.1

3 Commorati ſunt in Ieruſalem de filiis Iuda, & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephráim,& Manaſſe:

4 Othei filius Ammiud, filii Amri,filii Omrai,filii Bonni, de filiis Phares filii Iuda.

5 Et de Siloni: Aſaia primogenitus, & filii eius.

6 De filiis autem Zara:Iehuel,& fratres eorum,ſexcenti nonaginta.

B 7 Porrò de filiis Beniamin:Salo filius Moſollam,filii Oduia,filii Aſana.

8 Et Iobania filius Ieroham:& Ela filius Ozi, filii Mochori: & Moſollam filius Saphatiæ,filii Rahuel,filii Iebaniæ.

9 Et fratres eorũ per familias ſuas, nõgenti quinquagintaſex. omnes hi, principes cognationum per domos patrum ſuorum.

10 De ſacerdotibus autem, Iedaia,Ioiarib,& Iachin:

11 Azarias quoque filius Helciæ, filii Moſollam, filii Sadoc,filii Meraioth, filii Achitob,pontifex domus Dei.

12 Porrò Adaias filius Ieroham, filii Phaſſur,filii Melchiæ:& Maaſai filius Adiel, filii Iezra, filii Moſollam, filii Moſollamith,filii Emmer.

C 13 Fratres quoque eorum principes per familias ſuas, mille ſeptingenti ſexaginta, fortiſſimi robore ad faciẽdum opus miniſterii in domo Dei.

14 De Leuitis autem, Semeia filius Haſſub filii Ezricam, filii Haſebia,de filiis Merari.

15 Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filii Zechri,filii Aſaph.

16 Et Obdia filius Semeiæ filii Galal, filii Idithun:& Barachia filius Aſa, filii Elcana, qui habitauit in atriis Netophati.

17 Ianitores autem:Sellum, & Accub, & Thelmon,& Ahiman:& frater eorum Sellum princeps.

18 Vſque ad illud tempus, in porta Regis ad Oriẽtem, obſeruabant per vices ſuas de filiis Leui.

Cap. IX.

Qui reuerſi ſunt ex captiuitate.

1 OMnes itaque Iשſraאelitæ recenſiti fuerunt per ſeriem generationis,& ecce ipſi ſcripti ſunt in libro Regum Iשſraאelis & Iehudáh,″*qui* tranſlati ſunt in Babél propter præuaricationẽ ſuam.

De ſacerdotib⁹, Leuitiſque, & officiis eorum.

2 ′Habitatores autẽ priores qui *habitauerunt* in poſſeſſione ſua in vrbibus ſuis,″Iשſraאél,Sacerdotes,Leuitæ,& Nathinæi.

3 ′In Ieruשſaláim nanque habitauerunt″de filiis Iehudáh,′id eſt de filiis Biniamín,& de filiis אEphráim & Menaשſéh:

4 עVthái filius עAmmihúd filii עOmri, filii אImri,filii Bani, de filiis Péreצs filii Iehudáh.

5 ′Et de שSiloní,עAשſaiáh primogenitus,& filii eius.

6 Et de filiis Zéraחh,Ieעuאél, ′& fratres eorum ſexcenti & nonaginta.

7 De filiis verò Biniamín, סSallú filius Meשſullám, filii Hodauiáh,filii Haסſenuáh.

8 Et Ibneiáh filius Ieroחhám: & אEláh filius עVzzi filii Michri: & Meשſullám filius שSephatiáh filii Reעuאél filii Ibniiáh.

9 ′Fratres autem eorum per generationes ſuas,nongenti & quinquagintaſex:omnes iſti,viri principes familiarũ ″per domum patrum ſuorum.

10 Ex ſacerdotibus quoque,Iedaעiáh,& Iehoiaríb,& Iachín,

11 Et עAzariáh filius חHilciiáh, filii Meשſullám, filii צSadóc, filii Meraióth,filii Aחhitúb principis domus Dei.

12 Et עAdaiáh filius Ieroחhám, ″filii Paשſ-חhúr, filii Malchiiáh: & Maעaשſai filius עAdiאél, filii Iaחhzérah, filii Meשſullám,filii Meשſillemíth,filii אImmér.

13 ″Et fratres eorum principes ′per domos patrum ſuorum,mille & ſeptingenti atque ſexaginta, fortes robore ″in opere miniſterii domus Dei.

14 ′Et de Leuitis, שSemaעiáh filius חHaשſúb filii עAzricám, filii חHaשſabiáh,de filiis Merarí.

15 Et Bacbacár חHéreשs,& Galál,& Mathaniáh filius Micháh, filii Zichri,filii Aסſáph.

16 Et עObadiáh filius שSemaעiáh,filii Galál, filii Ieduthún, & Berechiáh filius Aסſá, filii אElcanáh, qui habitabat in villis Netophathí.

Sellum.

17 Porrò ianitores, שSallúm, & עAccúb, & Talmón,& Aחimán,& fratres eorum:שSallúm″princeps.

18 ″Et hucuſque in porta Regis *fuerunt* ad Orientem, ipſi ianitores *fuerunt*″per turmas filiorum Leui.

IN CAPVT IX.

1 *Qui* tranſlati ſunt הגלו Subauditur אשר Qui. Antè ſcripſit generationem filiorum Iſraelis ante trãſmigrationem Babylonicam:nunc ſeribit genealogiam eorum qui ex captiuitate redierant,poſt tranſmigrationem. 2 Habitatores autem priores והיושבים הראשונים In Nehemia,capite vndecimo,ferè hæc omnia recenſentur,vſque ad finem capitis,vnde hæc illuſtrari poterunt. Habitatores priores vocat illos qui priores reuerſi habitauerunt in poſſeſſionibus ſuis quas inhabitabant ante captiuitatem. Iשſraאél,&c. ישראל וגו׳ .q.d.redierunt aliquot ex Iſraele, ex Sacerdotibus,Leuitis,& Nathinæis: vel,cum Sacerdotibus, & Leuitis, & Nathinæis etiam Iſraelitæ aliquot redierunt:& hos ſeparat à Sacerdotibus & Leuitis,de quibus verſu ſequenti. 3 In Ieruשſaláim nanque ובירושלם Declarat quid per Iſraelem intellexerit præcedente verſu,nempe eorum aliquot qui ex filiis Iudah aufugerunt quum abducerentur decem tribus. Vel potius (vt dictum eſt,& ex Nehemia patet)qui ex captiuitate redierunt. De מן Hîc מן ſignificat partem.q.d. habitauerunt aliquot de filiis Iudah. Id eſt de filiis ומן־בני Hîc ו pro Id eſt poſitum eſt. 5 Et de שׁ׳Siloní ומן־השילני Subaudiendum בני,& de filiis [.i.nepotibus]Siloni.eſt nomen proprium, vel ponitur vice nominis proprii. 6 Et fratres eorum ואחיהם ſub.ſupradictorum.

9 Fratres autem eorum ואחיהם Cognatos ſignificat. Per domum patrum ſuorum. לבית אבותיהם: .i per familias ſuas.

12 Filii Paשſ-חhúr, בן־פשחור .i.nepotis:nam hic omittuntur tres inter Ieroham & Paſ-hur. Vide Nehem.cap.11.c.12.

13 Et fratres eorum ואחיהם .i.cognati. Per domos patrum ſ. לבית אבותם .i.per familias ſuas,ſiue in familiis ſuis. In opere,&c. מלאכת וגו׳ .i.viri præfecti operi miniſterii templi ipſius Dei. Vel potius, facientes opus miniſterii domus Dei. Viros operis fortes vocat qui alacres & animo forti,robuſtóque corpore verſabantur in opere. 14 Et de Leuitis, ומן־הלוים Pergit explicare ſigillatim quæ poſita ſunt verſu ſecundo huius capitis. 17 Princeps. הראש: Ad verbum,caput.i.erat princeps eorum ianitorum. Fratres vocat cognatos,vt & ſuprà. 18 Et hucuſque,&c. ועד וגו׳ Et vſque ad hæc tempora *fuerunt* in porta Regis.i.præfuerunt illi portæ regiæ. Porta regia iſta,vna erat ex portis templi:ſic dicta quòd per eam Rex templum ingrederetur. Per turmas למחנות in turmis: Vel, inter turmas.q.d.ex filiis Leui iſti fuerunt oſtiarii & ianitores.

19 שSallúm filius Coræ, filii אEbiaסſáph,filii Córaחh,′& fratres eius de domo patris ſui, Corחhitæ,ſuper opus miniſterii,″cuſtodes liminum tabernaculi,& patres eorum″ſuper turmam Iehouæ, cuſtodes introitus.

Phinees.
Zacharias.

20 Et Pineחháסs filiꝰאElyazár dux erat ſuper eos olī:′Iehouáh cū eo

21 *Porrò* Zechariáh filius Meשſelemiáh ianitor *fuit* oſtii tabernaculi eccleſiæ.

22 Omnes iſti electi in ianitores in *ipſis* liminibus, ducenti & duodecim: ipſi″in villis ſuis recenſiti ſunt per ſeriem generationum: ″ipſos fundauit Dauid & שSemuאél Videns,″in officio ſuo.

Daud & Samuel Videns quæ ordinauerint.

23 Ipſi igitur″& filii eorum *erant* ſuper portas domus Iehouæ in domo tabernaculi′per cuſtodias:

24 ″Ad quatuor ventos erant ianitores,ad Orientem,Occidētem, Aquilonem,& Meridiem.

25 Et fratres eorum *erant* in villis ſuis, vt venirēt ſeptimo quoque die″ſingulis temporibus cum iſtis.

26 ″In officio enim *erant* iſti quatuor potentes ianitores, erânt*que* Leuitæ:& erant ſuper cubicula,& ſuper theſauros domus Dei.

27 In circuitu autem domus Dei manebant, quòd ″ſuper eos *eſſet* cuſtodia,ipſíque eſſent ſuper apertione″quotidie mane.

28 Ex illis autem *erant* ″ſuper vaſa miniſterii : ″in numero enim inferebant ea & in numero educebant ea.

29 Et ex ipſis cōſtituti erant ſuper vaſa *alia*,& ſuper omnia vaſa ſancta,& ſuper ſimilam,& vinum,& oleum,& thus,& aromata.

30 De filiis autē ſacerdotum″conficiebant vnguētum aromaticū.

31 Cæterū Matthithiáh de Leuitis (″ipſe *eſt* primogenitus שSallúm Corחhitæ)″in officio ſuper opus ſartaginum.

Panes propoſitionis.

32 Et de filiis″Cehathitarū ex fratribus eorum *erant* ſuper ″panē propoſitionis,vt pararent *illum* ſingulis ſabbathis.

33 Iſti autem cantores principes familiarum ″per Leuitas in cubiculis immunes:quia die ac nocte″ſuper eos *erat eſſe* in opere.

34 Iſti capita familiarū′Leuitis per generationes ſuas, capita *inquam* iſti habitauerunt in Ieruשſaláim.

35 In Gibעyón autem habitauerunt′pater Gibעyón, Ieעyiאél: & no-

19 Sellum verò filius Core filii Abiaſaph,filii Core cum fratribus ſuis, & domo patris ſui,hi ſunt Coritæ ſuper opera miniſterii, cuſtodes veſtibulorum tabernaculi: & familiæ eorū per vices caſtrorum Domini cuſtodiētes introitum.

D

20 Phinees autem filius Eleazari,erat dux eorum coram Domino.

21 Porrò Zacharias filius Moſollamia, ianitor portæ tabernaculi teſtimonii.

22 Omneshi electi in oſtiarios per portas,ducenti duodecim: & deſcripti in villis propriis:quos cōſtituerunt Dauid & Samuel Videns,in fide ſua.

23 Tam ipſos quàm filios eorum in oſtiis domus Domini, & in tabernaculo,vicibus ſuis.

24 Per quatuor ventos erant oſtiarii: id eſt ad Orientem,& ad Occidētem, & ad Aquilonem,& ad Auſtrum.

25 Fratres autem eorū in viculis morabantur, & veniebant in ſabbathis ſuis de tempore vſque ad tempus.

26 His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum,& erant ſuper exedras,& theſauros domꝰ Dñi.

E

27 Per gyrum quoque templi Dñi morabantur in cuſtodiis ſuis: vt quū tēpus fuiſſet,ipſi mane aperirent fores.

28 De horū grege erant & ſuper vaſa miniſterii:ad numerum enim & inferebantur vaſa,& efferebantur.

29 De ipſis & qui credita habebant vtenſilia Sanctuarii, præerāt ſimilæ, & vino , & oleo , & thuri, & aromatibus.

30 Filii autem ſacerdotum,vnguenta ex aromatibus conficiebant.

31 Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ , præfectus erat eorum quæ in ſartagine frigebantur.

F

32 Porrò de filiis Caath fratribus eorum,ſuper panes erāt propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula ſabbatha præpararent.

33 Hi ſunt principes cantorum per familias Leuitarum,qui in exedris morabantur, vt die ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent.

34 Capita Leuitarū, per familias ſuas principes,manſerunt in Ieruſalem.

35 In Gabaon autem commorati ſunt pater Gabaon Iehiel, & nomen vxo-

19 Et fratres eius ואחיו ſub.Sallum. Cuſtodes liminum שומרי הספים ſub.conſtituti fuerunt vſque ad hæc tempora. Super turmā Iehouæ, על־מחנה יהוה .i.præfuerunt caſtris Iehouæ, vt eſſent cuſtodes introitus ipſius tabernaculi.neminem enim ſinebant ingredi loca illa ſacra præterquam ſacerdotes. 20 Iehouáh cum eo. יהוה עמו: Subauditur אשר, vt ſit,cum quo Iehoua erat.Hebraiſmus,qui erat Domino gratiſſimus,qui inierat gratiam apud Iehouam.Hebræi enarratores non ſatis rectè,qui erat propheta Iehouæ.

22 In villis ſuis,&c. בחצריהם וגו׳ .i.quum recēſiti ſunt per ſeriem generationū,ſiue quum numerus eorum inuentus eſt talis qualis iam dictus eſt,erant in villis ſuis. Ipſos fundauit המה יסד Sing.Hebr.pro plur. יסדו. niſi multa ſubaudiantur. Quidam vertunt,illos confirmauit. vel conſtituit,pro conſtituerunt. Aut,ipſi fuerunt quos fundauit Dauid & Samuel propheta. In officio ſuo. באמונתם: in munere ſuo irreuocabili.fidei ſcilicet eorum cōcredito.אמונה propriè fidem ſignificat:ſed hic accipitur pro officio perpetuo & permanēte.à ſtabilitate ſic dicto. Quidam vertunt,propter fidem eorum. 23 Et filii eorum *erant* ſuper portas ובניהם על־השערים .i.nepotes eorū conſtituti fuerāt ſuper portas.Intelligunt conſtitutos fuiſſe ſuper tabernaculum ante ædificationem templi. Per cuſtodias: למשמרות: .i.per vices.q.d.certo numero erant. 24 Ad quatuor ventos לארבע רוחות q.d.manebant in quatuor partibus templi reſpondentibus quatuor plagis mundi.

25 Singulis temporibus cum iſtis. מעת אל־עת עם־אלה: Ad verbum,de tēpore in tempus cum iſtis.qui functi fuerint ſuo officio per hebdomadem ſuam.q.d. vt ſuccederent iſtis in fine ſeptem dierum. quia per hebdomadem fungebantur ſuo officio. Hoc genere dicendi vtitur & Ezechiel,cap.4.c.10. 26 In officio,&c. כי באמונה Quia in munere erant ipſi quatuor potentiſſimi ianitorum,erant Leuitæ.i.fungebātur munere ſuo ſeptem diebus, hoc eſt vna hebdomade:erántque Leuitæ. Qui præerat omnibus,erat de genere ſacerdotum: qui verò quatuor præerant aliis,neceſſariò erant Leuitæ. 27 Super eos *eſſet* cuſtodia,&c. עליהם משמרת וגו׳ .i.ad eos ſpectaret cuſtodire templum,& præeſſe apertioni oſtiorū templi.Paulo pòſt verſu 29,perficitur hæc oratio. Quotidie mane. ולבקר לבקר: Ad verbū,in mane,in mane.ו redundat.i.qua hora ſolebant oſtia aperiri,nēpe mane,ſiue ſummo mane. 28 Super vaſa miniſterii: על־כלי העבודה .i.ſuper inſtrumenta ipſius cultus Diuini. In numero enim,&c. כי במספר וגו׳ .i.dabant certo numero vaſa,& eadem certo numero recipiebant.certus nanque erat numerus vaſorum. 30 Conficiebant vnguentum aromaticum. רוקחי המרקחת לבשמים: Ad verbum,confectores *erant* confecturæ aromatum.i.conficiebant vnguēta aromatica. 31 Ipſe *eſt* primogenitus הוא הבכור Is erat nepos Sallum ex genere Corhitarum: hoc eſt ex nepotibus Corah erat. In officio ſuper,&c. באמונה על וגו׳ Id eſt,præfectus erat iis quæ fiebant per ſartaginem.q.d.ad eos ſpectabat videre diligenter quæ fiebant in ſartaginibus. 32 Cehathitarum הקהתי Sing.Heb.pro plur.i.Quidam autem Cahathitæ qui erant ex cognatis Leuitarum. Panem propoſitionis, לחם המערכת Ad verbum,panem diſpoſitionis.i.præerant panibus ordine diſpoſitis ante arcam fœderis,qui & panes facierum dicuntur Exod.25.c.30. 33 Per Leuitas,in cubiculis immunes: ללוים וגו׳ .i.in genere Leuitarum,immunes ab omni alio officio. Super eos *erat eſſe* in opere. עליהם במלאכה: Hebraiſmus,ad eos ſpectabat eſſe in opere,ſub.muſices. i.illorum erat diu & noctu muſicam illam Diuinam tractare. 34 Leuitis, ללוים .i.in tribu Leui.inter Leuitas.

35 Pater Gibעón,Ieעiאél, אבי־גבעון יעיאל .i.princeps Gibeon,nomine Ieiel , cum familiaribus eius. Aut dic verbum plurale poſitum pro ſingulari,habitauit.Hæc autem atque ſequentia,ad finem vſque capitis,ſcripta ſunt ſuprà capite præcedente,verſu 29.

ris eius,Maacha.

Filius primogenitus eius Abdon,& Sur,& Cis,& Baal,& Ner, & Nadab,

Gedor quoque, & Ahío, & Zacharias,& Macelloth.

G Porrò Macelloth genuit Samaam: iſti habitauerunt eregione fratrũ ſuorum in Ieruſalem,cum fratribus ſuis

Suprà 8.d.33 ¶Ner autẽ genuit Cis,& Cis genuit Saul,& Saul genuit Ionathan,& Melchi-ſua,& Abinadab,& Eſbáal.

Filius autem Ionathan,Merib-báal: & Merib-báal genuit Micha.

Porrò filii Micha: Phithon & Melech,& Tharaa,& Ahaz.

Ahaz autem genuit Iara:& Iara genuit Alamath, & Azmoth,& Zamri: Zamri autem genuit Moſa:

Moſa verò genuit Bannaa:cuius filius Raphaia genuit Elaſa,de quo ortus eſt Aſel.

Porrò Aſel ſex filios habuit his nominibus,Ezricã, Bochru,Iſmahel,Saria,Obdía,Hanan:hi ſunt filii Aſel.

Cap. X.

1.Reg.31.a.1. PHiliſthiim autem pugnabant cõtra Iſrael,fugerúntque viri Iſrael Palæſthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

Quúmque appropinquaſſent Philiſthæi perſequentes Saul & filios eius,percuſſerunt Ionathan,& Abinadab,& Melchi-ſúa filios Saul.

Et aggrauatum eſt prælium contra Saul, inuenerúntque eum ſagittarii, & vulnerauerunt iaculis.

Et dixit Saul ad armigerum ſuum, Euagina gladium tuum, & interfice me:ne fortè veniant incircuncíſi iſti, B & illudant mihi.Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus:arripuit ergo Saul enſem,& irruit in eum.

Quod quum vidiſſet armiger eius, videlicet mortuum eſſe Saul,irruit etiam ipſe in gladium ſuum, & mortuus eſt.

Interiit ergo Saul, & tres filii eius, & omnis domus illius pariter concidit.

Quod quum vidiſſent viri Iſrael qui habitabant in campeſtribus,fugerũt: & Saul ac filiis eius mortuis, dereliquerunt vrbes ſuas, & huc illúcque diſperſi ſunt:venerúntq; Philiſthiim, & habitauerunt in eis.

C Die igitur altero detrahentes Philiſthiim ſpolia cæſorum, inuenerunt Saul & filios eius iacentes in monte Gelboe.

Quúmque ſpoliaſſent eum, & amputaſſent caput, armíſque nudaſſent, miſerunt in terram ſuam, vt circunferretur,& oſtenderetur idolorum tẽplis & populis:

Arma autem eius conſecrauerunt in fano dei ſui, & caput affixerunt in templo Dagon.

Hoc quum audiſſent viri Iabes Galaad, omnia ſcilicet quæ Philiſthiim fecerant ſuper Saul:

D Conſurrexerunt ſinguli virorũ fortium,& tulerunt cadauera Saul & fi-

---

men vxoris eius,Mayacháh.

36 Filius autem eius primogenitus yAbdón,& xSur,& Ciשs, & Báyal,& Ner,& Nadáb,

37 Et Gedór,& Aחhió,& Zechariáh,& Miclóth.

38 Miclóth autem genuit שSimám:& etiam ipſi eregione fratrum ſuorum habitauerunt in Ieruשſaláim cum fratribus ſuis.

39 Ner autẽ genuit Ciשs, Ciשs autẽ genuit שSaאulẽ, שSaאúl autẽ genuit Iehonathán & Malchi-שſúay,& Abinadáb,& אEשſbáyal. Familia Saulis.

40 Filius autem Iehonathán,Merib-báyal: Merib-báyal autem genuit Micháh.

41 Filii autem Micháh:Pithón,& Mélech,& Thaחhréay.

42 Aחház autem genuit Iayaráh,Iayaráh autẽ genuit yAlémeth,& yAzmáueth,& Zimri:Zimri autem genuit Moxſáh.

43 Moxſáh autem genuit Binyá , & Rephaiáh filius eius, אElyaשſáh filius eius, Axſél filius eius.

44 Ipſi autem Axſél fuerunt ſex filii,quorũ iſta ſunt nomina,yAzricám,Bóchru,Iשſmaאyél,& שSeyariáh, & yObadiáh, & חHanán: iſti″filii Axſél.

Cap. X.

1 PEliשſthím autem pugnauerunt cum Iשſraאele,″fugítque vir Iשſraאél à facie Peliשſthím, ceciderúntque vulnerati *aliquot* in monte Gilbóay. Pugnãs Saul cõtra Philiſthæos, occiditur cum filiis.

2 Perſequuti ſunt autem Peliשſthím שSaאulem ac filios eius, percuſſerúntq; illi Ionathán , & Abinadáb, & Malchi-שſúay filios שSaאulis.

3 Et aggrauatum eſt prælium contra שSaאúlẽ, inuenerúntq; eũ iacientes arcu,″ac vulneratus eſt à iaculatoribus.

4 Dixítque שSaאúl ad armigerum ſuum, Euagina gladium tuũ, & perfode me illo:ne fortè veniãt incircuncíſi iſti,& illudant mihi. Noluit autem armiger eius:timebat enim valde. arripuit ergo שSaאúl gladium,& irruit in eum. Saul vulneratus, ſeipſũ interficit.

5 Videns autem armiger eius quòd mortuus eſſet שSaאúl, irruit & ipſe in gladium,ac mortuus eſt.

6 Mortuus eſt itaque שSaאúl,& tres filii eius,vniuerſáque domus eius pariter mortui ſunt.

7 Quod quum vidiſſent omnes viri Iשſraאelis qui erant in valle, quòd fugiſſent,& quòd mortui eſſent שSaאúl & filii eius,deſeruerunt vrbes ſuas,atque fugerunt:tũ venerunt Peliשſthím, & habitauerunt″in eis.

8 Fuit autẽ,in craſtino venerũt Peliשſthím ad ſpoliandũ interfectos,& inuenerũt שSaאulẽ & filios eius iacẽtes in mõte Gilbóay. Philiſthiim ſpoliato Saule,deferunt caput eius in terram ſuam.

9 Et ſpoliato eo,abſtulerunt caput eius,& arma eius,″ac miſerunt in *vniuerſam* terram Peliשſthím per circuitũ vt nuntiarent ″ſculptilibus ſuis,atque populo.

10 Poſuerúntque arma eius *in* fano dei ſui , ac caput eius ſuſpenderunt *in* fano Dagón.

11 Audientes autem omnes *viri* Iabéשs Gilyád omnia quæcunque fecerant Peliשſthím שSaאuli, Galaaditæ ſepeliunt Saulem, & filios ipſius.

12 Surrexerunt″omnes viri robuſti,ac tulerunt corpus שSaאulis,&

---

44 Filii Axſél. בני אצל: Hucuſq; deſcriptæ ſunt genealogiæ.Hinc iã incipiet deſcribere geſta,& præſertim ipſius Dauidis.Hic enim primus liber Paralipomenon ſcriptus eſt maximè in laudem Dauidis.

IN CAPVT X.

1 Fugítque vir Iשſr.à facie וינס איש־ישראל מפני Sing.Heb.pro plur.Fugerúntque Iſraelitæ,& terga dederunt coram Philiſthæis.

3 Ac vulneratus eſt ויחל Ad verbum,& doluit.aut,& moleſtia affectus eſt valde. 7 In eis. בהם: Hic ם pro ן poſitum,בהם pro בהן.

9 Ac miſerunt וישלחו ſub.caput illud.vel potius,nuntios. Sculptilibus ſuis, את־חעצבים .i.ſacerdotibus idolorum ſuorum victoriam vel mortem Saulis. 12 Omnes viri robuſti, כל־איש חיל Sing.Heb.pro plur.omnis vir virtutis.

corpora filiorum eius: attulerúntque ea in Iabéשs, & ſepelierunt oſſa eorũ ſubter ′quercũ illã in Iabéשs, & ieiunauerũt ſeptẽ dieb⁹.

Ieiunium.

Saul quare occiſus à Deo.

13 Mortuus eſt itaque שSaאúl propter præuaricationẽ ſuam qua præuaricatus fuerat cõtra Iehouã, *hoc eſt* cõtra verbũ Iehouæ quod non cuſtodiuit,& etiam quòd conſuluit ′Pythonẽ,conſulẽdo *eum*:

14 Neque conſuluit Iehouam,propterea inter fecit eum, tranſtulítque regnum ad Dauidem filium Iשſái.

Cap. X I.

Vngitur Dauid in Regem.

1 Congregati ſunt autem omnes Iשſraאelitæ ad Dauidẽ in חHebrón,dicendo,Ecce,′os tuum & caro tua ſumus:

2 Etiam heri,etiam nudiuſtertius, etiam quũ eſſet שSaאúl Rex, tu educebas & introducebas Iשſraאelem:dixítque Iehouáh Deus tuus tibi,Tu paſces populum meum Iשſraאelem,& tu eris dux ſuper populum meum Iשſraאelem.

Paſcere populũ.

3 Venerúntque omnes ſeniores Iשſraאelis ad Regẽ,in חHebrón, & percuſſit cum eis Dauid fœdus in חHebrón coram Iehoua:vnxerúntque Dauidem in Regem ſuper Iשſraאelem,″iuxta verbum Iehouæ per manum שSemuאelis

Ieruſalem,quæ & Iebus.

4 Profectus eſt autem Dauid & vniuerſus Iשſraאél in Ieruשſaláim(ipſa eſt Iebúסs,″& ibi Iebuסſæi habitatores terræ)

Arx Sion capitur à Dauide.

Iebuſæum percutięti præmium.

5 Dixerúntque habitatores Iebúסs Dauidi,Non ingredieris huc. Et cepit Dauid arcem צSiión:″ipſa eſt Ciuitas Dauidis.

6 Dixítq; Dauid,Quicũq; percuſſerit Iebuסſæũ″primus, erit princeps & dux. Aſcẽdit ergo primus Ioab filius צSeruiáh:& fuit dux.

7 Habitauit autem Dauid in arce: idcirco vocauerunt eam,Ciuitatem Dauidis.

8 ″AEdificauítque vrbem per circuitum à Milló″vſque ad gyrum: Ioáb verò″inſtaurauit reliquum vrbis.

Deus cum Dauide.

9 ′Et ibat Dauid eundo & creſcendo : nam Iehouáh exercituum erat cum eo.

Catalegus fortium Dauidis.

10 Iſti autem ſunt duces fortium ′qui *erant* Dauidi, ′qui roborauerunt ſeſe cum eo in regno eius cum toto Iשſraאele, vt Regẽ conſtituerent eum,iuxta verbum Iehouæ ſuper Iשſraאelem.

Ieſ baam,

11 ″Iſte autem *eſt* numerus fortiũ qui *erant* ipſi Dauidi: Iaשſobyám filius חHachmoní″princeps *inter* triginta:″iſte excitauit haſtã ſuam contra trecentos,*quos* vulnerauit vice vna.

Eleazar.

12 Et poſt eum אElyazár filius ″Dodo Aחoחhites : Ipſe ′inter tres potentes:

31 Is fuit cum Dauide in Paסſ-dammím,vbi Peliשſthím congregati erant ad pugnam: erátque poſſeſſio agri plena hordeo,& populus fugerat à facie Peliשſthím.

liorũ eius:attulerúntque ea in Iabes, & ſepelierunt oſſa eorũ ſubter quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

13 Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eo quòd præuaricatus ſit |mandatum Domini quod præceperat, & non cuſtodierit illud: ſed inſuper etiam |Pythoniſſam cõſuluerit: 1.Reg.15.e.23 1.Reg.28.b.7

14 Nec ſperauerit in Domino,propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid filium Iſai.

Cap. XI.

1 Congregatus eſt igitur omnis Iſrael ad Dauid in Hebron,dicens, Os tuum ſumus & caro tua. 2.Reg.5.a.1

2 Heri quoque & nudiuſtertius quũ adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Iſrael: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum.

3 Venerunt ergo omnes maiores natu Iſrael ad Regem in Hebrõ,& iniit Dauid cum eis fœdus corã Domino: vnxerúntque eum Regem ſuper Iſrael,iuxta ſermonem Domini quem loquutus eſt in manu Samuel.

4 Abiit quoque Dauid,& omnis Iſrael in Ieruſalem(hæc eſt Iebus vbi erãt Iebuſæi habitatores terræ)

B

5 Dixerúntque qui habitabant in Iebus,ad Dauid ,|Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion : quæ eſt Ciuitas Dauid,

6 Dixitque, Omnis qui percuſſerit Iebuſæum in primis, erit princeps & dux.Aſcẽdit igitur primus Ioab filius Saruiæ:& factus eſt princeps.

7 Habitauit autem Dauid in arce: & idcirco appellata eſt Ciuitas Dauid.

8 AEdificauitque vrbem in circuitu à Mello , vſque ad gyrum: Ioab autem reliqua vrbis extruxit.

9 Proficiebátq; Dauid vadens & creſcens , & Dominus exercituum erat cum eo.

10 |Hi principes virorum fortiũ Dauid, qui adiuuerũt eum vt Rex fieret ſuper omnem Iſrael,iuxta verbũ Domini quod loquutus eſt ad Iſrael. 2.Reg.23.a.8

11 Et iſte numerus robuſtorũ Dauid: Ieſ baam filius Hachamoni princeps inter triginta : iſte leuauit haſtã ſuã ſuper trecentos vulneratos vna vice.

12 Et poſt eum Eleazar filius patrui eius Ahohites,qui erat inter tres potentes.

31 Iſte fuit cũ Dauid in Pheſ-domim, quando Philiſthiim congregati ſunt ad locum illũ in prælium:& erat ager regionis illius plenus hordeo , fugerátque populus à facie Philiſthinorũ.

Quercum illam האלה De clara & inſigni notáque quercu loquitur. Vox Hebræa quibuſdam ſignificat vlmum,aliis quercum:Chaldæo paraphraſtæ,caſtaneam.1.Samu.31.d.13,ponitur dictio quæ ſimpliciter ſignificat arborem.

13 Pythonem,conſulendo *eum*. כאוב לדרוש: .i.mulierem habentem pythonem,ſiue dæmonem,& conſulendo eum.

IN CAPVT XI.

1 Os tuum & caro tua ſumus: עצמך ובשרך אנחנו: Vide quæ annotata ſunt 2.Samu.5.a.1. 3 Iuxta verbum,&c. כדבר וגו׳ Hebraiſmus,iuxta præceptum Iehouæ,internũtio Samuele. 4 Et ibi Iebuסſæi,&c. ושם היבוסי וגו׳ & ibi habitabant Iebuſæi incolæ illius terræ.

5 Ipſa eſt Ciuitas Da. היא עיר דויד: Aliquid ſubaudiendum,ea eſt quæ poſtea dicta fuit Ciuitas Dauidis.

6 Primus, בראשונה Ad verbum,in primis.vel in principio. 8 Ædificauitq; ויבן Pro Inſtaurauit poſitum eſt. Vſq; ad gyrũ: ועד הסביב .i.vſque ad finem ipſius circuitus. ו redundat. Inſtaurauit reliquum יחיה את שאר Ad verbum,viuificauit reliquum,nempe tentoria & tabernacula circum domum Regis. Viuificauit pro inſtaurauit,dixit:niſi fortè intelligat homines:vt dicimus Gallicè,*rafreſchir les gens.*

9 Et ibat Dauid eũdo וילך דויד הלוך Hebraiſmus,Profecit Dauid proficiendo. 10 Qui *erant* Dauidi, אשר לדויד .i.quos habebat ſocios & adiutores Dauid. Qui roborauerunt ſeſe cum eo המתחזקים עמו Hebraiſmus,qui pro virili fauerunt & adiuuerunt eum in negotio regni cũ toto Iſraele.Præſ.Heb.pro præt. 11 Iſte autẽ *eſt* numerus ואלה מספר Aut אלה pro זה poſitũ eſt:aut cõfũdũtur numeri. Doctiorib⁹ magis placet vt ſubintelligatur מן ante מספר,hocmodo,Iſti autẽ *ſũt*[vel *fuerũt*]de numero potẽtiũ,vel fortiũ *virorũ* Dauidis. Vide 2.Sã. 23.a.8. Princeps *inter* triginta: ראש השלושים Quũ ita vertit noſter interpres,ſequutus eſt literas dictionis,non puncta. Alii legunt השלישים quod principes ſignificat,& vertunt,dux principum. Alii,dux tertiorum.ſub.à Rege. Iſte excitauit,&c. הוא עורר וגו׳ Hebraiſmus,acſi dicat,vno conflictu lancea aggreſſus eſt trecentos viros fortes,quos & interfecit. Vide eundẽ Hebraiſmũ & 2.Sam.23.c.18. *Quos* interfecit, חלל vulneratos.cæſos. 12 Dodo Aחoחhites: דודו האחוחי patrui eius *de urbe* Ahohi. Inter tres potentes. בשלשה הגבורים: Hic(vt quidam volunt)ב pro מן poſitum,qui vertunt,ipſe fuit *unus* ex tribus fortibus. Tres enim fuerunt qui dicti ſunt fortes,quòd perrupto exercitu Palæſthinorum,attulerint aquam de ciſterna quæ erat in porta vrbis Beth-léhem,ad Dauidem.

14 Ii ſteterunt in medio agri,& defenderunt eum: quúque percuſſiſſent Philiſthæos, dedit Dominus ſalutem magnam populo ſuo.

2.Reg.23.b.13

D 15 Deſcenderunt autẽ tres de triginta principibus ad petram in qua erat Dauid, ad ſpeluncam Odollam, quando Philiſthiim fuerant caſtrametati in valle Raphaim.

16 Porrò Dauid erat in præſidio, & ſtatio Philiſthinorum in Beth-léhem.

17 Deſiderauit igitur Dauid, & dixit, O ſiquis daret mihi aquam de ciſterna Beth-léhem, quæ eſt in porta.

18 Tres ergo iſti per media caſtra Philiſthinorum perrexerunt, & hauſerũt aquam de ciſterna Beth-léhem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, ſed magis libauit illam Domino,

19 Dicens, Abſit vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem iſtorũ virorum bibam: quia in periculo animarum ſuarũ attulerũt mihi aquam. Et ob hãc cauſam noluit bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſſimi.

E 20 Abiſai quoque frater Ioab ipſe erat princeps trium, & ipſe leuauit haſtã ſuam contra trecentos vulneratos, & ipſe erat inter tres nominatiſſimus,

21 Et inter tres ſecundus inclytus, & princeps eorum: veruntamen vſque ad tres primos non peruenerat.

22 Banaias filius Ioiadæ vir robuſtiſſimus qui multa opera perpetrarat, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos ariel Moab: & ipſe deſcendit, & interfecit leonẽ in media ciſterna tẽpore niuis.

23 Et ipſe percuſſit virum AEgyptiũ, cuius ſtatura erat quinque cubitorũ, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: deſcendit igitur ad eum cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat manu, & interfecit eum haſta ſua.

F 24 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus,

25 Inter triginta primus, veruntamen ad tres vſque non peruenerat: poſuit autem eum Dauid ad auriculam ſuã.

26 Porrò fortiſſimi viri in exercitu, Aſel frater Ioab, & Elchanan filius patrui eius de Beth-lehem.

27 Sammoth Arorites, Helles Phalonites,

28 Ira fili⁹ Acces Thecuites, Abiezer Anathothites.

29 Sobbochai Huſathites, Ilai Ahohites,

30 Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites.

31 Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Bẽiamin, Banaiah Pharatonites.

14 Et conſtiterunt in medio poſſeſſionis, eruerúntque eam, ac percuſſerunt Peliשthím, & ſeruauit Iehouáh ſalute magna.

Victoria Deo tribuitur.

15 Porrò deſcenderunt tres è triginta principibus ″ad rupem ad Dauidem, ″in ſpeluncam עAdullám: Peliשthím autem collocauerant caſtra in valle Repháim.

16 Dauid verò tunc erat ″in ipſa arce: & ſtatio Peliשthím tum *etiam* erat in Beth-léחhem.

17 Deſiderauit autem Dauid, ac dixit, Quis potabit me aqua de ciſterna Beth-léחhem, quæ eſt ″in porta?

18 Irruperunt itaque tres illi per caſtra Peliשthím, & hauſerunt aquam de ciſterna Beth-léחhem, quæ erat in porta illa, acceperúntque, atq; attulerunt ad Dauidem: & noluit Dauid bibere eam, ſed libauit eam Iehouæ.

Dauid ſitiens nõ vult bibere aquã quam principes cum periculo vitæ hauſerant.

19 Dixítque, ″Abſit mihi à Deo meo vt faciam hoc: ″nunquid ſanguinem virorum iſtorum bibam ″cum periculo vitæ ſuæ? nam cum periculo vitæ ſuæ attulerunt eam. Et noluit bibere eam. hæc fecerunt tres illi robuſti.

20 Et Abiשái frater Ioáb ipſe erat princeps illorum trium: & ipſe ″excitauit lanceam ſuam contra trecentos, ″*quos* vulnerauit, & illi nomen *fuit* inter illos tres.

Abiſai.

21 Ex tribus inter duos *illos fuit* glorioſus, fuítque eis princeps, ſed vſque ad tres illos non peruenit.

22 Benaiáh filius Iehoiadáy ″filii viri robuſti ″*&* magni operibus, de Cabצſeאél: ipſe ″percuſſit duos ″fortiſſimos Moáb, idem quoque deſcendit, & percuſſit ″leonem in medio ciſternæ in die niuis.

Banaias.

23 Is idem percuſſit virum AEgyptium, ″virum mẽſuræ quinque cubitorum: & in manu AEgyptii erat lancea vt liciatorium texẽtium: ″deſcendit autem ad eum cum virga, & rapuit lanceã è manu AEgyptii, atque occidit eum lancea ipſius.

Gigas à Banaia occiſus.

24 Hæc fecit Benaiáhu filius Iehoiadáy, & ei erat nomen inter tres illos fortes.

25 ″Ex triginta ecce ipſe inclytus eſt, ſed *tamen* ad tres illos non peruenit: poſuit autem eum Dauid ″ad auditum ſuum.

26 ″Potentes autem exercituum, עAſah-אél, frater Ioáb, אElחhanán filius patrui eius, de Beth-léחhem:

27 שSammóth Harodites, חHéleצs Pelonites,

28 עIra filius עIcceשs Thecoעites, Abiעézer עAnthothites,

29 סSibbechái חHuשſáthites, עIlái Aחhoחhites,

30 Maharái Netophathites, חHéled filius Baעanáh Netophathites,

31 אItthái filius Ribái de Gibעáth filiorum Biniamín, Benaiáh Piרעathonites:

15 Ad rupem על־הצור in qua ſcilicet erat Dauid. Confer hæc cum 2.Samu.23.b.13. In ſpeluncam אל־מערת ad ciſternam.

16 In ipſa arce: במצודה In illa ſcilicet arce quò ſe recipere ſolebat perſequente Saule. Gallicè, *en ſon fort.*

17 In porta? בשער: ad portam? in qua eſt Palæſthinorum præſidium.

19 Abſit mihi à Deo meo חלילה לי מאלהי Ad verbũ, Inhibitio. [Prohibitio. ſub. ſit] mihi à Deo. Id eſt, prohibeat Deus, Auertat hoc Deus à me. Gallicè, *Ia Dieu ne plaiſe.* Nunquid ſanguinem, &c. הדם האנשים וגו׳ Hebraiſmus, An aquam ab iſtis cum vitæ ſuæ periculo hauſtam biberem? Ad verbum, An ſanguinem virorum iſtorum bibam cum animabus eorum? quia cum animabus ſuis attulerunt eam.

20 Excitauit עורר commouit. agitauit. *Quos* vulnerauit, חלל vulneratos.

22 Filii viri robuſti בן־איש־חיל filius *inquam* viri virtutis. vel virium. i. robuſtiſſimi. Et magni operibus, רב־פעלים magnus operibus. i. multorum operum & facinorum patrator. Gallicè, *homme d'execution.* poteſt tamen referri ad Iehoiada. Percuſſit הכה .i. interemit. vt dicimus, percuſſit vrbem, pro expugnauit. Fortiſſimos Moab, אריאל מואב Nomen eſt compoſitum ex duobus ſignificantibus fortem, ex ארי leo, & אל fortis. & eſt ſing. pro plur. q.d. interfecit duos quorũ vterque erat fortiſſimus. [ſiue duos Moabitas fortiſſimos] inſtar leonum. Leonem את־הארי De inſigni leone loquitur & noto, qui fortaſſe magnis incommodis incolas illos affecerat. q.d. deſcendit in ciſternam quam leoni parauerant, & in quam deſcenderat leo. 23 Virum menſuræ איש מדה ſub. magnæ. In 2.Samu.12.c.21, dicitur vir aſpectus. Deſcendit autem וירד ſub. in certamen. 25 Ex triginta, &c מן־השלושים וגו׳ Præ fortibus, robuſtus ipſe erat, & inclytus. Ad auditum ſuum. על־משמעתו: .i. ab auriculis, ſiue à conſilio. Vide aliam expoſitionem 2.Samu.23.d.23.

26 Potentes autem exercituum: וגבורי החילים Fortes autem in exercitibus. vel viribus, fuerunt, &c.

32 חHurái de torrente Gáעaשs,Abiאél עArbathites,

33 עAzmáueth Baחharumites,אEliaחbá שSalbonites.

34 Filii Haשſem Gizonitæ,Ionathan filius שSagé Hararites,

35 Aחhiám filius שSachár Hararites,אEliphal filius ואVr,

36 חHépher Mecherarithes,Aחhiiáh Pelonites,

37 חHeצſró Charmelites,Naעarái filius אEzbái,

38 Ioאél frater Nathán,Mibחhár filius Gerí,

39 צSélec עAmmonites, Naחharái Berothites armiger Ioáb filii צSeruiáh.

40 עIrá Ithræus,Garéb Ithræus.

41 ואVriiáh חHitthæus,Zabád filius Aחhlái.

42 עAdiná filius שSizá Reואubenites, dux ipſis Reואubenitis, & cũ eo triginta.

43 חHanán filius Maעacháh,& Ioשſaphát Mithnites.

44 עVzziiáh עAשſtherathites,שSamáע & Iehעiel filii חHothám עAroעerites.

45 Iediעaאél filius שSimri,& Ioחhá frater eius Thiצſites

46 אEliאél Maחhauites,Ieribái & Ioשſauiáh filii אElnaעám,& Ithmáh Moabites.

47 אEliאél & עObéd,& Iaעaשſiאél *de* Meצſobaiáh.

Cap. XII.

Qui tranſierint ad Dauid,quum adhuc fugeret Saulem.

1 ISti autem ſunt qui venerunt ad Dauidẽ in צSiclág,ʼadhuc clauſum à facie שSaאúl filii Ciשs:ʼ& ipſi *erant* inter potentes auxiliatores belli,

2 Armatiʼarcu,ʼdextra vtentes & ſiniſtra in ipſis lapidibus,ʼ& in ſagittis arcu,ex fratribus שSaאúl de Biniamín:

3 ʼDux Aחhiעézer & Ioáשs filii שSemaעáh Gibעathites, & Ieziאél & Pélet filii עAzmáueth,& Beracháh & Iehú עAnthothites.

4 Et Iשſmaעiáh Gibעonites fortis ʼinter triginta,ʼ& *erat* ſuper triginta:& Irmeiah & Iaחhaziאél, & Ioחhanán, & Iozabád Gederathites,

5 אElעuzái,& Ierimóth,& Beעaliáh,& שSemariáhu,& שSephatiáhu חHaruphites.

6 אElcanáh & Iשſiiáhu,& עAzarאél & Ioעézer,& Iaשſobעámʼ Corחhitæ.

7 *Et* Ioאעeláh,& Zebadiáh filii Ieroחhám de Gedór.

8 Et de Gaditis,ʼſeparauerunt ſeſe ad Dauidẽ in arcem in deſerto, fortes viribus,ʼviri militiæ ad bellum,ʼdiſponentes clypeum & ſcutum: facies autem leonis facies eorum,ʼ& ſimiles capris ſuper montes ad feſtinandum.

9 עEzérʼdux,עObadiáh ſecundus,ʼאEliáb tertius,

10 Miשſmannah quartus,Irmeiáh quintus,

11 עAtthái ſextus,אEliאél ſeptimus,

12 Ioחhanán octauus,אElzabád nonus,

Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites.

Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites.

Filii Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites.

Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr.

Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites. G

Heſro Carmelites, Naárai fili' Azbai.

Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai.

Selec Ammonites, Nahárai Berothites armiger Ioab filii Saruiæ.

Ira Iethræus, Gareb Iethræus.

Vrias Hethæus, Zabad filius Oholí.

Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarũ,& cum eo triginta.

Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites.

Ozia Aſtarothites, Samma & Iehiel filii Hotham Arorites.

Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thoſaites.

Eliel Mahumites, & Ieribai & Ioſaia filii Elnaam,& Iethma Moabites.

Eliel & Obed & Iaſiel de Maſobia.

Cap. XII.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg,quum adhuc fugeret Saul filium Cis: qui erant fortiſſimi & egregii pugnatores,

Tendentes arcũ,& vtraque manu fũdis ſaxa iaciẽtes, & dirigẽtes ſagittas:de fratribus Saul ex Beniamin.

Princeps Ahiezer, & Ioas filii Samaa Gabaathites:& Iaziel & Phallet filii Azmoth, & Baracha & Iehu Anathothites.

Samaias quoque Gabaonites fortiſſimus inter triginta & ſuper triginta:Ieremias & Iehezīel & Iohanã & Iezabad Gaderothites.

Et Eluzai & Ierímoth,& Baalía,& Samaria & Saphatia Haruphites.

Elcana & Ieſia & Azareel & Ioezer & Ieſbaam de Carehim:

Ioela quoque & Zabadía filii Ieroham de Gedor.

Sed & de Gaddi tranſfugerunt ad Dauid, quum lateret in deſerto, viri robuſtiſſimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & haſtam: facies eorum quaſi facies leonis, & veloces quaſi capreæ in montibus. B

Ezer princeps, Obdias ſecundus, Eliab tertius,

Maſmana quartus, Ieremias quintus,

Ethi ſextus, Eliel ſeptimus.

Iohanan octauus, Elzebad nonus,

IN CAPVT XII.

1 Adhuc clauſum à facie שSaואúl עוד עצור מפני שאול quum adhuc eſſet clauſus metu Saulis.i.quum adhuc contineret ſe in Siclag tanquã clauſum metu Saulis. Et ipſi *erant*,&c. והמה וגו׳ Hebraiſmus,Ipſi erant de numero virorum fortium qui tulerunt opem ipſi Dauidi in prælio contra Saulem. 2 Arcu, קשת Sing.Heb.pro plur.arcubus. Armatos arcubus vocat ſagittarios. Dextra vtentes & ſiniſtra in ipſis lapidibus, מימינים ומשמאלים באבנים Ad verbum,dextrantes & ſiniſtrantes in ipſis lapidibus. ſub.mittendis.i. in lapidibus funda iaciendis vtebantur ſiniſtra manu tanquam dextra.hoc eſt,erant egregii fundibularii. Et in ſagittis ובחצים ſub.mittendis.q.d.ſagittarii optimi. 3 Dux הראש princeps:ſub.eorum. 4 Inter triginta, בשלושים inter potentes.vel,fortes.i.fortiſſimus. Et ſuper triginta: ועל־השלושים .i.præerat illis triginta. 26 Corחhithæ. הקרחים: Plurale eſt. 8 Separauerũt ſeſe נבדלו .i.tranſfugerunt ad Dauidẽ. Viri militiæ ad bellum, אנשי צבא למלחמה ſub.exercendum.i.viri militares,bello exercendo apti, pollentes virtute bellica: vel, periti ad inſtruendam aciem. quod intelligi poteſt ex 33 verſu huius capitis. Diſponentes,&c. עורכי צנה וגו׳ .i.in acie vtentes clypeis & ſcutis.pro מגן in quibuſdã codicibus legitur רומח lancea. Et ſimiles capris,&c. וכצבאים וגו׳ Hebraiſmus,erant velociſſimi,& ipſas capras celeritate & agilitate æquantes:ita vt ſiquando erat accelerandum,facilè conſcenderent montes difficiles aditu. 9 Dux,הראש ſub.fuit illorum.

Ieremias decimus, Machbanai vndecimus.

Ii de filiis Gad principes exercitus: nouiſſimus, centũ militibus præerat, & maximus mille.

Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem menſe primo, quando inundare conſueuit ſuper ripas ſuas: & omnes fugauerunt qui morabãtur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidẽtalem.

Venerũt autem & de Beniamin & de Iuda ad præſidium in quo morabatur Dauid. C

Egreſſúſque eſt Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſariis meis, quũ ego iniquitatẽ in manibus nõ habeam, videat Deus Patrum noſtrorum, & iudicet.

Spiritus verò induit Amaſai principem inter triginta, & ait, Tui ſumus, ô Dauid, & tecum fili Iſai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: te enim adiuuat Deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid, & cõſtituit principes turmæ.

1.Reg.29.b.4

Porrò de Manaſſe tranſfugerunt ad Dauid, quando veniebat quum Philiſthiim aduerſus Saul, vt pugnaret: & non dimicauit cũ eis, quia inito conſilio remiſerunt eum principes Philiſthinorum, dicentes, Periculo capitis noſtri reuertetur ad dominũ ſuum Saul. D

Quando igitur reuerſus eſt in Siceleg, tranſfugerunt ad eum de Manaſſe, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael, & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes millium in Manaſſe.

Hi præbuerũt auxilium Dauid aduerſus latrunculos: omnes enim erãt viri fortiſſimi, & facti ſunt principes in exercitu.

Sed & per ſingulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandũ ei, vſque dum fieret grandis numerus, quaſi exercitus Dei.

Iſte quoque eſt numerus principũ exercitus qui venerũt ad Dauid, quũ eſſet in Hebron, vt trãſferrent regnũ Saul ad eum iuxta verbum Domini.

Filii Iuda portantes clypeum & haſtam, ſex millia octingenti expediti ad prælium.

E De filiis Simeon virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem millia centum.

De filiis Leui, quatuor millia ſexcenti.

13 Irmeiáhu decimus, Machbannái vndecimus.

14 Iſti de filiis Gád duces exercitus: ″vnus pro centũ, minor: & maior pro mille.

15 Iſti ſunt qui tranſierunt Iardén menſe primo, ″tametſi ipſe erat repletus ſuper omnes ripas ſuas, fugauerúntque omnes ′incolas vallium ad Orientem & Occidentem.

16 Venerunt præterea *aliquot* de filiis Biniamín & Iehudáh″vſque ad arcem ad Dauidem.

17 Egreſſúſque eſt Dauid ′ante eos, ′& loquens dixit eis, Si pacis cauſa″venitis ad me vt auxiliemini mihi, ′erit mihi ſuper vos cor pariter: ″ſi autem ad decipiendum me *veniſtis* pro aduerſariis meis, abſque iniquitate in manibus meis, videat Deus Patrum noſtrorum, & increpet.

″Spiritus verò induit עAmaשſái principẽ *ſuper* triginta, ″Tui *ſumus*, ô Dauid, & tecum fili Iשſái, *erimus*: ″pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, ″quia adiuuat te Deus tuus. Suſcepit itaque eos Dauid, & poſuit eos inter principes″turmæ.

Pax.
Adiutor Dauidis, Deus.

19 De Menaשſéh inſuper ″tranſfugerunt ad Dauidem, quũ veniſſet cum Peliשſthím cõtra שSaאulem in præliũ: ″& non iuuerunt eos, quia conſilio *inito* remiſerunt eum principes Peliשſthím, dicendo, ″Cum capitibus noſtris tranſfugiet ad dominum ſuum שSaאulem.

20 ″Quũ *inquam* pergeret in צSiclág, trãſfugerunt ad eum′aliquot de Menaשſéh, עAdnáחh, & Iozabád, & Iediעaאél, & Michaאél, & Iozabád, & אElihú, & צSillethái, duces militũ qui *erant* in Menaשſéh.

21 Et hi″auxiliati ſunt Dauidi cõtra turmam illam: quia fortes viribus erant omnes, fuerúntque principes″in eo exercitu.

22 ′Etenim quotidie veniebant ad Dauidem, vt auxiliarentur ei, ′donec *factus eſt* in exercitum magnum quaſi caſtra Dei.

23 ′Iſti autem ſunt numeri ducum ″expeditorum ad pugnam, qui venerunt ad Dauidẽ in חHebrón, ″vt cõuerterent regnum שSaאulis ad eum ′iuxta os Iehouæ.

Numerus eorũ qui erãt cum Dauide, vt cõſtituerent eũ Regem.

24 ′Ex filiis Iehudah portantes clypeum & haſtam, ſex millia & octingenti accincti *armis* ad pugnam.

25 De filiis שSimעón fortes viribus ad pugnam, ſeptem millia & centum.

26 De filiis Leui, quatuor millia & ſexcenti.

14 Vnus pro centum, &c. אחד למאה הקטן וגו׳ .i. minimus illorum poterat obſiſtere centum aliis, maximus verò poterat obſiſtere mille, vel poterat perſequi mille alios. 15 Tametſi ipſe erat repletus והוא ממלא Ad verbum, & ipſe repletus. q. d. nihil eos terruit Iordanis plenus, qui circa meſſem non ſolet capi ſuis ripis, vt vides Ioſue 3.d.15 Incolas vallium העמקים Ad verbum, valles. conualles.

16 Vſque ad arcem עד למצר vſque ad præſidiũ in quo Dauid ſeſe continebat metu Saulis, vt ſuprà verſu 1, & 8. 17 Ante eos. לפניהם ante faciem illorum. id eſt obuiam illis. Et loquens ויען Ad verbum, & reſpondit. Venitis באתם Præt Heb. pro præſ. Erit mihi ſuper vos, &c. יהיה לי עליכם לבב ליחד .i. cor erit mihi vobiſcũ in vnum. Hebraiſmus, ero vobiſcum eiuſdẽ animi. vel, erit mihi idem animus qui vobis: eiuſdem voluntatis ero. Si autem ad decipiendum, &c. ואם לרמותני וגו׳ .i. ſi autẽ veniſtis vt imponatis mihi in gratiam aduerſariorum, ſiue inimicorum meorum, quum nulla ſit iniquitas in manibus meis, Dominus videbit iniuriam quam mihi facitis, & redarguet vos & perfidiam veſtram. 18 Spiritus verò induit ורוח לבשה Hebraiſmus. Spiritum audaciæ & fortitudinis intelligit: acſi dicat, Audacia & fortitudine ductus reſpondit. Tui *ſumus*, ô Dauid, & tecum לך דויד ועמך tecum *ſumus*, & tecum *erimus*, id eſt à partibus tuis ſtamus & ſtabimus. Pax, pax tibi, &c. שלום שלום לך ושלום לעוזרך Hebraiſmus, multa pax tibi eſt, vel ſit: aut, res tuæ ſunt in tuto & optimo ſtatu, res quoque eorum qui ſtant à te. Quia adiuuat te כי עזרך Præt. Heb. pro præſ. Turmæ. הגדוד: illius exercitus. qui ſcilicet ad ipſum confugerat. Multitudinem eorum qui confugerant ad Dauidem vocat גדוד. 19 Tranſfugerunt נפלו Ad verbum, ceciderunt. i. defecerunt à Palæſthinis, & ſequuti ſunt Dauidẽ. Et non iuuerunt eos, ולא עזרום ſub. Palæſthinos. Vel, non adiuuerunt, ſub. Dauid & qui cum eo erant.

Cum capitibus no. בראשינו יפול Hebraiſmus, cũ periculo vitæ noſtræ deficiet. 20 Quũ *inquam* pergeret בלכתו .i. quum rediret.

Aliquot de Menaשſéh, ממנשה Aliquot addidit noſter interpres, quòd מן partem ſignificet. 21 Auxiliati ſunt Dauidi contra turmam, עזרו עם דויד על הגדוד adiuuerunt *prælium* cum Dauide [.i. vnà cum Dauide bellum intulerunt] contra turmam illam. ſub. Amalecitarum. Loquitur de turma nota & inſigni, nempe ea quæ ſpoliauerat Siceleg. 1. Samu. 30. b. 9, hæc deſcribuntur. In eo exercitu. בצבא: in ea militia.

22 Etenim quotidie כי לעת יום ביום Quotidie enim. Ad verbũ, Quia in tẽpore diei in die. i. ſingulis diebus. Donec *factus eſt* in exer. m. עד למחנה גדול .i. donec factus eſt maximus exercitus eius. 23 Iſti autẽ ſunt, &c. ואלה מספרי Hìc deſcribitur numerus eorum qui ex ſingulis tribubus venerant ad conſtituendum Dauidem in Regem ſuper vniuerſum Iſraelem. Expeditorum חלוץ Sing. Heb. pro plur. accinctorũ armis lumbos. i. qui lumbos inſtructos armis habebant. Vt conuerterent להסב vt transferrent. 24 Ex filiis Iehudáh בני יהודה Hoc loco deeſt præpoſitio מן, De vel ex, vt ex ſequentibus apparet. Niſi vertas, Filiorum Iehuda portantium, &c. Iuxta os Iehouæ כפי יהוה: Hebraiſmus, iuxta præceptum Iehouæ.

Iehoiadáy quoque dux, de *filiis* Aharón, & cum eo tria millia & 27
ſeptingenti.

Et צSadóc adoleſcẽs fortis viribus, & *de* domo patris eiusʹprin- 28
cipes vigintiduo.

Et de filiis Biniamín,ʹfratribus שSaאúl, tria millia:ʹadhuc e- 29
nim multitudo eorum cuſtodiebant cuſtodiam domus שSaאúl.

De filiis verò אEphráim, viginti millia & octingenti, fortes ro- 30
bore, viri nominatiʹin domo familiarum ſuarum.

Ex dimidia autem tribu Menaשſéh, octodecim millia quiʹdeſi- 31
gnati ſunt per nomina vt venirent ad conſtituendũ Regẽ Dauidẽ.

De filiis verò Iשſachár,ʹperiti intelligentia temporũ, ita vt ſci 32
rent quid agendũ eſſet Iשſraאeli, principes eorum ducenti:ʹ& o-
mnes fratres eorum iuxta ſermonem eorum.

De *filiis* Zebulún qui egrediebãtur ad militiam,ʹdiſponẽtes bellũ 33
cum omnibus inſtrumẽtis bellicis, quinquaginta millia,ʹ& *parati*
ad ordinem ſeruandum, abſque corde & corde.

De Naphthalí autem principes mille: & cum eis cum clypeo & 34
haſta triginta & ſeptem millia.

De Danitis itẽʹdiſponẽtes præliũ, vigintiocto millia & ſexcẽti. 35

Et de Aשér qui proficiſcebantur ad militiam,ʹad diſponẽdum 36
bellum, quadraginta millia.

Et de trãs Iardén, *id eſt* de Reאubenitis & Gaditis, & dimidia tri 37
bu Menaשſéh *venerunt* cum omnibus inſtrumentisʹpugnæ *&* belli,
centum & viginti millia.

Numerus exercitus Dauidis 322222.

Omnes iſti, viri bellatores,ʹinſtructores aciei,ʹcorde integro ve 38
nerunt in הHebrón ad conſtituendũ Regem Dauidem ſuper vni-
uerſum Iשſraאelem: quin & omne reſiduum Iשſraאelisʹcorde vno
erant vt Regem conſtituerent Dauidem.

Fuerúntque ibi cũ Dauide diebus tribus comedentes & biben- 39
tes:ʹpræparauerant enim eisʹfratres eorum.

Quinetiam qui illis vicini erãt vſque ad Iשſachár, & Zebulún, 40
& Naphthali, afferebant panẽ in aſinis, & camelis, & mulis, & bo-
bus,ʹeſcam, farinam,ʹpalathas, vuas paſſas, & vinũ, & oleum, & bo-
ues, & oues in multitudine. lætitia enim erat in Iשſraאele.

Cap. XIII.

Reducitur arca de Cariathiarim.

COnſilium autem iniit Dauidʹcum tribunis & centurionibus, 1
ʹcum omnibus ducibus:

Dixítque Dauid vniuerſo cœtui Iשſraאelis, Si vobisʹplacet,ʹ& 2
à Iehoua Deo noſtro *eſt*,ʹdiſpergamus *&* mittamus ad fratres no-
ſtros qui remanſerunt, in omnes terras Iשſraאelis: (cum illis au-

27 Ioſada quoque princeps de ſtirpè Aaron, & cum eo tria millia ſeptingenti.

28 Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes vigintiduo.

29 De filiis autem Beniamin fratribus Saul, tria millia. magna enim pars eorũ adhuc ſequebatur domum Saul.

30 Porrò de filiis Ephráim, viginti millia octingenti, fortiſſimi robore, viri nominati in cognationibus ſuis.

31 Et ex dimidia tribu Manaſſe, decẽ & octo millia, ſinguli per nomina ſua venerunt vt cõſtituerẽt Regẽ Dauid. B

32 De filiis quoque Iſſachar viri eruditi qui nouerant ſingula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael, principes ducenti: omnis autem reliqua trib⁹, eorũ cõſiliũ ſequebatur.

33 Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.

34 Et de Nephthali, principes mille: & cum eis inſtructi clypeo & haſta, triginta & ſeptem millia.

35 De Dan etiã præparati ad prælium, vigintiocto millia ſexcenti.

36 Et de Aſer egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes quadraginta millia.

37 Trans Iordanem autẽ de filiis Rubẽ, & de Gad, & dimidia parte tribus Manaſſe inſtructi armis bellicis, centum viginti millia. C

38 Omnes iſti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt conſtituerent Regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael: ſed & omnes reliqui ex Iſrael, vno corde erant vt Rex fieret Dauid.

39 Fuerũtque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. præparauerant enim eis fratres ſui.

40 Sed & qui iuxta eos erant, vſque ad Iſſachar & Zabulon & Nephthali, afferebant panes in aſinis, & camelis, & mulis, & bobus ad veſcendum: farinam, palathas, vuam paſſam, vinum, oleum, boues, arietes & omnem copiam. gaudium quippe erat in Iſrael.

Cap. XIII.

1 INiit autem conſilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuerſis principibus:

2 Et ait ad omnem cœtum Iſrael, Si placet vobis, & à Domino Deo noſtro egreditur ſermo quem loquor: mittam⁹ ad fratres noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael, & ad ſa-

---

28 Principes שרים ſub. venerunt. 29 Fratribus אחי .i. cognatis & conſanguineis, vel contribulibus, ſub. venerunt. Adhuc enim multitudo e. ועד־הנה מרביתם & ad hoc vſque tempus maior pars eorũ. Id eſt, adhuc plures illorum ſequebantur partes domus Saulis. 30 In domo familiarum ſuarũ. לבית אבותם: .i. in familiis ſuis. 32 Periti intelligentia temporũ. &c. יודעי בינה לעתים לדעת וגו׳ Ad verbũ, cognoſcentes intelligentiam in temporibus ad ſciendum quid, &c. i. qui periti erant temporũ & occaſionum, hoc eſt ſcientes quo tempore quidque eſſet agendum Iſraeli captatis occaſionibus. Et omnes fratres e. &c. וכל־אחיהם על־פיהם: .i. contribules eorum rem adminiſtrabant ex præſcripto eorum. 33 Diſponentes bellum עורכי מלחמה inſtruentes pugnam. i. in acie ordinata & inſtructa pugnantes omnibus armis bellicis. Et *parati* ad ordinem ſer. ולעדור Hoc verbum ſignificat ordinauit, inſtruxit aciem. Hîc videtur accipi pro pugnare in acie, ordine ſeruato. i. qui erant apti ad ſeruandum ordinem in acie, corde ſimplici, candido & puro, nõ duplici, ſed integro & perfecto, vt infrà verſu 38 dicit. 35 Diſponẽtes præliũ, עורכי מלחמה vt paulo antè verſu 33. 36 Ad diſponẽdum bellũ, ולערוך מלחמה .i. ad pugnandũ in acie inſtructa. hoc eſt, ordinẽ ſuũ in acie inſtructa ſeruantes, vel ſeruare callentes. vide ſuprà verſ. 33. 37 Pugnæ *&* belli, צבא מלחמה .i. militaribus & bellicis. 38 Inſtructores aciei, עודרי מערכה inſtruentes aciem. i. in acie ſtructa pugnãtes. Corde integro, בלבב שלם corde perfecto. Gallicè, *tous bien deliberez*. Corde vno *erant* vt Regẽ conſtit. &c. לב אחד להמליך את־דויד: .i. conſentiebat reliquus populus Iſrael vt Dauid in Regem eligeretur. 39 Præparauerant הכינו ſub. eſcas & cibaria. Fratres eorũ. אחיהם: .i. alii Iſraelitæ. 40 Eſcam, farinam מאכל־קמח *in* cibum [ad veſcendum. ſubauditur ל] farinam. Alii, cibum farinaceum. Palathas, דבלים maſſas ficuum ſiccarum.

IN CAPVT XIII.

1 Cũ tribunis עם־שרי האלפים Ad verbũ, cum principibus millium. Cũ omnibus ducibus: לכל־נגיד: Sing. Heb. pro plur. q. d. nullo duce excepto. 2 Placet, טוב Ad verbum, bonũ. ſub. eſt. vel videtur. Et à Iehoua, &c. ומן־יהוה אלהינו .i. ſi placuerit Domino, & ei rei fauerit quam molimur. Diſpergamus *&* mittamus נפרצה נשלחה diuidemus, mittemus. ſub. nuntios. i. varios & diuerſos nuntios mittemus: aut, huc illuc mittemus nuntios.

cerdotes & Leuitas qui habitant in ſuburbanis vrbium, vt congregentur ad nos:

Et reducamus arcam Dei noſtri ad nos: non enim requiſiuimus eam in diebus Saul. 3

B Et reſpondit vniuerſa multitudo vt ita fieret: placuerat enim ſermo omni populo. 4

2.Reg.6.a.2 ¶Congregauit ergo Dauid cunctum Iſrael à Sihor AEgypti, vſque dum ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei de Cariath-iarim. 5

Et aſcendit Dauid & omnis Iſrael collem Cariath-iarim, qui eſt in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei ſedentis ſuper Cherubim, vbi inuocatum eſt nomen eius. 6

Impoſuerúntque arcam Dei ſuper plauſtrum nouum, de domo Abinadab: Oza autem & frater eius minabant plauſtrum. 7

C Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael ludebant coram Deo, omni virtute, in canticis, & in citharis, & pſalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis. 8

Quum autem perueniſſent ad aream Chidõ, tetendit Oza manũ ſuã, vt ſuſtentaret arcam: bos quippe laſciuiens, paululum inclinauerat eam. 9

Iratus eſt itaque Dominus contra Ozam, & percuſſit eum, eo quòd tetigiſſet arcam: & mortuus eſt ibi coram Deo. 10

D Cõtriſtatúſque eſt Dauid, eo quòd diuiſiſſet Dominus Ozam: vocauitq; locum illum, Diuiſio Ozæ, vſque in præſentem diem. 11

Et timuit Deum tunc temporis, dicẽs, Quomodo poſſum ad me introducere arcam Dei? 12

Et ob hanc cauſam non adduxit eã ad ſe, hoc eſt in Ciuitatem Dauid, ſed auertit in domũ Obed-edom Gethæi. 13

Mãſit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus menſibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat. 14

Cap. XIIII.

2.Reg.5.b.11. Miſit quoque Hiram Rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietũ lignorúmque, vt ædificarent ei domum. 1

Cognouitque Dauid eo quòd confirmaſſet eum Dominus in Regẽ ſuper Iſrael, & ſubleuatum eſt regnum ſuum ſuper populum eius Iſrael. 2

Accepit quoque Dauid alias vxores in Ieruſalem: genuitque filios & 3

tem ʹ*ſunt* Sacerdotes & Leuitæ ʹin vrbibus ſuburbanorum ſuorum) & congregentur ad nos:

3 Vt reducamus arcam Dei noſtri ʹad nos: nõ enim requiſiuimus eam ʹin diebus שSaאulis.

4 Et dixerunt vniuerſus cœtus ʹvt faceret ſic. ʹrecta enim *viſa eſt* res illa in oculis totius populi.

5 Congregauit itaque Dauid cunctum Iשraאelem ʹà Nilo AEgypti ʹvſque ad introitum חHamáth, vt adducerent arcam Iehouæ ʹè Ciriáth-ieעarím.

6 Aſcendit ergo Dauid, & vniuerſus Iשraאél in Baעaláth in Ciriáth-ieעarim, quæ eſt in Iehudáh, vt adducerent inde arcam Dei Iehouæ ſedentis *inter* Cherubim, ʹ*ſuper* quam inuocatum eſt nomen *eius*.

7 ʹImpoſuerunt autem arcam Dei ſuper plauſtrum nouum è domo Abinadáb: עVzzáh autem & Aחhió ducebant plauſtrum.

8 Dauid autem & vniuerſus Iשraאél ʹludebant coram Deo totis viribus, & in cãticis, & in citharis, & pſalteriis, & tympanis, atque cymbalis, & tubis.

9 Quúmque veniſſent vſque ad aream Chidón, miſit עVzzáh manum ſuam, vt teneret arcam, quoniam ʹdeclinauerant boues.

10 Et exarſit furor Iehouæ in עVzzáh, percuſſítque eum, quòd miſiſſet manum ſuam ad arcam, & mortuus eſt ibi ʹcoram Deo.

11 ʹVnde ira fuit Dauidi, quòd ʹdiuiſiſſet Iehouáh diuiſionem in עVzzáh: ʹpropterea vocauit locum ipſum Péreצ עVzzáh, vſque ad diem hanc.

12 Et timuit Dauid Deum in die illa, dicendo, Quomodo introducam ad me arcam Dei?

13 Et non deduxit Dauid arcam ad ſe in Ciuitatẽ Dauidis, ʹſed deduxit eam in domum עObed אedóm Gitthæi.

14 Et manſit arca Dei in domo עObed-אedóm, ʹin domo eius tribus menſibus: benedixítque Iehouáh domui עObed אedóm, & omnibus quæ *erant* illius.

Cap. XIIII.

1 Miſit autem חHirám Rex צSor legatos ad Dauidem, & ligna cedrina, ʹ& artifices parietis, ʹ& artifices lignorum ad ædificandum ei domum.

Hiram mittit ligna & artifices, ad extructionẽ domus Dauidis.

2 Cognouit itaque Dauid quòd ʹconfirmaſſet eum Iehouáh Regem ſuper Iשraאelem, *&* ʹquòd eleuatum eſſet ſurſumuerſus regnum ſuum, propter ʹpopulum eius Iשraאelem.

3 Accepit autem Dauid adhuc vxores in Ieruשaláim: & genuit

Dauid acceptis vxorib⁹ genuerat plures liberos.

Sunt Sacerdotes & Leuitæ הכוהנים והלוים Vel ſubaudi, remanſerunt. Omnes Sacerdotes ſunt Leuitæ, nõ contrà: ideo dicit, Sacerdotes & alios Leuitas. In vrbibus ſuburb. ſ. בערי מגרשיהם in vrbibus *&* ſuburbanis ſuis. 3 Ad nos: אלינו .i. in Ieruſalem. In diebus שSaאulis. בימי שאול: .i. tempore regni Saulis. nam ſub Saule fuit capta, & deducta in Semes. Vide 1.Samu.4.b.11, & 7.a.1.

4 Vt faceret ſic. לעשות כן ſic eſſe faciendũ. Recta ישר iuſta. æqua. Hebraiſmus, pro, nã ſummopere placuit ea res vniuerſo populo.

5 A Nilo מן שיחור à שSiחhor. Ita dicitur Nilus, quòd aquas turbidas trahere ſoleat. Sehor enim nigrorẽ ſignificat. Vſque ad introitum ועד לבוא Ad verbum, & vſque ad introire. E Ciriath-ieעarim. מקרית יערים: Id eſt de Gabaa vrbe quæ proxima erat vrbi quæ dicebatur Ciriath-iearim. Locus difficilis & obſcurus: quòd 2.Samu.6.a.3, dicatur fuiſſe in Gabaa. Sic autem ſoluunt (vt iam cœperamus dicere) de Ciriath-iearim, id eſt de loco in quo ſtatuerunt eam ciues Ciriath-iearim. fuerat enim remiſſa primùm à ciuibus Beth-ſemes in Iearim. Deinde ciues Ciriath-iearim deduxerant domũ Abinadab, quæ erat in Gabaa, quæ fortaſſe erat ex filiabus eius, & illi ſubiecta, propterea attribuitur ei loco. 6 *Super* quam inuocatum eſt nomen. אשר נקרא שם Hebraiſmus, quæ appellabatur arca Iehouæ. Vel, ad quam inuocabatur nomen Domini. 7 Impoſuerunt autem וירכיבו Ad verbum, Et vehere fecerunt. 8 Ludebant משחקים .i. lætitiam magnam geſtu & voce oſtendebant. 9 Declinauerant שמטו Hæc dictio exponitur 2.Samu.6.a.6, vbi quæ hic dicitur area Chidon, dicitur area Nachon. 10 Corã Deo.: לפני אלהים .i. coram arca Dei. 11 Vnde ira fuit Dauidi, &c. ויחר לדויד כי פרץ וגו Iratus eſt autẽ Dauid quòd diuiſiſſet, &c. i. quòd ſeparaſſet animam à corpore. Alii, quòd rupiſſet rupturam, &c. vt 2.Samu.6.b.8. Propterea vocauit ויקרא Ad verbũ, & vocauit. Nomen quod indidit, nõ Dauid, ſed alius quiſpiam, vſque in hodiernum diem manſit. 13 Sed deduxit eam ויטהו ſed declinare fecit eam. 14 In domo eius בביתו in familia eius. vel, cum familia.

IN CAPVT XIIII.

1 Et artifices parieti, וחרשי קיר 2.Samu.5.b.11 (vbi hæc ſcribuntur) vocat fabros, ſiue artifices lapidis parietis. i. latomos. fabros autẽ lignarios vocat artifices lignorum. 2 Confirmaſſet eũ הכינו præparaſſet. Quòd eleuatum eſſet ſurſumuer. &c. כי נשאת למעלה מלכותו Quidam volunt iſtud legi per parentheſim. i. quòd eleuatum eſſet regnum ſuum in magnam dignitatem. Populum eius עמו ſub. Dei.

Dauid adhuc filios & filias.

4 Et iſta *ſunt* nomina eorum qui nati ſunt ei in Ieruשſaláim: שSāmúay & שSobáb, Nathán & שSelomóh,

5 Et Ibחhár, & Eliשſúay,'& אElpélet,

6 Et Nogáh, & Népheg, & Iaphíay,

7 Et אEliשſamáy, & Beyeliadáy,"& אEliphélet.

Dauid conſulto Domino vincit Philiſthæos.

8 Audientes autem Peliשſthím quòd vnctus eſſet Dauid Rex ſuper vniuerſum Iשſraאelem, aſcenderunt vniuerſi 'ad quærendum Dauidem: quod quum audiſſet Dauid, egreſſus eſt"contra eos.

9 Peliשſthím autem'venerunt, ac diffuſi ſunt in valle Repháim.

10 Conſuluit itaque Dauid Deum, dicendo,'Aſcendámne cōtra Peliשſthím, & trades eos in manum meam? Et dixit ei Iehouáh, Aſcende, & tradam eos in manum tuam.

11 'Aſcenderunt itaque'in Báyal-peraצſím, & percuſſit eos ibi Dauid, ac dixit,"Diuiſit Deus inimicos meos"per manū meam,'tanquam diuiſionem aquæ. idcirco vocauerunt nomen loci ipſius, Báyal-peraצſím.

12 Dereliquerúntque ibi deos ſuos:"& præcepit Dauid, & combuſti ſunt igni.

Rurſum ꝓræliāte Deo, debellat eos.

13 Addiderunt autem rurſum Peliשſthím,'ac diffuſi ſunt in valle.

14 Cōſuluit itaque adhuc Dauid Deū: & dixit ei Deus,'Ne aſcendas poſt eos:"*ſed* circunda eos, & venies ad eos exaduerſo"pyrorū.

15 Quúmque audieris'ſtrepitum ipſius inceſſus in apicibus pyrorum, tunc egredieris in prælium: tum enim egreſſurus eſt Deus ante te vt percutiat caſtra Peliשſthím.

16 Fecit ergo Dauid quemadmodum præceperat ei Deus, & percuſſerunt caſtra Peliשſthím à Gibyón vſque ad Gazeráh.

17 'Et exiit nomen Dauidis in vniuerſas terras:"dedítque Iehouáh pauorem eius ſuper omnes Gentes.

Reddit Deus formidabilem Dauidem.

Cap.XV.

1 F"Ecit autem ſibi domos in Ciuitate Dauidis, ædificauítque locum pro arca Dei, ac tetendit ei"tabernaculum.

Soli Leuitæ arcam geſtare debebant.

2 Tunc"dixit Dauid,'Non eſt *fas* vt *quiquam* portent arcam Dei"niſi Leuitæ: illos enim elegit Iehouáh vt portent arcam Dei, & vt miniſtrent ei vſque in ſeculum.

3 Congregauit itaque Dauid vniuerſum Iשſraאelem in Ieruשſaláim,"vt induceret arcā Iehouæ in locū ſuū quē præparauerat ei.

4 Congregauit quoque Dauid"filios Aharón, & Leuitas.

5 De filiis Cehàth,"אוVriאél prīceps,"& fratres eiꝰ, cētū & viginti.

& filias.

4 Et hæc nomina eorum qui nati ſunt ei in Ieruſalē: Samua & Sobab: Nathan & Salomon,

5 Iebahar, & Eliſúa, & Eliphálet,

B

6 Noga quoq; & Napheg, & Iaphia,

7 Eliſama, & Baal-iada, & Eliphálet.

8 Audiētes autē Philiſthiim eo quód vnctus eſſet Dauid in Regem ſuper vniuerſum Iſrael, aſcenderunt omnes vt quærerent eum: quod quū audiſſet Dauid, egreſſus eſt obuiam eis.

2.Reg.5.c.17, & d.20.

9 (Porrò Philiſthiim veniētes, diffuſi ſunt in valle Raphaim)

10 Conſuluitque Dauid Dominum, dicens, Si aſcendam ad Philiſthæos, & ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus, Aſcende, & tradam eos in manu tua.

C

11 Quúmque illi aſcendiſſent in Baal-pharaſim, percuſſit eos ibi Dauid, & dixit, Diuiſit Deus inimicos meos per manum meam, ſicut diuiduntur aquæ. & idcirco vocatum eſt nomen illius loci, Baal-pharaſim.

12 Dereliquerúntque ibi deos ſuos, quos Dauid iuſſit exuri.

13 Alia autem vice Philiſthiim irruerunt, & diffuſi ſunt in valle.

14 Conſuluitque rurſus Dauid Deum: & dixit ei Deus, Non aſcendas poſt eos: recede ab eis, & venies contra illos ex aduerſo pyrorum.

D

15 Quúmque audieris ſonitū gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum: egreſſus eſt enim Deus ante te, vt percutiat caſtra Philiſthiim.

16 Fecit ergo Dauid ſicut præceperat ei Deus, & percuſſit caſtra Philiſthinorum de Gabaon vſque Gázera.

17 Diuulgatúmque eſt nomen Dauid in vniuerſis regionibus, & Dominus dedit pauorē eius ſuper omnes Gentes.

Cap.XV.

1 FEcit quoque ſibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locū arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum.

2 Tunc dixit Dauid, Illicitum eſt vt à quocunque portetur arca Dei, niſi à Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad miniſtrādum ſibi vſque in æternum.

Num.4.a.2.b.20

3 Congregauitque vniuerſum Iſrael in Ieruſalē, vt afferretur arca Domini in locū ſuum quē præparauerat ei.

4 Necnon & filios Aaron & Leuitas,

5 De filiis Caath, Vriel princeps fuit, & fratres eius, centum viginti.

---

5 Et אElpélet. ואלפלט: Iſte 2.Samu.5.c.15, dicitur Eliada. 8 Ad quærendum לבקש .i.vt inuentum Dauidem regno pellerent. Contra eos. לפניהם: obuiam illis. 9 Venerunt, ac diffuſi ſunt באו ויפשטו venerant, ac effuſi erant. Alii, venerant, ac palantes populabantur. Alii, irruerunt, & graſſabantur palantes. 10 Aſcendámne, &c. האעלה וגו׳ q.d. Nunquid ſi aſcendero contra Palæſthinos, efficies vt victor de illis euadam? 11 Aſcenderunt itaque ויעלו ſub. Dauid & milites eius. In Báyal-pe. בבעל־פרצים Per anticipationem ſic vocatur locus: nam poſtea imponitur illi nomen. ſignificat autē idolum diuiſionū: vel potius, planitiem ruptarum. ſub. acierum: quòd acies Palæſthinorum illic fuerint ruptæ. Diuiſit פרץ Rupit. Per manum meam, בידי in manu mea. q.d. vſus eſt me inſtrumēto. Tanquam diuiſionem aq. כפרץ מים .i. quemadmodū amnis inundans rupto aggere ſuo obruit vicinos agros: ſic Dauid oppreſſit exercitum Palæſthinorum. Chaldæus paraph. per diuiſionem aquarum intelligit vas fictile plenum aqua, ſic, Vt frangi ſolet vas teſtaceum plenum aqua. nēpe quo rupto aqua effunditur. 12 Et præcepit ויאמר Ad verbū, & dixit. i. præcepit Dauid vt cōburerentur, & cōbuſti ſunt igni.

13 Ac diffuſi ſunt, &c. ויפשטו בעמק: & populari cœperūt vallem illā. Vel, & palantes graſſati ſunt in ea valle. Latinè reddes ſic totū verſum, Rurſus autem Palæſthini irruerunt populabundi in eam vallem. 14 Ne aſcendas poſt eos: לא תעלה אחריהם q.d. noli inſequi, ſiue perſequi eos. *ſed*, &c. *Sed* circūda eos הסב מעליהם *ſed* deflecte ab illis. i. recipe te & exercitum tuum in locum qui eſt exaduerſo pyrorū, vt inde poſtea irruas in eos. Pyrorum. הבכאים: mororum. 15 Strepitum ipſius inceſſus in apic. pyr. את־קול הצעדה וגו׳ ſtrepitum ipſius inceſſus in ſummitate mororum. i. ſtrepitum virorum, ſiue Angelorum gradientium per ſummitatem, ſiue cacumina mororum.

17 Et exiit nomen ויצא שם Exiit itaque fama. Diuulgatum eſt itaque nomen eius, peruagata & ſparſa eſt fama eius, &c. Dedítque Iehouáh, &c. ויהוה נתן את־פחדו על־כל־הגוים: Hebraiſmus, Iehoua fecit vt omnes illæ Gentes timerēt ſibi à Dauide: reddidit eū formidabilem.

IN CAPVT XV.

1 Fecit autem ויעש ſub. Dauid. Tabernaculum. אוהל: Iſtud fuit aliud ab eo quod fecerat ei Moſes in deſerto: quia illud manſit in Gabaa vſque ad ædificationē tēpli Salomonis. 2 Dixit אמר ſub. apud ſe. Non eſt *fas* vt *quiquam* portēt לא לשאת Ad verbū, Nō ferre. i. nemini licet ferre arcam, niſi ſolis Leuitis. Hoc dicit quòd deportaſſent arcam plauſtro ex Gabaa, & Oza auſus fuiſſet attingere eam, vnde & mortuus eſt. Niſi Leuitæ: כי אם־הלוים ſed Leuitæ. ſub. ferre debent. 3 Vt induceret להעלות Ad verbū, vt aſcendere faceret.

4 Filios את־בני .i. nepotes. nam filii mortui erant multis antè ſeculis. 5 אוVriאél אוריאל ſub. adfuit. Alii vertunt in accuſatiuo, Vrielem principem: ſubaudientes, congregauit. vel accepit. & ל per מן exponunt. Et fratres eius, ואחיו & cognati eius.

6 De filiis Merari, Aſaia princeps, & fratres eius ducenti viginti.

7 De filiis Gerſom, Ioel princeps, & fratres eius centum triginta.

8 De filiis Eliſaphan, Semeias princeps, & fratres eius ducenti.

9 De filiis Hebron, Eliel princeps, & fratres eius octoginta.

10 De filiis Oziel, Aminadab prĩceps, & fratres eius centum duodecim.

B

11 Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar ſacerdotes, & Leuitas, Vriel, Aſaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab:

12 Et dixit ad eos, Vos qui eſtis principes familiarum Leuiticarum: ſanctificamini cum fratribus veſtris, & afferte arcam Domini Dei Iſrael ad locũ qui ei præparatus eſt:

Suprà 13.d.10

13 Ne, ‖vt à principio, quia non eratis præſentes, percuſſit nos Dominus: ſic & nũc fiat, illicitũ quid nobis agẽtib'.

14 Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei Iſrael.

Exod.25.b.14

15 Et tulerunt filii Leui arcam Dei, ſicut præceperat ‖Moyſes iuxta verbũ Domini, humeris ſuis, in vectibus.

16 Dixitque Dauid principibus Leuitarum, vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt reſonaret in excelſis ſonit' lætitiæ.

17 Cõſtituerũntque Leuitas, Heman filium Ioel, & de fratribus eius, Aſaph filium Barachiæ. de filiis verò Merari, fratribus eorũ, Ethan filiũ Caſaiæ.

18 Et cum eis fratres eorum, in ſecundo ordine, Zachariam, & Ben, & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam, & Maaſiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obed-edom, & Iehiel, ianitores.

C

19 Porrò cantores, Heman, Aſaph, & Ethã, in cymbalis æneis cõcrepãtes.

20 Zacharias autem & Oziel, & Semiramoth, & Iahſel, & Ani, & Eliab, & Maaſias, & Banaias in nablis arcana cantabant.

21 Porrò Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obed-edom, & Iehiel, & Ozaziu, in citharis pro octaua canebant epinicion.

22 Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad pręcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens.

23 Et Barachias & Elcana, ianitores arcæ.

6 De filiis Merarí, עAשſaiáh princeps, & fratres eius, ducenti & viginti.

7 De filiis ″Gerשſó, Ioאél princeps, & fratres eius, cẽtũ & triginta.

8 De filiis ″אEliצſaphán, שSemaעaiáh prĩceps, & fratres ei', ducẽti.

9 De filiis ′חHebrón, אEliאél princeps, & fratres eius, octoginta.

10 ″De filiis עVzziאél, עAmminadáb princeps, & fratres eius cẽtum & duodecim.

11 Vocauit itaque Dauid צSadóc & אEbiathár ſacerdotes: Leuitas autem, אוVriאél, עAשſaiáh, & Ioאél, שSemaעaiáh, & אEliאél, & עAmminadáb:

12 Dixitque eis, Vos eſtis capita ″patrum Leuitarum: ′ſanctificate vos, & fratres veſtros, ″& inferte arcam Iehouæ Dei Iשſraאelis ″in *locum quem* præparaui illi.

13 Quia ″à principio nõ fuiſtis, diuiſit Iehouáh Deus noſter nos, quia non ′requiſiuimus eum ſecundum ritum.

14 Sanctificauerunt ſe igitur ſacerdotes & Leuitæ vt inferrent arcam Iehouæ Dei Iשſraאelis.

15 Tulerúntque filii Leuitarum arcam Dei, quemadmodum præceperat Moשſéh iuxta verbum Iehouæ, humero ſuo cum vectibus *qui erant* ſuper eos.

Arca reducitur à Leuitis cum canticis.

16 Dixit inſuper Dauid principibus Leuitarũ vt cõſtituerent de fratribus ſuis ″cantores cum inſtrumentis cantici, pſalteriis, & citharis, & cymbalis, ′vt reſonarent, exaltando vocem in lætitia.

17 Conſtituerunt itaque Leuitæ Hemán filium Ioאél: & de fratribus eius Aסſaph filium Berechiáhu, & de filiis Merarí ″fratribus eorum, אEthán filium Cuשſaiáhu.

18 Et cum eis fratres eorum ſecundi, Zechariáhu, Ben, & Iaעaziél, & שSemiramóth, & Ieחhiél, & עVnni, אEliáb, & Benaiáhu, & Maעaשſeiáhu, & Matthithiáhu, & אElipheléhu, & Micneiáhu, & עObed-אedóm, & Ieעiאél, ianitores.

19 Cantores autem, Hemán, Aסſaph, & איEthán, in cymbalis æneis, ″ad reſonandum.

Cãtores, Hemã Aſaph, Ethan.

20 Et Zechariáh, & עAziאél, & שSemiramóth, & Ieחhiאél, & עVnni, & אEliáb, & Maעaשſeiáhu, & Benaiáhu, in pſalteriis ″ſuper עAlamóth.

21 Et Mathithiáhu, & אEliphelého, & Micneiáhu, & עObed-אedóm, & Ieחhiאél, & עAzaziáhu ĩ citharis ″ſuper haשſeminith lenaצſéaחh.

22 Chenaniáhu autem princeps Leuitarum ″in prophetia, principatum tenebat in prophetia, quòd ″intelligens eſſet.

23 Et Berechiáh & אElcanáh, ianitores arcæ.

---

7 Gerשſom, גרשם Hic fuit filius tertius, qui aliquando per ם, aliquando per ן finales literas ſcribitur, quòd literæ illæ magnam habeant cognationem. 8 אEliצſaphan, אליצפן Filius Vziel fuit iſte, vt Exod.6.d.22. alioqui locus iſte eſt difficilis.

9 חHebrón, חברון Fuit vnus ex filiis Cahath, vt Exod.6.d.18. 10 De filiis עVzziאél, לבני עוזיאל q.d. ex aliis nepotibus Vziel, nempe qui non deſcenderunt ab eo per Eliſaphan: nam Eliſaphan cuius modò meminerat, fuit filius Vziel. Hîc numerantur nepotes trium filiorum Leui; Cahath, Merari, & Gerſon. deinde tranſit ad nepotes filiorum Cahath, Eliſaphan, Hebron, & Vziel. 12 Patrum Leitarũ: האבות ללוים .i. familiarum Leuiticarum. Sanctificate vos, התקדשו .i. abſtinete vos ab vxoribus veſtris, & cæteris inquinamentis. Et inferte והעליתם Ad verbum, & aſcendere facite. In *locum quem* præparaui אל הכינותי Hic ſubauditur nomen ex ſuperiore tertio verſu.

13 A principio non fuiſtis, diuiſit, &c. למבראשונה לא אתם פרץ. .i. quia vos non portaſtis arcam, ideo Dominus graſſatus eſt in nos, hoc eſt interfecit aliquot ex nobis, nempe Ozam. Metaphora ab aquis aggerem rumpentibus: vel ab exercitu irruptionẽ faciente, ruptis munitionibus vel mœnibus. Requiſiuimus eum ſecundũ ritũ. דרשנוהו כמשפט requiſiuimus eũ iuxta ritũ. i. non ſumus proſequuti eum illo honore quo debebamus. 16 Cantores cũ inſtrumentis cantici, המשוררים בכלי שיר .i. qui canerent inſtrumentis muſicis. Vt reſonarent, exaltando משמיעים להרים Ad verbum, audire facientes [.i. ſonitũ edentes] exaltando. i. vt ſonitum ederent, & vocẽ ſuam attollerent plenam lætitiæ.

19 Ad reſonandum. להשמיע: .i. ad attollendam vocẽ. Ad verbũ, vt audire facerent. 20 Super עAlamóth. על עלמות: De hac voce vide Pſal.46.a.1. 21 Super haשſeminith lenaצſéaחh. על השמינית לנצח: ſuper octauã, ad tollendam vocẽ. vel, ſuper octauam ad obtinendum in cantu. aut, ad præualendum. i. ad attollendã vocem ita vt vincantur alii: hoc eſt ad triumphandũ & ſuperandum in cantu. De his duabus vocibus vide Pſal.6.a.1, & Pſal.4.a.1. 22 In prophetia, במשא in exaltatione vocis. i. præſcribebat prophetias quas canerẽt: aut præerat in cantu illo ſuperiore. Gallicè, *Il tenoit la haute contre.* Intelligens eſſet. מבין הוא: .i. doctiſſimus & peritiſſimus.

23 Ianitores arcæ. שוערים לארך: Iſti duo ſequebantur arcã, deducebántque eã: nam poſtea numerabit alios duos qui præcedebant. hoc eſt fungebantur officio ianitorum in deducenda arca. indicat enim eos fuiſſe ianitores in via.

24 שSebaniáhu autē & Ioשſaphát, & Nethanאél, & עAmaשſái, & Zechariáhu, & Benaiáhu, & אEliעézer ſacerdotes clangebant tubis coram arca Dei: עObéd-אedóm & Ieחhiiáh, ″ianitores arcæ.

Lætitia ingēs in reducenda arca.

25 Erant autē Dauid & Seniores Iשſraאelis, & tribuni qui deducebant *&* transferebāt arcam fœderis Iehouæ de domo עObed-אEdóm in lætitia.

26 Fuit autem, quum adiuuiſſet Deus Leuitas portantes arcam fœderis Iehouæ, *propterea* immolabant ſeptē boues & ſeptē arietes.

27 Dauid autem indutus erat pallio byſſino, & omnes Leuitæ portantes arcam, ″cantores quoque & Chenaniáh princeps, *princeps*′ prophetiæ cantorum: ſuper Dauidem autem erat אephód lineum.

28 Vniuerſus verò Iשſraאél deducebant arcam fœderis Iehouæ in iubilo & ſonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, *&* reſonabant in pſalteriis & citharis.

David ſaltās deſpicitur à Michol.

29 Quum autem arca fœderis Iehouæ veniſſet vſque ad Ciuitatem Dauidis, Michál filia שSaאúl′ proſpexit per feneſtram, & vidit Regem Dauidem ſaltātem atque ludētem, deſpexítque illum in corde ſuo.

Cap. XVI.

Collocata arca, bene præcatur populo Dauid.

1 ADduxerunt autem arcam Dei, & collocauerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: tum obtulerunt holocauſta ″& pacifica coram Deo.

2 Quúmque finē feciſſet Dauid offerendi holocauſtum & pacifica, ″tum benedixit populo in nomine Iehouæ.

Benedicere in nomine Domini.

3 ″Diuiſítque omnibus viris Iשſraאelis, à viro vſque ad mulierē, vnicuique placentam panis, & fruſtum carnis, ″& pultem.

Conſtituit qui laudent Deum in inſtrumentis muſicis.

4 Poſuit præterea coram arca Iehouæ ex Leuitis miniſtros, ′& ad narrandū, ″& ad celebrandum, & ad laudandum Iehouam Deum Iשſraאelis:

5 Aסſáph ″dux, & ſecundus ab eo Zechariáh, Ie'עiאél & שSemiramóth, & Ie'חhiאél, & Matthithiáh, & אEliáb, & Benaiáhu, & עObed-אedóm: ′Ie'עiאél autem ″cum inſtrumentis nablorum & citharis, & Aסſáph in cymbalis reſonabat.

6 Porrò Benaiáhu, & Iaחhaziאél ſacerdotes cum tubis *erant* iugiter coram arca fœderis Dei.

7 In die illa, ″tunc″ poſuit Dauid in ipſo initio ad celebrandū Iehouam per manum Aסſáph & fratrum eius.

Laudat Dominum.

8 ″Celebrate Iehouam, inuocate nomen eius, nota facite in populis opera eius.

9 Cantate ei, pſallite ei, loquimini de vniuerſis mirabilibus eius.

Laudādus Deus

10 Gloriamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium Iehouam.

24 Porrò Sebenias & Ioſaphat & Nathanael & Amaſai & Zacharias & Banaias & Eliezer ſacerdotes clangebant tubis corā arca Dei. & Obededom & Iehias erant ianitores arcæ.

2.Reg.6.c.12 D

25 ‖Igitur Dauid & maiores natu Iſrael, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia.

26 Quúmque adiuuiſſet Deus Leuitas qui portabant arcam Domini, immolabantur ſeptē tauri & ſeptē arietes.

27 Porrò Dauid erat indutus ſtola byſſina, & vniuerſi Leuitæ qui portabāt arcam, cantoréſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cātores: Dauid autē etiā indut⁹ erat ephod lineo.

28 Vniuerſúſque Iſrael deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & ſonitu buccinæ, & tubis & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes.

29 Quúmque perueniſſet arca fœderis Domini vſque ad Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit Regem Dauid ſaltantē atque ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

Cap. XVI. 2.Reg.6.d.17

1 ATtulerunt igitur arcam Dei, & conſtituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocauſta & pacifica coram Deo.

2 Quúmque compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini.

3 Et diuiſit vniuerſis per ſingulos, à viro vſque ad mulierem tortam panis, & partem aſſæ carnis bubalæ, & frixam oleo ſimilam.

4 Cōſtituitque coram arca Domini de Leuitis qui miniſtrarent, & recordarentur operū eius, & glorificarent atque laudarent Dominū Deū Iſrael:

5 Aſaph principem, & ſecundū eius Zachariam. porrò Iahiel, & Semiramoth, & Iehiel, & Mathathiā, & Eliab, & Banaiam, & Oded edom, & Iehiel ſuper organa pſalterii & lyras: Aſaph autē, vt cymbalis perſonaret.

6 Banaiam verò & Iahaziel ſacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Dei.

7 In illo die fecit Dauid principē ad confitendum Domino, Aſaph, & fratres eius.

Pſal.104.a.1 iſa.12.b.4

8 ‖Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius.

9 Cantate ei, & pſallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.

10 Laudate nomen ſanctum eius: lętetur cor quærentium Dominum. B

---

24 Ianitores arcæ. שוערים לארון: Duo illi ianitores priores præcedebant, hi duo poſteriores ſequebantur: aut certè per vices illi fungebantur officio ianitorum in via dum arca deducebatur. 27 Cantores quoque והמשוררים ſub. erant induti pallio byſſino. Prophetiæ cantorum: חמשא המשוררים .i. quam ipſi cantores canebant. Alii, eleuationis vocis cantorum. i. princeps cantorum.

29 Proſpexit נשקפה præbuit ſe viſendam.

IN CAPVT XVI.

1 Et pacifica ושלמים De hoſtiis pacificis vide Leuit. 3. a. 1. 2 Tum benedixit ויברך .i. beneprecatus eſt populo, inuocato fauore Dei. precatus eſt Deum vt fauore ſuo proſequeretur populum ſuum. 3 Diuiſitque ויחלק Diſtribuitque. Et pultem. ואשישה: Doctus inter Hebræos exponit lagenā plenam vini. 4 Et ad narrandū, ולהזכיר Hic ו quibuſdam vacat. i. qui prædicarent beneficia Dei erga populum Iſraelem. Et ad celebrandum, ולהודות & ad glorificandum. vel qui glorificarent. 5 Dux, & ſecundus ab eo הראש ומשנהו Aliis magis placet per accuſatiuum vertere, ducem, & ſecundum ab eo [.i. vicariū eius,] &c. Ie'עiאél autem, &c. ויעיאל Aut duo recenſentur hic eiuſdem nominis, aut diſtinguendum poſt Obed edom, vt ſequatur, Ie'עiאél autem, &c. vt diſtinxit noſter interpres. q. d. conſtituit principem cantorum Aſaph, & vicarium eius Zachariam, & alios: Ie'עiאél autem, ſub. & ſocii eius, id eſt qui poſt eum enumerantur, ſonos muſicos edebant cum nablis & citharis. Cum inſtrumentis nabl. בכלי נבלים id eſt cum nablis variis. ſecundum quantitatem: erant enim & parua & magna. 7 Tunc אז Iſtud expoſitionis gratia ponitur, In die illa, *id eſt* tunc, hoc eſt initio laudum. Poſuit Dauid in ipſo initio נתן דויד בראש .i. in initio laudum. q. d. cum primum peruenit arca Dei in tabernaculū quod illi præparauerat Dauid, dedit pſalmum qui ſequitur, ad laudandum Dominū per Aſaph & fratres eius. Vel potius, poſuit Dauid in manu Aſaph & fratrum eius, pſalmum ſequentem ad laudandum Deum. 8 Celebrate Iehouam, הודו ליהוה Idem eſt Pſalmus qui in Libro Pſalmorum eſt ordine c v, vide illic quæ annotata ſunt.

Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius ſemper.
Recordamini mirabilium eius quæ fecit: ſignorum illius, & iudiciorum oris eius:
Semen Iſrael ſerui eius: filii Iacob electi eius.
Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius,
Recordamini in ſempiternum pacti eius: ſermonis quem præcepit, in mille generationes,
Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Iſaac.
Et conſtituit illud Iacob in præceptum: & Iſrael in pactũ ſempiternũ,
Dicens, Tibi dabo terrã Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ.
Quum eſſent pauci numero, parui, & coloni eius.
Et tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.
Non dimiſit quenquam calumniari eos: ſed increpauit pro eis Reges,
Pſal.104.b.15 C ‖Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Pſal.95.a.1 ‖Cantate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem ſalutare eius:
Narrate in Gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius.
Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis ſuper omnes deos.
Omnes enim dii populorũ, idola: Dominus autem cælos fecit.
Confeſſio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudiũ in loco eius.
Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.
Date Domino gloriam nomini eius, leuate ſacrificiũ, & venite in conſpectum eius: & adorate Dominum in decore ſancto.
Commoueatur à facie eius omnis terra: ipſe enim fundauit orbem immobilem.
Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.
Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc laudabũt ligna ſaltus coram Domino: quia venit iudicare terrã.
Cõfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius.
D Et dicite, Salua nos Deus ſaluator noſter: & congrega nos, & erue de Gentibus, vt cõfiteamur nomini ſancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.
Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno vſque in æternũ. Et dicat omnis populus, Amen, & hymnum Domino.
Dereliquit itaque ibi corã arca fœderis Domini Aſaph & fratres eius: vt miniſtrarent in conſpectu arcæ iugiter per ſingulos dies, & vices ſuas.

11 Quærite Iehouã, & fortitudinẽ eius, quærite faciẽ eius ſemper. Quærendus Deus.
12 Recordamini mirabilium eius quæ fecit, prodigiorum eius, iudiciorum oris eius:
13 Semen ″Iשſraאelis ſerui eius, filii Iayacób electi eius. Iſraelitæ, populus Dei.
14 Ipſe eſt Iehouáh Deus noſter, in vniuerſa terra iudicia eius.
15 Recordamini in ſeculum pacti ſui, verbi quod præceperat in mille generationes, Promiſſiones.
16 Quod pepigit cum Abrahám, & iuramenti ſui ad Ixſnhác.
17 Et ſtatuit illud ipſi Iayacób in præceptum, Iשſraאeli in pactum ſempiternum,
18 Dicendo, Tibi dabo terrã Chenáyã, portionẽ hæreditatis veſtræ.
19 Quum eſſetis viri pauci numero, *&* pauco *tempore* peregrini fuiſſent in ea,
20 Et ambularent de gente ad gentẽ, & de regno ad populũ alterũ,
21 Non permiſit homini vt vim inferrent eis, & corripuit pro eis Reges, Cuſtodit Deus populum ſuum quem vnxit.
22 Ne tangatis chriſtos meos, & Prophetis meis ne malefaciatis.
23 ″Cantate Iehouæ vniuerſa terra, annuntiate de die in diem ſalutare eius: Prædicandus Deus.
24 Narrate in Gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius:
25 Quia magnus Iehouáh, & laudabilis valde, & terribilis ſuper omnes deos.
26 Omnes enim dii populorum, idola: Iehouáh autẽ cælos fecit.
27 ″Confeſſio & decor coram eo, fortitudo ″& lætitia in loco eius.
28 Afferte Iehouæ familiæ populorum, afferte Iehouæ gloriam & fortitudinem.
29 Afferte Iehouæ gloriã nominis eius, afferte munera, ″& venite in conſpectum eius, incuruate vos Iehouæ in decore ſanctitatis.
30 Pauete à facie eius vniuerſa ″terra, etiam firmabitur orbis ne commoueatur.
31 Lætentur cæli, & exultet terra, & dicant in Gentibus, Iehouáh regnauit. Exultandum in Deo.
32 Tonet mare, & plenitudo eius: exultet ager, & quicquid eſt in eo.
33 Tunc exultabunt arbores ſyluæ coram Iehoua, quia venit iudicare terram.
34 ″Celebrate Iehouam, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius, Bonus: Miſericors.
35 Et dicite, Serua nos Deus ſalus noſtra, & congrega nos, & erue nos de Gentibus, vt celebremus nomen ſanctum tuum, ″vt gloriemur in laude tua. Orandus ſaluator.
36 Benedictus ſit Iehouáh Deus Iשſraאelis à ſeculo & vſque in ſeculum. ″Et dicant vniuerſus populus, ″Amen: & laus ipſi Iehouæ.
37 ″Reliquit autem ibi coram arca fœderis Iehouæ Aסáph, & fratres eius, vt miniſtrarent coram arca iugiter ″per ſingulos dies.

---

13 Iשſraאelis ישראל In Libro Pſalm. legitur Abraham. 23 Cantate, &c. שירו Hæc in Libro Pſalmorum habentur Pſalmo 96.a.1, vbi paucula aliter ſcribuntur. 27 Confeſſio הוד Gloria. Et lætitia in loco eius. וחדוה במקומו: In Libro Pſalmorũ legitur, & gloria in Sanctuario eius. 29 Et venite in conſp.e. ובואו לפניו In Libro Pſalmorum legitur, & introite atria eius.
30 Terra, הארץ Poſt hanc dictionẽ, in Libro Pſalm. legitur, Dicite in Gentibus, Iehouáh regnat. 34 Celebrate Iehouam, quoniam bonus, הודו ליהוה כי טוב .i. Celebrate illum à bonitate, quoniam perpetuò durat & permanet miſericordia eius. homines aliquando ſunt miſericordes, ſed Iehoua perpetuó. 35 Vt gloriemur in laude tua. להשתבח בתהלתך: Hebraiſmus, vt tunc demum nos reputemus fœlices, ſiue laude affici, quum nomen tuum glorificabitur & laudabitur. 36 Et dicant vniu. pop. ויאמרו כל־העם Dixit itaque vniuerſus populus. Amen: אמן veritas. ſub. ſit, & laus ſit Iehouæ. q. d. ita ſit vt dicis, & laus vbique ſit Iehouæ.
37 Reliquit autem ויעזב ſub. Dauid. Deſcribit quæ ordinauerit Dauid poſt Pſalmum decantatum. Per ſingulos dies. לדבר יום ביומו: Ad verbum, in re diei in die ſuo. Hebraiſmus, faciendo ſingulis diebus quod faciendum eſt in vnoquoque die.

38 yObed-אedóm item, & fratres eorum, ſexagintaocto: yObed-אedóm quoque filium Iedithún, & חHoסſáh, ianitores.

39 'צSadóc autē ſacerdotem, & fratres eius ſacerdotes corā tabernaculo Iehouæ in excelſo quod erat in Gibyón:

40 Vt offerrent holocauſta Iehouæ ſuper altare holocauſti iugiter, mane & veſperi, '& vt *facerent* prorſus vt ſcriptum eſt in Lege Iehouæ quam præcepit Iשׁſraאeli.

41 Et cum eis Hemán & Ieduthún, & reſiduum electorum 'qui expoſiti erant per nomina vt darent laudem Iehouæ, Quoniam in ſeculum miſericordia eius.

42 Cum eis inquam reliquit Hemā & Ieduthún cum tubis, & cymbalis, vt reſonarent, '& *cum* inſtrumentis cantici Dei: filios autem Ieduthún 'ad portam.

43 Abierūt itaque vniuerſus populus, quiſque in domū ſuam: Dauid autē reuerſus eſt 'ad benedicendū domui ſuæ. Cap. XVII.

Non vult Dominus domum ſibi conſtitui à Dauide.

1 FVit autem, quum habitaret Dauid in domo ſua, 'dixit ad Nathán prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina, arca autē fœderis Iehouæ eſt 'ſub cortinis.

2 Tum dixit Nathán Dauidi, Quicquid eſt in corde tuo fac, quia 'Deus tecum *eſt*.

3 'In ipſa autem nocte fuit verbum Dei ad Nathán, dicendo,

4 Vade & dic Dauidi ſeruo meo, Sic dixit Iehouáh, Non ædificabis mihi domum ad habitandum.

5 Non enim habitaui in *ulla* domo à die qua 'eduxi filios Iשׁſraאelis, vſque ad diem hanc: 'ſed fui de tentorio in tentorium, '& de tabernaculo.

Sine verbo ſuo nihil agi vult Deus.

Paſcere populū.

6 In omni *loco* in quo àmbulaui cum vniuerſo Iשׁſraאele, num verbum *ullum* loquutus ſum 'vni ex Iudicibus Iשׁſraאelis (quibus præcepi vt paſcerent populum meum) dicendo, Vtquid non ædificaſtis mihi domum cedrinam?

7 Nunc ergo ſic dices ſeruo meo Dauidi, Sic dixit Iehouáh exercituum, Ego tuli te 'è tugurio depoſt pecudes, vt eſſes dux ſuper populum meum Iשׁſraאelem.

Cōmemoratione beneficiorū, oſtēdit Deus ſe omnia omnibꝰ præſtare, & à nemine quicquā accipere.

8 Fuíque tecum in omni *loco* ad quem perrexiſti, '& ſuccídi omnes inimicos tuos à facie tua, 'fecíque tibi nomen iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra.

9 'Et poſui locum populo meo Iשׁſraאeli, & plantaui eum, '& habitabit in loco ſuo, 'nec commouebitur vltrà, neque addent 'filii iniquitatis 'atterere eum, quemadmodum *fecerunt* in principio.

10 Et à tēpore quo 'præcepi *ut eſſent* Iudices ſuper populum meum

38 Porrò Obed-edom, & fratres eius ſexagintaocto: & Obed-edom filium Idithun, & Hoſa conſtituit ianitores:

39 Sadoc autem ſacerdotem, & fratres eius ſacerdotes, corā tabernaculo Domini in excelſo quod erat in Gabaō:

40 Vt offerrent holocauſta Domino ſuper altare holocautomatis iugiter, mane & veſpere, iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Domini quam præcepit Iſraeli.

41 Et poſt eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnumquenque vocabulo ſuo, ad confitendum Domino, Quoniam in æternum miſericordia eius.

42 Heman quoque & Idithun canētes tuba, & quatiētes cymbala: & omnia muſicorum organa ad canendū Deo: filios autē Idithū fecit eſſet portarios.

43 Reuerſúſque eſt omnis populus in domum ſuam: & Dauid, vt benediceret etiam domui ſuæ.

Cap. XVII.

2.Reg.7.a.2

1 QVum autē habitaret Dauid in domo ſua, dixit ad Nathā prophetam, Ecce, ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini ſub pellibus eſt.

2 Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in corde tuo ſunt, fac: Deus enim tecum eſt.

3 Igitur nocte illa factus eſt ſermo Dei ad Nathan, dicens,

4 Vade & loquere Dauid ſeruo meo, Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum.

5 Neque enim manſi in domo ex eo tempore quo eduxi Iſrael, vſque ad diem hanc: ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio,

6 Manens cum omni Iſrael. nūquid loquutus ſum ſaltem vni Iudicum Iſrael, quibus præceperā vt paſcerent populum meum, & dixi, Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam?

7 Nūc itaque ſic loqueris ad ſeruum meū Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te quum in paſcuis ſequereris gregem: vt eſſes dux populi mei Iſrael.

B

8 Et fui tecum quocūque perrexiſti, & interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quaſi vnius magnorum qui celebrantur in terra.

9 Et dedi locum populo meo Iſrael: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non cōmouebitur: nec filii iniquitatis atterent eos, ſicut à principio,

10 Ex diebus quibus dedi Iudices populo meo Iſrael, & humiliaui vniuer

---

39 צSadóc autem ואת צדוק ſub. reliquit. 40 Et vt *facerent* prorſus vt ſcriptum eſt ולכל־הכתוב Ad verbum, & iuxta omne quod ſcriptum eſt. 41 Qui expoſiti erant per nomina אשר נקבו בשמות Hebraiſmus, celebres nominibus, magni nominis & famæ. 42 Et *cum* inſtrument. cant. Dei: וכלי שיר האלהים .i. concentum facientes inſtrumentis quibus cantica Diuina perſonabant. Ad portā. לשער: ſub. conſtituit, vt eſſent ianitores. 43 Ad benedicendum domui ſuæ. לברך את־ביתו: .i. vt beneprecaretur domeſticis ſuis.

IN CAPVT XVII.

1 Dixit ויאמר conſulendo illum ſcilicet, vel conſulendo Dominū. Vide hæc deſcripta in 2. Samu. 8. a. 1. Sub cortinis. תחת יריעות: ſub pellibus. i. in tētorio tecto pellibꝰ, hoc eſt in tabernaculo. 2 Deus tec. *eſt*. האלהים עמך: Hebraiſmꝰ, fauet tibi, eritque tibi adiutor. Vel, tu es Deo gratus. 3 In ipſa autem nocte ויהי בלילה ההוא Ad verbum, Et fuit, in nocte illa. i. In ea nocte quæ inſequuta eſt diem qua Nathan dixerat illa Dauidi. Vel, Eadem nocte qua dixerat illa Dauidi. 5 Eduxi העליתי Ad verbum, aſcendere feci. Ita loquitur, quòd Ieruſalem ſit in terra eminenti. Sed fui ואהיה ſub. ambulans. i. abii. Et de tabernaculo. וממשכן: ſub. in tabernaculum. q. d. habitaui in tabernaculo, non illo quidem fixo & permanente, ſed quod ſubinde locum mutabat. Hîc non ſignificat varietatem tabernaculi, ſed loci in quo erat tabernaculum. 7 E tugurio depoſt pec. מן־הנוה מן אחרי הצאן è ſepto, [vel è caſa illa paſtorali] quum oues ſequereris. q. d. tu perueniſti ad regnum non meritis tuis, ſed mea gratia. nam quum eſſes paſtor ouium, feci te paſtorem hominum, & non quorumuis, ſed populi mei.
8 Et ſuccidi ואכרית & exterminaui. tuli de medio. ſuſtuli. i. dedi tibi victoriam de inimicis tuis. Fecique tibi nomen, &c. ועשיתי לך שם כשם וגו' .i. peperi tibi famam inſignem & celebrem, qualis eſt fama maximorum qui habitant in terra.
9 Et poſui ושמתי .i. deſignaui. Nunc tertiam perſonam alloquitur. In ſecundo Samuelis hæc ſeguntur in futuro. Et habitabit in loco ſuo, ושכן תחתיו Quidam per præſens vertunt, & habitat apud ſe, & non in loco externo, & regione peregrina. Nec commouebitur, ולא ירגז .i. non aliò vltrà demigrabit. Filii iniquitatis בני־עולה .i. homines ſcelerati & nequam, vel flagitioſi. Atterere eū, לבלותו vt conſumant eum. In ſecundo Samuelis eſt, affligant. 10 Præcepi *ut eſſent* Iudices צויתי שופטים Chaldæus paraph. ex quo cōſtitui Iudices.

ſos inimicos tuos. annuntio ergo tibi quòd ædificaturus ſit tibi Dominus domum.

Quúmque impleueris dies tuós vt vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemẽ tuum poſt te, quod erit de filiis tuis: & ſtabiliam regnum eius.

Ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium eius vſque in æternum.

2.Reg.9.c.14 Ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filium: & miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli ab eo qui ante te fuit,

Et ſtatuam eum in domo mea, & in regno meo vſq; in ſẽpiternũ: & thronus eius erit firmiſſimus in perpetuũ.

C Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionẽ iſtam, ſic loquutus eſt Nathan ad Dauid.

Quúmque veniſſet Rex Dauid, & ſediſſet coram Domino, dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia?

Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideóque loquutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum: & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines, Domine Deus.

Quid vltrà addere poteſt Dauid, quũ ita glorificaueris ſeruum tuum, & cognoueris eum?

Domine, propter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnẽ magnificentiam hanc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia.

Domine, non eſt ſimilis tui, & non eſt alius Deus abſque te, ex omnibus quos audiuimus auribus noſtris.

D Quis autẽ eſt alius vt populus tuus Iſrael, gens vna in terra, ad quã perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum ſibi, & magnitudine ſua atq; terroribus eiiceret nationes à facie eius, quem de AEgypto liberarat?

Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi in populum vſque in æternũ, & tu Domine factus es Deus eius.

Nunc igitur Domine, ſermo quem loquutus es famulo tuo, & ſuper domum eius, cõfirmetur in perpetuum, & fac ſicut loquutus es:

Permaneátque & magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum: & dicatur, Dominus exercituum Deus Iſrael, & domus ſerui eius permanẽs coram eo.

Iωſraאél,ʹ& humiliaui omnes inimicos tuos:ʹatque annuntiaui tibi quòd domum ædificabit tibi Iehouáh.

11 Et erit,ʹquum adimpleti fuerint dies tui vt eas cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te,ʹquod erit è filiis tuis, & confirmabo regnum eius.

12 Ipſe ædificabit mihi domum, & confirmabo ſolium eius vſque in ſeculum.

13 Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium:ʹ& miſericordiam meam non auferã ab eo, ſicut abſtuli ab eo qui fuit ante te.

Promittitur Ieſus Chriſtus qui ædificaturus erat eccleſiam.

14 Sed ſtabiliam eum in domo mea & in regno meo vſque in ſeculum, atque thronus eius erit firmus in perpetuum.

15 Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionem hanc ſic loquutus eſt Nathán Dauidi.

16 ʹIngreſſus eſt ergo Rex Dauid,ʹ& ſedit coram Iehoua, ac dixit, Quis ego ſum, ô Iehoua Deus, & quæ eſt domus mea, quòd feciſti me venireʹhucuſque?

Laudat Dauid benignitatẽ Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum.

17 Et parũ fuit hoc in oculis tuis, ô Deus,ʹinſuper loquutus es ſuper domum ſerui tuiʹin longinquũ,ʹ& vidiſti me iuxta diſpoſitionem hominis excellentis, ô Iehoua Deus.

18 Quid addet vltrà Dauidʹ*petere* à te ad glorificandum ſeruũm tuũ? tu autem ſeruum tuumʹnoſti.

19 O Iehoua, propter ſeruum tuum,ʹ& ſecundum cor tuum feciſti omnẽ magnitudinẽ hãc, vt nota faceresʹomnia magnalia *iſta*.

20 O Iehoua, non eſt ſimilis tibi, nec eſt Deus præter te, iuxta omnia quæ audiuimus auribus noſtris.

21 Et quis eſt ſicut populus tuus Iωſraאél, gens vna in terraʹad quã perrexerit Deus, vt redimeret ſibi populũ,ʹvt poneres tibi nomẽ,ʹmagnitudines & terribilia, vt expelleres à facie populi tui quem redemiſti ex AEgypto, Gentes?

Miſericordia Dei, populus Iſrael factus Dei populus.

22 Et poſuiſti populum tuum Iωſraאelem tibi in populum vſque in ſeculum, & tu Iehoua fuiſti eis in Deum.

23 Nunc igitur Iehoua, verbum quod loquutus es de ſeruo tuo, & de domo eius,ʹcõfirmetur vſque in ſeculũ, & fac ſicut loquutꝰ es:

Orat Dauid Deũ vt promiſſiones ſuas præſtet.

24 ʹPermaneat quoque & magnificetur nomen tuum vſque in ſeculum: vt dicant, Iehoua exercituum, Deus Iωſraאelis, Deus eſtʹſuper Iωſraאelem: & domus Dauidis ſerui tui firma ſit coram te.

Et humiliaui והכנעתי Quidam ſcribunt hoc loco ו redundare: neque cõiungunt verſum iſtũ præcedenti, ſed ſequentibus, vertentes, Et à tẽpore quo præcepi *ut eſſent* Iudices ſuper populum meum Iſrael, humiliaui omnes, &c. Atque annuntiaui tibi quòd bonum, &c. ואגיד לך ובית וגו׳ Hîc ו pro Quòd coniunctione: nam 2.Samu.7.b.11, ſcribitur, Præterea annuntiat tibi Iehouáh quòd domũ tibi faciet ipſe. Hîc etiam de ſe loquitur in tertia perſona. pro, domum tibi ædificabo ego. 11 Quum adimpleti fuerint, &c. כי־מלאו Præt. Heb. pro fut. Hebraiſmus, pro, Quum mortuus fueris. Quod erit è filiis tuis, אשר יהיה מבניך In Samuele eſt, quod egredietur è ventre tuo. 13 Et miſericordiam meam, &c. וחסדי In Samuele legitur explicatio huius verſus, Miſericordia autẽ mea non recedet ab eo, quemadmodum abſtuli à Saule quem ſuſtuli à facie tua. 16 Ingreſſus eſt ergo ויבוא המלך ſub. tentorium. Hîc reliquit nobis formulam quandam qua vti debemus quũ maxima beneficia accepimus à Deo. Et ſedit וישב Dicunt doctores Hebræorum, ex Scripturis colligi, ſolitos fuiſſe homines orare ſtantes, vt & Angeli dicũtur ſtare dum orant: igitur mirantur quare dicat Regẽ ſedere, cõtra Iudæorũ in orãdo morẽ. Doctiores hunc nodum facilè diſſoluunt, quum vertunt, & manſit, &c. corã Iehoua, id eſt coram arca Iehouæ. Hucuſque? : עד־הלום .i. vſque ad hũc locum regium. 17 Inſuper loquutus es ותדבר Ad verbum, & loquutus es. In Samuele legitur, & etiam loquutus es. In longinquum, למרחוק ſub. tẽpus. i. in futurum. q.d. etiam pollicitus es iamolim ante multa ſecula mihi & poſteritati meæ regnũ, & Chriſtum ex me oriturum. Et vidiſti me, &c. וראיתני כתור האדם המעלה & aſpexiſti me iuxta diſpoſitionem hominis, *hominis inquam* excellentiæ. i. excellentis. q.d. iam inde ab initio cognouiſti me futurum de numero hominũ præcellentium & eximiorum. 18 *Petere* à te ad glorif. ſer. t. אליך לכבוד וגו׳ Iſtud Petere ex 2. Samuelis addidit noſter interpres, vbi ſic legimus, Quid addet vltrà Dauid loqui ad te? Illic verbum legitur, & tamen deeſt quod hîc ponitur, nempe, ad glorificandum ſeruũ tuum. Vel vt alii vertunt, propter gloriam ſerui tui. i. vt des gloriam mihi ſeruo tuo. q.d. quid vltrà dare poteris Dauidi, quàm eum tanto honore afficere, vt ex eo & eius ſemine naſcatur Chriſtus? Noſti. ידעת: .i. noſti gratitudinem animi mei, qui intima cordium ſcrutaris. 19 Et ſecundũ cor tuum וכלבך Hebraiſmus, pro arbitrio tuo, & ſecundum propoſitum voluntatis tuæ, ex mera tua voluntate, nulla alia re motus, voluntariè & vltro, non coactus. Omnia magnalia *iſta*. את־כל־הגדולות: omnes magnitudines iſtas. i. omnia beneficia maxima iſta. 21 Ad quam אשר propter quam. Vt poneres tibi nomen, לשום לך שם Hebraiſmus, vt comparares tibi famam ac gloriam. Magnitudines & terrib. גדולות ונוראות Subaudiendum verbum ex ſecundo Samuelis, faceres magnitudines, &c. i. faceres mirabilia magna in gratiam populi tui. 23 Confirmetur יאמן .i. ſit firmum & ſtabile. Hæc debent referri ad promiſſiones de Chriſto Rege factas. 24 Permaneat quoque & mag. ויאמן ויגדל Hebraiſmus, ſubinde maior fiat gloria nominis tui. Super Iωſraאelem: לישראל Hîc ל pro על, vt vides in ſecundo Samuelis.

Tu enim Deus meus ’reuelaſti aurem ſerui tui quòd ædificares ei domum: ideo ’inuenit ſeruus tuus vt oret coram te. 25

Nunc itaque ô Iehoua (’tu ipſe Deus, & loquutus es ſuper ſeruo tuo bonum hoc.) 26

Benedictio Dei.

’Nunc inquam voluiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit in ſeculum coram te: tu enim Iehoua ’benedixiſti, & benedicta erit in ſeculum. 27

Cap. XVIII.

Victi à Dauide Philiſthæi.

POſt hæc autem percuſſit Dauid Peliשthím, & humiliauit eos: ’tulítque Gath, & villas eius de manu Peliשthím. 1

Moabitæ tributarii.

Percuſſit & ipſum Moáb, fuerúntq; Moabitæ ſerui Dauidi, deferentes munus. 2

Adarézer percutitur à Dauide.

Præterea percuſſit Dauid Hadaryézer Regem צSobáh in חHamáth, dũ pergeret ’vt cõſtitueret potentiã ſuã in flumine Peráth. 3

Accepit autem Dauid ex eis mille currus, ’& ſeptẽ millia equitum, & viginti millia virorum peditum: ſubneruauítque Dauid omnem currum, & reſeruauit ex eis centum currus. 4

Venit ergo Arám ’Darméשſec vt opem ferret Hadaryézer Regi צSobáh: & percuſſit Dauid de Arám vigintiduo millia virorum. 5

Syria tributaria Dauidi.

Adiutor Dauidis Deus.

Conſtituítque Dauid ’*præfectos* in Arám Darméשſec fuerúntq; Aramæi Dauidi ſerui, deferentes munus: & ſeruauit Iehouáh Dauidem in omni *loco* ad quem perrexit. 6

Et tulit Dauid clypeos aureos qui erant ſuper ſeruos Hadaryézer, & detulit eos in Ieruשaláim. 7

’Et de Tibחháth & Chún vrbib⁹ Hadaryézer tulit Dauid æs multum valde, de quo fecit שSelomóh mare æneum, & columnas, & vaſa ænea. 8

Thou Rex Hemath petit à Dauide pacem.

Audiens autem Thóעu Rex חHamáth quòd percuſſiſſet Dauid omnem exercitum Hadaryézer Regis צSobáh, 9

Miſit ’Hadorám filium ſuum ad regem Dauidem, ’vt ſalutaret eum pacificè, ac benediceret ei, eo quòd pugnaſſet cũ Hadaryézer, & percuſſiſſet eum: ’gerebat enim bellum Thóעu cum Hadaryézer: & ’*miſit ad eum* omnia vaſa aurea & argentea & ænea. 10

Quæ etiam ſanctificauit rex Dauid Iehouæ cum argento & auro quod acceperat ex vniuerſis ’Gentibus ’de אEdóm, & Moáb, & de filiis עAmmón, & de Peliשthím, & de עAmaléc. 11

Idumæa ſeruit Dauidi.

’Abשſái autem filius צSeruiáh percuſſit אEdóm in Valle ſalis, decem & octo millia. 12

25 Tu enim Domine Deus meus reuelaſti auriculam ſerui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit ſeruus tuus fiduciam vt oret coram te.

26 Nunc ergo Domine, tu es Deus: & loquutus es ad ſeruũ tuum tanta beneficia.

27 Et cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper corã te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

Cap. XVIII.

1 FActum eſt autem poſt hæc vt percuteret Dauid Philiſthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias eius de manu Philiſtiim: 2.Reg.8.a.1

2 Percuterétque Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid, offerentes ei munera.

3 Eo tempore percuſſit Dauid etiam Adarézer Regem Soba regionis Hemath, quãdo perrexit vt dilataret imperiũ ſuũ vſque ad flumẽ Euphráten.

4 Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & ſeptem millia equitum, ac viginti millia virorũ peditum: ſubneruauitque omnes equos curruũ exceptis centũ quadrigis quas reſeruauit ſibi. B

5 Superuenit autem & Syrus Darmaſcenus vt auxilium præberet Adarézer Regi Soba: ſed & huius percuſſit Dauid vigintiduo millia virorum.

6 Et poſuit milites in Darmaſco, vt Syria quoque ſeruiret ſibi, & offerret munera: adiuuitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat.

7 Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas habuerant ſerui Adarézer, & attulit eas in Ieruſalem.

8 Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarézer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneũ, & columnas, & vaſa ænea.

9 Quod quũ audiſſet Thou rex Hemath, percuſſiſſe videlicet Dauid omnẽ exercitũ Adarézer Regis Soba, C

10 Miſit Adoram filium ſuum ad Regem Dauid, vt poſtularet ab eo pacẽ, & congratularetur ei quòd percuſſiſſet & expugnaſſet Adarézer: aduerſarius quippe erat Thou Adarézer.

11 Sed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea conſecrauit Dauid Rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuerſis Gẽtibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quàm de Philiſthiim & Amalec.

12 Abiſai verò filius Saruiæ percuſſit Edom in Valle ſalinarum, decem & octo millia. D

25 Reuelaſti aurem ſer.t. quòd ædif. &c. ’גלית את־אזן עבדך לבנות וגו In ſecundo Samuelis legitur, Reuelaſti aurẽ ſerui tui, dicendo, Domum ædificabo tibi, &c. Vide illic annotationes. Inuenit מצא ſubaudi ex Samuele, cor ſuum, nempe paratũ. Hebraiſmus, propterea ſeruus tuus orat ex animo coram te. 26 Tu ipſe Deus, &c. ’אתה־הוא אלהים וגו Parentheſis eſt, quæ ſic legitur in ſecundo Samuelis, tu es Deus, & verba tua veritas, & loquutus es de ſeruo tuo bonum hoc. i. hoc ſummum beneficium & incomparabile promiſiſti mihi ſeruo tuo.

27 Nunc inquam voluiſti bened. &c. ’ועתה הואלת לברך וגו Hebraiſmus, Nunc inquã placuit benedicere domui ſerui tui, vt maneret in perpetuum. Chaldæus paraph. & alii, incœpiſti benedicere & adimplere promiſſiones. Benedixiſti, & benedicta erit ברכת ומבורך benedixiſti [ſub. familiæ tuæ] & benedicta erit. Vel, benedixiſti *ſeruo tuo*, & benedictus erit.

IN CAPVT XVIII.

1 Tulítque Gath, ויקח את־גת In ſecundo Samuelis, 8 a. 1, vbi hæc ipſa narrantur, ſcribitur, Tulítque Dauid Meteg-ammath. Vide illic annotationem. 3 Vt conſtitueret potentiam ſuam להציב ידו vt ſtatueret terminum ſuum. vel, fines ſuos. aut, vt collocaret præſidiũ ſuum, &c. Voluerat enim Rex iſte prorogare fines ſuos vſque ad regionem conterminam fluuio Euphrati. Quanquam relatiuum Hebraicum poteſt referre Dauidem. quòd Dauid voluerit producere imperium ſuum vſque ad Euphratem. 4 Et ſeptem millia equitum, ושבעת אלפים פרשים In ſecundo Samuelis legitur, & ſeptingentos equites. 5 Darméשſec דרמשק In ſecundo Samuelis legitur Damméſec pro eodem, nempe Damaſco. Ita hìc Hadarezer vocat quem illic Hadadezer. 6 *Præfectos* Iſtud ſubaudiuit noſter interpres ex ſecũdo Samuelis. Alii ſubaudiunt præſidium. 8 Et de Tibחháth & Chun ומטבחת ומכון In ſecundo Samuelis vocantur Betah & Berothái.

10 Hadorám חדורם In ſecũdo Samuelis dicitur Ioram. Vt ſalutaret eum pacificè, &c. ’ושאל לו לשלום וגו Hebraiſmus, vt ſalutem illi diceret, & congratularetur ei, atque offerret munera ampliſſima, &c. Alii, vt interrogaret eum de pace, & benediceret ei: id eſt vt rogaret eum quomodo valeret, & gratularetur ei. Alii, vt pacem faceret cum eo. ſed non eſt rectum. Gerebat enim bellum, &c. כי־איש מלחמות Ad verbum, & vir præliorum: Hebraiſmus, de quo in ſecundo Samuelis. *Miſit ad eum* Alii ſubaudiunt ex ſecundo Samuelis, & in manu eius omnis generis vaſa, &c. 11 Gentibus הגוים ſub. aliis quas ſubegerat. ita 2. Samu. 8. c. 11. De אEdóm, מאדום Secundus liber Samuelis meminit Aram, non Edom. cõueniunt tamen: nam Idumæi & Aramæi coniunxerant copias. 12 Abשſái ואבשי In ſecundo Samuelis Dauidi tribuitur victoria, vt capiti & Regi, quæ hìc duci ipſius Dauidis. Pſal. 60. a. 2, hæc victoria tribuitur Ioab. Præterea tãtùm ponuntur duodecim millia. Doctiores inter Hebræos ita ſoluũt. Primò cõgreſſum fuiſſe aiũt Abiſai vicariũ ipſius Ioab, & interfeciſſe ſex millia: deinde ſuperueniſſe ipſũ Ioab præfectũ militiæ Dauidis, & cæſa fuiſſe adhuc duodecim millia. Itaq; tribus poteſt attribui hæc victoria, Dauidi, Ioab, & Abiſai.

Et conſtituit in Edom præſidium, vt ſeruiret Idumæa Dauid: ſaluauitq; Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat.

Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat iudicium atque iuſtitiam cuncto populo ſuo.

Porrò Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum, & Ioſaphat filius Ahilud à commentariis.

Sadoc autem filius Ahitob, & Abimélech filius Abiathar, ſacerdotes: & Suſa, ſcriba.

Banaias quoque filius Ioiadæ ſuper legiones Cerethi & Phelethi: porrò filii Dauid, primi ad manum Regis.

Cap. XIX.

2.Reg.10.a.2.

ACcidit autẽ vt moreretur Naas Rex filiorum Ammon, & regnaret filius eius pro eo.

Dixítque Dauid, Faciam miſericordiam cum Hanon filio Naas: præſtitit enim mihi pater eius gratiam. Miſitque Dauid nuntios ad conſolandũ eum ſuper morte patris ſui. qui quũ perueniſſent in terram filiorum Ammon, vt conſolarentur Hanon,

Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanõ, Tu forſitã putas quòd Dauid honoris cauſa in patrem tuũ, miſerit qui conſolarentur te: nec animaduerteris quòd vt explorẽt, & inueſtigent, & ſcrutẽtur terram tuam, venerint ad te ſerui eius.

Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & raſit, & præcidit tunicas eorum à natibus vſque ad pedes, & dimiſit eos.

B Qui quum abiiſſent, & hoc mãdaſſent Dauid, miſit in occurſum eorum (grandẽ enim cõtumeliam ſuſtinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec creſceret barba eorum, & tunc reuerterentur.

Vidẽtes autem filii Ammon quòd iniuriam feciſſent Dauid tam Hanõ quàm reliquus popul⁹, miſerũt mille talẽta argenti, vt cõducerent ſibi de Meſopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba currus & equites.

Conduxerũntque trigintaduo millia curruum, & Regem Maacha cum populo eius. qui quum veniſſent, caſtrametati ſunt eregione Medaba. filii quoque Ammon congregati de vrbibus ſuis, venerunt ad bellum.

C Quod quum audiſſet Dauid, miſit Ioab & omnẽ exercitũ virorũ fortiũ.

Egreſſique filii Ammon direxerũt aciem iuxta portam ciuitatis: Reges autem qui ad auxilium eius venerãt, ſeparatim in agro ſteterunt.

Igitur Ioab intelligens bellũ ex aduerſo & poſt tergũ contra ſe fieri, elegit viros fortiſſimos de vniuerſo Iſrael, & perrexit contra Syrum.

Reliquam autẽ partem populi dedit ſub manu Abiſai fratris ſui: & perrexerunt contra filios Ammon.

13 ′Et poſuit in אEdóm″præſides, fuerúntque omnes אEdomæi ſerui Dauidis, & ſeruauit Iehouáh Dauidem in omni *loco* ad quem perrexit.

Dauid cuſtoditur à Deo.

14 Regnauit igitur Dauid ſuper vniuerſum Iשſraאelẽ, & faciebat iudicium & iuſtitiam vniuerſo populo ſuo.

15 Ioab autem filius צSeruiáh ″*erat* ſuper exercitum: Iehoשſaphát verò filius Aחhilúd,″à commentariis.

16 צSadóc præterea filius Aחhitúb, & Abimélech filius אEbiathár, *erant* ſacerdotes:″שSauשſá autem ſcriba:

17 Et Benaiáhu filius Iehoiadáע ſuper Chereti & Pelethí: filii autem Dauidis *erant*″primi ad manum Regis.

Cap. XIX.

1 ′FVit præterea, poſthæc mortuus eſt Naחháשs Rex filiorum עAmmón, & regnauit ″filius eius pro eo.

Dauid mittit ſeruos ad conſolandum Hanon.

2 Dixítque Dauid, Faciam miſericordiam cum חHanún filio Naחháשs: fecit enim pater eius mecum miſericordiam. Miſit itaque Dauid legatos ad conſolandum eum ſuper patre ſuo: & venerunt ſerui Dauidis in terram filiorum עAmmón ad חHanún vt conſolarentur eum.

Miſericordia. Conſolari.

3 Tum dixerunt principes filiorum עAmmón ad חHanún, Num honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quòd miſit ad te conſolatores? nónne ideo″vt ſcrutẽtur & rimentur, explorẽntque terram, venerunt ſerui eius ad te?

4 Tulit itaque חHanún ſeruos Dauidis,″& raſit eos, & præcîdit tunicas eorum″per medium vſque ad verenda, & dimiſit eos.

Ignominia affecti remittuntur.

5 ″Abierũt autem & renuntiauerunt Dauidi de viris illis: & miſit in occurſum eorum. (erant enim viri ignominia affecti valde) dixítque Rex, Manete in Iereחhó, donec germinauerit barba veſtra, tunc reuertemini.

6 ″Vidẽtes autem filii עAmmón quòd rem fœdam feciſſent Dauidi, miſit חHanún & filii עAmmón mille talenta argenti, vt cõducerẽt mercede ſibi de Arám Naharáim,″& de Arám Maעacháh, & de צSobáh currus & equites.

Ammonitæ cũ Syris congregantur contra Dauidem.

7 Et mercede cõduxerunt ſibi duo & triginta millia curruum, & Regem Maעacháh, & populum eius: poſtea venerunt, & caſtrametati ſunt eregione Medbá: filii verò עAmmón cõgregati de vrbibus ſuis, venerunt ad hoc prælium.

8 Quod audiens Dauid, miſit Ioáb & omnẽ exercitum″fortium.

Syri vincuntur à Dauide.

9 ″Et egreſſi filii עAmmón inſtruxerunt aciem ad portam vrbis: Reges verò qui venerant ſeorſum, *erant* in agro.

10 Videns autẽ Ioáb″quòd eſſet facies belli contra ſe antè & retro, elegit aliquot ex omnibus electis Iשſraאelis, & inſtruxit″ *aciem* in occurſum Arám.

11 ″Reſiduum verò populi tradidit in manum Abשſái fratris ſui, & inſtruxerunt *aciem* in occurſum filiorum עAmmón.

13 Et poſuit וישם ſub.Dauid. Præſides, נציבים præfectos.duces. 15 *Erat* ſuper exercitum: על־הצבא .i. præfectus erat militiæ. Gallicè, *Le Conneſtable.* A commentariis. מזכיר: Vide annotationes in 2.Samu.8.d.16 vſque ad finem capitis. 16 שSauשſa a. ושושא Iſte in ſecundo Samuelis, dicitur שSeraiáh. 17 Primi ad manũ Regis. הראשונים ליד המלך: id eſt quorum opera in primis vtebatur Rex.

CAPVT XIX.

1 Filius eius בנו In 2.Samu.10.a.1, dicitur Hanon, vbi hæc hiſtoria deſcribitur. Sequenti verſu ſic etiam nominatur.

3 Vt ſcrutẽtur לחקור vt inueſtigent.ſub.vrbem.vt eſt in ſecundo Samuelis. 4 Et raſit eos, ויגלחם In Samuele legitur, & raſit dimidium barbæ eorum. Per medium, vſque ad verenda, כחצי עד־המפשעה Ad medium, vſque ad verenda. In Samuele quum dicit, vſque ad nates, poſteriora intelligit: hîc verò, anteriora. 5 Abierunt autem, וילכו ſub.legati. 6 Videntes autẽ filii עAmmón quòd rem fœdã feciſſent Da. ויראו בני עמון כי התבאשו עם־דויד Cognoſcentes autẽ Ammonitæ quòd fœtidos[putidos, abominabiles]ſe reddidiſſent Dauidi.i.agnoſcẽtes ſe grauiſſimè offendiſſe Dauidẽ. Et de Arám, &c. ומן־ארם וגו׳ In Samuele legitur, de Aram Beth-reחhob & Arám צSoba viginti millia peditum. Cõfer vtrunque. 8 Fortium. הגבורים: Doctus inter Hebræos ſubaudit coniunctionem ו, & fortiſſimos. ſub.milites. 9 Et egreſſi ויצאו ſub.è caſtris ſuis, nõ de vrbe, vt malè ſentit doctus inter Hebræos. 10 Quòd eſſet facies belli cõtra ſe, &c. כי־היתה פני־המלחמה אליו וגו׳ .i.inſtructa eſſet acies aduerſum ſe & à fronte & à tergo. *Aciem* Ex præcedenti ſubauditũ, vbi integra oratio legitur. 11 Reſiduum verò pop. ואת יתר העם .i.Reliquam partem exercitus.

12 Dixítque, Si fortior fuerit me Arám, eris mihi in ſalutem: ſi verò filii yAmmón fuerint fortiores te, ſeruabo te.

Deo omnia cōmittuntur.

13 Robora te, ″& roboremus nos pro populo noſtro, & pro vrbib’ Dei noſtri: Iehouáh autem quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.

14 Appropinquauit igitur Ioáb, & populus qui erant cum eo, contra Arám in prælium: & fugerunt à facie eius.

15 Filii autem yAmmón videntes quòd fugeret Arám, fugerunt etiam ipſi à facie Abשſái fratris eius, ingreſſíque ſunt ciuitatem: ″poſthæc ingreſſus eſt Ioáb Ieruשſaláim.

Sophach princeps exercitus Adarézer, occiditur à Dauide cum exercitu.

16 Videntes verò Aramæi quòd cæſi eſſent coram Iשſraאele, miſerunt legatos, atque eduxerunt Aramæos qui erant trans flumē: & שSophach princeps exercitus Hadaryézer ″*erat* ante eos.

17 Nuntiatum eſt autē Dauidi: qui congregauit vniuerſum Iשſraאelem, & tranſiuit Iardén, venítque ″ad eos, ″& direxit *aciem* cōtra eos, direxit inquam *aciem* Dauid in occurſum Arám in prælium, & pugnauerunt cum eo.

18 Fugit autem Arám à facie Iשſraאelis, & occidit Dauid de Arám ſeptem millia curruum, & quadraginta millia virorum ″peditum, præterea שSophách principem exercitus interemit.

Syri, ſerui Dauidis.

19 Quum autem vidiſſent ″ſerui Hadaryézer quòd cæſi eſſent coram Iשſraאele, pacem fecerunt cum Dauide, ac ſeruierunt ei: neque voluit Arám opem præbere filiis yAmmón vltrá. Cap. XX.

Rabba vrbs deſtruitur.

1 FVit inſuper, ″tempore reuerſionis anni, tēpore quo ″egrediuntur Reges, duxit Ioáb robur militiæ, & vaſtauit terrā filiorum yAmmón: & quū veniſſet, obſedit Rabbáh: (Dauid autē manebat in Ieruשſaláim) & percuſſit Ioáb Rabbáh, ″& deſtruxit eam.

2 ″Tulit autem Dauid coronam Regis eorum à capite eius, & inuenit eam ponderis talēti auri, in eáque *erat* ″lapis pretioſus, ″& fuit ſuper caput Dauidis: ſpolia quoque vrbis eduxit multa valde.

Ammonitarum grauis afflictio.

3 Populum verò qui erat in ea, eduxit, & ſerrauit ſerra, ″& carpentis ferreis, & ſerris: ſic autem fecit Dauid vniuerſis vrbibus filiorum yAmmón. poſtea reuerſus eſt Dauid, & vniuerſus populus in Ieruשſaláim.

Philiſthæi vincūtur à Dauide.

4 ″Hoc autem geſtum eſt bellum in Gézer cum Peliשſthím: tunc percuſſit סSibbechái הHuשſathites ipſum סSippái de natis gigantum, ″& humiliati ſunt.

Lehemites gigas occiditur.

5 Fuit item adhuc bellum cum Peliשſthím, vbi percuſſit אElחhanán filius Iaʿyír ″ipſum Laחhmí fratrem Goliáth Gitthæum: cuius haſtæ lignum erat veluti liciatorium texentium.

Gigas habēs 24 digitos percutitur à Ionathan.

6 Fuit inſuper adhuc bellum in Gáth: erat autem ibi vir menſuræ

Dixítque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: ſi autem ſuperauerint te filii Ammon, ero tibi in præſidium.

Confortare, & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Dominus autem quod in conſpectu ſuo bonum eſt, faciet.

Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad præliū: & fugauit eos.

D

Porrò filii Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipſi quoque fugerunt Abiſai fratrem eius, & ingreſſi ſunt ciuitatem: reuerſúſque eſt etiam Ioab in Ieruſalem.

Videns autem Syrus quòd cecidiſſet coram Iſrael, miſit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarézer, erat dux eorum.

Quod quū annuntiatum eſſet Dauid, congregauit vniuerſum Iſrael, & tranſiuit Iordanem, irruitque in eos, & direxit ex aduerſo aciem, illis contrà pugnantibus.

Fugit autem Syrus Iſrael: & interfecit Dauid de Syris ſeptem millia curruum, & quadraginta millia peditū, & Sophach exercitus principem.

Videntes autem ſerui Adarézer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos, transfugerunt ad Dauid, & ſeruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxiliū præbere filiis Ammon. Cap. XX.

2. Reg. 10. a. 1, & 12. f. 16

FActum eſt autem poſt anni circulum, eo tēpore quo ſolent Reges ad bella procedere, cōgregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vaſtauit terram filiorū Ammon: perrexitque, & obſedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ieruſalem, quando Ioab percuſſit Rabba, & deſtruxit eam.

B

Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentū, & pretioſiſſimas gēmas, fecitq; ſibi inde diadema: manubias quoq; vrbis plurimas tulit.

Populum autē qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita vt diſſecaretur & cōtererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorū Ammon: & reuerſus eſt cum omni populo ſuo in Ieruſalem.

2. Reg. 21. d. 18

C

¶Poſt hæc initum eſt bellum in Gazer aduerſum Philiſthæos: ī quo percuſſit Sobochai Huſathites, Saphai, de genere raphaim, & humiliauit eos

Aliud quoque bellum geſtū eſt aduerſus Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus Lehemiten fratrem Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignū erat quaſi liciatoriū texētium.

D

Sed & aliud bellū accidit in Geth, in quo fuit homo longiſſimus, ſenos

---

13 Et roboremus nos ונתחזקה & viriliter agamus. 15 Poſthæc ingreſſus eſt Ioab Ier. ויבוא יואב ירושלם: In Samuele legitur, Reuerſuſque eſt Ioab à filiis Ammon, & venit in Ieruſaláim. 16 *Erat* ante eos. לפניהם: Hebraiſmus, erat dux eorum. 17 Ad eos, אלהם In Samuele legitur, ad Helā. Et direxit, &c. ויערך אלהם ויערוך וגו׳ Cōtrà de Aramæis in Samuele ſcribitur, Et inſtruxerunt *aciem* Aramæi in occurſum Dauidis, &c. 18 Peditum, רגלי Sing. Heb. pro plur. Hac forma ſingulariter vtuntur Hebræi pro pedite, cum numeralibus. In Samuele dicit ſeptingentos currus, id eſt equos ſeptingentorum curruum. ibi expreſſit numerum curruum ſelectorum: hîc verò exprimitur numerus omnium. Præterea in Samuele dicit, quadraginta millia equitum. ſed illic omiſit pedites: hîc verò equites. quod igitur in vno deeſt, ex altero ſuppleri debet. 19 Serui עברי In Samuele exponitur quales fuerint illi ſerui, nēpe omnes Reges.

IN CAPVT XX.

1 Tempore reuerſionis anni, לעת תשובת השנה .i. anno iam reuoluto, ab initio belli geſti contra ſocios Ammonitarum. Vide hæc 2. Samue. 11. a. 1, vbi eadem ſcribuntur, & annotata ſunt quæ ad iſtud caput pertinent. Egrediuntur צאת Sic 2. Samue. 11. a. 1. Et deſtruxit eam. ויהרסה: & euertit eam, interemptis ſcilicet ciuibus. 2 Tulit autem, &c. ויקח וגו׳ Iſtud cum ſequentibus ſcribitur 2. Samu. 12. g. 29. Lapis pret. אבן יקרה Sing. Heb. pro plur. lapides pretioſi erāt in ea. אבן nomē eſt collectiuum. Et fuit ſup. cap. ותהי על ראש ſub. impoſita. Vide annotationem in Samuele. 3 Et carpentis ובחריצי & trahis. vel tribulis. 4 Hoc autē geſtum eſt, &c. ויהי אחרי וגו׳ Ad verbū, Et fuit poſthæc, & ſtetit. Vide iſtud 2. Samu. 21. d. 18, vbi pro Gezer, legitur Gob: & qui hîc dicitur Sippai, illic vocatur Saph. Et humiliati ſunt. ויכנעו: & ſubiugati ſunt. 5 Ipſum Laחhmí את לחמי Doctus inter Hebræos ſcribit את pro מן poſitū, & ſubaudit אשר היה atque (vt conueniat cum loco qui eſt apud Samuelem) exponit, Et percuſſit Elhanan filius Iair qui erat de genere Bethlehemitarum, fratrem, &c. Vel vt את pro ב ponatur, cum Bethlehemita, id eſt cum Dauide qui erat Bethlehemita. q. d. adiutus opera Dauidis.

habēs digitos,id eſt ſimul vigintiquatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe generatus.

7 Hic blaſphemauit Iſrael:& percuſſit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.

8 Hi ſunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & ſeruorum eius. Cap. XXI.

2.Reg.24.a.1

1 COnſurrexit autem Satan contra Iſrael:& incitauit Dauid vt numeraret Iſrael.

2 Dixitque Dauid ad Ioab & ad principes populi, Ite & numerate Iſrael à Ber-ſabee,vſque Dan: & afferte mihi numerum,vt ſciam.

3 Reſponditque Ioab, Augeat Dominus populum ſuum cētuplum, quàm ſunt: nónne domine mi Rex, omnes ſerui tui ſunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum repetetur Iſraeli?

4 Sed ſermo Regis magis præualuit: egreſſúſque eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael:& reuerſus eſt Ieruſalē.

5 Deditque Dauidi numerū eorum quos circuierat : & inuentus eſt omnis numerus Iſrael,mille millia & cētum millia virorum educentium gladium : de Iuda autem quadringenta ſeptuaginta millia bellatorum.

6 Nam Leui & Beniamin nō numerauit : eo quòd Ioab inuitus exequeretur Regis imperium.

7 Diſplicuit autem Deo quod iuſſum erat:& percuſſit Iſrael.

8 Dixitque Dauid ad Deum, Peccaui nimis vt hoc facerem: obſecro aufer iniquitatē ſerui tui,quia inſipienter egi.

9 Et loquutus eſt Dominus ad Gad B Videntem Dauidis,dicens,

10 Vade, & loquere ad Dauid, & dic, Hæc dicit Dominus, Triū tibi optionem do : vnum quod volueris elige, & faciam tibi.

11 Quúmque veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris.

12 Aut tribus annis peſtilentiā famis: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos,& gladiū eorū non poſſe euade-

magnæ,"cuius digiti erant ſeni,vigintiquatuor:qui etiam natus erat ipſi giganti.

7 "Hic probris afficiebat Iשraℵelem,& percuſſit eum Iehonathán filius שSimyá fratris Dauidis.

8 Iſti nati ſunt "ipſi giganti in Gáth, & ceciderunt manu Dauidis manúque ſeruorum eius. Cap. XXI.

1 S"Tetit autem Satan contra Iשraℵelem, incitauítque Dauidē vt numeraret Iשraℵelem.

David authore diabolo numerat populum.

2 Dixit ergo Dauid ad Ioáb & ad principes populi, Ite,numerate Iשraℵelem à Beℵer-שsébay vſque ad Dan:"& afferte ad me,vt ſciā numerum eorum.

3 Tum dixit Ioáb,"Addat Iehouáh populo ſuo ſicut ſunt, cētum vicibus: nunquid non domine mi Rex,omnes ipſi domino meo ſunt ſerui? vtquid quærit hoc dominus meus? "vtquid erit ad delictum Iשraℵeli?

4 Verbum autem Regis"præualuit aduerſus Ioáb:egreſſus eſt itaque Ioáb, & ambulauit per vniuerſum Iשraℵelem:poſtea reuerſus eſt in Ieruשſaláim.

5 Dedítque Ioáb numerum numeri populi ipſi Dauidi:& fuit vniuerſus Iשraℵél "mille millia & centum millia virorum euaginantium gladium : Iehudáh autem,quadringenta & ſeptuaginta millia virorum euaginantium gladium.

6 Leui verò & Biniamín non numerauit inter illos:quia "abominabile fuit verbum Regis ipſi Ioáb.

7 Diſplicuit autē in oculis Dei"verbū hoc,& percuſſit Iשraℵelē.

8 Dixit autem Dauid ad Deum,Peccaui valde,quòd fecerim rem hanc:nunc verò transfer obſecro iniquitatem ſerui tui, quia inſipienter egi valde.

Pœnitet Dauidem numeraſſe populum.

9 Loquutus eſt itaq; Iehouáh ad Gád "Videntē Dauidis,dicēdo,

10 Vade, & loquere Dauidi, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Tria ego "extendo ſuper te,elige tibi vnum ex eis"vt faciam tibi.

Ipſi tria pœnarū genera proponuntur.

11 Venit itaque Gád ad Dauidem , dixítque ei, Sic dixit Iehouáh, "Recipe tibi

12 "Aut tribus annis famem:aut tribus menſibus"ſis conſumptus à facie hoſtium tuorum,& gladius inimicorū tuorum"attingat:aut

6 Cuius digiti erāt ſeni, ואצבעותיו שש־ושש Ad verbum,& digiti eius ſex & ſex. Omiſit digitos pedum etiam ſenos,quorum fit mentio in Samuele:vt cōſtet numerus vigintiquatuor.Hic etiam erat vnus è filiis gigantis.hoc eſt fuit de genere gigantum. 7 Hic probris afficiebat ויחרף Ad verbum,Et probris affecit. 8 Ipſi giganti in Gáth, להרפא בגת .i.ex gigantibus qui habitabant in Gath.

IN CAPVT XXI.

1 Stetit autem ויעמוד Conſurrexit autem.Eadem ſcribuntur & 2.Samu.24.a.1.q.d.Satan aggreſſus eſt Dauidem,perſuaſitque illi vt numeraret populum ſuum. 2 Et afferte והביאו ſub.catalogum populi recenſiti. 3 Addat Iehouáh,&c. יוסף יהוה וגו' Hebraiſmus, Dominus centuplo maiorē reddat populū hunc. ſiue,populū ſuum efficiat centuplo numeroſiorē & copioſiorē. Vtquid erit,&c. למה יהיה לאשמה לישראל: quare imputabitur in delictum Iſraeli?In delictum,id eſt in damnum & perniciem.q.d.hoc ſit in perniciem populi Iſraelitici. 4 Præualuit חזק fuit forte.i.nō potuit Ioab dimouere Regem à ſententia. 5 Mille millia & centum millia. אלף אלפים ומאה אלף In 2.Samue.24.b.9,ponitur minor numerus,nempe octingenta millia. Dicunt autem Hebræi apud Samuelem deſcriptum eſſe numerū eorum quorum catalogum Ioab Dauidi dedit:hìc autem poni numerum vniuerſi Iſraelis(exceptis tribubus Leui,Beniamin & Iuda)ſecundum veritatem.q.d. Et fuit numerus Iſrael iuxta veritatem,mille millia,&c.In numero tribus Iudæ,maior numerus ponitur in Samuele,quàm hìc:quia hìc (inquiunt Hebræi) non numerantur principes, ſed reliqui armis gerendis apti. Deſunt autem hìc ab illo numero 30000. Præterea in hoc verſu per Iſraelem omnes tribus intelliguntur:præter tres quæ hìc ponuntur,Leui, Beniamin & Iuda : per Iudam verò,hìc vnicam tribum intelligere oportet. 6 Abominabile fuit,&c. נתעב דבר־המלך את־יואב: Id eſt animus Ioab abhorrebat ab ea re,mandatúmque Regis diſplicebat illi,atque inuitus id faciebat:ideo non recenſuit duas illas tribus.& ſic cauſam dicit cur duas illas tribus omiſerit.

7 Verbum hoc,על־הדבר הזה res iſta.i.numeratio iſta populi iuſſu Regis facta.ſiue mandatum hoc Regis. 9 Videntem Dauidis, חוזה דויד .i.qui Dauidis tēpore prophetauit. 10 Extēdo נוטה Præſ.Heb.pro fut.extenſurus ſum.In Samuele legitur,offero tibi. Quidam vertunt,inclinabo. Vt faciam tibi. ואעשה־לך: Ad verbum,& faciam tibi.ſub.quod elegeris.

11 Recipe tibi. קבל־לך: Suſcipe tibi.ſub.vnum ex tribus quæ à me tibi proponentur. 12 Aut tribus annis,&c. אם־שלוש שנים וגו' Ad verbum,Si tribus annis fames:& ſi tribus menſibus conſumptus[oppreſſus,ſub.eris] à facie hoſtium tuorum,& gladius inimicorū tuorum *erit* in aſſequentem : & ſi tribus diebus gladius Iehouæ *graſſabitur*, & peſtis in hac regione , & Angelus Iehouæ *erit* vaſtans in toto termino Iſraelis.In Samuele per interrogationem legitur,præpoſita interrogantis particula, Viſne vt veniant tibi ſeptem anni famis in terra tua : an vt tribus menſibus fugias corā hoſtibus tuis,& ipſe hoſtis perſequatur te:an vt ſit tribus diebus peſtis in terra tua? Quidam nō referunt iſtud ad verbum Recipe quod præceſſit : ſed ſubaudiunt verbum, Euenit,ſic, Viſne vt eueniat tibi tribus annis fames,&c. Sis conſumptus à fa.hoſt.t. נספה מפני־צריך deficias metu aduerſariorum tuorum. Attingat: למשגת Ad verbū,attingens,vel,aſſequens *ſit*.i.aſſequatur te.q.d.gladio inimicorum tuorum cadas.

tribus diebus gladius Iehouæ, & peſtis in terra *graſſetur*, & Angelus Iehouæ vaſtabit in toto termino Iשׁſraאelis: nunc itaq; vide″quod verbum reſpondeam mittenti me.

Peſtilētiā eligit.

Miſerationes Dei.

13 Et dixit Dauid ad Gad, Anguſtia eſt mihi vehemens, incidam quæſo in manum Iehouæ (quia multæ miſerationes eius valde) & in manum hominum ne incidam.

Septuaginta millia virorum cadunt peſte.

14 Dedit itaque Iehouáh peſtilentiam in Iשׁſraאele: & ceciderunt de Iשׁſraאele ſeptuaginta millia virorum.

15 Miſit præterea Deus Angelum *quendam* in Ieruשׁſaláim vt perderet eam: ″quúmque vaſtaret, vidit Iehouáh, ″& miſertus eſt ſuper malo: dixítque Angelo vaſtãti, Sufficit nũc, ″ceſſet manus tua. Angelus autem ſtabat iuxta aream″אOrnán Iebuסſæi.

Dolet Dauid populum ſuum percuti, quū ipſe ſit qui peccauerit.

16 Eleuauit autem Dauid oculos ſuos, & vidit Angelum Iehouæ ſtantẽ inter terram & cælum, & gladium eius euaginatum *videt* in manu eius, extentum contra Ieruשׁſaláim: cecidit itaque Dauid, & ſeniores ipſi operti ſaccis ſuper facies ſuas.

17 Dixítque Dauid ad Deum, Annon ego″iuſſi numerari populũ? & ego ipſe ſum qui peccaui, & malè agendo malè egi: iſtæ autem oues″quid fecerunt? O Iehouáh Deus mi, ſit quæſo manus tua in me & in domum patris mei, & in populum tuum ne ſit plaga.

18 Angelus autem Iehouæ dixit ad Gád, vt diceret Dauidi″vt aſcẽderet ad extruendũ altare ipſi Iehouæ, in area אOrnán Iebuסſæi.

19 Aſcendit igitur Dauid iuxta verbum Gád quod loquutus fuerat in nomine Iehouæ.

Angelo cõſpecto terretur Ornan.

20 Quum autem conuertiſſet ſeſe אOrnán, vidit″Angelum illum & quatuor filii eius *qui erant* cum eo, abſconderunt ſe: אOrnán verò triturabat triticum.

21 Et peruenit Dauid ad אOrnán: & quum aſpexiſſet אOrnán, vidit Dauidem: & egreſſus de area illa incuruauit ſe Dauidi″pronus in terram.

Gratis non accipit, aut vi aufert Dauid quod Deo offerat.

22 Dixit autem Dauid ad אOrnán, Da mihi locum illum areæ, vt ædificẽ in eo altare Iehouæ: ″argento pleno da eum mihi, ″& prohibebitur plaga à populo.

23 Et dixit אOrnán Dauidi, Tolle tibi, & faciat domin⁹ meus Rex quod bonum eſt in oculis ſuis: vide, ″do boues pro holocauſtis, & tribulas″pro lignis, & triticum pro ſacrificio, omnia ipſa do.

24 Dixítque rex Dauid ad אOrnán, Nequaquã, ſed emendo emam argento pleno: non enim tollã quod *eſt* tibi, ″Iehouæ, ″& offeram holocauſtum″gratis.

25 Dedit itaque Dauid ipſi אOrnán pro *eo* loco″שׁſeclos aureos pondere ſexcentos.

26 Et ædificauit ibi Dauid altare Iehouæ, obtulítque holocauſta & pacifica: atque inuocauit Iehouam, ″qui exaudiuit eum in igne è cælo ſuper altare holocauſti.

re: aut tribus diebus gladiũ Domini, & mortem verſari in terra, & Angelũ Domini interficere in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid reſpõdeam ei qui miſit me.

13 Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed melius mihi eſt vt incidam in manus Domini (quia multæ ſunt miſerationes eius) quàm in manus hominum.

14 Miſit ergo Dominus peſtilentiam in Iſrael: & ceciderunt de Iſrael ſeptuaginta millia virorum.

15 Miſit quoq; Angelum in Ieruſalẽ, vt percuteret eam: quúmque percuteretur, vidit Dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali. & imperauit Angelo qui percutiebat, Sufficit, iã ceſſet manus tua. Porrò Angelus Domini ſtabat iuxta areã Ornã Iebuſæi.

C

16 Leuánſque Dauid oculos ſuos, vidit Angelum Domini ſtantem inter cælum & terram, & euaginatum gladiũ in manu eius, & verſum contra Ieruſalem: & ceciderunt tam ipſe quàm maiores natu veſtiti ciliciis, proni in terram.

17 Dixitque Dauid ad Deum, Nónne ego ſum qui iuſſi vt numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui malum feci: iſte grex quid cõmeruit? Domine De⁹ meus vertatur obſecro manus tua in me, & in domũ patris mei: populus autẽ tuus non percutiatur.

2.Para.3.a.1

18 ‖Angelus autẽ Domini præcepit Gad, vt diceret Dauidi vt aſcenderet, extruerétque altare Domino Deo in area Ornan Iebuſæi.

19 Aſcendit ergo Dauid, iuxta ſermonem Gad, quem loquutus ei fuerat ex nomine Domini.

20 Porrò Ornan quum ſuſpexiſſet, & vidiſſet Angelum, quatuórque filii eius cum eo, abſconderunt ſe: nam eo tempore terebat in area triticum.

21 Igitur quum veniret Dauid ad Ornan, cõſpexit eum Ornan, & proceſſit ei obuiã de area, & adorauit eum pronus in terram.

22 Dixitque ei Dauid, Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantũ valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo.

D

23 Dixit autem Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat domin⁹ meus Rex quodcunque ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium, omnia libens præbebo.

24 Dixitque ei rex Dauid, Nequaquã ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita.

25 Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos.

26 Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitque holocauſta & pacifica: & inuocauit Dominũ, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti.

12 Quod verbũ, &c. מה־אשיב את־שולחי דבר: Ad verbũ, quid reſpondeã mittẽti me verbum. i. quod reſponſum daturus ſim, &c. vel, quid vis vt reſpondeã, &c. 15 Quúmque vaſtaret, וכהשחית quúmque exterminaturus eſſet. vel, exterminare pararet. In Samuele, Quúmque miſiſſet manũ ſuam Angelus ad Ieruſalaim vt diſperderet eam. Et miſertus eſt ſuper malo: וינחם על־הרעה & pœnituit eũ eius mali. i. mutauit conſilium de perdenda Ieruſalẽ. Ceſſet manus tua. הרף ידך remitte [laxa] manũ tuam. q.d. hic populus ſatis eſt punitus, propterea ſiſte. אOrnán ארנן In Samuele dicitur Arauna. erat igitur binomius. 17 Iuſſi numerari אמרתי למנות Ad verbũ, dixi ad numerandũ, vel numerare. nempe ipſi Ioab. Quid fecerunt? מה עשו quid admiſerunt? 18 Vt aſcenderet כי־יעלה Erat enim locus ille ſublimis, & editior quàm vrbs. 20 Angelum illum המלאך Angelum intelligit de quo ſuprà facta eſt mentio.
21 Pronus אפים Ad verbum, in nares. 22 Argento pleno בכסף מלא .i. pretio integro. Alii, argento quantum valet, vende mihi. Et prohibebitur והעצר vt ceſſet. vt cohibeatur. 23 Do נתתי Præt. Heb. pro præſ. vt & mox, omnia ipſa do. i. paratus ſum dare. Pro lignis, לעצים in ligna. pro ipſis ſcilicet holocauſtis. 24 Iehouæ, ליהוה .i. vt Iehouæ offeram. Et offeram והעלות Infinit. pro fut. indicatiui perſonæ primæ. Gratis. חנם: acſi dicat, de alieno. 25 שׁSeclos aureos, &c. שקלי זהב משקל שש מאות: .i. dedit pondus ſexcentorum ſeclorum auri. In Samuele ſcribitur, argento, ſeclis quinquaginta. 26 Qui exaudiuit eum, &c. ויענהו באש q.d. quum vidiſſet Dauid Deum ignem miſiſſe de cælo qui conſumpſit holocauſtum, tunc ſciuit ſe exauditum eſſe.

27 Præcepitque Dominus Angelo: & conuertit gladium ſuum in vaginam.

28 Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudiſſet eum dominus in area Ornan Iebuſæi, immolauit ibi victimas:

29 (Tabernaculum autē Domini quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon:

30 Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, vidēs gladium Angeli Domini.)

Cap. XXII.

1 DIxitque Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtū Iſrael.

2 Et præcepit vt congregarentur omnes proſelyti de terra Iſrael, & cōſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliēdos, vt ædificaretur domus Dei.

3 Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commiſſuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile.

4 Ligna quoque cedrina non poterāt æſtimari quæ Sidonii & Tyrii deportauerant ad Dauid.

5 Et dixit Dauid, Salomō filius meus puer paruulus eſt & delicatus: domus autē quam ædificare volo Domino, talis eſſe debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam, ante mortē ſuā oēs pręparauit impenſas.

B

6 Vocauitque Salomonē filiū ſuum, & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Iſrael.

7 Dixitque Dauid ad Salomonē, Fili mi, volūtatis meæ fuit vt ędificarem domum nomini Domini Dei mei.

Infrà 28.a.5

8 Sed fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicēs, ‖Multum ſanguinē effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me.

9 Fili⁹ qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus: faciam enim eū requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitū: & ob hāc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Iſrael cunctis diebus eius.

2.Reg.7.b.13
3.reg.5.a.5
heb.1.b.5

10 ‖Ipſe ædificabit domū nomini meo: & ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmabóq; ſoliū regni eius ſuper Iſrael in æternum.

C

11 Nunc ergo fili mi, ſit Dominus tecū, & proſperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, ſicut loquutus eſt de te.

12 Det quoque tibi Dominus prudentiam & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem Dñi Dei tui.

13 Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mādata & iudicia quæ pręcepit Dominus Moyſi vt doceret Iſrael: confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas.

27 Dixítque Iehouáh Angelo″vt conuerteret gladium ſuum in vaginam ſuam.

28 Tempore illo quum videret Dauid quòd exaudiſſet eum Iehouáh in area אOrnán Iebusſæi, immolauit ibi:

29 (Tabernaculū autē Iehouæ quod fecerat Mowſéh in deſerto, & altare holocauſti, tēpore illo erat ī ipſo excelſo *quod erat* in Gibעyō:

Tabernaculum & altare holocauſtorum in Gabaon.

30 Non potuerat autem Dauid ire in conſpectum eius″vt requireret Deum: quia territus erat propter gladium Angeli Iehouæ.)

Cap. XXII.

1 DIxítque Dauid,″Hæc eſt domus Iehouæ Dei, & hîc eſt altare in holocauſtum pro Iשſraאele.

Dauid præparat neceſſaria ad ædificationem domus Dei.

2 Præcepit autem Dauid vt congregarent″peregrinos qui *erant* in terra Iשſraאelis, quos conſtituit lapicidas ad cædendum lapides ″dolatos, vt ædificarent domum Dei.

3 Deinde ferrum in copia″ad clauos, ad oſtia portarum, & ad cōmiſſuras præparauit Dauid, atq; æs in multitudine abſq; pōdere:

4 Ligna quoque cedrina abſque numero: quia attulerant צSidonii & Tyrii ligna cedrina in multitudine ad Dauidem.

5 Tum dixit Dauid, שSelomóh filius meus puer eſt & tenellus: domus autem ædificanda eſt Iehouæ″ad magnificandū, ad excellētiam, ad nomen & gloriam in omnibus terris: ″parabo *igitur* nūc illi. Parauit itaque Dauid in multitudine ante mortem ſuam.

6 Vocauit autem שSelomóh″filium ſuum, & præcepit ei vt ædificaret domum Iehouæ Deo Iשſraאelis.

Iubet Dauid Salomoni vt ædificet domum Domini.

7 Dixit præterea Dauid ad שSelomóh″filium ſuum,″Fuit in corde meo ædificare domum nomini Iehouæ Dei mei.

8 ″At fuit ad me verbum Iehouæ, dicēdo, Sanguinem multū effudiſti, & bella magna geſſiſti: nō ædificabis domum nomini meo, quia ſanguinem multum effudiſti in terram″coram me.

Cur Dauid templū nō potuerit ædificare.

9 Ecce filius″naſcetur tibi, ipſe erit vir″quietus, requieſcere nāque faciā eum ab omnibus inimicis ſuis in circuitu: ideo שSelomóh erit nomen eius: pacē enim & quietē dabo Iשſraאeli in dieb⁹ eius.

Quare Salomon ſic dicatur.

10 Ipſe ædificabit domū nomini meo, ipſéque erit mihi in filium, & ego ero illi in patrē, firmabóque ſolium regni eius ſuper Iשſraאelem vſque in ſeculum.

11 Nunc fili mi,″erit Iehouáh tecum, & proſperè ages, ædificabíſque domū Iehouæ Dei tui, quemadmodū loquutus eſt″ſuper te.

Exhortatur Dauid Salomonem vt Deū timeat.

12 Veruntamē det tibi Iehouáh intellectum & intelligentiā,″præcipiátq; tibi ſuper Iשſraאelē,″vt cuſtodias Legē Iehouæ Dei tui.

13 Tunc″proſperè ages″quum cuſtodieris & feceris præcepta & iudicia quæ præcepit Iehouáh ipſi Mowſéh″ad Iשſraאelem: confortare, & roborare,″ne timeas, neque paueas.

---

27 Vt conuerteret וישב Ad verbum, & conuertit. 30 Vt requireret Deum: לדרוש אלהים .i. vt inuocaret Deum.

IN CAPVT XII.

1 Hæc eſt domus Ieh. זה הוא בית יהוה q.d. hic locus eſt gratus Deo, hîc habitat, & hîc colitur: nam hîc me exaudiuit. Verſiculus iſte pertinet ad viceſimumoctauum verſum capitis præcedentis, inter quem & iſtū interiicitur parentheſis. 2 Peregrinos הגרים aduenas ipſos. proſelytos. Hi erant in poſtremo gradu & ordine apud Iſraelitas, ideo conſtituerat illos in viliore iſto munere. Dolatos, גזית politos. i. vt eruerent è lapicidinis lapides qui poſtea cæderentur & polirentur. 3 Ad clauos, למסמרים ſub. fabricandos. Vide 2. Paral. 3.b.9.

5 Ad magnificandum, &c. להגדיל למעלה וגו׳ Hebraiſmus, ædificandum eſt templum plenum magnificentia, excellentia, & gloria, ſiue honore, atque magni nominis apud exteras gentes. i. magnificentiſſimū, excellentiſſimum & nominatiſſimum. Parabo אכינה præparabo. ſub. neceſſaria ad illius conſtructionē. q.d. hac de cauſa neceſſaria nunc illi præparabo. 7 Filiū ſuum, בנו Legitur & בני Fili mi, fuit, &c. Fuit in corde meo אני היה עם־לבבי וגו׳ Ad verbū, Ego, fuit in corde meo. Hebraiſmus, pro Ego apud me ſtatuerā. 8 At fuit ad me verbū Iehouæ, di. &c. ויהי עלי דבר־יהוה לאמור וגו׳ Hebraiſmus, Verùm Iehoua dixit mihi, Sanguinē, &c. Corā me. לפני: .i. me ſciente & vidente. 9 Naſcetur נולד Ad verbū, naſcens. vel natus. ſub. erit tibi. Quietus, מנוחה Ad verbū, quietis. 11 Erit יהי ſit .i. faueat tibi in omnibus, & propitius ſit. Super te. עליך: de te. 12 Præcipiátq; tibi ſuper Iſraelē, ויצוך על־ישראל détque tibi mandata de Iſraele. Alii, vt det tibi, &c. q.d. vtatur Dominus opera tua quū voluerit reconciliari Iſraeli. Vt cuſtodias ולשמור Ad verbum, & vt cuſtodias. Redūdat ו. non redūdabit, ſi quod præceſſit ſic vertas, vt præcipiat tibi ſuper Iſraelē, & vt cuſtodias. 13 Proſperè ages תצליח proſperè cedet tibi. Quū cuſtodieris & feceris אם־תשמור לעשות Ad verbū, ſi cuſtodieris ad faciendū. i. ſi cuſtodieris faciēdo. Ad Iשſraאelem: על־ישראל pro Iſraele. vel, de Iſraele. Neque paueas, &c. אל־תירא ואל־תחת: q.d. nihil te perturbet.

14 ″Et ecce ſecundum paupertatem meam præparaui pro domo Iehouæ auri talenta centum millia, & argenti mille millia talenta: æs verò & ferrum, ″abſque pondere (quia in multitudine erat:) ligna quoque, & lapides præparaui, ″& his addes.

15 Tecum autem *habes* ″multos operarios, lapicidas, ″& artifices lapidis & ligni, & omnes peritos in quocunque opere.

16 Auri, argenti, æris, & ferri non eſt numerus: ″ſurge, & fac, & ſit Iehouáh tecum.

17 Præcepit autem Dauid cunctis principibus Iשſraאelis vt opem ferrent שSelomóh filio ſuo.

18 Annon Iehouáh Deus veſter vobiſcum eſt, & requieſcere vos fecit per circuitum: nam dedit in manum meã habitatores huius terræ, ſubiectáque eſt terra *hæc* ″corã Iehoua, corámq; populo eius.

Corda ad quærẽdum Deum.

19 Nunc præbete cor veſtrum & animam veſtram ad requirendũ Iehouã Deum veſtrum: atque ſurgite, & ædificate Sanctuariũ Iehouæ Dei: vt introducatis *illuc* arcam fœderis Iehouæ & vaſa ″ſancta Dei pro domo ædificata nomini Iehouæ. Cap. XXIII.

Dauid ſenex Regem conſtituit Salomonem.

1 SEnuit autem Dauid, ″& ſatur dierum factus, Regem conſtituit שSelomóh filium ſuum ſuper Iשſraאelem.

2 Congregauítque omnes principes Iשſraאelis, & ſacerdotes atque Leuitas.

Numerat Leuitas, & eiſdẽ officia aſſignat.

3 Numeratíque ſunt Leuitæ à filio triginta annorum & ſuprá: & fuit numerus eorũ per capita ſua, per viros triginta & octo millia.

4 ″Ex iſtis *fuerunt* ad vrgẽdum opus domus Iehouæ viginti & quatuor millia: præfectorum autem & iudicum, ſex millia.

5 Quatuor autẽ millia ianitorum, & quatuor millia laudantium Iehouam cum inſtrumentis ″quæ feci ″ad laudandum.

Gerſon.

6 Et diſtribuit Dauid eos ″in partes, filios Leui, in Gerשſón, Cehath, & Merarí.

7 Gerשſunitas *diſtribuit* in Layadán, & שSim'yí.

8 Filii Layadán: dux Ieחhiאél, & Zethám, & Ioאél, tres.

9 Filii שSim'yí: שSelomíth, & חHaziאél, & Harán, tres: iſti principes familiarum ″Layadán.

10 Filii autem שSim'yí: Iaחháth, Ziná, & Ie'yúשs, & Beriyáh: iſti filii שSim'yí, quatuor.

11 Fuit autem Iáחhath dux, ″& Zizá ſecundus: at Ie'yúשs & Beriyáh non multiplicauerunt filios: & fuerunt in familia patris ″in ſupputationem vnam.

Caath familia.

12 Filii Cehath: yAmrám, Iצſhár, חHebrón, & yVzziאél, quatuor.

13 Filii yAmrám: Aharón & Moשſéh. ſeparatus eſt autẽ Aharón, vt ſanctificaret ipſe ″ſanctitatẽ ſanctitatum, ipſe & filii eius in ſe-

14 Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò, & ferri non eſt põdus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia.

D

15 Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificéſque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentiſſimos

16 In auro & argento & ære & ferro, cuius non eſt numerus: ſurge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

17 Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Iſrael vt adiuuarent Salomonem filium ſuum:

18 Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram Domino, & coram populo eius.

19 Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras vt quæratis Dñm Deum veſtrum: & cõſurgite, & ædificate Sanctuarium Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vaſa Deo cõſecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini. Cap. XXIII.

1 IGitur Dauid ſenex & plenus dierũ, Regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael.

2 Et congregauit omnes principes Iſrael, & Sacerdotes atque Leuitas.

3 Numeratique ſunt Leuitæ à triginta annis & ſuprá: & inuenta ſunt trigintaocto millia virorum.

4 Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini viginti quatuor millia: præpoſitorũ autem & iudicum, ſex millia.

5 Porrò quatuor millia ianitores: & totidem pſaltes canẽtes Domino in organis quæ fecerat ad canendum.

Suprà 6.a.1 exod.5.b.17

6 ‖Et diſtribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari.

7 Filii Gerſon: Leedan, & Semei.

8 Filii Leedan: princeps Iahiel, & Zetham, & Ioel, tres.

9 Filii Semei: Salomith, & Hoziel, & Aran, tres: iſti principes familiarum Leedan.

B

10 Porrò filii Semei: Iehath, & Zina, & Iaus, & Baria: iſti filii Semei, quatuor.

11 Erat autem Iehath prior, Zina ſecũdus: porrò Iaus & Baria nõ habuerũt plurimos filios: & idcirco in vna familia, vnáque domo cõputati ſunt.

12 Filii Caath: Amram, & Iſaar, Hebron, & Oziel, quatuor.

Exod.2.a.2, 6.c.10 Heb.5.a.4

13 ‖Filii Amram, Aaron & Moyſes. ‖ſeparatúſque eſt Aaron vt miniſtraret in ſancto ſanctorũ, ipſi & filii eius in

14 Et ecce ſecundum paupertatẽ meam. והנה בעניי Et quidẽ in paupertate mea. Legitur enim & per ב & per כ. Fuit pauper Dauid reſpectu Salomonis. Aut hoc dicit humilitatis cauſa. Abſque pondere. אין משקל .i. æris & ferri tantã copiã tibi præparaui, vt præ abundantia pondus ſciri nõ poſſit. Et his addes. ועליהם תוסיף: .i. his addere potes & alia, aut ſimilia. 15 Multos operarios, לרוב עושי מלאכה Ad verbũ, in multitudine facientes opus. Et artifices lapidis & ligni וחרשי אבן ועץ Hebraiſmus, qui peritè & ex arte norunt lapides dolare, & ligna. 16 Surge & fac, &c. קום ועשה ויהי יהוה עמך: q.d. incunctanter aggredere opus, & Deus fauebit tibi in hoc opere.

18 Coram Iehoua, corámque pop. e. לפני יהוה ולפני עמו: Hebraiſmus, Terra hæc, in ſubiectione eſt Iehouæ & populi eius, paret ei & eius populo. 19 Sancta Dei קודש האלהים Ad verbum, ſanctitatis Dei, id eſt conſecrata Deo.

IN CAPVT XXIII.

1 Et ſatur dierum factus, ושבע ימים Hebraiſmus, & quum ad ſatietatem vſque plenus eſſet dierum. i. diutiſſimè vixiſſet.

4 Ex iſtis מאלה Subaudiẽda ſunt aliquot verba, Et dixit Dauid. nã verba iſta ſunt Dauidis. Præfectorũ autẽ & iud. שוטרים ושופטים Hæc duo vocabula idem ſignificant. i. ſex millia ex illis erant qui præerant aliis. 5 Quæ feci אשר עשיתי Qui nihil ſubaudiunt initio præcedentis verſus, rectè vertunt, Quæ fecit: licet ſit primæ perſonæ. Ad laudandum. להלל: ſub. Dominum.

6 In partes, מחלקות Ad verbum, in diſtributiones. i. claſſes, nempe filios Leui. 7 *Diſtribuit* Subauditum verbum ex præcedenti verſu, Gerſonitas diſtribuit in duas familias, in familiam Layadán, & familiam Sim'yí. 9 Layadán. ללען: in *familia* Layadán.

11 Et Zizá וזיזה Verſu præcedenti vocauit iſtum Zina. fuit igitur binomius. Non multiplicauerunt filios: לא הרבו בנים Hebraiſmus, non habuerunt multos filios. In ſupputationem vnam. לפקודה אחת: Hebraiſmus, Iſtæ duæ familiæ reputatæ ſunt pro vna. ſiue, ex his facta eſt vnica familia, & vnicus catalogus. 13 Sanctitatem ſanctitatum, קדש קודשים .i. ſanctum ſanctorum, ſiue rem ſacroſanctam, vel ſacrificium ſanctum.

ſempiternũ, & adoleret incenſũ Domino ſecundum ritum ſuũ, ac benediceret nomini eius in perpetuum.

Moyſi quoque hominis Dei filii annumerati ſunt in tribu Leui. 14

Exod. 2. d. 22, & 18. a. 3

|Filii Moyſi: Gerſom & Eliezer. 15

Filii Gerſom: Subuel primus. 16

Fuerunt autem filii Eliezer: Rohobia primus: & non erant Eliezer filii alii: porrò filii Rohobia multiplicati ſunt nimis. 17

Filii Iſaar: Salomith primus. 18

C

Filii Hebron: Ieriau primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. 19

Filii Oziel: Micha primus, Ieſia ſecundus. 20

Filii Merari: Moholi & Muſi. filii Moholi: Eleazar & Cis. 21

Mortuus eſt autem Eleazar, & nõ habuit filios, ſed filias: acceperúntque eas filii Cis fratres earum. 22

Filii Muſi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres. 23

Hi filii Leui in cognationibus & familiis ſuis, principes per vices, & numerum capitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterii domus Domini à viginti annis & ſuprá. 24

Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Ieruſalem vſque in æternum. 25

Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum. 26

Iuxta præcepta quoque Dauid nouiſſima, ſupputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & ſuprá. 27

Et erunt ſub manu filiorum Aaron in cultũ domus Domini, in veſtibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario, & in vniuerſis operibus miniſterii templi Dei. 28

D

Sacerdotes autẽ, ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, & ad lagana, & azyma, & ſartaginẽ, & ad feruentem ſimilam, & ſuper omne pondus atque menſuram. 29

Leuitæ verò vt ſtent mane ad cõfitendum & canendum Domino: ſimilitérque ad veſperam, 30

Tam in oblatione holocauſtorum Domini, quàm in Sabbathis & Calendis & ſolennitatibus reliquis iuxta numerum & cæremonias vniuſcuiuſque rei, iugiter coram Domino. 31

Et cuſtodiant obſeruationes taber- 32

culum, vt ſuffirent coram Iehoua, vt miniſtrarent illi, & benedicerent in nomine eius vſque in ſeculum.

14 ′Moשſéh autem viri Dei filii vocabuntur in tribu Leui.

Moyſi familia.

15 Filii Moשſéh: Gerשſóm, & אEliyézer.

16 Filii Gerשſóm: שSebuאél″dux.

17 Fuerunt autem filii אEliyézer, Reחhabiáh dux: nec fuerunt ipſi אEliyézer filii alii. filii autẽ Reחhabiáh″multiplicati ſunt valde.

18 Filii Iצſhár: שSelomith dux.

19 Filii חHebrón: Ieriiáhu dux, Amariáh ſecundus, Ieחhaziאél tertius, & Iocmeyám quartus.

20 Filii yVzziאél: Micháh dux, & Iשſiiáh ſecundus.

21 Filii Merarí: Maחhlí, & Muשſí. filii Maחhlí: אElyazár & Ciשs.

22 Mortuus eſt autem אElyazár, nec fuerunt ei filii, ſed filiæ: quas acceperunt filii Ciשs″fratres earum.

Merari familia.

23 Filii Muשſi: Maחhlí, & yEder, & Ieremóth, tres.

24 Iſti ſunt filii Leui ′per familias ſuas, principes familiarum″in enumerationibus ſuis, ſecundum numerum nominum per capita ſua, ″faciẽtes opus in miniſterio domus Iehouæ, à filio ′viginti annorum & ſuprá.

25 Dixit enim Dauid, Requieſcere fecit Iehouáh Deus Iשſraאelis populum ſuum, ″& habitabit in Ieruשſaláim vſque in ſeculum.

26 ′Quinetiam Leuitarum non *erit ultrà* portare tabernaculum, & omnia vaſa eius in miniſterium eius.

27 Itaque″iuxta verba Dauidis nouiſſima″fuit numerus filiorũ Leui à filio viginti annorum & ſuprá.

28 Statio inſuper eorum *fuit*″ad manum filiorum Aharón in miniſterio domus Iehouæ in atriis, & in cubiculis, ″& in purificatione omnis ſanctitatis, & in opere miniſterii domus Dei:

29 ″Præterea in pane ordinato, & in ſimila in ſacrificium, & in laganis″infermẽtatorum, ″& in craticula, ″& in frixa, ″& in omni mẽſura & menſura:

30 ″Et vt ſtarent ſingulis matutinis ad celebrandum & laudandum Iehouam, & ſic veſperi:

31 ″Et in omni oblatione holocauſtorum Iehouæ, in Sabbathis, & Calẽdis, & in ſolennitatibus, ″in numero ″ſecundum ordinem ſuper eos iugiter, ″coram Iehoua.

32 ″Et cuſtodirent cuſtodiam tabernaculi eccleſiæ, & cuſtodiam

---

14 Moשſéh autem, &c. ומשה וגו' Ad verbũ, Moſe autem viri Dei, filii eius vocati ſunt, vel vocabuntur, &c. i. filii Moſis æſtimantur de tribu Leui. 16 Dux. הראש: primus. ſic in ſequentibus. 17 Multiplicati ſunt valde. רבו למעלה: creuerunt ſuprá. i. fuerunt quamplurimi. 22 Fratres earum. אחיהם: In hoc verſu bis ponitur ם pro ן, id eſt cognati.

24 Per familias ſuas, לבית אבותיהם Ad verbum, per domum patrum ſuorum. In enumerationibus ſ. ſecundum num. nom. per cap. ſ. לפקודיהם במספר שמות לגולגלותם .i. in catalogis ſuis numerati per ſingula capita nominatim. Facientes עושה Sing. Heb. pro plur. vel, quorũ quilibet faciebat opus in, &c. Viginti annorum עשרים שנה Suprà verſu tertio dixit, A filio triginta annorũ. Dices Leuitas bis fuiſſe numeratos: primò à triceſimo anno & ſuprà: ſecundò, à viceſimo anno & ſuprá. 25 Et habitabit וישכן ſub. Dominus. i. exhibebit ſe præſentẽ in templo. Alii ſubaudiunt, populus. q. d. non mutabit poſtea populus ſubinde locum, quemadmodum antea.

26 Quinetiam Leuitarũ, &c. וגם ללוים וגו' .i. nõ erit opus vt Leuitæ poſthac portẽt arcam quemadmodũ faciebant quũ arca non habebat ſtatum locum. nunc enim habebit ſedes fixas. 27 Iuxta verba Dauidis nouiſſima, בדברי דויד האחרונים Hebraiſmus, iuxta ordinationẽ Dauidis nouiſſimam. Fuit numerus filiorum Leui המה מספר בני־לוי fuerunt *uiri* numeri. i. numerati ſunt. vel, numerandi fuerunt, &c.

28 Ad manum filiorum Aharón ליד־בני אהרון .i. ad latus, vel eregione filiorum Aharon. Quemadmodum Aharonitæ ſeruiebant templo, ita alii Leuitæ, ſed diuerſa vtrorunque erant officia. Et in purificatione om. ſanct. ועל־טהרת לכל־קודש .i. in emũdatione omnium vaſorum ſacrorum. 29 Præterea in pane ord. וללחם המערכת Sing. Heb. pro plur. Ad verbum, Et in pane ordinationis. i. præerunt in panibus propoſitionis bene diſpoſitis coram Iehoua. Infermentatorum, המצות .i. infermentatis. Et in craticula, ולמחבת & in ſartagine. Et in frixa ולמורבכת & in toſta, ſub. ſimila. Et in omni menſura & menſura. ולכל־משורה ומדה: Hebræi dicunt משורה eſſe menſuram maiorem, מדה verò minorem. Alii, Menſuram liquidorum eſſe volunt, & Mida continuorum ſiue aridorum.

30 Et vt ſtarẽt ſingulis matutinis ולעמוד בבוקר בבוקר Ad verbũ, Et ad ſtandum in mane in mane. i. vt ſtarẽt in tẽplo ſingulis diebus matutino tempore coram arca. 31 Et in omni oblatione ולכל העלות Infinit. Heb. pro nomine. In numero במספר ſub. ſolito & certo, quem oportebit adeſſe. Secundum ordinem ſuper eos כמשפט עליהם iuxta ritum *qui eſt* ſuper eos. i. ſecundum ritum ſuum quem obſeruare debebunt. Coram Iehoua. לפני יהוה: Iſtud pertinet ad illud quod præceſſit verſu 30, Et vt ſtarent.

32 Et cuſtodirent cuſtodiam ושמרו את־משמרת Et obſeruarent obſeruationem.

"ſanctitatis,"& cũſtodiam filiorum Aharõ fratrum ſuorum in miniſterio domus Iehouæ.

Cap. XXIIII.

Aſſignat Dauid officia filiis Aaron.

1 F"Iliorum autẽ Aharón *hæ ſunt* partitiones. Filii Aharón: Nadáb & Abihú,אElyazár & איIthamár.

2 Mortuus verò eſt Nadáb & Abihú"coram patre ſuo,nec filii fuerunt eis:"ſacerdotio ergo functi ſunt אElyazár & איIthamár.

3 Et partit⁹ eſt eos Dauid,& צSadóc"de filiis אElyazár,& Anhimélech de filiis איIthamár, "in numeratione ſua & in miniſterio ſuo.

4 Inuenti ſunt autem filii אElyazár plures "in capitibus virorum, quàm filii איIthamár:"& diuiſerunt eos.de filiis אElyazár,*fuerunt* duces per domum familiarũ ſedecim: & de filiis איIthamár per domum familiarum ſuarum,octo.

5 Diuiſerunt autẽ eos ſortibus,"iſtos cum iſtis:quia"fuerunt principes Sanctitatis, & principes Dei, & de filiis אElyazár & de filiis איIthamár.

6 Et deſcripſit eos שSemayaiáh filius Nethanאél ſcriba,de *tribu* Leui,coram Rege & principibus,& צSadóc ſacerdote,atque Anhimélech filio Abiathár,& principibus familiarum Sacerdotum & Leuitarum,"*in* domum patris vnam attributam ipſi אElyazár, attributam inquam ipſi איIthamár.

7 "Exiuit autem ſors prima ipſi Iehoiaríb:ipſi Iedayaiáh,ſecũda:
8 חHarím,tertia:שSeyorím,quarta:
9 Malchiiáh,quinta:Miiamín,ſexta:
10 Haccóγs,ſeptima:Abiiáh,octaua:
11 Ieשſúay,nona:שSechaniáh,decima:
12 אEliaשſíb,vndecima:Iacím,duodecima:
13 חHuppa,decimatertia:Ieשſebáb,decimaquarta:
14 Bilgáh,decimaquinta:איImmér,decimaſexta:
15 חHezír,decimaſeptima:Hapiצſſéγs,decimaoctaua:
16 Pethanhiáh,decimanona:Ienhezcאél,viceſima:
17 Iachín,viceſimaprima:Gamúl,viceſimaſecunda:
18 Delaiáhu,viceſimatertia:Mayaziáhu,viceſimaquarta.

19 Iſti *ſunt* quorũ"enumeratio *erat* in miniſterio ſuo,vt ingrederentur domũ Iehouæ"ſecundum ordinẽ eorum"ſub manu Aharón patris eorũ,quemadmodũ præceperat ei Iehouáh Deus Iשſraאelis.

20 De filiis Leuí reſiduis,de filiis yAmrám,שSubaאél:de filiis שSubaאél,Ienhdeiáhu.

21 De Renhabiáhu:de filiis Renhabiáhu,dux Iשſſiiáh.

22 De Iצſhari,שSelomóth:de filiis שSelomóth,Iánhath.

23 Filii autem Ieriiáhu,Amariáhu ſecundus,Ianhaziאél tertius,Iecamyám quartus.

naculi fœderis,& ritũ Sanctuarii,& obſeruationem filiorum Aaron fratrum ſuorũ,vt miniſtrẽt in domo Domini.

Cap. XXIIII.

Leui.10.a.4 nume.3.a.4, & 26.g.61

1 PORrò filiis Aaron hæ partitiones erant. Filii Aarõ:Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar.

2 Mortui ſunt autem Nadab & Abiu ante patrem ſuum abſque liberis: ſacerdotióque functus eſt Eleazar & Ithamar.

3 Et diuiſit eos Dauid,& Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimélec de filiis Ithamar ſecundum vices ſuas & miniſterium.

4 Inuentique ſunt multo plures filii Eleazar in principibus viris, quàm filii Ithamar. diuiſit autem eis,hoc eſt filiis Eleazar principes per familias ſedecim:& filiis Ithamar per familias & domos ſuas,octo.

B

5 Porrò diuiſit vtraſque inter ſe familias ſortibus:erant enim principes Sanctuarii,& principes Dei tam de filiis Eleazar quàm de filis Ithamar.

6 Deſcripſitque eos Semeias filius Nathanael ſcriba Leuites,coram Rege & principibus,&Sadoc ſacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum: vnam domũ quæ cæteris præerat,Eleazar: & alteram domum quæ ſub ſe habebat cæteros,Ithamar.

7 Exiuit autem ſors prima Ioiarib: ſecunda,Iedei:
8 Tertia,Harim:quarta,Seorim:
9 Quinta,Melchia:ſexta,Maiaman:
10 Septima,Accos:octaua,Abia:
11 Nona,Ieſua:decima,Sechenia:
12 Vndecima,Eliaſib:duodecima,Iacĩ:
13 Tredecima,Hoppha:decimaquarta,Iſbaab:
14 Decimaquinta,Belga:decimaſexta, Emmer:

C

15 Decimaſeptima, Hezir : decimaoctaua,Aphſes:
16 Decimanona , Pheteia : viceſima, Hezeciel:
17 Viceſimaprima,Iachin, viceſimaſecunda,Gamul:
18 Viceſimatertia,Dalaiau:viceſimaquarta Maaziau.

19 Hæ vices eorum ſecundum miniſteria ſua, vt ingrediantur domũ Domini, & iuxta ritum ſuum ſub manu Aaron patris eorum , ſicut præceperat Dominus Deus Iſrael.

20 Porrò filiorum Leui , qui reliqui fuerant,de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael,Iehedeia.

21 De filiis quoq; Rohobiæ,princeps Ieſias.

22 Iſaari verò,filius Salemoth:filiúſq; Salemoth,Iahath.

23 Filiúſque eius Ieriau primus,Amarias ſecundus , Iahaziel tertius , Iecmaan,quartus.

Sanctitatis, הקודש .i.rerum ſacrarum,ſiue quæ requiritur circa res ſacras. Et cuſtodiam filiorum,&c. ומשמרת בני וגו' Hebraiſmus, & faciant quæ imperabunt illis ſacerdotes filii Aharon.

IN CAPVT XXIIII.

1 Filiorum autem,&c. ולבני וגו' Filiis autem Aharon *fuerunt* ſuæ diſtributiones.i.ſacerdotes fuerunt diuiſi ac diſtributi in ſuas claſſes.Deſcribit partitiones ſacerdotum:ſuprà deſcripſit Leuitarum. 2 Coram patre ſuo, לפני אביהם .i.patre adhuc viuente. Sacerdotio ergo functi ſunt ויכהנו .i.ad eos pontificatus deuolutus eſt. 3 De filiis מן־בני Filium pro nepote accipit.i.qui erat nepos Elyazár:hoc eſt ducebat ab eo originem. In numeratione ſua, לפקודתם .i.in vice ſua,ſiue præfectura.

4 In capitibus לראשי .i.in principibus virorum.q.d.ſi ſpectes principes. Alii melius,per capita virorum.i.recenſendo ſingulos, vel,ſi numeres ſingula capita. Et diuiſerunt eos. ויחלקום & diſtribuerunt eos.ſub.in claſſes.

5 Iſtos cum iſtis: אלה עם־אלה .i.miſſis ſortibus omnes ſimul collectos diuiſerũt in claſſes,nepotes Elyazar & Ithamar. Fuerunt principes Sanctitatis,&c. היו שרי־קודש וגו' Hebraiſmus,præfuerunt,ſiue præerant rebus Sacris & Diuinis.

6 *In* domum patris vnam,&c. בית־אב אחד וגו' Pertinet iſtud ad verbum præcedẽs,Et deſcripſit eos,&c.i.deſcripſit eos in familiam vnam adiunctam ſiue attributam Eleazaro,& in familiam aliam attributam,attributam inquam ipſi Ithamar.q.d.in duas familias,nempe in familiam Eleazar & familiam Ithamar. 7 Exiuit autem ſors ויצא הגורל quia ſortes ex vrna egrediebantur.

19 Enumeratio פקודתם Enumerationem vocat præfecturam,ſiue epiſcopatum. Verti etiam poteſt,Hæc *ſunt uerba* præfecturæ eorum.i. hæc eſt præfectura eorum.Hæ ſunt vices eorũ.Vel,Hæc ſunt *uerba* enumerationis eorum.i.hæc eſt enumeratio eorum.Vel vt nihil ſubaudiatur, Hæc eſt enumeratio eorum. Secundum ordinem e. כמשפטם ſecundum ritum eorum. Sub manu ביד ſub poteſtate.Nam Dominus dederat Aharoni dignitatem ſacerdotii.

24 Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir.

D 25 Frater Micha, Ieſia: filiúſque Ieſiæ, Zacharias.

26 Filii Merari: Moholi & Muſi. filius Oziáu: Benno.

27 Filius quoque Merari: Oziáu & Soā & Zacchur & Hebri.

28 Porrò Moholi filius: Eleazar qui non habebat liberos.

29 Filius verò Cis: Ierameel.

30 Filii Muſi: Moholi, Eder & Ierimoth. iſti filii Leui ſecundum domos familiarum ſuarum.

31 Miſerúntque & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron coram Dauid Rege, & Sadoc, & Ahimélech, & principibus familiarū ſacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores quàm minores. omnes ſors æqualiter diuidebat.

Cap. XXV.

1 IGitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerunt in miniſterium filios Aſaph & Heman & Idithun, qui prophetarent in citharis, & pſalteriis, & cymbalis, ſecundum numerū ſuū, dedicato ſibi officio ſeruientes.

2 De filiis Aſaph: Zacchur & Ioſeph & Nathania & Aſarela: filii Aſaph, ſub manu Aſaph prophetantis iuxta Regem.

3 Porrò Idithun: filii Idithun, Godólias, Sori, Ieſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitētes & laudātes Dominū.

4 Hemā quoq;: filii Hemā, Bocciahu, Matthaniahu, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha,

B Geddelthi, & Romāthi-ezer, & Ieſbacaſſa, Mellothi, Othir, Mahazioth.

5 Omnes iſti filii Hemā Vidētis Regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres.

6 Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cātandū in tēplo Dn̄i diſtributi erāt, in cymbalis, & pſalteriis, & citharis, in miniſteria domus Dei, iuxta Regem: Aſaph videlicet & Idithun & Hemā.

7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis qui erudiebant canticū Domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto.

8 Miſeruntque ſortes per vices ſuas, ex ęquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus.

C 9 Egreſſáq; eſt ſors prima Ioſeph, q erat de Aſaph: ſecunda Godoliæ ipſi & filiis eius, & fratrib⁹ ei⁹, duodecim.

24 Filii עVzziאél, Micháh: de filiis Micháh, שSamír.

25 Frater Micháh, Iשſiiáh: de filiis Iשſiiáh, Zechariáhu.

26 Filii Merarí: Maחhlí, & Muשſí. filii Iaעaziiáhu, Benó.

27 Filii Merarí, ″de Iaעaziiáhu, Benó, & שSohā, & Zacchúr, & עIbrí.

28 De Maחhlí, אElעazár: & non fuerunt ei filii.

29 De Ciשs: filii Ciשs fuit Ieraחhmeאél.

30 Filii autem Muשſí: Maחhlí, & עEder, & Ierimóth. iſti filii Leuitarum per domum familiarum ſuarum.

31 Et proiecerunt etiam iſti ſortes contra ″fratres ſuos filios Aharón coram Dauide Rege, & צSadóc, & Aחhimélech, & principibus familiarum Sacerdotalium & Leuiticarum familiarum, ″princeps contra fratrem ſuum minorem.

Sors.

Cap. XXV.

Ordinantur cantores, corúmque vices & ſortes.

1 SEparauit autem Dauid, & principes exercitus ″in miniſterium filios Aסſáph, & Hemán, & Ieduthún, ″qui prophetabant in citharis, in pſalteriis, & in cymbalis: fuit autem numerus eorum *numerus*″ virorum operis in miniſterio ſuo:

Aſaph.

2 De filiis Aסſáph: Zacchúr, & Ioסſéph, & Nethaniáh, & Aשſarאeláh. filii Aסſáph *fuerūt* ſub poteſtate Aסſáph″ qui prophetabat ad imperium Regis.

Idithun.

3 De Ieduthún: filii Ieduthún, Gedaliáhu, & צSeri, & Ieשſaעiáhu, חHaשſabiáhu, & Matthithiáhu, ″ſex, ſub poteſtate patris eorū Ieduthún in cithara, qui prophetabat ad celebrādū & laudādū Iehouā.

Heman.

4 De Hemán: filii Hemán, Bucciiáhu, Matthaniáhu, עVzziאél, שSebuאél, & Ierimóth, חHananiáh, חHananí, אEliatháh, Giddálthi, & Romanthi-yézer, Ioשſbecaשſáh, Mallóthi, Hothír, Maחhazióth.

5 Omnes iſti filii Hemán Vidētis Regis″ in verbis Dei ad exaltādū cornu: dedítq; Deus ipſi Hemā filios quatuordecim, & filias tres.

6 Omnes iſti ſub poteſtate patris ſui, ″in cātico *in* domo Iehouæ, in cymbalis, pſalteriis, & citharis, in miniſterium domus Dei: ″ſub poteſtate Regis, Aסſáph, & Ieduthún, & Hemán.

7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis″ doctis cātici Iehouæ, omnes periti, ducenti octoginta octo.

8 Et proiecerunt ſortes ″cuſtodia contra *cuſtodiam*: ſicut paruus ſic magnus: doctus cum diſcipulo.

9 ″Et egreſſa eſt ſors prima ″ipſi Aסſáph, nempe Ioסſéph: ″ipſi Gedaliáhu, ſecunda: ″ipſe & fratres eius & filii eius, duodecim.

27 De Iaעaziiáhu, ליעזיהו q.d. iſte qui eſt de filiis Merari, habuit quatuor filios, Beno, &c. 29 De Ciשs: filii Ciשs לקיש בני־קיש Hebraiſmus, Ex filiis Cis. q.d. de filiis Cis fuit Ierameel. 31 Fratres ſuos אחיהם .i. cognatos ſuos. q.d. nacti ſunt ſinguli locū ſuum miſſis ſortibus. Principes contra fra. ſ. min. הראש לעומת אחיו הקטן: Hebraica phraſis valde difficilis, acſi dicat, maiores & minores nacti ſunt locū miſſis ſortibus: qui maioris dignitatis erant inter fratres, miſerunt ſortes contra minoris dignitatis fratres ſuos.

IN CAPVT XXV.

1 In miniſterium לעבודה ſub. domus Dei. hoc enim intelligitur de miniſterio templi. Hic diſtribuuntur cantores ſiue muſici in viginti quatuor claſſes: quarū vnaquæque continebat duodecim: quas Græci vocant ephemerias, vt Lucas meminit cap. 1. a. 5, quū loquitur de Zacharia qui erat de vice, id eſt claſſe Abiæ. CCLXXXVIII fuere omnes, multiplicando XXIIII per XII. Qui prophetabant in citharis, הנביאים בכנורות Hebraiſmus, prophetias canebant ad citharas, &c. Virorum operis in miniſterio ſ. אנשי מלאכה לעבודתם: Hebraiſmus, hominum diligenter & ſcitè fungentium miniſterio & officio ſuo. q.d. omnes iſti fuere muſici peritiſſimi & ſcitè fungentes officio ſuo.

2 Qui prophetabat הנבא .i. prophetias canebat de mandato Regis. 3 Sex, ששה Sex dicit, & tantùm quinque enumerauit. Doctiores exiſtimant illum eſſe Simei qui decimæ claſſi præerat, vt in ſequentibus videbis, verſu 17.

5 In verbis Dei, ad exaltandum cornu: בדברי האלוהים להרים קרן Hebraiſmus, in rebus Diuinis, ad exaltandum dignitatem & potentiam regiam. Metaphora à bobus qui vires habent in cornibus. q.d. hic prophetauit de Dauide quòd aſſequeretur magnam gloriam & famam.

6 In cantico בשיר ſub. erant. i. erant canentes, ſiue canebāt ac recitabāt prophetias ad cymbala, pſalteria, & citharas, miniſtrando tēplo Dei. Sub poteſtate על־ידי ſub. erant hi qui ſequuntur. Iſti tres præerant omnibus aliis muſicis: Rex verò præerat iſtis tribus.

7 Doctis cantici Iehouæ, מלומדי־שיר ליהוה Hebraiſmus, peritis in canticis quæ pertinebant ad honorem Iehouæ.

8 Cuſtodia contra *cuſtodiam*: ſicut paruus, &c. משמרה לעומת כקטן וגו׳ Id eſt, claſſis vna contra aliam claſſem, vel vicem: minor ætate contra maiorem, peritus cum non valde perito. q.d. nulla habita fuit ratio aut ætatis, aut eruditionis.

9 Et egreſſa eſt ſors ויצא הגורל Hæc verba repetenda ſunt in ſingulis quæ ſequuntur. Ipſi Aסſaph, nempe Ioסſéph: לאסף ליוסף .i. in gratiam Aſaph ſors prima egreſſa eſt ipſi Ioſeph filio Aſaph. Ipſi Gedaliáhu, ſecunda: גדליהו השני ſub. ſors egreſſa eſt. Subauditur ל ante גדליהו, & ſic in ſequentibus. q.d. iſte præfuit ſecundæ claſſi. Ipſe & fratres eius, &c. הוא ואחיו וגו׳ Hæc non ſolùm ad ſequentem, ſed etiam ad præcedentem pertinent: hoc eſt, idem dicendum eſt de ſorte Ioſeph qui præerat numero duodenario, quo numero cōſtabat vnaquæque claſſis. Et nota quòd hæc dictio הוא in ſequentibus debet ſemper intelligi. q.d. ipſe Zacchur, & filii eius, & cognati eius erant duodecim, ita vt in illo duodenario numero comprehendatur princeps claſſis.

Tertia, Zachúr: filii eius & fratres eius, duodecim.

Quarta″ipſi Iצſri: filii eius & fratres eius, duodecim.

Quinta, Nethaniáhu: filii eius & fratres eius, duodecim.

Sexta, Bucciiáhu: filii eius & fratres eius, duodecim.

Septima, Ieשſarאeláh: filii eius & fratres eius, duodecim.

Octaua, Ieשſaעiáhu: filii eius & fratres eius, duodecim.

Nona, Matthaniáhu: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decima, שSimעi: filii eius & fratres eius, duodecim.

Vndecima, עAzarאél: filii eius & fratres eius, duodecim.

Duodecima, חHaשſabiáh: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimatertia, שSubaאél: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimaquarta, Matthithiáhu: filii ei⁹ & fratres ei⁹, duodecim.

Decimaquinta, Ieremóth: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimaſexta, חHananiáhu: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimaſeptima, Ioשſ becaשſáh: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimaoctaua, חHananí: filii eius & fratres eius, duodecim.

Decimanona, Mallóthi: filii eius & fratres eius, duodecim.

Viceſima, אEliiathán: filii eius & fratres eius, duodecim.

Viceſimaprima, Hothír: filii eius & fratres eius, duodecim.

Viceſimaſecūda, Giddálthi: filii eius & fratres eius, duodecim.

Viceſimatertia, Maחhazióth: filii ei⁹ & fratres eius, duodecim.

Viceſimaquarta, Romamthi-עézer: filii eius & fratres eius, duodecim.

Cap. XXVI.

Ordinantur ianitores templi: & quæ porta cuique ſit aſſeruāda.

1 DE diuiſionibus ianitorum. ″de Corחhím, Meשſelemiáhu ″filius Coréא de filiis Aסſaph.

2 Et de Meשſelemiáhu ″filii, Zechariáhu primogenitus, Iediעaאél ſecundus, Zebadiáhu tertius, Iathniאél quartus,

3 עElám quintus, Iehoחhanán ſextus, אElihoעenái ſeptimus.

4 Et de עObed-אedō filii, שSemaעiáh primogenitus, Iehozabád ſecūdus, Ioáחh tertius, & שSachár quartus, & Nethanאél quintus,

5 עAmmiאel ſextus, Iשſachár ſeptimus, Peעullethái octauus: ″quia benedixit illi Deus.

6 שSemaעiáh autem filio eius nati ſunt filii ″ſimiles domui patris eorum: fortes enim viribus erant.

7 Filii שSemaעiáh: עOthní, & Rephaאél, & עObéd, אElzabád, & fratres eius *fuerunt* ″filii fortitudinis: אElihú, & סSemachiáhu.

8 Omnes iſti ″de filiis עObed-אedóm: ipſi & filii eorum, & fratres eorum ″viri fortiſſimi in miniſterium, ſexaginta duo, de עObed-אedóm.

9 Et ipſi Meשſelemiáhu filii & fratres, filii fortes, octodecim.

---

10 Tertia Zahur, filiis & fratribus eius duodecim.

11 Quarta Iſari, filiis & fratribus eius duodecim.

12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.

13 Sexta Bocciau, filiis & fratribus eius duodecim.

14 Septima Iſreela, filiis & fratribus eius duodecim.

15 Octaua Ieſaiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

16 Nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.

17 Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

18 Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim.

19 Duodecima Haſabiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

20 Tertiadecima Subael, filiis & fratribus eius duodecim.

21 Quartadecima Mathathiæ, filiis & frattribus eius duodecim.

22 Quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodecim.

23 Sextadecima Hananiæ, filiis & fratribus eius duodecim.

24 Septimadecima Ieſbacaſſæ, filiis & fratribus eius duodecim.

25 Octauadecima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim.

26 Nonadecima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim.

27 Viceſima Eliatha, filiis & fratribus eius duodecim.

28 Viceſimaprima Othir, filiis & fratribus eius duodecim.

29 Viceſimaſecūda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim.

30 Viceſimatertia Mahazioth, filiis & fratribus eius duodecim.

31 Viceſimaquarta Romemthi-ezer, filiis & fratribus eius duodecim.

Cap. XXVII.

1 DIuiſiones autem ianitorum. de Coritis, Meſelemia, filius Core, de filiis Aſaph.

2 Filii Meſelemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel ſecundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus,

3 AElam quintus, Iohanan ſextus, Elioenai ſeptimus,

4 Filii autem Obed-edom, Semeias primogenitus, Iozabad ſecūdus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus,

5 Ammiel ſextus, Iſſachar ſeptimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi Deus.

6 Semeiæ autem filio eius nati ſunt filii, præfecti familiarum ſuarū: erant enim viri fortiſſimi.

7 Filii ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortiſſimi: Eliu quoque, & Samachias.

8 Omnes hi, de filiis Obed-edom: ipſi & filii, & fratres eorum fortiſſimi ad miniſtrandum, ſexagintaduo de Obed-edom.

9 Porrò Meſelemiæ filii, & fratres eorum robuſtiſſimi decem & octo.

---

11 Ipſi Iצſri: ליצרי Non eſt nomen proprium, ſed appellatiuum à proprio צSeri, cuius fit mentio ſuprà verſu tertio. proinde vertendum, pro Iſrita, ſiue, ipſi Iſritæ, nempe Seri.

IN CAPVT XXVI.

1 De diuiſionibus למחלקות De claſſibus. vel, diſtributionibus. aut, vicibus. De Corחhím, לקרחים .i. de iis qui deſcenderunt de Corah. Filius Coréא de filiis Aסſaph. בן־קורא מן־בני אסף: Hic Coreא non fuit filius Aſaph, ſed de filiis Coráחh. Et qui hic appellatur Aſaph, ſuprà cap. 6. c. 37, & 9. c. 19, dicitur Ebiaſaph, & aliquando Iaſaph tantúm. Non eſt igitur iſte Aſaph, cantor ille inſignis de quo in principio præcedētis capitis. 2 Filii, בנים ſub. aliquot: ſic in ſequentibus. 5 Quia benedixit illi Deus. כי ברכו אלהים: Hebraiſmus, quia ſingulari amore proſequutus eſt illum Deus. Vel, quia beneficio affecit illum Deus. Ipſe eſt in cuius domo manſit arca Domini.

6 Similes domui הממשלים לבית Doctus inter Hebræos exiſtimat eſſe nomen adiectiuum, exponens vt vertit noſter interpres, qui fuerūt ſimiles domui patris ſui: id eſt ſimiles maioribus ex parte, quod ad robur & fortitudinem ſpectat. maiores enim eorum fuerant fortiſſimi viri.

7 Filii fortitudinis: בני־חיל Hebraiſmus, viri præditi viribus & robore. 8 De filiis מבני .i. ex nepotibus. Vel, ex filiis, quia partim ſunt filii, partim nepotes Viri fortiſſimi in miniſterium, איש־חיל בכוה לעבודה Ad verbum, viri roboris robore, in miniſterium. q. d. viri omnes qui iure optimo erant præficiendi portis, huic miniſterio aptiſſimi.

B 10 De Hoſa autem, id eſt de filiis Merari: Semri princeps (nō enim habuerat primogenitum: & idcirco poſuerat eum pater eius in principem:)

11 Helcias ſecundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii, & fratres Hoſa, tredecim.

12 Hi diuiſi ſunt in ianitores, vt ſemper principes cuſtodiarũ, ſicut & fratres eorũ, miniſtrarēt in domo Dñi.

13 Miſſæ ſunt autem ſortes ex æquo, & paruis & magnis, per familias ſuas, in vnamquanque portarum.

14 Cecidit ergo ſors Orientalis, Selemiæ: porrò Zachariæ filio eius, viro prudentiſſimo, & erudito, ſortitò obtigit plaga Septentrionalis.

15 Obed-edō verò & filiis eius, ad Auſtrum: in qua parte domus, erat Seniorum concilium.

16 Sephim, & Hoſa ad Occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam aſcē ſionis, cuſtodia contra cuſtodiam.

17 Ad Orientem verò, Leuitæ ſex: & ad Aquilonem, quatuor per diem: atque ad Meridiem ſimiliter in die, quatuor: & vbi erat conciliũ, bini & bini.

C 18 In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem quatuor in via: binique per cellulas.

19 Hæ ſunt diuiſiones ianitorum filiorum Core, & Merari.

20 Porrò Achias erat ſuper theſauros domus Dei, & vaſa ſanctorum.

21 Filii quoque Ledan, filii Gerſonni: de Ledā principes familiarum, Ledā, & Gerſonni, Iehieli.

22 Filii Iehieli: Zatham, & Ioel frater eius ſup theſauros domus Domini.

23 Amramitis, & Iſaritis, & Hebronitis & Ozihelitis.

24 Subael autem filius Gerſom, filii Moyſi, præpoſitus theſauris.

25 Fratres quoque eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Eſaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith.

26 Ipſe Selemith, & fratres eius ſuper theſauros ſanctorum, quæ ſanctificauit Dauid rex, & principes familia-

10 Ipſi autē חHoסſáh *qui erat* de filiis Merarí, filii *fuerunt* שSimri princeps: nō ꝙ eſſet primogenitus, ſed poſuit eũ pater ſuus principē.

11 חHilciiáhu ſecũdus, Tebaliáhu tertius, Zechariáhu quartus: omnes filii, ″& fratres חHoסſáh, tredecim.

12 ″Ex iſtis diuiſiones ianitorum per principes virorum, ″cuſtodiæ contra fratres ſuos, ad miniſtrandum in domo Iehouæ.

13 Et proiecerunt ſortes, ″ſicut paruus, ſic magnus, per domum familiarum ſuarum ″in ſingulas portas.

14 Cecidítque ſors ad Orientē ″ipſi שSelemiáhu: Zechariáhu quoque filio eius ″conſiliario cum intellectu proiecerunt ſortes, & egreſſa eſt ſors eius ad Aquilonem.

15 ″Ipſi verò עObed-אedóm ad Auſtrum: filiis verò eius ″ſuper domum conciliorum.

16 Ipſi שSuppim & חHoסſáh ad Occidentem ″cum porta שSallécheth, in via ſtrata ″aſcendente: ″cuſtodia *erat* eregione cuſtodiæ.

17 ″Ad Orientem Leuitæ ſex, ad Aquilonem ″per diem quatuor, ad Meridiem per diem quatuor, ″& ad *domum* cōciliorum ″bini *&* bini.

18 ″Ad cellulam inſtrumentorum ad Occidentem *erant* quatuor in via ſtrata: ″bini *erant* ad cellulam.

19 Iſtæ ſunt diuiſiones ianitorum filiorum Corחhitarum, & filiorum Merarí.

20 Et *de* Leuitis: Aחhiiáh *fuit* ſuper theſauros domus Dei, & theſauros ″ſanctitatum.

21 ″De filiis ipſi Laעadán, filii Gerשſunitarum à Laעadán, principes familiarum ″ipſi Laעadán, Gerשſuní, Ieחhiאelí:

22 Filii Ieחhiאeli, Zethám, & Ioאél frater eius *fuerunt* ſuper theſauros domus Iehouæ.

23 ″De עAmrami, de Iצſharí, de חHebroní, & *de* עAzziאelí.

24 שEbuאél autem filius Gerשſóm filii Moשſéh, ″dux ſuper theſauros.

25 ″Fratres verò eius de אEliעézer, Reחhabiáhu filius eius, & Ieשſaעiáhu filius eius, & Iorám filius eius, & Zichrí filius eius, & שSelomíth filius eius.

26 Ipſe שSelomíth ″& fratres eius *fuerunt* ſuper omnes theſauros ″ſanctificationum quas ſanctificauerat Dauid rex, & principes fami-

11 Et fratres ואחים .i.cognati. 12 Ex iſtis diuiſiones, &c. לאלה מחלקות וגו' Hæ ſunt claſſes [vel, vices] ianitorũ per principes virorũ.i.ex principibus virorum: hoc eſt ex præcipuis viris. Cuſtodiæ contra fratres ſ. משמרות לעומת אחיהם qui cuſtodirent eregione fratrũ ſuorum.alii enim aliis reſpondebant. 13 Sicut paruus ſic magnus, כקטון כגדול .i.ex æquo omnes.ſiue æqualiter omnes. Quidam vocāt loquutionē iſtam prægnantē: quòd altera pars deſit. dicendũ enim eſſet, ſicut paruus ſic magnus, & ſicut magnus ſic etiā paruus. Latinè, tam parui quàm magni. In ſingulas portas. לשער ושער Ad verbum, ad portam & portam.i.vt ſcirēt qui quibus ianuis præeſſent. Quidā vertunt, pro ſingulis portis. 14 Ipſi שSelemiáhu: לשלמיהו propter Selemiam.i.Selemiæ cecidit ſors Orientalis, hoc eſt ſorte præfuit portæ Orientali. Hic initio huius capitis dicitur Meſelemias. Conſiliario cum intellectu יועץ בשכל Hebraiſmus, conſiliario prudētiſſimo & ſapientiſſimo. 15 Ipſi verò עObed-אedóm לעבד אדום ſub. ceciderunt ſortes.i.porta Auſtralis fuit illi attributa. Super domum, &c. בית האספים Subauditur ל, vt ſit לבית, ſic, cecidit ſors ſuper domum conciliorum. vel comitiorum, id eſt, ſorte præfuerunt domui in qua ſeniores congregati agebāt de negotiis tēpli Domini. 16 Cum porta שSallécheth, עם שער שלכת .i.cum porta emiſſionis: hoc eſt per quam emittebātur ſordes. Huius meminit Ieſaias, cap. 6. d. 13. Aſcēdente: העולה .i.accliui. Cuſtodia *erat* ereg. &c. משמר וגו' Hebraiſmus, cuſtodiæ mutuò ſibi inuicem reſpondebant. 17 Ad Orientē למזרח Portam Orientalē templi ſignificat.i.Ianitores portæ Orientalis, de genere Leuitico, erant ſex. Per diem ליום Significat per ſingulos dies: non autē dicit per diem, vt opponat nocti. Et ad *domum* conciliorum ולאספים Noſter interpres ſubaudiuit בית ex paulo præcedente verſu 15. Doctus inter Hebræos putat fuiſſe duas domos conciliorum in quibus congregabantur Seniores conſulturi de rebus templi, quòd dicat bini bini. ſed id potius referendũ eſt ad ſucceſſionem, quàm vt ſint duæ domus. erat enim vnica. Bini *&* bini. שנים שנים: ſucceſſiuè: nempe duo vno die, & duo altero die.

18 Ad cellulam inſtrumentorum לפרבר למערב In cellula inſtrumentorum.i.in qua reponebantur inſtrumenta templi, quæ erat ſita ad Orientem. Bini *erant* ad cellulam. שנים לפרבר: q.d. in cellula erant duo ianitores, & in porta erant quatuor.

20 Sanctitatum. הקדשים: .i.oblationum ſanctarum. 21 De filiis ipſi Laעadán, &c. בני לעדן וגו' Hebraiſmus, Filii Laadan, hoc eſt filii Gerſunitarũ qui ducebant genus à Laadan. Hic aliàs dicitur Libni. Ipſi Laעadán, ללעדן .i.ex genere Laadan. Gerשſuni, Ieחhiאeli: הגרשוני יחיאלי: Singularia pro plur. Gerſunitæ & Iehielitæ. 23 De Amramí, לעמרמי ſub. præfuerunt theſauris. Doctus inter Hebræos annotat hic ל pro ה poni, & ſingularia eſſe pro pluralibus: ideo vertendum eſſe, Amramitæ, Iſharitæ, Hebronitæ, Azrielitæ, ſub. præfuerunt theſauris. 24 Dux ſuper theſauros. נגיד על־האוצרות: .i.princeps erat illorum qui præerant ipſis theſauris. Quidam Hebræorum interpretātur, præfuit vni ex theſauris. 25 Fratres verò eius de אEliעézer, ואחיו לאליעזר .i.cognati Sebuel de ſtirpe Eliezer fuerũt, cuius, &c. Alii volunt ל redundare, & vertunt, Frater autem eius [ſub. Gerſom,] Eliezer, &c.

26 Sanctificationum, quas ſanctificauerat אשר הקדיש הקדשים .i.rerum ſanctificatarum & conſecratarum, quas conſecrauerat Dauid, &c. nam parta victoria aliquid conſecrabant Domino de manubiis ad inſtaurationem templi.

liarum, & tribuni, & centuriones, & principes militiæ.

17 Depræliis *enim* & de ſpoliis ſanctificauerant ad inſtaurandam domum Iehouæ.

28 Et quicquid ſanctificauerat שSemuאél Vidés, & שSaאúl filius Ciשs, & Abner filius Ner, & Ioáb filius צSeruiáh: ′& omnes *alii* qui ſanctificauerant *aliquid, erant* ſub manu שSelomith & fratrum eius.

Iſaaritæ.

29 ′De Iצſharitis, Chenaniáhu, & filii eius, *erant* in opere externo ſuper Iשſraאelem præfecti & iudices.

30 De חHebronitis, חHaשſabiáhu & fratres eius, viri robuſti, mille & ſeptingenti ′*fuerunt* in præfectura Iשſraאelis trans Iarden ad Occidentem, in omni opere Iehouæ, & in miniſterio Regis.

31 ′De חHebronitis, Iediiáh dux *fuit* חHebronitis in generationibus ſuis per familias. anno quadrageſimo regni Dauidis quæſiti ſunt, & inuenti ſunt in eis fortes viribus in Iayazír ″Gilyád.

32 ′Et fratres eius, viri robuſti, duo millia & ſeptingenti, principes familiarum: quos cõſtituit Dauid Rex ſuper Reאubenitas & Gaditas, & dimidiam tribum Menaשſſitarum ″in omni re Dei & Regis.

Cap. XXVII.

De diuiſione populi in duodecim turmas, & de præfectis earum.

1 Filii autem Iשſraאelis ſecundum numerum ſuum principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & præfecti eorum qui miniſtrabant Regi in omni negotio ′turmarum, quæ ingrediebantur & egrediebantur per menſes ſingulos, omnibus menſibus anni: turma vna *erat* vigintiquatuor millium.

2 Super turmam primam pro menſe primo, Iaשſobyám filius Zabdiאél, & in turma eius *erant* vigintiquatuor millia.

3 ″De filiis Péreץs *erat* princeps cũctorum principum exercituum menſis primi.

4 Et ſuper turmam menſis ſecũdi, Dodái Aחhoחhites, *hæc* autem *eſt* turma eius: ′& Miclóth dux: & in turma eius *erant* vigintiquatuor millia.

5 Princeps exercitus tertii ′pro menſe tertio, Benaiáhu filius Iehoiadáy ſacerdotis ſummi: & in turma eius vigĩtiquatuor millia.

6 Ipſe Benaiáhu *fuit* ″fortis inter triginta & ſuper triginta: & in turma eius, עAmmizabád filius eius.

7 ′Quarti, pro menſe quarto, עAשſaאél frater Ioáb, & Zebadiáh filius eius poſt eum: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

8 Quinti, pro menſe quinto, princeps שSamhúth Izraחhites: & in turma eius, viginti quatuor millia.

9 Sexti, pro mẽſe ſexto, עIrá filius עIccés, Thecoעites: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

10 Septimi, pro mẽſe ſeptimo, חHéleץs Pelonites de filiis אEphráim: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

D

rum, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus,

17 De bellis, & manubiis præliorũ quæ conſecrauerant ad inſtaurationem & ſupellectilem templi Domini.

28 Hæc autẽ vniuerſa ſanctificauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: omnes qui ſanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrum eius.

29 Iſaaritis verò præerat Chonenias, & filiis eius ad opera forinſecus ſuper Iſrael ad docendum & iudicandũ eos.

30 Porrò de Hebronitis, Haſabias, & fratres ei⁹ viri fortiſſimi, mille ſeptingenti præerant Iſraeli trans Iordanem cóntra Occidentem, in cunctis operibus Dñi, & in miniſteriũ Regis.

31 Hebronitarum autem princeps fuit Ieria ſecundum familias & cognationes eorũ. quadrageſimo anno regni Dauid recenſiti ſunt: & inuenti ſunt viri fortiſſimi in Iazer Galaad.

32 Fratréſque eius robuſtioris ætatis, duo millia ſeptingẽti principes familiarum: præpoſuit autem eos Dauid Rex Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe, in omne miniſterium Dei & Regis.

Cap. XXVII.

1 Filii autem Iſrael ſecundum numerum ſuum, principes familiarum, tribuni & centuriones, & præfecti, qui miniſtrabant Regi iuxta turmas ſuas, ingredientes & egredientes per ſingulos menſes in anno: vigintiquatuor millibus ſinguli præerant.

2 Primæ turmæ in primo menſe Ieſboam præerat filius Zabdiel: & ſub eo vigintiquatuor millia.

3 De filiis Phares, princeps cunctorum principũ exercitus mẽſe primo.

4 Secundi menſis habebat turmam Dudia Ahohites, & poſt ſe alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus, vigintiquatuor millia.

5 Dux quoque turmæ tertiæ in menſe tertio, erat Banaias filius Ioiadę ſacerdotis: & in diuiſione ſua vigintiquatuor millia.

6 Ipſe eſt Banaias fortiſſimus inter triginta, & ſuper triginta. prçerat antẽ turmæ ipſius Amizabad filius eius.

7 Quartus, menſe quarto, Aſahel frater Ioab, & Zabadias filius eius poſt eum: & in turma eius vigintiquatuor millia.

8 Quintus, menſe quinto, princeps Samoth Iezerites: & in turma ei⁹ vigintiquatuor millia. B

9 Sextus, menſe ſexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius vigintiquatuor millia.

10 Septimus, menſe ſeptimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius vigintiquatuor millia.

---

28 Et omnes qui, &c. וכל החקדיש Ad verbum, omnis ſanctificãs. q.d. & in ſumma, quicũque aliud ſanctificauerat Domino, omnia illa fuerũt in poteſtate, &c. 29 De Iצſhari, &c. ליצהרי וגו׳ Sing. Heb. pro plur. i. Chenaniahu qui erat de nepotibus ſeu ſtirpe Iſhar, fuit cum filiis ſuis præfectus Iſraelitis in opere externo quod fiebat extra vrbem, circa opera ruſtica.

30 *Fuerunt* in præfectura Iſraelis על פקודת ישראל Hebraiſmus, præfuerunt Iſraeli trans Iarden in omni mandato Dei & Regis. i. in Diuinis & humanis rebus. 31 De חHebronitis, לחברוני Sing. Heb. pro plur. vt & præcedenti verſu, & hîc mox. q.d. Iediia qui erat de ſtirpe Hebronitarum, princeps fuit Hebronitarum. Gilyád. גלעד: .i. regionis Gilyád. 32 Et fratres eius ואחיו Cognatos Iediia intelligit. In omni re Dei, &c. לכל דבר האלהים וגו׳ Hebraiſmus, in omni negotio Diuino & humano.

IN CAPVT XXVII.

1 Turmarum, המחלקות Ad verbum, diuiſionum: hoc eſt turmarum quæ numerum certum & definitum continebant. ſic in ſequentibus. Deſcribit turmas quæ ſingulis menſibus ſeruiebant Regi, ſiue miniſtrabant. 3 De filiis מן בני .i. de nepotibus.

4 Et Micloth dux: ומקלות הנגיד Et Micloth princeps. q.d. ſecunda turma attributa fuit Dodai, huiúſque vicarius fuit Micloth.

5 Pro menſe tertio, לחודש השלישי .i. attributi mẽſi tertio. 6 Fortis inter trig. & ſuper trig. גבור בשלושים ועל השלושים .i. fuit vnus è triginta fortibus & ſtrenuis illis viris, imò verò illis præfuit. 2. Sam. 23. c. 20. 7 Quarti, הרביעי In hoc & in ſequentibus verſibus ſubaudiendum ex quinto verſu Princeps exercitus: vt legas, Princeps exercitus quarti menſis.

Dauid ſenex.
Salomon.

Octauus, menſe octauo, Sobochai Huſathites de ſtirpe Zarathi: & in turma eius vigintiquatuor millia. 11

Nonus, menſe nono, Abiezer Anathothites de filiis Iemini: & in turma eius vigintiquatuor millia. 12

Decimus, menſe decimo, Marai, & ipſe Netophathites de ſtirpe Zarahi: & in turma eiꝰ vigintiquatuor millia. 13

Vndecimus, menſe vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephráim: & in turma eius vigintiquatuor millia. 14

Duodecimus, menſe duodecimo, Holdai Netophathites de ſtirpe Gothoniel: & in turma eius vigintiquatuor millia. 15

C Porrò tribubus præerant in Iſrael, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Macha. 16

Leuitis, Haſabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc. 17

Iuda, Eliu frater Dauid: Iſſachar, Amri filius Michael. 18

Zabulonitis, Ieſmaias filius Abdiæ: Nephthali tribus, Ierimoth filius Ozriel. 19

Filiis Ephraim, Oſee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manaſſe, Ioel filius Phadaiæ. 20

Et dimidiæ tribui Manaſſe in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Bēiamin autem, Iaſiel filius Abner. 21

Dan verò, Ezriel filius Ieroham. hi principes filiorum Iſrael. 22

Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dominꝰ vt multiplicaret Iſrael quaſi ſtellas cæli. 23

Suprà 21.a.7

Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, ‖nec compleuit: quia ſuper hoc ira irruerat in Iſrael: & idcirco numerus eorum qui fuerant recenſiti, non eſt relatus in faſtos regis Dauid. 24

Super theſauros autem Regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem theſauris qui erāt in vrbibus, & in vicis, & in turribus, prēſidebat Ionathan filius Oziæ. 25

D Operi autē ruſtico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub. 26

Vinearúmque cultoribus, Semeias Ramathites: cellis autem vinariis, Zabdias Saphomites: 27

Nam ſuper oliueta & ficeta, quæ erant in campeſtribus, Balanan Gederites: ſuper apothecas autē olei, Ioas. 28

Porrò armentis quæ paſcebantur in Saron, præpoſitus fuit Setrai Saronites: & ſuper boues in vallibus, Saphat filius Adli. 29

Super camelos verò, Vbil Iſmahelites: & ſuper aſinos, Iadias Meronathites. 30

Super oues quoque Iaziz Agarenus. omnes hi, principes ſubſtantiæ regis Dauid. 31

Ionathan autem patruus Dauid, conſiliarius, vir prudens & literatus: ipſe & Iahiel filius Hachamoni, erāt cum filiis Regis. 32

11 Octaui, pro menſe octauo, סSibbechái חHuשſathites "de *ſtirpe* Zarחhitarum: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

12 Noni, pro mēſe nono, Abi-yézer yAnthothites, de filiis Iemini: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

13 Decimi, pro menſe decimo, Maharái Netophathites de *ſtirpe* Zarחhitarum: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

14 Vndecimi, pro vndecimo mēſe, Benaiáh Piryathonites, de filiis אEphráim: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

15 Duodecimi, pro duodecimo menſe, חHeldái Netophathites, de *ſtirpe* yOthniאél: & in turma eius, vigintiquatuor millia.

16 "*Fuerunt* præterea ſuper tribus Iשſraאelis: ſuper Reואubenitas dux אEliyézer "filius Zichri: ſuper שSimוyonitas, שSephatiáhu filius Mayacháh.

17 Super *tribū* Leui, חHaשſabiáh filiꝰ Cemuאél: ſuper Aharō, צSadóc.

18 Super Iehudáh אElihú "de fratribus Dauidis: ſuper Iשſſachár, אOmri filius Michaאél.

19 Super Zebulún, Iשſmayaiáhu filius yObadiáhu: ſuper Naphthalí, Ierimóth filius yAzriאél.

20 Super filios אEphráim, Hoשſéay filius yAzaziáhu: ſuper dimidiam tribum Menaשſſéh, Ioאél filius Pedaiáhu.

21 Super dimidium Menaשſſéh "in Gilyád, Iddó filius Zechariáhu: ſuper Biniamín, Iayaziאél filius Abnér.

22 Super Dan, yAzarאél filius Ieronhám. iſti principes tribuū Iשſraאelis.

23 Non accepit autem Dauid numerum eorum à filio viginti annorum & infrà: quia dixerat Iehouáh quòd multiplicaret Iשſraאelem veluti ſtellas cæli.

24 Ioáb filius צSeruiáh cœpit numerare, "ſed non compleuit: & fuit "propter hoc ira ſuper Iשſraאelem, "& non aſcēdit numerus in numerum verborum dierum regis Dauidis.

Præfecti ſubſtātiæ Dauidis.

25 Super theſauros autem Regis *fuit* yAzmáueth filius yAdiאél: & ſuper theſauros *qui erant* in agro, in vrbibꝰ, & in villis, & in arcibus, *fuit* Iehonathán filius yVzziáhu.

26 Et ſuper faciētes opus agri in cultura terræ, yEzrí filius Chelúb.

27 Et ſuper vineas שSimוyí Ramathites: & ſuper ea "quæ *erant* in vineis, *nempe* ſuper cellaria vini, Zabdí שSiphmites.

28 Et ſuper olueta & ſycomoros quæ ſunt in cāpeſtribus, Bayalחhanán Gederites: & ſuper cellaria olei, Ioyáשs.

29 Et ſuper boues qui paſcebantur in שSarón, שSitri שSaronites: & ſuper boues in vallibus, שSaphat filius yAdlái.

30 Et ſuper camelos, ואObíl Iשſmayelites: & ſuper aſinas, Ieחhdeiáhu Meronothites.

31 Et ſuper pecudes, Iaziz yAgerites. omnes iſti, principes *fuerunt* ſubſtantiæ quæ *erat* regi Dauidi.

Officiarii Dauidis.

32 Iehonathán autē patruus Dauid conſiliarius, vir "intelligens, & ſcriba, ipſe & Ieוחhiאél filius חHachmoní cum filiis Regis.

---

11 De *ſtirpe* Zarחh. לזרחי Ad verbum, de Zarחhita. Plena loquutio quæ hanc declarat, legitur paulo pòſt verſu 14, de filiis Ephraim.

16 *Fuerunt* præterea ſuper tribus IשſraאElis: ועל שבטי ישראל ſub. duces. Narrat qui præfuerint ſingulis tribubus. Ad verbum, Et ſuper tribus Iſrael. Filius Zichri: בן־זכרי Quia multi fuerunt Eliezer nominati, ſubiunxit patrem.

18 De fratribus Dauidis: מאחי דויד Subaudiunt Hebræi אשר היה .i. qui erat vnus ex fratribus Dauidis.

21 In Gilyád, גלעדה .i. quæ erat vltra Iordanem. Hic videntur omitti Gaditæ: ſed ii nomine Rubenitarum comprehenduntur, vt doctioribus placet. idem igitur dux Rubenitarum & Gaditarum. 24 Sed non compleuit: ולא כלה Ratio ſcribitur ſuprà cap. 21. b. 6, quia abominabile fuit verbum Regis ipſi Ioab. Propter hoc בזאת quòd ſcilicet Dauid iuſſiſſet numerare populum. Et non aſcendit, &c. ולא עלה המספר Hebraiſmus, Numerus iſte quem Ioab ſupputauerat, non fuit relatus in numerum annalium Regis Dauidis. Poſt verſum iſtum Hebræi adſcribunt hanc dictionem חצי qua ſignificant hic eſſe dimidium libri, quod ad verſiculos attinet.

32 Intelligens, & ſcriba, מבין וספר prudens, & iuriſperitus.

Aחithóphel autem consiliarius Regis, & הHuשׁsái Archites amicus Regis. 33

'Post Aחhithóphel autē fuit Iehoiadáy filius Benaiáhu, & אEbiathár: & princeps exercitus Regis, Ioáb. 34

Cap. XXVIII.

David hortatur populum & Salomonē filiū ad ædificationem templi Dei.

Congregauit autem Dauid omnes principes Iשׂsraאelis, principes tribuū, & principes turmarum ministrantium Regi, & tribunos, & centuriones, & principes totius substantiæ & peculii Regis & filiorum eius, cum eunuchis & potentibus, & robustissimos quosque viribus, 'in Ieruשׂsaláim. 1

Frater.

Surrexit itaque Dauid Rex super pedes suos, & ait, Audite me fratres mei & popule mi, 'Ego cum corde meo ædificare "domum quietis arcæ fœderis Iehouæ, '& scabello pedum Dei nostri: '& præparaui ad ædificandum. 2

At Deus dixit mihi, Non ædificabis domum *vllam* nomini meo: quia vir bellorum es, & sanguinem effudisti. 3

Elegit autē Iehouáh Deus Iשׂsraאelis me ex omni domo patris mei, vt essem Rex super Iשׂsraאelē "in seculū: de Iehudáh enim elegit ducē, & è domo Iehudáh domū patris mei, & è filiis patris mei 'me voluit vt Regem cōstitueret me super vniuersum Iשׂsraאelē. 4

Et ex omnibus filiis meis (multos enim filios dedit mihi Iehouáh) elegit שׂSelomóh filium meum, vt sederet super thronum regni Iehouæ, super Iשׂsraאelem. 5

Dixítq; mihi, שׂSelomoh filius tuus ipse ædificabit domū meā & atria mea. elegi enim eū mihi in filiū, & ego ero illi in patrem. 6

Et firmabo regnum eius vsque in seculū, "si fortiter agat faciendo præcepta mea & iudicia mea, "sicut & hodie. 7

Nunc ergo "in oculis totius Iשׂsraאelis congregationis Iehouæ, & in auribus Dei nostri, custodite & scrutamini cuncta mandata Iehouæ Dei vestri, vt possideatis terram bonam, "& hæreditare faciatis filios vestros post vos vsque in seculum. 8

Deo corde perfecto seruiendū. Cordium scrutator, Deus. Quærere Deum.

Tu itaq; שׂSelomóh fili mi, 'scito Deū patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. omnia enim corda scrutatur Iehouáh, & omne figmentum cogitationum intelligit. si quæsieris eum, inuenietur à te: & si dereliqueris eum, 'abiiciet te in æternū. 9

Vide nūc quòd Iehouáh elegit te vt ædifices domum "Sanctuario: confortare & fac. 10

Dat descriptionem templi, & necessaria ad ædificationem.

Dedit autem Dauid שׂSelomóh filio suo "similitudinem porticus, & domúcularum eius, & cellariorum eius, & cœnaculorum eius, & cubiculorum eius interiorum, & domus propitiatorii: 11

Et similitudinem "omnium quæ fuerant in spiritu cum eo pro atriis domus Iehouæ, & pro omnibus cubiculis per circuitum in thesauros Dei "& in thesauros "sanctitatum: 12

Et pro turmis Sacerdotū & Leuitarum, id est pro cuncto opere 13

33 Achitophel etiam consiliarius Regis, & Chusai Arachites amicus Regis.

34 Post Ahitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar: princeps autē exercitus Regis erat Ioab.

Cap. XXVIII.

1 Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, & præpositos turmarū, qui ministrabant Regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerant substantiæ & possessionibus Regis: filiósq; suos cum eunuchis, & potētes & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.

2 Qyúmque surrexisset Rex, & stetisset, ait, Audite me, fratres mei & populus meus, Cogitaui vt ædificarem domū in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri: & ad ædificandum, omnia præparaui.

3 Deus autem dixit mihi, ‖Non ædificabis domū nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis.

Suprà 22.b.8
2.reg.7.b.13

4 Sed elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem Rex super Israel in sempiternū: de Iuda enim elegit principes: porrò dè domo Iuda, domum patris mei: & de filiis patris mei, placuit ei vt me eligeret Regem super cunctum Israel.

5 ‖Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini super Israel.

Sap,9.b.7

B

6 Dixitque mihi, Salomō filius tuus ędificabit domū meam & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.

7 Et firmabo regnum eius vsque in æternū, si perseuerauerit facere præcepta mea & iudicia sicut & hodie.

8 Nunc ergo corā vniuerso cœtu Israel, audiente Deo nostro, custodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei vestri, vt possideatis terram bonā, & relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternum.

9 Tu autē Salomon fili mi, scito Deū patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. ‖Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eū, proiiciet te in ęternū.

1.Reg.17.b.7
psal.7.10
ierem.17.a.1,
& 20.d,12.b.10

10 Nunc ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domum Sanctuarii, cōfortare & perfice.

11 Dedit autē Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & tēpli, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis:

C

12 Necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarū per circuitū in thesauros domus Dei, & in thesauros sanctorum:

13 Diuisionúmque sacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera domus

---

34 Post Aחithophel autem ואחרי אחיתופל .i. post mortem Ahitophel hi fuerunt à consiliis Regis.

IN CAPVT XXVIII.

1 In Ieruשׂsaláim: אל־ירושלם: Istud ad verbum Congregauit referēdum est. 2 Ego cum corde meo אני עם־לבבי sub. statueram. Vel vt alii, Ego cum corde meo fui. i. cogitaui, siue cogitaueram apud me. aut statuerā. Domū quietis arcæ בית מנוחה לארן Significat templum in quo quiesceret arca fœderis. Et scabello pedū Dei no. ולהדום רגלי אלהינו Sic vocat arcam quòd super eam Deus præberet se præsentem per miracula. Et præparaui והכינותי & præparauerā. 4 In seculum: לעולם .i. per totam vitam meā. siue multo tempore. Me voluit בי רצה singulari amore est me prosequutus. Vel, me amauit. 7 Si fortiter agat faciēdo præc. m. אם־יחזק לעשות מצותי Hebraismus, si pro virili fecerit præcepta mea. si fortis fuerit faciēdis præceptis meis. Sicut & hodie. כיום הזה: sub. facit. Oratio cōcisa, q.d. si perseuerauerit seruare Legē meā. 8 In oculis, &c. לעיני וגו׳ Hebraismus, corā toto Israele, qui cōgregatio est Iehouæ, & audiēte Deo. Et hæreditare faciatis והנחלתם & possidendā iure hæreditario tradatis. 9 Scito דע cognosce. Abiiciet te יזניחך abhorrebit à te. 10 Sanctuario: למקדש ipsi Sāctuario. siue, ipsi Sanctitati. i. arcæ fœderis Iehouæ. q.d. non vt illic ipse habitet, sed vt illic reponatur arca fœderis. Vult templū ædificari, nō propter se, sed vt in eo arca requiescat. 11 Similitudinē porticus, תבנית האולם exēplar [figurā] porticus. i. templi. Id acceperat Dauid aut per reuelationē, aut Samuelis manu. 12 Omniū quæ fuerāt in spiritu cum eo כל אשר היה ברוח עמו Sing. Heb. pro plur. omnia quæ animo & mente conceperat se facturū. Et in thesauros ולאוצרות & in cellas. Sanctitatū. הקדשים: .i. consecratorum.

Domini, & in vniuerſa vaſa miniſterii templi Domini.

Aurum in pondere per ſingula vaſa miniſterii:argenti quoque pōdus pro vaſorum ad opera diuerſitate.

Sed & in candelabra aurea,& ad lucernas eorum,aurum pro menſura vniuſcuiuſque candelabri & lucernarũ: ſimiliter & in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diuerſitate menſuræ,pondus argenti tradidit.

Aurũ quoque dedit in menſas propoſitionis pro diuerſitate menſarum: ſimiliter & argentum in alias mēſas argenteas.

D

Ad fuſcinulas quoque,& phialas, & thuribula ex auro puriſſimo,& leunculos aureos pro qualitate menſuræ pōdus diſtribuit,in leunculum & leunculum:ſimiliter & in leones argenteos diuerſum argenti pondus ſeperauit.

Altari autem in quo adoletur incēſum,aurum puriſſimun dedit:& vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ Cherubím extendentium alas,& velantium arcam fœderis Domini.

Omnia,inquit,venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerē vniuerſa opera exemplaris.

Dixit quoque Dauid Salomoni filio ſuo,Viriliter age,& confortare,& fac:ne timeas,&ne paueas.Dominus enim Deus meus tecum erit , & non dimittet te , nec derelinquet donec perficias omne opus miniſterii domus Domini.

Ecce,diuiſiones ſacerdotum & Leuitarum , in omne miniſteriũ domus Dei aſſiſtunt tibi,& parati ſunt,& nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

Chap.XXIX.

LOquutúſq; eſt Dauid Rex ad omnem eccleſiam , Salomonē filium meum vnum elegit Deus,adhuc puerum & tenellum, opus enim grāde eſt : neque enim homini præparatur habitatio,ſed Domino Deo.

Ego autē totis viribus meis præparaui impenſas domus Dei mei. aurum ad vaſa aurea , & argentũ in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea, &lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, & diuerſorũ colorũ, omnémque pretioſum lapidem , & marmor parium abundantiſſimé.

Et ſuper hæc,quę obtuli in domum Dei mei,de peculio meo aurum & argentũ do in templũDei mei,exceptis iis quę præparaui in ædem ſanctam.

miniſterii domus Iehouæ,nempe pro vniuerſis vaſis ipſius miniſterii domus Iehouæ.

14 *Dedit* aurum in pondere″in aurum, *id eſt* pro omnibus vaſis″ſingulorũ miniſteriorum: *dedit præterea* in omnia vaſa argentea *argentum* in pondere pro omnibus vaſis ſingulorum miniſteriorum.

15 Pondus inſuper *auri* in candelabra aurea & lucernas eorum aureas,*dedit inquam aurum* in pondere pro ſingulis cādelabris ″& lucernis eorũ:pro cādelabris autē argenteis *dedit argentum* in pondere,″pro cādelabro & lucernis eius,″ſecundũ miniſteriũ cuiuſlibet cādelabri.

16 Aurum item in pondere pro menſis propoſitionis,pro ſingulis menſis:& argentum pro menſis argenteis.

17 ″Et pro fuſcinulis, & crateribus,″& acerris aurum purum :& pro crateribus aureis *dedit aurũ* in pōdere pro ſingulis crateribus:& pro crateribus argēteis *dedit argentum* in pōdere pro ſingulis crateribus.

18 Præterea pro altari ſuffimenti *dedit* aurum repurgatum in pōdere:″& pro figura quadrigæ Cherubím aurum,″qui expandebant,& tegebant arcam fœderis Iehouæ.

19 ″Omnia in ſcriptura de manu Iehouæ ſuper me,intelligere fecit *me*:omnia *inquam* opera″figuræ.

Exemplar templi accepit à Deo.

20 Dixit poſt hæc Dauid שSelomóh filio ſuo,″Confortare, & roborare,& fac:ne timeas,neque paueas,quia Iehouáh Deus,Deus meus tecum *erit*:non dimittet te,nec derelinquet te,donec expletum fuerit omne opus miniſterii domus Iehouæ.

Exhortatio ad filium.

21 Et quidem turmæ Sacerdotum & Leuitarum *aderunt tibi* in omni miniſterio domus Dei,tecum inquam *erunt* in omni opere , ″omnes ſpontanei in ſapientia,in omni miniſterio , principes quoq;, & omnis populus″in omnibus verbis tuis.

Cap. XXIX.

1 DIxit autem Dauid Rex ad vniuerſum cœtum , שSelomóh filius meus vnicus *quem* elegit Deus,puellus eſt & tenellꝰ,at opus ingēs eſt:″nō enim hominis eſt palatiũ iſtud,ſed Iehouæ Dei.

Quæ Dauid eiuſque principes obtulerint in templi ædificationem.

2 Totis autē uiribꝰ meis″præparaui domui Dei mei,aurũ″ad aurũ, & argentũ ad argentũ,& æs ad æs,ferrũ ad ferrũ,& ligna ad ligna, lapides onychinos, & gēmas,lapides″ſtibinos, ″& diuerſorũ colorum,& omnem lapidē pretioſum,& lapides marmoreos in copia.

3 Et inſuper,″quòd mihi beneplacitum ſit erga domum Dei mei, eſt mihi ″*in* peculiari theſauro aurum,& argentum *quod* dedi domui Dei mei vltra omnia *quæ* præparaui″pro domo Sanctuarii:

14 In aurũ, לזהב .i.in vaſa aurea.q.d.ad faciendũ vaſa aurea.ita vt primum ל principii verſus,ſeruiat accuſatiuo:ſecundũ iſtud,datiuo.perinde acſi dicat,non dedit ſolùm formā & exemplar,ſed etiā certum pondus auri ad facienda vaſa aurea.Seipſum explicat mox ſequentibus, quũ dicit,pro omnibus vaſis,&c. Singulorum miniſt. עבודה ועבודה Ad verbum,miniſterii & miniſterii.i.diuerſorum miniſteriorum.

15 Et lucernis eorum: ונרותיה Ad verbum,& lucernis eius.Singulare pronomen pro plurali.aut expone,pro lucernis vniuſcuiuſque eorum. Pro candelabro & lucernis e. למנורה ונרותיה Sing.Heb.pro plur.pro ſingulis cādelabris & lucernis eorum.vel,pro vnoquoq; candelabro & lucernis cuiuſq; candelabri. Secundum miniſteriũ,&c. כעבודת מנורה ומנורה: .i.vt ſingulorum candelabrorum miniſterium exigebat.

17 Et pro fuſcinulis,& crat. והמזלגות והמזרקות Et in tridētes,& pelues.מזלג fuſcinula,ſiue inſtrumentũ ferreũ tridens quo extrahũtur carnes de olla.מזרק Hebræi dicunt eſſe vas ex quo ſpargitur aqua,aut ſanguis,vel vinum. Et acerris והקשות & calamis mediis.De his vide Exod.25.c.29. 18 Et pro figura quadrigæ ולתבנית המרכבה & in figurā equitatus currus.vel,equitaturæ currus,id eſt Cherubim.hoc eſt pro cōficiendis Cherubim ſuper quos Deus inſidebat.Hîc המרכבה pro inſidēte capitur,& nō pro curru quatuor equorũ. Qui expandebāt, לפורשים ſub.alas.Hîc ל pro ה. 19 Omnia in ſcriptura de manu Ieh.ſuper me, הכל בכתב מיד יהוה עלי Omnia *ſupradicta* ſcripto[ſcriptura] de manu Iehouæ ſuper me.i.manu & digito Dei ſcripta.q.d.ōnia iſta Iehouah ſcripſit manu ſua & digito ſuo,& miſit ad me,vt ea familiarius doceret. Figuræ. התבנית: exemplaris.ſub.ipſius mihi à Deo dati. 20 Confortare,& robor. חזק ואמץ Viriliter age,& confortare.

21 Omnes ſpontanei in ſap. לכל נדיב בחכמה Hîc ל redundat,& ſing.Heb.pro plur.omnes liberales,ſapientes.vel docti.q.d.omnes adiuuabunt te & Sacerdotes & Leuitæ: ipſi etiā artifices vltro & liberaliter tibi offerent operas ſuas doctas, qui de arte & induſtria ſua liberales ſunt,ad omne opus & miniſterium templi. In omnibus verbis tuis. לכל דבריך: ſub.erunt tecũ.i.erunt parati obſequi mandatis tuis,& exequi mādata tua.Vel,in omnibus negotiis tuis tibi aderunt.

IN CAPVT XXIX.

1 Non enim hominis,&c. כי לא לאדם וגו' .i. Ædes & templum iſtud,non homini,ſed Deo ædificatur:eóque erit ingens.

2 Præparaui הכינותי ſub.neceſſaria. Ad aurum,&c. לזהב וגו' Hebraiſmus,ad conficiēda vaſa aurea:ſic in ſequentibus,pro conficiēdis vaſis argenteis,æneis,ferreis,& pro inſtrumentis ligneis. Stibinos, פוך ſtibii.vel fuci.i.ſimiles fuco. Et diuerſorum colorum, ורקמה Significat opus variis coloribus figuratum,& opus acu factum:ſignificat item varietatem colorum quæ eſt in pennis auium.

3 Quòd mihi beneplacitum ſit erga domum ברצותי בבית Ad verbum,in beneplacito meo in domum.Hebraiſmus,quòd vnicè diligā domum Dei mei. *In* peculiari theſauro aurum, סגולה זהב וכסף Gallicè,*en mon cabinet*.Significat peculiarem locũ.Alii,theſaurus auri & argēti. Pro domo Sanctuarii. לבית הקודש: pro domo ſanctitatis.i.pro templo Dei ſacroſancto extruendo.

4 ″Tria millia talentorum auri ex auro Ophir,& ſeptem millia talentorum argenti repurgati″ad incruſtandos parietes domorum.

5 ″Aurum″ad aurum,& argentum ad argentum,& ad omne opus ″*quod eſt* in manu artificum: & quis eſt ſpontaneus ″vt impleat manum ſuam hodie Iehouæ?

6 ″Sponte igitur obtulerunt principes familiarũ,& principes tribuũ Iשſraאelis,& tribuni,& cẽturiones,& principes″operis Regis.

7 Dederúntque in miniſterium domus Dei,auri talenta quinq; millia,″& drachmarum decem millia,& argenti talenta decẽ millia,& æris decẽ & octo millia talenta,& ferri centũ millia talenta.

8 Et cum quo inuenti ſunt lapilli, dederunt in theſaurũ domus Iehouæ per manum Ieחhiél Gerשſunitæ.

9 Et lætati ſunt populus″quum ſponte offerrent ipſi:corde enim perfecto ſponte obtulerunt Iehouæ: quin & Dauid Rex lætatus eſt lætitia magna.

Dauidis gratiarũ actio & oratio.

10 ″Benedixit itaque Dauid Iehouæ in oculis totius congregationis:dixítq; Dauid,Benedictus es tu ô Iehoua Deus Iשſraאelis patris noſtri à ſeculo vſque in ſeculum.

11 ″Tibi ô Iehoua eſt magnificentia,& potentia,& gloria,& victoria,& decor.cuncta enim *quæ* in cælo ſunt & in terra, *tua ſunt*:tuum eſt ô Iehoua,regnum & exaltatio″ſuper omnes *qui ſunt* in caput.

12 Et diuitiæ & gloria″à facie tua *ſunt*,& tu dominaris omnibus:atque in manu tua *ſunt* virtus atque fortitudo,″in manu quoq; tua *eſt* magnificare & corroborare omnes.

13 Nunc ergo Deus noſter ″confitemur nos tibi, & laudamus nomen gloriæ tuæ.

Deo damus quod ab eo prius accepimus.

14 Etenim quis ego ſum,& quis eſt populus meus,″vt obtineamus vires ad ſponte offerendum ſicut hoc?à te enim ſunt omnia, & de manu tua dedimus tibi.

Dies noſtri.

15 Peregrini enim ſumus coram te,& aduenæ ſicut omnes Patres noſtri:dies noſtri ſicut vmbra ſuper terram,″nec eſt expectatio.

16 Iehoua Deus noſter,omnis copia iſta quam præparauimus ad ædificandum tibi domum nomini ſancto tuo,de manu tua eſt,& tua ſunt omnia.

Cor rectum & ſimplex aſpicit Deus.

17 Noui autem Deus mi quòd tu ſcrutaris cor, & rectitudines ames: ego in rectitudine cordis mei ſponte obtuli vniuerſa hæc: & nunc populum tuum qui repertus eſt hîc, vidi cum gaudio ″dum liberalitatem exerceret erga te.

Petit à Deo Dauid vt perpetuò donet Iſraeli rectam mentem.

18 O Iehoua Deus Abrahám , Iצſחác , & Iשſraאél Patrum noſtrorum,cuſtodi ″hoc in ſeculum,imaginationem cogitationum cordis populi tui,& præpara cor eorum tibi.

B

4 Tria millia talenta auri de auro Ophir: & ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi, ad deaurãdos parietes templi.

5 Vt vbicunque opus eſt aurum, de auro:& vbicunque opus eſt argẽtum, de argento,opera fiant per manus artificũ: & ſiquis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino.

6 Polliciti ſunt itaque principes familiarum,& proceres tribuum Iſrael, tribuni quoque & cẽturiones,& principes poſſeſſionum Regis.

7 Dederúntque in opera domus Dei auri talenta quinque millia,& ſolidos decẽ millia ,argẽti talẽta decẽ millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoq; centum millia talentorũ.

C

8 Et apud quencunque inuenti ſunt lapides,dederunt in theſauros domus Domini,per manũ Iahiel Gerſonitis.

9 Lætatúſq; eſt populus quũ vota ſua ſponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & Dauid Rex lætatus eſt gaudio magno.

10 Et benedixit Domino coram vniuerſa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum.

11 Tua eſt Domine magnificẽtia, & potentia,& gloria,atque victoria, & tibi laus:cũcta enim quæ in cælo ſũt, & in terra , tua ſunt: tuũ Domine regnũ,& tu es ſuper omnes principes.

12 Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria:tu dominaris omniũ:in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium.

D

13 Nunc igitur Deus noſter confitemur tibi , & laudamus nomen tuum inclytum.

14 Quis ego , & quis populus meus, vt poſſimus hæc tibi vniuerſa promitterer?tua ſunt omnia:& quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi.

15 Peregrini enim ſumus coram te & aduenæ , ſicut omnes Patres noſtri. |dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram,& nulla eſt mora.

Sapien.2.a.

16 Domine Deus noſter,omnis hæc copia quam parauimus vt ædificaretur domus nomini ſancto tuo,de manu tua eſt,& tua ſunt omnia.

17 Scio Deus meus quòd probes corda,& ſimplicitatem diligas , vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc : & populũ tuũ qui hic repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.

E

18 Domine Deus Abraham,& Iſaac, & Iſrael Patrũ noſtrorum,cuſtodi in æternũ hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.

---

4 Tria millia,&c. שלושת אלפים וגו׳ Declarat quæ erant in illo peculiari theſauro. Ad incruſtandos לטוח ad obducendos.

5 Aurũ לזהב Et hic ל pro ה,vt capite præcedente,verſu 18. Ad aurũ, לזהב .i.pro cõficiendis vaſis aureis,vt paulo antè,verſu ſecundo. *Quod eſt* in manu artificũ: ביד חרשים .i.quod fit manu artificum. Vt impleat למלואות ſub.muneribus.Hebraiſmus,quis eſt qui vltrò & liberaliter conferre aliquid velit vt illud det Domino pro conficiendo templo?.q.d.ſiquis vltro & ſpõte offerre velit in opus templi,offerat.

6 Sponte igitur obtulerunt ויתנדבו Exhibuerunt ſeſe igitur liberales.vel,liberalitate vſi ſunt.i.ſponte & vltro dederunt. Operis Regis. מלאכת המלך: .i.operis exterioris.In fine 27 capitis verſu 26,de his principibus loquebatur.

7 Et drachmarum ואדרכונים Doctiores exiſtimant hanc dictionem ſignificare genus monetæ argenteæ nobis ignotæ.fortaſſe erat aurea,quia ſequitur,& argenti,&c.

9 Quum ſponte offerrent ipſi: על־התנדבם quòd liberalitate eſſet vſus,ſub.erga Deum & templum eius.

10 Benedixit itaque ויברך Hebraiſmus,Gratias itaq; egit.

11 Tibi לך Tua eſt.Ad te pertinet. Super omnes in caput. לכל לראש: .i exaltatio & magnificentia quæ eſt ſuper omnes principes,à te proficiſcitur.

12 A facie tua *ſunt*, מלפניך Hebraiſmus,à te ſunt,& à te proficiſcuntur. In manu quoque tua *eſt* magn. וביךך לגדל ולחזק לכל: q.d.potes omnes reddere magnos,& eorum magnitudinẽ conſeruare.

13 Confitemur nos tibi, מודים אנחנו לך damus tibi gloriam & laudem.

14 Vt obtineamus vires כי־נעצור כוח להתנדב vt præualeamus.i.vt tantam liberalitatem,quanta eſt iſta,oſtendere valeamus.

15 Nec eſt expectatio. ואין מקוה: nec eſt ſpes.q.d.citò præterimus hanc vitam.

17 Dum liberalitatem exerc.&c. להתנדב לך: paratum liberalitatem ſuam exercere erga te.q.d.conſideraui libenter populum tuum paratum offerre tibi vltro munera.Tunc ל non capietur pro ב.quidam his verbis iungunt quod præcedit,vt cum gaudio liberalitatem exerceret erga te.i.quum liberalitatem cum gaudio exerceret.

18 Hoc in ſeculũ,imaginat.&c. זאת לעולם ליצר וגו׳ Per appoſitionem dictum,imaginationem,&c.exponit enim pronomen demõſtratiuum Hoc, nempe imaginationem ſiue figmẽtum,&c.i.da populo tuo bonam hanc mentem perpetuò,vt te agnoſcat.

19 Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & cæremonias tuas, & faciat vniuerſa: & ædificet ædem, cuius impenſas paraui.

20 Præcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ, Benedicite Domino Deo veſtro. Et benedixit omnis eccleſia Domino Deo Patrum ſuorum: & inclinauerunt ſe, & adorauerunt Dominum, & deinde Regem.

F

21 Immolauerúntque victimas Domino: & obtulerunt holocauſta die ſequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus ſuis, & vniuerſo ritu abundantiſſimè in omnem Iſrael.

22 Et comederunt & biberunt coram Dño in die illo cum grandi lætitia: & vnxerunt ſecundò Salomonē filiū Dauid. vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem.

23 Seditque Salomon ſuper ſoliū Domini in Regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Iſrael.

24 Sed & vniuerſi principes & potentes, & cuncti filii Regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni Regi.

25 Magnificauit ergo Dominus Salomonem ſuper omnem Iſrael: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum Rex Iſrael.

3.Reg.2.b.11

G

26 Igitur Dauid filius Iſai regnauit ſuper vniuerſum Iſrael.

27 Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit ſeptem annis, & in Ieruſalem annis triginta tribus.

28 Et mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierū, & diuitiis, & gloria, & regnauit Salomon filius eius pro eo.

29 Geſta autem Dauid Regis priora & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atq; in volumine Gad Videntis.

30 Vniuerſique regni eius & fortitudinis, & temporum quæ tranſierūt ſub eo, ſiue in Iſrael, ſiue in cūctis regnis terrarum.

19 שSelomóh autem filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat præcepta tua, teſtimonia tua, & ſtatuta tua, & vt faciat omnia, & ædificet ædem illam'quam præparaui.

Vt laudet Deum hortatur Dauid populum.

20 Poſt hæc dixit Dauid vniuerſæ eccleſiæ, Benedicitequæſo Iehouæ Deo veſtro. Benedixit itaque vniuerſa eccleſia Iehouæ Deo Patrum ſuorum, & incuruauerunt ſe, & adorauerunt Iehouam & Regem.

21 Immòlauerūtq; Iehouæ victimas, & obtulerūt holocauſta Iehouæ poſtridie eius diei, tauros mille, arietes mille, agnos mille, & libamina eorū, & victimas *alias* ī multitudine ꝑ vniuerſo Iשſraאele.

Comedere & bibere coram Domino in lætitia. Secundò vngitur Salomon.

22 Et comederunt ac biberunt 'coram Iehoua in die illa in lætitia magna: dein Regé cōſtituerunt ſecundò שSelomóh filiū Dauidis, atq; vnxerunt'Iehouæ in principē, & צSadóc in ſacerdotem.

23 Sedítque שSelomóh'ſuper ſolium Iehouæ Rex pro Dauide patre ſuo, & proſperè egit, paruerúntque ei vniuerſus Iשſraאél.

24 Vniuerſi quoque principes, & potentes, atque etiam omnes filii Regis Dauidis'dederunt manum ſub שSelomóh Rege.

25 Et magnificauit Iehouáh שSelomóh excellenter in oculis totius Iשſraאelis: dedítque illi gloriam regni, qualis non fuit vlli Regi ante eum, ſuper Iשſraאelem.

26 Porrò Dauid filius Iשſaí regnauit ſuper vniuerſum Iשſraאelem.

Tempus regni Dauidis.

27 Dies autem quibus regnauit ſuper Iשſraאelem, quadraginta anni: in חHebrón regnauit ſeptem annis, in Ieruשſaláim verò regnauit trigintatribus annis.

Moritur Dauid, cui ſuccedit Salomon.

28 Atque mortuus eſt in ſenectute bona, 'ſatur diebus, diuitiis, & gloria: regnauítque שSelomóh filius eius pro eo.

Libri Nathan & Gad Prophetarū

29 Geſta autē Dauidis Regis'priora & poſteriora, ecce, ipſa ſcripta ſunt'in verbis שSemuאél Videntis, & in verbis Nathán Prophetæ, & in verbis Gad Videntis,

30 'Cū omni regno eius, & fortitudine eius, ˝& tēporibus quæ trāſierunt ſuper eū, & ſuper Iשſraאelē, & ſuper vniuerſa regna terrarū.

19 Quam præparaui. אשר הכינותי׃ .i.ad cuius ſtructuram impēſas & neceſſaria præparaui. 22 Corā Iehoua לפני יהוה .i.ante arcam Iehouæ. Iehouæ ליהוה .i.in gratiam Iehouæ. 23 Super ſolium Iehouæ, על־כסא יהוה Solium Iehouæ vocat ſolium Dauidis, quòd illum conſtituiſſet Iehoua Regem ſuper Iſraelem, aut quòd Rex populi Iehouæ eſſet. 24 Dederunt manum, &c. נתנו יד וגו' Hebraiſmus. obedierunt Salomoni. 28 Satur diebus, &c. שבע ימים וגו' Hebraiſmus, plenus ad ſatietatem vſque diebus, opibus, & gloria. 29 Priora & poſteriora, הראשונים והאחרונים .i.quæ geſſit dum eſſet ætate florēti & decrepita. In verbis על־דברי Hîc & mox verba pro libro & hiſtoria accipit. 30 Cum omni regno eius, & fort. עם כל־מלכותו וגבורתו .i.cum vniuerſa eius regnandi ratione, & ſtratagematibus eius. ſiue egregiè, & magna animi fortitudine geſtis. Et tēporibus quæ tranſierunt ſuper eum, והעתים אשר עברו עליו Hebraiſmus, cum tribulationibus quæ ipſe & Iſrael pertulit.

Secundus liber Paralipomenon.

VETVS. Cap.I.

3.Reg 3.a.1

1 Confortatus eſt ergo Salomō filius Dauid in regno ſuo, & Dn̄s Deus eius erat cū eo, & magnificauit eum in excelſum.

2 Præcepitque Salomon vniuerſo Iſraeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Iſrael, & principibus familiarum:

3 Et abiit cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon, vbi erat tabernaculū fœderis Dei, quod fecit Moy-

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO. Cap. I.

Oblatio Salomonis in Gabaon.

1 'Roboratus Eſt autē שSelomóh filius Dauidis ˝in regno ſuo, & Iehouáh Deus eius *fuit* cū eo, ˝magnificauítq; eum in excelſum.

2 'Dixítque שSelomóh vniuerſo Iשſraאeli, & tribunis, & cēturionibus, & iudicibus, & omnibus ducibus *qui erant* ſuper Iשſraאelem, *&* principibus familiarum.

Tabernaculum in Gabaon.

3 Profecti ſunt itaque שSelomóh & vniuerſus ille cœtus cum eo 'in excelſum quod erat in Gibyón: ibi enim erat tabernaculum ec

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Roboratus eſt autem ויתחזק Præualuit autem. Confirmatus eſt autem. Apud Hæbræos vnicus eſt liber: ſed à Latinis eſt diuiſus in duos, quòd in primo de regno Dauidis, in ſecundo de regno Salomonis agatur. In regno ſuo, על־מלכותו Hîc על pro ב. Magnificauitque eū in excelſum. ויגדלהו למעלה׃ Hebraiſmus, reddidit eum magnū & excelſum. 2 Dixitque ויאמר Subaudiēdum aliquid, nempe quòd apud ſe decreuerat ire in Gabaon: quod ex ſequente verſu intelligitur. 3 In excelſum לבמה .i.ad altare. Sic dicitur Hebræis, quòd eleuetur à terra. Sæpius in malam partem accipitur, hîc in bonam.

zzz.ii.

cleſiæ Dei, quod fecerat Moשſéh famulus Iehouæ in deſerto.

'Sed arcam Dei aſcēdere fecerat Dauid de Ciriáth-ieyarím, quũ præparaſſet ei *locum* Dauid: 'extenderat enim ei tabernaculum in Ieruשſaláim. 4

Et altare æneum quod fecerat Beצſalאél filius אVri filii חHur, *erat* ibi coram tabernaculo Iehouæ: '& requiſiuit illud שSelomóh, & cœtus ille. 5

'Obtulit autem שSelomóh illic ſuper altare æneum coram Iehoua, quod erat in tabernaculo eccleſiæ, obtulit inquam ſuper illud holocauſta mille. 6

Deus hortatur Salomonem, vt ab ipſo petat quod velit.

In nocte ipſa apparuit Deus ipſi שSelomóh, dixítque ei, Poſtula quod dem tibi. 7

Et dixit שSelomóh Deo, Tu 'feciſti cũ Dauide patre meo miſericordiam magnam, '& conſtituiſti me Regem pro eo. 8

Nunc *ergo* ô Iehoua Deus, 'ſtabile ſit verbum tuum *quod loquutus es* cum Dauide patre meo: tu enim conſtituiſti me Regem ſuper populum multum, ſicut puluerem terræ. 9

Salomon petit à Deo ſapientiam & ſcientiã ad dirimendas lites populi.

Nũc *itaque* ſapientiã & ſcientiã da mihi, 'vt egrediar corã populo iſto & ingrediar: quis enim 'iudicabit populũ tuũ iſtum magnũ? 10

Tum reſpōdit Deus ipſi שSelomóh, Propterea quòd fuit 'iſtud in corde tuo, & non poſtulaſti diuitias, opes, & gloriam, & animas odio habentium te, nec etiam dies multos poſtulaſti, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam & ſcientiam vt iudices populum meum ſuper quem conſtitui te Regem: 11

Sapientia & ſcientia data eſt tibi: diuitias autem, & opes, & gloriã dabo tibi, 'vt non fuerit ſic Regibus qui fuerunt ante te, & poſt te non erit ſic. 12

Numerus curruum & equitũ Salomonis.

Venit autẽ שSelomóh 'ab excelſo quod erat in Gibעón in Ieruשſalãi à cõſpectu tabernaculi eccleſiæ, & regnauit ſuper Iשſraאelẽ. 13

'Congregauítque שSelomóh currus & equites: fuerúntque ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum, quos collocauit in vrbibus curruum, '& cum Rege in Ieruשſaláim. 14

Argenti, auri, & cedrorum maxima copia Ieroſolymis regnante Salomone.

Præbuítque Rex argentum & aurum in Ieruשſaláim tanquã lapides: & cedros dedit tanquam ſycomoros quæ *creſcunt* in campeſtribus in multitudine. 15

Et egreſſus equorum qui erat ipſi שSelomóh, *erat* ex AEgypto: 'nam congregatio mercatorum Regis accipiebant congregationem *equorum* pretio. 16

'Cæterũ aſcendebãt, & educebãt ex AEgypto 'quadrigas pro ſexcẽtis argẽteis, 'equũ verò pro centũ & quinquaginta: & ſic omnes Reges חHitthæorum & Reges Arám per manũ eorũ educebant. 17

ſes famulus Domini in ſolitudine.

4 Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc eſt in Ieruſalem.

5 Altare quoque æneum | quod fabricatus fuerat Beſeleel filius Vri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requiſiuit Salomon, & omnis eccleſia. Exod.38.a.1 B

6 Aſcenditque Salomon ad altare æneum, corã tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hoſtias.

7 Ecce autem in ipſa nocte apparuit ei Deus, dicens, Poſtula quod vis vt dem tibi.

8 Dixitque Salomon Deo, Tu feciſti cum Dauid patre meo miſericordiam magnam: & conſtituiſti me Regem pro eo.

9 Nunc ergo Domine Deus impleatur ſermo tuus quẽ pollicitus es Dauid patri meo: |tu enim me feciſti Regem ſuper populum tuum multũ, qui tã innumerabilis eſt, quã puluis terræ. 3.Reg.3.b.8

10 |Da mihi ſapiẽtiam & intelligentiam vt ingrediar & egrediar corã populo tuo: quis enim poteſt hunc populum tuum dignè, qui tam grandis eſt, iudicare? 1.Par.28.a.1 ſapien.9.b.7 C

11 Dixit autẽ Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & nõ poſtulaſti diuitias, & ſubſtantiã, & gloriã, neq; animas eorũ qui te oderant, ſed nec dies vitæ plurimos petiſti autem ſapientiam & ſcientiam, vt iudicare poſſis populum meum ſuper quem conſtitui te Regem:

12 Sapientia & ſcientia data ſunt tibi: diuitias autem, & ſubſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui. D

13 Venit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Ieruſalem corã tabernaculo fœderis, & regnauit ſuper Iſrael.

14 |Congregauitque ſibi currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos eſſe in vrbibus quadrigarum, & cum Rege in Ieruſalẽ. 3.Reg.10.d.26

15 Præbuitque Rex argentum & aurum in Ieruſalem quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros quæ naſcũtur in cãpeſtribus multitudine magna. 3.Reg.10.d.26

16 Adducebantur autem ei equi de AEgypto & de Coa à negotiatoribus Regis, qui ibant & emebant pretio,

17 Quadrigam equorum ſexcentis argenteis, & equum centum quinquagĩta: ſimiliter de vniuerſis regnis Hethæorũ, & à Regibus Syriæ emptio celebrabatur.

---

4 Sed arcam אבל ארון Arcam autẽ. Extenderat enim כי נטה fixerat enim. 5 Et requiſiuit illud וידרשהו ſub. altare æneũ. vel tabernaculũ. Aut requiſiuit eũ, nempe Deum. 6 Obtulit autẽ ויעל Ad verbũ, Et aſcendere fecit. verbum eſt coniugationis hiphil.
8 Feciſti cum Dauide, &c. עשית עם־דויד וגו׳ q.d. tu multis beneficiis affeciſti patrem meum & me, quum in Regem me elegiſti.
9 Stabile ſit verbum tuum יאמן דברך .i. rata ſit promiſſio & firma quam feciſti Dauidi patri meo.
10 Vt egrediar corã, &c. ואצאה לפני וגו׳ Hebraiſmus, vt verſari mihi liceat cũ populo iſto prout Regẽ decet omni tẽpore. Iudicabit ישפוט iudicare poterit. ſub. ſine tua gratia, aut ſine ſumma ſapientia. 11 Iſtud זאת .i. iſta cogitatio.
12 Vt non fuerit, &c. אשר לא־היה וגו׳ .i. quantæ non contigerũt Regibus qui ante te regnarunt, nec iis qui poſt te erunt, cõtingent. Alii exponunt, id quod non contigit Regibus qui fuerunt ante te, nec iis, &c. 13 Ab excelſo לבמה .i. ab altari. ל׳ pro מן.
14 Congregauitque, &c. ויאסף וגו׳ Vide eadem 1.Reg.10.d.26. Et cum Rege ועם־המלך Antecedens pro relatiuo, ſecũ, ſiue apud ſe.
16 Nam congregatio, &c. ומקוא סוחרי וגו׳ Dictio מקוא duo ſignificat, congregationẽ, & telã byſſinã, propter coactionẽ filorũ. hinc quidã vertunt totũ verſum, Et eductio equorũ quæ erat Salomoni, *erat* ex Ægypto. & *eductio* telæ byſſinæ: mercatores Regis congregationẽ capere ſolebãt pretio. vel, permutatione. i. Salomoni educebantur equi ex AEgypto, & tela byſſina: mercatoréſq; Regis capere ſolebant congregationem equorũ & telæ byſſinæ pretio & permutatione aliarũ rerum quas ferebant in Ægyptum. Alii ſcribunt, telam byſſinam mercatores pretio, vel permutatione eduxiſſe: non autem equos, propterea quòd Pharao permiſiſſet Salomoni educere equos ex Ægypto quotquot vellet, & aliis vendere, pretiúmque accipere quod Pharaoni daturi fuiſſent ſi eduxiſſent. Gallicè, *Il luy bailla traicte de cheuaulx*. Artẽ lini in Ægypto viguiſſe magis quàm in aliis terris, apparet ex Ieſaia 19.b 9, & Iechez. 27.b.7. 17 Cæterùm aſcendebant, ויעלו ſub. mercatores. Quadrigas מרכבה currum. Per currum, ſingulas quadrigas intelligit: quẽadmodum & per equum, ſingulos equos. Quadriga conſtabat quatuor equis: & emebatur ſexcentis nummis argenteis. Singuli itaque equi quadrigæ centum quinquaginta argenteis emebãtur. Equũ verò וסוס .i. ſingulos equos.

Cap. II.

1 DEcreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium ſibi.

2 Et numerauit ſeptuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpoſitóſque eorum tria millia ſexcentos.

3.Reg.5.a.2

3 Miſit quoque ad Hiram Regem Tyri, dicens, Sicut egiſti cum Dauid patre meo, & miſiſti ei ligna cedrina, vt ædificaret ſibi domũ, in qua & habitauit:

4 Sic fac mecum vt ædificem domũ nomini Dñi Dei mei, vt cõſecrẽ eã ad adolendũ incenſum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propoſitionem panum ſempiternam, & ad holocautomata mane & veſpere, ſabbathis quoque, & neomeniis, & ſolẽnitatibus Domini Dei noſtri, in ſempiternum, quæ mandata ſunt Iſraeli.

B 5 Domus enim quam ædificare cupio, magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter ſuper omnes deos.

6 Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? ſi cælum & cæli cælorũ capere eum nequeunt: quantus ego ſum, vt poſſim ædificare ei domum? ſed ad hoc tantùm, vt adoleatur incenſum coram illo.

7 Mitte ergo mihi virum eruditũ qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui ſciat ſculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ieruſalem, quos pręparauit Dauid pater meus.

8 Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: ſcio enim quòd ſerui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt ſerui mei cum ſeruis tuis,

9 Vt parentur mihi ligna plurima. domus enim quam cupio ædificare, magna eſt nimis & inclyta.

C 10 Præterea operariis qui cæſuri ſunt ligna, ſeruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidẽ, & vini viginti millia metretas, olei quoq; ſata viginti millia.

11 Dixit autem Hiram rex Tyri per literas quas miſerat Salomoni, Quia dilexit Dominus populum ſuũ, idcirco te regnare fecit ſuper eum.

12 Et addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid Regi filium ſapientem & eruditum & ſenſatum atque prudentem, vt ædificaret domum Domino, & palatium ſibi.

13 Miſi ergo tibi virum prudentem & ſcientiſſimum, Hiram patrem meum,

Cap. II.

1 DʹIxit autem שSelomóh quòd ædificaret domum nomini Iehouæ,ʹ& domum regno ſuo.

Artifices Salomonis.

2 Numerauítque שSelomóh ſeptuaginta millia virorumʹbaiulorum, & octoginta millia virorum″cædentium in monte, & præpoſitorum ſuper eos″tria millia & ſexcentos.

3 Et miſit שSelomóh ad″הHurám Regem צSor, dicendo,″Sicut feciſti cum Dauide patre meo, cui miſiſti″cedros vt ædificaret ſibi domum in qua habitaret:

Mittit Salomon ad Hiram Regẽ Tyri pro lignis & artificibus.

4 Ecce egoʹædifico domum nomini Iehouæ Dei mei,ʹad ſanctificandum *eam* illi, & ad adolendum coram illo incenſum aromaticum,″& *ut diſponam* diſpoſitionem iugem, & holocauſta mane & veſperi in ſabbathis, & Calendis, & ſolennitatibus Iehouæ Dei noſtri:″in ſeculum hoc *eſt* ſuper Iשſraאelem.

5 Domus autẽ quam″ædifico, magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter præ omnibus diis.

6 Et quisʹobtinebit vires ad ædificandum ei domum? ſi cælum & cæli cælorum non comprehendunt eum, & quis ego ſum vt ædificem ei domum?″ſed ad ſuffiendum coram eo.

Templum ædificatum, vt in eo thus Deo incenderetur.

7 Nunc igitur mitte mihi virum″ſapientem″qui ſciat operari in auro & argẽto, & ære, & ferro, & purpura, & coccino, & hyacĩtho, quíque ſciat ſcalpere ſcalpturas ″cum ſapientibus qui ſunt mecũ in Iehudáh & in Ieruשſaláim, quos præparauit Dauid pater meus.

Petit ſibi dari artifices.

8 Mitte præterea mihi ligna cedrina, & abiegna,″& coralia de Lebanón: noui enim quòd ſerui tui ſciunt cædere ligna Lebanón, & ecce ſerui mei *erunt* cum ſeruis tüis,

9 Vt præparent mihi ligna quamplurima: quia domus quam ego ædifico, magna eſt″& mirabilis.

10 ʹEt ecce cæſoribus, cæſoribus *inquam* lignorũ″dedi tritici contuſi ſeruis tuis cororum viginti millia, & hordei cororum viginti millia, & vini″batorum viginti millia, & olei batorum viginti millia.

11 Dixit autẽ הHurã rex צSór ″ꝑ ſcripturã quã miſit ad שSelomóh, Eo quòd dilexit Iehouáh populũ ſuum, poſuit te ſuper eos Regẽ.

Hiram promittit ligna Salomoni.

12 Rurſus dixit הHurám, Benedictus Iehouáh Deus Iשſraאelis, qui fecit cælum & terram: qui dedit Dauidi Regi filium ſapientem, cognoſcentẽ, præditum intellectu & prudentia, vt ædificet domũ Iehouæ & domum regno ſuo.

Regem ſapientẽ conſtituit ſuper populum à ſe dilectum Deus.

13 Idcirco nunc miſi virum ſapientem,ʹprudentem,″*qui erat* הHurám patris mei,

---

IN CAPVT II.

1 Dixit autem ויאמר .i.ſtatuit apud ſe. Et domum regno ſuo. ובית למלכותו: Significat Regiam quam ſibi ædificaturus erat.

2 Baiulorum, סבל Ad verbum, oneris. In 1.Reg.5.d.15.legitur, portantiũ onus. Cædentium חוצב ſub. lapides in lapicidina quæ erat in monte. Tria millia & ſexcentos. שלושת אלפים ושש מאות: Hic præpoſitorum trecenti ponuntur vltra numerum qui 1.Reg.5.d.16, legitur. Verùm illic enumerãtur præpoſiti præpoſitorum, non autem hîc. Ita Hebræi. 3 הHurám חורם Hic 1.Reg.5.a.1, dicitur Hiram, vbi eadem ſcribuntur. Sicut feciſti כאשר עשית Deeſt aliquid quod ſubaudiendũ eſt, Fac mecum ſicut, &c. Cedros ארזים .i.ligna cedrina.

4 Ædifico בונה Præſ.Heb.pro fut.ædificaturus ſum. Ad ſanctificandum illi, להקדיש לו .i.vt eam illi conſecrem: vel, vt in ea ipſe ſanctificetur & glorificetur. Et *ut diſponam* diſpoſit. ומערכת & diſpoſitionẽ. ſub. panũ. vel, agnorũ ſuper altare, vt quidã volunt. In ſeculũ hoc *eſt* ſuper Iשſr. לעולה זאת על־ישראל: Hebraiſmus, Iſrael tenebitur perpetuò offerre ſacrificia Iehouæ propter accepta beneficia.

5 Ædifico בונה Præſ.Heb.pro fut.ædificaturus ſum. 6 Obtinebit vires יעצר־כח retinebit virtutẽ. i.quis ea virtute præditus erit vt illi poſſit domum ædificare? q.d. nullus poterit eo dignam domum ædificare. Sed ad ſuffiendum coram eo. כי אם להקטיר לפניו: Ante כי אם hæc ſubaudienda, ſtatui ædificare domum, non vt ea capi poſſit, ſed vt incenſum adoleam in conſpectu eius. i. vt eum quomodocunque colam. Per hoc vnum cuius meminit, alia vult intelligi. nam per incenſum reliqua intelliguntur quæ fiunt in templo.

7 Sapientem חכם induſtrium. peritum. Qui ſciat operari לעשות Ad verbum, ad faciendum. Cum ſapientibus עם־החכמים .i. cum peritis artificibus. 8 Et coralia ואלגומים Ad verbum, algumim. Vide 1.Reg.5.c.11. 9 Et mirabilis. והפלא: & inclyta.

10 Et ecce, &c. והנה וגו׳ Hæc leguntur 1.Reg.5.c.11. Dedi tritici contuſi נתתי חטים מכות Præt.Heb.pro fut. decreui dare, ſiue daturus ſum. Quidam vertunt, triticum excuſſum flagellis è ſpicis. ſed id non eſt in vſu: ideo melius eſt ſi intelligas vt in libris Regum, pro farina, id eſt tritici contuſi cororum viginti millia daturus ſum ſeruis tuis. Batorum בתים In Regibus legitur cororum: vt videas corum & batum eandem eſſe menſuram. Vini nulla illic fit mentio. 11 Per ſcripturam בכתב ſcripto. per epiſtolam.

13 Prudentem, יודע בינה Ad verbũ, cognoſcentem intelligentiã. *Qui erat* הHurám, &c. לחורם אבי: .i. cuius opera pater meus Huram vtebatur.

Filium mulieris de filiabus Dan, pater autem eius erat צSoræus, 14 ſcientem operari in auro & argento, in ære, ferro, lapidibus & lignis, in purpura, hyacintho, & byſſo, & coccino, & ſcalpere″omnẽ cælaturam,″& excogitare omnem cogitationẽ quæ dabitur ei cũ ſapientibus tuis & ſapientibus domini mei Dauidis patris tui.

Nunc ergo triticum & hordeum, oleum & vinũ, quæ dixit dominus meus, mittat ſeruis ſuis: 15

Nos verò cædemus ligna de Lebanón″prout opus fuerit tibi: 16 adducemúſque ea tibi ratibus ad mare Iapho, tu autem″deportanda curabis ea in Ieruשſaláim.

Numerus artificum.

Numerauit igitur שSelomóh omnes viros″peregrinos qui erãt 17 in terra Iשraאelis″poſt dinumerationem illam qua dinumerauit eos Dauid pater eius, inuentíque ſunt centum & quinquaginta millia, atque tria millia & ſexcenti.

″Fecítque ex eis ſeptuaginta millia baiulorum, & octoginta millia cæſorum in monte: tria item millia & ſexcentos qui præfecti erant″ad faciendum operari populum. 18

Cap. III.

Templum ædificatur.

COEpit itaque שSelomóh ædificare domum Iehouæ in Ieruשſaláim in monte Moriiáh, qui monſtratus fuerat Dauidi patri ei⁹,″in loco quẽ præparauerat Dauid in area Ornán Iebuסſæi. 1

″Cœpit *inquam* ædificare menſe ſecundo, *die* ſecundo, anno quarto 2 regni ſui.

″Et iſtæ *ſunt diuiſiones quibus* fundatus eſt שSelomóh ad ædificãdum 3 domum Dei.″longitudo, cubitorum″in menſura prima, erat cubitorum ſexaginta, & latitudo cubitorum viginti.

″Et porticus quæ erat ante lõgitudinem ipſam, ante latitudinẽ 4 domus, erat cubitorum viginti: altitudo verò centum & viginti, obduxítque eam intrinſecus auro puro.

Domum autem magnam texit ligno abietum, quod texit au- 5 ro optimo, & aſcendere fecit″ſuper illud palmas & catenas.

Texit item″domum lapide pretioſo″ad gloriam: aurum autem 6 *erat* aurum *ex*″Paruáim.

Obduxit *inquam* domum, trabes, poſtes & parietes eius, & oſtia e- 7 ius, auro: ſculpſítque Cherubím in parietibus.

Fecit & domum″Sanctitatis ſanctitatum: cuius longitudo *erat* 8 ″ſecundũ latitudinẽ domus, cubitorũ viginti: & latitudo eius *erat* cubitorũ viginti: obduxítque eam auro optimo talẽtis ſexcentis.

Pondus autem″clauorum, שſeclorum quinquaginta auri *erat*, & 9 cœnacula obtexit auro.

14 Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byſſo & coccino: & qui ſciat cælare omnem ſculpturã, & adinuenire prudẽter quodcũque in opere neceſſarium eſt cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei D 15 Dauid patris tui.

Triticum ergo, & hordeum, & oleũ, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte ſeruis tuis:

16 Nos autem cædemus ligna de Libano quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ieruſalem.

17 Numerauit igitur Salomon omnes viros proſelytos qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuẽti ſunt centum quinquaginta tria millia & ſexcenti.

18 Fecitque ex eis ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarẽt, & octoginta millia, qui lapides de montibus cæderent: tria autẽ millia & ſexcẽtos præpoſitos operum populi.

Cap. III.

1 ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem, in Mõte moria, qui demõſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area‖ Ornan Iebuſæi. 3.Reg.6.a.1 2.Reg.24.c.18 1.para.21.c.18

2 Cœpit autem ædificare menſe ſecundo, anno quarto regni ſui.

3 Et hæc ſunt fundamenta quæ fecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in menſura prima, ſexaginta, latitudinis cubitos viginti.

4 Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta menſuram latitudinis domus, cubitorũ viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: & deaurauit eam intrinſecus auro mundiſſimo.

5 Domum quoq; maiorem texit tabulis ligneis, abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum: ſculpſitq; in ea palmas, & quaſi catenulas ſe inuicem complectentes. B

6 Strauit quoq; pauimentũ tẽpli pretioſiſſimo marmore, decore multo.

7 Porrò aurũ erat probatiſſimũ, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & poſtes, & parietes, & oſtia: & cælauit Cherubim in parietibus.

8 Fecit quoq; domũ Sancti ſanctorũ: longitudinẽ iuxta latitudinẽ domus, cubitorũ viginti: & latitudinẽ ſimiliter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eã, quaſi talentis ſexcentis.

9 Sed & clauos fecit aureos, ita vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos appẽderent: cœnacula qnoque texit auro.

14 Omnem cælaturam, כל־פתוח .i.ſculpturas varias. Et excogitare omnem cogit.quæ dabitur ei ולחשוב כל־מחשבת אשר ינתן לו Hebraiſmus, & ingenioſe excogitare omnis generis opus ingenioſum vel induſtrium quod proponetur illi.

16 Prout opus fuerit tibi: ככל־צרכך quotquot tibi neceſſaria fuerint. Deportanda curabis תעלה Ad verbum, aſcendere facies.ſub. ab eo portu. 17 Peregrinos הגירים proſelytos. Poſt dinumerationem illam אחרי הספר אשר poſt numerum illum quo,&c.

18 Fecitque ויעש Conſtituítque. Ad faciendum operari populum. להעביד את־העם: qui adigerẽt populum ad opus. Vel, qui populũ ad laborem vrgerent.qui inſtarent operi.

IN CAPVT III.

1 In loco quem præparauerat אשר הכין במקום Verba inuerſa.Heb.quæ noſter interpres ſuo ordine vertit.

2 Cœpit *inquam* ædificare ויחל לבנות De hac templi ædificatione vide 1.Reg.6.a.1. 3 Et iſtæ *ſunt diuiſiones quibus* fundatus eſt,&c. ואלה הוסד וגו׳ Hæ autem *ſunt diſpoſitiones quibus* innixus eſt Selomoh quum iaceret fundamẽta templi.aut, quibus ex cõſilio peritorum artificũ vſus eſt dum pararet extruere templũ. Lõgitudo, הארך ſub.fundamentorũ. In mẽſura prima, במדה הראשונה in dimẽſione priore. Hæc dicit quòd ſimul iacta ſint fundamenta hecal & deuir.q.d.quando deſcripſerunt prima fundamenta, non ſeparauerunt adytũ ſiue oraculũ à templo, id eſt hecal: ſed poſtea ſeparauerunt, ac poſtea dederunt dimenſionem, templo ſuam, & oraculo ſuam.vna deſignatione deſignarunt primùm fundamenta duarum primarum partium templi, nempe hecal & deuir, quæ fuerunt ſexaginta cubitorum: cæterùm ex L X illis cubitis, X X Oraculo, & X L templo attributi ſunt. Templi longitudo ſpectatur ab Occidente ad Orientem: & latitudo à Septentrione ad Meridiem.

4 Et porticus והאולם Veſtibulum autem. Vide hæc eadem 1.Reg.6.a.3. 5 Super illud עליו ſub.aurum.i.inſculpſit in illis laminis aureis palmas & catenas, vel opere catenato. 6 Domũ את־הבית ſub.illam maiorem. Ad gloriã: לתפארת ad ornatum.ad decorũ. Paruaim. :פרוים Numero duali dicitur apud Hebræos.forraſſe eſt locus ille qui noſtro tempore dicitur *Le grand Perron, & le petit Perron*.nam eſt maxima affinitas nominum. Locus erat ex quo aurum deportabatur.tertio quoque anno reuertebatur illinc claſſis Salomonis.

8 Sanctitatis ſanctitatum: קודש הקדשים Sancti ſanctorum: ſignificat oraculum, de quo 1.Reg.6.c.10. Secundum latitudinem domus, על־פני רוחב־הבית Ad verbum, in facie latitudinis domus.i.reſpondebat latitudini domus magnæ, hoc eſt templi.

9 Clauorum, למסמרות quibus ſcilicet erat opus ad obducendos parietes auro.

C 10 Fecit etiam in domo Sancti ſanctorũ Cherubim duos, opere ſtatuario: & texit eos auro.

11 Alæ Cherubim viginti cubitis extẽdebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tãgeret alterius Cherub.

12 Similiter Cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam Cherub alterius cõtingebat.

13 Igitur alæ vtriuſq; Cherubim expanſæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipſi autem ſtabant erectis pedibus, & facies eorum erant verſæ D ad exteriorem domum.

Matth.27.f.51 14 Fecit quoque ‖velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byſſo: & intexuit ei Cherubim.

Iere.52.e.21 15 Ante fores etiam templi‖ duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorum.

16 Necnon & quaſi catenulas in Oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interpoſuit.

17 Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, vnam à dextris, & alteram à ſiniſtris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad læuam, Booz. Cap IIII.

3.Reg.7.e. 1 Fecit quoque altare ęneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decẽ cubitorum altitudinis.

2 Mare etiam fuſile decem cubitis à labio vſque ad labium, rotũdum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius.

3 Similitudo quoque boum erat ſubter illud: & decem cubitis quædã extrinſecus cælaturæ, quaſi duobus verſibus aluum maris circuibant. boues autem erant fuſiles.

4 Et ipſum mare ſuper duodecim boues impoſitum erat, quorum tres reſpiciebant ad Aquilonem, & alii tres ad Occidentem: porrò tres alii Meridiẽ, & tres qui reliqui erant, Orientẽ, habentes mare ſuppoſitũ: poſteriora autẽ boũ erant intrinſecus ſub mari.

B 5 Porrò vaſtitas eius habebat mẽſuram palmi, & labium illius erat quaſi labium calicis, vel repandi lilii: capiebátque tria millia metretas.

6 Fecit quoq; conchas decem: & poſuit quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris, vt lauarẽt in eis omnia quæ in holocauſtum oblaturi erant: porrò in mari ſacerdotes lauabantur.

10 Fecit autem in domo Sanctitatis ſanctitatum Cherubím duos, opere *inſtar duorum* puerorum, quos obduxit auro.

11 Alarum verò Cherubím longitudo *erat* cubitorum viginti: ala vna cubitorum quinque, attingebat parietem domus: & ala altera cubitorum quinque, attingebat alam Cherúb alterius.

12 ʺAtque ita ala Cherúb vnius, cubitorum quinque, tangebat parietem domus: & ala altera cubitorum quinque, coniuncta erat alæ Cherúb alterius.

13 Alæ *itaque* Cherubím iſtorumʺexpanſæ erant cubitorum viginti: & ipſi ſtabant ſuper pedes ſuos, & facies eorum *erat uerſa*ʺin domũ.

14 Fecit prætereaʺvelũ ex hyacintho, & purpura, & cocco, & byſſo: ʺ& aptauit ei Cherubím.

15 Fecit item ante domum columnas duas cubitorũ ʺtrigintaquinque *in* longitudine: & capitellum quod eratʺſuper caput eius, cubitorum quinque.

16 Fecit & catenasʺ*ſicut* in Oraculo,ʺ& poſuit ſuper caput illarum colũnarũ: fecítq; malogranata cẽtum,ʺquæ poſuit in illis catenis.

17 Statuit autem columnas illas ante templum,ʺvnam à dextera, & alteram à ſiniſtra: vocauítque nomen dexteræ, Iachin: & nomẽ ſiniſtræ, Bóyaz. Cap. IIII.

Iachin. Booz.

Fabricatio altaris holocauſti.

1 FEcit autem altare æneum: viginti cubitorum longitudo eius, & viginti cubitorum latitudo eius, decem verò cubitorum altitudo eius.

Mare fuſile.

2 ʺFecit quoq; mare fuſile: decẽ cubitorum à labro eius vſq; ad labrum eius, rotundũ in circuitu: & quinq; cubitorũ altitudo eius, lineáque triginta cubitorum ambiebat illud per circuitum.

3 ʺSimilitudo quoque boum *erat* ſubter illud per circuitum, qui circundabant illudʺdecem cubitis, ambiẽtes mare per circuitum. duo ordines erant boum fuſorumʺin fuſione illius.

Boues XII fuſiles.

4 Stabat ſuper duodecim boues: tres reſpiciebãt ad Aquilonẽ, & tres reſpiciebant ad Occidentem, tres autẽ reſpiciebant ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientẽ: erátque mare ſuper eos déſuper. omnia autem poſteriora eorum erant intrinſecus.

5 Porrò craſſities eius *erat* palmi vnius: & labium eius ſicut opus labii calicis & floris lilii: comprehendebat batos *aliquot*, ʺtria millia *batorum* capiebat.

Conchæ decem,

6 Fecit inſuper conchas decem, & poſuit quinque à dextera, & quinque à ſiniſtra, ad lauandum in eisʺopus holocauſti: lauare ſolebant in ipſis: & mare, vt lauarent ſacerdotes in eo.

12 Atque ita ala וכנף Ad verbum, Et ala. 13 Expanſæ erant, &c. פורשים וגו׳ Ad verbum, explicabant cubitos viginti. i. explicatæ occupabant cubitos viginti. Nota hîc nomine Alarum comprehendi etiam corpus ipſorum Cherubim. In domum. לבית: .i. aſpiciebant partem illã internã Sancti ſanctorum. Quod quidam dicunt pro hoc ſcribi in libris Regũ (locum tamẽ non indicant) faciẽ vnius verſam fuiſſe in faciem alterius: ita intelligendum eſſet, facies illorum nõ erant verſæ ad oſtium templi, ſed ad parietes illos qui erãt in lateribus. Nam Cherub qui erat in parte dextra, videbatur reſpicere parietem lateris ſiniſtri: & cõtrà, Cherub qui erat in parte ſiniſtra, reſpiciebat parietem lateris dextri. Ita concordabũt loci. 14 Velum את־הפרוכת operimẽtum. propitiatoriũ. Vide Exod. 25. b. 17. Et aptauit ei ויעל עליו Ad verbũ, & aſcendere fecit ſuper illud. i. aſſuit, ſiue adiecit ipſi velo aliquot Cherubim. 15 Trigintaquinq; *in* longit. שלושים וחמש אורך Loquitur de longitudine ambarum columnarum ſimul: verùm de longitudine apparente, non autem de vera. nam vera ambarum columnarum longitudo ſcribitur 1. Reg. 7. b. 15, vbi ſingulæ columnæ dicuntur habuiſſe octodecim cubitos in longitudine: hîc verò ambabus tribuuntur tantum trigintaquinque cubiti, propterea quòd ſingulæ videbãtur habere ſeptemdecim cubitos & ſemis. nam ſingularum columnarum dimidium cubiti abſcondebatur in capitello. Conuenit igitur hic locus cum illo ex primo Regum. Super caput eius, על ראשו .i. quod impoſitum erat ſummitati & vertici ſingularum columnarum. 16 *Sicut* in Oraculo, כדביר Subintelligendum fuit כ ſimilitudinis. i. fecit catenas ſimiles catenis quæ erant in Oraculo. Quæ poſuit in illis catenis. ויתן בשרשרות: q. d. illa malogranata incluſit in illis catenulis. Duo ordines erant malogranatorum, & in ſingulis ordinibus erant centum. idcirco in prædicto loco Regum, verſu 20, numerantur ducenta malogranata in ſingulis capitellis.

IN CAPVT IIII.

2 Fecit quoque mare fuſile: ויעש את־הים מוצק Vide 1. Reg. 7. d. 23. 3 Similitudo quoq; boum, &c. ודמות בקרים וגו׳ In Regibus dicitur, Tubercula autem inſtar colocynthidum ſubter labium eius per circuitum, &c. quæ vice expoſitionis erunt huic loco. Decẽ cubitis, עשר באמה per decem cubitos. Quidam exponunt iſtud hoc modo, Decem figuræ, ſiue ſimilitudines boum erant in ſingulis cubitis, id eſt in ſingulis cubitis erant decem capita boum. Nam periſphæria erat triginta cubitorum. Cæterùm habebat trecenta capita boum: quo fit vt ſinguli cubiti habuerint decẽ capita boum. In fuſione illius. במוצקתו: ſub. maris. q. d. boues illi non erant appoſititii, ſed fuſi & efformati vnà cum ipſo mari. 5 Tria millia שלושת אלפים In primo Regum tantùm ponuntur duo millia. Dicendum hic addi quod prætermiſſum videbatur illic. ea enim eſt mens authoris huius libri. 6 Opus את־מעשה .i. victimam.

Candelabra decem.

7 Fecit præterea candelabra aurea decem, ″ſecundum normã eorum: & poſuit in tẽplo, quinque à dextra, & quinque à ſiniſtra.

Menſæ decem.

Phialæ centum.

8 Fecit deinde menſas decem, quas poſuit in templo, quinque à dextra, & quinque à ſiniſtra: & fecit ″crateras aureos centum.

Atrium ſacerdotum.

9 Fecit quoque atrium ſacerdotum, & atrium magnum, & oſtia ipſi atrio, oſtiáque eorum obduxit ære.

Baſilica grandis quæ & atriũ maior, ſeu atriũ populi.

10 Porrò mare poſuit à latere dextro ad Orientẽ contra Meridiẽ.

11 Fecit inſuper חHurám lebetes, & ſcopas, & pelues: cõpleuítque חHurã facere opus quod fecerat Regi שSelomóh pro domo Dei:

12 ″Columnas duas, ″& funiculos, & capitella ſuper caput columnarum duarum, & retiacula duo ad operiendum duos funiculos capitellorum quæ erant ſuper caput columnarum.

13 Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duo ordines malogranatorum erant vnicuique retiaculo ad operiendum duos funiculos capitellorum quæ erant ″in faſtigio columnarum.

14 Baſes fecit, conchas quoque fecit ſuper baſes.

15 Mare vnum, & boues duodecim ſubter illud.

16 Lebetes item, & ſcopas, & tridentes, & omnia inſtrumenta eorum fecit חHurám ″pater eius Regi שSelomóh pro domo Iehouæ ex ære ″mundo.

17 ″In regione Iardén fudit ea Rex ″in denſitate terræ inter סSuchóth & צSaredatha:

18 Fecit autem שSelomóh omnia hæc vaſa ″in magna copia valde: non enim ″inueſtigabatur pondus ″æris.

Altare thymiamatis aureum.

19 ′Fecit ergo שSelomóh omnia vaſa quæ erãt domus Dei: & altare aureum & menſas ſuper quas *ponebantur* panes facierum:

20 Et candelabra, & lucernas eorũ, ″vt ardere facerent ea iuxta ordinem ante ipſum Oraculum ex auro repurgato.

21 ″Flores quoque, & lucernas, & forcipes *ex* auro, ipſum erat ″perfectum aurum.

22 Et pſalteria, & pelues, & cochlearia, & acerras ex auro puro: ″oſtium inſuper domus, fores eius interiores Sancti ſanctorum, & oſtia domus *quæ erant* in templo, ex auro.

Cap. V.

Salomon infert quæ dicauerat pater, in templũ Dei, & arcam in locum ſuum.

1 PErfectũ eſt autẽ opus quod fecit שSelomóh pro domo Iehouæ: & intulit שSelomóh ″ſanctificationes Dauidis patris ſui: argentũ itẽ, & aurũ, atq; õnia vaſa poſuit in theſauris domus Dei.

2 Tunc congregauit שSelomóh ſeniores Iשraאelis, & õnes principes tribuum, principes ″familiarum de filiis Iשraאelis, in Ieruשaláim, ′vt aſcendere facerent arcam fœderis Iehouæ è Ciuitate Dauidis, ipſa eſt צSiión.

3 Congregati ſunt itaque ad Regem omnes viri Iשraאelis ″in ſolennitate quæ *eſt* menſe ſeptimo.

---

7 Fecit autem & cãdelabra aurea decem, ſecundũ ſpeciem qua iuſſa erant fieri: & poſuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris.

8 Necnon & menſas decem, & poſuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: phialas quoque aureas centum.

9 Fecit etiam atrium ſacerdotum, & baſilicam grandem: & oſtia in baſilica, quæ texit ære. C

10 Porrò mare poſuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem.

11 Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus Regis in domo Dei:

12 Hoc eſt, columnas duas, & epiſtylia, & capita, & quaſi quædam retiacula, quæ capita tegerent ſuper epiſtylia.

13 Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum ſingulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epiſtylia, & capita columnarum.

14 Baſes etiam fecit & conchas, quas ſuperpoſuit baſibus.

15 Mare vnum, boues quoque duodecim ſub mari.

16 Et lebetes, & creagras, & phialas. omnia vaſa fecit Salomoni Hirã pater eius in domo Domini ex ære mũdiſſimo.

17 In regione Iordanis fudit ea Rex in argilloſa terra inter Socoth & Saredatha. D

18 Erat autem multitudo vaſorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris.

19 Fecitque Salomon omnia vaſa domus Dei, & altare aureum: & mẽſas, & ſuper eas panes propoſitionis.

20 Candelabra quoque cum lucernis ſuis vt lucerent ante Oraculum iuxta ritum ex auro puriſſimo:

21 Et florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. õnia de auro mũdiſſimo facta ſunt.

22 Thymiateria quoq;, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro puriſſimo. & oſtia cælauit templi interioris, id eſt in Sancto ſanctorum: & oſtia tẽpli forinſecus aurea. ſicq; cõpletum eſt omne opus quod fecit Salomon in domum Domini. Cap. V.

3.Reg.7.g.n 8.a.1

1 INtulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater ſuus: argentum & aurum, & vniuerſa vaſa poſuit in theſauris domus Dei.

2 Poſt quæ congregauit maiores natu Iſrael, & cũctos principes tribuũ, & capita familiarum de filiis Iſrael, in Ieruſalem, vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quæ eſt Sion.

3 Venerũt itaque ad Regem omnes viri Iſrael in die ſolenni menſis ſeptimi.

---

7 Secundum normam eorum: כמשפטם ſecundum ritum ſuum. i. ea ratione qua fieri debebant. 8 Crateras מזרקי pelues. Alii, phialas. 12 Columnas duas, עמודים שנים Epilogus eſt prædictorum. Et funiculos, והגלות & hemiſphæria illa. 13 In faſtigio על־פני Ad verbũ, ſuper faciem. Præcedenti verſu dixit, ſuper capita. 16 Pater eius אביו nempe Regis Salomonis. Hic relatiuum præcedit ſuũ antecedens. Vocat autem patrẽ Salomonis quòd eum Salomon reuereretur, & ſingulari honore proſequeretur. Mundo. מרוק: purificato. terſo. polito. 17 In regione Iardén בככר הירדן In planitie quæ adiacebat Iordani. Vel, In campeſtribus Iordanis. In dẽſitate terræ בעבי האדמה. i. in argilla. Alii, in cauernis [vel, cauitatibus] in terra. dicũt enim quidã hæc magna vaſa facta fuiſſe ſine modulis. q. d. fudit hæc magna vaſa foſſis in terra factis. 18 In magna copia לרוב מאוד in multitudine valde. Inueſtigabatur נחקר inueſtigari poterat. quòd ſcilicet putaretur ferè infinitum. Æris. הנחושת: Sub. quod habebat Salomon. 19 Fecit ergo ויעש Fecit inquam. 20 Vt ardere facerent ea iuxta ordinem לבערם כמשפטם vt accenderent ea ſecundum morem. 21 Flores quoque, והפרח Sing. Heb. pro plur. Perfectum aurum. מכלות זהב: Ad verbum, perfectiones auri. i. erat perfectiſſimum & puriſſimum. 22 Oſtiũ inſuper domus, fores eius ופתח הבית דלתותיו Phraſis Hebræa, pro fecit ianuas [ſeu fores] introitus eius domus ſub. interiores. Vel, & fecit ianuas in introitu domus.

IN CAPVT V.

1 Sanctificationes Dauidis קדשי דויד. i. quæ conſecrauerat Dauid Deo. 2 Familiarum האבות Ad verbum, domorum. i. maiorũ, hoc eſt familiarũ. Vt aſcendere facerent להעלות vt transferrent. 3 In ſolennitate quæ *eſt* menſe ſeptimo. בחג הוא החודש השביעי: Ad verbum, in ipſo feſto, ipſe *eſt* menſis ſeptimus. Hic deeſt aliquid: quia nulla antè facta fuerat mentio menſis. q. d. in feſto dedicationis, quod feſtũ celebrabatur menſe Septẽbri, qui eſt menſis ſeptimus. Olim Septẽber erat primus mẽſis: ſed poſt egreſſũ ex Ægypto fuit ſeptimus. nam tunc cœpit Martius dici ſeptimus. In 1. Reg. 8. a. 2, integra eſt loquutio: vbi quẽ hic vocamus Septembrẽ, dicitur menſis fortiũ. Vide illic annotationẽ.

4 Quúmque veniſſent cuncti ſeniorum Iſrael, portauerunt Leuitæ arcã.

5 Et intulerunt eam,& omnem paraturam tabernaculi. porrò vaſa Sanctuarii quæ erant in tabernaculo,portauerunt Sacerdotes cum Leuitis.

B 6 Rex autem Salomon, & vniuerſus cœtus Iſrael,& omnes qui fuerunt cõgregati ante arcam, immolabant arietes & boues abſque vllo numero: tãta enim erat multitudo victimarũ.

7 Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, id eſt ad Oraculũ templi, in Sancta ſanctorum ſubter alas Cherubim.

8 Ita vt Cherubim expanderent alas ſuas ſuper locũ ĩ quo poſita erat arca: & ipſam arcã tegerẽt cũ vectib' ſuis.

9 Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebãt ante Oraculum: C ſi verò quis paululum fuiſſet extrinſecus, eos videre nõ poterat. fuit itaq; arca ibi vſque in præſentem diem.

10 Nihilque erat aliud in arca niſi duæ tabulæ quas poſuerat Moyſes in Horeb, quando Legem dedit Dominus filiis Iſrael egrediẽtibus ex AEgypto.

11 Egreſſis autẽ ſacerdotibus de Sanctuario (omnes enim ſacerdotes qui ibi potuerũt inueniri, ſanctificati ſũt: nec adhuc in illo tẽpore vices, & miniſteriorũ ordo ĩter eos diuiſus erat:)

12 Tam Leuitæ quàm cantores,id eſt & qui ſub Aſaph erant,& qui ſub Hemã,& qui ſub Idithun,filii,& fratres D eorum veſtiti byſſinis, cymbalis, & pſalteriis, & citharis concrepabant, ſtantes ad Orientalem plagam altaris,& cum eis Sacerdotes centum viginti,canentes tubis.

13 Igitur cunctis pariter,& tubis & voce & cymbalis & organis, & diuerſi generis muſicorum cõcinentibus, & vocem in ſublime tollentibus, longè ſonitus audiebatur: ita vt quum Dominum laudare cœpiſſent, & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus,quoniam in æternum miſericordia eius:impleretur dom' Dei nube:

14 Ne poſſent Sacerdotes ſtare & miniſtrare propter caliginem. cõpleuerat enim gloria Domini domũ Dei.

Cap. VI.

3.Reg.8.b.12

1 TVnc Salomõ ait, Dñs pollicitus eſt vt habitaret in caligine.

2 Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum.

3 Et conuertit Rex faciem ſuam, & benedixit vniuerſæ multitudini Iſrael(nam omnis turba ſtabat intẽta)

4 Et ait, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui quod loquutus eſt Dauid patri meo,opere compleuit,dicens,

5 A die qua eduxi populum meum de terra AEgypti, non elegi ciuitatem

4 Venerúntque omnes ſeniores Iשſraאelis, portauerúntque″Leuitæ arcam.

5 Et aſcendere fecerunt arcam, & tabernaculum eccleſiæ, atque omnia vaſa″ſanctitatis quæ *fuerant* in tabernaculo,aſcendere *inquam* fecerunt ea ſacerdotes *&* Leuitæ.

Arca infertur in Sancta ſanctorũ.

6 Rex autem שSelomóh, & vniuerſus cœtus Iשſraאelis, qui conuenerant ad eum,ante arcam immolabant pecudes,& boues,qui non numerabantur neque recenſebantur præ multitudine.

7 Et introduxerũt ſacerdotes arcã fœderis Iehouæ in locum ſuũ in Oraculũ domus in Sanctitatẽ ſanctitatũ ſubter alas Cherubim.

8 Cherubim autem″expandebant alas ſuper locũ arcæ:tegebántque Cherubim arcam,& vectes eius déſuper.

9 ′Et extraxerunt vectes, apparebántque capita vectium ab arca ″coram Oraculo, & non apparebant″foris.″fuítque ibi vſque ad diem hanc.

10 Non erant in arca niſi duæ tabulæ quas poſuit Moשſéh in חHoréb,″quando pepigit Iehouáh *fœdus* cum filiis Iשſraאelis,quando egreſſi ſunt ex AEgypto.

Quid in arca.

11 Fuit autem,quum egreſſi eſſent Sacerdotes de Sanctitate,(″omnes enim Sacerdotes qui inuenti ſunt,ſanctificauerant ſe,nec licebat obſeruare″claſſes:

12 ″Neque Leuitæ cantores″ ex omnibus,′de Aסſáph, de Hemán, de Ieduthún,& de filiis eorum,& de fratribus eorũ,induti erant byſſo,cum cymbalis, & pſalteriis, & citharis ſtantes ad Orientem altaris:& cum illis Sacerdotes centum & viginti,clangentes tubis:

13 Erántque tanquam vnus, clangentes, & cantantes ore, vt ederent vocem vnam,laudando & celebrãdo Iehouam : & quum attollebant vocem cum tubis & cymbalis & inſtrumentis muſicis, & quum laudarent″Iehouam, Quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius) tunc domus implebatur″nube,domus *inquam* Iehouæ.

Bonus & miſericors Deus.
Gloria Domini templũ replet.

14 Neque poterant Sacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nubem:impleuerat enim gloria Iehouæ domum Dei.

Cap. VI.

1 TVnc″dixit שSelomóh, Iehouáh dixit ꝙ habitaret in caligine.

2 Ego autem ædificaui domum habitaculi tibi,& locum habitationi tuæ in ſecula.

3 Conuertit itaque Rex faciem ſuã,ac benedixit vniuerſo cœtui Iשſraאelis:(omnis autem cœtus Iשſraאelis ſtabat.)

Salomon benedicit congregationi.

4 Et ait,Benedictus Iehouáh Deus Iשſraאelis qui loquutus eſt ore ſuo Dauidi patri meo,& manibus ſuis compleuit,dicendo,

Gratias agit Deo quòd promiſſionem Dauidi factam compleuerit.

5 A die qua eduxi populum meum è terra AEgypti,non elegi ci-

---

4 Leuitæ הלוים In primo Regum dicuntur Sacerdotes tuliſſe. Id duobus ſoluitur modis: quia omnes Leuitæ ſunt Sacerdotes. Ergo ſi Sacerdotes,& Leuitæ tulerunt.Si de Leuitis qui non ſunt Sacerdotes:dic initio Leuitas tuliſſe vſque ad templum:Sacerdotes verò à templo vſque ad Sancta ſanctorum. 5 Sanctitatis quæ *fuerãt* in taber. הקודש אשר באוהל ſancta quæ *erant* in tabernaculo: quod ſcilicet Moſes fecerat,quódque Dauid curauerat aſportandum in Sion. 8 Expandebant alas פורשים כנפים Vnus ſcilicet vnam,& alter alteram alam.

9 Et extraxerunt ויאריכו Et produxerũt. ſub.partem vectium verſus frontẽ & ingreſſum Oraculi. Seipſum mox declarat. Coram Oraculo,על פני הדביר ad faciem[vel,frontem]Oraculi. Foris. החוצה .i.extra Oraculum. Fuitque ויהי In 1.Reg.8.a.8,dicitur,Fueruntque ibi,&c. vt de vectibus loqui videatur.

10 Quando pep.Ieh.&c. אשר כרת יהוה וגו׳ quibus *tabulis* pepigerat Iehouáh cum,&c. Ad Heb.9.a.4,ſcribitur fuiſſe in ea,virga Aaronis, manna,& tabulæ. Hebræi dicunt,in arca tunc fuiſſe tantùm fragmenta tabularum:virgam autẽ,& manna,quũ transferretur arca,fuiſſe adẽpta.

11 Omnes enim Sacerdotes,&c. כי כל־הכוהנים וגו׳ Parentheſis diligenter obſeruanda,quæ perficitur circa finem decimitertii verſus. Claſſes. :למחלקות vices. vel ordinem miniſteriorum. 12 Neque Leuitæ cant. והלוים המשוררים More Hebræorũ præcedentem negationem ſubaudiuit noſter interpres,Neque ſeruauerunt ſuum ordinem Leuitæ cantores, &c.i.qui fungebantur officio cantorum. Ex omnibus,de Aשſaph,&. לכולם לאסף וגו׳ omnes,nempe Aſaph,Heman,Ieduthun,& filii eorum, & fratres eorum.

13 Iehouam, ליהוה ſub.dicendo,vel dicentes. Nube, ענן vapore.caligine.Id ſignificabat Dei præſentiam & fauorem.

IN CAPVT VI.

1 Dixit אמר dixerat.quum ſcilicet deprehendit Deum eſſe præſentem. q.d.Nunc cognoui Deum eſſe præſentem,ſuáque præſentia oſtendit,me ſibi rem gratam feciſſe. Præſentem autẽ ſcio ex eo quòd video templum plenum caligine in qua dixerat præſentem ſeſe exhibiturum. Vide hæc eadem & 1.Reg.8.b.12.

uitatem è cunctis tribubus Iשſraאelis ad ædificãdum domum, vt eſſet nomen meum ibi, nec elegi virum vllum vt eſſet dux ſuper populum meum Iשſraאelem:

6 Sed elegi Ieruשſaláim, vt eſſet nomen meum ibi: elegi Dauidẽ vt eſſet ſuper populum meum Iשſraאelem.

7 Fuit autem in corde Dauidis patris mei vt ædificaret domum nomini Iehouæ Dei Iשſraאelis.

8 At Iehouáh dixit Dauidi patri meo, Quòd fuit in corde tuo ædificare domũ nomini meo, benefeciſti, quòd fuerit in corde tuo.

9 Veruntamen tu non ædificabis domum, ſed filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo.

10 Confirmauítque Iehouáh verbũ ſuum quod loquutus fuerat: & ſurrexi pro Dauide patre meo, & ſedi ſuper thronum Iשſraאelis, ſicut loquutus eſt Iehouáh, & ædificaui domum nomini Iehouæ Dei Iשſraאelis.

11 Poſuíque ibi arcam illã in qua eſt fœdus Iehouæ quod pepigit cum filiis Iשſraאelis.

12 Conſtitit autem coram altari Iehouæ "exaduerſo totius cœtus Iשſraאelis, "& expandit manus ſuas:

Baſis ænea. Baſilica.

13 (Fecerat enim שSelomóh ſuggeſtum inſtar conchæ æneum, poſuerátque illud in medio atrii: quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, & cubitorum trium altitudo eius: & ſtetit ſuper illud, "ac flexit genua ſua exaduerſo totius cœtus Iשſraאelis, & expandit palmas ſuas ad cælum.)

Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo.

14 Ac dixit, Iehoua Deus Iשſraאelis, non eſt ſimilis tibi Deus in cælo & in terra, cuſtodiens pactum & miſericordiam ſeruis tuis ambulantibus coram te toto corde ſuo.

15 Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quod loquutus es ei: loquutus es ore tuo, & manu tua impleſti "ſecundũ diem hanc.

Promiſſiones & miſericordiæ Dei, diligẽtibus ipſum.

16 Nũc ergo ô Iehoua Deus Iשſraאelis, præſta ſeruo tuo Dauidi patri meo quod loquutus es ei, dicendo, Non excidetur tibi vir à facie mea qui ſedeat ſuper thronũ Iשſraאelis, ſi modò cuſtodierint filii tui viam ſuam, *quæ eſt* vt ambulent in Lege mea, quẽadmodum ambulaſti coram me.

17 Nunc inquam ô Iehoua Deus Iשſraאelis, "cõfirmetur verbum tuum quod loquutus es ſeruo tuo Dauidi.

18 ("Sed num verè habitabit Deus cum homine ſuper terrã? ecce, cælũ & cæli cælorum non capiunt te, quanto minus domus hæc quam ædificaui?)

19 Et reſpicias ad orationem ſerui tui & ad deprecationem eius ô Iehoua Deus mi, exaudiendo clamorem & orationem quam ſeruus tuus orat coram te.

20 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die ac nocte, ſuper locum de quo dixiſti quòd poneres nomen tuum ibi, vt audias orationem quam "orabit ſeruus tuus in loco iſto:

21 Atque exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iשſraאelis, quam orauerint in loco iſto, tu inquam, exaudias è loco habitationis tuæ, *id eſt* è cælo, exaudias inquam, & parcas.

Iuramentum.

22 Quum peccauerit quiſpiam in proximum ſuum, "& detulerit illi

de cunctis tribubus Iſrael vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neq; elegi quenquam alium virum, vt eſſet dux in populo meo Iſrael:

Sed elegi Ieruſalem vt ſit nomen meũ in ea, & elegi Dauid, vt cõſtituerem eum ſuper populum meũ Iſrael.

Quũque fuiſſet volũtatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei Iſrael,

Dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domũ nomini meo, bene quidem feciſti huiuſcemodi habere voluntatem: B

Sed non tu ædificabis domũ, veruntamẽ filius tuus qui egredietur de lũbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo.

Compleuit ergo Dominus ſermonem ſuum, quem loquutus fuerat: & ego ſurrexi pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronũ Iſrael, ſicut loquutus eſt Dominus: & ædificaui domũ nomini Domini Dei Iſrael.

Et poſui in ea arcam, in qua eſt pactum Domini quod pepigit cum filiis Iſrael.

Stetit ergo coram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael, & extendit manus ſuas:

(Siquidem fecerat Salomon baſim æneam, & poſuerat eam in medio baſilicę, habẽtem quinque cubitos longitudinis & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis:) ſtetitque ſuper eam: & deinceps flexis genibus contra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cælum leuatis,)

Ait, |Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cælo & in terra: qui cuſtodis pactũ & miſericordiam cum ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo. 2.Mach.2.e.10 C

Qui præſtitiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæcunque loquutus fueras ei: & quæ ore promiſeras, opere cõpleſti, ſicut & præſens tẽpus probat.

Nũc ergo Domine Deus Iſrael, imple ſeruo tuo patri meo Dauid quæcunque loquutus es, dicens, Non deficiet ex te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamẽ ſi cuſtodierint filii tui viam ſuam, & ambulauerint in Lege mea, ſicut & tu ambulaſti coram me.

Et nunc Domine Deus Iſrael, firmetur ſermo tuus quem loquutus es ſeruo tuo Dauid.

(Ergóne credibile eſt vt habitet Deꝰ cum hominibus ſuper terram? ſi cælum & cæli cælorum non te capiunt: quanto magis domus iſta quam ædificaui?)

Sed ad hoc tantùm facta eſt vt reſpicias orationem ſerui tui, & obſecrationem eius Domine Deus meus: & audias preces quas fundit famulus tuus coram te:

Vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus ſuper locũ in quo pollicitus es, vt inuocaretur nomẽ tuum: & exaudires orationem quam ſeruus tuus orat in eo. D

Et exaudias preces famuli tui, & populi tui Iſrael. quicunque orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, id eſt de cælis, & propitiare.

Si peccauerit quiſpiam in proximũ ſuum, & iurare contra eum paratus

12 Ex aduerſo נגד in cõſpectu. Et expandit man. ſ. ויפרוש כפיו: ſub. ad cælũ: quod verſu ſequẽti poſuit. 13 Ac flexit gen. ſ. ויברך על־ברכיו Ad verbum, & genuflexit ſuper genua ſua. i. flexis genibus, & expanſis manibus in cælum, dixit. 15 Secundum diem hanc. כיום הזה: .i. ſicut hodie videmus adimpletum. 17 Confirmetur יאמן ſtabiliatur. i. ſit ſtabilis & certa promiſſio tua. 18 Sed num verè habitabit, &c. כי האומנם ישב וגו׳ Verùmne eſt quòd habitaturus ſit, &c. quum nec cælum nec terra te capere poſſit? Vel, Verénè habitaturus eſt Deus, &c. 20 Orabit יתפלל Quidam per præſens vertunt, orat. 22 Et detulerit illi iuramentum, ונשא־בו אלה & exegerit ab eo iuramentum. Vide 1.Reg.8.d.31.

venerit, ſeque maledicto cõſtrinxerit coram altari in domo iſta:

Tu audies de cælo, & facies iudiciũ ſeruorum tuorũ: ita vt reddas iniquo viam ſuam in caput proprium, & vlciſcaris iuſtum, retribuens ei ſecundũ iuſtitiam ſuam.

Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab inimicis (peccabũt enim tibi) & conuerſi egerint pœnitentiam, & obſecrauerint nomẽ tuum, & fuerint deprecati te in loco iſto:

Tu exaudies de cælo, & propitiare peccato populi tui Iſrael, & reduc eos in terram quam dediſti eis, & Patribus eorum.

E Si clauſo cælo pluuia nõ fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco iſto, & confeſſi nomini tuo, & cõuerſi à peccatis ſuis, quũ eos afflixeris:

Exaudi de cælo Domine, & dimitte peccata ſeruis tuis & populi tui Iſrael, & doce eos viam bonã per quam ingrediantur, & da pluuiã terræ quam dediſti populo tuo ad poſſidendum.

Infrà 20.b.9

‖Fames ſi orta fuerit in terra, & peſtilentia, ærugo, & aurugo, & locuſta, & bruchus, & hoſtes vaſtatis regionibus, portas obſederint ciuitatis, õniſque plaga & infirmitas preſſerit:

Siquis de populo tuo Iſrael fuerit deprecatus, cognoſcẽs plagam, & infirmitatem ſuam, & expanderit manus ſuas in domo hac:

Tu exaudies de cælo, de ſublimi ſcilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique ſecundum vias ſuas quas noſti eum habere in corde ſuo: (tu enim ſolus noſti corda filiorũ hominum.)

F Vt timeant te, & ambulent in viis tuis, cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciem terræ, quam dediſti Patribus noſtris.

Externum quoque qui non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra longinqua, propter nomen tuũ magnum, & propter manum tuam robuſtam, & brachium tuum extẽtum, & adorauerit in loco iſto:

Tu exaudies de cælo firmiſſimo habitaculo tuo, & facies cũcta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt ſciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeãt te ſicut populus tuus Iſrael, & cognoſcãt quia nomẽ tuum inuocatũ eſt ſuper domũ hanc quam ædificaui.

Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra aduerſarios ſuos per viam in qua miſeris eos, adorabũt te contra viam in qua ciuitas hæc eſt quam elegiſti, & domus quam ædificaui nomini tuo:

Tu exaudies de cælo preces eorũ, & obſecrationem, & vlciſcaris:

3.Reg.8.e.46
eccles.7.c.21
1.iohan.1.d.8

Si autẽ peccauerint tibi, (‖neque enim eſt homo qui non peccet) & iratus fueris, & tradideris hoſtibus, & G captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ iuxta eſt:

Et conuerſi in corde ſuo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint

iuramentum, ita vt faciat iurare eum, veneritq; iuramentũ coram altari tuo in domo iſta:

23 Tu audias de cælo, & facias & iudices ſeruos tuos, ʹreddẽdo impio, dando viam eius in caput eius: & iuſtificando iuſtũ, dando ei ſecundum iuſtitiam ſuam.

24 Et quum cæſus fuerit populus tuus Iϖſraɴél coram inimico, quòd peccauerint tibi, ʹ& conuerſi fuerint, & confeſſi fuerint nomẽ tuũ, orauerintque, ac deprecati fuerint coram te in domo hac: Bellum.

25 Tu audias de cælo, & parcas peccato populi tui Iϖſraɴelis, & reducas eos ad terram quam dediſti eis & Patribus eorum.

26 Quando clauſum fuerit cælum, & non fuerit pluuia, quòd peccauerint tibi, & orauerint in loco iſto, confeſſique fuerint nomini tuo, & à peccato ſuo reuerſi fuerint, quando afflixeris eos: Pluuia.

27 Tu exaudias de cælo, & parcas peccato ſeruorum tuorum & populi tui Iϖſraɴelis, quum docueris eos viam bonam per quã ambulent, & dabis pluuiam ſuper terram tuam quam dediſti populo tuo in hæreditatem. Doctor Deus.

28 Fames ſi fuerit in terra, *aut* peſtis quum fuerit, *aut* ariditas: & robigo, locuſta & bruchus quum fuerit, *aut* quum obſederit eum inimicus eius in terra portarum ſuarum, quæcunque plaga, & quæcunque infirmitas: Fames. Peſtilentia.

29 Quæcunque oratio, *aut* quæcũque deprecatio quæ ſuſcepta fuerit à quocunque homine, aut ab vniuerſo populo tuo Iϖſraɴele, quũ agnouerit quiſque plagam ſuam, & dolorem ſuum, & expanderit manus ſuas in domo iſta:

30 Tu exaudias de cælo, habitaculo ſeſſionis tuæ, & parcas, ac des vnicuique iuxta vias ſuas: ʺquia noſti cor eius (tu enim ſolus noſti cor filiorum hominum) Corda ſolus Deus nouit.

31 Vt timeant te, vt ambulent in viis tuis omnibus, diebus quibus vixerint ſuper faciem terræ quam dediſti Patribus noſtris.

32 Quinetiam alienigenã qui non eſt de populo tuo Iϖſraɴele, qui venerit è terra longinqua propter nomen tuum magnum, & manum tuam robuſtam, & brachium tuum extentum: ʺvenerint inquam, & orauerint in domo iſta: Alienigena.

33 Tu exaudias de cælo, habitaculo ſeſſionis tuæ: faciáſque iuxta omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt ſciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te ſicut populus tuus Iϖſraɴél, & cognoſcant quòd nomen tuum inuocatum ſit ſuper domum hanc quam ædificaui.

34 Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos per viam quaʹmiſeris eos: & orauerint ad te *uerſus* viã ciuitatis huius quam elegiſti, & *uerſus* domum quam ædificaui nomini tuo: Bellatores orantes victoriam.

35 Exaudias de cælo orationem eorum, & deprecationem eorum, ʺ& facias iudicium eorum.

36 Si peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, tradideríſque eos corã inimico, & captiuos duxerint eos, qui ceperint eos, in terrã longinquã vel propinquã: Peccatores omnes.

37 ʹEt reuerti fecerint ad cor ſuum in terra in quam captiui ducti

---

23 Reddendo imp. להשיב רשע reuerti faiendo in impium. Vel, redire faciẽdo [ſub. ſuam iniuſtitiã] improbo. 24 Et conuerſi fuer. ושבו Subaudi ex primo Regum, ad te. 30 Quia tu noſti cor eius אשר תדע את־לבבו cuius tu noſti cor. 32 Venerint inquam, ובאו quum venerint. vel, ſi venerint. 34 Miſeris eos: תשלחם emiſeris eos. i. populum tuum, propter afflictionem quam Prophetis reuelaueris. 35 Et facias iudicium e. ועשית משפטם: ſub. de inimicis eorum. hoc eſt, redde eos ſuperiores vt vincant inimicos. q.d. vlciſcaris eos de inimicis ipſorum. 37 Et reuerti fecerint והשיבו Et reuocauerint. ſub. peccata ſua. i. meminerint ſe peccaſſ. meminerint peccatorum ſuorum.

ſunt,atque conuerſi,deprecati fuerint te in terra captiuitatis ſuæ, dicendo,Peccauimus,iniquè egimus,& impiè egimus:

Confeſſio.

38 Cōuerſi inquam fuerint ad te toto corde ſuo & tota anima ſua in terra captiuitatis ſuæ ad quam captiuos duxerint eos, & orauerint *uerſus* viam terræ ſuæ quam dediſti Patribus eorum,& *uerſus* ciuitatem quam elegiſti,& domum quam ædificaui nomini tuo:

39 Exaudias de cælo,de habitaculo ſeſſionis tuæ orationem eorū, & deprecationes eorum,& facias iudicium eorum,parcáſque populo tuo qui peccauerint tibi.

40 Nunc *ergo* Deus mi,ſint quæſo oculi tui & aures tuæ intentæ ad orationem′in loco iſto *factum*.

41 Nunc inquam ſurge ô Iehoua Deus in requiem tuam,tu & arca″fortitudinis tuæ:Sacerdotes tui ô Iehoua Deus,′induantur ſalute,& ſancti tui lætentur′in bono.

Salus.

Miſericordiæ.

42 O Iehoua Deus,ne auertas faciem′chriſti tui, ′memēto miſericordiarum Dauidis ſerui tui.

Cap. VII.

Ignis deuorat ſacrificium in dedicatione tēpli.

1 Q″Vúmque finem feciſſet שSelomóh orandi, ignis deſcendit è cælo, & abſumpſit holocauſtū atque victimas, ′& gloria Iehouæ repleuit domum:

2 Et non poterant Sacerdotes ingredi domum Iehouæ,quia repleuiſſet gloria Iehouæ domum″ſuam.

3 Omnes autem filii Iשsraאelis videbant quum deſcenderet ignis & gloria Iehouæ ſuper domum: & incuruauerunt ſe in faciem in terram ſuper pauimentum,& adorauerunt, ac laudauerunt Iehouam, Quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Bonus & miſericors Deus.

4 Rex verò & vniuerſus populꝰ immolabāt′victimā corā Iehoua.

5 Immolauit itaque Rex שSelomóh victimā, boum vigintiduo millia, & ouium centum & viginti millia, dedicauerúntque domum Dei Rex atque vniuerſus populus.

6 Sacerdotes autē″in cuſtodiis ſuis ſtabant : Leuitæ quoque cum inſtrumentis muſicis Iehouæ,quæ fecerat Dauid Rex ad celebrandū Iehouam,Quoniam in ſeculū miſericordia eius,dum laudaret Dauid per manum eorum : Sacerdotes verò canebant tubis eregione ipſorum,& vniuerſus Iשsraאél ſtabant.

Miſericordia Dei.

7 Sanctificauit præterea שSelomóh medium atrii illius quod erat ante domum Iehouæ: ″fecit enim ibi holocauſta & adipes pacificorum:quia altare æneum quod fecerat שSelomóh,nō poterat capere holocauſtum,& minחhám,& adipes.

Fit ingens ſolēnitas.

8 Fecítque שSelomóh″ſolennitatem tempore illo ſeptem diebus, & vniuerſus Iשsraאél cum eo , cœtus magnus valde, ′ab ingreſſu חHamáth vſque ad torrentem AEgypti.

9 Fecerunt autem in″die octauo collectam. dedicationem enim

pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis ſuæ,dicentes,Peccauimꝰ,iniquè fecimus,iniuſtè egimꝰ:

Et reuerſi fuerint ad te in toto corde ſuo, & in tota anima ſua,in terra captiuitatis ſuæ ad quam ducti ſunt, adorabunt te contra viam terræ ſuæ quā dediſti Patribus eorum,& vrbis quam elegiſti,& domus quam ædificaui nomini tuo.

Tu exaudies de cælo, hoc eſt de firmo habitaculo tuo preces eorū, & facias iudicium,& dimittas populo tuo quamuis peccatori.

Tu es enim Deus meus,aperiantur quæſo oculi tui,& aures tuæ intentæ ſint ad orationem quæ fit in loco iſto.

Pſal.131.b.8

¶Nunc igitur cōſurge Domine Deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ:ſacerdotes tui Domine Deus induantur ſalutem,& ſancti tui lætentur in bonis.

Domine Deus ne auertas faciem chriſti tui, memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.

Cap. VII.

2.Mach.2.c.10

QVúmque compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcēdit de cælo,& deuorauit holocauſta & victimas:& maieſtas Domini impleuit domum.

Nec poterant ſacerdotes ingredi templum Domini,eo quòd impleſſet maieſtas Domini templum Domini.

Sed & omnes filii Iſrael videbant deſcendentem ignem,& gloriam Domini ſuper domū: & corruentes proni in terrā ſuper pauimētum ſtratum lapide, adorauerunt & laudauerunt Dominū,Quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Rex autem,& omnis populus immolabant victimas coram Domino.

3.Reg.8.g.63

¶Mactauit igitur rex Salomon hoſtias, boū vigintiduo millia, arietum centū viginti millia : & dedicauit domum Dei Rex & vniuerſus populus.

Sacerdotes autem ſtabant in officiis ſuis: & Leuitæ in organis carminum Domini , quæ fecit Dauid Rex ad laudandū Dominum , Quoniā in æternum miſericordia eius,hymnos Dauid canentes per manus ſuas:porrò ſacerdotes canebat tubis ante eos, cunctúſque Iſrael ſtabat.

B

Sanctificauit quoque Salomō medium atrii ante templū Domini: obtulerat enim ibi holocauſta & adipes pacificorū : quia altare æneum quod fecerat,nō poterat ſuſtinere holocauſta,& ſacrificia, & adipes.

Fecit ergo Salomon ſolennitatem in tēpore illo ſeptē diebus,& omnis Iſrael cum eo , eccleſia magna valde, ab introitu Emath vſque ad torrentem AEgypti.

Fecitque die octauo collectam , eo quòd dedicaſſet altare ſeptem diebꝰ,

---

40 In loco iſto. המקום הזה: Ad verbum,loci huius. 41 Fortitudinis tuæ: עוזך .i.per quam oſtendiſti fortitudinem tuam. Vide poſteriores duos iſtos verſus,ferè ad verbum in Pſalmo 132.b.8. Induantur ſalute, ילבשו תשועה Hebraiſmus,fer opem Sacerdotibus tuis atq; miniſtris,ac protege illos. In bono. בטוב: Sing.Heb.pro plur.in bonis.quibus ſcilicet eos affeceris. 42 Chriſti tui, משיחך Se chriſtum,ſiue vnctum appellat Salomon.q.d.ne patiar repulſam. Memento miſericordiarum,&c. זכרה לחסדי דויד עבדך: Hebraiſmus,exaudi orationem meam propter promiſſiones factas Dauidi ſeruo tuo,patri meo.

IN CAPVT VII.

1 Quúmque finem feciſſet, &c. וככלות שלמה וגו' Vide 1.Reg.19.a.1. Et gloria וכבוד .i.nubes quæ Deum præſentem eſſe ſignificabat. 2 Suam. יהוה Antecedens Heb. pro relatiuo Iehouæ. 4 Victimam זבח Sing.pro plur. mactabant victimas coram Iehoua,qui viſibili ſigno in igne & in nube declararat ſe eſſe præſentem. 6 In cuſtodiis ſ. על־משמרותם .i.in officiis & functionibꝰ ſuis. 7 Fecit עשה .i.ſacrificauit. 8 Solennitatem את־החג feſtum illud.i.ſolennitatē tabernaculorum,ſolennitatē illam quæ celebrabatur eo tempore,nempe ſeptimo menſe Septembri. Ab ingreſſu חHamáth,&c. מלבוא חמת וגו' q.d.congregati ſunt ex vniuerſa Terra ſancta in Ieruſalem.Deſcribit hic duos terminos Terræ ſanctæ,Septentrionalem & Meridionalem. 9 Die octauo collectam ביום השמיני עצרת A primo ſcilicet die feſti tabernaculorum,qui fuerat viceſimuſquintus dies Septembris. Octauo die poſt primum diem feſti tabernaculorum,congregabatur vniuerſus populus,in quo non licebat exercere officia vilia. Septē diebus manebant in tabernaculis: octauo autem conueniebant omnes ad audiendum verbum Dei.& eum diem vocat collectam.

& ſolennitatem celebraſſet diebus ſeptem.

10 Igitur in die viceſimotertio menſis ſeptimi dimiſit populos ad tabernacula ſua, lætantes atque gaudentes ſuper bono quod fecerat Dñs Dauidi, & Solomoni, & Iſraeli populo ſuo.

3.Reg.9.a.1

11 ‖Compleuitque Salomon domum Domini, & domum Regis, & omnia quæ diſpoſuerat in corde ſuo vt faceret in domo Domini, & in domo ſua, & proſperatus eſt.

Deut.12.a.5

12 Apparuit autē ei Dominus nocte, & ait, Audiui orationem tuam,‖ & elegi locum iſtum mihi in domū ſacrificii,

13 Si clauſero cælum, & pluuia nō fluxerit, & mandauero & præcepero locuſtæ vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum:

14 Conuerſus autem populus meus ſuper quos inuocatū eſt nomen meū, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis ſuis peſſimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorū, & ſanabo terram eorum.

15 Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco iſto orauerit.

16 Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

17 Tu quoque ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid pater tu⁹, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iuſtitias meas iudiciáque ſeruaueris:

18 Suſcitabo thronum regni tui, ſicut pollicitus ſum Dauid patri tuo, dicēs, Non auferetur de ſtirpe tua vir qui non ſit princeps in Iſrael.

D

19 Si autem auerſi fueritis, & dereliqueritis iuſtitias meas, & præcepta mea quæ propoſui vobis, & abeūtes ſeruieritis diis alienis, & adoraueritis eos:

20 Euellam vos de terra mea quā dedi vobis, & domum hanc quam ſanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradā eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.

21 Et domus iſta erit in prouerbium vniuerſis tranſeuntibus: & dicent ſtupentes, Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic?

22 Reſpōdebúntque, Quia dereliquerunt Dominū Deum Patrū ſuorum, qui eduxit eos de terra AEgypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco venerūt ſuper eos vniuerſa hæc mala.

″altaris fecerunt ſeptem diebus, ″& ſolennitatem ſeptem diebus.

10 ″Die autem viceſimatertia menſis ſeptimi dimiſit populum ad tabernacula ſua lætos & hilares corde, ″ſuper bono quod fecerat Iehouáh ″Dauidi, & שSelomóh, & Iשſraѫeli populo ſuo.

11 Compleuit autem שSelomóh domum Iehouæ & domum regiam: vniuerſúmque quod venerat in cor ″eius vt faceret in domo Iehouæ, & in domo ſua, ″proſperè fecit.

Exaudit Dominus orationem Salomonis.

12 Apparuit autem Iehouáh ipſi שSelomóh nocte, & ait ei, Audiui orationē tuam, & elegi locum iſtum mihi in domū ″ſacrificii.

Pluuia. Locuſta.

13 Si clauſero cælum, vt non ſit *alia* pluuia, & ſi præcepero locuſtæ vt deuoret terram, ſi item miſero peſtilentiam in populū meum:

Peſtilentia.

14 Humiliauerintq; ſeſe populus meus ″ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, & orauerint, ″& exquiſierint faciem meam, conuerſíque fuerint à viis ſuis malis: ego quoque exaudiam de cælo, & parcam peccato eorum, ″& ſanabo terram eorum.

Pœnitentia.

Sanare terram.

15 Nunc oculi mei erunt aperti, & aures meæ intentæ ad orationem ″loci huius.

16 Nunc verò ″elegi & ſanctificaui domū hanc, ″vt ſit nomen meū ibi vſque in ſeculum: erúntque oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

17 Et tu ſi ambulaueris corā me ſicut ambulauit Dauid pater tu⁹, ita vt facias iuxta omnia quæ præcepi tibi, & ſtatuta mea iudiciáque mea cuſtodieris:

18 Tunc ſtabiliam ſolium regni tui, quemadmodum pepigi fœdus cum Dauide patre tuo, dicendo, Non ſuccidetur tibi vir dominans in Iשſraѫele.

19 Quòd ſi ″auerſi fueritis vos, ″& dereliqueritis ſtatuta mea, & præcepta mea ″quæ dedi coram vobis, & abeuntes ſeruieritis diis alienis, incuruaueritíſque vos illis:

Conuerti ad idola.

20 Euellam eos è terra mea quam dedi eis: domum autem iſtam quā ſanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & dabo eam in parabolam & in prouerbium cunctis populis.

21 Atque domus iſta quæ ″fuit excelſa omni tranſeunti per eam, ″erit ſtupori, ″& dicet, Propter quid fecit Iehouáh ſic terræ huic & domui huic?

22 Tunc reſpondebunt, Eo quòd dereliquerunt Iehouam Deum Patrum ſuorum, qui eduxit eos è terra AEgypti, & apprehenderunt deos alienos, adorauerúntque eos, & ſeruierunt eis: idcirco *inquam* adduxit ſuper eos omne malum hoc.

Altaris המזבח illius nempe æneí. Duo feſta celebrarunt ſine interuallo: dedicationem nempe ſeptem diebus, quorum primus fuit dies octauus menſis ſeptimi. Et protinus feſtum tabernaculorum, ſeptem quoque diebus: quorum primus fuit decimuſquintus eiuſdem menſis: & octauo die proximè ſequente (id eſt viceſimotertio) collectam .i. feſtum congregationis. Et ſolennitatem והחג ſub. tabernaculorum.
10 Die autē viceſimatertia וביום עשרים ושלושה In 1.Reg.8.g.66, dicitur viceſimo ſecundo die populo datam fuiſſe poteſtatē abeundi in domos ſuas: & hîc dicitur eo die celebratum fuiſſe feſtum quod Collectam vocat. Quidam Hebræorum ſcribunt, viceſimoſecundo die datam fuiſſe copiam abeundi à Salomone, ſed neminem abiiſſe ante viceſimumtertium diem. dicuntque, in Libris Regum poſitā eſſe diem qua data eſt abeundi poteſtas: hîc verò diem ſequentem qua ſe receperunt in ædes ſuas. Alii aiunt authorem huius libri loqui de iis qui habitabant procul à Ieruſalem, qui remanſerunt, quòd non liceret eo die feſto tantum itineris facere: in Libris autem Regum locum intelligi de iis qui nō ita procul à Ieruſalē habitarent, quin ipſis liceret etiam die ipſo feſto ſeſe recipere in ædes ſuas. Super bono על הטובה .i. ſuper beneficiis quæ Iehoua contulerat Dauidi & Iſraeli. Dauidi, לדויד q.d. quia videbāt promiſſionē Dauidi factam de Salomone Rege Iſraelis futuro, qui & ædificaturus erat templū, adimpletā. 11 Eius שלמה Anteced. Heb. pro relatiuo. Proſperè fecit. הצליח: Verbū ſine cōiunct. i. omnia fœlicia expertus eſt in ea ædificatione. 12 Sacrificii. זבח: Sing. Heb. pro plur. ſacrificiorū. i. in qua mihi ſacrificetur. Vide hæc 1.Reg.9.a.2.
14 Super quos inuocatum eſt nomen m. אשר נקרא־שמי עליהם Hebraiſmus, pro, populus meus qui appellatur de nomine meo.
Et exquiſierint faciem meam, ויבקשו פני Hebraiſmus, implorauerint opem meam. Et ſanabo terram e. וארפא את־ארצם: q.d. condonatis illorum peccatis, dabo pluuiam tempore ſuo, auferam locuſtas, & peſtē illam. 15 Loci huius. המקום הזה: .i. in loco iſto factam.
16 Elegi בחרתי ſub. locum iſtum. Vt ſit nomen meum ibi להיות־שמי־שם Id eſt, vocando domum iſtam, domum meam.
19 Auerſi fueritis תשובון ſub. à via bona in malam. In Regibus dicitur, Si auertendo auerſi fueritis vos & filii veſtri à me. Et dereliqueritis ועזבתם & tranſgreſſi fueritis. Quæ dedi coram vobis, אשר נתתי לפניכם quæ propoſui vobis.
21 Fuit היה In Libro Regum eſt futurum, ſic futura eſt ſublimis, excelſa, & magni nominis. Erit ſtupori, ישום In Libro Regum, hæc præcedenti verſui coniuncta ſunt. idem tamen ſenſus vtrobique. Et dicet, ואמר ſub. tranſiens per eam.

Cap. VIII.

AEdificat Salomon ciuitates quas dederat Hiram.

1 FVit autem, 'in fine viginti annorum quibus ædificauit שSelomóh domum Iehouæ, & domum ſuam:

2 Ciuitates 'quas dederat חHurám ipſi שSelomóh ædificauit שSelomóh, & habitare fecit illic filios Iשsraאelis.

3 Profectus eſt deinde שSelomóh in חHamáth צSobáh, '& præualuit ei.

4 Et ædificauit Thadmór in deſerto, & vniuerſas vrbes 'theſaurorum quas ædificauit in חHamáth.

5 AEdificauit præterea Beth-חhorón ſuperiorem & Beth-חhorón inferiorem, ciuitates 'munitas muris, portis, & vectibus:

6 Bayaláth item, & omnes vrbes theſaurorum quæ erāt ipſi שSelomóh, & omnes vrbes 'quadrigarum, & vrbes equitum, & omne 'beneplacitum שSelomóh quod complacuit ædificare in Ieruשſaláim & in Lebanón, & in vniuerſa terra dominii ſui.

Populi facti Salomoni tributarii.

7 Omnem populum qui remanſerat de חHitthæis, & אEmoræis, & Perizæis, & חHiuæis, & Iebuסſæis, qui non erant de Iשſraאele,

8 De filiis eorū qui remanſerint poſt eos in terra, quos non 'cōſumpſerant filii Iשſraאelis, 'fecit tributarios שSelomóh vſque ad diem hanc.

9 De filiis verò Iשſraאelis non poſuit שSelomóh ſeruos 'in opere ſuo: ipſi enim erant viri bellatores, & principes principum eius, & principes curruum eius, & equitum eius.

10 Iſti autē *ſunt* principes præfectorum qui erant Regi שSelomóh, 'ducenti & quinquaginta, 'qui dominabantur populo.

11 Cæterùm filiam Paryóh aſcendere fecit שSelomóh de Ciuitate Dauidis in domum quam ædificauerat ei: dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauidis Regis Iשſraאelis: nam 'ſanctitas ſunt, quia ingreſſa eſt in eam arca Iehouæ.

12 Tunc obtulit שSelomóh holocauſta Iehouæ ſuper altare Iehouæ, quod ædificauerat ante porticum:

13 'Et per ſingulos dies vt offerrent iuxta præceptum Moשſéh in ſabbathis, & Calendis, & ſolēnitatibus, tribus vicibus per annum, *nempe* in ſolennitate infermentatorum, & in ſolennitate hebdomadum, & in ſolennitate tabernaculorum.

14 Et conſtituit iuxta ordinē Dauidis patris ſui 'diuiſiones Sacerdotum in miniſterio ſuo, & Leuitas in cuſtodiis ſuis, vt laudarēt & miniſtrarent coram Sacerdotibus 'per ſingulos dies, & ianitores in diuiſionibus ſuis ad ſingulas portas: ſic enim erat præceptum Dauidis viri Dei.

Dauid homo Dei.

15 Nec declinauerunt à præcepto Regis *quod erat* de Sacerdotibus

Cap. VIII.

1 EXpletis autem viginti annis poſt quam ædificauit Salomon domū Domini & domum ſuam: 3.Reg.9.d.18

2 Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Iſrael.

3 Abiit quoq; in Emath Suba, & obtinuit eam.

4 Et ædificauit Palmiram in deſerto, & alias ciuitates munitiſſimas ædificauit in Emath.

5 Extruxitque Bet-horō ſuperiorē, & Beth-horon inferiorē, ciuitates muratas, habētes portas & vectes & ſeras:

6 Balaath etiam & omnes vrbes firmiſſimas, quæ fuerūt Salomonis, cūctáſque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum. omnia quæ voluit Salomō atque diſpoſuit, ædificauit in Ieruſalem, & in Libano, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. B

7 Omnem populū qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Huthæis, & Iebuſæis, qui nō erant de ſtirpe Iſrael,

8 De filiis eorū, & de poſteris quos non interfecerant filii Iſrael, ſubiugauit Salomon in tributarios, vſque in diem hanc.

9 Porrò de filiis Iſrael non poſuit vt ſeruirent operibus Regis: ipſi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarū & equitum eius.

10 Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerūt ducēti quinquaginta, qui erudiebant populum.

11 Filiā verò Pharaonis tranſtulit de Ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei: dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Iſrael, eo quòd ſanctificata ſit: quia ingreſſa eſt in eam arca Domini. C

12 Tunc obtulit Salomon holocauſta Domino ſuper altare Domini, quod extruxerat ante porticum,

13 Vt per ſingulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moyſi, in ſabbathis, & in Calendis, & in feſtis diebus ter per annum, id eſt in ſolennitate azymorum, & in ſolennitate hebdomadarum, & in ſolennitate tabernaculorum.

14 Et conſtituit iuxta diſpoſitionem Dauid patris ſui officia Sacerdotum in miniſteriis ſuis: & Leuitas in ordine ſuo, vt laudarent, & miniſtrarēt coram Sacerdotibus iuxta ritum vniuſcuiuſque diei: & ianitores in diuiſionibus ſuis per portam & portam: ſic enim præceperat Dauid homo Dei.

15 Nec prætergreſſi ſunt de mandatis Regis tam Sacerdotes quàm Leuitę, D

CAPVT VIII.

1 In fine viginti ann. מקץ עשרים שנה exactis viginti annis. Hæc ſcribūtur 1.Reg.9.b.10. 2 Quas dederat חHurám שSel. אשר נתן חורם לשלמה In 1.Reg.9.b.11, dicitur Salomon dediſſe viginti vrbes ipſi Hiram: hìc contrá. Dicunt interpretes Salomonem dediſſe viginti vrbes ipſi Hiram, & viciſſim ipſum Hiram dediſſe viginti vrbes Salomoni in patria ſua, quo pax inter ipſos eſſet ſtabilior & firmior.

3 Et præualuit ei. ויחזק עליה: .i. expugnauit eam. 4 Theſaurorum המסכנות Sic vocat vrbes in quibus aſſeruabātur quæ neceſſaria erant bello gerendo. Quidam vertunt, vrbes munitiſſimas. 5 Munitas muris, &c. מצור חומות דלתים ובריח: Ad verbum, munitionis murorum, portarum & vectium. 6 Quadrigarum, הרכב Ad verbum, currus. ſing. pro plur. curruum. Beneplacitū שSelomóh, &c. חשק שלמה אשר חשק deſiderium Selomoh quod deſiderauit. Quidam liberius vertunt, quicquid denique pro voto ſuo Salomon ædificare voluit. Vide 1.Reg.10.c.19. 8 Conſumpſerant כלום perdiderant. Fecit tributarios שSel. ויעלם שלמה למס Ad verbum, aſcendere fecit eos Selomoh ad tributum. Hebraiſmus. 9 In opere ſuo: למלאכתו .i. in ædificatione templi & regiæ, non exegit operas à filiis Iſrael, ſed à proſelytis: nam dicitur in Libro Regum, De filiis verò Iſraelis non fecit Selomoh ſeruum vllum.

10 Ducenti & quinq. חמשים ומאתים Enumerantur plures in primo Regum, nempe quingenti quinquaginta: ſed illic omnes enumerantur, hìc tantùm præcipui. Qui dominabantur pop. הרודים בעם: .i. qui exigebant operas à populo. In Regibus dicitur, qui præerant populo qui faciebat opus. 11 Sanctitas ſunt, &c. קודש המה וגו' .i. conſecrata ſunt. q.d. ſanctificata eſt domus Dauidis per ingreſſum arcæ in ea.

13 Et per ſingulos dies vt offerrent ובדבר יום ביום להעלות Ad verbum, Et in re diei in die ſuo vt offerrent. ſub. ſacrificia. i. vt iuxta ritum cuiuſque diei offerrent holocauſta. 14 Diuiſiones מחלקות .i. vices. claſſes. Per ſingulos dies, לדבר יום ביומו Ad verbum, in re diei in die ſuo. i. in iis quæ ſingulis diebus fieri debebant. Vel, ſecundum ritum & morem vniuſcuiuſque diei.

ex omnibus quæ præceperat, & in cuſtodiis theſaurorum.

16 Omnes impenſas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vſque in diem quo perfecit eam.

17 Tunc abiit Salomon in Aſiō-gaber & in Ailath ad orā Maris rubri, quæ eſt in terra Edom.

18 Miſit autem ei Hirā per manus ſeruorum ſuorum naues, & nautas gnaros maris: & abierunt cū ſeruis Salomonis in Ophir: tuleruntq; inde quadraginta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad Regem Salomonē.

Cap.IX

3.Reg.10.a.1 matth.12.d.42 luc.11.d.31

1 Regina quoque Saba quū audiſſet famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ieruſalem cum magnis opibus, & camelis qui portabant aromata & auri plurimū, gemmáſque pretioſas. quúmque veniſſet ad Salomonē, loquuta eſt ei quæcunque erant in corde ſuo.

2 Et expoſuit ei Salomō omnia quæ propoſuerat: nec quicquā fuit quod non perſpicuum ei fecerit.

3 Quæ poſtquam vidit ſapientiam ſcilicet Solomonis, & domum quam ædificauerat,

4 Nec non & cibaria menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & officia miniſtrorum eius & veſtimenta eorū, pincernas quoque & veſtes eorū, & victimas quas immolabat in domo Domini: non erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus.

B 5 Dixitque ad Regem, Verus eſt ſermo quem audieram in terra mea de virtutibus & ſapientia tua.

6 Non credebam narrantibus, donec ipſa veniſſem, & vidiſſent oculi mei: & probaſſem vix medietatem ſapientiæ tuæ mihi fuiſſe narratam: viciſti famam virtutibus tuis.

7 Beati viri tui, & beati ſerui tui, ii qui aſſiſtunt coram te omni tēpore, & audiunt ſapientiam tuam.

8 Sit Dominus Deus tuus benedict⁹ qui voluit te ordinare ſuper thronū ſuum Regem Domini Dei tui: quia diligit Deus Iſrael, & vult ſeruare eū in æternū: idcirco poſuit te ſuper eum Regem, vt facias iudicia atque iuſtitiam.

C 9 Dedit autem Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſiſſimas: non fuerunt aromata talia vt hæc quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni.

10 Sed & ſerui Hiram cum ſeruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretioſiſſimas.

11 De quibus fecit Rex, de lignis ſcilicet thyinis, gradus in domo Domini & in domo regia: citharas quoque & pſalteria cantoribus: nunquā viſa ſunt in terra Iuda ligna talia.

12 Rex autem Salomon dedit Reginę

& Leuitis ad omnem rem, & ad theſauros.

16 ʹPræparatum autē erat omne opus שSelomóh vſque ad diem fundamenti domus Iehouæ, & vſque ad perfectionē eius: perfecta fuit igitur domus Iehouæ.

17 Tunc profectus eſt שSelomóh in עExſion-gáber, & in אEloth *quæ erat* ad litus marisʹin terra אEdóm.

18 Miſitque ad eum חHurám per manū ſeruorū ſuorum naues, & ſeruos gnaros maris: & iuerūt cum ſeruis שSelomóh in אוOphir, tulerúntque inde quadringēta & quinquaginta talenta auri, quæ attulerunt ad Regem שSelomóh.

Mittit Salomon in Ophir.

Cap.IX.

1 Regina autem שSebá audiens famā שSelomóh, venit vt tentaret שSelomóh in ænigmatibus, ʹin Ieruשſaláim, cum exercitu graui valde, & camelis portantibus aromata, & aurū in multitudine, & lapides pretioſos: venit inquam ad שSelomóh, & loquuta eſt cum eo quicquid habebat in corde ſuo.

Regina Saba venit ad audiendā ſapientiam Salomonis.

2 Indicauit autē ei שSelomóh omnia verba eius: ʹnec latuit quicquam ipſum שSelomóh quod non indicauerit ei.

3 Et vidit Regina שSebá ſapiētiam שSelomóh, & ʹdomum quam ædificauerat,

4 Atque cibos menſæ eius, & ſeſſionem ſeruorum eius, & ʹſtatum miniſtrorum eius, & veſtimenta eorum: pincernas quoque eius, & veſtimenta eorum, ʹ& holocauſtum eius quod offerebat in domo Iehouæ: & non erat vltrà in ea ſpiritus.

5 Dixitque ad Regem, Verum erat verbum quod audiui in terra mea ſuper rebus tuis, & ſapientia tua.

6 Et non credidi verbis eorum, donec ipſa veni, & viderunt oculi mei: ecce autem, non fuit indicatum mihi dimidium multitudinis ſapientiæ tuæ: addidiſti famæ quam audiui.

7 Beati viri tui, & beati ſerui tui iſti qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.

8 Sit Iehouáh Deus tuus benedictus qui complacuit ſibi in te, ita vt poſuerit te ſuper thronum ſuum in Regem ʹIehouæ Deo tuo: propterea quòd dilexerit Deus tuus Iשſraאelē, vt ſtabiliat eum in ſeculum, & conſtituerit te ſuper eos Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam.

Regē ſapientem dat Deus populo à ſe dilecto.

9 Dedit autem Regi centum & viginti talenta auri, & aromata in copia valde, & lapides pretioſos: ʹ& non fuerunt talia aromata *poſtea* qualia dedit Regina שSebá Regi שSelomóh.

Regina Saba dat Salomoni munera.

10 Quinetiam ſerui חHurám, & ſerui שSelomóh qui attulerāt aurum de אוOphir, attulerūt ʹligna algummim & lapides pretioſos.

11 Et fecit Rex de lignis algummim ʹtigna in domo Iehouæ & domo regia, & citharas & pſalteria cantoribus: & non ſunt viſa *antea* ſicut ipſa in terra Iehudáh.

12 Rex autē שSelomóh dedit Reginæ שSebá ʹquicquid ipſa expe-

Salomon dat reginæ Saba munera.

16 Præparatum autem erat omne opus ותכן כל־מלאכת .i.parata erat impenſa operis Selomonis ad iacienda fundamenta, & ad abſoluendum totum opus. 17 In terra בארץ ſub.quod mare erat in terra Edom.

IN CAPVT IX.

1 In Ieruשſaláim, בירושלם Aut coniunge verbo præcedenti, venit in Ieruſalem: aut ſubaudi verbum quod 1.Reg.10.a.1, legitur, Et ingreſſa eſt Ieruſalem. 2 Nec latuit quicquam ipſum שSel. ולא־נעלם דבר משלמה Ad verbum, & non abſconditum fuit verbū à Selomoh.

4 Et holocauſtum e. ועליתו Vide annotationem in Libro Regum. 8 Iehouæ Deo tuo: ליהוה אלהיך pro Iehoua Deo tuo. Antecedens loco relatiui, pro ſe, qui eſt Deus tuus. 9 Et non fuerunt talia aromata qualia ולא היה כבשם Sing.Heb.pro plur.i.nunquam poſtea viſa fuerunt talia aromata. In Libro Regum, Non venerunt talia aromata vltrà in tanta multitudine, quæ dedit, &c.

10 Ligna algummim עצי אלגומים Doctiores exiſtimant fuiſſe ebenum. tabulæ enim ebeni in maximo erāt pretio. vide Librum Regū.

11 Tigna מסלות Doctiores interpretātur laquearia, vel ornamenta columnarū. Nam vox Hebræa ab exaltando dicitur. In Libro Regum, fulcra. Meſilloth igitur ſunt illa additamenta quæ apponuntur laquearibus, aut columnis ornamenti cauſa.q.d.operuit columnas aut laquearia ebeno. 12 Quicquid ipſa expetiuit את־כל־חפצה אשר שאלה Ad verbū, omnem voluntatē quā ipſa petiuit.i.quicquid in votis habuit.

tiuit, ″præter id quod attulerat ad Regem: poſthæc reuerſa eſt, & abiit in terram ſuam ipſa & ſerui eius.

Pondus auri quod apportabatur ad Salemonē quotannis.

13 Erat autem pondus auri quod veniebat ipſi שSelomóh annuatim, ſexcenta & ſexagintaſex talenta auri:

14 Præter *id quod* viri mercatores & negotiatores afferebant: & omnes Reges עAráb, & duces terræ adducebāt aurum & argentum ipſi שSelomóh.

15 Fecit autem Rex שSelomóh ducenta ſcuta ex auro ductili: ſexcenti *numi* auri ductilis″inſumebantur in ſcutum vnum.

CCC ſcuta aurea.

16 Trecentos item clypeos ex auro ductili: ″trecenti *numi* aurei inſumebantur in clypeū vnū: quæ poſuit Rex in domo ſaltꝰ Lebanō.

17 Fecit deinde Rex ſoliū eburneū grande, quod texit auro puro.

18 ′Sex autē gradus erāt ſolio, ″baſis quoque ex auro erat ipſi ſolio, ″tenentia: fulcra item hinc & inde′in loco ſeſſionis, ac duo leones ſtantes ad fulcra.

19 Duodecim verò leones ſtabant illic ſuper ſex gradus, hinc & inde: non fuit factum tale in vllo regno.

Vaſa aurea.

20 Omnia inſuper vaſa potoria Regis שSelomóh′ aurea: omnia item vaſa domus ſaltus Lebanón ex auro ″puro: non reputabatur quicquam argentum in diebus שSelomóh.

Argentū tempore Salomonis nihili fiebat.

21 Naues enim Regi *erant*, quæ ibant in Tharשiשs cum ſeruis חHurám ſemel in tribus annis: venire ſolebant naues Tharשiשs portantes aurum & argentum, ″dentes elephantū, & ſimias, & pauos.

22 ′Magnificatúſque eſt rex שSelomóh præ omnibus Regibus terræ in diuitiis & ſapientia.

23 Omnéſque Reges terræ′quærebant faciem שSelomóh, vt audirent ſapientiam eius quam dederat Deus in corde eius.

24 Ipſi autē deferebant ſinguli munus ſuum, vaſa argētea, & vaſa aurea, & veſtes, arma, & aromata, equos & mulos ′annuatim.

Equi & equites Salomonis.

25 Fuerunt itaque שSelomóh′ quatuor millia ſtabulorum equorum, & curruum, & duodecim millia ″equitum: quos collocauit in vrbibus curruum, ″& apud ſe in Ieruשſaláim.

26 ′Et dominabatur omnibus Regibus à flumine ipſo vſque ad terram Peliשſthím, & vſque ad terminum AEgypti.

27 Præbuítque Rex argentum in Ieruשſaláim tanquam lapides, & cedros præbuit quaſi ſycomoros quæ *creſcunt* in campeſtribus in multitudine.

28 Educebāt autem equos ex AEgypto ad שSelomóh, ″& de cunctis terris.

Moritur Salomon, cui ſuccedit Roboam.

29 Reliqua autem verborum שSelomóh priorum & poſteriorum, nónne ſcripta ſunt″in verbis Nathán Prophetæ, & in prophetia Aחhiiáh שSilonitæ, & in viſionibus Iaעaddo Vidētis′contra Iarobעám filium Nebát.

Saba cuncta quæ voluit, & quæ poſtulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum: quæ reuerſa, abiit in terrā ſuā cum ſeruis ſuis.

13 Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per ſingulos ānos, ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri: D

14 Excepta ea ſumma quam legati diuerſarum Gētiū & negotiatores afferre conſueuerant, omnéſque Reges Arabiæ, & ſatrapæ terrarum, qui cōportabant aurum & argentū Salomoni.

15 Fecit igitur Rex Salomon ducētas haſtas aureas de ſumma ſexcētorum aureorum qui in ſingulis haſtis expēdebantur.

16 Trecēta quoque ſcuta aurea trecētorū aureorū quibus tegebantur ſingula ſcuta: poſuitq; ea Rex in armamentario quod erat conſitū nemore.

17 Fecit quoq; Rex ſoliū eburneū grāde: & veſtiuit illud auro mundiſſimo. E

18 Sex quoque gradus quibus aſcendebatur ad ſolium: & ſcabellum aureū, & brachiola duo altrinſecus, & duos leones ſtantes iuxta brachiola:

19 Sed & alios duodecim leunculos ſtātes ſuper ſex gradus ex vtraq; parte. non fuit tale ſoliū in vniuerſis regnis.

20 Omnia quoque vaſa conuiuii Regis erant aurea: & vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſſimo. argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.

21 Siquidē naues Regis ibāt in Tharſis cum ſeruis Hiram, ſemel in annis tribus: & deferebant inde aurū & argentum, & ebur, & ſimias, & pauos.

22 Magnificatus eſt igitur Salomon ſuper omnes Reges terræ præ diuitiis & gloria.

23 Omnéſque Reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent ſapientiam quam dederat Deus in corde eius. F

24 Et deferebant ei munera, vaſa argentea & aurea, & veſtes, & arma, & aromata, equos & mulos, per ſingulos annos.

25 ¶Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis: & curruum, equitúmque duodecim millia: conſtituitque eos in vrbibus quadrigarū, & vbi erat Rex, in Ieruſalē. 3.Reg.4.c.26

26 Exercuit etiā poteſtatē ſuper cunctos Reges, à flumine Euphrate vſq; ad terram Philiſthinorum, & vſque ad terminos AEgypti.

27 Tantámque copiā præbuit argenti in Ieruſalē quaſi lapidū: & cedrorum tantā multitudinē velut ſycomororū quę gignuntur in campeſtribus. G

28 Adducebantur autē ei equi de AEgypto, cunctiſque regionibus.

29 Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouiſſimorū ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in viſione quoque Addo Videntis cōtra Ieroboam filium Nabat.

Præter id quod, &c. מלבד אשר־הביאה אל־המלך Doctus inter Hebræos, nonnullis ſubauditis ex Libro Regum, exponit, præter id quod rex Selomóh dederat vice eius quod attulerat Regina Saba ad Regē. 15 Inſumebantur in ſcutum vnum. יעלה על־הצנה האחת: Ad verbū, aſcendit ſuper ſcutum vnū. Fut. Heb pro præt. perf. quod per imperf. vertitur. Hebraiſmus, inſumebatur in ſingula ſcuta. Vide 1. Reg. 10. c. 16. 16 Trecenti *numi* aurei שלש מאות זהב יעלה In Libro Regum dicitur, tres minæ inſumebantur in ſingulos clypeos: hîc verò trecenti numi aurei. Illic libra ſeu mina capitur pro centū aureis: ſiue centum aurei valēt libram vnā. Nam & ipſe Chaldæus paraph. vertit librim. i. libram. 18 Baſis quoque וכבש Propriè hæc dictio ſignificat baſim quandam accliuem qua res ſuperpoſita fit ſublimior. Tenentia: מאחזים Iſtud refertur & ad gradus & ad baſim: acſi dicat, quæ omnia adhærebant ipſi throno ſiue ſolio. In loco ſeſſionis, על־מקום השבת iuxta locū ſedis. i. adiuncta ſedi ipſius throni, quibus innitebātur brachia ſedētis. 20 Aurea: זהב Sub. היו erāt. 23 Quærebāt faciē שSel. מבקשים את־פני שלמה Hebraiſmus, inuiſebāt Salomonē. vel, magno deſiderio tenebantur inuiſendi eū. 24 Annuatim. דבר־שנה בשנה: Ad verbū, rem anni in anno ſuo. Hebraiſmus, pro ſingulis annis 25 Quatuor millia ארבעת אלפים In 1. Reg. 4. d. 26, dicūtur fuiſſe Salomoni quadraginta millia equorū: hîc tantùm quatuor. Verùm illic loquitur de equis qui erant in ſtabulis: hîc tantùm de ſtabulis. Erant quatuor millia ſtabulorū: in ſingulis ſtabulis decē equi. ſi multiplices 4000 per 10, efficietur numerus quadraginta milliū. Equitum: פרשים Sic vocat eos qui agendorū equorum artē norunt. Gallicè, *Les picqueurs du Roy.* 26 Et dominabatur ויהי מושל Ad verbū, Et fuit dominans. 28 Et de cunctis terris. ומכל־הארצות: & ex cæteris regionibus. vel, prouinciis. 29 In verbis על־דברי .i. in libris, vel hiſtoria. Contra Iarobעám על־ירבעם aliquid ſubaudiendum, ſic, qui prophetauit contra Iarobעám. Vide de morte Salomonis, 1. Reg. 11. g. 41.

Regnauit autem Salomon in Ieruſalem ſuper omnẽ Iſrael quadraginta annis. 30

Dormiuitque cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Roboã filius eius pro eo. 31

Cap. X.

3.Reg.12.a.1

PRofectus eſt autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Iſrael conuenerat, vt cõſtitueret eũ Regẽ. 1

Quod quum audiſſet Ieroboam filius Nabat, qui erat in AEgypto, (fugerat quippe illuc ante Salomonem) ſtatim reuerſus eſt. 2

Vocauerũntque eum, & venit cum vniuerſo Iſrael, & loquuti ſunt ad Roboam, dicentes, 3

Pater tuus duriſſimo iugo nos preſſit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis impoſuit grauem ſeruitutem, & populũ de onere ſubleua, vt ſeruiamus tibi. 4

Qui ait, Poſt tres dies reuertimini ad me. Quũmque abiiſſet populus, 5

B Iniit conſilium cũ ſenibus qui ſteterant coram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicens, Qui datis conſilii, vt reſpondeam populo? 6

Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic, & linieris eos verbis clementibus, ſeruient tibi omni tempore. 7

At ille reliquit conſilium ſenum, & cũ iuuenibus tractare cœpit qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. 8

Dixitque ad eos, Quid vobis videtur, vel reſpondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugũ quod impoſuit nobis pater tuus? 9

At illi reſponderunt iuuenes, & nutriti cũ eo in deliciis, atque dixerunt, Sic loqueris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugum noſtrum, tu ſubleua: & ſic reſpondebis ei, Minimus digitus meus groſſior eſt lũbis patris mei. 10

C Pater meus impoſuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponã: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos ſcorpionibus. 11

Venit ergo Ieroboam, & vniuerſus populus ad Roboam die tertio, ſicut præceperat eis. 12

Reſpõditque Rex dura, derelicto conſilio ſeniorum, 13

Loquutúque eſt iuxta iuuenũ voluntatẽ, Pater meus graue vobis impoſuit iugum, quod ego grauius faciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædã vos ſcorpionibus. 14

Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur ſermo eius quem loquutus fuerat per manum Abiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. 15

---

30 Et regnauit שSelomóh in Ieruשſaláim ſuper vniuerſum Iשſraאelem quadraginta annis.

31 Dormiuítq; שSelomóh cum patribus ſuis: & ſepelierũt eum in Ciuitate Dauidis patris ſui, regnauítque Reחhabyám filius eius pro eo.

Cap. X.

1 ABiit autem Reחhabyám in שSéchem: quia in שSéchem conuenerant vniuerſus Iשſraאél vt Regem conſtituerent eum.

2 Fuit verò, quum audiſſet Iarobyám filius Nebát, qui erat in AEgypto, (quò fugerat à facie שSelomóh Regis) ʹtum reuerſus eſt de AEgypto.

3 Miſerũntque & vocauerunt eum. venit itaque Iarobyám, & vniuerſus Iשſraאél, loquutíque ſunt ad Reחhabyám, dicendo,

4 Pater tuus aggrauauit iugum noſtrũ: nunc ergo alleuia de ſeruitute patris tui dura, & de iugo eius graui quod poſuit ſuper nos, & ſeruiemus tibi.

5 Dixítque ad eos, ʹAdhuc tres dies, & reuertimini ad me. Abiit itaque populus.

6 Et conſilium iniit Rex Reחhabyám cum ſenioribus ʹqui ſteterant coram שSelomóh patre ſuo, ipſo viuente, dicendo, Quomodo conſulitis vos vt reſpondeam populo huic verbum?

7 Et loquuti ſunt illi, dicendo, ʹSi fueris in bonum populo huic, ʹ& complacueris eis, loquutúſque fueris ad eos verba bona, erunt tibi ſerui omnibus diebus.

8 Dereliquit autem conſilium ſeniorum quod cõſuluerant ei: & conſilium iniit cũ adoleſcentibus qui adoleuerant cum ipſo, ʹqui ſtabant coram illo.

9 Dixítque ad eos, Quid vos cõſulitis, vt reddamus reſpõſum populo huic, qui loquuti ſunt mihi dicendo, ʹAlleuia de iugoʹ quod poſuit pater tuus ſuper nos?

10 Tunc reſponderunt ei adoleſcentes qui adoleuerant cum eo, dicẽdo, Sic dices populo qui loquuti ſunt tibi, his verbis, Pater tuus aggrauauit iugum noſtrum, tu autem alleuia à nobis: ſic *inquam* dices ad eos, Minimus *digitus* meus craſſior eſt lumbis patris mei.

11 Nunc ergo pater meus onus impoſuit vobis iugum graue, ego autem addam iugo veſtro: pater meus corripuit vos flagellis, ego autem ſcorpionibus.

12 Venit itaque Iarobyám, & vniuerſus populus ad Reחhabyám die tertio, quemadmodum loquutus fuerat Rex, dicendo, Reuertimini ad me die tertio.

13 Reſpondítque eis Rex dura, ʹrelicto conſilio ſeniorum:

14 Loquutus nãque eſt ad eos iuxta cõſilium adoleſcentũ, dicẽdo, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego verò addam ſuper illud: pater meus corripuit vos flagellis, ego verò ſcorpionibus.

15 Et non exaudiuit Rex populum: fuit enim cauſa à Deo vt confirmaret Iehouáh verbũ ſuum quod loquutus fuerat per manum Aחhiáhu שSilonitæ ad Iarobyám filium Nebát.

Roboam conſtituitur Rex.

Populus petit ſibi remitti de tributo indicto à Salomone.

Conſilium ſenũ.

Conſilium iuuenum.

Relicto cõſilio ſeniorũ reſpõdet populo dura, volente Deo.

IN CAPVT XIII.

2 Tũ reuerſus eſt וישב ירבעם Ad verbũ, & reuerſus eſt Iarobyám. Hebræi aliquando ſæpius repetunt antecedens, vt hîc, quod Latini omittũt. Vide 1.Reg.12.a.1. 5 Adhuc tres dies, עוד שלושת ימים ſub. tranſeant. In 1.Reg. legitur, Abite adhuc tres dies. Hebraiſmus, pro, reuertimini ad me die tertio. Atque ita debere exponi apparet ex infrà ſcriptis verbis, verſu 12, vbi eadem ſentẽtia à Rege dicta, aliis verbis ſcribitur, Quemadmodum loquutus fuerat Rex, dicendo, Reuertimini ad me die tertio.

7 Si fueris in bonum pop.h. אם תהיה לטוב להעם הזה Hebraiſmus, pro, ſi fueris benignus, vel comem te præſtiteris populo huic. In primo Regum legitur, Si hodie fueris ſeruus populo huic. Et complacueris eis, ורציתם & proſequaris eos fauore.

8 Qui ſtabant coram illo. העומדים לפניו id eſt, qui illi aſtabant, qui illi erant ab auribus & conſilio.

13 Relicto conſilio ſeniorum. ויעזוב המלך רחבעם את עצת הזקנים: Ad verbum, & dereliquit Rex Reחhabyám conſilium ſenum.

Sciſſio regni Iſrael.

16 Vniuerſus autem Iשſraאél videns quòd nõ exaudiſſet eos Rex, reſponderunt Regi, dicendo, Quæ nobis eſt portio in Dauide? neque hæreditas eſt *nobis* in filio Iשſái.′quiſque in tabernacula tua ô Iשſraאél: nũc vide domum tuam ô Dauid. Abiit itaque vniuerſus Iשſraאél in tabernacula ſua.

17 Super filios autem Iשſraאél qui habitabãt in vrbibus Iehudáh, regnauit Reחhabyám.

Aduram lapidatur.

18 Miſit verò Rex Reחhabyám Hadorám qui erat ſuper tributum, & lapidauerunt eum filii Iשſraאél lapidibus, & mortuus eſt: Rex autem Reחhabyám ″roborauit ſeipſum vt aſcenderet currum, vt fugeret in Ieruשſaláim.

19 Et præuaricati ſunt Iשſraאélitæ contra domum Dauidis vſque ad diem hanc.

Cap. XI.

Roboam contra Ieroboã pugnaturus, à Domino per Semeiã admonetur vt incœpto deſiſtat.

1 V″Enit ergo Reחhabyám in Ieruשſaláim, & congregauit domũ Iehudáh & Biniamín, centum & octoginta millia electorũ ′facientium bellum, vt dimicaret cum Iשſraאéle, ″vt reduceret regnum ad ſe.

2 Fuit autem vebum Iehouæ ad שSemayaiáhu virũ Dei, dicẽdo,

3 Dic ad Reחhabyám filium שSelomóh Regem Iehudáh, & ad vniuerſum Iשſraאélem in Iehudáh & Biniamín, his verbis,

Voluntate Dei diuiſum regnũ Iſrael.

4 Sic dixit Iehouáh, Ne aſcendatis, neque pugnetis cõtra fratres′ veſtros: reuertimini quiſque in domum ſuam: quia à me facta eſt res iſta. Et paruerunt verbo Iehouæ, reuerſique ſunt ne irent contra Iarobyám.

Ciuitates à Roboã ædificatæ.

5 Habitauit ergo Reחhabyám in Ieruשſaláim, & ædificauit vrbes in munitionem ″in Iehudáh.

6 AEdificauit inquam Beth-léחhem, & yEtám, & Thecóay,

7 Et Beth-צſúr, & שSochó, & yAdullám,

8 Et Gáth, & Mareשſáh, & Ziph,

9 Et Adoráim, & Lachíשs, & yAzecáh,

10 Et צSoryáh, & Aialón, & חHebrón, quæ *erant* in Iehudáh & Biniamín, vrbes munitas.

11 Roborauit quoque ′munita, & collocauit in illis duces, ″& cellaria cibi, & oleum, & vinum:

12 Et in ſingulis vrbibus ſcuta & haſtas, roborauítque eas multùm valde: ′& fuit ei Iehudáh & Biniamín.

Roboam imperat ſuper Iudam & Beniamin.

13 Porrò Sacerdotes & Leuitæ′qui *erant* in vniuerſo Iשſraאéle, ′aſtiterunt iuxta eum de cunctis finibus ſuis.

14 Dereliquerãt enim ′Leuitæ ſuburbana ſua, & poſſeſſionẽ ſuam, & abierant in Iehudáh & Ieruשſaláim: quia eiecerat eos Iarobyám & filii eius, ″ne miniſtrarent Iehouæ.

Ieroboam cõſtituit ſacerdotes dæmoniorum.

15 Et conſtituerat ſibi Sacerdotes pro excelſis, ′& dæmoniis, & vitulis quos fecerat.

16 Populus autem vniuerſus Rege duriora dicẽte, ſic loquutus eſt ad eum, Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai. reuertere in tabernacula tua Iſrael, tu autem paſce domum tuam Dauid. Et abiit Iſrael in tabernacula ſua. D

17 Super filios autem Iſrael qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam.

18 Miſitque Rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filii Iſrael, & mortuus eſt: porrò Rex Roboam currum feſtinauit aſcendere, & fugit in Ieruſalem.

19 Receſſitque Iſrael à domo Dauid vſque ad diem hanc.

Cap. XI.

1 VEnit autem Roboam in Ieruſalem, & conuocauit vniuerſam domũ Iuda & Beniamin, centum octoginta millia electorum, atque bellantium, vt dimicaret contra Iſrael, & conuerteret ad ſe regnum ſuum.

2 Factúſque eſt ſermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens, 3.Reg.12.e.22

3 Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad vniuerſum Iſrael qui eſt in Iuda & Beniamin,

4 Hæc dicit Dominus, Nõ aſcẽdetis, neque pugnabitis contra fratres veſtros: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam, quia mea hoc geſtum eſt voluntate. Qui quum audiſſent ſermonem Domini, reuerſi ſunt, nec perrexerunt contra Ieroboam. B

5 Habitauit autem Roboam in Ieruſalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda.

6 Extruxitque Beth-léhem, & Etam, & Thecue,

7 Beth-ſur quoque, & Socho, & Odollam,

8 Necnõ & Geth, & Mareſa, & Ziph:

9 Sed & Aduram, & Lachis, & Azeca.

10 Saraa quoque, & Aialon, & Hebrõ, quæ erant in Iuda & Beniamin, ciuitates munitiſſimas.

11 Quũmque clauſiſſet eas muris, poſuit in eis pincipes, ciborúmque horrea, hoc eſt olei & vini.

12 Sed & in ſingulis vrbibus fecit armamentaria ſcutorum & haſtarum: firmauitque eas ſumma diligentia, & imperauit ſuper Iudam & Beniamin.

13 Sacerdotes autẽ & Leuitæ qui erãt in vniuerſo Iſrael, venerunt ad eum de cunctis ſedibus ſuis, C

14 Relinquentes ſuburbana, & poſſeſſiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudam & Ieruſalem: eo quòd abieciſſet eos Ieroboam, & poſteri eius, ne ſacerdotio Domini fungerentur.

15 Qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum, & dæmoniorum, vitulorúmque quos fecerat. 3.Reg.12.g.31

---

16 Quiſque, &c. איש לואהליך ישראל Duo verba ſubaudienda ſunt vt perficiatur oratio, Quiſque abeat, ô Iſrael, abi in tentoria tua. 18 Roborauit ſeip. vt aſcend. התאמץ לעלות Hebraiſmus, pro, viribus & animo reſumptis aſcendit currum celerem quo vti ſolebant in re vrgenti. vel, aſcendit currum inſignem aliquem.

IN CAPVT XI.

1 Venit ergo, &c. ויבוא וגו׳ Ex 1. Reg. 12. c. 20, huc transferendus eſt verſus, vt cohæreat principium huius capitis, qui ſic habet, Fuit itaque, quum audiſſet vniuerſus Iſrael quòd reuerſus eſſet Iarobעám, miſerunt, ac vocauerunt eum ad congregationem, & Regem conſtituerunt eum ſuper vniuerſum Iſraelem. non fuit poſt domum Dauidis niſi tribus Iehudáh ſola. Venit ergo Reחhabעám, &c. Vt reduceret, &c. להשיב את־הממלכה לרחבעם Ad verbum, vt reduceret regnum ad Reחhabעám. Antecedens pro relatiuo. i. vt conſtitueret ſibi regnum. vel, reuerti faceret ad ſe. 5 In Iehudáh. ביהודה: . i. in portione attributa tribui Iudæ. 11 Munita, את־המצורות munitiones. i. vrbes illas munitas. q. d. poſuit omnia neceſſaria ad munitionem in illis. Et cellaria cibi, ואוצרות מאכל Ad verbũ, & theſauros cibi. i. horrea eſcarum. 12 Et fuit ei Iehudáh, &c. ויהי־לו יהודה ובנימן . i. regnauit ſuper tribum Iuda & Beniamin. 13 Qui *erant* in vniuerſo Iשſr. אשר בכל ישראל . i. qui erant ſparſi per omnes tribus Iſrael. Aſtiterunt iuxta eum התיצבו עליו collegerunt ſe ad eum. 14 Leuitæ הלוים Leuitarum nomine comprehenduntur & Sacerdotes & Leuitæ. quia omnes Sacerdotes erant Leuitæ, non contrà. Ne miniſtrarent Iehouæ. מכהן ליהוה ne Sacerdotis miniſterio fungerentur Iehouæ. 15 Et dæmoniis, ולשעירים Propriè Faunos & Satyros ſignificat: quòd piloſi apparerent ſuis cultoribus. שעיר enim piloſum ſignificat. De his vide Eſa. 34. c. 14.

Sed & de cunctis tribubus Iſrael, quicunque dederant cor ſuum vt quęrerent Dominum Deum Iſrael, venerunt in Ieruſalē ad immolandū victimas ſuas corā Dño Deo Patrū ſuorū. 16

Et roborauerunt regnum Iuda: & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis, annis tantùm tribus. 17

Duxit autem Roboam vxorē Ma- 18
D halath filiam Ierimoth filii Dauid: Abiháil quoque filiam Eliab filii Iſai.

Quæ peperit ei filios, Ieus & Somoriam, & Zoom. 19

Poſt hanc quoque accepit Maacha filiam Abſalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. 20

Amauit autem Roboam Maacha filiam Abſalom ſuper omnes vxores ſuas, & cuncubinas. nam vxores decē & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta: & genuit vigintiocto filios, & ſexaginta filias. 21

Conſtituit verò in capite Abiam filium Maacha ducem ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim Regem facere cogitabat. 22

Quia ſapiētior fuit, & potentior ſuper omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis: præbuitque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores. 23

Ca. XII.

QVúmque roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, dereliquit Legem Domini, & omnis Iſrael cum eo. 1

Anno autē quinto regni Roboam, aſcendit Seſac Rex AEgypti in Ieruſalem (quia peccauerant Domino.) 2

Cum mille ducentis curribus, & ſexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex AEgypto, Libyes ſcilicet & Troglodytæ, & AEthiopes. 3

Cepitque ciuitates munitiſſimas in Iuda, & venit vſque in Ieruſalem. 4

Semeias autem Propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ieruſalem, fugientes Seſac. dixitque ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. 5

Conſternatique principes Iſrael, & Rex, dixerunt, Iuſtus eſt Dominus. 6

Quúmque vidiſſet Dominus quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos: daboque eis pauxillum auxilii, & non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manum Seſac. 7

Veruntamen ſeruient ei: vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meę & ſeruitutis regni terrarum. 8

Receſſit itaq; Seſac Rex AEgypti ab Ieruſalem, ſublatis theſauris do- 9

16 'Et poſt eos, de cunctis tribubus Iשſraאelis 'qui dederāt cor ſuū ad quærendum Iehouam Deum Iשſraאelis, venerunt in Ieruשſaláim ad immolandum Iehouæ Deo Patrum ſuorum.

Quærere Domīnum.

17 'Roborauerunt itaque regnum Iehudáh, & confirmauerunt Reחhabyám filium שSelomóh annis tribus: ambulauerunt enim in via Dauidis & שSelomóh annis tribus.

18 Accepit autem ſibi Reחhabyám vxorem Maחaláth filiam Ierimóth filii Dauidis, & Abiחháil filiam אEliáb filii Iשſái.

Vxores aliquot Roboam.

19 Quæ peperit ei filios: Ieιyúשs, & שSemariáh, & Zahám.

20 Et poſt illam accepit Mayacháh filiam Abשſalóm: quæ peperit ei Abiiáh, & yAtthái, & Zizá, & שSelomíth.

21 Amauit autem Reחhabyám Mayacháh filiam Abשſalóm præ omnibus vxoribus ſuis & cōcubinis ſuis. vxores enim octodecim acceperat, & concubinas ſexaginta: & genuit vigintiocto filios, & ſexaginta filias.

Vxores Roboā XVIII. & concubinæ LX.

22 Conſtituit autē in ducem, Reחhabyám Abiiáh filiū Mayácháh, in ducē *inquam* inter fratres ſuos: quia *optabat* cōſtituere eum Regem.

23 'Et docuit *eum*: diſperſit autem de omnibus *reliquis* filiis ſuis in cunctas terras Iehudáh & Biniamín: in cunctis vrbibus munitis: & dedit eis eſcas copioſé: "& petiuit multitudinem vxorum.

Cap. XII.

1 FVit autē 'quum cōfirmaſſet regnum Reחhabyám, ac roboraſſet illud, dereliquit Legem Iehouæ, omníſque Iשſraאél cum eo.

Tradit Domin' Iudā in manus Seſac, quòd eum dereliquiſſet.

2 Fuit itaque, anno quinto ipſius regis Reחhabyám, aſcendit שSiשſác Rex AEgypti contra Ieruשſaláim (præuaricati enim fuerant in Iehoua)

3 Cum mille & ducētis curribus, & ſexaginta millibus equitum: nec erat numerus populi qui venerant cum eo ex AEgypto, Lubím, סSucchiím, & Chuשſím.

4 Cepit autē vrbes munitas quæ erant in Iehudáh, & venit vſque ad Ieruשſaláim.

5 Tūc שSemayaiáh Propheta venit ad Reחhabyám & ad principes Iehudáh qui cōgregati erant in Ieruשſaláim propter שSiשſác, & dixit ad eos, Sic dixit Iehouáh, Vos dereliquiſtis me, & ego etiam dereliqui vos in manu שSiשſác.

Semeias cōmonefacit populum peccati.

6 Humiliauerunt autē ſe principes Iשſraאelis & Rex, ac dixerunt, 'Iuſtus *eſt* Iehouáh.

Humiliatio populi auertit iram Dei.

7 Quúmque vidiſſet Iehouáh quòd humiliaſſent ſeſe, 'fuit verbū eius ad שSemayaiáh his verbis, 'Humiliati ſunt, non diſperdam eos, ſed dabo illis 'breui euaſionē, neque 'ſtillabit furor meus contra Ieruשſaláim per manum שSiשſác.

8 Erūt tamen ei ſerui: 'vt ſciant ſeruitutem meam & ſeruitutem regnorum terrarum.

Quare Iſrael ſeruierit Seſac regi.

9 Aſcendit ergo שSiשſác Rex AEgypti cōtra Ieruשſaláim, tulítq;

Seſac diripit domum Dei.

---

16 Et poſt eos, ואחריהם .i. poſt Sacerdotes & Leuitas. hoc eſt, ſequuti ſunt eos. Qui dederant cor ſuum, &c. הנותנים את־לבבם וגו' Hebraiſmus, qui tenebantur religione veri Dei. vel, qui timebant Iehouam. 17 Roborauerunt itaque, &c. ויחזקו את־מלכות וגו' q.d. hac ratione factum eſt vt regnum Roboam ſtaret firmum tribus annis. 23 Et docuit *eum*: diſperſit autem ויבן ויפרץ מכל־בניו & curauit eum docendum: & diſtribuit, &c. inſtituendū curauit eum: reliquos autē filios ſuos diſtribuit per omnes prouincias Iudæ & Beniamin. Et petiuit וישאל .i. habuit plures vxores. vel, ſtuduit ei rei vt plurimas vxores haberet.

IN CAPVT XII.

1 Quum confirmaſſet כהכין ſub. Dominus. 6 Iuſtus *eſt* Iehouáh. צדיק יהוה: q.d. iuſtè punimur propter peccata noſtra.
7 Fuit verbū eius, &c. היה דבר יהוה וגו' Ad verbū, Fuit verbū Iehouæ ad Semayaiáh, dicēdo. Antecedēs Heb. loco relatiui. Hebraiſmus, Iehóua loquutus eſt ad Samaiam, his verbis. Humiliati ſunt, נכנעו .i. agnouerunt peccata ſua. reſipuerunt. Breui euaſionem, כמעט לפליטה breui liberationem. ſub. quandam. i. breui liberabo eos ab ea afflictione. Ad verbum, ſecundum breue [ſub. tempus] euaſionē. Dictio כמעט in eadē ſignificatione legitur & Pſal. 2. c. 12. Stillabit תתך effundetur. i. non diu durabit. vel, & non *ultrà* effundetur.
8 Vt ſciant ſeruitutem meam, &c. וידעו עבודתי ועבודת ממלכות .i. vt experimento diſcant quanta ſit differentia inter ſeruitutem meam & Regum aliarum nationum.

thesauros domus Iehouæ,& thesauros domus regiæ,omnia tulit: tulit & clypeos aureos quos fecerat Rex שSelomóh.

10 Et fecit Rex Renhabyám loco eorum,clypeos æneos, & commisit *eos* manui principũ 'cursorum,qui custodiebant vestibulum domus regiæ.

11 Erat autem,ex quo ibat Rex in domum Iehouæ,veniebant cursores illi,&gestabant eos,postea referebant eosdem in thalamum cursorum.

12 Quum autem humiliasset se,auersa est ab eo ira Iehouæ,'vt nõ disperderet *eum* prorsus:& etiam'in Iehudáh fuerunt res bonæ.

13 'Corroboratus est itaque Rex Renhabyám in Ieruשsaláim,'& regnauit: quia quadraginta & vnius anni erat Renhabyám quũ regnare cœpit,'& septemdecim annis regnauit in Ieruשsaláim vrbe quam elegit Iehouáh vt poneret nomen suum ibi ex omnibus vrbibus tribuum Iשsraאelis:nomen autem matris eius erat Nayamáh yAmmonitis.

Cor non quæręs Deum.

14 Fecit autem malum illud, quòd non præparauit cor suum ad quærendum Iehouam.

15 Verba autem Renhabyám priora & posteriora, annon scripta sunt″in sermonibus שSemayaiáh Prophetæ, & yIddó Videntis, 'dum recẽsent seriem generationum? ″& *fuerunt* bella Renhabyám & Iarobyám omnibus diebus.

Moritur Roboã, cui succedit Abia.

16 Dormiuit itaque Renhabyám cum patribus suis,& sepultus est in Ciuitate Dauidis:regnauítque Abiiáh filius eius pro eo.

Cap. XIII.

Abia pugnat cõtra Ieroboam.

1 ANno decimooctauo'Regis Iarobyám,regnauit Abiiáh'super Iehudáh.

2 Tribus annis regnauit″in Ieruשsaláim : (nomen autẽ matris eius Michaiáhu filia אוVriאél de Gibyáh) & bellũ fuit inter Abiiáh & Iarobyám.

3 ″Instruxit itaque Abiiáh aciem illam cum exercitu potẽtium *in* bello,*nempe* quadringẽtis millibus virorum electorum: Iarobyám verò instruxit ' cum eo aciem cum octingentis millibus virorum electorum'potentium viribus.

Abia dehortatur exercitum Ieroboam à bello cõtra se,qui Deum ducem haberet quẽ abiecissent.

4 Surrexit autem Abiiáh″è monte xSemaráim, qui erat in monte אEphráim,& dixit,Audite me Iarobyám & omnis Iשsraאél,

5 'Nónne vestra intererat scire quòd Iehouáh Deus Iשsraאelis dedit regnum Dauidi super Iשsraאelem in seculum, illi & filiis eius, ″pacto salis?

mus Domini, & domus Regis, omniâque secum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomon,

Pro quibus fecit Rex æneos,& tradidit illos principibus scutariorum qui custodiebant vestibulum palatii. C

Quũmque introiret Rex domum Domini, veniebant scutarii, & tollebant eos : iterúmque referebant eos ad armamentarium suum.

Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini,nec deleti sunt penitus: siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona.

3.Reg.14.c.a

|Confortatus est ergo Rex Roboã in Ierusalem,atque regnauit: quadraginta autem& vnius anni erat quũ regnare cœpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalẽ vrbe quã elegit Dominus vt confirmaret nomẽ suum ibi de cunctis tribubus Israel: nomen autẽ matris eius Naama Ammanitis. D

Fecit autẽ malum,& nõ pręparauit cor suum vt quæreret Dominum.

Opera verò Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ Prophetæ,& Addo Videntis,& diligẽter exposita: pugnauerúntque aduersum se Roboam & Ieroboam cũctis diebus.

Et dormiuit Roboam cum patribus suis : sepultúsque est in Ciuitate Dauid: & regnauit Abia filius eius pro eo.

Cap.XIII.

ANno octauodecimo Regis Ieroboam, regnauit Abia supęr Iudam.

Tribus annis regnauit in Ierusalẽ: (noménque matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa) & erat bellum inter Abiam & Ieroboam.

3.Reg.15.a.7

|Quũmque iniisset Abía certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadringenta mil lia: Ieroboam instruxit econtra aciem octingenta millia virorum, qui & ipsi electi erant,& ad bella fortissimi.

Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim , & ait, Audi Ieroboam & omnis Israel.

Num ignoratis quòd Dñs Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum,ipsi & filiis eius in pactum salis?

---

10 Cursorum, הרצים Hîc loquitur de cursoribus qui erant à corpore Regis,quòd pedibus sequerentur Regem,sic dictis.

12 Vt non disperderet *eum* prorsus: ולא להשחית לכלה Ad verbum,& non ad perdendum ad cõsumptionem. Subaudiendum Fuit,sic, & nõ *fuit* ad disperdendum,sub.Ieroboam & nos, & ad consumptionẽ.q.d.ira Domini non fuit vt perderet & consumeret illum populum,sed vt conuerteret illum ad se per illam castigationem. In Iehudáh fuerunt res bonæ. : ביהודה היה דברים טובים Hebraismus: Res bonas vocat fœlices & prosperas.q.d.res quoque Iehudáh bene se habuerũt.Istud pendet ab eo quod præcessit, Auersa est ab eo ira Iehouæ. Quidã referunt ad homines,acsi dicat, siquidẽ Iehudáh fuerũt gesta bona.Sed prior opinio melior. 13 Corroboratus est itaque ויתחזק post illã plagã scilicet. Et regnauit: וימלך q.d.non fuit destitutus regno. Et septemdecim annis reg. ושבע עשרה שנה מלך Ergo duodecim annis regnauit post illam calamitatem. 15 In sermonibus בדברי Sic vocat historiam. Dum recensent seriem gene. להתיחש dum generationum series recensetur. vel,texitur. Et *fuerunt* bella ומלחמות Subaudiunt Hebræi היו fuerunt, id est perseuerarunt bella inter ambos quandiu vixerunt.

IN CAPVT XIII.

1 Regis למלך pro regni,positum est. Super Iehudáh. :על־יהודה Duas tribus intelligit,Iudã& Beniamin. 2 In Ieruשsaláim: בירושלם .i.super duas tribus, quarum sedes erat Ierusalem. 3 Instruxit itaque,&c. ויאסור וגו' .i.aciem illam quã congregauerat vt resisteret ipsi Ieroboam,instruxit,siue ordinauit cum exercitu militum strenuorum & bellicosorum, constantem quadringentis millibus virorum electorũ. Hîc non comprehendit impedimenta : nam de electis tantùm loquitur. Cum eo עמו .i.aduersus eum. Potentium viribus. :גבור חיל Robustissimos & bellicosissimos intelligit. 4 E mõte,&c. מעל להר וגו' .i.è cacumine mõtis Semaráim.q.d.ascẽdit in fastigium montis Semaráim,qui est vnum ex iugis Ephraim, & inde habuit orationem plenam pietatis & artis. 5 Pacto salis? :בריה מלח in fœdus salis, id est fœdere firmo & inuiolabili,quòd sal arceat corruptionem: aut quòd sal soleat adhiberi sacrificiis. q.d.fœdere percusso,adhibitis cæremoniis fieri solitis in percutiendo fœdere. Apud Hebræos non feriebatur fœdus sine sale,quòd apud illos,vt nec apud alias nationes, nulla fœdera pangerentur sine sacrificiis in quibus semper adhibebatur sal. Dicit itaque Abiiáh, Pater meus à Deo accepit regnum iure hæreditario quod perpetuò durare debet,nec tibi illud vsurpare licet. Vide eandem loquutionem & Nume.18.c.19.

3.Reg.11.e.26

Et ſurrexit Ieroboam filius Nabat ſeruus Salomonis filii Dauid: ‖ & rebellauit contra dominum ſuum. 6

Congregatique ſunt ad eũ viri vaniſſimi, & filii belial: & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porrò Roboã erat rudis, & corde pauido, nec potuit reſiſtere eis. 7

B Nũc ergo vos dicitis quòd reſiſtere poſſitis regno Domini, quod poſſidet per filios Dauid: habetiſq; grandẽ populi multitudinẽ, atq; vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in deos. 8

3.Reg.12.g.31

‖ Et eieciſtis Sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas: & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut omnes populi terrarũ: quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorũ qui non ſunt dii. 9

Noſter autem Dominus Deus eſt, quem non relinquimus: ſacerdotéſq; miniſtrant Domino de filiis Aaron: & Leuitæ ſunt in ordine ſuo: 10

Holocauſta quoque offerũt Domino per ſingulos dies mane & veſpere: & thymiama iuxta Legis præcepta confectum, & proponuntur panes in C menſa mundiſſima, éſtque apud nos candelabrũ aureũ, & lucernæ eius, vt accendantur ſemper ad veſperã: nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri, quem vos reliquiſtis. 11

Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & reſonant contra vos: filii Iſrael nolite pugnare contra Dominũ Deum Patrum veſtrorum: quia non vobis expedit. 12

Hæc illo loquẽte, Ieroboam retro moliebatur inſidias. quúmque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam ſuo ambiebat exercitu. 13

Reſpiciénſque Iudas, vidit inſtare bellum exaduerſo & poſt tergum, & clamauit ad Dominum, ac Sacerdotes tubis canere cœperunt. 14

Omnéſque viri Iuda vociferati ſũt: & ecce, illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnẽ Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia & Iuda. 15

D Fugerúntque filii Iſrael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. 16

Percuſſit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Iſrael, quingenta millia virorum fortium. 17

Humiliatique ſunt filii Iſrael in tẽpore illo: & vehementiſſimè confortati filii Iuda, eo quòd ſperaſſent in Domino Deo Patrum ſuorum. 18

Perſequutus eſt autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius: & Ieſana cũ filiabus ſuis: Ephron quoque & filias eius. 19

6 Surrexit autẽ Iarobyám filius Nebát ſeruus שSelomóh filii Dauidis, & rebellauit contra dominum ſuum:

7 Congregatíque ſunt ad eum viri′vacui,′filii impii,′& corroborauerunt ſe cõtra Renhabyám filium שSelomóh: Renhabyám autem erat′puer & tener corde,′& non roborauit ſe ante eos.

8 Nunc verò vos′ſtatuitis roborare vos coram regno Iehouæ, *quod eſt* in manu filiorum Dauidis: eſtis autem multitudo magna, ac vobiſcum ſunt vituli aurei quos fecit vobis Iarobyám prodiis.

9 Nónne′eieciſtis Sacerdotes Iehouæ filios Aharón, & Leuitas, & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut populi′terrarũ? quicunque venerit′vt impleat manum ſuam iuuenco filio bouis, & arietibus ſeptem, erit ſacerdos iis qui non ſunt dii.

10 ′Nos verò *ſumus* Iehouæ Dei noſtri, neque dereliquimus eum, Sacerdotéſque miniſtrant Iehouæ, filii Aharón, & Leuitæ ſunt in opere:

11 Adoléntque Iehouæ holocauſta′ſingulis matutinis & in ſingulis veſperis: & ſuffimentum aromaticum, & diſpoſitio panis *eſt* ſuper menſam mundam, & candelabrum aureum & lucernæ eius, vt ardeant ſingulis veſperis:′cuſtodimus enim nos cuſtodiam Iehouæ Dei noſtri, & vos dereliquiſtis eum.

12 Et certè nobiſcum′pro duce′Deus ille, & Sacerdotes eius, & tubæ clangoris,′vt inſonent contra vos. Filii Iשſraאelis, ne pugnetis cum Iehoua Deo Patrum veſtrorum: quia *id* non proſperè cedet *uobis*.

13 Iarobyám autem circuire fecit inſidias, vt veniret à tergo ipſorum:′& fuerũt ante ipſum Iehudáh, & inſidiæ illæ à tergo eorum.

14 Aſpexerunt autem *filii* Iehudáh, & ecce, illis *immunebat* bellum antè & retro, tunc clamauerunt ad Iehouam, & Sacerdotes clangebant tubis.

15 ′Vociferati ſunt autem viri Iehudáh: & factum eſt quum vociferarétur viri Iehudáh, Deus percuſſit Iarobyám & vniuerſum Iשſraאelem ante Abiiáh & Iehudáh.

16 Fugerunt itaque filii Iשſraאelis à facie Iehudáh, ac tradidit eos Deus in manum eorum.

17 ′Et percuſſerunt eos Abiiáh & populus, eius plaga magna: ceciderúntque vulnerati ex Iשſraאele, quingenta millia virorum electorum.

18 Humiliati ſunt igitur filii Iשſraאelis tempore illo, & corroborati ſunt filii Iehudáh, quia innixi ſunt Iehouæ Deo Patrũ ſuorũ.

19 Et perſequutus eſt Abiiáh Iarobyám, & cepit ab eo ciuitates *aliquot*, Beth-אél & villas eius, & Ieשſanáh & villas eius, & אEphrón & villas eius.

Sacerdotes Ieroboam, quales.

Orantibus militibus Abiæ, De⁹ percutit exercitum Ieroboam.

Abia ſperans in Domino, victor euadit.

---

7 Vacui, רקים vani.i.nihili & inutiles. Idem ſignificat & רקא Chaldaicè, cuius mentio eſt Matth.5.d.22. Filii impii, בני בליעל filii Beliiáyal. Vide Deut.13.b.13. Et corroborauerunt ſe contra Re. ויתאמצו על־רחבעם Hebraiſmus, totis viribus reſtiterunt ipſi Roboam. Puer & tener corde, נער ורך־לבב .i.imbellis, & mollis, ſiue imbecillo animo. Erat iuuenis animo, nõ ætate, quia vnum & quadraginta annos natus erat quum regnare cœpit. De teneritudine cordis ſic Leuit.26.f.36, Inducam teneritudinem cordis in cor eorum in terris inimicorum ſuorum, & perſequetur eos ſonus folii impulſi. Et non roborauit ſe ante eos. : ולא התחזק לפניהם Hebraiſmus, non reſtitit illis forti atque audenti animo. 8 Statuitis אומרים Ad verbum, dicitis. Hebraiſmus, ſtatuitis magno animo reſiſtere regno Iehouæ.

9 Eieciſtis הרחתם expuliſtis. ſub. patria. Terrarum? הארצות .i.aliorum regnorum, ſiue alienarum nationum quæ colunt deos alienos. Vt impleat למלא .i.vt conſecret. 10 Nos verò, &c. ואנחנו וגו׳ Ad verbũ, Et nos, Iehouáh Deus noſter. Hebraiſmus, pro, Iehouáh autem eſt Deus noſter, ſiue eſt Deus nobis. 11 Singulis matutinis & ſing. veſp. בבוקר־בבוקר ובערב בערב Ad verbum, in mane, in mane, & in veſpera, in veſpera. Cuſtodimus enim, &c. כי־שומרים וגו׳ obſeruamus enim obſeruãtiam Iehouæ i.ſeruamus cæremonias eius.

12 Pro duce בראש Ad verbum, in caput. vel, in capite. Deus ille, האלהים q.d. Deus ille verus eſt nobis pro duce, & pro ſummo noſtro bono: vel, præcipuum locum apud nos obtinet, deinde Sacerdotes eius. Vt inſonent להריע vt iubilent. vt clangant. i.clangore ſuo pugnam in vos accendant. 13 Et fuerunt ויהיו ſub. turmæ Ieroboam quæ erant in ea acie, erant illi à fronte.

15 Vociferati ſunt autem ויריעו ſub. initio pugnæ & ſub conflictum. De more antiquorum fiebat ad terrendum hoſtes.

17 Et percuſſerunt, &c. ויכו בהם וגו׳ Ad verbum, Et ceciderunt in eis Abiiáh & populus eius cædem magnam.

aaaa.iii.

Ieroboam occiſus à Deo.

'Neque retinuit robur *ullum* Iarobyám vltrà in diebus Abiiáh: percuſſitque eum Iehouáh,& mortuus eſt. 20

Abiæ vxores XIIII.

'Corroboratus autem Abiiáhu, accepit ſibi vxores quatuordecim,genuítque vigintiduos filios,& ſedecim filias. 21

Reliquum verò geſtorum Abiiáh,'& viarum eius,& verborum eius,ſcripta ſunt'in libro Prophetæ yIddó. 22

Cap. XIIII.

Moritur Abia: cui ſuccedit Aſa.

1 DOrmiuit autē Abiiáh cum patribus ſuis, ac ſepelierunt eum in Ciuitate Dauidis:regnauit autem Aɔſá filius eius pro eo: in diebus eius requieuit terra decem annis.

2 Et fecit Aɔſá *quod* 'bonum & rectū eſt in oculis Iehouæ Dei ſui.

Aſa ſubuertit excelſa,præcipiēs Iudæ vt quæreret Dominum.

3 Abſtulit nanque altaria 'alieni,& excelſa, confregítque ſtatuas, ac ſuccidit lucos:

4 'Iuſſítque ipſi Iehudáh vt requirerēt Iehouam Deum Patrum ſuorum,& facerent Legem& præceptum.

5 Abſtulit inquā de cunctis vrbibus Iehudáh excelſa, & ſimulachra:'& quieuit regnum coram eo.

6 AEdificauit præterea vrbes munitas in Iehudáh: quòd'quieſceret terra,nec eſſet contra eum bellum annis iſtis: dederat nanque illi requiem Iehouáh.

Pax quærētibus Deum.

7 Dixerat autē ad Iehudáh, AEdificemus ciuitates iſtas,& circunducamus muros & turres,portas, & vectes,'adhuc *exiſtente* terra noſtra coram nobis:quia requiſiuimus Iehouā Deum noſtrum , requiſiuimus *inquam* , & requieſcere fecit nos per circuitum. AEdificauerunt ergo,& proſperè ceſſit *eis.*

Exercitus Aſa.

8 Fuit autem ipſi Aɔſá exercitus'portans ſcutum & haſtam de Iehudáh,trecentorū millium: & de Biniamín portātium clypeum, &tendentium,arcum ducenta & octoginta millia.omnes iſti,'viri robuſti.

Zara Rex AEthiopum inuadit Aſa.

9 'Egreſſus eſt autem contra eos Zéranh ille'AEthiops cum exercitu mille milliū,& curribus trecētis,& venit vſque ad Marewſáh.

10 Egreſſus eſt autem Aɔſá contra eum, & inſtruxerunt bellum in valle xSephatháh iuxta Marewſáh.

Oratio Aſa plena fiduciæ.

11 Tum clamauit Aɔſá ad Iehouam Deum ſuum,aítque, O Iehoua,'non *eſt* apud te *differentia* vt auxilieris,inter magnum *&* eum cui non *eſt* fortitudo:adiuua nos,ô Iehoua Deus noſter:tibi enim innitimur,& in nomine tuo venimus cōtra multitudinem iſtam:ô Iehoua,'Deus noſter tu *es*: ne præualeat aduerſum te'homo.

Domino præliante vincit AEthiopes.

12 Percuſſit ergo Iehouáh AEthiopes coram Aɔſá & coram Iehudáh, & fugerunt AEthiopes.

13 Quos perſequutus eſt Aɔſá & populus qui erat cum eo,vſque in

20 Nec valuit vltrà reſiſtere Ieroboam in diebus Abia: quem percuſſit Dominus,& mortuus eſt.

21 Igitur Abia,cōfortato imperio ſuo, accepit vxores quatuordecim: procreauitque vigintiduos filios , & ſedecim filias.

22 Reliqua autem ſermonum Abia, viarúmque & operum eius, ſcripta ſunt diligentiſſimè in libro Addo Prophetæ.

Cap. XIIII.

3.Reg.15.b.8

1 DOrmiuit autem Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Aſa filius eius pro eo,in cuius diebus quieuit terra annis decem.

2 Fecit autem Aſa quòd bonū & placitū erat in cōſpectu Domini Dei ſui:

3 Et ſubuertit altaria peregrini cultus,& excelſa,& confregit ſtatuas,lucóſque ſuccidit.

4 Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deum Patrum ſuorum, & faceret Legem,& vniuerſa mandata.

5 Et abſtulit de cunctis vrbibus Iuda aras & fana, & regnauit in pace.

6 AEdificauit quoque vrbes munitas in Iuda,quia quietus erat, & nulla tēporibus eius bella ſurrexerant,pacem Domino largiente.

B

7 Dixit autem Iudæ, AEdificemus ciuitates iſtas,& vallemus muris,& roboremus turribus,& portis,& ſerris: donec à bellis quieta ſunt omnia , eo quòd quæſierimus Dominum Deum Patrum noſtrorum , & dederit nobis pacem per gyrum. AEdificauerūt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit.

8 Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantium ſcuta & haſtas , de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò ſcutariorum & ſagittariorum , ducenta octoginta millia : omnes iſti,viri fortiſſimi.

C

9 Egreſſus eſt autem contra eos Zara AEthiops cum exercitu ſuo decies centena millia,& curribus trecentis, & venit vſque Mareſa.

10 Porrò Aſa perrexit obuiā ei , & inſtruxit aciem ad bellum in valle Sephata,quæ eſt iuxta Mareſa.

1.Reg.14.a.6

11 Et inuocauit Dominum Deum,& ait, Domine , non eſt apud te vlla diſtantia: vtrum in paucis auxilieris,an in pluribus: adiuua nos Domine De⁹ noſter : in te enim , & in tuo nomine habētes fiduciā venimus cōtra hanc multitudinem. Domine,Deus noſter tu es,nō præualeat contra te homo.

D

12 Exterruit itaq; Dominus AEthiopes coram Aſa & Iuda : fugerúntque AEthiopes.

13 Et perſequutus eſt eos Aſa & populus qui cum eo erat, vſque Gerara: &

---

20 Neque retinuit robur ולא־עצר כוח .i.vires Ieroboam ita ſunt labefactatæ, vt nunquam eas recuperarit quandiu Abdias regnauit.

21 Corroboratus autem ויתחזק .i.Confirmato imperio,ſiue regno. 22 Et viarum eius, ודרכיו .i.& morū eius,ſiue inſtituti eius viuendi.q.d.res & dicta. In libro במדרש A דרש inquiſiuit.interrogauit.percontatus eſt.Sic dicitur liber,quòd in illo digerantur inquirenda.Aliquando & ספר & מדרש coniunguntur, vt infrà cap.24.d.27, Scripta ſunt in volumine libri Regum.i.in libro in quo digerūtur geſta Regum,quæ inquirens ibidem potes inuenire.

IN CAPVT XIIII.

2 Bonum & rectum eſt in oculis Ieh. הטוב והישר בעיני יהוה Hebraiſmus,fecit quod placebat & gratum erat Domino.

3 Alieni, הנכר .i.deorum alienorum. 4 Iuſſitque ויאמר Ad verbum,Et dixit.Sed hîc pro imperare ac iubere accipitur.

5 Et quieuit regnum coram eo. ותשקט הממלכה לפניו: Hebraiſmus,eo regnante vixerūt pacificè: quia impietatem & idola deſtruxit.

7 Adhuc *exiſtente* terra noſtra corā nobis: עודנו הארץ לפנינו Ad verbū,ſubaudito ב,dum adhuc ea *eſt*,*nempe* terra corā nobis.i.in poteſtate noſtra .i.dū adhuc imperamus regioni huic,ſiue dum adhuc imperiū huius regionis eſt penes nos. 8 Portans ſcutū,&c. נושא צנה וגו' .i. exercitus munitus atq; inſtruct⁹ clypeis & haſtis. Viri robuſti. גבורי חיל: Ad verbū,viri virtutis,vel roboris.i.milites ſtrenui &bellicoſiſſimi.

9 Egreſſus eſt autem ויצא ſub.de patria ſua. AEthiops הכושי .i.Rex AEgypti. 11 Non *eſt* apud te,&c. אין־עמך לעזור בין וגו' Magnum vocat fortem.Hebraiſmus,pro,ſine vlla differentia ferre ſoles opē potenti & infirmo:& is cui tuleris opem,tandem vincet.q.d.ſumus multo inferiores numero:ſed tua opera freti ſuperabimus. Deus noſter tu *es*: אלהינו אתה q.d.illi fidunt viribus humanis,nos autem auxilio Diuino:proinde faue nobis. Homo. אנוש: mortalis.infirmus.

ruerunt AEthiopes vſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt, & exercitu illius præliante: tulerunt ergo ſpolia multa.

14 Et percuſſerſit ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe cũctos terror inuaſerat: & diripuerunt vrbes, & multam prædam aſportauerunt.

15 Sed & caulas ouium deſtruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum: reuerſique ſunt in Ieruſalem.

Cap. XV.

1 AZarias autem filius Oded, facto in ſe Spiritu Dei,

2 Egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei, Audite me Aſa, & omnis Iuda & Bẽiamin, Dominus vobiſcũ, quia fuiſtis cum eo: ſi quæſieritis eũ, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

3 Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſque Sacerdote doctore, & abſque Lege.

4 Quúmque reuerſi fuerint in anguſtia ſua, ad Dominum Deum Iſrael, & quæſierint eum, reperient eum.

5 In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.

6 Pugnabit enim gens cõtra gentẽ, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia.

B

7 Vos ergo confortamini, & nõ diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

8 Quod quũ audiſſet Aſa, verba ſcilicet & prophetiã Azariæ filii Oded prophetę, confortatus eſt, & abſtulit idola de omni terra Iuda, & de Bẽiamin, & ex vrbibus quas ceperat, montis Ephráim: & dedicauit altare Domini quod erat ante porticũ Domini.

9 Congregauitque vniuerſum Iudã & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephráim, & de Manaſſe, & de Simeõ: plures enim ad eum confugerant ex Iſrael, vidẽtes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo,

10 Quúmque veniſſent in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſa:

11 Immolauerũt Domino in die illa de manubiis & præda quam adduxerant, boues ſeptingentos, & arietes ſeptem millia.

12 Et intrauit ex more ad corroborãdum fœdus, vt quærerẽt Dominum Deum Patrum ſuorum in toto corde, & in tota anima ſua.

13 Siquis autem, inquit, nõ quæſierit

Gerár: & ceciderunt 'ex AEthiopibus 'vt nõ eſſet eis vita: quia 'cõtriti ſunt coram Iehoua & coram exercitu eius: tulerúntque ſpolia multa valde.

14 Percuſſerunt præterea omnes ciuitates quæ erãt in circuitu Gerár: quia 'pauor Iehouæ *erat* ſuper eos: deprædatíque ſunt omnes vrbes, quia præda multa erat in eis.

15 Quinetiam tabernacula gregum percuſſerunt, & abegerũt oues 'quamplurimas, & camelos, reuerſíque ſunt in Ieruשſaláim.

Cap. XV.

1 S"Vper עAzariáhu autem filium עOded fuit Spiritus Dei.

2 Qui egreſſus 'ante Aסá, dixit ei, Audite me Aסá, & omnis Iehudáh & Beniamín, Iehouáh vobiſcum, "quum fueritis cum eo: & ſi quæſieritis eũ, inuenietur à vobis: ſi verò dereliqueritis eum, derelinquet vos.

3 'Dies autem multi *fuerunt* Iשſraאeli abſque Deo vero, & abſque Sacerdote doctore, "& abſque Lege.

4 'Reuerſus eſt autem in anguſtia ſua ad Iehouam Deum Iשſraelis, "& requiſierunt eum, inuentúſque eſt ab eis.

5 Et in temporibus illis 'non erat pax egredienti & ingredienti, ſed contritiones multæ ſuper cunctos habitatores terrarum.

6 'Et conciderunt gens gentem, & ciuitas ciuitatem: quia Deus conturbauit eos 'omni anguſtia.

7 Vos igitur confortamini, & ne 'debilitẽtur manus veſtræ: quia eſt merces 'operi veſtro.

8 Quum autem audiſſet Aסá verba hæc, & prophetiam "עOdéd prophetæ, "confortatus eſt, "& tulit de medio abominationes de vniuerſa terra Iehudáh & Biniamín, atque ex vrbibus quas ceperat de monte אEphráim, & inſtaurauit altare Iehouæ quod erat ante porticum Iehouæ.

9 Congregauítque vniuerſum Iehudáh & Biniamín, & peregrinos cum eis ex אEphráim & Menaשſſéh & שSimעón: quia "tranſfugerant ad eum de Iשſraאele quamplurimi, vidẽtes quòd Iehouáh Deus eius eſſet cum eo.

10 Congregati ſunt itaque in Ieruשſaláim menſe tertio, anno decimoquinto regni Aסá.

11 Immolauerúntque Iehouæ die illo de ſpoliis quæ adduxerant, boues ſeptingentos, & ouium ſeptem millia.

12 'Inierúntque fœdus *illud*, quòd quærerent Iehouam Deum Patrum ſuorum toto corde ſuo, & tota anima ſua:

13 Et quicunque non quæſierit Iehouam Deum Iשſraאelis, inter-

Terret Deus aduerſarios.

Azarias propheta prædicit regnũ Iſrael futurum abſque Deo vero, Sacerdote doctore & Lege.

Bella & terrores à Deo, non quærẽtibus ipſũ.

Merces.

Aſa aufert idola, ad quem confugiunt multi ex Iſraele, quòd Deus cũ eo eſſet

---

13 Vt non eſſet eis vita: לאין להם מחיה .i. ceciderunt vſque ad internecionẽ multi AEthiopes. Contriti ſunt נשברו confracti ſunt.
14 Pauor Iehouæ *erat* ſu.e. פחד יהוה עליהם Hebraiſmus, terruerat eos Deus. 15 Quamplurimas, לרוב Ad verbũ, in multitudine.

IN CAPVT XV.

1 Super עAzariáhu, &c. ועזריהו וגו' Ad verbum, Et Azariahu filius Oded fuit ſuper eum Spiritus Dei. Hebraiſmus, Azarias autem afflatus eſt Spiritu prophetico. Iſtum Azariam paulo pòſt verſu 8, vocat Oded: erat enim binomius. Hîc autem vocat Azariam, vt Oded filium intelligamus, non patrem: vterque enim dicebatur Oded. 2 Ante Aסá, לפני אסא obuiam Aſa. Quum fueritis cum eo: בהיותכם עמו .i. Dominus aderit vobis quandiu eum non deſerueritis. Vel, Dominus adfuit vobiſcum, ſiue tulit vobis opem quandiu adhæſiſtis ei.

3 Dies autem multi, &c. וימים רבים וגו' Hebraiſmus, Longo tempore fuit Iſrael abſque vero Deo, vel ſine vero Dei cultu, aut ſine cultu veri Dei, & ſine Sacerdote Legem docente. Et abſque Lege. וללא תורה: Semper fuit Lex, ſed non docebant eam populum Sacerdotes.

4 Reuerſus eſt autem, &c. וישב בצר לו על יהוה .i. reſipuit, quum fuiſſet in illa iam dicta tribulatione. Loquitur de tribulatione nota & inſigni quæ fuit ſub Zerah Rege AEthiopum. Quidam dicunt præterita poni pro futuris, de captiuitate Babylonica intelligentes: minus tamen rectè. Et requiſierunt, &c. ויבקשוהו וימצא לחם: .i. opem eius inquiſierunt in tribulatione, & opem illis tulit.

5 Non erat pax egred. & ingr. אין שלום ליוצא ולבא Hebraiſmus, non erat tutum egredi vrbe ſua, & in eam redire. hoc eſt non erat tutum iter facere. 6 Et cõciderunt gens gentem, וכתתו גוי בגוי Et cõtritæ ſunt gentes à gentibus. Omni anguſtia. בכל צרה: omnis generis calamitatibus. 7 Debilitentur ירפו remiſſentur. Operi veſtro. לפעולתכם: Opus illorum vocat fiduciam quam habebant in Deum. 8 עOdéd עודד De hoc vide verſu primo. Confortatus eſt, התחזק fortificatus eſt. i. cœpit bono eſſe animo ac forti. Et tulit de medio ויעבר Ad verbum, & tranſire fecit. i. aboleuit abominanda idola. 9 Transfugerant ad eum נפלו עליו Ad verbũ, ceciderant ad eum. i. defecerãt ab Iſraele, & confugerant ad Aſa. 12 Inierúntque fœdus ויבואו בברית Ad verbũ, Et venerũt *in* pactũ.

ficiatur à paruo vſque ad magnum, à viro vſque ad mulierem.

Iurat populus ſe Deũ quæſiturũ ex toto corde.

14 Iurauerúntque Iehouæ voce magna, & cum iubilo, & tubis, & buccinis.

15 Lætati ſunt autem vniuerſus Iehudáh ſuper iuramento: toto enim corde ſuo iurauerant, & tota voluntate ſua quæſierant eum: & inuentus eſt eis, & requiem præſtitit eis Iehouáh per circuitũ.

Maachã auiam ſuã imperio priuat Aſa, quòd idola coleret.

16 Quinetiam Mayacháh″matrem *ſuam* amouit Aסſá Rex ab imperio, quia fecerat in luco ſimulachrum: & comminuit Aסſá ſimulachrum eius, & combuſſit in torrente Cidrón.

17 ″Excelſa autem non remouerunt de Iשſraאele: attamen cor Aסſá erat perfectum″omnibus diebus ipſius.

18 Intulit præterea″ſanctificationes patris ſuĩ & ſanctificationes ſuas in domum Dei, argentum & aurum & vaſa.

19 ″Nec fuit bellum vſque ad annum triceſimum quintum regni Aסſá.

Cap. XVI.

Aſa, metu Baaſa Regis Iſrael init fœdus cum Ben-adad Rege Syriæ.

1 ANno triceſimo ſexto regni Aסſá aſcẽdit Bayaשſá Rex Iשſraאelis contra Iehudáh, ″& ædificauit Ramáh, ita vt non permitteret egredientem & ingredientem ad Aסſá Regẽ Iehudáh.

2 Et protulit Aſá argentum & aurum de theſauris domus Iehouæ, & domus regiæ, miſítque ad Ben-adád Regem Arám qui habitabat in Darmeשſéc, dicendo,

3 Fœdus inter me & te *eſt*, & inter patrem meum & patrem tuum: ecce″mitto ad te argentum & aurum: vade, irritũ fac fœdus tuum cum Bayaשſá Rege Iשſraאelis, ″vt recedat à me.

Ben-adad percutit vrbes Iſrael.

4 Morem itaque geſſit Ben-adád Regi Aסſá, miſítque principes exercituũ quos habebat, ad vrbes Iשſraאelis, & percuſſerũt ʼyIión, & Dán, & Abel-máim, ″& omnes theſauros vrbium Naphthalí.

5 Fuit autem, quum audiſſet Bayaשſá, deſiit ædificare Ramáh, ″& ceſſare fecit opus ſuum.

6 Tunc Aסſá Rex aſſumpſit vniuerſum Iehudáh, & aſportauerũt lapides Ramáh, & ligna eius quibus ædificabat Bayaשſá, & ædificauit ex eis Gébay & Mixſpáh.

Arguitur Aſa, quòd humano auxilio magis confiſus ſit, quã Diuino.

7 In tempore autem illo venit חHananí Videns ad Aסſá Regem Iehudáh, & dixit ei, Quoniam innixus es Regi Arám, & non innixus es Iehouæ Deo tuo, idcirco euaſit exercitus Regis Arám de manu tua.

8 Nónne″AEthiopibus & Lubim erant exercitus″ingẽtes, cũ curribus & equitibus″ſupramodum multis, ″& quum innixus eſſes Iehouæ, tradidit eos in manum tuam?

Cor perfectũ cũ Deo, & fides.

9 Quia Iehouæ oculi luſtrant vniuerſam terram, ″vt robuſtum ſe oſtendat apud eos qui ſunt corde perfecto cum ipſo: ſtultè egiſti in hoc: ″propterea poſthac erunt tecum bella.

Prophetam arguentẽ eum incarcerat Aſa.

10 Tum indignatus Aסſá aduerſus Videntem, poſuit eum in domo

Dominum Deum Iſrael, moriatur à minimo vſque ad maximum, à viro vſque ad mulierem.

14 Iurauerúntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum.

D

15 Omnes qui erant in Iuda, cum execratione: in omni enim corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt: præſtititque eis Dominus requiem per circuitum.

16 Sed & Maacham matrem Aſa Regis ex auguſto depoſuit imperio, eo quòd feciſſet in luco ſimulachrũ Priapi: quod omne cõtriuit, & in fruſta cõminuens cõbuſſit in torrẽte Cedron.

3.Reg.15.c.12

17 Excelſa autem derelicta ſunt in Iſrael: attamen cor Aſa erat perfectum cũctis diebus eius.

18 Eáque quæ vouerat pater ſuus & ipſe, intulit in domum Domini, argẽtum & aurum, vaſorúmque diuerſam ſupellectilem.

19 Bellum verò non fuit vſque ad triceſimum annum regni Aſa.

Cap. XVI.

1 ANno autẽ triceſimoſexto regni eius aſcendit Baaſa Rex Iſrael in Iudam, & muro circundabat Rama, vt nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno Aſa.

2 Protulit autem Aſa argẽtum & aurum de theſauris domus Domini, & de theſauris regiis: miſitque ad Ben-adad Regem Syriæ, qui habitabat in Darmaſco, dicens,

3 Fœdus inter me & te eſt, pater quoque meus & pater tuus habuere cõcordiam: quamobrem miſi tibi argentũ & aurũ, vt rupto fœdere quod habes cum Baaſa Rege Iſrael, facias eum à me recedere.

4 Quo cõperto Ben-adad miſit principes exercituum ſuorũ ad vrbes Iſrael: qui percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abel-maim, & vniuerſas vrbes Nephthali muratas.

B

5 Quod quum audiſſet Baaſa, deſiit ædificare Rama, & intermiſit opus ſuum.

6 Porrò Aſa Rex aſſumpſit vniuerſum Iudam, & tulerũt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baaſa: ædificauitq; ex eis Gabaa & Maſpha.

7 In tempore illo venit Hanani propheta ad Aſam Regem Iuda, & dixit ei, Quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euaſit Syriæ Regis exercitus de manu tua.

8 ‖Nónne AEthiopes & Libyes multo plures erãt quadrigis & equitib⁹, & multitudine nimia: quos, quum in Domino crediediſſes, tradidit in manu tua?

Suprà 14.c.9

9 ‖Oculi enim Domini contẽplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem ‖ iis qui corde perfecto credunt in eũ. ſtultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore aduerſum te bella conſurgent.

2.Mach.9.a.5

C

Iohan.7.f.38

10 Iratúſque Aſa Aduerſus Videntẽ, iuſſit eũ mitti in neruũ: valde quippe

---

16 Matrem *ſuam* amouit Aסſa Rex אם אסא המלך הסירה Ad verbum, matrẽ Aſa Rex amouit. ordinem vocũ mutauit noſter interpres, vt dilucidior eſſet ſenſus. Vide hæc eadem 1.Reg.15.c.13, vbi & annotauimus quæ iuuare videbantur. Exemplum & indicium ſummæ integritatis Aſæ. 17 Excelſa autem non remouerunt ובמות לא־סרו Ad verbum, Excelſa autem non receſſerunt. De iſtis excelſis dictum eſt in primo Regũ, cap.15.c.14. Omnibus diebus ipſius. כל־ימיו: .i.quandiu vixit. 18 Sanctificationes patris ſui, & ſanctif.ſ. את־קדשי אביו וקדשיו .i.quæ pater conſecrauerat, & quæ ipſe conſecrauerat. 19 Nec fuit bellum ומלחמה לא היתה ſub. à bello illo AEthiopico.

IN CAPVT XVI.

1 Et ædificauit ויבן .i.muniuit, cinxit muro & foſſa. Vide hæc 1.Reg.15.c.17. 3 Mitto שלחתי Præt.Heb.pro præſ. Vt recedat ויעלה & aſcendere fac. 4 Et omnes theſauros ואת כל־מסכנות & omnia horrea. In 1. Reg. legitur, cum vniuerſa terra Nephthali. 5 Et ceſſare fecit וישבת & intermiſit. & quieſcere fecit. 8 AEthiopibus & Lubim הכושים והלובים ſub. à te deuictis, ſuprà cap. 14.b.9. Ingentes, לרוב Ad verbum, in multitudine. i. copioſus. Supramodũ multis, להרבה מאד Ad verbum, ad multiplicandum valde. 9 Vt robuſtum ſe oſtendat, &c. להתחזק עם־לבבם שלם אליו Ad verbum, vt roboret ſe cum corde eorum perfecto ad ipſum. i. vt oſtendat ſe potentem & fortẽ: vel, vt oſtendat potentiam ſuam erga, ſiue apud illos qui illi credunt corde perfecto. Propterea poſthac כי מעתה Ad verbum, quia ex nunc. ſiue, ex hoc tempore.

ſuper hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos.

Opera autē Aſa prima & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Regum Iuda & Iſrael. 11

D AEgrotauit etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. 12

Dormiuitque cum patribus ſuis: & mortuus eſt anno quadrageſimoprimo regni ſui. 13

Et ſepelierūt eum in ſepulchro ſuo quod foderat ſibi in Ciuitate Dauid: poſuerúntque eum ſuper lectū ſuum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia. 14

Cap. XVII.

Regnauit autem Ioſaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Iſrael. 1

Conſtituitque militum numeros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erāt vallatæ muris: præſidiáque diſpoſuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Aſa pater eius. 2

Et fuit Dominus cū Ioſaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris ſui primis: & non ſperauit in Baalim, 3

Sed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael. 4

Confirmauitq; Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæque ſunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. 5

Quúmque ſumpſiſſet cor eius audaciā propter vias Domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit. 6

Tertio autem anno regni ſui miſit de principibus ſuis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda: 7

Et cum eis Leuitas, Semeiā, & Nathaniam, & Zabadiam, Aſael quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniámque & Tobiam & Tob-adoniā, Leuitas: & cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes: 8

Docebántque populum in Iuda, habentes librum Legis Domini: & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. 9

C Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum quæ erāt per gyrum Iuda: nec audebant bellare contra Ioſaphat. 10

---

carceris, quia indignatus fuerat contra illum propter hoc, & oppreſſit Aסſá *aliquot* de populo in tempore illo.

11 Ecce autem verba Aסſá priora & poſteriora, ecce *inquam* ipſa ſcripta ſunt in libro Regum Iehudáh & Iשſraאél.

12 AEgrotauit poſthæc Aסſá anno triceſimonono regni ſui pedib⁹ ſuis, vſque ad ſummū *fuit* infirmitas eius: & tamen in infirmitate ſua non quæſiuit Iehouam, ſed medicos.

13 Dormiuit itaque Aסſá cum patribus ſuis, mortuúſque eſt anno quadrageſimo primo regni ſui.

14 Et ſepelierunt eum in *uno è* ſepulchris ſuis quod foderat ſibi in Ciuitate Dauidis: & accubare fecerunt eum in lectica quam repleuerāt aromatibus, & diuerſis ſpeciebus aromatum cōfectis pigmentario opere, & combuſſerunt eum combuſtione magna admodum.

Cap. XVII.

1 Regnauit autem Iehoשſaphát filius eius pro eo, & inualuit cōtra Iשſraאelem.

2 Poſuit autem exercitum in cunctis vrbibus Iehudáh munitis, poſuit quoque præſidia in terra Iehudáh, & in vrbibus אEphráim quas ceperat Aסſá pater eius.

3 Et fuit Iehouáh cum Iehoשſaphát, quòd ambularet in viis Dauidis patris ſui primis, nec quæſiuit idola:

4 Sed Deum patris ſui requiſiuit, & in præceptis eius ambulauit, neque *egit* ſecundum opus Iשſraאelis.

5 Confirmauítque Iehouáh regnum in manu eius: dederúntque vniuerſus Iehudáh munera ipſi Iehoשſaphát, ita vt fuerint ei diuitiæ & gloria copioſé.

6 Eleuatum eſt præterea cor eius in viis Iehouæ, ac præter hæc ſtulit excelſa & lucos de Iehudáh.

7 Anno autem tertio regni ſui miſit principes ſuos Ben-חháil, & עObadiáh, & Zechariáh, & Nethanאél, & Michaiáhu, vt docerent in ciuitatibus Iehudáh.

8 Et cū eis Leuitas, שSemaעaiáhu, & Nethaniáhu, & Zebadiáhu, & עAשſaאél, & שSemiramóth, & Iehonathán, & Adoniiáhu, & Tobiiáhu, & Tob-adoniiáhu, Leuitas: & cum eis אEliשſamáע & Ierám Sacerdotes.

9 Docuerūt itaque in Iehudáh: & cū eis erat liber Legis Iehouæ. circuibāt autem per vniuerſas vrbes Iehudáh, & docebāt populū.

10 Propterea fuit pauor Iehouæ ſuper omnia regna terrarum quæ erant in circuitu Iehudáh, ita vt non pugnauerint aduerſum Iehoשſaphát.

AEgrotans Aſa, non quærit Dominum, ſed fidit medicis.

Mortuus comburitur Aſa cū ingenti pompa.

Aſæ ſuccedit Ioſaphat.

Ioſaphat fidit Deo.

Diuitiæ & gloria fidentibus Deo.

Ioſaphat mittit prædicatores per vniuerſum Iudam, habentes librū Legis.

---

10 Carceris, המהפכת .i. ſubuerſionis. Doctus inter Hebræos neruum, ſiue cōpedes exponit. Alius quidā dicit fuiſſe inſtrumentū è duobus confectum lignis, inter quæ erat locus colli, vt illic vinctorū collum includeretur. Indignatus fuerat cōtra illum בזעף עמו Ad verbum, in ira cum eo. i. indigne tulit reprehenſionē illam. 12 Vſq; ad ſummū עד־למעלה .i. vſque ad ſummā partem corporis graſſatus eſt morbus.

14 In ſepulchris ſuis בקברתיו Fortaſſe plurali numero vtitur quòd eſſet magnū ſepulchrum. q. d. in ſepulchro illo ampliſſimo, & multorū cadauerū capace. Et accubare fecerunt eū וישכיבוהו .i. & impoſuerunt eū. Repleuerāt מלא ſub. homines. Sing. Heb. pro plur. repleuit, ſub. is qui repleuit. Et diuerſis ſpeciebus aromatū וזנים מרקחים & odoramentis. Gallicè, *des drogues*. Combuſtione magna admodum. שרפה גדולה עד־למאד׃ Ad verbum, combuſtione magna vſque valde. i. conſtructa lignorum pyra maxima. uide Kirchman: de funerib. Roman p. 348.

Ierem. XXXIV. 5.

IN CAPVT XVII.

1 Et inualuit contra Iשſraאelē. ויתחזק על־ישראל׃ & fortificauit [vel, roborauit] ſe contra Iſraelem. i. robur ac vires ſuas oſtendit contra Iſraelem: hoc eſt viribus vicit Iſraelē. 3 Primis, הראשונים prioribus. i. in ea ætate priori in qua purè ſeruiuit Deo. Honeſto vocabulo excludit & tegit Dauidis adulterium & homicidium. Nec quæſiuit idola: ולא דרש לבעלים׃ .i. opem ab idolis non implorauit. Requirere deum alium, eſt eius opem implorare. 4 Neque *egit* ſecundum opus Iשſraאelis. ולא כמעשה ישראל׃ q. d. non eſt imitatus opera & idololatriam Iſraelitarum, qui à Deo vero ad idolorum cultum defecerant. 5 In manu eius: בידו Quidam vertunt, manu ſua, id eſt potentia Diuina. vt ad Iehouam referas. Ita vt fuerint ויהילו Ad verbum, & fuerunt ei.

6 Eleuatum eſt præterea cor, &c. ויגבה לבו וגו׳ Et exaltatum eſt cor eius, &c. q. d. nihil habuit prius quàm vt obſeruaret præcepta Iehouæ. i. quotidie magis ac magis dabat operam vt cor ſuum ad Dei voluntatem componeret per omnia.

10 Ita vt non pugnauerint aduerſum ולא נלחמו עם Ad verbum, & non pugnauerunt cum, &c. i. ita vt non fuerint auſi bellum gerere contra Iehoſaphat.

11 Et de Peliשſthím adducebant ad Iehoשſaphát munus,′& argenti vectigal: yArabes quoque adducebant ei pecorum arietum ſeptẽ millia & ſeptingẽtos, & hircorũ ſeptẽ millia & ſeptingẽtos.

12 Fuit itaque Iehoשſaphat′vadens & creſcens vſque in ſublime: & ædificauit in Iehudáh ædes,& vrbes′theſaurorum.

13 ′Et opus multũ fuit ei in vrbibus Iehudáh:′& viri bellicoſi, potentes viribus erant in Ieruשſaláim.

14 ′Iſte autem eſt numerus eorum per domum patrum ſuorum:in Iehudáh,′principes milliũ, yAdnáh princeps: & cum eo robuſtorum viribus trecenta millia.

15 ′Et ad manum eius Iehoחhanán princeps:& cum eo ducenta & octoginta millia.

16 Ad manum eius yAmaסſiáh filius Zichrí qui ſeſe vltro obtulerat Iehouæ:& cum eo ducenta millia robuſtorum viribus.

17 De *tribu* verò Biniamín, potens viribus אEliadáy: & cum eo armatorum arcu & clypeo ducenta millia:

18 Et ad manum eius Iehozabád: & cum eo centum & octoginta millia′accinctorum ad militiam.

19 Iſti miniſtrabant Regi, præter eos quos poſuerat Rex in vrbibus munitis in vniuerſo Iehudah.

Cap. XVIII.

Ioſaphat affinitate coniũgitur cum Achab.

1 FVerunt inquam ipſi Iehoשſaphát diuitiæ, & gloria′quammaxima,′& affinitate iunctus eſt ipſi Aחháb.

2 ′Deſcendítque poſt aliquot annos ad Aחháb in שSomerón, & mactauit ei Aחháb oues & boues copioſè,ac populo qui erat cum eo,′perſuaſítque ei vt aſcenderet in Ramóth Gilyád.

Ioſaphat cum Achab aſcendit contra Ramoth Galaad.

3 Dixítque Aחháb rex Iשſraאelis ad Iehoשſaphát regem Iehudáh, Nũquid perges mecũ in Ramóth Gilyád? Reſpõdit ei,′Sicut ego ſic tu,& ſicut populus tuus,ſic populus meus,& tecũ *ero* in bello.

4 Dixítque Iehoשſaphát Regi Iשſraאelis,′Conſule obſecro hodie verbum Iehouæ.

ccc. pſeudoprophetæ.

5 Congregauit itaque Rex Iשſraאelis prophetas quadringentos viros, dixítq; ad eos, Ibimúſne in Ramóth Gilyád ad bellũ,′an quieſcam? Reſponderunt, Aſcende,′& tradet Deus in manum Regis.

Ioſaphat requirit verbum Dei.

6 Dixítque Iehoשſaphát, Eſt ne hîc Propheta Iehouæ vltrà, vt requiramus ab eo?

7 Et ait Rex Iשſraאelis ad Iehoשſaphát, Adhuc vir vnus eſt,′vt requiramus Iehouam ab eo: ſed ego odi eum,quia non vaticinatur ′mihi bonum, ſed omnibus diebus ſuis malum : is eſt Micháiehu filius Imlá. Dixítque Iehoשſaphát,Ne dicat Rex ſic.

Michæas ſolus Dei Propheta, accerſitur.

8 Vocauit itaque Rex Iשſraאelis eunuchum vnum,& dixit,′Feſtinare fac Micháiehu filium Imlá.

9 Cæterùm Rex Iשſraאelis & Iehoשſaphát rex Iehudáh ſedebant vterque ſuper ſolium ſuum, induti veſtibus: ſedebant inquam in

11 Sed & Philiſthæi,Ioſaphat munera deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoq; adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos, & hircos totidem.

12 Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſque in ſublime:atque ædificauit in Iuda domos ad inſtar turriũ, vrbéſque muratas.

13 Et multa opera parauit in vrbibus Iuda:viri quoque bellatores & robuſti erant in Ieruſalem:

D

14 Quorum iſte numerus per domos atque familias ſingulorum: in Iuda principes exercitus,Ednas dux: & cum eo robuſtiſſimi viri trecenta millia.

15 Poſt hunc Iohanan princeps: & cũ eo ducenta octoginta millia.

16 Poſt illum quoque Amaſias filius Zechri,conſecratus Domino:& cum eo ducenta millia virorum fortium.

17 Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia, Eliada: & cum eo tenentiũ arcum & clypeum ducenta millia.

18 Poſt iſtum etiam, Iozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.

19 Hi omnes erant ad manum Regis, exceptis aliis quos poſuerat in vrbibus muratis,in vniuerſo Iuda.

Cap. XVIII.

3.Reg.22.a.

1 FVit ergo Ioſaphat diues & inclytus multùm, & affinitate coniunctus eſt Achab.

2 Deſcenditque poſt annos ad eum in Samariam:ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo qui venerãt cum eo: perſuaſitque illi vt aſcenderet in Ramoth Galaad.

3 Dixitque Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda, Veni mecũ in Ramoth Galaad. Cui ille reſpõdit,Vt ego & tu:ſicut populus tuus, ſic & populus meus,tecúmq; erimꝰ in bello.

4 Dixit Ioſaphat ad Regem Iſrael, Cõſule obſecro impræſentiarum ſermonem Domini.

5 Cõgregauit igitur Rex Iſrael prophetarum quadringentos viros,& dixit ad eos,In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu Regis.

B

6 Dixitque Ioſaphat, Nunquid non eſt hic prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus?

7 Et ait Rex Iſrael ad Ioſaphat, Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini voluntatem : ſed ego odi eum, quia nõ prophetat mihi bonum, ſed malum omni tempore:eſt autem Michæas filius Iemla. Dixitq; Ioſaphat, Ne loquaris Rex hoc modo.

8 Vocauit ergo Rex Iſrael vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca citò Michæam filium Iemla.

9 Porrò Rex Iſrael,& Ioſaphat Rex Iuda, vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio. ſedebant autem

11 Et argenti vectigal: וכסף משא Exponit quid per munus intelligat,nempe in argentum pro vectigali.
12 Vadens & creſcens vſque in ſubl. הולך וגדל עד־למעלה Hebraiſmus,pro,ſubinde promouit ac creuit,quoad attingeret ſupremũ honoris
gradum. Theſaurorum. מסכנות: .i.vrbes munitas:quòd in huiuſmodi vrbibus ſoleãt reponi theſauri,& quæ pertinent ad munitionẽ vrbis.
13 Et opus multum fuit ei in,&c. ומלאכה רבה היה לו וגו' Hebraiſmus,& vrbes Iuda magno ſtudio ac ſumptu muniuit, ſiue multùm occupatus fuit in eo opere. Et viri bellicoſi, ואנשי מלחמה Ad verbum,& viri belli.
14 Iſte autem eſt numerus eorum ואלה פקודתם Deſcribit numerum illorum fortium virorum. Principes millium, שׂרי אלפים Sic
vocat tribunos. 15 Et ad manum eius ועל־ידו .i.Et iuxta eum:hoc eſt proximus ab eo.

IN CAPVT XVIII.

1 Quammaxima, לרוב Ad verbum,in multitudine. Et affinitate iunctus eſt ויתחתן & matrimonio iunctus eſt.ſocer factus eſt.
2 Deſcenditque poſt aliquot annos וירד לקץ שנים Ad verbum,Deſcenditque[ſub.de Ieruſalem] in fine annorum. In 1.Reg.22.a.2,dicitur,
Anno tertio deſcendit Ieholaphat rex Iuda ad Regem Iſraelis. Perſuaſitque ei ויסיתהו illexitque eum.vel,incitauit eum.
3 Sicut ego ſic tu,&c. כמוני כמוך וגו' Vide annotationem in primo Regum. 5 An quieſcam? אם־אחדל an deſiſtam?Sic paulo
pòſt,verſu 14. Et tradet ויתן tradet enim.ſub.vrbem & ciues eius. 7 Vt requiramus Iehouam ab eo: לדרוש את־יהוה מאותו .i.ex
quo interrogare licet voluntatem Iehouæ. 8 Feſtinare fac מהר Accelera.i.citò voca.

in area iuxta portã Samariæ, omnéſque prophetæ vaticinabantur coram eis.

C Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam donec conteras eam. 10

Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabant, atque dicebant, Aſcẽde in Ramoth Galaad, & proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu Regis. 11

Nuntius autem qui erat ad vocandum Michæam, ait illi, En, verba omnium prophetarũ vno ore bona Regi annũtiant: quæſo ergo te vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquariſque proſpera. 12

Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. 13

Venit ergo ad Regem. Cui Rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandũ, an quieſcere? Cui ille reſpondit, Aſcendite: cuncta enim D proſpera euenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras. 14

Dixitque Rex, Iterum atque iterũ te adiuro vt mihi non loquaris niſi quod verum eſt in nomine Domini. 15

At ille ait, Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore, & dixit Dominus, Non habent iſti dominos: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. 16

Et ait Rex Iſrael ad Ioſaphat, Nónne dixi tibi quòd non prophetaret iſte mihi quicquam boni, ſed ea quæ mala ſunt? 17

At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitũ cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. 18

E Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab regẽ Iſrael, vt aſcendat & corruat in Ramoth Galaad? Quúmque diceret vnus hoc modo, & alter alio: 19

Proceſſit ſpiritus & ſtetit coram Domino, & ait, Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? 20

At ille reſpondit, Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque Dominus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. 21

Nunc igitur, ecce, Dominus dedit ſpiritum mendacii in ore omniũ prophetarum tuorum, & Dominus loquutus eſt de te mala. 22

Acceſſit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſſit Michææ maxillã, & ait, Per quam viam trãſiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? 23

Dixitque Michæas, Tu ipſe videbis F in die illo, quando ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo, vt abſcondaris. 24

Pręcepit autem Rex Iſrael, dicens, Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Hammélech. 25

Et dicetis, Hæc dicit Rex, Mittite hunc in carcerẽ, & date ei panis modicum & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. 26

Dixitque Michæas, Si reuerſus fueris in pace, non eſt loquutus Dominus in me. Et ait, Audite õnes populi. 27

Igitur aſcẽderunt Rex Iſrael & Ioſaphat Rex Iuda ĩ Ramoth Galaad. 28

Dixitque Rex Iſrael ad Ioſaphat, Mutabo habitum, & ſic ad pugnam 29

area ad oſtium portæ ẇSomerón, vniuerſique prophetæ vaticinabantur coram eis.

10 Fecerat autẽ ſibi xSidciiáhu filius Chenayanáh cornua ferrea, ac dixit, Sic dixit Iehouáh, His feries Aramæos, donec cõſumas eos.

11 Omnes quoque prophetæ prophetabant ſimiliter, dicendo, Aſcende in Ramóth Gilyád, & proſperè ages: nam tradet *eam* Iehouáh in manum Regis.

12 Nuntius autem qui perrexerat ad vocandum Micháiehu, loquutus eſt ei, dicendo, En, verba prophetarum ore vno bonum *annuntiant* Regi: ſit igitur obſecro verbum tuum ſicut *uerbum* vnius ex eis, & loquere bonum.

13 Tum dixit Micháiehu, Viuit Iehouáh quòd quicquid dixerit Deus meus, illud loquar.

Propheta Dei verbum Dei loquitur.

14 Quum ergo veniſſet ad Regem, tum dixit Rex ad eum, Micháh, iréne debemus in Ramóth Gilyád ad bellum, an quieſcam? Et dixit, Aſcẽdite, & proſperè agite, ʹ& tradentur in manum veſtram.

Ironia Michææ, & imitatio pſeudoprophetarum

15 Dixítque ad eum Rex, ʹVſque ad quot vices ego adiuro te ne loquaris mihi niſi veritatem in nomine Iehouæ?

Adiurare,

16 Tunc ait, Vidi vniuerſum Iẇſraxelem diſperſos ſuper montes, velut oues quibus non eſt paſtor. dixítque Iehouáh, Non ſunt domini iſtis: reuertatur quiſque domum ſuam in pace.

Prædicit populũ diſpergendũ, & Achab occidẽdũ

17 Et ait Rex Iẇſraxelis ad Iehoẇſaphát, Annon dixerã tibi, Nõ vaticinabitur mihi bonum, ſed malum?

18 Rurſum ait, Ideoʹ audite verbum Iehouæ: vidi Iehouam ſedentem ſuper ſolium ſuum, atque vniuerſum exercitum cæli ſtãtem iuxta dexteram eius & ſiniſtram eius.

19 Dixítque Iehouáh, Quis decipiet Anháb regem Iẇſraxelis, vt aſcendat & corruat in Ramóth Gilyád? Et dixit iſte ſic, alter dicebat ſic.

Deus per ſpiritus erroris in ore pſeudoprophetarum, ſeducit interdũ eos qui verbum ſuũ oderunt.

20 Tunc egreſſus eſt ſpiritus, qui ſtetit corã Iehoua, & ait, Ego decipiam eum. Iehouáh verò ait ad eum, In quo?

21 Reſpondit, Egrediar, eróque ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixit ergo, Decipies, & etiã præualebis: egredere, & fac ita.

22 Nunc ergo en dedit Iehouáh ſpiritum mendacẽ in ore prophetarum tuorum iſtorum, & Iehouáh loquutus eſt cõtra te malum.

23 Tunc acceſſit xSidciiáhu filius Chenayanáh, & percuſſit Micháiehu in maxillam, ac dixit, Per quam viam tranſiuit ſpiritus Iehouæ à me, vt loqueretur tecum?

Percutitur Michæas à pſeudo propheta.

24 Reſpondit Micháiehu, Ecce, tu videbis die illo quo ingredieris de cubiculo in cubiculum vt abſcondas te.

25 Ait itaque Rex Iẇſraxelis, Tollite Micháiehu, & reducite eum ad Amón principem vrbis, & ad Ioáẇs filium Regis.

26 Dicetíſque, Sic dixit Rex, Ponite hunc in domo carceris, & cibate eum pane arcto, & aqua arcta, donec reuertar in pace.

27 Et dixit Micháiehu, Si reuertendo reuerſus fueris in pace, non eſt loquutus Iehouáh per me. Præterea dixit, Audite populi omnes.

Michæas incarceratur.

28 Aſcendit itaque Rex Iẇſraxelis & Iehoẇſaphát rex Iehudáh in Ramóth Gilyád.

29 Dixítque Rex Iẇſraxelis ad Iehoẇſaphát, Mutabo meipſum, &

Conatur Achab effugere decretum Dei, ſuo conſilio.

14 Et tradentur וינתנו ſub. Syri.

18 Audite שמעו Alloquitur eos qui aſtabant. In primo Regum, alloquitur Regem.

ingrediar prælium: tu verò indue te veſtibus tuis. Et mutauit ſeſe Rex Iשſraאelis, ingreſſíque ſunt prælium.

30 Rex autem Arám præceperat principibus curruum qui erãt ſibi, dicẽdo, Ne pugnetis neque cum paruo neque cum magno, ſed cum Rege Iשſraאelis tantúm.

31 Fuit autem, quum vidiſſẽt principes curruũ ipſum Iehoשſaphat, dixerunt, Rex Iשſraאelis eſt. Et conuerſi ſunt contra eum ad pugnandum: tum exclamauit Iehoשſaphát, & Iehouáh auxiliatus eſt ei, ″& perſuaſit illis Deus ab eo.

Ioſaphat clamat ad Dominũ, qui ab illo hoſtes auertit.

32 Fuit autem, quum vidiſſent principes curruum quòd non eſſet Rex Iשſraאelis, auerſi ſunt ab eo.

33 Vir autem *quidam* ″traxit arcum in ſimplicitate ſua, & percuſſit Regem Iשſraאelis inter iuncturas & inter loricam. & ait aurigæ, Verte manum tuam, & educ me de caſtris, quia vulneratus ſum.

Percuſſus Achab moritur iuxta verbum Dei.

34 ″Inualuit autẽ prælium die illo, Rex verò Iשſraאelis ″tenebat ſe rectum in curru eregione Arám vſque ad veſperã: & mortuus eſt tempore quo occumbit ſol.

Cap. XIX.

1 REuerſus eſt autem Iehoשſaphát Rex Iehudáh in domũ ſuam ″in pace in Ieruשſaláim.

Ioſaphat increpatur à Propheta Iehu quòd auxilium præſtiterit impio Achab.

2 Egreſſúſque ′obuiam ei Iehú filius חHanani, Videns, dixit Regi Iehoשſaphát, An impio *decuit te* ferre opem, & oſores Iehouæ diligere? & propter hoc ſuper te ′ira à facie Iehouæ:

3 Sed res bonæ inuentæ ſunt tecum, quòd ſucciderís lucos de terra, & præparaueris cor tuum vt requireres Deum.

Fides. Opera.

4 ′Habitauit itaq; Iehoשſaphát in Ieruשſaláim: ′& reuerſus eſt vt iter faceret per populum à Beאer-שſébay vſq; ad mõtem אEphráim, ″& reuocauit eos ad Iehouam Deum Patrum ſuorum.

Reuocat populũ ad Deum.

5 Conſtituítque Iudices in terra in cunctis ciuitatibus Iehudáh munitis, ″per ſingulas vrbes.

6 Dixit autẽ iudicibus, Videte quid vos ″facitis: ′non enim homini iudicabitis, ſed Iehouæ: & *erit* vobiſcum ″in negotio iudicii.

Exhortatio Ioſaphat ad iudices.

7 Nũc igitur ſit pauor Iehouæ ſuper vos, ′cuſtodite & facite: quoniam non eſt cum Iehoua Deo noſtro ″iniquitas, & acceptio perſonarum, & acceptio muneris.

8 Sed & in Ieruשſaláim conſtituit Iehoשſaphat de Leuitis & Sacerdotibus, & de principibus familiarum Iשſraאelis ′ad iudicium Iehouæ, & ad cauſam: ″& reuerſi ſunt in Ieruשſaláim.

9 Præcepit autem eis, dicendo, Sic agetis cum timore Iehouæ, ″in fide & corde perfecto.

vadam: tu autẽ induere veſtibus tuis. Mutatóque Rex Iſrael habitu, venit ad bellum.

30 Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui, dicens, Ne pugnetis contra minimũ, aut contra maximũ, niſi contra ſolum Regem Iſrael.

31 Itaq; quũ vidiſſent principes equitatus Ioſaphat, dixerũt, Rex Iſrael eſt iſte. Et circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo. C

32 Quũ enim vidiſſent duces equitatus quòd non eſſet Rex Iſrael, reliquerunt eum.

33 Accidit autem vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret, & percuteret Regem Iſrael inter ceruicem & ſcapulas: at ille aurigæ ſuo ait, Cõuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus ſum.

34 Et finita eſt pugna in die illo: porrò Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros vſque ad veſperam, & mortuus eſt occidente ſole.

Cap. XIX.

1 REuerſus eſt autem Ioſaphat Rex Iuda in domum ſuam pacificè in Ieruſalem.

2 Cui occurrit Iehu filius Hanani, Videns, & ait ad eum, Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris:

3 Sed bona opera inuenta ſunt in te, eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum vt requireres Deum. B

4 Habitauit ergo Ioſaphat in Ieruſalem, rurſúmque egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſque ad montẽ Ephraim, & reuocauit eos ad Dominũ Deum Patrum ſuorum.

5 Conſtituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per ſingula loca.

6 Et præcipiẽs iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudiciũ, ſed Domini, & quodcũque iudicaueritis, in vos redundabit.

7 Sit timor Domini vobiſcum, & cũ diligentia cuncta facite, non enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarũ acceptio, nec cupido munerum. C

Deut. 10. d. 17
iob 34. b. 19
act. 10. d. 34
rom. 2. b. 11
galat. 2. b. 6
epheſ. 6. b. 9
coloſ. 3. d. 25
1. pet. 1. c. 17

8 In Ieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat Leuitas & Sacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, vt iudiciũ & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius.

9 Præcepitque eis, dicens, Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto.

---

31 Et perſuaſit illis Deus ab eo. ויסיתם עליו אלהים ממנו: .i. dimouit eos à ſẽtẽtia: ne illũ perſequerẽtur. vel, incitauit illos vt diſcederẽt ab illo. 33 Traxit arcum in ſimplicit. ſua, משך בקשת לתומו .i. attracto neruo arcus ſagittam emiſit, non animo percutiendi Regem, ſed in incertum. Vide in primo Regum. 34 Inualuit autem prælium ותעל המלחמה Ad verbum, Et aſcendit prælium. i. inualuit & creuit prælium. q. d. commiſſum fuit atrox prælium. Tenebat ſe rectum היה מעמיד .i. diſſimulabat vulnus, tenens ſe rectum, ne ſui animum deſponderent.

IN CAPVT XIX.

1 In pace בשלום id eſt incolumis. Obiter innuit miraculum quo euaſit incolumis. 2 Obuiam ei אל פניו Ad verbum, ante eum. Ira קצף ſub. deſcendere debuerat. i. merueras propterea indignationem Domini. 4 Habitauit itaque וישב Sedit autem. ſub. aliquantiſper. Et reuerſus eſt, vt iter faceret per pop. וישב ויצא בעם Ad verbum, & reuerſus eſt, & exiuit per populum. i. iterum egreſſus eſt per populum. Fortaſſe per populum quem offenderat malo exemplo. vel, per populũ cui præerat. q. d. peragrauit totam regionem ſibi ſubditam. Et reuocauit eos וישיבם & reduxit eos. i. eum populũ opera Sacerdotũ & Leuitarũ retraxit à cultu idolorũ ad verum Dei cultũ, quẽ maiores coluerant. 5 Per ſingulas vrbes. לעיר ועיר: Ad verbum, in vrbe & vrbe. 6 Facitis: עושים Præſ. Heb. pro fut. vt quibuſdã placet, facturi ſitis. Non enim homini iud. כי לא לאדם תשפטו .i. nõ enim vices hominis iudicãdo geretis, ſed Dei. q. d. vos eſtis vicarii Dei, non hominum. In negotio iudicii. בדבר משפט: in negotio iudiciali. i. in cauſis quas iudicatis. Hoc dicit ne exiſtimẽt iniuſti Iudices Deum latere quid iudicent: ipſe enim teſtis eſt, videns iudicia. 7 Cuſtodite, & facite: שמרו ועשו obſeruate [ſub. iuſtitiam, vel Legem] & facite. ſub. iudicium. i. iudicate ſecundum leges. hoc eſt iuſtè iudicate. Quidam vertunt, Cauti ergo ſitis, & ſatagite. Iniquitas, & acceptio, &c. עולה ומשוא וגו' q. d. nam Deus noſter abhorret ab acceptione perſonarum, & receptione munerum quibus corrumpi ſolẽt Iudices. Illud משוא, pro quo acceptionem vertit interpres, propriè ſignificat eleuationem, vt legas, eleuatio faciei: quia quibus fauemus, vultum oſtendimus.

8 Ad iudicium Iehouæ, & ad cauſam: למשפט יהוה ולריב propter iudicium Iehouæ, & propter cauſam. vel, litem. i. vt quaſi vicarii Iehouæ, cognoſcerent & iudicarent cauſas & lites. Et reuerſi ſunt in Ieruשſaláim. וישבו ירושלם: & reuerſi ſunt, nempe Leuitæ & principes familiarum, ſiue patriarchæ, ex locis in quibus habitabant, in Ieruſalem, propter litem & iudicium.

9 In fide & corde perfecto. באמונה ובלבב שלם: .i. fideliter ita ore iudicabitis, vt corde ſiue mente ſentietis.

10 Omnẽ cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorũ qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationẽ & cognationẽ, vbicũq; quæſtio eſt de Lege, de mãdato, de cęremoniis, de iuſtificationibus: oſtendite eis vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: ſic ergo agentes non peccabitis.

D

11 Amarias autem ſacerdos & pontifex veſter, in iis quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porrò Zabadias filius Iſmahel, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit quæ ad Regis officium pertinent: habetiſque magiſtros Leuitas corã vobis, confortamini, & agite diligẽter: & erit Dominus cum bonis.

Cap. X X.

1 POſt hæc congregati ſunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Ioſaphat, vt pugnarẽt contra eum.

2 Venerũtque nuntii, & indicauerũt Ioſaphat, dicẽtes, Venit cõtra te multitudo magna de his locis quæ trans Mare ſũt, & de Syria, & ecce cõſiſtũt in Aſaſon-thamar, quæ eſt En-gaddi.

3 Ioſaphat autẽ timore perterritus, totũ ſe contulit ad rogandũ Dominũ, & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda.

4 Congregatúſque eſt Iudas ad deprecandum Dominum: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum,

5 Quúmq; ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudæ & Ieruſalem, in domo Domini ante atrium nouum,

6 Ait, Domine Deus Patrũ noſtrorũ, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium: in manu tua eſt fortitudo & potentia, nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere.

B

7 Nónne tu Deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ huius corã populo tuo Iſrael, & dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſempiternum?

8 Habitauerúntque in ea, & extruxerunt in illa Sãctuarium nomini tuo, dicentes,

9 Supra 6.c.28 ‖Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicii, peſtilentia, & fames, ſtabimus coram domo hac in conſpectu tuo, in qua inuocatum eſt nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris, & exaudies, ſaluóſque facies.

10 Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, Deut.2.b.9 ‖per quos non cõceſſiſti Iſrael vt tranſirent quando

10 ʹEt omnem cauſam quæ venerit ad vos de fratribus veſtris qui habitantʹin vrbibus ſuis,ʹinter ſanguinem *&* ſanguinem, inter Legem & præceptum,ʹſtatuta & iudicia,ʹadmonebitíſque eos: & nõ delinquent cõtra Iehouam,ʹneque erit ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros:ʹſic facietis, & non delinquetis.

Eiuſdem exhortatio ad Leuitas.

11 Et ecce, Amariáhu ſacerdos ſummus ʹſuper vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iשſmaאעél dux domus Iehudáh,ʹin omni negotio regio:ʹ& præfecti *erunt* Leuitæ corã vobis.ʹconfortamini, & facite, & erit Iehouáhʹcum bono.

Cap. X X.

1 ET fuit poſthæc, venerunt filii Moáb & filii עAmmón,ʹ& cum eis de עAmmonitis, contra Iehoשſaphát ad prælium.

Ammon & Moab inſurgũt contra Ioſaphat.

2 ʹVenerunt autem, & nuntiauerunt Iehoשſaphát, dicẽdo, Venit contra te multitudo magnaʹde trans Mare, de Arám, & ecce ſunt in חHaצſeצſon-thamár,ʹipſa *eſt* עEn-gédi.

3 Timuit itaque,ʹ& poſuit Iehoשſaphát faciem ſuam ad quærẽdum Iehouam,ʹ& prædicauit ieiunium vniuerſo Iehudáh.

Ioſaphat implorat auxiliũ Dei cum oratione & ieiunio.

4 Et congregati ſunt *uiri* Iehudáhʹvt quærerent Iehouam:ʹetiã de vniuerſis vrbibus Iehudáh venerunt ad quærendum Iehouam.

5 Et ſtetit Iehoשſaphát in cœtu Iehudáh & Ieruשſaláim ʹin domo Iehouæ ʹante atrium nouum.

6 Et ait, O Iehoua Deus patrum noſtrorum, nõne tu ipſe es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium, & in manu tua eſt fortitudo, & potentia, nec eſt qui tibi poſſit reſiſtere?

Oratio Ioſaphat.

7 Nónne tu Deus noſter expuliſti habitatores terræ huius à facie populi tui Iשſraאelis, & dediſti eam ſemini Abrahám amici tuiʹin ſeculum?

8 Propterea habitauerũt in ea, & ædificauerũt tibi in ea Sanctuarium nomini tuo, dicendo,

9 Si venerit ſuper nos malum, gladiusʹiudicii,ʹvel peſtilentia, vel fames, ſtabimus coram domo hac & coram te (ʹnomen ſiquidem tuum eſt in domo hac) & clamabimus ad te ʹin anguſtiis noſtris, & exaudies, ac ſaluos facies.

10 Et nunc ecce filii עAmmón & Moáb, & mons שSeעír, per quos non permiſiſti Iשſraאeli vt trãſirent dum venirent è terra AEgy-

---

10 Et omnẽ cauſam וכל־ריב ſub. iudicabitis. q.d. timebitis Dominũ, & in timore Domini reddetis iura fratribus veſtris. In vrbibus ſuis, בעריהם .i. in aliis vrbibus à Ieroſolymis. prouocabant enim ad Iudices Ieroſolymitanos. Inter ſanguinem *&* ſanguinem, בין־דם לדם q.d. quum fuerit controuerſia de ratione cædis, id eſt, cædéſne fuerit voluntaria, an fortuita. Statuta לחוקים cæremonias. ſub. iudicabitis.
Admonebitiſque eos: והזהרתם אותם ſub. vt caueant poſtea à litibus. debent enim Iudices arcere homines à litibus. Neque erit ira ſuper vos, והיה־קצף עליכם Præcedens negatio repetitur: alioqui affirmare videretur quod negat, Et Dominus non iraſcetur vobis. Sic facietis, &c. כה תעשון וגו׳ .i. ſi hæc feceritis, non delinquetis. 11 Super vos עליכם ſub. erit. i. præerit vobis in omni negotio quod pertinet ad rem Diuinam. In omni negotio regio: לכל דבר־המלך ſub. præerit vobis. i. in omni cauſa ad Regem pertinente. Et præfecti ושוטרים & magiſtri. i. erũt præfecti veſtri, hoc eſt iudicabunt de negotiis veſtris leuioribus. non enim omnes cauſæ Ieroſolymitarum agebantur ab illis Iudicibus Ieroſolymitanis, ſed tantùm grauiores. Cauſæ ciuium cognoſcebantur à Leuitis, cauſæ autem Regiæ à Zebadiah. Confortamini, & facite, חזקו ועשו q.d. fungimini officio veſtro, forti ac generoſo animo. Cum bono. עם־הטוב: Sing. Heb. pro plur. cum bonis. q.d. aderit & fauebit bonis Iudicibus, mercede eos donabit. Quidam Hebræorum ſic exponit, Aderit ei qui fecerit bonum, ideſt iuſtitiam.

IN CAPVT XX.

1 Et cum eis de עAmmonitis, ועמהם מהעמונים Id eſt, cum illis qui mẽtiti ſunt ſe eſſe Ammonitas. Quidam Hebræorum intelligunt de Amalecitis qui habitu & lingua mentiti ſunt ſe eſſe Ammonitas. 2 Venerunt autem, ויבואו ſub. exploratores. De trans Mare, מעבר לים Hoc intelligitur de Mari mortuo: nam ſtagna magna, etiam maria dicuntur in Sacris literis. q.d. de locis quæ ſita ſunt vltra Mare mortuũ.
Ipſa *eſt* עיEn-gédi. היא עין גדי: .i. quæ poſtea dicta eſt En-gadi. 3 Et poſuit Iehoשſ. faciem ſuam ad qu. ויתן יהושפט את־פניו לדרוש Hebraiſmus, pro, conuertit ſeſe vt conſuleret Deum. q.d. quum timuiſſet, implorauit opem Diuinam. Et prædicauit ויקרא indixitque.
4 Vt quærerent Iehouam: לבקש מיהוה vt peterent [ſub. petitionem] à Iehoua. i. vt rogarent Dominum vt auerteret iram ſuam. Etiam de vniuerſis vrbibus, &c. גם מכל־ערי וגו׳ q.d. conuenere non ſolùm Ieroſolymitani, ſed etiam ex aliis vrbibus in Ieruſalem.
5 In domo Iehouæ, בבית יהוה Omnia ædificia quæ adiecta erant templo, dicebantur templum Domini: quoniam dicitur in ſolennitatibus veniſſe omnes Iudæos Ieruſalem in templum, & illic oraſſe. Hoc intelligitur de appendicibus, & adiectis ædificiis ipſi tẽplo: quæ omnia cenſebantur templi nomine. Alioqui nunquam fuiſſet capax ipſum templum tantæ multitudinis. Porrò Reges non orabant in ipſo templo, ſed in atrio populi, vt vides 1. Reg. 6. d. 38, in ſchemate templi tecti cum porticu. Ante atrium nouum. לפני החצר החדשה: Quodnam fuerit atrium iſtud nouum, ignorare ſe fatentur doctiores: colligunt tamen ex eo quòd illi præponatur articulus ה, tum illud fuiſſe notum admodum.
9 Iudicii, שפוט .i. iuſto Dei iudicio immiſſus propter ſcelera populi: nempe bellum. Vel peſtilentia, vel fames, ודבר ורעב Copulatiuæ pro diſiunctiuis. Nomen ſiquidem tuum, &c. כי שמך בבית הזה .i. hîc te præſentem exhibes, & hîc inuocari ſolet nomen tuum.
In anguſtiis noſtris, מצרתנו de tribulatione noſtra. i. quum fuerimus in afflictione.

pti,ſed declinauerunt ab eis,nec diſperdiderunt eos.

Ecce inquam ipſi'retribuunt nobis, dum veniunt vt eiiciãt nos de hæreditate tua quam iure hæreditario tradidiſti nobis. 11

Ioſaphat propriæ virtuti diffidens,ſoli Deo fidit.

Deus noſter,nónne'iudicabis eos? nulla enim eſt fortitudo in nobis coram multitudine multa hac quæ venit cõtra nos:nec nos ſcimus quid faciamus,ſed in te ſunt oculi noſtri. 12

Et omnes *filii* Iehudáh ſtabant'coram Iehoua,etiam paruuli eorum,vxores eorum,& filii eorum. 13

Iahaziel propheta promittit auxilium à Deo.

Iaחhaziאél autẽ filius Zechariáhu filii Benaiáh filii Ieעiאél,filii Matthaniáh, Leuites'de filiis Aסſáph, fuit ſuper eum Spiritus Iehouæ in medio cœtus: 14

Et ait, Attendite omnis Iehudáh, & habitatores Ieruשſaláim, atque Rex Iehoשſaphát, ſic dixit Iehouáh vobis, Vos ne timeatis,neque paueatis à facie multitudinis multæ huius: quia'nõ veſtra *erit* pugna,ſed Dei. 15

Cras deſcendite contra eos, ecce ipſi aſcenſuri ſunt per cliuum צSiצs,inuenietíſq; eos in fine torrẽtis e regione ſolitudinis Ieruאél. 16

'Non veſtrum *erit* pugnare in hoc:conſiſtite,ſtate,& videte'ſalutem Iehouæ vobiſcum,ô Iehudáh & Ieruשſaláim, ne timeatis, neque paueatis:cras egredimini cõtra eos,& Iehouáh *erit* vobiſcũ. 17

Et inclinauit ſe Iehoשſaphát in faciem in terram, & omnis Iehudáh,& habitatores Ieruשſaláim proſtrauerunt ſe coram Iehoua, adorantes Iehouam. 18

Surrexerunt autem Leuitæ de filiis Cehathitarum, & de filiis Corחhitarum,ad laudandum Iehouam Deũ Iשſraאelis'voce magna in excelſum. 19

Quúmque ſurrexiſſent mane, egreſſi ſunt in deſertũ Thecóaע: & quũ egrederentur, ſtetit Iehoשſaphát,ac dixit,Audite me Iehudáh,& habitatores Ieruשſaláim:credite in Iehouã Deũ veſtrum, '& roboramini:credite Prophetis eius,& proſperè cedet vobis. 20

Dei promiſſionibus credendũ.

Laudem canunt Deo in prælio, & vincunt.

Conſilio autem inito cum populo,cõſtituit cantores Iehouæ, & laudantes'in decore Sanctuarii,'dum egrederẽtur,'ante accinctos ad prælium,ac dicerent,Celebrate Iehouam,quoniam in ſeculum miſericordia eius. 21

Ammon,& Moab,& Seir mutuis ſe cõficiunt vulneribus.

Tempore autem quo cœperunt'cum clamore & laude, poſuit Iehouáh'inſidiãtes contra filios עAmmón, Moáb & montẽ שSeעír qui venerant contra Iehudáh,'& percuſſerunt ſeſe. 22

'Inſurrexerunt præterea filii עAmmón & Moáb contra habitatores montis שSeעír,vt perderent ac delerent eos.'quúmque finẽ feciſſent contra habitatores שSeעír ,'adiuuerunt quiſque proximum ſuum ad internecionem. 23

Iehudáh autem venit ad Miצſpe *quæ eſt* in deſerto,& reſpexerunt 24

egrediebãtur de AEgypto,ſed declinauerũt ab eis, & nõ interfecerũt illos:

11 Econtrario agunt,& nitũtur eiicere nos de poſſeſſione quam tradidiſti nobis.

C

12 Deus noſter,ergo nõ iudicabis eos? in nobis quidem non eſt tãta fortitudo,vt poſſimus huic multitudini reſiſtere,quæ irruit ſup nos. ſed quũ ignoremus quid agere debeamus,hoc ſolũ habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.

13 Omnis verò Iuda ſtabat coram Domino cũ paruulis,& vxoribus,& liberis ſuis.

14 Erat autẽ Iahaziel filius Zachariæ, filii Bananiæ, filii Iehiel, filii Mathaniæ,Leuites de filiis Aſaph,ſuper quẽ factus eſt Spiritus Domini in medio turbæ:

15 Et ait,Attendite omnis Iuda,& qui habitatis in Ieruſalẽ, & tu Rex Ioſaphat:hæc dicit Dominus vobis,Nolite timere,nec paueatis hanc multitudinem:non eſt enim veſtra pugna,ſed Dei.

16 Cras deſcendetis contra eos:aſcenſuri enim ſũt per cliuum nomine Sis, & inuenietis illos in ſummitate torrentis qui eſt cõtra ſolitudinẽ Ieruel.

D

17 Non eritis vos qui dimicabitis,ſed tantum modo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos, ô Iuda & Ieruſalẽ, nolite timere, nec paueatis: cras egrediemini cõtra eos, & Dominus erit vobiſcum.

18 Ioſaphat ergo ,& Iuda , & omnes habitatores Ieruſalẽ ceciderunt proni in terram coram Domino,& adorauerunt eum.

19 Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabãt Dominũ Deum Iſrael voce magna in excelſum.

20 Quũmq; mane ſurrexiſſent, egreſſi ſunt per deſertum Thecua:profectiſque eis , ſtans Ioſaphat in medio eorum,dixit, Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem : credite in Domino Deo veſtro , & ſecuri eritis:credite Prophetis eius,& cuncta euenient proſpera.

21 Deditque conſilium populo,& ſtatuit cantores Domini , vt laudarent eum in turmis ſuis , & antecederent exercitum,ac voce conſona dicerent, Confitemini Domino , quoniam in æternum miſericordia eius.

22 Quũmque cœpiſſent laudes canere,vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammõ, & Moab , & montis Seir , qui egreſſi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt.

E

23 Nanq; filii Ammon & Moab conſurrexerũt aduerſum habitatores mõtis Seir , vt interficerent & delerent eos : quúmque hoc opere perpetraſſẽt,etiam in ſemetipſos verſi,mutuis concidere vulneribus.

24 Porrò Iuda quum veniſſet ad ſpeculam quæ reſpicit ſolitudinem,vidit

---

11 Retribuunt גומלים ſub.illud beneficium. 12 Iudicabis eos? תשפט־בם .i.iudicia tua exercebis in eos?

13 Coram Ieho. לפני יהוה Significat coram templo Domini. 14 De filiis מן־בני .i.de nepotibus.De viro inſigni hic loquitur: idcirco ponitur eius genealogia. Eſt autem Hebraiſmus,Iahaziel autem filius,&c.fuit ſuper eum Spiritus Iehouæ, pro, Super Iahaziel autem filium,&c.fuit Spiritus Iehouæ.i.afflatus fuit Spiritu Diuino. 15 Non veſtra *erit*,&c. לא לכם המלחמה וגו' q.d.non vos,ſed Deus erit qui pugnabit pro vobis aduerſus multitudinem iſtam. 17 Non veſtrũ,&c. לא לכם להלחם .i.non intererit veſtra pugnare,vel non erit veſtrum officium pugnare in hoc bello,tãtum ſpectatores eritis. Salutem Iehouæ vob. את־ישועת יהוה עמכם Hebraiſmus, qua ratione Deus ſeruaturus eſt vos. 19 Voce magna in excelſum. בקול גדול למעלה: .i.voce quam altiſſima.

20 Et roboramini: ותאמנו & eſtote fideles.ita quidam Hebræorum. Alii futurum tempus retinent,& corroborabimini.

21 In decore Sanctuarii, להדרת־קודש in decore Sãctitatis. Sic vocat cælum,intelligens ſedem Dei elegantiſſimam. Dum egrederentur, בצאת ſub.Iudæi & Ieroſolymitani. Ante accinctos לפני החלוץ Subaudiendum verbum,qui in quã canerent coram armatis militibus.

22 Cum clamore & laude, ברנה ותהלה ſub.laudare Iehouam. Alii,clamorem & laudem. Inſidiantes contra,&c. מארבים על־בני עמון .i. fecit vt filii Ammon & habitatores montis Seir ex inſidiis adorirẽtur Moabitas. Et percuſſerunt ſeſe. ויגנפו: & mutuis vulneribus ſeſe confoderunt. 23 Inſurrexerunt præterea ויעמדו Ad verbum,Et ſteterunt. Quúmque finem feciſſent וככלותם ſub.præliandi.

Adiuuerunt,&c. עזרו וגו' .i.confoderunt ſe mutuis vulneribus.

procul omnē latā regionem plenam cadaueribus,nec ſupereſſe quenquam qui necem potuiſſet euadere.

25 Venit ergo Ioſaphat,& omnis populus cū eo ad detrahēda ſpolia mortuorum: inuenerúntq; inter cadauera variam ſupellectilē, veſtes quoq; & vaſa pretioſiſſima: & diripuerunt, ita vt omnia portare nō poſſent,nec per tres dies ſpolia auferre præ prædæ magnitudine.

26 Die autem quarto congregati ſūt in valle Benedictionis:etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illū Vallis benedictionis vſque in præſentem diem.

27 Reuerſúſque eſt omnis vir Iuda,& habitatores Ieruſalē,& Ioſaphat ante eos in Ieruſalē,cum lætitia magna: eo quòd dediſſet eis Dominus gaudium de inimicis ſuis.

28 Ingreſſique ſunt in Ieruſalem cum pſalteriis,& citharis,& tubis in domū Domini.

29 Irruit autem pauor Dei ſuper vniuerſa regna terrarū, quum audiſſent quòd pugnaſſet Dominus contra inimicos Iſrael.

30 Quieuitque regnū Ioſaphat,& præbuit ei Deus pacem per circuitum.

G

31 Regnauit igitur Ioſaphat ſuper Iudam,& erat trigintaquinque annorū quū regnare cœpiſſet: viginti autē & quinq; annis regnauit in Ieruſalē: & nomē matris eius Azuba filia Selahi.

32 Et ambulauit in via patris ſui Aſa, nec declinauit ab ea,faciens quæ placita erant coram Domino.

33 Veruntamen excelſa non abſtulit, & adhuc populus non direxerat cor ſuum ad Dominum Deum Patrum ſuorum.

34 Reliqua autem geſtorum Ioſaphat priorum & nouiſſimorū, ſcripta ſunt in verbis Iehu filii Hanani, quæ digeſſit in libro Regum Iſrael.

35 Poſt hæc iniit amicitias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael, cuius opera fuerunt impiiſſima:

36 Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharſis: fecerúntq; claſſem in Aſion-gaber.

37 Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Mareſa ad Ioſaphat,dicēs, Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua,contritæque ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis.

Cap. XXI.

1 DOrmiuit autem Ioſaphat cū patribus ſuis, & ſepultus eſt cū eis in Ciuitate Dauid: regnauitque Iorā filius eius pro eo.

2 Qui habuit fratres filios Ioſaphat, Azariā,& Iahiel,& Zachariā,& Azariam,& Michael,& Saphatiā: omnes

---

ad multitudinem, & ecce,illi ′mortui iacebant in terra, nec vllus euaſerat.

25 Venit igitur Iehoשׁſaphát & populus eius vt diriperent ſpolia eorum, inuenerúntque in eis″multum diuitiarum,& cadauera *onuſta* ſupellectile cōcupiſcibili:prædatíque ſunt ſibi″abſque pōdere,″tribus diebus′diripientes ſpolia,quòd multa eſſent.

Ioſaphat cū ſuis conuertitur ad ſpolia.

26 Die autem quarta congregati ſunt in valle″Beracháh:quia *autem* ibi benedixerunt Iehouæ, idcirco vocauerunt nomen loci illius Vallem Beracháh vſque ad diem hanc.

Vallis Benedictionis.

27 Conuerſi ſunt itaque omnis vir Iehudáh & Ieruשׁſaláim,″& Iehoשׁſaphát in capite eorum,vt reuerterentur in Ieruשׁſaláim cum lætitia:′lætificauerat enim eos Iehouáh ab inimicis ſuis.

28 Ingreſſi ſunt autē Ieruשׁſaláim cum pſalteriis, & citharis, & tubis in domum Iehouæ.

Gaudium de inimicis.

29 Fuítque terror Dei ſuper omnia regna terrarū, quum audiſſent quòd pugnaſſet Iehouáh′cum inimicis Iשׁſraאelis.

Gratiarum actio de victoria.
Timor Dei contra inimicos.

30 Quieuit itaque regnum Iehoשׁſaphát,& requiem dedit ei Deus ſuus vndiquaque.

31 Regnauit itaque Iehoשׁſaphát ſuper Iehudáh: trigintaquinque annorum erat quum regnare cœpit,& vigintiquinque annis regnauit in Ieruשׁſaláim,& nomen matris eius עAzubáh filia שׁSilחhi.

32 Ambulauítq; in via Aסſá patris ſui,nec declinauit ab ea, faciēdo rectum in oculis Iehouæ.

33 Veruntamē excelſa non receſſerant , & adhuc populus nō præparauerant cor ſuum Deo Patrum ſuorum.

Excelſa non ablata.

34 Reliquum autem verborum Iehoשׁſaphát″priorum & poſteriorum,ecce ſunt ſcripta″in verbis Iehú filii חHananí,″de quo fit mētio in libro Regum Iשׁſraאelis.

35 Poſt hæc″ſocietatē iniit Iehoשׁſaphát rex Iehudáh cum Aחhazıáh rege Iשׁſraאelis:″qui impiè egit faciendo:

Init Ioſaphat amicitias cum Ochozia, propter quod reprehenditur.

36 Societatem inquam iniit cum eo,vt faceret naues quæ irēt″in Tharשׁſiשׁs:fecerúntque naues in עEצſion-gáber.

37 Vaticinatus eſt itaque אEliyézer filius Dodauáhu de Mareשׁſáh contra Iehoשׁſaphát,dicendo, Quia ſocietatem iniſti cum Aחhaziáhu, diſſipauit Iehouáh opera tua. Et confractæ ſunt naues,neq; valuerunt ire in Tharשׁſiשׁs.

Prophetare.

Cap. XXI.

1 DOrmiuit autem Iehoשׁſaphát cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum illis in Ciuitate Dauidis : regnauítque Iehorám filius eius pro eo.

Moritur Ioſaphat.

2 Fuerunt autē ei fratres filii Iehoשׁſaphat, עAzariáh,& Ieחhiאél, & Zechariáhu,& עAzariáhu, & Michaאél, & שׁSephatiáhu: omnes

Filii Ioſaphat.

---

24 Mortui iacebant in terra,nec vllus euaſerat. פגרים נופלים ארצה ואין פליטה: Ad verbum,cadauera,cadentes in terram,& non euaſio.

25 Multū diuitiarū,& cadauera *onuſta* ſupellectile cōc. לרוב ורכוש ופגרים וכלי חמודות Ad verbū,in multitudine,& diuitias,& cadauera,& vaſa deſideriorum.Id eſt (vt vertit interpres noſter) multum diuitiarum,& cadauera onuſta ſupellectile deſideriorum, ſiue deſiderabili :hoc eſt rebus pretioſis,vt annulis,torquibus,& ſimilibus.Intelligit omnem ornatum pretioſum quo ſolent ſæpe inſigniri milites.Vox Hebræa רכוש pro qua vertit interpres diuitias,ſignificat hic quod Gallicè dicimus *Le bagage*:vt intelligamus etiā iumenta. Abſque pondere, לאין משא .i.magnam vim ac copiam,ita vt nullum eſſet pondus certum,neque certus numerus. Tribus diebus,&c. ויהיו ימים שלושה בוזזים וגו' Ad verbum,& fuerunt dies tres diripientes,& c.q.d non potuerunt vno die diripere,tam multa erant.

26 Beracháh:quia *autem* ibi benedixerunt Iehouæ, ברכה כי־שם ברכו את־יהוה Benedictionis : quia *enim* ibi benedixerunt Iehouæ. Vel, Gratiarum actionis:quia *autem* ibi gratias egerunt Iehouæ,&c. 27 Et Iehoשׁſaphát in capite eorum, ויהושפט בראשם Hebraiſmus, Ioſaphat inter eos primas tenebat. Vel, Ioſaphat duce & præfecto. Lætificauerat enim eos,&c. כי־שמחם וגו' exhilarauerat enim eos,&c. q.d. dederat enim illis Iehouah victoriam de inimicis ſuis. 29 Cum inimicis Iשׁſraאelis. עם אויבי ישראל: contra inimicos Iſraelis.

34 Priorum & poſteriorum, הראשונים והאחרונים .i.quæ geſta ſunt initio regni eius,& ſub finem eiuſdem. In verbis בדברי .i.in geſtis,vel in hiſtoria. De quo fit mentio in libro אשר הועלה על־ספר Ad verbum,qui aſcendere factus eſt ſuper librum.i.qui ſcriptus eſt in libro,&c.q.d.de hoc Iehu fit mentio in libro Regum Iſraelis. 35 Societatem iniit אתחבר adiunxit ſeſe. Qui impiè egit faciendo. הוא הרשיע לעשות: .i.impietati ſtuduit. 36 In Tharשׁſiשׁs: תרשיש In 1.Reg.22.g.49,legitur,quæ irent in Ophir pro auro.

iſti,filii Iehoשſaphát Regisʹ Iשſraאelis.

Dederat autemʹeis pater eorum dona multa argenti,& auri, & 3
rerum pretioſarum, cum vrbibus munitis in Iehudáh: regnũ autem dederat Iehorám,quòd ille eſſet primogenitus.

Regnat Iorã primogenitus Ioſaphat.

Occidit fratres.

Surrexit itaque Iehorám ſuper regnum patris ſui:ʹ& quum corroboraſſet ſeſe,occidit omnes fratres ſuos gladio, & etiam *quoſdam* de principibus Iשſraאelis. 4

Triginta duorũ annorumerat Iehorám quumʹregnare cœpit,& octo annis regnauit in Ieruשſaláim. 5

Vxor Iorã abducit eũ ad idola.

Ambulauítque per viam Regum Iשſraאelis, quemadmodũ fecerat domus Aחháb: filia enim Aחháb fuit ei vxor: fecítque malum in oculis Iehouæ. 6

Noluit autem Iehouáh diſperdere domũ Dauidis propter fœdus quod pepigerat cum Dauide, & *ut faceret* quemadmodum dixerat,quòd daret eiʹlucernam,& filiis eius omnibus diebus. 7

Edom rebellis Iudæ,percutitur

In diebus eius defecit אEdóm,ne eſſet ſub manu Iehudáh, & regnare fecerunt ſuper ſe Regem. 8

Tranſiuit itaque Iehorám cum principibus ſuis, & omni curru cum eo:ſurrexítque nocte, & percuſſit אEdóm qui circundederat eum,& principes curruum. 9

Lobna rebellis Iudæ.

Defecit igitur אEdóm,ne eſſet ſub manu Iehudáh, vſque ad diẽ hãc:ʹtũc defecit & Libnáh tempore ipſo,ne eſſet ſub manu eius, quòd *Iehoram* dereliquiſſet Iehouam Deum Patrum ſuorum. 10

Etiam ipſe fecit excelſa in mõtibus Iehudáh ,ʹ& fornicari fecit habitatores Ieruשſaláim,ʹ& impulit Iehudáh. 11

Eliſæus qui hoc loco Elias dicitur,miſſis literis ad Ioram,prædicit ei interitum,& quare.

Peruenit autem ad eũʹſcriptura ab אEliiáhu propheta, ʹin hanc ſententiam,Sic dixit Iehouáh Deus Dauidis Patris tui,Propterea quòd non ambulaſti in viis Iehoשſaphát patris tui,& in viis Aעſá regis Iehudáh: 12

Sed ambulaſti in via Regũ Iשſraאelis,& fornicari feciſti Iehudáh & habitatores Ieruשſaláim ſicut fornicata eſt domus Aחháb , & inſuper fratres tuos familiam patris tui,meliores te,occidiſti: 13

Ecce Iehouáhʹpercutit plaga magna populũ tuũ,& filios tuos, & vxores tuas,atque cunctam ſubſtantiam tuam. 14

ʹTu autem *eris* in infirmitatibus multis,*id eſt*, in infirmitate inteſtinorum tuorum,donec egrediantur inteſtina tua præ infirmitateʹper ſingulos dies. 15

Deus concitat Philiſthinos cõtra Ioram.

Suſcitauit itaq; Iehouáh contra Iehorám ſpiritum Peliשſthím & עArabúm qui erantʹad fines AEthiopum. 16

Qui aſcendentes in Iehudáh , irruerunt in eam, & diripuerunt omnem ſubſtantiam quæ inuẽta eſt in domo regia , atque etiam filios eius,& vxores eius,nec remanſit ei filius niſiʹIehoaחház minimus filiorum eius. 17

Ioram alui languore interit.

Et poſt hæc omnia percuſſit eum Iehouáh in inteſtinis eius 18

hi,filii Ioſaphat Regis Iuda.

3 Deditque eis pater ſuus multa munera argenti & auri,& penſitationes cum ciuitatibus munitiſſimis in Iuda: regnum autẽ tradidit Ioram,eo quòd eſſet primogenitus.

4.Reg.8.c.16

4 Surrexit autem Ioram ſuper regnũ patris ſui:quúmque ſe cõfirmaſſet,occidit õnes fratres ſuos gladio,& quoſdam de princibus Iſrael.

5 Trigintaduorum annorum erat Ioram quũ regnare cœpiſſet: & octo ãnis regnauit in Ieruſalem.

6 Ambulauitque in viis Regum Iſrael,ſicut egerat domus Achab:filia qppe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conſpectu Domini. B

2.Reg.7.b.12

7 Noluit autem Dominus diſperdere domum Dauid propter pactũ quod inierat cum eo: & quia promiſerat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore.

8 In diebus illius rebellauit Edom, ne eſſet ſubditus Iudæ, & conſtituit ſibi Regem.

9 Quúmque trãſiſſet Iorã cum principibus ſuis,& cuncto equitatu qui erat ſecum,ſurrexit nocte, & percuſſit Edom qui ſe circundederat,& omnes duces equitatus eius.

10 Attamen rebellauit Edom,ne eſſet ſub ditione Iuda, vſque ad hãc diem: eo tẽpore & Lobna receſſit, ne eſſet ſub manu illius. dereliquerat enim Dominum Deum Patrum ſuorum.

11 Inſuper & excelſa fabricatus eſt in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ieruſalẽ,& præuaricari Iudã. C

12 Allatæ ſunt autem ei literę ab Elia propheta , in quibus ſcriptum erat, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui , Quoniam non ambulaſti in viis Ioſaphat patris tui,& in viis Aſa regis Iuda:

13 Sed inceſſiſti per iter Regum Iſrael, & fornicari feciſti Iudam , & habitatores Ieruſalem,imitatus fornicationem domus Achab:inſuper & fratres tuos,domum patris tui, meliores te, occidiſti:

14 Ecce,Dominus percutiet te plaga magna cũ populo tuo,& filiis,& vxoribus tuis,vniuerſáq; ſubſtantia tua.

15 Tu autem ægrotabis peſſimo languore vteri tui,donec egrediantur vitalia tua paulatim per ſingulos dies.

16 Suſcitauit ergo Dominus cõtra Ioram ſpiritum Philiſthinorum,& Arabum,qui confines ſunt AEthiopibus.

17 Et aſcenderunt in terram Iuda, & vaſtauerunt eam: diripuerúntque cũctam ſubſtantiam quæ inuenta eſt in domo Regis,inſuper & filios eius,& vxores,nec remanſit ei filius,niſi Ioachaz,qui minimus natu erat. D

18 Et ſuper hæc omnia percuſſit eum

IN CAPVT XXI.

2 Iשſraאelis. ישראל: Aliquando Iſrael pro tribubus omnibus accipitur:aliquando pro duabus tantùm.propterea Rex Iuda dicebatur Rex Iſrael,ac ſi diceret,Regis filiorum Iſrael,nempe tribus Iuda & Beniamin. 3 Eis להם nempe fratribus Iehoram.
4 Et quum corroboraſſet ſeſe,ʹויתחזק Ad verbum,& corroborauit ſeſe. 7 Lucernam, ניר Per lucernam intelligit regnum:quòd Reges(vt alio loco dictum eſt)debent prælucere ſubditis.Lucernam igitur,hoc eſt dignitatem regiam,illuſtrem & præclaram.
11 Et fornicari fecit ויזן q.d.fuit cauſa idololatriæ omnibus habitantibus in Ieruſalem. Et impulit וידח vt ſcilicet caderet labẽs iam,& nutans.Metaphora ab eo qui iamiam lapſurus eſt,& impellitur.q.d.impulit Iudæos ad idololatriam,alioqui iam pronos ad cultum idolorum.
12 Scriptura מכתב .i.epiſtola quædam. In hanc ſententiam, לאמור Ad verbum,dicendo. 14 Percutit נוגף Præſ.Heb.pro fut. percuſſurus eſt. 15 Tu autem *eris* in infirmitatibus ואתה בחלים Te autem *percuſſurus eſt* in multis morbis.i.afficieris multis & grauiſſimis morbis. Per ſingulos dies. ימים על־ימים: Ad verbum,diebus poſt dies.i.in dies,ſiue quotidie.
16 Ad fines על־יד .i.qui erant vicini & finitimi Æthiopibus. 17 Iehoaחház יהואחז Hic fuit trinomius.nam ſequenti capite,verſu primo vocatur Ahazias,ſiue Ohozias:ſexto autem verſu eiuſdem capitis dicitur Azarias.

Dominus alui languore inſanabili.

Quûmque diei ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur, duorum annorũ expletus eſt circulus: & ſic longa conſumptus tabe, ita vt egereret etiam viſcera ſua, languore pariter, & vita caruit, mortuúſque eſt in infirmitate peſſima: & non fecit ei populus ſecundũ morẽ cõbuſtionis, exequias, ſicut fecerat maiorib⁹ eius. 19

Trigintaduorũ annorum fuit quum regnare cœpiſſet: & octo annis regnauit in Ieruſalẽ: ambulauitque non rectè, & ſepelierunt eũ in Ciuitate Dauid, veruntamen non in ſepulchro Regum. 20

Cap. XXII.

4.Reg.8.f.24 Conſtituerunt autem habitatores Ieruſalẽ Ochoziã filiũ eius minimũ, Regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerãt, interfecerant latrones Arabũ, qui irruerãt in caſtra: regnauitq; Ochozias filius Ioram Regis Iuda. 1

Quadragintaduorum annorum erat Ochozias quum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem: & nomẽ matris eius Athalia filia Amri. 2

Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. 3

B Fecit igitur malũ in conſpectu Domini, ſicut domus Achab: ipſi enim fuerunt ei conſiliarii poſt mortem patris ſui, in interitum eius. 4

Ambulauitque in conſiliis eorum: & perrexit cũ Ioram filio Achab Rege Iſrael, in bellum cõtra Hazael Regem Syriæ, in Ramoth Galaad: vulnerauerúntque Syri Ioram. 5

Qui reuerſus eſt vt curaretur in Iezrahel. multas enim plagas acceperat in ſupradicto certamine: igitur Ochozias filius Ioram Rex Iuda, deſcẽdit vt inuiſeret Ioram filiũ Achab in Iezrahel ægrotantem. 6

C Voluntatis quippe fuit Dei aduerſus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & quum veniſſet, egrederetur cum eo aduerſum Iehu filium Namſi, quem vnxit Dominus vt deleret domum Achab. 7

Quum ergo euerteret Iehu domũ Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. 8

Ipſum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductúmque ad ſe occidit, & ſepelierunt eum, eo quòd eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo. nec erat vltrà ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ. 9

″infirmitate cui non erat medela.

19 ″Fuit autem, poſt multos dies, maximè poſtquam venit finis illorum duorum annorum, egreſſa ſunt inteſtina eius cum infirmitate eius, mortuúſque eſt ″infirmitatibus malis: nec fecerunt ei populus eius ″combuſtionem ſecundum combuſtionẽ patrum eius.

20 Trigintaduorum annorum erat quum regnare cœpit, & octo annis regnauit in Ieruשſaláim: ″ambulauítq; abſque *ullo* deſiderio. ″& ſepelierunt eũ in Ciuitate Dauidis, ſed nõ in ſepulchris Regũ.

Cap. XXII.

Ochozias Ioræ ſuccedit.

1 Conſtituerunt autẽ Regem habitatores Ieruשſaláim Aחhaziáhu filium eius minimum pro eo: omnes enim ″priores occiderat exercitus qui venerat cum yArabibus ad caſtra illa. regnauit itaque Aחhaziáhu filius Iehorám Regis Iehudáh.

2 ″Quadragintaduorum annorum erat Aחhaziáhu quum regnare cœpit, & anno vno regnauit in Ieruשſaláim. nomen autem matris eius yAthaliáhu filia yOmri.

Ochozias impi⁹.

3 Etiã ipſe ambulauit in viis domus Aחháb: mater enim eius conſuluerat ei vt impiè ageret.

4 Fecit igitur malum illud in oculis Iehouæ, ſicut domus Aחháb: ipſi enim fuerunt ei conſultores poſt mortẽ patris ſui, ad perditionem eius.

Bellũ Ochoziæ & Iorã cõtra Hazael Regẽ Syriæ.

5 Quin ipſe iuxta conſiliũ eorũ ambulauit: & profectus eſt cum Iehorã filio Aחháb Rege Iשraאelis, ad bellũ contra חHazaאél Regem Arám in Ramóth Gilyád: vbi percuſſerunt Aramæi Iorám.

Voluntate Dei Iehu Ochoziam occidit.

6 Reuerſus eſt itaque vt curaret ſe in Izreאyél, quia plagæ ″*erant ei*, quibus percuſſerant eum in Ramáh dum pugnaret cum חHazaאél Rege Arám: yAzariáhu autẽ filius Iehorã Regis Iehudáh, deſcẽdit vt viſeret Iehorám filium Aחháb in Izreאyél, quia ægrotabat.

7 A Deo autẽ erat ″conculcatio Aחhaziáhu, vt veniret ad Iorám. nam quum veniſſet, egreſſus eſt cum Iorám ″ad Iehú filium Nimשſí, quem vnxerat Iehouáh vt ſuccideret domum Aחháb.

8 Fuit itaque, ″quum iudicium faceret Iehú cum domo Aחháb, inuenit principes Iehudáh, ″& filios fratrum Aחhaziáhu miniſtrantes ipſi Aחhaziáhu, & interfecit illos.

9 Quæſiuit & ipſum Aחhaziáhu: quem cõprehendit, (ipſe autem deliteſcebat in שSomerón) adduxerunt itaq; eum ad Iehú, qui interemerunt eũ, ſepelierúntq; eum: dixerunt enim, Filius eſt Iehoשſaphát qui quæſiuit Iehouam toto corde ſuo. ″non erat autẽ domui Aחhaziáhu vt retinere poſſet potentiã ad occupandũ regnũ.

18 Infirmitate cui, &c. לחלי לאין מרפא: morbo incurabili. 19 Fuit autem, &c. ויהי וגו׳ Ad verbum, Et fuit, in diebus à diebus & ſecũdum tempus egrediendi finis annorũ duorum. i. Factũ eſt autẽ poſt aliquot annos, & maximè poſtquam aduenit finis duorum annorum poſtremorum vitæ Ioram. Infirmitatibus malis: בתחלואים רעים morbis peſſimis, vel grauiſſimis. Combuſtionem ſecũdum combuſt. שרפה כשרפת rogum iuxta rogum. Id eſt, non affecerunt eum eo honore quo maiores afficere ſolebant Reges.

20 Ambulauitque abſque *ullo* deſid. וילך בלא חמדה Hebraiſmus, pro, vixit inglorius, ſine vllo honore. Gallicè, *ſans qu'aucun le regrettat.* Nã ab eo tempore quo deſtitutus fuit à Domino, fuit priuatus omni honore & dignitate. Et ſepelierunt eum ויקברוהו ſepelierunt tamen eum.

IN CAPVT XXII.

1 Priores הראשונים. i. maiores natu, qui eum præcedebant. 2 Quadragintaduorũ annorũ, &c. בן ארבעים ושתים שנה וגו׳ Oritur hîc magna controuerſia. nam in fine præcedẽtis capitis Ioram dicitur natus fuiſſe XXXII annos quum regnare cœpit: & regnaſſe VIII annis. qui omnes in vnum collecti, aſcendunt ad XL annos tãtùm. hic autem Ochozias dicitur fuiſſe natus XLII annos quum regnare cœpit. Quare filius videretur antiquior patre. Item 2. Reg. 8. g. 26, dicitur fuiſſe annos duos & viginti natus quũ regnare cœpit Ochozias: hîc autem XLII. Sed quæ author huius libri dicit, intelligenda ſunt de adminiſtratione regni quam accepit ipſe Ochozias patre mortuo: & quæ in ſecundo libro Regum, de adminiſtratione regni quam accepit viuẽte patre. Regnum autem viuente patre adminiſtrauit XX annis. atque ob id in fine præcedentis capitis dicitur Ioram fuiſſe inglorius. Ioram autem pater, Rex fuit XXVIII annis. 6 *Erant ei*, Alii ſubaudiunt, affligebant illum.

7 Conculcatio תבוסת Per conculcationem intelligit mortem & interitum. Ad Iehú, &c. אל יהוא וגו׳ obuiam Iehu filio, &c.

8 Quum iudicium faceret בהשפט quum diſceptaret. Et filios fratrum, &c. ובני אחי וגו׳ Doctiores hæc includunt parentheſi, & in nominatiuo vertunt, ſic, Filii autem fratrum Aחhaziáhu miniſtrabant [ad verbum, *erant* miniſtrantes] ipſi Ahaziahu.

9 Non erat autem domui, &c. ואין לבית וגו׳ q. d. qui ſuperſtites fuerunt de familia Ochoziæ, non potuerunt occupare regiam dignitatem. Quæ ſequuntur vſque ad finem capitis, leguntur 2. Reg. 11. a. 1.

Athalia mater Ochoziæ occidit semen regium.

10 Porrò עAthaliáhu mater Aחhaziáhu videns quòd mortuus esset filiꝰ suus, surrexit, & interfecit omne semē regiū familiæ Iehudáh.

Ioas filius Ochoziæ absconditur.

11 Tulit autem Iehoשsabעáth filia Regis ipsum Ioáשs filiū Aחhaziáhu, & furata est eum è medio filiorum Regis qui interficiebantur, posuítque eum & nutricem eius in cubiculo lectorum: & abscondit eum Iehoשsabעáth filia Regis Iehoram, vxor Iehoiadáע sacerdotis, (ipsa enim erat soror Aחhaziáhu) à facie עAthaliáhu, ″ne interimeret eum.

12 Et fuit cum eis in domo Dei absconditus sex annis: עAthaliáh autem regnabat super terram.

Cap. XXIII.

Ioas filius Ochoziæ vngitur in Regem.

1 A″Nno autē septimo ″confirmatus est Iehoiadáע, & assumpsit centuriones עAzariáh filium Ieroחhám, & Iשsmaעאél filiū Iehoחhanán, & עAzariáhu filium עוObéd, & Maעaשseiáhu filium עAdaiáhu, & אEliשsaphát filium Zichri, secum in fœdere.

2 Circumeuntes verò Iehudáh, congregauerunt ″Leuitas de cunctis vrbibus Iehudáh, & principes familiarum ″Iשsraאelis, & venerunt in Ieruשsaláim.

3 Percussit autem vniuersus cœtus fœdus in domo Dei ″cum Rege: ″dixerat verò illis, Ecce filius Regis ″regnabit, ″sicut loquutus est Iehouáh super filios Dauidis.

4 Hoc *ergo* est quod facietis, Tertia pars vestrum ″qui venitis ad sabbathum, ex Sacerdotibus & Leuitis, *erit* ″in ianitores liminum.

5 Tertia verò pars *erit* in domo Regis, & tertia pars ″ad portā Fundamenti: omnis autem populus *erit* in atriis domus Iehouæ.

6 Neque *quisquam* ingrediatur domum Iehouæ, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: hi ingrediantur, quia ″sanctitas sunt: & omnis populus ″obseruent custodiam Iehouæ.

7 Et circundabunt Leuitæ Regem vndique, quisque *habebit* ″instrumenta sua in manu sua: & qui ingressus fuerit domum, interficiatur: & estote cum Rege quum ingredietur & quum egredietur.

8 Fecerunt ergo Leuitæ & vniuersus Iehudáh iuxta omnia quæ præceperat Iehoiadáע Sacerdos, assumpserúntque singuli viros suos venientes ad sabbathum cum egredientibus è sabbatho: non enim dimiserat Iehoiadáע Sacerdos ″classes.

9 Et dedit Iehoiadáע Sacerdos centurionibus lanceas, & clypeos, & peltas quæ fuerant Regis Dauidis, quæ erant in domo Dei.

10 Constituítque vniuersum populum, (& singuli gladios *habebāt* in manu sua) à latere ″domus dextero vsque ad latus domus sinistrū, iuxta altare & domum, iuxta Regem per circuitum.

11 Tunc eduxerūt filium Regis, posuerúntq; super eum diadema, & ornamentum: & Regem constituerūt eum, vnxerúntque eum Iehoiadáע & filii eius, atque dixerunt, Viuat Rex.

Athalia iussu Ioiadæ Pontificis interficitur.

12 Quum autē audisset Athaliáhu sonitum populorū currētium,

10 Siquidē Athalia mater eius vidēs quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Iuda. 4.Reg.11.a.1 D

11 Porrò Iosabeth filia Regis tulit Ioas filiū Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum Regis, quū interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem quæ abscōderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ Pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum.

12 Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terrā.

Cap. XXIII.

1 ANno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ierohā, & Ismahel filium Iohanan, Azariam quoque filium Oded, & Maasiam filiū Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus. 4.Reg.11.a.4

2 Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel: venerúntque in Ierusalem.

3 Iniit ergo omnis multitudo pactū in Domo Dei cum Rege: dixitque ad eos Ioiada, Ecce, filius Regis regnabit, sicut loquutus est Dominus super filios Dauid.

4 Iste est ergo sermo quem facietis, Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbathū, Sacerdotum, & Leuitarū, & ianitorum, erit in portis.

5 Tertia verò pars ad domū Regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquū vulgus sit in atriis domus Domini.

6 Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tātummodo ingrediātur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini.

7 Leuitæ autem circundent Regem, habentes singuli arma sua: (&, siquis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintque cum Rege & intrante & egrediente. B

8 Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada Pōtifex: & assūpserunt singuli viros qui sub se erāt, & veniebāt per ordinē sabbathi, cū iis qui impleuerant sabbathum, & egressuri erant. siquidē Ioiada Pontifex nō dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomodas succedere consueuerant.

9 Deditq; Ioiada Sacerdos cēturionibꝰ lāceas, clypeósq; & peltas Regis Dauid, quas cōsecrauerat in domo Dei.

10 Cōstituitq; omnē populū tenentiū pugiones, à parte tēpli dextra, vsque ad partem templi sinistrā, corā altari, & templo, per circuitum Regis.

11 Et eduxerūt filiū Regis, & imposuerūt ei diadema, & testimoniū, & cōstituerūt eū Regē: vnxit quoq; illū Ioiada Pontifex & filii eius: imprecatiq; sunt ei, atque dixerunt, Viuat Rex. C

12 Quod quum audisset Athalia, vocē scilicet currentiū, atque laudantium

---

IN CAPVT XXII.

1 Anno autem septimo ובשנה השביעית sub. ab imperio Athaliæ, vel à morte Ochoziæ. Cōfirmatus est Iehoiadáע, & assumpsit התחזק יהוידע ויקח sumpto animo Iehoiadah assumpsit. particula Secū in fœdere, quæ in fine versus legitur, huic verbo iungi debet, assūpsit secū in fœdere. q.d. & iniit cum illis fœdus. 2 Leuitas את־הלוים Nomine Leuitarū hîc Sacerdotes & Leuitas intelligit. Iשsraאelis, לישראל Hîc Israel pro Iudæ tribu accipitur, non pro decem tribubus. 3 Cum Rege: עם־המלך sub. Ioas. Dixerat verò ויאמר prius scilicet quàm fœdus inissent cum Rege. Ordo rerum gestarum non semper seruatur in Scriptura. Regnabit ימלוך regnet. Sicut loquutus est, &c. כאשר דבר וגו' .i. sicut promisit Dominus nepotibus Dauidis. 4 Qui venitis ad sabbathum, באי השבת Subaudienda quædam, qui venitis *ut fungamini officio uestro* hebdomade sequente. Vide hæc 2.Reg.11.a.5. In ianitores לשוערי .i. seruabit limina portarum. hoc est præerunt portæ Meridionali atrii. in eo autē populus orabat. 5 Ad portā Fundamēti: בשער היסוד De hac vide 2.Reg.11.b.6.

6 Sanctitas קודש .i. sacrosancti. Obseruent custodiam Ieh. :ישמרו משמרת יהוה .i. fungantur officio suo in atrio illo magno Iehouæ.

7 Instrumenta sua in manu sua: וכליו בידו Hic ו redundat, quod apparet ex paulo pòst sequente versu decimo, vbi sic legitur, ואיש שלחו בידו Hebraismus, in manu sua tenentes arma. 8 Classes. :את־המחלקות .i. distributiones Sacerdotū & Leuitarum. hi erant distributi in duas classes tantùm, nempe in eos qui functi erant suo officio, & eos qui proxima hebdomade functuri erant.

10 Domus הבית Per domum intelligit Sancta sanctorum, siue Adytum.

Regem, igreſſa eſt ad populũ in tẽplum Domini.

13 Quúmque vidiſſet Regem ſtãtem ſuper gradũ in introitu, & principes, turmáſque circa eum, omnémque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis concinẽtem, vocémque laudãtium, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Inſidiæ, inſidiæ.

14 Egreſſus autem Ioiada Pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra ſepta tẽpli, & interficiatur foris gladio. Præcepitque Sacerdos ne occideretur in domo Domini.

15 Et impoſuerunt ceruicibus eius manus: quúmque intraſſet portam equorũ domus Regis, interfecerũt eã ibi.

D

16 Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe vniuerſúmque populum & Regẽ, vt eſſet populus Domini.

17 Itaque ingreſſus eſt omnis populus domum Baal, & deſtruxerunt eã: & altaria ac ſimulachra illius confregerunt: Mathan quoque ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras.

18 Conſtituit autem Ioiada præpoſitos in domo Domini, ſub manibus Sacerdotum & Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in Lege Moyſi, in gaudio & canticis, iuxta diſpoſitionem Dauid.

19 Conſtituit quoq; ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re.

20 Aſſumpſitque centuriones & fortiſſimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt deſcẽdere Regem de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domum Regis, & collocauerunt eum in ſolio regali.

21 Lætatúſq; eſt omnis populus terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta eſt gladio.

Cap. XXIIII.

4.Reg.12.a.1

1 SEptem annorum erat Ioas quũ regnare cœpiſſet: & quadraginta annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Sebia de Ber-ſabee.

2 Fecitque quod bonum eſt corã Domino cunctis diebus Ioiadæ Sacerdotis.

3 Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias.

4 Poſt quæ placuit Ioas vt inſtauraret domum Domini.

5 Congregauitque Sacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſrael pecuniam ad ſartatecta templi Dei veſtri, per ſingulos annos, feſtinatóque hoc facite. Porrò Leuitæ egere negligentius.

B

6 Vocauitque Rex Ioiadam principem, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ieruſalem pecuniam quæ conſtituta eſt à Moyſe ſeruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Iſrael in tabernaculum teſtimonii?

& laudantium Regem, tum venit ad populum in domũ Iehouæ.

13 'Quæ quũ circunſpexiſſet, ecce, Rex ſtabat iuxta columnã ſuam in introitu, & principes & tubæ iuxta Regem, & vniuerſum populum terræ lætantẽ, & clangentẽ tubis, & cantores cum inſtrumentis muſicis, '& ſcientes laudare: ſcidit yAthaliáhu veſtimenta ſua, ac dixit, Coniuratio, coniuratio.

14 Eduxit autem Iehoiadáy Sacerdos centuriones, præfectos exercitus, dicens illis, Educite illam extra ſepta: & qui iuerit poſt eam, interficiatur gladio. Dixerat enim Sacerdos, Ne interficiatis eam in domo Iehouæ.

15 Impoſuerunt itaque ei manus, & ingreſſa eſt ad introitum portæ equorum domus regiæ, & interfecerunt eam ibi.

Deſtruit populus domũ Baal.

16 Pepigit autem Iehoiadáy fœdus 'inter ſe & vniuerſum populũ & Regem, vt eſſet populus Iehouæ.

17 Ingreſſi ſunt itaque vniuerſus populus domum Báyal, & deſtruxerunt eam, altaria quoque eius, & ſimulachra eius confregerunt: Matthán præterea ſacerdotem Báyal occiderunt ante altaria.

18 Poſuítque Iehoiadáy "præpoſitos domus Iehouæ in manu Sacerdotum & Leuitarum, quos diſtribuerat Dauid in domo Iehouæ vt offerrent holocauſta Iehouæ, ſicut ſcriptũ eſt in Lege Moשséh, in lætitia & cantico, per manus Dauidis.

19 (Conſtituit autem ianitores ipſos ad portas domus Iehouæ, '& non ingrediebatur immundus in qualibet re.)

20 Poſtea aſſumpſit centuriones, & magnates, & eos qui dominabãtur populo, & omnem populũ terræ, '& deduxit Regem de domo Iehouæ, & venerunt per mediũ portæ ſuperioris *quæ erat in* domo Regis, & ſedere fecerunt Regem ſuper ſolium regni.

21 Lætati ſunt ergo vniuerſus populus terræ, & vrbs ipſa quieuit: yAthaliáhu autem interfecerunt gladio.

Cap. XXIIII.

Ioas præceptore Ioiada Legem ſeruat.

1 SEptem annorum *erat* 'Ioáשs quum regnare cœpit, & quadraginta annis regnauit in Ieruשsaláim: nomẽ autem matris eius ẋSibiáh de Bexer-שsébay.

2 Fecítque Ioáשs rectum in oculis Iehouæ, omnibus diebus Iehoiadáy Sacerdotis.

3 Accepit autẽ illi Iehoiadáy vxores duas, genuítq; filios & filias.

Ioas inſtaurat tẽplũ Domini.

4 Poſt hæc verò fuit "in animo ipſi Ioáשs vt inſtauraret domum Iehouæ.

5 Congregauítque Sacerdotes & Leuitas, ac dixit eis, 'Egredimini ad vrbes Iehudáh, & colligite ab vniuerſo Iשsraxele argentum vt inſtauretur domus Dei veſtri per ſingulos annos, vos autẽ accelerate negotium. Et non accelerauerunt Leuitæ.

6 Propterea vocauit Rex Iehoiadáy "principem, & dixit ei, Cur nõ perquiſiſti à Leuitis vt afferrẽt de Iehudáh & de Ieruשsaláim "munus Moשséh ſerui Iehouæ, & à congregatione Iשsraxelis, in tabernaculum teſtimonii?

13 Quæ quum circunſp. ותרא Ad verbum, Et vidit. ſub. quæ in templo fiebant. Et ſcientes laudare: ומודיעים להלל & qui erant periti laudandi. ſub. Deum. ſub. in inſtrumentis muſicis. 16 Inter ſe, &c. בינו וגו' In 2. Reg. 11. d. 17, legitur, inter Iehouam & Regem, & populum, vt eſſet populus Iehouæ: item inter Regem & populũ. 18 Præpoſitos domus, &c. פקודות בית וגו' præfecturas *in* domo Iehouæ in manu Sacerdotum & Leuitarum. i. magiſtratus quos detulit Sacerdotibus ac Leuitis. Talis debebat eſſe verborum ordo, vt offerrẽt cum gaudio & cantibus muſicis holocauſta, &c. per manus, id eſt ſecundum diſpoſitionem Dauidis. 19 Et nõ ingrediebatur, &c. ולא־יבוא וגו' . q. d. illi non permittebant vt vllus immundus ingrederetur. 20 Et deduxit ויורד Ad verbum, & deſcendere fecit.

IN CAPVT XXIIII.

1 Ioáשs יואש In 2. Reg. 12. a. 1, dicitur Iehoás: quia huiuſmodi nomina patiuntur contractionem.

5 Egredimini ad vrbes Iehudáh, צאו לערי יהודה q. d. relictis Ieroſolymis concedite in vrbes Iehuda.

6 Principem, הראש Subaudi ex vndecimo verſu paulo pòſt ſequente כוהן Sacerdotem, vbi integra loquutio legitur. Significat enim ſummum Sacrificum, ſiue Sacerdotem. Munus את משאת donum. vel, oblationem. aut, vectigal conſtitutum à Moſe.

7 ″yAthaliáhu enim impia & filii eius deſtruxerũt domũ Dei, quin-etiã′omnes ſanctificationes domus Iehouæ″impẽderũt in idolis.

8 ′Dixit igitur Rex, & fecerunt arcam vnam, quam poſuerunt ad portam domus Iehouæ foris.

9 ″Et promulgarũt in Iehudáh & Ieruϣſaláim vt afferrent Iehouæ ′donum Moϣſéh ſerui Dei ſuper Iϣſraℵelem in deſerto.

10 Et lætati ſunt omnes principes, atque vniuerſus populus,′& attulerunt, coniecerúntque in arcam′donec conſummaſſent.

11 Fuit autem, tempore quo ′afferebat arcam ′ad præfectum Regis ′per manum Leuitarum, quũ viderent quòd multum eſſet argentum, tunc veniebat Scriba Regis, & præfectus Sacerdotis′primi, & effundebant arcã: poſtea reportabant eã & reponebant eam in locum ſuum. ſic faciebant′per ſingulos dies: congregauerúntque ′argentum in multitudine.

12 Et dedit illud Rex & Iehoiadáy facienti opus miniſterii domus Iehouæ: conduxerúntque ′cæſores & artifices ad inſtaurandam domum Iehouæ, & etiam fabros ferri & æris ad fortificandam domum Iehouæ.

13 Fecerunt itaque ″operarii, ″& ſanatũ eſt opus manibus illorũ, & reſtituerũt domũ Dei″in diſpoſitionẽ ſuã, ac roborauerũt eam.

14 ″Quũ autem conſũmaſſent, attulerunt corã Rege & Iehoiadáy reſiduũ argenti, fecerúntque ex eo vaſa domui Iehouæ, vaſa *inquam* miniſterii, & mortaria, & cochlearia, vaſa quoque aurea & argẽtea: offerebántque holocauſta in domo Iehouæ iugiter cunctis diebus Iehoiadáy.

Moritur Ioiada: quo mortuo declinat Ioas ad idololatriam.

15 Senuit autem Iehoiadáy ſaturatus diebus, ac mortuus eſt: centum & triginta annorum erat quando mortuus eſt.

16 Sepeliérũntque eum in Ciuitate Dauidis cum Regibus, ′quòd feciſſet bonum in Iϣſraℵele & cum Deo ac domo eius.

17 Poſtquam autem mortuus eſt Iehoiadáy, venerunt principes Iehudáh, ″& incuruauerunt ſe Regi: tunc obtemperauit eis Rex.

18 Et derelinquentes domum Iehouæ Dei Patrũ ſuorum, ſeruierunt lucis, & ſculptilibus: fuit itaq; ira contra Iehudáh & Ieruϣſaláim propter delictum ſuum iſtud.

Iuſſu Ioas interficitur Zacharias propheta à Deo miſſus.

19 ″Et miſit *Iehouah* ad eos, Prophetas, ″vt reuocarent illos ad ſe, ″& teſtificati ſunt eis, ′& non auſcultauerunt.

20 ′Spiritus autem Dei induit Zechariáh filium Iehoiadáy ſacerdotis, ″& ſtetit déſuper populum, ac dixit eis, Sic dixit Deus, Cur

Athalia enim impiiſſima & filii eius deſtruxerant domum Dei, & de vniuerſis quæ ſanctificata fuerãt in tẽplo Dñi, ornauerant fanum Baalim.

Præcepit ergo Rex, & fecerunt arcam: poſuerúntque eã iuxta portam domus Domini forinſecus.

Et prædicatum eſt in Iuda & Ieruſalem vt deferrent ſinguli pretiũ Domino, quod constituit Moyſes ſeruus Dei ſuper omnem Iſrael, in deſerto

Exod.30.b.12.

C

Lætatique ſunt cuncti principes, & omnis populus: & ingreſſi contulerũt in arcã atq; miſerũt, ita vt impleretur.

Quúmque tẽpus eſſet vt deferrent arcam coram Rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur ſcriba Regis, & quem primus Sacerdos conſtituerat: effundebántque pecuniam quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locum ſuum: ſicque faciebant per ſingulos dies, & congregata eſt infinita pecunia.

Quam dederunt Rex & Ioiada iis qui præerant operibus domus Domini: at illi cõducebant ex ea cæſores lapidum, & artifices operum ſingulorũ, vt inſtaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur.

D

Egerúntque ii qui operabãtur induſtriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum: ac ſuſcitauerunt domum Dei in ſtatum priſtinũ: & firmiter eam ſtare fecerunt.

Quúmque compleſſent omnia opera, detulerunt coram Rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta ſunt vaſa templi in miniſterium ad holocauſta, phialæ quoque, & cætera vaſa aurea & argentea: & offerebãtur holocauſta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.

Senuit autem Ioiada plenus dierũ, & mortuus eſt quũ eſſet centum triginta annorum:

E

Sepeliérũtque eum in Ciuitate Dauid cum Regibus, eo quòd feciſſet bonum cũ Iſrael, & cum domo eius.

Poſtquam autem obiit Ioiada, ingreſſi ſunt principes Iuda, & adorauerunt Regẽ: qui delinitus obſequiis eorum, acquieuit eis.

Et dereliquerunt templum Domini Dei Patrum ſuorum, ſeruierúntq; lucis & ſculptilibus: & facta eſt ira cõtra Iudam & Ieruſalem propter hoc peccatum.

Mittebátque eis Prophetas, vt reuerterentur ad Dominum: quos proteſtantes illi audire nolebant.

Spiritus itaq; Dei induit Zachariã filiũ Ioiadæ ſacerdotẽ: & ſtetit ĩ cõſpectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Do-

7 Omnes ſanctificationes domus Ieh. כל־קדשי בית־יהוה quæcunque erant conſecrata domui Iehouæ.i.cultui Dei. Impenderunt עשו
Ad verbum, fecerunt.q.d.omnibus iis quæ dicata erant, abuſi ſunt in cultum idolorum.
8 Dixit igitur Rex, ויאמר המלך Subaudienda quædam, nempe, vt facerent arcam. 9 Et promulgarunt ויתנו־קול Ad verbum,
Et dederunt vocem.i.voce præconis diuulgarunt. Donum משאת oblationem. Vide Exod.30.b.12, de dimidio ſiclo dando per capita.
10 Et attulerunt ויביאו ſub.munera, vel pecuniam. Donec conſummaſſent. עד־לכלה: .i.donec omnes ad vnum, vel quibus erat in
animo, conieciſſent pecuniam in arcam.ne intelligas, quouſque implerent arcam. 11 Afferebat יביא ſub.is qui afferebat.q.d.quo
tempore afferebatur arca illa. Ad præfectum אל־פקודת ad magiſtratum. Per manum Leuitarum, ביד הלוים .i.iuſſu Sacerdotum
& Leuitarum. Primi, הראש .i.ſummi. Per ſingulos dies ליום ביום Ad verbum, de die in diem.quoties ſcilicet arca erat plena.
Argentũ in multitudine. כסף לרוב: pecuniæ ingentem vim. 12 Cæſores, חוצבים ſub.lapidũ. 13 Operarii, עושי המלאכה
Ad verbum, facientes opus. Et ſanatum eſt opus ותעל ארוכה למלאכה Ad verbum, & aſcendit medicina ſuper opus.i.ruinæ templi fuerunt
inſtauratæ. Comparat ruinam vulneri.metaphora ſumpta à corporibus. In diſpoſitionem ſuam, על־מתכונתו .i.in priſtinum ſtatum.
14 Quum autem conſummaſſent, וככלותם Ad verbum, Et ſecundum conſummare ipſos.i.quum operi poſtremam manũ impoſuiſſent.
15 Saturatus diebus וישבע ימים Ad verbum, & ſaturatus eſt diebus.Hebraiſmus, quum vixiſſet ad ſaturitatem vſque.
16 Quòd feciſſet bonũ, &c. כי עשה טובה וגו' Hebraiſmus, quòd multis beneficiis cumulaſſet Iſraelẽ, fuiſſétque pius in Deũ & templũ eius.
17 Et incuruauerunt ſe Regi: וישתחוו למלך & adorauerunt Regem.vel, venerunt eum ſalutatum: de more ſcilicet, & alloquuti ſunt de religione
& aliis rebus. Perſuaſerant enim, mortuo pontifice, nobiles Regi vt relinqueret templum: in hæc fortaſſe verba, Quid tibi cum his cæremoniis?
viuito more tuo. & alia huiuſmodi. 19 Et miſit וישלח ſub.Iehouáh. Vt reuocarẽt illos ad ſe, להשיבם אל־יהוה Ad verbũ, vt reuerti
faceret illos ad Iehouã. Anteced.pro relat. Et teſtificati ſunt eis, ויעידו בם & inuocarunt teſtes in eos.i.cælũ & terrã, atque omnes creaturas
in teſtes vocarunt: vt ſic inexcuſabiles conuincerentur infidelitatis & rebellionis. Et non auſcultauerunt. ולא האזינו: & non perceperũt
auribus.i.non audierũt, hoc eſt, reſpuerũt eorũ verbũ. 20 Spiritus autẽ Dei induit Zechariáh ורוח אלהים לבשה את־זכריה Hebraiſmus,
actus fuit Spiritu Dei Zacharias. Vt peccatũ aggrauet, meminit patris Prophetæ. Et ſtetit déſuper populũ, ויעמוד מעל לעם .i.ſtetit in
loco qui erat ſupra populũ, hoc eſt in loco editiore quàm populus.q.d.aſcendit ſuggeſtum, vt ita declamaret in mores Regis & principum eius.

F minus Deus, Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis nō proderit: & dereliquiſtis Dominum, vt derelinqueret vos?

21 Qui congregati aduerſus eum, miſerūt lapides, iuxta Regis imperium, in atrio domus Domini.

Matth.23.d.35

22 Et nō eſt recordatus Ioas Rex miſericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius ſecum, ‖ſed interfecit filiū eius. qui quum moreretur, ait, Videat Dominus, & requirat.

23 Quúmque euolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ, venitque in Iudam & Ieruſalē, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuerſam prædam miſerunt Regi in Darmaſcum.

G

24 Et certè quum permodicus veniſſet numerus Syrorū, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo quòd dereliquiſſent Dominū Deū Patrū ſuorū: in Ioas quoq; ignominioſa exercuere iudicia.

25 Et abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis: ſurrexerunt autem contra eum ſerui ſui, in vltionem ſanguinis filii Ioiadæ ſacerdotis, & occiderunt eū in lectulo ſuo, & mortuus eſt: ſepelierúntque eum in Ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris Regum.

26 Inſidiati verò ſunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis.

27 Porrò filii eius, ac ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei, ſcripta ſūt diligētius in libro Regum: regnauitque Amaſias filius eius pro eo. Cap. XXV.

1 Vigintiquinque annorum erat Amaſias quū regnare cœpiſſet, & vigintinouem annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Ioadā de Ieruſalem.

2 Fecitque bonum in conſpectu Domini, veruntamen non in corde perfecto.

3 Quúmque roboratum ſibi videret imperium, iugulauit ſeruos qui occiderant Regem patrem ſuum.

Deut.24.c.16
4.reg.14 b.6
ezech.18.c.20

4 Sed filios eorum non interfecit, ſicut ſcriptū eſt in libro Legis Moyſi, vbi præcepit Dominus, dicens, ‖Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus ſuis: ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur.

5 Congregauit igitur Amaſias Iudā, & conſtituit eos per familias, tribunóſque & centuriones in vniuerſo Iuda & Beniamin: & recenſuit à viginti annis ſurſum, inuenitque trecēta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam, & tenerent haſtam & clypeū.

6 Mercede quoque cōduxit de Iſrael centum millia robuſtorum, centum

tranſgredimini præcepta Iehouæ? non proſperè cedet: quia dereliquiſtis Iehouam, *ipſe* quoque derelinquet vos.

21 Illi autem coniuratione facta aduerſum eum, obruerunt eum lapidibus, de mandato Regis, in atrio domus Iehouæ.

22 Nec recordatus eſt Ioáשs Rex, ′miſericordiæ quam fecerat Iehoiadáh pater eius cum eo, ſed interfecit filium eius: quum autē moreretur, dixit, ″Videat Iehouáh, & requirat.

Syri numero pauci vincunt Iudā, eo quòd Dominū reliquiſſet

23 Fuit autem ″in reuolutione anni, aſcendit contra eum exercitus Arám, venerúntque contra Iehudáh & Ieruשſaláim, & perdiderūt omnes principes populi de populo, & omnia ſpolia eorum miſerunt ad Regem Darmé שſec.

24 Quia cum paucis viris venerat exercitus Arám, ideo Iehouáh tradidit in manum eorum ″exercitum in multitudine valde, quòd reliquiſſent Iehouā Deum Patrum ſuorum: cum Ioáשs quoque ″fecerunt iudicia.

Ioas interimitur à ſeruis ſuis.

25 ′Et quum receſſiſſent ab eo, dereliquerūt′ certè eum in languoribus multis. coniurauerunt *autem* contra eum ſerui ſui ″propter ſanguinem filiorum Iehoiadáy ſacerdotis, & occiderunt eum in lecto ſuo, & mortuus eſt: ſepelierúntque eum in Ciuitate Dauidis, nec ſepelierunt eum in ſepulchris Regum.

26 Iſti verò ſunt qui coniurauerūt contra eum: Zabád filius שSimyáth yAmmonithidis, & Iehozabád filius שSimrith Moabitihdis.

27 Filii autē eius, ″& *quomodo* multiplicatū fuerit munus apud eum, & fundamentū domus Dei: ecce ſcripta ſunt in cōmentario libri Regū. regnauit autē Amaxſiáhu filius eius pro eo. Cap. XXV.

1 Vigintiquinq; annorum *erat quando* regnare cœpit Amaxſiáhu: & vigintinouem annis regnauit in Ieruשſaláim. nomen autem matris eius, Iehoyadán de Ieruשſaláim.

2 Fecítque rectum in oculis Iehouæ, veruntamen non corde perfecto.

Amaſias occidit ſeruos interfectores patris ſui.

3 Fuit autem, ′quū roboratum eſſet regnum ſuper eum, occidit ſeruos ſuos qui percuſſerant Regem patrem ſuum.

4 Filios autem eorum non fecit interimere, ſed *fecit* vt ſcriptum eſt in Lege in libro Moשſéh, *in* qua præcepit Iehouáh, dicendo, Nō morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus, ſed ſinguli pro peccato ſuo morientur.

Amaſias cōgregat exercitum.

5 Congregauit autem Amaxſiáhu Iehudáh, & conſtituit eos per domum familiarum tribunos, & centuriones in vniuerſo Iehudáh & Biniamín: recenſuítque eos à filio viginti annorum & ſuprà, ″inuenítque ex eis trecēta millia electorum ′egredientium ad pugnam, tenentium haſtam & clypeum.

6 Cōduxit quoq; mercede de Iשſraxele cētū millia fortiū robore

22 Miſericordiæ, &c. החסד וגו׳ .i. beneficentiæ qua eum affecerat Ioiada pater eius. Videat Ieh. & requirat. ירא יהוה וידרש: Videbit Iehouáh, & requiret. ſub. cædem meam de manu veſtra. i. ſumet ex vobis ſupplicium propter cædem hanc factam. vt ſit prophetia.

23 In reuolutione anni, לתקופת השנה poſt reuolutionē anni. ſub. illius. vel, anno reuoluto. Cōfer hæc cum eo quod 2.Reg.12.c.17 ſcribitur.

24 Exercitum in multitudine valde, חיל לרוב מאד Hebraiſmus, quammaximum exercitum Iudæorum. Fecerūt iudicia. עשו שפטים: ſub. Syri. Hebraiſmus, affecerunt illum variis ſuppliciis. 25 Et quum receſſiſſent ab eo, ובלכתם ממנו ſub. Syri.

Propter ſanguinem filiorum בדמי בני Hebraiſmus, ob mortem Zachariæ qui vnus erat filiorum Iehoiada. Vel ſing. eſt pro plur. Vel ſic ſcripſit author huius libri, quòd iſte Zacharias eſſet vice multorum filiorum ipſi Iehoiadæ.

27 Et *quomodo* multiplicatum fuerit munus apud eum, ורב המשא עליו .i. quomodo multiplicatū fuerit vectigal illud Moſis propter eum, ſiue illo authore. fuit enim Ioas author illius vectigalis, ſiue muneris & doni, de quo ſuprà verſu nono. Alii, filii autem eius, *quódque* multiplicatum eſt munus, ſiue vectigal illud, ſub. Moſis. i. impoſitum à Moſe populo Iſrael iuſſu Domini. Loquitur de dando dimidio ſiclo ordinato à Moſe, Exod.30.b.12, quem iſte Ioas ſæpius exegit.

IN CAPVT XXV.

3 Quum roboratū eſſet Regnum ſuper eum, כאשר חזקה הממלכה עליו Hebraiſmus, quum regno ſuo pacificè potiretur. Pro Super eum, in 2.Reg.14.b.5, vbi hæc hiſtoria ſcribitur, legitur, in manu eius. 5 Inuenitque ex eis וימצאם Ad verbum, inuenitque eos. Egredientiū ad pugnam, &c. יוצא צבא וגו׳ Hebraiſmus, aptorum ad militiam, hominum bellicoſorum. Tenētes lanceam vocat geſtantes lanceam.

centum talentis argenti.

Monetur Amaſias ne viribus humanis fidat.

Vir autem Dei venit ad eum,dicendo,O Rex,ne veniat tecum 7
exercitus Iשſraאelis:quia'Iehouáh non eſt cum Iשſraאele,*nempe* cū
omnibus filiis אEphráim.

Quòd ſi *mihi non credis*,veni,fac,roborare ad pugnam: cadere *tamen* 8
faciet te Deus corā inimico:'eſt enim fortitudo Deo ad adiuuandum & cadere faciendum.

Tunc dixit Amaצſiáhu Viro Dei, Sed quidnam agendum eſt de 9
centum talentis quæ dedi exercitui Iשſraאelis? Reſpōdit Vir Dei,
'Eſt Iehouæ vt det tibi multo plura his.

Separauit itaque eos Amaצſiáhu, exercitum *ſcilicet* qui venerat 10
ad ſe de אEphráim, vt abirent ad locū ſuū:& iratus eſt furor eorū
valde cōtra Iehudáh, reuerſiq; ſunt ad locū ſuum'in ira furoris.

Percutit Amaſias Idumæos.

Amaצſiáhu autem "corroboratus, eduxit populum ſuum,& pro 11
fectus eſt in vallem Salis,percuſſitque de filiis שSeעyir decē millia.

Decem item millia viuorum ceperunt filii Iehudáh,quos addu 12
xerunt in verticem ipſius rupis , & præcipitauerunt eos è vertice
rupis,& omnes hi'crepuerunt.

'Filii autem exercitus quem remiſerat Amaצſiáhu ne iret ſecum 13
ad bellum,'diffuſi ſunt in vrbibus Iehudáh à שSomerón vſque ad
Beth-חhorón:percuſſerūt autem"ex eis tria millia, & diripuerunt
prædam multam.

Amaſias adorat deos Idumæorū.

Fuit verò,poſtquam veniſſet Amaצſiáhu à cædendo אEdomæos, 14
tunc adduxit deos filiorum שSeעyir, ſtatuítque eos ſibi in deos,&
coram eis incuruauit ſe,atque eis ſuffiuit.

Corripitur à Domino.

Propterea iratus eſt furor Iehouæ in Amaצſiáhu,miſitque ad eū 15
Prophetam,ac dixit ei, Vtquid'quæſiſti deos populi qui nō erue-
runt populum ſuum è manu tua?

Fuit autem, quum loqueretur ipſe ad eum,dixit illi, Nunquid 16
conſiliarium'Regi poſuerunt te? ceſſa, 'quare percutiēt te? Ceſſauit itaque Propheta,ac dixit,Noui quòd'cogitauerit Deus perdere te,quia feciſti hoc,& non paruiſti conſilio meo.

Voluntate Dei traditur Amaſias in manus hoſtium.

Conſilium autē iniit Amaצſiáhu Rex Iehudáh,& miſit ad Ioáשs 17
filium Iehoaחház filii Iehú, Regem Iשſraאelis,dicendo, Veni,videamus nos facie.

Tum miſit Ioáשs Rex Iשſraאelis ad Amaצſiáhu regem Iehudáh, 18
'huiuſmodi reſponſum,Carduus qui eſt in Lebanón, miſit ad cedrum quæ eſt in Lebanón,his verbis,Da filiam tuam filio meo vxorem. tranſiuit autem beſtia agri quæ erat in Lebanón, & conculcauit carduum illum.

"Dixiſti,Ecce'percuſſiſti אEdóm:"tunc eleuauit te cor tuū"ad ho 19
norificandum *te*.nunc mane domi tuæ, vtquid'miſcebis te *mecum* in
malum,vt corruas tu & Iehudáh tecum?

Et non acquieuit Amaצſiáhu, quia à Deo erat vt traderet eos in 20

talentis argenti.

7 Venit autem homo Dei ad illum, & ait,O Rex,ne egrediatur tecū exercitus Iſrael:nō eſt enim Dominus cū Iſrael & cunctis filiis Ephraim.

8 Quòd ſi putas in robore exercitus bella cōſiſtere,ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus:Dei quippe eſt & adiuuare & in fugam conuertere.

C

9 Dixitq; Amaſias ad Hominē Dei, Quid ergo fiet de centū talentis quæ dedi militibus Iſrael? Et reſpondit ei Homo Dei,Habet Dominus vnde tibi dare poſſit multo his plura.

10 Separauit itaque Amaſias exercitū qui venerat ad eum ex Ephráim,vt reuerteretur in locum ſuum: at illi contra Iudā vehementer irati, reuerſi ſūt in regionem ſuam.

11 Porrò Amaſias confidenter duxit populū ſuū,& abiit in vallē Salinarū, percuſſitque filios Seir,decē millia.

12 Et alia decem millia virorum ceperunt filii Iuda, & adduxerūt ad præruptum cuiuſdam petræ, præcipitaueruntque eos de ſummo in præceps,q vniuerſi crepuerunt.

D

13 At ille exercitus quē remiſerat Amaſias ne ſecum iret ad prælium,diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda, à Samaria vſque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus,diripuit prædam magnam.

14 Amaſias verò poſt cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir ,ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos,& illis adolebat incenſum.

15 Quāobrem iratus Dominus contra Amaſiam,miſit ad illum Prophetam,qui diceret ei, Cur adoraſti deos qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua?

16 Quúmque hæc ille loqueretur, reſpondit ei , Num conſiliarius Regis es? quieſce,ne interficiā te.Diſcedénſque Propheta, Scio,inquit,quòd cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malum, & inſuper nō acquieuiſti conſilio meo.

E

17 Igitur Amaſias rex Iuda inito peſſimo conſilio , miſit ad Ioas filiū Ioachaz filii Iehu regem Iſrael , dicens, Veni,videamus nos mutuò.

18 At ille remiſit nuntios,dicens,Carduus qui eſt in Libano,miſit ad cedrū Lebani,dicens , Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce,beſtiæ quæ erāt in ſylua Libani tranſierūt, & conculcauerunt carduum.

19 Dixiſti , Percuſſi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam. ſede in domo tua , cur malum aduerſum te prouocas , vt cadas & tu & Iudas tecum?

F

20 Noluit autem audire Amaſias , eo quòd Domini eſſet voluntas vt tra-

---

7 Iehouáh non eſt cum Iשſr. אין יהוהעם־ישראל .i.nō fauet Iſraeli,nēpe filiis Ephráim. 8 Eſt enim fortitudo Deo,&c. יש־כוח
באלהים וגו Hebraiſmus,Deus poteſt adiuuare quem vult:& contrà,perdere quem vult.i.ſuperiorem reddere,vel inferiorem.
9 Eſt Iehouæ,&c. יש ליהוה וגו' Eſt in poteſtate Iehouæ dare tibi,&c. 10 In ira furoris. בחרי־אף: Hebraiſmus,valde irati.
11 Corroboratus, התחזק .i.quum cœpiſſet eſſe animo forti & fidenti. 12 Crepuerunt. נבקעו: rupti ſunt.i.omnium corpora fuerunt rupta. 13 Filii autem exercitus ובני הגדוד Filios exercitus vocat milites exercitus,& exercitū ipſum,more Hebraico. Diffuſi ſunt ויפשטו Redundat hîc ו. Alii vertunt,irruerunt.ſignificat irruere & excurrere ad prædam. Ex eis מהם .i.ex filiis Iuda.
15 Quæſiſti דרשת conſuluiſti. 16 Regi למלך De ſe loquitur in tertia perſona:acſi dicat, Quis te conſiliarium meum fecit?
Quare percutient te? למה יכוך ſub.ſatellites,vel miniſtri mei.q.d.deſine,vel dabis pœnas. Cogitauerit יעץ ſtatuerit.
18 Huiuſmodi reſponſum, לאמור Ad verbum,dicendo.Vide hæc 2.Reg.14.c.8. 19 Dixiſti, אמרת .i.Cogitaſti apud te. Percuſſiſti הכית De ſeloquitur in tertia perſona,pro percuſſi.i.reportaui victoriam de Idumæis. Tunc eleuauit te cor tuum, ונשאך לבך .i.tunc cœpiſti eſſe magno animo,& magnos honores ambire. Ad honorificādum. להכביד ſub.te.i.vt magno honore te dignum putares, vt honorificares te. Miſcebis te *mecum* in malum, תתגרה ברעה rixaberis *mecum* in malum.

deretur in manus hoſtium propter deos Edom.

21 Aſcendit igitur Ioas Rex Iſrael, & mutuos ſibi præbuere conſpectus: Amaſias autem Rex Iuda erat in Beth ſámes Iudæ.

22 Corruitque Iudas coram Iſrael, & fugit in tabernacula ſua.

23 Porrò Amaſiam Regẽ Iuda filium Ioas filii Ioachaz, cepit Ioas Rex Iſrael in Beth-ſámes, & adduxit in Ieruſalem: deſtruxitque murũ eius à porta Ephráim vſque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

G

24 Omne quoque aurum, & argẽtum, & vniuerſa vaſa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in theſauris etiam domus regiæ, necnon & & filios obſidum reduxit in Samariã.

25 Vixit autẽ Amaſias filius Ioas Rex Iuda, poſtquã mortuus eſt Ioas filius Ioachaz Rex Iſrael, quindecim ãnis.

26 Reliqua autem ſermonum Amaſiæ priorum & nouiſſimorum ſcripta ſũt in libro Regum Iuda & Iſrael.

27 Qui poſtquam receſſit à Domino, tetenderunt ei inſidias in Ieruſalem. quúmque fugiſſet in Lachis, miſerũt, & interfecerunt eum ibi.

28 Reportantéſque ſuper equos, ſepelierunt eum cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid,

Cap. XXVI.

4.Reg.14.f.21, & 15.a.1

1 OMnis autem populus Iuda, filiũ eius Oziam annorum ſedecim, conſtituit Regem pro Amaſia patre ſuo.

2 Ipſe AEdificauit Ailath, & reſtituit eam ditioni Iudæ, poſtquam dormiuit Rex cum patribus ſuis.

3 Sedecim annorum erat Ozias quũ regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Iechelia de Ieruſalem.

4 Fecítque quod erat rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pater eius.

5 Et exquiſiuit Deum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deũ: quúmq; requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

6 Denique egreſſus eſt, & pugnauit contra Philiſthiim, & deſtruxit murum Geth & murum Iabniæ, murũmque Azoti: ædificauit quoque opida in Azoto, & in Philiſthiim.

B

7 Et adiuuit eum Deus contra Philiſthiim, & contra Arabes qui habitabant in Gur-baal, & contra Ammonitas.

8 Appendebántque Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitũ AEgypti, propter crebras victorias.

9 AEdificauitque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portã anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas.

num *hoſtis*, quia ″quæſierant deos אEdóm.

21 Aſcendit ergo Ioáשs Rex Iשſraאelis, & viderũt ſeſe facie, ipſe & Amaצſiáhu Rex Iehudáh in Beth-שſémeשs, quæ *eſt* in Iehudah.

22 Et cæſus fuit Iehudáh coram Iשſraאele, fugerúntque ſinguli ad tabernacula ſua.

23 Amaצſiáhu verò Regem Iehudáh filium Ioáשs filii Iehoaחház, cepit Ioáשs Rex Iשſraאelis in Beth-שſémeשs, & adduxit eũ in Ieruשſaláim, diruítque murũ Ieruשſaláim à porta אEphráim vſque ad portam anguli quadringentis cubitis.

24 Totúmque aurum, & argentum, atque omnia vaſa quæ inuenta ſunt in domo Dei apud עObed-edóm, & in theſauris Regis, filios quoque nobiles″reduxit in שSomerón.

25 Vixit autẽ Amaצſiáhu filius Ioáשs Rex Iehudáh poſtquã mortuus eſt Ioáשs filius Iehoaחhaz Rex Iשſraאelis, quindecim annis.

26 Reliquum autem verborum Amaצſiáhu priorũ & poſteriorũ, nónne ecce ſcripta ſunt in libro Regum Iehudáh & Iשſraאelis?

27 A tempore autem quo ″defecit Amaצſiáhu à Iehoua, coniurauerunt contra eum coniurationem in Ieruשſaláim: & fugit in Lachiשs: miſerũt autẽ poſt eum in Lachiשs, & interfecerũt eum ibi.

Occiditur Amaſias.

28 Tulerúntque eum ſuper equos, & ſepelierunt eum cum patribus ſuis″in Ciuitate Iehudáh.

Cap. XXVI.

1 TVlerunt autem vniuerſus populus Iehudáh″עVzziiáhu (is autem erat ſedecim annorum) & Regem conſtituerunt eum pro patre ſuo Amaצſiáhu.

Ozias pius cõſtituitur Rex pro Amaſia.

2 Ipſe ædificauit″אElóth, & reſtituit eã ipſi Iehudáh, poſtquam dormiſſet Rex cum patribus ſuis.

3 ″Sedecim annorum erat עVzziiáhu quũ regnare cœpit, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruשſaláim. nomen autem matris eius Iecholiáh de Ieruשſaláim.

4 Is fecit quod rectum erat in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat Amaצſiáhu pater eius:

5 Et quæſiuit Deum in diebus Zechariáhu″intelligentis viſiones Dei: in diebus autem quibus ″quæſiuit Iehouã, proſperum ei ſucceſſum dedit Deus.

Quærere Deum.

6 Nam egreſſus, pugnauit contra Peliשſthím, & rupit murum Gath, atque murum Iabnéh, & murum Aשſdód: & ædificauit vrbes in Aשſdód & in Peliשſthím.

Pugnat contra Philiſthiim.

7 Adiuuit quoque eum Deus contra Peliשſthím & contra עArabes qui habitabant in Gur báעal & Hameעuním.

8 Dederúntque עAmmonitæ munus ipſi עVzziiáhu, ″abiitq; nomen eius vſque ad introitum AEgypti: ″quia robuſtus fuit vſque in excelſum.

9 AEdificauit præterea עVzziiáhu turres in Ieruשſaláim ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & ſuper *portam* anguli, ″& muniuit eas.

---

20 Quæſierant דרשו conſuluerant. 24 Reduxit וישב Quidam ex præcedenti verſu ſubaudiunt verbum adduxit: & iſtud vertunt, reuerſuſque eſt, ſic, filios quoq; nobiles adduxit, ac reuerſus eſt in שSomerón. 27 Defecit Amaצſiáhu à Iehoua, סר אמציהו מאחרי יהוה Ad verbũ, receſſit Amaſiahu de poſt Iehoua.i.à veſtigiis Iehouæ. 28 In Ciuitate Iehudáh. בעיר יהודה: In 2.Reg.14.e.20, legitur, in Ciuitate Dauidis.

IN CAPVT XXVI.

1 עVzziiáhu עזיהו In 2.Reg.14.f.21, dicitur Azarias. 2 ′אEloth, אילות In Regibus dicitur Elath. Ciuitas ad Mare rubrũ, vnde ſinus Elaniticus. 3 Sedecim annorũ בן שש עשרה שנה Vide 2.Reg.15.a.2. 5 Intelligentis viſiones המבין בראות periti in viſionibus. Quæſiuit Iehouam, דרשו את יהוה Infinitiuus cum affixo pronomine, pro, tempore quo is conſulebat Iehouam. 8 Abiitque nomen eius וילך שמו Sic eſt Heb. ad verbum vt vertit noſter interpres.i. diuulgatáque eſt fama eius. Quia robuſtus fuit, &c. כי החזיק וגו′ Hebraiſmus, fortiter & viriliter egit ſupramodum. 9 Et muniuit eas. ויחזקם Ad verbum, & roborauit eas.

Ozias agricultuɾæ deditus.

10 Extruxit etiam turres in deſerto,'& fodit ciſternas multas, quia grex multus erat ei:& in campeſtribus & in planitie:'agricolæ & vinitores in montibus'& in Charmél: quia'diligebat terram.

Exercitus Oziæ.

11 Fuit quoque ipſi yVzziiáhu exercitus facientium bellum,ingredientium ad pugnam in turma, iuxta numerũ'quo recenſiti fuerant per manum Ieyiℵél ſcribæ,&Mayaωſeiáhu præfecti,'de mãdato ħHananiáhu,*qui erat* de principibus Regis.

12 Omnis numerus principum familiarũ *ex* fortibus robore, duorum millium & ſexcentorum.

13 'Et ſub imperio eorum exercitus militiæ trecentorum & ſepté millium,atque quingentorum'pugnantium cum fortitudine roboris,vt opem ferrent Regi'contra inimicum.

14 Præparauit autem ipſis yVzziiáhu,*nimirum* cuncto exercitui, clypeos,& haſtas,& galeas,& loricas,& arcus,& lapides fundarum.

15 Fecit item in Ieruωſaláim machinas 'arte artificis, vt eſſent ſuper turres, & ſuper angulos,'ad iaculandas ſagittas & lapides grãdes:'egreſſúmque eſt nomẽ eius procul, eo quòd'mirabilem ſeſe præſtitit,adiuuando *ſeipſum*,'donec roboratus eſt.

Ozias cõtra Dei præcepta vſurpans officiũ ſacerdotũ,percutitur lepra.

16 Quum autem roboratus eſſet,eleuatum eſt cor eius,donec'corrumperet *ſeſe*: & præuaricatus eſt cõtra Iehouã Deũ ſuum:ingreſſus nanque eſt templũ Iehouæ,vt ſuffiret ſuper altare ſuffimenti.

A ſacerdotibus corripitur Rex.

17 Ingreſſus eſt autem poſt eum yAzariáhu'ſacerdos,& cum eo Sacerdotes Iehouæ octoginta,filii robuſti:

18 'Steterúntque contra yVzziiáhu Regem,& dixerunt ei, Nõ eſt tuum,yVzziiáhu,ſuffire Iehouæ:ſed Sacerdotum filiorũ Aharón, qui ſanctificati ſunt,eſt ſuffire .egredere de Sanctuario:quia præuaricatus es,neque erit tibi'ad gloriam à Iehoua Deo.

19 Iratus eſt itaque yVzziiáhu, (in manu autem ſua habebat 'ſuffimentum vt ſuffiret) quúmq; iraſceretur contra Sacerdotes, lepra exorta eſt in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Iehouæ apud altare ſuffimenti.

20 Tũ aſpexit eum yAzariáhu Sacerdos ſummus,& omnes Sacerdotes, & en erat leproſus in fronte ſua. proinde feſtinanter egredi fecerunt eum inde:& etiam ipſe compulſus eſt egredi, quia percuſſerat eum Iehouáh.

21 'Fuítque yVzziiáhu rex leproſus vſq; ad diem quo mortuus eſt, habitauítq; in domo libera leproſus,quia'exciſus fuerat à domo Iehouæ. Iothám autem filius eius erat ſuper domum Regis, ius dicens populo terræ.

Ioatham filius Oziæ.

22 Reliquum autem verborũ yVzziiáhu priorum & poſteriorum ſcripſit Ieωſayiáhu filius Amóγs,propheta.

Moritur Ozias.

23 Et dormiuit yVzziiáhu cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum cum patribus ſuis 'in agro ſepulturæ qui *erat* Regibus : dixerunt enim,Leproſus eſt.Et regnauit Iothám filius eius pro eo.

10 Extruxit etiam turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eo quòd baberet multa pecora tam in in cãpeſtribus,quàm in eremi vaſtitate:vineas quoque habuit & vinitores in mõtibus,& in Carmelo:erat quippe homo agriculturæ deditus.

11 Fuit autem exercitus bellatorum eius,qui procedebãt ad prælia ſub manu Iehiel ſcribæ, Maaſiæq; doctoris, & ſub manu Hananiæ qui erat de ducibus Regis.

12 Omniſque numerus principũ per familias virorum fortium duorũ millium ſexcentorum.

13 Et ſub eis vniuerſus exercitus trecentorum & ſeptem milliũ quingẽtorum,qui erant apti ad bella, & pro Rege contra aduerſarios dimicabãt.

C

14 Præparauit quoq; eis Ozias, id eſt cuncto exercitui,clypeos & haſtas & galeas & loricas, arcúſque, & fundas ad iaciendos lapides.

15 Et fecit in Ieruſalem diuerſi generis machinas, quas in turribus collocauit,& in angulis murorum, vt mitterent ſagittas & ſaxa grandia:egreſſúmq; eſt nomẽ eius procul,eo quòd auxiliaretur ei Dominus,& corroboraſſet illum.

16 Sed quũ roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitũ ſuum,& neglexit Dominum Deum ſuum:ingreſſúſque tẽplum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis.

17 Statimque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta,viri fortiſſimi,

18 Reſtiterunt Regi,atque dixerunt, Nõ eſt tui officii Ozia, vt adoleas incẽſum Domino:ſed ſacerdotum,hoc eſt filiorum Aaron,qui cõſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium:egredere de Sanctuario,ne contẽpſeris:quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

D

19 Iratúſque Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incẽſum, minabatur Sacerdotibus: ſtatimque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis.

20 Quúmq; reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum: ſed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eo quòd ſenſiſſet ilico plagã Domini.

4. Reg.15.a.5

21 ¶Fuit igitur Ozias Rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ,& habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini.porrò Ioatham filius eius rexit domum Regis, & iudicabat populum terræ.

22 Reliqua autem ſermonum Oziæ priorum & nouiſſimorum ſcripſit Eſaias filius Amos,propheta.

23 Dormiuitque Ozias cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum in agro regalium ſepulchrorum,eo quòd eſſet leproſus: regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

---

10 Et fodit ויחצוב excidítq;.ſcidítq;. Agricolæ אכרים ſub.erãt illi.i.habebat agricolas. Et in Charmel: ובכרמל & in agro fertili.vel,arboribus conſito.Vide Leu.2.d.14,ſignificationem huius dictionis. Diligebat terram. אוהב אדמה היה: .i.erat agriculturæ ſtudioſus.

11 Quo recenſiti fuerant פקודתם Ad verbum,numerationis ſuæ. De mandato על־יד Ad verbum,ad manum.i.de imperio.

13 Et ſub imperio e. ועל־ידם Ad verbum,Et ad manum eorum. Pugnantiũ עושה מלחמה Ad verbum,facientiũ bellum. Contra inimicum. על־האויב: .i.contra eum inimicum qui auderet Regem ad bellum prouocare.

15 Arte artificis, מחשבת חושב Ad verbũ,cogitatione cogitantis.i.machinas quaſdã ingenioſè excogitatas. Ad iaculandas ſagittas לירוא בחצים vt eiacularentur tela. Egreſſúmque eſt nomẽ e.pro. ויצא שמו עד־למרחוק Ad verbũ vertit interpres.i.diuulgata eſt fama eius in regionẽ longinquam. Mirabilem ſeſe præſtitit,adiuuando הפליא להעזר .i.mirabilem ſeſe præſtiti,tcomparando ſibi vndique vires quibus inimicis reſiſteret. Quidam vertunt,eo quòd mirificè ſibi parauit auxilia. Donec roboratus eſt. עד כי־חזק: vſquedum fortis extitit.

16 Corrumperet *ſeſe*, להשחית perderet *ſeſe*. 17 Sacerdos, הכוהן ſub.ſummus.plena eſt loquutio paulo infrà verſu 20.

18 Steteruntq; cõtra yVzziiáhu ויעמדו על־עזיהו .i.reſtiterũt Oziæ. Ad gloriã לכבוד honori. 19 Suffimẽtum מקטרת thuribulũ.

21 Fuitque,&c. ויהי וגו' Vide hæc ſequentia 2.Reg.15.a.5. 23 In agro ſepulturæ qui *erat* Reg. בשדה הקבורה אשר למלכים .i.in agro ſepulchrorum Regum.non fuit ſepultus in ſepulchris regiis,ſed in agro vbi erant regia alia ſepulchra.

Cap. XXVII.

4.Reg.15.g.32

1 Vigintiquinque annorũ erat Ioathã quum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc.

2 Fecítque quod rectũ erat corã Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater ſuus: excepto quòd non eſt ingreſſus templum Domini: & adhuc populus delinquebat.

B 3 Ipſe ædificauit portam domus Domini excelſã: & in muro Ophel multa conſtruxit.

4 Vrbes quoque ædificauit in montibus Iuda, & in ſaltibus caſtella, & turres.

C 5 Ipſe pugnauit contra Regem filiorum Ammon, & vicit eos: dederúntq; ei filii Ammon in tempore illo centũ talẽta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filii Ammon in anno ſecundo & tertio.

D 6 Corroboratúſque eſt Ioatham, eo quòd direxiſſet vias ſuas coram Domino Deo ſuo.

7 Reliqua autem ſermonum Ioathã, & omnes pugnæ eius & opera, ſcripta ſũt in libro Regũ Iſrael & Iuda.

8 Vigintiquinque annorũ erat quũ regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem.

9 Dormiuitque Ioatham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

Cap. XXVIII.

4.Reg.16.a.2

1 Viginti annorũ erat Achaz quũ regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non fecit rectũ in conſpectu Domini ſicut Dauid pater eius:

2 Sed ambulauit in viis Regum Iſrael, inſuper & ſtatuas fudit Baalim.

3 Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in valle Ben-ennom, & luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ritum Gentium quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Iſrael.

4 Sacrificabat quoque, & thymiama ſuccẽdebat in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo.

5 Tradiditque eum Dominus Deus eius in manus Regis Syriæ, qui percuſſit eum, magnámque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damaſcum: manibus quoque Regis Iſrael traditus eſt, & percuſſus plaga grandi.

6 Occiditque Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquiſſent Dominum Deum Patrum ſuorum.

7 Eodem tẽpore occidit Zechri vir potens ex Ephraim, Maaſiam filium Regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanã quoque ſecundũ à Rege.

8 Ceperúntque filii Iſrael de fratribus ſuis ducenta millia mulierũ, puerorum, & puellarũ, & infinitam prædã, pertulerúntque eã in Samariam.

Cap. XXVII.

Regnat pius Ioathã filius Oziæ.

1 Vigintiquinque annorum erat Iothám quum regnare cœpit, & ſedecim annis regnauit in Ieruשſaláim: nomen autẽ matris eius Ieruשſáh filia צSadóc.

2 Fecítque rectũ in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat עVzziáhu pater eius: veruntamẽ non eſt ingreſſus templum Iehouæ: & adhuc populus″erat corrumpens *vias ſuas*.

3 Is ædificauit portam domus Iehouæ″excelſam, & in muro″arcis ædificauit multum.

4 Vrbes præterea ædificauit″in monte Iehudáh, & in ſaltibus ædificauit″palatia & turres.

Vincit Ammonitas.

5 Is etiam bellum geſſit cum Rege filiorum עAmmón, ″& roboratus eſt ſuper eos: dederúntq; ei filii עAmmón ipſo anno cẽtum talẽta argẽti, & decẽ millia cororũ tritici, atque hordei decẽ millia. hoc reddiderũt ei filii עAmmón etiã anno ſecundo & tertio.

6 Roboratus eſt ergo Iothám, quòd præparaſſet vias ſuas coram Iehoua Deo ſuo.

7 Reliquum autem verborum Iothám, & omnia bella eius, & viæ eius, ecce ea ſunt ſcripta in libro Regum Iשſraאleis & Iehudáh.

8 Vigintiquinque annorũ erat quum regnare cœpit, & ſedecim annis regnauit in Ieruשſaláim.

Mortuo Ioatham ſuccedit Achaz.

9 Dormiuítque Iothám cum Patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauidis: regnauítque Aחház filius eius pro eo.

Cap. XXVIII.

Impietates Achaz Regis Iuda

1 Viginti annorum erat Aחház quum regnare cœpit, & ſedecim annis regnauit in Ieruשſaláim, & non fecit rectum in oculis Iehouæ ſicut Dauid pater eius:

2 Sed ambulauit per vias Regum Iשſraelis, & etiam ſtatuas fecit idolis.

3 Ipſe præterea ſuffiuit in valle Ben-hinnóm, ″& combuſſit filios ſuos igni iuxta abominationes Gentium quas expulerat Iehouáh à facie filiorum Iשſraאelis.

4 Immolauit & ſuffiuit in excelſis, & ſuper colles, & ſub omni ligno viridi.

Traditur in manus Regis Syriæ

5 Tradidit itaque eũ Iehouáh Deus eius in manũ Regis Arám, & percuſſerunt eum, ″ceperúntque ex eo prædam magnã, quam adduxerunt Darméשſec: atque etiam in manũ Regis Iשſraאelis traditus eſt, ″qui percuſſit eum plaga magna.

Phacee occidit bellatores Iudæ.

6 Occidit enim Pécaח filius Remaliáhu in Iehudáh cẽtum & viginti millia die vno, omnes″filios roboris: eo quòd dereliquiſſent Iehouam Deum Patrum ſuorum.

Iſraelitæ vaſtant tribum Iudæ.

7 Occidit præterea Zichrí″potens *ex* אEphráim, Maעaשſiáhu filiũ Regis, & Azricám″ducem domus, & אElחhanáh ſecũdum à Rege.

8 Ceperunt quoque filii Iשſraאelis de fratribus ſuis ducenta millia mulierum, filiorum & filiarum, & etiam ſpolia multa diripuerunt ab eis, & adduxerunt ſpolia in שSomerón.

IN CAPVT XXVII.

2 Erat corrumpens. משחיתים: Hebræi ſubaudiũt, vias ſuas. i. erat corruptis moribus. 3 Excelſam, העליון altiſſimam, ea erat Orientalis. Arcis העופל ipſius turris. quæ עOphel ab altitudine dicitur. 4 In monte בהר .i. in montanis. Palatia בירניות ædes ſumptuoſas. 5 Et roboratus eſt ſuper eos: ויחזק עליהם & ſuperauit eos.

IN CAPVT XXVIII.

1 Viginti annorum בן־עשרים שנה Vide hæc 2.Reg. 16.a.2. 3 Et combuſſit, &c. ויבער את־בניו באש luſtrauit filios ſuos igni. Infrà cap.33.a.9, dicitur, Et tranſire fecit filios ſuos per ignem. 5 Ceperúntque ex eo prædam, וישבו ממנו שביה Ad verbũ, & captiuauerunt ex eo captiuitatẽ. i. ceperunt ex filiis Iuda captiuos multos. Qui percuſſit eũ, &c. ויך־בו מכה גדולה: .i. fecit in eius exercitu ſtragẽ magnã. 6 Filios roboris: בני־חיל .i. robuſtiſſimos, ſiue bellicoſiſſimos. 7 Potens גבור fortis, tyrannus. Ducẽ domus, נגיד הבית .i. præfectum prætorio.

Oded propheta arguit filios Iſrael crudelitatis in Iudam.

9 Ibi autem erat Propheta Iehouæ cui nomen erat עOded: qui egreſſus in conſpectum exercitus qui veniebat in שSomerón, dixit ei, ʹEn propter iram Iehouæ Dei Patrum veſtrorum contra Iehudáh, tradidit eos in manum veſtram, & occidiſtis eos ʹin furore *qui* vſque ad cælum peruenit.

10 Et nunc filios Iehudáh & Ieruשſaláim ʹſtatuitis ſubiicere in ſeruos & ancillas vobis: ʹnónne verè vos *eſtis tales ut* vobiſcum *ſint* delicta contra Iehouam Deum veſtrum?

11 Nunc itaque audite me, & reducite ʹcaptiuitatem quam captiuam duxiſtis de fratribus veſtris: ʹalioqui ira furoris Iehouæ *erit* ſuper vos.

12 Surrexerunt autem viri de primoribus filiorum אEphráim, עAzariáhu filius Iehoחhanán, Berechiáhu filius Miשſillemóth, & Ieחhizciiáhu filius שSallúm, & עAmaשſá filius חHadlái aduerſus eos qui veniebant è pugna:

13 Et dixerunt eis, Ne adducatis captiuitatẽ huc, quia ʹin delictum *contra* Iehouã *erit* ſuper nos. ʹvos ſtatuitis addere ſuper peccata noſtra, & ſuper delicta noſtra: magnum enim delictum eſt nobis, & ira furoris *erit* ſuper Iשſraאelem.

Remittit Iſrael captiuos Iudæ.

14 Dereliquit igitur ʹexercitus captiuitatem & prædam illam coram principibus & toto cœtu.

15 Et ſurrexerunt viri ʹqui nominati ſunt per nomina, & ceperunt captiuitatem illam, & omnes nudos eorum veſtierunt de ſpoliis, veſtieruntinquam illos, & calceauerũt eos, cibauerúntque eos, ac potauerũt eos, vnxerũt quoque eos, atque deduxerũt eos in aſinis omnem ʹinfirmum, adduxerúntque eos in Ieriחhó ciuitatem palmarum ʹad fratres eorum: poſtea reuerſi ſunt in שSomerón.

16 Tempore illo ʹmiſit Rex Aחház ad Reges Aשſſúr, vt ſibi opem ferrent.

Iuda affligitur ab Idumæis & Philiſthæis propter impietatem Regis ſui.

17 Adhuc autem אEdomæi venerunt, & percuſſerunt de Iehudáh, ceperúntque captiuos.

18 Peliשſthím præterea ʹdiffuderũt ſe per vrbes planitiei, & ad Meridiem Iehudáh: ceperúntque Beth-שſémeשs, & Aialón, & Gederóth, & שSochó ʹ& villas eius, & Thimnáh & villas eius, & Gimzó & villas eius, habitauerúntque ibi.

19 Humiliauerat enim Iehouáh ipſum Iehudáh propter Aחház Regem ʹIשſraאelis, quia ʹceſſare fecerat *cultum* de Iehudáh, & præuaricando præuaricatus fuerat in Iehouam.

20 Venit itaque ad eũ Thilgáth Pilneאéסſer Rex Aשſſúr, ʹqui fuit illi oneri, nec roborauit eum.

B Ea tẽpeſtate erat ibi Propheta Domini, nomine Oded: qui egreſſus obuiam exercitui venienti in Samariã, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus Patrum veſtrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus veſtris, & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cælũ pertingeret veſtra crudelitas.

Inſuper filios Iuda & Ieruſalẽ vultis vobis ſubiicere in ſeruos & ancillas, quod nequaquam facto opus eſt: peccaſtis enim ſuper hoc Domino Deo veſtro.

Sed audite conſilium meum, & reducite captiuos quos adduxiſtis de fratribus veſtris: quia magnus furor Domini imminet vobis.

Steterũt itaque viri de principibus filiorum Ephráim, Azarias filius Iohanã, Barachias filius Moſollamoth, Ezechias filius Sellũ, & Amaſa filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio:

Et dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. quare vultis adiicere ſuper peccata noſtra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum eſt, & ira furoris Domini imminet ſuper Iſrael.

Dimiſerũtque viri bellatores prædam, & vniuerſa quæ ceperãt, coram principibus & omni multitudine.

C Steterũtque viri quos ſuprà memorauimus: & apprehendẽtes captiuos, omnéſque qui nudi erant, veſtierunt de ſpoliis: quúmq; veſtiſſẽt eos, & calceaſſent, & refeciſſent cibo ac potu, vnxiſſentque propter laborem, & adhibuiſſent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, impoſuerunt eos iumẽtis, & adduxerunt eos Iericho Ciuitatem palmarũ ad fratres eorum: ipſique reuerſi ſunt in Samariam.

Tempore illo miſit Rex Achaz ad Regẽ Aſſyriorũ, poſtulans auxilium.

Venerũntque Idumæi, & percuſſerunt multos ex Iuda, & ceperũt prædam magnam.

Philiſthiim quoq; diffuſi ſunt per vrbes campeſtres, & ad Meridiem Iudæ: ceperũntque Beth-ſámes, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnam, & Gamzo cũ viculis ſuis: & habitauerunt in eis.

Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, eo quòd nudaſſet eum auxilio, & cõtemptui habuiſſet Dominum.

D Adduxitque cõtra eum Thelgath Phalnaſar Regem Aſſyriorum, qui & afflixit eũ, & nullo reſiſtẽte vaſtauit.

9 En propter irã Iehouæ Dei, &c. הנה בחמת יהוה וגו׳ Hebraiſmus, En quia Iehoua Deus Patrum veſtrorũ iratus erat cõtra Iehudáh, &c. q. d. Vos non debetis vobis arrogare victoriam, ſed Deo. In furore, &c. בזעף עד לשמים הגיע: q. d. in furore maximo illos occidiſtis. Ea res maxima eſt, cuius extremum vſque ad cælum peruenit. 10 Statuitis אומרים Ad verbum, dicitis. ſub. apud vos. Nónne verè, &c. הלא רק־אתם וגו׳ nónne verè vobiſcum peccata *quædam ſunt* cõtra Iehouam, &c. q. d. peccauerunt filii Iehudáh, & vos quoque peccaſtis: illi victi ſunt propter ſua peccata, videte ne idem vobis eueniat nam non caretis culpa, eóque debetis ignoſcere fratribus.

11 Captiuitatem השביה .i. filios Iſrael captiuos. Alioqui ira furoris כי חרון אף Ad verbũ, & ira furoris, &c. i. alioqui grauiter iraſcetur contra vos Deus. 13 In delictum *contra* Ieh. *erit* ſuper nos. לאשמת יהוה עלינו Ad verbum, in delictum Iehouæ ſuper nos. Illud Iehouæ, perſona patiens eſt. i. obnoxios vos culpæ reddetis apud Dominũ. Vos ſtatuitis addere ſuper pecc. אתם אומרים להסיף על־חטואתנו Ad verbum, vos dicitis ad addendum, &c. i. vos ſtatuitis eos adducere in Samariam, grauiter in Dominum delinquendo: hoc eſt vt ſit delictum in Dominum ſuper nos. q. d. ſatis ſupérque peccatum eſt à nobis abſque eo vt denuo peccemus. 14 Exercitus החלוץ Ad verbũ, miles ille armatus. 15 Qui nominati ſunt אשר־נקבו qui expreſſi ſunt. vel, expoſiti. q. d. prædicti homines. Infirmum, כושל vacillantem. nutantem. Ad fratres eorum: אצל אחיהם iuxta fratres eorum. 16 Miſit שלח ſub. legatos.

18 Diffuderunt ſe per vrbes פשטו בערי impreſſionem fecerunt in vrbes. Oſtendit in quæ diſcrimina incidant qui Deo derelicto, ad humana præſidia confugiunt. Et villas eius, ובנותיה & viculos eius. 19 Iשſraאelis, ישראל Hic Iſrael pro duabus tribubus accipitur, atque ita Regẽ Iehudáh vocat Regẽ Iſraelis. Ceſſare fecerat de Iehudáh הפריע ביהודה ceſſare fecerat [vel, reuocauerat] ipſum Iehudáh. i. auocauerat populum Iehudáh à cultu veri Dei. Alii, nudauerat populum Iehudáh. ſub. bonis operibus. Iſta interpretatio doctioribus non placet, quòd mox ſeipſum exponat, dicendo, præuaricando præuaricatus fuerat contra Iehouam.

20 Qui fuit illi oneri, &c. ויצר לו ולא חזקו qui oppreſſit eum, [vel, affecit eum angoribus] nec fortificauit eũ. i. fuit illi oneri, reduxítque eum ad ſummã penuriã pecuniæ: nam exhauſit eam totã. Doctus inter Hebræos exponit intrãſitiuè, Et affectus eſt doloribus & angoribus, nec fortificauit eum. i. nec reſtituere potuit illi vrbes quas Palæſthini ceperant. Sequenti verſu ſeipſum exponit, quũ dicit, Et non fuit illi auxilio.

Igitur Achaz ſpoliata domo Domini, & domo Regum ac principũ, dedit Regi Aſſyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. 21

Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ auxit contemptum in Dominũ, ipſe per ſe Rex Achaz. 22

Immolauit diis Darmaſci victimas, percuſſoribus ſuis, & dixit, Dii Regũ Syriæ auxiliãtur eis: quos ego placabo hoſtiis, & aderunt mihi. quũ econtrario ipſi fuerint ruinæ ei, & vniuerſo Iſrael. 23

Direptis itaq; Achaz vaſis domus Dei atque cõfractis, clauſit ianuas tẽpli Domini, & fecit ſibi altaria in vniuerſis angulis Ieruſalem. 24

In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandũ thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum Patrum ſuorum. 25

Reliqua autem ſermonum eius, & omnium operum ſuorum priorũ & nouiſſimorum, ſcripta ſunt in libro Regum Iuda & Iſrael. 26

Dormiuitque Achaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Ieruſalem: neque enim receperunt eum in ſepulchra Regum Iſrael. regnauitque Ezechias filius eius pro eo. 27

D

Cap. XXIX.

4.Reg.18.a.1

IGitur Ezechias regnare cœpit quũ vigintiquinque eſſet annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Abia filia Zachariæ. 1

Fecitque quod erat placitum in cõſpectu Domini, iuxta õnia quæ fecerat Dauid pater eius. 2

Ipſe anno & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas. 3

Adduxitque Sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem: 4

Dixitque ad eos, Audite me Leuitę, & ſanctificamini, mundate domũ Domini Dei Patrum veſtrorum, & auferte omnem immunditiam de Sanctuario. 5

Peccauerunt patres noſtri, & fecerunt malũ in conſpectu Domini Dei noſtri, derelinquentes eum: auerterũt facies ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum. 6

B Clauſerunt oſtia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incenſũmque non adoleuerunt, & holocauſta nõ obtulerunt in Sanctuario Deo Iſrael. 7

Concitatus eſt itaque furor Domini ſuper Iudam & Ieruſalem: tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in ſibilum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. 8

En corruerũt patres noſtri gladiis: filii noſtri, & filiæ noſtræ, & coniuges captiuæ ductæ ſunt propter hoc ſcelus. 9

Nũc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cũ Domino Deo Iſrael, & auertet à nobis furorem iræ ſuæ. 10

Filii mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt ſtetis corã eo, & mi- 11

21 'Diuiſit enim Anház domum Iehouæ & domum Regis, & principum, & dedit Regi Awſſúr, nec *tamen* fuit illi auxilio.

22 Tempore autem quo "erat anguſtiis affectus, addidit vt præuaricaretur in Iehouam: "ipſe *eſt* Rex Anház.

23 Immolauit nanque diis Darmêwſec 'qui percuſſerant eum: dixítque, Quãdoquidem dii Regũ Arám adiuuant eos, illis immolabo, vt adiuuent me: quũ *tamen* ipſi fuerint illi 'ruinæ & vniuerſo Iwſraℵeli.

Immolat Achaz diis Darmaſci, fruſtra ſperans auxilium ab eis.

24 Congregauit quoque Anház 'vaſa domus Dei, & confregit vaſa domus Dei, clauſítque oſtia domus Iehouæ, & fecit ſibi altaria in omni angulo in Ieruwſaláim.

25 Sed & in ſingulis vrbibus Iehudáh fecit excelſa vt in cẽſum offerret diis alienis, & ad iram prouocauit Iehouã Deũ Patrũ ſuorũ.

26 Reliquum autem verborum eius, & omnium viarum eius, priorum & poſteriorum, ecce, ipſa ſcripta ſunt in libro Regum Iehudáh & Iwſraℵelis.

27 Dormiuit autẽ Anhaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum "in ciuitate in Ieruwſaláim: non enim adduxerunt eum ad ſepulchra Regum Iwſraℵelis. regnauítque Ienhizciiáhu filius eius pro eo.

Moritur Achaz.

Cap. XXIX.

1 IEnhizciiáhu regnare cœpit quũ eſſet vigintiquinque annorũ, & vigintinouẽ annis regnauit in Ieruwſaláim: nomen autem matris eius 'Abiiáh filia Zechariáhu.

Impio Achaz ſuccedit pius Ezechias.

2 Fecítque rectũ in oculis Iehouæ iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

3 Ipſe anno primo regni ſui, menſe primo aperuit oſtia domus Iehouæ, & inſtaurauit illa.

Inſtaurat templum Domini.

4 Fecítque venire Sacerdotes atque Leuitas, colligens eos in platea Orientali:

5 Dixítque eis, Audite me Leuitæ: 'nunc ſanctificate vos, ſanctificate quoque domum Iehouæ Dei Patrum veſtrorum, & educite "immunditiam de Sanctitate.

Oratio Ezechiæ ad Leuitas, qua docet populũ affligi propter neglectũ Dei cultum.

6 Nam præuaricati ſunt patres noſtri, & fecerunt malum in oculis Iehouæ Dei noſtri, "derelinquentes eum, & auertentes facies ſuas à tabernaculo Iehouæ, tradentes ceruicem.

7 Et iam clauſerunt oſtia porticus, & extinxerunt lucernas, ſuffimentúmque non ſuffierunt, nec holocauſtum obtulerunt in Sanctitate Deo Iwſraℵelis.

8 Propterea fuit ira Iehouæ ſuper Iehudáh & Ieruwſaláim, tradítque eos "in commotionem, in deſolationẽ, & in ſibilum, quemadmodum vos cernitis oculis veſtris.

9 Et en corruerunt patres noſtri "gladio, & filii noſtri & filiæ noſtræ, atque vxores noſtræ "in captiuitatem illam propter hoc.

10 'Nunc *igitur* cum corde meo *eſt* percutere fœdus cũ Iehoua Deo Iwſraℵelis, vt auertat à nobis iram furoris ſui.

11 Filii mei nunc ne erretis: vos enim elegit Iehouáh, vt ſtetis co-

21 Diuiſit enim כי־חלק .i. inſumpſit magnam pecuniam ex domo Iehouæ, & ex theſauris domus regiæ quam dedit, &c.

22 Erat anguſtiis affectus, הצר לו afflixerunt eum. vel oppreſſerunt. Ipſe *eſt* Rex Anház. : הוא המלך אחז ſub. de quo loquor.

23 Qui percuſſerant eum: המכים בו ſub. opinione ſua: ita nanque ſibi perſuaſerat. Ruinæ, להכשילו ſcandalo. Ad verbum, ad corruere faciendum eum. 24 Vaſa את־כלי ſupellectilem. 27 In ciuitate in Ier. בעיר בירושלים in ciuitate, *nempe* in Ieruſalem. & non in Ciuitate Dauidis, quia fuerat idololatra.

IN CAPVT XXIX.

1 Abiiáh אביה In 2. Reg. 18. a. 2, dicitur Abi, vbi hæc eadem ſcribuntur. 5 Nunc עתה q. d. mortuo patre Rege impio, ſub quo cultus Dei verus ceſſauerat. Immunditiam de Sanct. את־הנדה מן הקודש immũditiam de Sanctuario. idola intelligit, atque omnia quibus Sacerdotes idolorum vtebantur in cultu idolorum. 6 Derelinquentes eum, ויעזבוהו Ad verbum, & dereliquerunt eum.

8 In commotionem, in deſolationem, לזעוה לשמה in commotionem, in ſtuporem. id eſt vexauit eos & deſolauit.

9 Gladio, בחרב in gladium. ſub. illum cuius meminit. In captiuitatem illam בשבי de qua ſuprà capite præcedente.

10 Nunc *igitur* cum corde meo עתה עם לבבי Hebraiſmus, poſtquam hæc vidi, conſtitui, &c.

ram eo ad miniſtrandum ei, vt ſitis ei miniſtri, & thus offeratis.

12 Surrexerunt itaque Leuitæ, Maחháth filius yAmaשſái, & Ioאél filius yAzariáhu, de filiis Cahathitarum: de filiis verò Merarí, Ciשs filius yAbdi, & yAzariáhu filius Iehalelאél: & de Gerשſunitis Ioáחh filius Zimmáh, & yEden filius Ioáחh.

13 De filiis quoque אEliצſaphán, שSimri, & Ieyiאél: de filiis autem Aסſáph, Zechariáhu, & Matthaniáhu.

14 Et de filiis Hemán, Ieחhiאél, & שSimyi: de filiis verò Ieduthún, שSemayaiáh, & yVzziאél.

Leuitæ & Sacerdotes mundant domum Dei.

15 Congregauerúntque "fratres ſuos: qui ſanctificati, ingreſſi ſunt iuxta mandatum Regis 'cum verbis Iehouæ ad mundandum domum Iehouæ.

16 Ingreſſi ſunt inquam Sacerdotes in domum Iehouæ ad mundandum, & eduxerunt omnem immunditiam quam inuenerunt in templo Iehouæ, in atrio domus Iehouæ: ſuſceperunt autem Leuitæ, vt educerent ad torrentem Cidrón foras.

17 Cœperunt autem 'in prima menſis primi 'ſanctificare, & die octaua menſis ingreſſi ſunt porticū Iehouæ, ſanctificauerúntque domum Iehouæ diebus octo, & die decimaſexta menſis primi perfecerunt.

18 Ingreſſi ſunt itaque intrò ad חHizciiáhu Regem, ac dixerunt, Mundauimus totam domum Iehouæ, & altare holocauſti, & omnia vaſa eius, & menſam 'diſpoſitionis, ac omnia vaſa eius.

19 Omnia quoque vaſa quæ neglexerat Rex Aחház in regno ſuo, dum præuaricaretur, præparauimus & ſanctificauimus, & ecce, illa ſunt coram altari Iehouæ.

Ezechias cū principibus ciuitatis aſcēdit in tēpliū ſacrificaturus.

20 Mane itaque ſurrexit Ieחhizciiáhu Rex, congregauítque principes ciuitatis, & aſcendit in domum Iehouæ.

21 Adduxerunt autem tauros ſeptem, & arietes ſeptem, & agnos ſeptem, & hircos caprarum ſeptem in ſacrificium pro peccato, pro regno, & pro Sanctuario, & pro Iehudáh, dixítque filiis Aharón Sacerdotibus vt offerrent ſuper altare Iehouæ.

22 Mactauerunt itaque boues, & exceperunt Sacerdotes ſanguinē, ac ſparſerunt ſuper altare: mactauerūt & arietes, ac ſparſerunt ſanguinem ſuper altare.

23 Applicuerunt præterea hircos ſacrificii pro peccato coram Rege & cœtu, impoſuerúntque manus ſuas ſuper eos.

24 Mactauerunt autem eos Sacerdotes, "& expiauerūt ſanguinem eorum ſuper altare, ad expiandum vniuerſum Iשſraאelem: nā pro vniuerſo Iשſraאele "iuſſit Rex *fieri* holocauſtum & ſacrificium pro peccato.

25 "Statuítque Leuitas *in* domo Iehouæ cum cymbalis, pſalteriis, & citharis, iuxta præceptum Dauidis, & Gád Videntis Regis, & Nathán Prophetæ: quia per manum Iehouæ *illud fuit* præceptum, "per manum Prophetarum eius.

26 "Steterunt itaque Leuitæ illi cum inſtrumentis muſicis Daui-

niſtretis illi, colatiſque eum, & cremetis ei incenſum.

Surrexerunt ergo Leuitæ, Mahath filius Amaſai, & Ioel filius Azariæ, de filiis Caath: porrò de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel: de filiis autē Gerſon, Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah: C

At verò de filiis Eliſaphan, Samri & Iahiel: de filiis quoque Aſaph, Zacharias & Mathanias:

Necnon de filiis Heman, Iahiel & Semei, ſed & de filiis Idithun, Semeias & Oziel.

Cōgregauerúntque fratres ſuos, & ſanctificati ſunt, & ingreſſi ſunt iuxta mandatum Regis & imperium Domini, vt expiarent domum Dei.

Sacerdotes quoque ingreſſi templum Domini vt ſanctificarent illud, extulerunt omnē immunditiam quā intrò repererant in veſtibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & aſportauerūt ad torrētem Cedron foras.

Cœperunt autem prima die menſis primi mundare, & in die octauo eiuſdem menſis ingreſſi ſunt porticum templi Domini: expiauerúntque templum diebus octo, & in die ſextadecima menſis eiuſdem, quod cœperant, impleuerunt. D

Ingreſſi quoque ſunt ad Ezechiam Regē, & dixerunt ei, Sāctificauimus omnē domū Dñi, & altare holocauſti, vaſáque eius, necnon & menſam propoſitionis cum omnibus vaſis ſuis:

Cunctámque templi ſupellectilem quam polluerat Rex Achaz in regno ſuo, poſtquā præuaricatus eſt: & ecce expoſita ſunt omnia corā altari Domini.

Conſurgénſque diluculo Ezechias Rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & aſcendit in domum Domini:

Obtulerúntque ſimul tauros ſeptē, & arietes ſeptem, agnos ſeptem, & hircos ſeptē pro peccato, pro regno, pro Sanctuario, pro Iuda: dixitque Sacerdotibus filiis Aaron vt offerrent ſuper altare Domini.

Mactauerūt igitur tauros, & ſuſceperunt ſanguinem Sacerdotes, & fuderunt illum ſuper altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum ſanguinem ſuper altare fuderunt: immolauerúntque agnos, & fuderunt ſuper altare ſanguinem:

Applicuerunt hircos pro peccato corā Rege & vniuerſa multitudine, impoſuerūtq; manus ſuas ſuper eos:

Et immolauerūt illos, Sacerdotes, & aſperſerunt ſanguinem eorū altari pro piaculo vniuerſi Iſraelis. pro omni quippe Iſrael præceperat Rex vt holocauſtū fieret, & pro peccato.

Conſtituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis & pſalteriis, & citharis, ſecundū diſpoſitionē Dauid, & Gad Vidētis, & Nathā Prophetæ: ſiquidem Domini præceptum fuit per manum Prophetarum eius.

Steterúntque Leuitæ tenentes or-

---

15 Fratres ſuos: את־אחיהם nempe alios Leuitas. Cum verbis Iehouæ בדברי יהוה de rebus Iehouæ. 17 In prima באחד Ad verbum, in vna, pro prima, more Hebraico. Sanctificare, לקדש Præcedenti verſu verbo Mundandi vſus eſt. Octo dies conſumpſerunt in mundando templo: cuius tres erant partes, Veſtibulum, Templū & Atrium, ſiue Sancta ſanctorū. 18 Diſpoſitionis, המערכת .i. in qua diſponebantur panes propoſitionis. 24 Et expiauerunt ſang. e. ſuper alt. ויחטאו את־דמם המזבחה .i. expiando ſparſerunt ſanguinem eorum ſuper altare. Quidam vertunt, expiarunt ſanguine eorum, altare. Iuſſit אמר Ad verbum, dixit. Sic paulo pòſt verſu 27.

25 Statuitque ויעמד ſub. Rex. Per manū Prophet. e. ביד־נביאיו: Quidam ſubaudita coniunctione vertunt, & per manū Prophetarum eius. exponuntque, quia præceptum hoc, eſt præceptum Iehouæ & præceptum Prophetarū eius. ſiue, præceptū iſtud traditum fuit à Iehoua & Prophetis eius. Hebræi verò exponunt, quia præceptum illud quod datum eſt per manum Prophetarum Dei, eſt præceptum datum per manum Dei. q. d. præcepta quæ traduntur per Prophetas Dei, ſunt ab ipſo Domino Deo. Alii poſteriorem hanc partem verſus exponunt, quia à Iehoua præceptum eſt miniſterio Prophetarum, ſiue per Prophetas ſuos. 26 Steterunt itaque ויעמדו ſub. in templo.

F gana Dauid, & ſacerdotes, tubas.

27 Et iuſſit Ezechias vt offerrent holocauſta ſuper altare. quúmque offerrẽtur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuerſis organis, quæ Dauid Rex Iſrael repererat, concrepare.

28 Omni autem turba adorante, cantores, & ii qui tenebant tubas, erant in officio ſuo, donec compleretur holocauſtum.

29 Qúúmq; finita eſſet oblatio, incuruatus eſt Rex, & omnes qui erant cũ eo, & adorauerunt.

30 Præcepitque Ezechias & principes Leuitis, vt laudarent Dominum ſermonibus Dauid & Aſaph Videntis: qui laudauerunt eum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt.

31 Ezechias autem etiam hæc addidit, Impleſtis manus veſtras Domino, accedite & offerte
G victimas & laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuerſa multitudo hoſtias, & laudes, & holocauſta mente deuota.

32 Porrò numerus holocauſtorũ quæ obtulit multitudo, hic fuit, tauros ſeptuaginta, arietes centum, agnos ducentos.

33 Sanctificauerúntque Domino boues ſexcentos & oues tria millia.

34 Sacerdotes verò pauci erãt, nec poterant ſufficere vt pelles holocauſtorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & ſanctificarentur antiſtites. Leuitæ quippe faciliori ritu ſanctificantur quàm Sacerdotes.

35 Fuerunt ergo holocauſta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocauſtorum: & completus eſt cultus domus Domini.

36 Lætatúſque eſt Ezechias, & omnis populus, eo quòd miniſterium Dei eſſet expletum. derepẽte quippe hoc fieri placuerat.

Cap. XXX.

1 MIſit quoque Ezechias ad omnẽ Iſrael & Iudam: ſcripſitque epiſtolas ad Ephráim & Manaſſen vt venirent ad domum Domini in Ieruſalem, & facerent Phaſe Domino Deo Iſrael.

2 Inito ergo conſilio Regis & principum, & vniuerſi cœtus Ieruſalem, decreuerunt vt facerent Phaſe menſe ſecundo.

dis, & Sacerdotes cum tubis.

27 Iuſſit inquam חHizciiáhu vt offerrent holocauſtum ipſum ſuper altare. quo tempore autem cœpit holocauſtũ, 'cœpit canticũ Iehouæ, & *cum* tubis, "& per manus inſtrumẽtorum Dauidis Regis Iשſraאelis.

Canunt Deo laudes.

28 Vniuerſus verò cœtus adorabant, '*dominus* autem cãtici canebat, ac *dominus* tubarum clangebat, totúmque illud *perſeuerabat* donec perficeretur holocauſtum.

29 'Quúmque perfeciſſent offerre, incuruauerunt ſe Rex atque omnes qui inuenti ſunt cum eo, "& adorauerunt.

30 Tum præcepit Ieחhizciiáhu Rex & principes Leuitis vt laudarent Iehouam 'verbis Dauidis & Aסſáph Videntis: laudauerunt itaque "vſque ad lætitiã, incuruauerúntque ſe atque adorauerunt.

Hymni Dauidis & Aſaph Vidẽtis

31 'Poſthæc loquutus Ieחhizciiáhu dixit, Nũc "impleſtis manũ veſtram Iehouæ: accedite & adducite victimas, '& laudes *in* domum Iehouæ. Attulerunt itaque cõgregatio victimas, & laudes, omnis quoque voluntarius corde *attulit* "holocauſta.

Laudes.

32 Fuit autem numerus "holocauſtorum quæ attulerunt congregatio, boues ſeptuaginta, arietes centum, agni ducenti: in holocauſtum Iehouæ *fuerunt* omnia hæc.

Numerus holocauſtorum.

33 'Sãctificationes verò *fuerunt* boues ſexcẽti, & pecudũ tria millia.

34 'Veruntamẽ Sacerdotes "pauciores erant quàm qui poſſent excoriare omnia holocauſta: propterea iuuarunt eos fratres eorum Leuitæ, donec conſummaretur opus, ac donec ſanctificarent ſeſe *alii* Sacerdotes. Leuitæ enim erant 'recti corde ad ſanctificandum ſe præ Sacerdotibus.

35 'Præterea *fuit* "holocauſtorum ingens copia cum adipibus pacificorum, & libaminibus 'ad holocauſtum: & præparatum eſt miniſterium domus Iehouæ.

36 Lætatus eſt itaque Ieחhizciiáhu, atq; vniuerſus populus, "quòd præparaſſet Deus populum, quia derepente fuit res *illa*.

Cap. XXX.

1 MIſit autem Ieחhizciiáhu 'ad vniuerſum Iשſraאelem & Iehudáh, & etiam epiſtolas ſcripſit ad אEphráim & Menaשſéh, vt venirent in domũ Iehouæ in Ieruשſaláim, vt facerent Péסſaחh Iehouæ Deo Iſraאelis.

Phaſe iuſſu Ezechiæ celebratur.

2 Conſilium autem ceperat Rex & principes eius, vniuerſúſque cœtus in Ieruשſaláim, vt facerent Péסſaחh 'menſe ſecundo.

27 Cœpit canticum Iehouæ, החל שיר־יהוה .i. cœperunt canere Iehouæ voce aſſa & inſtrumentis canticum, quale illud, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et per manus inſtrumentorum Dauidis ועל־ידי כלי דויד Hebraiſmus, & cum inſtrumentis muſicis à Dauide inuentis in laudem Dei. Frequentiſſimum autem eſt Hebræis, nomen Manus adiicere, vbi quid factum ſignificare volunt opera alicuius & miniſterio. quod etiam inanimatis accõmodãt, vt hoc loco: Latinis prorſus inuſitatum, qui ſolis ablatiuis inſtrumentalibus vti ſolent. 28 *Dominus* autem cantici, &c. והשיר משורר וגו׳ Quæ hîc ſubaudienda ſunt, reddunt locum obſcurum. Eſt autem Hebraiſmus, pro, cantores canebant, & tubicines tubis canebant. Dominum cantici vocat cantorem, & dominum tubarum, tubicinem, ſiue eum qui tuba canit. Sic ſæpius cum aliis nominibus iungitur hoc nomen dominus. 29 Quúmque perfeciſſent offerre, וככלות להעלות Quúmque finem feciſſent offerendi. ſub. holocauſta. Alii, Quúmque finẽ facerent ſacrificandi. Et adorauerunt. וישתחוו: ſub. Iehouam. 30 Verbis Dauidis בדברי דויד .i. pſalmo à Dauide compoſito. Vſque ad lætitiam, עד־לשמחה Hebraiſmus, cum magna animi lætitia. 31 Poſthæc loquutus ויען Ad verbum, Et reſpondit. Impleſtis manum veſtram Ieh. מלאתם ידכם ליהוה Hebraiſmus, pro, conſecraſtis. Vide Ezech. 43. g. 26. Et laudes ותודות & gratiarum actiones. Holocauſta. עולות: .i. victimas quæ cremarentur in holocauſtum. 32 Holocauſtorum העולה Sing. Heb. pro plur. 33 Sanctificationes verò והקדשים Sanctificata verò. i. numerus hoſtiarum ſanctificatarum Iehouæ. 34 Veruntamen Sacerd. רק הכוהנים At Sacerdotes. Pauciores erant, &c. היו למעט וגו׳ Ad verbũ, fuerũt pauci, & non potuerunt pellem depellere omnibus holocauſtis. Recti corde ישרי לבב Hebraiſmus, pro alacrioribus & pronioribus. q. d. Leuitæ erant proniores ad ſanctificandum ſeipſos, quàm Sacerdotes.

35 Præterea *fuit* holocauſt. ingens copia וגם עולה לרוב בחלבי Ad verbum, Etiam holocauſtum in multitudine. Ad holocauſtum: לעולה .i. pro ſingulis holocauſtis, ſiue in ſingula holocauſta. 36 Quòd præparaſſet, &c. על החכין האלהים לעם וגו׳ .i. quòd Dominus gratiam dediſſet populo vt citò res tota perficeretur.

IN CAPVT XXX.

1 Ad vniuerſum Iשſraאelem על־כל־ישראל Hic pro omnibus tribubus, Iſraelem accipit. Ezechias nanque tametſi Rex ſolius Iudææ eſſet, inuitauit tamen etiam Iſraelitas vt Paſcha celebrarent ſimul. 2 Menſe ſecundo. בחודש השני faciunt mẽſe ſecundo quod faciendum fuerat menſe primo, vt ſcribitur Exod. 12. c. 18, & Nume. 19. a. 3.

3 Non enim poterant facere illud′tempore ipſo, quia Sacerdotes non erant ſanctificati ad ſufficientiam, neque populus erat congregatus *in* Ieruωſaláim.

4 ′Et placuit hæc res in oculis Regis & in oculis totius cœtus.

5 ′Et conſtituerunt vt *præconis* voce diuulgarēt per vniuerſum Iωſraℵelem à Beℵer-ωſebáy vſque Dan, vt venirent ad faciēdum Péσſanh Iehouæ Deo Iωſraℵelis in Ieruωſaláim:″quia non multo *iam tempore* fecerant *Paſcha*, ſicut ſcriptum eſt.

Exhortatio ad Iſraelē vt reuertatur ad Deum.

6 Profecti ſunt itaque curſores cum epiſtolis de manu Regis, & principū eius in vniuerſum Iωſraℵelē & Iehudáh, cum mandato Regis, huiuſmodi, Filii Iωſraℵelis reuertimini ad Iehouā Deum Abrahám, Iꭓſnhác, & Iωſraℵelis: & cōuertetur′ad eos qui euaſerunt vobis è manu Regum Aωſſúr.

7 Et ne ſitis ſicut patres veſtri & fratres veſtri qui præuaricati ſūt in Iehouam Deum Patrum ſuorum: propterea tradidit eos in deſolationem, quemadmodum vos cernitis.

Manus tradere Deo.

8 Nunc *ergo* ne induretis ceruicem veſtram, ſicut patres veſtri,″date manum Iehouæ, & venite ad Sanctuarium eius quod ſanctificauit in ſeculum, & ſeruite Iehouæ Deo veſtro,′& auertetur à vobis ira furoris eius.

9 Si enim reuerſi fueritis ad Iehouam, fratres veſtri & filii veſtri ′miſericordiam conſequentur coram illis qui captiuos duxerunt eos, vt reuertantur ad terram iſtam: quoniam clemens & miſericors eſt Iehouáh Deus veſter, nec auertet faciem à vobis ſi reuerſi fueritis ad ipſum.

Irridēt Iſraelitæ exhortantē Regē vt ad Deum conuertantur.

10 Curſores autem illi tranſibant de ciuitate in ciuitatem per terram ℵEphráim & Menaωſſéh, vſque ad Zebulún: *at iſti* irridebant eos, & ſubſannabant.

11 Veruntamen viri *quidam* de Aωſér & Menaωſſeh & Zebulún humiliauerunt ſe, & venerunt in Ieruωſaláim.

12 In Iehudáh quoque ′fuit manus Dei, vt daret eis′cor vnum ad faciendum præceptum Regis & principū iuxta verbum Iehouæ.

Cor conuertit Deus.

13 Congregati ſunt itaque in Ieruωſaláim populus multus, vt facerent ſolennitatem infermentatorum menſe ſecundo, cœtus *inquam* multus valde.

Cōgregātur populi multi ad celebrandū Phaſe.

14 ″Surrexerunt autem, & remouerunt altaria quæ *erant* in Ieruωſaláim: omnia quoque altaria ſuffimenti remouerunt, ac proiecerunt in torrentem Cidrón.

15 Poſthæc immolauerūt Péσſanh quartadecima′menſis ſecundi: Sacerdotes autem illi & Leuitæ, ′pudore ſuffuſi ſanctificauerunt ſe, & adduxerunt holocauſta in domum Iehouæ.

16 Steterúntque in ſtatione ſua ſecundum morem ſuum, ſecundum Legem Moωſéh viri Dei: *&* Sacerdotes ſpargebant ′ſanguinem de manu Leuitarum.

17 Quia multi erant in cœtu qui non ſanctificauerant ſe, idcirco

3 Non enim occurrerant facere in tēpore ſuo: quia Sacerdotes qui poſſent ſufficere, ſanctificati non fuerant, & populus necdum cōgregatus erat in Ieruſalem.

4 Placuitq; ſermo Regi & omni multitudini.

5 Et decreuerunt vt mitterent nuntios in vniuerſum Iſrael de Ber-ſabee vſque Dan, vt venirent & facerēt Phaſe Domino Deo Iſrael in Ieruſalem: multi enim nō fecerāt ſicut Lege præſcriptum eſt.

6 Perrexerúntque curſores cum epiſtolis ex Regis imperio, & principū eius, in vniuerſum Iſrael & Iudam iuxta id quod Rex iuſſerat, prædicātes, Filii Iſrael reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Iſaac, & Iſrael: & reuertetur ad reliquias quæ effugerūt manus Regis Aſſyriorum.

7 Nolite fieri ſicut patres veſtri & fratres qui receſſerūt à Domino Deo Patrum ſuorum, & tradidit eos in interitum, vt ipſi cernitis. B

8 Nolite indurare ceruices veſtras, ſicut patres veſtri, tradite manus Domino, & venite ad Sanctuarium eius quod ſanctificauit in æternum: ſeruite Domino Deo Patrum veſtrorum: & auertetur à vobis ira furoris eius.

9 Si enim vos reuerſi fueritis ad Dominum, fratres veſtri, & filii habebūt miſericordiam coram dominis ſuis qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc: pius enim & clemens eſt Dominus Deus veſter, & non auertet faciem ſuam à vobis ſi reuerſi fueritis ad eum.

10 Igitur curſores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatē per terram Ephraim & Manaſſe, vſque ad Zabulon, illis irridentibus & ſubſannantibus eos.

11 Attamen quidā viri ex Aſer & Manaſſe & Zabulon acquieſcentes conſilio, venerunt Ieruſalem.

12 In Iuda verò facta eſt manus Dei, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptum Regis & principum, verbum Domini.

13 Congregatique ſunt in Ieruſalem populi multi, vt facerent ſolennitatē azymorum in menſe ſecundo. C

14 Et ſurgentes deſtruxerunt altaria quæ erant in Ieruſalem: atque vniuerſa in quibus idolis adolebatur incēſum, ſubuertentes, proiecerūt in torrentem Cedron.

15 Immolauerunt autem Phaſe quartadecima die menſis ſecundi. Sacerdotes quoque atque Leuitæ tandem ſanctificati obtulerunt holocauſta in domo Domini.

16 Steterúntque in ordine ſuo iuxta diſpoſitionem & Legem Moyſi hominis Dei: Sacerdotes verò ſuſcipiebant effundendum ſanguinē de manibus Leuitarum.

17 Eo quòd multa turba ſanctificata non eſſet: & idcirco immolarent Le-

---

3 Tempore ipſo, בעת ההיא nempe primo menſe, de quo verſu præcedenti. 4 Et placuit ויישר Ad verbum, Et recta fuit.i. Id rectum viſum eſt iſtud, ſiue placuit. 5 Et cōſtituerunt, &c. ויעמידו דבר להעביר קול Ad verbū, Et ſtatuerunt verbū vt tranſire facerent vocē. Quia non multo *iam temp.* כי לא לרוב Ad verbū, quia non in multo. 6 Ad eos qui euaſerunt vobis אל הפלישה הנשארת לכם Ad verbum, ad euaſionem *quæ* remanſit vobis.i. in gratiam veſtram. hoc eſt, ad eos qui euaſerunt, nec venerunt in manum Regū Aſſyriorum.

8 Date manum Iehouæ, תנו יד ליהוה .i. obtemperate Iehouæ inuitanti vos per nos. Et auertetur וישוב vt recedat.

9 Miſericordiam conſequen. לרחמים Ad verbum, in miſerationes. ſub. erunt. 12 Fuit manus Dei, היתה יד האלהים Manus pro fauore & gratia Domini qui nos reddit aptos operibus bonis. q. d. Iudam quoque ſuo fauore proſequutus eſt Iehouah. Cor vnum לב אחד mentem eandem. Magnum conſenſum ſignificat. 14 Surrexerunt autem ויקומו Surgere magnam alacritatem ſignificat. q. d. magna animi alacritate ſurgentes remouerunt altaria extructa in honorē idolorum. 15 Menſis ſecundi: לחודש השני Quia fuerant præpediti menſe primo, idcirco diſtulerunt in ſecundum menſem, vt in principio huius capitis dictum eſt verſu tertio. Pudore ſuffuſi נכלמו Pudebat nanque eos ſuæ negligentiæ quum viderent populum tam alacrem.

16 Sanguinem את הדם agni ſcilicet Paſchalis exceptum à Leuitis.

nitæ Phaſe iis qui nõ occurrerant ſãctificari Domino.

18 Magna etiã pars populi de Ephráim & Manaſſe & Iſſachar & Zabulõ, quæ ſanctificata non fuerat, cõmedit Phaſe, non iuxta quod ſcriptum eſt: & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitiabitur

19 Cunctis qui in toto corde requirũt Dominũ Deum Patrũ ſuorũ: & nõ imputabit eis quòd minus ſãctificati ſũt

20 Quem exaudiuit Dominus, & placatus eſt populo.

21 Fecerúntque filii Iſrael qui inuenti ſunt in Ieruſalem, ſolennitatem azymorũ ſeptẽ diebus in lætitia magna, D laudantes Dominum per ſingulos dies, Leuitæ quoque & Sacerdotes per organa, quæ ſuo officio congruebãt.

22 Et loquutus eſt Ezechias ad cor omniũ Leuitarum qui habebant intelligentiam bonã ſuper Domino: & comederunt ſeptem diebus ſolennitatis immolantes victimas pacificorũ, & laudantes Dominum Deum Patrũ ſuorum.

23 Placuitq; vniuerſæ multitudini vt celebrarẽt etiã alios dies ſeptẽ: quod & fecerunt cum ingenti gaudio.

24 Ezechias enim Rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & ſeptẽ millia ouium: principes verò dederãt populo tauros mille, & oues decem millia. ſanctificata eſt ergo Sacerdotum plurima multitudo.

25 Et hilaritate perfuſa omnis turba Iuda tam Sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuerſæ frequentiæ que venerat ex Iſrael, proſelytorũ quoque de terra Iſrael, & habitantium in Iuda.

26 Factáq; eſt grãdis celebritas in Ieruſalẽ, qualis à dieb' Salomonis filii Dauid Regis Iſrael in ea vrbe nõ fuerat.

27 Surrexerunt autẽ Sacerdotes atque Leuitæ benedicẽtes populo: & exaudita eſt vox eorum, perueni tque oratio in habitaculum ſanctum cæli.

Cap. XXXI.

1 QVúmque hæc fuiſſent ritè celebrata, egreſſus eſt omnis Iſrael, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt ſimulachra, ſucciderúntque lucos, demoliti ſunt excelſa, & altaria deſtruxerunt: nõ ſolùm de vniuerſo Iuda & Beniamin, ſed & de Ephraim quoque & Manaſſe, donec penitus euerterent: reuerſique ſunt omnes filii Iſrael in poſſeſſiones & ciuitates ſuas.

2 Ezechias autem conſtituit turmas Sacerdotales & Leuiticas per diuiſiones ſuas vnumquenque in officio proprio, tam ſacerdotum videlicet quàm

Leuitæ erant ſuper immolatione victimarũ Péסſaחh pro omnibus mundis ad ſanctificandum Iehouæ.

18 Multitudo nanq; populi, multitudo ex אEphráim & Menaשſſéh, Iשſſachár & Zebulún non mundauerant ſe, attamẽ comederunt Péסſaחh, nõ iuxta id quod ſcriptum eſt: ſed orauit Ieחhizciiáhu pro eis, dicendo, Iehouáh bonus expiet eum

19 *Qui* totum cor ſuum parauit vt requirat Deum, Iehouã Deum Patrum ſuorũ, quanuis non *ſit purificatus* iuxta purificationẽ ſanctã.

Ezechias orat pro populo non ſanctificato.

20 Exaudiuit autem Iehouáh Ieחhizciiáhu, & ſanauit populum.

21 Fecerunt itaque filii Iשſraאelis qui inuẽti ſunt in Ieruשſaláim, ſolennitatem infermentatorum ſeptem diebus cum lætitia magna, & laudabãt Iehouam ſingulis diebus Leuitæ, Sacerdotes quoque cum inſtrumentis fortitudinis Iehouam.

22 Loquutus eſt autem Ieחhizciiáhu ad cor omnium Leuitarum intelligentium intellectum bonum ipſi Iehouæ, & comederunt ſacrificia ſolennitatis ſeptem diebus, immolantes victimas pacificorum, & confitentes Iehouæ Deo Patrum ſuorum.

23 Inierunt autem vniuerſus cœtus conſilium vt facerent ſeptem diebus aliis: fecerúntque ſeptem diebus cum lætitia.

24 Nam חHizciiáhu Rex Iehudáh obtulit cœtui mille tauros, & ſeptẽ millia ouium: principes verò obtulerũt cœtui tauros mille, & ouiũ decẽ millia. ſanctificauerãt autẽ ſe Sacerdotes quãplurimi.

25 Lætati ſũt itaq; vniuerſus cœtus Iehudáh, & Sacerdotes, ac Leuitæ, vniuerſáque cõgregatio quæ venerat de Iשſraאele, & peregrini qui venerant de terra Iשſraאelis, atque habitantes in Iehudáh.

26 Fuitq; lætitia magna in Ieruשſaláim: quia à diebus שSelomóh filii Dauidis Regis Iשſraאelis nõ fuit tale aliquid in Ieruשſaláim.

27 Poſthæc ſurrexerunt Sacerdotes Leuitæ, & benedixerunt populo: exauditáque eſt vox eorum, & venit oratio eorum ad habitaculum ſanctitatis eius ad cælum.

Benedicunt Leuitæ populo.

Cap. XXXI.

1 QVum autẽ perfeciſſent totũ hoc, egreſſi ſunt vniuerſus Iשſraאél qui inuenti fuerãt in vrbibus Iehudáh, & fregerũt ſtatuas, & ſucciderũt lucos, & demoliti ſunt excelſa, atque altaria de vniuerſo Iehudáh, & Biniamín, in אEphráim quoque & Menaשſſéh, donec abſoluiſſent: poſtea reuerſi ſunt omnes filii Iשſraאelis, quiſque ad poſſeſſionem ſuam in vrbes ſuas.

Celebrato Phaſe populus ſimulachra, lucos, & excelſa dæmolitur.

2 Porrò Ieחhizciiáhu conſtituit diuiſiones Sacerdotum & Leuitarum iuxta diuiſiones eorum: quẽque ſecundum miniſterium

---

17 Victimarum Péסſaחh הפסחים Qui non mundauerant ſe, abſtinebant ab immolatione agni Paſchalis, & pro his immolabant Leuitæ. Ad ſanctificandum להקדיש vt ſanctificarent. ſub. illas victimas. i. vt piè & ſanctè illas offerrent Domino. Ordo eſt, Leuitæ inſiſtebant, vel præerant mactationi, vt ſanctificarent illas victimas Domino. 18 Attamen comederunt כי־אכלו Ad verbũ, quia comederunt. Quidam vertunt, ſed comederunt. Expiet eum יכפר בעד ſit propitius illi. vel, benignus & clemens, pronus ad ignoſcendum. Iſtud perficitur verſu ſequenti: atque obſerua ſententiam imperfectam diſtingui in ſophpaſſuc, Sit propitius omni præparanti cor ſuum.

19 *Qui* totum cor ſuum parauit כל־לבבו הכין Omnẽ *ſcilicet* cor ſuum præparantẽ vt requirat, &c. Quanuis non *ſit purificatus*, &c. ולא כטהרת הקודש: Ad verbum, & non ſecundum purificationem ſanctitatis. quam ſcilicet inſtituit Moſes. q. d. ſi ſpectes animum, erant mundi: ſi ritũ & cæremonias, non erant. Dominus autẽ reſpicit internam munditiẽ. 20 Et ſanauit populũ. וירפא את־העם: ſub. ab impuritate ſua. i. pro mundo & purificato habuit eũ. 21 Singulis dieb. יום ביום Ad verbũ, *de* die in diem. Subauditur מן præpoſitio. Cũ inſtrumentis fort. Ieh. בכלי עוז ליהוה: ſub. laudabãt. Inſtrumenta fortitudinis vocat tubas, quarũ ſonitus erat vehementior. 22 Loquutus eſt autem ad cor om. Le. וידבר יחזקיהו על לב כל־הלוים Hebraiſmus, pro, alloquutus eſt lenibus verbis omnes Leuitas. Vide Eſa. 40. a. 2. & Oſee 2. c. 14. Intelligentium intellectum bonum, &c. המשכילים שכל־טוב ליהוה Per intellectum bonum hîc intelligit peritiam. Intelligentes itaque intelligentiam bonã vocat peritiſſimos in arte muſica. q. d. qui doctè cõcinebant pſalmos in honorẽ Domini. Sacrificia ſolennit. את־המועד Ad verbũ, ſolennitatem. vel, celebritatem. 23 Vt facerent לעשות ſub. celebritatem. i. vt celebrarent feſtum. Fecerúntque ſeptem diebus ויעשו שבעת ימים celebrauerúntque ſeptem dies *alios*. 24 Obtulit הרים. i. tradidit. Alii, ſeorſum dedit. Quamplurimi. לרוב: Ad verbum, in multitudine. vt ſcilicet ſatis eſſe poſſent ad immolandas victimas. 26 Tale aliquid כזאת Ad verbum, ſicut hoc. 27 Exauditáque eſt vox e. וישמע בקולם exaudiuitque vocem eorum. ſub. Iehouáh. Seipſum exponit mox ſequentibus. De hac benedictione vide Nume. 6. d. 23. Sanctitatis eius קדשו Hic relatiuum eſt loco antecedentis. Mox declarat quid vocet habitaculum eius ſanctum, nempe cælum ipſum.

IN CAPVT XXXI.

1 Quiſque ad poſſeſſionẽ ſuam, in vr. ſ. איש לאחזתו לעריהם: Ordo inuerſus, pro, in vrbes ſuas, quiſque in poſſeſſionem ſuam.

2 Diuiſiones את־מחלקות ordines. vices. claſſes. Secundum miniſt. ſ. כפי עבודתו pro officio ſuo.

ſuum,Sacerdotes & Leuitas,'ad holocauſtum & pacifica,vt miniſtrarent,& gratias agerēt,& laudarent'in portis caſtrorū Iehouæ.

Confiteri & laudare Deum.

3 (Portio autē Regis,de ſubſtantia eius"*erat* ad *offerendū* holocauſta, holocauſta *inquam* mane ac veſpere, item holocauſta ſabbathis, ac Calendis'& ſolennitatibus,ſicut ſcriptum eſt in Lege Iehouæ.)

Sacerdotibus dari iubet decimas vt verbo Dei liberius vacent.

4 Et præcepit populo,habitatoribus Ieruשׂſaláim,vt darēt portionem "Sacerdotibus & Leuitis,'vt cōfortarentur in Lege Iehouæ.

Decimarum ingēs multitudo.

5 "Quúmque multiplicata eſſet res iſta,'multiplicauerūt filii Iשׂſraאél primitias frumenti,vini,& olei,& mellis, & omnis prouentus agri,atque decimam omnium in copia'adduxerunt.

6 Filii quoque Iשׂſraאelis & Iehudáh qui habitabant in vrbibus Iehudáh,etiam ipſi decimas boum & ouium,'atque decimas ſanctitatum quæ ſanctificatæ erant Iehouæ Deo ſuo,adduxerunt,& poſuerunt"aceruatim.

7 Menſe tertio cœperūt 'aceruos illos fundare, & menſe ſeptimo abſoluerunt.

8 Venientes autem Ieחhizciiáhu, & principes, viderunt aceruos, '& benedixerunt Iehouæ,& populo eius Iשׂſraאeli.

9 'Interrogauit verò Ieחhizciiáhu Sacerdotes & Leuitas de aceruis.

10 Cui reſpondens yAzariáh Sacerdos primus de domo צSadóc,dixit,Ex quo cœperūt "oblationes inferre ad domū Iehouæ,"comedimus,& ſaturati ſumus,& reliquimus in magna copia:quia Iehouáh benedixit populo ſuo,"& multitudini huic quæ reſidua erat.

11 ' Iuſſit autem Ieחhizciiáhu vt pararent "gazophylacia in domo Iehouæ.& parauerunt.

12 Intulerūt igitur primitias,& decimas, '& ſanctificata "fideliter. & ſuper ea *erat* dux Chonaniáhu Leuita, & שׂSim'yí frater eius"ſecundus:

13 Ie'חhiאél autem, & yAzariáhu, & Naחháth,& yAשׂſaאél,& Ierimóth,& Iozabád,& אEliאél,& Iſםmahiáhu , & Máחhath,& Benaiáhu"præpoſiti *erant* de manu Chonaniáhu,& שׂSim'yí fratris eius'ſecundum imperium Ieחhizciiáhu Regis , & yAzariáhu'ducis domus Dei.

14 Coré verò filius Imnáh Leuites ianitor ad Orientē erat "ſuper ſponte oblata Deo,"vt daret primitias Iehouæ,&ſanctificationes ſanctificationum.

15 "Ad manum autem eius,yEdén,& Miniamín,& Ieשׂſuáy,& שׂSemayaiáhu,Amariáhu,& שׂSechaniáhu in ciuitatibus Sacerdotum,

Leuitarum,ad holocauſta & pacifica, vt miniſtrarent & confiterentur, canerēntque in portis caſtrorum Domini.

3 Pars autem Regis erat, vt de propria eius ſubſtantia offerretur holocauſtū mane ſemper & veſpere, Sabbathis quoq;,& Calēdis,& ſolennitatibus cæteris,ſicut ſcriptū eſt in Lege Domini.

B

4 Præcepit etiam populo habitantium Ieruſalem,vt darent partes ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare Legi Domini.

5 Quod quū percrebuiſſet in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Iſrael,frumenti,vini,& olei:mellis quoq;,& omniū quæ gignit humus,decimas obtulerunt.

6 Sed & filii Iſrael & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda,obtulerunt decimas boū & ouium,decimáſque ſanctorum quæ vouerant Domino Deo ſuo:atque vniuerſa portantes,fecerūt aceruos plurimos.

7 Menſe tertio cœperunt aceruorum iácere fundamenta, & menſe ſeptimo compleuerunt eos.

8 Quúmque ingreſſi fuiſſēt Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerūt Dn̄o ac populo Iſrael.

9 Interrogauitque Ezechias Sacerdotes & Leuitas cur ita iacerent acerui.

10 Reſpondit illi Azarias ſacerdos primus de ſtirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperūt offerri primitiæ in domo Domini,comedimus, & ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima: eo quòd benedixerit Dn̄s populo ſuo:reliquiarū autem copia eſt iſta quam cernis.

C

11 Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo Domini. quod quum feciſſent,

12 Intulerūt tam primitias quàm decimas,& quæcunque vouerant, fideliter. fuit autem præfectus eorū Chonenias Leuita , & Semei frater eius, ſecundus,

13 Poſt quē Iahiel,& Azazias, & Nahath, & Aſael, & Ierimoth,Iozabad quoque & Eliel,& Ieſmachias,& Mahath,& Banaias,præpoſiti ſub manibus Choneniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ Regis & Azariæ Pontificis domus Dei,ad quos omnia.

14 Core verò filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis portę,præpoſitus erat iis quæ ſponte offerebātur Deo, primitiiſque & cōſecratis in Sancta ſanctorum.

15 Et ſub cura eius,Eden & Bēiamin, Ieſue & Semeias,Amarias quoque & Sechenias, in ciuitatibus Sacerdotū:

Ad holocauſtum,לעולה *nempe* vt *ſacrificarent* holocauſtum. In portis caſtrorū Ieh. בשערי מחנות יהוה: .i. in templo in quo omnes Iſraelitæ conueniebant.Deſcribitur hìc miniſterium Leuitarū & Sacerdotum. 3 *Erat* ad *offerendum* holocauſta,לעולות Deſcribit officium Regis circa ſacrificia.q.d.Regis partes erant dare de ſubſtantia ſua victimas quibus holocauſta fierent, &c. Et ſolennitatibus, ולמועדים & ſtatis feriis. 4 Sacerdotibus הכוהנים Quidā aliquid ſubaudiunt,nēpe,quæ debebatur Sacerdotibus, &c. Vt corfortarentur למען יחזקו vt fortificarent ſeſe.i.vt alacrius fungerentur Diuino officio quod ſcriptum eſt in Lege Domini.vel,implerēntque Legem Iehouæ.

5 Quúmque multiplicata eſſet res iſta, וכפרוץ הדבר Quúmque multiplicatus eſſet ſermo iſte.Quidam liberius vertunt, Quúmque hoc verbū Regis diuulgatum eſſet. Multiplicauerunt הרבו auxerunt. i.in magna copia obtulerunt primitias. Adduxerunt. הביאו: intulerunt.ſub.in templū Domini. 6 Atque decimas ſanctitatū quæ ſanct.erant. ומעשר קדשים המקודשים Sing.Heb. pro plur.decimam pro decimas ſanctas quæ conſecratæ erant. Aceruatim. ערמות ערמות: Ad verbum,aceruos aceruos.i.fecerunt plurimos aceruos ex illis.

7 Aceruos illos fundare, הערמות ליסוד Hebraiſmus, iecerunt prima fundamēta illorum aceruorum.i.cœperunt facere illos aceruos decimarum in victū Sacerdotum & Leuitarum. 8 Et benedixerunt ויברכו & gratias egerunt.Benedicere Domino, eſt gratias illi agere:benedicere autem populo,eſt omnia proſpera & fœlicia illi precari. 9 Interrogauit verò וידרוש Tum interrogauit.

10 Oblationes התרומה oblationē primitiarum.תרומות erant oblationes quæ tēpore Legis ſeparabātur Domino:vt erant primitiæ frugū: ex quibus quædā corā Domino à Sacerdote in altum eleuabātur,& ob id hoc nomine appellabātur. Comedimus,&c. אכול ושבוע וגו׳ Infinit.Heb.pro indicatiuis.Ad verbū,comedere,& ſaturari,& relinquere vſque in multitudine. Et multitudini,&c. והנותר את ההמון הזה: Ad populū referri debet.Quidam Hebræorū de reſiduis frugibus intelligunt,exponentes, & ſupereſſe fecit multitudinē hanc. Quæ expoſitio doctioribus non probatur. 11 Iuſſit autē ויאמר Ad verbum,Et dixit. Gazophylacia לשכות horrea.cellas. 12 Et ſanctificata והקדשים & quæ cōſecrata erant. Fideliter. באמונה Ad verbū,in veritate.vel,cum fide. Secundus: משנה: .i.ſecundæ dignitatis ab illo:hoc eſt vicarius. 13 Præpoſiti de manu Chonaniáhu פקידים מיד כונניהו Hebraiſmus,inſtituti à Chonenia. Secūdum imperiū במפקד Ad verbū,in præcepto.i.iuſſu. Ducis נגיד Quē hìc vocat ducem domus Dei,paulo antè verſu 10, appellauit Sacerdotē ſummum.

14 Super ſpōte oblata Deo, על נדבות האלהים Ad verbū,ſuper liberalitates Dei. Vt daret,&c. לתת תרומת וגו׳ vt diſtribueret oblationes Iehouæ,& Sancta ſanctorū.i.ea quæ Deo erant cōſecrata & dedicata. 15 Ad manum autem eius, ועל ידו .i. In poteſtate autē illius & illi ſubditus erat Eden.

D vt fideliter diſtribuerẽt fratribus ſuis partes, minoribus atque maioribus:

16 Exceptis maribus ab annis tribus & ſuprà, cũctis qui ingrediebantur templum Domini, & quicquid per ſingulos dies conducebat in miniſterio atque obſeruationibus iuxta diuiſiones ſuas.

17 Sacerdotibus per familias, & Leuitis à viceſimo anno & ſuprà, per ordines & turmas ſuas.

18 Vniuerſæque multitudini tam vxoribus quàm liberis eorum vtriuſque ſexus, fideliter cibi de his quæ ſanctificata fuerant, præbebantur:

19 Sed & filiorum Aaron per agros, & ſuburbana vrbium ſingularum diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent vniuerſo ſexui maſculino, de Sacerdotibus & Leuitis.

20 Fecitque Ezechias vniuerſa quæ diximus in omni Iuda: operatúſque eſt bonum & rectum, & verũ coram Domino Deo ſuo.

21 In vniuerſa cultura miniſterii domus Dei, iuxta Legẽ & cæremonias, volens requirere Deum ſuum in toto corde ſuo: fecitq́ue, & proſperatus eſt.

Cap. XXXII.

4.Reg.18.c.13
eſa.36.a.1
eccli.48.c.19

1 POſt quæ & huiuſcemodi veritatem, venit Sẽnacherib Rex Aſſyriorum: & ingreſſus Iudam, obſedit ciuitates munitas, volens eas capere.

2 Quod quum vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totũ belli impetum verti contra Ieruſalem,

3 Inito cum principibus conſilio, viriſque fortiſſimis, vt obthurarent capita fontiũ qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente ſententia:

4 Cõgregauit plurimam multitudinem, & obthurauerunt cunctos fontes, & riuũ qui fluebat in medio terræ, dicẽtes, Ne veniãt Reges Aſſyriorũ, & inueniant aquarũ abũdantiam.

5 AEdificauit quoq́ue, agens induſtriè omnẽ murũ qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres deſuper, & forinſecus alterũ murũ: inſtaurauitque Mello in Ciuitate Dauid, & fecit vniuerſi generis armaturam & clypeos.

B 6 Conſtituitque principes bellatorũ in exercitu. & conuocauit vniuerſos in platea portæ ciuitatis, ac loquutus eſt ad cor eorum, dicens,

7 Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis Regẽ Aſſyriorũ, & vniuerſam multitudinẽ quæ

′cũ fide, vt darẽt fratrib⁹ ſuis″iuxta diuiſiones, vt magno ſic paruo:

16 ″Præterquam progeniei eorũ in maſculis, à filio trium annorum & ſuprà, omni ingredienti domum Iehouæ, ′rem diei in die ſuo, ſecundum miniſterium eorum, ″ſecũdum obſeruationes eorum, in diuiſionibus ſuis.

17 *Vt darent* inquam progeniei Sacerdotum′per domum patrũ ſuorum, & Leuitarum, à filio viginti annorum & ſuprà, ″ſecundũ obſeruationes ſuas, in diuiſionibus ſuis:

18 Et progeniei in cunctis paruulis eorum, vxoribus eorum, & filiis eorum, & filiabus eorum, ′omni cœtui: quia″fide illorum ſanctificabant ſeſe in ſanctitate.

19 Filiis quoque Aharón Sacerdotibus *qui erant* in agris ſuburbanis vrbium ſuarũ, in ſingulis ciuitatibus: viri′qui expreſſi ſunt per nomina, vt darent partes omni maſculo, in Sacerdotibus, & omni progeniei in Leuitis.

20 Ad hunc modũ autẽ fecit Iehhizciiáhu in vniuerſo Iehudáh: fecítque quod″bonũ *erat* & rectũ ac verum corã Iehoua Deo ſuo.

Ezechias toto corde quærens Deum, proſpera experitur.

21 Et in omni opere quod cœpit in miniſterio domus Dei, & in Lege, & præcepto, vt requireret Deum ſuum: toto corde ſuo fecit, & proſperè illi ceſſit.

Cap. XXXII.

1 P″Oſt hæc & veritatem eorum, venit Sanhherib Rex Aωſſúr, ″& ingreſſus eſt Iehudah, caſtrametatúſque eſt contra ciuitates munitas: ″& dixit ſe perrupturum eas ſibi.

Sennacherib inuadit Iudam.

2 Quum autem vidiſſet Iehhizciiáhu quòd veniſſet Sanhherib, & *quòd* facies eius *eſſet*″ad bellum contra Ieruωſaláim:

3 Conſilium cepit cũ principibus ſuis ac potẽtibus ſuis, vt obthurarẽt aquas fontium qui erant extra ciuitatẽ: & adiuuerunt eum.

4 Congregati itaque populus multus obthurauerũt omnes fontes, & torrentem inundantem in medio terræ, dicendo, ′Qua de cauſa venient Reges Aωſſúr, & inuenient aquas multas?

5 ″Cõfortatúſque eſt, & ædificauit omnem murum dirutum, ′& reparauit turres, ″& foris murum alterum: ″roborauit & Millo *in* Ciuitate Dauidis: fecit præterea′gladios valde multos, & clypeos.

6 ′Poſuit itẽ principes bellorũ ſuper populũ: & congregauit eos ad ſe″ad plateã portæ vrbis, ″loquutúſque eſt ad cor eorũ, dicẽdo,

7 ″Confortamini, & roboremini: ne timeatis, & ne paueatis à facie Regis Aωſſúr, & à facie vniuerſæ multitudinis quæ eſt cũ eo:

Ezechias paratis omnibus in aduerſarios, adhortatur populũ ad fiduciã in Deũ.

Cũ fide, באמונה Hebraiſmus, homines ſpectatæ fidei. Iuxta diuiſiones, במחלקות per turmas. ſiue, diuiſiones.

16 Præterquam progeniei, &c.′ מלבד התיחשם וגו Hic verſus ex ſuperiori pendet, & ſic ex Hebræo vertẽdus, inuerſo paulum ordine, Rem diei in die ſuo [.i. portionem quotidianam] omni ingredienti domum, præter progeniem eorum in maribus [id eſt ſexus maſculini] ab eo qui natus erat tres annos & ſuprà, propter miniſterium [vel, in miniſterium] eorum, in cæremoniis [vel obſeruationibus] ſuis, & in turmis ſuis. vel, diuiſionibus. 17 Per domum patrũ ſ. לבית אבותיהם .i. per familias ſuas. Secundũ obſeruationes, &c. במשמרותיהם במחלקותיהם: in obſeruationibus ſuis, & in turmis ſuis. 18 Omni cœtui: לכל־קהל Quidã ל per Id eſt vertunt, vt ſit velut ſumma præcedentium, id eſt omni cœtui. Fide illorum ſanctif. &c. באמונתם יתקדשו־קודש: fide illorum ſanctificabant ſeſe ſanctificatione *ſancta*. i. dependebant ab illis. 19 Qui expreſſi ſunt per nomina, אשר נקבו בשמות .i. ſuprà nominati. 20 Bonum *erat*, & rectum, ac verum, הטוב והישר והאמת Bonum, reſpicit Ezechiam: rectum, Sacerdotes: verum, ſiue veritas, Deum. q.d. rectè ſe geſſit erga Deum ac proximum.

IN CAPVT XXXII.

1 Poſt hæc & veritatẽ eorũ, אחרי הדברים והאמת Hebraiſmus, his geſtis quæ veriſſima ſunt. Deſcribitur inſtauratio regni Iuda. Et ingreſſus eſt Iehudáh, ויבוא ביהודה venit inquam in *terram* Iehudáh. Aut ב pro על ponitur, contra Iehudáh. Et dixit ſe per, &c. ויאמר וגו׳ Dixit pro cogitauit. q.d. ſtatuitque illas capere ſibi, perruptis muris. 2 Ad bellum למלחמה ſub. inferendum, id eſt, vidiſſétque Sennacherib venientem rectà vt oppugnaret Ieruſalem. 4 Qua de cauſa venient, &c. למה יבואו וגו׳ id eſt Quare committemus vt quum venerint Reges Aſſyriæ, inueniant aquas multas? 5 Confortatúſque eſt, ויתחזק Fuitque forti animo. Et reparauit turres, ויעל על המגדלות Ad verbum, & aſcendere fecit [ſub. medelam] ſuper turres. Hebraiſmus, turres dirutas inſtaurauit.

Et foris murum alterum: ולחוצה החומה אחרת q.d. altero muro cinxit vrbem quæ iam erat mœnibus cincta. Roborauit & Millo in Ciuitate Dauidis: ויחזק את־המלוא עיר דויד .i. inſtaurauit, ſiue muniuit plateam illam quæ dicebatur Millo, quæ erat iuxta ciuitatem Dauidis, id eſt Sion. Nam Millo erat platea intra vrbem iuxta mœnia. Gladios valde multos, שלח לרוב tela multa admodum. Ad verbum, in multitudine. Quidam vertunt, pugiones. 6 Poſuit item principes bellorũ ſuper pop. ויתן שרי מלחמות על העם Cõſtituit inſuper imperatores ſuper populum, qui bellum gererent. Ad plateã portæ vrbis, אל־רחוב שער־העיר in platea *quæ adiacebat* portæ vrbis. Loquutúſque eſt ad cor eorum, di. וידבר על־לבבם לאמור: Hebraiſmus, alloquutus eſt eos blandis verbis, conſolans eos in hunc modum. De hac loquutione vide ſuprà cap.30.c.22. 7 Confortamini, & rob חזקו ואמצו .i. Eſtote fortes ac robuſti animo.

quia nobiſcumʹplures ſunt quàm cum illo.

8 Cum ipſo eſtʹbrachiũ carneũ,nobiſcum verò eſt Iehouáh Deus noſter vt adiuuet nos, & gerat bella noſtra. Et innixus eſt populus verbis Ieחhizciiáhu Regis Iehudáh.

Sĕnacherib per nuntios conatur auertere populum à fiducia in Deum.

9 ″Poſt hæc miſit סSanחheríb Rex Aשſúr ſeruos in Ieruשſaláim, (ipſe autem erat ʹcontra Lachiשs,ʹ& omne regnum eius erat cum illo) ad Ieחhizciiáhu Regem Iehudáh, & ad vniuerſum Iehudáh qui erat in Ieruשſaláim,ʹdicendo,

10 Sic dixit סSanחheríb Rex Aשſúr,ʹIn quo vos confiditis, & manetis in obſidione in Ieruשſaláim?

11 Nónne Ieחhizciiahu ″ſeducit vos, vt tradat vos ad moriendum fame & ſiti,dicendo, Iehouáh Deus noſter eruet nos è manu Regis Aשſúr?

12 Annon ipſe Ieחhizciiáhu abſtulitʹexcelſa eius,& altaria eius: dixítque ipſi Iehudah & Ieruשſaláim,hoc modo, Coram altariʹvno adorabitis,& ſuper illud ſuffietis?

13 An neſcitis quid fecerim ego & patres mei omnibus populis terrarum?ʹnunquid potuerunt dii gentium terrarum eruere terram ſuam è manu mea?

Blaſphemia Sennacherib.

14 Quis *fuit* inter vniuerſos deos gentium illarum quas occiderũt patres mei,qui potuerit eruere populũ ſuum è manu mea,vt poſſit Deus veſter eruere vos è manu mea?

15 Nunc ergo ne ſeducat vos חHizciiáhu,nec perſuadeat vobisʹſimile, neque credatis ei. ſi non potuit″vllus deus vniuerſæ gentis & regni eruere populũ ſuum è manu mea, & è manu patrũ meorum,quanto minus dii veſtri non eruent vos è manu mea?

16 Adhuc item loquuti ſunt ſerui eius contra Iehouam″Deum,& contra Ieחhizciiáhu ſeruum eius.

17 Epiſtolas inſuper ſcripſit, ʹprobris afficiẽdo Iehouam Deũ Iשſraאelis,& loquendo contra eum,ad hunc modum, Sicut dii gentium″terrarum qui non eruerunt populum ſuum è manu mea, ſic non eruet Deus Ieחhizciiáhu populum ſuum è manu mea.

18 ʹClamabãt autem voce magna Iehudaicè contra populum Ieruשſaláim,qui erat ſuper murum,ad terrendum eos,&ad perturbandum eos,vt caperent vrbem.

19 ″Et loquuti ſunt contra Deum Ieruשſaláim,″ſicut contra deos populorum terræ,opus manuum hominis.

Oratio Ezechiæ & Eſaiæ.

20 Tunc orauit Ieחhizciiáhu Rex,& Ieשſayaiáhu filius AmóץsPropheta ob hoc,vociferatíque ſuntʹin cælum.

Angelus Aſſyrios percutit.

21 Et miſit Iehouáh Angelum qui excîdit″omnem potentẽ exercitus,& ducem, & principẽ in caſtris Regis Aשſúr,reuerſúſque eſt

eſt cum eo. multo enim plures nobiſcum ſunt,quàm cum illo.

8 Cum illo enim eſt brachiũ carneũ, nobiſcum Dominus Deus noſter,qui auxiliator eſt noſter, pugnátque pro nobis. cõfortatúſq; eſt populus huiuſcemodi verbis Ezechiæ Regis Iuda.

9 Quæ poſtquam geſta ſũt,miſit Sennacherib rex Aſſyriorum ſeruos ſuos in Ieruſalem(ipſe enim cum vniuerſo exercitu obſidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda,& ad omnem populum qui erat in vrbe,dicens,

10 Hæc dicit Sennacherib Rex Aſſyriorum,In quo habentes fiduciam,ſedetis obſeſſi in Ieruſalem? C

11 Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & ſiti , affirmans quòd Dominus Deus veſter liberet vos de manu Regis Aſſyriorum?

12 Nunquid non iſte eſt Ezechias qui deſtruxit excelſa illius , & altaria , & pręcepit Iudæ & Ieruſalem,dicẽs,Coram altari vno adorabitis, & in ipſo comburetis incenſum?

13 An ignoratis quæ ego fecerim,& patres mei cunctis terrarum populis? nunquid præualuerunt dii gentium, omniúmque terrarum liberare regionem ſuam de manu mea?

14 Quis eſt de vniuerſis diis gentium, quas vaſtauerũt patres mei,qui potuerit eruere populũ ſuũ de manu mea, vt poſſit etiã Deus veſter eruere vos de hac manu?

15 Non vos ergo decipiat Ezechias, D nec vana perſuaſione deludat , neque credatis ei. ſi enim nullus potuit deus cunctarũ gentiũ atque regnorum liberare populũ ſuum de manu mea, & de manu patrum meorum : conſequẽter nec Deus veſter poterit eruere vos de manu mea.

16 Sed & alia multa loquuti ſunt ſerui eius cõtra Dominũ Deum,& contra Ezechiam ſeruum eius.

17 Epiſtolas quoque ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominũ Deũ Iſrael, & loquutus eſt aduerſum eum, Sicut dii gentium cæterarũ non potuerunt liberare populũ ſuum de manu mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum ſuum de manu iſta.

18 Inſuper & clamore magno, lingua Iudaica,contra populum qui ſedebat in muris Ieruſalẽ,perſonabat,vt terreret eos,& caperet ciuitatem.

19 Loquutúſque eſt contra Deum Ieruſalẽ , ſicut aduerſum deos populorũ terræ , opera manuum hominum.

20 Orauerunt igitur Ezechias Rex,& Eſaias filius Amos Prophetes,aduerſum hanc blaſphemiam,ac vociferati ſunt vſque in cęlum.

21 Et miſit Dominus Angelũ qui percuſſit omnẽ virũ robuſtũ , & bellato-

Plures ſunt quàm cum illo. רב מעמו: multitudo *eſt* maior quàm cum illo. q.d.trahit ſecum magnum exercitũ : at longè maior exercitus Angelorum aderit nobis. Per multitudinem intelligit auxilium Diuinum & exercitum Angelorum. Seipſum mox ſequentibus explicat.

8 Brachium carneum, זרוע בשר Ad verbum,brachium carnis. ſignificat homines quorum vires ſunt imbecilles.

9 Poſthæc miſit,&c. אחר זה שלח Vide hæc pluribus verbis deſcripta 2.Reg.18.c.17. Contra Lachis, על־לכיש iuxta Lachis.i.oppugnaat Lachis. Et omne regnum eius וכל־ממשלתו .i.vniuerſus populus regni eius.q.d.obſidebat Lachis cum ingenti exercitu. Dicendo, לאמור in hæc verba.

10 In quo על־מה .i.In qua re.

11 Seducit מסית Significat ſuadere,ſiue perſuadere.ſignificat & perſuadẽdo imponere.

12 Excelſa eius,את־במותיו ſub.Deicui innitimini. Vtitur hîc Sĕnacherib falſis pro veris,vt probet quod vult.neq;enim ſuſtulerat Ezechias altaria Dei,ſed tãtũ idolorũ. Vno אחד vnico.In 2.Reg.18.e.22,legitur,Corã altari hoc incuruabitis vos in Ieruשſaláim?

13 Nunquid potuerunt איכול יכלו Ad verbum, nunquid valẽdo valuerunt? De diis gentium terrarũ vide verſu 15.

15 Simile, כזאת Ad verbum,ſicut hoc,id eſt tale quidpiam. Vllus Deus vniuerſæ gentis כל־אלוה כל־גוי Sic vertendum eſſe vt vertit noſter interpres,docet verſus 17,paulo pòſt ſequens,in quo ſic legitur, Sunt dii gentium terrarum qui non,&c. Idem enim ſignificat , Dii vniuerſæ gentis & regni: &, dii gentium terrarum.nam hic regna vocat,quæ illic terras:hîc ſine regimine omnia,illic in regimine.

16 Deum, האלהים q.d.qui eſt Deus verus.

17 Probris afficiendo לחרף .i.quibus probris afficiebat. Terrarum הארצות ſub.à me & à maioribus meis deuictarum.ſunt inferiores & infirmiores viribus meis,qui non,&c.

18 Clamabant autem ויקראו Quid clamauerint,ſcribitur 2.Reg.18.f.18.

19 Et loquuti ſunt וידברו ſub.ſerui Sennacherib. Sicut contra deos כעל־אלהי ſub.loquuti fuerant.aut verte,tanquam contra deos.&c.

20 In cælum. השמים: .i.ad Deum qui ſedem habet in cælis.

21 Omnem potentem exer. כל־גבור חיל robuſtiſſimum quenque viribus.

rem, & principem exercitus Regis Aſſyriorum: reuerſúſque eſt cũ ignominia in terrã ſuã. quũmq; ingreſſus eſſet domũ dei ſui, filii qui egreſſi fuerãt de vtero eiꝰ, iterfecerũt eũ gladio. 22 Saluauitque Dñs Ezechiam & habitatores Ieruſalẽ, de manu Sẽnacherib Regis Aſſyriorũ, & de manu omniũ, & præſtitit ei quietẽ per circuitũ.

23 Multi etiam deferebant hoſtias, & ſacrificia Domino in Ieruſalẽ, & munera Ezechiæ Regi Iuda: qui exaltatus eſt poſt hæc corã cũctis Gẽtibus.

4.Reg.20.a.1 eſa.38.a.1

F 24 ❡In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & orauit Domĩnũ: exaudiuitque eũ, & dedit ei ſignũ.

25 Sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius: & facta eſt contra eum ira, & cõtra Iudam & Ieruſalem.

26 Humiliatúſque eſt poſtea, eo quòd exaltatum fuiſſet cor eius, tam ipſe, quàm habitatores Ieruſalem: & idcirco nõ venit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

27 Fuit autem Ezechias diues & inclytus valde, & theſauros ſibi plurimos congregauit argẽti & auri & lapidis pretioſi, aromatũ, & armorũ vniuerſi generis, & vaſorum magni pretii.

28 Apothécas quoque frumenti, vini, & olei, & præſepia omnium iumẽtorum, cauláſque pecorum.

29 Et vrbes ędificauit ſibi. habebat quippe greges ouium & armẽtorũ innumerabiles, eo quòd dediſſet ei Deus ſubſtantiam multam nimis.

G 30 Ipſe eſt Ezechias qui obthurauit ſuperiorem fontem aquarum Gihõ, & auertit eas ſubter ad Occidentẽ vrbis Dauid: in omnibus operibus ſuis fecit proſperè quæ voluit.

31 Attamen in legatione principum Babylonis, qui miſſi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat ſuper terrã, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius.

32 Reliqua autem ſermonũ Ezechiæ, & miſericordiarum eius, ſcripta ſunt in viſione Eſaiæ filii Amos prophetæ, & in libro Regum Iuda & Iſrael.

33 Dormiuitque Ezechias cũ patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſuper ſepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuerſus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: regnauitque Manaſſes filius eius pro eo.

4.Reg.21.a,1

Cap. XXXIII.

1 DVodecim annorũ erat Manaſſes quum regnare cœpiſſet: & quinquagintaquinque annis regnauit in Ieruſalem.

2 Fecit autẽ malum corã Domino, iuxta abominationes Gentiũ, quas ſubuertit Dominus corã filiis Iſrael.

---

cum r$\overset{u}{o}$bore vultus in terrã ſuam: ingreſſus autem ædem dei ſui, qui egreſſi erant è viſceribus eius, ibi interemerunt eum gladio.

Sennacherib à filiis ſuis occiditur.

22 Seruauit itaq; Iehouáh Ieпhiciiáhu & habitatores Ieruϣſaláim è manu ɔSanпherib Regis Aϣſſúr, & è manu omniũ *aliorum*, "& deduxit eos à circuitu.

23 Et multi afferebant munera Iehouæ in Ieruϣſaláim, dona quoque pretioſa Ieпhizciiáhu Regi Iehudáh: & exaltatus eſt in oculis omnium Gentium poſt hæc.

24 In diebus illis ægrotauit Ieпhizciiáhu vſque ad mortem, tũc orauit ad Iehouam, "ac dixit illi: & portentum dedit ei.

AEgrotat Ezechias.

25 At non iuxta retributionem 'ſibi factam rependit Ieпhizciiáhu: eleuatum eſt enim cor eius, "& fuit contra eum ira, & contra Iehudáh & Ieruϣſaláim.

Ezechias ingratus in Deum.

26 Humiliauit autem ſe Ieпhizciiáhu "ab elatione cordis ſui, ipſe & habitatores Ieruϣſaláim, & non venit ſuper eos ira Iehouæ in diebus Ieпhizciiáhu.

27 Fuerũt præterea ipſi Ieпhizciiáhu diuitiæ, & gloria multa valde: theſauros nanque argenti fecit ſibi, & auri, & lapidum pretioſorũ, & aromatum, & clypeorũ, "omniúmque vaſorũ concupiſcibiliũ:

Diues Ezechias

28 "Et apothecas fructus, frumẽti, & vini, & olei, & ſtabula ſingulis animantibus, "& ordines ſtabulis.

29 Vrbes quoque fecit ſibi, & poſſeſſionem pecudum, & boum in multitudine: dedit enim ei Deus opes quammaximas.

30 Ipſe inſuper Ieпhizciiáhu obthurauit 'ſcaturiginem aquarũ Giпhón ſuperiorem, & rectà deduxit eas ſubter ad Occidentem Ciuitatis Dauidis, '& proſperatus eſt пHizciiáhu in omnibus operibus ſuis.

31 "Attamen propter legatos principum Babél miſſos ad eum, vt quærerent de portento 'quod *factum* erat in terra, dereliquit eum Deus, vt tentaret eum, "vt ſcirent omnia *quæ erant* in corde eius.

Derelictus à Deo Ezechias, tentatúſque, & quare.

32 Reliquum autem verborum Ieпhizciiáhu & miſericordiarũ eius, ecce ſcripta ſunt in viſione Ieϣſaγaiáhu filii Amóγs prophetæ, & in libro Regum Iehudáh & Iϣſraelis.

33 Dormiuit autem Ieпhizciiáhu cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum "in excelſo ſepulchrorum filiorum Dauidis, "& honorem fecerunt ei in morte eius vniuerſus Iehudáh, & habitatores Ieruϣſaláim: regnauítque Menaϣſſéh filius eius pro eo.

Mortuo Ezechia, regnat Manaſſes.

Cap. XXXIII.

1 DVodecim annorum erat Menaϣſſéh quum regnare cœpit, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ieruϣſaláim.

Manaſſes inſtaurat excelſa, quæ demolitus fuerat Ezechias.

2 Fecit autẽ malum in oculis Iehouæ iuxta abominationes Gentium quas expulerat Iehouáh à facie filiorum Iϣſraℵelis.

---

22 Et deduxit eos à circuitu. וינהלם מסביב: q.d. ſua miſericordia ita deducendo ſeruauit eos vt non timerent ſibi ab iis qui erant in circuitu ſuo. 24 Ac dixit illi: ויאמר לו ſub. Iehouæ. i. precatus eſt Iehouam, vt ſcilicet daret ei ſignum, ſiue portentum.

25 Sibi factam, עליו Ad verbum, ſuper eum. i. beneficiorum acceptorum à Domino non eſt recordatus Ezechias, quanuis in eũ multa contuliſſet Dominus. Et fuit cõtra eum ira, ויהי עליו קצף propterea fuit contra eum ira. Alii, ita vt indignatio excitaretur contra eum. Iram Iehouæ intelligit, vt ipſe declarat verſu ſequenti. 26 Ab elatione בגובה à ſuperbia. Hîc ב pro מן. 27 Omniúmque vaſorũ concup. ולכל כלי חמדה omniſque ſupellectilis deſiderii. i. pretioſæ, ſiue (vt alii exponunt) ex qua voluptas capitur.

28 Et apothecas fructus, ומסכנות לתבואת Et horrea⌊cellas, repoſitoria⌉prouentus. ſub. fecit ſibi. Et ordines ſtabulis. ועדרים לאורות: id eſt ordine quodã diſpoſuit ſtabula illa animalium. q.d. fecerat ſtabula in quibus habebat varia animalia: & ea ſtabula diſpoſuerat & collocauerat certo quodam ordine. 30 Scaturiginem את מוצא Ad verbum, exitum. De Gihon vide Libellũ interpretationum nominum Hebraicorum. Et proſperatus eſt ויצלח & fœlicia expertus eſt. i. omnia illi proſperè ceſſerunt.

31 Attamen propter lég. ובן במליצי Ad verbũ, Et ſic in legatis. vel, interpretibus. Gallicè, *les truchemens*. Quidã vertũt, Sic tamen propter legatos, &c. & exponunt, tamen ſic fœlicem, & proſperè agentem Deus dereliquit, &c. Quod *factum* erat in terra, אשר היה בארץ quod *dicebatur* factum in *ea* regione, propter Ezechiam ſcilicet. Intelligit de vmbra ſolis, & de horologio retrorſum acto. Vide 2.Reg.20.b.11.c.12. Vt ſcirent לדעת ſub. legati. Vel, vt omnes ſcirent quid haberet in animo. vel, vt ſciret, ſub. Deus.

33 In excelſo ſepul. במעלה קברי .i. in excellentioribus ſepulchris. vel, in excellenti ſepulchrorum. aut inſigniori. Et honorem fecerunt ei וכבוד עשו לו & gloriam exhibuerunt.

3 ″Reædificauit nanque excelſa quæ diruerat Ienhizciiáhu pater eius: & erexit aras ipſis idolis, fecítque lucos, & adorauit vniuerſam militiam cæli, ″& ſeruiuit eis.

Duo atria.

4 Extruxit deinde altaria in domo Iehouæ, de qua dixerat Iehouáh, In Ieruѡſaláim erit nomen meum in ſeculum.

5 AEdificauit quoque altaria vniuerſæ militiæ cæli in duobus atriis domus Iehouæ.

6 Et traduxit filios ſuos per ignem in valle filii Hinnóm: & obſeruabat tempora, atque augurabatur, & diuinationibus operam dabat, ″fecit & pythonẽ & magos: ″multa mala deſignauit in oculis Iehouæ vt irritaret eum.

7 Poſuit inſuper ″ſculptile ſimulachri quod fecerat, in domo Dei, de qua dixerat Deus Dauidi & ѡSelomóh filio eius, In domo hac & in Ieruѡſaláim quam elegi præ cunctis tribubus Iѡſraℵél, ponam nomen meum in ſeculum.

8 Nec addam auferre pedem Iѡſraℵelis à terra quam ″conſtitui Patribus eorũ: ″ita duntaxat ſi obſeruauerint facere omnia quæ præcepi eis, omnẽ *nempe* Legẽ, & ſtatuta, & iudicia per manũ Moѡſéh.

9 Errare itaque fecit Menaѡſſéh ipſum Iehudáh & habitatores Ieruѡſaláim, vt facerent malum præ Gẽtibus quas perdiderat Iehouáh à facie filiorum Iѡſraℵelis.

Manaſſes ducitur captiuus in Babylonem, & quare.

10 ″Loquutus eſt autem Iehouáh ad Menaѡſſéh & ad populũ eius: at non attenderunt.

11 Adduxit igitur Iehouáh contra eos principes exercitus qui erãt Regi Aѡſſúr, qui ceperunt Menaſſéh compedibus, & vinxerunt eum ″catenis duabus, & deduxerunt eum in Babél.

Afflictus Manaſſes, ſine intermiſſione orans, exauditur.

12 ″Quum verò anguſtiis eſſet affectus, orauit faciem Iehouæ Dei ſui, ″& humiliauit ſe valde à facie Dei Patrum ſuorum.

13 Orauítque ad eum, ″& exorabilis fuit ei, exaudiuítque deprecationem eius, & reduxit eum in Ieruѡſaláim in regnũ ſuum: tum cognouit Menaѡſſéh quòd Iehouáh ipſe eſſet Deus.

14 Et poſt hæc ædificauit murum exteriorem Ciuitati Dauidis ad Occidentem Ginhón in valle, ″& ad introitum portæ Piſcium, ″& circundedit *muro* yOphél, ″& exaltauit eum valde, poſuit quoque principes exercitus in cunctis ciuitatibus munitis in Iehudáh.

15 Abſtulit poſt hæc deos ″alienigenæ, ″& ſimulachrum è domo Iehouæ, & omnes aras quas ædificauerat in monte domus Iehouæ & in Ieruѡſaláim, & proiecit extra vrbem.

Immolat Manaſſes victimas & laudes.

16 Reparauit & altare Iehouæ, immolauítque ſuper illud victimas pacificorum & gratiarũ actionis, præcepítque ipſi Iehudáh vt ſeruiret Iehouæ Deo Iѡſraℵelis.

Seruire Deo.

17 Attamen adhuc populus immolabat in excelſis, duntaxat Iehouæ Deo ſuo.

3 Et cõuerſus, inſtaurauit excelſa quæ demolitus fuerat Ezechias pater ei⁹: conſtruxitque aras Baalim, & fecit lucos: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.

4 AEdificauit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus, ‖In Ieruſalem erit nomẽ meum in æternum. 2.Reg.7.b.10

5 AEdificauit autem ea cuncto exercitui cæli, in duobus atriis domus Domini.

6 Tranſiréque fecit filios ſuos per ignem in valle Ben-ennom: obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis artibus inſeruiebat: habebat ſecum magos & incantatores: multáqꝫ mala operatus eſt corã Domino, vt irritaret eum.

B

7 Sculptile quoque & cõflatile ſignũ poſuit ĩ domo Dei, ‖de qua loquutus eſt Dominus ad Dauid & ad Salomonem filiũ eius, dicens, In domo hac, & in Ieruſalem quam elegi de cũctis tribubus Iſrael, ponam nomen meũ in ſempiternum. 2.Reg.7.b.10 3.reg.8.b.16

8 Et mouere non faciam pedem Iſrael de terra quam tradidit Patribus eorum: ita duntaxat ſi cuſtodierint facere quæ præcepi eis, cunctámque Legem, & cæremonias, atqꝫ iudicia per manum Moyſi.

9 Igitur Manaſſes ſeduxit Iudam & habitatores Ieruſalem, vt facerẽt malum ſuper omnes Gẽtes quas ſubuerterat Dominus à facie filiorũ Iſrael.

10 Loquutúſque eſt Dominus ad eum, & ad populum illius: & attendere noluerunt.

11 Idcirco ſuperinduxit eis principes exercitus Regis Aſſyriorũ: cepertúntque Manaſſen, & vinctum catenis atque compedibus duxerũt in Babylonem.

C

12 Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum: & egit pœnitentiam valde coram Deo Patrum ſuorum.

13 Deprecatúſque eſt eum, & obſecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ieruſalem in regnum ſuum, & cognouit Manaſſes quòd Dominus ipſe eſſet Deus.

14 Poſt hæc ædificauit murũ extra Ciuitatem Dauid, ad Occidentem Gihon, in conualle: ab introitu portæ piſcium per circuitum vſque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer: conſtituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.

15 Et abſtulit deos alienos, & ſimulachrum de domo Domini: aras quoque quas fecerat in mõte domus Domini, & in Ieruſalem: & proiecit omnia extra vrbem.

16 Porrò inſtaurauit altare Domini, & immolauit ſuper illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt ſeruiret Domino Deo Iſrael.

17 Attamen adhuc populus immolabat in excelſis Domino Deo ſuo.

IN CAPVT XXXIII.

3 Reædificauit nanque וישב ויבן Ad verbum, Et reuerſus eſt, & ædificauit. Vide ſecundum Regum, 21.a.1.
Et ſeruiuit eis. ויעבוד אותם nempe ſtellis cæli, quas militiam cæli vocauerat. 6 Fecit & pythonem & magos: ועשה אוב וידעוני id
eſt pythonem conſulebat, & magiã exercebat. Multa mala deſignauit, &c. הרבה לעשות הרע וגו׳ Ad verbũ, multiplicauit vt faceret malum in oculis, &c. i. quamplurima mala deſignauit Domino vidente. 7 Sculptile ſimulachri את־פסל הסמל .i. ſimulachrum ſculptile. vel eſt ſingulare pro plur. ſimulachra ſculpta. In Regibus legitur, ſculptile luci. Huius fit mentio paulo pòſt verſu 15.
8 Conſtitui העמדתי In Regibus legitur, dedi. i. daturus ſum. Ita duntaxat ſi obſeru. fac. רק אם־ישמרו לעשות modò obſeruent vt faciant, &c. id eſt modò diligenter adimpleant omnia quæ præcepi illis per Moſen, omnia inquam quæ præcepi illis, id eſt vniuerſam Legem &
ſtatuta & iudicia. 10 Loquutus eſt autem וידבר ſub. per Prophetas. 11 Catenis duabus, בנחושתים Vide Ierem. 39.b.7.
12 Quum verò anguſtiis eſſet aff. וכהצר לו Ad verbum, Et ſecundum anguſtiam illi. i. Quum in anguſtias adductus eſſet. Et humiliauit ſe ויכנע & abiecit ſe. i. admodum ſubmiſſus factus eſt in conſpectu Dei. 13 Et exorabilis fuit ei, ויעתר לו & exoratus eſt ei. vel
exauditus eſt ei. Seipſum mox ſequentibus exponit. 14 Et ad introitum portæ ולבוא בשער & qua itur ad portam. Et circundedit וסבב ſub. muro. plena loquutio legitur ſuprà cap. 14.b.7, vbi ſic legimus, AEdificemus ciuitates iſtas, & circunducamus muros & turres.
Et exaltauit eum ויגביהה ſub. חומה murum. Relatiuum ſine antecedente. i. valde altum fecit murum.
15 Alienigenæ, הנכר .i. alienos. Et ſimulachrum ואת־הסמל Vide paulo ſuprà, verſu 7.

Reliqua autem geſtorum Manaſſe, & obſecratio eius ad Deum ſuum: verba quoque Videntium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Iſrael, continentur in ſermonibus Regum Iſrael.

Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, atque cõtemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelſa, & fecit lucos, & ſtatuas, antequã ageret pœnitentiam, ſcripta ſunt in ſermonibus Hozái.

Dormiuit ergo Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in domo ſua, regnauitq; pro eo filius eius Amon.

Vigintiduorum annorum erat Amon quum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit in Ieruſalem.

Fecitque malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius: & cũctis idolis quæ Manaſſes fuerat fabricatus, immolauit, atque ſeruiuit.

Et non eſt reueritus faciem Domini, ſicut reueritus eſt Manaſſes pater eius: & multo maiora deliquit.

Quúmque cõiuraſſent aduerſus eũ ſerui ſui, interfecerunt eum in domo ſua.

Porrò reliqua populi multitudo, cæſis iis qui Amon percuſſerant, conſtituit Regem Ioſiam filium eius pro eo.

4.Reg.22.a.

Cap. XXXIIII.

OCto annorum erat Ioſias quũ regnare cœpiſſet, & triginta & vno anno regnauit in Ieruſalem.

Fecitque quod erat rectum in conſpectu Domini, & ambulauit in viis Dauid patris ſui: non declinauit neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Octauo autem anno regni ſui, quũ adhuc eſſet puer, cœpit quærere Deũ patris ſui Dauid: & duodecimo anno poſtquam cœperat, mũdauit Iudam & Ieruſalem ab excelſis, & lucis, ſimulachriſque, & ſculptilibus.

Deſtruxerúntque corã eo aras Baalim: & ſimulachra quæ ſuperpoſita fuerant, demoliti ſunt: lucos etiam & ſculptilia ſuccidit atque comminuit: & ſuper tumulos eorum qui eis immolare conſueuerant, fragmenta diſperſit.

Oſſa præterea Sacerdotum cõbuſſit in altaribus idolorum, mundauitque Iudam & Ieruſalem.

Sed & in vrbibus Manaſſe, & Ephraim, & Simeon vſque Nephthali, cuncta ſubuertit.

Quúmque altaria diſſipaſſet & lucos, & ſculptilia cõtriuiſſet in fruſta, cunctâque delubra demolitus eſſet de vniuerſa terra Iſrael, reuerſus eſt in Ieruſalem.

Igitur anno octauodecimo regni ſui, mundata iam terra, & tẽplo Domini, miſit Saphan filium Eſeliæ, & Maaſiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à cõmentariis, vt inſtaurarent domũ Domini Dei ſui.

18 Reliquum autem verborum Menaשſſéh, & oratio eius ad Deũ ſuum, & verba Videntium qui loquebantur ad eum in nomine Iehouæ Dei Iשſraאelis, ecce ea ʹ*ſcripta ſunt* in verbis Regum Iשſraאelis.

Oratio Manaſſe

19 Oratio autẽ eius, & *quomodo* ʹexorabilis fuit ei *Deus*, & omne peccatum eius, & præuaricatio eius, & loca in quibus ædificauerat excelſa, & ſtatuerat lucos, & ſculptilia antequam humiliaret ſe; ecce ea ſcripta ſunt in verbis ″חHozái.

Mortuo Manaſſe, regnat Amon impius.

20 Dormiuítque Menaשſſéh cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in domo ſua, regnauítque Amón filius eius pro eo.

21 Vigintiduorum annorum erat Amón quum regnare cœpit, & duobus annis regnauit in Ieruשſaláim.

22 Et fecit malum in oculis Iehouæ, quemadmodum fecerat Menaשſſéh pater eius: cunctis nanque ſculptilibus quæ fecerat Menaשſſéh pater eius, immolauit Amón, & ſeruiuit eis.

23 Nec humiliauit ſe coram Iehoua, quemadmodum humiliauerat ſe Menaשſſéh pater eius, ſed ipſe Amón multiplicauit ʹdelictũ.

Interficitur à ſeruis ſuis.

24 Coniurauerunt autem contra eum ſerui eius, & interfecerunt eum in domo ſua.

Ioſias conſtituitur Rex.

25 Percuſſerunt verò populus terræ omnes qui coniurauerant cõtra Regem Amón, & Regem cõſtituerunt Iאoשſiiáhu filium eius pro eo.

Cap. XXXIIII.

Ioſias pius.

1 OCto annorum erat Iאoשſiiáhu quũ regnare cœpit, ac triginta & vno anno regnauit in Ieruשſaláim.

2 Is fecit rectum in oculis Iehouæ, & ambulauit in viis Dauidis patris ſui, nec declinauit ad dexteram, aut ad ſiniſtram.

Ioſias quærens Deum, idola ſubuertit.

3 Octauo autem anno regni ſui, quum ipſe adhuc puer eſſet, cœpit requirere Deũ Dauidis patris ſui: ″duodecimo verò anno cœpit mundare ″Iehudáh & Ieruשſaláim ab excelſis, & lucis, & ſimulachris, & ſculptilibus.

4 ″Deſtruxerúntque coram eo aras idolorum ipſorum: ″& ſimulachra quæ erant ſuper eis, demoliri fecit: lucos quoque & ſimulachra, & ſculptilia contriuit ac cõminuit, ſparſítque *illa* ſuper ſuperficiem ſepulchrorum illorum qui immolauerant eis.

5 Et oſſa Sacerdotum combuſſit ″ſuper altaria ipſorum, mundauítque Iehudáh & Ieruשſaláim:

6 In vrbibus quoque Menaשſſéh, & אEphráim, & שSimעyón, vſque ad Naphthalí, ʹmalleis ſuis per circuitum.

7 Demolitus eſt itaque altaria, & lucos, & ſimulachra contriuit cõminuendo, & omnia ″ſimulachra excidit in vniuerſa terra Iשſraאelis: poſtea reuerſus eſt Ieruשſaláim.

Iubet inſtaurari tẽplũ Domini.

8 Anno autem decimooctauo regni ſui, poſtquam mundauit terram, & domum, miſit שSaphã filium Aצſaliáhu, & Maעaשſeiáhu principem ciuitatis, & Ioáחh filium Ioaחház à commentariis, ad inſtaurandum domum Iehouæ Dei ſui.

---

18 *Scripta ſunt* Iſtud ſubauditum eſt ex ſequenti verſu, vbi loquutio plena legitur. 19 Exorabilis fuit ei *Deus*, ויעתר־לו .i. exauditus ſit à Deo. Vide paulo antè verſu 13. חHozái, חוזי: Quidam tanquam appellatiuum vertunt, in verbis [ſiue commentariis] Prophetarum. 23 Delictum. אשמה: Sing. Heb. pro plur. delicta. i. multa ſcelera patrauit: aut, ſceleribus ſcelera adiunxit.

IN CAPVT XXXIIII.

3 Duodecimo verò anno ובשתים עשרה שנה ſub. regni ſui. hoc eſt, quum attigiſſet viceſimum annum. Iehudáh & Ieruשſaláim את־יהודה וירושלם id eſt regionem & vrbes Iuda. 4 Deſtruxerúntque coram eo וינתצו לפניו Euerterúntque eo ſpectante. Et ſimulachra והחמנים facta ſcilicet in honorem ſolis, quæ erant ſuperpoſita illis altaribus.

5 Super altaria על־מזבחותים vt ſcilicet ea ratione illa contaminaret. nam id contaminabatur quod cadauer attigiſſet.

6 Malleis ſuis בחרבותיהם ſub. diruit ac deſtruxit. 7 Simulachra החמנים Solis ſimulachra intelligit, de quibus paulo antè, verſu 4.

9 Venerunt itaque ad חHilciiáhu Sacerdotem magnum, & dederunt argentum illatum in domum Dei, quod congregauerant Leuitæ custodes ″liminis de manu *filiorum* Menaשſſéh & אEphráim, & de vniuerſo reſiduo Iשſraאelis, & ab vniuerſo Iehudáh ac Biniamín, ʹ& reuerſi erant Ieruשſaláim.

10 Tradiderunt inquam manui ″facientiũ opus, qui præfecti erant in domo Iehouæ, qui tradiderunt illud factoribus operis, qui operabantur in domo Iehouæ ad ſarciendas *ruinas*, & ad inſtaurandam domum.

11 Et dederunt ″artificibus & cæmentariis vt emerent lapides exciſos, & ligna ʹad commiſſuras, ʹ& ad contignandas domos quas deſtruxerant Reges Iehudáh.

12 Viri autem illi operabantur fideliter in ipſo opere: & ſuper eos cõſtituti erãt Iáחhath & עObadiáhu Leuitæ ″de filiis Merarí: & Zechariáh & Meשſſullám de filiis Cehathitarũ ″ad vrgẽdum: & *de* Leuitis omnis intelligens in inſtrumentis ″muſicis.

13 *Erant* & ſuper baiulos, & qui vrgebãt omnẽ facientẽ opus ″in quolibet opere: de Leuitis autẽ *erant* Scribæ, & præfecti, & ianitores.

Deuteronomiũ reperitur in templo.

14 Porrò quum educerent argentum quod illatum fuerat in domum Iehouæ, reperit חHilciiáhu Sacerdos librum Legis Iehouæ *latæ* ″per manum Moשéh.

15 Loquutus eſt autem חHilciiáhu, dixítque ad שSaphán ſcribam, Librũ Legis reperi in domo Iehouæ. Et tradidit חHilciiáhu librũ ipſi שSaphán.

16 Attulit autem שSaphán librum ad Regem, ″atque etiam retulit Regi rem, dicẽdo, Quicquid datum fuit in manu ſeruorum tuorum, ipſi ″faciunt.

17 ʹConflauerunt nanque argentum quod inuentum eſt in domo Iehouæ, & tradiderunt illud in manum præpoſitorum, & in manum facientium opus.

18 Indicauit præterea שSaphán ſcriba Regi, dicẽdo, Librum dedit mihi חHilciiáhu Sacerdos. & legit in eo שSaphán coram Rege.

Rex, audito Deuteronomio, magno terrore concuſſus, conſulit Deum per Prophetidem.

19 Fuit autẽ, quũ audiſſet Rex verba Legis, ſcidit veſtimenta ſua.

20 Præcepítque rex חHilciiáhu & Aחhicám filio שSaphán, atque עAbdón filio Micháh, & שSaphán ſcribæ, & עAשſaiáh ″ſeruo ſuo, dicendo,

21 Ite, conſulite Iehouam pro me, & pro reſiduo in Iשſraאele & in Iehudáh, ſuper verbis libri qui repertus eſt: quoniam magnus eſt furor Iehouæ, qui ″ſtillauit in nos, eo quòd non cuſtodierunt patres noſtri verbum Iehouæ, vt facerent iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in libro hoc.

22 Abiit itaque חHilciiáhu, ″& qui *erant* Regis, ad חHuldáh propheriſſam, vxorẽ שSallũ filii Thecuáh, filii חHaסráh cuſtodis ʹveſtiũ:

9 Qui venerunt ad Helciam Sacerdotem magnum: acceptámque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, & quã congregauerant Leuitæ, & ianitores de Manaſſe & Ephráim, & vniuerſis reliquiis Iſrael, ab omni quoque Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ieruſalem, C

10 Tradiderũt in manibus eorum qui præerãt operariis in domo Domini, vt inſtaurarent templum, & infirma quæque ſarcirent.

11 At illi dederunt eam artificibus, & cæmentariis, vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad commiſſuras ædificii, & ad contignationẽ domorum, quas deſtruxerant Reges Iuda.

12 Qui fideliter cuncta faciebant. erãt autem præpoſiti operantium, Iahath & Abdias de filiis Merari: Zacharias & Moſollam de filiis Caath, qui vrgebant opus: omnes Leuitæ ſcientes organis canere.

13 Super eos verò qui ad diuerſos vſus onera portabant, erant ſcribæ, & magiſtri de Leuitis, ianitores.

14 Quúmque efferrent pecuniã quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias Sacerdos librũ Legis Domini, per manum Moyſi. D

15 Et ait ad Saphan ſcribam, Librum Legis inueni in domo Domini. Et tradidit ei.

16 At ille intulit volumen ad Regem, & nuntiauit ei, dicens, Omnia quæ dediſti in manu ſeruorũ tuorum, ecce complentur.

17 Argentũ quod repertum eſt in domo Domini, conflauerunt: datúmq; eſt præfectis artificum, & diuerſa opera fabricantium.

18 Præterea tradidit mihi Helcias Sacerdos hunc librum. quem quũ Rege præſente recitaſſet,

19 Audiſſétque ille verba Legis, ſcidit veſtimenta ſua:

20 Et præcepit Helciæ & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphã quoque ſcribæ, & Aſaæ ſeruo Regis, dicens,

21 Ite & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Iſrael & Iuda, ſuper vniuerſis ſermonibus libri iſtius qui repertus eſt: magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos, eo quòd non cuſtodierint patres noſtri verba Domini, vt facerent omnia quæ ſcripta ſunt in iſto volumine. E

22 Abiit ergo Helcias, & ii qui ſimul à Rege miſſi fuerant, ad Oldam prothetidẽ, vxorẽ Sellum filii Thecuath,

---

9 Liminis הסף vaſorum. סף peluim, craterem, ſiue phialam ſignificat. vnde doctus inter Hebræos dicit eſſe nomen generale vaſorum quibus in domo vtimur, præſertim pro vino. 10 Facientium opus, עושה המלאכה .i. architectorum. Confer hæc cum 2. Reg. 22. a. 4, vt clarius intelligas. Vide & paulo pòſt, verſu 17. 11 Artificibus & cæment. לחרשים ולבנים fabris ferrariis, & fabris lignariis. Ad cõmiſſuras, למחברות Per commiſſuras intelligit ea quæ fiunt cõmiſſis lignis & compoſitis. q. d. ad opera lignea tradiderunt ligna. Et ad contignandas ולקרות & ad compingendas. 12 De filiis מן בני .i. de nepotibus. Ad vrgendum: לנצח ſub. operas. i. qui exigebant operas. Muſicis. שיר: Ad verbum, cantici. Intelligentes in inſtrumentis cantici vocat peritos muſices, & doctos organorum ſeu inſtrumentorum muſicorum pulſandorum. 13 In quolibet opere: לעבודה ועבודה Ad verbum, in opere & opere. i. in ſingulis miniſteriis. 14 Per manum Moשéh. ביד משה: Hebraiſmus, opera & miniſterio Moſis. 16 Atque etiam retulit Regi rem, וישב עוד את המלך דבר Ad verbum, & retulit adhuc ad Regem verbum. i. & inſuper Regi retulit quid egiſſent de negotio quod illis commiſerat. Faciunt. עושים: Quidam per futurum vertunt, facturi ſunt. Ad verbum, facientes. ſub. fuerunt. i. fecerunt. 17 Conflauerunt nanque ויתיכו Fuderunt nanque. Quidam per præſens, Curant autem fundendum. 20 Seruo ſuo, עבד המלך Ad verbum, ſeruo Regis. antecedens pro relatiuo. 21 Stillauit נתכה conflatus eſt. liquefactus eſt. 22 Et qui *erant* Regis, ואשר המלך id eſt miniſtri Regis. Veſtium: הבגדים ſub. ſacerdotalium vel (vt alii) regiarum.

filii Haſra cuſtodis veſtiũ: (quæ habitabat in Ieruſalẽ in Secũda:) & loquuti ſunt ei verba quæ ſuprà narrauimus.

23 At illa reſpondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dicite viro qui miſit vos ad me,

24 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego inducam mala ſuper locum iſtum & ſuper habitatores eius, cunctáque maledicta quæ ſcripta ſunt in libro hoc, quem legerunt coram Rege Iuda:

25 Quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracũdiã prouocarẽt in cũctis operibus manuum ſuarũ: idcirco ſtillabit furor meus ſuper locũ iſtũ, & non extinguetur.

F 26 Ad Regem autem Iuda, qui miſit vos pro Domino deprecando, ſic loquimini, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quoniã audiſti verba voluminis:

27 Atque emollitum eſt cor tuum, & humiliatus es in conſpectu Dei ſuper iis quæ dicta ſunt contra locum hunc & habitatores Ieruſalem, reueritúſque faciem meam, ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti corã me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus.

28 Iam enim colligã te ad patres tuos, & infereris in ſepulchrum tuũ in pace: nec videbunt oculi tui omne malũ quod ego inducturus ſum ſuper locũ iſtũ, & ſuper habitatores eius. ¶Retulerũt itaque Regi cũcta quæ dixerat.

4.Reg.23.a.1

29 At ille conuocatis vniuerſis maioribus natu Iuda & Ieruſalem,

G 30 Aſcẽdit in domũ Domini, vnáq; omnes viri Iuda & habitatores Ieruſalẽ, Sacedotes & Leuitæ, & cũctus populus à minimo vſque ad maximũ: quibus audientibus in domo Domini, legit Rex omnía verba voluminis.

31 Et ſtans in tribunali ſuo, percuſſit fœdus coram Domino, vt ambularet poſt eum, & cuſtodiret præcepta, & teſtimonia, & iuſtificationes eius in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, facerétque quæ ſcripta ſunt in volumine illo quod legerat.

32 Adiurauit quoq; ſuper hoc omnes qui reperti fuerãt in Ieruſalẽ & Beniamin: & fecerunt habitatores Ieruſalem iuxta pactum Domini Dei Patrum ſuorum.

33 Abſtulit ergo Ioſias cunctas abominationes de vniuerſis regionibus filiorum Iſrael: & fecit omnes qui reſidui erant in Iſrael, ſeruire Domino Deo ſuo: cunctis diebus eius non receſſerũt à Domino Deo Patrum ſuorum.

Cap. XXXV.

4.Reg.23.e.21
3.eſdr.1.a.1

1 FEcit autem Ioſias in Ieruſalẽ Phaſe Domino, quod immolatum eſt quartadecima die menſis primi.

2 Et conſtituit Sacerdotes in officiis ſuis: hortatúſque eſt eos vt miniſtrarent in domo Domini.

(ìpſa autem habitabat in Ieruwſaláim ″in domo doctrinæ:) & loquuti ſunt ad eam ′huiuſmodi.

Oldæ prophetidis reſponſio.

23 Illa dixit eis, Sic dixit Iehouáh Deus Iwſraℵelis, Dicite viro qui miſit vos ad me,

24 Sic dixit Iehouáh, En ego adduco malum ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, *id eſt* omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in libro quem legerunt coram Rege Iehudáh:

25 Eo quòd dereliquerunt me, & ſuffiuerunt diis alienis, vt irritarent me in cũctis operibus manuũ ſuarũ: ″& ſtillabit furor meus in locum iſtum, nec extinguetur.

26 Ad Regem autẽ Iehudáh qui mittit vos ad requirendũ Iehouã, ſic dicetis, Sic dixit Iehouáh Deus Iwſraℵelis, ′Verba quæ audiſti:

27 Propterea quòd emollitum eſt cor tuum, & humiliaſti te ′à facie Dei, quũ audires verba eius contra locũ iſtũ, & contra habitatores eius, humiliaſti inquam te coram me, & rupiſti veſtimenta tua, ac fleuiſti coram me: ego quoque exaudiui *te*, dixit Iehouáh.

Fletus Regis.

28 ″Ego nanque colligam te ad patres tuos, & congregaberis ad ſepulchra tua ″in pace, nec videbũt oculi tui ′vniuerſum malũ quod ego adducturus ſum contra locum iſtum, & contra habitatores eius. Retulerunt itaque Regi ′verbum.

Ioſias legit Deuteronomium corã vniuerſo populo.

29 Tum miſit Rex, congregauítque omnes Seniores Iehudáh & Ieruwſaláim:

30 Atque aſcendit in domum Iehouæ, & omnes viri Iehudáh, habitatoréſque Ieruwſaláim, nempe Sacerdotes, & Leuitæ, & vniuerſus populus à magno vſque ad paruum: & legit in auribus eorum omnia verba Libri fœderis qui repertus fuerat *in* domo Iehouæ.

31 Cõſtitit autem Rex ′in ſtatione ſua, percuſſítque fœdus coram Iehoua, quòd ambularet poſt Iehouã, & cuſtodiret præcepta eius, ac teſtimonia eius, ſtatutáque eius toto corde ſuo, & tota anima ſua, facerétque verba fœderis quæ ſcripta erant in libro illo.

Percutit fœdus corã Domino.

32 ″Et ſtare fecit *pacto* omnes qui reperti ſunt in Ieruwſaláim & Biniamín: fecerúntque habitatores Ieruwſaláim iuxta pactum Dei, Dei *inquam* Patrum ſuorum.

33 ″Remouit autem Iℵowſiiáhu omnes abominationes de vniuerſis terris quæ *erãt* filiorum Iwſraℵelis, ″& coegit omnes qui reperti ſunt in Iwſraℵele, ſeruire Iehouæ Deo ſuo: cunctis diebus eius ″nõ receſſerunt à tergo Iehouæ Dei Patrum ſuorum.

Cap. XXXV.

Ioſias celebrat Phaſe.

1 FEcit præterea Iℵowſiiáhu in Ieruwſaláim Péſah Iehouæ, quod immolauerunt decimaquarta menſis primi.

2 Et conſtituit Sacerdotes in cuſtodiis ſuis, quos confirmauit in miniſterio domus Iehouæ.

In domo doctrinæ: במשנה in domo diſciplinæ. Quidam, in Secunda. i. in loco ſecundæ dignitatis à templo. Vide in ſecundo Regum, cap. 22.c.15. Huiuſmodi. :כזאת Ad verbum, iuxta hoc. i. tale. 25 Et ſtillabit ותתך & liquefactus eſt. & conflatus eſt.

26 Verba quæ audiſti: :הדברים אשר שמעת Quædam ſubaudienda: nam eſt ſermo conciſus. Vide 2.Reg.22.c.18.

27 A facie Dei, מלפני אלהים De ſe loquitur Deus in tertia perſona: mox in prima, quum dicit, Humiliaſti inquam te coram me.

28 Ego nanque colligam te, &c. הנני אוספך אל־אבותיך וגו׳ Hebraiſmus, faciã vt moriaris vt patres tui, ac ſepeliaris in vno è ſepulchris tuis. In pace, בשלום .i. ſine vlla moleſtia & animi angore propter afflictiones quas inducam te mortuo. Mox ſeipſum declarat quũ dicit, Nec videbũt, &c. Vniuerſum malũ quod, &c. בכל הרעה אשר וגו׳ .i. vllã afflictionẽ, ſiue aliquid calamitatis eius magnæ quã ego, &c. Verbum. :דבר .i. reſponſum Prophetiſſæ. 31 In ſtatione ſua, על־עמדו .i. conſtitit in loco ſuo. In 2.Reg.23.a.3, legimus, Stetit autem Rex iuxta columnã, & pepigit fœdus coram Iehoua, ſe ambulaturos, &c. 32 Et ſtare fecit *pacto* omnes qui inuenti ſunt ויעמד את כל־הנמצא Ad verbum, Et ſtare fecit omnem inuentum. Quidam exponunt, ſtare fecit in loco, vel ſtatione ſua. Alii, ſtare fecit, pro aſtrinxit pacto quod pepigerat ſuo & totius populi ſui nomine, accipiunt. nam in libro Regum legimus, Et ſtetit vniuerſus populus in fœdere. Neque enim ſolus Rex pepigit fœdus ſe ambulaturum, &c. ſed ei fœderi aſtrinxit & populum ſuum.

33 Remouit autem ויסר Iam autem remouerat. Et coegit ויעבר & ſubiugauit. Ad verbum, & ſeruire fecit. i. ſubiecit quotquot in terra Iſraelis inuenit, etiam exteros, & coegit ſeruire Deo. Non receſſerunt à tergo Iehouæ לא סרו מאחרי יהוה id eſt non deſtiterunt ſequi Iehouam.

Dixítque Leuitisʹqui erudiebãt vniuerſum Iשſraאelem,ʹ& qui ʹcõſecrati erant Iehouæ,Ponite ʺarcam ſanctitatis in domo quam ædificauit שSelomóh filius Dauidis Rex Iשſraאelis: ʹnon *erit* vobis onus in humero:nunc *ergo*ʹſeruite Iehouæ Deo veſtro,& populo eius Iשſraאeli: 3

Et præparate vosʹper familias veſtras,per claſſes veſtras,ſecundum quod ſcripſit Dauid Rex Iשſraאelis, & ſecundũ ſcripturam שSelomóh filii eius: 4

Ac ſtateʺin Sanctuarioʹſecundum claſſes familiarumʹfratrũ veſtrorũ filiorũ populi, ʹ& *ſecundum* diuiſionẽ domus patris Leuitarũ: 5

Et immolate Péסſaחh, ac ſanctificate vos, & præparate fratres veſtros,ʺvt faciatis iuxta verbũ Iehouæ *traditum* per manũ Moשſéh. 6

Largitus eſt autẽ IאoשſiiáhuʹfiIiis populi, oues, agnos,& filios caprarum,omnia pro victimis Péסſaחh,omni qui repertus eſt, ad numerum triginta milliũ, & boum tria millia. iſta de ſubſtantia ipſius Regis. 7

Principes quoque eius ſponte,populo,Sacerdotibus, & Leuitis largiti ſunt: חHilciiáhu, & Zechariáhu,& Ieחhiאél principes domus Dei ſacerdotibus dederunt in victimas Péסſaחh duo millia *pecudum* & ſexcenta,ac boues trecentos. 8

Chonaniáhu autem & שSemaעaiáhu,& Nethanאél fratres eius, & חHaשſabiáhu,& Ieעhiאél, & Iozabád,principes Leuitarum, largiti ſunt Leuitis pro victimis Péסſaחh quinque millia *pecudum*, & boues quingentos. 9

ʹPræparato itaque miniſterio,ſteterunt Sacerdotes in ſtatione ſua,& Leuitæ in claſſibus ſuis,iuxta præceptum Regis: 10

ʺImmolauerúntque Péסſaחh: aſperſerũt autem Sacerdotes *ſanguinem*ʺde manu eorum:Leuitæ verò excoriabant ea. 11

ʺRemouerunt autẽ de holocauſto,vt darent ea ſecundum diuiſiones domus familiarumʺfiliorum populi,vt offerrẽt Iehouæ,ſicut ſcriptum eſt in libro Moשſéh:& ſic de bobus. 12

ʺEt aſſauerunt Péסſaחh igniʺde more ſolito:ʺſanctificata autem elixauerũt in ollis, & ahenis,& lebetibus,ʺ& porrexerũt cum celeritate vniuerſis ʹfiliis populi. 13

3 Leuitis quoque,ad quorum eruditionem omnis Iſrael ſanctificabatur Domino,loquutus eſt,Ponite arcam inSanctuario templi quod ædificauit Salomon filius Dauid Rex Iſrael: nequaquã enim eam vltrà portabitis: nũc autem miniſtrate Domino Deo veſtro,& populo eius Iſrael:

4 Et præparate vos per domos & cognationes veſtras in diuiſionibus ſingulorum , ſicut præcepit Dauid Rex Iſrael,& deſcripſit Salomõ fili⁹ eius:

5 Et miniſtrate in Sanctuario per familias turmáſque Leuiticas:

6 Et ſanctificati immolate Phaſe: fratres etiam veſtros, vt poſſint iuxta verba quæ loquutus eſt Dominus in manu Moyſi, facere,præparate.

7 Dedit præterea Ioſias omni populo qui fuerat inuentus in ſolennitate Phaſe, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia,boũ quoque tria millia.hæc de Regis vniuerſa ſubſtantia.

B

8 Duces quoque eius ſpõte quod vouerant,obtulerũt tam populo, quàm Sacerdotib⁹ & Leuitis:porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Dei,dederunt Sacerdotibus ad faciendũ Phaſe,pecora commiſtim duo millia ſexcenta & boues trecentos.

9 Chonenias autem,& Semeias etiã, & Nathanael,fratres eius,necnõ Haſabias & Iehiel,& Ioſabad,principes Leuitarum,dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phaſe quinque millia pecorum,& boues quingentos.

10 Præparatúmque eſt miniſteriũ , & ſteterũt Sacerdotes in officio ſuo,Leuitæ quoque in turmis, iuxta Regis imperium:

11 Et immolatum eſt Phaſe: aſperſerúntque Sacerdotes manu ſua ſanguinem:& Leuitę detraxerunt pelles holocauſtorum

12 Et ſeparauerũt ea vt darent per domos & familias ſingulorũ,& offerrentur Domino, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi: de bobus quoque fecerũt ſimiliter.

13 At aſſauerunt Phaſe ſuper ignem, iuxta quod in Lege ſcriptũ eſt: pacificas verò hoſtias coxerunt in lebetibus,& cacabis,& ollis:& feſtinatò diſtribuerunt vniuerſæ plebi.

IN CAPVT XXXV.

3 Qui erudiebant המבינים qui inſtituere debebant.ſub.in Lege. Et qui conſecrati erant הקדושים & qui dicati erant.Ad verbum, ſancti. Arcã ſanctitatis את־ארון־הקדש Arcam fœderis intelligit. Non erit vobis onus in hu. אין לכם משא בכתף .i.non feretis poſthac arcam ſuper humeros veſtros. Seruite Iehouæ,&c. עבדו את־יהוה וגו׳ .i.Seruite Iehouæ, carminibus laudem eius extollendo:& populo eius,mactando victimas pro peccatis illorum.q.d.Antea mihi ſeruiebatis ferendo arcam:nunc verò ſeruite Iehouæ, canẽdo carmina in eius gloriam:& populo eius,ſacrificando pro illis. 4 Per familias ve. לבית־אבותיכם Ad verbum,per domum patrum veſtrorum.

5 In Sanctuario בקדש in ſtatione ſancta. Secundum claſſes famil. לפלגות בית האבות Ad verbum,ſecundũ diuiſiones domus patrũ. Quidam,ſecundum diſtinctionẽ domus patrum. Fratrum veſtrorum fil. pop. לאחיכם בני העם .i.fratrũ veſtrorum, hoc eſt populi aliarum tribuum(per appoſitionẽ enim poſitum eſt,filiorum populi)quæ vos nulla dignitate antecellunt.Filios populi,vocat populũ,ſiue plebẽ, idiotiſmo Hebraico.Vide paulo pòſt verſu 7 & 12.Item Eſa.22.a.4.Iere.17.c.19,& 26.g.23.Cõparat tribum Leuiticã cum reliquis:& ratiocinatur à minori ad maius.nam ſi in reliquis tribubus cẽſentur ſinguli ſecundum domos,ſiue familias,& capita:tribus Leui, quæ dignitate reliquas antecedebat,debuit hanc diſtinctionẽ colere & ſeruare maiore cura.Proponit igitur Ioſias Leuitis fratres ſuos in exemplũ, ne legitimum cenſum negligant qui debebant aliis viam monſtrare. Vide infrà verſu 12. Et *ſecundum* diuiſionẽ do.pa. וחלקת בית־אב & *in* ordine domus patrũ,

6 Vt faciatis לעשות vt faciant. 7 Filiis populi. לבני העם Sic vocat plebeios aliarum tribuum præter tribũ Leuiticam,quæ nullo honoris gradu excellebant. 10 Præparato itaque miniſt. ותכון העבודה .i.præparatis iis quæ neceſſaria erant ad celebritatem Paſchæ.

11 Immolauerúntque וישחטו ſub.Leuitæ.Nam Leuitæ mactabant victimas,& ſanguinẽ excipiebant: quem deinde tradebant Sacerdotibus,ipſum ſparſuris ſuper altare. De manu eorum, מידם Relatiuum ſine antecedẽte, nempe Leuitarũ. 12 Remouerunt autẽ *de* holocauſto ויסירו העלה Abſtulerunt autẽ *illa de* holocauſto,nempe pecudes,agnos,&c.hoc eſt,nõ obtulerunt in holocauſtũ pecudes,agnos, hœdos,& boues quos populo dederant Ioſias & principes.non enim vult ſignificare, in hac celebritate ceſſaſſe holocauſtum, vt patebit paulo pòſt:ſed ſignificat,ſubduxiſſe partem pecudum,quã non obtulerunt in holocauſta,in quibus omnia abſumebantur,ne omnibus abſumptis partem non acciperet populus. Filiorum populi, לבני העם .i. populorum aliarum tribuum. Quia ſuprà verſu quinto commendauerat Ioſias diſtinctionem,ne qua fieret adulterina commiſtio,nunc teſtatur hiſtoria mandatum hoc non fuiſſe neglectũ,ſed habita ratione legitimi cenſus diſtributas fuiſſe ſingulis ſuas portiones. Quidam vertunt,filiis populi,hoc eſt populo,ſiue vulgo,& plebi nulla dignitate præcellenti.

13 Et aſſauerunt ויבשלו Hæc vox in omnibus Scripturæ locis ſignificat elixare,præterquã hîc,vbi aſſare ſignificat. De more ſolito: כמשפט Ad verbum, ſecundum iudicium. Sanctificata autem והקדשים ſanctitates autem. i.hoſtias conſecratas Deo. q.d.poſteaquam aſſauerunt agnos paſchales, alias victimas coxerunt aqua,ac parauerunt ſibi in eſcam. Et porrexerunt cũ celeritate ויריצו Ad verbum, & currere fecerunt. Filiis populi. בני העם: .i.plebeiis.

14 Sibi autem & Sacerdotibus poſtea parauerunt. nam in oblatione holocauſtorum & adipum, vſque ad noctem Sacerdotes fuerũt occupati: vnde Leuitæ ſibi, & ſacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouiſſimis.

C

15 Porrò cantores filii Aſaph ſtabant in ordine ſuo, iuxta præceptum Dauid, & Aſaph, & Heman, & Idithun Prophetæ Regis. ianitores verò per portas ſingulas obſeruabant, ita vt nec puncto quidem diſcederent à miniſterio: quamobrem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.

16 Omnis igitur cultura Domini rite completa eſt in die illa, vt facerent Phaſe, & offerrẽt holocauſta ſuper altare Domini, iuxta præceptum Regis Ioſiæ.

17 Fecerúntque filii Iſrael qui reperti fuerant ibi, Phaſe in tempore illo, & ſolẽnitatem azymorũ ſeptẽ diebus.

18 Nõ fuit Phaſe ſimile huic in Iſrael, à diebus Samuelis Prophetæ: ſed nec quiſquam de cunctis Regibus Iſrael fecit Phaſe ſicut Ioſias, Sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Iſrael qui repertus fuerat, & habitantibus in Ieruſalem.

19 Octauodecimo anno regni Ioſiæ, hoc Phaſe celebratum eſt.

4.Reg.23.f.29

20 ‖Poſtquam inſtaurauerat Ioſias tẽplũ, aſcendit Nechao Rex AEgypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphraten: & proceſſit in occurſum eius Ioſias.

D

21 At ille miſſis ad eum nuntiis, ait, Quid mihi & tibi eſt Rex Iuda? non aduerſum te hodie venio, ſed contra aliam pugno domũ, ad quã me Deus feſtinatò ire præcepit: deſine aduerſũ Deũ facere, q̃ mecũ eſt, ne ĩterficiat te.

Zach.12.d.11

22 Noluit Ioſias reuerti, ſed præparauit contra eum bellum: nec aquieuit ſermonibus Nechao ex ore Dei: ‖verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo.

23 Ibique vulneratus à ſagittariis, dixit pueris ſuis, Educite me de prælio, q̃a oppidò vulneratus ſum.

24 Qui tranſtulerunt eum de curru in alterum currum, qui ſequebatur eum more regio: & aſportauerunt eum in Ieruſalẽ, mortuúſque eſt: & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum: & vniuerſus Iuda & Ieruſalẽ luxerũt eum.

25 Ieremias maximè: cuius omnes cãtores atque cantatrices, vſque in prę ſentem diem lamentationes ſuper Ioſiã replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael: Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus.

26 Reliqua autem ſermonum Ioſiæ & miſericordiarũ ei⁹, quæ Lege præcepta ſunt Domini,

14 "Poſthæc verò parauerunt ſibi & Sacerdotibus. nam Sacerdotes, filii *nempe* Aharón, in offerendis holocauſtis & adipibus fuerunt *occupati* vſque ad noctem: Leuitæ igitur parauerunt ſibi & Sacerdotibus filiis Aharón.

15 Cantores præterea filii Aɒſáph erant in ſtatione ſua, iuxta præceptum Dauidis, & Aɒſáph, & Hemán, & Ieduthún Vidẽtis Regis. ianitores autem in ſingulis portis. non licebat eis recedere à miniſterio ſuo: quia fratres eorum Leuitæ "parabant eis.

16 "Paratum eſt itaque omne miniſterium Iehouæ in die illa, "vt celebrarẽt Péɒſanh, & offerrent holocauſta ſuper altare Iehouæ, iuxta præceptum Regis Iℵoשſiiáhu.

17 Celebrarunt ergo filii Iשſraℵelis "qui reperti ſunt, Péɒſanh in tẽpore illo, & ſolennitatem infermentatorum ſeptem diebus.

18 Non eſt autem celebratũ Péɒſanh ſimile in Iשſraℵele à diebus שSemuℵelis Prophetæ: ſed nec omnes Reges Iשſraℵelis celebrarunt ſimile Péɒſanh *illi* quod fecit Iℵoשſiiáhu, & Sacerdotes & Leuitæ, vniuerſúſque Iehudáh ac Iשſraℵél qui repertus fuerat, & habitatores Ieruשſaláim.

19 Decimooctauo autẽ anno regni Iℵoשſiiáhu factũ eſt Péɒſanh hoc.

20 Poſt hæc omnia quũ præparaſſet Iℵoשſiiáhu domum, aſcẽdit Nechó Rex AEgypti, vt pugnaret "in Charchemis, iuxta Peráth: proceſſit autem in occurſum eius Iℵoשſiiáhu.

Ioſias nolens acquieſcere Necho Regi, verba Dei loquẽti, vulneratus interit.

21 "Qui mittẽs ad eum legatos, dixit, "Quid mihi & tibi Rex Iehudáh? "non contra te hodie, ſed "contra domũ belli mei: & Deus dixit vt feſtinarem: "deſine à Deo qui mecum eſt, ne perdat te.

22 "Non auertit autem Iℵoשſiiáhu faciem ſuam ab eo, ſed vt pugnaret cum eo, "mutauit ſe, nec acquieuit verbis Nechó "ex ore Dei: venit itaque vt pugnaret in campo Megiddó.

23 Et iacula emiſerunt ſagittarii in Regem Iℵoשſiiáhu: dixítque Rex ſeruis ſuis, "Transferte me, quia "æger factus ſum valde.

24 Tranſtulerunt itaque eum ſerui eius "de curru illo, "& impoſuerunt eum ſuper currum "ſecundũ qui erat ei, deduxerúntque eum in Ieruשſaláim: mortuúſq; eſt, ac ſepultus "in ſepulchris patrũ ſuorũ: & vniuerſus Iehudáh & Ieruשſalám lugebat ſuper Iℵoשſiiáhu.

25 "Lamentatus eſt quoque Irmeiáhu ſuper Iℵoשſiiáhu: "dixerúntque omnes cantores & cantatrices in lamentationibus ſuis ſuper Iℵoשſiiáhu vſque hodie, "quas dederũt in ſtatutum ſuper Iשſraℵelem: ecce autem ea ſcripta ſunt in lamentationibus.

Populus luget Ioſiam.

26 Reliquum autem verborum Iℵoשſiiáhu, "& miſericordiæ eius, ſicut ſcriptum eſt in Lege Iehouæ,

14 Poſthæc verò ואחר .i. poſteaquam Leuitæ aſſauerunt agnos paſchales, & alias victimas elixarunt populo, parauerunt ſibi eſcam, & Sacerdotibus. Seipſum mox exponit. 15 Parabant הכינו Præt. perf. Heb. vertendum per imperfectum.

16 Paratum eſt itaque omne miniſt. ותכון כל־עבודת Vt paulo antè verſu 10. Vt celebrarent לעשות Ad verbum, vt facerent.

17 Qui reperti ſunt, הנמצאים .i. qui aderant. 20 In Charchemis, בכרכמיש Hæc vrbs non procul ſita ab Euphrate, erat Aſſyriorum, quam oppugnaturus erat Necho. Verebatur autem Ioſias ne ipſe Necho per Iudæam iter faciens, ipſam occuparet. Vide hæc paucis deſcripta in 2.Reg.23.f.29. 21 Qui mittens, &c. וישלח וגו׳ Ad verbũ, Et miſit [ſub. Necho] ad eum nuntios, dicendo. Quid mihi & tibi מה־לי ולך .i. Quid mihi in hac re commune eſt tecum? Non contra te hodie, לא־עליך אתה היום Ad verbũ, non contra te, teipſum hodie. ſub. ſum dimicaturus. Aut אתה redundat. Contra domum belli mei: אל־בית מלחמתי Contra familiam prælii mei .i. mihi inimicam, cõtra quam bellum gero. Hebraiſmus. Deſine à Deo חדל־לך מאלהים Deſiſte à Deo. q.d. vide ne reſiſtere velis Deo à quo mittor contra Regem Aſſyriorum: illo authore ac monitore hoc bellum ſuſcepi. 22 Non auertit autem, &c. ולא־הסב וגו׳ .i. non eſt reuerſus à Rege Ægypti. Mutauit ſe, התחפש mutauit veſtes. Gallicè, *Il ſe deſguiſa*. Ex ore Dei: מפי אלהים ſub. profectis.

23 Transferte me, העבירוני Educite me hinc. Æger factus ſum valde. החליתי מאד: q.d. è vulnere ſagittæ laboro grauiſſimè.

24 De curru illo, מן־המרכבה .i. de curru de quo pugnabat. Et impoſuerunt eum, וירכיבהו Ad verbum, & equitare fecerunt eum. Secundum המשנה .i. qui eius erat qui eum ſequebatur. In ſepulchris בקברות Aut ſignificat ſepulchrum ſumptuoſiſſimum & pulcherrimum, vel vnum ſepulchrorum. 25 Lamentatus eſt quoque, &c. ויקונן וגו׳ Quidam ſic vertunt, Compoſuit autem Ieremias lugubre carmen de Ioſia, quod cecinerunt omnes cantores & cãtatrices in lamentationibus ſuis propter Ioſiã. Dixeruntq;, &c. ויאמרו וגו׳ .i. meminerunt Ioſiæ in lamentationibus ſuis: hoc eſt, luxerunt eum. Quas dederunt in ſtatutum ויתנום לחוק Ad verbum, & dederunt illas [ſub. lamentationes] in conſuetudinem. q.d. mos fuit poſtea eas lamẽtationes cantu celebrare. 26 Et miſericordiæ eius, וחסדיו .i. beneficia quæ contulit in familiares & ſubditos ſuos & alios: quæ fecit iuxta id quod ſcriptum eſt in Lege Iehouæ.

27 Et res eius priores ac nouiſſimæ, ecce ipſa ſcripta ſunt in libro Regum Iɯſraℵelis & Iehudáh.

Cap. XXXVI.

Succedit Ioachaz, qui ducitur in AEgyptũ.

1 E″T tulerunt populus terræ Iehoanház filium Iℵoɯſiiáhu, & Regem conſtituerunt eum pro patre ſuo in Ieruɯſaláim.

Dimouetur è regno.

2 Vigintitrium annorum erat Iehoanház quãdo regnare cœpit, & tribus menſibus regnauit in Ieruɯſaláim.

3 Et amouit eum Rex AEgypti *ne regnaret* in Ieruɯſaláim, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri.

Cõſtituitur Eliacim, qui & Ioacim.

4 Regémque cõſtituit Rex AEgypti ℵEliacím fratrem eius ſuper Iehudáh & Ieruɯſaláim: & vertit nomẽ eius Iehoiacim: & Iehoanház fratrem eius tulit Nechó, adduxítque eum in AEgyptum.

5 Vigintiquinque annorum erat Iehoiacim quũ regnare cœpit, & vndecim annis regnauit in Ieruɯſaláim, fecítque malum in oculis Iehouæ Dei ſui.

Abducitur in Babylõnem.

6 Contra eum aſcendit Nebuchadnexſár Rex Babél, & vinxit eũ compedibus duplicibus, vt deduceret eum in Babel.

7 De vaſis quoque domus Iehouæ adduxit Nebuchadnexſár in Babél, & poſuit ea in templo ſuo in Babél.

Ioachin

8 Reliquum autem verborum Iehoiacim, ″& abominationes eius quas fecit, & quod inuentum eſt″ ſuper eum, ecce ſcripta ſunt in libro Regũ Iɯſraℵelis & Iehudáh: regnauítque Iehoiachín filius eius pro eo.

Ioachin abducto in Babylonem, ſurrogatur Sedecias.

9 ″Octo annorum *erat* Iehoiachin″ quum regnare cœpit, tribúſque menſibus & decem diebus ″regnauit in Ieruɯſaláim: & fecit malum in oculis Iehouæ.

10 ″In reuerſione autem anni miſit rex Nebuchadnexſár, & adducere fecit eũ in Babél″ cũ vaſis cõcupiſcibilibus domus Iehouæ, & Regẽ cõſtituit xSidciiáhu″ fratrẽ ei⁹ ſuper Iehudáh & Ieruɯſaláim.

11 Viginti & vnius anni erat xSidciiáhu quum regnare cœpit, & vndecim annis regnauit in Ieruɯſaláim.

12 Et fecit ″malum in oculis Iehouæ Dei ſui, ″nec humiliauit ſe à facie Irmeiáhu Prophetæ *loquentis* ex ore Iehouæ.

13 Quin & contra Regem Nebuchadnexſár rebellauit, ″qui iurare fecerat eum per Deum, ſed indurauit ceruicem ſuam, ″roborauítque cor ſuum non reuerti ad Iehouam Deum Iɯſraℵelis.

14 Omnes etiam principes Sacerdotum & populus″ auxerunt præuaricationẽ iuxta omnes abominationes Gentium, & polluerunt domum Iehouæ quam ſanctificauerat in Ieruɯſaláim.

Deum ſolicitè monentem per nuntios, contẽnit populus.

15 Idcirco miſit Iehouáh Deus Patrum ſuorum ad eos per manũ nuntiorum ſuorum, ″mane ſurgendo & mittendo: quia″ pepercit populo ſuo, & habitaculo ſuo.

27 Opera quoque illius prima & nouiſſima, ſcripta ſunt in libro Regũ Iſrael & Iuda.

Cap. XXXVI.

4.Reg.23.f.30

1 TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ, & conſtituit Regem pro patre ſuo in Ieruſalem,

2 Vigintitrium annorũ erat Ioachaz quũ regnare cœpiſſet: & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem.

3 Amouit autem eum Rex AEgypti quũ veniſſet in Ieruſalem, & condemnauit terram centũ talentis argenti & talento auri.

Matth.1.b.13

4 Conſtituitque pro eo Regem, Eliacim fratrem eius, ſuper Iudam & Ieruſalem: & vertit nomen eius Ioacim, ipſum verò Ioachaz tulit ſecũ, & abduxit in AEgyptum.

5 Vigintiquinq; annorũ erat Ioacim quum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: fecitque malum coram Domino Deo ſuo.

6 Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor Rex Chaldæorum: & vinctum catenis duxit in Babylonem.

7 Ad quam & vaſa Domini tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo.

B

8 Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationum eius quas operatus eſt, & quæ inuentæ ſunt in eo, cõtinentur in libro Regum Iuda & Iſrael. regnauit autem Ioachin filius eius pro eo.

4.Reg.24.b.8 iere.37.a.1

9 Octo annorum erat Ioachin quum regnare cœpiſſet: & tribus menſibus ac decem diebus regnauit in Ieruſalem: fecitque malum in conſpectu Domini.

10 Quũmq; anni circulus volueretur, miſit Nabuchodonoſor rex, qui & adduxerunt eũ in Babylonẽ, aſportatis ſimul pretioſiſſimis vaſis domus Dñi. Regẽ verò cõſtituit Sedeciã fratrem eius ſuper Iudam & Ieruſalem.

11 Viginti & vnius anni erat Sedecias quum regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem.

Ierem.52.a.1

12 Fecitque malum in oculis Domini Dei ſui: nec erubuit faciẽ Ieremiæ Prophetæ loquẽtis ad ſe ex ore Dñi.

13 A Rege quoque Nabuchodonoſor receſſit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem ſuam & cor vt non reuerteretur ad Dominũ Deum Iſrael.

C

14 Sed & vniuerſi principes Sacerdotum & populus præuaricati ſunt iniquè iuxta vniuerſas abominationes Gentiũ: & polluerunt domũ Domini, quã ſanctificauerat ſibi in Ieruſalem.

15 Mittebat autem Dominus Deus Patrum ſuorum ad illos per manum nuntiorum ſuorum, de nocte conſurgẽs, & quotidie commonẽs, eo quòd parceret populo & habitaculo ſuo.

IN CAPVT XXXVI.

1 Et tulerũt, &c. ויקחו וגו' Vide hæc 2.Reg.23.f.30. 8 Et abominationes eius, ותועבותיו Cultum idolorum, & defectionẽ à vero Deo intelligit. Super eum, עליו .i. in corpore eius quum iam mortuus eſſet. Intelligit ſtigmata quædam impreſſa corpori eius, qualia imprimere ſolent impoſtores hominibus credulis & ſuperſtitioſis: ſolebant enim ſibi imprimere notas idolorum quibus ſeruiebant. Sic etiam Iudæi noſtri temporis ſolent ſibi quædam imprimere. 9 Octo annorum *erat* בן־שמונה שנים In 2.Reg.24.b.8, dicitur iſtum natum fuiſſe decem & octo annos quum regnare cœpit: hic verò, octo. Doctiores Hebræi dicũt eum regnaſſe cum patre decem annos: & ſine patre, id eſt eo mortuo, ſolùm tres menſes. Natus igitur erat octodecim annos quum regnare cœpiſſet ſolus, vt dicitur in prædicto Regum loco. tantùm illic non adduntur decem dies: quos hic author adiecit, tum quòd tam pauco tempore iſte Rex regnaſſet mortuo patre, tum quòd id prætermiſſum eſſet in Regibus. Quum regnare cœpit, במלכו ſub. cum patre. Regnauit מלך poſt mortem patris ſcilicet.
10 In reuerſione autẽ anni ולתשובת השנה Poſt reuolutionẽ autem illius anni. i. reuoluto anno à captiuitate Ioachin. Vide hæc 2.Reg.24.b.10. Cum vaſis concupiſc. עם־כלי־חמדת cum vaſis deſiderii. i. vnà cum ſupellectile pretioſa templi, quæ habebatur in magno pretio.
Fratrem eius אחיו .i. patruum eius, vt eſt in 2.Reg.24.b.17, vbi iſte nominatur Mathaniah, qui poſtea mutato nomine dictus eſt Sidciiah.
12 Malum הרע Hoc de idololatria intelligendũ eſt. Nec humiliauit ſe, &c. לא נכנע וגו' .i. non egit pœnitentiam adhortante & admonente Ieremia verbis Iehouæ. 13 Qui iurare fecerat eum per Deum, אשר השביעו באלהים qui eum adiurauerat per Deum. q.d. quì pollicitus fuerat ipſi Nabuchodonoſor ſe ei ſeruaturum fidem, interpoſito iuramento. Roborauítq; cor ſuum ויאמץ את־לבבו obſtinauítque animo ſuo. 14 Auxerunt præuaricationem הרבו למעול־מעל Ad verbum, multiplicauerunt præuaricari præuaricationem.
15 Mane ſurgẽdo & mittẽdo: השכם ושלוח Metaphora à diligẽti patrefamiliâs. i. quotidie exhortãdo & admonẽdo eos per Prophetas ſuos quos mittebat ad eos. Similis loquutio & Ierem.11.b.7, & 25.a.3.4, & 26.b.5, & 32.f.33. Pepercit חמל miſertus eſt. indulſit. Alii, parcere cupiebat.

16 At illi ſubſannabant nuntios Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebántque Prophetis, donec aſcenderet furorDomini in populum eius, & eſſet nulla curatio.

17 Adduxit enim ſup eos Regẽ Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo Sanctuarii ſui: nõ eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidẽ: ſed omnes tradidit in manibus eius.

18 Vniuerſaque vaſa domus Domini, tam maiora quam minora, & theſauros templi & Regis & principũ trãſtulit in Babylonem.

D

19 Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxerúntque murum Ieruſalẽ: vniuerſas turres combuſſerũt, & quicquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt.

20 Siquis euaſerat gladium, ductus in Babylonẽ ſeruiuit Regi & filiis eius, donec imperaret Rex Perſarum.

21 Vt compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra ſabbatha ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbathũ, vſque dum cõplerentur ſeptuaginta anni.

Ierem. 25.e.13, & 29.c.10 eſdr.1.a.1

22 ¶Anno autem primo Cyri Regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, quem loquutus fuerat per os Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarum, qui iuſſit prædicari in vniuerſo regno ſuo, etiã per ſcripturam, dicens,

23 Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli: & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalẽ, quæ eſt in Iudæa: qui ex vobis eſt in omni populo ei us, ſit Dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat.

16 At *illi* ſubſannabant nuntios Dei, & contemnebant verba eius, ″& errabant in Prophetis eius, donec aſcenderet furor Iehouæ in populum eius, ″ita vt nulla eſſet curatio.

Ieruſalem & tẽplum deſtruuntur, & populus ducitur in Babylonem.

17 Aſcendere enim fecit contra eos Regem Chaשׂſdim, qui occidit iuuenes eorum gladio in domo Sanctuarii eorum, nec pepercit iuueni, nec virgini, ſeni, & decrepito: omnes dedit in manum eius.

18 Omnia denique vaſa domus Dei, magna & parua, & theſauros domus Iehouæ, theſauróſq; Regis, & principum eius, omnia adduxit in Babél.

19 Et combuſſerunt domum Dei, ′deſtruxerúntque murum Ieruשׁſaláim, omnia quoque ″palatia eius combuſſerunt igni, ″omnia item vaſa concupiſcibilia eius, ad delendum.

20 Et quod reliquum fuit à gladio, tranſtulit in Babél: fuerúntque ei, & filiis eius in ſeruos, quandiu regnauit ″regnum Paráס:

21 ′Vt impleretur verbũ Iehouæ *prædictum* per os Irmeiáhu, ″donec perficeret terra ſabbatha ſua: omnibus diebus quibus deſolata fuit, quieuit, vt complerentur ſeptuaginta anni.

Cyrus remittit populum in Ieruſalem.

22 Anno autem primo ″Chóreשׁs Regis Paráס, vt perficeretur verbum Iehouæ *prolatum* per os Irmeiáhu, excitauit Iehouáh ſpiritum Chóreשׁs Regis Paráס, ″qui edictũ promulgauit per vniuerſum regnum ſuum, & etiam ″ſcripto, dicendo,

23 Sic dixit Chóreשׁs ″Rex Paráס, Omnia regna terræ dedit mihi Iehouáh Deus cæli, & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruשׁſaláim, quæ eſt in Iehudáh. ′quis inter vos de vniuerſo populo eius? Iehouáh Deus ſuus *ſit* cum eo, & aſcendat.

16 Et errabãt in Prophetis e. ומתעתעים בנביאיו & illudebant Prophetis eius. Ita vt nulla eſſet curatio. עד־לאין מרפא: .i. donec aſcenderet furor Dei incurabilis. 19 Deſtruxerúntque וינתצו confregerúntque. vel, ſubruerúntque. Palatia eius, ארמנותיה ædes magnificas ac ſumptuoſas eius. Omnia item vaſa, &c. וכל־כלי וגו׳ Ad verbũ, & omnia vaſa deſideriorum eius, ad delendum. i. omnem ſupellectilem eius pretioſam combuſſerunt, ita vt delerent ac perderent omnia.

20 Regnum Paráס: מלכות פרס: regnum Perſidis. i. donec regnum Chaldæorum trãſlatum fuit ad Perſas. Cyrus enim Perſarum rex inuaſit & obtinuit illud regnum Babylonicum. 21 Vt impleretur, &c. למלואות וגו׳ Prædixerat Dominus per Ieremiam, fore vt populus Iſrael ſeruiret ſeruitutem per ſeptuaginta annos apud Babylonios: de quo vide Ierem. 25.c.11, & 29.b.10. Donec perficeret terra ſabbatha ſua: עד־רצתה הארץ את־שבתותיה Terram ſanctam intelligit. Quid ſit terram celebrare ſabbathum ſuum, vide Leuit. 25.a.2. Et huius ſabbathiſmi terræ nõ volũtarii cõminationes vide Leuit. 26.g.43. 22 Choréשׁs לכרש LXX verterũt κύρος, Cyrus. De hoc fit mẽtio & Eſa. 24.d.28, & 25.a.2. Qui edictum promulg. ויעבר־קול Ad verbum, & tranſire fecit vocem. ſub. præconis. Scripto, במכתב Ad verbum, per ſcriptum .i. edicto, ipſo ſcripto non tantùm voce præconis promulgato. 23 Rex Paráס, מלך פרס q.d. & nunc imperator Babylonis. Quia nuper inuaſerat regnum Babylonicum, ideo hîc retinuit nomẽ dignitatis priſtinæ, nẽpe Rex Perſarum. Quis inter vos, &c. מי־בכם מכל עמו וגו׳ Quis eſt ex vobis, *id eſt* ex vniuerſo populo eius *cum quo ſit* Iehouah Deus eius? *ueniat*, & aſcẽdat. i. Quis ex vobis, hoc eſt ex vniuerſo populo eius quem incitet, ſiue moueat Iehoua Deus eius vt reuertatur in Ieruſalem? veniat, atque aſcendat in Ieruſalem. perinde acſi dicat, facio ei poteſtatẽ vt aſcendat ac reuertatur in Ieruſalem, vt ædificet domum Domino Deo ſuo. Vide initium libri Eſdræ, vbi eadem verba leguntur.

ORATIO MANASSAE REGIS IVDA, QVVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

Domine omnipotens, Deus Patrum noſtrorum, Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorũ iuſti, qui feciſti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum, & obſignaſti eam terribili & illuſtri nomine tuo: quem omnia horrẽt, & tremũt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores. immẽſa verò & ininueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ: quoniã tu es Dominus altiſſimus, benignus, lõganimis, & multùm miſericors, & pœnitens ſuper ′malitias hominum. Tu Domine, ſecundum multitudinem bonitatis tuæ promiſiſti pœnitentiam & remiſſionẽ iis qui peccauerunt tibi: & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiam peccatoribus in ſalutem. Tu igitur Domine Deus iuſtorum, nõ poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam ſuper me peccatorem: quoniã peccaui ſuper numerum arenæ maris. multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus qui defixis oculis intuear altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum. incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum, & non eſt relaxatio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malũ coram te feci: vt qui non fecerim voluntatẽ tuam, & mãdata tua non cuſtodierim, ſtatuerim abominationes & multiplicauerim offenſiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatẽ. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in intima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me oſtendes omnem bonitatem tuam, quia indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis potentia cælorũ, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

′Id eſt afflictiones.

Eſdræ liber primus, qui Hebræis inſcribitur, עצרא·

Quis fuerit iſte Eſdras, ſiue Ezra, huius libri author, ex ſeptimi capitis huius libri verſu primo, ſexto, & vndecimo doceri potes, vbi genus ſuum, ſéque ſcribam velocem in Lege Moſe fuiſſe ſcribit. Hebræi dicunt ipſum fuiſſe qui librum Verborum dierum ſcripſerit, quòd eadẽ verba in principio huius libri habeat quæ in fine illius leguntur. vtvt ſit, videtur voluiſſe illius hiſtoriæ ſeriem continuare.

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

Cyrus à Deo inſpiratus remittit populum in Ieruſalẽ ad ædificãdum tẽplum.

1 'Anno Primo "Chóreẅs Regis Paráɒs, "vt perficeretur verbum Iehouæ ex ore Irmeiáh, excitauit Iehouáh "ſpiritum Chóreẅs Regis "Paráɒs, qui edictũ promulgauit per vniuerſum regnũ ſuum, & etiam ſcripto, dicendo,

2 Sic dixit Choréẅs Rex Paráɒs, Omnia regna terræ dedit mihi Iehouáh Deus cæli: & ipſe præcepit mihi vt ædificem ei domum in Ieruẅſaláim quæ eſt in Iehudáh.

3 Quis eſt inter vos de vniuerſo populo eius? "ſit Deus eius cum eo, "& aſcẽdat in Ieruẅſaláim quæ eſt in Iehudáh, "atq; ædificet domũ Iehouæ Dei Iẅſraℵelis ("ipſe *eſt* Deus) quæ eſt ĩ Ieruẅſaláim.

4 Quiſquis autem "remãſerit ex omnibus locis in quibus peregrinatur, "ſubleuabunt "viri loci ſui argento & auro, & ſubſtantia, & iumentis, "cum oblatione ſpontanea domui Dei quæ eſt in Ieruẅſaláim.

Aſcendunt ad ædificationem templi, quorum Deus corda mouit.

5 Surrexerunt itaque principes patrum Iehudáh & Biniamin, ac Sacerdotes & Leuitæ, "omnes quorum excitauerat Deus ſpiritum vt aſcẽderẽt ad ædificandũ domũ Iehouæ quæ eſt in Ieruẅſaláim.

6 Omnes præterea qui erant in circuitu eorũ, "roborauerunt manus eorum vaſis argenteis & aureis, "ſubſtantia, & iumentis, & rebus pretioſis, "præter omne quod ſponte oblatum eſt.

7 Rex autem Chóreẅs "protulit vaſa domus Iehouæ quæ tranſtulerat Nebuchad-neyſár de Ieruẅſaláim, & poſuerat in domo dei ſui.

Reddit Cyrus vaſa templi quæ abſtulerat Nabuchodonoſor.

8 "Protulit inquam ea Choréẅs Rex Paráɒs "per manum Mithredáth "theſaurarii, "qui numerauit ea ipſi "ẅSeẅſ baℵſár principi *tribus* Iehudáh.

9 "Et iſte numerus eorum: "polubra aurea triginta, polubra argentea mille, "cultri nouem & viginti:

VETVS.

Cap. I.

Ierem. 25. c. 12, & 29. c. 10
2. paral. 36. d. 22
3. eſdræ 2. a.

1 In Anno primo Cyri Regis Perſarum, vt compleretur verbũ Domini ex ore Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarũ, & traduxit vocẽ in omni regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens,

2 Hæc dicit Cyrus Rex Perſarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalẽ, quæ eſt in Iudæa.

B

3 Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? ſit Deus illius cum ipſo. aſcẽdat in Ieruſalem quæ eſt in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael (ipſe eſt Deus) qui eſt in Ieruſalem.

4 Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum viri de loco ſuo, argento & auro, & ſubſtantia & pecoribus, excepto quòd voluntariè offerũt templo Dei quod eſt in Ieruſalem.

C

5 Et ſurrexerũt principes patrũ de Iuda & Beniamin, & Sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus ſuſcitauit ſpiritum, vt aſcenderet ad ædificandũ tẽplũ Domini quod erat in Ieruſalẽ.

6 Vniuerſique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & iumentis, in ſupellectili, exceptis iis quæ ſponte obtulerant.

7 Rex quoque Cyrus protulit vaſa tẽpli Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem, & poſuerat ea in templo dei ſui.

D

8 Protulit autem ea Cyrus rex Perſarum per manum Mithridatis filii Gazabar, & annumerauit ea Saſſabaſar principi Iudæ.

9 Et hic eſt numerus eorum, phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem:

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Anno primo ובשנת אחת Ad verbum, Et anno primo. Aut ו redundat: aut, vt hæc hiſtoria fini libri ſecundi Paralipomenon attexatur, & velut continuatio quædam eſſe videatur, quum idem repetat quod illic habetur, ſic vertẽdum eſt, Anno inquam primo. Choréẅs לכורש LXX verterunt κῦρος, Cyrus. Is Cyrus eſt qui primus deuicto Aſtyage, trãſtulit Regnum Medorum ad Perſas. Agit autem de reductione populi Iſraelitici in patriam ſub ipſo Cyro Rege Perſarũ. Primo igitur anno, inquit, quo Cyrus regnare cœpit in Babylone ſuper Chaldæos, qui antea regnabat in Perſide. Vt perficeretur, &c. לכלות וגו' Vide ipſa eadem verba vltimo capite ſecundi libri Paralipomenon, verſu 22. Quidã vertunt, tempore quo cõpletum erat. vel, quum compleretur. aut, quãdo complebatur. i. quãdo incipiebat compleri Prophetia Domini dicta per Ieremiam. tunc enim cœpit Dominus viſitare populum ſuum. Spiritum את־רוח .i. voluntatem. Paráɒs פרס Perſem, ſiue Perſidẽ ſignificat. 3 Sit Deus eius cum eo, & aſcendat יהי אלהיו עמו ויעל cũ quo ſit Deus eius, aſcẽdat. ו redũdabit ante verbũ, niſi vertas, aſcẽdat itaque. i. qui ab eo incitatur vt reuertatur. Hanc eſſe verã lectionẽ oſtẽdit verſus quintus paulo pòſt ſequẽs, vbi legitur, Surrexerunt omnes quorum excitauerat Deus ſpiritũ vt aſcẽderent. Et aſcẽdat, ויעל q. d. per me licet illi reuerti. do illi facultatem reuertẽdi. Atque ædificet ויבן atque inſtauret. Ipſe *eſt* Deus הוא האלהים Obſeruanda parentheſis: nam quod mox ſequitur, præcedentibus iungi debet. q. d. qui eſt verus ille ac ſolus Deus. 4 Remanſerit ex omnibus הנשאר מכל reliquus erit in omnibus, &c. i. cogetur remanere propter inopiam rerum neceſſariarum ad iter. Subleuabunt ינשאוהו ſubleuent. Vel, dono donent eum conciues eius. Viri loci ſui אנשי מקמו homines loci eius. Per homines loci, ſiue conciues, noſtri intelligunt Gentes: Hebræi verò Iudæos qui decreuerant remanere in Chaldæa. neminem enim cogebat Cyrus abire. Cum oblatione עם־הנדבה vltra ſupra oblationẽ. i. cum eo quod ſponte offerent pro domo Dei: hoc eſt, præter id quod liberaliter conciues illi mittent per manus illorum pro inſtaurando templo. q. d. non tantùm permitto vobis reditum in patriã, ſed etiam vt diſcedatis cum muneribus amplis. 5 Omnes quorum excitauerat לכל העיר cum omnibus quorum excitauerat.

6 Roborauerunt manus e. חזקו בידיהם firmauerunt manus eorum. i. omnes vicini eorũ ornarunt eos donis ac muneribus: nã ab illis vicinis acceperunt multa dona ac munera. Subſtantia & iumentis ברכוש ובבהמה ſupellectile [opibus. diuitiis] & pecoribus. Præter omne quod ſponte oblatum eſt. על־כל התנדב: vltra id quod ſponte quiſque offerebat. 7 Protulit הוציא ſub. è ſacrario regio.

8 Per manum על־יד .i. opera. Theſaurarii, הגזבר .i. qui præerat theſauro Regis. Qui numerauit ea ויספרם .i. conſignauit illi, & numero reddidit. ẅSeẅſbaℵſár לששבצר Ita vocabatur Zorobabel apud Chaldæos.

9 Et iſte numerus e. ואלה מספרם Hæc autem *ſunt uaſa illa* in numero ſuo. i. hic eſt numerus illorum vaſorum. Polubra aurea אגרטלי זהב phialæ aureæ. Cultri מחלפים quibus ſcilicet vtebantur Sacerdotes & Leuitæ in mactandis & præparandis victimis.

Scyphi aurei triginta,ſcyphi argentei,ſecundi,quadringenti decem:vaſa alia mille. 10

Omnia vaſa aurea & argẽtea,quinque millia quadringenta:vniuerſa tulit Saſſabaſar cum iis qui aſcendebãt de tranſmigratione Babylonis in Ieruſalem. 11

Cap. II.

Eſdræ 7.b.9 HI ſunt autem prouinciæ filii,qui aſcenderunt de captiuitate quã tranſtulerat Nabuchodonoſor Rex Babylonis in Babylonem: & reuerſi ſunt in Ieruſalem & Iudam,vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. 1

Qui venerunt cum Zorobabel,Ieſua,Nehemia,Saraia,Rehelaia,Mardochai, Belſan, Meſphar, Begai,Rehum Baana.Numerus virorũ populi Iſrael: 2

Filii Pharos, duo millia centum ſeptuagintaduo. 3

Filii Sephatia,trecenti ſeptuaginta duo. 4

Filii Area , ſeptingẽti ſeptuagintaquinque. 5

Filii Phahath Moab,filiorũ Ioſue,Ioab,duo millia octingenti duodecim. 6

Filii AElam,mille ducenti quinquagintaquatuor. 7

Filii Zethua, nongenti quadraginta quinque. 8

Filii Zachai,ſeptingẽti ſexaginta. 9

Filii Bani,ſexcẽti quadragintaduo. 10

Filii Bebai,ſexcenti vigintitres. 11

Filii Azgad, mille ducenti vigintiduo. 12

Filii Adonicã, ſexcẽti ſexagintaſex 13.

Filii Beguai , duo millia quinquagintaſex. 14

Filii Adin , quadringenti quinquagintaquatuor. 15

Filii Ater,qui erant ex Ezechia,nonagintaocto. 16

Filii Beſai,trecenti vigintitres. 17

B Filii Iora,centum duodecim. 18

Filii Haſum,ducenti vigintitres. 19

Filii Gebbar,nonagintaquinque. 20

Filii Beth-léhem , centum viginti tres. 21

Viri Netupha,quinquagintaſex. 22

Viri Anathoth,cẽtum vigintiocto. 23

Filii Azmaueth,quadragintaduo. 24

Filii Cariath-iarim,Cephira,& Beroth,ſeptingenti quadragintatres. 25

Filii Rama & Gabaa , ſexcenti vigintivnus. 26

Viri Machmas,cẽtum vigintiduo. 27

Viri Beth-el & Hai,ducenti vigintitres. 28

Filii Nebo,quinquagintaduo. 29

10 Crateres aurei,triginta,crateres argentei,'ſecundi,quadringenti & decem:vaſa alia,mille.

11 'Omnium vaſorum aureorum & argenteorum, quinque millia quadringenta:'omnia extulit שSeשſbaxſár'quando aſcẽdit captiuitas è Babél in Ieruשſaláim.

Cap. II.

1 ISti autem ſunt filii'prouinciæ, qui aſcenderunt de captiuitate tranſmigrationis,quos tranſmigrare fecerat Nebuchad-nexſár Rex Babél in Babél: & reuerſi ſunt in Ieruשſaláim & in Iehudáh,ſinguli in ciuitatem ſuam.

Numerus reuertentium è captiuitate.

2 'Qui venerũt cum Zerubbabél, Ieשſúay,Neחhemiáh,שSeraiáh, Reyelaiáh,Mordochái,Bilשſán,Miסſpár,Biguái, Reחhúm, Bayanáh. Numerus *autem*'virorum populi Iשſraאelis:

3 'Filii Paryóשs, duo millia centum ſeptuagintaduo.

4 Filii שSephatiáh,trecenti ſeptuagintaduo.

5 Filii Aráחh,ſeptingenti & ſeptuagintaquinque.

6 Filii Paחháth, Moáb, 'filiorum Ieשſúay,Ioáb,duo millia octingenti,& duodecim.

7 Filii yElám,mille ducenti,quinquagintaquatuor.

8 Filii Zathú,nongenti & quadragintaquinque.

9 Filii Zaccái,ſeptingenti & ſexaginta.

10 Filii Bani,ſexcenti quadragintaduo.

11 Filii Bebái,ſexcenti vigintitres.

12 Filii yAzgad,mille ducenti & vigintiduo.

13. Filii Adonicam,ſexcenti ſexagintaſex.

14 Filii Biguái,duo millia quinquagintaſex.

15 Filii yAdín,quadringenti quinquagintaquatuor.

16 Filii Atér'ipſi חHizciiáh,nonagintaocto.

17 Filii Bexſái,trecenti vigintitres.

18 Filii Ioráh,centum & duodecim.

19 Filii חHaשſúm,ducenti vigintitres.

20 Filii Gibbár,nonagintaquinque.

21 'Filii Beth-léחhem,centum vigintitres.

22 Viri Netopháh,quinquagintaſex.

23 Viri yAnathóth,centum vigintiocto.

24 Filii yAzmáueth,quadragintaduo.

25 Filii Ciriath-yarím , Chephiráh, & Beאeróth, ſeptingenti quadraginta tres.

26 Filii Haramáh & Gabáy,ſexcenti vigintivnus.

27 Viri Michmáסs,centum vigintiduo.

28 Filii Beth-אél & yAi,ducenti viginti tres.

29 Filii Nebó,quinquagintaduo.

10 Secundi, משנים .i.alii ab illis. Alii vertunt,Cochlearia aurea,&c. vaſa alia.ſub. à ſupradictis. Hoc verſu & præcedente intelligit de magnis vaſis templi tantùm,vt ait ex doctioribus Hebræorum alter. 11 Omnium vaſorum,&c. כל־כלים וגו' Deſcribitur ſumma ſiue numerus omnium vaſorum templi tam paruorum quàm magnorum,vt ait ex doctioribus Hebræorum alter. Omnia extulit הכל העלה Ad verbum,Omnia *illa uaſa* aſcendere fecit.i.extulit,ſiue exportauit. Quando aſcendit captiuitas עם העלות הגולה q.d.quando ſummo deſiderio,ac ſumma diligentia,& cum ſumma animi lætitia (ſtudium enim quoddam ſignificat iſtud verbum in coniugatione ſecunda) qui tranſmigrauerant in Babylonem,aſcenderunt vt reuerterentur in Ieruſalem.

IN CAPVT II.

1 Prouinciæ, המדינה ſub.Babylonicæ. Alii,Terræ ſanctæ.i.qui diu habitauerũt in Chaldæa.Vel,qui nati,ſiue orti erãt in regione Iſraelis ſignificat enim incolatum aut natiuitatẽ. 2 Qui venerũt cum Zerubbabel, אשר־באו עם זרובבל Hos ſeparauit ab aliis,hoc eſt à plebeiis, de quibus ſequenti verſu,quòd eſſent inſigniores,clariores,ac illuſtriores. Virorum populi אנשי עם .i.vulgi,ſiue plebis.ſub.eſt iſte qui ſequitur.q.d.Iſte numerus qui ſequitur,eſt catalogus vulgi. 3 Filii Parעóשs, בני פרעש Quoties hæc dictio בני id eſt filii,iungitur nominibus locorum,ſignificat habitationem.Prius enim ſignificat filios,nepotes,poſteros:poſterius, homines,ciues, incolas. Id annotauimus,quòd in ſequentibus aliquando iungitur nominibus vrbium.aliquando nominibus virorum.

6 Filiorum Ieשſuaע, לבני ישוע .i.qui erant ex filiis ſiue nepotibus Ieſua.vel,qui originem ducebant à Ieſua.aut,qui genus ſuum referebãt ad Ieſuam.ſic paulo pòſt,verſu 16.Ieſua ille & Ioab fuerunt ſuo tempore viri inſignes & clari.

16 Ipſi חHizciiáh, ליחזקיה .i.qui erant ex nepotibus Ezechiæ viri cuiuſdam clari,qui quidem erat illorum auus,vt vides ſuprà verſu ſexto.

21 Filii Beth-léחhem,בני בית־לחם .i.viri,ciues,aut incolæ vrbis Beth-lehem.Nomina ſunt locorum.

30 ʺFilii Magbiשs,centum quinquagintaſex.

31 Filii עElámʺalterius,mille ducenti quinquagintaquatuor.

32 Filii חHarím,trecenti & viginti.

33 Filii Lod חhadíd & אOno,ſeptingenti vigintiquinque.

34 ʺFilii Iereחhó,trecenti quadragintaquinque.

35 Filii סSenaáh,tria millia ſexcenti & triginta.

Sacerdotes.

36 ʺSacerdotes: filii Iedaעaiáh ʺdomus Ieשſúaע, nongenti ſeptuagintatres.

37 Filii אImmér,mille quinquagintaduo.

38 Filii Paſחhúr,mille ducenti quadraginta ſeptem.

39 Filii חHarím,mille & ſeptemdecim.

Leuitæ.

40 Leuitæ, filii Ieשſúaע & Cadmiאél ʺfiliorum Hodauiá, ſeptuagintaquatuor.

Cantores.

41 Cantores:filii Aסſáph,centum vigintiocto.

Ianitores.

42 Filii Ianitorū:filii שSallúm,filii Atér,filii Talmō,filii עAccúb, filii חHatitáh,filii שSobáai,omnes centum trigintanouem.

Nathinæi.

43 ʺNethinæi:filii צ Siחháh,filii חHaשſuphá,filii Tabaóth,

44 Filii Céroסs,filii סSiעahá,filii Padón,

45 Filii Lebanáh,filii חHagabáh,filii עAccúb,

46 Filii חHagáb, filii שSalmái,filii חHanán.

47 Filii Giddél,filii Gaחhár,filii Reaiáh,

48 Filii Reצſín,filii Necodá,filii Gazám,

49 Filii עVzzá,filii Paסſéaחh,filii Beסſái,

50 Filii Aסſná,filii Meעuním,filii Nephuסſím,

51 Filii Bacbúc,filii חHacuphá,filii חHarחhúr,

52 Filii Baצſlúth,filii Meחhidá,filii חHarשſá,

53 Filii Barcóסs,filii סSiסſrá,filii Thamáחh,

54 Filii Neצſíaחh,filii חHatiphá,

55 ʺFilii ſeruorū שSelomóh,filii Sotái,filii Sophéreth,filii Perudá,

56 Filii Iaעaláh,filii Darcón,filii Giddél,

57 Filii Sephatiáh,filii חHattíl,filii Pochéreth Haצſbáī, filii Amí.

58 Omnes Nethinæi, & filii ſeruorum שSelomóh,trecenti nonagintaduo.

Genealogiæ.

59 Hi quoque qui aſcenderunt de Thelmeláחh,Thel-חharשſá,Cherúb,Addán, אImmér:qui non potuerunt indicareʺdomū patrum ſuorum,& ſemen ſuum,an ex Iשſraאele eſſent.

60 Filii Delaiáh,filii Tobiiáh, filii Necodá, ſexcenti quinquagintaduo.

61 Et de filiis Sacerdotum:filii חHabaiáh,filii Coצs,filii Barzillái, qui accepit de filiabus Barzillái Gilעaditis vxorem,& vocatus eſt de nomine eorum.

62 Hi ʺquæſierunt ſcripturam ſuam, *id eſt* genealogias, & non ſunt ʺinuenti,ʺ& elongati ſunt à Sacerdotio.

63 Dixítq; ʺThirשſátha illis ne comederēt ʺde ſāctitate ſanctitatū,

30 Filii Megbis, centum quinquagintaſex.

31 Filii AElam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor.

32 Filii Harim,trecenti viginti.

33 Filii Lod hadid & Ono,ſeptingenti vigintiquinque.

34 Filii Iericho,trecenti quadragintaquinque.

35 Filii Senaa, tria millia ſexcenti triginta.

36 Sacerdotes: filii Iadaia in domo Ieſue,nongenti ſeptuagintatres.

37 Filii Emmer, mille quinquagintaduo.

38 Filii Pheſhur,mille ducenti quadragintaſeptem.

39 Filii Harim,mille decē & ſeptem.

40 Leuitæ, filii Ieſue & Cedmiel filiorū Odouiæ,ſeptuagintaquatuor.

41 Cantores: filii Aſaph, centū vigintiocto.

42 Filii ianitorum: filii Sellum, filii Ater,filii Telmon,filii Accub,filii Hatita,filii Sobai: vniuerſi centum trigintanouem. C

43 Nathinæi: filii Siha, filii Haſupha, filii Tabbaoth,

44 Filii Ceros,filii Siaa,filii Phadon,

45 Filii Lebana,filii Hagaba,filii Accub,

46 Filii Hagab,filii Semlai, filii Hanan,

47 Filii Gaddel, filii Gaher,filii Raaia,

48 Filii Raſin,filii Necoda, filii Gazā,

49 Filii Aza,filii Phaſea,filii Beſee,

50 Filii Aſena,filii Munim,filii Nephuſim,

51 Filii Bacbuc,filii Hacupha,filii Harhur,

52 Filii Beſluth,filii Mahida,filii Harſa,

53 Filii Bercos,filii Siſara,filii Thema,

54 Filii Naſia,filii Hatipha,

55 Filii ſeruorum Salomonis, filii Sotai,filii Sophéreth,filii Pharudá,

56 Filii Iala,filii Dercon,filii Geddel,

57 Filii Saphatia,filii Hatil, filii Phochéreth, q erāt de Aſebaim filii Ami.

58 Omnes Nathinæi,& filii ſeruorum Salomonis,trecenti nonaginta duo.

59 Et hi qui aſcenderunt de Thel-mela, Thel-harſa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum & ſemē ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent.

60 Filii Dalaia,filii Tobia, filii Necoda,ſexcenti quinquagintaduo.

61 Et de filiis Sacerdotum:filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem,& vocatus eſt nomine eorum. D

62 Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & nō inuenerunt: & eiecti ſunt de Sacerdotio.

63 Et dixit Atherſátha eis vt non comederent de ſancto ſanctorum, do-

---

30 Filii Magbiשs, בני מגביש Nomina ſunt virorum propria.

31 Alterius, אחר nempe à ſuprà enumerato.totidem enim fuerunt filii alterius. 34 Filii Iereחhó, בני ירחו Nomina vrbium.

36 Sacerdotes: הכוהנים .i.Sequitur catalogus Sacerdotum qui reuerſi ſunt de Babylone in Ieruſalem. Prius enim recenſuit filios Iudah & Beniamin:nunc tranſit ad filios Leui,& incipit à Sacerdotibus. Domus Ieשſuáע, לבית ישוע .i.qui erāt de familia Ieſua viri inſignis & clari.

40 Filiorum Hodauiáh, לבני הודויה vt ſuprà verſu ſexto,filiorum Ieſua. 43 Nethinæi: הנתינים Ita dicti quaſi dati, ſiue donati, aut ordinati,id eſt conſecrati miniſterio templi : ipſi enim traxerunt originem à Gabaonitis. Fuerúntque conſtituti primùm à Ioſue, deinde à Dauide,in hoc ſcilicet vt cæderent ligna,& comportarent aquam in vſum ſacrificiorū. 55 Filii ſeruorum שSelomóh, בני עבדי שלמוה Hi erant à reparationibus ſiue inſtauratione templi:fuerúntque annumerati cum Nathinæis.

59 Domum patrum ſuorum, בית־אבותם familiam maiorum ſuorum.i.de qua familia eſſent,ducerénteque originem.

62 Quæſierunt ſcripturam ſ.&c. בקשו כתבם וגו׳ .i.diligenter ſcrutati ſunt catalogum genealogiæ ſuæ, ſiue qui per genealogias deſcripti erant. Inuenti, נמצאו ſub.in eo catalogo. Et elongati ſunt ויגואלו ideo reiecti ſunt.

63 Thirשſatha התרשתא Erat nomen officii vel dignitatis apud Chaldæos.vel nomen viri cuiuſdam clariſſimi apud Iudæos,puta Nehemiæ. De ſanctitate ſanctitatum, מקודש הקדשים .i.de ſacroſanctis Sacerdotum eſcis.

nec ſurgeret Sacerdos doctus atque perfectus.

Omnis multitudo quaſi vir vnus, quadragintaduo millia trecenti ſexaginta.

Exceptis ſeruis eorũ & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: & in ipſis cantores atque cantatrices ducenti.

Equi eorum, ſeptingẽti triginta ſex: muli eorum, ducẽti quadragintaquinque:

Cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: aſini eorum, ſex millia ſeptingenti viginti.

Et de principibus patrum quũ ingrederentur templum Domini quod eſt in Ieruſalem, ſponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in in loco ſuo.

Secundum vires ſuas dederunt impenſas operis, auri ſolidos ſexaginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & veſtes ſacerdotales centum.

Habitauerunt ergo ſacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbib⁹ ſuis, vniuerſúſq; Iſrael in ciuitatibus ſuis.

Cap. III.

3.Eſd.5.d.47

IAmque venerat menſis ſeptimus, & erant filii Iſrael in ciuitatibus ſuis: cõgregatus eſt ergo populus quaſi vir vnus in Ieruſalem.

Et ſurrexit Ioſue filius Ioſedec, & fratres eius Sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Iſrael, vt offerrent in eo holocautomata, ſicut ſcriptum eſt in Lege Moyſi viri Dei.

Collocauerunt autem altare Dei ſuper baſes ſuas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt ſuper illud holocauſtum Domino mane & veſpere.

Exod.23.d.16

Fecerúntque ſolennitatem Tabernaculorum, ſicut ſcriptum eſt: ‖ & holocauſtum diebus ſingulis per ordinem ſecũdum præceptum, opus diei in die ſuo.

B

Et poſt hæc holocauſtum iuge, tam in Calendis quàm in vniuerſis ſolennitatibus Domini quæ erant conſecratæ, & in omnibus in quibus vltro offerebatur munus Domino.

A primo die menſis ſeptimi cœperunt offerre holocauſtum Domino: porrò templum Domini nondũ fundatum erat.

Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriiſque, vt

donec ſtaret Sacerdos ʹcum Vrim & Thummim.

64 Tota congregatio ʺtanquam *uir* vnus, quater decẽ millia atque duo millia trecenti ſexaginta.

65 Præter ſeruos eorum & ancillas eorum: ʺhi *erant* ſeptem millia trecenti triginta ſeptem. erant autem illis cantores & cantatrices ducenti.

66 Equi eorum, ſeptingenti triginta ſex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque.

67 Cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: aſini, ſex millia ſeptingenti, & viginti.

68 ʺEt de principibus patrum quum ingreſſi ſunt domum Iehouæ quæ erat in Ieruשſaláim, ſponte obtulerunt ʺin domũ Dei, ʺvt erigerent eam ſuper baſim ſuam.

69 ʺSecundum vires ſuas dederunt ʺin theſaurum operis auri drachmarum ſexies decem millia, & mille: argenti verò minarum quinque millia: & tunicas ſacerdotales centum.

70 Habitauerunt itaque Sacerdotes, & Leuitæ ʺ& de populo, & cãtores, & ianitores, atque Nethinæi in vrbibus ſuis, ʺ& vniuerſus Iשſraאél in vrbibus ſuis.

Cap. III.

1 QVúmque adueniſſet ʹmenſis ſeptimus, eſſéntque filii Iשſraאelis in vrbibus: ʺcõgregati ſunt populus tanquam vir vnus in Ieruשſaláim.

Ioſue & Zorobabel ædificant altare.

2 Tum ſurrexit Ieשſúaע filius Ioצſadác, & fratres eius Sacerdotes, & Zerubbabél ʺfilius שSealthiאél, & fratres eius, ʺædificauerúntque altare Dei Iשſraאelis, ʺvt offerrent ſuper illud holocauſta, ſicut ſcriptum eſt in Lege Mouשſéh viri Dei.

3 ʺFirmauerunt autẽ altare illud ſuper baſes ſuas, ʺquòd timerent ſibi à populis terrarum: & obtulerunt ſuper illud holocauſta Iehouæ, holocauſta *inquam* mane & veſperi.

4 Fecerúntque ſolẽnitatem Tabernaculorum ſicut ſcriptum eſt, & holocauſta per ſingulos dies, ʺiuxta numerum ſecundum conſuetudinem, per ſingulos dies.

Celebratur ſolennitas Tabernaculorum.

5 ʺEt poſtea holocauſtum iuge, ʺ& in Calendis, & *in* omnibus ſolennitatibus Iehouæ ʺſanctificatis, & omnium ſpontaneè offerentium ſpontaneum Iehouæ.

6 ʺA die primo menſis *illius* ſeptimi cœperunt offerre holocauſta Iehouæ: templum autem Iehouæ non erat fundatum.

Inſtauratur templum.

7 Dederunt autem pecuniã ʺlatomis & opificibus, cibum, & potum, atq; oleum צSidoniis, ac Tyriis, vt adducerent ligna cedrina

---

Cum Vrim & Thummim. לאורים ולתמים: Vide Exod. 28.c.30.i. qui dignus ſit geſtare Vrim & Thummim, ſicut tempore primi templi.

64 Tanquam *uir* vnus, כאחד .i. ſimul, vel in vnum collecta. Orationem integram leges ſequenti capite, verſu primo.

65 Hi *erant* אלה Qui *erant*. 68 Et de principibus patrum ומראשי האבות Vt verſu quinto capitis primi.i. aliquot ex præcipuis patribus, ſiue Patriarchis tribuum. In domum Dei, לבית האלהים pro domo Dei.i. liberaliter, non coacti, obtulerunt de opibus ſuis munera. Vt erigerent eam, &c. להעמידו על־מכונו Ad verbũ, vt ſtare facerẽt eam ſuper baſim ſuam.i. vt inſtaurarent eam à fundamentis ipſis.

69 Secundum vires ſuas ככוחם Pro virili ſua.i. pro facultatibus ſuis. Intelligit de tota cõgregatione vnà cum principibus ſuis, & iis qui de regno Cyri ſponte obtulerunt de opibus ſuis. In theſaurum operis לאוצר המלאכה theſauro operis.i. templi.

70 Et de populo, ומן־העם .i. pars, ſiue portio aliqua populi, aliquot de plebe. Et vniuerſus Iשſraאél וכל־ישראל Significat reliquos Iſraelitas.

IN CAPVT III.

1 Menſis ſeptimus, החודש השביעי Is eſt menſis תשרי qui reſpondet partim noſtro Septembri, partim Octobri. Congregati ſunt, &c. ויאספו וגו׳ .i. congregati ſunt omnes nullo excepto. 2 Filius שSealthiאél, בן־שאלתיאל non generatione, ſiue natura, ſed educatione. educauerat enim eum Sealthiel patruus ſuus. erat itaque pater ipſius nutritius. Ædificauerúntque ויבנו inſtaurauerúntque. Vt offerrent ſuper illud hol. להעלות עליו עולות .i. vt cum oblatione holocauſtorũ precarentur Dominũ. 3 Firmauerunt autem ויכינו Collocauerunt autem. Concinnauerunt. Quòd timerẽt, &c. כי באימה עליהם *id* enim *fecerunt* ob timorem *qui erat* ſuper eos.i. præ timore quo tenebantur ob vicinos hoſtes populos. 4 Iuxta numerum, &c. כמספר וגו׳ Ad verbum, in numero, iuxta ritũ, rem diei in die ſuo.i. ſeruata ratione numeri victimarum, pro ratione & dignitate dierum. Alia enim erant ſacrificia in ſolennitatibus, quàm in aliis diebus.

5 Et poſtea ואחרי־כן .i. poſt feſtum Tabernaculorũ obtulerũt holocauſtũ iuge, ſiue quod ſingulis diebus fieri ſolet. Et in Calendis, &c. ולחדשים וגו׳ & *holocauſtum* neomeniarum, & *holocauſtum* omnium *aliarum* ſolennitatum Iehouæ ſanctificatarũ, & *holocauſtum* omnium qui ſponte offerebant munus liberale Iehouæ. Sanctificatis, המקודשים .i. in honorem ac reuerentiam Domini inſtitutis ac conſecratis.

6 A die primo מיום אחד q.d. non ſolùm cœperunt à feſto illo tabernaculorum, ſed à primo die menſis: attamen nondum iacta erant fundamenta templi Iehouæ. 7 Latomis & opificibus, לחוצבים ולחרשים fabris lignariis & artificibus.

de Lebanón″ad mare Iappo,″iuxta voluntatem Chóreש Regis Paráסs ſuper eos.

8 Anno autem ſecundo aduentus eorum ad domum Dei in Ieruשſaláim,menſe ſecundo,cœperunt Zerubbabél filius שSealthiאél,& Ieשſúay filius Ioצſadác, & reliqui fratres eorum,Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruשſaláim: ſtatuerúntque Leuitas à filio viginti annorum & ſuprà, vt præeſſent operi domus Iehouæ.

9 ″Stetítque Ieשſúay, filii eius & fratres eius: Cadmiאél,& filii eius,filii Iehudáh,″tanquam *uir* vnus,vt præeſſent facientibus opus in domo Dei:filii חHenadád,*&*″filii eorũ,& fratres ipſorũ Leuitæ.

Laus & gratiarũ actio populi ob fundatum templum.

10 Fundaméta itaq; iecerũt architecti tẽpli Iehouæ,cõſtituerũtq; Sacerdotes *aliquot*″indutos cum tubis,& Leuitas filios Aסſáph cum cymbalis,vt laudarẽt Iehouã″per manus Dauidis regis Iשſraאelis.

11 ″Concinebant autem, dum laudarent,″& confiterentur Iehouæ, Quoniam bonus,quoniã in ſeculũ miſericordia eius ſuper Iשſraאelem. vniuerſus præterea populus vociferabantur vociferatione magna,″dum laudarẽt Iehouã,″quòd fũdata eſſet domus Iehouæ.

12 Quamplurimi autẽ de Sacerdotibus & Leuitis ac principibus patrum,″ſenes qui viderãt domum priorem,″dum fundarent hãc domum in oculis eorum,flebant voce magna,″& *alij* multi vociferabantur præ lætitia,alta voce:

13 ″Ita vt populus nõ diſcerneret vocẽ vociferationis lætam à voce fletus populi: quòd populus ille vociferaretur vociferatione magna,adeò vt exaudiretur vox procul.

Cap. IIII.

Impeditur ædificatio templi.

1 A″Vdierunt autẽ hoſtes Iehudáh & Biniamín,quòd″filii trãſmigrationis ædificarent templum Iehouæ Deo Iשſraאelis:

2 Et acceſſerunt ad Zerubbabél″& ad capita patrum,dixerúntq; eis,″AEdificabimus vobiſcum,quia″ſicut vos,quæremus Deũ veſtrũ,″& ei immolauimus à diebus א Eסſar-חhaddón regis Aשſſúr, qui″aſcendere fecit nos huc.

3 Tum dixit eis Zerubbabél, & Ieשſúay, ac reliqui principes patrum Iשſraאelis,″Non veſtra, ſed noſtra intereſt ædificare domũ Deo noſtro : idcirco nos″pariter ædificabimus Iehouæ Deo Iשſraאelis,quemadmodum præcepit nobis Rex Chóreש″rex Paráסs.

4 Populus autẽ *eius* regionis″diſſoluebat manus populi Iehudáh, & perturbabat eos ne ædificarent.

deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen,iuxta quod præceperat Cyrus Rex Perſarum eis.

8 Anno autem ſecundo aduentus eorum ad tẽplum Dei in Ieruſalem,mẽſe ſecũdo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel,& Ioſue filius Ioſedec,& reliqui de fratribus eorum, Sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruſalem: & conſtituerunt Leuitas à viginti annis & ſuprà, vt vrgerent opus Domini. C

9 Stetitq; Ioſue & filii eius & fratres eius,Cedmiel & filii eius & filii Iuda, quaſi vir vnus, vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus in tẽplo Dei: filii Henadad,& filii eorum,& fratres eorum Leuitæ.

10 Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, ſteterunt Sacerdotes in ornatu ſuo cum tubis: & Leuitæ filii Aſaph in cymbalis,vt laudarent Deũ per manus Dauid Regis Iſrael.

11 Et concinebant in hymnis & confeſſione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius ſuper Iſrael.omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum,eo quòd fundatum eſſet templum Domini. D

12 Plurimi etiam de Sacerdotibus & Leuitis,& principes patrum,& ſeniores qui viderant templum prius quũ fundatum eſſet,& hoc tẽplum in oculis eorum, flebãt voce magna:& multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem.

13 Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocẽ fletus populi: commiſtim enim populus vociferabatur clamorę magno, & vox audiebatur procul.

Cap. IIII.

1 AVdierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filii captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Iſrael: 3.Eſd.5.g.49

2 Et accedentes ad Zorobabel,& ad principes patrum, dixerunt eis, AEdificemus vobiſcum, quia ita vt vos, quærimus Deum veſtrum : & nos ſacrificauimus victimas à diebus Aſorhaddã regis Aſſur,q adduxit nos huc.

3 Et dixit eis Zorobabel,& Ioſue, & reliqui principes patrum Iſrael, Non eſt vobis & nobis vt ædificemus domum Deo noſtro:ſed noſipſi ſoli ædificabimus Domino Deo noſtro,ſicut præcepit nobis Cyrus rex Perſarũ.

4 Factum eſt igitur vt populus terrę impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.

Ad mare Iappo, אל־ים יפוא .i.ad portum màris Ioppe,quod erat proximũ ipſi Ieruſalem. Iuxta voluntatem, כרשיון iuxta præceptũ. Alii,iuxta facultatem à Cyro rege Perſarum eis datam,ſiue quæ à Cyro Rege illis facta erat. 9 Stetitque,&c. ויעמוד וגו׳ .i.Electi fuerunt iſti vt præeſſent,&c. Tanquam *uir* vnus, כאחד .i.ſimul,ſiue pariter. Filii eorum בניהם ſub.electorum.

10 Indutos, מלובשים ſub.veſtibus ſacerdotalibus. Per manus Dauidis על־ידי דויד .i.recitando ac decantando Pſalmos Dauidis.

11 Concinebant autem, ויענו Canebãt.vel,Dicebant autẽ. Et cõfiterentur ובהודות .i.& gratias agerent. Dũ laudarent Ieh. בהלל ליהוה .i.dũ Sacerdotes & Leuitæ decantarent pſalmũ illũ in honorẽ Iehouæ. Quòd fundata eſſet על הוסד .i.quòd viderent iaci fundamẽta.

12 Senes הזקנים .i.qui iam erant prouecta ætate. Dum fundarent,&c. ביסדו זה הבית בעיניהם .i.ipſis cernentibus ac videntibus huius templi fundamenta iaci. Et *alii* multi vociferabantur,&c. ורבים בתרועה וגו׳ Ad verbũ,& multi in vociferatione in lætitia eleuando vocẽ.

13 Ita vt populus non diſcerneret,&c. ואין העם מכירים קול וגו׳ Ad verbum,Et non populus cognoſcebat vocem vociferationis lætitiæ à voce fletus populi:quia populus vociferabatur vociferatione magna,& vox audiebatur vſque ad longinquum.vel,remotum,ſub.locũ.Erat itaque vox illa confuſa,conflata ſcilicet ex lætitia & mœſtitia,vnde excitabatur ſtrepitus ac tumultus magnus inter eos.

IN CAPVT IIII.

1 Audierunt autem וישמעו Quúmq; audiſſent,&c.Hoc capite deſcribit impedimenta quibus prohibiti ſunt Iudæi ab ædificatione tẽpli ab iis qui habitabãt in Samaria & in vrbibus eius,quos ſcilicet ex Aſſyria illuc tranſtulerat Aſar-haddon,qui ſucceſſerat in regno ipſi Sennacherib,vt ſcribitur 2.Reg.17.d.24,& 19.g.37. Filii tranſmigrationis בני הגולה .i.ii qui tranſmigrauerant in Babylonem,& illinc redierant, permitrente ac iubente Cyro rege Perſarum. 2 Et ad capita patrum, ואל־ראשי האבות .i.ad præcipuos patres tribuum,ſiue patriarchas.

Ædificabimus נבנה Ædificemus.ſub.templum Domino. Sicut vos,quæremus Deũ v. ככם נדרוש לאלהיכם .i.nos colemus Deum veſtrum vt vos facitis.Id non dicebant ex animo:ſed vt imponerent illis,& hac ratione impedirent eos, & auerterent ab ædificatione templi.

Et ei immolauimus ולא אנחנו זובחים Legitur & לא pro לו,& nõ ſacrificauimus.ſub.alteri Deo,quàm veſtro. Aſcendere fecit המעלה trãſtulit.poſteaquam ſcilicet abductæ fuiſſent decem tribus in Aſſyriam per Salmanaſar. 3 Non veſtra,ſed noſtra intereſt לא־לכם ולנו Ad verbum,Nõ vobis & nobis.Vel, Nihil vobis & nobis.i.vobiſcũ,ſub.commune eſt,vt ædificetis. vel,vt ædificemus.q.d.vos eſtis idololatræ, nos autem colimus Deum verum. Pariter יחד .i.nos omnes vnanimi conſenſu. Rex Paráסs. מלך־פרס: .i.qui antequam aſſequutus eſſet imperium Babylonicũ,Rex erat Perſarum. 4 Diſſoluebat manus מרפים ידי Hebraiſmus,debiles ac remiſſas reddebat. q.d.conabatur,ac ſtudebat auertere eos ab ædificatione templi.Significat adimere animos.Gallicè,*deſcourager*.

5 Conduxerunt autem aduerſus eos conſiliatores vt deſtruerent conſiliũ eorum omnibus diebus Cyri Regis Perſarum, & vſque ad regnum Darii Regis Perſarum.

3.Eſdr.2.d.4

6 ‖In regno Aſſueri, in principio regni eius ſcripſerunt accuſationem aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalem.

B

7 Et in diebus Artaxerxis ſcripſit Beſelam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in conſilio eorũ, ad Artaxerxem Regem Perſarum. epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriacè, & legebatur ſermone Syro.

8 Reum Beel teem, & Samſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolã vnam de Ieruſalẽ Artaxerxi Regi, huiuſcemodi,

9 Reum Beel-teem, & Samſai ſcriba, & reliqui cõſiliatores eorũ, Dingi, & Apharſathachæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonii, Suſanechæi, Dieui, & Elamitæ:

10 Et cæteri de gentibus quas tranſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trãs Flumen in pace:

11 (Hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſerunt ad eum) Artaxerxi Regi, ſerui tui, viri qui ſunt trans Fluuium, ſalutem dicunt.

12 Notũ ſit Regi quia Iudæi qui aſcẽderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalem ciuitatem rebellem & peſſimã: quã ędificant extruentes muros eius, & parietes componentes.

C

13 Nunc igitur notum ſit Regi quia ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius inſtaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus nõ dabũt, & vſque ad Reges hæc noxa perueniet.

14 Nos autem memores ſalis quod in palatio comedimus, & quia læſiones Regis videre nefas ducimus: idcirco miſimus & nuntiauimus Regi,

15 Vt recenſeas in libris hiſtoriarũ patrum tuorum, & inuenies ſcriptum in commẽtariis: & ſcies quoniã vrbs illa, vrbs rebellis eſt, & nocens Regibus & prouinciis, & bella cõcitant in ea ex diebus antiquis: quamobrẽ & ciuitas ipſa deſtructa eſt.

16 Nuntiamus nos Regi, quoniam ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſſionem trans Fluuium non habebis.

17 Verbũ miſit Rex ad Reum Beelteem, & Samſai ſcribã, & ad reliquos qui erant in cõſilio eorũ, habitatores

5 Et conduxerunt contra eos conſiliarios 'vt diſſiparent conſiliũ eorum omnibus diebus Chóreϖs Regis Paráɒs, & vſque ad regnũ Dariáucϖs Regis Paráɒs.

6 Quũ autẽ regnaret Aꞑhaϖſuerόϖs, in principio regni eius ſcripſerunt 'accuſationem cõtra habitatores Iehudáh & Ieruϖſaláim.

7 'Nam in diebus Arthaꞑhϖſaϖſthé ſcripſit "in pace Mithredáth, Tabℵél, "& reliqui ſocii eius, ad Arthaꞑhϖſaϖſthé Regẽ Paráɒs: porrò ſcriptura *eius* epiſtolæ ſcripta erat Syriacè, '& explicata Syriacé.

8 Reꞑhúm "à cõmentariis, & ϖSimϖſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolã vnam cõtra Ieruϖſaláim ad Arthaꞑhϖſaϖſthé Regẽ, 'huiuſmodi.

9 'Tunc Reꞑhúm à cõmẽtariis, & ϖSimϖſái ſcriba, & reliqui ſocii eorum, 'Dinaie, & Apharɒſathchaié, Tarpelaié, Apharɒſaié, Archauaié, Bablaié, ϖSuϖſanchaié, Dehaué, yElmaié,

Reum Beel-teẽ & Samſai epiſtola ad regem Artaxerxem.

10 Et reliqui populi quos tranſtulit 'Aɒſnappár magnus '& glorioſus, "& habitare fecit eos in vrbibus Samariæ, & reliqui *populi qui ſunt* 'trans Flumen, "& Cheyéneth.

11 Iſtud *eſt* exẽplar epiſtolæ quã miſerũt ad eũ, *nempe ad* Arthaꞑhϖſaϖſthé Regem, Serui tui viri *qui ſunt* trans Flumen, "& Cheyéneth.

12 'Notum ſit Regi quòd Iehudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruϖſaláim, vrbem rebellem & peſſimam ædificãtes, "& muros fundauerunt, "& parietes compoſuerunt.

13 Nunc notum ſit Regi quòd ſi vrbs illa "ædificata fuerit, & muri fundati fuerint, tributum, "vectigal, "& reditum annuum nõ dabunt, & tributum Regum "lædes.

14 Præterea "pro omni viciſſitudine ſalis palatii quẽ comedimus, "& contemptum Regis "nõ eſt pulchrum nobis videre: propterea miſimus & notum fecimus Regi,

15 Vt 'quæras in libro "hiſtoriarum patrũ tuorum, & inuenies in libro "hiſtoriarum, ac ſcies quòd vrbs iſta, vrbs eſt rebellis, & nocẽs Regibus & prouinciis, "& defectionẽ faciunt in medio eius "à diebus ſeculi: propterea vrbs hæc deſtructa fuit.

16 Notũ *inſuper* facimus Regi, quòd ſi vrbs hæc ædificata fuerit, & muri extructi fuerint, ob id "portio *quæ eſt* trãs Flumen, nõ erit tibi.

17 "Verbum miſit Rex ad Reꞑhúm à cõmentariis, & ϖSimϖſai ſcribã, & reliquos ſocios eorum qui habitabant "in ϖSemariáh, & reli-

5 Vt diſſiparent conſilium eorum להפר עצתם .i. vt diſſuaderent illis ne ædificarent q.d. Mittebant qui conſulerent eis vt deſiſterent ab incepta templi ædificatione. 6 Accuſationem שטנה Ad verbum, odiũ. inimicitias. Quidam verunt, *ſcripturam* odii. i. epiſtolam plenam odii & inimicitiarum. 7 Nam in diebus ובימי Ad verbum, Et in diebus. i. Nam tẽpore Artaxerxis. is eſt Aſſuerus. Artaxerxes Perſicum eſt nomen. Alii dicunt hunc fuiſſe Cambyſen filium Cyri. In pace בשלם .i. tẽpore pacis: hoc eſt necdũ odio detecto ac patefacto. Et reliqui ſocii eius, ושאר כנותו Ad verbũ, & reſiduum ſocietatũ eius. ſub. Mithridatis. Societates vocat turmas. Et explicata ומתורגם & expoſita. i. dictata lingua Chaldæa. q.d. epiſtola illa ſcripta erat literis & ſermone Chaldæis. 8 A cõmentariis, בעל־טעם Ad verbũ, magiſter ſapientiæ. i. qui erat à cõſiliis. Gallicè, *Le chancelier*. Huiuſmodi. כנמא: ad hunc modũ. 9 Tunc ארין .i. Tunc omnes iſti vnanimi cõſenſu ſcripſerunt ad Regẽ cõtra Iudæos. Dinaie, & Apharɒſathchaie, &c. דיניא ואפרסתכיא Nomina ſunt populorũ qui adhibiti ſunt in cõſiliũ cõtra Iudæos. Dinæi, Apharſathachæi, Tarpelæi, Apharſæi, Archauæi, Bablæi. i. Babylonii, Suſanchæi. i. qui habitabãt in Suſan, Dahauæi, Elmæi, fortè ſunt Elamitæ. 10 Aɒſnappár אסנפר Is eſt Sãnacherib. Et glorioſus, ויקירא & inclytus. clarus. magnanimus. Et habitare fecit eos והותבהמו .i. adduxit eos in locũ decem tribuũ. Samaria enim fuerat antea ſedes decẽ tribuũ. Trãs Flumen, עבר־נהרה Euphratẽ intelligit per excellentiã. Euphrates ſeparabat terrã Iſrael ab imperio Babylonico: dicebãturque populi iſti qui tũc habitabant in vrbibus Samariæ, habitare trans Euphratem, reſpectu Babyloniorum. Et Cheyéneth, וכענת: nomen gẽtis. ſeu populi. 11 Et Cheyéneth. וכענת: ſub. ſalutẽ dicunt. 12 Notũ ſit ידיע להוא q.d. optamus notum eſſe Regi. Et muros fundauerunt, ושוריא אושכללו .i. murorũ fundamenta iecerunt. Et parietes compoſ. ואשיא יחיטו & fundamenta cõpegerunt. Ad verbum, conſuerunt. 13 AEdificata fuerit, תתבנא inſtaurata fuerit. Vectigal, בלו cẽſum. qui ſcilicet dabatur pro ſingulis capitibꝰ. Et reditũ annuũ והלך Doctus inter Hebræos exponit illa munera quæ ſolẽt dari Regibus in aduentu ipſorũ, aut quãdo iter faciunt per aliquam regionẽ. Lædes. תהנזק: nocumẽto afficies. ſub. ſi id permiſeris. Vel, lædet. ſub. hæc vrbs ſi inſtaurata fuerit. 14 Pro omni viciſſitudine ſalis palatii q.co. כל־קבל די־מלח היכלא מלחנא Ad verbũ, quoniã ſale palatii ſaliti ſumus. i. propterea quòd ſal è palatio allatũ comedimus: hoc eſt, quòd in palatio educati fuimus. Alii, propterea quòd deſtructionẽ templi deſtruximus. i. fuimus cauſa quòd templũ quod erat in Ieruſalẽ, deſtructũ fuerit.

Et cõtemptum וערות Propriè nuditatẽ verendorũ ſignificat. i. turpitudinẽ. accipitur & pro cõtemptu. Non eſt pulchrum nobis לא ארין לנא .i. nõ decet nos. vel, non cõuenit nobis. 15 Quæras יבקר inquiras. Ad verbũ, quærat. ſub. aliquis, mandante ac iubẽte Rege.

Hiſtoriarũ, דוכרניא Ita dicitur hiſtoria à reminiſcentia, quaſi memoriale. i. vt cõſulas hiſtorias & annales. Et defectionum faciunt in med.e. ואשתדור עבדין בגוה & ſeditionẽ facere ſolent in medio eius. A diebus ſeculi: מן־יומת עלמא .i. ab omni æuo. 16 Portio *quæ eſt* trans Flumen, חלק בעבר נהרא .i. portio quæ tibi debetur ab iis qui ſunt trans Flumen. vel potius, nullam hæreditatẽ ſiue poſſeſſionem in regione quæ eſt vltra Euphratem, habiturus es. Per regionẽ quæ eſt vltra Flumen, intelligit terrã Iſrael, quam amnis ille Euphrates ſeparabat ab imperio Babylonico, vt dictum eſt ſuprà verſu decimo. 17 Verbũ פתגמא .i. reſponſum. q.d. reſpõdit Rex ad epiſtolã ſupradictã.

In ϖSemariáh, בשמרין .i. in vrbibus prouinciæ Samariæ.

quos *qui erant* trans Flumen,″pacem,& Cheעéth.

Epiſtola quam miſiſtis ad nos,″manifeſtè lecta eſt coram me. 18

Et à me″poſitum eſt decretum,″& quæſierunt,atque inuenerũt 19
quòd vrbs illa à diebus ſeculi ″inſurgit aduerſum Reges, & rebellat,″& rebellio fit in ea.

Reges præterea fortes fuerunt in Ieruשſaláim, & domini *fuerunt* 20
omnium *qui erant* trans Flumen ,ac tributum,″vectigal, & reditus annuus dabatur illis.

Nunc *ergo*″ponite edictum vt ceſſent viri illi, & vrbs illa non ex- 21
truatur,donec à me″præceptum poſitum ſit.

″Et cauete vt errorem faciatis in hoc: cur ″creſcet corruptio ad 22
nocendum Regibus?

″Quumprimum autem exemplar epiſtolæ Arthaחhשſaשſthé Re- 23
gis lectum fuit corã Reחhúm & שSimשſái ſcriba,″& ſociis eorũ,
abierunt feſtinanter in Ieruשſaláim ad Iehudæos, & ceſſare fecerunt eos″brachio & robore.

Tunc″ceſſauit opus domus Dei quæ erat in Ieruשſaláim,″& ceſ- 24
ſauit vſque ad annum ſecundum regni Dariáueשs Regis Paráס.

Cap. V.

Adhortatione Aggæi & Zachariæ reædificatur templum.

PRophetauit autem חHaggái propheta,& Zechariáh filius עIddó *qui fuerunt* Prophetæ″ad Iehudæos & Ieruשſaláim,in nomine Dei Iשſraאelis″ſuper eos. 1

Tunc ſurrexerũt Zerubbabél″filius שSealthiאél, & Ieשſúaע filius 2
Ioצſadác, & cœperũt ædificare domum Dei quæ eſt in Ieruשſaláim:erántque cum eis Prophetæ Dei auxiliantes eis.

Dux Thathanai conatur inhibere ædificationẽ, ſed fruſtra.

In illo tempore venit ad eos Thatthenái dux *eorum qui erant* trans 3
Flumen,& שSethar-bozenái,″& ſocii eorũ:& ſic dixerũt eis,Quis poſuit vobis″præceptum vt domum hanc ædificaretis,″& muros iſtos″fundaretis?

″Tũc *adhuc* huiuſmodi diximus eis,Quæ ſunt nomina virorũ qui 4
hoc ædificium ædificant?

Oculus Dei.

″Oculus autem Dei eorũ erat ſuper ſenes Iehudæorum,″& non 5
fecerunt ceſſare eos,donec res ad Dariáueשs pergeret:tunc igitur reſponderunt per epiſtolam ſuper his.

Exemplar epiſtolæ quã miſit Thatthenái dux *eorum qui erant* trans 6
Flumen ,& שSethar-bozenái , & ſocii eius, *&* Apharסſechaié,qui *erant* trans Flumen, ad Dariáueשs Regem.

Epiſtola Thathanai ad Dariũ regem, qua eũ conſulit ſuper ædificatione templi.

(″Verbum miſerũt ad eum)″Et ſic ſcriptum erat intra eam, 7
Dariáueשs Regi″pax omnis.

Samariæ,& cęteris trans Fluuium,ſalutem dicens & pacem.

18 Accuſatio quã miſiſtis ad nos,manifeſtè lecta eſt coram me. D

19 Et à me præceptum eſt,& recenſuerũt, inuenerúntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduerſum Reges rebellat, & ſeditiones & prælia concitantur in ea.

20 Nam & Reges fortiſſimi fuerunt in Ieruſalẽ:qui & dominati ſunt omni regioni quæ trans Fluuium eſt. tributũ quoque,& vectigal,& reditus accipiebant.

21 Nunc ergo audite ſententiam,Prohibeatis viros illos vt vrbs illa non ædificetur,donec ſi fortè à me iuſſum fuerit.

22 Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim creſcat malum contra Reges.

23 Itaque exemplum edicti Artaxerxis Regis lectum eſt coram Reum & Samaſái ſcriba,& conſiliariis eorum: & abierunt feſtini in Ieruſalem ad Iudæos,& prohibuerũt eos in brachio & robore.

24 Tunc intermiſſum eſt opus domus Dei in Ieruſalem,& non fiebat vſque ad annum ſecundum regni Darii regis Perſarum.

Cap. V.

1 PRophetauerũt autẽ Aggæus propheta & Zacharias filius Addo, prophetãtes ad Iudæos qui erãt in Iuda & Ieruſalẽ,in nomine Dei Iſrael.

Aggæ.1.a.1 3.eſd.6.a.6

2 Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel & Ioſue filius Ioſedec: & cœperunt ædificare templum Dei in Ieruſalẽ, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos.

3 In ipſo autẽ tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trãs Flumẽ, & Sthar-buzanái, & conſiliarii eorũ: ſicque dixerunt eis,Quis dedit vobis conſilium vt domum hãc ædificaretis,& muros eius inſtauraretis?

4 Ad quod reſpondimus eis, quæ eſſent nomina hominum authorum ędificationis illius.

5 Oculus autẽ Dei eorum factus eſt ſuper ſenes Iudæorum,& non potuerunt inhibere eos. placuitque vt res ad Darium referretur , & tunc ſatiſfacerẽt aduerſus accuſationem illam. B

6 Exemplar epiſtolę quã miſit Thathanái dux regionis trans Flumen,& Sthar-buzanái , & conſiliatores eius Arphaſachæi qui erant trans Flumẽ, ad Darium Regem.

7 Sermo quẽ miſerant ei, ſic ſcriptus erat, Dario Regi pax omnis.

Pacẽ, שלם ſub.miſit inquã.i.miſit epiſtolã qua dicebat illis ſalutẽ. Et Cheעéth. ובעת: Per contractionẽ poſitum pro Cheעéneth.i. & ad populũ qui dicebatur Cheעéth. 18 Manifeſtè lecta eſt מפרש קרי expoſita [explicata] *&* lecta fuit. 19 Poſitũ eſt decretũ, שים טעם lata eſt ſentẽtia.i.ego à vobis admonitus,ſtatui ac decreui,ſub.quòd legerẽtur hiſtoriæ. Et quæſierunt, ובקרו & ſcrutati ſunt. ſub. hiſtorias. Inſurgit מתנשאה Ad verbum,eleuatur.eleuari ſolet. Et rebellio, &c. ואשתדור מתעבד־בה: & defectio fit [fieri ſolet] *ab habitantibus* in ea. 20 Vectigal,& reditus annuus בלו והלך Vide hæc paulo ſuprà verſu 13. 21 Ponite edictũ vt ceſſent viri illi, שימו טעם לבטלא גובריא ponite ſtatutũ [decretũ.i.ſtatuite,ſiue decernite]vt ceſſare faciant [faciatis]homines illos. Præceptũ טעמא decretũ.ſtatutũ.ſub.aliud.i.donec à me aliter ſtatutũ fuerit.Gallicè,*Iuſques a tant que par nous en ait eſte autrement ordonne.* 22 Et cauete,&c. וזהירין הוו שלו למעבד על־דנה Ad verbũ,& cauti ſitis errorẽ facere ſuper hoc.i.videte ne erretis in hoc. Creſcet corr.&c. ישגא וגו׳ multiplicabitur deſtructio[detrimentũ.damnum]in perniciem Regũ?ſub.veſtra culpa,ſi id permittatis. 23 Quumprimum autẽ ארין מן־די Ad verbum,Tunc ex quo. Et ſociis e. וכנותהון & ſocietate[turma.ſodalitio]eorum. Brachio & robore. באדרע וחיל: .i.vi & exercitu. vel,vi & armis. 24 Ceſſauit בטילת intermiſſum fuit. Et ceſſauit והות בטלא & fuit intermiſſum.

IN CAPVT V.

1 Ad Iehudæos על־יהודיא de Iehudæis. Super eos. עליהון: .i.qui erat cũ eis. Afflabantur enim Spiritu Dei. Alii,quod inuocatũ erat ſuper eos. 2 Filius בר .i.nepos. 3 Et ſocii eorum: וכנותהון & ſodales[turma]eorũ. Præceptum טעם decretũ.ſtatutũ.edictum.i.Quiſnam ſtatuit ac præcepit,vel cuius poteſtate atque edicto freti, ædificatis hoc templum? Et muros ואושרנא Singularis numeri eſt hæc vox,& propriè robur ſignificat.accipitur tamen pro muris,quòd robur vrbis partim ſit in mœnibus.dicúntque deduci à שור,& א redundare. Fundaretis? לשכללה: perficeretis? 4 Tunc ארין Verba ſunt Thatthenai, & ſociorũ eius. inducit enim author libri eos adhuc loquentes. 5 Oculus autem ועין intelligit prouidentiam & fauorem Dei. Et non fecerunt ceſſare eos, ולא־בטלו המו .i. propterea non potuerunt tantũ efficere vt illi intermitterent opus tantiſper dum negotiũ referretur ad Darium. 7 Verbum פתגמא .i.epiſtolã. Et ſic,&c. וכדנה כתיב בגוה Ad verbum,& iuxta hoc ſcriptum erat in medio eius.ſub.epiſtolæ. Pax omnis. שלמא כולא: id eſt ſalutem plurimam dicunt.

Notũ ſit Regi, iſſe nos ad Iudęam prouinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponũtur in parietibus: opúſque illud diligenter extruitur, & creſcit in manibus eorum. 8

Interrogauimus ergo ſenes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis poteſtatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos inſtauraretis? 9

C Sed & nomina eorum quæſiuimus ab eis, vt nũtiaremus tibi: ſcripſimúſque nomina eorum virorum qui ſũt principes in eis. 10

Huiuſcemodi autem ſermonum reſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui Dei cæli & terræ, & ædificamus templũ quod erat extructũ ante hos annos multos, quódque Rex Iſrael magnus ædificauerat & extruxerat. 11

Poſtquam autem ad iracundiã prouocauerunt patres noſtri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis Chaldæi: domũ quoque hanc deſtruxit, & populum eius tranſtulit in Babylonem. 12

Anno autem primo Cyri Regis Babylonis, Cyrus Rex propoſuit edi- 13
D ctum vt domus Dei ædificaretur.

Nam & vaſa templi Dei aurea & argenta, quæ Nabuchodonoſor tulerat de templo, quod erat in Ieruſalem, & aſportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus Rex de templo Babylonis, & data ſunt Saſſabaſar vocabulo, quẽ & principem conſtituit. 14

2.1.2.1
.6.2.6

Dixitq; ei, Hæc vaſa tolle, & vade, & pone ea in tẽplo quod eſt in Ieruſalẽ: & domus Dei ædificetur in loco ſuo. 15

Tunc itaque Saſſabaſar ille venit, & poſuit fundamenta templi Dei in Ieruſalem, & ex eo tẽpore vſque nunc ædificatur, & necdum cõpletum eſt. 16

Nũc ergo ſi videtur Regi bonum, recenſeat in bibliotheca Regis, quæ eſt in Babylone, vtrumnam à Cyro Rege iuſſum fuerit vt ędificaretur domus Dei in Ieruſalẽ, & voluntatem Regis ſuper hac re mittat ad nos. 17

3.Eſd.6.c.21

Cap VI.

Tvnc Darius Rex præcepit: & recenſuerunt in bibliotheca librorum qui erant repoſiti in Babylone: 1

Et inuentũ eſt in Ecbatanis, quod eſt caſtrũ in Medena prouincia, volumen vnum: taliſque ſcriptus erat in eo commentarius, 2

Anno primo Cyri Regis, Cyrus Rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Ieruſalẽ, in loco vbi 3

8 Notũ ſit Regi quòd profecti ſumus in Iehudæã prouinciã ad domum Dei maximi, & ipſa ædificatur lapide marmoreo, 'lignáque ponuntur in parietibus, atque opus illud feſtinãter fit, & proſperè cedit in manibus eorum.

9 Tunc interrogauimus ſeniores illos, *atque* ſic diximus eis, 'Quis poſuit vobis præceptum vt domum hanc ædificaretis, & muros iſtos fundaretis?

10 'Et etiã de nominibus eorũ interrogauimus eos, vt nota faceremus *illa* tibi: *id eſt*, vt ſciberem⁹ nomina virorũ 'qui *ſunt* duces eorũ.

11 'Eiuſmodi autem verbũ reſponderunt nobis, dicendo, Nos ſumus ſerui Dei cæli, & terræ, & reædificamus domum quæ fuerat ædificata antea annis multis: 'quam Rex Iϖſraℵelis magnus ædificauerat, & fundauerat eam.

12 Sed poſteaquam prouocauerunt patres noſtri Deum cæli, tradidit eos in manũ Nebuchad-nexſár Regis Babél 'Chaldæi, & domum hanc deſtruxit, ac populum 'tranſmigrare fecit in Babél.

13 Veruntamen anno primo Chóreϖs Regis Babél, Chóreϖs Rex poſuit edictum vt domum Dei hanc ædificarent.

14 Et etiam vaſa domus Dei aurea & argẽtea, quæ Nebuchad-nexſár 'eduxerat è templo quod erat in Ieruϖſaláim, '& tulerat ea in templum Babél, eduxit illa Chóreϖs Rex è tẽplo Babél, & tradita fuerunt ipſi ϖSeϖſbaxſár, quem 'ducem conſtituerat.

15 Dixítque ei, Hæc vaſa tolle, 'abi, depone ea in templo quod eſt in Ieruϖſaláim, & domus Dei ædificetur in loco ſuo.

16 Tunc ϖSeϖſbaxſár iſte venit, iecit fundamenta domus Dei quæ eſt in Ieruϖſaláim, & ex eo tempore vſque ad hoc tempus ædificatur, & necdum perfecta eſt.

17 Nunc ergo 'ſi Regi bonum *ſit*, perquiratur 'in domo theſaurorum Regis quæ eſt illic in Babél, 'an ita ſit quòd à Chóreϖs Rege poſitum ſit edictũ 'vt reædificarent domum Dei hanc quæ eſt in Ieruϖſaláim: '& voluntatem ſuam ſuper hoc mittat ad nos.

Cap. VI.

1 T'Vnc Dariáueϖs Rex 'poſuit præceptũ: & quæſiuerunt 'in domo librorum theſaurorum qui poſiti erant ibi in Babél.

Darius Cyri decretum de templo extruẽdo inueniens, iubet & ipſe templum ipſum extrui.

2 Inuentũ eſt autẽ in ſcrinio *quod erat* in palatio quod *erat* 'in Madái prouincia volumen vnum: '& ſic ſcriptũ erat 'in eo 'memoriale.

3 Anno primo Chóreϖs Regis, Chóreϖs Rex 'poſuit edictũ 'de domo Dei quæ erat ĩ Ieruϖſaláim, 'Dom⁹ ipſa reædificetur, 'quæ eſt

---

8 Lignáque ponuntur in pariet. ואע מתשׂם בכתליא .i. parietes teguntur tabulis ligneis, hoc eſt cedrinis. 9 Quis poſuit vobis præcep. מן־שׂם לכום טעם Vide hæc paulo ſuprà verſu 3 & 4. 10 Et etiam de nominibus e. interrog. e. ואף שמהתהום שׁאלנא להום Præterea nomina ſua petiimus ab eis. Qui *ſunt* duces e. די־בראשׁיהום: Ad verbũ, qui in capite eorũ. i. qui præerãt illis. 11 Eiuſmodi autẽ verbũ reſp. n. וכנמא פתגמא התיבונא Ad verbum, Et ſic verbum reddiderunt nobis. Quam Rex Iϖſr. magnus, &c. ומלך לישׂראל רב וגו' Ad verbum, Et Rex Iſrael magnus ædificauerat eã [.i. Salomon potentiſſimus, vel opulentus] & conſummauerat [ſiue perfecerat] eam.

12 Chaldæi, כסריא .i. qui regnabat in Chaldæa. Tranſmigrare fecit הגלי tranſtulit. 14 Eduxerat הנפק extulerat. tranſtulerat. Et tulerat והיבל & aſportauerat. vel, deferenda iuſſerat. Ducem פחה ſub. tranſmigrationis. i. eorum qui de captiuitate Babylonica reuertebantur in Ieruſalem ac Iudæam. 15 Abi, depone אזל־אחת proficiſcere, depone. i. colloca, ſiue conſtitue. Sine cõiunctione verba. q. d. citò tranſfer illa in templum. 17 Si Regi bonum *ſit*, הן־על־מלכא טב .i. ſi Regi videatur, aut placuerit. In domo theſaurorũ, בבית גנזיא Vide in primo verſu ſequẽtis capitis. An ita ſit quòd הן איתי די ſitne quòd. i. itáne res habeat quòd, &c. Vt reædificarent למבנא ſub. Iudæi. Vel, ad ædificandũ. i. de extruenda, ſiue inſtauranda æde. Et voluntatẽ ſuam ורעות מלכא Ad verbũ, & voluntatem Regis. Antecedens pro relatiuo. i. voluntatem ſuam ſuper hac re Rex mittat ad nos.

IN CAPVT VI.

1 Tũc באדין .i. hoc intellecto. Poſuit præc. שׂם טעם fecit edictũ: ſub. vt perquirerẽt an ita res haberet. In domo lib. theſau. בבית ספריא .i. in bibliotheca vbi theſauros reponebãt. vel reponere ſolebãt. ſub. & nõ inuenerũt illic. Deinde perquiſierũt in aliis regionibus. Poſtea ſequitur proximo verſu, Et inuentũ eſt, &c. Olim duplices fuerũt bibliothecæ: aliæ erant in quibus reſeruabãtur libri qui ſpectabant ad eruditionem: aliæ verò in quibus reponere ſolebant libros qui pertinebant ad rem nummariam. etiam alii ſunt libri rationum, & alii libri ſapientiæ ac philoſophiæ. Hìc autem loquitur de libris rationum, vt & vltimo verſu præcedentis capitis.

2 In Madái במדי .i. Media. Et ſic וכן & huiuſmodi. vel tale. In eo בגוה Ad verbum, in medio eius. Memoriale. דכרונה: commentarium intelligit. 3 Poſuit שׂם fecit. De domo, בית .i. de æde, ſiue tẽplo Dei. Domus ipſa reædificetur ביתא יתבנא: Domus ipſa ædificetur. aut, extruatur. vel, ædificabitur. Initium eſt edicti. Alii incipiunt edictum paulo ſuprà, ſic, Domus Dei quæ eſt in Ieruſalem, domus inquam ædificetur. vel, ædificabitur. Quæ eſt locus in quo im. אתר די־דבחין quæ erit locus in quo immolabunt. vel ſimpliciter, locus in quo immolabunt, &c.

locus in quo immolāt victimas,″& parietes eius colligentur.altitudo eius *ſit* cubitorũ ſexaginta:latitudo eius, cubitorũ ſexaginta.

4 ″Parietes,ex lapidibus marmoreis tres,& paries *unus*″è lignis nouis:″& ſumptus de domo Regis dabitur.

5 Quinetiam vaſa domus Dei aurea & argentea,quæ Nebuchadneɣſár eduxerat è templo quod erat in Ieruϣſaláim, & detulerat in Babél,″reddant,″& vadant ad templum quod eſt in Ieruϣſaláim ad locum ſuum,″& reponas in domo Dei.

6 Nunc ergo Thatthenái dux″*eorum qui ſunt* trans Flumẽ,ϣSethar-boznai,& ſocii eorum,*&*″Apharɒſechaié qui eſtis trans Flumen,″remoti eſtote inde.

7 ″Dimittite vt fiat domus Dei hæc:′ducem Iudæorum,& ſeniores eorum,vt domum Dei hanc ædificent in loco ſuo.

8 Et à me poſitum eſt edictũ de eo″quod facturi eſtis cum ſenioribus Iehudæorum iſtis, vt ædificent domum Dei iſtam:″nempe vt de ſubſtantia Regis,″quæ eſt tributum trans Flumen, feſtinanter ſumptus detur viris illis,″vt non faciant ceſſare.

9 ″Et id quo indiguerint,″ſiue boues,ſiue arietes,ſiue agni in holocauſta Deo cæli,frumentum, ſal,vinum & oleum, iuxta verbum Sacerdotum qui ſunt in Ieruϣſaláim,dentur eis per ſingulos dies, vt nullus ſit error:

10 Vt habeant vnde offerāt″ſuffimenta Deo cæli, & precentur pro vita Regis,& pro filiis eius.

11 Præterea à me poſitum eſt *tale* decretũ,vt quicunque immutauerit″verbum hoc,″diruatur lignum è domo eius,″& erectum ſuſpendatur in eo,& domus eius″ſterquilinium fiat propter hoc.

12 Deus autẽ qui habitare fecit nomen ſuum ibi,″diſſipet omnem Regem & populum qui miſerit manũ ſuam″vt mutet & deſtruat domũ Dei iſtam quæ eſt in Ieruϣſaláim. Ego Dariáueϣs poſui decretum:feſtinanter fiat.

Templum abſoluitur.

13 Tunc Thatthenái dux *eorum qui erant* trans Flumen,ϣSethar-boznái,& ſocii eorum,iuxta id quod″miſerat Dariáueϣs Rex,ſic feſtinanter fecerunt.

14 Seniores itaque Iehudæorũ ædificabāt, & proſperè cedebat″ſecundũ prophetiam nHaggái prophetæ,& Zachariáh″filii yAddó, & ædificauerũt,ac perfecerũt ex præcepto Dei Iϣſraɴelis,&ex præcepto″Chóreϣs & Dariáueϣs,& Arthanhϣſaɒsthé Regis Paráɒs.

15 Perfecta eſt ergo domus hæc vſque ad diem tertium menſis

immolent hoſtias,vt ponāt fundamẽta ſupportantia altitudinem cubitorum ſexaginta, & latitudinem cubitorum ſexaginta,

4 Ordines de lapidibus impolitis tres, & ſic ordines de lignis nouis: ſũptus autem de domo Regis dabuntur.

5 Sed & vaſa tẽpli Dei aurea & argentea,quæ Nabuchodonoſor tulerat de templo Ieruſalem, & attulerat ea in Babylonem,reddantur, & referantur in templum in Ieruſalem in locum ſuum.quæ & poſita ſũt in templo Dei.

6 Nunc ergo Thathanái dux regionis quæ eſt trans Flumen, Stharbuzanái, & conſiliarii veſtri Apharſachæi, qui eſtis trans Flumẽ, procul recedite ab illis. B

7 Et dimittite fieri tẽplũ Dei illud à duce Iudæorũ, & à ſenioribus eorũ, & domũ Dei illam ædificent in loco ſuo.

8 Sed & à me præceptum eſt quid oporteat fieri à preſbyteris Iudæorum illis,vt ædificetur domus Dei, ſcilicet vt de arca Regis,id eſt de tributis quę dantur de regione trans Flumen, ſtudioſè ſumptus dētur viris illis,ne impediatur opus.

9 Quòd ſi neceſſe fuerit,& vitulos,& agnos, & hœdos in holocauſtũ Deo cæli,frumentum,ſal, vinum, & oleũ, ſecundum ritum Sacerdotum qui ſũt in Ieruſalem, detur eis per ſingulos dies,ne ſit in aliquo querimonia:

10 Et offerant oblationes Deo cæli,oréntque pro vita Regis, & filiorum eius.

11 A me ergo poſitum eſt decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionem, tollatur lignum de domo ipſius,& erigatur,& configatur in eo: domus autem eius publicetur.

12 Deus autem qui habitare fecit nomen ſuum ibi, diſſipet omnia regna, & populũ qui extenderit manũ ſuam vt repugnet, & diſſipet domum Dei illam,quæ eſt in Ieruſalem. Ego Darius ſtatui decretũ, quod ſtudioſè impleri volo.

3.Eſdr.7.a.1

13 ¶Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen,& Starbuzanái, & cõſiliarii eius,ſecundum quod præceperat Darius Rex,ſic diligẽter executi ſunt.

14 Seniores autem Iudæorum ędificabant, & proſperabātur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificauerunt & conſtruxerunt, iubente Deo Iſrael, & iubẽte Cyro & Dario & Artaxerxe, Regib⁹ Perſarum.

15 Et compleuerunt domum Dei iſtam, vſque ad diem tertium menſis

---

Et parietes eius colligentur. ואושוהי מסובלין A colligare eſt,primæ coniug. Alii,& fundamenta eius contingantur,vel contingentur.

4 Parietes,נדבכין Ordines. ſub.parietum.Dicunt aliam fuiſſe rationẽ huius templi ædificandi, ipſúmque aliter ædificatum fuiſſe quàm hîc præſcripſerit Cyrus: quòd poſtea mutauerit ſententiam ad exhortationẽ & ex conſilio ſapientum ac doctorum Legis. E lignis nouis: די־אע חדת è lignis recentibus.In libro Regum,è tabulis cedrinis. Et ſumptus, ונפקתא q.d. Permitto vt templum Ieroſolymitanum inſtauretur,idque ſumptu proprio. 5 Reddant, יהתיבון reſtituant. ſub.miniſtri ac ſerui Regis. Et vadant ויהך & eant.& proficiſcantur.ſub.vaſa illa.i.referantur.Mutatio numeri. Et reponas ותחת Mutat perſonam, & conuertit ſermonem ſuum ad Zorobabelem, quẽ vocauit ſuprà ϣSeϣſbaɣſar.Deponas,inquit,omnia illa. 6 *Eorum qui ſunt* Vel, *regionis quæ ſita eſt.* Apharɒſechaié, אפרסכיא .i.Apharſachæi. Remoti eſtote inde. רחיקין הוומן־תמה: .i.procul recedite à Ieruſalẽ vbi inſtauratur templũ Dei: nolite eſſe impedimẽto iis qui inſtaurant illud. 7 Dimittite vt fiat domus שבוקו לעבידת־בית Sinite opus domus.i.vt fiat ac perficiatur templum hoc Dei. Ducẽ פחת Subaudi verbũ præcedens,dimittite, vel ſinite. 8 Quod facturi eſtis די־תעבדון .i.quod volo vos facere.. Nẽpe vt de ſubſtãtia ומנכסי nẽpe vt de opibus.facultatibus.Declarat ſeipſum quũ mox dicit,Quæ eſt tributũ. Quæ eſt tributũ trans Flumẽ,די מדת עבר נהרה quas habet ex tributo trans Flumen.Alii,de tributo *regionis quæ eſt* vltra Flumen.i.quod ſoluere ſolẽt qui habitãt vltra Euphratẽ. Vt non faciant ceſſare. די־לא לבטלא: ſub.eos qui ædificant templum.i.ne efficiant vt intermittatur inſtauratio tẽpli.Alii,ne ceſſent. 9 Et id quo indig. ומה השחן ובני Aliquid ſubaudiendũ,ſic,Et à me factũ eſt inquam decretũ,vt id quo,&c. Siue boues,&c. ובני תורין ודכרין ואמרין Ad verbũ,& filii boum,& arietes, & agni,&c.Solebant enim hæc omnia adhiberi & cõmiſceri ſacrificiis,oblationibus,& libaminibus. 10 Suffimenta ניחוחין odores ſuauiſſimos. vel,fragrantiſſimos. 11 Verbũ hoc, פתגמא דנה .i. hoc meum decretũ. vel conſtitutionẽ. Diruatur lignum יתנסח אע .i.diruendo extrahantur ligna. Et erectũ, &c. וזקיף יתמחא עלוהי .i.& in eo ligno quod remanſerit in domo ſua rectum ſiue erectũ,deleatur.i.perdatur,hoc eſt ſuſpendatur. Sterquilinium fiat propter hoc. נולו יתעבר על־דנה: .i.ſit tanquã ſterquilinium, hoc eſt prorſus deſtruatur quòd contrauenerit huic meo edicto. 12 Diſſipet ימגר deiiciat.ſub.in terrã. Vt mutet להשניא Ad verbum,ad mutandum.vel immutandum.ſub.hoc meum decretum,& conſtitutionem meam. 13 Miſerat שלח ſub.per epiſtolam. 14 Secundum prophetiam בנבואת in prophetia.per quos ſcilicet Dominus iuſſerat ac mandauerat vt inſtaurarent templũ. Filii בר .i.nepotis Iddo. Chóreϣs,&c. כורש וגו׳ .i.Cyri,Darii,& Artaxerxis Regis Perſarum.Dicunt hunc Artaxerxem fuiſſe filium Darii:& tempore eius abſoluta fuiſſe quæcunque pertinebant ad ornatum templi.

Adar,qui eſt annus ſextus regni Darii Regis.

16 Fecerunt autem filii Iſrael Sacerdotes & Leuitæ,& reliqui filiorum trāſmigrationis,dedicationē domus Dei in gaudio.

D

17 Et obtulerūt in dedicatione domus Dei,vitulos centum,arietes ducētos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Iſrael,duodecim,iuxta numerum tribuum Iſrael.

18 Et ſtatuerunt Sacerdotes in ordinibus ſuis,& Leuitas in vicibus ſuis ſuper opera Dei in Ieruſalem,ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi.

Nume.3.a.6. &.8.b.9

19 Fecerunt autem filii Iſrael transmigrationis,Paſcha, quartadecima die menſis primi:

20 Purificati enim fuerant Sacerdotes & Leuitæ quaſi vnus, omnes mundi ad immolandum Paſcha vniuerſis filiis tranſmigrationis,&fratribus ſuis Sacerdotibus,& ſibi.

21 Et comederunt filii Iſrael qui reuerſi fuerant de tranſmigratione, & omnes qui ſe ſeparauerāt à coinquinatione Gentium terræ,ad eos, vt quærerent Dominum Deum Iſrael.

22 Et fecerunt ſolēnitatem azymorum ſeptem diebus in lætitia: quoniam lætificauerat eos Dominus,& cōuerterat cor Regis Aſſur ad eos,vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Iſrael.

Cap. VII.

.3Eſdr.8.a.1

1 POſt hæc autē verba in regno Artaxerxis Regis Perſarum,Eſdras filius Saraiæ,filii Azariæ,filii Helciæ,

2 Filii Sellū,filii Sadoc,filii Achitob,

3 Filii Amariæ, filii Azariæ,filii Maraioth,

4 Filii Zarahiæ,filii Ozi,filii Bocci,

5 Filii Abiſue,filii Phinees,filii Eleazar,filii Aaron Sacerdotis ab initio.

6 Ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in Lege Moyſi, quam Dominus Deus dedit Iſrael:& dedit ei Rex ſecundum manū Domini Dei eius ſuper eum, omnem petitionem eius.

7 Et aſcenderunt de filiis Iſrael,&de filiis Sacerdotū, & de filiis Leuitarū, & de cantoribus,& de ianitoribus,& de Nathinæis in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerxis Regis.

8 Et venerunt in Ieruſalem menſe quinto,ipſe eſt annus ſeptimꝰ Regis.

9 Quia in primo die mēſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo die menſis quinti venit in Ieruſalem,iuxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe.

10 Eſdras autem parauit cor ſuum, vt inueſtigaret Legem Domini,

---

″Adár,″qui erat annus ſextus regni Dariauéשs Regis.

16 Fecerúntque filii Iשſraאelis Sacerdotes & Leuitæ,ac reliqui filii ″tranſmigrationis, dedicationem domus Dei huius cum gaudio.

Dedicatur templum.

17 Et obtulerunt in dedicatione domus Dei huius,vitulos cētum, arietes ducentos,agnos quadringentos, & hircos caprarum in ſacrificium pro peccato,pro toto Iשſraאele duodecim,ſecundū numerum tribuum Iשſraאelis.

18 Cōſtituerúntque Sacerdotes″in diuiſionibus ſuis, & Leuitas in diſtinctionibus ſuis, ſuper opus Dei quod *faciendum erat* in Ieruשſaláim,ſicut ſcriptum eſt in libro Moſis.

19 Fecerunt prӕterea filii tranſmigrationis Péסſaחh quartadecima menſis primi:

Celebratur Paſcha.

20 (Purificati enim erāt Sacerdotes & Leuitæ,tanquam vnus,omnes mundi erant)immolauerūt inquā Péסſaחh pro omnibus filiis tranſmigrationis,&pro fratribus ſuis Sacerdotibus,& pro ſeipſis.

21 Comederunt itaque filii Iשſraאelis qui reuerſi erant de tranſmigratione,″& omnis qui ſubduxerat ſeſé à coinquinatione Gentiū terræ ad eos vt requireret Iehouam Deum Iשſraאelis.

22 Fecerunt & ſolennitatē infermentatorum ſeptem diebus cum lætitia, quòd exhilaraſſet eos Iehouáh, ″& conuertiſſet cor Regis Aשſſúr ad eos,″ad confortandum eos in opere domus Dei, Dei *inquam* Iשſraאelis.

Cor Aſſur cōuerſum à Deo in auxilium Iſraelis.

Cap. VII.

1 P″Oſt hæc autem in regno Arthaחhשſaסſthé Regis Paráסs *erat* עEzrá filius שSeraiáh filii עAzariáh,filii חHilciiáh,

Eſdras edicto regis Artaxerxis ſumptis comitibus aſcendit Ieruſalem.

2 Filii שSallúm,filii צSadóc,filii Aחhitúb,

3 Filii Amariáh,filii עAzariáh,filii Meraióth,

4 Filii Zeraחhiáh,filii עVzzí,filii Buccí,

5 Filii Abiשſúaע, filii Pinחháסs, filii Elעazár, filii Aharón Sacerdotis primi.

6 Is עEzrá″aſcendit è Babél,& erat″ſcriba velox in Lege Mouשéh, quā dedit Iehouáh Deus Iשſraאelis,& dedit ei Rex″iuxta manum Iehouæ Dei ſui ſuper ipſum,omnem petitionem eius.

7 ″Aſcenderunt autē de filiis Iſשſraאelis,& de Sacerdotibus & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & Nethinæis in Ieruשſaláim, anno ſeptimo Arthaחhשſaסſthé Regis:

8 Et peruenit in Ieruשſaláim quinto menſe, ipſe eſt annus ſeptimus″Regis.

9 Nam in prima *die* menſis primi fuit initium aſcenſus de Babél, & prima *die* mēſis quinti venit in Ieruשſaláim″iuxta manum Dei ſui bonam ſuper eum.

10 עEzrá enim parauerat cor ſuum″vt requireret Legem Iehouæ,

Eſdras doctor Legis.

---

15 Adár, אדר Eſt menſis duodecimus qui reſpōdet partim noſtro Februario,partim Martio. Qui די ſub.annus. 16 Tranſmigrationis, גלותא .i.qui de tranſmigratione redierant.Plena loquutio legitur infrà verſu 21. 18 In diuiſionibus ſuis,בפלגתהון in partitionibus ſuis.i.iuxta claſſes ſuas. Fecerunt ex Sacerdotibus diuerſas claſſes,iuxta quas viciſſim rem ſacrā agerent Deo in tēplo. Similiter & ex Leuitis,vt ipſi per vices ſuas miniſtrarent. 21 Et omnis qui ſubduxerat ſeſe,&c. וכל הנבדל וגו׳ .i.qui è infidelitate Gentium conuerſi erant ad fidem:hoc eſt proſelyti. 22 Et conuertiſſet,&c. והסב לב וגו׳ Hebraiſmus, reddidiſſet illum eis propitium, qui antea erat animo infenſo in eos.Meminit hìc Regis Aſſyriorum,quòd tunc qui Rex erat Perſarum,erat etiam Rex Aſſyriorum.at Rex Aſſyriorum abduxerat decem tribus captiuas. Ad confortandū eos לחזק ידיהם Ad verbum,ad roborandum manus eorum.i.vt fortificaret eos.

IN CAPVT VII.

1 Poſt hæc autē in regno ואחר הדברים האלה במלכות .i.His geſtis regnāte Artaxerxe. Deſcribitur genealogia Eſdræ,quæ aſcendit vſque ad Aharonē primum illū ac ſummum & præcipuum Sacerdotē,à quo ille deſcēdit.Dicunt Hebræi,omnes Reges Perſarū appellatos fuiſſe hoc nomine Arthaſaſtha,lingua Perſica:noſtri verterunt Artaxerxem. 6 Aſcendit è Bæbél, עלה מבבל i.profectus eſt & rediit è captiuitate Babylonica in Ieruſalem.q.d.fuit vnus ex illis qui redierunt,&c. Scriba velox סופר מהיר ſcriba promptus.i.legiſperitus, ſiue legiſdoctor doctiſſimus & exercitatiſſimus in Lege Dei. Hi enim Scribæ dicebātur, quòd officium eorū eſſet deſcribendi Legē. Qui Matth.22.d.35, & Luc.10.e.25,dicitur Legiſperitus,ſiue Legis doctor,idem Marci 12.c.28,appellatur Scriba. Iuxta manū Ieh.Dei ſui ſuper ipſum, כיד יהוה אלהיו עליו Hebraiſmus,iuxta magnā illam gratiam,vel,pro magno illo fauore quo proſequebatur Ezram Dominus Deus. ſiue prout fauit illi Deus. 7 Aſcenderunt autē ויעלו ſub.cum eo. 8 Regis. למלך: nempe Darii. 9 Iuxta manum Dei ſui bonam ſuper eum. כיד אלהיו הטובה עליו: Hebraiſmus,de quo paulo antè, verſu ſexto.i.per gratiam Dei.Reditum proſperū atque incolumem tribuit gratia Dei. 10 Vt requireret לדרוש vt perquireret.inueſtigaret.i.diſceret.

Edictum Artaxerxis.

"ac faceret,& doceret Iשſraאelem"præceptum & iudicium.

11 Iſtud autem eſt exemplar"epiſtolæ quam tradidit Rex Arthaחhשſaɔſthé yEzræ Sacerdoti,ſcribæ *inquam* verborum præceptorũ Iehouæ,& ſtatutorum eius ſuper Iשſraאelem.

12 Arthaחhשſaɔſthé"Rex regũ yEzræ Sacerdoti, ſcribæ Legis Dei cæli "conſummato,"& ipſi Cheyéneth.

13 A me"poſitum eſt decretum, quòd"quicunque ſpontaneus eſt in regno meo de populo Iשſraאelis,& Sacerdotibus,& Leuitis,vt eat in Ieruשſaláim tecum,vadat.

14 "Quemadmodum à conſpectu Regis,"& ſeptem cõſiliariorum eius"miſſus es,"vt inquiras in Iehudæam & Ieruשſaláim, propter Legem Dei tui,quæ eſt in manu tua:

15 Et vt deferas argentũ & aurũ quod Rex & conſiliarii eius ſponte obtulerũt Deo Iשſraאelis,cuius"tabernaculũ *eſt* in Ieruשſaláim.

16 "Et omne argentũ & aurum quod inueneris in tota prouincia Babél,"cum ſpontaneis populi,& Sacerdotibus qui ſponte obtulerint domui Dei ſui quæ eſt in Ieruשſaláim:

17 Vt celeriter emas argento hoc vitulos,arietes,agnos,& minחhã eorum, & libamina eorum, & offeras ea ſuper altare domus Dei veſtri quæ eſt in Ieruשſaláim:*ita facito*.

18 Quod autem tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro facere,ſecundum voluntatem Dei veſtri"facite.

19 "Porrò vaſa quæ tradita ſunt tibi in miniſteriũ domus Dei tui, redde coram Deo in Ieruשſaláim.

20 "Et cætera quæ fuerint neceſſaria pro domo Dei tui"quæ cõuenerit te dare,dabis è domo theſaurorum Regis.

21 Et à me Arthaחhשſaɔſté poſitum eſt decretũ" omnibus theſaurariis qui ſunt trans Flumen,vt omnia quæ petierit à vobis yEzrá Sacerdos *&* ſcriba Legis Dei cæli,citò fiat,

22 Vſque ad argenti talenta centum, & vſque ad tritici coros centum,& vſque ad vini batos centũ,& vſque ad batos olei centum, "& ſal quod non ſcriptum eſt.

23 "Quicquid fuerit ex decreto Dei cæli,fiat feſtinãter domui Dei cæli,"cuius vtquid futura eſt ira cõtra regnũ Regis & filiorũ eius?

24 Vobis autẽ notũ facimus quòd"omnibus Sacerdotibus,& Leuitis,cãtoribus,ianitorib⁹,Nethinæis,& miniſtris domus Dei hui⁹, tributũ,vectigal,& reditum annuum præfectus nullus"imponet.

25 Tu autem yEzrá ſecundum ſapientiam *Legis* Dei tui,"quæ *eſt* in manu tua, conſtitue iudices, & cauſidicos qui iudicẽt vniuerſum populum qui eſt trans Flumẽ,omnes qui norunt leges Dei tui: &

B

& faceret & doceret in Iſrael præceptum & iudicium.

Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ edicti,quod dedit Rex Artaxerxes Eſdræ Sacerdoti, ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis Domini, & cæremoniis eius in Iſrael.

Artaxerxes Rex regum Eſdræ Sacerdoti,ſcribę Legis Dei cæli doctiſſimo, ſalutem.

A me decretum eſt,vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſrael, & de Sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ieruſalem tecum,vadat.

A facie enim Regis & ſeptem conſiliatorum eius miſſus es,vt viſites Iudæam & Ieruſalem in Lege Dei tui, quæ eſt in manu tua,

Et vt feras argentum & aurũ quod Rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cuius in Ieruſalẽ tabernaculum eſt:

Et omne argentũ & aurũ quodcunque inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis,& popul⁹ offerre voluerit, & de Sacerdotibus q ſpõte obtulerint domui Dei ſui quæ eſt in Ieruſalem:

C

Liberè accipe, & ſtudioſè eme de hac pecunia vitulos,arietes,agnos,& ſacrificia & libamina eorum, & offer ea ſuper altare tẽpli Dei veſtri quod eſt in Ieruſalem.

Sed & ſiquid tibi & fratrib⁹ tuis placuerit de reliquo argẽto & auro vt faciatis,iuxta volũtatẽ Dei veſtri facite.

Vaſa quoque quæ dantur tibi in miniſterium domus Dei tui,trade in cõſpectu Dei in Ieruſalem.

Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantuncunque neceſſe eſt vt expendas, dabis de theſauro,& de fiſco Regis,

Et à me.Ego Artaxerxes rex ſtatui atq; decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicæ,qui ſunt trans flumen,vt quodcunque petierit à vobis Eſdras Sacerdos,ſcriba Legis Dei cęli,abſq; mora detis,

Vſque ad argenti talenta centũ,& vſque ad frumẽti coros centũ,& vſq; ad vini batos centũ,& vſque ad batos olei cẽtum,ſal verò abſque menſura.

Omne quod ad ritum Dei cęli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cęli: ne fortè iraſcatur contra regnum Regis & filiorum eius.

D

Vobis quoque notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus,& Leuitis,& cãtoribus,& ianitoribus,Nathinæis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributũ,& annonas non habeatis poteſtatẽ imponẽdi ſuper eos.

Tu autẽ Eſdra ſecundũ ſapientiam Dei tui,quę eſt in manu tua, cõſtitue iudices & pręſides, vt iudicent omni populo qui eſt trans Flumen,his vi-

Ac faceret, ולעשות.i.adimpleret eã. Præceptũ & iudiciũ. חוק ומשפט: Sing.Heb.pro plur.ſtatuta & iudicia.i.iudicialia. Alii,ritus[cæremonias]& iudicia. 11 Epiſtolæ הנשתון Eſdras quũ accingeret ſeſe itineri,accepit literas à Rege. 12 Rex regũ מלך מלכיא .i. Regũ maximus. Cõſummato,גמיר perfecto.abſolutiſſimo.i.doctiſſimo,& omnibus numeris abſoluto. Et ipſi Cheyenéth, וכענת: ſub. ſalutẽ dicit.Nomen eſt gentis quæ habitabat vltra Euphratẽ,in terra Iſraelis. 13 Poſitũ eſt decretũ,שים טעם factũ eſt edictum.i.à me decretũ eſt quòd,&c. Quicunque ſpontaneus eſt כל־מתנרב quicũque ſponte ſua.ſub.ſeſe obtulerit.i.quicũque voluerit ire,vel,cuicũque placuerit ire,per me licebit vt eat. 14 Quemadmodũ לל־קבל די Ad verbũ Gallicè redderemus,*Tout ainſi que*. pendet ſententia,quæ perficietur in fine verſus 17,ſubaudiendo,ita facias. Et ſeptem conſiliariorũ e. ושבעת יעטוהי Septem illi cõſiliarii erant viri ſapientiſſimi, doctiſſimi,& prudentiſſimi,qui aſſiſtebant Regi,erántque illi à cõſilio. Miſſus es, שליח mitteris. Vt inquiras in Iehudæã,&c. לבקרא על־יהוד וגו׳ .i.vt inquiras an Iehudæi & Ieroſolymitæ ſeruent Legẽ Dei quam habes in promptu,ſiue quã tenes. Quidã vertunt,vt viſites Iehudæã & Ieruſalem,&c. 15 Tabernaculum משכנה: tentorium.habitaculũ.i.templum. Ad verbũ,cuius in Ieruשſaláim tabernaculũ eius. 16 Et omne argentũ & aurum וכל כסף ודהב .i.omnẽ pecuniam. Cũ ſpontaneis populi, עם התנדבות עמא .i.cũ iis qui ſeſe liberales oſtenderunt:ſiue,qui liberalitatem ſuam exercuerunt erga populũ. 18 Facite. תעבדון: q.d. per me licebit vobis facere quod voletis. 19 Porrò vaſa quæ,&c. ומאניא די־מתיהבין לך .i.porrò vaſa quæ concredita ſunt fidei tuæ,vt cedant in vſum templi Dei tui, depone coram Deo in Ieruſalem.vel coram Deo Ieruſalem.i.ciuium Ieruſalem:hoc eſt,quem colunt Ieroſolymitani. 20 Et cætera quæ fuerint neceſſaria ושאר חשחות Ad verbum,reſiduum neceſſitatis.i. rerum neceſſariarum domus. Quæ conuenerit te די־יפל־לך quæ decuerit te. 21 Omnibus theſaurariis לכל גזבריא .i.vobis omnibus qui præeſtis arcæ publicæ,& habitatis in regione quæ ſita eſt vltra Euphratem. 22 Et ſal quod non ſcriptum eſt. ומלח די־לא כתב: & ſalis quantũ non eſt ſcriptum. vel,nõ ſcribitur.i.ſalis menſuram non deſcriptam,ſiue præſcriptam & præfinitã,ſed indefinitam & incertã. 23 Quicquid fuerit ex decreto,&c. כל־די־מן טעם אלה שמיא Quicquid Deus cæli præceperit fieri. Cuius vt quid futura eſt ira די למה להוא קצף cur enim *cõmittemus* vt ſit ira.ſub. Dei. 24 Omnibus Sacerdotibus, כל־כהניא .i.nullis Sacerdotibus. q.d.volo omnes iſtos eſſe immunes:nolo quempiam eſſe,qui poſſit imponere illis tributũ,&c. Imponet. למרמא: Ad verbũ,iniiciet. 25 Quæ *eſt* in manu tua, די־בידך .i.quã habes in promptu.

delicet qui nouerũt Legẽ Dei tui: ſed imperitos docete liberè.

Et omnis qui non fecerit Legem Dei tui, & legem Regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in condemnationẽ ſubſtantiæ eius, vel certè in carcerẽ.

Benedictus Dominus Deus Patrũ noſtrorum, qui dedit hoc in corde Regis vt glorificaret domum Domini quæ eſt in Ieruſalem,

Et in me inclinauit miſericordiam ſuam coram Rege & cõſiliatoribus eius, & vniuerſis principibus Regis potentibus: & ego cõfortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderent mecum. Cap. VIII.

Eſdr.8c.

HI ſunt ergo principes familiarũ & genealogia eorum qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis Regis, de Babylone,

De filiis Phinees, Gerſom: de filiis Ithamar, Daniel: de filiis Dauid, Hattus.

De filiie Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta.

De filiis, Phahat-moab, Elioenai filius Zarehe: & cum eo ducenti viri.

De filiis Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri,

De filiis Adan, Abed filius Ionathã: & cum eo quinquaginta viri.

De filiis AElam, Eſaias filius Athaliæ: & cum eo ſeptuaginta viri.

De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri.

De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decẽ & octo viri.

De filiis Selomith, filius Ioſphiæ: & cum eo centum ſexaginta viri.

De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo vigintiocto viri.

De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centũ & decem viri.

De filiis Adonicam, qui erãt nouiſſimi, & hæc nomina eorum, Eliphelet, & Iehiel, & Samaias: & cũ eis ſexaginta viri.

De filiis Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis ſeptuaginta viri.

Cõgregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuique in populo & in Sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi.

Itaque miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterũ Elnathan, & Nathan, & Zachariã, & Moſollam, principes: & Ioiarib, & Elnathan ſapientes.

eum qui non nouerit, docebitis.

26 Omnem autem qui non fecerit Legem Dei tui, & legem Regis, celeriter ″iudicium fiat de eo, ſiue ad mortem, ſiue ″ad eradicationẽ eius, ſiue ad condẽnationẽ ſubſtantiæ, ″& ad vinciendum.

27 ″Benedict⁹ Iehouáh Deus Patrũ noſtrorũ, ꝗ dedit ″tale quidpiã in corde Regis, vt glorificaret domũ Iehouæ quæ *eſt* in Ieruשſaláim.

Gratias agit Deo Eſdras.

28 ″Et ſuper me inclinauit miſericordiam coram Rege & conſiliariis eius, & omnibus principibus Regis potentibus: & ego ″confortatus manu Dei mei ſuper me, congregaui de Iשſraאele principes, ″vt aſcenderent mecum. Cap. VIII.

1 ISti autẽ ſunt principes ″patrũ eorũ, & genealogia ipſorũ ″qui aſcẽderunt mecũ ″in regno Arhaחhשſaסſthé Regis, de Babél.

Qui cum Eſdra aſcenderint Ieroſolymam.

2 De filiis Pinחháסs, Gerשſom: de filiis אIthamár, Daniאél: de filiis Dauidis, חHattúשs.

3 De filiis שSecheniáh, *qui erat* de filiis Parעóשs, Zechariáh, ″& cũ eo genealogia maſculorum, centum & quinquaginta.

4 De filiis Paחhath-moáb, אElieho'עenái filius Zeraחhiáh, & cum eo *erant* ducenti maſculi.

5 De filiis שSechaniáh, ″filius Iaחhaziél, & cũ eo trecenti maſculi.

6 De filiis עAdin, עEbed filius Ionathán, & cum eo quinquaginta maſculi.

7 De filiis autem 'עElám, Ieשſaעaiáh filius עAthaliáh, & cum eo ſeptuaginta maſculi.

8 Et de filiis שSephatiáh, Zebadiáh filius Michaאél, & cũ eo octoginta maſculi.

9 De filiis Ioáb, עObadiáh filius Ieחhiאél, & cum eo ducenti & octodecim maſculi.

10 Et de filiis שSelomíth, filius Ioסſaphiáh, & cum eo centũ & ſexaginta maſculi.

11 De filiis verò Bebái, Zechariáh filius Bebái, & cum eo viginti & octo maſculi.

12 Et de filiis עAzgád, Ioחhanán filius Haccathán, & cum eo centum & decem maſculi.

13 Et de filiis Adonicám ″nouiſſimis, quorũ nomina hæc ſunt, אEliphélet, Ie'עiאél, & שSemaעaiáh, & cum eis ſexaginta maſculi.

14 De filiis verò Biguái, 'עVtthái, & Zabúd, & cum eo ſeptuaginta maſculi.

15 Congregaui autẽ eos ad fluuium ″qui venit in Aחhauá, & manſimus ibi ″diebus tribus: ″poſthæc conſideraui populum, & Sacerdotes, & de filiis Leui non inueni ibi.

16 Miſi itaque ad אEliעézer, ad Ariאél, ad שSemaעaiáh, & ad אElnathán, & ad Iaríb, & ad אElnathán, & ad Nathã, & ad Zechariáh, & Meשſullám, principes, & ad Ioiarib & ad אElnathán, peritos.

26 Iudiciũ fiat de eo, דינה להוא מתעבר מנה q.d. volo iudiciũ fieri de eo. id eſt, morietur, aut mittetur in exiliũ vel, multabitur multa pecuniaria, aut retrudetur in carcerẽ, pro exigentia vel circũſtantia peccati. Ad eradicationẽ לשרושי .i. ad exilium. Et ad vinciendum. ולאסורין: aut, ad carceres. ſiue, vincula. 27 Benedictus ברוך .i. laudetur ab omnibus. Tale quidpiam כזאת Ad verbũ, ſecundũ hoc. 28 Et ſuper me inclinauit, &c.′ ועלי חסה וגו .i. Quique reddidit me gratioſum Regi. dignũ miſericordia & gratia. Cõfortatus התחזקתי corroboratus. i. Tunc cœpi eſſe forti animo pro gratia & fauore quo me proſequebatur Deus meus, & congregaui, &c. Vt aſcenderẽt mecum. לעלות עמי: ſub. de Babylone in Ieruſalem.

IN CAPVT VII.

1 Patrũ e. אבותיהם .i. familiarũ. In hoc capite recẽſentur nominatim per genealogias ſuas principes familiarũ, ſiue duces qui vnà cũ Eſdra aſcenderunt de tranſmigratione Babylonica in Ieruſalem, regnante in Babylone Dario Rege. Qui aſcenderunt העולים Reperi debet quod præceſſit, genealogia inquam eorũ qui aſcend. vel, nempe genealogia, &c. In regno Art. Regis במלכות ארתחשסתא המלך .i. regnãte Artaxerxe Rege. 3 Et cum eo genealogia maſc. ועמו התיחש לזכרים Hebraiſmus, id eſt qui dux erat centum quinquaginta virorũ inſignium, egregiorum, magnanimorũ, ac bellicoſorum. vel, qui ſecum ducebat centum quinquaginta inſignes, &c. Idem in ſequentibus nomine Maſculi ſignificabit. 5 Filius Iaחhaziel, בן יחזיאל Subticet nomen proprium iſtius. 13 Nouiſſimis, אחרונים poſtremis. vel, qui erant poſtremi. i. qui poſtremo loco ſequuti ſunt Eſdram. 15 Qui venit הבא qui incurrit. influit, i. exoneratur. Diebus tribus: ימים שלושה ad eos ſcilicet congregandos. Poſt hæc conſideraui pop. ואבינה בעם .i. recenſui numerũ, ſiue quantus eſſet numerus plebeiorum & Sacerdotum. Gallicè, *Ie fei la reueue.*

17 ″Et præcepi eis de אIddó″duce in Chaסſiphiáh loco,′poſuíq; ĩ ore eorũ verba quæ loquerẽtur ad אIddó,& fratrẽ eius′Nethinĩ in Chaסſiphiáh loco, vt adducerẽt nobis miniſtros ꝑ domo Dei noſtri.

18 Adduxerunt ergo nobis″iuxta manum Dei noſtri bonam ſuper nos,″virum intelligentẽ de filiis Maחhalí filii Leui filii Iשſraאél,& שSerebiáh,& filios eius & fratres eius octodecim.

19 Et חHaשſabiáh,& cum eo Ieשſayiáh de filiis Merari,fratres eius, & filios eorum viginti.

Nathinæi.

20 De Nethinæis verò″quos poſuerat Dauid,& principes ad miniſterium Leuitarum,Nethinæos ducentos & viginti.omnes hi″expoſiti fuerunt nominibus.

Prædicato ieiunio orant à Deo viã ſuam dirigi.

21 Tunc indixi ibi ieiunium iuxta fluuium Aהhauá,′vt affligeremus nos coram Deo noſtro,″vt quæreremus ab eo viam rectam nobis,& paruulis noſtris ac vniuerſæ ſubſtantiæ noſtræ.

22 ′Erubui enim petere à Rege exercitum & equites,vt tuerentur nos ab inimico in via. dixeramus enim ad Regem,dicendo,″Manus Dei noſtri *eſt* ſuper omnes requirentes eum″in bonitate: fortitudo verò & furor eius ſuper omnes qui derelinquunt eum.

23 Ieiunauimus itaque,″& petiuimus à Deo noſtro propter hoc,″& placatus eſt nobis.

24 Separaui autem″de principibus Sacerdotũ duodecim, שSerebiáh חHaשſabiáh,& cum eis ex fratribus eorum decem.

25 ″Et appendi eis argentum & aurum,″& vaſa illa,oblationẽ domus Dei noſtri,quam obtulerãt Rex & conſiliarii eius, & principes eius,″& vniuerſus Iשſraאél qui reperti fuerant.

26 Appẽdi inquã in manibus eorũ argenti talenta ſexcẽta,& quinquaginta,& vaſa argentea′centũ talentorũ,& auri centum talẽta.

27 ″Et crateres aureos viginti,drachmarum mille:& vaſa″ærea aurei coloris boni,duo,″deſiderabilia vt aurum.

28 Poſtea dixi eis,Vos eſtis″ſanctitas Iehouæ, & vaſa ſanctitas: & argentum illud & aurum *eſt* oblatio ſponte facta Iehouæ Deo Patrum noſtrorum.

29 ″Vigilate & cuſtodite,donec′appendatis coram principibus Sacerdotum & Leuitarum, & principibus familiarum Iשſraאelis in Ieruשſaláim″in cubiculis domus Iehouæ.

30 Suſceperunt ergo Sacerdotes illi″& Leuitæ põdus argẽti, & auri & vaſorum,″vt adducerẽt in Ieruשſaláim ad domum Dei noſtri.

17 Et miſi eos ad Eddo,qui eſt primus in Chaſphiæ loco, & poſui in ore eorũ verba quę loquerentur ad Eddo,& fratres eius Nathinæos in loco Chaſphiæ,vt adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri.

18 Et adduxerunt nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſſimum de filiis Moholi filii Leui filii Iſrael & ,Sarabiã & filios eius, & fratres eius decem & octo:

19 Et Haſabiam,& cum eo Eſaiam de filiis Merari,fratréſque eius, & filios eius viginti.

20 Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad miniſteria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti. omnes hi ſuis nominibus vocabãtur. D

21 Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Deo noſtro, & peteremus ab eo viã rectam nobis & filiis noſtris,vniuerſæque ſubſtãtiæ noſtræ.

22 Erubui enim petere Regem auxiliũ & equites, qui defenderent nos ab inimico in via .quia dixeramus Regi,Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum.

23 Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum pro hoc,& euenit nobis proſperè. E

24 Et ſeparaui de principibus Sacerdotum duodecim,Sarabiã,& Haſabiã,& cum eis de fratribus eorum decem,

25 Appendique eis argentum & aurum, & vaſa conſecrata domus Dei noſtri, quæ obtulerat Rex & cõſiliatores eius, & principes eius, vniuerſúſque Iſrael eorũ qui inuenti fuerãt:

26 Et appendi in manibus eorum talenta ſexcenta quinquaginta, & vaſa argentea centum,auri centũ talenta:

27 Et crateres aureos viginti, qui habebant ſolidos millenos: & vaſa æris fulgẽtis optimi,duo,pulchra vt aurũ.

28 Et dixi eis, Vos ſancti Domini, & vaſa ſancta, & argentũ & aurũ quod ſponte oblatum eſt Domino Deo Patrum veſtrorum: F

29 Vigilate & cuſtodite,donec appendatis corã principibus Sacerdotũ, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem,in theſauris domus Domini.

30 Suſceperunt autem Sacerdotes & Leuitæ pondus argenti,& auri, & vaſorum, vt deferrent Ieruſalem in domum Dei noſtri.

17 Et præcepi eis ואוצאה אותם id eſt præcepta ac mandata dedi illis. Duce in Chaסſiphiáhloco, הראש בכספיא המקום .i.qui præerat loco illi fortiſſimo ac munitiſſimo,& fortè inexpugnabili. Poſuique in ore e.verba quæ loq. ואשימה בפיהם דברים לדבר Hebraiſmus,ſignificat admonere aliquẽ eorum quæ dicturus ſit. q.d.dictaui illis quæ loquerentur. Nethinim הנתינים Legitur & הנתונים poſitos.i.qui collocati erant in,&c. 18 Iuxta manum Dei noſtri bonam ſuper nos, כיד אלהינו הטובה עלינו Hebraiſmus,pro fauore Dei noſtri erga nos,ſiue quo proſequebatur nos.De hoc,capite præcedẽti,verſu 6 & 9. Virum intell. איש שכל Ad verbũ,virum intellectus.i.ſapientiſſimũ ac prudentiſſimũ. 20 Quos poſ. שנתן quos tradiderat.i.dedicauerat operi ac miniſterio Leuitarũ. Expoſiti fuer.nominibꝰ נקבו בשמות: deſignati fuerũt nominibus.ſub.ſuis. 21 Vt affligeremus nos להתענות .i.vt affligeremus corpora noſtra:vt hac ratione teſtaremur nos peccatores eſſe,& peccaſſe in Dominũ. Vt quæreremus,&c.לבקש ממנו דרך ישרה לנו.i.& peteremus ab eo vt oſtẽderet nobis viã rectã. 22 Erubui e.׳כי בו שתי Siquidẽ puduit me.q.d.habui rationẽ nominis Dei. Manus Dei no.&c.׳יד־אלהינו וגו q.d.Solet Deus noſter tueri ac protegere quotquot requirũt eũ,& illis oſtẽdere fortitudinẽ ſuã:furorẽ autẽ ſuũ cõtra omnes qui deficiũt ab ipſo. In bonitate: לטובה in bonũ. 23 Et petiuimus à Deo noſtro propter hoc, ונבקשה מאלהינו על־זאת.i.fecimus petitionẽ noſtram ad Deũ,vt oſtẽderet nobis viam rectam. Et placatus eſt nobis. ויעתר לנו: & exoratus eſt nobis.i.exaudiuit preces noſtras. 24 De principibus Sacerdotũ משרי הכוהנים .i.ex iis qui inter Sacerdotes primas tenebant. 25 Et appendi eis arg.&c. ואשקלה להם את־הכסף.i.appenſum, vel in pondere tradidi argentũ. Et vaſa illa, ואת־הכלים.i.quæ mihi cõcredita fuerãt.ſuprà capite præcedẽti,verſu 19. Appoſitiuè oblationem,&c. Et vniuerſus Iſrael,&c. וכל־ישראל הנמצאים .i.omnes Iſraelitæ qui inuenti ſunt,ſiue qui erãt in Babylone. 26 Centum talentorũ מאה לככרים Id eſt ad pondus centum talentorũ. q.d.omnia vaſa argentea ſimul appenderunt centum talenta. Alii diſtinguunt poſt centum: tanquam fuerint centũ vaſa argentea,& vnumquodque vas appenderit centũ talenta.q.d.vaſa argentea centum,totidem talentorum.

27 Et crateres aureos וכפורי זהב Et pelues aureos.Alii,Et cochlearia aurea. AErea aurei coloris bo. נחושת מוצהב טובה æris fulgentis [fului,ſplendentis]boni.i.pretioſi ac probati. Deſiderabilia vt aurũ. חמודות כזהב: .i.pretioſa tanquã aurũ optimũ.q.d.duo vaſa ænea pretioſiſſima & elegantiſſima. 28 Sanctitas Ieh.& vaſa ſanct. קודש ליהוה והכלים קודש .i. dicati ac conſecrati Domino,vaſa quoque dicata & conſecrata Domino.q.d.par eſt ergo vt rem Deo conſecratã curetis deferendam in templũ ſuum. 29 Vigilate & cuſtodite, שקדו ושמרו .i.diligenter cuſtodite illa.q.d.ego cómitto illa fidei veſtræ. Appendatis תשקלו .i.in pondere tribuatis, & reddatis ac deponatis ea. In cubiculis הלשכות in exedris.gazophylaciis. 30 Et Leuitæ והלוים qui ſcilicet adiuncti erant illis Sacerdotibus. Vt adducerent להביא vt deferrent.vel,deferendum curarent.

31 Promouim⁹ ergo à flumine Ahaua, duodecimo die menſis primi, vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in via.

32 Et venimus Ieruſalem, & mãſimus ibi tribus diebus:

33 Die autem quarta appenſum eſt argentum, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri per manum Meremoth filii Vriæ Sacerdotis: & cũ eo Eleazar filius Phinees: cúmque eis Iozabel filius Ioſue, & Noadia filius Bennoi Leuitæ. G

34 Iuxta numerum & pondus omniũ, deſcriptum eſt omne pondus in tempore illo.

35 Sed & qui venerant de captiuitate filii tranſmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Iſrael, vitulos duodecim pro omni populo Iſrael, arietes nonagintaſex, agnos ſeptuaginta ſeptẽ, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocauſtum Domino.

36 Dederunt autẽ edicta Regis Satrapis, qui erant de conſpectu Regis & ducibus trans flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

Cap. IX.

ꝑ. Eſdr. 8. c.

1 POſtquam autem hæc completa ſunt, acceſſerũt ad me principes, dicentes, Non eſt ſeparatus populus Iſrael & Sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarũ, & de abominationibus eorũ, Chananæi videlicet & Hethæi, Pherezæi & Iebuſæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & AEgyptiorũ, & Amorrhæorum:

2 Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi, & filiis ſuis: & commiſcuerunt ſemẽ ſanctum cum populis terrarum: manus etiam principũ & magiſtratuum fuit in trãgreſſione hac prima.

3 Quúmque audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicã, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens.

4 Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Iſrael, pro tranſgreſſione eorum qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam triſtis, vſque ad ſacrificium veſpertinum.

5 B Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum:

6 Et dixi, Deus meus, confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniã iniquitates noſtræ multipli-

31 ″Profecti autem ſumus à flumine Aהhauá duodecima *die*″mẽſis primi, vt iremus in Ieruשſaláim: ″& manus Dei noſtri fuit ſuper nos, eruítque nos de manu inimici & inſidiatoris in via.

Deus dux itineris Eſdræ.

32 ″Tandẽ peruenimus Ieruשſaláim, & manſimus ibi tribus diebus.

33 Die autem quarta appenſum eſt argentum & aurum, & vaſa *illa* in domo Dei noſtri per manum Meremóth filii אVriiáh Sacerdotis, & cum eo *erat* אElyazár filius Pinחháos: cum illis verò *erat* Iozabád filius Ieשſúay, & Noyadiáh filius Binnúi Leuitæ.

34 In numero & pondere per omnia: & deſcriptũ eſt vniuerſum illud pondus tempore illo.

35 ″*Porrò* qui venerant de captiuitate, filii tranſmigrationis, obtulerunt holocauſta Deo Iשſraאelis, vitulos″duodecim pro toto Iשſraאele, arietes nonagintaſex, agnos ſeptuagintaſeptem, ″hircos *ſacrificii pro* peccato duodecim, ″omnia in holocauſtum Iehouæ.

36 Et tradiderunt ″leges Regis ſatrapis ″eius, & ducibus″*qui erant* trans flumen, ″& exaltauerunt populum, & domum Dei.

Cap. IX.

1 QVúmque perfeciſſent hæc, ″acceſſerũt ad me principes, dicẽdo, Non ſeparauit ſeſe ″populus Iשſraאelis, & Sacerdotes, & Leuitæ à populis ″terrarum: in abominationibus illorum, Chenaעanæorum, חHitthæorum, Perizæorum, Iebuסſæorũ, עAmmonitarum, & Moabitarum, Miצſritarum, & אEmoræorum, ″*ſunt abominationes eorum*:

A Egrè fert Eſdras quòd populus Iſraeliticus connubia inierit cum Gentibus.

2 Quia tulerunt″de filiabus eorũ ſibi & filiis ſuis: miſtúmque eſt ſemen ſanctum cum populis terrarum: ″& manus principum & magiſtratuum fuit in præuaricatione iſta, prima.

3 ″Quod verbum quum audiſſem, ſcidi″veſtimentum meum, & tunicam meam, & euulſi″capillos capitis mei, & barbam meam, ″ac ſedi ſtupens.

4 Congregatíque ſunt ad me omnes″pauidi in verbis Dei Iשſraאelis ob præuaricationem″*filiorum* tranſmigrationis: ego autem ſedebam ſtupens″vſque ad ſacrificium veſpertinum.

5 At in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea: quúmq; ſcidiſſem veſtimentum meũ & tunicã meam, ″curuaui me ſuper genua mea, atque expãdi palmas meas ad Iehouam Deũ meum:

6 Ac dixi, Deus mi, pudet me & erubeſco attollere Deus mi faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſũt

Oratio Eſdræ cõfitentis peccata ſua & populi.

31 Profecti autem ſumus à flu. ונסעה מנהר Promouimus autem à ripa fluminis. Menſis primi, לחודש הראשון is eſt menſis Niſan. Et manus Dei noſtri, &c. ויד אלהינו וגו׳ Hebraiſmus, de quo antea. Manum Dei vocat gratiã & auxilium. q. d. Deus noſter auxiliatus eſt nobis, liberauitque nos ab inimicis noſtris & iis qui inſidiabantur nobis in via. 32 Tandem peruenimus ונבוא Ad verbũ, Et venimus. 35 *Porrò* qui venerant de capt. filii tranſm. הבאים מהשבי בני הגולה Ad verbum, Venientes de captiuitate filii tranſmigr. i. Qui venientes fuerant cum Eſdra de captiuitate Babylonica, id eſt filii tranſmigrationis. hoc eſt qui tranſmigrauerũt in Babylonem, vnde poſtea vnà cum Eſdra reuerſi erant. Duodecim שנים עשר Erant enim duodecim tribus in Iſraele. Hircos *ſacrificii pro* peccato צפירי חטאת Ad verbum, hircos peccati. i. in ſacrificium pro peccato. Omnia הכל ſub. inquam illa obtulerunt.

36 Leges Regis את דתי המלך edicta Regis. i. epiſtolam Regis quæ continebat edicta ſupradicta. Eius, המלך Ad verbum, Regis. Antecedens pro relatiuo. *Qui erant* Vel, *regionis quæ erat.* Et exaltauerunt, &c. ונשאו וגו׳ .i. Satrapæ illi & duces Regis exaltauerunt populum illum qui redierat è captiuitate Babylonica.

IN CAPVT IX.

1 Acceſſerunt ad me נגשו אלי .i. admouerunt ſeſe. q. d. ſua ſponte & vltro venerunt ad me. Gallicè, *ſapprocherent de moy.* Populus העם Intellige plebem ac vulgum. Terrarum: הארצות .i. aliarum regionum ac prouinciarum, nempe Chananæorum. Seipſum mox declarat. *Sunt abominationes eorum.* Iſtud ſubauditum eſt ad perficiendam ſententiam. i. opera eorum mala, ſimilia ſunt operibus Chananæorum, &c. eadem faciunt quæ facere ſolebant Chananæi, &c. 2 De filiabus eorum מבנותיהם Mulieres autem illæ alliciebãt & pertrahebant viros ſuos ad cultum deorum alienorum. Et manus principum, &c. ויד השרים וגו׳ .i. principes quidem & magiſtratus, omnium primi cœperunt hoc facto tranſgredi Legẽ Dei, & præuaricari in eam. 3 Quod verbũ את הדבר הזה Quam rem. nẽpe Legem Dei eſſe violatam. Veſtimentum meum, את בגדי veſtem meam. i. pallium. pro veſte exteriore hic accipitur. Capillos משער de pilis. i. partem pilorum & barbæ. Ac ſedi ſtupens. ואשבה משומם: & deſedi pauidus. attonitus: præ admiratione ſcilicet. q. d. ſciſſione veſtimentorũ meorum, &c. volui oſtendere ac teſtari dolorem cordis mei, & zelum quem habebam ob tranſgreſſionem Legis Dei.

4 Pauidi חרד trepidantes. i. omnes timentes verbum Dei. *Filiorum* tranſmigrationis: הגולה .i. eorum qui tranſmigrauerant in Babylonem, vnde tamen poſtea redierant duce Zorobabele. Vſque ad ſacrificium veſpert. עד למנחת הערב: .i. vſque ad tempus quo fieri ſolet ſacrificium veſpertinum. 5 Curuaui me ſuper genua m. ואכרעה על ברכי accidi in genua.

′ſuper caput, & delicta noſtra creuerunt′vſque ad cælum.

7 A diebus patrum noſtrorum″fuimus in delicto magno vſque ad diē hanc, ac propter iniquitates noſtras traditi ſumus nos, Reges noſtri, & Sacerdotes noſtri in manū Regum terrarum, in gladium, in captiuitatem, & in rapinam, ″& in pudorē vultus, ″ſecundum diem hanc.

8 ′Nunc autē modico momento fuit miſericordia à Iehoua Deo noſtro, *ita* vt relinqueret nobis ″*homines* euaſionis, & daret nobis ′clauum in loco ſancto ſuo, vt illuminaret ′oculos noſtros Deus noſter, & daret nobis′vitam modicam in ſeruitute noſtra:

9 ′Quia ſerui eramus, & in ſeruitute noſtra nō dereliquit nos Deus noſter, ″ſed inclinauit ſuper nos miſericordiam coram Rege Paráɔs, ″vt daret nobis vitam, ″vt exaltaret domum Dei noſtri, & inſtauraret ſolitudines eius, & daret nobis ″ſepem in Iehudáh & in Ieruwſaláim.

10 Nunc ergo quid dicemus, ô Deus noſter, ″poſt hæc? ″nam dereliquimus præcepta tua,

11 ′Quæ præcepiſti per manum ſeruorum tuorum Prophetarum, dicendo, Terra ad quam ingredimini vt poſſideatis eam, terra immunda eſt ob immunditiam populorum″terrarum, propter abominationes quibus repleuerunt eā′ab ore ad os immunditia ſua.

12 Idcirco nunc filias veſtras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis veſtris, ″neque quæratis pacem eorū & bonum eorum vſque in ſeculum: ″vt confortemini, & comedatis bonum terræ, & iure hæreditario *eam* poſſidendam tradatis filiis veſtris vſque in ſeculum.

13 Poſt omnia verò quæ euenerūt nobis propter opera noſtra mala, & propter delictum noſtrum magnum (quum tu Deus noſter ″prohibueris ″ne *eſſemus* deorſum propter iniquitates noſtras, & dederis nobis euaſionem″talem.)

14 Nunquid reuertemur′ad diſſipandum præcepta tua, ″& ad affinitatē contrahendam cum populis′abominationum iſtarū? nunquid non″iraſcêris contra nos vſque ad conſumptionem, *ita* vt nō

catæ ſūt ſuper caput, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum,

7 A diebus patrum noſtrorum: ſed & noſipſi peccauimus grauiter vſque ad diē hanc, & pro iniquitatibus noſtris traditi ſumus ipſi & Reges noſtri & Sacerdotes noſtri in manū Regum terrarum, & in gladium, in captiuitatem, & rapinam, & in confuſionem vultus, ſicut & die hac.

C

8 Et nūc quaſi ad parū & ad momētum facta eſt deprecatio noſtra apud Dominū Deum noſtrū, vt dimitterētur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillꝰ in loco ſācto eiꝰ, & illuminaret oculos noſtros Deꝰ noſter: & daret nobis vitā modicā in ſeruitute noſtra:

9 Quia ſerui ſumus, & in ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter: & inclinauit ſuper nos miſericordiā coram Rege Perſarum, vt daret nobis vitam, & ſublimaret domum Dei noſtri, & extrueret ſolitudines eius, & daret nobis ſepē in Iuda & Ieruſalē.

10 Et nūc quid dicemus Deus noſter poſt hæc? quia dereliquimus mandata tua,

11 Quæ præcepiſti in manu ſeruorum tuorū Prophetarum, dicēs, |Terra ad quam vos ingredimini vt poſſideatis eā, terra immūda eſt iuxta immūditiā populorū, cęterarúmque terrarū, abominationibꝰ eorū, quę repleuerūt eā ab ore vſq; ad os coinquinatione ſua.

Deut.7.a.1

D

12 Nunc ergo filias veſtras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis veſtris: & non quæratis pacē eorum vſque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona ſunt terræ, & hæredes habeatis filios veſtros vſque in ſeculum.

13 Et poſt omnia quæ venerunt ſuper nos in operibus noſtris peſſimis, & in delicto noſtro magno, quia tu Deꝰ noſter liberaſti nos de iniquitate noſtra, & dediſti nobis ſalutem ſicut eſt hodie,

14 Vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum iſtarum? nunquid iratus es nobis vſque ad conſummatio-

6 Super caput, למעלה ראש Hebraiſmus, adeò multiplicatæ ſunt vt excedāt capita noſtra: hoc eſt, vt obruāt nos. q.d. obruti ſumus iniquitatibus noſtris. Metaphora ſumpta eſt ab aquis. Vſque ad cælum. עד־לשמים׃ Hyperbole, adeò creuerunt, vt cælum ipſum pertingere videantur. 7 Fuimus אנחנו ſumus. Et in pudorem vultus, ובבושת פנים & in pudorem faciei. i. in confuſionem. Secundum diem hanc. כהיום הזה׃ .i. vt videre eſt. vel vt hoc quoque die apparet.

8 Nunc autem modico momento, &c. ועתה כמעט רגע וגו׳ Ad verbum, Et nunc iuxta paruum [modicū] momentū. vel parum momenti. Hebraiſmus, in quo nonnulla ſubaudienda, acſi dicat, Quum magna & multa eſſent peccata noſtra, modico momento, ſiue ſubitò ac repēte, miſertus eſt noſtri Dominus Deus noſter. *Homines* euaſionis, פליטה Hebraiſmus. pro euaſoribus. i. ita vt relinqueret ex nobis aliquot qui euaderent, ſeruarentur, ac liberarentur. Clauum יתד paxillum. i. ſedes certas, fixas, ſtabiles, ac permanentes. Solent enim è paxillis dependere veſtes & cætera huiuſmodi. Oculos noſtros עינינו Oculos mentis intelligit, ſiue animi: id eſt vt oſtenderet nobis iuſtitiam ſuam & miſericordiam, & ita agnoſceremus peccata noſtra, ac tandem reſipiſceremus. Vitam modicam מחיה מעט modicum vitæ. i. parum reſpirationis, refrigerii, & ſolatii. 9 Quia ſerui eramus, כי־עבדים אנחנו Declarat præcedentem verſum, Serui enim eramus Regis Babyloniorum, &c. Sed inclinauit ויט ſed extendit. Vt daret nobis vitam, לתת־לנו מחיה .i. vt ſineret nos viuere, & aliquantulum reſpirare.

Vt exaltaret לרומם vt erigeret. Iſtud præcedenti verbo ita connectunt, vt in vita noſtra, ſiue nobis viuentibus, noſtróque tempore extrueretur, ſiue inſtauraretur templum. Et inſtauraret ולהעמיד Ad verbum, & ſtare faceret. Sepem גדר Sic vocat munimentum atque mœnia. i. vt tuti incoleremus Iudæam & Ieruſalem citra iniuriam hoſtium. Solent enim ſepes arcere feras ab agris.

10 Poſt hæc? אחרי־זאת .i. poſteaquam omnia illa euenerunt nobis? Nam dereliquimus כי עזבנו Quidam exponunt, quum dereliquerimus præcepta ac mandata tua. 11 Quæ præcepiſti, &c. אשר צוית וגו׳ q.d. non potuimus ea ignorare. Vide Deut. 7.a.1. Terrarum, הארצות .i. aliarum nationum. Ab ore ad os מפה אל־פה .i. vſque ad ſummum. Metaphora à vaſe quod plenum eſt ad labra vſque. Gallicè, *de bort a bort*. 12 Neque quæratis pacem eorū & bonum eorū ולא תדרשו שלומם וטובתם Hebraiſmus, ne curetis ſalutem eorum: nihil poſthac ſit vobis cum illis cōmune. Eandem loquutionē habes Deut 23.a.5. Vt confortemini, למען תחזקו vt roboremini. i. vt ſitis fortiores illis: vel, vt fortiores facti, poſſitis illis reſiſtere. 13 Prohibueris חשכת cohibueris. ſub. teipſum. vel, iram tuam. Ne *eſſemus* deorſū propter iniquitates n. למטה מעוונינו Hebraiſmus, cohibueris te ne propter iniquitates noſtras deprimeres nos ac peſſundares: vel, ne prorſus inferiores eſſemus inimicis noſtris, vt reſurgere nō liceret nobis. nam ſtatim ſubiicit, Et dederis euaſionem talem. Sic Deut. 28.b.13, Ponétq; te Iehouah in caput, & non in caudam: eriſque duntaxat ſurſum, & non deorſum, quando obedieris, &c. Alii vertunt, infra iniquitates noſtras. i. non puniuiſti nos pro ratione peccatorum noſtrorum, & prout eramus meriti. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit, Tu prohibuiſti in inferiori loco peccata noſtra, ne ſurſum aſcēderent contra nos: iuxta illud Michææ 9.d.19, Et proiiciet in profunda maris omnia peccata noſtra. Magni nominis apud illos vir ſic interpretatur, Tu depreſſiſti quaſdā ex iniquitatibus noſtris, vt nō ſumeres vltionē de omnibus. Talē. כזאת׃ Ad verbum, ſecundum hoc. i. qualis nunc apparet. 14 Ad diſſipandum להפר vt diſſipemus. Et ad affinitatem contrah. ולהתחתן. Hic ו pro id eſt poſitum. Exponit enim quæ peccata intelligat, nempe affinitatem contrahere, &c. Abominationum iſtarū? התועבות האלה .i. qui has abominationes admittere ſolent. Iraſceris contra nos תאנף־בנו ſub. ſi hæc fecerimus.

nem, ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutem?

Domine Deus Iſrael, iuſtus es tu, quoniam derelicti ſumus, qui ſaluaremur ſicut die hac: ecce corā te ſumus in delicto noſtro. non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.

Cap. X.

3.Eſdr.8.g.1

SIc ergo orante Eſdra, & implorāte eo, & flente, & iacente ante tēplum Dei, collectus eſt ad eū de Iſrael cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo.

Et reſpondit Sechenias filius Iehiel de filiis AElam, & dixit Eſdræ, Nos prçuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc,

Percutiamus fœdus cum Deo noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos qui de his nati ſunt, iuxta voluntatē Domini & eorum qui timēt præceptum Domini Dei noſtri: ſecūdum Legem fiat.

Surge, tuū eſt diſcernere, nóſque erimus tecum: confortare, & fac.

Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit principes Sacerdotum & Leuitarum & omnem Iſrael, vt facerent ſecundū verbum hoc: & iurauerunt.

3.Eſdr.9.a.1

¶Et ſurrexit Eſdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filii Eliaſib, & ingreſſus eſt illuc: panē non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim trāſgreſſionem eorum qui venerant de captiuitate.

Et miſſa eſt vox in Iuda & in Ieruſalem omnibus filiis tranſmigrationis, vt congregarentur in Ieruſalem.

Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum & & ſeniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abiicietur de cœtu tranſmigrationis,

Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ieruſalem tribus diebus, ipſe eſt menſis nonus, viceſima die menſis: & ſedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuiis.

Et ſurrexit Eſdras Sacerdos, & dixit ad eos, Vos tranſgreſſi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictum Iſrael.

ſit″reſiduum & euaſio?

15 Iehouáh Deus Iשraאelis, tu es iuſtus,′quoniam reſidui ſumus *filii* euaſionis ſecundum diem hanc: en *adſumus* nos coram te″in delictis noſtris:″neque enim *licet nobis* cōſiſtere coram te propter hoc.

Cap. X.

Populum peccati pœnitet, & vxores alienigenas à ſe abiicit.

1 QVum autem oraret עEzrá,′& confiteretur flens,″& deprimeret ſeſe corā domo Dei, congregauerunt ſeſe ad eum de Iשraאele cœtus multus valde virorum & mulierum & paruulorum: quúmque fleuiſſet populus multo fletu,

2 ″Tunc loquutus eſt שSechaniáh filiis Ieחhiאél, de filius עElám, & dixit ad עEzrá, Nos præuaricati ſumus in Deum noſtrū,″quòd duximus mulieres alienigenas″de populis terræ:″at nunc ſpes eſt Iשraאeli ſuper hoc.

3 Nunc ergo′percutiamus fœdus cum Deo noſtro, quòd eiiciemus omnes″mulieres,″& natos ex eis, ſecundum cōſilium Domini, & *uirorum* timentium præceptum Dei noſtri: & ſecundum Legem fiat.

4 ″Surge, q̃a″ad te pertinet res,′& nos *erimus* tecū:′cōfortare, & fac.

5 Surrexit itaque עEzrá, & adiurauit principes Sacerdotū, ac Leuitarum, vniuerſúmque Iשraאelem,″vt facerent ſecundum verbum hoc: & iurauerunt.

6 Surrexit inquā עEzrá à facie domus Dei, & abiit in cubiculum Iehoחhanán filii אEliaשſib: abiit inquam illuc, *&* panem non comedit, nec aquam bibit:″lugebat enim ob præuaricationem *filiorum* tranſmigrationis.

7 ″Et voce præconis ſignificarunt in Iehudáh & Ieruשſaláim omnibus filiis tranſmigrationis, vt congregarentur in Ieruשſaláim.

8 Quicunque verò non veniret intra triduum, iuxta conſilium Principum & Seniorum, periret vniuerſa ſubſtantia eius, ipſéque ſepararetur à cœtu tranſmigrationis.

9 Congregati ſunt itaque omnes viri Iehudáh & Biniamín in Ieruשſaláim intra triduum illud,″viceſima *die* mēſis (ipſe *erat* mēſis nonus) ſederúntque vniuerſus populus in platea domus, trementes″propter rem illam,″& propter pluuias.

10 Surrexit itaque עEzrá Sacerdos, & dixit ad eos, Vos præuaricati eſtis, quòd duxiſtis mulieres alienigenas,′vt adderetis delicto Iשraאelis.

Reſiduum & euaſio? שארית ופליטה: .i. vt neminem in nobis relinquas qui euadat.
15 Quoniam reſidui ſumus, &c. כי נשארנו פליטה וגו' q.d. Multi quidē ex nobis perierunt, idque iuſto Dei iudicio: aliquot tamen ſeruati ſunt, magna ipſius Dei noſtri miſericordia, vt hodie apparet. In delictis noſtris: באשמתינו .i. peccatores. Neque enim, &c. כי־אין וגו' Non enim eſt conſiſtere in conſpectu tuo ſuper[cōtra] hoc. i. non ſunt nobis vires, hoc eſt opera bona aut merita, vt poſſimus reſiſtere tibi, & quibus tegere poſſimus hanc noſtram tranſgreſſionem ac præuaricationem.

IN CAPVT X.

1 Et confiteretur וכהתודותו & fateretur. ſub. peccata ſua & peccata populi. Et deprimeret ſeſe ומתנפל & demitteret ſeſe in terram. i. humi proſtratus. 2 Tunc loquutus eſt ויען Ad verbū, Et reſpondit. Quòd duximus ונושב ſub. in vxores. Ad verbū, & duximus.
De populis terræ: מעמי הארץ. i. quæ ſunt de filiabus populorum alienigenarū. At nunc ſpes eſt, &c. ועתה יש מקוה וגו' nunc autē *adhuc* ſpes eſt *aliqua* Iſraeli ſuper hoc. i. aliquid ſpei eſt Iſraeli vt conuertatur ad Dominum, & reſipiſcat. q.d. nos quidem peccatores ſumus: at Deus noſter miſericors eſt. Alii exponunt, Spes eſt Iſraeli, ac ſi dicat, poſſunt Iſraelitæ abiicere à ſe vxores ſuas alieni genas Alii, Nunc ergo *ſi* eſt ſpes Iſraeli ſuper hoc, Nunc inquam percutiamus, &c. Alii, Nunc autem éſtne ſpes Iſraeli ſuper hoc? ita ex doctis Hebræorum alter.
3 Percutiamus fœdus, &c. נכרת־ברית וגו' q.d. Reſipiſcamus abiiciendo vxores noſtras alienigenas. Mulieres, נשים ſub. alienigenas. vt paulo pòſt, verſu 10. Et natos ex eis, והנולד מהם .i. liberos earum. 4 Surge, קום quia iacebat humi. Ad te pertinet res, עליך הדבר Ad verbum, ſuper te res. i. tuum eſt iſtud facere. Et nos *erimus* tecum: ואנחנו עמך .i. nos aderimus, ac fauebimus tibi, feremúſq; opem. Confortare, & fac. חזק ועשה: .i. forti animo aggredere rem ipſam. His verbis vtuntur Hebræi ad exhortationem.
5 Vt facerent ſecūdum verbum hoc: לעשות כדבר הזה .i. vt ita facerent. 6 Lugebat מתאבל mœrebat. Alii, quòd lugeret propter tranſgreſſionem tranſmigrationis. i. eorum qui de tranſmigratione Babylonica redierant in Terram ſanctam.
7 Et voce præconis ſignificarunt ויעבירו קול Ad verbum, Et tranſire fecerunt vocem in Iehudah, &c.
9 Viceſima *die* menſis, ipſe *erat* mēſis nonus, הוא חודש התשיעי בעשרים בחודש Ad verbum, ipſe *eſt* menſis nonus, in viceſima menſis. i. viceſima die menſis noni. Propter rem illam, על־הדבר ob negotium illud. ob quod ſcilicet conuenerant illuc. Et propter pluuias. ומהגשמים: Erat enim tunc tempus pluuioſum. 10 Vt adderetis delicto Iשraאelis. להוסיף על־אשמת ישראל: vt adderetis *delictum* delicto Iſraelis. i. vt adderetis delicta delictis Iſraelis. hoc eſt, vt delicta Iſraelis auctiora & maiora faceretis.

Confeſſio Deo.

11 Quapropter nunc″date confeſſionem Iehouæ Deo Patrum veſtrorum,& facite voluntatem eius, & ſeparamini à populis terræ & ab vxoribus alienigenis.

12 Et reſponderunt totus cœtus,ac dixerunt voce magna,″Sic ſecundum verbum tuum nobis eſt faciendum.

13 At populus multus eſt,& tempus pluuiarum eſt,″neque eſt vis ad ſtandum foris:ad hæc opus non eſt diei vnius,neque duorum: quia″multi ſumus qui præuaricati ſumus in hoc.

14 ″Stent obſecro principes noſtri in vniuerſo cœtu,& quicunque in vrbibus noſtris *fuerit* qui″duxerit vxores alienigenas,″veniat temporibus ſtatutis,& cum eis ″*ſint* ſeniores″ſingularũ vrbiũ,& Iudices earũ,donec auertamus irã furoris Dei noſtri″à nobis propter hoc.

15 ″Veruntamẽ Ionathã filius yAשſah-אél, & Iaחhaziáh filius Thicuáh″conſtituti fuerunt ſuper hoc,& Meשſullám,& שSabethái Leuites adiuuerunt eos.

16 Et fecerunt ita filii tranſmigrationis, & ſeparati ſunt, yEzrá, *&* viri principes familiarum″per domum patrum ſuorũ, & vniuerſi ipſi″per nomina: ſederũt itaque die prima mẽſis decimi,″vt quærerent rem.

17 ″Perfecerúntque negotium ipſum in omnibus viris qui duxerant vxores alienigenas,vſque ad diem primam menſis primi.

18 Et inuenti ſunt de filiis Sacerdotum qui duxerant vxores alienigenas: de filiis Ieשſuáy filii Ioצſadác,& fratrum eius, Mayaשſeiáh,& אEliyézer,& Iarib,& Gedaliáh.

19 ″Et dederunt manum ſuam vt educerent vxores ſuas: & qui deliquerant, ″*uenerunt* cum ariete pecorum″pro delicto ſuo.

20 ″Et de filiis אImmér,חHananí,& Zebad-iáh.

21 Et de filiis חHarím, Mayaשſeiáy, & אEliiáh, & Semayaiáh,& Ieחhiאél,& עוVzziiáh.

22 Et de filiis Paשſחhúr,″אElioעyenái, Mayaשſeiáh , Iשſmayאél , & Nethanאél,Iozabád,& אElyaשſáh.

23 Et de Leuitis, Iozabád, & שSimעyí , & Celaiáh (″ipſe *eſt* Celitáh) Pethaחhiáh,Iehudáh,& אEliyézer.

24 De cãtoribus verò אEliaשſíb:& de ianitoribus,שSallúm, & Télem,& אוVrí.

25 ″Et de Iשſraאele: de filiis Paryóשs, Ramiáh, & Ieziiáh,& Malchiiáh,& Miiamín,& אElyazár,& Malchiiáh,& Benaiáh.

26 De filiis autem עElám , Matthaniáh , Zechariáh, & Ieחhiאél, & yAbdí,& Ieremóth,& אEliiáh.

27 Et de filiis Zatthú, Elioyenái, אEliaשſíb , Matthaniáh , & Ieremóth,& Zabád,& yAzizá.

11 Et nũc date confeſſionem Domino Deo Patrum veſtrorum,& facite placitum eius: & ſeparamini à populis terræ,& ab vxoribus alienigenis.

12 Et reſpondit vniuerſa multitudo, dixitque voce magna , Iuxta verbum tuum ad nos,ſic fiat.

13 Veruntamen quia populus multus eſt, & tempus pluuiæ , & non ſuſtinemus ſtare foris,& opus non eſt diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in ſermone iſto)

14 Conſtituantur principes in vniuerſa multitudine:& õnes in ciuitatibus noſtris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in tẽporibus ſtatutis,& cũ his ſeniores per ciuitatẽ & ciuitatẽ,& iudices eius,donec auertatur ira Dei noſtri à nobis ſuper peccato hoc.

C

15 Igitur Ionathan filius Azahel & Iaazia filius Thecuæ ſteterunt ſuper hoc , & Meſollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos.

16 Fecerúntque ſic filii tranſmigrationis,& abierunt Eſdras Sacerdos & viri principes familiarum in domos patrum ſuorum ,& omnes per nomina ſua:& ſederunt in die primo menſis decimi,vt quærerent rem.

17 Et conſũmati ſunt omnes viri qui duxerant vxores alienigenas , vſque ad diem primam menſis primi.

18 Et inuenti ſunt de filiis Sacerdotum qui duxerant vxores alienigenas, de filiis Ioſue,filii Ioſedec,& fratres ei⁹, Maaſia & Eliézer & Iarib & Godolia.

19 Et dederunt manus ſuas vt eiicerent vxores ſuas , & pro delicto ſuo arietem de ouibus offerrent.

20 Et de filiis Emmer , Hanani & Zebedia.

21 Et de filiis Harim , Maaſia & Elia & Semeia,& Iehiel & Ozias.

22 Et de filiis Pheſhur, Elioenai,Maaſia,Iſmahel,Nathanael, Iozabed & Elaaſa.

23 Et de filiis Leuitarum , Iozabed & Semei & Selaia,(ipſe eſt Calita) Phathaia,Iuda & Eliézer:

24 Et de cantoribus, Eliaſib. & de ianitoribus,Sellum & Telem & Vri.

25 Et ex Iſrael , de filiis Pharos , Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliezer & Melchia & Banea.

D

26 Et de filiis AElam,Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia.

27 Et de filiis Zethua,Elioenai, Eliaſib , Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza.

11 Date confeſſionem תנו תודה .i.fatemini peccatum veſtrum coram Domino. Alii,Date laudem Iehouæ. vel,gloriam.i.agnoſcite vos eſſe peccatores,& reſipiſcite. 12 Sic ſecundũ,&c. כן כדבריך עלינו לעשות: Ad verbũ,Sic ſecũdum verbũ tuũ ſuper nos vt faciamus.i.ita vt dicis debemus ſiue tenemur facere. 13 Neque eſt vis ad ſtandum foris: ואין כוח לעמוד בחוץ neque eſt virtus[neque ſunt vires,ſub. populo]vt conſiſtat foris.i.ſub dio. Multi ſumus qui,&c. הרבינו לפשוע בדבר הזה: Ad verbum,multiplicauimus tranſgredi in hac re.

14 Stent obſecro,&c. יעמדו־שרינו לכל־הקהל Hebraiſmus, Præficiãtur principes noſtri vniuerſæ multitudini. Vel,Stent principes noſtri, ſub.in hac re.i.cognoſcant de hoc negotio,donec,&c. Duxerit החושיב Ad verbum,habitare fecerit.ſub.ſecum. Veniat יבוא ſub.ad principes iſtos. *Sint* Alii ſubaudiunt,*ueniant*. Singularũ vrbiũ, עיר ועיר Ad verbum,vrbis & vrbis. A nobis propter hoc. ממנו עד לדבר הזה: à nobis vſque ad hanc rem.i.à peccatis noſtris vſque ad pœnitentiam noſtram.hoc eſt,donec propoſita reſipiſcentia noſtra,vel per reſipiſcentiam noſtrã placemus Deum noſtrum iratum in nos. 15 Veruntamen אך q.d.Non omnes principes præfecti fuerunt huic negotio,ſed iſti tantummodo qui hîc recenſentur. Conſtituti fuerunt ſuper hoc, עמדו על־זאת Ad verbum,ſteterunt ſuper hoc.i.præfecti fuerunt huic negotio. 16 Per domum patrum ſuorum, לבית אבותם .i.per familias ſuas. Per nomina: בשמות ſub.fuerunt deſignati.i.& omnes quidem nominatim. Vt quærerent rem. לדריוש הדבר: vt inquirerent rem.i.vt cognoſcerent de hoc negotio.

17 Perfecerúntque,&c. ויכלו וגו׳ .i.perſtiterunt in hoc negotio per tres menſes,nempe vſque ad mẽſem primum quo illud abſoluerunt.

19 Et dederunt manum ſuam,&c. ויתנו ידם להוציא נשיהם Hebraiſmus,Tunc eiecerunt,ſiue expulerunt vxores ſuas alienigenas.

Venerunt cum ariete pecorum איל־צאן *dederunt* arietem ouium.vel gregis.i.captũ è grege. Pro delicto ſuo. על־אשמתם: .i.in expiationem delicti quod admiſerunt in ducendis vxoribus alienigenis. 20 Et de filiis אImmér, ומבני אמר ſub.inuenti ſunt.Et ſic infrà.

23 Ipſe *eſt* Celitáh הוא קליטה .i.qui alio nomine dicitur Celitah. 25 Et de Iשſraאele: ומישראל .i.de plebe,ſiue plebeiis.

Et de filiis Bebai,Iohanã,Hanania, Zabbai,Athalai.	28	De filiis præterea Bebái,Iehoחhanã,yHananiáh, Zabbái, & yAthlái.
Et de filii Bani,Moſollã & Melluch & Adaia,Iaſub & Saal & Ramoth.	29	De filiis autem Bani,Meשׁullám,Mallúch,& yAdaiáh,Iaשׁſúb, & שׁSéal,Ieramóth.
Et de filiis Phahath-moab,Edna & Chalal,Bananias & Maaſias,Mathanias,Beſeleel,Bennui & Manaſſe.	30	Et de filiis Paחhath-moáb,yAdná & Chelál,Benaiáh,Mayaשׁſeiáh,Matthaniáh,Beצſalél,& Binnúi,& Menaשׁſſeh.
Et de filiis Herẽ,Eliẹzer,Ieſue,Melchias,Semeias,Simeon,	31	De filiis verò חHarím,אEliyézer,Iשׁſiiáh,Malchiiáh,שׁSemayiáh, שׁSimyón,
Beniamin,Maloch,Samarias.	32	Biniamín,Mallúch,שׁSemariáh.
Et de filiis Haſom,Mathanai,Mathatha,Zabad,Eliphelet,Iermai,Manaſſe,Semei.	33	De filiis חHaשׁſúm,Matthenái,Matthattháh,Zabád,אEliphélet, Ieremái,Menaשׁſſéh,שׁSimעyí.
De filiis Bani, Maadi, Amram & Vel,	34	De filiis Banní,Mayadái,yAmrám,& אוVel,
Baneas & Badaias,Cheliau,	35	Benaiáh,Bediáh,Chelhú,
Vania,Marimuth & Eliaſib,	36	Vaniah,Meremóth,אEliaשׁſib,
Mathanias,Mathanai,& Iaſi,	37	Matthaniáh,Matthenái,& Iayaשׁſáu,
Et Bani,& Bennui,Semei.	38	Et Bani,& Binnúi,שׁSimעyí,
Et Salmias & Nathan & Adaias,	39	Et שׁSelemiáh,& Nathán,& yAdaiáh,
Et Mechnedebai,Siſai,Sarai,	40	Machnadebái,שׁSaשׁſái, שׁSarái,
Ezrel,& Selemiáu,Semeria.	41	yAzarאél,& שׁSelemiáhu,שׁSemariáh,
Sellum,Amaria,Ioſeph.	42	שׁSallúm,Amariáh,Ioסéph.
De filiis Nebo,Iehiel,Mathathias, Zabad,Zabina,Ieddu,& Ioel, & Banaia.	43	De filiis Nebó, Ieעyiאél,Matthithiáh,Zabád, Zebiná, Iadáu, & Ioאél,Benaiáh.
Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.	44	Omnes hi acceperant vxores alienigenas:″*quibuſdam* autem ex eis erant mulieres quæ poſuerant filios.

44 *Quibuſdam* autem ex eis erant mulieres quæ poſuerant filios. ויש־מהם נשים וישימו בנים: Ad verbum,& erant ex eis mulieres,& poſuerant filios.i.quibuſdam ex illis alienigenæ illæ mulieres procreauerant liberos, qui & eiecti fuerunt vnà cum matribus. Alii interpretantur, quæ expoſuerunt liberos ſuos arbitrio ac voluntati Iudicum,vt eiicerent eos,aut retinerent.

Liber Nehemiæ, qui vulgò Eſdræ ſecundus dicitur: Hebraicè נחמיה

VETVS.		NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.
Cap.I.		Cap.I.
Verba Nehemiæ filii Hecheliæ. & factum eſt in mẽſe Caſleu,anno viceſimo,& ego eram in Suſis caſtro:	1	″Verba Neחhemiáh filii חHachaliáh. & fuit, in menſe Chiסléu,″anno viceſimo,″ego erã in שׁSuשׁſán palatio:
Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipſe & viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanſerãt,& ſupererant de captiuitate,& Ieruſalẽ.	2	Et venit חHanani vnus″è fratribus meis, ″ipſe & viri de Iehudáh:quos interrogaui″de Iehudæis *uiris* euaſionis,qui reſidui erant ″de captiuitate,& de Ieruשׁſaláim.
Et dixerunt mihi,Qui remanſerũt, & derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia,in afflictione magna ſunt, & in opprobrio: & murus Ieruſalem diſſipatus eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni.	3	Et dixerunt mihi, Reſidui qui remanſerunt de captiuitate illic ″in prouincia, *ſunt*″in malo magno & opprobrio: præterea murus Ieruשׁſaláim dirutus eſt,& portæ eius combuſtæ ſunt igni.
Quúmque audiſſem verba huiuſcemodi,ſedi,& fleui,& luxi diebus multis: & ieiunabam,& orabam ante faciem Dei cæli.	4	Poſteaquam autem audiui verba hæc,″ſedi,ac fleui, luxíq; per dies:ieiunaui inſuper,& oraui″coram Deo cæli:

Nehemias pincerna Regis Artaxerxis,pro populo afflicto qui in Iudæã reuerſus fuerat ex captiuitate,Deum orat.

Ieiunium & oratio.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Verba Neחhemiáh דברי נחמיה .i.Sequuntur ſermones vel geſta Nehemiæ. Chiסléu, כסלו Is eſt menſis nonus,Nouember. Anno viceſimo, שנת עשרים regni ſcilicet Artaxerxis,quem Darium fuiſſe dicunt Hebræi. Ego erã in שׁSuשׁſan palatio: ואני הייתי בשושן הבירה: quum eſſem in Suſis regia.ſiue,in regia. 2 E fratribus meis, מאחי .i.ſociis,vel ſodalibus meis:hoc eſt,ex Iudæis. Ipſe & viri de Iehudáh: הוא ואנשים מיהודה .i.vnà cum aliquot comitibus:venit inquam è Iudæa.refertur ad initiũ verſus. De Iehudæis *uiris* euaſionis, על־היהודים הפליטה .i.de rebus ac ſtatu Iehudæorum qui euaſerant,& ſalui redierant in Terram ſanctam. De captiuitate,& de Ieruשׁſaláim. מן־השבי ועל־ירושלם: .i.de captiuitate Babylonica,& de ſtatu vrbis Ieruſalem.

3 In prouincia, במדינה Iudææ ſcilicet. In malo magno & opprob. ברעה גדולה ובחרפה in afflictione maxima & ignominia.i.vehementer affliguntur,& probris afficiuntur. 4 Sedi,ac fleui,luxique per dies: ישבתי ואבכה ואתאבלה ימים Sedi,nempe humi,vel in cinere,more lugẽtium:& fleui.i.deploraui miſeriam ac calamitatem fratrum ac popularium meorum:luxique diebus aliquot. Gallicè, *certains iours.* Coram Deo cæli: לפני אלהי השמים: q.d.coram Deo omnipotente,qui condidit machinam illam cæleſtem,qui fecit cælum & terram.

Promiſſio cuſtodientibus præcepta.

5 Ac dixi, Quæſo Iehoua Deus cæli,'fortis, magne, & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te,& cuſtodiẽtibus mandata tua.

6 Sit quæſo auris tua'attendens,& oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quam ego oro coram te hodie die ac nocte, pro filiis Iשſraאelis ſeruis tuis.'confiteor nanque peccata filiorũ Iשſraאelis'quæ peccauim⁹ tibi:& ego & domus patris mei peccauimus.

7 "Grauiter peccauimus tibi,& non cuſtodiuimus præcepta,& ſtatuta,& iudicia"quæ præcepiſti Moשſéh ſeruo tuo.

8 Memento quæſo verbi quod mandaſti Moſéh ſeruo tuo, dicẽdo,Vos 'præuaricabimini, ego verò diſpergam vos in populos.

Reuertẽtium ad ſe,& peccata agnoſcẽtium,miſeretur Deus.

9 'Quum autem reuerſi fueritis ad me,'& cuſtodieritis præcepta mea,& feceritis:ſi fuerit "expulſio veſtra ad extremum cæli, illuc congregabo eos,& adducã eos ad locum quem elegi, vt illinc collocarem nomen meum.

10 Ipſi autem ſerui tui,& populus tuus *ſunt*, quos redemiſti fortitudine tua maxima,& manu tua fortiſſima.

11 Quæſo ô Iehoua,ſit quæſo auris tua attendens ad orationẽ ſerui tui,& ad orationem ſeruorum tuorum, qui cupiunt timere nomen tuum:& ſucceſſum proſperum da quæſo ſeruo tuo hodie,'& da eum in miſericordias coram viro illo. Ego autem eram pincerna Regis.

Cap. II.

Nehemias impetratis literis à rege Artaxerxe,venit Ieroſolymã.

1 ET fuit,menſe 'Niſán, anno viceſimo Arthaחhשſaסſthé Regis, vinum'*erat* ante eum:tum accepi vinum illud,& tradidi Regi:"non eram autem *antea* triſtis coram eo.

2 Dixit itaque mihi Rex,Quare vultus tuus triſtis eſt,quum non ægrotes? nõ eſt hoc niſi "malũ cordis.Et timui multum admodũ.

3 Tum dixi Regi, Rex in æternum viuat:cur nõ eſſet triſtis vultus meus, quum vrbs illa, "domus ſepulchrorum patrum meorũ deſerta ſit,& portæ eius conſumptæ ſint"igni?

Oratio.

4 Et dixit mihi Rex,'Pro quanam re poſtulas? Tũ oraui ad Deum cæli.

5 Poſtea dixi Regi,Si Regi bonum *eſt*, & ſi placet ſeruus tuus "coram te,poſtulo vt mittas me in Iehudáh ad vrbem ſepulchrorum patrum meorum,'vt reædificem eam.

6 Dixítq; mihi Rex, (Regina autem ſedebat apud eum)'Quouſque erit iter tuum,& quando reuerteris? Et placuit"coram Rege:

5 Et dixi,|Quæſo Domine Deus cæli,fortis,magne, atque terribilis, qui cuſtodis pactũ, & miſericordiam cũ iis qui te deligunt,& cuſtodiunt mandata tua. Dani.9.a.4

6 Fiant aures tuæ auſcultãtes,& oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quã ego oro corã te hodie nocte & die,pro filiis Iſrael ſeruis tuis.& cõfiteor pro peccatis filiorũ Iſrael, quibus peccauerũt tibi: & ego & domus patris mei peccauimus, C

7 Vanitate ſeducti ſumus,& non cuſtodiuimus mãdatum,& ceremonias, & iudicia quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo.

8 Memẽto verbi quod mãdaſti Moyſi ſeruo tuo,dicẽs,Quũ tranſgreſſi fueritis,ego diſpergam vos in populos.

9 Et ſi reuertamini ad me,& cuſtodiatis præcepta mea, & faciatis ea:etiã ſi abducti fueritis ad extrema cæli,inde congregabo vos,& reducam in locum quem elegi,vt habitaret nomen meum ibi. D

10 Et ipſi ſerui tui, & populus tuus, quos redemiſti in fortitudine tua magna,& in manu tua valida.

11 Obſecro Domine,ſit auris tua attẽdens ad orationẽ ſerui tui,& ad orationem ſeruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum: & dirige ſeruum tuũ hodie: & da ei miſericordiã ante virũ hunc, Ego enim eram pincerna Regis.

Cap.II.

1 FActũ eſt autem in menſe Niſan, ãno viceſimo Artaxerxis Regis, & vinum erat ante eum,& leuaui vinum, & dedi Regi: & eram quaſi languidus ante faciem eius.

2 Dixitque mihi Rex, Quare vultus tuus triſtis eſt, quum te ægrotum nõ videam? non eſt hoc fruſtra:ſed malũ neſcio quod in corde tuo eſt.Et timui valde,ac nimis:

3 Et dixi Regi, Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus ſepulchrorũ patris mei deſerta eſt, & portæ eius cõbuſtæ ſunt igni?

4 Et ait mihi Rex, Pro qua re poſtulas? Et oraui Deum cæli:

5 Et dixi ad Regem,Si videtur Regi bonum, & ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæã ad ciuitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo eam.

6 Dixitque mihi Rex,& Regina quæ ſedebat iuxta eũ, Vſq; ad quod tẽpus erit iter tuum,& quando reuerteris? Et placuit ante vultum Regis,& mi- B

---

5 Fortis,magne, האל הגדול Deus maxime. 6 Attendens, קשבת ſub.orationi meæ. Confiteor nanque ומתודה Ad verbũ, & confiteor. Quæ peccauimus אשר חטאנו quibus peccauimus.Vel,qui peccauimus.Alii,quia peccauimus.

7 Grauiter peccauimus tibi, חבול חבלנו לך Ad verbum,perditione perdidimus.[vel,corruptione corrupimus,ſub.præcepta tua] tibi.i.in dedecus tuum.nam qui peccant,videntur quaſi perdere ſiue corrumpere præceptum ac mandatum.Hic pro peccare accipitur. Quæ præcepiſti אשר צוית .i.quæ tradidiſti ac præcepiſti ſeruanda nobis per Moſen ſeruum tuum.

8 Præuaricabimini, תמעלו ſub. in me & præcepta mea. Vel, tranſgrediemini. ſub.præcepta ac mandata mea.i. Quum tranſgreſſi fueritis,ego diſpergam vos,&c.Vide Deut.30.a.1.Poſtquã cõfeſſus eſt peccata ſua,proponit,& quaſi ob oculos ponit promiſſiones Dei quas fecit reſipiſcentibus.Vos præuaricabimini,&c.q.d.Vt veſtrum eſt & vobis peculiare præuaricari in me,& tranſgredi præcepta mea:ita meum eſt,& mea intereſt punire vos & affligere,atque pœnas ſumere de vobis.Proponit nobis Deus infirmitatẽ noſtram,& ſimul cõmendat iuſtitiã ſuam.

9 Quum autem reuerſi fueritis ad me, ושבתם אלי At ſi reuertamini.vel,reuerſi fueritis ad me. Et cuſtodieritis præcepta mea & feceritis: ושמרתם מצוותי ועשיתם Quidam exponunt,ſi cuſtodieritis corde præcepta mea,& opere ſiue reipſa feceritis.Oportet enim cõprobare reſipiſcentiam cordis. Expulſio veſtra נדחכם Sing.Heb.pro plur.expulſi veſtri.i.ſiqui à patria veſtra eiecti fuerint in regionem remotiſſimam,quæ videatur contingere cælum ipſum.Nam finitor,ſiue horizon noſtri hemiſphærii videtur contingere eam regionem quam terminat.

11 Et da eum in miſericordias,&c. ותנהו לרחמים וגו' .i.da illi miſericordiã coram viro iſto Artaxerxe, hoc eſt fac vt eius miſereatur vir iſte.Finis eſt orationis,quæ quidem plena eſt pietatis,& eruditionis.Sequentia pertinent ad caput ſequens,Ego autem eram,&c.

IN CAPVT II.

1 Niסſan, ניסן Is eſt menſis primus reſpondens partim Martio,partim Aprili. Deſcribit Nehemias occaſionem,quã nactus,petiit facultatem à Rege eundi in Iudæam,vt inſtauraret,ac muro cingeret Ieruſalem. *Erat* Alii ſubaudiunt *attulerunt*. Non eram autem,&c. ולא־הייתי רע לפניו: .i.non ſolebam eſſe coram eo vultu triſti,ſed hilari,ac iucundo. Alii,& non erã ingratus coram eo.i.illi.hoc eſt,eram illi gratiſſimus. 2 Malum cordis. רוע לב .i.malitia animi.hoc eſt,id nõ accidit tibi niſi ex malitia cordis.q.d.Tu machinaris ac moliris quippiam mali in corde tuo.Vox Hebræa ſignificat & triſtitiam. 3 Domus בית Pro loco accipiendum eſt. Igni? באש: .i.magno illo incendio quo flagrabat quum expugnata fuit? 4 Pro quanam re poſtulas? על מה־זה אתה מבקש .i.Quidnam à me petis?

5 Coram te, לפניך .i.tibi. Vt reædificẽ eam. ואבננה: .i.vt inſtaurem eam.q.d.per te mihi liceat ire in Iehudáh,& inſtaurare Ieruſalẽ.

6 Quouſque עד־מתי Quandiu.i.Quantum temporis inſumes in eo itinere faciundo? Corã Rege: לפני המלך .i.Regi.ſic paulo antè, verſu primo.Sequenti verſu ſcripſit,Si Regi bonum eſt.

ſit me:& conſtitui ei tempus.

7 Et dixit Regi, Si Regi videtur bonū,epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumen,vt traducāt me,donec veniam in Iudæam.

8 Et epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus Regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſſim portas tēpli, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingreſſus fuero. Et dedit mihi Rex iuxta manum Dei mei bonam mecum.

9 Et veni ad duces regionis trans Flumen,dedique eis epiſtolas Regis.miſerat autem Rex mecum principes militum,& equites.

10 Et audierſit Sanaballat Horonites & Tobias ſeruus Ammanites:& contriſtati ſunt afflictione magna ,quòd veniſſet homo qui quæreret proſperitatem filiorum Iſrael.

C

11 Et veni Ieruſalem, & eram ibi tribus diebus.

12 Et ſurrexi nocte ego , & viri pauci mecū,& non indicaui cuiquam quid Deus meus dediſſet in corde meo vt facerē in Ieruſalem: & iumentū non erat mecum,niſi animal cui ſedebā.

13 Et ingreſſus ſum per portam vallis nocte,& ante fontē Draconis , & ad portam ſtercoris: & conſiderabā murum Ieruſalem diſſipatum, & portas eius conſumptas igni.

14 Et tranſiui ad portam fontis, & ad aquæductum Regis, & nō erat locus iumento cui ſedebam,vt tranſiret.

15 Et aſcendi per torrentem nocte, & conſiderabam murū:& reuerſus veni ad portam vallis,& redii.

16 Magiſtratus autem neſciebant quò abiiſſem, aut quid ego facerem:ſed & Iudæis & Sacerdotibus,& optimatibus,& magiſtratibus , & reliquis qui faciebant opus,vſque ad id loci nihil indicaueram.

D

17 Et dixi eis, Vos noſtis afflictionē in qua ſumus,quia Ieruſalem deſerta eſt,& portæ eius conſūptæ ſunt igni: venite,& ędificemus muros Ieruſalē, & non ſimus vltrà opprobrium.

18 Et indicaui eis manum Dei mei

miſitque meʹpoſtquam dedi ei tempus.

7 Tum dixi Regi, Si Regi″*eſt* bonum, epiſtolas dent mihi ʹ*ſcribæ*ʹad duces *regionis quæ eſt* trans Flumen, ʹvt tranſmittant me, donec veniam in Iehudáh.

8 Et epiſtolam ad Aסſáph cuſtodem ʹpomarii quod *eſt* Regi, vt det mihi ligna ″ad contignandas portas palatii, quæ *erant* domui, ″& murum vrbis,& domum″quam ingreſſus fuero.″Dedit itaque mihi Rexʹiuxta manum Dei mei bonam ſuper me.

9 Et veni ad duces *regionis quæ erat* trans Flumen,quibus dedi epiſtolas Regis.ʹmiſerat autē mecū Rex principes exercitus & equites.

10 ʹAudiens verò סSābalát חHoronites,& Tobiiáh ſeruus ille עAmmonites,ʹdiſplicuit eis diſplicentia magna,quòd veniſſet aliquis ″vt quæreret bonum filiis Iשſraאelis.

11 ʹTandem veni in Ieruשſaláim,ʹvbi manſi diebus tribus.

12 Surrexi autem nocte ego,″& viri pauci mecum: & non indicauiʹcuiquam quid Deus meus dediſſet in corde meo vt facerem″in Ieruשſaláim: nec iumentum *ullum erat* mecum niſi iumentum cui inſidebam.

13 Et egreſſus ſum ʹper portam Vallis noctu,ʹante fontem Draconis, & ad portam Sterquilinii: atque conſideraui muros Ieruשſaláim qui erāt diruti,portáſque eius quæ cōſumptæ erantʹigni.

14 Poſtea tranſiui ad portam Fontis, & ad ″piſcinā Regis,vbi non erat locus ″iumento ſub me,ad tranſeundum.

15 Aſcendi igiturʹper torrentem noctu,& cōſideraui murum:dein reuerſus,ingreſſus ſum per portam Vallis,ac redii.

16 Porrò magiſtratus ″neſciebant quò abiiſſem , & quid facerem: neque Iehudæis,ac Sacerdotibus,″atq; optimatibus,& magiſtratibus,reliquíſque facientibus″opus,″hucuſque non indicaueram.

17 Dixi itaq; eis,Vos videtis ″malum in quo ſumus,quia Ieruשſaláim deſerta eſt,& portæ eius ſuccenſæ ſunt igni:″venite, & ædificemus murum Ieruשſaláim,″vt non ſimus vltrà *in* opprobrium.

18 Indicaui autem eis ʹmanum Dei mei quòd eſſet bona ſuper

Manꝰ Dei bona.

Nehemias conſiderat ruinas vrbis.

AEdificant muros Ieruſalem.

Poſtquam dedi ei tempus. ואתנה לו זמן׃ Aut hic ו per Poſtquam vertendum eſt,Dedit mihi facultatem abeundi poſteaquam dedi ei tēpus aliquod quo reuerſurus eſſem.Aut talis eſſe debet ordo,Et dedi illi tempus,& placuit Regi,& miſit me.

7 *Eſt* bonum, טוב .i.placet. 8 Pomarii quod *eſt* Regi, הפרדס אשר למלך ʹparadiſi Regis.vel,ſaltus Regis. Ad contignandum portas palatii,quæ *erant* domui, לקרות את־שערי הבירה אשר לבית Verbū קרה ſignificat componere tigna,ſiue trabes.i.ad extruendas portas palatii domus,ſiue ædis,hoc eſt templi Dei. Templum quidem ædificatum erat, ſed appendices templi non erant extructæ. Et murum ולחומת .i portas muri quo cingitur mons Sion,in quo extructum eſt templum ipſum. Quam ingreſſus fuero. אשר־אבוא אליו quam ingrediar.hoc eſt domum in qua habitem,quum peruenero illuc. Dedit itaque ויתן ſub.epiſtolas. Iuxta manum,&c. כיד וגו׳ Hebraiſmus,pro fauore & gratia Dei mei erga me,ſiue,quo proſequebatur me Deus meus. 9 Miſerat autem וישלח .i.mandauerat vt mitterentur. 10 Audiens verò וישמע Quum autem audiſſet,ſub.aduentum meum.Iſti erant inimici Iudæorum. Diſplicuit eis diſplic.magna וירע להם רעה גדולה Hebraiſmus,diſplicuit eis maximopere:ſiue ægerrimè tulerunt. Vt quæreret bonum filiis Iשſraאelis. לבקש טובה לבני ישראל׃ Hebraiſmus,qui conſulere vellet commodis filiorum Iſrael.ſiue,cui res filiorum Iſrael curæ eſſent.

11 Tandē veni in Ieruשſ. ואבוא אל־ירושלם Ad verbū,Et veni[vel,ingreſſus ſum]in Ieruſalē. Vbi māſi ואהי־שם Ad verbū,& fui ibi.

12 Et viri pauci ואנשים מעט Ad verbum,& virorū parum quid.i.paucus numerus:hoc eſt cum paucis. Cuiquam לאדם Ad verbum, homini.Sic paulo antè,verſu 10,Quòd veniſſet homo.i.aliquis.Nemini indicaui,inquit,quid Deus induxiſſet in animum meū. In Ieruשſaláim: לירושלים׃ ipſi Ieruſalē.vel,pro Ieruſalem,ſiue in gratiā Ieruſalē. 13 Per portā Vallis בשער־הגיא ſub.Ioſaphat.i.per quam ibatur ad Vallem Ioſaphat. Ante fontē Draconis,פני עין התנין contra fontē Draconis.i.ad locū qui erat contra,vel eregione fontis,aut corā fonte Draconis. Igni. באש׃ q.d.incendio illo quo conflagrauit in expugnatione. 14 Piſcinam ברכת Hæc dictio ex doctorū Hebræorum ſententia,ſignificat aquam congregatam,ſiue collectam:ſiue locum lapidibus calcéque cōſtructum,quò pluuiales colliguntur aquæ,vel è fonte hauſtæ. Iumento ſub me,ad tranſeundum. לבהמה לעבור תחתי Ad verbum,iumento ad tranſeundum,ſub me.Ordinem conuertit noſter interpres,obſcurum alioqui.i.iumento cui inſidebam,per quam tranſire poſſem.q.d.non potuit iumentum meum illac tranſire.

15 Per torrentem בנחל nempe Cedron. 16 Neſciebāt quò abiiſſem,& quid facerem, לא ידעו אנה הלכתי ומה אני עושה neſcierunt[non norunt]quò abiiſſem,& quid feciſſem. Atque optimatibus, ולחורים & nobilibus. Opus, המלאכה ſub.vrbis.i.qui operabātur in reparatione murorum. Hucuſq; עד־כן Magni nominis apud Hebræos vir exponit עד־עתה vſque nunc,ideſt,ad hoc vſque tempus. Ex doctioribus illorum alter exponit, עד עשיתי כן לא הגדתי להם quouſque feciſſem ſic,nō indicaui eis. Quidam vertunt,Hoc,ſiue Hoc ipſum. vel,tale quidpiam.In exemplari Grammatices docti illius inter Hebræos legitur על־כן.Alii verterunt,itidem.ſiue,ſimiliter.

17 Malum in quo ſumus,quia Ieruשſaláim הרעה אשר־אנחנו בה אשר ירושלם calamitatem in qua ſumus,quòd Ieruשſaláim deſolata ſit,&c. Venite,& ædific. לכו ונבנה .i.Agite,inſtauremus,&c. Vt non ולא Ad verbum,& non.i.vt poſthac alii non afficiant nos probris.

18 Manum את־יד .i.gratiam,ſiue fauorem,vel opem,ſiue auxilium quo Deus meus me magnopere adiuuit.q.d.magnum illum fauorem quo Deus meus me proſequutus fuerat.De hoc Hebraiſmo vide ſuprà verſu 8.

me,& etiam verba Regis quæ dixerat mihi:tum dixerunt,″Surgamus & ædificemus.Et confortauerunt manus ſuas″in bono.

19 Quum autem audiſſet סSābalát חHoronites, & Tobiiáh ſeruus עAmmonites,& Géשſem עArbítes,ſubſannauerunt nos,ac deſpexerunt nos,dixerúntque, Quid eſt hoc quod vos facitis?″an contra Regem rebellatis?

20 ″Quibus reſpondi,dixíque illis, Deus cæli,ipſe″dabit nobis proſperum ſucceſſum:nos ergo ſerui eius″ſurgamus & ædificemus: ″vobis autem nulla eſt portio neque iuſtitia, neque memoria in Ieruשſaláim.

Cap. III.

Catalogus corũ qui muros ædificarunt.

1 P′Oſthæc ſurrexit אEliaשſib Sacerdos maximus,″& fratres eius Sacerdotes,& ædificauerunt portam″Pecorum:ipſi″apparauerunt eam,& ſtatuerunt oſtia eius vſque ad″turrim Meáb, apparauerunt eam,& vſque ad″turrim חHananeאél.

2 ″Et iuxta locum eius ædificauerunt viri Ieriחhó:″& iuxta locum eius ædificauit Zachúr filius אImri.

3 Portam autem Piſcium ædificauerunt filii″Haסſenaáh: ipſi″cõtignauerunt eã,ac ſtatuerũt valuas eius,& ſeras eius,& vectes eius:

4 Iuxta locum verò eorum″inſtaurauit Meremóth filius אVriiáh filii Haccóץs: iuxtáq; locum eorum inſtaurauit Meשſullám filius Berechiáh filii Meשſezabאél: iuxta locum eorum inſtaurauit צSadóc filius Baעána.

5 Iuxta quorum locum inſtaurauerunt″Thecoעyitæ:″maiores verò eorum″non adduxerunt collum ſuum in opus″domini ſui.

6 ″Portam verò Veterem inſtaurauerunt Ioiadáע filius Paסéaחh & Meשſullám filius Beסſodiáh.hi″contignauerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius,& ſeras eius,& vectes eius:

7 Iuxta locum eorum inſtaurauit Melatiáh Gibעonites,& Iadón Meronothites:&″viri Gibעón & Miצſpáh″pro ſolio ducis *regionis ſitæ* trans Flumen:

8 Iuxta locũ verò eius inſtaurauit עVzziאél filius חHarhaiáh ″aurifices, atq; iuxta locum eius inſtaurauit חHananiáh ″filius Haracaחhím:inſtaurauerũt inquã″Ieruשſaláim vſque ad murũ latum.

9 Præterea iuxta locum eorum inſtaurauit Rephaiáh filius חHúr, ″princeps mediæ partis Ieruשſaláim.

quôd eſſet bona mecum,& verba Regis quæ loquutus eſſet mihi: & aio, Surgamus,& ædificemus.Et cõfortatæ ſunt manus eorum in bono.

Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites, & Goſam Arabs: & ſubſannauerunt nos,& deſpexerũt,dixerũntque,Quæ eſt hæc res quam facitis? nũquid contra Regem vos rebellatis?

Et reddidi eis ſermonem, dixique ad eos, Deus cæli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus: ſurgamus, & ædificemus: vobis autẽ non eſt pars,& iuſtitia,& memoria in Ieruſalem.

Cap.III.

ET ſurrexit Eliaſib Sacerdos magnus,& fratres eius Sacerdotes,& ædificauerunt portam Gregis:ipſi ſanctificauerunt eã, & ſtatuerunt valuas eius: & vſque ad turrim centum cubitorum ſactificauerunt eam, vſque ad turrim Hananeel.

Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho:& iuxta eum ædificauit Zachur filiius Amri.

Portam autem Piſcium ædificauerunt filii Aſnaa:ipſi texerunt eã,& ſtatuerũt valuas eius, & ſeras & vectes:

Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ filii Accus: & iuxta eos ædificauit Moſollam filius Barachiæ, filii Meſezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana.

B

Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni:optimates autẽ eorũ nõ ſuppoſuerunt colla ſua in opere domini ſui.

Et portam Veterem ædificauerunt Ioiada filius Phaſea & Moſollam filius Beſodia:ipſi texerunt eam,& ſtatuerũt valuas eius,& ſeras,& vectes:

Et iuxta eos ædificauerũt Meltias Gabaonites & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maſpha , pro duce qui erat in regione trans Flumen:

Et iuxta eum ędificauit Eziel filius Araia aurifex:& iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarii : & dimiſerunt Ieruſalem vſque ad murum plateæ latioris:

Et iuxta eum ędificauit Raphaia filius Hur,princeps vici Ieruſalem:

Surgamus & ædific.&c. נקום ובנינו וגו′ .i.agite,ſine vlla mora inſtauremus:tunc cœperunt eſſe bono animo ac forti. In bono. לטובה: propter bonum illud.i.propter magnum illum fauorem Dei erga ſe.Vel reſpicit beneficentiam ſiue beneficium Regis:acſi dicat, Quum intellexiſſent Deum & Regem ſibi fauere. 19 An contra Regem rebellatis? העל המלך אתם מורדים: .i.vultiſne à Rege deficere?

20 Quibus reſpondi, ואשיב אותם דבר Ad verbum,Et reddidi eis verbum. Dabit nobis proſperum ſucceſſum: יצליח לנו Ad verbũ, tanquam tu dicas cum Plauto,proſperabit nobis. Surgamus & ædific. נקום ובנינו ſurgemus & ædificabimus.i.ſine vlla mora inſtaurabimus vrbis noſtræ muros. Vobis autem nulla eſt portio,&c. ולכם אין־חלק וגו′ Ad verbũ,& vobis non pars,& iuſtitia, & memoria,&c.i.in hac ſtructura nulla eſt vobis portio, nulla ratione ad vos pertinet , quum ſitis Samaritani & alieni à religione noſtra : præterea non eſt vobis meritum vllum,hoc eſt,nunquam eſtis benemeriti de Ieruſalem:neque memoriam veſtri vllam relinquetis in ea.

IN CAPVT III.

1 Poſthæc ſurrexit ויקם Ad verbum,Et ſurrexit.Hoc capite deſcribitur quomodo,quóve ordine murus Ieruſalem inſtauratus fuerit,& à quibus. Et fratres eius ואחיו .i.qui erant de eadem familia,aut tribu:vel ſocii,ſiue ſodales eius. Pecorum: הצאן gregis.Fortè per hanc portam ingrediebantur greges in vrbem. Apparauerunt eam, קדשוהו Ad verbum,ſanctificauerunt eam.i.inſignem & claram reddiderunt. Turrim מגדל arcem.ſic infrá.Omnes hæ turres erant in muro vrbis. 2 Et iuxta locum eius ועל־ידו Et iuxta manum eius.i.iuxta eum.ſic infrá. 3 Haסſenaáh: הסנאה Eſt potius cognomen,ſiue agnomen,quàm nomen proprium,quod tamen pro nomine proprio ponitur. Contignauerunt eam, קרוהו tigna & trabes eius poſuerunt.i.tignis ac trabibus texerunt eam.

4 Inſtaurauit החזיק ſub.murum.Ad verbum,fortificauit.& ſic infrá. 5 Theco′עitæ: התקועים .i.habitatores Thecoעa.

Maiores verò eorũ ואדיריהם fortes verò eorum.i.præclariſſimi & præſtãtiſſimi eorũ. Magni nominis apud Hebræos vir exponit,diuites eorum.i.qui inter eos ditiores erant. ′Non adduxerunt לא־הביאו non induxerunt.immiſerunt.impoſuerunt.ſub.in iugum. Domini ſui. אדניהם: qui ſcilicet præfectus fuerat toti familiæ in inſtauratione muri vrbis.hoc eſt,non paruerunt domino ac præfecto ſuo,mandãti ac præcipienti vt laborarent in inſtauratione muri.Metaphora à bobus & aliis iumentis qui colla ſua in iugum inſerunt vt laborent in agro.

6 Portam verò Veterem ואת שער הישנה Portã verò Veteris.vel,Antiquæ.ſub.piſcinæ,cuius ſcilicet meminit Ieſaias cap.22.c.11. Cõtignauerunt eam, קרוהו Vide paulo antè,verſu 3. 7 Viri אנשי .i.ciues. Pro ſolio ducis לכסא פחת vſque ad ſolium ducis.

8 Aurifices, צורפים *qui erat de familia* aurificum.Nomen eſt familiæ. Filius Haracaחhim. בן־הרקחים .i.nepos Haracahim.vel pigmentariorum,ſiue aromãtariorum.Eſt etiam nomen familiæ. Ieruשſaláim ירושלם .i.murum Ieruſalem.

9 Princeps mediæ partis reg. שר חצי פלך dux dimidiæ regionis. vel,dimidii vnius regionis.Ieruſalem diſtributa erat in regiones, vt Roma quoque olim diſtributa fuit,quarum dimidiæ parti vnius iſte præerat.

C Et iuxta eos ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domum ſuam: & iuxta eum ędificauit Hattus filius Haſeboniæ. 10

Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herē, & Haſub filius Phahath-moab, & turrim Furnorum. 11

Et iuxta eum ædificauit Sellū filius Alohes princeps mediæ partis vici Ieruſalem, ipſe & filiæ eius. 12

Et portā Vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanóe: ipſi ædificauerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras & vectes, & mille cubitos in muro, vſque ad portam Sterquilinii. 13

Et portam Sterquilinii ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Beth-achárā: ipſe ædificauit eam, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes. 14

Et portā Fontis ædificauit Sellum D filius Chol-hoza, princeps pagi Maſpha: ipſe ædificauit eam & texit, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes, & muros Piſcinæ Selah in hortum Regis, & vſque ad gradus qui deſcendūt de Ciuitate Dauid. 15

Poſt eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Beth-ſur, vſque contra Sepulchrū Dauid, & vſque ad Piſcinam quæ grādi opere conſtructa eſt, & vſque ad domum Fortium. 16

Poſt eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Benni: poſt eum ædificauit Heſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo. 17

Poſt eum ædificauerunt fratres eorum Bauai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. 18

E Et ædificauit iuxta eum Azer filius Ioſue, princeps Maſpha menſuram ſecundam, contra Aſcenſum firmiſſimi anguli. 19

Poſt eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai menſuram ſecundam, ab angulo vſque ad portam domus Eliaſib Sacerdotis magni: 20

Poſt eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filii Haccus menſuram ſecundam, à porta domus Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib. 21

Et poſt eum ædificauerunt Sacerdotes viri de campeſtribus Iordanis. 22

Poſt eum ædificauit Beniamin, & Haſub contra domum ſuam: & poſt eum ædificauit Azarias filius Maaſiæ filii Ananiæ contra domum ſuam. 23

F Poſt eum ædificauit Bennui filius Henadad menſuram ſecundam, à domo Azariæ vſque ad flexuram, & vſque ad angulum. 24

10 Et iuxta locum eorum inſtaurauit Iedaiáh filius חHarumáph, "& contra domum ſuam: iuxta cuius locum inſtaurauit חHattuשs filius חHaשſabneiáh.

11 "Menſuram ſecundam inſtaurauit Malchiiáh filius חHarím, & חHaשſúb filius Paחhath-moáb, & turrim Furnorum.

12 Iuxta cuius locum inſtaurauit שSallúm filius "Haloחhéשs, princeps "dimidiæ partis regionis Ieruשſaláim, "ipſe & filiæ eius.

13 Portā "Vallis inſtaurauit חHanún, & habitatores Zanóaחh: ipſi "ædificauerunt eam, ſtatuerúntque valuas eius, ſeras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro, vſque ad portam "Stercorum.

14 Portam autem Stercorum ædificauit Malchiiáh filius Recháb princeps regionis Beth-hachárem: ipſe ædificauit eam, & ſtatuit valuas eius, ſeras eius, & vectes eius.

15 Portam autē Fōtis inſtaurauit שSallún filius Chol-חhozéh princeps regionis Miשſpáh: ipſe ædificauit eam, texítq; eam, ac ſtatuit valuas eius, ſeras eius, & vectes eius: & murum Piſcinæ "pomarii, "*iuxta* hortū Regis vſque ad gradus deſcēdētes de Ciuitate Dauidis.

16 "Poſt eum inſtaurauit Neחhemiáh filius עAzbúc princeps dimidiæ partis regionis Beth-צſúr, vſque contra "Sepulchra Dauidis, & vſque ad Piſcinam illam "affabrè factā, & vſque "ad domū Fortiū.

17 Poſt iſtum inſtaurauerūt Leuitæ: Reחhúm filius Bani: iuxta cuius locum inſtaurauit חHaשſabiáh princeps "dimidiæ partis regionis Ceעiláh in regione ſua.

18 Poſt iſtum inſtaurauerunt "fratres eorum Bauuái filius חHenadád princeps "dimidiæ partis regionis Ceעiláh.

19 Inſtaurauit autem iuxta locum eius עEzér filius Ieשſúaע princeps Miצſmáh menſuram ſecundam *à loco qui erat* eregione "Aſcenſus armorum "anguli.

20 Poſt eum "accendit ſeſe, *&* inſtaurauit Barúch filius Zacchái mēſuram ſecundam, ab illo angulo vſque ad oſtium domus אEliaשſíb Sacerdotis magni.

21 Poſt iſtum inſtaurauit Meremóth filius אVriiáh filii Haccóץs mēſuram ſecundam, ab introitu domus אEliaשſíb, vſque ad finē domus אEliaשſíb.

22 Poſt quem inſtaurauerunt Sacerdotes, "viri planitiei.

23 Poſt iſtum inſtaurauit Biniamín & חHaשſúb contra domum ſuam: poſt quem inſtaurauit עAzariáh filius Maעaשſeiáh filii עAnaniáh apud domum ſuam.

24 Poſt iſtum inſtaurauit Binnúi filius חHenadád "menſurā ſecundam, à domo עAzariáh "vſque ad angulū, vſque ad angulū in quā.

---

10 Et contra domum ſuam: ונגד ביתו Et eregione domus ſuæ. 11 Menſuram ſecundam מדה שנית .i. portionem alteram muri quæ proxima erat illi quæ iam inſtaurata erat ab Hattus. 12 Haloחhéשs, הלוחש Cognomen potius quàm nomen proprium: ſignificátque incantatorem. Dimidiæ partis regionis חצי פלך Vide paulo antè verſu 9, dimidiæ regionis, vel, dimidii vnius regionis. Ipſe & filiæ eius. :הוא ובנותיו .i. vnà cum filiabus ſuis. 13 Vallis הגיא ſub. Ioſaphat. Vt ſuprà, capite præcedenti, verſu 13. Ædificauerunt eam, בנוהו extruxerunt [inſtaurauerunt] eam. Stercorum. :השפות Sterquilinii. vt capite præcedenti, verſu 13.

15 Pomarii, השלח Significat hortum arborum pomiferarum. ab extenſione, quòd huc & illuc extendat ramos, ſiue propagines ſuas pomiferas. *Iuxta* hortum לגן Alii ſubaudiunt, *quæ decurrebat in* hortum. vel, *defluebat in* hortum. Alii nihil ſubaudiunt, vertētes, pomarii horti Regis. i. quod erat in horto Regio. 16 Poſt eum אחריו Quod prius dixit על ידו iuxta manum [vel, locum] eius, nunc exponit dicens, Poſt eum. Sepulchra Dauidis, קברי דויד Nomen loci. i. vſque ad locum qui erat, vel eſt contra, ſiue eregione Sepulchrorum Dauidis. Affabrè factam, העשויה Ad verbum, factam. i. quæ mira arte, & miro ingenio atque induſtria conſtructa erat. Domum Fortium. :בית הגבורים Nomen loci in Ieruſalem. 17 Dimidiæ partis regionis חצי־פלך Vide ſuprà verſu 12.

18 Fratres eorū אחיהם .i. alii Leuitæ. Dimidiæ partis regionis Ceעiláh. :חצי פלך קעילה .i. alterius dimidii regionis, ſiue vici Ceilah.

19 Aſcenſus armorum עלות הנשק Nomen loci, ſic fortaſſe dicti quòd in eo angulo reponerentur arma. Anguli. :המקצוע *uſque ad* angulum. illum ſcilicet inſignem. flexuram, ſiue curuaturam muri, quales ſolent eſſe in muro cingente vrbem.

20 Accendit ſeſe, החרה inflammauit ſeſe. q. d. iratus eſt in ſeipſum quòd nondum inſtauraſſet murum.

22 Viri planitiei. :אנשי הככר .i. qui habitabant in planitie, ſiue campeſtribus Iordanis, aut Iericho. habebant tamen etiam domos in vrbe Ieruſalem. 24 Menſuram ſec. מדה שנית .i. portionem alteram, vt ſuprà verſu vndecimo. Vſque ad angulū, vſque ad ang. inq. :עד־המקצוע ועד־הפנה vſque ad flexuram *illam inſignem*, vel, curuaturam. Poſterior particula ponitur expoſitiuè, quòd nomen פנה ſit generalius,

Palál filius אVzai contra angulũ,& turrim quæ egrediebatur è domo Regis,excelſam,quæ erat in atrio carceris:poſt eum,Pedaiáh filius Paryóשs. 25

Porrò Nethinæi qui habitabant″in arce,vſque ad *locum qui eſt* eregione portæ Aquarum ad Orientem,& turrim″prominentem. 26

Poſt ipſũ inſtaurauerũt Thecoyytæ menſurã ſecundã à *loco qui eſt* eregione turris magnæ prominẽtis,vſque ad murum″illius arcis. 27

″A porta Equorum inſtaurauerunt Sacerdotes quiſque eregione domus ſuæ. 28

″Poſt eũ inſtaurauit צSadóc filius אImmér eregione domus ſuæ: poſt iſtum verò inſtaurauit שSemayaiáh filius שSechaniáh cuſtos portæ Orientalis. 29

Poſt quem inſtaurauit חHananiáh filius שSelemiáh,& חHanún filius צSaláph″ſextus″menſuram ſecundam. poſt iſtum inſtaurauit Meשſullám filius Berechiáh eregione cubiculi ſui. 30

Poſt quem inſtaurauit Malciiáh filius″aurificis vſque ad domũ Nethinæorum,& negotiatorum, eregione″portæ Præcepti,& vſque ad cœnaculum Anguli. 31

Et inter cœnaculum Anguli vſque ad portam pecorũ inſtaurauerunt″aurifices & negotiatores. 32

Cap. IIII.

Sanaballat & Tobias murorum ædificationem prohibent.

FVit autẽ,quũ audiſſet סSāballát quòd″ædificaremus murũ,″exarſit ira illi,indignatúſq; eſt admodũ,″& ſubſãnauit Iehudæos: 1

Ac dixit corã″fratribus ſuis & exercitu שSomrón, dixit inquã, Quid Iehudæi iſti″imbecilles faciũt?nũquid″fortificabuntur? ″nũquid ſacrificabũt?nunquid perficiẽt ″in die?″nunquid viuificabũt lapides de aceruis pulueris,″quum ipſi exuſti ſint? 2

Tobiiáh autẽ yAmmonites erat iuxta eũ,qui dixit,Etiam quod ipſi ædificãt,ſi aſcẽderit vulpes,diruet″murum lapideum eorum. 3

Oratio Nehemiæ contra inimicos.

Audi ô Deus noſter quòd ſumus deſpectui,& conuerte opprobrium eorum in caput eorum,″dáque eos in prædam in terra captiuitatis eorum. 4

Nec tegas iniquitatem eorum , neq; peccatum eorum à facie tua″deleatur,quia″irritauerunt ædificantes. 5

AEdificauimus itaque murũ ipſum,″& colligatus eſt totus ille murus vſque ad dimidium eius:fuítque cor populo″ad faciendũ. 6

Quũ autem audiſſet סSanballát,& Tobiiáh,& yArabes,& yAmmonitæ,& Aשſdodii quòd″ſanati eſſent muri Ieruשſaláim(cœperant enim″interrupta concludi)″exarſit ira eorum valde. 7

25 Poſt eũ ædificauit Phalel filius Ozi contra flexuram , & turrim quæ eminet de domo Regis excelſa , id eſt in trio carceris:poſt eum,Phadaia filius Pharos.

26 Nathinæi autẽ habitabãt in Ophel, vſque cõtra portam Aquarum, ad Orientem, & turrim quæ prominebat.

27 Poſt eum ædificauerunt Thecueni menſuram ſecundam eregione,à turre magna & eminenti vſque ad murũ templi.

28 Surſum autem à porta Equorum ædificauerunt Sacerdotes,vnuſquiſque contra domum ſuam.

29 Poſt eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum ſuam: & poſt eũ ædificauit Semaia filius Secheniæ,cuſtos portæ Orientalis. G

30 Poſt eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph ſextus menſuram ſecundam: poſt eũ ædificauit Moſollam filius Barachiæ contra gazophylacium ſuum.

31 Poſt eum ædificauit Melchias filius aurificis vſque ad domum Nathinæorum, & ſcruta vendentium cõtra portam Iudicialem, & vſque ad cœnaculum Anguli.

32 Et vſq; ad cœnaculũ Anguli in porta Gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores.

Cap. IIII.

1 FActum eſt autem, quũ audiſſet Sanaballat quòd ędificaremus murũ, iratus eſt valde:& motus nimis,ſubſãnauit Iudæos:

2 Et dixit coram fratribus ſuis & frequentia Samaritanorum,Quid Iudęi faciunt imbecilles? num dimittent eos Gẽtes? num ſacrificabunt,& cõplebunt in vna die? nunquid ædificare poterũt lapides de aceruis pulueris,qui combuſti ſunt?

3 Sed & Tobias Ammanites proximus eius,ait, AEdificent : ſi aſcenderit vulpes ,tranſiliet murum eorum lapideum.

4 Audi Deus noſter,quia facti ſumus deſpectui : conuerte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem in terra captiuitatis.

5 Ne operias iniquitatem eorum,& peccatum eorũ coram facie tua non deleatur:quia irriſerunt ædificantes.

6 Itaque ædificauimus murũ,& coniunximus totum vſque ad partem dimidiam : & prouocatum eſt cor populi ad operandum.

7 Factũ eſt autẽ,quũ audiſſet Sanaballat,& Tobias,& Arabes,& Ammonitę,& Azotii,quòd obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalẽ,& quòd cœpiſſent interrupta cõcludi,irati ſunt nimis. B

---

26 In arce, בעופל in munitione illa ſcilicet inſigni.ſub.inſtaurauerũt. Prominentem. היוצא Ad verbũ,egredientẽ.ſic verſu ſequenti. 27 Illius arcis. העופל: .i.quo cingebatur arx illa inſignis. 28 A porta Equorũ מעל שער הסוסים A ſuperiori loco portæ Equorum. Nomen loci. 29 Poſt eum אחריו .i.poſt vltimum illorum,ſiue ex illis. 30 Sextus הששי ſub.filiorum eius.habuerat enim Salaph multos filios,quorum ille erat ſextus. Menſuram ſecundam. מדה שני .i.portionem alteram,vt ſuprà verſu vndecimo.

31 Aurificis, הצורפי conflatoris.Nomen appellatiuum,non proprium. Portæ Præcepti, שער המפקד Nomen loci,vt & cœnaculum Anguli. 32 Aurifices & negotiatores. הצורפים והרוכלים: .i.ii qui cognomine dicebantur aurifices ſiue conflatores,& mercatores.

IN CAPVT IIII.

1 Ædificaremus, אנחנו בונים inſtauraremus. Exarſit ira illi, ויחר לו incaluit ira illi.i.ſuccenſuit,iratus eſt. Et ſubſannauit וילעג & cœpit ſubſannare. 2 Fratribus ſuis, אחיו .i.cõciuibus ſuis,vel ſodalibus,aut ſociis. Imbecilles האמללים infirmi.debiles.q.d.fruſtra laborãt. Fortificabuntur? היעזבו להם corroborabũtur?Redundat להם.q.d.Nũquid ſuppetẽt illis vires ad abſoluendũ opus illud? Nũquid ſacrificabunt? היזבחו nunquid immolabunt?.i.offerent hoſtias in dedicatione templi,vt ſolebant? In die? ביום ſub.illa ab eis præfixa?.i.qua ſtatuerunt ſe perfecturos opus illud? Nunquid viuificabunt,&c. היחיו וגו' Hebraiſmus,nunquid reſtituẽt in priſtinum ſtatum lapides illos muri iam redactos in cinerem,qui ſcilicet vſti fuerunt in expugnatione vrbis?Ad verbum legitur,Et ipſi exuſti ſunt?ו per Quum verſum.

3 Murum חומת Antecedens pro relatiuo,illud. 4 Dáque eos in prædam in t.&c. ותנם לבזה בארץ שבים: Hebraiſmus,abeántq; in captiuitatem,& diripiantur bona eorum. 5 Deleatur, תמחה q.d.verſetur tibi ſemper ante oculos,vt ſemper memineris eius. Irritauerunt ædificantes. הכעיסו לנגד הבונים: ad iram prouocauerunt ædificantes.ſub.ipſos.i.nos. Ad verbum,irritauerunt in conſpectu ædificatiuum.i.ad.iam prouocarunt nos coram ædificantibus,vt exponit doctus inter Hebræos.

6 Et colligatus eſt ותקשר & compactus eſt. Ad faciendum. לעשות: .i.ad perficiendum.ſub.opus illud.

7 Sanati eſſent muri עלתה ארוכה לחומות Ad verbum,aſcendiſſet medicina [malagma,emplaſtrum] ſuper muros .i. quòd inſtaurati, ac reparati eſſent muri. Metaphora ſumpta à chirurgis,qui impoſito malagmate ſiue emplaſtro,vulnera curant:quæ dum coeunt, ſanãtur:ita muri quum obthurantur & inſtaurantur,videntur ſanari. Vide eandem loquutionem 2. Paral.24.d.13. Interrupta concludi הפרוצים להסתם fracta *muri* obthurari.i.coniungi. Exarſit ira eorum ויחר להם ſuccenſus eſt furor eorum.

8 Et congregati ſunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ieruſalem, & molirentur inſidias.

9 Et orauimus Deum noſtrum, & poſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos.

10 Dixit autem Iudas, Debilitata eſt fortitudo portātis, & hum⁹ nimia eſt, & nos nō poterimus ædificare murū.

11 Et dixerunt hoſtes noſtri, Neſciant & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & ceſſare faciamus opus.

12 Factū eſt autē, veniētibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos:

C 13 Statui in loco poſt murum per circuitum populum in ordinē cum gladiis ſuis, & lanceis, & arcubus.

14 Et perſpexi atque ſurrexi: & aio ad optimates & magiſtratus, & ad reliquā partē vulgi, Nolite timere à facie eorū: Domini magni & terribilis me mentote, & pugnate pro fratribus veſtris, filiis veſtris, & filiabus veſtris, & vxorib⁹ veſtris, & domibus veſtris

15 Factum eſt autem, quum audiſſent inimici noſtri nuntiatum eſſe nobis, diſſipauit Deus conſilium eorum: & reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſque ad opus ſuum.

16 Et factum eſt à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum: & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ: & principes poſt eos in omni domo Iuda

17 AEdificantium in muro, & portātium onera, & imponentiū: vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium.

18 AEdificantium enim vnuſquiſque gladio erat accinctus renes, & ædificabant: & clangebant buccina iuxta me.

D 19 Et dixi ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reliquam partem vulgi, Opus grande eſt & latum, & nos ſeparati ſumus in muro procul alter ab altero.

20 In loco quocunque audieritis clāgorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis.

21 Et noſipſi faciamus opus: & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcē ſu auroræ, donec egrediantur aſtra.

8 Coniurauerunt itaque omnes pariter, vt venirent ad oppugnādum Ieruẇſaláim, & facerent″ei errorem.

9 ″Tum orauimus Deum noſtrum, & ſtatuimus cuſtodiam″cōtra eos interdiu ac noctu″à facie eorum.

10 Dixit autem Iehudáh, Debilitatæ ſunt vires″portātis,″& humus multa eſt,″nec poſſumus ædificare murum.

11 Adhæc dixerunt hoſtes noſtri,″Neſciant, neque videant, donec ingrediamur in medium eorum, & interficiamus eos, ac ceſſare faciamus opus.

12 Quum autem veniſſent Iehudæi habitantes apud eos, ac dicerent nobis″decem vicibus, Ex omnibus locis vnde reuertemini, *uolunt uenire*″ad nos:

13 Tunc collocaui ab inferioribus *partibus* loci poſt murum″in ipſis ſummitatibus ſaxorum, collocaui inquam populum per familias cum gladiis ſuis, lanceis ſuis, & arcubus ſuis.

14 ″Quúmque aſpexiſſem, ſurrexi, dixíq; ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reſiduum populi, Ne timeatis″à facie eorum: Domini maximi, & terribilis mementote,″& pugnate pro fratribus veſtris, filiis veſtris & filiab⁹ veſtris, vxorib⁹ veſtris & domib⁹ veſtris.

15 Fuit autem, quum audiſſent inimici noſtri quòd″notum factū eſſet nobis,″diſſipauit Deus cōſilium eorum:″& reuerſi ſumus omnes ad murum, quiſque ad opus ſuum.

16 ″Verùm à die illa, altera pars iuuenum″operabatur, & altera pars eorum tenebat lanceas, & ſcuta, & arcus, & loricas: & principes *erant* poſt vniuerſam familiam Iehudáh.

17 Qui ædificabant in muro, & qui portabant onera, & qui *illos* onerabant, *quiſque* vna manu ſua faciebat opus,″& altera tenebat gladium.

18 Qui enim ædificabant, accincti erant quiſque gladio ſuo ſuper lūbos ſuos, & *ita* ædificabant: qui autē clāgebat″tuba, *erat* iuxta me.

19 ″Tunc dixi ad optimates & magiſtratus, & ad reſiduum populi, Opus″multum & latum eſt, nos autem″ſeparati ſumus in muro, remoti alter ab altero.

20 In quo loco audieritis ſonitum tubæ, illuc congregamini ad nos: Deus noſter pugnabit pro nobis.

21 ″Nos itaque faciamus opus,″& media pars eorum tenebat lanceas″ab aſcenſu auroræ vſque ad exitum ſtellarum.

Oratio.

Armati ædificāt muros Ieruſalem.

8 Ei לו Pronomen iſtud refert Nehemiam, vel populum Ieroſolymitanum. i. vt redderent eos palatos & errantes, ac vagātes: ſiue inopes conſilii, vt neſcirent quid facturi eſſent. Alii exponunt, vt molirentur eis inſidias: aut, verterent eos in fugam.

9 Tum orauimus ונתפלל ego ſcilicet & Nehemias. Plebs enim deſpōdebat animum, & deſperabat de viribus ſuis. Contra eos עליהם iuxta eos. qui ſcilicet laborabant in inſtauratione & reparatione muri. A facie eorum. מפניהם: .i. ne quippiam detrimenti acciperent ab hoſtibus, néve hoſtes adorirentur eos imprudentes, ac incautos, ac nihil tale cogitantes. 10 Portantis, הסבל baiuli. Sing. pro plur. Dixerunt autem Iehudæi, Infirmæ ac debiles factæ ſunt vires baiulorum, id eſt eorum qui portant lapides ac reliqua neceſſaria ad inſtaurationem muri. Et humus multa eſt, והעפר הרבה & puluis multus eſt. i. calx cum arena, ex qua fit intritum, comportandum ad murū ipſum. Nec poſſumus לא נוכל ſub. liberé. Alii vertunt, vt non poſſimus inſtaurare murum. 11 Neſciant, neque videant, לא ידעו ולא יראו .i. Ne reſciant quid eis moliamur, neq; videāt nos donec aggrediamur eos, atq; obruamus incautos, & nihil tale cogitantes, vt eos intermittere faciamus reparationem muri. 12 Decem vicibus, עשר פעמים .i. multis vicibus, ſiue frequenter. Numerus certus pro incerto. Quidā vertunt, Quando autem venerunt Iudæi illi qui habitabant iuxta illos, & dixerunt nobis, &c. Ad nos: עלינו: .i. ad vos. non enim ſeparant ſeſe ab aliis Iudæis. hoc eſt, volunt nos adoriri imprudentes ac incautos, & nihil tale cogitantes. Iſtud Vnde reuertemini, ſignificat, tēpore quo reuertemini à cibo, vel ſub noctem. 13 In ipſis ſummitatibus ſax. בצחחים Significat locum eleuatum & altum in petra: ſic dictum quòd ſit aridus atque ſiccus, vt ait doctus inter Hebræos. 14 Quúmque aſpexiſſem ſur. וארא ואקום ſub. aciem inſtructā. Ad verbum, Et vidi, & ſurrexi. i. Quum aſpexiſſem inſtructam aciem, ſurgens dixi. i. habui orationem ad optimates. A facie eorum: מפניהם .i. ab eis.

Et pugnate והלחמו ſub. alacriter, ſiue alacri animo. 15 Notum factum eſſet nobis, נודע לנו .i. detectæ eſſent nobis eorum inſidiæ. Diſſipauit ויפר Ad verbum, & diſſipauit. ו tantum conuertit fut. in præt. Et reuerſi ſumus ונשב itaque reuerſi ſumus.

16 Verùm à die illa, altera pars ויהי מן היום ההוא חצי Ad verbū, Et fuit à die illa, media pars. Operabatur, עושים במלאכה Ad verbū, faciebāt in opere. 17 Et altera ואחת ſub. manus. 18 Tuba, בשופר ſub. illa militari & bellica. 19 Tunc dixi ואומר Ad verbum, Et dixi. Multum & latum eſt, הרבה ורחבה .i. magnum & ſpatioſum. Separati ſumus נפרדים disiuncti ſumus. vel diuulſi abinuicem. Seipſum mox declarat, quum dicit, remoti vel diſtantes alter ab altero. i. alii ab aliis.

21 Nos itaque ואנחנו Ad verbum, Et nos. Quidam vertunt, Nos interim operabamur. Et media pars eorum וחצים nempe iuuenū qui illic aderant, de quibus paulo ſuprà verſu 16. Ab aſcenſu auroræ, &c. מעלות השחר וגו׳ .i. à tempore quo aſcendit aurora ſupra horizōtem, hoc eſt ab ortu auroræ, vſquedum egrederentur ſtellæ. i. apparere inciperent. Videntur enim antea quaſi eſſe in cubiculis in quibus deliteſcant: hoc eſt, ab aurora vſque ad noctem.

22 Etiam tempore illo dixi populo, Quiſque cum puero ſuo maneat in medio Ieruwſaláim, ſintque nobis noctu in excubias, & interdiu″*in* opus.

23 ″Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque cuſtodes qui ſequebantur me, exuebamus veſtimentum noſtrum,″quiſque deponebat illud *ad* aquas.

Cap. V.

Populus laborans fame, vſuris cogitur vincere.

1 FVit autem clamor″populi & vxorum eius magnus aduerſus ″fratres ſuos Iehudæos.

2 Erãt enim qui dicerẽt, Cũ filiis noſtris & filiabus noſtris ſumus multi:″accipiamus igitur frumentũ, & comedamus, & viuamus.

3 Erant deinde qui dicerent, Agros noſtros, & vineas noſtras, & domos noſtras″pignori damus, vt accipiamus frumentũ in fame.

4 Erant præterea qui dicerent, Mutuum accepimus argentũ″pro tributo regio, ſuper agros noſtros & vineas noſtras.

5 Nunc autem ſicut caro fratrum noſtrorum *eſt* caro noſtra, ſicut filii eorum *ſunt* filii noſtri: & ecce nos ″ſubiicimus filios noſtros & filias noſtras in ſeruos, ſúntque *iam* è filiabus noſtris″quæ ſubiiciuntur, nec eſt″facultas in manibus noſtris ad redimendũ,″& agros noſtros & vineas noſtras *tradidimus* aliis.

6 Iratus itaque ſum vehementer, quum audirem clamorem eorũ, & verba iſta.

7 Et cogitauit cor meum″in me, atque increpaui optimates, ac magiſtratus, dixíque eis, Vſuram ſinguli à fratribus veſtris accipitis.″Et poſui contra eos congregationem magnam:

Nehemias vſuras prohibet.

8 Ac dixi eis, Nos redemimus fratres noſtros Iehudæos, qui vẽditi erant Gentibus″ſecundum facultatem quæ eſt in nobis,″& vos etiam vendetis fratres veſtros, ″& vendentur nobis? Et ſiluerunt, nec inuenerunt reſponſum.

9 ″Præterea dixi, Non eſt bona res quàm facitis: annon in timore Dei noſtri″ambulabitis ″propter probrũ Gentium inimicarum noſtrarum?

10 ″Et ego quoque, fratres mei, & pueri mei commodauimus eis argentum, & frumentum: relinquamus quæſo″vſuram hanc.

11 Reddite quæſo eis hodie agros eorum, vineas eorum, olıueta eorum, & domos eorum,″& centeſimam partem argenti, & frumenti, vini, & olei, quam exigitis ab eis.

In tempore quoque illo dixi populo, Vnuſquiſque cum puero ſuo maneat in medio Ieruſalem, & ſint nobis vices per noctem, & diem, ad operandum.

Ego autem & fratres mei & pueri mei, & cuſtodes qui erant poſt me, nõ deponebamus veſtimẽta noſtra: vnuſquiſque tantùm nudabatur ad baptiſmum.

Cap. V.

ET factus eſt clamor populi, & vxorum eius magnus aduerſus fratres ſuos Iudæos.

Et erant qui dicerent, Filii noſtri & & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentũ, & comedamus, & viuamus.

Et erant qui dicerẽt, Agros noſtros, & vineas, & domos noſtras opponamus: & accipiamus frumẽtũ in fame.

Et alii dicebant, Mutuo ſumamus pecunias in tributa Regis, demúſque agros noſtros & vineas.

Et nunc ſicut carnes fratrũ noſtrorũ, ſic carnes noſtræ ſunt, & ſicut filii eorũ, ita & filii noſtri: ecce nos ſubiugamus filios noſtros & filias noſtras in ſeruitutẽ, & de filiabus noſtris ſunt famulæ, nec habemus vnde poſſint redimi, & agros noſtros & vineas noſtras alii poſſident.

Et iratus ſum nimis, quũ audiſſem clamorem eorum ſecundũ verba hęc:

B

Cogitauítque cor meum mecum, & increpaui optimates & magiſtratus, & dixi eis, Vſuráſne ſinguli à fratripus veſtris exigatis? Et congregaui aduerſum eos concionem magnam.

Et dixi eis, Nos, vt ſcitis, redemimus fratres noſtros Iudæos qui venditi fuerant Gentibus, ſecundum poſſibilitatem noſtram: & vos igitur vẽdetis fratres veſtros, & redimemus eos? Et ſiluerunt, nec inuenerũt quid reſponderent.

Dixítque ad eos, Non eſt bona res quam facitis: quare non in timore Dei noſtri ambulatis, ne exprobretur nobis à Gẽtibus inimicis noſtris?

Et ego & fratres mei & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in cõmune iſtud, æs alienum concedamus quod debetur nobis.

Reddite eis hodie agros ſuos, & vineas ſuas, & olíueta ſua, & domos ſuas: quin potius & centeſimam pecuniæ, frumenti, vini & olei, quam exigere ſoletis ab eis, date pro illıs.

22 *In* opus. מלאכה׃ .i.noctu cuſtodiant nos, & interdiu operentur in muro. 23 Nec ego, nec fratres mei, &c. ואין אני וגו׳ Ad verbum, Et non ego, & fratres mei, & pueri mei, & viri cuſtodes, qui erãt poſt me, non nos exuentes. Redundat אנשי. Et אנחנו nos, pro eramus. .i.non inquam eramus exuentes nos: hoc eſt, nunquam exuebamus nos, ſiue deponebamus veſtes & arma, ſiue per diem, ſiue per noctem.

Quiſque deponebat illud *ad* aquas. איש שלחו המים׃ Ad verbum, cuiuſque depoſitio[expoliatio]eius *ad* aquas. i.quiſque exuebat veſtes ſuas tantùm quum vellet ſeſe mundare & ſanctificare. à שלח quo vtitur Chaldæus paraphr. pro exuere & expoliare. Iſtam expoſitionem annotat doctus inter Hebræos, atque etiam magni nominis apud illos vir. Ex doctioribus illorum alter exponit, cuiuſque enſis *erat in manu ſua etiam* ad aquas. expiatorias ſcilicet ſiue luſtratorias. i.quando ibat ad aquas illas expiatorias, hoc eſt quum vellet ſeſe expiare & luſtrare.

IN CAPVT V.

1 Populi העם ſub.pauperis & egeni. Deſcribitur inclemẽtia & inhumanitas, imò crudelitas Iudæorum inuicem. Fratres ſuos אחיהם ſub.diuites & opulentos. 2 Accipiamus igitur ונקחה q.d. Quum familia noſtra multa ſit, & numeroſa, cogimur accipere frumentũ pretio, vt viuamus. 3 Pignori damus, ערבים .i.parati ſum⁹ dare pignori vt accipiamus à fratribus noſtris frumentũ in fame qua premimur & penè conficimur. loquitur de fame quadam inſigni. 4 Pro tributo למדת .i.vt penderemus, ac ſolueremus tributum. Gallicè, *la taille*. Vide radicem מדד. 5 Subiicimus כובשים .i.ſubiicere cogimur. q.d. Nos & illi, ſumus eadẽ caro, id eſt ex eodem genere: ipſi tamen aſpernantur carnem ſuam, & nullam rationẽ noſtri habent, neque volunt ſubuenire inopiæ ac neceſſitati noſtræ. Quæ ſubiiciũtur, נכבשות .i.quæ ſeruiunt. Facultas לאל virtus. i.non habemus quo eas redimamus. Et agros noſtros, &c. ושדותינו וגו׳ agri nanq; noſtri & vineæ noſtræ *ſunt* aliorum. 7 In me, עלי apud[contra]memetipſum. Quidam vertunt, Et cõſilium iniit animus meus apud me. i. capto apud memetipſum conſilio, contendi, rixatus ſum, litigaui cum optimatibus. Et poſui contra eos ואתן עליהם .i.& congregaui cõtra eos: vt viſa tanta multitudine puderet eos ſcelerum ſuorum. 8 Secundum facultatem quæ eſt in nobis, כדי בנו pro virili noſtra. Gallicè, *ſelon noſtre poſſibilite*. Et vos etiam וגם־אתם ſub.qui deberetis redimere fratres veſtros. Et vẽdentur nobis? ונמכרו לנו .i.vt poſtea redimamus eos? 9 Præterea dixi, ויאמר Ad verbũ, Et dixit, ſub.Nehemias. tertia perſona pro prima. Ambulabitis תלכו .i.ambulare debetis. Propter probrum Gentium, &c מחרפת הגוים וגו׳ .i.ne malè audiamus apud Gentes quæ odio nos proſequuntur?

10 Et ego quoque. &c. וגם אני וגו׳ Reſpondet tacitæ obiectioni: potuerant enim dicere alii, Nos mutuauimus eis pecunias & frumentum. Vſurã hanc. את־המשא הזה׃ debitũ hoc. q.d. dimittamus nos omnes fratribus debitũ. 11 Et centeſimã partem argenti, &c. ומאת הכסף וגו׳ Et centũ *nummos* argenti, & frumentũ, vinũ, & oleum quod exigitis ab eis. Ex doctis Hebræorũ alter ſubaudit, ſiclos. Alii vertũt vt noſter interpres, centeſimã partem, &c. quam ſcilicet exigere ſoletis pro vſura, &c. quæ omnia vos mutuauiſtis illis, quæſtus ſiue vſuræ gratia.

C Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: ſicque faciemus vt loqueris. Et vocaui Sacerdotes & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixerā.

Inſuper excuſſi ſinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum iſtud, de domo ſua & de laboribus ſuis: ſic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuerſa multitudo, Amen: & laudauerūt Dominum. fecit ergo populus ſicut erat dictum.

A die autē illa qua præceperat Rex mihi vt eſſem dux in terra Iuda, ab annō viceſimo vſque ad annum triceſimumſecundum Artaxerxis Regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ Ducibus debebantur, non comedimus.

D Duces autem primi, qui fuerant ante me, grauauerunt populū, & acceperūt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie ſiclos quadraginta: ſed & miniſtri eorum depreſſerant populum: ego autem non feci ita, propter timorem Dei.

Quin potius in opere muri ædificaui. & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

Iudæi quoque & magiſtratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de Gētibus quę in circuitu noſtro ſunt, in menſa mea erant.

Parabatur autem mihi per dies ſingulos bos vnus, arietes ſex electi, exceptis volatilibus: & inter dies decē vina diuerſa, & alia multa tribuebam: inſuper & annonas ducatus mei non quæſiui. valde enim attenuatus erat populus.

Memēto mei Deus meus, in bonū ſecūdū omnia quæ feci populo huic.

Cap. VI.

FActum eſt autem, quum audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Goſſem Arabs, & cæteri inimici noſtri, quòd ædificaſſem ego murum, & non eſſet in ipſo reſidua interruptio (vſque ad tempus autem illud valuas non poſueram in portis.)

Miſerunt Sanaballat & Goſſem ad me, dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipſi autem cogitabāt vt facerent mihi malum.

Miſi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio, & non poſſū deſcendere: ne fortè negligatur, quum venero, & deſcendero ad vos.

Miſerunt autem ad me ſecundum verbū hoc, per quatuor vices: &

12 Reſponderunt, Reddemus, nec *quicquam* ab eis quæremus: ſic faciemus vt tu dicis. Tum conuocaui Sacerdotes, '& adiuraui illos vt facerent iuxta verbum hoc.

13 Etiam "veſtimentum meum excuſſi, ac dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui nō 'compleuerit verbum iſtud, "de domo ſua, "& de labore ſuo, & ita ſit excuſſus & vacuus. Et dixerūt totus cœtus, Amen: atque laudauerunt Iehouam: fecítque populus "iuxta verbum iſtud.

14 Quinetiam à die qua præcepit mihi vt eſſem dux eorum in terra Iehudáh, *nempe* ab anno viceſimo vſque ad annum triceſimum ſecundum Arthanhשׁſaסſthé Regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem 'Ducis comedi.

15 Duces autem priores qui fuerunt ante me, 'grauauerunt populum, & acceperūt ab eis pro pane & vino, 'poſt argēti שׁſeclos quadraginta: præterea pueri eorum 'dominati ſunt populo: ego verò non feci ita 'propter timorem Dei.

Dux Nehemias aliena nō rapit, ſua non repetit ne affligat populum, & non habētibus dat victū.

16 Quinetiam in opere muri huius "inſtauraui, nec agrum *ullum* "emimus, & omnes "pueri mei congregati erant ibi ad opus.

17 "Iehudæi inſuper, & magiſtratus centum & quinquaginta viri, quíque veniebāt ad nos è gētibus *illis* quæ ſunt in circuitu noſtro, in menſa mea "*erant*.

18 Quod autem "parabatur per ſingulos dies, *erat* bos vnus, pecudes ſex 'electæ, aues quoque parabātur mihi: "intra decem autem dies *excipiebam illos* "cum omni *genere* vini ad copiam: & cum hoc 'panē ducis non quæſiui, quia grauis erat ſeruitus *illa* populo huic.

19 Memento mei Deus mi, "in bonum, omnium quæ feci populo huic.

Cap. VI.

1 FVit autem, quum auditum eſſet à סSanballát, & Tobiiáh, & Geשׁſem Arabe illo, & cæteris inimicis noſtris, quòd ædificaſſem murum, nec remanſiſſet in eo "interruptio: ("attamē vſque ad hoc tempus valuas non ſtatueram in portis)

Rurſus impeditur ædificatio.

2 Miſit שׁSanballát & Geשׁſém ad me, "his verbis, Veni, "& conueniamus pariter "in villis in campo אOnó. Ipſi autem cogitabant facere mihi malum.

3 Miſi quoque ad eos nuntios, his verbis, Opus grande facio, '& non poſſum deſcēdere: quare ceſſabit opus ipſum quum deſeram illud, vt deſcendam ad vos?

4 Miſerunt autem ad me "iuxta verbum hoc quatuor vicibus, &

12 Et adiuraui illos ואשביעם .i. coegi eos iurare, quod facerent ſicut dictum eſt. 13 Veſtimentum meum, חצני .i. oram, ſiue fimbriam veſtis meæ. Alii, ſinum meum. ita ſcilicet vt nihil remaneret in ſinu meo. q.d. Malè precatus ſum iis qui aliter facerent, idque adhibito ſigno exteriore. Compleuerit יקים Ad verbum, ſtatuerit. i. adimpleuerit ac ratam fecerit hanc rem: hoc eſt, qui hoc non fecerit. De domo ſua, מביתו Refertur ad verbum Excutiat. Et de labore ſuo, ומיגיעו .i. de opibus ac facultatibus quas opere ſuo peperit ac congregauit. Iuxta verbum iſtud. כדבר הזה: .i. ita vt dictum fuerat.

14 Ducis הפחה .i. qui ſolitus erat, ſiue debebat dari ducibus. 15 Grauauerunt הכבידו .i. graue, ſiue grauius tributum impoſuerunt populo. His verſibus commemorat Nehemias quæ cōtulit beneficia in hunc populum cui tum ipſe præerat. Poſt אחר præter. vltra. i. poſtquam accepiſſent ab eis XL illos ſiclos argenti olim conſtitutos ducibus pro victu ſuo. Dominati ſunt שלטו .i. tyrannidem exercuerunt in populum, & malè illum tractarunt. Propter timorem Dei. מפני יראת אלהים: .i. quòd Deum timerem.

16 Inſtauraui, החזקתי ſub partem quandam. Emimus, קנינו ſub. à pauperibus. Singulare eſt pro plurali: aut intellige, Ego & fratres mei. Pueri mei נערי Pueros hîc vocat famulos ſuos. 17 Iehudæi inſuper והיהודים qui ſcilicet inter eos erant illuſtriores. *Erant.* Vel, *alebantur.* 18 Parabatur, היה נעשה Ad verbū, fuit factū. Declarat quænā fuerit impenſa. Electæ, ברורות .i. pingues: quòd eligantur quæ pinguiores ſunt. Intra decem autem dies ובין עשרת ימים .i. decimo quoque die. ſub. excipiebam illos. Cum omni *genere* vini ad copiam: בכל־יין להרבה Ad verbum, in omni vino, ad multiplicandum. i. in magna copia, ne vinum deeſſet: nam aliis diebus dabatur vinum in menſura certa. Panem Ducis לחם הפחה Vide ſuprà verſu 14. 19 In bonum לטובה .i. vt benefacias mihi.

IN CAPVT VI.

1 Interruptio, פרץ ruptura. fractura. ſub. vlla. In hoc capite deſcribit inſidias quas parauerant hoſtes populi Iſraelitici quū murus ille iam pene eſſet inſtauratus. Attamen vſque ad hoc tempus, &c. גם עד־העת ההיא וגו׳ nec tamen ad hoc vſque tempus valuas ſtatueram in portis.

2 His verbis לאמור Ad verbum, dicendo. Et conueniamus pariter, ונועדה יחדו Gallicè, *pour parlementer enſemble.* In villis in campo אOno. בכפרים בבקעת אונו in pagis [vicis] *qui ſunt* in valle Ono. Nomen eſt loci.

3 Et non poſſum deſcendere: ולא אוכל לרדת ideo non poſſum deſcendere. ſub. ad vos. Vtitur hoc verbo quòd Ieruſalem ſita eſſet in loco eminentiore. 4 Iuxta verbum hoc quatuor vicibus, כדבר הזה ארבע פעמים .i. hac de cauſa quater.

reſpondi eis″iuxta verbum hoc.
Miſit inſuper ad me סSanballát″eiſdem verbis vice quinta pue 5
rum ſuum,″& epiſtola aperta in manu eius,

Epiſtola Sanaballat ad Nehemiam.

In qua ſcriptum erat,In Gentibus auditum eſt,″& Gaשſmú di- 6
cit quòd tu & Iehudæi cogitatis rebellare:idcirco tu ædificas mu-
rum,& tu es illis Rex,″ſecundum verba hæc:
Et etiam Prophetas ſtatueris vt prædicent de te in Ieruשſaláim, 7
dicendo,″*Eſt* Rex in Iehudáh.nunc verò″audietur à Rege ſecũdum
verba hæc:quapropter veni,″& conſilium ineamus pariter.

Reſponſio Nehemiæ.

Tum miſi ad eum,his verbis, Non eſt factum ſecundum verba 8
hæc quæ tu dicis, ſed ″de corde tuo fingis ea.

Nehemias non deterretur ab opere propter pſeudoprophetas.

Quia″omnes ii terrent nos,dicendo,″Debilitabuntur manus eo- 9
rum ab opere, & non fiet.nunc autem″conforta manum meam.
Et ingreſſus ſum domum שSemaעiáh filii Delaiáh, filii Mehe- 10
tabאél(ipſe verò *erat*″clauſus) & ait,″Conueniamus ad domum Dei
″intra templũ,claudamúſque oſtia″templi, quia″veniunt vt occi-
dant te,″hac quidem nocte veniunt vt occidant te.
Tum dixi,″Num quiſquam ſimilis mei fugiet? & quis ſimilis 11
mei″qui ingrediatur templum,& viuat?″non ingrediar.
″Et cognoui,& ecce Deus non miſerat illum,ſed illam prophe- 12
tiam loquutus erat aduerſum me, & Tobiiáh″& סSanballát con-
duxit eum mercede.
″Quia mercede conductus fuerat,″vt timerem,& facerem ſic,at- 13
que peccarem, ″eſſétque illis ad nomen malum,″vt probris affi-
cerent me.

Oratio.

Memento Deus mi, Tobiiáh & סSanballát ſecũdum opera ſua 14
iſta, & etiam″Noעadiáh prophetiſſæ, & cæterorum prophetarum
″qui terruerunt me.
Perfectus eſt itaq; murus ille viceſimaquinta″אElúl,″quinqua- 15
ginta duobus diebus.
Quum autem″audiſſent omnes inimici noſtri, timuerunt om- 16

reſpondi eis iuxta ſermonem priorẽ.

5 Et miſit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum ſuũ, & epiſtolam habebat in manu ſua, B

6 Scriptam hoc modo, In Gentibus auditum eſt,& Goſſẽ dixit quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare: & propterea ædifices murũ,& leuare te velis ſuper eos,Regẽ:propter quã cauſam

7 Et Prophetas poſueris qui prædicent de te in Ieruſalem,dicentes,Rex in Iudæa eſt:auditurus eſt Rex verba hæc:idcirco nunc veni,vt ineamus cõſilium pariter.

8 Et miſi ad eos,dicens,Non eſt factũ ſecundum verba hæc quçtu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc.

9 Omnes enim hi terrebãt nos,cogitantes quòd ceſſarent manus noſtræ ab opere,& quieſcerem'.quã ob cauſam magis confortaui manus meas. C

10 Et ingreſſus ſum domum Semaiæ filii Dalaiæ filii Metabeel ſecretó.qui ait, Tractemus nobiſcum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis:quia vẽturi ſunt vt interficiant te:& nocte venturi ſunt ad occidendum te.

11 Et dixi,Num quiſquam ſimilis mei fugit? & quis vt ego ingredietur templum,& viuet? non ingrediar.

12 Et intellexi quòd Deus non miſiſſet eum : ſed quaſi vaticinans loquutus eſſet ad me,& Tobias & Sanaballat conduxiſſent eum.

13 Acceperat enim pretium vt territus facerem,& peccarem,&haberent malum quod exprobrarent mihi.

14 Memento mei Deus pro Tobia & Sanaballat , iuxta opera eorum talia: ſed & Noadiæ prophetæ,& cæterorũ prophetarum qui terrebant me. D

15 Completus eſt autem murus viceſimoquinto die menſis Elul,quinquagintaduobus diebus.

16 Factũ eſt ergo quũ audiſſent omnes inimici noſtri, vt timerent vniuerſæ

Iuxta verbum hoc. כדבר הזה: .i.ſic,vt prius dictũ eſt. 5 Eiſdem verbis, כדבר הזה Ad verbum,iuxta verbũ hoc. Et epiſtola
aperta in manu eius, ואגרת פתוחה בידו: .i.habebat epiſtolam in manu ſua. 6 Et Gaשſmú dicit וגשמו אומר Id eſt,idque Gaſmu aſſe-
rit.Is eſt Geſem Arabs cuius antea meminit. Secundum verba hæc. כדברים האלה: quæ ſcilicet narrantur inter Gentes.Magni nominis apud
Hebræos vir iungit hæc verba cum principio verſus,In qua ſcriptum erat iuxta hæc verba.i.hoc pacto.
7 *Eſt* Rex in Iehudáh. מלך ביהודה q.d.Iam habemus Regem præter Artaxerxem. Audietur à Rege ſecundum verba hæc: ישמע
למלך כדברים האלה .i.narrabuntur Regi talia. Et conſilium ineamus pariter. ונועצה יחדו: vt ſcilicet eluas à te hanc infamiam & hoc cri-
men.Epiſtola enim illa Sanballat accuſabat Nehemiam & Iehudæos læſæ maieſtatis.
8 De corde tuo fingis ea. מלבך אתה בודאם: .i.ex te finxiſti illa.q.d.mentiris. 9 Omnes ii terrent כלם מיראים omnes hæ[ſub.
gentes]terrent.ita magni nominis apud Hebræos vir.i.metum ac timorem incutere conantur nobis,vt abducãt nos ab opere ipſo. Alter ex do-
ctioribus illorum, Vos omnes terretis.i.terrere conamini.nam eſt particip.Heb.terrentes.vt vtroque modo vertere poſſis. Verbum בודאם ex-
ponit idem magni apud illos nominis vir,verbo Gallico *controuuer*. Debilitabũtur,&c. ירפו וגו' .i.debiles factæ manus eorum,deſiſtent ab
opere ipſo,& non perficietur. Conforta חזק confirma.corrobora,ô Sanballat,me ad opus ipſum,& ne deterreas.q.d.Tu potius cohortare
me ad opus,quàm deterrendo auoces me ab illo. 10 Clauſus עצור ſub.in domo ſua.i.qui continebat ſe domi. Vel qui abſtinebat ab
omnibus voluptatibus & deliciis , vt ſolent Prophetæ. Narrat Nehemias alias inſidias quas ſibi parauerant hoſtes per pſeudoprophetas.
Conueniamus נועד .i.Recipiamus nos,vel Confugiamus,ſiue Concedamus ad domum Dei. Intra אל־תוך Ad verbum,in medio.
Templi, ההיכל Antecedens pro relat.eius,ſub.ſuper nos. Veniunt באים Præſ.Heb.pro fut.venturi ſunt. Hac quidẽ nocte,&c.
ולילה באים להרגך: Ad verbum,& nocte veniunt ad occidendum te,pro,& quidem hac nocte prima venturi ſunt inquam Samballat & alii ho-
ſtes,vt te occidant. 11 Num quiſquam ſimilis mei האיש כמוני Nunquid aliquis qualis ego ſum.q.d.Debeóne ego quem Deus tantis
beneficiis affecit,fugere metu mortis? Qui ingrediatur templum,& viuat: אשר־יבוא אל־ההיכל וחי .i.qui ingredi poſſit templum,quem
Deus non ſtatim interficiat?quòd ſcilicet templum violauerit. Non ingrediar. לא אבוא: nequaquã ingrediar.nõ enim licet mihi ingredi.
q.d.Si facerem quæ hortaris,peccarem in me,fugiendo ſcilicet:& Deum,ingrediendo templum ipſum.
12 Et cognoui,& ecce ואכירה והנה Subaudiendum aliquid,hoc modo, Dedi operam vt cognoſcerem eſſétne verus propheta : & depre-
hendi quòd non miſiſſet eum Deus,hoc eſt eum eſſe pſeudoprophetam. nam veri Prophetæ mittuntur à Deo. Et סSanballát conduxit eũ
mercede. וסנבלט שכרו: aut Samballat conduxerant eum. 13 Quia mercede cond.fuerat למען שכור הוא Subaudiendum aliquid,qua-
le,Hæc inquam dicebat,propterea quòd mercede,&c. Vel,Deus inquam non miſerat illum,nam,&c. Vt timerẽ,& facerem ſic,atque pecc.
למען אירא ואעשה־כן וחטאתי .i.vt metum ac timorem mihi incuteret,& facerem vt dicebat,atq; ita peccarem. Eſſétne illis,&c. והיה להם
לשם רע eſſétque illis in famam malã.ſub,aduerſum me.i.vt haberent quod mihi tanquam crimen impingere poſſent. Vt probris me affic.
למען יחרפוני: quum ſcilicet me illorum metu aufugiſſe cognoſcerent.
14 Noעadiáh לנועדיה Nomen mulieris,quæ etiam ſibi Prophetæ nomen ſumebat. Qui terruerunt me. אשר היו מיראים אותי: .i.qui
terrore conati ſunt auocare me ab opere ipſo. 15 אElúl, לאלול Menſis eſt qui partim Auguſto noſtro reſpondet, partim Septembri.
Quinquaginta duobus diebus. לחמשים ושנים יום: quinquageſimo ſecundo die.poſtquam ſcilicet miſit Sanballat epiſtolam illam ad Ne-
hemiam. 16 Audiſſent שמעו ſub.murum eſſe perfectum.

gentes quæ erãt in circuitu noſtro, & cõciderent intra ſemetipſos, & ſcirẽt quòd à Deo factum eſſet opus hoc.

17 Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epiſtolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos.

18 Multi enim erant in Iudæa habentes iuramẽtum eius, quia gener erat Secheniæ filii Aréa: & Iohanan filius eius acceperat filiam Moſollam filii Barachiæ.

19 Sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epiſtolas vt terreret me.

Cap. VII.

Eccli 49.c.15

1 POſtquam autẽ ædificatus eſt murus, & poſui valuas, & recenſui ianitores, & cantores & Leuitas:

2 Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ieruſalem (ipſe enim quaſi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur)

3 Et dixi eis, Non aperiantur portæ Ieruſalẽ vſque ad calorẽ ſolis. Qũúmque adhuc aſſiſterent, clauſæ portæ ſunt, & oppilatæ: & poſui cuſtodes de habitatoribus Ieruſalem, ſingulos per vices ſuas, & vnũquenque contra domum ſuam.

1.Eſdr.2.a.1

4 Ciuitas autẽ erat lata nimis & grãdis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.

5 ¶Deus autem dedit in corde meo: & cõgregaui optimates, & magiſtratus & vulgus, vt recenſerẽ eos: & inueni librum cenſus eorum qui aſcenderant primùm, & inuentum eſt ſcriptum in eo,

B

6 Iſti filii prouinciæ, qui aſcenderunt de captiuitate migrantium, quos trãſtulerat Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & reuerſi ſunt in Ieruſalem, & in Iudæã, vnuſquiſque in ciuitatẽ ſuã.

7 Qui venerunt cum Zozobabel, Ioſue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belſan, Meſpharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Iſrael.

8 Filii Pharos, duo millia centum ſeptuagintaduo.

9 Filii Saphatia, trecenti ſeptuagintaduo.

10 Filii Area, ſexcenti quinquagintaduo.

11 Filii Phahath-moab filiorum Ioſue & Ioab, duo millia octingenti decem & octo.

12 Filii AElam, mille ducenti quinquagintaquatuor.

C

13 Filii Zethua octingenti quadragintaquinque.

14 Filii Zachai, ſeptingẽti ſexaginta.

15 Filii Bannui, ſexcenti quadragintaocto.

nes gentes quæ *erant* in circuitu noſtro, ″& conciderũt valde in oculis ſuis, cognouerúntq; quòd à Deo noſtro factũ eſt opus hoc.

17 Etiam diebus illis ″crebras epiſtolas mittebant optimates Iehudáh ad Tobiiáh, & quæ erant ipſius Tobiiáh veniebant ad eos.

18 Multi enim in Iehudáh ″habebant iuramentum eius, quia gener erat שSechaniáh filii Aráחh, & Ioחhanán filius eius acceperat filiã Meשſullám filii Berechiáh.

19 Præterea ″bonitates eius dicebant coram me, ″& ſermones meos referebant ei: Epiſtolas miſit Tobiiáh ad terrendũ me. Cap. VII.

1 QVum autem ædificatus eſſet murus, & ſtatuiſſem valuas, cõſtitutíque eſſent ianitores, & cantores, & Leuitæ:

Extructo muro cõſtituuntur cuſtodes per Nehemiam.

2 ″Præcepi חHananí fratri meo, & חHananiáh principi palatii, ″de Ieruשſaláim (quòd ipſe eſſet ″vir verax, & timẽs Deum ″præ multis.)

3 Dixi inquã illis, ″Ne aperiantur portæ Ieruשſaláim vſque ad calorem ſolis, & adhuc ″ipſis adſtantibus claudent valuas, ″& tenebunt. ″conſtitui itaque cuſtodes habitantium Ieruשſaláim, quenque in cuſtodia ſua, & quenque eregione domus ſuæ.

4 Vrbs autem ipſa erat lata ″locis, & magna, populus verò paucus in medio eius, nullæque erant domus ædificatæ.

Numeratur populus è captiuitate reuerſus.

5 Poſuit ergo Deus in corde meo vt congregarem optimates, & magiſtratus atque populum vt recenſerentur ſecundum ſeriem generationum: & inueni librum ″genealogiæ eorum qui aſcenderant ″primùm, & inueni ſcriptum ″in eo,

6 Iſti ſunt filii ″prouinciæ qui aſcenderunt de captiuitate trãſmigrationis, quam tranſmigrare fecit Nebuchad-neאſár Rex Babél, & reuerſi ſunt in Ieruשſaláim & in Iehudáh, quiſq; in ciuitatẽ ſuã.

7 Qui venerunt cũ Zerubbabél, Ieשſúaע, Neחhemiáh, ″עAzariah, Raעamiáh, ″Naחhamaní, Mordochái, Bilשſán, Miסſpéret, Biguái, Neחhúm, Baעanáh. Numerus virorum populi Iשſraאelis,

8 Filii Parעóש, duo millia centum & ſeptuagintaduo.

9 Filii שSephatiáh, trecenti ſeptuagintaduo.

10 Filii Aráחh, ſexcenti quinquagintaduo.

11 Filii Paחhath-moáb de filiis Ieשſúaע & Ioáb, duo millia octingenti octodecim.

12 Filii עElám, mille ducenti quinquagintaquatuor.

13 Filii Zatthú, octingenti quadragintaquinque.

14 Filii Zecchái, ſeptingenti ſexaginta.

15 Filii Binnúi, ſexcenti quadragintaocto.

Et conciderunt, &c. ויפלו וגו׳ .i. humiliati ſunt valde. qd. exiſtimauerunt ſe iacturam magnam feciſſe nominis ſui & rerum ſuarum.

17 Crebras epiſtolas, &c. מרבים חורי וגו׳ Ad verbum, multiplicabant optimates Iehudáh epiſtolas ſuas eũtes [.i. miſſas] ad Tobiiah. Hebraiſmus, quem vertit noſter interpres, Crebras ac frequentes epiſtolas mittebant ad Tobiam, & ab eodem frequentes etiam recipiebant.

18 Habebant iuramentum eius, בעלי שבועה .i. coniurauerant cum ipſo Tobia.

19 Bonitates eius dicebant טובותיו היו אומרים merita eius [benefacta. magnificentias] narrabant. vel, recitabant. Et ſermones meos ודברי quòd ſcilicet epiſtolas quaſdam miſiſſet Tobias vt me terreret, vt ab inſtauratione muri deſiſterem.

IN CAPVT VII.

2 Præcepi ואצוה .i. Præcepta ac mandata dedi. De Ieruשſalaim, על ירושלם .i. de portis Ieruſalem claudendis & aperiendis ſuo tẽpore. Alii, de cuſtodiendis portis exponunt. Vir כאיש Hic כ affirmantis eſt potius quàm dubitantis: acſi dicas, quòd ipſe proculdubio eſſet vir verax. Præ multis. מרבים: ſcilicet hominibus. Vel, vt alii, à multis, ſcilicet diebus. i. à multo tempore.

3 Ne aperiantur לא יפתחו Non aperientur. propter inſidias hoſtium. Ipſis adſtantibus הם עומדים ipſis aſſiſtentibus. i. ipſis cuſtodibus aſſiſtentibus in portis. Et tenebunt. ואחזו Ad verbum, & tenete. Confuſio numeri, pro tenebunt, ſiue apprehendent. ſub. valuas, ſiue fores illas, donec vectibus clauſerint illas. Alii exponunt, & teneant, id eſt iungant eas vectibus. q.d. non relinquent portas apertas. Conſtitui itaque cuſtodes habitantium והעמיד משמרות יושבי .i. ſtatui cuſtodes habitatores Ieruſalem: ſiue conſtitui circum Ieruſalẽ cuſtodes habitatores eius. 4 Locis, ידים ſpatiis. i. ſpatioſa erat. 5 Genealogiæ היחש cenſus. Liber iſte generationis nõ eſt ille qui deſcriptus eſt ſecundo capite Ezræ, ſed ſcriptus fuit aliquot annis poſt illum. non enim conueniunt in aliquot numeris particularibus filiorum, quòd ſucceſſu temporis multi aucti ſint liberis, alii orbati. Primùm, בראשונה initio, ſub Zorobabele ſcilicet. In eo, בו: ſub. quod ſequitur.

6 Prouinciæ המדינה regionis. ſub. Iudææ. Confer hæc omnia cum ſecundo capite Ezræ, vbi ſimilia ferè omnia.

7 עAzariáh, Raעamiáh עזריה רעמיה Iſti duo in Ezra dicuntur Seraiah, Reעelaiah, quòd habuerint duo nomina. Naחhamaní, נחמני Superadditur iſte numero illi qui habetur in Ezra.

Filii Bebái,ſexcenti vigintiocto.	16	Filii Bebai,ſexcenti vigintiocto.
Filii עAzgád,duo millia ſexcenti vigintiduo.	17	Filii Azgad, duo millia trecenti vigintiduo.
Filii Adonicám,ſexcenti ſexagintaſeptem.	18	Filii Adonicam,ſexcenti ſexaginta ſeptem.
Filii Biguái,duo millia ſexagintaſeptem.	19	Filii Beguai,duo millia ſexaginta ſeptem.
Filii עAdín,ſexcenti quinquagintaquinque.	20	Filii Adin, ſexcenti quinquaginta quinque.
Filii Atér″de חHizciiáh,nonaginta octo.	21	Filii Ater filii Hezechiæ,nonagintaocto.
Filii חHaשsúm,trecenti vigintiocto.	22	Filii Haſem,trecenti vigintiocto.
Filii Beצsái,trecenti vigintiquatuor.	23	Filii Beſai,trecenti vigintiquatuor.
Filii חHaríph,centum duodecim.	24	Filii Hareph,centum duodecim.
″Filii Gibעוón,nonagintaquinque.	25	Filii Gabaon,nonagintaquinque.
Viri Beth-léחhem & Netopháh, centum octogintaocto.	26	Filii Beth-léhem & Netupha,centũ octogintaocto.
Viri עAnathóth,centum vigintiocto.	27	Viri Anathoth, centũ vigintiocto.
Viri Beth-עazmáueth,quadragintaduo.	28	Viri Beth-azmoth, quadragintaduo.
Viri Ciriáth-ieעarim,Chephiráh,& Beאeróth,ſeptingẽti quadragintatres.	29	Viri Cariath-iarim,Cephira,& Beroth,ſeptingenti quadragintatres.
Viri Ramáh,& Gabáע,ſexcenti vigintivnus.	30	Viri Rama & Geba,ſexcenti viginti vnus.
Viri Michmáס,centum vigintiduo.	31	Viri Machmas, centum vigintiduo. D
Viri Beth-אél & עAi,centum vigintitres.	32	Viri Beth-el & Hai,centum vigintitres.
Viri Nebó alterius,quinquagintaduo.	33	Viri Nebo alterius,quinquagintaduo.
Filii ″עיElam alterius,mille ducenti quinquagintaquatuor.	34	Viri AElam alterius, mille ducenti quinquagintaquator.
Filii חHarím, trecenti viginti.	35	Filii Harem, trecenti viginti.
Filii Iereחhó,trecenti quadragintaquinque.	36	Fili Iericho, trecenti quadragintaquinque.
Filii Lod-חhadid & אOnó,ſeptingenti vigintivnus.	37	Filii Lod-hadid & Ono,ſeptingenti vigintivnus.
Filii סSenaáh,tria millia nongenti & triginta.	38	Filii Senaa,tria millia nongenti triginta.
″Sacerdotes:filii Iedaעiáh de domo Ieשsúaע, nongenti ſeptuagintatres.	39	Sacerdotes : filii Idaia in domo Ieſua,nongenti ſeptuagintatres,
Filii אImmér,mille quinquagintaduo.	40	Filii Emmer, mille quinquagintaduo.
Filii Phaשחhúr,mille ducenti quadragintaſeptem.	41	Filii Phaſhur,mille ducẽti quadragintaſeptem.
Filii חHarím,mille ſeptemdecim.	42	Filii Arem,mille decem & ſeptem.
Leuitæ:filii Ieשsúaע de Cadmiאél de filiis ″Hodiiáh, ſeptuagintaquatuor.	43	Leuitæ: filii Ioſue & Cedmiel filiorum Oduiæ,ſeptuagintaquatuor.
Cantores:filii Aסáph,centum quadragintaocto.	44	Cantores:filii Aſaph, centum quadragintaocto.
Ianitores:filii שSallúm,filii Atér, filii Talmón, filii עAccúb,filii חHatitá,filii שSobái,centum trigintaocto.	45	Ianitores:filii Sellum,filii Ater, filii Telmon,filii Accub , filii Hatita, filii Sobai, centum trigintaocto.
Nethinæi:filii צSiחhá,filii חHaשsuphá,filii Tabaעוóth,	46	Nathinæi:filii Soha, filii Haſupha, filii Tebbaoth, E
Filii Ceróס,filii סSiעá,filii Padón,	47	Filii Ceros,filii Siaa,filii Phadon,
Filii Lebanáh,filii חHagabá,filii שSalmái,	48	Filii Lebana , filii Hagaba, filii Selmai,
Filii חHanán,filii Giddél,filii Gaחhár,	49	Filii Hanan,filii Gaddel,filii Gaher,
Filii Reaiáh,filii Reצín,filii Necodáh,	50	Filii Raaia,filii Raſin,filii Necoda,
Filii Gazzám,filii עVzzá,filii Paסéaחh,	51	Filii Gezem,filii Aza,filii Phaſea,
Filii Beסái,filii Meעוuním,filii Nephiשseסím,	52	Filii Beſai,filii Munim,filii Nephuſſim,
Filii Bacbúc,filii חHacuphá,filii חHarחhúr,	53	Filii Bacbuc,filii Hacupha,filii Harhur,
Filii Baצlíth,filii Meחhidá,filii חHarשá,	54	Filii Beſloth,filii Mahida,filii Harſa,
Filii Barcóס,filii סSiסerá,filii Thamáחh,	55	Filii Bercos,filii Siſara,filii Thema,
Filii Neצiáחh,filii חHatiphá.	56	Filii Naſia,filii Hatipha,
″Filii ſeruorum שSelomóh:filii סSotái,filii סSophéreth,filii Peridáh,	57	Filii ſeruorum Salomonis, filii Sotái,filii Sophéreth,filii Pharida,
Filii Iaעalá,filii Darcón,filii Giddél.	58	Filii Iahala,filii Darcõ,filii Geddel,

---

21 De חHizciiáh, לחזקיה .i.qui erat de domo ac familia Hizciiáh. 25 Filii Gibעוón, בני גבעון .i.ciues. Sic ſequenti verſu,& pluribus aliis. Quoties enim בני vel אנשי nominibus vrbium præponitur,incolas ſiue ciues ſignificat.

34 עיElám עילם Nomen viri & vrbis. 39 Sacerdotes: הכוהנים .i.Sequuntur Sacerdotes,vel filii Sacerdotum,aut nomina Sacerdotum. Vel,Sequitur numerus ſiue catalogus,&c. Et ſic infrá de Leuitis,Cantoribus,Ianitoribus,& Nathinæis.

43 Hodiiáh, להודיה In Ezra dicitur Hodauiáh. 57 Filii ſeruorum שSelomóh: בני עבדי שלמה Hi præerant operationibus templi,curantes eius ruinas. Siquid enim erat quod minaretur ruinam,ſtatim inſtaurabatur ab illis.

Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon.

Omnes Nathinæi, & filii ſeruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo.

Hi ſunt autem qui aſcenderunt de Thelméla, Thel-harſa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent,

Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, ſexcenti quadragintaduo.

F Et de Sacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus eſt nomine eorum.

Hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cenſu, & nō inuenerunt: & eiecti ſunt de Sacerdotio.

Dixitque Atherſátha eis vt nō manducarent de ſā̃ctis ſanctorum, donec ſtaret Sacerdos doctus & eruditus.

Omnis multitudo quaſi vir vnus, quadragintaduo millia trecenti ſexaginta.

Abſque ſeruis & ancilis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: & inter eos cantores & cantatrices ducēti quadragintaquinque.

Equi eorum, ſeptingenti triginta ſex: muli eorum, ducenti quadraginta quinque:

Cameli eorum, quadringenti triginta quinque: aſini, ſex millia ſeptingenti viginti.

G Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus: Atherſatha dedit in theſaurū, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas ſacerdotales quingentas triginta.

Et de principibus familiarum dederunt in theſaurū operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas.

Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptem.

Habitauerūt autem Sacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cātores, & reliquū vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis: & venerat menſis ſeptimus: filii autem Iſrael erant in ciuitatibus ſuis.

Cap. VIII.

Congregatúſque eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateā, quæ eſt ante portam aquarum: & dixerūt Eſdrę ſcribæ vt afferret librum Legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli.

Attulit ergo Eſdras Sacerdos Legē corā multitudine virorū & mulierū, cū̃ctiſq; qui poterāt intelligere, ī die

---

59 Filii שSephatiáh, filii חHattil, filii Phochéret de Haאſebáim, filii Amón.

60 Omnes Nethinæi, & filii ſeruorum שSelomóh, trecenti nonagintaduo.

61 Et iſti ſunt qui aſcenderūt de Thel-mélaחh, Thel-חharשſá, Cherúb, Addón, & אImmér: & non potuerunt indicare domū patrum ſuorum, "& ſemen ſuum, an ex Iשſraאele eſſent.

62 Filii Delaiáh, filii Tobiiáh, filii Necodá, ſexcēti quadragītaduo.

63 Et de Sacerdótibus: filii חHobaiáh, filii Haccoץs, filii Barzillái, qui accepit de filiabus Barzillái Gilעaditæ vxorem: & vocatus eſt nomine earum.

64 Iſti "quæſierūt ſcripturam ſuam qua ſeries generationis eorū recenſeretur, & nō "eſt inuenta: "& ideo repudiati ſunt à Sacerdotio.

65 Et dixit eis "Thirשſátha ne manducarent "de ſanctitate ſanctitatum, donec ſtaret Sacerdos "in אVrim & Thummim.

66 Vniuerſa congregatio tanquam *uir* vnus, quater decem millia trecenti ſexaginta:

67 Præter ſeruos eorum & ancillas, iſti erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: inter eos item *erant* cantores & cantatrices ducenti & quadragintaquinque.

68 Equi eorum ſeptingenti trigintaſex: muli eorum ducenti quadraginta quinque:

69 Cameli, quadringenti trigintaquinque: aſini, ſex millia ſeptingentiviginti.

70 Aliqui autem è principibus familiarum "dederunt in opus: Thirשſátha dedit "in theſaurū, auri drachmas mille, crateras quinquaginta, veſtes "Sacerdotum triginta & quingentas.

71 *Aliquot* verò de principibus familiarum dederūt in theſaurum operis, auri drachmarum bis decem millia, & argēti minarum duo millia ac ducentas.

72 Quæ præterea dederūt reſiduū populi, *fuerunt* auri drachmarum bis decem millia, & argenti minarum duo millia, & veſtes Sacerdotum ſexagintaſeptem.

73 Habitauerunt autem Sacerdotes & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & de populo & Nethinæi, vniuerſus quoque Iשſraאél in vrbibus ſuis, & aduenit menſis ſeptimus, filiíque Iשſraאelis erant in ciuitatibus ſuis.

Cap. VIII.

1 Congregati ſunt itaque vniuerſus populus "tanquam vir vnus in platea quæ erat ante portam aquarum, dixerúntque עEzræ "ſcribæ vt afferret librum Legis Móשſeh quam "præceperat Iehouáh Iשſraאeli.

Populo congregato legit Eſdras Legem.

2 Attulit igitur עEzrá Sacerdos Legem coram cōgregatione illatam virorū quàm mulierum, "& omnium intelligentium, audien

---

61 Et ſemen ſuum זרעם .i.genus ſuum, vnde ducerent originem. 64 Quæſierunt ſcripturam. בקשו כתבם inquiſierunt[.i.cōſuluerunt]ſcripturā ſuam. hoc eſt librū in quo deſcripti erant ii qui per ſeriem generationū recenſiti erant. Eſt inuenta: נמצאו ſub.ſcriptura illa.i.nō fuerūt inuēti in eo libro, ne vnus quidē illorū. Et ideo repudiati ſūt ויגאלו ideóq; reiecti fuerūt tanquā indigni.i.priuati fuerūt dignitate ſacerdotali. 65 Thirשſátha התרשתא.i.Nehemias, qui ita dictus eſt ſermone Chaldæo. Vide cap.ſequēti, verſ.9. ponitur enim vice cognominis: aut eſt nomen magiſtratus, ſiue dignitatis apud Chaldæos. Hebræi aiunt ita dictū fuiſſe quòd licuerit ei bibere de vino Gentiliū, quòd eſſet pincerna Regis Artaxerxis.. De ſanctitate ſanctitatū, מקודש הקדשים .i.de cibis Sacerdotū qui erant ſancti. In אVrim & Thumim .: לאורים ותומים Neceſſariò de Chriſto intelligendum eſſe locum iſtum ſcribunt quidam: nam Vrim & Thummim quæ Moſes poſuerat in Rationali, non fuerunt in ſecundo templo.i.non fuerunt poſtea poſita. Vide Exod.28.c.30.

70 Dederunt נתנו ſub.munera. In fine præcedētis verſus eſt finis libri genealogiæ. In theſaurū, לאוצר ſub.operis, vt ſequenti verſu. Sacerdotum כוהנים .i.ſacerdotales, quibus vterentur Sacerdotes in templo.

IN CAPVT VIII.

1 Tanquam vir vnus כאיש אחד .i. ſimul. Scribæ הסופר .i.doctoris Legis. Vide Ezræ 7.a.5. Præceperat צוה .i.tradiderat Dominus populo Iſraelitico ſeruandam ac cuſtodiendā. 2 Et omnium intelligentium audiendo וכל מבין לשמוע & omnium intelligentium ad audiendum. vel, vt audirēt. qui per ætatē audita intelligere ac percipere poterant. Vox Hebræa מבין hic non indicat ſcientiam aut eruditionem, ſed ætatem. Pertinet enim hæc particula ad iuniores: ſuperior verò ad eos qui erant prouectioris ætatis.

do,die prima menſis ſeptimi.

Et legit in eo ″ante plateam quæ erat ante portam Aquarum,″à luce ipſa vſque ad meridiem coram viris & mulieribus,″& intelligentibus:″& aures totius populi erant ad librum Legis. 3

Stabat autem yEzrá ſcriba″ſuper ſuggeſtum ligneum quod fecerāt″propter verbum, ſtabátque iuxta eum Matthithiáh, & שSemáy,& yAnaiáh, & אוVriiáh & חHilciiáh, & Mayaשſeiáh ad dexterā eius:à ſiniſtra verò eius,Pedaiáh,Miשſaℵél,& Malchiiáh,& חHaשſúm,& חHaשſbadanáh, Zechariáh,& Meשſullám. 4

Aperuit itaque yEzrá librum in oculis totius populi,quia″ſupra vniuerſum populum erat:quúmque cœpiſſet aperire, ″ſtetit vniuerſus populus. 5

Et benedixit yEzrá Iehouæ Deo magno: reſpondítque vniuerſus populus,″Amen amen,cum eleuatione manuum ſuarum:poſtea incuruauerunt ſe,atque adorauerunt Iehouam proni in terra. 6

″Ieשſúay autē,& Bani,& שSerebiáh,Iamin,yAccób,שSabbethái, Hodaiáh, Mayaשſeiáh,Celitá, yAzariáh, Iozabád, חHanán, Pelaiáh,& Leuitæ″intelligere faciebant populum Legem:populus autem *erat*″in loco ſuo. 7

Et legerunt in libro ipſo,in Lege Dei″explanatè,″& appoſuerūt intellectum,& intellexerunt ſcripturam ipſam. 8

Contriſtatum populum ob auditā Legē, cōſolatur Nehemias

Dixit autē Nehhemiáh (ipſe eſt Thirשſátha)& yEzrá, Sacerdos Scriba,& Leuitæ″qui intelligere faciebant populum,vniuerſo populo, Dies″ſanctus eſt Iehouæ Deo noſtro,ne lugeatis,neque fleatis.Flebat enim vniuerſus populus quū audiret verba Legis. 9

Dixit præterea illis, Ite,comedite″pinguia, & bibite″dulcia,& mittite″partes″ei cui nihil eſt paratū,quia″ſāctus dies Domino noſtro:neq; cōtriſtemini , quia gaudiū Iehouæ″eſt fortitudo veſtra. 10

Leuitæ autem ″ſilere faciebant vniuerſum populum, dicendo, ″Tacete,quia dies ſanctus eſt,″& ne doleatis. 11

Lætitia in Iſrael,cognita Dei volūtate per Legem.

Abierunt itaque vniuerſus populus vt comederet , & biberet, & vt mitteret partes,atque lætaretur lætitia magna:quia intellexerat verba quæ docuerant eos. 12

Iuſſu Eſdræ celebrat populus feſtum Tabernaculorum.

Poſtridie autem congregauerunt ſe principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes, & Leuitæ,ad yEzrá ſcribam, ″vt intelligerent verba Legis. 13

Inuenerunt autem ſcriptum in Lege″quā præceperat Iehouáh per manum Moשſéh , vt habitarent filii Iשſraℵelis in tabernaculis,″in ſolennitate ipſa,menſe ſeptimo, 14

prima menſis ſeptimi.

3 Et legit in eo apertè in platéa quæ erat ante portam Aquarum,de mane vſque ad mediam diem, in conſpectu virorum,& mulierum,& ſapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum.

4 Stetit autē Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum,quem fecerat ad loquēdum:& ſteterunt iuxta eum Mathathias & Semeia, & Ania, & Vria ,& Helcia,& Maaſia,ad dextram eius:& ad ſiniſtram,Phadaia,Miſael,& Melchia,& Haſum,& Haſbadana,Zacharia,& Moſollam. B

5 Et aperuit Eſdras librum corā omni populo : ſuper vniuerſum quippe populum eminebat,& quū aperuiſſet eum,ſtetit omnis populus.

6 Et benedixit Eſdras Domino Deo magno:& reſpondit omnis populus, Amen amen, eleuans manus ſuas: & incuruati ſunt, & adorauerunt Dominum proni in terram.

7 Porrò Ioſue,& Bani & Serebia,Iamin, Accub, Sebthái , Odia , Maaſia, Celita,Azarias,Iozabed,Hanan,Phalaia,Leuitæ,ſilentium faciebant in populo ad audiendam Legem: populus autem ſtabat in gradu ſuo.

8 Et legerūt in libro Legis Dei diſtinctè,& apertè ad intelligendum: & intellexerunt quum legeretur.

9 Dixit autē Nehemias(ipſe eſt Atherſátha)& Eſdras Sacerdos,&Scriba,& Leuitę interpretantes vniuerſo populo, Dies ſāctificatus eſt Domino Deo veſtro, nolite lugere , & nolite flere. Flebat enim omnis populus , quum audiret verba Legis. C

10 Et dixit eis,Ite, comedite pinguia & bibite mulſum,& mittite partes ei qui non pręparauit ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt,& nolite contriſtari: gaudium etenim Domini eſt ,fortitudo veſtra.

11 Leuitæ autem ſilentium faciebant in omni populo,dicētes,Tacete,quia dies ſanctus eſt,& nolite dolere.

12 Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet , & mitteret partes, & faceret lætitiam magnā : quia intellexerāt verba quæ docuerat eos.

13 Et in die ſecundo congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes & Leuitæ ad Eſdrā ſcribam,vt interpretaretur eis verba Legis.

14 Et inuenerunt ſcriptum in Lege, præcepiſſe Dominum in manu Moyſi, vt habitēt filii Iſrael in tabernaculis,in die ſolenni,menſe ſeptimo:

3 Ante plateam לפני הרחוב Innuit ſuggeſtum fuiſſe collocatum non in meditullio, ſed in extremitate quadam,vnde tamen facile ab omnibus conſpici poterat. A luce ipſa מן־האור .i.à principio diei. Et intelligentibus: והמבינים .i.iis qui iam per ætatem audita intelligere poterant,vt verſu ſecundo. Et aures,&c. ואזני .i.erántque ipſi arrectis auribus ad ea quæ legebantur.

4 Super ſuggeſtum, על־מגדל Vox iſta turrim ſignificat.ideo autem ſuggeſtum vocat turrim, quòd turris figuram præ ſe ferret,eſſétque figuræ orbicularis.2.Paral.6.b.13,dicitur Salomon feciſſe כיור,id eſt ſuggeſtum inſtar conchæ. כיור enim concham ſignificat, quæ rotunda eſt. Propter verbum, לדבר ob hanc rem.i.ea de cauſa. 5 Supra vniuerſum populum erat : מעל כל־העם היה .i.vniuerſo populo ſupereminebat.hoc eſt,in altiore loco erat quàm populus. Stetit עמדו id eſt recti ſteterunt,honoris cauſa. 6 Amen amen, אמן אמן Particula confirmantis & aſſentientis.Nomen eſt ſubſtantiuum,& ſignificat veritatem. q.d.veritas ſit.i.ita ſit,ita accidat.″ita eueniat. Hìc autem geminatur ad maiorem confirmationem. 7 Ieשſuay autem, וישוע Iſti erant Sacerdotes. Intelligere faciebant מבינים .i.attendere faciebant populum ad Legem. In loco ſuo. עמדם: Ad verbum,in ſtatione ſua.i.erat vbi ſtabat.vel,erat ſtans.

8 Explanatè, מפורש explicitè.diſtinctè.Ex doctioribus Hebræorum alter exponit,declarato.vel,expoſito.ſub.verbo.hoc eſt vocabulis diſtinctis,& explicatis. Quidam vertunt,lecturam,id eſt quod legebatur. Et appoſuerunt intell. ושום שכל .i. aduerterunt animum.

9 Qui intelligere fa.p. המבינים את־העם .i. attendere faciebant populum ad Legē. Vide paulo antè,verſu 7. Sanctus קדוש .i.conſecratus.Declarat Nehemias vniuerſo populo diem illam ſanctificatam & cōſecratā eſſe Iehouæ. 10 Pinguia, משמנים q.d.agite comedite hodie eſcas opiparas ac pingues. Dulcia, ממתקים ſuauia.i. optima vina.nam hìc dulce & ſuaue pro potu dulci & ſuaui accipitur. q.d.agite hodie feſtum cum gaudio & lætitia. Partes, מנות portiones.i.munera eſcarum,& portiunculas. Ei cui nihil eſt paratū, לאין נכון לו .i.iis qui nullū cibum habent paratum. Eſt fortitudo ve. היא מעוזכם: .i.Diuino gaudio efficiemini fortiores . ſiue ob gaudium Diuinum reddentur animi veſtri fortiores & alacriores. 11 Silere faciebant מחשים tacere faciebant.ne ſcilicet fleret. Tacete, הסו q.d.nolite flere. Et ne doleatis. ואל־תעצבו: nolite ergo dolore affici. nolite vos conficere mœrore.

13 Vt intelligerent ולהשכיל Ad verbum,& ad intelligendum.Hìc ו redundat. 14 Quam præceperat אשר צוה quod præcepiſſet. In ſolennitate ipſa, בחג in ipſo feſto.nempe Tabernaculorum.i.celebrandum eſſe feſtum Tabernaculorum menſe ſeptimo.

15 Et vt prędicent & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, & in Ieruſalem, dicentes, Egredimini in montē, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemoroſi, vt fiāt tabernacula, ſicut ſcriptum eſt.

16 Et egreſſus eſt populus, & attulerūt, fecerúntque ſibi tabernacula vnuſquiſque in domate ſuo, & in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, & in platéa portæ Aquarum, & in platéa portæ Ephráim.

17 Fecit ergo vniuerſa eccleſia eorū qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerāt à diebus Ioſue filii Nun taliter filii Iſrael, vſque ad diē illum: & fuit lætitia magna nimis.

18 Legit autem in libro Legis Dei per dies ſingulos, à die primo vſque ad diem nouiſſimum: & fecerunt ſolennitatem ſeptem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum. Cap. IX.

3.Eſdr.9.c.4

1 IN die autē viceſimoquarto menſis huius cōuenerūt filii Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper eos.

2 Et ſeparatum eſt ſemen filiorū Iſrael ab omni filio alienigena: & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua & iniquitates patrum ſuorum.

3 Et conſurrexerunt ad ſtandum: & legerunt in volumine Legis Domini Dei ſui, quater in die, & quater cōfitebantur, & adorabant Dominum Deū ſuum.

4 Surrexerunt autē ſuper gradum Leuitarū Ioſue & Bani & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum:

5 Et dixerunt Leuitæ Ioſue & Cedmiel, Bōni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia, Surgite, Benedicite Domino Deo veſtro ab æterno vſque in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedictione & laude.

6 Tuipſe Domine, ſolus tu feciſti cælum, & cælū cælorum, & omnē exercitum eorū: terram, & vniuerſa quæ in ea ſunt: maria, & omnia quæ in eis ſunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cęli te adorat.

7 Tuipſe Dominus Deus, qui elegiſti Abram, & eduxiſti eū de Igne Chaldæorum, & poſuiſti nomen eius Abraham.

8 Et inueniſti cor eius fidele corā te, & percuſſiſti cum eo fœdus, vt dares

15 'Et audiri facerent ac tranſire vocem per vniuerſas vrbes ſuas, & per Ieruשſaláim, dicendo, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes arboris pinus, & frondes myrti, & frondes palmarum, & frondes "arboris dēſæ: vt faciatis tabernacula *quædam*, ſicut ſcriptum eſt.

16 Egreſſi ſunt itaque populus, atque attulerunt, fecerúntque ſibi tabernacula, quiſque ſuper tectū ſuū, & in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ Aquarū, & in platea portæ אEphráim.

17 Fecerunt inquam vniuerſus cœtus qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iehoשſúaע filii Nun, "ſic filii Iשſraאelis vſque ad diem illum: fuítque lætitia magna valde.

18 'Legit autem in libro Legis per ſingulos dies "à die primo vſque ad diem nouiſſimum: fecerúntque ſolennitatem ſeptem diebus, die autem octauo "collectam iuxta morem. Cap. IX.

Legitur liber Legis.

1 P"Orrò viceſima quarta die menſis huius congregauerunt ſeſe filii Iשſraאelis in ieiunio, & cum ſaccis, ac terra *erat* ſuper eos.

Populus pœnitens, vxores alienigenas abiicit.

2 ("Separauerāt autem ſeſe ab omnibus alienigenis) "& ſteterunt, ac confeſſi ſunt peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum.

3 "Surrexerúntque in loco ſuo, & legerunt in libro Legis Dei ſui quater in die, & quater "confeſſi ſunt, atque adorauerūt Iehouam Deum ſuum.

Cōfeſſio peccatorum.

4 "Surrexit autem ſuper gradū Leuitarum, Ieשſúaע, & Baní, "Cadmiאél, שSebaniáh, Bunní, שSerebiáh, Baní, Chenáni: clamauerúntque voce magna ad Iehouam Deum ſuum:

5 Ac dixerunt Leuitæ *illi*, *nempe* Ieשſúaע, & Cadmiאél, Baní, חHaשſabneiáh, שSerebiáh, Hodiiáh, שSebaniáh, Pethaחhiáh, "Surgite, benedicite Iehouæ Deo noſtro à ſeculo & vſque in ſeculum: "& benedicant nomini "gloriæ tuæ, "& excelſo ſuper omnem benedictionem & laudem.

6 "Tu es ô Iehoua ſolus, tu feciſti "cælū, cælum cælorū, & omnem exercitum eorum: terram, & omnia quæ ſunt in ea: maria, & vniuerſa quæ ſunt in eis: "viuificas quoque omnia hæc, & exercitus cælorum te adorant.

Laudat & benedicit Deum Nehemias.

7 Tu es, ô Iehoua, Deus ille qui elegiſti Abrám, & eduxiſti eū de אVr Chaשſdím: "poſuiſtíque nomen eius Abrahám.

Beneficia Dei erga Iſraelem.

8 Inueniſti autem cor eius fidele coram te, & percuſſiſti cum eo

15 Et audiri facerent, ac tranſire vocē ואשר ישמיעו ויעבירו קול .i. prædicarent, ac voce præconis proclamarent. Magni nominis apud Hebræos vir aliquid ſubaudit, Præceperunt ergo vt prædicarent, ac voce præconis ſignificarent in omnibus aliis vrbibus ſuis, & in Ieruſalē, &c.

Arboris denſæ: עץ עבות Dicunt עבות eſſe ſpeciem quandam myrti: fortè quā Plinius exoticam vocat, quámque variis frondium ordinibus conſtare dicit. 17 Sic כן .i. talia tabernacula. 18 Legit autē ויקרא nēpe Ezra. A die primo מן־היום הראשון ſub. ſolennitatis. Collectam עצרת Non à collectione pecuniæ, ſed à congregatione populi in vnum, id eſt concionem, hoc eſt feſtiuitatem celeberrimam. Sic autem dicebatur à עצר, prohibuit, quòd eo die arceretur, ſiue prohiberetur populus ab omni opere ſeruili.

IN CAPVT IX.

1 Porrò viceſimaquarta die, &c. וביום עשרים וארבעה Notandum quòd feſtum Tabernaculorum celebrabatur decimaquarta die menſis ſeptimi, & עצרת collecta viceſimaſecunda eiuſdem. Separauerunt ergo ſeſe filii Iſrael ab alienigenis viceſimatertia die, & viceſimaquarta ieiuni & induti ciliciis, ac conſperſi puluere, ſtantéſque confeſſi ſunt peccata ſua. 2 Separauerant autē ſeſe ab, &c. ויבדלו זרע ישראל וגו׳ Ad verbū, Et ſeparauerant ſeſe ſemen Iſrael ab, &c. i. genus. Antecedens repetitum. Et ſteterunt, ac confeſſi ſunt ויעמדו ויתודו .i. ſtantes corā Iehoua, ingenuè faſſi ſunt ſe eſſe peccatores, maioréſque ſuos peccatores quoq; fuiſſe. 3 Surrexerúntque in loco ſuo, ויקומו על־עמדם Surrexerúntque in ſtatione ſua. i. & manſerunt in loco ſtantes. erant enim erecti. Sic verſu ſequenti. Confeſſi ſunt, מתודים ſub. coram Domino, ſe peccatores eſſe. 4 Surrexit autem ſuper gradum ויקם על מעלה Sing. Heb. pro plur. Surrexerunt, id eſt erecti ſteterunt in gradu. hoc eſt ſuggeſtu in quo ſtare ſolebant Leuitæ. ſtabant enim in loco altiore quàm populus. 5 Surgite, קומו Hortabātur Leuitæ populum vt laudarent Dominum, benediceréntque illi, ac gratias agerent. Solebant autē ſtare quū orarent, & laudarent Deum. Iſtud Surgite, potius videtur poni vice aduerbii hortantis, eſſéque particula hortantis aliquem ad opus. q.d. agite, rumpite moras. Et benedicāt ויברכו Conuertit ſermonē ſuum ad Deum: acſi dicat, *Et dicite coram eo*, Benedicant omnes, &c. Gloriæ tuæ, כבדך .i. glorioſo tuo nomini.

Et excelſo ומרומם & *ſis* exaltatus. i. exalteris. Vel, ſit exaltatum. i. exaltetur nomen tuum omni genere benedictionis & laudis.

6 Tu es ô Iehoua ſolus, אתה־הוא יהוה לבדך .i. Tu ô Iehoua à teipſo es, & omnia creaſti. Cælū, cælum cælorū, את־השמים שמי השמים Ex doctis Hebræorum alter, per cælum intelligit firmamentum: & per cælum cæli, ſiue cælos cælorum, ſphæras cæleſtes. Latini verò per cælum, intelligunt firmamentum & ſphæras illas cæleſtes: & per cælos cælorum, cælum empyreum, in quo ſunt ſpiritus cæleſtes. Per vniuerſum exercitum eorum Hebræi intelligunt vniuerſam multitudinem ſtellarū: Latini autem multitudinem tam ſtellarum quàm ſpirituū cæleſtium.

Viuificas quoque omnia hæc, ואתה מחיה את־כולם .i. quòd ſtant, mouentur, & viuunt, hoc habent à te. Id pertinet ad gubernationem ac regimen. 7 Poſuiſtique nomen eius, ושמת שמו Hebraiſmus, pro, mutato nomine vocaſti eum Abraham.

fœdus quòd dares terrã Chenayanæi, Hitthæi, & Eℵmoræi, & Perizæi, & Iebuɔsæi, & Girgaẇsæi, quòd *inquam* dares *eam* femini eius: ʹconfirmaſtíque verba tua, quia iuſtus es.

9 Reſpexiſti præterea afflictionem patrum noſtrorum in AEgypto, clamorémque eorum audiſti in mari ɔSuph.

10 Dediſtíque ſigna & portenta in Paryóh, & in vniuerſis ſeruis eius, atque in vniuerſo populo terræ eius: noueras enim quòd ſuperbè egiſſent contra eos: ʹvnde feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc.

11 Mare inſuper diuiſiſti coram eis, & trãſierunt per medium eius in ſicco: perſequutores autem eorũ proieciſti in profunditates, ʹtã quam lapidem in aquas validas.

12 Atque cum colũna nubis deduxiſti eos interdiu, & cum columna ignis noctu, ʺvt illuſtrares eis viam per quam ʹambulaturi erãt.

13 Poſt hæc ſuper montem ɔSinái deſcẽdiſti, loquutúſque es cum eis è cælo, & dediſti eis iudicia recta, & leges veras, ſtatuta & præcepta bona.

14 Sabbathum quoque ʺſanctum tuum notum feciſti eis, & præcepta, & ſtatuta, & Legẽ præcepiſti eis per manũ Moẇſéh ſerui tui.

15 ʹPanem inſuper de cælo dediſti eis in fame ſua: & aquã è petra eduxiſti eis in ſiti ſua: ʹtandem dixiſti eis vt ingrederentur ad poſſidendum terram ʺpropter quam leuaſti manum tuam quòd traderes *eam* illis.

Ingratitudo, & peccatũ populi.

16 Ipſi verò & patres noſtri ſuperbè egerunt, ʺ& indurauerunt ceruicem ſuam, ʹnec audierunt præcepta tua:

17 Imò renuerunt audire, neque recordati ſunt mirabiliũ tuorum quæ feceras cum eis: indurauerúntque ceruicem ſuam, ʺac conuerſi ſunt vt reuerterentur ad ſeruitutẽ ſuam cum rebellione ſua: tu tamen Deus ʺveniarum, ʹclemẽs, & miſericors, ʺlonganimis, & multæ miſericordiæ, ʹnon dereliquiſti eos.

18 Inſuper quando fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & dixerũt, Iſte eſt Deus tuus ʹqui eduxit te de AEgypto, ʺfecerúntque conuitia magna:

Miſericordia Dei, & beneficia in populum Iſraelem, & ipſius Iſraelis rebellio.

19 Tu tamen propter miſericordias tuas multas ʹnon dereliquiſti eos in deſerto, ʹcolumna nubis nõ receſſit ab eis interdiu, vt duceret eos per viã, & columna ignis noctu, ʺvt lucere faceret eis viam per quam ambulaturi erant.

Spiritus Dei doctor.

20 Et Spiritum tuum bonũ dediſti ad inſtruẽdum eos, ʹman quoque tuum non prohibuiſti ab ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti eorum.

21 Quadraginta quoque annis pauiſti eos in deſerto, nulla re in-

ei terrã Chananæi, Hethæi & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuzæi, & Gergeſæi, vt dares ſemini eius: & impleſti verba tua, quoniã iuſtus es.

9 Et vidiſti afflictionem patrum noſtrorum in AEgypto: clamorémque eorũ audiſti ſuper Mare rubrum.

10 Et dediſti ſigna atque portenta in Pharaone, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouiſti enim quia ſuperbè egerant contra eos: & feciſti tibi nomen, ſicut & in hac die.

11 Et Mare diuiſiſti ante eos, & tranſierunt per medium Maris in ſicco: perſequutores autẽ eorum proieciſti in profundũ, quaſi lapidem in aquas validas.

12 Et in columna nubis ductor eorũ fuiſti per diem, & in columna ignis per noctem: vt appareret eis via per quam ingrediebantur. C

13 Ad montem quoque Sinai deſcendiſti, & loquutus es cum eis de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & Legẽ veritatis, cæremonias, & præcepta bona.

14 Et ſabbathum ſanctificatum tuum oſtendiſti eis, & mandata, & cæremonias, & Legem præcepiſti eis in manu, Moyſi ſerui tui.

15 Panem quoque de cælo dediſti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingrederẽtur & poſſiderẽt terrã ſuper quã leuaſti manũ tuã vt traderes eis.

16 Ipſi verò, & patres noſtri ſuperbè egerũt, & indurauerũt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua:

17 Et noluerunt audire, & nõ ſunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis: & indurauerunt ceruices ſuas, & dederunt caput vt conuerterentur ad ſeruitutem ſuam, quaſi per contentionem. tu autem Deus propitius, clemens, & miſericors, longanimis, & multæ miſerationis, non dereliquiſti eos. D

18 Et quidem quum feciſſent ſibi vitulum conflatilem, & dixiſſent, Iſte eſt deus tuus, qui eduxit te de AEgypto: fecerúntque blaſphemias magnas:

19 Tu autẽ in miſericordiis tuis multis nõ dimiſiſti eos in deſerto. ¶columna nubis nõ receſſit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt oſtenderet eis iter per quod ingrederentur.

Exod.13.d.21

20 Et Spiritum tuum bonum dediſti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti.

21 Quadraginta annis pauiſti eos in deſerto, nihilque eis defuit: veſtimen

8 Confirmaſtíque ותקם & adimpleſti. rata feciſti. i. ſtetiſti promiſſis. 10 Vnde feciſti ותעש Ad verbum, & feciſti. i. ita peperiſti ac comparaſti tibi famam qualis hodie quoque eſt. 11 Tanquam lapidem כמו־אבן ſub. cadentem. i. quaſi iaceres, vel iecisſes lapidem in aquas validas, aut fortes, hoc eſt vehementes ac impetuoſas. altas ac profundas ſignificat. ſolent enim quæ tales ſunt, cum impetu decurrere. 12 Vt illuſtrares להאיר vt illuminares. Ambulaturi erant ילכו ambularent. ingrederentur. irent.
14 Sanctũ tuum notũ feciſti. קדשך הודעת ſacroſanctũ tuum [vel, tibi ſanctificatũ] indicaſti. i. docuiſti 15 Panẽ inſuper de cælo ולחם משמים Et panem *cadentem* de aere. i. manna quod ſignificat donum. q. d. cibum à Deo datum. Tandem dixiſti ותאמר Ad verbum, & dixiſti. Propter quam leuaſti, &c. אשר־נשאת את־ידך Hebraiſmus, quam iuraſti te daturum illis. i. quam iurando promiſiſti te daturum illis. 16 Et indurauerunt ceruicem ſ. ויקשו את ערפם indurauerúntque ceruices ſuas. i. fuerunt inobedientes, rebelles, & contumaces. Metaphora ab equis qui nolũt obedire ſeſſoribus ſuis, & aliis animãtibus, aut feris quæ. domari nõ poſſunt. Hìc indicat ingratitudinẽ eius populi. Nec audierunt præc. t. ולא שמעו אל־מצותיך: nec paruerunt præceptis tuis. Ac cõuerſi ſunt vt reuert. ויתנו ראש לשוב Ad verbum, & dederunt [poſuerunt] caput vt reuerterentur. ſub. in AEgyptum, vbi ſeruierant ſeruitutem. Veniarum, סליחות remiſſionum peccati. Verbum enim, parcere ſignificat, & remittere peccata. Clemens & miſericors חנון ורחום miſericors & miſerator. Longanimis ארך־אפים Ad verbum, longus irarum. i. tardus ad iram. ſignificat eum qui non facilè aut quacunque ex cauſa iraſcitur. Non dereliquiſti eos. : ולא עזבתם Hic ו redundat, nõ deſeruiſti eos. ſub. in afflictionibus & tribulationibus eorum. i. non ſubtraxiſti ab eis fauorem tuum, opẽ & auxiliũ. id enim ſignificat Deſeri à Deo. 18 Qui eduxit te אשר־העלך Ad verbũ, qui aſcendere fecit. Fecerúntque conuitia magna: ויעשו נאצות גדולות: ſub. in Deum. ſic infrà verſu 26. 19 Non dereliquiſti eos in deſerto, לא־עזבתם במדבר. i. non permiſiſti eos perire fame in deſerto. vt paulo antè verſu 17. Columna nubis את־עמוד הענן vt paulo ſuprà verſu 12. Vt lucere faceret eis viã להאיר להם ואת־הדרך vt illuſtraret [vt illuminaret] eis viam per quã, &c. 20 Man quoque tuum ומנך. i. à te datum, vt ſuprà verſu 15.

ta eorũ non inueterauerunt, & pedes eorum non ſunt attriti.

22 Et dediſti eis regna & populos, & partitus es eis ſortes: & poſſederunt terram Sehon, & terram Regis Heſebon, & terram Og Regis Baſan.

23 Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cæli, & adduxiſti eos ad terram de qua dixeras Patribus eorũ vt ingrederentur & poſſiderent.

E 24 Et venerunt filii, & poſſederunt terram, & humiliaſti coram eis habitatores terrę, Chananęos, & dediſti eos in manu eorũ, & Reges eorum, & populos terrę, vt facerent eis ſicut placebat illis.

25 Ceperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cunctis bonis: ciſternas ab aliis fabricatas, vineas, & olиueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerũt deliciis in bonitate tua magna.

26 Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerũt à te, & proiecerũt Legem tuã poſt terga ſua: & Prophetas tuos occiderunt qui cõteſtabantur eos vt reuerterẽtur ad te: fecerúntque blaſphemias grandes.

27 Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos: & in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecũdum miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum.

F 28 Quúmq; requieuiſſent, reuerſi ſunt vt facerent malum in conſpectu tuo, & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, & poſſederunt eos. cõuerſique ſunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cælo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordiis tuis, multis temporibus.

29 Et conteſtatus es eos vt reuerterẽtur ad Legem tuam: ipſi verò ſuperbè egerunt, & nõ audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem ſuam indurauerunt, nec audierunt.

30 Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos in Spiritu tuo per manum Prophetarum tuorum: & nõ audierunt, & tradidiſti eos in manum populorum terrarum.

31 In miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos, quoniam Deus miſerationum & clemẽs es tu.

diguerunt: veſtimenta eorum″non inueterauerunt, nec pedes eorum″intumuerunt.

22 Dediſti eis inſuper regna & populos,″quos diuiſiſti in angulum, ac poſſederunt terram סSinhón & terram Regis חHexſbón, & terram אOg Regis Baשſán.

23 Filios autem eorum multiplicaſti ſicut ſtellas cæli, & introduxiſti eos in terram de qua dixeras Patribus eorum quòd ingrederẽtur *eam* vt poſſiderent.

24 Venerunt enim filii, & poſſederunt terram illam: atque humiliaſti coram eis habitatores ipſius terræ,″Chenaעanæos, dediſtíque eos in manum eorum, ac Reges eorum, & populos eius terræ, vt facerent ex eis″ſecundum voluntatem ſuam.

25 ″Ceperunt præterea vrbes munitas, atque humum pinguem, & poſſederunt domos plenas omni bono, ciſternas exciſas, vineas, & olиueta, & arbores fructiferas quamplurimas: comederúntque, ac ſaturati ſunt, atque impinguati,″& deliciis affluxerũt propter bonitatem tuam magnam.

26 Irritauerunt itaque, & rebellauerunt contra te, ac proiecerunt Legem tuam″poſt corpus ſuum: Prophetas quoque tuos occiderunt,″qui teſtificabantur contra eos, vt conuerterent eos ad te: & fecerunt conuitia magna.

27 Itaque tradidiſti eos in manũ hoſtium ſuorũ, & afflixerunt eos: ac in tempore tribulationis ſuæ″clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, atque ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis ſeruatores qui ſeruauerunt eos de manu hoſtium ſuorum.

28 ″Quum verò eſſet illis quies,″reuerſi ſunt ad faciendum malum coram te, idcirco dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, qui dominati ſunt eis. conuerſi autem, rurſum clamauerũt ad te, & tu de cælo exaudiſti, atque eruiſti eos ſecundum miſerationes tuas multis temporibus.

29 ″Conteſtatus verò es illos, vt conuerteres eos ad Legem tuam: ſed ipſi ſuperbè egerũt,″nec audierunt præcepta tua, & in iudiciis tuis peccauerunt,″quæ faciet homo, & viuet in eis: dederúntque humerum″recedentem, & ceruicem ſuam indurauerunt,″& non audierunt.

30 ″Attamen protraxiſti ſuper eos annos multos,″& cõteſtatus es illos Spiritu tuo per manum Prophetarũ tuorum, & non auſcultauerunt: ideo tradidiſti eos in manum populorum terrarum.

31 Sed propter miſericordias tuas multas″non feciſti eos *in* cõſumptionem, nec dereliquiſti eos, quia Deus clemẽs & miſericors es.

21 Non inueterauerunt, לא בלו .i.non fuerunt vetuſtate conſumpta. Intumuerunt. בצקו: more ſcilicet cõſperſionis, ſiue paſtæ fermentatæ. Vel, non fuerunt inquinati. contaminati. fœdati. ſub. luto. vt inquinari ſolent digiti eius qui farinam ſubigit. quaſi dicas, impaſtati. hoc eſt calcei eorum non fuerunt pertuſi, attriti, aut vetuſtate conſumpti. 22 Quos diuiſiſti in angulum, ותחלקם לפאה .i. diſiecíſti eos in angulos multos, hoc eſt diſperſiſti eos in varias orbis partes, aduentante Iſraele, ad cuius aduentum illi aufugerunt.

24 ″ Chenaעanæos, הכנענים Per Chananæos intellige & alios populos qui habitabãt in ea regione. Secundum voluntatem ſ. כרצונם: .i.pro voto & arbitrio ſuo. 25 Ceperunt præterea וילכדו Expugnauerũt præterea. Et deliciis affluxerũt ויתעדנו & deliciis operã dederunt.i. voluptuoſè vixerunt. 26 Poſt corpus ſuũ: אחרי גום .i. poſt tergum ſuũ.i. neglexerunt ac ſpreuerunt. Qui teſtificabantur contra eos, אשר העידו בם qui teſtabantur contra eos.i. admonebant eos, aduocatis, ſiue adhibitis teſtibus. Solebant Prophetæ quum admonerent populum, inuocare teſtes cælum & terram, & alios. 27 Clamauerunt יצעקו vociferati ſunt. 28 Quum verò eſſet illis quies, וכנוח להם ſub. ab inimicis.i. quumprimum quietam ac tranquillam vitam agere cœpiſſent. Reuerſi ſunt ad fac. malum ישובו לעשות רע Hebraiſmus, iterũ fecerunt malũ. 29 Cõteſtatus verò es illos, vt conu.e. ותעד בהם להשיבם Et teſtatus es cõtra eos, vt reuerti faceres eos, &c.i. admonuiſti eos quaſi adhibitis ac conuocatis teſtibus, &c. vt ſuprà verſu 26. Nec audierunt præc.t. ולא־שמעו למצותיך nec paruerunt præceptis tuis. Quæ faciet homo, & viuet in eis: אשר־יעשה אדם וחיה בהם .i. quæ ſi fecerit quiſpiam, viuet per ea. Recedentem, סוררת declinantem. refugum. vel refugientem. ſub. onus.i. ſubtraxerunt, vel ſubduxerunt humeros ſuos ab onere præceptorum tuorum, more ferarum & animantium indomitorum. Vide Zach.7.c.11. Quidam vertunt, peruerſum & indomitũ. Et non audierunt. ולא שמעו: Hic ו pro Id eſt poſitum eſt, id eſt non obedierunt tibi. 30 Attamen protraxiſti ותמשך Attamen prolongaſti. Hebraiſmus, Attamen ſuſtinuiſti atque expectaſti eos multo tempore annon reuerterentur ac reſipiſcerent. His indicatur immenſa bonitas ac clementia Domini Dei. Et conteſtatus es illos ותעד בם & teſtatus [teſtificatus] es contra eos.i. admonuiſti illos, vt præcedenti verſu.

31 Non feciſti eos *in* conſump. לא־עשיתם כלה non feciſti eis conſumptionem.i. non conſumpſiſti ac perdidiſti eos.

32 Nunc igitur ô Deus noſter, Deus magne, fortis & terribilis, qui cuſtodis pactum & miſericordiam, ″ne parua res videatur coram te omnis labor″qui inuenit nos, *id eſt* Reges noſtros, principes noſtros, Sacerdotes noſtros, & Prophetas noſtros, patres quoque noſtros, atque vniuerſum populum tuum à diebus ″Regum Aשſſúr vſque in diem hanc.

Iuſtus Deus & verax.

33 Tu autem iuſtus in omnibus quæ venerunt ſuper nos: quia″veritatem feciſti, nos vero impiè egimus:

Confeſſio.

34 Et Reges noſtri, Principes noſtri, Sacerdotes noſtri, & patres noſtri, non fecerunt Legem tuam, nec attenderunt præceptis tuis, & teſtimoniis tuis″quæ teſtificatus es eis.

35 Et ipſi in regno ſuo,″& in bonitate tua multa quam dediſti eis, & in terra lata & pingui″quam tradideras coram eis, nō ſeruierūt tibi, nec ſunt conuerſi ab operibus ſuis malis.

36 Ecce hodie ſerui ſumus, & *quidem* in terra quam dediſti Patribus noſtris vt comederent fructum eius & bonitatem eius, ecce *inquam* ſerui ſumus.

37 ″Et fructum ſuum multiplicat Regibus quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris, ſecundum voluntatem ſuam:″& in tribulatione maxima ſumus:

Percutit populus fœdus cum Domino.

38 ″Et tamē nos″percutimus fidelitatem, & ſcribimus: & in *libello illo* ſignato ſunt Principes noſtri, Leuitæ noſtri, Sacerdotes noſtri.

Cap. X.

Signatores fœderis.

1 I″Nter ſignatos autem *illos* fuerunt Neחhemiáh″Thirשſátha filius חHachaliáh, & צSidciiáh,

2 שSeraiáh, עAzariáh, Irmeiáh,

3 Paשſחhúr, Amariáh, Malachiiáh,

4 חHattús, שSebeniáh, Mallúch,

5 חHarím, Meremóth, עObadiáh,

6 Daniאél, Ginethón, Barúch,

7 Meשſullám, Abiiáh, Miiamín.

8 Maעaziáh, Bilgái, שSemaiáh. iſti *ſunt* Sacerdotes.

9 Leuitæ verò, Ieשſúaע filius Azaniáh, Binnúi de filiis חHenadád, Cadmiאél.

10 Fratres autē eorū, שSebaniáh, Hodiiáh, Celitá, Pelaiáh, חHanán,

11 Michá, Reחhób, חHaשſabiáh,

12 Zacchúr, שSerebiáh, שSebaniáh,

13 Hodiiáh, Bani, Beninu.

14 ″Capita populi, Parעóש, Paחháth-moáb, עElám, Zatthú, Bani,

15 Bunni, עAzgád, Bebái,

16 Adoniiáh, Biguái, עAdín,

---

32 Nunc itaque Deus noſter magne, fortis & terribilis, cuſtodiēs pactum & miſericordiam, ne auertas à facie tua omnē laborem qui inuenit nos, Reges noſtros, & principes noſtros, & Sacerdotes noſtros, & Prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnem populum tuum à diebus Regis Aſſur, vſque in diem hanc. G

33 Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos: quia veritatem feciſti, nos autem impiè egimus.

34 Reges noſtri, principes noſtri, Sacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt Legem tuam, & non attenderunt mandata tua & teſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis.

35 Et ipſi in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa quā dederas eis, & in terra latiſſima & pingui quā tradideras in cōſpectu eorū, nōſeruierūt tibi, nec reuerſi ſūt à ſtudiis ſuis peſſimis.

36 Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus: & terra quā dediſti Patribus noſtris vt comederēt panem eius, & quæ bona ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea.

37 Et fruges eius multiplicantur Regibus quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominātur, & iumentis noſtris, ſecundum voluntatem ſuam: & in tribulatione magna ſumus.

38 Super omnibus ergo his noſipſi percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſignāt principes noſtri, Leuitæ noſtri, & Sacerdotes noſtri.

Cap. X

1 SIgnatores autem fuerunt, Nehemias, Aterſatha filius Hachelai, & Sedecias,

2 Saraias, Azarias, Ieremias,

3 Pheſhur, Amarias, Melchias,

4 Hattus, Sebenia, Melluch,

5 Harim, Merimuth, Obdias,

6 Daniel, Genthon, Baruch,

7 Moſollam, Abia, Miamin,

8 Maazia, Belgai, Semaia: hi Sacerdotes.

9 Porrò Leuitæ, Ioſue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmiel.

10 Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan.

11 Micha, Rohob, Haſebia,

12 Zachur, Serebia, Sabania,

13 Odaia, Bani, Baninu.

14 Capita populi, Pharos, Phahathmoab, AElam, Zethu, Bani,

15 Bonni, Azgad, Bebai,

16 Adonai, Begoai, Adin,

---

32 Ne parua res videatur coram te אל־ימעט לפניך ne ſit modica res coram te. Ad verbum, ne minuatur. i. noli paruipendere, vel cōtemnere. Qui inuenit nos, אשר־מצאתנו Hebraiſmus, quem ſuſtinuimus. Regum Aשſſúr מלכי אשור qui ſcilicet captiuas abduxerunt decem tribus. 33 Veritatem feciſti, אמת עשית . i. meritò ac iuſtè afflixiſti nos. 34 Quæ teſtificatus es eis. אשר העידות בהם: vt ſuprà verſu 29 & 30. 35 Et in bonitate tua multa ובטובך הרב . i. in bonis & opibus illis ingentibus. Quā tradideras coram eis, אשר־נתת לפניהם quam poſueras in conſpectu eorum. 37 Et fructum ſuum multip. ותבואתה מרבה Et prouentum ⌊fruges, fructum ſuum]multiplicat. i. producit terra illa Regibus. i. in gratiam & vtilitatē Regum externorū. Et in tribulatione max. ſ. ובצרה גדולה אנחנו: . i. in ſumma, tribulationem magnam ſuſtinemus ac patimur. Commendat iuſtitiam Dei, & damnat iniuſtitiam hominum.

38 Et tamen ובכל־זאת Et nihilominus. Ad verbum, Et cum toto hoc. vel, cum tota hac. ſub. tribulatione. i. Quanuis magnam hanc tribulationē patiamur. Percutimus fideli. & ſcrib. כורתים אמנה וכותבים pepigimus *fœdus* fidelitatis, & ſcripſimus. ſub. fœdus illud in tabella, vel libello. i. pepigimus fœdus de ſeruanda fidelitate cum Deo noſtro, & ſcripſimus illud in libello. vel, ſcripſimus, nempe libellum obligatorium.

Et in *libello illo* ſignato ועל החתום . i. deſcripta ſunt in libello illo nomina principum, &c. q. d. principes noſtri, &c. ſubſcripſerunt nomina ſua, adiecto ſuo ſigno.

IN CAPVT X.

1 Inter ſignatos autē ועל החתומים . i. Hi autem ſunt qui ſignauerunt. ſub. tabellam illam. Vel, Nomina autem eorum qui ſignauerunt tabellam illam, hæc ſunt. Thirשſátha, התרשתא Ponitur vice cognominis, ſiue agnominis. Eſt enim nomen magiſtratus apud Chaldæos.

14 Capita ראשי . i. Principes. acſi dicat, Porrò iſti ſunt principes populi qui ſubſcripſerunt.

Ater,Hezecia,Azur,
Odaia,Haſum,Beſai,
Hareph,Anathoth,Nebái,
Megphias Moſollam,Hazir,
Meſizabel,Sadoc,Ieddua,
Pheltia,Hanan,Anaia,
B Oſee,Hanania,Haſub,
Alohes,Phalea,Sobec,
Rehum,Haſebna,Maaſia
Echaia,Hanan,Anan,
Melluch,Harim,Baana.

Et reliqui de populo,Sacerdotes,Leuitæ,ianitores,& cãtores,Nathinæi,& omnes qui ſe ſeparauerunt de populis terrarũ ad Legem Dei, vxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum,& omnes qui poterant ſapere,

Spondentes pro fratribus ſuis,optimates eorum,& qui veniebãt ad pollicẽdum & iurandũ vt ambularent in Lege Dei,quã dederat in manu Moyſi ſerui Dei,vt facerent & cuſtodirent vniuerſa mãdata Domini Dei noſtri, & iudicia eius & cæremonias eius.

Et vt non daremus filias noſtras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis noſtris,

Populi quoque terræ,qui importãt venalia, & omnia ad vſum per diem ſabbathi,vt vendant,non accipiemus ab eis in ſabbatho , & in die ſanctificato: & demittemus annũ ſeptimũ, & exactionem vniuerſæ manus.

C Et ſtatuemus ſuper nos præcepta, vt demus tertiam partẽ ſicli per annum ad opus domus Dei noſtri,

Ad panes propoſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum , & in holocauſtum ſempiternum,in ſabbathis, in Calendis, in ſolennitatibus , & in ſanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Iſrael , & in omnem vſum domus Dei noſtri.

Sortes ergo miſimus ſuper oblationẽ lignorũ inter Sacerdotes, Leuitas,& populũ,vt inferretur in domũ Dei noſtri per domus patrũ noſtrorũ,per tẽpora, à tẽporibus anni vſq; ad annum: vt arderent ſuper altare Domini Dei noſtri , ſicut ſcriptũ eſt in Lege Moyſi.

Et vt afferremus primogenita terræ noſtræ , & primitiua vniuerſi fructus omnis ligni ab anno in annum, in domo Domini.

D Et primitiua filiorũ noſtrorũ,& pecorũ noſtrorũ,ſicut ſcriptũ eſt in Lege,& primitiua boum noſtrorum,&

17 Atér,חHizciiáh,עAzúr,
18 Hodiiáh,חHaשſúm,Beצſái,
19 חHaríph,עAnathóth,Nebái,
20 Magpiעáשs,Meשſullám,חHezir,
21 Meשſezabאél,צSadóc,Iadúaע,
22 Pelatiáh,חHanán,עAnaiáh,
23 Hoשſéaע,Hananiáh,חHaשſúb,
24 Haloחhéשs,Pilחhá,Sobéc,
25 Reחhúm,חHaשſabnáh,Maעaשſeiáh,
26 Et Aחhiiáh,חHanán,עAnán,
27 Mallúch,חHarím,Baעanáh:

28 Atque reſiduum populi,ʹSacerdotes, Leuitæ, & ianitores,cantores, Nethinæi,ʺ& omnis ſeparatus à populis terrarum ad Legem Dei,vxores eorum,filii eorum,& filiæ eorum,ʹomnis ſciens *&* intelligens,

29 ʹApprehenderunt cũ fratribus ſuis optimatibus ſuis:ʹ& venerũt cũ execratione & iuramẽto,quòd ambularẽt in Lege Dei,quæ data eſt per manũ Moשſéh ſerui Dei, & cuſtodirent ac facerent vniuerſa præcepta Iehouæ Dei noſtri, & iudicia eius, & ſtatuta eius:

30 Et *quòd* non daremus filias noſtras ʺpopulis terræ, & filias eorum non acciperemus filiis noſtris.

31 Et *quòd* à populis terræ afferentibus merces,ʹ& quancunque annonam in die ſabbathi,vt vendant,ʺnon accipiemus in ſabbatho, ʺ& in die ſancto:ʺquódque dimittemus annum ſeptimum,ʹ& exactionem vniuerſæ manus.

32 ʹEt ſtatuimus ſuper nos præceptaʺ, vt imponerẽt nobis tertiam partem שſechél eo anno,ʺin opus domus Dei noſtri,

33 In panẽ propoſitionis, & ſacrificium iuge, & in holocauſtũ iuge,ʺſabbatha, Calendas, *&* ſolẽnitates,ʹ& in ſancta, & in ſacrificia pro peccato , ʺad expiandum Iשſraאelem , ʺ& omne opus domus Dei noſtri.

34 Fecimus & ſortes ſuper oblatione lignorum,Sacerdotes, Leuitæ,& populi,vt adducant *ea* in domum Dei noſtri,ʹin domum Patrum noſtrorum tẽporibus determinatis annuatim,ʹvt arderent ſuper altare Dei noſtri,ſicut ſcriptum eſt in Lege.

35 ʺEt afferremusʺprimitiua terræ noſtræ,& primitiua omnis fructusʺcuiuſcunque arboris annuatim in domum Iehouæ.

36 Primogenita inſuper filiorum noſtrorum, & iumentorum noſtrorum (ſicut ſcriptũ eſt in Lege) & primogenita boum noſtro-

Quid populus in fœdere Domino promiſerit.

28 Sacerdotes, Leuitæ,&c. הכוהנים חלוים *de* Sacerdotibus, Leuitis, &c. Et omnis ſeparatus à pop. terr. וכל־הנבדל מעמי הארצות & quotquot ſeparauerãt[ſubduxerãt]ſeſe à populis terrarũ.i.qui relictis populis,ſiue prouinciarũ alienigenis,venerant,& cõuerſi fuerant ad Legem Dei:hoc eſt proſelytæ,&c. Omnis ſciens,*&* intelligens, כל־יורע מבין: acſi dicat,in ſumma,quotquot præditi erant cognitione & intellectu. 29 Apprehenderunt מחזיקים ſub.libellum illum, ſiue tabellam.i.approbauerunt , ſiue amplexati ſunt. Et venerunt cũ execratione & iur.&c.' ובאים באלה ובשבועה וגו Ad verbũ,& venerunt in execrationẽ & iuramentũ ad ambulandum,&c.i.promiſerunt,idque execratione atque iuramento adhibito ac interpoſito,ſe ambulaturos,&c.& ſeruaturos, ac facturos,&c. 30 Populis terræ, לעמי הארץ .i.alienigenis, qui non ſunt de genere noſtro. 31 Et quancunque annonã וכל־שבר Vox Hebræa (vt dicit ex doctioribus Hebræorũ alter)ſignificat triticum & hordeum. aliis ſignificat fruges & annonã. Non accipiemus לא־נקח מהם Ad verbum,non accipiemus ab eis. Redundat Ab eis.i.non ememus. Et in die ſancto: וביום קודש .i.aut in alio die ſacro & conſecrato Deo. Quódque dimittemus an.ſep. ונטוש את־השנה השביעית .i.anno ſeptimo nihil colligemus,neque colemus terrã,ſed relinquemus pauperibus quicquid terra ipſa eo anno ſponte ac vltro producet. Et exactionẽ vniuerſæ manus. ומשא כל־יד .i.omnem exactionem,ſiue omnia debita. 32 Et ſtatuimus ſuper nos,&c. והעמדנו עלינו וגו' .i.impoſuimus nobis, ſiue recepimus præcepta: hoc eſt, recepimus nos daturos ac ſoluturos hoc anno vltra ſummã ſolitam,tertiam partẽ ſicli pro neceſſariis templi. In opus לעבודת .i.in cultum.Sequenti verſu declarat quid vocet cultũ,nempe in panem propoſitionis,&c. 33 Sabbatha, השבתות .i.in omne id quod fieri ſolet in ſabbathis. Et in ſancta, ולקרשים & in ſanctificata.ſiue, ſanctificationes. ſignificat quæcunque offeruntur non pro peccato . Ad expiandum Iשſr. לכפר על־ישראל .i. ad placandum Deum pro Iſraele.ſiue,ad remouendam iram Dei,qua iratus eſt Iſraeli. Et omne opus,&c. וכל־מלאכת Id perinde eſt acſi diceret, in ſumma in omne opus,&c. 24 In domum patrum n. לבית־אבותינו Per appoſitionem dictum,id eſt in qua coluerũt Deum maiores noſtri. Vt arderent לבער ad cõburendum [ſiue cremandum] *ea*.i.ad fouendum ignem illum cæleſtem qui erat in altari. 35 Et afferremus ולהביא Subaudiendum aliquid, Et polliciti ſumus quòd afferremus. Reſpicit enim præcedentia. Primitiua terræ n. את־בכורי ארמתנו Per primitias terræ Hebræi intelligunt manipulum & duos panes. Cuiuſcunque arboris כל־עץ Dicunt Hebræi hoc intelligi de ſeptem tantùm ſpeciebus arborum quæ enumerantur in Scriptura.

rum & pecorum noſtrorum,″afferemus in domum Dei noſtri Sacerdotibus miniſtrantibus in domo Dei noſtri.

37 Et primitias ″paſtarum noſtrarum, & oblationum noſtrarũ, ac fructus cuiuſcunque arboris,vini, & olei afferemus Sacerdotibus ad cubicula domus Dei noſtri, & decimam terræ noſtræ Leuitis: ipſi autem Leuitæ *erunt hi qui* decimas accipient in omnibus vrbibus″operum noſtrorum.

38 ″Aderit verò Sacerdos filius Aharón cum Leuitis quũ decimam accipient Leuitæ:& Leuitæ ipſi offerent decimam decimæ in domo Dei noſtri″in ipſa cubicula in domo theſauri.

39 Ad cubicula enim *illa* deferent filii Iשſraאelis & filii Leui primitias frumenti,vini & olei, & ibi erunt vaſa ipſius ſanctuarii, & Sacerdotes miniſtrantes,& ianitores,& cantores: & nõ dimittemus ″domum Dei noſtri.

Cap. XI.

Qui inſtaurata Ierulalem habitauerint in ea.

1 HAbitauerunt itaque principes populi in Ieruשſaláim: reſiduũ verò populi iecerunt ſortes ″vt adducerent vnum è decem ad habitandum in Ieruשſaláim Ciuitate ſancta, & nouem *aliæ* partes in Ciuitatibus.

2 Benedixerúntque populus omnibus viris ″ſpontaneis ad habitandum in Ieruשſaláim.

3 Porrò iſti ſunt ″principes *eius* prouinciæ qui habitauerunt in Ieruשſaláim:at in *aliis* vrbibus Iehudáh habitauerunt vnuſquiſque in poſſeſſione ſua in vrbibus ſuis, Iשſraאél, Sacerdotes & Leuitæ, & Nethinæi,atque filii ſeruorum שSelomóh.

4 In Ieruשſaláim itaque habitauerũt ″de filiis Iehudáh & de filiis Bĩiamín. de filiis Iehudáh,עAthaiáh filiꝰ עVzziáh, filii Zechariá, filii Amariáh, filii שSephatiáh, filii Mahalaleאél, ″de filiis Péreצs.

5 Et Maעaשſeiáh filius Barúch, filii ″Chol-חhozéh, filii חHazaiáh, filii עAdaiáh, filii Ioiaríb, filii Zachariáh, ″filii Haשſiloní.

6 Omnes filii Péreצs, habitantes in Ieruשſaláim ,*fuerunt* quadringenti ſexagintaocto, viri″fortes.

7 Iſti autẽ *ſunt* filii Biniamín: סSalú filius Meשſullám, filii Ioעéd, filii Pedaiáh, filii Colaiáh, filii Maעaשſeiáh, filii אIthiאél, filii Ieשſaiáh.

8 Et poſt eum Gabbái ,סSallái:nongenti viginti octo.

9 Ioאél verò filius Zichri præpoſitus *erat* ſuper eos: & Iehudáh filius″סSenuáh ſuper ciuitatem *erat*″ſecundus.

10 De Sacerdotibus: Iedaעiáh filius Ioiaríb & Iachín.

11 שSeraiáh filii חHilciiáh, filii Meשſullám, filii צSadóc, filii Meraióth, filii Aחhitúb, *erat*″princeps domus Dei.

12 Fratres autem eorum qui faciebant opus″ædis, octingenti vigintiduo:& עAdaiáh filius Ieroחhám, filii Pelaliáh, filii Amצſi, filii Zechariáh, filii Paשſחhúr, filii Malchiiáh.

13 Et fratres eius principes familiarũ, ducenti quadraginta duo:&

ouium noſtrarum , vt offerrentur in domo Dei noſtri , Sacerdotibus qui miniſtrant in domo Dei noſtri. D

37 Et primitias ciborum noſtrorum, & libaminum noſtrorũ,& poma omnis ligni , vindemiæ quoque , & olei afferemus Sacerdotibus ad gazophylacium Dei noſtri , & decimam partẽ terræ noſtræ Leuitis:ipſi Leuitæ decimas accipiẽt ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorum.

38 Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimę ſuę in domo Dei noſtri,ad gazophylacium in domo theſauri.

39 Ad gazophylacium enim deportabunt filii Iſrael, & filii Leui primitias frumẽti,vini, & olei: & ibi erunt vaſa ſãctificata,& Sacerdotes,& cantores, & ianitores,& miniſtri,& non dimittemus domum Dei noſtri.

Cap. XI.

1 HAbitauerũt autem principes populi in Ieruſalem : reliqua verò plebs miſit ſortem,vt tollerent vnam partem de decem qui habitaturi eſſẽt in Ieruſalem ciuitate ſancta,nouê verò partes in ciuitatibus.

2 Benedixit autem populus omnibus viris qui ſe ſponte obtulerant,vt habitarent in Ieruſalem.

3 Hi ſunt itaque principes prouinciæ qui habitauerunt in Ieruſalem , & in ciuitatibus Iuda: habitauit autẽ vnuſquiſque in poſſeſſione ſua,in vrbibus ſuis,Iſrael,Sacerdotes,Leuitæ,Nathinæi,& filii ſeruorum Salomonis.

4 Et in Ieruſalem habitauerunt de filiis Iuda,& de filiis Bẽiamin. de filiis Iuda , Athaias filius Aziam , filii Zachariæ,filii Amariæ, filii Saphatiæ,filii Malaleel, de filiis Phares .

5 Maaſia filius Baruch , filius Cholhoza,filius Hazaia,filius Adaia,filius Ioiarib,filius Zachariæ, filius Silonitis.

6 Omnes hi, filii Phares,qui habitauerunt in Ieruſalem , quadringẽti ſexaginta octo viri fortes.

7 Hi ſunt autem filii Beniamin:Sellu filius Moſollã,filius Ioed, filius Phadaia,filius Colaia , filius Maſia, filius Etheel,filius Eſaia. B

8 Et poſt eum Gebbai,Sellai:nongenti vigintiocto.

9 Et Ioel filius Zechri prępoſitus eorum, & Iudas filius Senua ſuper ciuitatem ſecundus.

10 Et de Sacerdotibus,Idaia filius Ioarib,Iachin,

11 Saraia filius Helciæ,filius Moſollã, filius Sadoc,filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei.

12 Et Fratres eorum facientes opera templi , octingenti vigintiduo: & Adaia filius Ieroham , filius Phelelia,filius Amſi,filius Zacharię, filius Pheſhur,filius Melchiæ,

13 Et fratres eius principes patrum: ducenti quadragintaduo : & Amaſſai

---

36 Afferemus להביא Ad verbum,ad afferendum.i.& quòd afferemus,ſiue adducemus primogenita.& ſic ſequenti verſu.

37 Paſtarum noſt. עריסותינו conſperſionum noſtrarum. Operum noſtrorum. עבודתינו: .i.cultus noſtri,ſiue culturæ noſtræ.

38 Aderit verò Sacerdos,&c. והיה הכוהן בן וגו׳ .i.capiet decimas vnà cum eis. In ipſa cubicula אל־הלשכות quæ ſcilicet ſunt in tẽplo.

39 Domum את־בית .i.cultum templi.

IN CAPVT XI.

1 Vt adducerent vnum è decẽ להביא אחד מן־העשרה .i.vt caperent decimũ quenque qui habitaret in Ieruſalẽ vrbe ſancta, cæteri verò habitarent in aliis vrbibus. diuiſerant enim vniuerſum Iſraelem in decem partes. 2 Spontaneis ad habitandum המתנדבים לשבת .i.qui ſponte ſua & vltro ſeſe obtulerunt vt habitarent in Ieruſalẽ. 3 Principes ראשי Magni nominis apud Hebræos vir dicit,hìc nõ numerari niſi qui inter eos erant clariores & inſigniores. 4 De filiis Iehudáh & de fil.Ben. מבני יהודה ומבני בנימן .i.aliquot ex hominibus tribus Iudæ & Beniamin.ſiue aliquot homines tam de tribu Iehudáh,quàm de tribu Beniamin. De filiis מבני *qui erat* de filiis.i.de nepotibus. 5 Chol-חhozéh, כל־חזה Cognomentũ vice nominis proprii. Filii Haשſiloni. בן־השלני: .i.qui cognomento dicebatur Silonites,quòd eſſet è Silo. 6 Fortes. חיל: Ad verbũ,fortitudinis.vel,roboris.i.bellicoſi ac militares:vel ſtrenui.reſpicit potius animũ.

9 סSenuáh הסנואה Aut eſt nomen mulieris,aut cognomentũ viri quod ponitur vice nominis proprii. Secundus. משנה: ſub.dignitate.ſecundus|ſcilicet à principe,& vicarius principis 11 Princeps נגיד dux.i.præerat templo. 12 AEdis, לבית .i.templi.

filius Azreel, filius Ahazi, filius Moſolamoth, filius Emmer.

14 Et fratres eorum potentes nimis: centum vigintiocto: & præpoſitus eorum Zabdiel filius potentium.

15 Et de Leuitis, Semeia filius Haſub, filius Azaricam, filius Haſabia, filius Boni:

C 16 Et Sabbathái, & Iozabed, ſuper omnia opera quæ erant forinſecus in domo Dei, à principibus Leuitarum.

17 Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Aſaph princeps ad laudãdum & ad confitendum in oratione, & Becbecia ſecũdus de fratribus eius, & Abda filius Sammúa, filius Galal, filius Idithun.

18 Omnes Leuitæ in Ciuitate ſancta, ducenti octoginta quatuor.

19 Et ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorum, qui cuſtodiebant oſtia, cẽtum ſeptuagintaduo.

20 Et reliqui ex Iſrael Sacerdotes & Leuitæ, in vniuerſis ciuitatibus Iuda, vnuſquiſque in poſſeſſione ſua.

21 Et Nathinæi qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gaſpha de Nathinæis.

22 Et epiſcopus Leuitarũ in Ieruſalem, Azzi filius Bani, filius Haſabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ: de filiis Aſaph, cantores in miniſterio domus Dei.

23 Præceptũ quippe Regis ſuper eos erat, & ordo in cantoribus per dies ſingulos.

D 24 Et Phathahia filius Meſezebel de filiis Zara filiis Iuda in manu Regis, iuxta omne verbum populi.

25 Et in domib⁹ per omnes regiones eorum, de filiis Iuda habitauerunt in Cariath-arbe & in filiabus eius, & in Dibon & in filiabus eius, & in Cabſeel, & in viculis eius,

26 Et in Ieſue, & in Molada, & in Beth phalet.

27 Et in Haſerſual, & in Ber-ſabee, & in filiabus eius:

28 Et in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius:

29 Et in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth,

30 Zanoa, Odollam, & in villis earũ, Lachis & in regionibus eius, Azeca, & in filiabus eius. & manſerũt in Berſabee vſque ad Vallem-ennom.

31 Filii autẽ Beniamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Beth-el, & filiabus eius.

32 Anathoth, Nob, Anania,

33 Aſor, Rama, Gethaim,

34 Hadid, Seboim, & Neballat,

35 Lod, & Ono, valle Artificum.

36 Et de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

yAmaשſoſái filius yAzarאél, filii Aחhazá, filii Meשſillemóth, filii אImmér.

14 Fratres autem eorum ʺpotẽtes robore, centum vigintiocto: quibus propoſitus erat Zabdiאél filius ʹHaggedolím.

15 De Leuitis autem: שSemayiáh filius חHaשſúb, filius yAzricám, filii חHaשſabiáh, filii Buní.

16 Et שSabbethái, atque Iozabád *erat* ſuper opus ʹexternum domus Dei, *eránt que* de principibus Leuitarum.

17 Et Matthaniáh filius Michá filii Zabdi, filii Aɔſáph ʹprincipis, primus confitens in oratione: Bacbuciah, ʺſecundus ex fratribus eius, & yAbdá filius שSamúay filii Galál, filii Ieduthún.

18 Omnes Leuitæ *habitantes* ĩ Vrbe ſãcta, ducẽti octogintaquatuor.

19 Ianitores inſuper: yAccúb, Talmón, & fratres eorum, cuſtodes in portis, centum ſeptuagintaduo.

20 ʹReſiduum item Iשſraאelis, Sacerdotum & Leuitarum, *habitauerunt* in cunctis ciuitatibus Iehudáh, quiſque in hæreditate ſua.

21 Nethinæi verò habitabãt in arce: ʺ& צSiחhá & Giשſpá *erant* ſuper Nethinæos.

22 Præfectus autem Leuitarum *qui habitabant* in Ieruשſaláim, yVzzi filius Bani, filii חHaשſabiáh, filii Matthaniáh, filii Micháh: de filiis Aɔſáph, cantores ʺſuper opus domus Dei:

23 Quia ʺpræceptum Regis *erat* ſuper eos, ʹ& firmitas ſuper cantores per ſingulos dies.

24 Et Pethaחhiáh filius Meשſezabאél de filiis Zéraחh filii Iehudáh, ʺad manum Regis in omni re ad populum.

25 Et in villis, ʺin viculis ſuis, de filiis Iehudáh habitauerũt in Ciriáth-haarbáy, & in viculis eius: & in Dibón, & villis eius: & in Iecabצſeאél, & villis eius:

26 Et in Ieשſúay, & Moladáh, & in Beth-pélet:

27 Et in חHaצſár-שſuyál, & in Beאer-שſébay, & in viculis eius:

28 Et in צSiclág, & in Mechonáh, & in viculis eius:

29 Et in yEn-rimmón, & in צSoryáh, & in Iarmúth,

30 *In* Zanoáחh, yAdullám, & in villis earum: *in* Lachiש, & agris eius: *in* yAzechá, & viculis eius. mãſerúntque à Beאer-שſébay vſque ad Ge-hinnóm.

31 Filii autem Biniamím *habitauerunt* à Gibyá *in* Michmáשs, & yAiá, & Beth-אél, & viculis eius,

32 yAnathóth, Nób, yAnaniáh,

33 חHaſór, Ramáh, Gittháim,

34 חHadíd, צSeboím, Neballáth,

35 Lód, & אOnó, ʺvalle Artificum.

36 ʹPorrò *aliquot* Leuitarũ *habitauerunt in* diuiſionib⁹ Iehudáh à Biniamĩ.

14 Potentes robore, גבורי חיל .i. fortes in bello: viri bellicoſi ac militares. Haggedolim. הגדולים .i. magnatum, hoc eſt vnius ex magnatibus, magnis ac claris viris. 16 Externum החיצונה .i. præerant operi externo templi, ſiue quod fiebat extra templum.

17 Principis, primus confit. in orat. ראש התחלה וגו' principis, *qui* initio *Pſalmi* laudabat in oratione ipſa. i. principis cantorũ, ſiue muſicorũ, qui pſallendo primus laudare ſolebat Dominum tempore orationis publicæ. q.d. qui princeps erat muſicorum, & præcentor. Secundus משנה ſub. ab Aſaph. 20 Reſiduum item Iשſr. Sacerd. & Leuit. ושאר ישראל הכוהנים הלוים Et reliqui Iſraelitæ, Sacerdotes & Leuitæ.

21 Et צSiחhá, &c. ויצחא .i. quibus præpoſitus erat Siha & Giſpá. 22 Super opus domus Dei. לנגד מלאכת בית האלהים: i. præerãt reparationibus templi. 23 Præceptum Regis *erat* ſuper eos, מצות המלך עליהם .i. Rex præceperat illis, & fidebat eis de curandis templo neceſſariis. Et firmitas, &c. ואמנה & conſtantia ſuper cantores per ſingulos dies. Antecedens pro relatiuo, ſuper ipſos. Quia (inquit doctus inter Hebræos) non deficiebat eis cibus, ſiue annona. Exponi poteſt, & conſtitutum. i. cibus conſtitutus & quotidianus cantoribus. Alii vertunt ad verbum, & fidelitas ſuper cantores *erat* res diei in die ſuo. Ordo autem talis erit, & res diei in die ſuo *erat* fidelitas ſuper cantores. i. & quæ quotidie neceſſaria erant cantoribus ipſis cõcredita. Vel, fidelitas ſuper cantores erat ad dandum quæ quotidie neceſſaria erant. i. vt proferrent pecuniam è theſauro regio pro his quæ quotidie neceſſaria erant in templo. 24 Ad manũ Regis, &c. ליד המלך לכל־דבר לעם: Hebraiſmus, cuius opera vtebatur Rex in omni re pro qua cõuenire ſolebat populũ. 25 In viculis ſuis, בשדותם ſub. habitauerunt filii Iehudáh. i. pars filiorũ, ſiue aliquot è filiis. Iſtud ſubauditur ex mox ſequentibus. 35 Valle Artificũ. גי החרשים: Ge-haחharaשſim. Nomen loci. 36 Porrò *aliquot* Leuitarum, &c. ומן־הלוים מחלקות יהודה לבנימין: Ad verbum, Et de Leuitis in diuiſionibus Iehudáh à Beniamin. i. porrò autem aliquot ex Leuitis habitauerunt in confinio terræ Iudáh & Beniamin.

Cap. XII.

Numerantur Sacerdotes & Leuitæ qui cum Zorobabel venerūt Ierusalem.

1 ISti ſunt autem Sacerdotes & Leuitæ qui ʺaſcenderunt cum Zerubbabél filio שSealthiאél,ʺ& Ieשúaע:שSeraiáh,Irmeiáh,עEzrá,

2 Amariáh,Mallúch,חHattúש,

3 שSechaniáh,Reחhúm,Meremóth,

4 עIddó,Ginnethó,Abiiáh,

5 Miiamín,Maעadiáh,Bilgál,

6 שSemaעiáh,& Ioiaríb,Iedaעiáh,

7 סSallú,עAmoc,חHilciiáh,Iedaעiáh. iſti principes Sacerdotum, & fratres eorum,*fuerunt*ʺin diebus Ieשúaע.

8 Leuitæ autē *fuerunt*,Ieſúaע, Binnúi,Cadmiאél,שSerebiáh,Iehudáh,Matthaniáh,ʺſuper hymnos *erat*,& fratres eius.

9 Et Bacbuciáh,& עVnni fratres eorū,ʺ*erant* corā eis in cuſtodiis.

10 Et Ieשúaע genuit Ioiacím,& Ioiacím genuit אEliaשíb,& אEliaשíb genuit Ioiadáע:

11 Et Ioiadáע genuit Ionathán,& Ionathán genuit Iaddúaע.

12 In diebus autem Ioiacím fuerunt Sacerdotes principes familiarum:ʺipſi שSeraiáh,Meraiáh:ipſi Irmeiáh,חHananiáh:

13 Ipſi עEzrá,Meשullám:ipſi Amariáh,Iehoחhanán:

14 Ipſi Melichu,Ionathán:ipſi שSechaniáh,Ioסéph:

15 Ipſi חHarím,עAdná:ipſi Meraióth,חHelcái:

16 Ipſi עIddó,Zechariáh:ipſi Ginnethón,Meשullám:

17 Ipſi Abiiáh,Zichri:ipſi Miniamín,ipſi Moעadiáh,ʺPiltái:

18 Ipſi Bilgáh,שSammúaע:ipſi שSemaעiáh,Iehonathán:

19 Ipſi autem Ioiarib,Matthenái:ipſi Iedaעiáh,עVzzi:

20 Ipſi סSallái,Callái:ipſi עAmóc,עEber:

21 Ipſi חHilciiáh,חHaשabiáh:ipſi Iedaעiáh,Nethanאél.

22 Leuitæ *qui erant* in diebus אEliaשíb,Ioiadáע,& Ioחhanán,& Iaddúaע ſcripti *fuerunt* principes familiarum: ipſi quoque *fuerunt* Sacerdotes ʺvſque ad regnum Dariáueשs Perſæ.

23 Filii Leui principes familiarum ſcripti *ſunt* in libro Verborum dierum,vſque ad dies Ioחhanán filii אEliaשíb.

24 Principes autē Leuitarum : חHaשabiáh, שSerebiáh, & Ieשúaע filius Cadmiאél , & fratres eorum ʺcoram eis ad laudandum *&* ad confitendum, iuxta præceptum Dauidis viri Dei,ʺcuſtodia contra cuſtodiam.

25 Matthaniáh,& Bacbuciáh,עObadiáh,Meשullám,Talmón,עAccúb,*erant* cuſtodes *&* ianitores in cuſtodia *ſua* in liminibꝰʺportarū.

26 Hi *fuerunt* in diebus Ioiacím filii Ieשúaע filii Ioצſadác,& in diebus Neחhemiáh ducis,& עEzrá ſacerdotis *&* ſcribæ.

27 In dedicatione autem muri Ieruשaláim ʺrequiſierunt Leuitas de omnibus locis ſuis,vt adducerent eos in Ieruשaláim, vt facerent dedicationem & lætitiam ʺtum in laudibus,tum in cantico,

Cap. XII.

1 HI ſunt autem Sacerdotes & Leuitæ qui aſcenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Ioſue:Saraia,Ieremias,Eſdras,

2 Amaria,Melluch,Hattus,

3 Sebenias,Rehum,Merimuth,

4 Addo,Genthon,Abia,

5 Miamin,Madia,Belga,

6 Semeia,& Ioiarib,Idaia,

7 Sellum,Amoc,Helcias ,Idaia. iſti principes Sacerdotum& fratres eorum in diebus Ioſúe.

8 Porrò Leuitæ,Ieſua,Bênui Cedmiel, Sarebia,Iuda, Mathanias, ſuper hymnos ipſi & fratres eorum.

9 Et Becbecia atque Hanni & fratres eorum,vnuſquiſque in officio ſuo.

10 Ioſue autem genuit Ioacim,& Ioacim genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada:

11 Et Ioiada genuit Ionathan,& Ionathan genuit Ieddoa.

12 In diebus autem Ioacim erāt Sacerdotes principes familiarum: Saraiæ, Maraia:Ieremiæ,Hanania:

13 Eſdræ,Moſollā:Amariæ,Iahanan:

14 Milicho,Ionathā:Sebeniæ,Ioſeph:

15 Haran,Edna:Maraioth,Helci:

16 Adaiæ,Zacharia:Genthon,Moſollam:

17 Abiæ,Zechri : Miamin & Moadiæ, Phelti:

18 Belgæ,Sammúa:Semaiæ,Ionathan:

19 Ioiarib,Mathanai:Iodaiæ,Azzi:

20 Sellai,Celai:Amoc,Heber: B

21 Helciæ,Haſebia:Idaiæ,Nathanael.

22 Leuitæ in diebus Eliaſib,& Ioiada, & Iohanan , & Ieddoa,ſcripti principes familiarum , & Sacerdotes in regno Darii Perſę.

23 Filii Leui principes familiarū , ſcripti in libro Verborum dierum, & vſque ad dies Ionathan filii Eliaſib.

24 Et principes Leuitarum , Haſebia, Serebia,& Ieſue filius Cedmiel,& fratres eorum per vices ſuas , vt laudarent & confiterentur iuxta præceptū Dauid viri Dei , & obſeruarent ęquè per ordinem.

25 Mathania , & Becbecia, Obedia, Moſollam,Telmon, Accub, cuſtodes portarū & veſtibulorū ante portas.

26 Hi in diebus Ioacim filii Ioſue,filii Ioſedec,& in diebus Nehemiæ ducis, & Eſdræ ſacerdotis ſcribæque.

27 In dedicatione autem muri Ieruſalem requiſierūt Leuitas de omnibus locis ſuis,vt adducerent eos in Ieruſalē, & facerēt dedicationē & lætitiam

---

IN CAPVT XII.

1 Aſcenderūt עלו è Babylone ſcilicet in Ieruſalē.Deſcribitur catalogus Sacerdotū & Leuitarū qui è captiuitate Babylonica reuerſi ſunt in Ieruſalem,duce Zorobabele. Et Ieשúaע: וישוע Is erat ſummus Sacerdos.

7 In diebus Ieשúaע. בימי ישוע: ſub.fuerunt.

8 Super hymnos *erat*, על־הוידות ſuper laudationes *Dei erat*.i.præerat laudibus Diuinis:hoc eſt,erat præcentor.

9 *Erant* coram eis in cuſtodiis. לנגדם למשמרות: .i. in claſſibus ſuis : hoc eſt,fungebantur etiam officio ſuo tempore ſuo. In 1.Para.23.a.6, ſcribitur Leuitas diſtributos fuiſſe in xxiiii cuſtodias,ſiue claſſes.

12 Ipſi שSeraiáh, לשריה in *cuſtodia* Seraiah.i.in claſſe & vice Seraiæ erat Meraiah,princeps familiæ ſcilicet.Sic in ſequentibus.

17 Piltái: פלטי: Iſte erat duarum claſſium: vel ſubticetur nomen eius qui erat in priore claſſe.

22 Vſque ad regnum על־מלכות Hîc על pro עד.Alii vertunt,in regno.i.regnante Dario Perſa.

24 Coram eis לנגדם .i.fungebātur etiam ſuo officio, ſuo tempore, in laudando Deo,& gratiis agendis. Cuſtodia cōtra cuſtodiam. משמר לעומת משמר: .i.viciſſim,ſiue per vices.

25 Portarum. השערים: ſub.templi.

27 Requiſierunt בקשו .i.accerſiuerunt. Tum in laudibus,tum in cantico ובתודות ובשיר .i.in laudibus Diuinis & canticis.

in actione gratiarũ, & cantico, & in cymbalis, pſalteriis, & citharis.

28 Congregati ſunt autem filii cantorum, de cãpeſtribus circa Ieruſalem, & de villis Netophathi,

29 Et de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt ſibi cantores in circuitu Ieruſalem.

30 Et mundati ſunt Sacerdotes & Leuitæ, & mũdauerunt populum, & portas, & murum.

C 31 Aſcendere autem feci principes Iuda ſuper murũ, & ſtatui duos magnos choros laudantium: & ierunt ad dexteram ſuper murum ad portam Sterquilinii.

32 Et iuit poſt eos Oſaias, & media pars principum Iuda:

33 Et Azarias, Eſdras, & Moſollam,

34 Iuda, & Beniamin, & Semeia, & Ieremias.

35 Et de filiis Sacerdotũ in tubis: Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur filius Aſaph.

36 Et fratres eius Semeia & Azareel, Malalai Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, in vaſis cantici Dauid viri Dei: & Eſdras ſcriba ante eos.

37 In porta Fontis, & contra eos aſcenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in aſcenſu muri ſuper domum Dauid, & vſque ad portam Aquarum ad Orientem.

38 Et chorus ſecundus gratias referentium ibat ex aduerſo, & ego poſt eum, & media pars populi ſuper murum & ſuper turrim Furnorum, & vſque ad murum latiſſimum.

39 Et ſuper portam Ephraim, & ſuper portam antiquam, & ſuper portam Piſcium, & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vſque ad portam Gregis: & ſteterũt in porta cuſtodiæ:

40 Steterũntque duo chori laudantiũ in domo Dei, & ego, & dimidia pars magiſtratuum mecum.

D 41 Et Sacerdotes, Eliacim, Maaſia, Miamin, Michęa, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis:

42 Et Maaſia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia, & AElam, & Ezer, & clarè cecinerunt cantores, & Iezraia præpoſitus.

43 Et immolauerũt in die illa victimas magnas, & lætati ſunt: Deus enim lætificauerat eos lętitia magna: ſed & vxores eorum & liberi gauiſi ſunt, & audita eſt lætitia Ieruſalem procul.

44 Recenſuerũt quoque in die illa viros ſuper gazophylacia theſauri, ad libamina, & ad primitias, & ad deci.

cymbalis, pſalteriis, & citharis.

28 Congregati ſunt igitur″filii cãtorum, ″tum de planitie, *quæ eſt* circum Ieruשſaláim, tum de villis Netophathi,

29 De domo item Gilgál, & de agris Gébaע, & עAzmaueth: quoniã villas″ædificauerunt ſibi cantores illi in circuitu Ieruשſaláim.

30 ′Et mundati ſunt Sacerdotes & Leuitæ, ac mundauerunt populum, ″portas quoque, & murum.

Dedicatur murus.

31 ′Aſcendere itaque feci principes *tribus* Iehudáh ſuper murum, & ſtatui duos″choros magnos, ″progreſſionéſque *unius* ad dexteram ſuper murum ad portam″Stercorum.

32 Et inceſſit poſt eos Hoשſaעiáh, ″& dimidium principũ Iehudáh:

33 Et עAzariáh, עEzrá, & Meשſullam,

34 Iehudáh, & Biniamin, & שSemaעiáh, & Irmeiáh.

35 Et de filiis Sacerdotum cum tubis: Zechariáh filius Ionathán filii שSemaעiáh, filii Matthaniáh, filii Michaiáh filii Zacchúr, filii Aסſaph.

36 ″Fratres verò eius, שSemaעiáh, & עEzraאél, Milalái, Gilelái, Maעái, Nethanאél, & Iehudáh, חHananí cum inſtrumẽtis muſicis Dauidis viri Dei: עEzrá autem ſcriba *erat*″ante eos.

37 Et ad portam Fontis, & eregione eorum aſcẽderunt per gradus ″Ciuitatis Dauidis per aſcenſum muri, à domo Dauidis vſque ad portam Aquarum ad Orientem.

38 Chorus autem ſecundus proficiſcebatur eregione, ′& ego *eram* poſt eum: ″& media pars populi ſuper murum ipſum à turri Furnorum vſque ad murum latum.

39 Et à porta אEphráim, ad portam″Veteris, & ad portã Piſcium, & turrim חHananאél, & turrim Meáh, vſque ad″portam Pecorum: ″& ſteterunt in porta cuſtodiæ.

40 Subſtiterúntque duo chori in domo Dei, ″& ego & dimidium magiſtratuum mecum:

41 Et Sacerdotes, ″אEliacím, Maעaשſeiáh, Miniamín, Michaiáh, אElioעenái, Zechariáh, חHananiáh *erant*″cum tubis:

42 Et Maעaשſeiáh, & שSemaעiáh, & אElעazár, & עVzzí, & Iehoחhanán, & Malchiiáh, & עElám, & עEzer: ″audiréque fecerunt cantores, & Izraחhiáh *erat* præpoſitus.

43 Immolauerunt præterea in die illa victimas magnas, & lætati ſunt: Deus enim exhilarauit eos lætitia magna: quin & mulieres & pueri lætati ſunt, auditáque eſt lætitia Ieruשſaláim procul.

44 Præpoſiti ſunt autem ′in die illa viri ſuper cubicula *ut eſſent*″in theſauros oblationibus, primitiis, & decimis, ad coaceruandum

Recenſentur quæſtores theſaurorum.

28 Filii cantorum, בני המשוררים Sic vocat cantores. Tum de planitie ומן הככר Quidam vertunt, & *venerunt* de planitie.

29 AEdificauerunt בנו ædificauerant. 30 Et mundati ſunt ויטהרו Et purificati ſunt. vel, expiati ſunt. Aut, Et mundauerunt[vel, expiauerunt ſeſe. ante dedicationẽ ſcilicet. Portas quoque, ואת השערים ſub. vrbis. 31 Aſcendere itaque feci, &c. ′ואעלהוגו Deſcribit rationem ipſius dedicationis. Primùm enim diſtribuit Nehemias vniuerſam multitudinem quæ magna erat, in duas turmas: quarum altera progreſſa eſt ad dexterã ipſius muri partem, & altera ad ſiniſtram: quæ tandem coierunt in vnum locũ, qui non procul diſtabat à templo ipſo. Choros תודות ſub. laudantium. Progreſſionéſque, &c. ותהלוכות לימין proceſſionéſque [ſub. vnius, id eſt primi chori, *iuerunt*] ad dexteram. q.d. quorum alterum iuſſi procedere, ſiue progredi ad dexterã. Stercorum. :האשפות Gallicè, *de la voirie*. Pro intelligentia horũ & cognitione ſitus portarum, & aliorũ locorum, videndũ eſt caput tertiũ huius libri. 32 Et dimidium principũ וחצי שרי diſtributi enim fuerant principes in duas partes, vt & reliquus populus. 36 Fratres verò eius, ואחיו ſub. Zachariæ. Ante eos. :לפניהם .i. præcedebat eos. 37 Ciuitatis Dauidis עיר דויד .i. montis Sion. 38 Et ego *eram* poſt eum: ואני אחריה .i. quem ego ſequebar. Chorus iſte ſecundus progreſſus eſt ordine oppoſito, ſiue retrogrado ab eo qui deſcriptus eſt ſuprà capite tertio. Et media pars populi וחצי העם .i. vnà cum altera parte populi. 39 Veteris, הישנה Antiquæ. ſub. piſcinæ. Portã Pecorum: שער הצאן Porta ita dicebatur quòd per eam inducerentur oues quæ neceſſariæ erant pro ſacrificiis faciendis. Et ſteterunt ועמדו nẽpe illi qui erant in choro illo ſecundo. 40 Et ego, &c. :ואני וחצי הסגנים עמי .i. ego quoque vnà cum dimidia parte magiſtratuũ. 41 Cum tubis: :בחצוצרות ſub. erant. i. Sacerdotes canebant tubis, & cantores ore, ſiue voce. 42 Audiréque fecerunt וישמיעו ſub. vocem. i. clarè cecinerunt.

44 In die illa ביום ההוא .i. eodem die. In theſauros oblationibus, לאוצרות לתרומות .i. vt eſſent vice theſaurorum, in quibus reponerentur oblationes, primitiæ ac decimæ.

in ea ex agris vrbium portiones Legis Sacerdotibus & Leuitis. lætitia enim Iehudáh erat ſuper Sacerdotes & Leuitas qui aſſiſtebāt.

45 ″Et cuſtodierunt cuſtodiam Dei ſui, & cuſtodiam expiationis, & cantores, & ianitores: iuxta præceptum Dauidis & שSelomóh filii eius:

46 Nam tempore Dauidis & Aסſáph, ab exordio erant principes cātorum, &″*uiri* cantici, laudis, & laudationum Deo.

47 Vniuerſus quoq; Iשſraאel in diebus Zerubabél & in diebus Neחhemiáh dabant portiones cantorum & ianitorum ″per ſingulos dies:″ſanctificabant præterea Leuitas, & Leuitæ ſanctificabant filios Aharón.

Cap. XIII.

Iuxta Legem ſeparantur alienigenæ.

1 IN die illo lectum eſt in libro Moשſéh″in auribus populi, & inuentum eſt ſcriptum in eo,″quòd non ingrediantur עAmmonitæ & Moabitæ eccleſiam Dei vſque in ſeculum:

2 ″Quia non præuenerunt filios Iשſraאelis cum pane & aqua: ſed conduxit″aduerſus eum Bilעám vt malediceret ei: cōuertit autem Deus noſter maledictionem in benedictionem.

3 Fuit autem, quum audiſſent Legem, ſeparauerunt ″vniuerſam miſturam ab Iשſraאele.

4 ″At antea אEliaשſib″Sacerdos fuerat præpoſitus cubiculo domus Dei noſtri,″propinquus ipſi Tobiiáh.

5 Cui fecit cubiculum grande, vbi antea reponebāt munera, thus, & vaſa, & decimam frumenti, & vini, & olei iuſſam dari Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, oblationem quoque Sacerdotum.

6 ″Verùm dum hæc omnia agerentur, non eram in Ieruשſaláim: quia anno triceſimoſecūdo Arthaחhשſaסſthé regis Babél veni ad Regem,″& in fine dierum″poſtulaui à Rege.

7 Quum autem veniſſem in Ieruשſaláim, intellexi malum quod fecerat אEliaשſib ″propter Tobiiáh, ″vt faceret ei cubiculum in atriis domus Dei.

8 Quod diſplicuit mihi valde: itaque proieci omnia vaſa domus Tobiiáh extra cubiculum:

9 ″Ac iuſſi, & mundauerūt cubicula: poſtea retuli illuc vaſa domus Dei, oblationem & thus.

Dantur Leuitis partes.

10 ″Cognoui præterea quòd partes Leuitarum non fuiſſent datæ: quódque fugiſſent ſinguli in agrum ſuum, Leuitæ & cantores facientes″opus.

11 ″Propterea increpaui magiſtratus, ac dixi, ″Cur derelicta eſt domus Dei? Congregaui itaque eos,″& ſtatui illos in locum ſuum.

mas, vt introferrēt per eos principes ciuitatis in decore gratiarū actionis, Sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus eſt Iuda in Sacerdotibus & Leuitis aſtantibus.

45 Et cuſtodierunt obſeruationem Dei ſui, & obſeruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta pręceptū Dauid, & Salomonis filii eius

46 Quia in diebus Dauid & Aſaph ab exordio erāt principes cōſtituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo.

47 Et omnis Iſrael in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cātoribus, & ianitoribus per dies ſingulos, & ſanctificabant Leuitas, & Leuitæ ſanctificabant filios Aaron.

Cap. XIII.

1 IN die autem illo lectum eſt in volumine Moyſi audiente populo & inuentum eſt ſcriptum in eo, quòd nō debeant introire Ammonite: & Moabites in eccleſiā Dei vſque in æternū: Deut 23.a.3

2 Eo quòd nō occurrerint filiis Iſrael cum pane & aqua, & conduxerint aduerſum eos Balaam ad maledicēdum eis: & conuertit Deus noſter maledictionem in benedictionem.

3 Factum eſt autem, quū audiſſēt Legem, ſeparauerunt omnem alienigenam ab Iſrael.

4 Et ſuper hoc erat Eliaſib Sacerdos q fuerat prępoſitus in gazophylacio domus Dei noſtri, & proximus Tobiæ.

5 Fecit ergo ſibi gazophylacium grāde, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vaſa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorū, & primitias ſacerdotales.

6 In omnibus autē his non fui in Ieruſalem: quia anno triceſimo ſecūdo Artaxerxis regis Babylonis veni ad Regē, & in fine dierū rogaui Regem.

7 Et veni in Ieruſalem, & intellexi malum quod fecerat Eliaſib Tobiæ, vt faceret ei theſaurum in veſtibulis domus Dei.

8 Et malum mihi viſum eſt valde: & proieci vaſa domus Tobiæ foras de gazophylacio: B

9 Præcepique, & emundauerunt gazophylaciū: & retuli ibi vaſa domus Dei, ſacrificium & thus.

10 Et cognoui quòd partes Leuitarū nō fuiſſent datæ: & fugiſſet vnuſquiſque in regionem ſuam de Leuitis, & cātoribus, & de his qui miniſtrabāt:

11 Et egi cauſam aduerſum magiſtratus, & dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis.

45 Et cuſtodierunt cuſt. &c. וישמרו משמרת וגו׳ Et obſeruauerunt obſeruationem Dei ſui, & obſeruationem, &c.

46 Et *uiri* cantici, laudis, & laud. Deo. ושיר־תהלה והודות לאלהים .i. muſici, ſiue cātores canentes cantica laudatoria, quíque Deū laudabāt.

47 Per ſingulos dies: דבר־יום ביומו: Ad verbū, rē diei in die ſuo. Sāctificabāa præterea Leuitas, &c. ומקדשים ללוים והלוים מקדשים וגו׳ .i. ſanctificabat populus ipſe Leuitas, hoc eſt dabat Leuitis decimas ſacras, quæ ſacræ, ſiue conſecratæ erant Deo (id enim hìc propriè ſignificat Sanctificare aliquem, id eſt dare illi rem ſacram, cuiuſmodi ſunt decimæ) & Leuitæ ſanctificabant filios Aharon, id eſt dabant filiis Aharon Sacerdotibus decimas, nempe decimam decimæ, ſiue decimam ex decimis.

IN CAPVT XIII.

1 In aurib. populi, באזני העם Hebraiſmus, audiente populo. Quòd non ingrediantur אשר לא יבוא .i. nō debeant ingredi. Vel אשר redundat, & vertetur, Non venient. aut, Non ingredientur. Hæc ſcribuntur Deut. 23. a. 3. 2 Quia non præuenerunt filios Iשſr. cum pane כי לא קדמו את־בני ישראל בלחם Non enim venerunt obuiā [occurrerunt] filiis Iſraelis cū pane. qui ſcilicet offerri ſolet laſſis. Aduerſus eū עליו nempe Iſraelem. i. aduerſum illos. 3 Vniuerſam miſturā כל־ערב vniuerſam turbā miſcellaneam. i. omnes alienigenas qui ſe adiunxerant Iſraelitis. 4 At antea ולפני מזה .i. ante hanc ſeparationem alienigenarum ab Iſraelitis. Sacerdos הכוהן ille ſcilicet magnus, id eſt ſummus Pontifex. Propinquus ipſi Tobiiáh. קרוב לטוביה: .i. neceſſitudine coniunctus ipſi Tobiiáh hoſti Iudæorum.

6 Verùm dum hæc omnia agerentur, ובכל זה Ad verbum, Et in omni hoc. Et in fine dierum ולקץ ימים .i. anno vno exacto. quòd annus integer ac completus, conſtet omnibus ſuis diebus. Poſtulaui נשאלתי Voce paſſiua vtitur, acſi diceret, magnis precibus egi cum Rege, atque obtinui vt liceret mihi per eum reuerti in Ieruſalem. 7 Propter Tobiiáh, לטוביה .i. in gratiam Tobiæ. Vt faceret ei לעשות לו faciendo ei. permiſſu. i. quòd permiſiſſet extruendum illi in atriis templi cubiculum. 9 Ac iuſſi, ואומרה Ad verbum, Et dixi. ſub. vt mundarent. 10 Cognoui præterea, &c. ואדעה וגו׳ .i. intellexi quòd Iſraelitæ deſiiſſent dare partes ac portiones debitas Leuitis. Opus. המלאכה: ſub. Dei in templo. i. facientes cultum Diuinum. 11 Propterea increpaui ואריבה Ad verbū, Et increpaui. vel, obiurgaui. Aut, litigaui cum magiſtratu. ſiue cauſam agi aduerſus magiſtratum. Cur derelicta eſt מדוע נעזב ſub. à vobis. Et ſtatui illos ואעמדם ſub. Leuitas & cantores. i. reſtitui eos in locum ſuum in quo antea erant.

12 Et omnis Iuda apportabat decimã frumenti, vini, & olei in horrea.

13 Et conſtituimus ſuper horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc ſcribam, & Phadaiam de Leuitis: & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniã fideles comprobati ſunt, & ipſis creditæ ſunt partes fratrũ ſuorum.

14 Memẽto mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miſerationes meas quas feci in domo Dei mei, & in cæremoniis eius.

15 In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in ſabbatho, portãtes aceruos, & onerantes ſuper aſinos vinũ & vuas, ficus, & omne onus, & inferẽ-
C tes in Ieruſalem die ſabbathi: & conſtetatus ſum vt in die qua vendere liceret, venderent.

Deut 23.a

16 Et Tyrii habitauerunt in ea, inferentes piſces & omnia venalia: & vẽdebant in ſabbathis filiis Iuda & Ieruſalem.

17 Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quæ eſt hæc res mala quam vos facitis, & profanatis diẽ ſabbathi?

18 Nunquid non hæc fecerunt patres veſtri, & adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper ciuitatem hanc? & vos additis iracundiam ſuper Iſrael violando ſabbathum?

19 Factum eſt autem quũ quieuiſſent portę Ieruſalem in die ſabbathi, dixi, & clauſerũt ianuas: & pręcepi vt non aperirent eas vſque poſt ſabbathũ: & de pueris meis cõſtitui ſuper portas, vt nullꝰ inferret onꝰ in die ſabbathi.

20 Et manſerunt negotiatores & vẽdentes vniuerſa venalia foris Ieruſalem ſemel & bis.

21 Et conteſtatus ſum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerſo muri? ſi ſecundò hoc feceritis, manũ mittam in vos. itaque ex tempore illo non venerunt in ſabbatho.

22 Dixi quoque Leuitis vt mũdarentur, & venirent ad cuſtodiendas portas, & ſanctificandam diem ſabbathi. & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.

D 23 Sed & in diebꝰ illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas.

24 Et filii eorũ ex media parte loquebantur Azoticè, & neſciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguã populi & populi.

25 Et obiurgaui eos, & maledixi: & ce

12 Et vniuerſus Iehudáh attulerunt decimam frumenti, vini, & olei″in theſauros.

13 Ac theſaurarios cõſtitui ſuper theſauros *illos*, שSelemiáh Sacerdotem, & צSadóc ſcribam, & Pedaiáh ex Leuitis:′iuxta manũ autem eorum חHanán filiũ Zacchúr, filii Matthaniáh: quia fideles reputati ſunt,″& ad eos *erat* diuidere fratribus ſuis.

14 Memento mei Deus propter hoc, & ne deleas miſericordias meas quas feci in domo Dei mei,′& in obſeruationibus eius.

15 In diebus illis vidi in Iehudáh calcãtes torcularia in שſabbatho ipſo, & afferentes″aceruos,″onerãtes item aſinos vino, vuis, & ficubus, ac quouis onere, afferentes inquam in Ieruשſaláim die שſabbathi:″& conteſtatus ſum *eos* die qua vendebant eſcam.

Nehemias reprẽhendit tranſgreſſores ſabbathi.

16 ″Tyrii quoque ipſi habitauerunt in ea, afferentes piſces, & quaſcunque merces, & vendebant in ipſo שſabbatho filiis Iehudáh″in Ieruשſaláim.

17 ″Idcirco obiurgaui optimates Iehudáh, ac dixi eis,′Quæ eſt res hæc mala quam facitis, & profanatis diem שſabbathi?

18 ″Annon ſic fecerunt patres veſtri, & adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper ciuitatem iſtam? & vos additis iracundiam ſuper Iשraאelem, violando שſabbathum?

19 Quum ergo′obtenebratæ eſſent portæ Ieruשſaláim′ante שſabbathum,″dixi, & clauſæ ſunt valuæ: dixi præterea ne aperirent eas *niſi* vſque poſt שſabbathum: de pueris quoque meis ſtatui in portis,″ne introduceretur onus in die שſabbathi.

20 Manſerunt itaque negotiatores & venditores omnium rerũ venalium extra Ieruשſaláim ſemel & iterum.

21 ″Et conteſtatus ſum eos, ac dixi illis, Quare″manetis vos ex aduerſo muri? ſi iteraueritis,″manum mittam in vos: à tempore illo non venerunt in שſabbatho.

22 ′Dixi præterea Leuitis″vt mundarent ſeſe, & venirent′ad cuſtodiendum portas,″& ſanctificarent diem שſabbathi. etiam propter hoc memento mei Deus mi, & parce mihi ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.

23 In diebus quoque illis vidi Iehudæos′qui duxerant mulieres Aשdodithidas, עAmmonithidas, Moabithidas.

Increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas.

24 ″Et filii eorum partim loquebantur Aשſdodicè, & neſciebant loqui Iehudaicè,″& ſecundum linguam cuiuſque populi.

25 ″Propterea contendi cum eis,″& maledixi eis, atque percuſſi ex

12 In theſauros. לאוצרות: .i. in horrea quæ ad id deſtinata fuerant. 13 Iuxta manum autem eorum ועל־ידם Hebraiſmus, iuxta eos erat. Et ad eos *erat* ועליהם i.. officium eorũ erat diſtribuere partes ac portiones fratribus ſuis ex iis quæ collecta ac congregata erant in horrea illa. 14 Et in obſeruationibus e. ובמשמריו: .i. in cæremoniis eius. 15 Aceruos, הערמות ſub. manipulorum. . Onerantes item aſinos vino, &c.′ועומסים על־החמורים ואף וגו Ad verbũ, & onerantes ſuper aſinos & etiam vinũ, & vuas, & ficus, & quoduis onus. Deſcribitur zelus Nehemiæ qui ferre non potuit ſabbathum violari. Et conteſtatus ſum ואעיד Et teſtificatus ſum. ſub. contra, ſiue aduerſus eos. i. adhibitis teſtibus admonui eos die qua vendebant eſcas, nequo pacto id facerent. Paulo pòſt, verſu 21, plena eſt loquutio.

16 Tyrii quoque ipſi habitabãt in ea, afferẽtes הצורים ישבו בה מביאים צSorim quoque ipſi *qui* habitauerũt in ea, afferebant. In Ieruשſaláim. בירושלם: *idque* in Ieruſalem. q.d. idque in Ieruſalẽ vrbe ſancta, cuius ciues præ cæteris debuerant obſeruare ad vnguem præcepta ac mandata Dei. 17 Idcirco obiurgaui ואריבה Vt paulo ſuprà verſu vndecimo. Quæ eſt res hæc mala quam מה־הדבר הרע הזה Quidnam ſibi vult hoc quod, &c. 18 Annon ſic fecerunt, &c.′הלוא כה עשו וגו q.d. Omnia mala quæ nos & patres noſtri paſſi ſumus? & quæ perpeſſa eſt vrbs iſta, euenerunt nobis ob violationem ſabbathi: vos autem vultis denuo inducere iram Dei ſuper populũ, violatione ipſius ſabbathi? 19 Obtenebratæ eſſent צללו .i. obtenebreſcere cœpiſſent. Ante שſabbathum, לפני השבת .i. iam appetente ac imminente ſabbatho. quod quidem incipiebat à veſpera in occaſum ſolis. Dixi, ואמרה .i. iuſſi vt clauderentur fores, vel ianuæ.

Ne introduceretur לא־יבוא ne intraret. ne ingrederetur. i. inferretur aut importaretur per eas in vrbem. 21 Et conteſtatus ſum eos, ואעידה בהם & teſtificatus ſum contra eos. i. coram teſtibus interminatus ſum illis: vel, monui eos ne poſtea tale quidpiam admitterent. Vide paulo ſuprà verſu 15. Manetis vos ex aduerſo אתם לנים נגד vos pernoctatis [noctẽ agitis] eregione muri, &c. Manũ יד ſub. fortẽ. hoc eſt turbã hominum quæ vos cædet, vel cõprehendet, & in carcerem cõiiciet. 22 Dixi præterea ואומרה .i. Iuſſi Leuitas mundari, vel mundare ſeſe. Vt mundarent ſeſe, אשר יהיו מטהרים vt expiarent ſeſe. vel, purificarent. Ad cuſtodiendum portas, שומרים השערים Ad verbũ, cuſtodientes portas. i. vt eſſent cuſtodes portarũ. Et ſanctificarent, &c. לקדש את־יום השבת & ad ſanctificandũ diẽ ſabbathi. Sanctificat ſabbathũ qui quod præcepit Dominus in eo fieri, facit. 23 Qui duxerãt השיבו ſub. in vxores. Per hos tres populos intelligit & reliquos. 24 Et filii eorum ובניהם Et *ex* filiis eorum. vel, earũ. vt ſit ם pro ן. acſi diceret, media pars eorum, loquebatur, &c.

Et ſecundam linguam, &c. וכלשון עם ועם: Iſtud refertur ad initium verſus, loquebãtur Aſdodicè, & ſermone ſingulorum populorum. Ad verbũ, populi & populi. 25 Propterea contendi cũ eis, וארוב עמם Ideo obiurgaui eos. Et maledixi eis, ואקללם .i. eieci eos è ſynagoga. De excommunicatione intelligunt. Deſcribitur ſeueritas Nehemiæ.

eis aliquos, capillóſque eorum euulſi:″& adiuraui eos per Deum,
Si dederitis filias veſtras filiis eorum, & ſi acceperitis de filiabus
eorum filiis veſtris, aut vobis.

Nónne propter iſta peccauit שSelomóh Rex Iשſraאelis? *& tamen* 26
in gentibus multis non fuit Rex ſimilis ei, qui dilectus Deo ſuo
erat, & poſuerat eum Deus Regem ſuper Iשſraאelē: eum quoque
peccare fecerunt mulieres alienigenæ.

″Et vobis nunquid obediemus vt admittamus omne malū grā- 27
de hoc, vt præuaricemur in Deum noſtrum,″ducendo mulieres
alienigenas?

Vnus autem è filiis Ioiadáy filii אEliaשſib Sacerdotis magni, ge- 28
ner erat ipſius סSanballát חHoronitæ,″propterea fugaui eū à me.

″Recordare eorum Deus mi,″contra eos qui polluunt Sacerdo- 29
tium, & pactum Sacerdotii & Leuitarum.

Itaque emundaui eos ab omni alienigena: & ſtatui″obſeruan- 30
tias Sacerdotibus & Leuitis, vnicuique in opere ſuo:

″Atque oblationi lignorum temporibus conſtitutis,″primitiuis 31
quoque.″recordare mei Deus, mi in bonum.

cidi ex eis viros, & decaluaui eos: & adiuraui in Deo vt non darent filias ſuas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis ſuis, & ſibimetipſis, dicens,

26 Nunquid non in eiuſcemodi peccauit ǁSalomō Rex Iſrael? & certè in gentibus multis non erat Rex ſimilis ei: & dilectus Deo ſuo erat, & poſuit eum Deus Regem ſuper omnem Iſrael:ǁ& ipſum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. 3.Reg.3.b.7 3.Reg.11.a.1

27 Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grāde hoc, vt præuaricemur in Deo noſtro, & ducamus vxores peregrinas?

28 De filiis autem Ioiada filii Eliaſib Sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me.

29 Recordare Domine Deus meus aduerſū eos qui polluunt Sacerdotium, iúſque Sacerdotale & Leuiticum.

30 Igitur mūdaui eos ab omnibus alienigenis: & conſtitui ordines Sacerdotum, & Leuitarum, vnumquenque in miniſterio ſuo:

31 Et in oblatione lignorum in temporibus conſtitutis, & in primitiis. memento mei Deus meus in bonū. Amē

Et adiuraui eos ואשביעם Sub. in hunc modum, Non dabitis, &c. & nō accipietis. Si, pro nō: aut ſubaudiendū, Hoc & hoc faciat vobis Deus. 27 Et vobis nunquid obed. ולכם הנשמע Vobis ergo obediemus, &c. parebimus, vobis inquam qui non eſtis tanti quantus erat Salomon? Ducendo להושיב ſub. in vxores. 28 Propterea fug. eū à me ואבריחהו מעלי Ad verbum, & fugaui. 29 Recordare e. זכרה להם ſub. in malum. Vel, Recordare *huiuſce rei* illis. i. in perniciem illorum. Contra eos qui poll. ſacerd. על גאלי הכהונה contra pollutores[inquinatores]Sacerdotii & fœderis, &c. declarat illud Recordare, quod præceſſit. i. qui quū debuiſſent eſſe bono ſuo exemplo aliis, tamen malo exemplo conati ſunt polluere Sacerdotium ipſum, fœdus quoque Sacerdotale & Leuitarum. 30 Obſeruantias משמרות .i. ordines. hoc eſt diſtribui Sacerdotes & Leuitas per claſſes ac vices. 31 Atque oblationi lig. ולקורבן העצים .i. conſtitui inquam ordines in oblatione lignorū, ad fouendū ignē illum cæleſtē qui perpetuò ardebat in altari. Primitiuis quoque. ולבכורים ſub. cōſtitui ordines. i. quæ offerri deberēt Deo. Recordare mei זכרה לי Memento *horum omnium* mihi. i. in gratiā mei, Deus mi, in bonū. i. vt poſtea benefacias mihi.

III. Eſdræ vulgo, apocryphus.

Huius libri ne Græcum quidem codicem, nedum Hebræum nemini(quod ſciam)videre contigit: idcirco præter ſolam interpretationem veterem, aliud dare non potuimus.

Cap. I.

4.Reg.23.e.21
2.paral.35.a.1

1 Et fecit Ioſias Paſcha in Ieroſolymis Domino, & immolauit Phaſe quartadecima luna primi menſis,

2 Statuens Sacerdotes per vices dierum ſtolis amictos in templo Domini.

3 Et dixit Leuitis ſacris ſeruis Iſrael, vt ſanctificarēt ſe Domino in poſitione ſanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex.

4 Non erit vobis tollere ſuper humeros eam. & nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis illius Iſrael, ex parte ſecundum pagos & tribus veſtras,

5 Secundum ſcripturam Dauid Regis Iſrael, & ſecundum magnificentiam Salomonis filii eius, omnes in templo, & ſecundam particulam principatus paternam veſtram eorum qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael.

6 Immolate Paſcha, & ſacrificia parate fratribus veſtris, & facite ſecundum præceptum Domini quod datum eſt Moyſi.

B 7 Et donauit Ioſias in plebem quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.

8 Hæc de regalibus data ſunt ſecundum promiſſionem populo: & Sacerdotibus in Paſcha, oues numero duo millia, ac vituli centum.

9 Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba, in Phaſe, oues quinque millia, vitulos quingentos.

10 Et hæc quū fierent eleganter, ſteterūt Sacerdotes & Leuitæ, habētes azyma per tribus.

11 Et ſecundum partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecundum ea quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt:

12 Et aſſauerunt Phaſe igni prout oportebat: & oſtias coxerunt in amulis, & in ollis cum beneuolentia.

13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe:& poſt hæc parauerunt ſibi &Sacerdotibus.

14 Sacerdotes enim offerebāt adipes, vſquedum finita eſſet hora:& Leuitæ parauerūt ſibi & fratribus ſuis filiis Aaron.

C 15 Et ſacri cātores filii Aſaph erant per ordinem ſecundum præceptum Dauid, & Aſaph, & Zacharias,& Ieddimus,qui erat à Rege·

16 Et oſtiarii per ſingulas ianuas, ita vt non præuarícaretur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum parauerunt illis.

17 Et conſummata ſunt quæ pertinebant ad ſacrificium Domini.

18 In illa die egerunt Phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrificium,ſecundum præceptùm Regis Ioſiæ.

19 Et egerunt filii Iſrael,qui inuenti ſunt in tempore illo,Phaſe:& diem feſtū azymorum per dies ſeptem:

20 Et non eſt celebratum Phaſe tale in Iſrael,à temporibus Samuel Prophetæ:

21 Et omnes Reges Iſrael non celebrauerunt tale Paſcha quale egit Ioſias, & Sacerdotes, & Leuitæ,& Iudæi, & omnis Iſrael,qui inuenti ſunt in commoratione Ieroſolymis.

22 Octauodecimo anno,regnante Ioſia,celebratum eſt Phaſe.

23 Et directa ſunt opera Ioſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuentis:

24 Et quæ circa illum quidem conſcripta ſunt in priſtinis temporibus de eis qui peccauerunt,quíque irreligioſi fuerunt in Dominum præ omni gente,& qui non quæſierūt verba Domini ſuper Iſrael.

D 25 Et poſt omnē actum hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao Rex AEgypti, veniens in Charcamis ab itinere ſuper Euphrátem,& exiit obuiam illi Ioſias.

26 Et miſit Rex AEgypti ad Ioſiam,dicens,Quid mihi & tibi eſt Rex Iudæ?

27 Non ſum miſſus à Domino vt pugnem contra te:ſuper Euphrátem enim bellum meū eſt: feſtinans deſcende.

28 Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum : ſed expugnare eum conabatur, non attendens verbum Prophetæ ex ore Domini:

29 Sed cōſtituit ad eū bellū in cāpo Mageddo:& deſcenderunt principes ad Regē Ioſiam.

30 Et dixit Rex pueris ſuis,Amouete me à prælio:infirmatus ſum enim valde.Et ſtatim amouerunt eum pueri ipſius de acie.

31 Et aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum : & perueniens Ieroſolymam, vita functus eſt:& ſepultus eſt in paterno ſepulchro.

32 Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam:& qui præſidebant,cum vxoribus lamentabant eum vſque in hunc diem.& datum eſt hoc fieri ſemper in omne genus Iſrael.

5 Hæc autem præſcripta ſunt in libro Hiſtoriarum Regum Iudæ:& ſingula geſta actus Ioſiæ,& eius gloria, & intellectus eius in Lege Domini:quæque geſta ſunt ab eo,& quæ non ſcripta ſunt in libro Regum Iſrael & Iudæ.

E 34 Et aſſumentes qui erant ex gente, Iechoniam filium Ioſiæ, conſtituerunt Regem pro Ioſia patre ſuo,quum eſſet annorum trigintatrium.

35 Et regnauit ſuper Iſrael menſibus tribus.& amouit eum Rex AEgypti,ne regnaret in Ieroſolymis:

36 Et multauit gentem argenti talenta centum,& auri talentum vnum.

37 Et conſtituit Rex AEgypti Ioachin fratrem ipſius,Regem Iudæ & Ieruſalem:

38 Et alligauit magiſtratus Ioacim , & Zaracelem fratrem ſuum: & apprehendens reduxit in AEgyptum.

39 Annorum erat Ioacim vigintiquinque, quum regnare cœpiſſet in terra Iuda & Ieruſalem,& fecit malum in conſpectu Domini.

40 Poſt hunc autē aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis,& alligans eum in æreo vinculo,perduxit in Babyloniam:

41 Et ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodonoſor, & tulit, & conſecrauit in templo ſuo in Babylonia.

42 Nam de immunditia eius & irreligioſitate ſcriptum eſt in libro temporum Regum.

43 Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Quũ autem conſtitutus eſſet Rex, erat annorum decem & octo.

44 Regnauit autẽ menſes tres & dies decẽ in Ieruſalẽ, & fecit malũ in conſpectu Domini.

45 Et poſt annum mittens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babyloniã ſimul cum ſacris vaſis Domini.

46 Et cõſtituit Sedeciam Regem Iuda & Ieruſalem, quum eſſet annorum viginti vnius. regnauit autem annis vndecim.

Ierem.38.f.21 47 Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt veritus à verbis ‖quæ dicta ſunt ab Ieremia Propheta ex ore Domini.

48 Et adiuratus à rege Nabuchodonoſor, periurãs diſceſſit: & indurata ceruice ſua, & corde ſuo, tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael.

49 Et duces populi Domini multa iniquè geſſerunt, & impiè egerunt ſuper omnes immũditias Gentium: & polluerunt templum Domini, quod ſanctum erat in Ieroſolymis.

50 Et miſit Deus Patrum ipſorum per Angelũ ſuum reuocare eos, propter quod parceret illis & tabernaculo ſuo.

G 51 Ipſi verò ſubſannabant in Angelis ſuis: & qua die loquutus eſt Dominus, erant illudentes Prophetis eius.

52 Qui vſque ad iracundiam concitatus eſt ſuper gentem ſuam, propter irreligioſitatem ſuam: & præcepit aſcendere Reges Chaldæorum.

53 Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & ſeni, & virgini, & adoleſcenti:

54 Sed omnes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domini, & regales apothecas reſumentes, tulerunt in Babyloniam.

55 Et incẽderunt domum Domini, & demolierunt muros Ieruſalem: & turres eius incenderunt igne:

56 Et conſummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.

Iere.25.c.11, & 29.b.10 57 Et erãt ſerui illius vſq; dũ regnarẽt Perſæ, ‖in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ:

58 Quouſque benignè ageret terra ſabbatha ſua omni tẽpore deſertionis ſuæ ſabbathizauit in applicatione annorum ſeptuagintaſeptem.

Cap. II.

2.Paral.36.d.22 1.Eſdr.1.a.1 1 REgnante Cyro rege Perſarum in conſummatione verbi Domini in ore Ieremiæ.

2 Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicauit in toto regno ſuo ſimul per ſcripturam,

3 Dicens, Hæc dicit Cyrus rex Perſarum, Me conſtituit Regem orbi terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus:

4 Et ſignificauit mihi ædificare domum ſibi in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa.

5 Siquis eſt ex genere veſtro, dominus ipſius aſcendat cum eo in Ieruſalem.

6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuẽt eos qui ſunt in loco ipſo, in auro & argẽto,

7 In dationibus cum equis & iumentis, cúmque aliis quæ ſecundum vota apponuntur in ædem Domini quæ eſt in Ieruſalem.

8 Et ſtantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin, & Sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus aſcendere, & ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & qui erant in circuitu eorum,

9 Adiuuerũt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi, quorum ſenſus excitatus eſt.

B 10 Et Cyrus Rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idolo ſuo.

11 Et proferens ea Cyrus rex Perſarũ, tradidit Mithridato, qui erat ſuper theſauros ipſius.

12 Per hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ.

13 Horum autẽ hic numerus: libatoria argentea duo millia quadringẽta, athiſcæ argẽteæ triginta, phialæ aureæ triginta, item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vaſa mille.

14 Omnia autem vaſa aurea & argentea, quinque millia octingenta ſexaginta.

15 Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum iis qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ieroſolymam.

1.Eſdr.4.a.6 16 ‖In Artaxerxis autem regis Perſarũ temporibus ſcripſerunt ei de iis qui habitabant in Iudæa & Ieruſalẽ, Balſam⁹, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui habitãtes in Samaria & cæteris locis, ſubiectam epiſtolã regi Artaxerxi.

C 17 Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœleſyria & Phœnice.

18 Et nunc notum ſit domino Regi quoniã Iudæi qui aſcenderunt à vobis ad nos, venientes in Ieruſalem ciuitatem refugam & peſſimam, ædificant furnos eius, & ſtatuunt muros, & templum ſuſcitant.

19 Quòd ſi ciuitas iſta, & muri conſummati fuerint, non tantùm tributa non ſuſtinebunt péndere, ſed etiam Regibus reſiſtent.

20 Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum:

21 Sed notum facere domino Regi, vt ſi videbitur, Rex, quæratur in libris patrũ tuorum,

22 Et inuenies in admonitionibus ſcripta de his, & ſcies quoniam ciuitas iſta fuit refuga, & Reges & ciuitates concutiens,

23 Et Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam cauſam ciuitas iſta deſerta eſt.

24 Nunc ergo notum facimus domine Rex, quoniam ſi ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, deſcenſus tibi non erit in Cœleſyriam & Phœnicen.

D 25 Tunc ſcripſit Rex Rathimo qui ſcribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio ſcribæ, & cæteris conſtitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ ſubiecta ſunt.

26 Legi epiſtolam quam miſiſtis mihi. præcepi ergo inquiri, & inuentum eſt quoniam ciuitas illa eſt ab æuo Regibus reſiſtens,

27 Et homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & Reges fortiſſimi erãt in Ieruſalem dominantes, & tributa exigentes à Cœleſyria & Phœnice.

28 Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere nequid vltra hæc fiat:

29 Sed nec procedant in plurimũ, ex quo ſunt malitiæ, ita vt Regibus moleſtia importetur.

30 Tunc recitatis iis quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathimus, & Sabellius ſcriba, & qui quum his conſtituti erant, iungentes feſtinanter venerunt in Ieruſalẽ cum equitatu, & turba, & agmine:

31 Cœperúntque ædificantes prohibere: & vacabant ab ædificatione templi in Ieruſalem, vſque ſecundo anno regni Darii regis Perſarum.

Cap. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ & Perſidis,

2 Et omnibus purpuratis, & prætoribus, & conſulibus, & præfectis ſub illo, ab India vſque AEthiopiam, centum vigintiſeptem prouinciis.

3 Et quum manducaſſent & bibiſſent, & ſatiati reuerterentur, tunc Darius rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormiuit, & expergefactus eſt.

4 Tunc illi tres iuuenes corporis cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus Regis, dixerunt alter alteri.

B 5 Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonem qui præcellat: & cuiuſcũque apparuerit ſermo ſapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,

6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byſſinam, & torquem circa collum:

7 Et ſecundo loco ſedebit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cognatus Darii vocabitur.

8 Tunc ſcribẽtes ſinguli ſuũ verbũ ſignauerunt, & poſuerũt ſubtus ceruical Darii regis:

9 Et dixerunt, Quúmque ſurrexerit Rex, dabimus illi ſcripta noſtra: & quodcunque iudicauerit Rex è tribus, & magiſtratus Perſidis, quoniam verbum eius ſapientius eſt, ipſi dabitur victoria, ſicut ſcriptum eſt.

10 Vnus ſcripſit, Forte eſt vinum.

C 11 Alius ſcripſit, Fortior eſt Rex.

12 Tertius ſcripſit, Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veritas.

13 Et quũ ſurrexiſſet Rex, acceperunt ſcripta ſua, & dederunt illi, & legit.

14 Et mittẽs vocauit omnes magiſtratus Perſarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:

15 Et ſederunt in conſilio: & lecta ſunt ſcripta coram ipſis.

16 Et dixit, Vocate adoleſcẽtes, & ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſunt, & introierũt.

17 Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ ſcripta ſunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini,

18 Et dixit, Viri, quàm præualet vinũ omnibus hominibus qui bibunt illud: ſeducit mẽtẽ.

D 19 Itémque Regis & orphani facit mẽtem vanam. item ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis.

20 Et omnem mentem cõuertit in ſecuritatem & iucunditatem, & non meminit omnem triſtitiam & debitum.

21 Et omnia præcordia facit honeſta, & non meminit Regem, nec magiſtratum, & omnia per talenta loqui facit.

22 Et non meminerunt, quũ biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: ſed non multũ pòſt ſumunt gladios:

23 Et quum à vino merſerint & ſurrexerint, non meminerunt quæ geſſerunt.

24 O viri, num præcellit vinum? quis ſic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

Cap. IIII.

1 ET inchoauit ſequens dicere, qui dixit de fortitudine Regis:

2 O viri, num præcellũt homines qui terrã & mare obtinent, & omnia quæ in eis ſunt?

3 Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.

4 Et ſi miſerit illos ad bellatores, vadunt, & demoliunt montes, & muros, & turres.

5 Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. nam ſi vicerint, afferunt Regi omnia quæcunque prædati fuerint.

6 Similiter & alii omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, ſed colunt terram: rurſum quum fuerint metentes, afferunt tributa Regi.

7 Et ipſe vnus ſolus ſi dixerit, Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittunt:

8 Dixerit, Percutite, percutiunt: dixerit, Exterminate, exterminant: dixerit, AEdificate, ædificant:

9 Dixerit, Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant:

10 Et omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & ſuper hoc ipſe recũbit, & bibit, & dormit.

B 11 Hi autem cuſtodiunt in circuitu eum, & non poſſunt ire ſinguli, & facere opera ſua, ſed in dicto obaudientes ſunt ei.

12 Viri, quomodo non præcellit Rex qui ſic diffamatur? Et tacuit.

13 Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic eſt Zorobabel) cœpit loqui.

14 Viri, nõ magnus Rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis eſt ergo qui dominatur eorum?

15 Nónne mulieres genuerunt Regem, & omnem populum qui dominatur mari & terræ:

16 Et ex illis nati ſunt, & ipſæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinũ fit?

17 Et ipſæ faciunt ſtolas omnium hominum, & ipſæ faciunt gloriã hominibus, & non poſſunt homines ſeparari à mulieribus.

18 Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona ſpecie,

19 Omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conſpiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretioſam.

C 20 Homo patrem ſuum relinquit qui enutriit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit.

21 Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem.

22 Et hinc oportet vos ſcire quoniam mulieres dominantur veſtri. Nónne doletis?

23 Et accipit homo gladium ſuum:& vadit in viam facere furta & homicidia,& mare nauigare & flumina.

24 Et leonem videt,& in tenebris ingreditur : & quū furtum fecerit, & fraudes,& rapinas, amabili ſuæ affert.

25 Et iterum, diligit homo vxorem ſuam magis quàm patrem aut matrem.

26 Et multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas:& ſerui facti ſunt propter illas.

27 Et multi perierunt & iugulati ſunt,& peccauerunt propter mulieres.

28 Et nunc credite mihi,quia magnus eſt Rex in poteſtate ſua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.

29 Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici, concubinam Regis ſedentē iuxta Regem ad dexteram,

30 Et auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cædebat Regem de ſiniſtra manu.

D 31 Et ſuper hæc aperto ore intuebatur eam:& ſi arriſerit ei,ridet.nam ſi indignata ei fuerit, blanditur,donec reconcilietur in gratiam.

32 O viri,cur nō ſunt fortiores mulieres? Magna eſt terra,& excelſū eſt cælū: quis iſta agit?

33 Et tunc Rex & purpurati intuebantur in alterutrum:& inchoauit loqui de veritate.

34 O viri,nónne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra,& excelſum eſt cælum:& velox curſus ſolis conuertit in gyro cælum in locum ſuum in vna die.

35 Nónne magnificus eſt qui hæc facit,& veritas magna,& fortior præ omnibus?

36 Omnis terra veritatem inuocat,cælum etiam ipſam benedicit,& omnia opera mouentur & tremunt eam,& non eſt cum ea quicquam iniquum.

37 Vinum iniquum,iniquus Rex,iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum,& iniqua illorum omnia opera,& non eſt in ipſis veritas,& in ſua iniquitate peribunt:

38 Et veritas manet,& inualeſcit in æternum,& viuit,& obtinet in ſecula ſeculorum.

E 39 Nec eſt apud eam accipere perſonas , neque differentias:ſed quæ iuſta ſunt facit omnibus,iniuſtis ac malignis,& omnes benignantur in operibus eius.

40 Et non eſt in iudicio eius iniquū,ſed fortitudo,& regnum, & poteſtas, & maieſtas omnium æuorum.Benedictus Deus veritatis.

41 Et deſiit loquēdo:& omnes populi clamauerunt,& dixerunt,Magna eſt veritas,& præualet.

42 Tunc Rex ait illi, Pete, ſiquid vis amplius quàm quæ ſcripta ſunt, & dabo tibi, ſecundum quòd inuentus es ſapientior proximis , & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis.

43 Tunc ait Regi,Memor eſto voti tui quod vouiſti, ædificare Ieruſalem,in die qua regnū accepiſti:

44 Et omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Ieruſalem, remittere , quæ ſeparauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam,& voluit remittere ea ibi.

45 Et tu vouiſti ædificare templū quod incenderunt Idumæi, quando exterminata eſt Iudæa à Chaldæis.

46 Et nūc hoc eſt quod poſtulo domine,& quod peto , hoc eſt maieſtas quod à te poſtulo, vt facias votum quod vouiſti Regi cæli ex ore tuo.

F 47 Tunc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum : & ſcripſit epiſtolam ad omnes diſpenſatores, & præfectos,& purpuratos,vt deducerent eū & eos qui cum illo erant, omnes aſcēdentes ædificare Ieruſalem.

48 Et omnibus præfectis qui erant in Syria,& Phœnice,& Libano,ſcripſit epiſtolas,vt traherent ligna cedrina à Libano in Ieruſalem,vt ædificarent cum eis ciuitatem.

49 Et ſcripſit omnibus Iudæis qui aſcendebant à regno in Iudæam pro libertate , omnem potentem,& magiſtratum,& præfectum non ſuperuenire ad ianuas ipſorum:

50 Et omnem regionem quam obtinuerant,immunē eſſe eis,& Idumæi relinquant caſtella quæ obtinent Iudæorum:

51 Et in ſtructuram tēpli dare per ſingulos annos talēta viginti,vſq; dum perædificaretur:

52 Et ſuper ſacrarium holocautomata vſtulare quotidie, ſicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per ſingulos annos.

53 Et omnibus qui procedunt à Babylonia, condere ciuitatem: vt eſſet libertas tam ipſis quàm filiis eorum, & omnibus Sacerdotibus qui præcedunt.

54 Scripſit autem & quantitatem, & ſacram ſtolam iuſſit dari, in qua deſeruirent.

G 55 Et Leuitis ſcripſit dare præcepta, vſque in diem qua conſummabitur domus, & Ieruſalem extruetur.

56 Et omnibus cuſtodientibus ciuitatem, ſcripſit dari ei ſortes & ſtipendia.

57 Et dimiſit omnia vaſa quæcũque ſeparauerat Cyrus à Babylonia: & omnia quæcunque dixit Cyrus, & ipſe præcepit fieri, & mitti Ieruſalem.

58 Et quum proceſſiſſet ille adoleſcens, eleuans faciem in Ieruſalem, benedixit Regẽ cæli,

59 Et dixit, Abs te eſt victoria, & abs te eſt ſapientia & claritas: & ego ſeruus tuus ſum.

60 Benedict⁹ es, qui dediſti mihi ſapiẽtiã, & tibi cõfitebor Domine Deus Patrũ noſtrorũ.

61 Et accepit epiſtolas, & profectus eſt in Babyloniam: & venit, & nuntiauit fratribus ſuis omnibus qui fuerunt in Babylonia.

62 Et benedixerunt Deum Patrum ſuorum, quoniam dedit illis remiſſionem & refrigeriũ,

63 Vt aſcenderent & ædificarent Ieruſalem, & templum vbi nominatum eſt nomen eius in ipſo: & exultauerunt cum muſicis & lætitia diebus ſeptem.

Cap. V.

1.Eſdr.2.a.1 1 POſt hæc autem electi ſunt vt aſcenderẽt principes pagorum per domos & tribus ſuas, & vxores illorum, & filii & filiæ eorum, & ſerui & ancillæ ipſorum, & pecora eorum.

2 Et Darius rex miſit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ieruſalem cum pace, & cum muſicis, & cum tympanis & tibiis.

3 Et omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul cum eis.

4 Et hæc ſunt nomina virorum qui aſcenderunt per pagos ſuos in tribus, & in partẽ principatus ipſorum.

5 Sacerdotes: filii Phinees, filii Aaron, Ieſus filius Ioſedec, Ioacim filius Zorobabel filii Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda,

6 Qui loquutus eſt ſub Dario rege Perſarum ſermones mirificos in ſecundo anno regni ipſius, menſe Niſan primo.

7 Sunt autem hi qui aſcenderunt ex Iudæa de captiuitate tranſmigrationis, quos tranſmigrauit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuerſus eſt in Ieruſalem.

8 Et requiſiuit partem Iudææ vnuſquiſque in ciuitatem ſuam, qui venerunt cum Zorobabel & Ieſu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro, Mechpſatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorum.

9 Et numerus à gentilibus eorum, ex præpoſitis eorum. Filii Phares, duo millia centum ſeptuagintaduo.

10 Filii Ares, tria millia centum quinquagintaſeptem.

B 11 Filii Phœmo, centum quadragintaduo. In filiis Ieſu & Ioabes, mille trecentiduo.

12 Filii Demu, duo millia quadringenti ſeptuaginta. Filii Choraba, ducentiquinque. Filii Banica, centum ſexagintaocto.

13 Filii Bebech, quadringentitres. Filii Archad, quadringenti vigintiſeptem.

14 Filii Chã, trigintaſeptem. Filii Zoroar, duo millia ſexagintaſeptem. Filii Adin, quadringenti ſexagintavnus.

15 Filii Aderectis, cẽtum octo. Filii Ciaſo & Zelas, centum ſeptem. Filii Azoroc, quadringenti trigintanouem.

16 Filii Iedarbone, cẽtum trigintaduo. Filii Ananiæ, centũ triginta. Filii Aſoni, nonaginta.

17 Filii Marſar, quadringenti vigintiduo. Filii Zabarus, nonagintaquinque. Filii Sepolemon, centum vigintitres.

18 Filii Nepopas, quinquagintaquinque. Filii Hechanatus, centum quinquagintaocto. Filii Cebethamus, centum trigintaduo.

19 Filii Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centum viginti vnus:

20 Qui ex Beſſelon,& Ceagge,ſexagintaquinque:qui ex Baſtaro,centum vigintiduo.

21 Qui ex Bechenobes,quinquagintaquinque. Filii Liptis, centũ quinquaginta quinque. Filii Labonni,trecenti quinquaginta ſeptem.

C 22 Filii Sichem,trecenti ſeptuaginta. Filii Suadon,& Cliomus,trecenti ſeptuagintaocto.

23 Filii Ericus,duo millia centum quadragintaquinque. Filii Anaas, trecenti ſeptuaginta.

24 Sacerdotes:Filii Ieddus,filii Euther,filii Eliaſib,trecenti ſeptuagintaduo. Filii Emerus, ducenti quinquagintaduo.

25 Filii Phaſurii,trecenti quinquaginta ſeptem. Filii Caree,ducenti vigintiſeptem.

26 Leuitæ:Filii Iehu in Caduhel,& Bamis,& Serebias,& Edias,ſeptuagintaquatuor. omnis numerus à duodecimo anno,triginta millia quadringenti ſexaginta duo.

27 Filii,& filiæ,& vxores,omnis computatio,quadraginta millia ducenti quadragintaduo.

28 Filii Sacerdotum qui pſallebant in templo:Filii Aſaph,centum vigintiocto.

29 Oſtiarii verò:Filii Eſmenni, filii Azer, filii Amon, filii Accuba, Topa filii Tobi, omnes centum trigintanouem.

30 Sacerdotes ſeruientes in templo. Filii Sel, filii Gaſpha, filii Tobloc, filii Cariæ, filii Su, filii Hellu,filii Labana,filii Armacha,filii Accub,filii Vtha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obai,filii Anani,filii Canna,filii Geddu,

31 Filii An,filii Radin,filii Deſanon,filii Nachoba,filii Caſeba,filii Gaze,filii Ozui,filii Sinone,filii Attre,filii Haſten,filii Aſiana,filii Manei,filii Naſiſſim,filii Accuſu, filii Agiſta, filii Azui,filii Fauon,filii Phaſalon,

32 Filii Meedda,filii Phuſa,filii Caree,filii Barcus,filii Saree,filii Coeſi,filii Naſith,filii Agiſti,filii Pedon.

D 33 Salomon, filii eius filii Aſophot,filii Phazida,filii Celi,filii Dedón,filii Gaddahel, filii Sephegi,

34 Filii Aggia,filii Sachareth,filii Sabathẽ,filii Caroneth,filii Malſith,filii Amæ,filii Saſus, filii Addus,filii Suba,filii Eura,filii Rahotis,filii Phaſphat,filii Malmon.

35 Omnes ſacro ſeruientes,& pueri Salomonis,quadringenti octogintaduo.

36 Hi ſunt filii qui aſcenderunt à Thelmela, Thelharſa: principes eorum, Carmellam, & Careth:

37 Et non poterant edicere ciuitates ſuas & progenies ſuas,quemadmodum ſint ex Iſrael. Filii Dalari,filii Tubal,filii Nechodaici.

38 Ex Sacerdotibus,qui fungebantur Sacerdotio,& non ſunt inuenti,filii Obia,filii Achiſos,filii Addin,‖qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: 1.Eſd.2.d.61

39 Et vocati ſunt nomine eius. & horum quæſita eſt generis ſcriptura in pædatura, & non eſt inuenta,& prohibiti ſunt Sacerdotio fungi.

40 Et dixit illis Nehemias & Aſtharas, Ne participent ſancta, donec exurgat Pontifex doctus in oſtenſionem & veritatem.

41 Omnis autem Iſrael erat,exceptis ſeruis & ancillis,quadragintaduo millia trecẽti quadraginta.

42 Serui horum & ancillæ,ſeptem millia trecenti trigintaſeptem. Cantores & cantatrices ducenti ſexagintaquinque.

43 Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi,ſeptem millia trigintaſex. Muli,ducenta
E millia quadragintaquinque. Subiugalia,quinque millia vigintiquinque.

44 Et de præpoſitis ipſis per pagos,dum venirẽt in templum Dei quod erat in Ieruſalem, innouare & ſuſcitare templum in loco ſuo,ſecundum ſuam virtutem:

45 Et dari in templum theſaurorũ operum ſacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & ſtolas ſacerdotales centum.

46 Et habitauerunt Sacerdotes & Leuitæ,& qui exierant de plebe in Ieruſalem & in regione: & ſacri cantores,& oſtiarii,& omnis Iſrael in regionibus ſuis.

47 ‖Inſtante autem ſeptimo menſe, quúmque eſſent filii Iſrael vnuſquiſque in ſuis rebus, 1.Eſd.3.a.1 conuenerunt vnanimes in atrium quod erat ante ianuam Orientalem.

48 Et ſtantes Ieſus filius Ioſedec,& fratres eius Sacerdotes,& Zorobabel filius Salathiel, &

6

huius fratres, parauerunt altare,

49 Vt offerrent ſuper illud holocautomata, ſecundum quæ in libro Moyſi hominis Dei ſcripta ſunt.

50 Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt ſacrarium in loco ſuo omnes Gentes terræ: & offerebant hoſtias, & holocautomata Domino matutina.

Leuit.23.f.34 51 ‖Et egerunt ſcenopegiam, & diem ſolennem, ſicut præceptum eſt in Lege: & ſacrificia quotidie, ſicut oportebat.

52 Et poſt hæc oblationes inſtitutas, & hoſtias ſabbathorum, & neomeniarum, & dierum ſolennium omnium ſanctificatorum.

1.Eſd.3.b.7. F 53 ‖Et quotquot vouebant Domino à neomenia ſeptimi menſis, cœperunt hoſtias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum.

54 Et dederunt pecuniam lapidariis & fabris, & potum & pabula cum gaudio.

55 Et dederunt carra Sidoniis & Tyriis, vt tranſueherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, ſecundum decretum quod ſcriptum erat eis à Cyro rege Perſarum.

Eccli.49.c.13 56 Et in ſecundo anno venientes in templum Dei in Ieruſalem, ‖menſe ſecundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, & fratres ipſorum, & Sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruſalem.

57 Et fundauerunt templum Dei nouilunio ſecundi menſis ſecundi anni, quũ veniſſent in Iudæam & Ieruſalem.

58 Et ſtatuerunt Leuitas à viginti annis, ſuper opera Domini: & ſtetit Ieſus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ cõſpirantes, & exequutores Legis, faciẽtes opera in domo Domini.

59 Et ſteterũt Sacerdotes habẽtes ſtolas cum tubis: & Leuitæ filii Aſaph, habẽtes cymbala,

60 Collaudantes Dominum, & benedicentes ſecundum Dauid regem Iſrael.

61 Et cantabãt canticũ Domino, quoniã dulcedo eius, & honor in ſecula ſuper õnẽ Iſrael.

62 Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes Dominum in ſuſcitatione domus Domini.

G

63 Et venerunt ex Sacerdotibus & Leuitis, & præſidentibus ſecundum pagos ſenioribus, qui viderant priſtinam domum:

64 Ad huius ædificationẽ cũ clamore & plãctu magno, & multi cũ tubis & gaudio magno:

65 In tantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longè audiretur.

1.Eſd.4.a.1 66 ‖Et audierunt inimici tribus Iudæ & Beniamin: & venerunt ſcire quæ eſſet vox tubarũ.

67 Et cognouerunt, quoniã qui erant ex captiuitate, ædificãt templũ Domino Deo Iſrael.

68 Et accedentes ad Zorobabel & Ieſum, præpoſitos pagorum, dixerũt eis, AEdificabimus vnà vobiſcum.

69 Similiter enim audiuimus Dominum veſtrum, & ipſi pariter incedimus à diebus Aſbazareth regis Aſſyriorum, qui tranſmigrauit nos huc.

70 Et dixit illis Zorobabel, & Ieſus, & principes pagorum Iſrael, Non eſt nobis & vobis ædificare domum Dei noſtri.

1.Eſd.4.a.4 71 Nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſrael ‖ſecundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.

72 Gentes autem terræ incumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & inſidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare.

73 Et aggreſſuras exercentes impedierunt ne cõſummaretur ædificium omni tẽpore vitæ Cyri regis, & protraxerunt ſtructuram per biennium vſque ad Darii regnum.

Cap. VI.

1.Eſd.5.a.1 1 IN ſecundo autem anno regni Darii prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper eos.

2 Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, inchoauerũt ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ: quũ adeſſent eis Prophetæ Domini, & adiuuarent eos.

3 In ipſo tempore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes & ſodales eius.

4 Et dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum iſtud, & alia omnia perficitis? & qui ſunt ſtructores qui hæc ædificant?

5 Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper eos qui erãt ex captiuitate à Domino Seniores Iudæorum:

6 Et non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur.

7 Exemplum epiſtolæ quam miſerunt Dario. Siſennes ſubregulus Syriæ & Phœnices, & Satrabuzanes & ſodales eius in Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſalutem.

8 Omnia nota ſint domino Regi, quòd quũ veniſſemus in regionem Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalem, inuenimus ædificantes domum Dei magnam:

B 9 Et templum ex lapidibus politis & magnis, & pretioſis materiis in parietibus:

10 Et opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare & proſperare in manibus eorũ, & in omni gloria quamdiligentiſſimè perfici.

11 Tunc interrogauimus Seniores, dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domum iſtam, & opera hæc fundatis?

12 Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & præpoſitos: & nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus illos.

13 At illi reſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui Domini qui fecit cælũ & terram:

14 ‖Et ædificabatur hæc domus ante annos iſtos multos à Rege Iſrael magno & fortiſſimo, & conſummata eſt. 3.Reg.6.a.2

15 Et quoniam patres noſtri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Iſrael, ‖tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum: 4.Reg.24.a.1

16 Et domũ iſtam demolientes, incenderũt: & populum captiuum duxerunt in Babylonẽ.

17 In primo anno regnãte Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domũ hanc ædificare: 1.Eſd.5.c.13

1 Et illa ſacra vaſa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodonoſor de domo quæ eſt in Ieruſalẽ, & conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel & Salmanaſaro ſubregulo:

C 19 Et præceptum eſt eis vt offerrent hæc vaſa, & reponerent in templo quod erat in Ieruſalem, & ipſum templum Dei ædificare in loco ſuo.

20 Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamẽta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit conſummationem.

21 Nunc ergo ſi iudicatur à te ô Rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ ſunt in Babylonia:

22 Et ſi inuentum fuerit, conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini quæ eſt in Ieruſalem, & iudicatur à domino Rege noſtro, ſcribat de his nobis.

23 Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus eſt in Ecbatanis oppido, quod eſt in Media regione, locus vnus in quo ſcripta erant iſta,

24 ‖Anno primo regnãte Cyro, rex Cyrus præcepit, domum Domini quæ eſt in Ieruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſſiduo.

25 Cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo cubitorum ſexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiuſdem regionis, & meniano vno nouo: & impendia dari de domo Cyri regis: 1.Eſd.6.a.3

D 26 Et ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, vbi erant poſita, vt ponantur illic.

27 Et præcepit curã agere Siſennẽ ſubregulũ Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanẽ & ſodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt abſtinerent ſe ab eodem loco.

28 Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & proſpexi vt adiuuent eos qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec conſummetur templum ædis Domini:

29 Et à vexatione tributorum Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad ſacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos:

30 Similiter autem & frumentum, & ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos annos, prout Sacerdotes qui ſunt in Ieruſalem, dictauerunt cõſumi quotidie ſine vlla dilatione,

31 Vt offerãtur libationes ſummo Deo pro Rege & pueris eius,& orent pro ipſorum vita.

32 Et denuntietur vt quicunque tranſgreſſi fuerint aliquid ex iis quæ ſcripta ſunt,aut ſpreuerint,accipiatur lignũ de ſuis propriis,& ſuſpendantur,& bona ipſorum Regi aſcribãtur.

33 Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi,exterminet omnem Regem & gentem,qui manum ſuam extenderit prohibere, aut malè tractare domũ Domini illam quæ eſt in Ieruſalem.

34 Ego Darius rex decreui quamdiligentiſſimè ſecundum hæc fieri.

Cap. VII.

1.Eſd.6.c.13

1 TVnc Siſenes ſubregulus Cœleſyriæ & Phœnicis,& Satrabuzanes & ſodales obſequuti iis quæ à Dario rege erant decreta,

2 Inſiſtebant ſacroſanctis operibus diligentiſſimè,cooperantes cum Senioribus Iudæorum principibus Syriæ:

3 Et proſperata ſunt ſacroſancta opera,prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.

4 Et conſummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Iſrael, & ex conſilio Cyri, & Darii,& Artaxerxis regis Perſarum.

B 5 Et conſummata eſt domus noſtra vſque ad tertiam & viceſimam diem menſis Adar, ſexto anno Darii regis.

6 Et fecerunt filii Iſrael,& Sacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erãt ex captiuitate,qui appoſiti ſunt ſecundum ea quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi.

7 Et obtulerunt in dedicationem templi Domini,tauros centũm,arietes ducentos,agnos quadringentos,

8 Et hœdos pro peccatis vniuerſi Iſrael duodecim,ſecundum numerum tribuum Iſrael.

C 9 Et ſteterunt Sacerdotes & Leuitæ amicti ſtolis per tribus ſuper omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundum librum Moyſi,& oſtiarii per ſingulas ianuas.

10 Et egerunt filii Iſrael cũ iis qui erãt ex captiuitate, illud Phaſe quartadecima luna menſis primi,quando ſanctificati ſunt Sacerdotes & Leuitæ.

11 Omnes filii captiuitatis non ſunt ſimul ſanctificati, quia Leuitæ omnes ſimul ſanctificati ſunt.

12 Et immolauerunt Phaſe vniuerſi filii captiuitatis,& fratribus ſuis Sacerdotibus, & ſibimetipſis.

D 13 Et manducauerunt filii Iſrael, qui erant ex captiuitate omnes qui remanſerant ab omnibus execrationibus Gentium terræ,quærentes Dominum:

14 Et celebrauerunt diem feſtum azymorũ ſeptem diebus epulantes in cõſpectu Domini,

15 Quoniam conuertit conſiliũ Regis Aſſyriorũ in eos,confortare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael.

Cap. VIII.

1 ET poſt hunc regnante Artaxerxe Perſarum rege acceſſit Eſdras filius Azariæ, filii Helciæ,filii Solome,

2 Filii Sadoc,filii Achitob,filii Ameri,filii Azahel,filii Bocci, filii Abiſue,filii Phinees,filii Eleazari,filii Aaron primi Sacerdotis:

3 Hic Eſdras aſcendit de Babylonia quum eſſet ſcriba & ingenioſus in Lege Moyſi,quæ data eſt à Domino Deo Iſrael docere & facere.

4 Et dedit ei Rex gloriam,quòd inueniſſet gratiam in omni dignitate & deſiderio in conſpectu eius.

5 Et aſcenderunt ſimul cum ipſo ex filiis Iſrael,& Sacerdotibus,& Leuitis,& ſacris cantoribus templi,& oſtiariis,& ſeruis templi in Ieruſalem.

6 Anno ſeptimo regnante Artaxerxe in quinto menſe,(hic annus ſeptimus eſt regni)exeuntes de Babylonia nouilunio quinti menſis,

E 7 Venerunt Ieroſolymam iuxta præceptum illius ſecundum proſperitatem itineris à Domino ipſorum datam eis.

8 In his enim Eſdras magnã diſciplinã obtinebat,ne prætermitteret quicquam eorũ quæ eſſent ex Lege Domini & præceptis,& docendo vniuerſum Iſrael omnẽ iuſtitiã & iudiciũ.

9 Aſcendentes autem qui ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderunt ſcriptum quod

obuenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram Sacerdotem,& lectorem Legis Domini:cuius exemplum ſubiectum eſt.

10 Rex Artaxerxes Eſdræ Sacerdoti & lectori Legis Domini,ſalutem.

11 Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui deſiderant ex gente Iudæorũ ſua ſponte, & ex Sacerdotibus & Leuitis qui ſunt in regno meo, comitari tecum in Ieruſalẽ.

12 Siqui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiſcantur ſicut placuit mihi & ſeptẽ amicis meis conſiliariis,

B 13 Vt viſitent ea quæ aguntur ſecundum Iudæam & Ieruſalem,obſeruantes ſicut habes in Lege Domini:

14 Et ferant munera Domino Deo Iſrael,quæ voui ego & amici Ieruſalẽ, & omne aurũ & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ieruſalem cum illo,

15 Quod eſt donatum pro ipſa Gente in templum Domini eorum quod eſt in Ieruſalem: vt colligatur hoc aurum & argentũ ad tauros, & arietes,& agnos, & hœdos, & quæ iis ſunt congruentia,

16 Vt offerant hoſtias Domino ſuper altare Domini ipſorum quod eſt in Ieruſalem.

17 Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & argento,perfice pro voluntate tua ſecundum præceptum Domini Dei tui:

18 Et ſacroſancta vaſa quæ data ſũt tibi ad opera dom⁹ Domini Dei tui,quæ eſt ĩ Ieruſalẽ:

19 Et cætera quæcũq; tibi ſubuenerint ad opera tẽpli Dei tui,dabis de regali gazophylacio.

20 Quum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento,perfice ſecũdum voluntatem Domini.

21 Et ego quidem Rex Artaxerxes præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ & Phœnicis , vt quæcunque ſcripſerit Eſdras Sacerdos & lector Legis Domini,diligenter detur ei vſque ad argenti talenta centum,ſimiliter & auri:

22 Et vſque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum,& alia quæcunque abundant ſine taxatione.

23 Omnia ſecundum Legem Dei fiant Deo altiſſimo,ne fortè exurgat ira in regno Regis, & filii,& filiorum eius.

24 Vobis autem dicitur,vt omnibus Sacerdotibus, & Leuitis,& ſacris cantoribus, & ſeruis templi,& ſcribis templi huius,

25 Nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quiſquam poteſtatem obiicere eis quicquam.

C 26 Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam Dei conſtitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice:& omnes qui Legem Dei tui non nouerunt,doce:

27 Vt quotquot tranſgreſſi fuerint Legem, diligenter plectantur,ſiue morte,ſiue cruciatu, ſiue etiam pecuniæ multatione,vel abductione.

28 Et dixit Eſdras ſcriba,Benedictus Deus Patrum noſtrorum qui dedit hanc voluntatem in cor Regis,clarificare domum ſuam quæ eſt in Ieruſalem,

29 Et me honorificauit in cõſpectu Regis,& conſiliariorũ,& amicorũ,& purpuratorũ eius:

30 Et ego conſtans animo factus ſum ſecundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Iſrael viros,vt ſimul aſcenderent mecum.

31 ‖Et ii ſunt præpoſiti ſecundum ſuas patrias,& principatus portionales eorũ qui mecum aſcenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. 1.Eſd.8.a.1

32 Et ex filiis Phares,Gerſomus:ex filiis Siemarith, Amenus:filiorum Dauid,Accus filius Sceciliæ:

33 Ex filiis Pares,Zacharias,& cum eo reuerſi ſunt viri centum quinquaginta:

34 Ex filiis ductoris Moabilonis, Zaraei,& cum ipſo viri ducenti quinquaginta:

35 Ex filiis Zachues,Iechonias Zechoeli,& cum ipſo viri ducenti quinquaginta:

36 Ex filiis Sala,Maaſias Gotholiæ,& cum ipſo viri ſeptuaginta:

37 Ex filiis Saphatiæ,Zarias Micheli,& cum ipſo viri octoginta:

38 Ex filiis Iob,Abdias Ieheli,& cum ipſo viri ducenti duodecim:

39 Ex filiis Baniæ,Salimoth filius Ioſaphiæ,& cum ipſo viri centum ſexaginta:

40 Ex filiis Beer,Zacharias Bebei,& cum ipſo viri ducenti octo.

41 Ex filiis Ezead,Iohannes Eccetan,& quũ ipſo viri centumdecem:

42 Ex filiis Adonicam ipſis poſtremis,& hæc ſunt nomina eorum,Eliphalam filius Gebel, & Semeias,& cum ipſo viri ſeptuaginta.

43 Et cõgregaui eos ad fluuiũ q̃ dicitur Thia,& metati fuimꝰ illic triduo,& recognoui eos.

1.Eſd.18.b.15 44 ‖Et ex filiis Sacerdotum & Leuitarum non inueni illic.

D 45 Et miſi ad Eleazarum,& Eccelon,& Maſman,& Maloban,& Enaathan,& Samea,& Ioribum,Nathan,Enuagan,Zachariam,& Moſolamum ipſos ductores & peritos:

46 Et dixi eis vt venirent ad Loddeum,qui erat apud locum gazophylacii.

47 Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius,& illis qui erant in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui Sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei noſtri.

48 Et adduxerunt nobis ſecundum manum validam Domini Dei noſtri,viros peritos,ex filiis Moholi,filii Leui,filii Iſrael,Sebebian,& filios & fratres,qui erant decem & octo.

49 Aſbiam & Amin ex filiis filiorum Chananæi,& filii eorum viri viginti.

50 Et ex iis qui templo ſeruiebant,quos dedit Dauid,& ipſi principes ad operationem Leuitis templo ſeruientium ducenti viginti.omnia nomina ſignificata ſunt in ſcripturis.

1.Eſdr.8.d.21 51 ‖Et voui illic ieiunium iuuenibus in conſpectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis,& qui nobiſcum erant,& filiis,& pecoribus propter inſidias.

52 Erubui enim petere à Rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia cõtra aduerſarios noſtros.

53 Diximus enim Regi,quoniã virtus Domini erit cũ eis qui inquirũt eũ in omni affectu.

54 Et iterum deprecati ſumus Dominum Deum noſtrum ſecundum hæc: quem & propitium habuimus,& compotes facti ſumus Deo noſtro.

55 Et ſeparaui ex plebis præpoſitis,& Sacerdotibus templi viros duodecim,& Sedebiam,& Aſannam,& cum eis ex fratribus eorum viros decem.

56 Et appendi eis aurum & argentum & vaſa ſacerdotalia domus Dei noſtri,quæ donauerat Rex,& conſiliarii eius,& principes,& omnis Iſrael.

E 57 Et quũ appendiſſem,tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vaſa argentea talentorum centum,& auri talenta centum,

58 Et vaſorum aureorum ſepties viginti,& vaſa ærea de bono æramento ſplendentia,duodecim,auri ſpeciem reddentia.

59 Et dixi eis,Et vos ſancti eſtis Domino,& vaſa ſunt ſancta, & aurum, & argẽtum votum eſt Domino Deo Patrum noſtrorum.

60 Vigilate & cuſtodite, donec tradatis ex plebis præpoſitis, & Sacerdotibus,& Leuitis, & principibus ciuitatum Iſrael in Ieruſalem,in paſtophorio domus Dei noſtri.

61 Et ii qui ſuſceperunt Sacerdotes & Leuitæ aurum & argentum & vaſa,intulerunt in Ieruſalem in templum Domini.

1.Eſd.8.f.31 62 ‖Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima menſis primi, vſquequo introiuimus in Ieruſalem.

63 Et quum factus fuiſſet tertius dies,quarta autem die ponderatum aurum,& argentũ traditum eſt in domo Domini Dei noſtri Marimoth filio Iori ſacerdoti:

64 Et cum ipſo erat Eleazar filius Phinees:& erant cum ipſis Ioſadus filius Ieſu,& Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerum,& ad pondus vniuerſa.

65 Et ſcriptum eſt pondus ipſorum eadem hora.

66 Qui autem venerunt ex captiuitate,obtulerunt ſacrificium Domino Deo Iſrael,tauros duodecim pro omni Iſrael,arietes octogintaſex,

67 Agnos ſeptuagintaduos,hircos pro peccato duodecim, & pro ſalute vaccas duodecim, omnia in ſacrificium Domini.

68 Et relegerũt præcepta Regis regalibus diſpenſatoribus,& ſubregulis Cœleſyriæ,& Phœnicis:& honorificauerunt gentem,& templum Domini.

1.Eſd 9.a.1 69 Et conſummatis his,acceſſerunt ad me præpoſiti,dicẽtes,‖Non ſegregauerunt genus Iſrael,& principes,& Sacerdotes,& Leuitæ.

F 70 Et alienigenæ Gentes,& nationes terræ immūditias ſuas à Chananæis,& Hethæis,& Pherezæis,& Iebuzæis & Moabitis & AEgyptiis,& Idumæis:

71 Coniuncti enim ſunt filiabus eorum & ipſi,& filii eorum:& miſtum eſt ſemen ſanctum alienigenis Gentibus terræ:& participes erant præpoſiti & magiſtratus iniquitatis eius ab initio ipſius regni.

72 Et mox vt audiui iſta,conſcidi veſtimenta & ſacram tunicam:& lacerans capillos capitis & barbam,ſedi dolens & mœſtus.

73 Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Iſrael,ad me lugentem ſuper iniquitatem iſtam:& ſedebam triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum.

74 Et conſurgens à ieiunio, conſciſſa habens veſtimenta & ſacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum,

75 Dicebam,Domine confuſus ſum,‖& reueritus ſum ante faciem tuam. 1.Eſd.9.b.6

76 Peccata enim noſtra multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & iniquitates noſtræ exaltatæ ſunt vſque ad cælum:

77 Quoniam à temporibus patrum noſtrorum ſumus in magno peccato vſque ad diē hūc.

78 ‖Et propter peccata noſtra & patrum noſtrorum ſumus traditi cum fratribus noſtris,& quū Sacerdotibus noſtris, Regibus terræ in gladium & captiuitatē,& deprædationē,cum confuſione vſque in hodiernum diem. Deut.28.e.23

79 Et nunc quantum eſt hoc quod contigit nobis miſericordia abs te Domine Deus,& relinque nobis radicem,& nomen in locum ſanctificationis tuæ,

80 Detegere luminare noſtrum in domo Domini Dei noſtri, dare nobis cibum in omni tempore ſeruitutis noſtræ.

81 Et quum ſeruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo noſtro:ſed conſtituit nos in gratia,ponens nobis Reges Perſarum dare cibum,

82 Et clarificare templum Domini Dei noſtri,& ædificare deſerta Sion,dare nobis ſtabilitatem in Iudæa & Ieruſalem. G

83 Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? tranſgreſſi enim ſumus præcepta tua, quæ dediſti in manus puerorum tuorum Prophetarum,

84 Dicens,‖Quoniā terra,in quā introiſtis poſſidere hæreditatē eius,terra polluta eſt coinquinationibus alienigenarū terræ,& immūditiæ illorū repleuerūt eā totā immūditia ſua. Deut.7.a.1

85 Et nunc filias veſtras nō coniungetis filiis eorū,& filias eorū non accipietis filiis veſtris:

86 Et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore , vt inualeſcentes manducetis optima terræ,& hæreditatem diſtribuatis filiis veſtris vſque in æuum.

87 Et quæ contingunt nobis,omnia fiunt propter opera noſtra maligna, & magna peccata noſtra.

88 Et dediſti nobis talem radicem,& rurſum reuerſi ſumus tranſgredi legitima tua, vti cōmiſceremur immunditiæ alienigenarum Gentium terræ huius.

89 Nónne iraſcêris nobis perdere nos,quoad vſq; nō relinquatur radix & nomen noſtrū?

90 Domine Deus Iſrael,verax es.derelicta eſt enim radix vſque in hodiernum diem.

91 Ecce,nunc ſumus in conſpectu tuo in iniquitatibus noſtris: nō eſt enim adhuc ſtare ante te in his.

92 ‖Et quum adorando confiteretur Eſdras flens,humi proſtratus ante templum,congregati ſunt ante eum ex Ieruſalem turba magna valde,viri & mulieres,& iuuenes & iuuēculæ.fletus enim erat magnus in ipſa multitudine. 1.Eſd.10.a.1

93 Et quū clamaſſet,Iechonias Ieheli ex filiis Iſrael,dixit Eſdræ,Nos in Dominū peccauimus,quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex Gētibus terræ.

94 Et nunc es ſuper omnem Iſrael. In iis ergo ſit iuſiurandum à Domino expellere omnes vxores noſtras quæ ex alienigenis ſunt,cum filiis earum.

95 Sicut tibi decretum eſt à maioribus ſecundum Legem Domini,exurgens explica.

96 Ad te enim ſpectat negotium, & nos tecum ſumus:viriliter fac.

97 Et exurgens Eſdras,adiurauit principes Sacerdotum & Leuitas, & omnem Iſrael facere ſecundum hæc:& iurauerunt.

Cap. IX.

1.Eſd.10.a.6

1 ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abiit in paſtophoriũ Ionathæ filii Naſabi.

2 Et hoſpitatus illic nõ guſtauit panem, nec aquã bibit ſuper iniquitatẽ multitudinis.

3 Et facta eſt prædicatio in omni Iudæa, & in Ieruſalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ieruſalem congregati,

4 Vt quicunque nõ occurrerit biduo vel triduo diei ſecundum iudicium aſſidentium Seniorum, tollerentur facultates ſuæ, & ipſe alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.

5 Et congregati ſunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ieruſalem. hic menſis eſt nonus, dies menſis viceſimus.

6 Et ſedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præſentem.

7 Et exurgens Eſdras dixit illis, Vos iniquè feciſtis, collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Iſrael.

B 8 Et nunc date confeſſionem, & magnificentiam Domino Deo Patrum noſtrorum:

9 Et perficite voluntatem ipſius, & diſcedite à Gẽtibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.

10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna, Sicut dixiſti, faciemus.

11 Sed quoniam multitudo magna eſt, & tempus hybernum, & non poſſumus inſubſidiati ſtare: & hoc opus non eſt nobis vnius diei, neque bidui: multũ enim in iis peccauimus:

12 Stent præpoſiti multitudinis, & omnes qui nobiſcum inhabitant, & quotquot habent vores apud ſe alienigenas.

13 Et aſſiſtant accepto tempore ex omni loco preſbyteri, & iudices, vſquequo ſoluãt iram Domini, negotii huius.

14 Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam ſuſceperunt ſecũdum hæc: & Boſoramus, & Leuis, & Sabbathæus ſimul cooperati ſunt cum illis.

15 Et ſteterunt ſecundum hæc omnia vniuerſi qui erant ex captiuitate.

C 16 Et elegit ſibi viros Eſdras Sacerdos principes magnos de patribus eorum ſecundum nomina: & conſederunt nouilunio menſis decimi examinare negotium iſtud.

17 Et determinatum eſt de viris qui habebant vxores alienigenas, vſque ad neomeniã primi menſis:

18 Et inuenti ſunt ex Sacerdotibus permiſti qui habebant alienigenas vxores.

19 Ex filiis Ieſu filii Ioſedec, & fratribus eius, Maſeas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus:

20 Et iniecerunt manus vt expellerent vxores ſuas, & ad litandum in exorationem arietem pro ignorantia ſua.

21 Et ex filiis Semmeri, Maſeas, & Eſſes, & Ieelech, Azarias.

22 Et ex filiis Foſere, Limoſias, Hiſmaenis, & Nathanee, Iuſſio, Reddus, & Talſas.

23 Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas.

24 Et ex ſacris cantoribus, Eliaſib, Zaccarus.

25 Et ex oſtiariis, Salumus, & Tolbanes.

26 Et ex Iſrael, ex filiis Foro, Ozi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, & Iammebias, & Bannas.

D 27 Et ex filiis Iolamam, Chamas, & Zacharias, & Iezrelus, & Ioddius, & Erimoth, & Helias.

28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas, & Liaſumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias.

29 Et ex filiis Zebes, Iohannes, & Amanias, & Zabdias, & Emens.

30 Et ex filiis Banni, Olamus, & Maluchus, & Ieddeus, & Iaſub, & Azabus, & Ierimoth.

31 Et ex filiis Addin, Naathus, & Mooſias, & Caleus, & Raanas, Maaſeas, Mathathias, & Beſeel, & Bonnus, & Manaſſes.

32 Et ex filiis Nuae, Noneas, & Aſeas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Beniamin, & Malchus, & Marras.

33 Et ex filiis Aſom, Carianeus, Mathathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manaſſes, & Semei.

34 Et ex filiis Bãni, Ieremias, & Moadias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimorh, & Eliaſib, & Mathaneus, & Eliaſis, & Orizas, & Dielus, & Semedius, & Zambris, & Ioſephus.

35 Et ex filiis Nobei, Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Ieſſei, Baneas.

E 36 Omnes iſti coniunxerunt ſibi vxores alienigenas, & dimiſerunt eas cum filiis.

37 Et inhabitauerunt Sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Iſrael in Ieruſalem, & in tota vna regione nouilunio menſis ſeptimi. & erant filii Iſrael in commorationibus ſuis.

38 ‖Et congregata eſt omnis multitudo ſimul in aream, quæ eſt ab Oriente portæ Sacræ. 2.Eſd.8.a

39 Et dixerunt Eſdræ pontifici, & lectori, vt afferret Legem Moyſi quæ tradita eſt à Domino Deo Iſrael.

40 Et attulit Eſdras pontifex Legem omni multitudini eorum à viro vſque ad mulierem, & omnibus Sacerdotibus audire Legem nouilunio menſis ſeptimi.

41 Et legebat in area quæ eſt ante Sacram portam templi, à prima luce vſque ad veſperam coram viris & mulieribus. & dederunt omnes ſenſum ad Legem.

F 42 Et ſtetit Eſdras Sacerdos, & lector Legis ſuper ligneum tribunal quod fabricatum erat.

43 Et ſteterũt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balſamus ad dexteram:

44 Et ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malachias, Abuſthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias:

45 Et aſſumpſit Eſdras librum coram omni multitudine: (præſidebat enim in gloria in cõſpectu omnium)

46 Et quũ abſoluiſſet Legem, omnes erecti ſteterunt: & benedixit Eſdras Dominũ Deum altiſſimum, Deum Sabaoth omnipotentem.

47 Et reſpondit omnis populus, Amen. Et eleuatis ſurſum manibus procidentes in terrã, adorauerunt Dominum.

48 Ieſus, & Banaeus, & Sarebias, & Iaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioradus, & Ananias, & Philias Leuitæ,

49 Qui docebant Legẽ Domini, & in multitudine legebant Legẽ Domini: & præferebant ſinguli eos qui intelligebant lectionem.

G 50 Et dixit Atharathes Eſdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, Dicens, Dies hic ſanctus eſt Domino. & omnes flebant quum audiſſent Legem.

51 Et dixit Eſdras, ‖Digreſſi ergo mãducate pinguiſſima quæque, & bibite dulciſſima quæque, & mittite munera iis qui non habent. 2.Eſd.8.a.b

52 Sanctus enim eſt hic dies Domini, & nolite mœſti eſſe: Dominus enim clarificabit vos.

53 Et Leuitæ denũtiabãt in publico õnibus, dicẽtes, Dies hic ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe.

54 Et abierunt omnes mãducare, & bibere, & epulari, & dare munera iis qui non habebãt, vt epularentur. magnificè enim ſunt exaltati verbis quibus edocti ſunt.

55 Et congregati ſunt vniuerſi in Ieruſalem celebrare lætitiam, ſecundum teſtamentũ Domini Dei Iſrael.

IIII. Eſdræ vulgo, apocryphus.

Inſcribitur hic liber Eſdræ prophetæ ſecundus, ideo fortaſſe quòd qui præceſſit, eiuſdem Eſdræ prophetæ ſit primus. Nam Eſdræ liber Hebraicè ſcriptus qui præcedit Nehemiam, Eſdræ ſcribæ & Legis doctoris eſt, vt ipſe teſtatur ſeptimo capite libri ſui.

Cap. I.

1 Liber Eſdræ prophetæ ſecundus, filii Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii Sadaniæ, filii Sadoc, filii Achitob, 1.Eſd.7.a.b

2 Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Ameriæ, filii Aſiei, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abiſei, filii Phinees, filii Eleazar,

3 Filii Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Perſarum.

4 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

5 ‖Vade, & nuntia populo meo facinora ipſorum, & filiis eorũ iniquitates, quas in me admiſerunt, vt nuntient filiis filiorum: Eſa.58.a.b

6 Quia peccata parentum ipſorum in illis creuerunt. obliti enim mei, ſacrificauerũt diis alienis.

7 Nónne ego eduxi eos de terra AEgypti de domo ſeruitutis? ipſi autem irritauerũt me, & conſilia mea ſpreuerunt.

8 Tu autem excute comã capitis tui, & proiice omnia mala ſuper illos: quoniam nõ obe-

dierunt Legi meæ. populus autem eſt indiſciplinatus.

B 9 Vſquequo eos ſuſtinebo, quibus tanta beneficia contuli?

Exod.14.g.28 10 Reges multos propter eos ſubuerti, ‖Pharaonem cum pueris ſuis, & omnem exercitum eius percuſſi.

Num.21.d.24 Ioſ.8.10.12 11 ‖Omnes Gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis diſſipaui, & omnes aduerſarios eorum interfeci.

12 Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus:

Exod.14.g.29 Exod.3.b.10 13 ‖Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi ‖Moyſen, & Aaron Sacerdotem:

Exod.13.d.21 14 ‖Lucem vobis per columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autē mei obliti eſtis, dicit Dominus.

Exod.16.c.13 Pſal.104.d.40 15 Hæc dicit Dominus omnipotens, ‖Coturnix vobis in ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic murmuraſtis:

16 Et non triumphaſtis in nomine meo de perditiōne inimicorum veſtrorum, ſed adhuc nunc vſque murmuraſtis.

17 Vbi ſūt beneficia quæ præſtiti vobis? nōne in deſerto quū eſuriretis, proclamaſtis ad me,

Num.14.a.3 18 Dicentes, ‖Vt quid nos in deſertum iſtud adduxiſti interficere nos? melius nobis fuerat ſeruire AEgyptiis, quàm mori in deſerto hoc.

Sapient.16.c.20 19 Ego dolui gemitus veſtros, & dedi vobis manna in eſcam. ‖Panē Angelorū māducaſtis.

Num.20.b.11 C 20 ‖Nónne quū ſitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in ſaturitatē? propter æſtus, foliis arborum vos texi.

21 Diuiſi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philiſthæos à facie veſtra proieci. Eſa.5.a.4 ‖quid faciam vobis adhuc? dicit Dominus.

Exod.15.d.25 22 Hæc dicit Dominus omnipotens, ‖In deſerto quū eſſetis in flumine Amorrhæo ſitientes, & blaſphemantes nomen meum,

23 Non ignem vobis pro blaſphemiis dedi, ſed mittens lignum in aquā, dulce feci flumen.

Exod.32.b.8 24 Quid tibi faciam Iacob? ‖Noluiſti obedire Iuda. tranſferam me ad alias Gentes, & dabo eis nomen meum, vt cuſtodiant legitima mea.

25 Quoniam me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me miſericordiam, non miſerebor.

Eſa.1.d.15 26 ‖Quando inuocabitis me, ego nō exaudiam vos. maculaſtis enim manus veſtras ſanguine, & pedes veſtri impigri ſunt ad committenda homicidia.

27 Non quaſi me dereliquiſtis, ſed voſipſos, dicit Dominus.

28 Hæc dicit Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos,

29 Vt eſſetis mihi in populū, & ego vobis in Deū: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrē?

Matth.23.d.37 D 50 ‖Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. modò autē quid faciam vobis? proiiciam vos à facie mea.

Eſa.66.a.3 31 ‖Oblationem quū mihi attuleritis, auertam faciem meam à vobis. dies enim feſtos veſtros, & neomenias, & circunciſiones repudiaui.

32 Ego miſi pueros meos Prophetas ad vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum, quorum ſanguinem exquiram, dicit Dominus.

33 Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus veſtra deſerta eſt. proiiciam vos ſicut ventus ſtipulam:

34 Et filii procreationem non facient: quoniam mādatum meū neglexerunt, & quod malum eſt coram me, fecerunt.

35 Tradā domos veſtras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna non oſtendi, facient quæ præcepi.

36 Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum.

37 Teſtor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credentes quæ dixi.

38 Et nunc frater aſpice quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriente,

39 Quibus dabo ducatum Abraham,Iſaac,& Iacob,& Oſee,& Amos, & Micheæ,& Ioel,& & Abdiæ,& Ionæ,

40 Et Naum,& Habacuc,Sophoniæ,Aggæi,Zachariæ,& Malachiæ, ‖qui & Angelus Domini vocatus eſt. Malac.3.a.1

Cap. II.

1 HAEc dicit Dominus,Ego eduxi populum iſtum de ſeruitute,quibus mãdata dedi per pueros meos Prophetas,quos audire noluerunt,ſed irrita fecerunt mea conſilia.

2 Mater quæ eos generauit,dicit illis,Ite filii,quia ego vidua ſum,& derelicta.

3 Educaui vos cum lætitia,& amiſi vos cum luctu & triſtitia:quoniam peccaſtis corã Domino Deo veſtro,& quod malum eſt,coram eo feciſtis.

4 Modò autem quid faciã vobis? ego vidua ſum & derelicta: ite filii, & petite à Domino miſericordiam.

5 Ego autẽ te pater teſtẽ inuoco ſuper matrẽ filiorũ,qui noluerũt Teſtamẽtũ meũ ſeruare:

6 Vt des eis confuſionem,& matrem eorum in direptionem,ne generatio eorum fiat.

7 Diſpergantur in Gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam ſpreuerunt Sacramentum meum.

8 Væ tibi Aſſur,qui abſcondis iniquos penes te. gens mala, memorare‖quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, Gene.19.e.22

9 Quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum: ſic dabo eos,qui me non audierunt,dicit Dominus omnipotens.

10 Hæc dicit Dominus ad Eſdram, Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieruſalem,quod daturus eram Iſrael.

11 Et ſumam mihi gloriam illorum,& dabo eis tabernacula æterna,quæ præparauerã illis.

B 12 Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti,& non laborabunt,neque fatigabuntur.

13 Ite, & accipietis. rogate vobis dies paucos, vt immorentur. iam paratum eſt vobis regnum:vigilate.

14 Teſtare cælũ & terrã.cõtriui enim malũ,& creaui bonũ:quia viuo ego dicit Dominus.

15 Mater amplectere filios tuos,educa illos cum lætitia. ſicut columba cõfirma pedes eorum:quoniam te elegi,dicit Dominus.

16 Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis,& de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen tuum Iſrael.

17 Noli timere mater filiorum:quoniam te elegi,dicit Dominus.

18 Mittam tibi adiutorium pueros meos Eſaiam & Ieremiam,ad quorum conſilium ſanctificaui,& paraui tibi arbores duodecim grauatas variis fructibus,

19 Et totidem fontes fluentes lac & mel:& montes immenſos ſeptem,habentes roſam & lilium,in quibus gaudio implebo filios tuos.

20 Viduam iuſtifica,pupillo iudica,egenti da,orphanum tuere,nudum veſti,

21 Confractum & debilem cura,claudum irridere noli,tutare mãcum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admitte.

22 Senem & iuuenem intra muros tuos ſerua:

23 ‖Mortuos vbi inueneris,ſignans commenda ſepulchro,& dabo tibi primam ſeſſionem in reſurrectione mea. Tob.10.d.22

24 Pauſa & quieſce populus meus,quia veniet requies tua.

25 Nutrix bona nutri filios tuos,confirma pedes eorum.

26 Seruos quos tibi dedi,nemo ex eis interiet:eos ego enim requiram de numero tuo.

C 27 Noli fatigari. quum enim venerit dies preſſuræ & anguſtiæ, alii plorabunt & triſtes erunt:tu autem hilaris & copioſa eris.

29 Zelabunt Gentes,& nihil aduerſus te poterunt,dicit Dominus.

30 Manus meæ tegent te ne filii tui gehennam videant.

31 Iucundare mater cum filiis tuis:quia ego te eripiam,dicit Dominus.

32 Filios tuos dormientes memorare:quoniam ego eos educam de lateribus terræ,& miſericordiam cum illis faciam:quoniam miſericors ſum,dicit Dominus omnipotens.

33 Amplectere natos tuos vſque dum venio, & præſtem illis miſericordiam: quoniã exu-

berant fontes mei,& gratia mea non deficiet.

33 Ego Eſdras præceptum accepi à Domino in mõte Horeb,vt irem ad Iſrael:ad quos quũ venirem,reprobauerunt me,& reſpuerunt mandatum Domini.

34 Ideóque vobis dico Gentes,quæ auditis & intelligitis, expectate Paſtorem veſtrum,requiem æternitatis dabit vobis:quoniam in proximo eſt ille qui in fine ſeculi adueniet.

35 Parati eſtote ad præmia regni,quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem tẽporis.

36 Fugite vmbram ſeculi huius:accipite iucunditatem gloriæ veſtræ: ego teſtor palàm ſaluatorem meum.

37 Commendatum donum accipite & iucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cæleſtia regna vocauit.

D 38 Surgite,& ſtate,& videte numerum ſignatorum in conuiuio Domini.

39 Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt,ſplendidas tunicas à Domino acceperunt.

40 Recipe Sion numerum tuũ,& cõclude candidatos tuos qui Legẽ Domini cõpleuerunt.

41 Filiorum tuorũ quos optabas, plenus eſt numerus. roga imperium Domini,vt ſanctificetur populus tuus qui vocatus eſt ab initio.

Apoc.7.c.9 42 ‖Ego Eſdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare nõ potui: & omnes canticis collaudabant Dominum.

43 Et in medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus,eminentior omnibus illis,& ſingulis eorũ capitibus imponebat coronas,& magis exaltabatur:ego autem miraculo tenebar.

44 Tunc interrogaui Angelum,& dixi,Qui ſunt hi Domine?

45 Qui reſpondens,dixit mihi,Hi ſunt qui mortalem tunicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſerunt,& confeſſi ſunt nomen Dei: modò coronantur,& accipiunt palmas.

46 Et dixi Angelo, Ille iuuenis quis eſt qui eis coronas imponit,& palmas in man⁹ tradit?

47 Et reſpondens dixit mihi,Ipſe eſt Filius Dei,quem in ſeculo confeſſi ſunt:ego autẽ magnificare eos cœpi,qui fortiter pro nomine Domini ſteterunt.

48 Tunc dixit mihi Angelus, Vade,annuntia populo meo,qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidiſti.

Cap. III.

1 ANno triceſimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbens,& cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meum:

2 Quoniam vidi deſertionem Sion,& abundantiam eorum qui habitabant in Babylone.

3 Et ventilatus eſt ſpiritus meus valde,& cœpi loqui ad Altiſſimum verba timorata,

4 Et dixi, O dominator Domine, tu dixiſti ab initio,quando plantaſti terram, & hoc ſolus,& imperaſti populo,

Gene.2.a.7 5 Et dediſti Adam corpus mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum tuarum erat,‖& inſufflaſti in eum, ſpiritum vitæ,& factus eſt viuens coram te:

6 Et induxiſti eum in paradiſo , quem plantauerat dextera tua antequam terra aduẽtaret:

7 Et huic mandaſti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortem,& in nationibus eius:& natæ ſunt gẽtes, & tribus,& populi, & cognationes quarum non eſt numerus.

Gene.6.c.12 8 ‖Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate ſua,& mira agebãt coram te,& ſpernebãt præcepta tua.

Gene.7.b.10 9 ‖Iterũ autẽ in tempore induxiſti diluuium ſuper inhabitãtes ſeculum,& perdidiſti eos.

B 10 Et factum eſt in vnoquoque eorum,ſicut Adæ mori,ſic his diluuium.

1.Pet.3.d.20 11 Dereliquiſti autem vnum ex his‖Noe cum domo ſua,& ex eo iuſti omnes.

12 Et factũ eſt, quũ cœpiſſent multiplicari qui habitabant ſuper terrã, & multiplicauerũt filios,& populos,& gẽtes multas: & cœperũt iteratò impietatẽ facere pluſquam priores.

Gene.12.c.15. 13 Et factum eſt, quũ iniquitatem facerent coram te,elegiſti‖ tibi virum ex iis cui nomen erat Abraham.

14 Et dilexiſti eum,& demonſtraſti ei ſoli voluntatem tuam:

15 Et diſpòſuiſti ei teſtamẽtum æternũ,& dixiſti ei vt non vnquã derelinqueres ſemẽ eius.

Gene.21.a.2
Gene.25.d.25
rom.9.b.7
16 Et dediſti ei‖Iſaac:& Iſaac dediſti Iacob & Eſau.‖Et ſegregaſti tibi Iacob,Eſau autem ſeparaſti.& factus eſt Iacob in multitudine magna.

17 Et factum eſt quũ educeres ſemen eius ex AEgypto, adduxiſti,‖ſuper montem Sina. Exod.19. Deut..4.b.10

18 Et inclinaſti cælos,& ſtatuiſti terram, & commouiſti orbem, & tremere feciſti abyſſos, & conturbaſti ſeculum.

C 19 Et tranſiit gloria tua portas quatuor,ignis & terræmotus,& ſpiritus & gelu,vt dares ſemini Iacob Legem,& generationi Iſrael diligentiam.

20 Et non abſtuliſti ab eis cor malignum,vt faceret Lex tua in eis fructum.

21 ‖Cor enim malignum baiulans primus Adam,tranſgreſſus & victus eſt:ſed & omnes qui de eo nati ſunt. Gene.3.a.6

22 Et facta eſt permanens infirmitas,& Lex cum corde populi,cum malignitate radicis: & diſceſſit quod bonum eſt,& manſit malignum.

23 Et tranſierunt tempora,& finiti ſunt anni:& ſuſcitaſti tibi ſeruum‖nomine,Dauid, 1.Reg.16.c.13 2 reg.5.a.2

24 Et dixiſti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui,& offerre tibi in eadem thus & oblationes.

25 Et factum eſt hoc annis multis,& dereliquerunt qui habitabant ciuitatem,

26 In omnibus faciẽtes ſicut fecit Adam & omnes generationes eius: vtebãtur enim & ipſi corde maligno.

27 Et tradidiſti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum.

28 Nunquid meliora faciunt qui habitant Babylonem:& propter hoc dominabitur Sion?

D 29 Factum eſt,quum veniſſem huc,& vidiſſem impietates,quarum non eſt numerus:& delinquentes multos vidit anima mea hoc triceſimo anno,& exceſſit cor meum:

30 Quoniam vidi quomodo ſuſtines eos peccãtes, & peperciſti impiè agentibus, & perdidiſti populum tuum,& conſeruaſti inimicos tuos, & non ſignificaſti.

31 Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon, quàm Sion?

32 ‖Aut alia gens cognouit te præter Iſrael? aut quæ tribus crediderunt teſtamentis tuis, ſicut Iacob? Ierem.10.d.25

33 Quarum merces non cõparuit,neque labor fructificauit.pertranſiens enim pertranſiui inGentibus,& vidi abundantes eas,& non memorantes mandatorum tuorum.

34 Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates,& eorũ qui habitant in ſeculo:& non n uenietur nomen tuum niſi in Iſrael.

35 Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo qui habitant terram? aut quæ gens ſic obſeruauit mandata tua?

36 Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua:Gentes autem non inuenies.

Cap. IIII.

1 ET reſpondit ad me Angelus qui miſſus eſt ad me, cui nomen Vriel,

2 Et dixit mihi,Excedens exceſſit cor tuum in ſeculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altiſſimi.

3 Et dixi,Ita Domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit, Tres vias miſſus ſum oſtẽdere tibi,& tres ſimilitudines proponere coram te:

4 De quibus mihi ſi renuntiaueris vnam ex his,& ego tibi demonſtrabo viam quam deſideras videre:& docebo te vnde ſit cor malignum.

5 Et dixi,Loquere Domine meus.Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum venti,aut reuoca mihi diem quæ præteriit.

6 Et reſpondi,& dixi,Quis natorum poterit facere,vt me interroges de his?

7 Et dixit ad me,Si eſſem interrogans te,dicens,Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſſi , aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamentum, aut qui ſunt exitus paradiſi?

8 Diceres mihi fortaſſis, In abyſſum non deſcendi,neque in infernũ adhuc, neque in cælum vnquam aſcendi.

9 Nunc autem non interrogaui te niſi de igne,& vento,& die per quem tranſiſti,& à quibus ſeparari non potes:& non reſpondiſti mihi de eis.

10 Et dixit mihi,Tu quæ tua ſunt,tecum coadoleſcentia,non potes cognoſcere:

11 Et quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam , & iam exterius corrupto ſeculo

intelligere corruptionem euidentem in facie mea?

12 Et dixi illi, Melius erat nos non eſſe, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

Iudic.9.b.8.
2.paral.25.c.18.

13 Et reſpondit ad me, & dixit, ‖Proficiſcens profectus ſum ad ſyluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem,

B 14 Et dixerunt, Venite, & eamus, & faciamus ad mare, bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias ſyluas.

15 Et ſimiliter fluctus maris & ipſi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite aſcendentes, debellemus ſyluas campi, vt & ibi conſummemus nobiſmetipſis aliam regionem.

16 Et factus eſt cogitatus ſyluæ in vanum. venit enim ignis, & conſumpſit eam.

17 Similiter & cogitatus fluctuum maris. ſtetit enim arena, & prohibuit eos.

18 Si enim eſſes iudex horum, quem inciperes iuſtificare, aut quem condemnare?

19 Et reſpondi, & dixi, Vtique vanam cogitationem cogitauerunt. terra enim data eſt ſyluæ, & mari locus portare fluctus ſuos.

20 Et reſpondit ad me, & dixit, Bene tu iudicaſti: & quare non iudicaſti tibimetipſi?

Eſa.55.c.8
iohan.3.d.32
1,corinth.2.d.13

21 Quemadmodũ enim terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibus ſuis: ‖ſic qui ſuper terrã inhabitant, quæ ſunt ſuper terram, intelligere ſolum modo poſſunt: & qui ſuper cælos, quæ ſuper altitudinem cælorum.

22 Et reſpondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur ſenſus intelligendi.

23 Nõ enĩ volui interrogare de ſuperioribus tuis, ſed de iis quæ pertrãſeunt per nos quotidie, propter quid Iſrael datus in opprobriũ Gẽtibus: quẽ dilexiſti populũ, datus eſt tribubꝰ impiis, & Lex Patrũ noſtrorũ in interitũ deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſquã ſunt:

24 Et per tranſiuimus de ſeculo, vt locuſtæ, & vita noſtra ſtupor & pauor: & nec digni ſumus miſericordiam conſequi.

C 25 Sed quid faciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſuper nos? & de his interrogaui.

26 Et reſpondit ad me, & dixit, Si fueris plurimũ ſcrutatus, frequenter miraberis: quoniam feſtinans feſtinat ſeculum pertranſire,

27 Et non capit portare quæ in futuris tẽporibus iuſtis repromiſſa ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſeculum hoc, & infirmitatibus.

28 De quibus autẽ interrogas, dicã: ſeminatũ enim eſt malũ, & necdũ venit deſtructio ipſiꝰ.

29 Si ergo non inuerſum fuerit quod ſeminatũ eſt, & diſceſſerit locus vbi ſeminatum eſt malum: non veniet vbi ſeminatum eſt bonum.

30 Quoniam gramen ſeminis mali ſeminatum eſt in corde Adam ab initio: & quantũ impietatis generauit vſque nunc, & generat vſque quum veniat area?

31 AEſtima autem apud te gramen mali ſeminis, quantum fructum impietatis generauit?

32 Quãdo ſecatæ fuerint ſpicæ quarũ nõ eſt numerus, quàm magnã areã incipiẽt facere?

33 Et reſpondi, & dixi, Quomodo & quando hæc? quare modici & mali anni noſtri?

34 Et reſpondit ad me, & dixit mihi, Non feſtines tu ſuper altiſſimũ. tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nam exceſſus tuus multus.

35 Nõnne de his interrogauerunt animæ iuſtorum in promptuariis ſuis, dicentes, Vſquequo ſpero ſic? & quando veniet fructus areæ mercedis noſtræ?

36 Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus ſeminum in vobis, quoniam in ſtatera ponderauit ſeculum,

37 Et menſura menſurauit tempora, & numero numerauit tempora: & non cõmouit, nec excitauit vſque dum impleatur prædicta menſura?

D 38 Et reſpondi, & dixi, O Dominator Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate.

39 Et ne fortè propter nos non impleantur iuſtorum areæ, propter peccata inhabitantium ſuper terram.

40 Et reſpondit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnantẽ, ſiquando impleuerit nouem menſes ſuos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in ſemetipſa.

41 Et dixi, Non poteſt, Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt.

42 Quemadmodum enim illa feſtinat quæ parit, effugere neceſſitatem partus: ſic & hæc feſtinat reddere ea quæ commendata ſunt.

43 Ab initio tibi demonſtrabitur de iis quæ concupiſcis videre.

44 Et reſpondi,& dixi,Si inueni gratiã ante oculos tuos,& ſi poſſibile eſt,& ſi idoneus ſum,

45 Demonſtra mihi,ſi pluſquam præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſierunt ſupra quàm futurum eſt.

46 Quid pertranſiuit,ſcio:quid autem futurum ſit,ignoro.

47 Et dixit ad me,Sta ſuper dexterã partẽ,& demõſtrabo tibi interpretationẽ ſimilitudinis.

48 Et ſteti,& vidi:& ecce fornax ardens tranſiit coram me.& factũ eſt, quũ tranſiret flamma,vidi:& ecce ſuperauit fumus.

49 Poſt hæc tranſiit coram me nubes plena aquæ, & immiſit pluuiam impetu multam. & quum tranſiſſet impetus pluuiæ,ſuperauerunt in ea guttæ.

50 Et dixit ad me,Cogita tibi:ſicut creſcit pluuia amplius quàm guttæ,& ignis quàm fumus:ſic ſuperabundauit quæ tranſiuit menſura. Superauerunt autem guttæ,& fumus:

51 Et oraui,& dixi,Putas viuo vſque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?

52 Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis de quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere:de vita autem tua non ſum miſſus dicere tibi:ſed neſcio.

Cap. V.

1 DE ſignis autem:ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in cenſu multo:& abſcondetur veritatis via,& ſterilis erit à fide regio:

Matth.24.a.4

2 ‖Et multiplicabitur iniuſtitia ſuper hãc quam ipſe tu vides,& ſuper quam audiſti olim.

3 Et erit impoſito veſtigio quam nunc vides regnare regionẽ,& videbunt eam deſertam.

4 Si autem tibi dederit Altiſſimus viuere,videbis poſt tertiam tubam,& reluceſcet ſubitò ſol noctu,& luna ter in die:

5 Et de ligno ſanguis ſtillabit,& lapis dabit vocem ſuam,& populi commouebuntur:

6 Et regnabit,quẽ nõ ſperant qui inhabitant ſuper terrã,& volatilia cõmigrationẽ faciẽt:

7 Et mare Sodomiticum piſces reiiciet,& dabit vocem noctu, quam nõ nouerant multi: omnes autem audient vocem eius.

8 Et chaos fiet per loca multa,& ignis frequẽter remittetur:& beſtiæ agreſtes tranſmigrabunt,& mulieres menſtruatæ parient monſtra.

9 Et in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur,& amici omnes ſemetipſos expugnabunt:& abſcondetur tunc ſenſus,& intellectus ſeparabitur in promptuarium ſuum:

10 Et quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia & incontinentia ſuper terram.

11 Et interrogabit regio proximam ſuam,& dicet,Nũquid per te pertrãſiit iuſtitia iuſtum faciens? Et hoc negabit.

12 Et erit in illo tempore, & ſperabunt homines,& non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.

13 Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi:& ſi oraueris iterũ,& ploraueris,ſicut & nunc, & ieiunaueris ſeptem diebus:audies iteratò horum maiora.

B 14 Et euigilaui,& corpus meum horruit valde:& anima mea laborauit,vt deficeret:

15 Et tenuit me qui venit Angelus,qui loquebatur in me,& confortauit me,& ſtatuit me ſuper pedes.

16 Et factum eſt in nocte ſecunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus triſtis?

17 An neſcis quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione tranſmigrationis eorum?

18 Exurge ergo, & guſta panem, & non derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuum in manibus luporum malignorum.

19 Et dixi ei,Vade à me,& non appropies ad me. Et audiuit,vt dixi:& receſſit à me.

20 Et ego ieiunaui diebus ſeptem vlulans & plorans,ſicut mihi mandauit Vriel Angelus.

21 Et factũ eſt poſt dies ſeptẽ,& iterũ cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde:

22 Et reſũpſit anima mea ſpiritũ intellectus:& iterũ cœpi loqui corã Altiſſimo ſermones,

23 Et dixi,Dominator Domine,ex omni ſylua terræ,& omnibus arboribus eius,elegiſti vineam vnicam.

24 Et ex omni terra orbis, elegiſti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegiſti tibi lilium vnum:

25 Et ex omnibus abyſſis maris, repleſti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, ſanctificaſti tibimetipſi Sion:

26 Et ex omnibus creatis volatilibus, nominaſti tibi columbam vnam: & ex omnibus plaſmatis pecoribus, prouidiſti tibi ouem vnam:

27 Et ex omnibus multiplicatis populis, acquiſiuiſti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam Legem donaſti huic, quem deſideraſti, populo.

28 Et nunc Domine, vtquid tradidiſti vnum pluribus ? & præparaſti ſuper vnam radicem alias, & diſperdidiſti vnicum tuum in multis:

C 29 Et cõculcauerũt eũ, qui cõtradicebãt ſpõſionibus tuis, quíq; tuis teſtamẽtis nõcredebãt.

30 Et ſi odiens odiſti populum tuum, tuis manibus debet caſtigari.

31 Et factum eſt, quũ loquutus eſſem ſermones, & miſſus eſt Angelus ad me, qui antè venerat ad me præterita nocte,

32 Et dixit mihi, Audi me, & inſtruam te: & intende mihi, & adiiciam coram te.

33 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in exceſſu mẽtis factus es pro Iſrael: an plus dilexiſti eum, quàm qui eum fecit?

34 Et dixi ad eum, Non Domine, ſed dolens loquutus ſum. torquent enim me renes mei per omnẽ horã, quærentẽ apprehẽdere ſemitã Altiſſimi, & inueſtigare partẽ iudicii eius.

35 Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Domine? ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Iſrael?

36 Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores,

37 Et aperi mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus: demõſtra mihi vocis imaginem, & tunc oſtendam tibi laborem quem rogas videre.

38 Et dixi, Dominator Domine, quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire, niſi qui cum hominibus habitationem non habet?

39 Ego autem inſipiens: & quomodo potero dicere de his de quibus me interrogaſti?

40 Et dixit ad me, Quomodo non potes facere vnum de iis quæ dicta ſunt: ſic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem quam populo promiſi.

41 Et dixi, Sed ecce Domine, tu propè es iis qui in finem ſunt: & quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut ii qui poſt nos.

D 42 Et dixit ad me, Coronæ aſſimilabo iudicium meum. ſicut non nouiſſimorum tarditas, ſic nec priorum velocitas.

43 Et reſpondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti ſunt, & qui ſunt, & qui futuri ſunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum oſtendas?

44 Et reſpondit ad me & dixit, Non poteſt feſtinare creatura ſuper Creatorem, nec ſuſtinere ſeculum eos qui in eo creandi ſunt, in vnum.

45 Et dixi, Quomodo dixiſti ſeruo tuo, quoniam viuificans viuificaſti à te creatam creaturam in vnum, & ſuſtinebat creatura: poterit & nunc portare præſentes in vnum.

46 Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et ſi paris, quare per tempus? Roga ergo eam vt det decem in vnum.

47 Et dixi, Non vtique poterit, ſed ſecundum tempus.

48 Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ iis qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus.

49 Quẽadmodũ enĩ infans nõ parit ea quæ ſenũ ſunt, ſic ego diſpoſui à me creatũ ſeculũ.

50 Et interrogaui, & dixi, Quum iam dederis mihi viam, loquar coram te: nam mater noſtra de qua dixiſti mihi, adhuc iuuenis eſt: iam ſenectuti appropinquat.

51 Et reſpondit ad me, & dixit, Interroga eam quæ parit, & dicet tibi.

52 Dices enim ei, Quare quos peperiſti nunc non ſunt ſimiles iis qui ante te, ſed minores ſtatura?

53 Et dicet tibi & ipſa, Alii ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: & alii qui ſub tempore

ſenectutis deficiente matrice ſunt nati.
54 Conſydera ergo & tu, quoniam minori ſtatura eſtis præ iis qui ante vos:
35 Et qui poſt vos, minori quàm vos, quaſi iam ſeneſcentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes.
56 Et dixi, Rogo Domine, ſi inueni gratiã ante oculos tuos, demõſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturam tuam.

Cap. VI.

1 ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam ſtarent exitus ſeculi, & antequam ſpirarent conuentiones ventorum,
2 Et antequam ſonarent voces tonitruum, & antequam ſplenderent nitores coruſcationum, & antequam confirmarentur fundamenta paradiſi,
3 Et antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ Angelorum,
4 Et antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur menſuræ firmamentorum, & antequam æſtuarent camini in Sion,
5 Et antequam inueſtigarentur præſentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant, adinuentiones, & conſignati eſſent qui fidem theſaurizauerunt:
6 Tunc cogitaui, & facta ſunt per me ſolum, & non per aliũ: & finis per me, & nõ per aliũ.
7 Et reſpondi, & dixi, Quæ erit ſeparatio tẽporũ? aut quãdo prioris finis, & ſequẽtis initiũ?
Gene.25.d.27 8 Et dixit ad me, Ab Abraham vſque ad Iſaac, quando nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, ‖manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau:
9 Finis enim huius ſeculi Eſau, & principium ſequentis Iacob.
10 Hominis manus inter calcaneum & manum. aliud noli quærere Eſdra.
11 Et reſpondi, & dixi, O Dominator Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos,
12 Oro vt demonſtres ſeruo tuo finem ſignorum tuorum, quorum partem mihi demonſtraſti nocte præcedenti.
13 Et reſpondit, & dixit ad me, Surge ſuper pedes tuos, & audi vocem pleniſſimã ſonitus.
14 Et erit ſicut commotio, nec commouebitur locus in quo ſtes ſuper eum
15 Ideo quũ loquitur, tu nõ expaueas, quoniã de fine verbũ & fũdamẽtũ terræ ĩtelligitur:
16 Quoniam de ipſis ſermo tremiſcit & commouetur. ſcit enim quoniam finem eorum oportet commutari. B
17 Et factum eſt, quum audiſſem, ſurrexi ſuper pedes meos: & audiui, & ecce vox loquens, & ſonus eius ſicut ſonus aquarum multarum.
18 Et dixit, Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam, vt viſitẽ habitantes in terra:
19 Et quando inquirere incipiam ab eis qui iniuſtè nocuerũt iniuſtitia ſua, & quando ſuppleta fuerit humilitas Sion.
20 Et quum ſuperſignabitur ſeculum quod incipiet pertranſire, hæc ſigna faciam: libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt ſimul:
21 Et anniculi infantes loquentur vocibus ſuis: & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor menſium, & viuent, & ſuſcitabuntur.
22 Et ſubitò apparebunt ſeminata loca non ſeminata, & plena prõptuaria ſubitò inuenientur vacua:
23 Et tuba canet cum ſono, quam quum omnes audierint, ſubitò expaueſcent.
24 Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expaueſcet terra cũ his: & venæ fontium ſtabunt, & non decurrent in horis tribus.
25 Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus iſtis quibus prædixi tibi, ipſe ſaluabitur, & videbit ſalutare meum, & finem ſeculi veſtri.
26 Et videbunt qui recepti ſunt homines, qui mortem non guſtauerunt à natiuitate ſua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in ſenſum alium.
27 Delebitur enim malum, & extinguetur dolus.
28 Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & oſtendetur veritas quæ ſine fructu fuit diebus tantis.

29 Et factum eſt quū loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar ſuper eū ante quē ſtabā:

30 Et dixit ad me hæc,Veni tibi oſtendere tempus venturæ noctis.

31 Si ergo iterum rogaueris,& iterum ieiunaueris ſeptem diebus, iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quam audiui.

C 32 Audita eſt enim vox tua apud Altiſſimum.vidit enim Fortis directionem tuam,& prouidit pudicitiam quam à iuuentute tua habuiſti:

33 Et ꝓpter hoc miſit me demõſtrare tibi hæc omnia,& dicere tibi,Cõfide,& noli timere:

34 Et noli feſtinare cum prioribus temporibus cogitare vana,vt nõ properes à nouiſſimis temporibus.

35 Et factum eſt poſt hæc,& fleui iterum:& ſimiliter ieiunaui ſeptem diebus,vt ſuppleam tres hebdomadas quæ dictæ ſunt mihi.

36 Et factum eſt in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram Altiſſimo.

37 Inflammabatur enim ſpiritus meus valde,& anima mea anxiebatur:

Gen.1.a.1 38 Et dixi,O Domine,loquens loquutus es ab initio creaturæ in primo die,dicẽs,‖Fiat cælum & terra:& tuum verbum opus perfectum.

39 Et erat tunc ſpiritus,& tenebræ circunferebantur,& ſilentium:ſonus vocis hominis nõdum erat abs te.

40 Tunc dixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum,quo appareret opus tuum.

41 Et die ſecundo creaſti ſpiritum firmamenti, & imperaſti ei vt diuideret & diuiſionẽ faceret inter aquas,vt pars quædam ſurſum recederet,pars verò deorſum maneret.

42 Et tertia die imperaſti aquis congregari in ſeptima parte terræ,ſex verò partes ſiccaſti,& conſeruaſti,vt ex iis ſint coram te miniſtrantia ſeminata à Deo,& culta.

43 Verbum enim tuum proceſſit,& opus ſtatim fiebat.

44 Proceſſit enim ſubitò fructus multitudinis immenſus, & cõcupiſcentiæ guſtus multiformes,& flores colore immutabili,& odores odoramenti inueſtigabilis. & die tertia hæc facta ſunt.

D 45 Quarta autem die imperaſti fieri ſolis ſplẽdorem,lunæ lumẽ,ſtellarum diſpoſitionem:

Deut.4.c.19 46 Et imperaſti eis ‖vt deſeruirent futuro plaſmato homini.

Gen.1.c.21 47 ‖Quinto autem die dixiſti ſeptimæ parti,vbi erat aqua cõgregata, vt procrearet animalia,& volatilia,& piſces:& ita fiebat.

48 Aqua mutata,& ſine anima, quæ Dei nutu iubebantur animalia faciebat,vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.

49 Et tunc conſeruaſti duas animas:nomen vni vocaſti Henoch,& nomen ſecundæ vocaſti Leuiathan,

50 Et ſeparaſti ea ab alterutro. non enim poterat ſeptima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea.

51 Et dediſti Henoch vnam partem quæ ſiccata eſt tertio die,vt habitet in ea,vbi ſunt mõtes mille.

52 Leuiathan autem dediſti ſeptimam partem humidam,& ſeruaſti eam,vt fiat in deuorationem quibus vis,& quando vis.

53 Sexto autem die imperaſti terræ vt crearet coram te iumenta,& beſtias,& reptilia:

54 Et ſuper his Adam, quem conſtituiſti ducem ſuper omnibus factis quæ feciſti, & ex eo educimur nos omnes,quémque elegiſti populum.

55 Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creaſti ſeculum:

56 Reſiduas autem Gentes ab Adam natas dixiſti eas nihil eſſe:& quoniã ſaliuæ aſſimilatæ ſunt, & quaſi ſtillicidium de vaſe ſimilaſti abundantiam eorum.

57 Et nunc Domine, ecce, iſtæ Gentes quæ in nihilum deputatæ ſunt, cœperunt dominari noſtri,& deuorare:

58 Nos autem populus tuus, quem vocaſti primogenitum vnigenitum æmulatorẽ tuum, traditi ſumus in manibus eorum:

59 Et ſi propter nos creatum eſt ſeculum,quare nõ hæreditatem poſſidemus cum ſeculo? vſquequo hæc?

Cap. VII.

1 ET factum eſt,quũ finiſſem loqui verba hæc, miſſus eſt ad me Angelus qui miſſus fuerat ad me primis noctibus,

2 Et dixit ad me,Surge Eſdra,& audi ſermones quos veni loqui ad te.

3 Et dixi,Loquere Deus meus.Et dixit ad me, Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum.

4 Erit autem ei introitus in anguſto loco poſitus,vt eſſet ſimilis fluminibus.

5 Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum,vel dominari eius:ſi non tranſierit anguſtum,in latitudinem,quomodo venire poterit?

6 Itẽ aliud,Ciuitas eſt ædificata & poſita in loco cãpeſtri: eſt autẽ plena omniũ bonorũ:

7 Introitus eius anguſtus & in præcipiti poſitus, vt eſſet à dextris quidem ignis,à ſiniſtris aqua alta:

8 Semita autem eſt vna ſola inter eos poſita,hoc eſt inter ignem & aquam, vt non capiat ſemita,niſi ſolummodo veſtigium hominis.

9 Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, ſi nunquam antè poſitum periculum pertranſierit,quomodo accipiet hæreditatem ſuam?

10 Et dixi,Sic Domine.Et dixit ad me,Sic eſt & Iſrael pars.

11 Propter eos enim feci ſeculum: & quando tranſgreſſus eſt Adam conſtitutiones meas, iudicatum eſt quod factum eſt.

12 Et facti ſunt introitus huius ſeculi anguſti,& dolẽtes,& laborioſi: pauci autem & mali, & periculorum pleni,& labore magnopere fulti.

13 Nam maioris ſeculi introitus ſpatioſi & ſecuri,& facientes immortalitatis fructum.

14 Si ergo ingredientes non fuerunt ingreſſi qui viuunt,anguſta & vana hæc non poterunt recipere quæ ſunt repoſita.

15 Nũc ergo quare tu cõturbaris,quũ ſis corruptibilis?&quid moueris tu,quũ ſis mortalis?

16 Et quare non accepiſti in corde tuo quod eſt futurum,ſed quod in præſenti?

17 Reſpondi,& dixi,Dominator Domine,‖ecce diſpoſuiſti Lege tua,quoniam iuſti hæreditabunt hæc,impii autem peribunt: Deut.8.a.1

18 Iuſti autẽ ferent anguſta, ſperantes ſpatioſa. qui enim impiè geſſerunt,& anguſta paſſi ſunt,& ſpatioſa non videbunt.

B 19 Et dixit ad me,Non eſt iudex ſuper Deum,neque intelligens ſuper Altiſſimum.

20 Pereunt enim multi præſentes,quia negligitur quæ antepoſita eſt Dei lex.

21 Mandans enim mandauit Deus venientibus,quando venerunt,quid facientes viuerent, & quid obſeruantes non punirentur.

22 Hi autẽ non ſunt perſuaſi,& contradixerunt ei,& coſtituerunt ſibi cogitamen vanitatis:

23 Et propoſuerunt ſibi circumuentiones delictorum, & ſuperdixerunt Altiſſimo nõ eſſe, & vias eius non cognouerunt,

24 Et Legem eius ſpreuerũt, & ſponſiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidẽ non habuerunt,& opera eius non perfecerunt.

25 Propter hoc Eſdra,vacua vacuis,& plena plenis.

26 Ecce tempus veniet,& erit quando venient ſigna quæ prædixi tibi,& apparebit ſponſa, & appareſcens oſtendetur quæ nunc ſubducitur terra:

27 Et omnis qui liberatus eſt de prædictis malis,ipſe videbit mirabilia mea.

28 Reuelabitur enim Filius meus Ieſus cum iis qui cum eo ſunt:& iucundabuntur qui relicti ſunt in annis quadringentis.

29 Et erit poſt annos hos,& morietur filius meus Chriſtus,& omnes qui ſpiramentum habent homines:

30 Et conuertetur ſeculum in antiquum ſilentium diebus ſeptem, ſicut in prioribus iudiciis,ita vt nemo derelinquatur.

31 Et erit poſt dies ſeptẽ,& excitabitur quod nondũ vigilat ſeculũ,& morietur corruptum.

32 Et terra reddet quæ in ea dormiunt,& puluis qui in eo ſilentio habitant,& promptuaria reddent quæ eis commendatæ ſunt animæ.

33 Et reuelabitur Altiſſimus ſuper ſedem iudicii,& pertranſibunt miſeriæ,& longanimitas congregabitur.

34 Iudicium autem ſolum remanebit,veritas ſtabit,& fides conualeſcet,

35 Et opus ſubſequetur,& merces oſtendetur, & iuſtitiæ vigilabunt, & iniuſtitiæ non dominabuntur.

Gen.18.c.13 Exod.32.c.11 36 Et dixi,Primus ‖Abraham propter Sodomitas orauit,&‖Moyſes pro patribus qui in deſerto peccauerunt, C

57 Et qui poſt eum pro Iſrael in diebus Achaz & Samuelis,

2.Reg.24.c.17 2.Paral.6.c.14 38 Et‖Dauid pro confractione,&‖Salomon pro eis qui venerunt in ſanctificationem,

3.Reg.17.d.21, & 18.d.25 39 Et‖Elias pro iis qui pluuiam acceperunt,& pro mortuo vt viueret,

4.Reg.19.c.15 40 Et‖Ezechias pro populo in diebus Sennacherib,& multi pro multis.

41 Si ergo modò quando corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt, & orauerunt iuſti pro impiis:quare & nunc ſic non erit?

42 Et reſpondit ad me,& dixit,Præſens ſeculum non eſt finis, gloria in eo frequẽs manet: propter hoc orauerunt pro inualidis.

43 Dies enim iudicii erit finis temporis huius,& initium temporis futuræ immortalitatis, in quo tranſiuit corruptela:

44 Soluta eſt intemperantia,abſciſſa eſt incredulitas:creuit autem iuſtitia,orta eſt veritas.

45 Tunc enim nemo poterit ſaluare eũ qui periit, neque demergere qui vicit. Et reſpõdi,

46 Et dixi,Hic eſt ſermo meus primus & nouiſſimus, quoniã melius erat non dare terram Adam:vel quum iam dediſſet,coercere eum vt non peccaret.

47 Quid enim prodeſt hominib⁹ in præſẽti viuere ĩ triſtitia,& mortuos ſperare punitionẽ?

Rom.5.b.12 48 O tu quid feciſti Adam?‖ſi enim tu peccaſti, non eſt factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter qui ex te aduenimus.

49 Quid enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt nobis immortale tempus:nos autem mortalia opera egimus?

50 Et quoniam prædicta eſt nobis perennis ſpes:nos verò peſſimi vani facti ſumus.

51 Et quoniam repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis: nos verò malè conuerſati ſumus.

52 Et quoniam repoſita eſt gloria Altiſſimi protegere eos qui tardè cõuerſati ſunt:nos autem peſſimis viis ambulauimus.

D 53 Et quoniam oſtendetur paradiſus,cuius fructus incorruptus perſeuerat,in quo eſt ſecuritas & medela:

54 Nos verò non ingrediemur:in ingratis enim locis conuerſati ſumus.

55 Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum qui abſtinentiam habuerunt: noſtræ autem facies ſuper tenebras nigræ.

56 Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus poſt mortem pati.

57 Et reſpondit,& dixit, Hoc eſt cogitamentũ certaminis quod certabit qui ſuper terram natus eſt homo,

58 Vt ſi victus fuerit,patiatur quod dixiſti:ſi autem vicerit,recipiet quod dico:

Deut.30.d. 59 Quoniam hæc eſt vita quam Moyſes dixit quum viueret,ad populum,dicens,‖Elige tibi vitam vt viuas.

60 Non crediderunt autẽ ei, ſed nec poſt eum Prophetis, ſed nec mihi qui loquutus ſum ad eos:

61 Quoniam non eſſet triſtitia in perditionẽ eorum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos, quibus perſuaſa eſt ſalus.

62 Et reſpondi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus eſt Altiſſimus miſericors in eo quòd miſereatur iis qui nondum in ſeculo aduenerunt,

63 Et quòd miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in Lege eius.

Rom.2.a.4 64 ‖Et longanimis eſt: quoniam longanimitatem præſtat iis qui peccauerunt, quaſi ſuis operibus.

65 Et munificus eſt,quoniam quidem donare vul[illegible]

66 Et multæ miſericordiæ:quoniã multiplicat m[illegible]rs qui præſentes ſunt, & qui præterierunt,& qui futuri ſunt.

67 Si enim non multiplicauerit miſer[illegible]itur ſeculum cum iis qui inhæreditabant in eo.

68 Et donat: quoniam ſi non don[illegible], vt alleuentur ii qui iniquitatẽ fecerunt,de ſuis iniquitatibus [illegible]ies milleſima pars viuificari hominum.

69 Et iudex ſi non ignouerit iis qui curati ſunt verbo eius,& deleuerit multitudinem contentionum,

70 Non fortaſſis derelinquerentur in innumerabili multitudine,niſi pauci valde.

Cap. VIII.

1 ET reſpondit ad me,& dixit, Hoc ſeculum fecit Altiſſimus propter multos, futurũ autem propter paucos.

2 Dicam autem coram te ſimilitudinem, Eſdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile,paruum autem puluerem vnde aurum fit:ſic & actus præſentis ſeculi.

3 ‖Multi quidem creati ſunt,pauci autem ſaluabuntur. Matth.20.b.16

4 Et reſpondi,& dixi,Abſorbe ergo anima ſenſum,& deuora quod ſapit.

5 Conueniſti enim obaudire,& prophetare volens. nec enim tibi datum eſt ſpatium,niſi ſolummodo viuere.

6 O Domine,ſi non permittas ſeruo tuo vt oremus coram te,& des nobis ſemen cordi,& ſenſui culturã vnde fructus fiat, vnde viuere poſſit omnis corruptus qui portabit locum hominis?

7 Solus enim es,& vna plaſmatio nos ſumus manuum tuarum,ſicut loquutus es.

8 Et quomodo nunc in matrice plaſmatum eſt corpus,& præſtas membra: cõſeruatur in igne & aqua tua creatio,& nouem mẽſibus patitur tua plaſmatio tuam creaturam quæ in ea creata eſt:

9 Ipſum autẽ quod ſeruat,& quod ſeruatur,vtraque ſeruabuntur: ſeruatáque quandoque iterum reddit matrix quæ in ea creuerunt.

10 Imperaſti enim ex ipſis membris,hoc eſt mamillis,præbere lac fructui mamillarum,

11 Vt nutriatur id quod plaſmatum eſt vſque in tempus aliquod, & poſtea diſponas eum tuæ miſericordiæ.

12 Enutriſti eum tua iuſtitia,& erudiſti eum in Lege tua,& corripuiſti eum tuo intellectu:

B 13 Et mortificabis eum vt tuam creaturam,& viuificabis eum vt opus tuum.

14 Si ergo perdideris eum qui tãtis laboribus plaſmatus eſt, tuo iuſſu facile eſt ordinari vt & id quod fiebat,ſeruaretur.

15 Et nũc Domine dicã,de omni homine tu magis ſcis: de populo autẽ tuo ob quẽ doleo,

16 Et de hæreditate tua propter quam lugeo, & propter Iſrael propter quem triſtis ſum, & de Iacob propter quem doleo:

17 Ideo incipiam orare coram te pro me & pro eis: quoniam video lapſus noſtros qui inhabitamus terram.

18 Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus eſt.

19 Ideo audi vocem meam,& intellige ſermonem meum,& loquar coram te. Initium verborum Eſdræ priuſquam aſſumeretur:

20 Et dixi,Domine qui inhabitas ſeculum,cuius oculi eleuati in ſuperna & aere:

21 Et cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore,

22 Quorum ſeruatio in vento & igni conuertitur. cuius verbũ verum,& dicta perſeuerantia:cuius iuſſio fortis,& diſpoſitio terribilis:

23 Cuius aſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas teſtificatur:

24 Exaudi orationem [illegible] ribus percipe precationem ſigmenti tui.

25 Dum enim viuo,loq [illegible] nio,reſpondebo.

26 Nec reſpicias populi t [illegible] ui tibi in veritate ſeruiunt.

27 Nec intendas impia Ge [illegible] a teſtimonia cum doloribus cuſtodierũt.

28 Nec cogites qui in conſpectu [illegible] ſati ſunt, ſed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt.

29 Neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt, ſed reſpicias eos qui Legem tuam ſplendidè docuerunt.

30 Nec indigneris eis qui beſtiis peiores iudicati ſunt, ſed diligas eos qui ſemper in tua iuſtitia confidunt & gloria.

31 Quoniam nos & patres noſtri talibus morbis languemus:tu autem propter nos peccatores miſericors vocaberis.

C 32 Si enim deſideraueris vt noſtri miſerearis,tunc miſericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iuſtitiæ.

33 Iuſti enim quibus ſunt opera multa repoſita, ex propriis operibus recipiēt mercedem.

34 Quid eſt enim homo,vt ei indigneris:aut genus corruptibile,vt ita amarus ſis de ipſo?

3.Reg.8.e.46 2.paral.6.f.36 35 ‖In veritate enim nemo de genitis eſt qui non impiè geſſit, & de confitentibus qui non deliquit.

36 In hoc enim annuntiabitur iuſtitia tua,& bonitas tua Domine, quũ miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum operum.

37 Et reſpondit ad me,& dixit,Rectè loquutus es aliqua:& iuxta ſermones tuos ſic & fiet.

38 Quoniam non verè cogitabo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt ante mortem,ante iudicium,ante perditionem:

Geneſ.4.a.4 39 ‖Sed iucundabor ſuper iuſtorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & ſaluationis,& mercedis receptionis.

40 Quo modo ergo loquutus ſum,ſic & eſt.

41 Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa,& plantationes multitudinis plãtat,ſed non in tempore omnia quæ ſeminata ſunt,ſaluantur,ſed nec omnia quæ plantata ſunt,radicabunt:‖ſic & qui in ſeculo ſeminati ſunt,non omnes ſaluabuntur.

Matth.13.a.4. & 20.b.16

42 Et reſpondi,& dixi,Si inueni gratiam,loquar.

43 Quomodo ſemen agricolæ,ſi non aſcenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore,aut ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ:

44 Sic perit & ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmatus eſt, & tu ei imago nominatus: quoniam ſimilatus es ei,propter quem omnia plaſmaſti,& ſimilaſti ſemini agricolæ.

45 Non iraſcaris ſuper nos,ſed parce populo tuo,& miſerere hæreditati tuæ.tu autem creaturæ tuæ miſereris.

46 Et reſpondit ad me,& dixit,Quæ ſunt præſentia præſentibus,& quæ futura futuris.

D 47 Multum enim tibi reſtat vt poſſis diligere meam creaturam ſuper me:tibi autem frequenter & ipſi proximaui,iniuſtis autem nunquam.

48 Sed & in hoc mirabilis es coram altiſſimo,

49 Quoniã humiliaſti te ſicut decet te:& nõ iudicaſti te,vt ĩter iuſtos plurimũ glorificeris.

50 Propter quod miſeriæ multæ & miſerabiles efficientur eis qui habitant ſeculum in nouiſſimis:quia in multa ſuperbia abulauerunt.

51 Tu autem pro te intellige,& de ſimilibus tuis inquire gloriam.

52 Vobis enim apertus eſt paradiſus,plantata eſt arbor vitæ,præparatum eſt futurum tempus,præparata eſt abundãtia,ædificata eſt ciuitas,probata eſt requies,perfecta eſt bonitas, & perfecta ſapientia.

53 Radix mali ſignata eſt à vobis:infirmitas & tinea à vobis abſconſa eſt: & in infernũ fugit corruptio in obliuione.

54 Tranſierunt dolores,& oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis.

55 Noli ergo adiicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt.

56 Nam & ipſi accipientes libertatẽ, ſpreuerunt Altiſſimum, & Legẽ eius contempſerunt,

& vias eius dereliquerunt.

57 Adhuc autem iuſtos eius conculcauerunt,

Pſal.13.a.1 & 53.a.2

58 ‖Et dixerunt in corde ſuo non eſſe Deum: & quidem ſcientes quoniam moriuntur.

59 Sicut enim vos ſuſcipiēt quæ prædicta ſunt, ſic eos ſitis & cruciatus, quæ præparata ſūt: non enim voluit hominem diſperdi.

60 Sed & ipſi qui creati ſunt, coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam.

61 Quapropter iudicium meum modò appropinquat.

62 Quæ non omnibus demonſtraui, niſi tibi, & tibi ſimilibus paucis. Et reſpondi, & dixi,

63 Ecce nunc Domine, demonſtraſti mihi multitudinem ſignorum quæ incipies facere in nouiſſimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

Cap. IX.

1 ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in ſemetipſo: & erit, quum videris quando tranſierit pars quædam ſignorum quæ prædicta ſunt,

2 Tūc intelliges quoniam ipſum eſt tempus in quo incipiet Altiſſimus viſitare ſeculum quod ab eo factum eſt.

Matth.24.a.7, & c.29

3 ‖Et quando videbitur in ſeculo motio locorum, & populorum turbatio,

4 Tunc intelliges quoniam de iis erat Altiſſimus loquutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.

5 Sicut enim omne quod factum eſt in ſeculo, initium habet pariter & conſummationē, & conſummatio eſt manifeſta:

6 Sic & Altiſſimi tempora initia habent manifeſta in prodigiis & virtutibus, & conſummationes in actu & in ſignis.

7 Et erit, omnis qui ſaluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera ſua & per fidem in qua crediditis,

8 Relinquetur de prædictis periculis, & videbit ſalutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam ſanctificaui me à ſeculo.

9 Et tunc miſerebuntur qui nunc abuſi ſunt vias meas: & in tormentis commorabuntur ii qui eas proiecerunt in contemptu.

10 Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia conſequuti:

11 Et qui faſtidierunt Legem meam quum adhuc erant habentes libertatem, & quum adhuc eſſet eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, ſed ſpreuerunt:

12 Hos oportet poſt mortem in cruciamento cognoſcere.

B 13 Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe quomodo impii cruciabuntur: ſed inquire quomodo iuſti ſaluabuntur, & quorum ſeculum, & propter quos ſeculum, & quando.

14 Et reſpondi, & dixi,

Suprà 8.a.3 matth.20.b.16

15 ‖Olim loquutus ſum, & nunc dico, & poſtea dicam: quoniam plures ſunt qui pereunt, quàm qui ſaluabuntur:

16 Sicut multiplicatur fluctus ſuper guttam. Et reſpondit ad me, & dixit,

17 Qualis ager, talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat ſeculi.

18 Et nunc quum eſſem parans iis qui nunc ſunt, antequam fieret ſeculum in quo habitarent: & nemo mihi contradixit.

19 Tunc enim quiſque, & nunc creator in mundo hoc parato, & meſſe indeficienti, & lege inueſtigabili corrupti ſunt mores eorum.

20 Et cōſideraui ſeculum, & ecce erat periculū propter cogitationes quæ in eo aduenerūt.

21 Et vidi, & peperci ei valde: & ſeruaui mihi acinū de botro, & plantationē de tribu multa.

22 Pereat ergo multitudo quæ ſine cauſa nata eſt, & ſeruetur acinus meus, & plātatio mea: quia cum multo labore perfeci.

23 Tu autem ſi adhuc intromittas ſeptem dies alios, ſed non ieiunabis in eis:

24 Ibis in campū florum, vbi domus non eſt ædificata: & manducabis ſolummodo de floribus campi, & carnem non guſtabis, & vinum non bibes, ſed ſolummodo flores.

C

25 Deprecare Altiſſimum ſine intermiſſione, & veniam,& loquar tecum.

26 Et profectus ſum,ſicut dixit mihi,in campũ qui vocatur Ardath, & ſedi ibi in floribus: & de herbis agri manducaui,& facta eſt eſca earum mihi in ſaturitatem.

27 Et factum eſt poſt dies ſeptem,& ego diſcumbebam ſupra fœnũ, & cor meum iterum turbabatur ſicut antè.

28 Et apertum eſt os meum,& inchoaui dicere coram Altiſſimo,& dixi,

Exod.19.b.9. & 24.a.3 deut.4.b.12

29 ‖O Domine,te nobis oſtendens oſtenſus es patribus noſtris in deſerto quod non calcatur,& infructuoſo,quando erant exeuntes de AEgypto:

30 Et dicens dixiſti,Tu Iſrael audi me,& ſemen Iacob intende ſermonibus meis.

31 Ecce enim ego ſemino in vobis Legem meam,& faciet in vobis fructum,& glorificabimini in eo per ſeculum.

32 Nam patres noſtri accipientes Legem,non ſeruauerunt, & legitima tua non cuſtodierunt,& factus eſt fructus Legis non parens:nec enim poterat,quoniam tuus erat.

Exod.32.f.28

33 ‖Nam qui acceperunt,perierunt,non cuſtodientes quod in eis ſeminatum fuerat.

34 Et ecce,conſuetudo eſt,vt quũ acceperit terra ſemen,vel nauem mare, vel vas aliquod eſcam vel potum: quũ fuerit exterminatũ id in quo ſeminatũ eſt, vel in quo miſſum eſt,

35 Simul id quod ſeminatum vel miſſum eſt, vel quæ ſuſcepta ſunt, exterminantur,& ſuſcepta iam non manent apud nos.ſed nobis ſic non factum eſt.

36 Nos quidẽ qui Legem accepimus,peccãtes periuimus,& cor noſtrũ quod ſuſcepit eam: D

Eſa.48.a.3 2.tim.2.a.2

37 ‖Nam Lex non periit,ſed permanſit in ſuo labore.

Infrà 10.d.44

38 Et quum loquerer hæc in corde meo, reſpexi oculis meis, & vidi ‖mulierem in dextera parte:& ecce hæc lugebat & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & veſtimenta eius diſciſſa,& cinis ſuper caput eius,

39 Et dimiſi cogitatus in quibus eram cogitans,& conuerſus ſum ad eam,

40 Et dixi ei,Vtquid fles? & quid doles animo?

41 Et dixit ad me,Dimitte me domine meus,vt defleam me,& adiiciã dolorem: quoniam valde amaro ſum animo,& humiliata ſum valde.

42 Et dixi ei,Quid paſſa es? dic mihi.Et dixit ad me,

43 Sterilis fui ego famula tua,& non peperi,habens maritum annis triginta.

44 Ego enim per ſingulas horas,& per ſingulos dies,& annos hos triginta deprecor Altiſſimum nocte ac die.

45 Et factum eſt,poſt triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam,& vidit humilitatem meam,& attendit tribulationi meæ,& dedit mihi filium:& iucundata ſum ſuper eum valde ego,& vir meus,& omnes ciues mei,& honorificabamus valde Fortem.

46 Et nutriui eum cum labore multo.

47 Et factum quum creuiſſet,& veniſſet accipere vxorem,feci diem epuli.

Cap. X.

1 ET factum eſt quum introiſſet filius meus in thalamo ſuo,cecidit,& mortuus eſt:

2 Et euertimus omnes lumina, & ſurrexerunt omnes ciues mei ad conſolandum me, & quieui vſque in alium diem vſque nocte.

3 Et factum eſt quum omnes quieuiſſent vt me conſolarentur,vt quieſcerem: & ſurrexi nocte,& fugi:& veni ſicut vides,in hunc campum.

4 Et cogito iam non reuerti in ciuitatem,ſed hîc conſiſtere: & neque manducare,neque bibere,ſed ſine intermiſſione lugere,& ieiunare vſque dum moriar.

5 Et dereliqui ſermones in quibus eram,& reſpondi cum iracundia ad eam,& dixi,

6 Stulta ſuper omnes mulieres,non vides luctum noſtrum & quæ nobis contingunt?

7 Quoniam Sion mater noſtra omni triſtitia contriſtatur,& humilitate humiliata eſt,& luget validiſſimè.

8 Et nunc quoniam omnes lugemus,& triſtes ſumus: quoniam omnes cõtriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in vno filio?

9 Interroga enim terram, & dicet tibi quoniam hæc eſt quæ debeat lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium.

10 Et ex ipſa ab initio omnes nati,& alii venient:& ecce,penè omnes in perditionem ambulant,& exterminium fit multitudo eorum.

11 Et quis ergo debet lugere magis, niſi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi,

12 Quoniam non eſt planctus meus ſimilis terræ: quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi,& cum doloribus genui:

13 Terra autem ſecundum viam terræ, abiítque in ea multitudo præſens, quo modo euenit:& ego tibi dico.

14 Sicut tu cum labore peperiſti,ſic & terra dat fructũ ſuũ homini ab initio ei qui fecit eã.

15 ‖Nunc ergo retine apud temetipſa dolorẽ tuũ,& fortiter fer qui tibi contigerunt caſus. Heb.11.f.32 & 12.a.2

B 16 Si enim iuſtificaueris terminum Dei,& conſilium ſuum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.

17 Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et dixit ad me,

18 Non faciam,neque ingrediar ciuitatem,ſed hîc moriar.

19 Et appoſui adhuc loqui ad eam,& dixi,

20 Noli facere hunc ſermonem,ſed conſenti perſuadenti. Quot enim caſus Sion? conſolare propter dolorem Ieruſalem.

21 Vides enim quoniam ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt,& altare noſtrum demolitum eſt,& templum noſtrum deſtructum eſt,

22 Et pſalterium noſtrum humiliatum eſt, & hymnus conticuit,& exultatio noſtra diſſoluta eſt,& lumen candelabri noſtri extinctum eſt, & arca teſtamenti noſtri direpta eſt, & ſancta noſtra contaminata ſunt, & nomen quod inuocatum eſt ſuper nos, penè profanatum eſt:& liberi noſtri contumeliam paſſi ſunt,& Sacerdotes noſtri ſuccenſi ſunt,& Leuitæ noſtri in captiuitatem abierunt,& virgines noſtræ coinquinatæ ſunt,& mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt,& iuſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt, & iuuenes noſtri ſeruierunt,& fortes noſtri inualidi facti ſunt:

23 Et quod omnium maius,ſignaculum Sion,quoniam reſignata eſt de gloria ſua. nam & tradita eſt in manibus eorum qui nos oderunt.

24 Tu ergo excute tuam triſtitiam multam,& depone abs te multitudinẽ dolorum,vt tibi repropitietur Fortis,& requiem faciet tibi Altiſſimus requietionem laborum.

25 Et factum eſt quum loquebar ad eam,facies eius fulgebat ſubitò & ſpecies,coruſcus fiebat viſus eius,vt eſſem pauens valde ad eam,& cogitarem quid eſſet hoc.

26 Et ecce,ſubitò emiſit ſonitum vocis magnum timore plenum,vt commoueretur terra à mulieris ſono.& vidi:

27 Et ecce,amplius mulier non comparebat mihi,ſed ciuitas ædificabatur,& locus demõſtrabatur de fundamentis magnis:& timui, & clamaui voce magna,& dixi, C

28 Vbi eſt Vriel Angelus,qui‖à principio venit ad me? quoniã ipſe me fecit venire in multitudine in exceſſu mentis huius, & factus eſt finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium. Suprà 4.a.1

29 Et quum eſſem loquens ego hæc,ecce venit ad me,& vidit me:

30 Et ecce eram poſitus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat,& tenuit dexteram meam,& confortauit me,& ſtatuit me ſuper pedes meos,& dixit mihi,

31 Quid tibi eſt?& quare conturbatus eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui?& quare conturbaris? Et dixi,

32 Quoniam dereliquiſti me,‖& ego quidem feci ſecundum ſermones tuos,& exiui in cãpum: & ecce vidi,& video quòd non poſſum enarrare. Et dixit ad me, Suprà 5.b.20

33 Sta vt vir, & commonebo te. Et dixi,

34 Loquere Domine meus tu in me,noli me derelinquere,vt non fruſtra moriar:

35 Quoniam vidi quæ non ſciebam,& audio quæ non ſcio.

36 Aut nunquid ſenſus meus fallitur,& anima mea ſomniat?

37 Nunc ergo deprecor te, vt demonſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et reſpondit ad me,& dixit,

38 Audi me,& doceam te & dicam tibi de quibus times:quoniam Altiſſimus reuelauit tibi myſteria multa.

39 Vidit rectam viam tuam, quoniam ſine intermiſſione cõtriſtabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion.

40 Hic ergo intellectus viſionis quæ tibi apparuit ante paululum.

41 Quam vidiſti lugentem,inchoaſti conſolari eam.

42 Nunc autem iam ſpeciem mulieris non vides,ſed apparuit tibi ciuitas ædificari:

43 Et quoniam enarrabat tibi de caſu filii ſui,hæc abſolutio eſt,

D 44 Hæc mulier quam vidiſti,hæc eſt Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conſpicies, vt ciuitatem ædificatam.

45 Et quoniam dixit tibi, quia ſterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni ſcilicet triginta,quando non erat in ea adhuc oblatio oblata.

46 Et factum eſt poſt annos triginta,ædificauit Salomon ciuitatem,& obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit ſterilis filium.

47 Et quod tibi dixit,quoniam nutriuit eum cum labore,hoc erat habitatio in Ieruſalem.

48 Et quoniam dixit tibi,quòd filius meus veniens in ſuo thalamo mortuus eſſet, & cõtigiſſet ei caſus,hoc erat quæ facta eſt ruina Ieruſalem.

49 Et ecce vidiſti ſimilitudinem eius: & quoniam filium lugeret,inchoaſti conſolari eam: & de iis quæ contigerunt,hæc erant tibi aperienda.

50 Et nunc videt Altiſſimus quoniam ex animo contriſtatus es,& quoniam ex toto corde pateris pro ea,oſtendit tibi claritatem gloriæ eius,& pulchritudinem decoris eius.

51 Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus non eſt ædificata.

52 Sciebam enim ego quoniam Altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hæc:

53 Propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non eſt fundamentum ædificii.

54 Nec enim poterat opus ædificii hominis ſuſtineri in loco , vbi incipiebatur Altiſſimi ciuitas oſtendi.

55 Tu ergo noli timere,neque expaueſcat cor tuum:ſed ingredere,& vide ſplendorẽ & magnitudinem ædificii,quantum capax eſt tibi viſus oculorum videre:

56 Et poſt hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

57 Tu enim beatus es præ multis,& vocatus es apud Altiſſimum ſicut & pauci.

58 Nocte autem quæ in craſtinum futura eſt,manebis hîc:

59 Et oſtendet tibi Altiſſimus eas viſiones ſupremorum , quæ faciet Altiſſimus iis qui habitant ſuper terram à nouiſſimis diebus.

60 Et dormiui illam noctem & aliam,ſicut dixerat mihi.

Cap. XI.

1 ET vidi ſomnium,& ecce aſcendebat de mari aquila,cui erãt duodecim alæ pennarum, & capita tria.

2 Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas in omnem terram,& omnes venti cæli inſufflabant in eam,& colligebantur.

3 Et vidi,& de pennis eius naſcebantur contrariæ pennæ,& ipſæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.

4 Nam capita eius erant quieſcentia , & dimidium caput erat maius aliorum capitũ, ſed ipſa quieſcebat cum eis.

5 Et vidi,& ecce aquila volauit in pennis ſuis,& regnauit ſuper terram,& ſuper eos qui habitant in ea.

6 Et vidi quoniam ſubiecta erant ei omnia ſub cælo , & nemo illi contradicebat , neque vnus de creatura quæ eſt ſuper terram.

7 Et vidi,& ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos,& miſit vocem pennis ſuis,dicens,

8 Nolite omnes ſimul vigilare,dormite vnuſquiſque in loco ſuo,& per tempus vigilate.

9 Capita autem in nouiſſimo ſeruentur.

10 Et vidi,& ecce vox non exibat de capitibus eius,ſed de medietate corporis eius.

11 Et numeraui contrarias pennas eius,& ecce ipſæ erant octo.

12 Et vidi,& ecce à dextera parte ſurrexit vna penna,& regnauit ſuper omnem terram.

B 13 Et factum eſt quũ regnaret, venit ei finis,& non apparuit locus eius: & ſequens exurrexit,& regnabat.ipſa multum tenuit tempus.

14 Et factum eſt quum regnaret,& veniebat finis eius,vt non appareret ſicut prior.

15 Et ecce vox emiſſa eſt illi,dicens.

16 Audi tu quæ tanto tempore tenuiſti terram:hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere.

17 Nemo poſt te tenebit tempus tuum,ſed nec dimidium eius.

18 Et leuauit ſe tertia,& tenuit principatum ſicut & priores:& non apparuit & ipſa.

19 Et ſic contingebat omnibus aliis ſingulatim principatum gerere, & iterum nuſquam comparere.

20 Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipſæ principatum:& ex iis erant quæ tenebant,ſed tamen ſtatim non comparebant.

21 Nam & aliquæ ex eis erigebantur,ſed non tenebant principatum.

22 Et vidi poſt hæc,& ecce non comparuerunt duodecim pennæ,& duo pennacula:

23 Et nihil ſupererat in corpore aquilæ,niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula.

24 Et vidi,& ecce ſex pennaculis diuiſæ ſunt duæ,& manſerunt ſub capite quod eſt ad dexteram partem.nam quatuor manſerunt in loco ſuo.

25 Et vidi,& ecce ſubalares cogitabant ſe erigere & tenere principatus.

C 26 Et vidi,& ecce vna erecta eſt,ſed ſtatim non comparuit.

27 Et ſecundæ velocius quàm priores non comparuerunt.

28 Et vidi,& ecce duæ quæ ſuperauerunt apud ſemetipſas,cogitabant & ipſæ regnare:

29 Et in eo quũ cogitarent, ecce vnum quieſcentium capitum quod erat medium, euigilabat:hoc enim erat duorum capitum maius.

30 Et vidi quoniam completa ſunt duo capita ſecum:

31 Et ecce conuerſum eſt caput cum iis qui cum eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogitabant regnare.

32 Hoc autem caput peconterruit omnẽ terram ,& dominabatur in ea iis qui habitant terram cum labore multo:& potentatũ tenuit orbis terrarũ ſuper omnes alas quæ fuerunt.

33 Et vidi poſt hæc,& ecce medium caput ſubitò non comparuit,& hoc ſicut alæ.

34 Superauerunt autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regnauerunt ſuper terram , & ſuper eos qui habitant in ea.

35 Et vidi,& ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua.

36 Et audiui vocem dicentem mihi,Conſpice contra te,& conſidera quod vides.

D 37 Et vidi,& ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam: & dixit,dicens,

38 Audi tu,& loquar ad te:& dicet Altiſſimus tibi,

39 Nónne tu es qui ſuperaſti de quatuor animalibus quæ feceram regnare in ſeculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum?

40 Et quartus veniens,deuicit omnia animalia quæ tranſierunt,& potentatu tenuit ſeculũ cum tremore multo, & omnem orbem cum labore peſſimo , & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cum dolo.

41 Et iudicaſti terram non cum veritate.

42 Tribulaſti enim manſuetos,& læſiſti quieſcentes, & dilexiſti mendaces,& deſtruxiſti habitationes eorum qui fructificabant,& humiliaſti muros eorum qui te non nocuerunt.

43 Et aſcendit contumelia tua vſque ad Altiſſimum,& ſuperbia tua ad Fortem.

44 Et reſpexit Altiſſimus ſuperba tempora,& ecce finita ſunt,& ſcelera eius cõpleta ſunt.

45 Propterea non appareas tu aquila,& alæ tuæ horribiles, & pennacula tua peſſima,& capita tua maligna,& vngues tui peſſimi,& omne corpus tuum vanum,

46 Vti refrigeretur omnis terra , & reuertatur libera de tua vi, & ſperet iudicium & miſericordiam eius qui fecit eam.

Cap. XII.

1 ET factum eſt,dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam,& vidi:

2 Et ecce quod ſuperauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum tranſierunt,& erectæ ſunt vt regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.

3 Et vidi,& ecce ipſa non apparebant,& omne corpus aquilæ incendebatur,& expaueſcebat terra valde,& ego à tumultu & exceſſu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi ſpiritui meo,

4 Ecce tu præſtitiſti mihi hoc,in eo quòd ſcrutaris vias Altiſſimi.

5 Ecce adhuc fatigatus ſum animo, & ſpiritu meo inualidus ſum valde :& nec modica eſt in me virtus à multo timore,quam expaui nocte hac.

6 Nunc ergo orabo Altiſſimum,vt me confortet vſque in finem.

7 Et dixi, Dominator Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos,& ſi iuſtificatus ſum apud te præ multis,& ſi certè aſcendit deprecatio mea ante faciem tuam:

8 Conforta me,& oſtende ſeruo tuo mihi interpretationem & diſtinctionem viſus horribilis huius,vt pleniſſimè conſoleris animam meam.

9 Dignum enim me habuiſti oſtendere mihi temporum nouiſſima.Et dixit ad me,

10 Hæc eſt interpretatio viſionis huius,

11 Aquilam quam vidiſti aſcendentem de mari,hoc eſt regnum quod viſum eſt in viſione ‖Danieli fratri tuo.

Daniel.7.c.7

12 Sed non eſt illi interpretatum,quoniam ego nunc tibi interpretor.

13 Ecce dies veniunt,& exurget regnum ſuper terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.

14 Regnabunt autem in ea Reges duodecim,vnus poſt vnum.

B 15 Nam ſecundus incipiet regnare,& ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim.

16 Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti.

17 Et quam audiſti vocem quæ loquuta eſt,non de capitibus eius exeuntem,ſed de medio corporis eius,

18 Hæc eſt interpretatio,quoniã poſt tẽpus regni illius naſcentur cõtentiones nõ modicæ, & periclitabitur vt cadat:& non cadet tunc,ſed iterum conſtituetur in ſuum initium.

19 Et quoniam vidiſti ſubalares octo cohærentes alis eius,

20 Hæc eſt interpretatio, exurgent in ipſo octo Reges, quorum erunt tẽpora leuia,& anni citati,& duo quidem ex ipſis perient.

21 Appropinquante autem tempore medio, quatuor ſeruabuntur in tempore,quum incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur:duæ verò in finem ſeruabuntur.

22 Et quoniam vidiſti tria capita quieſcentia,

23 Hæc eſt interpretatio,in nouiſſimis eius ſuſcitabit Altiſſimus tria regna, & reuocabit in ea multa,& dominabuntur terram:

24 Et qui habitant in ea,cũ labore multo ſuper omnes qui fuerunt ante hos: propter hoc ipſi vocati ſunt capita aquilæ.

25 Iſti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius:& qui perficient nouiſſima eius.

26 Et quoniam vidiſti caput maius non apparens,hæc eſt interpretatio eius, quoniã vnus ex eis ſuper lectum ſuum morietur,& tamen cum tormentis.

27 Nam duo qui perſeuerarint,gladius eos comedet.

C 28 Vnius enim gladius comedet qui cum eo:ſed tamen hic gladio in nouiſſimis cadet.

29 Et quoniam vidiſti duas ſubalares traiicientes ſuper caput quod eſt in dextera parte,

30 Hæc eſt interpretatio, hi ſunt quos cõſeruauit Altiſſimus in finẽ ſuum, hoc eſt regnum exile,& turbationis plenum.

31 Sicut vidiſti & leonẽ,quem vidiſti de ſylua euigilantẽ,rugientem, & loquentẽ ad aquilam,& arguentem eam, & iniuſtitias ipſius per omnes ſermones eius ſicut audiſti:

32 Hic eſt ventus quem ſeruauit Altiſſimus in finem ad eos,& impietates ipſorũ,& arguet illos,& incutiet coram ipſis diſcerptiones eorum.

33 Statuet enim eos in iudicio viuos:& erit,quum arguerit eos,tunc corripiet eos.

34 Nam reſiduum populũ meum liberabit cum miſeria,qui ſaluati ſunt ſuper fines meos,

& iucundabit eos quoaduſque veniet finis dies iudicii, de quo loquutus ſum tibi ab initio.

35 Hoc ſomnium quod vidiſti,& hæ interpretationes.

36 Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecretum hoc.

37 Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vidiſti,& pone ea in loco abſcondito:

38 Et docebis ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere & ſeruare ſecreta hæc.

39 Tu autem adhuc ſuſtine hîc alios dies ſeptem, vt tibi oſtendatur quicquid viſum fuerit Altiſſimo oſtendere tibi. Et profectus eſt à me.

D 40 Et factum eſt, quũ audiſſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſeptem dies,& ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatem,& cõgregauit ſe omnis à minimo vſque ad maximum: & venit ad me,& dixerunt mihi, dicentes,

41 Quid peccauimus tibi,& quid iniuſtè egimus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti in loco hoc?

42 Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis, ſicut botrus de vinea, & ſicut lucerna in loco obſcuro,& ſicut portus & nauis ſaluata à tempeſtate.

43 Aut non ſufficiunt nobis mala quæ contingunt?

44 Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi & nos cum incendio Sion?

45 Nec enim nos ſumus meliores eorum qui ibi mortui ſunt. Et plorauerũt voce magna. Et reſpondi ad eos,& dixi,

46 Confide Iſrael,& noli triſtari tu domus Iacob.

47 Eſt enim memoria veſtri coram Altiſſimo,& Fortis non eſt oblitus veſtri in tẽtatione.

48 Ego enim nõ dereliqui vos, neque exceſſi à vobis: ſed veni in hũc locum vt deprecarer pro deſolatione Sion, vt quærerem miſericordiã pro humilitate ſanctificationis veſtræ.

49 Et nunc ite vnuſquiſque veſtrum in domum ſuam,& ego veniam ad vos poſt dies iſtos.

50 Et profectus eſt populus, ſicut dixi ei, in ciuitatem:

51 Ego autem ſedi in campo ſeptem diebus, ſicut mihi mandauit, & mãducabam de floribus ſolummodo agri, de herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

Cap. XIII.

1 ET factum eſt poſt dies ſeptem,& ſomniaui ſomnium nocte,

2 Et ecce, de mari ventus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius.

3 Et vidi,& ecce conualeſcebat ille homo cum millibus cæli: & vbi vultum ſuum vertebat vt conſideraret, tremebant omnia quæ ſub eo videbantur:

4 Et vbicunque exibat vox de ore eius, ardeſcebant omnes qui audiebant voces eius, ſicut quieſcit terra quando ſenſerit ignem.

5 Et vidi poſt hæc,& ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de quatuor ventis cæli, vt debellarent hominem qui aſcenderat de mari.

6 Et vidi,& ecce ſibimetipſi ſculpſerat montem magnum,& volauit ſuper eum.

7 Ego autem quæſiui videre regionem, vel locum vnde ſculptus eſſet mons,& nõ potui.

8 Et poſt hæc vidi,& ecce, omnes qui congregati ſunt ad eum vt expugnarẽt eum, timebant valde: tamen audebant pugnare.

9 Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manũ ſuam, neque phrameam tenebat, neque aliquod vas bellicoſum, niſi ſolummodo vt vidi.

10 Quoniam emiſit de ore ſuo ſicut flatum ignis,& de labiis eius ſpiritus flammæ,& de lingua eius emittebat ſcintillas & tempeſtates, & cõmiſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis, & ſpiritus flammæ,& multitudo tempeſtatis:

11 Et concidit ſuper multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare,& ſuccẽdit omnes, vt ſubitò nihil videretur de innumerabili multitudine, niſi ſolũmodo puluis & fumi odor: & vidi,& extimui.

12 Et poſt hæc vidi ipſum hominem deſcendentem de monte,& vocantem ad ſe multitudinem aliam pacificam.

14 Et accedebat ad eum vultus hominum multorum, quorundam gaudentium, quorundam triſtantium: aliqui verò alligati, aliqui adducẽtes ex eis qui offerebantur: & ægrotaui

àmultitudine pauoris,& expargefactus ſum,& dixi,

B 14 Tu ab initio demonſtraſti ſeruo tuo mirabilia hæc,& dignum me habuiſti vt ſuſciperes deprecationem meam:

15 Et nunc demonſtra mihi adhuc interpretationem ſomnii huius.

16 Sicut enim exiſtimo in ſenſu meo, væ qui derelicti fuerũt in diebus illis: & multo plus væ iis qui non ſunt derelicti.

17 Qui enim non ſunt derelicti,triſtes erant.

18 Intelligo nunc quæ ſunt repoſita in nouiſſimis diebus, & occurrẽt eis: ſed & iis qui derelicti ſunt.

19 Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & neceſſitates multas, ſicut oſtendunt ſomnia hæc.

20 Attamen facilius eſt periclitantem venire in hunc,quàm pertranſire,ſicut nubem à ſeculo,& nunc videre quæ contingunt in nouiſſimo. Et reſpondit ad me,& dixit,

21 Et viſionis interpretationem dicam tibi:& de quibus loquutus es,adaperiam tibi.

22 Quoniam de iis dixiſti qui derelicti ſunt,hæc eſt interpretatio,

23 Qui aufert periculum illo tẽpore, hic ſe cuſtodiuit: qui in periculo inciderunt, hi ſunt qui habent opera & fidem ad Fortiſſimum.

24 Scito ergo quoniam magis beatificati ſunt qui derelicti,ſuper eos qui mortui ſunt.

25 Hæ interpretationes viſionis,quia vidiſti virum aſcendentem de corde maris,

26 Ipſe eſt quem conſeruat Altiſſimus multis temporibus, qui per ſemetipſum liberabit creaturam ſuam:& ipſe diſponet,qui derelicti ſunt.

27 Et quoniam vidiſti de ore eius exire,vt ſpiritum,& ignem,& tempeſtatem:

28 Et quoniam non tenebat phramæã,neque vas bellicoſum: corrupit enim impetus eius multitudinem quæ venerat expugnare eum:hæc eſt interpretatio.

C 29 Ecce dies veniunt,quando incipiet Altiſſimus liberare eos qui ſuper terram ſunt:

30 Et veniet in exceſſu mentis ſuper eos qui inhabitant terram.

Matth.24.a.7 31 ‖Et alii alios cogitabũt debellare:ciuitas ciuitatem,& locus locũ, & gens aduerſus gentem,& regnum aduerſus regnum.

32 Et erit, quũ fient hæc,& contingent ſigna quæ antè oſtendi tibi: & tunc reuelabitur Filius meus quem vidiſti vt virum aſcendentem.

33 Et erit,quando audierint omnes Gentes vocem eius:& derelinquet vnuſquiſque in regione ſua bellum ſuum quod habent ad alterutrum:

34 Et colligetur in vnũ multitudo innumerabilis,ſicut volentes venire,& expugnare eum.

35 Ipſe autem ſtabit ſuper cacumen montis Sion.

36 Sion autem veniet,& oſtẽdetur omnibus parata & ædificata, ſicut vidiſti montẽ ſculpi ſine manibus.

37 Ipſe autẽ Filius meus arguet quæ adinuenerunt gentes, impietates eorum has quæ tempeſtati appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum & cruciamenta,quibus incipient cruciari:

38 Quæ aſſimilatæ ſunt flammæ,& perdet eos ſine labore per Legẽ quæ igni aſſimilata eſt.

39 Et quoniam vidiſti eum colligentem ad ſe aliam multitudinem pacificam.

40 Hæ ſunt decem tribus quæ captiuæ factæ ſunt de terra ſua in diebus Oſee regis, quẽ captiuum duxit‖Salmanaſar rex Aſſyriorum:& tranſtulit eos trans Flumen,& tranſlati ſunt in terram aliam. 4.Reg.17.a.3

41 Ipſi autem ſibi dederunt cõſilium hoc vt derelinquerent multitudinem Gentiũ,& proficiſcerentur in vlteriorem regionem,vbi nunquam inhabitauit genus humanum:

42 Vel ibi obſeruare legitima ſua,quæ non fuerant ſeruantes in regione ſua.

D 43 Per introitus autem anguſtos fluminis Euphratem introierunt.

Ioſ.3.d.15 44 Fecit enim eis tunc Altiſſimus ſigna,&‖ſtatuit venas fluminis vſquequo tranſirent.

45 Per eam enim regionem erat via multa itineris,anni vnius & dimidii:nam regio illa vocatur Arſareth.

46 Tunc inhabitauerũt ibi vſque in nouiſſimo tẽpore: & nunc iterũ quũ cœperint venire,

47 Iterum Altiſſimus ſtatuet venas fluminis, vt poſſint trãſire: propter hæc vidiſti multitudinem cum pace.

48 Sed & qui derelicti ſunt de populo tuo, ii ſunt qui inueniuntur intra terminum meum.

49 Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum quæ collectæ ſunt Gẽtes, proteget eos qui ſuperauerunt populum:

50 Et tunc oſtendet eis multa plurima portenta.

51 Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi oſtende, propter quod vidi virum aſcendẽtem de corde maris. Et dixit mihi,

52 Sicut non potes hæc vel ſcrutari, vel ſcire quæ ſunt in profundo maris: ſic non poterit quiſque ſuper terram videre Filium meum, vel eos qui cum eo ſunt, niſi in tempore diei.

53 Hæc eſt interpretatio ſomnii quod vidiſti, & propter quod illuminatus es hîc ſolus.

54 Dereliquiſti enim tuam, & circa meam vacaſti Legem, & quæſiſti.

55 Vitam enim tuam diſpoſuiſti in ſapientia, & ſenſum tuum vocaſti matrem:

56 Et propter hoc oſtendi tibi merces apud Altiſſimum. erit enim poſt alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia.

57 Et profectus ſum, & tranſii in campum, multum glorificans & laudans Altiſſimum de mirabilibus quæ per tempus faciebat:

58 Et quoniam gubernat ipſum, & quæ ſunt in temporibus illata, & ſedi ibi tribus diebus.

Cap. XIIII.

1 ET factum eſt tertio die, & ego ſedebam ſub quercu. & ecce, vox exiuit cõtra me de rubo. & dixit, Eſdra Eſdra. Et dixi,

2 Ecce ego Domine. & ſurrexi ſuper pedes meos. Et dixi ad me,

Exod.33.a.2 3 Reuelans reuelatus ſum‖ ſuper rubum, & loquutus ſum Moyſi, quando populus meus ſeruiebat in AEgypto,

4 Et miſi eum, & eduxi populum meum de AEgypto, & adduxi eum ſuper montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis:

5 Et enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporũ ſecreta & finẽ: & præcepi ei, dicens,

6 Hæc in palàm facies verba, & hæc abſcondes.

7 Et nunc tibi dico,

8 Signa quæ demonſtraui, & ſomnia quæ vidiſti, & interpretationes quas tu vidiſti, in corde tuo repone ea.

9 Tu enim recipieris ab omnibus, conuertêris reſiduus cum conſilio meo & cum ſimilibus tuis, vſquequo finiantur tempora.

10 Quoniam ſeculum perdidit iuuentutem ſuam, & tempora appropinquant ſeneſcere.

11 Duodecim enim partibus diuiſum eſt ſeculum, & tranſierunt eius decima, & dimidium decimæ partis.

12 Superſunt autem eius poſt medium decimæ partis.

B 13 Nunc ergo diſpone domum tuam, & corripe populum tuum, & conſolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ,

14 Et dimitte abs te mortales cogitationes, & proiice abs te põdera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partẽ moleſtiſſima tibi cogitamẽta, & feſtina trãſmigrare à temporibus his:

15 Quæ enim vidiſti nunc contigiſſe mala, iterum horum deteriora facient.

Matth.24.a.7 16 ‖Quantum enim inualidum fiet ſeculum à ſenectute, tantũ multiplicabuntur ſuper inhabitantes mala.

17 Prolongauit enim ſe magis veritas, & appropinquauit mendacium. iam enim feſtinat venire, quam vidiſti viſionem.

18 Et reſpondi, & dixi coram te Domine.

19 Ecce enim ego abibo, ſicut præcepiſti mihi, & corripiam præſentem populum: qui autẽ iterum nati fuerint, quis commonebit?

20 Poſitum eſt ergo ſeculum in tenebris, & qui inhabitant in eo ſine lumine.

21 Quoniam Lex tua incenſa eſt, propter quod nemo ſcit quæ à te facta ſunt, vel quæ incipient opera.

22 Si enim inueni in te gratiam,immitte in me ſpiritum ſanctum,& ſcribam omne quod factum eſt in ſeculo ab initio, quæ erant in Lege tua ſcripta, vt poſſint homines inuenire ſemitam:& qui voluerint viuere in nouiſſimis,viuant.

23 Et reſpondit ad me,& dixit,Vadens congrega populum, & dices ad eos vt non quærant C te diebus quadraginta.

24 Tu autem præpara tibi buxos multos,& accipe tecum Saream,Dabriam, Salemiam,Echanum, & Aſiel,quinque hos qui parati ſunt ad ſcribendum velociter:

25 Et venias huc,& ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoaduſque finiantur quæ incipies ſcribere.

26 Et tunc perfectis quædam palàm facies,quædam ſapientibus abſconſè trades:in craſtinum enim hac hora incipies ſcribere.

27 Et profectus ſum ſicut mihi præcepit,& congregaui omnem populum,& dixi,

28 Audi Iſrael verba hæc:

Geneſ.47.a.4 Deut.4.a.5 &.5.a.6

29 Peregrinati ſunt‖patres noſtri ab initio in AEgypto,& liberati ſunt inde:

30 ‖Et acceperũt Legem vitæ, quã non cuſtodierunt,quam & vos poſt eos trãſgreſſi eſtis.

31 Et data eſt vobis terra in ſortem,& terra Sion,& patres veſtri & vos iniquitatẽ feciſtis, & non ſeruaſtis vias quas præcepit vobis Altiſſimus:

32 Et iuſtus iudex quum ſit,abſtulit à vobis in tempore quod donauerat.

33 Et nunc vos hîc eſtis,& fratres veſtri introrſum veſtrum ſunt.

34 Si ergo imperaueritis ſenſui veſtro, & erudieritis cor veſtrum, viui conſeruati eritis, & poſt mortem miſericordiam conſequemini.

35 Iudicium enim poſt mortem veniet,quando iterum reuiuiſcemus:& tunc iuſtorum nomina parebunt,& impiorum facta oſtendentur.

36 Ad me igitur nemo accedat nunc,neque requirat me vſque dies quadraginta. D

37 Et accepi quinque viros, ſicut mandauit mihi, & profecti ſumus in campum, & manſimus ibi.

Ezech.3.a.2.

38 Et factus ſum in craſtinum,& ecce vox vocauit me,dicens,Eſdra,aperi os tuum,‖& bibe quo te potauero.

39 Et aperui os meum,& ecce calix plenus porrigebatur mihi. hoc erat plenum ſicut aqua: color autem eius vt igni ſimilis.

40 Et accepi,& bibi:& in eo quum bibiſſem, cor meum cruciabatur intellectu,& in pectus meum increſcebat ſapientia.nam ſpiritus meus conſeruabatur memoria.

41 Et apertum eſt os meum,& non eſt clauſum amplius.

42 Altiſſimus dedit intellectum quinque viris, & ſcripſerunt quæ dicebantur exceſſiones noctis quas non ſciebant.

43 Nocte autẽ manducabant panem,ego autẽ per diem loquebar,& per noctẽ non tacebã.

44 Scripti ſunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor.

45 Et factum eſt quum compleuiſſent quadraginta dies,

46 Loquutus eſt Altiſſimus, dicens, Priora quæ ſcripſiſti,in palàm pone, & legant digni & indigni:

47 Nouiſſimos autem ſeptuaginta conſeruabis,vt tradas eos ſapientibus de populo tuo.

48 In his enim eſt vena intellectus,& ſapiẽtiæ fons,& ſciẽtiæ flumẽ.Et feci ſic.

Cap. XV.

1 ECce loquere in aures plebis meæ ſermones prophetiæ quos immiſero in os tuum, dicit Dominus:

2 Et fac vt in charta ſcribantur:quoniam fideles & veri ſunt.

3 Ne timeas à cogitationibus aduerſum te,nec turbent te incredulitates dicentium:

4 Quoniam omnis incredulus in incredulitate ſua morietur.

5 Ecce ego induco(dicit Dominus)ſuper orbem terrarum mala,gladium, & famẽ,& mortem,& interitum:

6 Propter quod ſuperpolluit iniquitas omnẽ terrã,& adimpleta ſũt opera nociua illorũ:

7 Propterea dicit Dominus,

8 Iam non ſilebo de impietatibus eorum quæ irreligioſè agunt, nec ſuſtinebo in iis quæ

iniquè exercent: ‖ ecce ſanguis innoxius & iuſtus clamat ad me, & animæ iuſtorum clamāt perſeueranter. Apoca.6.c.10. & 19.a.2.

9 Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem ſanguinem innoxiū ex illis ad me.

10 Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra AEgypti:

11 Sed educam eum in manu potenti & brachio excelſo, & percutiam plaga ſicut prius, & corrumpam omnem terram eius.

12 Lugebit AEgyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & caſtigatione quas inducet ei Deus.

13 Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient ſemina eorum ab vredine & grandine, & à ſydere terribili.

14 Væ ſeculo, & qui habitant in eo:

15 Quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum.

16 Erit enim inconſtabilitio hominibus: & alii aliis inualeſcentes non curabunt Regem ſuum, & principes viæ geſtorum ſuorum in potentia ſua.

17 Concupiſcet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit.

B 18 Propter ſuperbiā enim eorū ciuitates turbabuntur, domus exterētur, homines metuēt.

19 Non miſerebitur homo proximum ſuum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas ſubſtantias eorum propter famem panis & tribulationem multam.

20 Ecce ego conuoco, dicit Deus, omnes Reges terræ ad me verendum, qui ſunt ab Oriente, & ab Auſtro, ab Euro, & à Libano, ad conuertendos in ſe, & reddere quæ dederunt illis:

21 Sicut faciunt vſque hodie electis meis, ſic faciam & reddā in ſinu eorum. hæc dicit Dominus Deus.

22 Non parcet dextera mea ſuper peccatores, nec ceſſabit romphæa ſuper effundentes ſanguinem innoxium ſuper terram.

23 Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundamēta terræ, & peccatores quaſi ſtramē incenſū.

24 Væ eis qui peccant, & non obſeruant mandata mea, dicit Dominus.

25 Non parcam illis: diſcedite filii à poteſtate: nolite contaminare ſanctificationem meā.

26 Quoniam nouit Dominus omnes qui delinquūt in illū, propterea tradidit eos in mortem & in occiſionem.

27 Iam enim venerunt ſuper orbem terrarum mala, & manebitis in illis: non enim liberabit vos Deus, propter quod peccaſtis in eum.

28 Ecce viſio horribilis, & facies illius ab Oriente.

29 Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis: & ſicut flatus, eorum numerus fertur ſuper terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient,

30 Carmonii inſanientes in ira, & exient vt apri de ſylua, & aduenient in virtute magna, & conſtabunt in pugnam cum illis, & vaſtabunt portionem terræ Aſſyriorum.

31 Et poſt hæc ſuperualeſcent dracones natiuitatis ſuæ memores, & conuertent ſe conſpirantes in virtute magna ad perſequendos eos.

32 Iſti turbabuntur & ſilebunt in virtute illorum, & conuertent pedes ſuos in fugam:

C 33 Et à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos, & conſumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in Reges ipſorum.

34 Ecce nubes ab Oriente, & à Septentrione vſque ad Meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ:

35 Et collident ſe inuicem, & collident ſydus copioſum ſuper terram, & ſydus illorum: & erit ſanguis à gladio vſque ad ventrem,

36 Et fimus hominis vſq; ad ſubſtramē cameli, & erit timor & tremor multus ſuper terrā:

37 Et horrebunt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos:

38 Et poſt hæc mouebuntur nimbi copioſi à Meridiano & Septentrione, & portio alia ab Occidente:

39 Et ſuperinualeſcent venti ab Oriente,& recludēt eam,& nubem quam ſuſcitauit in ira, & ſidus ad faciendam exterritationem ad Orientalem ventum & Occidentē violabitur:

40 Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & ſidus, vt exterreant omnem terrā & inhabitantes eam,& infundent ſuper omnem locum altum & eminentē ſidus terribile,

41 Ignem & grandinem,& rhomphæas volantes,& aquas multas, vt etiam impleātur omnes campi,& omnes riui plenitudine aquarum multarum.

42 Et demolientur ciuitates,& muros,& montes,& colles,& ligna ſyluarum,& fœnū pratorum,& frumenta eorum.

43 Et tranſibunt conſtantes vſque Babylonem,& exterent eam.

44 Conuenient ad ipſam,& circuibunt eam, & effundent ſidus & omnem iram ſuper eam, & ſubibit puluis & fumus vſque in cælum,& omnes in circuitu lugebunt eam:

45 Et qui ſub ea remanſerint,ſeruient iis qui exterruerunt.

46 Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis,& gloria perſonæ eius:

47 Væ tibi miſera propter quod aſſimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornicatione ad placendum & gloriandum in amatoribus tuis qui tecum cupierunt ſemper fornicari.

D 48 Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius: propterea dicit Deus,

49 Immittam tibi mala,viduitatem,paupertatem,& famem,& gladium,& peſtem,ad deuaſtandas domos tuas à violatione,& morte,& gloria virtutis ſuæ.

50 Sicut flos ſiccabitur,quum exurget ardor qui emiſſus eſt ſuper te,

51 Infirmaberis vt paupercula plagata & caſtigata à mulieribus,vt non poſſint te ſuſcipere potentes & amatores.

52 Nunquid ego ſic zelabor te,dicit Dominus,

53 Niſi occidiſſes electos meos in omni tempore, exaltās perquuſſionem manuum, & dicens ſuper mortem eorum,quum inebriata eſſes,

54 Exorna ſpeciem vultus tui?

55 Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo,propter hoc redditionem accipies.

56 Sicut facies electis mei,dicit Dominus:ſic faciet tibi Deus,& tradet te in malum.

57 Et nati tui fame interient:& tu rhomphæa cades,& ciuitates tuæ conterentur,& omnes tui in campo gladio cadent.

58 Et qui ſunt in montibus,fame peribunt,& manducabunt carnes ſuas,& ſanguinem bibent à fame panis & ſiti aquæ.

59 Infœlix per maria venies,& rurſum accipies mala.

60 Et in tranſitu allident ciuitatem occiſam,& exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt,rurſum reuertentes ad Babylonem ſubuerſam.

61 Et demolita eris illis pro ſtipula,& ipſi erunt tibi ignis:

62 Et deuorabunt te & ciuitates tuas,terram tuam & montes tuos, omnes ſyluas tuas & lignum fructiferum igni comburent.

93 Filios tuos captiuos ducent,& cenſum tuum in prædam habebūt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

Cap. X V I.

1 VAE tibi Babylon & Aſia,væ tibi AEgypte & Syria.

2 Præcingite vos ſaccis & ciliciis,& plangite filios veſtros,& dolete:quoniam appropinquauit contritio veſtra.

3 Immiſſus eſt vobis gladius,& quis eſt qui auertat illum?

4 Immiſſus eſt in vobis ignis,& quis eſt qui extingat illum?

5 Immiſſa ſunt vobis mala,& quis eſt qui repellat ea?

6 Nunquid repellet aliquis leonem eſurientem in ſylua, aut extinguet ignem in ſtipula mox quando cœperit ardere?

7 Nunquid repellet aliquis ſagittam à ſagittario forti miſſam?

8 Dominus fortis immittit mala,& quis eſt qui repellat ea?

9 Exiit ignis ex iracundia eius,& quis eſt qui extinguat eum?

10 Coruſcabit,& quis non timebit?tonabit,& quis non pauebit?

11 Dominus comminabitur,& quis non funditus conteretur à facie ipſius?

12 Terra tremuit & fundamenta eius,mare fluctuat de profundo,& fluctus eius diſturbabuntur,& piſces eius à facie Domini,& à gloria virtutis eius:

13 Quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: ſagittæ eius acutæ quæ ab ipſo mittuntur,non deficient cum cœperint mitti in fines terræ.

14 Ecce mittuntur mala,& non reuertentur donec veniant ſuper terram.

15 Ignis ſuccenditur,& non extinguetur donec conſumat fundamenta terræ.

16 Quemadmodum non redit ſagitta miſſa à valido ſagittario: ſic non reuertentur mala quæ miſſa fuerint in terram.

17 Væ mihi,væ mihi:quis me liberabit in illis diebus?

18 Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus:initium bellorũ, & formidabunt poteſtates:initium malorum,& trepidabunt omnes.

19 In his quid faciam quum venerint mala?

B 20 Ecce fames,& plaga,& tribulatio, & anguſtia, miſſa ſunt flagella in emendatione:

21 Et in his omnibus ſe non cõuertent ab iniquitatibus ſuis, neque flagellorum memores erunt ſemper.

22 Ecce,erit annonæ vilitas ſuper terram,ſic vt putent ſibi eſſe directam pacem:& tũc germinabunt mala ſuper terram,gladius,fames,& magna confuſio.

23 A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient,& gladius perdet cæteros qui ſuperauerint à fame:

24 Et mortui ſicut ſtercora proiicientur, & non erit qui conſoletur eos. derelinquetur enim terra deſerta,& ciuitates eius deiicientur.

25 Non derelinquetur qui colat terram,& qui ſeminet eam.

26 Ligna dabunt fructus,& quis vindemiabit illa?

27 Vua matura fiet,& quis calcabit illam? erit enim locis magna deſertio.

28 Cupiet enim homo hominem videre,vel vocem eius audire.

29 Relinquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro qui abſconderint ſe in denſis nemoribus & ſciſſuris petrarum.

30 Quemadmodũ derelinquuntur in olîueto & ſingulis arboribus tres aut quatuor oliuæ,

31 Aut ſicut in vinea vindemiata racemi reliquuntur ab iis qui diligenter vineã ſcrutãtur:

32 Sic relinquẽtur in diebus illis tres aut quatuor ab ſcrutãtibus domos eorũ in rhõphæa.

33 Et relinquetur terra deſerta, & agri eius inueterabunt, & viæ eius & omnes ſemitæ eius germinabunt ſpinas,eo quòd non tranſient homines per eam.

34 Lugebunt virgines non habentes ſponſos,lugebunt mulieres non habentes viros,lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium.

35 Sponſi earum in bello conſumentur,& viri earum in fame exterentur.

36 Audite verò iſta,& cognoſcite ea ſerui Domini.

37 Ecce verbum Domini,excipite illud:ne diis credatis de quibus dicit Dominus,

38 Ecce appropinquant mala,& non tardant.

C 39 Quemadmodum prægnans cum parit in nono menſe filium ſuum,appropinquãte hora partus eius ante horas duas vel tres,dolores circumeunt ventrem eius,& prodeunte infante de ventre non tardabunt vno puncto:

40 Sic non morabuntur mala ad prodeundum ſuper terram, & ſeculum gemet, & dolores circuntenebunt illud.

41 Audite verbũ,plebs mea:parate vos in pugnã,& in malis ſic eſtote, quaſi aduenæ terræ.

42 Qui vendit,quaſi qui fugiat:& qui emit,quaſi qui perditurus.

43 Qui mercatur,quaſi qui fructum non capiat:& qui ædificat,quaſi non habitaturus.

44 Qui ſeminat,quaſi qui non metet:ſic & qui vineam putat,quaſi non vendemiaturus.

45 Qui nubunt,ſic quaſi filios non facturi:& qui non nubunt,ſic quaſi vidui.

46 Propter quod qui laborant,ſine cauſa laborant.

47 Fructus enim illorum alienigenæ metent, & ſubſtantiam illorum rapient,& domos euertent,& filios eorum captiuabunt:quia in captiuitate & fame generant natos ſuos.

48 Et qui negotiãtur in rapina,quantum diu exornant ciuitates & domos ſuas,& poſſeſſiones & perſonas ſuas,

49 Tanto magis adzelabor eos ſuper peccata ſua,dicit Dominus.

50 Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde:

51 Sic zelabitur iuſtitia iniquitatem quũ exornat ſe: & accuſat eam in facie,quum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum ſuper terram.

52 Propterea nolite ſimilari ei,nec operibus eius:

53 Quoniam adhuc puſillum,& tolletur iniquitas à terra:& iuſtitia regnabit in vos.

54 Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam carbones ignis comburet ſuper caput eius qui dicit,Non peccaui coram Domino Deo & gloria ipſius.

Luc 16.d.15 55 ‖Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominum, & adinuẽtiones illorum, & cogitationes illorum,& corda illorum.

Gene.1.a.1 56 Dixit‖enim,Fiat terra,& facta eſt:Fiat cælum,& factum eſt.

Pſal.146.a.4 57 Et in verbo illius,ſtellæ fundatæ ſunt:‖& nouit numerum ſtellarum.

58 Qui ſcrutatur abyſſum,& theſauros illarum:qui menſus eſt mare & conceptum eius.

59 Qui concluſit mare in medio aquarum,& ſuſpendit terram ſuper aquas verbo ſuo.

D 60 Qui extendit cælum quaſi cameram,ſuper aquas fundauit eum.

61 Qui poſuit in deſerto fontes aquarum,& ſuper verticem montium lacus ad emittendũ flumina ab eminenti petra,vt potaret terram.

62 Qui finxit hominem,& poſuit cor ſuum in medio corporis, & miſit ei ſpiritum, vitam, & intellectum,

63 Et ſpiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia , & ſcrutinat omnia abſconſa in abſcōſis terræ.

64 Hic nouit adinuentionem veſtram,& quæ cogitatis in cordibus veſtris,peccantes,& volentes occultare peccata veſtra.

65 Propter quod Dominus ſcrutinãdo ſcrutinauit õnia opera veſtra,& traducet vos õnes:

66 Et vos confuſi eritis quum proceſſerint peccata veſtra coram hominibus,& iniquitates erunt quæ accuſatores ſtabunt in die illo.

67 Quid facietis? aut quomodo abſcondetis peccata veſtra coram Deo & Angelis eius?

68 Ecce iudex Deus,timete eũ: deſinite à peccatis veſtris , & obliuiſcamini iniquitates veſtras iam agere eas in ſempiterno:& Deus educet vos,& liberabit de omni tribulatione.

69 Ecce enim incenditur ardor ſuper vos turbæ copioſæ,& rapient quoſdam ex vobis,& cibabunt idolis occiſos:

70 Et qui conſenſerint eis,erunt illis in deriſum,& in improperium,& in cõculcationem.

71 Erit enim locis locus,& in vicinas ciuitates exurrectio multa ſuper timentes Dominũ.

72 Erunt quaſi inſani , nemini parcentes ad diripiendum & deuaſtandum adhuc timentes Dominum:

73 Quia deuaſtabunt & diripient ſubſtantias,& de domibus ſuis eos eiicient.

74 Tunc parebit probatio electorum meorum,vt aurum quod probatur ab igne.

75 Audite dilecti mei,dicit Dominus:Ecce adſũt dies tribulationis,& de his liberabo vos.

76 Ne timeatis,nec hæſitetis: quoniam Deus dux veſter eſt.

77 Et qui ſeruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus,ne præpõderent vos peccata veſtra,ne ſupereleuent ſe iniquitates veſtræ.

78 Væ qui conſtringuntur à peccatis ſuis,& obteguntur ab iniquitatibus ſuis:

79 Quemadmodum ager conſtringitur à ſylua, & ſpinis tegitur ſemita eius per quam non tranſit homo,& excluditur,& mittitur ad deuorationem ignis.

Liber Tobiæ. Τωβήτ.

Codex Græcus pro Tobia patre, vbique ſcripſit Τωβήτ: pro filio Τωβίας. Hebræus autem codex vnus patrem vocat טובי, & filium טוביה: alter verò, pro vtroque ſcripſit טוביה.

VETVS

Cap. I.

1 Tobias Ex tribu & ciuitate Nephthali, quę eſt in ſuperioribus Galilææ ſupra Naaſſon, poſt viam quæ ducit ad Occidentē, in ſiniſtro habens ciuitatem Sephet.

2 4.Reg.17.a.9 Quū captus eſſet in diebus Salmanaſar regis Aſſyriorū, in captiuitate tamē poſitus, viā veritatis nō deſeruit:

3 Ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie cōcaptiuis fratribus qui erāt ex eius genere, impertiret.

4 Quūmque eſſet iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile geſſit in opere.

5 B 3.Reg.12.f.25 Denique quū irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Iſrael, hic ſolus fugiebat conſortia omnium:

6 Exod 22.d.29 deut.12.a.6 Et pergebat in Ieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael, omnia primitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offerens:

7 Ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnem decimationem.

8 Hæc & his ſimilia ſecundum Legē Dei puerulus obſeruabat.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.

Cap. I.

1 Liber Sermonum Tobiæ filii Tobielis, filii Ananielis, filii Adouelis, filii Gabaelis, è ſemine Aſaelis, tribúque Nephthalim.

Tobias captiuus inter Aſſyrios, viam veritatis non deſerit

2 Qui temporibus Salmanaſaris Aſſyriorum Regis captiuus fuit abductus è Thiſbe, quæ eſt ad dexterā eius vrbis, quæ proprio nomine Nephthalim appellatur, in Galilæa ſupra Aſer poſita.

3 Ego Tobias omni tempore vitæ meæ itineribus veritatis & iuſtitiæ inceſſi, multáque benignè feci gentis meæ fratribus qui mecum Niniuen in terram Aſſyriorum profecti fuerunt.

Miſericors Tobias.

4 Ac quum in mea eſſem patria, in terra Iſrael adhuc iuuenis, paterna tribus mea vniuerſa defecit à domo Hieroſolymitana, ea quæ ex omnibus Iſrael tribubus ad ſacrificia omnium offerenda ſelecta fuerat, vbi templum tabernaculi Altiſſimi conſecratum fuerat, atque ad omnes ætates ædificatum.

5 Sed omnes tribus quæ à Deo deſciuerant, domúſque patris mei Nephthalim Baalim illi iuuencæ ſacrificabant.

Fugit idola.

6 Ego autem, vt vniuerſo Iſraeli præcepto ſempiterno præſcriptū eſt, Hieroſolymā ſolus frequenter cōmeabam, primitias afferens & decimas vnà cum iis quæ primùm detonſa erant, eáque poſteris Aaronis ad altare offerebam.

7 Primas omnium fructuum decimas dabam Sacerdotibus ab Aarone ortis, qui Hieroſolymis miniſtrabant. alteras decimas vendebam: & profectus, quæ inde confeciſſem, Hieroſolymis annis ſingulis impendebam.

8 Tertias verò iis quibus par erat elargiebar, ſicut Debora mater patris mei mihi præceperat: nam me quidem pater pupillum reliquerat.

IN CAPVT I.

1 Liber ſermonum Tobiæ Βίβλος λόγων Τωβήτ. Liber ſermonum Tobiæ. Id eſt eorum quæ dicta ſunt & memorata à Tobia. Inducitur enim Tobias αὐτοπρόσωπος commemorans ea quæ à ſe & facta & dicta ſunt. Diuus Hieronymus hunc librum ex Hebræis ita vertit, vt hæc de Tobia ab aliquo alio narrentur. Sed in duobus libris Hebraicis ex quibus hæc tranſlata ſunt, Tobias ipſe loquitur. Itaque malo vertere Sermonū quàm Hiſtoriarū: quoniam hic liber ita inſcriptus eſt, vt quæ dicta ſunt à Tobia, complectatur. Hæc enim inſcriptio tractationi ipſius libri magis congruit. Hebræi tantùm habent, Liber Tobiæ. 2 Qui temporibus Salmanaſaris ὃς ἐν ἡμέραις Ενεμεσσάρου. qui in diebus Enemeſſari. Ita eum omnes Græci codices nominant. Hebræi Salmanaſarem, ſicut Sacra hiſtoria 2.Reg.17.a.3, vt duplex nomen habuiſſe videatur. Quæ proprio nomine Nephthalim appellatur, κυρίως τῆς Νεφθαλείμ. propriè Nephthalim. Nam tribus omnibus communis, Nephthalim appellabatur: ita nomen tribus omnibus commune, huic vrbi propriè tributum eſt.

3 Itineribus veritatis, &c. ὁδοῖς ἀληθείας ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύνης. viis veritatis incedebam & iuſtitiæ. Hebræus legit, in iuſtitia & veritate ambulaui. Alius autem legit בדרך תמים וצדקות רבות in via integritatis & iuſtitiarum multarum: quam lectionem variam ego propterea adduco, vt intelligatur hunc librum non ex vno authore Hebræo in Græcum ſermonem tranſlatum fuiſſe. Multáque benignè feci καὶ ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίουν. & multas eleemoſynas faciebam. Hebræus, magnas beneficentias tribuebam. aut, conferebam. Nam חסדים ille appellat, quæ Græcus ἐλεημοσύνας: vtrunque nomen ea beneficia ſignificat quæ à beneficentia & miſericordia proficiſcuntur.

4 A domo Hieroſolymitana, &c. ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἱεροσολύμων τοῦ ἐκλεχθέντος. à domo Hieroſolymorum quæ fuerat electa. Quidam codices legunt ἐκλεχθείσης in fœminino genere, vt ſenſus ad vrbem referatur. Sed melius ad domum, id eſt ad templum Hieroſolymitanum refertur. atq; ita in codice Toletano legitur. Hebræus vocat domum Dauid, à qua decem tribus ſeparatæ, templum Hieroſolymitanum, cultúmque in eo inſtitutum frequentare deſtiterunt, atque ita à vera religione defecerunt. Vbi templum tabernaculi, &c. καὶ ἡγιάσθη ὁ ναὸς τῆς κατασκηνώσεως τοῦ Ὑψίστου. & ſanctificatum eſt tēplum tabernaculi Altiſſimi. Hebræus ad Deum refert, itáque legit, ſanctificauit templum nomini Domini exercituum, ad ponendum ibi nomen eius in æternum. verba ſunt diuerſa, idem ſenſus. Nomen enim Domini declarat quomodo Deus in eo tabernaculo habitaret. Deus enim ita ibi colebatur, vt memoria nominis eius eo in loco celebraretur.

5 Baalim illi iuuencæ ſacrificabant. ἔθυον τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει. ſacrificabant Baal vaccæ. aut, iuuencæ. Exemplar Toletanū legit, δυνάμει potentiæ, ſed mendoſè, pro δαμάλει. Hebræus, Baalim in plurali numero, quibus adiungit הבעלים idola quædam deteſtāda atque abominanda. Hieronymus Aureos vitulos vertit, eóſque factos à Ieroboam: & ita legitur ab alio Hebræo. לעגלי הזהב vitulis aureis. Ita videmus hanc hiſtoriā non ab vno authore compoſitam eſſe, neque hunc Græcum ex vno tantùm, ſed nunc ab hoc, nunc ab illo accepiſſe.

6 Præcepto ſempiterno ἐν προστάγματι αἰωνίῳ. Hebræus, חוקת עולם ſtatuto ſempiterno. Frequēter πλεονάκις. vnus ex Hebræis dicit, ter in anno, ſiue tribus vicibus. Alter verò, ſtatis temporibus במועדים, vt erat præſcriptum in Lege Moſis. Quæ primùm detonſa erant, καὶ ταῖς πρωτοκουρίαις. primitiua velleris detonſi. Hebræus, ראשית הגז primitias velleris. 7 Primas decimas πρώτην δεκάτην. primam decimam, vt Hebræi in ſingulari numero, מעשר אשר. Commemorat autem tres decimas quæ ſpatio ſex annorum cōferebantur. Nam ſeptimo anno terra vacabat à cultura. Sacerdotibus ab Aarone ortis, τοῖς υἱοῖς Ἀαρών. filiis Aaron. Hebraicè pro poſteris, atque iis qui ab eo genus duxerunt. Vendebam: ἀπεπρατιζόμην. Hebræus, eram vendens. vt pecuniam pro illis acciperet ad maiorem itineris longinqui commoditatem, quemadmodum Moyſes in Deuteronomio præcipit. 8 Quibus par erat οἷς καθήκει. quibus conueniebat. aut, oportebat diſpertire. aut, elargiri, vt ſunt viduæ, pupilli, peregrini, aliique indigentes. Hebræus vnus ait, pro inſtauranda ac reficienda ſacra æde Domini. Alter autem, in eos inopes egentéſque, quos expoſui. Nam me quidem pater pupillum reliquerat. διότι ὀρφανὸς κατελείφθην ὑπὸ τοῦ πατρός μου. quoniam fueram relictus à patre meo. Hebræus addit, & à matre mea.

Ducit vxorem Annam, ex qua Tobiam generat.
Filium infantulum docet Deũ timere.

Porrò quum ʹiam vir euaſiſſem, Annam ʹex ſtirpe generis mei vxorem duxi, ʹex eáque Tobiam filium ſuſtuli. 9

Quúmq; captiuus Niniuen abductus eſſem, fratres mei, & qui de meo erant genere, ʹde cibis Gentium comedebant: 11

ʹEgo verò animam meam conſeruaui, vt ab illis abſtinerem, 12

ʹQuòd memoriam Dei toto animo cuſtodirem. 13

Inuenit gratia coram Salmanaſar.

Itaque ʹgratiam ac decorẽ Altiſſimus mihi dedit coram Salmanaſare, ʹvt ſuo me is obſonatore vteretur. 14

Atque in Mediam profectus, apud ʹGabaelem Gabriæ *filium* in terra Mediæ decem talenta ʹdepoſui. 15

Succurrit Gabelo egenti.

Mortuo autem Salmanaſare Sennacherib filius ei ſucceſſit in regnum: ʹcuius quidem res quũ eſſent turbulentæ, ego in Mediam proficiſci non poteram. 18

Charitas Tobiæ in fratres.

Cæterùm temporibus Salmanaſaris ʹmulta in fratres meos benignitate vſus ſum, ʹpanes meos erogans in eos 19

Qui eſuriebant, nudóſque veſtimentis meis cooperiens. ac ſiquem de genere meo mortuum videram, ʹcircúmq; muros in vrbe Niniue proiectum, ſepeliebam illum. 20

Quúmque rex Sennacherib ʹcũ fuga ex Iudæa reuerſus, aliquos interfecerat, eos ego ʹfurtim ſepulturæ mandabam. multos enim ille perdidit in indignatione ſua: neque quũ à Rege quærerentur, cadauera eorum ʹcomparebant. 21

Itaq; quũ quidã Niniuita ʹme ad Regẽ detuliſſet ʹquòd illos ſepelirem, ʹlatitaui: & quũ cognouiſſem ʹme ad necẽ requiri, ſeceſſi. 22

Tobias fugit à facie Sennacherib.

Omnia autem bona mea fuerunt direpta, nec quicquam mihi relictum eſt præter vxorem Annam & Tobiam filium. 23

Quũ verò factus fuiſſet vir, accepit vxorẽ Annã de tribu ſua: genuitque ex ea filium, nomen ſuũ imponẽs ei. Num.36.a.6

10 Quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato.

Igitur quũ per captiuitatem deueniſſet cum vxore ſua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu ſua:

Et quũ omnes ederent ex cibis Gẽtilium, iſte cuſtodiuit animã ſuã, & nũquã contaminatus eſt in eſcis eorũ. Geneſ.43.g.32

Et quoniã memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiã in conſpectu Salmanaſar regis: C

Et dedit illi poteſtatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluiſſet.

Pergebat ergo ad omnes qui erant in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis.

16 Quum autem veniſſet in Rages ciuitatem Medorum, & ex iis quibus honoratus fuerat à Rege, habuiſſet decem talenta argenti:

17 Et quũ in multa turba generis ſui Gabelũ egentẽ videret qui erat ex tribu eius, ſub chirographo dedit illi memoratũ pondus argenti.

Poſt multũ verò temporis mortuo Salmanaſar rege quũ regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Iſrael exoſos haberet in cõſpectu ſuo

Tobias quotidie pergebat per omnem cognationẽ ſuã, & conſolabatur eos, diuidebátque vnicuíque, prout poterat, de facultatibus ſuis. D

Eſuriẽtes alebat, nudiſque veſtimẽta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.

¶Denique quum reuerſus eſſet rex Sennacherib fugiẽs à Iudæa plagam, quam circa eũ fecerat Deus propter blaſphemiã ſuam, & iratus multos occideret ex filiis Iſrael, ¶Tobias ſepeliebat corpora eorum.

4.Reg.19.g.35
eccli 48.d.24
eſa.37.g.36
1.mach.7.f.41
2.mach 8.c.19
4.Eſd.2.b.23

At vbi nũtiatum eſt Regi, iuſſit eũ occidi, & tulit omnẽ ſubſtantiã eius.

Tobias verò cum filio ſuo & cum vxore fugiẽs, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

9 Iam vir euaſiſſem, ἐγενόμην ἀνήρ. factus vir eſſem. Hebræus, Quum ad ætatem virorum [id eſt virilem] perueniſſem. Alter, quum grandior factus eſſem. Græci vocant ἀνδρωθέντας, qui ad eam ætatem ſunt progreſſi vt inter viros recenſeantur.

Ex ſtirpe generis mei ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς πατριᾶς μου. ex ſemine familiæ meæ. aut, cognationis. Hebræus, & ipſa de familia [aut, cognatione] domus patris mei. Hieronymus, de tribu ſua.

Ex eáque Tobiam filium ſuſtuli. καὶ ἐγέννησα ἐξ αὐτῆς Τωβίαν. & genui ex ea Tobiam. Hebræus, & peperit mihi Tobiam. Refert enim ad Saram vxorem. & addit, Et vocaui nomen eius Tobiam.

11 De cibis Gentium comedebant: ἤσθιον ἐκ τῶν ἄρτων τῶν ἐθνῶν. eſitabant de panibus Gentium. Hebræus, panem Gentium. vt nomine panis omne ciborum genus intelligatur, in primiſque ii quibus Iudæis per Legem veſci non licebat. Erant enim certa genera prohibita.

12 Ego verò animam meam conſeruaui, &c. ἐγὼ δὲ συνετήρησα τὴν ψυχήν μου μὴ φαγεῖν, Cuſtodiui autem animam meam ne comederem. Hebræus, At ego poſui cor meum. id eſt animum induxi, ac propoſui ne meipſum polluerem [aut, inquinarem] cibis Gentium. Hieronymus, Cuſtodiuit animam ſuam, & nunquam contaminatus eſt eſcis eorum.

13 Quòd memoriam Dei, &c. καθότι ἐμεμνήμην τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ μου. quia memor fui Dei in tota anima mea. Hebræus habet, toto corde ac tota anima. Alius verò, non Memineram, legit: ſed, Diligebam Dominum toto corde & tota anima. His verbis ſuum erga religionem Dei purúmque eius cultum ſignificat. Amor enim facit vt præceptorum eius memores ſimus.

14 Gratiam & decorem dedit ἔδωκε χάριν καὶ μορφήν. dedit gratiam & ſpeciem. aut, formam. id eſt, Deus me gratioſum reddidit apud Salmanaſarem, atque ſpecioſum, vt libenter me videret. Itaque quidam pro forma Aditum acceſſúmque verterunt. Hebræus חן & חסד gratiam & miſericordiam, atque miſerationes רחמים. His verbis ſignificat ſe à Deo in gratia illuſtri poſitum eſſe apud Regem.

Vt ſuo me is obſonatore vteretur. καὶ ἤμην αὐτοῦ ἀγοραστής. & eram eius emptor. Hebræus, fecit me קונה procuratorẽ [aut, diſpenſatorem] omnium rerum neceſſariarum. Alius, præfecit me omnibus quæ habebat. Propriè autem קונה emptorem aut procuratorẽ ſignificat, à quo omnia ad victũ aulæ regiæ neceſſaria parabantur.

15 Gabaelem Gabriæ *filium* γαβαήλῳ τῷ τοῦ γαβρία. Omnes Græci codices habent, fratrem Gabriæ. ſed Hebræus filiũ dicit: & poſtea hic Græcus tranſlator articulo genitiui caſus vtens παρεθέμην γαβαήλῳ τῷ τοῦ γαβρία filiũ potius quàm fratrẽ fuiſſe ſignificat.

Depoſui. παρεθέμην. commiſi. Hebræus, reliqui [aut, depoſui] depoſitum. Græci παραθήκην appellant pecuniam, aut aliquid aliud, quod aſſeruandum alicui committitur. Hieronymus dicit, ſub chirographo illud pondus argenti datum fuiſſe.

18 Cuius quidem res, &c. καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκατέστησαν. & viæ eius turbatæ ſunt. Hebræus, & fuit prauus, ac durus, & viæ eius diſſipatæ. aut, conturbatæ. Alter autem dicit, iter in Mediam interclusum fuiſſe propter bella quæ in eo regno commota erant.

19 Multa in fratres meos, &c. ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου. multas eleemoſynas faciebam fratribus meis. Hebræus, beneficentiam magnam conferebam in fratres meos, גדול חסד. Græcus, multas eleemoſynas vertit, ſed ex alio Hebræo, qui habet צדקות רבות iuſtitias multas. Nomine autem Iuſtitiæ ea ſignificantur quæ benignè ac miſericorditer in homines indigentes conferuntur. Dici poteſt, ſe multis & magnis beneficiis fratres ſuos affeciſſe.

Panes meos erogans τοὺς ἄρτους μου ἐδίδουν. panes meos dabam. Hebræus, panem meum diſtribuebã eſurienti, & nudos veſtiebam. His duobus comprehendit ea beneficia quæ ad victum & veſtitum pertinent.

20 Circúmq; muros ὀπίσω τοῦ τείχους. ad murum. vel, circa murũ. Hebræus, poſt murum. id eſt mœnia vrbis Niniues. Cadauera enim interfectorũ proiiciebãt atq; inſepulta relinquebãt. qua in re ſumma crudelitas cũ ignominia cõiuncta declarabatur. Ea erat (vt dicitur) τάφος ἄταφος inſepulta ſepultura.

21 Cum fuga ex Iudæa reuerſus, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας. quum venit fugiens. id eſt, quum ad internecionẽ exercitu ab Angelo Dei interfecto, cũ fuga & ignominia in regnũ ſe recepit. Hebræus, poſtquã Hieroſolymis reuerſus eſt cũ confuſione vultus. id eſt, cum ignominia & dedecore, cum fuga videlicet fœdiſſima.

Furtim ſepulturæ mandabam. ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων. ſepeliui eos furans. Hebræus במסתר clàm, occultè ſepeliebam, deligẽs tempus nocturnum ad eam rem accommodatũ.

Comparebant. εὑρέθη. inuenta ſunt. Hebræus, Rex quærebat interfectos, & non reperiebat.

22 Me ad Regem detuliſſet, ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ περὶ ἐμοῦ. ſignificant Regi de me. aut, Regi indicauit me illos ſepelire. Hebræus, dixit Regi de me.

Latitaui: ἐκρύβην. latui. me abſcondi, atque abdidi. Hebræus, clàm aufugi. Græcus mox dicit ἀνεχώρησα ſeceſſi.

Me ad necem requiri, ὅτι ζητοῦμαι ἀποθανεῖν. quòd quæror vt moriar. id eſt, quũ intelligerem me ad mortem poſci, me ſubduxi.

4.Reg.19.g.17
2.paral.32.e.21

24 Poſt dies verò quadragintaquinque ‖occiderunt Regem filii ipſius:

25 Et reuerſus eſt Tobias in domum ſuam, omniſque facultas eius reſtituta eſt ei.

Cap. II.

1 POſt hæc verò quum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ,

2 Dixit filio ſuo, Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum.

3 Quũmque abiiſſet reuerſus, nuntiauit ei, vnum ex filiis Iſrael iugulatum iacere in platea.

4 Statimque exiliẽs de accubitu ſuo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollénſque illud, portauit ad domum ſuam occultè, vt dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum.

5 Quũque occultaſſet corpus, mãducauit panem cum luctu & tremore,

B

Amos 8.c.10
1.machab.1.e.41

6 Memorãs illum ſermonem quem dixit Dominus per Amos prophetã, ‖Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem & luctum.

7 Quum verò ſol occubuiſſet, abiit, & ſepeliuit eum.

Suprà 1.d.22

8 Arguebãt autem eum omnes proximi eius, dicẽtes, Iam huius rei cauſa ‖ interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos?

Reuertitur.

24 Cæterùm nondum erant elapſi quinquaginta quinque dies, quum illum″duo ipſius filii interfecerunt: qui quũ in montes Ararath aufugiſſent, Sarchedonus eiuſdẽ filius illi in regnum ſucceſſit: atque Achiacharum Anaelis fratris mei filium ″omnibus patris ſui rationibus, totíque gubernationi præfecit.

25 Quum autem Achiacharus″pro me poſtulauiſſet, Niniuen reuerſus ſum.″erat autem ille à poculis, ″atque ab annulo ſignatorio, ″tum à rationibus, ″ac diſpenſator, ″vicariúmque ſibi Sarchedonus conſtituerat è fratre meo natum.

Cap. II.

Tobias inuitat timentes Deum ad prandium.

1 QVum autem domum meam rediiſſem, vxórque mea ″Anna vnà cũ filio Tobia reſtituta mihi eſſet, ″in feſto Pentecoſtes, quod ſeptem hebdomadarum ſacrum eſt, ″prandiũ mihi lautum paratum eſt, *in quo* ad cibum capiendum accubui.

2 ″Ibi quum obſoniorum copiam viderem, filio meo, Abi, dico, addúcque quencunque″egentem ex fratribus noſtris inueneris, ″qui quidem Domini memor ſit: ecce ego interea te expectabo.

Relictis conuiuis, tollit corpus mortuum in domũ, vt ſepeliat.

3 ″Ille autem quum reuerſus eſſet, Pater, inquit, quidam è gente noſtra″præfocatus, in foro proiectus iacet.

4 Itaque tum ego, priuſquam vllum guſtaſſem cibum, exilii, & ″ſublatum domum abdidi, donec ſol occideret.

5 Deinde reuerſus laui, ″cibúmque meum cepi cum mœrore:

6 ″Recordatus illius vaticinii Amos, vt dixiſſet, ″ Solennia veſtra cõuertẽtur in luctũ, atque omnes lætitiæ veſtræ in lamentationẽ.

7 ″Fleui igitur, &″poſt occaſum ſolis abii, effoſſóq; ſepulchro *mortuum* illum mandaui.

Arguitur Tobias à propinquis.

8 ″At verò vicini mei me irridentes, ″Nõ metuit, aiebãt, iam iſte interfici huiuſce rei cauſa: qui quum aufugerit, mortuos tamen ecce iterum ſepelit.

24 Duo ipſius filii οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ. Hebræi eos nominant Adramelech & Sarezer. Omnibus patris ſui rationibus ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἐκλογιστίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ſuper omnem computationem patris ſui, ἔταξεν conſtituit. Hebræus, conſtituit eum dominatorem, ſiue gubernatorem in toto regno ſuo. ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν, quod ſtatim ſubiungitur, ſignificat ſummam rerum omnium gubernationem ei cõmiſſam eſſe.

25 Pro me poſtulauiſſet, ἠξίωσε περὶ ἐμοῦ. orauit pro me. aut, egit de me. Hebræus, petiit[aut, poſtulauit]à Rege pro me. ἀξιοῦν autẽ apud Græcos interdũ ſuppliciter orare ſignificat. Hoc loco ſignificat idẽ quod ἐντυγχάνειν intercedere pro aliquo. Erat autẽ ille à poculis, Ἀχιάχαρος δὲ ἦν οἰνοχόος. Achiacharus autẽ erat pincerna. Significat eũ qui porrigit poculũ alteri ad bibendum: quod officium in aula, & menſa regia eſt honorificum. Atque ab annulo καὶ ἐπὶ τοῦ δακτυλίου. & ab annulo. Hebræus, ſuper annulũ[aut, ſigillũ]quo literæ obſignantur. Tum à rationibus, καὶ ἐκλογιστὴς & ratiocinator. aut, quæſtor Hebræus, à libellis expẽſi & accepti. Ac diſpenſator, διοικητής. gubernator. Paulo antè διοίκησιν adminiſtrationem rerum omnium appellauit, quam dixit ei fuiſſe commiſſam. Ita hìc verti poteſt Moderator ac gubernator totius domus Regiæ. Vicariúmque ſibi cõſtituerat κατέστησεν αὐτὸν ἐκ δευτέρας. ad verbum eſt, conſtituit eum à *parte* ſecunda. id eſt, ſibi ſecundum & vicarium ſuum. ſecundum à Rege.

IN CAPVT II.

1 Anna vnà cum fil. &c. καὶ ἀπεδόθη μοι Ἄννα ἡ γυνή μου καὶ Τωβίας ὁ υἱός μου. antea dixit eam cum filio in bonorum direptione conſeruatam ſibi fuiſſe, ſed aufugiens illam reliquerat, quam reuerſus poſtea vnà cum bonis ac fortunis ſuis recuperauit. In feſto pentecoſtes, &c. ἐν τῇ πεντηκοστῇ τῇ ἑορτῇ, ἥ ἐστιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων. in Pẽtecoſte feſto, quod eſt ſacrum ſeptem hebdomadũ. id eſt ſolenne, quod ſeptem hebdomadis à Paſchæ feſto completis celebrabatur. Hebræi feſtum tabernaculorũ appellant. Dicunt etiam feſtum ſeptem hebdomadum. Prandium mihi lautum paratum eſt, ἐγενήθη ἄριστον καλόν μοι. factum eſt prandium pulchrum mihi. Hebræus, prandium magnum. Ita enim vocant refectionem vnde corpus ſuſtentatur. Quidam vertunt Conuiuium. Hieronymus, prandium.

2 Ibi quum obſoniorum copiam viderem, καὶ ἐθεασάμην ὀψάρια πολλά. Et vidi obſonia multa. copioſum ciborum apparatum. Hoc Hebræi non habent, ſed tantùm, Quum in menſa accumberem. Egentem ex fratribus noſtris ἐνδεῆ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Hebræus, pauperes[aut, afflictos]de fratribus noſtris. Qui quidem Domini memor ſit: ὃς μέμνηται τοῦ Κυρίου. qui meminerit Domini. Hieronymus, timentes Deum: ſed neutrum apud Hebræos, quos ego legerim, legitur. Quidam vertũt, cui cordi ſit Dominus. Significat autem eos qui Deum piè colunt, legémque eius obſeruant, præceptorum eius memores.

3 Ille autem reuerſus καὶ ἐλθὼν εἶπεν. Et quũ veniſſet, dixit. Hebræi aiunt illum reuerſum eſſe cum animi mœrore & triſtitia. Præfocatus, in foro proiectus iacet. ἐστραγγαλωμένος, ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. ſtrangulatus, proiectus eſt in foro. Hebræus, interfectum, ac proiectum in plateis ciuitatis. Hieronymus, iugulatum iacere in platea. Alter Hebræus dicit, בשדה in campo.

4 Sublatum domũ abdidi, ἀνειλόμην αὐτὸν εἰς οἴκημα. detuli eum domum. Hebræus addit, ſuam. Significat autem ſe humeris ſuis ſublatum domum deportaſſe, ibique occultaſſe vſque ad occaſum ſolis, quoad nox eſſet.

5 Cibúmque meum cepi cum mœrore: καὶ ἤσθιον τὸν ἄρτον μου ἐν λύπῃ. & comedi panem meum in triſtitia. Hebræus, cum lachrymis & lamentatione. Alter, cum triſtitia & gemitu. Hieronymus, cum luctu & tremore.

6 Recordatus illius vaticinii ἐμνήσθην τῆς προφητείας. recordatus ſum prophetiæ. Solennia veſtra conuertentur in luctũ, στραφήσονται αἱ ἑορταὶ ὑμῶν εἰς πένθος. conuertentur feſtiuitates veſtræ in luctum. Hebræi & Amos propheta Conuertam dicũt, Deóq; ſermonem tribuunt.

7 Fleui igitur, καὶ ἔκλαυσα. Et fleui. Sed particula ו ſæpe habet vim inferendi. Hebræus dicit, permultum fleuiſſe. Poſt occaſum ſolis ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. quum ſol occubuiſſet. ita etiam Hebræus. Alius autem, in ipſo veſpere.

8 At verò vicini me irridentes καὶ οἱ πλησίον ἐπεγέλων. Et vicini[aut, proximi]me irridebant. Hebræi vicinos dicunt, & eos qui erant ex tribu & cognatione eius, qui illum ſubſannabant. Hieronymus, arguebãt eum omnes proximi. Non metuit iam iſte interfici οὐκ ἔτι φοβεῖται τοῦ φονευθῆναι. adhuc iſte non metuit occidi. Hebræus, non metuit animæ[aut, vitæ]ſuæ. Alius, non timet ne moriatur.

9 Sed Tobias plus timens Deum quàm Regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & mediis noctibus ſepeliebat ea.

Efficitur cæcus in exemplũ patientiæ poſteris.

Eadem autem nocte, quum reuerſus è ſepultura′pollutus ad parietem atrii me quieti dediſſem, ′nec faciem velaſſem, 10

′Paſſeres quos in pariete latere neſciebam, ſtercus calidum in oculos apertos deiecerunt: ′vnde natis in oculis meis albuginibus, quum medicos adiiſſem, ′nihil ab illis adiutus ſum. porrò Achiacharus′alebat me, donec in Elimaida profectus ſum. 11

10 Contigit autem vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domũ ſuam, iactaſſet ſeſe iuxta parietem, & obdormiſſet,

11 Et ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretque cæcus.

12 Hanc autem tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob.

C

13 Nam quum ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata eius cuſtodierit, nõ eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei:

Tobiam parentes irridẽt, quos increpat.

14 Sed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.

15 Nam ſicut beato Iob inſultabant Reges: ita iſti parentes & cognati eius irridebãt vitam eius,

16 Dicentes, Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?

17 Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui,

18 Quoniam filii ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus eſt iis qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.

D

Vxor Tobiæ textrix.

Anna verò vxor mea, ′opera muliebria facienda conducebat. 19

Quúmque dominis ea miſiſſet, perſoluto illi pretio ′hœdũ inſuper addiderunt. 20

Innocentia Tobiæ.

Qui quum perueniſſet ad me, ′balaréque cœpiſſet, Vndenam, inquam, eſt hic hœdus? num furtiuus eſt? redde ſuis eum dominis: neque enim quicquam furtiuum′edere licet. 21

Vxor exprobrat ei eleemoſynas.

At illa, ″Dono, inquit, ad mercedẽ additus eſt. Cui ego non credebam, iubebámque eum reddi dominis, atque ′eius cauſa erubeſcebam. Illa verò, Vbinã, inquit, ſunt eleemoſynæ atque iuſtitiæ tuæ? ″en omnia in te apparent. 22 23

Cap. III.

T″Vm ego mœrore affectus fleui, cum doloréque Deum ′huiuſmodi verbis oraui, 1

Iuſtus es Domine, & omnia opera tua, omnéſque tuæ viæ ſunt ′miſericordia & veritas, ′verúmque iudicium & æquum in perpetuum exerces. 2

19 Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum ſuarum victum, quem cõſequi poterat, deferebat.

20 Vnde factũ eſt vt hœdum caprarum accipiens, detuliſſet domi.

21 Cuius quũ vocem balantis vir eius audiſſet, dixit, ‖Videte ne fortè furtiuus ſit: reddite eũ dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Deut.22.a.1

22 Ad hæc vxor ei⁹ irata reſpõdit, ‖Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modò apparuerunt. Iob 2.c.9

23 Atque his & aliis huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

Cap. III.

1 TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis,

2 Dicens, Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia, & veritas, & iudicium.

10 Pollutus ad parietẽ atrii me quieti dediſſem, ἐκοιμήθην μεμιαμμένος παρὰ τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς. dormiui contaminatus ad parietem atrũ. Hebræi addũt cauſam, quòd non auderet ingredi domũ, cadaueris cõtagione pollutus, quũ nulla adhuc lotione purgatus eſſet. Id enim ex Lege Moſis obſeruabatur ne polluti qui mortuum contrectarant & tetigerant, domum illoti ingrederentur. Itaque Hebræi dicunt dormiuiſſe extra atrium ad parietem. Nec faciem velaſſem, καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἀνακάλυπτον ἦν. & facies mea erat detecta. aperta, nullo velamento tecta.

11 Paſſeres στρουθία. Alter ex Hebræis צפרים. Alter, דרור auem in ædibus hominũ, liberè & familiariter habitantẽ, ac nidificãtem, quã quidam hirundinẽ vertunt. Hieronymus hirundines vertit, quorũ ex nido ſtercora calida in oculos illius deciderunt. nomen autẽ צפור generale auiũ aliquando eſt. Vnde natis in oculis meis albugin. καὶ ἐγενήθη λευκώματα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. & factæ ſunt albugines in oculis meis. Hebræus, & factæ ſunt maculæ albæ in oculis meis. Ita enim appellatur macula alba fuſa in pupilla oculi, quaſi miſtura quædam, & aſperſio nigredinis eius. Alter dicit oculos eius turbatos ita fuiſſe, vt videre non potuerit, atque ita occæcatum eſſe. Nihil ab illis adiutus ſum. καὶ οὐκ ὠφέλησάν με. & non adiuuerunt me. Hebræus, non potuerunt me curare. aut, ſanare. aut, oculis meis mederi. Alebat me, ἔτρεφέ με. nutriebat me. Hebræus, paſcebat. vbi paulo antè dicit, ſe à fratribus ſuis derelictum in cæcitate oculorum ſuorum, ab Achiacharo nutritum eſſe.

19 Opera muliebria facienda conducebat. ἠριθεύετο ἐν τοῖς γυναικείοις. ſeruiebat in muliebribus. Hebræus, opus faciebat mulieribus. Hieronymus, ibat ad opus textrinum: & ita Hebræi dicunt eam texuiſſe pannos qui extenduntur in tabernaculis: vt ſunt vela, cortinæ, integumentáque huiuſmodi. Videtur opus fuiſſe muliebre in quo ſuam aliis operam nauauerit. Eſt autem γυναικεῖον locus in quo mulieres verſantur, ſiue laborandum manibus ſit, ſiue aliquid aliud agendum. Hebræus, היתה עושה מלאכה לנשים quo ſignificant eam inſeruiſſe mulieribus. aut, in opere muliebri verſatam fuiſſe.

20 Hœdum inſuper addiderunt. προσδόντες καὶ ἔριφον. addentes etiam hœdum. vt eo munere liberaliter mercedem operi debitam augerent, & cumularent. Hebræi etiam ſignificant eam mercedis gratuitam acceſſionem fuiſſe.

21 Balaréque cœpiſſet, ἤρξατο κράζειν. cœpit clamare Num furtiuus eſt? μὴ κλεψιμαῖόν ἐστι. id eſt, furto ſublatus. Hebræus, גנוב ſurreptus. Edere licet. θεμιτὸν ἐστὶ φαγεῖν. fas eſt comedere. Hebræus, נכון להאכל conuenit comedere.

22 Dono, ad mercedem additus eſt. δῶρον δέδοταί μοι ἐπὶ τῷ μισθῷ. dono datus eſt mihi ad mercedem. Hebræus, datus eſt mihi ad mercedem. id eſt, vt donum gratuitũ ad mercedem acceſſit, עלשכרי ſupra mercedẽ meã. Eius cauſa erubeſcebam. ἠρυθρίων πρὸς αὐτήν. erubeſcebam ad eam. Hebræi hoc in loco nullo huiuſmodi verbo vſi ſunt, quo pudor verecundiáque ſignificetur. Sed alter eorum dicit, eramus rixantes [aut, iurgantes] cum acerba animi offenſione. Eo enim verbo iurgium inter maritum & vxorem acerbum ſignificat. omnes autem Græci codices quos viderim, habent, ἠρυθρίων πρὸς αὐτήν. Sed vide an melius legendum ſit, ἤριζον πρὸς αὐτήν contendebam cum ea. id eſt rixabar, vt Hebræi ſignificare videntur. Hic enim ſenſus melius congruit.

23 En omnia in te apparent. ἰδοὺ γνωστὰ πάντα μετὰ σοῦ. ecce cognita omnia tecum. id eſt, in hac tua cæcitate nunc extant, apparéntque tuorum beneficiorum fructus atque eorum omnium quæ humaniter & benignè egiſti. Eſt autem oratio κηδιαστικὴ in officia pietatis atque humanitatis, quæ quaſi ſine aliquo fructu tributa aliis, irridentur quaſi vaniſſima eius ſpes extiterit.

IN CAPVT III.

1 Tum ego mœrore affectus fleui, καὶ λυπηθεὶς ἔκλαυσα. & contriſtatus fleui. ita Hebræus. Et alius, ploraui amaro animo. id eſt dolenti & afflicto. Hieronymus. tunc Tobias ingemuit. Huiuſmodi verbis oraui, καὶ προσηυξάμην λέγων. & precatus ſum dicens. & oraui coram Domino, & dixi 2 Miſericordia & veritas, ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια. Quidam vertunt, miſericordia & integritas. Ego malui Veritatem reddere. Nam Hebræus חסד ואמת, beneficẽtia, & veritas, Sic Pſal.119, Noui Domine quoniam iuſta ſunt iudicia tua, atque in veritate me afflixiſti. Verúmque iudicium & æquum in perpetuum exerces. καὶ κρίσιν ἀληθινὴν καὶ δικαίαν σὺ κρίνεις εἰς τὸν αἰῶνα. & iudiciũ verum & iuſtum iudicas in ſeculum. Hebræus, iuſtè ac verè iudicas omnes venientes in mundum. Hieronymus, omnia iudicia tua iuſta ſunt.

Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictã ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum.

3 Memento mei, méque reſpice, neque expetas à me pœnas peccatorum, aut etiam erratorum meorum, patrúmque meorũ qui coram te peccauerunt:

Deut.28.b.15

Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperiũ omnibus nationibus, in quibus diſperſiſti nos.

4 Præceptis enim tuis nón paruerunt: quamobrem nos ad direptionem, ad captiuitatem, ad necem, ad fabulam & ignominiam omnibus, inter quos diſperſi ſumus, expoſuiſti: iam verò multæ ac iuſtæ tibi ſunt cauſæ,

Et nũc Domine magna iudicia tua, quia non egimus ſecundum pręcepta tua, & non ambulauimus ſinceriter coram te.

5 Quamobrem mecum agas ſecundum peccata mea, patrúmque meorum: quoniam non ſeruauimus præcepta tua, neque integrè coram te ambulauimus.

Et nunc Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum. expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

6 Nunc ergo pro tua voluntate age mecum, ac iube meũ eximi ſpiritum, vt diſſoluar atque in terram redigar. præſtat enim mihi mori potius quàm viuere: quoniam exprobrationes immeritas audiui, in magnóque dolore ſum. iube nunc vt iis ſolutus anguſtiis, in locum æternũ concedam: ne tuam à me faciẽ auertas.

B Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis patris ſui:

7 Eadem autẽ die accidit, vt Ecbatanis, qui ſunt in Media, Sara Raguelis filia ab ancillis quoque patris ſui probra audiret:

Sara filia Raguelis patitur improperiũ ab ancillis patris ſui.

Deut.22.a.1

Quoniam tradita fuerat ſeptem viris, & dęmonium nomine Aſmodæus occiderat eos, mox vt ingreſſi fuiſſent ad eam.

Iob 1.c.9

8 Quòd ſeptem viris iuncta fuiſſet, quos Aſmodæus cacodæmõ, priuſquam cum ea vxoriam habuiſſent conſuetudinem, interfeciſſet. An neſcis, inquiebant, te viros tuos ſuffocauiſſe? ſeptem iã viros habuiſti, neque vllius eorũ nomine fuiſti cognominata:

Ergo quũ pro culpa ſua increparet puellã, reſpõdit ei, dicẽs, Amplius ex te non videamus filiũ, aut filiã ſuper terram, interfectrix virorum tuorum.

9 Quid nos propter eos verberas? ſi mortui ſunt, ad illos faceſſe hinc, vt nec filium videamus nec filiam in æternum.

3 Memento mei, méque reſpice, μνήσθητί μου, καὶ ἐπίβλεψον ἐπ᾽ ἐμέ. Hebræus, Memor ſis mei Domine Deus meus, ac de habitaculo ſancto tuo ſeruum tuum reſpice. Alter verò, patrẽ miſerationum appellat. Neque expetas à me pœnas peccatorum, aut etiam erratorũ meorum, μή με ἐκδικήσῃς ταῖς ἁμαρτίαις μου, καὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου. ne me punias [aut, vindictã de me ſumas] ob peccata mea, & ignorantias meas. id eſt ea quæ cum ignoratione erroréque ſunt commiſſa. Hebræus, ne retribuas mihi [aut, reddas] ſecundum peccata mea, atque iniquitates. Hieronymus, peccata & delicta vertit. 4 Præceptis enim tuis non paruerunt: παρήκουσαν γὰρ τῶν ἐντολῶν σου. Præceptis enim tuis non obedierunt. aut, dicto audientes non fuerũt. Hebræus vnus refert ad patres, & ait, Qui non audierunt præcepta tua, & Legem tuã poſt tergũ abiecerunt. Alter autẽ, Receſſimus à præceptis tuis bonis. Ad fabulam & ignominiam καὶ παραβολὴν ὀνειδισμοῦ. & ad parabolã probri. aut, opprobrii. id eſt, in fabulam ignominiæ plenam, vt homines cum irriſione & contumelia de nobis loquantur. Hebræi dicunt, in probrum, fabulã, & prouerbium. Hieronymus, in fabulam & improperium. Expoſuiſti nos ad direptionẽ, ad captiuitatem, καὶ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς διαρπαγήν, καὶ αἰχμαλωσίαν. & dediſti nos ad prædam & captiuitatẽ. Hebræus, לבזה ולשביה in rapinam & captiuitatẽ. Iam verò multæ tibi ſunt, &c. καὶ νῦν πολλαὶ αἱ κρίσεις σου εἰσὶ καὶ ἀληθιναί. & nũc multa ſunt iudicia tua & vera. Quidam cõiungunt quod ſequitur, ἐξ ἐμοῦ ποιῆσαι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ τῶν πατέρων, vt facias de me pro peccatis meis, patrúmque meorum. Alii diſtingunt, & legunt in imperatiuo, ποίησον fac. id eſt, ſtatue de me. Prior lectio melius congruit. Dicit enim, Dominum multas & iuſtas habere cauſas, quibus iure in eos poſſit animaduertere. Hebræi, ἀπαγορευτικῶς legunt per deprecationem, ne Deus tractet eos vt ſunt meriti, ſed ſua in eos miſericordia vtatur.

5 Integrè coram te ambulauimus. ἐπορεύθημεν ἐν ἀληθείᾳ ἐνώπιόν σου. ambulauimus in veritate coram te. id eſt fideliter & integrè: quemadmodum ipſe requirit, pro conditione fœderis quod cum ſuis conſtituit. Hebræus באמת, in veritate. Alter autẽ, non ambulauimus in viis tuis. Hieronymus, non ambulauimus ſinceriter coram te.

6 Nunc ergo pro tua voluntate, &c. καὶ νῦν κατὰ τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιόν σου ποίησον μετ᾽ ἐμοῦ. Et nunc ſecundum placitum coram te fac mecum. Hebræus, vt bonum ac rectum erit in oculis tuis, age mecum. Iube meum eximi ſpiritum, ἐπίταξον ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμά μου. præcipe ſuſcipere ſpiritum meum. Hebræus, collige ſpiritum meum. Alter, ſume animam meam à me. Hieronymus, præcipe in pace recipi ſpiritum meum.

Atque in terrã redigar. καὶ γένωμαι γῆ. & fiam terra. Eſt enim mors ἀπόλυσις, aut ἀνάλυσις, diſſolutio quædam naturæ, qua homo in terrã redigitur, atque in id reuertitur vnde ortus eſt. Itaque vſus eſt verbo ἀπολυθῶ, vt diſſoluar, quo mortem ſignificat. Hebræus, oro te: vt me recolligas ad patres meos in domum omnibus viuentibus conſtitutam: qua forma loquendi diſceſſum ex hac vita & quaſi quandam migrationem ſignificat. Præſtat enim mihi mori potius quàm viuere: διότι λυσιτελές μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν. quoniam expedit [aut, vtilius eſt] mihi mori quàm viuere. Ita vnus ex Hebræis. Alter autem, quoniam melior eſt miſericordia tua quàm vita. Quoniam exprobrationes immeritas audiui, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευδεῖς ἤκουσα. quia falſa opprobria audiui. probra vitæ antè actæ iniuſta, & mendacii plena, quibus etiam ab vxore afficiebatur, atque affligebatur. Iube nũc vt iis ſolutus anguſtiis, &c. ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον. mãda [aut, præcipe] me ſolui iam neceſſitate in locũ æternum. id eſt, vt liberatus hoc corpore, moleſtiiſque ac miſeriis præſentis vitæ, in æternam quietem recipiar.

Ne tuam à me faciem auertas. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ. Hebræus, ne abſcondas vultum tuum à me, neque oculos tuos à precatione mea. 7 Vt ab ancillis quoq;, &c. καὶ ταύτην ὀνειδισθῆναι ὑπὸ παιδισκῶν τοῦ πατρὸς αὐτῆς. & hanc probris affici ab ancillis patris ſui. Ita Hebræi, niſi quòd alter dicit, affligerent eã famulæ patris eius: alter, probra obiicerent, eámq; ſubſannarent, atq; irriderent. Hieronymus, vt ipſa audiret improperia ab vna ex ancillis patris ſui. 8 Quòd ſeptem viris iuncta fuiſſet, ὅτι ἦν δεδομένη ἀνδράσιν ἑπτά. Quòd tradita [aut, nuptui data] fuiſſet ſeptem viris. Aſmodæus Cacodæmon, τὸ πονηρὸν δαιμόνιον. malum dæmonium. Alter ex Hebræis ſcriptoribus eum malum genium vocat Regem vaſtatorum. id eſt, principem maleficorum dæmonum. Priuſquam cum ea vxoriam habuiſſent conſuetudinem, πρὶν ἢ γενέσθαι αὐτοὺς μετ᾽ αὐτῆς ὡς ἐν γυναιξί. antequam eſſent ipſi cum ea [id eſt, conſuetudinem haberent] vt in mulieribus. Hebræus, priuſquam cum ea cubarent. aut, cubuiſſent. Alter, antequam appropinquaſſent ad eam ſecundum morem totius terræ: quibus verbis conſuetudinem viri cum muliere coniugalem ſignificat. Græcus, vt in mulieribus, reddidit, eámque congreſſionem exprimere voluit. Hieronymus diuerſam habet lectionem, mox vt ingreſſi ad eam fuiſſent. Sed omnes Hebræi, quos quidem viderim, illos ante congreſſum necatos fuiſſe memorant. An neſcis, inquiebãt, te viros tuos ſuffocauiſſe? οὐ συνίης ἀποπνίγουσά σου τοὺς ἄνδρας; nõ intelligis quòd præfocaueris viros tuos. Hebræus, non erubeſcis, nec te pudet quòd ſeptem viros præfocaſti. Neque vllius eorum nomine fuiſti cognominata. καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης. & vnius eorum non es nominata. id eſt, nullius eorum nomine appellata, ſicut mulieres in coniugio ac matrimonio virorum nomine cenſentur. Hoc autem apud Hebræos non legitur. Illi autem ſolent dicere, nomen viri ſuper mulierem inuocari. Ieſa. 4. a. 1, ſeptẽ mulieres flagitant ab vno viro, vt nomen eius ſuper ipſas inuocetur. id eſt, vt eius vxores habeantur & appellentur.

9 Quid nos propter eos verberas? τί ἡμᾶς μαστιγοῖς περὶ αὐτῶν; Quid nos flagellas propter eos? Hebræus, caſtigas, ſed ille ita hoc refert, quaſi ancillæ eam caſtigationem dicant cauſam fuiſſe quòd viri illius necati ſint. Ad illos faceſſe hinc, βάδιζε μετ᾽ αὐτῶν. vade cum illis. id eſt, morere.

Oratio Saræ cũ ieiunio, vt ab improperio liberaretur.

Hæc quum illa audisset, maximo dolore est affecta,″adeò vt de præfocanda seipsa cogitaret.″Equidem, inquit, patri meo sum vnica:″hoc autem si designauero,″probrum ei afferam, ac″senectutem eius ad inferos cum mœrore deducam. 10

10 Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculũ domus suæ: & tribus diebus & tribus noctibus nõ mãducauit neque bibit:

11 Sed in oratione persistens, cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam.

12 Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum,

Porrò autem ad fenestram huiusmodi verbis Deum orans,″Celebrandus, inquit, es tu Domine Deus meus, & celebrandum″nomen gloriæ tuæ sanctum augustúmque in secula:″te tua in perpetuum omnia opera celebrent. 13

13 Dixit, Benedictũ est nomen tuum Deus Patrum nostrorum: qui quum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis iis qui inuocant te. C

Nunc autẽ ô Domine, in te oculos meos″vultúmque intẽdẽs, 14

14 Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo:

Oro″vt me è terra auferas,″ne ego vllum posthac opprobrium audiam. 15

15 Peto Domine vt de vinculo improperii huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me.

Innocẽtia Saræ.

Castitas.

Tu nosti Domine,″me ab omni flagitio virili puram esse: 16

16 Tu scis Dñe quia nunquã cõcupiui virum: & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

Nec vnquã nomẽ meũ patrísque mei in terra captiuitatis meæ″aliqua turpitudinis macula inquinasse.″vnica sũ filia patri meo,″neque puellus ei est qui eius hæres futurus sit, neque″frater propinquus, aut filius ab eo natus, cui ego meipsam vxorem reseruẽ. iam mihi septem *viri* interierũt.″Quid est cur ego in vita diutius maneam? Quòd si tibi nõ placet vt occidar,″fac vt ad me respicias, misericordiámque in me cõferas, ne ego posthac huiusmodi probrũ amplius audiã. 17

17 Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum iis qui in leuitate ambulant, participem me præbui.

Dei consilium extra hominis potestatem.

18 Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

19 Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alii conseruasti me.

20 Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21 Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. D

22 Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

23 Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula.

Eodem tempore exaudiũtur preces Tobiæ & Saræ.

″Preces autẽ vtriusq; à maiestate Dei magni exauditæ fuerunt. 24

24 In illo tempore exauditæ sũt preces amborũ in cõspectu gloriæ summi Dei:

Atque ad vtrunque eorum sanandum Raphael missus est, vt & Tobiæ albuginem oculorum abstergeret, & Saram Raguelis filiã Tobiæ filio vxorem daret,″Asmodæúmq; malum dæmoniũ cõstringeret: quoniam″ad Tobiam iure quodam hæreditario pertinebat. Eodem ipso tẽpore reuersus Tobias, introiuit domum suam, & Sara è cœnaculo descendit. 25

25 Et missus est Angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

10 Adeò vt de præfocanda seipsa cogitaret, ὥστε ἀπάγξασθαι. vt suffocaretur. Hebræus, vt quæreret [aut, cuperet] seipsam strangulare, לחנק, quo verbo antea est vsus, quum de spiritu noxio loqueretur. ἀπάγχειν est seipsum suspendere, vitam laqueo finire, ac se enecare. Alter author Hebræus nihil tale memorat: sed maximo cum animi mœrore ac lachrymis in superius cubiculum ascendisse, clamorémque suum effudisse coram Domino. Hunc sensum Hieronymus sequutus est: & alia addidit de ieiunio trium dierum, vt videatur alia quæ nunc non habemus, exemplaria Hebræa habuisse. Equidẽ, inquit, patri meo sum vnica, καὶ εἶπε, μία μέν εἰμι τῷ πατρί μου. & dixit, Patri quidem meo vna sum. Nullã præter me habet filiam, quo acerbior ei mea mors erit. Hoc autem si designauero, ἐὰν ποιήσω τοῦτο. si hoc fecero. aut, patrauero, mortémque mihi consciuero. Probrum ei afferam, ὄνειδος αὐτῷ ἐστί. opprobrium ei est. pro, erit. id est, summo afficietur dedecore. aut, infamia. Senectutem eius ad, &c. τὸ γῆρας αὐτοῦ κατάξω μετ' ὀδύνης εἰς ᾅδου. senectam eius deducã cum dolore ad infernum. Hebræus, Canitiem patris mei & matris meæ dicit. 13 Celebrandus es, εὐλογητὸς εἶ. Benedictus es. Hebræus, ברוך. Accipitur autem pro Laudandus & prædicandus. Est enim Deus in omnibus suis operibus omni dignus laude. Nomen gloriæ tuæ, &c. ὄνομα τῆς δόξης σου ἅγιον καὶ ἔντιμον. nomen gloriæ tuæ sanctum & honoratum. aut, honorum. id est, omni honore dignissimum. Hebræus, magnum & potens ac terribile [aut, formidandum] ab hoc tempore in perpetuum. Te tua in perpetuum omnia opera celebrent. εὐλογησάτωσάν σε πάντα τὰ ἔργα σου. benedicant te omnia opera tua. Hebræus, יהללו laudent: ex quo intelligitur quid Benedicere significet.

14 Vultúmque intendens, τὸ πρόσωπόν μου εἰς σὲ δέδωκα. εἶπον. vultum meum [aut, faciem] in te dedi. dixi. id est, coniectis defixísque oculis in te vno, dixi. His verbis affectum studiúmque animi ad Deum respicientis significat. Hebræus, oculi mei suspensi sunt in te. id est, defixi ex te pendent. 15 Vt me è terra auferas, ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς. vt absoluas me de terra. id est tollas, atque ex hac vita eripias. Hebræus, vt colligas animam meam, atque ex hoc mundo auferas. Ne ego posthac opprobriũ audiã. καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν. ne amplius audiam opprobriũ. Hebræus, paulo aliter habet, Quoniã anima mea malis saturata est, & facta sum ludibrium & fabula in ore omniũ viuentiũ.

16 Me ab omni flagitio virili puram esse: ὅτι καθαρά εἰμι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας ἀνδρός. quòd pura sum ab omni peccato viri. Hebræus, Tu nosti quòd mũda sum ab omni labe [aut, macula] & ab omni viri cõcubitu. Hieronymus, mundã seruaui animã meam ab omni concupiscẽtia.

17 Aliqua turpitudinis macula inquinasse. οὐκ ἐμόλυνα. non pollui [aut, contaminaui] nomen patris. illud nulla flagitii labe aspersi, aut inquinaui. Hæc ad verbum ex Hebræo sunt reddita. Vnica sum filia patri meo, μονογενής εἰμι τῷ πατρί μου. vnigenita sum patri meo. Antea vnica μία dixit. Hebræus, יחידה vnica ego patri meo. Neque puellus ei est, &c. καὶ οὐχ ὑπάρχει αὐτῷ παιδίον, ὃ κληρονομήσει αὐτόν. neque est ei filius, qui hæres eius sit. Hebræus, neque est hæres, qui ei succedat. Frater propinquus, ἀδελφὸς ἐγγύς. Fratrem intelligit non germanũ, atque ex eodem patre aut matre natum, cumquo matrimonium coire nefas erat, sed hominem συγγενῆ cognatum & propinquum, eo sanguinis gradu vt coniugium inter eos esse posset. Quid est cur ego in vita diutius maneam? ἵνα τί μοι ζῆν. vt quid mihi viuere? quid est causæ cur diutius viuam? quis locus vitæ mihi est reliquus? Fac vt ad me respicias, ἐπίταξον ἐπιβλέψαι ἐπ' ἐμέ. præcipe respicere in me, καὶ ἐλεῆσαί με & misereri mei. id est, velis aliquam mei mulieris miserrimæ misericordiam capere.

24 Preces autẽ vtriusq; à maiestate Dei, &c. καὶ εἰσηκούσθη ἡ προσευχὴ ἀμφοτέρων ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ. Et exaudita fuit vtriusq; oratio in conspectu gloriæ magni Dei. Hebræus, coram tabernaculo ac throno gloriæ Domini precatio vtriusque fuit exaudita. Alter, ascendit in conspectum Patris nostri cælestis. 25 Asmodæúmque malum dæmonium constringeret, καὶ δῆσαι ἀσμοδαῖον τὸ πονηρὸν δαιμόνιον. & ligaret [aut, vinciret] Asmodæum prauum dæmonium. Hebræi habent, depellerent ac profligarent [aut, fugarẽt] ab illa. Ad Tobiam iure quodam hæreditario pertinebat. Τωβίᾳ ἐπιβάλλει κληρονομῆσαι αὐτήν. ad Tobiam pertinet hæreditare eã. id est, ei debetur Sara quasi quædam hæreditas. Hebræus, Nam Tobiæ erat ius propinquitatis. id est, iure cognationis aut hæreditatis eam vt sibi debitam vendicare poterat. Hoc significat משפט גאולה ius propinquitatis, & גואל affinis & propinquus ad quem redemptio possessionis pertinebat.

Cap. IIII.

IGitur quũ Tobias putaret oratio nẽ ſuã exaudiri, vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum. 1

Dixitque ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamẽtum conſtrue. 2

Exod.20.b.12 eccli.7.c.29

Quum acceperit Deus animã meã, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. 3

Memor enim eſſe debes quę & quãta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. 4

Quũ autẽ & ipſa cõpleuerit tẽpus vitæ ſuæ, ſepelias eam circa me. 5

Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquãdo peccato conſentias, & prætermittas præcepta Domini Dei noſtri. 6

B

Prouer.3.b.9 eccli.4.a.1, &.14.b.13 luc 14.c.13

Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. 7

Eccli 35.a.4

‖Quo modo potueris, ita eſto miſericors. 8

Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. 9

Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. 10

Eccli.29.e.15

‖Quoniã eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat: & non patietur animam ire in tenebras. 11

C

Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. 12

1.Theſſ.4.a.3

Attende tibi fili mi ab omni forni- 13

Cap. IIII.

1 ILla die ″venit in mentem Tobiæ eius argenti ″quod Ragis in Media Gabaeli crediderat.

Exhortatio Tobiæ ad filiũ, quũ iam ſe moriturum putaret.

2 Et ſecum, Ego, inquit, ″mortem expetiui, cur non voco Tobiã filium meum, ″vt eum antequam moriar, commonefaciam?

3 Quúmque vocaſſet eum, dixit, Poſteaquam fili mortuus fuero, me ſepeli, nec matrẽ tuã ″deſpicias, ſed eam omnibus diebus vitæ tuæ ″honora: & fac quod ei gratum ſit, ″nec moleſtia vlla afficias.

Mater honoranda.

4 Memẽto fili ″quàm multa pericula te geſtans in vtero ſubierit.

5 Quúmque obierit, eam iuxta me eodem in ſepulchro ſepelias.

6 Omni tempore vitæ fili Dominum ″Deum noſtrum tibi propone, ″neque peccare animũ inducas tuũ, ″eiúſq; mãdata ſpernere. ″Iuſtitiam autem cole omnibus vitæ tuæ diebus, ″neque vias iniuſtitiæ conſecteris. ″ſi enim veritati ſtudueris, omnia quæ geres, tibi bene ac fœliciter ſuccedẽt, omnibúſq; iis ꝗ iuſtitiã coluerĩt.

Deus in corde habendus.

7 ″De facultatibus tuis exerce beneficentiam, ″in eáque conferenda oculus tuus minimè malignus ſit: neque auertas faciem tuam

Eleemoſyna.

8 à paupere, & Deus ſuam à te faciem non auertet.

9 ″Pro facultate & copia benignè fac. quod ſi tibi parum fuerit, ne verearis exiguum etiam beneficium largiri.

10 ″Depoſitũ enĩ bonũ ″quaſi theſaurũ paras tibi ĩ diẽ neceſſitatis.

11 Quoniam beneficentia eripit è morte: ″neque in tenebras venire ſinit.

12 ″Donum enim egregium eſt beneficẽtia coram Altiſſimo omnibus iis qui ea vtuntur.

13 ″Caue tibi fili ab omni ſcortatione, ″in primíſq; vxorẽ ex ſtirpe

Fornicatio.

IN CAPVT IIII.

1 Venit in mentem Tobiæ eius argenti ἐμνήσθη Τωβὴτ περὶ τοῦ ἀργυρίου. recordatus eſt Tobias eius argenti. Quod Gabaeli crediderat. ὃ παρέθετο Γαβαίλῳ. quod commiſerat Gabaeli. aut, depoſuerat apud eum conſeruandum. Hebræus, depoſuerat in manus Gabaelis.

2 Mortem expetiui, ᾐτησάμην θάνατον. poſtulaui mortem. ſubaudi, à Domino. optaui mortem, & oraui Deum vt hac vita defungerer. Hebræus, ego poſtulans quotidie שׁואל. Vt eum commonefaciam? ἵνα αὐτῷ ὑποδείξω; vt ei oſtendam? Hebræus, vt ei notum faciam argẽtum. aut, vt indicem, & ſignificem pecuniam apud Gabaelem depoſitam. 3 Deſpicias, ὑπερίδῃς. Hebræus, derelinquas. aut, deſeras. Alter, ne abſcondas oculum tuum ab ea. id eſt, ne eam deſtituas ac negligas. Honora: τίμα. Hebræus, כבד: cui verbo opponitur neglectus, & contemptus, & deſtitutio. Nec moleſtia vlla afficias. μὴ λυπήσῃς αὐτήν. ne contriſtes eam. Hebræus, ne exacerbes os eius. ne ſis ei moleſtus & immorigerus, vt ſunt filii rebelles & contumaces, qui parentes ſuos ad iram atque animi acerbitatem prouocant.

4 Quàm multa pericula te geſtans, &c. ὅτι πολλοὺς κινδύνους ἑώρακεν ἐπὶ σοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ. quòd multa pericula vidit propter te in vtero. Hebræus, multos dolores vidit [id eſt ſenſit, & experta eſt] quum tu eſſes in eius vtero. Quæ ſequuntur de eius ſepultura, cum Hebræis ad verbum reddita cõſentiunt. 6 Deum noſtrum tibi propone, τοῦ θεοῦ ἡμῶν μνημόνευε. Dei noſtri memineris. Sic Hebræus. Hieronymus, habeto in mente. Neque peccare an. &c. καὶ μὴ θελήσῃς ἁμαρτάνειν. & noli peccare. Hebræus, & ne pecces coram eo. Eiuſque mãdata ſpernere. καὶ παραβῆναι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. neque tranſgredi mandata eius. ita alter Hebræus, ne tranſeas [aut, trãſilias] præcepta eius. Alter, ne deflectas [aut, recedas] à viis eius, neque obliuiſcaris præceptorũ eius. Iuſtitiam autem cole καὶ δικαιοσύνην ποίει. Et fac iuſtitiã. Hebræus, Ab omni quod tibi dederit Dominus, ne prohibeas manum tuam, quin facias iuſtitiam. Neque vias iniuſtitiæ conſecteris. καὶ μὴ πορευθῇς ταῖς ὁδοῖς ἀδικίας. & ne ambules [aut, incedas] viis iniuſtitiæ. Hebræus, & nõ ambules in via hominum improborum. Alter, ne cõiungas [aut, conſocies] te cum hominibus violentis. aut, inhumanis. Si enim veritati ſtudueris, &c. διότι ποιοῦντός σου τὴν ἀλήθειαν εὐοδίαι ἔσονται ἐν τοῖς ἔργοις σου. quia faciente te veritatem, fœlices ſucceſſus erunt in omnibus viis tuis. Hebræus, ſi veritas ſit tecũ, tum proſperas efficies vias tuas, & prudenter ages. Ea autem quæ ſequuntur, & omnibus iis qui iuſtitiam coluerint, apud Hebræos non habentur.

7 De facultatibus tuis exerce beneficentiam, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σοι ποίει ἐλεημοσύνην. ex iis quæ tibi adſunt, fac eleemoſynam. Hebræus, ex eo omni quod tibi eſt, benignitatem [ſiue beneficentiã] exerce. In eáque cõferenda oc. &c. καὶ μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ ποιεῖν σε ἐλεημοσύνην. & ne inuideat oculus tuus in faciendo eleemoſynã. id eſt, ne ſis parcus & illiberalis in conferendo beneficio. Hebræus, ne abſcondas [aut, auertas] oculos tuos ab afflicto & inope. Hoc autẽ ſtatim hîc ſequitur. 9 Pro facultate, &c. ὡς σοὶ ὑπάρχει κατὰ τὸ πλῆθος, ποίησον ἐξ αὐτῶν ἐλεημοσύνην. Quemadmodum tibi fuerit ſecundũ multitudinem, fac de iis eleemoſynam. id eſt, pro magnitudine, aut in facultate tua. Nam in beneficiis dandis id requiritur, vt liberalitas & beneficentia facultati reſpondeat, ne ea ſit maior quàm facultates ferre poſſint. Sic Paulus etiam præcipit vt κατὰ δύναμιν conferatur. 10 Depoſitum enim bonum. q. &c. θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέρας ἀνάγκης. Præmiũ enim bonum theſaurizas tibiipſi in dies neceſſitatis. Hebræus, Quoniam depoſitum bonum depones, vt aſſeruetur tibi in tempus afflictionis. פקדון vocat, quod Græcus θέμα trãſtulit. Hieronymus, Præmium. ego Depoſitum malui. Beneficia enim in pauperes collata quaſi apud Deum deponuntur. Salomon fœnus quoddam eſſe dicit, Qui dat pauperi, fœneratur Domino. Quaſi theſaurum paras tibi θησαυρίζεις σεαυτῷ. theſaurizas tibiipſi. id eſt reponis, aut recondis quaſi theſaurum quendam. Hebræus, תפקד depones. & addit, conſeruãdum in tempus calamitatis: quibus verbis ſignificat fructum huiuſmodi benignitatis & beneficentiæ non perire, ſed percipi in tempore.

11 Neque in tenebras venire ſinit. καὶ οὐκ ἐᾷ εἰσελθεῖν εἰς τὸ σκότος. & non ſinit ingredi in tenebras. Hebræus, liberat à iudicio gehennæ, id eſt, à damnatione aſſerit. Hieronymus, non patietur animam ire in tenebras. Hebræus autem צדקה iuſtitiam appellat quam antea חסד beneficentiam dixerat. Græcus ἐλεημοσύνην vocat. 12 Donum enim egregium eſt beneficẽtia δῶρον γὰρ ἀγαθόν ἐστιν ἐλεημοσύνη. Donum enim bonum eſt eleemoſyna. Hebræus, Munus amplum & bonum rependetur coram ſancto. id eſt, præmium maximum & optimum reddetur. Poteſt accipi pro mercede. Apoſtolus ad Hebræos, Deum eſſe dicit ἀνταποδότην τῶν καλῶν ἔργων, compenſatorem bonorum operum.

13 Caue tibi fili ab omni ſcortatione, πρόσεχε σεαυτῷ παιδίον ἀπὸ πάσης πορνείας. Attende tibiipſi fili ab omni ſcortatione. Hebræus, Conſerua teipſum ab omni ſcortatione. Alter, Abſtine [aut, cõtine] teipſum ab omni immũditia. aut, pollutione. id eſt impudicitia & flagitioſa libidine, qua cum animus, tum corpus polluitur & contaminatur. In primíſque vxorem ex ſtirpe, &c. καὶ γυναῖκα πρῶτον λάβε ἐκ τοῦ σπέρματος τῶν πατέρων σου. & vxorem primùm accipe ex ſemine patrum tuorum. Hebræus, ex familia mea & domo patris mei.

maiorum tuorum ducito. neque ˊalienigenam mulierem, quæ è
tribu patris tui non ſit, tibi adiungas. Sumus enim Prophetarum
filii, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, ˝priſcis orti maioribus. memento
fili, illos duxiſſe vxores è fratribus ſuis, ˊatque in ſobole ſua benedictos
fuiſſe, ˝ſeménque ipſorum terram poſſeſſurum.

Superbia. Nunc igitur fili fratres tuos dilige, ˝neque per animi ſuperbiā 14
eos deſpicias, filióſque ac filias gentis tuæ aſperneris, quominus
vxorem ex illis accipias. ˝ſuperbia enim perniciē, multámque per
turbationem adiunctam habet, ˝& *animi* ferocitatē diminutio ſummáque
egeſtas comitatur. ſiquidem mater famis eſt ferocitas.

Merces operarii. ˝Ne moretur apud te merces vllius hominis ˊqui tibi operā de- 15
derit, ſed eam ſtatim ei redde. ˝nam ſi Deo ſeruieris, tibi quoque
ab eo reddetur. ˝in omnibus quæ ages, fili mi, ſis circunſpectus, ˝at-
que in omni conſuetudine tua inſtitutus:

ˊEt quod oderis ipſe, alteri cuiquam ne feceris. vinum ne bibas 16
ad ebrietatem, ˝neque ea tibi in itinere tuo comes ſit.

Eſuriens. De pane tuo da eſurienti, & ˝de veſtimētis tuis iis qui nudi ſunt, 17
imperti. Quicquid ſuperfuerit tibi, ad beneficentiam confer: ˝benignáque
erogatio oculis tuis minimè moleſta ſit.

Sepultura. ˝Effunde panes tuos in ſepulchrum iuſtorum, ˝nec ſceleratis a- 18
liquid dederis.

Conſilium. ˝Conſilium ſemper petas à ſapiente, neque vllum cōſilium v- 19
tile aſperneris.

Benedicendus Deus. ˊDominū Deum tuū benedic omni tempore, atque ab eo pete 20
ˊvt viæ tuæ dirigantur, omniáque tua ˝inſtituta & conſilia proſperentur:
ˊneque enim eſt vlla gens quæ conſilium habeat.

catione: & præter vxorē tuam nunquam patiaris crimen ſcire.

14 Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas: ‖in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Geneſ.3.a.5

15 Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. Leui.19.c.13 deut.24.c.14

16 ‖Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Matth.7.c.12 luc.6.e.31

17 Panem tuum cum eſurientibus & egenis comede: & de veſtimētis tuis nudos tege. Luc.14.c.13

18 Panem tuum, & vinū tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.

19 Conſilium ſemper à ſapiente perquire.

20 Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & om

D

Alienigenam mulierem, γυναῖκα ἀλλοτρίαν. mulierem alienam, id eſt ἀλλοφυλῆ extraneam, quæ ſit alterius gentis, non ex populo Dei. Priſcis orti maioribus. οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. qui patres ſunt noſtri à ſeculo. id eſt antiquiſſimi, iam inde à mundo ipſo originali, vt Petrus appellat. Hæc autem generis ſanctiſſimi vetuſtas ſummam commendationem habet. Hebræi Prophetas הראשונים priores dicunt quòd iam inde ab ipſo mundi initio extiterint. Atque in ſobole ſua benedictos καὶ εὐλογήθησαν ἐν τοῖς τέκνοις αὐτῶν. & benedicti fuerunt in liberis ſuis. Manentes enim in genere ſuo & timore Dei, nec ſe miſcentes cum impuris & profanis Gentibus, πολυτεκνίαν καὶ εὐτεκνίαν habuerunt: atque ita in ſobole & copioſa & proba fœlices fuerunt. Seménq; ipſ.&c. καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν κληρονομήσει γῆν. & ſemen ipſorum poſſidebit terrā. Hebræus etiam in futuro dicit ירש poſſidebit: ſed ſæpe accipitur pro præterito, quum verbum præteriti temporis præceſſit, vt benedicti fuerunt. 14 Neque per animi ſuperbiam eos deſpicias, καὶ μὴ ὑπερηφανεύου ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν σου. neque ſuperbias in corde tuo à fratribus tuis. id eſt ne animo elatus, ab illis abhorreas, eos faſtidias & aſperneris. Hebræus, neque extollaris, aut efferaris ſupra fratres tuos, ac filios populi tui. Superbia enim perniciem, &c. διότι ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἀπώλεια καὶ ἀκαταστασία πολλή. quoniam in ſuperbia perditio & confuſio multa. Quidam ita vertunt non malè, ſuperbiæ cōiunctus eſt interitus, & perturbatio magna. Hieronymus, in ipſa ſumpſit initium omnis perditio. Et *animi* ferocitatem, &c. καὶ ἐν τῇ ἀχρειότητι ἐλάττωσις καὶ ἔνδεια μεγάλη. & in ferocia imminutio & inopia [aut, indigētia] magna. Animum ferocem pro elato ſuperbóque accipit. Hebræus ita habet, præcedit comminutionem faſtus, & ante ruinā elatio ſpiritus. Hæc autem ſententia ex Prouerbiis Salomonis ſumpta eſt. 15 Ne moretur apud te παρὰ σοὶ μὴ αὐλισθήτω. Apud te ne reſideat. aut, maneat. Hebræus ילין pernoctet: & addit, ſed eodem ipſo die ei redde. Græcus, παραυτίκα ἀπόδος αὐτῷ ſtatim ei redde. Qui tibi operam dederit, ὃς ἐὰν ἐργάσηταί σοι. quicūque operatus fuerit tibi, qui tibi ſuam operā nauauerit, aut tua cauſa laborauerit. Hebræus, merces mercenarii tui, id eſt eius cuius tu opera vſus fueris. Nam ſi Deo ſeruieris, &c. καὶ ἐὰν δουλεύσῃς τῷ Θεῷ ἀποδοθήσεταί σοι. Hebræus tantùm habet, & Deus reddet tibi mercedem tuam. Alter autē, & quod poſtulaueris à Deo, ipſe tibi præſtabit. In omnibus quæ ages, fili mi, ſis circunſpectus, πρόσεχε σεαυτῷ παιδίον, ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου. attende tibi ipſi in omnibus operibus tuis. Hebræus, Audi fili, & attēde verbis meis: vt ſit principiū quoddā exhortationis ad ea præcepta & monita quæ ſequuntur. Atque in omni conſuetudine tua inſtitutus: καὶ ἴσθι πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου. & eſto eruditus in tota cōuerſatione tua. Hebræus, מענב inſtructus, aut moderatus ſis in omnibus viis tuis. Vias enim appellat totius vitæ rationē & cōſuetudinē. 16 Et quod oderis ipſe, &c. καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Et quod odiſti, nulli feceris. Hebræus, quod animo tuo oderis, aliis ne feceris. Habet hæc ſententia eandem vim quam illa, Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Hieronymus, Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Neque ea tibi in, &c. καὶ μὴ πορευθήτω μετὰ σοῦ μέθη ἐν τῇ ὁδῷ σου. neque tecum eat ebrietas in itinere tuo. Hebræus, ne coniungas te cum ebrio aut temulento in omnibus tuis. id eſt, cum eo hominum genere nullam conſuetudinem habeas.

17 De veſtimentis t.&c. ἐκ τῶν ἱματίων σου τοῖς γυμνοῖς. Hebræus, ac de veſtibus tuis, nudos veſti. aut, cooperi. Hieronymus, & de veſtimentis tuis nudos tege. Benignáque erogatio oculis tuis, &c. καὶ μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ ποιεῖν σε ἐλεημοσύνην. & ne inuideat oculus tuus, quum facis eleemoſynam. Hebræus, & ne malè ſit cordi tuo quum eam dabis. id eſt, ne inuitus & animo maligno beneficia tua largiaris. Deus enim hilarem datorem diligit, & liberalem, id eſt propenſum ad benefaciendum: & non malignum requirit.

18 Effunde panes tuos ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου. Effunde panes tuos. ita Hebræus, & addit, vinū tuum. Alter verò, Mitte panem tuum ſuper ſepulchra iuſtorum. Nec ſceleratis aliquid dederis. καὶ μὴ δῷς τοῖς ἁμαρτωλοῖς. & ne des peccatoribus. Hieronymus, & noli ex eo māducare & bibere cum peccatoribus. Hebræi hanc ſententiam aliter exprimunt. nam alter eorum dicit, Ne dederis prauum conſilium impiis.

19 Conſiliū ſemper, &c. συμβουλίαν παρὰ παντὸς φρονίμου ζήτησον. Conſiliū ab omni ſapiente require. Hebræus, Conſiliū ſapientū & intelligētium non negligas. Hieron. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. Quod autem ſequitur de conſilio bono non aſpernando, ex Hebræo ad verbum redditum eſt. 20 Dominum Deum tuū, &c. ἐν παντὶ καιρῷ εὐλόγει Κύριον τὸν Θεόν σου. Hebræus, In omni tēpore da laudē & magnificentiā Creatori tuo. Vt viæ tuæ dirigantur, ὅπως αἱ ὁδοί σου εὐθεῖαι γένωνται. vt viæ tuæ rectæ ſint Hebræus paulo aliter, & ipſe diriget ſemitas tuas & conſiliū tuum. Sed Græcus hoc mox ſubiungit, niſi quòd variat in modo. Hebræus enim in tēpore futuro indicatiuī quaſi promiſſionem proponit. Inſtituta & conſilia αἱ τρίβοι σου καὶ αἱ βουλαί. ſemitæ tuæ & conſilia, ארחותיך ועצתך. Hieron. pete ab eo vt vias tuas dirigat, & conſilia tua in ipſo permaneant. Neque enim eſt vlla, &c. διότι πᾶν ἔθνος οὐκ ἔχει βουλήν. quoniā omnis gens nō habet conſilium. Hebræus, quia non eſt in manu hominis conſilium, ſed in manu ſolius Domini. Eſt enim prudentia donum Dei. Itaque illa diſtinctio Iſocratis non omnino vera eſt, ἡ μὲν εὐβουλία παρ' ἀνθρώπων, ἡ δὲ εὐτυχία παρὰ τῶν θεῶν. vt bona conſilia hominibus, euenta verò fœlicia Deo ſolùm tribuantur.

nia consilia tua in ipso permaneant.

'sed ipse Dominus omnium bonorum author est:'& quem vult, quo vult modo, humiliat. Nunc igitur fili memineris præceptorum meorum,"neque ex animo ea tuo vnquam deleantur.

Suprà 1.c.17

Indico etiam tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo:

21 'Hoc etiam tibi significo, me'Gabaeli Gabriæ filio, qui est Ragis Mediæ, decem talenta credidisse

Pecuniam Gabelo mutuatā sub Chirographo indicat.

22 Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum.

Rom.8.d.17

Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deū, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Cap. V.

23 Neque verò metuas fili,'quòd in paupertatē incidimus:'multa tibi suppetunt, si Deum timeas, à peccatóque recedas, & quod gratum ei est, facias. Cap. V.

Paupertas cum timore Dei.

Tunc respōdit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunque præcepisti mihi, faciam pater.

1 Respondens autem *filius* Tobias, dixit, Omnia faciā pater, quæcunque mihi præcepisti.

Tobias missus à patre in Rages ad Gabelū, quærit socium itineris.

Quomodo autē pecuniā hanc requirā, ignoro. ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? sed neque viam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui.

2 Sed quomodo accipere argētum illud potero,'quum ille mihi sit ignotus?

Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidē illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet.

3 Tum pater Tobias"ei chirographum dedit, ac dixit,'Quære tibi hominem qui tecū vnà proficiscatur, cui ego mercedem dabo 'dum viuo: & profectus pecuniam repete.

4 Sed perge nunc, & inquire tibi aliquē fidelē virū q eat tecū salua mercede sua, dū adhuc viuo: vt recipias eā.

5 Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.

Quum igitur *ille* ad quærēdum hominem abiisset, inuenit 'Raphaelem Angelum,

Occurit ei Raphael quem ad patrem introducit.

Et ignorās quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis?

6 Quem ignorabat: & dixit ei,'Num potes mecū vsque Ragas ire in regionem Mediæ?"ecquid illorum locorum peritus es?

B

7 At ille respondit, Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum.

Cui respōdit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui: & māsi apud Gabelum fratrē nostrū qui moratur in Rages ciuitate Medorū, quæ posita est in monte Ecbatanis.

8 Cui Angelus, Ibo, inquit, tecum. nam apud Gabaelem fratrem nostrum'sum commoratus.

Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

9 Tum Tobias,'Expecta me, inquit, dum patri meo significem.

Tūc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum.

10 'Itaque digressus ab Angelo, ac monitus ne cunctaretur, domū ingressus, Pater, inquit,'inueni hominem qui mecum vnà proficiscatur. Ille autē, Voca, inquit, eū ad me, vt cuius sit tribus, sciam, '& num fidelis comes itineris tui sit futurus.

Ingressus itaque salutauit eum, & dixit, Gaudium tibi sit semper.

11 Itaque quum Raphael accersitus esset, domúmque ingressus,"se inter se consalutauerunt.

Sed ipse Dominus, &c. ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος δίδωσι πάντα τὰ ἀγαθά. sed ipse Dominus dat omnia bona. Hoc in Hebræo nō ita habetur, sed, quòd omnia quæ vult, facit: quod est sumptum est ex Psalmo 115. Et quem vult, &c. καὶ ὃν θέλει ταπεινοῖ, καθὼς βούλεται. & quem vult humiliat, quemadmodum vult. Hebræus, & hunc deiicit, illum verò extollit Neque ex animo tuo vnquam deleantur. καὶ μὴ ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ τῆς καρδίας σου. Hebræus, & nunquam excidant ex animo tuo. Alter, ne recedant ab oculis tuis.

21 Hoc etiam tibi significo, καὶ νῦν ὑποδεικνύω σοι. Et nunc indico tibi. Hebræus, notū facio tibi argentum quod est mihi in manu Gabaeli. Alter, Scias fili mi, pecuniam me deposuisse. Hieronymus, Indico tibi. Gabaeli Gabriæ filio, Γαβαήλῳ τῷ τοῦ Γαβρία. Articulus τοῦ ostendit filium Gabriæ fuisse. Antea tamen primo capite, omnia exemplaria fratrē Gabriæ nominant. Hebræi inter se non consentiunt. Quidam enim hunc Abielem nominant Gabriæ filium, alii Gabaelem Corebi fratrem. 23 Quòd in paupertatem incidimus: ὅτι ἐπτωχεύσαμεν. quòd pauperes facti sumus. Hebræus, quòd attenuata sit manus nostra, & facultates nostræ diminutæ. Hieronymus, pauperē quidem vitā degimus. Multa tibi suppetunt, ὑπάρχει σοι πολλά. adsunt tibi multa. Hebræus, fide Domino toto corde, à peccatóque recede, & quod gratū est Deo, facito: & nihil tibi deerit. Alter, si Dominū timueris, magnas diuitias habebis. Hieronymus, multa bona habebimus.

IN CAPVT V.

2 Quum ille mihi sit ignotus? καὶ μὴ γινώσκων αὐτόν; & non cognosco eū, pro, neque enim eum cognosco. Hebræi, quoniā is me nō nouit, neque ego illum. & ita vertit Hieronymus. 3 Ei chirographū dedit, ἔδωκεν αὐτῷ χειρόγραφον. Hebræus, statim protulit scriptum manus eius. id est chirographum quo testatus erat se illam pecuniam depositam accepisse. Obseruanda autem est mutatio orationis atque narrationis nunc in tertia persona de Tobia institutæ, quum ipse de se antea loquutus fuerit. Hoc ego moneo, ne hæc varietas quenquam perturbet, quæ apud Hebræos eadem est. Quære tibi hominem ζήτησον σεαυτῷ ἄνθρωπον. quære tibiipsi hominem. Alter Hebræus addit, qui sit vir fidelis: vt Hieronymus, inquire tibi hominem fidelem, id est probum virum ea fide, vt fidum itineris comitem habere possis.

Dum viuo: ἕως ζῶ. tantisper dum viuo. Hebræus, dum ego viuus adhuc sum. Hieronymus, dum adhuc viuo.

5 Raphaelē Angelum τὸν Ῥαφαὴλ ὃς ἦν ἄγγελος. Raphael qui erat Angelus. Hebræus, Angelum Domini, forma figuráque humana, aut similitudine hominis, stantem in foro. Hieronymus, iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, paratúmque ad ambulandum.

6 Num potes mecum ire. εἰ δύνασαι πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ. Quædam exemplaria habent. εἰ δύναμαι πορευθῆναι μετὰ σοῦ. Num possum ire tecum. Hebræi autem variant. Nam quidam faciunt Raphaelem interrogantem & quærentem cuias Tobias sit. Alii ipsum Tobiam inducunt percontantem, vt Græcus & Hieronymus. Ecquid illorum locorum, &c. καὶ εἰ ἔμπειρος εἶ τῶν τόπων; & an peritus es locorū? Hebræus, via éstne tibi bene nota? aut, num iter in eam regionem bene nosti? 8 Sum commoratus. ηὐλίσθην. moratus sum. aut, mansi. degi. Hebræus, לנתי pernoctaui. Sed idem significat quòd Græcum αὐλίζομαι, commorari. & manere. Gallicè, *seiourner*.

9 Expecta me, ὑπόμεινόν με. mane me. id est opperire: aut præstolare. Hebræus, præstolare parum dum eam, & annuntiem patri.

10 Itaque digressus ab Angelo, &c. καὶ εἶπεν αὐτῷ, πορεύου, καὶ μὴ χρονίσῃς, Et dixit ei, Abi, & ne moram facias. Hebræus, Propera. aut, festina. Ego nonnihil mutaui genus orationis, vt ea esset cōmodior. Inueni hominē ἰδοὺ εὕρηκα ὅς, &c. Hebræus, virum bonū qui mecū iturus est. Alter, iuuenem qui sæpe tentauit iter ad eum locum. id est qui ea in regione frequenter versatus est. Et num fidelis, &c. καὶ εἰ πιστός ἐστι τοῦ πορευθῆναι μετὰ σοῦ. & an fidus sit vt eat tecum. Ita Hebræi ad verbū. 11 Se inter se consalutauerunt. καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους. & salutauerunt se inuicem. Hebræus, alter alterū de pace [id est salute] est percontatus. Alter, quæsiuit ab altero, quomodo valeret. aut, salutem ei precatus est: qui est modus salutandi in huiusmodi congressionibus. Alter autem Hebræus dicit Angelum salutasse Tobiam, Pax sit tibi vir Dei. Hieronymus, Gaudium tibi sit semper.

Tobiæ patri promittit Angelus ſanitatem.

12 Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?
13 Cui ait iuuenis, Forti animo eſto: in proximo eſt vt à Deo cureris.
14 Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: & quũ redieris, reſtituam tibi mercedem tuam?
15 Et dixit ei Angelus, Ego ducam & reducam eum ad te.

C

Tum Tobias, Frater, inquit, indica mihi ex qua tu tribu, & familia ſis. 16

Cui Raphael, Tribúmne, inquit, & familiam quæris, an″ mercenarium qui comes filii tui in itinere futurus ſit? Ego verò, inquit Tobias, cupio genus tuum, noménque cognoſcere. 17

Tum Raphael, ″Ego inquit, ab Azaria & Anania illo magno, fratribus tuis genus duco. 18

Tobias autem, ″Saluus ſit, inquit, aduentus tuus. nec verò mihi ſuccenſeas quòd ſim genus tuum & familiam percontatus. Nam tu quidem ″frater meus es ″ex honeſta bonáque ortus progenie: cognoui enim Ananiam & Ionathan magni illius Samaiæ filios, ″quum vnà Hieroſolymam ad adorandũ accederemus, primogenita & fructuum decimas offerentes: ″neque *unquam* in errore fratrum noſtrorum verſati fuerunt. Sanè ex magna ſtirpe ortus es ô frater. 19

Sed dic, quam tibi dem mercedem? ″drachmámne in dies ſingulos, ″ſimúlque ea quæ ſunt *ad iter* neceſſaria, vt & meo filio? 20

Quinetiam ″ſi vos incolumes redieritis, ad hanc mercedem aliquid addam. 21

Angelo comite proficiſcitur Tobias.

″Itaque quum inter eos conueniſſet, ″Tobias filium monuit vt ſe ad iter pararet, ″fauſtámque eis profectionem precatus eſt. 22

Quũ autem ille quæ ad iter ſunt neceſſaria parauiſſet, pater ei dixit, Tu quidẽ cum hoc homine proficiſcere. ″ cæterùm Deus qui habitat in cælis, iter veſtrum fortunet, ″eiúſque Angelus vos comitetur. Egreſſi ſunt igitur ambo, vt abirent, & canis adoleſcentis vnà cum illis.

Anna autem mater illius fleuit, & ad Tobiam dixit, ″Cur amandaſti puerum noſtrum? nónne ″baculus manus eſt noſtræ ″qui ingreditur & egreditur? 23

″Vtinam pecunia nunquam acceſſiſſet pecuniæ: 24

16 Cui Tobias reſpõdit, Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

17 Cui Raphael Angelus dixit, Genus quæris mercenarii, an ipſum mercenarium qui cum filio tuo eat?

18 Sed ne fortè ſolicitum te reddã, ego ſum Azarias Ananiæ magni filius.

19 Et Tobias reſpondit, Ex magno genere es tu. ſed peto ne iraſcaris quòd voluerim cognoſcere genus tuum.

20 Dixit autem illi Angelus, Ego ſanũ ducam, & ſanum tibi reducam filium tuum.

21 Reſpondens autẽ Tobias, ait, Bene ãbuletis, & ſit Deus in itinere veſtro, & Angelus eius comitetur vobiſcum.

22 Tũc paratis omnib⁹ quæ erãt in via portãda, fecit Tobias vale patri ſuo & matri ſuæ, & ambulauerũt ãbo ſimul.

D

23 Cúmq; profecti eſſent, cœpit mater eius flere, & dicere, ‖Baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, & tranſmiſiſti à nobis.

Infrà 10.a.4

24 Nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro

17 Mercenarium μίσθιον. Hebræus, שכיר, id eſt hominem pecunia conductum qui Tobiam deduceret, vt ſubiungitur, ὃς συμπορεύσεται μετὰ τοῦ υἱοῦ σου, qui vnà eat cum filio tuo. qui itineris eius dux & comes ſit. 18 Ego ab Azaria & Anania, &c. ἐγὼ τὸ γένος Ἀζαρίου καὶ Ἀνανίου τοῦ μεγάλου. Ego de genere Azariæ & Ananiæ magni. Hebræus, Ago de familia Ananiæ filii Azariæ magni, & nomen meum Azarias. Hieronymus, Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius. 19 Saluus ſit aduentus tuus. ὑγιαίνων ἔλθοις. Sanus venias. id eſt ſaluus. Hebræi vitam & pacem optant: Græci, ὑγιαίνειν: Latini, ſalutem. Hinc illæ ſalutandi formæ, Saluũ te venire gaudeo, &c. Frater meus es, σὺ τυγχάνεις ἀδελφός μου. Hebræus, propinquus, aut cõſanguineus, cognatus, qui συγγενὴς à Græcis dicitur. Alter, fratrẽ nominat. Ex honeſta, &c. ἐκ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γενεᾶς. ex præclara & bona generatione. Hebræus, de familia laudabili & celebri. Alter, ex familia bona & nominata. id eſt illuſtri.

Quũ vnà Hieroſolymã accederemus, ὡς ἐπορευόμεθα κοινῶς Ἱερουσαλήμ. quũ ibamus cõmuniter. Hebræus, aſcendebamus, יחדיו. vnà, ἅμα. quo ſignificat coniunctũ religionis ſtudiũ ſummúmque cõſenſum. Neque *unquam* in, &c. καὶ οὐκ ἐπλανήθησαν τῇ πλάνῃ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. & nõ errauerũt errore fratrũ noſtrorũ. Hebræus, nõ dereliquerũt Dominũ Deũ noſtrũ, neque errauerũt, תעו, poſt vana idola, quemadmodũ fratres noſtri filii Iſrael, qui ſunt de ſemine ſanctorũ, & familia bonorũ. 20 Drachmámne in dies ſingulos, δραχμὴν τῆς ἡμέρας. drachmã in die. Hebræus, dabo tibi dimidiũ ſicli iuſti põderis vno quoque die. aut, diebus ſingulis. Simúlque ea quæ ſunt *ad iter* neceſſaria, καὶ τὰ δέοντα. & ea quibus opus eſt, ſubaudi, ad iter. Hebræus, & viaticũ [aut, id quod ad victũ pertinet] ſicut & filio meo. אפכלך cibarium [aut, victũ] tuum. id eſt viaticum. 21 Si vos incolumes redieritis, ἐὰν ὑγιαίνοντες ἐπιστρέψητε. ſi ſani redieritis. id eſt ſalui. Hebræus, in pace.

22 Itaque quum inter eos conuen. Καὶ εὐδόκησαν οὕτως. & approbauerũt [aut, conſenſerunt] ſic. id eſt pacti ſunt, cõuenit inter eos, vt ea mercede conſtituta Raphael vnà cum filio iter ſuſciperet. Hebræi Angelum inducunt conditionem ita accipientem, Vt loquutus es, ita faciam.

Tobias filium monuit vt ſe ad iter pararet, καὶ εἶπε πρὸς Τωβίαν, ἕτοιμος γίνου εἰς τὴν ὁδόν. & dixit ad Tobiam, Paratus ſis ad iter. Hebræus, Para quæ opus ſunt tibi, & da te in viam, Ad verbũ, Abi in viam tuam, iter ſuſcipe. Fauſtam eis profectionem precatus eſt. καὶ εὐοδωθείητε. & iter proſperum habeatis. aut, in via proſperemini. Ego formam orationis mutaui, vt repetitionem verbi Dixit, euitarem. εὐοδοῦσθαι autem propriè eſt iter cõmodum fauſtúmque habere: poſtea trãſfertur ad fœlicem aliarum rerũ ſucceſſum. Paulus ad Rom. 1. cap. eo vſus eſt, optans itineris commoditatem, εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, Si aliquando iter opportunum habeam. Cæterùm Deus qui habitat in cælis, ὁ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικῶν Θεὸς, qui autem habitat in cælo Deus. Hebræus, Dominus Deus cælorum qui habitat in cælis excelſis. Alter, Deus omnipotens. אלשדי. Iter veſtrum fortunet, εὐοδώσοι τὴν ὁδὸν ὑμῶν. proſperet iter veſtrum. Hebræus יצליח proſperum faciat iter veſtrum. Hieronymus, bene ambuletis. Eiúſque Angelus vos comitetur. καὶ ὁ Ἄγγελος τοῦ Θεοῦ συμπορευθήτω ὑμῖν. & Angelus Dei eat vobiſcum. Hebræus, mittat Angelum ſuum ante vos. Significat his verbis ductum Angeli, comitatúmque eius fideliſſimum.

23 Cur amandaſti τί ἐξαπέστειλας. Cur emiſiſti. Hebræus שגרת ablegaſti. aut, iecisti. extruſiſti. Alter, Quomodo non metuis dimittere adoleſcentem? Baculus manus eſt noſtræ, ῥάβδος τῆς χειρὸς ἡμῶν ἐστὶν. Hebræus, & ipſe fuit baculus in manibus noſtris. vel, manuum noſtrarum. Alter, & ipſe filius ſenectutis noſtræ. Hieronymus, baculum ſenectutis noſtræ tuliſti & tranſmiſiſti à nobis. Quidã vertunt, ſcipionem manus noſtræ. Qui ingreditur & egred. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὸν καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐνώπιον ἡμῶν. dũ ingreditur ipſe & egreditur corã nobis. i. qui præcedat, vt aut ducat nos, aut fulciat. Hebræus, & ipſe educens & inducens in domũ. Alter, & ipſe egrediens & veniens ante nos. Quidã, qui nos vltro citróque duceret. 24 Vtinã pecunia nunquã, &c. ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι. Vtinã argentũ argento non præceſſiſſet. ita verterunt quidam, & addunt pronomen, huic argento. Hebræus, לא ימלט nunquam gignat. aut, pariat. Nam מלט in Piel apud Hebræos non ſolùm liberare ſignificat, ſed etiam eum auium actũ quo oua excluduntur, quo ſpecies conſeruatur ipſo partu. Ita hoc loco per tranſlationem partum quendã pecuniæ lucrum ipſum, quod Græci τόκον appellant, ἀπὸ τοῦ τίκτειν, à pariendo, quòd nummus nummum gignat & acquirat: vt ſignificet acceſſionem, quæ ex pecunia collocata fieri ſolet. Hieronymus alium Hebræum magis ſequitur, Nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eum.

qua miſiſti eum.

Sufficiebat enim nobis paupertas 25
noſtra, vt diuitias cõputaremus hoc,
quòd videbamus filium noſtrum.

Dixitque ei Tobias, Noli flere, ſal- 26
uus perueniet filius noſter: & ſaluus
reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum.

Credo enim quòd Angelus Dei bo- 27
nus comitetur ei, & bene diſponat omnia quæ circa eum geruntur, ita vt
cum gaudio reuertatur ad nos.

Ad hãc vocem ceſſauit mater eius 28
flere, & tacuit.

Cap. VI.

PRofectus eſt autem Tobias, & ca- 1
nis ſequutus eſt eũ: & manſit prima manſione iuxta fluuium Tigris.

Et exiuit vt lauaret pedes ſuos, & 2
ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum.

3 Quem expaueſcens Tobias, clamauit voce magna, dicens, Domine, inuadit me.

Et dixit ei Angelus, Apprehende 4
branchiam eius, & trahe eum ad te.
Quod quũ feciſſet, attraxit eum in ſiccũ, & palpitare cœpit ante pedes ei⁹.

Tunc dixit ei Angelus, Exẽtera hũc 5
piſcem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. ſunt enim hæc neceſſaria
ad medicamenta vtiliter.

Quod quum feciſſet, aſſauit carnes 6
eius, & ſecum tulerunt in via: cætera
ſalierunt quæ ſufficerent eis, quouſqꝫ
peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.

B Tunc interrogauit Tobias Angelũ, 7
& dixit ei, Obſecro te Azaria frater,
vt dicas mihi quod remediũ habebũt
iſta quæ de piſce ſeruare iuſſiſti.

Et reſpõdens Angelus, dixit ei, Cor 8
dis eius particulam ſi ſuper carbones
ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorũ, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltrà nõ accedat ad eos.

Et fel valet ad vngendos oculos in 9
quibus fuerit albugo, & ſanabuntur.

Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt ma- 10
neamus? Reſpondénſque Angelus,

Num.27.b.8 Ait, |Eſt hic Raguel nomine, vir 11
propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, ſed neque
maſculum, neque fœminam vllã habet aliam præter eam.

″ſed pro filio noſtro reiectanea fuiſſet.

25 ″Quantum enim nobis datum eſt viuere à Domino, hoc quidẽ
nobis ſufficit.

26 At Tobias, ″Ne, inquit, ſolicita ſis mea ſoror, ″redibit incolumis, & oculi tui eum videbunt.

27 Nam ″Angelus eum bonus comitatur, itérque proſperum eius
erit, & ſaluus ad nos reuertetur.

28 ″Atque illa quidem finem plorandi fecit.

Cap. VI.

1 ILli ″itinere faciendo ad Tigrim fluuium peruenerunt veſperi, ″& ibi morati ſunt.

2 Quúmque adoleſcẽs ″lauãdi cauſa deſcendiſſet, ″piſcis è fluuio
proſiliit, ″eúmque deuorare conatus eſt.

4 Tum Angelus, ″Piſcem, inquit, apprehende. Quem quũ ille apprehendiſſet, ″in terram eum extraxit.

5 Cui rurſum Angelus, ″Piſcem, inquit, exentera, & aſſumptũ cor
& iecur, vnà cum felle ″tutò repone.

6 Itáque fecit adoleſcẽs ″vt Angelus iuſſerat: ″piſcem autem aſſatum comederunt, ſuóque ambo itinere perrexerunt, donec Ecbatanis appropinquarent.

7 Tum adoleſcens ex Angelo ita quæſiuit, Azaria frater, ″quã vim
habet cor, & iecur ac fel piſcis?

8 Sicui, inquit ille, ″dæmon, aut malus genius ″moleſtus eſt, ″corde
atque hepate ſuffitum coram viro fœmináve facere oportet, neque amplius vexabitur.

9 Felle verò vnge hominem qui albugines in oculis habuerit, &
ſanabitur.

10 Quum autem iam Rages appropinquaſſent,

11 Frater, inquit Angelus, hodie manebimus apud Raguelem. is
″cognatus eſt tuus, qui filiam habet vnicam nomine Saram, de
qua ego loquuturus ſum, vt eam tibi det vxorem.

Flet mater, quã pater cõſolatur.

Tobias inuaſus à piſce, liberatur ab Angelo.

Angeli monitu referuat ſibi cor piſcis, fel, & iecur.

Rogatus Angelus à Tobia ad quæ medicamenta hæc conferant, declarat.

Hortatur Raphael Tobiam ad coniugium Saræ.

Sed pro filio noſtro reiectanea fuiſſet. ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο. ſed reiectamentum filii noſtri fieret. id eſt, præ filio noſtro reiiceretur, & pro nihilo duceretur: nec tanti æſtimaretur, vt eius cauſa filium vnicum in periculum coniiceremus.

25 Quantum enim nobis datum eſt viuere à Domino, ὡς γὰρ δέδοται ἡμῖν ζῆν παρὰ τοῦ Κυρίου. Vt enim datum eſt nobis viuere à Domino. Hebræus, Dominus pauit nos ſic vt nihil nobis defuerit. Alter, Deus noſter vitam nobis impertit. id eſt, nos alit & ſuſtentat.

26 Ne ſolicita ſis μὴ λόγον ἔχε. Ne curam [aut, ſolicitudinem] habeas. Hebræus, ſatis tibi, mitte hæc verba. Alter, ne timeas. Redibit incolumis, ὑγιαίνων ἐλεύσεται. ſanus veniet. id eſt ſaluus. Hebræus, fiduciam enim habeo in Dei miſericordia, quòd incolumes & ſalui reuertentur, videbíſque eum tuis oculis. 27 Angelus eum bonus comitatur, Ἄγγελος ἀγαθὸς συμπορεύεται αὐτῷ. Angelus bonus cũ eo it. Hebræus, Deus mittet Angelum ſuum cum eo, & eius iter fortunabit. & cætera ad verbum, quæ hic ſequuntur.

28 Atque illa quidẽ, &c. καὶ ἐπαύσατο κλαίουσα. Et deſtitit flere. Hebræus, Et deſiit flere amplius. id eſt finem fecit. Hoc enim ſignificat verbum תוסף, deſiit & finiuit.

IN CAPVT VI.

1 Itinere faciendo πορευόμενοι τὴν ὁδόν. euntes viam ſuã. aut, pergentes itinere ſuo. Et ibi morati ſunt. ηὐλίζοντο ἐκεῖ. & manſerũt ibi. Hebræus, וילינו שם pernoctarunt. aut, conſtiterunt, & commorati ſunt ea nocte. 2 Lauandi cauſa περικλύσασθαι. vt circunfunderetur, & circunlueretur. Hebræus, vt corpus ſuum refrigeraret. Alter, vt pedes ſuos lauaret. quẽ Hieronymus ſequutus eſt. Piſcis è fluuio proſiliit, ἀνεπήδησεν ἰχθὺς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. exiliit [ſubitò emerſit. aut, extitit] piſcis è flumine. Hebræus, repentè [aut, ſubitò] piſcis egreſſus eſt. Alter, piſcis magnus prodiit. Hieronymus, ecce piſcis immanis exiuit. Eúmque deuorare conatus eſt. καὶ ἐβουλήθη καταπιεῖν τὸ παιδάριον. & voluit deglutire puerum. Quidam, abſorbere. Hebræus, רצה לבלע voluit eum deglutire. aut, deuorare. Alter, comedere. id eſt deuorare. 4 Piſcem apprehende. ἐπιλαβοῦ τοῦ ἰχθύος. Hebræus, Cõprehende, & ſis vir fortis. Alter, Apprehende, neque dimittas. Hieronymus, Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. In terram eum extraxit. ἀνέλαβεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Hebræus, eduxit eum è flumine. id eſt protraxit. 5 Piſcem exentera, ἀνάτεμε τὸν ἰχθύν. incide piſcem. Hebræus, חתי ſcinde. aut, rumpe. Alter, diuide. ἐξεντερίζειν autem propriè dicitur in piſcibus, quum inteſtina eorum auulſa auferuntur, ſicut Euiſcerare in cæteris animalibus. Tutò repone. θὲς ἀσφαλῶς. pone ſecurẽ. Quidam, tutò ſepone. Hebræus, ac conſerua bene. Alter, repone ea tecum. Hieronymus, repone tibi.

6 Vt Angelus iuſſerat: ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἄγγελος. vt dixit ei Angelus. Hebræus, fecit puer iuxta omnia quæ Angelus dixerat. Piſcem autem aſſatum comederunt, τὸν δὲ ἰχθὺν ὀπτήσαντες ἔφαγον. piſcem autem quum aſſauiſſent, ederunt. Hebræus, parauerunt, & comederunt. Alter, בשל aſſauit Tobias, & comedit, reliquum verò ſepoſuit. 7 Quam vim habet cor, τί ἐστιν ἡ καρδία. quid eſt cor? Hebræus, quid ſibi hæc volunt, nempe cor, iecur, & fel, ac quibus rebus conducunt? Alter, quam medicinam facies tu, aut quod remedium cõficies ex corde?

8 Dæm. aut malus genius δαιμόνιον ἢ πνεῦμα πονηρόν. dæmoniũ, aut mal⁹ ſpiritus. Hebræus רוח רעה או רוח שרים, vaſtatorẽ, quẽ cacodæmonem vocãt. Spiritum malum vocat noxium ac pernicioſum, quo agitantur & vexantur homines, cuiuſmodi erat in Saule. Moleſtus eſt, ἐάν τινα ὀχλῇ. ſi aliquem turbet hominem. id eſt vexet: vt in Euangelio dicuntur δαιμονιζόμενοι qui à diabolo & cacodæmone agitantur.

Corde atque hepate ſuffitum facere oportet, καπνίσαι ταῦτα δεῖ. hæc oportet ſuccendere. fumigare. adolere. הקטר. ſuffumigare.

Cognatus eſt tuus, συγγενής σου. propinquus tuus. Hebræus addit, de familia domus patris tui. Hieronymus, propinquus de tribu tua.

C

Nam ″ad te quidẽ pertinet hæreditas eius, vt qui ſolus ex ipſius genere ſuperſis.

″Puella autem pulchra eſt & prudens: quapropter auſculta nũc mihi, & ego ″cum patre eius agam, vt quũ Ragis reuerſi fuerimus, ″nuptias celebremus. nam Raguelem ego noui, vt qui ſecundum Legem Moſis eam vxorem alteri viro daturus non ſit, ″aut certè culpam mortis cõtracturus: quoniam te potius quàm vllum alium hominem hæreditatem accipere conuenit.

Tum reſpondit adoleſcens Angelo, Equidem audiui frater Azaria, puellam in matrimonium fuiſſe datam ſeptem viris, qui omnes ″in thalamo nuptiali perierint.

Ego autem vnicus ſum patri meo *filius*, ac metuo ne ″quẽadmodũ cæteri priores ad eã ingreſſus moriar. ″dæmon enim eã amat, qui ″neminẽ lædit præter eos qui ad illam acceſſerint. quamobrẽ ne ipſe quoque moriar, metuo: & ″vitã patris mei matríſque cum dolore propter me ſuſcepto in ſepulchrum deducam. neque alius eis filius eſt, à quo ſepeliantur.

Docet eum ſanctitatem nuptiarum.

″Tum Angelus, ″Annõ, inquit, memoria tenes ea præcepta quæ pater tuus tibi dedit de vxore ex genere tuo ducenda? quare audi me frater: nam ea vxor tua futura eſt. ″neque de dæmone anxius ſis, quoniam hac ipſa nocte tibi in matrimonium dabitur.

″Genialem autem ingreſſurus thalamum, accipies cinerem ſuffimentorum, ac de corde piſcis atque hepate ſuffitum facies:

Quo olfacto dæmon ille ita aufugiet, vt ″nunquã poſtea ſit reuerſurus. cæterùm quũ tu ad eam accedes, ſurgite ambo, ac Deũ miſericordem inuocate: ″qui veſtri miſertus, vos conſeruabit. ne metuas, quoniam ″ea tibi à ſeculo fuit deſtinata: quam tu ſeruabis, tecúmque deduces. quinetiam exiſtimo te liberos ex ea ſuſcepturũ. His auditis Tobias ″amore illius captus eſt, ″animúſque eius cum ea vehementer conglutinatus.

12 Tibi debetur omnis ſubſtãtia eius, & oportet eam te accipere cõiugem.

13 Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem.

14 Tunc reſpõdit Tobias, & dixit, Audio quia tradita eſt ſeptẽ viris, & mortui ſunt: ſed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos.

15 Timeo ergo ne fortè & mihi hæc eueniant: & quũ ſim vnicus parentibus meis, deponam ſenectutem illorum cum triſtitia ad inferos.

16 Tũc Angelus Raphael dixit ei, Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmonium.

17 Hi nanque qui coniungium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos.

Pſal.31.c.9

D

18 Tu autem quum acceperis eam, ingreſſus cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cum ea.

19 Ipſa autem nocte incenſo iecore piſcis, fugabitur dæmonium.

20 Secunda verò nocte in copulatione ſanctorum Patriarcharum admitteris.

21 Tertia autẽ nocte benedictionem cõſequeris, vt filii ex vobis procreentur incolumes.

22 Tranſacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris.

Cap. VII.

Ingrediũtur Raphael & Tobias domum Raguelis, à quo benigniſſimè ſuſcipiuntur.

VEnerunt autem *illi* Ecbatana, domúmque Raguelis acceſſerunt. Sara verò, quum eis occurriſſet, ″facta vtrinque inter ſe ſalutatione, eos in ædes introduxit.

Tum Raguel Ednæ vxori ſuæ, ″Quàm ſimilis eſt, inquit, hic iu-

Cap. VII.

1 INgreſſi ſunt autem ad Raguelem, & ſuſcepit eos Raguel cũ gaudio.

2 Intuénſque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori ſuæ, Quàm ſimilis eſt iu-

12 Ad te quidem pertinet hæreditas eius, ἐπιβάλλει σοὶ ἡ κληρονομία αὐτῆς. Hebræus, tibi ea cõpetit, atque tibi ius eſt propinquitatis, quo puellam eiúſque patrimonium iure quodã hæreditario vendicare tibi poſſis. Hoc enim ſignificat apud Hebræos משפט הגאולה ius propinquitatis.

13 Puella pulchra & prudẽs: τὸ κοράσιον καλὸν ϗ φρόνιμον. puella pulchra & cordata. Hebræus, pulchra forma [aut, aſpectu] & bona prudentia. id eſt prædita. quorum alterum ad corpus, alterum ad animum ingeniúmque pertinet. Maxima mulieris commendatio, quæ venuſtatẽ formæ cum prudentia ingenii coniunctam habet. Cum patre eius agam, λαλήσω τῷ πατρὶ αὐτῆς. loquar patri eius. Nuptias celebremus. ποιήσομεν τὸν γάμον. faciemus nuptias. Hebræus, החופה thalamum nuptiale, quo nomine celebritas nuptiarũ ſignificatur. Alter, faciemus tibi gaudium. id eſt ſumma lætitia nuptias tuas celebrabimus. Aut culpam mortis contracturus: ἢ ὀφειλήσει θάνατον. vel, reus mortis erit. id eſt niſi id faciat, aut alteri homini eam det, pœna mortis ſe obſtringet. Hebræus hoc non habet, ſed, iuxta Legem Moſis eam dabit vnà cum hæreditate atque omnibus quæ habet. 14 In thalamo nuptiali perierint. ϗ πάντες ἐν τῷ νυμφῶνι ἀπολωλότας. & omnes in thalamo nuptiali mortuos. Hebræus, prima nocte. Alter, antequam ad eam ingrederentur [aut, ad eam accederent] necatos fuiſſe.

15 Quemadmodum cæteri priores. οἱ πρότερον. qui prius eam duxerant vxorem. priores eius mariti. & ita Hebræi. Dæmon enim eam amat. ὅτι δαιμόνιον φιλεῖ αὐτήν. quoniam dæmonium diligit eam. Hebræus, penes eam eſt. aut, poſſidet & occupat, ita illi adhæreſcit vt nemini noceat, niſi ei qui illã vxorem duxerit. Aſmadæũ nominãt. Neminẽ lædit οὐκ ἀδικεῖ οὐδένα. nemini iniuriã facit. pro βλάπτει. Hebræus, nocet. Vitam patris mei τὴν ζωὴν τοῦ πατρός μου. Hebræi, canitiẽ patris mei. Hieronymus, deponam ſenectutẽ illorum cum triſtitia, ad inferos κατάξω, deducã cũ dolore ac mœrore. 16 Annõ memoria tenes ea præcepta οὐ μέμνησαι τῶν λόγων ὧν ἐνετείλατο. annon memor es ſermonũ quos præcepit tibi. Ita Hebræus, non meminiſti, quòd pater tuus tibi præcepit. Alter, memor ſis præcepti patris tui. Neque de dæmone anxius ſis, ϗ τοῦ δαιμονίου μηδένα λόγον ἔχε. ac de dæmonio nullã curã habeas, ne ſis ſolicitus. Sic ãtea λόγον pro cura & ſolicitudine accepit.

18 Genialẽ autem ingreſſurus thalamũ, ϗ ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα. Et ſi ingrediaris torum nuptialẽ. Ita Hebræus, לחופה, nuptiale cubile.

19 Nunquã poſtea ſit reuerſurus. καὶ οὐκ ἔτι ἐπανελεύσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. & amplius non reuertetur in ſeculũ ſeculi. id eſt nullo vnquam tempore reuerſurus. Qui veſtri miſertus, vos conſeruabit. ϗ σώσει ὑμᾶς, καὶ ἐλεήσει. & ſeruabit vos, & miſerebitur. ſalutem & miſericordiam vobis impertiet. Hebræus, mittet miſericordiam ſuam, & ſanitatẽ ſuam [aut, ſanationẽ] & ſanabit eam. Ea tibi à ſeculo deſtinata: σοὶ αὕτη ἡτοιμασμένη ἦν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. ea tibi à ſeculo parata fuit. Hebræus, ראויה. Alter, מוכנה, præparata fuit. ab exordio mundi. Alter, priuſquam mundus crearetur. Amore illius captus eſt, ἐφίλησεν αὐτήν. dilexit eam. aut, amauit. Animúſque eius cum ea vehementer conglutinatus. καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκολλήθη αὐτῇ σφόδρα. & anima eius conglutinata vehementer ei eſt. Hebræus, anima eius cum anima illius copulata eſt. cum anima Saræ coniuncta.

IN CAPVT VII.

1 Facta vtrinque inter ſe ſalutatione, καὶ ἐχαιρέτισεν αὐτούς, καὶ αὐτοὶ αὐτήν. & ſalutauit eos, & ipſi eã. id eſt conſalutauerunt ſe inuicẽ. χαιρετίζειν accipit pro ἀσπάζεσθαι, verbum factum à χαίρειν. Hebræi pacem exoptant & precantur. 2 Quàm ſimilis eſt, ὡς ὅμοιος. He-Hebræus, כמה דומה זה הבחור לדמות, Quàm ſimilis eſt iſte iuuenis ſimilitudini Tobiæ fratris mei. id eſt valde refert ſimilitudinẽ & formã eius.

uenis iſte conſobrino meo!

3 Et quũ hæc dixiſſet, ait, Vnde eſtis iuuenes fratres noſtri? At illi dixerũt, Ex tribu Nephthali ſumus, ex captiuitate Niniuæ.

4 Dixitque illis Raguel, Noſtis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus.

5 Quũ multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus ad Raguelẽ, Tobias de quo interrogas, pater iſtius eſt.

6 Et miſit ſe Raguel, & cum lachrymis oſculatus eſt eum: & plorans ſupra collum eius,

7 Dixit, Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es.

B 8 Et Anna vxor eius, & Sara ipſorum filia lachrymatæ ſunt.

9 Poſtquam autem loquuti ſunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari cõuiuiũ. quúmq; hortaretur eos diſcumbere ad prandium,

10 Tobias dixit, Hic ego hodie nõ mãducabo neque bibam, niſi prius petitionem meam cõfirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam,

11 Quo audito verbo Raguel, expauit, ſciens quid euenerit illis ſeptem viris qui ingreſſi ſunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic ſimiliter contin-
C geret. Et quũ nutaret, & non daret petenti vllum reſponſum,

12 Dixit ei Angelus, Noli timere dare eam iſti, quoniã huic timenti Deũ debetur coniunx filia tua: propterea alius nõ potuit habere illã.

13 Tũc dixit Raguel, Nõ dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit.

14 Et credo quoniã ideo fecit vos venire ad me, vt iſta coniungeretur cognationi ſuæ ‖ ſecundũ Legem Moyſi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

Num.36.c.6

15 Et apprehendens dexterã filiæ ſuę, dextræ Tobiæ tradidit, dicens, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleátque benedictionẽ ſuam in vobis:

16 Et accepta charta fecerunt cõſcri-

uenis Tobiæ conſobrino meo!

Simúlq; rogans eos, Vndenã, inquit, eſtis vos fratres? Cui illi ſe ″ex tribu Nephthalī, ex iis qui captiui Niniuæ agerẽt, eſſe dixerũt.

Cognoſcitis ne, inquit, vos Tobiam fratrem noſtrũ? Cognoſcimus, inquiunt. ′Valét ne, inquit?

Quum autem illi reſpõdiſſent, eum viuere & valere, Tobiáſque dixiſſet patrem ſuum eſſe:

Raguel′in eius amplexũ proſiliens, oſculatus eſt eum, & fleuit:

Eíque bene precatus, ′Honeſti & boni, inquit, tu quidem patris es filius. Quum autem audiuiſſet″Tobiam oculis eſſe orbatũ, doluit ac fleuit.

Simúlque Edna vxor eius, & Sara filia collachrymarũt. ′cæterũ eos animo prompto exceperũt: & mactato de grege ariete, ″obſonia largè appoſuerunt. tũ Tobias Raphaeli, Azaria frater, inquit, ′propone ea de quibus in itinere loquutus es, vt negotiũ cõficiatur.

″Quam rem quum ille cum Regule communicaſſet, hortatus eſt Raguel Tobiam, vt ederet ac biberet, ′hilarémque ſe præberet.

″Nam te quidem par eſt filiam meam vxorem ducere: ″veruntamen quod verum eſt, tibi declarabo,

Ego ſeptem viris filiam meam collocaui, qui ſub eam noctem qua erant ad eam acceſſuri, interierunt. tu tamẽ fac″animo præſenti ſis & læto. Ego vero, inquit, Tobias, nihil planè guſtauero ″donec eam huc adductam mihi deſponderitis.

″Iam, inquit Raguel, vt æquũ eſt, eam ducito.″ nam propinqua inter vos duos cognatio intercedit. Deus verò miſericors″hoc veſtrum coniugium quamoptimè fortunet.

Vocauit ergo Saram filiam ſuam: quæ quum ad patrẽ veniſſet, eam ille manu apprehenſam, Tobiæ vxorem dedit, dicens, Ecce hanc ſecundum Legem Moſis habeas, atque ad patrem tuum abducas, ′ſimúlque illis bene precatus eſt.

Deinde aduocata Edna vxore, ″accepto libello ſyngraphã con-

Tobias petit filiam Raguelis ſibi dari in vxorẽ.

Eam tradit ei Raguel.

Benedictio coniugalis.

3 Ex tribu Nephthalim. ἐκ τῶν υἱῶν Νεφθαλείμ. ex filiis Nephthalim. Hebræus, ex captiuitate, quæ eſt Niniuæ, ex tribu Nephthalim.
4 Valétne? ὑγιαίνει; ſanúſne eſt? id eſt ſaluus. de quo verbo antea. 6 In eius amplexũ proſiliens, καὶ ἀνεπήδησε Ραγουήλ. & exiliit Raguel. id eſt, in illius amplexum ſe coniecit. Hebræus, vnus proſiliit, & complexus eſt. Alter, cucurrit. quibus verbis animus ſignificatur iucundo alterius aduentu permotus. 7 Honeſti & boni tu quidẽ patris es filius. ὁ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου υἱός. honeſti & boni hominis filius. Hebræus, benedictus tu Domino, quoniã filius iuſti & recti viri tu es. Quidam ὁ articulum ita vertunt, Eia hominis præclari bonique fili. Tobiam oculis eſſe orbatũ, ὅτι Τωβὴτ ἀπώλεσε τοὺς ὀφθαλμούς quòd Tobias oculos amiſiſſet. i. oculorum vſum, & viſum. oculis captum. aut, priuatum. 8 Cæterùm eos animo prompto exceperunt: καὶ ὑπεδέξαντο αὐτοὺς προθύμως. & ſuſceperunt eos promptè. id eſt libenter & hilarè, ſummo cum animi ſtudio & voluntate acceperunt. Hebræus, placido vultu & hilari. Obſonia largè appoſuerunt. καὶ παρέθηκαν ὄψα πολλά. & appoſuerunt obſonia multa. Hebræus, parauerunt prandium. aut, refectionem, &c. Propone ea, &c. λάλησον ὑπὲρ ὧν ἔλεγες ἐν τῇ πορείᾳ. loquere de iis de quibus dicebas in via. Hebræus, loquere ea de re de qua in itinere loquutus es. id eſt de Sara vxore ducenda.
9 Quam rem quum ille cum Raguele communicaſſet, καὶ μετέδωκε τὸν λόγον τῷ Ραγουήλ. & communicauit ſermonem Ragueli. propoſuit vt filiam ſuam Tobiæ vxorem daret. Hilarémque ſe præberet. ἡδέως γίνου. iucundè ſis. id eſt, lætus & hilaris. Ego formam orationis mutaui, ne ſæpius dialogiſmus ille & verbũ Inquit, iteretur. Hebræus, bonóque animo ſitis. Verba ſunt hoſpitis & amici humaniter & comiter amicos inuitantis. 10 Nam te quidem par eſt filiam meam vxorẽ ducere: σοὶ γὰρ καθήκει τὸ παιδίον μου λαβεῖν. te enim oportet filiam meam accipere. id eſt, ea tibi debetur iure propinquitatis, vt Hebræi loquuntur. Hoc autem Græcus expreſſit verbo καθήκει, conuenit, aut competit tibi. Alter autem Hebræus ita dicit, quoniam melius eſt eam tibi dare quàm alteri cuipiam viro. Veruntamen quod verum eſt, tibi declarabo. πλὴν ὑποδείξω σοι τὴν ἀλήθειαν. attamen indicabo tibi veritatem. Hebræus, את האמת. id eſt, id quod res eſt. aut, quod verum eſt, tibi ſignificabo. 11 Animo præſenti ſis & læto. ἀλλὰ τὸν νοῦν ἔχων, ἡδέως γίνου. ſed mentem habens, iucundè ſis. Hebræus, tu verò ede & bibe, & omitte rem. id eſt, depone ſolicitudinem. ne anxius ſis. Donec eam huc adductam mihi deſponderitis. ἕως ἂν στήσητε καὶ σταθῆτε πρός με. quouſque ſtetis [aut, ſtatueritis] & conſtitueritis ad me. ita eſt ad verbum. Hebræus, donec eam mihi vxorem dederitis. Alter, donec rem tranſegeritis. Hieronymus, niſi prius petitionẽ meam confirmes, & promittas dare mihi Saram filiã tuã. Itaque σταθῆναι πρός τινα, eſt conſtituere cum aliquo. id eſt, paciſci. Hoc loco quum agatur de coniugio, verti poteſt, Deſpondere. aut, deſponſare. id eſt, promittere, vt vertit Hieronymus. 13 Iam vt æquum eſt, eam ducito. κομίζου αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν κατὰ τὴν κρίσιν. Duc eam iam nunc ſecundum iudicium. id eſt, vt par eſt, aut iuſtum eſt. ὡς καθήκει σοι, quo verbo antea eſt vſus. Significat autem illud ius ex Lege Moſis, quo propinquus debet vxorem ducere. Hebræus, ſecundum legem & conſuetudinem. aut, morem. Alter, ſecundum conſtitutionem Moſis & Iſraelis. Eſt enim ius aliud ſcriptum, vt lex: aliud non ſcriptum, vt mos. Nam propinqua inter vos duos cognatio intercedit. σὺ δὲ ἀδελφὸς εἶ αὐτῆς, καὶ αὐτή σου. tu autem frater eius es, & ea tua. ſubaudi, ſoror. Ita Hebræus: quibus verbis coniunctio propinquitatis ſignificatur, & illud ius הגאולה, de quo ſuprà.
Hoc veſtrũ coniugiũ quam optimè fortunet εὐοδώσει ὑμῖν τὰ κάλλιστα. Ad verbũ eſt, proſperet vobis optima. id eſt, quammaximè fortunet, det vobis ſucceſſus proſperrimos. Hebræus, dirigat vos hac nocte in pace. quibus verbis petit, vt prima coniugii eorum conſuetudo fauſta ſit.
15 Simúlque ille bene precatus eſt. καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. & benedixit eos.
16 Accepto libello λαβὼν βιβλίον. quum libellum ſumpſiſſet. Hebræus, גליון. quidam verterunt chartam. aut, tabulam in qua ſcribitur.

Hieronymus, & accepta charta fecerunt conſcriptionem coniugii. Græcus, ſyngrapham conſcripſit. Hebræus, & ſcripſit in ea ſcriptionem. id eſt, pactionem coniugii conſtituti & contracti.

ſcripſit, ″& conſignauit.

″Tum cœperunt epulari. 17

Rurſum Raguel Edna vxore ſua vocata, Soror, inquit, para aliud cubiculum, atque hanc introducas. 18

Quod quũ illa vt iuſſa fuerat, feciſſet, filiam eò introduxit: tum autem Sara fleuit, ″cuius lachrymas mater excipiens, 19

Animo, inquit, bono eſto filia, Dominus cæli ac terræ ″hũc tuũ mœrorẽ cũ gaudio cõmutet. ″bono eſto animo filia. 20

Cap. VIII.

Tobias introductus ad Saram, aſſat partem iecoris.

Q″Vum autẽ iam cœnati eſſẽt, Tobiam ad illã introduxerũt. 1
Ille verò accedẽs ſermonum Raphaelis recordatus, ″ſumpſit prunam ſuffimentorum, & corde piſcis atque hepate ſuperpoſito ″ſuffitum fecit. 2

Raphael ligat dæmonium.

″Itaque eo odore percepto, dæmõ ″in extremas aufugit AEgypti partes, ″quem Angelus vinculis conſtrinxit. 3

Tobias hortatur Saram ad orationem.

Poſtquam autem ambo concluſi fuerunt, ſurrexit è cubili Tobias, ſimul &, Surge ſoror, inquit, ac Dominũ vt noſtri miſereatur, precemur. 4

Oratio Tobiæ.

Tum cœpit ita dicere, Laudãdus es ô Deus Patrũ noſtrorũ, noménque tuũ ſanctũ & glorioſum, ac ″laude in ſecula celebrandũ: te cæli atque omnes creaturæ tuæ celebrent. 7

″Tu effeciſti Adam, ″atque ei adiutricem Euam dediſti ″pro adminiculo vxorem eius: ″ex iis genus hominum eſt procreatum. tu dixiſti, Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: ″adiutorium efficiamus illi ſimile. 8

Cõiugium propter prolem.

Nunc autẽ ô Domine, ″non libidine impulſus, ſed integro ſinceróque animo adductus, hanc ſororem meam vxorem accipio. ″fac eam mihi impertias miſericordiam vt vnà conſeneſcamus. 9

Oratio Saræ.

Tum illa ″cum eo ſubiecit, Amen. 10

Raguel parat ſepulchrũ Tobiæ, quem putabat mortuum.

Porrò quum ambo ea nocte ″concubuiſſent, ſurrexit Raguel, 11

ptionem coniugii.

17 Et poſt hæc epulati ſunt, benedicentes Deum.

18 Vocauitque Raguel ad ſe Annam vxorem ſuam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum.

19 Et introduxit illuc Sarã filiam ſuã, & lachrymata eſt.

20 Dixitque ei, Forti animo eſto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es.

Cap. VIII.

1 POſtquam verò cœnauerũt, introduxerunt iuuenem ad eam.

2 Recordatus itaque Tobias ſermonum Angeli, protulit de caſſidili ſuo partem iecoris, poſuitque eam ſuper carbones viuos.

3 Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris AEgypti.

4 Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixitque ei, Sara, exurge, & deprecemur Deũ hodie, & cras, & ſecundũ cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autẽ tranſacta nocte in noſtro erimus coniugio.

5 Filii quippe ſanctorũ ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut Gentes quæ ignorant Deum.

6 Surgentes autem pariter, inſtanter orabant ambo ſimul vt ſanitas daretur eis.

B

7 Dixitq; Tobias, Domine Deus Patrum noſtrorum, benedicant te cæli & terræ, maréque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis ſunt.

8 Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtique ei adiutorium Heuam.

Geneſ.2.a.7

9 Et nunc Domine tu ſcis quia non luxuriæ cauſa accipio ſororẽ meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomẽ tuũ in ſecula ſeculorum.

10 Dixit itaque Sara, Miſerere nobis Domine, miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter ſani.

11 Et factũ eſt circa pullorũ cantum,

Et conſignauit καὶ ἐσφραγίσατο. & ſignauit. Hebræus, & ſignauit eam coram teſtibus. 17 Tum cœperunt epulari. καὶ ἤρξαντο ἐσθίειν. & cœperunt comedere. Hebræus addit, & bibere, & lætari. 19 Cuius lachrymas mater excipiens, καὶ ἀπεδέξατο τὰ δάκρυα τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. & ſuſcepit lachrymas filiæ ſuæ. Hebræus, Deus ſuſcepit lachrymas eius, & mater eam conſolari cœpit, loquique ſuper cor eius. id eſt, cor eius mœſtum verbis leuare & confirmare. 20 Hunc tuũ mœrorem cum gaudio commutet. δῴη σοι χαρὰν ἀντὶ τῆς λύπης σου ταύτης. det tibi gaudium pro hac tua triſtitia. Quidam vertunt, conuertat hanc tuam triſtitiam in gaudium. Hebræus, dabit tibi gaudium & lætitiam, pro mœrore & dolore qui eſt in corde tuo. Hieronymus, det tibi gaudium pro tædio quod es perpeſſa. Bono eſto animo filia. θάρσει θύγατερ. confide filia. Hebræus, ſis fortis. aut, animo forti & erecto. ne frangaris animo, ſed ſpe in Deum te ſuſtenta.

IN CAPVT VIII.

1 Quum autẽ iam cœnati eſſent, ὅτε δὲ συνετέλεσαν δειπνοῦντες. Poſtquam autem perfecerunt cœnare. id eſt, cœnam peregerunt, poſteaquam cœnauerũt. Hebræus, quũ à cœna ſurrexiſſent. 2 Sumpſit prunam ſuffimentorũ, ἔλαβε τὴν τέφραν θυμιαμάτων. accepit cinerem ſuffimentorum. Hebræus, acerram [aut, thuribulum] cum prunis. Eſt autem θυμιατήριον, vas in quo accenditur ignis & fouetur. Hieronymus, carbones viuos. Suffitum fecit. ἐκάπνισεν. fumigauit. id eſt, odore eorum quæ carbonibus erant impoſita, Saram perfudit. Hebræus dicit puellam perfuſam fuiſſe. Alter, veſtes eius. 3 Itaque eo odore percepto, dæmon ὅτε δὲ ὠσφράνθη τὸ δαιμόνιον τῆς ὀσμῆς. Poſtquam autem olfecit dæmonium odorẽ. ſimulatque odoratus eſt. In extremas aufugit AEgypti partes, ἔφυγεν εἰς τὰ ἀνώτατα τῆς Αἰγύπτου. fugit in ſuprema AEgypti. Hebræus, in extremitates terræ AEgypti. Quem Angelus vinculis conſtrinxit. καὶ ἔδησεν αὐτὸ ὁ ἄγγελος. & religauit eum Angelus. 7 Laude in ſecula celeb. εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Hebræus, benedictum in ſeculum & vltrà. id eſt, ſempiternis celebrandum laudibus. 8 Tu effeciſti Adam, σὺ ἐποίησας Ἀδάμ. Tu feciſti Adam. Hebræus, creaſti. Atque ei Euam adiutricem dediſti καὶ ἔδωκας αὐτῷ βοηθὸν Εὔαν. Hebræus, dediſti ei Euam in auxilium coram eo. id eſt, ſociam & comitem vitæ, ad auxilium ei adiunctam. Hieronymus, adiutorium. Pro adminiculo vxorem eius στήριγμα τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. firmamentum vxorem eius. id eſt firmum fideléque præſidium quo niti poſſet, in eiúſque fide amoréque acquieſcere. Nam (vt ait Salomon) In bona induſtriáque cõiuge maritus ſummam animi fiduciam habet, eiúſque res non diminuuntur. Ex his genus hominum eſt procreatum. ἐκ τούτων ἐγενήθη τὸ τῶν ἀνθρώπων σπέρμα. ex his factum eſt [id eſt, ortum ac propagatum] hominum ſemen. In illis duobus fuit quoddam quaſi ſeminarium totius mundi. Fuerunt enim primi parentes. Hebræus, atque ita præparaſti viam vniuerſo mundo. Adiutorium efficiamus illi ſimile. ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν ὅμοιον αὐτῷ. faciamus ei adiutorium ſimile ei. Hebræus כנגדו tanquam e regione eius, quod ſit coram eo. id eſt, cũ eo perpetuò coniunctũ & conſociatum. Hîc autẽ Græcus author ſequutus videtur ſeptuaginta interpretes, qui 2. cap. Geneſ. verterunt, βοηθὸν κατ' αὐτόν. Hieronymus, adiutorium ei ſimile. id eſt, natura conforme & ſociabile, κοινωνικόν, ad ſocietatẽ vitæ cum eo degendæ accommodatũ. In Moſe autem non eſt, Faciamus, ſed Faciã, in ſingulari. 9 Non libidine impulſus, &c. οὐχὶ διὰ πορνείας ἐγὼ λαμβάνω τὴν ἀδελφήν μου. nõ per fornicationẽ ego accipio ſororẽ meã. i. quadã impudica libidine cõmotus, ſed integro ſinceróque animo adductus. Græcus, ἐπ' ἀληθείας, in veritate. Hebræus, ſed in rectitudine cordis ſecundum morem præſcriptum Moſis & Iſraelis. ſignificat ſe ad illud coniugium caſtum pudicúmque animum afferre.

Fac eã mihi impertias miſericordiã, vt vnà conſeneſcamus. ἐπίταξον ἐλεῆσαί με, καὶ ταύτῃ συγκαταγηρᾶσαι. præcipe miſereri mei, & cũ hac conſeneſcere. Hebræus, proſequaris nos miſericordia tua, exatiéſque nos longitudine dierum, anniſque vitæ. 10 Cum eo ſubiecit εἶπε μετ' αὐτοῦ. dixit cum eo. intelligendum eſt Sara: quæ particula Amen orationem mariti cõprobat, cõſenſúmque animi ſui declarat. Hebræus, & reſpondit Sara, & dixit, Amen. 11 Concubuiſſent, ἐκοιμήθησαν. dormierunt. Hebræus, cubauerunt vnà.

acceſsiri iuſſit Raguel ſeruos ſuos, & abierunt cum eo pariter vt foderent ſepulchrum.

12 Dicebat enim, Ne fortè ſimili modo euenerit ei quo & cæteris illis ſeptem viris qui ſunt ingreſſi ad eam. 13

C Quumque paraſſent foſſam, reuerſus Raguel ad vxorem ſuam, dixit ei, 14

Mitte vnã ex ancillis tuis, & videat ſi mortuus eſt, vt ſepeliam eum antequam illuceſcat dies.

At illa miſit vnam ex ancillis ſuis, 15 quæ ingreſſa cubiculum, reperit eos ſaluos & incolumes, ſecũ pariter dormientes.

Et reuerſa, nuntiauit bonũ nuntiũ: 16 & benedixerunt Dominũ, Raguel videlicet & Anna vxor eius. 17

Et dixerunt, Benedicimus te Domine Deus Iſrael, quia nõ contigit quẽadmodum putabamus.

Feciſti enim nobiſcum miſericordiã tuam, & excluſiſti à nobis inimicum 18 perſequentem nos.

D Miſertus es autem duobus vnicis: fac eos Domine plenius benedicere 19 te, & ſacrificiũ tibi laudis tuæ & ſuæ ſanitatis offerre: vt cognoſcat vniuerſitas Gentium quia tu es Deus ſolus in vniuerſa terra.

Statimque præcepit ſeruis ſuis Raguel vt replerent terra foſſã quam fecerant, priuſquam eluceſceret. 20

21 Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus neceſſaria.

22 Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cunctiſque amicis.

Et adiurauit Raguel Tobiam, vt 23 duas hebdomadas moraretur apud ſe.

De omnibus autem quæ poſſidebat 24 Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobię, & fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſupererat poſt obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

Cap. IX.

1 TVnc vocauit Tobias Angelum ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat: dixitque ei, Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea,

Si meipſum tradam tibi ſeruũ, non 2 ero condignus prouidentiæ tuæ.

Tamen obſecro te vt aſſumas tibi 3 animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddáſque ei chirographum ſuum, vt recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas.

Scis enim ipſe quoniam numerat 4 pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. 5

Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentũ ſpernere non poſſum.

B

egreſſúſque ſepulchrum effodit,

12 Dicens, Num & iſte morietur?

13 Quum autem domum reuerſus eſſet,

14 'Iuſſit Ednam vxorẽ ſuam mittere vnam ex ancillis, vt videret an Tobias viueret: Sin minus, inquit, vt eum ſepeliam, nullúſque id reſciſcat.

15 Ancilla ergo recluſo oſtio *in cubiculum* ingreſſa, ambos deprehẽdit dormientes.

16 Regreſſáque, illum viuere eis renuntiauit.

17 Tum Raguel Deũ laudans, 'Omni, inquit, pura ſanctâque laude celebrãdus es, ô Deus: téque adeò ſancti tui celebrent, ac creaturæ tuæ vniuerſæ: omnes etiam Angeli tui, atque electi tui per omnia ſecula te prædicent.

18 Laude celebrandus es, 'quòd me lætitia affeciſti, nec quod ipſe ſuſpicabar, mihi acciderit, ſed pro tua multa miſericordia nobiſcum egeris.

19 Celebrandus es quòd duos vnigenitos fueris miſeratus. Porrò autẽ ô Domine, tuam eis miſericordiam imperti, "vt vitam ſuam ſaluã incolumémque traducant cum lætitia & miſericordia *tua*.

20 Iuſſit igitur Raguel ſeruos "terra ſepulchrum opplere.

'Nuptiáſque illis quatuordecim diebus celebrauit.

23 "Iurauit autem, Tobiam non antè diſceſſurum, quàm quatuordecim illi nuptiarum dies exacti eſſent:

24 "Tum denique ipſum accepta dimidia bonorum ſuorum parte incolumem ad patrem reuerſurum: reliqua verò poſt mortẽ ſuã vxoríſque ſuæ habiturum.

Cap. IX.

1 T"Vm igitur Tobias Raphaelem vocauit, eíque dixit,

Azaria frater, accipe tecum puerũ & duos camelos, & Raga vrbem Medorum ad Gabaelem proficiſcere, afférque mihi argentum, atque eum ad nuptias adducito.

4 Raguel enim "iurauit me non diſceſſurum.

5 Pater autem meus dies numerat: quòd ſi 'moram fecero longiorem, "magnum animo dolorem ſuſcipiet.

Ancilla nuntiat Tobiam incolumem.

Gratias agit Domino Raguel & vxor eius.

Iubet Raguel parari conuiuium.

Dimidiam partem poſſeſſionis ſuæ dat Tobiæ.

Angelus rogatu Tobiæ pergit ad Gabelum.

14 Iuſſit Ednam vxorem ſuam mittere vnam ex ancillis, εἶπεν Ἔδνα τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἀπόστειλον μίαν τῶν παιδισκῶν. Dixit Ednæ vxori ſuæ, Mitte vnam ancillarum. Ego mutaui dialogiſmum: atque narrationem continuaui, quod faciendũ eſt in vertẽda lingua Hebraica, quæ hanc formã frequentem habet. 17 Omni pura ſanctáque laude celebrandus es, εὐλογητὸς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ καθαρᾷ καὶ ἁγίᾳ. Benedictus es in omni benedictione pura & ſancta. Dictum eſt antè quid ſit εὐλογεῖν. Laudem autem Deo tribuit veram atque integram, qualem ſumma eius bonitas meretur. 18 Quòd me lætitia affeciſti, ὅτι εὔφρανάς με. quòd lætificaſti me. recreaſti perturbatum, magnóque opprobrii metu liberaſti. Nam cauſam lætitiæ ſubiicit, quoniam id quod metuebat, ei non euenerit. 19 Vt vitam ſuam ſaluam incolumémque traducant συντέλεσον τὴν ζωὴν αὐτῶν ἐν ὑγιείᾳ. perfice vitam eorum in ſanitate. Hebræus, vt dies & annos vitæ ſuæ bene tranſigant, aut in bonis cum lætitia, μετ' εὐφροσύνης. 20 Terra ſepulchrum opplere. χῶσαι τὸν τάφον. replere ſepulchrũ. terra obruere. Hebræus, vt implerent puluere. Cauſam cur ſepulchrum illud fecit, ſuprà ſignificauit, metum infamiæ & probri ſuſcepti ex morte eorum qui filiam ipſius vxorem duxiſſent.

21 Nuptias illis quatuordecim diebus celebraiut. ἐποίησεν αὐτοῖς γάμον ἡμερῶν δεκατεσσάρων. Fecit eis nuptias quatuordecim dierum.

23 Iurauit autem, Tobiam non antè diſceſſurum, &c. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ραγουὴλ, πρὶν ἢ συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ γάμου ἐνόρκως, μὴ ἐξελθεῖν. Dixit ei Raguel, priuſquam perficerentur dies nuptiarum cum iureiurando, nõ diſceſſurum. Eſt autem ἐνόρκως aduerbium quod ſignificat interpoſitum eſſe iuſiurandum. Incertum autem eſt vtrum eo iureiurando Tobiam obſtrinxerit, an ipſe tantùm iurauerit. id eſt, iureiurando affirmauerit non diſceſſurum. Hebræus dicit ipſum Raguelem iuraſſe. Hieronymus, adiuraſſe Tobiam: & ita habent quædam exemplaria Græca, ἐνορκῶ ἢ ἐξελθεῖν αὐτὸν, adiuro ne exeat ipſe. Sed prior lectio videtur eſſe emẽdatior. 24 Tum denique ipſum accepta dimidia bonorum ſuorum parte, &c. καὶ τότε λαβόντα τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, πορεύεσθαι μετ' ὑγιείας. Repetendum eſt verbum, Dixit Raguel, Tobiam accepta dimidia bonorum ſuorum parte cum incolumitate diſceſſurum.

IN CAPVT IX.

1 Tum igitur Tobias Raphaelem vocauit, καὶ ἐκάλεσε Τωβίας τὸν Ραφαήλ. Et vocauit Tobias Raphaelem. Sentẽtia pendet ex ſuperiore capite. Itaque particula καὶ, vt ו apud Hebræos, habere poteſt vim inferendi, Igitur, aut itaque. Hebræus, Tum vocauit Tobias Raphaelem.

4 Iurauit me non diſceſſurum. ὤμοσε Ραγουὴλ μὴ ἐξελθεῖν με. 5 Moram fecero longiorem, ἐὰν χρονίσω μεγάλως. ſi multum tardauero. id eſt, diutius moratus fuero. Hebræus, longius reditum noſtrum differemus. Alter, niſi ad diem præſtitutum venerimus. aut, ſi dies præfixus præterierit. Hieronymus, ſi tardauero vna die plus. Magnũ animi dolorem ſuſcipiet. ὀδυνηθήσεται λίαν. contriſtabitur valde. Hebræus, ſolicitus [aut, anxius] erit valde. Alter, dolore afficiam animam parentum meorum, mœrore affligam cor eorum.

Raphael reddit Gabelo chirographum ipsius, & ab eodem pecuniam recipit.

Itaque profectus eſt Raphael,ʹad Gabaelúmque diuertit, atque ei chirographum dedit:ille autem loculos protulit obſignatos,atque ei tradidit.

6 Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum ſuum,& recepit ab eo omnem pecuniam.

C

Venit Gabelus cum Angelo ad Tobiæ nuptias.

7 Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ,omnia quæ geſta ſunt:fecitque eum ſecum venire ad nuptias.
8 Qúmque ingreſſus eſſet domũ Raguelis,inuenit Tobiam diſcumbentem:& exiliens,oſculati ſunt ſe inuicem:& fleuit Gabelus,benedixitque Deum,
9 Et dixit,Benedicat te Deus Iſrael,quia filius es optimi viri,& iuſti,& timẽtis Deũ,& eleemoſynas faciẽtis:
10 Et dicatur benedictio ſuper vxorem tuam,& ſuper parentes veſtros.
11 Et videatis filios veſtros & filios filiorum veſtrorum vſque in tertiam & quartam generationem:& ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael,qui regnat in ſecula ſeculorum.

Conuiuium nuptiale cũ timore Dei.

ʹDeinde mane vnà profecti,ad nuptias venerunt: ʹTobias verò vxorem ſuam grauidam fecit.

12 Cúmque omnes dixiſſent Amen, acceſſerunt ad conuiuium:ſed & cum timore Domini nuptiarum conuiuiũ exercebant.

Cap.X.

Tobias pater & vxor eius contriſtãtur ob moram filii.

PORrò Tobias paterʺdies computabat ſingulos : atque vtʺdies profectionis exacti fuerunt,neque illi reuerterentur,

ʹNum,inquit,pudefacti ſunt,aut Gabaelus mortuus eſt,& argẽtum nemo illi reddit?

ʹItaque in magno mœrore verſabatur.

Lamentatio matris Tobiæ.

Vxor autem ei dixit,Puer periit,quoniam moram facit. &ʹillũ cœpit deplorare.

ʹNon iam,inquit,fili,mihi quicquam curæ eſt:quandoquidem te amiſi lumen oculorum meorum.

Cui Tobias,ʹTace,inquit,ne ſis ſolicita:ſaluus enim eſt.

Solicitudo eiuſdem pro filio.

At illa,Tace tu,inquit,ʹnec me ludifices: meus periit filiꝰ.Egrediebatur autem quotidie foras in viam qua *illi* diſceſſerant: neque verò cibum capiebat interdiu,ʺtotáſque noctes in lamentãdo filio ſuo Tobia conſumebat, donec quatuordecim illi nuptiarum dies, quos eum illic acturum eſſe Raguel iurauerat, exacti ſunt. Tum Tobias Ragueli, Dimitte me, inquit, quoniam pater meus & mater meaʺiam deſperant ſe me viſuros.

Cap.X.

1 QVum verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarum, ſolicitus erat pater eius Tobias,dicens,Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi?
2 Putáſne Gabelus mortuus eſt,& nemo reddet illi pecuniam?
3 Cœpit autẽ cõtriſtari nimis ipſe,& Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo ſimul flere, eo quòd die ſtatuto minimè reuerteretur filiꝰ eorũ ad eos.
4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu heu me fili mi,vtquid te miſimus peregrinari,lumẽ oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ,ſpem poſteritatis noſtræ?
5 Omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis.
6 Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari:ſanus eſt filiꝰ noſter:ſatis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum.
7 Illa autẽ nullo modo conſolari poterat:ſed quotidie exiliens,circunſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes remeãdi videbatur,vt procul videret eum,ſi fieri poſſet,venientem.

B

Suprà.5.d.9

Raguel dimittit a ſe Tobiam vnà cum vxore.

Quum autem ſocer illum hortaretur vt maneret apud ſe,ſéque ad patrẽ eius miſſurum qui illum de rebus eius certiorẽ facerent,

Minimè,inquit Tobias,ſed ad patrem meum me dimitte.

Surrexit igitur Raguel, Sarámque vxorem eius ei dedit, dimidiámque partem facultatum,ʹin qua tam mancipia & iumenta quàm pecunia inerant.

Ac benedicens eos huiuſmodi verbis dimiſit, Deus cæli, filii, priuſquam ego moriar,ʹvos fortunet.

8 At verò Raguel dicebat ad generũ ſuum,Mane hic, & ego mittam nuntiũ ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum.

C

9 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modò dies computant,& cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.
10 Cúmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam,& ille eum nulla ratione vellet audire : tradidit ei Sarã, & dimidiam partem omnis ſubſtãtiæ ſuæ in pueris,in puellis,in pecudibus, in camelis,& in vaccis,& in pecunia multa:& ſaluum atque gaudentem dimiſit eum à ſe,
11 Dicens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducátque vos incolumes:& inueniatis omnia rectè circa parẽtes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquã moriar.

D

6 Ad Gabaelúmque diuertit. καὶ ηὐλίσθη παρὰ Γαβαήλῳ. & manſit apud Gabaelum. Hebræus,pernoctauit. aut,ea nocte moratus eſt.ſed accipitur pro Diuerſari apud aliquem,atque hoſpitio alicuius vti. Loculos protulit obſignatos, προσήνεγκε τὰ θυλάκια ἐν ταῖς σφραγῖσι. Hebræus,protulit ſacculos plenos argenti,quos Tobias obſignauerat.Erat enim pecunia depoſita, vt apud illum aſſeruaretur.

12 Deinde mane vnà profecti,ad nuptias venerunt: καὶ ὤρθρισαν κοινῶς, καὶ ἦλθον εἰς τὸν γάμον. & mane ſurrexerunt ſimul, & venerunt ad nuptias.Hebræus,ſummo diluculo ſurrexerunt. Tobias verò vxorem ſuam grauidam fecit. καὶ εὐλόγησε Τωβίας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.& benedixit Tobias vxorem ſuam.

IN CAPVT X.

1 Dies computabat ſingulos: ἐλογίζετο ἑκάστης ἡμέρας. Hebræus, numerabat dies profectionis ac reuerſionis eius. Græcus mox dicit,ἡμέρας τῆς πορείας, dies itineris eius præſtitutos. Dies profectionis exacti fuerunt, ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τῆς πορείας. cõpleti ſunt dies profectionis.tempus diſceſſus ac reditus eius exactum,aut elapſum eſt. 2 Num pudefacti ſunt: μήποτε κατῄσχυνται. num confuſi ſunt. id eſt fruſtra profecti,atque illuſi.Hebræus,fortaſſis aliqua ei calamitas in itinere accidit. 3 Itaque in magno mœrore verſabatur. καὶ ἐλυπεῖτο λίαν.& contriſtabatur valde.Hebræus,cœpit anxius eſſe.id eſt,ſolicitus eſſe de ſalute filii. 4 Illum cœpit deplorare.ἤρξατο θρηνεῖν αὐτόν. cœpit eum lamentari,ac deflere.Hebræus,cœpit flere ac plangere. 5 Non iam fili,mihi quicquam curæ eſt: οὐ μέλει μοι τέκνον. Non curæ eſt mihi fili. Quidam vertunt in nominatiuo,filius:ſed melius in vocatiuo,vt ea ita filium abſentem alloquatur,vt ſit apoſtrophe.

6 Tace,ne ſis ſolicita : σίγα, μὴ λόγον ἔχε. Tace,ne curam habeas.id eſt,deſine,ne te ſolicitudine crucies. Hebræus, Contine vocem tuam à fletu,& oculos tuos à lachrymis. 7 Nec me ludifices, μὴ πλάνα με. ne ſeducas[aut,fallas]me.Hebræus,verbis me ſeducas.id eſt,vanis verbis me lactes,ac ſuſtentes.תעב רבי׳,ad verbum,ſeducas. Totáſque noctes in lamentando filio ſuo Tobia conſumebat, τὰς δὲ νύκτας ὅλας οὐ διελίμπανε θρηνοῦσα Τωβίαν τὸν υἱὸν αὐτῆς. noctes autẽ totas non deſinebat flere Tobiam filium ſuum. Hebræus, totáſque noctes ducebat inſomnes. Iam deſperant ſe me viſuros. οὐκ ἐπελπίζουσιν ὄψεσθαί με. non amplius ſperant ſe viſuros me. Hebræus,deſperant de me.omnem de reditu meo ſpem abiecerunt. 10 In qua tam mancipia & iumenta quàm pecunia inerant. σώματα, καὶ κτήνη, καὶ ἀργύριον. corpora, & iumenta,& argentum.Hebræus,ſeruos & ancillas.id eſt,mancipia,quæ nomine corporum ſignificantur.

11 Vos fortunet. εὐοδώσει ὑμᾶς. proſperabit.ſed futurum Hebræis pro optatiuo vſitatum.εὐοδοῦν autem hoc loco accipitur pro εὐλογεῖν, benedicere, ac fœlices beatóſque facere.Hebræus,fortunet vias veſtras.

Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire:

Monẽtes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiã, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

12 Filiam verò ſuam monens, 'Honora, inquit, ſocerum tuum & ſocrum tuam, qui nunc parentes tui ſunt. 'vtinam quæ ſunt ho-
13 neſta, de te audiã. Atque oſculatus eſt eam, Edna autem ſic Tobiam eſt alloquuta, Dominus cæli, frater dilecte, 'te *tuis* reſtituat: mihíque cõcedat vt filios tuos ex Sarra filia mea videam, vt coram Domino gaudeam. Ecce tibi ego filiam meam 'quaſi quoddam depoſitum committo, 'ne vlla eam moleſtia afficias.

Parẽtes Saræ docent eam officiũ vxoris probæ.

Cap. XI.

1 Qvũmque reuerterentur, peruenerũt ad Charan quæ eſt in medio itinere contra Niniuẽ, vndecimo die.

2 Dixitque Angelus, Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrẽ tuũ:

3 Si placet itaque tibi, præcedamus: & lento gradu inſequãtur iter noſtrũ familiæ ſimul cum coniuge tua & cum animalibus.

4 Qũmque hoc placuiſſet vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaq; Tobias ex felle illo, & abierũt.

5 Anna autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo.

6 Et dum ex eodẽ loco ſpecularetur aduentum eius, vidit alonge, & illico agnouit venientem filium ſuum: currẽnſque nuntiauit viro ſuo, dicẽs, Ecce venit filius tuus.

7 Dixitque Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domum tuam, ſtatim adora Dñm Deũ tuũ: & gratias agens ei, accede ad patrẽ tuũ, & oſculare eũ.

8 Statimque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis, quod portas tecum: ſcias enim quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aſpectu tuo gaudebit.

9 Tũc præcurrit canis qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius aduenĩẽs, blandimento ſuæ caudæ gaudebat.

10 Et cõſurgens cæcus pater eius, cœpit offendẽs pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiã filio ſuo.

11 Et ſuſcipiens, oſculatus eſt eum cum vxore ſua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

12 Qũmque adoraſſent Deum & gratias egiſſent, conſederunt.

13 Tunc ſumẽs Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui.

14 Et ſuſtinuit quaſi dimidiã ferè horam: & cœpit albugo ex oculis eius, quaſi membrana oui, egredi.

15 Quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis eius, ſtatimque viſum recepit.

16 Et glorificabant Deum, ipſe videlicet & vxor eius, & omnes qui ſciebãt eum.

17 Dicebãtque Tobias, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce,

Cap. XI.

1 Poſt hæc profectus eſt Tobias, 'Deo gratias agens quòd iter proſperum ſibi dediſſet, 'Raguelémque & Ednam eius vxorẽ benedicens, ſuo perrexit itinere donec Niuiuẽ appropinquauit.

2 Tum Raphael dixit Tobiæ, Tu ſcis frater, 'quomodo patrẽ tuũ reliqueris.

3 Præcurramus vxorem tuam, & domum præparemus:

4 'Fel verò piſcis fac ad manum habeas. Itaque profecti ſunt, &'canis eos ſequebatur.

Porrò Anna in via ſedebat, filium ſuum circunſpiciens.

6 'Quem cõſpicata venientem, Ecce, inquit patri eius, filius tuus qui venit, & is qui cum eo profectus eſt.

7 Tum Raphael, Equidem ſcio, inquit, Tobia, 'patrem tuũ viſum eſſe recuperaturum.

8 Tunc igitur fel oculis eius illine, quo ille compunctus, 'detritas abolebit albugines, ac te videbit.

9 Anna autem accurrens, ſe in collum fili ſui coniecit. ac, Video te, inquit, fili. 'dehinc iam emori cõtenta ſum. ac vterque fleuit.

10 Pater verò Tobias egrediens, ad oſtium offendit: ad quẽ filius accurrens,

13 Eúmque apprehendens, 'felléque in oculos eius aſperſo, Confide, inquit, ô pater.

14 Qũmque oculi ei compungi cœpiſſent, confricuit eos,

15 Donec 'ab angulis oculorum albugines quaſi ſquamæ quædam detractæ ſunt. Tum verò ſimulatque filium vidit, ſe in eius collum coniecit.

16 Ac flens, Celebrandus es ô Deus, inquit, noménque tuum ſempiterna laude celebrandum: & beati ſancti Angeli tui vniuerſi.

17 Quoniã me flagellaſti, & idem miſeratus es. 'ecce enim, Tobiã filium meum video. Lætus autem filius domum ingreſſus, nar-

Tobias, familia cum vxore relicta in medio itinere, præcedit cum Angelo.

Admonetur ab Angelo Tobias, de felle.

Anna ſpeculans aduentum filii, tandem venientem agnoſcit.

Oſculum.

Præcurrit canis quaſi nuntius.

Suſcipit Tobias filiũ cũ oſculo. Gratiarũ actio. Filius patris oculos linit ex felle piſcis, & viſum recipit.

Benedictio, & laus Deo.

13 Honora ſocerum tuum & ſocrum tuam, τίμα τοὺς πενθερούς σου. honora ſoceros tuos. Hebræus vtrunque exprimit, tam ſocrum quàm ſocerum. Vtinã quæ ſunt honeſta, de te audiam. ἀκούσαιμί σου ἀκοὴν καλήν. vtinam audiam de te famã bonam. i. ſecundam. Quidam, bonos nuntios. Hebræus, Deus ſanctus ac benedictus faciat vt audiã de te bonam famã, vnde lætitiam accipiam. Te *tuis* reſtituat: ἀποκαταστήσαι σε ὁ Κύριος οὐρανοῦ. Dominus cæli te reſtituat. i. ad tuos reducat. Quidã vertunt, reducẽ faciat. Quaſi quoddã depoſitũ cõmitto, παρατίθημί σοι ἐν παρακαταθήκῃ. trado tibi filiam meam in depoſitum. i. tuæ fidei cõmendo & committo. Hebræus, trado in manũ tuam quaſi depoſitum. Ne vlla eam moleſtia afficias. καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτήν. & ne contriſtes eam. durius tractes. ne affligas. & ita Hebræus.

IN CAPVT XI.

1 Deo gratias agens εὐλογῶν τὸν Θεόν. benedicens Deum. id eſt laudans. eius bonitatẽ laudibus celebrans. Eius laudis & gratiarũ actionis cauſam ſubiicit, quòd iter eius ita fortunaſſet. Raguelémque benedicens, καὶ κατηυλόγει Ραγουήλ. & benedicebat Raguelem. i. ei eiuſque vxori bona & fauſta precabatur. Hoc enim ſignificat verbum κατευλογεῖν. 2 Quomodo patrem tuum reliqueris. πῶς ἀφῆκας τὸν πατέρα σου. quemadmodum [id eſt quo in ſtatu] patrem tuũ reliquiſti. nempe cæcũ. 4 Fel verò piſcis fac ad manũ habeas. λάβε δὴ παρὰ χεῖρα χολὴν τοῦ ἰχθύος. δὴ particula poteſt eſſe illatiua, Itaque, aut igitur. Sume igitur ad manum fel piſcis ad tollendã patris cæcitatem accommodatum. Canis eos ſequebatur. συνῆλθεν ὁ κύων ὀπίσω αὐτῶν. ibat vnà canis poſt eos. 6 Quem conſpicata venientem, καὶ προσενόησεν αὐτὸν ἐρχόμενον. & præcognouit [aut, animaduertit] eum veniẽtem. i. conſpexit. προσνοεῖν enim (vt animaduertere) quum ſit proprium animi, ad ſenſum oculorum ſæpe transfertur: vt contrà quæ oculorum ſunt propria, propter vicinitatem ad animum transferuntur
7 Patrẽ tuũ viſum eſſe recuperaturum. ὅτι ἀνοίξει τοὺς ὀφθαλμοὺς πατήρ σου. quòd aperiet oculos pater tuus. i. detracta albugine videbit.
8 Detritas abolebit albugines. διατρίψει καὶ ἀποβαλεῖ τὰ λευκώματα. deteret & abiiciet albugines. 9 Dehinc iam emori cõtenta ſum. ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποθανοῦμαι. abhinc emoriar. His verbis ſignificat ſe non ægrè morituram, poſtquam filium quem perditum putabat, nunc ſibi reſtitutum videt. Sic Simeon poſtquam Chriſtum tantopere deſideratum aſpexit, æquo animo ſe moriturum eſſe dixit.
13 Felléq; in oculos eius aſperſo, καὶ προσέπασε τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ αὐτοῦ. & ſparſit fel in oculos eius. Antea verbo ἐγχρίειν vſus eſt, quod illinere ſignificat. 15 Ab angulis oculorum ἀπὸ τῶν κανθῶν αὐτοῦ. Hirquos Latini appellant, Canthos Græci extremas oculorum partes vtrinque angulum efficientes. 17 Ecce enim, καὶ ἰδού. & ecce. pro ecce enim. vt ſit ratio qua oſtendit quomodo Deus, eius miſertus fuerit, quòd reſtituto oculorũ viſu filium ſuum ſaluum incolumémque viderit.

rauit patri″quæ magnifica in Media eſſent acta.

Poſt ſeptē dies venit Sara.

Pater verò Tobias″proceſſit obuiam nurui ſuæ, gaudēs & Deū laudans ad portam Niniues, admirantibus hominibus qui eum videbant euntem,″quòd viſum recepiſſet.

″Ipſe verò omnibus palàm teſtabatur″eam miſericordiā quam Deus in ſe cōtulerat. Quúmque Sarræ nurui ſuæ propinquaſſet, ″his eam verbis ſalutauit,″Saluus ſit ô filia aduētus tuus:″benedictus Deus qui te ad nos adduxit: benedictus etiam pater tuus. Omnibus autem fratribus eius qui degebant Niniuæ, lætitia eſt allata.

Congratulantur conſobrini Tobiæ.

Et venerunt Achiacharus & Naſbas″fratris eius filius:

Nuptiæque Tobiæ cum lætitia ſeptem diebus celebratæ ſunt.

Cap. XII.

Tobias filius patri commemorat beneficia à Raphaele in ſe collata.

PORrò Tobias vocato filio ſuo Tobia, Vnde inquit, fili, des mercedē homini qui te comitatus eſt,″atq; etiā auctario opus eſt.

At ille,″Nihil detrimēti, inquit, accipio pater, ſi dem ei dimidiū eorum quæ attuli.

Nam & me tibi reduxit incolumem, &″vxoris meæ curam habuit, & pecuniam mihi attulit, & te pariter ſanauit.

Tum ſenex,″Iure, inquit, ei debetur.

Tobias pater & filius eius offerūt Raphaeli dimidiam partem bonorum ſuorū.

Atque quum Angelum vocauiſſet, dixit ei vt acciperet dimidium eorum omnium quæ attuliſſent, atque ita ſaluus abiret.

Ille autem ambobus ſeorſum ſeuocatis, Deum prædicate, inquit,″eíque gratias agite, magnificētiam ei date, & coram omnibus qui viuunt, gloriam eorum quæ in vos contulit. Bonum eſt prædicare Deum, eiúſque nomen extollere,″opera Dei honorificis verbis cōmemorantes. ″quamobrem non grauatim eius laudes celebrate.

Aperit eis Raphael omnē geſtæ rei & conditionis ſuæ veritatem.

″Arcana Regis celare bonū eſt,″opera verò Dei declarare præclarum. Quod bonum eſt facite, &″malum vos non attinget.

Oratio. Ieiunium.

Bonæ ſunt preces quæ cum ieiunio & beneficentia iuſtitiáque coniunctæ ſunt. Parū cum iuſtitia ſatius eſt, quàm multum cum iniuſtitia. Melius eſt″dare beneficium, quàm″aurum theſauro recondere.

---

ego video Tobiam filium meum.

18 Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sara vxor filii eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli, & pecunia multa vxoris, ſed & illa pecunia quā receperat à Gabelo. D

19 Et narrauit parentibus ſuis omnia beneficia Dei quæ feciſſet circa eum per hominem qui eum duxerat.

20 Venerúntque Achior & Nabath cōſobrini Tobiæ, gaudentes, ad Tobiā, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat Deus.

21 Et per ſeptem dies epulātes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

Cap. XII.

1 TVnc vocauit ad ſe Tobias filiū ſuū, dixitque ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecum?

2 Reſpōdens Tobias, dixit patri ſuo, Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit eſſe beneficiis eius?

3 Me duxit & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmoniū ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumē cæli: & bonis omnibus per eū repleti ſumus.

4 Quid illi ad hæc poterimus dignū dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medietatem de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere. B

5 Et vocantes eū, pater ſcilicet & filius, tulerunt eum in partē: & rogare cœperūt vt dignaretur dimidiā partē omniū quæ attulerāt, acceptā habere.

6 Tunc dixit eis occultè, Benedicite Deū cæli, & corā omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcū miſericordiam ſuam.

7 Etenim ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt: opera autē Dei reuelare & cōfiteri, honorificum eſt.

8 Bona eſt oratio cum ieiunio: & eleemoſyna magis quā theſauros auri recondere.

Quæ magnifica in Media eſſent acta. τὰ μεγαλεῖα τὰ γινόμενα ἐν τῇ Μηδείᾳ. res magnificè factas in Media. 18 Proceſſit obuiā nurui ſuæ, ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῆς νύμφης αὐτοῦ. egreſſus eſt in occurſum nurus ſuæ. Quòd viſum recepiſſet. ὅτι ἔβλεψε. quòd vidiſſet. aut, vi ſum recuperaſſet. 19 Ipſe verò omnibus palàm teſtabatur καὶ Τωβὴτ ἐξωμολογεῖτο ἐνώπιον αὐτῶν. Et Tobias cōfitebatur corā eis. i. commemorabat & prædicabat. Hoc enim ſignificat ἐξομολογεῖσθαι. Eam miſericordiā quam Deus in ſe cōtulerat. ὅτι ἠλέησεν αὐτὸν ὁ Θεός. quòd Deus eius miſertus eſſet. His eā verbis ſalutauit, κατευλόγησεν αὐτὴν, λέγων. benedixit eā, dicens. i. ſaluū aduentum ei precatus eſt. Eſt enim κατευλογεῖν bene precari alicui. Latinè Salutare verti poteſt. i. ſalutē alicui optare. Saluus ſit ô filia aduētus tuus: ἔλθοις ὑγιαίνουσα θύγατερ. Venias ſana filia. i. ſalua & incolumis. de qua loquēdi forma antè dictū eſt. Benedictus Deus εὐλογητὸς ὁ Θεός. id eſt laudādus. quod nomen repetendū eſt in eo quod ſubiungit, Etiā pater tuus: ſed in diuerſa ſignificatione. Benedicimus enim Deum quū eū laudamus, eique gloriā debitam tribuimus. benedicimus hominē cui bene precamur, eique bona exoptamus. 20 Fratris eius filius: ὁ ἐξάδελφος. patruelis, ὁ ἀνέψιος. ita appellantur qui ex duobus fratribus ſunt geniti. Sic mulier ἐξαδέλφη, quæ eadem propinquitate & cognatione cū altero cōiuncta eſt.

IN CAPVT XII.

1 Atque etiā auctario opus eſt. καὶ προσθεῖναι αὐτῷ δεῖ. & addere illi oportet. vt acceſſio fiat ad mercedem, eique non ſolùm merces promiſſa perſoluatur, ſed gratia cumulatè referatur. 2 Nihil detrimēti accipio οὐ βλάπτομαι. Non lædor. Quidam vertunt, Nō grauor ei dare. οὐ βλάπτομαι διδούς, id eſt, nō grauatim ei do. ſed verbum Græcū ſignificat propriè iniuriā: quaſi diceret, Nulla afficior iniuria, aut damno ac detrimento. Verti poteſt, Non defraudor, ſi ei dem dimidium bonorum. Significat enim iuſtum & æquum eſſe vt ei tantundem det.

3 Vxoris meæ curam habuit, τὴν γυναῖκά μου ἐθεράπευσε. vxorem meam curauit. i. ſanauit. ſuffitu facto, cacodæmone liberauit. noxium ſpiritū è corpore eius profligauit. Eodem verbo ſtatim vtitur, quum paulo pòſt dicit, ſanitatē oculorum patri ſuo ab eodem allatā eſſe. θεραπεύειν enim mederi ſignificat, & remediū alicui afferre. 4 Iure ei debetur. δικαιοῦται αὐτῷ. Iuſtè id ei tribuitur. Significat iuſtā & meritam compenſationem officiis alterius dignā. 6 Eique gratias agite, καὶ αὐτῷ ἐξομολογεῖσθε. & ei confitemini. הודה Hebræi dicunt, quod laudare & celebrare ac prædicare ſignificat. Hinc ἐξομολόγησις, quæ pro gratiarum actione cum laude coniuncta accipitur. Opera Dei honorificis verbis commemorantes. τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ ἐντίμως ὑποδεικνύοντες. ſermones Dei honorificè demonſtrantes. ideſt, præclara eius facta declarantes, aut narrantes. λόγους enim dicit Hebræorum more, qui דברים pro rebus geſtis aut operibus accipiunt. Quamobrem non grauatim eius laudes celebrate. καὶ μὴ ὀκνεῖτε ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. Et ne pigeat vos ei confiteri, id eſt, ſtudioſe atque alacriter eum prædicate. Requirit enim ſtudium in tantis Dei beneficiis prædicandis, vt grata eorum memoria declaretur. 7 Arcana Regis celare bonū eſt, μυστήριον γὰρ βασιλέως καλὸν κρύψαι. Myſterium [aut, ſecretū] Regis honeſtum eſt occultare. aut, tegere. i. tacere. nō efferre ad alios, atque euulgare. Opera verò Dei declarare τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακαλύπτειν. opera verò Dei reuelare. i. proferre in mediū, nec ſilentio premere. Malum vos non attinget. κακὸν οὐχ εὑρήσει ὑμᾶς. malū non inueniet vos. i. non accidet vobis. Eſt enim Hebraiſmus. 8 Dare beneficiū, ποιῆσαι ἐλεημοσύνην. facere eleemoſynam, id eſt, beneficia largiri, ea conferre in indigentes, illis benefacere. Aurum theſauro recondere. θησαυρίζειν χρυσίον. theſaurizare aurum. id eſt cumulare, atque in theſaurum comparare. congerere.

9 Quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam.

C 10 Qui autem faciunt peccatũ & iniquitatem, hoſtes ſunt amicæ ſuæ.

11 Manifeſto ergo vobis veritatem,& nõ abſcõdã à vobis occultũ ſermonẽ.

Suprà 2.a.6 12 ‖Quãdo orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos,& derelinquebas prandium tuum,& mortuos abſcondebas per diem in domo tua,& nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationẽ tuam Domino.

13 Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio pobaret te.

14 Et nunc miſit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filii tui à dæmonio liberarem.

15 Ego enim ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptẽ qui aſtamus ante Dñm.

16 Quúmque hæc audiſſent, turbati ſunt, & trementes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam.

D 17 Dixitque eis Angelus, Pax vobis, nolite timere.

18 Etenim quum eſſem vobiſcum, per volũtatem Dei eram: ipſum benedicite,& cantate illi.

Geneſ.18.b.7. & 19.a.3 iud.13.c.16 19 ‖Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere: ſed ego cibo inuiſibili,& potu qui ab hominibus videri non poteſt,vtor.

20 Tempus eſt ergo vt reuertar ad eũ q̃ me miſit: vos autẽ benedicite Deũ, & narrate omnia mirabilia eius.

21 Et quũ hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non potuerunt.

22 Tunc proſtrati per horas tres in faciem,benedixerunt Deũ: & exurgentes,narrauerũt omnia mirabilia eius.

Cap. XIII.

1 APeriens autẽ Tobias ſenior os ſuum,benedixit Dominum, & dixit,Magnus es Domine in æternũ, & in omnia ſecula regnum tuum.

Deut.32.f.39 1.reg.2.b.6 ſapien.16.b.13 2 ‖Quoniã tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & nõ eſt qui effugiat manum tuam.

3 Cõfitemini Domino filii Iſrael, & in conſpectu Gentium laudate eum:

4 Quoniam ideo diſperſit vos inter Gentes quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius,& faciatis ſcire eos,quia nõ eſt alius Deus omnipotens præter eum.

5 Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras,& ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam.

6 Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum,& cũ timore & tremore confitemini illi: regémque ſeculorum exaltate in operibus veſtris.

7 Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in gentem peccatricem.

9 Beneficentia enim vindicatã morte,ʹomnéque peccatũ expiat. Ieiunium. Eleemoſyna.
ʹQui beneficentiam & iuſtitiam colunt,ʹvita explebuntur:

10 Qui verò peccant,ſuæ ipſorum vitæ ſunt inimici.

11 ʹEquidem nihil vos celauero. dixi autem arcanum Regis celare,honeſtum eſſe: Dei verò opera proferre,præclarum.

12 ʹAc modò quum tu & Sarra nurus tua oraretis,ʹmemoriã precum veſtrarum coram Sancto retuli: quúmque mortuos ſepelires,ego tibi pariter aderam.

13 Neque verò quũ te non piguit ſurgere,relictóque prandio tuo ʹad tumulãdum mortuum abire,tuum me beneficium latuit,ſed tecum eram. Oportet eum qui Deo gratus eſt,tentatione probari.

14 ʹNunc autẽ Deus me ad te Sarrámq; nurũ tuã ſanandos miſit.

15 Ego ſum Raphael vnus ex ſeptẽ ſanctis Angelis qui preces ſãctorũ *ad Deum* deferũt, atqueʹillius maieſtatis ſanctæ ſũt emiſſarii.

16 Tum illi perturbati ſunt ambo,pronísqueʹmetu cõſternati,prociderunt.

17 At ille,Ne metuatis, inquit,ʹquoniam vobis bene erit: Deum autem collaudate. Angelus. Pax.

18 Quia non mea gratia veni, ſed Dei veſtri voluntate. quapropter omnia in ſecula ipſum prædicate.

19 Omnibus diebus apparebam vobis, neque tamẽ comedebam, nec bibebam,ʹſed vobis ita videbatur.

20 Nunc ergo gratias Deo agite, quoniã ego aſcendo ad eum qui miſit me,& quæ geſta ſunt,ʹea ſcriptis omnia mandate.

21 Porrò quum ſurrexiſſent,nec iam ille vſquam compareret,

22 Magna & admiranda Dei opera prædicauerunt,& quemadmodum Angelus Domini ipſis viſus fuiſſet. Cap. XIII.

1 SCripſit autem Tobiasʹorationẽ gratulatoriam,ac dixit, Celebrãdus Deus qui viuit in æternũ,regnúmq; eius prædicandũ. Benedicit Tobias ſenior Dominum.

2 Quoniam ipſe flagellat,& miſeratur: deducit ad inferos, ac reducit: nec eſt qui manum eius effugiat.

3 Huic laudes tribuite filii Iſrael coram Gentibus, quoniam ipſe vos in eas diſperſit:

4 Ibiʹdeclarate magnificentiam eius, & eum apud omnes viuos extollite. nam ipſe eſt Dominus noſter, & Deus noſter, ac Pater in omnia ſecula. Deus vnus.

5 Propter iniquitates noſtras flagellabit nos, rurſúmque miſerabitur,& nos omnibus ex Gentibus,inter quas diſperſi ſumus,cõgregabit. Peccatum. Miſericordia.

9 Omnéque peccatũ expiat. καὶ αὐτὴ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀποκαθαίρει. & ipſa omne peccatũ expurgat. eluit & emundat. Qui beneficentiam & iuſtitiã colunt, οἱ ποιοῦντες ἐλεημοσύνας καὶ δικαιοσύνας. facientes eleemoſynas & iuſtitias.i.qui ſunt benigni, liberales, benefici,ac iuſti. qui nemini nocent,proſunt omnibus. Vita explebuntur: πληρωθήσονται ζωῆς.replebuntur vita.i.vita longa & diuturna perfruentur. Hæc promiſſio frequens eſt in Scripturis. 11 Equidẽ nihil vos celauero. οὐ μὴ κρύψω ἀφ᾽ ὑμῶν πᾶν ῥῆμα. Non abſcondã à vobis omne verbũ. Nihil obtegã vobis,& occultabo. 12 Ac modò καὶ νῦν. Et nunc. Sed ad tẽpus præteritum eſt referendum: quod ego particula Modò tempus paulo antè præteritum ſignificante exprimere volui. Memoriam precũ veſtrarum corã Sancto retuli: προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου. induxi memoriam orationis veſtræ in conſpectũ Sancti.i.obtuli, aut præſentaui. 13 Ad tumulandum mortuũ ὅπως περιστείλης τὸν νεκρόν. vt cooperires mortuum. id eſt, humares, ac ſepulturæ mandares. 15 Illius maieſtatis ſanctæ ſunt emiſſarii. ἐκπορεύονται ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ ἁγίου. ambulant ante maieſtatẽ Sancti.aut, egrediuntur ac dimittuntur. Sunt enim Dei adminiſtri,qui coram eo ſemper aſtant,vt quæ fuerint mãdata,obeant,atque imperiũ exequantur. 16 Metu conſternati, ὑπεφοβήθησαν. quòd timuerant intellecta Angeli dignitate,quem hominẽ eſſe arbitrati fuerant. 17 Quoniã vobis bene erit: ὅτι εἰρήνη ὑμῖν ἔσται. quoniam vobis pax erit.id eſt,omnia ſalua & proſpera.de qua loquendi forma ſæpe antea. 19 Sed vobis ita videbatur. ἀλλὰ ὅρασιν ὑμεῖς θεωρεῖτε. ſed vos viſionẽ videbatis.id eſt Angelum forma & figura hominis,ſpecie quadam comedentẽ ac bibentẽ,operáque humana referentem. 20 Ea ſcriptis omnia mandate. καὶ γράψατε πάντα τὰ συντελεσθέντα εἰς βιβλίον. & ſcribite omnia quæ ſunt perfecta, in librum. id eſt,omnia acta & geſta ſcripta in librum redigite.monumentis literarum prodite ne intereant.

IN CAPVT XIII.

1 Orationẽ gratulatoriam, προσευχὴν εἰς ἀγαλλίασιν. orationẽ in exultationem.id eſt εὐχαριστικήν, quæ gratiarum actionẽ complecteretur,& laudes Dei cum lætitia animi coniunctas. vera enim gaudii materia eſt Dei bonitas aliquo ſingulari beneficio perſpecta & cognita.
4 Declarate magnificentiam ὑποδείξατε τὴν μεγαλωσύνην. oſtendite.aut,demonſtrate.id eſt enarrate & commemorate.

Conuerſis miſericordia.

Si toto corde totóque animo ad eum conuerſi fueritis "vt inte- 8
gritati coram eo ſtudeatis, ipſe ad vos quoque conuertetur, nec
ſuam à vobis faciem abſcondet, ſed videbitis quæ vobiſcum actu
rus eſt. "pleno autem ore veſtro ipſum prædicate: laudate Dominum iuſtitiæ, ac Regẽ æter
nitatis extollite. ego verò in terra captiuitatis meæ eum laudibus celebro, eiúſque potentiã
& magnificentiam genti peccatrici demonſtro. Conuertimini peccatores, & iuſtitiam corã
ipſo colite. quis ſcit "an voluntatem erga vos ſuſcipiat, & miſericordiã vobis ſuã impertiat?
Ego extollam Deum meum, & anima mea Regẽ cæli, eiúſque 9
magnificentiam efferet.
"Prædicent omnes, eúmque "nomine iuſtitiæ celebrent. 10
Te Hieroſolima ciuitas ſancta, propter opera filiorum tuorum 11
flagellabit, iuſtorúmque filios denuo miſerabitur.

Eiuſdẽ prophetia de reducẽda captiuitate in Ieruſalem.

Celebra Dominũ, "Regémque lauda ſempiternũ, vt iterũ in te 12
tabernaculũ eius cũ lætitia extruatur, "ab eodémque captiui per
te recreẽtur, & calamitoſi in omnes ſeculorum ætates diligãtur.
Ad nomen Domini plurimæ Gẽtes è longinquo aduenient, "do- 14
naria manibus afferẽtes, donaria *inquam* Regi cæleſti. "homines om-
nium ætatũ laudabunt te, & "cum lætitia celebrabunt.
Maledicti omnes qui te oderunt: beati verò in perpetuum qui 16
te diligunt.
Lætare atque exulta ſuper filios iuſtorũ: quoniam Dominum 17
iuſtorum celebraturi colligentur.
Ó beatos qui diligunt te, quoniã "tua ex pace lætitiã percipient. 18
Beati qui ſuper omnia flagra *quæ tu es paſſa* indoluerunt: quoniam tua cauſa gaudebunt, quum
tuam omnem gloriam viderint, & in æternum lætabuntur.
Anima mea Deum regem magnum prædicet. 19
Quoniam Ieruſalem ſapphiro, & ſmaragdo, "lapidibúſque pre- 21
tioſis extruetur: muri tui cum turribus ac propugnaculis auro pu
ro conſtruentur.
Et plateæ Hieroſolymæ beryllo, carbunculo, lapide Ophirio 22
"ſternentur.
Omnes viri eius "Halleluia cõcinent, atque collaudantes, dicẽt, 23
Celebrãdus Deus qui "*eam* oĩa in ſecula exaltauit. Cap. XIIII.
Atque hîc "finem Dei laudandi fecit Tobias. 1

Ætas Tobiæ ſenioris.

Cæterùm annos natus erat quinquaginta octo quũ amiſit 2
viſum, & eundẽ poſt exactos octo annos recepit. "Inopes autem benignitate ſubleuabat, "ma-
gíſque ac magis Dominum religioſè colebat & laudabat.

8 Conuertimini itaque peccatores, & facite iuſtitiam coram Deo, et edẽtes quòd faciat vobiſcum miſericordiam ſuam.

9 Ego autem & anima mea in eo lætabimur.

10 Benedicite Dominũ omnes electi ei⁹: agite dies lætitiæ, & cõfitemini illi.

11 Ieruſalem ciuitas Dei, caſtigauit te Dominus in operibus manuum tuarum.

12 Cõfitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum ſeculorum, vt reædificet in te tabernaculũ ſuum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia ſecula ſeculorum. C

13 Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te.

14 ‖Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabũt in te Dominum, & terrã tuam in ſanctificationem habebunt.

Eſa. 49. e. 18, & 60. a. 5 act. 2. a. 5

15 Nomen enim magnum inuocabunt in te.

16 Maledicti erunt qui cõtempſerint te: & condemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te.

17 Tu autem lætaberis in filiis tuis: quoniã omnes benedicentur, & cõgregabuntur ad Dominum. D

18 Beati omnes qui diligũt te, & qui gaudent ſuper pace tua.

19 Anima mea, benedic Dominum: quoniam liberauit Ieruſalem ciuitatem ſuam à cunctis rribulationibus eius, Dominus Deus noſter.

20 Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatem Ieruſalem.

21 ‖Portæ Ieruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius.

Apoc. 21. e. 18

22 Ex lapide candido & mundo oẽs plateæ eius ſternentur: & per vicos eius Halleluia cantabitur.

23 Benedict⁹ Dominus qui exaltauit eã, vt ſit regnũ eius in ſecula ſeculorũ ſuper eam. Amen. Cap. XIIII.

1 Et cõſummati ſunt ſermones Tobiæ. & poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadragintaduobus, & vidit filios nepotum ſuorum.

2 Cõpletis itaq; annis centũ duobus, ſepultus eſt honorificè in Niniue.

8 Vt integritati coram eo ſtudeatis, ποιῆσαι ἐνώπιον αὐτοῦ ἀλήθειαν. vt faciatis in conſpectu eius veritatem. id eſt, verè atque integrè coram
ipſo ambuletis, ſicut ab Abraham exegit. Pleno autẽ ore veſtro ἐν ὅλῳ τῷ ςόματι ὑμῶν. in toto ore veſtro. i. ore pleniſſimo eum prædicate:
vt ſtudium atque animum alacrem ſignificet, non parcè ac malignè laudes Dei celebrantem. An voluntatem erga vos ſuſcipiat, εἰ θελή-
σει ὑμᾶς. ſi volet vos. Alii, ſi voluntatem ad vos ſuam adiiciat. 10 Prædicent omnes, λεγέτωσαν πάντες. Dicant omnes. id eſt, comme-
morent opera Domini, eáque extollant. Nomine iuſtitiæ ἐν δικαιοσύνῃ. in iuſtitia. id eſt, propter iuſtitiam. 12 Regémque lauda
ſempiternum, καὶ εὐλόγει τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων. & benedic Regem ſeculorum. id eſt, æternũ, cuius regnum nullum habet principium nec fi-
nẽ. antea Regem æternitatis nominauit. Ab eodémque captiui per te recreẽtur, καὶ εὐφράνῃ ἐν σοὶ τοὺς αἰχμαλώτους. & lætificet in te capti-
uos. id eſt, afflictos reficiat & recreet. Ego forma paſſiua vſus ſum, vt mollior eſſet oratio. 14 Donaria manibus afferentes, δῶρα ἐν χερ-
σὶν ἔχοντες. dona [aut, munera] in manibus habentes. id eſt, deferentes. Hæc de Gentiũ vocatione videntur ſumpta eſſe ex Propheta Eſaia.
Homines omnium ætatũ laudabunt te, γενεαὶ γενεῶν αἰνέσουσί σε. generationes generationũ laudabunt te. id eſt, omnes ætates laudes tuas
prædicabunt. Cum lætitia celebrabunt. δώσουσιν ἀγαλλίασιν. dabunt exultationẽ. in laudibus tuis exultabunt, quemadmodũ pii ſanctiſſima
lætitia efferuntur. 18 Tua ex pace lætitiam percipient. χαρήσονται ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ σου. gaudebunt ſuper pace tua. i. propter tuam ſalutem,
quũ videbunt te reſtitutã. 21 Lapidibúſque pretioſis extruetur: ἐν λίθῳ ἐντίμῳ οἰκοδομηθήσεται. & lapide pretioſo ædificabitur. Nomen
Lapidis eſt collectiuũ, pro Lapidibus. Sunt autẽ hæc ſumpta ex 54. cap. Eſa. 2. 22 Sternẽtur. ψηφολογηθήσονται. quaſi teſſeris quibuſdã di-
ſtinguentur, vt ἐμβλήματα. i. teſſellata in pauimentis, aut in parietibus vermiculata. 23 Halleluia cõcinent, ἐροῦσιν ἀλληλούϊα. dicent, Lau-
date Dominum. Vox eſt Hebraica. *Eam* omnia in ſecula exaltauit. ὕψωσε πάντας τοὺς αἰῶνας. exaltauit omnia ſecula, ſubaudiendum nomen
Ieruſalem, quam Dominus in gloriam ſempiternam extulerit, quum eam reſtituit, regnúmque Chriſti in ea inſtitutum, per totum terrarum
orbem dilatauit.

IN CAPVT XIII.

1 Finem Dei laudandi fecit ἐπαύσατο ἐξομολογούμενος. deſiit laudare. aut, prædicare. ſubaudi Deum. finiuit laudationem & gratiarum a-
ctionem. 2 Inopes benignitate ſubleuabat. ἐποίει ἐλεημοσύνας. faciebat eleemoſynas. pauperibus benefaciebat. Magíſque ac ma-
gis Dominum religioſè colebat καὶ προσέθετο φοβεῖσθαι τὸν Κύριον. & adiecit timere Dominum. id eſt, perrexit in timore Dei. curium pieta-
tis ac religionis inſtitutum non interrupit, ſed continuauit.

3 Quinquaginta nanque & ſex annorum lumen oculorum amiſit: ſexagenarius verò recepit.

4 Reliquum verò vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

In hora autem mortis ſuæ vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum & ſeptem iuuenes filios ſuos nepotes ſuos, dixitque eis,

5 ʹQuum autem ad ſummam ſenectutem perueniſſet, filium ſuũ & ſex ex eo nepotes ad ſe vocauit, eíque dixit, Fili aſſume filios tuos: nam ecce ego iam ſenui, atque ʹexceſſui è vita propinquus ſum: diſcede fili in Mediam.

Tobias moriturus, ad ſe vocat filiũ & nepotes: quibus prædicit Niniue deſtructionem, & Ieruſalem reſtaurationem.

B Propè erit interitus Niniue (non enim excidit verbum Domini) & fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertentur ad eam.

6 Planè enim mihi perſuaſa ſunt quæ vaticinatus eſt Ionas propheta de Niniue, vt ea euertenda ſit: in Media veroʹres fore ad tẽpus tranquilliores. Quinetiam fratres noſtros in orbem ex opima terra eſſe diſiiciendos, deſolandámque Hieroſolymam, & in ea cõcrematam ædem Dei ad tempus deſerendam.

1.Eſdr.3.b.8, & 6.c.14

Omnis autem deſerta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea ſincenſa eſt, iterum reædificabitur: ibique reuertentur omnes timentes Deum,

7 Rurſum autem Deum miſeratum illos in patriam reductur ũ, vbi ʺtemplum extruãt, priori tamen diſſimile, donec tempus eius ætatis cõpleatur: quo exactoʹpaſſim reuertentur è captiuitate qui ʺmagnificè Hieroſolymam ædificent. in quo domus Dei præclara in omnes ſeculorum ætates ſtructura reficietur, quemadmodum de ipſa vaticinati ſunt Prophetæ.

Et relinquẽt Gentes idola ſua, & venient in Ieruſalem, & inhabitabunt in ea:

8 Quum omnes Gentes ſe ad Dominũ conuertent, ʹvt eum verè colant, ſimulachráque ſua defodient.

Et gaudebunt in ea omnes Reges terræ, adorantes Regem Iſrael.

9 Quum Dominum omnes nationes celebrabunt: Deúmque ipſius populus laudabit, ac Dominus populum ſuum exaltabit: lætabuntúrque omnes qui diligunt Dominũ Deum in veritate & iuſtitia, quíque miſericordia fratres ſuos proſequuntur.

Deut.6.e.13 ioſ.24.b.14 1.reg.7.d.8

C Audite ergo filii mei patrem veſtrũ, ſeruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita ſunt illi:

10 Nunc autem fili, diſcede Niniue: quoniam planè eueniẽt quæ Ionas propheta loquutus eſt.

Exhortatio ad ſeruiendũ Deo.

Et filiis veſtris mandate vt faciant iuſtitias & eleemoſynas: vt ſint memores Dei, & benedicãt eũ in omni tẽpore ĩ veritate & ĩ tota virtute ſua.

11 Tu verò Legem præceptáque obſerua: ac ʺmiſericordẽ iuſtúmque te præbeas, vt tibi bene ſit.

Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic: ſed quacunque die ſepelieritis matrẽ veſtrã circa me in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis hinc.

12 Me autem honeſtè ſepelias, & matrẽ tuam mecum: neque amplius Niniue moremini. Cogita fili, ʹquomodo nutritium ſuum Achiacharum tractarit Aman: quomodo eum ex luce in tenebras deduxerit, & quam ei gratiã retulerit. cæterùm Achiacharũ eſſe ſeruatum, ʺvicem verò illi eſſe relatã, vt in tenebras deſcenderit. Manaſſes exercuit miſericordiam, & euaſit è laqueo mortifero quem ei defixerant: Aman autem incidit in laqueum, ac periit.

Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

13 Quare nunc vide fili, quid faciat miſericordia, & quomodo iuſtitia liberet. Hæc quum dixiſſet, ʹanimam expirauit in lecto, ætate annorum centũ quinquaginta octo, ʺquem filius honorificè ſepeliuit.

Factum eſt autem poſt obitum matris ſuę, Tobias abſceſſit ex Niniue cum vxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos.

14 Quúmque Anna diem ſuum obiiſſet, eam in ſepulchro patris ſui condidit: ipſe autem vnà cum vxore ac liberis ad Raguelem ſocerum migrauit.

Tobias iunior poſt obitum matris reuertitur ad ſoceros.

D Inuenitque eos incolumes in ſenectute bona: & curã eorũ geſſit, & ipſe clauſit oculos eorũ: & omnẽ hæreditatẽ domus Raguelis ipſe percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum ſuorum.

15 Etʹcum honore cõſenuit, & ſoceros ſuos ſepeliuit glorioſè, eorúmque facultates cum bonis patris hæreditate obtinuit.

Et completis annis nonaginta nouem in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum.

16 Ipſe etiam Ecbatanis quæ eſt vrbs Mediæ, mortuus eſt, annum agens centeſimum viceſimumſeptimum.

Moritur 99 anno ætatis ſuæ.

Omnis autẽ cognatio eius, & oĩs generatio eius in bona vita & in ſancta cõuerſatione permanſit: ita vt accepti eſſent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

17 Audiuit autem priuſquam moreretur, interitũ Niniues, quæ à Nabuchodonoſore & Aſſuero capta eſt: atque ante obitũ ſuum ſuper ea gauiſus eſt.

5 Quum autem ad ſummam ſenectutem perueniſſet μεγάλως δὲ ἐγήρασε. Maximè autem ſenuit. Admodum grandis natu factus eſt. Exceſſui è vita propinquus ſum: πρὸς τὸ ἀποτρέχειν ἀπὸ τῆς ζωῆς εἰμί. ſum in eo vt à viuendo [.i. ex vita] diſcedam. non longè abſum à morte.

6 Res fore ad tempus tranquilliores. μᾶλλον ἔσται εἰρήνη. magis erit pax. res erunt pacatiores ac meliores. non ita turbulentæ ac periculoſæ.

7 Templũ priori tamen diſſimile. οἶκον οὐχ οἷος ὁ πρότερος. domũ non qualis prior. non ea magnificentia & gloria, ſi ſtructura ſpectetur: ſed maiore gloria, ſi regnum Chriſti ſpirituale conſideretur. Paſſim reuertentur è captiuitate μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσι ἐκ τῶν αἰχμαλωσιῶν. poſtea redibunt è captiuitatibus. id eſt è locis diuerſis, in quibus captiui tenebantur. Magnificè ἐντίμως. honorificè. ſummo cum honore & gloria Hieroſolymam reficiant ac reſtaurent. 8 Vt eum verè colant, &c. ἀληθινῶς φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν. vt verè timeant Dominum Deum. id eſt, reuereantur, colant, venerentur purè, ac ſincerè ei ſeruiant. 11 Miſericordem iuſtúmque te præbeas, γίνου φιλελεήμων καὶ δίκαιος. ſis amator miſericordiæ ac iuſtus. ſtudeas de omnibus bene mereri, eiſque miſericordiam tribuere.

12 Quomodo nutritium ſuum, &c. τί ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχιαχάρῳ τῷ θρέψαντι αὐτόν. quid fecerit Aman Achiacharo, qui eum nutriuerat. id eſt, vt alumnus in ſuum nutritium ingratus atque iniurius fuerit. pro beneficiis malam ei gratiam retulerit. Vicem verò illi eſſe relatam, ἐκείνῳ δὲ τὸ ἀνταπόδομα ἀπεδόθη. illi verò retributio data eſt. id eſt, iniquitas & iniuria quam alteri moliebatur, in ipſius caput reiecta eſt.

13 Animam expirauit ἐξέλιπεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. defecit anima eius. id eſt, expirauit, mortuus eſt. Quem filius honorificè ſepeliuit. καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐνδόξως. & ſepeliuit eum glorioſé. id eſt magnificè, vt honeſta atque honorifica eſſet ſepultura.

15 Cũ honore conſenuit, ἐγήρασεν ἐντίμως. ſenuit honorificé. honorata ſenectute defunctus eſt. in ea ætate cũ optima exiſtimatione vixit.

Liber Iudith. Ἰουδίθ.

NOVA EX GRÆCO TRALATIO.

Cap. I.

Arphaxad cōtra Nabuchodonosor pugnans, vincitur.

1 Anno Duo decimo regni Nabuchodonosoris, qui in vrbe amplissima Niniue regnauit, Arphaxad regnum Medorum obtinebat Ecbatanis.

2 Qua in vrbe muros extruxit in circuitu″ex cæsis lapidibus ternos cubitos latis, senósque longis: murus autem altitudinem habebat septuaginta cubitorum, quinquaginta verò cubitorum latitudinem.

3 Turres præterea″portis vrbis imposuit, quarum altitudo adcentum cubitos erecta erat, & latitudo in sexaginta fundata patebat.

4 Portas autem eius extruxerat septuagenos altas cubitos, latas verò quadragenos,″ad educēdas potentissimas suas copias,″aciésque pedestres instruendas.

5 Huic Arphaxadi Nabuchodonosor diebus illis bellū intulit in campo illo spatioso qui est in finibus Ragau.

6 ″Porrò se cum eo consociarunt omnes″montanæ regionis incolæ, & qui Euphraten, Tigrin, Hydaspen & campum Arioch regis Elymæorum accolebant, multæque gentes nationis Gelod″suas ad pugnandum copias coniunxerunt.

7 Misit autem Nabuchodonosor rex Assyriorū ad omnes incolas Persidis, omnésque″qui tractum tenebant Occidentalem, ad habitatores Ciliciæ, Damasci, Libani & Antilibani, atque ad omnes ″qui ad maritimam oram habitabant:

8 Ad eos præterea, qui Carmelum, & Galaad, & superiorem Galilæam, latúmque agrum Esdrelon incolebant.

9 Item ad omnes habitantes in Samaria eiúsque vrbibus, & trans Iordanem Hierosolymam vsque, & Bethauen, & Chellus, & Cades, vsque ad fluuiū AEgypti, ac Taphnē & Ramessem, omnémque terram Gesem incolentes:

10 Ad eos vsque qui vltra Tanim Memphímque sunt, ad omnes denique″incolas AEgypti vsque ad fines AEthiopiæ pertinentes.

11 Sed omnes istarum terrarum habitatores″mandatū Nabuchodonosoris Assyriorum regis spreuerunt:″neque cum eo ad societatem belli sunt profecti, quum non metuerent illum, sed″quasi virum vnum despicerent: ac ″legatos eius re infecta ignominiosè à suo conspectu remiserunt.

VETVS.

Cap.I.

1 Arphaxad itaque rex Medorū subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimā, quam appellauit Ecbatanis.

2 Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinē cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centū.

3 Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedum spatio tēdebatur: posuitque portas eius in altitudinem turrium. B

4 Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

5 Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorū, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad:

6 Et obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. C

7 Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano:

8 Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon:

9 Et ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem vsque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad terminos AEthiopiæ: D

10 Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum.

11 Qui omnes vno animo cōtradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.

IN CAPVT I.

1 Anno duodecimo regni ἔτους δωδεκάτου τῆς βασιλείας. Hoc initio notat tempus quo bellum à Nabuchodonosore contra Arphaxadem susceptum est. Nam postea in hoc capite versu 13, narratur hoc bellum anno XVII regni Nabuchodonosoris gestum confectúmque fuisse, atque Arphaxadem superatū. 2 Ex cæsis lapidibus ἐκ λίθων λελαξευμένων. ex lapidibus incisis ac politis. à verbo λαξεύω, cædo, excuspo, cæsumque deformo ac polio. Alioqui lapides sunt rudes atque informes. 3 Portis vrbis imposuit, ἔστησεν ἐπὶ ταῖς πύλαις αὐτῆς. statuit in portis eius. id est, extruxit & erexit in ipsis portis vrbis Ecbatanorum. 4 Ad educendas potentissimas suas copias, εἰς ἐξόδους δυνάμεων δυνατῶν αὐτοῦ. ad exitus exercituum potentium eius. quibus commodius emitterentur copiæ eius. quibus verbis vires eius, maximósque exercitus significat. Aciésque pedestres instruendas. καὶ εἰς διατάξεις τῶν πεζῶν αὐτοῦ. & ad acies peditum eius ordinandas, & disponendas, quum ad bellum egrederentur. 6 Porrò se cum eo consociarunt καὶ συνήντησαν πρὸς αὐτόν. & occurrerunt ad eum. id est, conuenerunt, aut coniunxerunt se cum eo. societatem belli coierunt. euocati, cum eo ad bellum profecti sunt. Montanæ regionis incolæ, οἱ κατοικοῦντες τὴν ὀρεινήν. habitantes montanam. subaudi χώραν, regionem. qui montuosa loca incolebant. Suas ad pugnandum copias coniunxerunt. συνῆλθον εἰς παράταξιν. conuenerunt ad prælium. antè dixit συνήντησαν occurrerunt. Hæc verba significant συμμαχίαν societatem belli. 7 Qui tractum tenebant Occidentalem, τοὺς κατοικοῦντας πρὸς δυσμαῖς. habitantes ad Occidentem. ad populos, qui respectu Persidis erant Occidentales. Eos paulo pòst commemorat. Qui ad maritimam orā habit. τοὺς κατοικοῦντας κατὰ πρόσωπον τῆς παραλίας. habitantes contra faciem maritimæ regionis. id est, populos maritimos, aut qui oram maritimam incolebant.

10 Incolas AEgypti vsque fin. AEthiop. pertin. τοὺς κατοικοῦντας Αἴγυπτον ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὅρια Αἰθιοπίας habitantes AEgyptū, quousque perueniatur ad terminos AEthiopiæ. id est vsque ad extremas AEgypti partes. 11 Mandatum Regis, &c. ἐφαύλισαν τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως. Vilipenderunt. contempserunt. ἐξουθένησαν, pro nihilo duxerunt, aut aspernati sunt. Quidam vertunt, frustrati sunt: sed verbū φαυλίζειν, καταφρονεῖν contemptum significat. Nequecum eo ad societatē belli sunt profecti, καὶ οὐ συνῆλθον αὐτῷ εἰς πόλεμον. & non conuenerunt ei ad bellum. non coierunt cum eo societatem belli. ab eo euocati ad bellum ire noluerunt. Quasi virum vnum despicerent: ἦν ἐναντίον αὐτῶν ὡς ἀνὴρ εἷς. erat coram ipsis tanquam vir vnus. His verbis summam despicientiam significat, quam suprà verbo φαυλίζειν notari diximus. Legatos eius re infecta, &c. ἀπέστρεψαν ἀγγέλους αὐτοῦ κενοὺς ἐν ἀτιμίᾳ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. remiserunt nuntios eius inanes cum ignominia à facie sua. id est, re planè infecta cum ludibrio & contumelia.

Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum ſuum quòd defenderet ſe de omnibus regionibus his.

12 ʹItaque vehemẽter Nabuchodonoſor aduerſus omnes iſtos populos ira exarſit: ac per thronum regnúmque ſuum iurauit,ʹcertò ſe omnes Ciliciæ, Damaſci, Syriæque fines vlturũ, gladióque ſuo intercmpturum omnes incolas terræ Moabiticæ, filios Ammon, Iudæos omnes, atque AEgyptios, donec ad terminos duorum marium perueniſſet.

13 Anno autem decimo ſeptimo ʹaciem cum omnibus ſuis copiis aduerſus Arphaxadem inſtruxit,ʹatque eũ bello ſuperauit, omnémq; potentiã, equitatũ, omnéſq; eius currus euertit:

14 Atque vrbibus eius potitus, vſque ad Ecbatana peruenit: captíſque vrbis turribus, plateíſque peruaſtatis,ʹdecus eius ad opprobrium redegit.

15 Ipſum autem Arphaxadem in montibus Ragau aſſequutus,ʹiaculis confixit ſuis, eúmque prorſus eo die perdidit.

16 His rebus geſtisʹipſe cum omni turba ſuorum, & maxima bellicoſorum virorum multitudine Niniuen reuerſus,ʹotia ibi conuiuiáque cum exercitu per dies cẽtum & viginti agitauit.

Cap. II.

Nabuchodonoſor totum orbẽ ſibi ſubiici per Holofernem mandat.

Cap. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, viceſima & ſecunda die menſis primi, factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, vt defenderet ſe.

1 POrrò anno decimooctauo, die primi menſis viceſima ſecunda, in domo Nabuchodonoſoris Aſſyriorum regisʹhabitus eſt ſermo, vt totã terrã, quemadmodũ loquutus fuerat, vlciſceretur.

Vocauitque omnes maiores natu, omnéſque duces & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſteriũ cõſilii ſui.

2 Itaque omnes ſuos miniſtrosʹproceréſque conuocauit,ʹarcanúmque conſilii ſui cum eis cõtulit,ʹomnémque terræ malitiam ore ſuo repetiuit.

Dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio.

3 Illi autem cenſuerunt omnes eosʹqui imperio eius non paruiſſent, planè exterminandos eſſe.

Quod dictum quũ placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuæ,

4 Finita conſultatione Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum Holophernem accerſiuitʹſummum exercitus ipſius imperatorem, poteſtatéque ab eo ſecundum: atque huiuſcemodi mãdata ei dedit.

Et dixit ei, Egredere aduerſum omne regnũ Occidentis: & contra eos præcipuè qui contempſerunt imperium meum.

5 Hæc dicit magnus ille Rex totius terræ dominus, Ecce, tu à cõſpectu meo profectus, aſſumes tibi viros viribus ſuis confidentes, peditũ ad cẽtũ viginti millia, equorũ verò duodecĩ millia,ʹvnà cũ equitibus.ʹexpeditionéq; ſuſcepta inuades õnes populos Occidẽtales,ʹquòd imperio nõ paruerint meo. Illis denũtiabisʹvt aquas & terras præparent mihi, qui in furore meo ſim eos inuaſurus, õnéq; ſolũ terræ pedibus copiarũ mearũ operturus, quibus ipſos daturus ſim diripiẽdos: Ita vt ſaucii valles ac torrẽtes impleãt,ʹeffuſáq; redũdẽt præ cadaueribus ipſorũ flumina:

12 Itaque ira exarſit: καὶ ἐθυμώθη. Et indignatus eſt. aut, ira indignationéque commotus. καὶ particula hoc loco habet vim inferendi ex cauſis præcedẽtibus. Certò ἦ μὴν. certò [aut, profectó. aut, planè] ἐκδικήσειν vindicaturũ. aut, vlturum omnes Ciliciæ fines. id eſt, pœnas ſumpturum eius iniuriæ & contumeliæ qua ab illis affectus eſt. ἦ μὴν particula eſt affirmandi, vt Prorſus & Omnino.

13 Aciem cum omnibus ſuis cop. inſtr. παρετάξατο ἐπὶ δυνάμει αὐτοῦ. aciẽ inſtruxit in omni ſua potentia. omnes vires contractas, in prælium contulit. eas aduerſus Arphaxadem produxit, illúmque totis viribus ſuis aggreſſus eſt. Atque cum bello ſuperauit, καὶ ἐκραταιώθη ἐν τῷ πολέμῳ αὐτοῦ. & roboratus eſt in bello ſuo. fortior, aut ſuperior prælio extitit.

14 Decus eius ad opprobrium redegit. καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς ἔδωκεν εἰς τὸ ὄνειδος αὐτῆς. & ornamẽtum eius dedit in opprobrium ipſius. id eſt, decus eius in ſummum dedecus conuertit. maximam eius pulchritudinem in ſummam redegit deformitatem.

15 Iaculis cõfixit ſuis, κατηκόντισεν αὐτὸν ἐν ταῖς ζιβύναις αὐτοῦ. iaculatus eſt ipſum. iaculis ſuis confecit, atque ita interemit. ἐξωλόθρευσε, prorſus perdidit atque exterminauit. 16 Ipſe cum omni turba ſuorum, αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ σύμμικτος αὐτοῦ. ipſe atque omnis miſtus eius. id eſt, omnes qui ei ſe adiunxerant, exercitus eius. Mox πλῆθος πολεμιστῶν ἀνδρῶν appellat multitudinem virorum bellicoſorum. Otia ibi conuiuiáque agitauit. καὶ ἦν ἐκεῖ ῥαθυμῶν καὶ εὐωχούμενος. & erat ibi deliciis voluptatibúſque indulgens, cõuiuiáque faciẽs. Significat his verbis, illum eo bello defunctum, luxu ac voluptate animum ſuum relaxaſſe.

IN CAPVT II.

1 Habitus eſt ſermo, ἐγένετο λόγος. mentio facta eſt. vt communicato cõſilio pœna ſumeretur de iis omnibus qui imperium Regis ſpreuiſſent. Terram enim accipit pro omnibus iis populis quos ſuperiore capite commemorauit.

2 Proceres μεγιστᾶνας. magnates, ac principes, primarióſque regni viros, quorum conſilio atque authoritate regnum gubernabatur. Arcanúmque conſilii ſui cum eis contulit, καὶ ἔθετο μετ' αὐτῶν τὸ μυστήριον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. & poſuit cum eis myſterium conſilii ſui. id eſt, communicauit, aut propoſuit eis quid ſtatuiſſet de iis facere à quibus ſpretus contemptúſque fuiſſet. Omnémque terræ malitiam ore ſuo repetiuit. καὶ συνεκάλεσε πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. & conuocauit omnem terræ malitiam ex ore ſuo. id eſt, demonſtrauit ac declarauit iniuriam & contumeliam improbè ac malitioſè ſibi factam ab omnibus illis populis. retulit eis qua malitia ab illis deſpectus fuiſſet.

3 Qui imperio eius non paruiſſent, οἳ οὐκ ἠκολούθησαν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. qui non ſequuti fuiſſent verbum oris eius. id eſt, authoritatem mandati eius. qui rebelles contumacéſque fuiſſent. 4 Summum exercitus ipſius imper. ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ſummum ducem exercitus, qui ſummum habebat imperium, aut adminiſtrationem in re militari. 5 Vnà cum equitibus σὺν ἀναβάταις. cum aſcenſoribus qui equis inſideant. Expeditionéque ſuſcepta inuades, &c. καὶ ἐξελεύσῃ εἰς συνάντησιν πάσῃ τῇ γῇ εἰς δυσμάς. & egrediẽris in occurſum omni terræ ad Occidentem. id eſt, infeſtis ſignis bellum eis inferes. Quòd imperio non, &c. ὅτι ἠπείθησαν ἐν τῷ ῥήματί μου. quòd rebelles fuerunt in verbo meo. aſpernati ſunt meum imperiũ. Vt aquas & terras præparent mihi, ἑτοιμάζειν μοι γῆν καὶ ὕδωρ. vt parent mihi terram & aquam. quæ duo in terra aliena magnopere ſunt neceſſaria, vt & recipiatur, & quæ ad victum pertinent, præbeantur. in primis aqua qua milites nullo modo carere poſſunt. Effuſáque redundent præ cadaueribus ipſorum flumina: καὶ ποταμὸς ἐπικλύζων τοῖς νεκροῖς αὐτῶν πληρωθήσεται. & fluuius inundans, mortuis ipſorum implebitur. His verbis ſignificat ſummam hominum cædem & ſtragem.

3-4

tum autem "me captiuos ex ipſis ad vltimas quaſque terras abducturum. Tu autem prægreſſus, mihi præoccupabis omnes eorum fines, eóſque tibi deditos mihi in diem redargutionis aſſeruabis.

Qui verò rebelles erũt, eis nõ parcet oculus tuus, quominus "eos in tota terra ad cædẽ direptionémque exponas. "Nam ita viuam ego & potentia regni mei, vt ea quæ ſum loquutus, manu mea perficiam: tu verò caue vel vnum mãdatorum domini tui prætereas, ſed ea quemadmodũ præcepi tibi, "ſumma cura conficias, "neque moram in iis exequendis vllam interponas.

6 Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam ſubiugabis mihi. B

Tum Holophernes à cõſpectu domini ſui egreſſus, omnes principes ac duces, copiarúmque Aſſyriacarum præfectos cõuocauit. "Delectum virorum, vt à domino ſuo mandatum acceperat, in expeditionem habuit ad centum viginti millia, equitúmque ſagittariorum ad millia duodecim.

7 Tunc Holofernes vocauit duces, & magiſtratus virtutes Aſſyriorum, & dinumerauit viros in expeditionem, ſicut præcepit ei Rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites ſagittarios duodecim millia.

Quos quidem omnes, "ſicut copiæ militares diſponi ſolent, inſtruxit. camelorum autem atque aſinorum "ad geſtandas ſarcinas maximum numerum accepit, ad eámque expeditionẽ oues ac boues, capráſque innumerabiles:

8 Omnémque expeditionẽ ſuam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum iis quæ exercitibus ſufficerent copioſè: boum quoque armenta, gregéſque ouium, quorum non erat numerus.

"Commeatum verò ſingulis viris copioſè comparatũ cum auro & argento ex domo regia quamplurimo.

9 Frumentum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit.

10 Aurum verò & argentum de domo Regis aſſumpſit multum nimis. C

Ita egreſſus cum omnibus copiis "in viam ſe dedit, vt regem Nabuchodonoſorem prægreſſus, omne ſolum terrarum Occidentalium curribus & equitibus, delectíſq; peditibus ſuis operiret. Profectum eſt autem vnà "promiſcuum vulgus frequentiſſimum inſtar locuſtarũ & arenæ quæ eſt in terra. neque enim erat multitudo eius numerabilis.

11 Et profectus eſt ipſe & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & ſagittariis: qui cooperuerunt faciem terræ, ſicut locuſtæ.

Profectus Niniue, trium dierum itinere "peruenit in planitiem campi Bectileth: quo ex loco caſtra mouit ad montem à ſiniſtra Ciliciæ ſuperioris ſitum. Indéque aſportatis omnibus copiis ſuis pedeſtribus atque equeſtribus, cum curribus in montanam regionem perrexit.

12 Quũmque pertranſiſſet fines Aſſyriorum, venit ad magnos mõtes Ange, qui ſunt à ſiniſtro Ciliciæ: aſcẽditque omnia caſtella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

Et Phud ac Lud "excîdit, omnéſq; populos Raſes & Iſmael verſus deſertum "ad Auſtrinũ Chellæorũ latus habitãtes peruaſtauit.

13 Effregit autem ciuitatem opinatiſſimam Melothi, prædauitque omnes filios Tharſis & filios Iſmahel, qui erant contra faciem deſerti, & ad Auſtrum terræ Chellon.

Euphrate deinde traiecto, per Meſopotamiam tranſiuit: atque omnes vrbes excelſas ad torrẽtem Arbonai ſitas euertit, donec ad mare vſque peruenerit.

14 Et tranſiuit Euphraten, & venit in Meſopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelſas quæ erant ibi, à torrente Mambre vſquequo perueniatur ad mare: D

Fines Ciliciæ occupauit, omnéſq; ſibi reſiſtentes cõcîdit. Porrò autem peruaſit vſque ad fines Iapheth ac partes Auſtrinas, regionémque Arabiæ.

15 Et occupauit terminos eius à Cilicia vſque ad fines Iapheth, qui ſunt ad Auſtrum.

Filióſque Madian obeundo, tabernacula ipſorum incendit om-

16 Abduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationẽ

Me captiuos ex ipſis ad vltimas, &c. ἄξω τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα πάσης τῆς γῆς. abducam captiuitatem ipſorum ad extremitates terræ. id eſt ad extremas partes terræ. In diem redargutionis εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ. Ita dicitur tempus caſtigationi deſtinatum, aut iudicio ſupplicióque conſtitutum. Quidam diem diſceptationis vertunt. id eſt, iudicii quo eorum cauſa diſceptabitur & cognoſcetur. Ego malo ad caſtigationem referre. 6 Eos ad cædem direptionémque exponas. τοῦ δοῦναι αὐτοὺς εἰς φόνον καὶ ἁρπαγήν. des eos ad cædem & rapinam. des eos interficiendos ac diripiendos. Nam ita viuam ego & potentia regni mei, ὅτι ζῶν ἐγὼ καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας μου. Quia viuo ego & potentia regni mei. Forma eſt iurandi aſſeuerationem habens, qua ſe quæ dicit exequuturum affirmat. Summa cura conficias, ἐπιτελῶν ἐπιτελέσεις. perficiens perficies. Forma loquendi eſt Hebraica, certum rei euentum effectúmque ſignificans. Hoc loco ſtudium, curam, effectúmque demonſtrat. Vult enim Rex mandatum ſuum diligenter confici, vt nihil prætermittatur. Neque moram in iis exequ. &c. καὶ οὐ μακρυνεῖς τοῦ ποιῆσαι αὐτά. ac non tardabis [aut, differes] ea facere. requirit celeritatem.

7 Delectum virorum, in expeditionem habuit ἠρίθμησεν ἐπιλέκτους ἄνδρας εἰς παράταξιν. Numerauit delectos viros ad præliũ. id eſt milites lectiſſimos & maximè idoneos ad bellum. eorum delectum habuit, eóſque conſcripſit, ac recenſuit.

8 Sicut copiæ militares diſponi ſolent, ὃν τρόπον πολέμου πλῆθος συντάσσεται. quomodo multitudo belli ordinatur. aut, inſtruitur. id eſt, acies militum copioſa ad prælium diſponitur. Ita ſignificat, eum inſtructa acie profectum, ad pugnámque paratum fuiſſe. Ad geſtandas ſarcinas εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν. ad ſarcinas eorum. Nomen eſt à verbo ἀπαίρω, quod pro Abire proficiſciq; ex loco aliquo accipitur. Hinc ἀπαρτία, idem quod ἀποσκευή, pro ſarcinis ac vaſis quæ in profectione colliguntur & portantur. impedimenta Latinè appellantur.

9 Commeatũ verò ſingulis, &c. καὶ ἐπισιτισμὸν παντὶ ἀνδρὶ εἰς πλῆθος. Et cõmeatum omni viro in multitudinẽ. id eſt ſumma copia conſtitutum, qui ſingulis militibus abundè ſufficeret. ἐπισιτισμὸς viaticum cibariúmque ſignificat ad victum neceſſarium.

11 In viam ſe dedit, ἐξῆλθεν εἰς πορείαν. egreſſus eſt ad iter. aut, profectionem. iter ſuſcepit. Promiſcuum vulgus ὁ ἐπίμικτος. populus admiſtus, adiunctúſque ei ad bellum gerendum. turba promiſcua, eáque frequentia, quæ agmini locuſtarum, aut arenæ maris comparatur.

12 Peruenit in planitiem campi ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου. ſuper faciem campi. Alii, in ſolum campeſtre. Significat locum planum accommodatúmque ad explicandas, aut collocandas eius copias.

13 Excîdit, διέκοψε. incîdit. vi aperuit. aut, euertit. κατέκοψε καὶ κατέσκαψε, diruit & ſubuertit. Ad auſtrinum Chellæorum latus habitãtes τοὺς πρὸς νότον τῆς Χελλαίων. ad Auſtrum ad partem meridionalem terræ Chellæorum.

eorum,omnéſque reſiſtentes ſibi occidit in ore gladii.

Et poſt hæc deſcendit in campos 17 Damaſci in diebus meſſis, & ſuccēdit omnia ſata, omnéſque arbores & vineas fecit incidi:

Et cecidit timor illius ſuper omnes 18 inhabitantes terram.

Cap.III.

TVnc miſerunt legatos ſuos vniuerſarum vrbiū,ac prouinciarū 1 Reges ac principes, Syriæ ſcilicet, & Meſopotamiæ,& Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem,dixerunt,

Deſinat indignatio tua circa nos: 2 melius eſt enim vt viuētes ſeruiamus Nabuchodonoſor regi magno,& ſub diti ſimus tibi, quàm morientes cum interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtræ damna patiamur.

B Omnis ciuitas noſtra,omniſq; poſ 3 ſeſſio,omnes montes,& colles,& cāpi,& armenta boum, gregéſque ouiū & caprarum, equorúmque & camelorum,& vniuerſæ facultates noſtræ atque familiæ in cōnſpectu tuo ſunt.

4 Sint omnia noſtra ſub lege tua.

5 Nos etiam & filii noſtri,ſerui tui ſumus.

6 Veni nobis pacificus dominus,& vtere ſeruitio noſtro,ſicut placuerit tibi.

Tunc deſcendit de montibus cum 7 equitibus in virtute magna: & obtinuit omnem ciuitatem, & omnē inhabitantem terram.

C De vniuerſis autem vrbibus aſſum- 8 pſit ſibi auxiliarios viros fortes,& electos ad bellum.

Tantúſque metus prouinciis illis 9 incubuit,vt vniuerſarum vrbiū habitatores principes,& honorati ſimul cū populis exirent in obuiā venienti:

10 Excipientes eum cum coronis,& lampadibus ducentes choros in tympanis & tibiis.

Nec iſta tamen facientes,ferocita- 11 tē eius pectoris mitigare potuerunt.

Nam & ciuitates eorum deſtruxit, 12 & lucos eorum excidit.

Præceperat enim illi Nabuchodo- 13 D noſor rex vt ōnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipſe ſolus diceretur Deus ab his nationib⁹ quæ potuiſſent Holofernis potētia ſuiugari.

Pertrāſiens autem Syriam Sobal, 14 & omnem Apameam , omnémque Meſopotamiam , venit ad Idumæos in terram Gabaai

Accepitque ciuitates eorum, & ſe- 15 dit ibi per triginta dies , in quibus diebus adunari præcepit vniuerſum exercitum virtutis ſuæ:

Cap.IIII.

TVnc audientes hæc filii Iſrael 1 qui habitabant in terra Iuda,

---

nia,& ″caſas peruaſtauit.

17 Deinde deſcendit in campos Damaſci tempore meſſis triticeæ, ignı́que omnibus agris eius illato,greges & armēta abſumpſit,vrbes eius deprædatus,& populatus agros,iuuenes eius acie gladii omnes concîdit.

18 ″Itaque timor ac terror iniectus eſt iis populis qui oram incolebant maritimam , Sidoniis ac Tyriis: atque item in omnibus incolis Sûr,Ocinæ,& Iemnaan:ciuéſque Azoti & Aſcalonis illum vehementer pertimuerunt.

Cap. III.

1 M″Iſerúntque legatos qui ab eo pacem huiuſmodi verbis peterent,

Ecce nos ſerui Nabuchodonoſoris regis magni″coram te adſumus,″vt agas nobiſcum quemadmodum tibi placuerit.

2 Ecce domicilia noſtra,″totúſque ager,& campus frumētarius, tum greges & armenta, omniáque ſepta ſtabulorum noſtrorum ſunt in poteſtate tua,vt quod libuerit tibi, facias: ecce vrbes etiā

3 noſtræ,earúmq; ciues ſerui ſunt tui,″veniēs ita te geras erga illos, vt commodum tibi viſum fuerit.

7 Et venerunt viri ad Holophernem, atque hæc ei mandata expoſuerunt.

8 Ille verò cum copiis ſuis ad oram maritimam deſcendit, vrbes excelſas præſidiis muniuit: atque ad belli ſocietatem viros delectos ex ipſis accepit.

9 Tum illi quidem, totáque″regio contermina cum coronis , & choreis,tympaníſque illum excipere.

11 Ipſe verò deuaſtare omnes fines eorum, lucóſque ſuccidere. e-
12 rat enim decretum exterminare omnes terræ deos, vt omnes gen
13 tes ipſum Nabuchodonoſorem ſolum colerent , omnéſque linguæ ac nationes″deum ipſum inuocarent.

14 Venit autem in conſpectum Eſdraelon prope Dotaam , quæ eſt exaduerſum ei loco″qui alterum maiorem in Iudæam aditum habet.

15 Et inter Gaba ac″Scythopolin caſtrametatus, totum ibi menſem moratus eſt,dum″vaſa copiarum ſuarum omnia colligeret.

Cap. IIII.

1 FIlii autem Iſrael Iudæam incolētes,audiuerūt quæ Holophernes ſummus imperator Nabuchodonoſoris Aſſyriorum regis

Reges ſe vltro Holoferni dedunt:attamen cunctarum regionum aras ſubuertit.

Filii Iſrael Holofernem timētes,hortatu Eliacim Dominū implorant.

---

16 Caſas τὰς μάνδρας αὐτῶν. cubilia ipſorum.aut,ſtabula. τὰ αὔλια, caulas in quibus habebant pecora atque armenta. Erant enim homines pecuarii. 18 Itaq; timor iniectus eſt iis καὶ ἔπεσεν ὁ φόβος ἐπὶ τούς. & cecidit timor ſuper eos. καὶ particula habet vim inferendi ex ſuperioribus.Significat ſubitum terrorem cæteris populis allatum eſſe,propter vaſtitates quas intelligebant illatas eſſe.

IN CAPVT III.

1 Miſerúntque legatos qui ab eo pacē peterent, καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγοις εἰρηνικοῖς. Et miſerunt ad eum nuntios verbis pacificis:id eſt,huiuſmodi verbis quibus pacem ab illo poſtularent. ἀγγέλους appellat τοὺς πρέσβεις legatos.Hebræi nuntios nominant מלאכים.

2 Coram te adſumus, παρακείμεθα ἐνώπιόν σου. Quidam ad verbum vertunt Iacemus:ſed verbum ſignificat hoc loco Adeſſe,præſtóq; eſſe ad omne obſequium.offerunt enim omnem obedientiam vt homines dedititii. Vt agas nobiſcum χρῆσαι ἡμῖν. vt vtaris nobis.id eſt, ſtatuas de nobis quod tibi placuerit.nos tractes pro tuo arbitrio.

3 Veniens ita te geras erga illos, ἐλθὼν ἀπάντησον αὐταῖς. quum veneris occurre eis.ſubaudi,ciuitatibus,atque hominibus. id,eſt agas cū illis vt tibi placuerit.Hoc verbo ſe permittunt,ſe offerunt totos ſuáque omnia,& permittunt in illius voluntatem, vt erga ipſos ſua vel ſeueritate,vel humanitate lenitatéque vtatur. 9 Regio contermina ἡ περίχωρος αὐτῶν. ſubaudiendum γῆ aut χώρα. circumfinitima,aut circumiacens.Sic Matth.3.a.5, πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. 13 Deum ipſum inuocarent. ἐπικαλέσωνται αὐτὸν θεόν. nominarēt[aut,vocarent]ipſum deum.abolito ſcilicet omni alio numine,ac nomine Diuinitatis.tanta erat eius ſuperbia & arrogantia.

14 Qui alterum maiorem in,&c. ἥ ἐστιν ἀπέναντι τοῦ πρίονος τοῦ μεγάλου τῆς Ἰουδαίας. quæ eſt contra ſerram magnam Iudææ. πρίων propriè ſerram ſignificat:ſed hoc loco pro faucibus anguſtiiſque loci qui inſtar dentium ſerræ ſtrictus eſt. Duo autem erant in Iudæam aditus: alter altero anguſtior.hunc maiorem occupare ac munire voluerunt.

15 Scythopolin σκυθῶν πόλεως. Scytharum ciuitatem,Scythopolin.Nomen vrbis proprium à Scythis ita impoſitum. Vaſa copiarū ſuarum ἀπαρτίαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ſarcinas[aut,impedimenta]exercitus ſui.

fecerat Gẽtibus, quemadmodum omnia illorũm templa deprædatus, ″in nihilum redegiſſet.

Itaque vehementer ab eo timuerunt, & propter Hieruſalem, templúmque Domini Dei ſui perturbati ſunt. ″recens enim redierant è captiuitate, & nuper populus vniuerſus conuentũ è Iudæa celebrauerat, vaſáque ſimul & altare vnà cum templo fuerãt ″à profanatione expiata.

Ergo omnes in fines ac vicos Samariæ, & Bethoron, & Belmẽ, & Iericho, & Choba, atque Eſora, vallémque Salem dimiſerunt:

Qui excelſa omnia montium iuga præoccuparẽt, ″vicos ibi muris includerent, ″frumentúmque in belli apparatum reconderẽt. nam meſſis recens in agris ipſorum facta erat.

Porrò Ioacim pontifex, qui eo tẽpore Hieroſolymis erat, ſcripſit ad incolas Betuliæ, ac Betmeſtham, quæ exaduerſum Eſdraelon ſita eſt, in cõſpectu campi oppido Dothaim propinqui,

Iubens ″vt inſiderent montium aſcenſus, quibus introitus in Iudæam pateret, ac facile eſſet illos ſubeuntes aditu prohibere ″ea tranſitus anguſtia, qua viri ad ſummum bini adire poſſent.

Fecerunt igitur filii Iſrael, quemadmodum conſtituerat ipſis ″ſummus Sacerdos Ioacim, ſenatúſque vniuerſi populi Iſrael, qui Hieroſolymæ cõſederant.

Oratio continua in tribulatione cum ieiunio.

Omnes autem viri Iſrael ad Deum ″magna contentione clamauerunt, atque animas ſuas vehementer humiliarunt:

Vnáque cum vxoribus, liberis, iumentis, inquilinis omnibus, mercenariis, ″mancipiíſque ſuis lumbos ſuos ciliciis accingere.

Omnes viri ac mulieres vnà cum liberis, ciuéſque Hieroſolymitani ante templum proſtrati, conſperſis puluere capitibus, in conſpectu Domini ″cilicia protendere, tum etiam ipſum altare cingere cilicio, atque vnanimiter vehementérque Deum implorare, ne direptioni liberos ſuos aut vxores prædæ, aut excidio ″vrbes ſuas hæreditarias, ſacráve profanationi & ″opprobrio cum irriſione Gentium coniuncto exponeret. Exaudiuit itaque Deus precationem eorum, afflictionémque reſpexit. porrò populus per totam Iudæam ac Hieroſolymam complures dies ante ſanctuaria Omnipotentis Domini ieiunia ſuſcipiebat.

timuerunt valde à facie eius.

2 Tremor etiã & horror inuaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret Ieruſalem & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum.

3 Et miſerunt in omnem Samariam per circuitum vſque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium.

4 Et muris circundederũt vicos ſuos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.

5 Sacerdos etiam Eliacim ſcripſit ad vniuerſos qui erant contra Eſdrelon, quæ eſt contra faciem campi magni, iuxta Dothain, & vniuerſos per quos viæ tranſitus eſſe poterat, B

6 Vt obtinerent aſcenſus montium per quos via eſſe poterat ad Ieruſalẽ, & illic cuſtodirent vbi anguſtum iter eſſe poterat inter montes.

7 Et fecerũt filii Iſrael ſecundũ quod conſtituerat eis Sacerdos Domini Eliacim.

8 Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationibus, ipſi & mulieres eorum:

9 Et induerũt ſe Sacerdotes ciliciis, & infantes proſtrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio:

10 Et clamauerunt ad Dominum Deũ Iſrael vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorũ in diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium Gentibus. C

11 Tunc Eliacim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſrael, alloquutúſque eſt eos,

12 Dicens, Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu Domini.

Oratione victus Amalec.

13 |Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. Exod.17.d.11.

14 Sic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in hoc opere quod cœpiſtis.

15 Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini.

IN CAPVT IIII.

1 In nihilum redegiſſet. ἔδωκεν αὐτὰ εἰς ἀφανισμόν. dediſſet ea in deletionem. id eſt, ea templa deleuiſſet, aboleuiſſet.

2 Recens enim redierant è captiuitate, ὅτι προσφάτως ἦσαν ἀναβεβηκότες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. quoniam recenter [aut, proximè] aſcenderant ex captiuitate. reuerſi fuerant Hieroſolymam, in Iudeámque patriam. Aſcenditur enim eò propter locum editum. A profanatione expiata. ἐκ τῆς βεβηλώσεως ἡγιασμένα. ex profanatione ſanctificata. luſtratata. expurgata. quæ à Gentibus profanis polluta fuerant.

4 Vicos ibi muris includerent, καὶ ἐτείχισαν τὰς ἐν αὐταῖς κώμας. ac muris circũdederunt [aut, cinxerũt] pagos qui erãt in verticibus iugiſq; montium: eos muniuerunt ac firmarunt. Frumentumque in belli apparatum reconderent. καὶ παρέθεντο εἰς ἐπισιτισμὸν εἰς παρασκευὴν πολέμου. & repoſuerunt frumentum ad commeatum apparatúmque belli neceſſarium. ad neceſſitatem atque obſidionem hoſtilem tolerandam. Ea adiumenta ad victum pertinentia ſunt comparata & comportata.

6 Vt inſiderent montium aſcenſus, διακατασχεῖν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς. vt occuparent aſcenſus montanæ regionis. aditus montium quibus hoſtis in Iudæam venire poſſet. Ea tranſitus anguſtia, &c. στενῆς τῆς διαβάσεως οὔσης ἐπ᾽ ἄνδρας τοὺς πάντας δύο. quum anguſtus tranſitus eſſet ad viros ad ſummum duos. Significat illas fauces, & loci anguſtias quas nomine Serræ antea appellauit.

7 Summus Sacerdos ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. id eſt ἀρχιερεὺς ſummus Pontifex qui ſummam ſacerdotii dignitatem obtinebat.

8 Magna contentione ἐν ἐκτενείᾳ μεγάλῃ. id eſt, maximo animi ſtudio quo animos ſuos ad Deum totos conuertebant. Infra vſus eſt aduerbio ἐκτενῶς, quo vehementia ardórque animi in orando demonſtratur.

9 Mancipiiſque ἀργυρώνητος. ſeruus emptitius, pecunia emptus, mancipium appellatur.

10 Cilicia protendere, ἐξέτειναν τοὺς σάκκους αὐτῶν. extenderunt ſaccos ſuos, quibus mœrorem luctúmque ſuum demonſtrabant, vt hac habitus deformitate atq; ſquallore ſigna animi afflicti ac pœnitentis declararent, Deúmque ad miſericordiam magis commouerent. Vrbes ſuas hæreditarias, τὰς πόλεις τῆς κληρονομίας αὐτῶν. vrbes hæreditatis ſuæ. id eſt, quas iure hæreditario à Domino acceperãt. datas maioribus ac patribus ſuis, ac ſibi per manus traditas. Opprobrio cum irr. &c. εἰς ὀνειδισμὸν ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. deriſionem Gentium aut, voluptatem. Talis eſt improba affectio inimicorum, & maleuolentia, quæ ἐπιχαιρεκακία dicitur, quum ii noſtris malis lætantes nobis inſultant.

Ita vt etiam ii qui offerebant Domino holocauſta, præcincti ciliciis, offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum. 16

16 Ioachin autem ſummus Pontifex, atque omnes qui corã Domino ſtabant Sacerdotes, cæteríque qui″Domino miniſtrabant, ciliciis circa lumbos ſuos accinctis, ″holocauſtum illud perenne vnà cum precibus voluntariíſque populi donariis offerebant.

Et ex toto corde ſuo omnes orabãt Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael. 17

17 Mitríſque ſuis puluere conſperſis, Dominum″toto animi ſtudio implorabant, vt totam domum Iſraelis″benignè reſpiceret.

Cap. V.

NVntiatúmq; eſt Holoferni principi militiæ Aſſyriorum, quòd filii Iſrael præpararent ſe ad reſiſtendum, ac montium itinera concluſiſſent: 1

1 NVntiatum autem eſt Holopherni ſummo imperatori exercitus Aſſyriorũ filios Iſrael″ſe ad bellum cõparare, ac montiũ tranſitus″interclusiſſe, eorúmque iuga muniuiſſe omnia, atque″obſtacula campis oppoſuiſſe.

Holofernes interrogat de progenie Iudæorum.

Et furore nimio exarſit in iracundia magna: vocauitque omnes principes Moab & duces Ammon, 2

2 Itaque vehementi permotus animi indignatione, omnes Moabitarum principes ducéſque Ammonitarum, ″præfectóſque oræ maritimæ ad ſe vocauit,

Et dixit eis, Dicite mihi quis ſit populus iſte qui montana obſidet: aut quæ, & quales, & quãtæ ſint ciuitates eorum: quæ etiam ſit virtus eorũ, aut quæ ſit multitudo eorũ, vel quis Rex militiæ illorum: 3

3 Atque dixit eis, ″Significate iam mihi, viri Chananæi, quis ſit populus iſte montanam regionem inſidens, quas habitet vrbes, ″quantus copiarum eius numerus, in quo potẽtia ipſius viréſque conſiſtant, quiſnam ei Rex aut militiæ dux eſt conſtitutus:

Et quare præ omnibus qui habitãt in Oriente, iſti cõtempſerunt nos, & non exierunt in obuiam nobis, vt ſuſciperent nos cum pace. 4

4 Aut″quo moti conſilio, præter cæteros populos Occidentales mihi obuiam non proceſſerunt.

Infrà 11.b.7.

‖Tunc Achior dux omnium filiorũ Ammon reſpondens, ait, Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falſum ex ore meo. 5

5 Tum Achior dux omnium Ammonitarum ei reſpondit, ″Rem igitur dominus meus ex ore ſerui ſui accipiat. etenim″vera tibi narrabo de populo hoc montanam iſtam regionem incolẽte: neque ore ſerui tui mendacium proferetur.

Achior narrat Holoferni omnia quæ Deus egerit cum populo Iſraelitico.

Populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt. 6

6 ″Populus hic à Chaldæis eſt oriundus.

Gene.11.d.31

Hic primũ in Meſopotamia habitauit, quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum. 7

7 Primùm″peregrinati ſunt in Meſopotamia, quòd deos patrum ſuorum, qui in terra Chaldæorum colebantur, ſequi nollent.

Gene 12.a.1

Deſerentes itaque cæremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt, qui‖& præcepit eis vt exirẽt inde, & habitarent in Charan. 8

8 Itaque quũ à via patrũ ſuorum deflexiſſẽt, Deum cæli, Deum *inquam* ſibi notum adorarũt: ″eiectíque à conſpectu deorum illorũ, in Meſopotamiã profugerunt, vbi multis diebus peregrini extiterunt. Deus autem ipſorum iuſſit eos″exire de loco peregrinationis ſuæ, atque in terram Chanaã proficiſci: vbi habitarunt, auro & argento, magnáque iumentorum copia multiplicati.

Gene.41.g.54

B

‖Quũmq; operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in AEgytum, illicque per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari eorum non poſſet exercitus. 9

9 Quum autem fames totam terrã Chanaan occupaſſet, deſcenderunt in AEgyptum, vbi habitarunt donec reuerterentur. In eam autem multitudinem creuerunt, ″vt eorum genus eſſet innumerabile.

16 Domino miniſtrabant οἱ λειτουργοῦντες Κυρίῳ. qui miniſterio Dominico officióque ſacerdotali fungebantur. qui ſacra procurabant. qui rebus Diuinis deſeruiebant. Holocauſtum illud perenne τὴν ὁλοκαύτωσιν τοῦ ἐνδελεχισμοῦ. holocauſtum perpetui ſacrificii, vt apud Danielem, incenſum ſempiternum, ἐν θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ dicitur: ita hoc loco iuge ſacrificium ὁλοκαύτωσις τοῦ ἐνδελεχισμοῦ.

17 Toto animi ſtudio ἐκ πάσης δυνάμεως. omni potentia. id eſt, vi animi clamabant ad Dominum. omni animi contentione τῇ ἐκτενείᾳ. Benignè reſpiceret. εἰς ἀγαθὸν ἐπισκέψασθαι. in bonum viſitaret. id eſt ad ſalutem. Duplex enim eſt Domini ἐπίσκεψις, vna ſalutaris, plenáque miſericordiæ, altera ſeuera, ad iudicium comparata.

IN CAPVT V.

1 Se ad bellum comparare, παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον. præparabant ad belum. Quidam, bellum comparabant. παρασκευὴ apparatus belli, à Cicerone comparatio appellata. Intercluſiſſe, συνέκλεισαν. concluſiſſent, ne hoſtibus in Iudæam aditus pateret. Obſtacula campis oppoſuiſſe. ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα. poſuerunt in campis offendicula, ad quæ hoſtes poſſent impingere.

2 Præfectóſque oræ maritimæ σατράπας τῆς παραλίας id eſt gubernatores qui maritimæ oræ præerant.

3 Significate iam mihi, ἀπαγγείλατε δή μοι. Annũtiate [aut, Indicate] mihi. δὴ particula eſt hortandi, agite, iam, etiam. Quantus copiarum eius numerus, τί τὸ πλῆθος τῆς δυνάμεως αὐτῶν. quæ multitudo exercitus eorum. quæ ac quantæ eorum copiæ.

4 Quo moti conſilio, διὰ τί κατέγνωσαν. Cur decreuerunt [aut, conſtituerunt] non venire obuiam mihi παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν δυσμαῖς, præ omnibus qui habitant in Occidẽte. Quidam vertunt, ante omnes. Sed παρὰ declarat Præter cæteros populos qui Holophernẽ honorificè excaperũt, quaſi ſoli Iudæi ei reſiſtant. 5 Rem igitur accipiat. ἀκουσάτω δὴ λόγον. Audiat ergo ſermonẽ. דבר verbum Hebræi dicunt. Hic rem quæ narratur, ſignificat. Vera tibi narrabo ἀναγγελῶ σοι τὴν ἀλήθειαν. annuntiabo tibi veritatem. dicam quod verum eſt. verè rem tibi vt eſt, narrabo. 6 Populus hic à Chaldæis eſt oriundus. ὁ λαὸς οὗτος εἰσιν ἀπόγονοι Χαλδαίων. Populus iſte eſt ex progenie Chaldæorum. genus ducit à Chaldæis. Abraham enim primus author gentis Iudaicæ, Chaldæus fuit.

7 Peregrinati ſunt παρῴκησαν. habitarunt. aut, inquilini ac peregrini fuerunt in terra aliena.

8 Eiectíque à conſpectu deorum illorum, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῶν θεῶν αὐτῶν. & eiecerũt ipſos à facie deorum ipſorum. Ambigua eſt oratio, vtrum alii eos eiecerint, an ipſi ſeipſos remouerint atque abduxerint à cultu falſorum deorum. Hic ſenſus poſterior mihi magis placet. Exire de loco peregrinationis ſuæ, ἐξελθεῖν ἐκ τῆς παροικίας αὐτῶν. egredi de peregrinatione ipſorum. id eſt Meſopotamiæ, vbi non habebant ſuam ſedem conſtitutam. Terra enim Chanaan erat illis in poſſeſſionem deſtinata.

9 Vt eorum genus eſſet innumerabile. καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τοῦ γένους αὐτῶν. & non erat numerus generis eorum. id eſt, ſeminis generatione propagati, tanta fuit Dei benedictio. De ea generis propagatione, ſcriptum eſt Exodi primo capite.

Tum aduerſus eos inſurrexit rex AEgypti, eóſque dolo circunuentos, labore atque lateritio opere afflixit, ʹin ſeruitutémque redegit. 10

Sed quum illi Deum imploraſſent ſuum, íſque totam AEgypti terram plagis inſanabilibus percuſſiſſet: AEgyptii eos à conſpectu ſuo eiecerunt. 11

Tum verò Deus Mare rubrum exiccauit coram eis. 12

Atque eos ad mõtem Sina & Cades Barne deduxit, expulítque eos qui deſertum incolebant. 13

Ita in terra Amorrhæorum habitarunt, atque omnibus incolis Eſebon vi ipſorum profligatis, Iordanem tranſgreſſi, omnẽ montanam regionem poſſederunt. 14

10 Quũmque grauaret eos rex AEgypti, atque in ædificationibus vrbium ſuarũ in luto & latere ſubiugaſſet eos, clamauerunt ad Dominum ſuum, & percuſſit totam terram AEgypti plagis variis.

11 Quũmque eieciſſent eos AEgyptii à ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad ſuum ſeruitium reuocare, Exod.14.e.24

12 Fugiẽtibus iis Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur, & iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent.

13 In quo loco dum innumerabilis exercitus AEgyptiorum eos perſequeretur, ita aquis coopertus eſt, vt non remaneret vel vnus qui factum poſteris nuntiaret.

14 Egreſſus etiam Mare rubrum, deſerta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Exod.15.a.1

C

15 Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cælo cõſequuti ſunt. Exod.15.d.25, & 16.g.35
16 Vbicunque ingreſſi ſunt, ſine arcu & ſagitta, & abſque ſcuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.
17 Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui.
18 Quotieſcunque autem præter ipſum Deũ ſuum, alterũ coluerunt, dati ſunt in prædã, & in gladiũ, & in opprobriũ.
19 Quotieſcunque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe à cultura Dei ſui, dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtendi.

A conſpectu autem ſuo Chananæum, & Pherezæum, & Iebuſæum, & Sichem, omnéſque Gergeſæos eiecerunt, ʹterrámque iſtam longo tempore tenuerunt. 20

Et quandiu quidem in Deum non peccarunt ſuum, ʹbona illis affuerunt, quòd Deus qui odit iniquitatem, cum ipſis eſſet. 21

Vbi verò à via quam illis præſcripſerat deflexerũt, ʹmultis bellis valde vehementer attriti ſunt, atque in alienam terrã abducti: tum etiam templum Dei ipſorum, ſolo æquatum eſt, vrbéſque eorum ab hoſtibus occupatæ. 22

Nunc autem ad Deum ſuũ conuerſi, à diſperſione qua diſiecti fuerant, redierunt: & Hieroſolyma, vbi ſanctuariũ eſt ipſorũ, recuperata, in mõtana regione quæ fuerat deſerta, denuo cõſcẽderũt. 23

Nunc ergo dominator domine, num aliquis in hoc populo ſit ʹerror quo in Deum peccet ſuum, exploremus. ʹhoc enim erit ei offenſioni, & aſcendemus, eúmque debellabimus. 24

Si verò nulla eſt iniquitas in iſta gente, prætereat dominus meus, ne ʹDomino pro ea propugnãte, ac Deo ipſorũ eis fauente, ʹnos in opprobrium apud omnes gentes incurramus. 25

Quum autem Achior finem loquendi huiuſmodi verba feciſſet, accidit vt vniuerſus qui tabernaculum Holophernis circunſtabat, populus murmuraret: 26

Et proceres Holophernis, atque omnes maritimam oram terrámque Moab incolentes, eum concidendum eſſe clamitarent. Neque enim, aiebant, conſpectum filiorũ Iſrael pertimeſcemus, quum ecce populus ſit in quo nec potentia vlla ſit, neque vires ad aciem validam ſuſtinendam. 27

ʹQuare aſcendamus, & vniuerſo exercitui tuo, domine Holophernes, ʹdeuorandi tradentur. 28

20 Denique Chananæũ regem, & Iebuſæum, & Pherezæum, & Hethæũ, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Heſebon proſtrauerunt, & terras eorum, & ciuitates eorum ipſi poſſederunt: Ioſue 12.c.21

21 Et vſque dum non peccarent in cõſpectu Dei ſui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem.

22 Nã & ante hos annos quũ receſſiſſent à via quam dederat illis Deus vt ambularent in ea, exterminati ſunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti ſunt in terram non ſuam. Iudic.2.b.11, & 3.b.9 4.reg.25.a.1

23 Nuper autem reuerſi ad Dominũ Deum ſuum, ex diſperſione qua diſperſi fuerant, adunati ſunt: & aſcẽderunt montana hæc omnia, & iterum poſſident Ieruſalem, vbi ſunt Sancta ſanctorum. 1.Eſd.1.a.1

D

24 Nunc ergo mi domine, perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum in cõſpectu Dei eorum, & aſcendamus ad illos: quoniã tradens tradet illos Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ.

25 Si verò non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, non poterimus reſiſtere illis: quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ.

26 Et factum eſt, quum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum,

27 Quis eſt iſte qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere regi Nabuchodonoſor & exercitibus eius, homines inermes, & ſine virtute, & ſine peritia artis pugnæ?

28 Vt ergo agnoſcat Achior quoniã fallit nos, aſcendamus in montana: & quum capti fuerint potẽtes eorũ, tũc cũ eiſdẽ gladio trãſuerberabitur:

29 Vt ſciat omnis gens quoniam Nabuchodonoſor deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.

Blaſphemia.

10 In ſeruitutémque redegit. καὶ ἔθετο αὐτοὺς εἰς δούλους. & poſuit eos in ſeruos. ſubiecit ſibi, atque oppreſſit.
20 Terrámque iſtam longo tempore tenuerunt. καὶ κατῴκησαν ἐν αὐτῇ ἡμέρας πολλάς. & habitarunt in ea multis diebus.
21 Bona illis affuerunt, ἦν ἀγαθὰ μετ᾽ αὐτῶν. erant bona cum eis. id eſt fœliciter egerunt. rebus ſecundis vſi ſunt, quia Deus omnium bonorum author illis aderat & fauebat. 22 Multis bellis valde vehementer attriti ſunt, ἐξωλοθρεύθησαν ἐν πολέμοις πολλοῖς ἐπὶ πολὺ σφόδρα. exterminati ſunt in multis bellis multum vehementer. id eſt afflicti ac vexati. 24 Error ἀγνόημα. ignorantia. id eſt peccatum temere admiſſum contra Deum, cuius cauſa Deus eos punire vellet. Hoc enim erit ei offenſioni, ἔσται ἐν αὐτοῖς σκάνδαλον. quoniam eſt in ipſis ſcandalũ. id eſt ſi quid peccarunt, Deúmque ſuũ offenderunt, hoc erit ipſis cauſa exitii. Hoc enim ſignificat nomen Scãdali in lingua Hebræa.
25 Domino pro, &c. ὑπερασπίσῃ ὁ Κύριος αὐτῶν. eam protegat ac defẽdat Dominus, quaſi obiecto clypeo. Nos in opprobr. &c. ἐσόμεθα εἰς ὄνειδος ἐναντίον πάσης τῆς γῆς. erimus in opprobrium in cõſpectu omnis terræ. Contrahemus apud omnes ſummã infamiã & turpitudinem.
28 Quare aſcendamus διὸ δὴ ἀναβησόμεθα. Itaque aſcendemus. pro, aſcendamus. futurum Hebræis vſitatum pro imperatiuo. Quædam exemplaria Græca legunt δύο δὴ duo ſanè aſcendamus: ſed altera lectio magis conuenit. Nam ſtatim ſequitur, & vniuerſo exercitui tuo deuorandi tradentur. Deuorandi tradentur. ἔσονται εἰς κατάβρωσιν. erunt in cibum. in eſcam. id eſt, inſtar cibi à tuo exercitu deuorabuntur. facilè conficientur à tuis. Similitudo in Scriptura frequens, qua ſæuitia hoſtium notatur, & imbecillitas eorum qui vincuntur.

Cap. VI.

1 FActum eſt autem, quū ceſſaſſent loqui, indignatus Holophernes vehementer, dixit ad Achior,

Suprà 5.a.5

2 Quoniam prophetaſti nobis, dicēs quòd gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, vt oſtendam tibi quoniam nō eſt Deus niſi Nabuchodonoſor:

Infrà 13.d.18

3 Quum percuſſerimus eos omnes ſicut hominem vnū, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet:

4 Et probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſæ terræ: tūncque gladius militiæ meæ trāſiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſpirabis vltrà, donec extermineris cum illis.

B

5 Porrò autem ſi prophetiam tuam veram exiſtimas, non cōcidat vultus tuus: & pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe.

6 Vt autem noueris quia ſimul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis: vt dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiaceas.

7 Tunc Holophernes præcepit ſeruis ſuis vt comprehēderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Iſrael.

8 Et accipientes eum ſerui Holophernis, profecti ſunt per campeſtria: ſed quum appropinquaſſent ad montana, exierunt contra eos fundibularii.

9 Illi autē diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborē manibus & pedibus, & ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eum, & reuerſi ſunt ad dominum ſuum.

10 Porrò filii Iſrael deſcēdentes de Be

Cap. VI.

Iratus Holophernes iubet Achiorem tradi Iudæis, quòd Deū cōfeſſus eſſet.

1 POſtquam ergo tumultus hominum conſeſſum circunſtantiū ſedatus eſt, Holophernes ſummus imperator exercitus Aſſyriorum coram omni alienigenarum populo, ac Moabitis, conductitiiſque Ephraim militibus Achiorem ita alloquutus eſt,

2 Quis tandem es tu Achior, qui prophetam egeris inter nos hodie, & genus Hieroſolymitanū bello inuictum eſſe dixeris, quòd Deus ipſius illud defendat? aut quis eſt Deus præter Nabuchodonoſorem?

3 Hic miſſa potentia ſua, illos de ſolo terræ exterminabit, nec eos liberabit Deus ipſorū: ſed nos eius ſerui, perinde ac virū vnū, eos delebimus: neq; illi vim equorū noſtrorū ſuſtinere poterūt.

4 His enim nos eos proculcabimus, eorúmque montes ſanguine ipſorum redundabunt, & campi cadaueribus ipſorum implebuntur, nec veſtigio pedum ſuorū conſpectū noſtrū ſuſtinebūt. Vt quibus Nabuchodonoſor rex, totiúſque terræ dominus pereundum eſſe dixerit. dixit enim nullū dictorū ſuorū inane fore.

5 Tu verò Achior mercenarie Ammonitarū, qui ſermones iſtos in die iniuſtitiæ tuæ protuliſti, ex hoc iam inde die faciē meā nō videbis, donec profectorū ex AEgypto iſtorū genus vltus fuero. tum ferrum exercitus mei populúſque mihi ſeruiens tua perfodiet latera, & cades inter cæſos illos, quū eos in fugā conuertero.

6 Serui autem mei te in montanam regionem abductum in aliqua vrbium quæ ſunt in aſcenſu, collocabunt: neque antè interibis, quàm vnà cum illis extermineris. Quòd ſi ſpem habes animo cōceptam, non fore vt illi capiantur, ne vultus cōcidat tuus. Dixi: neque vllum dictorum meorum intercidet.

7 Imperauit ergo Holophernes ſeruis ſuis qui tabernaculo ſuo aſtabant, vt comprehenſum Achiorem Betuliam abducerent, ac traderent in manus Iſraelitarum.

8 Tum ſerui eius acceptum Achiorem in medium campum extra caſtra eductum in montanam regionem aſportarunt. Quúmque perueniſſent ad fontes Betuliæ ſubiectos, conſpicati eos in vertice montis oppidani, acceptis armis ſuis vnà cum funditoribus omnibus in faſtigium mōtis ex oppido contenderunt, aſcenſúque occupato, lapides in illos coniecerunt.

Achior à ſeruis ligatur ad arborem.

9 Itaque tum illi montem ſubierunt, conſtrictúmque vinculis Achiorem ſub radice montis iacentem reliquerunt, atque ad dominum ſuum reuerterunt.

Soluitur à Iudæis, benignéque ab eis ſuſcipitur.

10 Iſraelitæ autem quum ex oppido ſuo deſcendiſſent, circun-

IN CAPVT VI.

1 Conductitiiſque Ephraim militibus καὶ οἱ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραΐμ. qui mercede conducti militabant, ſtipendiáque merebant.

2 Qui prophetā egeris inter nos hodie, ὅτι προεφήτευσας ἐν ἡμῖν σήμερον. quòd prophetaſti in nobis hodie. quaſi quidam propheta, denuntiaris Iudæos inuictos eſſe, neque poſſe expugnari. Et genus Hieroſolymitanū, &c. καὶ εἶπας τὸ γένος Ἱερουσαλὴμ μὴ πολεμῆσαι. & dixiſti genus Ieruſalem nō debellare. id eſt non poſſe debellari, aut expugnari. i. ἀμαχητὸν eſſe, quoniam Deum habeat defenſorem ac propugnatorem.

3 Illos de ſolo terræ exterminabit, ἐξολοθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς αὐτῶν. diſperdet eos à facie terræ ipſorum. id eſt, ex ipſa terra in qua tantopere confidunt, profligabit. Delebimus: ἐξολοθρεύσομεν. exterminabimus ac diſperdemus. Neque illi vim equorum, &c. καὶ οὐχ ὑποστήσονται τὸ κράτος τῶν ἵππων ἡμῶν. neque ſuſtinebunt potentiam equorum noſtrorum. eorum impetum ac vim non ſuſtinebunt.

4 His eos proculcabimus, καταπατήσομεν αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς. conculcabimus eos in ipſis. ſubaudi equis. Nec veſtigio pedū ſuorum, &c. οὐκ ἀντιστήσεται τὸ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν κατὰ προσώπου ἡμῶν. non reſiſtet veſtigium pedum ipſorum contra faciem noſtram. id eſt, coram nobis nō ſubſiſtent, facilè cedent. Dixit enim nullum, &c. εἶπε γὰρ, οὐ ματαιωθήσονται τὰ ῥήματα τῶν λόγων μου. Dixit enim, Non vana erunt verba ſermonū meoū. id eſt, nihil erit irritū ex iis quæ dixi, ea perficiētur omnia. 5 Mercenarie Am. μισθωτὲ τοῦ Ἀμμών. qui es ſtipendiarius, mercede conductus ab Ammonitis. Hoc nomine contemptum hominis ſignificat. Profect. ex Ægypto iſtorū genus γένος τῶν ἐξ Αἰγύπτου. genus eorum qui ex Ægypto. id eſt Iſraelitas qui orti ſunt ab iis qui in Ægypto ſeruierunt. videtur enim eorum genus abiicere quod Achior tantopere commendarat. Quum eos in fugam cōuertero. ὅταν ἐπιστρέψω. quum conuertero. Quidam vertunt, quando reuerſus fuero. Sed verbum Græcum hoc loco magis fugam quàm reditum ſignificat. Neque adhuc eò acceſſerat.

6 Quòd ſi ſpem, &c. καὶ εἴγε ἐλπίζεις τῇ καρδίᾳ σου. Et ſi quidem tu ſperas corde tuo. alis animo tuo hanc ſpem, & confidis. Ne vultus concidat tuu. μὴ συμπεσέτω τὸ πρόσωπόν σου. id eſt, oſtende vultu eā ſpē quā animo concepiſti. ſis vultu erecto, non conſternato ac deiecto. Neq; vllum dict. οὐδὲν διαπεσεῖται τῶν ῥημάτων μου. nullū cadet verborum meorum. nullum erit irritum, & (vt dixit antea) inane, quod non præſtetur. 7 Betuliam abducerent, ἀποκαταστῆσαι εἰς Βετυλοῦα. conſtituerent in Betuliam. id eſt, aſportarent, aut adducerent.

9 Iacentem reliquerunt, ἀφῆκαν ἐρριμμένον. dimiſerunt proiectum ad radicem montis, ita ligatum.

ſtantes ſoluerunt eum, abductúmque Betuliam ad principes ſuæ ciuitatis produxerunt.

Hi autẽ eo tempore erant,Ozias Micha natus è tribu Simeon, & Chabris Gothonielis, Charmíſque Melchielis filius. Hi quũ omnes conuocaſſent ſeniores ciuitatis iuuenéſque omnes ipſorũ, ac ſimul mulieres in concionẽ cõcurriſſent:Ozias Achiorẽ in medio totius populi cõſtitutũ,ſuper eoquod acciderat,interrogauit.

Tũ reſpondẽs Achior, expoſuit eis quæ dicta fuerãt in cõſeſſu Holophernis,õnéſq; ſermones quos ipſe inter prĩcipes Aſſyrios habuerat, quæq; Holophernes in domũ Iſrael ſuperbè loquut⁹ erat.

thulia,venerunt ad eum:quem ſoluẽtes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum ſtatuentes,percunctati ſunt quid rerũ eſſet quòd illũ vinctum Aſſyrii reliquiſſent. C

11 In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha,de tribu Simeon, & Charmi,qui & Gothoniel.

12 In medio itaque ſeniorum,& in cõſpectu omnium, Achior dixit omnia quæ loquut⁹ ipſe fuerat ab Holopherne interrogatus: & qualiter populus Holophernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum:

13 Et quemadmodum ipſe Holophernes iratus iuſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi: vt dum vicerit filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diuerſis iubeat interire ſuppliciis, propter hoc quod dixiſſet,Deus cæli defenſor eorum eſt.

Itaque tum prolapſus in terram populus adorauit Deũ, cúmque huiuſmodi verbis implorauit.

Oratio Iſraelis.

Intuere Domine Deus cæli ſuperbiam eorum, humilíſque generis noſtri miſerere. reſpice faciem eorum qui hodie tibi ſanctificati ſunt.

14 Quũque Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis popul⁹ cecidit in faciẽ, adorantes Dominum, & cõmuni lamentatione & fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderunt,

15 Dicentes,Domine Deus cæli & terræ,intuere ſuperbiam eorum,& reſpice ad noſtram humilitatẽ, & faciem ſanctorum tuorum attende,& oſtẽde quoniam non derelinquis præſumentes de te:& præſumentes de ſe,& de ſua virtute gloriantes,humilias. D

Achiorẽ autẽ ſunt conſolati,eúmque vehementer laudauerũt.

16 Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorũ completa, conſolati ſunt Achior,

17 Dicentes,Deus Patrum noſtrorum, cuius tu virtutem prædicaſti, ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinẽ, vt eorũ magis tu interitũ videas.

18 Quum verò Dominus Deus noſter dederit hanc libertatem ſeruis ſuis, ſit & tecum Deus in medio noſtri: vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerſeris nobiſcum.

Ozias verò eum ex concione domum ſuam deduxit, cõuiuióque excepit,cum principibus:atque tota illa nocte Deum Iſrael in auxilium implorarunt.

19 Tunc Ozias, finito conſilio, ſuſcepit eum in domum ſuam, & fecit ei cœnam magnam.

20 Et vocatis omnibus preſbyteris,ſimul expleto ieiunio refecerunt.

21 Poſtea verò conuocatus eſt omnis populus,& per totam noctem intra eccleſiam orauerũt,petentes auxilium à Deo Iſrael.

Cap. VII.

Holophernes aſcendit contra Bethuliam.

Poſtridie verò edixit Holophernes vniuerſo exercitui ſuo, ac populo qui arma ſocia iunxerat, vt caſtra mouerẽt Bethuliã, aſcenſúſque montiũ præoccuparent,& bellũ inferrent Iſraelitis.

Profectúſque eſt illo die robuſtiſſimus quiſque ipſorum,& virorum bellicoſorum copiæ,peditum centum ſeptuaginta millia, equitum verò duodecim millia,præter impedimenta,viróſque alios qui quammaximo numero pedibus ſequebantur.

Et caſtra poſuerunt ad fontẽ in valle propinqua Betuliæ, eáque in Dotháim vſq; Belmaim latitudine extenderunt,lõgitudine verò à Betulia vſque Cyamonẽ, quæ Eſdraeloni obiecta eſt.

Filii Iſrael implorant à Deo auxilium.

Itaque Iſraelitæ,vbi horum viderunt multitudinem,vehementer ſunt perturbati,atque alius alii dixerunt, Nunc hi quidem faciẽ totius terræ occupabunt,adeò vt nec montes excelſi, nec valles nec colles huic tantæ moli ſuſtinendæ ſufficiant.

Armis itaque belli quiſque ſumptis, & accenſis ignibus excubantes per totam noctem illam,turribus ſe continuerunt.

Holophernes conſtituit cuſtodes fontium, ne aquã hauriant filii Iſrael.

Poſtero verò die Holophernes educto omni equitatu ſuo in

Cap. VII.

1 Holophernes autem altera die præcepit exercitibus ſuis vt aſcenderent contra Bethuliam. Suprà 2.b.3

2 Erant autem pedites bellatorum, centum viginti millia , & equites viginti duo millia , præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis & vrbibus vniuerſæ iuuentutis.

3 Omnes parauerũt ſe pariter ad pugnam cõtra filios Iſrael, & venerunt per crepidinem montis vſque ad apicẽ qui reſpicit ſuper Dothain, à loco qui dicitur Belma vſque ad Chelmõ, qui eſt contra Eſdrelon.

4 Filii autem Iſrael,vt viderunt multitudinem illorum , proſtrauerunt ſe ſuper terram , mittentes cinerem ſuper capita ſua , vnanimes orantes vt Deus Iſrael miſericordiam ſuã oſtenderet ſuper populum ſuum.

5 Et aſſumentes arma ſua bellica,ſederũt per loca quæ ad anguſti itineris tramitẽ dirigunt inter montoſa.& erant cuſtodiẽtes ea tota die & nocte.

6 Porrò Holophernes,dũ circuit per B

10 Ad principes ſuæ,&c. κατέστησαν αὐτὸν εἰς τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως αὐτῶν. ſtatuerunt eum ad principes ciuitatis. id eſt,corã illis produxerũt,aut,in cõſpectu eorũ cõſtituerũt.

12 Quæque in domũ Iſr.&c. ὅσα ἐμεγαλορρημόνησεν εἰς τὸν οἶκον Ἰσραήλ. quæ ſuperbè loquutus fuerat contra domũ Iſrael.aut,gloriatus erat. μεγαλορρημονεῖν eſt magnificè prædicare inſolentérq; iactare,vt μεγαλοφρονεῖν, magnificè de ſe ſentire,ſibique aliquid tribuere inſolentius.Domum Iſrael,quidam vertunt templum Hieroſolymitanum. Sed hoc nomen ipſum populum nationémque Iudæorum ſæpius ſignificat.

15 Humiliſque generis,&c. καὶ ἐλέησον τὴν ταπείνωσιν τοῦ γένους ἡμῶν. & miſerere humilitatis generis noſtri.ταπείνωσιν ſuam opponunt ὑπερηφανείᾳ faſtui illorum & arrogantiæ.Itaque non malè quidam vertunt,generis noſtri ſupplicis miſerere.

19 Eum ex conc.&c. παρέλαβεν ἐκ τῆς ἐκκλησίας εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. accepit eum ex concilio in domum ſuã.id eſt,apprehẽſum manu comiter deduxit. Conuiuióq; exc.&c. καὶ ἐποίησε πότον τοῖς πρεσβυτέροις.& fecit cõuiuium ſenioribus.Hebræi משתה à potãdo(vt Græci συμπόσιον) appellant,Latini à communi conuictu conuiuium dixerunt.

IN CAPVT VII.

1 Edixit παρήγγειλε πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ. præcepit[aut,mãdauit.iuſſit]omni exercitui. Qui arma,&c. οἱ παρεγένοντο ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ αὐτοῦ. qui venerant ad ſocietatem belli eius.aut,ad auxilium eius.οἱ σύμμαχοι ſocii,copiæ auxiliares.

3 Latititudine,lõgitudine εἰς εὖρος,εἰς μῆκος. in latitudinem,in longitudinem.id eſt vt latè longéque paterent.Demonſtrat enim magnitudinem caſtrorum,atque ingentem hominum multitudinem. Quæ Eſdraeloni obiecta eſt. ἥ ἐστιν ἀπέναντι Ἐσδρηλώμ. quæ eſt contra Eſdraelon,è regione ei aduerſa.eam reſpicit ex parte loci oppoſita.

4 Huic tantæ moli ſuſtinendæ ſufficiant. ὑποστῆναι τὸ βάρος αὐτῶν. ſuſtinebunt onus eorum.id eſt eorum vim ac magnitudinem.

5 Accenſis ignibus ἀνάψαντες πυράν. quum accendiſſent pyram.Legitur etiam ἀνακαύσαντες,ſed in eundem ſenſũ.

6 Poſtero verò die τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ. At die ſecunda.Poſtridie.Sequenti die.

gyrũ, reperit quòd fõs qui influebat, aquæ ductum illorum à parte Auſtrali extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum.

Erant tamen non longè à muris fõtes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius quàm ad potandum.

conſpectum Iſraelitarum Betuliæ commorantium,′ explorauit aſcenſus ad ipſorum vrbem, ′aquæductus obiuit ac præoccupa-
7 uit: impoſitóque contra eos virorum bellicoſorum præſidio, ipſe ad caſtra populi ſui reuerſus eſt.

Sed filii Ammon & Moab acceſſerũt ad Holopherñe, dicentes, Filii Iſrael non in lãcea, nec in ſagitta confidũt, ſed mõtes defendũt illos, & muniunt illos colles in præcipitio conſtituti.

8 Tũ adierunt Holophernem õnes principes filiorũ Eſau, ſimúlque duces populi Moab cum ducibus oræ maritimæ: ac dixerunt,

Vt ergo ſine cõgreſſione pugnæ poſſis ſuperare eos, pone cuſtodes fõtiũ vt non hauriant aquam ex eis, & ſine gladio interficies eos: vel certè fatigati tradẽt ciuitatem ſuam, quã putant in mõtibus poſitã ſuperari nõ poſſe.

9 Audiat iam ſermonẽ Dominus noſter, ′nequid detrimenti exercitus tuus accipiat. neque enim fiducia huius populi Iſraelitici in haſtis conſiſtit, ſed in iugis montium in quibus habitat: neque enim″ ad vertices montiũ illorũ ſubire facile eſt. Nunc igitur Domine noli eos huiuſmodi prælio adoriri quod inſtructa acie cõmittatur: & ita ne vnus quidẽ tuorum cadet. ′Cõtine te caſtris tuis, vt omnes copiarũ tuarum viros conſerues: ſerui verò tui aquam fontis è radice montis promanãtem cuſtodiis aſſeruent. nam inde omnes Betuliæ ciues′ aquas hauriunt. Ita ſitis enecabit eos, aut ad vrbis deditionem adiget: nos autem cum populo noſtro in propinquos montium vertices aſcendemus, ibíque′ vallũ iaciemus præſidio futurũ, nequis vrbe egrediatur. Ita ipſi, vxoréſque ipſorum ac liberi fame tabeſcent: & antequam gladius in eos ſæuiat, in domeſticis plateis interibunt. túque ita′ rependes vicem ipſis pernicioſam, eo quòd″ ſeditionem moliti ſunt,′ nec placidè tibi ad nutum tuum obſequuti.

Et placuerunt verba hæc coram Holopherne, & coram ſatellitibus eius, & conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes.

10 Eorũ oratio Holopherni eiúſque ſeruis omnibus placuit: atque is quemadmodum illi loquuti fuerant, agere conſtituit. profecti ſunt ergo Ammonitæ cum quinque Aſſyriorum millibus: & caſtris in valle poſitis, aquas Iſraelitarũ & aquæductus occuparunt. Filii autẽ Eſau & Ammonitæ in regionem montanã aſcenderunt, caſtráque locauerũt eregione Dothaim. Porrò partem ſuorum miſerũt ad Auſtrum & Subſolanũ aduerſus Ecrebel iuxta Chuſi, quæ ſuper torrentem Mochmur ſita eſt: reliquus Aſſyriorum exercitus in campo caſtra habuit, totámque terræ faciem operuit, vt cuius tentoria atque impedimenta multitudine latiſſimè paterent. Filii autẽ Iſrael clamabãt ad Dominũ Deum ipſorũ″ collapſi animis, quòd ab hoſtibus cõcluſi eſſent, nec haberent è medio ipſorũ effugium. Iámq; trigintaquatuor dies omnis multitudo Aſſyriorum tam peditum quàm equitum cum curribus ſuis eos vndique obſederant:

C

Quúmque iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta, defecerunt ciſternæ & collectiones aquarũ omnibus habitantibus Bethuliam: ita vt non eſſet intra ciuitatẽ vnde ſatiarẽtur vel vna die, quoniam ad menſuram dabatur populis aqua quotidie.

Ciues Bethuliã ob ſitim Holopherni tradere volunt.

11 Quum aquæ defecerunt omnes incolas Betuliæ vaſaque ipſorum omnia, vt omnibus″ ciſternis exhauſtis, ne in vnam quidẽ diẽ aquã haberẽt bibendã ad ſatietatem, ſed menſura potũ acciperẽt.

Tunc ad Oziam cõgregatí omnes viri, fœminæque, iuuenes, & paruuli, omnes ſimul vna voce, dixerunt,

12 Quamobrem quum″ infantes eorum linquerentur animo, mulieréſque ac iuuenes præ ſiti deficerent, atque conciderent in plateis vrbis, portarúmque tranſitu, neque vllum in ipſis robur ſupereſſet: populus vniuerſus, & iuuenes, & vnà cum liberis mulieres ad Oziam & principes ciuitatis conuenerunt, magnáque voce clamitantes coram omnibus ſenioribus, Dixerunt,

Exod 5.d.21

Iudicet De⁹ inter nos & te, quoniã feciſti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Aſſyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.

13 Iudicet Dominus inter nos & vos, quoniam nos magna affeciſtis iniuria,″ quòd pacem ab Aſſyriis non poſtulaueritis.

Et ideo non eſt qui adiuuet′, quum proſternamur ante oculos eorum in ſiti & perditione magna.

14 Nunc quidẽ″ non eſt qui nobis opẽ ferat: ſed Deus′ nos vẽdites in man⁹ illorũ tradidit, vt ſiti cladéq; magna corã illis occũbam⁹.

8 Explorauit aſcenſus, &c. ἐπεσκέψατο τὰς ἀναβάσεις τῆς πόλεως αὐτῶν. inſpexit aſcenſus vrbis eorũ. i. quibus ad vrbem eorũ aditus eſſet. Aquæductus obiuit τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων αὐτῶν ἐφώδευσε. fontes aquarum ipſorum adiit, vt occuparet.

9 Nequid detrimẽti, &c. ἵνα μὴ γένηται θραῦσις ἐν τῇ δυνάμει σου. ne ſit fractio in exercitu tuo. quaſſatio. i. ſauciatio ac vulneratio. nequis militum tuorũ vulneretur. Volũt enim cõſulere ſaluti militũ. Ad vertices, &c. προσβῆναι τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων αὐτῶν. procedere ad iuga mõtiũ eorum. ea adire, eóque aſcẽdere. Contine te caſt. t. ἀνάμεινον ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς σου. mane in caſtris tuis. Aquas haur. ὑδρεύονται. aquantur. aquas ſumunt. adaquãtur. Vallum iaciemus, &c. παρεμβαλοῦμεν εἰς προφυλακήν. caſtrametabimur in cuſtodiam. aut, præſidiũ, ne quis ex vrbe egrediatur. Repẽdes vicẽ ip. per. ἀνταποδώσεις αὐτοῖς ἀνταπόδομα πονηρόν. retribues eis retributionẽ malam. i. pœnã dignam ac meritam. Seditionem mol. ſunt ἐστασίασαν. ſeditioſi fuerunt ac rebelles. Nec placidè tibi ad nutum tuum obſeq. καὶ οὐχ ὑπήκουσαν τῷ προσώπῳ σου ἐν εἰρήνῃ. & non obedierunt vultui tuo in pace. i. ad aduentũ conſpectúmque tuum non paruerunt tibi. non te exceperunt.

10 Collapſi ani. ὅτι ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμα αὐτῶν. quòd defecerat ſpiritus ipſorum. i. paruo & deiecto erant animo. deſponderant animum. ὀλιγοψυχεῖν dicit pro λειποθυμεῖν. 11 Ciſternis ex hau. οἱ λάκκοι ἐξεκενοῦντο. laccus euacuabãtur. 12 Infantes eo. &c. ἠθύμησαν τὰ νήπια αὐτῶν. paruuli eorũ animo deficerẽt. ſiti enecti ſpiritũ vix ducerent. morerentur. Neque vllũ, &c. καὶ οὐκ ἦν κραταίωσις ἔτι ἐν αὐτοῖς. neque erat amplius in eis confirmatio. i. vigor, nec vis vlla animi, ſublata omni cibi potúſque fultura, qua vigor animi ſuſtentatur.

13 Quòd pacem, &c. οὐ λαλήσαντες εἰρηνικὰ μετὰ τῶν υἱῶν Ἀσσούρ. non loquuti pacifica cum filiis Aſſur. quòd nõ egiſtis cum illis pacificẽ nõ excepiſtis eos in pace. 4 Non eſt qui n. &c. οὐκ ἔστι βοηθὸς ἡμῶν. non eſt nobis auxiliator. aut, adiutor. nos ſumus omni ope deſtituti, & planè deſerti. Nos vendit nos in ma. &c. πέπρακεν ἡμᾶς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. vendidit nos in manus eorum. mancipatos nos in eorum poteſtatem tradidit. in ſeruitutem tanquam mancipia quædam coniecit.

Nunc igitur accerſite illos atque 'vrbem totam populo Holophernis omnibúſque eius deprædandam dedite. 15

Præſtat enim nos dari illis in direptionem quàm ſiti interire. erimus enim illorum ſerui, noſtráque viuet anima: nec mortẽ infantium noſtrorum ante oculos, aut vxores & liberos noſtros animis deficientes intuebimur. 16

Oratio vehemẽs cũ fletu & cõfeſſione peccati.

"Atteſtamur autem vobis cælum & terram, ſimul & Deum tam peccata noſtra quàm patrum noſtrorum in nos vindicãtem, "ne hæc in nos omnia hodie conuertat. 17

Simul tota in congregatione 'comploratio magna ab omnibus vnanimiter eſt facta, atque ad Dominum Deũ maxima voce clamauerunt. 18

Differri per quinque dies ſuadet Ozias.

Tũ Ozias, Bono, inquit, animo eſtote, fratres & dies adhuc quinque "toleremus, in quibus Dominus Deus noſter ſuam in nos miſericordiam conuertet. 23

Neque enim nos omnino derelinquet. 24

Quòd ſi elapſi fuerint illi dies, neque auxilium nobis vllum afferatur, 'ſecundum poſtulata veſtra faciam. Ita dimiſſo ab eo ad vallum ſuum populo, ad muros ac turres vrbis ſinguli abierunt, vxoribúſque ac liberis in domos ſuas ab eodem remiſſis, 'ſeipſos in vrbe vehementer afflictauerunt. 25

Cap. 'VIII.

Reprehendit Iudith Sacerdotes quinto die ciuitatem tradere volẽtes, & miſericordiæ Dei terminum ſtatuentes.

1 HAEc autem temporibus illis audiuit Iudith filia Merari filii Ox, filii Ioſeph, filii Oziel, filii Helciæ, filii Ananiæ, filii Gedeon, filii Raphain, filii Acitho, filii Eliæ, filii Eliah, filii Nathanael, filii Samaliel, filii Salaſadai, filii Iſraelis.

2 Huius vir fuit Manaſſes, "eiuſdẽ cum ea tribus & familiæ, "qui tempore meſſis hordeaceæ mortem obiit.

3 Quum enim 'in agro inſtaret manipulos legentibus, "ingruẽs in caput eius æſtus, in lectum coniecit eũ, vnde in vrbe Betulia mortuus eſt, atque inter maiores ſuos ſepultus in agro qui interiacet Dothain & Belamo.

4 Porrò Iudith domi ſuæ "vidua vixerat tres ãnos & mẽſes quatuor.

5 Eáque in cœnaculo domus ſuæ tabernaculum ſibi extruxerat, cilicióque circa lũbos ſuos accincta, veſtes viduitatis ſuæ gerebat.

6 'Quod quidem tempus totum ieiuniis tranſegit, exceptis ſabbathis, ac diebus ſabbatha nouáſque lunas proximè præcedentibus, tum domui Iſrael ſolennibus, ac hilaribus.

15 Et nunc congregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt, vt ſponte tradamus nos omnes populo Holophernis.

16 Melius eſt enim vt captiui benedicamus Dominum viuẽtes, quàm moriamur & ſimus opprobriũ omni carni, quũ viderimus vxores noſtras & infãtes noſtros mori ante oculos noſtros.

D

17 Conteſtamur hodie cælum & terrã, & Deum Patrum noſtrorum, qui vlciſcitur nos ſecũdum peccata noſtra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holophernis, vt ſit finis noſter breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate ſitis.

18 Et quũ hęc dixiſſẽt, factus eſt fletus & vlulatus magnus in eccleſia omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes,

19 Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Pſal.105.a.6

20 Tu quia pius es, miſerere noſtri: aut in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere cõfitentes te populo qui ignorat te.

21 Vt non dicant inter gentes, Vbi eſt Deus eorum?

22 Et quum fatigati his clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent,

23 Exurgẽs Ozias, infuſis lachrymis, dixit, AEquo animo eſtote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino miſericordiam.

24 Forſitã enim indignationẽ ſuã abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo.

25 Si autẽ tranſactis quinque diebus non venerit adiutoriũ, faciemus hæc verba quæ loquuti eſtis.

Cap. VIII.

1 ET factum eſt, quum audiſſet hæc verba Iudith vidua quæ erat filia Merari filii Idox, filii Ioſeph, filii Oziæ, filii Elai, filii Iamnor, filii Gedeõ, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben:

2 Et vir eius fuit Manaſſes, qui mortuus eſt in diebus meſſis hordeaceæ.

3 Inſtabat enim ſuper alligantes manipulos in campo, & venit æſtus ſuper caput eius, & mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua, & ſepultus eſt illic cum patribus ſuis.

4 Erat autẽ Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & menſibus ſex.

5 Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur:

6 Et habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitę ſuæ, præter ſabbatha, & neomenias, & feſta domus Iſrael.

15 Vrbem totam deprædandam dedite. ἔκδοτε τὴν πόλιν εἰς προνομήν. date vrbem in prædam. aut, direptionem. date illam diripiendam.

17 Atteſtamur autem vobis cælum μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανόν. Teſtamur vobis cælum. i. teſtem adhibemus, προσκαλούμεθα μάρτυρα. vt cælum ac terra & Deus ipſe teſtis nobis ſit, non noſtram fore culpam, ſi hâc nobis tantam calamitatem accerſamus, vt miſerrimum noſtrorum interitum videamus. Ne hæc in nos omnia, &c. ἵνα μὴ ποιήσῃ κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ σήμερον. vt non faciat ſecundum verba hæc in die hodierna. id eſt, vt hæc quæ commemorauimus mala nobis non accidant. culpa hæc erit veſtra non noſtra.

18 Comploratio magna ab omn. &c. ἐγένετο κλαυθμὸς μέγας πάντων ὁμοθυμαδόν. factus eſt planctus [aut, fletus] magnus omnium vnanimiter. i. lamentatio conſentiens omnium, quorum dolor vnus idémque erat, atque idem fletus doloris index.

23 Toleremus, διακαρτερήσωμεν. duremus, patienter expectemus. Hinc καρτερικοὶ tolerantes ac patientes.

25 Secundum poſtul. &c. ποιήσω κατὰ τὸ ῥῆμα ὑμῶν. Faciam ſecundum verbum veſtrum. i. vt vos petitis ac poſtulatis. Seipſos in vrbe, &c. ἦσαν ἐν ταπεινώσει πολλῇ ἐν τῇ πόλει. erant in humiliatione multa in vrbe. in maxima afflictione, atque animi mœrore. in ſummo luctu & ſqualore verſabantur.

IN CAPVT VIII.

2 Eiuſdem cum ea tribus & fam. τῆς αὐτῆς φυλῆς καὶ πατριᾶς. de tribu eius & cognatione. i. qui erat tribulis & cognatus eius. συγγενής, quẽadmodum Maria mater Chriſti domini fuiſſe dicitur ex eadem tribu cum Ioſeph & familia. Qui tempore meſſis, &c. καὶ ἐν ἡμέραις θερισμοῦ κριθῶν ἀπέθανεν. & mortuus eſt in diebus meſſis hordei. i. tempore quo hordeum demetebatur.

3 In agro inſtaret, &c. ἐπέστη ἐπὶ τοὺς δεσμεύοντας τὰ δράγματα ἐν τῷ πεδίῳ. i. vrgeret opus, eóſque incitaret qui colligabant manipulos in campo. Ingruens in caput eius, &c. καὶ ὁ καύσων ἦλθεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν τὴν κλίνην αὐτοῦ. & æſtus [i. ardor ſolis vehemẽtior] venit ſuper caput eius, & cecidit in lectum ſuum. i. læſus illo ſolis ardore, in morbum incidit.

4 Vidua vixerat ἦν χηρεύουσα. Id eſt, tempus viduitatis ſuæ traduxerat. vidua degerat.

6 Quod quidem tempus, &c. καὶ ἐνήστευε πάσας τὰς ἡμέρας τῆς χηρεύσεως αὐτῆς. Et ieiunauit omnibus diebus viduitatis ſuæ.

7 Erat autem elegāti aſpectu nimis, cui vir ſuus reliquerat diuitias multas, & familiā copioſam, ac poſſeſſiones armentis boum & gregibus ouiū plenas.

ʻErat autem venuſta forma, aſpectúque perpulchra: præterea reliquerat ei Manaſſes maritus eius aurum & argentum, ſeruos & ancillas, iumenta & agros, ʻquæ poſſidebat.

8 Et erat hæc in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

ʻNec erat quiſquam qui crimen in eam vllum conferret, ʻquòd Deum valde piè coleret.

Supra 7.d.25

9 Hæc itaque quū audiſſet quoniam Ozias promiſiſſet quòd trāſacto quinto die traderet ciuitatē, miſit ad preſbyteros Chabri & Charmi.

Hæc ergo quum iniqua populi ad principem verba audiuiſſet, quòd eſſet fracto propter inopiam aquarum animo, & ea omnia quæ Ozias ad eos loquutus erat, accepiſſet, quemadmodū iuraſſet ſe poſt quinque dies elapſos vrbem Aſſyriis traditurum, miſſa ʻancilla ſua quæ omnibus facultatibus eius præerat, Oziam, Chabrim & Charmim ſeniores ciuitatis accerſiuit.

B

10 Et venerunt ad illam, & dixit illis, Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias vt tradat ciuitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?

Qui quū veniſſet, ſic eos alloquuta eſt, Audite principes populi Betuliā incolētis, minimè recta eſt oratio veſtra quā habuiſtis hodie ad populū, interpoſitóque inter Deū & vos iureiurādo cōſtituiſtis, ac dixiſtis vrbem vos hoſtibus noſtris eſſe dedituros, ni intra dies hoſce Dominus ſe ad ferendam nobis opem conuerterit.

11 Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum?

At qui tandem eſtis vos, qui Deum hodierno die tentetis, ʻDeique partes inter homines occupetis?

12 Non eſt iſte ſermo qui miſericordiā prouocet: ſed potius qui iram excitet & furorem accendat.

Quòd ſi nunc ʻin diſquiſitionem vocetis omnipotentem Dominum, nihil pernoſcetis in æternum.

13 Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diē conſtituiſtis ei.

ʻQuum profunda cordis humani perueſtigare, & rationes mentis eius comprehendere non poſſitis, quomodo Deum qui hæc omnia creauit, perueſtigetis, mentémque eius cognoſcatis, aut cogitationem comprehendatis? Nullo modo fratres. itaque Dominum Deum noſtrum ne prouocetis ad iram.

14 Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiā eius fuſis lachrymis poſtulemus.

Nam ſi minus voluerit intra quinque hoſce dies nobis opitulari, poteſtatē ipſe habet, quibus vult, omnibúſq; adeò diebus protegendi nos, aut etiam ante oculos hoſtium noſtrorū diſperdēdi.

15 Non enim quaſi homo, ſic Deus cōminabitur: neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Vos autem ʻne obſtringatis cōſilia Domini Dei noſtri, quoniā non eſt vt homo Deus ʻqui minas patiatur, neque vt filius hominis ʻqui in iudicium vocetur.

16 Et ideo humiliemus illi animas noſtras: & in ſpiritu cōſtituti humiliato, ſeruientes illi,

Quin potius ſalutem ab ipſo expectātes, eum in noſtrū auxiliū inuocemus, & noſtram exaudiet vocem, ſi ei viſum fuerit.

17 Dicamus flentes Domino, vt ſecūdum voluntatē ſuam ſic faciat nobiſcum citò miſericordiā ſuam: vt ſicut conturbatū eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum, ita etiam de noſtra humilitate gloriemur.

Quoniā nō extitit ætate noſtra, nec eſt hodie tribˀ, aut familia, aut populus, aut ciuitas è nobis, quæ ʻdeos adoret manu factos.

18 Quoniam non ſumus ſequuti peccata patrum noſtrorū qui dereliquerunt Deū ſuum, & adorauerunt deos alienos:

Quemadmodum contigit ſuperioribus temporibus, propter quæ patres noſtri ad cædem & prædam expoſiti fuerunt, ʻcladéque magna coram hoſtibus noſtris occubuerunt.

Iudic.2.b.11, & 4.a.4, & 6.a.

19 ¶Pro quo ſcelere dati ſunt in gladium, & in rapinam, & in confuſionē

C inimicis ſuis. nos autem alterū deum

Nos verò alium nō agnoſcimus Deum, vnde ſperamus ipſum nos, aut quenquam è noſtro genere non neglecturū. Neque verò vbi capti fuerimus, ʻnomen Iudææ ſuū manebit, ſed ſacra noſtra

---

7 Erat autem venuſta forma, aſpect.&c. καὶ ἦν καλὴ τῷ εἴδει καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. & erat pulchra forma, & elegans aſpectu valde. i. ſpecie formáque ſpectanda. Quæ poſſidebat. καὶ ἔμενεν ἐπ' αὐτῶν. & manebat in eis. i. verſabatur in eorum poſſeſſione, vt eorum bonorum hæres ac domina. 8 Nec erat quiſquam qui crimen. &c. καὶ οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν ἐπ' αὐτὴν ῥῆμα πονηρόν. Et nō erat qui inferret in eam verbum malum. i. ſiniſtrum, quo mores eius notarentur. huiuſmodi crimen nemo poterat ei obiicere, ea erat eius exiſtimatio & honeſta fama. Quod Deum valde piè coler. ὅτι ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν σφόδρα. quoniam timebat Deum valde. i. reuerebatur, religioſéque colebat. qui timor Dei optimus eſt magiſter, ac cuſtos pudoris muliebris. 9 Ancilla. ἅβρα. puella quæ eſt adoleſcentior.

11 Deique partes inter homines occup. καὶ ἵστασθε ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ἐν μέσῳ υἱῶν ἀνθρώπων; & ſtatis pro Deō in medio filiorum hominum? vices Dei geritis inter homines, ita præſcribentes tempus quaſi exploratam Dei voluntatem habeatis. ita ſignificat eos plus ſibi aſſumere & arrogare quàm oporteat eos qui debent & ſe & omnem euentum, Dei prouidentiæ committere, atque ita exitum æquo animo expectare.

12 In diſquiſitionem vocetis Do. κύριον ἐξετάζετε. diſquiritis [aut, exploratis] Dominum, præfinientes certum tempus quo eius volūtas cognoſcatur. 13 Quum profunda cordis hu.&c. ὅτι βάθος καρδίας ἀνθρώπου οὐχ εὑρήσετε. Quia profundum cordis hominis nō inuenietis. i. profundas & ſecretas cogitationes, quas (vt dicit Paulus 1 Corinth. 2) nemo nouit niſi ſpiritus ipſius hominis.

15 Ne obſtringatis conſilia Dom. ὑμεῖς δὲ μὴ ἐνεχυράζετε τὰς βουλὰς τοῦ Θεοῦ. ne obligetis quaſi quodam pignore [aut, deuinciatis] conſilia Domini, quæ debent eſſe libera. ea ne ad certam neceſſitatem quæ vobis videbitur, redigatis. Qui minas patiatur, ὡς ἀπειληθῆναι. vt minis afficiatur. i. ſit obnoxius minis hominum. Qui in iudiciū vocetur. ὡς διαιτηθῆναι. qui iudicetur. i. vt iudiciū arbitriúmque hominum patiatur, vt ὑπόδιτος καὶ ὑπόδικος is qui iudicio aliorum ſit obnoxius. 17 Deos manufact. θεοῖς χειροποιήτοις. deos falſos & fictos qui ſunt effecti arte operáque hominum, ex ligno lapide, auro, argentóque, quæ ſunt mera idola, ſimulacráque inania.

18 Cladéque magna occub. καὶ ἔπεσον πτῶμα μέγα. & ceciderunt ruina magna. i. maxima cum ſtrage ac clade deleti ſunt.

19 Nomen Iudææ ſuum man. οὕτως κληθήσεται ἡ ἰουδαία. ita vocabitur Iudæa. i. nomen ſuum retinebit. abolito templo ac religione, ſublatáque gente, aut in miſeram ſeruitutem coniecta, nullus erit populus qui Dei eſſe cenſeatur.

diripientur,& Deus profanationem ab ore noſtro vindicabit. Tũ metum fratrum noſtrorum,ac terræ captiuitatẽ, hæreditatíſque noſtræ deſolationem in caput noſtrum rependet inter Gentes vbi ſeruiemus,& erimus in offendiculum atque opprobrium ʹcorã iis in quorũ poteſtate erimus. Neq; enim ad gratiã dirigetur ſeruitus noſtra,ſed ad ignominiã à Domino Deo noſtro cõſtituetur.

nescimus præter ipſum.

20 Expectemus humiles conſolationẽ eius,& exquiret ſanguinem noſtrum de afflictionibus inimicorum noſtrorum: & humiliabit omnes Gẽtes quæcunque inſurgunt cõtra nos,& faciet illas ſine honore Dominus Deus noſter. C

Adhortatur Sacerdotes vt populum ad patiẽtiã animent, exemplo patrum.

Quamobrem fratres ʹexemplum nunc fratribus noſtris præferamus,quoniam illorum animus à nobis pendet,ſacráque ſimul & templum altaréque nobis nitũtur. In primis verò gratias agamus Domino Deo noſtro,qui tẽtat nos,quẽadmodũ & patres noſtros.

21 Et nunc fratres,quoniam vos eſtis preſbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum,ad eloquiũ veſtrum corda eorum erigite, vt memores ſint quia tentati ſunt patres noſtri,vt probarentur ſi verè colerent Deum ſuum.

Mementote quæ cũ Abrahã egerit, quibúſque rebus Iſaac probarit,quæ item Iacob in Meſopotamia Syriæ paſcenti oues ʹLaban auunculi ipſius acciderint.

22 Memores eſſe debẽt |quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Gene.22.a.1

ʹEtenim ſicut illos, experiundi cordis ipſorum gratia, ita nos probat, & non vlciſcitur: ʹſed commonitionis cauſa Dominus caſtigat eos qui ei appropinquant.

23 Sic Iſaac, ſic |Iacob, ſic Moyſes: & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierũt fideles. Gene.28.b.7

24 Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt,

25 |Exterminati ſunt ab exterminatore,& à ſerpentibus perierunt. 1.Corin.10.b.10 D

26 Et nos ergo non vlciſcamur nos pro iis quæ patimur:

27 |Sed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, quibus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem,& non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus. Rom.5.d.19

Reſpondit ei Ozias, Quæcunqne tu dixiſti, ab optimo animo profecta ſunt, ʹneque eſt quòd quiſquam verbis tuis contradicat. Neque enim hodie primùm cognita eſt tua ſapientia, ſed omnis populus intelligentiam tuam à primis temporibus perſpectam habet, ʹquòd bona ſit animi tui commentatio. ʺſed populus maxima preſſus ſiti,nos ſecum,quemadmodum loquuti ſumus,coegit agere, ʺnóſque obſtringere iureiurando quod minimè violabimus.

28 Et dixerunt illi Ozias |& preſbyteri, Omnia quæ loquuta es, vera ſunt & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehenſio.

Quare tu nunc,quũ mulier pia ſis,pro nobis ora, vt Dominus pluuiã demittat ad implẽdas lacunas noſtras,ne ſiti deficiamus.

29 Nunc ergo ora pro nobis,quoniam mulier ſancta es,& timens Deum.

Conſiliũ Iudith in vltionẽ inimicorum.

Tum Iudith, Audite me,inquit,& facinus faciã quod ad poſteros generis noſtri continuis ætatibus perueniat.

30 Et dixit illis Iudith, Sicut quod potuiſ loqui,Dei eſſe cognoſcitis:

31 Ita quod facere diſpoſui probate ſi ex Deo eſt: & orate vt firmum faciat Deus conſilium meum.

Vos ad portam hac nocte ſtabitis: ego autem cum ancilla mea egrediar. atque intra dies intra quos dixiſtis vos vrbem hoſtibus traditur os, Dominus Iſraelitis per manum meam ʹſubueniet.

32 Stabitis vos ad portam nocte iſta, & ego exeam cum Abra mea: & orate vt,ſicut dixiſtis, in diebus quinque reſpiciat Dominus populum ſuum Iſrael.

Vos autem quid ego ſim actura, ne ſciſcitemini. neque enim vobis ego,priuſquã confectũ ſit quod conſtitui agere,declarabo.

33 |Vos autem nolo vt ſcrutemini actum meum: & vſque dum renũtiem vobis, nihil aliud fiat niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum. Infrà 10.b.8

Cui Ozias ſimul & principes reſponderunt, ʺAbi fœliciter, ʺ& Dominus præeat tibi ad vltionem hoſtium noſtrorũ. Simul conuerſi è tabernaculo ad ſtationes ſuas diſceſſerunt. Cap. IX.

34 Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace,& Dominus ſit tecũ in vltionem inimicorum noſtrorum. Et reuertentes abierunt. Cap. IX.

Intrat Iudith ſecretũ cubiculũ: & cilicio induta & cinere cõſperſa, Deũ orat, cõmemorãs beneficia ipſi & promiſſiones quib. eum prouocet ad miſericordiam.

TVm Iudith ſuam in faciẽ procubuit: quúmque puluere caput ſuum conſperſiſſet, nudato quo induta erat, cilicio, ʺquũ iam

1 QVibus aſcẽdentibus, Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit

---

Coram iis in quorum, &c. ἐνώπιον τῶν κτωμένων ἡμᾶς. in conſpectu poſſidentium nos. id eſt, qui erunt domini noſtri, à quibus tenebimur oppreſſi, et quædam mancipia. 21 Exemplum nunc fratribus, &c. ἐπιδείξωμεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν. oſtendamus fratribus noſtris. id eſt ὑπόδειγμα exẽplum exhibeamus, quo illos confirmemus. In primis verò παρὰ πάντα ταῦτα. Præter hæc omnia. hic παρὰ præpoſitio videtur poſita eſſe ἀντὶ τοῦ πρὸ ante hæc omnia: vt ſignificet præcipuum ſtudium eſſe debere vt Dei gratiam erga ſe recognoſcat.

22 Laban auunculi ipſius λαβὰν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Laban fratris matris eius. Fuit enim frater Rebeccæ matris Iacob.

23 Etenim ſicut illos, exper. &c. ὅτι οὐ καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσεν εἰς ἐτασμὸν καρδίας αὐτῶν. Quoniã non ſicut illos examinauit in examen cordis eorum. Omnia exemplaria Græca habent particulam negandi οὐ, qua ſignificatur diſſimilis ratio patrum & ſua: ſed mihi videtur rectius legi ſine negatione: vt conſimile cõforméque exemplũ omnibus poſteris proponatur. Deus enim ſuos ita ſemper exercuit, corúmque fidem variis caſibus probauit, ſicut aurum in fornace. Sed cõmonitionis, &c. ἀλλ᾽ εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος. ſed ad admonitionẽ flagellat Dominus. i. ad diſciplinam atque inſtitutionem, vt ita moniti contineantur in timore Dei, eiuſque optimam voluntatem experiantur: hic enim eſt finis ferularum quibus Deus ſuos filios caſtigat. 28 Neque eſt quòd quiſq. &c. οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τοῖς λόγοις σου. neque eſt qui reſiſtat [aut, ſe opponat] verbis tuis. i. reclamet. Quòd bona ſit animi tui com. ὅτι ἀγαθόν ἐστι τὸ πλάσμα τῆς καρδίας σου. quoniam bona eſt formatio animi tui. i. cogitatio, conceptio. Os enim iuſti (vt eſt in Pſal. 37. d. 30) meditatur ſapientiam: quoniam Lex Dei eſt in corde eius.

Nóſque obſtringere iureiur. καὶ ἐπαγαγεῖν ὅρκον ἐφ᾽ ἡμᾶς. & inducere iuramentum ſuper nos. vt iuraremus nos vrbem tradituros exactis quinque diebus. 32 Subueniet. ἐπισκέψεται. viſitabit. aut, reſpiciet. 34 Abi fœliciter, πορεύου εἰς εἰρήνην. Vade in pace. i. vt fauſtum fœlixque ſit quod inſtituiſti ac ſuſcepiſti. Et Dominus præeat tibi, &c. καὶ κύριος ἔμπροσθέν σου εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. & Dominus ante te in vltionem [id eſt vltor] inimicorum noſtrorum.

IN CAPVT IX.

1 Quum iam odores illius, &c. καὶ ἦν ἄρτι προσφερόμενον τὸ θυμίαμα τῆς ἑσπέρας ἐκείνης. & iam offerebatur incenſum veſperæ illius. i. ſuffimentum odorum vſitatum eo veſpertino tempore.

cinerem ſuper caput ſuum: & proſter nens ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens,

Gene.34.b.12 & d.25

[2] ‖Domine Deus patris mei Simeon ‖qui dediſti illi gladium in defenſionē alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem:

Et dediſti mulieres illorum in prædam, & filias illorū in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: ſubueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ.

odores illius veſperæ adolerentur in æde Domini Hieroſolymis, magna exclamans voce dixit.

2 Domine Deus patris mei Symeonis, 'cui tradidiſti gladium ad
3 vlciſcendum alienigenas,

'Qui virginis vuluam in coinquinationē aperuerāt, femúrque nudauerātin ignominiā, 'ac vuluam in opprobrium profanarant. (Tu enim interdixiſti ne id fieret) & ea patrarāt ob quæ ad cædē principes eorum tradidiſti, 'vt decepti ſtratū ſuum rigarēt ſanguine: 'tum ſeruos ſuper principes, atque ipſos principes in ſoliis ſuis trucidaſti: vxores verò eorum in prædam, ac filias in captiuitatem, omniáque illorum ſpolia tradidiſti diuidenda filiis à te dilectis. Qui zelo accenſi tuo 'pollutionem ſanguinis ſui abominati ſunt, 'opémque tuam implorauerunt, ô Deus, ô Deus meus, me etiam exaudi viduam.

Tu enim feciſti priora, & illa, pòſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt quod ipſe voluiſti.

4 Tu enim & ea quæ priora illis fuerunt, & illa, & ea quæ ſunt ſequuta, feciſti: tu præſentia quoque 'futuráque præmeditatus es.

Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti.

5 'Tibi adſunt parata quæ decreuiſti: &, Ecce præſto ſumus, inquiunt. 'expedita enim ſunt tua inſtituta, '& prouiſa iudicia.

Reſpice caſtra Aſſyriorum nūc, ſicut tunc caſtra AEgyptiorum videre dignatus es, quādo poſt ſeruos tuos armati currebāt, confidentes in quadrigis & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum.

6 Ecce Aſſyrii ſua 'multiplicati ſunt potentia, equo ſimul atque equite elati, 'brachio peditum inſolentes, ſcuto, geſo, arcu, fundáque confidunt: neque cognoſcunt te Dominum eſſe 'qui bella conficis: tuum Dominus nomen.

7 Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.
8 Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos.
9 Sic fiant & iſti Domine qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur:
C 10 Et neſciunt quia tu ipſe es Deus noſter qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi.

Erige brachium tuum ſicut ab initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracūdia tua qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio ſuo cornu altaris tui.

11 Tu robore tuo vires eorum infringe, iráque tua illorum potentiam contere: decreuerūt enim profanare Sacra tua, & 'tabernaculum glorioſi nominis tui ſedem polluere, cornúque altaris tui ferro deiicere: ſuperbiam eorum intuere, irámque tuam in capita ipſorū demitte, 'ac robur quod cōcepi, ī manū viduæ meā inſere.

Fac Domine vt gladio proprio eius ſuperbia imputetur.

12

13 Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.
14 Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum.

D Erit enim hoc memoriale nominis tui, ‖quum manus fœminæ deiecerit eum.

Iudic.4.d.21, & 5.d.22

15 Per labia falſa mea ſeruum ſuper principem & principē ſuper ſeruū ſuū trucidando, 'ipſorū ferociam manu fœminæ infringe.

Iudic.7.a.2 2.paral.14.c.11. & 6.b.8. & 20.a.6

‖Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humiliū & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.

16 Neque enim in multitudine robur tuum ſitum eſt, nec potentia tua in robuſtis: ſed humilium es Dominus, 'inferiorum adiutor, 'præſidium infirmorum, 'deploratorum defenſor, ſeruatórque deſperatorum.

2 Cui tradidiſti gladium ad vlciſcendum alien. ᾧ ἔδωκας ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν. cui dediſti gladium in vltionem alienigenarum. id eſt, quem vocaſti ad eam vindictam exercendam, eúmque armaſti.

3 Qui virginis vuluam, &c. οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα. Qui ſoluerunt vuluam virginis in pollutionem. i. Qui vitium ei obtulerunt, eámque conſtuprarunt, & ita eius virginitatem polluerunt. Ac vuluam in opprobrium prof. καὶ ἐβεβήλωσαν μήτραν εἰς ὄνειδος. quædam exemplaria legūt παρθενίαν virginitatem, pro vulua ac matrice. Profanare autem dicit pro cōmaculare ac fœdare, aut corrumpere.

Tu enim interdix. ne id fier. εἶπας γὰρ, οὐχ οὕτως ἔσται. Dixiſti enim, Non ſic erit. i. tum quum dixiſſes non ita eſſe faciendū, neque violandū eſſe corpus cuiuſque. Vt decepti ſtratum ſuum rig. ſang. καὶ τὴν στρωμνὴν αὐτῶν ἠρδεύσαντο ἀπατηθεῖσαν εἰς αἷμα. & ſtratum ſuum irrigarunt deceptum in ſanguinem. i. ſuo ſanguine perfuderunt & cruentarunt, luentes pœnam iuſtam ac meritam ſceleris eius quod in virginem admiſerant. Pollutionem ſanguinis ſui abom. καὶ ἐβδελύξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν. & abominati ſunt coinquinationē ſanguinis ſui. id eſt, turpem indignámque maculam ac labem aſperſam ipſorum virgini, quam antè dixit ab illis fuiſſe violatam. Opémque tuam implorauerunt, καὶ ἐπεκαλέσαντό σε εἰς βοηθόν. inuocarunt te in adiutorem.

4 Futuráque præmeditatus es καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης. id eſt, ventura cogitaſti.

5 Tibi adſunt parata quæ decr. καὶ παρέστησαν ἃ ἐβουλεύσω. quæ conſtituiſti. id eſt, præſto fuerunt ad mandatum obſequiúmque tuum. omnia enim Deo ſeruiunt, vt in Pſal. 119. παρίστασθαι autem ſignificat paratum præſtóque eſſe alicui. Expedita enim ſunt tua inſt. πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἕτοιμαι. omnes viæ tuæ paratæ. id eſt, quicquid tu inſtituis, expeditum habet curſum, vt nihil impediat quod tu fieri volueris. Viæ autem pro operibus accipiuntur. Et prouiſa iudicia. καὶ αἱ κρίσεις σου ἐν προγνώσει. & iudicia tua in prouidentia. i. tu multo antè vides ea iudicia quæ facturus es in hominem. 6 Multiplicati ſunt poten. ἐπληθύνθησαν ἐν δυνάμει αὐτῶν. multiplicati ſunt in potentia ſua. i. aucti, multique numero. Brachio peditum inſol. ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν. gloriati ſunt in brachio peditum. pro, gloriantur lacertis viribuſque peditum ſuorum. Qui bella conficis: συντρίβων πολέμους. conterens bella. i. qui rumpis & diſſipas.

11 Tabernaculum glorioſi nominis tui ſedē τὸ σκήνωμα τῆς καταπαύσεως τοῦ ὀνόματος τῆς δόξης σου. tabernaculum in quo reſidet [acquieſcit] nomen gloriæ tuæ. aut, domicilium gloriæ tuæ. Ac robur quod concepi, &c. δὸς ἐν χειρί μου τῆς χήρας ὃ διενοήθην κράτος. da in manu mea viduæ quod cogitaui robur. i. exhibe ac præſta mihi eam virtutem, quam ego mulier & vidua, tua gratia bonitatéque confiſa, animo concepi. 15 Ipſorum ferociam manu fœm. infr. θραῦσον αὐτῶν τὸ ἀνάστημα ἐν χειρὶ θηλείας. frange eorum celſitudinem in manu fœminæ. id eſt, magnos elatóſque eorum animos comprime. eorum virilem audaciam manu muliebri contere.

16 Inferiorum adiutor, ἐλαττόνων βοηθός. minorum opitulator. aut, eorum qui ſunt imbecilliores viribúſque inferiores, auxiliator. Præſidium infir. ἀντιλήπτωρ ἀσθενούντων. defenſor impotentium, imbecillorum, debilium. Deploratorū def. ἀπεγνωσμένων σκεπαστής. deſperatorum protector. ἀπογινώσκειν enim & ἀπελπίζειν idem ſignificāt, deſperare. vt Demoſth. homines valetudinis perditæ ac planè deploratæ ἀπεγνωσμένους appellat.

17 'Etiam etiam ô Deus patris mei, Deus hæreditatis Iſrael, domine cælorum ac terræ, creator aquarum ″Rex, rerum abs te creatarum omnium.

18 'Da ſermonē mihi, & fallaciam, & vulnus, flagellúmque in eos qui contra Teſtamentum tuum, contráque tuam ædem ſacram, contra verticem Sion, contráque 'domum quam tui poſſident filii, 'conſilia dira ceperunt.

19 'Prode exemplum in omni gente tribúque tua, quo planè cognoſcatur, te omnis virtutis potentiæque Deum eſſe, neque aliū præter te, Iſraeliticæ gentis defenſorem.

Cap. X.

Oratione abſoluta, Iudith exornat ſe, vt Holophernē vincat in Dei gloriam.

1 Qvum autem Dei Iſraelis inuocandi finē feciſſet, atque hæc verba peregiſſet omnia, 'ſurrexit procubitu.

2 Et ancilla ſua vocata, in domicilium vbi ſabbathis ac diebus feſtis ſuis verſabatur, deſcendit.

3 Ibi detracto, quo induebatur, cilicio, veſtibúſque viduitatis ſuæ depoſitis, corpus aqua prius ablutum, vnguento pingui perunxit, 'tum capillis capitis ſui compoſitis, mitráque ſuper impoſita, ″veſtes feſtiuas ſuas, quibus ornari viuo Manaſſe viro ſuo ſolebat, induit.

Pulcherrima Iudith.

4 Quúmque ſandalia ſumpſiſſet pedibus atque armillas, brachialia, annulos, inaures, ″mundúmque omnē ſuum aſciuiſſet: 'vultū ″ad capiendos intuentium eam virorum oculos perquam venuſtè compoſuit.

5 Poſtremò vtrem vinarium vino, & vas oleo plenum ancillæ ſuæ tradidit: perámque farina, maſſa carycarū, ″puríſque panibus impleuit, atque omnia vaſa conuoluta eidem impoſuit.

6 Ita egreſſa ad portam Betuliæ vrbis, Oziam, atque ſeniores ciuitatis Chabrim & Charmim 'ibi ſtantes repererunt.

7 Qui vt viderunt eam, & vultum eius aliū habitúmque immutatum, pulchritudinem eius vehementer admirati,

8 Sic eam alloquuti ſunt, Deus Deus Patrum noſtrorū 'te in gratiam ponat, & inſtituta tua perficiat ad gloriā Iſraelis, atque 'excellentiam Ieruſalem. Simúlque Deum adorauerunt.

9 At illa, Portā mihi, inquit, iubete aperiri, & egrediar 'ad ea perficienda quæ mecum loquuti eſtis. Tum illi iuuenibus imperarūt vt aperirent, ſicut illa poſtulauerat.

10 Quod illi quum feciſſent, Iudith vnà cum ancilla ſua egreſſa

17 Deus cælorum, creator aquarū, & dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

18 Memento Domine teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione tua permaneat:

19 Et omnes gentes agnoſcāt quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.

Cap. X.

1 Factum eſt autē, quū ceſſaſſet clamare ad Dominū, ſurrexit de loco in quo iacuerat proſtrata ad Dominum.

2 Vocauitque abram ſuam, & deſcendēs in domū ſuā, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimētis viduitatis ſuæ,

3 Et lauit corpus ſuū, & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinē capitis ſui, & impoſuit mitrā ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induítque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe.

4 Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hāc in illā pulchritudinē ampliauit, vt incomparabili decore omniū oculis appareret.

5 Impoſuit itaque abræ ſuæ aſcoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caſeum: & profecta eſt.

B

6 Quúmque veniſſent ad portā ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziā, & preſbyteros ciuitatis.

7 Qui quum vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius.

8 |Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerunt tranſire, dicētes, Deus Patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomen tuum in numero ſanctorum & iuſtorum.

Suprà 8.d.33

9 Et dixerunt ii qui illic erāt, omnes vna voce, Fiat fiat.

10 Iudith verò orans Dominū, tranſ-

17 Etiam etiam. ναὶ ναί. Vtique vtique. Quidam ita vertunt, Eia age. vt ſit particula hortandi: ſed mihi videtur magis eſſe affirmandi: vt propoſitis Dei nominibus ac titulis ſubiiciatur. Certè certè, vt ita confirmet ea quæ Deo attribuit, atque ſpem fiduciámque ſuſcipiat.

Rex rerum abs te creatarum omniū. βασιλεῦ πάσης κτίσεώς σου. Rex vniuerſæ creaturæ tuæ, qui regnum dominatumque habes in omnibus creaturis tuis.

18 Da ſermonem mihi, & fallaciam, &c. δὸς λόγον μου καὶ ἀπάτην καὶ τραῦμα καὶ μώλωπα αὐτῶν. Da verbum meum, & deceptionem, & vulnus, & cicatricē eorum. i. Da vim ſermoni meo, eámque efficaciam vt illos à me deceptos vulnerem, ac cædā, atque ita conficiam. μώλωψ enim propriè eſt vibex qui ex inflicto verbere plagáque efficitur: cicatrix dicitur.

Domum quam tui poſſident fil. οἴκου κατασχέσεως υἱῶν σου. domum poſſeſſionis filiorum tuorum. id eſt, quam dediſti filiis tuis poſſidendam, in qua ipſos collocaſti.

Conſilia dira ceperunt. ἐβουλεύσαντο σκληρά. dura decreuerunt. id eſt, grauia & acerba, ad exitium interitúmque noſtrum pertinentia.

19 Prode exēplū ποίησον ἐπίγνωσιν. Et fac cognition. Ede documentum atque exemplū quod omnes homines intelligant & cognoſcāt.

IN CAPVT X.

1 Surrexit procubitu. ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώσεως. è terra in quam Deum inuocatura ſe abiecerat. poſteà ſe erexit, ſummáque animi fiducia ad pulcherrimum facinus edendum ſe contulit.

3 Tum capillis capitis ſui comp. καὶ διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. & digeſſit capillos capitis ſui, atque eos ita concinnauit, vt eos diſcriminaret.

Veſtes feſtiuas ſuas, ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης αὐτῆς. veſtes iucunditatis ſuæ. i. quibus diebus feſtiuis ac lætis ornabatur tum quum floreret cum marito ſua Manaſſe.

4 Mundumque omnem ſuum, πάντα τὸν κόσμον αὐτῆς. omnem ornatum cultúmque temporibus ſecundis comparatum.

Vultum venuſtè compoſuit. ἐκαλλωπίσατο σφόδρα. Id eſt cōpoſuit, ornauit, aut poliuit ſeipſam. hunc enim cultū exquiſitumque ornatum ad venuſtatem muliebrem accommodatum, nomen καλλωπισμὸς ſignificat.

Ad capiendos intuentium eam virorum ocul. εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν. in deceptionem oculorum virorum quicunque eam aſpicerent.

5 Puríſque panibus ἄρτων καθαρῶν. panibus mundis, id eſt ἀζύμων, infermentatis. eos enim mihi videtur panes puros ac ſinceros à fermento intelligere.

6 Ibi ſtantes reper. εὗρον ἐφεστῶτας ἐπ' αὐτῆς. præfectos in ipſa. ſcilicet porta. i. qui præerant eius cuſtodiæ vt principes ciuitatis. hanc enim ſignificationem habet verbum ἐφιστάναι, ſed cum datiuo, aut cum præpoſitione ἐπὶ ſeruiente genitiuo.

8 Te in gratiam ponat. δώη σε εἰς χάριν. det te in gratiam. Phraſis Hebræa eſt, pro Ponere aliquem in gratiam apud aliquē, eúmque gratioſum reddere.

Excellentiam Hieruſalem. ὑψώματα Ἱερουσαλήμ. exaltationem Hieruſalem. vt fama huius tanti facinoris celebretur.

9 Ad ea perficienda, &c. εἰς τελείωσιν τῶν λόγων ὧν ἐλαλήσατε μετ' ἐμοῦ. ad perfectionem verborum quæ loquuti eſtis mecum.

iuit per portas, ipſa & abra eius.

11 Factum eſt autem, quũ deſcẽderet mõtem, circa ortum diei, occurrerũt ei exploratores Aſſyriorum, & tenuerunt eam, dicentes, Vnde venis, aut quò vadis?

12 C Quæ reſpondit, Filia ſum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurũ agnoui quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltro tradere ſeipſos vt inuenirent miſericordiam in conſpectu veſtro.

13 Hac de cauſa cogitaui mecum, dicens, Vadam ad faciem principis Holophernis, vt indicẽ illi ſecreta illorũ, & oſtendam illi quo aditu poſſit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius.

14 Et quũ audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius: & erat in oculis eorum ſtupor, quoniã pulchritudinem eius mirabantur nimis.

15 Et dixerunt ad eam, Conſeruaſti animam tuam, eo quòd tale reperiſti conſilium, vt deſcenderes ad dominum noſtrum.

16 D Hoc autem ſcias quoniam quũ ſteteris in cõſpectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſſima in corde eius. Duxerúntque illam ad tabernaculũ Holophernis, annuntiantes eam.

17 Quúmque intraſſet ante faciem eius, ſtatim captꝰ eſt in ſuis oculis Holophernes.

18 Dixerũtque ad eum ſatellites eius, Quis contemnat populum Hebræorum qui tam decoras mulieres habẽt vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?

19 Videns itaque Iudith Holophernem ſedentẽ in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum:

20 Et quum in faciem eius intendiſſet, adorauit eum, proſternens ſe ſuper terram. & eleuauerunt eam ſerui Holophernis, iubente domino ſuo.

Cap. XI.

1 TVnc Holophernes dixit ei, AEquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquã nocui viro qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor regi.

2 Populus autem tuus ſi non contẽ-

eſt, oculis eam proſequentibus oppidanis, quoad ex monte deſcẽderet, eámque vallem peruadentem è conſpectu amitterent.

11 Ita profectæ ſunt illæ rectà per vallem, donec ʹin Aſſyrios, qui in ſtatione pro caſtris erant, inciderent.

12 Qui comprehẽſam interrogauerunt eam, Cuias es, & vnde venis, aut quò tendis? Et illa, Filia, inquit, ſum Hebræorũ, ab illíſque tranſfugi, quoniam vobis tradentur deuorandi.

Deprehenſa ab exploratoribus, deducitur ad Holophernem.

13 In conſpectum autem Holophernis ſummi imperatoris veſtri exercitus venio, vt ei vera annuntiem dicta, viámque commõſtrẽ ante oculos, per quam ingreſſus tota regione montana potiatur: ʹneque vllius corporis militũ ſuorum, aut vitalis ſpiritus incommodum patiatur.

14 His verbis eius auditis, contemplati ſunt illius vultum, pulchritudinémque eius vehementer admirati, dixerunt,

15 Vitam tu conſeruaſti tuam, quæ in conſpectum Holophernis properaris deſcendere. quapropter nunc perge ad tabernaculum eius: deducent enim te aliquot è nobis, donec te in manus eius tradiderint.

16 Verùm vbi coram eo conſtiteris, ʹne conſterneris animo, ſed quæ loquuta es, ei annuntia, & ʹbeneficentia te ſua proſequetur. Delegerunt ergo ex ipſis viros centum, qui iuncto ipſi ſimul & ancillæ curru, ad tabernaculum Holophernis eam deduxerũt. Tũ verò concurſu totis caſtris facto, ʹquòd fama aduentus eius ad tabernacula perueniſſet, turba venientium eam circundare ſtantem extra tabernaculum Holophernis, dum illi de ipſa nuntius afferretur.

17 Admirari verò pulchritudinem eius, adeóque propter ipſam filios Iſrael,

18 Atque alius alii dicere, Quis contemnat populum iſtũ, qui quidem tales habet mulieres? Sane nõ eſt vtile vel vnum relinqui virum ex illis, ʹqui dimiſſi facilè queant totum orbem in fraudem pellicere. Porrò egreſſi ſunt excubitores Holophernis, atque omnes eius ſerui in tabernaculum eam introduxerunt.

19 Tum autem Holophernes quieſcebat ſuper lecto ſuo, in ʹconopeo, purpura, auro, ſmaragdo, lapidibúſque pretioſis intertexto. Quúmque de illa nuntium accepiſſet, prodiit in veſtibulum tabernaculi, præcedentibus eum lampadibus argenteis.

20 Ibi quum Iudith in conſpectum eius atque miniſtrorum ipſius veniſſet, omnes venuſtatem vultus eius mirati ſunt. illa verò in faciem prolapſa, ʹeum adorauit: quam ſerui illius erexerunt.

Cap. X I.

1 TVm Holophernes eam ſic eſt alloquutus, Cõfide mulier, neque animo tuo expaueſcas. neque enim ego quenquam afflixi, qui regi totius terræ Nabuchodonoſori ſeruire voluit.

2 Quòd niſi me contempſiſſet populus iſte tuus montanam in-

11 In Aſſyrios, qui in ſtat. pro caſt. erant, incid. συνήντησεν αὐτῇ προφυλακὴ τῶν ἀσσυρίων, occurrit ei cuſtodia Aſſyriorum. i. præſidium ad locum cuſtodiendum poſitum. 13 Neque vllius corporis mil. ſ. &c. ὐ ϗ διαφωνήσει τῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ σὰρξ μία, οὐδὲ πνεῦμα ζωῆς. & non interibit virorũ eius caro vna, neque ſpiritus vitæ. διαφωνεῖν propriè diſſonare diſſideréque ſignificat, ſed in Scriptura hoc verbũ aliquoties accipitur pro deſiderare, vt 1. Reg. 30. c. 19. οὐ διεφώνησε αὐτοῖς, Latinus vertit, nihil defuit eis. Hoc autẽ loco accipitur, pro Nullus militum tuorũ deſiderabitur, ſed plenus integérque numerus conſeruabitur, vt nemo requiratur. in quo eſſet quædam διαφωνία i. diſcrepantia ordinis ac integri eorum numeri. 16 Ne conſterneris animo, μὴ φοβηθῇς τῇ καρδίᾳ σου. ne timeas corde tuo. i. expaueſcas, ſed confide ac bono ſis animo. Beneficentia te ſua proſeq. εὖ σε ποιήσει. bene tibi faciet. benigne te tractabit, ſuáque humanitate amplectetur. Quòd fama aduentus eius ad tab. peru. διεβοήθη γὰρ εἰς τὰ σκηνώματα ἡ παρουσία αὐτῆς. Diuulgatus eſt enim ad tabernacula aduentus eius. i. fama peruulgata. 18 Qui dimiſſi facilè queant totum, &c. οἳ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. qui dimiſſi poterunt decipere omnem terram. forma videlicet mulierum illecebroſa ac fallaci. 19 Conopeo. κωνωπεῖον eſt velum atque integumentum ad iniurias aeris aliáve incommoda prohibendum comparatum. conficiebatur autem ex varia diuerſáque materia.

20 Eum adorauit: προσεκύνησεν αὐτῷ. i. ſe inclinãs proſternénſque ſe ei, honorẽ reuerentiámque exhibuit. hoc enim ſignifiat προσκυνεῖν,

ſidens regionem, non vtique haſtam meam aduerſus eum erexiſſem, "ſed ipſe horum ſibi cauſa eſt.

Iudith itineris cauſam aſtutè Holopherni aperiens, illi imponit.

3 Iam verò dic tu mihi qua de cauſa transfugeris ab illis, & huc adueneris. venis enim ad ſalutem: bono animo eſto, vt pote hac victura nocte, atque in poſterum. Neque enim eſt "qui tibi faciat iniuriam, ſed bene tractaberis, quemadmodum ſerui domini mei Nabuchodonoſoris tractari ſolent.

4 Cui reſpõdit Iudith, Accipe verba ancillæ tuæ, & loquatur corã te famula tua, nec mendaciũ hac nocte domino meo enũtiauero. Quòd ſi monita ancillæ tuæ ſequutus fueris per omnia, "rẽ Deus tecũ perficiet, "nec dominus meus ab iis quæ inſtituit, excidet.

5 "Teſtor enim vitam regis totius terræ Nabuchodonoſoris, & potentiam eius "qui te miſit ad reſtitutionem omnium, non ſolũ fore vt homines illi per te ſeruiant, ſed feræ quoque agreſtes, ac pecudes, cælíque volucres per potentiam tuam ſub Nabuchodonoſoris totiúſque domus eius imperio viuant.

6 Nam ſapientiam tuam "& calliditatem animi tui audiuimus, totáque terra diuulgatum eſt, te ſolum eſſe "eximium in omni regno, "ſcientiáque præſtantem, atque in re militari admirandum.

7 Iam verò ſermonem quoque quem in conſeſſu tuorũ Achior habuit, & quæ verba fecerit, intelleximus. cum enim ciues Bethuliæ "ſibi acquiſiuerunt, quibus omnia quæ apud te loquutus eſſet, retulit. Quapropter dominator domine, monita eius ne aſperneris, ſed corde tuo recondas ea, quia vera ſunt.

8 "Non enim ſupplicio obnoxium eſt genus noſtrum, nec valet aduerſus ipſum gladius, niſi peccatis Deum ſuum offenderint.

9 Iã verò "ne dominus meus ſpe decidat, néve diſcedat infecta re, ſed mors in faciem eorũ irruat: tale peccatũ inuaſit eos, quo quidem irritabunt Deum ſuum, quandocunque "nefas admiſerint.

10 Quoniã enim defecerunt eos alimenta, "& aquarũ inopia laborant, "iumenta ſua decreuerũt inuadere, ac quibuſcũque Deus legibus ſuis interdixit illis, ne veſcantur, ea conſumere ſtatuerunt.

11 Atque etiam primitias frugum, & decimas vini atque olei, quas reſeruarant conſecratas Sacerdotibus, Hieroſolymis in cõſpectu Dei noſtri miniſtrantibus, eas abſumere decreuerunt: quum eas ne manibus quidem fas ſit quenquam è populo contingere. 12 Miſerunt autem Hieroſolymam (*Nam & illius incolæ talia patrauerunt*) "qui ſibi licentiam à Senatu referant. Accidet igitur vt quum accepto reſponſo fecerint, illo ipſo die ad interitum tradantur.

pſiſſet me, non alleuaſſem lanceã meã ſuper eum.

3 Nunc autem dic mihi qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos?

4 Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ tuæ: quoniam ſi ſequutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.

5 Viuit enim Nabuchodonoſor rex terræ, & viuit virtus eius quæ eſt in te ad correptionem omnium animarũ errantium: quoniam nõ ſolùm homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi.

6 Nũtiatur enim animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſeculo quoniam tu ſolus bonus & potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. B

7 Nec hoc latet quod loquutus eſt Achior, nec illud ignoratur quod ei iuſſeris euenire. Suprà. 5. a. f

8 Conſtat enim Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis ſuis.

9 Et quoniam ſciunt ſe offẽdiſſe Deũ ſuum filii Iſrael, tremor tuus ſuper ipſos eſt.

10 Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

11 Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinẽ eorum.

12 Et ſancta Domini Dei ſui quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino & oleo, hæc cogitauerũt impendere, & volunt conſumere quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniam hæc faciunt, certũ eſt quòd in perditionem dabuntur.

IN CAPVT XI.

2 Sed ipſe horum ſibi cauſa eſt. ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐποίησαν ταῦτα. ſed ipſi ſibi fecerunt hæc. ſua culpa & contumacia mala hæc ſibi acceſſiuerunt. 3 Qui tibi faciat iniuriam, &c. οὐκ ἔστιν ὃς ἀδικήσει σε ἀλλ' εὖ σε ποιήσει. non eſt qui te iniuria afficiet, ſed qui bene tibi faciet. vt τὸ ἀδικεῖν τῷ εὖ ποιεῖν opponat, malè facere, bene aut benigne facere.

4 Rem Deus tecũ perficiet, τελείως πρᾶγμα μετὰ σοῦ ποιήσει ὁ θεός. perfectè rem faciet tecũ Deus. i. præſtabit tibi quod vis, Iudæámq; tradet in manum tuam. Nec dominus meus ab iis, &c. καὶ οὐκ ἀποπεσεῖται ὁ κύριός μου τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. & non excidet dominus meus ab inſtitutis ſuis. id eſt, eorum quæ ſuſcepit, compos erit. 5 Teſtor enim vitam regis, &c. ζῇ γὰρ ὁ βασιλεὺς, ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ. viuit enim rex, viuit potentia eius. Forma hæc eſt iurandi atque affirmandi aliquid per nomen earũ rerum quæ aliquã magnitudinẽ habent atque excellentiam. Qui te miſit ad reſtitutionẽ ὃς ἀπέστειλέ σε εἰς κατόρθωσιν πάσης ψυχῆς. qui miſit te ad correctionẽ omnis animæ. κατόρθωσις idem eſt quod κατάστασις, conſtitutio earum rerum quæ ſunt diſſolutæ & confuſæ, atque in meliorem ſtatum reſtitutio, quæ vulgò reformatio appellatur. 6 Et calliditatem animi tui καὶ πανουργήματα τῆς ψυχῆς σου. id eſt callida conſilia prudẽtiæque plena. ita enim Græcè dicuntur quæ aſtutè ac prudenter cogitantur atque inſtituuntur. Eximium in omni reg. ἀγαθὸς ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ. quòd bonus ſis in omni regno. ſcilicet adminiſtrãdo. vt bonus pro egregio accipiatur, & ad facultatẽ ingenii prudentiámque ciuilẽ referatur. Scientiáque præſtantem δυνατὸς ἐν ἐπιστήμῃ. quòd potens ſis in ſcientia. id eſt valeas excelláſque intelligentia, & prudentia, quæ in rebus humanis ciuilibúſque verſatur ac cernitur. 7 Sibi acquiſiuerunt, περιεποιήσαντο αὐτόν. ſibi adiunxerunt atque in ſuam vrbem receperunt.

8 Non enim ſupplicio obnoxium eſt gen. noſt. οὐ γὰρ ἐκδικεῖται τὸ γένος ἡμῶν. non enim ſumitur vindicta aut pœna de genere noſtro. gens noſtra aut natio non punitur, pœnáque afficitur. 9 Ne ſpe decidat, ἵνα μὴ γένηται ἔκβολος. ne ſit eiectus. id eſt deiectus ſua ſpe & falſus. Nefas admiſerint. ποιήσωσιν ἀτοπίαν. fecerint abſurditatem, id eſt, aliquid impium Legéque Dei prohibitum commiſerint.

10 Et aquarum inopia laborant, καὶ ἐσπάνισεν πᾶν ὕδωρ. & diminuta eſt omnis aqua, eiúſque ſumma inopia accidit. Iumenta ſua decreuerunt inuadere, ἐβουλεύσαντο ἐπιβαλεῖν τοῖς κτήνεσιν αὐτῶν. conſtituerunt manus iniicere iumentis ſuis. ea interficere, vt iis veſcantur, omni alio cibo deſtituti. Hoc autem per Legem minimè eis licebat.

12 Qui ſibi licentiam à Senatu referant. τοὺς μετακομίζοντας αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν παρὰ τῆς γερουσίας. qui reportent ipſis remiſſionem à Senatu. id eſt ius à Senatu conceſſum poteſtatémque veſcendi iis cibis qui Lege Dei erant interdicti. γερουσία autem dicitur cœtus cõuentúſque ſenum, quorum prudens conſilium exiſtimatur. Latini Senatum appellarunt.

Quod ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis : & miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi.

13 Quamobrē ego ancilla tua, quū hæc cognouiſſem omnia, ab eis transfugi: méque Deus miſit ad conficiendā tecum rem quæ terras omnes, ad quas illius fama peruenerit, ſtupore afficiat.

Ego enim ancilla tua Deum colo, etiā nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum.

14 ʹReligioſa eſt enim ancilla tua, Deúmque cæli colit noctes ac dies. Nūc autē mi domine, apud te manebo: & egredietur ancilla tua in vallem noctu, & preces ad Deum adhibebo, vt mihi indicet quando illi peccata ſua commiſerint.

15 Et dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ieruſalem, & habebis omnem populum Iſrael ſicut oues quibus non eſt paſtor: & non latrabit vel vnus canis contra te.

D 16 Quoniam hæc mihi dicta ſunt per prouidentiam Dei.

Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nuntiare tibi.

17 Tum verò accedam, & rem ad te referam, & erumpes cum omnibus tuis copiis, nec erit quiſquā illorū qui tibi reſiſtat. Ego autem ducam te per mediā Iudæam, donec peruenias in conſpectum Hieroſolymæ, ſedémque tuam in medio illius collocem. ita illos vt oues paſtore deſtitutas ages, ʹvt ne canis quidem ore ſuo coram te mutire audeat. ″Hæc enim mihi per prænotionem dicta ſunt & enuntiata: tibíque vt renuntiarem miſſa ſum.

Placuerūt autem omnia verba hæc coram Holopherne, & coram pueris eius: & mirabantur ad ſapientiā eius, & dicebant alter ad alterum,

18 Huiuſmodi autem ſermones placuerunt Holopherni, eiúſque miniſtris omnibus: qui ſapientiam illius admirati, dixerunt,

Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.

19 Non eſt mulier ab extremo ad extremum terræ, venuſtate formæ, ″peritiáque orationis ſimilis.

Et dixit ad illā Holophernes, Benefecit Deus qui miſit te ante populū, vt des illum tu in manibus noſtris.

20 Simúlque Holophernes ei dixit, Benefecit Deus qui te huic populo miſerit, vt manibus noſtris robur, iis verò qui dominum meum ſpreuerunt, exitium afferres. tu quidem vultu venuſta es, ʹverbíſque facunda.

Et quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomē tuum nominabitur in vniuerſa terra.

21 Quòd ſi feceris quæ loquuta es, Deus erit mihi Deus ille tuus: tu verò ſedebis in domo regis Nabuchodonoſoris, ″& per totam terram celebraberis.

Cap. XII.

Tunc iuſſit eam introire vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſſit illic manere eam, & conſtituit quid daretur illi de conuiuio ſuo.

1 Tum iuſſit eā introduci ʹin cellam argēteæ ſupellectilis ſuæ, déque cibariis ſuis menſam ei conſternendam, ac potum de vino ſuo præbendum conſtituit.

Holophernes iubet introduci Iudith in locum theſaurorum.

Cui reſpondet Iudith, & dixit, Nūc non potero ‖ manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

Gen. 41. g. 52
dan. 1. b. 8
tob. 1. b. 12

2 At Iudith, De iis non edam, inquit, ʹnequa contrahatur offenſio: ſed de eis quæ mecum delata ſunt, miniſtrabitur.

Cui Holophernes ait, Si defecerint tibi iſta quæ tecum detuliſti, quid faciemus tibi?

3 Cui Holophernes, Si verò defecerint quæ apud te ſunt, vnde petēmus quæ tibi demus his ſimilia? nihil enim nobis tuo è genere ſuppetit.

Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illā ſerui eius in tabernaculum quod præceperat.

4 Reſpondit ei Iudith, ″Viuit anima tua mi domine, quoniam non conſumet ancilla tua quæ mihi adſunt, antequam Dominus conſilium ſuum per manum meam fuerit exequutus. Introduxerūt igitur eam ſerui Holophernis in tabernaculum: vbi quū in mediam vſque noctem dormiuiſſet, ſub matutinam vigiliam exſurrexit.

B Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucē egrediēdi foras ad orationē, & deprecādi Dn̄m.

5 Et miſit ad Holophernē qui diceret, Iubeat iam dominus meus ancillam ſuam emitti ad precationem.

Petit Iudith ſibi dari facultatem nocte & ante lucē foris orandi.

Et pręcepit cubiculariis ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum ſuum per triduum.

Et exibat noctibus in vallem Be-

6 ʹQuúmque edixiſſet Holophernes ſtipatoribus corporis ſui, ne 7 prohiberent ipſam: in caſtris manſit tribus diebus, noctu in val-

---

14 Religioſa θεοσεβής. Pia, quæ Deum timeat, puréque eum ac piè colat. 17 Vt ne canis quidem ore ſuo coram te mutire audeat. καὶ οὐ γρύξει κύων τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ ἀπέναντί σου. & non latrabit canis lingua ſua coram te. non oblatrabit, aut, hiſcere audebit. ita omnes erūt conſternati animo, omnique ope deſtituti. Hæc enim mihi per prænotionē dicta ſunt ὅτι μοὶ ταῦτα ἐλαλήθη κατὰ πρόγνωσίν μου. quia mihi hæc dicta ſunt per præſcientiā meam. aut, prouidentiā. 19 Peritiáque orationis συνέσει τῶν λόγων intelligentia [ſiue prudentia] ſermonū.

20 Verbíſque facunda. καὶ ἀγαθὴ ἐν τοῖς λόγοις σου. & bona in ſermonibus tuis. id eſt facultate dicendi præſtans.

21 Et per totam terram celebraberis. καὶ ἔσῃ ὀνομαστὴ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. & eris nominata in omni terra. fama nominis celebri.

IN CAPVT XII.

1 In cellam argenteæ ſupellect. οὗ ἐτίθετο τὰ ἀργυρώματα αὐτοῦ. vbi repoſita erant vaſa argētea eius. aut, ea reponebat. nam verbū poteſt eſſe medium. 2 Nequa contrahatur off. ἵνα μὴ γένηται σκάνδαλον. nequod ſuſcipiam offendiculū ex eſu eorum ciborū quibus vti per Legem Dei mihi non licet. 4 Viuit anima tua, quoniā non conſ. ζῇ ἡ ψυχή σου, ὅτι οὐ δαπανήσει. quidam ita vertūt, Vt animam tuā viuere verum eſt, ita non conſumet, &c. Forma eſt iurandi atque aſſeuerandi aliquid grauius, vt antea dictum eſt.

6 Quúmque dixiſſet ſtipatoribus corporis ſui, καὶ ἐπέταξεν τοῖς σωματοφύλαξι. id eſt iuſſiſſet [aut, mandaſſet] cuſtodibus corporis ſui. id eſt ſuis ſatellitibus.

lẽ Betuliæ egrediens,& aqua ſe abluens in fonte qui erat in caſtris.

Quúmque aſcenderet, orabat Dominum Deum Iſraelis, vt inſtitutum ſuum ″ad leuandum genus populi ſui dirigeret. 8

Regreſſa verò munda in tabernaculo permanebat, donec ſub veſperam cibum ſuum caperet. 9

Mittitur Vagao ad Iudith vt ſua deat ei conſentire Holopherni.

Euenit autem die quarto vt Holophernes conuiuium celebraret cum ſeruis ſuis ſolis,nec″ad concœnationem quẽquam inuitaſſet eorum qui negotiis præerant. 10

Is Bagoæ eunucho,″qui omnibus eius facultatibus præfectus erat,dixit, Perſuade iſti mulieri Hebrææ quæ apud te eſt, vt veniat ad nos,& nobiſcum edat ac bibat. Nam ecce, perſonæ noſtræ fuerit ignominioſum ſi talem mulierem ita prætermiſerimus,″vt nullam cum ea conſuetudinem habeamus. quòd niſi eã attraxerimus,nos irridebit. 11

Egreſſus ergo à conſpectu Holophernis Bagoas,atque ad illam ingreſſus,Ne grauetur ancilla hæc formoſa adire dominũ meum, &″coram eo gloria decorari,tum vinum nobiſcum bibere ad hilaritatem, & hac die more filiarum Aſſyriacarum quæ in domo Nabuchodonoſoris aſſiſtunt,ſe gerere. 12

Cui Iudith, Quænam ego ſum, inquit,″vt domino meo aliquid denegem? 13

Quin potius quod gratum fuerit in oculis eius,″ſummo ſtudio faciam,″quod quidem mihi vſque″ad extremum vitæ meæ diem gloriandi cauſam afferat. 14

Simul exurgens,ſe veſtitu & omni mundo muliebri exornauit, acceſſítque ancilla eius, atque ex aduerſo Holopherni ſtrauit ei pelles humi, quas à Bagoa quotidianum in vſum ſuũ acceperat, vt ſuper his recumbens cibum caperet. 15

Venit Iudith ad Holophernem.

Quúmque acceſſiſſet Iudith ac diſcubuiſſet,″exarſit cor Holophernis in eam,animúſque commotus eſt,vt congreſſum eius vehementer appeteret. Iam enim ex quo primùm die conſpicatus eam fuerat, obſeruabat″occaſionem qua ea abuteretur. 16

Hortabatur igitur eam,Bibe iam,inquiens,″ac te nobiſcum hilarem præbe. 17

Et Iudith,Bibam ſanè,inquit,domine,″quoniam magnificentiam adepta eſt in me hodie vita mea″maiorem quã vllo ex quo nata ſum, tempore. 18

Simul edere corã eo bibereque cœpit quæ ſibi ab ancilla ſua parata fuerant. 19

thuliæ,& baptizabat ſe in fõte aquę.

8 Et vt aſcẽdebat, orabat Dominum Deũ Iſrael vt dirigeret viam eius ad liberationem populi ſui.

9 Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vſque dum acciperet eſcam ſuam in veſpere.

10 Et factũ eſt,in quarto die Holophernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum, Vade, & ſuade Hebræam illam vt ſpõte conſẽtiat habitare mecum.

C

11 Fœdũ eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum, agẽdo vt immunis ab eo tranſeat.

12 Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

13 Cui Iudith reſpondit, Quæ ego ſũ vt contradicam domino meo?

14 Omne quod erit ante oculos ei⁹ bonum & optimum, faciam. quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

D

15 Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem eius.

16 Cor autem Holophernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia eius.

17 Et dixit ad eam Holophernes, Bibe nunc & accumbe in iucunditate: quoniam inueniſti gratiam corã me.

18 Et dixit Iudith, Bibã domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

19 Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipſo ea quæ parauerat illi ancilla eius.

8 Ad leuandum genus populi ſui εἰς ἀνάστημα τῶν υἱῶν τοῦ λαοῦ αὐτῆς. in erectionem filiorum populi ſui.id eſt,ad ſuos qui magnopere erãt afflicti,erigendos ac extollendos. 10 Ad concœnationem εἰς τὴν κλῆσιν. ad inuitationem.i.συμπόσιον conuiuium.

11 Qui omnibus e.facu.præf.erat,&c. ὃς ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ.qui erat præfectus[præpoſitus] omnibus quæ eius erant.vt οἰκονόμος,actotius domus familiæque gubernator. Vt nullam cum ea conſuetudinem hab. οὐχ ὁμιλήσαντες αὐτῇ. non communicantes[aut, congredientes]cum ea.ὁμιλεῖν enim hîc accipitur ἀντὶ τοῦ συγγίνεσθαι ſtupri conſuetudinem habere cum muliere.

12 Coram eo gloria decorari, δοξασθῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ. honore affici[aut,gloriam adipiſci]in conſpectu eius. quaſi dicat,illi fore honorificum ſi eiuſmodi mulier ea formæ excellentia in conuiuium tanti principis adhibeatur.

13 Vt domino meo aliquid denegem ἀντεροῦσα τῷ κυρίῳ μου. quæ contradicam [recuſem aliquid] domino meo, ac non potius obſequar omnibus in rebus quas gratas ei eſſe cognouero.

14 Summo ſtudio faciam,σπεύσασα ποιήσω.feſtinans faciam,id eſt prompto alacrique animo morem ei geram.nam verbũ σπουδὴν ſummum ſtudium ſæpe ſignificat atque animi contentionem. Quod quidem mihi gloriandi cauſam afferat. καὶ ἔσται μοι τοῦτο εἰς ἀγαλλίαμα. & erit hoc mihi ad exultationem,id eſt mihi dabit ſummã lætitiæ aut gloriæ materiam,quòd digna habita fuero tanto honore. Ad extremum vitæ meæ diem. ἕως ἡμέρας θανάτου μου. vſque ad diem mortis meæ.aut,obitus mei.

16 Exarſit cor Holoph.in eam καὶ ἐξέστη ἡ καρδία Ὀλοφέρνου ἐπ' αὐτῇ. obſtupuit cor Holophernis in ea.id eſt, amore illius animus eius raptus eſt.ἔκστασις enim ſignificat motum animi vehemẽtem atque immoderatũ,quo mente alienati homines auferuntur,vt vix ſint apud ſe. Occaſionem qua ea abuteretur. καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι αὐτήν. tempus decipiendi eam.Quidam codices habent ἀπαιτῆσαι. poſcendi eam ad conſuetudinem.quæ lectio mihi magis probatur.

17 Ac te nobiſcum hilarem præbe. καὶ γενήθητι μεθ' ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην. & ſis nobiſcum in lætitia.ſis nobiſcum læta atque hilaris.

18 Quoniam magnificentiam,&c. ὅτι ἐμεγαλύνθη τὸ ζῆν μου ἐν ἐμοὶ σήμερον. quoniam magnificata eſt vita mea in me hodie.

19 Maiorem quàm vllo,&c. παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέσεώς μου. præ omnibus diebus generationis meæ.quibus verbis ſignificat ſe magnificentiam & gloriam eius diei cæteris omnibus vitæ ſuæ diebus anteponere.

20 Et iucũdus factus eſt Holophernes ad eam: bibitque vinũ multũ nimis, quantum nunquã biberat in vita ſua.

20 Lætatus eſt itaque propter eam Holophernes: & vini quamplurimum bibit, quantum nunquam aliàs biberat vno die, ex quo natus fuerat.

Ebrius Holophernes.

Cap. XIII.

1 VT autem ſero factũ eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitalia ſua, & cõcluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit.

1 QVum autem iam ſerum eſſet, feſtinarunt ſerui eius ſe recipere, & Bagoas foris occluſit tabernaculũ: præſentéſque omnes à conſpectu domini ſui dimiſſi, ſua quiſque cubilia petierunt.

Holopherne ebrietate ſopito, & puella oſtiũ obſeruante, Iudith caput eius præſcindit, & ciuib⁹ ſuis defert.

Eccleſia. 31. d. 30

2 Erant autẽ omnes fatigati à vino

2 Erant enim omnes longa defeſſi compotatione.

3 Erátque Iudith ſola in cubiculo.

4 Porrò Holophernes iacebat in lecto, nimia ebrietate ſopitus.

3 4 Relicta eſt itaque Iudith in tabernaculo ſola, & Holophernes proiectus in lecto ſuo, quòd ebrietate perfuſus eſſet.

5 Dixitque Iudith puellæ ſuæ vt ſtaret foris ante cubiculũ & obſeruaret.

5 Iuſſerat autem Iudith ancillam ſuam aſtare extra cubiculum, & ſe pro quotidiano more exeuntem obſeruare. dixerat enim ſe exiturã ad precationem, atque in eandem ſententiam cum Bagoa loquuta fuerat.

6 Stetitque Iudith ante lectũ, orans cum lachrymis, & labiorum motu, in ſilentio,

6 Quum ergo omnes è conſpectu ipſius diſceſſiſſent, neque quiſquam relictus eſſet in cubiculo paruus aut magnus, Iudith apud lectum illius ſtãs, in animo ſecum, Domine Deus omnis virtutis, inquit, reſpice hac hora ad opera manuum mearum, vt Hieroſolyma extollatur.

7 Dicẽs, Cõfirma me Domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credẽs per te poſſe fieri cogitaui, perficiam.

7 Quoniam nunc tempus eſt adiuuandi hæreditatem tuã, atque inſtituta mea perficiendi, ad conquaſſationem hoſtium qui in nos inſurrexerunt.

8 Et quum hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligat⁹ pendebat, exoluit.

8 Simul acceſſit ad columellã lecti quæ erat ad caput Holophernis, & acinacem illius inde deſumpſit.

9 Quúmque euaginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait, Cõfirma me Domine Deus in hac hora.

9 Quúmque lecto ſe applicuiſſet, coma capitis eius apprehenſa, Corrobora me hodie, inquit, Domine Deus Iſraelis.

1. Reh. 17. g. 51
mach. 7. g. 47

10 Et percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius: & abſtulit conopeum eius à columnis: & euoluit corpus eius truncum.

10 Atque ita duos ictus inflixit in ceruicem eius, quantum poterat: & caput amputauit.

11 Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holophernis ancillæ ſuæ, & iuſſit vt mitteret illud in peram ſuam.

11 Tum deinde corpore eius de ſtrato deuoluto, ablatóque de columnis conopeo, paulo pòſt egreſſa, caput Holophernis ancillæ ſuæ tradidit.

B

12 Et exierunt duæ, ſecundum conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis.

12 Quod quum illa in peram cibariam ſuam immiſiſſet, egreſſæ ſunt ambæ ſimul quo ad precationem more ſolebãt. ita è caſtris euadẽtes, vallẽ illã ambierũt, montémque Betuliæ cõſcenderũt.

13 Et dixit Iudith alonge cuſtodibus murorum, Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus qui fecit virtutem in Iſrael.

13 Quúmque ad portas eius perueniſſent, Iudith procul clamauit portarum cuſtodibus, Agite, aperite portam, aperite: adeſt nobis Deus, Deus ille noſter, robur adhuc exercens Hieroſolymis, & contra hoſtes potentiam, quemadmodum fecit & hodie.

14 Et factum eſt, quum audiſſent viri vocem eius, vocauerunt preſbyteros ciuitatis.

14 Hac voce eius exaudita, oppidani ad portam vrbis ſuæ properè deſcenderunt: & quum ſeniores ciuitatis conuocaſſent,

15 Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vſque ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non eſſe venturã.

15 Omnes vnà à minimo vſque ad maximum concurrerunt (inſperatus enim erat reditus eius) patefactiſq; portis eas receperũt.

16 Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi: illa autẽ aſcendens in eminentiorem locum, iuſſit fieri ſilentium. Quúmque omnes tacuiſſent,

16 Atque igne lucis cauſa accenſo circunſteterunt.

17 Dixit Iudith, Laudate Dominum Deum noſtrum qui non deſeruit ſperantes in ſe:

17 Iudith verò magna voce, Laudate Deũ, inquit, laudate Deum.

Hortatur Iudith populum ad laudem Dei ob partem victoriã de Holopherne.

18 Et in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam, quam promiſit domui Iſrael: & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte.

18 Quoniam miſericordiam ſuam domui Iſraelis non ſubſtraxit, ſed hoſtes noſtros hac nocte manu mea conquaſſauit.

IN CAPVT XIII.

1 Quum autem iam ſerum eſſet, ὡς δὲ ὀψὲ ἐγένετο. .i. quum tardius iam eſſet, tempúſque ad noctẽ progreſſum quod ſomnũ poſtularet.

4 Quòd ebrietate perfuſus eſſet ἦν γὰρ περικεχυμένος αὐτῷ ὁ οἶνος. erat enim perfuſum ipſi vinum. his verbis ſignificat eum copioſius ac immoderatius bibiſſe. 8 Acceſſit ad columellam lecti. &c. καὶ προσελθοῦσα τῷ κανόνι τῆς κλίνης, ὃς ἦν πρὸς κεφαλῆς Ὀλοφέρνου. & accedens ad regulam lectuli quæ erat ad caput Holophernis. ita enim legitur in omnibus Græcis exemplaribus, ſed mendoſe, vt mihi videtur. nam pro κανόνι legendum videtur κίονι, quod columnam ſignificat. Acinacem illius inde deſumpſit. καθεῖλε τὸν ἀκινάκην ἀπ' αὐτοῦ. detraxit pugionem eius ab ea. ἀκινάκης gladiolus erat Perſicus qui à femore ſuſpendebatur quem Iudith detractum arripuit.

10 Duos ictus inflixit in cer. eius, &c. καὶ ἐπάταξεν εἰς τράχηλον αὐτοῦ δὶς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῆς. Et percuſſit in ceruicem eius bis in robore ſuo.

12 Ita è caſtris euadentes, καὶ διελθοῦσαι τὴν παρεμβολήν. & quum tranſiſſent caſtra.

15 Inſperatus enim erat red. eius. ὅτι παράδοξον ἦν αὐτοῖς τὸ ἐλθεῖν αὐτήν. quoniam præter opinionem erat eis vt veniret ipſa.

Simul caput è pera prolatum illis oſtētans, Ecce, inquit, caput Holophernis ſummi imperatoris exercitus Aſſyriorum: ecce & conopeum in quo recumbebat ebrius, quem Dominus manu fœminæ percuſſit.

Viuit Dominus qui me in via qua ſum profecta, conſeruauit. quoniam illum facies mea in perniciem eius decepit: ″neque ille vllum in me fœdum ac turpe flagitium deſignauit.

19 Et proferẽs de pera caput Holophernis oſtẽdit illis, dicẽs Ecce, caput Holophernis principis militiæ Aſſyriorũ: & ecce conopeum illius, in quo recũbebat in ebrietate ſua, vbi per manũ fœminæ percuſſit illum Dominus Deus noſter.

20 Viuit autem ipſe Dominus, quoniam 21 cuſtodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantẽ, & inde huc reuertentem: & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari: ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, & in liberatione veſtra.

21 ‖Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Pſal. 105. a. 1. & 106. a. 1.

Tum populus vehementer obſtupuit: quúmque Deum inclinatus adoraſſet, ſimul omnis, Celebrandus es, inquit, Deus noſter, qui hoſtes noſtros hodie in nihilum redegeris.

Ozias verò ei dixit, ″Benedicta es tu filia, à Deo altiſſimo ſupra omnes mulieres terræ.

′Et benedictus eſt Dominus Deus, cæli & terræ cōditor, qui te direxit ad caput ducis hoſtium noſtrorum conquaſſandum.

″Quoniam nũquam recedet ſpes tua ab animo hominum ″memoriam potentiæ Dei ſempiternam celebrantium: ″hãc gratiam tibi impertiat Deus ad excellentiam perpetuam, ′vt te bonis locupletet, ″eo quòd pro generis noſtri afflictione vitæ tuæ non peperciſti: ſed rectam coram Deo noſtro viã ingreſſa, ruinæ noſtræ ſubueniſti. Et ſubiecit omnis populus, ′Eſto, fiat.

22 Vniuerſi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros.

23 Porrò Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad eam, Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram.

24 Benedictus Dominus qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ noſtrorum.

25 Qui hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternũ. pro quibus non peperciſti animæ tuæ propter anguſtias & tribulationem generis tui: ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectũ Dei noſtri. D

26 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat.

27 Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Iſrael, cui tu teſtimonium dediſti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea.

28 Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holophernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſrael contempſit, & tibi interitum minabatur, dicens, Quum captus fuerit populus Iſrael, gladio perforari præcipiam latera tua.

29 Videns autem Achior caput Holophernis, anguſtiatus præ pauore, cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius.

30 Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit,

31 Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſrael.

Cap. XIIII.

Caput Holophernis in muro ſuſpenditur.

PORrò autem Iudith eos ita eſt alloquuta, Agite fratres, audite me, & hoc caput acceptũ, in pĩna murorũ noſtrorũ ſuſpẽdite.

Quúmque ′diluxerit dies, ac ſol ſuper terrã extiterit, arma belli quiſque veſtra capietis, atque ex vrbe viri cum duce vobis dato erumpetis, vt in campum deſcenſuri in primam ſtationem Aſſyriorum, nec tamen deſcendentes.

Tum illi ″arreptis vniuerſis armis ſuis in ſua contendent caſtra, vt duces copiarum Aſſyriacarum excitent: atque ad Holophernis tabernaculum accurrent,

Quo non inuento, terror ingruet in illos, & à conſpectu veſtro diffugient.

Tũ verò vos inſequentes vnà cum iis qui fines Iſraelis incolũt,

Cap. XIIII.

1 DIxit autem Iudith ad omnem populũ, Audite me fratres, ‖Suſpẽdite caput hoc ſuper muros noſtros:

2. Mach. 15. e. 35

2 Et erit quum exierit ſol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu: non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes.

3 Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam.

4 Quúmque duces eorũ cucurrerint ad tabernaculum Holophernis, & inuenerint eum trũcum in ſuo ſanguine volutatũ, decidet ſuper eos timor:

5 Quũq; cognoueritis fugere eos, ite poſt

---

21 Neque ille vllum in me fœdum, &c. καὶ οὐκ ἐποίησεν ἁμάρτημα μετ' ἐμοῦ εἰς μίασμα καὶ αἰσχύνην. & non fecit peccatum mecum in pollutionem & confuſionem. id eſt, non ſum ab eo polluta aut corrupta cum mea maxima infamia, ſed caſta atque integra ſeruata.

23 Benedicta es tu à Deo altiſſ. εὐλογητὴ εἶ σὺ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ. Benedicta es tu Deo altiſſimo. i. eius beneficio fœlix & fortunata, quæ ad tantum támque præclarum facinus ab eo delecta, adhibitáque fueris. 24 Et benedictus eſt Dominus καὶ εὐλογημένος Κύριος. id eſt celebrandus ac prædicandus. hoc enim loco εὐλογεῖσθαι alia ſignificatione accipitur pro laudari.

25 Quoniam nunquam recedet ſpes tua ab animo hominũ ὅτι οὐκ ἀποστήσεται ἡ ἐλπίς σου ἀπὸ καρδίας ἀνθρώπων. Quia nunquã elabetur è memoria hominum ea ſpes & fiducia quam in Deo repoſuiſti. eius enim memoria apud homines vigebit omnibus ætatibus. Memoriam potentiæ Dei ſemp. celeb. μνημονευόντων ἰσχὺν θεοῦ ἕως αἰῶνος. qui memores fuerint virtutis Dei vſque in ſeculum. aut, qui perpetuò potentiam Dei commemorabunt. Hanc gratiam tibi impertiat ποιήσαι σοι αὐτὰ ὁ Θεὸς εἰς ὕψος αἰώνιον. faciat tibi hæc Deus in exaltationem ſempiternam. id eſt, conferat hæc ad æternam gloriam tuam. Vt te bonis locupletet, τοῦ ἐπισκέψασθαί σε ἐν ἀγαθοῖς. vt viſitet te in bonis. id eſt, beneficentia te ſua proſequatur. aut, beneficiis ſuis afficiat & augeat. Eo quòd vitæ tuæ non peperciſti pro generis noſtri afflictione: ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφείσω τῆς ψυχῆς σου διὰ τὴν ταπείνωσιν τοῦ γένους ἡμῶν. pro eo quòd animæ tuæ nõ peperciſti. id eſt, nullam vitæ tuæ rationem habuiſti quum gens noſtra affligeretur. in noſtra ſumma calamitate periculum adiiſti. Eſto, fiat. γένοιτο, γένοιτο. Fiat, fiat. comprobatio eſt ſuperioris precationis ſummo totius populi conſenſu facta.

IN CAPVT XIIII.

2 Diluxerit dies, ac ſol ſuper terr. &c. διαφαύσῃ ὁ ὄρθρος, καὶ ἐξέλθῃ ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν γῆν. illuxerit diluculũ, & exierit ſol ſuper terrã. id eſt exortus fuerit. 3 Arreptis vniuerſis armis ſuis ἀναλαβόντες οὗτοι τὰς πανοπλίας αὐτῶν. quum ſumpſerint vniuerſa arma ſua, quibus à pedibus ad caput armantur homines. hoc enim ſignificat πανοπλία genus armorum ad integram totius corporis munitionem comparatum.

illos ſecuri, quoniam Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris.

per vias ſuas illos proſternite. Verùm antequam hæc fiant, accerſite mihi Achiorem Ammonitam, vt conſpectum agnoſcat eum qui domum Iſraelis 'tantopere cõtempſerat, atque ipſum ad nos, tanquam ad mortem, miſerat. Vocatus eſt ergo Achior ex domo Oziæ: qui vt venit, & caput Holophernis in manu cuiuſdã viri in cõcione populi vidit, in faciem prolapſus, 'animóque defectus eſt. poſtquam verò 'eum releuarunt, accidit ad pedes Iudith, eiúſque faciem adorauit, & dixit, Celebrãda es tu per omnia Iudæ tabernacula, atque apud omnes Gentes quæ fama nominis tui commotæ fuerint. ſed nunc enuntia mihi quæ tu per hoſce dies geſſeris. Et narrauit ei Iudith quæcunque egiſſet, ex qua primùm die fuerat egreſſa, vſque ad tempus quo ad eos loquebatur. poſtquam autem finem loquendi fecit, populus magna voce iubilans, 'lætos per vrbem ſuam clamores extulit.

B

Tunc Achior videns virtutẽ quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circũcidit carnẽ præputii ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius vſque in hodiernum diem.

6 Achior verò quum vidiſſet omnia quæ Deus Iſraeli fecerat, 'ſummam Deo fidem habuit, & carne præputii ſui circunciſa, 'ſe ad domum Iſraelis vſque ad hunc diem adiunxit.

Achior relicta gentilitate, credit Deo, & circũciditur.

Mox autẽ vt ortus eſt dies, ſuſpẽderũt ſuper muros caput Holophernis, accepitq; vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſũt cũ grãdi ſtrepitu & vlulatu.

7 Quum autem dies illuxiſſet, capite Holophernis de muris 'ſuſpenſo, omnes viri ſumptis armis in ſpiram circumeũtes, ad aſcẽſum montis egreſſi ſunt: quos Aſſyrii conſpicati, nuntios ad ſuos centuriones dimiſerunt: illi porrò adduces ac tribunos omnéſque ſuos principes,

Iudæi facto armorũ ſtrepitu Aſſyrios impetũt.

Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holophernis cucurrerunt.

8 Atque ad tabernaculũ Holophernis peruenerũt: 'præfectóque vniuerſæ domus eius dixerunt, Excita verò dominum noſtrum, quoniam ſerui iſti ad nos in pugnam deſcẽdere auſi ſunt, vt prorſus exterminentur.

9 Porrò hi qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebãtur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holophernes euigilaret.

C

10 Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando aut intrando aperire.

11 Sed quum veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus Regis Aſſyriorum, dixerunt cubiculariis,

12 Intrate, & excitate illum, quoniam egreſſi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prælium.

Tunc ingreſſus Vagao cubiculũ eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manib' ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire.

13 Tũc ingreſſus Bagoas pulſauit atrium tabernaculi, quòd eum cum Iudith dormire ſuſpicaretur.

Sed quum nullum motum iacẽtis ſenſu aurium caperet, acceſſit proximans ad cortinã, & eleuãs eã, vidẽſque cadauer abſq; capite Holophernis in ſanguine ſuo tabefactũ iacere ſuper terrã, exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua.

14 Quum autem eum nemo exaudiret, 'dimotis foribus in cubiculum ingreſſus, inuenit illum proiectum in lecto, & adẽpto capite mortuum. tum voce magna exclamans cum fletu ac gemitu & valida vociferatione, veſtimenta ſua diſcidit.

Et ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum,

15 Atque etiam ingreſſus in tabernaculum vbi Iudith recumbere ſolebat, quum eam non inueniſſet, ad populũ proſiliit, vociferãs,

Et dixit, Vna mulier Hebræa fecit cõfuſionem in domo regis Nabuchodonoſor. ecce enĩ Holophernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo.

16 'Serui nefas admiſerũt: vna mulier Hebræa 'ignominiam in domum regis Nabuchodonoſoris intulit: nam ecce humi proſtratus Holophernes, 'nec caput eius in eo eſt.

Quod quũ audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderũt omnes veſtimẽta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos. & turbati ſunt animi eorum valde.

17 Hæc verba quum principes exercitus Aſſyriaci audiuiſſent, tunicas ſuas dilacerarunt, atque animo vehemẽter perturbati ſunt,

Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

18 Clamórque & maxima vociferatio mediis in caſtris exorta eſt.

Cap. XV.

QVúmque omnis exercitus decollatũ Holophernẽ audiſſet, fugit mens & cõſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt,

Ita vt nullus loqueretur cũ proxi-

Cap. X V.

1 TVm etiam qui erant in tabernaculis, quũ hæc audiſſent, obſtupuerunt ſuper eo quod factum fuerat,

Holopherne mortuo Aſſyrii fuggam capiũt.

2 Ingruentéque in eos metu ac terrore, non erat quiſquam qui in

5 Tantopere contempſerat, τὸν ἐκφαυλίσαντα. vilipenderat. ſpreuerat, atque pro nihilo duxerat. Animóque defectus eſt. καὶ ἐξελύθη τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. & defecit ſpiritus eius .i. admiratione tantæ rei geſtæ conſternatus eſt, & defecit animo. hoc enim ſignificat ἐκλύεσθαι, idem quod λειποθυμεῖν. & ἔκλυσις, eiuſmodi animi conſternatio, & quaſi quædam virium omnium diſſolutio. Eum releuarunt, ἀνέλαβον αὐτόν. ſuſceptum erexerunt. Quidam vertunt, recreauerunt. ſed verbum ἀναλαμβάνειν hoc loco magis ſignificat proſtratum humi, manu apprehenſum excitare ac erigere. Lætos clamores ext. καὶ ἔδωκαν φωνὴν εὐφρόσυνον. dederunt vocem iucundam .i. clamorem ediderunt gratulationis plenũ, ſummæque lætitiæ indicem. 6 Summam Deo fidem hab. ἐπίστευσε τῷ Θεῷ σφόδρα. vehementer Deo credidit. Quidam vertunt, magnopere Deo fiſus eſt. ſed verbum eam fidem ſignificat qua homo, magnitudine earum rerum adductus, veram religionem eſt amplexus, quum antea incredulus ab ea abhorreret. Se ad domum Iſraelis adiunxit. καὶ προσετέθη εἰς τὸν οἶκον Ἰσραήλ. additus eſt [aut, adiunctus] ad domum Iſrael .i. ad populum Dei aggregatus. 8 Præfectóque vniuerſæ domus eius τῷ ὄντι ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ. curatori omnium rerum eius. qui erat œconomus, ac totius domus gubernator. is autem erat Bagoas. 14 Dimotis foribus διαστείλας diſiectis foribus. aut, apertis. 16 Serui nefas admiſerunt: ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι. præuaricati ſunt ſerui. rem nefariam quam non licebat, deſignarunt. Hoc enim loco ἀθετεῖν dicitur de ſeruis rebellibus, qui aduerſus dominos inſurgunt. Propriè enim in hoc genere hominum & conditione ſeruili ſignificat imperium ſuperiorum reiicere ac repudiare. Ignominiam in domum intulit: ἐποίησεν αἰσχύνην εἰς τὸν οἶκον. fecit dedecus in domum. i. importauit. magnáque infamia domum Regis affecit, ſummo eius imperatore ita interfecto. Nec caput eius in eo eſt. καὶ ἡ κεφαλὴ οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῷ. quoniã abſciſſum à Iudith, ab eáque ablatũ erat.

conſpectu proximi ſui conſiſteret:

3 Sed ʹſimul omnes per omnes vias tam campeſtres quàm mõtanæ regionis diffugerunt.

4 At que ii quoque qui circa Betuliam montoſo in loco caſtra poſuerant, in fugam conuerſi ſunt. tunc ergo bellicoſiſſimi quique Iſraelitarum ʹſe in eos effuderunt.

5 Et miſit Ozias Betomaſtham, Bebai, Chobai, Cholam, atque in omnes fines Iſraeliticos, qui geſtæ rei nuntium perferrent, vt ad cædem hoſtium cuncti prorumperent.

6 Eo igitur accepto nuntio Iſraelitæ vno animi impetu irruerunt in eos, & vſque ad Chobai ceciderunt. aduenerunt item & Hieroſolymitani, atque ex tota mõtana regione, ad quos nũtius quoque rerum in caſtris hoſtiũ geſtarũ peruenerat. præterea Galaaditæ & Galilæi, qui illos ʹmaxima plaga vltra Damaſcũ ad vſque fines ipſius profligarunt.

Filii Iſrael ſpoliis Aſſyriorum ditantur.

7 Reliqui verò incolæ Betuliæ caſtra Aſſyriorum inuaſerunt, atque ex præda illorum magnas diuitias adepti ſunt.

8 Reliquiis potiti ſunt Iſraelitæ è cæde reuerſi, vicíque ac ciuitates tam montanæ quàm campeſtres magnam vim ſpoliorũ obtinuerunt, quorum ingens erat copia.

Benedicitur Iudith à pontifice & populo.

9 Venerunt autem Ioacim pontifex maximus & ſenatus Iſraelitarum Hieroſolymis commorantium, ʹcõfirmaturi beneficia quibus Deus Iſraelitas affecerat, tum etiam vt viderent Iudith, ʹeamque benignè ſalutarent.

10 Qui ad ipſam ingreſſi, ʹvno animo gratulati ſunt ei, ac dixerũt, ʹTu excellentia Hieroſolymæ, tu ingens Iſraelis lætitia, tu præclara generis noſtri gloriatio.

11 Tu hæc omnia confeciſti manu tua, iíſque beneficiis Iſraelitas affeciſti, ʹac Deus ſuo eos fauore proſequutus eſt. Benedicta ſis apud Deum omnipotentem in æuum ſempiternum.

12 Et ſubiecit vniuerſus populus, Eſto.

13 Cæterùm populus caſtra diebus triginta deprædatus, tabernaculum Holophernis, & omne argentum, lectos, pelues, omnémque eius ſupellectilem Iudith dedit. quæ accepta illa mulæ ſuæ iunctíſque plauſtris congeſta impoſuit.

14 Tũ concurrerunt videndæ eius cauſa mulieres omnes Iſraeliticæ, eámque collaudauerũt, ʹatque vnà ei chorũ ſtatuerunt. ipſa verò thyrſos manibus acceptos, mulieribus quæ vnà ſecum aderant, diſtribuit.

15 Et impoſita ſibi ſociæque ſuæ corona oleagina, choreã vniuerſo populo ducens, omnibus mulieribus præibat. Viri verò Iſraelitæ omnes armati ſubſequebantur cum coronis, atque hymnis quos ore ſuo decantabant.

mo ſuo, ſed inclinato capite, relictis õnibus, euadere feſtinabant Hebræos quos armatos ſuper ſe venire audierant, fugientes per vias camporum & ſemitas collium.

3 Videntes itaque filii Iſrael fugientes, ſequuti ſunt illos: deſcenderúntque clangẽtes tubis, & vlulantes poſt ipſos.

4 Et quoniam Aſſyrii non adunati, in fugam ibant præcipites: filii autem Iſraelis vno agmine perſequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuiſſent. B

5 Miſit itaque Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Iſrael.

6 Omnis itaque regio, omniſq; vrbs electam iuuentutem armatam miſit poſt eos, & perſequuti ſunt eos in ore gladii, quouſque peruenirẽt ad extremitatem finium ſuorum.

7 Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum: & prædã quã fugientes Aſſyrii reliquerant, abſtulerũt, & onuſtati ſũt valde.

8 Ii verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum abſtulerunt ſecum: ita vt non eſſet numerus in pecoribus & iumentis & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. C

9 Ioachim autẽ ſummus pontifex, de Ieruſalẽ venit in Bethuliã cũ vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret Iudith.

10 Quæ quum exiſſet ad illum, benedixerũt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria Ieruſalẽ, tu lætitia Iſrael, tu honorificẽtia populi noſtri.

11 Quia feciſti viriliter, & confortatũ eſt cor tuum, eo quòd caſtitatẽ amaueris, & poſt virũ tuũ, alterũ neſcieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternũ. D

12 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat.

13 Per dies autẽ triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorũ à populo Iſrael.

14 Porrò autem vniuerſa quæ Holophernis peculiaria fuiſſe probata ſũt, dederunt Iudith, in auro, & argẽto, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.

15 Et omnes populi gaudebãt cũ mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

IN CAPVT XV.

3 Simul omnes diffug. ἐκχυθέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφυγον. vnanimiter effuſi, fugerunt. vno eodémque animi impetu in fugã ſe coniecerũt. 4 Se in eos effud. ἐξεχύθησαν ἐπ' αὐτούς. effuſi ſunt ſuper eos. irruerunt in eos. 6 Maxima plaga proflig. ὑπερεκέρασαν αὐτοὺς πληγῇ μεγάλῃ. magna cæde atque hominum ſtrage facta illos quaſi coruu inſequentes propulerunt, atque è Iudæa exterminauerunt. ὑπερκεράζειν enim hoc loco eſt quaſi coruu impetendo inſequendóque profligare aut diſſipare. 9 Confirmaturi beneficia τὸ θεμελιῶσαι τὰ ἀγαθὰ. i. vt authoritate ſua & oratione beneficia à Deo collata comprobarent, atque illuſtrarent. quemadmodum Melchiſedec fecit in ea victoria quam Abrahã aduerſus quatuor Reges adeptus eſt. Gene. 14. Eámque benignè ſalut. καὶ λαλῆσαι μετ' αὐτῆς εἰρήνην. vt loquerẽtur cum ea pacẽ. i. vt pacem & fœlicitatẽ ei precarentur. 10 Vno animo gratulati ſunt ei, εὐλόγησαν αὐτὴν ὁμοθυμαδόν. vnanimiter benedixerunt eã. i. gratulati ac bene precati ſunt ei ſummo cõſenſu atque vno eodémque ore. Tu excellentia Hieroſolymæ, σὺ ὕψωμα Ἱερουσαλήμ. Tu exaltatio. i. gloria eius. 11 Ac Deus ſuo eos fauore proſequutus eſt. καὶ εὐδόκησεν ἐπ' αὐτοῖς ὁ Θεός. & cõplacuit in eis Deus. i. ſua beneuolentia & gratuito fauore eos eſt cõplexus, nullis eorum meritis, ſed ſua ſola miſericordia inductus. hoc enim ſignificat εὐδοκεῖν & εὐδοκία. 14 Atque vnà ei chorũ ſtatuerunt. καὶ ἐποίησαν αὐτῇ χορὸν ἐξ αὐτῶν. & fecerunt ei chorum ex eis. i. certos ordines mulierum ſaltantium confecerunt, ad gratulationem lætitiámque eius victoriæ à Deo collatæ celebrandam.

Cap.XVI.

TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens,

Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouũ, exultate & inuocate nomen eius.

Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

4 Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.

Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuę: ‖cuius multitudo obthurauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit ſe incenſurum fines meos: & iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædã, & virgines in captiuitatem.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eũ in manus fœminæ, & confodit eum.

B

Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filii Titan percuſſerunt eum: nec excelſi gigantes impoſuerũt ſe illi, ‖ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum.

‖Exuit enim ſe veſtimento viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael.

Vnxit faciem ſuã vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam ad decipiendũ illum.

Sãdalia eius rapuerũt oculos eius: pulchritudo eius captiuã fecit animã eius, amputauit pugione ceruicẽ ei⁹.

Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.

Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorũ, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.

Filii puellarum compunxerũt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

Hymnum cãtemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo noſtro.

Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua. & quem ſuperare nemo poteſt.

Gen.1 pſal.32.b.9

Tibi ſeruiat õnis creatura tua: ‖quia dixiſti & facta ſũt, miſiſti ſpm̃ tuũ, & creata ſũt, & nõ eſt q reſiſtat voci tuę.

C

Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ ſicut cera, liqueſcent ante faciem tuam.

Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

Væ gẽti inſurgẽti ſuper genus meũ: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicii viſitabit illos.

Cap.XVI.

1 EXorſa autẽ eſt Iudith hoc carmẽ gratulatoriũ inter omnes Iſraelitas: & vniuerſus popul⁹ hãc laudẽ maxima voce decãtauit,

2 Dixítque Iudith, Ordimini Deo meo tympanis, Domino meo cymbalis canite, modulamini carmen ei, extollite laudem, & nomen eius inuocate.

3 Quoniam Deus eſt profligator bellorum, qui poſuit in medio populi caſtra ſua, & de manu perſequentium me vindicauit.

5 Venit Aſſyrius è montibus, ab Aquilone venit cum copiarum ſuarum myriadibus: quarum multitudo torrentes intercluſit, valléſque equitatus operuit.

6 Dixit ſe fines meos igni vaſtaturum, gladióque ſublaturum iuuenes meos, lactentes ſolo alliſurũ, prædæ daturũ infantes meos, & virgines meas direpturum.

7 Dominus omnipotens eos manu fœminæ fruſtratus eſt.

8 Neque enim iuuenũ opera robuſtus occubuit, nec percuſſerũt eum filii Titanum, nec excelſi gigantes eum aggreſſi ſunt: ſed Iudith filia Merari pulchritudine vultus ſui illum confecit.

9 Quum enim exuiſſet veſtitum viduitatis ſuæ, vt laborantes Iſraelitas extolleret,

10 Facie ſua vnguento peruncta, & redimitis mitra capillis ſuis, ſtola linea, quam ſumpſit, illum decepit.

11 Sandalium eius oculum hominis rapuit, & pulchritudo eius animum illius cepit: ceruicem ipſius penetrauit acinaces.

12 Perſæ exhorruerũt audaciã ei⁹, Medíq; ei⁹ cõfidẽtiã ſtupuerũt.

13 Tum iubilarunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt: territíque ſunt illi, & ſublato clamore in fugam conuerſi.

14 Filii puellarũ confoderunt illos, atque vt ſeruos fugitiuos vulnerauerunt, ac acie Domini Dei mei interierunt.

15 Carmen ac laudem cantabo Domino,

16 Magn⁹ es Domine, & glorioſus, admirãdus viribus atq; inuict⁹.

17 Vniuerſum tibi ſeruiat tuũ opificiũ, quoniã iuſſiſti, & extitit: miſiſti Spiritum tuum, & prodiit: nec eſt qui reſiſtat voci tuæ.

18 Mõtes enim à fundamẽtis cõmouebũtur cũ aquis, petræque in modũ ceræ à cõſpectu tuo liqueſcẽt: quũ iis qui te timẽt ſis propitius. Quoniã paruum apud te eſt omne quanuis gratum odore ſacrificium, omníſque holocauſti crematus adeps minimus

19 Qui verò Dominum reueretur per omnia, magnus eſt.

20 Væ gentibus quæ in genus meum inſurgunt: Dominus eas vindicabit in die iudicii,

IN CAPVT XVI.

1 Exorſa autem eſt Iudith hoc carmen gratulatoriũ inter omnes Iſr. καὶ ἐξῆρχεν Ἰȣδὶθ τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραήλ. Et exorſa eſt cantare Iudith confeſſionẽ hanc in omni Iſrael. i. ipſa prima præcinẽs, carmen hoc inſtituit ad laudẽ Dei cõpoſitum, & ἐξαρχικόν. ἐξομολόγησις enim vt apud Hebræos תודה, ſignificat laudationem aut gratiarum actionem laudes Dei complectentem. idem ſignificat quod ὕμνος.

Maxima voce decantauit. ὑπερεφώνει. magna & clara voce canebat, quæ ab omnibus exaudiretur. in quo pia animi alacritas ſignificatur.

2 Modulamini carmen ei, ἐναρμόσασθε αὐτῷ ψαλμούς. numeroſè ei pſalmos canite, apto ac numeroſo concentu laudes eius canite. hinc ἁρμονία dicitur vocum, ſonorumque compoſitio & conſenſio. 3 Me vindicauit. ἐξείλετό με. eripuit ac liberauit.

6 Direpturum. σκυλεῦσαι. deprædaturum vel quaſi prædam abacturum.

7 Fruſtratus eſt. ἠθέτησεν. id eſt, eorum conatus irritos fecit, atque ita eorum conſilia inſtitutáque euertit. Sic Dominus ſolet improborum cogitationes ſpéſque eludere. 8 Illum confecit παρέλυσεν αὐτόν. eum diſſoluit, id eſt euertit. 11 Animum illius cepit: ᾐχμαλώτευσε ψυχὴν αὐτοῦ. captiuam fecit animam eius, illectum amore eius.

14 Filii puellarum confod. illos, υἱοὶ κορασίων κατεκέντησαν αὐτούς. Filii puellarum compunxerunt eos. Id eſt homines imbelles atque delicati, viribus non comparandi cum hoſtibus, eos tamen percuſſerunt ac ſauciarunt. Cauſam ſubiungit potentiam Dei.

17 Vniuerſum opificium πᾶσα ἡ κτίσις. omnis creatura, id eſt quæcunque à te condita ſunt atque effecta, quæ te dominum debent agnoſcere, tibique ſeruire. quemadmodum Pſal.119.22, ea omnia ſerui Dei appellantur quæ ad nutum ipſius parata ſunt atque addicta.

Miſiſti ſpiritum tuum, & prodiit: ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου, καὶ ᾠκοδόμησε. miſiſti ſpiritum tuum, & ædificauit. Id eſt viuificauit aut produxit. omnia enim verbo Domini Spirituque eius extiterunt, eodémque conſeruantur. quemadmodũ eſt in Pſal.104.d.30. Mittis ſpiritũ tuum, & creantur, & innouas faciem terræ. 18 Quoniam paruum apud te eſt omne quanuis gratum odore ſacrificium, ὅτι μικρὸν πᾶσα θυσία εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. quoniam paruum tibi omne ſacrificium in odorem ſuauitatis. Hoc ambiguum ſenſum habere poteſt, vel vt reddimus, quantumuis ſit odoratum aut pretioſum: vel, quod apud te nullam boni odoris ſuauitatem habeat, tibique non ſit acceptum neque gratum, ſic intelligi poteſt quod ſequitur. Omniſque holocauſti crematus adeps minimus. καὶ ἐλάχιστον πᾶν στέαρ εἰς ὁλοκαύτωμά σου. & minimus omnis adeps in ſolidum ſacrificium tuum.

Vt immittat in corpora eorum ignem ac vermes, quorum perpetuo ſenſu lugeant. 21

Parta victoria venit omnis populu Ieuruſalem ad adorandum.

Vt autem venerunt Hieroſolymam, adorauerunt Dominum, 22
& luſtrato populo, holocauſta ſua″gratuitáque donaria ac munera obtulerunt.

Iudith verò omnem ſupellectilem Holophernis, quam à populo ſibi datam acceperat, dedicauit, & conopeum quod ipſa è cubiculo eius abſtulerat, donarium Domino conſecrauit: 23

Ac tribus quidem menſibus populus Hieroſolymis″coram ſanctuario lætitiam celebrauit, quibuſcum Iudith ibi permanſit. 24

Exactis autem illis diebus, ad ſuam quiſque poſſeſſionem ſe recepit. Iudíthque Betuliam reuerſa, in bonis ſuis habitauit. 25

Fuit autem Iudith ætate ſua per totam terram gloria illuſtris, 26
″multóſque procos habuit.

Nullus vir tamen eam cognouit omni tẽpore vitæ eius, ex quo 27
Manaſſes vir eius mortuus,″atque ad populũ ſuũ aggregatus eſt.

″Ea igitur proceſſit ad claritatem eximiam, donec in domo 28
viri ſui ad centeſimum quintum annum ″ætatis peruenit: & manumiſſa ancilla ſua, Betuliæ obiit, ac ſepulchro viri ſui Manaſſis mandata eſt.

Iudith moritur.

Luxítque eam domus Iſrael ſeptem diebus. cæterùm priuſquã 29
moreretur, bona ſua diſtribuit iis qui Manaſſi viro ſuo ſibíque genere proximi erant.

Non extitit autẽ in vita Iudith, nec poſt mortem quidem eius, 30
multis temporibus,″qui Iſraelitis terrorem vllum afferret.

21 Dabit enim ignẽ & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum.

22 Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriã venit in Ieruſalem adorare Dominũ, & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta & vota, & repromiſſiones ſuas.

23 Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica Holophernis quæ dedit illi populus, & conopeum quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, | obtulit in anathema obliuionis.

2.Reg.8.b

24 Erat autem populus iucundus ſecũdum faciem ſanctorũ, & per tres mẽſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith.

25 Poſt dies autem illos vnuſquiſque rediit in domum ſuam: & Iudith magna facta eſt ĩ Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael.

26 Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defũctus eſt Manaſſes vir eius.

27 Erat autem diebus feſtis procedẽs cum magna gloria.

28 Manſit autem in domo viri ſui annos centum quinque: & dimiſit abrã ſuam liberam,

29 Et defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia. | luxitque illam omnis populus diebus ſeptem.

Gen.50.b.10

30 In omni autem ſpatio vitæ eius nõ fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis.

31 Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentem diem.

22 Gratuitáque donaria καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῶν. & volũtaria ſua, ſcilicet munera quæ liberaliter vltróq; offerũtur, præter ea quæ ex Lege neceſſarióque debebãt. 24 Corã Sãctuario κατὰ πρόσωπον τῶν ἁγίων. in cõſpectu ſanctorũ. aut, ſacrorũ. Sed hoc nomine Sanctuariũ ſignificatur. 26 Multóſque procos hab. πολλοὶ ἐπεθύμησαν αὐτήν. multi cupierunt eam habere ſcilicet vxorem. 27 Atque ad populum ſuum agg. καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτῆς. ad populum ſuũ appoſitus. Aliquando dicitur, ad patres ſuos additus. quæ loquendi forma ſignificat, eos qui moriuntur, ex hac vita ita excedere vt in aliam concedant & commigrent. 28 Ea igitur proceſſit, &c. καὶ προβαίνουσα ἦν μεγάλη σφόδρα. Et procedens erat magna valde. i. vnà cum progreſſu ætatis, magnum incrementum nominis & gloriæ eſt conſequuta. 30 Qui Iſraelitis terror vll. affer. καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκφοβῶν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. non erat qui filios Iſrael terrefaceret. Quo verbo ſignificat eos ſumma pace ac tranquillitate vſos fuiſſe, ſine vllo bellorum metu.

Liber Eſther, Hebraice מגלת אסתר volumẽ Eſther.

Ex doctioribus Hebræorum alter dicit Mardochæum fuiſſe huius hiſtoriæ ſcriptorem: quod colligit ex eo quod capite nono huius libri, verſu 20, ſcribitur his verbis, Scripſit itaque Mordochái verba hæc, &c. Quæ autẽ hîc geſta leguntur, acciderunt tempore captiuitatis, quãdo omnes Iudæi apud Perſas, Medos, Aſſyrios, & Chaldæos in exilio agebant.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap.I.

Aſſuerus conuiuiũ parat principibus ſuis vt potentiã & gloriã ſuam omnibus oſtentet.

″Accidit In diebus″Anhaẇſuerówẇ (is eſt Anhaẇſuerówẇ qui regnabat ab India vſq; ad AEthiopiam ſuper centum & viginti ſeptem prouincias.) 1

In diebus *inquam* illis″quum ſederet rex ipſe Anhaẇſuerówẇ ſuper ſolium regni ſui quod erat in ẇSuẇſán regia: 2

Anno tertio ex quo regnare cœpit, fecit conuiuiũ cunctis principibus ſuis, atque ſeruis ſuis:″robur *autem* Perſidis & Mediæ, ſatrapæ videlicet, & principes prouinciarum *erant*″coram illo, 3

VETVS.

Cap.I.

1 In Diebus Aſſueri qui regnauit ab India vſque AEthiopiã ſuper centum viginti ſeptem prouincias:

2 Quando ſedit in ſolio regni ſui (Suſan ciuitas regni eius exordium fuit)

3 Tertio igitur anno imperii ſui fecit grande conuiuiũ cunctis principibus, & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorũ inclytis, & præfectis prouinciarum coram ſe,

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Accidit ויהי Ad verbũ, Et fuit. Hîc ו conuertendi futurum in præteritũ, non copulãdi munere fungitur. Anhaẇſuerówẇ אחשורוש Quis fuerit Aſſuerus iſte qui Eſther Iudæam duxit in vxorem, dubium eſt. Hebræi vno conſenſu ſcribunt iſtum Aſſuerũ genuiſſe ex Eſther Darium Perſam, cuius regni anno ſecũdo fuit extructum templum Ieroſolymitanum. Fuit & alius Darius Medus, ſed qui iſtum aliquot annis præceſſerit. Componitur autem nomen ex tribus integris, אחש magnus, & ו id eſt &, atque רוש caput.

2 Quum ſederet rex, &c. כשבת חמלך וגו'. q.d. quum rebus ſumma trãquillitate & alta pace frueretur, poſteaquam redegerat in poteſtatem ſuã quicquid erat ab India vſque ad AEthiopiam: quũ inquam victis hoſtibus ſederet in ſolio ſuo quod erat in Suſan vrbe illa regia metropolitana. 3 Robur *autem* Perſidis, &c. חיל פרס וגו' Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, Facto autem conuiuio robur Perſidis, &c. id eſt potentiſſimi quique Perſidis ac Mediæ, nempe ſatrapæ, &c. Coram illo,: לפניו i. remanſerunt coram illo in aula, & cum eo verſabantur.

Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui,ac magnitudinem,atque iactantiã potentiæ ſuæ, multo tempore, centũ videlicet & octoginta diebus.

Quúmque implerētur dies cōuiuii, inuitauit omnē populũ ꝗ inuētus eſt in Suſan à maximo vſqꝫ ad minimũ: & iuſſit ſeptem diebus cōuiuium præparari in veſtibulo horti,& nemoris, quod regio cultu & manu cōſitũ erat.

Et pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris,& carbaſini ac hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis B atque purpureis,qui eburneis circulis inſerti erãt,& colũnis marmoreis fulciebãtur: lectuli quoqꝫ aurei & argētei ſuper pauimētũ ſmaragdino & parioſtratũ lapide,diſpoſiti erant: quod mira varietate pictura decorabat.

Bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis, & aliis atque aliis vaſis cibi inferebantur: vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat,

Abundans & præcipuũ ponebatur: nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum:ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens mēſis ſingulos de principib⁹ ſuis,vt ſumeret vnuſꝗſqꝫ quodvellet.

Vaſthi quoque regina fecit cōuiuiũ fœminarũ in palatio, vbi Rex Aſſuerus manere conſueuerat.

Itaque die ſeptimo, quũ Rex eſſet hilarior,& poſt nimiam potationem incaluiſſet mero,præcepit Mauman & Bazatha, & Harbona, & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas, ſeptem eunuchis qui in conſpectu eius miniſtrabant,

Vt introducerent reginã Vaſthi coram Rege, poſito ſuper caput ei⁹ dia C demate,vt oſtēderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

Quæ renuit, & ad Regis imperiũ quod per eunuchos mandauerat, venire cōtempſit. Vnde iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus,

Interrogauit ſapientes(qui ex more regio ſemper ei aderãt, & illorum faciebat cuncta conſilio,ſcientium leges ac iura maiorum:

Erãt autē primi & proximi, Charſena & Sethar & Admatha & Tharſis & Mares & Marſana & Mmuchan,ſeptē duces Perſarũ atque Medorũ,qui videbant faciem Regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant.)

Cui ſententiæ Vaſthi Regina ſubiaceret, quæ Aſſueri Regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluiſſet.

Reſponditque Mamuchan,audiente Rege, atque principibus, Non ſolum Regem læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes qui ſũt in cũctis prouinciis regis Aſſueri.

4 'Tantiſper dum ille oſtentaret diuitias gloriæ regni ſui, & honorem decoris"magnitudinis ſuæ diebus multis, *nempe* centum octoginta diebus.

5 Quúmque impleti fuiſſent dies illi,fecit Rex vniuerſo populo qui inueniebatur in שSuשſán regia,à maximo vſque ad minimũ, fecit inquam conuiuiũ ſeptē diebus,'in atrio horti palatii Regis.

6 'Aulæum candidum,& viride, & color hyacinthinus tenta *erant* funibus byſſinis & purpureis"in circulis argēteis,& columnis marmoreis:lecti aurei & argētei diſpoſiti erant ſuper pauimentũ porphyreticum & marmoreum,& parium, & hyacinthinum.

7 "Propinabant autem in vaſis aureis,& vaſa à vaſis *erant* "varia:'vinum quoque regium multum'pro facultate regia.

8 Potatio verò *erat*:'ſecundum legem, non *erat* qui cogeret: quia ſic"præceperat Rex omni magiſtro domus ſuæ, *nempe* vt facerent ſecundum voluntatem'cuiuſque.

9 Sed & Vaשſthí regina fecit conuiuium fœminarum in domo 'regia quæ *erat* Regis Aחhaשſuerówש.

Vaſthi regina iuſſu Regis accerſita,recuſat ad eum venire.

10 'Die ſeptimo quum exhilaratũ eſſet cor Regis à vino,'dixit Mehumán,Biztha, חHarboná,& Bigthá,& Abagthá,Zethár,& Charcháס,ſeptem eunuchis, qui miniſtrabant in conſpectu Regis Aחhaשſuerówש,

11 Vt adducerent Vaשſthí reginam in conſpectũ Regis cum diademate regni,"vt oſtenderet populis & principibus pulchritudinem eius:quoniam"decora aſpectu erat.

Vaſthi pulchra.

12 Et renuit regina Vaשſthí venire"ad mandatum Regis quod per eunuchos mandauerat:vnde iratus eſt Rex valde,"iráque eius ſuccenſa eſt in eo.

13 Dixítque Rex ſapientibus"ſcientibus tēpora,(quia talis erat cōſuetudo Regis'coram omnibus ſcientibus legem & iudicium:

14 "Propinqu⁹ autē illi Charשſená, שSethár Admátha, Tharשſíwש, Méreס,Marסſená,Memuchán,ſeptem principes Paráס &Madái, 'videntes faciem Regis,qui ſedebant primi in regno.)

15 'Secundum legem quid faciēdum de regina Vaשſthi, eo quòd non fecit ſermonē regis Aחhaשſuerówש"per manũ eunuchorum?

16 Et dixit Memuchán coram Rege & principibus,Nō contra Regem tãtùm peccauit Vaשſthí regina,ſed & aduerſus omnes principes, aduerſúſque omnes populos qui ſunt in omnibus prouinciis regis Aחhaשſuerówש.

4 Tantiſper dum ille oſtentaret בהראותו Ad verbũ,in oſtendendo eum. Magnitudinis ſuæ גדולתו magnificentiæ eius,maieſtatis. 5 In atrio,&c. בחצר גנת ביתן המלך: Ad verbũ,in veſtibulo horti palatii eius.Anteced.Heb.pro relat. 6 Aulæũ,&c. חור כרפס וגו' Ad verbũ, Cãdidũ,viride, & color hyacinthinus,tentũ.Sing.pro plur.& color pro rebus coloratis.q.d.aulæa cãdida & viridia,hyacinthinique coloris tenta erant. In circulis argent.& col.mar. על גלילי וגו' .i.alligata ſemicirculis argenteis,qui infixi erant colũnis marmoreis. Vel potius,tenebantur & cōprehendebantur aulæa illa funibus byſſinis ſuper ſemicirculos argenteos. i.funibus traiectis per circulos argenteos, ſiue fibulas argēteas,& ſuper columnas marmoreas.i.qui funes byſſini fulciebantur & retinebãtur columnis marmoreis.His tentoriis tã pretioſis protegebantur ab iniuria ſolis. 7 Propinabant autem והשקות Porrigebant autem.ſub.vinum.Bibere faciebant.Infinit.eſt per præt.imperfectum vertendum. Varia: שונים Ad verbũ,iterata.i.diuerſa.q.d.vaſis aureis diuerſis porrigebant vinũ. Pro facultate regia. כיד המלך Ad verbum,ſecundum manum Regis.id eſt vinum regium abundabat pro magnificentia,ſiue munificentia regia.Gallicè,*ſelon le pouuoir du Roy,ou comme il appartient a ung* Roy. 8 Secundum legem, כדת .i.hac lege,ſiue certa quadam lege inſtituta.

Præceperat יסד Ad verbum, fundauerat .i.inuiolabiliter obſeruandũ ordinauerat. q.d.potatio certa quadam lege erat inſtituta, nemo erat qui cogeret ſodalem bibere: quia ſic firmiſſimè ſeruandum præceperat Rex, ne ſcilicet vllus cogeretur: præceperat inquam vnicuique præfecto domus ſuæ vt facerent pro voluntate & arbitrio vniuſcuiuſque. Cuiuſque. איש ואיש: Ad verbum,viri & viri.

9 Regia, המלכות Ad verbum,regni.i.in regia,ſiue palatio. 10 Die ſeptimo ביום השביעי .i.poſtremo die illius cōuiuii ab Aſſuero celebrati. Dixit אמר pro mandauit,ſiue præcepit,poſitũ eſt. 11 Vt oſtenderet להראות vt ſpectandã præberet.ſpectare faceret. Decora aſpectu erat. טובת מראה הוא: Ad verbũ,bona aſpectu ipſa. 12 Ad mandatum,&c. בדבר המלך וגו' Ad verbũ, in verbo Regis quod in manu eunuchorum:& iratus,&c. Iráque eius,&c. וחמתו בערה בו: Hebraiſmus,furore magno excanduit.

13 Scientibus tēpora, יודעי העתים .i.qui callebãt quæ retroactis tēporibus geſta fuerãt à maioribus:qui vetuſta multa exēpla tenebant memoria. Corã omnibus ſcientibus,&c. לפני כל יודעי דת ודין: Subaudiendũ aliquid,ſic,talis erat Regis mos introducēdi corã peritis legis & iuris,deliberationē eorum quæ facere volebat.hoc eſt, referendi de re ardua ad peritos legũ & iurium. Obſeruanda parentheſis quæ proximo verſu finitur. 14 Propinquus autē illi והקרוב אליו Sing.Heb.pro plur.i.qui primæ apud illum erant authoritatis. Vidētes faciē,&c. רואי פני וגו' Hebraiſmus,qui verſabantur in cubiculo Regis,& erãt eius familiares,quíque primas obtinebant in regno,ſiue in adminiſtratione regni. Obſerua finē parentheſis in fine huius verſus. 15 Secundum legem כדת .i.ſecundum rationem legum.Per manum eunuch. ביד הסריסים: Hebraiſmus,quem mandauerat per eunuchos.

17 ″Egredietur enim verbũ Reginæ ad omnes mulieres, *unde fiet* ″vt contemnant maritos ſuos in oculis ſuis,″dum dicent, Rex Aחhaשſuerówשs″iuſſerat introduci Vaשſthí reginam ad ſe,″& non venit.

18 ″Die quoque illo dicẽt″dominæ Paráסs & Madái quæ audierint facinus Reginæ, omnibus principibus Regis:″& abundè magnus *erit* contemptus & ira.

19 Si *igitur* Regi bonum eſt,″egrediatur verbum regium à conſpectu eius,& ſcribatur inter Leges Paráסs & Madái,″neque tranſeat, ″quòd nõ veniet Vaשſthí coram Rege Aחhaשſuerówש, ″*quód* que regnum eius dabit Rex ſodali ſuæ quæ melior ſit illa.

20 Et exaudiatur verbum Regis quod faciet in toto regno ſuo, ″quanuis magnum ſit,& omnes vxores exhibebunt honorem maritis ſuis″tam magnis quàm paruis.

Ediƈtũ Regis de imperio virorũ in vxores.

21 Et placuit″hoc verbum in oculis Regis & principum: fecítque Rex iuxta verbum Memuchán.

22 Et miſit epiſtolas ad omnes prouincias Regis,″ad ſingulas prouincias″ſecundum ſcripturam ſuam,& ad ſingulos populos″iuxta linguam ipſorum, *nempe* vt omnis vir dominetur in domo ſua,″& loquatur ſecundum linguam populi ſui.

Cap. II.

Quærantur Regi Aſſuero puellæ, inter quas erat Eſther.

1 P″Oſt hæc, quũ quieuiſſet ira regis Aחhaשſuerówש,″recordatus eſt ipſius Vaשſthí,& eius quod fecerat,atque eius quod decretum fuerat in eam.

2 Dixerúntque pueri Regis, miniſtri eius,″Quærant Regi puellas virgines decoras aſpectu:

3 Et conſtituat Rex præfectos omnibus prouinciis regni ſui,qui congregent omnem puellam virginem pulchram aſpectu in שSuשſán regia,″in domo mulierum,″in manu Hegé eunuchi Regis, cuſtodis mulierum,″détque purificatoria earum.

4 Et puella illa quæ placuerit ĩ oculis Regis,regnet pro Vaשſthí. Hæc res placuit in oculis Regis,& fecit ſic.

Mardochæ⁹ adoptat Eſther in filiam.

5 ″Vir Iehudæus erat in שSuשſán regia, & nomẽ eius Mordochái filius Iaאír filius שSimעyí filii Ciשs,″vir Iemini.

6 Qui″demigrarat è Ieruשſaláim cum tranſmigratione quæ demigrauit cum Iechoniáh rege Iehudáh, quam demigrare fecerat Nebuchadnexſár rex Babél.

7 ″Nutriebat autẽ Hadaסſáh(″ea *eſt* אEסthér) filiam patrui ſui:non enim erat ei pater & mater, *erát*q; puella illa pulchra ſpecie,& de-

17 Egredietur enim ſermo Reginæ ad omnes mulieres,vt cõtemnant viros ſuos, & dicant, Rex Aſſuerus iuſſit vt regina Vaſthi intraret ad eum, & illa noluit. D

18 Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Perſarum atque Medorum paruipendent imperia maritorum: vnde Regis iuſta eſt indignatio.

19 Et ſi tibi placet,egrediatur ediƈtum à facie tua, & ſcribatur iuxta legem Perſarum atque Medorum, quã præteriri illicitum eſt, vt nequaquam vltra Vaſthi ingrediatur ad Regem,ſed regnum illius altera quæ melior eſt illa,accipiat.

20 Et hoc in omne(quod latiſſimũ eſt) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium: & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis ſuis honorem.

21 Placuit conſiliũ eius Regi, & principibus: fecitque Rex iuxta conſiliũ Mamuchan.

22 Et miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui, vt quæque gens audire & legere poterat,diuerſis linguis & literis, eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

Cap. II.

1 HIs ita geſtis,poſtquam Regis Aſſueri indignatio deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet.

2 Dixerúntque pueri Regis,ac miniſtri eius,Quærantur Regi puellæ virgines ac ſpecioſæ.

3 Et mittantur qui cõſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Suſan, & tradant eas in domum fœminarum ſub manu Egei eunuchi, qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierũ regiarum: & accipiant mundũ muliebrem, & cætera ad vſus neceſſaria.

4 Et quæcunque inter omnes oculis Regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi. Placuit ſermo Regi: & ita vt ſug geſſerant,iuſſit fieri.

5 Erat vir Iudæus in Suſan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair filii Semei filii Cis,de ſtirpe Iemini,

6 Qui tranſlatus fuerat de Ieruſalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat, 4.Reg.24.d.v

7 Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ,quę altero nomine vocabatur Eſther: & vtrunque parentem ami-

---

17 Egredietur enim verbũ כי־יצא דבר Hebraiſmus,Diuulgabitur enim factum,&c. i.facinus iſtud perueniet ad aures omniũ mulierũ. Vt contemnant maritos ſ.in oc.ſ. להבזות בעליהן בעיניהן Ad verbum,ad faciendum ſpernere viros ſuos in oculis ſuis.i.arroganter, abiecto omni pudore,& magno faſtu,qui declaratur per oculos.q.d vnde fiet vt abiecto pudore ſpernant mulieres viros ſuos. Dum dicent, באמרם Ad verbum,in dicere ipſos.ſub.narratores.Phraſis Hebraica, relatiuum ſine antecedente:id eſt dum dicetur,nempe quòd Rex,&c. Iuſſerat אמר Ad verbum,dixit. Et non venit. ולא־באה: .i.recuſauit venire. 18 Die quoque illo והיום הזה quo ſcilicet facinus Vaſthi peruenerit ad aures illarũ.Aut potius vertendum eſt, Et *de* die illo loquẽtur principes mulieres Perſidis & Mediæ, quæ audiuerunt facinus Reginæ,cunctis,&c.i.hanc diem in ore habituræ ſunt,& de eo quod factum eſt hoc die,commentabuntur apud omnes maritos ſuos. Dominæ שרות principes.i.vxores principum. Et abundè magnus וכדי Ad verbum, & ſecundum ſufficientiam.i. tunc eueniet vt vxores contemnant viros ſuos,& mariti excandeſcant in vxores ſuas. 19 Egrediatur verbum Reg.à conſp.e. יצא דבר מלכות מלפניו Hebraiſmus,promulgetur nomine regio ſententia. Neque tranſeat, ולא יעבור neque prætereat.vel,obliteretur.i.ſit ſententia irreuocabilis. Quòd nõ veniet אשר ולא־תבוא quòd nunquã ventura ſit. *Quód*que regnũ eius dabit ומלכותה יתן .i.& dignitatẽ eius regiam daturus ſit. 20 Quanuis magnum ſit, כי רבה היא Ad verbum,quia magnum eſt.imperabat enim multis ſatrapiis & prouinciis. Tam magnis quàm paruis. למגדול ועד־קטן: Ad verbũ,à magno & vſque ad paruum. 21 Hoc verbum in oculis Regis & princ. הדבר בעיני המלך והשרים Hebraiſmus,hæc ſentẽtia Regi & principibus. 22 Ad ſingulas prouinc. אל־מדינה ומדינה Ad verbum,ad prouinciam & prouinciã. Secundum ſcripturam ſ. ככתבה .i.his characteribus ſcriptas quibus vti ſolebant illæ prouinciæ. Iuxta linguam ipſ. כלשונו .i.ea lingua qua loquebantur. Et loquatur,&c. ומדבר כלשון עמו: .i.& promulget lingua propria & vulgari edictum regium vxoribus,vt ab illis intelligi poſſit.Quidam exponunt,& vt cogãt vxores ſuas loqui ſermone ſuo vulgari.

IN CAPVT II.

1 Poſt hæc, אחר הדברים האלה Ad verbũ,Poſt verba hæc.i.His factis. Recordatus eſt זכר Iſtud nõ ſolùm ad mentẽ refertur,ſed etiã ad ſermonem.q.d ſermonẽ habuit de facinore illius in conſpectu ſuorum miniſtrorũ. 2 Quærant יבקשו ſub. ii quibus id muneris impoſitum fuerit.Similis loquutio & 1.Reg.1.a.2.i.quærantur puellæ virgines,&c. 3 In domo mulierũ, אל־בית הנשים ſub.regiarũ.in gynæceo. In manu אל־יד Subaudiendũ verbum,tradentes.i.cõmittentes fidei regiæ. Détque purificatoria e. ונתון תמרקיהן: Infinit.Heb.pro fut.& det mũdatoria earũ.i.quibus ſordes corporis detergere ſolẽt, & cutẽ ſuam vngere,ſéque ornare,hoc eſt mundum muliebrem. 5 Vir Iehudæus איש יהודי .i.de tribu Iuda. Vir Iemini: איש ימיני: Significat eum fuiſſe de ſtirpe Beniamin.hoc dixit vt oſtendat eum fuiſſe de ſemine regio. 6 Demigrauerat הגלה in captiuitatem abductus fuerat.

7 Nutriebat autem ויהי אומן Ad verbum,Et fuit nutriens. Ea *eſt* אEסthér היא אסתר Latinè,quæ alio nomine dicitur Eſther.

ſerat,pulchra nimis, & decora facie: mortuiſque patre eius ac matre,Mardochæus ſibi eā adoptauit in filiam.

B 8 Quúmque percrebuiſſet Regis imperium,& iuxta mandatū illius, multæ pulchræ virgines adducerentur Suſan,& Egeo traderentur eunucho:Eſther quoque inter cæteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarum.

9 Quæ placuit ei,& inuenit gratiam in conſpectu illius. & præcepit eunucho vt accelararet mundū muliebrē, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo Regis, & tam ipſam quàm pediſequas eius ornaret atque excoleret.

10 Quæ noluit indicare ei populum & patriam ſuā.Mardochæus enim præceperat ei vt de hac re omnino reticeret:

11 Qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus in qua electæ virgines ſeruabantur,curam agens ſalutis Eſther,& ſcire volēs quid ei accideret

12 Quū autē veniſſet tēpus ſingularū per ordinē puellarū, vt intrarent ad Regē, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, menſis duodecimus vertebatur: ita dūtaxat, vt ſex menſibus oleo vngerētur myrrhino,& aliis ſex,quibuſdam pigmē-

C tis & aromatibus vterentur.

13 Ingredientéſque ad Regem, quicquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens,accipiebant: & vt eis placuerat, compoſitæ, de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum tranſibant.

14 Et quæ intrauerat veſpere,egrediebatur mane, atque inde in ſecūdas ædes deducebatur quæ ſub manu Saſagazi eunuchi erant,qui cōcubinis Regis præſidebat: nec habebat poteſtatē ad Regē vltrà redeūdi,niſi voluiſſet Rex, & eā venire iuſſiſſet ex nomine.

15 Euoluto autem tempore per ordinē,inſtabat dies quo Eſther filia Abihaıl fratris Mardochæi, quā ſibi adoptauerat in filiam,deberet intrare ad Regē : quæ nō quęſiuit muliebrē cultū,ſed quæcunque voluit Egeus eunuchus cuſtos virginū,hæc ei ad ornatū dedit.Erat enim formoſa valde,& incredibili pulchritudine,omniū oculis gratioſa & amabilis videbatur.

16 Ducta eſt itaque ad cubiculū regis Aſſueri mēſe decimo qui vocatur Tebeth,ſeptimo anno regni eius.

17 Et adamauit eā Rex pl⁹ q̄ oēs mulieres:habuitque gratiā & miſericordiā corā eo ſuper oēs mulieres,& poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vaſthi.

4.Reg.14.b

cora aſpectu:quam,quum mortuus fuiſſet pater eius,& mater eius,accepit Mordochái ſibi in filiam.

Pulchra Eſthe

8 Fuit autem ʹquū auditum eſſet verbū Regis, & lex eius, dúmq; congregarentur puellæ multæ in שSuשſán regia in manu Hegái: tunc ſublata eſt אEסſthér in domū Regis,ʺad manum Hegái cuſtodis mulierum.

Eſther cum cæteris pulchris puellis ſeruatur in domo Regis.

9 Et placuit puella illaʺin oculis eius, ʺſuſcepítque miſericordiam corā illo:ʹpropterea accelerauit dare illi purificatoria eius,& portiones eius, & ſeptem puellas ʹdignas è domo Regis: ʹ& mutauit eam,ac puellas eius in bonum domus mulierum.

10 Non indicauit Eאſtסhér populū ſuum, nec cognationem ſuā: quia Mordochái præceperat ei ne indicaret.

11 ʺQuotidie autem Mordochái deambulabat ante atriū domus mulierum,ʺvt reſciret pacem אEסſthér,& quid fieret de ea.

12 Quúmque aduenıſſet tempus ſingularum puellarum vt intrarent ad Regem Aחhaשſuerówש,ʺ expletis *ſaliæ* iuxta legem mulierum duodecim menſibus: (ſic enim implebātur dies purificationum earum,ſex menſibus cum oleo ʺmyrtino, & ſex mēſibus cum aromatibus,ʹ& purificatoriis mulierum:

13 ʺEt ſic puella veniebat ad Regē)ʺquicquid *illa* dicebat,dabatur ei vt veniret cum hoc,è domo mulierum vſque ad domum Regis.

14 Veſpereʺipſa intrabat, & mane reuertebatur ad domū mulierū ʹſecundam,ad manum שSayaשſgáz eunuchi Regis cuſtodis concubinarum:nō veniebat vltrà ad Regem niſiʺvoluiſſet eam Rex, & ipſa vocaretur nomine.

15 Quum itaque aduenıſſet tempus אEסſthér filiæ Abiháil, patrui Mordochái(quam acceperat ſibi in filiam)vt intraret ad Regem, ʺnon quæſiuit quicquam niſi quod dixiſſet Hegái eunuchus Regis,cuſtos mulierū: ʹ& ipſa retulit gratiam in oculis omnium videntium eam.

Eſther ad Regē introducitur,, quæ præ cæteris illi placēs,regina efficitur.

16 ʺSublatáque eſt אEסſthér ad Regem Aחhaשſuerówש,in domū regni eius , menſe decimo (ipſe eſt menſisʺTebéth) anno ſeptimo regni eius.

17 Et dilexit Rex Eאſtסhér præ omnibus mulieribus, ʹretulítq; gratiā & miſericordiā corā eo præ omnibus virginibus, ʹ& poſuit diadema regni in capite eius,eámque conſtituit Reginā pro Vaſthi.

8 Quum auditum eſſet verbum,Regis בחשמוע דבר־המלך poſteaquam promulgatum fuit mandatum[edictum] Regis. Ad manū Hegái אל־יד הגי .i.& tradita fuit ipſi Hegái cuſtodi mulierū. 9 In oculis e. בעיניו .i.illi eunucho. Suſcepitque miſericordiā corā illo:ותשא חסד לפניו accepítque gratiā corā illo. Hebraiſmus, pro, accepta fuit illi. Propterea accelerauit,&c.ויבחל וגו׳ Ad verbū,& accelerauit purificatoria eius & portiones eius vt daret illi.i .hinc factū eſt vt quamcitiſſimè fieri potuit,tradiderit illi quæ erant ei neceſſaria ad vngendā cutē. Sic paulo antè verſ.3. Dignas, הראוית cōuenientes.id eſt(vt exponit doctus inter Hebræos)honorabiles,quæ eſſent dignæ vt miniſtrarēt illi. Et mutauit eā, &c. וישנה ואת־נערותיה לטוב בית הנשים: & mutauit eam & puellas eius in meliorem partem domus mulierū.i.derelicto & mutato priſtino domicilio,tranſtulit eā vnà cum puellis in præſtantiorē partem totius gynæcei. Poteſt & ſic verti, Et mutauit eam & puellas eius in melius *in* domo mulierum.i.in meliorem habitum: hoc eſt reddidit eas formoſiores & elegantiores in gynæceo. 11 Quotidie autem ובכל־יום ויום Et in omni die & die. Vt reſciret pacem לדעת את־שלום Hebraiſmus,vt ſciret qua valetudine eſſet Eſther. 12 Expletis iuxta,&c. מקץ היות לה וגו׳ Ad verbum, in fine quum eſſent ei ſecundum legem mulierum, duodecim menſes.i. poſtquam expleuiſſet illic annum integrum,iuxta legem de mulieribus latam. Myrtino, המור Sic melius quidā transferri putant,quàm myrrheo. Duodecim menſes præteribant antequam mulieres accederent ad Regem:interim dabāt operam vngendæ cuti prioribus ſex menſibus oleo myrteo:poſteriore ſemeſtri aromatibus vngi ſolebant. Et purific.mulierum. ובתמרוקי הנשים: & mūdatoriis mulierum.i.quibus mulieres illæ nobiles ac principes vti ſolebant. Vide ſuprà verſu tertio & nono. 13 Et ſic ובזה Ad verbum,Et cū hoc.i.tam exacta purificatione præmiſſa. Hac ratione. His comparatis. Quicquid *illa* dicebat, &c. כל אשר תאמר ינתן לה לבוא עמה .i.quicquid illa poſtulabat,vt elegantior eſſet,dari ſolebat ei,vt illud comitaretur ipſam.vt illud ſecum ipſa aſportaret quando proficiſceretur è gynæceo ad Regem. Quidā vertūt,& quācunque diceret,dabatur ei,vt cū ea ingrederetur illa è gynæceo. 14 Ipſa intrabat, היא באה ipſa veniebat.i. ſingulæ mulieres veniebant. Secundā, שני Ita quidam Hebræorū exponunt:erant enim duo gynæcea,alterū vxorū,alterū concubinarū. Doctus inter illos exponit,ſecūdò,ſiue iterū. Voluiſſet eā חפץ בה optaret eā.deperiret. 15 Nō quæſiuit quicq. לא בקשה דבר quoſcilicet elegātius ornaretur, aut elegātior facies eius appareret.q.d.cōtenta erat ſuo ornatu,cōtemnebat omnem fucū.ſolebant enim mulieribus intraturis ad Regem dare quæcunque ipſæ optarent,vt placerent Regi. Et ipſa retulit gratiam ותהי אסתר נשאת חן Ad verbum, & fuit Eſther ferens[referens]gratiam. Antecedens pro relatiuo.i.conciliauit ſibi fauorem.q.d.erat grata omnibus videntibus eam . Vide eandem loquutionem infrà cap.5.a.1. 16 Sublatáque eſt ותלקח Abductáque fuit. Ad verbum, Et transſumpta fuit. Tebeth טבת Menſis eſt quem Decembrem nominamus. 17 Retulitque gratiam & miſeric. ותשא חן וחסד Hebraiſmus, conciliauit ſibi fauorem & gratiam illius. Et poſuit וישם adeò vt poſuerit.

18 Fecit præterea Rex conuiuium magnum omnibus principibus ſuis & ſeruis ſuis,'cōuiuium ℵEɒſthér:'atque requiē prouinciis fecit,dedítque'dona ſecundum potentiam regiam.

19 Et dum cōgregarentur virgines''ſecūdò, Mordochái ſedebat in porta Regis.

20 Neque ℵEɒſthér indicabat progeniē ſuam & populum ſuum, quemadmodum præceperat ei Mordochái: ſermonē enim Mordochái ℵEɒſthér faciebat perinde vt quum erat in educatione apud illum.

Bagathā & Thares inſidiātes vitæ Regis, ſuſpēduntur.

21 In diebus illis (Mordochái autem ſedebat in porta Regis) irati ſunt Bigthán & Théreϣs duo eunuchi Regis ex cuſtodibus'limi- nis,'& quæſierunt mittere manum in regem Aпhaϣſueróϣs.

22 Innotuit autem res ipſi Mordochái,qui renūtiauit ℵEɒſthér reginæ:Eſthér autem dixit Regi nomine Mordochái.

23 Et quæſita eſt res,atque inuenta:& ſuſpēſi ſunt ambo in ligno: 'ſcriptúmque eſt in libro verborum dierum coram Rege.

Cap. III.

Aman exaltatū à Rege ſolus Mardochæus non adorat.

1 P''Oſt hæc''magnificauit rex Aпhaϣſueróϣs Hamán filium Hāmedátha Agagæum,& extulit illum,poſuítque thronum eius ſuper omnes principes'qui *erant* ſecum.

2 Omnes autē ſerui Regis qui erant in portaRegis,incuruabāt ſe, & genuflectebāt ipſi Hamán: ſic enim præceperat eis Rex: Mordochai verò nec incuruabat ſeſe,nec genuflectebat.

3 Dixerunt ergo ſerui Regis qui erant in porta Regis, ad Mordochái, Quare tranſgrederis præceptum Regis?

4 Fuit autem quum *ſic* loquerentur ad eum per ſingulos dies,nec audiret eos,nuntiauerunt ipſi Hamán,vt viderent'an ſtarent verba Mordochái:'indicauerat enim eis quòd eſſet Iehudæus.

Vidēs Aman ſe contēptū à Mardochæo,omniū Iudæorū interitum ab Aſſuero impetrat.

5 Videns autem Hamán quòd Mordochái non inclinaret ſe, nec genuflecteret ante ipſum,repletus eſt furore.

6 'Cōtempſit verò in oculis ſuis mittere manum in Mordochái ſolū.indicauerāt enim ei populum ipſius Mordochái:''propterea quæſiuit Hamán diſperdere omnes Iehudæos qui *erant* in regno Aпhaϣſueróϣs,''populum Mordochái.

7 Menſe *itaque* primo(is eſt menſis'Niɒſán)anno''duodecimo regis Aпhaϣſueróϣs, ''iecit pur,hoc eſt ſortem,coram Hamán 'de die in diem , & de menſe in menſem duodecimum: is eſt menſis'Adár.

8 Dixítque Hamán regi Aпhaϣſueróϣs,Eſt populus

D

18 Et iuſſit conuiuium præparari permagnificū cunctis principibus,& ſeruis ſuis pro coniunctione & nuptiis Eſther: & dedit requiē vniuerſis prouinciis,ac dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem.

19 Quúmque & ſecundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam Regis:

20 Necdum prodiderat Eſther patriā & populum ſuū, iuxta mandatū eius: quicquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther:& ita cuncta faciebat vt eo tempore ſolita erat quo eā paruulam nutriebat.

21 Eo igitur tēpore quo Mardochæus ad Regis ianuā morabatur, irati ſunt Bagathan & Thares duo eunuchi Regis qui ianitores erāt,& in primo palatii limine præſidebant: voluerúntque inſurgere in Regē,& occidere eum.

22 Quod Mardochæū non latuit:ſtatimque nuntiauit reginæ Eſther: & illa Regi ex nomine Mardochæi,qui ad ſe rem detulerat.

23 Quæſitū eſt & inuentū: & appēſus eſt vterque eorū in patibulo: mandatúmque eſt hiſtoriis,& annalibus traditum coram Rege.

Cap.III.

1 POſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſolium eius ſuper omnes principes quos habebat.

2 Cunctique ſerui Regis qui in foribus palatii verſabantur,flectebant genua,& adorabāt Aman:ſic enim præceperat eis Imperator . ſolus Mardochæus nō flectebat genu, neque adorabat eum.

3 Cui dixerunt pueri Regis qui ad fores palatii præſidebāt, Cur præter cæteros non obſeruas mandatū Regis?

4 Quúmque hoc crebrius diceret, & ille nollet audire,nuntiauerūt Aman, ſcire cupientes vtrum perſeueraret in ſententia . dixerat enim eis ſe eſſe Iudæum.

5 Quod quum audiſſet Aman, & experimento probaſſet quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu , nec ſe adoraret,iratus eſt valde,

6 Et pro nihilo duxit in vnū Mardochæum mittere manus ſuas.audierat enim quòd eſſet gētis Iudææ: magiſque voluit omnē Iudæorum qui erāt in regno Aſſueri, perdere nationem.

B

7 Menſe primo(cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri,miſſa eſt ſors in vrnā, quę Hebraicè dicitur phur , corā Aman,quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici : & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar.

8 Dixitque Amā regi Aſſuero,Eſt po

---

18 Conuiuium ℵEɒſthér: את־משתה אסתר Per appoſitionem dictum:nempe quod celebrabatur propter Eſther nouam coniugem. Atque requiem prouinciis fecit, והנחה למדינות עשה atque prouinciis quietem largitus eſt. id eſt prouinciarum tributa minuit. Dona משאת Sing.Heb.pro plur.munera i.largitus eſt munera pro magnificentia regia. 19 Secundò, שנית Iſtud refertur ad tempus ſecundarum nuptiarum, habita ratione priorum nuptiarum Vaſthi,& poſteriorum ipſius Eſther.i.tempore ſecundarū nuptiarum. 21 Ex cuſtodibus liminis משומרי הסף .i.ianitoribus. Alii,ex cuſtodibus vaſorum.ſub.argenteorum & aureorum.vel,ſupellectilis regiæ. Et quæſierunt mittere manum in Regem ויבקשו לשלוח יד במלך .i.& conſilium ceperunt de inuadendo Rege. 23 Scriptúmque eſt ויכתב ſub.facinus iſtud in Annalibus Perſidis & Mediæ.

IN CAPVT III.

1 Poſthæc אחר הדברים האלה Ad verbū,Poſt verba iſta. Magnificauit גדל .i. euexit ad magnam dignitatē. Qui *erant* ſecum. אשר אתו: id eſt qui in aula Regis verſabantur. 4 An ſtarent verba Mordochái: היעמדו דברי מרדכי an ſtabilia forent verba Mordochái,id eſt vtrum perſeueraturus eſſet in ſententia. Indicauerat e.&c. כי הגיד להם וגו׳ Hac indicatione oſtendebat id Iudæis non licere, vt deferret talem honorem creaturæ,potiſſimùm arroganti, qualis erat Haman:qui honos ſoli Deo debetur. 6 Contempſit verò in oculis ſuis ויבז בעיני id eſt paruipendit, ſiue pro nihilo duxit mittere,&c. Propterea quæſiuit ויבקש Ad verbum,& quæſiuit,id eſt omne ſtudium ſuum poſuit in hoc vt perderet totam gentem Iudæorum. Populū Mordochái . עם מרדכי: Per appoſitionem dictum id eſt,de qua ſtirpe erat Mardochæus. 7 Niɒſán ניסן Sic dicitur ab Hebræis Martius . dicunt tamen partim noſtro Martio , partim Februario reſpondere. Duodecimo שתים עשרה ex quo ſcilicet regnare cœperat. Iecit pur, הפיל פור cadere fecit (nempe aliquis è famulis Haman)pur.Vox eſt Perſica quæ idem ſignificat quod גורל Hebræis,& Latinis Sors.atque ita interpretatur ipſe huius libri author.

De die in diem,&c. מיום ליום ומחודש לחודש שנים עשר à die in diē,& à menſe in menſem duodecimū i.ſingulis diebus ſingulorum menſium,ſingulis quoque menſibus vſque ad duodecimū: à menſe primo vſque ad menſem duodecimum.i.poſtremum. hoc eſt ſortitus eſt ſingulis diebus & ſingulis menſibus,quo menſe,& quo die menſis res poſſet confici. Nam paulo antè dicit menſe primo cœpiſſe.His ſignificatur anxium eius ſtudium in perdendis Iehudæis. Adár, אדר: Februario noſtro reſpondet.

C pulus per oẽs prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus & cæremoniis, inſuper & Regis ſcita contemnens: & optimè noſti quòd non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiam.

9 Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.

10 Tulit ergo Rex annulum quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eũ Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorum,

11 Dixitque ad eum, Argentum quod tu polliceris, tuum ſit: de populo autem age quod tibi placet.

12 Vocatique ſunt ſcribæ Regis menſe primo, Niſan, tertiadecima die eiuſdem mẽſis: & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman, ad omnes ſatrapas Regis, & iudices prouinciarum, diuerſarúmq; gentium, vt quæque gens legere poterat & audire, pro varietate linguarũ, ex nomine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo,

D 13 Miſſæ ſunt per curſores Regis ad vniuerſas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres, vno die, hoc eſt decimo tertio menſis duodecimi qui vocatur Adar: & bona eorum diriperent.

14 Summa autem epiſtolarũ hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent & pararent ſe ad prædictam diem.

15 Feſtinabãt curſores qui miſſi erãt, Regis imperium explere: ſtatimque in Suſan pependit edictum, Rege & Aman celebrante conuiuiũ, & cũctis qui in vrbe erãt, flẽtibus. Cap. IIII.

1 QVæ cũ audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimẽta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargẽs cinerem capiti: & in plateà mediç ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui,

2 Et hoc eiulatu vſq; ad fores palatii gradiens. non enim erat licitum, indutum ſacco, aulam Regis intrare.

3 In omnibus quoque prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ crudele Regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus & fletus, ſacco & cinere multis proſtrato vtentibus.

4 Ingreſſæ autem ſunt puellæ Eſther, & eunuchi, nũtiauerúntque ei: quod audiens conſternata eſt, & veſtem miſit, vt ablato ſacco induerent eum: quam accipere noluit.

B 5 Accitóq; Athach eunucho, quem Rex miniſtrum ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochæum, & diſce-

"quidam"diſperſus ac diuiſus inter populos in omnibus prouinciis regni tui: quorum leges ſunt diuerſæ "ab omni populo, nec leges Regis faciunt,"idcirco Regi non eſt vtile dimittere eos.

9 "Si Regi placet, ſcribatur vt ipſi perdantur: & decem millia talentorum argenti appendam manibus "facientium opus, vt perferant in theſauros Regis.

10 Detraxit autem Rex annulum ſuum è manu ſua, & dedit illum Hamán filio Hammedátha Agagæo, hoſti Iehudæorum.

11 Dixit inſuper ipſi Hamán, Argentum"datum tibi ſit, atque populus, vt facias de eo vt bonum eſt in oculis tuis.

12 "Vocati ſunt itaque ſcribæ Regis mẽſe primo, decimatertia die eiuſdẽ, ſcriptúmque eſt"prorſus vt præcepit Hamán ad principes Regis, & ad duces "qui præerant ſingulis prouinciis, ad principes quoque ſingulorum populorum & ſingularum prouinciarum"ſecundum ſcripturam cuiuſque, & *ad* quenque populum iuxta linguã ſuam, nomine regis Aחhaשſueróשs ſcriptum, & obſignatum annulo regio.

13 Et miſſæ ſunt literæ per manum curſorum ad omnes prouincias Regis,"vt diſſiparent, vt occiderent & perderent omnes Iehudæos à puero vſque ad ſenem,"paruulos & mulieres die vna, decima tertia menſis duodecimi, (ipſe eſt menſis Adár)"& prædã eorum vt prædarentur.

14 "Exemplar ſcripturæ *erat* "vt daretur lex in qualibet prouincia, "manifeſtum omnibus populis, vt eſſent parati die illo.

15 Curſores itaque egreſſi ſunt impulſi verbo Regis, & lex "data eſt in שSuשſán regia: Rex autem & Hamán *interim* "ſedebant ad bibendum, ciuitas verò שSuשſán"perplexa erat. Cap. IIII.

Luctus Mardochæi ob iam paratam Iudæorũ necem.

1 MOrdochái autem vt cognouit quicquid geſtum fuerat, ſcidit veſtimenta ſua, induítque ſeſe ſacco"& cinere: atq; abiit in medium vrbis, clamauítque clamore magno atque amaro.

2 Et venit vſque ad locum qui erat coram porta Regis: nó enim *fas erat* intrare portam regiam in veſte ſacci.

3 Et in qualibet prouincia, & loco ad quẽ verbum Regis & lex eius peruenerat, luctus magnus *erat* Iehudæis, & ieiuniũ, & fletus, & planctus,"ſaccus & cinis ſternebatur multis.

4 Veniẽtes autem puellæ אEסſthér, & eunuchi eius, renuntiauerunt ei, & doluit Regina valde: quæ miſit veſtes"quibus induerẽt ipſum Mordochái, & detraherent ſaccũ eius ab eo:"& nõ recepit.

Petit Eſther à Mardochæo per eunuchum cauſam luctus.

5 Vocauit ergo אEסſthér Hathách *vnum* ex eunuchis Regis"quẽ cõſtituerat ante illã,"& præcepit ei ſuper Mordochái, vt ſciret quid

---

8 Quidam אחד Ad verbum, vnus. Sic nos, *Il y a un peuple*, Vnum pro Quidã vſurpamus per contemptum. Diſperſus מפזר .i. habitãs in diuerſis regionibus. Ab omni populo, מכל עם .i à legibus omnium populorum. Idcirco Regi non eſt vtile ולמלך אין־שוה Ad verbum, & Regi non eſt vtile vel, non conducit, aut prodeſt ſinere eos in pace habitare in regno ſuo.

9 Si Regi placet, אם־על המלך טוב Hic על pro אל. Ad verbum, ſi ſuper Regem *eſt* bonum. Facientium opus, עושי המלאכה Sic vocat theſaurarios qui præſunt arcæ Regiæ, ſiue ærario Regis. 11 Datum tibi, &c. נתון לך וגו׳ .i. pecunia illa quã polliceris, tibi datur. ſeruato eam tibi: ſimulq; do tibi populũ quẽ petis. 12 Vocati ſunt itaq; ויקראו Mox vocati ſunt. Prorſus vt præcepit ככל־אשר־צוה Ad verbum, ſecundum omne quod præcepit. Qui præerant ſingulis prouinciis, אשר על־מדינה ומדינה Ad verbũ, qui ſuper prouinciam & prouinciam. Secundum ſcripturam cuiuſque, &c. ככתבה וגו׳ ſub. prouinciæ. i. characteribus ſingularum prouinciarum.

13 Vt diſſiparent, להשמיד vt delerent, Paruulos טף Sing. Heb pro plur. Et prædam eorum ושללם .i. bona illorum.

14 Exemplar ſcripturæ vt daretur lex, פתשגן הכתב להנתן דת .i. ſumma literarum erat vt promulgaretur lex quædam. Manifeſtũ גלוי nempe exemplar ſcripturæ. i. quæ literæ manifeſtabantur, vel innotuerunt populo. 15 Data נתנה .i promulgata. vel, affixum eſt decretum in Suſan. Sedebant ad bibendum, ישבו לשתות Hebraiſmus, bibebant, vel agitabant conuiuia. Perplexa erat. נבוכה: turbata erat admodum. i. Iudæi qui erant in Suſan, turbati erant vehementer propter legem aduerſus eos latam. Continens pro contento: multi enim Iudæi erant in Suſan.

IN CAPVT XXIIII.

1 Et cinere: ואפר ſub. aſperſit caput, more lugentium. 3 Saccus & cinis, &c. שק ואפר וגו׳ .i. multi vtebantur loco ſtrati cinere & ſacco: hoc eſt induti ſacco, iacebant in cinere. 4 Quibus induerent, &c. להלביש וגו׳ Ad verbum, ad induendum Mardochæum & ad detrahendum ſaccum, &c. i. quibus detracto ſacco indueretur. Et non recepit. ולא קבל: ſed recipere noluit.

5 Quem conſtituerat ante illam, אשר העמיד לפניה .i. quem Rex præfecerat cuſtodiæ Reginæ. Et præcepit ei ותצוהו .i. deditque ei mandata de Mardochæo.

hoc *eſſet*,& quare hoc.

6 Egreſſus itaque Hathách ad Mordochái in plateam vrbis, quæ erat eregione portæ Regis:

7 Indicauit ei Mordochái quicquid acciderat ſibi, ″& expoſitionem argenti quod dixerat Hamán ſe appenſurum theſauris Regis propter Iehudæos ad perdendum illos.

Mardochæus ſuadet ipſi Eſther vt Regē pro populo deprecetur.

8 Exemplar quoq; ſcripturæ ″legis quæ poſita erat in שSuשſán, vt diſperderētur illi, dedit ei vt oſtēderet ipſi אEסthér, & indicaret ei: imperarétq; illi vt adiret Regē ad precãdum illum, ″& vt peteret à facie eius pro populo ſuo.

9 Venit itaq; Hathách, & renũtiauit ipſi אEסthér verba Mordochái.

10 Dixítque אEסthér ipſi Hathách, ″& præcepit ei *ut diceret* ad Mordochai,

11 Omnes ſerui Regis, & populus prouinciarũ Regis ſciunt quòd omnis vir & mulier qui ingreſſus fuerit ad Regem in atrium interius, qui non fuerit vocatus, ″vnica lex eius eſt ad interficiendum: præter eum ad quē extenderit Rex virgam aureã, ″& viuet: ego verò non fui vocata, vt ingrediar ad Regē, ″iã triginta diebus.

12 ″Et renuntiauerunt ipſi Mordochái verba אEסthér.

13 Dixit autē Mordochái vt reſpõderent ipſi אEסthér, ″Ne putes in animo tuo ″quòd ſeruari poſſis in domo Regis præ omnibus Iudæis.

14 Si enim ſilēdo ſilueris tempore hoc, ″reſpiratio & euaſio ſtabit Iehudæis ex loco alio: tu verò & domus patris tui peribitis. & quis ſcit ſi propter tempus iſtud ″perueneris ad regnum?

15 Dixit autem אEסthér vt reſponderet ipſi Mordochái,

Eſther ad Regē ingreſſura, iubet pro ſe orari.

16 Vade, & congrega õnes Iehudæos ″qui reperiuntur in שSuשſán, & ieiunate propter me: & ne comedatis, neque bibatis tribus diebus ″noctu & interdiu, ego quoque & puellæ meæ ieiunabo ſic: & ita ingrediar ad Regem, ″quod non *eſt* ſecundum legem: & quando ″peribo, peribo.

17 Progreſſus eſt igitur Mordochái, & fecit iuxta omnia ″quæ præceperat ei אEסthér.

Cap. V.

Eſther intrans ad Regem, petit vt ipſe & Aman ad conuiuium veniant.

1 EVenit autē die tertio ″vt indueretur אEסthér regio *ueſtimento*, & ſtaret in atrio domus Regis interiori ″eregione domus regiæ: Rex autem ſedebat ſuper ſolium regni ſui ″in domo regni eregione oſtii domus.

2 Fuit autem, quum vidiſſet Rex אEסthér reginam ſtãtem in atrio, ″tulit gratiam in oculis eius: extendítque Rex ad Eאſtסhér vir

ret ab eo cur hoc faceret.

6 Egreſſúſque Athach iuit ad Mardochæum, ſtantē in platea ciuitatis ante oſtium palatii.

7 Qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quomodo Aman promiſiſſet vt in theſauros Regis pro Iudæorũ nece inferret argentum.

8 Exemplar quoque edicti quod pēdebat in Suſan, dedit ei vt Reginæ oſtenderet, & moneret eam vt intraret ad Regem & deprecaretur eum pro populo ſuo.

9 Regreſſus Athach, nũtiauit Eſther omnia quæ Mardochæus dixerat.

10 Quæ reſpõdit ei, & iuſſit vt diceret Mardochæo, C

11 Omnes ſerui Regis, & cunctæ quæ ſub ditione eius ſunt norunt prouinciæ, quòd ſiue vir ſiue mulier non vocatus, interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi fortè Rex aureã virgã ad eũ tetenderit pro ſigno clemētiæ, atq; ita poſſit viuere. ego igitur quomodo ad Regē intrare potero quę triginta iã diebus nõ ſum vocata ad eũ?

12 Quod quum audiſſet Mardochæus,

13 Rurſum mandauit Eſther, dicens, Ne putes quòd animam tuam tãtùm liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis.

14 Si enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. & quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? D

15 Rurſúmq; Eſther hæc Mardochæo verba mandauit,

16 Vade, & congrega omnes Iudæos quos in Suſan repereris, & orate pro me: non comedatis & bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cũ ancillis meis ſimiliter ieiunabo: & tunc ingrediar ad Regem, contra legem faciens, non vocata, tradénſque me morti & periculo.

17 Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Eſther præceperat.

Cap. V.

1 DIe autem tertio induta eſt Eſther regalibus veſtimentis, & ſtetit in atrio domus Regiæ quod erat interius contra baſilicam Regis: at ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatii contra oſtium domus.

2 Quúmque vidiſſet Eſther Reginã ſtantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam

---

7 Et expoſitionem ואת פרשת & declarationem. i. quomodo Haman tuliſſet pecuniam quam pollicitus fuerat ſe appenſurum, &c.

8 Legis הדת ordinationis. Et vt peteret ולבקש ſub. petitionem. Vel, vt peteret à conſpectu eius *ſalutem* pro populo ſuo. i. vt petitionem faceret à maieſtate regia pro ſalute populi ſui. 10 Et præcepit, &c. ותצוהו וגו׳ & præcepit illi de Mardochæo. i. mandauit vt quæ diceret ipſa, renuntiaret Mardochæo, nempe quæ ſequuntur. 11 Vnica lex eius eſt ad interf. אחת דתו להמית vnica lege lata à Rege, interfici debet. q. d. vnica lege ſanciuit Rex vt omnis interficeretur qui ad ipſum ingrederetur non vocatus. Vel, ſine cunctatione interfici debet iuxta eius legem. Et viuet: וחיה *is* enim vita donabitur. Iam triginta diebus. זה שלושים יום: his triginta diebus. Vel, ab hinc triginta diebus. 12 Et renuntiauerunt ויגידו ſub. nuntii miſſi ab Eſther.

13 Ne putes אל־תדמי Ne cogites. Ne imagineris. Quòd ſeruari poſſis להמלט Ad verbum, ad ſeruari. Infinitiuus eſt. i. ne putes apud temetipſum ſeruari te poſſe. q. d. ne exiſtimes te ſeruatam iri aliis pereuntibus.

14 Reſpiratio & euaſio ſtabit רוח והצלה יעמור dilatatio & liberatio emerget. vel, exiſtet. aut, eueniet. i. Iudæi alia ratione liberabuntur. Perueneris הגעת Ad verbum, attingere facta ſis. i. quis nouit an euecta ſis ad dignitatē iſtam regiam vt liberares populum tuum hoc tēpore calamitoſo? 16 Qui reperiuntur הנמצאים. i. qui habitant. Noctu & interdiu, לילה ויום. i. tribus diebus integris. Ieiunium hoc dicitur triduanũ per ſynecdochen, quia tertio die abiecit Eſther ſaccũ, & poſtea in duta veſtibus regalibus, adiit Regē: prima nãque dies ieiunii conſtitit tantum altera parte diei naturalis. cœperunt enim ieiunare à prandio cumprimum expoſuit rem ipſam illis: quod factum eſt die, non nocte. Quod non *eſt* ſecundum legem: אשר לא־כדת quod tamen *eſt* præter morem. Peribo, peribo. אבדתי אבדתי: Præterita Heb. pro fut. i. ſi contingat me perire, actum erit de me, vel lubens peribo. q. d. lubens periclitabor de vita pro ſalute populi mei.

IN CAPVT V.

1 Vt indueretur ותלבש ſub. veſtimento. aut indumento. verbale nomen eleganter ſuppletur ab Hebræis quod in verbo includitur, vt hìc vides. Eregione domus regiæ: נוכח בית המלך. i. & atrium erat eregione domus regiæ. In domo regni, &c בבית המלכות וגו׳ .i. in palatio regio, eregione oſtii domus Regis. 2 Tulit gratiam in oculis eius: נשאה חן בעיניו Hebraiſmus, pro, grata fuit illi, ſiue gratioſa fuit apud illum. Similis loquutio & ſuprà cap. 2. c. 15.

tenebat manu: quæ accedens, oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.

Dixitque ad eam Rex, Quid vis Eſther regina? quæ eſt petitio tua? etiã ſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. 3

B At illa reſpõdit, Si Regi placet, obſecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium quod paraui. 4

Statimque Rex, Vocate, inquit, citò Aman, vt Eſther obediat voluntati. Venerũt itaque Rex & Aman ad cõuiuiũ quod eis Regina parauerat. 5

Dixitque ei Rex, poſtquam vinum biberat abundãter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re poſtulas? etiam ſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. 6

Cui reſpõdit Eſther, Petitio mea, & preces ſunt iſtæ: 7

Si inueni in cõſpectu Regis gratiã, 8
C & ſi Regi placet vt det mihi quod poſtulo, & meam impleat petitionẽ: Veniat Rex & Aman ad conuiuiũ quod paraui eis, & cras aperiam Regi voluntatem meam.

Egreſſus eſt itaque illo die Aman lætus & alacer. quũmq; vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatii, & non ſolùm nõ aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum quidem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valde. 9

Et diſſimulata ira reuerſus in domũ ſuam, conuocauit ad ſe amicos ſuos & Zares vxorem ſuam. 10

Et expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorúmque turbã, & quanta eũ gloria ſuper omnes principes & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet. 11
D
Et poſt hæc ait, Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege pręter me: apud quam etiam cras cum Rege pranſurus ſum. 12

Et quum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quãdiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores regias. 13

Reſponderúntque ei Zares vxor eius & cęteri amici, Iube parari excelſam trabem, habẽtem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane Regi vt appendatur ſuper eam Mardochæus: & ſic ibis cum rege lætus ad cõuiuium. Placuitque ei conſiliũ, & iuſſit excelſam præparari crucem. 14

Cap. VI.

NOctem illã duxit Rex inſomnẽ, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorum temporum. quæ quum illo præſente legerentur, 1

Vẽtum eſt ad illum locum vbi ſcriptum erat quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathã & Thares eunuchorum, regem Aſſuerum iugulare cupientium. 2

Quod quũ audiſſet Rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus conſequutus eſt? Dixerunt ei ſerui illius ac miniſtri, Nihil omnino mercedis accepit. 3

Statimque Rex, Quis eſt, inquit, in atrio? (Amã quippe interius atriũ 4

---

gam aureã quam manu tenebat: tunc acceſſit אEɔſthér, ac tetigit ſummitatem ipſius virgæ.

3 Dixítque illi Rex, Quid tibi eſt אEɔſthér regina? & quænã eſt petitio tua? ″vſque ad dimidium regni dabitur tibi.

4 Reſpõdit אEɔſthér, Si Regi placeat, veniat Rex, & Hamán hodie ad conuiuium quod feci illi.

5 Et dixit Rex, ′Citò accerſite ipſum Hamán vt faciat verbũ אEɔſthér. Venit itaque Rex & Hamán ad cõuiuium quod apparauerat אEɔſthér.

6 Dixit autẽ Rex ad אEɔſthér ′in conuiuio vini, Quæ eſt poſtulatio tua, & dabitur tibi? quæ inquã eſt petitio tua? ″vſque ad dimidium regni *pete*, & fiet.

7 Et reſpondit אEɔſthér, ac dixit, Poſtulatio mea, & petitio mea eſt,

8 Si inueni gratiam in oculis Regis, & ſi Regi placeat dare petitionem meam, & faciat poſtulationem meam, veniet Rex, & Hamán ad conuiuiũ quod faciã eis: & cras faciã ″iuxta verbũ Regis.

9 Tunc egreſſus Hamán die ipſa lætus & exhilaratus corde, quũ vidiſſet ipſum Mordochái ad portam Regis, & non aſſurrexiſſet, nec ſe mouiſſet ′loco, repletus eſt ira contra Mordochái.

10 ′Continuit autem ſe Hamán, & venit in domũ ſuam, miſítque, & accerſiuit amicos ſuos ac Zéreẅs vxorem ſuam.

11 Narrauítque eis Hamán gloriam diuitiarum ſuarum, multitudinem quoque filiorũ ſuorum, & omnia quibus magnificauerat ipſũ Rex, & quibus extuliſſet eũ ſuper principes & ſeruos Regis.

12 ′Addidítque, Inſuper non ″accerſiuit אEɔſthér regina cum Rege ad conuiuium quod parauerat, niſi me, & etiam cras vocatus ſum ab ea cum Rege.

13 At omnia hæc non proſunt mihi, ′quandocunque ego video Mordochái Iehudæum ſedentem in porta Regis.

14 Reſpondit ei Zéreẅs vxor eius, & omnes amici eius, ′Præparẽt lignum altum quinquaginta cubitorum, & craſtina die dic Regi vt ſuſpendant Mordochái ſuper illud: ′poſtea ingredere cũ Rege ad conuiuium lætus. Et placuit res *illa* in oculis Hamán: aptaríque iuſſit lignum.

Cap. VI.

1 NOcte illa ′fugerat ſomn⁹ à Rege: ′dixit itaq; vt afferrẽt librũ ″monumentorũ ′verborũ dierũ, & lecta fuerũt coram Rege:

2 ′Inuẽtúmq; fuit ſcriptum quòd indicaſſet Mordochái de Bigthána & Thereẅs duobus eunuchis Regis ex cuſtodibus ′liminis, qui quæſierant mittere manum in regem Anhaẅſueróẅs.

3 Dixítque Rex, Quid honoris factum eſt & magnificentiæ ipſi Mordochái propter hoc? Reſponderũt pueri Regis miniſtri eius, ′Non eſt factum cum eo quicquam.

4 Tũ dixit Rex, Quiſnam eſt in atrio? (Hamán autem venerat in

Rurſum petit vt poſtero die ad cõuiuium veniant.

Aman iratus nõ ſe honorari à Mardochæo, parat ipſi patibulũ

Rex annales euoluens, fidelitatem Mardochæi inuenit.

---

3 Vſque ad dimidium, &c. עד־חצי וגו׳ Ad verbum, vſque ad dimidium regni, & dabitur tibi. Vſque ad dimidium regni, ſub. pete, vel ſit petitio tua, certè mos geretur tibi. Vel, etiamſi petitio tua fuerit dimidium regni, dabitur tibi.

5 Citò accerſite מהרו Ad verbum, Feſtinate. Accelerate. 6 In conuiuio vini, בשׂמתה היין .i. inter pocula, ſiue inter bibẽdum. Vſque ad dimidium, &c. עד־חצי וגו׳ Vide paulo antè, verſu tertio. 8 Iuxta verbum Regis. כדבר המלך׃ .i. vt Rex iuſſit, proponam petitionem meam. 9 Loco ממנו Ad verbum, ab eo. Relatiuum ſiue antecedente.

10 Continuit autem ſe ויתאפק .i. diſſimulauit indignationem ſuam. 11 Addiditque, ויאמר המן Ad verbũ, Et dixit Hamán. Accerſiuit הביאה Ad verbum, fecit venire. 13 Quandocunque בכל־עת Ad verbum, in omni tempore. vel toto tempore.

14 Præparent יעשו miniſtri ſcilicet. Poſtea ingredere ובוא & ingredere. Imperat. pro fut. q. d. quo facto ibis cum Rege lætus.

IN CAPVT VI.

1 Fugerat ſomnus à Rege: נדדה שׁנת המלך .i. noctem illam duxerat inſomnem. Dixit itaque ויאמר Dicere pro iubere frequentiſſimum Hebræis. Monumentorum הזכרונות Ad verbum, memoriarum .i. hiſtoriarum: vt ſcilicet illarum lectione falleret tempus nocturnum. Verborum dierum: דברי הימים Per appoſitionem dictum, librum monumentorum, id eſt librum annalium.

2 Inuentúmque וימצא Hanc hiſtoriam vide ſuprà cap. 2. d. 21. Liminis, הסף ſupellectilis .i. vaſorum aureorum.

3 Non eſt factum, &c. לא־נעשה וגו׳ .i. nihil prorſus honoris aut præmii repenſum fuit illi à Rege.

atrium domus Regis exterius, vt diceret Regi vt ſuſpẽderet Mordochái ſuper lignum quod parari fecerat illi.)

5 Reſponderuntʹ Regi pueri eius, Ecce Hamán ſtat in atrio. Dixit autem Rex, Ingrediatur.

Mardochæũ iubet Rex honorari in confuſionẽ Aman.

6 Et ingreſſus eſt Hamán: cui dixit Rex, Quid faciendum eſt de homine cuius Rex optat honorem? (ʹCogitabat autem Hamán in corde ſuo, ʹCui optet Rex facere honorem pluſquam mihi?)

7 Reſpondit Hamán Regi, Vir cuius optat Rex honorem,

8 ʹAfferant veſtem regiam qua induitur Rex, & equũ ſuper quo equitat Rex, & diadema regiumʹ quod impoſitũ eſt capiti eius:

9 ʹTradantque veſtem illam, & equũ illum in manu viri ex principibus Regis ʹanteſignanis: induántque virũ illum cuius honorẽ Rex optat, & equitare faciant eum per plateam ciuitatis, atque clament coram eo, Sic fiet viro cuius honorem Rex optat.

10 Dixit autẽ Rex ad Hamán, Feſtina, tolle veſtẽ illã & equũ, quẽadmodũ loquutus es, & fac ita Mordochái Iehudæo qui ſedet in porta Regis: ʹne cadere facias quicquã ex õnibꝰ quæ loquutus es.

Amã triſtis præcepto Regis honorat Mardochæum.

11 Tulit itaque Hamán veſtem illam, & equum illum, induítque Mordochái: poſtea equitare fecit eum per plateã ciuitatis, atque clamauit coram illo, Sic fiet viro cuius honorem Rex optat.

12 Poſthæc reuerſus eſt Mordochái ad ianuam Regis: Hamán verò ʹproripuit ſeſe domum ſuam lugens, & operto capite.

13 Narrauítque Hamán Zéreשs vxori ſuæ, & omnibus amicis ſuis quicquid acciderat illi. dixerunt autem ei ʹſapientes eius, & Zéreשs vxor eius, Si de ſemine Iehudæorum eſt Mordochái, ʹante cuius conſpectum cœpiſti cadere, non præualebis ei, ʹſed cadendo cades ante conſpectum eius.

14 Adhuc illis loquentibus cum eo, eunuchi Regis ſuperuenerũt, & feſtinauerunt adducere Hamán ad conuiuium quod præparauerat אEסſtér.

Cap. VII.

Eſther in conuiuio pro ſua & populi ſui vita orat.

1 VEnit itaq; Rex & Hamán ʹad bibendũ cum אEסthér regina.

2 Dixítque Rex ad אEסthér etiam die ſecundo ʹin conuiuio vini, Quænam eſt poſtulatio tua אEסthér regina, & dabitur tibi? & quæ eſt petitio tua? ʹvſque ad dimidium regni, & fiet.

3 Reſpondit אEסthér regina, ac dixit, Si inueni gratiam in oculis tuis, ô Rex, & ſi ʹRegi placet, ʹdetur mihi anima mea prò poſtulatione mea, & populus meus pro petitione mea.

4 Quia vẽditi ſumus ego & populus meusʹ vt diſperdamur, iugulemur, & perdamur: quòd ſi in ſeruos & ancillas vẽditi fuiſſemus, tacuiſſẽ: quanquã hoſtis nequaquã ʹcõpenſare poſſet dãnũ Regis.

dom⁹ regiæ intrauerat, vt ſuggereret Regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatũ.) B

5 Reſponderunt pueri, Aman ſtat in atrio. Dixitque Rex, Ingrediatur.

6 Quúmque eſſet ingreſſus, ait illi, Quid debet fieri viro quem Rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputãs quòd nullum aliũ Rex, niſi ſe, vellet honorare,

7 Reſpondit, Homo quem Rex honorare cupit,

8 Debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum qui de ſella Regis eſt, & accipere regiũ diadema ſuper caput ſuum:

9 Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equũ eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat, Sic honorabitur quencunque voluerit Rex honorare. C

10 Dixitque ei Rex, Feſtina, & ſumpta ſtola & equo, fac vt loquutus es Mardochæo Iudæo, qui ſedet antè fores palatii: caue ne quicquam de his quæ loquutus es, prætermittas.

11 Tulit itaque Aman ſtolam & equũ, indutúmque Mardochæum, in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat, atque clamabat, Hoc honore condignus eſt quencunque Rex voluerit honorare.

12 Reuerſúſque eſt Mardochæus ad ianuã palatii: & Aman feſtinauit ire in domũ ſuam, lugens & operto capite: D

13 Narrauitque Zares vxori ſuæ & amicis omnia quæ eueniſſent ſibi. cui reſponderunt ſapientes quos habebat in conſilio, & vxor eius, Si de ſemine Iudæorũ eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpectu eius.

14 Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi Regis, & citò eum ad conuiuiũ quod Regina parauerat, pergere compulerunt.

Cap. VII.

1 INtrauit itaque Rex & Aman, vt biberent cum Regina.

2 Dixitque ei Rex etiam ſecũda die, poſtquam vino incaluerat, Quę eſt petitio tua Eſther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiamſi dimidiam partem Regni mei petieris, impetrabis.

3 Ad quem illa reſpondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ô Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meũ pro quo obſecro.

4 Traditi enim ſumus ego & populus meus vt conteramur, iugulemur, & pereamus: atque vtinam in ſeruos & famulas venderemur, eſſet tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hoſtis noſter eſt cuius crudelitas redundat in Regem. B

---

5 Regi pueri eius, נערי המלך אליו Ad verbũ, pueri Regis ad eũ. 6 Cogitabat autẽ ויאמר Ad verbũ, Et dixit. Cui optet, &c. למי יחפוץ וגו׳ .i. quem Rex maiore honore afficeret, quàm me q. d. neminem. 8 Afferant יביאו ſub. miniſtri Regis. Quod impoſitum eſt ואשר נתן .i. quod imponi ſolet. Alii, hanc clauſulam vertunt, & in cuius *equi* capite impoſitum eſt *diadema*. Nam apud Perſas (inquit quidam Hebræorum) ſolebat equus deferre diadema regni. & certè poſtea non meminit coronæ: vt coniicere liceat, huius Hebræi opinionem eſſe veram. 9 Tradant præterea ונתון Infinit. pro fut. plur. tertiæ perſ. conſignent. Anteſignanis, הפרתמים nobiliſſimis ducibus exercitus. Vel (vt alii volunt) hæc vox ſignificat eos qui abſente imperatore exercitui præſunt. Alii vertunt, in manum vnius ex principibus Euphratis .i. qui trans Euphraten habitabãt. 10 Ne cadere facias, &c. אל תפל וגו׳ Hebraiſmus, pro, caue ne prætermittas quicquam ex, &c. 12 Proripuit ſeſe נדחף Ad verbum, impulit ſeſe i. quamcitiſſimè potuit, recepit ſe in domum ſuam.

13 Sapientes eius, חכמיו Hic vocat ſapientes quos vocauerat amicos. i. quorum conſilio vti ſolebat. Ante cuius conſpectum cœpiſti cadere. אשר החלות לנפל לפניו .i. quo inferior eſſe cœpiſti. Sed cadendo cades, &c. כי נפול תפול לפניו Hebraiſmus, prorſus ab illo vincẽris & ſuperaberis.

IN CAPVT VII.

1 Ad bibendum cum אEסſtér לשתות עם אסתר .i. ad conuiuium paratum ab Eſther. 2 In conuiuio vini, במשתה היין Id eſt inter pocula. Potiſſima enim pars conuiuii ſita erat in vino. Vſq; ad dimidium regni, עד חצי המלכות ſub. pete. vt ſuprà cap. 5. a. 3.

3 Regi על המלך Hic על pro אל. Detur mihi anima mea תנתן לי נפשי Hebraiſmus, poſtulo vt mihi & populo meo liceat viuere, ne pereamus. 4 Vt diſperdamur, &c. להשמיד וגו׳ Ad verbum, ad delendum [vel, perdendum] ad occidendum [vel, iugulandũ] & ad perdendum. Compenſare poſſet damnum Re. שוה בנזק המלך: ſarcire [exæquare] poſſet iacturam Regis. data ſcilicet pecunia. q. d. nullus pecunia vlla ſarcire poſſet iacturam quam faceret Rex ſi Iudaicus populus ſeruitutem ſeruirent. Hoc dicit propter pecunias quas Haman Regi obtulerat. Rex autem magnam feciſſet iacturam pereuntibus Iudæis: nam multa ab illis tributi nomine accipiebat.

Reſpondénſque rex Aſſuerus ait, Quis eſt iſte, & cuius potẽtiæ, vt hæc audeat facere?

Dixitque Eſther, Hoſtis & inimic⁹ noſter peſſimus iſte eſt Amã. Quod ille audiẽs, ilico obſtupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre non ſuſtinens.

Rex autem iratus ſurrexit, & de loco conuiuii intrauit in hortum arboribus conſitum: Aman quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther reginã pro anima ſua. intellexit enim, à Rege ſibi paratum malum.

Qui quũ reuerſus eſſet de horto nemoribus conſito, & intraſſet conuiuii locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe ĩ quo iacebat Eſther, & ait, Etiam Reginam vult opprimere me præſente in domo mea? Necdum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.

Dixitque Harbona, vnus de eunuchis qui ſtabant in miniſterio Regis, En, lignum quod parauerat Mardochæo qui loquutus eſt pro Rege, ſtat in domo Amã, habẽs altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex, Appendite eum in eo.

Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & Regis ira quieuit. Cap. VIII.

Die illo dedit rex Aſſuerus Eſther Reginæ domũ Aman aduerſarii Iudæorum, & Mardochæus ingreſſus eſt ante faciẽ Regis. Cõfeſſa eſt enim ei Eſther quòd eſſet patruus ſuus.

Tulitque Rex annulum quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mardochæo. Eſther autem cõſtituit Mardochæum ſuper domum ſuam.

Nec his contenta, procidit ad pedes Regis: fleuitque, & loquuta ad eum orauit vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes ei⁹ peſſimas quas excogitauerat contra Iudęos, iuberet irritas fieri.

At ille ex more ſceptrum aureũ prętendit manu, quo ſignum clementiæ monſtrabatur. illáque conſurgens ſtetit ante eum,

Et ait, Si placet Regi, & ſi inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur eſſe contraria, obſecro vt nouis epiſtolis veteres Amã

B literæ inſidiatoris & hoſtis Iudæorũ, quibus eos in cunctis Regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.

Quomodo enim potero ſuſtinere necem & interfectionẽ populi mei?

5 Reſpõdẽs autẽ rex Aחhaשſueróשs, dixit אEסthér reginæ, Quis *eſt* iſte, & vbinam *eſt* iſte′ cuius cor perſuaſit illi vt faceret ſic?

6 Et dixit אEסthér, Vir hoſtis & inimicus eſt Hamán peſſim⁹ iſte. Tum Hamán″ territus eſt à facie Regis & Reginæ.

7 Rex autem ſurrexit″ in furore ſuo à conuiuio vini′ ad hortum palatii: Hamán verò manſit′ vt peteret pro anima ſua ab אEסthér regina. videbat enim quòd′ completum eſſet ſibi malum à Rege.

8 Rex autem reuerſus eſt ab horto palatii ad domũ conuiuii vini: Hamán verò″ ceciderat ſuper lectũ ſuper quo erat אEסthér. tũ dixit Rex, Nónne etiam *uis*″ opprimere Reginã″ me præſente in domo? ′Verbũ illud egreſſũ eſt ab ore Regis, & faciem Hamán operuerũt.

9 Dixit autem חHarboná vnus ex eunuchis coram Rege, ′En etiã lignum quod parauerat Hamán ipſi Mordochái, ″qui loquutus eſt bonũ pro Rege, ′erectũ eſt in domo Hamán, altitudinis quinquaginta cubitorum. Tunc dixit rex, Suſpendite eum in illo.

10 Suſpenderunt itaque Hamán in ligno quod parauerat pro Mordochái, & ira Regis conquieuit. Cap. VIII.

1 Eodẽ die dedit rex Aחhaשſueróשs אEסthér reginæ″ domum Hamán hoſtis Iehudæorum, & Mordochái ″ingreſſus eſt ante Regem. indicauit enim אEסthér″ quid ipſe ſibi eſſet.

2 Abſtulit itaque rex annulum ſuum quem″ receperat ab Hamán, dedítque illum Mordochái: אEסthér verò″ poſuit Mordochái ſupra domum Hamán.

3 ″Addidit præterea אEסther, loquutáque eſt coram Rege, atque cecidit ad pedes eius, flens & rogans eum″ vt irritam faceret malitiã Hamán Agagitæ, & cogitationem eius quam cogitauerat contra Iehudæos.

Eſther Regem orat vt literæ in necem Iudæorũ miſſæ ab Aman, fiant irritæ.

4 Extendit autem Rex ipſi אEסthér virgam auream: ſurgénſque אEסther, ſtetit coram Rege:

5 Dixítque, Si Regi″ placet, & ſi inueni gratiam in conſpectu eius, rectáque res videtur Regi, ″ac placeo in oculis eius, ſcribatur′ vt reuocẽtur literæ′ cogitationis Hamã filii Hãmedátha Agagitæ, quas ſcripſit vt perdãt Iehudæos qui ſunt in omnib⁹ prouinciis Regis.

6 Quo pacto enim″ potero videre malum quod inueniet populũ meum? quomodo inquam potero videre″ perditionem cognationis meæ?

---

5 Cuius cor perſuaſit illi אשר־מלאו לבו Ad verbũ, cuius repleuit eum cor eius. i. cuius cor incitauit ipſum, ſiue quẽ incitauit cor ipſius hoc eſt, qui ſibi perſuaſit vt venderet vos? q. d. quis tam temerarius vt audeat tantum facinus aggredi?

6 Territus eſt: נבעת obſtupuit. turbatus fuit. q. d. non potuit vltrà ferre conſpectum Regis & Reginæ.

7 In furore ſuo, &c. בחמתו וגו'. i. mirum in modũ iratus diſceſſit à conuiuio. Ad hortũ אל־גנת Subaudiendum verbum, vt iret ad hortum. Vt peteret, &c. לבקש על־נפשו. i. vt vitam ſuã peteret ab Eſther, hoc eſt vt ipſa intercederet apud Regẽ ne moreretur. Cõpletum eſſet ſibi malũ à Rege. כלתה אליו הרעה מאת המלך: conſummata eſſet ſibi afflictio à Rege. i. videbat ſibi mortem imminere à Rege. malum vocat perniciem, miſeriam & afflictionem. 8 Ceciderat נופל corruerat. decubuerat. i. iacebat more ſupplicum, ad pedes Eſther quæ iacebat ſuper lectum. Opprimere לכבוש Ad verbũ, ad opprimendum, ſub. venis.. i. audes, ſiue conaris vim inferre Reginæ?

Me præſente עמי Ad verbũ, mecum. Verbum illud, &c. הדבר יצא וגו'. i. ſtatim vt hæc dixit Rex, miniſtri eius operuerunt faciẽ eius, ne poſthac videretur à Rege, & magis ſuccenſeret illi. ſolebant enim Perſæ operire faciem eius in quem Rex eſſet iratus. Alii vertunt, *Statim ut* verbum illud egreſſum eſt ab ore Regis, tunc facies eius fuerunt tectæ. ſiue opertæ. i. præ pudore operuit faciem ſuam, ſiue erubuit mirum in modum. Alii, corruit facies eius. i. effectus eſt triſtis admodum. 9 En etiam lignum גם הנה־העץ En adhuc lignum. vel, patibulum. Qui loquutus eſt bonum pro Rege, אשר דבר טוב וגו'. i. qui rem vtilem Regi nuntiauit: detexit enim inſidias eunuchorum.

IN CAPVT VIII.

1 Domum את־בית Id eſt familiam. Ingreſſus eſt ante Regem. בא לפני המלך. i. admiſſus fuit in conſpectum Regis, hoc eſt in familiam regiam. q. d. exaltatus fuit. Quid ipſe ſibi eſſet. מה הוא־לה: Sic etiam Gallicè, *ce qu'il luy eſtoit*. i. indicauit eſſe ſuum patruelem.

2 Receperat העביר Ad verbum, tranſire fecerat. Poſuit ותשם conſtituit. i. præfecit familiæ Haman.

3 Addidit præterea ותוסף ſub. priori poſtulationi. Quidam vertunt, Rurſum quoque Eſther loquuta eſt. Vt irritam faceret להעביר Ad verbum, vt tranſire faceret. i. depelleret & abigeret à ſe & à populo ſuo inſidias quas ſtruxerat eis Haman. Seipſum mox exponit.

5 Placet, טוב bonum ſit. Ac placeo in oculis e. וטובה אני בעיניו Ad verbum, & bona *ſum* in oculis eius. i. grata & chara ſum illi. Rem eandem pluribus verbis effert, vt affectum ſuum magis exprimat. Vt reuocentur להשיב Ad verbum, ad retractandum. vel, reuocandum. Cogitationis מחשבת machinationis. i. quæ continent machinationem Haman. Seipſum mox exponit.

6 Potero videre אוכל וראיתי Ad verbum, potero, & videbo. i. potero viuere, ſi videam, ′vel videndo calamitatem quæ eueniet populo meo? Eadem loquutio mox ſequitur. Perditionem cognat. m.: באבדן מולדתי perniciem [interitum] generis mei? i. populi mei. Vel, quòd intereat cognatio mea? aut, quum interierit, vt redundet ו. Aut, interire eos, appoſitiuè cognationem meam. vt ſit ו vice ם. aut ו refert animas, & ſic erit infinitiuus, & per cames, alioqui nomen, & per pathah.

9

7 Dixit autē rex Aחhaשſueróשs אEסthér reginæ, & Mordochái Iehudæo, Ecce domum Amán dedi אEסthér, & illum ſuſpenderunt in ligno, propterea quòd miſerit manum ſuam in Iehudæos.

Literæ nomine Regis ſcribūtur ad Iudæos, vt occidant hoſtes ſuos.

8 Vos autem ſcribite Iehudæis″prout vobis videbitur, nomine Regis, & obſignate annulo Regis. ſcripturā enim quæ ſcribitur nomine Regis, & obſignatur annulo Regis,″non licet reuocare.

9 Vocati ſunt itaque ſcribæ Regis″tempore illo, menſe tertio (Ipſe eſt סSiuán) viceſima tertia eiuſdē, & ſcriptum eſt″omnino vt præcepit Mordochái ad Iehudæos, & ad principes, atque duces & principes prouinciarum quæ ſunt ab India vſque ad AEthiopiā, ″centum & vigintiſeptem prouinciarum, ſingulis prouinciis″iuxta ſcripturam earum, & ſingulis populis iuxta linguam ſuā, & ad Iehudæos ſecundum ſcripturam eorum & linguam.

10 Scripſitque nomine regis Aחhaשſueróשs, & obſignauit annulo Regis, ac miſit literas per manum curſorum equeſtrium, equitantium″velociſſima animalia,″mulos filios equarum:

11 ″Quòd Rex daret Iehudæis qui erant in ōnibus & ſingulis ciuitatibus, vt congregarent ſe,″& ſtarent pro anima ſua, *ita* vt diſperderent, & occiderent, & perderent omnem exercitum populi ac prouinciæ″oppugnantium ipſos, paruulos & mulieres, & ſpolia eorum diriperent:

12 ″Die vno in omnibus prouinciis regis Aחhaשſueróשs, nempe decima tertia menſis duodecimi: ipſe eſt menſis Adár.

13 ″Exemplar ſcripturæ erat″vt daretur lex in omnibus & ſingulis prouinciis manifeſta omnibus populis,″vt eſſent Iehudæi parati ad diem illum, ad vindicandum ſeſe de inimicis ſuis.

Gaudium & lætitia Iudæorum, ob edictū regis Aſſueri.

14 Curſores illi equitantes″animalia velociſſima, mulos, egreſſi ſunt accelerantes & feſtinantes ad verbum Regis, léxque illa data eſt in שSuשſán palatio.

15 Mordochái autem egreſſus eſt à cōſpectu Regis in veſte regali, hyacinthina & candida,″& *cum* corona aurea magna, & amictu byſſino & purpureo: ciuitáſque שSuשſán exultauit, ac lætata eſt.

16 Iehudæis fuit lux,″id eſt lætitia, & gaudium, & honor.

17 In omnibus quoque & ſingulis prouinciis, & in omnibus ac ſingulis ciuitatibus *ac* loco quò verbum Regis peruenit, *fuit* lætitia & gaudium Iehudæis, conuiuium & dies iucundus: & multi è populis terræ efficiebantur Iehudæi, quia″cecidit pauor Iehudæorum ſuper eos.

Cap. IX.

Interficiunt Iudæi inimicos ſuos.

1 DVodecimo igitur menſe (ipſe eſt menſis Adár) decima tertia die eiuſdem, qua peruenerat verbum Regis,″& lex eius vt fieret, eo *ſcilicet* die quo ſperabant inimici Iehudæorum dominari il-

7 Reſponditque rex Aſſuerus Eſther reginæ & Mardochæo Iudæo, Domū Aman conceſſi Eſther: & ipſum iuſſi affigi cruci, quia auſus eſt manum mittere in Iudæos.

8 Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet, ex Regis nomine, ſignātes literas annulo meo. Hæc enim cōſuetudo erat, vt epiſtolis quæ ex Regis nomine mittebātur, & illi⁹ annulo ſignatæ erāt, nemo auderet contradicere.

9 Accitiſque ſcribis & librariis Regis (erat autem tempus tertii menſis, qui appellatur Siban) viceſima & tertia die illius ſcriptæ ſunt epiſtolæ, vt Mardochæ⁹ voluerat, ad Iudæos & ad principes procuratoréſque & iudices, qui centum viginti ſeptem prouinciis ab India vſque ad AEthiopiam præſidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas ſuas, & Iudæis, prout legere poterant & audire. C

10 Ipſæque epiſtolæ quæ ex Regis nomine mittebantur, annulo ipſius obſignatæ ſunt, & miſſæ per veredarios: q per ōnes prouincias diſcurrētes, veteres literas nouis nūtiis præuenirēt:

11 Quibus imperauit Rex, vt cōuenirent Iudæos per ſingulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt ſtarent pro animabus ſuis, & omnes inimicos ſuos cum cōiugibus ac liberis & vniuerſis domibus interficerēt atque delerent.

12 Et conſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt tertia decima menſis duodecimi Adar.

13 Summáque epiſtolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Aſſueri ſubiacebant imperio, notum fieret, paratos eſſe Iudæos ad capiendam vindictam de hoſtibus ſuis.

14 Egreſſique ſunt veredarii celeres nūtia perferentes, & edictum Regis pependit in Suſan.

15 Mardochæus autē de palatio & cōſpectu Regis egrediēs, fulgebat veſtibus Regiis, hyacinthinis videlicet & aeriis, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio atque purpureo: omniſque ciuitas exultauit, atque lætata eſt.

16 Iudæis autē noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.

17 Apud omnes populos, vrbes atque prouincias, quocunque Regis præcepta veniebāt, mira exulatio, epulæ atque conuiuia, & feſtus dies: intantum vt plures alterius gentis & ſectæ, eorum religioni & cæremoniis iungerētur. grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaſerat.

Cap. IX.

1 IGitur duodecimi menſis (quem Adar vocari antè iam diximus) tertia decima die, quando cunctis Iudęis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Iudæi

---

8 Prout vobis videbitur, כטוב בעיניכם vt viſum vobis fuerit. Ad verbum, ſicut bonum *eſt* in oculis veſtris. Non licet reuocare. אין להשיב: Ad verbum, non ad reuocandum. 9 Tempore illo, בעת ההיא .i. mox, illico, tunc, illo ipſo tempore. Omnino vt præcepit ככל־אשר־צוה Ad verbum, iuxta omnia quæ præcepit. Centum, &c. שבע ועשרים וגו׳ Subaudiendum, ad principes inquam centum, &c. Iuxta ſcripturam earum, ככתבה Id eſt, characteribus quibus vti ſolent.

10 Velociſſima animalia, הרכש opes regias. id eſt animalia pretioſa, ſiue magni pretii. vel, animalia velociſſima. vnde dromedarios quidam verterunt. Mulos, האחשתרנים Doctus inter Hebræos dicit hanc vocem ſignificare animalia magna & honorabilia ex duobus generibus, equa & aſino. 11 Quòd Rex daret אשר נתן המלך Subaudiendum, Scripſit inquam Mardochæus quòd Rex daret, ſiue permitteret Iudæis, &c. Et ſtarent pro anima ſua, ולעמוד על־נפשם Hebraiſmus, tuerentur vitā ſuam, ac defenderent ſeſe. Oppugnantium הצרים tribulantium .i. qui ipſos inuaſerunt. vel, oppugnantes. vt referat omnem exercitum.

12 Die vno כיום אחד Subaudi, Vt ſtarent inquā pro anima ſua, ſiue tuerentur vitā ſuā die vno, nempe decimotertio. Verſus iſte pendet à principio verſus præcedentis, Scripſit quòd Rex daret, &c. 13 Exēplar ſcrip. פתשגן הכתב .i. ſumma literarum quas miſit, erat talis. Vt daretur lex להנתן דת vt poneretur decretū .i. vt promulgaretur lex, vel ferretur, nota omnibus populis. Vt eſſent ולהיות Hic ו redundat. 14 Animalia velociſſ. הרכש Vide ſuprà, verſu 10. 15 Et *cum* corona ועטרת Subauditur ב, in corona .i. redimitus corona aurea magna, & ornatus pallio byſſino & purpureo. 16 Id eſt lætitia, ושמחה Ad verbum, & lætitia. Hic ו pro Id eſt, poſitum: declarat quod dixerat lucem obortam Iudæis. 17 Cecidit pauor, &c. נפל פחד היהודים עליהם: .i. timebant ſibi à Iudæis.

IN CAPVT IX.

1 Et lex eius ודתו & decretum eius. vel, ordinatio.

ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſariis vindicare.

Congregatique ſunt per ſingulas ciuitates & oppida & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & perſequutores ſuos: nulliúſq; auſus eſt reſiſtere, eo quòd omnes populos magnitudinis eorũ formido penetrarat.

Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omniſque dignitas quæ ſingulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi:

Quem principẽ eſſe palatii, & plurimum poſſe cognouerãt. fama quoque
B nominis eius creſcebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

Itaque percuſſerũt Iudæi inimicos ſuos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod ſibi parauerãt facere.

Intantum vt etiam in Suſan quingentos viros interficerent, extra decẽ filios Aman Agagitæ hoſtis Iudæorũ: quorum iſta ſunt nomina,

Pharſandátha, & Delphon, & Eſphátha,

Et Phorátha, & Adaliá, & Aridátha,

Et Pherméſtha, & Ariſai, & Aridai, & Vaiezatha:

Quos quum occidiſſent, prædas de ſubſtantiis eorum agere noluerunt.

Statimque numerus eorũ qui occiſi erant in Suſan, ad Regẽ relatus eſt.

Qui dixit Reginæ, In vrbe Suſan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quãtum
C putas eos exercere cædem in vniuerſis prouinciis? quid vltrà poſtulas, & quid vis vt fieri iubeam?

Cui illa reſpondit, Si Regi placet, detur poteſtas Iudæis, vt ſicut fecerũt hodie in Suſan, ſic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis ſuſpẽdantur.

Præcepitque Rex vt ita fieret: ſtatimque in Suſan pepẽdit edictum, & decem filii Aman ſuſpenſi ſunt.

Congregatis Iudæis quartadecima die menſis Adar, interfecti ſunt in Suſan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta ſubſtantia eſt.

Sed & per õnes prouincias quæ ditioni Regis ſubiacebãt, pro animab⁹ ſuis ſteterũt Iudæi, interfectis hoſtib⁹
D ac perſequutoribus ſuis in tantum vt ſeptuagintaquinque millia occiſorũ implerentur, & nullus de ſubſtantiis eorum quicquam contingeret.

Dies autem tertiuſdecimus menſis Adar vnus apud õnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere deſierunt: quem conſtituerunt eſſe ſolennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis.

At ii qui in vrbe Suſan cædẽ exercuerant, tertiodecimo & quartadeci-

lis, (″& oppoſitũ fuit, quia dominati ſũt Iehudæi iis qui odio ipſos habebãt)

2 ″Congregauerunt ſe Iehudæi in vrbibus ſuis, in omnibus prouinciis Regis Aחhaשſueróשs, vt mitterent manum in inquirẽtes malum ipſorũ: ′& nemo ſtetit corã illis, quia ceciderat pauor eorum ſuper omnes populos.

3 Et omnes principes prouinciarum, ″& ſatrapæ, & duces, ′& facientes opus quod *erat* Regis, extollebant Iehudæos: quia ceciderat pauor Mordochái ſuper eos.

4 Magnus enim erat Mordochái in domo Regis, & fama eius′ibat per õnes prouincias: q̃a vir Mordochái″promouebat & creſcebat.

5 Percuſſerunt itaque Iehudæi omnes inimicos ſuos′plaga gladii, & occiſionis, & perditionis: ″& fecerunt in inimicis ſuis ſecundum voluntatem ſuam.

6 Præterea in שSuשſán regia occiderunt Iehudæi, & perdiderũt quingentos viros.

7 Parשſandátha item, & Dalphón, & Aסſpátha.

8 Et ′Porátha, & Adaliá, & Aridatha,

9 Et Parmaשſthá, & Ariסſái, & Aridái, & Vaizathá,

10 Decẽ filios Hamán filii Hammedátha hoſtis Iehudæorum occiderunt: ″ſed in prædam ipſam non miſerunt manum ſuam.

11 ″Die ipſa′venit numerus occiſorũ in שSuשſán regia corã Rege.

12 Dixítque Rex אEסthér reginæ, In שSuשſán regia occiderunt Iehudæi, & perdiderunt quingentos viros, & decem filios Hamán: in reliquis prouinciis ″Regis quid *putas* fecerunt? ′quænã ergo poſtulatio tua, & dabitur tibi? aut quæ petitio tua vltrà, & fiet?

13 Reſpondit אEסthér, Si Regi placet, ″detur etiam cras Iehudæis in שSuשſán vt faciant′ſecundum legem hodiernam, & decem filios Haman ſuſpendant in ligno.

14 Et præcepit Rex vt ſic fieret: ′data fuit itaque Lex in שSuשſán, & decem filios Hamán ſuſpenderunt.

Decẽ filii Aman ſuſpenduntur.

15 Congregati ſunt præterea Iehudæi qui erant in שSuשſán etiam die decimaquarta menſis Adár, & interfecerunt in שSuשſán trecentos viros: ſed in prædam non miſerunt manum ſuam.

16 Reliqui quoque Iehudæi qui erant in prouinciis Regis cõgregati ſunt, ″ſteterúntque pro anima ſua; ″& quieuerũt ab inimicis ſuis. interfecerunt autem de hoſtibus ſuis ſeptuagintaquinque millia, ″ſed in prædam non miſerunt manum ſuam:

17 ′Die decimotertio menſis Adár, & quieuerunt decimoquarto, die eiuſdem: ″fecerúntque eum diem conuiuii & lætitiæ.

Dies celebris inſtituitur in memoriam liberationis.

18 At Iehudæi qui erant in שSuשſán congregati ſunt ″decimater-

Et oppoſitũ fuit, ונהפוך Infinit.Heb pro, & conuerſum fuit. vel, & id in contrariũ verſum eſt. 2 Congregauerunt ſe נקהלו Iſtud dependet à principio ſuperioris verſus. Et nemo ſtetit coram, &c. ואיש לא־עמד וגו׳ .i. nemo illis reſiſtere potuit: quia omnes Gentes timebant ſibi à Iudæis. 3 Et ſatrapæ, והאחשדרפנים Doctus inter Hebræos interpretatur principes magnos qui iugiter manent apud Regem, & eius vident faciem. Eſtque dictio compoſita ex אחש quod Chaldaicè magnum ſignificat: & דר manere, & פנים facies. Et facientes opus quod *erat* Regis, ועושי המלאכה אשר למלך .i. procuratores regii, ſiue negotiorum regiorum, qui res Regis tractabant.

4 Ibat הולך volitabat. vagabatur. diſcurrebat. Promouebat & creſcebat. הולך וגדול: Adverbũ, ibat & magnus fiebat. Infinit. Heb. pro præt. 5 Plaga gladii, מכת חרב Ad verbũ, percuſſione gladii. Et fecerunt, &c. ויעשו וגו׳ & tractauerunt inimicos ſuos pro voluntate ſua. 10 Sed in prædam, &c. ובבזה וגו׳ .i. bona eorũ non diripuerunt. 11 Die ipſa ביום ההוא Eodem die. i. Mox relatus fuit ad Regem numerus eorum qui interfecti fuerant in Suſan. Venit numerus בא מספר Hebraiſmus, pro ei innotuit, ſiue relatus fuit ad Regem. 12 Regis המלך .i. meis. de ſe loquitur in tertia perſona. Quænam ergo poſtul. tua, ומה שאלתך q.d. & tamen ſi iſtud tibi non ſatiſfacit, pete quicquid vltrà volueris, & dabo tibi. 13 Detur ינתן permittatur. concedatur. Secundum legem hodiernam, כדת היום ſecundum ritum huius diei. i. liceat quoque Iudæis interficere hoſtes ſuos die craſtina ſicut fecerunt hodie.

14 Data fuit itaque lex ותנתן דת .i. promulgatum fuit edictum. 16 Steterúntque pro anima ſua, ועמוד על־נפשם Hebraiſmus, defenderunt ſeſe. Infinit. Heb. pro præt. Et quieuerũt ונוח i. licuit illis quieſcere. Sed in prædã ובבזה .i. abſtinuerunt ab omni præda.

17 Die decimotertio ביום־שלושה עשר Principium huius verſus pendet à præcedenti verſu, Interfecerunt inquam decimotertio die. &c. Aut ו in ועמוד & ונוח præcedẽtis verſus verti debet per Vt, hoc modo, vt ſtarẽt pro anima ſua, & quieſcerẽt ab inimicis ſuis: & interfecerũt. &c.

Feceruntq; eum ועשוה אותו Infinit. Heb. pro præt. i. eo die cõuiuia celebrarũt cũ ingẽti lætitia. Vide paulo pòſt, verſu 18. 19: itẽ 22, vbi præcipit Mardochæus, diem iſtum quotannis celebrari. 18 Decimatertia eiuſdem בשלושה עשר בו Duobus diebus licuit Iudæis in Suſan interficere inimicos ſuos, nempe XIII & XIIII menſis duodecimi.

tia eiuſdem, atque quartodecimo eiuſdem: quîeuerūt verò decimaquinta eiuſdem, fecerúntque eum diem conuiuii & lætitiæ.

19 Iccirco Iehudæi villici qui habitant in vrbibus non muratis, faciunt diem decimumquartum menſis Adár, *diem* lætitiæ & conuiuii,″& diem feſtū, & miſſionis partium, quiſque proximo ſuo.

20 Scripſit itaque Mordochái ′verba hæc, miſítque literas ad omnes Iehudæos qui erant in vniuerſis prouinciis Regis Anhaשׂſueróשׂs,″propinquos & remotos:

21 Statuendo illis vt facerent diem decimumquartum menſis Adár, atque decimumquintum eiuſdem per ſingulos annos,

22 ″Iuxta dies illos in quibus″quieuerant Iehudæi ab inimicis ſuis, & mēſem illū qui cōuerſus fuerat illis à mœrore in lætitiã, & à luctu in diem″bonū:″vt facerent illos, dies cōuiuii & gaudii, & miſſionis particularū quiſque proximo ſuo, & donorū pauperibus.

23 Receperūt verò Iehudæi″ſeſe facturos quod inceperāt, quódque ſcripſerat Mordochái ad ipſos:

24 ′Quoniã Hamán filius Hammedátha Agagites hoſtis Iehudæorum cogitauerat contra Iehudæos perdere illos,″& iecerat pur (id eſt ſortem) vt contereret eos, & perderet eos.

25 ″Quum autem illa ingreſſa eſſet in conſpectum Regis,″dixit Rex cum epiſtola, Conuertatur″cogitatio eius mala quam cogitauit contra Iehudæos, in caput eius: ſuſpendant quoque eum, & filios eius in ligno.

26 Propterea′vocauerunt dies iſtos purim″de nomine pur. idcirco″propter omnia verba epiſtolæ huius, & id quod viderunt″ſuper hoc, & id quod′peruenit ad eos,

27 Statuerunt, ac receperūt Iehudæi″ſuper ſe & ſuper ſemen ſuum & ſuper omnes″adiunctos illis, ′neque præteribit, ſe celebraturos duos dies illos″iuxta ſcripturam eorum, & iuxta tempus eorum, ſingulis annis.

28 Præterea dies iſti *erunt*″memorabiles & ſolennes in omni generatione & generatione, familia & familia, prouincia & prouincia, & vrbe & vrbe: iſti inquã dies purim″nō tranſibūt è medio Iehudæorum, & memoria illorum non deſinet à ſemine eorum.

29 Scripſit autem ℵEſthér regina filia Abinháil, & Mordochái Iehudæus″omni fortitudine,′vt cōfirmaret epiſtolam purim iſtam ſecundam.

30 Et miſit epiſtolas ad omnes Iehudæos, ad centum viginti ſeptem prouincias regni Anhaשׂſueróשׂs,′verbis pacis & veritatis:

mo die eiuſdē menſis in cæde verſati ſūt: quintodecimo autē die percutere deſierūt. Et idcirco eundē diē cōſtituerunt ſolennem epularū atque lætitiæ

Hi verò Iudæi qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quartumdecimum diem menſis Adar conuiuiorum & gaudii decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant ſibi mutuò partes epularum & ciborum.

Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Iudæos qui in omnibꝰ Regis prouinciis morabātur, tam in vicino poſitis, quàm procul.

Vt quartamdecimam & quintamdecimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & reuertente ſemper anno ſolenni celebrarent honore: E

Quia in ipſis diebus ſe vlti ſunt Iudæi de inimicis ſuis, & luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiúmque conuerſi ſunt: eſſéntque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterent ſibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur.

Suſceperúntque Iudæi in ſolēnem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperāt, & quæ Mardochæus literis facienda mandauerat:

Amã enim filius Amadathi ſtirpis Agag, hoſtis & aduerſarius Iudæorū, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atq; deleret: & miſit phur, quod noſtra lingua vertitur in ſortē. Suprà 3.b.7

Et poſtea ingreſſa eſt Eſther ad Regem, obſecrans vt conatus eius, literis Regis irriti fierent: & malū quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius: denique & ipſum & filios eius affixerunt cruci. F

Atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt phurim, id eſt ſortium: eo quòd phur, id eſt ſors, in vrnam miſſa fuerit. & cūcta quæ geſta ſūt, epiſtolę, id eſt libri huius volumine cōtinētur:

Quæque ſuſtinuerunt, & quæ deinceps immutata ſunt, ſuſceperūt Iudęi ſuper ſe & ſemen ſuū, & ſuper cūctos qui religioni eorū voluerūt copulari, vt nulli liceat duos hos dies abſque ſolennitate trāſigere quos ſcriptura teſtatur, & cætera expetunt tempora annis ſibi iugiter ſuccedentibus.

Iſti ſunt dies quos nulla vnquã delebit obliuio: & per ſingulas generationes cūctæ in toto orbe prouincię celebrabūt: nec eſt vlla ciuitas in qua dies phurim, id eſt ſortium, nō obſeruentur à Iudæis, & ab eorū progenie, quæ his cæremoniis obligata eſt. G

Scripſerūtq; Eſther Regina filia Abibáil & Mardochæus Iudæus etiam ſecundam epiſtolam, vt omni ſtudio dies iſta ſolnis ſanciretur in poſterū.

Et miſerunt ad omnes Iudæos qui in centū viginti ſeptē prouinciis Regis Aſſueri verſabantur, vt haberent pacem, & ſuſciperent veritatem,

19 Et diem feſtum, ויום טוב Ad verbum, & diem bonum. Nos etiam vocamus diem feſtum *Vng bon iour*. i. decimumquartum diem cum lætitia & conuiuiis diem feſtū agunt, mittentes munera ſiue particulas cibariorum amicis ſuis. 20 Verba hæc, את־הדברים האלה .i. quæ hactenus geſta ſunt. Hinc colligunt Iudæi Mardochæum huius libri authorem eſſe. Propinquos & remotos: הקרובים והרחוקים: qui procul ac propè habitabant. 22 Iuxta dies כימים .i. iuxta numerū dierum illorū. Quieuerant נחו .i. quietem ſibi parauerant. Bonum: טוב .i. feſtum & iucundum. Vt facerent illos, &c. לעשות אותם וגו׳ .i. hos dies celebrarent cum lætitia, agitando cōuiuia, & in illis mittendo particulas cibariorum ad amicos ſuos, & munera pauperibus. 23 Seſe facturos quod inceperant, את אשר־החלו לעשות Ad verbum, quod inceperant ad faciendum. Ordinē turbatum repoſuit interpres noſter. 24 Quoniam Haman, כי המן Reddidit rationem cur celebrati ſint hi dies à Iudæis. Et iecerat pur, והפיל פור .i. miſſis ſortibus delegerat diem in quo perderet omnes Iudæos. 25 Dixit cum epiſtola, אמר עם הספר .i. præcepit Rex adiecta epiſtola. Cogitatio eius מחשבתו machinatio eius. 26 Vocauerunt dies iſtos קראו לימים האלה vocare ſolent dies iſtos, nempe XIIII. & XV. De nomine pur: על־שם הפור .i. nomenclatura deducta à pur, quod lingua Perſica ſignificat ſortē: Propter omnia verba, &c. על כל־דברי וגו׳ .i. propter omnia quæ in hac epiſtola narrātur geſta eſſe. Super hoc, על־ככה .i. præter id quod Iudæi viderunt quū hæc gererentur. Peruenit ad eos. הגיע הלאיהם: ſub. rumore. 27 Super ſe, & ſuper ſemē ſuū עליהם ועל־זרעם .i. pro ſe & pro ſemine ſuo. Adiūctos illis, הנלוים עליהם .i. qui erāt adiuncturi ſeſe illis: hoc eſt religioni & cultui illorum De proſelytis loquitur. Neque præteribit, ולא יעבור .i. ſtatuto irreuocabili. Iuxta ſcripturam eorū, &c. ככתבם וגו׳ .i. & lecturos lingua Hebraica illam epiſtolam, idque ſuo tempore. 28 Memorabiles & ſolenn. נזכרים ונעשים Ad verbū, memorati & facti. i. memorabuntur & celebrabūtur per omnes & ſingulas ætates, cognationes, prouincias, ſiue ſatrapias, & vrbes. Non tranſibunt לא יעברו non præteribunt. i. perpetuò celebrabuntur à Iudæis. 29 Omni fortitudine, את־כל־תוקף pro viribus. vel, omni ſtudio, & ſumma authoritate. Vt confirmaret, &c. לקים את אגרת הפורים .i. vt ratam & approbatã redderet epiſtolã ſcriptam de ſortibus hac ſecunda vice. Quidam Hebræorū ſcribunt Iudæos aliquando intermiſiſſe celebrare hos dies: & ideo Eſther & Mardochæum denuo ſcripſiſſe vt confirmarent epiſtolam de ſortibus ſcriptam, vt celebrarent dies illos. Verbis pacis & veritatis: דברי שלום ואמת: .i. plenas humanitatis & veritatis. hoc eſt humanas & veras. Verſus iſte pendet à ſuperiori.

Obſeruantes dies ſortium,& ſuo tẽpore cum gaudio celebrarẽt: ſicut cõſtituerãt Mardochæus & Eſther,& illi obſeruanda ſuſceperunt à ſe & à ſemine ſuo ieiunia & clamores: 31

Et ſortium dies, & omnia quæ libri huius, qui vocatur Eſther, hiſtoria continentur. 32

Cap. X.

REx verò Aſſuerus omnem terrã, & cunctas maris inſulas fecit tributarias. 1

Cuius fortitudo & imperium,& dignitas atque ſublimitas, qua exaltauit Mardochæũ, ſcripta ſunt in libris Medorum atque Perſarum: 2

Et quomodo Mardochæus Iudaici generis ſecundus à Rege Aſſuero fuerit,& magnus inter Iudæos, & acceptabilis plebi fratrũ ſuorum, quærẽs bona populo ſuo, & loquens ea quæ ad pacem ſeminis ſui pertinerent. 3 B

31 'Vt confirmarent dies ſortium iſtos'temporibus ſuis,quemadmodum iniunxit illis Mordochái Iehudæus & אEסſthér regina, & quemadmodum"receperunt ſuper animã ſuam,& ſuper ſemen ſuum"ieiunia & clamorem ſuum.

32 Et ſermo אEסſthér 'confirmauit verba iſta ſortium, & ſcriptus eſt in libro.

Cap. X.

1 POrrò impoſuit Rex Anhaשſueróשs tributum ſuper terram, & inſulas maris.

2 'Omne autem opus fortitudinis eius ac potentiæ eius,'& expoſitio magnitudinis Mordochái,"quem magnificauit Rex, nónne ſcripta ſunt'in libro verborum dierum Regum Madái & Paráסs?

3 Mordochái enim Iehudæus fuit ſecũdus à Rege Anhaשſueróשs, & magnus apud Iehudæos,& acceptus multitudini fratrum ſuorum, 'quærens bonum populo ſuo, & loquens pacem omni ſemini ſuo.

31 Vt confirmarent לקיים Vt approbarent. id eſt vt celebrandos ſuſciperent. Temporibus ſuis, בזמניהם .i.quandiu viuerent. Receperũt ſuper animã ſuam & ſuper ſemen ſ. קימו על־נפשם ועל־זרעם .i.polliciti ſunt pro ſe & pro ſemine ſuo. Ieiunia דברי הצומות Subaudiendum aliquid,nempe ſe obſeruaturos ieiunia. Ad verbum,verba ieiuniorum.i.ieiunium & preces illas quæ ſolent fieri illis diebus.

32 Confirmauit קים approbauit.i.inſtituit hos dies ſortium:& ſermo illeſiue inſtitutio illa ſcripta fuit in annalibus.

IN CAPVT X.

2 Omne autem opus fortitudinis eius ac potentiæ eius, וכל־מעשה תקפו וגבורתו Hebraiſmus,Quicquid fortiter ac potenter geſſit. Et expoſitio ופרשת & declaratio. Quem magnificauit Rex, אשר גדלו המלך qua magnificauit eum Rex. i.reddidit eum magnum: hoc eſt,ad ſummas dignitates extulit. In libro verborum dierum על־ספר דברי הימים .i.in libro annalium,in annalibus & diariis.

3 Quærens bonum,&c. דורש טוב לעמו וגו' Hebraiſmus,ſtudens commodo & vtilitati populi ſui,comitérque alloquens omnes populares ſuos. Quidam legunt,loquens pacem omni ſemini eius,nempe populi.hoc eſt,comiter alloquẽs omnes ſuos populares & familiares ex populo ſuo. Quærere bonum alicuius,phraſi Hebraica,eſt ſtudere commodis eius.

Hieronymi verba his literis & verſibus longioribus ſignificamus,de veteri ſua tralatione loquentis.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi: hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione uulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur:& interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta conſuetudinẽ noſtram obelo,id eſt ueru,prænotauimus.

VETVS.

Dixitque Mardochæus,A Deo facta ſunt iſta. 4

Recordatus ſum ſomnii quod videram, hæc eadẽ ſignificãtis: nec eorum quicquam irritum fuit. 5

Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem ſolémque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit, Eſther eſt,quam Rex accepit vxorem, & voluit eſſe Reginam. 6

Duo autem dracones, ego ſum & Aman. 7

Gentes quæ cõuenerant,ii ſunt qui conati ſunt delere nomen Iudæorũ. 8

Gens autem mea,Iſrael eſt,quæ clamauit ad Dominum, & ſaluum fecit Dominus populum ſuũ:liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit ſigna magna atque portenta inter Gẽtes: 9

Et duas ſortes eſſe pręcepit: vnam populi Dei,& alteram cunctarũ Gentium. 10

Venitque vtraque ſors in ſtatutum ex illo iam tempore diem corã Deo vniuerſis gentibus: 11

Et recordatus eſt Dominus populi ſui,ac miſertus eſt hæreditatis ſuæ. 12

NOVA E GRAECO TRALATIO.

4 Tum Mardochæus,A Deo facta ſunt hæc,inquit.

5 'Venit enim mihi in mentem ſomnii quod ſuper his rebus videram,"quarum quidem nihil planè fuit prætermiſſum.

6 'Exiguus ille fons qui creuit in fluuiũ, atque in lucem ſolémque conuerſus eſt, & in vim aquarum redundauit, Eſther inquã ille fluuius,quam Rex duxit vxorem,Reginámque conſtituit.

Somnii Mardochæi enarratio.

7 Duo verò dracones,ego & Aman ſumus.

8 Gentes autem ſunt,quæ ad delendum nomen Iudæorum conuenerunt.

9 Mea verò gens, Iſraelitæ, qui ad Dominum clamauerunt, & ſeruati ſunt,& conſeruauit Dominus populum ſuum,Dominus nos ex omnibus iſtis malis eripuit: Deus edidit ea ſigna & miracula quæ nunquam alias inter Gentes extiterunt.

10 'Itaque duas conſtituit ſortes,vnam populo Dei,alterã omnibus Gentibus.

11 Hæ ambæ ſortes ad horam,tempus,"diémque iudicii corã Deo inter omnes gentes euenerunt.

12 Et recordatus eſt Deus populi ſui,"atque hæreditatem ſuam aſſeruit.

5 Venit enim mihi in mentem ſomnii ἐμνήσθην γὰρ περὶ τοῦ ἐνυπνίου. recordatus enim ſum ſomnii. Quarum quidem nihil planè fuit præter. οὐδὲ γὰρ παρῆλθεν ἀπ' αὐτῶν λόγος. neque enim præteriit ab eis verbum. Quidam ita vertunt, quarum nihil quicquam cecidit ad irritum: vt nihil fuerit irritum eorum quæ ei in ſomno viſa fuerunt. Itaque his verbis ſignificat certiſſimo earum rerum omnium euentu ſomnium illud comprobatum fuiſſe. 6 Exiguus ille fons qui creuit in fluuium, ἡ μικρὰ πηγὴ ἐγένετο ποταμός. paruus fons factus eſt fluuius.i.euaſit,aut excreuit in fluuium.Eadem loquendi forma ſequitur,καὶ ἦν φῶς καὶ ἥλιος καὶ ὕδωρ πολύ. & erat lux & ſol & aqua multa.

10 Itaque duas conſtituit ſortes,διὰ τοῦτο ἐποίησε κλήρους δύο. propter hoc fecit ſortes duas. Quidam,Nempe duas ſortes cõſtituit.ſed particula apud Græcos vim inferendi magis ſignificat, cauſámque notat. Significant autem hæ duæ ſortes,duas conditiones à Deo conſtitutas, vnam populi Dei,alteram Gentium impiarum,quarũ diuerſus exitus extitit. 11 Diémque iudicii corã Deo καὶ εἰς ἡμέραν κρίσεως ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.& ad diem iudicii coram Deo. Quidam ita reddũt,in ſtatutum ex illo iam tempore diem.ſed ego malo certum ac conſtitutum tempus intelligi quo Dominus iudicium editurus erat,in quo ſalutem populi ſui cum exitio hoſtium coniungeret.

12 Atque hæreditatem ſuam aſſeruit.καὶ ἐδικαίωσε τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. & iuſtificauit hæreditatem ſuam. Quidam vertunt, & miſertus

eſt hæreditatis ſuæ. Sed verbum Græcum hoc loco magis pro Aſſerere ac vindicare accipiendũ videtur, aut etiam pro Approbare: qua ſignificatione verbum Iuſtificare in Scriptura accipitur: vt ita Deus Iſraelem, ſuum populum eſſe atque hæreditatem declararit, neque ab hoſtibus deleri paſſus fuerit.

13 ʹItaque ſolennes erunt iſti dies, menſis Adar decima quarta die, eiuſdémque decima quinta, cum celebritate, lætitia, iucunditatéque coram Deo in populo ipſius, omnibus ſeculorũ ætatibus.

Cap. XI.

1 ANno quarto Regis Ptolemæi & Cleopatræ, Doſitheus qui ſe Sacerdotẽ ac Leuitam ferebat, eiúſque filius Ptolemæus, ʹhanc epiſtolam phurim prodiderunt, quam aiebant interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium Hieroſolymitanum.

Hoc quoque principium erat in editione uulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretum.

Somnium Mardochæi.

2 Anno regni illius magni Artaxerxis ſecũdo, prima die mẽſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Iari, filii Semei, filii Cis de tribus Beniamin:

3 Homo Iudæus in vrbe Suſis habitãs, ſummúſque vir, ʹmunus gerens in aula regia.

4 Erat autem conſors eius captiuitatis quam rex Babylonis Nabuchodonoſor Hieroſolymis cum Iechonia deduxerat.

5 Hoc autem fuit eius ſomnium, ʹEcce vox tumultuoſa cum tonitruis, ac terræmotu, in ipſáque terra perturbatio,

6 Ecce duo immanes dracones ad concertandũ parati prodierũt.

7 Fuit autem maximus eorum clamor, quo omnis gens ʹad bellum genti iuſtorum inferendum exciretur.

8 ʹRepentéque tenebroſa dies & caliginoſa extitit: calamitas itẽ & anguſtia, afflictio, magnáque ſuper terram perturbatio.

9 Conturbata itaque omnis gens mala, ſibi metuens, quũ ſe iam ad exitium comparaſſet, ad Deum clamorem ſuſtulit.

10 Præ quo clamore ingens velut paruo è fonte fluuius, & magna vis aquarum promanauit.

11 Lux ac ſol effulſit, & humiles ſunt exaltati, ʹgloriáque illuſtres abſorbuerunt.

12 Hoc ſomnium, ʹcõſiliúmque Dei ſibi repræſentatum Mardochæus experrectus ʹin animo ſuo recondidit, ídque omni ratione cognoſcere voluit, donec nox aduenisſet.

Cap. XII.

Mardochæus ſecũdò inſidias Artaxerxi ſtructas denudat.

1 AʹGebat autem eo tempore Mardochæus in regia cum Bagatha & Thara, duobus regiis eunuchis aulæ cuſtodibus.

2 Et intellexit eorũ ʹconſilia, ſtudiáque explorauit atque didicit, quemadmodum regi Artaxerxi manus afferre conarẽtur, ʹeóſque ad Regem detulit.

13 Et obſeruabuntur dies iſti in menſe Adar, quartadecima & quintadecima die eiuſdem mẽſis, cum omni ſtudio & gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

Cap. XI.

1 ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Doſitheus qui ſe Sacerdotem & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epiſtolã phurim, quã dixerunt interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium in Ieruſalem.

B

2 Anno ſecundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Iari filii |Semei, filii Cis de tribu Bẽiamin: Suprà 2.a.5

3 Homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Suſis, vir magnus, & inter primos aulæ Regiæ.

4 Erat autem de eo numero captiuorum quos tranſtulerat |Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieruſalẽ cum Iechonia Rege Iuda: 4.Reg.24.d.15 iere.24.a.1

C

5 Et hoc eius ſomniũ fuit, Apparuerũt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotꝰ, & cõturbatio ſuper terrã.

6 Et ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium.

7 Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum.

8 Fuitque dies illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram.

9 Conturbatáque eſt gens iuſtorum timentium mala ſua, & præparata ad mortem. D

10 Clamauerúntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.

11 Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos.

12 Quod quum vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſſet de ſtrato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo, ſcire cupiens quid ſignificaret ſomnium.

Cap. XII.

1 MOrabatur autẽ eo tempore in aula Regis cũ Bagatha & Thara eunuchis Regis, qui ianitores erãt palatii.

2 |Quúmque intellexiſſet cogitationes eorum, & curas diligentius peruidiſſet, didicit quòd conarentur in Regem Artaxerxem manus mittere, & nuntiauit ſuper eo Regi. Suprà 2.d.21. 6.a.2

B

13 Itaque ſolennes erunt iſti dies cum celebritate, καὶ ἔσονται αὐτοῖς αἱ ἡμέραι μετὰ συναγωγῆς. Et erunt eis dies cum cœtu. i. celebrabuntur maxima frequentia populi & lætitia ad memoriam tantorum beneficiorum Dei recolendam.

IN CAPVT XI.

1 Hanc epiſtolam phurim prodiderunt, εἰσήνεγκαν τὴν προκειμένην ἐπιστολήν. attulit propoſitam epiſtolam. id eſt, in lucem protulit ac publicauit. 3 Munus gerens in aula regia. θεραπευτὴς ὢν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως. qui erat miniſter in aula Regis. qui miniſtrabat Regi in aula, muneréque aulico fungebatur. 5 Ecce vox tumultuoſa καὶ ἰδοὺ φωνὴ θορύβου. ecce vox tumultus. i. ſonus tumultuoſus ac turbulentus. 7 Ad bellum exciretur. ἡτοιμάσθη εἰς πόλεμον. parata eſt ad bellum. id eſt, excitata ad bellum populo iuſto ac ſancto inferendum. 8 Repentéque tenebroſa dies καὶ ἰδοὺ ἡμέρα σκότους. Ecce dies tenebrarum. Particula Ecce, ſubitã neque expectatam diei commutationem atque obſcuritatem ſignificat. 11 Gloriáque illuſtres abſorbuerunt. καὶ κατέφαγον τοὺς ἐνδόξους. & deuorauerunt inclytos. Quidam ſuperbos vertunt: nec malè, ſi ad ſenſum referas. Sed ἔνδοξοι propriè dicuntur qui gloria excellunt: vt huiuſmodi homines ſignificet ab his qui humiles erant atque obſcuri, obſcuratos atque extinctos.

12 Conſiliúmque Dei καὶ τί ὁ Θεὸς βεβούλευται ποιῆσαι. & quid Deus deliberaret [aut, ſtatueret] facere. aut, decreuiſſet. vt certũ Dei conſilium decretúmque ſignificet in ſomno repræſentatum. In animo ſuo recondidit, εἶχεν ἐν τῇ καρδίᾳ. habuit in corde. i. animo ſuo repoſitum cuſtodiuit, illudque diligenter quale eſſet, & quid ſignificaret, conſiderauit.

IN CAPVT XII.

1 Agebant autem in regia ἡσύχαζεν ἐν τῇ αὐλῇ. morabatur ac diuerſabatur in aula, vt miniſter aulicus. 2 Conſilia ſtudiáque τοὺς λογισμοὺς καὶ τὰς μερίμνας. cogitationes & curas. i. nefaria eorum conſilia, anxiè ſuſcepta atque agitata de Rege interficiendo.

Eóſque ad Regem detulit. καὶ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν. & indicauit Regi de ipſis.

Qui de vtroque habita quæſtione, confeſſos iuſſit duci ad mortem.

Ille itaque quum habita quæſtione de duobus eunuchis confeſſionem extorſiſſet, vtrunque laqueo ſuffocandum curauit.

C Rex autem quod geſtum erat, ſcripſit in cōmẽtariis: ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. 4

4 Atque in cōmentarios quod geſtum erat, retulit, Mardochæus quoque eam hiſtoriam monumentis prodidit.

Præcepitque ei Rex, vt in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus. 5

5 Iuſſit autem Rex Mardochæum fungi munere aulico, eúmque pro delatione donis ornauit.

D Amã verò filius Amadathi Bugæus erat glorioſiſſimus coram Rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius, pro duobus eunuchis Regis qui fuerant interfecti. 6

6 Tum Aman Amadathu filius Bugæus, qui illuſtrem honoris locum apud Regem obtinebat, Mardochæo eiúſque populo propter duos eunuchos perniciem machinabatur. Hoc autem erat exemplum epiſtolæ.

Hucuſque proœmium.

Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant ubi ſcriptum eſt in uolumine, Et diripuerũt bona, uel ſubſtantias eorũ. Quæ in ſola uulgata editione reperimus.

Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit,

Exemplar epiſtolæ Artaxerxis cõtra Iudæos, pertinens ad hiſtoriam tertii capitis.

Cap. XIII.

Rex maximus Artaxerxes ab India vſque AEthiopiam, centum vigintiſeptem prouinciarum principibus & ducibus qui eius imperio ſubiecti ſunt, ſalutem. 1

Cap. XIII.

1 HAEc ſcribit Rex magnus Artaxerxes, centum viginti ſeptem prouinciarum ab India ad AEthiopiam vſque principibus ac præſidibus qui imperio ſuo ſubiecti ſunt:

Quum plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum orbẽ meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clemẽtia & lenitate gubernare ſubiectos: vt abſque vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. 2

2 Quum dominio multarum gentium, imperióque totius orbis potitus eſſem, nolui meipſum confidentia meæ poteſtatis inſolentius efferre, ſed clementius mitiúſque eos qui mihi ſubiecti ſunt, gubernans, in vita eos perpetuò tranquilla collocare, vt regnum mihi redderem ad extremos vſque fines quietũ ac peruiũ, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem.

Quærente autem me à conſiliariis meis quomodo poſſet hoc impleri, vnus qui ſapiẽtia & fide cæteros præcellebat, & erat poſt Regem ſecundus, Aman nomine, 3

3 Cæterùm quũ ego à conſiliariis meis quæſiuiſſem quomodo hoc ad finem perduci poſſet, vir apud nos ſapientia præſtantiſſimus, deinde conſtanti beneuolentia, firmáque fide probatiſſimus, atque ſecundum regni honorem adeptus, Aman,

Indicauit mihi, in toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & cõtra omniũ gentium conſuetudinem faciens, Regum iuſſa contemneret, & vniuerſarum concordiam nationũ ſua diſſenſione violaret. 4

4 Nobis indicauit, omnibus per orbem nationibus permiſtum eſſe populum quendam inimicũ, legibus omnium gentium aduerſarium, qui Regum iuſſa aſſiduè ſperneret, vt iam conſtitutum à nobis imperium non poſſit inoffenſum ſtatum obtinere.

Quod quum didiciſſemus, vidẽtes vnam gentem rebellem aduerſus omne hominũ genus peruerſis vti legibus, noſtriſque iuſſionib⁹ cõtraire, 5

5 Quum igitur accepiſſemus hanc vnam eſſe gentem in eo poſitam vt ſemper aduerſetur hominibus, rationéque legum peregrina, res noſtras commutantem,

3 Habita quæſtione de duobus eunuchis καὶ ἐξήτασεν τοὺς δύο εὐνούχους. ambos eunuchos torſit atque cruciauit, vt confeſſionẽ ſuſcepti ſceleris ab illis exprimeret. Hoc enim ſignificat ἐξετάζειν hoc loco. Vtrunque laqueo ſuffocandũ curauit. ἀπήγχθησαν. ſuſpenſi fuerunt. à verbo ἀπάγχομαι, quod ſuffocari ſtrangularique ſignificat, laqueóque vitam finire: quo genere ſupplicii ii afficiuntur qui ſuſpenſi ſuffocantur. 4 Atque in commentarios quod geſtum erat, ret. καὶ ἔγραψεν τοὺς λόγους τούτους εἰς μνημόσυνον. & ſcripſit ſermones hos in commentario. i. in eo libro in quem acta publica referebantur. ita enim dicitur μνημόσυνον, aut ὑπόμνημα, cõmentarius memoriæ cauſa cõparatus. λόγοι autem, ſiue ſermones Hebræis pro rebus accipiuntur. 5 Eumque pro delatione donis ornauit. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δόματα περὶ τούτου. & dedit ei dona propter hoc. id eſt, præmia indicii eiúſque maleficii delati ei tribuit.

6 Qui illuſtrem apud Regem honoris locum obtinebat. ἔνδοξος ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. inclytus coram Rege, ſummo, in honore atque gloria apud Regem. Mardochæo eiúſque populo perniciem machinabatur. καὶ ἐζήτησε κακοποιῆσαι Μαρδοχαῖον καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. quærebat malum inferre [aut, dare] Mardochæo eiúſque genti. id eſt, exitium illis moliebatur, vt necem duorum eunuchorum vlciſceretur.

IN CAPVT XIII.

1 Ac præſidibus, καὶ τοπάρχαις. & præfectis locorum, ac præſidibus qui prouinciis præerant. qui ἁρμοσταὶ etiam appellantur. i. gubernatores prouinciarum. 2 Clementius mitiúſque gubernans, ἐπιεικέστερον καὶ μετ᾽ ἠπιότητος διεξάγων. clementius & cum lenitate ac manſuetudine tractans eos qui meo imperio ſubiecti ſunt. Quibus verbis ſignificat imperium moderatum & non tyrannicum.

3 Quomodo hoc ad finẽ perduci poſſet, πῶς ἂν ἀχθείη τοῦτο ἐπὶ πέρας. quomodo duceretur hoc ad finẽ, id eſt impleretur ac perficeretur. Vir apud nos ſapientia præſtantiſſimus, ὁ σωφροσύνῃ παρ᾽ ἡμῖν διαπρέψας. ſapientia apud nos excellens. à verbo διαπρέπειν, quod præſtantiam excellentiámque virtutis alicuius ſignificat. Conſtanti beneuolentia, ἐν τῇ εὐνοίᾳ ἀπαραλλάκτῳ. beneuolentia immutabili, id eſt ἀμεταθέτῳ, firma & ſtabili, cuiuſmodi in vera amicitia requiritur. Secundum regni honorem adeptus, δεύτερον τῶν βασιλειῶν γέρας ἀπενηνεγμένος. ſecundum regni præmium [id eſt honorem] tulit. aut, obtinuit.

4 Legibus omnium gentium aduerſarium, τοῖς νόμοις ἀντίθετον πρὸς πᾶν ἔθνος. legibus contrarium apud omnem gentem. id eſt ἐναντίον diſſidentémque ab inſtitutis ac moribus cæterarum omnium gentium. Hæc enim legum diſcrepantia vehementer Gentes offendebat. Imperiũ nõ poſſit inoffenſum ſtatũ obtinere. πρὸς τὸ μὴ κατατίθεσθαι ἀμέμπτως συναρχίαν. vt nõ deducatur ſine defectu principatus, vel potius ſine offenſione hominum & querela. Aduerbiũ enim eſt à verbo μέμφομαι, quod queri ſignificat aut conqueri. Hinc ἀμέμπτως κατευθυνόμενον, quod ita eſt rectè cõſtitutum, vt omni crimine querelâque careat. 5 In eo poſitam, vt ſemper aduerſetur hominibus, ἔθνος ἐν ἀντιπαραγωγῇ παντὶ διὰ παντὸς ἀνθρώπῳ κείμενον. gentem in rebellione omni ſemper homini poſitam.

′ab eíſque diſſidentem grauiſſima deſignare mala, vt regnum noſtrum ſtabilitatem ſuam non obtineat:

6 Mandauimus vt quicunque literis Aman, qui rerum adminiſtrationi præfectus eſt, & à nobis ſecundus, ſignificati vobis fuerint, vnà cum vxoribus ac liberis omnes hoſtilibus gladiis citra vllam miſericordiam & veniã″extirpentur radicitus, decimaquarta die menſis duodecimi Adar, anni præſentis.

7 Vt homines iampridem & etiamnũ inimici, violenter ad inferos demiſſi, in poſterum quietas nobis & tranquillas omnino res exhibeant.

Hucuſque exemplar epiſtolæ.

Quæ ſequuntur, poſt eum locum ſcripta reperi, ubi legitur, Pergénſque Mardochæus, *fecit omnia quæ ei mãdauerat* Eſther. *Nec tamen habentur in* Hebraico, *& apud nullum penitus feruntur interpretum.*

Oratio Mardochæi pertinens ad hiſtoriam quarti capitis.

8 Mardochæus autem Dominum precatus eſt, atque omnia eius opera in memoriam reuocans,

9 Domine Domine Rex omnipotẽs, inquit, in poteſtate tua ſũt omnia: neque eſt qui tibi reſiſtat, ſi tu volueris cõſeruare Iſraelẽ.

10 Tu enim cæli terræque creator es, atque omniũ quæ cælo ſubiecta ſunt, mirabilium.

11 Tu dominus omnium es, neque eſt quiſquam′qui maieſtati tuæ reſiſtat.

12 Tu noſti omnia, & ſcis quòd′nulla contumelia, aut ſuperbia, aut vlla gloriæ cupiditate adductus hoc fecerim, vt″ſuperbũ Aman non adorarim.

13 Quoniam pro ſalute Iſraelis, etiam′plantas pedum eius oſculari voluiſſem.

14 Sed hoc propterea feci″ne gloriam hominis, maieſtati Dei anteferrem, néue præter te, Domine, vllum alium adorarem: neque hoc quidem per ſuperbiam faciam.

15 Quamobrem nunc Domine Deus & Rex, ″parce populo tuo, ′quoniam illi nos intuentur, vt nos perdant, cupiúntque eam hæreditatem delere quæ ab initio tua fuit.

16 ′Ne negligas peculium tuum″quod tibi ex AEgypto aſſeruiſti,

17 Exaudi precationem meam, atque ſorti tuæ eſto propitius: luctum noſtrum conuerte in gaudium, vt viui prædicemus nomen tuum Domine, neque os laudantium te aboleas.

18 Vniuerſus quoque Iſrael′maxima vi ad Dominum clamauit, propterea quòd mors ante oculos ipſorum verſaretur.

Cap. XIIII.

Lamentatio & oratio Eſther pro liberatione populi ſui, ad hiſtoriã quarti capitis pertinens.

1 Eſther quoque regina″in periculo mortis deprehenſa, ad Dominum confugit.

& turbare ſubiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam:

6 Iuſſimus vt quoſcunque Aman, qui omnibus prouinciis præpoſitus eſt, & ſecũdus à Rege, & quem patris loco colimus, monſtrauerit: cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis ſuis, nullúſque eorũ miſereatur, quartadecima die duodecimi menſis Adar, anni præſentis:

C

7 Vt nefarii homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem quam turbauerant.

8 Mardochæus autem deprecatus eſt Dominum, memor omnium operũ eius:

9 Et dixit, Domine Dñe Rex omnipotens, in ditione enim tua cũcta ſũt poſita: & nõ eſt q poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael:

10 Tu feciſti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur.

11 Dominus omnium es, nec eſt quí reſiſtat maieſtati tuæ.

12 Cuncta noſti, & ſcis quia nõ pro ſuperbia & cõtumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum:

13 (Libenter enim pro ſalute Iſrael etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem)

D

14 Sed timui ne honorẽ Dei mei trãſferrem ad hominẽ, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo.

15 Et nũc Domine Rex Deus Abrahã, miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatẽ tuam delere.

16 Ne deſpicias partem tuam quã redemiſti tibi de AEgypto.

17 Exaudi deprecationem meam, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & conuerte luctum noſtrum in gaudiũ, vt viuẽtes laudemus nomen tuũ, Dñe, & ne claudas ora te canentium.

18 Omnis quoque Iſrael pari mente & obſecratione clamauit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

Cap. XIIII.

1 Eſther quoque regina confugit ad Dominum, pauẽs periculũ quod imminebat.

Ab eíſque diſſidentem καὶ δύσνουν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι. malè affectam in res noſtras, de iiſque malè ſentientem. maleuolã. Huic nomini ὁ εὔνους beneuolus opponitur. 6 Extirpentur radicitus, ἀπολέσθαι ὁλορρίζους. perdantur radicitus. planè deleantur. excindantur è terra, quaſi plantæ atque ſtirpes euellantur. 11 Qui maieſtati tuæ reſiſtat. ὃς ἀντιτάξεταί σοι τῷ κυρίῳ. qui tibi Domino obſiſtat, id eſt poteſtatem virtutémque tuam impediat. 12 Nulla contumelia adductus οὐκ ἐν ὕβρει. non per contumeliam. vt cum cõtumelioſè contemnerem, quemadmodum faciunt elati homines ac petulantes, qui alios deſpiciunt.

13 Plantas pedum πέλματα τῶν ποδῶν. veſtigia pedum. ſed extremæ pedum partes hoc nomine ſignificantur, quæ plantæ dicuntur.

14 Ne gloriam hominis, maieſtati Dei anteferrem, ἵνα μὴ θῶ δόξαν ἀνθρώπου ὑπεράνω δόξης τοῦ Θεοῦ. ne ponerem gloriam hominis ſupra gloriam Dei. ne illum metuens, ſupra Deum extollerem. 15 Parce populo tuo, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου. parce populo tuo. Quidam, caue populo tuo. Alii, miſerere populi tui. quod magis placet. Nam ſuprà φειδὼ veniam cum miſericordia coniunxit. Itaque verti poteſt, ignoſce populo tuo. Quoniam illi nos intuentur, vt nos perdant, ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς καταφθοράν. intendunt oculos ſuos nobis in exitium. aut, interitum. Significat aſpectum inimicum, & ſtudium cupiditatémque nocendi ac perdendi eos.

16 Ne negligas peculium tuum μὴ ὑπερίδῃς τὴν μερίδα σου. ne deſpicias partem tuam. id eſt, populum quem tibi iure hæreditario acquiſiuiſti. qui ad te pertinet, abs te redemptus. 18 Maxima vi ad Dominum clamauit, ἐκέκραξαν ἐξ ἰσχύος αὐτῶν. clamauerunt ex viribus ſuis. i. ſummo animi ſtudio & contentione. In quo ſignificatur maximus ardor orationis.

IN CAPVT XIIII.

1 In periculo mortis deprehenſa, ἐν ἀγῶνι θανάτου κατειλημμένη. in agone mortis deprehenſa. Quidam vertunt, anxio metu mortis perculſa. vt ἀγὼν ſolicitum mortis metum ſignificet.

Quúmq; depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis variis, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiuniis: omniáque loca in quibus antea lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.

Et deprecabatur Dominum Deum Iſrael, dicẽs, Domine mi, qui Rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam, & cuius, præter te, nullus eſt auxiliator alius.

Periculũ meũ in manibus meis eſt.

Deut.4.c.20, & 6.d.21 | Audiui à patre meo quòd tu Domine tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro maioribus ſuis, vt poſſideres hæreditatem ſempiternam, feciſtique eis ſicut loquutus es.

B Peccauimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum:

Coluimus enim deos eorum: iuſtus es Domine.

Et nunc non eis ſufficit quòd duriſſima nos opprimunt ſeruitute, ſed robur manuum ſuarum, idolorum potẽtiæ deputantes,

Volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui:

Vt aperiant ora Gentium, & laudẽt idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem Regem in ſempiternum.

Ne tradas Domine ſceptrum tuum iis qui non ſunt, ne rideant ad ruinã noſtram: ſed cõuerte cõſilium eorum ſuper eos, & eum qui in nos cœpit ſæuire, diſperde.

C Memento Domine, & oſtende te nobis in tẽpore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciã Domine rex deorum, & vniuerſæ poteſtatis:

Tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu Leonis, & trãſfer cor illius in odium hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri qui ei cõſentiunt.

Nos autem libera in manu tua, & adiuua me: nullum aliud auxilium habẽtem, niſi te, Domine, qui habes omnium ſcientiam:

Et noſti quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircunciſorum, & omnis alienigenæ.

Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriꝫ meæ, quod eſt ſuper caput meum

2 Exutíſque″magnificis veſtibus ſuis, triſtes ac lugubres induit: ″pro ſuperbis deliciis caput ſuum puluere″ſordibúſque oppleuit, ac vehementer afflictauit corpus ſuum: atque omnem locum feſtiuitatis ſuæ″capillis ſuis intortis conſperſit.

3 Et implorans Dominũ Deum Iſraelis, Tu ſolus noſter Rex es, inquit, mi Domine′fer opem mihi deſtitutæ, cui nullus præter te adiutor eſt.

4 ′Periculum enim meum in manu verſatur mea.

5 Equidem à prima ætate mea audiui te, Domine, Iſraelem ex omnibus Gentibus, & patres noſtros ab maioribus ipſorũ″in ſempiternam accepiſſe hæreditatem, atque omnia quæ illis loquutus fueras, præſtitiſſe.

6 Nunc autem nos peccauimus coram te: iccirco tu nos in manus inimicorum noſtrorum tradidiſti,

7 ′Nam deos eorum coluimus: iuſtus tu quidem es Domine.

8 Verum illi iam non contenti″acerba ſeruitute *qua nos premunt*,″dexteras dexteris idolorum ſuorum commiſerunt,

9 Se decretũ oris tui abolituros, tuámque deleturos hæreditatẽ, ora obſtructuros laudantium te, atque ſplendorem ædis aræque tuæ extincturos:

10 Ora verò Gentium aperturos″ad virtutes vanorũ prædicandas, Regíque carnali perpetuam admirationem conciliaturos.

11 Ne tradas, Domine, ſceptrum tuum iis″qui nihil ſunt, neque in noſtra rideant iſti ruina, ſed ′retorque in eos conſilium ipſorum, ″atque ede exemplum in eum qui horum author eſt.

12 Memẽto Domine, in tempore noſtræ afflictionis″teipſum manifeſta: ac me cõfirma Rex gentiũ, & omnis imperii dominator.

13 Da in ore meo″compoſitum ſermonem coram Leone: conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitũ ipſius, eorúmque qui cum ipſo conſentiunt.

14 Nos verò manu tua libera: mihi plane deſtitutæ, neque vllum alium præter te adiutorem habenti opem feras.

15 Omnia tibi nota ſunt Domine, tu ſcis odiſſe me gloriam iniquorũ, ac lectũ incircunciſorũ omníſque alienigenæ abominari.

16 Scis impoſitam mihi neceſſitatẽ: nam deteſtor ′hoc ſuperbum inſigne meum, quod in capite meo gero

---

2 Magnificis veſtibus ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς. veſtimẽta gloriæ ſuæ.i.præclaris. quibus Regina ornari ſolebat quũ in publicum prodiret. Pro ſuperbis deliciis ἀντὶ τῶν ὑπερηφάνων ἡδυσμάτων. hoc nomine ea omnia intelliguntur quæ cultum aut vſum habent iucundum & ſuauem: cuius generis ſunt vnguenta, aliáque odorata, quæ ad voluptatem referuntur. Sordibuſque ἐκ κοπριῶν & ſtercore. Vt hoc ſuauiſſimis illis odoribus vnguentiſque opponatur: hic autẽ deformis ac triſtis habitus, animi afflicti teſtis erat. Capillis ſuis intortis conſp. ἔπλησε στρεπτῶν τριχῶν αὐτῆς. impleuit laceratis crinibus ſuis. 3 Fer opem mihi deſtitutæ, βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ. ſuccurre mihi ſolitariæ.i.inopi ac deſertæ ab omnibus. Hæc enim inopia & ſolitudo, omniumque humanorum auxiliorum deſtitutio fideles homines excitat vt ad Deum confugiant. ea etiam Deo pergrata eſt, quum ita abiecti deſtitutique ad eum reſpicimus, eiuſque opem imploramus.

4 Periculum enim meum in manu verſatur mea. ὅτι κίνδυνός μου ἐν χειρί μου. id eſt, eſt propinquum & paratum, ſicut ea quæ in manibus verſantur. 5 In ſempiternam accepiſſe hæreditatem, ἔλαβες εἰς κληρονομίαν αἰώνιον. accepiſti in æternam hæreditatem.i. populum tibi elegiſti & adoptaſti in perpetuum. 7 Nam deos eorum coluimus: ἀνθ' ὧν ἐδοξάσαμεν τοὺς θεοὺς αὐτῶν: pro eo quod deos ipſorum glorificauimus. aut, honorauimus, cultum illis tribuentes.

8 Acerba ſeruitute, ἐν πικρασμῷ δουλείας. in amaritudine ſeruitutis. Dextras dextris idolorum ſuorum cõmiſerunt, ἔθηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώλων αὐτῶν. poſuerunt manus ſuas ſuper manus idolorum ſuorum. pro, iunxerunt, aut dederunt dexteras idolis ſuis, id eſt promiſerunt, fidémque dederunt, aut iurauerunt, ſe conſilium decretumque tuum abolituros, in quo tu ſtatuiſti & promiſiſti te populum tuum conſeruaturum. 10 Ad virtutes vanorum prædicandas, εἰς ἀρετὰς ματαίων. ad virtutes vanorum.i. idolorum falſorúmque deorum, qui nihil aliud ſunt quàm vanitas figmentúmque hominum.

11 Qui nihil ſunt, τοῖς μὴ οὖσι. iis qui non ſunt. id eſt (vt ait Paulus 1.Cor.8.a.4) nihil ſunt. Scimus, inquit, quia nihil eſt idolum in mundo. Retorque in eos conſilium ipſorum, στρέψον τὴν βουλὴν αὐτῶν ἐπ' αὐτούς. conuerte conſilium ipſorum in eos: vt ita ſit verum illud quod à quodam dictum eſt, Conſilium malum conſultori peſſima res eſt. Atque ede exemplum in eum qui horum author eſt, τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ' ἡμᾶς παραδειγμάτισον. eum autem qui cœpit in nos [.i. qui machinatus eſt nobis exitium] conſtitue exemplum, vt eius ſceleratum conſilium in caput ipſius conuertatur. παραδειγματίζειν enim ἐστὶ, eſt aliquem in exemplum proponere.

12 Teipſum manifeſta: γνώσθητι notum te fac.i. fac vt cognoſcaris Deus noſter & ſeruator in tempore calamitatis noſtræ.

13 Compoſitum ſermonem λόγον εὔρυθμον. .i. facundum & concinnum. ita enim appellatur oratio numeroſa & compoſita. quæ aptè & iucundè cadit ad delectationem aurium. 16 Hoc ſuperbum inſigne meũ, τὸ σημεῖον τῆς ὑπερηφανίας μου. ſignum ſuperbiæ meæ.i. præclarum capitis ornamentum, vt eſt diadema, Regum Reginarúmque inſigne.

*diebus iis quibus in cóſpectũ populi procedo, vt pannũ mẽſtrualem illud deteſtor: neque id gero *iis diebus quibus à publico me contineo.

Neque verò de menſa Aman ancilla tua cibum ſumpſit, neque Regis conuiuium magni fecit, nec vinum bibi libaminum. 17

Nec *ex quo conditio mea mutata eſt, ad hunc vſque diem ancilla tua lætata eſt, niſi in te, Domine Deus Abraham. 18

Exaudi vocem *deſperatorum Deus omnium potentiſſime, aſſere nos à manu improborum hominum, & me hoc metu libera. 19

in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portẽ in diebus ſilentii mei:

17 Et quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis, & nõ biberim vinũ libaminũ.

18 Et nunquam læta ta ſit ancilla tua ex quo huc tranſlata ſum vſque in præſentem diem, niſi in te, Domine Deus Abraham.

19 Deus fortis ſuper omnes, exaudi vocem eorum qui nullã aliam ſpem habent, & libera nos de manu iniquorũ, & erue me à timore meo.

Hæc quoque addita reperì in editione uulgata.

Ioſephus Antiquit.lib.11.cap.6

Cap. XV.

1 ET mandauit ei (haud dubium quin Eſther Mardochæus) vt ingrederetur ad Regem, & rogaret pro populo ſuo & pro patria ſua.

2 Memorare (inquit) dierũ humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman ſecundus à Rege loquutus eſt contra nos in mortem:

3 Et tu inuoca Dominum, & loquere Regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & iſta quæ ſubdita ſunt,

Quo pacto Eſther ad Regem intrauerit, & ad eius aſpectũ territa fuerit.

Porrò die tertio quã illa orandi finẽ fecerat, factum eſt vt depoſitis luctus veſtimentis, *veſtes præclaras magnificáſq; induerit. 4

Ita ſplendidè ornata, poſtquam rerum omnium inſpectorem ac ſeruatorem inuocauit, duas accepit ancillas, 5

Quarum alteri, *quaſi delicatè ſe gerens, innitebatur: 6

Altera verò ponè ſequebatur, veſtem eius defluentẽ ſubleuãs. 7

Ipſa autem *præſtantia formæ ſuæ rubore perfuſa, *vultũ præ ſe ferebat ad hilaritatem quidem amabilem compoſitum, *ſed cor eius anxio timore contractum erat. 8

Ea igitur per omnes ingreſſa ianuas, in conſpectu Regis conſtitit. ſedebat autem tum ille in regali ſolio ſuo, atque omnem ſplẽdoris ſui veſtitum induerat, totus collucens auro, ac gemmis, & perquam terribilis. 9

Quúmq; *elata, quæ maieſtate ardebat, facie, *acriter ferocitérq; intueretur, Regina collapſa eſt, & colore præ defectione mutato, *ſuper præcedentis ancillæ caput ſe demiſit. 10

Tum verò Deus Regis animum ad manſuetudinem ita cõuertit, *vt anxius de ſolio exiliẽs, illam vlnis ſuis exciperet, donec ad ſe rediret, *eámque verbis conſolaretur blandis, ac diceret, 11

Quid eſt Eſther? ego frater tuus ſum, bono ſis animo: 12

Non morieris, *quoniam commune eſt noſtrum mandatum, accede. 13

4 Die autem tertio depoſuit veſtimẽta ornatus ſui, & circundata eſt gloria ſua.

5 Quúmque regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omnium rectorẽ & ſaluatorẽ Deũ, aſſumpſit duas famulas: B

6 Et ſuper vnam quidem innitebatur, quaſi præ deliciis, & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens:

7 Altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum indumenta ſuſtentans.

8 Ipſa autem roſeo colore vultũ perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtem celabat animũ, & nimio timore contractum.

9 Ingreſſa igitur cũcta per ordinem oſtia, ſtetit contra Regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regiis, auróque fulgens & pretioſis lapidibus: erátque terribilis aſpectu.

10 Quúmque eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinauit caput. C

11 |Conuertitque Deus ſpiritũ Regis in manſuetudinem, & feſtinus ac metuens exiliuit de ſolio: & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, iis verbis blandiebatur, Prou.21.a.1

12 Quid habes Eſther? ego ſum frater tuus, noli metuere:

13 Non morieris: nõ enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.

Diebus iis quibus in conſpectum populi procedo, ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου. in diebus oſtentationis meæ. i. quibus in publicum prodeo regio habitu ornata. Iis diebus quibus à publico me contineo. ἐν ἡμέραις ἡσυχίας μου. in diebus quietis meæ. id eſt, eo tempore quo publico careo, mecúmque vt priuata mulier viuo. 18 Ex quo cõditio mea mutata eſt, ἀφ' ἡμέρας μεταβολῆς μου. à die mutationis [aut, tranſlationis] meæ. i. ex eo tempore quo ad hanc vitæ dignitatem atque ſplendorem ſum traducta.

19 Deſperatorum ἀπηλπισμένων deploratorum. aut, eorum qui planè perditi nullam ſpem habent niſi in vno Deo.

IN CAPVT XV.

4 Veſtes præclaras magnificáſque induerit. περιεβάλετο τὴν δόξαν αὐτῆς. induit gloriam ſuam. i. habitum ornatúmque regium ſuſcepit depoſito veſtitu lugubri. 6 Quaſi delicatè ſe gerens, ὡς τρυφερευομένη. quaſi delicatè. Ita molliter in ancillam recumbebat.

8 Præſtantia formæ ſuæ rubore perfuſa, ἐρυθριῶσα ἀκμῇ κάλλους αὐτῆς rubeſcens vigore pulchritudinis ſuæ: quo genæ eius venuſtæ perfundebantur. ea autem ſumma eſt formæ gratia nullo fuco accerſita, ſed natiua. Vultũ præ ſe ferebat ad hilaritatẽ quidẽ amabilẽ comp. καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἱλαρὸν ὡς προσφιλές. vultus eius hilaris quaſi amabilis, qui inuitaret atque alliceret ad amorem ipſius. gratia in ea erat amabilis. Sed cor eius anxio timore cõtractum erat. ἡ δὲ καρδία αὐτῆς ἀπεστενωμένη ἀπὸ τοῦ φόβου. cor verò eius coarctatum [aut, compreſſum] erat à metu. i. anxio timore affectum, vt ſenſum illum angoris hilaritate vultus occultaret, ſicut de Ænea dicit Vergil. Spem vultu ſimulat, premit alto corde dolorẽ. 10 Elata, quæ maieſtate ardebat, facie, καὶ ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πεπυρωμένον δόξῃ. quũ ſuſtuliſſet vultũ qui gloria accẽſus erat. i. qui ſplendore Regiæ maieſtatis relucebat. Acriter ferocitérque int. ἐν ἀκμῇ θυμοῦ ἔβλεψε. in vigore furoris intuitus eſt. i. ſumma vi animi Iudæis irati, cuius ardor in oculis eius emicabat. ita ad extremum ſplendorem acceſſit etiam hæc acrimonia & ferocia. Super ancillæ caput ſe demiſit. κατέκυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἄβρας. ſuper caput ancillæ ſe inclinauit ac recubuit propter debilitatem. 11 Vt anxius ἀγωνιάσας. id eſt, cum anxietate ac ſolicitudine de ſolio ſuo exiliens. hoc enim verbo ſignificat Regem valde perturbatum fuiſſe ſubita Reginæ defectione. Quidã vertunt, feſtinus: quod non diſplicet, modò eam feſtinationem cum ſolicitudine coniungamus. Eámque verbis cõſolaretur blandis, καὶ παρεκάλει αὐτὴν λόγοις εἰρηνικοῖς. & cõſolabatur eã verbis pacificis. i. benignis ac humanis, quibus eam erigebat & confirmabat. 13 Quoniam cõmune eſt noſtrum mandatũ, ὅτι κοινὸν τὸ πρόσταγμα ἡμῶν ἐστι. Quidam vertunt, quoniam cómune nobis eſt imperiũ: ſed ego malo hoc referri ad edictum quod ſcribendum curauerat de interitu Iudæorum, quod nunc ita reuocat, vt ſibi dicat cum Eſther commune. Hac enim periculi communione vult eam omni metu liberare.

D Accede igitur,& tange ſceptrum.
Quúmq; illa reticeret, tulit aureā virgā,& poſuit ſup collū eiꝰ,& oſculatus eſt eā:& ait,Cur mihi nōloqueris?

Geneſ.33.b.10
2.reg.19.c.27

Quæ reſpondit,¦Vidi te domine quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ.
Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena eſt gratiarum.
Quúmque loqueretur, rurſus corruit,& penè exanimata eſt.
Rex autem turbabatur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eam.

14 Simul elatum ſceptrum aureum ceruici illius impoſuit, eámque oſculatus, Loquere mihi,inquit.
15
16 Tum illa, Cōtuebar te domine,inquit, tanquam Angelū Dei: quapropter cor meum pauore maieſtatis tuæ perturbatum eſt.
17 Nā admirandus es domine, ″faciéſque tua dignitatis eſt plena.
18 Hæc quum loqueretur illa, præ defectione corruit:
19 Et perturbatus eſt Rex, ″omnéſque eius miniſtri illam conſolabantur.

Exemplar epiſtolæ Regis Artaxerxis,quam pro Iudæis ad totas regni ſui prouincias miſit: quod & ipſum in Hebraico uolumine non habetur.

Cap. XVI.

Suprà 1.a.1

Rex magnus Artaxerxes, ¦ab India vſque AEthiopiam centum vigintiſeptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui noſtræ iuſſioni obediunt,ſalutem dicit.

Suprà 3.c.10

¦Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus eſt,abuſi ſunt in ſuperbiam:

Et non ſolùm ſubiectos Regibus nituntur opprimere,ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt,moliuntur inſidias.

Nec contenti ſunt gratias non agere beneficiis,& humanitatis in ſe iura violare, ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam.

Et in tantum veſaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni ſint, mendaciorum funiculis conentur ſubuertere.
Dum aures principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes,callida fraude decipiunt.

B Quæ res & ex veteribus probatur hiſtoriis, & ex iis quæ geruntur quotidie,quomodo malis quorundā ſuggeſtionibus Regū ſtudia deprauetur.

Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarum.
Nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate & neceſſitate temporum,vt reipublicæ poſcit vtilitas,ferre ſententiam.

Suprà 3.a.1

Et vt manifeſtius quod dicimus, intelligatis, ¦Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo,alienúſq; à Perſarum ſanguine,& pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt:
Et tantam in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus,poſt Regem ſecundus:

Cap. XVI.

1 Rex magnus Artaxerxes ab India ad AEthiopiā vſque, centū ac viginti ſeptem prouinciarum præfectis, & principibus ″imperio noſtro parentibus,ſalutem dicit.

2 Complures maxima eorum qui bene merentur, begninitate ſæpius ornati,″ſupramodum elati fuerunt:

3 Neque ſolùm ſubiectis noſtris conantur malū inferre,ſed iam ″*lætam bonorum* copiam non moderatè ferentes, hominibus de ſe bene meritis perniciem machinantur.

4 Neque verò ſolùm gratitudinem ex vita hominum tollunt, verùm etiam ″quaſi qui nullo beneficio ſint affecti, ita ſe efferunt, vt Dei omnium inſpectoris ″vltrices malorū pœnas ſe euaſuros eſſe arbitrentur.

5 Sæpe autem & multos, quibus commiſſa poteſtas, & adminiſtrandæ res amicorū concredita fuerāt,″vana ſpes participes innocentis ſanguinis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus,

6 Dum ″ſimplici benignitate principum,mendacii peruerſitate fraudulenter abutuntur.

7 Hoc autem non tam licet ex rerum veterum monumentis intelligere,quàm ex iis quæ ſi quæras,in pedes incurrunt,& à peſte indignè dominantium impiè patrata ſunt.

8 Quare prouidendū eſt in poſterum, vt mutationibus vſi tran-
9 quillum omnibus hominibus regnū reddamus:& quæ incurrunt in oculos,″moderatè obuiam eundo,diſcernamus.

10 Nanq; Aman filius Amadathi Macedo,reuera à ſanguine Perſico alienus,multúmque remotus à noſtra bonitate,à nobis hoſpitio exceptus eſt:

11 Expertúſque tantum eius quam erga omnes gentes habemus, humanitatis, vt pater noſter appellaretur, adoraretúrque ab omnibus,& ſecundam ſolii regii perſonam ſuſtineret:

17 Faciéſque tua dignitatis eſt plena. καὶ τὸ πρόσωπόν σου χαρίτων μεστόν. & facies tua gratiarum plena.
19 Omnéſque eius miniſtri καὶ πᾶσα ἡ θεραπεία αὐτοῦ. omnis famulatus eius.i.totus ſatellitum eius ac miniſtrorum cœtus.

IN CAPVT XVI.

1 Imperio noſtro parentibus, τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσιν qui noſtra ſapiunt.aut,ſentiunt.i.qui conſentiunt nobiſcum in imperio,placidéque illud amplectuntur. 2 Supramodum elati fuerunt. μεῖζον ἐφρόνησαν. maius ſentierunt de ſe.i.inſolentius,aut immoderatius ſe extulerunt,quàm ferebat eorum fortuna, qui ex infima conditione ad tantam dignitatem euecti ſunt.

3 *Lætam bonorum* copiam non moderatè ferentes, τόν τε κόρον οὐ δυνάμενοι φέρειν. vbertatem non valentes ferre.i.magnitudinem ac multitudinem honorum ac beneficiorum quibus cumulati fuerunt. 4 Quaſi qui nullo beneficio ſint affecti, τῶν ἀπειραγάθων. qui ſunt inexperti,expertéſque beneficiorum.i.qui quaſi nulla beneficia experti eſſent: cuiuſmodi ſunt ingrati qui abolita memoria beneficiorum acceptorum,non cogitant qui antea fuerint,& quomodo ad honores peruenerint. Vltrices malorum pœnas,&c. τὴν μισοπόνηρον ὑπολαμβάνουσιν ἐκφεύξεσθαι δίκην. vt arbitrentur ſe effugituros ſententiam. aut,iuſtitiam Dei malum odio habentem.i.vltricem vindicémque malorum atque improborum. 5 Vana ſpes participes,&c. παραμυθία μετόχους αἱμάτων ἀθώων καταστήσασα. παραμυθία illectamentum quo in eam ſpem inducti ſunt,vt innocentibus hominibus ſublatis, ex interitu ipſorum maxima commoda ſibi compararent. huiuſmodi autem ſpes cùm eſt illecebroſa,tum etiam vana & fallax. 6 Simplici benignitate principum,&c. τῷ τῆς κακοηθείας ψευδεῖ παραλογισμῷ παραλογισαμένων, τὴν ἀκέραιον τῶν ἐπικρατούντων εὐγνωμοσύνην. eo quòd improbitatis captioſa[aut, fallaci]deceptione decepiſſent ſimplicem beneuolētiam eorum qui dominantur. i.improbè & malitioſè eorum benignitate ad ſuas cupiditates abuterentur.

9 Moderatè obuiam eundo, μετ' ἐπιεικεστέρας ἀπαντήσεως, .i.humana moderatáque ratione occurramus iis incommodis & difficultatibus quæ nobis hoc tempore proponuntur,eáſque leuiter & prudenter diſcutiamus.

12 Hanc tantam excellentiam quum ferre ille moderatè non poſſet, nobis principatum atque ſpiritum eripere conatus eſt:

13 Eo quòd conſeruatorem noſtrum Mardochæum hominē ſemper de nobis bene meritum, inculpatámque regni noſtri ſociam Eſther, cum vniuerſa eorum gēte ″multiplicibus fallaciarum viis ad interitum expetiuit.

14 His enim modis ſperabat, vbi nos deſertos oppreſſiſſet, ſe Perſarum imperium ad Macedonas tranſlaturum.

15 Nos verò Iudæos ab hoc peſtilentiſſimo homine exitio deſtinatos, minimè maleficos eſſe comperimus, ſed iuſtiſſimis potius legibus viuere:

16 Summi verò, & maximi, viuíque Dei qui nobis ac maioribus noſtris regnum ″pulcherrimum in ſtatum redegit, filios eſſe.

17 Rectè igitur feceritis, ″ſi eas literas quas Aman Amadathus ad vos ſcripſit, non exequuti fueritis.

18 Qui enim hæc eſt machinatus, is ad Suſorum portas tota cum familia cruci affixus eſt: quoniā Deus qui omnia poteſt, ſubitò dignas ei pœnas rependit.

19 Cæterùm huius epiſtolæ exemplo in omni loco propoſito, ſinatis Iudæos liberè ſuis vti legibus,

20 ″Eóſque adiuuetis, vt eos qui tempore calamitoſo ipſis inſidias ſunt moliti, vlciſcantur: ídque ipſa die duodecimi menſis Adar decima tertia.

21 Hanc enim Deus omnipotens pro generis electi internecione in gaudium eis conuertit.

22 Deinde verò vos eandem inſignem diem ″inferiis veſtris ſolennibus maxima cum lætitia celebrate:

23 Vt id & nūc & in poſterum nobis amicíſque noſtris Perſis, ſalutis: inſidiatoribus verò noſtris exitii ſit monumentum.

24 Porrò ciuitas omnis, aut in vniuerſum regio ″quæ ſecundū hæc non fecerit, ferro igníque per indignationem deuaſtabitur: neq; ſolùm hominibus inuia reddetur, verùm etiā feris & volucribus in tempus ſempiternum infeſta.

Qui in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt, vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu.

Nam Mardochæū, cuius fide & beneficiis viuimus, & conſortem regni noſtri Eſther cum omni gente ſua nouis quibuſdā atque inauditis machinis expetiuit in mortem: C

Hoc cogitās, vt illis interfectis inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnū Perſarum transferret in Macedonas.

Nos autem à peſſimo mortalium, Iudæos neci deſtinatos, in nulla penitus culpa reperimus, ſed econtrario, iuſtis vtentes legibus,

Et filios altiſſimi, & maximi, ſempérque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnū eſt traditum, & víque hodie cuſtoditur.

Vnde eas literas quas ſub nomine noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas.

Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis, id eſt Suſan, & ipſe qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pēdet in patibulis: non nobis, ſed Deo reddente ei quod meruit.

Hoc autem edictum quod nūc mittimus, in cūctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus ſuis:

Quibus debetis eſſe adminiculo, vt eos qui ſe ad necem eorū parauerant, poſſint interficere, tertiadecima die menſis duodecimi, qui vocatur Adar. D

Hāc enim diem Deus omnipotēs, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.

Vnde & vos inter cæteros feſtos dies hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia,

Vt & in poſterum cognoſcatur, omnes qui fideliter Perſis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem inſidiantur regno eorum, perire pro ſcelere.

Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt nō ſolū hominib⁹, ſed etiā beſtiis inuia ſit ī ſempiternū, pro exemplo contēptus & inobediētiæ.

---

13 Multiplicibus fallaciarum viis ad interitum expetiuit πολυπλόκοις μεθόδων παραλογισμοῖς αἰτησάμενος εἰς ἀπώλειαν. variis & fallacibus rationibus atque artibus eos ad exitium popoſcit. i. eos doloſe ac fraudulenter circumuentos perdere conatus eſt.

17 Si eas literas nō exequuti fueritis. μὴ προσχρησάμενοι τοῖς γράμμασι. ſi non vſi fueritis literis. i. ſi earum authoritatem non ſequuti fueritis, eiſque parueritis.

20 Eóſque adiuuetis, ϗ συνεπισχύειν αὐτοῖς. eis vires præbeatis, opibúſque veſtris eos adiuuetis.

22 In feriis veſtris ſolennibus ἐν ταῖς ἐπωνύμοις ὑμῶν ἑορταῖς. id eſt, feſtis diebus inſignibus ac celebribus, ſiue in feſtiuitatibus veſtris.

24 Quæ ſecundum hæc non fecerit, ἥτις κατὰ ταῦτα μὴ ποιήσῃ. quæ non fecerit ſecundum hæc. i. quæ huic meo edicto non paruerit, Iudæóſque nō defenderit. hoc enim edicto humaniſſimo vult aboleri illud prius quod per Amā de internecione Iudæorum ſcribi iuſſerat. Ita edoctus de innocentia Iudæorum, atque adeò ad meliorem mentem animúmque in Iudæos conuerſus, priorem illam vt crudelitatis plenam ſententiam reuocat & damnat.

Liber Iob, Hebraicè איוב

Huius hiſtoriæ Iob, meminit Ezechiel, cap. 14 b. 14, his verbis, Et ſi fuerint tres viri illi in medio eius, Noah, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animam ſuam, dixit Dominus Iehouáh. Meminit & Iacobus, cap. 5. c. 11, Tolerantiam Iob audiſtis. Hoc ideo diximus nequis cum veteribus Hebræis dicat Iob nunquam fuiſſe: qui à recentioribus Hebræis, & illis quidem doctiſſimis reprehenduntur.

VETVS.

Cap. I.

1 Vir erat In terra Hus, nomine Iob: & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

2 Natique ſunt ei ſeptem filii & tres filiæ.

3 Et fuit poſſeſſio eius ſeptẽ millia ouiũ, & tria millia camelorũ, quingẽta quoq; iuga boũ & quingẽtæ aſinæ, ac familia multa nimis: erátque vir ille magnus inter omnes Orientales.

4 Et ibant filii eius, & faciebant conuiuium per domos, vnuſquiſque in die ſuo, & mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederẽt & biberent cum eis.

5 Qui̇́mque in orbem trãſiſſent dies cõuiuii, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. dicebat enim, Ne fortè peccauerint filii B mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

6 Quadam autem die quum veniſſent filii Dei vt aſſiſterẽt coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

7 Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui reſpõdens, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

8 Dixitque Dominus ad eum, Nunquid cõſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo?

9 Cui reſpondens Satan, ait, Nũquid Iob fruſtra timet Deum?

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Sanctitas Iob.

1 ″Vir fuit In terra עוVצs, אIiób nomẽ eius: erátque vir ille ″perfectus & rectus, ac timens Deum, ′recedénſque à malo.

Liberi eius & poſſeſſio.

2 Nati ſunt autem ei ſeptem filii & tres filiæ.

3 Et fuit″ peculiũ eius ſeptem millia ouiũ, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, ac quingentæ aſinæ, ″& familia multa valde: erátque vir ille″ maximus omnium Orientaliũ.

4 ′Ibant autem filii eius, & faciebant conuiuia *in* domo cuiuſque die ſuo: ″mittebántque & vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent ſecum.

Iob poſt conuiuia curat liberos ſuos ſanctificandos.

5 ″Quúmque in orbem tranſiſſent dies conuiuii, mittebat אIiob, ′& ſanctificabat eos: ſurgebátque ſummo mane, & offerebat holocauſta″ *iuxta* numerum omnium eorum. ″dicebat enim אIiob, Forſitan″ peccauerunt filii mei, ″& maledixerũt Deo in cordibus ſuis. Sic′ faciebat אIiób″ cunctis diebus.

Satan ſine permiſſu Dei non poteſt nocere ipſi Iob. Satanæ natura

6 ″Quadam autem die venerunt ″Filii Dei ′vt aſtarent coram Iehoua, ″& venit etiam Satán in medio eorum.

7 Dixitque Iehouáh ad Satán, Vnde venis? Et reſpondens Satán Iehouæ, dixit, ″Ab expatiando in terra, & à deambulando in ea.

8 Dixit autem Iehouáh ad Satán, ′Appoſuiſtíne cor tuum ad ſeruum meum אIiób, ″quòd non ſit ſimilis illi in terra, vir″ perfectus, ac rectus, timens Deum, & recedens à malo?

9 Reſpondens autem Satán Iehouæ, dixit, ″An gratis timet אIiób Deum?

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Vir fuit in terra עוVצs. איש היה בארץ־עוץ Quidam erat in terrra Vs. id eſt, Quidam eximius vir habitabat in regione Vſitide. Ex filiis Eſau, fuiſſe quidã dicũt, quod indicare videtur regio Vs quæ ex Thren. 4. d. 21, vbi dicitur, Gaude & lætare filia Edõ quæ habitas in terra Vs: videtur fuiſſe Idumæorum, aut ſaltẽ Idumææ finitima. Laudatur itaque Iob à terra, quòd innoxius vixerit in medio infidelium, pius in medio impiorum. Tametſi magni nominis apud Hebræos vir, ſcribat Vs regionem denominatã fuiſſe ab Vs primogenito Nachor ex Melcha, quæ fratrem eius Bus ipſi quoque Nachor peperit, vt ſcribitur Gen. 22. d. 20. ex qua regione fuerit Iob, & ideo genus duxiſſe ab ipſo Nachor fratre Abraham. Perfectus תם integer. integritate vitæ ſcilicet. q. d. vitam inculpatam degebat. Alii, ſimplex. ſimplicitate morum, quæ opponitur hypocriſi. id eſt per omnia ſincerus ac rectus. Recedénſque à malo. וסר מרע : Id eſt abſtinens ab omni ſpecie mali. Animi veras diuitias author iſte primò expoſuit, poſtea opes corporis, quarum optimæ ſunt liberi.

3 Peculium e. מקנהו Gallicè, *ſon auoir*. Vel, poſſeſſio eius. vt ſcilicet poſſeſſio illa fuerit peculiũ eius. Et familia multa, ועבודה רבה famulitium multum. Latinè, ſeruitia. i. ſerui & ancillæ. Doctus inter Hebræos exponit prouẽtum, quòd ex cultura terræ proueniat. & hoc nomine comprehendi agros, vineas, hortos, ac pomeria. Maximus omnium Oriental. גדול מכל־בני־קדם : Ad verbum, magnus magis quàm omnes filii Orientis. 4 Ibant autem, &c. והלכו בניו ועשו משתה Hebraiſmus, Summo autem ſtudio celebrabant conuiuia. Sing. Heb. pro plur. Mittebántque, & vocabant ושלחו וקראו Id eſt, miſſiſque nuntiis inuitabant tres, &c.

5 Quúmque in orbem tranſiſſent ויהי כי הקיפו Ad verbum, Et fuit, quum circuiſſent. vel, circulum feciſſent. id eſt quum trãſmiſiſſent ſiue tranſegiſſent, quaſi peracto circulo, dies illos conuiuii. id eſt conuiuiorum, vel dies illorum conuiuiorum. Et ſanctificabat eos: ויקדשם ſub. filios. id eſt miſſis nuntiis iubebat eos ſanctificari: hoc eſt, ad rem Diuinam ſanctè præparari. *Iuxta* numerum omnium e. מספר כולם Id eſt totidem quot ipſi numero erant. hoc eſt ſeptena. Dicebat אמר Præt. Heb. per imperf. vertendum, id eſt cogitabat apud ſe. Peccauerunt חטאו ſub. in conuiuiis illis, inter pocula ſcilicet. Et maledixerunt וברכו Ad verbum, & benedixerunt. per antiphraſin, pro maledixerunt. id eſt impiè de Deo ſenſerunt. Veteres enim adeò aborrhebant à blaſphemia, vt ne nominare quidem auderent. Sic 1. Reg. 21. c. 10. d. 13, Benedixit Naboth Deo & Regi. Faciebat יעשה Fut. Heb pro præt. quod per imperfectum vertitur. id eſt facere ſolebat ſic enim debet reddi verbum futuri tẽporis. Cunctis diebus. : כל־הימים . i. hactenus fecerat. Alii referunt ad dies conuiuiorum illorum. 6 Quadam autem die venerunt ויהי היום ויבואו Ad verbum, Et fuit dies [ſub. quædam] & venerunt. id eſt accidit autem quadam die vt venerint. Filii Dei, בני־האלהים Angelos bonos intelligit. quod ſatis intelligitur ex 1. Reg. 22. c. 19, vbi ſimilis proſopopœia. legitur, his verbis, Vidi Iehouam ſedentem ſuper ſolium ſuum, atque vniuerſum exercitum cæli aſſiſtentem illi à dextera eius & à ſiniſtra eius, &c. Vt aſtarent להתיצב vt aſſiſterent. vt ſiſterent ſe. i. oſtenderent ſe paratos ad parendum imperatis Domini. Illud enim Venerunt ſignificat promptitudinem in exequendis mandatis Dei. Et venit etiam, &c. : ויבוא גם־השטן בתוכם inter quos affuit & Satan. cuius ſcilicet omne opus à Diuina pendet prouidentia, vt non plus nocere poſſit quàm Dominus velit.

7 Ab expatiando משוט A peruagando. Ad verbum, A circumeundo terram. Vnde Petrus, 1. Pet. 5. c. 8, dicit, Sobrii eſtote, vigilate: quoniam aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

8 Appoſuiſtíne cor tuum, &c. השמת לבך על־עבדי Ad verbum, Annon poſuiſti cor tuum ſuper ſeruum meum. id eſt, Conſideraſtíne ſeruum meum Iob. Quòd non ſit כי אין quia non eſt. Perfectus, תם integer. ſimplex.

9 An gratis timet החנם ירא An immeritò reueretur. aut, veneratur, &c. q. d. Non. hoc eſt, nõ propter te, ſed propter ſeipſum, & commodum proprium colit te.

10 Nónne tu′vallaſti eum, & domum eius, ac quicquid illius eſt per circuitum?′operi manuum eius benedixiſti, ″& poſſeſſio eius creuit″in terra.

Benedictio Dei.

11 Verùm mitte nunc manum tuam, & tange quicquid eius eſt, ″niſi in faciem tuam maledixerit tibi.

12 Dixit itaque Iehouáh ad Satán, En quicquid eius eſt, ″in manu tua *eſt*, tantùm in eum ne iniicias manum tuam. Et exiuit Satán à conſpectu Iehouæ.

Boues & aſinæ Iob rapiuntur à Sabæis.

13 ′Die autem quadam filii eius″& filiæ eius comedebāt & bibebāt vinum in domo fratris ſui primogeniti:

14 Venítque nuntius ad אIiób, ac dixit, Boues arabant, & aſinæ paſcebantur″in locis ſuis:

15 Irruerunt autem שSebæi, ac tulerunt eos, ′puerósque percuſſerunt acie gladii, & euaſi tantùm ego″ſolus vt renuntiarem tibi.

Oues Iob ſuccēduntur à Deo.

16 Adhuc ille loquebatur & alius venit, qui dixit, ′Ignis Dei decidit è cælo, & exuſſit oues″ac pueros, conſumpſitque eos: & euaſi tantúm ego ſolus vt renuntiarem tibi.

Camelos ipſius abigunt Chaldæi.

17 Adhuc ille loquebatur & alius venit, qui dixit, Chaldæi″tribus aciebus diuiſi″excurrerunt in camelos, ac tulerunt eos, puerósque percuſſerunt acie gladii: & euaſi tantúm ego ſolus vt renuntiarem tibi.

Liberi occiduntur impetu vēti.

18 ″Adhuc ille loquebatur & alius venit, qui dixit, Filii tui & filiæ tuæ veſcebantur, ac bibebant vinum in domo fratris ſui primogeniti:

19 Et ecce ventus magnus venit è *loco qui eſt* trans deſertum, & percuſſit quatuor angulos ipſius domus, quæ corruit ſuper pueros, & mortui ſunt: euaſi autem tantùm ego ſolus vt renuntiarem tibi.

Fides & patientia Iob in aduerſis.

20 ″Tunc ſurrexit אIiób, ″& ſcidit pallium ſuum, totondítque caput ſuum, atque corruens in terram, ″adorauit,

21 Ac dixit, Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar″illuc: Iehouáh ″dedit, & Iehouáh abſtulit, ″ſit nomen Iehouæ benedictum.

22 ″In toto hoc non peccauit אIiób, nec attribuit″inſulſum *quicquam* Deo.

Cap. II.

Satanæ cū Deo colloquiū, petentis facultatē percutiendi corpus Iob.

1 Q″Vadam autem die venerunt filii Dei vt aſtarent coram Iehoua, & venit etiam Satán in medio eorum vt aſtaret coram Iehoua.

2 Dixítque Iehouáh ad Satán, Vnde venis? Reſpondens Satán Iehouæ, dixit, Ab expatiando in terra, & deambulando in ea.

---

10 Nónne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſámque ſubſtantiam eius per circuitum? operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra.

11 Sed extēde paululum manum tuā, & tāge cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem tuam benedixerit tibi. C

12 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manū tuam. Egreſſúſque eſt Satan à facie Domini.

13 Quum autem quadā die filii & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti:

14 Nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos:

15 Et irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus vt nuntiarem tibi.

16 Quúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerósque conſūpſit: & effugi ego ſol⁹ vt nūtiarē tibi.

17 Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit, Chaldæi fecerūt tres turmas, & inuaſerūt camelos, & tulerūt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio: & ego fugi ſolus vt nuntiarē tibi.

18 Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti: D

19 Repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt: & effugi ego ſolus vt nuntiarem tibi.

20 Tūc ſurrexit Iob, & ſcidit tunicam ſuam, & tonſo capite corruens in terram, adorauit,

21 Et dixit, |Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum.

Eccleſ 5.a.14 1.tim.6.b.7

22 In omnibus his non peccauit Iob, neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt.

Cap. II.

1 FActum eſt autem quum quadā die veniſſent filii Dei, & ſtarent corā Domino, veniſſet quoque Satā inter eos, & ſtaret in conſpectu eius,

2 Vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui reſpōdens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

---

10 Vallaſti שכת quaſi ſcilicet ſæpe obducta.i. protegis illum ac domum eius, nequis poſſit inuadere ipſum & omnia ſua. Operi manuum eius benedixiſti, מעשה ידיו ברכת Hebraiſmus, feciſti fœliciter ſuccedere quæcunque inſtituit. Et poſſeſſio eius ומקנהו propterea peculium eius. In terra. : בארץ Id eſt in ipſa regione.

11 Niſi in faciem tuam maled. tibi. : אם לא פניך יברכך Aliquid ſubaudiendum, cuiuſmodi, & videbis, vel, diſpeream, aut aliquid ſimile, annon [vel, ſi non] in faciem tuam benedicet tibi. id eſt maledicet, vt paulo antè verſu quinto.

12 In manu tua *eſt*, tantùm, &c. בידך רק אליו וגו׳ .i. in poteſtate tua eſt: acſi dicat, Permitto arbitratui tuo quæcūque poſſidet: modò ne iniicias in eum manum tuam. 13 Die autem quadam ויהי היום Ad verbum, Et fuit dies. i. accidit autem die quodam vt filii & filiæ eius, &c. 14 In locis ſuis. : על ידיהם .i. in ſolitis paſcuis. 15 Puerósque ואת הנערים .i. adoleſcentes famulos paſcentes animalia.

16 Ignis Dei אש אלהים Id eſt à Deo miſſus. Ac pueros, ובנערים Id eſt paſtores.

17 Tribus aciebus diuiſi שמו שלושה ראשים Ad verbū, poſuerunt [.i. conſtituerunt] tres duces, vel acies. hoc eſt fecerunt tres acies, & ſingulis præfecerunt ducem, ſiue imperatorem. Excurrerunt ויפשטו Ad verbum, & irruerunt.

18 Adhuc ille loquebatur עד זה מדבר Interim [Interea] dum ille loqueretur. 20 Tunc ſurrexit ויקם Ad verbum, Et ſurrexit. Et ſcidit ויקרע & rupit. dilacerauit veſtem ſuam elegantiorē, more lugentium. modicè enim cōmotus eſt Iob. Adorauit. : וישתחו ſub. Iehouam. 21 Illuc: שמה quò ſcilicet ſtatutū eſt vt omnes ſimul reuertantur, nempe in terram. Dicit autem illuc, quaſi loquatur de certo loco. Dedit, נתן Per præt. perf. vertunt alii, *eſt qui* dederat. Sit nomen Iehouæ ben. : יהי שם יהוה מבורך .i. laudetur ab omnibus ſanctiſſima Iehouæ maieſtas. 22 In toto hoc בכל זאת ſub. negotio. vel, In omnibus his nō peccauit. i. in his omnibus ſuperauit Iob omnes Satanæ aſtutias. Inſulſum תפלה Infrà cap. 6. b. 6, huic dictioni additur, abſque ſale, Nunquid comedetur inſulſum abſque ſale? Pro attribuit, Hebricè legitur dedit. i. Non dixit Deum quicquam feciſſe ſine ratione.

IN CAPVT II.

1 Quadam autem die venerunt ויהי היום ויבואו Ad verbum, Et fuit dies, & venerunt. i. Accidit autem die quodam vt venirent. Eadem verba leguntur præcedenti capite, verſu 13.

Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? tu autem cõmouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.

B Cui reſpondens Satan, ait, Pellem pro pelle, & cũcta quæ habet homo, dabit pro anima ſua:

d

Alioquin mitte manum tuã, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quòd in facie tua benedicat tibi.

Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua.

Egreſſus igitur Satan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à plãta pedis vſque ad verticem eius:

Qui teſta ſaniem radebat, ſedẽs in ſterquilinio.

C Dixit autem illi vxor ſua, Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo, & morere.

Qui ait ad illam, Quaſi vna de ſtultis loquuta es. ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis.

D Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. condixerant enim vt pariter venientes, viſitarent eum, & conſolarentur.

Quúmque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum: & exclamantes, plorauerunt: sciſſiſque veſtibus, ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum.

Et ſederunt cum eo in terra ſeptẽ diebus & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. videbant enim dolorem eſſe vehementem.

Cap. III.

POſthæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo,

Et loquutus eſt,

Ierem.20.d.14 ‖Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt,

3 Dixit autem Iehouáh ad Satán, Appoſuiſtíne cor tuum ad ſeruum meum אIiob, quòd non ſit ſimilis illi in terra, vir perfectus ac rectus, timens Deum, & recedens à malo? ″adhuc enim ipſe retinet perfectionem ſuam, ″quanuis incitaueris me in eum vt perderem ipſum ſine cauſa.

4 Reſpondens verò Satán Iehouæ, dixit, ″Pellẽ pro pelle, & cuncta quæ *ſunt* viro, dabit pro anima ſua.

5 Verùm mitte nunc manum tuam, & tange ″ipſummet & carnem eius, ″niſi in faciem tuam maledixerit tibi.

6 Dixit itaque Iehouáh ad Satán, En ipſe ″in manu tua, verùm animam eius ſerua.

7 Exiuit igitur Satán à facie Iehouæ, & percuſſit אIiob ″vlcere malo à planta pedis eius vſque ad verticem eius.

Satan percutit Iob vlcere.

8 Accepítque teſtam ″vt ſcalperet ſeſe ea: & ipſe ſedebat ″in medio cineris.

9 Dixit autem ei vxor ſua, Adhuc tu retines ″perfectionem tuam? ″maledic Deo, & morere.

Tentatur Iob ab vxore.

10 Ad quam ille ait, Vt loquitur vnà è ſtultis, ″loqueris? ″præterea bonum ſuſcipiemus à Deo, & malum nõ ſuſcipiemus? ″In omni hoc non peccauit אIiob labiis ſuis.

Proſpera & aduerſa à Deo.

11 ″Porrò quum audiſſent tres amici אIiób omne malum iſtud quod euenerat illi, venerũt ſinguli à loco ſuo, Elipház Themanites, & Bildád שSuחhites, & צSophár Nayamathites: ″cõſtituerant enim ſimul venire ad condolendum ei, & conſolandum eum.

Veniunt tres amici Iob vt eũ conſolentur.

12 Qui eleuantes oculos procul, ″non agnouerunt eum, ″& leuauerunt vocem ſuam, ac fleuerunt, ″ſciderúntque ſinguli palliũ ſuũ, & ſparſerunt puluerem ſuper capita ſua ″in cælum:

13 Atque ſederunt cum eo ″in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, nec erat qui loqueretur ei verbum: videbant enim quòd ″increuerat dolor admodum.

Cap. III.

1 POſthæc aperuit אIiób os ſuum, & maledixit ″diei ſuo.

2 Clamauítque אIiób, ac dixit,

3 ″Pereat dies in qua natus ſum: & nox ″*quæ* dixit,

Querimonia qua Iob deplorat, & exponit amicis triſtiſſimum rerũ ſuarũ ſtatum, & quantos perferat cruciatus. Cuius ſũma eſt, optandũ ſibi vt editus in terram nõ eſſet, aut moriatur citiſſimè. Vnde naſcitur occaſio diſputationis inter Iob & ſuos amicos ſuper afflictione ipſius.

3 Adhuc enim ipſe ועודנו Ad verbum, & ipſe adhuc. Quanuis incitaueris me in eum ותסיתני בו Ad verbũ, & incitaſti me in eum.

4 Pellem pro pelle עור בעד־עור .i. pellem alienam pro pelle propria, & quæcunque habet homo, dare ſolet vt redimat vitam ſuam. Quiuis facilè aliena pelle, hoc eſt vita & bonis, ſuſtinet redimere propriam vitam.

5 Ipſummet אל־עצמו Significat corpus & ſubſtantiam. i. iniecta manu percute ipſum. Niſi in faciem tuam maledixerit tibi. אם־לא אל־פניך יברכך׃ Ad verbum, ſi non in faciem tuam benedicet tibi. Benedicere pro maledicere, vt ſuprà capite primo, verſu quinto, atque etiam decimo, vbi eadem verba leguntur. Diſpeream niſi in faciem maledixerit tibi. vel, & vide [ſiue, videbis] an non in faciem tuam maledicat, ſiue maledicet tibi. 6 In manu tua, בידך .i. tibi permittitur, ſiue in poteſtate tua eſt, verùm ne interficito illum.

7 Vlcere malo בשחין רע .i. puſtulis malis. ſignificat puſtulas è calore enatas, vt dicunt Hebræi: quibus puſtulis percuſſit Dominus Ægyptios, vt narrat Moſes, Exod.9.b.9.10, Et fuit vlcus (inquit) inflationum germinans in hominibus & in animalibus. vel, fuit ſcabies puſtularum germinans. Quibus etiam ſe percuſſurum populum ſuum rebellem minatur Dominus per Moſen, Percutiet te Iehoua vlcere Ægyptio. Deut. 28.d.27. 8 Vt ſcalperet ſeſe ea: להתגרד בו ob ſcilicet pruritum puſtularum. In medio cineris. בתוך האפר׃ .i. acceptáque teſta qua ſeſe ſcalperet, ipſe ſedebat in cinere, ſiue puluere (quòd ſint ſimiles) more lugentium: quum ſcilicet agnoſceret hoc ſibi à Domino immiſſum fuiſſe. Solent qui lugent, ſedere in puluere. 9 Perfectionem tuam? בתומתך integritatem tuam. vel ſimplicitatem. Maledic ברך Ad verbum, benedic. pro maledic. Vide paulò antè verſu quinto. i. præſtat tibi maledicere Deo, vt poſtea moriaris. In Lege enim iubebantur occidi qui Deo maledixiſſent. Leuit.24.c.15. Vt & Naboth hiſtoria oſtendit 1.Reg.21.d.13.

10 Loqueris? תדברי Fut. eſt Heb. pro præſ. Præterea bonum גם את־הטוב Sing. Heb. pro plur. Inſuper bona. vel, Etiam bona, &c. In omni hoc בכל־זאת In omnibus his. hoc eſt, hactenus non peccauit Iob ſermone ſuo.

11 Porrò quum audiſſent tres amici וישמעו שלושת רעי Ad verbum, Et audierunt tres amici. vel ſocii, aut ſodales. Conſtituerãt enim ſimul venire ויועדו יחדו לבוא condixerant enim [vel, præfixerant enim tempus] ſimul, vt venirent.

12 Non agnouerunt eum, ולא הכירוהו propter puſtulas ſcilicet quibus tectus erat. Et leuauerunt וישאו & extulerunt. Aliquid ſubaudiendum, acſi diceret, Quum autem propius acceſſiſſent, & eum agnouiſſent, ſublata voce plorauerunt. Sciderúntque, &c. ויקרעו וגו׳ Vt capite primo, verſu 20, dilacerauerunt. In cælum. השמימה׃ verſus cælum. i. puluere in altum iacto, ſparſerunt capita ſua.

13 In terra, לארץ humi. more ſcilicet lugentium. ſolebant enim qui lugebant, humi ac in puluere deſidere. Increuerat גדל magnus erat. i. nullus ex ipſis quicquam illi loquebatur, quòd viderent morbum quo ille cruciabatur, eſſe maximum.

IN CAPVT III.

1 Diei ſuo. את־יומו׃ .i. diei natiuitatis ſuæ: vt ex primo verſu ſequentis capitis liquet.

3 Pereat יאבד q.d. Vtinam eximatur è memoria hominum, nec celebretur natalis ille dies. Qui ſuprà modum affligũtur, ita dicere ſolent: quemadmodum & Ieremias, cap.20.d.14, Maledicta ſit dies illa in qua natus ſum. q.d. Quis nõ oderit tempus illud in quo tam miſer, omnium hominum calamitoſiſſimus natus ſum, qui tot ac tantis aduerſitatibus implicet, vnde explicari nequeam? Quæ dixit אמר .i. quæ dicere potuit de me. Proſopopœia eſt.

Conceptus eſt vir.

ʹDies illa ſit tenebræ:ʹnon requirat illã Deus deſuper,ʹnec ſplẽdeat ſuper illam lux. 4

ʹPolluant illam tenebræ,ʹ& vmbra mortis,ʹhabitet ſuper illam nubes,ʹterreant illamʹæſtus diei. 5

Noctem illam ʹoccupet caligo, ʹne gaudeat inter dies anni, in numerumʹlunarum ne veniat. 6

En nox illaʹſit ſolitaria,ne veniatʹcantus in illa. 7

ʹMaledicant illi qui maledicunt diei,ʹqui parati ſunt excitare luctum ſuum. 8

ʹObtenebrentur ſtellæ crepuſculi eius: expectet lucem, & non adſit,nec videat ʹpalpebras auroræ: 9

Quia non concluſit oſtiaʹventris mei, nec abſcondit ʹmoleſtiã ab oculis meis. 10

Quare nõ ʹà vulua mortuus ſum,ʹ*aut quare* ex vẽtre egreſſus ſum, & *non* obii? 11

Quare ʹpræuenerunt me genua? & quareʹvbera,vt ſugerem? 12

Nunc enimʹiacerem,& quieſcerem: ʹdormirem,tunc quies eſſet mihi 13

Cum Regibus & conſiliariis terræ qui ædificabãtʹdeſolata ſibi: 14

Aut cum principibusʹquibus *erat* aurum,ʹqui replebant domos ſuas argento: 15

Aut ſicut abortiuum ʹabſconditum non fui, ſicut paruuli qui non viderunt lucem? 16

ʹIllic impii deſinunt *incutere* metum,& ibiʹquieſcũt feſſi robore: 17

Simul vinctiʹconquieſcunt,non audiunt vocem exactoris. 18

Conceptus eſt homo.

4 Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus deſuper , & non illuſtret lumine.

5 Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis:occupet eum caligo,& inuoluatur amaritudine.

6 Noctẽ illam tenebroſus turbo poſſideat:non computetur in diebus anni,nec numeretur in menſibus.

7 Sit nox illa ſolitaria , nec laude digna. B

8 Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.

9 Obtenebrentur ſtellæ caligine ei⁹, expectet lucem,& non videat,nec ortum ſurgentis auroræ:

10 Quia nõ concluſit oſtia ventris qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.

11 Quare nõ in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perii?

12 Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?

13 Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem

14 CumRegibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines: C

15 Aut cum principibus qui poſſidẽt aurũ,& replent domos ſuas argento:

16 Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti nõ viderunt lucem.

17 Ibi impii ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi robore:

18 Et vincti pariter ſine moleſtia, nõ audierunt vocem exactoris.

Conceptus eſt vir. הורה גבר: .i.maſculus: hoc eſt,qua ſaluum me euaſiſſe ex matris vtero contigerit,quem præſtaret nec conceptum fuiſſe,nec natum. 4 Dies illa ſit tenebræ: היום ההוא יהי חושך .i.dies natiuitatis,& conſimilis dies quæ quotannis reuertitur,vertatur in tenebras. Non requirat eam Deus deſuper, אל־ידרשהו אלוה ממעל .i.Deus qui habitat in ſupernis cælis,ne faciat eam redire. Nec ſplendeat ſuper illam ואל־תופע עליו Ad verbum,& ne radiet ſuper eam.i.nec radios ſuos coniiciat in eam:aut,illuſtret eam.

5 Polluant illam יגאלוהו Deturpent illam.Dehoneſtent illam.ſub.diem,reddant eam fœdam & atram. Et vmbra mortis, וצלמות tenebras denſiſſimas ſignificat. Habitet ſuper illam nubes, תשכן־עליו עננה .i.prorſus occupet eam nubes,& quidem teterrima & obſcuriſſima. Terreant illam יבעתוהו terrificam reddant ipſam.ſub. omnibus hominibus. Æſtus diei. כמרירי יום: Sic vocat vapores calidos qui interdiu aſſurgere ſolent vi caloris,& tunc aërem totum obſcurant.

6 Occupet יקחהו ſibi vendicet.Nox illa reddatur caliginoſa,vt nec ſtellæ,nec luna luceant illi. Ne gaudeat אל־יחד Ab חדה lætari. Alii à יחד deriuantes,quod vnire ſignificat,vertũt,Ne *ſit* vna in diebus anni.i.ne ſit portio aliqua dierum anni. Lunarum ירחים quibus ſcilicet conſtant menſes. 7 Sit ſolitaria, יהי גלמוד hoc eſt,careat hominum lætis ac iucundis congreſſibus. Vel, nemo in ea committat ſeſe itineri. Cantus רננה clamor lætus. 8 Maledicant illi יקבוהו ſub.diei alii miſeri , qui diei ſuo natalitio maledicere aſſueti ſunt,quòd infœlici die nati ſint vt ego. Qui parati ſunt excitare luctum ſuum. העתידים עורר לויתן: paraturi excitare luctum ſuum.i.quum cœperint cõqueri. Quidam vertunt,qui excitaturi ſunt balenas.acſi dicat,Sit piſcatoribus inauſpicata & deteſtabilis,propter nubilum cælum & tempeſtates. At vox Hebraica לויתן non eſt nomen piſcis,& ן ponitur pro ם:vnde vertendum vt vertit noſter interpres.

9 Obtenebrentur ſtellæ crepuſculi eius: יחשכו כוכבי נשפו Crepuſculum noctis intelligit.q.d.non proferant lumen ſuum ſtellæ crepuſculi eius in principio noctis. Palpebras בעפעפי Ita vocat radios.i.eam noctem non ſubſequatur dies,ne aurora quidem.

10 Ventris mei, בטני .i.ventris matris meæ in quo conceptus ſum. Moleſtiam עמל afflictionem. miſeriam. hoc eſt, quia non impediuit tam infortunatæ natiuitatis fœtum quominus procederet in lucem tantis moleſtiis implendum. Ad verbum , & abſcondit moleſtiam ab oculis meis.i.à conſpectu meo,ſiue à me.Negatio præcedens repeti debet.

11 A vulua מרחם à matrice. i.cur non protinus vt de matrice prodii. *Aut quare* ex ventre,&c. מבטן יצאתי ואגוע: Plura hîc ſubaudienda:acſi dicat,quare inquam non ſtatim egreſſus ex vtero genitricis,mortuus ſum?

12 Præuenerunt me genua? קדמוני ברכים .i.exceperũt me ne perirem,genua obſtetricis? Vbera,vt ſugerem? שדים כי אינק: Ad verbum,vbera quòd ſugerem?Deeſt verbum,cur vbera inueni,vt ſugerem lac ex illis?q.d.& ad quid mammam ſuxi?

13 Iacerem, שכבתי ſub.in ſepulchro.q.d.id ſi factum eſſet,nunc in terræ ſepulchro iacens,tantam huius mundi moleſtiam ignorarem. Dormirem, ישנתי ſub.abſque anguſtia:& tunc quietus agerem cum ſorte reliquorum mortuorum,quod ad corpus attinet.

14 Deſolata חרבות ſolitudines.Conſiliarios terræ vocat eos qui ſunt à conſiliis Regum. q.d.Non eſſem deterioris conditionis quàm ſunt Reges potentiſſimi olim mortui,& gubernatores vrbis,qui dum viuerent,ædificabant, ſiue inſtaurabãt ſolitudines, hoc eſt arces collapſas,vt inde ſibi nomen & gloriam immortalem pararent:nihilominus tamen æquè cum pauperibus mortui ſunt.

15 Quibus *erat* aurum, זהב להם ſub.ingens.i.qui infinitam auri copiã poſſidebant. Qui replebant הממלאים qui replere ſtudebãt. Alii,qui impleuerunt.i.quorum domus refertiſſimæ erant quondam omnigenis diuitiis argenti.

16 Abſconditũ טמון .i.ſicut fœtus qui in viſceribus matricis clauſus perit.Subaudiendum ex præcedentibus,quare,Aut quare nõ fui ſicut abortiuum abſconditum:aut ſicut paruuli qui nunquam viderunt lucem,ſed perierunt in vtero matris?Idem bis dicit.

17 Illic impii deſinunt שם רשעים חדלו Præt.Heb.pro præſ.Ad verbum,Illic impii deſierunt metum.ſub. מעשות facere.In ſepulchro,deſinunt incutere metum piis. Quieſcunt feſſi robore: ינוחו יגיעי כוח: Fut.Heb.pro præſ.Feſſos robore vocat eos quorum vires afflictæ ſunt & attritæ. 18 Conquieſcunt, שאננו Præterita Heb. pro præſ. De iis qui addicebantur laboribus,loquitur,vt qui damnabantur ad metalla.Omnes(inquit) ſimul,ſunt pacati: nec illic audiunt vocem eius qui nimium rigidè ab illis exigebat operas. Hæc & ſimilia non aliter accipienda ſunt quàm pro more ſeculariter loquentium, & vt ratio humana iudicare ſolet, mortem ſcilicet eſſe finem malorum:quum reuera mors impiorum,infœlicitatis extremæ ſit exordium:piorum verò,contrà,omnis fœlicitatis.

Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à domino ſuo. 19

D Quare miſero data eſt lux, & vita 20 iis qui in amaritudine animæ ſunt?

Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum, 21

Gaudéntque vehementer quum inuenerint ſepulchrum? 22

Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tenebris? 23

Antequam comedam, ſuſpiro: & tã 24 quam inundantes aquæ, ſic rugitus meus:

Quia timor quem timebam, euenit 25 mihi: & quod verebar, accidit.

Nónne diſſimulaui? nónne ſilui? nónne quieui? & venit ſuper me indignatio. 26

Cap. IIII.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, 1

Si cœperimus loqui tibi, forſitan 2 moleſtè accipies: ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit?

Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. 3

Vacillãtes cõfirmauerũt ſermones 4 tui, & genua trementia confortaſti.

Nunc autem venit ſuper te plaga, 5 & defeciſti: tetigit te, & cõturbat⁹ es.

B Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, & 6 patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

Recordare, obſecro te, quis vnquã 7 innocens periit? aut quando recti deleti ſunt?

Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminãt dolores, 8 & metunt eos,

Flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. 9

19 ′Paruus & magnus illic eſt, *illic* inquam ſeruus *eſt* liber à domino ſuo.

20 Quare dedit″afflicto lucem, & vitam amaris animo?

21 Qui expectant mortem,″& non *eſt*,″& inquirunt eam pluſquam theſauros.

22 Qui lætantur″exultatione, gaudent quũ inuenerint ſepulchrũ.

23 *Quare inquam dedit lucem* viro″cuius via abſcondita eſt,″& præcluſit Deus propter illum?

24 ″Nam ante panem meum ′ſuſpirium meũ venit,″& ſtillant inſtar aquæ rugitus mei:

25 Quia″timorem timui, & euenit mihi: & quod verebar, accidit mihi.

26 ″Non habeo pacẽ, nec quieſco, neque requieſco: venit enim pauor.

Cap. IIII.

1 ET reſpondens א Elipház Themanites ille, dixit,

2 ″An *ſi* diſceptemus tecum, ægrè feres?″attamen prohibere ſermones quis poterit?

3 ″Ecce,″erudiſti multos, & manus″laſſas roboraſti:

4 ″Cadentem erexerũt ſermones tui, & genua curuata roboraſti.

5 ″Nunc autem quum venit tibi, ægrè tuliſti: venit vſque ad te, & territus es.

6 Nónne timor tuus *fuit* ſpes tua,″& perfectio viarum tuarum, expectatio tua?

7 Recordare obſecro quis fuerit innocens *qui* perierit: & vbinam recti″ſuccisi fuerint:

8 Quemadmodum vidi, *quòd*″arantes iniquitatem & ſeminantes peruerſitatem, metunt illam,

9 Flatu Dei pereunt, & ſpiritu furoris eius deficiunt.

Caput diſputationis inter Iob & amicos eſt, an Iob ſit afflictus à Deo propter impietatẽ & ſcelera, an aliam ob cauſam. Quam controuerſiam Deus ipſe arbiter dirimit capite 38.

Ex afflictionib⁹ Iob, nititur Eliphaz probare eũ eſſe impium cõmuni omnium carnalium argumento.

19 Paruus & magnus, &c. קטון וגדול וגו׳ Parui (inquit) & magni licet inæqualiter vixerint, ſimiliter tamen mortui iacent ſecundum corpora ſua: illic ſeruus eſt manumiſſus à domino ſuo, hoc eſt, vbi non affligit eum dominus eius.

20 Afflicto lucem, לעמל אור calamitoſo lucẽ. i. vitam. hoc eſt, ad quid naſcuntur in hoc ſeculo ii qui tam miſerè & calamitoſè ſunt victuri?

21 Et non *eſt*, ואיננו & non. ſub. venit. i. optant mortem, & non venit. Et inquirunt eam ויחפרוהו & rimantur eam. i. quanuis tanquam ſuffodientes perquirant eam ſtudioſius quàm theſauros abditos in terra. q. d. qui tantopere mortem optant, & aſſequi non datur.

22 Exultatione, אלי־גיל de gaudio. i. de re de qua gaudendum eſt: nempe, quum inuenerint ſepulchrum. ſeipſum exponit. Ad verbum, ad gaudium. 23 Cuius via abſcondita eſt: אשר־דרכו נסתרה. i. qui neſcit qua via incedere debeat, propter infœlicitates & miſerias? Cohæret cum ſuperiore 20 verſu. Et præcluſit Deus propter illum? ויסך אלוה בעדו: & præcluſit Deus illi. Alii, & quem ſepiuit [circunſepſit] Deus. i. cui Deus viam, quaſi obice tranſuerſim poſito, præcluſit. hoc eſt qui nunquam aſſequitur quod optat.

24 Nam ante panem meum כי־לפני לחמי Aliquid ſubaudiendum, Quare inquam dedit lucem miſero? Nam coram pane. i. eſca mihi propoſita. Suſpirium meum venit, אנחתי תבוא Sing. Hebr. pro plur. & fut. pro præſ. ſuſpiria mea erumpunt. Et ſtillant ויתכו Præt. Heb. pro præſ. & effunduntur. Rugitus ſuos appellat ſuſpiria & eiulatus qui ſunt ferè ſimiles voci leoninæ.

25 Timorem timui, פחד פחדתי Hebraiſmus, quod vehementer timebam, euenit mihi.

26 Non habeo pacem, &c. לא שלותי וגו׳ Præt. Heb. pro præſ. Nulla pace fruor, neque conquieſco, neque quietem habeo: euenit enim timor. ſub. mihi. Præ doloris acerbitate (inquit) nulla ratione quieſcere poſſum: nam quod timebam, euenit mihi. Ter idem dicit, vt vehemẽtius exprimat inquietudinem animi ſui.

IN CAPVT IIII.

2 An *ſi* diſceptemus tecum, ægrè feres? הנסה דבר אליך תלאה Nunquid diſceptabimus tecum, *&* ægrè feres? Ad verbum, Nũquid aſſumemus ſermonem ad te, *&* ægrè feres?. i. Nunquid ſi diſceptemus, vel cœperimus loqui tecum, ægrè feres? Verbo Aſſumendi vſus eſt vt & Num. 23. a. 7, Aſſumpſitque parabolã ſuam. q. d. cogimur ſententiæ tuæ aduerſari, & non loqui placentia, tametſi huc, vt te conſolaremur, aduenimus. Maior eſt enim nobiſcum veritatis amor, quàm æſtimatio amicitiæ & fauoris. Attamen prohibere ועצור Ad verbum, & prohibere. i. attamen continere. 3 Ecce, הנה q. d. Notum eſt quod dico. Erudiſti multos, יסרת רבים erudiebas multos. ſub. antea. q. d. Hactenus probè aliis conſulere conſueuiſti. Laſſas roboraſti: רפות תחזק: remiſſas [debilitatas] fortificaſti. i. manus remiſſas ad opus faciendũ, reddebas fortes, hoc eſt firmare ſolebas. De hac iuſtitia Iob vide infrà 28. c. 19. 4 Cadentem, &c. כושל וגו׳ Sing. Heb. pro plur. Nutantes erigebant verba tua: & genua labantia roborabas. q. d. Siquos cernebas in afflictione puſillanimes, pro inſigni dexteritate tua fideliter corroborabas. 5 Nunc autem, &c. כי עתה תבוא Fut. Hebr. pro præt. Ad verbum, Quia nunc veniet, &c. Quidam vertunt, Nunc autem quum euenit tibi, defeciſti: peruenit ad te, turbaris. Multa ſubaudiẽda, Nunc autem quum euenit tibi afflictio, vel aliquid mali, ſuccumbis: quũ inquam peruenit ad te, turbaris. i. afflictionem ipſam impatienter ferre videris atque ægerrimè.

6 Et perfectio viarum tuarum, expectatio tua? תקותך ותום דרכיך: Ad verbum, expectatio tua & perfectio viarum tuarum. Ordinem reſtituit noſter interpres. Quidam vertunt, Profectò [Sanè] timor tuus *erat* ſpes tua: & integritas viarum tuarum erat expectatio tua. i. ſperabas ob rectam tuam viuendi rationem in timore Dei, te aliquid emolumenti aſſequuturum à Deo ipſo, & interim nihil incommodi experturum. q. d. videris Deum non ſinceriter, ſed pro tuo tantùm commodo coluiſſe ac timuiſſe.

7 Succiſi fuerint. נכחדו: deleti ſint. Quatuor rationibus hoc capite & ſequenti oſtendere nititur Eliphaz, Iob eſſe ob ſua peccata percuſſum à Deo. Primò, quotquot mulctãtur malis, ob ſuam culpam mulctantur. Status diſputationis hic producitur, acſi dicat, Periiſti, ergo non vt tu exiſtimas quòd eſſes innocens, ſed ob tuam culpam. Secundam rationem vide infrà verſu 13 & 18.

8 Arantes iniquitatem, &c. חורשי און וזרעי עמל יקצרוהו Aratores iniquitatis & ſeminatores moleſtiæ, meſſuerunt eam. Fut. Hebr. pro præt. Hebraiſmus, qui intenti ſunt & propenſi ad flagitia, & ad iniuriam inferendam, fructum illorum flagitiorum meritò perceperunt, nempe interitum ac perditionem.

10 ″Rugitus leonis,& vox leonis,& dentes leunculorū″excutiūtur.

11 Leo *maior* perit,quòd non ſit *ei* præda, & filii leonis″diſpergūtur.

12 Me quoque *hæc* res ″latebat: ′verùm accepit auris mea puſillum ex ea.

13 In cogitationibus ′viſionum nocturnarum, quando irruit ſopor ſuper homines,

14 Pauor accidit mihi, ac tremor,″qui multitudinē oſſium meorum terrefecit,

15 ″Et ſpiritus coram me″tranſiuit,inhorruit″pilus carnis meæ:

16 *Tum*″ſubſtitit, cuius vultum non agnoui: ″imago coram oculis meis *erat*,″ſilentium & vocem audiui.

Aliud eiuſdē argumētum à iuſtitia & æquitate Dei.

17 Nunquid homo Deo″iuſtior erit? num factore ſuo mundior erit vir?

18 Ecce″in ſeruis ſuis non poſuit ſtabilitatem, nec in Angelis ſuis ″poſuit lumen:

19 ″Quanto magis in iis qui habitant domos luteas, ′quorū *eſt* in terra fundamentum, *&* quos conterent″donec fuerit Arcturus.

20 A mane vſque ad veſperam ′conteruntur, eo quòd non ſit qui ″apponat *cor*, in ſeculum peribunt.

21 Nónne″tranſlata eſt dignitas eorum *quæ* in ipſis? ″moriuntur,& non in ſapientia?

Cap. V.

Perſtat Eliphaz, nitens oſtendere ipſius Iob impietatem à ſanctorū impunitate, & ſtultorum perditione.

1 CLama nunc, *& vide* an ſit″qui reſpondeat tibi: & ad quem ſanctorum″vertes te?

2 ″Profectò ſtultum″interficit iracundia,″& ardelionem perimit ″inuidia.

3 Vidi ſtultum″radicantem,″& maledixi habitaculo eius ſtatim.

4 ″Elongabuntur filii eius à ſalute, & conterentur,

10 Rugitus leonis & vox leænæ,& dētes catulorum leonum contriti ſunt.

11 Tigris periit,eo quòd non haberet prædam:& catuli leonis diſſipati ſūt.

12 Porrò ad me dictū eſt verbum abſconditum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius. C

13 In horrore viſionis nocturnæ,quādo ſolet ſopor occupare homines,

14 Pauor tenuit me,& tremor,& omnia oſſa mea perterrita ſunt.

15 Et quum ſpiritus me præſente trāſiret, inhorruerunt pili carnis meæ:

16 Stetit quidam, cuius non agnoſcebam vultum: imago corā oculis meis & vocem quaſi auræ lenis audiui.

17 Nunquid homo, Dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? D

18 Ecce qui ſeruiunt ei,non ſunt ſtabiles, ‖& in Angelis ſuis reperit prauitatem:

Infrà 15.b.15
2.pet.2.a.4

19 Quanto magis ii qui habitant domos luteas,qui terrenū habent fundamentū,conſumentur velut à tinea?

20 De mane vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

21 Qui autem reliqui fuerint,auferentur ex eis:morientur,& nō in ſapiētia

Cap. V.

1 VOca ergo,ſi eſt qui tibi reſpondeat: & ad aliquem ſanctorum conuertere.

2 Verè ſtultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.

3 Ego vidi ſtultū firma radice,& maledixi pulchritudini eius ſtatim.

4 Lōgè fient filii eius à ſalute,& cōte-

10 Rugitus leonis,&c. שאגת אריה וגו׳ Rugitum leonis vocat minas impiorum.Subaudi ex præcedenti verſu,perit, ſiue perire ſolet, aut euaneſcit. Voce leonis,furorem & crudelitatem tyrannorum ſignificat. Quinque hîc ſunt varia nomina leonis. Excutiantur. נתעו: Futura Heb.pro præſ.euulſi ſunt.vel cōteruntur.hoc eſt oppreſſiones tyrannorū diſperduntur.q.d.impii ac tyranni populorū oppreſſores diſpereunt.

11 Diſperguntur. יתפרדו: Futura Hebr.pro præt. vel præſ.i.tyranni illi non inueniunt amplius quod prædentur : ideo filii eorum diſperguntur vt ſibi victum parent. 12 Latebat: יגונב Ad verbum,*ceu* furto ablata erat. Verùm accepit auris mea puſillum ex ea. ותקח אזני שמץ מנהו: Hebraiſmus,intellexi quidpiam ex ea re,ſiue ex eo negotio.

13 Viſionum nocturnarum, מחזיונות לילה Ad verbum,de viſionibus noctis.i.quæ oriuntur è viſionibus nocturnis.Secunda ratio, quòd Iob miſer ſit ob peccata,quum & angeli non perſtiterint in ſua perfectione. Vide tertiam rationem ſequenti capite,verſu tertio.

14 Qui multitudinem ורוב Ad verbum,& multitudinem.

15 Et ſpiritus ורוח .i.ventus quidam præcedens aduentum ſpiritus. Trāſiuit, יחלף Futura Heb.pro præt. Pilus שערת Sing. Hebr.pro plur.pili corporis mei tunc ſteterunt arrecti. 16 Subſtitit, יעמוד conſtitit.ſub.aliquis. Imago coram oculis meis תמונה לנגד עיני effigies[ſimulachrum]ante oculos meos.i.obuerſabatur oculis meis. Silentium & vocem audiui. דממה וקול אשמע: .i.vocem tenuem,ſummiſſam ac gracilem audiui.ſub.dicentem quæ ſequuntur. 17 Iuſtior erit? יצדק iuſtior eſſe poſſit?

18 In ſeruis ſuis non poſuit ſtabilitatem, בעבדיו לא יאמין in ſeruis ſuis [.i.angelis.mox ſeipſum exponit] non poſuit inuertibilitatem.vel, immutabilitatem.id quod apparet ex lapſu multorum. Poſuit lumen: ישים תהלה: Fut.Hebr.pro præt.Negatio præcedens ſubaudienda,nec poſuit in angelis ſuis lucem exactiſſimam.i.abſolutam & omnimodam perfectionem.nam ſiquid perfectionis nacti ſunt, Diuino munere ſuſceperunt. Quidam vertunt, poſuit ſtultitiam:& ita Vulgatus interpres qui vertit,reperit prauitatem. q.d. Angeli Deo collati videntur inſipientes. 19 Quanto magis אף Multo minus.ſub.poſuit ſtabilitatem & perfectionem in hominibus habitantibus corpora è luto formata.2.Corinth.5.a.1,Si terreſtris domus noſtra,&c. Quorum *eſt* in terra fundamentum אשר בעפר יסודם quorum *eſt* in puluere,&c. .i.quorum corpus,quod ſcilicet eſt baſis & vehiculum animæ,in puluerem conuertendum eſt. Donec fuerit Arcturus. לפני־עש: .i.ſemper. Alii vertunt, *&* quos conterere ſolent *multa quæ quotidie accidunt* , *etiam* ante tineam.i.antequam à vermibus abſumantur in ſepulchro, vt veſtis à tinea.hoc eſt,ante mortem,ac definitum diem eius.

20 Conteruntur, יוכתו Fut.Hebr.pro præſ.q.d.homines in continuo ſunt fluxu,perpetuò patent periculis. Apponat משים ſub. cor.Integra loquutio legitur Exod.7.d.23,Nec appoſuit cor ſuum etiam ad hoc.

21 Tranſlata eſt dignitas eorum *quæ* in ipſis? נסע יתרם בם Præt.Heb.pro præſ.recedit[abducitur.abit] dignitas eorum.i. ſeparatur à corpore præclara portio quam habent,nempe anima. Vel,dignitas eorum ab eis?vt ſit ב pro מן.Seipſum declarat ſequentibus. Moriuntur,&c. ימותו וגו׳ Fut.Heb.pro præſ.i.pereunt,deſtituti ſapientia.q.d.imprudentes & incauti perire ſolent.

IN CAPVT V.

1 Qui reſpondeat tibi: עונך .i.qui te dignetur ſua reſponſione. Vertes te? תפנה: reſpicies? repetendum quod præceſſit,qui te dignetur ſua reſponſione. q. d.nullus eſt Angelorum quanlibet paruus qui non ſit te ſuperior , quique te dignetur alloqui. Oſtendit hominem eſſe Angelis multo inferiorem:quanto magis Dei?

2 Profectò כי Reuera.q.d.Notum eſt quòd ſtultum,&c. Oſtēdit mala homini accidere propter peccata.Eſtque tertia ratio qua Eliphaz probat Iob fuiſſe impium,quòd affligatur vt impii & ſtulti. Interficit iracundia יהרג־כעש Fut.Heb.pro præſ.interficit ira.vel indignatio. Et ardelionem ופותה cupidum.auidum ad rem.ſignificat eum qui re viſa afficitur. Inuidia. קנאה: zelus.i.nimia cupiditas habendi. q.d.frequenter fit vt ſtulti & auari iracundia pereant,quòd fruſtrentur deſideriis ſuis.

3 Radicantem, משריש radices agentem.i.fœliciter viuentem. Et maledixi habitaculo eius ſtatim. ואקוב נוהו פתאום: .i.ſtatim cēſui habitaculum eius eſſe maledictum.hoc eſt,mox reputaui fore vt domui ac familiæ eius malè cederet.

4 Elongabuntur ירחקו Subauditur aliquid,Dixi apud me,Longè fient.Salutem vocat auxilium Diuinum.

	rentur in porta:& non erit qui eruat.		ʹin porta,nec erit eruens.	
	Cuius meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus,& bibent ſitientes diuitias eius.	5	ʹDiuitiæ eorumʹ*eius erant* cuius meſſem famelicus comedet,& de ſpinis tollet eam,ʹatque inhiabit prædo.	
	Nihil in terra ſine cauſa fit,& de humo non orietur dolor.	6	Etenim nonʹegreditur è puluere iniquitas, nec de terra ʹoritur peruerſitas:	
B	Homo naſcitur ad laborem,& auis ad volatum.	7	ʹTametſi homo ad moleſtiam natus ſit,quemadmodum ſcintillæ attollunt ſeſe ad volandum.	
	Quāobrem ego deprecabor Deū, & ad Deum ponam eloquium meū.	8	ʹCertè ego requirerē Deum, ʹ& ad Deum ponerem eloquium meum:	
	Qui facit magna & inſcrutabilia,& mirabilia abſque numero.	9	Qui facit maxima,ʹ& non eſt inueſtigatio: *ac* mirabilia abſque numero.	Argumenta iuſtitiæ Dei,
	Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ,& irrigat aquis vniuerſa.	10	Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, ʹ& mittit aquas ſuper faciem platearum.	
	Qui ponit humiles in ſublime,& mœrentes erigit ſoſpitate.	11	ʹVt ponat humiles in excelſo,ʹ& pullati exaltentur ſalute,	
	Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorū quod cœperant.	12	ʹDiſſipat cogitationes callidorum, & non facient manus eorū ʹquod decreuerant.	
1.Cor.3.d.19	¶Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorū diſſipat.	13	*Et* apprehendit ſapientes in calliditate eorum, & conſiliumʹprauorum infatuatum eſt.	
C	Per diem incurrēt tenebras,& quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.	14	Interdiu ʹincurrunt *in* tenebras , & quaſi in nocte ʹpalpant in meridie.	
	Porrò ſaluum faciet à gladio oris eorum,& de manu violenti pauperē.	15	ʹEt ſeruat *humiles*ʹà gladio,ab ore eorū, & à manu forti pauperē.	
	Et erit egeno ſpes,iniquitas autem contrahet os ſuum.	16	Eſtqueʹpauperi ſpes:iniquitas autemʹclauſit os ſuum.	
Prouer.3.b.11 iacobi.1.b.12 heb.12.b.5 apoc.3.d.17	¶Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:	17	Profectò beatus eſt homo *quem*ʹincrepauerit Deus: proinde correctionem Omnipotentis ne ſpernas:	Commendatio crucis quæ hominē erudit & mortificat.
	Quia ipſe vulnerat,& medetur:percutit,& manus eius ſanabunt.	18	Quia ipſe ʹdolore afficit , ʹ& medetur:ʹpercutit , & manus eius ʹſanant.	
	In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum:	19	ʹIn ſex anguſtiis eruet te,ʹ& in ſeptima non tanget te malum:	

In porta, בשער .i.in foro ac loco publico.q.d.iudicio publico ſtatuentur,& damnabuntur,quia cœptam à parentibus impietatem ſectati ſunt:nec erit qui liberet eos. 5 Diuitiæ eorum,&c. אשר קצירו וגו׳ Inuerſum ordinem apud Hebræos repoſuit noſter interpres:nam iſtud Diuitiæ,eſt illis poſteriore loco huius verſus.dicit igitur,Opes[Facultates]eorū[nēpe filiorū impii]erunt eius[ſiue deuoluentur ad eum] cuius meſſem famelicus comedet:[ſingulare pro plurali,famelici ac eſurientes comedent:id eſt ad hominem infœlicem:]& ad eum qui è ſpinis[.i.etiam è mediis ſpinis] accipiet eam[.i.colliget]atque inhiabit *ei meſſi* prædator,ſiue graſſator. Extremam hominis infœlicitatem deſcribit. Atque inhiabit ושאף צמים ſub.ei meſſi.ſiue,aſpirabit ad eam meſſem. Alii,& deuorabit eam.i.inhiabit vt deuoret eam.

6 Egreditur יצא prodit.Fut.Heb.pro præſ.i.terra non admittit iniquitatem.q.d.non ob iniquitatem ipſius terræ ea fit ſterilis: ſed ob iniquitatem hominis.Hæc quarta eſt ratio quòd Iob propter peccatum affligatur Originale peccatum cauſa eſt ea omnium ærumnarum : igitur actuale peccatum cauſa eſt ærumnarum peculiarium. Oritur peruerſitas: יצמח עמל: germinat[pullulat]iniuria.ſiue moleſtia. aut,afflictio.i.iniuria non exiſtit è terra,ſed ex malitia & peccato hominum.

7 Tametſi homo ad moleſtiam,&c. כי אדם לעמל יולד וגו׳ Ad verbum, Quia homo ad laborem natus eſt,& filii prunæ [vel, carbonis] eleuabūt volatum. Quidam iſtud כי exponunt Reuera:alii,per Sed.Reuera ad moleſtiam natus eſt homo.i.doloribus ac miſeriis natura obnoxius eſt propter peccatum primi parentis. Obſerua ו pro Quemadmodum:& quòd filios prunæ, ſcintillas vocet,quæ tendunt ſurſum,ſiue ſurſum emicant. 8 Certè ego requirerem אולם אני אדרוש ſub.ſi talia paſſus eſſem. Et ad Deum ponerem eloquium meum. ואל־אלהים אשים דברתי: & ad ipſum(anteced.pro relat.) deponerem verba mea.i.dirigerem orationem meam:hoc eſt Deum precarer.

9 Et non *eſt* inueſtigatio: ואין חקר ſub.*illis*.i eáque imperueſtigabilia:hoc eſt.quæ captum humanum excedunt.

10 Et mittit aquas,&c. ושולח מים וגו׳ dum ſcilicet pluuias mittit quas venti pellunt ſuper plateas.i.ſuper loca quæ ſunt ſub dio.

11 Vt ponat humiles in excelſo, לשים שפלים למרום Vt ſtatuat abiectos [contemptos] in ſublimi i.collocet in ſumma dignitate. hoc eſt, vt exaltet humiles. Vel,in alto.i.in loco tuto,quaſi inacceſſo.Hic verſus cohæret cum ſequente. Et pullati exaltentur ſalute. וקודרים שגבו ישע: & *ut* triſtes[mœrentes]exaltentur ſalute.i.ope & auxilio Diuino.

12 Diſſipat מפר .i.irrita facit conſilia aſtutorum & verſipellium. Quod decreuerant. תושיה: Ad verbum, ens.vel,quicquā,quod ſcilicet facere decreuerant. 13 Prauorum infatuatum eſt. נפתלים נמהרה: peruerſorum [deprauatorum]inſipiens redditum eſt. Alii, præcipitatur.redditur præceps.i.irritum.Hunc locum adduxit Paulus,1.Corinth.3.d.19, volens probare ſapientiam huius mundi eſſe ſtultitiā apud Deum.Scriptum eſt enim,inquit,Comprehendam ſapientes in aſtutia ipſorum:quo certè innuit,ſapientes ſua ipſorum aſtutia capi ſolere ac reuinci,dum ipſa re comperiunt ſapientiam ſuam nihil prodeſſe ad veram fœlicitatem.

14 Incurrunt *in* tenebras, יפגשו חושך Ad verbum,occurrunt tenebris.i.impingunt.Fut.Heb.pro præſ. Palpant ימששו Fut.Heb. pro præſ.i.in maxima luce,hoc eſt clariſſima,deſtituuntur intelligentia,quaſi verſarentur in re difficillima.

15 Et ſeruat וישע Præt.Heb.pro præſ.ſub.humiles. A gladio,ab ore eorum, מחרב מפיהם à gladio[ſub.illorum,]ab ore eorum.i. per verba ipſorum. Alii,à gladio oris eorum.i.à calumniis eorum quæ ſunt veluti gladius.

16 Pauperi ſpes: לדל תקוה egeno [tenui]ſpes.ſub.reliqua i. habet egenus in quo ſperet. Clauſit קפצה claudit.occludit.vt ſit Præt. pro præſ.i.iniquus digito compeſcit labellum.q.d.iniqui coguntur tacere confuſi.

17 Increpauerit יוכיחנו Sub.אשר.Fut Heb.pro præt.vel præſ.corripit.caſtigat.

18 Dolore afficit, יכאיב vulnerat.dolores infligit. Et medetur: ויחבש Ad verbum,& alligabit,ſiue colligabit.Fut.vt ſuprà pro præſ. .i.ceu faſciis vulnus alligat,more boni chirurgi. Sanant. תרפינה: ſub.vulnus inflictum.Fut.pro præſ.

19 In ſex anguſtiis eruet te, בשש צרות יצילך In ſex tribulationibus[afflictionibus]liberabit te.ſiue,eruet.i.quum acciderit vna ex multis tribulationibus,ſeruabit te Deus incolumem. Et in ſeptima ובשבע .i.imò verò in plurimis non attinget te malum vllum.q.d.omni tempore vindicabit te à noxa.Numeri finiti pro infinitis per amplificationem.Vel,referuntur ad pericula quæ poſtea recenſet.

In fame redime te à morte,& in bello,″à manibus gladii:

″A flagello linguæ abſconderis, neque timebis ″à vaſtitate quũ venerit:

Vaſtitatem″& famem ridebis,″& à beſtia terræ non timebis.

″Quin *&* cum lapidibus agri *erit* pactum tibi,& beſtia agri″pacifica *erit* tibi.

″Et ſcies quòd pax *erit in* tabernaculo tuo,″viſitabiſque habitaculum tuum,″& non peccabis.

Scies inquam quòd″multum *erit* ſemen tuũ, & propagines tuæ velut herba terræ.

Ingredieris in ſenectute ſepulchrum, ″ſicut aſcendit aceruus *in aream* tempore ſuo.

″Ecce,hoc inueſtigauimus,& ſic eſt:audi illud,& tu ſcito tibi.

Cap. VI.

Pœnam culpa ſua grauiorem dicit Iob.

REſpondens autem אIiob,dixit,

Vtinam ″appendendo appenderetur″querela mea,& contritionem meam″in ſtatera eleuarent pariter:

″Nunc enim″arena marium grauior eſſet:ideo″verba mea abſorpta ſunt.

Quia ″ſagittæ Omnipotentis apud me *ſunt*, ″quarum venenum ebibit ſpiritum meum,terrores Dei″oppugnant me.

″Nunquid rudit onager iuxta herbam? an mugit bos iuxta pabulum ſuum?

″Nunquid comeditur inſipidum″abſque ſale?″num eſt ſapor in albumine vitelli?

″Quæ renuebat tangere anima mea, ipſa *ſunt* velut ægritudines carnis meæ.

Iob humana patitur,optando ſibi mortem.

″Quis det vt veniat poſtulatio mea, & expectationem meã det Deus?

″Velítque Deus, & conterat me:″ſoluat manum ſuam, & ſuccídat me.

20 In fame eruet te de morte:& in bello,de manu gladii:

21 A flagello linguæ abſcõderis: & nõ timebis calamitatem quum venerit: D

22 In vaſtitate & fame ridebis: & beſtias terræ non formidabis.

23 Sed cum lapidibus regionum pactum tuum : & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi:

24 Et ſcies quòd pacem habeat tabernaculum tuum : & viſitans ſpeciem tuam,non peccabis.

25 Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuũ,& progenies tua quaſi herba terræ.

26 Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.

27 Ecce,hoc vt inueſtigauimus,ita eſt: quod auditum mente pertracta.

Cap. VI.

1 REſpondens autem Iob dixit,

2 Vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quã patior,in ſtatera:

3 Quaſi arena maris hæc grauior apparet:vnde & verba mea dolore ſunt plena.

4 Quia ſagittæ Domini in me ſunt: quarum indignatio ebibit ſpiritum meum , & terrores Dei militant contra me.

5 Nunquid rugiet onager quũ habuerit herbam ? aut mugiet bos, quũ ante præſepe plenum ſteterit?

6 Aut poterit comedi inſulſũ quod nõ eſt ſale conditũ?aut poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortẽ?

7 Quæ prius nolebat tangere anima mea,nunc præ anguſtia, cibi mei ſunt. B

8 Quis det vt veniat petitio mea : & quod expecto,tribuat mihi Deus:

9 Et qui cœpit,ipſe me conterat:ſoluat manum ſuam,& ſuccidat me?

20 A manibus gladii. מידי חרב: Hebraiſmus,ab ictibus enſium.

21 A flagello linguæ בשוט לשן Dum peruagabitur lingua.i.quando impii pios deferent apud tyrannum,non accuſaberis cum aliis. A vaſtitate quum venerit. משוד כי־יבוא: à depopulatione ventura.vel,quando veniet.

22 Et famem ולכפן prouenientem ſcilicet ex malitia diuitum qui omnia congregant in horrea ſua,floccipendes. Et à beſtia terræ ומחית הארץ ſic vocat beſtias agreſtes. 23 Quin *&* cũ lapidibus,&c. כי עם אבני וגו׳ Ad verbũ,Quia cũ lapidibus agri erit pactũ tuum.vt ſcilicet non lædant pedes tuos,quaſi ex pacto. Pacifica *erit* tibi. השלמה־לך: .i.non tibi nocebit fera, ſi fortè occurrat.Singul.pro plur.Pſal.91.d.13,Super leonem & baſiliſcũ ambulabis,&c. 24 Et ſcies quòd pax,&c. וידעת כי־שלום אהלך Et ſcias quòd *in* pace *erit* tabernaculum tuum.i.in ſumma tranquillitate ac proſperitate erit domus tua. Viſitabiſque ופקדת .i.diligentiſſimè conſiderabis familiam tuam. Et non peccabis. ולא תחטא: nimium ſcilicet indulgendo,aut nimium conniuendo familiæ tuæ.

25 Multum ſemen tuum,&c. רב זרעך וגו׳ .i.numeroſa futura eſt proles tua,& nepotes tui plurimi futuri,imò innumeri.

26 Sicut aſcendit,&c. כעלות וגו׳ quemadmodum exciditur aceruus *frugum* tempore ſuo.i.quum ſeges eſt matura.q.d.non morieris ante mortem naturalem,ſed ſenex morieris. 27 Ecce,hoc inueſtigamus,&c. הנה־זאת חקרניה וגו׳ En id *quod* perquiſiuimus, *&* ita res habet: proinde audi,&c.Vel,En hoc *quod* perquiſiuimus,verum eſt: proinde audi,&c.i.Iſtud excogitauimus: proinde acquieſce illi, & cõmendato memoriæ.

IN CAPVT VI.

2 Appendendo appenderetur שקול ישקל appendendo appendatur..i.exactiſſimè ponderaretur. Querela mea, כעשי expoſtulatio mea.querimonia.indignatio. In ſtatera במאזנים in bilance.i.in altera lance,ſub.poſitam. 3 Nunc enim כי עתה Mox enim. Arena marium grauior eſſet: מחול ימים יכבד ſub.afflictio mea.i.profectò appareret longè maioris querimoniæ me cauſas habere. Verba mea abſorpta ſunt. דברי לעו: verba mea corrupta ſunt.vel,perdita.i.vix loqui poſſum.q.d.vox mea adhæret faucibus meis.

4 Sagittæ Omnipotentis חצי שדי .i.acutiſſimæ. vt montes Dei, & cedri Dei pro altiſſimis. Pſal.36.b.7, & 80.b.11. Sagittas acutiſſimas vocat vulnera lethalia quibus conficiebatur.id ſignificat Apud ſe fuiſſe. Quarum venenum חמתם Solent in bello aciem ſagittarum veneno inficere.Significat autem feruorem & acerbitatem afflictionum ſuarum exhaurire & abſumere partem illam ſui vitalem,ſiue ſpiritus vitales. Oppugnant me. יערכוני: Ad verbum,ordinant[dirigunt]contra me.ſub.aciem.i.adoriuntur me pugna acerrima. Terrores Dei appellat,vt ſuprà Sagittas Omnipotentis. 5 Nunquid rudit הינהק Futura Heb.pro præſ.q.d.Putáſne ſine cauſa me conqueri,quum ne bruta quidem conquerantur quum habent quod optant? 6 Nunquid comeditur,&c. היאכל וגו׳ Futura.Heb.pro præſ.vt ſuprà. Abſque ſale? מבלי־מלח .i.quod ſale non eſt conditũ.Probat quæ dixerat,ſimilitudine ducta à minori ad maius.Deeſt autem altera pars argumentationis,Quanto minus amarum comedi poteſt?q.d.natura homo non poteſt edere cibum inſipidum : multo minus amariſſimum, cuiuſmodi ſunt quos hic patior. Num eſt ſap.&c. אם־יש־טעם בריר וגו׳ Albumen vitelli vocat albumen illud quod vitelli ouum circũdat, quod natura eſt inſipidum.Subauditur,non.q.d.non comeditur,quòd natura ſit inſipidum:multo minus amarum.

7 Quæ renuebat tangere,&c. מאנה לנגוע וגו׳ .i.à quibus olim maximè abhorrebat animus meus,ſunt mihi proxima,vt ægritudines corporis.hoc eſt,non magis à me ſeparantur afflictiones,quàm à corpore ægritudines.q.d.Ingens eſt calamitas,tanta ferre hominem minimè aſſuetum. 8 Quis det,&c. מי־יתן וגו׳ Sic circum loquuntur Hebræi aduerbiũ optandi,Vtinam eueniat quod poſtulo,& det Deus quod expecto. 9 Velitque Deus,& conterat me: ויואל אלוה וידכאני Hebraiſmus,Et placeat Domino me conterere. Soluat manum ſuam, יתר ידו quæ ſcilicet videtur alligata. Et ſuccidat me. ויבצעני: i.perdat. Alii,in fruſta concidat me.Verba ſunt afflicti ſecundum carnis affectum conquerentis.

Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat: nec contradicam ſermonibus Sancti?

Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus, vt patiẽter agam?

Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.

Ecce non eſt auxiliũ mihi in me, & neceſſarii quoq; mei receſſerũt à me.

C Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini derelinquit.

Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus.

Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.

Tempore quo fuerint diſſipati, peribunt: & vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo.

Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

Conſiderate ſemitas Thema, itinera Saba, & expectate pauliſper.

Confuſi ſunt, quia ſperauerunt: venerunt quoque vſque ad me, & pudore cooperti ſunt.

Nunc veniſtis, & modò videntes plagam meam, timetis.

Nunquid dixi, Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?

D Vel, Liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?

Docete me, & ego tacebo: & ſiquid fortè ignoraui, inſtruite me.

Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, quum è vobis nullus ſit qui poſſit arguere me?

Ad increpandum tantùm eloquia cõcinnatis, & in ventum verba pro-

10 'Et erit adhuc' conſolatio mea (& vror dolore, nec parcit) quòd non ſuppreſſerim eloquia Sancti.

11 *verùm* 'quid fortitudo mea, quòd ſperẽ? '& quid finis meus, quòd prolongem vitam meam?

12 An fortitudo 'lapidum, fortitudo mea? an caro mea ænea eſt?

13 'Annon auxilium meum *fuit* in me, '& lex expulſa eſt à me?

14 '*An* diſſoluto, à ſodali ſuo conuitium? '& *quòd* timorem Omnipotentis deſeruerit?

15 'Fratres mei præuaricati ſunt in me ſicut torrẽs, 'ſicut inundatio torrentium *qui* prætereunt,

16 'Qui obſcuri ſunt præ glacie, '*&* in quibus occultatur nix.

17 Tempore *autem* quo 'effluxerint, excidẽtur: 'dum *enim* incaleſcit, extinguuntur è loco ſuo:

18 *vel* 'declinant *alii* ſemitæ itineris eorum, *&* 'aſcendũt in vacuum, ac pereunt.

19 'Conſiderauerant ſemitæ Themanitarum, itinera ש Seba expectauerant ſibi.

20 Pudore affecti ſunt, quoniam 'ſperauerant: deuenerunt vſque ad illum *locum*, & erubuerunt.

21 'Certè nunc eſtis *ſimiles* illi, 'vidiſtis fractionem, & timuiſtis.

22 'Nũ dixi, Afferte mihi, '& de fructu veſtro date munera pro me:

23 Et liberate me è manu 'hoſtis, & de manu robuſtorum redimite me?

24 Docete me, '& ego tacebo: & in quo errauerim, intelligere facite me.

25 Quàm fortia ſunt eloquia 'recta! '& quid diſceptando cõficiet diſceptatio veſtra?

26 'An diſceptando verba reputare debetis, & ventum eloquia

Conqueritur ſe ab amicis relictũ, quũ præter meritum affligatur.

10 Et erit adhuc conſolatio mea, &c. ותהי־עוד נחמתי וגו׳ Et eſt [extat] adhuc conſolatio mea, &c. i. quanuis adhuc habeã quo me ſolari poſſim (tametſi flagrem dolore qui non parcit mihi) nempe quòd non ſuppreſſerim verba ſancti Dei, id eſt, quòd non cõtradixerim verbis Dei, fuerimque in eum blaſphemus. 11 Quid fortitudo mea, &c. מה־כחי כי איחל .i. quæ ſunt vires meæ, vt ſperare debeam adhuc liberos? Reſpondet verbis Eliphaz in fine præcedentis capitis, verſu 25, Scies inquam quòd multum erit ſemen tuum. hoc eſt, ſenties prolem tuam augeri. q.d. fruſtra ſperem liberos. Et quid finis meus, &c. ומה־קצי .i. quis eſt finis meus vt propagare cupiam vitam meam? q.d. proximus ſum fini meo. 12 Lapidum, אבנים lapidea. i. ſimilis virtuti lapideæ. ſub. vt tanta & tam grauia perferam?

13 Annon auxiliũ meum in me? האם אין עזרתי בי .i. nónne quoad potui, adiuui me, & feci quod potui? Et lex expulſa eſt à me? ותושיה נדחה ממני: & *an* officiũ fuit propulſatũ à me? i. nunquid formula, ſiue ratio rectè viuendi excuſſa eſt à me? q.d. nónne continui me ſemper in officio? 14 An diſſoluto, à ſodali ſuo conuitium? למס מרעהו חסד .i. An afflictionibus obruto, & malis fracto, quaſi liquefacto, à ſodali ſuo, ſiue amico dicetur conuitium? q.d. fierine poteſt vt amicus amico afflicto pro conſolatione cõuitium dicat? Quidã ſequuti quorundam Hebræorum opinionem vertunt, Viro flagellis diſſoluto, ab amico ſuo conſentaneũ eſt vt impendatur miſericordia: alioqui timorem Omnipotẽtis derelinquit. vt יעזב fut. ſit pro præſ. Chaldæus paraph. vertit, Vir qui prohibuit à ſocio ſuo miſericordiã, [vel, beneficentiam] timorem Dei omnipotentis dereliquit. In hunc ſenſum etiam quidam Hebræorum exponunt. Et *quòd* timorem, ויראת nempe quòd timorem, &c, id eſt, dicátque illi quòd meritò hæc patiatur ob peccata ſua, quòd timorem Omnipotentis dereliquerit.

15 Fratres mei præuaric. אחי בגדו כמו־נחל .i. amici, proximi, ſodales mei fefellerunt me, velut torrens fallere ſolet negotiatores. Inconſtantes amicos torrentibus comparat, qui tempore Veris, aucti niualibus aquis, magno impetu ferũtur, æſtate exareſcunt: ad quos mercatores ſitibundi accurrentes ſpe potus, falluntur. Sicut inundatio, &c. כאפיק נחלים יעבורו ſicut impetus [vehementia] torrentiũ *qui* abeunt. i. ad tẽpus defluentiũ ac decurrentium. Fut. Heb. pro præſ. 16 Qui obſcuri ſunt præ glacie, הקודרים מני־קרח Qui nigri ſunt [turbidi] à pruina. vel, ob pruinam. i. qui turbidi ſunt more aquæ altæ ac profundæ propter glaciem quæ in aquam liquefacta eſt. Et in quibus occultatur nix. עלימו יתעלם שלג: .i. in quos torrentes aqua niuis liquefactæ immittitur, & condit ſeſe. 17 Effluxerint, יזרבו Doctus inter Hebræos exponit, multiplicati fuerint. acſi dicat, tempore quo videris eos defluentes in multitudine, hoc eſt multum. Alius quidam, ſic, tẽpore quo frigeſcent, congelabuntur. tempore hyemis congregantur pariter aquæ torrentium currentes, & contrahuntur. i. congelantur. Rectius autem alii, qui exponunt, incaleſcunt, delentur. i. tẽpore quo æſtũ ſolis ſentire incipiunt, pereunt. Dũ incaleſcit, exting. בחומו ממקומם: dum incaleſcit [ſub illud tempus] deficiunt. i. exterminantur è loco ſuo. hoc eſt tempore æſtiuo exiccantur. 18 Declinant, &c. ילפתו Fut. Heb. pro præſ. auertuntur. deflectuntur aliò viæ itineris per quas feruntur torrentes illi. q.d. mutant alueos, & aliud iter capiunt. Aſcendunt in vacuum, יעלו בתהו .i. euaneſcunt, ac prorſus pereunt. 19 Conſiderauerant, &c. הביטו ארחות תמא וגו׳ Semitæ Thema, id eſt turmæ eorum qui Arabiam deſertam adibant, contemplati fuerant illos torrentes, vt inde ſibi & iumentis pararent aquam: & itinera Sabææ, id eſt qui Arabiam fœlicem adibant, ſperauerant ſe hauſuros ex illis torrentibus aquam ſibi & iumentis ſuis.

20 Sperauerãt: בטח Ad verbum, ſperauit. ſub. quiſque eorũ. ſperauerant ſe habituros ex illis torrentibus aquam, & fruſtrati ſunt ſpe ſua. nam exiccati erant. 21 Certè nunc eſtis *ſimiles* illi, כי עתה הייתם לו ſub. torrenti. i. ſingulis illis torrentibus qui decipiunt ſperantes in ſe. Vidiſtis fractionem, תראו חתת Fut. Heb. pro præt. vidiſtis terrorem, id eſt plagam meam horribilem, incutientem terrorem.

22 Num dixi, הכי־אמרתי Nunquid dixi. ſub. vobis. Aliquid ſubaudiendum, Deſiſtite quæſo timere, non eſt vt opem veſtram implorem, Nunquid, &c. Et de fructu veſtro ומכוחכם & de labore veſtro. i. de facultatibus veſtro labore partis, date munera iudicibus, vel tyrannis?

23 Hoſtis, צר tribulatoris. vel, tribulationis. i. à tribulatione. 24 Et ego tacebo: ואני אחריש .i. audiam cum ſummo ſilentio.

25 Recta! ישר Ad verbum, rectitudinis. i. æqua & recta. q.d. fortiſſima eſt veritas. Et quid diſceptando conf. &c. ומה־יוכיח הוכח מכם Ad verbum, & quid diſceptabit diſceptare *quod erit* à vobis? i. diſceptare veſtrum? 26 An diſceptando, &c. חלה כח Ordo dictionum talis eſſe debet, vt clarior ſit ſenſus, An diſputando reputare debetis eloquia deſperati [vel, eius qui deſpondit animum] verba & ventum? id eſt, nunquid diſceptando deberis floccipendere verba mea, qui animum ob afflictiones deſpondiſſe vobis videor? q.d. non ſunt paruipendenda eloquia hominis quantumlibet afflicti.

7·8

deſperati?

27 ′Iram in pupillum cadere faceretis,′quum fodiatis *aliquid* aduerſus amicum veſtrum.

28 Nunc itaque′velitis reſpicere ad me,& *videte*′an in cõſpectu veſtro mentiar.

29 ′Conuertimini nunc,*&*′ne ſit iniquitas: cõuertimini inquam, *&*′adhuc iuſtitia mea in ea.

30 ′An eſt in lingua mea iniquitas? an palatum meum non intelligeret′contritiones?

Cap. VII.

Vitam non eſſe niſi laborẽ perpetuũ Iob oſtendit, ſimul ipſius vitæ breuitatem.

1 N′Onne tempus determinatum *eſt* homini ſuper terram,& ſicut dies mercenarii dies eius?

2 Sicut ſeruus′aſpirat ad vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur′mercedem operis ſui:

3 Sic′ceu iure hæreditario traditus ſum mihi menſibus vanis, & noctes laborioſas′parauerunt mihi.

4 ′Si iacui,tum dixi, Quando ſurgam? & *cor meum* menſum eſt′veſperam,ſaturatúſque ſum ′euagationibus vſque ad crepuſculum.

5 Induta eſt caro mea′vermibus, & ramento pulueris : cutis mea ′rupit ſeſe,′& diſſoluit ſe.

6 Dies mei velociores *fuerũt*′radio textoris,′& defecerũt abſq; ſpe.

7 ′Memento quòd ſicut ventus *eſt* vita mea: *& quòd*′non reuertetur oculus meus ′vt videat bonum.

8 ′Nõ aſpiciet me oculus vidẽtis me:′oculi tui in me, & nõ ero.

9 vt deficit nubes,& abit,ſic deſcẽdens ad infernũ,′non aſcẽdet:

10 Non reuertetur vltrà ad domum ſuam, ′nec agnoſcet eum vltrà locus.

11 ′Propterea ego non coercebo os meum,*ſed* loquar′de anguſtia ſpiritus mei,commentabor de amaritudine animæ meæ.

12 ′Nunquid mare ego ſum,nũ cetus,quòd ponas mihi cuſtodiã?

ſertis.

27 Super pupillum irruitis,& ſubuertere nitimini amicum veſtrum.

28 Veruntamen quod cœpiſtis,explete:præbete aurem, & videte an mentiar.

29 Reſpondete obſecro abſque contentione: & loquẽtes id quod iuſtum eſt,iudicate:

30 Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem,nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

Cap. VII.

1 MIlitia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarii, dies eius.

2 Sicut ſeruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui:

3 Sic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi.

4 Si dormiero,dicam, Quãdo conſurgam? &rurſum expectabo veſperã,& replebor doloribus vſq; ad tenebras.

5 Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus pulueris: cutis mea aruit,& contracta eſt.

6 Dies mei velocius tranſierũt,quàm à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. B

7 Memento quia ventus eſt vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona.

8 Nec aſpiciet me viſus hominis: oculi tui in me,& non ſubſiſtam.

9 Sicut cõſumitur nubes,& pertrãſit, ſic qui deſcẽdit ad inferos,nõ aſcẽdet:

10 Nec reuertetur vltrà in domũ ſuã, neq; cognoſcet eũ amplius locus ei⁹.

11 Quapropter & ego non parcã ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei:confabulabor cum amaritudine animæ meæ. C

12 Nũdquid mare ego ſum,aut cetus, quia circundediſti me carcere?

27 Iram in pupillum cadere fa. אף על־יתום תפילו Hebraiſmus,In pupillum quoque iraſceremini.Verti poteſt,Etiam in pupillum cadere faceretis.ſub.iudicium.i.Etiam pupillum condemnaretis.Vel,ironiκῶς,cadere faciatis, poſtquam foditis,&c. Quum fodiatis ותכרו .i. machinemini.ſub.aliquid,nempe fraudes & conſilia. 28 Velitis reſpicere ad me,הואילו פנו־בי Ad verbum,velitis,reſpicite in me.i. placeat vobis oculos coniicere in me tantopere afflictũ. An in conſpectu veſtro ment.ועל פניכם אם־אכזיב Ad verbũ,& in conſpectu veſtro an mentiar.i.diſcutite apud vos ſiquo in ſermone mentitus inueniar. 29 Conuertimini nunc, שובו נא Reuertimini quæſo.i.rurſum aſſumpto ſermone diſceptate mecum. Ne ſit iniquitas: אל־תהי עולה .i.citra vllam iniquitatem.hoc eſt,& ne ſitis iniqui iudices.

Adhuc iuſtitia mea in ea. עוד צדקי־בה: .i.adhuc inueniar iuſtus in ea ſecunda ac repetita diſceptatione.Relatiuum ſine antecedente.

30 An eſt in lingua mea,&c. היש־בלשוני עולה וגו׳ Hæc ita coniungenda ſunt,ſubauditis pauculis:acſi dicat,An falſa dico,dum tueor iuſtitiam meam? Dicat aliquis, Quare ergo ita turbaris? Reſpondeo, An palatum meum non ſentiet calamitates? Intelligere pro Sentire. q.d. quemadmodum fieri non poteſt vt palatum non refugiat ſaporem amarum,ita nec pars ſenſitiua dolorem. Contritiones? הוות: id eſt, afflictiones & calamitates.

IN CAPVT VII.

1 Nónne הלא Interrogatiuis ſæpe vtũtur Hebræi quũ quid affirmare volunt. Certè tempus ſtatutũ & definitum eſt homini ſuper terrã, quemadmodũ tempus præfixũ eſt quo mercenarius ſeruire debet.q.d.Tribulatio mea eſt maxima , & vita hominis eſt breuis: quì fieri igitur poteſt vt non conquerar? Deſcribit humanæ vitæ breuitatẽ. 2 Aſpirat ad vmbrã ישאף־צל Fut.Heb.pro præſ..i.expetit,idque ſummo deſiderio,vmbram,hoc eſt veſperam,ſiue noctẽ,vt à labore diurno quieſcat. Mercedem operis ſui: פעלו: Ad verbum,opus ſuum, id eſt mercedem operis,cuius deſiderio tota die fatigatur. 3 Ceu iure hæreditario,&c. כן הנחלתי לי ירחי־שוא Ceu iure hæreditario accepi mihi menſes vanitatis.i.mendaces & vanos,quibus ſperabam quietem conſequi, quam tamen non ſum aſſequutus. Mihi,id eſt in meam perniciem. Parauerunt מנו ſub.menſes illi. Alii,numerauerunt. ſub.numeratores. qui ſcilicet agnoſcebant ærumnas meas . Sequenti verſu ſeipſum declarat. 4 Si tacui, tum dixi, אם־שכבתי ואמרתי .i.Siquando compoſui me ad quietẽ,tunc dicere cœpi,&c. Veſperam, ערב Significat noctem. q.d.omnes horas noctis numeraui. Euagationibus נדודים .i. curis animum diſtrahentibus.Alii,fœditatibus.i.ad ſaturitatem vſque repletus ſum fœditatibus,hoc eſt,rebus aſpernandis ac fugiendis,vſque ad crepuſculum matutinum.

5 Vermibus,& ramento pul. רמה וגיוש עפר verme,& ſtrigmento pulueris.id eſt vermibus è putredine natis, & minuto puluere,hoc eſt furfuribus. Rupit ſeſe, רגע rupta eſt.proſciſſa eſt. Exterior enim pars corporis dum non trahit humorem de interioribus, areſcit, ac contrahit rugas. Et diſſoluit ſeſe. וימאס: .i.contabeſcit.א eſt vice literæ geminatæ,וימסס. Alii,& deſpicabilis fuit. vel,abominabilis facta eſt. 6 Radio textoris, מני־ארג .i.tempus meum velocius abit quàm nauicula illa textoris,quæ ſine intermiſſione nunc ad ſiniſtram,nunc ad dexteram excutitur. Et defecerunt,&c. ויכלו באפס תקוה: .i.finiti ſunt abſque expectatione vlla ipſorum vnquã continuandorum in hac mortali vita. 7 Memento זכור ſub.ô Domine Deus.Cóuertitur ad Deum. Non reuertetur,&c. לא־תשוב עיני לראות טול; Hebraiſmus,non viſurus ſit rurſum bonam fortunam ac proſperitatem. 8 Non aſpiciet, &c. לא־תשורני עין ראי q.d. poſthac non eſt me viſurus in hoc mundo qui me nunc videt. Oculi tui in me,& non ero. עיניך בי ואינני: Hebraiſmus,tu me iudicio tuo corripuiſti,& mox non ero. 9 Non aſcendet: לא־יעלה: ſub.rurſum in vitam.Seipſum ſequenti verſu declarat.

10 Nec agnoſcet eum,&c. ולא יכירנו עוד מקומו: Hebraiſmus, nec agnoſcetur vnquam in loco vbi ſolebat prius habitare,ac viuens conuerſari. 11 Propterea ego non coercebo גם־אני לא אחשך Ad verbum,Etiam ego non prohibebo,&c. Quum igitur,inquit,nulla alia conſolationis via mihi detur,non tacebo,ſed loquar de afflictione mea. De anguſtia בצר Ad verbum,in anguſti.ב pro מן,de afflictione, Sic mox. poteſt tamen in ſua ſignificatione accipi,acſi dicat,Præ tribulatione ſpiritus,& animæ amaritudine,cum Domino miſer conquerar.

12 Nunquid mare,&c. הים אני אם־תנין Expoſtulatio eſt turbatæ carnis,Nunquid mare aut cetus ſum,quòd tanquam ipſum & eius belluas me vndique obicibus claudis? q.d. Num vires meæ tantæ ac tam fortes ſunt,vt maris ac ceti, quòd tanta affligis me calamitate,vt euadere non poſſim,& ſit mihi velut cuſtodia?

Si dixero, Cōſolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in ſtratu mo: 13

Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. 14

Quamobrē elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. 15

Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam: parce mihi, nihil enim ſunt dies mei. 16

D Quid eſt homo quia magnificas eū? aut quid apponis erga eum cor tuū? 17

Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum: 18

Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam? 19

Peccaui, quid faciam tibi ô cuſtos hominum? quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? 20

Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatē meā? ecce, nunc in puluere dormiam: & ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam. 21

Cap. VIII.

Reſpondens autem Baldad Suhites, dixit, 1

Vſquequo loqueris talia, & ſpiritus multiplex ſermonis oris tui? 2

Nunquid Deus ſupplantat iudiciū? aut Omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt? 3

′Etiamſi filii tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ: 4

Tu tamen ſi diluculo cōſurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus: 5

B Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te: & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ, 6

Intantū vt priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. 7

Interroga enim generationem priſtinā, & diligenter inueſtiga patrum memoriam: 8

Pſal.143.b.4
infrà 14.a.2

(Heſterni quippe ſumus, & ignoramus quoniam ſicut vmbra dies noſtri 9

13 ′Quum dixi, Conſolabitur me lectus meus, auferet′lamētâtionem meam cubile meum:

14 ″Tunc terruiſti me ſomniis, & viſionibus ſtupefeciſti me.

15 Et elegit ″ſtrangulationem anima mea: *&* mortē potius quàm oſſa mea.

16 ″Tædio affectus ſum, non in ſeculū victurus: ′recede à me, ′quia vanitas *ſunt* dies mei.

17 ″Quid *eſt* homo quòd magnifices eum, & quòd ponas ſuper eū cor tuum?

18 Et viſites eum ′ſingulis matutinis? *&* momentis ſingulis ′probes eum?

19 Quouſque non ″recedes à me, nec ſines me, donec glutiam ſaliuam meam?

20 ″Peccaui, quid feci tibi ô cuſtos hominū? quare poſuiſti me ″in offendiculum tibi, ″& ſum mihi oneri?

21 Et cur non′parces præuaricationi meæ, & dimittes iniquitatem meam? nūc enim in puluere dormiā, ″& *ſi* quæſieris me, non ero.

Cap. VIII.

1 R″Eſpondit autem Bildád ꝟSunhites, & dixit,

2 Quouſque *tandem* loqueris hæc, ″& *velut* vētus fortis *erunt* ſermones oris tui?

3 An Deus″peruertet iudicium? & an Omnipotens peruertet iuſtitiam.

Baldad conatur Iob ad confeſſionem peccatorū & reſipiſcētiam reuocare, idque duobus argumentis.

4 ′Si filii tui peccauerunt ei, & expulit eos″propter præuaricationem eorum.

5 Si tu mane quæſieris Deū, & Omnipotentē deprecatus fueris:

6 ″Si purus & rectus fueris, ″certè nunc″ſuſcitabit ſuper te *bonum*, ″& pacificum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ.

Primum argumentum à reſipiſcentium benedictione.

7 Erítque″principium tuum paruum, nouiſſimū verò tuum creſcet valde.

8 Interroga enim obſecro″ætatem priorem, & præpara te inquiſitioni″patrum eorum:

9 (″Quia *ab* heri ſumus, nec ſcimus: quum velut vmbra ſint dies

13 Quum dixi, כי־אמרתי .i. Quum ita cogitaui apud me, In lecto meo conſolationem accipiam. Somnus enim mortalibus quies eſt, & à laboribus recreatio. Lamentationē meam, בשיחי expoſtulationem [querimoniā] meā. i. nonnihil querimoniarū & luctuum meorum. Quidam vertunt, arſit eloquio meo cubile meum. 14 Tunc terruiſti וחתתני Ad verbum, Et terrebis. vel, conteres. ſiue confringes. 15 Strangulationem מחנק .i. mortem violentā. Mauult (inquit) anima mea relinquere corpus morte violēta, aut naturali, quàm remanere in tanta miſeria. 16 Tædio affectus ſum, non in, &c. מאסתי לא־לעולם אחיה Abominatus ſum [ſub. vitā meam, quòd] non in æternum viuam. i. abominor vitam meam quòd breui moriturus ſim. Recede à me, חדל ממני Deum alloquitur, Sine me ergo in pace: hoc eſt, noli amplius me vexare. Quia vanitas ſunt כי־הבל quum vanitas ſint. i. quum vita mea ſit breuiſſima. 17 Quid *eſt* homo, &c. מה־אנוש וגו' Deploratio eſt miſeriæ humanæ, ſimul & inexhauſtæ bonitatis Diuinæ admiratio. Quid eſt homo quòd tanti facias eum, quódque rationē eius habeas, hoc eſt, quòd eum ac res eius curare digneris? Id ſignificat Ponere cor ſuū ſuper aliquem. 18 Singulis matutinis לבקרים .i. per ſingulos dies. Ad verbum, in matutinis. Probes eum? תבחננו: an ſcilicet peccauerit, nécne. 19 Nō recedes à me לא־תשעה ממני affligēdo ſcilicet. i. deſines me affligere. 20 Peccaui, חטאתי .i. Si peccauerim. vel, Eſto, peccaui. q. d. Non quidem negare poſſum me ſine peccato eſſe. In offendiculū tibi, למפגע לך .i. quare ſtatuiſti me velut eum in quem aſſiduè impingas? hoc eſt, quare me vnum malè tractas? Et ſum mihi oneri? ואהיה עלי למשא: id eſt adeò vt mihimetipſi ſim oneroſus, & tædeat me vitæ meæ. 21 Parces præuaric. meæ, תשא פשעי auferes [vel, aufers. vt ſit fut. pro præſ.] præuaricationem meam. i. non parcis iniquitati me. q. d. Quare nō clemēter pro tua conſuetudine in alios, remittis mihi peccata mea? nam breui moriturus ſum: quòd ſi poſtea requiras me, vt mihi parcas, non extabo. Et *ſi* quæſieris, &c. ושחרתני וגו' Ad verbum, Et quæres me, & non ero. vel, non extabo.

IN CAPVT VIII.

1 Reſpondit autem ויען Et clamauit. i. Excepit autem ſermonem Bildad hunc in modum. 2 Et *velut* ventus fortis ורוח כביר q. d. Quandiù tam graui ac vehementi oratione culpam tuam excuſabis? 3 Peruertet יעות Fut. pro præſ. peruertere ſolet. q. d. nō: ſed ſumma æquitate omnia facit. quomodo igitur audes iniuſtitiæ arguere Deum? 4 Si אם pro Quia poſitum, Quia filii tui peccauerunt ei, ideo eiecit illos è mundo propter transgreſſionem ſuam, vt nulla eis ſpes vitæ relicta ſit. Propter præuaricationē e. ביד פשעם: Ad verbum, per manum præuaricationis eorum. vel, tranſgreſſionis. Notādus Hebraiſmus, per manū, vel in manu tranſgreſſionis, hoc eſt, propter tranſgreſſionē. 6 Si purus & rectus אם זך וישר Purū factis, & rectū animo intelligit. Certè nunc כי־עתה certè mox. vel, paulo póſt. Alii, ſcito quód. Suſcitabit ſuper te יעיר עליך ſuſcitabit tibi. vel, ſuper te. ſub. bonum. i. reſtituet tibi priſtinam illam fortunam. Et pacificum reddet hab. iuſt. t. ושלם נות צדקך: .i. pacatum ac pacificū reddet animum tuum qui iuſtitiæ ſtudet: vel etiam habitaculum tuum externum, in quo iuſtitiæ ſtudens, habitaturus es. 7 Principium tuum ראשיתך .i. prior fortuna tua ac fœlicitas cōparatione poſterioris parua putabitur fuiſſe: & nouiſſima tua longè excedent priora. 8 AEtatem priorem, לדור רישון .i. maiores. Patrum eorum: אבותם: qui nimirum multo vſu & experientia ſapientiam obtinuerunt. 9 Quia *ab* heri ſumus, nec ſcimus: כי־תמול אנחנו ולא נדע Heſterni quippe ſumus, nec ſcimus ſub. quicquā. i. pauco tēpore viximus: (nam nihil nobis propinquius ex præteritis heſterna die) & rerū ignari ſumus. Hic verſiculus legi debet per parentheſin. Pulchrè autem breuitatem vitæ noſtræ per diem heſternū & vmbram delineat.

Secundum à ſubitanea hypocritarum perditione.

noſtri ſuper terram)

Nónne ipſi docebunt te,*ac* dicent tibi,& è corde ſuo′proferent eloquia? 10

″Nũquid creſcet iuncus abſq; cœno,creſcet′gramẽ abſq; aqua? 11

Quum adhuc eſt″in virore ſuo, nõ decerpitur, & ante omnem herbam areſcit: 12

″Sic ſemitæ omnium qui obliuiſcũtur Dei, & ſpes′impii perit. 13

Cuius ſucciditur ſpes,& *uelut* domus araneæ *eſt* fiducia eius. 14

Innitetur″domui ſuæ,& nõ″conſiſtet:″fulciet ſe ſuper eam,neque conſiſtet. 15

′Viridis eſt ante ſolem,″& ſupra hortum ſuum″ramus eius tener egreditur. 16

″Iuxta fontem radices eius″intricantur, *& ſicut* ″domus lapidum implicatur. 17

Si′abſorbeat eã è loco ſuo,′& inficiãdo dicat de eo,Nõ vidi te. 18

″En id *erit* gaudium viæ eius,& de terra alia′germinabunt. 19

Ecce, Deus″non ſpernit perfectum,″nec apprehendit manum malignorum: 20

′Adhuc implebit riſu os tuum,& labia tua iubilatione. 21

″Odio habentes te induentur pudore,& tabernaculũ impiorum ′non erit. 22

Cap. IX.

Iob iuſtitiæ Dei cõparatione,hominis iuſtitiam nullam declarat.

ET reſpondit אIiób,ac dixit, 1

Verè noui quòd″ita eſt, & quomodo ′iuſtificabit ſe homo cum Deo? 2

Si velit cõtendere cum eo,″non reſpondebit ei *ad*″vnũ ex mille. 3

″Sapiens corde eſt,& fortis robore,quis″dura loquetur ei, & in pace erit? 4

′Qui transfert montes,″& non agnoſcũt quis ſubuerterit eos furore ſuo. 5

′Qui dimouet terram de loco ſuo ,″& columnæ eius contremiſcunt. 6

ſunt ſuper terram)

Et ipſi docebunt te:loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.

Nũquid virere poteſt ſcirpus abſq; humore? aut creſcere carectum ſine aqua? C

Quũ adhuc ſit in flore, nec carpatur manu,ante omnes herbas areſcit:

Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum,& ſpes hypocritæ peribit:

Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius.

Innitetur ſuper domũ ſuam,& non ſtabit:fulciet eam,& non conſurget.

Humectus videtur antequã veniat ſol, & in ortu ſuo germen eius egredietur.

Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides cõmorabitur. D

Si abſorbuerit eum de loco ſuo,negabit eum,& dicet,Non noui te.

Hæc eſt enim lætitia viæ eius,vt ruſum de terra alii germinentur.

Deus non proiiciet ſimplicem, nec porriget manum malignis,

Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo.

Qui oderunt te,induentur cõfuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

Cap.IX.

ET reſpondens Iob,ait,

Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo comparatus Deo.

Si voluerit contendere cũ eo, non poterit ei reſpondere vnũ pro mille.

Sapiens corde eſt,& fortis robore: quis reſtitit ei,& pacem habuit?

Qui tranſtulit montes,& neſciunt ii quos ſubuertit in furore ſuo.

Qui cõmouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur.

10 Proferent eloquia? יוציאו מלים: Ad verbum,exire facient ſermones?ſub.eruditos. 11 Nunquid creſcet היגאה Quidam iungentes præcedentibus verbis,E corde ſuo proferent eloquia,vertunt,An creſcat,&c. Gramen אחו pratum.i.herba prati.Hac parabola oſtendit proſperitatem Iob diuturnam non fuiſſe,quòd ſimulatæ ſanctitatis fuiſſet.Seipſum exponit paulo pòſt verſu 13.

12 In virore ſuo, באבו in ſua arbore.in ſuo virgulto.Futura in hoc verſu pro præſ. 13 Sic ſemitæ כן ארחות .i.talia ſunt inſtituta & rationes vitæ omnium qui,&c. Impii perit. : חנף תאבד Fut.Heb.pro præſ. Alii vertunt,hypocritæ perit.vel,perire ſolet.

15 Domui ſuæ, על־ביתו domo ſua. De aranea loquitur, quæ impetu nititur ſuper domũ ſuam.q.d.tela araneæ rũpitur & corruit ſi ipſa aranea illi telæ impetu nitatur:ſic impio accidit qui diuitiis, fortitudini & cognationi innititur & fidit. Conſiſtet :ועמוד ſub.domus illa quantũlibet ſit fortis. Fulciet ſe יחזיק firmat ſe. Repetitio.q.d.perit omne illud in quo habebat fiduciã. Futura quæ per præſens vertere potes. 16 Viridis eſt ante ſolẽ, רטוב הוא לפני־שמש Viridis eſt[ſub.arbor quædam]ſoli expoſita.Alia ſimilitudine plantæ naturalis humore præditæ quæ in aſperis locis viget , ſolidam oſtendit fœlicitatem illorum qui verè pii ſunt. Ramus eius tener יונקתו propago eius.i.altius quàm ſit hortus in quo plantata eſt,rami eius extendunt ſeſe & expanduntur.

17 Iuxta fontem על־גל Ad ſcaturiginem.i.locum humidum. Intricantur , יסובכו implicant ſeſe. Domus lapidũ בית אבנים Domum,ſiue locum lapidum vocat rupem.q.d.radix eius inſtar rupis magnæ redditur magna & ampla. 18 Abſorbeat eã יבלענו id eſt auferat eam arborem agricola. Et inficiando dicat de eo , וכחש בו ſub.loco ſuo. Ad verbum, & mentiatur ei. Si arbor dicat de loco ſuo in quo fuit plantata,Nunquam fui plantata in te.hoc eſt, ſi nihil remaneat ex ea radice in loco illo. Perficitur ſententia ſequenti verſu. 19 En id gaudiũ viæ eius: הן הוא משוש דרכו profectò id *erit* lætitia viæ eius.ſecũdi loci ſcilicet.i. fœlicius proueniet arbor illa eo modo tranſplantata.Comparat afflictionem hominis pii tranſplantationi arboris:quæ tranſplantatio cedit ipſi arbori in bonũ.Profectò,inquit,fœlicius ſecundo loco plantata prouenit, & de illa multi proueniunt ſtolones. Germinabunt . : יצמחו pullulabunt.ſub. ſtolones,vel pulluli alii. 20 Non ſpernit perfectum, לא ימאס־תם non abominatur integrum.vel probum.ſiue integræ vitæ.Futura Heb.pro præſ. Nec apprehendit manum mal. : ולא יחזיק ביד־מרעים Hebraiſmus,non fauet hominibus noxiis.

21 Adhuc implebit,&c. עד־ימלה שחוק פיך .i. poſt has tribulationes implebit riſu os tuum.q.d.Reddita tibi à Domino Deo fœlicitate,impleberis rurſum lætitia,ita vt os & lingua non diſſimulent gaudium cordis.Alii vertunt,adeò vt impleturus ſit,&c.

22 Odio habentes te indu. pu. שנאיך ילבשו בושת Oſores tui [Inimici tui] induentur confuſione.i.pudore obruentur . Non erit. איננו: non extabit.i.Deus nunquam inſtaurabit illud.hoc eſt,peribit.

IN CAPVT IX.

2 Ita eſt, כי־כן res ſic habet.nempe Deum eſſe iuſtiſſimum. Iuſtificabit ſe יצדק iuſtus erit.i.iuſtus habebitur,ſi cũ Deo cõferatur.

3 Non reſpondebit ei לא־יעננו ſub.homini Deus. Affixum pronomen pro ſeparato, יענה לו. Vnum ex mille. : אחת מני־אלף .i.ad vnum argumentum ex mille argumentis.Quidam vertũt,vna *uice* ex mille *uicibus*. 4 Sapiens corde,&c. חכם לבב ואמיץ כוח ſub.Deus. Hebraiſmus,pro,ſapientiſſimo & robuſtiſſimo,imò omnipotẽti. Dura loquetur ei. :הקשה אליו moleſtus erit ei.i. verbis aſperis contendet cũ eo?Præt.Heb.pro fut.Docti inter Hebræos exponunt,indurauit[ſub.cor ſuum]contra ipſum. 5 Qui transfert המעתיק Quidam aliquid ſubaudientes vertunt, Ipſe eſt profectò qui transfert de loco in locum.q.d.tanta potentia præditus eſt vt vno momento & pro nutu ſuo montes dimouere poſſit. Et non agnoſcunt ולא ידעו Præt.Heb.& non norunt.i.non deprehendunt,ſub.homines imperiti.

6 Qui dimouet המרגיז Qui concutit,id eſt author eſt terræmotus. Et columnæ eius ועמודיה id eſt imæ partes eius.

7 Qui præcipit ſoli, & non oritur:& ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.
8 Qui extendit cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.
9 Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas,& interiora Auſtri.
B 10 Qui facit magna & incomprehenſibilia, & mirabilia quorum non eſt numerus.
11 Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit,non intelligam eum.
12 Si repẽte interroget, qs reſpõdebit ei? vel qs dicere poteſt, Cur ita facis?
13 Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuãtur qui portant orbem.
14 Quãtus ergo ſum ego vt reſpõdeã ei,& loquar verbis meis cum eo?
15 Qui etiamſi habuero quippiã iuſtum ,non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor.
16 Et quũ inuocantem exaudierit me, nõ credo quòd audierit vocẽ meam:
17 In turbine enim cõteret me,& multiplicabit vulnera mea etiã ſine cauſa
18 Non concedit requieſcere ſpiritum meũ,& implet me amaritudinibus.
C 19 Si fortitudo quæritur , robuſtiſſimus eſt : ſi æquitas iudicii , nemo audet pro me teſtimonium dicere.
20 Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me:ſi innocentem oſtẽdero,prauum me comprobabit.
21 Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
22 Vnũ eſt quod loquutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit.
23 Si flagellat, occidat ſemel,& nõ de pœnis innocentum rideat.
24 Terra data eſt in manus impii, vultum iudicum eius operit . quòd ſi nõ ille eſt,quis ergo eſt?
25 Dies mei velociores fuerũt curſo-

7 ″Qui dicit ſoli,& non oritur,ſtellas quoque″ſignat.
8 Qui extendit cælos ſolus,″& ambulat ſuper excelſa maris.
9 Qui facit′Arcturum,′Oriona,′& Pleiadas,′& penetralia Auſtri.
10 Qui facit magna,″eáque imperueſtigabilia,& mirabilia′abſque numero.
11 Ecce″tranſit ante me,& non video:″& præterit,nec intelligo eũ.
12 Certè rapiet,quis ′reſtituere faciet eũ?quis dicet ei, Quid facis?
13 Deus non″reuocat iram ſuam : ſub eo incuruantur ′adiutores ſuperbiæ.
14 ″Quanto minus reſpondebò ei,eligam verba mea cum eo?
15 Cui etiamſi iuſtus fuero,non″reſpondebo,″iudicantem me deprecabor?
16 Si inuocauero,& reſpõderit mihi,″non credam quòd auſcultauerit vocem meam:
17 Qui″turbine contriuit me,& multiplicauit vulnera mea′gratis;
18 ″Non dedit mihi attrahere ſpiritum meum,″ſed ſaturauit me amaritudinibus.
19 ″Si de potentia, robuſtus profectò eſt: ſi verò″de iudicio,″quis conuenire faciet me?
20 Si iuſtus fuero,os meum cõdemnabit me:*ſi* perfectus *fuero*, ′peruerſum me reddet.
21 ″Conſumptus ſum,″non noui animam meam,*propterea*″ſperno vitam meam.
22 ′Vnum eſt,propterea dico, ″perfectum & impiũ ipſe cõſumit.
23 Si flagellũ′occidat ſubitô,″tentationẽ innocentiũ′ſubſannabit.
24 ″Terra data eſt in manu impii *qui* vultum iudicum eius operit. ſi non, vbinam *eſt*,*&* quiſnam eſt?
25 ″Præterea dies mei ″ velociores fuerunt curſore, fugerunt, nec

7 Qui dicit האומר .i.imperat. Signat. יחתום: Fut.Heb.pro præſ.obſignat.i.abdit,ſiue abſcondit:hoc eſt,facit vt non luceant.

8 Et ambulat ſuper excelſa maris ודורך על־במתי ים: .i.incedit ſuper altos fluctus marinos.Alii vertunt,& *extendit* quod ambulat ſuper,&c. .i. extendit inquam corpus illud quod ambit excelſa maris:nempe cælum aut aerem.Legitur & עב nubis,pro ים .i.ſuper excelſas nubes.

9 Arcturum, עש Ab עוש congregauit,ſignificat ſtellarum congregationem Vrſæ maioris & minoris cum Draconis implexione, quæ iuxta Polum Arcticum voluuntur,iuxta aſtrologorum & poetarum imaginationes. Oriona, כסיל Congregatio ſtellarum lucidiſſimarum inſignis in ſigno Cancri.Hebræi volunt eſſe Heſperũ. Et Pleiadas, וכימה Vergilias Latini vocant ſeptẽ ſtellas ante genua Tauri.

Et penetralia Auſtri. וחדרי תימן: & interiora Auſtri.i.aſtra Meridiei,ſic dicta quòd occultẽtur,& nõ videãtur ab iis qui habitãt ſub oppoſito hemiſpherio,nẽpe Polo Arctico,vt ſunt Canopus,& ſimilia q.d.qui facit omnia ſigna cæleſtia,tã Septẽtrionalia quàm Meridionalia.

10 Eáque imperueſtig. עד־אין חקר Ad verbum,vſque ad non inueſtigationem.vel,vſque non inueſtigatio.i.adeò vt non ſit inueſtigatio illis. Abſque numero עד־אין מספר: Ad verbum,vſque non numerus. 11 Tranſit ante me,&c. יעבור עלי Fut.Heb.pro præſ. tranſire ſolet.i.multa facit Deus me cernente, & non deprehendo eum authorem eſſe illorum. Et præterit, ויחלף ſub.ante me.Dicit Tranſit,& Præterit,humano loquendi modo:locum enim mutare non poteſt qui nuſquam abeſt. Non intelligo eum, inquit, per opera ſua.

12 Reſtituere faciet eum? ישיבנו reuocabit eum?q.d. Siquem de medio tollere volet,nemo reuocabit eum à propoſito ſuo . Docet irretractabilia eſſe Dei iudicia ac decreta. 13 Reuocat ישיב Futura pro præſ.metu ſcilicet,aut increpatione alicuius hominis. Adiutores ſuperbiæ. עוזרי רהב: .i.qui cum ſuperbia auxiliũ aliis pollicentur. 14 Quanto minus reſpondebo,&c. אף כי אנכי אעננו Quanto magis ego[ſub.deprimar,ſi]alloquar eum *&* eligam verba cum eo?i.quanto magis humiliabor, ſi tentem cõtendere cum eo : & ſi ſelectis verbis coner certare cum eo? 15 Reſpondebo, אענה alloquar.i.quem etiam ſi iuſtus ſim, alloqui non auſim. Iudicantem me deprecabor? למשפטי אתחנן: .i.quaſi lata ſententia flagellantem me,deprecari auſim? 16 Non credam לא־אאמין quia tam remotum à me videtur nunc mihi Diuinum auxilium. 17 Turbine contriuit me, בשערה ישופני tempeſtate contriuit me. Futura Heb. pro præt.i.impetu ac vehemẽtia afflictionum quaſi turbine rotauit me. Gratis, חנם: .i.citra culpã meam plurima mihi vulnera inflixit.

18 Non dedit mihi attrah,&c. לא־יתנני השב רוחי Fut.Heb.pro præt.non dedit mihi retrahere ſpiritum meum.i.nec reſpirare me ſinit.

Sed ſaturauit me כי ישבעני nã ſaturat me,&c.i.ſubinde magis ac magis implet me amaris doloribus. 19 Si de potentia, אם לכוח ſub.loquaris.Si de virtute ac potentia loquaris,profectò potentior eſt quàm vt euincere poſſim. De iudicio, למשפט de iure.ſub.loquaris. Quis conuenire faciat me? מי יועידני: ſub.cum eo.i.quis me faciat deſcendere cum eo in certamen? q.d.non eſt vt inſtituam cõtentionem contra Dominum. 20 Peruerſum me reddet. ויעקשני: ſub.os meum, ſiue ſermo meus vobis quidem præſentibus.q.d.ſi me prorſus iuſtum,innocentem,ac perfectum dixero, comprobabit me ſuo iudicio Deus falſa dixiſſe , & improbum ac prauum oſtendet, idque vobis præſentibus. 21 Conſumptus ſum, תם אני ſub.graui morbo.i.deficio. Non noui animam m. לא־אדע נפשי .i.non noui munia animæ meæ.q.d.non amplius fungitur muniis ſuis anima mea. Sperno אמאס abominor.id eſt,tædet me vitæ meæ.

22 Vnũ eſt,propterea dico , אחת היא על־כן אמרתי Præt.Heb.pro præſ. Vnica[ſub.via,ſiue ratio]eſt: propterea dico.q.d.omnibus conſideratis pronuntio. Perfectum תם probum.integrum.immaculatum.i.vtroſque perdit in hoc mundo,ſi ita res habet vt dicis.

23 Occidat ימית interficiat.ſub.impiũ,vt dicis. Tentationẽ למסת .i.caſtigationẽ quæ tentationis gratia fit. Subſannabit. ילעג: ſub.improbus.ſiue ſubſannare poterit, quòd ſcilicet videat innocẽtes æquè vt improbos affligi. 24 Terra data eſt, &c. ארץ נתנה וגו׳ .i. Quin & frequenter terræ gubernatio impiis permittitur, qui facies Iudicum eius terræ operiunt. hoc eſt qui omnia faciunt etiã videntibus Iudicibus,quaſi obuelent facies eorum,ne videant ipſorum flagitia,ſaltem vt ad ea conniueant: ſin minus,id eſt ſi ſit qui dicat rem non ita ſe habere,vbinam eſt,& quiſnam eſt?q.d.omnes norunt rem habere vt ego dico. 25 Præterea dies וימי Ad verbum,Et dies.

Velociores fuerunt קלו velociores ſunt.i.tempus vitæ meæ citius abit quàm curſor.q.d.citiſſimè prætereunt & feſtinant ad ſuam periodum:fugerunt dies,& non ſunt experti proſperitatem.Videre bonum,pro fortunam bonam experiri.

viderunt bonum.

Præterierũt cũ nauibus אEbéh, ſicut aquila quæ volat ad eſcã. 16

Si contigit dicere me, Obliuiſcar querimoniæ meæ, relinquã iram meam, & confirmabo *cor meum*: 27

Tunc timui *ab* omnibus doloribus meis, noui quòd non emundabis me. 28

Rurſum oſtẽdit neminem poſſe iudicante Domino iuſtificari.

Si ego *ſum* impius, quare in vanum laborabo? 29

Etiamſi lauero me aquis niualibus, & mundauero in puritate manus meas: 30

Tunc in foueam demerges me, & abominabuntur me veſtimenta mea. 31

Quia non *eſt* homo ſicut ego vt reſpondeam ei, *&* veniamus ſimul in iudicium: 32

Non eſt inter nos redarguens *qui* ponat manum ſuam ſuper nos ambos. 33

Auferat à me virgam ſuam, & terror eius ne perterreat me: 34

Tunc loquar, neque timebo illum, quia non ſic ſum apud me. 35

Cap.X.

Tædet Iob vitæ ſuæ.

EXciſa eſt anima mea in vita mea, *propterea* relinquã ſuper me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. 1

Dicam Deo, Ne condemnes me, indica mihi quamobrem cõtendas mecum. 2

Nunquid bonum tibi, quòd opprimas, quòd reprobes laborẽ manuum tuarum, & conſilium impiorum illuſtres? 3

Nunquid oculi carnis tibi *ſunt*? an vt videt homo, vides? 4

Nunquid ſicut dies hominis, dies tui? *&* nunquid anni tui ſicut dies hominis? 5

Quòd diſquiras iniquitatẽ meam, & peccatũ meum inquiras? 6

Tu ſcis quòd nõ impiè egi, & *tamen* nõ eſt qui de manu tua eruat. 7

Collatione priorum beneficiorũ & præſentis afflictionis, nimiam ſeueritatem Dei in ſe oſtendit.

Manus tuæ finxerunt me, ac fecerunt me ſimul *per* circuitum, & diſperdes me? 8

Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me? 9

Nónne ſicut lac liquefeciſti me, & tanquã caſeũ coagulaſti me? 10

re: fugerunt, & non viderunt bonum.

16 Pertranſierunt quaſi naues poma portãtes, ſicut aquila volãs ad eſcã.

27 Cum dixero, Nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor. D

28 Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.

29 Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui?

30 Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ:

31 Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.

32 Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri:

33 Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere manũ ſuã in ambobus.

34 Auferat à me virgã ſuam, & pauor eius non me terreat:

35 Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpondere.

Cap. X.

1 TAEdet animam meã vitæ meæ, dimittã aduerſum me eloquiũ meũ, loquar in amaritudine animæ meæ.

2 Dicam Deo, Noli me cõdemnare: indica mihi cur me ita iudices.

3 Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſiliũ impiorum adiuues?

4 Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

5 Nũquid ſicut dies hominis, dies tui, & anni tui ſicut humana ſũt tẽpora,

6 Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? B

7 Et ſcias quia nihil impiũ fecerim, quũ ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

8 Manus tuæ plaſmauerũt me, & fecerunt me totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me?

9 Memẽto quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerẽ reduces me.

10 Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?

26 אEbéh, אבה Tanquam appellatiuum vertunt alii, voluntatis, ſiue voluntariis, id eſt tam citò quàm naues velociſſimæ quæ pro volũtate noſtra velociſſimè mouentur. 27 Iram meam, פני vultum meum. ſub. triſtem & auſterum. i. deponam iram. Et confirmabo. ואבליגה: & confirmabor. corroborabor. 28 Doloribus meis, עצבותי moleſtiis meis. q.d. Id tamen veritus ſum conari, tot ac tantis doloribus affectus: noueram enim quòd non eſſes me abſoluturus: hoc eſt, quòd non haberes me pro inſonte ac innocente.

29 *Si* ego *ſum* impius, אנכי ארשע ſub. quemadmodũ me iudicas. Laborabo? איגע: deprecando ſcilicet Deũ. nam impios & malitiæ deploratæ homines non exaudit: peccatoribus autẽ reſipiſcentibus præbet aures. 30 In puritate בבור. i. in re mũdiſſima. q.d. etiamſi animo & factis mundus fuero. 31 In foueam בשחת ſub. ſepulchralem. i. nihilominus morti me trades. Et abominabuntur me ותעבוני Nõ enim decent mortuũ veſtimenta. 32 Non *eſt* לא ſub. Deus. q.d. Deus non eſt homo eiuſdẽ ſortis ac conditionis mecũ, cui reſpondere auſim, & deſcendamus ſimul in certamen. 33 Redarguens מוכיח. i. arbiter. *Qui* ponat manũ ſuam, &c. ישת ידו על שנינו: q.d. nec eſt *qui* correptis ambobus authoritatẽ ſuam interponat, id eſt qui agat iudicem inter nos. 34 Auferat יסר. ſub. Deus. 35 Loquar, &c. אדבה ולא איראנו. i. magna fiducia tuebor cauſam meam. Non ſic ſum apud me. לא־כן אנוכי עמדי: i. non ſum mihi talis qualem me putatis & aſſeritis.

IN CAPVT X.

1 Exciſa eſt anima mea, &c. נקטה נפשי בחיי Hebraiſmus, Viuus morior præ cruciatu. Relinquam ſuper me eloq. m. אעזבה עלי שיחי relinquam ſuper me querimoniam meam. i. laxis ori meo habenis, pleno ore conquerar. 2 Ne condemnes me, אל־תרשיעני. i. neque iudices me improbũ, neque punias me tanquã improbũ. Contendas mecum. תריבני: rixeris mecũ. tanquam cũ homine impio. i. quamobrem ſic me affligas. 3 Nunquid bonum tibi, חטוב לך ſub. fuerit. i. nunquid profuerit tibi. vel, iuuaberis. Reprobes opus, &c. תמאס יגיע כפיך contemnas [abomineris] laborem manuum tuarum. i. me. Et conſilium impiorum illuſt. ועל־עצת רשעים הופעת: i. & ita conſilio impiorum faueris? qui ſcilicet tuam circa homines prouidentiam non tantùm criminari, ſed etiam negare audent.

4 Nunquid oculi carnis העיני בשר. i. oculi carnei. q.d. Nunquid eò ſpectas quò homines carnales ſpectare ſolent, vt ſemel odio correpti, recõciliari non ſuſtineant? 5 Nunquid ſicut dies, &c. הכימי אנוש q.d. Nunquid mutabilis es ſecundum tẽpus, vt homines mutari ſolent, & nõ potius idem ſemper permanes? 7 Tu ſcis quòd non impiè egi: על־דעתך כי־לא ארשע Ordo inuerſus, qui ſic reſtituetur, Non enim ſum impius, *etiam* iuxta animi tui ſententiam. Ad verbum, Iuxta ſcientiam tuam, quòd non impiè egi. q.d. pro omni ſcientia tua, qui ſcrutator es cordium, non ignoras: ſed certò ſcis me non eſſe impium. Quidam Hebræorũ priorem huius verſus partem iungunt fini præcedentis verſus, ſic, & peccatum meum inquiras iuxta opinionem tuam? i. iuxta animi tui ſententiam, & non pro veritate, vt homines corrupti iudicii faciunt? q.d. nequaquam. Quanuis non ſim impius, tamen ita me affligis, vt nemo poſſit me eripere de manu tua.

8 Finxerunt me, עצבוני elaborauerunt me. Simul *per* circuitum, יחד סביב. i. omnino in circuitu, ſiue omni ex parte. q.d. mirum eſt quòd tantis me calamitatibus obruas, quum opus tuum ſim. 10 Sicut lac liquefeciſti me, כחלב תתיכני. i. velut ex liquido lacte, hoc eſt ex ſemine liquido ſimili lacti, feciſti me: & ex materia liquida, & poſtea coagulata formaſti me, ac in vtero matris meæ mirabiliter in membra corporis humani conſtituiſti me.

11 Pelle & carnibus veſtiſti me, & oſſibus & neruis compegiſti me.

C 12 Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

13 Licet hæc celes in corde tuo, tamẽ ſcio quia vniuerſorum memineris.

14 Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundũ me eſſe non pateris?

15 Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.

16 Et propter ſuperbiam quaſi leæna capies me: reuerſúſque, mirabiliter me crucias.

17 Inſtauras teſtes tuos cõtra me, & multiplicas iram tuam aduerſum me & pœnæ militant in me.

D 18 Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam cõſumptus eſſem, ne oculus me videret.

19 Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum.

20 Nunquid non paucitas dierũ meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plãgam paululum dolorem meũ,

21 Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertãmortis caligine,

22 Terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſẽpiternus horror inhabitat. Cap. XI

RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit,

2 Nunquid qui multa loquitur, nõ & audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur?

3 Tibi ſoli tacebũt homines? & quũ cæteros irriſeris, à nullo cõfutaberis?

4 Dixiſti enĩ, Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.

5 Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi:

B 6 Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapiẽtiæ, & quòd multiplex eſſet Lex eius: &

Cute & carne veſtiſti me: atq; oſſibus & neruis cooperuiſti me.

Vitam ″& miſericordiam feciſti mecum, ′& viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

″Et iſta abſcondiſti in corde tuo, *&* noui quòd hoc eſt apud te.

Si peccaui, ′& cuſtodies me? ″& ab iniquitate mea non emundabis me?

′Si impiè egi, væ mihi: ſi verò iuſtus ſim, ″non eleuabo caput meum, ′ſaturatus ignominia, ″& videns afflictionem meam.

″Vtinam multiplicetur *&* vt leo ′venêris me: ″at reuerteris, & mirificaberis in me.

″Renouas *enim* plagas tuas contra me, ″& multiplicas iram tuam mecum: ″mutationes & exercitus mecum ſunt.

Et quare de vulua eduxiſti me? *utinam* interiiſſem, & oculus non vidiſſet me,

Et ″fuiſſem tanquam non fuiſſem: ″ab vtero ad ſepulchrum elatus fuiſſem.

Pœnitendi ſpatium quærit.

Nónne ″pauci ſunt dies mei? ″ceſſa ergo *à me*, & dimitte me, & ″cõfortabo *cor meum* paululum,

Deſcriptio mortis.

Antequam ab eam, & non reuertar, ″ad terram tenebrarũ & vmbræ mortis,

″Terram *inquam* obſcuritatis ſicut caligo vmbræ mortis, & nõ *ſunt in ea* ordines, ″ac tenebreſcit ſicut caligo.

Cap. X I.

Sophar iniuſtè Iob arguit.

ET ″respondit ″Sophár Nayamathites, ac dixit,

″An multitudo verborum carebit reſpõſione? & an ′vir labiorum iuſtificabitur?

Nugæ tuæ homines ′tacere faciunt, & ſubſannas, nec eſt qui pudore te afficiat.

Et dicis, ′Pura eſt doctrina mea, & mundus ſum ″in oculis tuis.

″Veruntamen quis det Deum loqui, & aperiat labia ſua tecum?

Et annũtiet tibi ″occulta ſapiẽtiæ: quia ′duplo maiora ſecundũ

12 Et miſericordiam feciſti mecum, וחסד עשית עמדי & gratiam [beneficentiam] feciſti mihi. q. d. omnia tibi debeo. Et viſitatio tua ופקודתך .i. conſtitutio tua: hoc eſt, lex naturæ quam conſtituiſti, me hactenus ſeruauit in vita. Alii exponunt, & prouidentia tua conſeruat me in vita. 13 Et iſta abſcõdiſti, &c. ואלה צפנת וגו' .i. Omnia iſta ſcis, ac probè noſti: certus ſũ quòd hæc ſunt apud te, id eſt quòd hæc non ignoras. 14 Et cuſtodies me? ושמרתני i. an propterea ceu in cuſtodiam perpetuam, ſiue carcerem perpetuum cõiicies me, vt perpetuò affligar? Et ab iniquitate m. &c. ומעווני לא תנקני: .i & iniquitati meæ nõ parces? Vel, & à pœnis iniquitati meæ debitis, hoc eſt à punitione non abſolues me? 15 Si impiè egi, אם־רשעתי Si improbus fui. Non eleuabo לא־אשא non attollam .i. non tamen audeo attollere caput meum, id eſt vultũ præ pudore. Saturatus ignominia, שׂבע קלון .i. ad ſaturitatẽ vſque plenus ignominia & abiectione. Et videns וראה Infinit. pro participio. 16 Vtinam multiplicetur ויגאה Vtinã creſcat. vel, augeſcat. Ad verbum, Et multiplicetur. ſub. dolor meus, ſiue afflictio mea. Venẽris me, תצורני rapias me. ſub. vtinam inquam ſicut leo rapias me. i. vtinam ſubitò me conficias ac perdas. At reuerteris, &c. ותשוב תתפלא בי: Ad verbum, & reuerteris. Aliquid ſubaudiendum, at non ita facturus es, ſed reuerteris, & mirus apparebis in me. ſiue contra me. i. aliis poſt alias plagis (vt ſoles) cruciabis me.

17 Renouas plagas tuas תחדש עדיך Fut. Heb. pro præſ. Renouabis teſtes tuos. i. plagas tuas quæ teſtes ſunt iræ tuæ. vel quæ teſtimoniũ dicunt contra me quòd abs te ſunt. i. ſubinde ac iugiter nouas mihi ſuperinducis moleſtias. Et multiplicas iram tuam mecũ, ותרב כעשך עמדי & auges furorem tuum contra me. i. exacuis indignationem tuam aduerſum me. Mutationes & exercitus חליפות וצבא Exercitum pro multitudine poſuit, id eſt multæ ac variæ afflictiones. ſiue, afflictiones variæ, & quidem multæ.

19 Fuiſſem tanquã non fuiſſem: כאשר לא־הייתי אהיה Ad verbum, tanquã non fuiſſem, ero. Inuerſus eſt ordo. i. Vtinã protinus vita priuatus fuiſſem. Ab vtero מבטן .i. vtinã inquam ſtatim atque editus fui in lucem, obiiſſem. q. d. ſi tunc mortuus fuiſſem, tot miſeriarum expers iamdudũ fuiſſem. 20 Pauci מעט Ad verbũ, paucum quid. paucitas. q. d. certè breuis eſt vita mea. Ceſſa ergo, & dimitte me וחדל ושית ממני deſine ergo [ſub. à me] & dimitte me. i. noli amplius vexare me, & ſine me in pace. Legitur & יחדל ישית, quod ſic præcedentibus iungetur, Nónne paucitas dierum meorum deſinet: id eſt breui finietur? dimittat ergo me?. i. deſinat me affligere, ſub. Deus.

Et confortabo ואבליגה & corroborabo. id eſt vt corroborem, & refocillem animum meum. Alii vertunt, & corroborabor.

21 Ad terram teneb &c. אל־ארץ חושך וצלמות: Subaudiendum, antequam vadam inquam ad, &c. Deſcribit ſepulchrũ quod vocat terram tenebrarum, & vmbram mortis. i. antequam moriar. 22 Terram obſcuritatis, &c. ארץ עפתה וגו' Terram *inquam cuius* lumen *eſt* ſicut caligo & vmbra mortis. i. nihil niſi caligo eſt: hoc eſt, terram prorſus caliginoſam. Eadem vox obſcuritatem & lucem ſignificat. Ac tenebreſcit ותופע ac lucet. id eſt tota caliginoſa eſt.

IN CAPVT XI.

1 Et reſpondit ויען Et loqui cœpit. 2 An multitudo verb. carebit reſp. הרוב דברים לא יענה id eſt An multiloquium non habebit reſponſionem? Doctus inter Hebræos exponit, An multus verbis [id eſt verboſus] carebit reſponſione? id eſt dabitúrne homini verboſo reſponſio? Vir labiorum איש שפתים Hebraiſmus, loquax, garrulus, verboſus. i. an iuſtus habebitur ob loquacitatem ſuam?

3 Tacere faciunt, יחרישו Futura Heb. pro præſ. i. Nugæ tuæ ſilentium hominibus imponunt: & quum alios ſubſannes, nemo eſt qui te viciſſim redarguendo conuincat. 4 Pura eſt doctrina mea, זך לקחי Puri ſunt mores mei. i. ratio vitæ meæ, ac vita ipſa. In oculis tuis. בעיניך ſub. ô Deus. 5 Veruntamẽ quis det, &c. ואולם מי־יתן וגו' Vtinam Deus loquatur, loquatur inquam tecum aperto ore.

6 Occulta ſapientiæ: תעלומות חכמה abdita ſapientiæ. i. arcanam ſuam ſapientiam. Duplo maiora ſecundum Legem, כפלים לתושיה plura [vel, grauiora] ſecundum legem. vel ordinationem. ſub. tibi debentur. Alii, duplicia ſunt Legis. ſiue, ordinationis. ſub. Diuinæ, id eſt ſunt enim Dei iudiciorum duo genera, nempe iudicia aperta & occulta.

legé:& ſcito quò 'doblitus eſt tui Deus propter iniquitatem tuã.

Deum incomprehenſibilem oſtendit.

7 "Num inueſtigationem Dei"inuenies? an vſque ad perfectioné Omnipotentem"inuenies?

8 'In altis cælis, quid facies? profundior eſt inferno, quomodo cognoſces?

9 'Longior eſt terra ipſa menſura eius, & latior mari.

10 "Si ſuccidat, & concludat, aut congreget, quis reſpondebit ei?

11 Nam ipſe nouit"homines vanitatis, vidétque homines iniquitatis, & eum qui non intelligit.

12 Homo verò vacuus'efficitur cordatus, quanuis *ut* pullus onagri homo naſcatur.

13 Si tu præparaueris cor tuum, & extenderis ad eum manus tuas:

14 Siqua iniquitas *ſit* in manu tua,"longè facito ea, neque habitare ſinas in tabernaculis tuis iniquitatem.

Pænitenti Deũ misericordẽ ꝑmitti: ſimul fœlicitas viri deſcribitur.

15 Tunc enim'eleuabis faciem tuam à macula, & eris"fortis, neque timebis.

16 Profectò tu'laboris obliuiſceris, & vt aquarum'*quæ* tranſierunt, recordaberis illius.

17 Et ipſo meridie *clarius*"ſurget tempus,'illuſtraberis,'ſicut mane ipſum eris.

18 'Et confides quòd ſit ſpes:'& fodies, confidenter dormies.

19 Et accubabis, nec *erit* qui exterreat te:'& deprecabuntur faciẽ tuam multi.

20 At oculi impiorum'deficient, & effugium peribit ab eis, ac ſpes eorum *erit* dolor animæ.

Cap. XII.

Iob quàm ſit patiens, oſtendit.

1 ET reſpondit Iiób, ac dixit,

2 "Reuera *putatis* quòd vos *ſitis* populus, & *quòd* vobiſum moritura ſit ſapientia.

3 Etiam mihi *eſt*"cor vt vobis,'non ſum inferior vobis ſapientia: "& cum quo non *ſunt* ſicut hæc?

4 'Deriſio amico eius ſum qui inuocat Deum, & reſpõdet illi:"irriſio eſt iuſtus"perfectus.

intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, q̃ meretur iniquitas tua.

7 Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum, Omnipotentem reperies?

8 Excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces?

9 Longior terra menſura eius, & latior mari.

10 Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?

C

11 Ipſe enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne cõſiderat?

12 Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberũ natum putat.

13 Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas:

14 Si iniquitatem quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia:

15 Tunc leuare poteris faciem tuã abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis.

D

16 Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarũ quæ præterierunt, recordaberis.

17 Et quaſi meridianus fulgor cõſurget tibi ad veſperam: & quum te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer.

18 Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.

19 Requieſces, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuã plurimi. Leuit.26.a.ſ

20 Oculi autem impiorum deficiẽt, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorũ abominatio animæ.

Cap. XII.

1 REſpondens autem Iob, dixit,

2 Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia?

3 Et mihi eſt cor ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſũ: quis enim hæc quæ noſtis ignorat?

4 Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eũ: deridetur enim iuſti ſimplicitas. Prouerb.14.a.1

Oblitus eſt tui, &c. ישה לך וגו׳ obliuiſci facit te Deus *aliquid* de iniquitate tua. i. de iniquitatibus tuis. Vel, quòd credidit tibi *aliquid* iniquitatum tuarum? id eſt partem punitionis ac pœnarum peccatis tuis debitarum. hoc eſt non puniet te vt promeritus es.

7 Num inueſtig. &c. החקר אלוה וגו׳ .i. Nunquid perueſtigando aſſequêris omnia Dei conſilia? Inuenies? : תמצא id eſt aſſequêris. q.d. an Dei omnipotentis voluntatem & iuſtitiam expendes ad liquidum?

8 *In* altis cælis, quid facies? גבהי שמים מה תפעל Altitudinibus cæli quid facies? id eſt qua ratione putas te deprehenſurũ altitudines cæli ſapientia Diuina creati? q.d. altior eſt cælo ſapientia Dei. 9 Longior eſt terra, &c. ארוכה מארץ וגו׳ id eſt, Sapientia Dei præ ſui magnitudine menſurari non poteſt, etiam ſi totius terræ longitudine & maris altitudine dimetiaris. hoc eſt, ab homine imperſcrutabilis eſt.

10 Si ſuccidat, &c. אם יחלוף וגו׳ Si exterminet, aut concludat, aut, congreget, quiſnam contradicet illi? vel, reſiſtet, ſiue auertet eum? id eſt ſi exterminare velit, aut concludere in carcerem, ſiue pium, ſiue impium: aut congreget in vnum locum: quis auertet eum?

11 Homines vanitatis, vidétque *homines* iniq. מתי שוא וירא און .i. nouit homines vanos, contemplatur homines iniquos, hoc eſt fraudulentos. q.d. nouit Dominus quàm vani & nequam ſint homines, nouit inquam hominem qui non attendit his quæ fiunt iuſtiſſimè à Deo.

12 Efficitur cordatus, &c. ילבב ועיר וגו׳ Ad verbum, cordabitur, & pullus onagri naſcetur. Fut. pro præſ. id eſt, Homo omnis cognitionis expers redditur ſapientior ſucceſſu temporis per Dei gratiam, quanuis velut iumentum naſci ſoleat.

14 Longè facito eam, הרחיקהו remoue illam. vel, repelle. id eſt ſi opera tua ſint iniqua, longiſſime abs te proiicito illa: neque permittas habitare in tentoriis tuis iniquitatem, vel homines iniquos.

15 Eleuabis תשא exeres, id eſt eximes faciem tuam è macula. hoc eſt efficieris immaculatus. Fortis, מוצק fixus. firmus. ſtabilis.

16 Laboris עמל moleſtiæ. afflictionis. i. miſeriæ. *Quæ* tranſierunt, עברו *quæ* præterfluxerunt. Vel, *quæ* præterierunt. aut, præterfluunt. i. vt non magis omnium miſeriarum recorderis quàm aquarum quæ iandudum præterfluxerunt.

17 Surget tempus, יקום חלד id eſt reddetur tempus tuum, hoc eſt vita tua clarior. q.d. poſtea fœlicior eris. Illuſtraberis, תעופה ſplendeſces. luceſces. i. ſplendidus ac illuſtris eris. Sicut mane ipſum כבוקר ſicut ipſum tempus matutinum. q.d. eris illuſtriſſimus.

18 Et cõfides, &c. ובטחת וגו׳ Et confides quòd ſuperſit expectatio. i. fretus expectatione multorum bonorũ. Et fodies, &c. וחפרת וגו׳ Multa ſubaudienda, acſi diceret, quòd ſi fodiẽdo remaneas in agro procul à domo tua, illic tamẽ cõfidenter, ſiue in ſumma fiducia dormies.

19 Et deprecabuntur, &c. וחלו פניך רבים: imò deprecabuntur faciem tuam magnates. i. te ſuſpicient ac reuerebuntur, à quo & ſibi neceſſaria precabuntur homines primæ dignitatis. 20 Deficient, תכלינה præ timore ſcilicet.

IN CAPVT XII.

2 Reuera, &c. אמנם כי וגו׳ q.d. Scilicet vos ſoli præ omnibus aliis eruditi, ſic ſapientiam deuoraſtis vniuerſam vt vnà vobiſcum ſit moritura. 3 Cor לבב Pro intelligentia ac ſapientia poſuit. Non ſum inferior vobis לא נופל אנכי מכם Ad verbum, non cadens à vobis. Et cum quo non, &c. ואת מי אין וגו׳ ſed apud quem non ſunt talia? id eſt quis talia dicere non poſſit qualia dicitis?

4 Deriſio amico, &c. שחוק לרעהו וגו׳ .i. derideor à vobis amicis potius hominum fœlicium, quàm mei, quem in tot mala videtis nũc coniectum. Perfectus. : תמים immaculatus. q.d. non eſt autem nouum derideri ab aliis hominem pium ac probum.

5 Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum.

6 Abundant tabernacula prædonũ, & audacter prouocant Deum, quum ipſe dederit omnia in manus eorum

7 Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.
B

8 Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris.

9 Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,

10 In cuius manu anima omnis viuẽtis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?

11 Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, ſaporem?

12 In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.

13 Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſiliũ & intelligẽtiã.

Eſa.22.f.22, apoc.3.b.7

C 14 ‖Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominẽ, nullus eſt qui aperiat:

15 Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.

16 Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia: ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur.

17 Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem.

18 Balteum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum.

19 Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat.

D 20 Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens.

21 Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant, releuans.

22 Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbrã mortis.

23 Qui multiplicat gẽtes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.

24 Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt fruſtra incedant per inuium.

---

5 vt lampas contempta eſt cogitationi pacati, qui paratus eſt ad lapſus pedis.

6 ʹProſperè agunt tabernacula prædonum, ʹ& ſecura ſunt prouocantibus Deum, & ″ei qui producit Deum manu ſua.

Creatoris potentiam ex creaturis docet.

7 ″Veruntamen interroga nunc iumenta, ″& docebunt te: & volatile cæli, ″& indicabit tibi.

8 Aut ʹalloquere terram, & docebit te, & narrabunt tibi piſces maris.

9 Quis nõ nouit de õnibus iſtis, quòd manus Iehouæ fecit ʹiſtud?

10 In cuius manu eſt anima omnis viuentis, & ſpiritus omnis carnis hominis?

11 ″Nónne auris ſermones probat, & palatum eſcam guſtat ſibi?

12 In decrepitis *eſt* ſapientia, ʹ& *in* longitudine dierum intelligẽtia.

13 ″Cum ipſo eſt ſapientia, & fortitudo: eius eſt conſilium & intelligentia.

14 ″En diruet, nec ædificabitur: concludet virum, nec aperietur ei.

15 ʹVtique continebit aquas, & areſcent: & emittet eas, & ſubuertent terram.

16 Cum illo eſt fortitudo ʹ& ſapientia, eius eſt errans, & ″errare faciens.

Mutantur ſtatus principum, vt agnoſcantur dona Dei.

17 Ducit conſiliarios ″ſpoliatos, & iudices ʹinſanire facit.

18 Vinculum Regum ″ſoluit, & ligat cingulum in renibus eorum.

19 ʹDucit principes ſpoliatos, & fortes ſubuertit.

20 ″Aufert labium veracibus, ″& conſilium ſenum tollit.

21 ″Effundit contemptum ſuper principes, & robur fortium ″debilitat.

22 ″Qui reuelat profunda è tenebris, & educit in lucem ″vmbram mortis.

23 ″Qui multiplicat gentes, & perdit eas, ʹexpandit *locum* gentibus, ″& reducit eas.

24 Qui aufert ″cor capitum populi terræ, & errare facit eos ″in ſolitudine abſque via.

5 Vt lampas contempta, &c. לפיד בוז וגו' Ordo eſt inuerſus, pro, Qui paratus eſt ad lapſus pedis *eſt uelut* facula, contemptus apud cogitationem pacati. Senſus eſt, Qui mox caſurus eſt à fortuna proſpera, eſt velut lignum ardens, id eſt fugitur ab aliis tanquam ignis: éſtque res contempta cogitationi, ſiue iudicio hominis pacati, hoc eſt fœlicis, viuentis in ſumma tranquillitate. q.d. Qui aduerſa patiuntur, contemni ſolent, imò fugi à fœlicioribus. 6 Proſperè agunt ישליו Id aſt in ſumma pace ac tranquillitate ſunt tentoria prædonibus, ſiue prædonum. Et ſecura ſunt ובטוחות ſub. tabernacula. Alii, & ſecuritates ſunt irritantibus, &c. id eſt in ſumma ſecuritate agunt.

Ei qui producit Deum לאשר הביא אלוה ei qui venire facit. id eſt accipit. hoc eſt, ei qui manibus ſuis fingit idolum quod colit (idololatriã ſignificat) ſub. eſt ſecuritas. 7 Veruntamen ואולם Et quidem. Et docebunt te: ותורך Ad verbum, & docebit te. ſub. vnaquæque illarum. Et indicabit tibi. ׃ ויגד־לך ſub. Sapientiã Diuinam. q.d. etiã vobis tacentibus docent me ſapientiam vel creaturæ ipſæ. Loquuntur enim omnes creatorem, & clamant operibus & virtute. 8 Alloquere ter. שיח לארץ .i. conſidera quæ fiũt in terra.

9 Iſtud? ׃ זאת Id eſt quicquid eſt mirabile in illis. 11 Nónne auris הלא־אזן Profectò auris. id eſt, Auris ſermones probare ſolet, ſicut palatum iudicat de ſapore ciborum. q.d. Oportet ſermonem non temere, ſed ad regulam auris & ſpiritus probari ac iudicari.

12 Et *in* longitudine dierum intelligentia. ׃ ואורך ימים תבונה Id eſt longa ætas affert peritiam.

13 Cum ipſo עמו Penes eum. ſub. Deũ. q.d. Fateor in ſenibus eſſe ſapientiam & multarum rerum certam experientiam: ſed penes Deũ, & ab ipſo eſt ſapientia, potentia, conſilium & intelligentia.

14 En diruet, הן יהרוס Profectò deſtruet. ſub. aliquid. id eſt deſtruet, nec inſtaurabitur ab eo deſtructum: coniiciet in carcerem quempiam, & non liberabitur. q.d. Dei conſilia ac decreta nemo hominum retractare poteſt.

15 Vtique continebit, &c. הן יעצור במים ויבשו Quidam per præſens vertunt, En continet aquas, & areſcunt: contrà, immittit aquas, & ſubuertunt terram. id eſt alluuione ſua omnia ſubuertunt. 16 Et ſapientia: ותושיה & æquitas. q.d. robore æquiſſimè vtitur.

Et errare faciens. ׃ ומשגה Id eſt ſeducens. hoc eſt, iuſto iudicio permittit errare & ſeduci.

17 Spoliatos, שולל Ad verbum, ſpoliatum. vnumquenque eorum ſcilicet. id eſt ſpoliat conſilio eos qui pollent conſilio. Inſanire facit. ׃ יהולל infatuat. id eſt diſperdit ſapientiam ſapientum, vt iudicando fallantur.

18 Soluit פתח Præterita pro præſ. i. Perdit tyrannidem fortiũ, & hoſtibus vinciendos eos tradit qui abuſi ſunt à Domino ſibi tradita poteſtate: populúmque oppreſſum de ipſorum liberat tyrannide. 19 Ducit principes ſpol. &c. מוליך כהנים .i. Spoliat principes dignitate & authoritate, & robuſtos ſua authoritate priuat, vt olim Monarchas & alios quamplurimos, qui habebantur inuincibiles.

20 Aufert labium veracibus, מסיר שפה לנאמנים Eripit ſermonem veracibus. Alii, Eripit labium [.i. ſermonem] facundis. i. peritis hominibus. q.d. Reddit mutos etiam eloquentiſſimos. Et conſilium ſenum tollit. ׃ וטעם זקנים יקח & prudentiam ſenum tollit. Alii, & iudicium ſenum tollit. i. aufert. 21 Effundit contemptum, &c. שופך בוז וגו' .i. Nobiliſſimos reddit contemptiſſimos. Debilitat. ׃ רפה relaxat. Præt. Heb. pro præſ. 22 Qui reuelat מגלה .i. Qui reuelando educit in lucem quæ in locis profundiſſimis deliteſcebãt.

Vmbram mortis. ׃ צלמות Significat denſiſſimas tenebras. id eſt, abditiſſima quæque reddit conſpicua.

23 Qui multiplicat משגיא Qui creſcere facit. Expandit *locum* gentibus, שוטח לגוים dilatat gentes. vel, diſpergit gentes. Et reducit eas. ׃ וינחם ſub. in locum ſuum. 24 Cor capitum לב ראשי cor [.i. mentem] principum. In ſolitudine abſ. via. בתוהו ׃ לא דרך in vano, & non *in* via. i. per locum vacuum, hoc eſt per quem nullum eſt iter. q.d. facit vt omnino deſipiant ac delirent.

″Palpant tenebras,′& non lucem:& errare fecit eos inſtar ebrii. 25

Cap. XIII.

Ex propriis ipſorum verbis Iob amicos redarguit

E′Cce omnia *iſta* vidit oculus meus, audiuit auris mea, & intellexit ′ſibi. 1

Sicut noſtis vos *illa*, noui etiam ego, ′non ſum inferior vobis. 2

′Sanè ego cum Omnipotente loquar, & diſputare cum Deo opto. 3

″Atqui vos eſtis″cōcinnatores falſitatis,″medici vani ōnes vos. 4

″Vtinam tacendo taceretis,″& eſſet vobis in ſapientiam. 5

Audite quæſo″diſputationem meam,′& contentionibus labiorum meorum attendite. 6

′Nunquid pro Deo loquemini iniquitatem,&pro eo loquemini″dolum? 7

′An faciem eius accipietis? nunquid pro Deo contendetis? 8

An bonum *fuerit* quod″inueſtiget vos? an″ſicut mētitur de homine, mentiemini de eo? 9

′Arguendo arguet vos,ſi″in abſcondito faciem acceperitis. 10

Nónne″excellentia eius terrere debeat vos,″& pauor eius cadere debeat ſuper vos? 11

″Memoriæ veſtræ ſermones cineris,″corporibus luteis corpora veſtra. 12

″Tacete à me,& loquar ego,& tranſeat ſuper me quiduis. 13

Cur′aufero carnem meam dentibus meis,″& animam meã ponam in manibus meis? 14

″En occidet me,non expectabo:veruntamen vias meas″in conſpectu eius caſtigabo. 15

Agnoſcentibus peccata ſua ſalus promittitur, hypocritis verò condemnatio.

′Ipſe quoque *erit* mihi in ſalutem : non enim in cōſpectum eius ″impius intrabit. 16

Palpabunt quaſi in tenebris,& nō in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios.

Cap. XIII.

ECce ōnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula.

Secundum ſcientiam veſtram & ego noui:nec inferior veſtri ſum.

Sed tamen ad Omnipotentem loquar,& diſputare cum Deo cupio:

Prius vos oſtendens fabricatores mendacii, & cultores peruerſorum dogmatum.

Atque vtinam taceretis,vt putaremini eſſe ſapientes.

Audite ergo correptiones meas,& iudicium labiorum meorum attēdite.

Nunquid Deus indiget veſtro mendacio,vt pro illo loquamini dolos?

Nunquid faciē eius accipitis,&pro Deo iudicare nitimini? B

Aut placebit ei quem celare nihil poteſt? aut decipietur vt homo, veſtris fraudulentiis?

Ipſe vos arguet, quoniam in abſcōdito faciem eius accipitis.

Statim vt ſe commouerit,turbabit vos:& terror eius irruet ſuper vos.

Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices veſtræ.

Tacete pauliſper, vt loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit.

Quare lacero carnes meas dētibus meis,& animam meam porto in manibus meis?

Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo : veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam, C

Et ipſe erit ſaluator meus:nō enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.

25 Palpant tenebras, ימששו חשך .i.More cæcorum incedunt quaſi per tenebras. Fut.Heb.pro præſ. Et non lucem: ולא־אור & non *eſt illis* lux.i.lumine carent. hoc eſt, excæcat eos vt in manifeſtis etiam cauſis ignorent quid facto opus ſit, & priuat eos omni mente & prudentia.

IN CAPVT XIII.

1 Ecce omnia הן־כל Sanè[Vtique]omnia.ſub. iſta quæ narraui de Dei ſapientia & omnipotentia, deprehendit oculus meus,&c. Sibi. ׃ לה Redundare videtur. 2 Non ſum inferior vobis. ׃ לא־נופל אנוכי מכם Ad verbum,non cado à vobis.q.d.non minus mihi quàm vobis cognita eſt Dei ſapientia & potentia:non ſum ea parte indoctior. 3 Sanè ego cum Omnip.&c. 'אולם אני וגו Sēſus huius loci eſt,Scio cauſam meam iuſtam eſſe:quare optarim loqui ac diſceptare cum Deo qui verax eſt, nō cum hominibus mēdacibus, vt poſtea declarabit. 4 Concinnatores falſitatis, טופלי־שקר concinnatores mendacii.i.eſtis mendaces,qui ex veris præmiſſis falſa concluditis. Medici vani רופאי אליל medici vanitatis.i.nihili.Per medicos intellexit conſolatores. Vanos autem dicit,quòd vice lætiſſimæ conſolationis afferrent vana: quo taxat ſtultiloquium ſociorum ſuorum. 5 Vtinam tacendo tac. 'מי־יתן וגו Ad verbum, Quis det vt tacendo taceretis.id eſt,Vtinam prorſus taceretis,Vtinam ſtudioſi eſſetis ſilentii. Et eſſet,&c. ׃ ותהי לכם לחכמה eſſet enim vobis in ſapientiam.i.loco ſapientiæ.hoc eſt videremini tacendo ſapere.ſtultus enim ſi tacuerit,ſapiens reputatur.Prouerb.17.d.28.

6 Diſputationem m. תוכחתי correptionem meam. Et contentionibus ורבות .i.diſputationi.q.d.Statum cauſæ noſtræ attendite.

7 Nunquid pro Deo loquemini iniq. הלאל תדברו עולה .i. An in fauorem & gratiam Dei loqui debeatis quod iniquum eſt? quaſi impius futurus ſit Deus ſi me innocentem affligat,& ideo mihi impietatem impingitis,quam tamē probare non poteſtis. Dolum? ׃ רמיה fraudem?q.d.An iuſtitia Dei eget fraudibus veſtris? 8 An faciem eius acc.&c. 'הפניו תשאון וגו .i.Quum de Deo agitur,an debetis habere reſpectum perſonæ?an in gratiam eius contendere debetis,ac defendere eius cauſam mendaciis?q.d.Oportet habere rationem veritatis cauſæ,non perſonæ. 9 Inueſtiget vos? יחקור אתכם ſcrutetur[rimetur]vos?i.probet corda veſtra?vos ſcilicet iudicaturus de verbo fallaci,& ſcienter ementito,ſi in gratiam illius dixeritis quod reuera non credidiſtis? Sicut mentitur כהתל ſicut mentiri ſolet.ſub.aliquis.i.an ſicut aliquis mentiri ſolet de ſocio ſuo,defendendo cauſam eius,mentiemini de Deo.q.d.an debetis tueri iuſtitiam Dei mēdaciis,ſicut ſolemus cauſam amici? 10 Arguendo arguet הוכח יוכיח Corripiendo corripiet.i.grauiſſimè corripiet. In abſcōdito בסתר Id eſt in corde veſtro.in cogitatione veſtra. 11 Excellentia eius terrere debeat שאתו תבעת Ad verbum,celſitudo ſtupefaciet.id eſt Nónne dignitas,magnificentia,ſiue maieſtas eius terrere vos debeat à mendacio,& perſonarum acceptione? Et pauor e. ופחדו & terror eius.id eſt terror omnipotentiæ ac iuſtitiæ eius vos inuadere debeat ne illum offendatis?

12 Memoriæ veſtræ זכרוניכם .i.Reſponſionum veſtrarum memoria,hoc eſt reſponſiones veſtræ, ſunt ſermones cineris.i.vertuntur in cinerem,hoc eſt diſpereunt. Corporibus luteis corp.ve. ׃ לגבי־חומר גביכם ſub.ſunt ſimilia.q.d.vos lutei eſtis,& memoriæ veſtræ luteæ.hoc eſt,quemadmodum eſtis ex terra,& quæ ex terra ſunt diſpereunt: ita ſermones veſtri diſpereunt. Quidam volunt vocem Hebræam גב propriè ſignificare tergum,& per tranſlationem accipi pro corpore. 13 Tacete à me,&c. 'החרישו ממני וגו .i.Tacēdo diſcedite à me, vt interim loqui poſſim:& eueniat mihi quicquid tandem ſit mihi euenturum. 14 Aufero אשא .i.lacero,hoc eſt lacerare cogor, præ afflictione ſcilicet,ac nimio dolore.q.d.quod eſt peccatum meum tam immane,pro quo tanta pati oporteat? Et animam meam,&c. ׃ ונפשי אשים בכפי Hebraiſmus,ponere cogor animam meam, &c.i. quare cogor tot ac tantis me exponere periculis, & ſubeo tot diſcrimina vitæ? 15 En occidet me,non exp. הן־יקטלני לא איחל Si *Deus* interficiat me,non expectabo.vel ſperabo,ſub.poſthac vllum bonum. Chaldæus paraph.Profectò ſi interficiat me Deus,&c. Legitur & לו ei, pro לא, hoc ſenſu, Etiamſi Deus interficiat me, adhuc tamen in eum ſperabo. In conſpectu eius אל־פניו Ad verbum,ad faciem eius.id eſt dabo operam vt innocenter viuam coram Deo.

16 Ipſe quoque,&c. גם־הוא לי לישועה Reddit rationem præcedentis.i.Spero enim fore mihi auxiliatorem: quia nulli hypocritæ venturi ſunt in conſpectum eius.q.d.Certus ſum me non eſſe impium,aut hypocritam,quos in primis odit Deus. Impius חנף flagitioſus. hypocrita.

17 Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris.

18 Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar.

19 Quis eſt qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens conſumor?

20 Duo tantùm ne facias mihi, & tūc à facie tua non abſcondar:

21 Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.

22 Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certè loquar, & tu reſponde mihi.

23 Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta mea oſtēde mihi.

24 Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?

25 Contra folium quod vēto rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulā ſiccam perſequeris.

26 Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.

27 Poſuiſti in neruo pedem meum, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti:

28 Qui quaſi putredo conſumēdus ſū, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.

Cap. XIIII.

1 HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis.

2 Qui quaſi flos egreditur & conteritur, ‖& fugit velut vmbra, & nūquam in eodem ſtatu permanet.

Suprà 8.b.9
pſal.143.b.4

3 Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

4 ‖Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nónne tu qui ſolus es?

Pſal.50.b.7

5 Breues dies hominis ſunt, numerus menſiū eius apud te eſt: cōſtituiſti terminos eius qui præteriri nō poterūt.

B

6 Recede paululū ab eo vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii, dies eius.

7 Lignum habet ſpē: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.

17 ″Audite audiendo ſermonem meum, & annuntiatio mea *ſit* in auribus veſtris.

18 Ecce nūc *ſi*″diſpoſuero iudiciū, noui quòd ego iuſtificabor.

19 Quis eſt *qui*″contendat mecum? nunc enim ″*ſi* tacuero, emoriar.

20 Verùm ″duo ne facias mecum, & tunc à facie tua ″non abſcondam me:

21 Manum tuā à me″longè facito, & terror tuus ne exterreat me.

22 ″Et voca, & ego reſpondebo: aut loquar, & reſponde mihi.

23 Quot ſunt mihi iniquitates, & peccata? ″præuaricationes meas & peccata mea fac me cognoſcere.

24 Quare faciem tuam″abſcondis, & reputas me pro inimico tibi?

25 An folium″quod agitatur, conteres, & ſtipulam aridam perſequeris?

26 Scribis enim contra me″amaritudines, ″& poſſidere me facis iniquitates pueritiæ meæ.

27 ″Et ponis in compede pedes meos, ″& ſeruas ōnes ſemitas meas: ″ſuper radices pedum meorum″impreſſus eſt:

28 ″Et eſt ſicut putredo *quæ* veteraſcet, *&* vt veſtimentum *quod* comedit tinea.

Cap. XIIII.

Miſeriā vitæ humanæ deſcribit Iob.

1 H″Omo natus è muliere, ″breuis *eſt* diebus, & ſatur ira.

2 Sicut flos″egreditur & exciditur: *qui* & fugit velut vmbra, & non″permanet.

3 Etiam ſuper hūc″aperis oculos tuos, ″& me adducis in iudicium tecum.

4 Quis″dabit mundum ex immundo? ne vnus quidem.

5 ″Si definiti ſunt dies eius, *& ſi* numerus menſium eius ″tecum *eſt*, ″ſtatuta eius feceris, & non præteribit:

6 ″Recede ab eo, & ceſſet *afflictio*, donec exoptet ſicut mercenarius diem ſuum.

7 Eſt enim de arbore ſpes, ſi præciſa fuerit, & adhuc pullulabit, ″& propago eius non deſinet.

Prophetat reſurrectionem.

17 Audite audiendo, &c. שמעו שמוע וגו׳ Id eſt Studioſè ac diligenter & attentè audiatis ſermonem meum, & quod dicturus ſum vobis, auribus percipite. q.d. Aures arrigite ad ea quæ dicturus ſum vobis. 18 Diſpoſuero iud. ערכתי משפט Præt. Heb. pro fut. id eſt Sanè ſi cauſam meam ex ordine dixero, certò ſcio me iuſtificatū iri. 19 Contendat יריב contendere velit. q.d. hoc me malè habet quòd iniuſta cauſa condemner à vobis. *Si* tacuero, emoriar. : אחריש ואגוע Ad verbum, tacebo, & expirabo.

20 Duo שתים nempe quæ ſequuntur verſiculo ſequenti. Non abſcondā me. :לא אסתר non abſcondar. quemadmodum hi qui timere ſolent, ſed auſim conſiſtere in conſpectu tuo, cauſam meam defenſurus.

21 Longè facito, הרחק .i. deſine me affligere. 22 Et voca, וקרא Et *tunc* clama. vel, clara voce loquere.

23 Præuaricationes meas & peccata m. פשעי וחטאתי Sing. Heb. pro plur. id eſt Recēſe quot iniquitates & peccata admiſi propter quæ tam dirè affligor. 24 Abſcondis, תסתיר more hominū iratorum. Deus dicitur abſcondere faciem ſuā à nobis, quando non fauet.

25 Quod agitatur, נדף rapitur. ſub. vento. Depingit vilitatem humanam quam comparat folio & paleæ.

26 Amaritudines, מרורות Sic vocat flagitia dolorem parientia. Et poſſidere me facis, &c. :ותורישני עונות נעורי Id eſt adſcribis, ſiue imputas mihi quæ admiſi in iuuentute, quorum non recordor amplius.

27 Et ponis in compede ותשם בסד Et ponis in neruo. vel cippo. i. efficis vt non aſſequar quod opto. Et ſeruas, &c. ותשמור וגו׳ .i. impedis quominus huc vel illuc eam, & me conferam. Alii legunt, & ſeruat. i. cohibet, nempe neruus, ſiue cippus. Super radices על׳ שרשי Per radices pedum intelligit infima crura. id eſt ad craſſitiem pedum meorum. Impreſſus eſt. : תתחקה excauatus eſt, ſub. neruus, ſiue compes. id eſt circum infima crura mea obiectus eſt & affixus.

28 Et eſt והוא pro, Quum ſit. ſub. folium, vel homo.

IN CAPVT XIIII.

1 Homo natus è muliere, אדם ילוד אשה q.d. Is qui ſumptus eſt ex terra, eſt natus mulieris. id eſt naſcitur è muliere, è fragili nempe vaſculo. Breuis *eſt* diebus, &c. :קצר ימים ושבע רוגז Id eſt breui tempore viuit, & expletur ad ſaturitatem vſque perturbationibus.

2 Egreditur & exciditur: יצא וימל Præt. Heb. pro præſ. id eſt qui poſteaquam excipitur in lucem, ſtatim decerpi ſolet, quòd cito flaceſcat. Permanet. : יעמוד Fut. Heb. pro præſ. perdurat. perſtat.

3 Aperis פקחת Præt. Heb. pro præſ. id eſt dignaris aperire: hoc eſt habere curam hominis tam vilis, ærumnoſi & calamitoſi. Et me adducis ואותי תביא Id eſt vt me digneris. vel & dignaris mecum contendere, me condemnare & iudicare.

4 Dabit יתן Id eſt faciet. Deſcribit miſeram hominis conditionem, quod ad naturam ſpectat. Omnes enim naſcimur filii iræ, Epheſ. 2. a.3. At fide purificantur corda, Act. 15. b.9. 5 Si אם pro Quia poſitum eſt, Quia definiti ſunt. Quum definiti ſint, &c. Tecum אתך penes te. id eſt tibi notus. hoc eſt, quum numeratos habeas menſes, quibus viuit homo. Statuta eius feceris, חוקיו עשית Id eſt terminos præfixos conſtitueris quos non præteribit. 6 Recede ab eo, & ceſſet שעה מעליו ויחדל Recede ab eo, & ceſſabit. ſub. afflictio. i. Deſine illum affligere. Idem eſt Recedere ab eo, & Ceſſet afflictio. q.d. Sine illū viuere, donec perueniat ad diem mortis naturalis, perinde atque mercenarius ad finem diei, quem vt è laboris moleſtia liberetur, exoptat. 7 Et propago eius ויונקתו Id eſt rami teneri quaſi adhuc lactentes. q.d. ſurgent alii teneri ramuſculi.

8 Si ſenuerit in terra radix eius,& in puluere mortuus fuerit truncus eius,

9 Ab odore aquæ germinabit, & faciet messem ſicut planta nouella.

10 At homo moritur,& exciditur, ac interit homo, & vbi eſt?

11 vt abeunt aquæ à mari, & flumen exiccatur, & areſcit:

12 Sic homo obdormit, nec reſurget: *nam* donec non fuerint cæli, non euigilabunt, nec expergiſcentur à ſomno ſuo.

13 Vtinam in ſepulchro abſcondas me, *&* abdas me, donec quieſcat furor tuus, *&* ponas mihi præceptum, & recorderis mei.

Expectatio ſuſtinet pios, donec impetrent quod ſperant.

14 Si moriatur homo, nunquid viuet? *ſi ſic*, cunctis diebus temporis mei expectarem donec veniret immutatio mei.

15 Vocabis, & ego reſpondebo tibi: num opus manuum tuarū perdere deſiderabis?

16 Nunc enim greſſus meos dinumeraſti, nec differs peccatum meum.

17 Obſignata eſt *uelut* in faſciculo præuaricatio mea, & aſſuis iniquitati meæ,

AEternæ mortis pœnæ.

18 Et ſanè *ut* mons cadens marceſcet, & rupes *quæ* transferetur è loco ſuo:

19 vt lapides comminuuntur aqua, *&* *impetus aquæ* inundat, quæ ſpōte fundit puluis terræ: ſic ſpem hominis perdis.

20 Fortior eo eris in perpetuum, & abibit mutans faciem ſuam, & eiicies eum.

21 Glorificabuntur filii eius, & neſciet: aut affligentur, & non aduertet ad eos.

22 Verùm caro eius ſuper eū, dolebit: & anima eius in eo lugebit.

Cap. X V.

Eliphaz arguit Iob de ſapiētiæ & munditiæ arrogantia.

1 ET reſpondit א Elipház Themanites, ac dixit,

2 Nunquid ſapiens reſpondebit ſcientiā ventoſam, & reple-

8 Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illi⁹,

9 Ad odorē aquæ germinabit, & faciet comam quaſiquumprimum plantatum eſt.

10 Homo verò quum mortuus fuerit, & nudatus atque conſūptus, vbi quæſo eſt?

11 Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat:

12 Sic homo quum dormierit, non reſurget: donec atteratur cælum, non euigilabit, nec cōſurget de ſōno ſuo.

13 Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcōdas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tēp⁹ in quo recorderis mei?

14 Putáſne mortuus homo rurſum viuet? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.

15 Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

16 ¶Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parces peccatis meis. Prou.5.d.21

17 Signaſti quaſi ī ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam. D

18 Mons cadens defluit, & ſaxum trāſfertur de loco ſuo,

19 Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur: & homines ergo ſimiliter perdes.

20 Roboraſti eum paululū, vt in perpetuum tranſiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.

21 Siue nobiles fuerint filii eius: ſiue ignobiles, non intelliget.

22 Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

Cap. X V.

1 RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,

2 Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens, & implebit ar-

---

9 Meſſem קציר Significat multitudinem ramorum. q.d. Quumprimum ſenſerit aquam, reuiuiſcent rami eius, & producet multitudinem ramorum, vt ſolent nouellæ plantæ. 10 Moritur & exciditur: ימות ויחלש Fut.Heb.pro præſ. moritur & deficit.i.deficiens moritur. Et vbi eſt? ואיו: & vbi erit? q.d. poſtea non comparebit, hoc eſt non reuiuiſcet citra miraculum, ante reſurrectionem illam nouiſſimam. 11 Abeunt aquæ,&c. אזלו מים Præt.Heb.pro præſ. Comparatio eſt quæ ſequenti verſui iungitur. Vt aquæ diſcedūt quæ nō redeunt ad locum vnde diſceſſerunt, ſaltem eodem numero. Et flumen ונהר Alueū fluminis intelligit.i.& vt aqua quæ ex alueo decurrit, non recurrit. 12 Donec non *fuerint* cæli, עד בלתי שמים .i.nam antequam tranſierint cæli, hoc eſt, ante reſurrectionem illā nouiſſimam & vniuerſalem non euigilabunt homines, nec expergiſcētur à ſomno ſuo. Somnum vocat mortem, vnde ſcilicet aliquando excitandi ſint mortui. Ex hoc apparet Iob crediſſe reſurrectionem vniuerſalem.

13 Abdas me, תסתירני .i.cures me tegendum & occultandum. Præceptum, חוק .i.certum terminum. q.d. mihíque terminū præſcribas. Et recorderis mei. ותזכרני: .i.quo, ſiue ad quem.i.tantiſper dum conciliatus fuero tecum, ac rediero tecum in gratiam.

14 Nunquid viuet? היחיה ſub. poſtea. *Si ſic*, .i.ſi ita res haberet, nempe quòd mortuus reuiuiſceret ante reſurrectionem nouiſſimam, toto tempore vitæ meæ expectarē donec veniret immutatio ſortis meæ: hoc eſt, optarem mori vt ſors mea cōmutaretur in meliorem.

15 Vocabis,&c. תקרא ואנכי אענך Clames, & ego reſpondeam tibi.i. Vtinam clara voce me compellas & alloquaris, & ego reſpondeam tibi. q d. Vtinam liceret mihi tecū verba vltro citróque facere, vtique dicerē tibi, Opus,&c. Deſiderabis? תכסוף: ſub. perdere.i. deſideraréne debeas perdere me qui ſum opus tuū? 16 Dinumeraſti, תספור Fut.Heb.pro præt. quod alii vertunt per præſens, dinumeras.i. quaſi habes in numerato quæ à me hactenus geſta ſunt: tantum abeſt vt opus tuum diligas more opificum. Nec differs peccatum m. לא תשמור על חטאתי: Ad verbum, non reſeruabis peccatum meum. Fut. pro præt. vel præſ. nec differs in aliud tempus pœnas peccatis meis debitas. 17 In faſciculo בצרור Quæ in faſciculo aſſignata ſunt, haud facilè diſcedunt. acſi dicat, Videris eſſe diligentiſſimus cuſtos iniquitatis meæ, imò videris eam reddere maiorem. 18 Cadens marceſcet, נופל יבול collapſus eſt. Fut.Heb.pro præſ. Iſte verſus cum ſequenti coniungitur. 19 Lapides cōminuuntur aqua, אבנים שחקו מים lapides comminuunt aquæ. vel, contundunt. Inundat, תשטף Fut.Heb.pro præſ. ſub. impetus aquæ. Sic ſpem hominis perdis. ותקות אנוש האבדת: Ad verbum, & ſpem [expectationem] hominis perdidiſti. vel, perdere feciſti. Nota ו pro כן ſic. Et præt. pro præſ. vel fut. Comparat afflictionē caſui montium, & inundationibus aquarum. Vt (inquit) mons collapſus marceſcere ſolet, ſimiliter & rupes: vtque gramina & herbæ quæ ſponte naſcuntur, pereunt alluuione: ſic perditurus es hominem, vt nullam de eo ſpem homines ſint habituri.

20 Fortior eo eris תתקפהו Præualebis ei. vt euadere omnino non poſſit mortem. Fut.Heb.pro præſ. Mutans משנה ſub. erit. id eſt mutabit. q.d. deformata paulatim facie palleſcens. Et eiicies eum. ותשלחהו: & amandabis illum. ſub. à te, per mortem ſcilicet.

21 Glorificabuntur filii eius, יכבדו בניו De mortua carne loquitur, quum hîc dicit homines poſt mortem non cognoſcere quæ hîc agūtur. Mortuus ignorabit an filii nobiles ſint, & in gloria conſtituti: an verò affligantur, ſiue paupertate premantur. Alii vertūt, Multiplicabuntur [Creſcent] filii eius, & non ſciet [id eſt illo ignorante] & diminuentur [id eſt pauciores erunt] & non aduertet ad eos.

22 Caro eius ſuper eum,&c. בשרו עליו וגו׳ Hebraiſmus, dum fuerit caro eius ſuper eum.i. quandiu geſtabit carnem, dolores ſentiet: & quandiu fuerit in eo anima eius.i. quandiu viuet, mœſtitia afficietur.

IN CAPVT XV.

1 Et reſpondit ויען Et loqui cœpit. id eſt reſumpſit ſermonem Eliphaz. vel, Reſumpto ſermone dixit.

2 Reſpondebit יענה loquetur. id eſt loqui debet. Scientiam vent. דעת-רוח Sententiam venti.i. vanam: hoc eſt verba vana.

dore ſtomachum ſuum?

Arguis verbis eũ qui non eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.

Quantum in te eſt, euacuaſti timorem, & tuliſti preces coram Deo.

Docuit enim iniquitas tua os tuũ, & imitaris linguam blaſphemantiũ.

Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua reſpondebunt tibi.

Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus?

Nunquid conſilium Dei audiſti, & inferior te erit eius ſapientia?

Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus?

Eccli.18.b.12

B ¶Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores, quàm patres tui.

Nunquid grande eſt vt conſoletur te Deus? ſed verba tua praua hoc prohibent.

Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos?

Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones?

Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat nat⁹ de muliere?

Suprà 4.d.18

¶Ecce inter ſanctos eius, nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius:

Quãto magis abominabilis & inutilis homo qui bibit quaſi aquã, iniquitatem?

Oſtendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi:

Sapientes confitentur, & nõ abſcondunt patres ſuos,

Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſiuit alienus per eos.

C Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius.

Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & quum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.

---

bit ʺEuro ventrem ſuum?

3 ʺDiſputare verbo *quod* non proderit, & ſermonibus *in quibus* nõ erit vtilitas?

4 ʹEtiam tu diſſipas timorem, & diminuis orationẽ coram Deo.

5 Certe ʺdocebit iniquitatem tuam os tuum, quum eligas linguã verſutorum.

6 ʺCondemnat te os tuum, & non ego: & labia tua teſtantur contra te.

7 ʹNunquid *ante* primum hominem natus es, & ante colles ʹformatus es?

8 Nunquid ſecretum Dei audiſti, ʺ& prohibes apud te ſapiẽtiam?

9 Quid noſti ʹquod neſciamus? *quid* ʺintelligis, & non nobiſcũ eſt?

10 Etiam canus, etiam decrepitus inter nos eſt, *&* prouectior patre tuo ʹdiebus.

11 ʺAn parum tibi conſolationes iſtorum? & *an* aliquid abſconditum eſt apud te?

12 ʹQuid cepit te cor tuum, & quid innuunt oculi tui,

13 ʺQuòd reſpondeas Deo ſpiritum tuum, & proferas ex ore tuõ ʹſermones?

14 Quid eſt homo, vt mũdus ſit, & vt ʹiuſtificetur natus è muliere?

15 Ecce in ſanctis ſuis ʺnon poſuit ſtabilitatẽ, ʹ& cæli nõ ſunt mundi in oculis eius:

16 ʹQuanto magis abominabilis & contemptibilis homo ʹbibens ſicut aquam, iniquitatem?

Deſcribit impiorum maledictionem, quamuis eã innocenti Iob falſò tribuat.

17 Indicabo tibi, *proinde* audi me, & hoc quod vidi narrabo:

18 Quod ſapientes ʹrenuntiauerunt à patribus ſuis, neque abſconderunt:

19 ʹQuibus ſolis data eſt terra, nec tranſiuit alienus per medium eorum.

20 Cunctis diebus impii ipſe ʺdolore afficitur, ʹ& numero annorum ʺ*qui* abſconditi ſunt forti,

21 Strepitus terrorũ in auribus ipſius, in pace vaſtator ʹveniet ei.

Euro קדים vento vehementi. vt eſt ventus Orientalis, Eurus ſcilicet. Ventrem pro mente accipit. q.d. debétne qui vult haberi ſapiens, talem de ſe opinionẽ cõcipere? 3 Diſputare הוכח Subaudiendũ aliquid, acſi dicat, Eſtne ſapientis arguere verbo, ſiue ſermone inutili, & verbis quibus nõ proficiet? 4 Etiam tu diſſipas, &c. אף אתה תפר וגו׳ Fut. Heb. pro præſ. Tu quoque diſſipas, id eſt peſſundas ac perdis timorem Dei, & ſubtrahis preces quæ funduntur coram Deo in rebus aduerſis. acſi dicat, Tu videris Deum non timere, nec velle eum humili prece in afflictionibus implorare. 5 Docebit, &c. כי־יאלף וגו׳ q.d. Nõ eſt opus vt te doceã in quo pecces, non eges alio teſtimonio quàm ſermone oris tui, quũ planè vtaris ſermone fallaci. Sequenti verſu ſeipſum declarat. 6 Cõdemnat te ירשיעך Futura Heb. pro præſ. 7 Nunquid *ante* primũ hominem הראישון אדם Ad verbũ, Nunquid primus homo. Alii, An prior Adamo, &c. ſub. qui nos iuniores floccifacis? Formatus es? חוללת׃ genitus es? natus est? q.d. Tune es ille ſenex & antiquus dierum, qui omnem ſapientiam cognoueris, & præ te reliqui omnes nihil norunt? 8 Et prohibes ותגרע & contines. coerces. Alii, & diminuetur tecum ſapientia? id eſt peribit tecum ſapientia? q.d. An ſolus ſapis, ita vt te pereunte, ſimul peritura ſit ſapientia ipſa?

9 Quod neſciamus? ולא נדע Ad verbum, & non ſciemus? i. cuiuſnam rei peritus es, cuius ignari ſimus? Intelligis, &c. תבין וגו׳ Fut. Heb. pro præſ. vel præt. Hebraiſmus, pro, quid intelligis, à quo nos alieni ſimus? hoc eſt, quod nos lateat, ſiue quod nos non intelligamus, vt tantopere tuam iactare, & noſtrã audeas ſapientiam damnare? 10 Diebus. ימים׃ id eſt, ætate. hoc eſt, prouectioris ætatis quàm ſit pater tuus. 11 An parum, &c. המעט וגו׳ id eſt, An paruæ ſunt tibi, hoc eſt, minores, vt non tibi ſufficiant, conſolationes iſtorum virorum qui tecum diſputant? & an latet aliquid adhuc in animo tuo quod non profers?

12 Quid cepit te cor tuum? &c. מה־יקחך לבך וגו׳ id eſt, Quò rapuit nunc te mens tua? ſiue, Quæ te dementia cepit? & quid annuunt oculi tui, vt neſcio quam malignitatem ac indignationem prodere aſpicientibus videantur? 13 Quòd reſpondeas Deo ſpiritum tuum, כי־תשיב אל־אל רוחך id eſt, Quod in animo habes. ſiue, voluntatẽ tuam? q.d. Quòd tam conſtanter audeas pro voluntate tua Deum interpellare? Sermones? מלין׃ ſub. huiuſcemodi? 14 Iuſtificetur יצדק iuſtus habeatur.

15 Non poſuit ſtabilitatem, לא יאמין Significat immutabilitatem, ſiue perfectionem abſolutam. Alii, non poſuit veritatem. ſi cũ Deo cõferantur ſcilicet. Vide idem ſuprà cap. 4.d.18. Et cæli ושמים Chaldæus paraph. & Angeli. Suprà cap. 4.d.18, ponit, nec in Angelis ſuis poſuit lumen. 16 Quanto magis אף כי ſub. non erit immutabilis & purus. vel, Quanto minus. ſub. erit immutabilis & purus, homo abominabilis, &c. Bibens ſicut aquam, iniqu. שותה כמים עולה׃ qui ebibit [ſiue, ebibere ſolet] ſicut aquam, inquitatem, id eſt plenus malignitate, & à puero propenſus ad mala. 18 Renuntiauerunt à patribus ſuis, neque abſc. יגידו ולא כחדו מאבותם׃ Ad verbum, renuntiauerunt, neque abſconderunt, à patribus. Ordinem perturbatum repoſuit noſter interpres. Renuntiauerunt acceptum à patribus.

19 Quibus ſolis לחם לבדם ſub. ſapientibus, vel maioribus ſapientũ. Quibus ſolis traditum eſt dominium totius regionis, nec tranſiuit per eos vllus alienigena qui eos hoſtiliter inuaderet. q.d. quam ſic rexerunt vt inuicti perſtiterint.

20 Dolore afficitur, מתחולל cruciatur. Et numero, &c. ומספר Hoc hemiſtichium iungitur verſui ſequenti, Qui abſconditi ſunt forti, נצפנו לעריץ qui reconditi ſunt violento. vel, tyranno. i. toto tempore quo viuit tyrannus, voces terrificæ inſonant auribus eius.

21 Veniet ei. יבואנו׃ inuadet eum. Affixum pro ſeparato, id eſt, quum putat eſſe in ſumma pace, depopulator inuadit eum.

Non credet′reuerti è tenebris,″ideo aſpicitur à gladio. 22

′Vagatur ipſe ad panem,″vbinam *ſit, tunc*′ſciet quòd paratus ſit in manu eius dies tenebrarum. 23

Terrebit eum tribulatio & anguſtia:′roborabitur contra eum ſicut Rex paratus ad prælium. 24

Quia′extendit contra Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt. 25

″Incurret in eum in collum,″in craſſitiem corporum ſcutorum eius. 26

Quia″operuit faciē ſuam adipe ſuo,″& fecit rugas ſuper ilia. 27

′Et inhabitauit vrbes deſolatas, domos *in quibus*′non habitabant, quæ paratæ erant in aceruos lapidum. 28

Non diteſcet, nec ſtabilis erit potentia eius,″neque extendet terræ perfectionem eorum. 29

Non recedet″è tenebris,″ramum eius tenerum arefaciet flamma,″& recedet flatu oris eius. 30

Non credet″qui vanitate errat, quòd″vanitas futura ſit permutatio eius. 31

″In non die ſuo ſuccidetur,″& ramificatio eius non vireſcet. 32

′Perdet ſicut vitis″vuam ſuam acerbam,″& proiiciet tanquam olea florem ſuum. 33

Congregatio enim″impii *erit* deſolata, & ignis′deuorabit tabernacula′muneris. 34

″*Nam* conceperunt afflictionem, & pepererunt iniquitatem, atque venter eorum præparat fraudem. 35

Cap. XVI.

Aſteritate amicorū motus, Iob ſuam calamitatem enarrādo, ſe citra iniquitatē pati oſtendit.

1 ET reſpondit א Iiób, ac dixit,

2 Audiui′his ſimilia multoties: conſolatores′laborioſi *eſtis* vos omnes.

3 Nunquid″*erit* finis verbis ventoſis? aut quid corroborabit te,″ſi loquaris?

22 Non credit quòd reuerti poſſit de tenebris, circūſpectās vndiq; gladiū.

23 Quū ſe mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies.

24 Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem qui præparatur ad prælium.

25 Tetendit enim aduerſus Deū manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt.

26 Cucurrit aduerſus eū erecto collo: pingui ceruice armatus eſt.

27 Operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D

28 Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis, quæ in tumulos ſunt redactæ.

29 Nō ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terra radicem ſuam.

30 Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur ſpiritu oris ſui.

31 Non credet fruſtra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus ſit.

32 Antequam dies eius impleātur, peribit: & manus eius areſcet.

33 Lædetur quaſi vinea, in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proiiciens florem ſuum.

34 Congregatio enim hypocritæ, ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiūt.

35 Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. Eſa.59.a.4 pſal.7.d.15

Cap. XVI.

1 REſpondens autem Iob, dixit,

2 Audiui frequenter talia: conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.

3 Nunquid habebunt finē verba ventoſa? aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris?

22 Reuerti è tenebris, שׁוּב מִנִּי חֹשֶׁךְ ſe reuerſurum è tenebris. ſubaud. tribulationum atque afflictionum. deſperabit ſe proſperiora experturum. Ideo aſpicitur à gladio. וצפו הוא אלי־חרב׃ Ad verbum, & aſpectus eſt gladio, id eſt aſpicitur à gladio: hoc eſt, imminet cernici eius gladius, vel periculum à gladio. 23 Vagatur ipſe ad panē, נודד הוא ללחם Vagabitur ad panē. ſub. quærendum. Vbinam איה id eſt, vbinam ſit panis quo viuat. q.d. redigetur in ſummam paupertatē, ita vt cogatur mēdicare. Sciet quòd paratus ſit, &c. ידע כי־נכון וגו׳ id eſt, certò ſciet ſummæ afflictionis tempus ſibi imminere. Quod enim in manu eſt, in propinquo eſt.

24 Roborabitur contra, &c. תתקפהו כמלך עתיד לכידור׃ præualebit illi [ſub. anguſtia,] ſicut Rex paratus ad haſtiludiū. vulgò tornamentum, ſiue torneamentū. Gallicè, *Vn tournoy*. Alii, præualebit illi ſicut Rex. ſub. *homini* futuro in globum, id eſt ſubmergendo, hoc eſt redigendo in figuram globi, vt demergatur. Solent enim homini ſubmergendo colligare caput cum pedibus in formam globi.

25 Extendit contra Deum manum ſ. נטה אל־אל ידו .i. exertis manibus, Dei voluntatem impugnare conatus eſt.

26 Incurret in eum in collum, ירוץ אליו בצואר id eſt, calido impetu ac vehementia occurret illi Dominus. In craſſitiem corporum, &c. בעבי גבי מגניו׃ id eſt, in craſſiores ac denſiores partes clypeorum eius. q.d. vires eius quanlibet fortes, horribiliter franget, ac eum iudicio ſuo obruet: nullis viribus, aut armis poterit reſiſtere Deo. 27 Operuit faciem, &c. כסה פניו בחלבו Hebraiſmus, deditus fuit deliciis, & bene curauit cutem ſuam. Et fecit rugas ויעש פימה Ad verbū, & fecit ora. i. contraxit velut quædam ora, hoc eſt rugas, præ pinguedine. 28 Et inhabitauit וישכון id eſt, inſtaurandas curauit. Non habitabāt, לא־ישבו למו ſub. homines. Ad verbū, non habitabunt ſibi. Redundat SIBI in ſermone Latino. i. vbi antea nemo habitabat. 29 Neque extendet terræ perfe. e. ולא־יטה לארץ מנלם׃ id eſt neque tradet regioni conſummationem eorum. ſub. ædificiorum vrbium ac domorum, id eſt non perficiet habitatoribus regionis ædificia illa quæ cœperat inſtaurare. 30 E tenebris, מני־חשך id eſt è rebus aduerſis. Ramum eius tenerum aref. fl. ינקתו תיבש שלהבת propaginē eius exiccabit flamma. i. liberos eius abſumet miſeria ac tribulatio. Et recedet flatu oris eius. ויסור ברוח פיו׃ ſub. Dei. vel, dimouebitur ad flatum oris eius. q.d. ad minimam Dei iram peribit. Alii, recedet flatu oris ſui. i. eo efflante animā. aut, flatu oris eius. hominis ſcilicet, id eſt vel ad minimū cuiuſuis rei impulſum. 31 Qui vanitate errat, בשו נתעה .i. qui deditus eſt vanitati. Vanitas futura ſit, &c. שוא תהיה תמורתו׃ id eſt ſe deuenturum in meram vanitatem.

32 In non die ſuo ſuccid. בלא־יומו תמלא Hebraiſmus, Ante diem ſuum excidetur. ſub. propago eius. i. ante vltimum vitæ diem præmatura ac violenta morte abſumentur liberi eius. Et ramificatio eius, &c. וכפתו לא רעננה .i. rami eius non erunt virentes, hoc eſt proles eius non promouebit, neque aget fœliciter. 33 Perdet יחמוס id eſt deiiciet ad terram. Vuam ſuam acerbam, בסרו botros ſuos immaturos, id eſt liberos ſuos iuuenes. Et proiiciet וישלך in terram ſcilicet, id eſt perdet ante tempus pueros ſuos.

34 Impii *erit* deſolata, חנף גלמוד Hypocritæ *erit* ſolitudo. i. homo impius atque hypocrita priuabitur liberis. Deuorabit אכלה Præt. Heb. pro fut. Muneris. שוחד׃ id eſt quæ extructa ſunt muneribus. 35 *Nam* conceperunt, &c. הרה עמל וילוד און וגו׳ Infinitiui pro præt. Ratio eſt præcedentium. Nam conceperunt iniuriam, ſiue afflictionem, & pepererunt iniquitatem, atque venter eorū præparat dolum. i. cogitant ſemper parare dolum. q.d. mente & opere ſunt impii.

IN CAPVT XVI.

2 His ſimilia multoties: כאלה רבות Ad verbum, ſicut hæc [id eſt talia] multis. ſub. vicibus. Laborioſi עמל laboris. vel, moleſtiæ, id eſt moleſti. 3 *Erit*. Vel, *inuenitur*. Si loquaris? כי תענה׃ quum loqueris? id eſt, Quidnam confirmabit ſententiam tuam ſi tu loquaris, ô Eliphaz.

Poteram & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea, cõſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos:

Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quaſi parcens vobis.

Sed quid agam? Si loquutus fuero, nõ quieſcit dolor meus: & ſi tacuero, B non recedet à me.

Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.

Rugæ meæ teſtimoniũ dicũt cõtra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam, contradicens mihi.

Colligit furorẽ ſuũ in me, & comminans mihi, infremuit cõtra me dẽtibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.

Aperuerũt ſuper me ora ſua, exprobrantes percuſſerunt maxillam meã, ſatiati ſunt pœnis meis.

C Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.

Ego ille quondam opulẽtus repẽte cõtritus ſũ: tenuit ceruicẽ meã, cõfregit me, & poſuit me ſibi quaſi ĩ ſignũ:

Circundedit me lanceis ſuis, cõuulnerauit lumbos meos, & non pepercit, & effudit in terra viſcera mea.

Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas.

Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.

Facies mea intumuit à fletu, & palpebrę meæ caligauerunt.

Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, quum haberem mũdas ad Deum preces.

Terra ne operias ſanguinẽ meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.

Ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.

Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus.

4 Etiam ego ſicut vos ″loquerer: ″vtinam eſſet anima veſtra loco animæ meæ, ″ſocietatem inirem vobiſcum ſermonibus, & mouerem ſuper vos caput meum:

5 Roborarem vos ore meo, ″& conſolatio labiorum meorũ ″prohiberet.

6 Si loquutus fuero, nõ ″prohibebitur dolor meus: ″ſi verò deſiero, quid à me recedet?

7 Verùm nunc ″fatigauit me, ″deſolaſti omnem congregationem meam.

8 ″Et corrugaſti me, in teſtem fuit, ″& ſurrexit in me macies mea, in facie mea ″teſtificabitur.

9 ″Furor eius rapuit *me*, & odio proſequutus eſt me, frẽduit aduerſum me dentibus ſuis: hoſtis meus ″acuit oculos ſuos contra me.

10 ″Aperuerunt aduerſum me os ſuum, ″cum opprobrio percuſſerunt maxillas meas, ſimul aduerſum me congregati ſunt.

11 Tradidit me Deus mendaci, & per manus impiorum diuertere fecit me è via.

12 ″Quietus eram, ″& contriuit me: ″arripuítque ceruicem meam, & diſſipauit me, & ſtatuit me ſibi in ſcopum.

13 Circundederunt me iaculatores eius, ″diſſecuit renes meos, & non pepercit, ″effudit in terram fel meum.

14 Confregit me cõfractione ″ſuper confractionem, cucurrit aduerſum me ″ſicut potens.

15 Saccum conſui ″ſuper cutem meam, & oneraui puluere ″cornu meum.

16 Facies mea ″fœdata eſt ceu luto præ fletu, & in palpebris meis ″vmbra mortis:

Primum argumentum à reſipiſcentium benedictione.

17 ″Ob nullam iniuriam in manibus meis, ″& oratio mea munda.

18 ″O terra, ne tegas ſanguinẽ meũ, neque ſit ″locus clamori meo.

19 ″Etiam nunc, ecce in cælis eſt teſtis meus, & teſtis meus in excelſis.

20 ″Colloquutores mei amici mei, ad Deum ″ſtillat oculus meus.

4 Loquerer: ארברה loquar.i.loqui poſſim.q.d.poſſem & ego loqui more veſtro. Vtinam eſſet anima, &c. לו יש נפשכם תחת נפשי eſſet anima, &c. Hebraiſmus, ſi talia pateremini qualia ego patior, adiungerẽ me vobis. Societatem inirem vo.ſerm. אחבירה עליכם במלים .i.adiungerem me vobis ſermonibus veracibus. 5 Et conſolatio וניר & motio.i.ſermo meus. Prohiberet. יחשך: diminueret. ſub.dolorem veſtrum 6 Prohibebitur יחשך diminuetur. Si verò deſiero, ואחדלה Ad verbum, & deſtitero.ſub.loqui.

7 Fatigauit me, הלאני id eſt ad fatigationem vſque afflixit.ſub.Deus. Deſolaſti omnem cong.meã. השימות כל ערתי: ſub.ô Deus, deſolaſti totam familiam meam, quia liberi eius perierant.vel, omnes artus meos.ſiue membra.q.d.deſtitutus ſum omni ſolatio intus & foris.

8 Et corrugaſti me, in teſtem fuit, ותקמטני לעד היה .i. Rugis operuiſti me, vnaquæque ruga fuit in teſtem. In rugas cutem meam contraxiſti: quæ ſingulæ ſunt teſtes afflictionis meæ. Et ſurrexit in me macies m. ויקם בי כחשי & extitit in me attenuatio mea.i.cœpit apparere in corpore meo macies mea, ac palàm teſtatur me maximè fuiſſe afflictum à Deo. Teſtificabitur. יענה: Fut.Heb.pro præſ.

9 Furor eius rapuit אפו טרף Ira eius rapuit.ſubaudi, inſtar feræ iratæ. Multis verbis deſcribit vim afflictionis ſuæ. Acuit oculos ſuos ילטוש עיניו .i.terribilibus oculis inſpexit me. 10 Aperuerunt פערו ſub.hoſtes mei. Hebraiſmus, Contumelioſè debacchati ſunt in me. Cum opprobrio בחרפה ignominioſè. 12 Quietus eram, שלו הייתי Tranquillus eram. Præt.Heb.per imperf.reddendum. Et contriuit me: ויפרפרני & attriuit me. Alii, & diſperſit me.i.nunc autẽ omnibus malis me obruit. Arripuítque ceruicẽ meam, &c. ואחז בערפי ונו׳ id eſt fracta virtute ac potẽtia mea diſiecit me, atque omnibus periculis, calumniis, & opprobriis expoſuit me. Id eſt ſtatuere in ſcopum. 13 Diſſecuit יפלח diſrupit.ſub.ſagittis. Fut.Heb.pro præt. Effudit, &c. ישפך לארץ מררתי: .i. ſubinde grauius atque grauius affligens, omnia mea concuſſit, etiam interiora mea crudeliter affecit. 14 Super confractionem, על פני פרץ Ad verbum, ante conſpectum confractionis.coram confractione, id eſt crebris confractionibus, ac ſibi inuicem ſubſequentibus confregit me. Sicut potẽs. כגבור: inſtar gigantis.vel, hominis potentiſſimi.vt ſcilicet perderet me. 15 Super cutem meam, עלי גלדי Dicitur cuticula illa vulneribus inducta. Cornu meum. קרני: Pro capite accipit, id eſt multo puluere aſperſi caput meum more lugentium.

16 Fœdata eſt ceu luto, חמרמרו Ad verbum, lutificata eſt, id eſt lutulenta facta eſt.ſolent enim lachrymis facies deturpari quaſi luto infectæ eſſent. Vmbra mortis: צלמות: id eſt caligo.hoc eſt, oculi mei cœperunt caligare. 17 Ob nullam iniuriam in manibus meis, על לא חמס בכפי Ad verbum, Ob non iniuriam in manibus meis.i.quam admiſerim. tanquã dicat, Hæc omnia mihi euenerunt præter culpam vllã. Non quòd omnino ſine peccato ſe aſſerat, ſed ſine tantis criminibus, pro quibus tanta patienda eſſent ſecundum conſuetũ Dei ordinem. Et oratio mea munda. ותפלתי זכה: quinimo oratio mea *fuit* munda.nimirum è puro corde profecta.

18 O terra, ne, &c. ארץ אל תכסי דמי Subaudiendum aliquid, quale, Si eſt vt dicitis, O terra, &c.q.d.Si aliter eſſet, optem afflictionẽ meam notam eſſe omnibus. Locus מקום vbi ſcilicet deliteſcere poſſit. 19 Etiam nunc, &c. גם עתה הנה בשמים עדי Nunc quoque profectò in cælis eſt teſtis meus, id eſt Deus teſtis eſt innocentiæ meæ. q.d.Deum teſtor me innocentem ac integrum quidem eſſe, comparatione pœnarum quas ſuſtineo: ſicut & Dauid, tametſi grauiſſima peccata admiſiſſet, teſtatur nihilominus ſe ea crimina nõ cõmiſiſſe quibus accuſabatur. Si eſt, inquit, iniquitas in manibus meis. 20 Colloquutores mei מליצי .i. Qui diſceptatis mecum. Stillat דלפה Præt.Heb.pro præſ.ſtillat, ſub.lachrymas, id eſt ad Deum lachrymas fundo, qui teſtis eſt innocentiæ meæ, non ad vos qui eam labefactare cupitis.

″Vtinā diſputare poſſit vir cum Deo, ſicut filius hominis cum amico ſuo. 21

Quia″anni numeri aduenient, & ſemitam, *qua* non reuertar, ambulabo. 22

Cap. XVII.

Contabeſcendo ſe patienter præſtolari dicit.

1 S″Piritus meus corruptus eſt, dies mei ſucciſi ſunt, *proinde*″ſepulchra mihi.

2 ″*Iſtud non dicerem*, niſi illuſores mecum *eſſent*, & in irritationibus eorum″commoratur oculus meus.

3 ″Appone quæſo, fideiuſſorem da mihi tecum, quis eſt ″*qui* manum meam tangat?

4 Quia″cor eorū abſcōdiſti ab ītellectu, propterea ″nō exaltabis

5 *Eum qui* blandiendi cauſa″renuntiabit cogitatus *ſuos*, ſed oculi filiorum eius″conſumentur.

6 ″Profectò ſtatuit me in parabolam populorum, ″*& in* gehenna antea ſum.

7 Et caligauit præ indignatione oculus meus, & cogitationes meæ vniuerſæ *ſunt* ſicut vmbra.

8 ″Stupebunt recti ſuper hoc, & innocens″contra impium commouebitur.

9 ″Retinuit tamē iuſtus viā ſuā, & mūdus manibus″addidit robur.

10 At verò omnes reuertimini, & venite quæſo, ″& non inueniam inter vos ſapientem.

11 Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ″euulſæ ſunt, ″cogitationes cordis mei

12 ″Noctem in diem poſuerunt, ″lucem propinquam″à facie tenebrarum.

13 ″Si expectauero *quod* ſepulchrum *ſit* domus mea, *&* in tenebris ſternam lectum meum:

14 *Ac*″foueæ″dicam, Pater meus *es* tu: *&* vermi, Mater mea, & ſoror mea *es*:

21 Atque vtinā ſic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.

22 Ecce enim breues anni trāſeunt: & ſemitam, per quam nō reuertar, ambulo.

Cap. XVII

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolùm mihi ſupereſt ſepulchrum.

2 Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

3 Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.

4 Cor eorum lōgè feciſti à diſciplina, & propterea non exaltabuntur.

5 Prædam pollicetur ſociis, & oculi filiorum eius deficient. B

6 Poſuit me quaſi in prouerbiū vulgi, & exemplum ſum coram eis.

7 Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.

8 Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens cōtra hypocritam ſuſcitabitur.

9 Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mūdus manibus addet fortitudinem. C

10 Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem.

11 Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum.

12 Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem.

13 Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulū meū: D

14 Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea & ſoror mea, vermibus.

21 Vtinam diſputare poſſit, &c. ויוכח וגו' Ad verbū, Et arguat[diſceptet] homo cū Deo, & filius hominis cum proximo ſuo. Obſeruandum ו in duabus ſignificationibus, pro Vtinam, & Vt, vel Sicut. 22 Anni numeri שנות מספר Hebraiſmus, pro paucis annis: quibus ſcilicet ſum victurus. acſi dicat, Quia breui moriturus ſum, & ea via mihi eundum eſt qua redire non licet ad hanc vitam.

IN CAPVT XVII.

1 Spiritus meus corruptus eſt, רוחי חובלה .i. Omnes vires meæ tam corporis quàm animi fractæ ſunt. Sepulchra mihi. קברים לי: id eſt me mament. q d. breui in ſepulchrum iniiciar. 2 *Iſtud non dicerem*, Alii ſubaudiunt, Emoriar. vel, diſpereā niſi, &c. q. d. Diſpeream ſi hæc dicerem niſi ſocii mei qui agunt mecum, ſtuderent ac conarentur mihi imponere & illudere. nā volunt perſuadere mihi, me eſſe peccatorem. Commoratur תלן Fut. Heb. pro præſ. vel præterito. commoratus eſt. & dum illi irritarent me, cōmoratus eſt oculus meus. i. defixis oculis conſpicatus ſum impoſturas eorum. 3 Appone quæſo, שימה נא ſub. cor tuū. i. aduerte quæſo ô Deus. Qui manum meam tangat? לידי יתקע: Ad verbum, *qui* manu mea tangetur? id eſt contactu manus meæ pollicebitur mihi Deum diſputaturum mecum, non homines illuſores? 4 Cor eorum abſcondiſti ab intellectu, לבם צפנ משכל pro, abſcondiſti intellectum à corde eorum, id eſt carent communi ſenſu, hoc eſt ſtulti ſunt. Non exaltabis. לא תרומם: Iſtud coniungitur ſequenti verſui.

5 Renuntiabit יגיד Alii per præſens vertunt, renuntiat. i. dicere ſolet quicquid venit illi in mentem. Conſumentur. תכלינה: deficient. videndo interitum patris. 6 Profectò ſtatuit me in parab. pop. והציגני למשול עמים Ad verbum, Et ſtatuit me vt fabulentur populi, id eſt, fecit me fabulam vulgi. Et *in* gehenna antea ſum. ותופת לפנים אהיה: Fut. Heb. pro præſ. Id eſt(vt doctus inter Hebræos exponit) igne gehennæ ante mortem meam adiudicatus ſum: quod aliis hominibus non contingit, qui poſt mortem, & non antea, gehennæ adiudicantur. Chaldæus paraph. & in gehēna intrinſecus ero. Alii, inquit idem, deducūt תופת à תוף, quod tympanū ſignificat. acſi dicat, fuerūt læti de me antea, quemadmodum qui lætantur ad tympanum. Alii exponunt ארון dominum, ſiue principem: vt Dani. 3. a. 2, domini & præfecti prouinciarum. Ideo vertunt, & princeps antea eram. vel, qui princeps antea eram. q. d. profectò me nunc Dominus de fœlicitate & gloria præcipitatum, poſuit in fabulam vulgi. 8 Stupebunt recti ישומו ישרים Quidam per præteritum vertunt, Obſtupuerunt recti. id eſt homines pii ac probi, quòd videant pios tam ſeuerè tractari. Contra impium commou. על חנף יתעורר. contra hypocritam. Iterum fut. pro præterito, vt alii vertunt, Innocentes commouentur contra peccatores, quòd videant eos impune degere, & cum aliis non affligi.

9 Retinuit tamen ויאחז Ad verbum, Et apprehendit. Quidam, Arripuit tamen. i. Tutus ſemper progreditur in via ſua quam certò nouit bonam eſſe, Dominóque placentē. Addidit robur. יוסיף אומץ: auxit robur Fut. Heb. pro præſ. vel præt. i. reſumpſit vires. q. d. continuò ſeipſo conſtantior factus, dedit operā munditiei 10 Et non inueniam, &c. ולא אמצא וגו' .i. oſtendam neminē veſtrum rectè dicere.

11 Euulſæ ſunt, נתקו ſublatæ ſunt. abruptæ ſub. à me, vi ac violentia afflictionum ſcilicet. Cogitationes מורשי Ad verbum, poſſeſſiones. Sic dictæ cogitationes, quòd eas poſſideat cor. Hæc poſtrema pars huius verſus iungitur ſequenti verſui.

12 Noctem in diem poſuerunt, לילה ליום ישימו Noctem diem poſuerunt. id eſt res lucidas reddiderunt obſcuras, dubias & ancipites.

Lucem propinquam אור קרוב lumen propinquum. id eſt quod in propinquo erat, hoc eſt auroram, ſub. verterunt inquam in noctem.

A facie tenebrarum. מפני חשך: propter tenebras. id eſt, propter tribulationes meas quæ ſunt meræ tenebræ.

13 Si expectauero, &c. אם אקוה שאול ביתי id eſt Si expectauero donec moriar, & in tenebris, id eſt, ſepulchro decumbam.

14 Foueæ לשחת ſepulchro. Alii, corruptioni. Dicam, קראתי Ad verbum, clamaui, Pater meus es, Mater mea, & ſoror mea, vermi. Subaudiendum ex præcedenti, clara inquam voce dicam, vel dico, vermi, Mater, &c. nihil enim homini familiarius & certius adeſt ac conuenit quàm mortalitas ac corruptio: vt nihil magis agnatum & affine quàm parentes & fratres. Cohærent hæc ſequenti verſui.

15 Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meã quis conſiderat?

16 In profundiſſimũ infernum deſcendent omnia mea: putáſne ſaltem ibi erit requies mihi?

Cap. XVIII.

1 Reſpondens autem Baldad Suhites,dixit,

2 Vſque ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & ſic loquamur.

3 Quare reputati ſumus vt iumẽta, & ſorduimus coram vobis?

4 Qui perdis animam tuam in furore tuo,nũquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco ſuo?

5 Nónne lux impii extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius?

B 6 Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur.

7 Arctabũtur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum:

8 Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.

9 Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis.

10 Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.

C 11 Vndique terrebunt eũ formidines, & inuoluent eum pedes eius.

12 Attenuetur fame robur eius,& inedia inuadat coſtas illius,

13 Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, conſumat brachia illius primogenita mors.

14 Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eũ , quaſi rex, interitus.

15 Habitent in tabernaculo illius ſocii eius qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.

D 16 Deorſũ radices eius ſiccentur,ſurſum autem atteratur meſſis eius.

Prou.2.d.22 17 ‖Memoria illius pereat de terra,& nõ celebretur nomen eius in plateis.

18 Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.

19 Non erit ſemen eius,neque proge-

15 Vbinam nunc erit″expectatio mea? & expectationem meam quis videbit?

16 ″*Ad* fulcra inferni″deſcendent″ſi ſimul in puluere′quies.

Cap. XVIII.

1 ET reſpondit Bildád ש Sunhites,ac dixit,

2 ″Quouſque ponetis fines ſermonibus?″inſtruatis, & poſtea loquemur.

Baldad reprehẽdit Iob, quód nõ audiat bene con ſulẽtes, & impii pœnas enarrat.

3 Cur reputamur′vt iumentum,″ſorduimus in oculis veſtris?

4 ″Qui laniat animam ſuam furore ſuo,nunquid propter te derelinquetur terra,′& transferetur rupes è loco ſuo?

5 Etiam′lux impiorum extinguetur,nec ſplendebit ſcintilla′ignis eius.

6 Lux″obſcurabitur in tabernaculo eius, & lucerna eius ſuper eũ extinguetur.

7 ′Arctabuntur greſſus potentiæ eius ,″& proiiciet eum conſilium ſuum:

8 ″Quia proiicietur in rete pedibus ſuis, & ſuper rete ambulabit.

9 ′Apprehẽdet calcaneũ laqueus,præualebit aduerſus eũ prædo.

10 ″Abſcõdita eſt in terra pedica eius,& decipula eius ſuper ſemitã.

11 Vndique′terrebunt eum terrores,″& diſpergent eũ pedib⁹ ſuis.

12 Erit famelicũ″ſemẽ eius,″& euẽtus malus parabitur lateri eius.

13 ″Deuorabit ramos cutis eius,deuorabit membra eius″primogenitus mortis.

14 ′Abrũpetur è tabernaculo eius fiducia eius,″& incedere faciet eum ad regem terrorum.

15 ″Habitabit in tabernaculo eius,″eo quòd non *ſit* ipſius,″ſpargetur ſuper habitaculum eius ſulphur.

16 ″Deorſum radices eius areſcẽt,& ſurſum excidetur ramus eius.

17 Memoria illius peribit è terra,neque *erit* nomen illi″in platea.

18 ″Propellent eum è luce ad tenebras,& de orbe eiicient eum.

19 ″Non *erit* filius illi, neque nepos in populo ſuo, & nullus ſuper-

15 Expectatio mea?& expectationem meam תקותי ותקותי ſpes mea?& ſpem meam,&c.i. Quando tandem eueniet mihi à Deo quod pollicemini?id enim ſors moribundi non ſuſtinet. 16 *Ad* fulcra inferni בדי שאול .i. Vſque ad centrum terræ deſcendent expectationes,ſiue ſpes meæ.q.d.mihi ſerò ſuccurrent.Plurali vtitur,quòd bis expectationem poſuerit. Si ſimul אם־יחד Ironica loquutio:intelligit enim,quum iam mortuo ſit ſimilis, ſpem vitæ non eſſe reſiduam.acſi dicat,niſi forte,Vel,ſcilicet quando nunc ſpes mea iacet,vbi tempus præterierit,deſcendet in ſepulchrum,vt illic ſimul quietem reperiat.

IN CAPVT XVIII.

2 Quouſque עד־אנה ſub.*loquuti*, ponetis,&c. Inſtruatis, תבינו inſtituatis. Ad verbum,intelligere faciatis.ſub.nos.

3 Vt iumẽtum, כבהמה ſub.vobis.i.ſimiles pecoribus,ſtolidi & inſenſati. Sorduimus נטמינו ſordeſcimus.i.viles videmur apud vos? Alii,ſtupidi ſumus.i.videmur vobis ſtupidi. 4 Qui laniat animã ſuam טורף נפשו Tertia perſona vtitur pro ſecunda,per contemptum.Tu qui es homo ille qui laniat,&c.i.qui ſupramodum torquet ſeipſum per impatientiam. Et transferetur rupes è loco ſuo? ויעתק צור ממקומו: .i.an propter te mutabit Deus communem & fixum operationis ſuæ ordinem? Alii vertunt, & transferet ſeſe Deus de loco ſuo?q.d.an immutabilis Deus fiet tui cauſa mutabilis? 5 Lux אור .i.prudentia,ſapientia,intelligentia,& conſilium. Ignis eius. אשו: .i.eorum,ſiue cuiuſlibet eorum.q.d.nec integrum ſplendorem aſſequetur tantilla eorum intelligentia ac prudentia.

6 Obſcurabitur חשך obtenebreſcet.i.vertetur in tenebras.q.d.deſtituentur conſilio.Præt.Heb.pro fut.

7 Arctabuntur greſſus potentiæ eius, יצרו צעדי אונו .i.Impedietur quominus eat quò ire poſſet.q.d.Nõ eſt facturus quæ facere vellet ac poſſet. Et proiiciet eum conſilium ſuum: ותשליכהו עצתו: & amandabit à ſeſe illum conſilium eius.i.deſtituetur proprio conſilio.

8 Quia proiicietur,&c. כישולח וגו׳ Quia proiicietur rete in pedes eius.Vel,cõiicientur in rete pedes eius.vt alterum ב redundet.i.Dei iudicio impius ſuis ſe ſtudiis irretiet,& capietur laqueis infortuniorum vnde ſe eripere non poterit.

9 Apprehendet calcaneum יאחז בעקב Arripiet calcaneum.ſub.eius.i.illaqueabitur.

10 Abſcondita eſt in terra טמון בארץ Per quam ſcilicet ambulauit.Quidam vertunt per futurum,abſcondetur.q.d.dum minimè cogitabit,ſe imprudenter coniiciet in laqueos,ac decipietur. 11 Terrebunt eum terrores, בעתוהו בלהות obſtupefacient eum formidines.i.Nuſquam tutus erit. Et diſpergent eum והפיצוהו & diffugere facient illum.i.circa plurima incertus vagabitur.

12 Semen eius, אונו Ad verbum,virtus eius.i.liberi,quòd ſoleant eos gignere dum valent viribus. Et euentus malus,&c. ואיד נכון וגו׳ & confractio erit parata coſtæ illius.i.ipſimet.q.d. liberi eius ad extremam paupertatem redigentur, & ipſemet variis malis afficietur.

13 Deuorabit ramos cutis eius, יאכל בדי עורו .i.Abſumet cutem eius. Primogenitus mortis. בכור מות: Ita vocat grauiſſimam ægritudinem,lethalium morborum grauiſſimum.q.d.ipſe cum ſua poſteritate erit obnoxius grauiſſimis morbis.

14 Abrumpetur,&c. ינתק וגו׳ Vi ſcilicet auelletur de tentorio eius[.i.ex ædibus]ſpes eius.hoc eſt,Exterminabuntur liberi & opes eius in quibus cõfidebat. Et incedere faciet eum,&c. ותצעידהו וגו׳ & deducet eum[ſub.conſilium ipſius] ad regem terrorum.i.ad grauiſſimum terrorem.q.d.proprio conſilio deueniet in poteſtatem rei maximè terribilis. 15 Habitabit תשכן ſub.formido,ſiue pauor.q.d.In domo eius erit perpetuus terror. Eo quòd non *ſit* ipſius, מבלי־לו ſub.ſed ex rapina factum. Spargetur,&c. יזרה וגו׳ .i.habitaculum eius peribit igne. 16 Deorſum radices eius,&c. מתחת שרשיו ייבשו .i.humidum illud radicale exareſcet,& poſteri eius interibunt.

17 In platea. על־פני־חוץ: Ad verbum,ſuper faciem plateæ.i.in terris.q.d.nihil nominis eius relinquetur apud poſteros.

18 Propellent eum יהדפוהו ſub.afflictiones, morbi,& aliæ calamitates,è lumine fœlicitatis & gaudii ad tenebras intolerabilium ærumnarum:& tandem de orbe terrarum,hoc eſt de mundo eiicient illum. 19 Non *erit* filius illi,&c. לא נין לו וגו׳ Morietur ſine filiis,& nepotibus,nihil honoris,gloriæ,nominis,vel officii conferendo genti ſuæ:& de progenie ipſius nemo domicilia eius inhabitabit.

ſtes in habitationibus eius.

20 ″Super die eius obſtupeſcent ″poſteri, & maiores apprehendent pauorem.

21 Sanè ″hæc *ſunt* habitacula iniqui, & iſte locus eius qui nō nouit Deum.

Cap. XIX.

Iob flagella ſua & miſerias deſcribens, aſſerit ſe non ob impietatem eas pati.

1 Et reſpondit אIiób, ac dixit,

2 Quouſque *tandem* dolore afficietis animam meam, ″& contereti s me ſermonibus?

3 Iam ″decem vicibus pudore affeciſtis me, non erubeſcitis, ″perfricuiſtis frontem mihi.

4 ″Sed eſto ſanè errauerim, mecum ″moretur error meus.

5 Si verò ſanè aduerſum me ″magnificaueritis, & arguendo adducatis aduerſum me opprobrium meum:

6 Scitote nūc quòd Deus ″peruertit me, ″qui rete ſuum aduerſum me circunduxit.

7 En clamabo ″iniuriam, ″& non exaudiar: vociferabor, & non *erit* iudicium.

8 ″Semitam meam circūſepſit, & non tranſibo, & ſuper ſemitas meas poſuit tenebras.

9 ″Gloriam meam mihi detraxit, & abſtulit coronā capitis mei.

10 ″Deſtruxit me in circuitu, ″& abii, ″recederéque fecit ſicut arboris, ſpem meam.

11 ″Et ardere fecit contra me furorem ſuum, & reputauit me ſibi quaſi *unum ex* hoſtibus ſuis.

12 Simul venerunt ″exercitus eius, ″& attriuerunt ſuper me viā ſuā, & caſtrametati ſunt in circuitu tentorii mei.

13 Fratres meos à me ″abduxit, ″& noti mei ſanè alienati ſunt à me.

Derelictas à propinquis.

14 ″Deſierunt ″propinqui mei, & noti mei obliti ſunt mei.

15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ alienum reputauerunt me, alienus fui in oculis eorum.

16 Seruū meū vocaui, & non reſpondit, ″ore meo deprecabar illū.

17 ″Spiritus meus alienus factus eſt vxori meæ,

nies in populo ſuo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.

20 In die eius ſtupebunt nouiſſimi, & primos inuadet horror.

21 Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum.

Cap. XIX.

1 Reſpondens autem Iob, dixit,

2 Vſquequo affligitis animam meā, & atteritis me ſermonibus?

3 En decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.

4 Nempe etſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.

5 At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis:

6 Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.

7 Ecce, clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui iudicet.

B

8 Semitam meam circunſepſit, & trāſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit.

9 Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.

10 Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi euulſæ arboris abſtulit ſpem meam.

11 Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.

12 Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viā per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum.

13 Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerūt à me.

14 Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti ſunt mei.

15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorū.

16 Seruum meum vocaui, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illū.

17 Halitum meū exhorruit vxor mea,

20 Super die eius על־יומו .i. ob caſum & interitum eius. Poſteri, & maiores אחרונים וקדמנים .i. nepotes, & priores.

21 Hæc *ſunt* habitacula iniqui, אלה משכנות עול .i. Certè talia contingunt hominibus iniquis, & qui Deum ignorant.

IN CAPVT XIX.

2 Et conterotis me ותדכאונני .i. obtundetis me verbis, & non veris argumentis.

3 Decem vicibus עשר פעמים hoc eſt pluries, aut ſatis ſupérque. Perfricuiſtis frontem mihi. תהכרו־לי: Ad verbum, indurati eritis. pro indurati eſtis. i. induraſtis facies veſtras contra me. hoc eſt, vt oſtendatis me iniquum & impium. Ita doctus inter Hebræos. Alii, obſtupeſcitis mihi. Alii, admiramini de me. 4 Sed eſto ſanè errauerim, ואף־אמנם שגיתי Ad verbum, Et etiam certè erraui. Moretur תלין Ad verbum, morabitur. vel, pernoctabit. i. permaneat. q. d. quid ad vos? nemini præterquam mihi, error meus oberit.

5 Magnificaueritis, תגדילו magnificetis. ſub. errorem meum. i. pergatis errorem meum exaggerare, & concludatis me dignum eſſe opprobrio, & tantam promeruiſſe afflictionem. 6 Peruertit me, עותני peruerteret me. i. iniquè ageret mecum ſi ita res haberet vt vos dicitis. Qui rete ſuum, &c. ומצודו וגו׳ Ad verbum, & rete ſuum. pro, nempe qui circunduxit rete ſuum aduerſum me vt me capiat. q. d. qui me ſumma calamitate inuoluit. 7 Iniuriam, חמס ſub. mihi fieri. iniuria ſub. mihi fit. Et non exaudiar: ולא אענה & nemo erit qui mihi reſpondeat. i. non habebo reſponſum. Et non *erit* iudicium. ואין משפט: .i. nemo vindicabit [vel, nemo eſt qui vindicet] iniuriam meam. 8 Semitam meam, &c. ארחי וגו׳ .i. ſemitam qua mihi ambulandum erat, intercluſit, vt non liceat mihi vltrà progredi, & ſemitis meis tenebras offudit. q. d. omnem mihi viam euadendi præcluſit. 9 Gloriam meam, &c. כבודי וגו׳ Gloriam ſuam vocat opes: vt Coronam capitis, liberos. q. d. ſpoliauit me opibus meis, & liberos meos mihi abſtulit.

10 Deſtruxit me in circuitu, יתצני סביב Ad verbum, Auulſit me in circuitu. Metaphora ab arbore quæ ſolet perire ſi omni ex parte effodiatur radix eius. In circuitu, id eſt omni ex parte. Et abii, ואלך .i. diſperii. Recederéque fecit, &c. ויסע כעץ תקותי: abiréque fecit ſicut *ſpem* arboris *euulſæ* ſpem meam. ſiue expectationem. i. vt nullam ſpei fiduciam mihi reliquerit denuo ſuccreſcēdi, velut ſi quis radicitus arborem euellat 11 Et ardere fecit ויחר Et excandeſcere fecit. i. ſuccendit. 12 Exercitus eius, גדודיו copiæ eius. ſub. contra me. i. exercitus tribulationum immiſſarum ab eo. Et attriuerunt ſuper me viam ſuam, ויסולו עלי דרכם .i. reddiderunt tritam viam ſuam, tam frequenter inuaſerunt me. Quidam Hebræorum exponunt, calcauerunt corpus meum, quemadmodum quiſpiam calcat viam.

13 Abduxit, הרחיק ſubmouit. Ad verbum, elongare fecit. qui tamen omnium maximè mei miſereri, condolere mihi, ac me conſolari debuerant. 14 Deſierunt חדלו ſub. me conſolari & viſitare. Propinqui mei, קרובי Affines ac etiam vicinos intelligit. Et noti mei ומיודעי & neceſſarii mei [vel conſanguinei, aut cognati] obliti ſunt amicitiarum erga me.

16 Ore meo deprecabar illum. במו־פי אתחנן־לו: Subaudiunt quidam ו pro Quanuis, ac vertunt, Quanuis ore meo illum deprecarer. Sing. pro plur. ſeruos meos. Verti poteſt per præſens, Seruos meos voco, & non reſpondent, tametſi illos deprecor.

17 Spiritus meus, &c. רוחי וגו׳ Spiritus meus ab alienatus eſt ab vxore mea. i. Videtur vxor mea receſſiſſe ab amore coniugali. Alii, ſpiritum pro halitu accipiunt, tanquam vxor abhorruerit ab eius halitu fœtido.

& orabam filios vteri mei.		″& deprecabar illam propter filios vteri mei.	
Stulti quoque deſpiciebant me: & quum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi.	18	Etiam iniqui ″deſpexerunt me: *ſi* ″exurgam, ſtatim loquuntur contra me.	
Abominati ſunt me quondam conſiliarii mei: & quem maximè diligebam, aduerſatus eſt mihi.	19	Abominati ſunt me omnes viri ″ſecreti mei: & quos dilexi, verſi ſunt in me.	
Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meũ, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos.	20	″Cuti meæ & carni meæ adhæret os meum, & ſeruatus ſum in cute dentium meorum.	
Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei, quia manus Dei tetigit me.	21	Miſeremini mei, miſeremini mei, vos amici mei, quia manus Dei tetigit me.	
D Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?	22	Quare perſequimini me ″ſicut Deus, ″& carne mea non ſaturamini?	
Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro.	23	″Vtinam nunc ſcriberentur ſermones mei, vtinam in libro deſcriberentur:	
Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certè ſculpantur in ſilice?	24	*vtinam inquam* ſtylo ferreo, ″aut *in* plumbo, *aut ærte* ″in perpetuum, in ſaxo ſculperentur.	
Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum:	25	Ego quoque noui redemptorem meum eſſe viuẽtem, ″& nouiſſimum *qui* ſuper terram ſurget.	Vaticiniũ Iob de generali reſurrectione.
Et rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum:	26	″Ac poſt pellem meam contriuerunt iſtud, & ex carne mea videbo Deum.	
Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei cõſpecturi ſunt, & nõ alius. repoſita eſt hæc ſpes mea ĩ ſinu meo.	27	Quem ego viſurus ſum ″mihi, & oculi mei ″conſpecturi ſunt, & non ″alienus: ″defecerunt renes mei in ſinu meo.	
Quare ergo nunc dicitis, Perſequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?	28	″Quin dicitis, Quare ″perſequemur eum, ″quum radix rei inuenta ſit in me?	
Fugite ergo à facie gladii, quoniam vltor iniquitatis gladius eſt: & ſcitote eſſe iudicium.	29	Timete vobis ″à facie gladii, ″quoniã ira *ex* iniquitatibus gladii, ″vt ſciatis *fore* iudicium.	
Cap. XX.		Cap. XX.	
REſpondẽs autem Sophar Naamathites, dixit,	1	REſpondit autem ʀSophár Nayamathites, ac dixit,	Hic dicit Sophar impios in hoc mundo florere, ſed ad tempus.
Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur.	2	Profectò cogitationes meæ ″reſpondere faciũt me, ″& quòd ſentiam in me	
Doctrinam qua me arguis audiam,	3	″Correctionem ignominiæ meæ *quam* audiui,	

Et deprecabar illam, &c. וחנותי וגו׳ vt ſcilicet opem mihi ferret, propter, &c. Alii, ו pro Quanuis accipiunt, ac vertunt, Quanuis ſtudeam gratificari *illi* propter filios ventris mei. Vel, Quanuis gratificatio mea *ſit erga illam* propter filios vteri mei. i. vt ex ea ſuſcipiam liberos. q.d. In ſumma, omnia mihi aduerſantur, & abominantur me. 18 Deſpexerunt מאסו Præt. Heb. pro præſ. ſpernunt. aſpernantur me. Exurgam, אקומה Quidam vertunt futura iſta per præſens, ſurgo [vel, exurgo] & loquuntur contra me. i. ſi accingam me ad aliquod opus agendum, ipſi obloquuntur mihi, ac conuitiantur. 19 Secreti mei: סודי .i. quotquot olim mihi erant à ſecretis. Verti poſſunt hæc præterita per præſens, Abominantur, &c. 20 Cuti meæ, &c. בעורי וגו׳ Sing. pro plur. Pergit ab vna miſeria ad aliam, Cuti meæ & carni meæ hærent oſſa mea. i. pauxillum carnis eſt inter cutem & oſſa: ſola cutis qua teguntur radices dentium meorum, remanſit integra. q.d. redactus ſum ad ſummã maciem. 22 Sicut Deus, כמו אל Poteſt exponi, ſicut illi, vt ſit אל pro אלה. & ſicut illi. ſub. alii, quorum ſuprà meminit. Et carne mea, &c. ומבשרי וגו׳ q.d. deſinite me mordere & calumniari: abundè calũniati eſtis me, eius nunc ſaturi eſſe deberetis. 23 Vtinam nunc ſcriberentur ſermones mei, מי יתן אפו ויכתבון Ad verbum, Quis det nunc, & ſcribentur, &c. q.d. Tantum abeſt vt quæ dico, putem eſſe falſa, vt optem ea fieri immortalia, & durare illorum memoriam in æuum longiſſimum. 24 Aut *in* plumbo, ועופרת .i. in lamina plumbi. In perpetuum, לעד in æternum. i. ad perpetuam rei memoriam, in lapide duriſſimo, ſiue in materia incorruptibili ſculpantur. 25 Et nouiſſimũ *qui* ſuper terram ſurget. ואחרון על עפר יקום: [& nouiſſimum *qui* ſuper terrã conſiſtet. i. & futurus omniũ nouiſſimus, in ſempiternũ victurus. Alii, & *quòd* in nouiſſimo *die* ſuper terrã ſurget. ſub. ad iudiciũ vniuerſale, ſimul omnium hominũ corpora ſuſcitaturus. 26 Ac poſt pellẽ meã, &c. ואחר עורי וגו׳ Locus obſcurus, in quo multa ſubaudienda, vt intelligatur. Ac poſt pellem meam *perforatam, ac dolores meos qui* contriuerunt iſtud *os*: [ſing. pro plur. i. hæc oſſa mea] & à carne mea [.i. poſt carnem meam attritam, hoc eſt poſt afflictionem perpeſſam in carne mea] videbo Deum. Alii, & in carne mea [.i. in eadem carne in qua reſurrecturus ſum] videbo Deum. Alii exponunt, Et poſt pellem meam *contritam*, *uermes* contriuerunt hanc *carnem* meam. Alii, poſt pellem meam. i. poſt illud quod eſt ſub pelle mea, hoc eſt poſt fruſtum iſtud carnis, aut oſſis. quod ſcilicet manu apprehendens, illis oſtendebat. Alii, Et [.i. Nihilominus] poſt pellem meam *perforatam, dolores mei* fregerunt iſtud *os*: & ex carne mea videbo Deum. i. ex afflictione perpeſſa in carne mea, video plagam Dei. hoc eſt deprehendo Deum eſſe qui me affligat: ne putetis me illum ignorare. 27 Mihi, לי Id eſt, in bonum meum & ſalutem meam eius conſpectu fruar. Conſpecturi ſunt ראו viſuri ſunt. Præt. Heb. pro fut. Alienus: זר alius, ſub. pro me, ſed ego ipſe. Defecerunt, &c. כלו וגו׳ *quanuis* defecerunt renes mei in ſinu meo. i. quum tamen defecerint vires corporis mei intra me. hoc eſt, quanuis iam ſim in ſumma afflictione. 28 Quin dicitis, כי תאמרו Ad verbum, Quare dicetis. pro, Quin potius dicitis. Perſequemur נרדוף Vel, per præſens, perſequimur. Quum radix rei inuenta ſit in me? ושורש דבר נמצא בי: Ad verbum, & radix rei inuenta eſt in me. i. quum veritas ipſa inueniatur in me. hoc eſt, quum reuera ſim innocens. q.d. Cur non potius dicitis apud vos, Iam ſatis affliximus eum: quum ipſa rei veritas inueniatur apud me. 29 A facie gladii, מפני חרב .i. à gladio. hoc eſt, Cauete ne in iudicium Dei graue incidatis. Quoniam ira *ex* iniquitatibus gladii, כי חמה עונות חרב quoniam irritatio [prouocatio ad iram,] *eſt ex* iniquitatibus gladii. i. quæ gladio puniri ſolent. Vt ſciatis *fore* iudicium. למען תדעון שדון: Subaudiendũ aliquid, ſic, *hoc dico* vt ſciatis *fore aliquando* iudicium, quo ſcilicet punietur tale peccatum. vel, homines eſſe obnoxios iudicio Diuino. Aut, vt ſciatis fore aliquando aliquem, nempe Deum, qui iudicabit iſtud peccatum.

IN CAPVT XX.

2 Reſpondere faciunt me, יְשִׁיבוּנִי .i. cogunt me reſpondere. q.d. Dum varia cogito, animus meus qui erumpere geſtit, me huc cogit vt tibi reſpondeam. Et quòd ſentiam in me. ובעבור חושי בי: Hæc poſterior pars verſus cohæret principio ſequentis, Et propterea quòd ſentiã in me correptionem, &c. Alii, & propter *alia multa* ſentio in me correptionẽ, &c. Alii, & propterea [ob id. vel, propter *alia multa*] feſtinatio mea eſt in me. i. dum loquuturo mihi incidunt multa, continere non poſſum quin feſtinatione quadam ſermonem tuum interrumpam.

3 Correctionem ignominiæ meæ *quam* audiui, מוסר כלמתי אשמע Fut. Heb. pro præt. Caſtigationem opprobrii mei *quam* audiui. ſub. à te. i. quòd me malè habeat correptio illa tua qua me opprobrio affeciſti.

′& ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondere me facit.
Nónne hoc noſti *quod* à ſeculo *eſt,&* ex eo tẽpore quo poſuit *Deus* hominem ſuper terram? 4
videlicet exultatio impiorum eſt ′de propinquo, & lætitia hypocritæ′ad momentum. 5
′Si aſcenderit vſque in cælum ſublimitas eius,& caput eius nubem attigerit: 6
Attamen inſtar ſtercoris ſui in ſempiternum peribit, vidẽtes eum dicent, Vbinam eſt? 7
Inſtar ſomnii auolabit,& nón inueniet eum,′& recedet′ſicut viſio nocturna. 8
Oculus′videbit eum,& non addet,nec vltrà intuebitur eum locus eius. 9
Filii eius ′placabunt pauperes, & manus eius reddent quod rapuit. 10
Oſſa eius repleta ſunt′occultis eius,′& cum eo ſuper terram requieſcet. 11
Si ′dulceſcet in ore eius malum, *&*′abſconderit illud ′ſub lingua ſua: 12
′*Et* pepercerit illi,neque dereliquerit illud,′ſed retinuerit illud in medio palati ſui: 13
′Panis eius in viſceribus eius immutabit ſeſe,′fel aſpidum in interioribus eius. 14
′Subſtantiam *quam* de glutiuit, euomet,′de ventre eius expellet eam Deus. 15
′Venenum aſpidum ſuget,*aut* occidet eum lingua viperæ. 16
′Non videbit riuulos *&* flumina torrentium,mellis & butyri. 17
′Reſtituet laborem,& nó deglutiet′iuxta ſubſtãtiam permutationis ſuæ,′neque exultabit. 18
′Quia attriuit,reliquit pauperes: domum rapuit, & non′ædificauit illam. 19
′Certè nó agnoſcet quietum in ventre ſuo,′de deſiderabili ſuo non ſeruabit. 20

& ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi.
4 Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram,
5 Quòd laus impiorum breuis ſit,& gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.
6 Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius,& caput eius nubes tetigerit:
7 Quaſi ſterquiliniũ in fine perdetur, & qui eum viderant,dicent,Vbi eſt?
8 Velut ſomnium auolans non inuenietur,tranſiet ſicut viſio nocturna. B
9 Oculus qui eũ viderat,non videbit: neque vltrà intuebitur eũ locus ſuus.
10 Filii eius atterentur egeſtate,& manus illius reddent ei dolorem ſuum.
11 Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
12 Quũ enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcõdit illud ſub lingua ſua:
13 Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo.
14 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus.
15 Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.
16 Caput aſpidum ſuget,& occidet eũ lingua viperæ. C
17 Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis,& butyri.
18 Luet quæ fecit omnia,nec tamẽ cõſumetur:iuxta multitudinẽ adinuentionum ſuarum,ſic & ſuſtinebit:
19 Quoniã confringens nudauit pauperes:domum rapuit, & non ædificauit eam.
20 ‖Nec eſt ſatiatus vẽter eius:& quũ habuerit quæ concupierat, poſſidere non poterit. Eccles 5.c.12

Et ſpiritus intellig.&c. ורוח מבינתי יענני: .i.ad hoc autem impellor,quòd exiſtimem me ſatis habere doctrinæ atque eruditionis vt tibi reſpondeam. 5 De propinquo, מקרוב à propinquo.ſub.tempore.i.à paruo tempore.ad præteritum tempus refertur.q.d.non diu eſt quòd ea fœlicitate fruitur. Alii,citò.ſub.finiatur.i.quòd vana ſit.& ita Chaldæus paraph. Ad momentum. עדי־רגע: ad punctum temporis. ſub.duret. 6 Si aſcenderit,&c. אם־יעלה וגו׳ .i.Siquando ſumma dignitate & honoribus huius mundi euehatur hypocrita, ſiue impius:ita vt in orbe nihil præſtãtius videatur. 8 Et recedet וידר & remouebitur.ſub.à memoria hominum. Sicut viſio nocturna. כחזיון לילה: ſicut viſio noctis.quæ quum videtur,apparet aliquid eſſe:ſed euigilante ſomniatore nihil apparet.

9 Videbit eũ, שזפתו Præt.Heb.pro fut.vidit.i.Oculus qui viderit eũ,amplius non videbit:nec vltrà cõſpicietur in loco vbi habitabat.

10 Placabunt pauperes, ירצו דלים obſequentur pauperibus.i.gratiam & fauorem tenuis fortunæ hominum ambibunt.

11 Occultis eius, עלומיו ſub peccatis. Alii,adoleſcentia ipſius.i.peccatis quæ commiſit tempore adoleſcentiæ ſuæ. Et cum eo,&c. ועמו וגו׳ & apud eum in puluere iacebit.ſub.iniquitas ipſius.i.non deſeret iniquitates ſuas,ſed morietur in eis.

12 Dulceſcet תמתיק dulce fuerit. Sub lingua ſua: תחת לשונו: quẽadmodũ ſcilicet res dulces ac delicatas ſub lingua noſtra abſcõdere ſolemus. 13 Et pepercerit illi, יחמול עליה .i.Et ita ſinat ipſum. Sed retinuerit illud in medio palati ſui. וימנענה בתוך חכו: Ad verbum,& prohibebit illud[.i.cohibuerit,vel continuerit]in medio gutturis ſui,ſiue intra fauces ſuas.vt ſcilicet eo diutius delectetur.hoc eſt,ſi tantopere placuerit illi malum,quantopere res dulces ac delicatæ placent delicato palato.

14 Panis eius in viſceribus eius לחמו במעיו Cibus eius in ventre eius.i.Cibus ille qui prius videbatur illi ſalubris,vbi deſcenderit in ſtomachum eius,vertetur ſiue immutabit ſeſe in contrariam naturam:hoc eſt,fiet illi noxius & inſalubris. Fel aſpidum,&c. מרורת פתנים בקרבו: .i.cibus ille erit illi venenum lethale intra illum. hoc eſt malum illud quo tantopere delectabatur , tandem vertetur illi in inextricabilem perniciem & interitum. 15 Subſtantiam &c. חיל וגו׳ Ad verbum,Facultates deuorauit,& euomet eas.i.Diuitias quas illicitis ſtudiis immodicè aſſequutus eſt,ſuo illas tempore reſtituere cogetur. De ventre eius expellet eam Deus. מבטנו ירשנו אל: q.d.impius non fruetur illis. 16 Venenũ aſpidum ſuget, ראש־פתנים יינק .i.Hauriet venenum quo morietur.vel,Eſca eius vertetur in venenũ.

17 Non videbit riuulos,&c. אל־ירא בפלגות וגו׳ .i.Non videbit abundantiam rerum omnium ſuauium ac delicatarum.q.d.Omnia facit vt res aſſequatur ſuaues:quas tamen nunquam aſſequetur. 18 Reſtituet laborem, & non deglutiet משיב יגע ולא יבלע Reſtituet laborem *ſuum*,& non deuorabit *illum*.i.non fruetur labore ſuo.vel,Reſtitutionem faciet ex opibus ſuo labore partis,nec fruetur illis. Iuxta ſubſtantiam,&c. כחיל תמורתו iuxta opes permutationis ſuæ.i.iuxta menſuram facultatum quas rapina ac furto abſtulit ab aliis , & quas debebat reſtituere. Neque exultabit. ולא יעלוס: neque gaudebit.i.non fruetur labore ſuo.

19 Quia attriuit,reliquit pauperes: כי רצץ עזב דלים .i.Res aliorum attriuit adeò vt eos ad paupertatem redegerit. Ædificauit illam. יבנהו: Fut.Hebr.pro præt.i.& quia domos rapuit quas non ædificauerat.

20 Certè non agnoſcet quietum כי לא ידע שלו Certè non agnoſcet tranquillum.i.ſanum quippiam.q.d.ſentiet ægritudines mirabiles in corpore ſuo. De deſiderabili ſuo בחמודו .i.nec aliquid eorum quæ habet in deliciis,ſeruabit ſibi.

Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis ei⁹.

Quum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & ōnis dolor irruet super eū.

D Vtinam impleatur vēter eius, vt emittat in eum irā furoris sui, & pluat super illum bellum suum.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

Gladius eductus, & egrediens devagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eū horribiles.

Omnes tenebræ abscōditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo.

Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.

Apertum erit germē domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

Hæc est pars hominis impii à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino. Cap. XXI.

REspondens autem Iob, dixit,

Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.

Sustinete me, vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba, ridete.

Nunquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò non debeam contristari?

Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro.

Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meā tremor.

Ierem.12.a.1
abac.1.a.3

‖Quare ergo impii viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis?

Semē eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.

B Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non virga Dei super illos.

Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.

21 ″Non est quod reliquum sit ad comedendū illud, propter ea′nō multiplicabitur bonum eius.

22 ′Quum replebitur sufficientia eius, angustia erit illi, omnis manus iniqui inuadet eum.

23 ″*Quum* fuerit *ei* ad replendum ventrem suum, immittet in eum *Deus* iram furoris sui, & pluet super eum, *etiam* in carnem eius.

24 ″*Quum* fugerit ab armis ferreis, exterminabit illum arcus æreus.

25 ′Educet, & exibit è pharetra, & resplendebit felle illius: venient super eum terrores.

26 ′Omnes tenebræ absconditæ *sunt* occultis illius, deuorabit eum ignis″nō sufflatus: conteretur superstes in tabernaculo eius.

27 Detegent cæli iniquitatem eius, & terra″stabit contra illum.

28 ″Demigrabit germē domus illius, ′*instar fluuiorum* effusorum in die furoris eius.

29 ″Hæc est portio hominis impii à Deo, & hæreditas sermonis eius de Deo. Cap. XXI.

1 RESpondit autem אIiób, & dixit,

2 ″Audite audiēdo sermonem meum, & erit istud cōsolationes vestræ.

3 Ferte me, & ego loquar, & postquā loquutus fuero″subsannes.

4 Nunquid ego ad hominem″sermonem meū?″quòd si, quare nō ′angustiis afficietur spiritus meus?

5 Respicite ad me″& obstupescite, & ponite manum super os.

6 ′Siquando recordor, ″tunc terreor, & apprehendit carnem meam tremor.

7 Cur impii″viuunt, senescunt, etiam″pollent opibus?

8 Semen eorum″stabile est in conspectu eorum cum ipsis, & germina eorum″in oculis ipsorum.

9 *In* domibus eorum *est* pax″à timore, ″nec *est* virga Dei super eos.

10 Bos eius″grauidat, & non″perdit semen:″parit vacca eius, & non abortit.

Impiorum prosperitatem Iob enarrat. Sic autē argumētatur, Si iustitia Dei postulat vt neminē affligat, nisi aliquo scelere meritus sit: postulat etiam vt nullum sceleratū impune dimittat. Sed multi impii fœlicissimè viuunt. Quomodo igitur concluditis me impiū, quòd affligar?

21 Non est quod reliquū sit ad com. il. אין־שריד לאכלו Nihil reliquū est quod comedatur. sub. quia omnia deuorauit. Nō multiplicabitur לא־יחיל Ad verbū, nō parturiet. i. non faciet fructū, non multiplicabitur. Alii exponunt, יצליח prosperabitur. vel, proficiet. i. bona eius nō cedent illi prosperé. 22 Quum replebitur, &c. במלאות שפקו .i. Quum satis habebit ad vitam suam tuendam, arctabitur, vel angustiabit sese, siue in angustias incidet, manus illius qui paratus est ad iniuriam inferēdam, inuadet eum. q. d. Ex omni loco adueniet illi molestia. 23 *Quum* fuerit, &c. יהי למלא וגו' Ad verbum, Erit ad implendum ventrem, &c. i. Si fuerint opes in domo eius quibus vtatur ad luxum, immittet Deus aduersus eum iram suam feruentem, & pluet super eum infinita mala, etiam super corpus eius. hoc est, perdet eum horrendis afflictionibus & morbis grauibus corporis. 24 *Quum* fugerit, &c. יברח וגו' Ad verbum, Fugiet ab armis ferri, abire faciet eum [exterminabit eum] arcus chalybis. vel, æris. i. Siquando fugiat armaturam ferream, tollet eum de medio arcus chalybeus. i. Si vnam effugerit calamitatem, incidet continuò in aliam. q. d. Iudicium Domini effugere non potest impius.

25 Educet, & exibit שלף ויצא Præt. Heb. pro fut. multa subaudienda, Extrahet, siue educet. sub. aliquis sagittam, quæ egressa fuerit è pharetra, vt ea feriat illum: quæ vt transmissa fuerit in corpus eius impii, resplendebit felle eius: atque ita euenient illi terrores mortis, quum scilicet sentiet se morti proximum. Doctus inter Hebræos ad sagittam refert, Extrahetur [siue Educetur] & exibit, sub. sagitta eiaculata ex arcu illo chalybeo, & transmissa in corpus eius [& extracta è corpore illo] fulgebit *tincta* felle illius, &c.

26 Omnes tenebræ, &c. כל־חשך וגו' .i. Omnia mala manent illum propter occulta peccata eius. Non sufflatus: לא־נופח .i. qui follibus non excitatur, hoc est non artificialis, sed è cælo missus. 27 Stabit contra illum. מתקוממה לו: stat contra illum. Alii, aduersaria erit illi. i. insurget aduersus illum. 28 Demigrabit germen domus illius, יגל יבול ביתו Migrabit aliò germen domus illius. i. posteritas eius. *Instar fluuiorum* effusorum נגרות Ad verbum, effluentes, effusi. 29 Hæc est portio, &c. זה חלק וגו' .i. Hæc sunt quæ impius expectare debet à Deo pro mercede sua, & præmiū eius impii, qui malè loquitur de Deo: hoc est quod reportat impius propter suas in Deum blasphemias.

IN CAPVT XXI.

2 Audite audiendo, &c. שמעו שמוע וגו' Hebraismus, Attentè audiatis quæ dicturus sum vobis, & hac attentione consolabimini me. i. id erit mihi vice maximæ consolationis. 3 Subsannes. : תלעיג sub. me, si voles. vel, subsannabis. Sing. pro plur.

4 Sermonem meum? שיחי sub. dirigo. i. Nunquid cum homine mihi sermo est? Quòd si, ואם־ sub. ita est vt Deum alloquar, quare, &c. Angustiis afficietur תקצר abbreuiabitur. i. quare non despondeam animum, tantam eius maiestatem veritus?

5 Et obstupescite, והשמו & obstupescant. sub. omnes. 6 Siquando recordor, ואם־זכרתי Ad verbum, Et si memini. sub. afflictionis meæ. Tunc terreor, ונבהלתי tunc perturbor. 7 Viuunt, senescunt, יחיו עתק Fut. & præt. Heb. pro præs. fœliciter degunt in hoc mundo, & ad senium perueniunt? Pollent גברו ad verbum, roborati sunt, pro, roborantur.

8 Stabile est in, &c. נכון לפניהם עמם rectum in conspectu eorum cum ipsis. vel conuerso ordine, cum eis in conspectu ipsorum. i. Liberi eorum in summa pace ac tranquillitate viuunt. In oculis ipsorum. לעיניהם: .i. apud eos sunt, & cum summo consensu viuunt.

9 A timore, מפחד sub. aliena. q. d. est secura tranquillitas. Nec *est* virga Dei super eos. ולא־שבט אלוה עליהם: .i. nec punit eos Deus propter delicta. 10 Grauidat, עבר Præt. Heb. pro præs. imprægnat. sub. vaccas. Perdit יגעל Ad verbum, proiiciet. pro proiecit, siue proiicit. i. seminis guttam proiicit in matricem, & non extra, atque ita grauidam facit vaccam. Parit, &c. תפלט וגו' Futura Heb. pro præs. atque ita parit vacca eius, nec abortit. sub. vllo tempore.

ʹEmittunt tanquam gregem paruulos ſuos,& nati eorũʹſaltãt. 11
ʺAttollunt *uocem* quaſi *ad uocem* tympani & citharæ, & exultant *tan quam* ad ſonum organi. 12
ʹCõſumũt ĩ bono dies ſuos,ʺ&ĩ momẽtoʺ*ad* ſepulchrũ deſcẽdũt. 13
Et dicunt Deo,Recede à nobis,&ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. 14
Quid *eſt* Omnipotens , vt ſeruiamus ei ? & quid proficiemus ſi oremus illum? 15
ʺEn non *eſt* in manu ipſorum bonum eorum, *propterea*ʹ conſilium impiorum procul eſt à me. 16
ʺQuoties lucerna impiorum extinguetur,& veniet ſuper eos cõtritio ipſorum, dolores diſtribuet in furore ſuo! 17
Erũt ſicut palea corã vẽto,&ſicut glumaʹ quã ſuffuratur turbo. 18
ʺDeus abſcõdet filiis eius robur ipſius,reddat illi, & cognoſcat. 19
Videant oculi eius confractionem ſuam , ʺ& de furore Omnipotentis bibat. 20
ʺQuia quæ erit complacentia eius erga domum ſuam poſt ſe, quum numerus menſium eius truncatus ſit? 21
Nunquid Deum docebit ſcientiam,ʺ&ipſe excelſa iudicabit? 22
ʹIſte morieturʺin fortitudine perfectionis ſuæ,totusʹquietus,& pacificus. 23
ʹVbera eius replebuntur lacte,& medullaʺoſſa eius irrigantur. 24
Et ille morietur animo amaro,nec comeditʺin hilaritate. 25
Pariter *autem* ſuper terram iacebunt,& vermisʺoperiet eos. 26
ʹEn noui cogitationes veſtras, & cogitationes quas aduerſũ me iniquèʺcogitatis. 27
ʺQuia dicitis,Vbi eſt domusʹprincipis?&vbiʺtabernaculum habitaculorum impiorum? 28

Egrediuntur quaſi greges paruuli eorũ,& infantes eorũ exultãt luſibus.
Tenẽt tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi.
Ducunt in bonis dies ſuos,&in pũcto ad inferna deſcendunt.
Qui dixerũt Deo, Recede à nobis, & ſcientiã viarum tuarum nolumus.
‖Quid eſt Omnipotens , vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum?
Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua,conſilium impiorum longè ſit à me.
Quotiẽs lucerna impiorum extinguetur,& ſuperueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui! C
Erunt ſicut paleæ ante faciem venti,&ſicut fauilla quã turbo diſpergit.
Deus ſeruabit filiis illius dolorem patris, & quum reddiderit,tũc ſciet.
Videbunt oculi eius interfectionẽ ſuã,& de furore Omnipotẽtis bibet.
Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe? & ſi numerus menſiũ eius dimidietur?
Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam,qui excelſos iudicat?
Iſte moritur robuſtus & ſanus , diues & fœlix.
Viſcera eius plena ſũt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur.
Alius verò moritur in amaritudine animæ abſque vllis opibus.
Et tamen ſimul in puluere dormient,& vermes operient eos. D
Certè noui cogitationes veſtras, & ſententias contra me iniquas.
Dicitis enim,Vbi eſt domus principis? & vbi tabernacula impiorum?

Eorũdem repentinum interitũ deſcribit.

Malach.3.d.14

11 Emittunt ישלחו Fut.Heb.pro præt. vel potius præſ. Amandant à ſe.i.educunt è domo ſua in vicos & plateas.q.d.magna illis eſt liberorum copia. Saltant. ירקדון׃ Fut.Heb.pro præſ.ſaltitant.ſub.præ lætitia more agnorum.

12 Attollunt *uocem*,&c. ישאו כתוף .i.Vociferantur.Futura Heb.pro præſ. Quidam ב *beth* pro כ *caph* legentes,vertunt,Attollunt vocem ad *ſonitum* tympani.Cui lectioni fauere videtur quod mox ſequitur לקול in voce,ſiue ad vocem organi.

13 Conſumunt in bono יכלו בטוב Fut.Heb.pro præſ.in fœlicitate ſumma,& gaudio cõſumunt dies ſuos.Legitur & יבלו per ב *beth* finiẽt. Et in momento וברגע & in quiete.i.abſque dolore & longa ægritudine,tempore quo morientur,deſcendent ad ſepulchrum.ita ex doctis Hebræorum alter. *Ad* ſepulchrum deſcendunt. שאול יחתו׃ *in* ſcrobem deſcendunt.i.demittũtur.à נחת deſcendit. Alii ab חתת contriuit,confregit,deducentes verbum iſtud,vertunt,in ſcrobe atteruntur.corrumpendi ſcilicet.i.in ſepulchro corrumpuntur.

14 Nolumus. לא חפצנו׃ non optamus.non curamus.q.d.Videntur dicere Deo, Quid nobis commercii tecum eſt?non placet nobis noſſe vias tuas.hoc eſt,voluntatis tuæ rationes. 16 En non *eſt* in manu ipſorum,&c. הן לא בידם טובם Certè non in manu ipſorũ, &c.i.Non eſt in poteſtate eorum fœlicitas qua fruuntur,vt eam in alterum ſeculum tranſportare poſſint ſecum. Cõſilium impiorum, &c. עצת רשעים רחקה מני׃ id eſt inſtitutum talium hominum quanlibet iuxta hoc ſeculum fœliciſſimorum,non mihi placet.

17 Quoties,&c. כמה וגו׳ Hoc dicit admiratiuè,O quoties fœlicitas improborum deſinet eſſe, & eueniet illis pernicies quam meruerunt:quoties inquam dolores diſtribuet,Id eſt copioſè impertiet eis Deus iratus in eos?

18 Quam ſuffur. גנבתו Præt.Heb.pro præſ.ſurripit.i.ſufflat.q.d. Impii veloci interitu à tempeſtate iræ Domini proiiciuntur. Ad verbum,ſuffurantur eam. 19 Deus abſcondet,&c.׳אלוה יצפון וג Subaudienda nonnulla,*Tu dicebas*, Deus abſcondet[recondet]filiis eius rapinam ipſius:*non ſic fiat, ſed potius* reſtituat[retribuat]illi *Deus*,& cognoſcat *ipſe*.i.puniet eum in filiis eius ob rapinam eius:aut potius puniet illum Deus ratione rapinæ eius ac iniuriæ,vt non portet filius iniquitatem patris,& ſentiat ipſemet pœnam peccati ſui.

20 Et de furore ומחמת A יחם iratus eſt,excanduit deducitur. Alii ab חמת deducunt,& vertunt,& de vtre Omnipotentis bibat.i.de calice furoris Dei. 21 Quia quæ erit,&c. כי מה חפצו וגו׳ Nam quæ erit voluntas eius,&c.i.quid curabit quidnam accidat familiæ ſuæ mortuo ſe,quum iam numerus menſium eius truncatus ſit,vt citò ex hac vita excidatur?

22 Et ipſe excelſa iud. והוא רמים ישפוט׃ quum ipſe excelſa iudicaturus ſit?id eſt quum ipſe naturas ſublimes iudicaturus ſit,vel iudicare debeat.q.d.quum hæc ita habeant,quis præſumet docere Deum ſcientiam gubernandi mundum, qui ſublimia quæque iudicat,à nemine iudicandus? 23 Iſte morietur זה ימות Iſte[nempe impius]moritur.vt ſit fut. pro præſ. In fortitudine perf.ſuæ,בעצם תומו id eſt dum eſt in ſumma fœlicitate. Quietus & pacificus. שלאנן ושליו׃ tranquillus & quietus.

24 Vbera eius repl.lact. עטיניו מלאו חלב Præt.Heb. pro præſ.i. moritur corpore ſucculento. Alii vertunt,Mulctralia.i.Moritur diues ac opulẽtus. Oſſa eius irrig.עצמותיו ישקה Ad verbũ,oſſa eius irrigabitur.q.d.vnũquodq; ex oſſibus eius irrigabitur. Fut.Heb.pro præſ.

25 In hilaritate. בטובה׃ Ad verbum,in bonitate.vel,in bono.i.in lætitia.q.d.in amaritudine animi,hoc eſt ægro ac mœſto animo moritur,nec comedit quippiam lætus. 26 Operiet תכסה obruet.i.conſumentur à vermibus

27 En noui הן ידעתי Noui equidem. Cogitatis. תחמוסו׃ Fut.Heb.pro præſ.excogitatis.vt me ſcilicet confundatis.Alii,rapitis. vel,ſupprimitis.i.tacetis:dum ſcilicet tantùm dicitis quæ ſubſeruiunt cauſæ veſtræ vt meam ſupprimatis.q.d.Vos non agitis mecum iuxta legem diſſerendi:quæ enim ſubſeruiunt veſtræ cauſæ,ea tantùm dicitis,vt meam ſupprimatis.ita enim dicitis,ſibi ſemper impios timere,etiã ſi exterius nihil mali accidat. 28 Quia dicitis, כי תאמרו Profectò dicitis.Fut.Heb.pro præſ. Principis? נדיב.i.hominis magni, probi,atque dediti voluntati Diuinæ.Domum vocat arcem munitiſſimam.q.d.Vbinam eſt qui ædificarit ſibi arcem,quòd ſibi ab hoſtibus timeat?nuſquam eſt.Videmini dicere,pios non ſibi timere,propterea non ædificare ſibi arces:impios autem ſibi ædificare,quòd ſibi timeãt. Alii exponunt,Noui cogitationes veſtras:quia dicitis, Vbinam eſt domus principis?id eſt mea.vbinam eſt tentorium impiorum? q.d.euerſam dicitis & deſtructam domum meam propter impietatem. Vocabant enim Iob principem,à munificentia,per ironiam & antiphraſin, quòd diues fuiſſet & potens,ideóque princeps haberetur,nec tamen haberet quæ requiruntur in principe. Et in hunc ſenſum ſequentia exponũtur. Tabernaculum habitaculorum אוהל משכנות Ampliſſima tabernacula ſignificat.q.d.Vbinam videas impios ſecurè habitare in ſuis ampliſſimis tabernaculis?

29 Interrogate quenlibet de viatoribus,& hæc eadẽ illum intelligere cognoſcetis.

30 Quia in diem perditionis ſeruatur malus,& ad diem furoris ducetur.

31 Quis arguet corã eo viam eius ? & quæ fecit,quis reddet illi?

32 Ipſe ad ſepulchra ducetur,&in cõgerie mortuorum vigilabit.

33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet , & ante ſe innumerabiles.

34 Quomodo igitur conſolamini me fruſtra,quũ reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati? Cap.XXII.

1 RESpondens autem Eliphaz Themanites,dixit,

2 Nunquid Deo poteſt cõparari homo,etiam quum perfectæ fuerit ſciẽtiæ?

Infrà 35.b.7

3 |Quid prodeſt Deo ſi iuſtus fueris: aut quid ei cõfers ſi immaculata fuerit via tua?

4 Nunquid timens te,arguet te,& veniet tecum in iudicium,

5 Et non propter malitiam tuã plurimam:& infinitas iniquitates tuas?

6 Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa,& nudos ſpoliaſti veſtibus.

7 Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubſtraxiſti panem.

B

8 In fortitudine brachii tui poſſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam.

9 Viduas dimiſiſti vacuas,&lacertos pupillorum comminuiſti.

10 Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.

11 Et putabas te tenebras non viſurũ, & impetu aquarum inundantium nõ oppreſſum iri?

29 'Nõne interrogaſtis trãſeũtes per viã,& ſigna eorũ nõ negaſtis?

30 'Quia die contritionis prohibetur malus , *&* "die quo furores inuehuntur.

31 "Quis renuntiabit in facie eius viam eius: & *quod* ipſe fecit,quis reddet ei?

32 'Et ipſe ad ſepulchra ducetur,"& in tumulo iugiter manebit.

33 Dulces illi ſunt"glebæ torrentis,& poſt illum omnem hominẽ trahet,vt ante eum *quorum* non eſt numerus.

34 Quomodo igitur conſolamini me in vanum,quum reſponſiones veſtræ"relictæ ſint mendacium?

Cap. XXII.

1 T'Vnc cœpit loqui ℵEliphaz Themanites,ac dixit,

2 Nunquid Deo proderit vir,"quum ipſe *uir* ſapiens proderit ſibiipſi?

Rurſum conatur ꝓbare Iobũ ob ſcelera mulctatum.

3 "Nunquid volũtas Omnipotenti vt iuſtificeris?& an vtilitas *erit illi* quum perfectas reddideris"vias tuas?

4 "Nunquid timore tui arguet te,veniet tecum in iudicium?

5 'Nónne malitia tua magna eſt?"at nõ eſt finis iniquitatibus tuis.

6 "Pignus enim accepiſti à fratribus tuis"gratis, & veſtes 'nudorũ exui feciſti.

7 'Ne aquam quidem laſſo propinare feciſti,& à famelico'remouiſti panem.

8 'At viro brachii 'illi *erat* terra,"& is cuius perſona acceptatur,ſedet in ea.

9 Viduas remiſiſti vacuas,& brachia pupillorum"contrita ſunt.

10 Propterea in circuitibus tuis *ſunt*"laquei, "& terruit te timor ſubitó:

11 'Aut tenebræ, nec vides,& abundantia aquarum operuit te.

29 Nónne interrogaſtis,&c. 'הלא שאלתם וגו .i.Nónne interrogare potuiſtis viatores, qui peregrè proficiſcentes, vident ea quæ in hoc mundo fiunt?& ſigna quæ dare ſolent,nónne vera eſſe potuiſtis agnoſcere,quomodo ſcilicet pereant probi, & improbi ſeruentur? Vel, vt ad Iob referatur,Nónne interrogaſtis de me viatores,& ſigna eorum quæ dixerunt mihi de iuſtitia mea, non poteſtis negare?

30 Quia die contritionis prohibetur כי ליום איד יחשך Futura Heb.pro præſ. Quia die calamitatis prohibetur.i.tempore calamitoſo ſubtrahitur,ſiue ſubducitur è calamitate impius,hoc eſt ſeruatur incolumis. Die quo furores inueh. ליום עברות יובלו: .i.tempore quo Deus iratus ſæuit in mortales. 31 Quis renuntiabit,&c. 'מי יגיד וגו .i. Quis autem dicet illi in faciem, vitæ eius rationẽ,ac mores impios?& quæ fecerit mala in vita ſua,quis rependet illi in hac vita?quis retribuet ei ſecundum opera quæ fecit,dignas pœnas pro grauibus multiſque delictis? 32 Et ipſe ad ſepulchra ducetur, והוא לקברות יובל Quum ipſe *iam* ad ſepulchra[id eſt ad vnũ è ſepulchris] delatus ſit.i.quũ iam mortuus ſit.ſequentibus idem dicit.Fut.Heb.pro præt. Et in tumulo iugiter man. ועל־גדיש ישקוד: & in tumulo moretur. Alii,& iuxta aceruum frugum[id eſt in agro iuxta aream vbi ſunt fruges cógregatæ]aſſiduè immoretur. Alii, & ſuper aceruũ feſtinabit.i.feſtinabit aggregari ad ſepulchra, quemadmodum aceruus frugum quem aggregãt tempore ſuo quo tẽpore fruges ſunt maturæ: ſic ipſe aggregabitur in tempore ſuo. 33 Glebæ torrentis, רגבי נחל Quædam ſubaudienda,vt melius intelligatur hic verſus,Dulces ſunt illi glebæ torrẽtis,&[ſiue, præterea]poſt illum omnes homines tractura eſt *ad ſe mors*, quemadmodum ante illum *traxit* innumeros.i. glebæ torrentis vbi ſepultus eſt,nullum negotium illi faceſſunt,hoc eſt poſt mortem nullum ſentit malum:præterea poſt illum mors trahet, &c. Alii pro glebis,vertunt rupturas,ſiue fracturas.& rupturam torrentis vocat foueam ſuapte natura factam in torrente.

34 Relictæ ſ. נשאר remaneant.i.quum reſponſiones veſtræ oſtendãtur eſſe mendaces & vanæ. vel, quum ſententia reſponſionum veſtrarum remaneat mendacium.i.fallax & falſa.Quidam vertunt,propinquæ ſunt præuaricationi. Ex doctis Hebræorum alter, in reſponſionibus veſtris remanſit præuaricatio.

IN CAPVT XXII.

1 Tunc cœpit loqui ℵEliphaz ויען אליפז Ad verbum,Et reſpondit Eliphaz. 2 Quum ipſe *uir* ſapiens proderit ſibiipſi? כי־יסכן עלימו משכיל: Ad verbũ,quãdo proderit ſibiipſi ſapiens?.i. Num aliquid vtilitatis accedet Deo, ſi vir prudens conſulat ſuæ vtilitati & ſaluti? num Deo profuerit vir ſua iuſtitia & operum ſuorum rectitudine?q.d.non,ſed ſibi ſoli profuerit.Eliphaz nititur conuellere rationes Iob.deinde illũ ad reſipiſcentiam hortatur.Dixerat Iob impios quandoque tranquillè agere:contra verò,pios ſæpiſſimè affligi.Vtranque rationem refutat,oſtendens id Dei prouidentia fieri,qui expectet impios ad reſipiſcentiam,& inuitet.

3 Nunquid voluntas חחפץ Nunquid deſiderium.vel,beneplacitum.Nunquid voluptati eſt Omnipotenti vt iuſtus ſis? Vias tuas? דרכיך id eſt vitæ tuæ rationes?q.d.Nunquid qualiſcunque ſapiens,vel iuſtus coram Diuino iudicio poteſt conſiſtere?

4 Nunquid timore tui arguet te,&c. 'המיראתך יוכיחך וגו An propterea quòd timeat te,arguit te, vel córripit. Fut.Heb.pro præſ.i.an timore tui punit peccatum tuum qui te putas eſſe probum & innocentem,ac ſubit contra te iudicium quòd timeat ſibi à te?

5 Nónne malitia tua magna eſt, הלא רעתך רבה Nónne malum tuũ multum eſt?.i. multiplici malitia deprauatus es , & innumeris ſceleribus ſcates. Interrogatione vtitur quum vult valde affirmare. Profectò afflictio tua multa eſt,ac magna.q.d.Fateor equidẽ te maximè affligi. At nõ eſt finis iniq.t. ואין קץ לעונתיך .i.iniquitates tuæ ſunt infinitæ. 6 Pignus e.accepiſti כי תחבול Coegiſti enim pignus dari tibi. Gratis, חנם .i.quum eſſent tibi multæ opes,& non indigeres pignore. Nudorum ערומים .i.eorum qui poſtea nudi remanebant. 7 Ne aquam quidem,&c. 'לא־מים עיף וגו Ne aqua quidem confectum ſiti potaſti. Remouiſti תמנע Ad verbum,prohibebis.Fut.Heb.pro præt.i.ſubtraxiſti.ſubmouiſti. 8 At viro brachii,&c. 'ואיש זרוע וגו Virum brachii vocat potentem.q.d.pauperes non dignaris pane:at potentibus poſſeſſiones tuas offers,& iis quos magnificiunt homines propter authoritatem eorum.

Illi *erat* terra, לו הארץ .i.illi offerebas terram ipſam totam hoc eſt vniuerſam poſſeſſionẽ tuam. Et is cuius perſona accep. ונשוא פנים Ad verbum,& acceptus facie.vel,perſona.i.quem homines reuereri ſolent,habitat in poſſeſſione tua.

9 Contrita ſunt. ידוכא: Ad verbum,contereturu. Fut.Heb. pro præt.contrita ſunt. Verbum ſingulare plurali nomini iunctum: vel reſolue,vnumquodque brachium contritum eſt.ſub.à te. 10 Laquei, פחים quibus ſcilicet capieris.i.omni ex parte anguſtiis implexus es ac circundatus. Et terruit te ויבהלך idcirco conturbauit te.ſiue,perturbauit te,aut per præſens,perturbat te.

11 Aut tenebræ, או חשך ſub.afflictionum perturbauerunt te.

Nónne Deus ʹin sublimitate cæli? & vide ʺcaput stellarum, quòd ʺexcelsæ sint. 12

ʹDicésne *proptærea*, Quid nouit De⁹? nūquid per caliginē iudicabit? 13

Verba infideliū: Iob tamē minimè cōpetētia.

Nubes *sunt* ʺlatibulum illi, & non videbit; ʹ& in ambitu cæli deambulat. 14

ʹNunquid semitam seculi seruabis, quā calcauerūt viri iniqui? 15

Qui succisi sunt, ʹ& nondum *erat* tempus: ʹfluuius effusus fuit *in* fundamentum eorum. 16

Qui dicebāt Deo, Recede à nobis: ʹ& quid faciat Omnipotēs illis 17

ʹEt ipse impleuerat domos eorum bono: ʹproinde consilium impiorum longè est à me. 18

ʹViderunt iusti, & lætati sunt, ʹ& innocens subsannauit eos. 19

ʹCertè non succisa fuit substantia nostra, & ʺresiduum illorū deuorauit ignis. 20

Exhortatur Iobum ad resipiscētiam.

ʺAssuesce quæso cū eo, ʺ& pacē habeto, ʺper ea eueniet tibi bonū 21

Accipe quæso ex ore eius Legem, & pone eloquia eius in corde tuo. 22

Si reuerteris vsque ad Omnipotētem, ʺædificaberis: ʹlōgè facito iniquitatem à tabernaculo tuo. 23

ʺEt pone super terram aurum, & instar rupis torrentium, *erit tibi* aurum אOphir. 24

Erítque Omnipotens munitio tua, & argentū ʺfortitudines tibi. 25

Tunc enim in Omnipotente delectaberis, & eleuabis ad Deum faciem tuam: 26

Deprecaberis illum, & exaudiet te, ʺ& vota tua reddes. 27

Et decernes verbum, ʺ& firmum erit tibi: & super vias tuas ʹsplēdebit lumen. 28

ʹQuum humiliabuntur, ʹtūc dices, Exultatio: ʺnam humilem oculis saluat. 29

ʺLiberat insulā innocēs, & seruabitur in puritate manuū tuarū. 30

Annon cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur?

Et dicis, Quid enim nouit Deus, & quasi per caliginem iudicat?

Nubes latibulū eius, nec nostra cōsiderat, & circa cardines cæli perambulat.

C

Nunquid semitā seculorū custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui?

Qui sublati sunt ante tempus suū, & fluuius subuertit fūdamentū eorū.

Qui dicebant Deo, Recede à nobis. & quasi nihil possit facere Omnipotens, æstimabant eum,

Quum ille impleſset domos eorum bonis, quorū sentētia procul sit à me.

Psal.106.d.42

‖Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.

Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?

Acquiesce igitur ei, & habeto pacē, & per hæc habebis fructus optimos.

Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.

Si reuersus fueris ad Omnipotentē, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo,

D

Dabit pro terra silicem & pro silice torrentes aureos.

Eritque Omnipotēs cōtra hostes tuos, & argētū coarceruabitur tibi.

Tunc super Omnipotētem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.

Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.

Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen.

Prouerb.29.d.23

‖Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur.

Saluabitur innocēs, saluabitur autē in munditia manuum suarum.

12 In sublimitate cæli ? גובה שמים idest Profectò Deus est, vel habitat in celsitudine cælorum. i. excelsior est cælis. Caput ראש
sublimitatem. Excelsæ sint. רמו: id est multum distent à nobis. 13 Dicésne ואמרת Ad verbum, Et dices. q.d. An propter-
ea quòd tantum chaos sit inter nos & Deum, dices eum non posse videre, & ita iudicare quæ à nobis fiunt? An quia Deus habitat in latibu-
lis nubium, dices eum non videre hæc inferiora, nec in abscondita cordium penetrare? 14 Latibulum illi, סתר־לו .i. delitescit
in nubibus. Subaudiendum ex præcedentibus, Et an dices, Nubes, &c. Videbit, יראה videt. Futura Heb. pro præs. sub. quæ hîc fiunt.
Et *in* ambitu cæli deamb. וחוג שמים יתהלך: .i. tantùm curat cælestia. q.d. an propterea quòd in cæli ambitu sit occupatus, dices quòd
præ cælestibus negotiis non liceat ei hæc inferiora curare? 15 Nunquid semitam seculi, &c. הארח עולם וגו׳ hoc est, Vísne tueri opi
nionem illam antiquorū qui perierunt tēpore diluuii, qua tollere contendebant prouidentiā Diuinam. 16 Succisi sunt, קומטו exter
minati sunt. Et nondū *erat* tempus: ולא־עת & non *aduenerat* tempus. sub. mortis illorum. Fluuius effusus, &c. נהר יוצק יסודם: Inuer
sus ordo dictionum, pro, in quorum fundamentum effusus est fluuius. hoc est, & immatura morte perierunt aquis diluuii.
17 Et quid faciat, ומה־יפעל sub. dicebant inquam, quid facere possit Omnipotens illis? .i. nobis. vel, dicebant alii de aliis, Quid, &c.
18 Et ipse impleuerat, &c. והוא מלא וגו׳ .i. Quum ipse impleuisset domos eorum bonis, siue omni genere bonorum. Proinde con
silium ועצת Ad verbum, & consilium. i. absit vt institutum illorum probem, & causam iustificem. Vel vt alloquatur ipsum Iob, Proinde
quomodo dicere possis consilium eorum procul esse à te, quum tu videaris sentire cum illis?
19 Viderunt iusti, יראו צדיקים Noe scilicet, & filii eius, & lætati sunt propter gloriam Dei. Futura Heb. pro præt. Et innocens
ונקי Noe scilicet. i. opinionem & incredulitatem illorum derisit. 20 Certè non fuit succissa, &c. אם־לא נכחד וגו׳ Certè non fuit
deleta subsistentia [instauratio] nostra. i. non periit in diluuio qui nos & genus nostrum instaurauit, & à quo habuimus substantiam, ac sub-
sistentiam nostram, nempe Noe. Vel, Annon ilico posteaquam deleta fuit, &c. reliquias eorum, &c. Et residuum illorum, &c. ויתרם וגו׳
& reliquias illorum absumpsit ignis. sub. è cælo missus. De subuersione Sodomæ & Gomorrhæ loquitur.
21 Assuesce quæso הסכן נא Assuefac te nunc. i. Assuesce ambulare in viis eius, hoc est viuas ad præscriptum Diuinæ voluntatis. Et
pacem habeto, ושלם & fruere pace. i. frueris pace. Impert. pro fut. Per ea בהם in illis. i. in viis eius ambulanti euenient tibi bona.
23 AEdificaberis: תבנה .i. rursum assequeris eam fœlicitatē quā habebas. Longè facito iniq. à tab. t. תרחיק עולה מאהלך: .i. eiice
iniquitatem à domo tua. 24 Et pone ושית Imperat. pro fut. Et pones. i. vsqueadeo abundabis auro, vt illud sis tanquam rem vilissi-
mam depositurus in terra. Idem dicit sequenti particula versus. q.d. erit tibi aurum in maxima copia.
25 Eritque Omnipotens, &c. והיה שדי וגו׳ Eritque ingens [vel magnus, sub. cumulus] aureorum tuorum. Aut, Eritque ingens aurū tuū.
Fortitudines tibi. תועפות לך: .i. erit ad fortitudinem tuam. Ad verbum, fortitudinum tibi. vel duplicatum. i. duplo maius quàm prius
erat tibi. 27 Et vota tua reddes. ונדריך תשלם: sub. cum lætitia, exauditus scilicet à Domino. i. fies voti compos.
28 Et firmum erit tibi: ויקם לך & ratum erit tibi. i. quicquid dixeris, ratum erit. Splendebit נגה lucebit. i. in summa fœlicitate am-
bulabis: hoc est eris semper fœlix. 29 Quum humiliabuntur כי השפילו Quum deprimentur. sub. alii. Tunc dices, Exaltatio:
ותאמר גוה Ad verbum, Et dices, Exaltatio. sub. mihi est. i. exaltor, siue exaltatus sum. Nam humilem, &c. ושח עינים יושיע: Ad verbum,
& humilem oculis saluabit. Fut. Heb. pro præs. sub. Deus. i. nam eum qui de se humiliter sentit, seruat, siue seruare solet Deus.
30 Liberat insulam, &c. ימלט אי־נקי וגו׳ Fut. Heb. pro præs. i. Seruat, siue eripere solet ab omnibus incommodis insulam, siue regionē
totam vnicus innocens: itaque seruabitur regio tota ob puritatem operum tuorum, hoc est propter innocentiam & integritatem tuam. No
ta ו pro Itaque, & Manus pro operibus.

Cap. XXIII.

RESpondens autem Iob,ait, 1

Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus,& manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum. 2

Quis mihi tribuat vt cognoſcã,& inueniã illũ,& veniã vſqꝫ ad ſoliũ eiꝰ? 3

Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, 4

B Vt ſciã verba quæ mihi reſpõdeat, & intelligam quid loquatur mihi. 5

Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. 6

Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. 7

Si ad Orientem iero, non apparet: ſi ad Occidentem, nõ intelligã eum. 8

C Si ad ſiniſtram,quid agam? non apprehendam eum:ſi me vertam ad dexteram,non videbo illum. 9

Ipſe verò ſcit viã meã, & probabit me quaſi aurũ quod per ignem trãſit. 10

Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. 11

A mandatis labiorum eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius. 12

Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius:& anima eius quodcũque voluit, hoc fecit. 13

D Quúmque expleuerit in me volũtatem ſuã, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei. 14

Et idcirco à facie eius turbatus ſũ: & conſiderans eum,timore ſolicitor. 15

Deus molliuit cor meum,& Omnipotens conturbauit me. 16

Non enim perii propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. 17

Cap. XXIIII.

AB Omnipotente nõ ſunt abſcõdita tẽpora: qui autẽ nouerunt eum,ignorant dies illius. 1

Alii terminos tranſtulerunt: diripuerunt greges,& pauerunt eos. 2

Cap. XXIII.

1 ET reſpondit אIiób,ac dixit,

2 ″Etiam hodie exacerbatio *eſt* eloquium meum,manus mea grauis eſt ſupra gemitum.

Aſſerit Iob ſe potentiam & ſentẽtiam iudicis vereri:& tamen ſe non affligi ob peccata.

3 ″Vtinam ſcirem,& inuenirem eum:irem vſque ad ſedem eius.

4 ″Diſponerẽ coram eo iudiciũ,& os meũ replerem argumentis.

5 Sciam ſermones *quos* reſpondebit mihi, & intelligam quid dicturus ſit mihi.

6 ″An cum multitudine roboris diſceptabit mecum? nequaquã: imò ipſe″ponet in me.

7 ″Ibi rectus″diſputabit cum eo,′& liberabor in perpetuum′à iudicante me.

8 ′En *ad* Orientẽ ibo,& nõ erit: & ad Occidentẽ, nec intelligã illũ.

9 *Aut ad* Aquilonẽ″dum operatur ipſe, & non videbo:″abſcondet *ſe in* Meridie, nec videbo.

10 ″Quũ cognoſcet viã apud me,*&* probet me,′ſicut aurũ egrediar.

11 ″Greſſum eius apprehendit pes meus: viam eius ſeruaui, nec declinaui.

12 ′A præcepto labiorum eius, neque receſſi,*diligentius*″quàm quod mihi neceſſarium eſt abſcondi eloquia oris eius.

13 ″Quòd ſi fuerit in vna *ſententia*,quis auertet eũ? ″præterea anima eius deſiderauit,& fecit.

14 Quia ipſe perfecit quod neceſſariũ erat mihi,′& ſimilia his multa *ſunt* cum eo.

15 Idcirco à facie eius′terrebor:conſiderabo,″& timebo illum.

16 ′Et Deus emolliuit cor meum,& Omnipotens terruit me.

17 Quoniam″nõ fui exciſus ante tenebras,″& à facie mea *non* texit caliginem.

Cap. XXIIII.

1 Q″Vare ab Omnipotente non eſſent′abſcondita tempora? ″& ſcientes eum non viderunt dies eius?

Deum humanas res curare non agnoſcit Iob, quòd Deus non puniat ſceleratos.

2 Terminos′attingũt alienos:gregẽ′rapiunt,& paſcunt.

2 Etiã hodie,&c. גם־היום וגו׳ Hodie quoq; exacerbatio eſt ſermo meus,*quanquam* manus mea *ſit* ſupra gemitum meum.i.quanquã percuſſio, ſiue plaga quam ſuſtineo, grauior ſit gemitu meo.q.d. Nunc quoque per calumnias veſtras cogor grauiſſimè ſtomachari, tametſi ob plagã mihi illatam vehementius crucior quàm vt vlla querimonia exprimere poſſim. 3 Vtinam ſcirem,&c. מי־יתן וגו׳ Ad verbũ, Quis det,ſciui.pro,Quis det vt ſciam.i. vtinã ſcirem vbinam eſſet Deus,& inuenire poſſem eum. vel,Vtinam ſciam vbinã ſit Deus,& inueniã eum.q.d.Tanta ſecuritate cauſæ meæ fruor,vt non timeam accedere ſoliũ Dei iuſtiſſimi iudicis. 4 Diſponerẽ,&c. אערכה וגו׳ Aliquid ſubaudiendũ videtur,quale,Sique admitterer ad cauſæ meæ tractationẽ,Diſponerem.i.ex ordine cauſam meã narrarem. Alii legunt,Diſponam coram eo,&c. 6 An cum multitud.&c. הברב־כוח וגו׳ An cũ multitudine virium [potẽtiæ] contendet mecum?.i.cum authoritate,vt iſti. Ponet in me. ישים בי: ſub.vires.i.ipſe vires conferet,vt eſt æquiſſimus & clementiſſimus. 7 Ibi rectus שם ישר Tũc rectus.qualis ſcilicet ego ſum. Aduerbium loci,pro aduerbio temporis. Diſputabit נוכח Præſ.Heb.pro fut.diſceptabit. Et liberabor ואפלטה & eripiam.i.vindicabo,ſub.animam meam.i.meipſum. A iudicante me. משופטי: .i.ab omnibus damnantibus me.

8 En *ad* Orientem,&c. הן קדם וגו׳ Ad verbum,Ecce *ad* Orientem,&c.Quidam aliquid ſubaudiunt,ſic,Sed vbinam inueniam illum tracturus eum in ius?poſtea iũgunt,Profectò ad Orientem ibo[vel,Si ad Orientem eam] non erit.i.non comparebit.aut ad Occaſum, nec intelligã illũ.i.nec inueniam eum illic. 9 Dum operatur ipſe, בעשותו .i.interim dũ operatur mirabilia. Abſcõdet *ſe in* Mer. יעטף ימין abſcondet dextram.i.plagã Auſtralẽ, quòd non habitetur.q.d.querelas deponere contra Deum meum non poſſum. Dextram pro Meridie ponit,vt ſiniſtrã pro Septentrione. 10 Quũ cognoſcet,&c. כי־ידע וגו׳ Si cognoſcat *Deus* viam *quæ eſt* apud me,&c.i.rationẽ vitæ meæ.

Sicut aurum egrediar. כזהב אצא: ſub.à conſpectu eius. Aurum puriſſimum intelligit.i.nullam inueniet in me impietatis maculam.

11 Greſſum eius,&c. באשורו וגו׳ Veſtigia illius arripuit pes meus.i.ſemper ambulaui in viis illius:hoc eſt ſtrenuè ſequutus ſum quæ vult & iubet. 12 A præcepto מצות Pẽdet à fine præcedẽtis verſus,nec declinaui,ſiue deflexi à præcepto. Quàm quod m. מחוקי צפנתי ,i.quin & diligẽtius quàm quod mihi neceſſariũ eſt,ſiue quo mihi opus eſt ad vitã tuendã,diligentius inquã abſcõdi in corde meo verba oris eius.i.chariora mihi fuerunt.Eadem dictio eſt quæ paulo pòſt verſu 14. 13 Quòd ſi fuerit,&c. והוא וגו׳ Ad verbum, Et ipſe *erit* in vno.i.ſi fuerit in vna ſententia,quis auertet eum ab illa? Præterea anima eius ונפשו Ad verbũ,& anima eius.i.quicquid deſiderat,facit.q.d.immutabilis eſt. 14 Et ſimilia his וכהנה Ad verbum,& ſicut hæc.i.talia multa facere ſolet. 15 Terrebor: אבהל timebo.i. terreri debueram & perturbari. Et timebo illum. ואפחד ממנו: & timebo mihi ab illo.i. ſi conſiderarem maieſtatem eius,timerem illum.

16 Et Deus ואל Præterea Deus.i.variis afflictionibus emolliuit cor meum,& iiſdem me attonitum reddidit.

17 Nõ fui exciſus,&c. לא נצמתי וגו׳ nõ fui deletus ante tenebras.i.nõ perii antequã affligerer. Et à facie mea,&c. ומפני וגו׳ & ante me non abſcondit caliginem.i.afflictionem. Repetitur negatio præcedens.

IN CAPVT XXIIII.

1 Quare ab Omnipotẽte,&c. מדוע משדי וגו׳ Quomodo ab Omnipotente,&c.Hîc Iob perſonam induit eius qui prouidentiam Dei non agnoſcat,aut certè de ea dubitet:acſi dicat, Vos dicitis Deo nihil eſſe abſconditum: ego autem peto à vobis,quomodo illi tempora,& ea quæ fiũt in tempore, non eſſent abſcondita, quum videamus impios homines impune graſſari aduerſum innocentes,&c.Nullam habet Deus affinitatem cum tempore:quare igitur ea quæ ſub tempore fiunt,agnoſceret,quum ii qui maiorem de eo habent cognitionem,nõ viderint eum obnoxium tempori?æternus in cælis agit,nihil curans quæ in hoc mundo agantur. Abſcondita tempora? נצפנו עתים .i.ignota quæ fiunt in tempore. Et ſcientes eum,&c. ויודעיו וגו׳ quum qui noſcunt illum,non viderint dies eius.i.qui maiorem de eo habent cognitionem,non viderint eum eſſe obnoxium tempori. 2 Attingunt ישיגו Futura Heb. pro præſentibus, ferè toto capite,apprehendunt.i. transferunt terminos terræ inuadentes agros vicinos. Rapiunt,& paſcunt. גזלו וירעו deprædantur & paſcunt.ſub.in agro alieno.

3 Aſinũ pupillorũ abducunt:in pignus accipiunt"bouem viduæ.

4 "Diuertere faciunt pauperes de via;ſimul'abſcondunt ſe pauperes terræ.

5 Ecce *ſunt ſicut* onagri in deſerto, egrediuntur *tanquam* ad opus ſuũ, "mane ſurgentes ad rapinam:"deſertum eſt illi panis,*&* filiis.

6 In agro 'pabulum eius demetunt: at vineam impii "tardè vindemiant.

7 'Nudum pernoctare faciunt abſque veſtimento, nec eſt operimentum in frigore.

8 Ab inundatione montium'madefacti ſunt,"& abſque operimẽto amplectuntur rupem.

9 "Rapiunt ab vbere pupillum,"& ſuper pauperem in pignus accipiunt.

10 'Nudum ire faciunt abſque veſtimẽto:'& famelicos,*eos qui* portauerunt manipulum.

11 "Inter muros ſuos exprimunt oleũ,torcularia calcant,& ſitiũt.

12 'Ex vrbe homines clamãt,& anima interfectorum vociferatur, & Deus "non poſuit prohibitionem.

13 Ipſi ſunt qui rebelles ſunt lumini, non cognouerunt 'vias eius, nec"ſteterunt in ſemitis eius.

14 Sub lucem ſurget homicida, interficit pauperem & egenum,& in nocte"eſt tanquam fur.

15 Oculus item adulteri obſeruat crepuſculum, dicendo,Nõ aſpiciet me oculus:"& abſconſionem faciei ponet.

16 "Fodit in tenebris domos *quas* in die"obſignauerunt ſibi:"non agnoſcunt lucem.

17 Nam"ſimul mane eſt illis vt vmbra mortis:"quum agnoſcit,terrores vmbræ mortis *ſunt illis*.

18 "Leuis eſt ſuper faciem aquarum, 'maledicta eſt portio eorum in terra,"non recedit via vinearum.

19 Vt ſiccitas & etiam calor 'rapiunt aquas niuis, *ſic* ſepulchrum *eos qui* peccauerunt.

3 Aſinũ pupillorũ abegerunt,& abſtulerunt pro pignore bouem viduæ.

4 Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerũt pariter manſuetos terræ.

5 Alii quaſi onagri in deſerto egrediũtur ad opus ſuum, vigilantes ad prædam,præparant panem liberis.

6 Agrum non ſuum demetunt: & vineam eius quẽ vi oppreſſerint,vindemiant. B

7 Nudos dimittũt homines,indumẽta tollentes,quibus non eſt operimẽtum in frigore:

8 Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexãtur lapides.

9 Vim fecerunt deprædantes pupillos,& vulgum pauperẽ ſpoliauerũt.

10 Nudis incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.

11 Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.

12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere,& anima vulneratorum clamauit,& Deus inultũ abire non patitur.

13 Ipſi fuerunt rebelles lumini,neſcierunt vias eius:nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. C

14 Mane primo conſurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem verò erit quaſi fur.

15 Oculus adulteri obſeruat caliginẽ, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum.

16 Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi: & ignorauerunt lucem.

17 Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.

18 Leuis eſt ſuper faciem aquæ,maledicta ſit pars eius in terra,nec ambulet per viam vinearum.

19 Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium,& vſque ad inferos peccatum illius. D

4 Diuertere faciunt,&c. יטו אביונים מדרך Declinare cogunt inopes[egenos]de via.ſub.regia. Alii,Declinant pauperes à via. Abſcondunt ſe חובאו abſconduntur.metu ſcilicet illorum,ne incommodum referant ab illis.

5 Mane ſurgentes ad rapinam: משחרי לטרף mane quæritantes prædam. Deſertum *eſt* illi panis,*&* filiis. ערבה לו לחם לנערים ſolitudo *eſt* illi[i.vnicuique eorum]panis ad pueros.i.ſuppeditat illis victum ad pueros alendos.q.d.viuunt furto & rapto.

6 Pabulum eius בלילו ſub.inopis.i.ſegetes ac fruges pauperis,dum ſunt foris,demetunt. Tardè vindemiant. ילקשו: Verbum iſtud propriè tardare ſignificat more ſerotinæ pluuiæ. Vnde quidam Hebræorum exponunt, poſtremò inuadunt.metu ſcilicet impii. vel,tardè & ſerò inuadere ſolent. Alii,tardare facient.i.dimittent illam,nec ex illa quicquam accipient:quòd ſit impius quales ſunt ipſi.

7 Nudum pernoctare faciunt ערום ילינו Nudi pernoctant. Ad verbum,Nudus pernoctant.i.quilibet eorum pernoctat.

8 Madefacti ſunt, ירטבו humectãtur.i.madent aqua quæ è montiũ verticibus cũ inundatione defluit. Et abſque operimento amplectuntur rupem. ומבלי מחסה חבקו־צור: & abſque protectione[tegumento]amplectuntur rupem.i. habitant in ſaxis.q.d.domo & veſtibus ſpoliati,non aliud aſylum habent quàm fiſſuras petrarũ. 9 Rapiunt ab vbere pup. יגזלו משוד יתום Deprædantur ab vbere pupillum. pro,pupillos.i.adhuc ab vbere pendentes pupillos prædantur. Alii,Rapiunt præ prædandi conſuetudine pupillũ. Et ſuper pauperẽ ועל־עני .i.id quo tegitur pauper. 10 Nudum ire faciunt abſque veſtimento: ערום הלכו בלי לבוש Nudum incedere cogunt *pauperem* abſque veſte.i.detracta veſte. Et famelicos, ורעבים ſub.ire faciunt.i.redigunt in ſummam inopiam eos qui portauerunt manipulos in areã. hoc eſt eos qui tempore meſſis congregauerunt ſegetes quibus impii illi viuerent. Ex doctis Hebræorũ alter,& famelicis auferunt manipulos.

11 Inter muros ſuos,&c. בין שורותם וגו׳ .i.in domo præli oleum exprimũt pauperes,ac torcularia calcant:& tamen ſiti conficiuntur,quia ſpoliantur oleo & vino. 12 Ex vrbe homines clamant, מעיר מתים ינאקו Futura Heb.pro præſ.vt & in ſuperioribus verſibus. Alii,In vrbe homines vociferantur. Homines intelligit qui opprimuntur ab impiis. Non poſuit prohibitionem. לא־ישים תפלה: .i.non prohibuit, vel non coercuit illa homicidia,puniendo impios,& vindicando innocentem. Alii, non ponet rem inſulſam? i.non videbitur facere rem vllam ſine ratione? 13 Vias eius, דרכיו nempe luminis.i.veritati,Deo ipſi qui vera eſt lux,non obediunt. Steterunt ישבו .i.permanſerunt. 14 Eſt tanquam fur. יהי כגנב .i.facit opera furis.furatur.

15 Et abſconſionem faciei ponet. וסתר פנים ישים: ſub.crepuſculum mihi.i.reddet me incognitum.

16 Fodit חתר ſub.fur.Perfodit noctu domos. Obſignauerunt ſibi: חתמו למו .i.quaſi appoſito ſigillo notauerunt: hoc eſt,quas interdiu explorauerunt tanquam opulentas. Non agnoſcunt lucem לא־ידעו אור: .i.non amplectuntur lumen,ſiue non excipiunt aduentũ luminis tanquam rem gratam & bonam. 17 Simul יחדו .i.illis omnibus.q.d.ipſi omnes abhorrent à luce tanquam à morte qua nihil in hoc mundo horribilius. Quum agnoſcit, כי יכיר quum agnoſcere poteſt.ſub.alter alterum.hoc eſt appetente luce matutina.q.d.vbi vident lucem adueniſſe,turbantur ac terrentur vſque ad mortem.

18 Leuis eſt ſuper faciem aquarũ, קל־הוא על־פני־מים Sing.pro plur.velociter fugiũt ad aquas.hoc eſt,alii fugiũt ad naues. Maledicta eſt,&c. תקלל חלקתם בארץ Significat,locum quò ſe recipiunt,maledictioni obnoxium eſſe,hoc eſt incultum.q.d.alii fugiunt ad loca deſerta.

Non recedit,&c. לא־יפנה דרך כרמים: Via vinearum eſt via regia,per quam multi gradiuntur,propinqua vrbibus,iuxta quas ſæpius vineæ conſeruntur.q.d.non recedit vllus,ſiue nemo eſt illorum qui ſe vertat vt abeat via regia,ne agnoſcatur.

19 Rapiunt יגזלו deprædantur.Fut.Heb.pro præſ.i.celerrimè abſumunt.

Obliuiſcatur eius,miſericordia:dulcedo illius,vermes: nõ ſit in recordatione,ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum.

Pauit enim ſterilem & quæ non parit,& viduæ bene non fecit.

Detraxit fortes in fortitudine ſua: & quum ſteterit,non credet vitæ ſuæ.

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam:oculi autem eius ſunt in viis illius.

Eleuati ſunt ad modicum,& nõ ſubſiſtent, & humiliabũtur ſicut omnia, & auferentur,& ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.

Quòd ſi non eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum,& ponere ante Deum verba mea? Cap. XXV.

RESpondens autem Baldad Suhites,dixit,

Poteſtas & terror apud eũ eſt qui facit concordiã in ſublimibus ſuis.

Nunquid eſt numerus militũ eius? & ſuper quem nõ ſurget lumẽ illius?

Nunquid iuſtificari poteſt homo cõparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

Ecce luna etiã non ſplendet,& ſtellæ nõ ſunt mundæ in conſpectu eius:

Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

Cap. XXVI.

RESpondens autem Iob,dixit,

Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtentas brachium eius qui nõ eſt fortis?

Cui dediſti conſilium? forſitan illi qui non habet ſapientiam, & prudentiam tuam oſtendiſti plurimam.

Quem docere voluiſti? nónne eum qui fecit ſpiramentum?

B Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.

20 Obliuiſcetur illius amicus,'dulcedinẽ ſentiet ex eo vermis: vltrà non'memorabitur,& confringetur vt arbor'iniquus.

21 "Qui cõfringit vxorem ſterilem *quæ* non paritura eſt, & viduam "*cui* non benefaciet.

22 'Atque trahit fortes potẽtia ſua:"inſurget, & nõ credet vitæ *ſuæ*.

23 'Dabit illi ad confidentiam, & innitetur illi:attamen oculi eius "ſuper vias eorum.

24 'Receſſerunt paululũ, & nõ fuerunt,'& humiliantur ſicut quilibet:'obthurantur *ora*,& ſicut ſummitas ſpicæ ſucciduntur.

25 'Quòd ſi non, vbinam, *&* quis oſtendet me mentiri, & rediget ad nihilum ſermonem meum?

Cap. XXV.

1 ET reſpondit Bildád שSunhites,ac dixit,

2 'Dominium & timor,*qui eſt* apud illum,facit pacem in excelſis eius.

Baldad probat, corã Deo nemineẽ eſſe mũdum.

3 Num eſt numerus exercitibus eius?"& ſuper quem non ſtat lux eius?

4 'Et quomodo iuſtificabitur homo cum Deo?& quomodo purus erit natus ex muliere?

5 "En vſque ad lunam non lucebit,& ſtellæ non ſunt mundæ in oculis eius:

6 "Quanto magis homo vermis,& filius hominis vermis?

Cap. XXVI.

1 ET reſpondit אIiób,& dixit,

Iob ridet Baldad.

2 'Quanam re adiuuiſti *eum* cui non eſt robur? ſaluaſti brachio, cui non eſt fortitudo?

3 "Cui conſuluiſti? ei cui non eſt ſapiẽtia?"& ſapientiam abundè indicaſti.

4 'Cui annuntiaſti ſermones?"& anima cuius exiuit à te?

5 "Mortua formantur ſub aquis, & habitatoribus earum.

20 Dulcedinem ſentiet ex eo vermis: מתקו רמה dulcedine plenum eſt ex eo *os* vermis.i.celerrimè abſumunt illum vermes.Futura quidã per præſens vertunt. Alii,dulceſcit illi[dulce eſt illi,]ſub.os vermis.i.nihil à morte ſentit doloris. Memorabitur, יזכר ſub.nomen illius. Iniquus. עולה: Ad verbum,iniquitas.pro homine iniquo.Homo(inquit)iniquus perit,vt arbor quæ tempeſtate aliqua frangitur.

21 Qui confringit רועה Qui opprimit.Quempiam ex illis intelligit,vel vnumquenque corũ qui ideo res ſterilis frangit,quòd nunquã paritura ſit filios qui eam tueãtur,inquit ex doctioribus Hebræorum alter. *Cui* non benefaciet. לא ייטיב: ſub.aliquis.i.cui nemo benefacturus eſt. 22 Atque trahit fortes potentia ſua: ומשך אבירים בכחו Ac trahit *quò uult* fortes *quoſque* viribus ſuis.robore ſuo.nemine audente contrà niti. Inſurget , & non credet vitæ *ſuæ*. יקום ולא־יאמין בחיין: Per præſens verti poteſt , inſurgit,&c. i. ſi inſurgat in aliquem,is in quem inſurrexerit,non credet vitæ ſuæ.hoc eſt,non ſperabit ſe vltrà victurum.

23 Dabit illi ad confidentiam,&c. יתן־לו לבטח וגו' Multa ſubaudienda,& ſingularia ſunt pro pluralibus,Viri probi ſolent dare impio munera,vt habitent confidenter cum eo. Alii exponunt,Dat,ſiue dare ſolet illi manum ſuam,id eſt fœdus init cum eo. Alii,Dat ſeſe illi,hoc eſt cõmittit. Super vias eorum. על־דרכיהם: ſub.piorum.i.inſidiantur impii illis à quibus acceperunt munera.

24 Receſſerunt paululum,& non fuer. רומו מעט ואינני Per præſens etiam potes vertere,Recedunt[Diſcedunt]paululum,&non eſt.ſub. impius.i.ſtatim atque illi qui dederunt munera impio,diſceſſerint ex vrbe.q.d.momento[nuſquam]comparet impius quo nitebantur. Et humiliantur ſicut,&c. והומכו ככל Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt,& recte: nam id quotidie accidit.i.probi humiliantur ſicut quiuis ignotus.i.vt alii à quibus non acceperunt munera. Obthurantur יקפצון ſub.ora piorum ab impiis,ne clamitent,quum occiduntur.

25 Quòd ſi non,vb.&c. ואם־לא אפו מי יכזיבני .i.Quòd ſiquis dicat quòd nõ ita ſit vt dico,vbinam eſt ille,& quis eſt qui oſtẽdat me mentiri,&c.i.nemo erit qui arguat me mendacii.

IN CAPVT XXV.

2 Dominium & timor,&c. המשל ופחד וגו' Dominatio & reuerentia[veneranda maieſtas]*quæ* penes illum *eſt*,facit concordiam in excelſis eius.Nititur Baldad defendere iuſtitiam Diuinam,& improbum Iob comprobare.Fieri non poteſt(inquit)vt Deum dicamus iniuſtum. is enim eſt ad cuius nutum conſiſtunt cæleſtia.ſumpto argumento à potentia. Dominatio & reuerenda quædam maieſtas quæ apud illum eſt, facit vt corpora cæleſtia ſine vllo diſſidio fungantur ſuis officiis,& moueantur.

3 Et ſuper quem,&c. ועל־מי לא־יקום אורהו: .i.quiſnam eſt qui non ſit particeps Diuinæ eius prouidentiæ ac clementiæ?Oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos. 4 Et quomodo iuſtificabitur ומה־יצדק Ad verbum,Et quid iuſtificabitur.i.Quo pacto igitur iuſtus habebitur,& purus apparebit homo ſi cum Dei puritate conferatur? 5 En vſque ad lunam non lucebit, הן עד־ירח לא יאהיל Fut.Heb.pro præſ.Hebraiſmus.pro,Sed ne luna quidem lucida eſt & pura,collata cum Deo.Quod mox ſequitur,explicat iſtud dicendi genus.

6 Quanto magis homo אף כי־אנוש ſub.eſt impurus.Vel,Quanto minus,ſub.eſt purus homo,&c.

IN CAPVT XXVI.

2 Quanam re adiuuiſti,&c. מה־עזרת וגו' .i.In quo adiuuiſti ſententiam ac opinionem tuam de prouidentia Dei,quæ ſententia planè eſt infirma?putaſti eam cõfirmare brachio in quo nulla eſt virtus.i.ratione inualida? 3 Cui conſuluiſti?ei,&c. מה־יעצת ללא חכמה Quare id cõſilii cepiſti ſine ſapientia?.i.imprudenter. Et ſapientiam abundè indicaſti. ותושיה לרוב הודעת: ſcilicet[eſt enim ironia]ordinationem[.i.prouidentiã Diuinã]abũdè notam reddidiſti. 4 Cui annuntiaſti,&c. את־מי הגדתה וגו' Præt.Heb.pro præſ.Cuinã ſermones narras? i.Cum quo putas te verba facere?an cum homine imperito? Et anima cuius exiuit à te? ונשמת־מי יצאה ממך: .i.quem ſequutus, talia dixiſti?ſiue,à quonam accepiſti quæ dixiſti? 5 Mortua,&c. הרפאים וגו' Quæ vitæ expertia ſunt[Inanimata ipſa]naſcuntur ſub aquis,& habitatoribus earum.i.piſcibus. De metallis loquitur.q.d.Imò extendit ſeſe prouidentia Dei ad infimas terræ partes,vbi naſcuntur inanimata,hoc eſt metalla,gemmæ,& id genus alia.

Nudus eſtʺinfernus corã eo, & non eſt operimentũ perditioni. 6

Extendit Aquilonemʺſuper vacuum: *imò* ſuſpendit *totam* terram ʺſuper nihilum. 7

ʺLigat aquas in nubibus ſuis,& non rumpitur nubesʺſub ipſis. 8

ʺConſtringit faciem ſolii, *&* expãdit ʺſuper eum nubem ſuam. 9

ʺTerminum circundedit ſuperficiei aquarum,ʺvſque ad perfectionem lucis cum tenebris. 10

ʺColumnæ cæli contremiſcunt,ʺ& commouentur ab increpatione eius. 11

Potentia eius ʺquieſcit mare,& intelligẽtia ſuaʺpercutit elationem *eius*. 12

ʺSpiritus eius cælos ornauit, ʺcreauit manus eius ʺſerpentem mobilem. 13

ʺEn iſtæ *ſunt* partes viarum eius: ſed quàm ʺpuſillum eſt quod audiuimus de eo?ʺ& tumultum fortitudinũ eius quis intelliget? 14

Cap. XXVII.

Tuetur hic Iob cauſam ſuam vt antea,& Deum accuſat.

ADdidit autem ℵIiób aſſumereʺparabolam ſuam,ac dixit, 1

Viuit Deus *qui*ʺabſtulit iudicium meum, & Omnipotens *qui*ʺamaritudine affecit animam meam: 2

Innocens Iob.

Quòd omni tempore quo fuerit anima mea in me, & ſpiritus in naribus meis, 3

Non loquentur labia mea iniquitatem, & lingua mea ſi ʺloquetur dolum. 4

Abſit à meʺvt iuſtificem vos, donec deficiam,ʺnon auferã perfectionem meam à me. 5

Iuſtitiam meam ʺfortificabo, nec deſeram eam,ʺnon deflectet cor meumʺà diebus meis. 6

Afflictio impiorum.

ʺSit vt impius,inimicus meus,& aduerſarius meus,vt iniquus. 7

Quæ enim ſpes impii,ʺquum furatus fuerit,ʺquum pacatã reddiderit Deus animam eius? 8

6 Nudus eſt infernus corã illo,& nullum eſt operimentum perditioni.

7 Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum,& appendit terrã ſuper nihilũ.

8 Qui ligat aquas in nubibus ſuis,vt non erumpant pariter deorſum. C

9 Qui tenet vultum ſolii ſui,& expãdit ſuper illud nebulam ſuam.

10 Terminũ circundedit aquis vſque dum finiantur lux & tenebræ.

11 Columnæ cæli cõtremiſcunt,& pauent ad nutum eius.

12 In fortitudine illius repente maria congregata ſunt,& prudẽtia eius percuſſit ſuperbum. D

13 Spiritus eius ornauit cælos: & obſtetricante manu eius,eductus eſt coluber tortuoſus.

14 Ecce, hæc ex parte dicta ſunt viarũ eius: & quũ vix paruã ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Cap. XXVII.

1 ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam,& dixit,

2 Viuit Deus qui abſtulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam:

3 Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis,

4 Non loquentur labia meaʹiniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

5 Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicẽ: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

6 Iuſtificationẽ meã quã cœpi tenere,nõ deſerã: neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. B

7 Sit vt impius inimicus me⁹,& aduerſarius meus quaſi iniquus.

8 Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat,& non liberet Deus animam eius?

6 Infernus שאול Infernum intelligit centrum terræ.q.d.Infernus & perditio nota ſunt Deo,carent velamento.Infernum & perditionem pro eodem accipit,nempe pro loco in quem res quæ deſcendunt,pereunt. 7 Super vacuum: על־תהו ſuper vanitatem.i.rem nihili & vanam.Septentrionem intelligit faciem ipſam terræ quæ vergit ad Septentrionem.Accipitur autem pro toto mundo:quòd Septentrionalis terræ portio nobis manifeſtior ſit,& commodior hominum habitatio. Super nihilum. על־בלימה: q.d.nulla ſuppoſita columna. Ingens potentiæ Dei ſignum. 8 Ligat aquas צורר־מים Colligat aquas.ne ſcilicet ante tempus decidant,quum tamen natura ſua graues deorſum ferantur. Sub ipſis. תחתם: ſub.aquis.i.non ſoluitur nubes in aquam,niſi quando & vbi Deo placet.

9 Conſtringit faciem ſolii, מאחז פני־כסה Aſtringit[Coagulat faciem ſolii.i.aerem ipſum exiſtentem in media regione ante conſpectũ ſuum,hoc eſt coram cælo ipſo quod eſt ſolium Dei. Super eum עליו nempe aerem.i.illic vapores aſtringuntur in nubem.

10 Terminum circũdedit חוק חג Statutum[Terminum præfixum]præſcripſit,& quaſi circino deſignauit aquis ipſis. Vſque ad perfectionem עד־תכלית .i.vſque ad eum locum in quo dies habent XXIIII horas,& noctes totidem.

11 Columnæ cæli עמודי שמים .i.Partes terræ quæ ſub cælo eſt,agitantur,ſiue cõcutiuntur terræmotu. Et commouentur ויתמהו & attonitæ ſunt ab increpatione Dei,quando iram ſuam in impios oſtendere vult. 12 Quieſcit רגע conquieſcit.ſedatur mare quum agitatur. Percutit elationem. מחץ רהב: .i.ſedat mare commotum. 13 Spiritus eius cælos ornauit, ברוחו שמים שפרה Hic ב redũdat,vt vertit noſter interpres.Alii,Spiritu ſuo cælos ornauit.Alii,Spiritu eius[.i.volũtate]cæli *ſunt* pulchritudo.i.ſunt pulcherrimi. Creauit manus eius,&c. חוללה ידו וגו׳ Ad verbum,peperit[.i.creauit]manus eius ſerpentem fugitiuum. vel,fugacem.aut, profugum.i.viam illam lacteam,&c.per quam intelligit & reliquas conſtellationes.q d.ipſe eſt qui creauit omnia ſigna cæleſtia.

14 En iſtæ *ſunt* partes viarum eius: הן־אלה קצות דרכיו Profectò iſtæ,&c.i.Quæ iam paucis perſtrinxi,ſunt portio quædam viarum illius: hoc eſt eorum quæ Deus facere ſolet. Puſillum eſt,&c. שמץ וגו׳ exigua eſt res de qua audiamus?ſub.alios differẽtes. Et tumultum fortitudinum eius ורעם גבורותיו quandoquidem vim potentiarum eius.i. multiplicis,imò infinitæ potentiæ eius quis conſiderabit? vel conſiderare poterit.q.d.inenarrabilis eſt Dei ſapientia & potentia.

IN CAPVT XXVII.

1 Parabolam ſuam, משלו Hîc parabola dicitur ſermo ſerius de magnis rebus,nõ clarè,ſed per inuolucra ſimilitudinum traditus.Addidit (inquit)Iob aſſumere parabolam ſuam,ſiue ſermonem ſuum.i.Reſumpſit Iob ſermonem intermiſſum,dicẽs,quũ ſcilicet amici eius ceſſaſſent loqui,& nemo reſponderet. 2 Abſtulit iudicium meum, הסיר משפטי .i.qui permiſit me affligi citra culpam meam:& ita videtur ius meum abſtuliſſe. Amaritudine affecit המר Ad verbum,amaricauit. 4 Loquetur dolum. יהגה רמיה: meditabitur fraudem.i. per linguam meam nulli vnquam dolum moliar. 5 Vt iuſtificẽ vos, אם־אצדיק אתכם .i.vt fatear opinionem veſtram iuſtam eſſe ac veram. Non auferam,&c. לא־אסיר וגו׳ .i.non deſinam tueri innocentiam meã. 6 Fortificabo, החזקתי Præt.Heb.pro fut.i.fortiter defendam.Alii,apprehendi.arripui. Non deflectet לא־יחרף non declinabit.i.non auertetur aliò mens mea.Quidam Hebræorũ exponunt,non afficit me probris cor meum.Alii,non repueraſcet. A diebus meis. מימי: .i.à tempore vitæ meæ.hoc eſt quoad vixero.

7 Sit vt impius,&c. יהי כרשע וגו׳ Fut.Heb.per imprecandi modum vertendus.i.qui in hac cauſa mihi aduerſatur,& ſe mihi opponit,ſit tanquam impius & iniquus.q.d.Illi potius impii & iniqui habendi ſunt qui me impium & iniquum calumniantur.

8 Quum furatus fuerit, כי יבצע quum per calumniam rapuerit.i.quam ſpem concipere debemus de impio,ſiue hypocrita,quum furatus fuerit multas opes,hoc eſt quum multa furando aut calumniis auxerit ſubſtantiam ſuam? Quum pacatam reddid.&c. כי ישל וגו׳ .i.quum conceſſerit viuere in ſumma tranquillitate in hoc mundo?certè nulla:nam duratura non eſt fœlicitas illa externa.q.d.Quanuis dixerim,impios fœliciter agere,non tamen laudo ſortem & conditionem eorum:nam peſſimus illos manet exitus.

Nunquid Deus audiet clamorem eius, quū venerit ſuper eum anguſtia?

Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deū omni tēpore?

Docebo vos per manū Dei quæ Omnipotens habeat, nec abſcondam.

C Ecce, vos omnes noſtis, & vt quid hæc ſine cauſa vana loquimini?

Hæc eſt pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violētorum quā ab Omnipotente ſuſcipient.

Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane.

Qui reliq fuerint ex eo, ſepeliētur in interitu, & viduæ illi⁹ nō plorabūt.

Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta:

Præparabit quidē, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentū innocens diuidet.

Ædificauit ſicut tinea domū ſuā, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.

D

Pſal.49.c.18 Diues quum dormierit, nihil ſecū auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.

Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.

Tollet eū ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eū de loco ſuo.

Emittet ſuper eum, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet.

Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius.

Cap. XXVIII.

Habet argentū, venarum ſuarum principia: & auro loc⁹ eſt in quo conflatur.

Ferrum de terra tollitur: & lapis ſolutus calore, in æs vertitur.

Tēp⁹ poſuit tenebris, & vniuerſorū finē ipſe conſiderat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.

Diuidit torrēs à populo peregrinā-

9 Nunquid clamorem eius audiet Deus, quum venerit ſuper eū tribulatio?

10 Nunquid ″ſuper Omnipotente delectabitur? ″inuocabit Deum omni tempore?

11 Docebo vos *quæ ſunt* ″in manu Dei, *&* quod *eſt* cum Omnipotente ″non abſcondam.

12 Ecce vos ipſi omnes vidiſtis, curnam ergo ′vanitate vaneſcitis?

13 Iſta *eſt* portio hominis impii ″cum Deo, & hæreditas violētorum *quam* ab Omnipotente accepturi ſunt. Maledictiones impii.

14 Si multiplicati fuerint filii eius, *erunt* ″in gladium, & liberi eius ″non ſaturabuntur pane.

15 ′Superſtites eius in morte ſepelientur, & viduæ eius non flebūt.

16 Si coaceruauerit tanquam puluerem argentum, & ſicut lutum parauerit ″veſtimentum:

17 Præparabit quidem, ſed iuſtus ″induet ſe, ″& argētum innocens diſtribuet.

18 ″Ædificat ſicut tinea domum ſuam, & ſicut vmbraculum *quod* facit ″cuſtos.

19 Diues ″dormiet, & non congregabitur: oculos ſuos ″aperuit, & non eſt.

20 ″Apprehendent eum ſicut aquæ, terrores: ″noctu furaturus eſt eum turbo.

21 ″Tollet eū ″Eur⁹, & abibit, ″& turbine cōmouebit eū de loco ſuo.

22 ″Et immittet in eum, nec parcet, ″à manu eius fugiendo fugiet.

23 ′Plaudet ſuper illum manibus ſuis, & ſibilabit ſuper illum è loco ſuo.

Cap. XXVIII.

1 Certè eſt argento ″latebra, & locus auro, *unde* ″eliciunt. Quū res omnes ſint ab homine perueſtigabiles, ſolam Dei ſapiētiam inſcrutabilem oſtendit.

2 Ferrum è puluere capitur: & lapis ″effundit æs.

3 ″Finem ponit tenebris, ″& omni perfectioni quā ipſe inquirit, ponit lapidem caliginis & vmbræ mortis.

4 ″Erumpit fluuius iuxta habitatorem: & obliuioni traditæ pe-

10 Super Omnipotente על־שדי in Omnipotente.i. An de fauore Omnipotentis ſecurus erit? Inuocabit Deum יקרא אלוה *&* *an* clamabit *ad* Deum.q.d. an ſemper ſperabit ſe exauditum iri quando clamabit ad Deum?

11 In manu Dei, ביד־אל Idem ſignificant, quæ ſunt in manu Dei, & quæ ſunt cum Omnipotente, nempe quæ Deus facere ſolet. Non abſcondam. לא אכחד: non celabo. ſub vos. 12 Vanitate vaneſcitis? הבל תהבלו: .i. opinionem vanam conamini tueri? q.d. Quum dicebam improbos fœliciter agere, non de omnibus intelligebam, ſed de aliquibus tantúm.

13 Cum Deo, עם־אל apud Deum.i. Id quod ſequitur eſt portio quam tandem recipit à Deo impius.

14 In gladiū, למו־חרב ad gladiū. ſub. erunt.i. tradētur gladio vt pereant: hoc eſt enſe perimētur. Nō ſaturabūtur pane. לא ישבעו־לחם: .i. redigetur ad extremā paupertatem proles eius. 15 Superſtites e.&c. שרידיו וגו׳ .i. Qui euaſerint, ſepelientur adhuc viui moribundi, vel cōfecti morbo. Vel, in morte ipſa.i. confecti morbo, vel peſte, ſepelientur. 16 Veſtimentū. מלבוש veſtem. Sing. pro plur.i. ſi tantum veſtium parauerit, quantū eſt luti in vicis. 17 Induet ſe, ילבש inductur. ſub. illis veſtibus. Et argentum, &c. וכסף וגו׳ .i. innocens fruetur vſu illius argenti. 18 Ædificat בנה Præt. Heb. pro præſ. i. domum ædificat non longiori tempore duraturam quàm tineæ domus. tinea enim rodendo veſtem, loculum ſibi parat: ſed diſcuſſa veſte deiicitur. Cuſtos. נוצר: ſub. hortorum, aut vinearum.

19 Dormiet, & non cōg. ישכב ולא יאסף dormiet, & nō recolligetur.i. morietur, ſed nō deferetur ad ſepulchrū. Aperuit, פקח Vel per futurum, aperiet. ſub. aliquis. q.d. in puncto temporis ac ictu oculi deſinet eſſe impius. 20 Apprehendent, &c. תשיגהו וגו׳ Aſſequentur illum ſicut aquæ [ſub. rapidiſſimæ.i. vehementer] terrores. ſub. iudicii Dei. Verbū eſt ſingularis numeri. q.d. Aſſequetur illum ſicut aquæ, terror, alius poſt alium ſine intermiſſione. Ita quidā Hebræorum. Noctu furaturus eſt eum turbo. לילה גנבתו סופה: noctu furabitur eum turbo. Præt. pro fut. i. ſubitò & ex inſperato more furis ſurripiet eum repentinus interitus.

21 Tollet eum ישאהו ſub. de medio. Eurus, & abibit. קדים וילך .i. ventus vehemens, hoc eſt inextricabile excidium, & euaneſcet. Et turbine commouebit eum, וישערהו auferétque illum magno impetu. vel auferet ceu à tempeſtate magna auferetur.

22 Et immittet וישלך ſub. Deus varias plagas. A manu eius fug. fug. מידו ברוח יברח: .i. coram tot plagis Dei conſiſtere nō valebit.

23 Plaudet ישפק ſub. quicunque audierit talia accidiſſe impiis, plauſu manuum & ſibilo oris ridebit ac ſubſannabit illos.

IN CAPVT XXVIII.

1 Latebra, מוצא ſcatebra. Ad verbum, egreſſio.i. locus vnde exeat. Omnia in rerum natura, quantumcunque abdita, humano labore & induſtria perueſtigantur: ſola Dei ſapientia humano ſtudio & conatu eſt imperueſtigabilis. Argentum in reconditiſſimis locis latet, vnde extrahitur. Eliciunt. יזוקו: exprimunt. Quidam vertunt, Habet argentum venas, & aurum locum in quo conflant ipſum.

2 Effundit יצוק exprimit. exprimere ſolet. q.d. improbo labore è tenebris ad lucē educūtur quæ erant in terræ imis abſtruſa viſceribus.

3 Finem ponit tenebris, קץ שם לחושך Præt. Heb. pro præſ. Finem imponere ſolet tenebris.i. priuationi. hoc eſt, efficit vt quæ non erant ſint. Et omni perfectioni, &c. ולכל־תכלית וגו׳ .i. contrà, aut viceverſa omnem rem formatam, cuius ipſe author eſt, redigit vſque ad materiam ipſam informem. q.d. facit vt quæ erant nō ſint. Alii legunt, & omni fini *quem* ipſe inquirit, *ponit* lapidem caliginis & vmbræ mortis.i. omnem rem obnoxiam fini ac corruptioni, hoc eſt quæ habet eſſe ſuum, cuius ipſe author eſt, redigit in nihilum.

4 Erumpit fluuius, &c. פרץ נחל וגו׳ id eſt Alicubi erumpit in magna abundantia fluuius iuxta habitatores ſuos, hoc eſt in terra habitabili propter aquam: contrà aquæ ignotæ pedibus, hoc eſt per quas nullus tranſierat, & quæ altiores erant homine, ſiue quæ altitudine ſuperabant ſtaturam hominis, recedunt & euaneſcunt.

pedibus:*& quæ* altiores erant homine,receſſerunt.

Eſt terra *aliqua* 'ex qua egreditur panis,& *quod* ſub ea *eſt*, vertitur *in* 5
quendam veluti ignem.

Locus ɒſappír'lapides eius,"& pulueres auri *ſunt* ei. 6

"Semitã nõ cognouit illi auis, neque aſpicit eã oculus"vulturis. 7

'Non calcant eam filii ſuperbiæ,non tranſit per eam leo. 8

In ſilicem"miſit manum ſuam, & ſubuertit à radice montes. 9

'E ſilicibus riuos erumpere facit,"& *tamen* omne pretioſum vide 10
bat oculus eius.

'A ſtillatione fluminum coercet,"&abſconditum exire facit in 11
lucem.

At ſapiẽtia ipſa'vndenã ĩuenitur? & vbinã eſt locꝰ intelligẽtiæ? 12

"Nõ nouit homo pretiũ eius,neque inuenitur in terra"viuẽtiũ. 13

Vorago dicit,Non *eſt* in me:mare quoque dicit,Nõ *eſt* mecum. 14

Non dabitur aurum pro illa,"nec ponderabitur argento pre- 15
tium eius.

'Non æſtimabitur auro Ophir,nec onyche pretioſo, & ɒſappír. 16

"Non æquabit eam aurum,"& adamas,"nec permutatio eius *erit* 17
vas obrizi.

Coralia"& gabíש"non cõmemorabitur:"& pretioſior eſt ſapiẽ 18
tia margaritis.

'Non æquabit eam ſmaragdus AEthiopiæ,in auro puro non æ- 19
ſtimabitur.

"Vndenam igitur ſapiẽtia veniet?&vbinã eſt locus intelligẽtiæ, 20

"Quum abſcondita ſit ab oculis omnis viuentis,& à volucri cæ- 21
li occultata ſit?

'Perditio & mors dixerũt,Auribus noſtris audiuimus famã eiꝰ. 22

verùm Deus"intelligit viam eius,& ipſe cognoſcit locum eius. 23

Ipſe enim vſque ad fines terræ aſpicit,"ſub toto cælo videt: 24

te eos quos oblitus eſt pes egẽtis hominis,& inuios.

5 Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo,igni ſubuerſa eſt.

6 Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.

7 Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. B

8 Non calcauerunt eam filii inſtitorum,nec pertranſiuit per eam leæna.

9 Ad ſilicem extendit manum ſuam, 10 ſubuertit à radicibus montes.

In petris riuos excidit,&omne pretioſum vidit oculus eius.

11 Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt,& abſcondita in lucem produxit.

12 Sapiẽtia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?

13 Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.

14 Abyſſus dicit,Non eſt in me: & mare loquitur,Non eſt mecum.

15 ‖Non dabitur aurum obrizum pro ea,nec appendetur argentum in commutatione eius. Sapien,7.a.9

16 Non conferetur tinctis Indiæ coloribus,nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo,vel ſapphiro:

17 Non adæquabitur ei aurum vel vitrum,nec commutabũtur pro ea, vaſa auri.

18 Excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis.

19 Non adæquabitur ei topazius de AEthiopia,nec tincturæ mundiſſimæ componetur.

20 Vnde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ?

21 Abſcõdita eſt ab oculis omnium viuentium,volucres quoque cæli latet. D

22 Perditio & mors dixerũt,Auribus noſtris audiuimus famam eius.

23 Deus intelligit viam eius , & ipſe nouit locum illius.

24 Ipſe enim fines mũdi intuetur: & omnia quæ ſub cælo ſunt reſpicit.

5 Ex qua egreditur panis,&c. ממנה יצא לחם וגו' Fut.Heb.pro præſ.i.eſt regio aliqua fertilis ac ferax: & poſtea quod illi ſubeſt,ariditate exuritur, & ita terra ipſa redditur infœcunda. 6 Lapides eius, אבניה ſub.loci.Conciſa oratio,in qua antecedens deeſt,pro,Eſt regio aliqua cuius lapides ſunt locus ſapphiri.i.in cuius lapidibus inueniuntur ſapphiri. Et pulueres auri *ſunt* ei. ועפרות זהב לו: Conciſa item oratio,pro,eſt item terra alia cuius puluis eſt merum aurum.vel,vbi aurum eſt inſtar pulueris.

7 Semitam non cog.illi auis, נתיב לא־ידעו עיט Præterita Heb.pro præſ.i.Poſtea auis non cognoſcit ſemitam, qua eatur ad eam regionem.hoc eſt,ſit inhabitabilis etiam ipſis auibus. Vulturis. איה: Alii volunt eſſe picam.vulturem vertit noſter interpres,Leuit.11.c.14.Nõ aſpicit eam regionẽ oculus vulturis.i.ſed ne alonge quidem aſpicitur ab ipſis volucribus,tam varia eſt huius ſeculi mutatio.

8 Non calcãt eam fil.ſuperbiæ, לא־הדריכוהו בני־שחץ Præt.Heb.pro præſ.Filios ſuperbiæ vocat feras truces ac immanes.Non vagabuntur per eam feræ truces,locorũ deſertorum alioqui incolæ:ſed ne leo quidem per eam tranſibit. 9 Miſit manum ſ. שלח ידו Vel per præſens,mittit manum ſuã.i.cõminuit rupes duriſſimas,ac funditus euertit mõtes. 10 E ſilicibus בצורות In rupibus.i.Quum vult, exũdare facit totã regionem,ita vt aquis ſubuertatur. Et *tamẽ* omne pretioſum,&c.וכל־יקר וגו' quũ *tamen* omnem pretioſitatem videret oculus eius.ſub.hominis.i.quũ tamẽ quicquid pretioſum eſt,antea cerneretur in ea regione. 11 A ſtillatione flu.coer. מבכי נהרות חבש ſub.rupes. Ad verbũ,A fletu fluminũ ligauit.i.reprimere ſolet,& quaſi faſciis adiectis cohibere rupes,ne effundant flumina.q.d.Siſtit flumina illa quæ erumpebant,vt ſiccam reddat regionem. Et abſconditum,&c.ותעלומה וגו' & abſconſionem educit in lucem.i atque ita quod prius abſconditum erat,ſiue latebat ſub aquis,ponit ob oculos.hoc eſt regionem illam totam prius aquis obrutam, reddit omniũ oculis ſubiectam. 12 Vndenam inuenitur? מאין תמצא .i.qua ratione contingit homini? Vide infrà verſu 20.

13 Non nouit homo pretium e. לא־ידע אנוש ערכה Nemo nouit æſtimationem eius. Viuentium. החיים: .i.in qua habitant viuẽtes:ſed ſolo Domino infundente per Spiritum ſuũ ſuſcipitur. 15 Nec ponderabitur,&c. ולא ישקל וגו' nec appendetur argentũ *ut ſit* pretium eius.i.Non cõparatur vllo auro:argentũ appenſum in ſtatera non erit pretiũ eius.q.d.Tanta eſt ipſa ſapiẽtia vt nullo pretio æſtimari poſſit. 16 Non æſtimabitur auro Ophir, לא תסולה בכתם אופיר Vel per præſens, Non æſtimatur auro Ophir.i.aduectoex Ophir regione Indiæ.q.d.Nullo auro quantumuis puro,nec vllis gemmis aut lapillis quantumlibet pretioſis æſtimari poteſt.

17 Non æquabit eã לא־יערכנה Nõ æquabit illam.i. pretiũ,ſiue valorem illius. Alii,Nõ æquabitur illi.i.non poteſt conferri illi vllũ aurum. Et adamas, וזכוכית aut cryſtallus.Alii beryllum vertunt. Nec permutatio,&c, ותמורתה וגו'.i.nec cum ea permutabitur vas cõfectum ex auro puriſſimo. 18 Et gabiש וגביש Lapis eſt pretioſus. Doctus inter Hebræos vnionem eſſe dicit, aut genus veſtis miniſterialis.Sericum alii eſſe exiſtimant.Alii pro eo vertunt,lapis pretioſus. Non cõmemorabitur: לא יזכר Sing.pro plur.non memorãtur.i.ſi conferantur cum illa,negliguntur. Et pretioſior eſt,&c. ומשך וגו' Ita doctus inter Hebræos,vt vertit noſter interpres. Alii,attractio[.i.acquiſitio]ſapientiæ *multo pretioſior eſt* margaritis. ſic etiã Chaldæus paraph. 19 Non æquabit eã ſmaragdus לא־יערכנה פטדת Non æquabit eam topazius qui ex AEthiopia affertur.i.non aſſequetur valorem eius.Alii,Non æquabitur ei.i.ei comparari non poteſt.

20 Vndenam igitur ſapientia והחכמה מאין Sic ſuprà verſu 12,At ſapientia ipſa vndenam inuenitur?

21 Quum abſcõdita ſit,&c.ונעלמה וגו' Ad verbum,Et abſcondita eſt,&c.i.Quum nuſquam reperiatur apud vllum viuentẽ,etiam vbi multa pretioſiſſima reperiuntur:quin & auibus aeris occultata eſt.

22 Perditio & mors,&c. אבדון ומות וגו' .i.Homo ipſe propter peccata primi parentis morti obnoxius,dixit, Auribus,&c.id eſt relucet tamen & conſpicua eſt ſapientia in homine qui natura eſt filius iræ & perditionis.

23 Intelligit,&c. הבין וגו Præterita Heb.pro præſ.id eſt naturam ac ſortem eius.hoc eſt,Deus eſt author ſapientiæ,& nouit vbi habitet & reperiatur. 24 Sub toto cælo videt: תחת־כל־השמים יראה: .i.quicquid eſt ſub cælo,intuetur ac contemplatur. q. d. ex ipſius nutu ac præcepto omnia mouentur,agunt,& viuunt.

	Qui fecit ventis pōdus,& aquas appendit in menſura.	25	″Vt faciat vento pondus,& aquas″appendat in menſura.
	Quando ponebat pluuiis legem,& viam procellis ſonantibus:	26	Dũ faceret ipſe pluuiæ″ſtatutũ, & viã coruſcationi tonitruorũ:
	Tunc vidit illã,& enarrauit, & præparauit,& inueſtigauit.	27	″Tunc vidit illam,″& ſcripſit illam,præparauit illam, ″& etiã inquiſiuit illam.
	Et dixit homini, Ecce timor Domini,ipſa eſt ſapientia:& recedere à malo,intelligentia. Cap.XXIX.	28	″Et dixit homini , En timor Domini″eſt ſapientia,& recedere à malo intelligentia. Cap.XXIX.
	ADdidit quoque Iob,aſſumẽs parabolam ſuam,& dixit,	1	ET″addidit אליוב aſſumere parabolam ſuam,ac dixit,
	Quis mihi tribuat vt ſim iuxta mẽſes priſtinos ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me:	2	″Vtinam eſſem iuxta menſes priores,iuxta dies quibus Deus ſeruabat me:
	Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumẽ eius ambulabam in tenebris:	3	″Dum ſplendere faciebat lucernam ſuam ſuper caput meum,& ad lumen eius ambulam″*in* tenebris:
	Sicut fui in diebus adoleſcẽtiæ meę quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo:	4	Sicut eram in diebus adoleſcentiæ meæ,″dum *eſſet* ſocietas Dei ſuper tabernaculum meum:
	Quando erat Omnipotens mecũ, & in circuitu meo pueri mei:	5	Dũ adhuc *eſſet* Omnipotẽs mecum,″in circuitu meo pueri mei:
	Quando lauabam pedes meos butyro,& petra fundebat mihi riuos olei:	6	Quando lauabam vias meas butyro,″& è petra fundebantur mihi riuuli olei:
B	Quãdo procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabãt cathedrã mihi:	7	Quando egrediebar *per* portam″iuxta vrbem,in platea parare faciebam cathedram meam:
	Videbant me iuuenes, & abſcondebantur,& ſenes aſſurgentes ſtabant.	8	Videbant me iuuenes,& abſcondebant ſe,& decrepiti aſſurgebant,& ſtabant.
	Principes ceſſabant loqui,& digitũ ſuperponebant ori ſuo.	9	Principes″tardi erant in ſermonibus,& manũ ponebãt ori ſuo.
	Vocem ſuam cohibebant duces,& lingua eorum gutturi ſuo adhærebat.	10	″Vox ducum ſupprimebatur ,″& lingua eorum palato eorum adhærebat.
	Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi:	11	″Quum auris audiebat,& beabat me:oculus quoque videbat,& teſtimonium reddebat mihi:
	Eò quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor.	12	Quia liberabam pauperem vociferãtem,& pupillum,″& *eum* cui non *erat* adiutor.
C	Benedictio perituri ſuper me veniebat,& cor viduæ conſolatus ſum.	13	Benedictio pereũtis ſup me″veniebat,& cor viduæ″exhilarabã.
	Iuſtitia indutus ſum , & veſtiui me ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo.	14	″Iuſtitiam induebam,& induebat me″tanquam pallium,& cidaris iudicium meum.
	Oculus fui cæco,& pes claudo.	15	″Oculi eram cæco,& pedes claudo eram.
	Pater erã pauperũ, & cauſam quã neſciebã, diligentiſſimè inueſtigabã.	16	″Pater erã pauperibus,″& cauſam *quam* non nouerã,inueſtigabã.

Sapientia. Intelligentia.

Iob vitæ ſuæ anteactæ fœlicitatẽ & pia geſta receẽſet:tacitè amicos calumniæ arguens, qui dicebant illum meritò pati quæ patiebatur.

Officium boni principis.

25 Vt faciat vento pondus,&c. לַעֲשׂוֹת לָרוּחַ מִשְׁקָל וגו׳ .i.Vt faciat aerem ſeruare ſuam proportionem, & ordinet aquæ ſuam menſurã. q.d. Vt author ſit concordiæ elementorum:quæ hîc per vẽtum,ſiue aerem,& aquam ſynecdochicω̃s cõprehendit. Appendat תכן paret.
26 Statutum, חוק .i.Dum præſcriberet pluuiæ leges,vt ſcilicet illa certo tempore & certa portione deflueret:& viam fulguri,ſiue coruſcationi quæ fieri ſolet tempore tonitrui. 27 Tunc אז id eſt à creationis exordio contemplatus eſt omnium conditor Deus illam ſapientiam,hoc eſt appendit vſum & finem omnium quæ decreta erant à ſapientia ſua. Et ſcripſit illam, ויספרה ·i.voluit eam perpetuò obſeruari in rebus illis. Et etiam inquiſiuit illam. וגם חקרה: Quidam per præſens vertunt,& etiam inquirit illam.i.hanc quoque ſtudioſiſſimè obſeruat.q.d.omnia facit in ſapientia. 28 Et dixit ויאמר id eſt viſus eſt dicere. Eſt ſapientia, היא חכמה hoc eſt via qua itur ad ſapientiam.

IN CAPVT XXIX.

1 Et addidit,&c.׳ויסף וגו Idem verſus cũ primo verſu viceſimi ſeptimi capitis. 2 Vtinã eſſem iuxta mẽſes pr. מי יתנני כירחי קדם Ad verbum,Quis ponat me ſicut menſibus prioritatis? .i.tẽpore priſco.q.d. Vtinam ponat me in eo rerũ ſtatu in quo eram prius,ſiue olim.
3 Dum ſplendere faciebat lucernã ſuam כהלו נרו Dum luceret lucerna eius.i.dum ipſe ſummo fauore proſequeretur me. *In* tenebris. :חשך *per* tenebras.i.afflictiones.hoc eſt,& quando propitium Deum ſentiebam in cunctis huius vitæ incommodis.
4 Dum *eſſet* ſocietas,&c. ׳בסוד אלוה וגו .i.dum habitabat Deus per gratiam & fauorem in tentorio meo.q.d.dum familiarem ſentiebam mihi fauorem Dei,Deo me & familiam meam protegente.Multis verbis fauorem Dei deſcribit.׳
5 In circuitu meo pueri mei: :סביבותי נערי id eſt dum tam clara me familia ſtiparet. 6 Et è petra fundebãtur m. וצור יצוק עמדי Ad verbũ,& petra fuſa mecum *in* riuos olei.i.quando tanta mihi erat olei copia acſi fuiſſet petra in oleũ fuſa.q.d.dum ingens copia omnium bonorum erat mihi.Elegantiſſima hyperbole. 7 Iuxta vrbem, עלי קרת ad locum conſeſſus ac iudicii ſcilicet.vel,deambulaturus.
9 Tardi erant in ſermon. עצרו במלים cohibebant ſermones.ſub.inceptos.
10 Vox ducum ſupprimebatur,קול נגידים נחבאו Vox primorum[procerũ]ſupprimebatur.i.Proceres vocem cõtinebant à loquutione. Ad verbum,Vox ducum abſcondebantur.q.d. Proceres vnà cum voce ſua abſcondebantur.i.proceres ſilentes proripiebant ſeſe.tam admirabilis eram illis. Et lingua eorum,&c. ׳ולשונם וגו.i.ne hiſcere quidem audebant me præſente,tanta erat mei reuerentia.
11 Quum auris audiebat,&c. ׳כי אזן שמעה וגו Nam auris audiebat,& beabat me,&c.Vel,Nam auris quæ audiebat,beabat me:& oculus qui videbat,teſtimonium reddebat mihi.i.Qui audiebant quæ dicebam, beatum me prædicabant: & qui videbant quæ faciebam,teſtimonium reddebant integritatis vitæ meæ.q.d.Publica omnium fama & laude commendabar.
12 Et *eum* cui non *erat* adiutor. :ולא עוזר לו Referri poteſt ad pupillũ auxilio prorſus deſtitutũ.De hac iuſtitia Iob habes ſuprà cap.4.a.3.
13 Veniebat, תבא Fut.Heb.i.Commendabar ab iis qui alioqui periiſſent,niſi ſuccurriſſem illis. Exhilarabam.:ארנן id eſt geſtire faciebam,ac præ gaudio canere,quum illi opem tuliſſem. 14 Iuſtitiam ind.&c. ׳צדק לבשתי וגו.i.Nullo tempore recedebat à me iuſtitia mea. Tanquam pallium,&c. ׳כמעיל וגו ſub.erat mihi.q.d.Iuris & æquitatis quæ virum principem ornant,ſtudioſiſſimus eram.
15 Oculi eram,&c. ׳עינים הייתי וגו.i.Vice oculorũ & vice pedũ.q.d.Doctor fui eorum qui ſcitu neceſſaria ignorabant, dúxque illorum qui à recta via aberrabant. 16 Pater eram pauperibus,אב אנוכי לאביונים Pater erã egenis.i.pietatis viſcera ſemper egentibus exhibui. Et cauſam,&c.׳וריב וגו & litem [cõtrouerſiam]*quam* non noueram,diſquirebam.i.controuerſiam quam non ſatis perſpectam habebam, diſcutiebam.hoc eſt,diligenter quid in cauſis liquidum eſſet,perſcrutabar,vt eas ſinceriter definirem.

'Et cōterebā molares iniqui,&è dentibus eius excutiebā prædā. 17

Dicebam itaque,In nido meo moriar,'& tāquam arenam multiplicabo dies. 18

'Radix *enim* mea aperta eſt iuxta aquas,&ros'pernoctat in ramis meis. 19

Gloria mea'innouatur apud me , & arcus meus in manu mea 'roboratur. 20

Mihi obediebāt,'& expectabāt *me*,'& ſilebant ad' conſiliū meū. 21

'Poſt verbū meū nō iterabāt:ſed ſuper illos ſtillabat ſermo me⁹. 22

'Et expectabāt me ſicut pluuiam,'& os ſuum aperiebant *tanquam* ad imbrem ſerotinum. 23

'Ridebā ad eos,*&* nō credebāt,ac lucē vultus mei nō deiiciebāt. 24

"Deligebam viam eorum,& ſedebā in capite,'& habitabam ſicut Rex in ipſo exercitu , quemadmodum is qui'lugentes conſolatur. 25

Cap. XXX.

Quāto contēptu ab hominib⁹, & quanta maledictione à Domino tractetur, deſcribit Iob.

NVnc autem derident me minores me diebus,quorum ſpreuiſſem patres"ponere cum canibus gregis mei. 1

Etiam potētia manuum illorum 'ad quid mihi?ſuper ipſos periit"ſenium. 2

Propter penuriam & propter eſuriem "ſolitarii *erant*,"qui fugiebant in ſolitudinem,locum tenebroſum,deſolatum,ac deſertū. 3

Qui decerpebant'malúanh iuxta arbuſta,'& radicem iuniperorum ad calefaciendum ſe. 4

E medio *urbium* expellebantur:*nam* vociferabantur contra eos tāquam *contra* furem, 5

Vt habitarent in fiſſura torrentiū,*&* *in* cauernis terræ,'& petris. 6

'Inter arbuſta rugiebant,ſub 'carduo congregabantur. 7

Filii *viri*"ſtulti, etiam "filii abſq; nomine,*qui*"humiliati ſunt plus quàm terra ipſa. 8

"Nunc autem canticum eorū ſum,&factus ſum eis in ſermonē. 9

Abominātur me,"elongant ſeſe à me,etiam à facie mea'nō prohibent ſputum. 10

17 Cōterebam molas iniqui,&de dētibus illius auferebam prædam.

18 Dicebámque, In nidulo meo moriar,&ſicut palma multiplicabo dies.

19 Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.

20 Gloria mea ſēper innouabitur,&arcus meus in manu mea inſtaurabitur. D

21 Qui me audiebant,expectabant ſētentiam,& intenti tacebant ad conſilium meum.

22 Verbis meis addere nihil audebāt, & ſuper illos ſtillabat eloquiū meū.

23 Expectabāt me ſicut pluuiam,& os ſuū aperiebāt quaſi ad ībrē ſerotinū.

24 Si quando ridebam ad eos, nō credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.

25 Si voluiſſem ire ad eos,ſedebam primus:qúmque ſederem quaſi Rex circunſtante exercitu,eram tamen mœrentium conſolator.

Cap. XXX.

1 NVnc autem derident me iuniores tempore, quorū non dignabar partes ponere cum canibus gregis mei:

2 Quorum virtus manuū mihi erat pro nihilo,&vita ipſa putabantur indigni.

3 Egeſtate & fame ſteriles,qui rodebant in ſolitudine,ſquallētes calamitate & miſeria,

4 Et mandebant herbas, & arborū cortices , & radix iuniperorum erat cibus eorum:

5 Qui de conuallibus iſta rapientes, quū ſingula reperiſſent, ad ea cū clamore currebant.

6 In deſertis habitabant torrentiū,& in cauernis terræ,vel ſuper glaream.

7 Qui inter huiuſcemodi lætabātur, & eſſe ſub ſētibus delicias cōputabāt. B

8 Filii ſtultorū & ignobiliū, in terra penitus non parentes.

9 Nunc in eorum canticum verſus ſum,&factus ſum eis in prouerbium.

10 Abominantur me, & longè fugiūt à me, & faciem meam conſpuere nō verentur.

17 Et conterebam ואשברה Tunc confringebam 18 Et tanquam arenam וכחול Antiqui Hebræi,& cum illis vir ille magni nominis etiam nunc apud illos,exponunt,& ſicut phœnix quæ auis eſt longiſſimæ vitæ.Senſus eſt,Dicebam apud me,cū nido meo,id eſt in medio liberorum meorum,hoc eſt liberis meis ſuperſtitibus,expirabo, ſiue moriar citò,ac citra moleſtiam longæ ægritudinis, poſteaquam vixero tot annos quot ſunt arenæ maris,hoc eſt longiſſimè.

19 Radix mea aperta eſt שרשי פתוח Radix *enim* mea expoſita eſt.patet aquis.i.irrigatur aquis,in ſolo humenti.q.d. Benedictionē Domini experior in omnibus,& proſperitatem affatim adeſſe ſentio. Pernoctat in ramis meis. ילין בקצירי: Fut.Heb.pro præſ.& ſing.pro plur.in ramis meis.i.aſſiduè humectat fructum meum.q.d.etiam liberi mei fauore cæleſti fœliciſſimè habent.

20 Innouatur חדש ſub.quotidie.i.ſubinde maior fit. Ad verbū noua.ſub.fit vel eſt. Roboratur. תחליף: Fut.Heb.pro præſ.i.robur meum in me quotidie redditur maius. 21 Et expectabant,ויחלו .i.pendebant à me,ſiue à conſilio meo. Et ſilebant ad conſ.m. וידמו למו עצתי: .i. tacendo acquieſcebant conſilio meo. 22 Poſt verbum,&c. אחרי דברי וגו' q.d.Me audito nullum habebant verbum:ſed inter illos ſpargebatur ſermo meus.ſermonem meum omnes veluti oraculum excipiebant.

23 Et expectabant me ſicut pluuiā, ויחלו כמטר לי Ad verbū,Et expectabant ſicut pluuiā mihi.i.tanto deſiderio expectabant verbū meū quanto expectatur pluuia in Autumno irrigandæ ſementi neceſſaria:& aperto ore inhiabant conſilium meum, ſicut humus pluuiam, quæ cadere ſolet verno tēpore ad frugū maturitatem. 24 Ridebam ad eos,אשחק אליהם Iocabar apud eos.Senſus huius verſus eſt,Siquādo aliquid ioco dicebam,putabant me ſeriò loqui:& lumen vultus mei,id eſt authoritatem meam, non deiiciebant. hoc eſt nihilominus me reuerebantur. 25 Deligebam,&c. אבחר וגו'.i.Siquando me adiungebā illis,obtinebam primū locum.Vel,Præſcribebam illis quæ facere debebant. Et habitabam,&c. ואשכון כמלך וגו' .i.Nō aliter ab ipſis cinctus eram,quàm Rex à ſuis militibus. Lugentes אבלים qui ſcilicet pendere ſolent ab ore conſolatoris.

IN CAPVT XXX.

1 Ponere cū canibus gregis mei. לשית עם־כלבי צאני: .i.præficere canibus qui cuſtodiebāt gregē meū. 2 Ad quid mihi? למה לי ſub. fuiſſet vtilis.Vel quid erat,collata cum potentia mea? Senium. כלח: .i.miſeriores fuerunt quàm vt ſenectutem attingere potuerint præ fame & egeſtate. Alii legunt,ſuper ipſos periit tempus.i.in vanum contriuere ætatem ſuam.hoc eſt vixerunt inutiles.

3 Solitarii *erant*, גלמוד Ad verbū,ſolitudo.viuebant ſolitarii.q.d.quilibet eorum erat ſolitarius. Alii,*mera* ſolitudo. Qui fugiebāt, &c. הערקים וגו' ſub. *&* *illi erant* qui fugiebant ad ſiccitatem(i ad locum arentem ac ſiticuloſum)tenebras,deſolationem ac vaſtitatem.i.& vaſtas ſolitudines. 4 Maluanh מלוח herba erat vilis,contempta & amara. Et radicem iunip.&c.: ושרש רתמים לחמם A radice חמם caluit,tranſtulit noſter interpres,vt ל ſit ſeruile. Alii à לחם comedit, vt poſtremum ם ſit affixum pronomen, vertunt, & radix iuniperorum *erat* cibus eorum.q.d.vtebantur cibo abiectiſſimo. 6 Et petris. וכפים & petrarum,ſiue rupium.

7 Inter arbuſta ru. בין שיחים ינהקו inter arbores vociferabātur.vel,clamabāt.præ frigore ſcilicet. Carduo cōg. חרול יספחו: Sing.pro plur.& fut.per præt.imperf.reddendū,ſub carduis[alii,ſpinis]cōgregabantur. Alii,pungebātur.quò ſcilicet ſe proripiebāt vt fugerent iniuriā frigoris. 8 Stulti, נבל Sing.pro plur.ſtultorū. Filii abſque nomine, בני בלי־שם .i.filii hominū fama carentium,hoc eſt obſcurorum & ignobilium,ideo ignobiles. Humiliati ſunt,&c. נכאו וגו' .i.qui terra ipſa quæ ab hominibus calcatur,abiectiores ſunt.

9 Nunc a.canticum eorū ſum,&c. ועתה נגינתם הייתי וגו'.i.De me nunc ridiculè cancitant,ac de me fabulantur tanquam de re abiecta.

10 Elongant ſeſe à me, רחקו מני Præterita Heb.pro præſ.procul ſtant à me. Non prohibent לא־חשכו non remouerunt vel auerterunt.i.vultum meum ſputo conſpurcare non continent in ſignum ludibrii.

Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frænũ poſuit in os meũ.

11 Quia funem meumʹſoluit,ʹ& afflixit me: & frænum à facie mea ʹproiecerunt.

Ad dexteram orientis calamitatis meæ illico ſurrexerũt: pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus, ſemitis ſuis.

12 In dextramʹiuuentus inſurgunt, pedes meosʹimpellunt,ʹ& calcando terunt ſuper me ſemitas contritionis ſuæ.

Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi: & præualuerunt, & nõ fuit qui ferret auxilium.

13 ʹDiruerunt ſemitam meam,ʹex contritione mea profecerunt, ʹquibus non erat adiutor.

C Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt.

14 ʹTanquam per fracturam latam venerũt,ʹſub calamitate deuoluerunt ſe.

Redactus ſum in nihilum, abſtulit quaſi ventus deſiderium meum: & velut nubes pertranſiit ſalus mea.

15 Conuerſi ſunt ſuper me terrores,ʹperſequuti ſũt ſicut vẽtus ſpõtaneam animam meam,ʹ& ſicut nubes quæ tranſit, ſalutem meã.

Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.

16 Nunc itaque ʹin me effuſa eſt anima mea, ʹapprehenderunt me dies afflictionis.

Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedũt, nõ dormiũt.

17 Nocteʹperforat oſſa mea ſuper me,ʹ& pulſus mei non conquieuerunt.

In multitudine eorum cõſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.

18 Præ multitudine roborisʹmutatum eſt veſtimentum meum,ʹſicut ora tunicæ meæ cingit me.

Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.

19 ʹProiecit me in lutum, & aſſimilatus ſum pulueri & cineri.

Clamo ad te, & nõ exaudis me: ſto, & non reſpicis me.

20 ʹClamaui ad te, & nõ exaudiſti me:ʹſteti, & nõ conſideraſti me.

Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.

21 ʹVertiſti te in crudelem mihi: & ʹrobore manus tuæ odio habuiſti me.

Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens, eliſiſti me validè.

22 ʹEleuaſti me ad ventum cui impoſuiſti me,ʹ& eliquaſti mihi ſapientiam.

D Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti.

23 Noui enim *quòd ad* mortem reuerti facies me, & *ad* domum ʹcõgregationis omnis viuentis.

Mors, domus c
mnium.

Veruntamen non ad conſumptionem meam emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.

24 Profectò ʹnon in tumulum *Deus* mittet manum, *etiam* ſi in contritione illius *fuerit* eis clamor.

Flebã quondã ſuper eo qui afflictus erat, & cõpatiebatur aĩa mea pauperi.

25 ″Annon fleui durũ die, cõtriſtata eſt anima mea ſuper egenum?

Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.

26 Quando *autem* bonum expectaui, tũc venit malum:″& *quando* præſtolatus ſum lucem, venit caligo.

11 Soluit, פתח ſub. Deus. i. vinculum timoris mei, quo illi reuerebantur me, diſſoluit, ſiue abſtulit ex animis illorum. Et afflixit me: ויענני ſub. quilibet illorum. vel, Quia funem ſuum ſoluit Deus, & afflixit me. i. quaſi ſoluto neruo ſagittas ſuas contra me emiſit, vt ictibus afflictionũ transfoderet me. Proiecerunt. שלחו: excuſſerunt. ſub. à ſeſe. i. & ita frænum ipſius timoris mei quo cohibebantur & continebantur in officio, excuſſerunt à ſe. 12 Iuuentus inſurgunt, פרחח יקומו Fut. Heb. pro præſ. vel præt. adoleſcentia inſurrexerunt. i. in me adoleſcentes florentes ætate inſurgunt. Sunt (inquit doctus inter Hebræos) qui exiſtimãt nomen eſſe cõpoſitum, acſi dicat פרח חוח flos ſpinæ, per quẽ indicat filios hominũ leues atque contẽptibiles, qui aſſimilantur flori ſpinæ. Impellunt, שלחו ſub. vt me deturbent in terrã. Præt. Heb. pro præſ. Et calcando terunt, &c. ויסולו עלי וגו׳ .i. ſuper me reddunt vias tritas frequenti calcatione confractionũ ſuarum: hoc eſt aſſiduis confractionibus me conficere ſtudent. 13 Diruerunt ſemitam meam, נתסו נתיבתי Subuertunt ſemitam meã. id eſt Studia mea inuertunt: hoc eſt, Atque ita nullo tempore reddor voti mei compos. Ex contritione mea profec. להותי יועילו ex deſtructione mea fructum capiunt. i. læti ſunt ad contritionẽ meam, perinde acſi nacti fuiſſent magnam vtilitatem. Alii, deſtructionem meam [calamitatem. damnum] adiuuant. i. me cadentem impellunt. Quibus nõ erat ad. לא עוזר למו: .i. qui antea omni ope & auxilio deſtituti erant. 14 Tanquam per fracturam, &c. כפרץ רחב יאתיו Tanquam per rupturam amplam veniunt ad me. id eſt Magno impetu vt ingens flumen ruptis aggeribus, inuadunt me. Sub calamitate, &c. תחת שאה התגלגלו ſub calamitate aduoluuntur, ſiue deuoluuntur. ſub. ad me. i. prætextu calamitatis meæ. ſiue, quum vident me obrutum calamitate, violenter me adoriuntur.

15 Perſequuti ſunt, &c. תרדוף כרוח נדיבתי Ad verbum, perſequetur inſtar venti ſpontaneam meam. vel principem meam. vltroneam meam. i. animam meam nobilem & inclytam. Perſequitur, ſub. quilibet terrorum. Et ſicut nubes, &c. וכעב עברה ישועתי: Subaudi præcedens verbum, Perſequitur inquã ſicut nubes quæ præterit, ſalutem meam. hoc eſt animam meam à qua pendet ſalus mea. q. d. quàm celerrimè perſequuntur me terrores ipſi. 16 In me effuſa eſt anima m. עלי תשתפך נפשי Id eſt vita mea. q. d. ſum penè exanimatus.

Apprehenderunt me יאחזוני arripuerunt me. i. duriſſimè vrgent me tempora calamitoſa in quæ nunc perueni.

17 Perforat נקר Præt. Heb. pro præſ. ſub. dolor. q. d. Noctu quoque ſentio grauiſſimum dolorem. Grauitatem morbi ſui deſcribit.

Et pulſus mei ועורקי & arteriæ meæ. i. nec pulſus meus redditur minor tempore nocturno.

18 Mutatum eſt יתחפש Fut. Heb. pro præt. præ copia roboris morbi. præ ingenti vi morbi, veſtimentum meum ſanie infectum eſt.

Sicut ora כפי ſicut os. i. ſuperior pars tunicæ meæ. hoc eſt me vndique accingens, aſſiduè cruciat morbus ipſe.

19 Proiecit me הורני Deturbauit me. Deiecit me. i. Grauiſſimè oppreſſit me dolor ille, & ſimilis factus ſum mortuo.

20 Clamaui אשוע Clamabam, &c. Vel per præſens, Vocifero, aut Clamo, & non exaudis. Steti, עמדתי ſto. ſilendo ſcilicet. vel, cõticui, & nihil me curas. 21 Vertiſti te תהפך Conuerſus es. Robore manus tuæ, &c. בעוצם ידך תשטמני: .i. pro viribus, quaſi me odiſſes. percuſſiſti me. Fut. Heb. pro præt. 22 Eleuaſti me, &c. תשאני וגו׳ Ad verbũ, Tolles me, ſuper ventum impoſuiſti me. .i. me ſublatum ac vento expoſitum, celerrimè aliò tranſtuliſti. Et eliquaſti mihi ſap. ותמוגגני תושיה: Fut. Heb. pro præt. & liqueſeciſti mihi rectitudinem. vel diſſoluiſti. i. abſtuliſti à me rectam viuendi rationem. q. d. ita me afflixiſti, quaſi nunquam permanſiſſem in officio.

23 Congregationis omnis viu. מועד לכל חי: conſtitutionis [.i. conſtitutã] omni viuenti. q. d. Facilè coniicio te propediẽ morti me traditurũ, ac in ſepulchrum communem omnibus viuentibus. 24 Non in tumulũ, &c. לא בעי ישלח יד וגו׳ .i. Deus non porrigit manus in ſepulchrum vt reſtituat hominem in vitam ante reſurrectionem nouiſſimam: quanuis in contritione, ſiue confractione eius. i. tẽpore calamitatis immiſſæ ab eo, ſit illis omnibus clamor. hoc eſt, quanuis clamare ſoleant homines oppreſſi. Vult dicere. Conſtituta eſt cuique hominum periodus vitæ, quam nulla prece vel clamore poſſit auertere. Alii hoc ordine vertunt, Profectò *tunc* precatio nõ porriget manũ. i. non adiuuabit, &c. 25 Annon fleui, &c. אם לא בכיתי וגו׳ Nónne deploraui difficilem die, *nónne inquam* indoluit anima mea propter egenum? Durum, ſiue difficilem die vocat infœlicem hominem. q. d. grauatum ærumnis huius calamitoſæ vitæ.

26 Et *quando* præſtolatus ſum, &c. ואיחלה לאור Idem repetit, ſed parabolicè. quum proſperitatem expectarem à Deo, venit aduerſitas.

Viſcera mea efferbuerunt, neque conticuerunt: præuenerunt 27
me dies afflictionis.
′Ater ãbulaui,″nõ ob ſolẽ: ſurrexi in cõgregatione, & clamaui. 28
′Frater fui draconum, & ſocius filiabus ſtruthionis. 29
Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & os meum incaluit præ 30
ſiccitate.
Proinde verſa eſt in luctum′cithara mea, & organum meum in 31
vocem flentium.

Cap. XXXI.

Iob recẽſet vitæ ſuæ innocentiã.

FOEdus pepigi cum oculis meis: nã cur cogitaſſem′de virgine? 1
″Quæ enim portio Dei deſuper, & *quæ* hæreditas Omnipotẽ- 2
tis de excelſis?
Nónne confractio mea″iniquo,′& inſuetum quid operantibus 3
iniquitatem?
Nõne ipſe videt′vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat? 4
Si ambulaui″cum mendacio,″& feſtinauit ad dolum pes meus: 5
Appendat me in ſtatera ′iuſtitiæ, & agnoſcet Deus perfectio- 6
nem meam.
Si declinauit greſſus meꝰ à via,′& *ſi* poſt oculos meos abiit cor 7
meum, & manibus meis adhæſit′quicquam:
Seram, & alius comedat,″& germina mea eradicentur. 8
″Si ſeductum fuit cor meum ſuper muliere, & iuxta oſtium′a- 9
mici mei inſidiatus ſum:
′Molat alteri vxor mea,′& ſuper eam incuruent ſeſe alii. 10
Quoniam *id* eſt ſcelus, & iniquitas′iudicata. 11
Nam ignis eſt *qui* vſque ad perditionem″deuoraſſet, & omnem 12
prouentum meum eradicaſſet.
′Si contempſi iudicium ſerui mei & ancillæ meæ, quum ipſi li- 13
tigarent mecum:
Quid enim feciſſem′quum ſurrexiſſet Deus: & quũ viſitaſſet, 14
quid reſpondiſſem illi?
Nónne qui in vtero fecit me, fecit illum, & diſpoſuit nos in vul 15
ua″vnus?
Si prohibui″à voluntate pauperes, & oculos viduæ″deficere feci: 16
Et *ſi* comedi buccellã meã ſolus, & non comedit pupillus ex ea: 17
(Nam ab adoleſcentia mea″creuit mecum, tãquam apud patrẽ, 18

27 Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie: præuenerunt me dies afflictionis.

28 Mœrens incedebam ſine furore: cõſurgens, in turba clamabam.

29 Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.

30 Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate.

31 Verſa eſt in luctum cithara mea, & organũ meum in vocem flentium.

Cap. XXXI.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

2 Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis?

3 Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam?

4 Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?

5 Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus:

6 Appẽdat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam.

7 Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſequutũ eſt oculos meos cor meũ, & ſi in manibus meis adhæſit macula:

8 Serã, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.

9 Si deceptum eſt cor meũ ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum:

10 Scortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alii. B

11 Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.

12 Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicãs genimina.

13 Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me:

14 Quid enim faciam quum ſurrexerit ad iudicandum Deus? & quũ quæſierit, quid reſpondebo illi?

15 Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus?

16 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:

17 Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea:

18 (Quia ab infantia mea creuit mecũ miſeratio: & de vtero matris meæ

28 Ater קודר Subniger. præ triſtitia ſcilicet, non propter ſolem.
29 Frater fui draconum, &c. אח הייתי לתנים וגו׳ .i. Naturam draconum & ſtruthionum imitatus ſum, vocem edens lugubrem. Eſt enim & draconum & ſtruthionum vox lugubris. 31 Cithara mea, כנורי Citharam pro lætitia poſuit.

IN CAPVT XXXI.

1 Fœdus pepigi, &c. ברית כרתי לעיני .i. Mens mea, ſiue animus pactũ iniit cum, &c. i. Fuit magna concordia carni meæ cum ſpiritu meo. De virgine? על בתולה׃ ſub. corrũpenda. 2 Quæ enim portio, &c. ומה חלק וגו׳ .i. Quænam merces à Deo obueniſſet mihi, vel manet eos qui talia agunt? & quodnam præmium ab Omnipotente de excelſis manet eos qui talia deſignãt, hoc eſt, qui libidines cunctas ſequuntur abſque timore Dei? 3 Iniquo, לעול .i. iniquum decet. Confractionem vocat calamitatem. Et inſuetum quid ונכר & alienum quid. i. inſueta pœna. 4 Vias meas, &c. דרכי וכל־צעדי .i. quicquid ago & quæcunque inſtituo ac molior.
5 Cum mendacio, עם־שוא cum [in] vanitate. i. An vanitatem vnquam ſectatus ſum? Et feſtinauit ad dolum ותחש על־מרמה ſub. perpetrandum. Quidam hæc referunt ad præcedentem verſum, Videt, inquam, an ambulauerim: alii ſequenti verſui iungunt.
6 Iuſtitiæ, צדק .i. æqua & iuſta. 7 Et ſi poſt oculos, &c. ואחר עיני הלך לבי .i. ſi cor meum ſequutũ eſt concupiſcentiam oculorũ meorum: hoc eſt, ſi ego conſenſi concupiſcentiæ rerum quas videbam. Quicquam: מאום׃ macula. i. ſi manus meæ contaminatæ ſint aliquo flagitio. 9 Si ſeductum fuit cor, &c. אם־נפתה וגו׳ .i. Si turpi & inſano amore correptum ac ſeductum fuit cor meum ſuper muliere aliena. Amici mei inſidiatus ſum: רעי ארבתי׃ proximi mei inſidiatus ſum. ſub. ad decipiendam vxorem.
10 Molat תטחן .i. conficiat farinam, & ex farina panem alteri viro q.d. Eripiatur mihi vxor mea, & alteri famuletur. Et ſuper eã, &c. ועליה יכרעון אחרין׃ Rem alioqui turpẽ honeſtis verbis exprimit Sacra ſcriptura. i. coeat cum illa. Alio loco dicit, Ingrediatur ad eam.
11 Iudicata. פלילים׃ .i. de numero iniquitatum iam iudicatarum. q.d. Sine controuerſia adulterium eſt grauiſſimum peccatum, & iudicio ac mulcta dignum. Vide infrà verſu 28. 12 Deuoraſſet, תאכל Fut. Heb. quod quidam per præſens vertunt, deuorat. vt ad omnes pertineat. Et omnem prouentum, ſiue omnes fruges eradicet, ſiue radicitus extirpat. i. Talis eſt iniquitas propter quam omnia perdit qui eã committit. 13 Si contempſi iudicium אם־אמאס משפט An ſpreui [reſpui] ius vel cauſam.
14 Quũ ſurrexiſſet Deus, &c. כי־יקום אל וגו׳ Subaudienda ſunt quædam hoc modo, quũ ſurrexiſſet Deus vt iudicaret inter me & illos, & quũ viſitaſſet mores meos. 15 Vnus? אחד׃ ſub. Deus. q.d. Nónne mecũ eundem creatorem ac plaſmatorem habent ſeruus meus & ancilla mea? 16 A voluntate מחפץ .i. ab eo quod volebant, ac optabant. hoc eſt, Si denegaui quicquam pauperibus quod vellent ac optarent. Deficere feci: אכלה׃ longa ſcilicet expectatione. i. ſi non ſtatim inopibus ſuccurri ac viduis.
18 Creuit mecum, גדלני ſub. pupillus.

	egressa est mecum.)		& ab vtero matris meæ′deduxi illam.)
C	Si despexi pereuntem, eo quòd nõ habuerit indumentum,& absque operimento pauperem:	19	Si videbam′pereuntem quòd absque veste *esset*,″& *quòd* non fuerit operimentum egeno:
	Si non benedixerunt mihi latera eius,& de velleribus ouium mearũ calefactus est:	20	′Si non benedixerunt mihi lumbi eius,& de vellere ouiũ mearum calefactus est:
	Si leuaui super pupillum manum meam, etiam quũ viderem me in porta superiorem:	21	Si leuaui contra pupillum manum meam, quũ viderem′in porta auxilium meum:
	Humerus meus à iũctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.	22	Scapula mea ab humero suo cadat,& brachium meum à canna sua confringatur:
	Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.	23	Quia″pauor mihi *erat* contritio *à* Deo, ′& à celsitudine eius nõ potuissem *eripi*.
	Si putaui aurum robur meũ: & obrizo dixi, Fiducia mea:	24	Si posui aurum spem meam,& auro dixi, Fiducia mea es:
	Si lætatus sum super multis diuitiis meis,& quia plurima reperit manus mea:	25	Si lætat⁹ sum quòd multiplicatæ essent facultates meæ,& quòd ″multum inuenisset manus mea:
	Si vidi solem quũ fulgeret, & lunã incedentem claré:	26	Si″vidi solem quando splendebat,& lunam *à qua*″pretiosum abit:
	Et lætatum est in abscondito cor meum,& osculatus sum manum meã ore meo,	27	′Et seduxit sese in abscondito cor meum,″& osculata est manũ meam os meum:
	(Quæ est iniquitas maxima,& negatio contra Deum altissimum:)	28	(″Etiam hoc fuisset iniquitas iudicata, quia abnegassem Deum ′desuper:)
	Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inuenisset eum malum.	29	Si lætatus sum′in contritione osoris mei,″& gestiui quando inuenit eum malum:
D	Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius.	30	′Quum ne palatum *quidem* meum dederim ad peccandum, vt expeterem maledictionem animæ illius.
	Si nõ dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?	31	Annon dixerũt′viri tabernaculi mei,″Quis det de carne eius? nõ saturaremur.
	Foris non mansit peregrinus, ostiũ meum viatori patuit.	32	Foris *nanque* non pernoctabat peregrinus, ostia mea′viatori aperiebam.
	Si abscondi quasi homo peccatum meum,& celaui in sinu meo iniquitatem meam:	33	Si texi sicut homines *reliqui*′præuaricationes meas, vt absconderem″in abdito meo iniquitatem meam:
	Si expaui ad multitudinem nimiã, & despectio ꝓpinquorũ terruit me: & nõ magis tacui, nec egressus sũ ostiũ.	34	′Nam fregissem multitudinem magnam,″& despectio familiarum humiliabat me:& tacui, nec egressus sum de ostio.
	Quis mihi tribuat auditorẽ, vt desiderium meum audiat Omnipotẽs: & librum scribat ipse qui iudicat,	35	″Vtinam haberem audiẽtem me: ecce″signum meum *est quod* Omnipotens testificabitur pro me,& liber *quẽ*″scripsit vir litis meæ.

Scriptorẽ æternum suæ controuersiæ sibi cõtingere optat Iob.

18 Deduxi illam. : אנחנה sub. viduam. q.d. A pueritia mea paterno affectu pueros foui, & à primis annis dux fui viduarum.
19 Pereuntem אובד sub. frigore. 20 Si non benedixerunt,&c. אם־לא ברכוני חלציו Annon benedixerunt mihi latera eius? quòd
scilicet vestiuissem illa. q.d. Nónne vestiui illum, vnde postea gratias egit mihi? certe veste confecta ex vellere agnorum meorum fotus est.
21 In porta auxilium meum: : בשער עזרתי Id est in promptu homines præsto auxiliaturos mihi.
23 Pauor mihi *erat* contr. *à* Deo, פחד אלי איד אל *erat* mihi timori confractio Dei: vel calamitas Dei. i. quæ immitti solet à Deo. q.d. Quia
timebam vltionem Diuinam. Et à celsitudine,&c. : ומשאתו לא־אוכל nam propter maiestatẽ eius [vel, excellentiã] non potuissem. sub.
eripi è manibus eius. 25 Multum כביר multas. sub. facultates. id est quum ingentes diuitias adipiscerer.
26 Vidi אראה Fut. Heb. pro præt. contemplatus sum. consideraui. Pretiosum abit: : יקר חולך pretiosum [sub. lumen, quo nihil pre-
tiosius] discedit. vel discedere solet. i. à qua subinde discedit lumen solis, à quo lumen accipit. 27 Et seduxit sese,&c. ויפת בסתר לבי. Et
deceptũ fuit in secreto cor meum. i. Et adductus sum in hoc vt adorarem ipsum solem. Et osculata est,&c. : ותשק ידי לפי Hebraismus,
pro tacui apud me. Infrà cap. 39. d. 37, dicit, Manum posui ori meo. 28 Etiam hoc fuisset,&c. גם־הוא וגו׳ Addit Etiam, quòd iam suprà
versu 11, dixisset de adulterio, Est scelus,& iniquitas iudicata. Desuper. : ממעל .i. qui habitat in excelsis.
29 In contritione בפיד de calamitate. vel, incommodo ac damno. Et gestiui והתעוררתי & cõmotus sum præ gaudio. sub. & nõ po-
tius indolui quando,&c. 30 Quũ ne pal.&c. ולא־נתתי וגו׳ Ad verbũ, Et non dedi ad peccandum palatum meũ ad petendũ in male-
dictione animã eius. i. Quum ne verbo quidẽ offenderim eum, vt ei dira imprecarer. 31 Viri tabern. mei, מתי אהלי Sic vocat dome-
sticos ac familiares suos. Quis det,&c. מי־יתן וגו׳ .i. Vtinã liceret nobis vesci carne eius, ac propriis dentibus eã lacerare: nõ saturaremur
donec totus à nobis laceratus esset. Hoc dicunt quòd nimium onerarentur in tractãdis peregrinis, vt sequẽti versu apparet. acsi dicat Iob, Stu-
diosissimè suscepi aduenas & peregrinos, adeò vt præ fastidio laboris quẽ in eis tractandis facessebã famulis meis, mala mihi imprecarentur
famuli ipsi. 32 Viatori לאורח ad iter. siue iuxta iter. vt scilicet facilius declinarent peregrini in domum meam.
33 In abdito meo בחובי Chaldæus paraph. in sinu meo. i. apud me. Alii vertunt, vt absconderem iniquitatem meam propterea quòd di
ligerem illam. 34 Nam fregissem,&c. כי אערוץ וגו׳ Nam frangere poteram turbã multam. quòd scilicet pollerem viribus. Et
despectio fam.&c. ובוז משפחות יחתני Despectionẽ vocat abiectissimos quosque. Et ו pro Attamen. q.d. attamen quũ abiectissimus quisque
me ignominia aut probro afficiebat, tacebã. Alii exponũt, Quoniam inualui contra multitudinem magnã, vt etiam nihil me deterreret, cõ
temptum, hoc est seuerã correptionem inferre toti cognationi delinquenti. Alii vertunt totum versum hoc pacto, Si expaui multitudinem
magnam,& contemptus familiarũ terruit me, ita vt tacuerim, nec egressus sim ostium. q.d. Nunquã peruerti iudicium, tametsi turba multa
æquitati causæ aduersaretur, aut terrerent me quidam viles & abiecti: non tacui æquitatem causæ, nec deserta causa domi me continui, quin
potius prodii in iudicium, ac pronuntiaui quod æquum erat. Exo. 23. a. 2, præcipitur, Neque respondebis in causa, vt declines post multos ad
peruertendum. 35 Vtinã haberem,&c. מי יתן וגו׳ Ad verbũ, Quis det mihi audientẽ mei? i. causam meã. Signum meũ,&c. תוי
שדי יענני .i. indiciũ innocẽtiæ meæ est quòd Omnipotẽs reddet mihi testimoniũ de illa. Scripsit vir,&c. : כתב איש ריבי Quidã vertũt per
futurũ, scriptur⁹ est vir cõtẽtionis meæ. i. is qui aget causã meã, vt exponit ex doctiorib⁹ Hebrorũ alter. Alii, Virũ litis exponũt, aduersarios.

′Niſi ſuper humerum meũ portauero illum, ligauero illum *pro* 36
coronis mihi.
Numerum greſſuum meorum ′narrabo illi, ′*&* tanquam *ad* du- 37
cem, accedam ad illum.
′Si aduerſum me terra mea clamet, & pariter ſulci eius fleant: 38
Si ′fructum eius comedi ″abſque pecunia, aut animam domi- 39
norum eius afflixi:
′Pro tritico egrediatur ſpina, & pro hordeo lolium. ′Finita 40
ſunt verba ℵIiób.

Cap. XXXII.

Elis tacentibus cæteris arguit illos inſipientiæ.

CEſſauerunt itaque tres viri iſti reſpondere ℵIiób, quia ipſe *e-* 1
rat ′iuſtus in oculis ſuis.
′Et exarſit furor ℵElihú filii Barachℵél ′Buzitæ, de familia ′Ram, 2
in ℵIiób: exarſit inquam furor eius, eo quòd ″iuſtificaret animam
ſuam magis quàm Deum.
In tres quoque amicos eius iratus eſt furor ei⁹, ′propterea quòd 3
non ″inuenirent reſponſionem, & *tamen* condemnaſſent ℵIiób.
Porro ℵElihú ′expectauit ipſum ℵIiób in verbis, quia ſeniores e- 4
rant ipſo diebus.
Videns itaque ℵElihú quòd ′non eſſet reſponſio in ore illorum 5
trium virorum, exarſit furor eius.
′Cœpit ergo loqui ℵElihú filius Barachℵél Buzites, ac dixit, 6
′Paruus ſum diebus, vos autem decrepiti: idcirco expaui, & ti-
mui indicare opinionem meam vobis.

Docet non ætatem ſed Spiritũ Dei dare prudentiam.

Dicebam, ″Dies loquentur, & multitudo annorum notam red- 7
dent ſapientiam.
′Profectò ſpiritus eſt in homine, ′ſed inſpiratio Omnipotentis 8
″intelligere facit eos.
Non ′honorabiles ſunt ſapientes, ″nec ſenes intelligũt iudiciũ: 9
Ideo dixi, Audi me, indicabo ″ſcientiam meam etiam ego. 10
Ecce ″expectaui verba veſtra: auſcultaui ″vſque ad intelligẽtias 11
veſtras, donec inueſtigaretis ſermones.
′Vóſque conſideraui, ′& ecce nemo veſtrum eſt qui redarguat 12
ℵIiób, quin reſpondeat ſermonibus eius.
Ne fortè dicatis, ′Inuenimus ſapientiam, Deus ′propellat eum, 13
non homo.
′Nõ equidem ordinauit ℵIiób aduerſum me ſermonem: neque 14

36 Vt in humero meo portem illum, & circundẽ illum quaſi coronã mihi:

37 Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illũ, & quaſi principi offerã eũ.

38 Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent:

39 Si fructus eius comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:

40 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina. Finita ſunt verba Iob. Cap. XXXII.

1 OMiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videretur.

2 Et iratus, indignatúſque eſt Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret coram Deo.

3 Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd nõ inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantũmodo condemnaſſent Iob.

4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: eo quòd ſeniores ſe eſſent qui loquebantur.

5 Quum autem vidiſſet quòd tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer.

B

6 Reſpondénſque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſententiam.

7 Sperabã enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorũ multitudo doceret ſapientiam.

8 Sed vt video, Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotẽtis dat intelligentiam.

9 Non ſunt longæui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium.

10 Ideo dicam, Audite me, oſtendã vobis etiam ego meam ſcientiam.

11 Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudentiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus:

C

12 Et donec putabam vos aliquid dicere, conſiderabam: ſed vt video, non eſt qui poſſit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius.

13 Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapientiam, Deus proiecit eum, non homo.

14 Nihil loquutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros re-

36 Niſi ſuper humerum, &c. אם־לא על־שכמי וגו׳ q.d. Super humerum meum portabo illũ, &c. Alii, Annon ſuper humerum meũ portabo illum [ſub. librũ] *aut* colligabo illũ *in* coronas mihi? i. Geſtabo ſuper humerũ, circa caput inſtar coronæ, vt omnes videant, & legant quæ dixerunt aduerſum me. 37 Narrabo illi, אגידנו ſub. qui paratus fuerit audire me. narrabo (inquit) illi quæcunque feci. *Et* tanquam *ad* ducem, &c. כמו נגיד אקרבנו׃ *poſteaquam* tanquam *ad* ducem acceſſero ad eum. i. cum honore & reuerentia.

38 Si aduerſum me, &c. אם־עלי וגו׳ .i. Si non iure poſſideo terram quam habeo: & ſi coegi arare terram meã ſine mercede agricolarum.

39 Fructum e. כחה Ad verbum, virtutem eius. Abſque pecunia, בלי־כסף hoc eſt, non reddita mercede agricolis.

40 Pro tritico egred. ſpi. תחת חטה וגו׳ Vice tritici proueniat carduus. Sing. pro plur. Finita ſunt, &c. תמו דברי איוב׃ .i. Finẽ habet diſputatio Iob cum amicis.

IN CAPVT XXXII.

1 Iuſtus, &c. צדיק בעיניו׃ .i. ſibiipſi iuſtus videbatur: hoc eſt, pertinaciter tuebatur innocentiam ſuam.

2 Et exarſit fu. ויחר אף Excanduit autem ira. Ram רם Chaldæus paraph. habet, de cognatione Abrahã. quaſi Ram & Abrahã idẽ ſint. Iuſtificaret ani. ſ. צדקו וגו׳ .i. ſeipſum eſſe iuſtũ dicebat ſupra Deum: nam ſe iuſtum eſſe dicebat, Deum autem affligere eum citra culpã. 3 Propterea quòd, &c. על אשר לא וגו׳ .i. rationibus carerent. 4 Expectauit ipſum, &c. חכה את־איוב בדברים .i. ſuſtinuit ipſum Iob loquentẽ. q.d. Elihu hactenus tacuerat quòd iunior eſſet. Vide infrà verſu 11. 5 Nõ eſſet reſpon. אין מענה nõ eſſet ſermo .i. quòd prorſus taceret. 6 Cœpit ergo lo. ויען Ad verbũ, Et loquutus eſt. vel, reſpondit. Paruus ſũ die. צעיר אני לימים .i. Iuuenis ſum ætate. 7 Dies loquentur, &c. ימים ידברו וגו׳ Hebraiſmus. Ita cogitabã apud me, Senes diſſerent de re propoſita, & prouecti ætate notam reddent ſapientiam. q.d. Putabam ab ætate petendam eſſe ſapientiam, ſed res non ita habet, nam petenda eſt à Deo.

8 Profectò ſpiritus eſt in ho. אכן רוח־היא באנוש ſub. quouis. i. Nemo eſt qui nõ ſit particeps ſpiritus & donorum. Sed inſpir. ונשמת & Spiritus. q.d. à Deo Omnipotẽte & Spiritu eius petenda eſt ſapientia ipſa. Intelligere fa. eos. תבינם׃ ſub. homines. Fut. Heb. pro præſ.

9 Honorabiles רבים magnates. i. Non continuò fit vt qui magnates ſunt, ſint ſapientes. Nec ſenes intell. וזקנים יבינו Ad verbũ, & ſenes intelligunt. Fut. pro præſ. & negatio præcedens repetitur. i. Non ſequitur, Senes ſunt: ergo intelligunt quæ ex æquo & iuſto agenda ſunt. q.d. Sapientia ipſa neque authoritati, neque ætati alligata eſt. 10 Scientiã m. דעי .i. quod ſentio. hoc eſt, quod de te ſentio, ego declarabo. 11 Expectaui verba ve. הוחלתי לדבריכם .i. ſatis ſupérque ſuſtinui vos loquentes. Vſque ad intell. &c. עד־תבונותיכם וגו׳ .i. donec audirem quid ſentiretis: dum excogitaretis quæ loquuturi eſſetis. 12 Vóſque cõſid. ועדיכם אתבונן Ad verbum, Et vſque ad vos conſideraui. Et ecce nemo veſt. eſt והנה אין וגו׳ Ad verbũ, Et ecce non contra Iob redarguens, reſpondens verbis eius ex vobis.

13 Inuenimus ſap. מצאנו חכמה .i. Fecimus de induſtria, non adducentes validas rationes.

14 Nõ equidem, &c. ולא־ערך וגו׳ Ad verbum, Et non diſpoſuit Iob ad me ſermones, & ſecundum ſermones veſtros non reſpondebo illi.

	ſpondebo illi.		verbis veſtris reſpondebo illi.	
	Extimuerunt,nec reſponderunt vltrà,abſtulerúntque à ſe eloquia.	15	'Extimuerūt,*ideo* non reſpōderūt vltrà,remouerūt à ſe eloquia:	
	Quoniam igitur expectaui, & non ſunt loquuti: ſteterunt, nec vltrà reſponderunt:	16	Expectaui itaque:*at* quia non'loquuntur,ſed ſubſtiterunt,*&* nō "reſpondent vltrá:	
B	Reſpondebo & ego partē meam, & oſtendam ſcientiam meam.	17	Reſpondebo etiam ego partem meam, indicabo opinionem meam etiam ego.	
	Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei.	18	Plenus enim ſum"ſermonibus,coartat me"ſpiritus vteri mei.	
	En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagūculas nouas diſrumpit.	19	Ecce venter meus tanquam*uter* vini,"*qui* non eſt apertus,*&*"ſicut vtres noui rumpitur.	
	Loquar, & reſpirabo paululum: aperiam labia mea,& reſpondebo.	20	Loquar *igitur*,"& reſpiratio erit mihi:aperiā labia mea,'& loquar.	
	Non accipiam perſonā viri,& Deū homini non æquabo.	21	"Nequaquam accipiam faciem viri,& ad hominem non mutato nomine loquar.	
	Neſcio enim quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicū tollat me factor meus.	22	Non enim noui'mutato nomine alloqui;"breui comburat me factor meus,ſi mutato nomine vtar.	
	Cap. XXXIII.		Cap. XXXIII.	
	AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta.	1	ET quidē audi quæſo ℵ Iób eloquia mea, & omnia verba mea 'auſculta.	Oſtēdit Eliu in quo iob peccauerit.
	Ecce,aperui os meum,loquetur lingua mea in faucibus meis.	2	Ecce nūc"aperiā os meū, loquetur lingua mea"in palato meo.	
	Simplici corde meo ſermones mei, & ſcientiā purā labia mea loquētur.	3	"Rectitudo cordis mei *erunt* eloquia mea, "& ſcientiam puram labia mea loquentur.	
	Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculū Omnipotentis viuificauit me.	4	'Spirit⁹ Dei fecit me,& ſpiraculū Omnipotētis viuificauit me.	
	Si potes, reſponde mihi, & aduerſus faciem meam conſiſte.	5	Si poſſis,reſponde mihi,'diſpone,coram me conſiſte.	
	Ecce,& me ſicut & te fecit Deus,& de eodē luto ego quoq; formatus ſū.	6	'En ego iuxta os tuū pro Deo,è luto formatus ſum etiam ego:	
	Veruntamen miraculum meū non te terreat,& eloquium meum non ſit tibi graue.	7	Ecce'terror meus non exterrebit te,"& manus mea ſuper te nō erit grauis.	
	Dixiſti ergo in auribus meis,& vocem verborum tuorum audiui,	8	Profectò dixiſti'in auribus meis,"& vocem ſermonum audiui,	
	Mūdus ſum ego & abſque delicto: immaculatus,& non eſt iniquitas in me.	9	Mundus ego abſque præuaricatione,'innocens ſum, & non eſt iniquitas mihi.	
B	Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.	10	Ecce,'occaſiones aduerſum me inuenit,'reputat me vt inimicum ſibi.	
	Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas.	11	'Poſuit in cōpede pedes meos,obſeruat omnes ſemitas meas.	
	Hoc eſt ergo in quo non eſt iuſtificatus.reſpondebo tibi quia maior ſit Deus homine.	12	Ecce,"hac *uia* non es iuſtificatus,reſpondebo tibi: quia"maior eſt Deus homine	
	Aduerſus eum contendis, quòd nō ad omnia verba reſponderit tibi?	13	Cur aduerſum eū'cōtendiſti?'oīa enim verba ſua nō loquitur.	Cum Deo non contendendum, nec eius opera inquirēda curioſius.
	Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit.	14	Etenim"vno *modo* loquitur Deus,"aut *etiam* duobus *ei qui* non viderit illum.	

15 Extimuerunt,&c. 'חתו וגו Formidauerunt, *ideo* non loquuti ſunt vltrà.abiecerunt à ſe verba.i.conticuerunt. Contemptim eos alloquitur in tertia perſona 16 Loquuntur,ידברו Fut.Heb.pro præſ.i.deſierunt loqui. Reſpondent ענו Præt.Heb.pro præſ.

18 Sermonibus, מלים verbis.i.rationibus. Spiritus vteri mei. רוח בטני: .i.quod cōcepi in animo meo. 19 *Qui* non eſt apertus,לא יפתח.i.cui nullū datur reſpiracul.acſi dicat,Mēs mea plena eſt rationibus.Fut.Heb.pro præſ. Sicut vtres noui כאובות חדשים ſub. pleni muſto.Solent enim facilè diſrumpi vtres noui propter calorem vini.q.d.Venter meus diſrūpitur,ſiue crepat,niſi loquar,vt poſtea dicit.

20 Et reſpiratio erit mihi: וירוח־לי .i.recreabor. Et loquar. ואענה: & ſermonem exordiar. 21 Nequaquam accipiam,&c. אל־נא אשא פני־איש וגו' Ad verbum,Non nunc accipiam.vel,ſuſcipiam.i.Nō alloquar illum ad gratiā,nec habebo rationem illius: neque adulatorum more vſurpabo glorioſos titulos,vt appellem hominem ſapientem,prudentem,aut iuſtum:ſed planè alloquar illum.

22 Mutato nomine alloqui: אכנה Fut.Heb.pro infinit. Quidam'vertunt cognominare.Significat hoc verbū,vocare quempiam non proprio nomine,ſed nomine occulto:q.d.Non ſolitus ſum nomen alicuius tegere, ſiue diſſimulare ſiquid impiè fecerit,vt illi blandiar. Hoc verbo vtitur & Ieſaias,cap.45.a.4. Breui comburat כמעט ישאני ilico tollat me.i.perdat.

IN CAPVT XXXIII.

1 Et quidem audi quæſo ואולם שמע־נא Certè[Igitur]audi nūc. Auſculta. האזינה: auribus percipe. 2 Aperiā פתחתי Præt. Heb.pro fut.vel præſ. In palato meo. בחכי: in faucibus meis.i.in ore meo. 3 Rectitudo cordis,&c. ישר־לבי אמרי .i.Veritatem loquar. Et ſcientiam ודעת cognitionem.ſententiam.i.puram veritatem. 4 Spiritus Dei fecit me,&c. רוח־אל עשתני וגו' id eſt, Nam & me Deus Spiritu ſuo condidit,& vitam tribuit mihi. 5 Diſpone, ערכה ſub.orationem tuam. 6 En ego iuxta os tuū, הן־אני כפיך .i.En ego adſum pro voto tuo.hoc eſt,habes quod optas.q.d. Inueniſti talem diſputationē qualem optabas:adſum inquam diſputaturus pro Deo. 7 Terror meus,&c. אמתי לא תבעתך .i.non incutiam tibi timorē. Et manus mea ואכפי .i.percuſſio mea: hoc eſt,nō percutiā te,neque affligā. 8 In auribus meis,באזני.i.me audiēte.q.d.audiui te dicentē quod ſequitur. Et vocē ſermonū audiui, וקול מלין וגו'.q.d.hiſce auribus te dicentē audiui. 9 Innocēs ſum,חף אנוכי mūdus ſum. 10 Occaſiones תנואות Ad verbū,diſceſſiones .i.occaſiones diſcedēdi à me,& me relinquendi,conatur inuenire in me Deus. Reputat me יחשבני Fut.Heb.pro præſ. 11 Poſuit in cōpede,&c. ישם בסד וגו' Fut.Heb.pro præt.vel præſ.i.Cōtinet quaſi in cōpede,vel neruo pedes meos,efficitque vt nunquā fiam voti cōpos.

12 Hac *uia* non es iuſtificatus, הן־זאת לא־צדקת .i.hac ratione non viciſti cauſam tuam. Maior eſt ירבה id eſt ſapientior.

13 Contendiſti? ריבות Vel per præſens, contendere audes. Omnia enim verba ſua,&c. כי כל־דבריו לא יענה: Fut.Heb. pro præſ.i.omnia arcana & ſecreta ſua non reuelat.q.d.omnia bono noſtro facit, quanuis non intelligamus. 14 Vno *modo* באחת Ad verbum,in vna.ſub.via.in ablatiuo. Aut *etiam* duobus,&c. ובשתים לא ישורנה: Ad verbum,& in duobus[vel,duabus.ſub.viis] non videbit illū.ſub. priorem modum,id eſt qui non perſpexerit,ſiue aduerterit priorem illam rationem, ſiue viam.q.d.Multis modis conſulit Deus noſtræ ſaluti: nonnunquam per reuelationem,vt poſtea dicit.

15 Per ſomnium viſionis nocturnæ, quando irruit ſopor ſuper homines,ʼin dormitationibus ſuper cubile:

16 Tunc ʼreuelat aurem hominum,″& caſtigationem eorum *quam* obſignauit:

17 ″Vt auferat homo opus,& ſuperbiam à viro″abſcondat:

18 *vt ſic*ʼprohibeat animam ſuam à corruptione, & vitam ſuam ne tranſeat in gladium.

19 ʼCorripitur etiam dolore ſuper cubile ſuum, ʼ& *in* multitudine oſſium eius eſt fortis dolor.

20 ″Et abominari facit *eum* vita eius panem,& anima eius cibũ ″deſiderabilem.

21 ʼDeficit caro eius à viſione,″& confringentur oſſa eius, non videbuntur.

22 ʼEt appropinquat corruptioni anima eiꝰ,& vita eiꝰ mortiferis.

23 Si *tum* fuerit apud eum Angelus″interpretans vnum ex mille,vt annuntiet homini ʼrectitudinem illius:

24 ″Tunc miſerebitur eius,& dicet,Redime illum, ne deſcendat *in* corruptionem:″inueni propitiationem.

25 ″Tenerior efficietur caro eius *carne* pueritiæ,ʼreuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

26 Deprecabitur Deum,″& diliget eum,ʼac videbit eius faciem in iubilo,reddétque homini″iuſtitiam ſuam.

27 ʼProſpicit ſuper homines:& ſiquis dixerit,Peccaui,& rectũ peruerti,″& non profuit mihi:

28 ʼRedimet animam eius, ne trãſeat in corruptionem,″& vita eius lucem videbit.

29 Ecce omnia iſta″facit Deus duabus *aut* tribus *vicibus* cum viro:

30 Vt auertat animam eius à corruptione , *&*″illuſtretur luce viuentium.

31 Attende אIiób,audi me:tace,& ego loquar.

32 ″Si ſint ſermones,reſpõde mihi:loquere,qui a volo iuſtificare te.

33 Si non *ſunt*,tu audi me :tace,″& docebo te ſapientiam.

15 Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo:

16 Tunc aperit aures virorum ,& erudiens eos,inſtruit diſciplina, C

17 Vt auertat hominem ab his quæ facit, & liberet eum de ſuperbia:

18 Eruẽs animam eius à corruptione: & vitam illius ,vt non tranſeat in gladium.

19 Increpat quoque per dolorem in lectulo,& omnia oſſa eius marceſcere facit.

20 Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus antè deſiderabilis.

21 Tabeſcet caro eius, & oſſa quæ tecta fuerant,nudabuntur.

22 Appropinquauit corruptioni anima eius,& vita illius mortiferis.

23 Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus,vt annuntiet hominis æquitatem ,

24 Miſerebitur eius, & dicet, Libera eum vt nõ deſcendat in corruptionẽ: inueni in quo ei propitier.

25 Cõſumpta eſt caro eius à ſuppliciis, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. D

26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciẽ eius in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam.

27 Reſpiciet homines, & dicet, Peccaui,& verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.

28 Liberauit animam ſuam ne pergeret in interitum,ſed viuens lucem videret.

29 Ecce,hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos,

30 Vt reuocet animas eorum à corruptione,& illuminet luce viuentium.

31 Attende Iob,& audi me:& tace,dũ ego loquor.

32 Si autẽ habes quod loquaris,reſpõde mihi,loquere: volo enim te apparere iuſtum.

33 Quòd ſi non habes, audi me: tace, & docebo te ſapientiam.

15 In dormitationibus ſuper cubile: בתנומות עלי משכב: .i.dum quieſcunt homines in lecto ſuo. 16 Reuelat aurẽ hominũ, יגלה און אנשים Fut.Heb.pro præſ.& ſing.pro plur. Hebraiſmus,pro, ſolet monere homines.q.d.Nonnunquam Deus auocat nos à malis per inſpirationem. Et caſtigationem,&c. ובמוסרם יחתום: Repetendum verbum præcedens,& reuelat. ſiue,aperit caſtigationem euenturam illis quam ſigillauit:hoc eſt quã ſtatuit ſententia quaſi ſigillata,ſe immiſſurum illis. 17 Vt auferat,&c. להסיר אדם מעשה vt abiiciat *à ſe* homo opus.ſub.prauum.i.vt deſiſtat ab inſtituto. Abſcondat: יכסה: ſub.Deus.i.vt reddat hominem humilem: vt humiliet eũ ſub manu ſua. 18 Prohibeat יחשך retrahat.abſtrahat.remoueat.i.Vt hac ratione ſeruet ſeipſum homo à corruptione,& ne pereat gladio.

19 Corripitur etiam,&c. והוכח וגו׳ loquitur de ſecunda via,qua Deus auocat nos à malis. Et *in* multitudine, &c. ורוב עצמיו איתן: Duplex eſt lectio רוב à רבב, multiplicauit: quam lectionem ſequutus eſt noſter interpres. Et ריב à ריב, litigauit. iuxta quam lectionem quidam vertunt,& diſſidium[lis.contentio] oſſium eius vehemens eſt.i.acerrimo dolore premitur. 20 Et abominari facit, &c. וזהמתו חיתו לחם .i. Anima ipſius fatigata morbo,abhorrere facit eum panem,ſiue cibum. Alii vertunt, Et abominatur eum anima ipſius,*nempe* panem. vt ponatur relatiuum vnà cum antecedente. Deſiderabilem. תאוה: Ad verbum, deſiderii.i.ſuauem. 21 Deficit caro eius à viſ. יכל בשרו מרואי Fut.Heb.deficiet,&c.i.deſinit.vel,deſinet caro illius videri: hoc eſt,reddetur homo ipſe macilentus. Et confringentur,&c. ושופי עצמותיו לא רואו: & eleuabuntur[extabunt.eminebunt]oſſa eius *quæ prius* non videbantur. 22 Et appropinquat,&c. ותקרב לשחת וגו׳ Anima pro ipſo homine. Ipſe tãdem ad foueã ſepulchralẽ proximè accedit:& vita eius appropinquat mortiferis morbis,qui homines ſolent tradere morti. Pluribus verbis incõmoda morborum deſcribit. 23 Interpretans vnum ex mille, מליץ אחד מני אלף qui interpretetur[.i.notum faciat]vnum ex mille.i.qui ponat illi ante oculos milleſimam partẽ beneficiorum Dei. Rectitudinẽ illius : ישרו: ſub.Dei.i.Deum omnia rectiſſimè agere.ſub.& homo ille acquieſcat:Tunc,&c. 24 Tunc miſerebitur, &c. ויחוננו וגו׳ Tũc miſerebitur [ſub.Deus]eius *hominis* : & *dicet* Angelo. Redime illũ פרעהו .i.vindica illum ab interitu.q.d.curabit Deus illum ſanandũ per Angelum.

Inueni propit. מצאתי כופר Subaudiendum aliquid,nempe,& dicet illi,Inueni,&c.i.accepi,ſiue ſuſcepi propitiationẽ,ſiue redemptionem: hoc eſt,volo eſſe illi propitius. 25 Tenerior רוטפש Semel tantùm inuenitur hæc dictio in Sacris literis,ait doctus inter Hebræos, qui molle & tenerum interpretatur. Idem admonet quoſdam exiſtimare dictionẽ eſſe cõpoſitam ex רטב,viruit, & פש à פוש, creuit.propterea quidam vertunt,ſucculentior[corpulentior]erit caro eius quàm in iuuentute. Reuertetur ad dies adole.ſ. ישוב לימי עלומיו: .i.erit eo habitu corporis quo erat in adoleſcentia ſua. 26 Et diliget eum, וירצהו qui diliget eum. Ac videbit eius faciem in iubilo, וירא פניו בתרועה .i.ſummo fauore proſequetur eum,concedétque ei omnia optata. Iuſtitiam ſuam. צדקתו: id eſt fructum iuſtitiæ ſuæ.

27 Proſpicit ישר vel per præſens,Cõtemplatur.Conſiderat.ſub.Deus, donec reſipiſcant. Et non profuit mihi: ולא שוה לי: ſub.quod feci:quia nullũ ex malis operibus fructum cõſequutus ſum:modò agnoſco quòd illa quæ feci,vana ſunt. Ita doctus inter Hebræos. Alter,& nõ feci vt æquum erat. Chaldæus paraph.& non fuit æquum mihi. Alii,Et non æquale fuit mihi,id eſt non recepi pro peccatis meis æqualia.

28 Redimet animam eius, פדה נפשו ſub.Deus. Præt.pro fut. Alii,*Is* redimet animam ſuam. Legitur & נפשי,animam meam. Et vita eius וחיתיו .i.anima eius. De luce illa cæleſti intelligit.fruetur Dei conſpectu. Legitur & וחיתי,& vitam meam

29 Facit יפעל Ad verbum,operabitur. 30 Illuſtretur לאור .i.vt tandem ſit conſpicuus in medio viuentium.

32 Si ſint ſermones, אם יש מלין .i.Si ſuppetant ſermones.q.d.Si tamen habes quod loqui poſſis. 33 Et docebo te ſapientiam. ואאלפך חכמה .i.dicam tibi quæ redolent ſapientiam Diuinam.

Cap. XXXIIII.

PRonuntiãs itaque Eliu, etiã hæc loquutus eſt, 1

Audite ſapientes verba mea, & eruditi auſcultate me: 2

Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. 3

Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid ſit melius. 4

Quia dixit Iob, Iuſtus ſum, & Deus ſubuertit iudicium meum. 5

In iudicando enim me mendacium eſt: violenta ſagitta mea abſque vllo peccato. 6

Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam, 7

Qui graditur cum operantibus iniquitatẽ, & ambulat cum viris impiis? 8

Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiamſi cucurrerit cum eo. 9

Ideo viri cordati audite me. abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. 10

B

Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. 11

Verè enim Deus non cõdemnabit fruſtra, nec Omnipotens ſubuertet iudicium. 12

Quem cõſtituit alium ſuper terrã? aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? 13

Pſal.103.d.29

Si direxerit ad eum cor ſuum, | ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet: 14

Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. 15

Si habes ergo intellectũ, audi quod dicitur, & auſculta vocẽ eloquii mei. 16

Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? & quomodo tu eũ qui iuſtus eſt, intantum condemnas? 17

Qui dicit Regi, Apoſtata: qui vocat duces impios? 18

| Qui non accipit perſonas principum: nec cognouit tyrannum, quum diſceptaret cõtra pauperem: opus enim manuum eius ſunt vniuerſi. 19

Deut.10.d.17
2.par.19.b.7
ſapien.6.b.8
eccli.35.b.16
rom.2.b.11
galat.2.b.6
epheſ.6.b.9
coloſſ.3.d.26
act.10.c.34
1.pet.1.c.17
Prou.5.d.21

C

Subitò morientur, & in media nocte turbabũtur populi, & pertrãſibũt, & auferent violentum abſque manu. 20

| Oculi enĩ eius ſuper vias hominũ, & omnes greſſus eorum conſiderat. 21

Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondãtur ibi qui operantur iniquitatem. 22

Cap. XXXIIII.

Eliu probat Deũ nõ eſſe iniquum iudicẽ, quod ſit mundi iudex, & omnium rerum potens adminiſtrator.

1 ET reſpondit ℵElihú, ac dixit,

2 Audite gnari ſermones meos: "& ſcientes auſcultate me:

3 Quia auris ſermones probat, 'vt palatum guſtat ad comedẽdũ.

4 'Iudicium eligamus nobis, *&* cognoſcamus inter nos quidnam 'bonum.

5 Dixit enim ℵIiób, Iuſtus ſum, & Deus abſtulit 'iudiciũ meum.

6 'De iure meo mẽtiar? doloris plena eſt 'ſagitta mea ſine præuaricatione.

7 Quis *eſt* vir "ſicut ℵIiób, *qui* ebiberit "ſubſannationem vt aquam,

8 Et ambulet in ſocietate cum operantibus iniquitatem, & eat cum hominibus impiis?

9 Dixit enim, Non proderit viro, 'quãdo ambulauerit cũ Deo.

10 Ideo 'viricordis audite me. abſit à Deo "impietas, & ab Omnipotente iniquitas.

11 Quia "*iuxta* opus hominis reddet ei: "& iuxta viam cuiuſque inuenire faciet eum.

12 'Præterea ſanè Deus nihil impiè agit, & Omnipotens 'non peruertit iudicium.

13 "Quem præfecit ſibi ſuper terram? & quis diſpoſuit orbem vniuerſum?

14 Si "apponeret ſuper eum cor ſuum, ſpiritum eius & flatum eius ad ſeſe colligeret:

15 Interiret omnis caro ſimul, & homo in terram reuerteretur.

Oſtendit ipſum Iob à Deo iniuſtè non affligi.

16 "Quòd ſi *eſt* intelligentia, audi hoc, auribus percipe vocem eloquiorum meorum.

17 An etiam odio habẽs iudicium, 'dominabitur? & an "iuſtum inſignem facies impium?

18 An dicere *licet* Regi, O inique: O impie, principibus?

19 Tanto minus ei qui "non accipit perſonã principũ, neque agnoſcitur diues corã paupere: quia opus manuũ eius omnes ipſi *ſunt*.

20 'Subitò morientur, "aut media nocte commouebuntur populi, 'ac tranſibunt, auferéntque fortem non manu.

21 Quia 'oculi eius ſunt ſuper vias viri, & omnes greſſus eius videt:

22 "Non "*ſunt* tenebræ, nec vmbra mortis, vt lateant ibi operantes iniquitatem.

IN CAPVT XXXIIII.

1 Et reſpondit, &c. ויען .i. Sermonẽ proſequutus eſt Eliu, dicens. ſiue, Reſumpto autẽ ſermone, dicere cœpit. 2 Et ſcientes ויודעים & periti. Auſcultate me. האזינו לי: aures præbete mihi. ſub. loquenti. q.d nolo meiipſius iudex eſſe, iudicent qui inter vos ſunt ſapientes & eruditi. 3 Vt palatum וחיך Ad verbum, & palatum. i. vt palatum de ſapore eſcarum iudicat. q.d. auribus ſermo probatur, vt guſtu cibus. 4 Iudicium eligamus nobis, משפט נבחרה לנו i. Inſtituamus inter nos æquam de iure huius cauſæ diſceptationem. Bonum. טוב: .i. probatum ſit. nam hìc verſamur circa arduam quæſtionem. 5 Iudicium meum. משפטי: iuſtitiã meam. i. non agit mecum pro iuſtitia mea. q.d. affligit me citra culpam. 6 De iure meo על משפטי Super iure meo. De iuſtitia [æquitate] mea. q.d. an par ſit vt mentiar ſuper innocentia mea? hoc eſt, debeóne tacere innocentiam meam? Sagitta mea חצי Significat vulnus ſuũ quod accepit, ſagitta à Deo immiſſa, & hoc citra ſuum meritum. 7 Sicut ℵIiób, כאיוב .i. qualis habebatur Iob, vir ſapientiſſimus ſcilicet. Subſannationem לעג *uerba* ſubſannationis. i. qui plenus ſit verbis ridiculis. 9 Quando ambulauerit cũ Deo. ברצותו עם אלהים: Iſtum Hebraiſmum vide Gene.5.c.22. 10 Viri cordis אנשי לבב .i. cordati & ſapientes. Impietas, מרשע Hebræi ſubaudiunt מעשות, & legunt vt faciat impietatem: & ab Omnipotente vt faciat iniquitatem. q.d. fieri non poteſt vt Deus aliquid impiè aut iniquè agat. 11 *Iuxta* Iſtud ſubauditum eſt ex mox ſequẽti, כאורח, iuxta viam. Verti poſſunt hæc futura per præſentia. Et iuxta viam, &c. וכאורח איש ימצאנו: .i. facit vnicuique ſecundum facta ſua. 12 Præterea ſanè אף אמנם Etiam certè. Adhæc verè Deus, &c. Non peruertit iudiciũ. לא יעות משפט: .i. nulli facit iniuriã. 13 Quẽ præfecit ſibi ſuper terrã? מי פקד עליו ארצה Quem cõſtituit pro ſe ſuper terram? Alii, Quis viſitauit ſuper eum terrã? .i. quis maior eo rexit terram? vel, Quis viſitauit terrã poſt eũ? vt eam ſcilicet rectius diſponeret, poſteaquam facta eſt ab illo? Doctus inter Hebræos, Quis præcipiat ei in terra, quum ipſe mundũ creauerit? Vel, Quis memorabit ei *opera atque iudicia eius in* terra, tanquam ſit illorum oblitus? Vide infrà cap.36.d.24. 14 Apponeret ſuper eum cor ſuũ, ישים אליו לבו poneret ſuper eũ [nẽpe hominẽ] animũ ſuum. i. Si Deus vellet omnẽ hominẽ perdere, ſpoliaret quẽlibet vita. 16 Quòd ſi *eſt* intelligentia, ואם בינה ſub. tibi. i. ſi ſapias. 17 Dominabitur? יחבוש regnabit? .i. dignus eſt vt regnet? Iuſtum inſignẽ צדיק כביר .i. inſigniter iuſtũ pronuntiabis impiũ? Alii, iuſtũ multum. 19 Nõ accipit perſonã, &c. לא נשא פני וגו׳ .i. non reſpicit perſonã principum. ſiue, qui perſona principũ non mouetur: neque miratur opulentũ præ tenui. 20 Subitò morientur, רגע ימותו In momento moriuntur. Fut. Heb. pro præſ. ſub. quãtũuis fuerint potẽtes & opulẽti. Aut media nocte, &c. וחצות לילה Ad verbũ, & *in* dimidio [dimidiatione] noctis. dũ ſcilicet minimè putant. Ac tranſibũt, ויעבורו ac præteribũt. i. inſiliunt. aut, proſiliũt. Futura quæ alii per præſ. vertũt, & ſingulari numero, ſic, cõmouetur populus, & inſilit, eiicitque *de ſtatu ſuo* tyrannum, non manu. i. non potentia ac virtute, ſed ſeditione facta. 21 Oculi eius ſuper vias, &c. עיניו על דרכי איש hoc eſt, Deus contemplatur ac diſcutit conſilia & opera hominum. 22 Non tenebræ, nec, &c. אין חושך ואין וגו׳ .i. nullæ ſunt tenebræ quantunlibet denſæ vbi homines iniqui abſcondantur, & Deum latere poſſint.

35-36.

Quoniam″non poſuit ſuper virum quod futurum eſt,ʹvt ambulet ad Deum in iudicio. 23

Mutatio regnorũ,opus Dei eſt.

″Conterit fortes *quorum* non *eſt* inueſtigatio, & ſtare facit alios pro eis. 24

″Ideo cognoſcere facit opera ipſorum: ʹnam vertetur nox, & conterentur. 25

″Pro impiis percutit eos in loco videntium: 26

″Propterea quòd ſic receſſerunt ab eo, & omnes vias eius non intellexerunt: 27

″Vt peruenire faciat ad ſeſe clamorem pauperis,& clamorẽ pauperum exaudiat. 28

″Et ipſe quietẽ dabit, & quis exagitabit? ″ſi abſcondat faciem, ″quis intuebitur illum? *quin*″& ſuper gentẽ & ſuper hominẽ ſimul: 29

Malus magiſtratus malo populo datur à Deo.

Eo quòd regnet homo″hypocrita,*&* propter offẽdicula populi. 30

″Sanè ad Deum qui dicit,Peperci,non deſtruam: 31

″Abſque eo quod video,doce me:ſi iniquitatẽ feci,non addam. 32

″An à te *quòd* perficiat illã? ″nam abominatus es, quia tu elegiſti, at non ego:ſed noſti loqui. 33

″Viri cordati dicent mihi,& vir ſapiens audiet me. 34

אIiób non″cum ſcientia loquitur,& verba eius non *ſunt* cum intellectu. 35

″Pater mi, probetur אIiób vſque in ſeculũ,″pro reſponſionibus in viros iniquos: 36

Quandoquidem addit peccato ſuo impietatem, *ac* ″inter nos plaudit,& multiplicat ſermones ſuos contra Deum. 37

Cap. XXXV.

Non Deo,ſed homini vel nocet impietas,vel prodeſt pietas.

T″Vm reſpondit אElihú,ac dixit, 1

″An hoc putas æquum eſſe *quod* dixeris,Iuſtior ſum Deo? 2

Dixiſti enim , Quid proderit ʹtibi, quid accipiã vtilitatis de expiatione mea? 3

Ego reſpondebo tibi ſermones,& ſodalibus tuis tecum. 4

Aſpice cælum,& vide,ac intuere″cælos *quomodo* altiores ſunt te. 5

23 Neque enim vltrà in hominis poteſtate eſt vt veniat ad Deũ in iudiciũ.

24 Conteret multos, innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis.

25 Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem,& conterentur.

26 Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium.

27 Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt,

28 Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni,& audiret vocem pauperum.

29 Ipſo enim concedente pacem,quis eſt qui condẽnet? ex quo abſconderit vultũ, quis eſt qui cõtempletur eũ,& ſuper gẽtes& ſuper omnes homines? D

30 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

31 Quia ergo ego loquutus ſum ad Deum,te quoque non prohibebo.

32 Si errauì, tu doce me: ſi iniquitatẽ loquutus ſum,vltrà non addam.

33 Nunquid à te Deus expetit eã,quia diſplicuit tibi? tu enim cœpiſti loq,& nõ ego:quòd ſiqd noſti meli⁹,loquere

34 Viri intelligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me.

35 Iob autẽ ſtultè loquutus eſt,& verba illius non ſonant diſciplinam.

36 Pater mi,probetur Iob vſque ad finem:ne deſinas ab homine iniquitatis:

37 Quia addit ſuper peccata ſua blaſphemiam: inter nos interim cõſtringatur, & tunc multiplicet ſermones ſuos ad Deum.

Cap. XXXV.

1 IGitur Elihu hæc rurſum loquutus eſt,

2 Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio,vt diceres, Iuſtior ſum Deo?

3 Dixiſti enim,Non tibi placet quod rectum eſt : vel quid tibi proderit , ſi ego peccauero?

4 Itaque ego reſpondebo ſermonib' tuis,& amicis tuis tecum.

5 Suſpice cęlũ & intuere , & contemplare æthera quòd altior te ſit. B

23 Non poſuit ſuper virum,&c. לֹא עַל־אִישׁ יָשִׂים וגו׳ .i.Deus nõ commiſit homini futura,ſed ea ſibi reſeruauit,vt iuſtè coram Deo verſetur. 24 Conterit fortes,&c. ירוע כבירים לא־חקר Fut.Heb.pro præſ.Confringit.id eſt perdit tyrannos innumerabiles.

25 Ideo cognoſcere facit,&c. לכן יכיר מעבדיהם Propterea cognoſcere facit,&c.id eſt atque ita efficit Deus vt homines cognoſcant ſua ipſorum opera:hoc eſt ſe perperam egiſſe. Nam vertetur nox, והפך לילה & vertet ſeſe nox. vel,vertet noctem.i.exacta nocte,hoc eſt propediem ac breuiſſimè conterentur illi omnes. 26 Pro impiis,&c. תחת רשעים וגו׳ .i.Tanquã impios & improbos percutere eos ſolet in conſpectu omnium. 27 Propterea quòd ſic,&c. אשר על־כן סרו Ad verbum , propterea quòd ſic receſſerunt depoſt eum.i. quòd tam impudenter deſierunt ſequi illum,& ne vnum quidẽ inſtitutum eius intellexerunt. 28 Vt peruenire faciat ad ſeſe,&c. להביא עליו .i.Vt pauperes oppreſſi confugiant ad eũ,& ita clamorẽ pauperũ audiat. 29 Et ipſe quietẽ dabit,&c. והוא ישקט ומי ירשע Nam *ſi* quietem dederit,quis obturbabit? Si abſcondat,&c. ויסתר פנים ומי ישורנו Ad verbũ,& abſcondet faciem, & quis, &c.q.d.quòd ſi abſconderit faciẽ ſuam,quis dignabitur intueri illũ à quo faciem ſuã abſconderit? Et ſuper gentẽ,&c. ועל־גוי ועל־אדם יחד׃ .i.nationi vni & ſingulis eueniunt mala. 30 Hypocrita, חנף ſceleſtus.Hypocritã vocat propterea quòd quum ſit iniuſtus & impius,iuſtitiam tamen & pietatẽ prætexit.Duabus,inquit,de cauſis mala eueniunt populis omnibus,propter peccata quæ ſunt offendicula populi:& ob principum impietatem. 31 Sanè ad Deum qui dicit, &c. כי אל־אל האמר וגו׳ Præt.Heb.pro præſ. Vtique ad Deum qui dicere poteſt, Remiſi[ſiue remitto,aut parco.ſub.iniquitati]non deſtruam.i.non puniam:ſubaudi, debueras dicere quæ ſequuntur,Tametſi non videam,&c. q.d.par erat vt diceres Deo cuius eſt remittere iniquitatem,& qui dicere poteſt,Non puniam vos pro merito delictorum veſtrorum.

32 Abſque eo quod video, בלעדי אחזה .i. Præter ea peccata quæ agnoſco in me, doce me alia quæ non video. Alii vertunt, Quum non videam.ſub.iniquitatem meam,&c.i.Quum ignorem peccata mea,opto vt doceas me qua ratione peccauerim,ne iterum peccem.

33 An à te *quod* perficiat illã? המעמך ישלמנה Subaudienda quædam, An ex te prouenire debet quòd perficiat illam afflictionem? i.an debes eſſe in cauſa quòd Deus perfectè te puniat? Nam abominatus es, &c. כי־מאסת Conciſa oratio,quæ ſic impletur,Nam abominatus es *uitam tuam*, quia elegiſti *mori*,at non ego *ſum tuæ opinionis* : ſed *quid* noſti loqui ? vel, quid autem loqui poſſis ? q.d.quid habes quod reſpondere poſſis? 34 Viri cordati אנשי לבב Ad verbum , viri cordis. vt ſuprà verſu 10.i.viri ſapientes dicent in gratiam meam fauendo ſermoni meo,viri inquã ſapientes probabunt ſermones meos,dicendo quæ ſequuntur. 35 Cum ſciẽtia בדעת in cognitione.i.Non ſcitè loquitur Iob,neque prudenter. 36 Pater mi, אבי ſub.ô Deus. Alii vertunt,Vtinam. Alii,Voluntas mea non eſt vt probetur patientia Iob longo tempore. Pro reſponſionibus, &c. ׃ על־תשובת באנשי־און .i. vt habeamus quod dicamus aduerſus homines iniquos. hoc eſt quod reſpondeamus hominibus iniquis. 37 Inter nos plaudit, ביניגו יספוק.i.explodit ſententiam ac opinionem noſtram.

IN CAPVT XXXV.

1 Tum reſpondit ויען Loquutus eſt autem.i.Reſumpto ſermone cœpit dicere,quum videret ipſum Iob obmuteſcere.

2 An hoc putas,&c. הזאת חשבת למשפט וגו׳ Ad verbũ,An hoc putaſti ad iudiciũ ? dixiſti,Iuſtitia mea plus quàm Dei.q.d.an iuſtũ & æquum eſſe exiſtimas,quòd dixeris maiorẽ eſſe iuſtitiam tuam iuſtitia Dei? 3 Tibi, לך pro mihi poſitũ.enallage perſonæ.i.quid proderit mihi,& quam vtilitatem capiam ſi ſtuduero emendare vitam meam,quum affligas me? 5 Cælos שחקים nubes.

Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? 6

Supra 22.a.9

¶Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? 7

Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. 8

C Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachii tyrannorum: 9

Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 10

Qui docet nos super iumēta terræ, & super volucres cæli erudit nos. 11

Ibi clamabūt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. 12

D Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotens causas singulorum intuebitur. 13

Etiam quū dixeris, Non cōsiderat: iudicare coram illo, & expecta eum. 14

Nunc enim non infert furorē suū, nec vlciscitur scelus valde. 15

Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat. 16

Cap. XXXVI.

ADdens quoque Eliu, hæc loquutus est, 1

Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. 2

Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. 3

Verè enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. 4

Deus potens non abiicit, quū & ipse sit potens. 5

Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet. 6

Non auferet à iusto oculos suos, & Reges in solio collocat in perpetuū, & illi eriguntur. 7

Et si fuerint in catenis, & vinciātur funibus paupertatis, 8

Indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia violenti fuerunt. 9

B Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. 10

6 Si pecces, ʼquid facies aduersus eum? & si multiplicatæ fuerint præuaricationes tuæ, quid facies ei?

7 Si iustus sis, quid dabis ei, vel quid de manu tua accipiet?

8 ʼViro simili tibi impietas tua *nocebit*, & filio hominis iustitia tua *proderit*.

9 De multitudine calumniā patientium, ʼquos clamare faciunt, & vociferantur propter brachium ʼfortium:

10 ʼNullus dicit, Vbi est Deus factor meᵘˢ ʼqui dat cātica in nocte?

11 Qui docet nos præ iumentis terræ, & præ volatili cæli sapientes efficit nos.

12 ʼTunc ʼclamant, & non exaudit, propter superbiam malorum.

13 Profectò ʼmendacium non exaudit Deus, & Omnipotens nō intuetur illud.

14 ʼEtiamsi dicas *quòd* non videbis eum, ʼiudicium *sit* coram eo, & spera in eo.

Impiè sentit ergo, Deū sua non curare.

15 Nunc autem *scito* quòd ʼpaululum visitauit *te* ira eius, ʼneque nouit ʼmultum admodum.

16 ℵIiób igitur vanè ʼaperit os suum, & absque scientia sermones multiplicat.

Cap. XXXVI.

1 AʼDdidit autem ℵElihú, ac dixit,

2 ʼExpecta me paululum, ʼ& indicabo tibi, quia ʼadhuc pro Deo *sunt* sermones.

Rursum declarat Eliu, Dei iustitiam ab operibus eius.

3 Assumam ʼscientiam meam délonge, & factori meo dabo iustitiam.

4 Reuera enim non *sunt* mendacium sermones mei, Deus ʼperfectus scientiis *est* apud te.

5 Ecce Deus ʼfortis, ʼnon abiicit fortem virtute cordis.

6 ʼNon viuificat impium, iudicium autem pauperum dat.

7 ʼNō prohibet à iusto oculos suos, & cum Regibus in solio ʼcollocat eos in perpetuum, ac exaltantur.

8 ʼQuòd si vincti fuerint cōpedibus, aut irretiti fuerint funibus paupertatis,

9 Tunc annuntiat eis ʼopus eorum, & quòd ʼpræuaricationes eorum roboratæ sint.

Quare Dominus corripiat aut flagellet.

10 ʼEt reuelat aurem eorum ad correctionem, dicítque vt reuertantur ab iniquitate.

6 Quid facies aduersus eum? מה·תפעל·בו .i. quid nocebis illi? 8 Viro simili tibi, &c. לאיש כמוך .i. si malè feceris, damno tuo id feceris: si autem bene, bono tuo. 9 Fortium: רבים: magnatum. 10 Nullus dicit, ולא אמר Ad verbū, Et non dixit. Præcedēti versui iungi debet iste versus: & redundat ו dicit enim, Ex tam multis qui opprimuntur, nemo est qui resipiscat, & opē Diuinā imploret. Aut subaudiendum in fine præcedentis versus, nemo resipiscit. De multitudine, inquit, eorum qui vim ac violentiam patiuntur à tyrannis, nemo resipiscit, neque dicit, Vbi, &c. Qui dat cantica in nocte? נותן זמירות בלילה: .i. qui creauit in hoc mundo inferiori ac tenebricoso res quæ inuitare debent homines ad laudandā sapientiā ac bonitatem Diuinā. Vel, qui in nocte versantibus, hoc est afflictis, solet adesse, & dare materiā cantici & gratiarū actionis. 12 Tunc שם Ad verbū, Ibi, pro tūc, quū scilicet opprimuntur. Clamant, & nō exaudit יצעקו ולא יענה Fut. Heb. pro præs. Ordo talis esse debet, Clamāt propter superbiam malorū, & non exaudit sub. Deus. Superbiam malorū vocat vehementiam afflictionum. 13 Mendacium שוא vanitatem .i. Deus non solet exaudire preces vanas, & non serias, quæ non fiunt ex animo.

14 Etiamsi dicas, &c. אף כי תאמר לא וגו' Quanuis dicas [dicere possis] quòd non videas illum .i. te non posse videre illum. Iudicium *sit* coram eo, דין לפניו iudica *te* in conspectu eius .i. condemna te apud illum, & tunc exaudiet te. 15 Paululum visitauit *te* ira eius, אין פקד אפו nihil est *id quod* visitauit ira eius .i. quod iratus immisit. q.d. scito Deum non agere tecum pro rigore iustitiæ. Neque nouit ולא ידע Mutatio personæ, pro, neque nosti. Multum admodum. בפש מאד: sub. mali. Ad verbū, in multitudine valde .i. nimis multam afflictionem. 16 Aperit os suum, יפצה פיהו Futura Heb. pro præs. id est Iob in vanum atque imprudenter loquitur.

IN CAPVT XXXVI.

1 Addidit autem ויוסף .i. adiecit quæ sequuntur præcedentibus. Rursum quoque dixit. 2 Expecta me, כתר לי Sustine me. Et indicabo tibi, ואחוך sub quod sentio: quod habeo in animo. Adhuc pro Deo, &c. עוד לאלוה מלים: .i. plura habeo quæ pro Deo respondeam. 3 Scientiam meam דעי sententiam meam .i. Vtar sententia longè petita, qua ostendam Deum esse iustissimum.

4 Perfectus scientiis apud te. תמים דעות עמך: .i. sapientissimus est tuo iudicio. q.d. Tu facilè mihi cōcedes Deum esse sapientissimum: cōuenit mihi tecū in hoc. 5 Fortis, כביר magnus. insignis .i. qui maximè valet intelligentia. Non abiicit, &c. לא ימאס כביר כוח לב: non abominatur insignem virtute cordis. vi intellectus .i. virtute intellectiua. q.d. Deus non potest sui similem spernere.

6 Non viuificat, &c. לא יחיה וגו' Subaudiendum aliquid, & futura pro præs. *Et propterea* non conseruat in vita impium, id est non tuetur vitam illorum, conseruat autem pauperes. 7 Non prohibet לא יגרע Fut. Heb. pro præs. Non arcet. Non auertit à iustis oculos suos. q.d. Clemēter intuetur iustos. Collocat eos, יושיבם sedere facit eos. ו redundat. 9 Opus eorum, פעלם opus ipsorum .i. sua ipsorum facta quæ mala sunt. Et quòd præuaricationes eorum ופשעיהם כי .i. quòd pœnæ transgressionum ipsorum inualescant.

10 Et reuelat aurem eorum ויגל אזנם Hebraismus, & admonet eos ipsis audientibus.

11 Si paruerint,″& ſeruierint,conſument″dies ſuos in bono,& annos ſuos in delectationibus.

12 Si verò non audierint,″in enſem tranſibunt, & morientur′ſine ſcientia.

Hypocritarũ iudicium,confuſio & deſperatio.

13 ′Cæterùm impii corde′tribuunt furorem,′neque clamant quũ alligauerit eos.

14 Morietur in adoleſcentia″anima eorum, & vita eorum inter ſcortatores.

15 ″Eruet *autem* pauperem à paupertate ſua,″& reuelabit aurem eorum in oppreſſione.

16 Quinetiam ″ remouiſſet te′de ore anguſtiæ *in* latitudinem,ſub qua nulla eſt anguſtia:″& requies menſæ tuæ plena pinguedine.

17 ″At verò iudicio impii repleuiſti iuſtitiam & iudicium, *quæ* ſuſtentant.

18 ·Certè″ira *eſt tibi*,″ne auferat te flagello:″& magnitudo redemptionis non″faciet te declinare.

19 ′Nunquid æſtimabit diuitias tuas?non aurum,neque omnes vires potentiæ.

20 ″Ne anxius ſis noctu *quomodo* excidat populos in loco ſuo.

21 Caue ne aſpicias″ad iniquitatẽ:q̃a hoc delegiſti′præ paupertate.

22 Ecce Deus″exaltabit potentia ſua:quis ſimilis illi″docens?

23 ″Quis cõſtitutus eſt ſuper eum *ut doceat eum* viam ſuam?& quis″dixit,Feciſti iniquitatem?

24 Memẽto vt magnifices opus eius′quod cõtẽplantur homines,

25 Quódque omnes homines′vident,*&* homo intuetur eminus.

26 Ecce Deus magnus *eſt*, & nõ ″cognoſcimus *eum*,″numerum annorum eius,nec eſt inueſtigatio.

27 ″Quum prohibuerit ſtillas aquarum,effundent pluuiam ad vaporem illius:

11 Si audierint & obſeruauerint,complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria.

12 Si autem non audierint,tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia.

13 Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt quũ vincti fuerint.

14 Morietur in tempeſtate anima eorum,& vita eorũ inter effœminatos.

15 Eripiet de anguſtia ſua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurẽ eius.

16 Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſimè, & non habente fundamẽtum ſubter ſe : requies autem mẽſæ tuæ erit plena pinguedine.

C

17 Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt, cauſam iudiciúmque recipies.

18 Nõ te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas : nec multitudo donorum inclinet te.

19 Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine.

20 Ne protrahas noctem, vt aſcendãt populi pro eis.

21 Caue ne declines ad iniquitatem: hãc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriã.

22 Ecce, Deus excelſus in fortitudine ſua,& null⁹ ei ſimilis in legiſlatorib⁹.

23 Quis poterit ſcrutari vias eius? aut quis poteſt ei dicere,Operatus es iniquitatem?

24 Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.

D

25 Omnes homines vident eũ, vnuſquiſque intuetur procul.

26 Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram : numerus annorum eius inæſtimabilis.

27 Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum.

---

11 Et ſeruierint,ויעבדו ſub.Deo. Dies ſuos in bono,&c. ימיהם בטוב ושניהם בנעימים׃ .i.ætatẽ ſuã proſperè trãſigẽt,& tempus vitæ ſuæ in ſuauibus,ſiue delectationibus,hoc eſt in ſumma voluptate animi. 12 In enſem tranſibunt, בשלח יעברו Hebraiſmus,enſe peribũt. Sine ſcientia. בבלי דעת׃ .i.in ſumma ignorantia. 13 Cæterùm impii corde וחנפי־לב Ad verbum, Et hypocritæ corde.i. animo ſcelerato homines. Tribuũt furorẽ,ישימו אף attribuũt *ad* iram.ſub.Deo.i.dicũt Deũ hæc immittere quòd iratus ſit,& nõ attendunt ad ſua ſcelera.Ad verbum,ponent. Neque clamant quum allig.e. לא ישועו כי אסרם׃ neque vociferabuntur quum vinxerit eos.i.coniecerit in vincula. 14 Anima eorũ, נפשם Pro perſona poſuit animã.Verti poteſt per præſens,Moritur in ipſa iuuẽtute perſona eorũ.i.moriũtur iuuenes. 15 Eruet יחלץ Vel per præſ.liberat. Et reuelabit,&c. ויגל בלחץ אזנם׃ & aperiet,&c. Hebraiſmus, reddit eos dociles & cautiores afflictionibus,agnoſcentes peccata ſua,& reſipiſcentes. 16 Remouiſſet te הסיתך tranſpoſuiſſet te. depoſuiſſet te. ſub.ſi nõ peccaſſes. De ore anguſtiæ,&c. מפי־צר וגו׳ .i.de anguſtia in locum latitudinis,ſiue latũ,qui non eſt anguſtus, hoc eſt ſpatioſiſſimum & ampliſſimum. Et requies menſæ,&c. ונחת שולחנך מלא דשן׃ id eſt,& quod requieſcit,ſiue ſuperponitur menſæ tuæ,nempe mappa,aut vaſa,eſſent plena eſcis pinguibus ac delicatis. 17 At verò iudicio impii,&c. ודין־רשע וגו׳ At verò iuſtitia impii,&c.i.admiſcuiſti iuſtitiam & iudicium iuſtitiæ impii.hoc eſt,Tu verò ſequutus es impiorum iudicium,dixiſti iuſtitiam Dei quæ ſuſtentat omnia,eſſe iniuſtitiam.

18 Ira חמה ſub.Dei eſt tibi.i.iraſcitur tibi.ſiue,iratus te affligit. Ne auferat te flagello: פן־יסיתך בשפק .i.ne tollat te de medio,ac perdat vehemẽti percuſſione.Alii,ne proiiciat te cũ ſufficientia.i.cũ opibus quas habes.acſi dicat,nihil profuerint tibi diuitiæ. Ita exponit doctus inter Hebræos. Et magnitudo redempt. ורב־כפר & magnitudo pretii, &c.i.quantumuis magnum pretium dederis, non eripiet te ab imminente plaga Dei. 19 Nunquid æſtimabit,&c. היערך שועך an æquipollebunt diuitiæ tuæ?ſub.illi Diuinæ vltioni.i.an vllis opibus vitare poſſis vltionẽ Dei?Reſpondet,Nullæ diuitiæ quantumuis magnæ,poterunt te eripere.Doctus inter Hebræos admonet,quoſdã exponere,Num æſtimabit clamorẽ tuum? 20 Ne anxius ſis,&c. אל־תשאף וגו׳ Ad verbũ,Ne conſideres[anheles.deſideres]noctu ad excidendum populos ſub ſe.i.Ne anxiè deſideres,aut cõſideres noctu,quo tẽpore ſolent homines meditari,qua ratione fiat vt tot populi ſuccidantur in loco ſuo,qui etiam magnis pollent viribus. 21 Ad iniquitatem: אל־און .i.ad id quod te inducere poſſit vt dicas Deum aliquid iniuſtè egiſſe. Præ paupertate. מעני׃ præ tenuitate. ſub.ingenii tui.i.in ea es ſententia,propterea quòd ingeniũ tuum non poteſt altius penetrare. 22 Exaltabit ישגיב Vel per præſ.exaltat.i.eruit.aut,protegit.ſiue,protegere ſolet. Docens? מורה׃ qui doceat?qua ſcilicet via eundum ſit,vt repellamus a nobis iniquitatẽ,& vitemus pericula,ne pereamus. 23 Quis cõſtitutus eſt, &c. מי־פקד עליו דרכו Quidã Hebræorum dicunt verſum iſtum ſimilem eſſe illi Ieſaiæ 40.c.13, Quis direxit Spiritum Iehouæ,& *quis* vir conſilii eius,indicauítque illi? A quo petiit cõſilium,& inſtruxit eum,docuítque eum ſemitam iudicii, atque erudiuit eum ſcientia,& viam intelligentiarũ oſtendit illi? Alii vertunt, Quis memorauit ei viam ſuam?tanquã ſcilicet ſit oblitus,vel vt dicat ei,Operatus es iniquitatẽ.Ita Doctus inter Hebræos. Alii, Quis viſitauit ſupra illum viam eius? .i. Quis maior ac ſuperior illo , viſitauit quæ facere ſolet? q.d.quis corrigere poſſit quæ fecit? Vide ſuprà cap.24.b.13. Dixit, אמר Vel per futurum,dicet.i.quis dicere poſſit,vel auſit Deum aliquid iniquè egiſſe?

24 Quod contemplantur ho. אשר שוררו אנשים׃ Fut.Heb.pro præſ.q.d.Tu memineris vt opera illius magnifices nobis videntibus.

25 Vident חזו Præt.Heb.pro præſ. 26 Cognoſcimus נדע ſub. eũ.Fut.Heb.pro præſ.i.à nobis perfectè cognoſci non poteſt.q.d.maximus eſt & incomprehenſibilis. Numerũ annorum eius, מספר שניו ſub.nõ cognoſcimus. Iſtud mox ſequentibus iungitur,& eſt coniuncta oratio,Numerum annorum eius,nec eſt inueſtigatio,pro,numerus annorum eius eſt imperueſtigabilis.

27 Quum prohibuerit ſtillas, &c. כי־יגרע נטפי־מים Alii vertunt per præſens, Quum prohibet ſtillas aquæ , ſtillant [ſub.nubes] pluuiam ad vaporem illius. ſub.nubis. id eſt pluuiam factam ad vaporem quem ſubduxit in mediam regionem aeris.q.d.aliquando in ſumma ſiccitate educitur vapor humidus,vnde generatur pluuia copioſa.

Qui de nubibus fluũt, quæ prætexũt cuncta déſuper. 28

Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, 29

Et fulgurare lumine ſuo déſuper, cardines quoque maris operiet. 30

Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus. 31

In manibus abſcondit lucẽ, & præcipit ei vt rurſus adueniat. 32

Annuntiat de ea amico ſuo, quòd poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere. 33

Cap. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. 1

Audite auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius procedentem. 2

Subter omnes cælos ipſe conſiderat, & lumẽ illi⁹ ſuper terminos terrę. 3

Poſt eũ rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & nõ inueſtigabitur, quum audita fuerit vox eius. 4

Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia. 5

Qui præcipit niui vt deſcendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri B fortitudinis ſuæ. 6

Qui in manu omnium hominũ ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua. 7

Ingredietur beſtia latibulum, & in antro ſuo morabitur. 8

Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus. 9

Flãte Deo concreſcit gelu, & rurſũ latiſſimè funduntur aquæ. 10

′Quia ſtillant *è* nubibus, ſtillant *inquam* ſuper homines affluenter.

Inſuper an intelliget′differentias nubium, ″tonitrua firmamenti eius?

Ecce extendit″ob id″lumen ſuum, ″& radices maris operit:

Nam″per ipſas iudicat populos, dat eſcam′affluenter.

′Super nubes tegit lucẽ, & præcipit propter illud de occurrẽte.

Tunc″annuntiat de eo ſocius eius: túncque acquiſitio iræ *eſt* ſuper aſcendentem.

Cap. XXXVII.

INſuper″ad id expaueſcit cor meum, & mouetur è loco ſuo.

Audite audiendo″cum tremore vocem eius, ″& eloquium *quod* ex ore eius egreditur.

Sub toto cælo″dirigit illud, ″& lumen eius ſuper extrema terræ.

″Poſt ipſũ rugit ſonitu *&* tonat″voce ſuperbiæ ſuæ: ′neque retardat illa quum exauditur vox eius.

Tonat Deus″voce ſua mirabilia: facit maxima, ′& non intelligimus.

Quia niui dicit, ″Eſto *ſuper* terram: ″& imbri pluuiæ, imbri quoque pluuiæ fortitudinis ſuæ.

′Vehementia omnẽ hominẽ recludit ′quominus recognoſcat *homo* omnes homines operis ſui.

′Et ingreditur beſtia latibulum, & in habitaculis ſuis habitat.

″De intima *nube* prodit turbo, ″& à ventis Aquilonaribus *prouenit* frigus.

Pro voluntate Dei′dat gelu, & latitudinem aquarũ in anguſtia:

Fideli homini cognita Dei opera.
Ex aliis operib⁹ probat Eliu ſapientiam Dei & iudiciũ eius imperueſtigabile.

28 Quia ſtillant, &c. ′אשר־יזלו וגו Nam ſtillant *aquæ* è nubibus, [è cælo,] ſtillant *inquam* ſuper homines multos. hoc eſt ita vt per ſtillas defluat è nubibus pluuia copioſa ſuper quamplurimos homines. Operit enim cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Pſal. 147. b. 8.

29 Differentias nubium, מפרשׂי־עב varietates nubis. pro nubium. Homo capere non poteſt varietates nubium. Vide infrà capite ſequenti, c. 16. Tonitrua firmamenti eius? תשואות סוכתו׃ Ad verbum, & fremitus tentorii eius. id eſt nubium quæ dicuntur eſſe Deo vice tentorii. 30 Ob id עליו Id eſt vt educat vaporem. Alii, propter illum. ſub. vaporem. Lumen ſuum, אורו Significat radios ſolares quos expandit ſuper terram. Et radices maris operit. ושרשי הים כסה׃ Præt. Heb. pro præſ. Sic vocat ſuperficiem maris, ob fluctus vagos qui in diuerſa ſcinduntur more radicis. Operit autem, abſcondit, ſiue tegit, nempe vapor. id eſt vapor copioſus conſurgit è mari propter radios ſolis, vnde fit pluuia. 31 Per ipſas iudicat pop. בם ידין עמים .i. Deus per ipſas aquas interdum vlciſcitur ſe de populis. Legi poteſt, per illa, eodem ſenſu. Affluenter. למכביר׃ in copia. id eſt copioſiſſimam. nam ſæpe ex copioſa aqua proueniunt fruges.

32 Super nubes, &c. ′על־כפים וגו Id eſt in media illa regione aeris tegere ſolet lucem, ſiue lumen, hoc eſt exhalationem calidam & ſiccã: & præcipit propter illam exhalationem adeſſe quod illi occurrat. hoc eſt, præcipit vt occurrat illi exhalationi vapor frigidus.

33 Annuntiat de eo ſocius eius: יגיד עליו רעו Fut. Heb. pro præſ. id eſt Socius eius, hoc eſt vapor illi frigidus qui occurrit illi, annuntiat de eo lumine, hoc eſt de aduentu illius exhalationis. q. d. colligit omnes ſuas copias, videtúrque annuntiare hoſtem ſuum aduenìſſe, & propterea petit ſibi ſuccurri: tunc acquiſitio iræ eſt ſuper aſcendẽtem. i. iraſcitur exhalatio illa quæ nata eſt aſcendere, & colluctantur, atque ita fit tonitru.

IN CAPVT XXXVII.

1 Ad id expaueſcit לזאת יחרד propter hoc tremit. formidat. Fut. Heb. pro præſ. Declarat omnipotentiam Dei ex his quæ fiunt in cælo & aere. 2 Cum tremore vocem eius, ברגז קולו terrorem vocis eius. id eſt diligenter audite vocem eius terrificam quæ incutere ſolet timorem hominibus. Et eloquium והגה & ſonum. ſonitum. acſi dicat tonitru vocem Dei eſſe qua terret homines.

3 Dirigit illud, ישרהו ſub. eloquium, ſiue fulgur. id eſt efficit vt per totum aerem vagetur ac diſcurrat. Alii, & irrigat illam. ſub. nubem. id eſt efficit vt nubes illa quæ operit totum aerem, liqueſiat aliquando, & vertatur in imbrem. Et lumen eius ואורו ſub. Dei, vt nubis quæ diſſoluitur. ſubaudiendum autem verbum præcedens, dirigit, id eſt mittit ſuper, &c. acſi dicat, ex illa nube decidunt & apparent fulgura. 4 Poſt ipſum אחריו ſub. lumen, quo fulgur ſignificat. id eſt fulgore viſo, rugit ſono terribili. q. d. mirum eſt tonitrua illa ſubinde repetita, tam frequenter iterari. nam vnum ſuccedit alteri. Voce ſuperbiæ ſuæ: בקול גאונו Id eſt ſono maximo. Prius enim apparent fulgura, dein audiuntur tonitrua: & tamen prius fit tonitru: nã viſio fit citra motũ in momento: ideo prius videtur fulgur, vox autem fit cũ motu. oportet enim diſtantiam eſſe vt percipiatur. Neque retardat illa, &c. ולא יעקבם neque remoratur illa [ſub. tonitrua] quũ exauditur tonitruum eius. id eſt tonitrua excipiunt fulgura. mox enim audiuntur tonitrua, modo ſint in ea diſtantia vt exaudiri poſſint.

5 Voce ſua בקולו Id eſt quum vocem ſuam exerit. Et non intellig. ולא נדע׃ ſub. illa. q. d. quæ ab homine cognoſci non poſſunt.

6 Eſto *ſuper* terram: הוא־ארץ Id eſt deſcende in terram. Et imbri pluuiæ, וגשם מטר ſub. dicit, Eſto in terra. Imbrem pluuiæ vocat imbrem tenuiſſimum. vt imbrem pluuiæ fortitudinis appellat imbrem impetuoſum: cui etiam dicit, Eſto in terra.

7 Vehementia omnem ho. recl. ביד־כל־אדם יחתום Vi [potentia, ſub. pluuiæ] omnem hominem ſigillat. id eſt claudit, ſiue recludit, domi ſuæ. ſub. Deus. Doctus inter Hebræos dicit quoſdam exponere de imbre, quòd claudat & prohibeat omnem hominem exire domum vt ſciant omnes homines opus ſuum in agro. Alios verò de frigore interpretari, quod claudat manum omnium hominum, vt non poſſint facere opus ſuum propter frigus. Fut. Heb. pro præſ. Quominus cognoſ. &c. לדעת כל־אנשי מעשהו׃ Id eſt quominus homo recognoſcat omnes operarios ſuos. hoc eſt, vt non poſſint aſpicere quid faciant operæ ſuæ homines. q. d. Deus abundantia pluuiæ cogit homines remanere domi, quominus poſſint exire vt inuiſant operarios ſuos. Ad verbum, Ad cognoſcendum. Subauditur לא non.

8 Et ingreditur, &c. ′ותבוא חיה וגו Fut. Heb pro præſ. 9 De intima *nube* מן־החדר A Meridie. Ex doctioribus Hebræorum alter dicit ſignificare ſtellam Aquilonarem quam non vident qui Aquilonem incolunt, quia eſt iuxta Polum Antarcticum. Et à ventis Aquil. וממזרים קרה׃ Ad verbũ, & à diſpergentibus. vel diſperſoribus. ſolet enim Aquilo diſperſis nubibus reddere aerem nitidum. propterea dicitur Scopæ cæli. Alii, & de inundationem faciente. q. d. nonnunquam de nube quæ inundationẽ facere ſolet, prodit frigus. aliquando enim nubes illa vertitur in grandinem vel niuem. 10 Dat יתן Fut. Heb. pro præſ. id eſt nubes illa aliquando prout vult Deus, dat grandinem, & ponit latitudinem, &c. i. facit vt aqua lata aſtringatur, & fiat pruina. hoc eſt interdum pluuia lata antequam deſcendat, congelatur, ac vertitur in pruinam.

11 Etiam′ propter irrigationem *terræ* defatigat nubem, diſpergit nubem luminis eius.

12 ″Ipſa quoque in circuitibus voluitur″machinis eius, ′vt efficiāt illa quæ præceperit eis ſuper faciem orbis in terra.

13 ′Siue in flagellum,ſiue propter terram ſuam,ſiue propter miſericordiam exiſtere facit pluuiam.

14 Auſculta iſtud אIiób,ſta & intellige mirabilia Dei.

15 ′Num noſti quum diſponeret Deus de illis,& leuare faceret lumen nubis eius?

16 ′Num noſti differentias nubis,mirabilia′perfecti ſcientiis?

17 N*um* quòd veſtimenta tua *eſſent* calida, ″quum quieſceret terra à Meridie?

18 N*um* extendiſti cum eo cælos qui ſunt ′fortes ′ ſicut ſpeculum fuſum?

19 Oſtende nobisquid dicamus illi:″nondiſponemus *ſermonem* propter tenebras.

20 ′Num narrabitur ei quando loquar?″num loquetur aliquis quū perdetur?

21 ″Nunc quoque non viderunt lumen lucidum *quod* eſt in cælis:at ventus tranſit & repurgat illud.

22 Ab Aquilone″aurum veniet,propter Deum terribilem laude.

23 Omnipotens″quem non inuenimus,magnus *eſt* potentia & iudicio,ac multitudine iuſtitiæ:″*propterea* non affligit.

24 Idcirco″timebunt eum homines:″non videbit *propterea* omnes ſapientes corde.

Cap. XXXVIII.

Alloquitur Dominus Iob, oſtēdens ei ſuam iuſtitiam ex inſcrutabilibus ſuis operibus.

1 ET alloquutus eſt Iehouáh ipſum אIiób″de ipſo turbine,atque dixit,

2 Quis *eſt* iſte″qui obſcurat conſiliū ſermonibus ſine cognitione?

3 ″Accinge nunc ſicut vir lumbos tuos:interrogabo te,″& notifica mihi.

11 Frumentum deſiderat nubes,& nubes ſpargunt lumen ſuum,

12 Quæ luſtrant per circuitum quocūque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne quod præcepit illis ſuper faciem orbis terrarum.

13 Siue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordię ſuæ eas iuſſerit inueniri.

14 Auſculta hæc Iob: ſta, & conſidera mirabilia Dei. C

15 Nunquid ſcis quādo præcepit Deus pluuiis,vt oſtenderent lucem nubium eius?

16 Nunquid noſti ſemitas nubium magnas,& perfectas ſcientias?

17 Nónne veſtimenta ſua calida ſunt, quum perflata fuerit terra Auſtro?

18 Tu forſitā cum eo fabricatus es cælos,qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.

19 Oſtende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris.

20 Quis narrabit ei quæ loquor? etiam ſi loquut⁹ fuerit homo,deuorabitur.

21 At nunc non vident lucem: ſubitò aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas.

22 Ab Aquilone aurū venit,& ad Deū formidoloſa laudatio.

23 Dignè eum inuenire nō poſſumus, magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia,& enarrari non poteſt.

24 Ideo timebunt eum viri,& non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

Cap. XXXVIII.

1 REſpondens autem Dominus Iob de turbine,dixit,

2 Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?

3 Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te,& reſponde mihi.

11 Propter irrigationem,&c. ברי יטריח עב Id eſt vt irriget Deus mundum,aggrauat nubem multitudine pluuiæ. A רוה irrigauit,deducit doctus inter Hebræos. Alii à ברה,& exponunt,ſeueritas[vel,claritas]fatigat nubem.id eſt nonnunquam nubes diſſoluitur,& cælum redditur ſerenum. Declarat mox,ea enim claritas diſpergit nubem luminis eius. id eſt nubem quæ conſtat exhalatione calida & ſicca: quia ex ea facilè ſuſcitatur lumen,& educitur fulgur. 12 Ipſa quoque *in* circuitibus voluitur, והוא מסבות מתהפך Id eſt,Ipſa nubes varios agit circuitus,hoc eſt in diuerſa fertur,ſiue contrariis viis rapitur. nam certis de cauſis nunc nubes vertitur in aquam, nunc in grandinem, nunc in niuem. Machinis eius, בתחבולותיו Id eſt arte & opera Dei. Vt efficiant illa לפעלם in quæ ſcilicet nubes vertitur,nempe grādo,nix,pluuia,quæcunque præceperit illis Deus. 13 Siue in flagellum,&c. אם־לשבט וגו' Declarat quomodo id fiat.id eſt ſiue flagella Dei ſint nubes, ſiue ad procreandos fructus terræ, ſiue vt incremētum maius accipiant quæ in terra ſunt.Id enim ſignificat vox חסד *heſed* gratiam ſiue miſericordiam,id eſt abundantiam & excellentiam bonitatis. 15 Num noſti quum diſpon.&c. התדע בשום־אלוה וגו' Fut.Heb.pro præt.noueras.id eſt,Eráſne quum Deus ſtatueret nubes aliquando verti debere in niuem,aliquando in grandinem,aliquando in pluuiam: & quum indidit nubi ſuæ naturā vt verti poſſet quaſi in ignem,& ex ea elici fulgur? 16 Num noſti differ.nubis, התדע על־מפלשי־עב Num noſti varietates nubium? Vide ſuprà capite præcedenti,d.29. Alii vertunt, Num noſti libramenta nubium.id eſt quomodo nubes pendeant in aere. Perfecti ſcientiis? : תמים דעים Id eſt,Dei ſapientiſſimi. Vide capite præcedenti,verſu 4.

17 Quum quieſceret terra à Meridie? : בהשקיט ארץ מדרום Id eſt quum nullus eſſet ventus in Meridie,ſed in parte oppoſita, nempe in Septentrione? hoc eſt,nunquid noſti veſtes tuas fore calidas quando ſol erit in ſignis Septentrionalibus, & non in Auſtralibus? q.d. An noſti calorem vigere in hyeme quum maximè flat Aquilo,& Æſtate quum flat Auſter,vigere frigus? ac ſi dicat,Non.

18 Fortes חזקים ſolidi. Sicut ſpeculum fuſum? : כראי מוצק velut aſpectus rei fuſæ? id eſt qui ſunt perſpicui,vt vitrum perſpicuū eſt.

19 Non diſponemus,&c. : לא נערוך מפני־חושך Non diſponemus[ſub.ſermonem cum eo]propter tenebras.i.Non diſponemus ſermonem tanquam diſputaturi cum illo,quia verſamur in tenebris & ignorantia:Deus autem nihil ignorat.

20 Num narrabitur ei היסופר לו q.d.Nunquid opus habet interprete qui annuntiet ei quæ loquimur? Nequaquam: quia omnia ſunt ei nota.nouit enim corda hominum. Num loquetur,&c. אם־אמר וגו' q.d.quis reſiſtere poterit Deo volenti perdere aliquem?

21 Nunc quoque non vid.&c. ועתה לא־ראו וגו' Rurſum perſtringit vnum miraculū quod fit in cælo.Non vident(inquit)homines lumen clarū ac ſplendidum quod eſt in cælo,propter nubes offuſcantes illud.id eſt,fit interdū vt nubes nobis intercipiant lumen ſolis: at ſubitò adueniente vento fugantur nubes,& ſtatim apparet lumen ſolis. 22 Aurum veniet, זהב יאתה Id eſt ſerenitas puriſſima,vt eſt aurum inter metalla,venit flantibus ventis Aquilonaribus propter Deum terribilem laude,id eſt voluntate ac iuſſu Dei ſumma cum reuerētia laudandi.Repurgat enim Deus aerem ventis Aquilonaribus.Alii vertunt,*& hac ratione* laus eſt ſuper[vel,ad]Deum terribilem. id eſt laudatur Deus mirabilis in operibus. 23 Quem non inuenimus, לא־מצאנוהו Ad verbum,non inuenimus eum.i.qui eſt incomprehēſibilis,& cuius eſſentia intellectu hominis comprehendi non poteſt. *Propterea* non affligit. : לא יענה ſub.libenter, ſed quaſi inuitus. Fut.Heb.pro præſ. 24 Timebunt יראוהו Quidam per præſens vertunt,timent.ſaltem timere deberent. Non videbit,&c. לא יראה וגו' Vel per præſens,non aſpicit omnes ſapientes corde.id eſt non habet reſpectum perſonarum:affligit etiam ob peccata ipſorum eos qui putantur ſapientes,aut qui ſibi ſapere videntur.

IN CAPVT XXXVIII.

1 De ipſo turbine מן־הסערה de ipſa caligine,in qua ſcilicet videtur nobis Deus deliteſcere.

2 Qui obſcurat.&c. מחשיך וגו' .i.qui obſcurum reddit conſilium,ſiue qui ſic obſcurè loquitur imprudenter? hoc eſt,qui verbis obſcuris explicat cōſiliū? Hæc verba repetit Iob infrà cap.42.a.3. 3 Accinge nūc ſicut vir lūbos t. אזר נא כגבר חלציך Phraſis Hebræa,Accinge te ad futurā diſceptationē.Vide infrà ca.40.a.2. Et notifica mi. : והודיעני .i.reſponde mihi.Hæc verba repetit Iob infrà cap.42.a.4.

	Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, ſi habes intelligentiam.	4	Vbinam eras quando fundabam terram? annuntia 'ſi noſti intelligentiam.
	Quis poſuit menſuras eius ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam?	5	Quis diſpoſuit 'menſuras eius 'quod noſcas? aut quis extendit ſuper eam "lineam?
	Super quo baſes illius ſolidatæ ſūt? aut quis dimiſit lapidem angularem eius.	6	"Super quo baſes eius defixæ ſunt? aut quis iecit "lapidē eius angularem?
	Quum me laudarēt ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei?	7	"Quum laudarent pariter ſtellæ luminis, & iubilarent omnes filii Dei?
	Quis concluſit oſtiis mare, quādo erūpebat quaſi de vulua procedens,	8	'Et *quis* clauſit oſtiis mare, dum erupit è vulua, *&* 'prodiit?
	Quum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem?	9	"Quando poſui nubem veſtimentum eius, & caliginem faſciam eius:
	Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia:	10	Et decreui ſuper eo decretum meum, appoſuíque *illi* 'vectem & oſtia:
B	Et dixi, Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.	11	Et dixi, Hucuſque venies, "neque addes: & illic 'ponet elationē fluctuum tuorum.
	Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locū ſuum?	12	An in diebus tuis præcepiſti 'mane, *aut* indicaſti auroræ locum ſuum,
	Et tenuiſti concutiens extrema terræ, excluſiſti impios ex ea?	13	'Vt apprehendat extrema terræ, & excutiantur impii 'ex ea?
	Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum.	14	'Mutatur 'ſicut lutum ſigilli, "& ſtant ſicut veſtimentum.
	Auferetur ab impiis lux ſua, & brachium excelſum confringetur.	15	'Et prohibetur ab impiis lux ipſorum, & brachium excelſum confringitur.
D	Nunquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti?	16	'Nunquid ingreſſus es vſque ad profunda maris, '& in vado voraginis ambulaſti?
	Nūquid apertæ ſunt tibi portę mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?	17	"Nūquid detectæ ſunt tibi portæ mortis, & portas vmbræ mortis vidiſti?
	Nunquid cōſideraſti latitudines terræ? indica mihi, ſi noſti, omnia.	18	Nunquid conſideraſti "vſque ad latitudines terræ? indica ſi noſti totam ipſam:
	In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit,	19	"Vbinam *eſt* via *in qua* habitat lux, & tenebrarum vbi *eſt* locus?
	Vt ducas vnūquodque ad terminos	20	"Quòd acceperis eam in regionem ſuam, & quòd intellexeris

4 Si noſti intelligentiam. אם־ידעת בינה: Id eſt ſi peritus ſis tantarum rerum. q.d. Ego ſolus ſine auxilio adiutricis creaturæ firmaui ac ſtabiliui terram, vt ſtet in medio aeris: quod eſt hominibus maximè mirandum.

5 Menſuras eius, ממדיה ſub. terræ. Quod noſcas: כי תדע hoc eſt, eam menſuram habet terra qua nulla alia aut maior, aut minor debuerit eſſe. habet enim menſuram exactiſſimam. Lineam? קו: vt ædificaret eam ſcilicet. id eſt, quis deſcripſit terram ipſam, ac deſignauit veluti fune, fundamenta eius? 6 Super quo baſes eius,&c. על־מה אדניה הטבעו Id eſt ſuper quas baſes collocata eſt terra?

Lapidem eius angularem? אבן פנתה: qui ſcilicet ſuſtineret pondus totius terræ.

7 Quum laudarent,&c. ברן־יחד וגו' Subaudiendum aliquid, *Et nunquid eras*, quum canerent [vel, quum cecinerunt] ſimul [id eſt quum cœperunt laudare Deum, quando ſcilicet creatæ ſunt] ſtellæ lucidæ: & quum iubilare cœperunt Deo omnes Angeli? Chaldæus paraph. omnes cœtus Angelorum. q.d. vbi eras in creatione Angelorum? 8 Et clauſit oſtiis ויסך בדלתים Et obſtruxit foribus. i. quis concluſit maria quaſi foribus appoſitis, ſtatim poſt creationem aquarum? Prodiit? יצא: ſub. in lucem? de mari loquitur.

9 Quando poſui nubem,&c. בשומי ענן וגו' Id eſt quando texi maria nubibus, velut veſtimento: & quando caligine, velut faſciis inuolui illud? 10 Vectem & oſtia: בריח ודלתים: Id eſt fores & vectem quo firmarentur fores. hoc eſt, quando ſtatui terminos mari, quos non tranſgrederetur. 11 Neque addes: ולא תוסיף neque vltrà progredieris. Ponet elationem fluctuum tuorum. ישית בגאון גליך: Ponet. ſub. ventus. id eſt illic eleuabit ventus fluctus tuos. Iuxta hanc verſionem redundat ב in בגאון. Alii vertunt, ponet *te ventus* in elatione fluctuum tuorum. 12 Mane, בוקר lucem matutinam. id eſt, An mandato tuo extitit aurora, ſiue mane ipſum feciſti? & an iuſſiſti vt aurora appareret æſtate in loco iſto, hyeme in alio? nam quotidie ſol mutat locum ſuum.

13 Vt apprehēdat extrema terræ, לאחוז בכנפות הארץ Vt arriperet [ſub. aurora.] angulos terræ. Nam quando ſol eſt in Cancro, oritur in loco multum diſtante ab eo quando eſt in Capricorno. Ex ea? ממנה: ſub. terra. quia ex illa mutatione ſolis varia temperamenta oriuntur, & varii morbi. 14 Mutatur תתהפך Fut. Heb. pro præſ. id eſt varios affectus ſuſcipit terra. Sicut lutum ſigilli, כחומר חותם quod quidem recipere ſolet varias impreſſiones: ſic terra mollis quæ admittere poteſt impreſſionem. Et ſtant ſicut veſtimentum. ויתיצבו כמו לבוש: & ſtant [ſub. homines] ſicut veſtimentum. quod ſubinde mutari ſolet. Fut. item Heb. pro præſ. hoc dicit propter diuerſum occaſum ſolis, ita vario modo tunc afficiuntur homines. 15 Et prohibetur,&c. וימנע וגו' Futura Heb. quæ per præſentia vertuntur, id eſt cadunt impii à fœlicitate ſua, & vires inſignes (id ſignificat brachium excelſum) debilitantur, ac redduntur infirmæ.

16 Nunquid ingreſſus es הבאת Nunquid perueniſti. penetraſti. q.d. Oportet iudicem noſſe ea de quibus iudicaturus eſt: tu verò iudicas de operibus meis, quum ea non noris. Nunquid penetraſti vſque ad profunditates maris? hoc eſt, vſque ad eum locum maris vbi decurrit ingens copia aquæ? Profunditates ſiue profunda vocat נבכים à בכה flere, quòd flendo decurrant lachrymæ. Et in vado vorag. ובחקר תהום Ad verbū, & in inueſtigatione abyſſi. Ex doctis Hebræorū alter exponit infimū: ab חקר inueſtigauit deductū, quòd cognoſci nequeat niſi poſt longam inueſtigationem. i. nunquid in fundo maris deambulaſti, vt noſſe poſſis quæ illic fiāt? q.d. an totum mare eſt tibi perſpectū?

17 Nunquid detectæ ſunt tibi,&c. הנגלו לך וגו' Nunquid reuelatæ ſunt tibi,&c. i. an noſti quæ fiant in viſceribus terræ? nam corpora illa cæleſtia influunt in mortalia: ab illis dicimus vitam pendêre, à terra verò mortē: propterea vocat mortem & vmbrā mortis viſcera terræ.

18 Vſque ad latitud. ter. עד־רחבי־ארץ .i. ea quæ ſunt ſub Polis ipſis. Et an fuiſti in eo loco in quo annus conſtat vnico die naturali?

19 Vbinā *eſt* via,&c. איזה הדרך וגו' .i. Indica inquam ſi noſti, vbinā dies ſit longiſſimus, & vbi nox longiſſima. Quando enim ſol accedit ad Polos in tropico Cancri, in æſtate, ii qui habitant ſub Polo Arctico, habent diem per ſex menſes, & noctem per totidem. quum verò ſol recedit ab eis, & eſt in tropico Capricorni, qui ſub Polo Antarctico ſunt, illis eſt dies per ſex menſes, aliis verò nox.

20 Quòd acceperis,&c. כי תקחנו אל־גבולו Subaudiendum ex præcedentibus, An noſti, vt vertas, An noſti omnia iſta, quòd acceptam collocaueris eam lucem quemadmodum eſt in ea regione: & quòd intelligas ſemitas loci eius? hoc eſt ſcias vbinam ſint dies illi longiſſimi, & quando recedente lumine fiant illic tenebræ? q.d. non.

ſemitas domus eius?

21 *Num* noſti *illud* quia tunc″natus eſſes, & numerus dierũ tuorum multus ſit?

22 ″Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, & theſauros grandinis vidiſti,

23 Quem″retinui in tempus anguſtiæ, *&* in diem belli ac prælii?

24 *Et an noſti* vbinam ſit via *in qua* diuiditur″exhalatio, *quæ* ſpargit″ventum ſuper terram?

25 ″Quis diuiſit inundationi aquæductum,″& viam fulguri tonitruorum:

26 Vt pluat *etiam* ſuper terram *in qua* ″nullus eſt, *&* *ſuper* deſertum in quo nemo eſt?

27 Vt ſatiet vaſtitatem ac deſolationem, & germinare faciat″exitum germinis.

28 ″Nunquid eſt ipſi pluuiæ pater? aut quis gignit″ſtillas roris?

29 De vtero cuius″egreditur gelu,″& pruinam cæli quis gignit?

30 Inſtar lapidis ′aquæ abſconduntur, & ſuperficies voraginis″cõgelatur.

31 Nunquid cohibebis ′delicias Vergiliarum, ′aut contractiones Orionis aperies?

32 Nunquid educes ſigna cæleſtia″tempore ſuo?″& Arcturum cum filiis ſuis deduces?

33 ″Nunquid noſti ſtatuta cæli? ′nunquid pones dominium eius in terra?

34 ″Nunquid eleuabis nubi vocem tuam, & multitudo aquarum operiet te?

35 Nunquid emittes fulgura,″& ibunt: dicéntque tibi, Ecce nos?

36 Quis poſuit″in renibus ſapiẽtiam? aut quis dedit intellectui intelligentiam?

37 ′Quis numerauit cælos in ſapientia?″& quæ deſcendũt de cælo, quis quieſcere fecit?

38 Quum dureſceret ′puluis in duritiam illam, & glebæ ſibi inuicem adhæſerunt?

ſuos, & intelligas ſemitas domꝰ eiꝰ.

Sciebas tũc quòd naſciturus eſſes? & numerum dierum tuorũ noueras? C

Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grãdinis aſpexiſti,

Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli?

Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?

Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui,

Vt plueret ſuper terram abſque homine, in deſerto vbi nullus mortaliũ commoratur?

Vt impleret inuiam & deſolatã, & produceret herbas virentes?

Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris?

De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit?

In ſimilitudinem lapidis, aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. D

Nunquid coniungere valebis micãtes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?

Nunquid producis Luciferum in tẽpore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?

Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?

Nunquid eleuabis ad nebulam vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?

Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adſumus?

Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?

Quis enarrabit cælorum rationẽ, & concentum cæli quis dormire faciet?

Quãdo fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?

21 Natus eſſes, תולד q.d. an tunc natus eras quando lumen creatum eſt, eſſéſne tam longæuus?

22 Nunquid ingreſſus es theſ.&c. הבאת וגו׳ .i. An aſcendiſti in ſublime, vbi hyeme nix, & æſtate grando generatur ac reconditur?

23 Retinui חשכתי repoſui. ſub. mihi. hoc eſt, quo grandine vtor vice flagelli, quum ſcilicet volo affligere aliquos.

24 Exhalatio, אור Hic exhalationem vocat אור lumen, quòd facile concipiat lumen, ac facile inflammetur. Senſus eſt, Et nũ noſti quanam parte & vbinam diuidatur exhalatio ex qua fit ventus qui ſpargitur per totam terram? Ventum קדים Eurum. Subſolanum.

25 Quis diuiſit, &c. מי־פלג וגו׳ Verti poſſunt per præſens, Quis diuidit, ſiue deſignat pluuiæ vehementi eductum? Et viam fulguri tonitruorum: ודרך לחזיז קולות׃ Id eſt, & quis deſignat, vel dirigit viam fulguri, ſiue coruſcationi tonitruorum? Quidam ſubaudiunt cõiunctionem, & viam fulguri *&* tonitruis. id eſt Cuiuſnam arbitrio in aliqua regione fit pluuia maxima, fiúntque fulgura & tonitrua potius quàm in alia? 26 Nullus eſt, לא־איש Ad verbum, non vir. q.d. vt pluat etiam in terra deſerta & inhabitata.

27 Exitum germinis. מוצא דשא׃ Significat ſcaturiginem terræ. id eſt terram ipſam.

28 Nunquid eſt היש ſub. præter me. i. An pluuia habet qui eam certo tempore mittat interram præter me? Stillas roris? אגלי־טל׃ Significat rorem minutiſſimum. Oſtendit opera Dei non eſſe ſatis perſpecta hominibus, neque ea poſſe imitari homines.

29 Egreditur יצא Præt. Heb. pro præſ. id eſt, Quis eſt opifex glaciei præter me? ſiue, quis ex omnibus hominibus poſſit imitari glaciem ipſam? Et pruinam cæli וכפור שמים Id eſt rorem illum congelatum & conglaciatum qui de cælo decidit.

30 Aquæ מים ſub. concretæ, ſiue aſtrictæ, & induratæ. q.d. Induunt aquæ aliam faciem, vt iam non videantur eſſe aquæ quando conſtrictæ ſunt, & congelatæ, & inſtar lapidis induratæ. Congelatur. יתלכדו׃ conſtringitur. Fut. Heb. pro præſ. & plurale, quia refert פני facies, ſiue aſpectus, plurali numero. 31 Delicias Vergiliarũ, מעדנות כימה .i. nunquid cohibebis ne erumpãt deliciæ quas Pleiades, ſiue Vergiliæ præbere ſolent, quæ vere oriuntur, tempore illo quo flores erumpere ſolent? q.d. Quis poſſit æſtate prohibere ne flores erumpant? Nemo, præter Deũ. Aut contractiones, &c. ׃ או־מושכות כסיל תפתח aut cõſtrictiones, &c. eſt enim frigoris conſtringere. Orion autem tempore hyberno conſurgit. q.d. efficiéſne vt tempore hyberno flores erumpant?

32 Tempore ſuo? בעתו Id eſt quo oriri ſolent. An (inquit) efficere poſſis vt pro voluntate tua oriantur ſigna Zodiaci? Et Arcturum cum filiis ſuis deduces? ׃ ועיש על־בניה תנחם .i. & Arcturum cum ſtellis quibus conſtat, vel ſibi propinquis deduces per circuitum ſuũ? Ad verbum legitur, deduces ea. Redundat EA. 33 Nunquid pones dominium eius אם־תשים משטרו an diſpones imperium eius. Declaratio eſt prioris partis verſus. hoc eſt, Nónne Deus eſt qui corporibus cæleſtibus dedit ius in hæc inferiora?

34 Nunquid eleuabis, &c. התרים לעב קולך Id eſt Nunquid deſcendet ad te pluuia imperio tuo?

35 Et ibunt: וילכו ſub. quò voles. i. An imperabis fulguri, & parebit tibi? q.d. non.

36 In renibus בטוחות in viſceribus. Propriè ſignificat viſcera, ſiue partes intimas hominis. Intelligit cor.

37 Quis numerauit, &c. מי־יספר שחקים בחכמה Id eſt quis tam prudenter fecit cælos eo numero quo ſunt? Et quæ deſcendunt è cælo, ונבלי שמים Id eſt ex aere. ſignificat quæ natura ſua è ſublimi cadere ſolent in terram. q.d. quis effecit vt omnia illa grauia quæ deferuntur ex aere in terram, conſiſtant in terra, tanquam in centro, niſi ego?

38 Puluis in duritiem illam, עפר למוצק terra in duritiem illam. inſignem ſcilicet, quam præ ſe fert.

Cap.XXXIX.

NVnquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius impleb s, 1

Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? 2

Pſal.146.b.9

|Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quódnon habeāt cibos? 3

Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſeruaſti? 4

Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? 5

Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittuut. 6

Separantur filii earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas. 7

Quis dimiſit onagrum liberum? & vincula eius quis ſoluit? 8

Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis. 9

Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. 10

B

Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit. 11

Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? 12

Nūquid alligabis rhinocerota ad arandum, loro tuo, aut confringet glebas vallium poſt te? 13

Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? 14

Nunquid credes illi quoniā ſemētem reddat tibi, & aream tuam congreget? 15

Penna ſtruthionum ſimilis eſt pennis herodii & accipitris. 16

Quādo derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea. 17

Obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. 18

Cap.XXXIX.

1 N″Vnquid venaris leoni prædam, ″& animam leunculorum imples,

2 Quum decumbūt in habitaculis, ″ſedéntque in vmbraculo ſuo propter inſidias?

3 Quis ″præparat ″coruo eſcam ipſius, quādo pulli eius ad Deum vociferantur, *&* errant ″quòd non *ſit* eſca?

4 Nunquid noſti tempus quo pariunt ″ibices? *& tempus quo* parturiunt ceruæ obſeruaſti?

5 ″Numeraſti menſes *quibus conceptum* adimplent? & *an* noſti tempus quo pariunt?

6 ″Incuruāt ſeſe, fœtus ſuos ″conterunt, ″dolores ſuos remittunt.

7 *Attamen* ″conualeſcunt fœtus earum, ″creſcunt foris: ″egrediūtur, & non reuertuntur ad eas.

8 Quis emiſit onagrum liberum? & vincula onagri quis ſoluit?

9 Cui⁹ domū poſui in ſolitudine, & habitacula eius ″terrā ſalſam?

10 ″Deridet multitudinem ciuitatis, clamores ″exactoris nō audit.

11 ″Inueſtigatio montium, paſcua eius, & poſt omne virens perquirit.

12 ″Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi? an pernoctabit ad præſepe tuum?

13 Nunquid ligabis rhinocerota ″in ſulco fune ſuo? nunquid arabit valles ″poſt te?

14 Nunquid confides in eo, quòd magna ſit fortitudo eius, ″& derelinques ei laborem tuum?

15 ″Nunquid credes illi quòd reddat ſemen tuum, & areæ tuæ congreget?

16 Alis pauo ″exultat: an penna ſtruthioni, ″& pluma?

17 Derelinquit enim in terra oua ſua, ″& ſuper terram ″calefacit.

18 ″Et obliuiſcitur quòd pes conculcabit ea, & beſtia agri conteret illa.

Pulli coruorum nos docent fiduciam in Deum.

Rurſus oſtendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus.

IN CAPVT XXXIX.

1 Nunquid venaris leoni prædam, התצוד ללביא טרף Nunquid apparas leoni eſcam? vel cibum. q.d. Præterea quis eſt qui dat eſcam leo-
nibus alius quàm ego? Et animam leunc. וחית כפירים & vitam leonum iuuenum. ſignificat deſiderium & appetitum. q.d. nunquid ſatias
deſiderium, ſiue appetitum leonum? 2 Sedéntque in vmbraculo ſ. ישבו בסוכה .i. dum ſtant inſidiantes prædæ.
3 Coruo לעורב Sing. Heb. pro plur. coruis ipſis quando ſunt iuuenes. Statim enim abigunt corui pullos ſuos. Quòd non *ſit* eſca?
לבלי־אוכל: Ad verbum, abſque eſca. 4 Ibices? יעלי־סלע Ad verbum, capreæ petræ. i. habitantes in rupibus. i. quo tempore parere
ſoleant animalia quæ magna difficultate pariunt, vt illis ſuccurras? 5 Numeraſti mēſes, &c. תספור ירחים תמלאנה Ad verbū, Nume-
rabis menſes, adimplebunt? .i. Nunquid numerare potes menſes quibus fœtum conceptum adimplere ſolent? q.d. Quum non noſcas tempus,
quomodo opem feres illis? 6 Incuruant ſeſe, תכרענה Accumbūt. i. præ dolore, feræ proſternūt ſeſe in terram. q.d. cætera ani
malia optimè ſeſe componunt vt facilè pariant, iſta verò alio modo ſeſe componunt, fœtus ſuos confringunt. Conterunt, תפלחנה cō-
fringunt. Quia vulua earum ſtricta eſt, doloribus debilitantur: membranas quæ ſunt in ventre earum, confringunt vehementibus agitatio-
nibus. Dolores ſuos rem. חבליהם תשלחנו. i. fœtus ſuos (dictos חבלים quòd partus cū dolore fiat) remittūt. q.d. Siquādo natura conetur emit
tere fœtus ſuos, vidētur reſiſtere, non adiuuant naturā, nō enituntur, ſed remiſſæ fiunt. Alii, dolores ſuos emittunt. i. tempore quo emittunt
fœtū, dolore afficiuntur. 7 Conualeſcunt יחלמו Ad verbum, Pingueſcunt. pro cōualeſcunt. i. attamen ſani euadunt. Creſcunt foris:
ירבו בבר incrementum capiunt *etiam* ſub dio. vel, in frumento. vtroque modo exponit doctus inter Hebræos. Egrediuntur, & non, &c.
יצאו ולא וגו׳ exeunt, neque redeunt ad illas. diſcedunt à matribus ſuis, neque redeunt ad matres ſuas. Deus enim alit eos.
9 Terram ſalſam? מלחה: .i. aridam ac ſterilem in qua nihil creſcit. i. quem feci habitare in deſerto & locis ſterilibus.
10 Deridet mult. ciuit. ישחק להמון קריה. i. non timet ſibi, etiamſi magna multitudo hominū imperat ipſum. q.d. Mirū eſt quòd illud ani
mal tantis viribus polleat. Fut. Heb. pro præſ. Exactoris נוגש. i. eius qui vult eū ſubdere iugo. hoc eſt, non vult audire eum qui vult redi-
gere in ſeruitutem. q.d. cicurari non poteſt. 11 Inueſtigatio mon. &c. יתור הרים וגו׳ q.d. eligit montes herboſos, & veſcitur herba.
12 Nūquid volet rhinoceros, &c. היאבה רים עבדך וגו׳ q.d. Præterea eſt aliud animal quod ſola herba veſcitur, quod etiā cicurari nō poteſt.
13 In ſulco fune ſuo? בתלם עבותו loro ſuo in ſulco. i. nunquid continebis rhinocerota in iugo vt boues? Legi poteſt, Nunquid ligabit[.i.
ligatum detinebit] rhinocerota in ſulco lorum eius? Poſt te? אחריך: .i. nunquid arando ſequetur te, quemadmodum boues arando ſe-
quūtur? Valles dicit, quòd terræ arabiles vtplurimum ſint in vallibus. 14 Et derelinques ei laborem t. ותעזוב אליו יגיעך: .i. cōmit-
tes ei laborem terræ tuæ? hoc eſt, ſperáſne te araturum terram tuam viribus eius? q.d. non: quia non vult ſubmittere colla iugo.
15 Nunquid credes illi, &c. התאמין בו וגו׳ Credéſne illi, vel, de illo, &c. i. credéſne quòd delaturus ſit ſemen tuum ad terras tuas, & quòd
ſemen tuum areæ tuæ congreget? q.d. hoc animal cicurari non poteſt. quis autem indidit illi hanc naturam? Deus certè, & non homo.
16 Exultat: נעלסה Præt. pro præſ. Hebræi magis per participiū exponunt, שמחה læta, ac exponunt, penna pauonum læta eſt. i. pennæ pa-
uonum ſunt plenæ lætitiæ ac voluptatis. Et pluma? ונוצה: ſub. læta eſt, & affert ei tantam voluptatem? q.d. pauo conſideratione penna-
rum ſuarum ductus, quòd pulchræ ſint, venit in obliuionem ſui: qua pennarum pulchritudine caret ſtruthiocamelus, & tamen obliuiſcitur
ſui, nēpe ouorū ſuorū, relinquēs ea in arena. 17 Et ſuper terrā ועל־עפר humi. i. ſine nido, vel nō in nido, Et nō in loco excelſo. q.d. po-
nit oua humi. Calefacit. תחמם: ſub. illa oua. i. incubat illis. Futura Heb. pro præſ. q.d. Mirū eſt qua ratione obliuiſcatur ouorum ſuorū, & nō
ſtatuat nidum ſuū in loco occulto. 18 Et obliuiſcitur, &c. ותשכח וגו׳. i. non venit illi in mentē quòd poterunt cōteri à conculcantibus.

19 ″Obliuiſci facit *illam* pullorum ſuorum,″in *quo* non illi *erunt*, *ſed*″in vanum *erit* labor eius abſque timore. C

20 Quia obliuiſci facit eam Deus ſapiẽtiæ, neque impartitus eſt ei intelligentiam.

21 ″Quum tempus *fuerit*, in altum eleuat ſeſe: *tunc* deridet equum & aſcenſorem eius.

22 ″Nunquid dediſti equo fortitudinem?″nũquid induiſti″collum eius″tonitru?

23 ″Nũquid terrebis illum ſicut locuſtam?″robur naris eius terror.

24 ″Fodiunt vallem, & geſtit fortitudine, egreditur in occurſum armorum.

25 ″Deridet pauorẽ,nec formidat,″neque reuertitur à facie gladii.

26 ″Super eum ſonat pharetra,ferrum lanceæ″& haſtæ.

27 ″Cum impetu & ira fodit terram, ″neque credit quòd ſit ſonitus buccinæ.

28 ″Inter buccinas dicit,Euge,& eminus odoratur bellum,″cõmotionem principum,″& clamorem.

29 ″Nunquid per intelligentiam tuam volat accipiter, *&* extendit alas ſuas ad Auſtrum? D

30 ″Nunquid ad ſermonem tuum eleuat ſeſe aquila:″& quum exaltauerit nidum ſuum,

31 ″*In* petra habitat, habitat inquam in prominẽtia petræ & arcis.

32 ″Illinc explorat eſcam,eminus oculi eius″contemplantur.

33 Pulli quoque eius″abſorbẽt ſanguinem:″& vbi fuerint cadauera,″illic eſt.

34 ″Reſpondit autem Iehouáh ad אIiób,ac dixit,

35 Nunquid contendere cum Omnipotente eſt″eruditio?″diſputans cum Deo,reſpondeat ad illud.

36 Tunc reſpondit אIiób Iehouæ,ac dixit,

37 Ecce,contemptibilis ſum,″quid reſpondebo tibi?manum meã appoſui ori meo.

19 Induratur ad filios ſuos quaſi nõ ſint ſui, fruſtra laborauit nullo timore cogente.

20 Priuauit enim eam Deus ſapiẽtia, nec dedit illi intelligentiam.

21 Quum tempus fuerit,in altũ alas erigit:deridet equum & aſcenſorẽ eiꝰ.

22 Nunquid præbebis equo fortitudinem,aut circundabis collo eius hinnitum?

23 Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?gloria narium eius terror.

24 Terram vngula fodit,exultat audacter:in occurſum pergit armatis.

25 Cõtemnit pauorem,nec cedit gladio.

26 Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus.

27 Feruens &fremens ſorbet terrã,nec reputat tubæ ſonare clangorem.

28 Vbi audierit buccinã,dicit,Vàh.procul odoratur bellum,exhortationem ducum,& vlulatum exercitus.

29 Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter,expandens alas ſuas ad Auſtrum?

30 Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?

31 In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus.

32 Inde contemplatur eſcam, & delõge oculi eius proſpiciunt.

33 Pulli eius lambunt ſanguinem: & vbicũque cadauer fuerit,ſtatim adeſt.

34 Et adiecit Dominus, & loquutus eſt ad Iob,

35 Nũquid qui cõtẽdit cum Deo,tã facilè cõquieſcit?vtique qui arguit Deũ, debet reſpondere ei.

36 Reſpondens autem Iob Domino, dixit,

37 Qui leuiter loquutus ſum, reſpondere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum.

---

19 Obliuiſci facit חקשיח ſub.illam Deus. Alii,Obfirmat *cor illius contra* pullos ſuos. Alii,Derelinquit crudeliter filios ſuos.i.nullam curam videtur habere de pullis ſuis. In *quo* non illi, ללא־לה .i.in loco in quo nõ erunt ei pulli.ſiue in quo loco nullos pullos habitura eſt. In vanum,&c.'לריק וגו .i.ſed inanis futurus eſt labor eius,ídque ſine pauore.hoc eſt,ſine timore relinquit illa humi,& tamen conſeruat hanc ſpeciem Deus ſua prouidentia. 21 Quum tempus *fuerit*,&c. 'כעת וגו .i.adueniente occaſione,erigit ſeſe,coniicit ſe in pedes, nimirum ſaluti ſuæ conſulẽs.Non enim volat,nec deſerit terram,tantummodo currit pedibus:& tunc vincit equum curſu quantumuis velocem.non timet quòd eques poſſit eum aſſequi.q.d.Struthiocamelus habet curſum velociſſimum.

22 Nunquid dediſti,&c.'התתן וגו Fut.Heb.pro præt.i.nunquid equus accepit à te ingenium ſuum & robur? Nunquid induiſti collum eius tonitru? התלביש צוארו רעמה: .i.nunquid adornas guttur eius ſonitu vehementi,id eſt hinnitu?

23 Nũquid terrebis illum התרעישנו an moues illum.Fut.Heb. pro præſ.Vel,mouet ſeſe.i.nunquid effeciſti vt equus motitet ſeſe inſtar locuſtæ?hoc eſt,feciſtíne equum agilem tanquam locuſtam? Robur הוד gloria.i.fremitu narium ſuarum terret homines. Alii, Nunquid poſuiſti gloriam narium eius *ut ſit* terror?id eſt,nunquid effeciſti vt terreat homines fremitu narium ſuarum?

24 Fodiunt יחפרו Futura Heb.pro præſ.ſub.pedes eius vallem, id eſt terram mollem, & lætatur fortitudine ſua,egreditur obuiam hominibus armatis,nihil timens cætera animalia. 25 Deridet pauorem, ישחק לפחד Deridet timorem.i.ſpernit quod plenum eſt timoris. Neque reuertitur,&c.'ולא ישוב וגו id eſt,non cedit,neque reſilit viſo enſe euaginato.

26 Super eum ſonat phar. עליו תרנה אשפה Propter eum ſtridet pharetra.i.ſagitta educta è pharetra.i. propterea quòd non cedit gladio,ſolent eum appetere ſagittis,haſtis & lanceis. Et haſtæ. וכידון: & lanceæ. 27 Cum impetu & ira fodit terram,ברעש ורגז יגמא־ארץ Cũ impetu & ira deglutit terram.i.magno animo deglutit terram præ celeritate curſus.tanta celeritate currit vt videatur abſorbere terram. Neque credit,&c.'ולא־יאמין וגו .i.neque videtur credere tubam eſſe quæ ſonet.q.d.nihili facit clangorem tubæ.

28 Inter buccinas,&c.'כדי שופר וגו Clangente tuba,dicit,Euge.i.lætatur ad clangorem tubæ. Commotionem רעם Ad verbum, tonitru.i.tumultũ principum,ſiue ducum. Et clamorẽ. ותרועה: ſub.exercitus. 29 Nũquid per intelligentiã t. המבינתך An per prudentiam tuam.i.quã dederis illi.q.d. Quiſnam dedit accipitri hanc prudẽtiam,vt adueniente frigore abſcedat in terram calidiorem,nẽpe plagam Auſtralem? 30 Nunquid ad ſermonẽ t.&c.אם על־פיך Ad verbũ,An iuxta os tuũ,&c.i.An freta conſilio tuo attollet ſeſe in altum ſiue in ſublime aquila?q.d.Dediſtine hanc naturam aquilæ vt attollat ſeſe in ſublime? Et quum exaltauerit,&c. וכי ירים קנו: .i.quũ in loco alto & ſublimi poſuerit nidum ſuum.Perficitur iſtud ſequenti verſu. 31 *In* petra habitat,&c. 'סלע ישכון וגו .i.An freta tuo conſilio parabit,vel parat nidum ſuum in rupe ſublimi & locis inacceſſis?q.d.hanc naturam à me habet,non ab homine.

32 Illinc משם id eſt ex illa rupe explorat eſcam ſuam. Contemplantur. יביטו: ſub.illam eſcam.

33 Abſorbent יעלעו deuorant. Illic eſt. שם הוא: vt ſcilicet inde habeat eſcam ſuam quam afferat pullis ſuis.

34 Reſpondit autem ויען Et loquutus eſt.id eſt Et addidit Iehoua quod diceret ipſi Iob.

35 Eruditio?יסור caſtigatio.vel caſtigare.ſub.ſeipſum.i.eruditionẽ admittere?Chaldæus paraph.erudietur?q.d.qui cupit erudiri & caſtigari,non debet cum Omnipotente contendere.aut,qui caſtigant ſeipſos,non ſolent contendere cum Deo. Diſputans,&c.'מוכיח וגו qui arguit Deum[qui diſceptat cum Deo]reſpondeat ad illud.ſub.quod dico,nempe ad eam interrogationem, An liceat ei qui corripitur, contendere cum eo à quo iure caſtigatur. 37 Quid reſpondebo tibi? מה אשיבך: quid reſpondere poſſim tibi? Appoſui ori m. שמתי למו פי: ſub.tacendo.Suprà cap.31.c.27,dicit,& oſculata eſt manus mea os meum.

Vnum loquutus ſum,quod vtinam nõ dixiſſem,& alterum, quibus vltrà non addam. 38

Cap.XL.

REſpondens autẽ Dominus Iob de turbine,dixit, 1

Accinge ſicut vir lumbos tuos : interrogabo te,& indica mihi. 2

Nũquid irritum facies iudiciũ meũ, & condemnabis me,vt tu iuſtificeris? 3

Et ſi habes brachium ſicutDeus,& ſi voce ſimili tonas? 4

Circunda tibi decorem , & in ſublime erigere,&eſto glorioſus,& ſpecioſis induere veſtibus: 5

Diſperge ſuperbos in furore tuo, &reſpiciens omnem arrogantem humilia: 6

Reſpice cunctos ſuperbos ,& confunde eos, & contere impios in loco ſuo. 7

Abſconde eos in puluere ſimul: & facies eorum demerge in foueam. 8

B

Et ego confitebor quòd ſaluare te poſſit dextera tua. 9

Ecce behemoth quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet. 10

Fortitudo eius in lumbiseius,&virtus illius in vmbilico ventris eius. 11

Stringit caudam ſuam quaſi cedrũ, nerui teſticulorum eius perplexi ſũt. 12

Oſſa eius veluti fiſtulæ æris,cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. 13

Ipſe eſt principium viarũ Dei qui fecit eum,applicabit gladium eius. 14

C

Huic montes herbas ferũt, omnes beſtiæ agri ludent ibi. 15

Sub vmbra dormit in ſecreto calami,& locis humentibus. 16

Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torrentis. 17

Ecce,abſorbebit fluuium,& nõ mirabitur:& habet fiduciã quòd influat 18

38 ʹSemel loquutus ſum , nec reſpondebo vltrá : ac ſecundò, nec addam.

Cap.XL.

1 REſpondit itaque Iehouáh ipſi Iobʹè turbine, & dixit,

2 Accinge nunc ʹſicut vir lumbos tuos:interrogabo te,ʹ& notifica mihi.

3 Nũquid etiam diſſipabisʹiudicium meum,*&* condemnabis me vt iuſtificeris?

4 ʹEt an *eſt* tibi brachium ſicutDeo,& voce ſicut ille tonabis?

5 Orna te nunc ʹcelſitudine:& ſublimitate , gloriáque ac decore indue te:

6 ʹDiſperge furores iræ tuæ, & videʹomnem ſuperbum, & humilia eum:

7 Vide *inquam* omnem ſuperbum,*&* deprime illum,ʹ&contere impios in loco ſuo:

8 ʹAbſcõde eos in puluere ſimul,ʹfacies eorum liga in abſcõdito:

9 Et ego etiam fatebor tibiʹquòd ſeruet te dextera tua.

10 ʹEcce nunc behemóth,ʹquem feci tecum, ʹherbam tanquã bos comedit.

11 En nuncʹpotẽtia eiusʹin lumbis eius eſt,& fortitudo eius in vmbilico ventris eius.

12 Celeriter mouet caudam ſuam, *quæ eſt* ʹ ſicut cedrus , nerui teſticulorum eius ʹperplexi ſunt.

13 Oſſa eius,ʹbaculi ærei,ʹoſſa *inquam* eiusſicut virga ferrea.

14 ʹIpſe *eſt* principium viarum Deiʹqui fecit eum,ʹapplicabit *ei* gladium ſuum.

15 Profectoʹgermẽ mõtes ferũt ei,& omnis beſtia agri ludũt ibi.

16 *An* ſubʹarboribus iacet?ʹin ſecreto calami & limo?

17 *An* tegent eum arbores,*ut ſint* vmbra eius?ʹcircundabunt eum ſalices torrentis?

18 En ″rapiet fluuium, ″ita vt non feſtinet, ʹconfidit quòd educet

Collatio humanæ imbecillitatis cum Diuina potentia.

Oſtẽdit Deus potentiam ſuam in elephante.

38 Semel loquutus ſũ,&c. אחת דברתי וגו' Ad verbum, Vna *uice* loquutus ſũ,nec loquar *ultrá* :& duobus *uicibus*, & non addam.i.ſemel
atque iterum loquutus ſum,nec vltrà quicquam loquuturus ſum.

IN CAPVT XL.

1 E turbine, מן סערה Videtur nobis Deus loqui è turbine,quia ſumus clauſi velut in carcere cæco.non quòd ſit caligo apud Deum,
aut circa Deum:ſed quaſi oculi noſtri exhibeant aliquid interpoſitũ inter Deum & nos propter materiã, videtur Deus loqui nobiſcũ è turbine. 2 Sicut vir כגבר more viri.q.d.Eſto bono animo,& cõpone te ad audiendũ quæ loquuturus ſũ. Et notifica mihi. והודיעני:
& indica mihi.i.Reſpõde.Ad verbũ,& ſcire fac me.Vide ſuprà 38.a.3. 3 Iudiciũ m. משפטי iuſtitiam meã. Quia Iob dixerat ſe pati præter culpã,propterea videbatur dicere Deũ iniuſtè adminiſtrare hæc inferiora,& iniuſtũ eſſe. 4 Et an *eſt* tibi brachiũ,&c.ואם־זרוע וגו'
.i.Súntne tibi tantæ vires quantæ Deo? æquáſne Deum viribus? & quando talem ſonum edes vt ille? .i. potéſne tonare vt ille tonat? q.d.Deus
eſt potentiſſimus,fieri non poteſt vt non ſeruet iuſtitiam hominibus. 5 Celſitudine: גאון exaltatione.maieſtate.Sequenti verſu
perficitur iſte verſus. 6 Diſperge furores iræ t. הפץ עברות אפך Hebraiſmus,Oſtende te iratum. Omnem ſuperbum, כל־גאה
quenque arrogantem.i.omnes ſuperbos & arrogantes:ac deiice,ſiue perde illos, quemadmodum ego perdere ſoleo quando volo.q.d.Collige omnes vires tuas,& perde omnes ſuperbos vt ego qui ſum Deus,perdo. 7 Et deprime illũ,והכניעהו & humilia illum.vel,incuruare
fac illum,vt deprimere ſoleo quando volo. Et contere והדוך & conculca.ita doctus inter Hebræos.i.perde impios apud ſe habitantes.
8 Abſconde eos in puluere טמנם בעפר Tege eos terra.i.interfice illos. Facies eorum,&c. פניהם וגו'.i.fac ſepeliantur.
9 Quòd ſeruet te dextera tua. כי־תושיע לך ימינך: quòd ſalutem pariat tibi dextera tua.i.quòd ſit teipſum ſeruatura.q.d. dicam te inſigniter potentem. 10 Ecce nũc behemoth,הנה־נא בהמות En tibi elephas. maximũ ſcilicet animal. Quẽ feci tecũ,אשר־עשיתי עמך
.i.quem virtute mea creaui vt tecũ habitaret,& tibi inſeruiret.q.d.mãſuetus eſt,& cicurari poteſt. Herbã tãquã bos co. חציר כבקר יאכל:
Fut.Heb.pro præſ.q.d.non viuit carne. 11 Potentia e. כוחו vires illius.ſub.ſunt,vel exiſtunt. In lumbis e.&c. במתניו וגו' Lumbi & vmbilicus vẽtris in aliis animalibus imbecillæ ſũt ac debiles partes. 12 Sicut cedrus, כמו־ארז i.quæ magnitudine videtur æquare
cedrum.hyperbolica loquutio. Perplexi ſunt. ישרגו: implicantur.Fut.Heb.pro præſ.ſunt implicati.i.ſunt validi & multi:hoc eſt,è multis inter ſe plicatis neruis dependent teſtes eius. 13 Baculi ærei אפיקי נחושה fiſtulæ æneæ.Alii,laminæ æneæ.i.ſimilia laminis chalybeis.hyperbole eſt.hoc eſt fortia ſunt admodum. Oſſa *inquam* eius גרמיו Repetitio eiuſdem. 14 Ipſe *eſt* principium viarum
Dei הוא ראשית דרכי־אל .i.eſt veluti ſpecimen viarum Dei.q.d.inter animantia quæ Deus creauit,hoc animal primas obtinet partes. Applicabit יגש admouebit.ſub.illi.i inuadet eum enſe ſuo.q.d.Nemo præter Deum qui fecit illum, & nõ alius,audebit eum appetere gladio.
15 Germen montes ferũt ei: בול הרים ישאו־לו .i.herbam ſiue paſcua præbent ei montes.q.d. Apparat ei Deus mõtes herboſos vt paſcat
eum.Futura Heb.pro præſ. 16 Arboribus iacet? צאלים ישכב Fut.Heb.pro præſ.q.d.non: quia nõ poſſunt tegere eum arbores,vmbra
ſua.Quidam ſcribũt צאל arborem ſignificare quæ vmbram magnã reddat. In ſecreto calami & limo? בסתר קנה ובצה in abdito arundinis,aut *in* limo.i.an in loco vbi arundines creſcere ſolent,aut in loco lutoſo,vt quædam animantia latere ſolent?
17 Circundabunt e. ſal.tor.: יסובוהו ערבי נחל: .i.an circunquaque tegere eum poſſent ſalices torrentis,hoc eſt creſcentes in loco humido?
18 Rapiet יעשוק Ad verbum,calumniabitur. vi extorquebit. ſuffurabitur.ſpoliabit. Fut.Heb.pro præſ.q. d. opprimit fluuium.i.ſurripit aquas fluuii,hoc ebibit.Metaphora tracta à calumniatoribus:acſi dicat,ea vi rapit aquas,vt qui volunt ab aliis extorquere pecuniam,calumniantur, quo facilius extorqueant. Ita vt non feſtinet, ולא יחפוז ſub.fluuius. Ad verbum,& nõ feſtinabit.Fut.item Heb.pro præſ.
.i.ita vt eo bibente fluuius curſum ſuum ſiſtere videatur. Confidit quòd educet יבטח כי־יגיח ſperátque quòd attrahet. vel,attracturus
ſit.i.putat ſe hauſurum ac ebibiturum omnem aquam Iordanis.

Iarden in os ſuum.

″Oculis ſuis tollit illum,*&*′offendiculis perforat naſum. 19

Num ″extrahes liuiathán hamo, & fune, quem demerſeris ad linguam eius? 20

Nũquid pones hamum in naribus eius,″& ſpina perforabis maxillam eius? 21

″Nunquid multiplicabit ad te preces? nunquid loquetur ad te mollia? 22

″Nunquid feriet fœdus tecum,*atque* accipies eum in ſeruum perpetuum? 23

Nunquid ludes eo tanquam aue,& ligabis eum′puellis tuis? 24

Nũquid cœnabũt propter illũ ſocii,diuidẽt illũ ĩter negotiatores? 25

Nunquid ſuccides″cultris pellem eius,′& cultro piſcatorio caput eius? 26

′Pone ſuper eum manum tuam:non addes meminiſſe prælii. 27

Ecce ſpes illius″mendax eſt:nónne etiam″ad aſpectum eius proſternitur? 28

Cap.X L I.

N″Emo eſt tam audax qui ſuſcitet eum:& *eſt qui* coram me ſtet? 1

″Quis præceſſit me , & perfeci?″quicquid *eſt* ſub cælo, meum eſt. 2

″Nõ ſilebo membra eius,′& ſtatum virium fortitudinũ,′atque gratiam diſpoſitionis eius. 3

Quis″detexit faciem indumenti eius?″cum duplici fræno eius quis accedet? 4

″Oſtia faciei eius quis aperuit?in circuitu dentiũ eius″*eſt* terror. 5

″Res magnifica″fortia ſcutorum,″clauſum eſt *unumquodque* clauſura arcta: 6

″Vnũ alteri appropinquat, & ventus non ingreditur inter illa: 7

″Vnum alteri iungitur,″retinent ſeſe,& non ſeparantur. 8

Iordanis in os eius.

19 In oculis eius quaſi hamo capiet eũ,& in ſudibus perforabit nares ei⁹.

20 An extrahere poteris leuiathan hamo,& fune ligabis linguam eius?

21 Nunquid pones circulum in naribus eius,aut armilla perforabis maxillam eius?

22 Nũquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? D

23 Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum?

24 Nunquid illudes ei quaſi aui? aut ligabis eum ancillis tuis?

25 Concident eum amici, diuident illum negotiatores?

26 Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?

27 Pone ſuper eum manum tuam:memento belli,nec vltrà addas loqui.

28 Ecce,ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

Cap.XLI.

1 NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eũ: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?

2 Quis antè dedit mihi,vt reddam ei? omnia quę ſub cælo ſunt,mea ſunt.

3 Non parcã ei,& verbis potentibus & ad deprecandum compoſitis.

4 Quis reuelabit faciem indumenti eius? & mediũ oris eius quis intrabit?

5 Portas vultus eius quis aperiet?per gyrum dentium eius formido,

6 Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia,cõpactum ſquamis ſe prementibus:

7 Vna vni coniungitur,& neſpiraculum quidem incedit per eas:

8 Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. B

---

19 Oculis ſuis tollit illum, בעיניו יקחנו Oculis ſuis accipit illum.i. Viſum Iordanem putat ingurgitare totum, vſque ad oculos profundans oris & narium foramina inſtar boum & equotum. Offendiculis,&c. במוקשים וגו׳ .i.tanta auiditate bibit, vt immergat naſum ſuum. vſque in fundum amnis,& illic offendit quod lædat nares eius. 20 Extrahes liuiathan תמשוך לויתן .i.attrahes ad te,ſiue expiſcaberis cetum[vel balenam]ſignificat piſcem maximum hamo, & fune,quem[ſub.hamum]demerſeris vt hæreat linguæ illius?q. d.non.

21 Et ſpina ובחוח .i.hamo.q.d. poteríſne cetum hamo captum extrahere? 22 Nunquid multiplicabit,&c. הירבה וגו׳ .i.fieríne poteſt vt aliquando expugnes illum, ac deuincas,accedátque ad te ſupplex more vinctorum, & an verbis mollibus ac blandis te alloquetur? ſiue,adulabiturne tibi ne eum lædas?q.d.non. 23 Nunquid feriet,&c. היכרות וגו׳ .i.poteríſne inire amicitiam cum eo? accipieſne illum vt tibi perpetuũ inſeruiat?q.d.eſt inſuperabilis ac inuincibilis,non poteſt redigi in ſeruitutem. 24 Puellis t. לנערותיך: .i.vt puellæ tuæ ludant illo,& recreentur? 25 Socii? חברים De mercatoribus cetariis intelligit. Senſus eſt,Celebrabúntne conuiuium mercatores cetarii tanquam uendituri illum aliis mercatoribus?Solent enim mercatores celebrare conuiuia vt melius merces ſuas vendere poſſint:& interim loquuntur de mercibus vendendis.q.d.nulla arte capi poteſt. 26 Cultris בשוכות inſtrumentis acutiſſimis ferreis. Et cultro piſcatorio ובצלצל דגים & fuſcina piſcium.i.qua capi ſolent piſces reliqui.q.d.tanta eſt durities pellis eius vt aciem ferri reſpuat,nec ferro lædi poſſit. 27 Pone שים Imperat.Heb.pro fut.Pones i.ſi ſemel iniicias illi manum.hoc eſt ſi impetas illum, nunquam poſtea cum alio dimicaturus es:interficiet enim te.Ad verbum,Pone manum tuam ſuper eum:memento belli,ne addas.

28 Mendax eſt: נכזבה Ad verbum,mentita eſt, vt quidã vertunt.i. ſpes ſiue expectatio quam habent homines de illo deuincendo & capiendo,eſt fallax:non enim capi poteſt. Ad aſpectum eius proſternitur. אל־מראיו יוטל: ad aſpectus eius conſternitur.ſub. homo,quaſi exanimatus.q.d.non videris mihi credere quòd homines concidant quaſi exanimati eo viſo.Fut.Heb.pro præſ.

IN CAPVT XLI.

1 Nemo eſt tam audax qui ſuſc.e. לא־אכזר כי יעורנו Ad verbum,Non crudelis qui ſuſcitabit eum.i. nemo tam temerarius qui auſit eum l aceſſere.quum ergo ita res habeat,quis eſt qui ante me creatorem huius belluæ marinæ,poterit conſiſtere?

2 Quis præceſſit,&c. מי הקדימני וגו׳ Quis præuenit me[anteuertit]& perfeci?Ita Chaldæus paraph.q.d.quis oſtendit mihi viam, aut quem habui ſociũ in creatione totius mundi? Quicquid *eſt* ſub cælo, meũ eſt. תחת כל־השמים לי הוא: Ad verbũ,ſub toto cælo meũ eſt.

3 Non ſilebo לא־אחריש Non reticebo.Nolo reticere. Et ſtatum virium ודבר גבורות Ad verbum,& verbũ virium.i.vires eius.

Atque gratiam diſpoſitionis e. וחין ערכו: id eſt quàm egregiè ac concinnè membra eius compoſita ſint.

4 Detexit faciem indu. גלה פני לבושו reuelauit[inuertit] faciem *uel* veſtimenti eius?id eſt quis vnquam detraxit pellem eius?q.d.quis audeat ſpoliare eum pelle,quum ſit tam mirabile ac terrificum? Cum duplici,&c. בכפל וגו׳ Ad verbum,cum duplicitate[duplicatura] fræni eius quis accedet? ſub. ad illum.i.cum fræno duplicato, hoc eſt fortiſſimo.q.d.quis audeat illi iniicere frænum quo deducat huc & illuc,vt ſolet deduci equus? 5 Oſtia faciei eius דלתי פניו id eſt maxillas eius. *Eſt* terror. אימה: id eſt habet dentes terribiles.

6 Res magnifica,fortia ſcut. גאוה אפיקי מגנים id eſt fortia ſcuta:hoc eſt ſquamæ illius fortes admodum ac prædura(quas vocat ſcuta ob magnitudinem & fortitudinem)ſunt res magnifica. Ad verbũ legitur,ſuperbia. Clauſum eſt *unumquodque* clauſura arcta. סגור חותם צר: clauſum eſt *unumquodque ſcutorum* ſigillo arcto.i.ſingula ſcuta conſtricta ſunt tanquam ſigillo.q.d.optimè ſunt diſpoſitæ ſquamæ eius.

7 Vnum אחד ſub.ſcutum.Declarat quod præceſſit.q.d.ſingulæ ſquamæ ſingulis propinquæ ſunt:ſquama ſquamæ adhæret,ita vt vẽtus penetrare non poſſit vſque ad cutem,tam bene diſpoſitæ ſunt. 8 Vnum alteri iungitur, איש באחיהו ידבקו Fut.Heb. pro præſ.Ad verbum,vir cum fratre ſuo adhærent.i.ſingulæ ſingulis adiunctæ ſunt ſquamæ. Retinent ſeſe, יתלכדו Ad verbum,ſeſe tenent.i.cohærent.Futura pro præſ.cohærent,nec ſeparari poſſunt.

9 Sternutatio eius ſplendor ignis,& oculi eius vt palpebræ diluculi.

10 De ore eius lampades procedunt ſicut tedæ ignis accenſæ.

11 De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ,atque feruentis,

12 Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur.

13 In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas.

C 14 Membra carnium eius cohærentia ſibi:mittet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.

15 Cor eius indurabitur tanquã lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.

16 Quum ſublatus fuerit, timebunt Angeli,& territi purgabuntur.

17 Quũ apprehẽderit eũ gladiꝰ,ſubſiſtere nõ poterit,neq; haſta,neq; thorax:

18 Reputabit enim quaſi paleas ferrum: & quaſi lignum putridum,æs.

19 Non fugabit eum vir ſagittarius,in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.

D 20 Quaſi ſtipulam æſtimabit malleũ, & deridebit vibrantem haſtam.

21 Sub ipſo erunt radii ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum.

22 Feruеſcere faciet quaſi ollam, profundum: & mare ponet quaſi quũ vnguenta bulliunt.

23 Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.

24 Nõ eſt ſuper terrã poteſtas quæ cõparetur ei,q factꝰ eſt vt nullũ timeret.

25 Omne ſublime videt, ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.

Cap. X L I I.

1 REſpõdens autẽ Iob Dño, dixit,

2 Scio quia omnia potes,& nulla te latet cogitatio.

3 Quis eſt iſte qui celat cõſiliũ abſq; ſcientia?ideo inſipienter loquutus ſũ, & quæ vltra modum excedunt ſcientiam meam.

4 Audi, & ego loquar: interrogabo te,& oſtende mihi.

5 Auditu auris audiui te:nunc autem oculus meus videt te.

9 ″Sternutationibus eius accenditur ignis,& oculi eius″vt palpebræ auroræ.

10 De ore eius lampades procedunt,ſcintillæ ignis egrediuntur.

11 E naribus eius egreditur fumus,ſicut exolla feruẽte,aut aheno.

12 Halitus eius prunas accendit,″& flãma de ore eius egreditur.

13 ″In collo eius moratur fortitudo, & ante eũ vertitur in lætitiã triſtitia.

C 14 ″Particulæ carnis eius cohærent,″fortis eſt in eo, &″non commouetur.

15 ″Cor eius firmũ *eſt* ſicut lapis, *eſt* inquã firmũ ſicut mola ĩferior.

16 ″A maieſtate eius timent fortes,″& à cõtritionibus purgãt ſeſe.

17 ″Qui attigerit eum gladio,nõ permanebit,haſta,telũ,″& lorica.

18 ″Reputat *ut* paleam ferrum,vt lignum putridum æs.

19 Non fugat eum″ſagitta:″in ſtipulã vertuntur ei lapides fundæ.

D 20 Sicut ſtipula reputantur″tela,& deridet vibrationem haſtæ.

21 Sub eo *ſunt*″acutæ teſtæ,″ſternit *ſibi* rem acutam in luto.

22 Feruere facit veluti ollam,″profundum: mare ponit″ſicut *ollam* pigmenti.

23 Poſt ſe″lucere facit ſemitam:″reputabit voraginem″canitiem.

24 Non eſt ſuper terram″ei ſimile″*quam* fecerit ſine pauore.

25 ″Omne ſublime deſpicit,eſt Rex ſuper omnes″elatos.

Cap. X L I I.

1 REſpondit autem אIiób Iehouæ,ac dixit,

2 Noui quòd″omnia potes,″neque prohibetur à te″cogitatio.

Iob agnoſcit peccatũ ſuum.

3 ″Quis eſt iſte qui occultat cõſilium abſque ſcientia?″propterea annuntiaui,& non intelligebã:″occultata erãt à me,nec ſciebam.

4 ″Audi quæſo,& loquar:interrogabo te,& notifica mihi.

5 ″Auditu auris audiueram te,nunc autem oculus meus videt te.

9 Sternutationibus eius,&c. עטישותיו תהל אור Ad verbum,Sternutationes illius lucere faciũt lumen.i.Dum ſternutat,videtur emittere lumen,tantus eſt calor internus. Vt palpebræ auroræ. כעפעפי־שחר: .i.vt radii diluculi.q.d.ſunt lucidi admodum.

12 Et flãma,&c. ולהב וגו' q.d.tantus eſt calor eius internus,vt videatur emittere ignẽ. 13 In collo eius mor.&c. בצוארו ילין וגו' .i.Collum habet robuſtiſſimum:& coram illo mœror in lætitiam vertitur.hoc eſt,nihil eſt quod dolorem illi afferre poſſit.

14 Particulæ carnis eius מפלי בשרו i.Partes illæ corporis quæ propendere ſolent, & in aliis animalibus ſunt laxæ,cohærent inter ſe.q.d. caro eius eſt ſolida,& non mollis. Fortis eſt יצוק firma eſt.ſolida eſt.ſub.caro eius. Non commouetur. בל־ימוט: Fut.Heb.pro præſ. .i.ita vt non commoueatur.hoc eſt carne admodũ ſolida eſt,& corpore valde ſolido. 15 Cor eius firmum לבו יצוק Sẽſus huius verſus eſt,Nullo metu mouetur:cor nãq; eius eſt firmũ ſicut fruſtum molæ inferioris.ſolet enim mola inferior eſſe durior ſuperiore. Latinis dicitur meta,quòd ſit radix & fundamentum operis. 16 A maieſtate eius, משתו Præ maieſtate eius.vel,excellentia.aut,altitudine.Fut. Heb.pro præſ. *Et* à contritionibus,&c. משברים יתחטאו: *&* præ confractionibus[conſternationibus]purgant ſeſe.i.præ magno metu ac timore ſoluitur illis aluus. 17 Qui attigerit eum משיגהו Quidam præponunt ל,& vertunt, *Ei* qui attigerit eum gladio,non permanebit.ſub gladius integer.hoc eſt,frangitur. Et lorica. ושריה: & clypeus.Plures Hebræorum pro lorica interpretantur:quod aliis non probatur,eo quòd lorica non apponatur illi animali:idcirco interpretantur teli genus quoddam.

18 Reputat,&c. יחשוב וגו' .i.non magis læditur ferro quàm palea:& æs ſiue chalybem non pluris reputat quàm lignum putridum.

19 Sagitta: בן־קשת Ad verbum,filius arcus.quòd emittatur arcu. In ſtipulam,&c. לקש וגו' in paleam,&c.i.reputantur illi in paleã lapides qui funda mittuntur.q.d.non plus læditur lapidibus miſſis funda,quàm læderetur palea.

20 Tela, תותח *lapides* catapultæ.i.qui catapulta mittuntur. 21 Acutæ teſtæ, חדודי חרש Ad verbum,acies[acumina] teſtæ.i. partes teſtæ acutiores. Sternit,&c. ירפד וגו' vbi ſcilicet iacet:& tamen non perforatur,neque læditur.q.d.cutis eius eſt admodum dura.

22 Profundum, מצולה profunditatem.ſub.maris. Sicut *ollam* pigmenti. כמרקחה .i.ſicut ollam:in qua decoquuntur pigmenta,ſiue vnguenta.hoc dicit,quòd per canalem quendam quem geſtat in capite,ſolet emittere aquas in altum,& tunc videtur mare bullire.

23 Lucere facit ſemitam: יאיר נתיב Relinquit enim poſt ſe aquam albicantem, quòd aqua ipſa ſit pauca,vel ſpumans. Reputabit יחשוב ſub.aliquis qui videbit. Canitiem, לשיבה: *hominem* canitiei.i.reddit aquam à tergo albam,vt quis putet aquas caneſcere.

24 Ei ſimile, משלו Ad verbum,ſimilitudo eius.i.bellua ſimilis illi. *Quam* fecerit העשו fecerunt.Verbum plurale cum nomine Dei Elohim.i.quã fecerit Deus,quæ nihil timeat. 25 Omne ſublime deſpicit, את כל־גבוה יראה .i.Omnes alias belluas ſpernit. Elatos. בני־שחץ: Ad verbũ,filios elationis.vel,ſuperbiæ.i.ſuper omnes vaſtas belluas.q.d.dominatur omnibus aliis belluis.Sic ſuprà,cap.28.b.8,Non calcant eam filii ſuperbiæ.

IN CAPVT XLII.

2 Omnia potes, כל תוכל .i.maximis viribus te præditum eſſe.Alii,valendo vales.vel,poſſendo potes.i.quòd valendo omnia poſſis.

Cogitatio. מזמה: ſub.vlla.i.Non prohibetur à te quicquam eorum quæ venerint tibi in mentem. hoc eſt ſcio te facere poſſe quæcunque cogitaueris & in animum induxeris.q.d.Nulla cogitationum tuarum eſt irrita.Alii,Nec te latet cogitatio vlla.

3 Quis eſt iſte qui,&c. מי זה מעלים וגו' Multa ſubaudienda,hoc modo,*De eo quod dicebas,* [ſuprà cap.38.a.2] *ô Domine Deus,* Quis eſt iſte qui abſcondit conſilium *à Deo* ſine ſcientia? *certè ego indoctè & imprudenter id dicebam.* Propterea annuntiaui,&c. לכן הגדתי וגו' Præt.Heb. pro præſ.i.fateor me multa dixiſſe quæ non intelligebam. Occultata erant à me, נפלאות ממני ſub.operatur.i.me latebant,nec cognoſcebam illa perfectè. 4 Audi quæſo,&c. שמע־נא וגו' Sunt verba Dei,vt præcedentia, quæ Iob repetit ex capite 38.a.3,vbi ſic legitur, Accinge ſicut vir,lumbos tuos: interrogabo enim te,& notum fac mihi.Subaudienda autem nonnulla,vt & præcedenti verſu,*Quantum ad illud quod adieciſti* [vel,*dicebas*] Audi nunc & ego loquar,&c.perficitur ſententia ſequenti verſu,Auditu auris audiueram,&c.

5 Auditu לשמע Auditione.q.d.Audiueram quidem de te ac tuis operibus & prouidentia,ſed nihil præter auditum habebam:nunc autẽ quum me docuiſti,oculus mentis meæ,mens mea,nouit opera tua.q.d.nunc ego ſapio.

Amici Iob reprehenduntur à Deo.

Idcirco 'abiicio,"& pœnitet me in puluere & cinere. 6

Fuit autē posteaquā loquutus est Iehouáh verba ista ad אIiób, 7
dixit Iehouáh ad אElipház Themanitem,'Exarsit ira mea contra
te,& duos socios tuos,quia non estis loquuti"de me rectum,"sicut
seruus meus אIiób.

Nunc igitur sumite vobis septem vitulos, & septem arietes, & 8
ite ad seruum meum אIiób, atque offerte holocaustū pro vobis:
אIiób autem seruus meus'orabit pro vobis:"faciem enim eius suscipiam,"ne
afficiam vos ignominia: quia nō loquuti estis de me
rectum sicut seruus meus אIiób.

Orat Iob pro amicis: cui duplicia restituuntur.

Itaque abierunt אElipház Themanites,& Bildád שSunhites, 9
צSophár Nayamathites:fecerúntque sicut loquutus est eis Iehouáh:"&
suscepit Iehouáh faciem אIiób.

Et Iehouáh"conuertit captiuitatem אIiób,dum oraret ipse pro 10
amicis suis: atque auxit omnia quæ fuerant אIiób"in duplum.

Conuenerunt autem ad eum omnes fratres eius, & omnes so- 11
rores eius,ac quotquot nouerant eū prius:"comederúntque cum
ipso panem in domo eius:"& commoti sunt super eum, atque cō
solati sunt eum super omni illo malo quod induxerat Iehouáh
super eum:dederunt quoque ei quisque"pecudem vnam,& quisque
inaurem auream vnam.

Iehouáh præterea"benedixit nouissimo אIiób magis quàm prin- 12
cipio eius:"fuerunt nanque illi quatuordecim millia ouiū, & sex
millia camelorum,mille item iuga boum,ac mille asinæ.

Benedictio Dei, diuitiæ Iob.

Fuerúntque illi septem filii,& tres filiæ. 13

Vocauit autem nomen vnius"Iemimáh,nomen verò secundæ 14
"Ceצsiyáh,& nomen tertiæ Céren-haphúch.

Nec inuentæ sunt mulieres *ita* formosæ sicut filiæ אIiób"in to- 15
ta terra: dedit autem illis pater earum possessionē"in medio fra-
trum suorum.

Cæterùm vixit אIiób post hoc, centum & quadraginta annos: 16
& vidit filios suos, ac filios filiorum suorum *usque ad*"quatuor ge-
nerationes.

Mortuúsque est אIiób senex,"& satur dierum. 17

6 Idcirco ipse me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

B

7 Postquam autem loquutus est Dominus verba hæc ad Iob,dixit ad Eliphaz Themanitem, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis loquuti corā me rectum,sicut seruus meus Iob.

8 Sumite ergo vobis septē tauros, & septem arietes, & ite ad seruū meū Iob, & offerte holocaustū pro vobis: Iob autē seruus meus orabit pro vobis:faciem eius suscipiā,vt non vobis imputetur stultitia: neque enim loquuti estis coram me rectum sicut seruus meus Iob.

9 Abierunt ergo Eliphaz Themanites,& Baldad Suhites, & Sophar Naamathites:& fecerunt sicut loquutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.

C

10 Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiā Iob, quū oraret ille pro amicis suis: & addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob,duplicia.

11 Venerunt autē ad eum omnes fratres,sui,& vniuersæ sorores suæ,& cūcti qui nouerant eum prius:& comederunt cum eo panem in domo eius: & mouerunt super eum caput, & cōsolati sunt eū super omni malo quod intulerat Dominus super eum:& dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam.

12 Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius: & facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum,& mille asinæ.

D

13 Et fuerunt ei septem filii,& tres filiæ.

14 Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibii.

15 Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra:deditque eis pater suus hæreditatē inter fratres earum.

16 Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis,& vidit filios suos & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem.

17 Et mortuus est senex, & plenus dierum.

---

6 Abiicio, אמאס repello.sub.à me.abominor.i.abhorreo à sentētia illa qua putabā aliqua fieri sine tuo consilio. Et pœnitet me,&c. ונחמתי וגו' & pœnitet me *sedentem*[vel,*dum sedeo*]in puluere & cinere.more lugentium scilicet. Alii,& consolationem accipio super puluere & cinere.i.super afflictione qua adactus sum sedere in puluere & cinere.Solent enim qui lugent,sedere in puluere & cinere.

7 Exarsit ira mea חרה אפי .i.Vehementer irascor. De me אלי propter me Ad verbum,mihi. Sicut seruus meus אIiób. כעבדי איוב: Posteaquam scilicet resipuit. 8 Orabit pro vobis, יתפלל עליכם sub.vt remittatur vobis noxa. Faciem enim eius suscipiam, כי אם־פניו אשא quandoquidem[imò.quin potius]faciem eius suscipiam.i. magno fauore prosequar illum,& exaudiam. Ne afficiam vos ignominia, לבלתי עשות עמכם נבלה Ad verbum,ne faciam vobiscum ignominiam.sub.propter hanc culpam.

9 Et suscepit Iehouáh,&c. וישא יהוה וגו' .i.exaudiuit Iob,ac preces eius admisit.

10 Conuertit captiuitatem אIiób, שב את־שבות איוב qua scilicet detinebatur à Satana. fuerat enim captiuus in manu Satan,& eduxit illū de potestate illius.Ita exponit ex doctis Hebræorum alter. At magni nominis apud illos vir exponit sic, Redire fecit captiuitatē Iob, id est ea quæ Sabæi & Chaldæi abstulerant,boues,asinos,camelos, pueròsq; custodes. Deus enim, orante Iob pro amicis,misit illis in cor vt,ōnia ad illum reducerent. In duplum. למשנה: .i.dedit ei duplo plura quàm prius habuerat. 11 Comederúntq; cum ipso panem ויאכלו עמו לחם More Hebraico dicitur.pro conuiuati sunt apud eum domi eius. Et commoti sunt super eum, וינודו לו .i.commota sunt viscera illorum propter illum.Alii,& condoluerunt ei.siue,illius gratia. Pecudem vnam, קשיטה אחת nummum vnum.

12 Benedixit nouissimo אIiób,&c. ברך את־אחרית איוב וגו' Benedicere,pro multiplicare & augere,accipi,ex hoc loco satis patet.Dicit itaque,Deus auxit posteriores fortunas Iob magis quàm priores.q.d redditus est Iob opulentior quàm prius. Fuerúntque illi ויהי־לו Habuit nanq;.Sic sequēti versu. 14 Iemimáh, ימימה .i.diurna.Chald.paraph exponit,quòd pulchra esset vt dies. Ceצsiyáh, קציעה quòd nobilis esset ac pretiosa,sicut species aromatica,quā cassiam vocant. Céren-haphúc. קרן הפוך: quod sonat,Cornustibii,siue fuci, ob elegantiam vultus eius. 15 In tota terrra: בכל־הארץ .i.in tota illa regione in qua habitabat Iob. In medio fratrum suorum. בתוך אחיהם: .i.inter fratres suos.siue inter hæreditates fratrum suorum. 16 Quatuor generationes. ארבעה דורות: .i.vsque ad quartam generationem. 17 Et satur dierum. ושבע ימים: exaturatus diebus.Hebraismus.i.vixit longam ætatem,& fœlicissimè,vt exponit doctus inter Hebræos.De hac loquutione dictum est Gene.25.a.8. Dicitur & plenus dierum,Iere.6.b.11.

Liber Pſalmorum, Hebraicè תהלים

Librum iſtum L X X Interpretes Ψαλτήριον denominauerunt, nomine inſtrumenti muſici,ad quod vt & ad alia, hi Pſalmi decantabantur. Hebræi verò תהלים ſiue ספר תהלות, hoc eſt librum laudum appellant. Chriſtus Dominus noſter, Pſalmos, & Librum Pſalmorum,Luc.20.g.42,&.24.g.44.Sic & Petrus, Act.1.d.20. Ex quibus teſtimonia ſumens Chriſtus Saluator noſter, teſtatur afflatu Spiritus ſancti fuiſſe ſcriptos,Matth.22.d.43,& Petrus,Act.1.c.16.

VETVS

1 Beatus Vir qui non abiit in conſilio impiorū, & in via peccatorum nō ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

2 Sed in Lege Domini volūtas eius: ‖& in Lege eius meditabitur die ac nocte.

Ioſue 1.b.8

Ierem.17.b.8

3 ‖Et erit tanquā lignum quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo:

B

Et foliū eius non defluet,& omnia quæcunque faciet,proſperabuntur.

4 Nō ſic impii,nō ſic:ſed tanquā puluis quē proiicit ventus à facie terræ.

5 Ideo non reſurgūt impii in iudicio: neque peccatores in conſilio iuſtorū.

6 Quoniam nouit Dominus viā iuſtorum:& iter impiorū peribit. II.

1 ‖Quare fremuerūt Gentes,&populi meditati ſunt inania?

Act.4.c.25

2 Aſtiterūt Reges terræ,& Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.

3 Dirumpamus vincula eorū, & pro

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO. I.

1 ″Beatus Vir qui nō″ambulauit in cōſilio ″impiorum,″& in via ″peccatorum″non ſtetit,″& in cathedra″deriſorum non ſedit.

Qui ſint beati,& cui rei ſimiles,in quo eſt exhortatio ad vitam ex verbo Dei inſtituendam.

2 ″Sed in Lege″Iehouæ″voluntas eius,″& in Lege eius ″meditatur die ac nocte.

3 Et erit″ſicut arbor plantata ſecus riuos aquarum, quæ fructum ſuum dat in tempore ſuo : & folium eius non ″decidit,″& omne quod faciet,proſperè cadet.

4 Non ſic impii:ſed″tanquam gluma quam proiicit ventus.

Impiorū exitus.

5 Ideo nō″ſtabunt impii in iudicio,″neque peccatores in congregatione iuſtorum.

6 Quoniā″nouit Iehouáh viā iuſtorū:″& via impiorū peribit. II.

Cur bene piis,& impiis malé.

1 Vtquid″congregant ſe turmatim Gentes,& populi″meditantur inane?

Vana cōſpiratio ac furor Regū & principū tū Gētiliū tum Iudæorū contra Chriſtū.

2 ″Aſtant Reges terræ,″& Principes conſilium capiunt pariter aduerſus Iehouam,& aduerſum Chriſtum eius.

3 Dirumpamus″vincula eorum,&proiiciamus à nobis

Rebellio impiorū cōtra Deū ac Chriſtum eius.

VARIAE INTERPRETVM LECTIONES, CVM HEBRAISMORVM EXPLICATIONE.

1 Beatus vir אשרי האיש Adiectiuū eſt plurale אשרי,vt quidā Hebræorum ſcribunt, quod verbo,aut nomini plurali vel ſingulari iungitur pro loco:vnde quidam vertunt,Beatus,ſiue Fœlix vir.aut,Beata,ſiue Fœlicia viro. Aliis magis placet eſſe ſubſtātiuum plurale, vt Latinis diuitiæ:vertentes Beatitudo,ſiue Beatitudines,aut fœlicitates viri. vel,illius viri,propter ה emphaticum & ſignificatiuum quod Hebræi vocant haiediah,quo ſignificatur aliquis inſigniter beatus. Ambulauit הלך Sunt præterita Hebræis, quæ per præſens verti poſſunt, ambulat, ſtat,ſedet. nā frequens eſt apud illos tēporum permutatio, præterito vtentes pro præſenti,aliquādo pro futuro: imperatiuo pro futuro aut præterito:infinitiuo pro omni tēpore:& futuro pro præſenti, aut vice præteriti,aut eriā imperatiui. Quod diligēter obſeruandū eſt: nam in his vertendis plurimū variant interpretes,maximè in his Pſalmis. Impiorum, רשעים improborum.Significat eos qui indeſinenter & ſine vlla quiete impiè agunt, aut qui malis animi perturbationibus mouentur ad malè agendum, tanquam mare impulſum quod quieſcere non poteſt,vt de illis ſcribit Ieſaias,57.d.20 Et in via ובדרך Via pro inſtituto & ratione viuendi. Peccatorum חטאים flagitioſorum.Non ſunt qui quouis modo peccatores ſunt,ſed qui iam perfricta fronte, ita peccatis ſeſe addixerunt,vt iam nihil eos pudeat: & inde meruerint cognomen peccatorum,quales ii erant qui in hiſtoriis Euangelicis peccatores vocantur,qualiſque illa in ciuitate peccatrix, Luc.7.f.37,& Sodomitæ,Gen.13.c.13,& Amalecitæ,1.Samu.15.c.18. Non ſtetit,לא עמד non ſtat.ſiue,conſiſtit.i.qui viuendi rationem hominū peccatis deditorū non amplectitur. Et in cath. ובמושב & in cōſeſſu.vel,ſede. Deriſorum לצים elatorum,ſuperborū.Vel,obloquutorū, ſiue obtrectatorū.i.qui nullū cōmercium habet cū iis qui Diuinas Leges ridere ſolent,nec eſt contubernalis eorū. Alii,reuelantiū *ſecreta*. 2 Sed in Lege כי אם בתורה Lex pro ipſa Lege & omnibus Sacræ ſcripturæ libris qui ſunt Legis expoſitio. Iehouæ יהוה Hoc nomen ſuperſtitioſi Iudæi pridem ineffabile fecerunt:legentes אדוני,id eſt Dominus,vbicunque in Scripturis habetur יהוה,quos Græci & Latini poſtea ſequuti ſunt.Verùm ipſe Dominus quid hoc nomine intelligi vellet, ſatis expreſſit,quum rogatus à Moſe nomen,reſpōdit, אהיה אשר אהיה.i.Sum qui ſum.Et mox,Sic dices filiis Iſrael,אהיה miſit me ad vos.Exod.3.c.14.Quibus verbis apertè ſignificat Exiſtenti nomen ſibi eſſe,& quòd ſolus à ſe,ac ideo ſemper exiſtat,& exiſtendi virtutē omnibus ſuppeditet. Id verò quàm non exprimat nomen Dominus,quis nō videat?Propterea quidā pro eo vertūt Exiſtens.Alii,αὐτοφυής,quod nomen Græcis,à ſe & per ſe exiſtentē ſignificat.Nōnulli nomen ipſum IEHOVA non mutāt: nec ipſe etiā Sanctes in ſuis annotationibus manu ſcriptis, quas apud me aſſeruo : quos & ſequuti ſumus. Voluntas e. חפצו deſideriū eius.Vox Hebræa ſignificat voluntatē,propēſum animi affectū,voluptatē & delectationē animi in re aliqua. propterea dicit,meditatur die ac nocte.i.eam vnicè amat. Et in Lege e. ובתורתו Repetitio frequens Hebræis,pro,& in ea. Meditatur יהגה Fut. Heb.pro præſ. Vox Hebræa & ad cordis cogitationes, & ad oris garritū refertur, vt Pſal.19.d.15,והגיון Et meditatio cordis mei corā te.Et Pſal.37.f.30,Os iuſti יהגה loquetur ſapientiā.Idem ponitur & Pſal.35.d.28. 3 Sicut arbor כעץ Palmā aut oleam intelligit. vtrique enim decerpto fructu folia nō decidūt. Iuſtus vt palma florebit, Pſal.92.c.13.Ierem.17.b.8,Et erit tanquam arbor plantata ſecus aquas,& quæ iuxta riuū mittit radices ſuas.Benedictionē viri qui fidit Iehouæ,deſcribit. Decidit,יבול marceſcit.inareſcit.Præt.Heb.pro præſ. Et omne qu.&c. וכל אשר יעשה יצליח: & quicquid facit,proſperos habet ſucceſſus.fructus edit qui nō pereunt.Fut.Heb.pro præt.

4 Tanquā gluma כמוץ ſicut quiſquiliæ.puluis.minutū palearū.Impii prorſus inutiles,& omnis fructus expertes,vt gluma, palea, ſiue tegumentū tritici,quibus cōparantur Matth.3.c.12.Eſa.17.d.13,Et perſequutionē patiuntur ſicut gluma montiū à facie venti, & ſicut ſtipula coram turbine.Et Pſal.35.a.5,Sint vt gluma ante ventū. 5 Stabunt יקומו conſiſtent.ſub.cū iuſtis.i.non habebūt locū inter iuſtos: ſed ſeparabit eos Deus ab illorū cōſortio,quū mundū iudicabit.Matth.25.d.41,Ite maledicti,&c.Alii,reſurgent. Neque pecc. וחטאים Repetitio Hebraica idem bis dicens. 6 Nouit יודע agnoſcit.ſiue per futurum,agnoſcet.i.probabit:vel,illorum curam aget.cui contrarium eſt Peribit,pro Improbabitur,vel damnabitur. Et via impiorum pe. ודרך רשעים תאבד: Hebraiſmus,pro,omnia eorum ſtudia & inſtituta in nihilum redigentur.vel,impii ipſi diſperibunt vnà cum vita & actibus ſuis.

IN PSALMVM II.

1 Congregant ſe tur. רגשו ad tumultū conueniūt. Vel,cū tumultu cōuolant. Alii,turmatim cōgregātur.veluti in tumultu fieri ſolet. Alii, fremūt,vel frendent. Præteritū Heb.pro futuro,vt verſus ſequētis verba quæ futura ſunt.Continet enim hic pſalmus propheti ā cōiurationis Iudæorum & Gentium aduerſus Chriſtum,vt apparet ex Act.4 c.25. Vertuntur autem hæc futura per præſens. Meditantur יהגו loquuntur.aut,murmurant.Fut.Heb.pro præt.vel præſenti.i.vanos ſermones iactauerunt, quum ſe memoriam Chriſti abolituros morte putarunt, qui tertio die poſtea reſurrexit. 2 Aſtant יתיצבו Aſtabunt.conſilii ſcilicet captandi cauſa. Et principes ורוזנים & Reges. Vel,conſiliarii Regum.i.quorū conſilio & prudentia Rex adminiſtrat regnum. 3 Vincula e. את מוסרותימו quibus alligātur animalia ad iugū. Vide pro expoſitione huius loci,Iere.5.a.5.Verba ſunt hoſtiū Dei & Chriſti,Regū ſcilicet,Principū,& Sacerdotū.Vincula vocat leges quibus quaſi vinciri ſolēt ſubditi,& cōtineri in officio. Funes verò,ſiue ligamina,imperiū.Sumpta metaphora ab iis qui vincti coguntur facere opus.Legibus eorum,inquiunt,ne pareamus: demúſque operam ne imperent nobis.

9

'funes eorum.

Irriti eorum conatus.

"Habitans in cælis ridebit: Dominus"ſubſannabit eos. 4
"Tunc loquetur ad eos "in furore ſuo,& in ira ſua"terrebit eos: 5

Pater teſtatur ſe cōſtituiſſe Regē Iudæorum Filiū ſuum.

Dicens,Et ego"conſtitui Regem meum ſuper"צSiión "mōtem ſan 6
ctum meum.
Narrabo ipſum"decretū *quod* Iehouáh dixit ad me, Filius meus 7
es tu,ego"hodie genui te.

Chriſtus commemorat ſe à die reſurrectionis ſuæ etiā Gentiliū cōſtitutū eſſe Regē.

"Poſtula à me,& dabo Gentes hæreditatem tuam , & poſſeſſio- 8
nē tuam terminos terræ.
"Conteres eas virga ferrea,ſicut vas figuli"confringes eas. 9

Ruina contumaciū cōtra Chriſtū. Exhortatio ad principes vt ſapiant, & ſeruiāt Deo,eiuſque Filium ſuſcipiant.

Et nunc Reges"prudenter agite:erudimini Iudices terræ. 10
"Seruite Iehouæ in timore:& exultate in tremore. 11
"Oſculamini Filiū,ne fortè iraſcatur,"& pereatis via,"quū exar- 12
ſerit"vel paululū furor eius:"beati omnes qui ſperāt in eo. III.

Beati qui.

"Canticum"Dauidis quum fugeret"à facie Abשſalom filii ſui. 1
IEhoua"quàm multiplicati ſunt"hoſtes mei, quàm multi inſur- 2
gunt aduerſum me!

Dauid vexat⁹ & afflictus à filio ſuo Abſalom,admiratur ac conqueritur de multitudine inimicorum ſuorum. Auxiliū petit à Deo,cuius fiducia omnem hoſtium metum abiicit.

Multi"dicunt de anima mea,Non eſt ſalus ei in Deo."סSélah. 3
Et tu Iehoua"clype⁹ es pro me,"gloria mea,"& exaltās caput meū. 4
Voce mea ad Iehouā clamaui,"& exaudiuit me de monte ſancti 5
tatis ſuæ."סSélah.
Ego"accubui,& dormiui,& euigilaui:quia Iehouáh ſuſtētauit me. 6

iiciamus à nobis iugum ipſorum. B

4 Qui habitat in cælis,irridebit eos: & Dominus ſubſannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.
6 Ego autem cōſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.
7 ‖Dominus dixit ad me,Filius meus es tu,ego hodie genui te.

Act.13.c.33 heb.1.b.5,&.5.b, C

8 Poſtula à me , & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam , & poſſeſſionem tuam terminos terræ.
9 ‖Reges eos in virga ferrea , & tanquam vas figuli confringes eos.

Apoc.2.g.24, & 19.c.15

10 Et nūc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
11 Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.
12 Apprehēdite diſciplinā , nequando iraſcatur Dn̄s, & pereatis de via iuſta,
Quum exarſerit in breui ira eius: beati oēs qui confidūt in eo. III.
1 Pſalmus Dauid quum fugeret à facie Abſalom filii ſui.
2 DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgūt aduerſum me.

2.Reg.15,c.14

3 Multi dicunt animæ meæ , Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.
4 Tu autē Domine ſuſceptor meus es,gloria mea,& exaltās caput meū.
5 Voce mea ad Dominū clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.
6 Ego dormiui,& ſoporatus ſum , & exurrexi:quia Dominus ſuſcipiet me. B

Funes e. : עבותימו ligamina eorum. 4 Habitans in cæ.rid יושב בשמים ישחק Verti poteſt per præſens,Qui ſedet in cælis,vel domicilium habet in ipſis cælis,deridet. Verba Dauidis.q.d.Quomodo pugnabunt cū eo qui eſt in cœlis? Subſannabit e. :ילעג־למו Repetitio eiuſdem ſentētiæ,quæ magnā vim habet in Sacris literis. 5 Tunc אז quum ſcilicet tempus id exiget. In furore ſ.באפו Id eſt iratus.q.d.increpabit eos vehementiſſimé. Terrebit eos: יבהלמו conturbabit eos.vel perdet.i.graui ira percitus,perdet eos.

6 Conſtitui נסכתי vnxi.Alii,regnare feci.vel per præt.pluſquā perfectū, cōſtituerā.regnare fecerā.Verba Dei patris ſedētis pro tribunali,& condemnantis impios qui dederunt operā vt regnū Chriſti euerterent.i.præfeceram Regem meū Meſſiam populo meo Iſraelitico vt illi nomine meo imperaret: verùm illius regnum perpetuò oppugnatis,negantes eum eſſe Meſſiam . Quis nunc dicat me immeritò ſumpturū de vobis pœnas? Aut,Sumā igitur de vobis grauiſſimas pœnas ob tātū Chriſti mei cōtemptū.Hæc ſubaudiēda ſunt,quòd oratio ſit Dei irati, qui more hominum orationem cōcidit quū iratus loquitur. צSiión ציון Sion eſt populus Ieroſolymitanus:tota præterea terra Chanaan quæ mōtoſa eſt. Montē ſanct.m הר קדשי: Sanctū montē vocat,ꝙ illuc trāſlata eſſet arca Domini à Dauide. Vide 2.Sā.6.c.17,& 1.Par,16.a.1.

7 Decretum אל־חוק .i.quod Dominus præcepit vt narrarem tanquam decretum & edictū. Tametſi Apoſtoli Chriſtum à Patre creatū eſſe Regē teſtati ſint, hîc tamē Chriſtus ſibi ipſe vnus vēdicat quicquid per eos egit. Variè exponūt hanc vocē interpretes. Alii,legē.i.quod Dominus tanquā legē vult promulgari. Alii,ſtatutū.aut præceptū ſub.à Patre. Alii,in ſtatutū,aut legē.id eſt tā ſolicitè promulgabo vt abeat mihi in cōſuetudinē & morem. Hodie genui te. : היום ילדתיך Hūc diem interpretatur Paulus Act.13.e.33,diem quo apparuit Chriſtus, & à Patre declaratus eſt Filius.Genitus ergo fuiſſe dicitur,non vt filius Dei eſſe, quoad ſe,inciperet:ſed vt talis patefieret mundo. neque hæc genitura de mutuo Patris & Filii reſpectu intelligi debet, ſed tantùm ſignificat eum qui fuerat ab initio abſconditus in arcano Patris ſinu, & obſcurè deinde ſub Lege adumbratus,ex quo prodiit cum claris inſignibus, cognitum fuiſſe Dei Filium:ſicuti etiam dicitur Iohan.1.b.14, Conſpeximus gloriam eius tanquam vnigeniti Filii.Idem Paulus Rom.1.a.4,dicit Filium Dei declaratum fuiſſe in potentia dum reſurrexit à mortuis:ideò præcipuè in diem illū cōpetit quod hîc dicitur. 8 Poſtula à me,שאל ממני Inuitat Filiū ſuū Deus,vt aliquid ab ipſo petat more Regū & principū.Etiāſi poſtulaueris imperiū ſuper omnes populos,nō ſum denegaturus:tàmque tui erūt quàm fundus hæreditarius germani hæredis. 9 Cōteres e. תרועם Franges eos.i.ſiqui rebellare voluerint,aut parēre recuſarint, diſſipabis eorum cōſilia & artes ſceptro præduro, nēpe Spiritus oris tui.hoc enim ſceptro(de quo Ieſa.61.a.1)Chriſtus perdit aduerſarios. Cōfringes e.תנפצם diſperges eos.In plura nēpe fruſta confractos. 10 Prudēter ag. השכילו præſtate vos ſapiētes.Exhortatio Dauidis ad principes ne cōſpirēt in Chriſtū. Fingit autē ſe eorū tēpore viuere qui Chriſtū negaturi erāt eſſe Regē. 11 Seruite Ieh. עבדו את־יהוה Colite Iehouā.i.ita colite vt metuatis illū offendere:exultate præterea quòd vobis talem Regē præfecerit:verū lætitia veſtra ne ſit effrænis,ſed cōiuncta ingenuo metui. 12 Oſculamini Fil.נשקו־בר .i.oſculo manuum teſtamini vos Filiū Dei habere pro Rege:amplectimini Filiū toto mentis affectu,& ſubditi eſtote illi.Oſculū manuū in Palæſthina,argumētū ſubiectionis erat,vt & apud nos. Et pereatis via,ותאבדו דרך Ablatiuus eſt VIA.i.propter viā,hoc eſt propter veſtrū viuēdi modū,&c. Aut verte,ne via veſtra pereat.i.ne ratio vitæ veſtræ dānetur,vt Pal.1.6,Via impiorū peribit. Vel paululum כמעט derepente. Beati,&c. אשרי וגו' Acclamatio.q.d.beati qui fiduciam ſuam in Chriſto collocant,ſalutem ab eo expectantes,quam certò ſunt conſequuturi.

IN PSALMVM III.

1 Canticū מזמור Oda,Carmē.nā eruditis Pſalmus ſignificat ſonū citharæ. Dauidis לדוד.i.quod cecinit,vel ſcripſit Dauid. A facie מפני .i.metu,vel propter. 2 Quàm mult. מה־רבו valde multiplicati.perquam multi facti ſunt. Hoſtes m. צרי tribulatores mei. 3 Dicūt de an.m. אומרים לנפשי.i.exiſtimāt,aut cogitāt de me.Hebraica phraſis eſt.q.d.non dubito eſſe multos qui apud ſe de me in hūc modū cogitant,Derelictus eſt à Deo,nullum illi auxiliū à Deo expectandum. סSélah. סלה Eleuationem & exclamationē ſignificat hæc vox. quæ quoties in Pſalmis ponitur, ſignū eſt excitādæ vocis,& animi maximè intendendi.Etiam olim ſolebant cantores,quoties hæc vox occurrebat,vocē intendere in cātione & harmonia,tanquā in re attentius cōſideranda.Sed & nos quū res aliqua exigit auditoris animaduerſionē & attentionē,exclamare ſolemus:huiuſmodi erat hæc exclamatio. acſi ſic exclamet,O grauē calamitatem meā! 4 Clypeus es pro me,מגן בעדי Clypeū eſſe alicuius,eſt eū defendere,protegere,& pro eo pugnare. Gloria m. כבודי.i.qui ſoles mihi dare materiā gloriandi apud omnes ob crebra beneficia quæ in me cōfers. Aut, gloria mea,qui potes mihi dignitatē priſtinā reſtituere. Et exaltās cap.m. ומרים ראשי; Phraſis Hebraica,Exaltare caput alicuius,pro Triſtē & præ dolore deiectū, reddere lætū.Luc.21.f.28, Attollite capita veſtra quoniam,&c.Gen.4.a.6,Vtquid cōcidit vultus tuus?dicit Dominus ad Cain triſtem. 5 Et exaudiuit m.de mōte ſan.ſ.ויענני מהר קדשו & reſpōdit mihi.Reſpōdere pro Adnuere & exaudire.Scio(inquit Dauid)quid mihi agendū ſit,implorabo opem Dei:certò autē ſcio quòd me exaudiet.Clamare ad Deū voce ſua,phraſi Hebraica dictum eſt,pro Opem Dei implorare. Verti poſſent hæc per futurū,Clamabo,& exaudiet,&c.De mōte ſanctitatis ſuæ,vel ſancto ſuo.i.de propitiatorio quod eſt ſuper arcā fœderis in Sion mōte ſancto.pollicitus enī fuerat Deus ſe exauditurum à medio Cherubimorū eos qui illū inuocarēt cū fiducia. סSélah.:סלה Exclamationē ſignificat.q.d.ô rem Deo acceptā,cū fiducia ipſum implorare. 6 Accubui, שכבתי Præterita Hebræis,quæ verti poſſunt per futura,accubabo & dormiam,&c.Et expergiſcar:quia Dominus fulciet me.q.d.Ego cuius caput tot hoſtes petūt,vbi opem à Deo petiuero,cōmittam me quieti, & ſecurus dormia:quia Deo defenſore fido.Somnus ſummā hîc tranquillitatem ſignificat. nam qui anxii ſunt, & malis premuntur, lectum quietis cauſa petere nequeunt,curis ſomnum adimentibus.Quidam vertunt,Equidem iacebam, ac dormiebam:experrectus autem ſum,quia,&c.

Non timebo millia populi circundantis me: exurge Domine, saluū me fac Deus meus.

Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes pēccatorum contriuiſti.

Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua.

In finem in carminibus, Pſalmus Dauid IIII.

QVum inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei, & exaudi orationē meā

Filii hominū, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium?

Et ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum: Dominus exaudiet me quum clamauero ad eum.

Ephes.4.f.26

B Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificiū iuſtitiæ, & ſperate in Domino. Multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona?

Signatū eſt ſup nos lumē vultus tui Domine: dediſti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.

In pace in idipſum dormiam & requieſcam:

Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

7 Non″timebo à decem millibus populorum qui circunquaque poſuerunt *caſtra* aduerſum me.

8 ″Surge Iehoua, ſerua me Deus mi, quia'percuſſiſti omnes inimicos meos in maxilla: dentes impiorum confregiſti.

9 Iehouæ eſt″ſalus: ſuper populum tuum benedictio tua. □Sélah.

1 ″Victori″in Neginoth, Pſalmus Dauidis. IIII.

2 Q″Vum inuoco, exaudi me Deus″iuſtitiæ meæ: in anguſtia'dilatationem feciſti mihi: miſerere mei, & audi orationē meā.

3 ″Filii viri, vſquequo gloriam meam'*uertetis* in ignominiā, diligetis″inane, quæretis mendacium? □Sélah.

4 ″Et ſcitote quòd″ſegregauit ſibi Iehouáh″piū: Iehouáh exaudiet quum clamauero ad eum.

5 ″Pauete,″& ne peccetis:″loquimini in corde veſtro ſuper cubili veſtro,″& tacete. □Sélah.

6 Sacrificate″ſacrificia iuſtitiæ, & confidite in Iehoua.

7 Multi dicunt,″Quis videre faciet nos bonum?″eleua ſuper nos lucem vultus tui Iehoua.

8 'Dediſti lætitiam in corde meo, à tempore quo frumentum eorum & muſtum eorum multiplicata ſunt.

9 'In pace pariter accubabo, & dormiam: quia tu Iehoua″ſolus cōfidenter habitare facies me.

Inuocat Deū, ac excitat ad ſuum auxilium.

Solius Dei eſt liberatio.

Dauid opē Dei implorat aduerſus cōiurationē Abſalō filii ſui.

Reprehēdit principes Iſrael cōtra ſe cōſpirātes, exhortans eos vt reſipiſcant.

Pro bonis quib⁹ abundāt aduerſarii, Dei dūtaxat beneuolentiam poſtulat: qua qdē fretus, ſe ab inimicis ſuis liberatum iri ſperat.

7 Timebo אירא Futurum pro præterito ſi præcedentia legas per præteritum. Aut verte, Non metuam à myriadibus populi qui me circunquaque obſident. Ponere in circuitu alicuius, pro aduerſus aliquem inſtruere aciem, more Hebraico dictū eſt. Myriades, ſiue decem millia, populum innumerabilem intelligit. Hîc ſe Dauid in ſpem erigit. Verti etiam poteſt, Non timui, per præteritum, vt dictum eſt.

8 Surge קומה Exurge: vt ſcilicet audita tuba ſtrenuus & prōptus miles exurgere ſolet, erige te in pedes, & accipe arma, collige vires tuas & potentiam: vt percutias hoſtes meos in maxillam, ita vt dentes eorum confringas: quibus confractis & comminutis conficere & concidere panem non poterunt, & ita interibunt. Iſtud ſignificat conciſum hoc dicendi genus. Percuſſiſti הכית Vel per futurum, Exurge: quia percuties omnes inimicos meos in maxillam, *id eſt* dentes improborum confringes.

9 Salus: הישועה Salus pro auxilio. Benedictio autem pro fauore & beneficio. quaſi dicat, Domini intereſt ſeruare & liberare populum ab iis quæ illi accidūt: ipſe eſt à quo petendum auxiliū: illi ſoli debetur victoria, quòd vicerim filium Abſalom. Vide 2.Samu.18.g.33. Mutatio perſonæ à tertia in ſecundam, ad affectum oſtendendum valet, Tu Deus populum tuum, id eſt tibi fidentem, ſeruare, tutari, liberare ſoles, & bonis cumulare. In fine adiicitur Sela. quaſi dicat, O excellentiam & exhuberantiā bonitatis Dei, qui ipſi fidentibus tā prōptus eſt auxiliator.

PSALMVM IIII.

1 Victori למנצח Præfecto cantorum. ſub. commiſſus pſalmus vt decantaretur. Sic dicebatur is cui committebantur pſalmi decantandi: aut ad cuius imperiū pſalmi decantari ſolebāt, aut pulſari, qui arte muſica alios ſuperabat ac vincebat: adeò vt illius artis dux & magiſter meritò eſſet. Vnde qui vim vocis Hebraicæ reddere volet, vertet, Præfecto citharœdorū peritiſſimo & excellētiſſimo. In Neginoth בנגינות ad [vel, ſuper] Neginoth. inſtrumentum erat muſicum. Ad inſtrumenta enim muſica decantatos fuiſſe Pſalmos notum eſt: ſed ſic vt modulatio organorum, animum pararit ad percipienda plenius verba Sacri carminis. De cantorum, & organis modulationum inſtitutione, vide 1.Paral.15.b.16. 2 Quum inuoco, בקראי Ad verbum, In clamando me. id eſt Dū clamo, aut Quum clamauero, ſiue inuocauero. Aut, Quum implorem opem tuā. iuſtitiæ meæ: צדקי .i. iuſtificator mi: ſiue author iuſtitiæ meæ. Aut potius, Deus innocētiæ & integritatis meæ teſtis: qui noſti nulla me iniuria affeciſſe filium meum Abſalom vt in me conſpiraret. Quidam vertunt, vindex iuſtitiæ meæ. Nam Elohim, iudices etiam ſignificat. Dilatationem fec. mihi: הרחבת לי eduxiſti me in latitudinem. Educere in latitudinem, ſiue latitudinem facere alicui, pro è loco arcto & anguſto in locum ſpatioſum educere. Metaphora ab iis qui redacti ſunt in locum anguſtum ab hoſtibus, ita vt elabi nequeant. q. d. qui me redactum in ſummas anguſtias, aliquando liberaſti & exhilaraſti.

3 Filii viri, בני־איש Hebræi filios virorum vocant potentes & principes viros. Alloquitur autem hîc nobiles & proceres Iſraelitas qui cum Abſalom coniurauerant. q. d. O vos viri principes. *Vertetis* Aut ſubaudiendum, *conamini deducere*, aut aliquid tale. Alii vertunt, quouſque tandem gloria mea in ignominiam? ſub. erit apud vos. Gloriam ſuam ſiue honores ſuos vocat regnum ſuum à Deo ſibi datum. q. d. quouſque moliemini aduerſum me cædem, vt regno ignominioſè me ſpolietis? Inane, ריק vanitatē. Inane, vanitatē, mendaciū vocat rem fallacem, quæ non ſolet ſuccedere pro animi ſententia: friuola conſilia & conatus qui ſpem fallunt. q. d. quouſque operam dabitis mē regno euertere? quod non conſequimini, Deo mihi conſulente. 4 Et ſcitote ודעו Scitote autē, vel itaque. redundat ו. Aut ſubaudiendum, Reſipiſcite ô nobiles Iſrael, & ſcitote. Segregauit הפלה ſelegit. Pium: חסיד miſericordem. Vox Hebræa paſſiuè accipitur pro eo in quem miſericordia exercetur. Alii vertunt probum, vel beneficum. Loquitur autem de ſe Dauid in tertia perſona, Me ſelegit in Regem ſuum quem miſericordia ſua dignaretur. 5 Pauete, רגזו Contremiſcite. Timete. ſub. vobis à Deo ô proceres Iſrael. Si nō me timetis, ſaltē Deū timete, qui me Regem conſtituit. Chaldæus paraph. vertit, Domate concupiſcētiam veſtrā, & iraſcimini. ſub. vobis. In hūc ſenſum adduxiſſe videtur Paulus Epheſ.4.f.26. Et ne peccetis: ואל תחטאו ſub. diutius in me. i. ne perſeueretis in cōiuratione veſtra cōtra me. Loquimini אמרו dicite. i. cogitate, & rem ipſam expēdite apud vos dū iacetis in cubili veſtro, hoc eſt noctu: quo tempore vacatis à negotiis grauioribus. Et tacete. ודומו Imperat. pro fut. tacebitis. q. d. quū rem accuratius expēderitis, deſiſtetis de me impiè loqui, & Iſraelem aduerſum me concitare. Addidit Sélah, acſi dicat, O amentiam eorum qui extrema moliuntur in Regem quem Deus conſtituit!

6 Sacrificia iuſt. זבחי־צדק Sacrificia intelligit quæ lex præcepit offerri pro peccato, ſacrificia legitima. Iuſtitiæ autē. i. quæ animi reſipiſcentiam & mutationē teſtētur. q. d. O cōiurati, peccatū veſtrū agnoſcite, & in illius expiationē offerte ſacrificiū Deo, & ſperate vos cōſequuturos veniā. vel, in ſolo Deo ſperate, nō in vobis. Chald. paraph. Domate concupiſcentiā veſtrā, & reputabitur vobis in ſacrificia, & ſperate in Deo. 7 Quis videre, &c. מי־יראנו טוב Optandi formula eſt. acſi dicnat inimici Dauidis, Vtinam optatis potiamur, nempe vt videamus Dauidē extinctū. Aut eſt oratio eorū qui Deū non habentes, tēporalia ſibi dari poſtulant. Eleua ſuper, &c. נסה עלינו וגו' Hebraiſmus, pro precor vt nos tuo fauore proſequaris. Verba Dauidis, Habeo, inquit, aduerſarios multos, alii aliis rebus fidūt, tantū ego beneuolentiā tuam opto, & ea ſola fido: precor igitur vt tuo fauore nos proſequaris. Vt odiū vultu declaratur, ſic & fauor. quos enim amamus, ſuauiter & hilariter intuemur. Lumē vultus vocat vultū lucidū. Fat vt appareat nobis ꝙ nos diligas, reſpiciēdo ad nos. 8 Dediſti læt. &c. נתתה שמחה וגו' q. d. Tantū abeſt vt hoſtibus meis inuideā, vt illis gratuler hubertatē frumēti & vini. i. omniū rerū ad vitā neceſſariarū copiā. Hoc autē dono tuo habeo, vt eorū fœlicitate gaudeā, non doleam. 9 In pace בשלום .i. Spero futurū te duce vt mihi hoſtes ita recōcilientur, vt cū illis etiam ſi vndique cingant me, tutò & intrepidè habitare poſſim: imò etiam tranquillè dormire. tu enim ſolus id præſtare potes. Solus לבדד ſeorſum. i. per me, meo arbitrio, nemine faceſſente mihi negotium. Quidā vertunt futurum in præſens, ſolus ſecurè habitare me facis.

Dauid à Saule eiúſque ſubditis vexatus, ardẽter petit à Deo vt preces ſuæ exaudiantur.

′Victori ſuper′Nehiloth Canticum Dauidis. V 1
ELoquia mea aurib⁹ percipe Iehoua, intellige′loquutionẽ meã. 2
Attende voci clamoris mei, Rex mi, & Deus mi: quoniam 3
ad te′oro.
Iehoua mane″audies vocem meam: mane″præparabo tibi *oratio-* 4
nem, & ſpeculabor.

Deus non poteſt perferre impios adulatores, oſores, ſimiléſque, quibus Dauid certũ exitiũ proponit, aut quos cõfidit perituros

Quia nõ Deus volẽs′impietatẽ es: nõ habitabit iuxta te malus. 5
′Non ſtabunt ſtulti coram oculis tuis: odiſti omnes operan- 6
tes″iniquitatem.
Perdes loquentes mendacium: virum′ſanguinolentum & frau- 7
dulentum abominatur Iehouáh.

Fret⁹ miſericordia diuina, ſperat ſe reuerſurũ in Ieruſalem ad adorandum cum fidelibus.

Ego autem″in multitudine miſericordiæ tuæ introibo domum 8
tuam:″incuruabo me templo ſancto tuo in timore tuo.

Suæ conſcius infirmitatis, opem & gubernationẽ poſtulat propter aduerſariorum improbitatem quam deſcribit.

Iehoua duc me″in iuſtitia tua propter inimicos meos:′dirige co 9
ram me viam tuam.
Quoniam non eſt′in ore eius rectum, intimum eorum′prauita 10
tes:′ſepulchrum patens guttur eorum, lingua ſua blandiuntur.
′Deſola eos Deus,′cadãt à cõſiliis ſuis: propter multitudinem 11
præuaricationum eorũ′expelle eos, quoniam′rebellant cõtra te.

Lætitia & benedictio iis qui in Deo ſperant.

′Et lætentur omnes qui ſperant in te, in ſeculum iubilent:″&o- 12
peri eos, & exultent in te qui diligunt nomen tuum.
Quoniam tu benedices iuſto Iehoua: vt ſcuto′bona volunta- 13
te coronabis eum.

Dauid in grauiſſimo morbo, ſe agnoſcẽs à Deo affligi, orat ne aſperi⁹ caſtigetur, poſtulans miſericordiam.

′Victori in Neginoth″ſuper octauam Canticum Dauidis. VI. 1
IEhoua, ne in furore tuo argua sme, neq; in ira tua′corripias me. 2
Miſerere mei Iehoua, quoniam″debilis ſum: ſana me Ieho- 3
ua, quoniam territa ſunt oſſa mea.
Et anima mea territa eſt valde: & tu Iehoua vſquequo′*conteres me?* 4

1 In finem, pro ea quæ hæreditatem conſequitur, Pſalmus Dauid. V.
2 VErba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meũ.
3 Intende voci orationis meæ, Rex meus & Deus meus.
4 Quoniã ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam.
Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniã non Deus volens iniquitatem tu es:
5 Neque habitabit iuxta te malignus,
6 neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operãtur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur
7 mendacium.

B

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.
8 Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuã: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
9 Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu meo viam tuam.
10 Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

C

|Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus.

Infrá.13.b.3 rom.3.b.13

11 Decidãt à cogitationibus ſuis, ſecũdũ multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos, quoniã irritauerũt te Domine.
12 Et lætentur omnes qui ſperãt in te: ĩ æternũ exultabũt, & habitabis ĩ eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu be-
13 nedices iuſto.
Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis coronaſti nos.
1 In finem in carminibus, Pſalmus Dauid pro octaua. VI.
2 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.
3 Miſerere mei Domine, quoniã infirmus ſum: ſana me Domine, quoniã conturbata ſunt oſſa mea.
4 Et anima mea turbata eſt valde: & tu Domine vſquequo?

IN PSALMVM V.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4.a.1. Nehiloth הנחילות Inſigne aliquod inſtrumentum muſicum olim notum, dictum à ſono apum quem imitabatur. 2 Loquutionem m. הגיגי: meditationem meam. murmur meum. q.d. Vtinam aduertas animum meum ad tacitũ meum eloquium, & oſtendas te inaudiuiſſe tacitas meas preces. 3 Oro. אתפלל: Fut. Heb. pro præſ.

4 Audies תשמע audi. Fut. Heb. pro imperat. Præparabo tibi *orat.* & ſpec. אערך־לך ואצפה: præparo tibi *orationem*, & contemplor. vel, & expecto. id eſt, ſoleo te mane deprecari, & expectare auxilium tuum. Fut. Heb. pro præſ.

5 Impietatem רשע Impietas, ſiue iniquitas, & malitia: metonymia, pro impiis & malis. aut ſubaudi vir, vt ſit, non es Deus cui placeat *uir* impietatis, neque morabitur tecum *uir* mali. Liberabis me ô Deus à Saule & adulatoribus eius: quia tu nõ es Deus cui arrideat iniquitas.

6 Non ſtabunt לא יתיצבו Non conſiſtunt. Fut. Heb. pro præſ. id eſt non habent apud te locum. Alii, Non ſtatuent ſe: aut, Non apparebunt. Iniquitatem. און: vanitatem. 7 Sanguinolentum & fraud. דמים ומרמה Ad verbum, ſanguinum & doli.

8 In multitudine miſer. t. ברוב חסדך Hebraiſmus, pro, ampla tua bonitate, ſiue miſericordia fretus. Incuruabo me temp. ſ. אשתחוה אל היכל־קדשך adorabo verſus templũ ſanctitatis tuæ. vel, ſanctũ tuũ. id eſt, fixis oculis in tabernaculũ fœderis. Solus Põtifex Sanctũ ſanctorũ ingrediebatur vt illic oraret: reliqui verò omnes verſus templum (.i. oculis fixis in tabernaculum fœderis) orabãt. Ego, inquit, quum miſericordia tua adiutrice reuerſus fuero ab exilio, adibo domum tuam, vt antehac ſemper feci: interim autem quòd mihi non liceat te in templo adorare, conuerſus ad tabernaculum fœderis, te colam: quod certè cum tua reuerentia facturus ſum: vel ſeruata reuerentia quam omnes tibi debent, impellente me ad id ingenuo timore quo timeo mihi à te.

9 In iuſtitia tua בצדקתך .i. per viam iuſtitiæ tuæ, per iuſtitiam quam doces & probas. i. da vt viuam cum ſumma innocentia: ne peream inſidiis quas mihi ſtruunt hoſtes mei. Exponi etiã poteſt, Deduc me pro tua iuſtitia, rogo te per eam iuſtitiã & benignitatẽ qua præditus es, vt deducas me: propter eos qui inſidiantur vitæ meæ. Dirige הישר rectam fac. Id eſt, fac vt mihi recta videatur via tua. Vel, fac me ambulare in via tua, ita vt non deflectam ab ea. 10 In ore eius rectum, בפיהו נכונה Singulare pro plurali, in ore vniuſcuiuſque eorum. Rectum vocat rectitudinem, veritatem, verúmque ſermonem. Prauitates: הוות Id eſt, cor eorũ plenum eſt dolis & fraudibus.

Sepulchrum קבר Sepulchro aperto & cadaueribus pleno ſimile dicit guttur ſuorũ aduerſariorũ: nam vt ſepulchrum apertũ expectat cadauer quod conficiat & exedat: ita hoſtes mei ſua blandiloquentia eò tendunt vt me pellectum ad ſe, perdant & ſubuertant, hoc eſt me à te deficere faciant. 11 Deſola eos האשימם Perde eos. Errare fac eos. Chaldæus paraph. Condemna eos. Cadant יפלו vtinam excidant. Expelle e. הדיחמו vel, depelle eos. ſub. à te. Metaphora ab iis qui labantes impelluntur. Rebellant מרו Præt. Heb. pro præſ.

12 Et lætentur וישמחו Vt lætentur, &c. & exultent in te qui, &c. Et operi eos, ותסך עלימו & operies [ſiue, operire facies] ſuper eos. Fut. Heb. pro imperat. operi, vel protege eos. Et exultent ויעלצו vt exultent. 13 Bona voluntate cor. eum. רצון תעטרנו: beneplacito [vel, beneuolentia] vndique cinges eum. i. beneuolentia tua, veluti clypeo inſigni, vndique cinges & munies eum.

IN PSALMVM VI.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות Vide Pſal.4.a.1. Super octauam על־השמינית ſuper Seminith. Octauus ſonus in muſica intentiſſimus eſt. Hic pſalmus datus fuit præfecto ſymphoniacorum, vt ad Neginoth decantaretur intentiſſima voce, & clariſſima. Quũ Dauid graui aliquo laboraret morbo, partem huius pſalmi compoſuit: & alteram, quum iam eſſet priſtinæ valetudini reſtitutus.

2 Corripias me. תיסרני: caſtiges me. Subaudiendum aliquid, quale illud ex Ieremia, cap.10.d.24. Ne fortè ad nihilum redigas me. Peculiare enim eſt iratis & malè habentibus, vt ſuos ſermones concidant. Verba Ieremiæ hæc ſunt, Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, [.i. ſeruato modo & menſura] & non in furore tuo, ne ad nihilum redigas me.

3 Debilis ſum: אומלל ſub. morbo. vel, fractus, aut confectus, aut imbecillis morbo. q.d. fractus ſum morbo, reſtitue mihi vires priſtinas.

4 *Conteres me?* vel *differes auxilium tuum?* Apoſiopeſis, anxio & expectanti auxilium familiaris.

B Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam: 5

Quoniam nõ eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis cofitebitur tibi? 6

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. 7

Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter õnes inimicos meos. 8

Matth.7.e.23. & 25.d.41 Luc.13.f.27

¶Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. 9

C Exaudiuit Dominus deprecationẽ meam, Dominus orationem meam ſuſcepit. 10

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter. 11

VII.

Pſalmus Dauid quem cantauit Domino pro verbis Chuſi filii Iemini. 2.Reg.16.b.7. 1

DOmine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me: 2

Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat. 3

Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, 4

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis. 5

B Perſequatur inimicus animã meã, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. 6

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum 7

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te. 8

Et propter hanc in altum regredere:

5 ʹReuertere Iehoua, eripe animam meam, ſerua me propter miſericordiam tuam:

6 Quoniam non eſt ʹin morte memoria tui, ʹin ſepulchro quis ʹconfitebitur tibi?

Dolet quòd mortuus non poterit laudare Deum cum cæteris.

7 ʹLaboraui in gemitu meo, ʹnatare facio omni nocte lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum liquefacio.

Deſcribit ſummũ ſuum angorem.

8 ʹCaligauit præ ira oculus meus, ʹinueterauit propter omnes ʹinimicos meos.

9 Recedite à me omnes operãtes iniquitatem, quoniam audiuit Iehouáh vocem fletus mei.

Repellens ſuos inimicos, ſe exauditum eſſe confidit.

10 Audiuit Iehouáh deprecationem meam, Iehouáh orationẽ meã ſuſcepit.

11 ʹPudore afficiuntur, & terrentur valde omnes inimici mei: ʹcõuertentur, pudore afficientur ſubitó.

VII.

1 ʹSiggaion Dauidis quod cecinit Iehouæ ʹſuper verbis Chus filii Iemini.

2 IEhoua Deus meus in te ʹſpero, ſerua me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me:

David confidẽs Deo, orat vt à violenta Saulis perſequutione liberetur.

3 Ne fortè rapiat vt leo animã meã: laceret, & non ſit qui eruat.

4 Iehoua Deus meus ſi feci ʹiſtud, ſi eſt iniquitas ʹin manibꝰ meis:

Declarat ſuam innocentiam.

5 Si retribui pacificè degenti mecum malum, ʹ& *ſi non* erui hoſtẽ meum ſine cauſa:

6 Perſequatur inimicus animã meã, atq; cõprehẽdat, & cõculcet in terra ʹvitam meã, ʹ& gloriam meã in puluerẽ collocet. סSélah.

7 Surge Iehoua ʹin furore tuo, attolle te ʹpropter indignationes hoſtium meorũ: ʹ& euigila *ut adducas* ad me iudiciũ *quod* præcepiſti:

8 Et congregatio populorum circundabit te, & propter eam ʹin altum reuertere.

Petit à Deo vt obtineat regnũ promiſſum, vt populus Deo colligatur, & impii profligentur.

5 Reuertere שובה Exiſtimabant hoſtes Dauidis Deum receſſiſſe ab eo: propterea dicit, Reuertere ad me, priſtinæ valetudini me reſtitue. 6 In morte בּמות.i.qui mortui ſunt, prædicare te non poſſunt, & celebrare laudibus in eccleſia & cœtu ſuperſtitũ. In ſepulchro בשאול in fouea. Confitebitur tibi? יודה־לך celebrabit te? vel, quis te laudet? Repetitio eſt: nam In morte, & In ſepulchro, idem ſunt. Optat Dauid ſeruari in vita. q.d. Serua me vt te laudare poſſim inter viuos: nam ſi morior, quis erit tui laudator inter homines, tot impiis laudem tibi ſoli debitam inuidentibus? 7 Laboraui in gem.m. יגעתי באנחתי Defatigatus ſum ſuſpiriis meis. vel, gemendo aut flẽdo. Natare facio אשחה Præt.Heb. pro præſ. Id eſt, vt videatur illis innatare. Alii, macero. vt ſolent quæ aliquandiu in aquis retinentur, & emolliuntur. Hæ hyperbolæ oſtendunt acerbitatem morbi Dauidis. 8 Caligauit עששה Contabuit. Putruit. Veluti à tineis corroſus eſt. Nitorem ſuũ amiſit oculus meus. aut, Facies mea tabida facta eſt & ſenium contraxit, planéque deformata eſt præ ſumma indignatione qua indignor hoſtes meos lætari ob morbum meum. Vel, Facies mea ſimilis facta eſt panno à tineis corroſo, aut ſimilis faciei cadaueris. i. omnino obſcurata eſt ob, &c. Inueterauit עתקה euanuit. obtenebratus eſt. ſenuit. amotus eſt. Oculum pro facie poſuit. q.d. Facies mea tabida facta eſt, aut ſimilis faciei cadaueris. hoc eſt, obſcurata eſt omnino. Inimicos meos. צוררי: ſub. anguſtiis afficientes me.

11 Pudore aff. & terr. יבשו ויבהלו Pudore afficiantur & conturbentur. q.d. Inimici mei qui toti erant in expectatione mortis meæ, pudore ſuffundãtur & valde terreatur: quia Regem me diutius ſunt habitari, quàm putarant. Conuertentur, pud. aff. ſub. ישבו יבשו רגע: conuertantur, pudore afficiantur *in* momento. vel, abeuntes pudefiant ſubitó.

IN PSALMVM VII.

1 Siggaion שגיון Initium erat vulgaris cantilenæ, ad cuius modulos decantatus fuit hic Dauidis pſalmus. Gallicè dicimus, *ſur le chant de Siggaion*. Super verbis על דברי de factis. de negotio. i. Propter ea quæ dixerat vel perpetrauerat Chus. i. AEthiops filius Iemini. Vide 2.Samu. 16.b.7. Saulem vocat Chus, quòd atris eſſet moribus, quos non magis mutaret quàm cutem AEthiops. Filius Iemini. i. Beniaminita. Iemini, fuit tritauus Saulis, & Cis atauus. 1.Sam.9.a.1. 2 Spero, חסיתי confido. Præt.Heb. pro præſ.

4 Iſtud, זאת Per reticentiam intelligit id quod Saul ſuſpicabatur, vel quod Sauli adulatores de ipſo ſuggerebant, quòd ſcilicet ambiret regnum, aut capiti eius inſidiaretur. In manibus meis: בכפי: Manus pro factis. i. ſi in factis meis eſt iniquitas, ſi iniqua perpetraui aduerſus Saulem. Repetitio eſt. 5 Et *ſi non* erui ואחלצה qui eripui. vel, ſpoliaui. 6 Vitam meam, חיי Id eſt me. Et gloriam meam, &c. וכבודי וגו׳ Hebraiſmus. i. mori me faciat. vel gloriam meam ita extinguat, vt nulla mei memoria ſit apud ſuperſtites & poſteros. Memoria iuſtorum non caret gloria apud homines. Hîc gloriam pro memoria ſui poſuit.

7 In furore tuo, באפך .i. iratus. q.d. oſtende te illis eſſe iratum. Propter indig. בעברות contra commotiones. vel, ob furores. i. commoueant te hoſtium meorum conatus pleni furore & ſtomacho. Vel, exaltare, id eſt altum & potentem te oſtende ad opprimendos hoſtium meorum conatus. Et euigila, &c. ועורה אלי משפט צוית: & expergiſcere ad me *ob* ius *regni quod* præcepiſti. id eſt, cura vigilantiſſimè vt regno potiar quod tuo iudicio mihi decreuiſti. fac tandem potiar iure regni quod contuliſti, ad quod iuxta præceptũ tuũ inunctus ſum à Samuele, reiecto Saule. Nam congregatio populorum circundat te: itaque aduerſus eam in altum reuertere. Oppugnat te, inquit, populorum congregatio, quum me oppugnat: itaque conſcende tribunal aduerſus multitudinem illam, quod iampridem reliquiſſe videris, propterea quòd improbum hoſtem non punias. Alludit ad locum in quo Iudices ſolent ferre ſententiam, qui editus & altus eſſe ſolet. Ita doctus inter Hebræos exponit. Alii exponunt de populo Iſraelitico: acſi promitteret Dauid, ſimul ac in regni ſolium euectus eſſet, ſe operam daturum vt populus antea diſſipatus, iterum coaleſceret in purum Dei cultum. Nam ſub Saule vel neglecta fuerat religio: vel tanta ſcelerum licentia graſſata fuerat vt pauci ad Deum reſpicerent. Per me, inquit, ad te reuocabitur, & in tuum cultum adunabitur. Alii de multis populis dictum accipiunt: ac dicunt, fructum ſuæ liberationis Dauidem hîc cõmendare, quòd longè latéque pateret eius fama, acſi dixiſſet, Domine, regnum mihi afferendo, non priuatim beneficium hoc conferes in meam perſonam, ſed commune multis populis documentum erit iuſti tui iudicii, vt oculos conuertant ad tuum tribunal.

8 In altum למרום in excelſum. id eſt, conſcende tribunal vt iudices.

Poſtulat vt Deus cōtra Saulē ſuæ innocētiæ iudex ſit, vtque improbi puniantur.

Iehouáh″iudicabit populos, iudica me Iehoua ſecundū iuſtitiā meam,″&ſecundum perfectionem meam *quæ eſt* in me. 9

″Conſumat nunc malum impios,″& ſtabili iuſtum *tu* qui probas corda″& renes, Deus″iuſte. 10

Clypeus Deus quibus.

Clypeus meus eſt in Deo qui ſeruat rectos corde. 11

Deus″iudex iuſtus, & Deus iraſcitur *impio* omni die. 12

Ruina impiis proxima.

′Niſi conuerſus fuerit, gladium ſuum acuet, arcum ſuum tetēdit, & parauit illum: 13

Et ei parauit″vaſa mortifera: ſagittas ſuas″perſequentibus *me* operabitur. 14

Summū impiorū ſtudium perdēdi pios, iis ipſis perniciosum.

Ecce parturit iniꝗtatē, & cōcepit″peruerſitatē, & pariet mēdaciū. 15

Ciſternā fodit, & effodit eā: & cecidit in foueā *quam* operatus eſt. 16

Conuertetur″peruerſitas eius in caput eius: & ſuper verticem eius″iniquitas eius deſcendet. 17

Laudat Deū pro iuſtitia aduerſus inimicos præſtita.

″Confitebor Iehouæ ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini Iehouæ altiſſimi. 18

′Victori ſuper″Haggithith, pſalmus Dauidis. VIII. 1

Celebrat magnificētiā Dei in vniuerſa rerū natura cōſpicuam.

IEhoua Domine noſter, quàm″grande eſt″nomen tuum in vniuerſa terra:″qui poſuiſti″gloriam tuam ſuper cælos. 2

″Ex ore paruulorum & lactentium″fundaſti fortitudinē″propter inimicos tuos,″ad compeſcendum inimicū & vlciſcentem ſe. 3

′Quum video cælos tuos, opus digitorum tuorum, lunā & ſtellas quas præparaſti, 4

Chriſto facto homini omnia ſubiecta præter Patrem.

Quid eſt homo, quòd recorderis eius: & filius hominis, quòd ′viſites eum? 5

9 Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiā meam ſuper me.

10 Cōſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum, ‖ſcrutans corda & renes Deus.

11 Iuſtum adiutoriū meū à Domino qui ſaluos facit rectos corde.

12 De⁹ iudex iuſtus, & fortis, & patiēs, nunquid iraſcitur per ſingulos dies?

13 Niſi conuerſi fueritis, gladiū ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum:

14 Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.

15 ‖Ecce parturit iniuſtitiam, cōcepit dolorem, & peperit iniquitatem.

16 Lacum aperuit, & effodit eū: & incidit in foueam quam fecit.

17 Conuertetur dolor eius in caput eius & in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet.

18 Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini Domini altiſſimi. VIII.

1 In finē pro torcularibus, pſalmus Dauid.

2 DñeDñs noſter, quàm admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra.

Quoniam eleuata eſt magnificētia tua ſuper cælos.

3 ‖Ex ore infantium & lactentiū perfeciſti laudē propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & vltorem.

4 Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunā & ſtellas quæ tu fundaſti.

5 ‖Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

C

1.Reg.16.b.7
1.Par.28.b.9,
ierem.11.d.20
& 17.b.10,
& 20.c.12

D

Iob.15.d.35
eſa.59.a.4

Matth.21.b.16

Heb.2.b.6
B

9 Iudicabit ידין iudicat. Fut. Heb. pro præſ. Perſonæ item mutatio, pro iudicas. q.d. Domine, tu ſolus es ad quem pertinet pronuntiare inter populos: tu igitur iudex es aduerſariorum meorum: quare te obſecro vt iudices ſecundum me: oſtende, harum inimicitiarum me non eſſe authorem. Et ſec. perf. &c. : וכתומי עלי Ad verbū, & ſecundum integritatem meā ſuper me. Vel, *quæ eſt* ſuper me, ſiue in me. Redundat SVPER ME, quū MEAM dixerit. 10 Conſumat n. m. im. יגמר נא רע רשעים Cōſumat quæſo malū impios. Vel, Ceſſet quæſo malitia impiorum. Fut. Heb. pro imperat. Et ſtabili ותכונן & dirige. Fut. Heb. pro imperat. Et renes, וכליות Scriptura ſolet per renes, affectus interiores ſignificare. ſiquidem, inquit, ſolus exploras & vides corda & intimas hominum cogitationes: quod quū tibi peculiare ſit, non dubium eſt quin videas Saulem ſincero tui amore non affici, me verò tui ſinceriſſimum eſſe cultorem. Iuſte. : צדיק iuſtus.

12 Iudex iuſtus, &c שופט צדיק וגו׳ iudicat iuſtum, & ſpernentem [irritantem] Deū omni die. Id eſt, tam pium quàm impium indeſinenter iudicat. 13 Niſi conuerſus fue. אם־לא ישוב Si ad Saulem referas, ſic leges, Niſi conuerſus fuerit, *ſed* gladium ſuum acuerit, arcum ſuū tetenderit, & parauerit illum: Et parauerit ſibi iacula lethifera, ſagittas ſuas ardētes fabricatus fuerit. En parturiet, &c. vel, ſanè parturit iniquitatem. q.d. fruſtra conatus fuerit: nam Deus irritos faciet conatus eius. Dauid horribiles hoſtium conatus referrens, Dei gratiam hac deſcriptione magis illuſtrat, acſi dixiſſet, Niſi animum mutauerit hoſtis meus, vel impetum ſuum ac vires aliò conuerterit: quis impediet quominus ſub manu eius peream? nam quum illi arma ſuppetant, cædem meam modis omnibus machinatur. Quòd ſi ad Deum referas, dic, Niſi conuerſus fuerit *impius*, acuit *Deus* gladium ſuum, &c. 14 Vaſa mortif. כלי־מות Vaſa pro inſtrumentis, more Hebraico. hîc pro iaculis lethiferis. Perſequentibus operabitur. לדולקים יפעל: id eſt faciet, ſiue accommodabit. Aut futurum eſt pro præſenti. Dicit ſagittas aptaſſe perſequutoribus: quia multos ad manum habebat ſatellites Saul, qui operam ſuam libēter ad perdendum Dauidem locaſſent. 15 Peruerſitatem, עמל afflictionem. moleſtiam. Hac metaphora & Ieſaias vtitur, cap. 33. b. 11, Concipietis quiſquilias, parietis ſtipulam. Quidam ſic reſoluunt iſtam orationem, Ecce iniquus parturiet, quia moleſtiam concepit. hoc eſt, ſicuti pridem apud ſe meditatus eſt mihi perniciem, ita inferre conabitur. Alii vertunt, Sanè parturit rem vanam: quia concepit moleſtiam, ideo pariet rem inanem. Parturire fraudem, malum, iniuriam, eſt totum eſſe in concinnanda iniuria. Concipere malum, Nihil aliud in animo verſare, quàm fraudem. Dicit igitur, Si ille impius non reſipuerit, ſed acuerit, &c. certè cupiet parere ſcelus, ſed non edet: quia cōcepit animo malum, calamitatem & damnum, pariet rem vanam. i. conatus eius ſucceſſum non habebit.

17 Peruerſitas e. עמלו ærumna [labor. moleſtia] eius. i. vis quam mihi inferre conatur. Iniquitas e. חמסו iniuria eius. violentia.

18 Confitebor Iehouam ſecundum iuſt. e. אודה יהוה כצדקו Celebrabo Iehouam pro iuſtitia eius. q.d. quum hæc videro, laudabo Dominum, quòd ſe iuſtum præſtiterit liberando me.

IN PSALMVM VIII.

1 Victori, למנצח Vide Pſal. 4. a. 1. Haggithith, הגתית Aut, Githith. melodiæ genus fuit. q.d. pſalmus decātandus iuxta melodiā quæ Githith dicebatur. Aut fuit nomen inſtrumēti muſici, ſuper quod decātatus fuit pſalmus iſte. ſic dicti (vt quidā volunt) ab vrbe Palæſthinæ Gath, in qua primùm inuentum & conſtructum fuerit. Chaldæus paraph. ad citharam aduectam è Gath.

2 Grande אדיר magnificum. potens. præclarum. admirandum. Nomen tuum שמך Nomen pro potentia vel maieſtate. q.d. O Domine, quàm magnam eſſe potentiam tuam oſtendit vniuerſa terra! Qui poſuiſti אשר־תנה quòd dederis. vel poſueris. Infinit. pro præt. Gloriam t. הודך id eſt magnificentiam ſiue præſtantiam tuam. q.d. magnificè & cum ſumma omnium admiratione elucet potētia tua, etiam in cælo, nedum in terra. 3 Ex ore paruulorū מפי עוללים Oſtendit linguas infantiles, antequam verbum efferre queant, ſonorè loqui quàm liberalis ſit Deus erga genus humanum. Vnde enim ſtatim ab vtero egreſſis alimētum præſto eſt, niſi quia Deus mirabiliter ſanguinem in lac transformat? vnde etiam ſugendi induſtria, niſi quia idem Deus arcano inſtinctu linguas eorum aptat?

Fundaſti fortitudinem יסדת עוז Id eſt, ſtabilem eſſe declaraſti gloriam fortitudinis tuæ, & eam confirmaſti contra inimicos tuos. q.d. Ea quæ mirabiliter agis in infantibus, quos omnium iniuriis opportunos conſeruas, oſtendunt & eloquūtur te eſſe eum qui res humanas curet, cuius prouidentia omnia fiant & regantur. Matthæus, 21. b. 16, teſtimonium iſtud citat: vnde probat, illam puerorum in templo acclamationem, opus Diuinæ bonitatis eſſe, præcipua admiratione dignum: quod hoſtes Dei confutabat non minus quàm reliqua beneficentiæ Dei miracula quæ in infantibus cernuntur. Propter inimicos tuos, למען צורריך Id eſt, vt confundantur hoſtes tui qui te Deum eſſe nō credunt, qui mortalia curet. Ad compeſcendum להשבית ad ceſſare faciendum. ad abolendum. vel, perdendum, id eſt vt inimicos & vltores perdas. Vltores vocat illos qui lædunt eos qui fidunt Deo: aut qui pœnas de hoſtibus ſuis ſumunt, vindictam Deo non relinquentes, quem humana curare non credunt.

4 Quum video כי־אראה Fut. Heb. pro præſ. & perficitur ſententia verſu ſequenti, Quid eſt homo. Alii, Etenim ſuſpicio: vt ſit cauſa cur tantopere bonitatem Dei miretur. 5 Viſites eum? תפקדנו Id eſt, quòd rationem eius habeas?

Minuiſti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. 6

1. Cor.15.d.27 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, 7

8

Volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. 9

Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. 10

In finem pro occultis filii, Pſalmus Dauid. 1 IX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. 2

Lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſſime, 3

In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & peribũt à facie tua. 4

Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. 5

Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum & in ſeculum ſeculi. 6

B

Inimici defecerunt frameæ in finẽ: & ciuitates eorum deſtruxiſti. 7

Periit memoria eorum cum ſonitu & Dominus in æternum permanet: 8

Parauit in iudicio thronum ſuũ: & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. 9

Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. 10

C Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. 11

Pſallite Domino qui habitat in Siõ, annũtiate inter Gẽtes ſtudia ei⁹: 12

Quoniam requirens ſanguinem, eorum recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum. 13

Miſerere mei Domine: vide humi- 14

---

6 ″Siquidem deficere feciſti eum paululum ab Angelis, gloria & decore″coronaſti eum.

7 Dominari feciſti eum operibus manuum tuarum: omnia poſuiſti ſub pedibus eius,

8 Pecudes, & boues, vniuerſa ipſa, & etiam beſtias agreſtes,

9 Volucres cæli, & piſces maris, & quicquid trãſit ſemitas maris.

10 Iehoua Domine noſter, quàm″grande eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

1 ″Victori″ſuper Muth labben Canticum Dauidis. IX.

2 C″Onfitebor Iehouæ in toto corde meo: narrabo omnia″mirabilia tua.

3 Lætabor & exultabo″in te: cantabo″nomini tuo Altiſſime,

4 Quòd conuerſi ſint inimici mei retrorſum,″impegerint & perierint à facie tua.

5 ″Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam: ſediſti in ſolio″qui iudicas iuſtitiam.

6 ″Subuertiſti Gẽtes, perdidiſti impium: nomen eorũ deleſti in ſeculum & in ſempiternum.

7 Inimice,″finitæ ſunt ſolitudines in ſeculum: & *ipſarum* vrbiũ *quas* deſtruxiſti memoria periit cum ipſis.

8 ″Et Iehouáh in ſeculũ″permanebit,″parauit ad iudiciũ ſoliũ ſuũ.

9 Et ipſe″iudicabit orbẽ ĩ iuſtitia, iudicabit pplõs″ĩ rectitudine.

10 Et erit Iehouáh″exaltatio pauperi: exaltatio in temporibus *quibus erit* in anguſtia.

11 ″Et ſperabunt in te″ſcientes nomen tuũ: quia non″derelinquis quærentes te Iehoua.

12 Cãtate Iehouæ″habitãti in ꭗSiiõ, annũtiate ĩ populis″opera ei⁹:

13 Quoniam″requirens ſanguinem, eius recordatus eſt, non oblitus eſt clamoris pauperum.

14 Miſerere mei Iehoua: ″vide afflictionem meam *quæ eſt* ab iis qui

David toto animo ſtudióque gratias agit Deo pro maxima quadam victoria cõtra inimicos.

Victoriam totã vni Deo attribuit

Irridet inimicũ ſuum qui ſe omnia vaſtaſſe exiſtimabat.

Domin⁹ regnãs perpetuò oppreſſos tuetur.

Fiducia in Deũ.

Exhortatio ad laudãdum Deũ, & ratio.

6 Siquidem defic. fec. eum pau. ab Ang. ותחסרהו מעט מאלהים Paululũ ſiquidem Deo inferiorem feciſti illum. Homines tot decoribus ornatos eſſe dicit, vt eorum conditio, Diuina & cæleſti gloria non longè ſit inferior. Deindè externũ in omnes creaturas imperium & ius cõmemorat: ex quo apparet in quàm altum dignitatis gradum eos Deus extulerit. Hic locus citatur in epiſtola ad Hebræos, cap.2.b.6, verùm iuxta L X X verſionem, accommodatúrque Chriſto. Accõmodatur itaque & ad hominem, & ad Chriſtum filium hominis. Sic plura loca ſunt quæ duplicem habent ſenſum, propheticum ſcilicet, & prophetiæ expertem, id eſt nudum & ſimplicem. Quicquid prædicat Scriptura de hominis dignitate, Chriſto primùm, vt generis noſtri capiti & inſtauratori congruit. Vnde hic verſus & ſequentes, iure in ea epiſtola de eo exponuntur. Coronaſti e. :העטרהו Fut. Heb. pro præt. vt ſequenti verſu. i. honore & gloria ornaſti eum veluti corona. 10 Grande אדיר Vide verſu ſecundo.

IN PSALMVM IX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4.a.1. Super Muth labben עלמות לבן Nomen eſt cantilenæ, ad cuius modos decantatus fuit hic Pſalmus. Aut nomen eſt inſtrumenti muſici. Quidam volunt Labben eſſe nomen cuiuſdam Philiſthæi, quo cæſo, pro conceſſa victoria editus fuit hic pſalmus: exponentes, Super morte Labben. In hunc ſenſum Chaldæus paraph. vertit, Super morte viri qui egreſſus erat de mediis caſtris. Goliath Philiſthæum ſignificans. 2 Cõfitebor Ieh. אודה יהוה Celebrabo Iehouam. Confiteri Domino, pro Celebrare Dominum, vel laudibus vehere Dominum, in Pſalmis ferè ſemper legitur. Mirabilia t. :נפלאותיך Perſonæ mutatio more Hebræorum.

3 In te: בך de te. vel, propter te. q. d. tibi victoriam feram acceptam: gloriabor de tuo auxilio. Nomini t. שמך nomen tuum. ſiue famam tuam. Altiſſimũ, ſiue Supremum Deum vocat, quòd omnes mortales ſuperet. 4 Impegerint & perie- יכשלו ויאבדו corruerint & perierint. Fut. Heb. pro præt. 5 Quoniam feciſti, &c. כי עשית וגו Subaudiendũ ex primo & ſecundo verſu, Celebrabo te, vel Lætabor de te: quoniã pro me pronuntiaſti, ſediſtique pro tribunali. Videntur inuerſa hæc. pro Quoniam ſediſti pro tribunali vbi pronuntiaſti. Qui iud. iuſt. :שופט צדק iudex iuſtitiæ. iudex iuſtus. iudex iuſte. 6 Subuertiſti גערת Perdidiſti. Exterminaſti. Increpaſti.

7 Finitæ ſ. ſolit. in ſec. תמו חרבות לנצח finem habent ædificia deſtructa [ſiue, deſolationes] in vniuerſum. conſummatæ ſunt vaſtitates in perpetuum. Inſultatio aduerſus inimicum qui ſibi perſuaſerat ſe omnia ita apud Iſraelitas vaſtaturum, vt ne memoria quidem vlla rerũ deſtructarum ſupereſſet. quod tamen aliter accidit: nam Dominus in ſeculum, &c. Fut Heb. pro præt. 8 Et Ieh. ויהוה Sed Iehoua. Permanebit, ישב permanet. Fut. Heb. pro præſ. Vel, ſedet. ſub. pro tribunali. Parauit כונן parat. Præt. Heb. pro præſ. in coniug. quadrata. q. d Dominus perpetuò ſedet pro tribunali, paratus iudicio ſuo liberare iuſtos ab inſidiis & vi improborum.

9 Iudicabit orbem ישפוט תבל iudicat orbem. ius dicit orbi. Fut. Heb. pro præſ. q. d. ius dicit cunctis populis cum ſumma æquitate, ita vt ii interficiantur qui morte digni ſunt: & ii contrà ſeruentur, & à morte aſſerantur qui extingui non debent. In rectitud. :במישרים in æquitatibus. 10 Exaltatio משגב Vox Hebræa ſignificat locum editum ſiue eleuatum, ad quem confugimus imminente calamitate: ideo ponitur pro aſylo & perfugio, arce, & munimento. 11 Et ſperabunt ויבטחו Sperent igitur. Fiduciã igitur habeant. Fut. pro imp. Sciẽtes no. t. יודעי שמך .i. qui te cognitũ habent. Nomen Dei, inquit doctus inter Hebræos, eſt Deus: & Deus ſuũ nomẽ: per nomẽ autẽ attributa Dei intelligimus. Vertere igitur potes, qui nota & perſpectã habuerint clemẽtiã tuã, qui nouerint bonitatẽ & humanitatem tuã, &c.

12 Habitanti in ꭗSiión, יושב ציון Hoc dictũ eſt Spiritu prophetico antequã illata eſſet arca in Sion, ſuper cuius propitiatoriũ & regumẽtũ inter ipſos Cherubim cõſulebat populo ſuo Dominus. propterea dicebatur habitare in Sion. Opera e. :עלילותיו ſtudia eius. Vel, facinora & egregia facta eius. 13 Requirẽs ſang. e. rec. eſt, דורש דמים אותם זכר requirẽs cædes, ipſarũ [ſub. cædiũ] meminit, Vel recordatur. i. Deus qui quæſtionẽ inſtituit de cædibus innocẽtiũ, tẽpore ſuo illarum recordatur, atque vlciſcitur. 14 Vide affl. ראה עניי Hac precatione vſus eſt Dauid quum eſſet conſtitutus in periculo mortem minitante. Etiam, inquit, contemplare nunc meam afflictionem, vt olim feciſti. id eſt, libera me ab omnibus hoſtibus meis, vt me à Goliath liberaſti.

odio habent me,qui exaltas me de portis mortis:

Liberari petit,& quare.

15 Vt narrem omnes laudes tuas"in portis filiæ x Sión, & exultem "in ſalute tua.

16 "Demerſæ ſunt Gentes in foueam *quam* fecerunt, in reti quod abſconderunt,captus eſt pes eorum.

Impiorū iudiciū

17 "Notus eſt Iehouáh *quòd* iudiciū fecit: in opere manuū ſuarum illaqueatus eſt"impius:"meditatio in ſeculum *eſt ſalus hæc.*

18 "Reuertētur impii ad ſepulchrū,ōnes Gētes quæ oblitæ ſūt Dei.

Afflictorum reminiſcitur Deus

19 Quoniam nō in ſeculum in obliuione erit pauper:expectatio pauperum"*non* peribit in ſeculum.

Orat vt hominis ſuperbia deiiciatur.

20 Surge Iehouáh,"ne roboretur homo : "iudicētur Gētes corā te.

21 "Pone Iehouáh timorem eis,"ſciāt Gentes quòd homines ſunt. oSélah.

X.

Querela ad Deū fidelis exiſtimātis ſe in manus impiorum traditum,& derelictū à Deo. Mores,fœlicitas fallaciæ, impiorū ſæuientium.

1 VT quid Iehoua ſtas"in longinquo,"abſcondis *te*"tempore *quo ſumus* in ipſa anguſtia?

2 "Præ ſuperbia impius perſequitur pauperem:"capiantur in cogitationibus quas cogitant.

3 Quoniam"laudat *ſe* impius ſuper deſiderio animæ ſuæ,"& auaro benedicit,"iraſci facit Iehouam.

4 Impius"propter ſuperbiā quam facie præ ſe fert, nō quærit Deū, "nec *eſt* Deus *in* omnibus cogitationibus eius.

5 "Dolore afficiunt viæ eius omni tempore:"*in* altitudine *ſunt* iudicia tua à conſpectu eius:"*in* omnes hoſtes ſuos ſufflat.

litatem meam de inimicis meis,

Qui exaltas me de portis mortis, vt annūtiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Exultabo in ſalutari tuo:infixæ ſunt Gentes in interitu quem fecerunt:

In laqueo iſto quem abſcōderunt, comprehenſus eſt pes eorum. D

Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

Cōuertātur peccatores in infernū omnes Gētes quæ obliuiſcūtur Deū.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit in finem.

Exurge Domine,nō confortetur homo:iudicētur Gētes in conſpectu tuo.

Cōſtitue Domine legiſlatorē ſuper eos:ſciāt Gētes quoniā homines ſūt.

Vt quid Domine receſſiſti longè,deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?

Dum ſuperbit impius, inceditur pauper : comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.

Nō eſt Deus in cōſpectu eius:inquinatæ ſunt viæ illius in omni tēpore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omniū inimicorū ſuorū dominabitur

15 In portis בשערי Porta in Sacris literis ſignificat locū ante portam in quē populus cogi & conuenire ſolebat: vbi & Iudices congregabantur vt illic ius redderent. Dicit igitur Dauid ſe enarraturū laudes Dei in portis cōgregationis Sion.i. in locis in quibus conciones haberi ſolebant à populo Iſraelitico,in conuentu frequentiſſimo:acſi dicat,in media Eccleſia. Vox Hebræa בת,pro qua filiam vertit noſter interpres,ſignificat congregationem. In ſalute tua. בישועתיך: de ſalute tua.i.de auxilio tuo ſalutifero.ſiue,vt lætitiam meam proteſter de auxilio à te accepto. 16 Demerſæ ſunt טבעו Duplex eſt metaphora.altera à venatoribus, qui lupis & vulpibus fodiunt foueas in quas incidant:altera ab aucupibus.Dauid fiducia erectus,hoſtibus ſuis inſultat:acſi dicat, Parauerant mihi foueas & laqueos,ſed in illos inciderunt:induſtria & arte ſua ceciderunt.Hoc dicit quia Philiſthæi gloriabantur in virtute Goliath:verū fuit illis exitio:nam eo cæſo cæſi ſunt & ipſi. 17 Notus eſt Ieh.*quod* iud. fe. נודע יהוה משפט עשה Cognitus Iehouáh iudicio *quod* fecit. Sub.aduerſus Goliath, quando eum cecidit atque omnes impios. Vel,Notus Iehoua,iudicium fecit. Aut, Innotuit Iehoua,iudicium fecit. Meditatio in ſeculū הגיום סלה Higgaion ſela.q.d.ô rem perpetua meditatione dignam.Hoc perpetuò meditari debent fideles,nimirum quòd improbi conſilio ſuo pereant. 18 Reuertentur ישובו Conuertentur.Recident.Aut eſt fut.pro præt. Reuerſi ſunt.i. hoſtes mei reuerſi ſunt in terram vnde prodierant,in ſepulchrum ſiue in foueam,in imam terræ partem & profundā abyſſum, quò reuerti ſolent omnes quibus curæ nō eſt Deus,qui iudex eſt viuorū & mortuorum. 19 *Non* Nulla eſt negatio apud Hebræos in hac ſecunda parte verſus:verū eam ſuo more repetunt ex præcedenti.Hoc eſt,nunquā Dominus obliuiſcetur afflictorum & calamitoſorum:neque vnquam excidet ſpes eorū.hoc eſt, non erit vana,neque fruſtrabuntur ſua ſpe. 20 Ne roboretur אל־יעוז אנוש ne fortificetur homo.i.ne præualeat mortalis:hoc eſt effice ne vires humanæ aliquid eſſe videantur:oſtende humanas vires aduerſum te nihil poſſe. Vox Hebræa אנוש,pro qua quidam vertunt mortalem,ſignificat hominem infirmum & imbecillum. Iudicentur Gentes ישפטו גוים id eſt,vtinam exerceatur à te in Gentes iudiciū. hoc eſt,vtinā à Gentibus pœnas ſcelerum ſuorum exigas. 21 Pone Iehouáh tim.e. שיתה יהוה מורה להם Hebraiſmus,O Iehoua incúte illis metum. Sciant ידעו Id eſt,vtinam Gentes,& quicunque Deo aduerſantur, ſciāt ſe mortales eſſe homines & imbecilles præ Deo. Additur in Hebræo in fine huius verſus,Sela.q.d.O ſententiam exacta conſideratione dignam:expendant homines diligenter apud ſe, hominis vitam,bullam eſſe,vmbram,ſomnium:quicquid item fragile eſt atque fugax.

IN PSALMVM X.

1 In longinquo, ברחוק in remoto,ſub.loco.Id eſt procul. Abſcondis תעלים ſub.faciem tuam.conciſa oratio,quæ paulo infrà verſu 11,integra legitur,Occultauit faciem ſuam ne videat,&c. Tempore *quo ſumus* in ip.ang. לעתות בצרה Ad verbū,ad tempora in anguſtia.pro,tēporibus quibus ſumus in anguſtia & tribulatione,& malis afficimur ab improbis?Metaphora ſumpta ab homine abſente,cuius auxiliū imploramus:aut ſi adeſt,conniuente ad mala noſtra.q.d. Quodnā tantū eſt ſcelus quod poſſit obſcurare clementiā tuā?Cauſa autē admirationis eſt ſumma Dei bonitas:acſi dicat,Quū ſis ſummopere bonus: cur nō ſentio auxiliū tuum? 2 Præ.ſup.&c. בגאות רשע וגו׳ Ad verbum,Præ arrogantia improbi perſequitur pauperem. Hebraiſmum conuertit noſter interpres. Capiantur in cog. יתפשו במזמות illaqueentur in verſutiis.vel,cogitationibus fraudulētis. Mutatio numeri,pro illaqueetur improbus cum ſociis ſcelerum quos habet. Vtinā capiātur velut laqueis,prauis ſuis conſiliis quæ cogitant contra pauperes afflictos. 3 Laudat *ſe* imp.ſu.deſi. הלל רשע על־תאות iactat ſe improbus de deſiderio.i.propter prauum animi ſui deſiderium:vt ſolent perditiſſimi homines, qui quum malefecerint,iactant ſeſe ob maleficium perpetratum,homicida de cæde facta,fur de furto admiſſo,&c.Quidam tanquam tranſitiuum vertunt,Laudat impius *alios* iuxta deſideriū animi ſui. Vt improbi auari auaros laudant,impudici impudicos:laudant & alios qui eiſdē vitiis obnoxii ſunt,quibus & ipſi.Hanc verſionem confirmat quod mox ſequitur,Et auaro benedicit. Et auaro ben. ובוצע ברך.i.&lucro intentū cōmendat. Iraſci fa.Ie. נאץ יהוה: & prouocat ad iracundiā Iehouā.ſub.ſuo contemptu.Vel,cōtemnit Iehouā.Aut,contemptu prouocat Iehouā.Alii,blaſphemat Iehouam.

4 Propter ſup.q.fa.præ ſe.non quærit כגובה אפו בל־ידרוש Ad verbū,præ altitudine naris ſuæ nō requirit.Fut.Heb. pro præſ.i.præ faſtu ſuo non requirit Deum.Exprimit geſtū hominis faſtuoſi. Nec *eſt* Deus,&c. אין אלהים כל־מזמותיו: Ad verbum,Non Deus,omnes cogitationes eius.q.d.Impius non implorat Deum , quia omnes eius cogitationes ſunt quòd non ſit Deus qui res mortalium curet:vnde omnia agit pro ſuo arbitratu. 5 Dolore afficiunt יחלו Moleſtæ ſunt.Diſcruciant,ſub.pios.Fut.Heb.pro præſ. Toto tempore vitæ nocent probis,idque ſemper ſtudent. *In* altitudine *ſunt* iud. מרום משפטיך Ad verbum, altitudo *ſunt* iudicia tua.Id eſt, remota ſunt & longè ab eo poſita.q.d.non putat te de impiis ſumere ſuppliciū.Iudicia Dei vocat animaduerſiones & plagas. *In* omnes ho. כל־צורריו יפיח בהם Ad verbum,omnes aduerſarios ſuos ſufflat in eos. Alterum relatiuum redundat,more Hebræorum, pro, in omnes aduerſarios ſuos ſufflat. hoc eſt, flatu eos proſternit, ſiue proſternere ſolet. ſub. opinione ſua.q. d. opinione & ſententia ſua confidit ſolo ſuo flatu ſe poſſe proſternere omnes inimicos ſuos.Hyperbole eſt,qua etiam Galli vtuntur,quū dicunt,*C'eſt une choſe qu'on n'ha pas pour ſouffler*.i.non facilè,neque citò. Vnde hic ſolo flatu hoſtes deiicere,eſt facilè,paruóque negotio,& citò illos deiicere. Vel,exiſtimat ſe tam facilè hoſtes deiicere poſſe & extirpare,quàm facile eſt vento arbores conuellere & euertere radicitus.

	Dixit enim in corde ſuo, Non mouebor à generatione in generationẽ, ſine malo.	6	Dicit in corde ſuo,Non mouebor″à generatione in generationem:″quia non *euenit illi* malum.	
Infrà 13.b.3 rom.3.b.14	¶Cuius maledictione os plenũ eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.	7	Maledictione″os eius plenum eſt, & dolis, & fraude: ſub lingua eius″peruerſitas & iniquitas *eſt*.	
	Sed et in inſidiis cum diuitibus, in occultis, vt interficiat innocentem: Oculi eius in pauperem reſpiciũt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.	8	″Manet in inſidiis villarum,in latibulis occidit innocentem,oculi eius″ſuper pauperem aſpiciunt.	
C	Inſidiatur vt rapiat pauperem:rapere pauperem dum attrahit eum.	9	Inſidiatur in latibulo ſicut leo in cubili ſuo : inſidiatur vt rapiat pauperem:rapit pauperem″quum trahit eum in rete ſuum.	
	In laqueo ſuo humiliabit eum,inclinabit ſe,& cadet quum dominatus fuerit pauperum.	10	″Contritum,humilémque ſe oſtẽdit : & cadit cum fortibus eius congregatio pauperum.	
	Dixit enim in corde ſuo,Oblitꝰ eſt Deus , auertit faciem ſuam ne videat in finem.	11	″Dicit in corde ſuo,Oblitus eſt Deus,″occultauit faciem ſuam ne videat″in ſeculum.	
	Exurge Domine Deus,& exaltetur manus tua:ne obliuiſcaris pauperũ.	12	″Surge Iehoua Deus, eleua manũ tuã , ″ne obliuiſcaris pauperũ.	Precatio ardens ne Deus afflictorũ obliuiſcatur: ſed perdat impios.
	Propter quid irritauit impius Deũ? dixit enim in corde ſuo,Nõ requiret.	13	Propter quid ″iraſci facit impius Deum ? *dum* dicit in corde ſuo *quòd* non″requires.	
	Vides,quoniam tu laborem & dolorem cõſideras:vt tradas eos in manus tuas.	14	*Sed* vides:quia tu″peruerſitatem & irã aſpicis, ″ad dãdum in manus tuas:″tibi relinquit *cauſam ſuam* pauper,pupillo tu es adiutor.	
D	Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.			
	Contere brachium peccatoris & maligni:quæretur peccatum illius,& non inuenietur.	15	″Contere brachium impii & mali:″quæres impietatem eius, *&* non inuenies.	
	Dominus regnabit in æternum & in ſeculum ſeculi:peribitis Gentes de terra illius.	16	Iehouáh″Rex in ſeculũ & in æternũ,″perierũt Gẽtes de terra eiꝰ.	
	Deſideriũ pauperũ exaudiuit Dominus : præparationem cordis eorũ audiuit auris tua,	17	Deſiderium″humilium exaudis Iehoua, ″præparas cor eorum: intendere facis aurem tuam,	
	Iudicare pupillo & humili : vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.	18	″Vt iudices pupillo & pauperi , ″ne addat vltrà *impius* vt conterat hominem è terra.	

6 A generatione in gen.&c. לדר ודר אשר־לא ברע: Heb.in ætate & ætate:quia non in malo.ſub.ero.Id eſt,nihil incommodi ſentiam.q.d. Improbus cogitare ſolet intra ſe,nunquam ſe à gradu & dignitate ſua exciſurum:ſibi perſuadet ſe quamdiutiſſimè victurum : neque quandiu viuet,quicquam incommodorum accepturum.Chaldæus paraph. vertit, à generatione in generationem:quem L X X ſequuti ſunt. Quidam ſic intelligunt, per vnam atque alteram ætatem,ſubaudi,viuam:quia non ſum viſurus incommodum:quia nihil mali accidet mihi. Alii,in generatione & generationem victurus eſt,cui nihil incõmodi continget . Quidã vertunt,quia nõ *eſt* in malo.pro,nihil ſentit aduerſi.

7 Os e. פיהו Os pro ſermone accipitur in Sacris literis.Lingua pro corde:quòd poſitũ ſit ſub lingua.Dicit igitur,Improbi vt probis facilius imponant,pleno ore periuria euomere ſolent. præterea dolo & fraudibus vtuntur:nam aliud dicunt,aliud cogitant. Poſtremò,in corde eorum ſiue cogitatione,eſt iniuria & vexatio.i.nihil aliud cogitant, quàm quomodo iniuria afficiant & vexent. Peruerſitas & iniq.*eſt*. עמל ואון: afflictio & vexatio.aut,moleſtia & prauitas,ſiue vanitas. 8 Manet ישב Sedet.Habitat.acſi dicat,Struere ſolet inſidias in pagis.nam in pagis parua eſt hominum frequentia.Fut.Heb.pro præſ.etiam verſu ſequenti. Super pau.aſp. לחלכה יצפונו in pauperem intenti ſunt. pauperem obſeruant.cædis cauſa ſcilicet. 9 Quum trah.e. במשכו Heb.in trahendo eum.i.dum allicit eum in rete ſuum,dilaniandi cauſa.metaphora ſumpta ab aucupibus .Hìc autem eſt antecedens pro relatiuo.quum dicit,rapit pauperem, pro,rapit eum. Per hæc omnia intelligit ſecreta conſilia quibus ſolent improbi probos obruere.

10 Contritum,&c : ידכה ישוח ונפל בעצומיו חלכאים Atterit ſeſe, deiicit ſeſe, & *tum* cadit in robuſta eius cœtus attritorum. In robuſta, hoc eſt in vngues in quibus eſt fortitudo leonis. Vel,Comprimit[aut,Colligit]ſeſe,& cadit viribus eius cõgreg.&c.Fut.Heb.pro præſ.Leo prædam inuaſurus,incuruat ſeſe,& humilem facit,vt potẽtius inſiliat in prædam:ſic interdum deiectionem animi ſimulat improbus,vt cõmodius pauperem opprimat & euertat.ſimulat ſe eſſe debilem,& nullarũ virium:& tũ corruit in manus eius plenas robore,cõgregatio ſiue multitudo contritorum,debiliũ & confractorũ. 11 Dicit in corde ſ.אמר בלבו.i.Cogitat intra ſe,Obliuiſcitur Deus,abſcõdit faciem ſuã,non videbit in perpetuũ.Superiorum cauſam exponit Dauid:q.d.Sic cogitat apud ſe impius,Deus,rerũ quæ hìc perpetrantur,nullã curam habet:auertit faciem ſuã ne vnquã videat illa.Sibi perſuadet, Deũ obliuiſci peccatorũ quæ ipſe impius facit. Quidã ſubaudiunt Aut,in ſecunda parte verſus,Obliuiſcitur Deus,*aut* abſcondit faciem ſuam, *&* non videbit,&c.q.d.Certè non nouit,aut conniuet, ac ſimulat ſe non videre. Alii dicunt,Quanuis videat,obliuiſcitur. Occultauit הסתיר auertit. In ſeculum. לנצח: vnquam.

12 Surge קומה Exurge,quaſi ſcilicet opem laturus oppreſſis.Et attolle manũ,tanquã percuſſurus inimicos. Ne obliuiſcaris pau. לא תשכח עניים q.d.oſtende te non teneri obliuione pauperũ:quod te facere improbi perſuaſum habent. Vindica iniurias eorũ qui licet omni humano auxilio deſtituantur,tibi tamen fidunt. 13 Iraſci fa. נאץ præ contemptu prouocat.blaſphemat.Præt.Heb.pro præſ. Requires. תדרש: Peccata eorũ ſcilicet.putant nãque impii ſe omnia impune facturos,nec te quæſtionẽ inſtituturum de peccatis quæ perpetrant.Verti poteſt, Quamobrem contemnit impius Deum? Cur præ nimio contemptu impius Deum contemnit?nónne quia cogitat corde ſuo quòd non inquires, ſub.id quod dicit & facit,vt de illis pœnas ſumas?

14 Peruerſitatem & iram עמל וכעס moleſtiã & indignationem. vel,nam iniuriam & indignationem cernis .vel, cernere ſoles.Vides, inquit,omnia,nihil te latet : iniurias & maleuolentiam improborum erga probos & fideles tuos tu cernis,quæ putant te latere improbi.Indignationem vocat rem indignatione dignam,& quæ illum cui fit iniuria,prouocat ad iram.Indignationem igitur dicit qua pii afficiuntur, propterea quòd impii Deum maledictis inceſſunt. Ad dandum in manus tuas:לתת בידך vt ponas in manibus tuis.ſub.eam iniuriam hoc eſt,vt paratus ſis ſemper ad rependendam iniuriã.vel eos qui iniuriam & moleſtiam patiuntur,vt illos vindices. Tibi relinquit,&c. עליך יעזוב Præt.Heb.pro præſ.Scriptura nomine pupillorum & viduarum intelligit eos omnes qui hominum ope carent.Tibi,inquit ſe cõmittit pauper:neque immeritó:pupillo enim,& ei qui humano auxilio eſt deſtitutus,adiutor eſſe ſoles.

15 Contere שבור Frãge.Confringe. Quæres imp.&c. תדרוש רשעו אל־תמצא: inquires improbitatem eius.non inuenies.ſub.improbũ illum.q.d.quæſtionẽ inſtitue de improbitate eius,nõ ſiſtet ſe in conſpectũ tuum,nec cõparebit, improbitatis ſuæ cõſcius, vt cauſam ſuã defendat.Fut.Heb.pro imperat. 16 Rex in ſec.& in æt.מלך עולם ועד Regẽ ſeculi vocat Regẽ æternũ,q.d.Si cõtriueris vires improborũ, & ſuppliciũ de ipſis ſumpſeris,declarabitur tua maieſtas,tuũ regnũ erit æternũ:tunc omnes te agnoſcẽt Deũ.Oratio eſt cõciſa. Perierũt אבדו Præt.Heb.pro fut. Dauid hìc Gentes vocat Iſraelitas impios.q.d.De impiis tandem pœnas ſumet,nec locũ habebunt in terra Domini.

17 Humiliũ ענוים afflictorũ. Præparas,&c.תכין לבם תקשיב אזנך dirigis cor eorũ:intẽdit auris tua.Fut.Heb.pro præſ.q.d.præuenis eos vt petãt quæ tibi grata ſunt,& precibus eorũ aurẽ tuã facilẽ præbes. 18 Vt iudices,&c.לשפוט Vt ius dicas pupillo & miſero.Oſtẽdit cur aurẽ ſit adhibiturus:nempe vt ferat ſentẽtiam pro afflictis.Attentam(inquit)reddis aurẽ tuã,vt audias cauſam calamitoſorũ,& tandẽ eos omni ope deſtitutos,obtinere facias ius ſuũ,& illos vindices. Ne addat,&c.בל־יוסיף וגו׳ ne addat vltrà terrere mortalis è terra.vel poſthac non terreat[ſub.pupillum]mortalis terrenus.i.terrenus homũcio,qui hìc Deo excelſo opponitur. Acſi dicat, Si ſemel ſuppliciũ de improbis

ſumpſeris, vltrà nõ terrebit pios homo mortalis: quia & probi omnem in te habebunt fiduciam, & impii ſibi timebunt. Alii, Ne ſit vltrà vt formidet mortalis terrenus.

Dauid ſuam in Deo ponens fiduciã, queritur de iis qui nolebant, ei, dum Saulẽ fugeret, latere in ſuis mõtibus.

″Victori Dauidis. XI. 1
IN Iehoua″ſperaui: quomodo dicitis″animæ meæ″vt trãſmigret
à monte veſtro *ſicut* auis?
Quoniam ecce, impii″tetenderunt arcum, parauerũt ſagittam 2
ſuam ſuper chordam, vt iaculentur in caligine in rectos corde.
″Certè retia deſtructa ſunt: iuſtus″quid operatus eſt? 3

Cõfirmat ſequòd Deus in cælo videt afflictiones iuſti, & impios punit.

Iehouáh in templo ſanctitatis ſuæ, ″Iehouæ in cælis eſt ſolium: 4
oculi eius″vident, palpebræ eius″probant filios hominum.
″Iehouáh iuſtum probat: impium autem & diligẽtem iniquita 5
tem odio habet″anima eius.
Pluet ſuper impios, ″laqueos, ignem, & ſulphur: & ſpiritus″pro- 6
cellarum *erit* pars calicis eorum.

Dominus iuſtus iuſtos diligit

Quoniã iuſtus Iehouáh, ″iuſtitias diligit: ″rectũ videt facies ei⁹. 7

Dauid angore affectus, vociferatur ac conqueritur quòd nullos inuenit bonos, nec fideles, aut veraces.

″Victori″ſuper octauam, canticum Dauidis. XII. 1
SErua Iehoua, quoniam″defecit miſericors, quoniam ″defece- 2
runt fideles à filiis hominum.
Mendacium″loquitur quiſque cum proximo ſuo: ″labio blandi 3
tiarum in corde & corde loquuntur.

In finem, Pſalmus Dauid. X.
IN Domino cõfido: quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in mõtem ſicut paſſer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittẽt in obſcuro rectos corde.
Quoniã quæ perfeciſti, deſtruxerũt: iuſtus autem quid fecit?
‖Dominus in tẽplo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius: Abac.2.d.1
Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt: palpebræ eius interrogãt filios hominũ.
Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. B
Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniã iuſtus Dominus iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.
In finem pro octaua, Pſalmus Dauid XI.
SAluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniã diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.
Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in corde & corde loquuti ſunt.

IN PSALMVM XI.

1 Victori, למנצח Vide Pſal.4.a.1. Speraui: חסיתי ſpero. ſpem colloco. confido. Præt. Heb. pro præſ. Animæ meæ לנפשי .i. mihi. Alloquitur Dauid amicos, qui metuentes ne à Saule impio occideretur, illum incitabant vt ad Philiſthæos cõfugeret, quũ in Iudæa nullus eſſet tutus locus. Alii dicunt fuiſſe verba hoſtium Dauidis quum eum vrgerent vt ſecederet de Iuda, nullum illi tutum relinquentes locum apud populum Dei. Lege à primi libri Samuelis capite 21, vſque ad 27. In Domino (inquit) omnem meam ſpem colloco: quî fit ergo vt dicatis mihi, ſiue qua fronte audetis dicere mihi, Recede à nobis? vel, Recede è monte noſtro celerrimè, veluti auis quæ videt inſidias aucupis? Per montem intelligit habitationem Iudæ: nã terra Iuda montoſa eſt. Chaldæus paraph. vertit, in montem: quem L X X ſequuti ſunt.

Vt tranſmigret *à* &c. נודי הרכם צפור: Chaldæus paraph. Tranſmigra *in* montem *ſicut* paſſer?

2 Tetenderunt ar. par. ſag. ידרכון קשת כוננו חצם intendunt arcũ, parant ſagittas. Fut. & præt. pro præſ. Aliquid ſubaudiendũ eſt quo præcedentia ſequentibus coniuncta videantur: cuiuſmodi quod ſequitur, Cogor equidem imitari ingenium auis quæ oculos ſagittariorum fugere vult. Poſtea ſequatur, Nam ecce, improbi ipſi tetenderunt arcum, direxerunt ſagittas ſuas ſuper neruum, ad mittendum ſagittas in locum obſcurum, in rectos corde. Quum dicit, in locum obſcurum, debet referri ad locum perfugii, vbi boni deliteſcũt & latitare ſtudent. q.d. vt ſuis ſagittis figant rectos corde in latebris deprehenſos. Verti poteſt, Ad mittendũ ſagittam è caligine, ſiue è loco obſcuro, in eos qui ſunt recto animo. i. me & eos qui mecum ſunt. Hoc modo ſi interpreteris, erunt verba Dauidis. Alii volunt eſſe verba amicorũ Dauidis, quæ præcedentibus, & ſequenti verſui iungantur, quibuſque rationem reddant cur auolare & celerrimè aufugere debeat è Iudæa. Nam, inquiunt, impii tetenderunt, &c. præterea, perfugia fracta ſunt, &c. 3 Certè retia deſtructa ſunt: כי השתות יהרסון .i. diſſipatæ ſunt impiæ fraudes quibus me adorti fuerant impii: minimè autem factum eſt opera aut induſtria mea vt diruptis retibus ſaluus euaſerim: quin potius quietus & quaſi dormiens, Diuinitus ex retibus hoſtium fui ereptus. Id ſignificabit, Quid operatus eſt: ſi retia vertas. Alii, Fundamenta deſtruentur. Alii, Perfugia deſtructa ſunt. Perfugia vocat arces. Fut. Heb. pro præt. Quid operatus eſt? מה פעל quid admiſit? vt ſcilicet nullum tutum locũ inueniat in quo poſſit conſiſtere. q.d. Quid ego Dauid admiſi, propter quod Iſraelitæ tam inimico animo me perſequantur, vt nullum locum perfugii inueniam: nuſquam tutus eſt ab improbis locus. Perfugia vocat arces. Metaphora ab ædificiis ſumpta, quæ diruptis fundamentis, tota concidere neceſſe eſt. Queritur igitur Dauid, ſe coram mundo funditus euerſum, vt nihil in ſuis fortunis ſaluum maneret. 4 Iehouæ in cælis eſt ſo. יהוה בשמים כסאו Ad verbum, Iehoua in cælo ſedes eius. Iehoua in cælo *habet* ſolium ſuum. Humanis auxiliis excluſus Dauid, ad Diuinum auxilium ſe confert. Idem bis dicit: templum enim ſanctitatis, & cælum, idem ſunt. q.d. etiamſi hîc nunc deplorata omnia, tamen Deus è cælo reſpiciet & prouidebit. Vident, יחזו conſiderant. Fut. Heb. pro præſ. reſpiciunt. aut, reſpicere ſolent: ſiue contemplantur, ſub. quæcunque fiunt in hoc mundo: vident calamitates afflictorum & impiorũ conatus. Probant fi. ho. יבחנו בני אדם: examinant filios hominis. Id eſt homines. q.d. vnũ me conſolatur, quòd quanuis Deus in cælis agat, tamen è regia ſua omnia omniũ facinora videt, quæ exercent in fideles & pios: oculi Dei explorant & perſpiciunt quàm improbi ſint homines aduerſus eos qui illi fidunt.

5 Iehouáh iuſtum probat: יהוה צדיק יבחן Iehouáh iuſtus explorat. ſub. ſuos, malis & calamitatibus. Vel, iuſtos examinat. i. ſic inquirit de vniuſcuiuſque cauſa, vt iuſtos ab impiis diſtinguat. Hanc interpretationem confirmat quod vltimo verſu dicitur. Anima e. נפשו: Id eſt, odit ex animo. Improbum odit vehementer Dominus: licet id proſperis eius ſucceſſibus diſſimulet.

6 Laqueos, פחים carbones. prunas. i. Inſtar pluuiæ immittet laqueos vt capiat eos & perdat. q.d. acerrimè improbos ſiue impios puniet. De laqueis aucupis intelligit. Procellarum זלעפות vertiginum. terrorum. vel, combuſtionum. ſub. erit, id eſt portio & calix ipſorum erit. hoc eſt comburentur. Spiritum vertiginum vel combuſtionum vocat turbinem incenſum. Portio, ad cibum refertur: calix, ad potum. Calix pro portione, metaphora ſumpta ab eo qui præeſt conuiuio, qui vnicuique partiri ſolet quod bibat. q.d. talia bibent.

h.na mi∫ura

7 Iuſtitias dilig צדקות אהב præt. Heb. pro præſ. Id eſt, homines iuſtos diligere ſolet: acſi dixiſſet, homines iuſtitiarũ. Aut potius iuſtitias vocat rectitudinem, quæ grata eſt illi: ideo bonis cauſis fauere ſolet: vnde concludit, rectos homines ab eo aſpici. Rectum videt facies eius. ישר יחזו פנימו: Ad verbum, rectum viderunt facies eorum. Pronomen plurale eſt pro ſingulari, vt vertas, rectum vultu ſuo intuetur. Vel, rectum facies eius inſpicere ſolet. q.d. à piis vultum ſuum non ſolet auertere. More autem Hebraico dicitur, Aſpicit facies eius, pro, Ipſe aſpicit. Sic L X X vertunt. Aut, rectitudine præditi aſpicient vultũ eius, nempe Dei. vt ſit ſimile illi quod eſt Pſal.17.d.15, Ego in iuſtitia videbo faciem tuam. id eſt iuſtitia tua fretus, intuebor te. Chaldæus paraph. Recti videbunt iucunditatem facierum eius. Alii pronomen plurale referunt ad iuſtos, ſic, facies hominum iuſtitiæ ſtudentium aſpicient Deum qui rectus eſt & æquus: vel, quòd rectus ſit & æquus q.d. tandem facilè in iudicio faciem iudicii ſuſtinebunt pii.

IN PSALMVM XII.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4.a.1. Super octauam, על־השמינית Vide Pſal.6.a.1.

2 Defecit miſe. גמר חסיד deſiit eſſe ſanctus. aut pius, bonus & probus. Vide Pſal.4.a.4. Id eſt, Fer opem nobis veritati & probitati ſtudẽtibus: quia iam nulli ſunt qui aliorũ cõmodis ſtudeãt. De aulicis Saulis hæc intelligũtur: quaſi dicat, Deſiit pius, & qui de aliis bene mereri curet, in aula Saulis, in qua omnes aſſentationi ſtudent. Potius Dauid in genere deplorat mores ſuæ ætatis, in qua neque liberales erant, neque fidei datæ ſeruantes. Defecerunt fideles à filiis hominum. פסו אמונים מבני אדם: imminuti ſunt [vel, deſierunt eſſe] fideles inter mortales. Aut, exciſi ſunt fideles, &c. A filiis hominum, id eſt inter homines. quia, inquit, nulli ſunt inter homines bonæ fidei ſtudioſi, dictorum & conuentorum ſeruantes: nulla fides inter eos: aliud nanque dicunt, & aliud faciunt.

3 Loquitur ידברו Fut. Heb. pro præſ. Vel, mendacium loqui ſolent alter cum altero. Labio blanditiarũ, &c. שפת חלקות Hebraiſmus pro ſermone blãdo duplici animo loquũtur. Labiũ pro ſermone. In corde & corde loqui, eſt duplici animo loqui: aliud dicere, aliud ſentire.

Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, linguam magniloquam.

Qui dixerunt, Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?

Propter miſeriam inopum & gemitū pauperū nūc exurgā, dicit Dn̄s. Ponam in ſalutari: fiducialiter agā in eo.

Eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatū terræ, purgatum ſeptuplum.

Tu Domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternū.

In circuitu impii ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum,

In finem, Pſalmus Dauid. XII.

VSquequo Domine obliuiſcêris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam cōſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diē?

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me Domine Deus meus:

B Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortē: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduerſus eum.

Qui tribulant me, exultabūt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meū in ſalutari tuo, cātabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallā nomini Domini altiſſimi

4 Succidat Iehouáh vniuerſa labia blāda, linguā loquētē ″magna:

5 Qui dicunt, ″Linguam noſtram roborabimus: ″labia noſtra nobiſcum, quis dominus nobis?

6 ″Propter vaſtitatem pauperū, ″propter clamorem inopū, nunc ſurgam, dicit Iehouáh: ″ponam in ſalute *eum* cui laqueum iniicit.

7 Eloquia *autem* Iehouæ, eloquia munda, argentum ″excoctum in fornace terrea, ″defæcatum ſeptempliciter.

8 Tu Iehoua ″ſerua eos, ″cuſtodi eum à generatione hac in ſeculū.

9 In circuitu impii ″ambulant, quum exaltantur ″vilitates filiorum hominum.

1 ″Victori canticum Dauidis. XIII.

2 VSquequo Iohoua obliuiſcêris me ″in ſeculum? vſquequo ″abſcondes faciem tuam à me?

3 Vſquequo ″ponam cōſilia in anima mea, ″dolorē in corde meo ″in die? vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?

4 Aſpice, & exaudi me Iehoua Deus meus: ″illumina oculos meos, ne fortè ″dormiam *in* morte:

5 Ne fortè dicat inimicus, Præualui ei: & hoſtes mei exultent ſi nutauero.

6 Et ego ″in miſericordia tua ſpero, ″exultabit cor meum in ſalute tua: cantabo Iehouæ, ″quoniam retribuit mihi.

Imprecatio contra aſſentatores ac glorioſos.

Deus promittit auxiliū affiictis.

Promiſſa Dei ſūt certa & vera.

Dauid orat vt Deus afflictos defendat cōtra impios.

Queritur quòd in ſuis afflictionibus Deus ſit ſui oblitus: & tamē eum orat & inuocat.

4 Magna: גדולות: .i. ſuperba & arrogantia, Deique contēptū præ ſe ferentia. 5 Linguā no. rob. ללשוננו נגביר lingua noſtra præ-
ualebimus. vel, propter linguam noſtrā robuſti erimus. i. authoritatē nobis conciliabimus ſermone noſtro. Labia noſtra no. שפתינו אתנו
Adulatorum Saulis verba, Periti ſumus artis dicendi, poſſumus quiduis perſuadere, ſumus apti & idonei ad dicendum: quis eſt qui ſermo-
nē noſtrū cohibere poſſit? quis Sauli diſſuadeat quod illi ſemel ſuaſerimus in Dauidis perniciē? 6 Propter va. pau. משוד עניים propter
vaſtationem afflictorū. q. d. cōmotus calamitate pauperū quā video: quia res pauperū vaſtatæ ſunt. Propter cla. מאנקת propter gemitū.
vel, eiulatum, vt ſcilicet opē illis feram. acſi dicat, Hactenus viſus ſum cōniuere, nunc tandem ſurgam. Ponam in ſal. &c. אשית בישע יפיח
לו: ponā in ſalute, illaqueabit eum. q. d. circundabit eum impius vt illaqueet & capiat eum: ſed ego eripiam eum è manu eius. Ponere in ſalute,
pro eripere, iuuare, & opem ferre. Verti poteſt, Ponam in ſalute *ab eo qui* ſufflabit in eum. i. liberabo afflictum ab eo qui eum flatu proſterne-
re conabitur. Alii vertunt, Ponam in ſalute, loquetur ſibi. Quod poſtremum videri poſſit adiectum à Propheta ad exprimendā Diuini au-
xilii certitudinē, quaſi dicere voluerit, Deū ſecum ita eſſe loquutū, & ſic definiuiſſe vt ſalutem afflictis ſuis ferret. Si verò vertas, Loquetur ei:
& ſubaudias, pauperi & afflicto: ſenſus erit, Deum non ſolùm apud ſe ſtatuere, verùm etiam ipſis afflictis teſtari, ſe eis opem laturum. Solet e-
nim Deus, & id de eo tota Scriptura prædicat, ſuos dum affliguntur grauius, ipſe affari, certóſque ſalutis reddere.
7 Excoctum in forn. ter. צרוף בעליל לארץ excoctū in terra præſtantiſſima. vel, in fictili confecto è terra præſtantiſſima & aptiſſima ad
excoquenda metalla. Deum in ſuis promiſſis certū, fidum, ac conſtantē eſſe prædicat. Poſtquā retulit, Deum ſeruis ſuis ſpē propinquæ libera-
tionis facere in vltimis anguſtiis, iam ad fidei & ſpei fulturā ſubiicit, nihil futiliter vel fruſtrandi cauſa ab eo promitti. q. d. Promiſit Deus au-
xilium: promiſſiones autē Dei nunquam fallunt, vt argentū ſæpe repurgatum nunquā fallit homines. Quidā, Conflatum ipſi domino terræ. q. d.
Verbum Dei eſt inſtar argenti puriſſimi quod exactè, ſummáq; arte & cura omni fæce purgatū eſt, non in vſum vulgarem, ſed principis terræ.
Defæcatū ſep. מזוקק שבעתים repurgatū ſepties. i. ſæpius. 8 Serua eos, תשמרם Fut. Heb. pro imperat. cuſtodi eos. ſub. pauperes.
q. d. quum tuæ promiſſiones ſint veræ, tu igitur illos cuſtodi. Cuſtodi eum תצרנו .i. vnumquenque ipſorū ab hominibus his prauis & a-
tris, vt pollicitus es. 9 Ambulant, יתהלכון quærentes ſcilicet occaſionē perdendi probos. Vilitates fil. h. זולות לבני אדם: .i. homines
nihili & perditi. q. d. Circunfluunt vndique improbi dū probroſi primas, inter homines obtinent, & illos ſectantur. Vel, dum exaltantur, vilitas
eſt filiis hominū. i. reliquis hominib⁹. q. d. Quū fæx illa hominū euehitur & primas tenet, reliqui homines iacēt, hoc eſt abiectè & viliter ab eis
tractantur. Aut, vilitas eſt filiis hominū. i. vilia, ſordida, fœda, & quæ nullius pretii ſunt, ſectantur homines: nihil laudabile & glorioſum patrāt
homines, adigentibus illos improbis qui rerum potiuntur, ad omnia turpia, nefaria, & ignominioſa. Alii vertunt, vilitas eſt filiis hominum. i.
abiectè & viliter tractantur reliqui homines. Alii, *in* ignominia ſunt filii hominum.

IN PSALMVM XIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. a. r. In ſeculū? נצח perpetuó. in perpetuū. i. Vſquequo tandē. Vel, Quouſque tādem negliges me? Que-
ritur Dauid auxilium ſibi negatum fuiſſe à Deo, aut certè dilatum. Hebræi dicunt Pſalmū hunc ſcriptū fuiſſe, quū Dauid in grauiſſimo aliquo
eſſet periculo. Quidā Hebræorum dicit, hæc dicta eſſe ſecundū opinionē nō Prophetæ, ſed eorū qui quum eum viderēt in tanta tribulatione,
putabant illū à Deo neglectum. Vſquequo tandē (inquit) obliuiſcêris mei? quouſq; tandem videberis hominibus negligere res meas, & nego-
tium meū? Abſcondes fa. t. תסתיר את־פניך auertes vultū tuum à me? Quod irati facere ſolēt. quouſque tandē dedignaberis aſpicere me?
Chaldæus paraph. vertit, ſplendorē vultus tui. i. fauorem & miſericordiam. 3 Ponam conſ. &c. אשית עצות בנפשי Hebraiſmus, pro, cō-
ſilia inibo apud me. Ponere conſilia in animo dicimur, quādo quærimus conſilia quibus periculū euadamus. q. d. Quouſque anxius & dubius
rerum agendarū, apud me conſilia inibo, vt rationē inueniam qua à tot periculis liberer? Dolorē יגון anxietatem. Vel, moleſtā cogita-
tionem. In die? יומם interdiu. q. d. non ſolùm noctu, ſed etiam interdiu. Solent interdiu recedere curæ, quæ redeunt nocte. dicit ergo
interdiu, acſi dicat, dum in aliis curæ ſopiri ſolēt. Quidam vertunt, quotidie. 4 Illumina oculos m. האירה עיני Illuminare oculos tan-
tundem valet ac dare ſpiritum vitalem. vitæ enim præcipuus vigor in oculis apparet. Quum Ionathas præ inedia deficeret, dicit Sacra hiſto-
ria caliginem fuiſſe offuſam eius oculis: rurſum poſtquam fauum mellis guſtauit, lucem eius oculis fuiſſe redditā. 1. Samu. 14. d. 27. dicit itaq;,
Diſpelle tenebras tribulationū à me, quæ me propè enecant. Quidā totum verſum ſic exponunt, Habe quæſo rationē calamitatis meæ, exau-
di me: dona mihi vigilantiā & cautionē, ne imprudens incidam in manus hoſtis mei, & interficiar: dormiā, non eum ſomnum quo reparantur
vires, & membra feſſa leuantur, ſed qui eſt mors. Mors piorū dicitur ſomnus, propter reſurrectionē carnis. qui reſurgent, velut à ſomno diutur-
no excitabuntur. Dormiam *in* morte: אישן המות: Vertendū potius, dormiam *dormitionē* mortis. nam in huiuſmodi, ſolent Hebræi ſubau-
dire verbale eius verbi quod in oratione ponitur. i. ne ſuccumbam tribulationi, & interficiar ab inimico.
6 In miſericordia tua ſpero, בחסדך בטחתי in bonitate tua ſpero. Præt. Heb. pro præſ. q. d. Ita obſecro mecum age vt precatus ſum: nam
ego ſpero in te. Exultabit, &c. יגל לבי בישועתך Fut. Heb. pro præſ. exultat cor meum de ope tua. Vel, propter opem tuam quæ mihi ſalu-
ti erit quum me ab hoſtibus meis eripies. Quoniam retribuit mihi. כי גמל עלי quòd beneficium in me contulit. Chald. paraph. quòd
benignè mecum egit. Liberando me ſcilicet ab hoſtibus meis. q. d. Neque futurus ſum ingratus: odas enim edam in laudem Dei, qui me
periculo eripuerit.

Dauid deſcribit eos qui ſua ætate non habebant Deum.

″Victori Dauidis. XIIII. 1

D″Ixit ſtultus in corde ſuo, Non eſt Deus.″corruperunt *uiam ſuã*, abominabile faciunt opus, non eſt qui faciat bonum.

Iehouáh è cælis proſpexit ſuper filios hominũ, vt videat an ſit intelligens, quærens Deum. 2

″Omnes declinauerunt, pariter fœtuerunt, non eſt faciens bonum, non eſt etiam vnus. 3

‖Sepulchrum patens eſt guttur eorum:‖linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. ‖Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt:‖veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infœlicitas in viis eorũ, & viã pacis nõ cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorũ.

Cõminatio Diuinæ vindictæ in impios qui derident afflictos quòd ſpem ſuam in Deo ponant.

″Nonne cognouerunt omnes operantes iniquitatem, *quòd* comedũt populũ meũ *acſi* comederẽt panẽ, *&* Iehouã nõ inuocant? 4

″Ibi timent timore, quoniam Deus″in generatione iuſti. 5

″Conſiliũ pauperis pudore afficitis, quoniã Iehouáh ſpes eiꝰ eſt. 6

″Quis dabit ex ʒ Siión ſalutem Iꝡſraelis?″quando conuerterit Iehouáh captiuitatẽ populi ſui, exultabit Iayacób, lætabitur Iꝡſraél. 7

Canticum Dauidis. XV. 1

IEhoua quis″peregrinabitur in tabernaculo tuo? *&* quis″habitabit in monte ſanctitatis tuæ?

Qui ambulat″perfectè, & operatur iuſtitiam, & loquitur veritatem in corde ſuo: 2

Non″detrahit lingua ſua, non facit proximo ſuo malum, & opprobrium″non accipit contra propinquum ſuum: 3

″Contemptus eſt in oculis eius reprobus, timentes autem Iehouam glorificat: *qui*″iurauit in malum,″& non mutat: 4

Pecuniam ſuam non dat ad vſuram, & munus contra innocentem″non accipit: qui facit hæc,″non labetur in ſeculum. 5

Commemoratio ſummi illius boni, & fœlicitatis quã homo habere poteſt in hac terra.

C″Michtham Dauidis. XVI. 1

CVſtodi me Deus, quoniam″ſpero in te.

In finem Pſalmus Dauid. XIII. 1

DIxit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

2 Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum:|vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Rom.3.b.10

3 Omnes declinauerunt, ſimul inutiles factis ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnum. B

Suprà 5.c.10
rom.3.b.13
infrà 140.a.4
Supra 9.c.7
rom.3.c.16
eſa.59.b.7
Infrà 35.a.3
Prouerb.1.b.16

4 Nónne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dominũ non inuocauerũt, illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. 5

6 Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt, conſiliũ inopis cõfudiſtis: quoniam Dominus ſpes eius eſt.

7 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? quũ auerterit Dñs captiuitatẽ plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabit̃ Iſrael.

1 Pſalmus Dauid. XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

2 Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Eſa.33.c.16

Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua:

3 Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos: B

4 Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat:

5 Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocẽtem non accepit:

Qui facit hęc, nõ mouebit̃ ĩ æternũ.

1 Tituli inſcriptio ipſi Dauid. XV.

COnſerua me Domine, quoniã ſperaui in te.

IN PLALMVM XIIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4.a.1. Dixit אמר Dicit. Præt. Heb pro præſ. & ſingulare pro plur. homines impii dicunt.i. Verſat in animo quòd nullus ſit Deus iudex, qui ſcelera hominũ puniat, & qui res humanas curet. Hic pſalmus ingeniũ & naturã hominis infidelis deſcribit: cuius ſuppliciũ & pœnã ad ſalutẽ innocẽtum prædicit. Scribitur ergo de origine omniũ malorũ, hoc eſt de infidelitate. Corruperũt, &c. השחיתו וגו׳ deprauare ſolẽt[ſub. vias ſuas]abominabile reddũt opus. ſub. ſuũ. Vel per plurale, abominabilia reddũt opera ſua.i. cõſpurcare ſolẽt mores ſuos, neque quicquã rectè operãtur: & vt ſemel dicã, nõ eſt qui faciat rem gratã aut Deo aut hominibꝰ: hoc autẽ faciũt, quia nullũ credunt eſſe Deũ. 3 Omnes decl. &c. הכל סר וגו׳ Ad verbũ, Omnis receſſit, [ſub à via recta]pariter rãcidi facti ſunt. aut, putruerunt. vel, omnes retroceſſerunt, *&* fœtuerunt pariter. Sing. pro plur. metaphora à cibis fœtidis & rancidis, à quibus omnes abhorrere ſolent.

4 Nónne cog. &c. הלא ידעו וגו׳ Annon cognouerunt[ſub Deũ eſſe. aut, me eſſe iudicẽ]omnes facinoroſi, deuorantes[vel, deglutientes] populum meũ acſi deuorarent, &c. Aut, Annon norunt.i. nunquid ignorãt, aut ignorare poſſunt. aut, Annon noſſe potuerunt, ſub. ex iis quæ facta ſunt, Deum eſſe? Verti poteſt, An ignorare poſſunt[ſub. quòd male agant]admittentes ſcelera, *&* deprædantes. aut, expilantes, &c.

5 Ibi timẽt tim. שם פחדו פחד Tunc trepidãt trepidatione. Vel, Tũc trepidabunt timore: quia Deus erit in generatione iuſti.i. in natione iuſta: ſtabit pro natione iuſtorũ. q.d. Nũc lætantur, & rerũ proſpero ſucceſſu fruuntur impii: tũc verò quũ Dominus veniet vt ſummat ſuppliciũ de ipſis improbis, grauiſſimè timebũt, vbi viderint Deũ adeſſe & fauere nationi iuſtæ.i. hominibus iuſtis. In gen. iuſti.: בדור צדיק in natione iuſta. 6 Cõſilium pauperis pud. aff. עצת עני תבישו Conſiliũ afflicti cõfunditis. vel, cõfundere conamini.i. pudore & ignominia eũ aſpergitis, quòd Deus ſit ſpes eius. Vos planè ridetis cõſilium pauperis probi, quòd omnẽ fiduciam ſuã in Deo habeat, & in eo ponat præſidiũ ſuum. 7 Quis dabit מי יתן Quis det. Hebræa phraſis pro aduerbio optãdi Vtinã. q.d. O vtinã Deus ex ſua Siõ, hoc eſt è cælo, opem ferat Iſraeli. liberãdo eum à tyrãnide Saulis. Salus pro auxilio, in libris Sacris. Cõfirma(inquit Dauid)ô Deus regnũ meũ, & fac vt Ieroſolymis regnẽ inuito Saule: vt populo tuo auxilio ſim, docẽdo illum quæ fieri iubes. Quãdo conuer. &c. בשוב וגו׳ quum reduxerit Iehouah captiuitatem populi ſui, exultabit, &c.i. quum reſtituerit Dominus populum ſuũ in priſtinã libertatem, & reduxerit in ſuas ſedes, quando exemerit illum tyrannide Saulis, & me Dauidem conſtituerit regem: habiturus eſt occaſionem exultandi Iacob.i. populus fidelis, & veri Iſraelitæ qui Deum amant.

IN PSALMVM XV.

1 Peregrinabitur יגור cõmorabitur. deget. habitabit. Chaldæus paraph. vertit, Domine, quis dignus eſt vt habitet tecum in cælo? Dicunt Hebræi Dauidẽ vocauiſſe cælũ, tabernaculum, quòd diſtẽdatur inſtar tabernaculi: & per montẽ idem intelligi. Sũt tamen qui intelligũt per montem, montem Moria. Habitabit ישכון ſedem habebit. Repetitio eſt, pro, quis locum habiturus eſt in cælo tuo, ô Domine?

2 Perfectè, תמים integer.i. integra vita, & innocẽs: qui viuit vitã innoxiã & alienã à dolis. Vide Iob 1.a.1. 3 Detrahit רגל Præt. Heb. pro præſ. Nõ accipit לא נשא Ad verbũ, non leuat. ſiue, eleuat. aut aſſumit.i. nõ cõuitiatur proximo. 4 Contẽptus eſt, &c. נבזה בעיניו נמאס Contemptus eſt in oculis eius reiectus. Vel, abominabilis. & ſic Chaldæus paraph. Quidam vertunt, Qui deſpicit ſe in oculis ſuis, abiicit ſe. quæ verſio, tametſi pia, nõ vſqueadeo tamen loco congruere videtur, quòd duo cõtraria opponat. Iurauit in malũ, נשבע להרע iurat in dãnum. ſiue, incõmodum. Præt. Heb. pro præſ. vt & ſequenti verſu. De iuramẽto loquitur: quod etſi dãnoſum ſit iurãti, præſtat tamen qui iurauit. Eodẽ ſenſu alii, iurat proximo ſuo, & nõ mutat. Perperam quidã Hebræorũ interpretes hunc locũ de voto ieiuniorum & abſtinentiæ exponunt, tanquã vota ſint implenda vbi quis promiſerit ſe ieiunio affligere: quũ hic de ſecunda tabula tantũ loquatur, & mutua inter homines rectitudine. 5 Non accipit לא לקח nõ accipere ſolet. vt ſcilicet euertat cauſam inſontis, & pronuntiet aduerſus innocentẽ. De Iudicibus loquitur. Ii autẽ quorum iniqua eſt cauſa, muneribus Iudices corrũpere ſolent. Non labetur לא ימוט nõ dimouebitur.i. perpetuò erit ciuis cæleſtis ciuitatis.

IN PSALMVM XVI.

1 Michtham מכתם inſignia. Quidã volunt fuiſſe initium carminis vulgaris, ad cuius modulos cantatus fuerit hic pſalmus. Alii, inſtrumentũ muſicũ. Significat aurũ, ſiue inſigne aureolũ, quòd hic pſalmus pretioſus eſſet Dauidi veluti aurũ. Spero חסיתי Præt. Heb. pro præſ. Spem meam pono in te. q.d. Serua me, non quòd ſim dignus tuo beneficio, ſed quòd præſidium meum in te ſtatui, & non in alio.

raui in te, dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ nõ eges. 2

Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes volũtates meas in eis. 3

B Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. 4

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. 5

Funes ceciderũt mihi in præclaris: etenĩ hęreditas mea præclara eſt mihi. 6

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. 7

Act.2.d.25

C ‖Prouidebam Dominum in cõſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. 8

Propter hoc lætatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe: 9

Act 2.e.31 & 13.f.35

‖Quoniam nõ derelinques animã meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. 10

Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. 11

Oratio Dauid. XVI. 1

EXaudi Domine iuſtitiam meam, intende deprecationi meæ.

Auribus percipe orationem meã non in labiis doloſis.

2 ″Dic *ô anima mea* Iehouæ, Deꝰ meꝰ es tu, ″bonũ meũ nõ ad te *peruenit:*

3 ″*ſed* ad ſanctos qui in terra ſunt, & fortes, erga quos omnis volũtas mea eſt.

4 ″Multiplicabuntur dolores eorum *qui poſt* alienum *deum* feſtinãt: non libabo libamina eorum″ de ſanguine, nec aſſumam nomina eorum in labiis meis.

Afflictio non fidẽtibꝰ ſoli Deo.

5 Iehoua″pars portionis meæ, & calicis mei, tu ″ſuſtẽtas ſortẽ meã.

6 ″Funes ceciderunt mihi in amœnis *locis*: etiam hæreditas ſpecioſa *obuenit* mihi.

Præſidium Dauidis, & patrimonium, Deus.

7 ″Benedicam Iehouæ qui cõſulit mihi: etiam noctibus erudiũt me renes mei.

De Chriſti reſurrectione prophetia.

8 ″Pono Iehouã corã me ſẽp: quia à dextera mea *eſt*, ″nõ declinabo.

9 Propterea″lætatum eſt cor meum, & exultauit″gloria mea: etiã caro mea″habitabit confidenter:

10 Quoniam non derelinques″animam meam in ſepulchro: ″nec permittes miſericordem tuum″videre corruptionem.

11 Scire facies me ″ſemitam vitæ: ſatietas lætitiarum eſt″cum vultu tuo: ″iucunditates ſunt in dextra tua″in ſeculum.

Via vitæ, & lætitia per Chriſtum.

1 Oratio Dauidis. XVII.

AVdi Iehoua″iuſtitiam *meam*, intende″clamori meo, auſculta orationem meam *quæ eſt*″abſque labiis doli.

Vehemens & ardẽs precatio Dauidis, vt eripiatur à Saule.

2 Dic אמרת Ad verbũ, Dixiſti. Præt. pro fut. & futurum pro imperatiuo, Dic Domino. Verbũ eſt fœmineũ: propterea ferè omnes He-
bræi, etiã Chaldæus paraph. ſubintelligunt animã. Et aliâs animã ſuã in Pſalmis alloquitur Dauid, vt Pſal.42.b.6, & 43.b.5. Hortatur ergo ani
mã ſuam, hoc eſt ſeipſũ, vt ſe Domino planè cõſecret, & dominũ ſuum in omnibus agnoſcat. Chaldæus paraph. Dixiſti anima mea ſemper.i.
ſemper tale teſtimoniũ mihi præbuiſti. Bonũ m. nõ ad te. טובתי בל עליך: ſub. peruenit.i. beneficiis meis nihil iuuaris, ſed ſancti qui, &c.
verſu ſequenti perficitur ſentẽtia. Alii, Bonũ meũ nõ *prouenit niſi* à te. Ita Chaldæus paraph. Alii, Bonũ meum nõ eſt ſuper te.i. non obligaris
cõferre beneficia in me. 3 *Sed* ad ſanctos, &c. לקדושים וגו ſub. perueniũt mea beneficia, & illis proſunt, nõ tibi.i. beneficia mea non
perueniunt ad te, ſed ad ſanctos: hoc eſt, iuuãt ſanctos qui in terra habitãt, & præclaros: quos ſumma proſequor amicitia. q.d. Quia de te bene
mereri nõ poſſũ, ô Deus, qui facultatibus meis nõ eges: certè de hominibus bene merebor, erga quos beneuolentiã præcepiſti & beneficẽ-
tiã. Quidã vertũt, In ſanctis qui in terra ſunt, & præclaris, oĩs volũtas mea in eis.i. illis toto animo delector, & magno eos amore proſequor.
4 Multiplicabuntur dolores, &c. ירבו עצבותם וגו' Chaldæus paraph. Multiplicant imagines ſuas, & poſtea feſtinant eis offerre oblatio-
nes. Alii, Multiplicata ſunt idola eorum, alteri *deo* donauerunt. Alii, Multiplicentur moleſtiæ eorum qui alteri *deo* donauerunt. Imprecatio-
nẽ eſſe volunt Hebræi. q.d. multis malis exagitẽtur qui aliũ Deum colunt quàm Deũ Iſraelis. vel, Multæ ſunt moleſtiæ eorũ *qui poſt* alienũ
feſtinant.i. cupidè ſectãtur alios quàm ſanctos. De ſanguine, מדם .i. quæ ſanguine cõſtant. Gẽtes in ſuis ſacrificiis ſanguinẽ libare ſole-
bant. Iudæis verò guſtus ſanguinis tam in victu communi, quàm in ſacrificiis fuit vetitus: quo magis à cædibus & omni ſæuitia abhorrerẽt.
Pronũtiat ergo Dauid, ſe non modò alienum fore à prauis erroribus qui idololatras ſeducunt, ſed in externa quoque profeſſione ſibi curæ
fore ne vllũ det ſignũ cõſenſus. Eodẽ ſpectat quod mox ſequitur, Nec aſſumã, &c. tanto enim odio & deteſtationi ſibi fore idola dicit, vt ab
eorũ nominibus, tanquã à nefãdo ſacrilegio, ſibi caueat. quod etiã apparet in eius forma loquẽdi: relatiua enim tãtùm ponẽs, idola ipſa ſub
ticet. EORVM nãque refert Idolorũ. 5 Pars port. m. מנת חלקי portio partis meæ. vel, pars & portio mea, & calix meus.i. Dominus eſt
portio mea eſculẽta, & portio mea poculẽta. perinde acſi dicat, Deus eſt meus cibus & meus potus: à Deo proueniũt omnia huius vitæ ne-
ceſſaria. Capiuntur hic pars, hæreditas, calix, funiculi diſtributionis, & ſors, ferè pro eodẽ. nã poſteaquã dixit ſibi nullũ eſſe cõmercium cum
impiis: addit ſolũ Dominũ eſſe poſſeſſionẽ ſuam, ſortẽ ſuã, & bonũ. Suſtentas ſortẽ m.: תומיך גורלי Quidã Hebræorũ exponunt, Deum
iuuiſſe Dauidẽ vt eligeret ſibi hanc ſortẽ. q.d. tua opera factũ eſt vt ſors mea in partem optimã ceciderit. Verior eorũ expoſitio videtur qui
dicũt, plerunq; cõtingere à ſua poſſeſſione depelli iuſtos dominos, quòd nullus eos tueatur: propterea Dauidẽ hic dicere, Deũ ita ſe illi in hæ
reditatẽ dediſſe, vt eiuſdẽ virtute ſalua illi maneat fruitio. 6 Funes חבלים Funiculi. ſub. diſtributionis, vel mẽſorii. Alii, Portiones.
Hæreditates. Sortes. In Palæſthina, mẽſores agrorũ vtebãtur funibꝰ. Paucula ſũt ſubaudiẽda ex præcedẽti verſu, vt dilucidior ſit ſenſus, Quũ
Deum habeã pro hæreditate, quũ Deus ſit fundus meus hæreditarius, optima illa partiũ agri, in quas funiculi à mẽſore porrecti ſunt, obtigit
mihi: agrorũ mẽſores aſſignarũt mihi loca amœna. 7 Benedicã אברך Celebrabo (inquit Dauid) Dominum, cuius cõſilio & volũta-
te ipſum mihi delegi pro hæreditate: celebrabo inquã Dominũ, quia noctu renes mei.i. interni mei affectus, nõ incitauerũt me ad libidinẽ:
verùm erudierũt me, vt nihil animo verſem noctu quàm quæ ad pietatẽ pertinẽt. q.d. Humani affectus alioqui procliues ad malũ, impule-
rũt me ad pietatẽ etiã noctu, quo tẽpore ad mala cõuerti ſolẽt homines. Sãctis omnia cooperantur in bonũ. nam Deus ſemper adeſt illis. Re-
nes, per metonymiã, pro vehemẽtibus affectibus. 8 Pono שויתי Præt. Heb. pro præſ.i. Propono mihi Dominũ ob oculos ſemper, tã-
quam ſcopũ, vt illius nutu omnia agã. Nõ declinabo.: בל אמוט ne labar. ne dimouear. ne nutẽ.i. quia adeſt mihi ad latus meũ dexterũ
Dominus vt me iuuet, perire nõ potero, neque quicquã nocere poterit. 9 Lætatũ eſt שמח Præterita ſunt apud Hebræos pro futu-
ris aut præſentibus, lætatur, exultat, requieſcit. Gloria mea: כבודי honor meus. dignitas mea. Gloria, ſiue honor pro anima & mẽte. Aliis ſi-
gnificat linguam. Dauid enim non tantùm ſe intus gaudere affirmat, ſed linguam quoque ſuam, imò carnem huius gaudii participem facit.
Habitabit confi.: ישכון לבטח quieſcet in fiducia.i. ſecura omnium periculorum. 10 Animam meam נפשי .i. corpus. Leuit.21.a. Vi-
1, Super animam non contaminabit ſe *quiſquã* in populis ſuis. Nec permittes לא תתן Ad verbum, nec dabis ſanctum tuum.
dere corrup.: לראות שחת videre foueam.i. non permittes vt is quẽ ſanctificaſti, ſiue ſanctum eſſe vis & corruptionis expertẽ, diu commore-
tur in fouea & ſepulchro, & ſentiat corruptionẽ, ſitq; expers reſurrectionis, & vitæ æternæ: ſed mox reſurgere facies. Repetitio eſt. nã Dere-
linqui in inferno, & Videre corruptionẽ, idem ſignificãt. Videre autẽ foueã, eſt cõdi in foueã ad corruptionẽ. Hic locus impletus eſt in Salua
tore noſtro, vt Act.2.e.31, & 13.e.34, citatur ab Apoſtolis Petro & Paulo: quia à ſepulchri corruptione fuit prorſus & ſolidè exẽptus, vt mẽbra
ſua gradatim, & pro cuiuſque mẽſura in ſocietatem ſuã vocet. 11 Semitam vitæ: אורח חיים .i. qua itur ad vitã. hoc eſt, Suſcitabis me,
& donabis immortalitate. Sũpta metaphora à viatoribus. q.d. Donabis me vita, nõ temporaria, ſed ea in qua ſit omne genus voluptatis, nẽpe
vita æterna. Cũ vultu t. את פניך .i. cumulatiſſima abundãtia omniũ quæ animũ lætitia perfundere ſolẽt, omne genus iucunditatis eſt
in præſentia tua, apud te, téq; comitatur, & tibi adſtat. q.d. vbi præſens es, ibi eſt omne lætitiarũ genus, & quicquid animũ verè & ſeriò læti-
tia afficit. Plurali, lætitiarum, vtitur, vt oſtendat copiã lætitiarũ. Iucunditates נעימות delectationes. In ſeculũ.: נצח ſẽper. perpetuò.

IN PSALMVM XVII.

1 Iuſtitiã צדק Sub. meã.i. orationẽ qua te iuſtè obſecro. vel audi quæ ex iuſtitia oro. Clamori meo, רנתי vociferationi meæ.i. ora-
tioni quã apud te vociferãdo fundo. Abſque labiis doli.: בלא שפתי מרמה ſine labiis doli.i. doloſis. quæ carent ſermone fraudulento: quæ
ſunt ſincera & candida. Labia pro ſermonibus accipit.

″A facie tua iudiciũ meũ egrediatur,oculi tui″videãt æquitates. 2

Deũ adhibet teſtem ſuæ innocentiæ.

″Probaſti cor meum,″viſitaſti nocte,″conflaſti me,non inueni 3
ſti *in me iniquitatem*:″*quod* cogitaui,non tranſiuit os meum.

Demõſtrat ſuam cõuerſationem fuiſſe integram.

″Quòd ad opera hominum *aliorum*, per verbum labiorum tuorũ 4
ego″cuſtodiui ſemitas diſſipatoris.

″Suſtenta greſſus meos in viis tuis,ne declinent pedes mei. 5

Iterum cõmẽdat cauſam ſuam,/ac orat vt aduerſus impios tegatur, confidens ita futurum.

Ego″inuocaui te, quoniam exaudis me Deus : inclina aurẽ tuã 6
mihi,audi eloquium meum.

″Mirifica pietates tuas ſeruator ſperantium , ab inſurgẽtibus in 7
dexteram tuam.

Cuſtodi me″vt nigrum pupillæ oculi,″in vmbra alarũ tuarum 8
abſconde me

″A facie impiorum qui″vaſtant me,inimicorum meorũ *qui*″pro 9
pter animam circundant me.

Conqueritur de opulentia,potentia,ſuberbia inimicorum ſuorũ. eámq; perſequẽdi ſummo ſtudio.

″Adipe ſuo clauſerunt *os ſuum*,ore ſuo loquuntur ſuperbé. 10

″*In* greſſu noſtro nunc circũdant me,oculos ſuos ponũt″ad expã 11
dendum *rete* in terram.

Similitudo eius vt leonis *qui* deſiderat rapere,& vt leunculi″ma 12
nentis in abditis.

Cõtinuat ſuam precationem,poſtulans ſubitum auxilium, ac recognoſcẽs.quod patiebatur à Saule eiuſque ſimilibus,eſſe à Deo.

″Surge Iehoua,præueni faciem eius,″incurua eum,erue animam 13
meam ab impio″*qui eſt* gladius tuus:

″A viris *qui ſunt* manus tua *erue* Iehoua,à viris″de mũdo,″quorum 14
pars *eſt* in vita,″& abſcondito tuo imples ventrem eorum:

2 De vultu tuo iudicium meum prodeat:oculi tui videant æquitates.

3 Probaſti cor meum,& viſitaſti nocte:igne me examinaſti,& non eſt inuenta in me iniquitas.

4 Vt non loquatur os meũ opera hominum:propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. B

5 Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,vt non moueantur veſtigia mea.

6 Ego clamaui, quoniã exaudiſti me Deus:inclina aurem tuam mihi,& exaudi verba mea.

7 Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te,

8 A reſiſtentibus dexteræ tuæ : cuſtodi me vt pupillam oculi,

Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum qui me affixerunt. C

9 Inimici mei animam meã circundederunt, adipem ſuum concluſerũt,

10 os eorum loquutum eſt ſuperbiam.

11 Proiicientes me,nunc circundederunt me,oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

12 Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædam,& ſicut catulus leonis habitans in abditis.

13 Exurge Domine,præueni eũ,& ſupplanta eum,eripe animam meam ab impio,frameam tuã ab inimicis manus tuæ. D

14 Domine,à paucis de terra diuide eos in vita eorũ,& de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.

2 A facie t. מלפניך .i à te.ius meũ,quo judices ſiue liberes me ab hoſtibus meis.q.d.Fer ſentẽtiã ſiue judiciũ de iure meo,in cauſa mea: cõſtituo te arbitrum in cauſa mea.Hic verſus indicat quẽnam ſibi iudicẽ cõſtituat. Videant æq. תחזינה מישרים: Hebraiſmus.i.æquitatẽ. q.d. Fac oſtẽdas te proſpicere ea quæ hîc recte geruntur ac fiunt.Tu noſti meã iuſtitiã:te arbitrũ conſtituo mei & Saulis:per me tibi licet pronũtiare quid tibi videatur de lite quã habeo cum Saule: declara te eorũ quæ recta ſunt,habere rationẽ. 3 Probaſti בחנת Exploraſti.i. occultos cordis mei receſſus excuſſiſti,omnes cordis mei ſenſus tenes,noſti me nõ eſſe duplicẽ,nec quicquã fraudis intus alere, vt iſti perperã falſa inuidia me grauãt. Viſitaſti nocte, פקדת לילה ſub.animũ meũ.Noctu animi affectus facilius ſe produnt,quãdo remoto hominũ aſpectu liberius & ſine pudore quis peccat:qui tũc nõ peccat,minus peccabit interdiu.dicit igitur Dauid,Domine,quum noctis tenebræ cõſcientiã ſublatis integumẽtis magis aperiãt,& tunc ſine teſtibus & arbitris liberius ſe proferant affectus,ſi eo articulo me examines, nihil in corde meo reperietur perfidiæ.Aut præt.pro fut.Explorabis,&c. Conflaſti me, צרפתני excoxiſti me.vt ſcilicet ſolent excoqui & examinari metalla.vel,igne me examinabis. Alii,examinaſti[vel,exploraſti]me. Verbum צרף ſignificat fundere, purificare, & examinare metalla. Hîc autem per trãſlationem pro Examinare & explorare ponitur. Examinaſti me, ſiue exploraſti (inquit)velut metalla igni probari ſolẽt,ſiue examinari.i.multis tribulationib⁹ accuratiſſimè me examinaſti. *Quod* cogit.&c. זמותי בל־יעבר־פי: Hebraiſmus,pro,nihil aliud ſentio q̃ quod loquor. Verba Hebræa ſolent ſua verbalia complecti:ideo ſubaudiendũ,cogitatio mea: hoc modò, Cogitaui,& cogitatio mea nõ trãſiit os meũ.q.d.nulla fuit diſcrepãtia inter os & cor meũ:ore expreſſi ſine fraude quicquid in animo habebã. 4 Quòd ad op.ho. לפעלות אדם Ad[vel,Quantũ ad]opera hominũ ſub.aliorũ.Alii,Propter operationes hominũ *quæ fiunt* cõtra verbũ,&c.Alii,Operibus hominũ *aliorũ* iuxta verbũ labiorũ tuorũ.Sub.intentus fui,ne mãdatis tuis aduerſarẽtur. Nõ ſolũ(inquit)fui iuſtus, ſed etiã quantũ ad factũ hominũ ſpectat, per verbum tuũ,ſiue iuxta præcepta tua,præceptorumq; tuorũ cõmemoratione dedi operã,atque prohibui nequis graſſatorẽ ageret,aliiſque inferret iniuriã. Cuſtodiui,&c. שמרתי וגו׳ obſeruaui *nequis ambularet per* ſemitas graſſatoris.vel prohibui *nequis*,&c. 5 Suſtẽta,&c. תמוך אשורי וגו׳ Infinitiuus eſt Hebræis pro imperatiuo:vel vt alii volunt,infinit.pro præt. Apprehenderũt greſſus mei[vel,pedes mei]ſemitas tuas,nec declinauerunt pedes mei.aut,Stabiles[ſiue, Firmi]fuerunt greſſus mei in ſemitis tuis, nec declinauerunt plantæ pedũ meorum. Futurum Hebræis poſteriore loco pro præterito. 6 Inuocaui te, קראתיך Præt.Heb.pro præſ.inuoco te.vel,inuocare ſoleo.

7 Mirifica piet.t. הפלה חסדיך Admirandas fac miſericordias tuas.Fac inſignẽ bonitatẽ tuam.Alii,Segrega[vel,Subtrahe]miſericordias tuas,&c.ab inſurgẽtibus,&c.i.Segrega miſericordias tuas,tu qui liberas ſperãtes[ſub.in te:ſubtrahe inquã miſericordias] ab iis qui inſurgũt cõtra dexterã tuã.i.ab iis qui oppugnant te,repugnãtes iis quæ à te decreta ſunt,& nitũtur aduerſus ſententiã tuã.nolunt enim me Regẽ eſſe, quũ tamen me cõſtitueris. Quidã Hebræorũ,dexterã interpretantur eos qui fidũt dextera Dei,& fauore. Miſericordias dicit plurali numero, ad declarandã Dei miſericordiã quæ latiſſimè patet. 8 Vt nigrũ,&c. כאישון בת־עין Ad verbũ,vt pupillam filiã oculi.i.vt pupillã quæ eſt oculi præcipua & eximia pars.Hebræi enim nomine בן & בת,quæ præcipua,eximia,& admodũ chara ſunt,intelligere ſolẽt.aut, vt pupillam quæ eſt mediũ oculi.q.d.cuſtodi me eo ſtudio quo homines oculorũ ſuorũ pupillas cuſtodire ſolẽt.Pupilla,& filia oculi,idẽ ſunt,vt nõnullis placet:duæ voces pro vna,vt alibi,Lutũ fæcis,pro luto:& Orbis terræ,pro terra. Chald.paraph.vertit,Tanquã ſphærã quæ eſt in medio oculi. In vmbra alar.t. בצל כנפיך .i.ea diligẽtia libera me à periculo imminenti qua ſolent gallinæ ſubter alas ſuas abſcõdere pullos ſuos imminẽte & inſidiãte miluo.Scriptura Deo tribuit alas,vt ſummũ eius ſtudiũ in ſeruandis piis oſtẽdat. Eadẽ ſimilitudine vſus eſt Chriſtus apud Matthæũ,23.d.37. 9 A facie imp. מפני רשעים Hebraiſmus,propter impios. Vaſtant me, שדוני vim mihi inferũt. Præt. pro præſ.& ſequenti verſu. Propter ani. בנפש in animã.i.vt vita me ſpolient.Chaldæus paraph.ad verbũ, in animã ſuam.i.qui ex animo obſident me.hũc ſenſũ ſequitur ex doctioribus Hebræorũ alter. 10 Adipe ſuo clauſ. חלבמו סגרו Præ pinguedine præcluſerunt.Sub.*ſibi os & fauces*.i. præ pinguedine præcluſerũt ſibi os & fauces.aut, Vſqueadeo pingues ſunt, vt fauces eorũ præ pinguedine præcluſæ ſint. q.d. diffluunt deliciis,& ob id ſuperba loquũtur.Chald.paraph. Adeps eorũ clauſit os eorũ. Integra loquutio legitur Iob 15.c.27, Operuit impius faciem ſuã adipe ſuo. 11 *In* greſſu no.&c. אשורנו וגו׳ Greſſum noſtrũ obſeruãtes,nũc circundãt me.vel,nos:nã duplex eſt Hebræis lectio.q.d.quocunque fugimus,illuc nos inſectãtur ac circundãt. Ad expandendũ לנטות vt expãdant.i.oculos intentos habẽt ad expandẽdos laqueos ſuos in terra,quibus nos capiãt:quærunt occaſionẽ perdẽdi nos,ſiue vt proſternãt nos in terrã. 12 Manẽtis יושב ſedẽtis.i. deliteſcentis. 13 Surge קומה .i.Surge Domine,ſume arma,ſtrenui defenſoris more:iam ſatis diſtuliſti opem,nunc ſurge declaraturus vires tuas:præueni faciem hoſtis mei Saulis,& illi obſiſte. Incurua eũ, הכריעהו humilia eũ.deiice. proſterne. *Qui eſt* gladius t. חרבך: .i.quo tanquã gladio vteris in caſtigandis aliis.Ita ferè omnes vertũt. Quidã volunt eſſe inſtrumẽti ablatiuũ, hoc ſenſu, Libera me gladio tuo ab impio.Sic verſu ſequẽti. 14 A viris *qui ſunt* ma.t. ממתים ידך Alii vertũt, A viris *erue me* manu tua. ſiue potentia & fortitudine tua.vt ſit inſtrumẽti ablatiuus,vt verſu præcedẽti. De mundo, מחלד de ſeculo.i.qui tantũ mundana ſapiunt.Alii,de tẽpore.i. temporaris. Alii,à ſeculo.i.qui nõ à triduo,vel nuper emerſerunt,ſed à ſeculo durauit iam eorũ fœlicitas, quã momento euaneſcere oportuit. Queritur hoſtes ſuos viguiſſe vltra iuſtũ tẽpus. Quorũ pars *eſt* in vi. חלקם בחיים Hebraiſmus, pro,quorũ fœlicitas tota ſita eſt in bonis tẽporariis & voluptatibus huius mũdi. Portio cuiuſq; dicitur,in quo ſuã quiſque fœlicitatẽ locat.vel vt alii,qui ab omnibus incõmodis ſunt immunes, & à cõmuni hominũ ſorte exẽpti,ac deliciis diffluunt. Et abſcõ.tuo imp. וצפונך תמלא & theſauro tuo implere ſoles.Fut.Heb.pro præſ.

quãdiu ſcilicet hîc viuunt. Per ventrem, deſideriũ intelligit, quaſi dicat, Quorũ deſiderium exples opibus tuis, quæ à te ſolo proficiſcuntur.

Saturati ſunt filiis, & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.
Ego autẽ in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor quũ apparuerit gloria tua. XVII.
In finem puero Domini Dauid, qui loquutus eſt Domino verba cãtici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Et dixit,

1.Reg.22.a.1

Diligã te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meũ, & refugium meũ, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum:

Heb.2.c.13

Protector me⁹, & cornu ſalutis meę, & ſuſceptor meus.
Laudans inuocabo Dominũ: & ab inimicis meis ſaluus ero.
Circundederũt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederũt me: præoccupauerunt me laquei mortis:
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui: Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus in cõſpectu eius introiuit in aures eius.
Cõmota eſt & contremuit terra, & fundamẽta montiũ conturbata ſunt, & cõmota ſunt, quoniã iratus eſt eis.
Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
Inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.
Et aſcendit ſuper Cherubim, & vo-

″ſaturantur filii, ″& dimittent reſiduum ſuum paruulis ſuis.

15 Ego in iuſtitia videbo ″faciem tuam, ″ſatiabor quum expergefacta fuerit imago tua.

XVIII.

1 ″Victori ſerui Iehouæ, *nempe* Dauidis, qui loquutus eſt Iehouæ verba cãtici huius in die qua eripuit eũ Iehouáh de manu omniũ inimicorum ſuorum, & de manu שSaulis. Et dixit,

2 Diligam te Iehoua fortitudo mea,
3 Iehouáh ″petra mea, & arx mea, & erutor meus, Deus meus, ″fortitudo mea, ″ſperabo in eo: ″ſcutũ meũ, ″& cornu ſalutis meæ, ″eleuatio mea.
4 ″Laudatum ″inuocabo Iehouam, & ab inimicis meis ſaluus ero.
5 ″Circundederant me ″dolores mortis, ″& torrẽtes impietatis terrebant me:
6 ″Dolores ſepulchri circundederant me, ″præuenerãt me ″laquei mortis:
7 ″In anguſtia *igitur* mea inuocaui Iehouam, & ad Deum meũ clamaui, & exaudiuit de templo ſuo vocem meã, & clamor meus ″coram eo introiuit in aures eius.
8 ″Tũ cõmota eſt & cõtremuit terra, ″& fundamẽta mõtiũ ″mouerunt ſe: mouerunt ſe inquam ″quoniam iratus erat.
9 Aſcendit fumus ″in ira eius, & ignis ″ ex ore eius conſumpſit, carbones ſuccenſi ſunt ″ab eo.
10 ″Et inclinauit cælos, & deſcendit, ″& caligo ſub pedibus eius.
11 ″Et equitauit ſuper Cherub, & volauit, volauit inquam ſuper

Confirmatus animo, ſperat poſt reſurrectionẽ, faciẽ Dei ſe viſurum.

Sũmo ſtudio gratias agit Deo quòd eũ liberarit ab inimicis.

Oſtẽdit ſe, de ope Dei magnopere certum eſſe. Cõmemorat pericula, & malitiã inimicorum ſuorũ à quibus ſubito fuit liberatus.

Deſcriptio indignationis iræque Diuinæ contra ſuos aduerſarios.

Saturantur filii, ישבעו בנים ſaturabũtur liberis. Fut. Heb. pro præſ. i. copiã habent liberorũ. Et dimittent, &c. ותניחו וגו' & relinquent reſiduũ, &c. Paruulos intelligit nepotes & poſteros. 15 Faciem t. פניך .i. paterni tui fauoris ſenſũ, quo afflictos nõ modò exhilaras, abſterſis doloribus noſtris, ſed in cælũ vſque rapis. Quãuis in ſpeciẽ procul à Deo ſit reiectus, ſibi tamen familiarẽ eius conſpectũ promittit, ſuperbæ inimicorũ iactantiæ inſultãs. Iuſtitiæ nomine ſignificat ſe bonæ cõſcientiæ mercede nequaquã fruſtratũ iri. Satiabor, &c. אשבעה וגו' ſatiabor quũ euigilauero, ſpecie tua. vel, quũ euigilare feceris ſimilitudinẽ tuam. aut, quũ euigilauerit ſimilitudo tua. i. quum ego ad ſimilitudinem tuã conditus reſurrexero. Alii non ad reſurrectionẽ referunt, ſed Satiari interpretantur, vbi Deus ſanctos ſuos paterni fauoris ſui ſenſu irradiat: in qua luce acquieſcunt. Hãc pacẽ & gaudium Spiritus, Dauid vocat ſatietatẽ. Et Euigilandi verbũ ad Dauidẽ referunt: vt tantundẽ valeat ac reſpirare à triſtitia. Etſi enim nunquã ſtupore fuerat oppreſſus, fieri tamen nõ potuit quin poſt longã fatigationem ſopitus iaceret. Hanc perturbationem Dauid ſopori comparat. Vbi autem iterum affulſerit Dei fauor, quem Facie nomine ſignificat, ſe recepto vigore tranquillum fore dicit.

IN PSALMVM XVIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. a. 1. 3 Petra mea, &c. סלעי ומצודתי rupes mea, & præſidiũ [propugnaculũ] meum. Rupẽ Deũ appellat, metaphora ſumpta à refugio. nã propter hoſtes, ſolemus rupes petere. Secũda metaphora Deũ arcẽ, ſiue propugnaculũ appellat, quòd fortius rupe eſſe ſolet: ideo dicit, & liberator meus. q. d. Iehouah eripuit me è periculis. nec mirũ: eſt enim potẽtiſſim⁹ & inexpugnabilis. Fortitudo mea, צורי robur meum. rupes mea. Sperabo in eo: אחסה בו in quo ſperabo. vel, in qua rupe ſperare ſoleo. vt ſit fut. pro præſ. ſpero.

Scutũ m. מגני clypeus meus. ſic illũ vocat, quòd inſtar clypei illũ protegeret. Et cornu ſal. m. וקרן ישעי Hebraiſmus, & cornu meũ ſalutiferum: ſiue, cornu in defenſionẽ meã. hoc eſt, potẽs ac ſalutaris defenſor meus. Per cornu vires intelligit: quia quẽadmodũ animalia cornuta ſe tuentur cornibus, ita Dauid auxilio Dei & defenſione, qua veluti cornu vtebatur. q. d. virtus qua ſeruor, ſiue liberor à vi & impetu hoſtiũ meorũ, eſt Deus qui veluti cornupetit & cõficit hoſtes meos. Eleuatio mea. משגבי arx mea. Significat locũ editũ & eleuatum in refugiũ. vel, eleuatio mea, qui me extrahit & eripit è mediis hoſtib⁹. Multis verbis ac variis fatetur Deũ eſſe protectorẽ ſuũ. 4 Laudatũ מהולל .i. celebrẽ. vel, laudatũ, ſub. à me quũ illi gratias ago. Alii vertũt, Laudabilẽ. vel, laudandũ. i. omni laude digniſſimũ. Inuocabo, &c. אקרא וגו' Quidã vertunt hæc futura per præſens, inuoco [vel, inuocare ſoleo] & ab inimicis meis ſeruor. vel, ſeruari ſoleo. Alii per præt. imperf. inuocabã Iehouã, & ab inimicis mei ſeruabar. 5 Circũdederãt me אפפוני Futura Heb. quæ melius per præt. pluſquã perf. vertũtur. Dolores mortis, חבלי מות funes mortis. i. periculis mortis ſũ vndique implicitus. Et torrentes imp. ונחלי בליעל & torrẽtes beliiáעal. De Beliiáעal vide Deut. 13. c. 13, & Prouer. 6. b. 12. Torrentes beliiáעal vocat multitudinẽ tribulationũ quæ ab impiis infliguntur: quia vt aqua pereũt homines quũ nõ poſſunt reſiſtere, ita & multitudine tribulationũ. Alii iniurias grauiſſimas & crebras interpretantur. vel potius improbos homines ac peruerſos qui in eũ conſpirauerãt. 6 Dolores ſepul. חבלי שאול Sic vocat dolores lethales, qui tãti ſunt vt penè enecẽt homines, & in ſepulchrũ detrudant. Præuenerãt me קדמוני anteuerterãt me. occupauerãt me. Laquei mor.: מוקשי מות Significat inſidias mortiferas. q. d. Parũ aberat quin inciderẽ in inſidias inimicorũ mortiferas: doli quibus Saul & eius ſocii mortẽ mihi intentabãt, anticipauerãt me: & iamiam periturus erã laqueis conſtitutis ante faciem meam. 7 In anguſtia mea inu. בצר לי אקרא Per præſens potes vertere, Quũ eſt [vel, erat] tribulatio. ſiue, dũ tribulatione premor. Corã eo לפניו ſub. effuſus. 8 Tum cõmota eſt & cõtr. ותגעש ותרעש Terræmotũ ſignificat. q. d. & fiebat terræmotus magnus. Vt autẽ magnitudinem terræmotus exprimat, vtitur duabus vocibus idem ſignificantibus.

Et fũdamẽta, &c. ומוסדי הרים ירגזו & baſes montiũ cõcuſſæ ſunt. vel, concutiebãtur. i. cõmouebãtur vehemẽtiſſimè, vt hoſtes mei perſpicerẽt tremendã Dei poteſtatẽ, quũ ferebat mihi ſuppetias. Alii, trepidauerunt. agitauerũt ſeſe. Fut. Heb. pro præt. Fũdamenta montiũ concuti, eſt mõtes radicitus & à fundamentis cõcuti. Quoniã iratus e.: כי חרה לו Ad verbũ, quoniã iratus erat ei. Quidã tamẽ volunt לו redundare: aut vertendũ verbũ tanquã nomẽ, quoniã indignatio *erat* illi. Niſi quis velit pronomẽ iſtud referre inimicũ, Quoniã erat iratus inimico meo. i. inimicis meis. Nã frequẽter ſine antecedẽte ponitur relatiuũ. Alii vertũt, quãdo indignatus eſt. 9 In ira e. באפו .i. dum iratus erat. hoc eſt, dum iraſceretur, fumũ emittebat. Hoc dicit quòd cauſa ſit tẽpeſtatum in quibus fiunt fulgura, ſiue fulgetra, tũ cælũ obſcuratur nubibus, quæ ſunt velut fumus. Præterita ſunt Heb. quæ per præterita imperf. vel pluſquã perf. verti poſſunt, vt in præcedẽtibus. Alii vertũt, *qui egreditur* de nare eius. i. naribus. Ex ore eius con. מפיו תאכל ex ore eius *egrediens* abſumit. ſub. omnia. Fut. Heb. pro præſ. Carbones vocat fulmina. Deſcribit habitũ aeris turbulenti. Ab eo.: ממנו ſub. igne. 10 Et inclinauit cæ. ויט שמים Et demiſit [ſiue, demittebat] cælũ. i. nubes. Videtur enim quũ eiuſmodi excitat tẽpeſtates, demittere cælũ in terrã, vt illic appareãt miracula eius. Et caligo, &c. וערפל ne ſcilicet agnoſceretur. 11 Et equitauit ſuper Che. וירכב על כרוב Per hæc celeritatẽ auxilii Diuini intelligit. q. d. velociſſimè venit vt mihi ferret auxilium. Cherub, ſing. pro plur. Sunt qui Cherub volucrẽ exponant: vnde imagines illæ quas Scriptura Cherubim vocat, quæ erant ſuper Propitiatoriũ, alas habebant. Non ſimpliciter Deum facit ventorũ moderatorem, & qui ſua virtute eos impellat: ſed ſimul dicit, equitare ſuper Cherub,vt ſciamus ipſos ventorum impetus eius mandato per Angelos gubernari.Scimus enim,ſub figura Cherubim repræſentatos fuiſſe Angelos.Poſtea ſuper ventos & turbines equitãtem inducit,vt celeri curſu,vel pernici volatu potius totum orbem perluſtret. Similis deſcriptio & Pſal.104.a.3,vbi dicitur Deus vehi ſuper alas ventorum,& illos quaquauerſum,vt celeres nuntios emittere.

pennas ventorum.

Poſuit tenebras latibulum ſuum:′*in* circuitibus eius tabernaculum eius,tenebroſitas aquarum,nubes cælorum. 12

′Præ fulgore *qui erat* coram eo,′nubes eius tranſierunt,grando,′& carbones ignis. 13

Et tonauit in cælis Iehouáh,& Altiſſimus dedit′vocẽ ſuam,grãinem & carbones ignis. 14

Et miſit″ſagittas ſuas,″& confregit eos:& fulgura iecit,& perdidit eos. 15

Et apparuerunt″profunda aquarum, & diſcooperta ſunt fundamẽta orbis propter increpationem tuam ô Iehoua,″propter flatum venti iræ tuæ. 16

Modus auxilii illati,quoniam Deus ipſum amabat.

′Miſit de ſummo, apprehendit me, *atque* extraxit me de aquis multis. 17

Eruit me ab inimico meo forti, ab odio habẽtibus me:′quoniã robuſtiores erant me. 18

′Præuenerant me in die contritionis meæ,& fuit Iehouáh′baculus mihi. 19

′Et eduxit me ĩ latitudinẽ:eruit me,quoniã′cõplacuit ſibi ĩ me. 20

Demonſtrat vitã ſuam integrã ex obſeruantia mãdatorum Dei.

Retribuit mihi Iehouáh ſecundũ iuſtitiam meam,ſecundũ puritatem manuum mearum reddidit mihi: 21

Quia′cuſtodiui vias Iehouæ,′& non impiè egi à Deo meo: 22

Quoniam omnia′iudicia eius coram me,& ſtatuta eius′nõ ſubmoui à me. 23

Liberat⁹ eſt,quia Dominus reperit iuſtum ac innocentem in eo quod Saul ei obiiciebat.

Et fui″perfectus cum eo,& ſeruaui me″ab iniquitate mea. 24

′Et reddidit Iehouáh mihi ſecundum iuſtitiam meam, ſecundum puritatem manuum mearum″coram oculis ſuis. 25

Deus agit cũ bonis ſecũdũ ipſorum bonitatem, cũ malis verò ſecundum eorum prauitatem:cum ſentiunt talem quales ipſi ſunt.

′Cum miſericorde miſericors eris,& cum viro perfecto perfectus eris: 26

lauit,volauit ſuper pennas vẽtorum.

12 Et poſuit tenebras latibulum ſuũ, in circuitu eius tabernaculum eius:tenebroſa aqua in nubibus aeris.

13 Præ fulgore in cõſpectu eius nubes tranſierũt,grando,& carbones ignis. B

14 Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam:grando & carbones ignis.

15 Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos:fulgura multiplicauit,& conturbauit eos.

16 Et apparuerunt fontes aquarum, reuelata ſũt fundamẽta orbis terrarũ Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.

17 Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.

18 Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,& ab iis qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.

19 Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus eſt Domin⁹ protector meus.

20 Et eduxit me in latitudinem: ſaluũ me fecit quoniam voluit me.

21 Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecũdum puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi:

22 Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo:

23 Quoniã omnia iudicia eius in conſpectu meo,& iuſtitias eius non repuli a me.

24 Et ero immaculatus cum eo, & ob ſeruabo me ab iniquitate mea.

25 Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecũdum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. C

26 Cum ſancto ſanctus eris,& cum viro innocente innocens eris:

12 *In* circuitibus eius,&c.סביבותיו סוכחו חשכת־מים עבי שחקים: circum ſe tabernaculũ ſuum,tenebras aquarũ,craſſiores nubes.ſub.poſuit. q.d.circunfundens vndique tabernaculo ſuo obſcuras aquas,denſas nubes. Alii, *in* circuitu ſuo tabernaculum ſuũ [ſub.conſtituit,] tenebroſitatem aquarum *&* nubes cæli.aut,ætheris.Pro,nubes cæli,vertere potes denſitates nubium.Tabernaculum Dei dicit eſſe atras & denſas nubes.In ſecundo Samuelis,pro,tenebras,ſiue tenebroſitates aquarũ,legitur,colligationes.colligatione enim nubium inter ſeſe, ob illarũ multitudinem,quia ſunt plenæ aqua,tenebreſcit terra. Repetitio autem eſt ſuperioris ſentẽtiæ aliis verbis, quòd ſcilicet Deus tenebris aerem obducens,homines quodãmodo prohibeat à ſui conſpectu,perinde acſi Rex quiſpiam populo infenſus,in receſſum & latebras ſeſe abdat.

13 Præ fulgore corã eo, מנוגה נגדו A ſplendore coram eo.i.à ſplendido cõſpectu eius profectæ ſunt nubes contra inimicos. Nubes eius tranſ.&c. עביו עברו וגו׳ Redit ad fulgetra quæ diſcuſſis nubibus cælum aperiunt.ideo dicit nubes Dei tranſiſſe à fulgore,vel præ fulgore.nam ſubitæ iſtæ mutationes,vehementiore potentiæ Dei ſenſu nos afficiunt. In ſecundo Samuelis pro hoc legitur,ſuccenſi ſunt carbones ignis. Et carbones ignis. : וגחלי־אש.i.& fulmina ignita.periphraſis fulminis.Hæc omnia pertinẽt ad deſcriptionẽ tẽpeſtatis:perinde acſi diceret, A ſplendore gloriæ(ita vertit Chaldæus paraph.).i.à ſplendido conſpectu eius egrediuntur nubes in quibus generantur fulmina,quibus perduntur impii. 14 Vocem ſ. קולו ſtrepitũ ſuum.fragorem. 15 Sagittas ſ. חציו .i.grandinem & tela ignita,ſiue fulgetra. Et cõfregit eos: ויפיצם: & diſſipauit[diſperſit]eos.i.hoſtes ſuos. 16 Profunda אפיקי effuſiones.vada.aluei. fundum. Chaldæus paraph.profunditates.i.increpante Iehoua,& inſufflante,aluei per quos fluuii rapidiſſimi decurrere ſolent,conſpicui facti ſunt.Hos alueos,atque voragines & abyſſos aquarum vocat fundamenta orbis,propter altitudinem eorum. Propter flatum,&c. מנשמת רוח אפך: ab expiratione flatus naris tuæ.Sing.pro plur.narium.i.quum præ ira ſpiritum quendam per nares emittis.

17 Miſit de ſummo, ישלח ממרום Miſit de excelſo.vel,è ſublimi.i.de cælo.ſub. Angelos miniſtros ſuos.hoc eſt,eripuit me à grauiſſimis periculis,quæ ſignificãt aquæ multæ,hoc eſt vehementes. 18 Quoniam robuſtiores erant me. כי אמצו ממני: quum fortiores erant me. vel,quòd fortiores eſſent me. 19 Præuenerant me,&c. יקדמוני ביום אידי Præuerterant me die vaſtationis meæ. perditionis.calamitatis.i.irruerant in me incautum,& nihil tale cogitantem,atque oppreſſerant impreſſione repentina tempore quo calamitate afficiebar, quũ iam acciſæ eſſent res meæ. Baculus למשען fulcrũ.ſuſtentaculũ.firmamentũ.Ad verbũ,in baculũ. 20 Et eduxit ויוציאנו ſub. de anguſtiis in locum ſpatioſum.Hoc eſt,depulſa omni triſtitia,perfudit me gaudio quod animum laxare ſolet. Multis verſibus prædicat ſui liberationem. Complacuit ſibi in me. חפץ בי: complacitum erat illi in me. Alii,dilexit me. vel,bene volebat mihi.aut,fauebat mihi.

22 Cuſtodiui vias Iehouæ, שמרתי דרכי יהוה obſeruaui[obſeruaueram]vias Iehouæ.Sic vocat præcepta.i.quia totus fui in operibus quæ Deo probantur. Et non impiè egi à Deo meo: ולא רשעתי מאלהי: ſub. diſcedendo. nec vt impius receſſi à Deo meo. vel, nec impiè defeceram.aut,improbè egeram.i.neque per improbitatem defeci à Deo meo.vel,neque impiè ſentiens de Deo meo,ab illo defeci.

23 Iudicia eius משפטיו inſtituta eius.decreta eius. Non ſubmoui à me. לא אסיר מני: non reieci à me.In ſecundo Samuelis legitur,non recedam ab eo. 24 Perfectus תמים immaculatus.ſincerus.integer.i.præſtiti me illi ſemper integrum. Ab iniquitate mea. מעוני: .i.ad quam natura mea pronus ſum.hoc eſt,caui nequid praui admitterem.aut,ne ſcelus admitterem quod antea admiſiſſem.

25 Et reddidit וישב Rependit itaque. Coram oculis ſuis. לנגד עיניו: Hebraiſmus,pro,quã vidit.vel,qua illo iudice præditus ſum.

26 Cum miſericorde,&c. עם־חסיד תתחסד וגו׳ Cum benigno benignus eſſe ſoles:& cum homine ſincero,ſincerè agere ſoles,ſiue agis. vel,cum liberali,liberalem te præſtas:& cum homine ſincero,probè agis.Fut.Heb.pro præſ. Alii,Etenim bono te bonum exhibes: & viro ſincero te ſincerũ præſtas.i.promiſſiones exhibes,propter quas illi bene facis.Senſus huius loci eſt,Deum nunquam fruſtrari ſeruos ſuos quum benignè eos tractet,ſi modò eius auxilium cum manſuetudine & patientia expectent.

Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruertêris.

Quoniã tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.

Quoniã tu illuminas lucernã meã: Domine Deus meus illumina tenebras meas

Quoniam in te eripiarà tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.

Deus meus impolluta via eius, eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.

Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus prger Deum noſtrum?

Deus qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam:

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorũ, & ſuper excelſa ſtatuens me.

Qui docet manus meas ad præliũ: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.

Et dediſti mihi protectionẽ ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me:

Et diſciplina tua correxit me in finẽ, & diſciplina tua ipſa me docebit.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea.

D Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & nõ conuertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me virtute ad bellũ: ſupplantaſti inſurgẽtes in me ſubtus me.

Et inimicos meos dediſti mihi dor-

27 ʹCum mundo mundus eris, & cum peruerſo peruerſè agis.

28 Quoniã tu populum ʹpauperẽ ſaluum facies, ʹ& oculos excelſos humiliabis.

29 Quoniam tu ʹilluminas lucernam meam: Iehouáh Deus meus ʹilluminat tenebras meas.

30 ʹQuoniã in te cõtriui exercitum, & in Deo meo tranſiliã murũ.

31 ʹDei perfecta *eſt* via, eloquiũ Iehouæ ʹpurgatũ: clypeus eſt omnibus ſperantibus in eo.

32 ʹQuoniã quis Deus præter Iehouam? & quis ʹfortis præter Deũ noſtrum?

33 Deus ʹqui accingit me fortitudine, ʹ& ponit perfectã viã meam:

34 Ponens pedes meos ſicut ceruarum, & ſuper excelſa mea ʹſtare fecit me.

35 Qui docet manus meas ad bellum, ʹ& conteritur arcus ʹæreus brachiis meis.

36 ʹEt dediſti mihi ſcutum ʹſalutis tuæ, & dextera tua fulciuit me, ʺ& manſuetudo tua multiplicauit me.

37 ʹDilataſti greſſus meos ſubtus me, ʺ& nõ declinarũt crura mea.

38 ʹPerſequutus ſum inimicos meos, ʺ & cõprehẽdi eos, nec reuerſus ſum donec conſumpſi eos.

39 ʺTrãſfixi eos, nec potuerũt ſurgere, ʺceciderũt ſubt᷒ pedes meos.

40 ʹEt accinxiſti me fortitudine ad bellum, ʺincuruaſti inimicos meos ſubtus me.

41 ʹEt inimicorum meorum dediſti mihi ceruicem, ʹ& odio habẽ-

Nihil reprehendi poteſt in operibus Dei, & ipſe ſolus Deus eſt.

Copioſius exponit victoriã quã Deus ei dedit.

27 Cum mundo, &c. עם־נבר וגו׳ Cũ candido candidè agere ſoles: at cũ peruerſo peruertis. i. præter morẽ tuum, durũ te vltorem exhibes,
qui te promiſeras benefactorẽ. Verſu ſequenti exponuntur duo iſti. Alii, Cũ puro purus es, & cum peruerſo peruerteris. Similis loquẽdi mo
dus legitur & Leuit. 26. c. 21, qui iſtũ velut interpretatur, Si mecũ ambulabitis peruerſè, vel temere, ego viciſſim cõtra vos peruerſè, vel fortui
tò ambulabo. Acſi diceret, peruicaciam eorum in cauſa fore, vt ſolitæ moderationis oblitus, quaquauerſum in eos irruat.
28 Pauperẽ ſal. עני תושיע afflictũ [infirmũ. debilẽ] ſeruabis. Fut. quod per præſ. verti poteſt, ſaluũ facis. ſiue, ſeruas. Et oculos exc. hu.
ועינים רמות תשפיל: In 2. Samuelis legitur, at oculos tuos *pones* ſuper excelſos, humiliabis *eos*. 29 Illuminas lucer. m. תאיר נרי illuſtras cã
delam meã. vel, ſplẽdere facis lucẽ meã. i. facis vt proſpera mihi omnia cõtingant. In 2. Samuelis legitur, Quia tu *es* lucerna mea. eodem ſenſu.
Illuminat teneb. m. : יגיה חשכי illuſtrabit tenebras meas. Mutatio perſonæ à ſecũda ad tertiã. & fut. pro præſ. Per lucem, ſiue candelã Scri
ptura paſſim ſignificat res ſecundas: vt per tenebras aduerſa. q. d. ſiquid mihi ſecundi acciderit, tu in cauſa es, qui vertis tribulationes meas in
proſperitatẽ. Id verũ eſſe probat verſus ſequẽs, cui præpoſita eſt cõiunctio rationalis כי. 30 Quoniã in te cont. &c. כי בך ארוץ גדוד
Perfregi enim in te aciem. Alii à verbo רוץ currere, vertũt, incurram, vel occurram turmæ. ſub. hoſtium meorum. Hic oſtẽdit quomodo illu
minatæ fuerint eius tenebræ. Futura Heb. quæ vel per præterita perf. vt præcedentia, verti debẽt, aut per imperf. Niſi fortè futuro illo tẽpore
oſtẽdere velit nõ modò id ſe feciſſe, ſed ſe quoque facturũ, quoties aliquid aduerſi acciderit. Tranſilire murũ, pro Vrbem expugnare poſuit.
31 Dei perfecta *eſt* via, האל תמים דרכו i. omnia Dei opera ſunt perfecta. Quidã vertũt, Deus *eſt* cuius perfecta *eſt* via. Alii, Deus, integra
via eius. Deus ſincerus via ſua. i. præſtat quod pollicetur. Deus nunquã fruſtratur ſeruos ſuos, neque in ipſo articulo deſerit, ſicuti homines cliẽ
tibus ſuis opẽ non ferũt niſi quatenus expedit: ſed bona fide tuetur quos ſuſcepit in fidem ſuam. Via pro ratione agẽdi quam tenet erga ſuos.
Purgatũ: צרופה cõflatum. i. purũ, velut igni examinatũ. Eloquium ſiue ſermonẽ vocat promiſſiones. q. d. pollicitus eſt ſe fore ſalutis no
ſtræ cuſtodẽ: eius promiſſio certa eſt veritas: proculdubio protegit omnes qui ſperant in ipſo. 32 Quoniã quis Deus כי מי־אלוה Quis
enim Deus. i. Quis iure optimo dici poſſit De᷒ præter te? fictitios deos, & vanas ſpes proſternit. Fortis צור petra. i. defenſor & propugnator.
à firmitate & ſtabilitate. 33 Qui accingit me for. המאזרני חיל Metaphora eſt vel à balteo ſumpta, vel ab ipſis renibus in quibus Scri
ptura interdũ vigorẽ aut robur locat. Perinde igitur eſt acſi diceret, ſe virtute Dei fuiſſe fortẽ, qui alioqui futurus erat mollis & eneruis. In
2. Samulis legitur, Fortitudo mea *in* exercitu. Et ponit perf. ויתן תמים & expeditam reddit. i. liberã reddit viã meã, ita vt reddatur per
fecta & plana, ſine vllo offendiculo. q. d. tollit omnia impedimẽta de via mea. hoc eſt, efficit vt ad finẽ optatum deueniã. Metaphora ſumpta
à vinctis. In 2. Samuelis legitur, Et ſoluit perfectam, &c. eodem ſenſu. Via pro curſu actionũ ponitur. acſi diceret, Quicquid aggreſſus ſum,
Deus proſperè ſua benedictione direxit. 34 Stare fecit me. יעמידני: Fut. Heb. pro præſ. collocat me. ne ſcilicet corruam. id eſt dum
cogor fugere, dat pedibus meis celeritatẽ ceruorũ, & efficit vt tandẽ recipiam me ad arcẽ in qua tutus ſim. 35 Et conteritur ונחתה
Præt. Heb. pro præſ. & frãgitur. i. dat mihi vires, vt vel arcum fortiſſimũ frãgere poſſim. Fatetur pugnandi dexteritatẽ ſibi propria induſtria
non fuiſſe partam, vel exercitatione, ſed obtigiſſe ſingulari Dei dono. 36 Et dediſti mihi, &c. ותתן־לי מגן ישעך Et dediſti mihi ſcu
tum ſalutẽ tuam. Alii, Et protẽdis mihi clypeũ ſalutis tuæ. Alii, muniuiſti me clypeo tuo ſaluifico. i. Tu es mihi vice clypei quo defendor in
bello. Tu me auxilio tuo defendis velut clypeo impenetrabili. Et manſuetudo t. &c. : וענותך תרבני Fut. Heb. pro præt. vel præſ. i. gratia,
vel benignitate multiplicas me. hoc eſt, cõuertis animos militum ad me, & efficis vt multi me ſequantur. vel, vt pauci milites mei reſiſtant
multitudini hoſtium. q. d. videris multiplicare milites meos. Alii exponunt, magis ac magis prouehis & auges. Augendi enim verbũ conti
nuos fauoris Dei progreſſus notare dicunt. Quidã vertunt, magnificaſti me. 37 Dilataſti greſſus, &c. תרחיב צעדי תחתי Sing. pro
plur. Dilataſti greſſus meos. i. effeciſti vt quocunque irem, lato & amplo greſſu ingrederer: hoc eſt, liberè & ſine metu: aut, pateret mihi iter
expeditum & inoffenſum. Pro, ſub me: Chaldæus paraph. vertit, in loco meo. i. vbi erã. Alii ſic exponunt, eodẽ fere ſenſu, Per dilatationẽ in
greſſus, intelligit viam ſibi æquabilem per inuia fuiſſe patefactam. Subeſt enim antitheſis inter latum ſpatium & anguſtias ex quibus pedẽ
mouere non licet. Senſus eſt, quum in extremam deſperationem coniectus eſſet, Diuinitus fuiſſe expeditum. Et non declinar. &c. ולא
מעדו וגו׳ & non nutarunt [vacillarunt] crura mea. aut, vertebræ meæ. Præt. itẽ pro præſ. i. das mihi greſſum liberũ, vt poſſim diſcurſare huc
illuc: & cõfirmas crura mea vt poſſim perſequi hoſtes meos. 38 Perſequutus ſum ארדוף Fut. Heb. pro præt. vel præſ. verti poſſet
per imperf. q. d. quando perſequebar, &c. Et comprehendi eos, ואשיגם In ſecundo Samuelis legitur, & diſperdidi eos.
39 Tranſfixi eos, &c. אמחצם ולא יוכלו קום Fut. Heb. pro præt. perf. quod etiã per imperfectum verti poteſt, Cædebã [Vel, Cecidi, Cõfre
gi, Vulneraui] eos, ita vt non potuerint ſurgere. In ſecundo Samuelis legitur, Et conſumpſi eos, & confodi eos, nec ſurgent. Ceciderunt
ſubtus, &c. : יפלו תחת רגלי i. proſtratos in terram poſtea calcaui, vel calco pedibus. Oſtendit perfectam hoſtium deiectionem.
40 Et accinxiſti, &c. ותאזרני וגו׳ Idem dicit quod ſuprà verſu 33. Incuruaſti תכריע ſupplantaſti. depreſſiſti. proſtraſti. humiliaſti.
deieciſti. Fut. Heb. pro præt. 41 Et inimicorũ, &c. ואויבי וגו׳ Hebraiſmus, Vertis in fugam inimicos meos. Et odio habẽtes, &c.
ומשנאי אצמיתם: Ad verbum, & oſores mei, & perdidi eos. Anteced. cum rel. pro ſolo antecedente. i. efficis vt terga mihi vertant inimici

mei, & oſores meos perdam. Vertere potes, ſubaudiendo verbum præcedens, & oſorum meorum dediſti mihi ceruicem, & *tũ* ſuccidi eos. In ſecundo Samuelis legitur, Et inimicorum meorum dediſti mihi ceruicem, odio habentium me, & excidi eos.

tes me, ſuccídi.

42 'Clamabãt, & nõ erat ſeruator: 'ad Iehouã, & nõ exaudiuit eos.

43 'Et contudi eos vt puluerem "coram vento, ſicut lutum platearum 'attenuaui eos.

Liberatꝰ Iſraelitarum ſeditionibus, tandem cõſtitutꝰ eſt Rex eorum ac nationũ finitimarum, in quo eſt figura de Chriſto Ieſu.

44 Eruiſti me 'à contentionibus populi, 'poſuiſti me in caput Gentium: populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.

45 "Ad auditum auris "obtemperauerunt mihi, filii extranei 'mentiti ſunt mihi.

46 Filii extranei "defluxerunt: '& contremuerunt è clauſuris ſuis.

Pro liberatione laudat Deum, ac promittit ſe in omnibus nationibus eum laudaturum.

47 'Viuit Iehouáh, '& benedictus ſit Fortis meus, "& exaltetur Deus ſalutis meæ.

48 Deus *eſt* qui dat vltiones mihi, '& adduxit populos ſub me.

49 'Erutor meus 'ab inimicis meis, 'etiã ab inſurgẽtibus in me 'exaltaſti me, "à viro iniquo eruiſti me.

50 Propterea 'cõfitebor tibi ĩ Gẽtibꝰ ô Iehoua, '& nomini tuo pſallã:

51 'Magnificans ſalutes Regis ſui, '& faciens miſericordiam vncto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſeculum.

1 'Victori Canticum Dauidis. XIX.

Oſtendit gloriã Dei celebrari à cælis quos creauit, & viciſſitudine dierum ac noctiũ: etiam à ſole

2 CAEli enarrant gloriam Dei, & opus manuũ eius annuntiat "firmamentum.

3 Dies "diei eloquitur ſermonem, & nox nocti indicat ſciẽtiam.

4 'Non *eſt* ſermo, nec *ſunt* verba, *ubi* non audiatur vox eorum:

ſum: & odientes me diſperdidiſti.

Clamauerũt, nec erat qui ſaluos faceret: ad Dominũ, nec exaudiuit eos.

Rom. 10. d.

Et comminuam eos vt puluerẽ ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.

Eripies me de cõtradictionibus populi: conſtitues me in caput Gẽtium:

Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi: ĩ auditu auris obediuit mihi.

Filii alieni mẽtiti ſunt mihi, filii alieni inueterati ſunt & claudicauerũt à ſemitis ſuis.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meꝰ de inimicis meis iracundis.

Et ab inſurgẽtibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me.

[Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo pſalmũ dicam:

Rom. 15. b. 9

Magnificãs ſalutes Regis eius, & faciens miſericordiã chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſeculum.

In finẽ, Pſalmꝰ Dauid. XVIII

CAEli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat ſcientiam.

Nõ ſunt loquelæ neque ſermones, quorũ nõ audiantur voces eorum.

42 Clamabant, ישועו Vociferabantur. Fut. Heb. pro præt. perf. vel imperf. i. quanuis ad Deum clamauerint, reiectæ fuerunt eorum preces. In ſecundo Samuelis legitur, Aſpexerunt. Ad Iehouã, על־יהוה ſub. clamauerũt inquam. 43 Et cõtudi e. ואשחקם Fut. Heb. pro præt. Et cõminui eos. vel, cõtriui. Corã vento, על־פני־רוח In 2. Samuelis legitur, vt puluerẽ terræ. Attenuaui eos.: אריקך cõminui eos. In 2. Samuelis leguntur duo verba, comminui eos, diſtendi eos. ſiue, cõtriui eos, dilataui eos. Hyperbole, reddidi eos ſimiles luto qui omnium pedibus ſubigitur, vel attenuaui eos vt lutum, &c. 44 A contentionibus מריבי à contradictionibus. vel, rixis. i. à populo reluctãte & repugnãte mihi. Cõmemorat Dauid, quũ tumultuaretur in eum populus, illos inteſtinos motus nonniſi à Deo fuiſſe compoſitos. Deinde eiuſdẽ auſpiciis & virtute, validis gentibus ſub iugum redactis, propagatũ fuiſſe imperiũ quod debile & ſemifractũ fuerat ſub Saule. hinc patet, non minus intus & domi, quàm cõtra exteros hoſtes fuiſſe adiutum. Sub hoc autẽ typo Spiritus ſanctus regnũ Chriſti depingit. Poſuiſti me in caput Gẽ. תשימני לראש גוים. i. conſtituiſti me principẽ Gentium. Hoc dicit quòd adiecerit regno ſuo Ammonitas, Moabitas, Syros, Palæſthinos, & alias gentes vicinas. In 2. Samuelis legitur, cuſtodiſti me, &c. quod ad ſtabilẽ & diuturnam regni poſſeſſionẽ refertur. Difficilimè in officio retinentur qui iugo non ſunt aſſuefacti. Ideo pronuntiat, Deum fuiſſe cuſtodẽ dignitatis quã ipſius auſpiciis adeptus erat vt Gentibus dominaretur. 45 Ad auditũ auris לשמוע אזן. i. ad ſolã famam nominis mei. ſimulatque de me audierunt. Mentiti ſunt mihi. : יכחשו לי negauerũt mihi, ſub. ſe inſurrexiſſe in me: aut fauiſſe inimicis meis. aut ſe vnquã molitas eſſe aliquid cõtra me. Vel, alienigenæ, fœdus quod cũ aliis inierant, propter me ruperunt, & ad me deſciuerunt. Quidã putant Prophetã hîc gloriatũ quòd inimici ſui qui gloriabantur de virtute ſua, & pollicebantur ſibi victoriã contra Dauidem, deprehenſi ſunt mendaces: quũ ſubiicerentur eius imperio. Aut (quæ verior eſſe videtur expoſitio) ficta & coacta humilitate, ſeruiliter, nõ ſponte parent mihi, quod in nouis dominationibus vtplurimum accidere ſolet. Atque id verbum כחש mẽtiri, Hebræis metaphoricè ſignificat aliquando, nempe humiliari, vel ſubiectionis iugum ſuſcipere, ficto tamen & illiberali animo. Filios alienos vocat alienigenas. 46 Defluxerunt: יבולו Fut. Heb. defluent, pro defluxerunt. Alii, deciderũt. i. vires alienigenarum emarcuerunt. hoc eſt, perierunt alienigenæ, quemadmodũ folia quæ decidũt, perire ſolent. Et cõtremuerunt è clauſ. ſuis. : ויחרגו ממסגרותיהם Doctus inter Hebræos duas affert huius loci interpretationes. Prior, & claudicauerunt ob carceres ſuos. i. coacti ſunt claudicare ob pondus & grauitatẽ compedũ ſuarũ, quas induerunt me iubente, & quarũ põdus vix ferre poſſunt. Altera, & cõtabuerunt [defecerũt. expauerũt. formidarunt] è clauſuris ſuis. locis munitis, in quibus tanquam carceribus ſe cõtinebant. q. d. tremẽtes & expauefacti continuerũt ſe in arcibus ſuis: aut metu perculſi in lucẽ prodierũt. 47 Viuit חי Viuẽs eſt. i. oſtẽdit ſe ſumma virtute eſſe præditũ quum exerit virtutem ſuã contra inimicos meos. q. d. Deus meus non eſt Deus mortuus, & vitæ expers, vt idola quæ ſuis opẽ ferre nõ poſſunt. Alii vertunt, Viuat Iehouah. Et benedictus ſit Fortis meus, וברוך צורי & laudetur rupes mea. i. omni laude dignus eſt propugnator meus, ſiue præſidiũ meũ. Significat Deum qui robur confert. Et exaltetur וירום & exaltãdus eſt. ſub. ab omnibus. 48 Et adduxit וידבר & ſubdidit. In 2. Samuelis legitur, & deiicit. eodem ſenſu. i. dedit vt vlciſcerer me de hoſtibus meis, & ſubiecit populos mihi. 49 Erutor meus מפלטי In ſecundo Samuelis legitur, Et educis me. Ab inimicis m. מאויבי. i. de poteſtate inimicorũ meorum. Etiã ab inſurg. in me, אף מן־קמי Etiam præ inimicis meis. vel. ſupra aduerſarios meos. Exaltaſti me, תרוממני Fut. Heb. pro præt. vel præſ. eleuas. A viro iniquo מאיש חמס Ad verbum, à viro iniuriæ. i. violento.

50 Confitebor tibi אודך laudabo [celebrabo] te. i. gratias agam. Et nomini tuo pſ. : ולשמך אזמרה & nomini tuo canã. i. in honorẽ nominis tui, laudes dicam. 51 Magnificans ſalutes מגדיל ישועות A ſecunda ad tertiã tranſiens, de ſe loquitur in tertia perſona. Qui magnam ſalutem affert Regi ſuo. Vertitur & pro præt. Qui magnificauit ſalutes Regis ſui. i. magnificè me Regem ſuum iuuit: magnam opẽ tulit mihi quem Regem conſtituit. In ſecundo Samuelis legitur, Arx ſalutum Regis ſui. Et faciens ועושה Quidam per futurum, & facturus eſt. q. d. beneficiis proſequutus eſt & proſequetur Dauidem quem vnxit in Regem, & poſteros eius in ſeculum.

IN PSALMVM XIX.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. a. 1. 2 Firmamentũ. : הרקיע expãſum. vel extenſio. i. ipſe aer, & tota cæli exactiſſima ſtructura teſtatur quàm eleganter & ad amuſſim operetur Deus manibus ſuis. Vox Hebræa רקיע, pro qua expanſũ ſiue extenſionẽ vertimus, pro cælis & aere accipitur, qui ſunt expanſi velut pellis, iuxta illud Pſal. 104. a. 2, Qui extendis cælũ ſicut pellem. Oſtendit hîc excellentiam Dei partim à cælo condito, & toto mundi opificio, partim à Lege, quam abſolutiſſimam prædicat. 3 Diei eloquitur ליום יביע ad diem eructat. i. dies vna abundè alteram docet quàm potens & magnus ſit Iehouáh. Alii volunt ליום diei, eſſe genitiui caſus, ſubaudientes participium, ſic, Dies *ſuccedens* diei eructat [ſiue, fundit] verbum. nequis diem narrare diei exiſtimet, ſed nobis. q. d. ſinguli dies nobis loquuntur potentiã Dei, poſterior dies ſemper auget ſcientiam. Eructare verbum, pro eloqui. Alii in eandem ſententiam vertunt, Dies de die eructat verbum. Dies de die, id eſt dies ſubſequens præcedentem. Viciſſitudo illa dierum ac noctium, perpetuo ſuo curſu & ordine, Dei potentiam & ſapientiam concelebrant. Nam Deus per ſapientiam ſuam cælo certum illum & conſtantem motum indidit.

4 Non *eſt* ſermo, nec *ſunt*, &c. אין אומר ואין דברים וגו׳. i. nulli ſunt populi, quantumuis differant linguis, quos non doceat communis

cælorum ſermo,& præconium quod Creatori ſuo reddunt.nec quicquam præter ſocordiam obſtat quominus alieniſſimi quique quaſi ex ore vnius doctoris proficiant. Quidam non ſatis rectè vertunt, Non *eſt illis* ſermo, nec *ſunt* verba,neque auditur vox eorum, *Attamen* in omnem terram,&c. q.d. Muti ſunt cæli,neque vt homines fari poſſunt vt potentiam Dei extollant:attamen in ipſam terram,&c.

Rom.10.d.18

In omnem terram exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ verba eorũ.

B In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedẽs de thalamo ſuo,

Exultabit vt gigas ad currendã viã. à ſummo cælo egreſſio eius,

Et occurſus eius vſque ad ſummũ eius:nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Lex Domini immaculata, conuertens animas:teſtimonium Domini fidele,ſapientiam præſtans paruulis.

Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificãtes

C corda:præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini ſanctus,permanẽs in ſeculum ſeculi:iudicia Domini vera,iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in

D cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei nõ fuerint dominati,tũc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

5 In omnem terram ″exiuit linea eorum, & in extremum orbis eloquia eorum: ſoli poſuit tabernaculum ″in ipſis.

6 Et ipſe tanquam ſponſus egrediens de thalamo ſuo, ′gaudet vt potens,ad currendam viam.

7 Ab extremo cælorum egreſſio eius, ″& reuolutio eius vſque ad extrema eorum: ″& non *eſt qui* abſcondat ſe à calore eius.

8 Lex Iehouæ ″perfecta, ″cõuertens animam: ″teſtimonium Iehouæ fidele, ſapientem efficiens ″paruulum.

9 ″Præcepta Iehouæ recta, lætificãtia cor: ″præceptum Iehouæ purum, illuminans oculos.

10 Timor Iehouæ ″mundus, permanens in ſeculum: ″iudicia Iehouæ veritas, ″iuſtificata ſunt pariter.

11 Deſiderabilia magis quàm aurũ ″& quàm aurũ multũ,& dulciora melle ″& ſtillatione fauorum.

12 ′Etiam ſeruus tuus illuſtratur in eis:in cuſtodiendo ea, merces multa eſt.

13 ′Errores quis intelligat? ″ab occultis munda me.

14 Etiam ″à ſuperbiis prohibe ſeruum tuum,ne dominentur mihi: tunc ″perfectus ero, ″& mundus ero à præuaricatione magna.

Oſtẽdit etiam Legem Dei omnibus cælis perfectiorẽ eſſe datã Iſraelitis, in qua Deus extollitur: quam variis nominibus appellat, Legem, teſtimonia, mãdata, timorem Domini,& iudicia: cui⁹ docet efficaciam & dignitatem.

Suæ cõſci⁹ infirmitatis ac corruptionis impediẽtis ne Lex impleatur, petit vt ſua errata ſibi cõdonentur.

5 Exiuit linea eorum, יצא קום dimanauit filum eorum. vel,directio, aut ædificium eorum. Alii,amuſſis eorum.i. ſtructura eorum ad
amuſſim facta. Id eſt, in extremis quibuſque terræ partibus conſpicitur illa fabrica corporum cæleſtium quaſi ad amuſſim facta,quæ eſt vice
verborum.Pro linea & amuſſi quidam vertunt Scripturam: quòd in cælis tanquam in volumine omnibus conſpicuo deſcripta ſit Dei glo-
ria, & ſimul indita illis ſit ſonora vox quæ ad omnium aures perueniat. Atque Ieſaiæ 28.c.10,קו pro verſu,ſiue ſcriptura poni dicunt, vbi di-
citur,Præceptum ad præceptum,præceptum ad præceptum:verſus ad verſum,verſus ad verſum,&c.Senſum itaque talem eſſe, Gloriam Dei
non obſcuris literulis notatam, ſed ſplendido charactere expreſſam eſſe, cuius lectio omnibus expoſita ſit, ac facilis. Quidam allegoricè
Paulum ad Rom.10.d.18,locum iſtum adduxiſſe ſcribunt, dicentes ſonum Euangelicæ prædicationis per Apoſtolos factæ perueniſſe in om-
nes terras. Verùm ſi propius locum Pauli intueamur(vt doctus quidam admonet)Paulus à literali ſenſu huius loci non receſſit. Nondum e-
nim Apoſtolorum prædicatio exierat in regiones longinquas,Iudææ finibus adhuc incluſa. Sed quum Iudæi ſpecie ſacrilegii non carere du-
cerent quòd Paulus ſalutis promiſſionem Gentibus vulgaret:quærit an non ipſæ quoque Gentes audiſſent. Ac reſpondet ex hoc loco, aper-
tã illis fuiſſe ſcholam in qua pietatem & Dei cultũ diſcerent,quia In omnẽ terrã exiuit,&c. volẽs dicere,iam anteactis ſeculis Deum patefe-
ciſſe Gentibus ſuam gloriam:atque hoc amplioris doctrinæ fuiſſe præludium. Nam etſi ad tempus ſeparata fuit electi populi conditio à Gẽ-
tibus:mirum tamen videri non debere,quòd vtriſque tandem Deus promiſcuè ſe patefaceret,quos pridem communiter ad ſe inuitaſſet.
In ipſis. ׃ בהם ſub.cælis. Domicilium(inquit)circunſcripſit in cælis ipſi ſoli,vt illic,tanquam in ſublimi theatro,melius conſpiceretur.
6 Gaudet vt potens, ישׂישׂ כגבור exultat vt gigas.aut,velut heros.Fut.Heb.pro præſ.Vel,exultare ſolet vt potens,aut athleta & curſor,ad
currendam viam.i.ad decurrendum ſpatium ſuum. Vbi(inquit)ortus eſt ſol,peragit curſum ſuum prompto, læto, & alacri animo, quemad-
modum alacri & generoſo animo tendit curſor ad metam ſibi in ſtadio propoſitam.De ortu ſolis loquitur.
7 Et reuolutio eius ותקופתו & recurſus eius.circuitio.luſtratio.Per extrema cæli,intelligit quatuor cæli partes,Ortum,Occaſum, Meri-
diem,& Septentrionem. q. d. Curſus ſolis quem tam celeriter peragit,eſt ab Oriente ad Occidentem:ab altero extremo cælorum eſt egreſſus
eius,& recurſus eius vſque ad alterum extremum. Et non *eſt qui* abſcondat ſe ואין נסתר & nihil eſt quod abſcondatur.Nihil eſt ad quod
non perueniat calor eius.Sol præterquam quòd totum cælum luſtrat, emittit calorem, ſine quo viuere non poſſumus. Sentiunt omnia calo-
rem ſolis viuificum. 8 Perfecta, תמימה immaculata.ſincera.integra.Sub Legis nomine non tantùm intelligit regulam iuſtè viuen
di,vel decẽ præcepta:ſed cõprehendit totum fœdus quo Deus populum illum à reliquo mũdo diſtinxerat:ac totam Moſis doctrinam, cuius
partes deinde enumerat ſub vocibus Teſtimoniis,Statutorum,& aliis.neque enim hæc Legis commemdatio ſolis decem præceptis quadra-
ret,niſi accederet adoptio gratuita,& quæ ex ea dependent promiſſiones. Conuertens מֹשִׁיבַת reſtituens. recreans. id eſt hilaritatem a-
nimo pariens.q.d. certiſſimum eſt cælos commendare virtutem Dei quum ob motum regularem, tum ob ſingulare ſolis iubar: ſed ſi illa cõ-
mendatio cælorum componatur cum commendatione quæ prouenit ex contemplatione Legis Dei, nihil eſt. Cæli quidem miro artificio
creati ſunt,& ob id Diuinam potentiam oſtentant:at Lex Dei eſt omnibus numeris abſoluta. Teſtimonium Iehouæ fidele, עדות יהוה
נאמנה teſtimonium Iehouæ firmum.conſtans. verum.q.d. doctrina Dei(quæ alio nomine dicitur teſtimonium,quòd teſtetur nobis eius vo
luntatem)fallere non poteſt.Repetitio eſt proximæ ſententiæ,vt Legis integritas & fides,atque veritas teſtimonii,idem valeãt:nempe vbi nos
Dei verbo regendos tradimus,non eſſe errandi periculum, quia certò hac via Dominus ſuos in ſalutem dirigit. Paruulum. ׃ פתי im-
peritum.ſimplicem. 9 Præcepta פקודי Mandata.Iuſſa.Recta vocat præcepta, quæ rectũ ad vitam iter docent,non flexuoſum,qua-
le docet caro & cautio humana. Præceptum מצות Mutatio numeri à plurali ad ſingulare.
10 Mundus, טהורה purus.ſincerus. Quidam vertunt,Religio[vel,Reuerentia]Iehouæ ſincera eſt.Timorem vocat doctrinam quæ nobis
præſcribit quomodo Deum timere oporteat. Iudicia משפטי Iudicia Dei vocat Leges quibus Deus oſtendit quid iudicet agendum eſ-
ſe.Leges(inquit)à Deo latæ vt iuxta illas viuamus,ſunt veræ,hoc eſt nihil habent imposturæ:ſunt etiam per omnia iuſtæ. Iuſtificata ſunt
pariter. ׃ צדקו יחדו iuſta ſunt ſimul. vel,ſimúlque iuſta.q.d. Omnia ad vnum ſine exceptione recta ſunt, nihil in eis maculæ aut vitii depre-
henditur,ſed abſoluta ſunt omnibus numeris. 11 Et quàm aurum multum, ומפז רב & quàm obrizum multum.Vox Hebræa פז ſi-
gnificat aurum obrizum,id eſt defæcatius,fortius,& repurgatius.ſignificat & gemmas excellentiſſimas.Chaldæus paraph. aurum defæcatiſſi-
mum Ophir. Et ſtillatione fauorum. ׃ ונופת צופים & liquore fauorum. Repetitio eſt:nam mel eſt liquor fauorum. Alii vertunt,& ſtil-
latione,placentis melle confectis.i.dulciora ſtillatione fauorum,aut aromatis,dulciora inquam placentis melle confectis.
12 Etiam ſeruus tuus illuſtratur in eis: גם־עבדך נזהר בהם Seruus quoque tuus admonetur per ea.ſub.quid illi agendum. Aut,cautior red
ditur, ſub.in rebus agendis. Teſtatur Dauid ſe proprio experimento probè tenere quicquid hactenus docuit:fatetur nanque quicquid ha-
bet prudentiæ ad regendam & formandam vitam,ex Lege Dei ſe adeptum eſſe.
13 Errores quis intelligat? שגיאות מי־יבין Errata quis intelligat? Ignorantias quis intelligere poſſit? Hac exclamatione oſtendit quo-
modo accipere conueniat promiſſiones Dei,quibus addita eſt conditio,nempe vt quiſque vitam ſuam examinet:nec facta modò ſua,ſed co-
gitationes etiam exigat ad perfectam illam iuſtitiæ normam quæ in Lege traditur. Dicit Dauid pluribus Satanæ fallaciis nos implicari,
quàm vt quiſque centeſimam malorum ſuorum partem intelligat.
14 A ſuperbiis prohibe מזדים חשך à flagitiis cohibe. Ab inſolentiis auerte[vel,retrahe]ſeruum tuum. Per ſuperbias intelligit apertas
tranſgreſſiones quibus adiuncta eſt contumacia. Perfectus איתם integer.ſincerus. Et mundus ero à præuaricatione magna. ונקיתי
׃ מפשע רב & innocens ero à tranſgreſſione graui. Alii,& mundabor à ſcelere grandi.

Orat vt ſua ei oratio grata ſit.

"Sint ad placitũ eloquia oris mei, & meditatio cordis mei corã 15
te Iehoua, "petra mea, & redemptor mi.

"Victori Canticum Dauidis. XX. 1

Oratio populi ad Deũ vt velit exaudire preces Dauidis regis ſui, grat áque habere ſacrificia ab eo antè oblata, quàm bellũ cõtra Ammonitas ſuſciperet: ac vt det ei victoriam.

EXaudiat te Iehoua ĩ die ãguſtiæ, "eleuet te nomẽ Dei Iayacób. 2
Mittat tibi auxilium "de ſanctitate: & de xSiión "fulciat te. 3
"Recordetur omnium ſacrificiorum tuorum, & holocauſtum 4
tuum "incineret. ɔSélah.
Det tibi ſecundum cor tuum: & omne conſilium tuũ impleat. 5
"Exultabimus in ſalute tua, & in nomine Dei noſtri " vexillum 6
eleuabimus: impleat Iehouáh omnes petitiones tuas.

Populus victoriã ſperat, confidens plane Domino, nõ humanis viribus ſicut ipſorum inimici.

Nunc noui quòd ſeruauerit Iehouáh vnctũ ſuum: "exaudiet il 7
lum de cælis ſanctitatis ſuæ, "in fortitudinibus ſalus dexteræ eius.
Hi in curru, & hi in equis *fidunt*: at nos "nomen Iehouæ Dei no- 8
ſtri memorabimus.

Iterũ precantur.

Hi "ĩcuruati ſũt, & ceciderũt: at nos ſurreximꝰ, & ereximus nos. 9
"Iehoua, ſerua, "Rex *ille* exaudiat nos in die qua inuocauerimus. 10

"Victori "Canticum Dauidis. XXI. 1

Populus ſibi gratulãs gratias Deo agit, cõmemorãs ſalutẽ ac victoriã quã in maximis periculis Dauidi dedit, omnia tribuens Deo, nihil humanis viribus.

IEhoua, "in fortitudine tua "lætatur Rex, "& in ſalute tua exultat 2
quamuehementiſſimé.
Deſiderium cordis eius "dediſti ei: "& prolationẽ labiorum eius 3
non prohibuiſti. ɔSélah.
Quoniã "præueniſti eum benedictionibus boni: impoſuiſti ca- 4
piti eius coronam "auream.
Vitã petiit à te, & dediſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ & ſeculũ. 5
Magna eſt gloria eius "in ſalute tua: "gloria m & decorem poſui- 6
ſti ſuper eum:

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Dñe adiutor meꝰ & redẽptor meꝰ.

In finẽ, Pſalmus Dauid. XIX.

EXaudiat te Dñs in die tribulationis: protegat te nomẽ Dei Iacob.
Mittat tibi auxiliũ de ſancto: & de Sion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.
Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam ſaluum fecit Dominus chriſtum ſuum: B
Exaudiat illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt, & ceciderũt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus.
Domine ſaluũ fac Regẽ, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Pſalmus Dauid. XX.

DOmine, in virtute tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer.
Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo.
Vitam petiit à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ & in ſeculum ſeculi.
Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum: B

15 Sint ad placitum יהיו לרצון Hebraiſmus, pro Complaceant. Sint accepta, vel grata. ſub. tibi. Petra mea, & redemptor mi. צורי וגאלי: rupes mea, & liberator meus. vel, propugnator meus, & vindex meus.

IN PSALMVM XX.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. a. 1. 2 Eleuet te ישגבך exaltet te. i. in loco arduo, hoc eſt tuto, collocet. Nomen vocat potentiã ſiue maieſtatem. Deum autem Iacob dicit, quem ipſe Iacob ſumma religione coluit. quique ipſi Iacob variis afflictionibus exagitato & exercitato affuit. Aut Deus Iacob dicitur, id eſt totius Iſraelitici populi. Hic Pſalmus complectitur populi precationem pro ſalute Dauidis. Aiunt Pſalmum hunc ſcriptum fuiſſe quũ geſtum eſt bellum cum Ammonitis, 2. Samu. 10. b. 7. Præterea populo formulam precandi præſcribere pro Rege ſuo. 3 De ſanctitate: מקודש de ſancto. ſub. loco. Id eſt è ſanctuario vbi erat arca, ſignum præſentiæ Dei in terra Iſrael. Fulciat te. יסעדך: firmet te. 4 Recordetur omnium ſacrificiorum tuorum, יזכור כל־מנחותיך *Vtinam* olfaciat omnia munera tua. Id eſt, grata habeat. Olfaciat dicit, quòd thus in illis incenderetur in memoriam offerentis, Leuit. 2. a. 2. Incineret. ידשנה in cinerem vertat. ſub. Deus, igni cælitus demiſſo, quo teſtetur ſibi gratum eſſe ſacrificium. Leuit. 9. d. 24, & 1. Reg. 18. f. 38. Alii, pingue faciat, vel ſit, aut æſtimet. In fine verſus additur ɔSélah: vt oſtendatur quanto ardore pro Rege populus debeat orare. q. d. quàm magnum eſt offerre oblationẽ Deo gratam! quàm magni momenti eſt holocauſtum à Deo probari, & preces ab eo exaudiri.

6 Exultabimus in ſal. t. נרננה בישועתך Ouemus in ſalute tua. i. de victoria qua incolumis potitus fueris. Vexillum eleu. נדגול vexillum iactemus, aut attollamus. q. d. vtinam habeamus occaſionem attollendi vexillum, more triumphãtium. Alii, vexillum erigemus. Alii, triumphabimus. 7 Exaudiet il. יענהו *quòd* exauditurus ſit illum. Vel exaudierit. Gratulatio in qua recitant fideles ſe expertos eſſe Dei bonitatem in intuẽda Regis ſalute. In fortitudinibus, &c. בגבורות ישע ימינו: in potẽtiis ſalus dexteræ eius. Ordo inuerſus Hebræis, pro, in potentiis dexteræ eius eſt ſalus. Præterea Hebraiſmus eſt, pro, in forti dextera eius eſt ſalus, virtute ſua omnes ſeruare poteſt.

8 Nomen Iehouæ, &c. בשם־יהוה אלהינו נזכיר: nominis Iehouæ Dei noſtri recordabimur. Id eſt, inuocabimus Deum noſtrum: vires illius & auxilium implorabimus, illi ſoli fidentes. Alii, de nomine Iehouæ Dei noſtri commentabimur.

9 Incuruati ſunt, & cecid. &c. כרעו ונפלו ואנחנו קמנו ונתעודד: curuabuntur & corruent: at nos ſurgemus, & erigemus nos. Præt. Heb. pro fut. quòd de victoria certus eſſet. q. d. Illi qui omnia dicebant ſe facturos viribus humanis, corruent: nos verò erigemur, ſiue erigemus nos in pedes, erectique ſtabimus. Alii, ſuccumbent, & cadent: nos vero ſtabimus & confirmabimur.

10 Iehoua, ſerua, יהוה הושיעה ſub. nos, vel Regem. i. Regẽ tuum benediceẽdo, totius populi ſeruator appareas. Rex *ille* exaudiat nos המלך יעננו A ſecunda ad tertiam perſonam fit tranſitus, pro, O Rex inclyte, exaudi. cuius vices in terra gerunt Reges, annue nobis quoties auxilium tuum implorauerimus. Verti poteſt, Iehoua ſerua Regem, reſponde, &c. vel, ſerua *nos*, & Regem. rectius tamen vt vertit noſter interpres: vt exprimatur ſalutis modus, nempe vt Rex, Dei virtute inſtructus ſit ad liberandum populum, quoties eius opem implorauerint: quia non aliter quàm eius manu & opera promiſerat Deus ſuos fore ſaluos.

IN PSALMVM XXI.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. a. 1. Canticum Dauidis. מזמור לדוד Pſalmus de Dauide, ſiue pro Dauide, pro ſucceſſu Dauidis. Agit hîc Dauid de ſucceſſu regni ſui in ſua aut populi perſona. Quidam dicunt eſſe ἐπινίκιον quod cecinit Dauid victis Ammonitis & Syris: tunc vertendus eſſet per præteritum hic Pſalmus. Nonnulli aiunt ab alio quàm à Dauide Pſalmum hunc fuiſſe editum pro ſalute Dauidis.

2 In fortitudine tua בעזך de virtute tua. i. de ope tua. Lætatur ישמח gaudebit. lætabitur. Ita per futurum vertunt quidam verba huius Pſalmi. Et in ſalute tua ובישועתך & de ſalute tua. & de ope tua. Salutẽ vocat opem qua eripere ſolet. i. quia author victoriæ illi fuiſti.

3 Dediſti נתתה dabis. Præt. Heb. pro fut. vt quidam volunt. Et prolationem labiorum, &c. וארשת שפתיו בל מנעת & prolationem labiorum eius non denegaſti ei. Vel per futurum, non denegabis ei. Prolationem, ſiue ſermonem labiorum vocat ea quæ precatus eſt. ɔSélah additur, acſi dicat, O magnam & admirabilem Dei beneuolentiam erga Dauidem!

4 Præueniſti eum bened. boni: תקדמנו ברכות טוב Hebraiſmus, pro, omni genere bonorum vltro affluere facies eum: quocunque ſe vertat, erit fœliciſſimus: etiam nihil tale cogitantem afficies ampliſſimis beneficiis. Auream. פז: auri puri. vel, gemmeam. Vide Pſal. 19. c. 11. Hebræi dicunt per hoc intelligi fauorem Dei: acſi dicat, Stabilies regnum eius perpetuó. 6 In ſalute tua: בישועתך .i. propter opem quam tuliſti ei. Gloriam & decorem הוד והדר honorem & ſplendorem. celebritatem & magnificentiam, ſiue claritatem.

Quoniã dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: lætificabis eũ in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex ſperat in Domino, & in miſericordia Altiſſimi, non commouebitur.

Inueniatur man⁹ tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tẽ-
C pore vultus tui:
Domin⁹ in ira ſua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: & ſemen eorum à filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.
Quoniam pones eos dorſum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorũ.

Exaltare Dñe in virtute tua: cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

XXI.

In finẽ pro ſuſceptione matutina, Pſalmus Dauid.

Matth.17.e.46 marc.15.c.34 DEus Deus meus reſpice in me: ‖quare me dereliquiſti? lõge à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael.
In te ſperauerũt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos.
B Ad te clamauerũt, & ſalui facti ſũt: in te ſperauerunt, & nõ ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

Matth.17.e.39 ‖Omnes videntes me, deriſerũt me: locuti ſunt labiis, & mouerũt caput,
Matth.17.e.43 ſapient.2.d.18 ‖Sperauit in Domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eũ.

Quoniã tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab huberib⁹ matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero:

C De ventre matris meæ Deus me⁹ es tu:

7 Quoniam ′poſuiſti eum benedictiones in ſeculum, lætificaſti eum in lætitia″vultu tuo.

8 Quoniam rex ſperat in Iehoua, & in miſericordia Altiſſimi, ″nõ declinabit.

9 ″Inueniet manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua ′inueniet odio habentes te.

10 Pones eos″vt clibanum ignis in tempore iræ tuæ: Iehoua in furore ſuo″diſperdet eos, & conſumet eos ignis.

11 Fructum eorum è terra perdes, & ſemẽ eorum à filiis hominũ:

12 Quoniam″declinauerunt ſuper te malum, cogitauerunt″cogitationem *quam* non poterunt *perficere*.

13 Quoniam pones eos″humerum, ″in funibus tuis præparabis *ſagittas* contra faciem eorum.

14 ″Exalta te Iehoua in fortitudine tua: cantabimus, & pſallemus fortitudinem tuam.

XXII.

1 ′Victori″ſuper Ceruam matutinam canticum Dauidis.

2 DEus meus, Deus meus, vtquid dereliquiſti me, ″elõgatus es à ſalute mea *&* à verbis rugitus mei?

3 Deus meus clamo per diem, & non exaudis: & nocte, & non eſt ſilentium mihi.

4 Et tu″ſanctus, permanens laudes Iwſrael.

5 In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & eruiſti eos.

6 Ad te clamauerunt, ″& euaſerũt: in te ſperauerunt, ″& non fuerunt pudore affecti.

7 Et ego ſum *ut* vermis, & non vir: opprobrium hominum, ′& cõtemptus populi.

8 Oẽs vidẽtes me ſubſannãt me, ′emittũt per labiũ, mouẽt caput:

9 ′Deuoluit *res ſuas* ad Iehouã, eruat eum, eripiat eum, quoniam ″complacet ſibi in eo.

10 ″Quoniam tu es eductor meus ab vtero, ′confidere faciens me ſuper hubera matris meæ.

11 ″Super te proiectus ſum à vulua: de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Bon⁹ Rex, populi benedictio, ſiue exemplum benedictionis.

Quã vim habeat fiducia in Deo.

Impiorũ exitus.

Excitant Deũ ad declarandã ſuam potẽtiã, & quamobrem.

Chriſti in cruce angores propè vſque ad deſperationem, ſentiens ſe à Patre deſtitutum eſſe, licet ad tempus.

Ludibria ei facta à populo, eiúſque gubernatoribus ſacerdotibus, Scribis & Phariſæis.

Spem ſuã in Deo excitat, atque inuocat Patrem.

---

7 Poſ. eum ben. in ſec. תשיתהו ברכות לעד Hebraiſmus, pro, in eum locum conſtituiſti eum vt omni genere bonorũ perpetuo affluat. Nam ברך ſignificat etiam beneficentiam, & bonorum omnium affluentiam & multiplicationẽ. Vel, effeciſti vt alii per eũ benedictionis formulam accipiant. nã dicturi ſunt, Diligat te Deus perinde atque Dauidẽ dilexit: tanto rerũ ſucceſſu polleas, quãto Dauid. Vultu tuo. :פניך Id eſt, fauore tuo. quum benigno & fauente vultu fueris eum intuitus. 8 Non declinabit. :בל־ימוט non nutabit.

9 Inueniet, &c. תמצא ידך לכל־איביך Aſſequetur (vel Apprehendet) manus tua omnes inimicos tuos. Acſi dicat, non effugient omnes inimici tui manum tuã, ſiue potẽtiam qua illos comprehendes ac perdes. Alii vertunt, Satis erit (vel Sufficiet) manus tua ad *perdendos* omnes inimicos tuos. Inueniet תמצא aſſequetur. apprehendet. Idem verbum quod paulo antè.

10 Vt clibanum ignis, כתנור אש tanquam fornacem ignis. aut, velut accenſam fornacem. i. facies eos perire vt ligna quæ coniiciuntur in fornacem ardentem. Vel, ardere eos facies inſtar clibani ardentis & incenſi. Diſperdet eos, יבלעם deuorabit eos. abſorbebit illos.

12 Declinauerunt נטו intenderunt. expanderunt. Cogitationem מזמה ſcelus. dolum. fraudem.

13 Humerum, שכם Humerus pro aggere. Alii, ad partem, vel ſeorſum. i. ſepones eos. In fun. t. præp. במיתריך תכונן in neruis tuis diriges. 14 Exalta te רומה Attolle te. Exaltare. q. d. oſtende potentiam tuam ferendo auxilium regi.

IN PSALMVM XXII.

1 Victori, למנצח Vide Pſal. 4. Super Cer. mat. על־אילת השחר ſuper ceruam auroræ. i. matutinam: hoc eſt, ad modos cantilenæ vulgaris, cuius initium erat Cerua matutina. Alii vertunt, Super ſtellam matutinam: quòd totus Pſalmus ſit de Chriſto lucifero. Quidam, ſuper Aieleth hawſanhar: vt ſit nomen inſtrumenti muſici.

2 Elongatus es, &c. :רחוק מישועתי דברי שאגתי longe abes à ſalute mea, *atque à* verbis, &c. Alii, Longe à ſalute mea verba rugitus mei.

4 Sanctus, perm. laud. Iſr. :קדוש יושב תהלות ישראל ſanctus habitator (vel ſeſſor) laudum Iſraelis. Id eſt, habitans in loco in quo te celebrat Iſrael, nempe in tabernaculo. vel, in loco de quo gloriatur Iſrael. Alii vertunt, O ſancte, permanens, *&* laudes Iſraelis. i. author vt multi laudent Iſraelem. Alii, habitans *in* laudibus Iſraelis. i. qui ſemper laudaris ab Iſraele. Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, exaudi me.

6 Et euaſerunt, ונמלטו & erepti ſunt. vel, liberati. Et non fue. pud. aff. :ולא־בושו. q. d. conſequuti ſunt quod petebant.

7 Et contempt. pop.: ובזוי עם Paſſiuum eſt, contemptus, vel deſpectus à populo. Quidam vertunt, & reiectamentum populi.

8 Emittunt per labium, יפטירו בשפה ſub. ſubſannatoria verba. Alii, effutiuerunt in labio. ſub. calumniam. Fut. Heb. pro præſen. aut præt. Alii, profuderunt per labium. i. ore ſuo probra iaciunt in me, ſiue ingerunt, aut obiiciunt.

9 Deuoluit ad Ieho. גל אל־יהוה Hebraiſmus, pro, & committit res ſuas omnes Iehouæ, pendet ab eo ſolo. Compla. ſibi in eo: חפץ בו Hebraiſmus, pro deamat eum Deus, vt ipſe ait. Vel, quum dicat ſe diligi ab eo.

10 Quoniam tu es edu. m. כי־אתה גחי Quum ſis extractor meus. Confid. fa. me ſu. hub. מבטיחי על־שדי ſperare faciens me ſuper hubera. pro, ab huberibus. hoc eſt, quum iam tum ab infantia omnem fiduciam meam in te haberem.

11 Super te proie. ſ. à vul. עליך השלכתי מרחם Id eſt tuæ curæ demandatus ſum. Quidam vertunt, Veluti expoſititius tibi fui à matrice.

12 Ne elonges te à me : quoniam anguſtia eſt propinqua,″quia nõ eſt auxiliator.

Queritur de multitudine ac vi inimicorum ſuorũ, oſtẽdens ſuã maximã debilitatẽ atque imbecillitatem.

13 Circundederunt me vituli multi:tauri Baשּׁſan *inſtar coronæ* circũdederunt me.

14 Aperuerunt ſuper me os ſuum,*ut* leo rapiens & rugiens.

15 Sicut aqua″effuſus ſum, & ſeparata ſũt omnia oſſa mea: factũq; eſt cor meum ſicut cera, liquefecit ſe in medio viſcerũ meorum.

16 Aruit tãquam teſta″fortitudo mea, & lingua mea iungitur faucibus meis,″& in puluerem mortis poſuiſti me.

17 Quoniam circundederunt me canes,congregatio malignantiũ circundederunt me:″foderunt manus meas & pedes meos.

18 ″Numerabo omnia oſſa mea:ipſi″aſpiciunt,*&* intuentur me.

19 ″Diuiſerunt veſtimenta mea ſibiipſis,& ſuper veſtem meã proiecerunt ſortem.

Continuat precationẽ ſuã vt liberetur,atque ita patrem ſuũ laudet in Eccleſia,atque excitet oẽs Chriſtianos ad ſperandũ in Deo in ſuis calamitatibus.

20 Et tu Iehoua″ne elõges te,fortitudo mea ad auxiliũ meũ feſtina

21 Erue à gladio animam meam,″è manu canis vnicam meam.

22 Serua me ab ore leonis,& à cornibus vnicorniũ″exaudias me.

23 Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio congregationis laudabo te.

24 *Dicam,* Timentes Iehouã laudate eum , vniuerſum ſemẽ Iaעacob ″glorificate eum,& timete ab eo omne ſemen Iשּׁſrael:

25 Quia non ſpreuit,nec abominatus eſt″humilitatẽ pauperis,neque abſcondit faciẽ ſuam ab eo:& dum clamaret ad eũ,audiuit.

Vota Ieſu Chriſti erãt ad laudandũ Patrẽ ſuũ poſt liberationem.

26 ″A te laus mea in congregatione multa : vota mea reddam coram″timentibus eum.

Satietas afflictis.

27 Edent″pauperes,& ſaturabuntur: laudabunt Iehouam quærentes eum: viuet″cor veſtrum in ſeculum.

Prædicit amplificationẽ regni Ieſu Chriſti vſque ad Gentes.

28 ″Reminiſcentur & conuertentur ad Iehouã omnes fines terræ: ″& inclinabunt ſe coram te vniuerſæ familiæ Gentium:

29 Quoniam Iehouæ eſt regnum,& dominatur Gentibus.

Diuites etiam ac potentes orbis, mortuique , cognoſcent Ieſum Chriſtũ,& oẽs qui miſere in ſuis cõſciẽtiis affligũtur.

30 Comedẽt,& adorabũt oẽs pĩgues terræ: ante ipſum inclinabũt ſe omnes ″deſcendentes *in* puluerẽ,″& *qui* animã ſuã nõ viuificauit.

31 Semen *eorum* ſeruiet ei,″narrabitur Domino in generationem.

32 Venient,& annuntiabunt iuſtitiam eius″populo

12 ne diſceſſeris à me.
Quoniam tribulatio proxima eſt,
quoniam non eſt qui adiuuet.

13 Circundederunt me vituli multi:
tauri pingues obſederunt me.

14 Aperuerũt ſuper me os ſuum,ſicut D
leo rapiens & rugiens.
15 Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa
ſunt omnia oſſa mea:
Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.
16 Aruit tanquam teſta virtus mea,&
lingua mea adhæſit faucibus meis,&
in puluerem mortis deduxiſti me.

17 Quoniam circundederũt me canes
multi: concilium malignantium obſedit me.
Foderũt man⁹ meas & pedes me- Matth.27.d.35
18 os,dinumerauerunt omnia oſſa mea: marc.15.b.24 luc.23.d.33
19 Ipſi verò cõſiderauerũt,& inſpexe- iohan.19.d.23
rũt me: diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea, Iohan.19.e.24
&ſuper veſtem meam miſerũt ſortẽ. E
Tu autem Domine ne elõgaueris
20 auxilium tuum,ad defenſionem meã
conſpice.
21 Erue à framea animam meam : &
de manu canis vnicam meam.
22 Salua me ex ore leonis , & à cornibus vnicornium humilitatem meã.
23 Narrabo nomen tuũ fratribus me- Heb.2.c.12
is:in medio eccleſiæ laudabo te.

24 Qui timetis Dominum,laudate eum : vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.
Timeat eum omne ſemen Iſrael:
25 quoniam nõ ſpreuit , neque deſpexit F
deprecationem pauperis:
Nec auertit faciem ſuã à me:& cum
26 clamarem ad eum,exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccleſia magna : vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
27 Edent pauperes, & ſaturabũtur, &
laudabunt Dominum qui requirunt
eũ:viuent corda eorũ in ſeculũ ſeculi.
28 Reminiſcentur & conuertentur ad
Dominum vniuerſi fines terræ, G
Et adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium:
29 Quoniam Domini eſt regnum : &
ipſe dominabitur Gentium.
30 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ:in cõſpectu eius
cadẽt omnes qui deſcendũt in terrã.
31 Et anima mea illi viuet : & ſemen
meum ſeruiet ipſi.
32 Annũtiabiť Dño generatio vẽtura:
& annuntiabunt cæli iuſtitiã eius po-

---

12 Quia non כִּי־אֵין Quia,repetitum loco *&* coniunctionis.

15 Effuſus ſum, נִשְׁפַּכְתִּי defluxi.q.d.caro mea ferè verſa eſt in aquam.His hyperbolis declarat magnitudinem ſui timoris.

16 Fortitudo mea, כֹּחִי viror meus.ſuccus meus. Virorem vocat humidum radicale : quia per illud viuimus. Futura in hoc verſu pro præt. Et in pul.mor. וְלַעֲפַר מָוֶת Puluis mortis pro terra ſepulchri,& ipſo ſepulchro.q.d.ex hac tribulatione nihil aliud expecto quàm mortem.ita me afflixiſti,vt breui recondar in terram. Vide infrà verſu 30.

17 Foderunt כָּאֲרִי Varia eſt lectio Hebræis.ſcribitur enim כָּרוּ foderunt. Et in hunc ſenſum, dicenti Thomæ, Niſi videro in manibus eius veſtigium(ſiue figuram)clauorum,&c. Chriſtus reſpondet, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas,& admoue manum tuam, & immitte in latus meum. Iohan. 20.f.25.& 27.Scribitur & כָּאֲרִי ſicut leo.ſub.cinxerunt,vel momorderunt me.Prior lectio,verior.

18 Numerabo אֲסַפֵּר Numerare licet.Numerarem.aut,Numerare poſſem.Sic aliàs ſæpe vertitur futurum. Aſpiciunt יַבִּיטוּ Fut. Heb.pro præſ. 19 Diuiſerunt יְחַלְּקוּ Futura Heb.pro præſ.aut præt.

20 Ne elonges te אַל־תִּרְחָק ne procul abſis.ſub.à me.

21 E manu ca.vn.m. מִיַּד־כֶּלֶב יְחִידָתִי׃ Singulare pro plurali, canis pro canum,hoc eſt aduerſariorum. Manus pro vi & potentia. Vnicam ſuam vocat animam,quòd(vt ſcribunt Hebræi)ſola cæleſtis ſit, habitans in domo lutea.

22 Exaud.me. עֲנִיתָנִי׃ Hebraiſmus,pro,exaudiendo eripe me. Propterea nonnulli ſenſum reddentes , verterunt,eripe me. Præt. Heb pro fut.& futurum pro imper. 24 Glorificate eum, כַּבְּדוּהוּ magnificate eum.

25 Humilitatem pauperis, עֱנוּת עָנִי afflictionem afflicti.

26 A te laus mea מֵאִתְּךָ תְהִלָּתִי De te laus mea. Hebraiſmus,Cauſa & fundamentum laudis meæ tu es. Timentibus eum. יְרֵאָיו׃ Pronomen tertiæ perſonæ loco ſecundæ,timentibus te.

27 Pauperes עֲנָוִים humiles.afflicti.manſueti. Cor veſtrum לְבַבְכֶם Pronomen ſecundæ perſonæ loco tertiæ,cor eorum.

28 Reminiſcentur יִזְכְּרוּ ſub.bonitatis Dei. Et inclinabunt ſe וְיִשְׁתַּחֲווּ & adorabunt.

30 Comedent אָכְלוּ ſub.de ſacrificiis pacificorum quæ obtulerint.acſi dicat,ſacrificabunt illi.Præt.Heb.pro fut. Deſcend.in pul. יוֹרְדֵי עָפָר Ad verbũ,deſcenſores pulueris.i.qui deſcendunt in ſepulchrum.Vide ſuprà verſu 16. Vel, qui in puluerem rediguntur. Et *qui* animã,&c. וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה׃ Mutatio numeri,pro,non viuificauerunt.i.quum nemo eorum vitam ſuam conſeruauerit,aut conſeruare potuerit. Quidam interpretantur de Chriſto, Quum tamen animam ſuam non viuificauerit. acſi dicat,licet Chriſtus morte turpiſſima moriturus ſit,non propterea deterrebuntur Gentes à fide in ipſum.

31 Narrabitur,&c. יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר׃ annumerabitur Domino in nationem. Vel vt alii,Semen *quod* ſeruiet ei,annumerabitur Domino in perpetuum,&c.i.poſteri qui coluerint eum,dicentur ſemen Dei in perpetuum.

32 Populo genito לְעַם נוֹלָד id eſt qui naſcetur ab eis. Alii,populus natus,ſiue genitus,nempe à Deo,vt ait Iohan.1.b.13.q.d.populus ex

pulo qui naſcetur, quē fecit Domin⁹.

Pſalmus Dauid. XXII.

Eſa.40.c.11 jerem.23.a.5 ezech.34.f.23 Iohan.10.b.11 1.pet.2.d.25

1 DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.

2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

3 Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.

4 Nā etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

B Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

5 Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebriās quàm præclarus eſt.

6 Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ:

Et vt inhabitē in domo Domini, in longitudinem dierū. XXIII.

1 Pſalmus Dauid prima ſabbathi.

Exod.19.a.5 1.cor.10.f.26 pſal.49.c.12

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo:

2 Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eū.

3 Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

4 Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam

B ſuā, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

5 Hic accipiet benedictionem à Dño & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

6 Hæc eſt generatio quærentium eū, quærentium faciem Dei Iacob.

7 Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

C 8 Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

9 Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

10 Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

genito ″quia fecit.

1 Canticum Dauidis. XXIII.

IEhoua ″paſcit me: non ″deficiam.

2 ″In tuguriis germinis accubare facit me, ″ad aquas requierum deducit me.

3 Animam meam ″conuertit, ducit me per ſemitas ″iuſtitiæ propter nomen ſuum.

4 Etiamſi ″ambulauero per vallem vmbræ mortis, nō timebo malum, quoniam tu mecum es: virga tua, & ″baculus tuus, ipſa conſolantur me.

5 ″Præparas coram me menſam, e regione hoſtium meorū: ″impinguaſti in oleo caput meum, calix meus exhuberans.

6 ″Verūtamen bonum & miſericordia proſequentur me omnibus diebus vitæ meæ, & habitabo in domo Iehouæ ″in longitudinem dierum.

Dauid vt expertus, ſub ſimilitudine paſtoris & ouiū docet quàm magna, & certa ſit prouidentia Dei erga ſuos.

Miſericordia & vita æterna.

1 Dauidis canticum. XXIIII.

IEhouæ eſt terra ″& plenitudo eius: orbis, & habitantes in eo.

2 Quia ipſe ″ſuper maria fūdauit eā, & ſuper flumina firmauit eā.

3 Quis aſcendet in montem Iehouæ, & quis ſtabit in loco ſanctitatis eius?

4 Mundus manibus, & mundus corde, qui ″non accipit in vanum animam ſuam, nec iurat doloſe:

5 Accipiet benedictionē à Iehoua, & iuſtitiam à Deo ″ſalutis ſuæ.

6 Hæc eſt generatio quærentium eum, quærētium ″faciem tuam, ″Iaɥacob. ɒSelah.

7 ″Eleuate ô portæ, capita veſtra, & eleuate vos portæ ″perpetuæ: & introibit rex gloriæ.

8 Quis eſt iſte rex gloriæ? Iehoua fortis & ″potens, Iehoua potens in prælio.

9 Eleuatæ ô portæ, capita veſtra, & eleuatæ vos portæ perpetuæ: & introibit Rex gloriæ.

10 Quis eſt iſte Rex gloriæ? Iehoua exercituum ipſe eſt Rex gloriæ. ɒSelah.

Quāuis vniuerſa terra, omnésque populi ſint Domini, tamen ſingulariter ſibi elegit montem Siō & populū Iſrael: qui mons repræſentat quaſi vmbra quædā mōtē cæleſtē, quo aſcē dent quales hîc deſcribuntur.

Exoptat templū ædificari in quo conſtitueretur arca quam vocat regē gloriæ, quòd ſuper eā populo ſuo appareret Deus.

Deo natus Euangelio prædicato, annuntiabit iuſtitiam Dei, qua illos iuſtificabit, vel qua iuſtum ſe eſſe oſtendet, præſtando quod promiſerat. nam ſequitur, quia fecit, ſiue quòd fecerit, hoc eſt promiſſam per Chriſtum ſalutem (de qua toto hoc Pſalmo) præſtiterit. Alii vertunt, Populo illius geniti, ſiue illius qui naſcitur, aut natus eſt & genitus. nam לעם regit genitiuum.

Quia fecit. : כי עשה quòd fecerit. quòd exhibuerit, ſub. illam iuſtitiam promiſſam per Chriſtum.

IN PSALMVM XXIII.

1 Paſcit me רעי paſtor meus. paſcens me. Deficiam. : אחסר egebo. q.d. nullius rei indigere potero.

2 In tugur. ger. בנאות דשא In caulis herbæ. In paſcuis herbidis. Ad aquas requietum על־מי מנוחות ad aquas quietum. vel, lenitatum. id eſt placidas & leniter fluentes, quæ carent omni periculo.

3 Conuertit, ישובב reducit. ſiue redire facit. ſub. in viam bonam. Alii, quieſcere facit. tranquillam reddit. reſtituit. Iuſtitiæ צדק Quidam hic rectas & complanatas ſemitas exponunt, ſiue æquatas, non montoſas, in quibus non defatigetur ouis.

4 Ambulauero אלך *mihi* ſit ambulandum. aut verſandum. i. etiam ſi verſarer in tenebris exitialibus & ſummo periculo. Et baculus tuus ומשענתך & pedum tuum. His curam & ſtudium paſtoris ſignificat.

5 Præparas תערך Inſtrues. Fut. Heb. pro præſ. His omnium rerum copiam ſignificat, ſiue neceſſariæ fuerint, ſiue voluptariæ. Imping. in oleo ca. m. דשנת בשמן ראשי perungis vnguento caput meum. Vel, Vnguento caput meum delibutum reddis. Præt. Heb. pro præſ.

6 Verunt. bonum אך טוב Certe bonitas. vel, fœlicitas. In long. di. : לארך ימים Hebraiſmus, pro, in multos dies.

IN PSALMVM XXIIII.

1 Et plenitudo eius ומלואה Hebraiſmus, pro quicquid in ea continetur, ſiue quicquid ipſa continet.

2 Super maria על־ימים iuxta maria. ad maria. Situs enim continentis eſt ſupra mare & flumina, non in ipſo mari & aquis. nam dixit Deus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Geneſ.1.b.9. Sic paulo pòſt, Iuxta flumina.

4 Non accipit in va. an. ſu. לא־נשא לשוא נפשו *qui* animum ſuum ad vanitatem non extulit. i. qui vanis rebus non inhiat, aut intentus eſt. Hebraice legitur, Non aſſumit fruſtra animam eius, aut meam. Varia enim eſt hic lectio. nam quædam exemplaria habent נפשי, alia נפשו, ſed punctatum cum hiric, vt appareat ו pro י poſitum eſſe. Hinc inter Hebræos doctiores, in hac verſus huius particula, Deū loqui intelligūt: & Aſſumere animā Dei idem eſſe aiunt atque Iurare per animā Dei: vt ſit idem Aſſumere animā Domini in vanū, ſiue fruſtra, & temere: atque Aſſumere nomen Domini in vanū, Exod.20.b.7. Id eſt, nihil falſi, per nomen Domini aſſumit. Eiuſmodi loquutio legitur & Ierem.51.b.14, & Amos 6.b.8, Et iurauit Iehoua per animam ſuam. 5 Salutis ſuæ : ישעו Sic Hebraice, pro, ſaluatore ſuo.

6 Faciem tuam פניך Mutatio perſonæ, pro, faciem eius. Iaɥacob. יעקב Aut ſubaudiendum א, acſi dicat, talis eſt generatio eorum qui in Iacob quærunt faciem Dei. Aut verbum ſubſtantiuum, hoc modo, Iacob ſunt, & veri Iſraelitæ, qui quærunt faciem Dei.

7 Eleuate שאו Attollite. Abrūpit Dauid ſermonē, optátq; templi Ieroſolymitani extructionē, vt arcā (quam Iehouæ nomine ſignificat.) inferat. Perpetuæ. עולם æternæ. ſempiternæ. ſic dictæ quòd illic arca eſſet perpetuo habitatura, hoc eſt vſque ad deſtructionem tēpli.

8 Et potens וגבור & robuſtus. validus. heros.

Confidens Deo afflictus ab inimicis, peccata agnoſcēs ſua præcipue iuuētutis, orat vt à Deo doceatur,eiúſque miſericordia ſibi ignoſcatur.

″Dauidis. XXV. 1
א AD te Iehoua animam meam leuo.
א Deus meus ב in te″ſpero,″ne pudore afficiar,ne exultent 2
inimici mei de me.
ג″Etiam omnes qui expectant te non afficientur pudore:pudo- 3
re afficientur præuaricantes ſine cauſa.
ד Vias tuas Iehoua ″ſcire fac me,ſemitas tuas doce me. 4
ה ″Ambulare fac me per veritatem tuam,ו & doce me:quia tu es 5
Deus ″ſalutis meæ,″te expecto omni die.
ז Reminiſcere miſerationum tuarum Iehoua, & miſericordia- 6
rum tuarum,quia ″à ſeculo ſunt.
ח Peccatorum″adoleſcentiæ meæ,& præuaricationum mearum 7
ne memineris, *ſed* ſecundum miſericordiam tuam memēto mei
tu,propter bonitatem tuam Iehoua.

Laudat Domini bonitatem qui humiles doceat.

ט Bonus & rectus Iehoua:ideo docebit peccatores″viam. 8
י ″Ambulare faciet humiles ″in iudicio,& docebit″humiles viam 9
ſuam.

Quæ ſunt viæ Domini.

כ Omnes ſemitæ Iehouæ,miſericordia & veritas,cuſtodientibus 10
″pactum eius & teſtimonia eius.

Iterū veniā petit.

ל Propter nomē tuum ″Iehoua,″parce iniquitati meæ : quoniam 11
multa eſt.

Fœlicitates eorū qui timēt Deū.

מ Quis eſt vir timens Iehouam?docebit eum″viam quam eligat. 12
נ Anima eius in bono″commorabitur,& ſemen eius hæreditate 13
accipiet terram.
ס Secretum Iehouæ timētib⁹ eū,″& pactū eius vt ſcire faciat eos. 14

Adhuc ſicut initio,orat à ſuis afflictionibus liberari,petens veniam peccatorum ſuorum propter quæ huiuſmodi ſunt afflictiones: demonſtrans tamen iuſtitiā ſuā in eo in quo aduerſarij eū perſequebantur.

ע Oculi mei ſemper ad Iehouam:quoniam *ſpero quòd* ipſe educet 15
è reti pedes meos.
פ Reſpice ſuper me,& miſerere mei,quia″vnicus″& pauper ſum. 16
צ Anguſtiæ cordis mei″dilatatæ ſūt : ab anguſtiis meis educ me. 17
ר Vide afflictionem meam,″& laborem meum, & parce omni- 18
bus peccatis meis.
ר ″Vide inimicos meos,quoniam multiplicati ſunt,& odio″ini- 19
quo oderunt me.
ש Cuſtodi animam meam,& erue me:″ne confundar,quoniam 20
ſperaui in te.

In finē pſalmus Dauid. XXIIII.
AD te Domine leuaui animā meā: Deus meus in te cōfido, non erubeſcam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacuè.
Vias tuas Domine demōſtra mihi,& ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum tuarū Domine, & miſericordiarum tuarū quæ à ſeculo ſunt. B
Delicta iuuētutis meæ,& ignorantias meas ne memineris.
Secundum miſericordiam tuā memēto mei tu, propter bonitatem tuam Domine.
Dulcis & rectus Domin⁹:propter hoc legē dabit delinquētibus in via.
Diriget māſuetos in iudicio,docebit mites vias ſuas.
Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas, requirētibus teſtamentum eius & teſtimonia eius.
Propter nomen tuū Domine, propitiaberis peccato meo : multum eſt enim. C
Quis eſt homo qui timet Dominū?legē ſtatuet ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur, & ſemen eius hæreditabit terram.
Firmamētum eſt Dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. D
Vide humilitatē meā & laborem meū: & dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animam meā,& erue me: non erubeſcam,quoniā ſperaui in te.

IN PSALMVM XXV.

1 Dauidis. לדוד ſub.pſalmus. Hic primus pſalmus eſt eorum quorum verſus à literis iuxta ordinem Aephabeti Hebraici incipiunt. Deſunt ramen ב & ו atque ק,& incipiunt duo verſus in א, totidémque in ר.quanquam à ב incipiat ſtatim altera dictio verſus ſecundi, vt tertia quinti à ו.A פ initium habet verſus vltimus. Cauſam huius inſtituti certam ne Hebræi quidem reddere poſſunt.Apparet vulgatam rationem carminis fuiſſe: etſi perpauci pſalmi, nempe præter hunc quatuor, vt 34. 111.112, & 119,hoc carminis genere conſtent, iidémque non pari ratione. Leuo אשא attollo.Fut.Heb.pro præſ.

2 In te ſpero בך בטחתי in te confido.in te fiduciam habeo.vel, te nitor.Præt.Heb.pro præſ.

3 Etiam omnes,&c. גם כל־קויך לא יבשו Certe omnes ſperantes in te non pudefient,&c.Alii,Etiam ne pudefiant qui expectant te.

4 Scire fac me, הודיעני oſtende mihi.demonſtra mihi.notas mihi fac.

5 Amb.fac me per ver.t.הדריכני באמתך Duc(vel Deduc)me in veritate tua.Alii,Deduc me per fidelitatem tuam.aut,per fidem tuā.i.da vt credam te eſſe promiſſorum ſeruantem. Salutis meæ, ישעי ſeruator(vel ſaluator)meus. Te expecto קויתי Præt.Heb.pro præſ.

6 A ſeculo ſunt. מעולם המה: Id eſt,quibus nunquam vti deſiiſti.vel,quia ſemper fuiſti miſericors.

7 Adoleſcentiæ meæ נעורי iuuentutis meæ. 8 Viam. בדרך: ſub.illam quam approbat.Alii,in via.

9 Ambul.fa.hum. ידרך ענוים Diriget manſuetos. In iudicio, במשפט per iudicium.Id eſt,efficiet vt rectè & ex ordine vitam inſtituant. Humiles ענוים Antecedens pro relatiuo,more Hebraico,pro,docebit illos viam ſuam.

11 Iehoua, יהוה Sub.pepercíſti mihi.nā non poteſt hæc prima pars verſus iungi ſequenti à coniunctione incipienti. Parce iniq.m. וסלחת לעוני & remiſiſti peccatum meum.Coniunctio ET vacabit,ſi per reticentiam non ſubaudias pepercíſti,in principio verſus,vt legas, Propter nomen tuum Iehoua remiſiſti.Poteſt verti præteritum per imperatiuum.

12 Viam quam eligat. בדרך יבחר: viam quam elegit.vel,elegerit.id eſt,quam ipſe Iehoua probauerit.

13 Commorab. תלין permanebit.conquieſcet.i.ſumma lætitia perfruetur.

14 Secretum סוד ſub.reuelatur,ſiue reuelari ſolet. Et pactum,&c. ובריתו להודיעם: Ordo inuerſus,pro, vt notum faciat eis pactum ſiue fœdus ſuum.

16 Vnicus יחיד Ita vocat ab omnibus deſertum,& omni ope deſtitutum. Et pauper ועני & afflictus.

17 Dilatatæ ſunt הרחיבו dilatauerunt.ſub.ſe.vel locum ſuum,ſiue cor meum.i.repleuerunt cor meum,& ita diſtenderunt illud.

18 Et laborem m. ועמלי & moleſtiam meam.

19 Vide ראה Conſidera Iniquo חמס violento.tyrannico.Vel,iniuſto & implacabili.

20 Ne confundar, אל־אבוש.q.d.vide ne patiar repulſam,quoniam in te præſidium meum poſui.

21 Innocentes & recti adhæſerũt mihi, quia ſuſtinui te.

22 Libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

In finē, Pſalmus Dauid. XXV.

1 IVdica me Domine, quoniam ego in innocētia mea ingreſſus ſum: & in Domino ſperans non infirmabor.

2 Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum:

3 Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tua:

B

4 Non ſedi cum concilio vanitatis, & cũ iniqua gerētibus non introibo.

5 Odiui eccleſiam malignantium: & cum impiis non ſedebo.

6 Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuũ Dñe,

7 Vt audiam vocem laudis, & enarrē vniuerſa mirabilia tua.

8 Domine, dilexi decorē domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

C

9 Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam:

10 In quorũ manibus iniquitates ſunt: dextera eorũ repleta eſt muneribus.

11 Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei.

12 Pes enim meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te Domine.

XXVI.

1 Pſalmus Dauid prius q̃ liniretur.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? Dñs, ꝑtector vitæ meæ: à q̃ trepidabo?

2 Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

3 Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.

B

4 Vnam petii à Domino, hanc requiram, Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,

Vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius.

5 Quoniam abſcōdit me in tabernaculo ſuo in die malorũ: protexit me in abſcondito tabernaculi ſui:

6 In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos:

---

21 ת ″Perfectio & rectitudo cuſtodiant me: quoniam ′te expecto.

22 פ Redime Deus Iſraelem ex omnibus anguſtiis eius.

Dauidis. XXVI.

1 I″Vdica me Iehoua: quoniam ego ′in perfectione mea ambulaui, & Iehouæ fiſus ſum: ″non nutabo.

2 Proba me Iehoua, ″& tenta me, ″funde renes meos & cor meũ:

3 Quoniam miſericordia tua coram oculis meis eſt, ″& ambulaui in veritate tua.

4 ″Non ſedi cũ viris ″mēdacibus, & cũ ″occultātibus *ſe* nō introiui.

5 Odi ″cœtum malignantium, & cum impiis non ſedeo.

6 ′Laui ī innocētia manus meas, ″& circũdedi altare tuũ Iehoua:

7 ′Vt audire facerē vocem confeſſionis, ″& narrarem omnia mirabilia tua.

8 Iehoua dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi ″gloriæ tuæ.

9 ″Ne congreges cum peccatoribus animam meam, & cum viris ſanguinolentis vitam meam:

10 Quorum in manibus eſt ″præuaricatio, & dextera eorum plena eſt muneribus.

11 At ego ′in perfectione mea ambulo: propterea redime me, & miſerere mei.

12 Pes meus ſtetit in ″rectitudine: in cœtibus benedicam Iehouæ.

1 Dauidis. XXVII.

IEhoua lux mea & ſalus mea, à quo timebo? Iehoua fortitudo vitæ meæ, à quo pauebo?

2 ″Quũ appropinquarēt aduerſum me maligni, vt ederēt carnem meam, hoſtes mei & inimici mei, ipſi impegerunt, & ceciderunt.

3 Si caſtrametati fuerint aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi conſurgat aduerſum me bellum, ″huic ego fido.

4 Vnum petii à Iehoua, hoc requiram, Vt habitem in domo Iehouæ omnibus diebus vitæ meæ, ″vt videam pulchritudinem Iehouæ, ″& quæram in templo eius.

5 Quia ″abſcondet me in tabernaculo ſuo ″in die mala, & abſcōdet me in abſcondito *loco* tabernaculi ſui, ″in petram exaltabit me.

6 ′Et nunc exaltabitur caput meum ſuper inimicos meos ″*in* cir-

---

David nullius iniuriæ Sauli factæ ſibi cōſcius, propter quam eũ ille deberet perſequi, petit à Deo vt in hac cauſa iudex ſit.

Declarat integritatem vitæ ſuæ.

Meminit ſacrificiorũ quæ in ſimplicitate obtulit: cupitque vehementer in cœtu fidelium eſſe, ex quo à Saule eiectus erat: neque cōprehēdi, atque implicari in pœna hominũ impiorũ, proteſtans ſemper de integritate ſua.

David canit hũc pſalmũ Domino maximo quodã periculo liberatꝰ: oſtendens ſingularem animi magnitudinē, ac firmitudinē in Domino in ſummis periculis.

Ex omnibꝰ rebꝰ vnã petit, vt reuerti poſſit in tēplum cũ cæteris fidelibꝰ, & quare.

Confirmat ſe innitens Domino.

---

21 Perfectio & rectitudo תם־וישר Integritas & æquitas. Synceritas & rectum. Te expecto. קִוִּיתִיךָ׃ .q.d. à te omnia expecto, & totus à te pendeo.

IN PSALMVM XXVI.

1 Iudica me שָׁפְטֵנִי Ius dicito pro me. In perf. mea בתמי in ſynceritate mea. in integritate mea. in innocentia mea. i. innocenter. Non nutabo. לֹא אֶמְעָד Vel eſt fut. pro præſ. non nuto. labor. vacillo.

2 Et tenta me, ונסני periculum facito de me. Funde צרופה examina. excoque. explora. Metaphora à repurgatoribus auri & argenti.

3 Et ambulaui ׃ והתהלכתי באמתך & ambulo (& ambulare ſoleo) in veritate tua Præt. Hebr. pro præſ. Veritatem Dei vocat quam Deus exigit: cui opponit ſequenti verſu fallaciam & vanitatem.

4 Nō ſedi לא ישבתי Nō manſi. Non habitaui. Mēdacibus, שוא vanis. fallacibꝰ. Occultātibꝰ נעלמים occultis. abſcōditis. latētibus. diſſimulatoribus. quærētibus latebras. q.d. cũ fucatis non habui cōmercium. 5 Cœtũ malig. קהל מרעים eccleſiã noxiorũ. ſceleratorũ.

6 Laui in innoc. ארחץ בנקיון Fut Heb. pro præt. aut præſ. Lauo, ſiue lauare ſoleo in munditia. De oblatione victimarum loquitur, quas obtulit mundis manibus non aqua, ſed innocentia: alludens ad ablutiones quæ fiebant à Sacerdotibus ante ſacrificium. Et circundedi ואסובבה & circundabo, vel circundo. ſub. offerendo ſacrificia.

7 Vt aud. fac. vo. confeſſ. לשמע בקול תודה vt audire faciã (vel auditam faciam) vocē laudis. Hebraiſmus, pro, palàm te celebrem. Et narrarem ולספר & exponam. recenſeam.

8 Gloriæ tuæ ׃ כבודך Hebraiſmus, pro glorioſi. vel ſignificat tabernaculum vbi erat arca fœderis, quam vocat gloriam Dei.

9 Ne congreg. אל־תאסף Ne colligas. vel reponas. ſeponas. id eſt, ne perdas me cum improbis quum de ipſis ſumes pœnas.

10 Præuaric. זמה conſilium prauum. dolus. opus à ſceleſta cogitatione profectum.

11 In perfect. m. בתמי in ſynceritate mea. vel innocentia. 12 In rectit. במישור in recto. hoc eſt in loco recto & plano. i. tuto.

IN PSALMVM XXVII.

2 Quum approp. בקרב Quum aciem iuſtruerent. pugnarent. bellum pararent.

3 Huic ego fido. ׃ בזאת אני בוטח hac re nitar. quòd ſcilicet ſis lux mea, ſalus mea: in hac re fiduciam habebo.

4 Vt vid. pulch. לחזות בנעם vt contempler amœnitatem. aut voluptatem. i. quantum ſit voluptatis apud ipſum. Et quæram ולבקר & vt inueſtigem. & vt ſcruter. ſub. promiſſiones eius, & ſimilia. Alii, & luſtrem templum eius.

5 Abſcondet יצפנני abſconderet. In die mala, ביום רעה in die aduerſitatis. In pet. exal. m. ׃ בצור ירוממני in rupem extolleret me. id eſt, in locum æditum, tutum, & inacceſſum ſtatueret me.

6 Et nunc exal. cap. ועתה ירום ראשי Et mox extollet caput meum. vel exaltabit. Extollere caput alicuius, more Hebræo dictum, pro dignitati priſtinæ reſtituere, aut ſuperiorem reddere. Vide Gen. 40. b. 13 *In* circuit. m. סביבותי qui circum me ſunt.

28.29.30.

cuitibus meis,& ſacrificabo in tabernaculo eius ſacrificia″vociferationis,cantabo,& canam Iehouæ.

Orat ſummo animi ardore, quærens Dominũ iuxta ipſius mandatum, poſtulás ne abiiciatur, omni ope parentũ ſuorum deſtitutus.

7 Audi Iehoua vocem meam ″*qua* clamo, & miſerere mei, & exaudi me.

8 ″Tibi dixit cor meũ, ′Quærite faciem meam: ″faciem tuam Iehoua quæram.

9 Ne abſcondas *igitur* faciem tuam à me,″neque declinare ſinas in iram ſeruum tuum:auxilium meũ fuiſti, ne derelinquas me *igitur*, & ne deſeras me,Deus ſalutis meæ:

10 ″Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me:& Iehoua collegit me.

Petit vt doceatur & dirigatur, neque inimicis ſuis permittatur.

11 Doce me Iehoua viam tuam, & duc me per ſemitam ″rectitudinis propter hoſtes meos.

12 Ne tradas me″ voluntati hoſtium meorum : quoniam ſurrexerunt in me teſtes mendaces,& loquens″iniquitatem.

Suo exẽplo hortatur ad fidem & ſpẽ in Domino.

13 ″*Defeciſſem* niſi credidiſſem me viſurũ ′bonitatem Iehouæ in terra viuentium.

14 ′Expecta Iehouam, corrobora te,& roborabit *Deus* cor tuum: & expecta Iehouam.

Dauidis. XXVIII.

Dauid expulſus è patria ſua, vehementérque afflictus, verſus arcã quæ erat in templo cõuertens faciẽ ſuã, petit opẽ & vt exaudiatur, neque cũ impiis opprimatur.

1 AD te Iehoua clamo,petra mea,″ne taceas à me:ne forte″ſileas à me,& aſſimiler deſcendentibus in″ſepulchrum.

2 Audi vocem deprecationum mearũ quum clamo ad te, quum eleuo manus meas″ad adytum ſanctitatis tuæ.

3 ″Ne trahas me cum impiis, & cum operãtibus iniquitatem: loquentibus pacẽ cum proximis ſuis,& malum in corde eorum eſt.

Petit vindictam contra inimicos Dei,& quare.

4 Da eis ſecundũ opus eorũ,″& ſecundũ malũ operũ eorũ, ſecũdum opus manuũ eorum da eis,redde″retributionem eorum eis:

5 Quoniam non″aduertunt animum ad opera Iehouæ,& ad opus manuum eius:″deſtruet eos,& non ædificabit eos.

Gratias agit Deo qui eũ exaudiuit ac liberauit, laudãs recognoſcẽſque eius potẽtiã.

6 ″Benedictus Iehoua,quoniã audiuit vocẽ deprecationũ mearũ.

7 Iehoua fortitudo mea, & ſcutum meum, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum: ″& exultauit cor meum, & cantico meo confitebor ei.

8 Iehoua″fortitudo eis,″& fortitudo ſalutum vncti ſui eſt.

C Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis:cantabo & pſalmum dicam Domino.

7 Exaudi Domine vocem meam qua clamaui:miſerere mei, & exaudi me.

8 Tibi dixit cor meum, exquiſiuit facies mea : faciem tuam Domine requiram.

9 Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto:ne derelinquas me,neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

10 Quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me:Dominus autem aſſumpſit me. D

11 Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.

12 Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

13 Credo videre bona Domini in terra viuentium.

14 Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuũ, & ſuſtine Dominum.

Huic Dauid. XXVII.

1 AD te Domine clamabo,Deꝰ meus ne ſileas à me: nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.

2 Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dũ oro ad te,dum extollo manus meas ad templum ſanctũ tuũ.

3 Ne ſimul trahas me cum peccatoribus : & cum operãtibus iniquitatẽ ne perdas me:

Iere.9.c.8 B

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorũ.

4 Da illis ſecũdũ opera eorũ, & ſecũdum nequitiã adinuentionũ ipſorũ:

Secundũ opera manuũ eorũ tribue illis, redde retributionẽ eorum ipſis:

5 Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuũ eius: deſtrues illos, & non ædificabis eos.

6 Benedictus Dominus,quoniã exaudiuit vocem deprecationis meæ:

7 Dominus adiutor meus & protector meus: & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. C

Et refloruit caro meo: & ex voluntate mea confitebor ei.

8 Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationum chriſti ſui eſt.

Vocif. תרועה iubilationis.i. quæ cum clangore tubarũ & ſumma iubilatione fiunt. 7 *Qua* clamo, אקרא *quum* clamauero.

8 Tibi dixit cor m. לך אמר לבי Pro te dicit *mihi* cor meum.i.tuo nomine,vice tui.q.d.dicis mihi in corde. Alii,De te dixit cor meum. id eſt,iugiter verſaui in corde meo hæc verba quæ tu dixiſti,Exquirite.ideo confidenter accedo. Quærite בקשו Exquirite.id eſt implorate auxilium meum. Faciem tuam את־פניך Subaudiendum,& propterea,hoc modo,Et propterea exquiram,&c.

9 Neque decl.&c. אל־תט באף עבדך Ne declinare facias(aut prolabi ſinas)in irã.ob repulſam ſcilicet. Alii, Ne auerſeris in ira ſeruũ tuũ.

10 Quoniam pater,&c. כי־אבי Quando pater meus & mater mea derelinquũt me,Iehoua colligit me. Alii, Quanuis,&c.dereliquerint me,Iehoua tamen recollegit me. 11 Rectitudinis מישור rectam.

12 Voluntati בנפש in animam.vel,animæ.i.voluntati. Iniquitatem. חמס: violentiam.iniuſtitiam.iniuriam.

13 Defeciſſem. Iſtud additum eſt, quòd reticentia ſit in hoc verſu. nam Hebraice tantum legitur, לולא האמנתי Niſi credidiſſem,&c. q.d.plane deſpondiſſem animum inter tot calamitates,niſi credidiſſem,&c. Bonitatem בטוב id eſt,me fruiturum bonis Iehouæ.

14 Expecta Ieho.&c. קוה אל־יהוה Expecta ad Iehouam, fortis eſto, & corroborabit,&c. Seipſum hortatur Dauid : acſi dicat, Pendeas à Domino,& eſto forti & infracto animo,& animos ſufficiet tibi,totus pende ab eo.

IN PSALMVM XXVIII.

1 Clamo אקרא Fut.Heb.pro præſ.Te Iehoua inuoco. Ne taceas à me אל־תחרש ממני ne obſurdeſcas,vel ne ſileas à me. Oratio concisa,pro ne ſileas ita vt nõ reſpõdeas mihi,ſiue orationi meæ. Sileas à me, תחשה ממני Hebraiſmus,pro,ne ſi forte votis meis nõ responderis,peream. Sepulchrum. בור: foueam. lacum.pro ſepulchro poſitum eſt.

2 Ad adytum ſanct.t. אל־דביר קדשך: ad oraculum ſanctuarii tui. vel ſanctum tuum.in quo ſcilicet erat arca, vnde opem ſe laturum implorantibus promiſerat. 3 Ne trahas me אל־תמשכני ſub.ad mortem.

4 Et ſecund.malum וכרע & iuxta malitiam Retributionem eorum גמולם talionem ipſorum.

5 Aduert.ani. יבינו Fut.Heb.pro præſ.intelligunt.i.aduertunt animum. Deſtruet,&c. יהרסם ולא יבנם: deſtruat eos, & non ædificet eos.vel,nec poſtea ædificet.id eſt perdat eos in æternum,ſine vlla ſpe futuræ inſtaurationis.

6 Benedictus ברוך Laude dignus eſt.Laudetur. Aut, Gratias ago Iehouæ,quòd,&c.

7 Et exultauit ויעלז Vel per futurum,ideo exultabit.aut,geſtiet.

8 Fortitudo eis, עז למו fortitudo illorum.Relatiuum ſine antecedente: illorum ſcilicet hominum qui mecum ierunt ad bellum. aut, qui ſine me rege ſuo profecti ſunt ad prælium. Et fort.ſal.vnct. ſ.e. : ומעוז ישועות משיחו הוא & corroboratio auxiliorum vncti ſui ipſe. vel,& robur quo ſeruatus eſt vnctus eius. Quidam ET pro quemadmodum accipiunt,vertúntque,Quemadmodum fuit robur ſalutum, &c.id eſt,vt ipſe vnctum ſuum robuſtiſſime ſeruauit.

Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos vſque in æternũ. 9

XXVIII.

Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi. 1

AFferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum:

Afferte Domino gloriã & honorẽ, afferte Domino gloriã nomini eius: adorate Dominũ in atrio ſancto eius. 2

Vox Domini ſuper aquas, De⁹ maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. 3

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia. 4

Vox Domini confringẽtis cedros, & cõfringet Domin⁹ cedros Libani, 5

B Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodũ filius vnicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis, 7 vox Domini cõcutientis 8 deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades.

Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam. 9

Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Domin⁹ rex in æternũ. 10

Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace. 11

XXIX.

2.Sam.5.b.11 ¶Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. 1

EXaltabo te Domine, quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. 2

Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. 3

Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. 4

Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius: 5

B Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius. 6

Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia:

9 Serua populum tuum, ″& benedic hæreditati tuæ: ″& paſce eos, & extolle eos vſque in ſeculum.

1 Canticum Dauidis. XXIX.

D″Ate Iehouæ, filii fortiũ, afferte Iehouæ gloriã & fortitudinẽ:

2 Date Iehouæ ″gloriã nominis eius, ″incuruate vos Iehouæ in gloria ſanctitatis.

3 Vox Iehouæ ″ſuper aquas, Deus″gloriæ tonare facit, Iehoua ſuper aquas multas.

4 Vox Iehouæ″in potentia, vox Iehouæ″in gloria.

5 Vox Iehouæ cõfringẽs cedros, & cõfrĩgit Iehoua cedros Libani:

″Et ſaltare facit eas ſicut vitulus: ″Libanum & ש Siriõ ſicut filius vnicornium.

7 Vox Iehouæ ″excidens flammas ignis.

8 Vox Iehouæ ″trepidare facit deſertũ, trepidare facit Iehoua deſertum Cades.

9 Vox Iehouæ parturire facit ceruas, ″& detegit ſyluas: & in templo eius totus eius *populus*″dicit gloriam.

10 Iehoua in diluuio ſedit, ″& ſedebit Iehoua rex in ſeculum.

11 Iehoua fortitudinem populo ſuo dabit: Iehoua benedicet populo ſuo in pace.

1 Pſalmus cantici dedicationis domus Dauidis. XXX.

2 EXaltabo te Iehoua, quoniam″exaltaſti me, ″nec lætificaſti inimicos meos de me.

3 Iehoua Deus meus ″clamaui ad te, & ſanaſti me.

4 Iehoua ″aſcendere feciſti ab inferno″animam meam, ″viuificaſti me à deſcendentibus in ſepulchrum.

5 Canite Iehouæ″miſericordes eius, ″& cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius:

6 Quoniam momentum *eſt* in furore eius, ″vita *in* voluntate eius: ″veſperi pernoctabit fletus, & mane lætitia *erit*.

Hortatur principes ac potentes huius mundi ad dãdam gloriam Domino, agnoſcentes cũ præpotentem, idque in eius ſanctuario.

Quæ ſit potentia Dei in tonitru ac tempeſtatibus.

Potentia Dei intelligitur ex vi & impetu aquarum è cælo deſcendentium.

Dauid ab inimicis ſuis liberatus, atque aliquãtum quietis adeptus, laudat Dominũ quòd ſe à morte per eos intentata liberarit.

Prouocat alios ad laudes ſimiles, cõmemorans bonitatem Dei non diu ſuam iram retinentis.

9 Et benedic וברך & benefac.aut,beneficiis cumula. Et paſce eos ורעם paſtorem age erga illos.

IN PSALMVM XXIX.

1 Date Ieh.filii for. הבו ליהוה בני אלים Afferte Iehouæ filii potentum.vel inſignium, Abrahæ nempe, Iſaac,& Iacob. Alii,vos inſignes
& potentes.Afferte,ſub.laudes,vt habet Chaldæus paraph.id eſt,laudate.Aut repetito ſequenti verbo iungitur.
2 Gloriam no.e. כבוד שמו Id eſt,dignam nomine eius,hoc eſt ipſo dignam. repetitio eſt. Quidam vertunt, Tribuite nomini Iehouæ
gloriam. Incur.v.Ie.&c. השתחוו ליהוה בהדרת־קדש׃ adorate Iehouam in decore ſanctitatis. vel,in decore ſancto. Aut,in magnificentia
ſanctitatis.hoc eſt in ſanctuario magnifico & decoro,in tabernaculo fœderis, vbi ſe manifeſtabat.
3 Super aquas, על־מים ſubaudi, auditur. Ratio quare laudandus Deus. Vox Iehouæ,pro tonitru. Gloriæ ton.fa. הכבוד הרעים maieſtatis
tonat.vel glorioſus,aut maieſtate venerandus tonat.
4 In potentia, בכח cum potentia.q.d.validum & vehemens tonitru. In gloria. בהדר׃ eſt cum magnificentia.cum decore.cum
ſplendore.id eſt,magnifica eſt & ſplendens.
6 Et ſaltare fa.e.ſicut vir. וירקידם כמו־עגל Et exilire facit eas more vituli.Vel,ſubſilire facit eas inſtar vitulorum.Hyperbole Scripturis
ſacris frequens. Libanum לבנון ſub.ſubſilire inquam facit.
7 Excidens חצב diſſectas eiaculans.Vel,ſolet elicere,id eſt eiicere.q.d.vnà cum tonitru emicat fulgetrum.
8 Trep.fa.deſ.trep.f. יחיל מדבר יחיל parturire facit deſertum,parturire facit,&c.Deſertum pro feris deſerti.
9 Et detegit ויחשף & denudat.Præt.Heb.pro præſ. Dicit gloriã. אמר כבוד׃ dicit laudẽ.i.ſancti omnia Deo tribuunt & eũ laudãt.
10 Et ſedebit וישב & præſidebit.Quidam volunt ו hoc loco eſſe ſimilitudinis particulam, ſic vertentes, Vt Iehoua præfuit in ipſo diluuio,
ita ſedebit rex in æternum.q.d.vt Iehoua fuit author diluuii tanquam rex,ita ſemper penes eum erit ſumma poteſtas.

IN PSALMVM XXX.

1 Pſalmus cantici מזמור שיר Quidam dicunt,Pſalmum eſſe ſonum organi ceſſante voce humana.Canticũ verò,quum hac ſit modulatio
ſine concinente organo.Canticum Pſalmi,quum vox humana concentum ſequitur organi: Pſalmum cãtici, vbi contrà.Hebræorum
doctores differentiæ huius rationem ſe ignorare ingenue agnoſcunt.
2 Exaltaſti me, דליתני extuliſti me.ſub.è profundo.i.eripuiſti è profunda morte.Metaphora à fouea. Alii,attriuiſti me. Nec lætif.
&c. ולא־שמחת איבי לי׃ nec exhilariſti inimicos meos de me.aut,propter me. Vel,nec feciſti vt de me gauderent hoſtes mei.
3 Clamaui שועתי vociferatus ſum. 4 Aſcendere feciſti העלית eduxiſti.reuocaſti.exaltaſti. Animam meam, נפשי Hebraiſmus
frequens,Anima mea,loco pronominis ego,aut me. Viuific.me,&c. חייתני מיורדי־בור׃ Ad verbum,Viuificaſti me à deſcendendo
me in foueam.Hebraiſmus eſt,pro,vitam mihi reſtituiſti ne deſcenderem in foueam.ſiue ſepulchrum.hoc eſt,ne morerer.
5 Miſericordes eius, חסידיו Id eſt,qui experti eſtis miſericordiam eius, ſiue bonitatem. Et confit.mem. והודו לזכר קדשו׃ & celebrate
memoriam ſanctitatis eius.id eſt celebre reddite nomen ſanctum eius.
6 Vita in vol.e. חיים ברצונו Sub. IN,ſic,in vita in beneuolentia ſua.vel in beneplacito ſuo.Hebraiſmus,pro, tempore vitæ longiſſimæ
eſt in beneplacito ſuo.q.d.momentanea eſt illius ira,hoc eſt breuiſſimo tempore affligit: amor verò quo nos proſequitur,per omnem vitam
durat. Veſperi pern.&c. בערב ילין בכי ולבקר רנה׃ in ipſa veſpera manebit *aliquis* in fletu:at in ipſo mane exultatio.ſub.aderit. Alii,
ad veſperam aderit fletus, mane autẽ ouatio. Vel, ad veſperam accedat fletus *licet*, ſub auroram tamen lætitia. ſub.redit.q.d.ſi forte ſub
veſperum accedat flebile quiddam,illud in ipſa aurora in gaudium commutabitur.

Fruens ita rebus ſecundis, occupata ciuitate Ieruſalem, & in mōte palatio ædificato, quū exiſtimaret huiuſmodi fœlicitatē fore perpetuā, Dominus immiſit aliā rerū cōmutationē, à qua clamās ad Deum liberatus eſt, itaque eū etiam laudat.

Et egoʺdixi in fœlicitate mea, Non vacillabo in ſeculum. 7
(Nam Iehoua, beneplacito tuo ʺſtare feciſti in monte meo fortitudinem:) ʺabſcondiſti faciem tuam, & fuiʺterritus. 8
Tunc ad te Iehouaʺclamaui, & adʺDominum oraui, *dicendo*. 9
Quæ vtilitasʺin ſanguine meo, quum deſcendero in foueā?ʺnūquid confitebitur tibi puluis? nunquid annuntiabit veritatē tuam? 10
ʺAudi Iehoua, & miſerere mei, Iehoua eſto adiutor mihi. 11
Vertiſti planctum meūʺin chorum mihi:ʺſoluiſti ſaccū meum, & accinxiſti me lætitia. 12
Propterea ʺcanet tibi gloria *mea*, & non tacebit: Iehoua Deus mi in ſeculum confitebor tibi. 13

David concluſus in deſerto Maon à Saule & iis qui eum ſequebātur, clamat ardenter ad Deū: eique ſe cōmendās, in eo totā fiduciā collocat. In hoc pſalmo eſt figura Ieſuchriſti qui, pro nobis etiā à populo ſuo huiuſmodi angores perpeſſus eſt.

ʺVincenti Pſalmus Dauidis. XXXI. 1
IN te Iehoua ʺſperaui, ʺne pudore afficiar in ſeculum, in iuſtitia tua eripe me. 2
Inclina ad me aurem tuam, celeriter erue me, eſto mihi vt petraʺfortis, & vt domus munita, vt ſerues me. 3
Quoniā petra mea & munitio mea es: ʺ& propter nomē tuum ʺduc me & deduc me. 4
Educ me è reti quod abſconderunt mihi: quoniam tu es fortitudo mea. 5
In manum tuamʺcommēdo ſpiritum meum: ʺredimes *enim* me Iehoua Deusʺveritatis. 6
Odi obſeruantes ʺvanitates fruſtra: at ego in Iehoua ſpero. 7

Lætatur de liberatione.

Exultabo & lætabor in miſericordia tua: quia vidiſti afflictionē meam, ʺ& agnouiſti in anguſtiis animam meam: 8
Nec concluſiſti me in manum inimici: *ſed*ʺſtare feciſti in latitudine pedes meos. 9

Deſcribit querelas, dolores, anxietates quas ſentiebat ita cōcluſus, atque cōſtrictus.

Miſerere mei Iehoua, quoniam anguſtia eſt mihi: ʺcomputruit in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. 10
Quoniam ʺdefecit præ dolore vita mea, & anni mei præ gemitu: ʺconcidit propter iniquitatem meā fortitudo mea, & oſſa mea ʺcomputruerunt. 11

Ego autem dixi in abundātia mea, Non mouebor in æternum.
Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem:
Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.
Ad te Domine clamabo, & ad Deū meum deprecabor.
Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? C
Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meꝰ
Cōuertiſti planctum meum in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia:
Vt cātet tibi gloria mea, & nō compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. XXX.
In finē Pſalmus Dauid pro extaſi.
IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Eſto mihi in Deum protectorē, & in domū refugii, vt ſaluum me facias.
Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
Educes me de laqueo hoc quē abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. B
¶In manus tuas commendo ſpiritum meū: redemiſti me Domine Deꝰ veritatis. Luc.23.f.46
Odiſti obſeruātes vanitates ſuperuacuè.
Ego autem in Domino ſperaui: exultabo & lætabor in miſericordia tua
Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam: C
Nec concluſiſti me in manibus inimici mei: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
Miſerere mei Domine quoniā tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:
Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus:
Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt.

7 Dixi in fœl.m.&c. אמרתי בשלוי בל־אמוט לעולם׃ dicebam in tranquillitate mea, Nō mouebor in ſempiternum. Vel, Cogitabam dum proſperè me habebā, Non nutabo vnquam. i. quum confirmatum eſſet regnum meum, quum omnia mihi ſuccederent ex animi ſentētia.

8 Stare fe.in mon.m.fort. העמדתה להררי עז ſtabiliuiſti monti meo virtutem. Vel, ſtare feceras montem meum in fortitudine: i. dignitatem meam regiam in robore ſtabiliueras. Per parentheſim legendū, & ſubaudiendū ENIM, ſic, Non nutabo (Tu *enim* Iehoua in beneuolentia tua collocaueras robur monti meo) *protinus ut* abſcondiſti, &c. Abſcond. הסתרת ſubaudiendum STATIM, ſic, ſtatim vt abſcondiſti, vel auertiſti. Territus. נבהל׃ conturbatus. conſternatus.

9 Clamaui אקרא Futura Heb. pro præt. Domi.or. אדני mutatio perſonæ, pro, ad te. Alii, & Dominum meum deprecatus ſum.

10 In ſanguine meo, בדמי Sāguinem pro vita poſuit. q.d. quid mihi profuerit vixiſſe, ſi nunc moriar? ſub. ante quàm veram religionē inſtaurauero in Iſraele, debellatis hoſtibus meis? Quidam vertunt, Quodnam emolumentum in ſanguine meo, quum deſcendam ad foueam? Nunq.confit.tibi pul. היודך עפר num celebrabit te puluis? id eſt, homo in puluerem redactus. Chald.paraph. nunquid poſſunt te laudare habitantes in puluere?

11 Audi Ieho. שמע יהוה Hebræi ſubaudiunt, Propterea dixi, ſic, Idcirco dixi, Audi Iehoua, reſtitue mihi valetudinem.

12 In chorum, למחול לי in tripudiū mihi. Quod ſequitur MIHI, vacat hoc loco. Subaudiendū autē aliquid, cuiuſmodi, Statim vt oraui: vt poſtea ſequatur, vertiſti, &c. i. reſtituiſti mihi valetudinem. Soluiſti ſac. פתחת שקי diſſoluiſti ſaccum meum. vel, diſcinxiſti ſac. aut, exuiſti me ſacco. Sacci diſſolutione, remotionem luctus ſignificat. Phraſis eſt Hebraica.

13 Canet tibi glo.m. יזמרך כבוד Gloriam vocat linguam, vel animam. Alii vertunt, canet tibi *quiſque* gloriam. Alii, pſallet tibi decus. Chald.paraph. laudabunt te honorabiles mundi.

IN PSAL. XXXI.

1 Vincenti, למנצח Vide Pſal.4. 2 Speraui, חסיתי Vel per præſens, ſpero. Ne pud.aff.in ſec. אל־אבושה לעולם ne vnquam ſinas me pudefieri. ſi ſcilicet non exaudieris me. q.d. ne patiar repulſam.

3 Fortis, מעוז Hebræi carent adiectiuis, propterea dicunt, Petra fortitudinis, domus munitionum, vel munimentorum: pro, petra ſiue rupe forti, & domo munita. Domus pro quouis loco vſurpatur Hebræis.

4 Et propter ולמען Hoc loco ו ponitur pro ideo, ſiue idcirco, ſic, Ideo propter, &c. Duc me תנחני Fut.Heb. pro imp.

6 Commendo אפקיד Fut.Heb. pro præſ. Redimes פדית redempturus es. liberaturus es. Præt. Heb. pro fut. Alii, redemiſti *enim* me, ſub. aliàs quum ad te clamaui. Veritatis. אמת׃ Subſtantiuum in genitiuo pro adiectiuo, verax & fidelis.

7 Vanit.fru. הבלי־שוא vanitates mendacii. aut, vanitatis. id eſt, vanitates fallaces & vaniſſimas. Alii, funes vanitatis. Chald.paraph. Odi obſeruantes opera quæ præ ſe ferunt vanitatem & mendacium.

8 Et agno.in, &c. ידעת בצרות נפשי׃ & animum aduertiſti ad tribulationem animæ meæ.

9 Stare feciſti העמדת ſtatuiſti. id eſt, feciſti vt late, intrepide & libere egrederer & ingrederer, liberans me à tam graui obſidione.

10 Comput.in ira עששה בכעס contabuit præ ira. corroſus eſt præ indignatione. id eſt ſimilis factus eſt veſti à tineis corroſæ præ angore oculus meus, & vis illa animæ quæ appetit cibum, & ventriculi vis quæ cibum concoquit. Idem verbum quod Pſal.6.b.8.

11 Defecit כלו conſumpta eſt. Concidit כשל debilis reddita eſt. corruit. Comput. עששו Idem verbū quod præcedēti verſu.

D Super omnes inimicos meos fact⁹ ſum opprobriũ,& vicinis meis valde, & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me:obliuioni datus ſum tanquã mortuus à corde.

Factus ſum tanquam vas perditũ: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu:

In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.

E Ego autem in te ſperaui Domine: dixi,Deus meus es tu,in manibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicorũ meorum,& à perſequentibus me.

Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua:

Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Erubeſcant impii, & deducãtur in infernum:muta fiant labia doloſa,

Quæ loquuntur aduerſus iuſtũ iniquitatem in ſuperbia & in abuſione. F

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine,quam abſcondiſti timentibus te,

Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.

Abſcõdes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo à cõtradictione linguarum.

Benedictus Dominus,quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in G ciuitate munita.

Ego autẽ dixi in exceſſu mẽtis meæ, Proiectus ſum à facie oculorũ tuorũ.

Ideo exaudiſti vocẽ orationis meæ, dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes ſancti eius:quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor veſtrũ,oẽs qui ſperatis in Domino.

Ipſi Dauid intellectus. XXXI.

Rom.4.a.7.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſũt peccata.

Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui,inueterauerunt oſſa mea dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua : conuerſus ſum in ærumna mea,dum cõfigitur ſpina.

12 ″Omnibus hoſtibus meis fui opprobrium, & vicinis meis valde,″& pauor notis meis:″videntes me foris,fugiebant à me.

13 Obliuioni datus ſum ſicut mortuus à corde, ″factus ſum ſicut vas perditum:

14 Quoniam audiui″vituperationem multorum, pauor″circunquaque,dum conſultabant pariter aduerſum me: *nam* vt caperent animam meam,cogitabant.

15 At ego in te″ſperaui Iehoua:dixi,Deus meus tu.

16 In manu tua ſunt″tempora mea: erue me è manu inimicorum meorum,& à perſequentibus me.

17 Lucere fac faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſerua me propter miſericordiam tuam.

18 Iehoua ne pudore afficiar, quoniam ″inuocaui te : pudore afficiantur impii,″excidantur in ſepulchro.

19 Obmuteſcãt labia mendacia, quæ loquuntur aduerſus iuſtum ″dura cum ſuperbia & contemptu.

20 Quàm multum eſt bonum tuum quod ″ſepoſuiſti timentibus te,quod operatus es ſperantibus in te coram filiis hominum.

21 ″Abſcondis eos in abſcõdito faciei tuæ″ab elationibus viri:abſcondis eos *tanquam* in tabernaculo″à contentione linguarum.

22 ″Benedictus Iehoua,quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi *tanquam* in ciuitate munita.

23 Et ego dicebã″dum feſtinarem,″Exciſus ſum ab oculis tuis:″verùm audiſti vocem deprecationũ mearũ quum clamarem ad te.

24 Diligite Iehouam omnes″miſericordes eius:fideles cuſtodit Iehoua,& reddit″propter ſuperbiam facienti ſuperbe.

25 ″Roboramini,& roborabit Deus cor veſtrum,omnes ſperantes in Iehoua.

1 Dauidis″intelligentia. XXXII.

BEatus cui″dimiſſa eſt præuaricatio, cui tectum eſt peccatum.

2 Beatus homo cui non″imputat Iehoua iniquitatem, nec eſt in ſpiritu eius dolus.

3 ″Quoniã tacui, inueterauerũt oſſa mea in rugitu meo tota die.

4 Quoniam die ac nocte″aggrauatur ſuper me manus tua,verſus eſt″viror meus in ſiccitates æſtatis. ס Selah.

Redit ad preces vt liberetur, poſtulans fauorem Domini.

Optat impiis ac mendacibus confuſionem.

Declaratio bonorũ Domini quæ ſunt parata iis qui eum timent, in eóque cõfidũt.

Gratias agit Deo pro ipſius bonitate erga ſe.

Quanuis diffideret, erat tamẽ,& exauditur.

Exhortatio ad amandũ Deum,in eóque perſeuerãdum. Pœnæ ſuperborum.

Dauid graui morbo affectus, pro ſuis peccatis quæ ſentiebat, ac cordis ſui hypocriſi exclamat, & demonſtrat quiſnã ſit iuſtus.

Siue taceret cogitans peccata ſua, ſiue clamaret,dolore exiccabatur.

12 Omnib.ho.m.fui opp. מכל־צררי הייתי חרפה ולשכני מאד Propter omnes hoſtes meos fui probro etiam vicinis meis quamplurimum. Alii,Præ cunctis hoſtibus meis fui,&c. Et pauor ופחד & terror.horror.

13 Factus ſum,&c. : חייתי ככלי אבד ſimilis fui fictili confracto.vel,quod perit.i.habitus ſum ab hominibus vt vas confractum.

14 Vituperationem רבת conuitium.contumeliam. Circunq. מסביב ſub.fuit mihi.Vel,timor circunſtetit me.

15 Speraui בטחתי Vel ſunt præt.pro præſ.ſpero,dico. 16 Tempora m. עתותי Id eſt,tempus æui mei,& vita mea.

18 Inuocaui te, קראתיך Vel per præſens,inuoco te. Excidantur ידמו id eſt,poſtquã perierint, deferantur ad ſepulchrum. Alii,ſileãt in ſepulchro.id eſt,ſilentes efferantur ad ſepulchrum. Chald.paraph.taceant,& deſcendant in infernum.

19 Dura עתק durum. ſub.verbum.ſing.pro plur.i.verba atrocia. Alii,rem ſuperbam.ſiue,ſuperba.

20 Sepoſuiſti צפנת Ad verbum, abſcondiſti. pro ſepoſuiſti, recondiſti. Alii, Quàm copioſa eſt bonitas tua quam repoſuiſti,&c. Operatus es פעלת Hebraiſmus eſt,pro,exhibuiſti,vel præparaſti.

21 Abſcondis eos תסתירם Fut Heb.pro præſ. Ab elat.viri, מרכסי איש ab arrogantiis virorum. vel,cuiuſcunque. A contentione מריב à rixa.id eſt,à calumniis. Quidam,à coniunctionibus.i.conſpirationibus. Alii,à duritiis & fortitudinibus. Alii,à peruerſitatibus.

22 Bened.Ieh.&c. ברוך יהוה כי הפליא Laudabilis eſt Iehoua,quia mirabilem fecit bonitatem ſuam,&c. Hebraiſmus, pro Omni laude dignus eſt Iehoua qui miro quodam modo oſtendit miſericordiam ſuam in me,tutando me perinde acſi fuiſſem in vrbe munitiſſima.

23 Dum feſtin. בחפזי in præcipitatione mea.id eſt,dum præceps fugerem Saulem. Exciſus ſum,&c. נגרזתי מנגד עיניך proiectus(ſiue reiectus)ſum à conſpectu oculorum tuorum. Verum אכן propterea.

24 Miſeric.e חסידיו id eſt,quotquot ſenſiſtis miſericordiam eius & bonitatem. Propter ſuperb. על־יתר pro ſuperbia.vel, reſiduo. ſub.hominum. Alii,abundanter. 25 Roboramini חזקו Viriliter agite.Fortes eſtote.

IN PSALMVM XXXII.

1 Intelligentia. משכיל erudiens.eruditio.i.pſalmus eruditione plenus. Aut vox Hebræa Maſchil,nomen eſt carminis & harmoniæ,ad cuius modos decantatus fuit hic pſalmus. Alii volũt nomen fuiſſe inſtrumenti muſici. Dimiſſa eſt præu. נשוי־פשע cõdonatũ eſt ſcelus.

2 Imputat יחשב Fut.Heb pro præſ.aut præt. Dolus. : רמיה ſimulatio.fucus.i.qui ſyncero corde conuertitur ad Deum.

3 Quoniam tacui,inuet. כי החרשתי בלו Dum tacui,contabuerunt.aut,putruerunt. Vel, Dum tacerem,contabeſcebant.i. dum tacitus mecum conſiderarem peccatum,prorſus periit virtus mea eiulatu meo quotidiano.

4 Aggrauatur תכבד Fut.Heb.pro præſ.vel præt.grauior eſt.ingraueſcit.inualeſcit.q.d.premit me dolor meus. Viror meus לשדי ſuccus meus. humidum radicale vocant.q.d.præ metu tui,ſuccus meus exaruit,vt vehementi æſtate humor deſiccatur.

Confeſſione peccatorũ ſuorũ veniã conſequitur.

Peccatum *igitur* meum ′notum feci tibi,& iniquitatem meã non operui:dixi, Confitebor aduerſum me præuaricationes meas Iehouæ:& tu dimiſiſti ″iniquitatem peccati mei.סSelah. 5

Hac eius venia cæteri hanc miſericordiã cognoſcentes,accedant ad Deum libere.

Propter hoc orabit omnis miſericors ad te,″tẽpore inueniendi: profecto in inundatione aquarũ multarũ,ad eum nõ pertingent. 6

Deus ex tribulationibus liberat.

Tu″abſconſio es mihi,″ab anguſtia cuſtodis me: ″clamoribus liberationis circundas me.סSelah. 7

Doctrina atque inſtitutio ad bene viuendum.

′Intelligere faciam te,& docebo te viam per quã ambules,′conſulam tibi oculo meo. 8

′Ne ſitis ſicut equus,ſicut mulus,quibus non eſt′intellectus: ′in camo & fræno os eius *eſt* ad coercendum ne appropinquet tibi. 9

Diſſimilitudo impiorũ atq; in Deo confidentium.

Multi dolores *erunt* impio: ſed ſperantem in Iehoua miſericordia circundabit. 10

Cohortatur ad lætitiã iuſtos & rectos corde.

Lætamini in Iehoua,′& exultate iuſti,′& laudate oẽs recti corde. 11

XXXIII.

Exhortatio ad rectos corde ad laudandum Deum, quoniam omnia quæ dicit & promittit,ſunt vera eáque præſtat,bene ac recte ordinans omnia.

E″Xultate iuſti in Iehoua:rectis″pulchra eſt laus. 1

′Confitemini Iehouæ in cithara:in nebel& decachordo canite ei. 2

Cantate ei canticum nouum,′benefacite canendo in clamore: 3

Quia rectum eſt verbum Iehouæ,& omne opus eius″in fide. 4

Diligit iuſtitiã & iudiciũ , miſericordia Iehouæ plena eſt terra. 5

Laudat Dei potẽtiã ex creatione rerum,ex qua formidabilem eſſe oſtendit.

Verbo Iehouæ cæli facti ſunt,& ſpiritu oris eius omnis exercitus eorum: 6

Congregans velut in aceruum aquas maris, ponens ′in theſauris voragines. 7

Timeant à Iehoua omnis terra,ab eo paueant omnes habitatores orbis: 8

Quoniam ipſe dixit,& fuit:ipſe præcepit,& extitit. 9

Prouidẽtia & cõſiliũ Dei æternũ, diſſipans conſilium hominum.

Iehoua irritum facit conſilium gentium , irritas facit cogitationes populorum: 10

Conſilium *autem* Iehouæ in ſeculum ſtat , cogitationes cordis eius″in generationem & generationem. 11

Quis eſt populus beatus.

Beata gens cuius Iehoua eſt Deus eius :populus quem elegit in hæreditatem ſibi. 12

Deus videt ac cognoſcit omnia: omniũ curã prouidẽtiámque habet,omnia habet in poteſtate ſua.

E cælis reſpicit Iehoua,videt omnes filios hominum. 13

″Ex habitaculo ſeſſionis ſuæ proſpicit ſuper omnes habitatores terræ. 14

Qui formauit ſimul cor eorũ,′conſiderãs omnia opera eorum. 15

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiã meam non abſcondi. B

‖Dixi,Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino:& tu remiſiſti impietatem peccati mei. Eſa.65.d.24

Pro hac orabit ad te omnis ſanctꝰ in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarũ,ad eum nõ approximabunt. C

Tu es refugium meũ à tribulatione quæ circũdedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.

Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. D

In camo & fræno maxillas eorum cõſtringe qui non approximãt ad te.

Multa flagella peccatoris:ſperantẽ autem in Domino miſericordia circundabit.

Lætamini in Domino,& exultate iuſti: & gloriamini oẽs recti corde.

In finẽ Pſalmꝰ Dauid, XXXII.

E Xultate iuſti in Domino: rectos decet laudatio.

Confitemini Domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione:

Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.

Diligit miſericordiam & iudicium: miſericordia Domini plena eſt terra.

‖Verbo Domini cæli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Gen.1.a.6

Congregans ſicut in vtrẽ aquas maris,ponens in theſauris abyſſos. B

Timeat Dominum omnis terra:ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem:

‖Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit,& creata ſunt. Iudith16.c.11

Dominus diſſipat cõſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum,& reprobat conſilia principũ:

Conſilium autem Domini in æternum manet,cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Beata gẽs cuius eſt Dominus, Deꝰ eius,populus quem elegit in hæreditatem ſibi. C

De cęlo reſpexit Dominus:vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitãt terrã.

Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

---

5 Notum feci tibi אודיעך Fut.Heb.quod nonnulli vertunt in præt. quòd ſequentia verba Hebraice ſint præterita, quæ nonnulli in futura vertunt,Peccatum meum notum faciam tibi,& prauitatem meam non celabo tibi. Iniquitatem עון prauitatem.

6 Tempore inuen. לעת מצא tempore inuentionis.i.quod ab ipſo inuentum fuerit ad eam rem idoneum,tempore quo inueniri ſoles. Eſa.55.b.6, Quærite Iehouam dum inueniri poteſt.

7 Abſconſio סתר latibulum.profugium. Ab anguſt.cuſt.me: מצר תצרני à tribulatione cuſtodies me. Alii,ab hoſte cuſt.me. Clamoribus lib.&c. רני פלט תסובבני canticis (vel,ouationibus)liberationis circũdabis me.Fut.Hebræis.Phraſis Hebraica,pro,lætitia qua gaudere ſolent qui ab hoſtibus liberati ſunt,perfundes me.

8 Intelligere faciam te אשכילך Erudiam te. Conſulam tibi oc.m. איעצה עליך עיני ׃ annuam ſuper te oculo meo. Vel,conſulam tibi proſpectione mea.id eſt,ipſe videbo quid tibi ſit vtile.

9 Ne ſis אל־תהיו Mutatio numeri Hebræis frequens, pro Ne ſis. Intellectus: הבין Infinit.Heb.pro nomine. In camo,&c. במתג ורסן עדיו לבלום בל קרוב אליך ׃ Hebraice ad verbum legitur,In lupato & fræno os eius ad conſtringendum, (vel conſtringere)non appropinquare ad te.Infinit.pro fut.aut præſ.Latinè ſic,quorum os *niſi* lupato & fræno cõſtringas,non appropinquabũt(vel appropinquant) ad te.Vel,quorum os lupato & fræno coercere oportet,ne accedant ad te.i.ne mordeant.Vterque ſenſus poteſt ex verbis Hebraicis elici.

Et exultate,&c ׃ והרנינו כל־ישרי־לב & incitate ad ouationem omnes rectos corde.

IN PSALMVM XXXIII.

1 Exultate רננו Ouate. Pulchra eſt נאוה decora eſt.Vel,conuenit. 2 Confit Ie. הודו ליהוה Celebrate Iehouam.

3 Benefacite canendo in cla. ׃ היטיבו נגן בתרועה Benefacite pulſando,cum iubilatione.Vel,bene modulamini in clangore.Hebraiſmus, pro,pulſate ſiue ſonate ſuauiter & arte vna cum voce læta.Eadem locutio & Eſa.23.d.16.

7 In theſauris באוצרות .q.d.concluſit certo loco ſeruandas abyſſos, non aliter quàm theſauri concludi ſolent. Quidam vertunt, velut theſauros repoſuit abyſſos. 11 In gener.& gen. ׃ לדור ודור Sub.permanebunt,aut perdurabunt.

14 Ex habitaculo ממכון De baſi.De firmo domicilio. 15 Conſiderans המבין animum aduertens.intelligens.

16 Non ſaluatur rex per multam virtutem: & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ.

17 Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur.

D

18 Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius:

19 Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

20 Anima noſtra ſuſtinet Dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt.

21 Quia in eo lætabitur cor noſtrum: & in nomine ſancto eius ſperauimus.

22 Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

XXXIII.

1 Dauidis quum immutauit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum, & abiit.

2 Benedicam Dominum in omni tẽpore: ſẽper laus eius in ore meo.

3 In Domino laudabitur anima mea: audiant manſueti, & lætentur.

4 Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipſum.

5 Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

6 Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.

B

7 Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

8 Immittet angelus Domini in circuitu timentiũ eum: & eripiet eos.

9 Guſtate, & videte quoniã ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo.

10 Timete Dominum omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus eum.

11 Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

C

12 Venite filii, audite me: timorẽ Domini docebo vos.

1.Pet.3.b.10

13 |Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

14 Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.

15 Diuerte à malo, & fac bonũ: inquire pacem, & perſequere eam.

Eccli.15.d.20

16 ‖Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.

17 Vultus autem Domini ſuper faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

18 Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulatio-

---

Deus ſolus liberat, & conſeruat eos qui ipſum timent.

16 Non ſaluatur rex in multitudine exercitus, ′potens non euadet in multitudine potentiæ.

17 ″Mendacium eſt equus ad ſalutem, in multitudine roboris ſui non eripit.

18 Ecce oculus Iehouæ ſuper timentes eum, in ſperantes in miſericordia eius:

19 ′Vt eruat à morte animas eorum, ″& viuificet eos in fame.

Dominus eſt auxiliũ & ſcutũ noſtrum, lætitia iis qui in eo fidunt.

20 *Ideo* anima noſtra ″expectat Iehouã: *nam* auxilium noſtrum, & clypeus noſter eſt.

21 ″Certè in eo lætabitur cor noſtrum, quia in nomine ſanctitatis eius ″ſperamus.

22 Sit miſericordia tua Iehoua ſuper nos, quemadmodum ′ſperamus in te.

XXXIIII.

1 Dauidis, quũ mutauit ipſe ″vultum ſuum coram Abimélech, & expulit eum, & abiit.

Excitat & ſe & alios ad laudandũ Deum liberatus ab Achis rege Geth.

2 א B″Enedicã Iehouæ in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo.

3 ב In Iehoua ″laudabit ſe anima mea: audient ′humiles, & lætabuntur.

4 ג Magnificate Iehouam mecũ, & exaltemus nomen eius ſimul.

5 ד ′Quæſiui Iehouam, & exaudiuit me, & ex omnibus ″timoribus meis eripuit me.

6 ה ו ″Aſpicient ad eum, & illuminabuntur, & facies eorum non afficientur pudore.

Eripit Deus de afflictione.

7 ז Iſte ′pauper clamauit, & Iehoua audiuit: & ex omnibus anguſtiis eius ſeruauit eum.

8 ח Caſtrametatur angelus Iehouæ circũ timẽtes eũ, ″& eripit eos.

Exhortatio ad guſtandam bonitatẽ Dei, eũmque timendũ, & nihil deeſſe.

9 ט Guſtate, & videte quòd bon⁹ Iehoua: beatus vir qui ″ſperat ĩ eo.

10 י Timete Iehouam ſancti eius: quoniam non eſt penuria timẽtibus eum.

Diuites inopes. Quærentes Deũ.

11 כ Leunculi ″indigebunt, & famem patientur: ſed quærentes Iehouam ″non deficient omni bono.

12 ל ′Venite filii, auſcultate mihi, timorem Iehouæ docebo vos.

Opera quærentiũ vitam.

13 מ Quis vir ille qui ″vult vitam, ″diligit dies, ″vt videat bonum?

14 נ Cuſtodi linguam tuam à malo, & labia tua à loquẽdo dolum.

15 ס Declina à malo, & fac bonũ: inquire pacẽ, & perſequere eam.

Bona iuſtorum & mala impiorum.

16 ע Oculi Iehouæ ſuper iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum.

17 פ ′Vultus *autem* Iehouæ contra facientes malum, vt ſuccídat è terra memoriam eorum.

18 צ ′Clamant *iuſti*, & Iehoua exaudit, & ex omnibus anguſtiis eorũ

---

16 Potens גבור fortis. heros. 17 Mendacium שקר Vanitas. fallacia. Nomen pro verbo. q. d. fallit equus ſi illi fidamus.

19 Vt eruat להציל vt liberet. eripiat Et viuificet eos ולחיותם Hebraiſmus, pro, ſeruet eos in vita. Quidã vertunt, nutriat. Alii, vt alat eos. 20 Expectat חכתה Præt. Heb. pro præſ. verti poteſt, expectet.

21 Certe in eo lætabitur כי בו ישמח Quia in eo lætatur. Fut. Heb. pro præſ. pẽdet à fine præcedentis, reddens rationẽ quare auxiliũ ferat: nẽpe quòd ſẽper de eo lætemur, & in eo ſpẽ omnẽ reponamus. Speramus. בטחנו: Præt. Heb. ſperauimus. 22 Speramus יחלנו לך: Præt. Heb. ſperauimus in te. vel expectauimus te.

IN PSALMVM XXXIIII.

1 Vultum ſuum את־טעמו ſenſum ſuum. rationem ſuam. ſermonẽ ſuum. i. dum fingeret ſenſum ſuũ eſſe immutatum, hoc eſt, quum inſaniam ſimularet. Benedicam Ie. אברכה את־יהוה Laudabo Iehouam. vel, prædicabo.

3 Laudabit ſe תתהלל gloriabitur. iactabit ſe. Humiles ענוים manſueti. afflicti.

5 Quæſiui דרשתי Studioſe quæſiui. Requiſiui. Exquiſiui Timorib. m. מגורתי pauoribus, vel terroribus meis.

6 Aſpic. ad eum, & ill. הביטו אליו ונהרו Præt. Heb. pro fut. Aſpicient ad eum, & accurrent, vel cõcurſabunt. Alii, Aſpiciant ad illum, & properent. Alii, Aſpicient ad illum, & ſplendebunt, vel illuſtrabuntur: & ita Chaldæus paraph. 7 Pauper עני afflictus.

8 Et eripit eos: ויחלצם Fut. Heb. pro præſ. & tuetur eos. vel, liberat. aut, liberare ſolet. nam per futurum dicunt Hebræi, quod Latini exprimunt per infinitiuum & verbum ſoleo. Singulare Angelus, vertere potes in plurale, Angeli caſtrametantur.

11 Indigebunt, רשו Præterita Heb. quæ nõnulli vertũt in præſens, egent, indigere ſolet, eſuriunt. Non defi. o. b. לא־יחסרו כל־טוב: nullo bono deſtituuntur.

12 Venite לכו Hebræi verbo imperatiuo vti ſolent pro aduerbio hortantis: vti verbo Agite, Latini. Diligit dies, אהב ימים optat dies. Subaudienda quædam, ſic, quis inquam optat ſibi dies multos?

13 Vult vitam, החפץ חיים cupiat vitam, ſub. longæuam. Hebræi ſæpe omittunt adiectiua quæ facile ſubaudiuntur. Vt vid. bo: לראות טוב Videre bonum, phraſi Hebraica dicitur, pro frui bonis. 17 Vultus פני Iræ. 18 Clamant צעקו Præt. Heb. pro præſ. q. d. quum clamant iuſti, &c.

eripit eos.
ק Propinquus eſt Iehoua″cõtritis corde,& attritos ſpiritu″ſeruat. 19
ר Multa ſunt mala iuſti:& à cunctis ipſis″eruit eum Iehoua: 20
ש Cuſtodiens omnia oſſa eius, vnum ex eis non eſt contritum. 21
ת ″Interimet impiũ malitia:&odio habẽtes iuſtũ deuaſtabũtur. 22
פ Redimit Iehoua animam ſeruorum ſuorum, & non deuaſtabuntur omnes ſperantes in eo. 23

Liberator Deus.

Spes in Deo.

Dauidis. XXXV. 1

Implorat opem Dei vt iudicis,qui cauſam ſuã agat & eum liberet. De Chriſto prophetia.

L″Itiga Iehoua cum litigãtibus mecum, ″pugna cum iis qui pugnant mecum.

″Apprehẽde clypeum & ſcutum, & ſurge in adiutorium meũ. 2

″Et educ lanceam ″& interclude *uiam* in occurſum perſequentiũ me:dic animæ meæ,Salus tua ſum. 3

Pudore afficiantur,& erubeſcãt quærentes animam meã: conuertãtur retrorſum, & pudore afficiantur cogitãtes malũ meum. 4

Sint″vt gluma ante ventum, & angelus Iehouæ impellat *eos*. 5

Sit via eorum″tenebræ & lubricitates,& angelus Iehouæ perſequens eos: 6

Quoniam ſine cauſa abſconderunt mihi foueam retis ſui,ſine cauſa″foderunt *foueam* animæ meæ. 7

Veniat ei″contritio *quam* non cognoſcit,& rete ipſius quod abſcondit,capiat eum,″in deſolationem ipſam cadat: 8

Anima autem mea″exultet in Iehoua,gaudeat in ſalute eius. 9

Omnia″oſſa mea dicent,Iehoua quis ſicut tu,eripiẽs afflictum à fortiori ſe,& pauperem & egenum à diripiente eum? 10

Queritur de improbitate inimicorũ,innocentiã ſuam cõmemorans.

″Inſurrexerunt teſtes ″mendaces : ″quæ non noueram interrogauerunt me. 11

Reddiderũt mihi malum pro bono, ″ſterilitatem animæ meæ. 12

At ego quum ægrotarent ipſi, ″veſtimentum meum *erat* ſaccus: affligebam in ieiunio animã meam,& oratio mea in ſinũ meum ″reuertebatur. 13

Tanquam amicus, tãquam frater meus *eſſet,ſic* ambulabam:tanquam lugens matrem,pullatus″humiliabam me. 14

″Sed *ipſi* in claudicatione mea lætati ſunt,& congregauerunt ſe, congregauerunt ſe aduerſum me ″claudi,nec ſciebam:″proſciderunt *me*,& non″ſiluerunt. 15

nibus eorum liberauít eos.

19 Iuxta eſt Dñs iis qui tribulato ſunt corde:& humiles ſpiritu ſaluabit.
20 Multæ tribulationes iuſtorũ : & de omnibus his liberabit eos Dominus.
21 Cuſtodit Dñs omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.
22 Mors peccatorũ peſſima : & q̄ oderunt iuſtum delinquent.
23 Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum : & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

1 Huic Dauid. XXXIIII.

IVdica Domine nocẽtes me: expugna impugnantes me.

2 Apprehende arma & ſcutũ: & exurge in adiutorium mihi.
3 Effunde frameã & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ,Salus tua ego ſum.

4 Confundãtur & reuereantur quærentes animam meam.
Auertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala.
5 Fiant tanquam puluis ante faciem vẽti, & angel⁹ Domini coarctãs eos.
6 Fiat via illorũ tenebræ & lubricũ: & angelus Domini perſequens eos.

7 Quoniam gratis abſconderũt mihi interitũ laquei ſui : ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam. B

8 Veniat illi laqueus quẽ ignorat, & captio quam abſcondit apprehendat eum,& in laqueum cadat in ipſum.

9 Anima autẽ mea exultabit in Dño: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
10 Omnia oſſa mea dicent , Dñe quis ſimilis tibi?
Eripiẽs inopẽ de manu fortiorũ ei⁹, egenũ & pauperẽ à diripientibus eũ?
11 Surgentes teſtes iniqui , quæ ignorabam interrogabant me:

12 Retribuebãt mihi mala pro bonis : ſterilitatem animæ meæ.
13 Ego autẽ cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio,
Humiliabã in ieiunio animã meã: & oratio mea ĩ ſinu meo cõuertetur. C

14 Quaſi proximum,quaſi fratrem noſtrum,ſic complacebam : quaſi lugẽs & contriſtatus ſic humiliabar.

15 Et aduerſum me lætati ſunt, & cõuenerunt : congregata ſunt ſuper me flagella,& ignoraui.

---

19 Contritis לְנִשְׁבְּרֵי cõfractis. Seruat. יוֹשִׁיעַ Fut.Heb.pro præſ.ſeruare ſolet. 20 Eruit :יַצִּילֶנּוּ Fut.Heb.pro præſ.liberat.eripit.
22 Interimet תְּמוֹתֵת Vel per præſens,interficit,& deuaſtat.q.d.malum iugulat authorem mali.

IN PSALMVM. XXXV.

1 Litiga Ie.cum lit.me. רִיבָה יְהוָה אֶת־יְרִיבַי Diſcepta cum diſceptantibus mecum. Vel,contende cum contendentibus mecum.aut,cum litigatoribus meis.Alii,Iudica iudicantes me. Pugna,&c. :לְחַם אֶת־לֹחֲמָי expugna impugnantes me. Vel,deuora deuorantes me.

2 Apprehende clyp. הַחֲזֵק מָגֵן Celeriter apprehende clypeum.Alii,Robora, vel corrobora clypeum. ſub.meum.id eſt, da robur clypeo meo,vt poſſim te duce tueri me.

3 Et educ וְהָרֵק Ad verbum,Et euacua,vel denuda. pro,deprome & expedi.à רִיק Et intercl.in occ.perſ.me: וּסְגֹר לִקְרַאת רֹדְפָי & prodi obuiam perſecutoribus meis.Vel,præoccupa ex aduerſo perſequentes me.Aut,conclude *uiam* aduerſus perſequentes me.

5 Vt gluma כְּמֹץ vt puluis.palea tenuis.quiſquiliæ.

6 Tenebræ & lubr. חֹשֶׁךְ וַחֲלַקְלַקּוֹת Subſtantiua pro adiectiuis,tenebroſa,ſiue caliginoſa,& lubrica.

7 Foderunt חָפְרוּ Additum eſt *foueam*.nam apud Hebræos omne verbum includit nomen quod ab ipſo deducitur,vt à fodio fouea.

8 Contritio non cog. שׁוֹאָה לֹא־יֵדָע tumultus quem non nouit. De eo tumultu loquitur quo ſubita infertur ruina. Alii vertunt,calamitas *quam* non præuidit.aut *quam* ignorat.Nonnulli,interitus,aut excidium quod neſciat.i.improuiſum & inexpectatum. In deſol. ip.ca. :בְּשׁוֹאָה יִפָּל־בָּהּ cum tumultu cadat in illud.Vel,cum fragore corruat in illud.Alii,cum calamitate incidat in ipſum.

9 Exultet תָּגִיל Fut.Heb.exultabit de Ie.lætabitur de ope eius. 10 Oſſa mea עַצְמֹתַי Pars pro toto,totum corpus meum.

11 Inſurr. יְקוּמוּן Fut.Heb.pro præt. Mendaces, חָמָס iniquitatis.violentiæ. Quæ non no. אֲשֶׁר לֹא־יָדַעְתִּי de eo quod non agnoſcebam.vel,de eo cuius conſcius non eram. 12 Sterilitatem שְׁכוֹל orbitatem.ſub.rependerunt.i.priuarunt me vita.

13 Veſt.m.ſaccus, לְבוּשִׁי שָׂק ſic Hebraice,pro induebar ſacco. Reuertebatur. :תָשׁוּב Sic quidam vertunt, propterea quòd veteres ferè orabant incurui,quum eſſent in luctu,atque ita precatio quaſi in ſinum reuertebatur.Si ita accipias, non tam precationem, quàm habitum precandi pſaltes hac oratione expreſſit.Hinc nonnulli,In precationibus curuabar. Alii,reuertatur.acſi dicat, Adeò bene precabar, vt orationem meam redire velim in memetipſum:ſiquæ mala illis imprecatus fuero,in me recidant.

14 Humiliabam me. :שַׁחוֹתִי incuruabar.i.triſtis deiecto capite incedebam vt qui mœſti ſunt.

15 Sed *ipſi* in claud.m. וּבְצַלְעִי Claudicatio pro infirmitate. Claudi, נֵכִים percuſſi.triſtes.Dolore affecti,ac vulnerati. Proſciderũt קָרְעוּ aperuerunt,ſub.os ſuum præ vehementi riſu.Alii,obloquuti ſunt.Alii,ſciderunt.ſub.cor meum. Siluerunt ;דָמּוּ ceſſauerunt.

Diſſipati ſunt,nec cõpuncti: tẽtauerũt me, ſubſannauerũt me ſubſannatione,frẽduerũt ſuper me dẽtib⁹ ſuis. 16

Domine quando reſpicies? reſtitue animam meã à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam: 17

Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te. 18

Non ſupergaudeãt mihi qui aduerſantur mihi iniquè, ‖ qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. 19 Iohan.15.d.25

Quoniam mihi quidem pacificè loquebãtur: & in iracundia terræ loquẽtes, dolos cogitabant. 20 D

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, Euge euge, viderunt oculi noſtri. 21

Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me. 22

Exurge & intẽde iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam. 23

Iudica me ſecundum iuſtitiã tuam Domine Deus meus: & nõ ſupergaudeant mihi. 24

Non dicant in cordibus ſuis, Euge euge animæ noſtræ: nec dicant, Deuorauimus eum. 25

Erubeſcant & reuereãtur ſimul qui gratulantur malis meis. 26
Induantur confuſione & reuerentia qui magna loquuntur ſuper me.
Exultent & lætentur qui volunt iuſtitiã meã: & dicant ſemper, Magnificetur Dñs, qui volũt pacẽ ſerui eius. 27
Et lingua mea meditabitur iuſtitiã tuam, tota die laudem tuam. 28
In finẽ, ſeruo Dñi Dauid. XXXV. 1

Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius. 2

Quoniam doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. 3

Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret. 4 B

Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. 5

---

16 *Congregauerunt ſe inquam*″cum hypocritis *&* ſubſannatoribus qui indulgent ventri, frendendo aduerſum me dentibus ſuis.

17 Domine vſquequo″videbis? ″eripe animã meam″à deſolationibus eorum, à leonibus vnicam meam.

18 Celebrabo te in cœtu magno, in populo″forti laudabo te.

19 Ne lætẽtur *qui* inimici mei *ſunt* immerito: ″*neque* odio habẽtes me ſine cauſa, ″innuant oculo. Iterum deſcribit inimicos.

20 Quia non pacẽ″loquuntur, ″& contra humiles terræ verba fraudulenta cogitant.

21 ″Et dilatauerunt aduerſum me os ſuum: dixerunt, Euge euge, ″vidit oculus noſter.

22 ″Vidiſti Iehoua, ne taceas: Domine ne elonges te à me. Magno dolore orat, excitans Deũ in auxiliũ.

23 ″Excita te, & euigila″ad iudiciũ meum, Deus mi, & Domine mi ad cauſam meam.

24 ″Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam Iehoua Deus mi, & ne lætentur de me.

25 Ne dicant in corde ſuo, ″Euge animæ noſtræ: neque dicãt, ″Diſperdidimus eum.

26 Pudore afficiantur, & erubeſcant pariter læti malo meo: induantur pudore″& erubeſcentia, ″magnificantes ſeſe aduerſus me.

27 ″Laudent, & exultent qui″volunt iuſtitiam meã: & dicant ſemper, Magnificetur Iehoua qui″vult pacem ſerui ſui. Exhortatio ad lætitiam.

28 Et lingua mea″loquetur iuſtitiam tuam, omni die laudẽ tuam. Iuſtitia Dei.

1 Victori, ſerui Iehouæ Dauidis. XXXVI.

2 Dicit præuaricatio impio, in medio cordis mei, Non eſt pauor Dei ante oculos eius. Impiis nullus Dei timor.

3 Quoniam″blanditur ei in oculis eius, vt inueniat iniquitatem ſuam ad odium.

4 Verba oris eius ſunt iniquitas & dolus: ″deſiit intelligere vt bene agat.

5 Iniquitatem cogitat in cubili ſuo, ″ſtat ſecus viam non bonam, malum non″abiicit.

---

16 Cum hyp. *&* ſub. qui indul. v. כחנפי לעגי מעוג Cũ impiis ſubſannatoribus ſubcineritii panis. i. indulgentibus ventri, & paraſitis. Alii, Cum adulatoribus *&* ſubſannatoribus ſubſannatione. vel, verbo otioſo. Alii, cum ſimulatoribus deriſionum vanitatis. i. cum hypocritis ſannis deditis, ſannis inquam futilibus & vanis.

17 Videbis? תראה ſub. iſtud, & conniuebis. Eripe השיבה retrahe. reuoca. reduc. A deſol. eorum, משאיהם à tumultibus eorũ. à calamitatibus eorum. 18 Forti עצום robuſto. valido. id eſt multo.

19 *Neque* odio ha. שונאי חנם More Hebræorum negatio præcedens, ſecundo loco ſubaudiẽda eſt. Alii, qui oderunt me ſine cauſa, *&* innuunt oculis. Innuant oculo. יקרצו עין: colliment oculo. Alii, nictent oculo. i. ſubinde oculum claudant aduerſum me.

20 Loquuntur, ידברו Fut. Heb. pro præſ. Et contra humiles terræ ועל רגעי ארץ & contra manſuetos terræ. Vel, tranquillos. aut quietos. Manſuetos terræ vocat qui pacato animo viuunt, & quieto. Nonnulli, Et cum quietis terræ. id eſt, cum pinguibus & diuitibus.

21 Et dilat. וירחיבו Et diſtendunt. dilatant. i. aperto ore aduerſum me loquuntur. Vidit ראתה ſub. quæ optauimus videre.

22 Vidiſti ראיתה Aut per præſens, Vides. ſub. iniurias quibus me afficiunt.

23 Excita te, העירה Exurge. Ad iudi. meum למשפטי vt ius mihi dicas. id eſt, vt ius meum vindices.

24 Iudica me שפטני Ius mihi redde. id eſt, Pronuntia de iure meo.

25 Euge animæ noſtræ. האח נפשנו Vah anima noſtra. Vel, Vah votum, ſiue deſiderium noſtrum. q. d. pro voto ſucceſſit, נפש enim, ſignificat etiam votum, deſiderium, & cupiditatem. Diſperd. e. בלענוהו: Vorauimus eum.

26 Et erubeſcentia, וכלמה & ignominia. Magnif. ſeſe המגדילים attollentes ſeſe.

27 Laudent ירנו Ouent. Iubilent. Volunt iuſt. m. חפצי צדקי delectantur iuſtitia mea. fauent iuſtitiæ meæ. Vult החפץ amat. id eſt, cui placet vt ſeruus ſuus rerum ſucceſſu fruatur. Loquetur תהגה meditabitur. reſonabit.

IN PSALMVM XXXVI.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. 2 Dicit præu. impio נאם פשע לרשע בקרב לבי Ad verbum, Dictum præuaricationis eſt ipſi impio in medio cordis mei. i. ſic cogito apud me & in animo meo, improbitatẽ ſuggerere impio, Non eſt quod timeas. idcirco non eſt timor Dei, &c. Alii, Dicit ſcelus de improbo (Loquitur iniquitas impii) in medio cordis mei, *quòd* non eſt timor, &c. q. d. Teſtantur mihi in animo meo ſcelera impii, nullum illi eſſe Dei timorem.

3 Blanditur ei pecc. &c. החליק Id eſt, præuaricatio lenibus verbis ſuadet impio vt ſuam peccandi voluntatem expleat, deſignet iniqui-
tatem quam cupit, ad odiendum illam, hoc eſt ad odium vſque & faſtidium. Alii vertunt, Blanditur ſibi in oculis ſuis ad inueniendum ini-
quitatem eius ad odiẽdum. vel odium. i. donec digna inueniatur iniquitas eius quæ odio habeatur: ſiue, donec ſummo odio digna iniqui-
tas eius euadat. Alii poſteriorem partem vertunt, Vt inueniat iniquitatem ſuam ad odium. i. eouſque perſuadet tranſgreſſio vt male agat,
vt ipſe tandem faſtidio teneatur illius, & laſſetur peccandi aſſiduitate. INVENIRE hic pro deprehendere, palámque cognoſcere accipitur.

4 Deſiit intell. &c. חדל להשכיל להיטיב: deſiit inſtituere *cor ſuum* vt emendet *uiam ſuam*. Alii vertunt, renuit erudiri vt bene faceret. vel, detrectat intelligere vt bene agat.

5 Stat יתיצב Fut. Heb. pro præſ. aut præt. Abiicit. ימאס: Fut. Heb. pro præſenti, aut præt. auerſatur. abominatur.

Miſericordia Dei abundantiſſima. quæ etiam beſtiis omnibus prouidet.

Iehoua vſq; ad cælos miſericordia tua: veritas tua vſq; ad nubes. 6

Iuſtitia tua ſicut montes″Dei: iudicia tua, vorago multa: hominem & animal″ſeruas Iehoua. 7

Quàm″pretioſa eſt miſericordia tua Deus:″& filii hominum in vmbra alarum tuarum″ſperant. 8

″Inebriabuntur pinguedine domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potum dabis eis. 9

Quoniã apud te eſt vena vitæ, & in lumine tuo″videbim⁹ lumẽ. 10

Miſericordiã Dei & iuſtitiam petit.

″Protrahe miſericordiam tuam ad cognoſcentes te, & iuſtitiam tuam ad rectos corde. 11

Ne veniat mihi″pes ſuperbiæ, & manus impiorum ne″migrare faciat me. 12

Impiorũ exitus.

″Illuc ceciderunt operarii iniquitatis,″impulſi ſunt, nec potuerunt ſurgere. 13

Dauidis. XXXVII. 1

Exhortatur pios ne vrantur impiorum proſperitate.

א N″E commoueare propter malignos,″ne zelaueris facientes iniquitatem:

Quoniam″tanquam herba velociter ſuccidentur,″& ſicut olus germinis décident. 2

Delectemur in Deo

ב Spera in Iehoua, & fac bonũ: inhabita terrã,″& paſce veritatẽ: 3

Et delecta te in Iehoua, & dabit tibi petitiones cordis tui. 4

Negotia in Deũ deuoluenda.

ג Volue ſuper Iehouam viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet: 5

Et educet ſicut lumen, iuſtitiã tuã: & iudicia tua ſicut meridiẽ. 6

Repetitio prioris verſus.

ד Tace Iehouæ, & ſpera in eo:″ne cõmoueare propter eum qui proſperatur in via ſua, propter virum facietem″abominationes. 7

ה Deſine″ab ira, & miſſum fac furorem:″ne miſceas te, veruntamen ad malefaciendum. 8

Male agentes, & Deo fidentes.

Quoniam maligni excidentur: at expectantes Iehouam ipſi hæreditate accipient terram. 9

ו Et adhuc paululum, & non erit impius:″& contemplaberis locum eius, & non erit. 10

″At humiles hæreditate capient terram, & oblectabuntur multitudine pacis. 11

Quales impii erga pios.

ז ″Cogitat impius contra iuſtum, & frendit aduerſus eum dentibus ſuis. 12

Sed Dominus ridet eum: quia videt quòd venit dies eius. 13

6 Domine in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſque ad nubes.

7 Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa.

Homines & iumenta ſaluabis Domine: quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus! 8

Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt.

9 Inebriabũtur ab hubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. C

10 Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

11 Prætẽde miſericordiam tuam ſciẽtibus te, & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.

12 Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

13 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

1 Pſalmus ipſi Dauid. XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem, Prouerb.23.b.17, & 24.a.1

2 Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum cito décident.

3 Spera in Dño, & fac bonitatẽ, & inhabita terrã, & paſcéris in diuitiis ei⁹. Eccleſiaſtic 2.c.15

4 Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

5 Reuela Domino viam tuã, & ſpera in eo: & ipſe faciet.

6 Et educet quaſi lumẽ iuſtitiam tuã, & iudicium tuum tanquam meridiẽ:

7 ſubditus eſto Domino, & ora eum.

Noli æmulari in eo qui ꝓſperatur ĩ via ſua, in homine faciẽte iniuſtitias.

8 Deſine ab ira, & derelinque furorẽ: noli æmulari vt maligneris. B

9 Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: ſuſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram. Eſa.51.c.7

10 Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

11 Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Matth.5.a.4

12 Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.

Dominus autem irridebit eũ, quoniam proſpicit quòd veniet dies eius. 13 C

---

7 Dei: אל .i. altiſſimi. nã quicquid eximium, magnum, & præſtans eſt, id Dei eſſe dicunt Hebræi. q. d. Tam immenſa eſt bonitas, ſiue miſericordia tua, quàm ſunt immenſi montes, quantumuis alti. Seruas תושיע conſeruare ſoles. Fut. Heb. pro præſ.

8 Pretioſa יקר præclara. Et filii ובני propterea filii. Sperant. : יחסיון Fut. Heb. ſperabunt.

9 Inebriabuntur ירוין Inebriabunt ſe. Implebunt ſe. Saturabuntur opulentia, &c.

10 Videbimus נראה .i. cõſequemur. hoc eſt tenebris & ignorãtia liberabimur. 11 Protrahe משוך Obtẽde. Extẽde. Prolixam fac.

12 Pes ſuperbiæ, רגל גאוה pro, pes ſuperborum. hoc eſt, ne inuadant me ſuperbi. Migrare faciat me : תנידני impellat me. commoueat. dimoueat. abducat, ſub. loco meo.

13 Illuc ceciderunt שם נפלו Vel eſt præt. pro fut. Illuc cadent. quò ſcilicet me impellere conabantur. Impulſi, &c. : דחו ולא־יכלו קום impellentur, nec poterunt ſurgere.

IN PSALMVM XXXVII.

1 Ne cõmoueare propter mal. אל־תתחר במרעים Ne ſuccẽſeas ab malos. Ne irriteris propter malignos. Ne bilẽ tibi moueant malitioſi. Alii, Ne admiſceas te cum noxiis. Vel, Ne ſocietatem ineas cum peruerſe agentibus. Ne zelau. &c. : אל־תקנא בעשי עולה neque inuideas facientibus iniquitatem. i. ne illis inuideas proſperum rerum ſucceſſum. Alii, neque vrat te æmulatio ob facientes iniquitatem.

2 Tanq. her. ve. ſucc. כחציר מהרה ימלו inſtat graminis velociter marceſcent. aut, marceſcendo cóncident, ſiue flacceſcent. Et ſicut ol. ger. וכירק דשא & ſicut viror herbæ. id eſt, virens herba.

3 Et paſce veritatem : ורעה אמונה & paſce fidem. i. nutri te fide & veritate. Alii, & paſce fide. vel fideliter. i. doce. vt Iere. 3. c. 15, & paſcent vos ſcientia & intelligentia. Chald. paraph. robora te fide, aut veritate. Alii, imperatiua vertunt in futura, Inhabitabis terram, & paſcéris in veritate. q. d ſi ſpẽ collocaueris in Iehoua, & feceris bonũ, licebit vt terrã inhabites, & nutrieris fideli & certo, ſiue confirmato rerũ ſucceſſu. nam id fides hoc loco ſignificare videtur, nẽpe reſpõdentẽ expectationi noſtræ rerũ ſucceſſum, vt nihil deſit timẽtibus Iehouã, Pſal. 34. b. 10.

7 Ne commoueare אל־תתחר Idem verbum quod in principio primi verſus. id eſt, ne moueat tibi bilem eorum poſteritas, ne inuideas. Abominationes. מזמות fraudes. ſcelera.

8 Ab ira מאף quam ſcilicet concepiſti ob improborum fœlicitatem. Ne miſc. te אל־תתחר Rurſum idem verbum quod in principio primi verſus, Ne mouearis vt etiam noceas. Ne ſuccenſeas vt & tu nocere velis: vel (vt alii) ſaltem ad malefaciendum.

10 Et contempl. והתבוננת Hebraiſmus, pro, quúmque contemplatus fueris, ſiue aduerteris animum diligenter vt ſcias locum vbi habitat, nuſquam reperies. 11 At hum. וענוים At afflicti. manſueti. Mult. pacis. : על־רב שלום Hebraiſmus, pro plurimo rerũ ſucceſſu.

12 Cogitat זמם Molitur. Machinatur.

14 Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum,
Vt deiiciant pauperem & inopē, vt trucident rectos corde.
15 Gladius eorū intret in corda ipſorum:& arcus eorum confringatur.

16 Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.
17 Quoniam brachia peccatorum cōterentur:confirmat autem iuſtos Dominus.
D 18 Nouit Dominus dies immaculatorum,& hæreditas eorum in æternum erit:

19 Non cōfundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur. quia peccatores peribunt:
20 Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati,deficientes quemadmodum fumus deficient.

21 Mutuatur peccator,& non ſoluet, iuſtus autem miſeretur & tribuet.
22 Quia benedicentes ei hæreditabūt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
E 23 Apud Dominum greſſus hominis dirigentur:& viam eius volet.
24 Quum ceciderit ,non collidetur: quia Dominus ſupponit manū ſuam

Eccleſiaſtici 2.c.15

25 Iunior fui, etenim ſenui:& non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

26 Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.
27 Declina à malo , & fac bonū, & inhabita in ſeculum ſeculi.
F 28 Quia Dominus amat iudicium : & non derelinquet ſanctos ſuos,in æternum conſeruabuntur:
29 Iniuſti punientur, & ſemen impiorum peribit.
Iuſti autem hæreditabunt terrā : & inhabitabūt in ſeculū ſeculi ſuper eā.

Eſa.51.c.7

30 Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.
31 Lex Dei eius in corde ipſius:& non ſupplantabuntur greſſus eius.
32 Conſiderat peccator iuſtū: & quærit mortificare eum.
33 Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius : nec damnabit eum quum iudicabitur illi.
G 34 Expecta Dominum , & cuſtodi viā eius:& exaltabit te vt hæreditate capias terrā : quum perierint peccatores, videbis.
35 Vidi impium ſuperexaltatum,& eleuatum ſicut cedros Libani:
36 Et tranſiui,& ecce nō erat: & quæſiui eū,& non eſt inuentus locus eius.
37 Cuſtodi innocentiam,& vide æquitatem: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.
38 Iniuſti autem diſperibūt ſimul: reliquiæ impiorum interibunt.

14 ח Gladium euaginauerunt impii , & tetenderunt arcū ſuum, vt ruere faciant pauperem & inopem,vt iugulent rectos via:
15 *Sed* gladius eorum ingredietur cor eorum,& arcus eorum confringentur.
16 ט Melius eſt paululum iuſto , quàm diuitiæ impiorum multæ.

Piorum & impiorū ſors differens.

17 Quia brachia impiorum confringentur : ſuſtentat autem iuſtos Iehoua.
18 י Nouit Iehoua dies ʹperfectorum , & hæreditas eorum in ſeculum erit:
19 Non afficientur pudore in tempore malo,& in diebus famis ſaturabuntur.
20 כ ″Quia impii peribunt , & inimici Iehouæʹſicut pretioſum agnorum abſumentur, ſicut fumus″deficient.
21 ל Mutuum accipit impius,& nō reddit: ſed iuſtusʹdonat, & dat.
22 Quia″benedicti ab eo,hæreditate accipient terram:″& maledicti ab eo,excidentur.
23 מ A Iehoua greſſus hominis diriguntur, ʹ& viam eius vult.

Deus dux & rector fidelium.

24 ″Quum ceciderit,non proſternetur:quia Iehoua ſuſtentat manum eius.
25 נ Puer fui, etiam ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

Fideles non derelinquuntur à Deo.

26 Omni dieʹdonat,&mutuū dat,& ſemē eius″*eſt* in benedictione.
27 ס Recede à malo, & fac bonum : ″& habitabis in ſeculum:

Exhortatio ad opera fidei.

28 Quia Iehoua amat iudicium,& non derelinquit miſericordes ſuos,in ſeculū cuſtodientur: ſemē autem impiorum ſuccidetur.
29 צ Iuſti hæreditate accipient terram, & habitabunt in ſeculum ſuper eam.
30 פ Os iuſti ʹloquetur ſapientiam, & lingua eius loquetur″iudiciū.
31 Lex Dei eius in corde eius, ideo non nutabunt ʹpedes eius.
32 צ ʹSpeculatur impius iuſtum , & quærit interimere eum:
33 *At* Iehoua non derelinquet eum in manu eius,″nec condemnabit eum quum iudicatus fuerit ipſe.
34 ק Expecta Iehouam, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te , vt hæreditate capias terram:″quum ſucciſi fuerint impii,videbis.
35 ר Vidi impium″fortem, & vireſcentem, inſtar lauri viridis:

Infideles vt fumus.

36 ʹEt tranſiuit,& ecce non fuit:& quæſiui eum,& nō eſt inuentus.
37 ש Obſerua perfectum *hominem* , & vide rectum: quia nouiſſimum *tali* viro pax.

Exhortatio ad innocentiam.

38 ″At præuaricantes diſſipabuntur pariter:ʹnouiſſimum impiorū ſuccidetur.

Impiorum interitus.

18 Perfect. תמימים integrorum.innocentium.

20 Quia impii per. כי רשעים יאבדו Quando (vel Quo tempore) impii peribunt. Sicut pretioſum כיקר כרים ſicut pretioſitas agnorum.aut optimum quod eſt in agnis. Periphraſis eſt adipis.q.d.ſicut adeps agnorum. Deficient כלו conſumentur.diſperibunt.euaneſcent. 21 Donat חונן miſeretur.benignè largitur.

22 Benedicti ab eo מברכיו qui illi bene precantur. benedicentes ei,iuxta illud Gen.12 a.3,Benedicam benedicentibus tibi , & maledicam maledicentibus tibi. Et maled.ab eo. ומקלליו & maledicentes ei.ſub.iuſto. vel, Qui verò eum deteſtati fuerint.

23 Et viam eius vult :ודרכו יחפץ & viæ eius fauet.vel,viam eius gratam habet.aut,via eius grata eſt ei.Fut.Heb. pro præſ.

24 Quum cecid. non proſter. כי יפל לא יוטל Fut.Heb.quod per præſens verti poteſt,Quum ruit,nō corruit.Quum cadit,nō colliditur.

26 Donat, חונן beneficus eſt.miſeretur benignè agit. *Eſt* in bened. : לברכה *eſt* in benedictionem. id eſt, ab omnibus laudatur, & bene audit. Alii,*erit* in beneficium. Vel,beneficentiam.i.perpetua Dei beneficentia fruetur.Sic Pſal.21.b.7.

27 Et habitabis in ſeculum : ושכן־לעולם & habita in æternum.Imper.pro fut.habitabis perpetuò.ſub.in terra.q.d.multum diùque inhabitabis terram. Sic in principio huius Pſalmi,verſu 3,Inhabita terram.

30 Loquetur ſap.יהגה חכמה Vel per præſens,loquitur ſapientiam,aut verba ſapientiæ plena. Alii,diſſerit de ſapientia. Alii,meditatur ſapientiam. Iudicium משפט æquitatē,id eſt recta & vtilia. 31 Pedes eius : אשריו greſſus eius. 32 Speculatur צופה obſeruat.

33 Nec cōdem. &c. : ולא ירשיענו בהשפטו nec damnabit eum quum iudicabitur.i.non ſinet eū iniuria iudiciorum opprimi dum accuſabitur,& cauſa eius agetur. 34 Quum ſucc.fue. בהכרת quum excidentur.vel exterminabuntur.

35 Fortem עריץ robuſtum.terrificum.inſignem.potentem.i.magna authoritate præditum.

36 Et tranſiuit, ויעבר Et præteriit.abiit.euanuit.

38 At præuar.diſſip. ופשעים נשמדו At tranſgreſſores delebuntur.Vel, ſcelerati conſumentur. Aut,iniqui deſtruentur.Præt.Heb.pro fut. Nouiſſ.imp.ſucc. : אחרית רשעים נכרתה finis miſerorum ſuccinditur.i.impii ad poſtremum pereunt:aut, fine ſuo fruſtrantur.

ת Salus verò iuſtorum à Iehoua: *qui* fortitudo eorum *eſt* in tempore anguſtiæ: 39

"Adiuuátque eos Iehoua,& eruit eos: eruit eos ab impiis,& ſeruat eos,quia "ſperauerunt in eo. 40

Pſalmus Dauid "ad commemorandum. XXXVIII. 1

Dauid grauiſſimo morbo laborans, petit afflictionem minui.

DOmine,ne ĩ furore tuo arguas me,nec ĩ ira tua corripias me: 2

Quoniam ſagittæ tuæ "deſcenderunt in me, & deſcendit ſuper me manus tua. 3

Vis morbi quem propter peccata patiebatur.

"Non eſt integrũ in carne mea propter iram tuam: "nõ eſt pax oſſibus meis propter peccatum meum. 4

Quoniam iniquitates meæ "tranſierũt caput meum: ſicut onus graue "grauiores fuerunt me: 5

Putruerunt, "tabuerunt liuores mei,propter ſtultitiam meam. 6

"Incuruus ſum,inclinatus ſum vehementiſſimè: omni die "pullatus ambulo. 7

Quoniam "ilia mea plena ſunt ardore: & non eſt "integritas in carne mea. 8

"Debilitatus ſum,& attritus ſum vehemẽtiſſime, rugio "præ fremitu cordis mei. 9

Domine coram te eſt omne deſiderium meum,& ſuſpirium meum à te non eſt abſconditum. 10

Cor meum "circumit,derelinquit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum,etiam "ipſi non ſunt mecum. 11

Deſeritur ab amicis morbo offenſis.

Qui diligebant me, & ſodales mei "à cõſpectu plagæ meæ "ſtant, & propinqui mei à longinquo "ſtant. 12

Et laqueos tetenderunt quærentes animam meam: & quærentes malũ meũ loquũtur "prauitates,& dolos omni die "meditãtur. 13

Inimicis affligentibus nihil reſpõdet.

Ego vero tanquam ſurdus non "audio, & ſicut mutus qui non aperit os ſuum: 14

Ego inquam ſum ſicut vir qui non audit, neque ſunt in ore eius "redargutiones. 15

Quia te Iehoua "expecto, tu reſpondebis Domine Deus mi: 16

Quia dicebam, Ne forte lætentur de me: *qui* "dum declinat pes meus, "aduerſum me magnificant *os ſuum*. 17

Quoniam ego ad claudicationem paratus ſum,& dolor meus coram me eſt ſemper. 18

39 Salus autem iuſtorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

40 Et adiuuabit eos Dominus,& liberabit eos: & eruet eos à peccatorib⁹, & ſaluabit eos,quia ſperauerũt in eo.

Pſalmus Dauid in rememoratione die ſabbathi. XXXVII. 1

DOmine,ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me: 2

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi,& cõfirmaſti ſuper me manum tuam. 3

Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. 4

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. 5

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ,à facie inſipientiæ meæ. 6

Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar: 7

B

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea. 8

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. 9

Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. 10

Cor meum conturbatum eſt,dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum,& ipſum non eſt mecũ. 11

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropiquauerũt & ſteterũt: 12

C

Et q̃ iuxta me erãt,delõge ſteterũt: & vĩ faciebãt q̃ quærebãt animã meã: 13
Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates,& dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus nõ audiebam,& ſicut mutus non aperiens os ſuum. 14

Et factus ſum ſicut homo non audiens,& non habens in ore ſuo redargutiones. 15

Quoniam in te Domine ſperaui, tu exaudies me Domine Deus meus. 16

D

Quia dixi, Nequãdo ſupergaudeãt mihi inimici mei: & dum commouẽtur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt. 17

Quoniã ego in flagella paratus ſũ: & dolor meus in cõſpectu meo ſẽper: 18

---

40 Adiuuátque eos ויעזרם Fut.Heb.pro præſ. Speraue.in eo. חסו בו: vel per præſens, cõfidunt ei aut,ſperant in eo.

IN PSALMVM XXXVIII.

1 Ad commem.: להזכיר Subaudi, beneficium Dei, quo à graui morbo liberatus fuerat: vt alios prouocaret ad ſimiliter orandum, ſiquando in morbum inciderent. Vel, quo ipſe ſua mala cõmemorat. Quidam Hebræorum dicunt הזכיר fuiſſe initium vulgaris carminis.

3 Deſcẽd.in me, & deſc. נחתו בי־ותנחת depreſſæ ſunt in me,& depreſſa eſt. Vel,contortæ ſunt in me,& deſcendit. Alii,demiſſæ ſunt in me,& demiſſa eſt. 4 Non eſt integ. אין־מתם Non eſt perfectio. Non eſt ſanitas. Non eſt pax oſſib.m. אין־שלום בעצמי .i. non eſt quies membris meis. Nam pax,pro quiete ponitur: quòd in pace omnia ſint tranquilla. Oſſa verò pro ipſis membris.

5 Tranſierunt עברו Vel per præſens,tranſcendunt,ſuperãt,ſupergrediũtur. Grau.fu.me. יכבדו ממני aggrauatæ ſunt præ me.i. ponderoſiores ſunt quàm vt illas ferre queam.

6 Tabue.liu.m. נמקו חבורתי ſanie diffluunt liuores mei.ſiue vibices ex caſtigatione tua contractæ. Alii,vlcera mea.

7 Incur.ſ.incli.ſ. נעויתי שחותי Incuruatus & depreſſus ſum. Vel,depreſſus ſum & incuruatus ſum. Alii, Diſtorto corpore ſum,& incuruo. Pullatus קדר atratus.mœſtus.obſcurus & facie ſubnigra.

8 Ilia mea pl.ſ.ard. כסלי מלאו נקלה ilia mea plena ſunt fœdo.ſub.vlcere, aut apoſtemate. Alii, femora mea prorſus occupat ardens vlcus. Alii,coxendicem meum penitus occupauit fœdum.ſub.vlcus. Integritas מתם perfectio.ſanitas.ſani quicquam.

9 Debilit.ſ.& att. נפוגתי ונדכיתי Diſſolutus ſum ac deiectus,vel contritus,aut percuſſus. Præ frem.&c.: מנהמת לבי præ anxietate cordis mei.præ turbatione.præ tumultu cordis mei.

11 Circumit סחרחר circuncurſat. circumagitatur.circunuagatur.vertitur in gyrum.i.alia atque alia verſat.q.d.crucior vanis cogitationibus. Ipſi הם ſub.oculi.id eſt non funguntur ſuo officio. Poſſet etiam legi ipſum,nempe lumen,vt הם pro הוא accipiatur.

12 A conſpectu מנגד Ad verbum,de coram.id eſt, ſubducti à plaga mea, auerſi à me ſteterunt,quòd morbus meus eſſet contagioſus. Stant יעמדו Fut.& præt.Heb.pro præſ. 13 Prauitates הות iniqua.pernicioſa. Meditantur: יהגו Fut.Heb.pro præſ.immurmurãt.

14 Audio. אשמע Fut.Heb.pro præſ.vel potius pro præt.imperf.audiebam.id eſt,diſſimulabam me audire quæ dicerent.

15 Redargutiones: תוכחות reprehenſiones.i.non habet quod reſpondeat. 16 Expecto הוחלתי Præt.Heb.pro præſ.

17 Dum declinat במוט dum nutat.vacillat.commouetur. Adu.me magnificant *os ſuum*: עלי הגדילו Præt. Heb.pro præſ.i.magnifica & ſuperba aduerſum me loqui ſolent,ſuper me extolluntur,& inſultant mihi.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt,& confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi , quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus:ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meum,Domine ſalutis meæ.

In finem pro Idithun cãticum Dauid. XXXVIII.

DIxi, Cuſtodiam vias meas: vt nõ delinquam in lingua mea.

Poſui ori meo cuſtodiam quũ conſiſteret peccator aduerſum me.

Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: & dolor me⁹ renouat⁹ eſt

Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Loquutus ſum in lingua mea,Notũ fac mihi Domine finem meum,

Et numerum dierũ meorum quis eſt:vt ſciam quid deſit mihi.

B Ecce mẽſurabiles poſuiſti dies meos & ſubſtãtia mea tanq̃ nihilũ ante te.

Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.

Veruntamen in imagine pertranſit homo:ſed & fruſtra conturbatur.

Theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

Et nũc quæ eſt expectatio mea? nõne Dñs? & ſubſtãtia mea apud te eſt.

Ab omnib⁹ iniquitatib⁹ meis erue me: opprobriũ inſipiẽti dediſti me.

Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti : amoue à me plagas tuas.

C A fortitudine manus tuæ ego defeci:in increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem.

Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe:lachrymas meas

Ne ſileas:qm̃ aduena ego ſum apud te, & peregrin⁹ ,ſicut oẽs patres mei.

Remitte mihi , vt refrigerer prius quàm abeam,& amplius non ero.

XXXIX.

In finem,Pſalmus ipſi Dauid.

EXpectans expectaui Dominum, & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas,

19 Quoniam iniquitatem meam ″annuntio, ′timeo propter peccatum meum.

Ob peccatum afflictus.

20 Et *interea* inimici mei viuentes′roborantur, & multiplicãtur qui odio habent me ſine cauſa.

Inimici.

21 Et reddentes malum pro bono,′aduerſantur mihi, eo quòd ſequor bonum.

22 Ne derelinquas me Iehoua:Deus mi ne elonges te à me.

Implorat Deum.

23 Feſtina ad auxilium meum,Domine ſalutis meæ.

1 ′Victori″ipſi Ieduthun canticum Dauidis. XXXIX.

2 DIxi,obſeruabo vias meas,ne peccem lingua mea:″cuſtodiam os meum clauſura,quandiu impius fuerit coram me.

Oſtendit Dauid morbos æquo animo, & ſine vlla querimonia ferendos eſſe.

3 Obmutui′ſilentio,tacui à bono,″& dolor meus turbatus eſt.

4 Incaluit cor meum in medio mei, ″in meditatione mea exarſit ignis,*tandem* loquutus ſum lingua mea.

5 ″Scire fac me Iehoua finem meum,& menſuram dierum meorum quæ ſit,ſciam ″quàm temporalis ſum.

Breuitas & vanitas vitæ humanæ.

6 Ecce ″*ut* palmos poſuiſti dies meos, & æuum meum tanquam nihil corã te:profectò vniuerſa vanitas omnis homo″ſtãs.ᴅSelah.

7 Profecto″in imagine ambulat vir, profecto in vanum ″tumultuantur:congregat,& neſcit quis colligit ea.

8 Et nunc quid″expectaui Domine?ſpes mea in te eſt.

Se in Deum coniicit.

9 Ab omnibus *igitur* ″præuaricationibus meis libera me: ″opprobrium ſtulti ne ponas me.

Orat peccatã condonari ſibi, & afflictionem remitti.

10 ″*Quia* obmutui,non aperui os meum:quia tu feciſti *iſtud*.

11 Remoue à me plagam tuam:″à bello manus tuæ ego defeci.

12 *Dum* increpationibus propter iniquitatem corripis hominem, ″& liqueſcere facis″vt tinea,″deſiderium eius: profecto vanitas omnis homo.ᴅSelah.

13 Audi orationem meam Iehoua,″& clamorem *meum* auribus percipe,ad lachrymam meam″ne vt ſurdũ te exhibeas: quia peregrinus ſum apud te,incola vt omnes patres mei.

14 ″Ceſſa à me,″& roborabor,antequam vadam,″& non ſim.

1 ′Victori ipſius Dauidis canticum. XL.

2 E″Xpectando expectaui Iehouam,′& inclinauit *aurem ſuã* mihi,& audiuit″clamorem meum.

Chriſti & ſuorum gratiarum actio pro ſui liberatione.

19 Annũtio אגיד Fut.Heb.pro præſ.fateor.patefacio. Timeo אדאג Fut.Heb.pro præſ.anxius ſũ.doleo.ſolicit⁹ ſũ.ſub.*de peccato meo.*

20 Roborantur,& multipl. עצמו ורבו Præt.Heb.pro præſ.inualeſcunt,& augentur. 21 Aduerſ. mihi, ישטנוני Fut.Heb.pro præſ.

IN PSALMVM XXXIX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Ipſi Ieduthun לידותון Hic fuit vnus ex illis præclaris cantorũ præfectis quos Dauidem inſtituiſſe legimus 1.Paralip.16.d.38,& 25.a 1.

2 Cuſtodiã os m.clau. אשמרה לפי מחסום cohibebo os meũ capiſtro.ponã cuſtodiæ vice ori meo capiſtrũ.vel fiſcellã.Gallicè,*une muſeliere.*

3 Silentio דומיה ſubaudiunt quidam præpoſitionem,*in* ſilentio.vel,*præ* ſilentio.Alii, ſilendo,ſiue tacitus.q.d.tandiu ſilui vt pene viderer mutus. Et dolor m.tur. : וכאבי נעכר interim dolor meus incruduit.irritatus eſt.exagitatus eſt.

4 In med.mea בהגיגי dum mecum immurmurarem.

5 Scire fac me הודיעני Notum fac,vel Indica mihi. Quàm temp.ſ. : מה־חדל אני quandiu mundanus ero.i.quandiu victurus ſim in hoc mundo.Alii,cuius æui ego.Vel,quanti æui ſim.Alii,quàm *breuis* temporis ſim.Alii,quòd mundanus ſim.

6 Vt palmos poſ. טפחות נתתה Ad verbum,palmares dediſti.vel,pugillos.hoc eſt breues vt mẽſura quatuor digitorum. Stans. : נצב conſiſtens.vel,exiſtens.id eſt,quamlibet firmus conſiſtere videatur.

7 In imag. בצלם in tenebris.vel,vmbræ inſtar.nam quidam codices habent כ ſimilitudinis notam,pro ב præpoſitione. Tumultuantur: יהמיון turbantur.perſtrepunt.tumultibus ſeſe ingerunt.Fut.Heb.pro præſ. 8 Expectaui קויתי Vel per præſens,expecto.

9 Præuaric.m. פשעי tranſgreſſionibus.ſceleribus meis. Opprobr.&c. : חרפת נבל אל־תשימני Hebraiſmus,pro, Ne exponas me ludibrio ſtolidis hominibus. 10 *Quia*.ſubauditum,vt ſit ratio quare nolit eſſe opprobrio.

11 A bello מתגרת à cõflictu.à vulnere.ab exagitatione.Alii,Propter infeſtã manũ tuã.id eſt,nã plaga quã mihi inflixiſti,cõfectus ſum.

12 Et liqueſcere facis ותמס & *ilico* tabeſcere facis. Vt tinea כעש ſub.perdere ſolet. Deſideriũ eius, חמודו deſiderabile eius.Vel, quicquid in eo eſt deſiderabile.Alii,decorem eius.Deſiderium,pro deſiderabili & eximio,vt Thren.1.d.11,Dederunt deſideria ſua pro cibo.

13 Et clam.m. ושועתי & vociferationem meam. Ne vt ſur.te exhib. אל תחרש ne obſurdeſcas.ne taceas.

14 Ceſſa השע Deſine.Declina.Recede.Deflecte. Et rob. ואבליגה vt corroborer.vt vires recipiam.vt refociller. Et non ſim. : ואינני Ad verbum,& non ego.

IN PSALMVM XL.

1 Victori למנצח Vide.Pſal.4 2 Expectando exp. קוה קויתי Geminatio verbi ſummam curam & diligentiam ſignificat.vertere potes,expectabam. Et inclinauit *aurem ſuam* mihi ויט אלי & declinauit ad me.vel,diuertit.mihi inflexus eſt. Clam.meũ. : שועתי vociferationem meam.vel,implorationem.

3 ʹEt aſcēdere fecit me è ciſterna ſonitus,è luto″cœni,& ſtatuit″ſuper petram pedes meos,″direxit greſſus meos.

4 Et poſuit in ore meo canticum nouum,ʹlaudem Deo noſtro: videbunt multi,& timebunt,& ſperabunt in Iehoua.

5 Beatus vir ille qui″poſuit Iehouam″ſpem ſuam, nec reſpexit ad ſuperbos,″& *ad* declinantes *ad* mendacium.

6 ″Multa feciſti tu Iehoua Deus meus,mirabilia tua:″& cogitationes tuas erga nos,nemo eſt qui ordinare *poſſit* tibi: *ſi*″annuntiare & eloqui *uelim*,plura ſunt quàm vt narrentur.

Chriſtus hoſtia pro peccatis noſtris.

7 ″Sacrificium & oblationem″noluiſti:aures *autem*″fodiſti mihi.holocauſtum & ſacrificium pro peccato non poſtulaſti:

8 Tunc dixi,Ecce″veni:″in volumine libri ſcriptum eſt de me.

9 ″Vt facerem voluntatem tuā Deus mi,″volui: & Lex tua in medio″viſcerum meorum eſt.

Iuſtitiam qua peccator iuſtificatur, & miſericordiā prædicauit Chriſtus.

10 Annūtiaui iuſtitiam in cœtu multo: ecce labia mea non″prohibui,Iehoua tu noſti.

11 Iuſtitiam tuam non abſcondi in medio cordis mei: veritatem tuam & ſalutem tuam ″dixi : non celaui miſericordiam tuam, & veritatem tuam in cœtu multo.

Chriſtus petit miſericordiā & promiſſionum adimpletionem.

12 Tu *ergo* Iehoua ne″prohibeas miſericordias tuas à me:miſericordia tua & veritas tua ſemper ʹcuſtodiant me.

13 Quoniam circundederunt me mala″innumera, comprehenderūt me iniquitates meæ,″& nō potui videre: ″multiplicatæ ſunt præ capillis capitis mei,& cor meum dereliquit me.

14 ″Velis Iehoua eruere me: Iehoua ad auxilium mei feſtina.

Orat contra aduerſarios.

15 Pudore afficiantur, & erubeſcant pariter quærentes animam meam,vt perdant eam:″auertantur retrorſum, & pudore afficiātur volentes malum meum.

16 Deſolētur″in mercedē pudoris ſui,qui dicūt mihi,Euge,euge.

Exhortatio ad lætitiam.

17 Gaudeant & lætētur in te omnes quærentes te: & dicāt ſemper, ″Magnificetur Iehoua,qui diligunt ſalutem tuam.

Solicitus pro ſuis Deus.

18 Ego autem″pauper ſum & egenus,*at* Iehoua″cogitat de me:auxilium meum,& liberator meus es,Deus mi ne tardaueris.

3 & eduxit me de lacu miſeriæ,& de luto fæcis.

Et ſtatuit ſuper petrā pedes meos, & direxit greſſus meos.

4 Et immiſit in os meum canticum nouum,carmen Deo noſtro.

Videbūt multi,& timebunt:& ſperabunt in Domino.

5 Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius : & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

6 Multa feciſti tu Domine Deus meꝰ mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. B

Annūtiaui & loquutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

7 ‖Sacrificium & oblationem noluiſti:aures autem perfeciſti mihi. Heb.10.a.5

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti:tunc dixi,Ecce venio.

8 In capite libri ſcriptum eſt de me.

9 vt facerem voluntatem tuam, Deus meus,volui,& legem tuam in medio cordis mei.

10 Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna,ecce labia mea non prohibebo,Domine tu ſciſti.

11 Iuſtitiam tuā non abſcondi in corde meo : veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. C

Non abſcondi miſericordiam tuā & veritatem tuam à conſilio multo.

12 Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperūt me.

13 Quoniā circūdederūt me mala quorū nō eſt numerus:cōprehenderūt me iniquitates meæ,& nō potui vt viderē

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meū dereliquit me.

14 Complaceat tibi Domine vt eruas me:Domine ad adiuuādū me reſpice.

15 Confundantur & reuereātur ſimul, qui quærunt animam meam vt auferant eam. D

Conuertantur retrorſum, & reuereantur ſimul qui volunt mihi mala:

16 Ferant confeſtim confuſionem ſuā, qui dicunt mihi,Euge,euge.

17 Exultēt & lætētur ſuper te omnes quærētes te:& dicāt ſemper,Magnificetur Dn̄s,qui diligunt ſalutare tuum.

18 Ego autem mendicus ſum & pauper:Dominus ſolicitus eſt mei.

Adiutor meus & protector meus tu es:Deus meus ne tardaueris.

3 Et aſcen.fe.me è ciſt.ſo. ויעלני מבור שאון Et extraxit me è ciſterna ſtrepitus.i.in quam aquæ decidūt magno cum impetu.aut,de puteo in quo aquæ nimia agitatione perſtrepebant,& ſonitum edebant. Aquarum profunditatem circunloquitur,quibus ingentiſſimū periculū ſignificat. Cœni, היון Subſtantiuū vice adiectiui, cœnoſo,ſiue limoſo.i.copioſo. Super petrā על־סלע ſuper rupem.Petrā ſiue rupem pro tuto ab omni periculo perfugii loco vſurpat Scriptura. Vox Hebræa סלע ſignificat etiam arcem & munitionem, quòd arces vtplurimum ſuper rupes conſtruantur. Direxit כונן confirmauit.corroborauit.apparauit.

4 Laudem תהלה ſub.dedit inquam.id eſt,dedit occaſionem laudandi Deum noſtrum.

5 Poſuit שם Verti poteſt per præſens,ponit.aut per futurum coniunctiui,poſuerit. Spem ſuam: מבטחו fiduciam ſuam.Hebraiſmus, ponere Deum fiduciam ſuam,pro collocare in eo ſuā fiduciam. Et *ad* declin.*ad* m. ושטי כזב : & *ad* ſectatores mendacii.id eſt, rerum quæ nos fallunt.Sunt qui intelligant ariolos,& malarum artium ſtudioſos.

6 Multa fe.tu Ieh.De.m.mirab.tua, רבות עשית אתה יהוה אלהי נפלאתיך Hebraiſmus,quem nonnulli ſic conuertunt,Multa ſunt mirabilia tua Iehoua Deus mi,quæ feciſti.Alii,Miranda multa patraſti. Et cogit.t.erga nos non eſt,&c. ומחשבתיך אלינו אין ערוך אליך Hebraice ad verbū,Et cogitationes tuas nobis non eſt ordinare tibi. Quod ſic quidam vertunt,Et cogitationum tuarum erga nos,non poteſt iniri coram te ratio.Alii,poſtremū verbum prioris partis huius verſus coniungunt huic ſecundæ parti,hoc modo vertentes,Admirandorū facinorum tuorum,& conſiliorū tuorū erga nos,nō poteſt,&c.Alii,Mirabilia tua & cōſilia tua *ſunt* propter nos, neque *licet illa* in ordinē redigere,*ac recenſere* coram te.q.d.tot & tanta ſunt beneficia tua erga nos,vt nemo ea in ordinem redigere,ac corā te recēſere poſſit. *Si* annuntiare,&c: אגידה ואדברה עצמו מספר Ad verbum,annuntiabo & eloquar,multiplicata ſunt à narratione.

7 Sacrif.& obl.nol. זבח ומנחה לא חפצת Sacrificium & donum non amas.aut,expetis.Sacrificio & oblatione non delectaris.Sacrificium & oblatio non ſunt tibi accepta. Fodiſti mihi: כרית לי .i.aures cauatas tribuiſti mihi vt audirem Leges tuas:auſcultare me tibi feciſti.

8 Veni: באתי vel præt.pro præſ.venio. In volu.libri במגלת־ספר Veteres Hebræi in mēbranis aut chartis ſcribebāt quæ in rotūdū cōplicabantur. in huiuſmodi etiā hodie ſcribunt Legē & Prophetas. In volumine igitur libri.i.in libro plicatili,ſiue mēbranis plicatilibus.

9 Vt fac.vo.t.Deus mi,vo. לעשות רצונך אלהי חפצתי Hebraiſmus,pro,volūtatem tuam cupio facere,magnóque illius deſiderio teneor. Viſcerum m. : מעי inteſtinorum,vel præcordiorum meorum. Vox Hebræa מעי, dualis eſt numeri, quòd ſuperiora viſcera ſignificet, nempe cor & pulmonem,quæ à viſceribus inferioribus,iecore,liene,& renibus ſeparatur diaphragmate,ſiue ſepto tranſuerſo. vnde & pro corde accipitur.q.d.legem tuam vehementer amplector.

10 Prohibui אכלא Fut.Heb.pro præt.cohibui.continui.

11 Dixi אמרתי Dixi,pro celebraui,& prædicaui,more Hebræorum ponitur.

12 Prohibeas תכלא ſubtrahas.cohibeas.contineas.tanquā clauſas ſcilicet,ne pertingāt ad me. Cuſtodiāt me. : יצרוני cuſtodient me.

13 Innumera, עד־אין מספר Ad verbū,vſq; nō numerus. Et non potui ולא־יכלתי ET pro vt,ſiue ita vt non potuerim,&c. Multiplicatæ ſ. עצמו præualuerunt.plures fuerunt quàm capilli capitis mei,quare animo deſtituor præ dolore.

14 Velis רצה Libeat tibi.

15 Auertantur retrorſum יסגו retrocedant.agantur retrorſum.

16 In merc.pud.ſ. על־עקב בשתם Hebraiſmus eſt,quaſi dicas,pro eo quòd me pudefacere conabantur.

17 Magnificetur יגדל Exaltetur.Extollatur.Magnus ſit.

18 Pauper עני afflictus. Cogitat יחשב Fut.Heb.pro præſ.

In finē,Pſalmus ipſi Dauid. X L.

Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperē:in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conſeruet eum,& viuificet eum,& beatum faciat eum in terra:& non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius : vniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius.

Ego dixi,Domine miſerere mei: ſana animam meam,quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, B Quando morietur & peribit nomen eius?

Et ſi ingrediebatur vt videret,vana loquebatur:cor eius congregauit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras,& loquebatur: in idipſum

Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabāt mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerūt aduerſum me,Nunquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat?

Iohan.13.b.18
act.1.c.16

‖Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationē.

Tu autem Domine miſerere mei, C & reſuſcita me:& retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluiſti me:quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſeculo & vſque in ſeculum.Fiat,fiat.

In finē,intellectꝰ filiis Core. X L I.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarū:ita deſiderat anima mea ad te Deꝰ.

Sitiuit anima mea ad Deum fortē, viuum: quando veniam,& apparebo ante faciem Dei?

1 ″Victori cantus Dauidis. X L I.

2 Beatus qui proſpicit″pauperi: in die mala liberabit eū Iehoua.

3 Iehoua cuſtodiet eum, & ″viuificabit eum:beatus erit in terra,″neque trades eum″in animam inimicorum eius.

4 Iehoua″fulciat eum ſuper lectum doloris,omne cubile eius″vertiſti in infirmitate eius.

5 Ego″dixi,Iehoua miſerere mei,ſana′animam meam:″quia peccaui tibi.

6 Inimici mei″dicunt malum de me, Quando morietur, & peribit nomen eius?

7 Et ſi veniebat *quiſpiam ex eis* ad viſendum, mendacium loquebatur,cor eius cōgregabat iniquitatē ſibi:egreſſus foras″loquebatur.

8 Simul aduerſum me″murmurabāt omnes odio habentes me, aduerſum me cogitabant malum mihi.

9 *Dicebāt,*″Res īpietatis adhæret ei:& qui decūbit,nō addet vt ſurgat.

10 Etiam ″vir pacis meæ cui fidebam , *&* qui manducabat panem meum,″magnificauit aduerſum me calcaneum.

11 ″At tu Iehoua miſerere mei,″& erige me,& reddam eis.

12 In hoc″cognoui quòd complacuiſti in me , quòd non iubilat inimicus meus ſuper me.

13 ″Et ego in perfectione mea ſuſtentaſti me , ″& ſtatuiſti me coram te ſemper.

14 Benedictus Iehoua Deus Iſrael à ſeculo & vſque in ſeculum. ″Amen,& amen.

1 ″Victori″intelligentia″filiis Coranh X L I I.

2 Quemadmodum cerua″clamat″ad torrentes aquarum,ita anima mea″clamat ad te,Deus.

3 ″Sitiuit anima mea ad Deum , ad Deum viuum , *dicens*, Quando veniam,″& apparebo coram Deo?

Beati qui ſoliciti ſunt de afflictis.

Orat Deū vt peccatum auferat & morbum.

Chriſtus orat pro peccatis noſtris, tanquam ſuis.

Iudæ perfidia.

Dauid regno pulſus à filio Abſalom,dolet ſe abeſſe à ſacro cœtu, petitque in integrum reſtitui.

IN PSALMVM XLI.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Pauperi אל־דל ægro.ægroto.attenuato.

3 Et viuificabit e. ויחיהו Vel,& viuificet eum.i.vitam,ſiue bonā valetudinem præſtet illi.Imprecantis verba eſſe poſſunt, vt & ſequēti verſu. Neque trad.e. ואל־תתנהו Vel,neque tradas eū.Perſonæ mutatio,pro,neque det. In animā בנפש Id eſt,volūtati & libidini.

4 Fulciat יסעדנו cōfirmet.roboret.ne ſcilicet morbo ſuccumbat. Vertiſti הפכת Mutatio perſonæ pro vertit:vel potius vertet,aut vertat.ſub.in ſanitatē & quietē.i.omnem laborem quem,quum decūbebat in lecto,infirmitate detentus, ſuſtinebat, vertet in trāquillitatē.

5 Dixi, אמרתי nonnulli vertunt per præt.imperf.dicebam,ſub.dum ſic ægrotarem.Alii adiectis pauculis vertūt, *Hinc* ego *quoque* dico.

6 Dicunt יאמרו Fut.Heb.quod quidā vertunt per præſens,dicūt:alii per imperfectum,dicebant:nonnulli per præt.perf.dixerunt.

7 Loquebatur : ידבר ſub.alia quàm loquutus erat coram. Alii ſubaudiunt, ea quæ collegerat in animo ſuo. Futura ſunt Hebræis,pro imperfectis,præſentibus,aut præteritis,pro voluntate interpretis.

8 Murmurabant יתלחשו Futura Heb.pro præſentibus,vt vertunt quidam.ſuſurrant.muſſitant.

9 Res imp.adh.ei: דבר־בליעל יצוק בו Res praua tenaciter inhæret illi.i.grauiſſimo morbo correptus eſt.Aut vt alii, Iniquitas mala adhæſit ei:vnde par eſt vt pœna ſit magna,non ſurget vltrà è cubili.Fut.Heb.pro præſ.Alii,Verbum belial effuſum eſt in ipſum.i.vltio gradis cuiuſpiam ſceleris penitus occupauit, & penetrauit iſtum,vt liberari ab illa nequeat.

10 Vir pacis meæ איש שלומי Hebraiſmus pro amico,& eo cum quo amice & pacifice viuimus. Magnif.adu.me cal.: הגדיל עלי עקב Calcaneum pro pede.Hebraiſmus,pro,Sublato pede,velut calce petiuit me,id eſt iniuria me affecit.Metaphora ab equis calcitronibus.Pulſare aliquem pede,contemptus eſt. Aut,magnifecit paſſus ſuos.hoc eſt,dignum me non habuit quem inuiſeret. Vel potius,aduerſum me ſtruxit inſidias.in quem ſenſum de proditore Iuda Iohannes,cap.13.b.18,locum iſtum adducit.

11 At tu ואתה Et,pro igitur,ſiue ergo,vel autem.Tu igitur.Tu autem. Et erige me, והקימני & reſtitue me.

12 Cognoui quòd compl.in me ידעתי כי־חפצת בי Præt. pro præſ. vel fut. agnoſco, vel agnoſcam quòd complacuit tibi in me.i. charum me habes.aut vt alii,faueas mihi,ſiue mihi bene velis.

13 Et ego in perf.mea ſuſt. ואני בתמי תמכת בי Præt.pro fut.præterea locutio eſt Hebraica,pro,Sed me ſuſtentabis in integritate mea.vt vacet EGO. Vel vt alii,Sed vtinā tuearis me in ſynceritate mea.vt ſubaudias OBSECRO,Sed ego *obſecro vt* ſuſtētes,&c.præt.pro fut.opt. Alii inuerſa eſſe verba exiſtimāt,Pro integritate mea *in qua* ego *ſum*,ſuſtētabis me,hoc eſt in vita ſeruabis,aut ſerua. Nōnullis & hic ſenſus eſſe videtur,ſubauditis etiam pauculis, Et ego in ſynceritate mea *viuere ſtudebo,propterea* ſuſtentabis me. aut, viuere ſtudui,*ideo* ſuſtentaſti me. Et ſtatuiſti ותציבני Præt.pro fut.ſtatues.

14 Amen & amen. : אמן ואמן Id eſt firmum ſit & firmū.aut,Sit ita,ſit ita: ſiue,Fiat & fiat. Venit enim à verbo אמן quod firmum eſſe ac ſolidum ſignificat.vnde & אמת veritas,& אמונה fides deducitur.Approbantes ac confirmantes auditum ſermonem,ea voce apud Hebræos vtebantur:vt Nume.5.c.23,& Deut.27.c.14,videre eſt.

IN PSALMVM XLII.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Intellig. משכיל Vide Pſal.32. Filiis Coranh לבני־קרח ſub.datus vt decātaretur.erāt enim periti muſices. Quidam vertunt,Eruditio filiorum Core.i.Pſalmus eruditione plenus,conſcriptus de Dauide ab vno è poſteris Core. Fuerunt enim ei tres filii qui doctrina valuerunt,dono ac munere prophetiæ inſignes:vnde & ſtudio muſices dediti erant.

2 Clamat תערג glocitat.deſiderat.Fut.Heb.pro præſ.Singulare item pro plurali,vt ceruæ,ſiue ceruarum armentum. Ad torr.aq. על־אפיקי־מים ad riuos aquarum.Alii,ad diuiſiones aquarum. Torrētes,ſiue diuiſiones aquarum pro fluminibus accipiunt nonnulli. Clamat תערג Idem verbum Hebræum quo ceruam glocitantem dixit.id eſt ardenti deſiderio fertur.

3 Sitiuit צמאה Præt.pro præſ.ſitit.ſitire ſolet.ſummo deſiderio Dei tenetur. Et apparebo,&c. ואראה פני אלהים & videbor[cōſpiciar]in

Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte: ″dum diceret mihi omni die, Vbi eſt Deus tuus? 4

Conſolatur ſe, quòd ſit vnus ex iis quos ſuſcipit Deus.

″Horum recordabar, & effundebam ſuper me animam meam, 5
″quòd tranſibam in numero, incedebã cum eis vſque ad domum
Dei in voce exultationis & laudis, ″*in* multitudine tripudiante.

Cur ″deiicis te, anima mea, ″& perſonas in me? ″expecta Deum: 6
quia adhuc ″confitebor ei *propter* ſalutes faciei eius.

Deus mi, in me anima mea ″deiecta eſt: propterea quòd ″recordor tui de terra Iarden, & Hermonitarum, à monte ″paruo. 7

Quæritur de ſuccedentibus calamitatibus.

″Vorago voraginem aduocat ad ſonitum fiſtularum tuarum: 8
omnes ″inundationes tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

Miſericordia.

″*Sic cogito*, In die præcipiet Iehoua miſericordiam ſuam, & nocte 9
″canticum *eius* mecum, *&* oratio Deo vitæ meæ.

Dicam Deo petræ meæ, Vtquid oblitus es mei? vtquid ″pullatus 10
ambulabo propter oppreſſionem inimici?

Eius ab inimicis afflictio.

″Vt occiſio *eſt* in oſſibus meis, dum probris afficiunt me inimici 11
mei, dicentibus ipſis ad me omni die, Vbi eſt Deus tuus?

Excitat ſe ad ſperãdam liberationem.

″Cur deiecta es anima mea? & cur perſonas in me? expecta Deũ, 12
quia adhuc confitebor ei *quòd ſis* ſalutes vultus mei, & Deus meus.

XLIII.

Orat afflictus illuminari cor ſuũ verbo & promiſſionibus Dei.

IVdica me Deus, ″& litiga litem meam à gente non miſericorde, à viro doloſo & iniquo eripe me. 1

Quia tu es Deus ″fortitudinis meæ: vtquid repuliſti me? ″vtquid 2
pullatus ambulabo propter oppreſſionem inimici?

Emitte lucem tuam & veritatem tuã, ″ipſæ deducent me, *&* in- 3
troducent me ad montem ſanctitatis tuæ, & ad tabernacula tua:

″Et introibo ad altare Dei, ″ad Deum lætitiæ exultationis meæ: 4
″& confitebor tibi in cithara, Deus Deus mi.

4 Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus?

5 Hæc recordatꝰ ſum, & effudi in me animã meã, qm̃ trãſibo in locũ tabernaculi admirabilis, vſq; ad domũ Dei, B
In voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis.

6 Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, qm̃ adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meꝰ.

7 Ad meipſum aĩa mea cõturbata eſt, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à mõte modico.

8 Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

9 In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticũ eius C

Apud me, oratio Deo vitæ meæ: di-
10 cam Deo, Suſceptor meus es,
Quare oblitus es mei? & quare contriſtatꝰ incedo, dũ affligit me inimicꝰ?

11 Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicũt mihi per ſingulos dies,
12 Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniã adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultꝰ mei, & Deꝰ meꝰ.

Pſalmus Dauid. XLII.

1 IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.

2 Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

3 Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerũt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

4 Et introibo ad altare Dei, ad Deũ qui lætificat iuuentutem meam.
Cõfitebor tibi in cithara Deus, Deꝰ

conſpectu Dei.i.tuo.tertia perſona pro ſecunda.hoc eſt in templo. Alii, & videbo faciem tuam? id eſt arcam fœderis in templo, ſuper quam apparere ſoles. Cupit Dauid reſtitui in patriam, vt in templo cum aliis poſſit Iehouam laudare.

4 Dum dicer.m. באמר אלי dum dicunt mihi. Vel, quum diceretur mihi.i.quum obiiceretur mihi ab hoſtibus.

5 Horũ rec.&c. אלה אזכרה ואשפכה עלי נפשי Hæc recordatus ſum, & effudi ſuper [vel in] me animã meã, quòd, &c. id eſt, Hæc reduxi in memoriã, vnde animus meus fuit quaſi liquefactus in gaudium, hoc eſt effuſo gaudio lætatus ſum quòd trãſierim, ſiue tranſibam. Futura Heb. pro præt. imperfect. vel perfectis. Quidam, Hæc dum recordor, effundo ſuper me animam meam, quòd tranſibam, &c. id eſt, recordatio illa feſtorum quæ quondam cum gaudio agere ſolebam, excutit mihi lachrymas amaras, quòd id amplius facere non liceat. Sic Anna, 1. Samu. 1. c. 15, dicit ſe effudiſſe animam ſuam coram Iehoua. Eadem, ſeipſam exponẽs, verſu ſequenti dicit, Ex multitudine eloquii mei & indignationis meæ loquuta ſum hactenus. Quòd tranſ. in nu. inced. cum eis כי אעבר בסך אדדם quòd præibam in caterua, [vel comitatu] lento gradu incedebam cum eis. אדדם ponitur pro אתדדה עמהם. Quidam vertunt, deducebam, ſiue adducebam eos vſque, &c. *In* mult. trip. : המון חוגג in turba feſtum agente. aut, læta. ſubauditur præpoſitio *in*. Alii, *deducens inquam* turbam feſtiuantem.

6 Deiicis te תשתוחחי deiiceris. deprimeris. deiecta es. Et perſonas ותהמי & tumultuaris. infremis. inquieta es. Expecta Deum. הוחלי לאלהים ſpera *tantum* in Deum. vel, ſpem tuam colloca in Deo. Confit. ei, &c. : אודנו ישועות פניו celebrabo eum *quòd ſit* ſalutes faciei meæ. Vel, *eſt enim* ſalutes faciei meæ, *eſt* inquam Deus meus. Hebraiſmus, Salutes faciei meæ.i. corã me ſalus. q. d. author eſt auxilii mei multiplicis & præſentis: ipſe eſt mihi præſentiſſima ſalus. vel, eſt auxilium in quod ſolum proſpicere debet facies mea. Aut auxiliũ ſemper mihi expromptum & expoſitum, & ante oculos poſitum. Sic panes propoſitionis, dicuntur panes facierũ.i. propoſiti faciei Dei, & in conſpectu eius. Aut, Salus faciei meæ dicitur auxilium propter quod facies mea ſolet hilarior & lætior reddi.

7 Deiecta eſt תשתוחח conſternata eſt. depreſſa eſt. Recordor tui אזכרך Fut. Heb. pro præſ. vel præt. Paruo. : מצער Mixſyar. Quis ſit iſte mons, ne Hebræi quidem dicere poſſunt.

8 Vorago vor. תהום־אל־תהום Abyſſus abyſſum. Hebraiſmus, pro, calamitas calamitatẽ inuitat & adducit ea voce & eo ſtrepitu quem emittũt fiſtulæ tuæ, hoc eſt pluuia vehemens quam exprimunt nubes tuæ. Fiſtulis nubes comparat, quòd effundant aquas vt fiſtulæ. Vel, quum magna vi perſtrepunt cataractæ tuæ. Siue, perſtrepentibus iugiter cataractis tuis. id eſt te pluente ſuper me tribulationes, altera alteram ſecum trahit. Inund. tuæ & flu. משבריך וגליך fluctus tui & procellæ tuæ.

9 *Sic cogito*, In die præcip. יומם יצוה Hæc verba, *Sic cogito*, ſubaudita ſunt, vt dilucidior eſſet ſenſus. Quidam vertũt, Interdiu mãdabit.i. efficiet vt interdiu fruar ſua miſericordia. Alii referentes ad feſta de quibus verſu 7, vertunt per præt. imperfect. Die mandabat Iehoua bonitatem ſuam, ſiue benignitatem, curabat illam populo ſuo obuenire ampliſſime. Sic Pſal. 133. 3. Canticum שירה ſub. erat, vel erit. id eſt noctu canam de illo carmina.

10 Pullatus amb. propt. opp. קדר אלך בלחץ mœrens incedam ob tribulationem. Vel, mœſtus ingredior: aut, incedere cogar, &c.

11 Vt occiſio ברצח בעצמותי חרפוני Varia eſt lectio: nã quædam exemplaria habent ב in: alia, כ ſicut. Ad verbum, In occiſione in oſſibus meis opprobrio affecerunt me. Vel, Cum ſectione in oſſibus meis opprobrio affecerunt me, &c. Alii, Quaſi gladio in oſſ. i. perinde me afficiunt dolore acſi me gladio confoderent. 12 Cur deiecta es, &c. מה־תשתוחחי Idem eſt verſus cum ſexto præcedenti.

IN PSALMVM XLIII.

1 Et litiga li.m. à gente וריבה ריבי מגוי & diſcepta diſceptationem meam aduerſus gentem. Vel, cõtende contentionem meam.i. diſceptando tuere cauſam meam aduerſus, &c.

2 Fortitudinis meæ מעוזי .i. à quo omnes vires meæ habẽt originem. Latine dixeris, robur meum, fortitudo mea. Vtquid pullatus למה קדר Vide eadem verba præcedenti pſalmo, verſu 10.

3 Ipſæ ded. me, *&* introd. המה ינחוני יביאוני hæc me deducant, *&* introducant. Vel, quæ me deducant *&* introducant.

4 Et introibo ואבואה Vt ingrediar. Vt ingredi liceat. ו &, pro vt, frequens in Scripturis. Ad Deũ læt. exul. m. אל־אל שמחת גילי. Deũ lætitiæ gaudii ſui vocat Deum authorem ſummæ lætitiæ ſuæ. Geminatio ſubſtantiuorũ pro adiectiuis. Et confit. ואודך vt celebrẽ te.

meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? 5

Spera in Deo, quoniã adhuc cõfitebor illi: ſalutare vult⁹ mei, & De⁹ me⁹

XLIII. 1

In finẽ ꝓ filiis Core ad intellectũ.

Deus aurib⁹ noſtris audiuim⁹: patres noſtri annũtiauerũt nobis 2

Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Manus tua Gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos. 3

Nec enim in gladio ſuo poſſederũt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos: 4

Sed dextera tua, & brachiũ tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam cõplacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus & Deus me⁹: qui mandas ſalutes Iacob. 5

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos: 6

B Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me. 7

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudiſti. 8

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſecula. 9

Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus: noſtris. 10

Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos, diripiebant ſibi. 11

Dediſti nos tanquam oues eſcarũ, & in Gentibus diſperſiſti nos. 12

Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum. 13

Poſuiſti nos opprobriũ vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro. 14

C Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis. 15

Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me, 16

A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis. 17

5 'Cur deiecta es anima mea, & cur perſonas in me? ſpera in Deo, quoniã adhuc cõfitebor ei *quòd ſit*"ſalutes vultus mei, & Deus me⁹.

1 'Victori filiis Coranh intelligentia. XLIIII.

2 Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri narrauerũt nobis opus *quod* operatus es in diebus eorũ, in diebus 'priſtinis.

3 Tu manu tua Gentes expuliſti, & plantaſti eos: afflixiſti populos,"& emiſiſti eos.

4 Quia non gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum 'non ſaluauit eos: ſed dextera tua, & brachium tuum, '& lux vultus tui, quia'complacueras *tibi* in eis.

5 Tu ipſe rex meus, ô Deus:"præcipe ſalutes Iayacob.

6 In te hoſtes noſtros"cornu petemus: in nomine tuo 'conculcabimus inimicos noſtros.

7 Quia nõ in arcu meo"ſperabo, & gladius meus nõ ſeruabit me:

8 Sed ſeruabis nos ab hoſtibus noſtris, & odio habentes nos pudore afficies:

9 *Propterea*'in Deo laudabimus omni die, '& nomini tuo in ſeculũ confitebimur. ס Selah.

10 "*Nunc autem* etiam repuliſti,"& erubeſcere feciſti nos, & non egrederis cum exercitibus noſtris.

11 'Reuerti feciſti nos retrorſum ab hoſte, & odio habentes nos diripuerunt ſibi ipſis *noſtras opes*.

12 Poſuiſti nos'vt pecudes cibi: & in Gentes diſperſiſti nos:

13 'Vendidiſti populum tuum'nullis diuitiis,"neque multiplicaſti *rem tuam* pretiis eorum.

14 'Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſionem his qui ſunt in circuitibus noſtris.

15 Poſuiſti nos"prouerbium in Gentibus, commotionem capitis in populis.

16 'Omni die'verecundia mea coram me eſt, & pudor'faciei meæ operit me,

17 'Propter vocem 'probra iacientis & cõtumeliis afficientis,'propter inimicum & vltorem.

Erigit ſe ad ſperandam liberationem.

Commemoratis Dei beneficiis erga patres, conqueritur apud eũ ſe à Palæſthinis & aliis tam grauiter affligi.

In tribulationib⁹ à Deo derelicti, etiã in Deo ſperant.

5 Cur deiecta es, &c. מה־תשתוחחי Idem verſus legitur præcedenti pſalmo, verſu 6, & 12.

IN PSALMVM XLIIII.

1 Victori, &c. למנצח Vide Pſal. 42. 2 Priſtinis. : קדם prioritatis. i. prioribus. q. d. tempore ipſorum, tempore inquam priſco.

3 Et emiſiſti eos. : ותשלחם & eieciſti eos, nempe Chananæos. Alii, germinare feciſti illos. Vel, & feciſti illos mittere, ſiue proiicere. ſub. radicem. nempe patres noſtros. q. d. feciſti vt patres noſtri propagines ſuas expanderent.

4 Non ſal. eos, לא־הושיעה למו non attulit opem illis. Et lux vultus tui, ואור פניך Hebraiſmus pro auxilio & fauore. Complac. in eis.: רציתם voluiſti eos. Vel, diligebas eos.

5 Præcipe ſalutes צוה ישועות Hebraiſmus, pro, iube vt ſeruetur verus Iſrael: vel, eripe verum Iſraelem de tantis tribulationibus. Imperatiuum pro fut. & futurum pro præt. perfecto, vel imperfecto, vt redditur à quibuſdam.

6 Cornu petemus ננגח Futura huius verſus & duorum ſequentium, per præterita à nonnullis vertuntur, & recte: vel per præterita imperfecta, cornu percuſſimus, conculcauimus: vel, conculcabamus, ſperabam, ſeruabat, ſeruabas, pudore afficiebas, vt lectori magis loco congruere videbitur. nam anteacta narrat.

9 In Deo laudabimus באלהים הללנו in Deo iactabimus nos. aut laudabamus. Vel per præſens, in Deo gloriamur. aut, Deum laudamus. Et nomini t. &c. ושמך לעולם נודה & nomen tuum in æternum celebrabamus. ſiue, celebramus.

10 *Nunc autẽ* etiã repul. אף־זנחת Subaudita ſunt, *Nũc autẽ*. nã Hebraice tantũ legitur, Etiã repuliſti. Reticentia autẽ eſt, acſi dicat, Nunc nõ ſolum non audis preces noſtras, ſed etiã repellis nos à cõſpectu tuo. Quidã volunt eſſe præterita pro præſ. Alii vertunt, Veruntamen repuliſti. Alii, At tu longe abes. vel deſeruiſti. Et erubeſc. fec. nos ותכלימנו & proieciſti nos. Alii, & confudiſti nos. vel, ignominia exponis nos.

11 Reuerti fe. n. ret. ab ho. תשיבנו אחור מני־צר Conuertiſti nos *ut* tergum ab hoſte *eſſet*. i. vertiſti nos in fugam coram hoſte. Nos hoſti vertere terga cogis. Præterita pro præſentibus, etiam in ſequentibus verſibus, vt nonnullis placet.

12 Vt pecudes cibi כצאן מאכל vt oues eſcæ. q. d. reddis nos ſimiles ouibus cibo ſelectis, & mactationi deſtinatis: acſi dicat, partim occidis nos, partim inter Gentes diſpergis.

13 Vendidiſti תמכר Fut. Heb. pro præt. aut pro præſenti, vt quidam vertunt, Vendis. Nullis diuitiis, בלא־הון Ad verbum, in non opibus. ſiue, pro non opibus. i. nullis opibus, & gratis, nullius pretii nos reputãs. Neque multipl. &c. : ולא רבית במחיריהם. q. d. vendis populum tuum ita vt rem tuam non augeas. Alii, nec multiplicaſti pretia eorum. ſiue auxiſti. in licitando ſcilicet, quum diſtraheres eos.

14 Poſuiſti nos תשימנו Vel per præſens, Exponis nos probro.

15 Prouerbium משל fabulam. Hebraiſmus, pro, facis vt fabula ſimus Gentibus. Alii, ſimilitudinem. i. facis vt dicant Gentes de re vili, Hæc res eſt tam vilis, quàm Iudæus. Vel de homine calamitoſo, illum eſſe infœliciorem Iſraelita, ſiue Iudæo.

16 Omni die כל־היום Quotidie. Tota die. Verecundia כלמתי ignominia. q. d. Omni tempore ignominia qua afficior, verſatur mihi ob oculos: nec poſſum eius obliuiſci. Faciei m. &c. : פני כסתני. i. pudor quo vultus meus ſuffunditur, totam faciem meam occupat.

17 Probra iac. מחרף exprobrantis. Propter inimic. מפני אויב Ad verbum, à facie inimicorum. i. propter inimicos qui iactant ſe à te commiſſos vt de me pœnas ſumant.

18 Totum hoc venit nobis,nec *tamen* obliti ſumus tui,″nec mentiti ſumus in pacto tuo.

19 ″Non vertit ſe retrorſum cor noſtrum,″neque declinauit greſſus noſter de ſemita tua:

20 ″Quum contriuiſti nos″in loco draconis,& operuiſti nos″vmbra mortis.

21 Si obliti eſſemus nominis Dei noſtri,& expandiſſemus palmas noſtras ad deum alienum:

22 Nónne Deus″exquireret hoc?quia ipſe nouit abſcōdita cordis.

23 ″Imò propter te occidimur omni die: æſtimati ſumus vt pecudes″ad iugulandum deſtinatæ.

Precatur vt virtutem ſuam tandē exerat, ſuóſque ab iniuriis impiorum aſſerat.

24 Euigila,vtquid dormis Domine?expergiſcere,″ne repellas *nos* in ſeculum.

25 Vtquid faciem tuam abſcōdis, obliuiſceris afflictionis noſtræ, & oppreſſionis noſtræ?

26 Quia″incuruauit ſe vſque ad puluerem anima noſtra, adhæſit terræ venter noſter.

27 Surge in auxiliū nobis,& redime nos propter miſericordiā tuā.

1 ″Victori″ſuper שSoשſannim″filiorū Coranh,″intelligentia,″cāticum amorum. X L V.

Laudant filii Core regem Salomonem à dignitate formæ, & gratia eloquentiæ, fortitudine,potētia, ſplendore,& magnificentia cum in ſe, tum in coniuge, Chriſtum ſponſum & Eccleſiam adumbrantibus.

2 E″Ructat cor meum verbum bonum:″dico ego opera mea Regi:lingua mea *ut* ſtylus ſcribæ″velocis.

3 Pulcher es admodum præ filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis:propterea *dico quòd* benedixit tibi Deus in ſeculum.

4 Accinge te gladio tuo ſuper femur,″ô potens,″gloria tua & decore tuo.

5 ″Et *in* decore tuo proſperè age,″equita ſuper verbum veritatis,& manſuetudinis *&* iuſtitiæ,& *tunc*″docebit te terribilia dextera tua.

Euangelii verbū conuertens corda impiorum.

6 Sagittæ tuæ acutæ,populi ſub te″cadent:in cor inimicorum regis *cadent*.

Hæc omnia venerūt ſuper nos,nec obliti ſumus te,& iniquè non egimus in teſtamento tuo:

Et non receſſit retrò cor noſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras à via tua:

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum,

Nónne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis. D

Quoniā propter te mortificamur tota die:æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Rom.8.g.36

Exurge,quare obdormis Domine? exurge,& ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ?

Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.

Exurge Domine adiuua nos:& redime nos propter nomen tuum.

In finem,pro iis qui commutabuntur,filiis Core ad intellectum,canticū pro dilecto. X L I I I I.

ERuctauit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.

Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te Deꝰ in æternū.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum,potentiſſime,

Specie tua & pulchritudine tua. intende proſperè,procede,& regna,

Propter veritatē & manſuetudinē & iuſtitiam:& deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent:in corda inimicorum regis.

18 Nec mentiti ſu.in pa.t. : ולא שקרנו בבריתך nec præuaricati ſumus in fœdus tuum.Vel,Nec peruerſe egimus in teſtamento tuo.Alii per præſens.Nec irritum reddimus fœdus tuum.aut,Nec perfidi ſumus in fœdus tuum.

19 Non vertit ſe retrorſum לא־נסוג אחור Non agitur retrorſum.Non retrocedit.Non deflexit retro. Neque declin. ותט Nulla hic negatio Hebræis,verum præcedentem negationem repetunt in ſequentibus.

20 Quum contriuiſti כי דכיתנו Quū contereres.vt ad ſequentia referatur.Alii,Nam percuſſiſti nos.aut,Licet attriueris nos:referētes ad præcedentē verſum. In loco drac. במקום תנים Locus pro regione.q.d.in regione in qua habitant homines feritate draconibus ſimiles. Vmbra mortis. : בצלמות Vmbram mortis pro afflictionibus poſuit quæ ab homine non facile ſuſtineri poſſunt.

22 Exquireret יחקר inquireret.i.exploratum haberet diſquiſitione facta.Alii,ſcrutabitur.

23 Imò propter te occid. כי־עליך הורגנו q.d.tantum abeſt vt illa fecerimus, vt ſæpe non refugerimus mortem propter te.Alii vertunt, Quoniam prop.&c.Alii,Et quidem propter,&c.Quidam referētes hæc ad ſequentem verſum,vertunt, Quum *ergo* propter te occidamur tota die,reputemúrque ſicut,&c. Ad iugul.deſt. : טבחה Ad verbum,mactationis.

24 Ne repell.&c. אל־תזנח לנצח ne deſeras in perpetuum.Alii,ne abſis *à nobis* in ſempiternum.

26 Incur.ſe vſq.in pul. שחה לעפר procumbit(ſiue decumbit)humi. Alii, depreſſa eſt, (aut declinauit) in humū. vt ſcilicet ſolent qui vi hoſtili proſtrati ſunt in faciem.Anima pro corpore.

IN PSALMVM XLV.

1 Victori, למנצח Vide Pſal.4. Super שSoשſannim על־ששנים Hebræa vox ſignificat lilia. Hic verò nomē eſt muſici inſtrumēti: vel principiū cātici alicuius vulgaris apud Hebræos,ad cuius modulos decātatus fuit iſte pſalmus. Filiorū Coranh, לבני־קרח Genitiuus iſte iungitur primæ dictioni,Victori,ſiue præfecto filiorum Corah, vt illum curaret ab illis decantari. Intelligentia, משכיל Vide Pſal.32. Cantic. am. : שיר ידידת carmen dilectionum.id eſt amatorium carmen,ſiue de amato.

2 Eructat רחש Præt.Heb.pro præſ.i.Ebullit.q.d.præclarum quidpiā geſtit dicere cor meum. Dico e.op.m.Regi. אמר אני מעשי למלך Iſtum Hebraiſmum ſic exponunt nonnulli, Cenſeo ego opus meum, id eſt carmina mea,dicari debere regi, id eſt ſcribenda eſſe de rege ipſo.Vel,dico ego,opus meū erit de rege:vt ſit datiuus pro ablatiuo:vt illud Gene.20.c.13, אמרי לי Dic mihi.i.de me.Alii,Quod dicam, erit de rege. Velocis : מהיר expediti.properantis.id eſt,velociter & expedite ſcribentis.

4 O potens, גבור ô heros.vel,fortis heros.Dictio Hebræa ſignificat virum fortem,& bellica virtute potentem. Gloria t.&c. הודך והדרך : decus tuum & ſplendorem tuum.vel,magnificentiam tuam.Per appoſitionem dictum.i.quo gloriam & decus tibi pares.Alii,gloria tua & decus tuum *eſt*.Alii,*quo* decus tuum & ſplendorem tuum exeras.

5 Et in dec.tuo proſp.age, והדרך צלח Cum ſplendore tuo fœliciter ingreditor.q.d.adueni,regnum auſpicaturus cum ſplendore & magnificentia.Alii,Nā decus tuū eſt perrumpere.ſub.Gentes.id enim etiā ſignificat dictio צלח, perrumpere,peruadere,ſuperare.q.d.hoc tibi decus immortale conciliabit ſi adieris Gentes,& peruaſeris,quæ Deum non norunt. Equita ſuper verb.verit.& man.*&* iuſtitiæ רכב על־דבר־אמת וענוה־צדק.i.perfer cito ad Gentes verbum quod docet veritatem,&c. Alii,inequita propter verbum verit. & manſ.iuſtitiæ,&c. vt ſint hæc cauſa huius ſplendoris & ſucceſſus. Quidam,equita propter veritatem & afflictionem iuſtitiæ.i.defenſurus fidem populi,& afflictam ac depreſſam iuſtitiam. Docebit te terrib. ותורך נוראות Hebraiſmus,pro,mirabilia perpetrabit dextera tua.Alii explicant,Docebit te fides ſcilicet,manſuetudo,& iuſtitia,vt per dexteram tuam tam præclara deſignes facinora. Nōnulli, Videbis tantum ſucceſſum adfore dexteræ tuæ,vt mirabilia ſis perpetraturus.

6 Cadent יפלו Verbum iſtud repetendum,Sagittæ cadent in cor,&c.& populi cadent. Inimicorum regis : איבי המלך Perſonæ mutatio,pro,inimicorum tuorum.

Heb.1.c.8

Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui. 7

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. 8

C Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimētis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te. filiæ regum in honore tuo, 9

Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. 10

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. 11

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tu⁹, & adorabunt eum. 12

Et filiæ Tyri in muneribus vultum D tuum deprecabuntur, diuites plebis. 13

Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus. 14

Adducentur regi, virgines poſt eā: proximæ eius afferentur tibi. 15

Afferētur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. 16

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnē terram. 17

Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem. 18

Propterea populi confitebūtur tibi in æternū & in ſeculū ſeculi. X L V.

In finem, filiis Core pro arcanis Pſalmus. 1

Deus noſter refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. 2

Propterea non timebimus dū turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. 3

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius. 4

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. 5

7 Solium tuum, Deus, ʺin ſeculum & ſeculum: ʹvirga æquitatis *eſt* virga regni tui.

8 ʹDiligis iuſtitiam, & odio habes ʹimpietatem: ʹpropterea vnxit te Deus Deus tuus oleo gaudii ʺpræ participibus tuis.

Chriſtus vnctus Spiritu ſancto in regem & ſacerdotem.

9 Myrrha, & aloe, ʺcaſia, omnia veſtimēta tua ʹex ædibus eburneis *educta*, ex *quibus* ʺlætificauerunt te.

10 Filiæ regum ʺinter honorabiles tuas: aſtat ʹconiunx ad dexteram tuam ʹin auro Ophir.

11 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui.

Sponſus fidē requirit à ſpōſa, & abnegationē ſui.

12 Et cōcupiſcet Rex ʺdecorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus tuus, ʺ& incurua te ei.

13 ʺEt filia Tyri cū munere vultū tuū deprecabūtur, diuites populi.

Opes ac pulchritudines Eccleſiæ.

14 ʹTota inclyta eſt filia Regis intrinſecus: ʺex veſtibus auro ocellatis indumentum eius.

15 ʹIn veſtibus Phrygionicis adducetur Regi: virgines ʺ*quæ* poſt eā, ʺ*&* proximæ eius adducentur tibi.

16 Adducētur cū lætitiis & exultatione, ingrediētur palatiū Regis

17 Pro patribus tuis erunt filii tui: conſtitues eos principes in vniuerſa terra.

Iudæis Gentes ſucceſſerunt.

18 ʹMemorare faciā nomen tuū in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi ʺin ſeculū & perpetuo.

1 ʺVictori ʺfiliis Coranh ʹſuper Alamoth canticum. X L V I.

2 Deus nobis ʺprotectio & fortitudo, auxilium in anguſtiis ʺinuenimus abunde.

Gratulatio eſt pro inſigni aliquo auxilio lato vrbi ſānctæ Ieruſalem. Cōuenit Eccleſiæ quæ Deo præſide ſecura eſt in periculis.

3 Propterea non timebimus ʺetiamſi permutarit terram, ʺ& mouerit montes in cor maris:

4 ʺ*Et* fremāt *&* ʺturbentur aquæ eius, *&* ʹcōtremiſcant montes propter ſublimitatem eius. ס Selah.

5 Fluminis ʹriui eius exhilarabūt ciuitatem Dei, ʺſanctum habitaculorum Altiſſimi.

7 In ſecul. & ſec. עולם ועד in ſeculū & vſq;. Alii, in ſempiternū & perpetuo. Alii, perpetuū eſt & ſempiternū. Virga שבט ſceptrum.

8 Diligis אהבת Præt. Heb. pro præſ. Impiet. רשע improbitatem. Propterea vnxit על־כן משחך propterea quòd vnxit. Præ particip. t. מחבריך præ ſociis, vel ſodalibus tuis.

9 Caſia, om. veſt. tua קציעות כל־בגרתיך Caſiam aromaticam & ligneam intelligit. Quidam vertunt, flexuræ (vel plicæ) omnium veſtimentorum tuorum: ſequuti Auen Eſram Hebræū doctiſſimum, quòd dictio קציעות ſubiecta ſit præcedentibus duabus dictionibus, myrrha & aloe, ſine coniunctione. Quanquam ſolet plerunque Scriptura duabus vocibus coniunctione connexis, tertiam ſubiicere abſque cōiunctione, quæ tamen nihilo minus ſuperioribus cohæreat, acſi cū cōiunctione eſſet adiecta. Sic verſu 5, ſubſtantiuū IVSTITIAE, ſubiectū eſt dictionibus VERITATIS ET MANSVETVDINIS. Dicit igitur flexuras, ſiue plicas omnium veſtimentorū Chriſti circunquaque redolere myrrham. Ex ædib. ebur מן־חכלי שן è palatiis eburneis. ſub. *extracta*. Alii, ex tabernaculis eb. Palatia, ſiue tabernacula vocat magnas arcas in quibus reponuntur veſtimenta. Lætif. te. : שמחוך ſub. *qui ea tibi donarunt*.

10 Inter hon. t. ביקרותיך *ſunt* in inclytis tuis i. inter vxores tuas inclytas ſunt non paucæ quæ à regibus ducunt originem. Alii, in pretioſitatibus tuis. vel, in magnificentiis tuis. i. adſtant tibi ornatæ mundo pretioſo & magnifico quo eas condecoraſti. Coniunx שגל concubina. Plures vxores habuit Salomon, quas hic regum filias vocat: præcipua verò fuit filia Pharaonis, quam hîc vocat שגל ab actu cōiugii, vt quæ præcipuum cum rege dormiendi ius habuerit. In auro Ophir. : בכתם אופיר Hebraiſmus, pro ornata veſte pretioſiſſima confecta ex auro quod affertur ex Ophir.

12 Decorem tuum יפיך formam tuam. pulchritudinem tuā. Et incur. te ei. : והשתחוי־לו & adorabis ipſum. vel & ſupplex ei eris.

13 Et filia Tyri ובת־צר Collectiuū nomen eſt FILIA pro populo: propterea verbo plurali DEPRECABVNTVR iungitur. q. d. Tyrii alienigenæ allatis muneribus cupient, tecum inire amicitiam, etiam qui in populo Iſraelitico diuites ſunt.

14 Tota incl. eſt fi. reg. intr. כל־כבודה בת־מלך פנימה Omnis gloria filiæ Regis intus eſt. i. ꝙ in interiore regia ſedet cū rege. Alii, Omnis dignitas filiæ regis *quòd* intima eſt. i. in intima regia ſedet. Ex veſt. au. ocel. ממשבצות זהב ex texturis auri. vel ex intertexto auro.

15 In veſt. Phryg. לרקמות Veſtibus acu pictis induta. *Quæ* poſt eam, אחריה id eſt pediſequæ. Prox. e. רעותיה ſodales eius.

18 Memorare faciam אזכירה Memorabo. Memor ero nominis tui. Alii, Commemorabo gloriam tuam. In ſec. & perp. : לעלם ועד in æternum & ſemper. vt ſuprà verſu 7.

IN PSALMVM XLVI.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. Filiis Coranh לבני קרח Vide Pſal. 42. Super Alamoth על־עלמות ad Alamoth. Muſicum inſtrumentum: aut initium vulgaris cantilenæ Hebræis, ad cuius modos vt decantaretur, traditus fuit filiis Corah.

2 Protectio מחסה refugium. ſpes. fiducia. Inuenimus נמצא inueniemus. Alii, repertus eſt, ſiue inuentus.

3 Etiamſi perm. ter. בהמיר ארץ etiamſi nutet terra. Alii, etiāſi moueatur terra. ſub. *loco ſuo*. Et mou. &c. : ובמוט הרים בלב ימים etiāſi moueantur (.i. transferantur) mōtes in cor maris. Alii, etſi commoueantur montes in corde maris. aut nutent montes in medio mari ſiti.

4 Fremant יהמו Futura Heb. quæ per præſens cōiunctiui vertunt qui cum præcedenti iſtum verſum connectunt, Perſtrepant, ſtrepitū faciant. Turbentur יחמרו intumeſcant. Alii, lutulētæ fiant. ſub. præ nimia agitatione. Cōtrem. m. prop. ſubl. e. ירעשו הרים בגאותו concutiantur montes in ſuperbia eius. i. in eleuatione ſiue æſtu eius, vt alii vertunt. Nonnulli, in celſitudine eius: qui vertunt omnia in futuro, vt eſt Hebraice, non coniungentes hunc verſum præcedenti.

5 Riui eius פלגיו Relatiuū vacat, quod refert flumen. Vertēdū, Fluminis riui exhil. Sanctū קדש poſitiuū pro comparat. aut ſuperl.

Deus″in medio eius,non″commouebitur:adiuuabit eam Deus ″appetente mane. 6

Aduerſarii fideliū conturbati.

″*Statim ut* infremuerunt Gentes, nutauerunt regna: dedit vocem ſuam,defluxit terra. 7

Iehoua exercituum″nobiſcum:″arx ſublimis *eſt* nobis Deus Iayacob.סSelah. 8

Exhortatio,vt facta Dei egregia contemplemur.

Venite,videte opera Iehouæ,″qui poſuit ſolitudines in terra. 9

″Ceſſare facit bella vſque ad extremum ipſius terræ:arcum cōterit,& concîdit haſtam,plauſtra comburit igni. 10

Aduerſarios alloquitur Deus.

″Ceſſate,& ſcitote quòd ego ſum Deus:″exaltabor in Gentibus, exaltabor *inquam* in terra. 11

Iehoua exercituum nobiſcum: arx ſublimis *eſt* nobis Deus Iayacob.סSelah. 12

″Victori ″filiis Coranh ʹcantus. XLVII. 1

AEdificato templo,& arca in eo repoſita, incitat Salomon omnes ad laudandum Deum.

OMnes populi plaudite manu, iubilate Deo ʹin voce exultationis: 2

Quoniā Iehoua″altiſſimꝰ,terribilis,rex magnꝰ ſuper omnē terrā. 3

″Ducit populos ſubtus nos,& nationes ſubtus pedes noſtros. 4

″Selegit nobis hæreditatem noſtram,″gloriam Iayacob quem dilexit.סSelah. 5

Deus pro arca Dei.

Aſcendit″Deus cum iubilo:Iehoua cum voce tubæ. 6

Cantate Deo,cantate:cantate Regi noſtro,cantate. 7

Quoniam rex vniuerſæ terræ Deus:canite″*quotquot* intelligitis. 8

Regnat Deus ſuper Gentes, Deus ſedet ſuper thronum ſuum ſanctum. 9

Gentes cum Abraham collectæ.

Principes populorum″congregati ſunt,*ut ſint* populus Dei Abraham:quoniam″Dei ſunt ſcuta terræ,vehementer″eleuatus eſt. 10

″Canticum pſalmi ″filiis Coranh. XLVIII. 1

Videtur hic pſalmus ſcriptus ob inſignem aliquā vrbis Ieruſalem, Deo propugnante,victoriam:ſub cuius typo,Eccleſiæ naſcentis initium deſcribitur.

MAgnus Iehoua, & laudandus valde in ciuitate Dei noſtri, *&* monte ſancto eius. 2

″Pulcher termino,gaudium vniuerſæ terræ″mōs צSiion,*qui eſt* ad latera Aquilonis,ciuitas Regis magni. 3

6 Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

7 Conturbatæ ſunt Gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra. B

8 Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

9 Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram:au-

10 ferens bella vſque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma:& ſcuta comburet igni.

11 Vacate,& videte quoniam ego ſum Deus:exaltabor in Gentibus,& exaltabor in terra.

12 Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

XLVI.

1 In finem,pro filiis Core Pſalmus.

2 OMnes Gentes plaudite manibus,iubilate Deo in voce exultationis:

3 Quoniam Dominus excelſus,terribilis, rex magnus ſuper omnē terrā.

4 Subiecit populos nobis, & Gentes ſub pedibus noſtris.

5 Elegit nobis hæreditatem ſuā, ſpeciem Iacob quem dilexit.

6 Aſcēdit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. 1.Reg.6.c.15 B

7 Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro,pſallite.

8 Quoniam rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.

9 Regnauit Deus ſuper Gētes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

10 Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham:quoniam dii fortes terræ,vehemēter eleuati ſunt.

1 Pſalmus cantici,filiis Core ſecūda ſabbathi. XLVII.

2 MAgnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

3 Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion,latera Aquilonis,ciuitas Regis magni.

ſanctiſſimum tabernaculorum,ſiue habitaculorum. Nam omnis terra Iſrael eſt habitaculum Dei,ſed Ieruſalem eſt ſanctior locus.

6 In medio eius בקרבה Relatiuum eſt fœmininum,nempe ciuitatis. Commouebitur: תמוט nutabit. Appet.mane. לפנות בקר: Ad verbū,dum aſpiciet mane,vel aurora.ſub.eam. Alii,ad proſpectū auroræ.i.quū tēpus poſtulabit. Ideo mane,ꝙ tūc oppugnātur vrbes.

7 *Statim ut* infr. המו גוים Concurrerūt turmatim Gētes,*ſed* collapſa ſunt regna: *ſtatim ut* edidit vocem ſuam, defluxit terra.i.ſtatim atque fremitu ipſo aut concurſatione oſtenderūt Gentes ſe moliri aduerſus nos perniciē,conciderunt & corruerūt: iuſſit enim Dominus vt deficerentur omnibus viribus,ideo animos abiecerunt,atque ita perierunt vires earū,vt terra ad ſolem liqueſcit, & poſtea euaneſcit,vt de niue eſt manifeſtum. Alii per præt.plus quàm perf.vertunt,Confremuerant Gentes,mota erant regna:dedit vocem, &c. Alii per præſens indicatiui,Tumultuantur Gentes,& commouentur regna: dedit vocem,&c. Nonnulli per præſens coniunctiui, coniungentes hunc verſui ſequenti,Tumultuentur Gentes,motus concitent regna,& tellus dato fragore defluat,Iehoua *tamen* exercituum à nobis ſtat.

8 Nobiſcum, עמנו à nobis ſtat. Arx ſublimis משגב Vide Pſal.9.b.10.

9 Qui poſuit deſol. אשר־שם שמות quaſnam ſolitudines fecerit. Ponere ſolitudines in terra,pro totam terram vaſtare,Hebraiſmus.

10 Ceſſare facit,&c. משבית מלחמות עד־קצה הארץ קשת ישבר וקצץ חנית עגלות ישרף באש: Futura Heb.quæ per præt.perf.quidā vertūt,Deleuit bella vſque ad fines ipſius terræ,arcum contriuit,& lanceam fregit, plauſtra combuſſit igni. Alii per præſens, Abolet,ſiue Quieſcere facit bella vſque ad fines terræ,arcum confringit,detruncat(ſiue conſcindit)lanceas,ſiue haſtam,&c.

11 Ceſſate,& ſcitote הרפו ודעו Deſiſtite,& cognoſcite. Remittite,& agnoſcite. Exaltabor ארום excelſus ero. vel,ſublimis.extollar.

IN PSALMVM XLVII.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Filiis Coranh לבני־קרח Vide Pſal.42. Cantus: מזמור Pſalmus.

2 In voce exultationis: בקול רנה in voce ouationis. Alii,laudis,ſiue cantici. Altiſſ.עליון ſublimis.ſublimi loco poſitus.excelſus.

4 Ducit ידבר Fut.Heb.pro præt.Deduxit. Vel pro præſ.Agit.aut,Subiicit populos nobis.

5 Selegit יבחר Futurum Heb.pro præt. Gloriam גאון præſtantiam.magnificentiam. ſplendorem. Per appoſitionem dictum.i.id de quo verus Iſrael gloriatur. vel,quod eſt ipſi Iacob materia gloriæ,magnificentiæ & ſplendoris.

6 Deus אלהים pro arca Dei ponitur,quòd ſuper eam in medio Cherubim loqueretur populo ſuo Deus.

8 *Quotquot* intelligitis. : משכיל Quidam, cum intelligentia. Alii, intelligibiliter. Alii,prudenter. Hebraice,canite intelligens. Singulare cum verbo plurali,quod per nomen partitiuum vnuſquiſque, reſolui debet,hoc modo,quicunque ſapientia & eruditione præcellitis.

10 Cōgreg.*ut ſint* pop. נאספו עם אלהי adiunxerūt ſe populo Dei. Alii,ſubaudito ET,adiunxerūt ſe,*&* populus Dei. Quidā legētes עם cum hiric ſubſcripto,quod tunc ſignificat cum:(nam cum pathah,eſt populus)vertunt, Congregati ſunt cū Deo. Vel,adiungent ſe Deo. Dei ſunt ſcuta terræ, לאלהים מגני־ארץ Dei ſunt clypei terræ.i.defenſio eorum qui in terra ſunt, accepta referri debet Deo. Vel vt alii,Magnates & reges qui ſubiectis ſunt vice clypei,& illorum protectores,accedent ad Deum. Eleuatus: נעלה exaltatus.

IN PSALMVM XLVIII.

1 Canticum pſalmi שיר מזמור Vide pſal.30. Filiis Coranh. : לבני קרח Vide Pſal.42.

2 Magnus גדול Quidam in ſuperlatiuo(quo carent Hebræi)vertunt,Maximus.

3 Pulcher ter. יפה נוף Elegans climate,vel regione. Alii,Pulchrum clima. Pulcher locus. Amœna regio.

Deus in domibus eius cognoſcetur quum ſuſcipiet eam. 4

Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt: conuenerunt in vnum. 5

B Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos. 6 7

Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehemẽti cõteres naues Tharſis. 8

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum. 9

Suſcepimus Deus miſericordiã tuã in medio templi tui. 10

C Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua. 11

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Dñe. 12

Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius. 13

Ponite corda veſtra in virtute eius: & diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. 14

Quoniam hic eſt Deus, Deꝰ noſter in æternum & in ſeculum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula. 15

XLVIII.

In finem, filiis Core Pſalmus. 1

Audite hæc omnes gentes: auribꝰ percipite oẽs qui habitatis orbẽ, 2

Quique terrigenæ & filii hominũ: ſimul in vnum diues & pauper. 3

Os meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam. 4

Matth.13.e.35 pſal.77.a.2

Inclinabo in parabolam aurẽ meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam. 5

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me: 6

Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. 7

B Frater nõ redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem ſuam, 8

Et pretium redemptionis animæ ſuæ: & laborabit in æternum, 9

4 Deus in palatiis eius agnitus eſt ″in arcem ſublimem.

5 Quoniam ecce reges congregati ſunt, ″tranſierunt pariter.

6 Ipſi viderunt, *&* ſic admirati ſunt: territi ſunt, *&* ″feſtinauerunt.

Commotio regũ in prædicatione Euangelii.

7 Tremor apprehendit eos ibi, dolor tanquam parturientem.

8 ″*Quaſi* vento Orientali *qui* conterit naues Tharſis *diſſipati ſunt*:

9 Sicut audiuimꝰ, ita vidimus ″in ciuitate Iehouæ exercituũ, in ciuitate Dei noſtri: Deus ″firmabit eam vſque in ſeculũ. ◻Selah.

Chriſtus miſſus iuxta promiſſionem Patris.

10 ″Conſyderauimus Deus miſericordiã tuam in medio tẽpli tui.

11 Secundum nomen tuum, Deus, ſic laus tua vſque ad fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

12 ″Lætabitur mons xSiion, exultabũt filiæ Iehudah propter iudicia tua.

13 Circundate xSiion, & circuite eam, numerate turres eius.

14 ″Ponite cor veſtrum ad antemurale eius, ″aſpicite palatia eius: vt enarretis generationi poſteræ.

Exhortatio ad cõtemplandam magnificentiam Eccleſiæ.

15 Quoniam iſte Deus, Deus noſter in ſeculum & perpetuò: ipſe deducet nos vſque ad mortem.

1 ″Victori ″filiis Coranh Pſalmus. XLIX.

2 Audite hoc omnes populi: ″auſcultate oẽs habitatores orbis,

3 ″Etiam *uos* filii hominum, etiam *uos* filii viri, pariter diues & pauper.

Chriſtus vocat omnes ad audiendũ verbũ ſuũ.

4 Os meum ″loquetur ″ſapientias: & meditatio cordis mei ″intelligentias.

5 ″Inclinabo ad parabolam aurem meam: ″aperiam cum cithara ænigma meum.

In parabolis chriſtus loquutus.

6 Vtquid timebo in diebus malis, ″*quum* iniquitas calcaneorum meorum circundabit me?

Chriſtus ab auaris impetitus nõ timet.

7 *Ex illis* qui fidunt opibus ſuis, & in multitudine diuitiarum ſuarum iactant ſe,

8 ″Fratrẽ redimendo non redimet quiſquam, nec dabit Deo pretium redemptionis eius.

Chriſtus ſolus redemptor, non diuitiæ, aut aliud quicquam.

9 ″Nam pretioſa eſt redemptio animæ ipſorum:

4 In arcem ſublimem: למשגב id eſt agnoſcitur eſſe vice præſidii. Alii, ad exaltandum. Quidam, ad protegendum. aut, ad eleuationẽ. Hæc omnia pro refugio accipiuntur: propterea nonnulli vertunt, veluti tutum refugium. 5 Tranſ.pa.: עברו יחדו acceſſerũt ſimul.

6 Feſtinauerunt. נחפזו præcipitati ſunt. præcipites dati. i. in præcipitem fugam adacti ſunt.

8 *Quaſi* vento, &c.: ברוח קדים תשבר אניות תרשיש *Velut* vẽtus Orientalis cõfringere ſolet naues Tharſis. Fut.Heb. pro præt. vel præſ. Alii, *Velut* vẽnto Orientali, (aut per ventum Orientalem,) *qui* confringit naues Tharſis. ſub. *ſic diſſipati ſunt*. Hæc pars verſus, *qui* confringit, &c. virtutem venti deſcribit. Hac ſimilitudine vſus eſt & Ieremias, cap.18.c.17, Per ventum Orientalem, &c. Eurum intelligit.

9 In ciuitate בעיר de ciuitate. ב pro מ de. q.d. vt audiuimus à Prophetis, ſic deprehendimus rem habere de ciuitate Iehouæ exerc. de ciuitate inquam, &c. Firmabit יכוננה Fut.Heb. pro præterito, vt quidam vertunt, firmauit, ſtabiliuit.

10 Cõſyderauimus דמינו Animo cõcipiebamus. Alii, Expectauimus. 12 Lætabitur ישמח Futura pro præſ. vt quidam vertunt.

14 Ponite cor veſtrum שיתו לבכם Hebraiſmus, pro conſyderate. Aſpicite פסגו exaltate. extollite. quaſi rem magnam ducite. admiramini turres eius.

IN PSALMVM XLIX.

1 Victori למנצח Vide pſal. 4. Filiis Coranh לבני־קרח Vide pſal. 42. 2 Auſcultate האזינו auribus percipite.

3 Etiam filii hominum, etiam filii viri, גם־בני אדם גם־בני איש Hebraiſmus eſt, pro tam plebeii, quàm dignitate aliqua pollentes. Vel, & plebeii & nobiles, ſiue filii magnatum. Quidam, tam filii hominum ignobilium, quàm filii cuiuſcunque nobilis.

4 Loquetur ידבר Fut. pro præſ. quidam eſſe volunt. Sapientias חכמות ſcientias. i. quæ ad comparandam ſcientiam plurimum valent. Intellig.: תבונות *ſunt* intelligentiæ. Plurali vtitur, quòd de multiplici intelligẽtia loquatur. Quidam ET pro QVIA accipientes, vertunt, Quia animus meus meditatur res plenas prudentia. Vel, Nam quæ apud me ego meditor, ad rectam intelligentiam pertinẽt.

5 Inclinabo ad parabolam אטה למשל Accommodabo parabolæ. Intendam ſententiis. Quod dicturus eſt, vocat parabolas, quòd ſimilitudine & collatione non careant: & tam præclaras ſententias vt etiam ipſe illis aures accuratè præbere velit. Aperiam cum cithara אפתח בכנור exponam adhibita cithara. ad quam ſcilicet canendus erat Pſalmus.

6 *Quum* iniquitas, &c.: עון עקבי יסובני Quidam hanc partem verſus non iungunt priori. nam Hebraice tantum legitur, Iniquitas calcaneorum meorum circundabit me. vel, circundaret me. Alii futurum vertunt per præteritum, Prauitas inſidiatorum meorũ circundedit me. Alii hunc verſum quatuor ſequentibus coniungunt, vertentes, Ecquid pertimeſcerem in diebus malis, dum me circumuenit iniquitas meorum ſupplantatorũ, Qui rebus fidunt ſuis, opéſque ſuas grandes oſtentant, Si frater neminem redimere, nec Deo quenquã recõciliare poteſt? Tanti quippe redemptio talium cõſtat animarũ, vt omittere cogatur id perpetuò, etiamſi viuat diutiſſime, nec intereat, &c.

7 *Ex illis* qui fid. opib. ſ. הבטחים על־חילם Qui non ſubaudiunt hæc verba *Ex illis*: ſic vertunt, Qui ſpem collocant in opulentia ſua, & multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Poſthæc ſubaudiunt, *Timent tempore aduerſo, quia opes fluxæ ſunt*. Alii, Sunt qui ſperant in &c. Alii, Nitentes opibus ſuis, & qui de amplitudine diuit. &c. referentes ad calcaneos, pro quibus verterunt inſidiatores.

8 Fratrem red. non red. quiſ. אח לא־פדה יפדה איש Ad verbũ legitur, Fratrem non redimendo redimet vir. Vbi negatio tranſpoſita eſt, pro, Fratrem redimendo nõ red. ſic verſu 18, Quoniam non quum mortuus fuerit, accipiet quicquam. pro, Quoniam quum mor. fu. non accip. quic. Hebraiſmus autẽ eſt, pro, Nemo fratrẽ ſuũ vlla ratione redimere poteſt quin moriatur, & impetrare vitam longiorẽ pecuniis.

9 Nam pretio. eſt redemp. ani. ip. ויקר פדיון נפשם Nimii ſiquidem pretii eſt redimi *à morte* animam ipſorum. Relatiuum IPSORVM,

″& deſinet in ſeculum,

10 Et *quòd* viuat vltrà in ſeculum,nec″videat foueam.

Studium diuitũ & ruina.

11 Quia *quilibet* ″videt *quòd* ſapientes moriantur,*quódque* ſimul ſtultus & inſipiens pereant,& relinquant″alienis diuitias ſuas.

12 ″Interiora eorum, *quòd manſuræ ſint* domus ſuæ in ſeculum : *&* ″tabernacula ſua in generatione & generationem: vocauerunt″nominibus ſuis terras.

13 At homo″in honore non permanebit:ſimilis eſt iumentis quæ ″intereunt.

14 ″Hæc via eorum,*nam ineſt* ſtultitia ipſis:& *tamen* poſteri eorum ′ore ipſorum ibunt.

Diuitum cruciatus,& piorum reſurrectio cum Chriſto.

15 Sicut pecora,in inferno ponẽtur,mors″paſcet eos : & dominabuntur eis recti′mane:″& figura eorum vt veteraſcat *egredietur ad* foueam ab habitaculo *quod erat* ſibi.

16 Verùm Deus redimet animã meam′de poteſtate inferi,″quum acceperit me.ɒSelah.

Exhortatio ne diuites metuamus propter diuitias.

17 Ne timueris ″quum ditatus fuerit vir, quum multiplicata fuerit gloria domus eius.

18 Nam ″quum morietur,non accipiet quicquam, neque deſcendet poſt eum gloria eius.

19 Quoniam ′animæ ſuæ in vita ſua benedicet : & laudabunt te quum benefeceris tibi.

20 ″Introibit vſque in progeniem patrum ſuorum:*qui* vſque in ſeculum non videbunt lumen.

21 Homo ″in honore,& non intelligit:ſimilis eſt iumentis *quæ* intereunt.

1 Cantus″ipſi Aɒſaph. L.

De aduentu chriſti,Euangeliique exortu,& populi Dei ſelectione

Deus deorum Iehoua loquutus eſt,& aduocauit terram, ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius.

2 Ex xSiion ″perfectione decoris Deus ſplenduit.

3 Veniet Deus noſter, & non ″ſilebit: ignis ″coram eo vorabit,& in circuitu eius ″tempeſtate commouebitur *terra* vehementer.

& viuet adhuc in finem,

Non videbit interitum : quum viderit ſapientes morientes, ſimul inſipiens & ſtultus peribunt.

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum , domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie , vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.

Et homo quum in honore eſſet,nõ intellexit , cõparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.

Hæc via illorum,ſcandalum ipſis:& poſtea in ore ſuo complacebunt.

Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos: C

Et dominabuntur eorũ iuſti in matutino,& auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.

Veruntamen Deus redimet animã meam de manu inferi,quum acceperit me.

Ne timueris quum diues factus fuerit homo , & quum multiplicata fuerit gloria domus eius .

Quoniam quum interierit,non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria eius. Iob.17.d.19

Quia anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi quum benefeceris ei.

Introibit vſque in progenies patrum ſuorum: &vſque in æternum nõ videbit lumen.

Homo quum in honore eſſet, non intellexit,comparatus eſt iumẽtis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.

Pſalmus Aſaph. XLIX.

Deus deorum Dominus loquutus eſt: & vocauit terram

A ſolis ortu vſque ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius.

Deus manifeſtè veniet,De⁹ noſter, & non ſilebit.

Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida.

pro antecedente HOMINVM. Et deſinet in ſec. וחדל לעולם: & ceſſauit in æternum.q.d.id nunquam fiet,nempe quod ſequitur. Alii,legentes חלד,& ſeculum perpetuum. Vel(vt alii),& æui in ſeculum,ſiue perpetui,vitæque æternæ,potius quàm diuitiis poſſit acquiri.

10 Videat fou. : יראה השחת Hebraiſmus,videre fouam,ſiue ſepulchrum,pro corrumpi in ſepulchro,ſiue mori.

11 Videt יראה Fut.Heb. Videre eſt vt ſapientes,&c. Alienis לאחרים aliis.poſteris.

12 Inter.e.*q.m.ſint* do.ſ. קרבם בתימו Ad verbũ, Intima illorum,domus illorum. Eſt autẽ Hebraiſmus.pro,in animo cogitant quòd manſuri ſint perpetuò in domibus ſuis. Quidam,Intima illorum *cogitatio quòd* domus ipſorum *futuræ ſint* ſempiternæ. Alii,*Et tamen* cogitatio eorum eſt *quòd* domus ſuæ maneant in æternum. Taber.ſ. משכנתם habitacula ſua. Nomin.ſ.ter. בשמותם עלי אדמות Ad verbum,in nominibus ſuis ſuper terras. 13 In honore ביקר in ſplendore.in pretio. Intereunt. נדמו: Fut.Heb.pro præſ.

14 Hæc via e.*n.ineſt*.ſtult.ipſ. זה דרכם כסל למו Hæc via ipſorum ſtultitia eſt eis. Vel, ſtultitia eorum eſt.id eſt, vt quidam vertunt, Hoc illorum inſtitutum,plane ſtultitia illorũ eſt. Aut vt alii, Quúmque hæc eorũ conſuetudo tam ſtulta ſit, tamen poſteri eorũ,inſtituto ipſorũ delectantur. Ore ip.ibunt. בפיהם ירצו in ore ipſoru ambulant. Alii,currunt. Fut. Heb.pro præſ. בפיהם in ore eorum, pro כפיהם ſecundum os eorum,poſitum eſt.Os pro ſermone, præceptis & ſententiis. Proprerea quidam vertunt,Præcepta ipſorum cupidè ſectantur. Alii,Verbum eorum approbant. Nonnulli,Os eorum diligunt.i. quæ illi commendarunt, placent : vel gratiſſima habent eorum præcepta & ſententiam de diuitiis coaceruandis. Non deſunt qui vertunt,Vt iuſſerunt perficient.nam verbum Hebraicum id etiam ſignificat.

15 Paſcet e. ירעם reget eos.i.paſtorẽ aget erga illos. Mane לבקר exorta luce. Et figura,&c. וצירם לבלות שאול מזבל לו: Multa ſubaudienda,Et figura eorum *ita comparata eſt* vt abſumat *eam* ſepulchrum *tralatam* de termino ſuo. Vel,habitaculo ſuo. Alii,pro figura,ſiue forma,vertunt robur, ſic,Et robur illorum peribit:infernus cuique illorũ pro habitaculo erit. Nonnulli,Et forma eorum vt veteraſcat,(vel,aboleatur)infernus domiciliũ eis. 16 De pot. מיד de manu.i.poteſtate,aut(vt alii)loco. Quum acc. כי יקחני quoniã ſuſcepit me.

17 Quum ditat. fue. vir. כי יעשר איש Quum diues factus fuerit quiſpiam.

18 Quum mor.non accip.quic. לא במותו יקח הכל Ad verbũ,Non in morte ſua accipiet omnia. Negatio inuerſa,pro,in morte ſua non accipiet quicquam.ſiue,ne vnum quidem ex omnibus quæ habet.

19 Animæ ſuæ in vita ſua ben. נפשו בחייו יברך Hebraiſmus,pro beatum ſe prædicabit quandiu viuet: aut, quòd viuat in hoc mundo. Nonnulli Futurum in præſens conuertunt , Animæ ſuæ benefacit.i.diuitiis fruitur dum viuit, iuxta illud Luc.12.c.19, Anima mea habes multa bona,&c. 20 Introibit תבא ſub.anima.nam תבא eſt fœmineum. q.d.tandem morietur cum maioribus ſuis.

21 In hon.& non intel. ביקר ולא יבין in pretio, & non intelligit. Alii,in ſplendore viuens, & ſcientia deſtitutus. Alii,quum ſit pretioſus & nobilis,non expendit.

IN PSALMVM L.

1 Ipſi Aɒſaph. לאסף ſub.traditus vt decantaretur. Deus deorum אל אלהים Fortis Deus. vel Fortiſſimus deorum.

2 Perfe.deco. Deus ſplen. : מכלל יפי אלהים הופיע cõſummatæ pulchritudinis Deus emicuit. vel,ornamẽto pulchro Deus effulgebit. aut Perfectè decoratus Deus illuſtris prodit. Hebraice legitur, Vniuerſitate formæ,per appoſitionem.i.perfectæ pulchritudinis.

3 Silebit יחרש tacebit.obſurdeſcet. Coram eo vorabit לפניו תאכל de cõſpectu eius flagrabit. Temp.commou. נשערה Præt. Heb.pro futuro,fœmineum autem:nam ſubauditur *terra*,hoc modo,in circuitibus eius perturbabitur *terra* valde.

4 Aduocauit cælum deſurſum: & terram diſcernere populum ſuum.
5 Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.
B 6 Et annūtiabunt cæli iuſtitiam eius: quoniam Deus iudex eſt.

7 Audi populus meus, & loquar: Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum.

8 Non in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autē tua in cōſpectu meo ſunt ſemper.
9 Non accipiā de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos:
10 Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumēta in montibus & boues.

11 Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum eſt.
Pſal.23.a.1 12 Si eſuriero, non dicam tibi: | meus
C eſt enim orbis terræ & plenitudo ei⁹.
13 Nunquid mādùcabo carnes taurorum: aut ſanguinem hircorū potabo?

14 Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua.
15 Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.
16 Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuū?
17 Tu verò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum.
18 Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam po-
D nebas.

19 Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.
20 Sedens, aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filiū matris tuæ ponebas ſcādalū. hæc feciſti, & tacui:
21 Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.

22 Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum, nequando rapiat, & nō ſit qui eripiat.

23 Sacrificiū laudis honorificabit me: & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.

1 In finem, pſalmus Dauid, quum venit ad eum Nathan propheta, quan-
1.Samu.12.a.1 2 do intrauit ad Beth-ſabee.

3 MIſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam,
Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniqui-

4 Aduocabit cælos deſuper, & terram, ″vt iudicet populum ſuū.
5 Congregate mihi ″ſanctos meos, qui pepigerunt ″pactum mecum ſuper ſacrificio.
6 ″Et annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius: quoniam Deus iudex eſt. Selah.
7 Audi populus mi, & loquar: Iwſrael, ″& teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum.
8 Non ″ſuper ſacrificia tua arguam te, ″nec ſuper holocauſta tua *quòd non fuerint* coram me ſemper.
9 Non accipiam è domo tua iuuencum, *nec* ″de ſeptis tuis hircos.
10 Quoniam ″mea eſt omnis beſtia ſyluæ, *&* animalia *paſcentia* in montibus mille.
11 ″Noui omne volatile montium: & fera agri ″mecum eſt.
12 Si eſuriero, non dicā tibi: quia meus eſt orbis, ″& plenitudo eius.
13 ″Nunquid comedam carnem taurorum, & ſanguinem hircorum bibam?
14 Immola ″Deo laudem, & redde Altiſſimo vota tua.
15 Et inuoca me in die anguſtiæ: eruam te, & honorificabis me.
16 Impio autem dixit Deus, Quid tibi, vt enarres ſtatuta mea, & aſſumas pactum meum in os tuum?
17 Tu verò odiſti ″diſciplinam, & proieciſti verba mea poſt te.
18 ″Si vides furem, ″ſtatim curris cum eo: & cum adulteris portio tua eſt.
19 Os tuum ″mittis in malum: & lingua tua ″concinnat dolum.
20 ″Sedes, *&* contra fratrem tuum loqueris, contra filium matris tuæ ″das probrum.
21 Hæc feciſti, ″& tacui: *propterea* exiſtimaſti *quòd* ″eſſendo ero ſicut tu: *ſed* arguam te, ″& ordinabo in oculis tuis *quicquid feciſti.*
22 Intelligite quæſo hoc, qui obliuiſcimini Dei: ne forte rapiam, & non ſit qui eruat.
23 ″Qui ſacrificat laudem, ″honorificabit me: ″& ponenti viam *Dei coram ſe,* oſtendam ſalutem Dei.

1 ″Victori pſalmus ipſius Dauidis. LI.
2 Quando venit ad eum Nathan propheta, poſteaquam intrauerat ad Bath-wſabya.
3 MIſerere mei Deus ſecundum miſericordiam tuam, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele ″præua-

Fiduciam ſacrificiorum reiicit Deus, abolitionē eorum prædicēs.

Vota, quæ & laudes.
Vt inuocetur, exhortatur Deus

Ab impiis iactantibus obſeruantiā Legis, non vult Deus verbum ſuum anuntiari.

Exhortatio ad hypocritas.

ſacrificium laudis.

Dauid agnoſcens ſuum adulteriū, petit vt in miſericordia condonet ei Deus peccatum,

4 Vt iudicet לדין ad vindicandum.ſub.à ſeruitute diaboli,&c.
5 Sanctos meos חסידי miſericordes meos.bonos meos.pios meos. Pactum m.&c. : בריתי עלי־זבח Ad verbum,pactum meum (pro mecum)cum ſacrificio.vel,adhibito ſacrificio.Quidam,Qui percuſſuri ſunt mecū fœdus (ſub.fidei)vltra ſacrificia. aut,pro ſacrificiis.
6 Et annunt. ויגידו Et annuntiabunt.Præt.Heb.quod per imperatiuum quidam reddunt, Et annuntiate.
7 Et teſtific.tibi ואעידהבך conteſtabor te. Alii per præſens, teſtificor per te.id eſt,teipſum in teſtem adhibeo.
8 Super על propter. Nec ſuper,&c. : ועולתיך לנגדי תמיד Ad verbū legitur,& holocautomata tua coram me iugiter.Negatio præcedens repetenda,aut præcedentibus ita connectendū,Non arguam te propter ſacrificia tua,nec propter hol.t.*quæ* coram me ſunt ſemper.
9 De ſeptis tuis ממכלאתיך de caulis tuis. Mea eſt om. לי כל־חיתו־יער Singulare pro plurali,Meæ ſunt omnes beſtiæ,&c.
11 Noui ידעתי id eſt,in numerato habeo. Mecum eſt. עמדי: apud me eſt. i.in animo meo.vel in poteſtate mea.
12 Et plenit.eius : ומלאה & quicquid illū implet.i. quicquid ille cōtinet. 13 Nunquid com.האוכל Nūquid veſcor.aut veſci ſoleo.
14 Deo לאלהים Antecedens pro relatiuo,mihi. 17 Diſciplinam מוסר correctionem.
18 Si vides אם־ראית Præt.Heb.Quando vidiſti. Statim curris ותרץ Ad verbum,& cucurriſti.
19 Mittis in mal.שלחת ברעה Præt.Heb. Miſiſti in malum.ſub.ſermonem.i.ſermone tuo lædis fratrem tuū. Concinnat תצמיד concinnas.vel,nectis, vt LINGVA ſit ablatiuus.
20 Sedes תשב ſub.cum aliis in compitis. Das probrum : תתן־דפי ponis probrum.Hebraiſmus,pro,filium matris tuæ probro afficis. Quidam,ſtruis calumniam.q.d.non ſolum alienis obloqueris,ſed etiam fratribus.
21 Et tacui:*prop.*exiſt.והחרשתי דמית Præt.Heb.pro præſ.& taceo:*ideo* arbitraris. Eſſendo ero היות־אהיה Hebraiſmus,pro,omnino futurus ſim.plane ero. Et ordinabo,&c. : ואערכה לעיניך Et proponam ante oculos tuos. Alii, reſiſtam tibi in faciem.vel,ſtatuam me contra oculos tuos.Alii,& producam *quæ feciſti* ante oculos tuos.
23 Qui ſacrific.lau. זבח תודה Qui ſacrificat *ſacrificium* laudis.Nam verbū includit nomen verbale.i.qui laudat me ex animo. Honorific. יכבדנני Fut.Heb.pro præſ.glorificat me. Et pon.viā. ושם דרך & cōponenti viam.i.recte inſtituenti vitā ſuā. Alii, Et hic iter eſt. nam varia eſt lectio: legitur enim & שם cum puncto in dextro cornu,hic,illic,ibi:& שׂם cum puncto in ſiniſtro cornu,poſuit.

IN PSALMVM LI.

1 Victori למנצח Vide pſal.4. Præuaric. m. : פשעי ſcelera mea.

ricationes meas.

'Multiplica lauare me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: 4

(Quoniam"præuaricationes meas ego agnoſco,& peccatũ meũ coram me eſt ſemper. 5

Tibi, tibi ſoli peccaui, & malũ in oculis tuis feci:)"vt iuſtificeris dum loqueris,& ſis purus dum iudicas. 6

Ecce, in iniquitate'genitus ſum,'& in peccato'calefacta eſt de me mater mea. 7

Ecce,veritatem 'voluiſti in renibus:'& in occulto ſapientiam ſcire feciſti me. 8

'Purifica me hyſſopo,& mundabor: laua me,'& præ niue dealbabor. 9

Audire fac me gaudiũ & lætitiã: & exultẽt oſſa quæ'contriuiſti. 10

Abſconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. 11

Cor mundum crea mihi Deus:& Spiritum rectum innoua'in viſceribus meis. 12

Ne proiicias me à facie tua,& Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. 13

Redde mihi gaudium 'ſalutis tuæ,'& Spiritus voluntarius confirmet me. 14

Docebo'præuaricatores vias tuas,&peccatores ad te cõuertẽtur. 15

Erue me'de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, &"prædicabit lingua mea iuſtitiam tuam. 16

Domine labia mea'aperi,& os meum annuntiabit laudẽ tuam. 17

Quoniã'non vis ſacrificium,'& dediſſem:holocauſtũ non vis. 18

Sacrificia Dei,ſpiritus'contritus:cor contritum'& confractũ, Deus,non deſpicies. 19

Benefac'ī volũtate tua ipſi xSiiō,ædifices muros Ieruſaláim. 20

Tunc"voles ſacrificia iuſtitiæ, holocauſtum,'& oblationem: tunc offerent ſuper altare tuum vitulos. 21

Deprauata natura,etiam à conceptione.

Pax à peccatis per chriſtum,

Cor & ſpiritum ſuum innouari petit.

Spiritum ſanctũ petit,

Petit vt cædes Vriæ ſibi ignoſcatur.

Sacrificia Deo grata,

Eccleſiam Dei prædicatione Euangelii ædificari orat.
Vituli labiorum, laudes.

tatem meam.

4 Ampli⁹ laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

5 Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco:& peccatum meum contra me eſt ſemper.

6 Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci: ǀvt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas quum iudicaris. Rom.3.a.4

7 Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. B

8 Ecce enim veritatem dilexiſti:incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

9 Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Leuit.14.a.6 num.19.a.4

10 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

11 Auerte faciem tuam à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele.

12 Cor mundum crea in me Deus: & Spiritum rectum innoua in ǀviſcerib⁹ meis. C

13 Ne proiicias me à facie tua:& Spiritum ſanctum tuũ ne auferas à me.

14 Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & Spiritu principali confirma me.

15 Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur.

16 Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ:& exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. D

17 Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

18 Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſſẽ vtique:holocauſtis nõ delectaberis

19 Sacrificium Deo,ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus,non deſpicies.

20 Benigne fac Dñe in bona volũtate tua Sion:& ædificẽtur muri Ieruſalẽ.

21 Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,oblationes& holocauſta:tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

4 Multipl.lau.me הרבה כבסני Multiplica *miſericordiam*,laua me.Aut,*In* multitudine laua me. Vel,Multum laua me.Plurimum, &c.

5 Præuaric. פשעי ſcelera mea.Quidam hæc,vſque ad illam partem ſequentis verſus,Vt iuſtificeris,&c.includunt parentheſi, vt illud Vt iuſtificeris,&c. referatur ad tertium præcedentem verſum.

6 Vt iuſtific.dũ loq.&c. למען תצדק בדברך vt iuſtus ſis in ſermone tuo,& purus quũ iudicaueris.Alii,vt iuſtus agnoſcaris in verbis tuis, &c.Hebraice ad verbũ,Vt iuſtificeris in loquẽdo te,purus ſis in iudicando te.Quo loco Hebræis pronomen affixum poteſt ſignificare perſonam agentẽ & patientem.Idcirco quidam ſic vertũt, Quapropter iuſtificaberis in verbis tuis,& purus eris quum iudicaberis.aut,quum iudicaris.ſiue reprehenderis, ab aliis ſcilicet tanquam iniuſtus,qui non ſtes promiſſis.

7 Genitus ſum, חוללתי fictus ſum.formatus ſum.natus ſum, ſiue in lucem editus. Et in peccato ובחטא Quidã vertũt ו quod ſignificat &,in poſtquã,ſic,Poſtquã in peccato calefecit me mater mea. acſi dicat, Poſtquã me peccatũ habentẽ geſtauit vtero mater mea. Calefa.eſt,&c. יחמתני calefecit me.Doctus Hebræus vertit,calefecit ſe de me.i. grauida facta eſt de me,acſi legeretur, יחמה ממני

8 Voluiſti in renib. חפצת בטחות dilexiſti in intimis.Optaſti in interioribus,vel in reconditis. Præterita quidam vertunt in præſens: alii in præt.imper. Et in occult.&c.: ובסתם חכמה תודיעני & in abſtruſo ſapientiam notã mihi faciebas. Vel,& in penetrali[.i.in corde]ſapientiam mihi manifeſtam facis. Alii,& in abſconditis oſtendiſti mihi ſapientiam.

9 Purifica תחטאני Futura Heb.Expiabis me,vel lauabis: pro imperatiuis. Et præ niue,&c.: ומשלג אלבין & niue candidior ero. vel,præ niue albeſcam. 10 Contriuiſti: דכית Subaudiendum אשר *quæ* contriuiſti. Alii, *quæ* percuſſiſti.

12 In viſcerib.m. בקרבי in intimo meo.ſiue in medio mei.vel intra me.

14 Salutis tuæ, ישעך .i. de ope tua. Et Spiri.&c.: ורוח נדיבה תסמכני & Spiritus libertatis [vel,liberalis & vltroneus] ſuffulciat me. id eſt,quo pronus & facilis reddar ad faciendũ quæ præcipis.Alii,& Spiritu munifico ſuſtenta me. Vel,& Spiritu ſpontaneo, aut voluntario ſtabili me. 15 Præuar. פשעים tranſgreſſores.ſceleratos.iniquos.

16 De ſanguin. מדמים Per ſanguines,Hebræi cædes & homicidium intelligunt. Prædic. תרנן decantabit.reſonabit cum ouatione.commendabit.clara & læta voce declarabit. 17 Aperi תפתח Fut.Heb.pro imperat.

18 Non vis ſacrif. לא־תחפוץ זבח non delectaris[ſiue oblectaris]ſacrificio.non deſideras ſacrificium. Et dediſſ. ואתנה alioqui darem. Alii,& dabo .i.non enim vis ſacrificia, etiam ſi dedero.Sunt qui cõiungunt hoc ſequentibus,ſic,Et ſi dem holocauſta,non moraris. Non vis: לא תרצה non amas.non deſideras.non exigis.

19 Contritus: נשברה confractus. Et confractum ונדכה & deiectum.Alii,& depreſſum.vel, concuſſum.

20 In volunt.tua ברצונך in beneplacito tuo.Varie vertunt interpretes verbum iſtud Hebraicum,eodem tamen ſenſu. Quidam cum [vel ex]beneuolentia tua.Alii,per bonam voluntatem tuam.vel ſecundum voluntatem tuam.aut,voluntate tua.

21 Voles ſacrificia תחפוץ זבחי oblectaberis ſacrificiis.Vel,acceptabis ſacrificia. Et oblation.וכליל.Docti inter Hebræos dicũt idẽ geminari,quia holocauſtum erat כליל:totum enim comburebatur.Vel appellat כליל ſacrificium ſacerdotis, quia erat כליל.i. totum combuſtum,vt legimus Leuit.26.d.23.

1.Sam.22.b.9

In finem,intellectus Dauid, LI.
¶Quum venit ad eũ Doeg Idumæ⁹, & annuntiauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Abimelech.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.

Dilexiſti omnia verba præcipitationis,linguam doloſam:
Propterea Deus deſtruet te in finẽ: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo,& radicem tuam de terra viuentium. B
Videbunt iuſti,& timebũt, & ſuper eũ ridebunt, & dicẽt,Ecce homo qui nõ poſuit Deum adiutorem ſuum,
Sed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ: & præualuit in vanitate ſua.
Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Confitebor tibi in ſeculum quia feciſti: & expectabo nomen tuum,quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

LII.

In finem, pro Amaleth intelligẽtia Dauid.
DIxit inſipiens in corde ſuo,Non eſt Deus.
Corrupti ſunt,& abominabiles facti ſunt in iniquitatibus:nõ eſt qui faciat bonum.
Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.
Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt : non eſt qui faciat bonum,non eſt vſque ad vnum.
Nónne ſcient omnes qui operãtur iniquitatem,qui deuorant plebẽ meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt:illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.
Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt,quoniam Deus ſpreuit eos.
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? quũ conuerterit Deus captiuitatẽ plebis ſuæ,exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

1 ʹVictori ″intellectus ipſius Dauidis. LII.
2 Quum veniſſet Doeg″אEdomæus,& nũtiaſſet ipſi שSauli,& dixiſſet ei,Venit Dauid in domum Anhimelech.
3 CVr iactas te de malitia,″ô potens? miſericordia Dei″omni die.
4 ″Contritiones cogitat lingua tua,ſicut nouacula″acuta″faciens dolum.

Deſcribit Dauid peruerſum animum Doeg,& omnium impiorum.

5 ″Diligis malum potius quàm bonum: mẽdacium potius quàm loqui iuſtitiam.סSelah.
6 Diligis omnia″verba perditionis,″linguam doloſam.
7 Etiam Deus ʹdeſtruet te in æternum:″tollet te,″& euellet te è tabernaculo,″& eradicabit te è terra viuentium.סSelah.

Interitus Doeg.

8 Et videbunt iuſti,& timebunt,& ſuper eum ridebunt,*dicentes*,
9 Ecce vir qui non poſuit Deum″fortitudinẽ ſuam:ſed fidit multitudini diuitiarum ſuarum,roboratus eſt in prauitate ſua.

Impiorũ lapſus, eruditio eſt piis vt Deo fidant.

10 Ego autem *ero* ſicut olea″viridis in domo Dei:ſperaui in miſericordia Dei″*in* ſeculum,& ſeculum.

Pii in miſericordia Dei fidunt.

11 Celebrabo te in ſeculum, ″quoniam facturus es : & expectabo ″nomen tuum,quoniam bonum eſt″coram miſericordibus tuis.

Gratiarum actio.

LIII.

1 ″Victori″ſuper Manhalath″intelligentia ipſius Dauidis.
2 D″Ixit ſtultus in corde ſuo,Non eſt Deus:corruperũt *uiam ſuam*, & abominabilẽ fecerunt iniquitatẽ: nõ eſt qui faciat bonũ.

Quales ſint infideles. Vide eadẽ & Pſal. 14.

3 Deus è cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat an ſit intelligens,*&* requirens Deum.
4 Omnes ipſi retroceſſerunt, pariter″fœtidi ſunt:non eſt qui faciat bonum,non eſt etiam vnus.
An non cognouerunt omnes operantes iniquitatẽ, comedẽtes populum meum *acſi* comederent panem, *&* Deum non inuocãt?
6 Ibi timebunt timore, *ubi* non fuerit timor:″quoniam Deus″diſperſit oſſa caſtrametantis contra te:″pudore affeciſti *illos*,quoniam Deus ſpreuit eos.
7 Quis dabit ex צSiion ſalutes Iשſrael? quum conuerterit Deus captiuitatem populi ſui,exultabit Iayacob,lætabitur Iשſrael.

IN PSALMVM LII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. Intellectus משכיל Vide Pſal.31.

2 Edomæus הארמי Sic dictus quòd in terra Edom peregrinatus eſſet,non quòd natione eſſet Idumæus.

3 Cur iactas te de malitia, מה־תתהלל ברעה Quid gloriaris in malo.vel de malo. O potens? הגבור .i.qui etiam in ſanctos te viribus pollere arbitraris,& hoc nomine gloriaris. Omni die. כל־היום: ſub.eſt cum ſanctis,& nunquam ea deſtituuntur,quantumuis affligantur. Quidam vertunt,quotidiana eſt.

4 Contrition.cog. הוות תחשב Perniciem meditatur. Prauitates,aut peruerſitates cogitat. Faciens dol. עשה רמיה: Referri poteſt & ad nouaculam quæ aberrans, petit iugulum: vel quam ſi leuiter contingas, ſua acutie vulnerat grauiſſime: & ad linguam: item ad Doeg. Tu es faciens dolum,pro,doloſe agis mecum.

5 Diligis malum potius &c. אהבת רע משוב Ad verbum,Dilexiſti malum præ bono:mendacium præ quàm loqui iuſtitiam. ſiue quod iuſtum eſt. Subſtantiuum pro adiectiuo, & præt.pro præſ. Iuſtitiam vocat veritatem, ſiue quæ vera ſunt.

6 Verba perdit. בלע Verba corruptionis. abſorptionis. demerſionis. voraginis.i.quæcunque perniciẽ afferre poſſunt proximo. Ling. dol. לשון מרמה: Hebraiſmus,pro,diligis ſermonem fraudulentum & delatorium.

7 Deſtruet te, יתצך perdet te. euellet te.q.d.quod patraſti non impune feres:Deus quoque te perdet, vt ſacerdotes Nobe occidiſti manu tua. Tollet te יחתך ſub.è medio. Vel,exuret te,à verbo חתה Et euellet te ויסחך abradet te. demolietur te. ʹEt eradicabit te ושרשך Quidam putauerunt eſſe nomen,vertentes & radicem tuam.at verbum eſt ex coniugatione Pihel.

9 Fortit.ſ.&c. מעזו ויבטח ברב עשרו יעז בהותו: robur ſuũ, ſed ſpem poſuit in multitudine diuitiarum ſuarum, *&* in prauitate ſua obfirmatus eſt. Vel,robur ſuum ponit in pernicie ſua.i.in hoc putat ſe fortem ſi alios læſerit. Alii,roboratus eſt per fraudem ſuam. Obſerua,Ponere Deum fortitudinem ſuam,& Fidere multitudini diuitiarum,contraria.

10 Viridis רענן Male quidam vertunt frondoſæ. *In* ſec.& ſeculum. עולם ועד: *in* ſempiternum & perpetuo. Qui vertunt,in ſeculum & vltrà:obſcurius ſane,& præter veram Hebraicæ dictionis עד ſignificationem, maxime quum præponitur, aut poſtponitur dictioni עולם quod ſeculum ſignificat. Quidam ſubaudiunt עולם vt ſit in ſeculum,& vltra ſeculum,pro perpetuó.

11 Quoniam facturus es כי עשית quòd feceris. Præt.Heb.quod nonnulli pro futuro poſitum putant more prophetico,quòd facturus ſis,ſub.quod dixi. Nomen t. שמך Nomen pro fauore. Coram miſeric.: נגד חסידיך Miſericordes Dei vocat,quos bonitate & miſericordia ſua dignatus eſt. Quidam referunt hanc poſteriorem partem ad priorem,celebrabo nomẽ tuum coram miſericordibus tuis.

IN PSALMVM LIII.

Victori למנצח Vide Pſal. 4. Super Manhalath על־מחלת Nomen eſt inſtrumenti muſici:aut initium cantilenæ vulgaris apud Hebræos,ad cuius modos decantatus fuit hic pſalmus. Intellig. משכיל Vide Pſal. 32.

2 Dixit ſtultus אמר נבל Vide varias lectiones pſalmi 14, qui eſt idem cum hoc,paucis mutatis,vt in ſexto verſu.

6 Diſperſit פזר Præt.Heb.pro fut.diſperget,vel diſſipabit. Pudore affeciſti הבישותה pudore obrues. Quidam,contemnes.

″Victori in Neginoth,″intelligentia ipſius Dauidis, L I I I I. 1

Quum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad ʊSaul, Nónne Dauid 2
abſconditus eſt apud nos?

Implorat Deum contra Ziphæorũ inſidias.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in fortitudine tua ″iudica me. 3

Deus, audi orationem meam, auſculta ſermones oris mei. 4

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, ″& formidabiles 5
quærunt animam meã, non poſuerunt Deum coram ſe. ɒSelah.

Auxilium Dei præſens, vnde illi gratias agit.

Ecce, Deus auxiliatur mihi: Dominus eſt ″inter ſuſtentatores animæ meæ. 6

″Reddet malum *iſtud* inimicis meis: ″in veritate tua ſuccîde illos. 7

Agnitio beneficii accepti.

″Voluntariè ſacrificabo tibi: celebrabo nomen tuum Iehoua, 8
quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni angustia ″eruit me, & in hoſtibus meis *quod* 9
uolui vidit oculus meus.

″Victori in Neginoth, ″intelligentia ipſius Dauidis. L V. 1

Petit Dauid à Deo vt liberetur à coniuratione Abſalom 2. Sam. 15.16. Chriſtus autem ab inimicis.

AVribus percipe Deus orationem meam, & ne ″abſcondas te 2
à deprecatione mea.

Intende mihi, & exaudi me: ″*nam* clamo in ſermone meo, & tu- 3
multuor

A voce inimici, *&* ″à facie anguſtiæ impii: quoniam ″coniiciunt 4
ſuper me mendacium, & in furore ″aduerſantur mihi.

Propterea cor meum ″dolet in medio mei, & terrores mortis ceci- 5
derunt ſuper me.

Timor & tremor venit ſuper me: ″& operuit me tremor. 6

Fugiens Iudæos, orat contra eos.

Et dixi, ″Quis dabit mihi alas ſicut columbæ? auolarem, & re- 7
quieſcerem:

Ecce ″elongarem fugam, commorarer in deſerto. ɒSelah. 8

Feſtinarem ″eruere me à vento qui excitatur à turbine. 9

Perde Domine, ″diuide linguam eorum: quoniam vidi ″violen- 10
tiam, & contentionem in ciuitate.

Conſilia inimicorum frangi poſtulat.

Die ac nocte ″circundant eam ſuper muros eius, & iniquitas ″& 11
peruerſitas eſt in medio eius.

″Prauitates ſunt in medio eius: & non recedit è platea eius fraus 12
& dolus.

LIII.

In finem, in carminibus intellectus 1
Dauid,

‖Quum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul, Nónne Dauid abſconditus eſt apud nos? 2

1.Reg.23.c. &26.a.1

DEus, in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me. 3

Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. 4

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: non propoſuerunt Deũ ante conſpectum ſuum. 5

Ecce Deus adiuuat me: Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. 6

Auerte mala inimicis meis: in veritate tua diſperde illos. 7

Voluntariè ſacrificabo tibi, confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt: 8

Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. 9

In finem, in carminibus intellectus 1
Dauid. LIIII.

EXaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationẽ meam: intende mihi, & exaudi me. 2

Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. 3

Quoniam declinauerunt in me iniquitatem: & in ira moleſti erãt mihi. 4

Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me: 5

Timor & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebræ: 6

Et dixi, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ: & volabo, & requieſcã? 7

Ecce elongaui fugiens: & manſi in 8
ſolitudine.

Expectabam eum qui ſaluum me 9
fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate. B

Præcipita Domine, & diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. 10

Die ac nocte circũdabit eam ſuper muros eius: iniquitas & labor in medio eius, & iniuſtitia. 11

Et non defecit de plateis eius vſura & dolus. 12

IN PSALMVM LIIII.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות Vide Pſal.4. Intellig. משכיל Vide Pſal.32.

3 Iudica me: תדינני age cauſam meam. Quidam, vindica me, Hebraiſmum exponentes. Vel, ius meum tuere, ſiue innocentiam.

5 Et formid. ועריצים & tyranni. præpotentes. terribiles. præualidi. Saulem cum aſſentatoribus ſuis intelligit: quos alienigenas vocat, tametſi Iſraelitas, quòd (vt mox dicit) Deum non ponerent in conſpectu ſuo, hoc eſt Dei nullam haberent rationem.

6 Inter ſuſtent.an.m.: בסמכי נפשי inter eos qui tutantur animam meam. i. aderit iis qui auxilio mihi fuerint, & meas partes tuebũtur.

7 Reddet ישוב Fut.Heb. quod quidam per imperatiuum vertunt, Repende. Alii, Reuertetur malum ad inimicos meos. Mutatio perſonæ, etiam præcedenti verſu. In veritate tua באמתך in fide tua. per fidem tuam. i. vt promiſiſti, ſiue vt promiſſa præſtes.

8 Volunt.ſacrif. בנדבה Sponte, [vel, liberaliter] ſacrificabo tibi. Voluntariũ ſacrificium faciam tibi. Vltroneo ſacrificio ſacrificabo tibi.

9 Eruit הצילני Mutatio perſonæ pro eruiſti, ſiue liberaſti. *Quod uolui.* Alii ſubaudiunt *ultionem.*

IN PSALMVM LV.

1 Victori in Neginoth, למנצח בנגינות Vide Pſal.4. Intellig. משכיל Vide Pſal.32.

2 Abſcondas te à depr.m.: תתעלם מתחנתי auerſeris orationem meam.

3 *Nam* clamo: אריד בשיחי ואהימה Fut.Heb. clamabo in ſermone meo, & ſtrepam. quod per præſens vertunt interpretes, *Dum* conqueror in lamentatione mea, & ſtrepo. Alii, *dum* plango [vel vlulo] in meditatione mea. Pro meditatione, docti inter Hebræos vertunt, in afflictione, infirmitate & anguſtia.

4 A facie anguſtiæ מפני עקת à facie violentiæ. vel afflictionis, aut tribulationis. Hebraiſmus autem eſt, à facie pro propter. Coniiciunt ימיטו Fut. Heb. pro præſ. aut præt. voluerunt. inclinarunt. Ad verbum, labi, aut cadere facient. i. cõminiſcuntur aduerſum me conſilium iniquum, ſiue conſpirant aduerſum me. Aduerſ.mihi.: ישטמוני Fut.Heb. pro præſ. me inſectantur, & odio proſequuntur.

5 Dolet יחיל Fut.Heb. pro præſ. trepidat. cõtremiſcit. parturit. affligatur. 6 Et operuit me tre.: ותכסני פלצות & obtexit me terror. vel, adobruit me horror.

7 Quis dabit מי־יתן Hebraiſmum ſic quidam vertunt, Vtinam eſſent mihi alæ *tam celeres quàm ſunt* columbæ.

8 Elong.fugam, ארחיק נדוד Chald.paraph. Elongabo locum ad fugiendum. vel fugiendo. Quidam vertunt, longe profugerem. Alii, elongarem me aufugiendo. ſiue migrando. nam ſunt qui נדוד volunt eſſe macor, ſiue infinitiuum.

9 Eruere me, &c.: מפלט לי מרוח סעה מסער liberationem [vel effugium] mihi *uelocius* vento qui excitatur à tempeſtate. Alii, ſaluationem mihi propter ventum turbinis *&* tempeſtatis. Vel, à vento euellente *&* diſperdente. Aut, à vento procelloſo *&* tempeſtate.

10 Diuide פלג finde. diſperti. i. diſſipa ſententias eorum varias. Violentiam חמס iniquitatem. iniuriam. vim.

11 Circundant יסובבה Fut.Heb. pro præſ. Et peruerſ. ועמל & moleſtia. vel, & dolor.

12 Prauitates הוות Fraudes. Corruptelæ. Alii, Prauitatum. ſub. homines. i. praui homines.

Quoniam ſi inimicus meus maledi 13
xiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique.
Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet: abſcōdiſſem me forſitan ab eo:

C

Tu vero homo vnanimis, dux meus 14
& notus meus,
Qui ſimul mecum dulces capiebas 15
cibos: in domo Dei ambulauimus cū conſenſu.

Veniat mors ſuper illos: & deſcen- 16
dant in infernum viuentes:
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamaui: & 17
Dominus ſaluauit me.
Veſpere, & mane, & meridie nar- 18
rabo & annuntiabo, & exaudiet vocē meam.
Redimet in pace animam meā ab 19
his qui appropinquant mihi: quoniā inter multos erant mecum.

D

Exaudiet Deus, & humiliabit illos, 20
qui eſt ante ſecula.
Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum: extendit manum ſuam in retribuendo. 21
Contaminauerunt teſtamentum eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper o- 22
leum: & ipſi ſunt iacula.

Matth.6.d.25
luc.12.c.22
1.pet.5.b.7

‖Iacta ſuper Dominum curam tuā, 23
& ipſe te enutriet, non dabit in æternum fluctuationem iuſto.
Tu vero Deus deduces eos in puteū interitus. 24
Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine.

1.Sam,21.d.11

LV

In finem, pro populo qui à ſanctis 1
longe factus eſt, Dauid in tituli inſcriptione, ‖quum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

MIſerere mei Deus, quoniam con 2
culcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me,

Cōculcauerunt me inimici mei to- 3
ta die: quoniam multi bellantes aduerſum me.
Ab altitudine diei timebo: ego vero 4
in te ſperabo.

Conqueritur de Iuda domeſtico proditore.

13 Neque enim inimicꝰ ′probris affecit me, alioqui ſuſtinuiſſem, neque odio habēs me, aduerſum me″magnificauit *os ſuum*, abſcondiſſem enim me ab eo:

14 Sed tu homo″iuxta æſtimationē meā,′dux meus, &notus meus,

15 Qui ſimul″dulciter communicabamus ſecretum, in domo Dei ambulabamus″in ſocietate.

16 ″Exigat debitum mors ab eis, deſcendant′*in* infernum viuentes: quia mala ſunt ″in ſocietate eorum, in medio eorum.

17 Ego *autem* ad Deum ″clamabo, & Iehoua ſeruabit me.

18 Veſpere, & mane, & meridie″loquor & tumultuor, & exaudiuit vocem meam.

Exauditur

19 Redemit in pace animam meam à bello quod erat contra me: quoniam ′multi erant mecum.

20 Audiet Deus, & affliget eos:″& manens ab initio,′ס Selah:″quibus non ſunt mutationes, nec timent Deum.

21 ″Miſit manum ſuam ″in eos qui pacifici erant cum eo: polluit pactum ſuum.

22 Leniora ſunt magis quàm butyrum *uerba* oris eius, at præliū *in* corde eius: leniora verba eius pluſquam oleū, ″& ipſa ſunt gladii.

23 Proiice ſuper Iehouam″pondus tuū, & ipſe″ſuſtentabit te: non dabit in ſeculum″nutationem iuſto.

Cura rerum omnium in Deum reiicienda.

24 Tu autem Deus ″deſcendere facies eos in puteum foueæ, viri ſanguinarii & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem fidam tibi.

Impiorum interitus.

LVI.

1 ″Victori ″ſuper columbam mutam in remotis, ipſius Dauidis ″*ad* Michtham, quum comprehendiſſent eum Peliſthim in Gath.

2 MIſerere mei Deus: quoniam ″abſorbere voluit me homo, ″quotidie bellans opprimit me.

3 ″Abſorbere voluerunt me inimici mei omni die: quoniā multi pugnantes aduerſum me,″ô Excelſe.

4 Die quo ″timebo, ego tibi fidam.

Orat vt à periculo præſentiſſimo liberetur, Saulis & aſſentatorum eius dolos & vim apud Deum accuſans.

13 Probris aff.me יחרפני.Fut.Heb.pro præt.   Magnific. *os ſ.* הגדיל *ſeſe* erexit.vel,extulit.
Iuxta æſtim.m.בערכי.i.quantum ego iudicare potui.Alii,iuxta pretium meum.i.quem in tanto pretio habebam atque me haberi cu-
pio.Nonnulli,velut æqualis ac ſocius meus.   Dux meus, אלופי præceptor meus.
15 Dulc.cōmu.ſec. נמתיק סוד Ad verbum,dulceſcere faciebamus ſecretum.i.cum ſumma animi voluptate de rebus noſtris conſilium
inibamus.Fut.Heb.pro præt.imperf.Nonnulli vertunt,Dulciter fruebamur ſecreto. Alii, Dulce erat ſecreta communicare.   In ſo-
cietate ברגש: in cœtu.i.coniunctim & ſimul.
16 Exigat debitum mors ab eis: ישי מות עלמו Exactricem conſtituat *Deus* mortem aduerſus illos.Alii,Irruat ſuper illos mors.Vel,Con-
demnet illos mors.Imprecatio vel prophetia de fine proditoris & cōſortium.   *In* infer. שאול *in* ſepulchrū.   In ſociet.e.במגורם in ha-
bitatione,vel in conuenticulis,aut congregatione eorum.   17 Clamabo, אקרא ויהוה יושיעני clamabam,& Iehoua ſeruauit me.
18 Loquor & tumult. אשיחה ואהמה Futura Heb. pro præſ. aut imperf.loquebar & fremitum edebam. vel, clamabam & conquere-
bar.aut,precabor & importunus ero,& exaudiet vocem meam.
19 Multi erant m.: ברבים היו עמדי Sic 2.Reg.6.c.16,dicebat Eliſæus,Plures qui nobiſcum ſunt,quàm qui cum illis.Hebraice vero legi-
tur,In multis.quod nonnulli vertunt,cum multis fuerunt mecum.i.multi impugnauerunt me.
Selah סלה Vide Pſal.3.   Quibus non ſunt mutat.חליפות למו
20 Et manens וישב & ſedet.Quidā cōuertunt ET in NAM,vel quia.
אשר אין nam non ſunt mutationes ipſis.i.non eſt ſpes quòd illi mutentur.
21 Miſit שלח ſub.fictus ille amicus.   In eos qui,&c. בשלמיו Ad verbū, in paces ſuas.Vel,in *uirum* pacium ſuarum.aut,fœderū
ſuorū.Sic & Pſalmo 109.a.4, Et ego oratio.pro,vir orationis.i.adortus eſt virum quicum in tranquillitate ſumma viuebat. Quidam ver-
tunt eodem ſenſu,in pacificos ſuos.
22 At præl.*in* corde e. וקרב לבו Ad verbum,& prælium cor eius.ſub.meditatur.   Et ipſa ſ.gladii: והמה פתיחות & ipſi ſunt *homines*
gladiorum.i.quum tamen ſint ſanguinarii,& ſtudeant me perdere.
23 Pondus tuum יהבך onus tuum.moleſtiam tuam.quod te male habet.Docti inter Hebræos vertunt, donum tuum: ſiue, quod de-
dit tibi:& exponunt,Proiice ſuper illum id quo habes opus,& ipſe educabit te vt hactenus fecit.   Suſtentab.te: יכלכלך ſuffulciet te.
Nutationem מוט lapſum.caſum.Hebraiſmus,pro non ſinet vnquam moueri,vel labaſcere iuſtum.
24 Deſcend.fa.e.in put. fo. תורידם לבאר שחת deduces eos in foueam perditionis.aut deiicies,[vel,detrudes] eos in foueam corruptio-
nis.vel,in puteum interitus.i.in gehennam.

IN PSALMVM LVI.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4.   Super colum. mu.in rem. על־יונת אלם רחקים de columba taciturnitatis in remotis.i.De columba
taciturna & muta, cōſtituta in locis remotis à Terra ſancta.Columbam ſe vocat Dauid,metaphora qua prius petebat ſibi dari alas colum
bæ quæ perniciter volat.   *Ad* Michtham מכתם Hæc vox Hebræis ſignificat aurum:propterea quidam vertunt, Dauidi inſigne au-
reolum.acſi dicat Pſalmum, ſiue cantum iſtum tam pretioſum fuiſſe Dauidi,quàm aurum.Vide Pſalmum XVI.
2 Abſorb.volu.me שאפני Præt.Heb.abſorpſit me,vel hauſit.quod nonnulli vertunt per præſens,abſorbet me.aut,abſorbere me co-
natur.   Quotid.bell.&c.: כל־היום לחם ילחצני tota die oppugnans diuexat me.vel,iugiter impugnando coarctat me.
3 Abſorb.volu.me inim. שאפו Præt.Heb. abſorbuerunt me,&c.pro præſenti, Abſorbet me hoſtes mei per ſingulos dies,aut iugiter.
O Excelſe: מרום Quidam vertunt,elato animo:referentes ad dictionem pugnantes.
4 Timebo: אירא אני אליך אבטח Vel per præt.imperf.timebam,ego te nitebar.Aut per præſens,Quocunque die metu corripior, fidu-
ciam ego meam in te colloco. Alii, Licet per diem timerem,tamen in te ſperabam.

5 In Deo ʹlaudabo verbum eius:Deo″fidam, non timebo quid faciat caro mihi.

6 Tota die ʹverba mea dolore afficiunt me:aduerſum me ſunt omnes cogitationes eorum in malum.

7 ″Congregantur,deliteſcunt,ipſi veſtigia mea obſeruant, ″dum expectant animam meam.

8 ″Propter iniquitatẽ euaſio erit eis? in furore populos″deiice,Deꝰ.

9 ʹMigrationes meas″numeraſti, ʹpone lachrymas meas in vtre tuo:″nónne in libro tuo *ſunt?*

10 ″Tunc conuertentur inimici mei retrorſum,in die qua clamabo:*in* hoc cognoſcam quòd Deus ″pro me eſt.

11 In Deo laudabo verbum *eius*,″in Iehoua laudabo verbum.

12 ″Deo fido,non timebo quid faciat homo mihi.

13 ″Super me Deus *ſunt* vota tua:″reddam laudes tibi.

Vota ſua,quæ vocat laudem,Deo reddit,laudans eum.

14 Quoniam eripuiſti animam meam à morte : ″nónne *&* pedes meos à lapſu,vt ambulem coram Deo in lumine viuentium?

L V I I.

1 ″Victori,″Ne diſperdas, ipſius Dauidis ʹMichtham, quãdo fugit à facie שSaul in ſpeluncam:

2 MIſerere mei Deus,miſerere mei,quoniam in te ″ſperat anima mea,& in vmbra alarum tuarum″ſpero,donec ʹtranſierit contritio.

3 ″Clamabo adDeum altiſſimum,ad Deum ʹretribuentem mihi.

4 ″Mittet è cælo, & ſeruabit me *à*″probro deglutire volentis me. סSelah. mittet Deus miſericordiam ſuam,& veritatem ſuam.

5 Anima mea eſt inter leones,″iaceo *inter* vrentes:*inter* filios hominum quorum dentes *ſunt ut* lancea & ſagittæ,& lingua eorum gladius ″acutus.

6 ″Exalta te ſuper cælos Deus,″ſuper omnem terram ″gloria tua.

7 Rete parauerunt greſſibus meis: ″incuruauit *ille* animam meã: foderunt ante me foueam,ceciderunt in medium eius.סSelah.

5 In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperaui : non timebo quid faciat mihi caro.

B

6 Tota die verba mea execrabantur: aduerſum me omnes cogitationes eorum,in malum.

7 Inhabitabunt & abſcõdent: ipſi calcaneum meum obſeruabunt,

8 Sicut ſuſtinuerunt animam meam: pro nihilo ſaluos facies illos : in ira populos confringes.

9 Deus,vitam meam annuntiaui tibi:poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu tuo.

10 Sicut & in promiſſione tua:tunc cõuertentur inimici mei retrorſum,

C

In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meꝰ es.

11 In Deo laudabo verbum,in Domino laudabo ſermonem: in Deo ſperaui,

12 nõ timeboquid faciat mihi homo.

13 In me ſunt Deus,vota tua,quæ reddam,laudationes tibi.

14 Quoniam eripuiſti animam meam de morte , & pedes meos de lapſu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

LVI.

1 In finem,Ne diſperdas,Dauid in tituli inſcriptione, |quum fugeret à facie Saul in ſpeluncam.

1.Samn.22.a.1, & 24.a.4

2 MIſerere meiDeus,miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea:

Et in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.

3 Clamabo ad Deum altiſſimũ:Deũ qui benefecit mihi.

4 Miſit de cælo,& liberauit me:dedit in opprobrium conculcantes me.

Miſit Deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam , & eripuit animam

5 meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.

Filii hominũ,dentes eorũ arma & ſagittæ:& lingua eorũ,gladius acutus.

6 Exaltare ſuper cælos,Deus:& in omnem terram gloria tua.

7 Laqueum parauerunt pedibus meis:& incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam:& inciderunt in eam.

5 Laudabo ver.e. אהלל דברו Hebraiſmus,pro Deum laudabo propter verbum ſuum. Quidam vertunt, gloriabor *de* verbo eius.Promiſſionem intelligit de regno Iſraelis. Fidam בטחתי Præt.Heb. ſperaui,

6 Verba m.dol.aff.me. דברי יעצבו עלי Hebraiſmus,Res meæ,ſiue negotia mea me fatigant. Quidã vertunt,Verba mea moleſta reddebant. vel calumniabantur. Alii,cauſam meam moleſtam reddunt.

7 Congreg.delit. יגורו יצפונו Præt.& fut.Heb.Simul ipſi morãtur,*&* deliteſcunt. Alii,Cõuenerunt,contemplati ſunt. Alii, Cõſpirant, & inſidiantur. Dum expect.ani.m. כאשר קוו נפשי ſicut expectant. quum expectant. Alii,ſi quo pacto capiant animã meã. Præt.Heb. Nonnulli,quemadmodum expectauerunt animam meam.

8 Prop.iniq.eu.e.eis? על־און פלט־למו Quia peccauerunt,ſeruabis eos? Aut ſine interrogatione, Spem euadendi collocant in verſutia.

9 Migrat.m. נדי Euagationẽ meam.fugas meas. Ad verbũ,motionẽ meã.Sing.pro plurali. Numeraſti:ספרתה numeratas habes.i.cognoſcis numerũ migrationũ quas migraui.i.quoties fugerim. Pone lachr.&c.שימה דמעתי בנארך Hebraiſmus,& metaphora ab aquis,acſi dicat,Memor eſto lachrymarũ mearũ quas fudi coram te,& ne obliuiſcaris. Nónne in libro tuo : הלא בספרתך nónne in commentario tuo *ſunt?* Hæc interrogatio præparationem,ſiue accinctionem quandam ſignificat ad rem peragendam:& etiam cõfirmationem,reique certitudinem.propterea quidam vertunt,Certè in libro tuo ſunt.

10 Tunc conu.&c. אז ישובו Quidam אז tunc,vertit in quoties:& fut.per præſ.ſic, Quoties inuoco,hoſtes mei retrocedunt : in hoc certus fio quòd &c. Pro me eſt :לי Ad verbum,mihi.ſub.fauet.

11 In Iehoua ביהוה Repetitione hac, vim fiduciæ ſuæ in Dei promiſſione exprimit. Vide quintum verſum.

12 Deo fido באלהים בטחתי Hic verſus eſt altera pars quinti præcedentis.

13 Super me עלי In me.Hebraiſmus,pro,mea intereſt reddere tibi vota,nempe vt te laudem:laudo igitur.Sunt qui Hebraiſmum ſic reddunt,Vota nuncupabo tibi,ô Deus. Reddam אשלם rependam. 14 Nónne pedes &c. הלא רגלי Certe pedes,&c. Vide noni verſus annotationem.

IN PSALMVM LVII.

1 Victori למנצח Vide pſal. 4. Ne diſperdas,אל־תשחת ſub.me. Michtham, מכתם Vide Pſalmum 16 & 56.

2 Sperat חסיה Præt Heb.confiſa eſt.fiduciam habuit. Spero אחסה Fut.Heb.confidam.ſperabo. Tranſi.contr. : יעבר הות Ad verbũ,tranſierit contritionum.ſub.tempus.vel calamitatum,ſiue fraudum.Alii,volunt verbum ſingulare iungi nomini plurali,proinde vertunt,tranſeant contritiones.

3 Clamabo אקרא Fut.Heb.pro præt.vt quidam vertunt.Clamaui.Alii,Clamabam. Retribu. m.גמר עלי Perficientem mihi. ſub. quæ promiſit.Alii,qui benefacit mihi.Alii,reddentem mihi· ſub.miſericordiam.Nonnulli,qui tranſigit cauſam mihi *impendentem.*

4 Mittet ישלח Futura Heb.pro præteritis,vt quidã vertunt. Prob.deglut.vol.me.חרף שאפי probro abſorbente me.vel,vorante. Quidam Hebræorum dicunt חרף eſſe præteritũ,vertentes,probris affecit abſorbentem me.vel, ſpreuit *robur illius qui* me abſorbere cupit.

5 Iaceo *inter* vrentes אשכבה לחטים habito *inter* flamma ſuccenſos.Accubui *inter* flammis exurentes.inflãmantes.ſub. me ſuis ſycophantiis & maledictis.Repetitur INTER primo loco poſitum.Fut.Heb.

6 Exalta te ſup.cæ. רומה על־השמים attolle te ſupra cælos.q.d.Oſtende opẽ tuam,vt homines te extollant ſupra cælos. Gloria tua : כבודך ſub.extendatur.Sunt qui vertunt,gloriam tuam.ſub.attolle, 7 Incur. *ille* כפף depreſſit.ſub.Saul.i.ſtuduit me proſternere. Anima pro toto homine.

8 Paratum cor meum Deus, paratũ cor meum: cantabo, & pſalmum dicã.

C

9 Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo.

10 Confitebor tibi in populis Domine, pſalmum dicam tibi in gentibus:

11 Quoniam magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua, & vſque ad nubes veritas tua.

12 Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.

LVII.

1 In finem, Ne diſperdas, Dauid in tituli inſcriptione.

2 SI verè vtique iuſtitiam loquimini? recta iudicate filii hominum.

3 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniuſtitias manus veſtræ concinnant.

4 Abalienati ſunt peccatores à vulua: errauerũt ab vtero, loquuti ſunt falſa.

5 Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, & obthurantis aures ſuas,

6 Quæ non exaudiet vocem incãtantium, & venefici incantantis ſapienter.

B

7 Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum cõfringet Dominus.

8 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum ſuum donec infirmentur.

9 Sicut cera quæ fluit auferentur: ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolẽ.

10 Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnũ: ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.

11 Lætabitur iuſtus quum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

12 Et dicet homo, Si vtique eſt fruct⁹ iuſto? vtique eſt Deus iudicans eos in terra.

Bene confirmatus & affectus, laudes canit.

8 ″Paratum cor meum Deus, paratũ cor meum: cãtabo, & pſallã.

9 Exurge ″gloria mea, ″exurge ″nebel & cithara: ″exurgã diluculo.

10 ″Celebrabo te in populis, Domine, & ″canam tibi in gentibus:

11 Quoniam magna eſt vſque ad cælos miſericordia tua, & vſque ad nubes ″veritas tua.

12 ″Exalta te ſuper cælos Deus, ſuper omnem terram gloria tua.

LVIII.

1 ″Victori, ″Ne diſperdas, ipſius Dauidis ″Michtham.

Malitiam aſſentatorum Saulis & inimicorum Chriſti deſcribit.

2 NVm verè, ô congregatio, ″iuſtitiam loquimini, æquitates iudicatis ″filii hominum?

3 ″Quin potius in corde iniquitates operamini: in terra ″violentiam manuum veſtrarum appenditis.

4 Abalienati ſunt impii ″à vulua, errauerunt ″ab vtero, loquentes mendacium.

5 Venenum eſt illis inſtar veneni ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ quæ obthurat aurem ſuam,

6 Quæ non audit vocem incantantium: ″incantantis incantationem periti.

Prædicat exitum eorum, vindictámque precatur.

7 Deus contere dentes eorum in ore ipſorum: molares catulorũ leonum confringe, Iehoua.

8 ″Colliqueſcant ſicut aquæ, ″& abeant ſibiipſis: ″intendat *quiſque eorum* ſagittas ſuas, ″*ſed ſint* acſi eſſent exciſæ.

9 Sicut limax quæ liqueſcit, abeat *quiſque eorum*, *ſicut* abortiuum mulieris, ″ne videant ſolem.

10 ″Antequam ſentiant lebetes veſtri *ignem* rhamni: ſicut caro cruda, ſic ira vt turbo perdat eum.

Lætitia iuſtorum videntium pœnã impiorum.

11 ″Lætabitur iuſtus quum viderit vindictam: pedes ſuos ″lauabit in ſanguine impii.

12 Et dicet homo, Verè eſt fructus iuſto: vtique eſt Deus iudicans in terra.

8 Paratum נכון Confirmatum. vel, Firmum, aut Stabile. Similia prorſus leguntur & Pſal. 108.

9 Gloria mea כבודי decus meum. i. anima mea. aut vt alii, laus quam illis inſtrumentis volebat reddere. Hebraiſmus, Ita ſolet ſe excitare & hortari ad laudem Dei. Idem Pſal. 146. a. 1, dicit, Lauda anima mea Iehoua. Nebel הנבל psalterium. Exurgam אעירה euigilabo. Vel, ſuſcitabo. ſub. vos, vel meipſum ad laudandum Dominum. Alii, quum euigilauero. q. d. quotidie mane dicã, Excitare, &c. Vel, *quum* expergiſcar *in* aurora.

10 Celebrabo te אודך Quidã ſubaudiunt Quia, ſic, Quia laudaturus ſum te. Canam, &c.: אזמרך בלאמים pſallã tibi in nationibus.

11 Veritas tua אמתך Fides [*vel fidelitas*] tua. q. d. Vbique omnes te veracem & fidelem experiuntur.

12 Exalta te רומה Idem verſus cum ſexto.

IN PSALMVM LVIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. Ne diſperdas אל תשחת Vide Pſal. 57, & 59. Michtham. מכתם: Vide Pſal. 16, & 56.

2 Iuſtitiam loquim. צדק תדברון Fut. Heb. pro præſ. Quidam vertunt, Quod iuſtum eſt decernitis. vel pronuntiatis. Filii hom. בני אדם: filiis hominum. vel, mortalibus.

3 Quin potius אף Etiam Viol. ma. &c. חמס ידיכם תפלסון vim [calumniam, rem iniuſtam] manus veſtræ appendunt. Hebraiſmus, pro, quaſi in pondere & æquitate factum videri vultis quod per vim agitis.

6 Incant. incant. per. חבר חברים מחכם: magi inter magos præſtantis. Vel, magi magicas artes ſcitè exercentis. aut eruditi.

8 Colliqueſcant ימאסו Diffluant. Modum precandi habent hæc quibuſdam: aliis magis placet vt ſint prædictiones pœnarum aduerſus impios. *Et* abeant ſib. יתהלכו למו id eſt euaneſcant. q. d. irriti ſint conatus illorũ. Alii ad aquas referunt, vertentes, quæ pertranſeunt in ſeipſis. quæ dilabuntur. quæ abeunt ſibi. Intendat ידרך Ita quidam, quòd tenſo arcu tendatur & ſagitta. Alii, dirigat. *Sed ſint* ac ſi, &c.: כמו יתמללו: Ad verbum, acſi exciderentur. vel, confringerentur.

9 Ne videant בל חזו Quidam ſubaudiunt אשר quæ non viderunt. quæ, nempe limax & abortiuum. Alii vertunt, Non aſpicient ſolem, vt ſit præt. pro fut.

10 Antequã, &c.: כטרם יבינו סירתיכם אטד כמו חי כמו חרון ישערנו: Ad uerbũ, Antequã intelligant lebetes veſtri [vel, ſpinæ veſtræ] rhamnũ: ſicut viuũ [aut crudum, ſiue caro cruda] ſic ira, vt turbo perdat eum. aut perdet eos. ſingul. pro plur. Petit vt celeriter pereant aduerſarii ſui. Aut præuidet eos citiſſimè perituros: quod duabus ſimilitudinibus, ſpinarum videlicet & carnis crudæ citò raptæ oſtendit: aut vna tantum, nẽpe carnis crudæ. nã varia eſt lectio. Si vna fuerit ſimilitudo, inuerſus eſt ordo, qui ſic ordinabitur. Quàm citò cruda caro rapitur antequam lebetes in quibus ipſa coquitur ſenſerint (id enim hoc loco INTELLIGERE ſignificat) ignem rhamni velociter excitatum: tam celeriter Deus perdat iſtos impios. ſiue perdet. Vel, Quàm ſubitò extinguitur ignis ſpinarum, antequam lebetes ſenſerint ignem rhamni, vnde caro remanet cruda [ſic, vel. tam citò] iratus Dominus perdat eos, ſiue tollat de medio. Si verò ſimilitudines duæ fuerint, pro ollis vertendo ſpinas (nam vtrunque ſignificat סירים) rectus erit ordo, hoc ſenſu, Antequam ſpinæ veſtræ minores adoleuerint & excreuerint in rhamnum, & vt caro cruda celerrimè rapitur antequam excocta ſit: ſic tam repentè pereant impii, aut peribunt: vt præuideat potius (vt dictum eſt) quàm optet, futurum vt impii illi perdantur, & id quàm celerrime, antequam peruerſitas illorum adoleſcat. Cha'd. paraph. Priusquàm impii teneri dureſcant ſicut ſpinæ, donec ſunt herba, turbine deſtruet illos.

11 Lætabitur ישמח Verti poteſt per optatiuum, Lætetur iuſtus, &c. Lauabit ירחץ lauerit. id eſt dum viderit Deum tam grauem vltionem de impiis ſumere, vt poſſit pedes ſuos lauare in ſanguine ipſorum.

59.60.61.

LIX.

1 ″Victori,″Ne diſperdas,″ipſius Dauidis Michtham,quum miſiſſet שSaul″vt obſeruarent domum vt interficerent eum.

Dauid proximus periculo, opem petit à Deo, violentiam inimicorum declarans,& ſuam innocentiam.

2 ERipe me ab inimicis meis Deus mi, ab inſurgentibus contra me″extolle me.

3 Eripe me ab operariis iniquis,& à viris ſanguinum ſerua me.

4 Quia ecce″inſidiantur animæ meæ, congregati ſunt aduerſum me fortes″abſque præuaricatione mea, & abſque peccato meo Iehoua.

5 ″Abſque iniquitate *mea* accurrerunt, & parauerunt ſe:″ſuſcita te ″in occurſum meum,& vide.

6 Et tu Iehoua Deus exercituum,Deus Iשſrael,euigila ad viſitãdum omnes gentes:neque miſerearis omnium ″præuaricatorum iniquorum.ס Selah.

Studium inimicorum in obſidenda domo ſua.

7 ″Reuertũtur ad veſperã, latrãt vt canis,& circũeunt ciuitatem.

8 Ecce,loquuntur ore ſuo, gladii ſunt in labiis eorum: quoniam *dicunt*,Quis audit?

Reiicit ſe in Deũ certus de auxilio.

9 Tu autem Iehoua deridebis eos,ſubſannabis omnes gentes.

10 ″Fortitudinem eius tibi reſeruabo : quoniam Deus ″eleuatio mea eſt.

11 Deus miſericordiæ meæ præueniet me: Deus videre faciet me *optata* in inimicis meis.

Orat inimicos opprimi paulatim.

12 ″Ne occidas eos,ne forte obliuiſcatur populus meus:″vagari fac eos fortitudine tua, ″& depone eos,clypeus noſter Iehoua:

13 *Propter* peccatum oris eorum,*propter* verbum labiorum ipſorum: & capiantur propter ſuperbiam ſuam,″& ob execrationem & mẽdacium *eorum quod* narrant.

14 Conſume in furore, conſume,& non ſint: & ſciant quòd Deus dominatur in Iayacob,″*&* finibus terræ. ס Selah.

Iterum oſtendit ſtudium inimicorum in obſidenda domo ſua.

15 ″Et reuertentur ad veſperam,latrabunt vt canis,& circumibunt ciuitatem.

16 ″Ipſi vagabũtur vt comedãt:ſi nõ fuerĩt ſaturati,murmurabũt.

Laudes Deo pro victoria.

17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam,″& laudabo mane miſericordiam tuam:quia fuiſti″eleuatio mihi,& refugium in die anguſtiæ meæ.

18 Fortitudo mea,tibi cãtabo:quia Deus″eleuatio mea, Deus miſericordiæ meæ.

LVIII.

1 In finem,Ne diſperdas, Dauid in tituli inſcriptione, quando miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius vt interficeret eum.

2 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.

3 Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me.

4 Quia ecce ceperunt animam meã, irruerunt in me fortes,

Neque iniquitas mea , neque peccatum meum Domine: ſine iniquitate cucurri & direxi.

5 Exurge in occurſum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum,Deus Iſrael, B

6 Intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.

7 Conuertentur ad veſperam : & famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem.

8 Ecce loquentur in ore ſuo,& gladius in labiis eorum:quoniam Quis audiuit?

9 Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

10 Fortitudinem meam ad te cuſtodiam,quia Deus ſuſceptor meus es:Deus meus,miſericordia eius præueniet me. C

11 Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos:ne occidas eos,nequando obliuiſcantur populi mei.

12 Diſperge illos in virtute tua:& depone eos protector meus Domine:

13 Delictum oris eorum,ſermo labiorum ipſorum: & comprehẽdantur in ſuperbia ſua.

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur

14 In conſummatione,in ira conſummationis,& non erunt.

Et ſcient quia Deus dominatur Iacob,& finium terræ.

15 Et conuertentur ad veſperam,& famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem. D

16 Ipſi diſpergentur ad manducandũ: ſi verò non fuerint ſaturati , & murmurabunt.

17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam,& exaltabo mane miſericordiam tuam:

Quia fact⁹ es ſuſceptor me⁹,& refugiũ meũ in die tribulationis meæ.

18 Adiutor meus tibi pſallam,quia Deus ſuſceptor meus es:Deus meus miſericordia mea.

IN PSALMVM LIX.

1 Victori, למנצח Vide Pſal.4. Ne diſperdas, אל־תשחת ſub me.i.ne ſinas me perdi. Ip.Da.Mich. לדוד מכתם Vide Pſal.16, & 56. Vt obſeruarent : וישמרו את־הבית להמיתו Ad verbum,& cuſtodierunt domum,vt interficerent eum.pro,vt cuſtodirent [ſiue obſeruarent]domum,& interficerent eum.

2 Extolle me. תשגבני׃ ſtatue me in loco alto.i.tuto.nam ſublimis locus pro tuto ſæpe ponitur.Alii, recipe me. Alii,protege me.

4 Inſidiantur ארבו Præt.Heb.inſidias parauerunt.inſidiati ſunt. Abſque præu.m. לא־פשעי non *ob* ſcelus meum.aut iniquitatem meam.Alii,non tranſgreſſionis meæ gratia.vel,nulla tranſgreſſione mea adducti.

5 Abſque iniq.*m.*acc. בלי־עון ירוצון ויכננו Ad verbum,In non iniquitate current, & inſtruent ſe.Fut.pro præt.aut præſ. Suſcita te עורה vigila.exurge. 7 Reuertuntur,&c. ישובו Futura Heb.pro præſentibus.Idem verſus cum 15 ſequenti.

10 Fortit.e.tibi reſer. עזו אליך אשמרה De ſe loquitur in tertia perſona.i.apud te habeo fortitudinem meam repoſitam. Alii,Robur illi [*ſub.Sauli,at*]te obſeruabo. Eleuatio mea eſt. : משגבי arx [protectio]mea eſt.aut, vice arcis altiſſimæ & propugnaculi.Paulo pòſt, verſu 17 eleuationem & refugium coniungit.

12 Ne occid.eos אל־תהרגם Chaldæus paraph.addit,ſtatim. Vag.fac.eos fort.tua, הניעמו בחיל commoue eos in exercitu tuo.i.in populo tuo. Alii,diſperge eos in exercitu tuo. Et depone eos והורידמו ſub.de dignitate ſua.

13 Et ob exec.&c. ומאלה ומכחש יספרו׃ & de maledictione & mendacio *eorum* narrabunt *alii* . Quidam pro mendacio, vertunt maciem, q.d.ſint fabula vulgo, dicat populus quòd à te maledicti ſint,& confecti macie. Alii,& de maledicto & de mendacio narrant.

14 Et finibus לאפסי & vſque ad fines. 15 Et reuert. וישבו Et conuertantur.

16 Ipſi vagab.&c. : המה ינועון לאכל אם־לא ישבעו וילינו Ipſi vagentur ad comedendum: profecto non ſaturabuntur,quando hoſpitium ad pernoctandum quærent.i.diuertent ad hoſpitium incœnati.Hic אם־לא pro certe,& ו pro quando ponitur.Alii volunt לא præcedens ſeruire loco duorũ, & legunt,Ipſi vagabuntur vt comedãt:ſi non fuerint ſaturati,& non dormient.vel,nec dormiẽt.Chald.paraph.Ipſi fatigabuntur quærentes prædam vt comedant : & non quieſcent donec ſaturentur & dormiant . Nonnulli futura per præſentia vertunt, Ipſi vagantur ad edendum:ſi non ſaturantur,& dormiunt. Quidam liberius ſic, Vagabuntur pro cibo,at nec ſatiabuntur,nec tectum eis ſubire dabitur. 17 Et laudabo וארנן & ouabo.vel,clara voce laudabo. Eleuatio mihi, משגב לי Vide ſuprà verſu 10.

18 Eleuatio mea משגבי Eadem vox Hebræa quæ verſu proxime præcedenti,& ſuprà 10 verſu.

LIX.

1 In finem,pro iis qui immutabũtur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam,

2.Samu.8.a.1, & 10.a.1. 1.paral.18.a.2

2 ¶Quum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percuſſit Idumæam in Valle ſalinarũ duodecim millia.

3 DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos:iratus es, & miſertus es nobis.

4 Commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt.

5 Oſtendiſti populo tuo dura:potaſti nos vino compunctionis.

6 Dediſti metuentibus te ſignificationem:vt fugiant à facie arcus:

7 Vt liberẽtur dilecti tui : ſaluum fac dextera tua, & exaudi me.

B 8 Deus loquut⁹ eſt in ſancto ſuo, Lætabor, & partibor Sichimam, & conuallem Tabernaculorum metibor.

9 Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes : & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex me⁹:Moab olla ſpei meæ.

10 In Idumæam extendam calceamẽtum meum : mihi alienigenæ ſubditi ſunt.

11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idu-
C mæam?

12 Nónne tu Deus qui repuliſti nos, & non egredieris Deus in virtutibus noſtris?

13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.

14 In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

LX.

1 In finem,in hymnis Dauid.

2 EXaudi Deus deprecationem meam:intende orationi meæ.

3 A finibus terræ ad te clamaui:dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.

4 Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea:turris fortitudinis à facie inimici.

L X.

1 ″Victori ſuper ″שSuשſan עeduth, ′Michtham ipſius Dauidis ad docendum.

2 ″Quum bellum gereret contra′Aram Naharáim, & contra″Aram צSobah: & *quum* reuerſus eſt Ioab, & percuſſit Edom in Valle-ſalis duodecim milia.

3 DEus″proiecisti nos,″diſſipaſti nos,iratus es:*proinde* reuertere ad nos.

Gratiarum actio eſt pro victoria quam contulit ei Dominus contra fortiſſimos hoſtes Syros.

4 ″Tremere feciſti terrã,″ſcidiſti eã : ſana″fracturas ei⁹,quia″nutat.

5 ″Videre feciſti populũ tuum dura,propinaſti nobis vinum ″ſoporiferum.

Punit De⁹ aliquãdo populum ob peccata:at conuerſus, verſis vicibus liberat.

6 *At* dediſti metuentibus te″vexillum,ad eleuandum″propter veritatem.סSelah.

7 ″Vt liberentur dilecti tui:ſaluum fac dextera tua,& exaudi me.

8 Deus loquutus eſt″per Sanctitatem ſuam,*unde* lætabor, *quòd* diuidam שSechém,& vallem סSucchóth metiar.

9 Meus *erit* Gilעád,& meus erit Menaשſéh,& Ephráim ″fortitudo capitis mei,Iehudah″legifer meus.

Memor Dauid quòd & Iſraelem & exteras nationes ei ſubieciſſet, de victoria ſpem concipit.

10 Moab ″olla ablutionis meæ:ſuper Edóm″proiiciam calceamentum meum,″ſuper me Peléשſeth iubila.

11 Quis deducet me ad ciuitatem munitam?quis deducet me vſque ad Edóm?

12 Nónne tu, Deus, *qui*″proieceras nos, & non egrediebaris,Deus, cum exercitibus noſtris?

13 ″Da nobis auxilium de anguſtia:″nam mendax ſalus hominis.

Precatio pro victoria,& quare.

14 ″In Deo faciemus militiã, & ipſe cõculcabit inimicos noſtros.

L X I.

1 ′Victori ſuper Neginath,ipſius Dauidis.

2 AVdi Deus″clamorem meum,intende orationi meæ.

3 Ab extremo Terræ ad te″clamabo, ″dũ in mœrore eſt cor meum:ad petram ″*quæ* celſior eſt me,deduc me.

Oratio eſt qua petit liberari à grauibus periculis, & ſe gratum fore pollicetur.

4 Quia fuiſti ″ſpes mihi,*&* turris fortitudinis à facie inimici.

IN PSALMVM LX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. שSuשſan עeduth שושן עדות Nomen inſtrumenti muſici.Quidam vertunt roſam teſtimonii.Alii, Suſan decorum.Nonnulli,Suſan teſtimonii. Michtham מכתם Vide pſal.16,& 56.

2 Quum bellum ger. בהצותו Quum rixaretur.contenderet.Doctus inter Hebræos,Quãdo deſolauit Aram,&c. Aram Naharáim את־ארם נהרים Sic ad verbum,quod quidam vertunt, cum Meſopotamia.Alii,contra eam Syriæ partem quæ Meſopotamia dicitur.Alii,contra Syriam Meſopotamiæ. Aram צSobah,ארם צובה Syriam Soba.Alii,contra Syriæ partem quæ vocata eſt Soba.

3 Proiecisti זנחתנו Sunt qui iſtos duos verſus per pluſquamperf. vertant,repuleras,ſiue deſerueras,aut abieceras:ſiue vt quidam, elongaueras. Diſſipaſti nos, פרצתנו diripuiſti nos.diſcerpſiſti.vel,diſcerpſeras.

4 Trem.fe.ter. הרעשתה ארץ Commouiſti terram.Concuſſeras terram.Contremuit terra. Scidiſti eam, פצמתה diripuiſti eam. aperueras eam.aut dehiſcere feceras. Fracturas eius, שבריה contritiones eius.confractiones.rupturas. Nutat מטה: mota eſt. inclinata.commota.aut,vacillat.

5 Videre fec.&c. הראית עמך קשה Oſtẽdiſti populo tuo dura.Hebraiſmus,pro dura ſæpe feciſti experiri populum tuum. Soporif. תרעלה: letale.toxicum.tremoris.perturbationis.Hebraiſmus,pro,perturbaſti nos plurimum.

6 Vexillum,ad eleuandum נס להתנוסס ſignum,vt triumpharent.Alii,ſignum ad ſuſtollendum *ipſum*. Alii præterita vertunt per imperatiuũ,Da timentibus te vexillũ quod erigant.Optat dari ſuis militibus in bello animum. Propter ver. מפני קשט Ad verbũ,A facie veritatis.i.vt oſtendas promiſſiones liberationis tuæ eſſe veras. 7 Vt liberentur למען יחלצון Quidam vertunt, Propterea liberabantur.

8 Per Sanct.ſuam, בקדשו in Sancto ſuo.Alii,in ſacrario ſuo.aut ſanctuario.

9 Fortit.cap.m. מעוז ראשי Hebraiſmus,pro quo quidã vertũt,principatus mei robur.Alii,firmamentũ regni mei. Legif.m. מחקקי: dux meus.Vox Hebræa proprie conditorẽ legum ſignificat, & etiam regem.Rex autẽ pro regno accipitur.q.d.regio Iuda eſt regnũ meũ.

10 Olla ablut.m. סיר רחצי Hebraiſmus,quem ſic quidam conuertunt,Moabitæ mihi ſeruiliter ſubditi erunt.Alii, Moab ſubiecta mihi erit,ceu lebes in quo lauem pedes. Proiic.cal.m. אשליך נעלי Phraſis Hebraica,proiicere calceamentum,pro immittere pedem.q.d. calcabo Edom tanquam mihi ſubiectam. Super me Peléשſeth iubila. עלי פלשת התרועעי: ad me Paleſthina veni cum plauſu.Alii,mihi Philiſthæa cum plauſu acclama.Quidam,Aduerſum me Paleſthina iubila.vt ſit ironia,qua Paleſthinorũ ſuperbiam taxat.q.d.non poteris iubilare,quia fortior te ſum. 12 Proieceras nos זנחתנו Idem verbum quod in principio tertii verſus.

13 Da no. au.de ang. הבה לנו עזרת מצר Fer nobis auxiliũ propter tribulationẽ.vel,in tribulatione. Nam mendax ושוא nã vana.

14 In Deo facie.milit. באלהים נעשה חיל Hebraiſmum ſic quidam reddunt, In Deo fortiter faciemus. Vel, Deo freti fortiter agemus. Alii vt vertimus,Faciemus militiam.i.Fauente Deo pugnabimus,& egregia facinora edemus.

IN PSALMVM LXI.

1 Victori ſuper Neginath, למנצח על־נגינת Vide Pſal.4. Quidam vertunt,Ad præcinendum in canticis Dauidis.Alii,Vincenti in melodiis Dauidis. 2 Clamorem meum, רנתי vociferationem meam.

3 Clamabo אקרא Nonnulli futurũ conuertunt in præſens,clamo. Dum in mœr.eſt בעטף dum anxiatur. Alii,quum defecerit. quando affligetur. *Quæ* celſior eſt me ירום ממני Ad verbum,*quæ* exaltabitur à me.Fut.pro præſ.Quidam vertunt,editiorem quàm vt ego illam conſcendere queam. 4 Spes מחסה protectio.aſylum.

62.63.64.

Habitabo in tabernaculo tuo in ſecula,″ſperabo in abſcondito 5
alarum tuarum.ס Selah:

Quoniam tu Deus audiſti vota mea : dediſti hæreditatem″timentium nomen tuum. 6

Regnũ Dauidis, regnum Chriſti permanens,

Dies ſuper dies regis″adiicies,″*& erunt* anni eius vt generatio & generatio. 7

″Habitabit in ſeculum coram Deo : miſericordiam & veritatẽ præpara *quæ* conſeruent eum. 8

Vota gratiarum actionis.

Sic″canam nomini tuo in ſeculum,vt reddam vota mea″*de* die *in* diem. 9

L X I I.

″Victori″ipſi Ieduthun pſalmus ipſius Dauidis. 1

Dauid proiicit ſe in Deum in aduerſis, à quo ſolo auxilium expectat.

T″Antùm Deo ſilet anima mea:″*nam* ab ipſo ſalus mea. 2

Tantùm ipſe eſt″petra mea,& ſalus mea,″eleuatio mea,″nõ labaſcam multo *lapſu*. 3

Audacter compellat improbos.

Vſquequo″cogitabitis praua contra vnũquenq;?interficiemini vniuerſi vos,*eritis* tanquam paries inclinatus, *&* maceria impulſa. 4

″Tantummodo à magnitudine ipſius *Dei* conſultant repellere *alter alterum*:diligunt mẽdacium: ore ſuo benedicunt, & in intimo ſuo maledicunt.ס Selah. 5

Rurſum ſe Deo fidere oſtendit.

″Tantũ Deo tace anima mea:quoniã ab ipſo eſt quod præſtolor. 6

″Tãtùm ipſe eſt petra mea &ſalus mea:eleuatio mea,nõ nutabo. 7

″In Deo eſt ſalus mea,& gloria mea,″robur fortitudinis meæ, *&* ſpes mea in Deo eſt. 8

Ad ſperãdum in Deo exhortatio.

Sperate in eo omni tẽpore ô populi, effundite coram illo cor veſtrum:Deus eſt ſpes noſtra.ס Selah. 9

Vanitas homo.

Tantùm vanitas ſunt filii hominum:mendacium,filii viri:″in ſtateras *ſi* aſcendant ipſi,*leuiores erunt* vanitate ſimul. 10

Iniquitas.
Rapina.
Diuitiæ.

Ne fidatis″calumniæ & rapinæ,neque euaneſcatis:ſubſtantia ſi multiplicetur,ne ponatis cor. 11

Potentia & miſericordia Deo.

″Semel loquut⁹ eſt De⁹,″bis hoc audiui,quòd fortitudo eſt Deo. 12

Et *quòd* tibi Domine miſericordia, quia tu reddis vnicuique ſecundum opus ſuum. 13

L X I I I.

Cantus ipſius Dauidis quum eſſet in deſerto Iehudah. 1

Exul Dauid magnum habet deſiderium redeundi ad ſacrum cœtum,quo æſtuãs petit reſtitui à Deo.

DEus Deus me⁹ es,″quæro te mane, ſitit te anima mea,″deſiderat te caro mea in terra″deſerti,& ſitibũda, *in qua* nõ eſt aqua. 2

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: protegar in velamẽto alarum tuarum.

B

Quoniam tu Deus exaudiſti orationem meam: dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adiicies : annos eius vſque in diem generationis & generationis.

Permanebit in æternũ in cõſpectu Dei:miſericordiam & veritatem eius quis requiret?

Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi : reddam vota mea de die in diem.

LXI.

In finẽ,pro Idithũ, Pſalm⁹ Dauid.

NOnne Deo ſubiecta erit anima mea?ab ipſo enim ſalutare meũ. Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus:ſuſceptor meus,non mouebor amplius.

Quouſque irruitis in hominẽ, interficitis vniuerſi vos,tanquam pariet inclinato, & maceriæ depulſæ?

Veruntamen pretium meum cogitaueruut repellere,cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

B

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea : quoniam ab ipſo patientia mea.

Quia ipſe Deus meus & ſaluator meus:adiutor meus, non emigrabo.

In Deo ſalutare meũ,& gloria mea: Deus auxilii mei,& ſpes mea in Deo eſt.

Sperate in eo omnis congregatio populi,effundite coram illo corda veſtra:Deus adiutor noſter in æternũ.

Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum: in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſũ.

C

Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere : diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere.

Semel loquutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Dñe miſericordia: ‖quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

Math.16.d.27
rom.2.a.6
1.cor.3.b.8
galat.6.b.5

LXII.

Pſalmus Dauid quum eſſet in deſerto Idumææ.

1.Sam.23.b.14

DE⁹ De⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea,

In terra deſerta,& inuia, & inaquoſa,

5 Sperabo אחסה tutus agam. Alii,Securè agam ſub velamento,&c. 6 Timentium יראי timentibus.

7 Adiicies תוסיף addas. *Et erunt* anni,&c. : שנותיו כמו דור ודור anni eius erunt vt ætas & ætas.i.quantum homo viuere natura ſolet, ipſe viuet. Alii,annos eius generationi ac generationi *æquabis*. Alii,annos eius in multas generationes *produces*.

8 Habitabit ישב Sedebit. Vel per optatiuum,Sedeat. 9 *De* die *in* diem. : יום יום Ad verbum,dies,dies. vel, die die.i.quotidie,ſiue per ſingulos dies.

IN PSALMVM LXII.

1 Victori למנצח Vide pſal.4. Ipſi Ieduthun על־ידותון Vide pſal.39. Quidam vertunt , pro Ieduthun.vt ſcilicet illi committeretur decantandus. 2 Tantùm אך Duntaxat. Alii, Vtique. Sic verſu ſequenti.

3 Petra mea, צורי propugnaculum meum. Eleuatio mea משגבי exaltatio mea.arx.munimentum. perfugium. ſignificat arcẽ ſublimem ad quam aſcendit quis vt tutus ſit. Non labaſ.mul.*la.*: לא־אמוט רבה non vacillabo multo.ſub.lapſu.i.graui.hoc eſt grauiter. Quidam,non nutabo multum. Alii,non mouebor multum.

4 Cogitab.pra.cont.vn. תהותתו על־איש Ad verbum,loquemini contra virum? Quidam,fraudem ſtruitis cuique? Alii,inſidiamini quibuſcunque? Fut.pro præſ.Chald.paraph.detrahetis ſingulis? *Eritis* tanquam paries. כקיר Ad verbum tantum legitur, ſicut paries.

5 Tant.à magnit.ip. *Dei* conſ.rep. אך משאתו יעצו להדיח ſub.eos.i.conſultant quomodo depellant vnumquenque à fiducia quam habẽt in Deo excellenti, magno & potente. Quidam, Vtique exaltationem eius conſultarunt deiicere. Alii, Vtique dignitatem eius deturbare cogitant. Alii,Vtique ne ipſe *Deus* quenquam exaltet,conſultant,moliuntúrque impellere. 6 Tantum אך Veruntamen. Vtique

7 Tant.ip.eſt pe.m. אך הוא צורי Vtique ipſe eſt fortitudo mea.vel rupes.ſub.in qua ſita eſt fortitudo mea. Eleu.mea משגבי Eadem vox quæ & pſal.59,verſu 10:& in hoc pſalmo,verſu 3.

8 In Deo על־אלהים Apud Deum.Super Deum. Robur fort.m. צור־עזי rupes roboris mei.vel,petra fortitudinis meæ.

10 In ſtateras,&c. במאזנים .i.ſi ſimul ponantur in trutina, ipſa vanitate leuiores erunt. Quidam hæc præcedentibus iungunt ſine diſtinctione,ſic,Mendacium filii viri in lancibus,*ſic* vt aſcendant præ nihilo[aut vanitate] ſimul.

11 Calum.& rap. בעשק ובגזל in iniuria & rapina.in male parto & rapina. Quidam iſtud, & rapina, ſequentibus iungunt, Et pro rapina ne inaniter ſatagite. 12 Bis hoc aud. שתים זו שמעתי Duo hæc audiui. Alii,Vice vna loquutus eſt Deus,*atque* ſecundò, *quod &* audiui. Vel,Semel atque iterum loquutus eſt Deus,idque audiui. Hebraiſmus,pro Sæpius audiui,nempe in Lege & Prophetis.

IN PSALMVM LXIII.

2 Quæro te mane אשחרך mane vigilabo ad te. quæram te mane. Fut.Heb.pro præſenti quibuſdam. Deſyderat כמה ardet te. concupiſcit. Præt.Heb. Deſerti ציה ſiccitatis.i.ſicca & arida. Alii,ſqualida.horrida.

ſic in ſancto appatui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabūt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in
B nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratū meū, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarū exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me
C ſuſcepit dextera tua:

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabitur omnis qui iurat in eo, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

In finē, Pſalmus Dauid. LXIII.

EXaudi Deus orationē meā quum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me à cōuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem:

Quia exacuerunt vt gladiū linguas ſuas, intenderunt arcum rem amarā: vt ſagittent in occultis immaculatū.

Subito ſagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

Narrauerunt vt abſconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?

B Scrutati ſunt iniquitates: defecerūt ſcrutantes ſcrutinia.

Accedet homo & cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum: & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos:

3 ″Sic *ut* in Sanctitate vidi te, vt videam fortitudinē tuam & gloriam tuam.

4 Quoniam melior eſt miſericordia tua quàm vita: *propterea* labia mea laudabunt te:

5 Sic benedicā tibi in vita mea: in nomine tuo ʹleuabo manꝰ meas.

6 Sicut adipe & pinguedine ″ſaturatur anima mea, ″& labiis iubilationum laudat *te* os meum:

7 ″Quum recordor tui in cubilibus meis, *&* in vigiliis ″meditor de te.

8 Quia fuiſti auxilium mihi, ″& in vmbra alarum tuarū ″exulto.

9 ʹAdhæſit anima mea tibi, me ″ſuſtentat dextera tua.

10 ″Ipſi autem *qui* ad deſolationem quærunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:

11 ″Occident eum gladio, pars vulpium erunt.

12 Rex verò lætabitur in Deo, gloriabitur omnis qui iurat per eū: quia obſtruetur os loquentium mendacium.

1 ″Victori cantus ipſius Dauidis. LXIIII.

2 AVdi Deus vocem meam ″in oratione mea, à timore inimici ″cuſtodi vitam meam.

Orat aduerſus falſas linguas, quæ eum iniquē accuſabant.

3 Abſconde me ″à ſecreto malignorum, ″à congregatione operantium iniquitatem:

4 Qui ″acuerunt vt gladium linguam ſuam: ʹtetenderunt ſagittā ſuam, verbum amarum:

Delatorum ingenium.

5 ″Vt iaculentur in abſconditis in integrum, ſubitò ″ſagittas iaciunt *in eum*, & non timent.

6 ″Corroborant ſibiipſis verbum nequam, ʹnarrant de abſcondendis laqueis: dicunt, Quis videbit eos?

7 ″Scrutantur iniquitates, perficiunt ſcrutinium ſcrutatū, ″& intimum vniuſcuiuſque, & cor profundum.

8 ″Et iaculatus eſt in eos Deus ſagittam ſubitò: *mox* ″fuerunt plagæ eorum.

9 ″Et impingere fecerunt in ſemetipſos ipſam linguam ſuam, ″fugient omnes videntes eos.

Ruina illorum.

3 Sic *ut* in Sanct. vidi te כן בקדש חזיתיך Præt. Heb. quod in præſens quidam vertunt, Sic *quaſi* in ſanctuario contemplor te. Alii in futurum, Sic in ſacrario contemplabor te. 5 Leuabo אשא extollam. Alii, leuo.

6 Saturatur תשבע Fut. Heb. ſatiabitur. Et lab. iub. ושפתי רננות quum labiis exultationū laudat *te* os meum.

7 Quum recordor אם־זכרתיך Quum meditor. Præt. & fut. Heb. pro præſentibus. Quidā interrogatiue legunt, Annon tui recordatus ſum in ſtratis meis, & in vigiliis meditatus ſum de te?

8 Et in vmbra ובצל ideo ſub vmbra. Exulto: ארנן Fut. Heb. ouabo. exultans cantabo.

9 Adhæſ. an. m. tibi, דבקה נפשי אחריך Ad verbum, Apprehendit anima mea te. Suſtentat תמכה Præt. Heb. pro præſ. ſuffulcit.

10 Ipſi au. *qui* ad deſ. והמה לשואה Illi autem fruſtra. Alii, Illi vero ad deuaſtandum. Quidam, Illi vero qui deuaſtare quærunt.

11 Occid. eum יגירהו Occidet eum. Singul. pro plur. interfectores occident ipſum Saulem: vel vnumquenque ex hoſtibus meis. Alii, Fundere facient eum. Alii, Diſtrahent eum in acie gladii. Alii, Pertraxit eum in manus gladii. Alii, Deiicient eos in aciem gladii.

IN PSALMVM LXIIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. In orat. m. בשיחי in ſermone meo. in precatione mea. Cuſtodi תצר Fut. Heb. pro imperatiuo.

3 A ſecreto מסוד à conſilio. A congreg. מרגשת A ſocietate. à turba. à commotione. vel tumultu.

4 Acuerunt שננו Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, exacuunt. Tetend. דרכו Præt. Heb. pro præſ. dirigunt. emittunt.

5 Vt iac. in abſc. in integ. לירות במסתרים תם Vt iciant abſcondite innocentem. Alii, Vt ſagittis impetant in abſconditis ſyncerum. vel eum qui eſt integer. Sagit. iac. ירהו Fut. Heb. pro præſ. eiaculantur *ſagittas*.

6 Corrob. ſib. verb. neq. יחזקו למו דבר רע Fut. Heb. pro præſ. vel præt. Firmarunt [ſiue Confirmant] ſibi verbū malum. Vel, Obfirmant ſibi rem malam. i. multis technis corroborare ſtudent noxiam delationem apud Saulem. Quidam, corroborant ſe in re mala. Narrant יספרו Fut. Heb. pro præſenti, commentantur.

7 Scrut. iniq. &c. יחפשו עולת תמנו חפש מחפש Fut. Heb. pro præſ. Inueſtigant prauitates, conſummarunt peruestigatam veſtigationē. Alii, Scrutantur occaſiones, perficiunt ſcrutinium aſturè inueſtigatum. Alii, Exquirunt malitias, & exequuntur quod ſcrutando excogitatum eſt. Et intimum, &c.: וקרב איש ולב עמק ſub. abſoluunt. Repetitione vtitur. q. d. quicquid inueniri poteſt humana diligentia, quicquid excogitare poteſt homo. Quidam, etiam intimum, &c. Alii in ablatiuo, & intimo cuiuſque, & corde profundo.

8 Et iac. in eos ויורם Sed ſagittabit eos. Alii, Et iaculabitur in eos. Fuerunt היו Præt. Heb. pro futuro quibuſdam, erunt *inquam*. aut exiſtent. Alii vertunt, Subitæ *inquam* erunt plagæ illorum.

9 Et imping. &c. ויכשילהו עלימו לשונם Fut. Heb. Et impingere facient eam linguam ſuam contra ſe. Relatiuum cum antecedente, prō antecedente ſolo, more Hebræorum. id eſt facient vt lingua ſua in ſeipſos impingat. q. d. ſuis delationibus perituri ſunt. Quidam, facient impingere ſeipſos linguis ſuis. Alii, Et irruere illum aduerſum ſe lingua ſua cogent. Alii, Proſternēntque ſuper ſe linguam ſuam. Fugient יתנדדו exagitabuntur. commouebuntur. ſtupebunt.

10 ′Et timebunt omnes homines,& annuntiabunt opus Dei,& opus eius″intelligent.

11 Lætabitur iuſtus in Iehoua, ″& ſperabit in eo : & gloriabuntur omnes recti corde.

1 ″Victori pſalmus ipſius Dauidis,canticum. L X V.

Gratiarum actio eſt: continẽs laudes diuinas ob præſtita beneficia populo,quum antea fuiſſet penuria rerum oppreſſus ob peccata.2.Sam.a.1.

2 T″E expectat laus Deus in xSiion,& tibi reddetur votum.

3 Audis orationem,ad te omnis caro veniet.

4 ″Res iniquæ præualuerant mihi,& ″præuaricationibus noſtris tu propitiabaris.

5 Beatus″*quem* elegeris,& appropinquare feceris *tibi*,*ut* habitet in atriis tuis:ſaturabimur bono domus tuæ,″*loco* ſanctiore tẽpli tui.

6 ″*In* terribilibus *miraculis* in iuſtitia exaudies nos, Deus ſalutis noſtræ:ſpes omnium finium terræ,′& *inſularum* maris diſtantium.

7 ′Qui firmat montes potentia ſua,qui accinctus eſt fortitudine.

8 Qui compeſcit″ſonitum marium , ſonitum fluctuum eorum, ″& ſtrepitum gentium.

9 ″Et timent habitatores finium *terræ* à ſignis tuis:*ob* exitus matutini & veſperæ exultare facis.

De annis fertilibus.

10 Viſitas terram *pluuia*,″poſtquam deſiderare feciſti eã, plurimum locupletas eam: riuus Dei repletus eſt aquis: ″præparas frumentũ eorum,quia ſic præparas eam.

11 ″Liras eius inebrias,″deſcẽdere facis *pluuiam in* ſulcos eius, imbribus liquefacis eam,germini eius″benedicis.

12 ″Coronas annum bono tuo,″& ſemitæ tuæ ſtillant pinguedinẽ.

13 ″Stillant ſuper habitacula *paſtorum* deſerti, & exultatione colles accinguntur.

14 ″Induerunt ſe paſcua pecudibus, & valles ″operuerũt ſe frumento,*unde*″clamant,etiam canunt.

1 ″Victori″canticum pſalmi. L X V I.

Prouocat omnes ad laudandum Deum, & ad conſideranda eius opera.

IVbilate Deo omnis terra.

2 Cantate″gloriam nominis eius:″ponite gloriam laudem eius.

10 & timuit omnis homo.
Et annuntiauerunt opera Dei,& facta eius intellexerunt.

11 Lætabitur iuſtus in Domino,& ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

LXIIII.

1 In finem, Pſalmus Dauid, Canticũ Ieremiæ,& Ezechiæ populo transſmigrationis,quando incipiebant proficiſci.

2 TE decet hymnus Deus in Sion,& tibi reddetur votum in Ieruſalẽ.

3 Exaudi oratione̅ meã: ad te omnis caro veniet.

4 Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos : & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

5 Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum,mirabile in æquitate. B

6 Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terræ, & in mari longé.

7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia:qui cõturbas profundum maris,ſonum fluctuum eius.

8 Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos , à ſignis tuis: exit⁹ matutini & veſperæ delectabis.

10 Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.
Flumen Dei repletum eſt aquis:paraſti cibum illorum , quoniam ita eſt præparatio tua. C

11 Riuos eius inebriãs,multiplica genimina eius:in ſtillicidiis eius lætabitur germinans.

12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur hubertate.

13 Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.

14 Induti ſunt arietes ouium,& valles abundabunt frumẽto: clamabũt, etenim hymnum dicent.

LXV.

1 In finem , Canticum pſalmi reſurrectionis.

IVbilate Deo omnis terra, pſalmũ dicite nomini eius: date gloriã laudi eius.

---

10 Et timeb. ויראו Et videbunt Intelligent. : השׂכילו prudenter conſyderabunt.ſiue expendent. Alii,facient intelligi.

11 Et ſperabit in eo: וחסה בו & fiduciam in illum collocabit.

IN PSALMVM LXV.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. 2 Te expectat לך דמיה Tibi ſilet.q.d.tanta ſunt opera tua,vt te nemo digne laudare poſſit.

4 Res iniquæ דברי עונות Verba iniquitatum. vel,prauitatum. Alii,Rationes iniquitatum.i.iniquitates. Præuaric.no.&c. פשעינו אתה תכפרם Ad verbum, Scelera noſtra tu expiabis[vel,condonabis]ea. Relatiuum cum antecedente,pro ſolo antecedente. Alii,præuaricationes noſtras tu expias.

5 *Quem* elegeris,&c. תבחר ותקרב Fut.Heb.pro præſ. vt quidam vertunt,quem eligis,& tibi adiungis. *Loco* ſanct. : קדש היכלך ſanctioris loci tabernaculi tui.vel,ſacrarii templi tui. Alii,ſacræ regiæ tuæ.

6 *In* terrib.*mir*.in iuſt.exau.n. נוראות בצדק תעננו *Per* ſtupenda *miracula* pro *tua* iuſtitia exaudies nos. Alii, *Ex* iuſtitia *tua* ſtupenda annues nobis. Alii,Terribiliter pro iuſtitia reſpondes nobis. Fut.Heb. quod per præſens quidam vertunt. Alii per præt.imperf.reſpondebas. Nonnulli,Terribilia in iuſtitia reſpondebis. Et *inſul*.maris diſt. : וים רחקים Ad verbum,& maris remotorum.longinquorum.diſtantium, ſub.à Sione. Quidam,& eorum qui remoti degunt in mari.vel,& eorum qui procul ad mare habitant.

7 Qui firmat מכין Qui inſtruit.parat.

8 Sonitum שאון ſtrepitum.faſtum.commotionem.fremitum. Et ſtrepitum והמון & fremitum.tumultum.

9 Et timẽt וייראו Fut.Heb. *Ob* exitus,&c. : מוצאי בקר וערב תרנין egreſſibus matutini & veſperæ facies ouare. Alii,qui in progreſſibus matutinis & veſpertinis laudem excitas. Vel, per futurum, (vt Hebraice legitur,)exultare, ſiue laudare,aut ouare facies. Sunt qui vertunt, Egredientes mane & veſpere exhilaras.

10 Poſtq.deſyd.fec.e. ותשקקה ſub.benedictionem pluuiæ. Quidam,& deſiderium dediſti ei. Alii,& bene cupis ei. Nonnulli à שקה deducentes,vertunt,& irrigaſti eam. Præparas תכין Futurum Heb. diſpones.adornabis.inſtrues.

11 Liras eius inebr. תלמיה רוה Fut.Heb. Sulcos eius inebriabis.id eſt,irrigabis. Hebraiſmus,pro,fertilem reddes terrã copia aquarum. Deſcend.fa.*plu in* ſul.e. נחת גדודיה demittis pluuiã in valliculas eius. Bened. : תברך Fut Heb.i.fœliciter prouenire facis germẽ eius.

12 Coron.an. bo.t. עטרתשנת טובתך Fut.Heb.Cinges [vel,Cumulabis,aut Exornabis,ſub.bonis omnibus]annũ bonitatis tuæ.i.in quo bonitatem tuam notã facies. Et ſem.tuæ ומעגליך & veſtigia tua. Per ſemitas,ſiue vias,aut veſtigia,intelligit nubes,ſuper quas ambulare dicitur. 13 Stillant ſuper hab.*paſt*. ירעפו נאות Fut.Heb.Stillabunt manſiones.vel,*in* habitacula. Alii,ſuper campeſtria,ſiue paſcua.

14 Indu.ſe paſc. לבשו כרים Præt.Heb.pro futuro,prout præcedentia verſa fuerint,Operiuntur planities.plana.campi. Oper.ſe. יעטפו Fut.Heb.accingentur.amicientur. Alii,obteguntur.operiuntur. Clamant יתרועעו iubilabunt.ſiue iubilant.

IN PSALMVM LXVI.

1 Victori,למנצח Vide Pſal. 4. Canticum pſal. שיר מזמור Vide Pſal.30.

2 Glo.nom.e. כבוד שמו Hebraiſmus,pro glorioſo nomini eius. Pon.glo.&c. : שימו כבוד תהלתו Hebraiſmus,id eſt,′pro ſumma gloria ducite Deum laudare: eò tendant omnes laudes veſtræ vt glorificetur nomen Dei. Alii,date decus laudis eius.

Dicite Deo, Quàm terribilia ſunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. 3

Omnis terra adoret te,& pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo. 4

Venite,& videte opera Dei: terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. 5

B Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede: ibi lætabimur in ipſo. 6

Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi eius ſuper Gentes reſpiciunt: qui exaſperant non exaltentur in ſemetipſis. 7

Benedicite Gentes Deum noſtrum, & auditam facite vocem laudis eius: 8

Qui poſuit animam meam ad vitã: & nõ dedit in commotionem pedes meos. 9

Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. 10

C Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. 11 12

Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, 13

Et loquutum eſt os meum in tribulatione mea. 14

Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis. 15

D Venite, & audite: & narrabo (omnes qui timetis Deum) quanta fecit animæ meæ. 16

Ad ipſum ore meo clamaui,& exaltaui ſub lingua mea. 17

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. 18

Propterea exaudiuit Deus,& attendit voci deprecationis meæ. 19

Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me. 20

In finem, in hymnis Pſalmus cantici Dauid. LXVI. 1

Deus miſereatur noſtri,& benedicat nobis: illuminet vultum ſuũ ſuper nos,& miſereatur noſtri: 2

Vt cognoſcamus in terra viam tuã, in omnibus gentibus ſalutare tuum. 3

Confiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes. 4

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate,& gentes in terra diriges. 5

Confiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes, 6

---

3 Dicite Deo,ʹQuàm terribilia ſunt opera tua! propter magnitudinem fortitudinis tuæ mentientur tibi inimici tui.

4 ʹOmnes *habitatores* terræ incuruabunt ſe tibi,& pſallent tibi, pſallent nomini tuo. ᴐSelah.

5 Venite,& videte opera Dei:ʹterribilis opere ſuper filios hominũ.

6 Conuertit mare in aridam: per flumen tranſierunt pede, ibi ʹlætati ſumus in ipſo.

7 Dominatur fortitudine ſuaʹin ſeculum, oculi eius Gentes ſpeculantur:ʹrebelles non exaltabunt ſeſe. ᴐSelah.

Potentia Dei impiis formidanda.

8 Benedicite populi Deo noſtro, & audire facite vocẽ laudis eiꝰ:

9 Quiʹpoſuit animam noſtram in vitam,ʹ& non permiſit vt declinaret pes noſter.

Excitat populos ad laudandum, qui eos liberauit ex afflictionibus ab ipſo profectus.

10 Quoniam probaſti nos Deus,ʹconflaſti nos ſicut conflatur argentum.

11 Induxeras nosʹin rete, poſuerasʹanguſtiam in lumbis noſtris:

12 Impoſueras hominem ſuper caput noſtrum, ingreſſi eramus ignem & aquam: & eduxiſti nosʹin *terram* irriguam.

13 Ingrediar domum tuã in holocauſtis,& reddam tibi vota mea,

Sacrificia pro gratiarum actione.

14 Quæʹvouerunt labia mea,& loquutum eſt os meumʹdum eſſet anguſtia mihi.

15 Holocauſta *agnorum* pinguium offeram tibi,ʹcum ſuffitu arietũ: ʹfaciam boues cum hircis. ᴐSelah.

16 Venite,ʹaudite, & narrabo (omnes timentes Deũ,) quæ fecit animæ meæ.

Narrat vt fuerit exauditus.

17 Ad ipſum ore meo clamaui,& exaltatus eſtʹlingua mea.

18 Iniquitatẽ ſi ſpectaſſẽ in corde meo, nõ exaudiuiſſet Dominus.

19 ʹSed exaudiuit Deus, attendit voci orationis meæ.

20 Benedictus Deus qui non amouit *à conſpectu ſuo* orationem meã, & miſericordiam ſuam à me.

1 ʹVictori in Neginothʹpſalmus cantici. LXVII.

2 Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis,ʹlucere faciat vultum ſuum nobiſcum. ᴐSelah:

Orat totius populi nomine, vt regnum Dei quàm latiſſime inter ipſos propagetur, imò per vniuerſum mundũ.

3 ʹVt cognoſcant in terraʹviam tuam, *&* in omnibus gentibus ſalutem tuam.

4 ʹ*Tunc* celebrabũt te populi Deus, celebrabũt te populi omnes.

5 ʹLætabuntur,& ouabunt gentes: quoniam iudicabis populos in æquitate,& gentes in terra duces. ᴐSelah.

6 ʹCelebrabunt te populi Deus, celebrabunt te populi omnes.

3 Quàm terr.ſ.op.t. מה־נורא מעשיך Hebraice verbum plurale iungitur nomini ſingulari, Quàm terribile eſt opera tua. quod genus dicendi ſic reſoluunt Hebræi, Quàm terribile eſt vnumquodque operum tuorum. Alii vertunt, Quàm tremendus es operibus tuis.
4 Omnes *habit.* terræ incur. כל הארץ ישתחוו Omnis terra adorabit te. Alii, adoret te. vt ſit fut. pro imper.
5 Terribilis opere נורא עלילה tremendum facinus. 6 Læt.ſu.in ipſo. נשמחה בו: lætabamur de ipſo.
7 In ſeculum, עולם ſeculo, id eſt toto orbi. Rebel. non exaltabunt ſeſe: הסררים אל־ירימו למו: defectores non exaltabuntur. vel, increduli non extollent ſeipſos. i. cadent dignitate ſua.
9 Poſuit ani.no. in vi. השם נפשנו בחיים Hebraiſmus, pro, vitam noſtram ſeruauit in vita. Et non perm. vt,&c. ולא־נתן למוט רגלינו Ad verbum,& non dedit in commotionem pedes noſtros. vel,& non dedit vt labarent pedes noſtri.
10 Conflaſti nos,&c. צרפתנו כצרף־כסף: examinaſti, [vel, examinabas] nos ſicut examinatur *igni* argentum. A tertia perſona præcedentium verſuum tranſit ad ſecundam. Quidam vertunt, excoxiſti. Alii, conflaſti.
11 In rete, במצודה in laqueum. Alii, in anguſtum. Anguſt. מועקה coartationem. vel, arctum. ſub. vinculum. Alii, anxiam moleſtiam. vel, morbum conſtringentem. 12 In *terr.* irrig. לרויה in refrigerium. Alii, in ſatietatem iſtam.
14 Vouerunt פצו Ad verbum, aperuerunt. vel, diſtinxerunt. i. quæ diductis labiis voui tibi. Dum eſſet ang.m. כצר־לי: Ad verbum, in anguſtia mihi. ſiue mea. Quidam, dum eſſet coartatio mihi.
15 Cum ſuffitu עם־קטרת cum incenſo. Faciam boues cũ hir. אעשה בקר עם עתודים Faciam bobus & hircis. ſub. ſacrificium tibi.
16 Audite,& narrabo (omnes,&c. שמעו ואספרה כל־יראי Ordo inuerſus, pro, audite omnes timentes Deum,& narrabo quæ &c.
17 Ling.m.: תחת לשוני Ad verbum, ſub lingua mea. 19 Sed אכן Certe.

IN PSALMVM LXVII.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות Vide Pſal.4. Pſalmus cantici: מזמור שיר Vide Pſal.30.
2 Lucere fac,&c. יאר פניו אתנו illuminet facie ſua nos. Alii, illuſtret nos *lumine* vultus ſui. Alii, illuſtret inter nos *lumen* vultus ſui.
3 Vt cognoſcant לדעת Ad verbũ, ad cognoſcendum. Viam tuã, דרכך Mutatio perſonæ. 4 *Tunc* celeb. יודוך Celebrent te.
5 Lætab.& ou. ישמחו וירננו Lætentur & exultent. vel, iocundentur. 6 Celebr. יודוך Idem verſus cum quarto.

″*Tunc* terra dabit fructũ ſuũ: benedicet nobis Deus Deus noſter. 7
″Benedicet nobis Deus: & *tunc* metuent eum omnes fines terræ. 8
″Victori Dauidis″pſalmus cantici. LXVIII. 1

Gratiarum actio pro victoriis, quas contulit Deus Dauidi cõtra hoſtes potentiſſimos & ferociſſimos, quales erant Ammonitæ.

E″Xurgat Deus, *&* diſpergentur inimici eius, & fugient qui odio 2
habent eum, à facie eius:
Sicut propellitur fumus, propelles *eos*: ſicut liqueſcit cera à facie 3
ignis, *ſic* peribunt impii à facie Dei.
Iuſti autem lætabuntur, ″*&* exultabunt coram Deo, & geſtient 4
præ lætitia.

Exhortatio ad laudandum Deũ, & quare.

Cantate Deo, pſallite nomini eius, ″exaltate eum qui equitat ſu 5
per cælos, ″in Iah nomen eius, & exultate coram eo.
Pater *eſt* pupillorum, ″& iudex viduarum: Deus *ille qui præſidet* in 6
habitaculo Sanctitatis ſuæ.
Deus ″habitare facit vnicos in domo: educit vinctos compedi- 7
bus: rebelles autem habitant in ſiticuloſo *loco*.

Exitus ex Ægypto.

Deus quũ egredereris coram populo tuo, quum incederes per 8
deſertum, סSelah:
Terra tremuit, etiam cæli diſtillauerũt à facie Dei: ″iſte סSinái 9
tremuit à facie Dei, qui eſt Deus Iשſraelis.
Pluuiam ″abundantem eleuabas Deus *ſuper* hæreditatem tuam: 10
″& *ſi* fatigata fuit, tu confirmaſti eam.
″Congregatio tua ″habitat in ea, ″præparas bonitate tua pauperi 11
Deus.
Domin⁹ dedit ſermonẽ: ″earũ quæ nũtiabãt exercit⁹ magn⁹ *erat*. 12
Reges ″exercituum ″fugerunt, fugerunt: ″& habitatrix domus di 13
uiſit ſpolia.
″Si dormieritis inter tripodes, eritis *ſicut* pẽnæ columbæ quæ te- 14
cta eſt argento, *&* cuius alæ *ſunt uelut tectæ* flauo auro.
″Quum diſſipauit Omnipotens reges ″in ea, ″alba facta eſt velut 15
nix in צSalmon.

7 terra dedit fructum ſuum.
Benedicat nos Deus Deus noſter,
8 benedicat nos Deus noſter: & metuãt
eum omnes fines terræ: LXVII.
1 In finẽ, Pſalmus cãtici ipſi Dauid.
2 E″Xurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt
eum, à facie eius.

Num.10.d.35

Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut
3 fluit cera à facie ignis, ſic pereant pec
catores à facie Dei.
4 Et iuſti epulentur, & exultent in cõ
ſpectu Dei: & delectentur in lætitia.
Cantate Deo, pſalmum dicite no-
mini eius: iter facite ei qui aſcendit ſu
5 per occaſum: Dominus nomen illi.
Et exultate in cõſpectu eius, turba-
buntur à facie eius, patris orphano-
6 rum, & iudicis viduarum.
Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui
inhabitare facit vni⁹ moris in domo.
7 Qui educit vinctos in fortitudine,
ſimiliter eos qui exaſperant, qui ha-
bitant in ſepulchris.
8 Deus quũ egredereris in conſpectu
populi tui, quum pertranſires in de-
ſerto:
9 Terra mota eſt, etenim cæli diſtil-
lauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei
Iſrael.
10 Pluuiam voluntariam ſegregabis, B
De⁹, hæreditati tuæ: & infirmata eſt,
tu verò perfeciſti eam.
11 Animalia tua habitabunt in ea: pa-
raſti in dulcedine tua pauperi, Deus.
12 Dominus dabit verbum euangeli-
zantibus virtute multa.
13 Rex virtutum dilecti, dilecti: & ſpe-
ciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cleros,
14 pennæ columbæ deargentatæ, & po-
ſteriora dorſi eius in pallore auri.
Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper
15 eam, niue dealbabuntur in Selmon.

7 *Tunc* terra dabit ארץ נתנה terra det. 8 Benedicet יברכנו Benedicat. Benefaciat. Benigne foueat.

IN PSALMVM LXVIII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. Pſal. cant. מזמור שיר: Vide Pſal. 30.

2 Exurgat יקום Poſſunt hæc verti quaſi precetur Dauid, aut potius optet: aut quaſi vaticinetur futuram impiorum perniciem. Melius tamen (vt quibuſdam placet) per præſens vertitur, Simulatque Deus exurgit. nempe vt potentiam ſuam depromat.

4 Et exultabunt ויששו & exultent. tripudient.

5 Exal. e. qui equ. ſup. cælos סלו לרכב בערבות Eleuate *uiam lapidibus* equitanti in cælos. Alii, Eleuate aſcendentem in cælos. Alii, Tollite *offendicula de uia* ei qui orbibus cælorum veluti equo inſidet. In Iah. nomen e. ביה שמו Hebraiſmus, pro vocatur Iah: & hoc nomine celebrandus. Quidam, cum Iah nomen eius. Alii, in Iah nomine eius. Iah ab היה fuit: quòd per eum ſint & exiſtant omnia.

6 Et iudex ודין & vindex. Alii, & cauſam agit.

7 Habit. fa. vni. in domo, מושיב יחידים ביתה Hebraiſmus, pro, efficit vt qui liberis carebant, habeant amplam familiam.

9 Iſte סSinai זה סיני ille Sinai. Demonſtratiuum pronomen, quòd Sinai mons eſſet inclytus, & nobilis. Quidam volunt eſſe relatiuum Dei, vertentes, A facie Dei iſtius *qui in* Sinai, à facie, &c.

10 Abund. eleu. נדבות תניף Ad verbum, munificentiarum [vel liberalitatum, aut voluntatum] ſtillare facies. pro, ſtillaſti. aut, ſtillas, ſiue ſtillabas. Quidam, pluuia liberarum voluntatum rigas Deus hæred. Pluuiã munificentiarum, ſiue liberalitatum, aut voluntatum, vel voluntariã vocat quam voluntate ſua, pro neceſſitate, in tẽpore ſtillare facit copioſam & abundantem. Nonnulli, Ex munificentia, ô Deus, pluuiam deſtillabas. Et *ſi* fat. &c. ונלאה אתה כוננתה: & defeſſam recreabas. Alii, & labore affectam [vel laborantem] tu confirmaſti. Alii, & quum defecta eſt viribus, tu reficis eam.

11 Congr. t. חיתך Quidam, Pecus tuum. Alii, armentum tuum. Habitat ישבו Fut. Heb. Præpa. &c. תכין בטובתך לעני Fut. Heb. confirmabis [vel ſtabilies] benignitate tua pauperes, ó Deus. Alii, *Tu enim* præparabas in bonitate tua pro paupere, ô Deus. Alii, Bono tuo prouides afflictis, ó Deus. vel, Dirigis in bonitate tua afflictum, Deus.

12 Earum quæ &c. המבשרות צבא רב: Quidam non diſtinguunt poſt ſermonem, vertentes, dedit verbum *etiã* renuntiantibus, [vel annuntiatricibus] magni exercitus. genit. ſing. i. quæ prædicarent victoriam exercitus Iſraelitici magni.

13 Exerc. צבאות Hebraiſmus, pro Reges ingẽtibus copiis inſtructi. Fug. fug. ידדו ידדון Fut. Heb. elõgabũtur, elongabũtur. Et hab. do. &c. ונות בית תחלק שלל: Et habitatrices domus diuidẽt ſpolia. i. mulieres imbelles quæ domi habitare ſolẽt. Alii, & turba domeſtica, &c.

14 Si dorm. int. tripodes אם תשכבון בין שפתים Etiamſi habitaueritis inter ollas. vel, chytropodes. i. in loco in quo reponuntur ollæ & caldariæ. q. d. etiamſi iacueritis inter vaſa plena fuliginis. i. etiamſi oppreſſi fueritis magna calamitate: candidi, lætique reddemini ob liberationem. Ad verbũ legitur, Si iacueritis inter ollas, [vel chytropodes] alæ columbæ obductæ argẽto, & pennæ eius in fuluore auri. Quæ verba obſcuriora ſic quidam transferunt, Si etiam tanquam inter ollas deſidentes, atri ſitis, iam eritis candidi, velut tecti pennis columbæ, quæ ob candorem operta videtur argento, & alas habet tanquam aurum fuluas. Alii, licet ſederitis inter ollas fuliginoſi, ſicut pennæ columbæ deargentatæ facti eſtis, & cuius alæ ſunt deauratæ.

15 Quum diſſ. בפרש Quum diſpergeret. In ea בה propter eam. Alba fact. eſt, &c תשלג בצלמון Ad verbum, ninget in Salmon. תשלג enim eſt verbũ intranſitiuum. Quòd ſi tranſitiuum fuerit, ת erit ſignum ſecundæ perſonæ, & vertendum, Dealbabas [aut reddebas eos candidos, ſub. ó Deus] tanquam niuem in Salmon. Dicitur enim mons Salmon hybernis niuibus ſemper albere. Alii intranſitiue vertunt, Albeſcebas tanquam nix, *qui antea fueras* in tenebris. nam Salmon tenebras ſignificat. Illud NINGET quidam vertunt, candeſcebat velut nix in Salmon. Alii, canduit in Salmom. Alii, niuea erat velut Salmon.

mons Dei mons pinguis.

D Mons coagulatus,mōs pinguis:vtquid ſuſpicamini mōtes coagulatos?

Mōs in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in ſancto.

Epheſ.4.b.8 |Aſcendiſti in altum,cepiſti captiuitatem:accepiſti dona in hominibus:

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis,Deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter Deus ſaluos faciēdi:&

E Domini Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticē capilli perambulantium in delictis ſuis.

Dixit Dominus, Ex Baſan conuertam,conuertam in profundū maris:

Vt intingatur pes tuus in ſanguine : lingua canum tuorum ex inimicis,ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei , regis mei qui eſt in ſancto.

Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus,in medio iuuencularum tympaniſtriarum.

F In Eccleſiis benedicite Deo Domino,de fontibus Iſrael.

Ibi Beniamin adoleſcētulus in mētis exceſſu:

Principes Iuda,duces eorum:principes Zabulon,principes Nephthali.

Manda,Deus,virtuti tuæ:confirma hoc Deus,quod operat⁹ es in nobis.

A templo tuo in Ieruſalem,tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis,congregatio taurorum in vaccis populorū: vt excludāt eos qui probati ſunt argēto.

Diſſipa gentes quæ bella volunt:

16 Mons Dei *eſt ut* mons Baשſan:mons″excelſus,*ut* mons Baשſan.

17 ′Vtquid exilitis mōtes excelſi? ″mōs *ille eſt quem* deſiderauit Deus inhabitare,certe Iehoua *hunc* inhabitabit in ſeculum.

18 ″Currus Dei, viginti milia, milia ″Angelorum: Dominus inter eos,*ſicut in* ɔSinai ″in Sanctitate.

19 Aſcendiſti in altū,captiuā duxiſti captiuitatē, accepiſti dona in hominibus:& etiam rebelles,″vt inhabitent *in tabernaculo* Iah Dei.

20 Benedictus Dominus *qui* quotidie″confert nobis *bona,&* Deus ſalus noſtra. ɔSelah.

21 ′Deus,nobis eſt Deus in ſalutes:& Iehouæ Domino ad mortem ſunt exitus.

22 ″Veruntamen Deus tranſfiget caput inimicorum ſuorum , *&* ′verticem capilli ambulantis in delictis ſuis.

23 Dixit Domin⁹,″Ex Baשſā reducā *meos*,reducā de profúdis maris:

24 ″Vt rubeſcat pes tuus ſanguine,& lingua canum tuorum,″*ſanguine dico* inimicorum,*&* ipſius.

25 ′Viderunt inceſſus tuos Deus, inceſſus Dei mei , *&* Regis mei *qui eſt*″in Sanctitate.

26 ′Præcedebant cantores, pòſt pulſantes muſica inſtrumenta : in medio,puellæ tympaniſtriæ.

27 In congregationibus benedicite Deo, *&* Domino,*uos qui eſtis* ″ex vena Iשſrael.

28 Ibi *erat* Biniamin paruulus, dominator eorum, *&* ″principes Iehudah cōgregatio corū,principes Zebulún,principes Naphthali.

29 ′Præcepit Deus tuus fortitudinem tuam : ″robora ô Deus , hoc quod operatus es nobis.

30 A templo tuo″*quod eſt* in Ieruשſaláim,tibi offerēt reges munera.

31 ″Diſperdidit congregationem′calami,congregationem′taurorum″cum vitulis populorū,″*quiſque eorum* conculcatus cum fragmētis argenteis:″diſperſit populos qui″bella volunt.

Deus habitās in Sion,à quo victoria.

Inimici ſubiecti Dauidi,qui figura erat Chriſti.

Pompa triumphi populi pro victoria:& qui erat in eo triumpho.

victoria Dei eſt.

Populi ſubiecti Dauidi,id eſt Chriſto.

16 Excelſus גבננים Ad verbum,excelſorum.id eſt,velut vnus ex altiſſimis montibus.aut,in iuga aſſurgens.& gibboſus.

17 Exilitis, תרצדון ſaltatis. præ deſiderio ſcilicet perdēdi montem quem amat Deus? Vel,laudantes voſipſos, qui præ monte Dei eſtis minimi pretii.Alii,litigatis,vel contenditis.Alii,humiliabitis.ſiue humiliare & deprimere conabimini monte quem diligit,&c. Nonnulli, Quare inuidetis vos,&c. Mōs ille,&c. ההר חמד אלהים לשבתו Ad verbū,montē iſtū deſiderauit Deus ad habitandū eum.Quod nōnulli vertūt,Hic eſt mōs Dei in quo cōplacuit ei habitare. Vel per præſens,Mōs iſte eſt in quo deſiderat De⁹ habitare. Alii,Hic mōs Deo placet.

18 Currus רכב Equitatus. Angel. שנאן Quidam deducunt שנאן à שנה,& vertunt, duplicata. Alii,ſecunditatis.i.millia quæ ſtatuuntur ſecundo loco:& Dominus eſt in ea ſecunda acie. In Sanct. : בקדש in Sacrario.vel,in Sanctuario.

19 Vt inhabit.&c. לשכן יה אלהם ad habitandum,ô Iah Deus. Alii,vt habitet Dominus Deus.i.vt oſtendat ſe habitare in Ieruſalem.

20 Confert nob. יעמס־לנו portat nos.apportat,ſiue affert nobis.Alii,onerat nos.

21 Deus,nob.&c. : האל לנו אל למושעות וליהוה אדני למות תוצאות Ille Deus noſter,ſalutum[vel ſaluationum] Deus eſt, & Iehouæ Domini ſunt mortis egreſſus.Vel,Ipſe eſt Deus noſter,Deus cuius ſunt ſalutes:Iehouæ Domini *etiam* eſt mors *& animarum* exitus. Alii,Ille Deus nobiſcum,Deus auxiliorum,& Iehouæ Domini egreſſus ad mortem.

22 Verunt.Deus tranſ. אך־אלהים ימחץ Etiam Deus vulnerabit.ſiue vulnerat. Vert.capilli קדקד שער Sing.pro plur.verticē capillorum.i.capillatum.Alii,cæſariei.Significat ſummam partem capitis in qua capilli diuidūtur,parte vna ad dexterā,altera ad ſiniſtrā tēdente.

23 Ex Baשſan reducam, מבשן אשיב Quidam conuerſo ordine vocum,reſtituam *meos ſicut* ex Baſan.

24 Vt rubeſcat למען תמחץ Propterea rubebit. *ſang.di.*inim.*&* ipſius : מאיבים מנהו Ad verbū,de inimicis,de ipſo.ſub.ſanguine.q.d. de inimicorum ſanguine,de ipſo inquam ſanguine.Aut,de eo,id eſt de vnoquoque ipſorum inimicorum:vt DE EO ſit additum explicandi gratia.nam quum dixiſſet,de inimicorum ſanguine,rurſum dicit,de ſanguine inquam ſingulorum inimicorum. Alii,volunt eſſe relatiuum ſine antecedente,de ſanguine eius,nempe regis qui totius exercitus moderator erat.

25 Viderunt ראו Quidā per futurum vertunt,Videbunt:& ſequenti verſu,præcedēt. In Sāctitate. : בקדש in Sāctuario.in Sacrario.

26 Præced.cant.pòſt pul.mu.inſtr. קדמו שרים אחר נגנים Præeunt cantores,ſequuntur canentes organis.vel,modulatores.Præt.Heb.

27 Ex vena ממקור ex fonte.id eſt,qui emanaſtis vt è fonte,ex Iacob.periphraſis eſt Iudæorum.

28 Princ.Iehu.cong.e. שרי יהודה רגמתם Hebraiſmus,pro Cōgregatio principum Iuda illic aderat. Quidam,purpurati eorum.Alii,Lapis eorum.id eſt,robur & fortitudo,vt etiam quidam vertunt.

29 Præc.De.t.fort.t. צוה אלהיך עזך Hebraiſmus,pro,Suppeditauit tibi Deus tātum robur,nequid ſuperbias.Iſraelem alloquitur: mox conuertitur ad Deū. Robora,&c. : עוזה אלהים זו פעלת לנו Fortitudo Deus,hāc operatus es nobis.Vel,robur iſtud ô Deus,feciſti nobis.

30 A templo tuo.&c. מהיכלך על ירושלם Ad verbum tantùm legitur,A templo tuo ſuper Ieruſalaim. propterea quidam pauculis ſubauditis vertunt, A templo tuo ſuper Ieruſalem *prodit tale auxilium*: ob id tibi offerent,&c. A templo tuo,id eſt à te.Alii, A templo tuo in Ieruſaláim *prodeat robur tuum:&* afferant tibi.&c.quia ſcilicet hoc tibi referri debet acceptum.

31 Diſperdidit גער Increpa.Diſperde. Alii,Quum diſperdideris. Calami, קנה cannæ.arūdinis.i.gentē armatam longis fuſtibus inſtar arūdinis. Taurorum אבירים Quidam velut exponentes, vertūt fortium,ſiue validorū. Cū vit. בעגלי in vitulis.inter vitulos *Quiſque e.*concul.fuit cū frag.ar. מתרפס ברצי כסף gloriantem in inciſionibus[vel fragmentis] argenti. Alii, *donec quiſque eorum* conculcatus ſit in fruſtis argenti.i.donec calcandos ſe præbeant coram te vt dent tributum. Siue,donec deiecti,vectigaléſque facti,argēti tributa penſitent. Alii,*dum* ſupplicet *quiſque* fragmentis argenti. Quidam,ſupplicem in tributis argenti reddendis.Ita conculcatū,exponūt ſupplice, qui ſe veluti cōculcādū præbet inimico. Diſperſit בזר diſſipa.diſperde. Bella volūt. : קרבות יחפצו bellis delectātur.quib⁹ cordi ſūt bella.

Fut.pro præſ.

Venient″magni principes ex AEgypto, AEthiopia′currere faciet manus ſuas Deo. 32

Regna terræ cantate Deo,canite Domino,″סSelah: 33

″Equitanti ſuper cælos cælorum antiquitatis : ecce″edit in voce ſua vocem fortitudinis. 34

″Date fortitudinem Deo: ſuper Iשſrael″magnificentia eius , & fortitudo eius″in cælis. 35

Terribilis es Deus″à Sanctuariis tuis:Deus Iשſrael ipſe dat fortitudinem & robora populo:benedictus Deus. 36

″Victori″ſuper שSoשſannim,ipſius Dauidis. LXIX. 1

SErua me Deus:quoniam intrauerunt″aquæ vſque ad animam. 2

Demerſus ſum in limum′profundum,& non eſt″firmatus: 3
veni in profunda aquarum,″& fluxus *aquarum*″operit me.

Delaſſatus ſum clamando,ſiccatum eſt guttur meum: defecerunt oculi mei″dum expectarem Deum meum. 4

Plures ſunt quàm capilli capitis mei qui odio habent me ſine 5
cauſa:″roborati ſunt qui diſperdunt me inimici mei abſque cauſa:quæ non rapui,tunc″reddidi.

Deus tu noſti ſtultitiã meã,& delicta mea à te nõ ſũt abſcõdita. 6

Ne pudore afficiãtur in me qui expectant te , Domine Iehoua exercituum:ne erubeſcant in me qui quærunt te,Deus Iשſrael: 7

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium,operuit″confuſio faciem meam. 8

′Alienus factus ſũ fratribus meis,&extraneus filiis matris meæ: 9

Quia zelus domus tuæ exêdit me,& probra eorum qui probris afficiunt te,reciderunt ſuper me. 10

Fleui,& ieiunio *afflixi* animã meã:″& fuiſti in opprobriũ mihi. 11

Et poſui veſtimentum meum ſaccum:& fui eis″in parabolam. 12

Loquebantur contra me ſedentes in porta:″& cãtiones *factus ſum* bibentibus שſechár. 13

″At ego orationem meam *conuerto* ad te, Iehoua ,″tempore beneplaciti: Deus, propter multitudinẽ miſericordiæ tuæ exaudi me, propter veritatem ſalutis tuæ. 14

32 venient legati ex AEgypto : AEthiopia præueniet manus eius Deo. G

33 Regna terræ cantate Deo : pſallite Domino,

34 Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cælum cæli,ad Orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis,

35 date gloriam Deo, ſuper Iſrael magnificentia eius , & virtus eius in nubibus.

36 Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, De⁹ Iſrael ipſe dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuæ:benedictus Deus.

LXVIII.

1 In finẽ ꝑ iis ꝗ cõmutabũtur,Dauid.

2 SAluũ me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ vſque ad animam meã.

3 Infixus ſum in limo profundi:& nõ eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me.

4 Laboraui clamans:raucæ factę ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dũ ſpero in Deum meum.

5 Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſté: quæ non rapui,tunc exoluebam. B

6 Deus tu ſcis inſipientiam meam:& delicta mea à te non ſunt abſcondita.

7 Non erubeſcant in me qui expectãt te Domine,Domine virtutum,

Non confundantur ſuper me qui quærunt te,Deus Iſrael:

8 Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium : operuit confuſio faciem meam.

9 Extraneus factus ſũ fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: C

10 ‖Quoniam zelus domus tuæ comêdit me: &‖opprobria exprobrantium tibi,ceciderunt ſuper me.

11 Et operui in ieiunio animã meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

12 Et poſui veſtimentum meũ ciliciũ: & factus ſum illis in parabolam.

13 Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum.

14 Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me,in veritate ſalutis tuæ.

Dauid typus Chriſti , cõqueritur de afflictionib⁹ quas à populo ſuo,pro eõque patiebatur.

Propter peccata noſtra patitur Chriſtus,

Precatur ne ob afflictiones ſuas auertantur fideles à ſe.

Chriſtus ſatiſfactio pro peccatis.

Irriſiones Chriſto factæ.

Non ceſſat orare in anguſtiis.

Matth.27.f
Iohan.19.c
Rom.11.b.
Act.1.d.20
Iohan.2.d.a
Rom.15.a.4

32 Magni principes חשמנים Varie tranſfertur hæc dictio:nã pro ea quidã vertunt munera,alii ſatrapas, alii viros magnos & duces, alii optimates,alii præſtantiores.Non deſunt inter Hebræos qui exiſtiment fuiſſe nomẽ familiæ. Currere fa.&c. :תריץ ידיו לאלהים accelerabit.celeriter protendet.celeriter exhibebit:curret manibus ſuis ad Deum.Hebraiſmus eſt,pro,prõptè offeret munera Deo teſtando obediẽtiam ſuã.Dixit de manibus(ait quidam inter Hebræos doctus)currere faciet,quod eſt proprium pedum:eo quòd manus munera ferant.

33 סSelah :סלה Vide Pſal.3.a.3.

34 Equit.ſu.cæ.cæl.ant. לרכב בשמי שמי־קדם Inſidenti cælis cælorũ ab initio.i.in extremo cælorum ſempiternorum.Hebraiſmus eſt pro regente cælum ampliſſimum quod tale ab initio durat. Edit יתן Fut.Heb.pro præſ.Eſt autem Hebraiſmus ,dat in voce ſua vocem robuſtam .vel,præualidam.Vocem Iehouæ vocat tonitru.

35 Date fort.Deo, תנו עז לאלהים id eſt, date laudem fortitudinis. Hebraiſmus, pro, Referte Deo omnes acceptas vires. vel, Laudate Deum à potentia. Magnif.e. גאותו ſplendor eius. In cælis. : בשחקים in nubibus.

36 A Sanctuariis tuis, ממקדשיך à Sacrariis tuis.i.propter gloriã quæ habitabat in Sanctuario tuo.Vnum erat Sãctuarium:plurali autẽ numero vtitur,quòd templum conſtaret tribus partibus,quarum prima vocabatur אולם porticus, altera היכל templum externum, tertia דביר oraculum,adytum, pars templi interior. Ita Hebræi.Terribilis igitur à Sanctuariis tuis, id eſt à templo tuo,hoc eſt propter opera quæ proficiſcuntur à te habitante in templo tuo.

IN PSALMVM LXIX.

1 Victori, למנצח Vide Pſal.4. Super שSoשſannim, על־שושנים Vide Pſal.45.

2 Aquæ vſque ad an. :מים עד־נפש Hebraica phraſi dicuntur Aquæ vſque ad animam intrare, pro,omnibus afflictionibus vſqueadeo premi vt de vita periclitemur,& prope ſuffocemur.

3 Profundum, מצולה Hebraice,profundi,aut voraginis. Firmatus, מעמד roboratus.ſubaudi limus. Quidam vertunt,firma cõſiſtentia.Alii,ſtatio.Alii,nec eſt vt queam ſubſiſtere. Quidam Hebræorum exponit,Et non eſt vllum membrorum meorum ſtatutum, ſiue firmatum & roboratum.i.non eſt vllum membrum quod ſuſtentetur,ſiue ſubſiſtere queat. Et fluxus ושבלת & curſus.ſub.aquarum.Gallicè, *le fil de l'eaue*. Vide plenã locutionẽ paulo pòſt,verſu 16. Operit me. : שטפתני Præt.Heb.pro præſ.inundat.rapit.obruit me.

4 Dum expect.&c. : מיחל לאלהי à ſuſpiciendo ad Deum meum.

5 Roborati ſunt עצמו confortati ſunt. inualuerunt.aucti ſunt. Reddidi. : אשיב Fut. Heb.pro præt.rependi. aut rependebam.Vel, fut.pro præſenti,repẽdere cogor. 8 Confuſio כלמה ignominia. 9 Alienus factus ſum מוזר הייתי Alienus habitus fui.

11 Et fuiſti in opp. ותהי לחרפות Hebraiſmus,pro, tua cauſa probris affectus ſum,quòd flerem te iniuriis affici.

12 In parabolam. : למשל in prouerbium.q.d.quum de vili loquebantur,eum mihi comparabant.

13 Et cant. *factus ſum* ונגינות Vox Hebræa ſignificat cantiones ad inſtrumenta muſica.

14 At ego orat.m.&c. ואני תפלתי־לך יהוה עת רצון אלהים Ad verbum,Et ego oratio mea ad te, tẽpus beneplaciti Deus. Hebraiſmus,pro, Tunc ego ad te *oraui*:& oratio mea,*erat* tempus beneplaciti ô Deus. Id eſt,te oraui vt adueniret tempus in quo me exaudires:qua exauditione declarares tuam erga me bonam voluntatem.

D Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. 15

Non me demergat tẽpeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. 16

Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum reſpice in me: 17

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. 18

Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. 19

E Tu ſcis improperium meum, & cõfuſionem meam, & reuerẽtiam meã: 20

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miſeriam: 21

Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & nõ inueni.

Matth.27.f.48 iohan.19.c.28 Et dederunt in eſcam meam fel: ‖ & in ſiti mea potauerunt me aceto. 22

Rom.11.b.9 ¶Fiat mẽſa eorũ corã ipſis in laqueũ & in retributionem, & in ſcandalum. 23

Obſcurẽtur oculi eorum ne videãt: & dorſum eorum ſemper incurua. 24

F Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. 25

Act.1.d.20 ‖Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. 26

Quoniam quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt: & ſuper dolorẽ vulnerũ meorum addiderunt. 27

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: & non intrent in iuſtitiam tuam. 28

Deleantur de Libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur. 29

Ego ſum pauper & dolẽs: ſalus tua Deus ſuſcepit me. 30

G Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude: 31

Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. 32

Videant pauperes & lætẽtur: quærite Deum, & viuet anima veſtra: 33

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit. 34

Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. 35

Quoniam Deus ſaluam faciet Siõ: & ædificabuntur ciuitates Iudæ. 36

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

15 Eripe me è luto, ʹ& ne infigar, *fac* eripiar ab odio habentibus me, & è profundis aquarum.

16 ʺNe inundet me decurſus aquarum, nec abſorbeat me ʹprofundum, neque claudat ſuper me puteus os ſuum.

17 Exaudi me Iehoua, quoniam bona eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice ad me:

18 Et ne abſcondas faciem tuam à ſeruo tuo, quoniam anguſtia eſt mihi: ʺfeſtina exaudi me.

19 ʺAppropinqua animæ meæ, redime eã: propter inimicos meos redime me.

20 Tu noſti probrum meum, ʺ& pudorem meum, & ignominiam meam: coram te ſunt omnes hoſtes mei.

21 Probrum ʺcontriuit cor meum, & dolui: & expectaui qui condoleret, & non fuit: & conſolatores, & non inueni.

22 Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea propinauerunt mihi acetum.

23 Sit menſa eorũ corã eis laqueus: ʺ& *quod* ad paces, in offendiculũ.

24 Obſcurentur oculi eorum ne videant: & lumbos eorum ſemper nutare fac.

25 Effunde ſuper eos iram tuã, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

26 Sit palatium eorum deſolatum, in tabernaculis eorum non ſit qui habitet:

27 Quoniam eum quem percuſſiſti, ʺperſequuntur, & de dolore vulneratorum tuorum ʺnarrant.

28 ʺPone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, nec ingrediãtur ad iuſtitiam tuam.

29 Deleantur è libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.

30 Ego autem ſum afflictus & dolens: ſalus tua Deus, ʺin loco alto ſtatuet me.

31 *Tunc* laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo illud cum celebritate:

32 Gratius erit Iehouæ quàm bos, aut vitulus cornua producens & vngulas.

33 ʺVidebunt *hæc* humiles, & gaudebũt, *&* ʺquærentes Deum, & viuet cor veſtrum.

34 Quoniam audit pauperes Iehoua, & vinctos ſuos non deſpicit.

35 Laudent eum cæli & terra, maria, & omne repens in eis:

36 Quoniã Deus ʺſeruabit ɤSiion, & ʺædificabit ciuitates Iehudáh: & habitabunt ibi, & hæreditate accipient eam.

Nemo illum conſolatur.

Iudæorum ruina ob contemptum Chriſtum.

Laudat Chriſtus Patrem, quòd cruce glorificatus ſit.

Exhortatio ad quærendum Deũ & laudandum.

15 Et ne infigar ואל־אטבעה & ne demergar. 16 Ne inund.me, &c. אל־תשטפני שבלת מים Ne tranſuerſum rapiat me curſus aquarum. Ne adobruat me tempeſtas vndoſa. Hic integra eſt locutio, quæ ſuprà verſu 3, eſt imperfecta. Profundum, מצולה vorago.

18 Feſtina exaudi me. ׃ מהר ענני Duo imperatiua ſine coniunctione, quorum alterum verti debet in futurum, Feſtina exaudire me. vel, vt me exaudias. Aut primum vertendum per aduerbium, Feſtinanter, aut celeriter exaudi me. Quidam, propera *&* exaudi me.

19 Approp.ani.meæ, red. קרבה אל־נפשי גאלה Rurſum imperatiua ſine cõiunctione, pro, Appropinqua ad animã meã vt redimas eã.

20 Et pudorem meum ובשתי & confuſionem meam.

21 Contriuit, &c. שברה לבי ואנושה ואקוה לנוד Quidam vertunt hoc præteritum cum futuris per plus quàm perf. & imperf. fregerat cor meum, & affligtabat: & expectabam qui conſolaretur. vel, contriſtaretur.

23 Et *quod* ad pa.in off. ׃ ולשלומים למוקש & pro pacibus, in rete. i. vt Hebræi exponunt, quum expectauerint pacem, vertantur paces in offendiculum. hoc eſt, pereant iis rebus quas putabant ſibi fore ſaluti. Quidam vertunt, Et *ubi* pacem *ſperant, illic* impingant.

27 Perſeq. רדפו præt.Heb.pro præſ. Narrant. ׃ יספרו Fut.Heb.pro præſ.i.iactant ſe dolore afficere quos vulnerari iubeas: tanquã zelo faciant. Quidam vertunt, Et ſuper dolorem vulneratorum tuorum addiderunt.

28 Pone iniq.&c. תנה־עון על־עונם Hebraiſmus, pro, Permitte vt iniquitatem iniquitati cumulent. deſere eos in iniquitatibus ſuis, nec iuſtos pronunties illos: non inueniant pœnitentiæ locum. Quidam vertunt, Da pœnam ſuper iniquitatem eorum.

30 In loco, &. ׃ תשגבני eleuet me. i. in loco ſublimi, ac proìde tuto, ſtatuat me. hoc eſt, tu auxilio tuo me iuues. Alii, protegat. Alii, extulit.

33 Videbunt *hæc* humiles, ראו־ענוים Præt.Heb pro fut. Videbunt *hæc* manſueti. Vel, afflicti. Quær.Deum, דרשי אלהים inquirentes Deum. ſubaudi, videbitis. nam crebræ ſunt mutationes perſonarum. Videbitis vos qui ſtudio Dei tenemini, & reuiuiſcet animus veſter qui præ metu emori videtur.

36 Seruabit, &c. יושיע ציון ויבנה Futura Heb. per præſ. Deus eſt qui ſaluat Sion, & ædificat, &c. Et ædif. ויבנה & inſtaurabit.

37 Et ſemen ſeruorum eius hæreditate accipiet eam : & diligentes nomen eius habitabunt in ea.

1 ″Victori ipſius Dauidis,″ad commemorandum. L X X.

Celerem opem ſibi orat,& vltionem de hoſtibus. Eadem vide Pſal. 40,à verſu 14, ad finem.

2 DEus vt eruas me,Deus ad auxilium mei feſtina.

3 Pudore afficiātur, & erubeſcant quærentes animam meā: conuertantur retrorſum,& erubeſcant volentes malum meum.

4 ″Conuertantur pro mercede pudoris ſui,qui dicūt,Euge,euge.

Lætitia fidelibus videntibus eum liberatum.

5 Gaudeāt,& lætentur in te omnes quærentes te: & dicāt ſemper, ″Magnificetur Deus, qui amant ſalutem tuam.

6 Ego autem afflictus & pauper ſum, *propterea* Deus feſtina ad me: auxiliū meum,& erutor meus es, *propterea* Iehoua ne tardaueris.

Pſal. L X X I.

Certus Dauid de Domini ope,contra Abſalom opē Dei implorat.

1 IN te Iehoua ſperaui,ne pudore afficiar″in æternum.

2 In iuſtitia tua″eripe me,& erue me:inclina ad me aurem tuā, & ſerua me.

3 Eſto mihi″robuſtum habitaculū, vt *illud* ingrediar iugiter:″præcepiſti ſeruare me,quia petra mea,& munitio mea es tu.

Quum à iuuētute fiduciam habuerit in Deo , orat vt etiam in ſenectute fidat.

4 Deus mi erue me è manu impii,è manu peruerſi & violenti:

5 Quoniam tu es expectatio mea , Domine Iehoua fiducia mea ab adoleſcentia mea.

6 Tibi innixus ſum ab vtero , è viſceribus matris meæ tu extractor meus es: de te″laus mea ſemper.

7 Tanquā portentū fui multis:&″*tamen* tu fiducia mea præualida.

8 Repleatur os meum laude tua,tota die gloria tua.

9 Ne abiicias me tempore ſenectutis: quum defecerit fortitudo mea,ne derelinquas me:

10 Quia″loquuti ſunt inimici mei de me: & obſeruantes animam meam,conſilium inierunt pariter,

11 Dicendo,Deus dereliquit eum,perſequimini,&comprehendite eum:quia non eſt qui eruat.

Perſeuerantia in oratione.

12 Deus ne elongeris à me:Deus mi ad auxilium meum feſtina.

13 ″Pudore afficiātur,pereant aduerſarii animæ meæ: operiantur probro & pudore quærentes malum meum.

Conſtantia fidei & confeſſionis.

14 Ego autē ſemper expectabo,& adiiciā ſuper omnem″laudē tuā.

15 Os meum narrabit iuſtitiam tuam, tota die ſalutē tuam: ″tametſi non nouerim″numeros.

16 ″Ingrediar in potētias Domini Iehoua:recordabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

Cōmemorat Dei beneficia poſt varias afflictiones.

17 Deus docuiſti me ab adoleſcentia mea,″& hactenus annuntiaui mirabilia tua.

37 Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam:& qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. L X I X.

1 In finē,Pſalmus Dauid,in rememoratione ꝙ ſaluū fecerit eū Dominus.

2 DEus in adiutorium meum intēde:Dn̄e ad adiuuādū me,feſtina.

3 Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam:

Auertantur retrorſum & erubeſcāt qui volunt mihi mala.

4 Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi,Euge,euge.

5 Exultēt & lætētur in te omnes qui quærūt te:& dicāt ſemper, Magnificetur Dn̄s,qui diligunt ſalutare tuum.

6 Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu:Domine ne moreris. L X X.

Pſalmus Dauid,filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

1 IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me,& eripe me.

2 Inclina ad me aurē tuā: & ſalua me.

3 Eſto mihi in Deū protectorē, & in locū munitum:vt ſaluum me facias,

Quoniam firmamentum meum,& refugium meum es tu.

4 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui:

5 Quoniā tu es patientia mea Dn̄e, Domine,ſpes mea à iuuentute mea.

6 In te cōfirmatꝰ ſum ex vtero:de vētre matris meæ tu es protector meꝰ:

In te cantatio mea ſemper.tanquā prodigium factus ſum multis , & tu

7 adiutor fortis.

8 Repleatur os meū laude : vt cātem gloriā tuā,tota die magnitudinē tuā.

9 Ne proiicias me in tempore ſenectutis : quum deficiet virtus mea, ne derelinquas me:

10 Quia dixerūt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, cōſilium fecerunt in vnum,

11 Dicentes, Deus dereliquit eū: perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.

12 Deus ne elōgeris à me:Deus meus in auxilium meum reſpice.

13 Confundantur & deficiāt detrahētes animæ meæ:operiantur confuſione & pudore qui quærūt mala mihi.

14 Ego autem ſemper ſperabo:& adiiciam ſuper omnem laudem tuam.

15 Os meum annuntiabit iuſtitiam tuam,tota die ſalutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturā,

16 introibo in potentias Domini : Domine memorabor iuſtitię tuæ ſolius.

17 Deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

IN PSALMVM LXX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Ad commem. להזכיר Vide Pſal.38. Quidam vertunt,ad narrandum.i.memoria dignus.videtur hoc adiicere,quòd formulam orandi contineat hic Pſalmus,quam ſequi debeant fideles.

4 Conuertantur ישבו Reuertantur retrorſum.Retro agantur.Repellantur.Abeant retrorſum.q.d.Fruſtrati ſpe ſua abeant,pro mercede pudoris quo me afficere conabantur.

5 Magnificetur Deus יגדל אלהים Verba ſunt interpoſita,quod frequens eſt Hebræis,pro,Et qui diligunt ſalutem tuam dicant ſemper, Magnificetur Deus.q.d.qui abs te opem quærunt,dicant perpetuo,Magnus habeatur,vel appareat Deus.

IN PSALMVM LXXI.

1 In æternum : לעולם vnquam. 2 Eripe me תצילני Fut.Heb.pro Imperat.ſiue optatiuo,eripias.

3 Robuſtum habitaculum, לצור מעון Ad verbū,rupem fortitudinis. vel roboris. Frequentes nāque rupes erāt in Terra ſancta,in quas ſe recipiebant metu hoſtium. Præcepiſti צוית Præteritum pro futuro,& futurum pro optatiuo,Mandes vt me ſeruent.ſub.Angeli tui. Nonnulli præteritum ſeruant,ſubaudientes Quemadmodum,vertentes,*Quemadmodum* præcepiſti vt me ſeruarent.

6 Laus תהלתי gloriatio.q.d.de te glorior indeſinenter.

10 Loquuti ſunt ini.m.de me, אמרו איבי לי Præt.pro præſ.vt quidam vertunt,loquuntur inimici mei contra me.

13 Pudore afficiantur יבשו Vel per futurum,Confundentur,&c.fruſtrati ſcilicet ſua opinione.

14 Laudem tuam : תהלתך Singul.pro plur.laudes tuas.quibus ſcilicet te laudare ſolebam.

15 Tāetſi,&c. כי־לא ידעתי ספרות quia nō noui numeros.ſub.beneficiorū tuorū.q.d.quia tot ſunt beneficia tua vt nullo numero cōprehēdi poſſint. 16 Ingred.in pot.Dom.Iehoua אבא בגבורות אדני יהוה Hebraiſmus,pro aggrediar narrare fortia facta tua.Anteced. pro relat.Quidam vertunt, Veniam in virtutibus Domini Iehoua.Alii,veniam *ad bellum* in fortitudinibus Domini Iehoua.

17 Et hact.annuntiaui ועד־הנה אגיד Fut.Heb.& vſque in præſens annuntiabo.alii,annuntio.

18 Et vſque in ſenectã & ſeniũ, Deus, ne derelinquas me:
Donec annuntiem brachium tuũ generationi omni quæ ventura eſt:

19 Potentiam tuam & iuſtitiam tuã, Deus, vſq; in altiſſima quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?

D 20 Quãtas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas: & conuerſus viuificaſti me: & de abyſſis terræ iterũ reduxiſti me:

21 Multiplicaſti magnificentiam tuã: & conuerſus conſolatus es me.

22 Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam, Deus: pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſrael.

23 Exultabunt labia mea quum cantauero tibi: & anima mea quam redemiſti.

42 Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: quum confuſi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Pſalmus in Salomonẽ. LXXI. 1

Deus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis:

2 Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.

3 Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.

4 Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

5 Et permanebit cum ſole & ante lunam in generatione generationum.

B 6 Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terram.

7 Orietur in diebus eius iuſtitia & abundãtia pacis: donec auferatur luna.

8 Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

9 Coram illo procident AEthiopes: & inimici eius terram lingent.

10 Reges Tharſis & inſulę munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.

11 Et adorabunt eum omnes reges: omnes Gentes ſeruient ei.

C 12 Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.

13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.

14 Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomẽ eorum coram illo.

---

18 Quin & vſque ad ſenium & canitiem, Deus, ne derelinquas me: donec annuntiem brachium tuum generationi *huic*, omni qui vénturus eſt fortitudinem tuam:

19 Et iuſtitiam tuam, Deus, *quæ eſt* vſque in excelſum, quia feciſti magna: Deus quis ſicut tu?

20 Qui ″oſtendiſti mihi anguſtias multas & malas, ′reuerſus viuificaſti me: & ex voraginibus terræ″cõuerſus aſcendere feciſti me:

Tentationibus victis, fortius fidere diſcimus.

21 ′Auxiſti magnitudinem meam, ″& cõuerſus conſolatus es me.

22 Etiam ego celebrabo tibi inſtrumento nébel veritatem tuam Deus mi: cantabo tibi in cithara, ſancte Iשſraelis.

Laus & gratiarũ actio pro omnib⁹ beneficiis.

23 ′Exultabunt labia mea quum canam tibi, & anima mea quam redemiſti.

42 Inſuper lingua mea″tota die loquetur de iuſtitia tua: quia pudore affecti ſunt, quia *inquam* ignominia affecti ſunt quærentes malum meum.

1 ″Ipſi שSelomóh. LXXII.

Deus iudicia tua Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis:

2 ″Iudicabit populum tuum in iuſtitia, ″& pauperes tuos in iudicio.

Sub typó regni Salomonici orat aduenire regnũ Dei per Chriſtũ.

3 Afferent montes pacem populo, & colles″ob iuſtitiam.

Pax & iuſtitia per Chriſtum.

4 ″Iudicabit pauperes populi, ſeruabit filios pauperis, ″& confringet calumniatorem.

5 Timebunt te″cũ ſole & ante lunã, *in* generatione generationũ.

Regnum Chriſti æternum.

6 Deſcendet ſicut pluuia ſuper deſectam herbam, ſicut imbres ″ſtillantes *ſuper* terram.

Chriſtus regnare faciens iuſtos & pacem, vt pluuia herbam germinare facit.

7 Florebit in diebus eius iuſtus, & multitudo pacis, donec non ſit luna.

8 Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ.

Dilatatio regni Chriſti.

9 Corã illo procidẽt′habitatores deſerti, & inimici ei⁹ terrã ligẽt.

10 Reges′maris & inſularum munus afferẽt: reges ″שSeba *Arabicæ* & סSeba *AEthiopicæ* munus offerent.

11 ′Et incuruabunt ſe ei omnes reges, omnes gentes ſeruient ei:

12 Quia eruet pauperẽ clamantẽ, & afflictũ, cui non eſt auxiliator.

Peccata agnoſcẽtem liberat Chriſtus.

13 Miſerebitur pauperis & inopis: & animas pauperum ſeruabit.

14 A dolo, ″& ab iniquitate *diuitum* redimet animam eorum, & pretioſus erit ſanguis eorum in oculis eius.

---

20 Oſtendiſti mihi הראיתני feciſti me videre. Hebraiſmus, pro, Qui afflictiones magnas & difficiles experiri me feciſti. Reuerſus viuif. תשוב תחייני Futura Heb. conuertêris, viuificabis me: pro præteritis, conuerſus es, viuificaſti me. Alii, Conuerſus viuificaſti me. Ita ſolent vertere quoties duo verba coniunguntur ſine coniunctione. Alii, reſtituiſti me, *&* recreaſti. Conuer. aſcend. : תשוב תעלני Fut. Heb. etiã ſine coniunctione, reuertêris, aſcẽdere facies me. pro, conuerſus, ſiue placatus reuocaſti me. nempe à morte ad vitã. Alii, iterũ reduxiſti me.

21 Auxiſti mag. m. תרב גדלתי Fut. Heb. pro præt. Auxiſti magnificentiam meam. Multiplicaſti dignitatem, vel amplitudinem meam. Et conu. conſ. es me. : ותסב תנחמני Fut. Heb. ſine coniunctione. ad verbum, & circuibis, conſolaberis me: pro, & conuerſus conſolatus es me. Alii, rurſum conſolatus es me. vel placatus es mihi.

23 Exultabunt תרננה Ouabunt. Laudabunt.

24 Tota die loq. כל־היום תהגה צדקתך quotidie meditabitur iuſtitiam tuã.

IN PSALMVM LXXII.

1 Ipſi Selomóh, לשלמה Ipſius Selomoh. i. à Salomone ſcriptus. Alii, De Selomóh. ſub. pſalmus à Dauide ſcriptus.

2 Iudicabit ידין Futura quæ nõnulli vertunt per præſens optatiui, Iudicet, Afferant montes, &c. Et paup. t. ועניך & afflictos tuos.

3 Ob iuſtitiam. : בצדקה Ad verbũ, in iuſtitia. Hebræi dicũt ב hoc loco ſignificare propter. q. d. montes & colles afferent pacem propter iuſtitiam. Alii vertunt, & colles iuſtitiam.

4 Iud. paup. po. ישפט עניי עם Vindicabit afflictos populi. Iudicare, more Hebræorum poſitum pro tueri & defendere. Et confring. cal. : וידכא עושק atteret [vel contundet] calumniatorem. id eſt, eum qui per calumniam pauperes opprimit.

5 Cum ſole & ante lu. עם־שמש ולפני ירח Hebraiſmus, pro, quandiu ſol iſte lucebit, & quoad ſubſtiterit luna. ſiue, dum ſol & luna lucebunt, hoc eſt perpetuó.

6 Stillan. ſu. ter. זרזיף ארץ ſuper herbam exciſam terræ. nam על quod præceſſit, pro duobus ponitur, & more Hebræorum repetitur. Alii vertunt, Sicut imbres [vel ſtillicidia] *&* ros *ſuper* terram.

9 Habit. deſerti, ציים AEthiopes. Quidam nautas interpretantur. Alii, vocem Hebræam ציים relinquunt.

10 Maris תרשיש. i. Ciliciæ. שSeba, &c. שבא וסבא Hebraice, שSeba & סSeba. Primũ per ש ſcribitur, & ſignificat Arabiam fœlicem. Alterum per ס, & ſignificat AEthiopiam.

11 Et incur. ſe ei וישתחוו לו Et adorabunt eum.

14 Et ab iniq. ומחמס & à violentia. fraude. iniuria.

Chriſto offert populus quicquid habet pretioſum.

Et viuet *pauper*,& dabit ei *rex* de auro ″שSeba *Arabicæ*, & orabit pro 15
eo ſemper,″tota die benedicet ei.
Erit pugillus frumenti in terra *ſatus* in capite montium, & ″con- 16
tremiſcet ſicut Lebanon fructus eius: ″& florebunt de ciuitate ſi-
cut herba terræ.

Per chriſtum benedictio.

Erit nomẽ eius in ſeculũ, ″quãdiu fuerit ſol propagabitur nomẽ 17
eius: ″& benedicent ſe in eo omnes Gẽtes, & beatum dicent eum.

Gratiarum actio.

″Benedictus Iehoua Deus Iſrael,qui facit mirabilia ſolus: 18
″Et benedictum nomen gloriæ eius in ſeculũ, & repleatur glo- 19
ria eius vniuerſa terra.″Amen,& amen.
″Finem habent orationes Dauidis filii Iשſái. 20

Pſalmus″ipſius Aסſaph. L X X I I I. 1

Canit in conſolationem ſanctorũ qui fœlicitate impiorũ vruntur & offendũtur,quàm infœlicem ea exitum habeat: & quàm fœlix exitus eorum qui in hoc mundo afflictionibus exercentur.

PRofectò bonus eſt Iשſraeli Deus,*ſed* mundis corde.
″Et ego , penè declinauerunt pedes mei, fere nihil *abſuit quin* 2
″effuſi ſint greſſus mei:
Quia″zelaui in inſanos,*quum* pacem impiorum″viderem: 3
Quia non ſunt ligamenta ″in morte eorum, ″quin ſana eſt for- 4
titudo eorum.
″In labore hominis nõ ſunt,& cum hominibus nõ flagellãtur. 5
Ideo vt torques cingit eos ſuperbia ,″induitur *quiſque eorum* veſte 6
violentiæ.
″Egreſſi ſunt præ adipe oculi eorum : ″tranſgrediuntur cogita- 7
tiones cordis.
″Diſſoluunt, & loquuntur malitioſè ″calumniam, *imò*″de Excel- 8
ſo loquuntur.
Ponunt in cælum os ſuum,& lingua eorum″ambulat in terra. 9
Ideò″reuertitur populus eius huc,&aquæ″pleni *calicis* exprimun- 10
tur eis.
Et dicunt,Quomodo nouit Deus?& *ſi eſt*″ſcientia in Excelſo? ″ 11
Ecce,iſti impii,″& pacati ſeculi,″multiplicant diuitias. 12

Iterum deſcribit tentationẽ fidelis videntis fœlicitatem impiorũ.

Verè in vanũ mũdaui cor meũ, & laui in mũditia man⁹ meas, 13
″Et fui flagellatus omni die, & fuit increpatio mea ſingulis 14
matutinis.

15 Et viuet,& dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.

16 Et erit″firmamentũ in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.

legendum, frumentum.

17 Sit nomen eius benedictum in ſecula:ante ſolẽ permanet nomẽ eius: D
Et benedicẽtur in ipſo oẽs trib⁹ terræ: omnes gẽtes magnificabũt eum.
18 Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus:
19 Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum , & replebitur maieſtate eius omnis terra.Fiat,fiat.
20 Defecerunt laudes Dauid filii Ieſſe.

1 Pſalmus Aſaph. L X X I I.

QVàm bon⁹ Iſrael Deus his qui recto ſunt corde.
2 Mei autem pene moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei:

3 Quia zelaui ſuper iniquos,pacem peccatorum videns.
4 Quia nõ eſt reſpectus morti eorũ: & firmamentum in plaga eorum.

5 In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur:
6 Ideo tenuit eos ſuperbia , operti ſunt iniquitate & impietate ſua.

7 Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum:tranſierunt in affectũ cordis. B

8 Cogitauerunt, & loquuti ſunt nequitiam : iniquitatem in Excelſo loquuti ſunt.

9 Poſuerũt in cælum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.
10 Ideo cõuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

11 Et dixerunt,Quomodo ſciuit De⁹, & ſi eſt ſcientia in Excelſo?
12 Ecce ipſi peccatores & abundãtes in ſeculo,obtinuerunt diuitias.
13 Et dixi , Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas,
14 Et fui flagellatus tota die,& caſtigatio mea in matutinis.

---

15 Seba שבא per ש,Arabiam fœlicem ſignificat. Tota die, כל־היום quotidie.ſemper.
16 Contremiſcet ירעש agitabitur.commouebit ſe.ſtrepitum edet. Et florebunt, ויציצו & egredientur. Alii,progerminabúntque.
17 Quand.fu.ſol,fil. לפני־שמש ינון Ad verbũ,corã ſole filiabitur no.e. Hebraiſmus,pro quãdiu videbitur ſol,nomen eius erit memoriale eius.q.d.vt filius ducit nos in memoriã patris,& eſt eius memoria,ſic erit nominis eius memoria in ſeculum. Quidam vertunt,Cum ſole permanebit. Et bened.ſe. ויתברכו & benedicentur. Quidam,& gloriabuntur.
18 Benedictus ברוך Laudandus. 19 Et ben.nõ.glo.e. וברוך שם כבודו Et laudandum nomen decoris eius. Amen, & amen : אמן ואמן Voces Hebraicæ quæ ſignificant, Verum ſit & verum. Vel,ſtabile & firmum ſit:aut,Sit ita vt dixi.
20 Finem habent,&c. כלו תפלות דוד בן־ישי: verſus iſte(aiunt Hebræi)adiectus fuit ab iis qui pſalmos Dauidis in ordinem redegerunt.

IN PSALMVM LXXIII.

1 Ipſius Aסſaph. לאסף Id eſt traditus ipſi Aſaph cantori decantandus.ita Hebræi exponunt.
2 Et ego,penè decl. ואני כמעט נטוי Similis loquutio & Pſal.35.c.13,& Pſal.69.c.14. Quidam,parum abfuit quin lapſi ſint pedes. Effuſi ſint gr. שפכה אשרי Hebraiſmus,pro receſſerim,nempe à mandatis Dei. Metaphora ab aqua, quæ dum effunditur,locum mutat.
3 Zelaui in inſanos קנאתי בהוללים zelo raptus ſum contra inſenſatos. Alii,vrebat me æmulatio propter ſtultos. Alii,æmulatus ſum in ſtolidis. Viderem. : אראה Fut.Heb.
4 In morte eorum, למותם ad mortem illis. Alii,morti eorum.id eſt nullis morbis,quaſi vinculis ad mortem trahuntur. Quin ſana ובריא quin integra. Quidam,pingues ſunt & fortes vt palatium. Alii,quin pingues ſunt,& præualidi.
5 In labore בעמל In miſeria.vel moleſtia.
6 יעטף שית חמס למו: Singul.pro plur. Induuntur veſte violentiæ.id eſt per violentiam parta. Quidam vertunt, Amictus violentiæ inuoluit eos. Alii, violentia amicit illis nates. Alii,operiet ſe vt tollat prædam ſibi.
7 Egreſſi ſunt יצא Sing.Heb.pro plur. Prominent propter pinguedinem,&c. Tranſg. עברו ſuperant.nempe bona quæ illis obueniunt.i.plura à Deo recipiunt quàm optent.
8 Diſſoluunt ימיקו Diſſolutos reddunt.ſub.perfectos verbis ſuis malis. Fut.Heb.pro præſ. Calumniam. עשק oppreſſionem.occupationem alienorum bonorum.q.d.nõ verentur loqui de oppreſſione,& occupatione rei alienæ quam occuparunt. De Excelſo ממרום de Celſitudine.q.d.negant Excelſum eſſe ſuper ſe. Quidam,Contra Excelſum loquuntur.
9 Et lingua eorum ambulat in terra. : ולשונם תהלך בארץ Hebraiſmus,pro,etiam de hominibus male loquuntur,vt de Deo.
10 ישיב עמו הלום redire facit Deus populum ſuum huc.i.ad hanc cogitationem, nempe,cur impiis tanta proſperitas, & rerum abundantia,piis autem contrà. Pleni מלא Adiectiuum ſine ſubſtantiuo,propterea ſubaudiendum calicis.
11 Scient.&c.: דעה בעליון cognitio apud Altiſſimum.
12 Et pacati ſec. ושלוי עולם.i.q in hoc ſeculo alta pace fruũtur. Alii,& locupletes ſeculi. Vel,& fœlices in ſeculo. Multipl.di. : השגו־חיל augẽt facultates. 14 Et fui flag.&c. : ואהי נגוע כל־היום ותוכחתי לבקרים Nã quotidie plagas fero,ſinguliſq; matutinis afflictio mea eſt.

C Si dicebam, Narrabo ſic :ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 15

Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me, 16

Donec intrem in Sãctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum. 17

Veruntamen propter dolos poſuiſti eis:deiecisti eos dum alleuarentur. 18

Quomodo facti ſunt in deſolationem,ſubito defecerũt,perierunt propter iniquitatem ſuam. 19

Velut ſomnium ſurgentium Domine,in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges: 20

Quia inflammatum eſt cor meũ, & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum,& neſciui. 21 22

Vt iumentum factus ſum apud te: D & ego ſemper tecum.

Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me,&cũ gloria ſuſcepiſti me. 23 24

Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? 25

Defecit caro mea & cor meũ:Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. 26

Quia ecce, qui elongãt ſe à te, peribunt:perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. 27

Mihi autẽ adhærere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meã: 28

Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Intellectus Aſaph. LXXIIII. 1

VTquid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?

Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. 2

Redemiſti virgam hæreditatis tuę: montem Sion in quo habitaſti in eo.

---

15 Si dicebam,Narrabo ſicut *hoc*: ecce″generatio filiorum tuorum *dicent quòd* præuaricatus ſum.

16 Itaque cogitabam vt ſcirem hoc,*ſed*′labor fuit in oculis meis:

17 Donec′ingrederer ĩ Sãctuaria Dei,&ĩtelligerẽ nouiſſimũ eorũ.

Deus docet eum exitũ impiorum.

18 Profecto in locis lubricis″poſuiſti eos,′corruere facis eos in deſolationes.

19 ′Quomodo fuerunt in deſolationem quàm cito: ′defecerunt, conſumpti ſunt″à terroribus.

20 *ſunt* velut ſomnium″expergefacto *homine*: Domine″quum ſuſcitabis *mortuos*,″imaginem eorum ſpernes.

21 Profecto″excandeſcebat cor meum,″& lumbi mei acuebãtur.

Rurſus tentatur fidelis proſperitate impiorum.

22 Ego autem inſipiens eram,nec cognoſcebam:″*ut* iumenta eram apud te.

23 ″Tamẽ ego ſemper tecum *fui*,″tenuiſti manũ dexteram meam.

24 ″Conſilio tuo deduxiſti me,& poſtea″*cum* gloria excepiſti me.

Laudat bonitatẽ & prouidentiam Dei erga ſe.

25 Quis mihi *eſt* in cælo?& tecum″nolo *quenquam* in terra.

26 ″Defecerat caro mea & cor meũ:″robur *autem* cordis mei, & pars mea eſt Deus in ſeculum.

27 Quoniam ecce,qui ſe elongant à te,″peribunt:ſuccîdis omnem fornicantem à te.

Spirituale adulterium.

28 ″Et ego *noui quòd* acceſſus ad Deũ mihi eſt bonus,*ideo* poſui in Domino Iehoua ſpem meam,vt enarrem omnia opera tua.

1 ″Intelligentia ipſius Aſaph. LXXIIII.

VTquid Deus repuliſti *nos*″in ſeculum,″fumat furor tuus contra pecudes paſcuæ tuæ?

Populus Iſrael cõqueritur de vaſtitate ac deſolatione templi.

2 Recordare congregationis tuæ quam acquiſiuiſti″ab antiquo, *quòd* redemiſti virgã hæreditatis tuæ,mõtẽ Siiõ iſtũ,″ĩ quo habitas.

15 Gener.fi.tu *dicent quòd* præu.ſ. דור בניך בגדתי : generationem filiorum tuorum reprobaui.vel,fefelli.Alii,in nationem filiorum tuorum iniurius fui.Quidam dicunt vocum ordinem eſſe peruerſum apud Hebræos,apud quos ſic legitur, Narrabo vt ecce generatio filiorũ tuorum,præuaricatus ſum:quem ſic ordinant, Narrabo ſicut generatio filiorum tuorum: ecce præuaricatus ſum. Et exponunt perinde acſi Dauid dicat,Siquando ſtatui apud me pronuntiare de hac re,quòd ſcilicet fideles tuos non cures, vt pronuntiare ſolent ii quorum etiã pater es,qui à te proceſſerunt,& tamen non putant te habere ſui curam:ſenſi vtique me defeciſſe à fide in te.

16 Labor עמל res moleſta.q.d.quoties de hac quæſtione diſſertaui ſine Spiritu tuo,laborem maximum mihi peperi.

17 Ingred.in Sanct.Dei, אבוא אל־מקדשי־אל Fut. Heb.pro præt.perf.coniunct.aut præt.perf.indicatiui,ingreſſus ſum. **Sanctuaria**,ſiue ſacraria Dei,vocat Dei arcana.Propterea quidam vertunt,ſecretiora Dei adyta.

18 Poſuiſti תשית Fut.Heb.pro præt. Corr.fa. הפלתם Præt.Heb.quod quidam vertunt per præſens,deiicis.Alii per futurum,Corruere facies.id eſt,ita eos deiicies vt planè vaſtentur.Phraſis eſt Hebraica.

19 Quom.fu.in deſ.quàm cito, איך היו לשמה כרגע Vt vaſtati ſunt penè in momento temporis.Subaudi, dicent homines aliquando, admirantes. Defec. ספו finem cœperunt. A terrorib. מן־בלהות : id eſt,interitu repentino,vt exponunt Hebræi.

20 Experg.*hom.* מהקיץ Hebraice,ab expergefacto. Quidam vertunt ſubauditis pauculis,ſic, Velut ſomnium *quod euanuit* ab euigilante. Quum ſuſcitabis *mor.* בעיר Hîc בעיר pro בהעיר poſitum,in ſuſcitando.Alii vertunt,in ciuitate. Imaginem eorum צלמם Ita vocat animam.q.d.in hoc ſeculo pereunt interitu repentino:in futuro autem,ſempiterno.

21 Excandeſcebat יתחמץ quaſi aceto acri perfundebatur. Aut, veluti acore affectum erat. Alii, acetoſum erat. Alii, acerbum factum erat.Verbum Hebraicum à nomine quod acetum ſignificat deducitur,item fermentum ſiue frumentatum. Et lumbi m.acue. וכליותי אשתונן : Fut.Heb.& vterque renum meorum quaſi telo acuto pungebatur.Alii,& renibus meis ſpinoſus eram.Alii,& renes mei aculeis pũcti.Chald.paraph.renes mei ardebant ſicut ignis.

22 Vt iumenta בהמות Quidam pro כ ſimilitudinis,legunt ב,& vertunt,inter iumenta,eodem tamen ſenſu.

23 Tamen ego ואני Hebraice,Et ego. Tenuiſti אחזת apprehendiſti.

24 Conſilio tuo בעצתך In conſilium tuum.i.in cognitionem conſilii tui. *Cum* gl.excep.m. כבוד תקחני : Subauditur præpoſitio Hebræis:quidam אל ad,& vertunt,ad gloriam.Alii,ב in, vel cum:id eſt,in gloriam,vel cum gloria. Verbum futurum eſt Hebræis, ſuſcipies. Sunt qui vertunt,gloria ſuſcepit me. 25 Nolo *quenquam* לא־חפצתי Ad verbum,non volui.i.non amaui.Quidã,nullo oblector.

26 Defecerat כלה Ad verbum,Defecit. Quidam vertunt per præſens, Conſumitur, aut deficit. Alii per futurum, finem habitura eſt. Robur צור rupes.vel ſtabilitas.

27 Peribunt:ſuccîdis יאבדו הצמתה Fut.cum præt.Heb.Quidam,pereunt:perdes.Alii,pereunt:conficis.Vel,perdidiſti.

28 Et ego.&c. ואני קרבת אלהים לי־טוב שתי באדני יהוה מחסי לספר כל־מלאכותיך : Ad verbũ,Et ego acceſſio[ſiue,appropinquatio] ad Deum bona eſt mihi,*ac* poſui in Dom.&c.Hebraiſmus cum mutatione perſonarum,pro, Bonum eſt mihi accedere ad te,ac me totum à te pendere,vt narrare poſſim aliis omnia opificia tua,quæ maxima arte facta ſunt à te.Quidam vertunt,Mihi autem coniungi Deo,bonum eſt,poſui in Dominum Iehouã ſpem meam,vt enarrem omnia opera tua. Alii,Appropinquatio autem mea ad Deum, bona eſt mihi, vt ponam in Domino Iehoua ſpem meam,& enarrem,&c.

IN PSALMVM LXXIIII.

1 Intelligentia משכיל Maſchil.i.Intelligentia:vel vt alii,erudiẽs,ſiue eruditiuum.Vide Pſal.32. In ſeculum, לנצח in perpetuum, id eſt penitus. Fumat יעשן Fut. Heb.fumabit.quidam conuertunt in præſens,fumat.i.ita exiſtimat,vt fumum emittere videaris.

2 Ab antiquo קדם iam olim.iam pridem.prius.Videtur alludere ad liberationem ex AEgypto. *Quòd* redem.&c. גאלת שבט נחלתך הר ציון Quidã, mutato ordine verbi Hebraici vertũt, *Et* virgæ hæreditatis tuæ quã redemiſti[vel,eripuiſti] montis Sion. Virgam hæreditatis vocat hæreditatem perticis aut funiculis diuiſam,vt in Paleſthina fieri ſolebat. Alii,abſq; inuerſione ordinis,ſubauditis pluribus,trãſferunt,*Et quam* redemiſti,*recordare inquam* tribus hæreditatis tuæ,montis Sion iſtius,&c. In quo hab. זה שכנת בו : Ad verbum ,quem habitaſti in eo.Hebraiſmus,pro,quem inhabitare ſoles.Redundat IN EO.

Iniuria & crudelitas inimicorũ.

3 Leua 'pedes tuos "ad deſolationes in ſeculum *ſuper* omnem inimicum qui malefecit in Sanctitate.

4 Rugierunt hoſtes tui in medio "ſynagogarum tuarum: poſuerunt ſigna ſua "ſigna.

5 "Notus erat "velut afferens ſuperne *qui inferebat* in perplexitatem ligni ſecures.

6 Nunc autẽ cælaturas eius pariter "bipenni & malleis "cõterunt.

7 Miſerunt "ignem in Sanctuaria tua, in terram *deturbantes* polluerunt tabernaculum nominis tui.

8 Dixerunt in corde ſuo, 'Depopulabimur eos pariter :incenderunt "omnia tabernacula Dei in terra.

Queruntur, ſe deſtitui omni ope, & conſolatione diuina.

9 "Signa noſtra non videmus, non eſt vltrà Propheta, nec eſt nobiſcum qui cognoſcat vſquequo.

10 Vſquequo Deus, probris afficiet *te* aduerſarius, "ſpernet inimicus nomen tuum "in ſeculum?

11 Vtquid "reducis manum tuam, "& dexteram tuam ? è medio ſinus tui 'prohibe *manum tuam*.

Concipiunt ſpem liberationis, repetitis Dei in ipſos beneficiis.

12 "Deus autẽ Rex meus ab initio, operatur ſalutes in medio terræ.

13 Tu "confregiſti fortitudine tua mare, cõfregiſti capita cetorum in aquis.

14 Tu "cõtriuiſti capita Liuiathan, dediſti eum eſcam populo "deſerta *incolenti*.

15 Tu "excidiſti fontem "& torrentem: tu "ſiccaſti fluuios 'fortes.

16 Tuus eſt dies, etiam tua eſt nox, tu præparaſti lumen & ſolem.

17 Tu ſtatuiſti õnes terminos terræ: æſtatẽ & hyemẽ tu 'plaſmaſti.

Continuatio orationis aduerſus inimicos.

18 Memento huius, *quòd* inimicus probris affecit Iehouã, & *quòd* populus ſtultus "ſpreuit nomen tuum.

19 Ne tradas "congregationi *inimicorũ* animam turturis tuæ: congregationis "pauperum tuorum ne obliuiſcaris "in æternum.

Obiiciunt Deo ſua fœdera.

20 Reſpice ad pactum *tuum* : quia "repleta ſunt loca tenebroſa terræ

Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem, quanta malignatus eſt inimicus in Sancto.

Et gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolennitatis tuæ.

Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerũt ſicut in exitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. B

[Incenderunt igni ſanctuarium tuũ, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. 2.Reg.25.

Dixerũt in corde ſuo cognatio eorũ ſimul, Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vidimus, iam nõ eſt Propheta: & nos non cognoſcet amplius.

Vſquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduerſarius nomen tuũ in finem?

Vtquid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem?

[Deus autẽ rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terræ. Luc.1.g.70 C

Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.

Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis AEthiopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.

Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.

Memor eſto huius, inimicus improperauit Domino: & populus inſipiẽs incitauit nomen tuum.

Ne tradas beſtiis animam confitẽtem tibi: & animas pauperum tuorũ ne obliuiſcaris in finem. D

Reſpice in teſtamẽtum tuum: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ

3 Pedes tuos פעמיך greſſus tuos. veſtigia tua. Hebraiſmus eſt, Leua pedes tuos, pro, Accelera, Attollete. Ad deſolat.&c. למשאות נצח כל־הרע אויב בקדש: Ad verbũ, ad vaſtationes in perpetuum, omnem qui malefecit inimicum in Sanctitate. Quidam conuertũt nomen in verbum, ſic, Vt vaſtes in perpetuum omnem hoſtem qui afflixit Sacrarium. Vel, vt perdas perpetuo hoſtes vniuerſos qui mala intulerũt Sacrario tuo. Siue, qui male egit in Sanctuaria. Alii, ad vaſtationes perpetuas, nihil non labefecit inimicus in Sancto.

4 Synagog. tuarum מועדיך eccleſiarum tuarum, Id eſt, templi. Plurali numero vtitur, quòd templum conſtaret tribus partibus, vt dictum eſt Pſal.68.g.36. Signa. אותות: Repetit nomen ad certitudinẽ & veritatem rei. nam ſigna certa habebant quibus ſibi perſuadebant ſe capturos templum ſanctum. Ezech.21.e.21, traditur quomodo conſuluerint exta quum in deſtructionem templi ſancti proficiſcerentur. q.d. ea ſigna quibus adducebantur ſe capturos templum, crediderunt eſſe vera. Alii ſubaudiunt præpoſitionem, vertentes, pro ſignis. vel trophæis. id eſt, in ſignum victoriæ.

5 Notus יודע Celebris. Nobilis. Velut aff. ſup. כמביא למעלה velut adducẽs ad ſublime. Aut velut adducẽs *ligna* ad ſublime aliquid. q.d. qui in ſylua denſa (id ſignificat perplexitas lignorũ) abſcindebat arbores ad ædificiũ templi, in tanto pretio habebatur, in quãto habitus fuiſſet ſi eadem ligna Deo præſenti in cælo obtuliſſet. Vel, videbatur rem tam gratam agere, quàm ſi obtuliſſet coram Deo in cælo. Quidã vertunt, Palàm eſt quomodo in ſuperiora *templi*, velut in condenſa ſyluarũ, ſecures intulerint. Et per ſuperiora, intelligunt tabulata templi quæ auro ornata, hoſtium prædæ patuerunt, ideóque ſecuribus decuſſa ſunt, non ſecus quàm ſi in ſyluis arbores detruncentur. An ex veritate transferant hi, videant lectores. verſus ſequens videtur aduerſari, quum dicit, Nunc autem. opponit enim præcedentibus ſequentia.

6 Bipenni בכשיל ſecuri. Conterunt. יהלמון: Fut. Heb. pro præſ. vel præt. deiiciunt. confregerunt. conquaſſarunt.

7 Ignem in Sanct.t. באש מקדשיך Ad verbũ, in ignem Sanctuaria tua. pro, ignẽ in Sanct.t. Incederunt igni Sãctuariũ tuũ. i. templum.

8 Depopul. נינם Interficiamus eos. vim inferamus illis. deprædemur eos. Om. taber. כל־מועדי omnes ſynagogas. i. totũ templũ.

9 Signa n. אותתינו Prodigia. quæ ſcilicet olim faciebat Deus noſtra cauſa, vt nos admoneret futurorum.

10 Spernet inim. no.t. ינאץ אויב שמך blaſphemabit inimicus nomen tuum. Alii, comminabitur nomini tuo. Alii, floccifaciet. ſpernet. contemnet. In ſeculũ? :לנצח in perpetuum. perpetuo.

11 Reducis תשיב Fut. Heb. pro præſ. auertis. Et dext.t.&c. וימינך מקרב חוקך כלה: & dexteram tuã de medio ſinu tuo arce. Alii, & dextera tua è medio ſinus tui otioſa eſt? Alii, & dexterã tuã de medio ſinus tui *profer eã, ut hoſtẽ* cõſumas. Metaphora ab inertibꝰ & ceſſatoribꝰ.

12 Deus autem,&c. ואלהים מלכי מקדם פעל ישועות At tu, ô Deus, *olim* rex meus *eras*, qui ferebas auxilia in,&c. Alii, ET pro QVVM accipiunt vertentes, Quum Deus rex meus, ſub. fuerit,&c. Locus cõciſus. q.d. Quomodo id accidere potuit, quum Deus fuerit rex meus iam olim, ſiue ab initio, & quum hucuſque iuuerit me, & fecerit mihi ſalutes. id eſt tulerit mihi opem in media hoſtium ditione.

13 Confregiſti פוררת diuiſiſti. diremiſti. ſecuiſti.

14 Contriuiſti רצצת confregiſti. concidiſti. Deſer. *inc*. לציים: deſerti. vel ſolitudinum. Alii, in deſertum. ſubaudi, proficiſcenti.

15 Excidiſti בקעת ſecuiſti. Alii, ex ſciſſuris produxiſti. Et torr. ונחל & flumen. Fortes. איתן Ad verbũ, fortitudinis. validos. ingẽtes.

17 Plaſmaſti. יצרתם: Ad verbum, formaſti eas. vel ea. Pronomen redundans more Hebræorum. Alii, finxiſti.

18 Spreuit נאצו violauit. Idem verbum quod ſuprà verſu 10.

19 Congreg *ini*. ani, לחית נפש beſtiæ animam. Paup. עניך afflictorum tuorũ. In æter. לנצח: in perpetuũ. penitus. perpetuo.

20 Repleta ſunt,&c. מלאו מחשכי־ארץ נאות חמס: repletæ ſunt tenebroſitates terræ habitaculis violentiæ. i. quia terra tenebris obruta, plena eſt hominibus ſtudentibus iniuriæ. Quidam, tenebricoſa terræ, plena ſunt habitaculis violentiæ. Alii, replerunt tenebræ terram, habitacula prædonum. Alii, repleta ſunt *omnia* tenebroſis *carceribus* terræ, & habitaculis violentis.

domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confuſus : pauper & inops laudabunt nomen tuum. 21

Exurge Deus, iudica cauſam tuã: memor eſto improperiorum tuorũ, eorũ quæ ab inſipiẽte ſunt tota die. 22

Ne obliuiſcaris voces inimicorũ tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. 23

In finem, Ne corrumpas, Pſalmus cantici Aſaph. LXXIIII. 1

COnfitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. 2

Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tẽpus, ego iuſtitias iudicabo. 3

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui colũnas eius. 4

Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu, 5

Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deũ iniquitatem: 7

B Quia neque ab Oriente, neque ab Occidẽte, neque à deſertis mõtibus: quoniam Deus iudex eſt, 8

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri, plenus miſto: 9

Et inclinauit ex hoc in hoc : verũtamen fæx eius nõ eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in ſeculũ, cantabo Deo Iacob: 10

Et omnia cornua peccatorum cõfringã: & exaltabũtur cornua iuſti. 11

In finem in laudibus, Pſalmus Aſaph canticũ ad Aſſyrios. LXXV. 1

NOtus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius: 2

Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. 3

Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum. 4

Illuminãs tu mirabiliter à mõtibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde. 5

B Dormierũt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. 6

Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt qui aſcenderũt equos. 7

Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. 8

---

habitationibus iniquitatis.

21 Ne redeat ″attritus affectus pudore: *ſed* ″pauper & mẽdicus laudent nomen tuum.

22 Surge Deus, ″diſcepta cauſam tuã: memento probri tui *quo afficeris* à ſtulto, omni die.

23 Ne obliuiſcaris vocis hoſtium tuorum, ″*neque* ſonitus inſurgẽtium in te: *nam* aſcendit ſemper.

LXXV.

1 ″Victori, ″Ne diſperdas: ″pſalmus ipſi Aסſaph *&* canticum.

2 C″Elebrauimus te Deus, celebrauimus: etenim propinquũ *erat* ″nomen tuum: *liberati à te* ″narrauerunt mirabilia tua.

3 ″Quum accepero ſtatutum tempus, ego ″rectè iudicabo.

4 ″Liquefiebat terra, & habitatores eius: ego *verò* ″ direxi columnas eius. סSélah.

5 Dixi inſanis, Ne inſaniatis: & impiis, Ne exaltetis cornu,

Ne extollatis ″ĩ excelſũ cornu veſtrũ, *neq;* loquamini collo ″pĩgui:

7 Quia nec ab Exortu *ſolis*, nec ab Occidente, neque ″ab Aquilone *venit* exaltatio:

8 Quoniam Deus iudex eſt: hunc humiliat, & illum exaltat.

9 Quia calix in manu Iehouæ: & vinum *quod in eo*, ″rubet: *&* plenus eſt miſto, & effundit ex hoc : vtique fæces eius ″ſugent, *&* bibent omnes impii terræ.

10 Ego autem annuntiabo in ſeculum, *&* pſallam Deo Iaעacob:

11 Et omnia cornua impiorum confringam, exaltabuntur *verò* cornua iuſti.

LXXVI.

1 ″Victori in Neginoth ″pſalmus ipſi Aסſaph, *&* canticum.

2 N″Otus in Iehudah Deus, in Iשſraאel magnum nomen eius:

3 Et eſt in שSalẽ tabernaculũ eius, & habitatio ei⁹ in צSiion.

4 Illic cõfregit ſagittas arcus, ſcutũ, & gladiũ, ac bellũ. סSélah.

5 ″Splendidus es, *&* fortis præ montibus prædæ.

6 ″Spoliati fuerũt fortes corde: ″dormierũt ſomnum ſuum, ″nec inuenerunt omnes viri fortes manus ſuas.

7 Propter increpationem tuam, Deus Iaעacob, conſopitus eſt currus & equus.

8 Tu terribilis es, tu *inquam*, & quis ſtabit coram te ″ſimulatque *exarſerit* ira tua?

Sub vmbra Dauidis, Chriſtus de potentia ſibi à Patre data gloriatur.

Nequis ſe contra Chriſti regnum efferat.

Laudes Deo

Impiorũ, ruina & piorum exaltatio.

Laudat populus Deum, quòd inimicos à Ieruſalẽ profligauit. Idẽ prope cum Pſalmo XLVIII argumentum.

Deſcriptio victoriæ.

Dei potentiam laudat in liberãdo populo.

---

21 Attritus aff. pud. דך נכלם pauper [vel afflictus, contritus] confuſus. Vel, Ne reuertatur contritus cum ignominia. i. ne reuertatur à conſpectu tuo obrutus ignominia, quòd repulſam paſſus ſit. Pauper עני afflictus. 22 Diſcepta ריבה defende, iudica.

23 *Neque* ſonitus, &c. : שאון קמיך עולה תמיד tumultus eorũ qui cõtra te inſurgũt, iugiter creſcit. vel augeſcit. Alii, faſtus eorum, &c. aſcendat ſemper. Vel, aſcendit. ſub. in conſpectum tuum: ideo non potes diſſimulare te illum audire.

IN PSALMVM LXXV.

1 Victori, למנצח Vide Pſal. 4. Ne diſperdas אל־תשחת Vide Pſal. 56. Pſal. ipſi Aſaph *&* cã. : מזמור לאסף שיר Vide Pſal. 30.

2 Celebrauimus הודינו Præterita Heb. pro præſ. vel, pro futuris, gratias agemus. Nomen tuum שמך .i. numen, auxilium, & robur tuũ. Narrauerunt ספרו Præt. Heb. pro fut. vt quidã vertũt, enarrabũt. 3 Quũ accep. &c. כי אקח מועד Quia aſſumã cœtũ. ſiue eccleſiam, ſub. electorũ. Alii, Quum deſtinatum tempus nactus fuero. i. quum præfixero finem calamitati veſtræ, vt iudicem mortales. Rectè מישרים rectitudines. æquitates. i. ſumma æquitate iniquitatẽ profligabo, & pietatis ſtudiũ aſſeram. 4 Liquefiebat נמוגים Diſſoluti ſunt. vel Liqueſcũt. Quidam per futurũ, Diffluẽt. colliqueſcent. ſub. præ timore. tãtum abeſt vt mihi poſſint reſiſtere. Direxi תכנתי diſpoſui ſumma arte. Alii, confirmaui. Alii, fixi. 6 In excel. cor. ve. למרום קרנכם Cornu, vocat robur. q. d. vires veſtras ne iactetis contra Deũ. Pingui. : עתק duro. præfracto. i. cũ faſtu, & ſuperbè. Referri poteſt ad collũ, & ad VERBVM ſubauditũ. collo pingui, & collo pingue verbum. i. durũ. 7 Ab Aquilone ממדבר à deſerto. q. d. dignitatis nullũ eſt emporium, nuſquã terrarũ vẽditur dignitas, ſiue potẽtia: ſed à ſolo Deo eſt. Monet nequis exaltetur contra Deum ob dignitatem, aut vires, quòd eæ à Deo ſint.

9 Rubet: חמר Præt. Heb. pro præſ. Alii, turbidũ, & turbulẽtum eſt. Calix pro vltione diuina, vt Ierem. 51. b. 7. Calix aureus fuit Babel in manu Domini, de cuius vino, &c. Quod illic vocauit calicem aureum, hic vocat calicem vini rubri, quòd fortius ſit vino albo, & inſaniores reddat potatores. Sugent, *&* bibẽt ימצו ישתו Quibuſdam tranſpoſita verba vidẽtur, pro, bibent & ſugent. i. ebibẽt calicẽ ipſum vſque ad fæces. Quidam vertunt, exprimẽt, bibent.

IN PSALMVM LXXVI.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות Vide Pſal. 4. Pſal. Aסſaph. cãt. : מזמור לאסף שיר Vide Pſal. 30. 2 Notus נודע Celebris. ex victoriis ſcilicet quas ipſe Iehudæ exhibuit, vt mox verſu 4. 5 Splẽdidus, &c. : נאור אתה אדיר מהררי־טרף Cõſpicuus es, admirabilis præ mõtibus prædæ. i. ad prædã idoneis. Vel, Illuſtris es, robuſtus [vel admirandus] mõtium prædæ. i. ſimilis leoni forti & indomito habitanti in mõtibus. Alii, Illuſtris tu, præclarior mõtibus prædonũ. Alii, Suſpiciẽdus præ mõtibus prædæ. Alii, Magnificẽtior mõtibus prædæ.

6 Spoliati fuerunt אשתוללו Prædæ fuerũt. Subaudiũt Propterea. q. d. Ideo ceſſerũt in prædã hoſtes tui forti animo præditi. Alii, Spoliis expoſiti ſunt. Dormi. נמו dormitarunt. Quidam per præſens, dormiunt. Nec inuen. &c. : ולא־מצאו כל־אנשי־חיל ידיהם Hebraiſmus, pro, nihil manibus ſuis potuerunt efficere cuncti viri bellicoſi. Vel, manus promptas & expeditas nõ habuerunt vt ſe tuerẽtur, qui prius inſtructi erant arte bellica. 8 Simulatque, &c. : מאז אפך Ad verbũ, ex quo ira tua? pro, ex eo tẽpore quo exarſerit ira tua?

E cælis audire feciſti iudicium, terra timuit & quieuit, 9
Quũ exurgeres ad iudicium Deus, vt ſeruares omnes humi- 10
les terræ. Sélah.
Profecto ira hominis cõfitebitur tibi, reſiduum irarũ cinges. 11

Exhortatio ad vota ſiue laudes

Vouete, & reddite Iehouæ Deo veſtro, omnes qui *eſtis* in cir- 12
cuitu eius: afferant munus terribili,
Qui ſuccidit ſpiritum principum, terribilis eſt regibus terræ. 13

Victori pro Ieduthun, ipſi Aſaph pſalmus. LXXVII. 1

Conqueritur fidelis de maxima & grauiſſima afflictione.

VOx mea ad Deum, & vociferatus ſum: vox mea ad Deum, 2
& auſcultauit mihi:
In die anguſtiæ meæ Dominũ quæſiui: plaga mea noctu de- 3
fluebat, nec quieſcebat: renuebat conſolari anima mea.
Recordabar Dei, & tumultuabar: loquebar, & anguſtiis affi- 4
ciebatur ſpiritus meus. Sélah.

Ex mœrore nõ poteſt ſomnum capere. Recordatione beneficiorum Dei, non credit ſe abiectum eſſe.

Tenuiſti vigilias oculorũ meorũ: cõtrit⁹ ſũ, nec loqui potui. 5
Tunc ſupputaui dies *qui fuerunt* à principio, annos ſeculorum: 6
Recordabar cãtici mei: noctu corde meo meditabar, & ſcru- 7
tabatur ſpiritus meus,
Nunquid in ſecula repellet *me* Dominus, nec addet vt bene ve- 8
lit adhuc?
Nunquid defecit in ſeculum miſericordia eius? defecit ver- 9
bum in generationem & generationem?
Nunquid oblitus eſt miſereri Deus? num concluſit in ira mi- 10
ſericordias ſuas? Sélah.

Verſans in ea captiuitate atq; de ſe actum eſſe exiſtimans, ſperat tamen Deũ opem laturum, vt alias.

Et cogitaui, Mors mea eſt: *tũc recordatus ſum* ãnorũ dextræ Excelſi: 11
Recordabar operum Iah: nam recordabar à principio mira- 12
bilium tuorum:
Et meditabar in omnibus operibus tuis, & de operibus tuis 13
loquebar, *dicens.*
Deus, in ſanctitate via tua: quis Deus magnus ſicut Deus? 14
Tu es De⁹ q facis mirabile: notã feciſti ĩ Populis fortitudinẽ tuã. 15
Redemiſti in brachio populum tuum, filios Iayacób, & Io- 16
ſéph. Sélah.
Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, *&* timuerunt, etiã 17
commotæ ſunt voragines.

9 De cælo auditum feciſti iudicium, terra tremuit & quieuit.
10 Cum exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. C
11 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.
12 Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera
13 Terribili & ei qui aufert ſpiritum principũ, terribili apud omnes Reges terræ.
1 In finem pro Idithun, Pſalmus Aſaph. LXXVI.
2 VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
3 In die tribulationis meæ Deũ exquiſiui, manibus meis nocte contra eum: & non ſum deceptus:
4 Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum: & defecit ſpiritus meus.
5 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus.
6 Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui. B
7 Et meditatus ſum nocte cum corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum,
8 Nũquid in æternũ proiiciet Deus, & non apponet vt complacitior ſit adhuc?
9 Aut in finẽ miſericordiã ſuã abſcindet, à generatione in generationem?
10 Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?
11 Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi. C
12 Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum:
13 Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
14 Deus in ſancto via tua: quis Deus magn⁹ ſicut Deus noſter? tu es Deus
15 qui facis mirabilia.
16 Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioſeph.
17 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſũt abyſſi. D

9 Audire feciſti השמעת Præt. Heb. pro fut. quibuſdam, audire facies [vel proferes] iudicium tuum: terra timebit & conquieſcet.

10 Quum exurgeres, &c. בקום למשפט אלהים להושיע Ad verbũ, In exurgẽdo ad iudiciũ Deus, ad ſeruandũ. Quod quidã in ſecunda perſona vertunt, alii in tertia. i. quũ Deus cœperit exercere iudiciũ in impios vt ſeruet omnes. &c. Humiles ענוי manſuetos. afflictos.

11 Confitebitur tibi, תודך celebrabit te. i. qui prius erãt tibi irati, laudabũt te. Reſid. ir. cinges. שארית חמות תחגור quod reliquum eſt furorum conſtringes. q. d. quaſi vinculo cohibebis nequis poſthac iraſcatur tibi. Alii, reliquo indignationum accinges te.

12 Afferant יובילו afferte. Fut. Heb. pro imperat. Terribili : למורא Ad verbũ, terrori. timori. Poteſt eſſe adiectiuũ dictionis munus: afferte munus tremẽdum. 13 Succidit יבצור Fut. Heb. Succidet, nempe vt vindemiator racemos. Quidam, Vindemiabit. i. auferet animum principibus.

IN PSALMVM LXXVII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. 2 Et vocif. ſum ואצעקה & clamaui. Alii, & vociferabar. Præt. Heb. pro imperf. vt & mox, Auſcultabat mihi. 3 Dominum אדני Domine Defluebat נגרה Præt. Heb. Metaphora à vulnerato, cuius ſanguis non poteſt ſiſti.

4 Record. bar אזכרה Futura Heb. pro præt. imperf. Et tumul. ואהמיה & inquietus erã. infremebam. conturbabar. Loquebar אשיחה querelas faciebam. meditabar. deprecabar. Et anguſt. aff. ותתעטף & deficiebat. Alii, Et totus in oratione fuit.

5 Tenuiſti vig. oc. m. אחזת שמורות עיני Tenuiſti *in* vigiliis oculos meos. Contritus ſum נפעמתי contritus ſum. conſternabar.

6 Supputaui חשבתי Reputaui. Recogitaui. Reduxi in animum. Seculorum : עולמים id eſt priſtinos, ſiue priſcos.

7 Recordabar cant. m. אזכרה נגינתי Futura Heb. pro præt. imp. i. recordabar tẽporis quo præ gaudio ob res ſecũdas canebã. In memoriã reuocabã modulationes meas. Corde. m. med. עם־לבבי אשיחה cum corde meo loquebar Spirit. m. רוחי. i. mens mea. ſub. ſequẽtia.

8 Repellet יזנח elongabit ſe Vt bene velit לרצות vt benignum ſe exhibeat, beneuolus ſit. placidus ſit.

9 Nunq. defec. in ſec. miſ. e. האפס לנצח חסדו Num collegit penitus bonitatem ſuam? Defecit verbum גמר אומר conſumptum eſt eloquium. finem habet oraculum, i. verbũ conſolatoriũ. 10 Concl. in ira קפץ באף prohibuit propter iram. Vel per fut. cõtinebit in ira.

11 Et cogit. Mors m. eſt ואמר חלותי היא Ad verbũ, Et dixi, Occidere meum. i. occiſio & mors mea eſt: ſiue potius, interitus meus eſt. i. ſuccũbã, ſub. in hac calamitate, dixi actũ eſſe de me. ab חלל. Alii ab חלה deducẽtes, quod eſt ægrotare, infirmum eſſe: vertunt, Infirmari meum eſt. i. infirmitas mea eſt. Recordatus ſum. Iſtud ſubauditũ eſt ex ſequẽti verſu, in quo ſeipſum exponit quid ſignificet per dexterã Excelſi, nempe mira eius facinora. q. d. in tanta deſperatione recordabar temporis quo Deus dexteram ſuam manifeſtabat, ſuccurrendo ſuis.

12 Recordabar אזכיר & אזכרה futura Heb. Iah יה Vide ſuprà Pſal. 68. a. 5. A principio מקדם ab antiquo. i. in liberandis patribus noſtris ex Ægypto. ab olim. 13 Et de operib. tuis loq. ובעלילותיך אשיחה & de ſtudiis tuis loquebar. Alii, & in operibus tuis meditabar.

14 In ſanctitate בקדש in ſancto. Hebraiſm⁹, inſtituta & cõſilia tua ſanctimoniæ plena ſunt. Alii melius, viæ tuæ (ſub. notæ ſunt) in ſacrario. ſub. tuo. i. in tẽplo, aut cælo tuo. 17 Timuerunt, &c. : יחילו אף ירגזו תהומות Fut. Heb. pro præt. parturierũt, etiã abyſſi exagitatæ ſunt. Alii, doluerunt, etiam commouerunt ſe abyſſi. Alii, trepidauerunt, conterritæ etiam ſunt abyſſi.

18 Multitudo ſonitus aquarum: vocē dederunt nubes.

19 Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: cōmota eſt & cōtremuit terra.

20 In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.

21 Exod.14.c.19 |Deduxiſti ſicut oues populū tuū in manu Moyſi & Aaron.

1 Intellectus Aſaph. LXXVII.

ATtendite popule meus Legem meam, inclinate aurem veſtrā in verba oris mei.

2 Pſal.48.a.5. matth.13.c.35. |Aperiam in parabolis os meū: loquar propoſitiones ab initio.

3 Quāta audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerūt nobis,

4 Non ſunt occultata à filiis eorum in generatione altera,

Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

5 Et ſuſcitauit teſtimoniū in Iacob, & legem poſuit in Iſrael,

Quanta mādauit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis:

6 vt cognoſcat generatio altera,

Filii qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis:

7 Vt ponāt in Deo ſpem ſuā, & non obliuiſcātur operum Dei, & mādata eius exquirant:

8 Ne fiāt ſicut patres eorum, generatio praua & exaſperans,

B Generatio quæ nō direxit cor ſuū, & nō eſt credit⁹ cū Deo ſpiritus ei⁹.

9 Filii Ephrem intendētes & mittētes arcum: conuerſi ſunt in die belli.

10 Non cuſtodierunt teſtamentū Dei: & in Lege eius noluerunt ambulare.

11 Et obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ oſtendit eis.

12 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti, in campo Taneos.

13 Exod.14.c.21. |Interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre.

14 Exod.13.d.21.14.e.24. |Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

15 pſal.104.d.39. |Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyſſo multa:

16 Pſal.104.d.41. exod.17.b.6. nume.20.b.10. Et eduxit aquam de petra: & eduxit tanquam flumina aquas.

17 Et appoſuerūt adhuc peccare ei: in irā excitauerūt Excelſū in inaquoſo.

18 Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterēt eſcas animabus ſuis.

19 Nume.11.a.1. |Et male locuti ſunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?

C

---

18 ʹInundare fecerunt aquas nubes, tonitruum dederūt cæli, etiā ʺfulgura tua diſcurrerunt.

19 Sonitus tonitrui tuiʺin rotūditate, ʺilluſtrauerunt fulgura orbem, commota eſt & contremuit terra.

20 In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & ſemitæ tuæ non ſunt agnitæ.

21 Deduxiſti ſicut pecudes populū tuum, per manum Moשéh & Aharón.

1 ʹIntelligentia ipſi Aסſaph. LXXVIII.

AVſculta popule mi Legem meam, inclinate aurem veſtram ad verba oris mei.

2 ʹAperiam in parabolā os meum, loquar ænigmataʹà principio.

3 Quæ audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerūt nobis,

4 ʹNon abſcondem⁹ *ea* à filiis eorū, *qui* generationi poſteræ narrabunt laudes Iehouæ, & fortitudinē̃ eius, & mirabilia ei⁹ quæ fecit.

5 ʹEt ſuſcitauit teſtimoniū in Iaעacób, & Legem poſuit in Iשſraאel, ʹquæ præcepit patribus noſtris, vt nota facerent ea filiis ſuis:

6 Vt cognoſceret generatio poſtera, ʺ*& ut* filii qui naſcerētur, exurgerent, & narrarent filiis ſuis:

7 ʺVt ponerent in Deo ſpem ſuam, nec obliuiſcerentur operum Dei, & mandata eius cuſtodirent:

8 Nec eſſent ſicut patres ſui, generatioʹdeficiens *a Deo* & rebellis, gñatio quæ nōʺdirexit cor ſuū, ʺnec fuit fidelis cū Deo ſpirit⁹ ei⁹.

9 Filii אEphràim armati, iacientes arcu, verterūt *terga* in die belli.

10 Nō cuſtodierūt pactū Dei, & in Lege eius noluerūt ambulare:

11 Sed obliti ſunt operū ei⁹, & mirabiliū eius quæ oſtenderat eis.

12 Coram patribus eorum fecerat mirabilia in terra AEgypti in agroʹצSóעan.

13 ʺSecuit mare, & trāſire fecit eos, & ſtare fecit aquas velut aceruū.

14 Et deduxit eos in nube per diē, & tota nocteʺin lumine ignis.

15 Rupit petras in deſerto, & potū dedit eisʺè voraginib⁹ magnis.

16 Et eduxit fluenta de petra, & deſcendere fecit tanquam flumina quas.

17 Et addiderūt adhuc peccare ei, ʹvt prouocarēt Excelſum in ſolitudine.

18 Et tentauerūt Deum in corde ſuo, petēdo cibumʺanimæ ſuæ.

19 Et loquuti ſunt contra Deū: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?

Excitat Dauid ac commouet populum ad audiendum quæ docere inſtituit, à paucis intellecta, & obliuioni mandata.

Facta Dei erga Iudæos admirabilia, à patribus ex præcepto Dei narrata filiis, & quare.

Contumacia, infidelitáſque Iudæorum.

Prælium aduerſum ab Iſraelitis commiſſum, quòd Dei eſſent obliti, & operū eius in AEgypto.

Petra

Tentare Deum

---

18 Inundare fec. aq. nubes, זרמו מים עבות Inundauerunt aquæ, *aquæ inquam* nubiū denſarū. ſiue atrarū. Vel, Nubes dēſæ inundare fecerunt aquas .i. demiſerūt aquas vehementes. Alii, Nubes effuderunt aquas. Alii, Deciderunt nimbi aquarum denſarum nubium. Fulg. t. diſc. חציך יתהלכו ſagittæ tuæ diſcurrunt. Fut. Heb. pro præſ. Quidam vertunt grandines.

19 In rotund. בגלגל i. in aere. nam aer eſt formæ circularis. Illuſt. fulg. or. האירו ברקים תבל illuxerunt fulgura orbi.

IN PSALMVM LXXVIII.

1 Intelligentia משכיל Vide Pſal.32. 2 Aper. in parab. os m. אפתחה במשל פי Hebraiſmus, pro Dicturus ſū parabolas. A principio. : מני־קדם à *tempore* antiquo. Ab olim. Iam inde ab antiquo. i. exponam verbis res quæ præ vetuſtate obſcuræ ſunt, & pene exciderunt.

4 Non abſcondemus *ea* à fil. e. *qui* gen. poſt. narr. לא נכחד מבניהם לדור אחרון מספרים Non celabimus *ea* filios eorum, *ſed* generationi poſteræ narrabimus, &c. Alii, Non celabimus filios eorum, generationem ſequentem, narrantes, &c. Alii, Non eſt celatum filios eorū, generationi poſterorū narrantes &c. 5 Et ſuſcit. teſt. ויקם עדות Ipſe enim ſuſcitauit teſtimonium. Alii, Statuit quoque teſtimonium. i. teſtimoniū quod conteſtatione quadam præcepit: hoc eſt, ſtatuit decreto quodam in populo fideli, vt poſteri, &c. Quæ אשר quod. nempe ſtatutum, & quam legem de narrandis Diuinis miraculis, præc. 6 *Et ut* filii qui naſc. &c. : בנים יולדו יקומו ויספרו לבניהם filii *ſcilicet* qui naſcituri ſunt ſurgant, & narrent filiis ſuis. Alii, filii naſcituri & orituri, narrarent filiis ſuis. Alii, filii qui naſcentur, ſurgent, *&* narrabunt, &c.

7 Vt ponerēt וישימו Vt ponāt, &c. vel, Indéque ponant. 8 Deficiens & reb. סורר ומורה incredula & rebellis. Vel, auerſatrix & irritatrix. Alii, auerſatrix [ſiue peruerſa] & inobediens. Direxit הכין præparauit. Alii, quæ recte haudquaquam inſtituit cor ſuum. Nec fuit, &c. ולא־נאמנה אל־אל nec firmiter adhæſit Deo. Vel, nec eſt nixus Deo. aut, fideliter egit cū Deo. Alii, nec eſt creditus cū Deo. Alii, nec credidit Deo.

12 צSóעan. צען id eſt Tanitico. 13 Secuit בקע Interrupit 14 In lumine כאור ad lumen. 15 E voraginib. ma. כתהומות רבה : in abyſſis magnis. Alii, abyſſis ampliſſimis. Hebræi ſubaudiunt aduerb. ſimilitudinis: hinc vertunt quidam, *ut* ex magna abyſſo. *Quaſi* ex abyſſo multa. 17 Vt prouoc. Excel. למרות עליון exacerbantes Altiſſimū. Alii, irritare Altiſſ. alii, deficere ab Excelſo. ſub. addiderut.

18 Animæ ſuæ. : לנפשם Hebraiſmus, pro ſibi. Vel, pro deſyderio ſuo. Quidam vertunt, cupiditati ſuæ.

20 ″Ecce percuſſit petrã,&fluxerũt aquæ,&torrẽtes inundauerũt: nũquid etiã panẽ poterit dare? num apparabit carnẽ populo ſuo?

Inſidelitas Iudæorũ punitur.

21 Ideo audiuit Iehoua, & iratus eſt, igníſque accenſus eſt in Iayacób,& etiam furor aſcendit contra Iϖſraℵél:

22 Quòd non credidiſſent Deo,nec ſperauiſſent″in ſalute eius.

23 Nam mandauerat nubibus deſuper,& ianuas cæli aperuerat,

Manna.

24 Et pluerat ſuper eos man ad comedendum , & triticum″cæli dederat eis.

25 Panem″fortiũ comedit vir : cibum miſerat eis ad ſaturitatẽ.

26 ″Excitauit *nanque* Eurum in cælo,& induxit in fortitudine ſua Auſtrum,

27 Et pluit ſuper eos ſicut puluerem, carnẽ , & ſicut arenam marium volatile alatum:

28 Et cadere fecit *illud* in medium″caſtrorum eius , in circuitu tabernaculorum eius.

29 Et comederunt, & ſaturati ſunt valde, ″& deſiderium illorum attulit eis.

Rurſum incredulitas eorum punitur.

30 ″Non erant alienati à deſiderio ſuo , adhuc eſca eorum in ore eorum erat:

31 Quum furor Dei aſcendit in eos,&occîdit pingues eorum, ″& electos Iϖſraℵél″incuruauit.

32 ″Cum omni hoc peccauerunt adhuc,& non crediderunt mirabilibus eius.

33 Ideo cõſumpſit in vanitate dies eorũ,&annos eorũ″feſtinãter.

Afflicti quærãt Deum in hypocriſi,ſine vlla in eum fiducia.

34 Si occidebat eos,″quærebant eum,ac reuertebãtur, & diluculo quærebant Deum.

35 Et recordabantur quòd Deus″rupes eorum *eſſet*, & Deus excelſus *eſſet* redemptor eorum.

Lingua diligere

36 Et blandiebantur ei ore ſuo,& lingua ſua mentiebantur ei:

Cor non rectũ.

37 ″Cor autem eorum non erat rectũ cum eo,″nec fideles fuerunt in pacto eius.

Miſericors De⁹

38 Ipſe tamẽ miſericors cõdonauit iniquitatẽ, neq; diſperdidit: ″& multiplicauit vt auerteret irã ſuã,neq; excitauit omnẽ irã ſuã.

Caro ſunt homines.

39 Recordatúſq; eſt quòd caro eſſẽt:ſpirit⁹ vadẽs,& nõ reuertẽs.

40 Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, irritauerunt eum in ſolitudine?

41 ″Et reuerſi ſũt,& tẽtauerũtDeũ,& Sãctũ Iϖſraℵel″limitauerũt.

42 Nõ ſũt recordati man⁹ eius, diei qua redemit eos de anguſtia:

Plagæ AEgypti

43 Ne*que eius* qui poſuerat in AEgypto ſigna ſua , & mirabilia ſua in regione xSóyan:

44 Et cõuertit in ſãguinẽ flumina eorũ,& fluẽta eorũ,ne biberẽt.

45 Miſit in eis″omne genus muſcarum,& comedit eos: ranã quoque, & diſperdidit eos.

20 ¶Quoniam percuſſit petrã,& fluxerũt aquæ , & torrẽtes inũdauerũt: Nunquid & panem poterit dare? aut parare menſam populo ſuo? — Exod.17.b.6. num.20.b.11. pſal.104.d.41. 1.corint.10.a.4 ſapien.11.a.4.

21 ¶Ideo audiuit Dominus,& diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael: — Num.11.a.1.

22 Quia non crediderũt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius.

23 Et mandauit nubibus déſuper , & ianuas cæli aperuit,

24 ¶Et pluit illis manna ad manducãdum,& panem cæli dedit eis. — Exod.16.c.14. num.11.b.7.

25 ¶Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abũdãtia. — Iohan.6.d.31. 1.cor.10.a.5.

26 ¶Trãſtulit Auſtrum de cælo,& induxit in virtute ſua Africum, — Num.11.f.31.

27 Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata:

28 Et ceciderunt in medio caſtrorũ eorum,circa tabernacula eorum.

29 Et manducauerũt, & ſaturati ſunt nimis,& deſideriũ eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

30 ¶Adhuc eſcæ eorũ erãt in ore ipſorum:& ira Dei aſcendit ſuper eos, — Num.11.g.33.

31 Et occîdit pingues eorum , & electos Iſrael impediuit.

D

32 In omnibus his peccauerũt adhuc, &nõ crediderũt in mirabilibus eius.

33 Et defecerũt in vanitate dies eorũ, & anni eorum cum feſtinatione.

34 Quũ occideret eos , quærebãt eũ, & reuertebantur , & diluculo veniebant ad Deum.

35 Et rememorati ſunt quiaDeus adiutor eſt eorum,& Deus excelſus redemptor eorum eſt.

36 Et dilexerunt eum in ore ſuo,&lingua ſua mentiti ſunt ei:

37 Cor autem eorum non erat rectũ cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.

38 Ipſe autẽ eſt miſericors,& ꝓpitius fiet pctĩs eorũ , & nõ diſperdet eos: Et multiplicauit vt auerteret iram ſuam,&non accẽdit omnem irã ſuã.

39 Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadens,& non rediens.

40 Quoties exacerbauerunt eum in deſerto,in iram concitauerunt eum in inaquoſo?

41 Et conuerſi ſunt , & tentauerunt Deũ, & ſanctũ Iſrael exacerbauerũt.

E

42 Nõ ſunt recordati manus eius,die qua redemit eos de manu tribulãtis:

43 Sicut poſuit in AEgypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos:

44 ¶Et conuertit in ſanguinem flumina eorũ, & imbres eorũ, ne biberẽt. — Exod.7.d.20

45 ¶Miſit in eos cynomyiam,& comedit eos: & ranam,& diſperdidit eos. — Exod.8.a.6.f.24

20 Ecce perc. הן הכה Percuſſit quidẽ.En percuſſit 22 In ſalu.e.: בישועתו Salus pro auxilio. 24 Cæli שמים.i.ex aere deſcẽdẽs. 25 Fortium אבירים magnificorum.potentium.i. cælorũ,vel nubiũ. Chaldæus paraph.vertit, cibũ qui deſcendit de habitaculo angelorũ. 26 Excitauit יסע Impulit 28 Caſtr.eius,מחנהו nempe Iſraelis.ſingul.pro plur.eorum. 29 Et deſyd.&c.: ותאותם יבא להם attulerat enim eis deſiderium eorum.i.reddiderat illos voti cõpotes. 30 Non erant alie. à deſ.ſ. לא־זרו מתאותם Non ſunt deſtituti deſiderio ſuo. præcedentibus adiũgitur. Alii ſequẽtibus iungẽtes, vertunt, Nondũ receſſerant à cupiditate ſua, quũ,&c. 31 Et electos ובחורי & iuuenes ſelectiores Incuruauit.: הכריע ſuccũbere fecit. proſtrauit. humiliauit. deiecit. 32 Cum omni hoc בכל־זאת In omni hoc.Super hæc omnia.i.Nihilominus. Feſtinanter.: בבהלה cum terrore.aut,perturbatione.q.d.etiã edito miraculo interfecit eos. 34 Quærebãt eũ,ודרשוהו & [pro tunc]ſtudioſe requirebant eũ. 35 Rupes e.צורם fortitudo eorũ. 37 Cor au.e. ולבם Cor enim eorum. Nec fid.fue. ולא נאמנו nec firmi fuerunt. 38 Et multiplic.vt auer.iram ſ. והרבה להשיב אפו Hebraiſmus,pro,magnopere iram ſedauit.Vel , ſtrenue curauit vt cohiberet iram ſuam.Aut vt alii,ſæpenumero retraxit iram ſuam. 41 Et reuerſi ſunt,& tentau. וישובו וינסו Hebraiſmus,pro,identidem & ſæpius tentauerunt Deum.vel,identidem & ſæpius tentando Deum. Limitauerunt.: התוו circunſcripſerunt.i. virtutem eius quaſi quibuſdam terminis comprehenderunt,dicentes eum quidem aliqua poſſe, at non eſſe omnipotentem. 45 Omne gen.muſc. ערב miſcellam.i.turbam miſcellaneam ferarum Vel,muſcarum venenatarum.

Exod.10.c.13 ¶Et dedit ærugini fructus eorũ, & labores eorum locuſtæ. 46

Exod.9.a.2.e.23. ¶Et occidit in grãdine vineas eorũ: & moros eorum in pruina. 47

Et tradidit grãdini iumenta eorũ, & poſſeſſionem eorum igni. 48

Miſit in eos irã indignationis ſuæ: indignationẽ, & iram, & tribulationẽ, immiſſionẽ per angelos malos. 49

Viã fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. 50

Exod.12.e.29 ¶Et percuſſit omne primogenitum in Terra- AEgypti, primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Cham. 51

Exod.13.c.18. ¶Et abſtulit ſicut oues populũ ſuũ: & deduxit eos tanquam gregem, in deſerto: 52

Et eduxit eos in ſpe, & nõ timuerũt: & inimicos eorũ operuit mare. 53

F

Et induxit eos in montem Sanctificationis ſuæ, montem quem acquiſiuit dextera eius: 54

Ioſue.13.b.7 ¶Et eiecit à facie eorum Gentes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis: 55

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael.

Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelſum: & teſtimonia eius non cuſtodierunt. 56

Et auerterũt ſe, & non ſeruauerũt pactum: quemadmodũ patres eorũ, conuerſi ſunt in arcum prauum. 57

In iram concitauerũt eum in collibus ſuis: & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt. 58

Audiuit Deus, & ſpreuit: & ad nihilum redegit valde Iſrael: 59

1.Reg.4.a.1 ¶Et repulit tabernaculũ Silo, tabernaculũ ſuum vbi habitauit in hominibus. 60

G

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorũ in manus inimici. 61

Et concluſit in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuam ſpreuit. 62

Iuuenes eorum comẽdit ignis, & virgines eorum non ſunt lamẽtatæ. 63

Sacerdotes eorũ in gladio ceciderũt, & viduæ eorũ nõ plorabantur. 64

Et excitatus eſt tanquã dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino: 65

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis. 66

Et repulit tabernaculũ Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit: 67

Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. 68

Et ædificauit ſicut vnicornium Sanctificium ſuum in terra quam fundauit in ſecula. 69

1.Reg.16.c.11, & 2.reg.7.b.8. ¶Et elegit Dauid ſeruũ ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium: 70

46 Et dedit brucho 'fructum eorum, & laborem eorum locuſtæ.

47 Perdidit grandine vites eorum, & ſycomoros eorum 'maiuſcula grandine.

48 Et tradidit grandini iumenta eorũ, & poſſeſſiones eorum 'carbonibus ignitis.

49 Miſit in eos furorẽ indignationis ſuæ: iram & indignationem & anguſtiam, immiſſionem angelorum malorum.

50 "Ponderauit ſemitam furori ſuo, 'non prohibuit à morte animam eorum, "& vitam eorum peſti tradidit.

51 Et percuſſit omne primogenitũ in AEgypto, 'primitias fortitudinum in tabernaculis חHam. Primogenita.

52 "Et proficiſci fecit velut pecudes populũ ſuum, & deduxit eos tanquam gregem, in deſerto: Exitus ab AEgypto.

53 Et deduxit eos "tutò, nec timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

54 Introduxit eos ad terminos Sanctitatis ſuæ, in mõtem iſtum quem acquiſiuit dextera eius:

55 Eiecítque à facie eorũ gẽtes, "& cadere fecit eas in funiculo hæreditatis: & habitare fecit in tabernaculis eorũ tribus Iשſraאel.

56 Attamen tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelſum: & teſtimonia eius non cuſtodierunt. Rebelles & idololatræ Iudæi.

57 Et auerterunt ſe, & præuaricati ſunt ſicut patres eorum: conuerſi ſunt vt arcus doloſus.

58 Et irritauerunt eum excelſis ſuis: & ſculptilibus ſuis ad æmulationem prouocauerunt eum.

59 Audiuit Deus, & commotus eſt: '& ſpreuit valde Iשſraאelem.

60 Propterea dereliquit tabernaculum ש Silóh, tentorium *in quo* habitauit inter homines. Arca Dei, (quã vocat tabernaculum, tentorium, & fortitudinẽ) quare Philiſtæis tradita.

61 Et tradidit in captiuitatẽ "fortitudinem ſuam, '& gloriã ſuam in manum hoſtis.

62 Tradidit itẽ gladio populũ ſuũ, & in hæreditatẽ ſuã iratus eſt.

63 Iuuenes eiꝰ vorauit ignis, & virgines eius nõ fuerũt 'laudatæ.

64 Sacerdotes eius gladio ceciderũt, & viduæ eius 'non fleuerunt.

65 Excitatus eſt autem tanquam dormiens Dominus, tanquam potens clamans "à vino:

66 Et percuſſit hoſtes ſuos "retrorſum, opprobrium perpetuum "dedit eis.

67 'Spreuítque tentoriũ Ioסſéph, & tribũ אEphráim nõ elegit: Tribu Ephraim reiecta, eligit Deus tribum Iuda, ex qua deligit Dauidem.

68 Elegit autem tribum Iehudáh, montem צSiion quem dilexit.

69 Et ædificauit ſicut *palatia* excelſa Sanctuarium ſuum, velut terram quam fundauit in ſeculum.

70 Et elegit Dauid ſeruũ ſuum, & tulit eum 'de ſeptis pecudum:

46 Fructum eorum, יבולם prouentum eorum 47 Maiuſcula grand.: בחנמל lapide glaciato. Alii, lapide grandinis. 48 Carb.ign. : לרשפים fulminibus. 50 Pond.ſem.fu.ſuo, יפלס נתיב לאפו Hebraiſmus, acſi dicat, Adæquauit, ſiue muniuit ſemitam iræ ſuæ, vt citra impedimentũ exagitaret impios. q.d. citra morã puniuit eos. Non proh. à morte ani. e. לא חשך ממות נפשם Hebraiſmus, pro, occidit eos, nõ pepercit quin eos occideret. Et vitã eorũ וחיתם & animãtia eorum 51 Primitias fortit. ראשית אונים Ita vocat primogenita quæ ſuſcipiuntur in prima iuuentute. 52 Et prof.fec. ויסע Et emiſit. Et traduxit 53 Tutò, לבטח confidenter. ſiue, cũ ſumma fiducia. 55 Et cad.fec.eas in fun.hæred. ויפילם בחבל נחלה. i. poſtrauit Gentes in ſua hæreditate. q.d. partim expulit Gentes, partim in ſuis finibus occidit. Alii vertunt, proiecítque eis ſortem hæreditatis. Vel, & in funiculo dimiſit eis hæreditatem. i. habitare fecit eos in hæreditate promiſſa. 59 Et ſpreuit וימאס & execratus eſt. auerſatus eſt. vel abhorruit ab Iſraele.

61 Fortit.ſuam, עזו Sic vocat arcam Dei, quòd ſuper eam ſoleret virtutẽ & fortitudinẽ ſuam declarare filiis Iſrael. Et glor.ſ. תפארתו & decus ſuũ. magnificentiam ſuam. decorem ſuum. Repetitio eſt. 63 Laudatæ. : הוללו epithalamiis nuptialibus. i. permanſerũt innuptæ. Quidam vertunt, honoratæ, ſub. nuptiis. Alii, nuptiis traditæ. 64 Non fleu. לא תבכינה non ſunt deploratæ, aut defletæ.

65 A vino: : מיין poſt vinum. i. vbi edormiuit crapulam. 66 Retrorſum, אחור in poſteriori parte. Alii, tergum vertentes. i. effecit vt Iſrael verteret terga hoſti, fugiendóque, vulnera acciperet. Vel, Iſraelem egit in fugam, effecitque vt hoſtis percuteret eos qui erant in poſtrema acie. Dedit eis.: נתן למו tradidit eos. 67 Spreuítque וימאס Idẽ verbũ quod verſu 59. q.d. ſtatim audita clade mœrore perierũt.

'Euntêmque poſt lactantes adduxit eum, vt paſceret Iayacob populum ſuum, & Iשſraאel hæreditatem ſuam.

Pauit igitur eos 'in ſimplicitate cordis ſui, '& prudentiis manuum ſuarum deduxit eos.

Pſalmus ipſi Aסſáph. LXXIX.

Queruntur Iſraelitæ de euerſione tẽpli, vrbiſque Ieroſolymæ, facta per Antiochum: ac de ingenti cæde ui gentis ſuæ.

DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Tẽplũ ſanctitatis tuæ, poſuerũt Ieruשſaláim in aceruos *lapidũ*.

Dederunt cadauera ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cæli, carnem miſericordium tuorum beſtiis terræ.

Effuderunt ſanguinẽ eorum tanquam aquã *in* circuitibus Ieruשſaláim: nec erat qui ſepeliret.

Fuimus probro vicinis noſtris, ſubſannatio & deriſio iis qui ſunt in circuitibus noſtris.

Orant vt placetur Deus, & cõtra ipſorum inimicos indignationem ſuam conuertat.

Vſquequo Iehoua iraſcêris in ſeculum? ardebit velut ignis, zelus tuus?

Effunde iram tuam ſuper Gentes quæ non nouerũt te: & ſuper regna quæ nomen tuum non 'inuocant:

Quia vorarunt Iayacob, & habitaculum eius deſolauerunt.

Vehemens ardẽſque oratio vt Dominus ipſis ignoſcat: & quare.

Ne memineris 'nobis iniquitatum priorum: feſtina, præueniant nos miſericordiæ tuæ, quia 'attenuati ſumus valde.

Adiuua nos Deus 'ſalutis noſtræ propter gloriã nominis tui, & erue nos, '& propitiare peccatis noſtris propter nomen tuum.

Vtquid dicerẽt Gẽtes, Vbi eſt Deus eorũ? 'nota fiat in Gẽtibus in oculis noſtris vltio ſanguinis ſeruorũ tuorum qui effuſus eſt.

Introeat coram te gemitus vinctorum, ſecundum magnitudinem brachii tui 'relinque *in vita* filios mortis.

Iterum contra inimicos precãtur.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinum eorum, probrũ ipſorum quo probris affecerunt te Iehoua.

Laudes pro liberatione.

Nos autẽ populꝰ tuꝰ & oues paſcuæ tuæ, celebrabimꝰ te in ſeculũ, in generationẽ & gñationẽ narrabimus laudẽ tuã.

LXXX.

'Victori, 'ſuper שSowשannim, 'yeduth ipſius Aסſáph pſalmꝰ.

Preces ardẽtes vt præcedente Pſalmo, vt Deus pro ſua gratia ipſos liberet ex afflictionibus in quibus eos conſtituit.

O 'Paſtor Iשſraאelis auſculta, qui ducis tanquam pecudes, Ioסſéph: qui ſedes inter Cherubim, 'ſplende.

Coram אEphráim, & Biniamin, & Menaשſéh ſuſcita fortitudinem tuam, & veni in ſalutem nobis.

Deus cõuerte nos, & lucere fac faciem tuam, '& ſeruabimur.

Iehoua Deus exercituum, vſquequo 'fumabis in orationem populi tui?

Cibaſti eos pane lachrymarũ, '& propinaſti eis lachrymas in menſura.

'Poſuiſti nos litem vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannauerunt *nos* 'ſibi.

71 depoſt fœtantes accepit eum, Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam. 2.Reg.5.a.2.

72 Et pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuũ ſuarum deduxit eos.

Pſalmus Aſaph. LXXVIII.

1 DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerũt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.

2 Poſuerunt morticina ſeruorũ tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ.

3 Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.

4 Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

5 Vſquequo Domine iraſcêris in finẽ? accẽdetur velut ignis, zelus tuus?

6 Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt: Ierem.10.d.25.

7 Quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.

8 Ne memineris iniqtatũ noſtrarũ ãtiquarũ, citò anticipẽt nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumꝰ nimis. Eſa.64.c.9.

9 Adiuua nos Deus ſalutaris noſter propter gloriam nominis tui, Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

10 Ne forte dicant in Gentibus, Vbi eſt Deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris

11 Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt, introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui poſſide filios mortificatorum.

12 Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum, improperium ipſorũ quod exprobrauerunt tibi Domine.

13 Nos aũt populus tuꝰ & oues paſcuæ tuæ cõfitebimur tibi in ſeculum,

In generationẽ & generationẽ annuntiabimus laudem tuam.

1 In finẽ, pro iis qui cõmutabũtur, teſtimoniũ Aſaph, Pſalmus LXXIX.

2 QVi regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouem, Ioſeph:

3 Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare: coram Ephraim, Beniamin & Manaſſe

Excita potentiam tuam, & veni vt ſaluos facias nos.

4 Deus conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

5 Domine Deus virtutum, quouſque iraſcêris ſuper orationem ſerui tui?

6 Cibabis nos pane lachrymarum, & potũ dabis nobis in lachrymis in menſura?

7 Poſuiſti nos in cõtradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

---

71 *Euntêmque* poſt lact. מאחר עלות Heb. depoſt fœtas [vel fœtantes, aut à tergo fœtarum] venire fecit eum.

72 In ſimplic. כתם ſecundum integritatem. vel, in integritate Et prud.ma.ſ. ובתבונות כפיו cum prudentia manibus ſuis.

IN PSALMVM LXXIX.

6 Inuocant: קראו: Præt.Hebr.pro præſ. 8 Nobis לנו.i.in perniciem noſtram. Attenuati ſumus דלונו miſeri facti ſumus.

9 Salutis noſtræ ישענו ſalus noſtra. vel ſaluator noſter Et propitiare pec.n. וכפר על חטאתינו & placatus eſto ſuper peccatis noſtris. Remitte, vel condona peccata noſtra. 10 Nota fiat יודע palàm fiat. diuulgetur. cognoſcatur.

11 Relinque *in*, &c. הותר בני תמותה: Ad verbum, remanere fac filios mortis. i. conſerua in vita homines morti deſtinatos, ſiue addictos. vel, ſuperſtites redde eos qui morti deſtinati ſunt.

IN PSALMVM LXXX.

1 Victori, למנצח Vide Pſal.4. Super שSowſ. Vide pſal.45. Eduth Aſaph עדות לאסף teſtimoniũ Aסſaph. Alii, ornamentũ ipſi Aſaph. aeſi dicat (vt ait quidam Hebræorũ) pſalmũ iſtũ glorioſum & deſiderabilem fuiſſe ipſi Aſaph. Alii, melodiam fuiſſe volunt, & per appoſitionẽ hic poni eduth. Nõ deſunt qui vertãt, ſuper Soſannim decorã. 2 O paſtor רעה qui paſcis. Splẽde: הופיעה affulge. 4 Et ſeruabimur. ונושעה & ſalui erimus. 5 Fumab. in or. עשנת בתפלת inſtar irati ſcilicet, qui per nares fumũ emittere ſolet. q.d. velut iratus repudiabis orationẽ, &c. Præt. Heb. pro fut. Quidã vertũt, iraſcêris precationi. 6 Et propinaſti eis lachr. &c. ותשקמו ברמעות שליש: & potaſti eos lachrymis ãpla mẽſura. vel copioſiſſimis. שליש nomẽ mẽſuræ eſt, ſic dictæ quòd tertiã partẽ mẽſuræ maximæ cõtineat. quaſi Gallicè dicas, *A grãd meſure.* 7 Poſu. &c. תשימנו רמון לשכנינו Hebraiſmus, q.d. Effeciſti vt cõtenderent ſiue rixarẽtur nobiſcũ, vel de nobis, vicini noſtri. Sibi לנו: .i. animi cauſa. Legi poteſt, ſubſannauerunt eum. ſub. Deũ, vt ſit tertia perſona pro ſecũda. q.d. dixerũt te nõ poſſe nos eripere & tueri.

B

Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. 8

Vineam de AEgypto tranſtuliſti: eieciſti Gentes, & plantaſti eam. 9

Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius, & impleuit terram. 10

Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei. 11

Extendit palmites ſuos vſq; ad Mare, & vſque ad Flumē propagines eiꝰ. 12

Vtquid deſtruxiſti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? 13

Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. 14

C

Deus virtutum conuertere: reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam, 15

Et perfice eam quam plantauit dextera tua, & ſuper filium hominis quē confirmaſti tibi. 16

Incenſa igni & ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt. 17

Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. 18

Et non diſcedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. 19

Domine Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. 20

In finē pro torcularibus Pſalmus ipſi Aſaph, quinta ſabbathi. LXXX. 1

EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob. 2

Sumite pſalmū, & date tympanū, pſalterium iucundum cum cithara. 3

Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolennitatis veſtræ: 4

Quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium Deo Iacob. 5

Gen.41.f.25

‖Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud: quū exiret de terra AEgypti, linguam quam non nouerat audiuit. 6

B

Diuertit ab oneribus dorſum eius: manus eius in cophino ſeruierunt. 7

Exod.17.b.6

In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tempeſtatis: ‖probaui te apud aquam contradictionis. 8

Exod.20.a.1

‖Audi populus meus, & cōteſtabor 9
te: Iſrael ſi audieris me, non erit in te 10
deꝰ recēs, neque adorabis Deū alienū

Ego enim ſum Dominꝰ Deus tuus qui eduxi te de terra AEgypti: dilata os tuum, & implebo illud. 11

Et non audiuit populus meus vocē meam, & Iſrael non intendit mihi. 12

C

Act.14.c.16

‖Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. 13

8 ʹDeꝰ exercituū cōuerte nos: & lucere fac faciē tuā, & ſeruabimur.

9 Vitem ex AEgypto″traduxiſti: eieciſti Gentes, & plantaſti eam.

10 ″Repurgaſti *locum* ante eam,″& radicari feciſti radices eius, & impleuit terram.

Commemorāt beneficia quæ Deus in ipſos contulit.

11 Operti ſunt montes vmbra eius, & rami eius *ut* ʹcedri Dei.

12 ″Miſit ramos ſuos vſq; ad Mare, & vſq; ad Flumē propagines ſuas.

13 Vtquid *igitur* dirupiſti″macerias eius,″& collegerunt eam omnes tranſeuntes per viam?

Deplorāt ſuam ruinam.

14 Cōſumpſit eam aper ſylueſtris, &″fera agreſtis depaſta eſt eam.

15 Deus exercituum reuertere obſecro: reſpice è cælo, & vide, & viſita vitem iſtam,

Orant vt in priſtinum ſtatū reſtituantur.

16 Et vitiarium quod plantauit dextera tua,ʹ& ſuper plantationē quam roboraſti tibi.

17 Incenſa eſt igni, ſucciſa: ab increpatione iræ tuæ pereunt.

18 Sit manus tua″ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper Filium hominis quem ʹroboraſti tibi.

19 Et nō retrocedemꝰ à te:ʹviuifica nos,″& nomē tuū inuocabimꝰ.

20 ʹIehoua Deus exercituum conuerte nos: lucere fac faciem tuā, & ſeruabimur.

1 ″Victori″ſuper Githith ipſi Aסſaph. L X X X I.

2 EXultate Deo fortitudini noſtræ, iubilate Deo Iayacob.

3 Sumite canticū, & date tympanū, citharā iucūdā cū nébel.

Exhortatio eſt ad gratitudinē pro anni prouētu.

4 Clangite″in Calendis tuba,″in tempore conſtituto, in die feſtiuitatis noſtræ:

5 Quia ſtatutum Iשſraאeli eſt,ʹiudicium Deo Iayacob:

6 ″Teſtimonium in Iehoסſéph poſuit illud: quum exiret ipſe ſuper terram AEgypti, *ubi* linguamʹ *quam* non noueram, audiebam.

7 Subduxi ab onere humerū eius: manꝰ eius″ab aheno receſſerūt.

8 In anguſtia inuocaſti *me*, & erui te,″exaudiui te in abſcōdito tonitrui: probaui te apud aquasʹMeriba.סSelah.

Deus reuocat in memoriā ſua in Iſraelitas beneficia.

9 *Tunc dixi*, Audi populi mi, & teſtabor tibi: Iשſraאel ſi audieris me,

10 *Et* nō fuerit ī te deus alienus, nec incuruaueris te deo extraneo:

Qui Deo credit, in nullo alio fidit.

11 (*Nam* ego ſum Iehoua Deus tuus qui aſcendere feci te è terra AEgypti)″dilata os tuum, & implebo illud.

12 At nō paruit populꝰ meꝰ voci meæ, & Iשſraאel noluit mihi *obtēperare.*

13 Permiſi igitur eos″fortitudini cordis eorum, & ambularunt in conſiliis ſuis.

Derelicti à Deo propter inobedientiam.

8 Deus exerc. אלהים צבאות repetitio quarti verſus. 9 Traduxiſti: תסיע Futura Heb. pro præteritis, proficiſci feciſti.
10 Repurg. פנית Euacuaſti. Expurgaſti. Quidā vertit, Feciſti ſpatiū. qua ratione, ipſe viderit. Et rad. feciſti ותשרש & produxiſti radices.
11 Cedri Dei. ארזי־אל Cedros Dei vocat altiſſimas, & excelſas cedros. 12 Miſit תשלח Fut. Heb. pro præt.
13 Macerias eius, גדריה ſepes eius. Et collegerunt וארוה & decerpunt eam. vel, ex ea.
16 Et ſuper plant. &c. ועל־בן אמצתה לך: & ſuper filium [.i. ramum quem] roboraſti tibi. i. quem in gratiam tuam fortificaſti, ſiue fortē reddidiſti. vel, viribus adornaſti.
18 Super vi. dex. t. על־איש ימינך Hebraiſmus, pro, ſuper homines quos virtute tua fortes reddidiſti: hoc eſt ſuper nos quos tua virtute eduxiſti ex AEgypto. Roboraſti tibi. אמצת לך: Hebraiſmus, pro, ſuper homines quos fortes reddidiſti in gratiam tuam & honorem.
19 Viuifica תחיינו Fut. Heb. pro imperat. Et no. tuum inu. ובשמך נקרא: Ad verbum, & in nomine tuo inuocabimus.
20 Iehoua יהוה Tertia verſus quarti repetitio, quæ facta eſt ad ſignificandum vehementiſſimum ardorem.

IN PSALMVM LXXXI.

1 Victori, למנצח Vide Pſal. 4. Super Githith ipſi Aסſaph. על־הגתית לאסף: Inſtrumenti muſici nomen eſt Githith, allatum ex Gath vrbe Palæſthinorum. acſi dicat, Pſalmus Aſaphi pſalmographi, traditus ei qui præerat cantoribus, vt cantaretur ſuper inſtrumento Githith. Vide Pſal. 8.
4 In Calēd. בחדש in noua luna, ſiue nouilunio. Græcè, neomenia. In temp. conſt. &c. בכסה ליום חגנו .i. in tēpore ad id determinato: nimirum die feſtiuitatis, &c. Quidam vertunt, in definito tempore ad diem ſacrificii noſtri. Alii, in inſigni die ſolennitatis noſtræ.
5 Iudicium משפט ius. i. mos iuſte inſtitutus in honorē Dei Iacob. Verti poteſt, & ius à Deo Iacob. ſub. profectū. Quidā vertūt, legitimū.
6 Teſtimonium עדות Quidam ſubaudiunt præpoſitionē, vertentes, Pro teſtimonio. Alii, Vice teſtimonii. *Quam* nō nou. aud. לא־ ידעתי אשמע: Præt. & fut. pro plus quàm perf. & imperfecto: mutatio item perſonarum, audiebam, ſub. in patribus. id eſt audierunt patres noſtri Iſraelitæ, audierunt maiores ſermonem AEgyptium illis incognitum.
7 Ab aheno מדוד à furno. Alii, à cacabis, vel ab ollis. ſub. conficiendis. nam vacabant vaſis fingendis.
8 Exaudiui te אענך reſpondi tibi. Meriba. מריבה Iurgii. id ſignificat vox Hebræa.
11 Dilata os tuum, הרחב־פיך Hebraiſmus, pro, ampliter & large pete, & impetrabis.
13 Fortitudini בשרירות perplexis cogitationibus. Alii, duritiei, vel obſtinationi. Id etiam cordis fortitudo ſignificat.

Deus ægreferens, commemorat beneficia quæ populus ſua inobedientia amiſit.

14 ′Vtinam populus meus obtemperaſſet mihi, Iשſraאel in viis meis ambulaſſet:

15 ′Breui tempore inimicos eorum′humiliaſſem, & contra hoſtes eorum vertiſſem manum meam:

16 Odio habentes Iehouam ′mentiti fuiſſent ei, & fuiſſet′tempus eorum in ſeculum:

17 ″Et cibaſſet eū *Deus* adipe frumēti,″& de petra melle ſaturaſſē te.

Pſalmus ipſius Aɒſaph. LXXXII.

Deus in medio magiſtratuum, eos reprehendit iniuſtitiæ.

1 DEus′aſtat in congregatione″Dei,′in medio Deorum iudicat.

2 Vſquequo iudicabitis′iniquitatem,″& facies impiorum ſuſcipietis? ɒSelah.

3 Iudicate pauperi & pupillo:″pauperem & egenum′iuſtificate.

4 Eripite pauperem & egenum: *&* de manu impiorum eruite.

5 Nihil norunt, nec intelligunt: in tenebris ambulant,″nutant omnia fundamenta terræ.

Iſte locus exponitur à Chriſto, Iohan.10.g.35

6 Ego′dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes vos.

7 Verūtamē″ſicut hoïes moriemini, &″ſicut vnꝰ è prīcipibꝰ cadetis.

Orat propheta vt Deus ipſe iudiciū exerceat.

8 Surge Deus, iudica terram:″quoniam tu hæreditate poſſidebis omnes Gentes.

1 ″Canticum *&* Pſalmus ipſius Aɒſaph. LXXXIII.

Precatio eſt, vt Dominꝰ ſuccurrat populo ſuo contra tot grauiſſimos & potentiſſimos hoſtes.

2 DEus ne *ſit* ſilentium tibi,″ne taceas,′néve quieſcas Deus.

3 Quoniā ecce inimici tui″tumultuantur, & odio habentes te″extulerunt caput.

4 Super populum tuum″callidè inierunt conſilium, & conſultauerunt aduerſus″abſconditos tuos.

5 Dixerunt, Venite, & ſuccidamus eos′de gente, & ne memoretur nomen Iשſraאel vltrá.

6 Quoniā″cōſiliū inierūt ex corde pariter, cōtra te fœdꝰ pepigerūt

7 Tabernacula אEdom & IשſmayאelitarumMoab, & Hagareni,

8 Gebál, & yAmmō, & Amaléc, Peléשſeth, cū habitatoribꝰ xSor.

9 Etiā Aשſſur cōiunctus eſt eis: fuerūt brachiū filiis Lot. ɒSelah.

Orat populus vt inimici ſui pœnas luant ad gloriam Dei.

10 Fac illis ſicut Midiā, ſicut ɒSiɒſerá, ſicut Iabin ī torrēte Ciשſón:

11 *Qui*″perierunt in yEn-dאor,″fuerunt ſtercus terræ.

12 ″Pone eos, *nempe* duces eorum, ſicut yOreb, & ſicut Zeאéb, & ſicut Zébaнh, & ſicut xSalmunnyá, omnes principes eorum:

---

14 |Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet: Baruch.3.b.13

15 Pro nihilo forſitan inimicos eorū humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

16 Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſecula.

17 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle ſaturauit eos.

1 Pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

2 Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?

3 Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperem iuſtificate.

4 |Eripite pauperem & egenum: de manu peccatoris liberate. Prouer.24.b.11.

5 Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

6 |Ego dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes. Iohan.10.g.35.

7 Vos autē ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibꝰ cadetis.

8 Surge Deus, iudica terram: quoniā tu hæreditabis in omnibus Gētibus.

LXXXII.

1 Canticum Pſalmi Aſaph.

2 DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus.

3 Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

4 Super populum tuum malignauerunt conſilium: & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

5 Dixerunt, Venite, & diſperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Iſrael vltrá.

6 Qm̄ cogitauerūt vnanimiter ſimul: aduerſū te teſtamentū diſpoſuerūt tabernacula Idumæorū & Iſmahelitæ, B

7 Moab, & Agareni, Gebal, & Ammō

8 & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

9 Etenim Aſſur vênit cum illis: facti ſunt in adiutorium filiis Lot.

10 |Facillis ſicut Madian|& Siſaræ: ſicut Iabin in torrente Ciſſon. Iudicum 7.f.22 Iudicum 4.c.15

11 Diſperierunt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terræ.

12 |Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zébee, & Salmana, Iudicum 7.g.25, & 8.c.21

Omnes principes eorum:

---

14 Vtinam לו O ſi 15 Breui temp. כמעט Quàm breui. Humiliaſſem אכניע deieciſſem.

16 Ment. fu.ei. יכחשו-לו Fut.Heb.pro præt.i.præ nimio timore negaſſent ſe aliquid molitos contra eum. Vel, ſupplices fuiſſent, ſed fucato corde. Alii, mentirentur. Tempus eorum עתם fœlicitas eorum. Gallicé, *Ils euſſent eu le temps a iamais.*

17 Et cibaſſet eum ויאכילהו Mutatio perſonæ, pro, Et cibaſſem te. Et de petra, &c.: ומצרי דבש אשביעך Hyperbole incōparabilis fœlicitatis & fœcunditatis.q.d.rem infœcundam feciſſem abundare omnibus ad vitam neceſſariis. nam dictione MELLIS id ſignificatur.

IN PSALMVM LXXXII.

1 Aſtat in cong.Dei, נצב בעדת־אל præſidet in cœtu Dei.vel deorū.i.in magnifica & frequenti congregatione iudicum. vel, in cōgregatione potentiæ.i.potentium, hoc eſt in ſenatu, qui ſolet valere authoritate. Deos vocat iudices vt ipſe Chriſtus exponit Iohan.10.g.35. In medio Deo.iud.: בקרב אלהים ישפט Fut.Heb.pro præſenti, in medio deorum iudicat. Alii, in medio iudicum iudicem agit.

2 Iniquitatem, עול Quidam ſubaudito nomine verbi vertunt, iudicium iniquitatis. i. iudicium iniquum. Nam verbum Hebraicum includit nomē à ſe deriuatū. Et fac.imp.ſuſc. ופני רשעים תשאו Hebraiſmus eſt, pro, in gratiā impiorū iudicabitis, ſiue, eorū ratione habita.

3 Pauperem עני afflictum. Iuſtificate.: הצדיקו Vt iudicare pupillo dicitur iudex, quū ius dicit pro pupillo: ita, Iuſtificare pupillum quum ſua ſententia pupillum oppreſſum abſoluit. Seipſum exponit ſequenti verſu.

5 Nutant ימוטו mouentur.i.vniuerſus orbis vacillat, omnis hominum conuerſatio perit, vbi vera iudicia ceſſant, omnis humanæ vitæ ratio & ordo confunditur. 6 Dixi אמרתי dixeram.

7 Sicut homines כאדם ſicut homo. i. vt aliquis ex reliquis hominibus: vt mox dicit, Sicut aliquis è principibus. Sicut v.è.princip. וכאחד השרים ſicut aliquis tyrannorum. vel, violentorum. Alii, Et ſicut vnus[.i.priuatus] *vos* ô principes cadetis.

8 Quoniam tu,&c.: כי־אתה תנחל בכל־הגוים nam tu in hæreditatem accipies cunctas gentes. hoc modo redūdat ב in בכל. Alii vertūt, nam tanquam iure hæreditario in omni gente poſſides. ſub. electos.

IN PSALMVM LXXXIII.

1 Canticum *&* Pſal. שיר מזמור Canticum pſalmi. Vide Pſal.30.

2 Ne taceas. אל־תחרש ne obſurdeſcas. vel obmuteſcas. qui ſurdi ſunt, iidē & muti ſunt vt plurimū. Néve quie. ואל־תשקט néve ceſſes.

3 Tumult. יהמיון infremunt. Extulerunt נשאו Præt.Heb.pro præſenti, vt quidam vertunt, extollunt.

4 Cal.inie.conſ. יערימו סוד Fut.Heb.pro præt. vafre inierunt conſiliū. Abſcond.t.: צפוניך Id eſt quos tegis, ſiue protegis. Vel, qui à te deſeri vidētur, quū tamē eos protegas. 5 De gēte, מגוי.i.ne ſint amplius gēs. Hebraiſmus. 6 Conſil.ini. נועצו conſpirarunt.

11 Perierunt נשמדו vaſtati ſunt. exterminati ſunt. Fuerunt ſtercus היו דמן facti ſunt ſterquilinium. Hebraiſmus, pro fuerunt conculcati, & ſuper terram computruerunt more ſterquilinii.

12 Pone eos, *nempe* duces eorum שיתמו נדיבמו More Hebræorum, alterum relatiuum redundat, pro, Pone duces eorum.

13 qui dixerũt, Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei.

C 14 Deus meus pone illos vt rotam,& ſicut ſtipulam ante faciem venti:

15 Sicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes:

16 Ita perſequêris illos in tempeſtate tua,& in ira tua turbabis eos.

17 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.

18 Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi: & confundantur & pereant.

19 Et cognoſcãt quia nomẽ tibi Dominus,tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram.

1 In finem, pro torcularibus filiis Core Pſalmus. LXXXIII.

2 QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

3 Cor meum & caro mea exultauerũt in Deum viuum.

4 Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi,vbi ponat pullos ſuos,

Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus.

5 Beati qui habitant in domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

B 6 Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te: ascenſiones in corde ſuo diſpoſuit, 7 in valle lachrymarum in loco quem poſuit:

8 Etenim benedictiones dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

9 Domine Deus virtutum exaudi orationem meã: auribus percipe Deꝰ Iacob.

10 Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem chriſti tui:

11 Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.

C Elegi abiectꝰ eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

12 Quia miſericordiã & veritatẽ diligit Dominꝰ Deꝰ: gratiã & gloriã dabit

13 ″Qui dixerunt,″Poſſideamus nobis habitacula Dei.

14 Deus mi,pone eos″velut rotam,ſicut ſtipulam coram vento,

15 Velut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma quæ ſuccendit montes:

16 Ita″perſequere eos tempeſtate tua,& turbine tuo terre eos.

17 ″Imple facies eorum ignominia, & quærãt nomen tuũ Iehoua.

18 Pudore afficiantur,″& terreantur in ſeculũ ſeculi,& opprobrio afficiantur,& pereant:

19 Et cognoſcant″quòd tu cuius nomen *eſt* Iehoua,ſolus tu altiſſimus ſuper omnem terram.

1 ″Victori″ſuper Githith″filiis Coranh pſalmus. LXXXIIII.

2 QVàm″amabilia tabernacula tua Iehoua exercituum.

Concupiſcit, & etiam″deficit anima mea ad atria Iehouæ: 3 cor meum,& caro mea″exultant ad Deum viuum.

4 Etiam paſſer inuenit domum , & hirundo nidum ſibi in quo ponat pullos ſuos, *nempe* altaria tua Iehoua exercituum Rex mi,& Deus mi.

5 Beati habitatores domus tuæ,″in ſeculum laudant te.סSelah.

6 Beatus homo cuius″fortitudo eſt in te: *&*″viæ in corde eorum.

7 Tranſeuntes″per vallem Habbacha,fontem ponunt eam : etiã″piſcinas operit pluuia.

8 Eunt″de turma ad turmam,donec conſpiciatur *quiſque eorum* ante Deum in צSiion.

9 Iehoua Deus exercituum exaudi orationem meam , auſculta Deus Iaעacob.סSelah.

10 Clypeus noſter vide,Deus,& aſpice faciem chriſti tui:

11 Quia melior eſt dies in atriis tuis,quàm *alibi* mille:″elegi eſſe in limine in domo Dei mei , potius quàm habitare in tabernaculis″impietatis.

12 Quia ſol & ſcutum *nobis* Iehoua Deus : gratiam & gloriam dat

Idem argumentũ huius pſalmi quod XLII.

Beati qui in cœtu fidelium laudant Deum.

Populi ſtudium Ieroſolymã proficiſcentis ad laudandum Deum cum fidelibus.

Petit vt Ieroſolymam poſſit redire.

13 Qui dixe. אשר אמרו Quia dixerunt. Poſſideamus נירשה accipiamus in poſſeſſionem.vendicemus nobis.

14 Velut rotam, כגלגל Phraſis eſt Hebraica, pro Inſtabiles eos redde,vt rota in loco decliui. Quidam Hebræorum iungunt iſtud ſequentibus verbis, tanquam ſit præpoſterus ordo, hoc modo,Pone eos vt ſtipulam quæ velut rota circunuoluitur à vento, & in orbẽ diſiicitur. Rotæ meminit Eſaias ca.5.28. 16 Perſequere eos תרדפם Fut.Heb.pro imperatiuo.

17 Imple facies,&c. מאל־פניהם Optatiue hæc leguntur,vel per futurum, Obrues eius ignominia,& requirent nomen tuum.i.te.nam vexatio dat intellectum. 18 Et terreantur ויבהלו & perturbentur.vel conſternentur.

19 Quòd tu cuius,&c. כי־אתה שמך יהוה לבדך עליון quòd tu,ô Iehoua,ſolus es, *&* nomen tuum *ſolum eſt: & quòd ſolus ſis* Altiſſimus. Alii, quòd tu,*cuius* ſolius nomen eſt Iehoua, *ſis* Altiſſimus,&c.i.quòd tu cui ſoli competit nomen Iehoua,*ſis*, &c. Alii, quòd tu ſolus es nomen tuum,*& quòd ſis* Altiſſimus.i. ſolus es id quod diceris,ſolus verus Deus Iehoua,qui præes vniuerſæ terræ,non vni tantum regioni.

IN PSALMVM LXXXIIII.

1 Vincenti למנצח Vide Pſal.4. Super Githith,על־הגתית Vide Pſal.8. Filiis Corah לבני־קרח filiorum Coranh,Vide Pſal.42,& 45.

2 Amabilia ידידות dilecta.ſuauia.delectabilia. 3 Deficit כלתה præ deſiderio ſcilicet. Alii,deperit.deſiderat. Exultant ירננו Fut.Heb. pro præſ.geſtiunt.ouant 5 In ſec.laud.te. עוד יהללוך Fut.Heb.pro præſ. perpetuo laudant te. Alii vertunt per futurũ.

6 Viæ in corde eorum. מסלות בלבבם .i.qui habent animum & ſtudium itineris ſuſcipiendi ad domum tuam. aut qui ſtatuunt ſe ituros, nempe ad templum tuum.vel,qui nihil aliud cogitant,quàm quomodo ad te perueniant. Hebraiſmus.

7 Per val.Habb.fon. po.eam: בעמק הבכא מעין ישיתהו per vallem fontis, fontem ponent eam. ſub.vallem. vel, reddent eam *acſi eſſet vnus* fons.q d.multitudo tranſeuntium,ſiue concurſus populi tranſeuntis efficiet vt in loco in quo vnus erit fons,ſint plures fontes, quòd hic & illic foſſuri ſint vt aquas ſcaturire faciant. Alii vertunt,per vallem fletus.nam הבכה per ה in fine,fletum ſignificat, & inde fontem, quòd ex fonte emanet aqua, velut lachrymæ ex fletu oculorum. Tranſeuntes igitur per vallem fletus, in qua ob ſiccitatem & ariditatem, fletus excitatur tranſeuntibus,ponent eam fontes.i. ſcaturire facient illic aquas,&c.Legitur & הבכא per א in fine,& tunc morum arborem ſignificat.Hinc quidam vertunt, Per vallem mori arboris.i.per vallem moris abundantem,hoc eſt,aridam.in loco enim arido morus naſci ſolet. Quidam interpretantur vocem Hebræam Habbacha tanquam nomen loci aridi. Vtcunque ſit,hoc genere dicendi affirmat, illis qui adirent tabernaculum Domini magno animo, nihil defuturum in itinere quãtumuis arido,quòd illi habituri eſſent aquas aut è fontibus, aut è ciſternis. Obſerua,verbum eſſe futuri temporis Hebraice, ponent, vt & ſequens : quod in præſens quidam vertunt, alii relinquunt in futuro. Piſcin.oper.pluuia. ברכות יעטה מורה: Fut.Heb.ciſternas obteget[vel replebit]pluuia.q.d. non modò fontes,verumetiã piſcinæ plenæ erunt aquis , vt aſcendentibus ad ſolennitatem nihil deſit. Ita exponunt Hebræi , qui docent ברכות *beracoth* , quod per cametz ſub ר,ſignificat benedictiones,poni hoc loco pro ברכות *berecoth* per ſere ſub ר,piſcinis , à ברכה *berecha* piſcina. מורה autem & pluuiam, & docentem,ſiue doctorem,aut doctrinam ſignificat. propterea Chaldæus paraphraſtes vertit,Benedictionibus operiet illos qui conuerſi fuerint ad doctrinam Legis. Hieronymus,Benedictionibus amicietur doctor.

8 De turma ad turmam,&c. מחיל אל־חיל יראה אל־אלהים de cumulo ad cumulum (vel, de caterua ad cateruam) cõparebit *quiſque eorum* apud Deum,&c.id eſt ad ſingulas cateruas accedent,vt audiant laudes Dei. vel, Ibunt turmatim, *donec* videant Deum, &c. vel, apparuerint coram Deo in Sion.q.d.nunquam quieſcent donec perueniant ad templum ipſum vbi Deus ſuper arcam conſpicitur. Quidam vertunt,Ibunt de virtute in virtutem,videbitur Deus in Sion. Alii,de doctrina in doctrinam,vel de academia in academiam.i.creſcet illorum doctrina,adeò vt vnuſquiſque videat eam in Eccleſia.aut,creſcet donec perueniant ad perfectam Dei notitiam.

11 Elegi eſſe in li. בחרתי הסתופף malo deſidere ad limen.q.d.malim eſſe poſtremus in Eccleſia,&c. Impiet. רשע: perturbationis.

Fiducia in Deo.

Iehoua,″nec prohibet bonum ambulantibus perfectè.
Iehoua exercituum,beatus homo qui ſperat in te. 13

″Victori filiis Coranh pſalmus. LXXXV. 1

Populus fidelis gratias Deo agit quòd illis ſit placatus.

C″õplacuiſti Iehoua terræ tuæ, ″reduxiſti captiuitatẽ Iayacob. 2
″Remiſiſti iniquitatem populi tui,operuiſti omne peccatũ 3
eorum. ◻Selah.″
″Abſtuliſti omnem iram tuam, reuocaſti ab excandeſcendo fu 4
rorem tuum.

Ardenter orat vt Deus ſit illi propitius.

Cõuerte nos Deus ſalutis noſtræ,″& ceſſare fac irã tuã erga nos. 5
Num in ſeculum iraſcêris contra nos? ″extendes iram tuam in 6
generationem & generationem?
Annon tu″conuertêris, viuificabis nos,& populus tuus lætabi 7
tur in te?
Oſtende nobis Iehoua miſericordiam tuam , & ſalutem tuam 8
da nobis.

Miſericordia & remiſſio peccatorum per Chriſtum, vnde oritur pax in cordibus.

Audiam quid loquatur Deus Iehoua : quoniam loquetur pacẽ 9
ad populum ſuum,&ad miſericordes ſuos,″& non conuertentur
ad ſtultitiam.
Profecto propinqua eſt timentibus eum ſalus eius,vt inhabitet 10
gloria in terra noſtra.

Fructus iuſtificatorum per Chriſtum.

Miſericordia & veritas ″obuiauerunt *ſibi*, iuſtitia & pax *ſe mutuo* oſ 11
culatæ ſunt.
Veritas è terra germinabit,& iuſtitia è cælo ″proſpicit. 12
Etiam Iehoua dabit bonum,& terra noſtra dabit fructum ſuũ. 13
Iuſtitiã″ante ſe ambulare faciet*quiſque*,& ponet ĩ via greſſus ſuos. 14

Oratio ipſius Dauidis. LXXXVI. 1

Dauid afflictus atque ab omnibus derelictus, maximo animo orat vt liberetur, & quare.

I Nclina Iehoua aurem tuam,exaudi me : quoniam ″pauper &
egenus ſum.
Cuſtodi animam meam,quoniam″miſericors ſum , ſerua ſer- 2
uum tuum tu Deus mi ſperantem in te.
Miſerere mei Iehoua,quoniam ad te clamo omni die: 3
Lætifica animã ſerui tui : quoniã ad te Domine animam meã 4
attollo.
Quoniam tu Domine bonus,″& parcens,& multus miſericor- 5
dia omnibus inuocantibus te.
Auſculta Iehoua orationem meam , & intende voci depreca- 6
tionum mearum.
In die anguſtiæ meæ″inuoco te,quia exaudis me. 7
Nõ eſt ſicut tu inter Deos Domine,″nec *ſunt* ſecũdũ opera tua. 8

Laudans potentiam dei,prædicat conuerſionẽ Gentium.

Omnes gentes quas feciſti venient,″& genu flectent coram te, 9

Dominus.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocẽtia.Domine virtutum,
beatus homo qui ſperat in te.

LXXXIIII.

In finem filiis Core Pſalmus.

BEnedixiſti Domine terram tuã,
auertiſti captiuitatem Iacob.
Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ,
operuiſti omnia peccata eorum.
Mitigaſti omnem iram tuam,auertiſti ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos Deus ſalutaris noſter,& auerte iram tuam à nobis.
Nunquid in æternum iraſcêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
Deus tu conuerſus viuificabis nos,
& plebs tua lætabitur in te.
Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam,& ſalutare tuũ da nobis. B
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem ſuam,
Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius : vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi,iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit.
Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructũ ſuũ.
Iuſtitia ante eum ambulabit,& ponet in via greſſus ſuos.

Oratio ipſi Dauid. LXXXV.

INclina Domine aurem tuam , & exaudi me:quoniam inops & pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meam , quoniam ſanctus ſum:ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te.
Miſerere mei Domine,quoniam ad te clamabo tota die:lætifica animam ſerui tui,quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
¶Quoniam tu Domine ſuauis & mitis , & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. Ioel 2.c.13
Auribus percipe Domine orationẽ meam, & intende voci deprecationis meæ. B
In die tribulationis meæ clamaui ad te,quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in diis Domine, & non eſt ſecundum opera tua.
Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient , & adorabunt coram te Do-

---

12 Nec prohib.bo.&c. : לא ימנע טוב להלכים בתמים nec auertit bonum ab iis qui ambulant per perfectam *uiam*. Alii,nec retrahit bonũ ab iis qui ambulant in ſynceritatibus.vel,perfectione. Quidam liberius,velut exponentes Hebraicum dicendi genus,Nullo bono deſtituit eos qui in integritate ambulant.

IN PSALMVM LXXXV.

1 Victori למנצח.Vide Pſal.4.

2 Complacuiſti Ieh.ter.t. רצית יהוה ארצך Rediiſti in gratiam Iehoua cum terra tua.Alii,Benignus factus es Iehoua cum terra tua.Alii, Gratam habuiſti Iehoua terram tuam.vel,Fauiſti Iehoua terræ tuæ. Sunt qui in futuro vertunt præterita iſtorũ trium verſuum vſque ad quintũ,Redibis in gratiã,&c.quòd de Meſſia ſcriptus ſit hic pſalmus,pro cuius aduentu precatur. Reduxiſti שבית Præt.Heb. auertiſti. vel per futurum,auertes.ſedabis.ceſſare facies. 3 Remiſiſti נשאת vel Auferes.Condonabis. 4 Abſtuliſti אספת Tolles.Colliges.Contrahes. 5 Et ceſſare fac והפר & diſcute.diſſipa.diſſolue. 6 Extendes תמשך protrahes. 7 Conuerteris, viuificabis תשוב תחינו Duo verba futura ſine coniunctione,quorũ alterum Latini vertunt in participium, Cõuerſus viuificabis.vel,vitæ nos reſtitues mutata ſententia. 9 Et non conuert. ואל־ישובו vt non reuertantur.Alii,ne recidant. 11 Obuiauerunt נפגשו Præterita Heb.pro futuris,vt nonnulli vertunt, quod dictum eſt verſu 2,quod & docere videntur futura Hebræis in verſibus ſequentibus. 12 Proſpicit. : נשקף Præt.Heb.pro præſ.vel fut.præbebit ſe viſendam. 14 Ante ſe ambu.fa. לפניו יהלך ambulabit ante eum.i.ante vnumquenque illorum qui in regno Chriſti fuerint.

IN PSALMVM LXXXVI.

1 Pauper עני afflictus 2 Miſericors ſum חסיד אני miſericordiæ ſtudeo. Alii,ſanctus ſum.vel bonus.i.ſanctitatis, ſiue bonitatis ſtudioſus. 5 Et parcens, וסלח & veniæ largitor. 7 Inuoco,&c. אקראך כי תענני: Fut. Heb. inuocabo te,*ſciens* quòd exaudies me. 8 Nec *ſunt* ſecund.op.t. : ואין כמעשיך Quidam paraphraſtice vertunt,nec eſt qui faciat opera qualia tu facis. 9 Et genu flectent וישתחוו & adorabunt.& ſupplicabunt.

mine, & glorificabunt nomen tuum:

Quoniam magnus es tu, & faciẽs 10
mirabilia, tu es Deus ſolus.
Deduc me Domine in via tua, & in- 11
grediar in veritate tua: lætetur cor
meum vt timeat nomen tuum.

Cõfitebor tibi Domine Deus meus 12
in toto corde meo, & glorificabo no-
men tuum in æternum:

Quia miſericordia tua magna eſt ſu 13
C per me, & eruiſti animam meam ex
inferno inferiori.

Deus, iniqui inſurrexerũt ſuper me, 14
& ſynagôga potentium quæſierũt a-
nimam meam: & non propoſuerunt
te in conſpectu ſuo.
Et tu Domine Deus miſerator & 15
miſericors, patiens, & multæ miſeri-
cordiæ, & verax,
Reſpice in me, & miſerere mei, da 16
imperium tuum puero tuo, & ſaluum
fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, vt 17
videant qui oderunt me, & confundã
tur, quoniã tu Domine adiuuiſti me,
& conſolatus es me.

Filiis Core Pſalmus cantici. 1

LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus ſã-
ctis: diligit Dominus portas Sion 2
ſuper omnia tabernacula Iacob.

Glorioſa dicta ſũt de te ciuitas Dei. 3

Memor ero Raab, & Babylonis ſci 4
entium me:
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popu
lus AEthiopum, hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet, Homo & ho- 5
mo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã
Altiſſimus?

Dominus narrabit in ſcripturis po 6
pulorum, & principum horum qui
fuerunt in ea.
Sicut lætãtium omnium habitatio 7
eſt in te.
Canticum Pſalmi filiis Core in finẽ 1
pro Maheleth ad reſpondendum, in-
tellectus Eman Ezrahitæ.

LXXXVII.

DOmine Deus ſalutis meæ, in die 2
clamaui, & nocte coram te:
Intret in cõſpectu tuo oratio mea: 3
inclina aurem tuam ad precem meã:

Quia repleta eſt malis anima mea, 4
& vita mea inferno appropinquauit.

Domine, & glorificabunt nomen tuum:

10 Quoniam magnus es tu, & facis mirabilia, tu es Deus ſolus.

11 Doce me Iehoua viam tuam, *ut* ambulem in veritate tua: ″vni cor meum vt timeat nomen tuum.

12 Celebrabo te Domine Deus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in ſeculum.

13 Quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ″ex fouea inferiori.

14 Deus, ′ſuperbi inſurrexerunt aduerſum me, & congregatio ″fortium quæſierũt animam meam, & non poſuerunt te corã ſe.

15 Et tu Domine *es* Deus miſericors, & clemens, ′longus ira, & multus miſericordia & veritate.

16 Reſpice ad me, & miſerere mei, da fortitudinem tuam ſeruo tuo, & ſerua filium ancillæ tuæ.

17 ″Fac mecum ſignum in bonum, & videant odio habẽtes me, & pudore afficiantur, quòd tu Iehoua adiuueris me, & conſolatus fueris me. LXXXVII.

1 ″Filiis Córaחh′Pſalmus cantici.

FVndamentum eius in montibus ſanctis.

2 Diligit Iehoua portas צSión magis, quàm omnia habitacula Iaעacób.

3 ′Glorioſa dicuntur de te Ciuitas Dei. סSélah.

4 ″Memorabo AEgyptum & Babél inter ſcientes me: ecce Peleſthina, & Tyrus cum AEthiopia, ″iſte natus eſt ibi.

5 Et de צSiiõ dicetur, ′Vir & vir natus eſt in ea, & ipſe cõfirmabit eam Altiſſimus.

6 Iehoua′numerabit, quãdo ſcribet populos, Iſte natus eſt ibi. סSélah.

7 Et cãtores″vt tibicines: oẽs″fõtes mei in te. LXXXVIII.

1 ″Canticũ pſalmi″ filiis Córaחh: ″victori″ ſuper Maחhalath ″ad canendum, intelligentia ipſius Hemán אEzraחhitæ.

2 IEhoua Deus ſalutis meæ″in die clamo, in nocte coram te:

3 Intret corã te oratio mea: inclina aurem tuam ad clamorem meum:

4 Quia ſaturata eſt malis anima mea, & vita mea ad ſepulchru peruenit.

Orat vt à Domino doceatur, & liberetur, vt eum glorificet.

Conqueritur de ſuis aduerſariis.

Prædicans miſericordias Dei, orat liberari.

Conſolatur fideles Iudæos qui velut deſperati poſt reductã captiuitatem, non exiſtimabant poſſe fieri vt in priſtinum ſtatum reſtitui poſſent: promittens vt ex omnibus Gentibus inimicis, etiam adſcribantur ciues ipſi Ieruſalem cæleſti: vnde gloria templi ſecundi maior futura ſit quàm primi.

Grauis ad Deũ querela fidelis, morbo, aut perſecutione, atque aduerſitate grauiter afflicti, ac ſine vlla conſolatione quaſi à Deo derelicti.

11 Vni יחד conſtringe. i. fac vt animus meus nomen tuum ſolũ timeat. 13 Ex fouea inf.: כשאול תחתיה ex ſepulchro inferiori. 14 Superbi זדים contumaces. temerarii. ex malitia peccantes, non laceſſiti. arrogantes. Fortiũ עריצים robuſtorũ. Significat illos fortes qui propriis fidunt viribus. Alii, terribilium. Alii, nebulonũ. Quidã, violentorũ. 15 Longus ira, ארך אפים .i. longanimis. Hebraiſ. 17 Fac mecum ſig. in bo. עשה־עמי אות לטובה i. declara ſigno aliquo te mihi fauere. Hebraiſmus. Quidã, Ede ſignũ aliquod bonitatis tuæ erga me. Alii, Inſigniter benefac mihi.

IN PSALMVM LXXXVII.

1 Filiis Córah לבני־קרח Filiorum Córah. Vide pſal. 42 & 45. Pſalmus cantici. מזמור שיר Vide pſal. 30. Fundam. eius יסודתו Iſtud eſt altera pars inſcriptionis Pſalmi apud Hebræos. Relatiuũ ſine antecedẽte poſitũ eſt more Hebræorũ. Nõnulli referunt ad Pſalmũ, vertentes, Cuius pſalmi fundamentũ *iactum eſt* in mõtibus ſanctis, id eſt de Ieruſalẽ quæ fundata eſt in mõtibus, nẽpe Moria & Sion. Alii dicunt referre Ieruſalẽ, aut tẽplum. Qui Pſalmũ propius cõſiderant, ſcribunt relatiuũ iſtud referre Deum qui ſelegerit ſibi montes ſanctos in quibus fundaret vrbẽ ſuã regiã Ieruſalẽ, & tẽplum ſuũ. Nã verſu 5 ſequitur, Et ipſe cõfirmabit eam Altiſſimus. 3 Glorioſa נכבדות Præclara 4 Memorabo AEgyp. & Bab. inter ſci. me. אזכיר רהב ובבל לידעי Memor ero Rahab & Babylonis cũ his qui me agnoſcũt. Alii, Faciã memorari Rahab & Babel cognoſcẽtibus me. i. reputabũtur inter domeſticos & familiares meos. Iſte natꝰ eſt ibi.: זה ילד־שם Pronomẽ ſingulare pro plurali, Iſti nati ſunt ibi. q. d. de illis vrbibꝰ, inimiciſſimis aliquãdo Iſraelitis, multi in cõſortiũ illorũ, & in populũ Dei annumerabũtur, & cõciues efficiẽtur. Id etiã ſequẽs verſus 5 & 6 indicãt. 5 Vir & vir איש ואיש Hebraiſmus, .i. Iſte & ille: ſiue plures. 6 Numerabit, יספר recẽſebit 7 Vt tibicines: כחללים Conciſa oratio, ſub. laudes dicent q. d. & voce & muſicis inſtrumentis cantabunt laudes tuas. Quidam Hebræorum vertũt, Et cantores ſicut mulieres. q. d. tam viri quàm mulieres te laudabunt. Alii, *Ac in Sion* cantores erunt vt tibicines. q. d. tam facile erit inuenire in Ieruſalem præcones diuinarum laudum, quàm in aliis regionibus tibicines. Abundantiam fidelium in vrbe Ieruſalem Deum laudantiũ deſcribit. Fontes מעיני ſcaturigines. Alii, modulationes. מעינים ſcaturigines & fontes ſignificat. transfertur autem ad modulationes quæ è pectore, velut è fonte aquæ, ſcaturiunt & ebulliunt. Quidam, oculi vertunt: acſi dicat, ſemper oculos meos habebo in te coniectos.

IN PSALMVM LXXXVIII.

1 Cãticum Pſalmi שיר מזמור Vide Pſal. 30. Filiis Córah לבני־קרח filiorum Córah, Vide Pſa. 42 & 45. Victori למנצח Vide Pſa. 4. Super Maחhalath, על־מחלת Vide Pſal. 53. Ad canendum, &c. לענות משכיל להיכן ad laudandũ erudiẽs *canticum* Hemã, &c. Alii, de afflictione erudiens, ipſius Heman. Alii, ad humiliandum, intellectus Heman. De משכיל vide Pſal. 32. Quidam Hebræorum dicunt לענות, fuiſſe initium carminis, ad cuius numeros & hic Pſalmus cantatus ſit. Alii, inſtrumentũ: alii, certã modulationẽ hac voce ſignificari arbitrantur. 2 In die clamo, in nocte יום־צעקתי בלילה die ac nocte clamaui. Alii, die [.i. tempore] quo noctu vociferor.

Reputatus ſum cum deſcendentibus *in* ″ſepulchrum: fui ſicut 5
vir *cui* non eſt fortitudo,

Et inter mortuos liber: ſicut interfecti dormiẽtes in ſepulchro, 6
quorum non recordaris amplius, & ipſi à manu tua ″exciſi ſunt.

Poſuiſti me in lacu inferiori, in tenebris, ″in profundis. 7

Super me ″ſuſtentata eſt ira tua, & cunctis fluctibus tuis affli- 8
xiſti. סSélah.

Elongaſti notos meos à me, poſuiſti me abominationes illis: 9
concluſus ſum, neque egrediar.

″Oculus meus elanguit præ afflictione mea: ″inuoco te ô Ie- 10
houa omni die, expando ad te manus meas.

Auerſatur mortem, propterea quòd cum fidelibus Deum laudare non poterit.

Num mortuis facies ″miraculum? ″num mortui reſurgent *ut* ce- 11
lebrent te? סSélah.

Nunquid narrabitur in ſepulchro miſericordia tua, *&* veritas 12
tua ″in perditione?

Nunquid cognoſcetur in tenebris miraculum tuum, & iuſti- 13
tia tua in terra obliuionis?

Queritur orationem ſuam non exaudiri.

Ego verò ad te Iehoua ″clamo, & mane oratio mea præuenit te. 14

Vtquid Iehoua ″repellis animã meã, abſcõdis faciẽ tuã à me? 15

″Pauper ſum ego & deficiens ab adoleſcentia: portaui terrores 16
tuos, ″animi dubius ſum.

Super me tranſierunt iræ tuæ, terrores tui ″ſucciderunt me. 17

Circundederunt me ſicut aqua, tota die: circundederunt me 18
pariter.

Elongaſti à me amantem & ſocium, ″notos meos *in* tenebris. 19

Intelligentia ipſius אEthán אEzrahitæ. L X X X I X. 1

Magna copia verborum laudat bonitatem Dei propter fœdus eius perpetuum quod conſtituit cum eo, electiſque ſuis per Chriſtum Dauidis filium regnantem in ſua Eccleſia, in qua perpetuo, laudatur.

MIſericordias Iehouæ in ſeculum cantabo: in generatione & 2
generatione notam faciam veritatem tuam ore meo.

Quoniam dixi, In ſeculum miſericordia ″ædificabitur: in cælis 3
″firmaſti veritatem tuam.

Percuſſi fœdus cum electo meo, iuraui Dauidi ſeruo meo, 4

Vſque in ſeculum ″ſtabiliam ſemen tuum, & ædificabo in ge- 5
nerationem & generationem thronum tuum. סSélah.

″Celebrãt autem cæli miraculum tuum Iehoua: etiam veritas 6
tua eſt ″in eccleſia Sanctorum.

Laudat ſummã Dei potentiam.

Quoniam quis in cælo æquabitur Iehouæ, *quis inquam* ſimilis eſt 7
Iehouæ in filiis deorum?

Deus ″terribilis in congregatione Sãctorum multa, & ″terribilis 8
ſuper omnes *qui ſunt in* circuitibus eius.

Iehoua Deus exercituum, quis ſicut tu, fortis Domine? & ve- 9
ritas tua *in* circuitibus tuis.

Tu dominaris elationi maris: quum eleuãt ſe fluctus eius, tu 10
compeſcis eos.

5 AEſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

6 Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorũ non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt. B

7 Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.

8 Super me cõfirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

9 Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia.

10 Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

11 Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici ſuſcitabũt, & confitebuntur tibi?

12 Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

13 Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis? C

14 Et ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.

15 Vtquid Domine repellis orationẽ meam, auertis faciẽ tuam à me?

16 Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus.

17 In me tranſierũt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.

18 Circundederũt me ſicut aqua, tota die: circundederunt me ſimul.

19 Elõgaſti à me amicũ & ꝓximũ, & notos meos à miſeria. L X X X V I I I.

1 Intellectus Ethan Ezrahitæ.

2 MIſericordias Domini in æternum cantabo:
In generationem & generationem ãnuntiabo veritatẽ tuã in ore meo.

3 Quoniam dixiſti, In æternum miſericordia ædificabitur: in cælis præparabitur veritas tua in eis.

4 Diſpoſui teſtamentũ electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, 2.Reg.7.b.
5 vſque in æternum præparabo ſemen tuum.
Et ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam.

6 Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in eccleſia Sanctorum.

7 Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Domino in filiis Dei?

8 Deus qui glorificatur in concilio Sanctorũ, magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. B

9 Domine Deus virtutũ, quis ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

10 Tu dominaris poteſtati maris: motum autẽ fluctuũ eius tu mitigas.

5 Sepuchrũ: בור foueam. lacum 6 Exciſi ſunt.: נגזרו ſeparati ſunt. amoti ſunt. 7 In profundis. במצלות in profunditates. ſub. maris. His omnibus atrocitas afflictionis intelligenda eſt. 8 Suſtentata eſt סמכה ſuſtentauit ſeſe. incubuit. 10 Oculus m. el. עיני דאבה Sing. pro plur. i. dolore affecti emarcuerunt oculi mei. Inuoco te קראתיך Præt. Heb. pro præſ. 11 Miraculum? פלא mirabilia. i. num edito miraculo reuocabis omnes ad vitam? Seipſum exponit ſequentibus. Num mortui אם־רפאים Repetitio. 12 In perd.: באבדון in interitu? 14 Clamo, שועתי Præteritum Heb. pro præſ. 15 Repellis תזנח futura Heb. pro præſ. elongas. abominaris

16 Pauper ſum ego, & def. עני אני וגוע Afflictus ſum ego, & moribundus. vel, quaſi animam efflans. גוע ſignificat eum qui lenta morte cõficitur. Animi dub. ſ.: אפונה ſuſpenſo ſum animo. vel, hæſitãs. Alii, animo attonito. Alii, *ſemper & quotidie dicens*, Ne forte. ſub. peream. aut, ſit hoc & hoc. Alii deducentes à radice אפן, vertunt, multo tẽpore. dicũtque tẽpus in Arabico vocari אפאן 17 Succiderunt me.: צמתותני perdiderunt, perdiderunt *inquam* me. Aut, prorſus perdiderunt me. id ſignificat verbum Hebraicum in quo vltima ſyllaba repetitur ad vehementiam. 19 Notos, &c.: מידעי מחשך noti mei *in* tenebris. ſub. ſunt. i. deliteſcunt, nec prodeunt vt opem mihi ferant.

IN PSALMVM LXXXIX.

1 Intelligentia משכיל Vide Pſal. 32. 3 AEdificab. יבנה .i. durabit inſtar ædificii ſumma arte conſtructi. nam verbum Hebraicũ ſignificat ædificare & durare. Firmaſti תכן fut. Heb. pro præt. vt quidam vertunt. Alii, firmabitur fides tua. aut veritas.

5 Stabiliam אכין præparabo. confirmabo 6 Celebrant autem ויודו Ad verbum, Et celebrabunt. Quidam per præſens conuertunt. In eccleſ. Sanct. בקהל קדשים in eccleſia Sancti. plurale. repetẽdũ, num celebrãt, ſiue celebrabũt. 8 Terribilis נערץ plurimũ formidãdus.

Tu humiliaſti ſicut vulneratū, ſuperbum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. 11

Gene.1.a.1.

Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbē terræ & plenitudinē eius tu fundaſti: Aquilonem & Mare tu creaſti. 12

Thabor & Hermō in nomine tuo exultabūt: tuum brachium cum po-
C tentia. 13

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. 14

Miſericordia & veritas præcedent faciem tuā: beatus populus qui ſcit iubilationem. 15

Domine, in lumine vultus tui ambulabūt, & in nomine tuo exultabūt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur. 16 17

Quoniam gloria virtutis eorū tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum. 18

Quia Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael Regis noſtri. 19

Tūc loquutꝰ es in viſione Sanctis tuis, & dixiſti, Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea. 20

1.Reg.16.c.12
act.13.d.52.

Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: 21

Manus enim mea auxiliabitur ei,
D & brachiū meum confirmabit eum. 22

Nihil proficiet inimicus in eo, & filiꝰ iniqtatis nō apponet nocere ei. 23

Et cōcidam à facie ipſius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. 24

Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. 25

Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. 26

Ipſe inuocabit me, Pater meꝰ es tu, Deus meꝰ, & ſuſceptor ſalutis meæ. 27

Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ. 28

In æternū ſeruabo illi miſericordiā meam, & teſtamentum meum fidele ipſi. 29

Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli. 30

Si autē dereliquerint filii eius Le-
E gem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: 31

Si iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint: 32

Viſitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum. 33

Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque decipiam in veritate mea: 34

Neque prophanabo teſtamentum meū, & quæ procedūt de labiis meis 35

″Tu confregiſti tanquam vulneratum AEgyptum, in brachio fortitudinis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.

Tui ſunt cæli, etiam tua eſt terra: orbem & plenitudinem eius tu″fundaſti:

Aquilonem″ & Meridiem tu creaſti: Thabor & Hermō in nomine tuo ″exultant.

Tibi eſt brachium cum fortitudine: ″robuſta eſt manus tua, exaltata eſt dextera tua.

Iuſtitia & iudiciū″baſis ſolii tui: miſericordia & veritas ″præcedunt faciem tuam.

Beatus populus qui ſcit iubilationē: Iehoua in lumine vultus tui ambulabunt.

In nomine tuo exultabunt omni die, & in iuſtitia tua″exaltabunt ſe:

Quoniam gloria fortitudinis eorum es, ″& in voluntate tua exaltantur cornua noſtra.

Quia″Iehouæ eſt clypeꝰ noſter, & Sācti Iſraelis Rex noſter.

Tunc loquutus es in viſione″miſericordi tuo, & dixiſti, Poſui ″adiutorium ſuper potentem, exaltaui electum de populo.

Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſanctitatis meæ vnxi eum:

″Cum quo manus mea firma erit, etiam brachium meum roborabit eum.

″Nō exiget inimicus ab eo, & filius iniquitatis nō affliget eū.

″Et cōterā à facie eius hoſtes eius, & odio habētes eū percutiā.

Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

″Et ponam in mari manū eius, & in fluminibus dexterā eius.

Ipſe inuocabit me, Pater meꝰ es, Deꝰ meꝰ, & ″rupes ſalutis meæ

Etiā ego primogenitū ponā eum, & ″excelſum Regibus terræ.

In ſeculum cuſtodiam ei miſericordiam meam, & pactum meum firmum erit ipſi.

Et ponam in ſeculū ſemen eius, & thronū eius ſicut dies cæli.

Si dereliquerint filii eius Legem meā, & in iudiciis meis non ambulauerint:

Si ſtatuta mea prophanauerint, & præcepta mea non cuſtodierint:

″Tunc viſitabo virga præuaricationem eorum, & plagis iniquitatem eorum.

Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ″neque mētiar in veritatem meam:

Non prophanabo pactū meum, ″& quod egreſſum eſt de labiis

Dominus omnium in omni æquitate gubernator.

In quo conſiſtit ſumma beatitudo ac fœlicitas populi Dei.

Promiſſiones Dauidi factæ de ipſius regno ſuper Iſrael, eiúſque tranquillitate: de quo multa 2.Samu.7.a.8: ex cuius ſemine deſcendit Chriſtus rex ſēpiternus, vt Lucas narrat cap.1.c.32.

11 Tu confr.tan. vul. אתה דכאת כחלל Tu contriuiſti ceu interēptū. ſub. gladio, vel, vſque ad internecionē. 12 Fundaſti: יסדתם Fut.Heb.pro præt.i.ſtabiliſti eos.redundat eos. 13 Et Meridiē וימין Ad verbū, & dextram.i.Meridiem, quòd verſis ad Orientem, ſit Meridies ad dextrā. Thabor, mons in Occidēte, Hermon in Oriēte: vnde pro iis partibus accepit Chaldæus paraph. Exultant: ירננו Fut. Hebr.pro præſ. 14 Robuſta eſt, &c. תעז ידך Iſtud declarat priorem verſus partem. Quidam vertunt, roboras manum tuam, attollis dexteram tuam. Alii in imperat. Robora manum tuam, & eleua dexteram tuam. 15 Baſis מכון habitaculum. locus paratus ſolio tuo. Præcedunt יקדמו Fut.Hebr.præuenient 17 Exaltabunt ſe: ירומו: exaltabuntur.attollentur. 18 Et in volun.tua, &c.: וברצונך תרים קרנינו & pro beneuolētia tua exaltabis cornua noſtra.i.vires noſtras, noſtrā autoritatē, imperiūmque noſtrū. id ſignificat cornu Hebræis.

19 Iehouæ eſt clypeus no. ליהוה מגננו à Iehoua eſt protectio noſtra. Relat. pro anteced. q.d. à te habemus qui nos protegat & regat.

20 Miſeric.tuo, לחסידך ſancto tuo.i.Samueli. Adiut.&c. עזר על־גבור auxiliū in potente. Hebraiſmus, pro Conſtitui fortem quendam qui futurus eſt auxilio populo meo. 22 Cum quo ma.&c. אשר ידי תכון עמו.i.firma & perpetua erit.q.d. nunquā deſtituā eū auxilio meo.

23 Non exig.ini.ab eo, לא־ישא אויב בו ſub.tributa, tanquam exactor, aut fœnerator. à verbo נשה. Quidam vertunt, Non violentus eſſe poterit contra eum hoſtis. Alii, Non ſeducet eum inimicus. non imponet ei hoſtis. à נשא. 24 Et conteram וכתותי Et contundā. vel concutiam 26 Et ponā, &c. ושמתי בים ידו .i. ſubiiciam potentiæ eius mare, & flumina imperio eius, multo magis terrā illis minorem. Vel, protendā poteſtatē eius vſque ad mare. Laudat regnū Dauidis ab amplitudine. 27 Rupes ſal.m.: צור ישועתי rupes opis meæ. Quidā, firma ſalus mea.i.auxilium meum inſuperabile. 28 Excelſum עליון excelſiorem. Comparatiuo carent Hebræi, vt & ſuperlatiuo.

33 Tunc viſit. ופקדתי Ad verbum, Et viſitabo. Et pro Tunc. 34 Neque mētiar, &c.: ולא אשקר באמונתי .i. neque fallam fidē meam.

35 Et quod, &c.: ומוצא שפתי Ad verbum, & egreſſum labiorum meorum.i. ſermonē non mutabo. vel, nō retractabo quod pollicitus ſum.

meis non mutabo.

Semel iuraui per Sanctitatem meam, Si Dauidi mentiar:

Semen eius in ſeculū erit,& thronus eius ſicut ſol coram me:

Sicut luna ſtabilietur in ſeculū,″& teſtis ī cælo fidelis.פSelah.

Cōqueritur deplorans maximam diſſipationem,ac ruinam regni Dauidis: adeo vt videatur Deus nō ſeruaſſe promiſſum ſuum.

Tu verò ″repuliſti,& ſpreuiſti, iratus es cōtra chriſtum tuum.

″Abieciſti pactum ſerui tui:prophanaſti *proiiciendo* in terram diadema eius.

Rupiſti omnes macerias eius, poſuiſti munitiones eius ″contritionem.

Diruperunt eum omnes tranſeuntes per viam : opprobrium eſt vicinis ſuis.

Exaltaſti dexteram hoſtium eius, exhilaraſti omnes inimicos eius.

Etiā retudiſti aciē gladii eius,& non″ſubleuaſti eum in prælio.

Ceſſare feciſti ″ſplēdorem eius,& ſolium eius in terrā deieciſti.

″Abbreuiaſti dies adoleſcentiæ eiꝰ,operuiſti eū″pudore.פSelah.

Summo animi angore orat vt ſuis afflictionibus liberetur,cognita præſertim breuitate vitæ humanæ,proponens Deo,ipſius promiſſiones.

Vſquequo Iehoua abſcondes te in ſeculum, exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memēto,″ego quid ſim,quod tēpus: propter quid fruſtra creaueris omnes filios hominum?

Quis vir viuet,& nō videbit″mortem,eruet animam ſuam″de manu ſepulchri?פSélah.

Vbinam ſunt miſericordiæ tuæ″antiquæ Domine, *quas* iuraſti Dauidi″in veritate tua?

Recordare Domine opprobrii ſeruorum tuorum, *quod* ″fero in ſinu meo,*opprobrij* omnium″fortium populorum:

″Quia probris affecerunt inimici tui Iehoua, quia probris affecerunt veſtigia Chriſti tui.

Benedictus Iehoua in ſeculum.″Amen & amen.

Oratio ipſius Moϖſéh viri Dei. XC.

Deus perpetuū fideliū refugiū, ſicut ipſe æternus eſt.

DOmine″habitaculū tu fuiſti nobis in generatione & generatione.

Priuſquam montes naſcerentur, & formares terram,& orbē, & à ſeculo & vſque in ſeculum tu es Deus.

Queritur de breuitate ac miſeria vitæ præſentis.

″Conuertis hominem vſque ad contritionem,& dicis,Reuertimini filii hominum.

Quoniam mille anni in oculis tuis ſicut dies heſterna quum tranſierit,& cuſtodia in nocte.

non faciam irrita.

36 Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mētiar : ‖ſemen eius in æternum manebit. F

2.Reg.7.d.16. iohan.12.e.34.

37 Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo , & ſicut luna perfecta in æ-

38 ternum:‖& teſtis in cælo fidelis.

Apoc.1.a.5. & 3.a.5.

39 Tu verò repuliſti & deſpexiſti : diſtuliſti Chriſtum tuum.

40 Euertiſti teſtamentū ſerui tui:prophanaſti in terra ſanctuarium eius.

41 Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentū eius formidinem.

42 Diripuerunt eum omnes trāſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

43 Exaltaſti dexterā inimicorū eius: lætificaſti omnes inimicos eius.

44 Auertiſti adiutorium gladii eius, & non es auxiliatus ei in bello.

45 Deſtruxiſti eum ab emundatione, & ſedem eius in terram colliſiſti.

46 Minoraſti dies temporis eius:perfudiſti eum confuſione. G

47 Vſquequo Domine auertis in finem,exardeſcet ſicut ignis ira tua?

48 Memorare quæ mea ſubſtantia: nūquid enim vane cōſtituiſti omnes filios hominum?

49 Quis eſt homo qui viuet, & nō videbit mortem , eruet animam ſuam de manu inferi?

50 Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine: ‖ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? 2.Reg.7.b.11.

51 Memor eſto Domine opprobrii ſeruorum tuorum quod continui in ſinu meo,multarum gentium:

52 Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerūt commutationem Chriſti tui.

53 Benedictus Dominus in æternum. Fiat fiat. LXXXIX.

1 Oratio Moyſi hominis Dei.

DOmine,refugiū tu factꝰ es nobis in generatione & generatione.

2 Priuſquam montes fierent, & formaretur terra & orbis, à ſeculo & vſque in ſeculum tu es Deus.

3 Ne auertas hominem in humilitatem: & dixiſti, Conuertimini filii hominum.

4 ‖Quoniam mille anni ante oculos tuos,tāquā dies heſterna quæ p̄teriit, & cuſtodia in nocte. 2.Petr.3.b.8.

38 Et teſtis,&c. ועד בשחק נאמן *quæ* teſtis eſt in æthere certus.nempe durationis illius regni.

39 Repul.& ſpreu. זנחת ותמאס:execratus es,& auerſatus es. vel,repudiaſti. 40 Abieciſti נארתה Deſtruxiſti.Diſſipaſti.Diſſoluiſti.

41 Contritionem.: מחתה terrorem.vel,formidinem. Hebraiſmus, pro,feciſti vt propugnacula eius regni contererentur.vel,vt in propugnaculis regni formidarent milites Dauidis. 44 Subleuaſti הקמותו exaltaſti. Vel, reddidiſti ſtabilem. Quidam, ſuperiorem feciſti.

45 Splendorem eius. מטהרו nitorem eius.elegantiam eius.i.ſplendore regio eum priuaſti.

46 Abbreuiaſti הקצרת Præcidiſti. Pudore בושה ignominia.

48 Ego quid ſim,quid tempus: אני מה חלד Ad verbum,ego quid tempus.Dictio מה repeti debet,& retrahi ad præcedēs,vt loquūtur Hebræi,ideo vertendum,Memēto quid ego *ſim,& quod* tempus.i.quàm fragilis,& quàm breuis vitæ in hoc mūdo. Quibuſdā redūdat אני,Memineris quod ſit tempus *vitæ meæ*.i.quàm longū,aut quantulū futurū ſit,niſi redeas mecū in gratiā.Alii vertūt,quātuli æui ſim. Alii,ego quāti æui. Alii, quantuli temporis ego ſim. Vide aliquid ſimile & Pſal.39,verſu 5.de breuitate vitæ. 49 De manu מיד de poteſtate.Repetitio eſt.

50 Antiquæ הראשונים priores.priſtinæ. In veritate tua? : באמונתך per fidem tuam? i.ſerio.

51 Fero שאתי. Præt.Heb.pro præſ.i.quod patientiſſime fero. Fortium רבים multorum. magnorū .i. quo probris me afficiunt pop.

52 Quia prob. aff. &c. : אשר חרפו אויביך יהוה אשר חרפו עקבות משיחך Quod opprobrarunt inimici tui Iehoua , quo opprobrarunt calcibus Chriſti tui.id eſt moræ quam facit Chriſtus tuus.Chald.paraph.quo exprobrauerūt tarditatem veſtigiorum Meſſiæ tui.quaſi nunquā venturi.

53 Amen amen.: אמן ואמן Voces Hebrææ quæ ſignificāt Veritas eſt,veritas eſt.q.d.certiſſime eueniet quod dixi. Quidā Hebræorū dicūt verſiculum iſtum addi ſolere fini librorum ab Hebræis grammaticis,ſiue ſcriptoribus. Alii dicūt fuiſſe additum à ſcriba,quòd auxiliatus eſſet ei Deus in deſcribendo libro:vt ſæpe fit à Latinis,qui in fine librorum addunt,Laus Deo,Gloria Deo,& ſimilia.Alii volunt fuiſſe verba cantoris qui per Spiritum viderit reditum Iſraelis de captiuitate,& ſalutem Meſſiæ breui venturi:propter quod Deum laudauerit.

IN PSALMVM XC.

1 Habitaculum מעון refugium. Alii,habitaculum refugii.

3 Conuer.ho.vſque ad contr. תשב אנוש עד דכא Reducis hominem donec ſit contritus. Vel,vſque ad rem minutiſſimam.i.in puluerem in quem tu reuerti facis eum.q.d.Scis quàm nihilum ſit hominis tempus:tu autem mille annos non pluris facis,quàm homo diem vnum.

B 5 Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6 Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.

7 Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.

8 Poſuiſti iniquitates noſtras in cōſpectu tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

9 Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.

C 10 Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni.

Eccli.18.a.8.

Si autē in potētatibus, octoginta anni: & amplius eorū, labor & dolor.

Quoniam ſuperuenit māſuetudo, & corripiemur.

11 Quis nouit poteſtatē iræ tuæ, & præ timore tuo irā tuā dinumerare?

12 Dexterā tuam ſic notā fac: & eruditos corde in ſapientia.

D 13 Cōuertere Domine, vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

14 Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.

15 Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

16 Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

17 Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuū noſtrarū dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige.

Laus cantici Dauid. XC.

1 QVi habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

2 Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus ſperabo in eum:

3 Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiū, & à verbo aſpero.

4 Scapulis ſuis obūbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno,

5 A ſagitta volante in die, à negotio perābulante in tenebris, ab incurſu

B 6 & dæmonio meridiano.

---

5 "Inundas eos, *ut* ſomnus ſunt: mane ſicut herba, "vires accipit,
6 Mane floret," & vires accipit: veſperi exciditur, & ſiccatur.
7 Quia "conſumimur in furore tuo: & in ira tua terremur.
8 Poſuiſti iniquitates noſtras coram te, "errores noſtros in lumine vultus tui.

Breuitas huius vitæ eſt pœna peccatorum noſtrorum,

9 Quoniam omnes dies noſtri declinauerūt propter iram tuam, "conſumpſimus annos noſtros "tanquam ſermonem.

10 Dies annorum noſtrorum "quibus *viuimus*, ſeptuaginta anni: & ſi "in fortitudinibus *ſit*, octoginta anni:" & fortitudo eorum" peruerſitas & iniquitas: quoniam "recedit citò, & auolamus.

11 Quis cognoſcit fortitudinē iræ tuæ?" & vt timor tuus, ira tua.

12 "Vt numeremus dies noſtros, ſic ſcire fac *nos*, & adducemus *in* cor ſapientiam.

Orat Dominū vt meditatio huius vitæ breuis ſeruiat ei ad ſapientiam: atque vt placetur, lætetúrque de ſuo populo, quòd eum afflixerit, eumque omnibus in rebus dirigat.

13 Conuertere Iehoua, vſquequo?" & placare ſuper ſeruos tuos.

14 Satura nos mane miſericordia tua," & exultabimus, & lætabimur omnibus diebus noſtris.

15 Exhilara nos ſecundum dies *quibus* afflixiſti nos, "*ſecundum* annos *quibus* vidimus malum.

16 Conſpiciatur in ſeruis tuis opus tuum, & gloria tua ſuper filios eorum.

17 Et ſit decor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opus manuū noſtrarum "dirige ſuper nos, "opus inquam manuum noſtrarum dirige.

X C I.

1 Q"Vi habitat in abſcondito Altiſſimi, *&* in vmbra Omnipotentis "commoratur:

2 *illi* "dicā de Iehoua ſpe mea, & arce mea, Deo meo in quo ſpero:

3 "Certè ipſe eruet te de laqueo "venatoris, *&* peſte "prauitatum.

4 "Alis ſuis teget te, & ſub alis eius "ſecurus eris:" ſcutum & clypeus veritas eius.

5 Non timebis "à timore noctis, "à ſagitta quæ volauerit per diē,

6 "A peſte *quæ* in caligine ambulat, "à peſte *quæ* "vaſtat meridie.

Deſcribit in qua ſecuritate viuat is qui omnem ſuam ſpē in Deo ponit, in eúmque planè atque eius protectionem ſe cōiicit: & quēadmodū in omnibus afflictionibus ac tentationibus ab eo conſeruatur.

---

5 Inūdas eos, זרמתם Præt. Heb. pro præſ. i. Facis ceu impetu quodā ruere eos. Vel, Facies inſtar nimbi illos diffluere. Aut, Quaſi immiſſa inundatione ſubito rapis eos de mūdo, & velut ſomniū tradūtur obliuioni. Vires accipit. יחלף roboratur. Fut. Heb. pro præſ. Alii, trāſit, vel præterit. ſub. homo. Alii, exciditur. Mutat numerū, quòd de vnoquoque loquatur, aut quòd pars hominū mori ſoleat in iuuētute. Quidam referunt ad herbā, vertentes, quaſi herba quæ mutatur. 6 Et vires accipit, וחלף & creſcit. roboratur. Idem verbum quod in fine præcedentis verſus. 7 Conſum. כלינו deficimus. 8 Errores no. עלמנו abſcōditum noſtrum. ſiue occultum. i. peccata quæ putamus ſecreta eſſe. Alii, adoleſcentias noſtras. i. cōmiſſa in adoleſcentia. 9 Conſump. כלינו Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, conſumimus. Tanq. ſerm. כמו הגה inſtar loquutionis. ceu ſermonem, qui ſcilicet tantum eſt dum fit. q. d. dicto citius.

10 Quib. *uiu*. ſept. an. בהם שבעים שנה Ad verbū, in ipſis, ſeptuaginta anni. i. ſeptuaginta anni ſunt in ipſis diebus. Quidā vertunt, Anni noſtri qui in ipſis diebus ſunt, ſeptuaginta ſunt anni. In fortitud. בגבורות ſub. ſit natura noſtra. i. ſi viuaciores ſumus. Quidam, in viribus maioribus. Et fortit. eo. ורהבם & ſuperbia eorum. Vel, robur & vigor. ſiue fœlicitas eorum, ſub. annorum in qua ſuperbire ſolemus. q. d. & vt fœliciſſime viuamus, dies illi ſunt ærumna & vanitas. Alii, talium ſuperbia. Alii & faſtus illorum. Peruer. & iniq. עמל ואון labor eſt & moleſtia. Alii, moleſtia & ærumna. Vel, ærumna & calamitas. Recedit : גז abit. reſecatur. ſub. ſuperbia illa. Præt. Heb. pro præſ.

11 Et vt timor, &c. : וכיראתך עברתך quantū enim quis te timet, *tanta eſt* indignatio tua. Alii, & ſicut timor tui, fremens ira tua. Alii, vt te quique timent, ita in eos indignatio tua. Alii, quum timor tui *ſit* indignatio tua. vel, quum videaris in tuos pro eo quòd te colunt & timent, indignari. q. d. quis habet perſpectum modum iræ tuæ? nullus. nam quo quis eſt religioſior, eo in eum ira tua videtur eſſe atrocior.

12 Vt numeremus. &c. : למנות ימינו כן הודע ונבא לבב חכמה Aduerbiū כן sic, reuocari debet ad principium verſus, hoc modo, Sic fac ſcire nos vt numeremus. Hebraiſmus, pro, Sic fac intelligamus quàm breui temporis ſpatio ſimus victuri, ac ita reddemur ſapientiores, cautiores, & circunſpectiores. Id ſignificat, Numerare annos, & Adducere cor ſapientiæ, ſiue adducere in cor ſapientiam. Quidam ſic paraphraſtice vertunt, Vt ergo dierum noſtrorum numerum ſciamus, tu nobis plane indica vt ſapientiæ animum intendamus.

13 Et placare והנחם & conſolare, vel conſolationem accipe. Aut pœniteat te ſeruorum tuorum. Chald. paraph. Et conuertere à malo quod locutus es vt faceres ſeruis tuis. Hebræorum quidam, Et pœniteat te more filiorum hominum, quos pœnitet aliquid feciſſe.

14 Et exultabimus ונרננה & ouabimus. & cantabimus 15 *Secundū* annos, &c. : שנות ראינו רעה Repetitio eſt. videre malum, & affligi, idem. 17 Dirige ſuper nos, כוננה עלינו confirma in nobis. Alii, inſtitue ſuper nos. i. fac fœliciter cedat quicquid inſtituerimus. Opus inquam, &c. ומעשה Idem bis dicit.

IN PSALMVM XCI.

1 Qui habitat ישב Ad verbum, Habitans. Sedens. Commorat. : יתלונן Fut. Heb. pro præſ.

2 Dicam de Ieh. אומר ליהוה Particip. præſ. Heb. pro fut. Dicens, pro Dicā de Iehoua, &c. vel auſim polliceri de Iehoua, quod nēpe ſequenti verſu dicitur, in quo perficitur ſententia. Quidam vertunt, Dicam Iehouæ. ſed minus rectè.

3 Certe ipſe eruet te כי הוא יצילך Quòd ipſe liberaturus ſit te. Trāſit à tertia perſona ad ſecundā. Venatoris, יקוש aucupis. Prauitatum. : הוות exitiorum. i. exitiali. 4 Alis ſuis באברתו Sub penna ſua. Vel, Sub alis ſuis Securus eris. תחסה defēderis. tutus eris. confides. Scutum & clyp. צנה וסחרה *pro* ſcuto & clypeo. i. ſeruabit te iuxta promiſſionem ſuam fidelem. 5 A timore no. מפחד לילה à terrore noctis. vel, nocturno. i. nihil accidere poterit nocte quod te terrere poſſit. A ſagitta מחץ .i. à repentino periculo.

6 A peſte מקטב ab exterminio. à lue. i. à peſte, ſiue exitiali morbo qui graſſatur quū calor ſolis eſt vehemētiſſ. Vaſtat ישוד Fut. Heb. p præſ.

7 ″Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextera tua: tibi *tamen*″non appropinquabit.

8 ″Tãtùm oculis tuis aſpicies,″& retributionẽ impiorũ videbis.

9 Quoniam″tu *dixiſti*, Iehoua ſpes mea:″Excelſum poſuiſti habitaculum tuum,

10 Non accidet tibi malum: neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo:

Angeli cuſtodes

11 Quoniam angelis ſuis mandabit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis:

12 In manib⁹ portabũt te, ne forte impinguat ad lapidẽ pes tuus.

13 Super leonem″& baſiliſcũ calcabis, conculcabis catulum leonis, & draconem.

Promiſſio Dei facta iis qui eum cognoſcũt, amãt inuocant vt liberentur.

14 Quoniam″me valde amat, propterea eruã eum:″exaltabo eũ, quoniam agnoſcit nomen meum.

15 Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipſo ero in anguſtia, eruam eum, & glorificabo eum:

16 Longitudine dierũ ſaturabo eũ,″& videre faciã eũ ſalutẽ meã.

Pſalmus cõpoſitus ad canẽdũ in die Sabbathi, vt excitetur populus ad recognoſcendũ, laudandumque Deũ in eius operibus.

″Pſalmus cantici in diem ψSabbathi. XCII. 1

2 B″Onũ eſt celebrare Iehouã, & pſallere nomini tuo Altiſſime:

3 Annũtiare mane miſericordiã tuã, & veritatẽ tuã ĩ noctib⁹,

4 Super decachordo, & ſuper nébel,″cum cantico in cithara:

Lætatur in operibus Dei.

5 Quia lætificaſti me Iehoua in operibus tuis, in operibus manuum tuarum″exulto.

6 Quàm magna ſunt opera tua Iehoua! valde profundæ ſunt cogitationes tuæ.

Stulti non intelligunt impium florentem periturum.

7 Vir″inſipiens non cognoſcit, neque ſtultus intelligit iſtud:

8 ″Quòd floreant impii ſicut herba,″& flores emittãt omnes operarii iniquitatis,″vt diſſipentur ipſi in æternum.

9 Tu autem″excelſus es in ſeculum Iehoua.

10 Quoniã ecce inimici tui Iehoua, quoniã ecce inimici tui peribunt, diſſipabuntur omnes operarii iniquitatis.

Fœlicitas, proſperitaſq; iuſtorum, ac fidelium qui in domo Domini ſunt plantati, vt eum laudent.

11 Et exaltabis ſicut vnicornis cornu meũ,″cõſpergar oleo viridi.

12 Et videbit oculus meus *quod uolo*″in hoſtibus meis: de conſurgẽtibus aduerſum me, de malignantibus audient *grata* aures meæ.

13 Iuſt⁹ vt palma florebit, ſicut cedr⁹ in Lebanõ″multiplicabitur.

14 Plantati in domo Iehouæ, in atriis Dei noſtri florebunt.

7 Cadẽt à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabit.

8 Verũtamẽ oculis tuis cõſiderabis: & retributionẽ peccatorum videbis.

9 Quoniã tu es Domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum,

10 Nõ accedet ad te malũ, & flagellũ nõ appropĩquabit tabernaculo tuo:

11 Quoniam ǁAngelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiãt te in omnibus viis tuis:

Matth.4.a.6
luc.4.b.10
D

12 In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

13 Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & draconẽ.

14 Quoniã in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniã cognouit nomen meum.

15 Clamauit ad me, & exaudiam eũ: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiã eum, & glorificabo eum.

16 Longitudine dierũ replebo eũ: & oſtendam illi ſalutare meum.

XCI.

1 Pſalmus cantici in die Sabbathi.

2 BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime:

3 Ad annũtiandũ mane miſericordiam tuã, & veritatem tuã per noctẽ,

4 In decachordo, & pſalterio, cũ cãtico, in cithara:

5 Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

1.Cor.

6 Quã magnificata ſunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.

7 Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.

B

8 Quũ exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,

9 Vt intereant in ſeculum ſeculi: tu autẽ altiſſimus in æternũ Domine.

10 Quoniã ecce inimici tui Domine, quoniã ecce inimici tui peribũt: & diſpergẽtur oẽſq operãtur iniquitatẽ.

11 Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea ĩ miſericordia huberi.

12 Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & in inſurgẽtibus in me malignantibus audiet auris mea.

13 Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus Libani multiplicabitur.

C

14 Plantati in domo Domini, ĩ atriis domus Dei noſtri florebunt.

---

7 Cadẽt יפול Sing. Heb. q. d. Videbis paſſim peſte, & aliis malis interẽptos, corã te cadere, miſeréque perire: at tu interim ſecurus manebis. Quidã vertunt, Cadant *licet* à latere, &c.   Nõ appropinq. : לא־יגש nõ pertinget. ſub. telũ vllum, aut peſtis. i. permanebis illæſus.
8 Tantum, &c. רק בעיניך תביט Sed oculis tuis ſpectabis. Alii, Vtiq; oculis tuis videbis. q. d. te nihil moliẽte, ſed tãtùm ſpectãte.   Et retrib. ושלמת & repenſionem. vel & talionem.
9 Tu *dixiſti*, Iehoua, &c. אתה יהוה Sic vertunt qui iſtũ verſum ſequẽti iungunt, & ſermonem ad pium dirigi volunt. Vel ſic, Quoniam tu Iehouam qui tutela mea eſt, *& eſt etiam* Altiſſimus, poſuiſti refugium tuum, Non accedet, &c. Alii dirigunt ſermonem partim ad Deum, partim ad pium, ſic, Tu Iehoua es ſpes mea.   Excelſum poſ. &c. : עליון שמת מעונך. i. in Deo excelſo. Alii referunt ad locum, vertẽtes, excelſum poſuiſti habitaculum *refugii* tui. Vel, in edito loco collocaſti habitationem tuam.   13 Et baſiliſcum ופתן & aſpidem.
14 Me valde amat כי חשק in me complacuit ſibi. mihi adhæſit. ardet me. vehementiſſimè amat. amplexus eſt me.   Exaltabo eum, אשגבהו. i. in loco inacceſſo, aut alto ponam eum.   16 Et videre faciam eum ואראהו & oſtendam ei. & exhibebo ei. q. d. vita longæua donabo eum, vt non decedat niſi plenus, & ſatur dierum: & tandem vita æterna.

IN PSALMVM XCII.

1 Pſalmus cantici מזמור שיר Vide Pſal. 30.   2 Bonum eſt celebrare טוב להודות Doctus inter Hebræos ſubaudit, dies Sabbathi, ex ſuperſcriptione pſalmi, hoc modo, Bonus *dies ſabbathi* ad celebrandum Dominum, & *aptus* ad pſallendum. nam (vt ait) in hoc pſalmo affirmat Dauid Sabbathum fuiſſe inſtitutum vt in eo laudaremus Dominum.
4 Cũ cantico עלי הגיון ad higgaion. nomen inſtrumenti muſici: nam illi præpoſuit עלי ſuper vel ad, quod ſolet inſtrumento muſico præponi. Quidam vertunt, ſuper inſtrumento ſonoro. Vox ipſa Hebræa meditationem & ſermonem ſignificat.
5 Exulto. : ארנן Fut. Heb. ouabo.   7 Inſipiens בער ſtupidus.
8 Quòd floreãt בפרוח Infinitiuus, In florere, vel florẽdo. Vnde quidã, Quũ floruerint impii ſicut herba, atque germinauerint cuncti qui operantur iniquitatem: *fiet tandem* vt ipſi extermmentur in ſeculũ ſeculi. Alii in præſenti, Quum florent improbi ſicut herba, & progerminant cuncti ope. iniq. vt vaſtentur in ſempiternum. Alii, *Quod* quum impii ſicut herba germinent, in hoc floreant cuncti facinoroſi, vt in perpetuũ excidãtur.   Et flores emittãt. ויציצו & vernẽt. & germinẽt.   Vt diſſipentur להשמדם vt pereãt. vt excidãtur, aut vaſtẽtur.
9 Excelſus es מרום *in* ſublimi. vel *in* excelſo. tanquam ſcilicet ſpeculator, & curã omniũ gerens. Nihil fato ſiue fortuitò fieri affirmat.
11 Conſpergar, &c. בלותי בשמן רענן Præt. Heb. pro præſ. vel futuro, Delibutus ero oleo fragrãti. aut vnguẽto præſtãtiſſimo. q. d. omnia fœlicia experiar.   12 In hoſtib. m. בשורי in inſidiantibus mihi.   13 Multiplicabitur : ישגה creſcet. eminebit. diffundet ſe. i. mirum in modum accipiet incrementum.

Adhuc multiplicabūtur ī ſenecta hu
beri,&bene patiētes erūt:vt ānūtiēt
Quoniā rectus Dominus Deus no
ſter,& non eſt iniquitas in eo.
Laus cātici ipſi Dauid ī die āte Sab
bath ū, qñ fūdata eſt terra. XCII.
DOminus regnauit,decôrem in-
dutus eſt:indutus eſt Dominus
fortitudinem,& præcinxit ſe.
Etenim firmauit orbem terræ,qui
non commouebitur.
Parata ſedes tua ex tūc:à ſeculo tu es.
Eleuauerūt flumina Domine,ele-
uauerunt flumina vocem ſuam:
Eleuauerunt flumina fluctus ſuos
à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris , mira-
bilis in altis Dominus.
Teſtimonia tua credibilia facta ſūt
nimis: domum tuā decet ſanctitudo
Domine in longitudine dierum.
Pſal.ipſi Dauid quarta Sab.XCIII.
DEus vltionum Dominus, Deus
vltionum liberè egit.
Exaltare qui iudicas terram,redde
retributionem ſuperbis.
Vſquequo peccatores Domine,vſ
quequo peccatores gloriabuntur,
Effabūtur,&loquētur iniquitatē,lo
quētur ōnes qui operātur iniuſtitiā?
Populum tuum Domine humilia-
uerūt, & hæreditatē tuā vexauerunt.
Viduam & aduenam interfecerūt:
& pupillos occiderunt:
B Et dixerūt, Nō videbit Dominus:
nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite inſipiētes in populo: &
ſtulti,aliquando ſapite.
Qui plātauit aurem,nō audiet?aut
qui finxit oculum,non conſiderat?
Qui corripit gentes,nō arguet?qui
docet hominem ſcientiam?
1.Cor.3.d.20 Dominus ſcit cogitationes homi
num quoniam vanæ ſunt.
Beatus homo quē tu erudieris Do
mine,& de Lege tua docueris eum:
Vt mitiges ei à dieb⁹ malis,donec
fodiatur peccatori fouea.
C Quia nō repellet Dominus plebē
ſuā,& hæreditatē ſuā nō derelinquet:
Quoadusque iuſtitia cōuertatur in
iudicium : & qui iuxta illam?omnes
qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi aduerſus ma
lignātes ? aut quis ſtabit mecum ad-
uerſus operantes iniquitatem?
Niſi quia Domin⁹ adiuuit me,pau
lominus habitaſſet in inferno ani-
ma mea.

Si dicebam , Motus eſt pes meus:
miſericordia tua Domine adiuuabat
me.

Secūdum multitudinem dolorum
D meorum in corde meo,cōſolationes
tuæ lætificauerunt animam meam.

15 Adhuc fructificabunt in ſenectute,″pingues & virides erunt:
16 Ad annuntiandum quòd rectus Iehoua eſt,″fortitudo mea,ne-
que ſit″iniquitas in eo. XCIII.
1 IEhoua″regnat,″gloriam induit:induit Iehoua fortitudinem,ac
cinxit ſe:etiam″firmauit orbem,ne ſe moueat.
2 ″Stabilitum ſolium tuum ex eo tempore:à ſeculo tu es.
3 ″Eleuauerunt flumina Iehoua,eleuauerūt flumina ſonum ſuū,
eleuauerunt flumina″fluctus ſuos.
4 Magis quàm ſonitus aquarum multarum & ″fortium fluctuum
maris,fortis eſt in excelſo Iehoua.
5 Teſtimonia tua″fidelia ſunt valde:″domui tuæ decora eſt ſancti
tas,Iehoua,in longitudine dierum. XCIIII.
1 DEus vltionum Iehoua,Deus vltionum″appare.
2 ″Eleua te iudex terræ,redde retributionem ſuperbis.
3 Vſquequo impii Iehoua,vſquequo impii exultabunt,
4 ″Effutient,loquentur″dura, extollent ſe omnes operarii iniqui?
5 Populum tuum Iehoua″ conterunt,& hæreditatē tuā affligūt:
6 Viduam & peregrinum interficiunt,& pupillos occidunt:
7 Et dixerunt,Non″videt Iah,neque intelligit Deus Iayacob.
8 Intelligite ſtupidi in populo:& fatui quando″intelligetis?
9 An qui plantauit aurē,nō audiet?an q finxit oculū, nō videbit?
10 An qui″corripit Gentes,non arguet?an qui docet hominem ſci-
entiam,*non cognoſcet?*
11 Iehoua cognoſcit cogitationes hominum quòd ſint vanitas.
12 Beatus vir quem ″erudieris Iah,& Legem tuam docueris:
13 ″Vt quietē præſtes ei à dieb⁹malis,donec fodiatur impio fouea.
14 Quia non derelinquet Iehoua populum ſuū,& hæreditatē ſuā
non derelinquet:
15 ″Nam *tandem* vſque ad iuſtitiam reuertetur iudicium,″& poſt il-
lam omnes recti corde.
16 Quis conſurget pro me contra malignantes?quis ſtabit pro me
contra operarios iniquos?
17 Niſi Iehoua auxilio fuiſſet mihi , breui habitaſſet″*in* ſilentio
anima mea.
18 ″Si dicebam,″Motus eſt pes meus:miſericordia tua Iehoua″ſu-
ſtentauit me.
19 ″In multitudine cogitationum mearum in intimo meo,conſo
lationes tuæ lætificarunt animam meam.

Laudat ſummi Domini potentiam ex creatione mundi.

Dominus deiicit atque humiliat omnem populum aduerſus eius potentiam ſe extollētem.

Promiſſiones Dei de ſancta eius Eccleſia perpetuo manſura, ſunt veræ.

Orat Dominū vt ſe vlciſcatur de impiis innocentes affligentibus,vt eius potentiam cognoſcant.

Oſtendit impiis Deū videre atq; cognoſcere eorū ſcelera,etiam hominum cogitationes,vt ſe contineant.

Quies afflictis & quare, Iudicio impiorū facto,boni conabuntur rectè viuere.

Fidelis nullum contra impios auxilium niſi à Deo,reperit.

---

15 Pingues & virides דשנים ורעננים ſucculenti & viuidi. vel pleni vigore. Alii,florentes. 16 Fortitudo m. צורי rupes[petra]mea. Iniquitas עולתה prauitas.

IN PSALMVM XCIII.

1 Regnat מלך Præt.Heb.pro præſ.Quidam vertunt,rex eſt. Gloriam גאות ſplendorem.decorem.celſitudinem.Alii,veſtiuit ſe, vel amictus eſt magnificentia.q.d.veſtibus regiis ornatur. Firmauit תכון Fut.Heb.pro præt. 2 Stabilitum נכון Stabile.firmū. 3 Eleuau. נשאו Extulerunt. Vel eſt præt.pro præſ.Extollunt. Fluctus ſuos. : דכים contritionem ſuam.illiſionem ſuam.ſic vocātur fluctus à cōterēdo & illidēdo. 4 Fortiū fluct.&c. :אדירים משברי־ים אדיר במרום יהוה admirabilibus fluctibus maris admirabilior eſt in excelſo Iehoua. Doctus inter Hebræos ſic priori parti huius verſus hāc cōiungit, Supra ſtrepitus aquarū ingentiū fluctus maris admirandi vehemēter: at Iehoua mirabilior eſt in cælo. Vel,Magis quàm ſtrepitus aquarū ingentiū fluctus maris ſunt admirandi præ fortitudine:at Iehoua eſt admirabilior in cælo. 5 Fidelia נאמנו probata.firma.certa ſunt. Domui t.dec.eſt ſanct. לביתך נאוה־קודש domum tuā ornat ſanctitas.Alii,domui tuæ pulchræ ſanctitas. Alii,domum tuam decet ſanctitas.i.itaque tui debēt perpetuò ſanctitati ſtudere.

IN PSALMVM XCIIII.

1 Appare. :הופיע fac te conſpicuum.Alii,conſpicuus appare.Alii,affulge.i.prodi in lucem. 2 Eleua te הנשא Exaltare.Attollere. 4 Effutient יביעו Pronūtiabunt. Quidā per præſens vertunt,Effutiūt. Dura, עתק durum.ſing.pro plur.dura,i.ſuperba,ſub.verba 5 Cōterūt ידכאו opprimūt.Futura Heb.pro præſentibus,vſque ad 8 verſum. 8 Intelligetis? : תשכילו prudentes eritis?ſapietis? 10 Qui corripit היסר caſtigat.corripere ſolet. 12 Erudieris תיסרנו caſtigaueris. 13 Vt quietem præſtes ei להשקיט לו vt tranquillū illū reddas. Vt trāquillitatem illi parias. 15 Quia *tandem* vſque ad iuſt.reu.iud. כי עד־צדק ישוב משפט.i.quāuis Dominus differat ſua iudicia, ſinátq; ſuos diutius affligi,tandem tamen iuſtitia & iudiciū reſtituētur in ſuū locum, hoc eſt ex æquitate iudicium faciet omnibus.nā populum ſuū à manu impiorū eripiet,& impios perſequutores perdet.Hebraiſmus. Et poſt illam ואחריו ſub.iuſtitiam.vel, poſt illud,ſub.iudicium ſuſpirant. Aut,poſt illū,ſub.Dominū,vt ſubintelligas,current.i.Dominum ſequentur vbi viderint iudicia eius. 17 [*in*]ſilentio דומה cū ſilentibus.vt ſit ſing.pro plur.i.cū mortuis. 18 Si dicebā אם־אמרתי Præt.Heb.pro imperf.Si dicebā.vel, Quū dicerem. Motus eſt מטה lapſus eſt.vel per præſ.nutat. Suſtent. me : יסעדני Fut.Heb.pro præt.perf.vel imperf.ſuſtētabat me. 19 In multitudine cogit. ברוב שרעפי Hebraiſmus,pro,Dum multa tacitus mecum reuoluo,aut voluerem. nempe quod nihil iniuſtè agas,quòd ſis iuſtus iudex. Quidam vertunt,Pro magnitudine anxiarum cogitationum intra me.

95.96.97.98

Consolatio fidelis quòd Deus nunquam cum impiis consentit, sed pium defendit, & destruit impios.

20 ″Nunquid sociabitur tibi thronus peruersitatum, creãs iniquitatem in præcepto?

21 ′Congregant exercitum contra animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant.

22 At Iehoua factꝰ mihi″pro arce, & Deꝰ meꝰ ″ĩ petrã fiduciæ meæ:

23 ″Et reddet eis iniquitatem eorum,″& malo ipsorũ succîdet eos, succîdet eos *inquam* Iehoua Deus noster.

X C V.

Grauis exhortatio ad laudandũ Deum maximo animo, & quare.

1 VEnite,″exultemus Iehouæ, iubilemus′rupi salutis nostræ:

2 ′Præoccupemꝰ faciẽ eius cũ laude, in canticis iubilemꝰ ei:

3 Quoniã Deus magnus Iehoua, & rex magnus super õnes deos:

4 In cuius manu sunt ima terræ,″& fortitudines mõtiũ eius sunt:

5 Cuiꝰ est mare, & ipse fecit illud,″& siccã manꝰ eius formauerũt.

Iterum summo studio cohortatur õnes ad Deũ adorandũ qui noster est pastor, nosq; eius oues.

6 Venite,″prosternamur,″& incuruemus nos, genu flectamus coram Iehoua factore nostro.

7 Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ eius, ′& pecus manus eius,′hodie si vocem eius audieritis.

Cõmonitio ad populũ Dei, ne sit incredulus inobediensque verbo Domini sicut fuerunt patres ipsius.

8 Ne obduretis cor vestrum ″sicut in Meriba, sicut in die Masa in deserto,

9 ′In quo tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, etiam viderunt opus meum.

10 Quadraginta annis″litigaui cum generatione *hac*, & dixi, Populus errantes corde sunt, & ipsi non cognouerunt vias meas.

11 ″Propterea iuraui in furore meo,″Si introibunt in requiẽ meã.

X C V I.

Sũmo studio inuitat omnes creaturas ad laudãdũ Deũ, eiusque opera cõmemoranda, quòd nũc regnet per filiũ suũ Iesum Christum, de quo præcipuè loquitur versu 10 & vlt.

1 CAntate Iehouæ canticum nouũ, cãtate Iehouæ omnis terra.

2 Cantate Iehouæ, benedicite nomini eius, ″annũtiate de die in diem salutem eius.

3 Narrate in Gẽtibꝰ gloriã eius, in õnibus populis mirabilia eius:

4 Quoniam magnus Iehoua,″& laudabilis valde:′terribilis est supra omnes deos.

5 Quoniã omnes dii populorum″idola: Iehoua autẽ cælos fecit.

6 ″Gloria & decor corã eo: fortitudo & gloria in Sanctuario eius.

20 Nũquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorẽ in præcepto?

21 Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocẽtem condemnabunt.

22 Et factus est mihi Dñs in refugiũ, & Deus meꝰ in adiutoriũ spei meæ:

23 Et reddet illis iniquitatẽ ipsorũ: & in malitia eorũ disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

Laus cãtici ipsi Dauid. XCIIII.

1 VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro:

2 Præoccupemus faciẽ eius in cõfessione, & in psalmis iubilemus ei:

3 Quoniam Deus magnus Dominꝰ, & rex magnus super omnes deos:

4 Quia in manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium ipsius sũt

5 Quoniã ipsiꝰ est mare, & ipse fecit illud, & siccã manꝰ eius formauerũt.

6 Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos:

7 quia ipse est Dominus Deus noster, Et nos populꝰ pascuæ eius, & oues manus eius. B

8 |Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra Heb.3.b.7

|Sicut in irritatione, | secũdũ diem tentationis in deserto, Nume.14.d.22 Exod.17.a.2.b.7

9 Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderũt opera mea.

10 |Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, Semper hi errant corde. Nume.14.f.34 heb.4.a.3

11 Et isti non cognouerũt vias meas: vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Canticũ ipsi Dauid|quãdo domus ædificabatur post captiuitatẽ. XCV. 1.Paral.16.c.23

1 CAntate Domino cãticum nouũ, cantate Domino omnis terra.

2 Cãtate Dño, & benedicite nomini eiꝰ: ãnũtiate de die ĩ diẽ salutare eiꝰ.

3 Annũtiate inter Gẽtes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius:

4 |Quoniã magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Eccli 43.d.31

5 Quoniam omnes dii Gentium, dæmonia: Dominus autem cælos fecit. B

6 Confessio & pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia & magnificentio in sanctificatione eius.

20 Nunquid sociab. &c. : היחברך כסא הוות יצר עמל עלי־חוק Num tibi quicquam commune erit cum tribunali confractionum quod creat iniuriam cum præcepto? vel, de more, siue ex consuetudine? q.d. nihil habes commune cum tribunali iniusto, cum iudicibus improbis qui solent aliis iniuriam facere. Alii, An verò affixum tibi erit soliũ prauitatũ, vt fingas afflictionẽ pro statuto? vel, quod fingit molestiã ex more?

21 Congre. exer. יגודו Turmatim conueniunt. Conglobant se. Concursant. Fut. Heb. pro præs. aut præterito. Alii, Deciderunt. vel decidẽt. sub. iudicium. i. condemnabũt in iudicio iustũ. 22 Pro arce למשגב in refugium. In petram fid. m. : לצור מחסי in rupem fiduciæ meæ. Hebraismus, pro, in qua fido: siue in qua tutus & securus agam. 23 Et reddet eis וישב עליהם Et conuertet contra eos. Alii, Et rependet eis. vel, super eos. Alii, Et reducet super eos. Et malo ip. succ. eos, וברעתם יצמיתם & malo suo perdet eos. Malum ipsorum vocat quod in bonos moliuntur. q.d. illis artibus peribunt quibus iustos perdere volebant. Alii, Et in malitia eorum perdet eos.

IN PSALMVM XCV.

1 Exultemus נרננה cãtemus. ouemus. Rupi sal. no. : לצור ישענו petræ salutis nostræ. Hebraismus, pro, ei qui est propugnaculũ in quo tuti sumus. Quidã, propugnatori salutis nostræ. 2 Præocc. f. e. נקדמה פניו Prodeamꝰ in cõspectũ eiꝰ. 4 Et for. ותועפות & cacumina. i. mõtes altissimi, eius etiã sũt. 5 Et siccam ויבשת & aridã. i. partẽ illã terræ quæ aret, extat, & aquis est vacua. 6 Prosternamur, נשתחוה adoremus. Et incur. nos ונכרעה Significat caput in terram inclinare, more eorum qui beneficiũ accipientes ab aliis, gratias agũt. 7 Et pecus ma. e. וצאן ידו Et oues[vel grex]manus eius. i. quem ipse manu propria regit & ducit: cuius ipsemet curã habet, non per mercenarium. Hebraismus. Hodie si, &c. היום אם־בקלו תשמעו: Quidam mutant secundam personam in primam, vertentes, Si modò audierimus vocẽ eius, erimus grex eius. Alii referũt ad versum sextum, Venite, & adoremus eum hodie. Et SI pro vtinã accipiũt: vtinã vocem eius audiatis. Alii vocẽ HODIE non referũt ad præcedẽs, sed sequentibus iungũt sic, Vtinã hodie vocẽ eius audiatis. Paulus ad Heb. 3.b.9, citat hæc verba ex versione LXX interpretũ, qui hæc verba, Hodie si vocem eius audieritis, iungunt sequenti versui, Ne obduretis. &c. Quapropter (inquit) sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis. &c. Et vocat hodie, tempus reuelati Euangelii. 8 Sicut in Meriba, sicut in die Masa כמריבה כיום מסה Ita quidã vertunt, qui locorũ nomina esse volunt. Alii verò nomina Hebræa, tãquam appellatiua exponũt, cõuertentes hoc pacto, Sicut in disceptatione[siue cõtentione]sicut in die tentationis, &c. Quidã Hebræorũ scribunt nomina esse locorum duorũ, quorum secundi fiat mentio in Numeris, cap. 14.d.22, vbi dicitur, Et tentauerunt me iam decem vicibus. primi autẽ in Exodo, cap. 17.a.2, & b.7. Alii, vtroq; nomine vnius loci nomẽ significari volunt, de quo scribitur eodem loco Exod. 17.a.2, vbi vtraque dictio legitur, his verbis, Cur iurgamini mecũ? cur tentatis Dominum? Et paulo pòst, versu 7, Vocauitque nomen loci Masa, & Meriba, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum dicendo, Num est Dominus in medio nostri, an non? 9 In quo אשר sub. deserto. Alii, Vbi. Alii, Quum tentauerunt. 10 Litigaui אקוט rixatus sum. contendi. Alii, molestiam passus sum à generatione. vel, cum tædio pertuli gentem illam. 11 Propterea אשר Quibus. Alii, Quia. non admodũ congruẽter. Si אם Iurandi particula Hebræis, & subaudiunt, Hoc vel illud mihi accidat. vel, sic & sic mihi eueniat, si introierint in regionem in qua pollicebar eis requiem.

IN PSALMVM XCVI.

2 Annũtiate בשרו Euãgelizate. sic LXX vt plurimum conuertunt verbũ istud. 4 Et lauda. v. ומהלל מאד & laudatus plurimũ. Alii, & plurima laude dignus. Terribilis נורא tremendus. 5 Idola אלילים simulachra. vel vanitates. meræ nugæ. nihili. 6 Glo. & deco. c. eo, הוד־והדר לפניו Celebritas & splendor[vel honor]coram eo. Id est, ei adsunt, & illis ornatur.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuerſa terra: dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.

C Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli & exultet terra, cõmoueatur mare & plenitudo eiꝰ: gaudebũt cãpi, & omnia quæ in eis ſũt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, & populos in veritate ſua.

Huic Dauid quando terra eius reſtituta eſt ei. XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudiciũ correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerũt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra.

Annũtiauerũt cæli iuſtitiã eius, & viderunt omnes populi gloriã eius.

Exod.20.a.4
leuit.26.a.1
deut.5.a.8

Cõfundantur omnes qui adorãt ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

B

Heb.1.b.6

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit, & lætata eſt Sion.

Et exultauerũt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine:

Quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

Amos 5.d.15
rom.12.b.15

Qui diligitis Dominũ, odite malũ, cuſtodit Dñs animas ſãctorũ ſuorũ, de manu peccatorum liberauit eos.

Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in Domino, & confitemini memoriæ ſãctificationis eiꝰ.

Pſalmus ipſi Dauid. XCVII.

CAntate Domino cãticum nouũ: quia mirabilia fecit:

Liberauit eum dextera eius, & brachium ſanctum eius.

---

7 ″Afferte Iehouæ familiæ populorum, afferte Iehouæ gloriam & fortitudinem.

8 Afferte Iehouæ ″gloriã nominis eius, afferte munera, & introite atria eius.

9 ″Incuruate vos Iehouæ″in decore Sãctitatis, pauete à facie eius vniuerſa terra.

10 Dicite in Gẽtibus, Iehoua ″regnat, etiam″firmabitur orbis, non commouebitur, iudicabit populos″in rectitudine.

11 Lætentur cæli, & exultet terra: ″tonet mare, ″& plenitudo eius.

12 Exultet ager, & omne quod eſt in eo, & tunc exultabũt omnes arbores ſyluæ

13 Coram Iehoua, quia venit, quoniam″venit iudicare terram: iudicabit orbem in iuſtitia, & populos″in veritate ſua. XCVII.

1 IEhoua″regnat, exultet terra, lætentur″inſulæ multæ.

2 Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudicium″habitaculum ſolii eius.

De regno Ieſu Chriſti per quẽ Deus declarauit ſuã potẽtiã & gloriã cõtra Gẽtiles atq; idololatras.

3 Ignis coram eo″ambulat, & exurit in circuitu hoſtes eius.

4 ″Illuſtrant fulgura eius orbem: ″videt, & tremit terra.

5 Montes ſicut cera diſſoluuntur à facie Iehouæ, à facie″Domini totius terræ.

6 ″Annũtient cæli iuſtitiã eiꝰ, & videãt omnes populi gloriã eius.

7 Pudore afficiãtur omnes qui ſeruiunt ſculptilibus, ″qui iactant ſe de idolis: ″incuruate vos ei omnes dii.

Confuſio iis qui adorãt imagines

8 ″Audiuit, & lætata eſt Siion: & exultauerũt filiæ Iehudáh propter iudicia tua Iehoua:

Iſraelitæ audiẽtes aduentũ Ieſu Chriſti lætãtur.

9 Quoniam tu Iehoua″excelſus ſuper omnem terram: valde exaltatus es ſuper omnes deos.

10 Qui diligitis Iehouã, odio habete malum: cuſtodit animas′miſericordium ſuorum, è manu impiorum eruit eos.

Exhortatio ad benè viuendũ.

11 ″Lux ſata eſt iuſto, ″& rectis corde lætitia.

12 Lætamini iuſti in Iehoua, ″& cõfitemini memoriæ ſãctitatis eiꝰ.

Ieſus Chriſtꝰ lux omniũ & lætitia

1 Pſalmus. XCVIII.

CAntate Iehouæ canticum nouum, quia mirabilia fecit: ″ſeruauit eum dextera eius & brachium ſanctitatis eius.

Exhortatio vehemens, ardénſque ad laudãdũ Dominũ pro beneficiis quæ per Dauidẽ typũ Chriſti Iſraeli ſuo cõtulit.

---

7 Afferte Iehouæ, &c. glo. & for. הבו ליהוה וגו׳כבוד ועוז Date Iehouæ, &c. Hebraiſmꝰ, Date Deo gloriã, ſiue laudẽ fortitudinis, pro Cõfitemini Deum eſſe fortem. 8 Glor. no. e. כבוד שמו decus nominis eius. Alii, gloriam nomini eius *debitam*. i. glorificate Deum pro dignitate. Afferte munera, &c. שאו מנחה ובואו לחצרותיו׃ Hebraiſmus, Oportet vos, quum venitis in atria eius, afferre munera.

9 Incuruate vos השתחוו Supplicate proni. Adorate. In decore ſanct. בהדרת־קודש in magnificentia Sãctitatis, ſub. eius. Alii, in ſplẽdore Sacrarii eius. Alii, in magnifico & ſplendido Sacrario eius.

10 Regnat, מלך Præt. Heb. pro præſ. i. regnandi gubernacula habet. Firmabitur, &c. תכון תבל כל־תמוט parauit orbem ne nutet, aut ruat, cadat, vel labatur. In rectitudine ׃ במישרים Ad verbum, in rectitudinibus. Alii, in æquitatibus. i. ex ſumma æquitate.

11 Tonet ירעם perſtrepat. reboet. Et plenitudo eius. ׃ ומלואו Hebraiſmus, quicquid in eo eſt. Exponit Pſaltes Hebraiſmum ſequenti verſu, quum dicit, Exultat ager וכל אשר בו & quicquid in eo.

13 Iudicare לשפוט vt iudicet. Alii, vt regat. nam iudicare, pro regere ponitur: quòd iudices, eam poteſtatem haberent in Terra ſancta, quã nunc Reges & Magiſtratus. Vnde Iudicum liber. In veritate ſua. ׃ באמונתו ex fide. vel, ex fide ſua, id eſt fide optima.

IN PSALMVM XCVII.

1 Regnat מלך Præt. Heb. pro præſ. vt verſu 10 præcedentis pſalmi. Inſulæ multæ. ׃ איים רבים inſularum multitudo.
2 Habit. מכון locus. baſis. 3 Ambulat, & exurit תלך ותלהט graſſatur, [aut vadit], & inflãmat. ſub. ignis ille. Fut. Heb. pro præſ.
4 Illuſtrãt האירו Præt. Heb. pro præſ. Illuminãt. Perfundũt lumine. Videt, ראתה ſub. terra. 5 Domini ארון dominatoris.
6 Annuntient הגידו Præterita. Heb. pro præſ. opt. aut indic. Quidam vertunt in præterito, annuntiauerunt. viderunt.
7 Qui iact. ſe de id. המתהללים באלילים qui celebrant figmenta. Vel, qui in iis qui non ſunt dii gloriantur. Alii, in diis vanis, aut nihili. Incuruate vos ei השתחוו־לו Imperat. Heb. Vel præt. pro præſenti, adorant eum omnes dii. i. qui coluntur pro diis, vt Sol, Luna, ſtellæ.
8 Audiuit, שמעה ſub. potentiam eius magnificam. 9 Excelſus ſu. o. t. עליון על־כל־הארץ excelſior omnibus quæ in terra ſunt. Hebraiſmus, omnia ditioni tuæ ſubiecta ſunt. 10 Miſeric. ſ. חסידיו ſanctorum ſuorum. Alii, eorum qui ſanctitati ſtudent.
11 Lux ſata eſt אור זרוע Lux ſeminata eſt. Lucis nomine Hebræi lætitiam ſignificãt. Metaphora autem à tritico quod aliquãdiu ſub terra latet, antequam proferat fructum: ita iuſti multa patiuntur antequam lætitia fruantur, quam poſt mortem expectant. Et rectis, &c. ׃ ולישרי־לב שמחה Repetitio, vbi exponit quid per lucem intellexerit. 12 Et cõfit. mem. והודו לזכר Hebraiſmus, date gloriam nomini ſancto eius.

IN PSALMVM XCVIII.

1 Serua. cũ, &c. ׃ הושיעה־לו ימינו וזרוע קדשו Ad verbũ, ſaluauit ſibi dextera ſua, & brachio ſãctitatis ſuæ. Quidã, ſalutẽ operatus eſt ſibi dextera ſua. Alii, ſalutẽ parauit ſibi, &c. Hebraiſmũ quidã ſic reddũt, Opẽ tulit ſola ſua dextera, &c. Similis locutio legitur Eſa. 59. c. 16, Admiratus quòd nemo eſſet qui oraret, ſeruauit itaque ſibi brachio ſuo. vel, ſeruauit, ſiue ſaluauit eum, pro, ſalutem peperit ei brachium eius. Et cap. 63. a. 5, Admiratus ſum, & nemo erat qui fulciret: ſeruauit itaque mihi brachium meum. vel, ſalutem peperit. pro, ſolo meo brachio opem tuli. Alii vertũt, ſaluauit illi dextera eius, & brachium ſanctitatis eius. i. Chriſtus dextera & brachium Patris, attulit ſalutẽ mundo: illi′. i. in honorem Patris.

2 ″Notã fecit Iehoua ſalutẽ ſuam, in oculis Gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

3 Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iשraאel: viderunt omnes fines terræ ſalutem Dei noſtri.

4 Iubilate Iehouæ omnis terra: vociferate,″& exultate,& pſallite:

5 Pſallite Iehouæ in cithara, in cithara″& voce cantus,

6 ″In tubis claſſicis,& ſonitu cornu, iubilate coram Rege Iehoua.

7 ″Tonet mare,& plenitudo eius: orbis,& habitantes in eo.

8 Flumina plaudant manu, ſimul montes″exultent

9 ″Coram Iehoua, quia venit iudicare terram: iudicabit orbem in iuſtitia, & populos in rectitudine.

XCIX.

Deo regnãte in Iſrael, eumq; gubernãte, omnes aduerſarii erant attoniti ad potẽtiam iuſtitiãque eius regis.

1 I″Ehoua regnat,″contremiſcunt populi:″ſedet *inter* Cherubim,″cõtremiſcit terra.

2 Iehoua in xSiión magnus,″& excelſus eſt ſuper õnes populos.

3 Celebrabunt nomen tuum magnum & tremendum ″*quod* ſanctum eſt.

4 ″Et fortitudo Regis iudicium diligit:″tu apparas *omnia* ex rectitudine, iudicium & iuſtitiam in Iaγacob tu″feciſti.

Exhortatio ad laudãdum colẽdúmq; Deũ exẽplo Moſis, Aaronis, ac Samuelis, qui Dominum inuocantes exaudi fuerunt.

5 Exaltate Iehouam Deum noſtrum, & incuruate vos″ſcabello pedum eius, *quia* ſanctum eſt.

6 Moשeh & Aharon inter ſacerdotes eius,& שSemuאel inter inuocantes nomen eius:″inuocabant Iehouã,& ipſe exaudiebat eos.

7 In columna nubis loquebatur ad eos: cuſtodiebant teſtimonia eius,& ſtatutum *quod* dedit eis.

8 Iehoua Deus noſter tu exaudiebas eos, Deus parcens eras ″eis, ″& vltionem capiens de operibus eorum.

9 Exaltate Iehouam Deum noſtrum,& incuruate vos monti ſanctitatis eius: quoniam ſanctus Iehoua Deus noſter.

C.

1 Pſalmus″pro laude.

Hortatur ſãctos vt conſiderãtes infinitã Dei bonitatem erga ſe, ſæpe & libenter iucundeque templum adeant, vt eum laudẽt, cæterique hoc modo ad eum adorãdum excitentur.

IVbilate Iehouæ omnis terra,

2 Seruite Iehouæ ĩ lætitia, ingredimini corã eo″cũ exultatione.

3 Scitote quòd Iehoua, ipſe eſt De⁹, ipſe fecit nos,& nõ ipſi nos: ″populus eius,& pecus paſcuæ eius.

4 Ingredimini portas eius cum celebratione, atria eius cum laude: celebrate illum, *&*″benedicite nomini eius:

5 Quoniam bonus eſt Iehoua, in ſeculũ miſericordia eius,& vſq; in generationem & generationem″veritas eius.

Eſaiæ 52.c.19

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu Gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſrael: Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Domino omnis terra: cantate,& exultate,& pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ. B

Iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitãt in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul mõtes exultabunt à conſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia,& populos in æquitate.

Pſalmus ipſi Dauid. XCVIII.

DOminus regnauit, iraſcãtur populi: q́ ſedet ſuper Cherubim, moueatur terra.

Dominus in Siõ magnus,& excelſus ſuper omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctũ eſt: & honor regis iudicium diligit.

Tu paraſti directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.

Exaltate Dominum Deum noſtrũ, & adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſanctum eſt.

Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocãt nomen eius: B

Inuocabãt Dominũ, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodiebant teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noſter tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcẽs ĩ õnes adinuẽtiones eorũ.

Exaltate Dominũ Deum noſtrũ, & adorate in mõte ſancto eius: quoniã ſanctus Dominus Deus noſter.

Pſalmus in confeſſione. XCIX.

IVbilate Domino omnis terra: ſeruite Domino in lætitia:

Introite in conſpectu eius in exultatione.

Scitote quoniã Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos,

Populus eius, & oues paſcuæ eius. introite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis: cõfitemini illi,

Laudate nomen eius: quoniã ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius, & vſque in generationem & generationem veritas eius.

---

4 Et exultate ורננו & ouate. 5 Et voce cantus. : וקול זמרה & ſono pſalmi. Quidam vertunt, citharæ vocem pſalmi iungite.

6 In tub.claſſ.& ſon.cor. בחצצרות וקול שופר In buccinis,& voce tubæ. Alii, In tubis,& voce buccinæ.

7 Tonet ירעם Fut.Heb.pro imperat. perſtrepat. fremat. reboet. Vide hæc eadem verba & Pſalmo 96.c.11.

8 Exultent. : ירננו vociferentur. Manum tribuit fluminibus, per proſopopœiam. q.d. edant ſigna lætitiæ more gaudentium.

9 Coram Ieh. לפני יהוה Idem verſus qui & vltimus eſt Pſalmi 97.

IN PSALMVM XCIX.

1 Iehoua reg. יהוה מלך Idem principium pſalmi 97. Contremiſcunt ירגזו Fut.Heb.contremiſcent. Alii, commouentur. Alii, turbentur. Sedet ישב qui ſedebat. Contremiſcit תנוט Fut.Heb.commouebitur. Alii, agitetur. moueatur. ruat.

2 Ex excelſus eſt,&c. ורם הוא על־כל־העמים pro eodem dixit Pſal.97.b.9, Excelſus eſt ſuper omnem terram.

3 *Quod* ſanctum eſt. : קדוש הוא Alii ſubaudiunt coniunctionem, *&* ſanctum eſt.

4 Et fortitudo ועז Et robur. potentia. i. abeſt à tyrannide. Sunt qui vertunt, Robur eſt regi qui amat iudicium. Tu app.o.ex rect. אתה כוננת מישרים Mutatio perſonæ. Ad verbum, tu paraſti æquitates. Quidam vertunt, Tu recta dirigis. Alii, tu feciſti obtinere quæ recta ſunt. Feciſti. : עשית Præt.Heb. quod nonnulli vertunt per præſens.

5 Scabello ped.e. להדום רגליו .i. in templo, vt Chaldæus paraph. conuertit. Hebræi ſcabellum pedum Dei, intelligunt arcam ſuper quã præſentiam ſuam exhibebat Deus. 6 Inuocab.Ieh. קוראים אל־יהוה clamabant ad Iehouam.

8 Eis, להם ipſis. ſub. populis. Vel ipſis, id eſt in gratiam ipſorũ, Moſis ſcilicet & Aharonis. q.d. eo tẽpore parcebas Iſraeli ad preces eorum. Et vltionem cap.&c. : ונוקם על־עלילותם & vindicãs opera eorũ. vel, ſtudia. i. adinuẽtiones quas alii excogitabãt in perniciem eorũ, & vindictam ſumnes ob iniuriam illatam ipſis. Alii, Tu eras peccata remittens illis. i. in gratiam Moſis & Aharõ: & tamen ſi Moſes & Aharõ aliquid ſuo ſpiritu agebant, tum illos puniebas.

IN PSALMVM C.

1 Pro laude. לתודה ſub. diuinæ miſericordiæ. Decantabatur enim hic pſalmus quum offerebatur ſacrificium hoſtiæ pacificæ pro impetranda Dei gratia. Alii, pro gratiarum actione. 2 Cum exult. : ברננה cum ouatione.

3 Populus eius,&c. : עמו וצאן מרעיתו Simile vides Pſal.95, verſu 7. 4 Benedicite no.e. : ברכו שמו prædicate nomen eius.

5 Veritas eius. : אמונתו fides eius. Vox Hebræa ſignificat veritatem & conſtantiam promiſſorum.

Pſalmus ipſi Dauid. C. 1

MIſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:

Pſalla m,& intelligā in via immaculata quando venies ad me. 2

Perambulabam in innocentia cordis mei,in medio domus meæ.

Nō proponebā ante oculos meos rem iniuſtam: facientes præuaricationes odiui. 3

Non adhæſit mihi cor prauū:declinātē à me malignū nō cognoſcebā. 4

Detrahentē ſecretò proximo ſuo 5
B hunc perſequebar.

Superbo oculo & inſatiabili corde cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum:ambulās in via immaculata,hic mihi miniſtrabat. 6

Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. 7

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt diſperderē de ciuitate Dñi ōnes operātes iniquitatē. 8

Oratio pauperis quū anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem ſuam. 1
CI.

DOmine exaudi orationem meā, & clamor meus ad te veniat. 2

Non auertas faciem tuam à me:in quacūque die tribulor,inclina ad me aurem tuam. 3

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. 4

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei:& oſſa mea ſicut cremiū aruerūt.

Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. 5

A voce gemit⁹ mei adhæſit os meū carni meæ. 6

Similis fact⁹ ſū pelicano ſolitudinis: fact⁹ ſū ſicut nycticorax ī domicilio. 7

B Vigilaui,& factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. 8

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabāt me, aduerſum me iurabant. 9

Quia cinerem tanquam panē mā ducabam, & potum meum cum fletu miſcebam 10

A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. 11

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt,& ego ſicut fœnum arui. 12

Tu autem Domine in æternū permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. 13

Tu exurgēs miſereberis Siō: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. 14

C Quoniam placuerūt ſeruis tuis lapides eius:& terræ eius miſerebūtur. 15

Et timebūt Gētes nomē Domini, & omnes Reges terræ gloriā tuam. 16

1 Ipſius Dauid pſalmus. CI.

MIſericordiam & iudicium cantabo:tibi Iehoua pſallam.

2 ″Intelligam in via perfecta quando venies ad me,″ambulabo in perfectione cordis mei,in medio domus meæ.

3 Non ponam coram oculis meis rem impiam *quam deſignem*,″opus declinantium odiui,non adhærebit mihi.

4 Cor prauum ″recedet à me,malum non agnoſcam.

5 Detrahentem″in ſecreto proximo ſuo,hunc″ſuccidam:elatum oculis,″& latum corde ipſum non potero *ferre*.

6 Oculi mei ad fideles terræ,vt ſedeant mecum:ambulans in via ″perfecta,iſte miniſtrabit mihi.

7 Non habitabit in medio domus meæ faciens dolum: loquens mendacia non″firmabitur coram oculis meis.

8 ″Singulis matutinis ſuccîdam omnes impios terræ, ″vt exterminē de ciuitate Iehouæ omnes operarios iniquitatis. CII.

1 Oratio″pauperis″quum anguſtiis afficietur,& coram Iehoua″effundet orationem ſuam.

2 IEhoua audi orationem meam:& clamor meus ad te veniat.

3 Ne abſcondas faciem tuam à me: in die″anguſtiæ meæ inclina ad me aurem tuam:in die qua″inuoco,feſtina exaudi me.

4 Quia″defecerunt ſicut fumus dies mei,& oſſa mea tanquam focus exuſta ſunt.

5 Percuſſum eſt velut herba, & exaruit cor meum, ″quia oblitus ſum comedere panem meum.

6 A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.

7 Aſſimilatus ſum″pelicano deſerti:fui ſicut bubo ſolitudinū.

8 ″Vigilo,& ſum ſicut paſſer ſolitarius ſuper tectum.

9 Tota die probris afficiunt me inimici mei, ″inſanientes in me per me iurant.

10 ″Quia cinerem tanquam panem manducaui,& potum meum cum fletu miſcui

11 ″A facie indignationis tuæ& iræ tuæ:quia eleuaſti me,& proieciſti me,

12 Dies mei ſunt vt vmbra″inclinata,& ego ſicut herba″areſcam.

13 Tu autem Iehoua in ſeculum permanes:& memoria tui in generationem & generationem.

14 ″Tu exurge, *&* miſerearis ꝫSiión:quia tempus miſerendi eius, quia venit″tempus ſtatutum.

15 Quoniam maximè diligunt ſerui tui lapides eius, & pulueris eius miſeret eos.

16 Et timebūt Gētes nomē Iehouæ,& oēs Reges terræ″gloriā tuā:

Deſcribit quod regimen tenere velit in regendo ſuo populo:ſeruās in omnibus bonitatē,innocētiam,æquitatem: perſequens malos,& bonos euehens.

Oratio populi fidelis pro reparatione templi, vrbiſque euerſæ.

Pro conſuetudine ſanctorū,maximo orat ſtudio vt ſua oratio exaudiatur.

Deſcribit ſūmū ſuum dolorē & angorem.

Queritur ſe deſertum ab omnibus,habitās quaſi in deſertis.

Opprobria ac cōtumeliæ inimicorū ſuorum,& propterea eiuſdem afflictiones ſpiritus.

Exoptat & prædicit inſtaurationem templi & vrbis.

Cyri & Darii beneuolentia ac ſtudium reficiendæ Ieroſolymæ, ad gloriam Dei.

IN PSALMVM CI.

2 Intelligam אשׂכילה Prudentem me geram. Prudenter agam. Alii paraphraſticè,prudenter me habebo,vitam viuens innocentem.i. dabo operam ſedulò vt inculpatè viuam quando me docebis & inſtitues. Ambul.in perf. אתהלך בתם .i.Conuerſabor in integritate.

3 Opus declin. עשׂה סטים Ad verbum,Facere declinantium.Infinitiuus pro nomine.i.opus eorum qui deficiunt à Deo.

4 Recedet יסור recedat.faceſſat. 5 In ſecreto בסתר in occulto.clàm. Succidā אצמית conficiā.diſperdā. Et latum corde ורחב לבב & vaſtum corde.Alii,& turgido corde. 6 Perfecta תמים ſyncera.innocenti.

7 Non firmab. לא יכון non ſtabilietur.i.ſedē permanērē non eſt apud me habiturus. 8 Sing.mat. לבקרים manè,manè inquā. Alii,in dies.vel quotidie. Vt exterminem להכרית vt eliminem.vt excindam.

IN PSALMVM CII.

1 Pauperis לעני afflicti.vel,pro afflicto. Quum anguſt.aff. כי־יעטף quū torquebit ſeſe.ſub.ob grauem afflictionem.Alii,quū torqueretur.Alii,quum afflicto eſt animo.Alii,quum conſternatus eſſet. Effundet ישׁפך effunderet.

3 Anguſtiæ meæ צר־לי Ad verbum,ſubaudito relatiuo,quo tribulatio mihi. Inuoco אקרא inuocauero.

4 Defecerunt כלו conſumpti ſunt. 5 Quia oblitus ſ.&c.: כי שׁכחתי מאכול לחמי vſqueadeò vt oblitus ſim cibum ſumere.

7 Pelicano לקאת onocrotalo.cuculo. 8 Vigilo שׁקדתי præt.Heb.Vigilaui. 9 Inſanientes in me, מהוללי ſubſannatores mei.

10 Quia cin.tan.pa.mand. כי־אפר כלחם אכלתי Pauculis ſubauditis, & ordine commutato quidam vertunt, *adeo ſum fractus malis* quod [ſiue vt] panem tanquam cinerem edam,&c.i,vt panis non magis mihi ſapiat quàm cinis.

12 Inclinata נטוי fugax.id eſt quæ citò abit. Areſcam: איבשׁ Fut.Heb.pro præt.arui. 14 Tu exur.*&* miſ. אתה תקום תרחם Tu exurgens miſerearis. Tempus ſta.: מועד ſub.à Prophetis. 16 Gloriam tuam.: את־כבודך maieſtatem tuam.decus tuum.

″Dum ædificauerit Iehoua צSiión,&″viſus fuerit in gloria ſua. 17
Et reſpexerit″ad orationem *eorum qui ſunt uelut* myricæ,&non ſpre- 18
uerit orationem eorum.
Scribetur hoc″pro generatione nouiſſima:&populus″qui crea- 19
bitur laudabit Dominum:
Quia proſpexit ″de excelſo Sãctitatis ſuæ, Iehoua è cælo in ter- 20
ram aſpexit:
Vt audiret gemitum ″vinctorũ, vt ſolueret ″morti deſtinatos: 21
Vt narrẽt in צSiión nomẽ Iehouæ,& laudẽ eiꝰ in Ieruשſaláim, 22
Quũ cõgregati fuerĩt populi ſimul, & regna vt ſeruiãt Iehouæ. 23
Afflixit in via ″fortitudinem meam, ″abbreuiauit dies meos. 24
″Dico, Deus mi, ne ſuccidas me in dimidio dierum meorum: 25
in generatione generationum anni tui.
″Antea terram fundaſti,& opus manuum tuarum ſunt cæli. 26
Ipſi″peribunt,& tu perſtabis,& omnia ipſa ſicut veſtimentum 27
veteraſcent: veluti pallium mutabis eos,& mutabuntur.
Tu autem ipſe:& anni tui non″conſumentur. 28
Filii ſeruorũ tuorũ habitabũt,& ſemẽ eorũ corã te″ſtabilietur. 29

Ipſius Dauidis. C I I I.

B″Enedic anima mea Iehouæ, & omnia interiora mea nomini 1
ſanctitatis eius.
Benedic anima mea Iehouæ,& ne obliuiſcaris omnium″bene- 2
ficiorum eius:
Qui remittit oẽs iniquitates tuas,ꝗ ſanat oẽs infirmitates tuas, 3
″Qui redimit de fouea vitam tuam, ″qui coronat te in miſeri- 4
cordia & miſerationibus.
Qui ſatiat bono os tuũ,″& renouatur″vt aquilæ, iuuentus tua. 5
Faciẽs iuſtitias Iehoua,& iudicia omnibus quibus vis infertur. 6
Notas fecit vias ſuas Moשſéh, filiis Iשſraאel opera ſua. 7
Miſericors & clemẽs Iehoua,″lõgus ira,& multꝰ miſericordia. 8
Non in ſeculum″contendit, nec in ſeculum ſeruat *iram*. 9
Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum 10
iniquitates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſecundum altitudinem cæli ſuper terram,″robora- 11
uit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.
Quantũ diſtat Oriens ab Occidente, ″diſtare fecit à nobis præ- 12
uaricationes noſtras.
Quomodo miſeretur pater filiorũ, miſeretur Iehoua timẽtiũ ſe. 13

Laudes Deo per populos regnáq; ad Chriſtum poſt reſtaurationẽ Ieruſalem cõuerſa.

Queritur Iſrael de ruina ſua & diminutione, tum quũ augeri incipiebat: orans ne antè intereat, quàm Chriſtus miſſus ſit.

Conſiderans æternitatem Dei, ſe cõfirmat quòd præſtabit promiſſa,& quòd filii ſui perpetuo viuẽt per Ieſum.

Excitat ſe ad laudandum Deum, quòd peccata eis condonarit, morbiſque liberarit, eiq; largitus ſit omnia quæ ad vitã præſentem ſunt neceſſaria, atq; ex aduerſitate eripuerit.

Lex data per Moſen Iſraeli.

Declarat ſummã bonitatẽ ac miſericordiam Dei procliuis ad ignoſcẽdũ populo ſuo ſicut optimi parentis.

17 Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.
18 Reſpexit in orationem humiliũ: & non ſpreuit precem eorum.
19 Scribantur hæc in generationem alteram: & populus qui creabitur laudabit Dominum,
20 Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit:
21 Vt audiret gemitũ compeditorũ, vt ſolueret filios interemptorum:
22 Vt annuntient in Sion nomẽ Domini,& laudem eius in Ieruſalem,
23 In conueniendo populos in vnum, & reges vt ſeruianr Domino. D
24 Reſpõdit ei in via virtutis ſuæ, Paucitatem dierum meorũ nuntia mihi.
25 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.
26 ‖Initio tu Domine terrã fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Heb.1.c.10
27 Ipſi peribunt, tu autem permanes: & õnes ſicut veſtimentũ veteraſcẽt:
Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe
28 es,& anni tui non deficient.
29 Filii ſeruorum tuorum habitabũt: & ſemen eorum in ſeculũ dirigetur.

Ipſi Dauid. C I I.

1 BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.
2 Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius:
3 Qui propitiatur omnibꝰ iniquitatibꝰ tuis: ꝗ ſanat oẽs infirmitates tuas.
4 Qui redimit de interitu vitam tuã: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.
5 Qui replet in bonis deſideriũ tuũ: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
6 Faciẽs miſericordias Dominus: & iudiciũ omnibus iniuriã patiẽtibus.
7 Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſrael voluntates ſuas. B
8 ‖Miſerator & miſericors Dominꝰ: longanimis & multum miſericors. Num.14.c.18
9 Non in perpetuum iraſcetur: neqꝫ in æternum comminabitur.
10 Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.
11 Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.
12 Quantum diſtat Ortus ab Occidente: longè fecit à nobis iniquitates noſtras.
13 Quomodo miſeretur pater filiorũ miſertus eſt Dominus timẽtibus ſe. C

17 Dum ædif. כי־בנה Quòd ædificauerit Viſus fu.&c. נראה בכבודו videbitur[vel, apparebit]gloria eius. Alii præteritum conuertũt in futurum, Quia ædificabit Iehoua Sion,& apparebit in maieſtate ſua.

18 Ad orationem myricæ, אל־תפלת הערער ad orationẽ ſolitarii. Alii, pauperis, vel debilis. Vox Hebræa ערער pro qua quidam vertunt debilem, ſignificat arbuſculã naſcentẽ in deſerto, quæ iuniperus, vel myrica vulgo dicitur:& per metaphoram, debiles, miſeros,& afflictos denotat. Significat etiam hominem excitantem ſe: propterea quidam ſedulũ vertunt, Reſpiciet ad orationem excitantis ſe. vel, ſeduli & diligentis. nempe ad orationem. 19 Pro gener.no. לדור אחרון generationi poſteræ. poſtero ſeculo.i.mandabitur literis hæc liberatio in gratiam poſteritatis. Qui creabitur נברא Chald. paraph. qui futurus eſt vt creetur. Hebræi vertunt creatus.

20 De excel.Sanct.ſ. ממרום קודשו è ſublimi Sanctitatis ſuæ. Alii, è ſublimi Sacrario ſuo.

21 Vinctorũ אסיר Singul.Heb.pro plur. Morti deſt. בני תמותה Ad verbum, filios mortis. Hebraiſmus, pro homines morti adiudicatos, breui interimẽdos. 24 Fortit.meã, כוחי vires meas. Abbreuiauit קצר præcidit. 25 Dico אמר Dicebã, Dicã, ſub.ergo.

26 Antea לפנים In principio. Olim. Pridem. Iampridem. 27 Peribunt, יאבדו corrumpentur. 28 Cõſum. יתמו: finiẽtur.

29 Stabilietur. יכון: firmabitur. dirigetur.

IN PSALMVM CIII.

1 Benedic. ברכי Lauda. Prædica anima mea Iehouam. 2 Benefic.eius: גמוליו retributionũ.eius Alii, omniũ quæ contulit in me.

4 Qui red.de fouea הגואל משחת Qui vindicat à ſepulchro. vel, ab interitu. Qui cor.te,&c. המעטרכי חסד ורחמים: qui coronat te pietate[vel benignitate]& miſerationibus.i.vndique te cingit & cumulat. 5 Et renouatur ותתחדש Alii ſubaudiunt, *& cuius beneficio* renouatur,&c. Vt aquilæ כנשר genitiuus eſt,& ſubaudiendum iuuentus: vt legas, Renouatur iuuentus tua vt aquilæ iuuentus.

8 Longus ira,&c. ארך אפים ורב־חסד: Hebraiſmum ſic reddunt quidam, Tardus ad iraſcendũ,& multa beneuolentia præditus. Alii, Longanimis & multæ pietatis. Alii, remotus ab ira,& multus miſericordia, ſiue bonitate. Tardum ad iram, interpretantur qui non illico puniat.

9 Contendit יריב Fut.Heb. litigabit, contendet, vel rixabitur, ſub. cum homine. Alii, obiurgabit. Seruat. יטור: ſub. iram. Quidam vertunt, ſuccẽſebit. Alii vertunt, reſeruat *memoriam acceptæ iniuriæ*. 11 Robor.miſ.ſ. גבר חסדו valentem fecit bonitatem ſuam. Alii, præualuit pietas eius. 12 Diſtare fecit הרחיק longè fecit, elongauit, longè remouit.

quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. 14

Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius, tã quem flos agri ſic efflorebit. 15

16 Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & nõ ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem Domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum: 17

Et iuſtitia illius in filios filiorũ, his qui ſeruant teſtamentum eius, 18

D Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea.

Dominus in cælo parauit ſedẽ ſuã: & regnũ ipſius õnibus dominabitur. 19

Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. 20

Benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri eius qui facitis volũtatem eius. 21

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis ei⁹: benedic anima mea Domino. 22

Ipſi Dauid. CIII.

Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. 1

Confeſſionem & decôrem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento, 2

Extendens cælum ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperiora eius. 3

Qui ponis nubem aſcẽſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorũ.

Heb 1.b.7 Qui facis angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem vrentem. 4

Qui fundaſti terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuã: non inclinabitur in ſeculũ ſeculi. 5

Abyſſus ſicut veſtimentũ amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ: 6

Ab increpatione tua fugiẽt, à voce tonitrui tui formidabunt. 7

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum quem fundaſti eis. 8

B Terminum poſuiſti quem nõ trãſgredientur: neque conuertentur operire terram. 9

Qui emittis fontes in cõuallibus: ĩter mediũ mõtiũ pertrãſibũt aquæ. 10

Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua. 11

Super ea volucres cæli habitabũt: de medio petrarum dabunt voces. 12

Rigãs mõtes de ſuperioribus ſuis: de fructu opũ tuorũ ſatiabitur terra: 13

---

14 Quia ipſe cognoſcit ʼfigmẽtum noſtrum, recordatur quod puluis ſumus.

15 Hominis ſicut ʼherba ſunt dies: ſicut flos agri, ſic floret:

16 Quoniam ventus tranſit in illum, & non eſt, ʼnec agnoſcit eum vltrà locus eius.

17 Miſericordia autem Iehouæ à ſeculo & vſque in ſeculum ſuper timentes eum, & iuſtitia eius ſuper filios filiorum,

18 Super cuſtodientes pactum eius, & eos qui recordantur ʼpræceptorum eius ad faciendum ea.

19 Iehoua in cælo ʼpræparauit thronum ſuum, & regnum ipſius omnibus dominatur.

20 ʼBenedicite Iehouæ Angeli eius fortes robore, faciẽtes verbum eius, ʼad obtemperandum voci verbi eius.

21 Benedicite Iehouæ omnes exercitus eius, miniſtri eius facientes voluntatem eius.

22 Benedicite Iehouæ omnia opera eius, in omnibus locis dominationis eius: benedic anima mea Iehouæ. CIIII.

1 BʼEnedic anima mea Iehouæ, Iehoua Deus mi magnificatus es vehementer: ʼgloriam & decorem indutus es.

2 ʼQui operit ſe lumine tanquam veſtimento, qui extendit cælum ʼveluti cortinam.

3 ʼQui cõtignat aquis ſuperiora ſua, qui ponit nubes currũ ſuũ, qui ambulat ſuper alas venti.

4 Qui facit angelos ſuos, ʼſpiritus: miniſtros ſuos ignẽ flãmantẽ.

5 Fũdauit terrã ſuper ʼbaſes ſuas, ne moueat ſe ĩ ſeculũ & ĩ ſeculũ.

6 Voragine tanquam veſtimento ʼoperueras eam: ſuper montes ſteterant aquæ:

7 *Et tamẽ* ab ĩcrepatiõe tua fugerũt, à ſonitu tonitrui tui ʼfeſtinauerũt.

8 *Tunc* aſcenderunt montes, deſcenderunt valles ad locum iſtum quem fundaſti eis.

9 Terminum poſuiſti *eis* quem non tranſibunt: non reuertentur ad operiendum terram.

10 ʼQui emittit fontes ʼin conuallibus, inter montes ʼambulant.

11 ʼPotũ dãt omnibus beſtiis agreſtibus, ʼfrãgũt onagri ſitim ſuã.

12 Iuxta eos *fontes* volucres cæli ʼhabitant, inter frondes dãt vocẽ.

13 Qui irrigat mõtes ʼde ſuperioribus ſuis, de fructu ʼoperum tuorum ſatiabitur terra.

Vita humanã fragilis & caduca.

Dominus æternus perpetuat ſuam miſericordiam erga eos qui ipſum reuerentur, eiúſque pactũ cuſtodiãt.

Hortatur & Angelos & homines ad laudandum Deum regẽ cæli & terræ.

Laudes Deo pro creatione rerum omniũ, earúmq; gubernatione ac prouidentia.

Vẽti, ipſius Dei nuntii.

Terra firma: aquæ, montéſque terminati.

Fontes in vallibus pro beſtiis & auibus.

Pluuiæ ad irrigãdam terram, panémque, vinũ, & oleum procreandum.

---

14 Figmentum no. יצרנו Vox Hebræa ſignificat opus figulinum. q. d. ſcit quàm fragiles nos creauerit.

15 Herba חציר gramen. fœnum. 16 Nec agnoſcit, ולא־יכירנו .i. ita perit flos vt non poſſis poſtea oſtendere vbi creuerit.

18 Præcept. eius פקודיו conſtitutionum eius 19 Præparauit חכין ſtabiliuit. firmauit.

20 Benedic. Ieh. ברכו יהוה Prædicate Iehouam. Ad obtemp. &c. : לשמע בקול דברו Ad verbum, ad audiendũ in vocem verbi eius. Quod quidam conuertunt, obediendo voci verborum eius.

IN PSALMVM CIIII.

1 Benedic an. m. Ieh. ברכי נפשי את־יהוה Lauda [vel prædica] anima mea Iehouam. Glor. & dec. indut. : הוד והדר לבשת Hebraiſmus, pro ornaris & commendaris magnificentia & ſplendore: per cælos te decorum & ſplendidum agnoſcimus, vt hominem per veſtem.

2 Qui operit ſe עטה Participium, Amiciens lumine. Alii, Amictus. Opertus. Indutus. Vertere potes, Amicis, ſiue ornas te lumine tanquam veſte. vt nulla ſit perſonæ mutatio. Sic & mox, Extendens: & ſequenti verſu, contignans, pro, Qui extendis, qui contignas. Veluti cortinam. : כיריעה velut pellem quo ſcilicet fit tentorium.

3 Qui contignat aq. ſuperi. ſ. המקרה במים עליותיו Qui contignat in aquis cœnacula ſua. Alii, Qui ponit trabes cœnaculorum ſuorum in aquis. Alii, Qui facit *velut* contignationem cœnaculi ſui aquas. i. nubes. Scriptura nubes vocat aquas, quòd fiant è vaporibus in aerem excitatis, extenuatis, & concretis. Vt autem è vaporibus fiunt, ita in aquam facilè diſſoluuntur. Qui igitur in nubibus ipſis compingit, ſiue ædificat ſibi domicilium. i. qui in nubibus habitat. Nonnulli per præteritum vertunt, Qui conſtruxit in nubibus altum ſuum domicilium. Infrà verſu 13, nubes dicuntur cœnacula, ſiue ſuperiora Dei, Qui irrigat montes de ſuperioribus ſuis.

4 Spiritus, רוחות Hebræi exponũt, Qui flatibus ſiue ventis, & fulmine, ignéque cæleſti vtitur tanquam miniſtris, vt in ſubuerſione Sodomæ. Paulus ad Hebræos, 1. b. 7. Spiritus interpretatur, Angelos. 6 Operueras eam: כסיתו texiſti, vel texeras eam. ſub. terram.

7 Feſtinauerunt. : יחפזון Futura Heb. pro præt. præcipitauerunt ſe. Alii, feſtinanter deiiciuntur. Alii, præcipites ceſſerunt.

10 Qui emittit המשלח ſubaudi. Lauda inquam anima mea Iehouam qui emittit. Verti poteſt, Qui emittis, &c. In conual. בנחלים per valles. q. d. iuſſit Deus vt aqua fontana decurrat per valles. Alii, in fluuios *qui* inter, &c. Alii, qui fiunt torrentes, vel fluuii. Ambulãt. יהלכון Hebraiſmus, pro decurrunt, ſiue labuntur. 11 Potum dant o. be. ag. ישקו כל חיתו שדי Bibunt *inde* omnes beſtiæ agri. Vel, potant omnes beſtiæ agreſtes. Frangunt ישברו Fut. Heb. pro præſ. leuant. extingunt.

12 Habitant, ישכון Fut. Heb. pro præſ. & ſingul. pro plur. ſedent. 13 De ſuperio. ſuis, מעליותיו è cœnaculis ſuis. Vide principium huius pſalmi, verſu 3. Operum tuorum מעשיך Perſonæ mutatio, id eſt imbre, opera tua in nubibus facto.

14 Qui germinare facit fœnum pro iumentis,& herbam″ad vſum
hominum,″vt educat panem è terra:
15 Et vinum *quod*″ lætificat cor hominis,″ vt faciẽ nitere faciat præ
oleo:& panem qui cor hominis fulcit.

Arbores,mõtes, rupes.

16 ″Saturantur arbores excelſæ,cedri Lebanón quas plantauit,
17 ″Vt ibi aues nidificent:″ciconiæ,abietes ſunt domus.
18 Montes excelſi″ibicibus,petræ″hoſpitium leporibus.

Officiũ lunæ in nocte.

19 Fecit lunam″in tempora, ſol nouit occaſum ſuum.
20 ″Ponis tenebras,& eſt nox: in ipſa″reptat ōnis beſtia ſylueſtris.
21 Leunculi rugiunt ad prædam , & ad quærendũ à Deo eſcã ſuã.

Sol,& homo ad opus ſuum.

22 Oritur ſol,congregant ſe,″& in habitaculis ſuis accubant.
23 T*unc* egreditur homo ad opus ſuum,& ad culturam ſuam vſque
ad veſperam.

Omnia à Deo facta in ſapientia.

24 ″Quàm multiplicata ſunt opera tua Iehoua ! omnia ipſa″in ſapientia
feciſti:impleta eſt terra″poſſeſſionibus tuis.

De ſumma Dei potentia & ſapientia in mari,eiuſque piſcibus.

25 Hoc mare magnum , ″& latum locis:ibi reptilia quorum nõ eſt
numerus,beſtiæ puſillæ cum magnis.
26 Ibi naues ambulant , Liuiathán iſte quem formaſti ad ludendum
in eo.

Prouidẽtia Dei erga homines,& beſtias.

27 Vniuerſa ipſa in te ſperant,vt des eſcam ipſorum in tẽpore ſuo.
28 ″Das eis,colligunt:aperis manum tuam,ſaturantur bono.
29 ″Abſcõdis faciem tuam,turbantur:″aufers ſpiritum eorum,deficiunt,
& in puluerem ſuum reuertuntur.
30 Mittis Spiritum tuum,creantur:& innouas faciem terræ.

Gloria Domino qui montes tremefacit.

31 Erit gloria Iehouæ in ſeculũ,lætabitur Iehoua in operibus ſuis.
32 Qui aſpicit terram,& tremit:tangit montes,& fumant.

Promittit ſe Deũ laudaturũ.

33 Cantabo Iehouæ in vita mea:pſallam Deo meo quandiu ero.
34 ″Dulce erit ei eloquium meum,ego lætabor in Iehoua.

Imprecatio aduerſus impios.

35 ″Conſumantur peccatores de terra,& impii vltrà″ne ſint:″benedic
anima mea Iehouæ. Halelu-Iáh.

C V.

Vehemens exhortatio ad Deũ laudandum, inuocandum,quærendum,eiuſque præclara opera in memoriam reuocanda.

1 CElebrate Iehouam,inuocate nomen eius:″cognoſcere facite
in populis″opera eius.
2 Cantate ei,pſallite ei,loquimini de vniuerſis mirabilibus eius.
3 Gloriamini in nomine ſancto eiꝰ,lætetur cor quærẽtiũ Iehouã.
4 Quærite Iehouam,″& fortitudinem eius: quærite″ faciem eius
ſemper.

---

14 Producens fœnum iumẽtis,& herbam ſeruituti hominum,
Vt educat panem de terra : ‖& vinum lætificat cor hominis: Ioſue 9.b.13
15 Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.
16 Saturabuntur ligna campi,& cedri Libani quas plantauit: illic paſſeres
17 nidificabunt.
Herodii domus dux eſt eorũ,mon-
18 tes excelſi ceruis:petra refugium herinaciis.
19 Fecit lunam in tempora:ſol cognouit occaſum ſuum.
20 Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox:ĩ
21 ipſa pertrãſibũt omnes beſtiæ ſyluæ,
Catuli leonum rugiẽtes vt rapiãt,
22 & quærant à Deo eſcam ſibi.
Ortus eſt ſol,& congregati ſunt,& in cubilibus ſuis collocabuntur.
23 Exibit homo ad opus ſuum : & ad operationẽ ſuam vſque ad veſperũ.
24 Quàm magnificata ſunt opera tua Domine ! omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.
25 Hoc mare magnum , & ſpatioſum manibus:illic reptilia,quorũ non eſt numerus,
Animalia puſilla cum magnis:
26 illic naues pertranſibunt:
‖Draco iſte quẽ formaſti ad illudẽdum ei: Iob.40.b.10 D
27 ‖omnia à te expectant vt des illis eſcam in tempore. Pſal.140.c.15
28 Dante te illis, colligẽt: aperiẽte te manũ tuã,õnia ĩplebuntur bonitate.
29 Auertente autem te faciem,turbabũtur:auferes ſpiritum eorum,& deficiẽt,& in puluerẽ ſuum reuertẽtur.
Emittes Spiritum tuum,& creabũ-
30 tur:& renouabis faciem terræ.
31 Sit gloria Domini in ſeculum: lætabitur Dominus in operibus ſuis:
32 Qui reſpicit terram , & facit eam tremere:qui tãgit mõtes,&fumigãt.
33 Cãtabo Domino in vita mea: pſallam Deo meo quandiu ſum.
34 Iucundum ſit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.
35 Deficiẽt peccatores à terra,& iniqui, ita vt non ſint : benedic anima mea Domino.Halelu-ia. CIIII.
1 C‖Onfitemini Domino,&inuocate nomen eius : annuntiate inter Gentes opera eius. 1.par.16,a.8 eſa.12.b.4
2 Cantate ei , & pſallite ei : narrate omnia mirabilia eius.
3 Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.
4 Quærite Dominum,& confirmamini:quærite faciem eius ſemper.

---

14 Ad vſum hom. לעבודת האדם ad obſequium hominum. Alii,ad culturam hominis.i.adhibita cultura hominum. Vt educat panẽ להוציא לחם ad educendum eſcam. Vel,dum educit eſcam.q.d.ídque facit dum educit eſcam omnibus animalibus.

15 Lætificat ישמח Fut.Heb.pro præſ. Vt faciẽ nitere faciat præ oleo. להצהיל פנים משמן .i.illo vino nitidiorẽ reddat vultũ,& ſplẽdidiorẽ quã poſſit reddi vllo vnguẽto. Alii vertũt,vt niteãt facies ab oleo.tãquã dicat quòd Deus faciat prouenire & vnde niteãt facies,nempe oleum. Hoc nitore faciei,videtur ſignificari vnguẽtorum vſus, de quo Pſal.23.5. In eundem ſenſum alii,Et oleum ad illuſtrandum faciem.

16 Satu.arb.excel. ישבעו עצי יהוה Ad verbum,Saturabuntur arbores Iehouæ. pro,Satiantur,vel,Reficiuntur arbores excelſæ. nam omnia excelſa tribuũtur Deo:vnde hîc arbores excelſæ,dicuntur arbores Iehouæ. Satiantur,id eſt abundè irrigantur ab eodem,imbre è cælo miſſo. de quo paulo antè,verſu 13. 17 Vt ibi אשר־שם I*n* quibus illic,&c. Alii,Quòd ibi. Ciconiæ,&c. : חסידה ברושים ביתה Ad verbum, ciconia,abietes domus eius id eſt,Ciconia pro manſione ſua habet abietes.

18 Ibicibus: ליעלים damis.rupicapris. Hoſpitium leporibus : מחסה לשפנים latibulũ herinaciis. Alii,cuniculis.vel vt alii,leporibus.

19 In tẽpora, למועדים in ſtata tempora.i.vt diſtinguat menſes. 20 Ponis תשת Inducis. Reptat תרמוש Fut.Heb.pro præt. .i.peruagatur,& diſcurrit. 22 Et in hab.ſuis ואל־מעונתם & in luſtris ſuis.

24 Quàm multiplicata ſunt מה־רבו Quàm multa ſunt. Alii,Quanta ſunt. In ſapi.fe. בחכמה עשית Pſal.136.5,dicitur,Qui fecit cælos cum intelligentia. Poſſeſſ.t. : קנינך Hinc videmus Deum omnia poſſidere, & eius propria eſſe omnia, & in eius poteſtate: vt hîc quidam Hebræorum annotant. 25 Et latum locis, ורחב ידים Ad verbum,& amplum manibus.i.locis & litoribus.

28 Das eis,colligunt תתן להם ילקוטן Futura Heb.dabis eis,colligẽt. Quidã,Quũ dederis eis colligẽt:& quũ aperueris manũ tuã,ſatiabũtur bono. 29 Abſcondis, תסתיר Futura item Heb.etiam ſequenti verſu. Aufers תוסף colligis.retrahis. Quidam,congregabis.

34 Dulce erit ei,&c. יערב עליו שיחי Ad verbum,Dulceſcet ei, id eſt,Gratus erit ei ſermo meus. Alii,Sit ei ſuauis ſermo meus. Alii,Erit ſermo meus de illo dulcis.vel,iucundus.

35 Conſumantur יתמו Deficient.Conſumentur. Ne ſint: אינם Ad verbum,non ipſi.ſub.erunt. Benedic anima mea Iehouæ ברכי נפשי את־יהוה Prædica Iehouã anima mea. Halelu-Iáh : הללויה Dictio ex Imperatiuo Halelu, quod laudate ſignificat,& Iah nomine Dei compoſita.

IN PSALMVM CV.

1 Cognoſcere facite הודיעו Nota facite.Prædicate. Opera eius. : עלילותיו egregia facinora eius.

4 Et fortitud.eius. ועזו Arcam fœderis vocat hîc fortitudinem Dei, quòd in ea virtus Diuina ſe exhiberet. Faciem eius, פניו Et hîc facies Dei pro arca ponitur,quòd in ea Deus erat pollicitus ſuam præſentiam.q.d.conuenite in eum locum vbi Deus coli ſolet.

Mementote mirabilium eius quæ fecit,prodigia eius &iudicia oris ei⁹, 5

Semen Abraham ſerui eius:filii Iacob electi eius. 6

Ipſe Dominus Deus noſter,in vniuerſa terra iudicia eius. 7

Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes, 8

Geneſ.22.c.16 luc.1.g.73 heb.6.d.17 ‖Quod diſpoſuit ad Abraham,&iuramenti ſui ad Iſaac: 9

Et ſtatuit illud Iacob in præceptũ, & Iſrael in teſtamentum æternum, 10

Dicens, Tibi dabo Terram Chanáan,funiculum hæreditatis veſtræ. 11

Quum eſſent numero breui, pauciſſimi,& incolæ eius: 12

B Et pertranſierunt de gente in gentem,& de regno ad populum alterũ: 13

Nõ reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges, 14

1.Par.16.c.22 ‖Nolite tangere Chriſtos meos:& in Prophetis meis nolite malignari. 15

Et vocauit famẽ ſuper terrã: & omne firmamentũ panis contriuit. 16

Gen.37.f.28 Miſit ante eos virum: ‖ in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. 17

39.d.20 ‖Humiliauerunt in compedibus pedes eius,ferrum pertranſiit animam eius,donec veniret verbum eius. 18 19

Eloquium Domini inflammauit eum:‖miſit rex, & ſoluit eum: princeps populorum,& dimiſit eum. 20

Gen.41.b.14 41.c.40 ‖Conſtituit eum dominum domus ſuæ,& principẽ õnis poſſeſſionis ſuæ: 21

Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum,& ſenes eius prudentiam doceret. 22

46.a.6 C ‖Et intrauit Iſrael in AEgyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham: 23

Et auxit populum ſuum vehementer:&firmauit eũ ſuper inimicos ei⁹. 24

Exod.1.b.8.c.16 ‖Conuertit cor eorũ vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius. 25

3.c.10.& 4 d.15.g.30 ‖Miſit Moyſen ſeruum ſuum:Aarõ quem elegit ipſum. 26

7.a.9 ‖Poſuit in eis verba ſignorũ ſuorũ & prodigiorum in terra Cham. 27

10.f.22 ‖Miſit tenebras,&obſcurauit:&nõ exacerbauit ſermones ſuos. 28

7.d.20 ‖Conuertit aquas eorum in ſanguinem:& occîdit piſces eorum. 29

8.b.6 ‖Edidit terra eorum ranas, in penetralibus regum ipſorum. 30

8.f.24 ‖Dixit,& venit cynomyia,& ciniſes in omnibus finibus eorum. 1

9.c.23.32 ‖Poſuit pluuias eorum grãdinem: ignem comburentẽ in terra ipſorũ. 32

D Et percuſſit vineas eorũ&ficulneas eorũ:& cõtriuit lignũ finium eorũ. 33

5 Memento mirabilium eius quæ fecit,& prodigiorum eius,&iudiciorum oris eius,

6 ô Semen Abraham ſerui eius,ô filii Iayacób electi eius.

7 Ipſe eſt Iehoua Deus noſter,in vniuerſa terra iudicia eius.

8 ″Memor fuit in ſeculũ pacti ſui, verbi quod præceperat in mille generationes,

9 Quod pepigit cum Abraham,& iuramenti ſui″ad Iwſnhac.

10 Et ſtatuit illud ipſi Iayacob ″in ſtatutum, Iwſraxeli *in* pactum ſempiternum:

11 Dicẽdo,Tibi dabo terrã Chenayã″funiculũ hæreditatis veſtræ.

12 Quum eſſent ″viri pauci numero,″& pauco *tempore* peregrini fuiſſent in ea:

13 Et ambularent de gente ad gentem,de regno ad populũ alterũ:

14 Non permiſit hominem iniuria afficere eos, ″& corripuit propter eos,reges,

15 Ne tangatis Chriſtos meos,& Prophetis meis ne malefaciatis.

16 Et vocauit famem ſuper terram, omnem virgã panis cõtriuit.

17 Miſit ante eos virum:pro ſeruo venditus eſt Ioɒſéph.

18 Afflixerũt compedibus pedẽ eius,″*& in* ferrũ venit anima eius,

19 Vſque ad tempus quo venit″verbum eius:eloquiũ Iehouæ″purgauit eum.

20 Miſit rex,& ſoluit eum:dominator populorum, & ſoluit eum.

21 Poſuit eum dominum domus ſuæ, & dominatorem in omni poſſeſſione ſua,

22 ″Vt alligaret principes eius″ſecundum animam ſuam, & ſenes eius″ſapientes efficeret.

23 Et ingreſſus eſt Iwſraxel AEgyptum, & Iayacób peregrinatus eſt in terra nCham:

24 Et auxit populum ſuũ valde,& roborauit eũ præ hoſtibus eius.

25 Conuertit cor eorum vt odio haberent populum ſuum:vt machinarentur dolos in ſeruos ipſius.

26 *Tunc* miſit Mowſéh ſeruum ſuum,*&* Aharón quem elegerat:

27 *Qui* poſuerũt in eis″verba ſignorũ eius,& prodigia ĩ terra nChã.

28 Immiſit tenebras,& obſcurauit:″neque repugnarũt verbo eius.

29 Conuertit aquas eorum in ſanguinem,& occîdit piſces eorum.

30 ″Edidit terra eorum ranas, in cubilibus regum ipſorum.

1 Dixit,& venit″congregatio miſta beſtiarum,pediculi in omni termino eorum.

32 ″Dedit pluuias eorum grandinẽ, ignẽ″flammarũ in terra eorũ.

33 Et percuſſit vites eorum,& ficus eorum, & cõtriuit arbores termini eorum.

Appellãs Iſraelẽ, cõmemorat fœdus quod cũ Abraham,Iſaac,& Iacob conſtituerat.

Cura,& prouidẽtia quam de illis habuit non permittẽs vt à quoquam tangerentur,nominãs eos vnctos,hoc eſt ſibi cõſecratos per Spiritũ ſanctum, & ſuos Prophetas,quib⁹ vt ſuis dilectis ſecreta ſua cõmunicauerat.

De fame in Iſrael,cui Deus proſpexit ac cõſuluit per Ioſeph.

Introitus fil'orũ Iſrael in AEgyptum,& quod illis euenit per AEgyptios, AEgyptiiſque eorũ cauſa.

---

8 Memor fuit in ſec. זכר לעולם Perpetuò meminit.

9 Ad Iwſnhac. לישחק *quod fecit* de Iſahac. vel,pro Iſahac.Nam legimus,In Iſahac vocabitur tibi ſemen. Geneſ.21.b.12.

10 Et ſtatuit illud ipſi Iaya.in ſtat. ויעמידה ליעקוב לחוק Ad verbũ,Et ſtare fecit illud ipſi Iaacob in decretũ.i.fœdus illud ratum fecit ipſi Iaacob,ita vt habeatur vice legis. 11 Funic.hæred.ve. : חבל נחלתכם Mutatio perſonæ,pro ſortẽ poſſeſſionis tuæ.Funis pro hæreditate.

12 Viri pa.nu. מתי מספר Ad verbũ,homines numeri.i.quũ adhuc poſſent numerari præ paucitate. Et pauco *tempore* peregr. כמעט וגרים: Ad verbum, quaſi modicum,& peregrini. Quidam vertunt,admodum pauci,atque aduenæ. Alii iungunt præcedenti nomini, ſic, viri numero pauci,& aduenæ. 14 Et corripuit ויוכח ſed coarguit. Alii,& caſtigauit.

18 *Et in* fer.ve.an.e. : ברזל באה נפשו ferrum ingreſſum eſt animam eius.Animam pro corpore poſuit, quòd afflicto corpore affligatur & anima.q.d.corpus eius vinctum fuit catenis. 19 Verbum e. דברו Hebraiſmus,pro,id quod Deus decreuerat de ipſo Ioſeph:& tũ oraculum Dei.i.interpretatio ſomnii Pharaonis immiſſa à Deo,reddidit illum probatum ipſi Pharaoni. Purg.eum. : צרפתהו examinauit eum.probauit eum,nempe vt probatur argẽtum. 22 Vt allig. לאסור Ad vinciẽdum.i.vt in vinculis etiam contineret principes viros vt prius detẽtus fuerat. Alii,Ad erudiẽdũ.à יסר. Sec.animã ſ. כנפשו Hebraiſmus,pro arbitrio ſuo. Sap.eff. יחכם ſapiẽtiã doceret.

27 Verba ſign.e. דברי אותותיו Hebraiſmus,pro,facta,vel res ſignorum Dei.hoc eſt miracula ediderũt Moſe & Aharon inter AEgyptios.

28 Neque repug. ולא מרו neque rebellarunt. 30 Edidit שרץ produxit.

31 Congreg.m.beſt. ערוב feræ omnis generis. Vel,turba miſcellanea ferarum. Alii, inſectum. Alii, miſtura.ſub.inſectorum.

32 Dedit plu.e.grand. נתן גשמיהם ברד poſuit imbres eorum grandinem. Hebraiſmus,pro,Deus vertit imbres eorum in grandinẽ. Vel, pro pluuia dedit grandinem. Flammarum להבות Hebraiſmus,pro conflagrantem & vrentem.

Dixit,& venit locuſta,& brucus abſque numero: 34

″Et comedit omnem herbam in terra eorum , & comedit fructum terræ eorum. 35

Et percuſſit omnem primogenitum in terra eorũ,″primitias omnis roboris eorum. 36

Exitus ex AEgypto cum lætitia,ſicut Deus promiſerat.

Et eduxit eos cũ argẽto & auro,nec fuit in tribub⁹ eius″debilis. 37

Lætata eſt AEgyptus quum egreſſi ſunt:quia irruerat pauor eorum ſuper ipſos. 38

Expandit nubem″in tentorium,& ignem ad illuſtrandã noctẽ. 39

Petiit,″& adduxit coturnices: & pane cæli ſaturauit eos. 40

Aperuit petram, & fluxerunt aquæ: ″abierunt per arida *loca, inſtar* fluminis. 41

Quoniam recordatus eſt″verbi ſanctitatis ſuæ, cum Abrahám ſeruo ſuo: 42

Eorũ introitus in terram ſanctam,& quare.

Et eduxit populum ſuum in gaudio,cum iubilo electos ſuos. 43

Et dedit eis terras Gentiũ,& labores Populorum″poſſederũt: 44

Vt cuſtodirẽt ſtatuta ei⁹,& leges eius cõſeruarent. Halelu-Iáh. 45

Halelu-Iah. C V I.

Populus Dei,Iſrael inter gẽtes ſparſus,eas hortatur ad laudandam bonitatem Dei propoſitam quærẽtibus ipſã. Exhortatio ad benè viuendum. Orant vt Deus iuxta promiſſionem ſuam impertiat ipſis ſuã miſericordiam, recolligẽs ipſos in terrã ſanctã.

CElebrate Iehouam,quoniam bonus,quoniam in ſeculũ miſericordia eius. 1

Quis eloquetur fortitudines Iehouæ *&*″enarret õnẽ laudẽ eius? 2

Beati qui cuſtodiunt iudiciũ, qui faciunt iuſtitiã omni tẽpore. 3

Memento mei Iehoua″in beneplacito populi tui : viſita me″in ſalute tua: 4

Vt videam″bonum electorum tuorum,vt læter in lætitia gentis tuæ,& glorier cum hæreditate tua. 5

Recognoſcunt ac confitentur ſua peccata patrũmque ſuorũ, eorũmque rebelliones.

Peccauimus cũ patribus noſtris,praua fecimus,impia fecimus. 6

Patres noſtri in AEgypto″non intellexerunt mirabilia tua,non fuerunt memores multitudinis miſericordiarum tuarum:ſed rebellauerunt iuxta mare,″in mari סSuph. 7

Cur Deus ſaluat populum ſuum.

Seruauit tamen eos propter nomen ſuũ,vt notam faceret fortitudinem ſuam: 8

Illi immemores beneficii quod in ipſos contulerat liberans eos ex ſeruitute AEgypti.

Et increpuit mare סSuph,& ſiccatum eſt,& ambulare fecit eos per abyſſos tanquam per deſertum. 9

Et ſeruauit eos de manu″odio habẽtis,& vindicauit eos de manu inimici. 10

Et operuerunt aquæ hoſtes eorũ,*ita ut* vnus ex eis nõ remãſerit. 11

Tunc crediderunt verbis eius,cantauerunt laudem eius. 12

″Feſtinauerũt, obliti ſunt operum eius, non expectauerunt cõſilium eius. 13

Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto , & tentauerunt Deum in ſolitudine. 14

34 |Dixit,& venit locuſta &bruchus, cuius non erat numerus: Exod.10.b.4.d.13

35 Et comêdit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum. D

36 |Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. 12.c.29

37 |Et eduxit eos cũ argento & auro: & nõ erat in tribubus eorũ infirm⁹. 12.c.36

38 Lætata eſt AEgyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorũ ſuper eos.

39 |Expandit nubem in protectionẽ eorũ: &ignẽ vt luceret eis per noctẽ. 13.d.21 pſal.78.b.14

40 |Petierunt,& venit coturnix: &pane cæli ſaturauit eos. Exod.16.c.12

41 |Dirupit petram , & fluxerunt aquæ:abierunt in ſicco flumina: 17.b.6 nume.20.b.11 ſupra 78.c.20. ſap.11.a.4 1.cor.10.a.4

42 |Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui quod habuit ad Abraham puerum ſuum. Gen.22.c.16

43 |Et eduxit populum ſuum in exultatione,& electos ſuos in lætitia. Ioſue 3.d.17

44 Et dedit illis regiones Gentiũ,& labores Populorum poſſederunt:

45 Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant. Halelu-ia.

Halelu-ia. C V.

1 C|Onfitemini Domino,quoniam bonus:quoniam in ſeculum miſericordia eius. Iudith 13.c.21

2 |Quis loquetur potẽtias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Eccli.43.d.35

3 Beati qui cuſtodiũt iudicium,&faciunt iuſtitiam in omni tempore.

4 Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo:

5 Ad vidẽdum in bonitate electorũ tuorum,ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cũ hæreditate tua.

6 |Peccauimus cũ patribus noſtris: iniuſtè egimus,iniquitatẽ fecimus. Iudith 7.d.19

7 Patres noſtri in AEgypto non intellexerunt mirabilia tua:non fuerũt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.

Et irritauerunt aſcendentes in mare,Mare rubrum. B

8 Et ſaluauit eos propter nomẽ ſuũ: vt notam faceret potentiam ſuam.

9 |Et increpuit Mare rubrũ, & exiccatum eſt: & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto: Exod.14.c.21

10 Et ſaluauit eos de manu odientiũ: & redemit eos de manu inimici.

11 |Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remanſit. 14.f.27

12 Et crediderũt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

13 Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt conſiliũ ei⁹.

14 |Et concupierunt cõcupiſcentiam in deſerto: & tẽtauerunt Deum in inaquoſo: 17.a.2 1.Cor.10.b.6

---

35 Et comedit ויאכל Et depaſtus eſt,deuorauit. 36 Primitias,&c. ראשית לכל אונם: Ita circunloquitur primogenita quæ ſolent gigni quum parentes valent viribus. 37 Debilis : כושל infirmus.impingens.

39 In tentorium, למסך in operimentũ. 40 Et add.cot. ויבא שלו & venire fecit coturnices.

41 Abierunt הלכו .i.defluxerũt,decurrerũt. 42 Verbi ſanct.ſ. דבר קודשו id eſt promiſſionis ſuæ ſanctæ quam fecerat ad Abrahã.

44 Poſſederunt. ;יירשו in hæreditatem acceperunt.

IN PSALMVM CVI.

2 Enarret ישמיע Ad verbum,audire faciat.i.diuulget,commemoret,ſiue commemoraret.

4 In benep.pop.t. ברצון עמך Hebraiſmum ſic quidam vertunt,propter fauorem tuum erga populum tuum. Alii,fauore illo quo proſequeris populum tuum. In ſalute tua. : בישועתך Hebraiſmus,pro,ope tua ſalutifera.

5 Bonũ בטובת Adverbũ,in bonitate. Videre bonũ,ſiue in bonitate,Hebraiſm⁹,pro,Frui bono. Seipſũ exponit mox ſequẽtib⁹,vt læter,&c.

7 Non intell.mir.t. לא־השׂכילו נפלאותיך non prudenter perpenderunt mirabilia tua. Alii, non prudentes fuerunt in mirabilibus tuis. Iuxta mare in mari סSuph. : על־ים בים־סוף iuxta mare,in mari Suph.i.caricoſo,ſiue iuncoſo.dum ſcilicet trãſituri eſſent Mare rubrum, quod ſane arundinibus abundat & iuncis. 10 Odio habentis שׂונא hoſtis.

13 Feſti.oblit.ſ. מהרו שכחו Duo verba ſine coniunctione,quorum alterum Latini per aduerbium reddunt,ſic,Feſtinanter obliti ſunt.

Nume.11.f.31	C	¶Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorũ.	15	Et dedit eis petitionem eorum: verũtamen immiſit ″maciem ″in animam eorum.	
		Et irritauerunt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum Domini.	16	″Et inuiderũt ipſi Mowſe in caſtris, ipſi Aharon ſancto Iehouæ.	Coniuratio Coreh, Dathan, & Abirom contra Moſen & Aaronem.
Nume.16.e.31 deut.11.a.6		¶Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abirom.	17	*Tunc* aperuit ſe terra, & deglutiuit Dathan, & operuit congregationem Abirám:	
		Et exarſit ignis in ſynagóga eorũ: flamma combuſſit peccatores.	18	Et exarſit ignis in congregatione iſtorũ, flãma cõbuſſit ĩpios.	
Exod.32.a.4		¶Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt ſculptile.	19	Fecerunt vitulum in חHoreb, & incuruauerunt ſe conflatili:	Vitulus aureus, eorúmque idololatria obliuiſcẽtium beneficia Dei.
		Et mutauerũt gloriam ſuam in ſimillitudinem vituli comedẽtis fœnũ.	20	Et permutauerunt ″gloriam ſuam in ſimilitudinem bouis comedentis herbam.	
	D	Obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in AEgypto,	21	Obliti ſunt Dei ſaluatoris ſui, qui fecerat magna in AEgypto,	
		mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro:	22	Mirabilia in terra חHam, terribilia in mari סSuph.	
Exo.32.c.11		¶Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos.	23	Et dixit ſe diſperditurũ eos, niſi Mowſéh electus eius ſtetiſſet ″in ruptura coram eo, vt auerteret iram eius ne diſperderet.	Moſes pro eis orat.
		& pro nihilo habuerunt terram deſyderabilem:	24	″Spreuerunt etiã terrã deſiderabilẽ, nõ crediderũt verbo eius.	Murmuratio ab illis facta aduerſus ſpeculatores miſſos ad explorandam bonitatẽ terræ ſanctæ.
		Non crediderũt verbo eius: & murmurauerũt in tabernaculis ſuis, nõ exaudierunt vocem Domini.	25	Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis, non obtemperauerũt voci Iehouæ.	
Nume.14.e.28		¶Et eleuauit manum ſuã ſuper eos vt proſterneret eos in deſerto,	26	″Et eleuauit manũ ſuã ſuper eos, ſe proſtraturũ eos in deſerto:	
		Et vt deiiceret ſemen eorum in Natiõibꝰ, & diſpergeret eos in regiõibꝰ.	27	Proſtraturum etiam ſemen eorum in Gentibus, & diſperſurũ eos in terras.	
		Et initiati ſunt Beel-phegor, & comederunt ſacrificia mortuorum.	28	″Et adhæſerunt ipſi Bayal-peyor, & comederũt ſacrificia mortuorum.	Eorum idololatria cũ Moabitis, qua Dominꝰ iratus volebat eos perdere, ni Phinees eum placaſſet.
	E	Et irritauerũt eũ in adinuẽtionibꝰ ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.	29	Et irritauerunt *Deum* operibus ſuis, ″& creuit in eis plaga.	
Nume.25.b.7		¶Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio.	30	Et ſtetit Pinחhas, ″& diiudicauit, ″& cohibita eſt plaga.	
		Et reputatum eſt ei in iuſtitiam in generatione & generationem vſque in ſempiternum.	31	Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam in generatione & generationẽ vſque in ſeculum.	
Nume.20.a.2		¶Et irritauerũt eum ad aquas Cõtradictionis, & vexatus eſt Moyſes propter eos: quia exacerbauerũt ſpiritum eius,	32	Irritauerunt etiam eum iuxta aquas ″Meriba, ″& malũ fuit ipſi Mowſeh propter eos:	Murmur eorum ex inopia aquarum.
		Et diſtinxit in labiis ſuis.	33	Quia ″exacerbauerunt ſpiritum eius, ″& protulit labiis ſuis.	
Deut.7.a.1		non diſperdiderunt Gentes ¶ quas dixit Dominus illis:	34	*Præterea* non diſperdiderunt populos quos dixerat Iehoua eis:	Eorum idololatria in terra Chanaán.
		Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum:	35	Sed miſcuerũt ſe cum Gentibus, & didicerunt opera eorum:	
		& ſeruierũt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.	36	Et ſeruierunt ″ſculptilibus eorum, & fuerunt eis laqueus.	
	F	Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis:	37	Nam ſacrificauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis:	
		Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerũt ſculptilibus Chanáan, Et infecta eſt terra in ſanguinibus,	38	Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorũ ſuorum & filiarum ſuarum, quos ſacrificauerunt ſculptilibus Chenáyan, & infecta eſt terra ″ſanguine.	
		& contaminata eſt in operibꝰ eorũ: & fornicati ſũt in adinuẽtionibꝰ ſuis.	39	Et polluerũt ſe ĩ operibus ſuis, & fornicati ſunt ĩ operibus ſuis.	
		Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuũ: & abominatus eſt hæreditatem ſuam.	40	Et iratus eſt furor Iehouæ in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam:	
		Et tradidit eos in manus Gentium & dominati ſunt eorũ qui oderũt eos.	41	Et dedit eos in manum Gentium, & dominati ſunt eis ″odio habentes eos.	

15 Maciem רזון tabem.perniciem.q.d.carnes illæ quibus volebant corpus ſuũ reddere robuſtius, illos macriores & imbecilliores reddide-
runt. In animã e.: בנפשם Anima pro corpore. 16 Et inuid.&c. ויקנאו למשה Et zelati ſunt aduerſum Moſen in caſtris, & aduerſus
Aaron ſanctum Iehouæ.q.d.Inuiderunt Moſi in caſtris & Aaroni, quorum opinionẽ labefactare cupiebant, & ſeſe præferre illis, vel æquare.
20 Gloriam ſuam כבודם Hebraiſmus, Relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum, coluerunt ſimulachrum bouis.
23 In ruptura,&c. בפרץ לפניו Ad verbũ, in diuiſione ad faciẽ eius.id eſt, niſi in pũcto iræ occurriſſet Deo, recente adhuc ſcelere: quod nõ
minus erat periculoſum, quàm eſt ruptura murorũ, quòd ea parte pateat hoſtibus in vrbem aditus. Metaphora à ruptione murorũ obſeſſorũ
qua parte hoſtes irrumpunt. Vide Ezech.22.g.30, ſimilem loquutionem. 24 Spreu.etiam וימאסו Et abominati ſunt.auditis ſci-
licet exploratoribus. 26 Et eleuauit m.ſ. וישא ידו Hebraiſmus, ſublata manu iurauit eis. 28 Et adhæſerunt ויצמדו Et
copulati ſunt. Et coniugati ſunt.nempe vt par iumentorum ad iugum alligatur. quo tropo & Apoſtolus vtitur, Nolite iugum trahere cum
infidelibus.Galat.5.a.1. 29 Et creuit ותפרץ & fracta eſt, vel perrupit.i.amplior facta eſt.acſi fracta eſſet maceria plagarum.Alii, Et
multiplicata eſt. 30 Et diiudic. ויפלל & vindicauit.Alii, iudicauit.i.præbuit ſe vindicem, non expectata iudicum ſententia ſumpſit
pœnas de Zamri.Chaldæus paraph.vertit, & orauit.quem ſequuntur quidam. Et cohibita eſt ותעצר & ceſſauit.ſedata eſt.
32 Meriba, מריבה Vide Pſal.95.8. Et malũ fuit ipſi Mowſe וירע למשה quia ſcilicet fruſtratus fuit ingreſſu terræ propter infidelitatẽ.
33 Exacerb.ſpi.e. המרו את־רוחו rebelles fuerunt ſpiritui eius. Vel, rebellare fecerunt[ſub.Moſen]ſpiritui eius.ſub.Dei. Et protulit
ויבטא & pronuntiauit.ſub.verba quæ dubitationem præ ſe ferebant de promiſſis Dei, nempe, Audite increduli, an de petra,&c. Nume.20.b.
10.Quidam, Et perperam loquutus eſt. 36 Sculptilibus e. עצביהם faſtidiis eorum.triſtitiis eorum.Hebræi idola vocant faſtidia, tri-
ſtitias, & meras moleſtias.Sequenti verſu vocat dæmonia. 38 Sanguine.: בדמים ſanguinibus.i.cæde.
41 Odio habentes eos.: שונאיהם hoſtes eorum.

42 Et oppreſſerunt eos inimici eorum,″& humiliati ſunt ſub manu eorum.

Summa Dei miſericordia in populum ſuum ita ſæpe rebellem, liberans eos ex ipſorum inimicis propter fœdus ſuum cum eis initum.

43 Vicibus multis liberauit eos, ipſi autem″exacerbauerunt *eum* cõſilio ſuo,″& humiliati ſunt propter iniquitatem ſuam.

44 ″Tamen vidit quum eſſet anguſtia eis, quum audiret ipſe clamorem eorum.

45 Et recordatus eſt″illis pacti ſui,″& pœnituit eum ſecundũ multitudinem miſerationum ſuarum.

46 ″Et dedit eos in miſerationes coram omnibus qui captiuos abduxerunt eos.

Ardens oratio pro ipſorum liberatione.

47 Serua nos Iehoua Deus noſter, & congrega nos de Gentibus: vt celebremus nomẽ ſanctitatis tuæ, vt gloriemur″de laude tua.

Laudes Deo

48 Benedictus Iehoua Deus Iωſraℵel à ſeculo & vſque in ſeculũ: ″& dicat omnis populus, Amen: Halelu-Iáh.

C V I I.

Exhortatio ad omnes quos Dominus ex afflictione liberauit vt eum laudent.

1 CElebrate Iehouam, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

2 Dicant redempti Iehouæ, quos redemit de manu inimici,

3 Et de terris congregauit eos, ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone & à Mari.

Dominus in viã reducit vagos atque errantes.

4 *Quum* errarent in deſerto in ſolitudine *à* via, *&*″ciuitatem habitationis non inuenirent:

Satiat fame ac ſiti laborantes, ad eumque clamãtes, qua ex re laudandus eſt.

5 Famelici erãt, etiã ſitibũdi, *adeò ut* anima eorũ in ipſis deficeret.

6 Et clamauerunt ad Iehouam in anguſtia ſua, de anguſtiis eorũ erũit eos:

7 Et deduxit eos per viam rectã, vt irẽt ad ciuitatẽ habitationis.

8 ″Celebrent *ergo* Iehouæ miſericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *prædicent*,

9 Quòd ſaturauerit animam″auidam, & animã famelicam impleuerit bono.

Captiui vinctiq; in carcere propter ipſorum rebelliones, conſiliumque Domini ſpretum, clamantes ad eum liberantur, itaq; laudent eum.

10 Habitãtes in tenebris, & vmbra mortis,″vincti inopia & ferro,

11 Quia rebelles fuerũt eloqis Dei, & cõſiliũ Altiſſimi″deſpexerũt:

12 Propterea humiliauit″in labore cor eorum,″corruerũt, & non *eſt* auxiliator:

13 Tunc clamauerunt ad Iehouam in anguſtia ſua, & de anguſtiis eorum ſeruauit eos.

14 Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vĩcula eorũ″diſrupit.

15 Celebrent *ergo* Iehouæ miſericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *prædicent*,

16 Quòd″contriuerit portas æreas, & vectes ferreos″confregerit.

Afflicti morbo propter ipſorum peccata, implorantes Deũ liberãtur, propterea eum laudent.

17 Stulti″propter viam præuaricationis ſuæ, & propter iniquitates ſuas″affliguntur:

---

42 Et tribulauerunt eos inimici eorũ: & humiliati ſunt ſub manibus eorũ. ſæpe liberauit eos:

43 Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.

G

44 Et vidit quum tribularentur: & audiuit orationem eorum.

45 Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.

Deut,30.a.a

46 Et dedit eos in miſericordias in cõſpectu omnium qui ceperant eos.

47 Saluos nos fac Domine Deus noſter: & congrega nos de Nationibus:

Vt cõfiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua.

48 Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſeculo & vſque in ſeculum: & dicet omnis populus, Fiat fiat.

Halelu-Ia. CVI.

1 COnfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Iudith 13.c.d

2 Dicant qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos,

3 A Solis ortu & Occaſu, ab Aquilone & mari.

4 Errauerũt in ſolitudine, in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,

5 Eſurientes & ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.

6 Et clamauerũt ad Dominum cum tribularẽtur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

7 Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

8 Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum,

9 Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis.

10 Sedẽtes in tenebris & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro:

11 Quia exacerbauerũt eloquia Dei, & conſilium Altiſſimi irritauerunt:

12 Et humiliatum eſt in laboribus cor eorũ: infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret:

B

13 Et clamauerũt ad Dominum quũ tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum diſrupit.

15 Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum,

16 Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

17 Suſcepit eos de via iniquitatis eorũ, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

---

42 Et humil.ſ. ויכנעו & proſtrati ſunt. Alii, & humiliauerunt ſub manum ſuam. Vel, & ſubegerunt eos ſuæ poteſtati.

43 Exacerbauerunt *eum* ימרו repugnauerunt, ſub. Deo. Alii, rebelles fuerunt. Et humiliati ſunt וימוכו & deiecti ſunt. vel, attriti. Alii, cõfecti, vel depreſſi ſunt. 44 Tamẽ vidit וירא Ad verbũ, Et vidit. 45 Illis להם erga illos. Et pœnit. eum ſec. mul. miſ.ſ. : וינחם כרוב חסדיו & pœnitudine ductus eſt ob amplitudinem miſericordiarum ſuarum. Quaſi mutaſſet ſententiã, cœpit eos benignè tractare iuxta abundantes ſuas miſericordias, vel ob multam ſuam bonitatem, ſiue ſua ingenti miſericordia.

46 Et dedit eos in miſe. ויתן אותם לרחמים Hebraiſmus, fecit vt ii qui illos in captiuitatem abduxerant, cum illis ſumma miſericordia agerent. 47 De laude tua : בתהלתך i. quòd habeamus te pro Deo qui omni laude dignus es. Alii, in laude tua.

48 Et dicat ואמר & dicet.

IN PSALMVM CVII.

4 Ciuitatem habitationis עיר מושב Hebraiſmus, ciuitatem habitabilem, in qua poſſunt habitare.

8 Celebrent, &c. יודו ליהוה Gratias agant Iehouæ *propter* miſericordiam eius, & *narrent* hominibus mirabilia eius.

9 Auidam שוקקה deſiderantem. anhelam. i. ſitibundam. Alii, inanem. 10 Vincti inopia אסירי עני conſtricti afflictione. ſub. neruorum. i. conſtricti vinculis quibus corpus affligitur. 11 Deſpexerunt : נאצו abominati ſunt. execrati ſunt. flocciſecerunt.

12 In labore בעמל in moleſtia. ſiue moleſtiis. Corruerũt כשלו ſub. in captiuitatẽ. 14 Diſrupit ינתק Fut. Heb. pro præſenti aut præterito. 16 Contriuerit שבר confregerit Confregerit. : גדע comminuit. deſtruxit. concîdit.

17 Propter viam præu.ſ. מדרך פשעם Hebraiſmus, ob procliuitatem ad ſcelera, quæ eſt velut via. Alii exponunt, ſtulti propter ſcelera, &c. Affliguntur. : יתענו Fut. Heb. pro præſ. vel imperf. affligebantur.

Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis. 18

Et clamauerũt ad Dominum quũ tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. 19

Miſit verbũ ſuũ, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. 20

Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum: 21

Et ſacrificent ſacrificium laudis, & annũtiẽt opera eius in exultatione. 22

Qui deſcendunt mare in nauibus, faciẽtes operationẽ in aquis multis, 23

C Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. 24

Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius. 25

Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcẽdunt vſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat. 26

Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapiẽtia eorum deuorata eſt. 27

Et clamauerunt adDominum quũ tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos. 28

Et ſtatuit procellam eius in aurã, & ſiluerunt fluctus eius. 29

Et lætati ſunt quia ſiluerunt, & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. 30

Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum: 31

Et exaltent eũ in eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. 32

D Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: 33

Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea. 34

Poſuit deſertum in ſtagna aquarũ, & terrã ſine aqua in exitus aquarũ: 35

Et collocauit illic eſurientes, & cõſtituerunt ciuitatem habitationis. 36

Et ſeminauerũt agros, & plãtauerũt vineas, & fecerũt fructũ natiuitatis. 37

Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum non minorauit. 38

Et pauci facti ſunt, & vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore. 39

Effuſa eſt contentio ſuper Principes, & errare fecit eos in inuio, & nõ in via. 40

Et adiuuit pauperem de inopia, & poſuit ſicut oues familias. 41

18 *Ita ut* omnem eſcam′abominetur″anima eorum, & peruenerunt vſque ad portas mortis.

19 Tunc clamauerunt ad Iehouam in anguſtia ſua, ab anguſtiis eorum″ſeruauit eos.

20 ″Mittit verbum ſuum, & ſanat eos, & eruit *eos*″de foueis ipſorũ.

21 Celebrent *ergo* Iehouæ miſericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *prædicent*:

22 Et ſacrificent ſacrificia laudis, & narrent opera eius cũ iubilo.

23 ′Deſcẽdẽtes ad mare nauibus, *quique* faciũt op⁹ in aquis multis,

24 Ipſi vident opera Iehouæ, & mirabilia eius in profundo.

25 Dicítque, & flare facit ſpiritum″turbinis, & exaltat fluctus ei⁹.

26 Aſcendunt vſque ad cælum, deſcendunt vſque ad voragines: *ita ut* anima eorum″in malo liquefiat.

27 ″Iactantur, & nutant ſicut ebrius, ita vt omnis″ſapientia eorum abſorbeatur.

28 ″Tunc clamant ad Iehouam in anguſtia ſua, & de anguſtiis eorum educit eos.

29 ″Stare facit turbinem in ſilentium,″& ſilent fluctus eorum.

30 Tunc lætãtur quòd ſiluerunt, & deduxerit eos″ad terminum voluntatis eorum.

31 Celebrent Iehouæ miſericordiã eius, & mirabilia eius filiis hominum *prædicent*:

32 Et exaltẽt eũ in cœtu populi,″& in cathedra ſeniorũ laudẽt eũ.

33 Ponit flumina in deſertum,″& exitus aquarum in ſitim:

34 Terram fructiferam″in ſalſuginem, propter malitiam habitãtium in ea.

35 *Contrà* ponit deſertum in ſtagnum aquarum, & terram deſertam ″in exitus aquarum:

36 Et collocat ibi famelicos, & præparãt ciuitatem habitationis:

37 Et ſeminant agros, & plãtant vineas,″& faciũt fructũ prouẽtus.

38 Et benedicit eis, & multiplicantur valde, & iumenta eorũ non minuit.

39 *Poſtea* verò minuuntur,″& humiliantur à tyrannide, malo & ægritudine animi.

40 Effundit contemptum in Principes, & errare facit eos″in ſolitudine *in qua* non eſt via.

41 ″Contrà ſubleuat pauperem″ab inopia,″& ponit eos inſtar gregis familias.

Sacrificare ſacrificia gratiarũ actionis.

Mercatores qui in mari negotiantur, vidẽt mirabilia Dei cũ maximis iactantur ventis: ad eũ clamãtes, ab eo in portum perducuntur, ac liberantur, ex quo ad laudandũ excitantur.

Prauitas hominũ eſt cauſa vt Deus reddat ſterile id quod erat fertile.

Benedictio Dei erga eos qui illi ſunt obedientes.

Status etiã Principum contumacium à Domino immutatur.

Extollit pauperes, quemadmodum ei placet.

---

18 Abominetur. תתעב Fut.Heb.pro imperf.coniunct.abominaretur.faſtidiret. Anima eorum נפשם Anima pro appetitu.
20 Mittit ver.ſ. ישלח דברו Hebraiſmus, imperat. Fut. Heb. pro præt. vel præſ. De foueis ip. : משחיתותם de ſepulchris ipſorũ.i.mortibus quibus erant vicini. Alii, retibus. Alii, perditionibus.
23 Deſcen.ad m.na. יורדי הים באניות Hebraiſmus, negotiantes in mari. Seipſum declarat mox ſequentibus, Et faciunt opus in aquis.
25 Turbinis, סערה procellæ. vel, procelloſum. Hebraiſmum ſic quidam vertunt, Quum iuſſerit, prodit ventus procelloſus. Alii, qui ſuo imperio ciet ventum procelloſum.
26 In malo liquefiat. : ברעה תתמוגג ob malum diſſoluatur. id eſt, præ anxietate colliqueſcat.
27 Iactantur & nutant יחוגו וינועו Fut. Heb. pro præſ. Tremunt & mouent ſe. Alii, Vagantur & mouentur. Alii, Exagitantur & nutant. vel, Circuniactantur. Sap.e.abſ. : חכמתם תתבלע peritia eorum euaneſcat. 28 Tunc clam. ויצעקו Præt.Heb. vt & ſuprà 6.13.19.
29 Stare facit turbinem יקם סערה לדממה Fut.Heb.pro præſ. Statuit procellam in quiete. Alii, Sedat turbinem, vt ſit tranquillitas. Alii paraphraſticè, Et ſedata tempeſtate reddit mare tranquillum. Et ſil.flu.eorum. : ויחשו גליהם Præt.Heb. & tacent fluctus eorum. ſub. nautarum, quibus huc illuc iactabantur. 30 Ad term.vol.eorum. : אל־מחוז חפצם Hebraiſmum ſic reddunt interpretes, Ad portũ optatum ipſis. Alii, ad portum in quem eſt animus eorum. 32 Et in cathedra ובמושב & in conſeſſu.
33 Et exitus aq.in ſitim. : ומוצאי מים לצמאון & ſcaturigines aquarum in locum ſitientem. Repetitio eſt.
34 In ſalſuginem: למלחה Id eſt terram ſterilem. nam ſalſugine terra redditur ſterilis. 35 In exitus למוצאי in ſcaturigines.
37 Et fac.fru.pro. : ויעשו פרי תבואה Hebraiſmum ſic quidam reddunt, quæ copioſum fructum proferunt.
39 Et humil.&c. : וישחו מעוצר רעה ויגון & deiiciuntur tyrãnide, afflictione, [vel diuexatione] & dolore. Alii, & deiiciũtur præ ſterilitate, noxa, & ægritudine. Alii, Humiliantur oppreſſione, calamitate, & anxietate. Alii, Et decidũt propter imperiũ tyrannicũ, malitiam, & afflictionẽ.
40 In ſolit. *in qu.* non eſt via : בתוהו לא־דרך in inani *in quo* non eſt via. q.d. & tandem regiones eorum ita euertit, vt nullum veſtigium appareat. Alii, per vaſta loca & inuia. 41 Contrà, ſubleuat וישגב Ad verbum, Et erigit. attollit. Ab inopia, מעוני ab afflictione. Et ponit e.&c. : וישם כצאן משפחות Hebraiſmum ſic conuertunt quidam, Efficitque illis familiam inſtar gregis. vel, vt ex eis exeant plurimæ familiæ. Mutatio numeri quum dicit E O S, ſub. pauperes.

108-109

Recti ad ſapiẽtiã in hoc pſalmo inſtituuntur vt Deum cognoſcant.

″Vident *hæc* recti,& lætãtur,& omnis iniquitas″claudit os ſuum. 42
Quis ſapiens,& obſeruabit hæc,″& aduertet animum ad miſericordias Iehouæ? 43

″Canticum pſalmi ipſius Dauid. C V I I I. 1

Hi quinque priores verſus vidẽtur deſumpti ex pſalmo L V I I, ab 8 verſu vſque ad finem pſalmi.

P″Aratũ cor meũ, Deus, cantabo & pſallã, etiam″gloria mea. 2
Expergiſcere nablum & cithara:″euigilabo in aurora. 3
Celebrabo te in populis Iehoua,& pſallam tibi in nationibus: 4
Quia magna eſt″ſupra cælos miſericordia tua,& vſque ad cælos ″veritas tua. 5
Exaltare ſuper cælos Deus, *&* ſuper omnem terrã″gloria tua: 6

Hi verſus ſunt idem atque ii qui ſũt ſcripti in pſalmo L X.

″Vt liberentur dilecti tui:ſerua dextera tua,″& exaudi me. 7
Deus locutus eſt per Sanctitatem ſuam *unde* exultabo, *quòd* diuidam שSechém,& vallem סSuccóth metiar: 8
Meus erit Gilyád,meus erit Menaשſéh,&אEphráim fortitudo capitis mei: Iehudáh legifer meus: 9
Moáb olla ablutionis meæ, ſuper אEdóm proiiciã calceamentum meum,ſuper Peleשſeth iubilabo. 10
Quis deducet me ad ciuitatem munitam? quis deducet me vſque ad אEdóm? 11
Nónne *tu* Deus *qui* repuleras nos, nec egrediebaris Deus, cũ exercitibus noſtris? 12
Da nobis auxilium ab anguſtia:nam mendax ſalus hominis. 13
In Deo faciemus fortitudinẽ,& ipſe cõculcabit hoſtes noſtros. 14

″Victori ipſius Dauid pſalmus. C I X. 1

Dauid à Doeg falſò delatus ad Saulẽ, ab aliiſq; adulatoribus qui contra eum Saulem incitabant, petit à Deo auxilium: oràtque aduerſus illos. Per eos autem notatur Iudas proditor Ieſu Chriſti, ſimileſque certi inimici filiorum Dei.

D Eus″laudis meæ″ne taceas:
Quia″os impii & os doloſi ſuper me″aperuerunt ſe, loquuti ſunt mecum″lingua mendaci: 2
Et verbis″odioſis circundederunt me,″& pugnauerunt contra me abſque cauſa. 3
″Pro dilectione mea aduerſati ſũt mihi,& ego″*uir* orationis *erã*. 4
Et poſuerunt aduerſum me malum pro bono, & odium pro dilectione mea. 5
″Conſtitue ſuper eum impium,″& ſatan ſtet ad dexteram eius. 6
Dum iudicatur ipſe,″exeat impius:& oratio eius ſit″in peccatũ. 7
Sint dies *uitæ* eius pauci,″præfecturam eius accipiat alter. 8
Sint filii eius pupilli,& vxor eius vidua. 9

42 ‖Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Iob 22.e.19
43 Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Domini?

1 Canticũ Pſalmus Dauid. C V I I.
2 PAratũ cor meũ Deus, paratũ cor meũ:cãtabo & pſallã ĩ gloria mea.
3 Exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo.
4 Confitebor tibi in populis Domine,& pſallam tibi in nationibus.
5 Quia magna eſt ſuper cælos miſericordia tua: & vſque ad nubes veritas tua.
6 Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terrã gloria tua: ‖vt liberentur dilecti tui, Pſal.60.b.7 B
7 Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus eſt in ſancto ſuo,
8 Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem Tabernaculorum dimetiar.
9 Meus eſt Galaad, & meꝰ eſt Manaſſes: & Ephraĩ fortitudo capitis mei.
10 Iuda rex meus: Moab lebes ſpei meæ.
In Idumæã extendã calceamentũ meũ: mihi alienigenæ amici facti ſũt. C
11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idumæam?
12 Nónne tu Deus qui repuliſti nos, & non exibis, Deus, in virtutibus noſtris?
13 Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia vana ſalus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilũ deducet inimicos noſtros.

1 In finẽ, Pſalmus Dauid. C V I I I.
DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os doloſi
2 ſuper me apertum eſt.
Loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odii circundederunt me, & expugnauerunt me
3 gratis.
4 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.
5 Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.
6 Conſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius.
7 Quum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.
8 Fiant dies eius pauci: ‖& epiſcopatum eius accipiat alter. Iohan.17.c.12 act.1.d.20 B
9 Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua.

42 Vident יראו Futura Heb. pro præſ. Alii, Timebunt recti.à ירא. Claudit קפצה continebit.contrahet.obturabit.

43 Et aduertet an.&c. ויתבונו חסדי יהוה Ad verbum,& intelligent miſericordias Iehouæ.Mutatio numeri,& aduertent animum,vel perpendent multiplicem Dei bonitatem,ſiue multiplicia Dei beneficia.

IN PSALMVM CVIII.

1 Canticum pſalmi שיר מזמור Vide Pſal.30. 2 Paratum נכון Confirmatum.Hæc ferè ad verbum vſque ad verſum ſeptimum, leguntur & Pſal.57.b.8. Gloria mea. : כבודי Id eſt,anima mea.ſub.canit:quæ gloria corporis dicitur quòd corpore inanimato nihil ſit abiectius.Legi poteſt,Etiam *cum* anima mea.ſub.canam.

3 Euigil.in au. : אעירה שחר quum euigilauero [vel,quum expergiſcar] in aurora.vel,ſummo mane.Legi poteſt,quum excitabo vos in aurora.i.″quum ſumam vos in manus ad canendum in aurora.q.d.per vos ne ſtet ô inſtrumenta muſica quin canam laudes Dei mane.

5 Super cælos, מעל־שמים Ad verbũ,deſuper.vel deſupra cælos.i.ita vt cælos ſuperet. Veritas t. : אמיתך fidelitas tua.ſub.in promiſſis ſeruandis. 6 Gloria tua. : כבודך decus tuum.maieſtas tua.ſub.ſit,vel appareat.Verti poteſt,gloriam tuam.ſub.oſtende.

7 Vt liberentur, למען יחלצון Declarat quæ ſit gloria Dei,nempe liberare dilectos. Et exaudi me. : ועננו Legitur & ועננו & exaudi nos.Ab hoc verſu vſque ad finem Pſalmi,eadem leguntur ad verbum in pſalmo 60.b.7.

IN PSALMVM CIX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Laudis meæ תהלתי Hebraiſmum ſic quidam conuertunt,qui laudaris à me. Alii,de quo glorior. Ne taceas. : אל־תחרש ne ſileas.ne te contineas. 2 Os impii,& os dol. פי רשע ופי־מרמה os impii,& os doli.vel fraudis.i.hominis doloſi.i.quo improbus & doloſus vti ſolent. Aperuerunt ſe: פתחו aperuerunt. ſub. delatores. Alii,aperta ſunt. Lingua mendaci. : לשון שקר Ad verbum,lingua mendacii.i.ſermone ficto.q.d.aliud loquuntur me præſente,aliud me abſente.

3 Odioſis שנאה Ad verbum,odii. Et pugn.con.&c. : וילחמוני חנם & belligerantur mecum fruſtra.

4 Pro dilect.mea תחת אהבתי .i.Quum diligam eos. *Vir* orationis. : תפלה Ad verbum,oratio.Hebraiſmum ſic reddunt quidã, pro illis orabam. Alii,orationem fundebã pro eis. 6 Conſt.ſuper e.imp. הפקד עליו רשע Præfice illi improbum. Singul. pro plur. Præfice illis improbos,ſub.magiſtratus. Et ſatan ושטן & aduerſarius.

7 Exeat impius: יצא רשע Hebraiſmus, condamnetur impietatis,ſiue improbitatis,dum de cauſa eius agitur in iudicio. In peccatum. לחטאה Id eſt,reddat illum iudici magis odioſum. Aut,oratio eius ſit fruſtranea.i.patiatur repulſam. Ita Hebræi.

8 Præfect.e. פקודתו munus eius. Alii,munus ſibi concreditum. Alii,functionem eius.

Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus ſuis. 10

Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius. 11

Non ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius. 12

Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius. 13

In memoriam redeat iniquitas patrũ eius in conſpectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur. 14

Fiant contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: 15 pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam, 16

Et perſecutus eſt hominem inopẽ & mendicum, & compunctum corde mortificare.

C Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. 17

Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius. 18

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur, & ſicut zona qua ſemper præcingitur. 19

Hoc opus eorum qui detrahũt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam. 20

Et tu Domine, Domine, fac mecũ propter nomẽ tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. 21

Libera me, quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me. 22

Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſtæ. 23

D Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. 24

Et ego factus ſũ opprobriũ illis: viderũt me, & mouerunt capita ſua. 25

Adiuua me Domine Deus meꝰ: ſaluum me fac ſecundum miſericordiã tuam: 26

Et ſciãt quia manus tua hæc, & tu Domine feciſti eam. 27

Maledicẽt illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur: ſeruus autem tuus lætabitur. 28

Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua. 29

Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum: 30

Quia aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam. 31

10 Et vagando vagentur filii eius, & mendicent, & quærant *uictum*
″de ſuis deſertis *prodeuntes*.

11 ″Illaqueet fœnerator omnia quæ ſunt ei, & diripiant alieni laborem eius.

12 Ne ſit ei″extendens miſericordiam, & ne ſit qui miſereatur pupillis eius.

13 ″Nouiſſimum eius excidatur, ″in generatione altera deleatur nomen eorum.

14 Reuocetur in memoriam iniquitas″patrum eius apud Iehouã,
& peccatum matris eius ne deleatur:

15 Sint coram Iehoua ſemper, ″& ſuccîdat è terra memoriã eorũ:

16 Eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam, & perſequutus eſt virum″pauperẽ, & mẽdicũ, & attrito corde, vt interficeret:

Cauſæ præcedẽtium imprecationum.

17 Et dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem,
″& elongauit ſe ab eo.

18 ″Et induit maledictionem ſicut veſtimentum ſuum, & intrauit vt aqua interiora eius, & vt oleum in oſſa eius.

19 Sit ei ſicut veſtimentum *quo* ″operiat ſe, & pro cingulo *quo* ſemper accingatur.

20 ″Hæc merces aduerſariorum meorum à Iehoua, & loquentium malum contra animam meam.

21 Tu autem Iehoua Domine, fac mecum propter nomen tuum:
quia bona eſt miſericordia tua, erue me:

Poſtulat auxiliũ à Deo, exponẽs illi ſuam miſeriã

22 Quia ″pauper & egenus ego ſum, & cor meum vulneratum eſt in viſceribus meis.

23 Velut vmbra dum declinat, ″abeo, ″excutior vt locuſta,

24 Genua mea″debilitata ſunt à ieiunio, & caro mea″macruit à pinguedine.

25 Ego quoque″ſũ opprobriũ eis: *quum*″vidẽt me, mouẽt caput ſuũ.

26 Adiuua me Iehoua Deus meus, ſerua me ſecundum miſericordiam tuam:

27 Et ſciant quòd manus tua hoc, *& quòd* tu Iehoua feciſti hoc.

28 ″Maledicent ipſi, & tu benedices: inſurgent, & pudore afficientur: ſeruus autem tuus lætabitur.

Orat Deũ vt ab eo ita ſubleuetur adiuuetúrque vt inimici eius ſentiant eam opem à manu Dei profectam eſſe, ſicut declarat verſu 27.

29 Induantur aduerſarii mei pudore, & operiantur tanquam veſtimento pudore ſuo.

30 Celebrabo Iehouam valde ore meo, & in medio multorum laudabo eum:

Vouet vota laudis, & quare.

31 ″Quòd ſtet ad dexteram pauperis, ″vt ſeruet *eum* à iudicantibus animam eius.

10 De ſuis deſertis. מחרבותיהם: de deſolatis ſuis locis. Vel, è vaſtatis ſuis locis. 11 Illaqueet ינקש Irretiat.i.ponat laqueum vel rete, & inſidietur vniuerſis quæ habet.
12 Extendens miſ. מושך חסד protrahens miſericordiam. vel prorogans.i.non ſit qui eius miſereatur.
13 Nouiſſimũ eius אחריתו poſteritas eius In generatione altera בדור אחר.i.ita tollatur eorũ memoria vt in ſequenti ſeculo nulla ſit.
14 Patrum eius אבותיו Mutatio numeri, pro eorum. 15 Et ſuccidat ויכרת vt exterminet.
16 Pauperem, עני afflictum. 17 Et elong. ſe ab eo. ; ותרחק ממנו ideo longe receſſit ab eo.
18 Et ind. maled. ſicut veſt. וילבש קללה כמדו Hebraiſmus, pro, ornauit ſe maledictione vt veſtimento. vel, in eos veniat maledictio qui ea ſe putant ornari velut veſtimento.
19 Operiat ſe, יעטה inuoluatur. amiciatur. 20 Hæc merces זאת פעלת Hoc opus. Alii, Hoc operæ pretium.
22 Pauper עני miſer. afflictus. 23 Abeo, נהלכתי Præt. Heb. pro præſ. ambulo. Alii, pertranſeo. Excutior ננערתי Præt. Heb. excuſſus ſum. vel ambulaui de loco ad locum. aut, inſtabilis factus ſum q.d. cogor ſubinde locum mutare vt locuſta, quæ huc illuc ſaltitat, nec in eadem ſede quieſcit diu.
24 Debilit. ſ. כשלו Præt. Heb. pro præſ. vacillant. nutant. Macruit כחש emarcuit. i. exhauſta eſt à pinguedine, vnde ſum illis opprobrio. ita quidam ſequenti verſui iſtum coniungunt.
25 Sum הייתי Præt. Heb. fui. Vident יראוני Fut. Heb. pro præſ. vel præt.
28 Maledicent, &c. יקללו־המה וגו' Futura Heb. quæ nonnulli vertunt in præſens coniunctiui, Maledicant ipſi, at tu benedicas: inſurgant, & confundãtur, at ſeruus tuus lætetur. 31 Quòd ſtet כי־יעמד Fut. Heb. pro præſ. Quia aſtat. vel, Quòd aſtet. Vt ſeruet *eum*, &c. ; להושיע משפטי נפשו vt ſeruet à iudicibus *iniquis* animam eius.

110·111·112·113·114
115·

Ipſius Dauid pſalmus. C X.

Chriſti regnum poſt aſcenſionẽ

1 D″Ixit Iehoua Domino meo, Sede ad dexteram meam,donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis.

2 ″Virgam fortitudinis tuæ mittet Iehoua ex ″Siion : ″dominare in medio inimicorum tuorum.

Populus prædicato Euangelio ſe Chriſto ſpõte ſubiiciens.

3 Populus tuus″ſpõtaneus″in die exercitus tui″in ſplẽdoribus ſanctitatis:ex vtero *&* ab aurora ″tibi ros natiuitatis tuæ.

Chriſtus ſacerdos & mediator.

4 ″Iurauit Iehoua,& non pœnitebit eum,Tu es ſacerdos in ſeculũ ″ſecundum morem Malchi-″ſédec.

Chriſt⁹ iudex in Euãgelii hoſtes.

5 Domin⁹ *qui eſt* ad dexterã tuã,vulnerabit ĩ die furoris ſui Reges.

6 ″Iudicabit in Gentibus,implebit *loca* cadaueribus,percutiet ″caput ſuper terram multam.

7 ″De torrente in via bibet,propterea exaltabit caput.

א Halelu-Iáh. C X I.

Hortatur ad laudandũ Deũ,ſuo exemplo,totóq; corde,ac cum fidelibus.

1 C″Onfitebor Iehouæ toto corde ב in cœtu rectorum & congregatione.

2 ג Magna opera Iehouæ, ד ″explorata omnibus volentibus ea.

Extollit laudib⁹ opera Dei facta in Iſraelem. Memoria operũ Dei ſempiterna.

3 ה Gloria & decor opus eius, ו & iuſtitia eius manet in ſeculum.

4 ז ″Fecit vt memoria celebrentur mirabilia ſua: ח clemens & miſericors Iehoua,

5 ט ″Eſcam dedit timẽtibus ſe: י*quia*″memor fuit in ſeculũ pacti ſui.

6 כ ″Fortitudinem operum ſuorum annuntiauit populo ſuo, ל ″dãdo eis hæreditatem Gentium.

Dedit terrã Chanaan Iſraelis ſecundũ ſuas promiſſiones,quas fideliter iuſteq; cõpleuit,conſeruãs & liberans ipſos ab inimicis.

7 מ ″Opera manuum eius,veritas & iudicium: נ ″fidelia omnia præcepta eius:

8 ס ″Confirmata in perpetuum *&* in ſeculum, ע facta in veritate & rectitudine.

9 פ Redemptionem miſit populo ſuo, צ præcepit in ſeculum *ſeruari* pactum ſuum: ק ſanctum & terribile nomen eius.

Prudentia & ſapientia hominũ in quo ſita.

10 ר Principium ſapientiæ, timor Iehouæ: ש intellectus bonus omnibus facientibus ea: ת laus eius permanet in ſeculum.

א Halelu-Iáh. C X I I.

Beatitudines ei⁹ qui timet Deum eiuſq; mandata cuſtodit.

1 B Eatus vir q̃ timet Iehouã, ב *&* mãdatis eius delectatur valde.

2 ג Potens in terra erit ſemen eius, ד generatio rectorum benedicetur.

3 ה Opes & diuitiæ in domo ei⁹: ו & iuſtitia eius manet in ſeculũ.

Pſalmus Dauid. CIX.

1 D‖Ixit Domin⁹ Domino meo,Sede à dextris meis,

Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Matt.22.d.44. 1.cor.15.d.25. heb.1.d.13.& 10 c.12 act.2.e.34

2 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : dominare in medio inimicorum tuorum.

3 Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum : ex vtero ante luciferum genui te.

4 ‖Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum , Tu es ſacerdos in æternũ, ſecundum ordinem Melchi-ſedec. Heb.5.b.6.& 7 c.17 B iohan.12.e.34

5 Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges.

6 ″Iudicabit in nationibus , implebit ruinas : conquaſſabit capita in terra multorum.

7 De torrẽte in via bibet: propterea exaltabit caput.

Halelu-Ia. CX.

1 C Onfitebor tibi Domine in toto corde meo in cõcilio iuſtorum & congregatione.

2 Magna opera Domini,exquiſita ĩ omnes voluntates eius.

3 Cõfeſſio & magnificẽtia opus ei⁹, iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.

4 Memoriam fecit mirabilium ſuorum,miſericors & miſerator Dominus,eſcam dedit timentibus ſe.

5 Memor erit in ſeculum teſtamẽti ſui,virtutem operum ſuorum annun

6 tiabit populo ſuo,

B

7 Vt det illis hæreditatem Gentium: opera manuum eius, veritas & iudicium.

8 Fidelia omnia mandata eius , confirmata in ſeculum ſeculi,facta in veritate & æquitate.

9 Redemptionẽ miſit populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctũ & terribile nomen eius:‖initium ſapientiæ,timor Domini: Prouer.1.a.7.& 9.c.10 eccli.1.b.16

10 Intellectus bonus omnibus facientibus eum:laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

Halelu-ia , reuerſionis Aggæi & Zachariæ. CXI.

1 B Eatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.

2 Potens in terra erit ſemen eius,generatio rectorum benedicetur.

3 Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

IN PSALMVM CX.

1 Dixit Iehoua נאום יהוה. Vel נאום participium eſt paſſiuũ,vel nomen,Dictum Iehouæ,aut ſermo Iehouæ.ſub.erit.i.dicet Iehoua.Prophetia enim eſt de futuro per præteritum tempus,more Prophetarum.Hac dictione frequẽter vtuntur Prophetæ. 2 Virgam fort.t. מטה עזך .i.robur quo roboraberis.vel robur regni tui,quod eſt fortitudo tua. Dominare רדה Imperati.pro futuro,dominaberis.

3 Spontaneus, נדבות ſpontanearum.ſub.voluntatum erit. Alii, ſpontanei. Alii,ſponte.ſub.veniet. In die exer.t. ביום חילך quum educes exercitũ tuũ. Alii,in die roboris tui.i.tempore triumphi & regni tui. In ſplẽd.ſanct. בהדרי־קודש in pulchritudinibus ſanctitatis .i.in ciuitate illa clariſſima ac celeberrima,nempe Ieruſalem,vbi primùm illuxit Euangelii ſplendor. Alii,in magnificentiis Sanctuarii.

Tibi ros natiuit.t. : לך טל ילדותך ſub.erit. Rorem pro benedictione,& plenitudine gratiæ poſuit.q.d.O Chriſte,ros natiuitatis tuæ.i. gratiæ illæ quæ tibi donabuntur à Patre dum carnẽ aſſumes, obuenient tibi iã inde ab vtero & à principio natiuitatis tuæ.Plenitudinẽ gratiarũ in Chriſto laudat Propheta. 4 Iurauit Iehoua,&c. נשבע יהוה ולא ינחם אתה כהן לעולם Hebraiſmum ſic quidam exponunt,Immutabili volũtate ſua ſtatuit Iehoua te fore ſacerdotẽ æternum. Quidã vertũt, Iurabit,nec mutabit ſententiã,&c.Oſtenditur Chriſtus mediator Dei & hominum,quòd ſit ſummus ſacerdos. Secundum morem על־דברתי Ad verbum, iuxta verbum. & י redundat.i.ſecũdum rationem,ritum,morem,ordinem.Hebræi exponunt,eo quòd ſis rex iuſtitiæ. 6 Iudicabit in Gen. ידין בגוים .i.Iudicium ac potentiã exercebit in Gẽtibus. Seipſũ exponit mox ſequẽtibus,quid per iudicare intelligat. Caput,&c. ראש על־ארץ רבה: Singul.pro plur.hoc eſt percutiet capita,ſiue principes qui præſunt regionibus amplis,& ſummos potentatus. 6 De torrente מנחל ſub.ſanguinis cæſorum.q.d.tãtum ſanguinis fundetur,vt etiã liceat victori bibere è torrẽte ſanguinis cæſorũ in via,dũ perſequetur hoſtes:& propter eã victoriã,multũ attolletur Chriſtus,& euadet clariſſimus.

IN PSALMVM CXI.

1 Confit.Iehouæ אודה יהוה Celebrabo Iehouam.Euehamlaudibus. 2 Expl.o.vol.ea. : דרושים לכל־חפציהם peruestigabilia omnibus qui optãt ea.vel delectantur ipſis. 4 Fecit vt mem.cel.mir.ſ. זכר עשה לנפלאותיו Memoriã fecit mirabilibus ſuis.i. talia ſunt quæ fecit vt nunquam poſſint memoria excidere.vel, vt digna ſint perpetua memoria.Alii,Memoriam fecit mirabilium ſuorum.

5 Eſcam טרף Prædam.eã ſcilicet quã ſecũ abſtulerũt filii Iſrael quũ egrederentur AEgyptũ. Memor fuit יזכור Fut.Heb.pro præt.

6 Fortitud.op.ſu.annunt. כח מעשיו הגיד Virtutem factorum ſuorum manifeſtauit.vel declarauit.i.facinora ſummæ virtutis.

7 Opera man.e.&c. מעשי ידיו אמת ומשפט Hebraiſmus,Quicquid agit,id agit vt oſtendat ſe veracem in promiſſis:& iuſtum,vt qui impiis Gentibus terram ſuam eripiat,& ſuis tradat. Fidelia ואמנים certa. 8 Confirmata סמוכים ſtabilita.firma.

Exortũ eſt in tenebris lumẽ rectis: miſericors,& miſerator,& iuſtus. 4

Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos 5
in iudicio: quia in æternum nõ com-
B mouebitur. 6

In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. 7

Paratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos. 8

2.Cor.9 c.9 ‖Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. 9

Peccator videbit,& iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit. 10

Halelu-Iah. CXII.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini: 1

Daniel.2.c.20 ‖Sit nomen Domini benedictũ ex hoc nunc & vſque in ſeculum. 2

Malach.1.c.11 ‖A ſolis ortu vſque ad Occaſũ, laudabile nomen Domini. 3

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cælos gloria eius. 4

Quis ſicut Dominus Deus noſter 5
qui in altis habitat, & humilia reſpi- 6
cit in cælo & in terra?

Suſcitans à terra inopẽ, & de ſtercore erigens pauperem: 7

Vt collocet eum cũ principibus, cum principibus populi ſui. 8

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum, lætantem. 9

Halelu-Iah. CXIII.

Exod.14.c.21 IN ‖exitu Iſrael de AEgypto, dom⁹ Iacob de populo barbaro: 1

Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, 2
Iofue 3.c.13 Iſrael poteſtas eius.

Mare vidit & fugit, ‖Iordanis conuerſus eſt retrorſum. 3

Montes exultauerunt vt arietes: & colles ſicut agni ouium. 4

B Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti: & tu Iordanis, qa cõuerſus es retrorſũ? 5

Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium? 6

A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob, 7

Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarũ. 8

A Non nobis Domine, nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriam 1

Super miſericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi eſt Deus eorum? 2

Deus autem noſter in cælo: omnia quæcunque voluit fecit. 3

Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. 4

4 ז″Oritur in tenebris lumen rectis: ח clemens,& miſericors,& iuſtus *Deus*.

5 ט Bon⁹ vir miſeretur & cõmodat: י moderatur res ſuas in iudicio.

6 כ Quia ĩ ſeculũ nõ mouebitur, ל in memoria æterna erit iuſt⁹:

7 מ″Ab auditiõe mala nõ timebit, נ *quia*″paratũ cor ei⁹″fidẽs Iehouæ.

8 ס ″Confirmatum cor eius, non timebit, ע donec videat in hoſtibus ſuis *quod optat*.

Opera, ac probi mores ipſius timentis Dominũ eóque nitentis.

9 פ Diſpergit *ac* dat pauperibus, צ iuſtitia eius manet in ſeculum: ק″cornu eius exaltabitur in gloria.

10 ר Impius videbit,& iraſcetur, ש dentibus ſuis fremet,& tabeſcet: ת deſiderium impiorum peribit.

Impius moleſte ferens fœlicitatem fideliũ, tandem peribit.

1 Halelu-Iah. CXIII.

LAudate ſerui Iehouam, laudate nomen Iehouæ.

2 Sit nomen Iehouæ benedictũ ex hoc tẽpore & vſq; in ſeculũ.

3 Ab ortu ſolis vſque ad occaſũ eius,″laudabile nomen Iehouæ.

4 Excelſus ſupra omnes gentes Iehoua, ſupra cælos gloria eius.

5 Quis ſicut Iehoua Deus noſter,″qui eleuat *ſeſe* ad habitandum?

6 Qui humiliat *ſeſe* ad videndum *ea quæ* in cælo & in terra?

7 Qui erigit è puluere inopem, è ſtercore eleuat pauperem:

8 Vt ſedere faciat *eũ* cũ principibus, cum principibus populi ſui:

9 ″Qui conſtituit ſterilem, familiam: matrem filiorum, lætantẽ.

Exhortatio ad laudandum Deũ pro ipſius prouidentia in cælo & in terra.

Prouidentia ei⁹ erga pauperes, ac mulieres ſteriles.

Halelu-Iáh. CXIIII.

1 QVum egrederetur Iשſraאel ex AEgypto, & familia Iaעacob è populo″barbaro:

2 Fuit Iehudah″ſanctificatio eius, Iשſraאel″dominium eius.

3 Mare vidit, & fugit, Iardén conuerſus eſt retrorſum.

4 Montes ſubſilierunt ſicut arietes: & colles ſicut ″agni ouium.

5 Quid *accidit* tibi mare, quòd fugiſti? *quid tibi* Iarden, *quòd* conuerſus es retrorſum?

6 *Et uos* mõtes *quòd*″ſubſiliſtis ſicut arietes: *& uos* colles vt agni ouiũ?

7 A facie Domini″contremiſcit terra, à facie Dei Iaעacob,

8 Qui conuertit petram in ſtagnum aquarum, ſilicem″in fontem aquarum.

Breuiter commemorat liberationem Iſraelis ab AEgyptiis, atque aliqua miracula illi facta.

CXV.

1 N″On nobis Iehoua, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, propter miſericordiam tuam, propter veritatem tuam.

2 Vtquid dicent Gentes, Vbi eſt nunc Deus eorum?

3 ″Certè Deus noſter eſt in cælo, omnia quæ″voluit fecit.

4 Simulachra *autem* eorum ſunt argentum & aurum, opus manuũ hominum.

Vult omnẽ gloriam Deo tribui, non hominibus.

Quæ differentia inter Deum & idola.

---

4 Oritur in ten.lu.rect. זרח בחושך א־ר לישרים Hebraiſmum quidam ſic exponunt, Deus ſolet rectos eripere dum maxime affligũtur.
7 Ab aud.ma. משמועה רעה propter rumorem malum.i.quũ audierit ingẽtia mala ingruere. Paratũ נכון firmũ.cõfirmatũ. Fidẽs בטוח ſubnixum.i.nititur Iehoua. 8 Confirmatum סמוך Stabilitum.Suſtentatum.vt præcedenti pſalmo,verſu 8. Donec videat עד אשר יראה ſub.expectans,donec videat.vel,non deſinet illo fidere,donec videat.Aut verte,Tandem videbit,&c.
9 Diſpergit פזר Præt.Heb.pro præſ. Cornu eius קרנו Robur & potentiam ſignificat.

IN PSALMVM CXIII.

3 Laudabile מהלל laudatum.i.clariſſima ac celeberrima eſt gloria Domini. 5 Qui eleu.&c. : המגביהי לשבת qui ſe attollit ad ſedendũ.i.in ſummo & ſublimi deligit ſibi ſedem,attollit ſe ſupra cælos. 9 Qui conſtituit ſterilẽ,in domo.מושיבי עקרת הבית Hebraiſmus,pro,efficit vt quæ prius erat ſterilis,amplam habeat familiã:efficit inquam eam matrem filiorum multorum,& propter eos lætantem.

IN PSALMVM CXIIII.

1 Barbaro : לועז Vox Hebræa eos ſignificat qui lingua alia quàm Hebræa loquuntur. 2 Sanctif.e. לקדשו in ſanctitatem eius. Hebraiſmus.i.conſecrauit ſibi populum Iuda,hoc eſt Iſraelem.pars pro toto.Exod. 19.a.6,Vos eſtis mihi gens ſancta.q.d.dum populum Iſraeliticum eduxit è captiuitate,oſtendit ſe illum in primis delegiſſe. Dominium eius : ממשלותיו Ad verbum,dominia eius.i.tunc cœpit Deus agere principem populi ſui Iſraelitici. 4 Sicut agni ouiũ. : כבני־צאן Ad verbum,ſicut filii pecudum. vel ouium.
6 Subſiliſtis תרקדו Fut.Heb.pro præt.Et plurali vtitur, quòd non ſolum mons Sinai, ſed & vicini mõtes agitati ſint ob præſentiã Dei.
7 Contremiſcit חולי contremiſce.Alii,cõtremiſcere meum.ſub.eſt. vt ſit infinitiuus, & י ſit affixũ:& reſponſio terræ ad præcedentis verſus interrogationem.q.d.Meum eſt expaueſcere.Aut infinitiuus pro præſenti,paueſcat.

IN PSALMVM CXV.

1 Nõ nobis לא לנו q.d.Eripe nos à tyrãnide Gentiũ,nõ vt inde euadamus clariores,ſed vt nomen tuũ illuſtrius reddatur:eripe inquã,vt appareas verax in promiſſa miſericordia. 3 Certe De.no. ואלהינו Ad verbũ,Et Deus noſter. Voluit fecit. : חפץ עשה.Præt.Heb.pro præſ.

Os eſt eis,& non ′loquuntur:oculi ſunt eis,& non vident. 5
Aures ſunt eis,& nō audiunt:nares ſunt eis,& non odorantur: 6
Manus ſunt eis,& non palpāt: pedes ſunt eis,& non ambulant: 7
non ″reſonant gutture ſuo.
Sicut ipſa ſint qui faciunt ea,omnis qui fidit eis. 8

Exhortatio ad Iſraelē omnéſq; fideles,vt fiduciam ſuā in Deo collocent.

Tu verò Iשraאel fide Iehouæ: *nā* ″auxiliū eorū & clypeus eorū eſt. 9
Domꝰ Aharō fidite Iehouæ:*quia* auxiliū eorū,& clypeꝰ eorū eſt 10
Qui timetis Iehouam, fidite Iehouæ: *quia* auxilium eorum , & 11
clypeus eorum eſt.

Promittit eis benedictionē Dauid,quānis affligantur.

Iehoua memor fuit noſtri,benedicet nobis: benedicet domui 12
Iשraאel,benedicet domui Aharon.
Benedicet timentibus Iehouam,puſillis cum magnis. 13
″Adiiciet Iehoua ſuper vos,ſuper vos & ſuper filios veſtros. 14
Benedicti vos à Iehoua,qui fecit cælos & terram. 15
Cælū , cælū *inquam* Iehouæ eſt: terram autē dedit filiis hominū. 16

Orat pro liberatione Iſraelis, vt liberati Deum laudare poſſint.

Non mortui laudabūt Iah, nec omnes deſcendētes ″*in* ſilentiū. 17
Nos autē benedicemus Iah ex hóc tēpore & vſque in ſeculum 18
Halelu-Iah.

C X V I.

Dauid in deſerto Maō obſeſſus ab aſſeclis Saulis liberatúſq; à Domino,agnoſcit beneficium:ac alios vt idem faciant cohortatur.

DIlexi,quoniā audiuit Iehoua vocē meā,deprecationes meas. 1
Quia inclinauit aurē ſuā mihi,″& in diebꝰ meis inuocabo. 2
Circundederāt me ″dolores mortis,& anguſtiæ ″inferni inuenerant me:″anguſtiam & dolorem inueneram: 3
′Nomē autē Iehouæ inuocaui,Quæſo Iehoua erue animā meā. 4
Clemens Iehoua & iuſtus,& Deus noſter miſerans, 5
Cuſtodit ſimplices Iehoua :″attenuatus eram,& me ſeruauit. 6

Ex lætitia, ſeipſum alloquitur, atque excitat ad reditū in Ieruſalem vbi erat arca Dei teſtimoniū præſentiæ ipſiꝰ.

Tunc dixi, Reuertere anima mea ″ad requiē tuam:quia Iehoua ″benefecit tibi. 7
Quia ′eripuiſti animam meā à morte,oculum meum à lachryma,pedem meum ab impulſione. 8
′Ambulabo coram Iehoua in terris viuentium. 9

Certꝰ de promiſſionibus Dei ipſum liberaturi, prædicat veritatem eius.
Pro omnibus beneficiis,nihil aliud Deo præſtare poteſt,quàm gratiarū actionem & laudem,eiúſq; perpetuā inuocationem.

Credidi,″propterea locutus ſum:ego ″afflictus eram valde, 10
Ego dicebam ″in feſtinatione mea,Omnis homo mendax. 11
Quid reddā Iehouæ *pro* omnibꝰ ″beneficiis eius *quæ contulit* in me? 12
Calicem ″ſalutum accipiam,& nomen Iehouæ inuocabo. 13
Vota mea Iehouæ reddam nunc coram omni populo eius. 14

---

5 ‖Os habēt,& non loquentur:oculos habent,& non videbunt. Sapien.15.c.
6 Aures habent,& non audient:nares habent,& non odorabunt:
7 Manus habent,& non palpabunt: pedes habent,& non ambulabūt: nō clamabunt in gutture ſuo. B
8 Similes illis fiant qui faciunt ea:& omnes qui confidunt in eis.
9 Domꝰ Iſrael ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorū eſt.
10 Domus Aarō ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorū eſt.
11 Qui timent Dominū,ſperauerunt in Domino:adiutor eorum & protector eorum eſt.
12 Dominus memor fuit noſtri,& benedixit nobis:
Benedixit domui Iſrael , benedixit domui Aaron.
13 Benedixit omnibus qui timēt Dominum,puſillis cum maioribus. C
14 Adiiciat Dominus ſuper vos:ſuper vos,& ſuper filios veſtros.
15 Benedicti vos à Domino qui fecit cælum & terram.
16 Cælum cæli Domino: terram autē dedit filiis hominum.
17 ‖Nō mortui laudabūt te Dn̄e, neq; omnes qui deſcendunt in infernum: Baruch.2.d.17
18 ‖Sed nos qui viuimus, benedicimꝰ Domino ex hoc nūc & vſq; ĩ ſeculū. Daniel.2.c.20
Halelu-Iah.

CXIIII.

1 DIlexi,quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ, 1.Reg.23.a.1.
2 Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.
3 Circūdederūt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
4 Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui,
5 O Domine libera animam meam: miſericors Dominus,& iuſtus,& Deꝰ noſter miſeretur.
6 Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum,& liberauit me.
7 Conuertere anima mea in requiē tuam: quia Dominus benefecit tibi.
8 Quia eripuit animā meā de morte , oculos meos à lachrymis , pedes meos à lapſu.
9 Placebo Dn̄o in regione viuorum.
Halelu-Iah.

CXV.

10 CRedidi,propter quod locutus ſū: ego autē humiliatus ſum nimis. 2.Cor.14.c.13 rom.3.a.4
11 Ego dixi in exceſſu meo , Omnis homo mendax.
12 Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?
13 Calicem ſalutaris accipiam:& nomen Domini inuocabo.
14 Vota mea Domino reddam coram omni populo eius:

---

5 Loquuntur: ידברו Futura Heb.etiam ſequentibus duobus verſibus,pro præſ.
7 Reſonant יהגו loquuntur,immurmurāt. 9 Auxilium eorum עזרם nempe ſperantium in eo.nam relatiua ſæpe ſine ſubſtantiuis ponuntur,quæ ex præcedentibus ſuppleri debent.Vel eſt perſonæ mutatio,pro,Eſt enim auxiliator noſter,& propugnator.
14 Adiiciet יוסף Addet.i.maiora quàm antea,conferet vobis beneficia. 17 *In* ſilentium. דומה: Non legitur præpoſitio Hebraicè. Silentium,id eſt ſepulchrum,quòd ibi perpetuum ſit ſilentium. Vide Eſa.38.d.18.Deſcendentes in ſilentium,vocat mortuos.

IN PSALMVM CXVI.

1 Dilexi אהבתי ſub.Dominū.i.firmè ac vnicè Dominū diligo. Deprecat m. : תחנוני Per appoſitionē dictū.q d.vocē meā ſupplicē. Quidā hæc vertūt per præſēs. 2 Et in die.m.in. : ובימי אקרא Et pro itaq;,ſiue propterea.q.d.propterea q̄ diu vixero,ĩuocabo eū,& nō aliū.
3 Dolores חבלי funes.laquei.i.eram morti proximus. Inferni שאול ſepulchri.i.deducentes ad ſepulchrum. Anguſt.& dolo. inueneram : צרה ויגון אמצא Fut. Hebr.pro præt.pluſquā perf.tribulationem & mœrorem, ſiue anxietatem,&c.Eſt autem Hebraiſmus,tribulationem inuenire,pro incidere in eam. 4 Nomen a.Ieh.inu. ובשם יהוה אקרא Fut.Heb.pro præt.imperf.vel perf.Hebraicè,Et in nomine Iehouæ inuocabo. 6 Attenuatus eram, דלותי Id eſt,viribus deſtitutus ſuccubueram, ſiue ad ſummam paupertatem redactus eram.id ſignificat verbum Hebraicum. 7 Ad req.tuam, למנוחיכי ad quietem tuam.i.ad illum apud quem inuenies ſummam tranquillitatem,nempe ad Deum. Vel, *Poſtea dixi*,O anima mea fruere tranquillitate qua antea frui ſolebas,fruere priore lætitia. Benef.tibi. גמל עליכי : Ad verbū,rependit ſuper te.i.beneficium in te contulit. 8 Eripuiſti חלצת:Mutatio perſonæ à tertia ad ſecundā.id eſt,eripuiſti me de extremo periculo,& omnem triſtitiam & mœrorem à me ſuſtuliſti,effeciſtique ne laberer. 9 Ambulabo coram Ieh. אתהלך לפני יהוה .i.tutus degam inter viuos,ſub fauore Domini. 10 Propt.loquut.ſ. כי ארבר Fut.Heb. propterea loquar.q.d.Credidi, ſiue fide promiſſorum Dei confirmatus ſum,certò perſuaſus,omnia vt pollicitus eſt,circa me perfecturum: ideo hanc tantam benignitatem prædicabo.Alii,quia loquar.Alii,Quando dixi. Afflictus eram עניתי afflictus ſum.Alii,ad ſummam pauperiem redactus ſum.Alii, affligebar. 11 In feſtin.m. בחפזי in præcipitatione mea.Alii,quum feſtinarem.i.dum præceps fugerem exercitū Saulis,valde afflictus cogitabam,Nemo non fallit: promiſerat Samuel mihi regnum Iſraelis,& ego credebam:nunc verò miſer pereo.Alii exponunt, quum præcipiti fuga ſaluti meæ conſulerem,quo tempore debuiſſem deſpondere animum, maximè credidi Deum eſſe veracem in ſuis promiſſionibus, quibus mihi promiſerat regnum:omnes autem homines dixi eſſe mendaces qui ſecus dicerent. Vide eadem pſal.31.d.23.
12 Benef.e.in me? : תגמולוהי עלי Ad verbū, retributionibus eius ſuper me?Retributiones pro beneficiis Scriptura vſurpat:nequis exiſtimet Deum aliquid dare nobis quòd priores aliquid contulerimus in eum. Scribitur hic תגמולוהי pro תגמוליו more Chaldaico.
13 Salutum ישועות Plurali numero dixit,quòd inſigne auxiliū ſignificet.q.d.in omni conuiuio gratulatorio me hilarem exhibebo,& coram omnibus hilariter bibam,attollendo calicem,quo ſignificem conuiuis me illius ope ſeruatum, ſempérque nomen Domini colam.

pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius: 15

Sapien.9.a.5 [O Domine, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. 16

Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo. 17

Vota mea Domino reddam in cōſpectu omnis populi eius: & in atriis domus Domini, in medio tui Ieruſalem. 18 19

Halelu-ia. CXVI.

Rom.15.c.11 [Laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes Populi. 1

Quoniam cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, Iohan.12.c.34 [& veritas Domini manet in æternum. 2

Halelu-ia. CXVII.

Confitemini Domino quoniā bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. 1

Dicat nūc Iſrael quoniam bonus, quoniam in ſeculū miſericordia ei⁹. 2

Dicat nunc Domus Aaron: quoniā in ſeculum miſericordia eius. 3

Dicant nunc qui timent Dominū quoniam in ſeculū miſericordia eius. 4

De tribulatione īuocaui Dominū: & exaudiuit me in latitudine Dn̄s. 5

Heb.13.a.6 [Dominus mihi adiutor: nō timebo quid faciat mihi homo. 6

Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos. 7

B Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine: 8

Bonū eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. 9

Omnes Gētes circuierūt me: & in nomine Domini quia vltus ſū in eos. 10

Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. 11

Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Dn̄i quia vltus ſum in eos. 12

Impulſus euerſus ſum vt caderem: & Dominus ſuſcepit me. 13

Exod.15.a.2 Eſa.12.a.2 [Fortitudo mea & laus mea, Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. 14

Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. 15

C Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. 16

Nō moriar, ſed viuam: & narrabo opera Domini. 17

Caſtigās caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me. 18

Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eā. 19 20

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. 21

Matth.21.d.42 marc.12.a.10 luc.20.c.17 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.pet.2.a.6 eſa.28.d.16 [Lapidem quē reprobauerūt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. 22

A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. 23

D Hæc eſt dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. 24

15 Pretioſa in oculis Iehouæ mors ″miſericordium eius.
16 ″Vtique Iehoua, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, ″filius ancillæ tuæ: ″ſoluiſti vincula mea.
17 Tibi ſacrificabo ſacrificium ″laudis, & nomē ″Iehouæ inuocabo.
18 Vota mea Iehouæ reddam nunc coram omni populo eius:
19 ″In atriis dom⁹ Iehouæ, in medio tui Ieruשׁſaláim. Halelu-Iáh.

CXVII.

1 Laudate Iehouam omnes Gentes, laudate eū omnes Populi:
2 Quoniam ″roborata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Iehouæ ″in ſeculum. Halelu-Iáh.

CXVIII.

1 ″Confitemini Iehouæ quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
2 Dicat nunc Iשׂſraאel, quòd in ſeculum miſericordia eius.
3 Dicāt nunc familiæ Aharon quòd in ſeculū miſericordia eius.
4 Dicāt nūc qui timēt Iehouā, quòd in ſeculū miſericordia eius.
5 De anguſtia inuocaui Iah, & exaudiuit me ″in latitudine Iah.
6 ″Iehoua mecum eſt, non timebo quid faciat mihi homo.
7 ″Iehoua mecum eſt inter auxiliatores meos: propterea ego ″videbo *quod opto* in odio habentibus me.
8 Melius eſt ſperare in Iehoua, quàm ſperare in homine:
9 Melius eſt ſperare in Iehoua, quàm ſperare in principibus.
10 Oēs gētes circūdederūt me: ″*ſpero* ī nomine Iehouæ ꝙ ſuccîdā eos.
11 Circundederunt me, etiam circundederunt me: *ſpero* in nomine Iehouæ quòd ſuccîdam eos.
12 Circundederunt me ″velut apes, extincti ſunt vt ignis ſpinarū: *nam ſperabam* in nomine Iehouæ quòd ſucciderem eos.
13 Impellendo ″impuleras me vt caderem: & Iehoua adiuuit me.
14 *Nam* fortitudo mea, & canticum Iah, & fuit mihi in ſalutem.
15 Vox iubilationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum *dicentium*, Dextera Iehouæ ″facit fortitudinem:
16 Dextera Iehouæ excelſa, dextera Iehouæ facit fortitudinem.
17 Non moriar, ſed viuam: & narrabo opera Iah.
18 ″Corripiendo corripuit me Iah, & morti non tradidit me.
19 Aperite mihi ″portas iuſtitiæ, ingrediar eas, & celebrabo Iah.
20 Hæc porta Iehouæ: iuſti intrabunt per eam.
21 ″Confitebor tibi quòd exaudieris me, & fueris mihi in ſalutem.
22 Lapis *quem* reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli.
23 A Iehoua factum eſt hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris.
24 Hæc *eſt* Dies quam fecit Iehoua: ″exultemus & lætemur in ea.

Suo exēplo oſtēdit Dominū ſūmā curā habere afflictorum ſuorum.

Iterū promittit ſe redditurū vota & ſacrificia laudis Deo debita corā omnib⁹.

Cohortatur Gētiles ad laudādū Deū, quòd ipſis etiā, ſicut Iudæis vitam æternam dederit.

Dauid ab inimicis ſuis liberatus cōſtitutúſq; rex ſuper omnem Iſrael, hortatur omnes ad gratias Deo agēdas, eūq; laudandum.

Exauditus, Deúmq; habens pro ſe, neminem metuit.

Cōmemorans liberationes factas per Dominū, docet in omnibus aduerſitatibus ſperādum eſſe in Deo, nō in hominibus.

Fortitudo noſtra.

Lætitia.

Vita.

Caſtigatio.

Iubet ſacerdotibus vt portæ Tabernaculi aperiātur ei, ad gratias Deo agendas.

Dauid à Saule populóque reiectus, tandem cōſtitutus rex, typus Chriſti, vt ipſe exponit apud Matthæum.

15 Miſericord. eius לחסידיו Vide pſal. 4.a.4. q.d. grauatè fert mortē proborum Deus: propterea ſi quis eos interfecerit, non impune feret.

16 Vtique אנה Aduerbium affirmandi. q.d. Ita res habet quòd tu non vis pios interfici: nam me liberaſti, qui te colo. Filius ancil. tuæ בן־אמתך .i. mulieris quæ te purè colit. Ita dixit quòd filii, matrū ingenia & mores ferè imitātur ob educationē primā. Propterea etiā in libris Regū ſæpius dicitur, Rex talis, filius mulieris talis, & nō patris. Hæc doctus inter Hebræos. Soluiſti uin. m. : פתחת למוסרי dirupiſti vincula mea. i. ſeruaſti me ne venirē in vincula hoſtiū meorū. 17 Laudis תודה gratiarū actionis. i. gratias tibi agā, & te laudabo. Iehouæ יהוה perſonæ mutatio, pro, nomē tuum inuocabo i. non deſinam te colere. 19 In atriis בחצרות Plurale pro ſing. quia vnicum atriū habebat tabernaculū. In atriis igitur. i. ad oſtiū atrii tabernaculi.

IN PSALMVM CXVII.

2 Roborata גבר aucta fuit, exuperauit. i. excelluit & magna fuit. In ſeculum לעולם ſub. permanebit, vel durabit.

IN PSALMVM CXVIII.

1 Confit. Ieh. הודו ליהוה Celebrate Iehouam. 5 In latitudine במרחב Subaudiendum, & ſtatuit me, hoc modo, Quum ego coartarer, imploraui opem Domini, & ſtatuit me in loco lato & amplo: hoc eſt, liberauit me.

6 Iehoua mecum, &c. יהוה לי וגו׳ Iehoua mihi [vel. meus erat] non timebam: quid *enim* feciſſet mihi homo?

7 Iehoua mecum eſt יהוה לי Iehoua meus eſt. vel pro me eſt, cum iis qui auxiliantur mihi. Videbo, &c. אראה בשנאי videbo inimicos meos. i. deſpiciam eos. 10 *Spero*, &c. : בשם יהוה כי אמילם Hebraice tantum legitur, In nomine Iehouæ quòd ſuccidam eos. Quidam ſubaudiunt bis SPERAVI, hoc modo, & *ſperaui* in nomine Domini: *ſperaui inquam* quòd exciderem eos. ſic in duobus proximè ſequentibus verſibus. De Paleſthinis & vicinis Terræ ſanctæ populis loquitur, quorū obſidionē quater repetit. 12 Velut apes, כדבורים vt multa apū examina. 13 Impuleras me, דחיתני impuliſti me. Saulē, aut quē aliū inimicū alloquitur. i. vehemēter & omnibus modis adortus es me, ad lapſum ſolicitās. 15 Facit fortitud. : עשה חיל facit virtutē. i. fortia. q.d. fidelibus parit victoriā ſtrenuè pugnādo.

18 Corrip. corrip. יסר יסרני Caſtigando caſtigauit me. i. corripuit me ſeria caſtigatione, at non ſiuit me mori. 19 Portas iuſtitiæ שערי צדק .i. templum in quo congregantur iuſti & ſancti, vt coram illis gratias agam Deo. Iubet portas aperiri, quæ quandiu exorris fuit, clauſæ illi fuerant. 21 Confit. tibi אודך Celebrabo te. 24 Exulte. & læte. נגילה ונשמחה exultabimus & lætabimur.

Acclamãt Chriſto ingredienti Ieruſalem.

Obſecro Iehoua ſaluum fac nunc,obſecro Iehoua″da nunc fœlicem ſucceſſum. 25

Benedictus qui venit in nomine Iehouæ :″benedicimus vobis de domo Iehouæ. 26

Exhortatio ſacerdotum ad facienda ſacrificia pro aduentu Chriſti veri Dauidis.

″Fortis Iehoua,&illuxit nobis:ligate″agnum funibus,″vſque ad cornua altaris. 27

Deus meus es tu,& confitebor tibi:Deus meus,& exaltabo te. 28

″Confitemini Iehouæ , quoniam bonus : quoniam in ſeculum miſericordia eius. 29

א Aleph CXIX.

In hoc pſalmo demõſtratur animꝰ verè inflãmatus deſiderio ſtudióque Diuinæ Legis qui pro exẽplo hic eſt propoſitus. Deſcribit hominẽ eſſe beatum qui ſolicitè ſtudet conſeruare Legem Dei. Petit item à Deo vt inſtruatur ad eam cuſtodiẽdã. Quòd verbũ Domini eſt lux hominũ. Cõqueritur aliquando de ſuis inimicis, de impiis ac tranſgreſſoribus Legis Dei: cõtra quos precatur perſpiciẽs maximum eorum cõtemptum.

BEati″perfecti via,qui ambulant in Lege Iehouæ. 1
א Beati qui cuſtodiũt teſtimonia eius, toto corde quærũt eũ: 2
א″Etiam *qui* non operãtur iniquitatem, *ſed* in viis eius ambulant. 3
א Tu præcepiſti mandata tua″vt cuſtodiantur valde. 4
א Vtinam″firmentur viæ meæ ad cuſtodiendum ſtatuta tua. 5
א Tũc nõ pudore afficiar,quũ inſpexero ad omnia præcepta tua. 6
א Celebrabo te in rectitudine cordis,quum didicero iudicia iuſtitiæ tuæ. 7
א Statuta tua cuſtodiam:ne derelinquas me diutius. 8

ב Beth

ב In quo″mundabit puer ſemitã ſuam? ſi cuſtodiat *eam* iuxta verbum tuum. 9
ב Toto corde meo exquiſiui te,ne errare ſinas me à mãdatis tuis. 10
ב In corde meo abſcondi eloquium tuum,ne peccem tibi. 11
ב Benedictus es Iehoua,doce me ſtatuta tua. 12
ב Labiis meis narraui omnia iudicia oris tui. 13
ב In via teſtimoniorũ tuorũ gauiſus ſum,″vt in õnibus diuitiis. 14
ב ″In præceptis tuis meditabor,& conſiderabo ſemitas tuas. 15
ב In ſtatutis tuis″delectabor, non obliuiſcar verborum tuorum. 16

ג Gimel.

ג ″Retribue ſeruo tuo *ut* viuam,& cuſtodiam verbum tuum. 17
ג ″Reuela oculos meos,″& aſpiciam mirabilia de Lege tua. 18
ג Aduena ego ſum in terra,ne abſcondas à me præcepta tua. 19
ג ″Confracta eſt anima mea deſiderãdo iudicia tua omni tẽpore. 20
ג ″Diſperdidiſti ſuperbos:″maledicti qui errant à præceptis tuis. 21
ג Remoue à me opprobriũ″& contemptũ : quia teſtimonia tua cuſtodiui. 22

25 O Domine ſaluum me fac, ô Domine benè proſperare: benedictꝰ qui venit in nomine Domini. Matth.21.a.9

26 Benediximus vobis de domo Domini:Deus Dominꝰ,& illuxit nobis.

27 Conſtituite diem ſolennem in condenſis vſque ad cornu altaris.

28 Deus meus es tu, & confitebor tibi:Deus meus es tu,& exaltabo te.

Confitebor tibi quoniã exaudiſti me,& factus es mihi in ſalutem.

29 Confitemini Domino quoniã bonus:quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Halelu-ia. Aleph CXVIII.

1 BEati immaculati in via : qui ambulant in Lege Domini.
2 Beati qui ſcrutãtur teſtimonia eiꝰ: in toto corde exquirunt eum.
3 Non enim qui operantur iniquitatem,in viis eius ambulauerunt.
4 Tu mãdaſti mandata tua cuſtodiri nimis.
5 Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.
6 Tunc non confundar, quũ perſpexero in omnibus mandatis tuis.
7 Cõfitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
8 Iuſtificationes tuas cuſtodiam: nõ me derelinquas vſquequaque.

Beth

9 In quo corrigit adoleſcentior viã ſuam? in cuſtodiẽdo ſermones tuos.
10 In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
11 In corde meo abſcõdi eloquia tua: vt non peccem tibi.
12 Benedictus es Domine : doce me iuſtificationes tuas.
13 In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.
14 In via teſtimoniorum tuorum delectatꝰ ſum,ſicut in omnibꝰ diuitiis.
15 In mandatis tuis exercebor: & cõſiderabo vias tuas.
16 In iuſtificationibus tuis meditabor:non obliuiſcar ſermones tuos.

Gimel

17 Retribue ſeruo tuo,viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.
18 Reuela oculos meos , & cõſiderabo mirabilia de Lege tua.
19 Incola ego ſum in terra : non abſcondas à me mandata tua.
20 Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tẽpore.
21 Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
22 Aufer à me opprobrium & contẽptum:quia teſtimonia tua exquiſiui.

---

25 Da nũc fœl.ſuc. : הצליחה נא fac vt nũc proſperè agamus.vel agat,ſub.Chriſtus tuus rex.nã hæc acclamabãt illi ingrediẽti in Ieruſalẽ. 26 Benedicim.v.ברכנוכם Præt.Heb.pro præſ.fœlicia omnia imprecamur vobis *nos qui* de domo Domini *ſumus*. i. nos ſacerdotes,aut qui colimus Dominum. 27 Fortis Iehoua אל יהוה Deus Iehoua *eſt*.vt ſequenti verſu. Agnum.חג Propriè ſolennitatem & feſtum diẽ ſignificat.ab חגג ſaltauit,ſubſiliuit:quòd in illo die,lætitiæ gratia ſaltarent. Agnus quoque,vel pecus,ſiue hoſtia,eodẽ appellatur nomine, quòd cũ lætitia & tripudio offerretur. עבות autem funẽ qui filis multis conficitur:ſic dictum ab implicatione,vel denſitate. Vnde Græci,ἐν τοῖς πυκάζουσιν,in condenſis verterunt. Vſque ad corn.עד קרנות ſub.adducite alligatum.q.d. Vos igitur omnes,gratias agentes,ligatas funibus denſis victimas, Deo offerte,& adducite ad cornua altaris holocauſti. 29 Confit. Iehouæ הודו ליהוה Celebrate Iehouam. Eodẽ verſu inchoat & finit pſalmum.

IN PSALMVM CXIX.

1 Perfecti via, תמימי דרך integri itinere, ſynceri via.i.quorum mores ſunt probi. Scribitur hic pſalmus per octonarios iuxta ordinem alphabeti. Quidam hoc factum dicunt memoriæ iuuandæ cauſa. Alii pſalmos ita ſolere ſcribi dicunt ob dignitatem rei de qua agitur. Eſt autem hic pſalmus velut alphabetum quoddã piis omnibus diſcendũ,vt nouerint vbi ſita ſit vera fœlicitas & beatitudo. Sunt autẽ viginti duo octonarii pro numero literarũ Hebraicarũ,quorũ ſinguli verſus,iuxta Hebrææ linguæ elegãtiã,incipiũt ab vna & eadẽ litera. Nullus eſt præterea verſus in hoc pſalmo,præter vnum 122,qui nõ habeat,ſi non plures,vnã ſaltẽ ex his decẽ vocibus,תורה lex,חוקים ſtatuta,vel ceremoniæ, מצוה præceptũ,פקודים præcepta naturalia cordibus hominũ inſcripta,& etiã mãdata Dei quælibet. עדות teſtimonia voluntatẽ Dei teſtantia: quidã oracula vertũt.משפטים iudicia quibus cum proximis viuimus,id eſt decreta,edicta,& leges Dei.אמרה ſermo,eloquiũ.דבר verbũ,vel promiſſio.צדק iuſtitia.דרך via.Porrò fatẽtur & Iudæi,in hoc pſalmo Legẽ,ceremonias,præcepta,mãdata,& oracula,pro Lege & inſtitutione accipi,qua gloriæ Dei,& ſalutis proximorũ ſtudioſa vita præſcribitur. 3 Etiam אף Certè. 4 Vt cuſtodiãtur valde. : לשמור מאד cuſtodiri ſumma diligentia. 5 Firmentur יכונו parentur.dirigantur.diſponantur. 9 Mundabit יזכה puram reddet.emendabit. 14 Vt in omn.diuitiis. : כעל כל־הון ſicut in opulentia multa. 15 In præcept.t.med. בפקודיך אשיחה De præceptis tuis loquar. Alii,De tuis conſtitutionibus differã.vel,confabulabor. 16 Delectabor, אשתעשע oblectabo me. 17 Retribue גמול Repẽde. Hoc beneficium confer. 18 Reuela oc.m. גל־עיני Velamen detrahe oculis meis. Retege oculos meos. Et aſpiciã ואביטה & cõſiderabo. Vel contẽplabor. 20 Confracta eſt גרסה Debilior fit. Atteritur. Comminuitur. Conſternitur. 21 Diſperd. גערת Perdidiſti. Quidam præteritum vertunt in futurum,Perdes. Maledicti ארורים execrabiles. 22 Et contemptum, ובוז ſub.ſuperborum.

Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autẽ tu⁹ exercebatur ĩ iuſtificationib⁹ tuis.

Nam & teſtimonia tua, meditatio mea eſt: & conſilium meum, iuſtificationes tuæ.

Daleth

Adhæſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuum.

Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me: & de Lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ ſum oblitus.

Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: noli me confundere.

Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum dilataſti cor meum.

He

Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor Legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſemita mandatorum tuorum: quia ipſam volui.

Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videãt vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue ſeruo tuo eloquium tuũ in timore tuo.

Amputa opprobriũ meũ quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucũda.

Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau

Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecũdum eloquium tuum.

Et reſpõdebo exprobrãtib⁹ mihi, verbũ: quia ſperaui ĩ ſermonib⁹ tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.

Et cuſtodiam Legem tuã ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu Regũ, & non cõfundebar.

Et meditabar in mãdatis tuis quæ dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.

Zain

Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebãt vſquequaque: à Lege autem tua nõ declinaui.

23 ג Etiam ſederunt principes, & contra me locuti ſunt: *interea* ſeruus tuus ″meditabatur in ſtatutis tuis.

24 ג Etiã teſtimonia tua ſunt delectationes meæ, *&* ″viri cõſilii mei.

ד Daleth.

25 ד Adhæſit ″pulueri anima mea, ″viuifica me ſecũdum verbũ tuũ.

26 ד ″Vias meas narraui *tibi*, & exaudiſti me: doce *igitur* me ſtatuta tua.

27 ד ″Viam præceptorum tuorum fac me intelligere, ″& meditabor in mirabilibus tuis.

28 ד ′Diffluit anima mea″ præ triſtitia: cõfirma me iuxta verbũ tuũ.

29 ד Viam mendacii amoue à me, ″& Lege tua dignare me.

30 ד Viam veritatis elegi, iudicia tua poſui coram me.

31 ד Adhæſi teſtimoniis tuis Iehoua, ne pudore afficias me.

32 ד Viam mãdatorum tuorum curram, quũ ″dilataueris cor meũ.

ה He.

33 ה Doce me Iehoua ″viam ſtatutorum tuorum, & cuſtodiam eam *uſque in* finem.

34 ה Da mihi intelligentiam, & cuſtodiam Legem tuam, & cuſtodiam illam toto corde.

35 ה Deduc me per ſemitam mãdatorum tuorum, quia in ea eſt beneplacitum meum.

36 ה Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & non ad auaritiam.

37 ה Auerte oculos meos, ne videãt vanitatẽ: in via tua viuifica me.

38 ה ″Confirma ſeruo tuo eloquium tuum, qui timori tuo *adhæret*.

39 ה Aufer à me opprobriũ meũ quod timui: quia iudicia tua bona.

40 ה Ecce, cõcupiui mandata tua: ″in iuſtitia tua viuifica me.

ו Vau.

41 ו Et obueniant mihi miſericordiæ tuæ Iehoua: *&* ſalus tua ſecũdum eloquium tuum:

42 ו ′Et reſpõdebo probris afficiẽti me, verbũ: ꝙ ſpero in verbo tuo.

43 ו Et ne eripias de ore meo verbum veritatis ″vſquequaque: ″quia iudicia tua expecto.

44 ו Et cuſtodiam Legem tuã ſemper, in ſeculũ & vſque in ſeculũ.

45 ו Et ambulabo ″in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

46 ו Et loquar de teſtimoniis tuis corã Regib⁹, neq; pudore afficiar

47 ו Et delectabor in mandatis tuis quæ ″dilexi.

48 ו ″Et leuabo palmas meas ad præcepta tua quæ dilexi, ″& meditabor in ſtatutis tuis.

ז Zain.

49 ז Memento verbi ″ſeruo tuo, in quo ſperare feciſti me.

50 ז Hæc eſt cõſolatio mea in afflictione mea: quia eloquium tuum ″viuificauit me.

51 ז Superbi ″deriſerunt me ″plurimũ: à Lege *autem* tua nõ declinaui.

[illegible]
M. DC [illegible]
aMbVLabo [illegible]
tVDIne.

23 Meditab. יָשִׂיחַ Fut.Heb.pro præſ. loquitur. diſſerit. 24 Viri conſ. mei. אַנְשֵׁי עֲצָתִי: Hebraiſmus, pro cõſiliariis & cõſultoribus.

25 Pulueri an.m. לֶעָפָר נַפְשִׁי terræ vita mea. i. parum abeſt quin deferar ad ſepulchrũ, propterea viuifica me. Viuifica me, &c. חַיֵּנִי כִּדְבָרֶךָ Hebraiſmus, pro, reſtitue me vitæ priſtinæ vt pollicitus es. 26 Vias meas דְּרָכַי. i. quæ agere volebam.

27 Viam præcep. דֶּרֶךְ־פִּקּוּדֶיךָ. i. quanam ratione viuẽdum ſit mihi iuxta ea quæ mandaſti. Et meditabor in mir. וְאָשִׂיחָה בְּנִפְלְאוֹתֶיךָ: & loquar de mirabilibus tuis. 28 Diffluit דָּלְפָה Diſtillat. Stillatim perit vita mea. Præ triſt. מִתּוּגָה præ ægritudine. vel, anxietate.

29 Et Lege tua dign. me. וְתוֹרָתְךָ חָנֵּנִי: Ad verbum, & *de* Lege tua miſerere mei. i. & Lege tua, ſiue cognitione Legis tuæ dona me. Quidam, Et Legem tuam benignè mihi proponito. 32 Dilataueris תַרְחִיב in latitudinem eduxeris.

33 Viam ſtat. t. דֶּרֶךְ חֻקֶּיךָ. i. viuendi rationem quæ eſt iuxta Leges tuas. 38 Confirma הָקֵם Statue. Ad verbum, Fac ſurgere. i. cõfirma ſeruo tuo promiſſum tuũ. 40 In iuſtitia t. viuifi. me; בְּצִדְקָתְךָ חַיֵּנִי in iuſtitia tua recrea me. i. abſoluta illa bonitate tua. Hoc enim vox Hebræa צֶדֶק ſæpe ſignificat. 42 Et reſpond. prob. aff. m. verbum וְאֶעֱנֶה חֹרְפִי דָבָר Hebraiſmus, pro, vt ſit quod reſpondeam opprobrantibus mihi: nam, &c. 43 Vſquequaque, עַד־מְאֹד Ad verbum, vſque valde. Alii, omnino. Quia iud. tua exp. כִּי לְמִשְׁפָּטֶךָ יִחָלְתִּי: quia ob iudicia tua *in te* ſperaui. Iudicia tua. i. quæ exerces in impios.

45 In latit. בָרְחָבָה q. d. cum conſcientiæ tranquillitate, & voluptate cordis viuam, nihil mihi timẽs ab ira tua, vt qui regia & lata via gradiuntur, nihil à latronibus ſibi timent. 47 Dilexi. אָהָבְתִּי: Præt. Heb. pro præſ. Sic ſequenti verſu.

48 Et leu. pal. &c. וְאֶשָּׂא כַפַּי אֶל־מִצְוֹתֶיךָ. i. manus admouebo præceptis tuis. q. d. dabo operam vt factis exprimam præcepta tua. Et medit. וְאָשִׂיחָה & diſſeram. & loquar. 49 Seruo tuo, לְעַבְדֶּךָ ad ſeruum tuum. i. promiſſionis tuæ quam promiſiſti ſeruo tuo.

50 Viuif. me. חִיָּתְנִי: Præt. Heb. pro præſ. viuificat me. recreat me.

51 Deriſerunt me, הֱלִיצֻנִי Præterita Heb. pro præſentibus, derident, illudunt, non declino. Plurimum עַד־מְאֹד vt verſu 43.

ז	Recordatus ſum iudiciorum tuorum à ſeculo Iehoua, & ſolatus ſum memetipſum.	52	Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Domine, & conſolatus ſum.
ז	″Terror inuaſit me propter impios derelinquẽtes Legem tuam.	53	Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus Legem tuam.
ז	″Cãtꝰ fuerũt mihi ſtatuta tua in domo″ peregrinationũ mearũ.	54	Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinatiõis meæ.
ז	′Recordatꝰ ſũ nocte nominis tui, Iehoua, & cuſtodiui Legẽ tuã.	55	Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui Legem tuam.
ז	Hoc mihi euenit quòd præcepta tua cuſtodiui.	56	Hæc facta eſt mihi quia iuſtificationes tuas exquiſiui.
	ח Heth.		Heth
ח	Portio mea Iehoua, ″dixi: vt cuſtodiam verbum tuum.	57	Portio mea Domine, dixi, cuſtodire Legem tuam.
ח	Deprecatus ſum faciem tuam toto corde: miſerere mei *igitur* ſecundum eloquium tuum.	58	Deprecatus ſum faciẽ tuam in toto corde meo : miſerere mei ſecundum eloquium tuum.
ח	″Reputaui vias meas, & cõuerti pedes meos ad teſtimonia tua.	59	Cogitaui viasmeas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
ח	Feſtinaui, ″& non tardaui cuſtodire mandata tua.	60	Paratus ſum, & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.
ח	″Cateruæ impiorũ prædatæ ſunt me: *at* Legis tuæ nõ ſũ oblitꝰ.	61	Funespeccatorum circumplexi ſũt me: & Legem tuam nõ ſum oblitus.
ח	Media nocte ſurgo ad cõfitẽdũ tibi ſuper ′ iudicia iuſtitiæ tuæ.	62	Media nocte ſurgebã ad confitẽdũ tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
ח	″Socius ſum omnibus qui timẽt te, & cuſtodiũt præcepta tua.	63	Particeps ego ſum omniũ timentiũ te, & cuſtodientium mandata tua.
ח	Miſericordiæ tuæ Iehoua plena eſt terra: ſtatuta tua doce me.	64	Miſericordia tuaDomine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.
	ט Teth.		Teth
ט	Bonum feciſti cum ſeruo tuo Iehoua, ſecundum verbum tuũ.	65	Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo Domine, ſecundum verbum tuum.
ט	″Bonitatẽ ſẽſus ″& ſciẽtiã doce me: quia præceptis tuis″ credidi.	66	Bonitatem, & diſciplinam, & ſciẽtiã doce me: qa mãdatis tuis credidi.
ט	Priuſquam ″humiliarer, ego errabam: nunc autem eloquium tuum″ cuſtodio.	67	Priuſquã humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.
ט	Bonus tu, & beneficus: doce me ſtatuta tua.	68	Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.
ט	Concinnauerunt aduerſum me mendacium ſuperbi : ego *autem* toto corde″ cuſtodio præcepta tua.	69	Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborũ : ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
ט	Impinguatũ eſt ſicut adeps cor eorũ: ego *autẽ* Lege tua″ delector.	70	Coagulatum eſt ſicut lac cor eorũ: ego verò Legem tuã meditatus ſum.
ט	Bonum mihi eſt quòd afflictus fuerim: vt diſcam ſtatuta tua.	71	Bonũ mihi quia humiliaſti me : vt diſcam iuſtificationes tuas.
ט	Melior eſt mihi Lex oris tui, quàm milia *talenta* auri & argenti.	72	Bonũ mihi Lex oris tui ſuper millia auri & argenti.
	י Iod.		Iod
י	Manus tuæ fecerunt me, ″& præparauerunt me: fac me intelligere, & diſcam præcepta tua.	73	Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.
י	T*unc* timentes te, videbunt me, & lætabuntur: quia″ verbum tuũ expectaui.	74	Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur : quia in verba tua ſuperſperaui.
י	Noui Iehoua ꝙ″ iuſtitia *ſunt* iudicia tua, & in veritate afflixiſti me.	75	CognouiDñe quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me.
י	Sit quæſo miſericordia tua ad cõſolandum me, ſecundum eloquium tuum *quod loquutus es*″ ſeruo tuo.	76	Fiat miſericordia tua vt cõſoletur me, ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.
י	Veniant mihi miſericordiæ tuæ, & viuam: quia Lex tua delectatio mea eſt.	77	Veniant mihi miſerationestuæ, & viuam: quia Lex tua, meditatio mea eſt.
י	Pudore afficiantur ſuperbi, quoniam ′ ſine cauſa ″peruerterunt me: ego autem″ meditabor in præceptis tuis.	78	Confundãtur ſuperbi, quia iniuſtè iniquitatem fecerunt in me : ego autem exercebor in mandatis tuis.
י	″Conuertantur ad me qui timent te, & nouerũt teſtimonia tua.	79	Conuertantur mihi timẽtes te, & qui nouerunt teſtimonia tua.
י	Sit cor meum″ perfectum in ſtatutis tuis, ne pudore afficiar.	80	Fiat cor meũ immaculatũ in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

---

53 Terror inuaſit me ולעפה אחזתני Præt.Heb.pro præſ. Tremor apprehendit me. Alii, Ardor vel tabes.

54 Cantus fu.m. זמירות היו־לי Cantiones ſunt mihi. ſiue cantica. i. ſunt occaſio carminũ ſcribendorũ. vel, illa cano. Pereg.m. : מגורי .i. dum exulo & fugio huc illuc à facie inimicorum.

55 Recordatus ſum זכרתי Præterita Heb.pro præſ. Memor ſum. Recordor.

57 Dixi, אמרתי Iſtud DIXI, refertur vel ad id quod proximè præceſſit, hoc modo, Dixi quòd Iehoua eſt portio mea: vt obſeruent mandata tua. Et tunc eſt perſonæ mutatio. Aut ad id quod ſequitur, ſic, O Iehoua quem habeo pro ſorte mea, decreui cuſtodire verba tua. vt DIXI pro decreui poſitũ ſit.

59 Reputaui חשבתי Cogitaui. Diligẽter expendi.

60 Et nõ tardaui ולא התמהמהתי nec morã feci. nec diſtuli.

61 Cateruæ חבלי Cœtus. Turmæ. Alii, Dolores. vel Moleſtiæ.

62 Iudicia iuſt.t. : משפטי צדקך Hebraiſmus, pro iudicia tua iuſta, ſiue leges tuas iuſtas.

63 Socius ſum חבר אני Adiunxi me.

66 Bonit. ſenſus טוב טעם Bonitatem ſermonis. i. optimum & exactiſſimum iudicium. Quidam vertunt, Bene iudicandi facultatem. Et ſcientiam ודעת & cognitionem. vel, intelligentiam exactiſſimam. Credidi. : האמנתי fidem adhibui.

67 Humiliarer אענה affligerer. ſub. à te. Alii, loquerer. vel commentarer, ſub. de Lege tua. Cuſtodio. : שמרתי Præt.Heb.pro præſ.

69 Cuſtodio אצור cuſtodiam. obſeruabo.

70 Delector : שעשעתי me oblectaui. Vel eſt præteritum pro præſenti, me oblector.

73 Et præpar.me ויכוננוני & cõcinnauerunt me. diſpoſuerunt.

74 Verbum tuum expe. : לדברך יחלתי in verbo tuo ſpem habeo. Alii, ad verbum tuum ſuſpicio.

75 Iuſtitia *ſunt* צדק .i. iuſta. Hebraiſmus. q.d. quòd iuſte me affligas. Mox ſeipſum exponit, repetẽdo eadem, quum dicit, in veritate afflixiſti me. i. merito & iure.

78 Sine cauſa שקר falſo. immeritò. Peruerterũt me. עותוני .i. peruertere me voluerũt à via recta. Alii exponunt, peruerſum me eſſe pronuntiauerunt. Meditabor : אשיח בפקודיך differam [loquar] de mandatis tuis.

79 Conuer.ad me ישובו לי Conuertentur ad me. i. deſerta impiorũ cohorte iungentur mihi.

80 Perfectũ תמים integrũ. ſyncerũ.

Caph.			כ Caph.
Defecit in ſalutare tuū anima mea, & in verbum tuum ſuperſperaui.	81	כ	'Defecit ad ſalutem tuam anima mea, 'verbum tuum expecto,
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando conſolaberis me?	82	כ	'Defecerunt oculi mei ad eloquium tuum, dicendo, Quando conſolaberis me?
Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.	83	כ	Quia fui ſicut vter in fumo: *attamen* ſtatutorum tuorum non ſum oblitus.
Quot ſunt dies ſerui tui quando facies de perſequentibus me iudiciū?	84	כ	'Quot ſunt dies ſerui tui, quando facies contra perſequentes me iudicium?
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.	85	כ	Foderunt mihi ſuperbi foueas: quod non eſt ſecundū Legē tuā.
Omnia mandata tua veritas: iniquè perſequuti ſunt me, adiuua me.	86	כ	Oīa mādata tua veritas: ſine cauſa perſequūtur me, adiuua me.
Paulominus conſummauerūt me in terra: ego autem nō dereliqui mādata tua.	87	כ	'Ferè conſumpſerūt me in terra: ego tamen non dereliqui præcepta tua.
Secundum miſericordiam tuam viuifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.	88	כ	Secundū miſericordiam tuam 'viuifica me, & cuſtodiam teſtimonium oris tui.
Lamed			ל Lamed.
In æternum Domine verbum tuū permanet in cælo.	89	ל	In ſeculum Iehoua verbum tuum permanet "in cælo.
In generatione & generationem veritas tua: fundaſti terram, & permanet.	90	ל	In generationem & generationem veritas tua: "fūdaſti terram, & perſtat.
Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.	91	ל	"Ad iudicia tua perſtant vſque ad hanc diem: quia omnia ſunt ſerui tui.
Niſi quòd Lex tua, meditatio mea eſt, tunc fortè periiſſem in humilitate mea.	92	ל	Niſi Lex tua delectationes meæ fuiſſent, tunc periiſſem in afflictione mea.
In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.	93	ל	In ſeculum non obliuiſcar præceptorum tuorum: quia in ipſis viuificaſti me.
Tuus ſum ego, ſaluū me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.	94	ל	Tuus ego ſum, ſerua me: quoniam præcepta tua 'quæſiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderēt me: teſtimonia tua ītellexi.	95	ל	Me expectauerūt īpii ad pdēdū me: teſtimonia tua "perpēdebā.
Omnis cōſummationis vidi finē: latum mandatum tuum nimis.	96	ל	"Omni perfectioni vidi finem: "latum præceptum tuum valde.
Mem			מ Mem.
Quomodo dilexi Legem tuā Domine tota die meditatio mea eſt.	97	מ	Quàm "diligo Legem tuam? omni die eſt 'meditatio mea.
Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.	98	מ	Præ inimicis meis ſapientem effeciſti me præceptis tuis: quia "in ſeculum ſunt mihi.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt.	99	מ	Præ omnibus docētibus me "intellexi: quia teſtimonia tua 'meditatio mea ſunt.
Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.	100	מ	Præ ſenibus intellexi, quia præcepta tua cuſtodio.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.	101	מ	Ab omni ſemita mala prohibui pedes meos, 'vt cuſtodiā verbū tuum.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.	102	מ	A iudiciis tuis non receſſi: quia tu 'docuiſti me.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.	103	מ	Quàm dulcia ſunt palato meo eloquia tua, præ melle ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.	104	מ	Ex præceptis tuis "intelligentiam mihi comparaui: propterea odi omnem ſemitam "mendacii.

---

81 Defecit ad ſal.t. כלתה לתשועתך .i.defeci præ deſiderio ſalutis, ſiue opis tuæ. Alii, Cōcupiuit opem tuā. Verbū t.exp. לדברך יחלתי: in verbum tuum ſperaui. Alii, ad verbū tuū ſuſpicio. Alii, dū verbū tuū expecto. 82 Defecerūt כלו dū ſcilicet perſeuerāter aſpiciūt an opem feras mihi. 84 Quot ſunt dies ſer.t. כמה ימי עבדך .i.quanto tēpore victurus eſt ſeruus tuus in hoc mūdo? ſub. paruo tēpore. q.d. quū paruo tempore ſim victurus, fac vt antequā moriar, videam improbos tibi dare pœnas. Quidā vna interrogatione legūt, vt & nos, Quot ſunt dies ſerui tui quādo facies iudiciū in perſequētes? .i. quot tandē ſuperſunt dies ſeruo tuo, quibus ab improbis iſtis diuexari eū oporteat?

87 Ferè conſum.me in ter. כמעט כלוני בארץ Propè perdiderunt me in terra. i. parum abeſt quin me in terrā deiectū prorſus perdiderint.

88 Viuifica me, חייני recrea me. 89 In cælo: בשמים in ipſis cælis. i. ipſis cælis teſtibus. q.d. quæ ſemel dixiſti, nō ſoles retractare: quod cæli teſtantur qui permanent, quia olim dixeris, Sint cæli. 90 Fundaſti כוננת firmaſti.

91 Ad iudicia tua למשפטיך .i.tuo verbo & imperio. Vel, Ad iudicia tua implenda parent tibi, vt ſerui heris ſuis obſequi ſolent.

94 Quæſiui. דרשתי: Præt.Heb. pro præſenti, vt quidam vertunt, quæro. 95 Perpend. אתבונן: Fut.Heb. intelligam. Alii, conſiderabo. Vel, teſtimoniorū tuorum intelligens reddar. Quidā vertunt in præſenti, perpendo. cōſidero. Alii totū verſum ſic reddunt, Quū improbi me obſeruarēt vt perderent, *dedi operam* vt oracula tua intelligerē. 96 Omni perfect. vi. fi. לכל תכלה ראיתי קץ Omnis perfectionis vidi finē. Alii, Omnis conſummationis vidi finē. Alii, cuiuſlibet cōſummatæ rei vidi finē. Alii, Video finē habere ōnia, etiā perfectiſſima.

Latū רחבה amplū. Alii, latiſſimè patet. i. nullū finē habere videtur. 97 Diligo אהבתי Præt.Heb. pro præſ. Medit.m.: שיחתי ſermo meus. i. de illa cōmētor. 98 In ſec.ſ.mihi: לעולם היא לי Ad verbum, in æternum meū eſt. nempe vnumquodque illorum. i. ſingula mea ſunt. illa enim ſemper in corde & ore habeo, & per ea ſubinde magis ac magis proficio.

99 Intellexi: השכלתי factus ſum prudentior. Alii, intelligētior. Alii, antecello intelligētia omnes, &c. Sic verſu ſequenti. Medit.m.ſ. שיחה לי: ſunt ſermo meus. i. de illis commentor. 101 Vt cuſtodiam למען אשמור Fut.Heb. pro præſ. quia cuſtodio. vel, obſeruo.

102 Docuiſti me.: הורתני Præt.Heb. pro præſ. doces me. Alii, legem [ſiue normam] præſcripſiſti mihi.

104 Intellig.mihi cōp. אתבונן Fut.Heb. pro præſenti, intelligentiā mihi cōparo. vel, intelligēs reddor. Mendacii. שקר: fallacitatis. i. fallacem.

נ Nun.

נ Lucerna pedi meo verbum tuum,& lumen ſemitæ meæ.
נ Iuraui,″& præſtabo, *nempe* cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
נ Afflixi me vehementiſſime Iehoua,″viuifica me ſecundum verbum tuum.
נ ″Voluntaria oris mei grata habe quæſo Iehoua, & iudicia tua doce me.
נ ″Anima mea in manu mea ſẽper:tamẽ Legis tuæ nõ ſũ oblitus.
נ Poſuerũt ĩpii laqueũ mihi : tamẽ à præceptis tuis nõ aberraui.
נ Hæreditate accepi teſtimonia tua in ſeculum:quia gaudiũ cordis mei ſunt.
נ Inclinaui cor meum ad faciẽdum ſtatuta tua in ſeculum″*& uſque in* æternum.

ס Samech.

ס ″Cogitationes odi,& Legem tuam dilexi.
ס Latibulum meum & ſcutũ meũ es tu,″verbum tuũ expecto.
ס Recedite à me maligni,& cuſtodiam præcepta Dei mei.
ס ″Confirma me ſecundum verbum,tuum & viuam:& ne pudore afficias me ab expectatione mea.
ס ″Suſtẽta me, & ſeruabor:″& delectabor in ſtatutis tuis ſemper.
ס Conculcaſti omnes errantes à ſtatutis tuis: quia mẽdacium eſt dolus eorum.
ס *vt* ſcorias ″ceſſare feciſti omnes impios terræ : ideo dilexi teſtimonia tua.
ס Horruit præ timore tui caro mea,& à iudiciis tui timui.

ע Ain.

ע Feci iudiciũ & iuſtitiã:ne derelinquas me″opprimentibus me.
ע ″Oblecta ſeruum tuum bono,& ne vim inferant mihi ſuperbi.
ע ″Oculi mei defecerũt ad ſalutẽ tuã,& ad eloquiũ iuſtitiæ tuæ.
ע Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam , & ſtatuta tua doce me.
ע Seru⁹ tu⁹ ego ſum,da mihi intelligẽtiã, & ſciã teſtimonia tua.
ע ″Tempus faciendi ô Iehoua:*nam* diſſipauerunt Legem tuam.
ע Ideo dilexi præcepta tua magis quàm aurum″& obrizum.
ע Propterea omnia″præcepta omnium *præceptorum Legis*″recta eſſe cẽſui:omnem ſemitam mendacii odi.

פ Pe.

פ ″Mirabilia teſtimonia tua,ideo cuſtodit ea anima mea.
פ ″Oſtium verborũ tuorũ illuminat,″intelligere facit ſimplices.

Nun

105 Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumen ſemitis meis.
106 Iuraui,& ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
107 Humiliatus ſum vſquequaque Domine:viuifica me ſecũdũ verbũ tuũ.
108 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine,& iudicia tua doce me.
109 Anima mea in manibus meis ſemper:& Legem tuam nõ ſum oblitus.
110 Poſuerũt peccatores laqueum mihi:& de mandatis tuis non erraui.
111 Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum : quia exultatio cordis mei ſunt.
112 Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.

Samech

113 Iniquos odio habui, & legem tuã dilexi.
114 Adiutor & ſuſceptor meus es tu:& in verbum tuum ſuperſperaui.
115 Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.
116 Suſcipe me ſecundum eloquiũ tuũ, & viuam:& non cõfundas me ab expectatione mea.
117 Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſẽper.
118 Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
119 Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ:ideò dilexi teſtimonia tua.
120 Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

Ain.

121 Feci iudicium & iuſtitiam:non tradas me calumniantibus me.
122 Suſcipe ſeruũ tuum in bonum : nõ calumnientur me ſuperbi.
123 Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum,& in eloquium iuſtitiæ tuæ.
124 Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam : & iuſtificationes tuas doce me.
125 Seruus tuus ſum ego:da mihi intellectum,vt ſciam teſtimonia tua.
126 Tempus faciendi Domine:diſſipauerunt Legem tuam.
127 Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion.
128 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui.

Pe.

129 Mirabilia teſtimonia tua:ideo ſcrutata eſt ea anima mea.
130 Declaratio ſermonum tuorum illuminat:& intellectũ dat paruulis.

---

106 Et præſtabo, ואקימה Præt.Heb.pro fut.ſtabiliam. 107 Viuif.&c. : חייני כדברך Id eſt fatigatas vires meas reſtitue ſicut pollicitus es. 108 Voluntaria נדבות Spontanea .ſub.ſacrificia.i.amplectere laudes quas tibi ſponte offero.

109 Anima m.in ma.m.ſ. נפשי בכפי תמיד Hebraiſmus,pro,in diſcrimine vitæ ſemper verſor.

112 *Et uſque in* æternum. עקב: *& uſque in* finem.ſub.vitæ meæ.i.quandiu viuam.

113 Cogitationes סעפים ſub.humanas,vel alienas à Lege tua.q.d.cõmenta humana odi. Alii,Eos qui mala cogitant,odi.Alii, Cogitãtes, ſub.praua. 114 Verb.t.expe. : לדברך יחלתי Præt.Heb.pro præſ.in verbum tuum ſpero.vel,in verbo tuo ſpem colloco.

116 Confirma me סמכני Corrobora me.Suſtenta me.ſuffulci me. 117 Suſtenta me סעדני Fulſi me.Robora me. Et delectabor in ſtat.t. : ואשעה בחוקיך תמיד & conſiderabo ſtatuta tua. Alii,& narrabo,vel exponam.

119 Ceſſare fec. השבת Præt.Heb.pro præſ.i.tollis,abiicis,& perdis.

121 Opprim.me. : לעשקי occupantibus me.i.bona mea. 122 Oblecta ſer.t.bono. ערוב עבדך לטוב Ad verbum,Dulce fac ſeruo tuo id quod eſt bonum. Alii,Redde aptum[vel idoneum]ſeruum tuum ad res bonas.Alii,Congruere fac[vel apta]ſeruum tuum bono.

123 Oculi mei defecerunt,&c. עיני כלו Eadem dixit ſuprà verſibus 81.82. 126 Temp.fa.ô Ieh. עת לעשות ליהוה Tempeſtiuum eſt ô Iehoua,vt facias.ſub.iudicium de improbis. Alii,Tempus agendi Iehouæ. Vel,Tempus *idoneum eſt* Domino vt agat.

127 Et obrizum ומפז: & gemmas. 128 Præcepta omnium פקודי כל Hebraicum dicendi genus ſimile illi Ezech. 44.d.30, Et primitiuum omnium primitiuorum omnium,& omnis oblatio ſpontanea omnium ex omnibus oblationibus ſpontaneis veſtris. Propterea hìc ſubauditur,præceptorum Legis.vel,rerum quæ præcipiuntur in Lege. Recta eſſe cenſui: ישרתי Ad verbum, direxi.i.recta eſſe prædicaui apud eos qui recta non eſſe dicebant,ſed iniuſta.

129 Mirabilia פלאות Occultationes.vel,occulta,aut arcana.i.reconditam quandam ſcientiam continent.

130 Oſtium פתח Apertio.Ingreſſus.q.d.prima illa rudimenta ſermonum tuorum illuminant mentes. Intelligere facit מבין פתיים intellectum dat ſimplicioribus,vel rudioribus.Alii,erudit paruulos.

Os meum aperui,&attraxi ſpiritũ: quia mandata tua deſyderabam.
Aſpice in me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.
Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.
Redime me à calumniis hominũ, & cuſtodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina ſuper ſeruũ tuũ: & doce me iuſtificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Sade

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.
Tabeſcere me fecit zel⁹ me⁹: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum vehemẽter: & ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego, & contẽptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.
Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
AEquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph

Clamaui in toto corde, exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requirã
Clamaui ad te, ſaluum me fac, & cuſtodiam mandata tua.
Præueni in maturitate, & clamaui: in verba tua ſuperſperaui.
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt perſequẽtes me iniquè: à Lege autẽ tua longè facti ſunt.
Propè es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.
Initio cognoui de teſtimoniis tuis quia in æternum fundaſti ea.

Res

Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legẽ tuã non ſum oblitus.
Iudica iudiciũ meũ, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
Longè à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierũt.
Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundũ iudicium tuum viuifica me.

131 פ Os meum aperui, & aſpiraui: quia præcepta tua ʹdeſideraui.
132 פ Aſpice ad me, & miſerere mei ʹſecundum conſuetudinem *tuam* erga diligentes nomen tuum.
133 פ Greſſus meos ″dirige in verbo tuo, & ne dominetur mihi vlla ″iniquitas.
134 פ Redime me ʹab oppreſſione hominũ, & cuſtodiã præcepta tua.
135 פ Faciẽ tuã fac lucere ſuper ſeruũ tuũ, & doce me ſtatuta tua.
136 פ Riui aquarum ″deſcenderũt ab oculis meis, propterea quòd nõ ″cuſtodiebant Legem tuam.

צ Sade.

137 צ Iuſtus es Iehoua, ″& rectum iudicium tuum.
138 צ Præcepiſti ″iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem valde.
139 צ ″Succidit me zelus meus: quia obliti erant verborum tuorum hoſtes mei.
140 צ ʹRepurgatus eſt ſermo tuus valde: & ſeruus tuus diligit illum.
141 צ Paruulus ſũ, & deſpectus, *tamen* præceptorũ tuorũ nõ ſũ oblitus.
142 צ Iuſtitia tua, iuſtitia in ſeculum, & Lex tua veritas.
143 צ Afflictio & anguſtia inuenerant me: *uerùm* præcepta tua delectationes meæ fuerunt.
144 צ Iuſtitia ſunt teſtimonia tua in ſeculum: da mihi intelligentiã, & viuam.

ק Coph.

145 ק Clamaui toto corde, exaudi me Iehoua, *&* ſtatuta tua cuſtodiã.
146 ק Clamaui ad te, ſerua me, & cuſtodiam teſtimonia tua.
147 ק ″Præuenio *alios* crepuſculo, & clamo: ″*quia* verbum tuũ expecto.
148 ק Præuenerunt oculi mei vigilias ″ad meditandũ in eloquio tuo.
149 ק Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam, Iehoua: ″ſecundum iudicium tuum viuifica me.
150 ק ʹAppropinquauerunt *ſceleri* ſequentes ſcelus: à Lege tua elongauerunt ſe.
151 ק Propè ades tu Iehoua, & omnia præcepta tua ſunt veritas.
152 ק ʹPridẽ noui de teſtimoniis tuis, ꝙ *ut durent* in ſeculũ, fũdaueris ea.

ר Res.

153 ר Vide afflictionẽ meã, & erue me: quia Legis tuæ nõ ſũ oblitus.
154 ר ″Litiga litigium meum, & redime me: ″propter eloquium tuũ viuifica me.
155 ר Longe abeſt ab impiis ſalus: quia ſtatuta tua non ″inquirunt.
156 ר Miſericordiæ tuæ multæ Iehoua, ″ſecundum iudicia tua viuifica me.

---

131 Deſi. יאבתי Præt.Heb. pro præſ. deſidero. cõcupiſco. q.d. tãto deſiderio Legũ tuarũ flagrat cor meũ, vt ſubinde cogar haurire aerẽ.
132 Sec.conſuet. כמשפט Ad verbum, ſecundum iudicium. i. pro more quo vteris erga dilig. Quidam vertunt, vt ſoles facere erga nominis tui amatores. 133 Dirige, הכן para. Iniquitas. און vanitas. 134 Ab oppreſ. מעשק à calumnia. ab iniuria.
136 Deſcen. ירדו Fut.Heb. pro præſ. vel præt. defluunt. Cuſtodiebant שמרו Præt.Heb. pro præſ.
137 Et rect. iud. t. וישר משפטיך Ad verbũ, & rectũ iudicia tua. i. ſingula tua iudicia. Singulare cum plurali eleganter iunctum. q.d. omnia tua mandata iuſta ſunt. 138 Iuſt.teſt.t. צדק עדותיך Hebraiſmus, pro, Tu admodum præcepiſti obſeruari Leges tuas quæ ſunt æquiſſimæ & veriſſimæ. 139 Succidit צמתתני Confecit me Cõſumpſit. Vel per præſens, Conſumit. q.d. Adeò grauis eſt ira qua ego afficior, quòd hoſtes, &c. vt illa penè me enecet. Vel, zelus, ſiue ſtudiũ meũ erga Legem tuam adeò auctũ eſt, vt ipſa vi zeli penè contabuerim.
140 Repurgatus eſt צרופה Exploratus eſt. tanquam ab igne. q.d. purgatiſſimus eſt.
147 Præu.al.crep.& cla. קדמתי בנשף ואשועה Præt.Heb. Præueni crepuſculo, & vociferatus ſum. Alii per præſens, Anteuertens in ipſo crepuſculo (ſub. alios omnes) vociferor. *Quia* ver.t.exp. לדבריך יחלתי in verbum tuum ſperaui. Vel, ſpem habeo in verbo tuo. i. promiſſis tuis. 148 Ad medit. לשיח ad loquendum. Alii, commentando. Alii, vt diſſeram.
149 Sec.iud.t.viu.me. כמשפטך חייני Hebraiſmus, pro, ſerua me in vita pro more tuo, & vt tuos ſeruare ſoles in vita.
150 Appropinq.&c. קרבו רודפי זמה i. qui ſceleris ſunt ſtudioſi, vt ſceleri appropinquant, ita ſunt longè à Lege tua, & tu viciſſim ab illis diſcedis. Quidã hũc verſum ſequẽti coniungũt per antitheſin, Qui ſceleri ſtudent, ſectantur ſcelus quã proximè: & à Lege tua procul abſunt, & tu viciſſim ab illis. Cõtrà, tu propinquus ades, ſub. ſtudioſis Legis tuæ. Alii vertunt, Propius *me* acceſſerunt ſectãtes ſcelus, *qui* lõgè diſceſſerũt à Lege tua. 152 Pridem noui, &c. קדם ידעתי וגו׳ Iam inde ab initio intellexi de teſtimoniis tuis quòd velis illa ſempiterna eſſe.
154 Litiga litig.m. ריבה ריבי Age cauſam meam. Defende. Aſſere. Propt.eloq.t. לאמרתך Ad verbũ, in verbo tuo. i. iuxta promiſſiones tuas conſerua me in vita. 155 Inquirunt דרשו Præt.Heb. pro præſentia. ſtatutorum tuorum non ſunt ſtudioſi.
156 Secund.iud.t. כמשפטך Vide ſuprà verſu 132, & 149, vbi ſunt eadem verba Hebraica.

ר ʹMulti ſunt perſequentes me, & hoſtes mei: à teſtimoniis *autem* 157
tuis non declinaui.

ר Vidiʹpræuaricantes,ʹ& tædio affectus ſum, quòd eloquium tuũ 158
non cuſtodirent.

ר Vide quòd præcepta tua diligo Iehoua: ſecundum miſericor- 159
diam tuam viuifica me.

ר ʹPrincipium verbi tui veritas:ʹ& in ſeculum omne iudicium iu- 160
ſtitiæ tuæ.

ש Sin.

ש Principes perſecuti ſunt me ſine cauſa:ʹ& à verbis tuis timuit 161
cor meum.

ש Gaudeo ſuper eloquio tuo, ſicut qui inuenit ſpolia multa. 162

ש Mendacium odi & abominatus ſum: Legem tuam dilexi. 163

ש ʹSepties in die laudo te ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. 164

ש Pax multa diligẽtibus Legem tuam, & non eſt eis offendiculũ. 165

ש ʹExpectaui ſalutem tuam Iehoua, & præcepta tua feci. 166

ש ʹCuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & diligo ea vehemẽter. 167

ש Cuſtodiui præcepta tua & teſtimonia tua: quiaʹ õnes viæ meæ 168
ſunt coram te.

ת Thau.

ת Appropinquet clamor meus coram te Iehoua, ſecundum ver- 169
bum tuum da mihi intelligentiam.

ת Veniat deprecatio mea corã te: ſecundũ eloquiũ tuũ erue me. 170

ת ʹEructabunt labia mea laudem quum docueris me ſtatuta tua. 171

ת Loquetur lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata 172
tua ſunt iuſtitia.

ת Sit manus tua ad auxiliãdũ mihi: quoniã præcepta tua delegi. 173

ת ʹDeſideraui ſalutẽ tuã Iehoua, & Lex tua delectatiões meæ ſũt. 174

ת ʹViuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. 175

ת Erraui ſicut ouis quæ perit: quære ſeruum tuum, quia manda- 176
torum tuorum non ſum oblitus.

Canticumʹgraduum. CXX. 1

AD Iehouam in anguſtia meaʹclamaui, & exaudiuit me.
Iehoua eripe animã meã à labio mẽdaci, à lingua doloſa. 2
ʹQuid dabit tibi, & quid apponet tibi lingua *tua* doloſa? 3
Eſt uelut ʹſagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum. 4
Hei mihi quòd *tandiu* peregrinerʹin Mewſech, habitẽ cum taber- 5
naculis Cedar:

Dauid orans Deũ, exauditur.

Queritur de fallacibus linguis aſſeclarũ Saulis.

Viuere cũ huiuſmodi hominib⁹, perinde exiſtimat, acſi apud Iſmaelitas exularet.

157 Multi qui perſequuntur me, & tribulant me, à teſtimoniis tuis non declinaui.

158 Vidi præuaricãtes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

159 Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.

160 Principium verborum tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Sin

161 Principes perſequuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

162 Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

163 Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: Legẽ autem tuam dilexi.

164 Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

165 Pax multa diligentibus Legẽ tuã: & non eſt illis ſcandalum.

166 Expectabam ſalutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.

167 Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer.

168 Seruaui mãdata tua & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Thau

169 Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum:

170 Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo: ſecundũ eloquiũ tuũ eripe me.

171 Eructabunt labia mea hymnum, quũ docueris me iuſtificationes tuas.

172 Pronuntiabit lingua mea eloquiũ tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

173 Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

174 Concupiui ſalutare tuum Domine: & Lex tua meditatio mea eſt.

175 Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

176 Erraui ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

Canticum graduum. CXIX.

1 AD Dominũ quũ tribularer clamaui, & exaudiuit me.

2 Domine libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua doloſa.

3 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?

4 Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.

5 Heu mihi q̃a incolatus me⁹ prolõgat⁹ eſt: habitaui cũ habitãtib⁹ Cedar: B

---

157 Multi ſunt רבים Robuſti ſunt. aut, Fortes. 158 Præuar. בוגדים perfidos. Et tædio aff. ſ. ואתקוטטה Et abhorrui. Doctus inter Hebræos, & contendi. ſiue litigaui. acſi dicat, plus cõtentionis cũ illis habui quòd tuũ eloquiũ non cuſtodiant, quàm ꝙ ſint mihi nocumẽto. 160 Princip. ver. t. ראש דברך Caput verbi tui. Vel, A principio verbum tuum. i. à ſeculo. q. d. ſemper fuit verbum tuum verum. Et in ſec. &c. ולעולם & in æternum, &c. i. à ſeculo. Quidam, vniuerſa Lex tua iuſta in æternum. ſub. erit.
161 Et à verbis tuis timuit ומדבריך פחד. i. attamẽ veritus ſũ trãſgredi iuſſa tua. Alii, à verbis tuis expauit. Legitur & מדברך à verbo tuo.
164 Septies, &c. ; שבע ביום הללתיך על משפטי צדקך Præt. Heb. i. Identidem, ac frequẽter laudaui te propter iudicia tua iuſta. Subſtantiuum in genitiuo ponere, pro adiectiuo, Hebræis eſt familiare, & etiam in nominatiuo, vt paulo pòſt, verſu 172, Omnia mandata tua ſunt iuſtitia.
166 Expectaui ſal. t. שברתי לישועתך Præt. Heb. pro præſ. Spero in ſalute tua. 167 Cuſtod. שמרה Præt. Heb. pro præſenti, vt quidam vertũt, Cũſtodit. 168 Omnes viæ, &c. ; כל דרכי נגדך Hebraiſmus, pro, quicquid ago in hac vita, eſt tibi notum.
171 Eructabunt תבענה Expriment. Effundent, Profundent. more ſcilicet fontis. i. copioſe te laudabunt. q. d. pleno ore canam laudes tuas.
174 Deſideraui תאבתי Præt. Heb. pro præſ. Cõcupiſco. 175 Viuet תחי viuat. Hebraiſmus, pro, Fac diuitius viuã, & laudes tuas canã.

IN PSALMVM CXX.

1 Graduum. המעלות Mayaloth. i. aſcenſionũ. q. d. pſalmus decãtatus poſt aſcẽſum, ſiue reditum ab exilio illo Babylonico. Alii, graduũ interpretãtur: dicúntque hũc pſalmũ & ſequẽtes, XIIII, à gradibus appellatos, quòd variis tonis & diſtinctis decãtati fuerint à vetuſtiſſimis illis Hebræis. Alii relinquunt Mayaloth, ſcribúntque hos pſalmos decantatos fuiſſe ad numeros cantionis cuius initium erat Mayaloth. Clamaui, קראתי Præterita Heb. quæ per præſens ſic quidam reddunt, Ad Iehouam quum in ſumma tribulatione ſum, clamare ſoleo, & annuit mihi. vel, exaudit me. Quidam Hebræorum ſcribunt ה in dictione בצרתה augendi vim habere, acſi diceret, in multitudine anguſtiæ, vel multiplici affiictione.
3 Quid dabit, &c. מה יתן Hebraiſmus, pro, Quem fructum capies ex ſermone fallaci? q. d. tu nocere potes, nihil tamen lucri ad te redit.
4 Sagittæ, &c. חצי גבו׳. i. velut ſagittæ emiſſæ à viro potenti validiſſimis lacertis: & vt carbones iuniperorũ vehementiſſimè perurentes, & diutiſſime. 5 Mewſech, משך Id eſt, inter Arabes, vel in Hetruria. q. d. inter barbaros mihi agere videor, non inter Iſraelitas. Alii vertunt, Peregrinor *in* exilio, ſiue *peregrinatione* protractionis. aut dilationis, vel durationis. i. diuturna. Mewſech enim protrahere ſignificat.

Cum his qui oderũt pacem, eram pacificus: quum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Canticum graduum. CXX.

1. Par.20.c.17

LEuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram.

Nõ det in commotionem pedem tuũ, neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexterã tuam.

Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.

Domin⁹ cuſtodiet te ab omni malo: cuſtodiat animã tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuũ & exitum tuum, ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.

Canticum graduum. CXXI.

LAEtat⁹ ſũ in his quæ dicta ſũt mihi, In domum Domini ibimus.

Stanteserant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalem,

Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſũ.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederũt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te:

Fiat pax in virtute tua, & abundãtia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te:

Propter domum Domini Dei noſtri quæſiui bona tibi.

Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.

Ecce, ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum,

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominũ Deũ noſtrũ, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione,

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

---

6 *Quòd* tandiu″habitet anima mea cum odio habente pacem.

7 ″Ego *uir* pacis: & quum loquor, ipſi *commouentur* ad bellum.

1 Canticum″graduum. CXXI.

LEuo oculos meos″ad montes, vnde veniat auxilium meum.

2 Auxilium meum à Iehoua qui fecit cælum & terram.

3 Non dabit″in commotionem pedem tuum, neque dormitabit ″qui cuſtodit te.

4 Ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iשſraאel.

5 Iehoua cuſtodit te, Iehoua vmbra tua″*ſtans* ſuper manum dexteram tuam.

6 Per diem ſol non percutiet te, neque luna in nocte.

7 Iehoua cuſtodiet te ab omni malo, cuſtodiet animam tuam.

Iehoua″cuſtodiet exitum tuum & introitum tuum, ex hoc tẽpore & vſque in ſeculum.

1 Canticum graduum ipſius Dauidis. CXXII.

LAEtatus ſum″cum dicẽtibus mihi, In domũ Iehouæ ibimus.

2 ″Stantes fuerunt pedes noſtri in portis tuis ô Ieruשſaláim.

3 Ieruשſaláim″ quæ ædificatur vt ciuitas quæ coniuncta eſt ſibi pariter:

4 Quia illuc aſcenderunt tribus, tribus Iah, ″*quod eſt* teſtimonium Iשſraאeli, ad celebrandum nomen Iehouæ.

5 Quia illic″collocatæ ſunt ſedes ad iudiciũ, ſedes domus Dauid.

6 ″Poſtulate pacem Ieruשſaláim: ″proſpere agant diligentes te.

7 Sit pax″in antemurali tuo: proſperitas in palatiis tuis.

8 Propter fratres meos & proximos meos″loquar nũc pacẽ de te:

9 Propter domum Iehouæ Dei noſtri quæram bonum tibi.

1 Canticum graduum. CXXIII.

AD te″leuo oculos meos, qui habitas in cælis.

2 Ecce, ſicut oculi ſeruorum *intenti ſunt*″ad manum dominorum ſuorum: ſicut oculi ancillæ ad manũ dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Iehouam Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

3 Miſerere noſtri Iehoua, miſerere noſtri: quia multum ſaturati ſumus″deſpectione.

4 ″Multum ſaturata eſt anima noſtra ſubſannatione, *ſubſannatione inquam* opulentorum, ″deſpectione ſuperborum.

In ſummo pacis ſtudio eius, maxima illorum bellandi cupiditas.

Dauid ad bellũ proficiſcẽs, leuat oculos ad cælos pro auxilio, de quo certus erat.

Hæc ſunt verba ſacerdotũ ac populi de auxilio Domini regem confirmantis.

Studium populi Dei, aſcendendi Ieroſolymam cum cœtu fidelium ad laudandũ Deũ: de quo dictum in Pſalmis 42 & 84: per quã intelligitur Eccleſia Chriſti. Laudat Ieroſolymã propter concordiã ciuiũ: cõſtitut: vt conuenientes in eam, Deũ laudarent.

Preces pro ipſa Ieruſalem, Eccleſia Chriſti.

Fideles cõtẽpti à diuitib⁹ ſuperbis, & irriſoribus ſine intermiſſione opẽ à Deo flagitant.

---

6 Habitet שכנה־לה peregrinetur ſibi. redũdat SIBI. 7 Ego *uir* pa.&c. : אני־שלום וכי אדבר המה למלחמה Ad verbum, Ego pax: & quum loquebar, ipſi ad bellum.

IN PSALMVM CXXI.

1 Graduum. למעלות Vide Pſal.120. Leuo אשא Fut.Heb. pro præt. vel præſ. Ad montes, אל־ההרים ſuper montes. ſub. conſtitutus. Exprimit geſtum expectantis auxilium. q.d. Super montes conſtitutus, circunſpicio num alicunde, &c.

3 In cõm. למוט ad lapſum. vt labatur pes tuus. vel nutet. Qui cuſt. te. : שומרך Ad verbum, cuſtos tuus. vt & ſequenti verſu, cuſtos Iſraelis. 5 *Stans* ſuper ma.&c. : על־יד־ימינך *adſtans* tibi ad dexteram manum. 8 Cuſtodiet, &c. ישמור וגו׳ Hebraiſmus, faciet Dominus vt omnia tua negotia fœliciter cedant.

IN PSALMVM CXXII.

1 Cum dicen.m. באומרים לי propter dicentes mihi. q.d. Lætor inter eos qui dicere mihi ſolent, & hortari vt ab ædibus meis regiis, ad Tabernaculum fœderis me conferam, precationis, & gratiarum actionis cauſa.

2 Stantes fu. עומדות היו Præt.Heb. Quidam vertunt, Stantes ſint. q.d. conferamus nos ad Eccleſiam ſanctam, & illic permaneamus, vel perſiſtemus. Alii præteritum vertunt in futurum, Stantes erunt. acſi dicat, Lætor inquam inter eos qui dicunt, Stabunt pedes. per futurũ enim omnia verti poſſunt, vt referantur ad Ieruſalem typum Eccleſiæ.

3 Quæ ædific.&c. : הבנויה כעיר שחוברה־לה יחדו quæ ædificata eſt, *&* velut ciuitas quæ adunata ſibi eſt ſimul. Mutatio perſonæ: acſi dicat, ſtabimus inquã in portis tuis, ô Ieruſalem, cuius ædificatio eſt abſolutiſſima, & quæ es velut vrbs cuius ciues vnanimiter viuunt. Referri poteſt ad ædificia. q.d. cuius ædificia pulchro ordine ſunt coniuncta.

4 *Quod eſt* teſt. Iשſr. עדות לישראל Hebraicè tantùm legitur, Teſtimonium Iſraeli. ſub. quòd ſint populus Dei. Vel ſequentibus iungitur, Teſtimonium Iſraeli vt celebrent nomen Iehouæ. id eſt quod teſtatur Iſraelem debere laudare Iehouam. Alii, *Quia* præceptum eſt Iſraeli vt celebret nomẽ Iehouæ. Alii ſubaudiũt præpoſitionẽ, hoc pacto, Ex teſtimonio Iſraelis, ad celeb. 5 Collocatæ ſunt ישבו Ad verbum, ſederunt. vel, ſedent. i. vbi ſolia regalia Dauidis conſtituta ſunt, in quibus omnia ex ſumma æquitate inſtituuntur, & iudicantur.

6 Poſtul. pacẽ שאלו שלום Rogate pro pace. Optate pacem. Proſp.ag.&c. : ישליו אהביך Mutatio perſonæ. Fœliciter agant. Alii, Benè ſit iis qui, &c. 7 In antem. tuo. בחילך Vox Hebræa ſignificat foueã qua cingũtur vrbes. Quidã Hebræorũ exponunt, in exercitu tuo. Alii, in populo tuo. Alii, munitione tua. 8 Loquar, &c. : אדברה־נא שלום בך Hebraiſmus, pro, optabo tibi omnia proſpera.

IN PSALMVM CXXIII.

1 Leuo נשאתי Præt.Heb. pro præſ. leuo, eleuo, attollo. 2 Ad manum אל־יד .i. ad opẽ. q.d. vt ſerui expectant opem ab heris ſuis. 3 Deſpectione. : בוז contemptu. ignominia. 4 Mul.ſatur.eſt רבת שבעה־לה Plurimum [vel, Admodum] ſatiata eſt ſibi. Redundat iſtud SIBI, vt & Pſal.120.b.6. Alii, Multo iam tempore ſatiata eſt. Alii, Magna *ſaturitate* ſatiata eſt Deſpect. הבוז contemptu. vt præcedenti verſu, contemptu eorum qui ſuperbe dicunt nos eſſe à te derelictos.

Iſraelitæ cõmemorant ac prædicant omnibus ſe liberatos eſſe à vio ẽtia Ammonitarum inimicorum ſuorũ ſola Domini ope, oſtendentes illorũ crudelitatem.

Canticum graduum ipſius Dauidis. CXXIIII. 1
N″Iſi quòd Iehoua fuit nobiſcum, dicat nunc Iשſraאel:
Niſi quòd Iehoua fuit nobiſcum, quum inſurgerent ad- 2
uerſum nos homines,
Tũc viuos deglutiſſent nos: ′quũ iraſceretur furor eorũ in nos, 3
Tũc aquæ″inũdaſſẽt nos, torrẽs pertrãſiſſet ſuper animã noſtrã: 4
Tunc *inquam*″ tranſiſſet ſuper animã noſtram″ aqua illa ſuperba. 5
″Benedictus Iehoua, qui non dedit nos prædam dẽtibus eorũ. 6
Anima noſtra ſicut auis euaſit de laqueo aucupum: laqueus 7
contritus eſt, & nos euaſimus.
Adiutorium noſtrũ in nomine Iehouæ, qui fecit cælũ & terrã. 8

Canticum graduum. CXXIII.
NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis,
Cum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos:
Cũ iraſceretur furor eorũ in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertrãſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorũ.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium:
Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.
Adiutorium noſtrũ in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

Fideles Deo fidentes cuſtodiuntur ab eo ne ſe dedant iniquitati, ſicut Ieruſalẽ cuſtoditur à mõtibus eam cingẽtibus.

Canticum graduum. CXXV. 1
QVi confidunt in Iehoua *ſunt* vt mons צSiion″ *qui* non cõmouetur, *ſed* in ſeculum permanet.
Ieruשſaláim, montes in circuitu eius: & Iehoua in cir- 2
cuitu populi ſui, ex hoc tempore & vſque in ſeculum:
Quia non ″requieſcet″ virga impietatis ſuper ſortem iuſtorum: 3
′ne mittant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Oratio pro bonis ac rectis corde.

Benefac Iehoua bonis, & rectis in cordibus ſuis. 4

Hypocritis exitiũ, pax fidelib⁹.

″Declinãtes autem *in* peruerſitates ſuas ″ambulare faciet Ieho- 5
ua cum operantibus iniquitatem: pax *erit* ſuper Iשſraאel.

Canticum graduum. CXXIIII.
QVi confidunt in Domino, ſicut mons Siõ, nõ cõmouebitur in æternũ q̃ habitat in Ieruſalẽ.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nũc & vſque in ſeculum.
Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.
Benefac Dñe bonis & rectis corde.
Declinantes autem in obliquationes adducet Dominus cum operãtibus iniquitatem: pax ſuper Iſrael.

Lætitia, ac voluptas populi à captiuitate Babylonis redeuntis cũ ſumma cæterorum populorũ admiratione.

Canticum graduum. CXXVI. 1
Q′Vando redire fecit Iehoua captiuitatem צSiion, fuimus veluti ſomniantes:
Tunc repletum fuit riſu os noſtrũ, & lingua noſtra″ lau- 2
de: tũc dixerunt inter Gẽtes, ″Res maximas Iehoua egit cum iſtis.
Res maximas Iehoua fecit nobiſcum, *unde* fuimus lætantes. 3

Orant vt plene liberẽtur ab inimicis.

Redire fac Iehoua captiuitatẽ noſtrã″ ſicut torrẽtes in Auſtro, 4

Similitudine ſeminantis promittit ſummam lætitiam & pacẽ populo cum maxima afflictione

″Qui ſeminauerunt cum lachrymis, cum exultatione metent. 5
″Eundo ibit, & flendo, qui portat″ pretioſum ſemen: *&* veniẽdo 6
veniet cum exultatione, reportans manipulos ſuos.

Canticum graduum. CXXV.
IN conuertẽdo Dñs captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati:
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.
Magnificauit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatẽ noſtram, ſicut torrens in Auſtro.
Qui ſeminãt in lachrymis, in exultatione metent.
Eũtes ibãt & flebãt, portãtes ſemina ſua.
Venientes autem venient cũ exultatione, portantes manipulos ſuos.

IN PSALMVM CXXIIII.

1 Niſi, &c. לולי יהוה שהיה לנו Ad verbum, Niſi *fuiſſet* Iehoua qui fuit nobis. i. pro nobis, & à parte noſtra ſterit.
3 Quum iraſc. fu. e. in nos, בחרות אפם בנו Infinitiuum, in excandeſcere eos. vel, in excandeſcendo eis. Quidam volunt eſſe nomen, vertentes, in inflammationibus iræ ſuæ. Vel, in excandeſcentiis, &c. i. dum exardebat, vel exardeſceret, ſiue excandeſceret, aut incenderetur.
4 Inundaſſ. שטפונו . i. inundatione facta, rapuiſſent nos, ſiue obruiſſent, aut inuoluiſſent nos.
5 Tranſiſſet, &c. עבר על־נפשנו המים הזידונים׃ Ad verbum, tranſiſſet ſuper animam noſtram aquæ ſuperbæ. Hîc verbũ ſingulare nomini plurali iungitur more Hebræorum, pro, tranſiſſent aquæ. Aquas ſuperbas vocat magno impetu fluentes, vel tumidas, ac ſubitò inundantes. Per ſubitas autem inundationes & violenta flumina, hoſtilis impetus ſignificatur ab Hebræis. q. d. tunc inimicorum noſtrorum hominum petulantium, ac inopinantes opprimentium ſæuitia intolerabilis nos totos vaſtaſſet. 6 Benedictus ברוך Laudetur.

IN PSALMVM CXXV.

1 *Qui* non comm. &c. לא־ימוט לעולם ישב׃ Fut. Heb. non nutabit, ſub. mons Sion. q. d. qui confidunt in Domino, non nutabunt, ſicut nunquam nutabit mons Sion, qui in ſeculum perſtat. Quidam referunt ad quemcunque confidentem, vertentes, Non nutabit, *ſed* in æternum ſedebit. Vel, non mouebitur, *nam* in æternum permanebit, ſiue ſtabit.
2 Ieruשſ. mon. in cir. c. ירושלים הרים סביב לה Antecedens cum ſuo relatiuo, pro, montes in circuitu Ieruſalem. Hebraiſmus. q. d. vt Ieruſalem optimè munita eſt, & cincta montibus, ita Iehoua munit & tuetur populum ſuum. 3 Requieſcet ינוח Ita Hebraicè. Quidam, permanebit. Virga שבט Pro ſceptro vſurpant Hebræi. q. d. nullus tyrannus diu iuſtis imperabit. Ne mittant, &c. למען לא־ישלחו וגו׳ vt non extendant, &c. i. ne admoueant manus iniquitati. Hebraiſmus, pro, ne fiant iniqui, néve ſectentur tyrannorum iniquitates.
5 Declin. a. in peru. ſ. והמטים עקלקלותם Chald. paraph. Et declinãtes poſt prauitates ſuas. Alii, declinare facientes [vel, peruertentes] prauitatibus ſuis. Alii, peruertentes *uias ſuas* prauitatibus ſuis. Aut, Peruertentes *uias ſuas ut ambulent in* prauitatibus ſuis. Alii, Et declinãtes *a uia recta, & ambulantes in uiis* peruerſitatum ſuarũ. i. peruerſis quas elegerunt. Ambul. fac. יוליכם Ad verbum, ambulare faciet eos. Redundat pronomen EOS more Hebræorum. Quidam vertunt, ducet. vel, deducet. Alii, abducet. ſiue abducat.

IN PSALMVM CXXVI.

1 Quando red. f. בשוב יהוה את־שיבת Quum reduceret Iehoua, &c. i. Quũ reuocaret Dominus in patriam nos qui è Iudæa abducti fueramus captiui in Babylonem, videbamur ſomniare præ lætitia. Quidam vertunt verba huius pſalmi per futurum. Docti inter Hebræos vertunt, Quum reduxit Iehoua reuerſionem Sion. i. illos qui reuerſi ſunt in Sion.
2 Laude: רנה iubilatione. ouatione. Res max. Ieh. egit. הגדיל יהוה לעשות Ad verbum, magnificauit Iehoua facere, vel ad faciendũ. pro, magnificè egit. 4 Sicut torr. כאפיקים Aliquid ſubaudiendum, cuiuſmodi, & erit id nobis tam gratum, quàm torrentes in Auſtro, plaga ſcilicet Meridionali quæ eſt ſicca. Alii, vt torrentes Auſtro. ſub. ſiccos reducis.
5 Qui ſemin. הזורעים Qui ſeminant. Similitudo eſt ab iis qui quòd annona ſit cara, cum mœrore animi ſeminant.
6 Eundo, &c. הלוך ילך ובכה Fut. Heb. pro præſ. Hebraiſmus, Ire ſolet flẽdo. Idem dicit quod præcedenti verſu, ſed aliis verbis. Pret. ſemen: משך הזרע Quidam Hebræorum vertunt, vas ſeminis, ſiue caniſtrum in quo eſt ſemen. Alii, pretioſum ſemen: & exponunt, Vt qui fert ſementem magno pretio emptã ob caritatem annonæ, it ſeminarũ triſtis: verùm poſtea reuertetur à metendo lætus, quòd afferat plures manipulos quàm ſperaſſet. q. d. Piorum non erit perpetua triſtitia: ſimiles ſunt agricolis, quibus ſementis ſi fuerit triſtis, meſſis erit ſuauiſſima.

Cãticũ graduũ Salomonis.CXXVI.

NIſi Domin⁹ ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris.

Quum dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce, hæreditas Domini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filii excuſſorum.

Beatus vir qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis: non confundetur quũ loquetur inimicis ſuis in porta.

Canticum graduũ. CXXVII.

BEati omnes qui timent Dominũ, qui ambulant in viis eius.

Labores manuũ tuarum quia mãducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundãs in lateribus domus tuæ.

Filii tuæ ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorũ, pacem ſuper Iſrael.

Canticũ graduum. CXXVIII.

SAEpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea, dicat nunc Iſrael,

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim nõ potuerũt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam:

Dominus iuſtus concîdit ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderũt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit:

De quo non impleuit manum ſuã qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper vos, benediximus vobis in nomine Domini.

1 Canticum graduum″ipſi שSelomóh. CXXVII.

SI Iehoua nõ ædificet domum, fruſtra laborant ædificãtes eã:
ſi Iehoua non cuſtodiat ciuitatem, fruſtra vigilat cuſtos.
2 ″Fruſtra vobis *eſt* ″maturantibus ſurgere, ″tardantibus ſedere, edentibus panem ″dolorum: ſic dabit dilecto ſuo ſomnum.
3 Ecce hæreditas Iehouæ, filii: ″merces, fructus ventris.
4 Vt ſagittæ in manu potentis: ita filii ″iuuentutum.
5 Beatus vir qui impleuit ″pharetram ſuam ipſis: non afficientur pudore quum loquuti fuerint cum inimicis ″in porta.

1 Canticum graduum. CXXVIII.

BEatus omnis qui timet Iehouam, qui ambulat in viis eius:
2 Laborem manuum tuarum″quia comedes: beatus eris, & bonum tibi erit.
3 Vxor tua *erit* ſicut vitis fructificans in lateribus domus tuæ: & filii tui ſicut″plantationes olearum in circuitu menſæ tuæ.
4 ″Ecce certe ſic benedicetur vir qui timet Iehouam.
5 ″Benedicet tibi Iehoua ex צSiión, ″& videbis bonũ Ieruשſaláim omnibus diebus vitæ tuæ:
6 Et videbis filios filiorum tuorum, & pacem ſuper Iשſraאel.

Canticum graduum. CXXIX.

1 MVltum″anguſtiis affecerunt me ab adoleſcentia mea, dicat nunc Iשſraאel:
2 Multum *inquam* anguſtiis affecerunt me ab adoleſcentia mea: verùm non præualuerunt mihi.
3 Supra dorſum meum arauerunt arantes, ″prolongauerunt ſulcum ſuum.
4 Iehoua *autem* iuſtus præcîdit funes impiorum.
5 ″Pudore afficientur, & conuertẽtur retrorſum omnes qui odio habent צSiion.
6 ″Erunt vt herba tectorum, quæ antequam″egrediatur, ″aruit:
7 Qua non″impleuit manum ſuam qui metit, ″nec brachium ſuũ qui congregat manipulos:
8 Neque ″dicent trãſeuntes, Benedictio Iehouæ ſuper vos, ″benedicimus vobis in nomine Iehouæ.

Omnẽ humanĩ diligentiã & ſolicitudinẽ nihil prodeſſe, niſi Deus prouideat.

Familiã, & vict⁹ à Deo quaſi dormiẽtibus ſuppeditantur.

Liberi dantur à Deo, vt ſubleuẽt parentem, etiam quũ vexatus in iudicio fuerit.

Deſcribit fœlicitatem coniugũ Deum timentiũ atque in eius viis ac mandatis ãbulantium.

Populus fidelis glorIatur ſe ſuperaſſe omnes conatus inimicorũ ſuorum auxilio ſolius Dei.

Impiorũ interitus, qui ſicut herba in tectis enaſcens, ſubito peribunt.

IN PSALMVM CXXVII.

1 Ipſi שSelomóh. לשלמה ipſius Selomóh. vel, pro Selomóh. i. in gratiam Selomonis.

2 Fruſtra, &c. שוא לכם וגו' Quidã ſubaudiũt ו, & vertunt, *ut* fruſtra vobis *eſt* mane ſurgentibus ſurgere: & differẽtibus ſeſſionẽ ſedere, comedentibus panem dolorum: ſic dabit, &c. Comparatio facta per contraria. q. d. vt fruſtra laboratis qui bene mane ſurgitis, & ſerò admodum vos ſomno datis, & comeditis panem partum cum maxima animi anxietate, quia nunquam eritis voti compotes: ſic Iehoua dabit dilecto ſuo ſomnum. i. omnimodam trãquillitatem. Vel potius, dabit in ſomno dilectis ſuis. Aut, per ſomnum. i. citra laborem. perinde acſi dicat, Vt fruſtra laboratis: ſic citra laborem dilecti à Deo aſſequentur quæ vos ſummo labore aſſequi non poteſtis. Maturãtibus ſur. משכימי קום quòd maturatis mane ſurgendo. Tard. ſed. מאחרי־שבת moram faciatis ſedendo. Alii, quòd tardatis ſedere. vacantes ſcilicet tota die operibus vſque ad veſperam, ſero ſedetis vt quieſcatis. Dolorũ: העצבים moleſtiarum. i. plenũ ærumnarũ, & maximis moleſtiis partum.

3 Merces, fr. ven.: שכר פרי הבטן Repetitio: idem bis dicit. q. d. quod à Deo tanquam iure hæreditario accipimus, ſunt liberi: & donum quo afficit pios Iehoua, quódque ab eius liberalitate proficiſcitur, eſt ſoboles. Fructum ventris vocat liberos.

4 Iuuent.: הנעורים. i. qui naſcuntur in iuuentute hominis. q. d. vt ſagittæ auxilio ſunt forti, ſic illi erunt patri ſeni vt eum iuuent.

5 Pharet. ſ. אשפתו Annotant Hebræi pharetram pro domo poni. In porta.: בשער porta pro ſenatu & tribunali: quòd in portis vrbium collocaretur. i. defendent patrem ſuum acerrimè, ſi in ius vocetur.

IN PSALMVM CXXVIII.

2 Quia comedes כי תאכל Mutatio perſonæ à tertia ad ſecundam: pro, nam veſcitur. Iſtud quia, ſiue nam, ſecundo loco poſitum, debuit primo loco poni, Nam laborem manuum tuarum comedet.

4 Ecce certè ſic הנה כי־כן Ecce quia ſic. Alii, Ecce nam ſic. Alii, vtique res ita habet quòd ſic, &c.

5 Benedicet tibi יברכך Benedicat tibi. Fœlicem te reddat. Et vid. bo. Ier. וראה בטוב ירושלם & vide in bono Ieruſaláim. Vel bonũ, pro bona. i. & fruaris fœlicitate Ieruſalem qua hodie eam florere vides. Quidam, imperatiuum pro futuro eſſe volunt. Et oblectaberis videndo bona Ieruſalem. Alii, Et videas commoda Ieruſalem.

IN PSALMVM CXXIX.

1 Anguſt. aff. צררוני infeſtarunt. coartarunt me. vel, aduerſati ſunt mihi. 3 Prolong. ſul. ſ.: האריכו למעניתם Sing. pro plur. produxerunt ſulcos ſuos. i. longos fecerunt ſulcos. Metaphora ab arantibus: qua ſignificat nullam datam illi fuiſſe requiem ab aduerſariis, quin ſemper afflixerint. Aratores vocat hoſtes. Præcidit קצץ Præteritum Hebr. pro futuro. Funes vocat conſilia & artes nocendi. q. d. amouebit iugum eorum à nobis. 5 Pudore affic. יבשו Confundantur. Pudefiant.

6 Erunt יהיו Sint. Egrediatur שלף educta ſit. erumpat. Quidam, euellatur. Aruit.: יבש Fut. Heb. pro præt. vel præſ. areſcit.

7 Impleuit. מלא Præt. Heb. pro præſ. implet. i. quæ ad meſſem non peruenit, vt metendo impleret manum meſſoris. Nec brach. ſ. וחצנו & ſinũ ſuũ. Alii, & oram veſtimenti ſui. 8 Dicent אמרו Præt. pro fut. vel præſ. dicunt. Bened. ברכנו Præt. Heb. pro præſ.

130·131·132·133· 134·135·

Canticum graduum. CXXX.

Iſrael captiuus in Babylone, in profūdo ſuæ calamitatis orat Deum.

1 DE profundis ″clamo *ad* te ô Iehoua,

2 Iehoua audi vocem meam: ſint aures tuæ intentæ ad vocē deprecationis meæ.

Nullus iuſtus coram Deo.

3 Si iniquitates obſeruaueris ô Iah, Domine quis ″ſtabit?

Propitiatio apud Deum.

4 ″Quia tecum eſt venia, vt timeàris.

Declarat ſūmū ſtudium orandi Deum.

5 ″Expectaui Iehouam: ″expectauit anima mea, ″& in verbo eius ſperaui.

6 Anima mea *expectat* Dominū ″magis quàm cuſtodes ipſum mane, *magis inquam* quàm cuſtodes ipſum mane.

Exhortatio ad expectandā liberationē calamitatibus propter peccata immiſſis.

7 ″Expectet Iwſraɤel Iehouā: quia cum Iehoua eſt miſericordia, ″& multa apud eum redemptio.

8 Et ipſe redimet Iwſraɤel ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum ipſius Dauid. CXXXI.

Dauid expulſus oſtendit ſe perpetuo in humilitate ambulaſſe, neque vnquam regnum Saulis affectaſſe,

1 IEhoua, non ″eſt exaltatum cor meum, ″neq; exaltati ſunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, ″neq; in mirabilibus ſupra me.

2 ″Si non poſui, & ſilere feci animam meam, ſicut ablactatus *ſilere ſolet* apud matrem ſuam, *hæc faciat mihi Deus*: ″ſicut ablactatus, eſt apud me anima mea.

Exhortatio ad liberationem ſēper ſperandam à Deo

3 ″Expecta Iwſraɤel Iehouam ex hoc tempore & vſque in ſeculū.

Canticum graduum. CXXXII.

Precatio Dauid vt Deus inſtitutum ſuum de ædificādo templo perficiat. ſimul canit ſibi indicatum fuiſſe, Sion ſedē fore domus Dei, id eſt Eccleſiæ & regni æterni Chriſti.

1 MEmento Iehoua ″Dauid, cum omni afflictione eius:

2 Qui iurauit ″Iehouæ, vouit ″potenti ipſius Iaɤacób,

3 Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero ſuper lectum ſtrati mei,

4 Si dedero ſomnum oculis meis, palpebris meis dormitationē:

5 Donec inuenero locū ″Iehouæ, ″māſiones forti ipſius Iaɤacob.

6 Ecce, ″audiuimus eam in Ephrathah: inuenimus eam in campis ſyluæ.

7 ″Introibimus in manſiones eius, incuruabimus nos ſcabello pedum eius.

8 Surge Iehoua *ut ueniat* ad requiē tuā, tu & arca fortitudinis tuæ.

Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te ꝓpitiatio eſt: & propter Legē tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eiꝰ: ſperauit anima mea in Domino

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino:

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum CXXX.

DOmine non eſt exaltatum cor meū, neq; elati ſunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam:

Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.

Speret Iſrael in Domino, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Canticum graduum. CXXXI.

MEmēto Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius,

Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:

Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectū ſtrati mei,

Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

B

Ecce audiuimus eā in Ephratha: inuenimus eam in campis ſyluæ.

Introibimus in tabernacula eius: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.

‖Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. 2.Para.6.g.41

IN PSALMVM CXXX.

1 De prof. ממעמקים E profunditatibus.ſub.aquarum.i.rerum aduerſarum. Clamo *ad te* קראתיך Præt.pro præſ.inuoco te.

3 Stabit? : יעמוד ſubſiſtet? cōſiſtet?ſub.in conſpectu tuo. 4 Quia tec.eſt.&c. : כי־עמך הסליחה למען תורא Verùm apud te eſt clemētia:vt timearis. Alii,Certè apud te eſt clemētia,*qua uteris* vt colaris.ſub.alioqui homines te nō timerent,ſiue colerent.aut, *Profectò aliqui ante te conſiſtent*: nam penes te eſt clementia. 5 Expect.Ieh. קויתי יהוה Præt.Heb. pro præſ.Expecto Iehouam. Alii,Expectaui[ſub. opem tuam] ô Iehoua. Expect.an.m. קותה נפשי Hebraiſmus,quo ſignificat ſe ex animo expectaſſe,non ſimulatè,neque fictè. Et in ver.e.ſpe. : ולדברו הוחלתי Præt.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt,Et verbum eius expecto. Vel,in verbo eius ſpem habeo.

6 Magis quàm,&c. : משומרים לבקר שומרים לבקר ardētius quàm excubitores tempus matutinum,*expecto inquam ardētius,quam* illi vigiles diē.quo ſcilicet illis dormire liceat:noctu enim illis dormire nō licet. Vel, cū his [ſiue inter eos] qui obſeruant quando dies fuerit, vt mane ſurgant ad orandū:ardentius inquam quàm,&c. Alii,Ante cuſtodes matutinos, ante cuſtodes(inquā)matutinos. Ad verbū legitur Hebraicè, à cuſtodientibus[ſiue obſeruantibus]mane,obſeruantibus mane. Vtitur repetitione,vt feruorem explicet.

7 Expe.Iwſ.Ieh. יחל ישראל אל־יהוה Speret Iſrael in Iehoua. Et multa,&c. : והרבה עמו פדות Hebraiſmus,pro,frequenter & abundè nos liberare ſolet ab aduerſis.

IN PSALMVM CXXXI.

1 Eſt exalt. גבה ſuperbiuit. Exalt.ſ.oc.m. רמו עיני Hoc dicit quòd faſtus appareat in oculis hominis. Neq; in mir.&c. ובנפלאות ממני : neque in occultis à me.Hebraiſmus,acſi dicat,neque arduas res aggreſſus ſum,nec tentaui aliquid quod eſſet ſupra vires meas:vel nec aggreſſus ſum intelligere occultiora & obſcuriora,quàm vt à me intelligi poſſent. 2 Si non poſui,&c. אם־לא שויתי ודוממתי Hebraicū dicendi genus. Confirmat autem ſuperiora iureiurando.q.d.fruſtrer ſpe mea,ſiue, Nunquam Deus mihi adſit,ſi nō coercuerim,ſiue compeſcuerim,quietúmve reddiderim animū meū,tanquā nuper ablactatū puerū:omnia expectans à Deo,vt ille à matre ſua,quū ex ſe nihil poſſit. Quidam ſecundū verbū,tanquā eſſet à radice דמה,quod ſimilem eſſe ſignificat,& etiā ſilere,vertunt,Si non æquiparaui & ſimilem eſſe feci animā meam.Vt hæc duo verba pro æquiparare & aſſimilare ponantur: acſi vertas,Si non adæquaui & ſimilem reddidi animā meam ablactato. Sicut ablact. כגמול Repetitio,& velut præcedentium expoſitio. 3 Expe.Iſ.Ieh. יחל ישראל אל־יהוה Spera Iſrael in Iehoua.

IN PSALMVM CXXXII.

1 Dauid cum o.affl.e. : לדוד את כל־ענותו ipſi Dauidi[vel ipſius Dauidis]vniuerſæ afflictionis eius.Ipſi Dauidi.i.in fauorem Dauidis.

2 Iehouæ, ליהוה Mutatio perſ.i.tibi. Potenti ip.Ia : לאביר יעקב .i.qui potenter eripuiſti Iaacob à periculis. Alii, fortiſſimo (ſub. Deo)Iaacob. Alii,magnifico *Deo* Iaacob. 5 Iehouæ ליהוה .i.vbi reponatur arca Iehouæ·hoc eſt,donec cōſtruxero templum in quo reponatur arca Dei potentis quem coluit Iacob, vel qui potenter ſeruauit Iaacob. Manſiones משכנות habitationes·tabernacula.ſing.pro plur.aut plurali vtitur,quòd tres eſſent partes templi,vt Pſalmo 68.g.36. Forti ip. Ia. : לאביר יעקב Vide paulo antè verſu 2.

6 Audiuimus eam שמענוה ſub.manſionem.vel requiem. Quidam vertunt,audiuimus eum.ſub.locum. Vel,audiuimus de eo,nempe loco,à ſenioribus Iſrael qui erant in Beth-lehem,quum adhuc pueri eſſemus. In camp.ſyluæ. : בשדי יער. i.in agris ſyluoſis.Aream Ornam videtur intelligere,2.Sam.24.d.20. 7 Introib.in,&c. נבואה למשכנותיו וגו׳ Introeamus tabernacula eius,adoremus ſcabellum ped. eius. Alii,Adeamus habitacula eius,proſternamus nos ad ſcabellum pedum eius.Hortatur omnes vt intrent in templum.Fut.Heb.pro imperat.

9 Sacerdotes tui induantur iuſtitia: & ſancti tui exultent.

10 Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem chriſti tui.

C 11 Iurauit Dominus Dauid veritatẽ, & non fruſtrabitur eum, ‖De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã.

2.Reg.7.c.12
luc.1.e.55
act.2.e.30

12 Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos:

Et filii eorum vſque in ſeculũ ſedebunt ſuper ſedem tuam.

13 Quoniam elegit Dominus Siion: elegit eam in habitationem ſibi.

D 14 Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam.

15 Viduã eius benedicens benedicã: pauperes eius ſaturabo panibus.

16 Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti tui exultatione exultabunt.

Luc.1.g.69
malach.3.a.1

17 ‖Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam chriſto meo.

18 Inimicos eius induam cõfuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

1 Canticum graduum Dauid. CXXXII.

ECce quàm bonum & quàm iucũdum habitare fratres in vnum:

2 Sicut vnguentũ ĩ capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron,

3 Quod deſcendit in orã veſtimenti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcẽdit in montem Sion.

Quoniam illic mãdauit Dominus benedictionẽ, & vitã vſque in ſeculũ.

1 Canticũ graduũ. CXXXIII.

ECce nunc benedicite Domino omnes ſerui Domini,

Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri,

2 In noctibꝰ extollite manus veſtras in Sancta, & benedicite Domino.

3 Benedicat te Dominus ex Siõ, qui fecit cælum & terram.

1 Halelu-Iah. CXXXIIII.

LAudate nomẽ Domini, laudate ſerui Dominum:

2 Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.

3 Laudate Dominũ, quia bonus Dominus: pſallite nomini eius, quoniã ſuaue eſt:

4 Quoniam Iacob elegit ſibi Dominus, Iſrael in poſſeſſionem ſibi.

5 Quia ego cognoui quòd magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus diis.

B 6 Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis.

9 Sacerdotes tui″induant iuſtitiam,″& ſancti tui″exultent.

10 Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem″chriſti tui.

11 Iurauit Iehoua ipſi Dauid veritatem, non″auertetur ab ea, De fructu ventris tui ponam ſuper ſolium tuum.

12 Si cuſtodierint filii tui pactum meum, & teſtimonium meum quod docebo eos: etiam filii eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſolium tuum.

13 Quoniã elegit Iehoua צSiíon, expetiuit vt eſſet habitaculũ ſibi.

14 Hæc requies mea vſque in ſeculum: hîc habitabo, quoniam expetiui eam.

15 ″Eſcæ eius benedicendo benedicã, pauperes eius ſaturabo pane.

16 Sacerdotes autem eius″induam ſalute: & ſancti eius exultando exultabunt.

17 Ibi″oriri faciã cornu ipſi Dauid,″parabo lucernã chriſto meo.

18 Inimicos eius″induam pudore: & ſuper eum florebit diadema eius.

1 Canticum graduum ipſi Dauid. CXXXIII.

ECce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres″etiam ſimul.

Oſtendit quàm grata ſit Deo cõcordia fratrum.

2 *Eſt* ſicut vnguentũ optimũ″ſuper caput, deſcẽdens ſuper barbã, barbam Aharon: quod deſcendit ſuper oram veſtimentorũ eius:

3 *Et* ſicut ros Hermon qui déſcendit ſuper montes צSiión: quoniã″illuc præcepit Iehoua benedictionẽ, *&* vitam vſque in ſeculum.

1 Canticum graduum. CXXXIIII.

ECce,″benedicite Iehouæ omnes ſerui Iehouæ,″qui ſtatis in domo Iehouæ in noctibus:

Exhortatio tam ad Leuitas quàm ad populũ vt Deum laudent.

2 Attollite manus veſtras″*ad* Sanctuarium, & benedicite Iehouæ.

3 ″Benedicat tibi Iehoua ex צSiíon qui fecit cælum & terram.

Oratio Leuitarũ pro populo.

1 Halelu-Iah. CXXXV.

LAudate nomen Iehouæ, laudate ſerui Iehouæ:

2 ″Qui ſtatis in domo Iehouæ, in atriis domus Dei noſtri.

3 Laudate Iah, quia bonus″Iehoua: pſallite nomini eius, quia iucundum eſt:

4 Quoniã Iaעacób elegit ſibi Iah, *&* Iשſraאelem″in peculiũ ſibi.

5 Quia ego noui quòd magnus eſt Iehoua, & Dominus noſter præ omnibus diis.

6 Omnia quæ voluit Iehoua fecit in cælo & in terra, in maribus & omnibus″voraginibus.

Hortatur Sacerdotes ac Leuitas, qui aſſidue in tẽplo verſabantur, ad laudãdũ Deũ quòd Iacob elegerit pro ſua hæreditate, ac quòd potens ſit facere õnia quæ vult in cælo, terra, & mari: inter cætera imbres, tonitrua, ventóſque cõmemorãs.

9 Iuſtitiã, צדק .i. veſtes ſacerdotales quæ adũbrant & deſignãt õnimodã bonitatẽ. Et ſancti.t. חסידיך & miſericordes tui. Sic infrà verſu 16. Leuitas intelligit. Exultẽt.: ירננו cantẽt. ouent. 10 Chriſti tui.: משיחך vncti tui. 11 Auertetur ישוב deflectet. diſcedet.

15 Eſcæ eius צידה Victui eius. Cibo eius. ſub. Sionis: acſi dicat, Mittam maiorem benedictionem in frugibus ac fructibus eius, quàm in aliis terris Iſrael, ad gloriã domus meæ, quæ eſt in medio eius. 16 Indu. ſalute, אלביש ישע Hebraiſmus, pro, ſeruabo & protegã.

17 Oriri faciam אצמיח .i. florere, germinare, aut propagare faciam. Parabo ערכתי Præt. Heb. pro fut. inſtituam. diſponã. q.d. floridum efficiam illic robur, regnum, regiam dignitatem: nam illic collocabo aliquem è poſteris Dauidis, qui ſemper erit populo velut lucerna: idq; in gratiã eius. Poſteritas Dauidis vocatur lucerna, 1. Reg. 11.f.36, & 15.a.4. 18 Induã pu. אלביש בשת Hebraiſmus, pro, obiuam pudore, pudefaciam.

IN PSALMVM CXXXIII.

1 Etiam ſimul.: גם יחד .i. vnanimes. 2 Super caput, על־הראש ſub. effuſum. Dicit concordiam fratrũ ſuauiorem eſſe vnguẽto illo odoratiſſimo quo vngebantur Reges & Sacerdotes. 3 Illuc præcep. שם צוה Præt. Heb. pro præſ. & Hebraiſmus, pro, mandat, ſiue mittit Iehoua benedictionem illuc, hoc eſt in tales. i. fœlices reddere ſolet eos qui ita viuunt: curat vt vbi eſt vera fraternitas, omnes ſua beneficentia fruantur.

IN PSALMVM CXXXIIII.

1 Bened. Ieh. ברכו את יהוה prædicate Iehouam. Qui ſtatis, &c.: העומדים בבית יהוה בלילות Annotãt Hebræi hoc loco, Leuitarum partes fuiſſe, in domo Iehouæ excubias agere: multos etiam ex reliquo populo fuiſſe qui dies, noctéſque templo adhærebant, & nocturno tempore laudes Deo canebant, quos hîc ſtantes in domo Iehouæ dicit. De his etiam pſalmo ſequenti loquitur, verſu 2.

2 *ad* Sanct. קודש *uerſus* Sanctitatem. i. ad Sancta ſanctorum: vbi erat arca, è qua Dominus promiſerat ſe reſponſa daturum.

3 Benedicat tibi יברכך nempe qui id feceris, id eſt qui laudaueris Deum.

IN PSALMVM CXXXV.

2 Qui ſtatis שעומדים Vide eadem præcedenti pſalmo, verſu 2. 3 Iehoua: יהוה Antecedens pro relatiuo ipſe.

4 In pec. ſibi: לסגולתו .i. vt ſit peculiaris & proprius ſibi. 6 Voraginibus: תהומות abyſſis.

Qui″aſcendere facit nubes ab extremo terræ: fulgura′cum pluuia ipſa facit, qui educit ventum″de theſauris ſuis. 7

Opera eius facta ad liberãdũ ſuũ populum è terra AEgypti, introducendùmque in terram Chanaã.

Qui percuſſit primogenita AEgypti″ab homine vſq; ad iumẽtũ. 8

Miſit ſigna & prodigia in medio tui AEgypte, in Pharעóh & in omnes ſeruos eius. 9

Qui percuſſit Gentes multas, & occîdit reges potentes, 10

סSinhon regem אEmoræum, & עOg regem Baשׁſan, & omnia regna Chenáעan. 11

Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem ipſi Iשׁſraאel populo ſuo. 12

Gloria & memoria Dei eſt magna ex eo quòd ſemper populũ ſuum de manu inimicorum liberauerit.

Iehoua nomen tuum in ſeculum, Iehoua memoria tua in generationem & generationem: 13

Quia″iudicabit Iehoua populum ſuum, & ſuper ſeruis ſuis′pœnitentia ducetur. 14

Irridet imagines & idola, eóſque qui illa adorant.

Simulachra Gentiũ argentum & aurum, opus manuũ hominis. 15

Os eſt eis, & non loquuntur: oculi ſunt eis, & non vident. 16

Aures ſunt eis, & nõ auſcultãt: etiã nõ eſt ſpiritus in ore ipſorũ. 17

Sicut ipſa ſint facientes ea, *atque* omnis qui fidit eis. 18

Exhortatio ad laudandum Dominum.

Familiæ Iשׁſraאel″benedicite Iehouæ: familiæ Aharon benedicite Iehouæ. 19

Familiæ Leui benedicite Iehouæ: qui timetis Iehouam benedicite Iehouæ. 20

Benedictus Iehoua ex צSiión, qui habitat in Ieruשׁſaláim. Halelu-Iah. 21

CXXXVI

Exhortatio ad laudandum Deũ cùm propter creationem rerum ab eo factarum, tum propter beneficia eius erga Iſraelem liberatum ex captiuitate AEgypti, atque in terram Chanaan introductum.

Celebrate Iehouam: quoniam bonus, quoniã in ſeculum miſericordia eius. 1

Celebrate Deũ deorũ:″quoniam in ſeculũ miſericordia eius.

Celebrate Dominum dominorum: quoniã in ſeculum miſericordia eius. 3

Eum qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. 4

Eum qui fecit cælos′cum intelligentia: quoniam in ſeculum miſericordia eius. 5

Eum qui′extendit terrã ſuper aquas: quoniam in ſeculum miſericordia eius. 6

Eũ qui fecit luminaria magna: quoniã ĩ ſeculũ miſericordia ei⁹ 7

Solẽ″in dominiũ in die: quoniã in ſeculum miſericordia eius. 8

Lunam & ſtellas in dominia in nocte: quoniam in ſeculum miſericordia eius. 9

Eum qui percuſſit AEgyptum in primogenitis eorum: quoniã in ſeculum miſericordia eius. 10

Eum qui eduxit Iשׁſraאelem de medio eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. 11

---

7 ¦Educẽs nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de theſauris ſuis: Ierem.10.b.13

8 ¦qui percuſſit primogenita AEgypti ab homine vſque ad pecus. Exod.12.e.29

9 Emiſit ſigna & prodigia in medio tui AEgypte, in Pharaonem, & in õnes ſeruos eius.

C

10 ¦Qui percuſſit gẽtes multas: & occîdit reges fortes, Nume.21.a.1. c.24.g.33

11 Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanáan.

12 ¦Et dedit terrãm eorum hæreditatem, hæreditatem Iſrael populo ſuo. Ioſue12.c.7

13 Domine nomẽ tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.

14 Quia iudicabit Dominus populũ ſuum, & in ſeruis ſuis deprecabitur.

D

15 Simulachra Gentiũ, argentũ & aurum, opera manuum hominum.

16 ¦Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Sapien.15.e.15

17 Aures habent, & non audient: neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.

18 Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

19 Dom⁹ Iſrael benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.

20 Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominũ, benedicite Domino.

21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalem.

Halelu-Iah. CXXXV.

1 Confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in æternum miſericordia eius.

Confitemini Deo deorum: quoniã in æternum miſericordia eius.

3 Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternũ miſericordia eius.

4 Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in æternum miſericordia eius.

5 ¦Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum miſericordia eius. Geneſ.1.a.1.6

6 ¦Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniam in æternum miſericordia eius. Geneſ.1.a.6 ierem.10.b.12 & 51.b.15

7 ¦Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum miſericordia eius. Gen.1.b.14

8 Solem in poteſtatem diei: quoniã in æternum miſericordia eius.

9 Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis: quoniam in æternum miſericordia eius.

B

10 ¦Qui percuſſit AEgyptum cũ primogenitis eorum: quoniam in æternum miſericordia eius. Exod.12.e.29

11 ¦Qui eduxit Iſrael de medio eorũ: quoniam in æternum miſericordia eius: Exod.12.e.37 & 13.c.17

---

7 Aſcend.fa.nubes מעלה נשיאים eleuat vapores.exhalationes.ſub.ab irrigua terra, quæ poſtea vertũtur in nubes.nam ab exhalationibus ſiccæ terræ gignuntur venti, flatus, tonitrua. Cum pluuia, למטר Id eſt, pluuiæ permiſta: quod eſt mutare naturam rerum.nam propriũ eſt aquæ extinguere ignem: videntur verò ſæpe ampliſſima fulgetra inter largiſſimos nimbos emicare. De theſ.ſ. מאוצרותיו׃ è recon-ditoriis ſuis.nam ſunt inuiſibiles, neque ſcimus vnde veniant, & quò eant.

8 Ab hom.vſque ad iu. מאדם עד־בהמה׃ tam hominum, quàm pecorum. Alii, pariter in genere hominum & in pecore.

14 Iudicabit, &c. ידין יהוה עמו Fut.Heb.pro præt.iudiciũ fecit populo ſuo.i.liberauit à ſeruitute AEgyptiaca. Pœnit.duc. יתנחם׃ pœnitentia ductus eſt.i.pœnituit eum tam multis malis affeciſſe populum ſuum, & rediit cum eo in gratiam. Alii, erga ſeruos ſuos placatus fuit. Alii, conſolabitur ſuper ſeruis ſuis. 19 Benedicite Iehouæ ברכו את־יהוה prædicate Iehouam, laudate.ſic in ſequentibus.

IN PSALMVM CXXXVI.

2 Quoniam in ſec. miſ.e. כי לעולם חסדו׃ Hæc repetitio (vt ſcribunt Hebræi) in fine ſingulorum verſuum, commonefacit nos miſericordiæ Dei, inuitátque vt celebremus eum ex conſideratione creaturarum.

5 Cũ intel. בתבונה Pſal.104.24, dicit, Omnia in ſapiẽtia feciſti. Cũ intelligẽtia igitur, id eſt ſingulari ingenio, & ſũma induſtria, vt quidã vertunt. 6 Extendit לרוקע expandit.ita enim terra aquas continet, vt aquis ſuperior eſſe videatur.

8 In dominium לממשלת vt dominium habeat. Vt præſit diei.

In manu potenti & brachio excelſo: quoniam in æternum miſericordia eius.

Qui diuiſit mare Rubrum in diuiſiones: quoniam in æternum miſericordia eius.

C Et eduxit Iſrael per medium eius: quoniam in æternum miſericordia eius.

Exod.14.g.28 |Et excuſſit Pharaonem & virtutē eius in mari Rubro: quoniam in æternum miſericordia eius.

Qui traduxit populum ſuū per deſertum: quoniam in æternum miſericordia eius.

Qui percuſſit Reges magnos: quoniam in æternum miſericordia eius.

Num.21.e.24 |Et occîdit reges fortes: quoniam in æternum miſericordia eius.

Sehon regē Amorrhæorum: quoniam in æternum miſericordia eius.

Num.21.g.35 |Et Og regem Baſan: quoniam in æternum miſericordia eius.

Ioſue12.c.7 |Et dedit terram eorum hæreditaD tem: quoniam in æternum miſericordia eius.

Hæreditatē Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in æternum miſericordia eius.

Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in æternum miſericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniā in æternū miſericordia eius:

Qui dat eſcam omni carni: quoniā in æternum miſericordia eius.

Cōfitemini Deo cæli: quoniam in æternum miſericordia eius.

Confitemini Domino dominorū: quoniā in æternū miſericordia eius.

CXXXVI.

Pſalmus Dauid propter Ieremiam.

SVper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.

In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra:

Quia illic interrogauerūt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cātionum:

Et qui abduxerūt nos, Hymnū cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea:

Adhæreat līgua mea faucib⁹ meis, ſi non meminero tui:

Si non propoſuero Ieruſalē in principio lætitiæ meæ.

Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem:

Qui dicūt, Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.

תהלים

12 In manu forti, & brachio extento: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

13 Eum qui diuiſit mare″ɒSuph in diuiſiones: quoniā in ſeculum miſericordia eius.

14 Et tranſire fecit Iʬſraℵélem per medium eius: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

15 Excuſſit autem Paryóh, & exercitum eius in mari ɒSuph: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

16 Qui deduxit populum ſuum per deſertum: quoniā in ſeculum miſericordia eius.

17 Eum qui percuſſit Reges magnos: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

18 Et occîdit Reges ′potentiſſimos: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

19 ɒSiחón Regem ℵEmoræū: quoniā in ſeculū miſericordia eius.

20 Et yOg regem Baʬſan: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

21 Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

22 Hæreditatem Iʬſraℵeli ſeruo ſuo: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

23 ′Qui in deiectione noſtra memor fuit noſtri: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

24 ″Et vindicauit nos ab hoſtibus noſtris: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

25 Qui dat panem omni carni: quoniā ī ſeculū miſericordia eius.

26 Celebrate Deum cæli: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

CXXXVII.

1 IVxta flumina Babél illic ″ſedimus, etiam fleuimus dum recordaremur ɤSiíon.

2 Super ſalices″in medio eius ſuſpendimus citharas noſtras.

3 Quum ibi poſtulauerunt à nobis qui captiuos duxerunt nos, *ut diceremus*″verba cantici:″& citharis noſtris ſuſpenſis *uerba* lætitiæ, *dicentes*, Cantate nobis de cantico ɤSiíon: *reſpondimus*,

4 Quomodo cātabimus cāticum Iehouæ in terra alienigēarum?

5 Si oblitus fuero tui ô Ieruʬſaláim: obliuiſcatur dextera mea ″*pulſationis ſuæ*.

6 Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non meminero tui:″ſi non aſcendere fecero Ieruʬſaláim″ſuper caput lætitiæ meæ.

7 ″Recordare Iehoua″filiorū ℵEdóm, diei Ieruʬſaláim, qui dicebant,″Diſcooperite, diſcooperite vſque ad fundamentum in ea.

Sacerdotes, ac Leuitæ, cātoréſque Babylone captiui cum populo Iſrael, queruntur ſe inuitari ad cantationes Ieruſalem.

Proteſtantur ſe nūquā obliuioni daturos Ieruſalē.

Orant contra Idumæos inimicos incitantes.

13 Suph in diuiſ. סוף לגזרים Rubrum ſectionibus.i.in partes.Suph, caricoſum, ſiue arundinoſum ſignificat.

18 Potentiſſ. אדירים inclytos.inſignes.magnificos.præſtantes.Eadem & Pſalmo præcedenti, verſu 10, leguntur.

23 Qui in deiect.no. שבשפלנו Qui in humilitate noſtra.i. quum eſſemus oppreſſi. 24 Et vin.nos ויפרקנו Et redemit nos. Et aſſeruit nos.

IN PSALMVM CXXXVII.

1 Sedimus, etiam fle. ישבנו גם־בכינו Fut.& præt.Heb.pro præt.Quidā vertunt per præt.imperf.ſedebamus & flebamus.vel, ſedentes flebamus. Videntur fuiſſe verba Leuitarum, & eorum qui ſolebant laudes Deo canere. 2 In med.eius בתוכה intra eam.ſub. Babylonem, per cuius medium fluit Euphrates. 3 Verba cantici: דברי־שיר Hebraiſmus, pro, cantica. Et cith.no.ſuſp.*uer*.læt. ותוללינו שמחה Ad verbum, & *in* ſuſpenſionibus noſtris lætitiam. Quidam, quum ſuſpendiſſemus *inſtrumenta* lætitiæ. Alii, & ſuſpenderamus lætitiam.à verbo תלה.Nonnulli deducunt à ילל vlulare, vt ת redundet, vertentes, Et *homines* eiulatuum noſtrorum *peterent* lætitiam .i.quum authores luctuum & lamentationum noſtrarum peterent, &c.Siue, *pro* vlulatibus noſtris *fuit illis* lætitia. Alii ab הלל inſanire, vertunt, Et deridentes nos, lætitiam.ſub.petebant à nobis. Alii à תלל deriuantes, conuertunt, Et qui velut in aceruos nos redegerūt, lætitiam.

5 *Pulſationis ſuæ*. Alii ſubaudiunt, *artis muſicæ*. Alii, *operis ſui*.i.poſthac pulſare non poſſim.

6 Si non aſcend.fec.&c. אם־לא אעלה את־ירושלים Ita Hebraicè vt vertimus. Quidā paraphraſticè vertūt, Si nō poſuero Ieruſalē in cacumine ſummo lætitiæ meæ. Alii, Si non omni lætitiæ meæ præpoſuero Ieruſalem .i. niſi præcipuum meum gaudium ponam in recordatione Ieruſalem. vel, ſi non ſemper verſetur ob oculos meos Ieruſalem, quandocunque lætitiæ occaſio ſe ingeſſerit: vt antequam lætari incipiam, luctum & fletum mihi excitet recordatio Ieruſalem tam turpiter vaſtatæ.

7 Recordare Iehoua זכור יהוה Ita Hebraicè, vt vertimus. Quidam velut exponentes Hebraiſmum, vertunt, Memento Iehoua, vt ſe geſſerint filii Edom quum Ieruſalem vaſtaretur, dicentes, ſub. Babyloniis. Filiorum לבני filiis.i.in perniciem filiorum Edom.

Diſcoop.diſcoo. ערו ערו Nudate, nudate. Alii, Euacuate, euacuate.i.funditus euertite eā. Repetitio eiuſdē vocis, diligentiam ſignificat.

Prædicit exci-
diũ Babylonis.

Filia Babél ʹvaſtata, beatus qui retribuet tibi ʹretributionem 8
tuam quam retribuiſti nobis.

Beatus qui apprehendet,& allîdet paruulos tuos ad petram. 9

Ipſius Dauid. CXXXVIII. 1

Dauid maximo animo laudat bonitatem Domini erga ſe, in eo quòd ſe à Saule deuictum reſtituerit in ſedem.

CElebrabo te toto corde meo: ″coram diis pſallam tibi.
″Incuruabo me verſus tẽplum ſanctitatis tuæ, & celebra- 2
bo nomẽ tuum ſuper miſericordia tua,& ſuper veritate tua:quo-
niam″magnificaſti ſuper omnia nomen tuum,*&* eloquium tuũ.

In die *qua* inuocaui te,exaudiſti me : ʹroboraſti me ĩ anima mea 3
fortitudine.

Confitebuntur tibi Iehoua omnes Reges terræ:quia audierunt 4
eloquia oris tui:

Et cãtabũt″in viis Iehouæ,*dicẽtes* quòd magna eſt gloria Iehouæ: 5

Nam excelſus Iehoua,& *tamen* humilem intuetur,″& excelſum è 6
longinquo cognoſcit.

Expertus tantã Domini bonitatem, de eius auxilio confidit in futurum.

Si ambulauero in medio anguſtiæ,ʹviuificabis me:contra iram 7
inimicorum meorũ″mittes manũ tuã,& ſeruabit me dextera tua.

Iehoua perficiet pro me″*opus ſuũ* : Iehoua miſericordia tua in ſe- 8
culum:opus manuum tuarum non dimittes.

″Victori ipſi Dauid. CXXXIX. 1

Dauid à ſuis inimicis accuſatus proditionis, adhibet Dominũ teſtem, qui eum planè cognoſcit.

IEhoua″probaſti me,& cognouiſti:
Tu cognoſcis ſeſſionem meam″& ſurrectionem meã, intelli- 2
gis″cogitationem meam longe antè.

Semitã meã & accubitũ meũ″cingis:& oĩbꝰ viis meis″aſſueuiſti: 3

″Quia necdum eſt ſermo in lingua mea,ecce Iehoua tu noſti to 4
tum ipſum.

Cauſæ cur eum debeat cognoſcere.

Retro & antè″formaſti me,″& poſuiſti ſuper me manum tuam. 5

″Mirabilior eſt ſcientia à me,excelſa eſt,nõ potero ad eã *attingere*. 6

Oſtendit quẽadmodum Deus vbique præſens eſt Spiritu ſuo ac virtute, vt nihil poſſit ei abſconditum eſſe.

Quò ibo à Spiritu tuo,& quò à facie tua fugiam? 7

Si aſcendero in cælum , ibi es : ″& *ſi* ſtratum fecero *in* inferno, 8
ecce tu ades.

Si aſſumam alas″auroræ,& habitem″in nouiſſimo maris, 9

Etiã illuc manꝰ tua deducet me,& apprehẽdet me dextera tua. 10

8 Filia Babylonis miſera,beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.

9 |Beatus qui tenebit & allîdet paruulos tuos ad petram. Eſa.13.c.16

1 Ipſi Dauid. CXXXVII.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

2 In conſpectu Angelorum pſallam tibi : adorabo ad templum ſanctum tuum,& confitebor nomini tuo

Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne,nomen ſanctum tuum.

3 In quacunque die inuocauero te, exaudi me : multiplicabis in anima mea virtutem.

4 Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt verba oris tui: B

5 Et cantent in viis Domini , Quoniam magna eſt gloria Domini:

6 Quoniã excelſus Dominus: & humilia reſpicit, & alta álonge cognoſcit.

7 Si ambulauero ĩ medio tribulationis,viuificabis me: & ſuper irã inimicorum meorum extendiſti manum tuam,& ſaluũ me fecit dextera tua.

8 Dominus retribuet pro me: Domine miſericordia tua in ſeculum, opera manuum tuarum ne deſpicias.

CXXXVIII.

1 In finem pſalmus Dauid.

DOmine probaſti me , & cognouiſti me:tu cognouiſti ſeſſionem

2 meam,& reſurrectionem meam:

Intellexiſti cogitationes meas dé longe: ſemitam meam & funiculum

3 meum inueſtigaſti:

Et omnes vias meas præuidiſti:

4 quia non eſt ſermo in lingua mea,

Ecce Domine tu cognouiſti omnia,nouiſſima & antiqua: tu forma-

5 ſti me,& poſuiſti ſup me manũ tuã.

6 Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:cõfortata eſt,& nõ potero ad eã. B

7 Quò ibo à Spiritu tuo,& quò à facie tua fugiam?

8 |Si aſcendero in cælum,tu illic es:ſi deſcendero in infernum,ades. Amos 9.a.2

Si ſumpſero pennas meas dilucu-

9 lo,& habitauero in extremis maris,

10 Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua.

8 Vaſtata, השדודה vaſtanda. Alii, miſera. Precatur Idumæis & Babyloniis talionem. Vide Eſa.13. Retributionem tuam,&c. את־גמולך שגמלת לנו׃ Hebraiſmus,pro,reddet tibi malum pro malis illis quibus nos affeciſti.

IN PSALMVM CXXXVIII.

1 Coram diis נגר אלהים in conſpectu potentium. vel,iudicum.Elohim ſignificat Deum,Angelos, poteſtate aliqua ſublimi præditos,& iudices.Sæpius autem Dauid dicit ſe coram Regibus & principibus & ſapientibus res Dei agere.

2 Incur.me ver.temp. אשתחוה אל־היכל Adorabo coram templo.Procumba ad templum,&c.manus ſcilicet ſupplices tendens verſus illud. Magnif.ſu.om.&c. הגדלת על־כל־שמך אמרתך׃ in omnibus[ſiue,per omnia *facta tua*] magnificaſti nomen tuum,*&* verbũ tuũ. Subaudita eſt coniunctio ET. Alii, magnificaſti *in* omnibus verbis tuis nomen tuum .i. præclarum reddidiſti nomen tuum,adimplendo promiſſiones tuas. 3 Robor.me, &c. תרהיבני בנפשי עוז׃ roboraſti me, *&* in anima mea *fuit* virtus .i.animum meum reddidiſti fortem. Alii, roborans me,*&* animæ meæ *adiiciens* virtutem. Alii, & animo meo robur indidiſti. 5 In viis בדרכי vias. Alii,de viis.i.de his quæ aguntur à Iehoua. 6 Et excel.è long.co. וגבוה ממרחק יידע׃ & quod altum eſt,eminus cognoſcit.Alii,& altus lõgè nota facit.vel,eminus.i.è cælo nota facere ſolet geſta ſua hîc in terra.Alii,altum[vel ſuperbum]è longinquo conterit.vel,frangit.

7 Viuificabis me: תחייני Hebraiſmus,pro,incolumem me ſeruabis. Mittes תשלח extendes.

8 *Opus ſuum:* Subaudiunt alii,*quæcunque mihi eſt pollicitus.*

IN PSALMVM CXXXIX.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. Prob.m.& cog. חקרתני ותדע׃ ſcrutatus es me,& pernouiſti.Alii,exploratũ & cognitũ me habes.

2 Et ſurrect.m. וקומי & ſtationem meam.Alii,ſiue ſedeam,ſiue ſurgam.q.d.omnes actiones meas quas ago ſiue ſedendo,ſiue ſtãdo. Cogit.meam לרעי voluntatem meam. 3 Cingis: זרית Præt.Heb.pro præſ.Hebraiſmus,pro Semper mihi ades iter facienti & iacenti. Aſſueuiſti: הסכנתה׃ .i.noſti omnes vias meas,vt homo nouit opus ſuũ cui aſſueuit. Alii, & omnes vias meas exploratas habes.Alii,vtiles feciſti.aut,proficere feciſti.fœlices & proſperas reddidiſti. 4 Quia necdũ eſt ſer.&c. כי אין מלה וגו׳ .i.antequã loquar,noſti quæ dicturus ſum. 5 Formaſti me, צרתני obſediſti me.i.circundediſti me vndique ſciẽtia tua inſtar exercitus obſidẽtis ciuitatẽ.Metaphora. Et poſ.ſu.me ma.t. ותשת עלי כפכה׃ & mihi admolitus es[vel,admouiſti]manũ tuam.ſub.formando me.

6 Mirab.eſt ſcien.à me, פלאיה דעת ממני Occulta ſcientia à me.Hebraiſmum ſic quidam vertunt paucis additis,Admirabilem in me formando ſcientiam exhibuiſti,& ſublimiorem quàm vt eam poſſim intelligere. Alii,Mirabilior eſt huius rei cognitio,quã vt ego conſequar.Sublimior eſt quàm,&c. 8 Et *ſi* ſtratum fe.*in* inf. ואציעה שאול ſi ſternam ſepulchrum.Vel,ſi ſternã in ſepulchro.Hebraiſmus,pro,ſi etiam *deſcendam* ad ima.ſi degam in ima terra.Alludit ad id quòd ſepulchrum mortuis eſt pro lecto.

9 Auroræ, שחר Alludit ad celerrimam radiorum ſolis excurſionem,qui momento ab Oriente ad Occidentem perueniunt.q.d.ſi ab Oriente ad Occidentem me celerrimè proripere velim. In nouiſſ. באחרית in extrema parte.

Et dixi, Forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.	11	″Quum dixi,′Saltem tenebræ occultabũt me, *falſus ſum:nam* etiã nox lucebit′propter me.
Quia tenebræ non obſcurabũtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.	12	″Etiam tenebræ non′ occultant *aliquid* à te, & nox vt ′dies lucet: ′tenebræ ſunt vt lux, & lux vt tenebræ:
C Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.	13	Tu enĩ″poſſediſti renes meos, *&*″texiſti me ĩ vtero matris meæ.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.	14	Celebro te propterea quòd″terribilia *ſunt opera tua,* mirabilis ſum: admiranda ſunt opera tua, & anima mea″cognoſcit abundé.
Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.	15	Non fuit occultatum′corpus meum à te, quando factus fui in occulto, *quando*″variis membris decoratus fui in inferiorib⁹ terræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo ĩ eis.	16	′Imperfectum meum viderunt oculi tui:″acſi in libro tuo vniuerſa ſcripta fuiſſent, *licet* diebus *multis membra* formata ſint, & nec vnum ex eis *eſſet adhuc.*
Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortati ſunt principatus eorum.	17	Itaque mihi″quàm pretioſæ ſunt′cogitationes tuæ ô Deus: quã multiplicatæ ſunt ſummæ earum.
Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc ſum tecum.	18	″*ſi* numerem eas, præ arena multiplicatæ ſunt:′*etiam ſi ſemper eſſem* expergefactus, & adhuc tecum *eſſem, non poſſem illas numerare.*
D Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinum declinate à me:	19	′Si occideris Deus impium, & viros ſanguinarios, *quibus dico,* Recedite à me:
Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates ſuas.	20	Qui ″dixerunt *contra* te abominationem, aſſumpſerunt in vanũ *nomen tuum* hoſtes tui.
Nónne qui oderunt te Domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?	21	Nõne odio habẽtes te Iehoua òdi,′& inſurgẽtiũ in te tædet me?
Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi.	22	Perfecto odio odi illos,′*&* pro inimicis fuerunt mihi.
Proba me Deus, & ſcito cor meũ: interroga me, & cognoſce ſemitas meas:	23	Explora me Deus, & cognoſce cor meum: proba me, & cognoſce cogitationes meas:
Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.	24	Et vide ſi″via irritationis in me eſt, & *ſi ita eſt,* duc me′per viam mundi.

Conſiderans amplius admirabilem creationem hominis, mirandáque eius cõſilia ac cogitationes, ad ipſũ laudandum commouetur.

Optat exitum inimicorum ſuorum, Saulis ac cæterorum, qui odio Domini affecti, ipſum quoque oderant.

Deum teſtem facit ſuæ conſcientiæ, piíque in inimicos ſuos odii.

11 Quum dixi, ואומר Ad verbum, Et dico. Quidam vertũt, Et ſi dixero. ſiue, dicam. i. cogitem apud me. Alii, Dicã ergo. Saltem teneb. occul. me, אך־חושך ישופני At[vel, fortè]tenebræ occultabunt me. A radice נשף quod ſignificat crepuſculum. Alii vertunt eodem ſenſu, forſitan tenebræ conterent me. à verbo שוף quod contundere & frangere ſignificat. Propter me. : בערני circum me. i. vertetur in diem, vt meas cogitationes detegat in conſpectu Domini. 12 Etiam tenebræ גם־חושך Siquidem tenebræ. Alii, Sed ne tenebræ quidem. Occultant יחשיך Futura Heb. pro præſ. obtenebrant. i. occultant. Lucet, יאיר lucida erit. vel, lucida eſt. ſub. coram Deo. Quater idẽ repetit ad maiorem expreſſionem, vt doceat, Deũ nihil latere poſſe. Tenebræ ſunt, &c. : כחשכה כאורה Ad verbum, ſicut tenebræ ſicut lux. Hebraiſmus eſt breuiſſimus, pro, Apud Deum tenebræ ſunt ſimiles luci, & lux tenebris eſt ſimilis.

13 Poſſediſti קנית Præt. Heb. pro præſ. poſſides. i. tui ſunt, quia eos formaſti. q. d. tu noſti omnes affectus meos. Quidam, in poteſtate tua habes. Texiſti me תסוכני Iob 10.b.11, Pelle & carne veſtiſti me, oſſibus & neruis cooperuiſti me.

14 Terrib. ſunt *opera tua,* mirabilis ſum: נוראות נפליתי Ad verbum, mirabilia ſunt, mirabilis ſum. Adiectiuum primo loco ſine ſubſtantiuo: propterea quidam ſubaudiunt, opera tua. q. d. cauſæ plaſmationis meæ ſunt miræ, & mirabile eſt opificium corporis mei. Quidã vertunt, Tibi confiteor quòd miris & ſtupendis modis formatus ſum. Alii adiectiua vertunt in aduerbia, hoc modo, Quia terribiliter & mirificè formatus ſum. Alii, propterea quòd tremendis modis mirabiliter formatus ſum. Cognoſcit abundé. : יורעת מאור Ad verbũ, eſt cognoſcens valde. vel, exactiſſimé. 15 Corpus meum עצמי os meum. q. d. ne vnum quidem ex oſſibus meis latuit te quando, &c. Quidam vertunt, ſubſtantia corporis mei. Alii, fortitudo mea. vel, potentia, aut robur meum. hoc eſt, quid potentia eſſem, quanuis nõ eſſem actu. i. quid futurus eſſem. Variis memb. &c. : רוקמתי בתחתיות ארץ variè effictus ſum in inferioribus terræ. vel, formatus inſtar ſcilicet veſtis Phrygionicæ. Alii, cõtextus ſum. Alii, mira arte diſtinctus ſum mẽbris. Aſſimilauit (inquit Hebræus quidã) opus creationis ſiue formationis in neruis, oſſibus, carne, & cute, operi Phrygionico: & aluũ ſiue vuluam matris ſuæ cõparauit inferioribus terræ.

16 Imperfe. meum גלמי informe meum. i. materiam illam rudem & informem vnde formatus ſum. Acſi in lib. &c. ועל־ספרך כולם יכתבו ימים יוצרו ולא אחד בהם : Fut. Heb. pro præt. Hebraicè ſic ad verbum, & ſuper librum tuũ vniuerſa ſcripta erãt, diebus formata ſunt, & non vnum ex eis. Id eſt, imò omnia membra mea erant tibi perinde nota, acſi deſcripta fuiſſent in libro poſito ante oculos tuos: & longo pòſt tempore formata ſunt ea membra, & ne vnum quidem ex eis membris extabat adhuc. Vel, & ne vnum quidem ex eis mẽbris erat tibi ignotum. Legitur etiam Hebraicè in poſteriore parte verſus ולו, & illi vnus erat in eis. i, & illi Deo omnes dies erant velut vnus dies. Quidam vertunt, Et in libro tuo omnia *membra* ſcripta erant, *quæ per* dies formata ſunt, quum adhuc nullum eorum extaret. Alii, Et in libro tuo omnes conſcripti erant, *quum* dies formarentur, & ne vnus quidem in eis eſſet. Alii, cuncta *membra quæ per* dies formata ſunt, velut in libro habebas deſcripta, quum adhuc ne vnum quidẽ extaret. 17 Quàm pret. ſunt מה־יקרו quàm eximiæ ſunt. quàm præclaræ ſunt. Quidam Hebræorum exponunt, quàm raræ. vt 1. Sam. 3. a. 1, Et verbũ erat rarum. Cogitationes tuæ רעיך Quidam Hebræorum vertunt, quàm pretioſi[vel glorioſi]ſunt amici tui. Alii, quàm pretioſæ ſunt voluntates tuæ.

18 *Si* numerem e. præ ar. mult. ſunt: אספרם מחול ירבון Ad verbum, Numerabo eas, plures ſunt quàm arena. *Etiam ſi,* &c. הקיצותי ועודי עמך : Ad verbum, euigilaui, & adhuc tecum. q. d. dum recordor tuarum cogitationum, in ſomnum vertor: & expergefactus, adhuc contemplor illas tuas cogitationes. Quidam vertunt, vigilabo *propter iſta,* & hucuſque *ago* tecum.

19 Si occid. אם־תקטול Quidam volunt optantis orationem eſſe, & vertunt, O ſi tu, vel Vtinam tu Deus interficeres impios, & viros ſanguinarios: *quibus dico* Faceſſite à me. Alii, Si occideres Deus impium, tum viri ſanguinum declinarent à me. Alii, Poſtquam perdidiſti improbos, faceſſite *ergo* à me vos viri ſanguinarii. Alii ſubaudiunt, ſemper tecum ero. q. d. Si interfeceris ô Deus, improbum, &c. contẽplor conſilia tua, & id ſemper ſum facturus. 20 Dixer. *contra* te abo. ימרוך למזמה Fut. Heb. pro præt. vel præſ. loquũtur contra te nefariè. vel, impiè. aut ſceleſté. Alii, Qui rebellãt tibi nefarié. Alii, Qui loquuntur cõtra te ad ſcelus. 21 Et inſurg. in te tæ. me? ובתקוממיך אתקוטט : & cõtra inimicos tuos cõtẽdo? vel, litigo? Alii, & inſurgẽtibus cõtra te indignor? Alii, Et in eos qui aduerſũ te inſurgũt, excandeſco? vel, moleſtia afficior? 22 *Et* pro inim. &c. : לאויבים היו לי acſi mihi hoſtes fuiſſent. Aut, velut inimici eſſent mihi.

24 Via irritationis דרך עוצר via rebellionis. Alii, via peruerſa. Alii, via idoli. i. num ſecter impiam viuendi rationem. num rebellis ſim, nec lubens feram quod immittis: aut, num ſecter idola. Nonnulli, via iræ. vel, doloris. aut, triſtitiæ. i. an dolore afficiar propter mala quæ eueniunt mihi. Per viam mundi. : בדרך עולם per viam ſempiternam. vel, per viam ſeculi. Hebraiſmus, pro, Et ſi ita res habet, moriar. Ioſue 23. c. 14, & 1. Reg. 2. a. 2, dicitur Via vniuerſæ terræ: id eſt, qua gradiuntur omnes homines à ſeculo.

CXL.

1 ″Victori pſalmus ipſius Dauid.

Dauid maximo animo orat vt à Doeg&aliis aſſẽtatoribus Saulis liberetur,q perpetuò apud Saulẽ ea de ipſo criminosè loquebatur, quibus eũ in diſcrimen vitæ adducerent.

2 ERipe me Iehoua ab homine malo,à viro″violento cuſtodi me:

3 Qui cogitant mala in corde, omni die″congregant bella.

4 ″Exacuunt linguam ſuam ſicut ſerpẽs, venenum aſpidis ſub labiis eorum.ↄSélah.

5 Cuſtodi me Iehoua à manibus impii, à viro″violento cuſtodi me,*ab iis* qui cogitauerunt impellere pedes meos.

6 Abſconderunt ſuperbi laqueũ mihi, & funibus extẽderunt rete:″in loco ſemitæ laqueos poſuerunt mihi.ↄSélah.

In periculo atq; afflictione cõſtitutus orat Dominum, certus de eius auxilio.

7 Dixi Iehouæ, Deus meus es tu:auſculta Iehoua vocem deprecationum mearum.

8 Iehoua Domine fortitudo ſalutis meæ,″*qui* operis caput meum in die armorum.

Impii ſuam malitiã ſine permiſſione Dei non poſſunt exequi.

Orat aduerſus obtrectatores ſuos.

9 Ne tradas Iehoua deſideria ſua impio:″cogitationem eius ne perficias,*ne* exaltentur.ↄSélah.

10 Caput circundantium me,″peruerſitas labii ſui operiat ipſum.

11 Decidant ſuper eos prunæ: in ignem″cadere faciat eos, in foueas profundas,″ne reſurgant.

12 ″Vir linguoſus″ne firmetur in terra: virum″violentum venetur malum *ita ut* impellatur *præceps*.

13 Scio quòd faciet Iehoua iudicium″pauperis,iudiciũ egenorũ.

14 Profectò iuſti confitebuntur nomini tuo,habitabũt recti″cum vultu tuo.

CXLI.

1 Cantus ipſius Dauid.

Dauid per adulatores Saulis Ieroſolyma expulſ⁹,precatur à Domino vt ſua oratio tã ſit ei grata,quàm ſi in tẽplo oblationes offerret.

IEhoua″ad te clamo,feſtina ad me:auſculta vocem meam quũ clamauero ad te.

2 ″Sit ſtabilis oratio mea *ſicut* ſuffimentũ in conſpectu tuo:″munus manuum mearum *ſit ut* ſacrificium veſpertinum.

Orat vt à dictis factiſque prauis cuſtodiatur.

3 Pone Iehoua cuſtodiã ori meo,cuſtodi oſtiũ labiorũ meorum.

4 Ne inclines cor meum ad rem malam ad operandum opera cũ impietate, cum viris operantibus iniquitatem:″& ne veſcar *cibo* voluptatum eorum.

Mauult reprehẽdi, quàm cũ impiis lætari: contra quorum malitiam precatur.

5 Percutiat me iuſtus,*erit*″miſericordia:& increpet me,*& erit*″oleũ præcipuum *quod* non franget caput meum: quoniam adhuc *ero*, &

CXXXIX.

In finem,Pſalmus Dauid.

ERipe me Dñe ab homine malo, à viro iniquo eripe me:

Qui cogitauerũt iniquitates ĩ corde,tota die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes:venenum aſpidũ ſub labiis eorũ. Rom.3.b.14 ſupra 13.b.3

Cuſtodi me Dñe de manu peccatoris:& ab hominib⁹ iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt ſupplãtare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi:

Et funes extenderũt in laqueũ,iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. B

Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine Deus virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meũ in die belli.

Ne tradas me Dñe à deſiderio meo peccatori:cogitauerunt cõtra me,ne derelinquas me,ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum, labor labiorum ipſorum operiet eos. C

Cadẽt ſuper eos carbones: in ignẽ deiicies eos,in miſeriis non ſubſiſtẽt.

Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis,& vindictã pauperũ.

Veruntamẽ iuſti cõfitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

CXL.

Pſalmus Dauid.

DOmine clamaui ad te, exaudi me:intende voci meæ,quum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea ſicut incenſũ in conſpectu tuo:eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum.

Pone Domine cuſtodiã ori meo,& oſtium circunſtantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis,

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & nõ communicabo cum electis eorum.

Corripiet me iuſtus in miſericordia,& increpabit me:oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meum.

IN PSALMVM CXL.

1 Victori למנצח Vide Pſal.4. 2 Violento חמסים Ad verbũ,iniquitatũ.iniuriarum. 3 Cõgreg.bella. יגורו מלחמות : Fut.Heb.pro præſ.concurrunt ad bella.conueniunt.i.excitant homines ad contentiones. 4 Exacuunt שננו Præt.Heb.pro præſ. 5 Violento חמסים Ad verbũ,iniquitatum.iniuriarum. 6 In loco ſemitæ ליד־מעגל Ad verbum,ad manũ tramitis, vel ſemitæ. Quidam diſtinguunt poſt SEMITAE:vt hoc ad præcedens referatur,extenderunt rete in loco ſemitæ. Alii ſequentibus iungunt. 8 *Qui* operis סכותה Infinit.Heb.pro futuro,vt dicunt Hebræi: operies, vel munies,&c.i. eris mihi inſtar galeæ tempore quo arma à me ſumentur. 9 Cogitationem e.ne perf. זממו אל־תפק nefarium cogitatũ eius[vel,quod conatus eſt]ne educas producas. vel, ne facias prodire.i.ne perficias. *Ne* exaltet ſe. ירומו Ad verbum,exaltabuntur.pro *ne* exaltentur.i.ne ſuperbiant,ſub.improbus cum ſociis.Ex præcedenti ſubauditur NE. 10 Peruerſitas עמל labor.iniuria. Hebraiſmus eſt,pro,mendacium labiorum principis eorum qui me perſequuntur,obruat ipſum.q.d.ſuis conſiliis & mendaciis pereat. 11 Cadere faciat eos, יפילם deiiciat. Alii,igne illos proſternat.de cælo ſcilicet miſſo. Ne reſurg. : בל־יקומו ne emergant.i.è quibus emergere non poſſint. Alii,vt non conſiſtant. 12 Vir ling. איש לשון Ad verbum,Vir linguæ.i.delator,linguax. Ne firmetur, בל־יכון ne ſit ſtabilis.ne dirigatur.i.nihil ſuccedat linguaci,quandiu degit in hoc ſeculo. Violentum חמס Ad verbum, iniquitatis.laboris.iniuriæ. violentiæ.i. virum pronum ad iniuriam inferendam calamitas ita rapiat,vt decidat in miſeriam ſempiternam. 13 Pauperis, עני afflicti.i.quòd ſit vindicaturus afflictos,& aſſerturus egenos. 14 Cum vultu tuo. : את־פניך coram facie tua.in conſpectu tuo.i.perpetuò viuent.

IN PSALMVM CXLI.

1 Ad te cla. קראתיך Præt.Heb.pro præſ. 2 Sit ſtabilis תכון Firmetur.Præparetur.i. vt quidam vertunt, Valeat oratio mea pro incenſo:aut Grata ſit ſicut ſuffimentũ quod tibi offerri ſolet. Vide Exo.30.a.1.Dauid ſummotus à tabernaculo Dei, ſuffitum ac ſacrificium conatur precibus ſarcire. Munus משאת donum. Alii,eleuatio.Oblatio fiebat manè & veſperi. Nume.28.a.4,& 8.d.29. 4 Et ne veſcar *cibo* vol.e. : ובל־אלחם במנעמיהם Ad verbum,& ne comedam voluptates eorum. Vel,de voluptatibus,aut delectabilibus eorum.vt ב ſit pro מ.i.de cibo voluptatum eorum.i.cibis delicatis. Quidam totum verſum ſic vertũt, Ne flectas cor meum ad rem quancunquè prauam,nequid moliar cum impietate coniunctum,vtens opera facinoroſorum hominum,neque fruar deliciis ipſorum. 5 Miſericordia: חסד beneficium.Præfert hic bonorum reprehenſionem ſceleſtorum fauori & beneficiis. Oleum præcipuum &c. שמן ראש אל־יני ראשי Iſtos Hebraiſmos ſic quidam conuertunt,Id erit mihi vice vnguenti optimi & fragrantis,& nullum mihi detrimentum afferet,ſed plurimum emolumenti:quia quandiu vixero, preces fundam, ne ſinat Dominus me labi in ſcelera eorum. Quidam Hebræorum ſic intelligunt,Opto vt me cædãt iuſti potius,quàm vt impii primario vnguento reddant me delibutum.i.ſummis deliciis me demulceant,& omni genere beneficiorum afficiant:quum enim illi cædunt, beneficium eſt, corripiunt enim me:at horum vnguentum frangit caput meum,ac perdit,& non demulcet.Quidam vertunt poſteriorem partem ſine coniunctione,& iuxta poſteriorem hanc expoſitionem,Oleum autem præcipuum non frangat caput meum:quia adhuc oratio mea contra mala eorum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ: quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te ſperaui, nõ auferas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerũt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam. CXLI.

1.Reg.14.a.4

Intellectus Dauid, ‖cũ eſſet in ſpelunca, oratio.

VOce mea ad Dominũ clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum.

Effundo in cõſpectu eius orationẽ meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio.

In deficiẽdo ex me ſpiritum meũ, & tu cognouiſti ſemitas meas,

In via hac qua ambulabam, abſcõderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, & videbã: & nõ erat qui cognoſceret me.

Periit fuga à me: & non eſt qui requirat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea ĩ terra viuẽtiũ.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animã meã, ad cõfitẽdũ nomini tuo: me expectãt iuſti, donec retribuas mihi. CXLII.

2.Reg.17.

Pſalmus Dauid, ‖quãdo perſequebatur eum Abſalom filius eius.

DOmine exaudi orationem meã: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia:

Exod.34.a.7

(Et nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo: ‖quia non inſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens)

Quia perſequut⁹ eſt inimic⁹ animã meã: humiliauit in terra vitã meam:

Collocauit me ĩ obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiat⁹ eſt ſup me ſpirit⁹ me⁹, in me turbatũ eſt cor meũ.

Memor fui dierũ antiquorũ, meditatus ſũ in omnib⁹ operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi:

oratio mea in mala eorum.

6 ″Deiiciantur in locis petroſis iudices eorũ, & audiãt verba mea, quoniam dulcia ſunt.

7 Sicut ſcindẽs & findens *ligna* in terra: *ita* diſperſa ſunt oſſa noſtra ″in ore ſepulchri.

8 Quia ad te Iehoua Domine oculi mei, in te ſperaui, ″ne effũdas animam meam.

9 Cuſtodi me ″à locis laquei, *quem, ut me illaqueent,* tetẽderunt mihi, & à laqueis operantium iniquitatem.

10 Cadãt in retiacula eius impii ″ſimul, dũ ego trãſibo. CXLII.

1 ″Intelligentia ipſius Dauid, quum eſſet in ſpelunca, oratio.

2 VOce mea ad Iehouã ″clamo: voce mea ad Iehouã deprecor.

3 ″Effundo in conſpectu eius ″commẽtationem meam: anguſtiam meam in conſpectu eius annuntio.

4 ″Quum deficeret in me ſpiritus meus, *&* tu cognoſceres ſemitam meam: in via qua ambulaturus erã abſcõderũt laqueũ mihi.

5 ″Aſpiciebam ad dexteram, & videbam, nec erat qui me agnoſceret: ″perierat effugiũ à me, nec erat ″qui requireret animã meã.

6 *Proinde* clamaui ad te Iehoua, *&* dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

7 Intende ad clamorem meum, quia ″attenuatus ſum valde: erue me à perſequentibus me: quoniam robuſtiores ſunt me.

8 Educ de carcere animam meam, vt laudem nomẽ tuum: ″propter me coronabunt ſe iuſti, quòd ″retribueris mihi.

1 Pſalmus ipſius Dauid. CXLIII.

IEhoua audi orationem meam, auſculta deprecationem meam propter veritatem tuam, exaudi me propter iuſtitiam tuam:

2 (Et ne venias in iudicium cum ſeruo tuo: quia non ″iuſtificabit ſe in conſpectu tuo omnis viuens)

3 Quia ″perſequitur inimicus animam meam: ″attriuit in terram vitam meam: habitare fecit me ″in obſcuris ″ſicut mortuos ſeculi.

4 ″Et defecit ĩ me ſpiritus me⁹: in medio mei ″deſolatur cor meũ.

5 ″Recordor dierum *qui fuerunt* à principio: meditor in omni opere tuo, de opere manuum tuarum ″commentor.

6 ″Expando manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſiticuloſa, ad te *anhelat*. סSélah.

Orat cõtra principes, iudiceſque aulæ Saulis propter eorum iniuſtitiam.

Iterum orat Dominũ ne à ſuis inimicis occidatur.

Adhuc cõtra inimicos ſuos precatur.

Dauid deſcribit orationẽ quam habuit ad Deũ, quũ in ſpecũ lateret fugiẽs Saulẽ. Hic perſpici poſſunt maximi angores afflictorum pro Domino, nullum auxilium niſi in eo, reperientium.

Deus ſpes ipſius atque hæreditas.

Liberationes Dei ad eius gloriam.

Hic pſalmus eadem habet atque ſuperior. Nam Dauid poſtulat iuſtitiã, hoc eſt, bonitatem Dei, quòd corã ipſo nemo iuſt⁹ ſit ſi ſũmo iure agat.

Deſcribit ſuum angorem.

Conſiderans bonitates Dei recipit animum ad orandum.

---

6 Deiician. in lo. pet. נשמטו בידי־סלע Præt. Heb. pro fut. imper. Demittantur in manibus petræ. vel ſaxi. i. præcipitentur è ſaxo. Quidam, Præcipitentur in locis petroſis. Alii, Deiiciantur in loca petræ. i. pereant iudices, ſiue principes eorum qui eos non caſtigant.

7 In ore ſepulchri. : לפי שאול iuxta ſepulchrum. i. in ea diſcrimina nos adduxerunt, vt propè ad mortem acceſſerimus.

8 Ne effun. an. m. : אל־תער נפשי Hebraiſmus, pro Ne citò perire me ſinas. 9 A locis laq. מידי פח Ad verbũ, à manibus laquei. i. à laqueo. 10 In retiac. eius במכמוריו in retia eius, nempe Saulis. Vel eſt ſingulare pro plurali, vniuſcuiuſque ipſorum. Simul, dum ego tranſ. יחד אנוכי עד־אעבור ſimul, donec ego tranſeam. i. interim dum euadam. Sic vertendo, verborum Hebraicorum ordo eſt paulum immutatus: & SIMVL præcedentibus iungitur. Alii iungunt ſequentibus, hoc modo, Simul [vel pariter] ego in ſeculum progrediar. Vel, ſimul ego vſque tranſibo. Aut, pariter ego perpetuò tranſeam. i. vadam illæſus, & non capiar tendiculis illius.

IN PSALMVM CXLII.

1 Intelligentia משכיל Vide Pſal. 32. 2 Clamo: אזעק Futura Heb. pro præſ. vel imperf. clamabam, & deprecabar. ſub. quum nullum mihi ſupereſſet effugium. 3 Effundo אשפוך Effundebam. Fut. Heb. pro præſ. aut imperf. i. prolixè & profuſè exponebã illi mentẽ meam. Cõment. m. שיחי preces meas. ſermonẽ meum. eloquiũ m. 4 Quum defic. בהתעטף Dũ diſtorqueretur 5 Aſpic. ad dext. & vid. הביט ימין וראה Infinitiui Heb. pro præt. imperfecto, aut perfecto. i. reſpexi, vel reſpiciebam. Perierat eff. à me, אבד מנוס ממני Hebraiſmus pro, quò fugerẽ non habebã. Qui requireret דורש ſub. vt eriperet. Nemo ſatagebat me eripere. 7 Attenuatus ſum דלותי miſer factus ſum. 8 Prop. me coro. ſe בי יכתירו me cingent. Alii, coronam facient ſibi de me. i. ero iuſtis vice coronæ, vice exempli, vt cui tu ſummopere faueris in periculo: ad quod reſpicientes, laudabunt te. Alii, iactabũt ſeſe de me. ſub. tanquam de corona quadam inſigni. Alii, reputabunt me ſibi coronam. Quidam, me expectabunt. Chald. paraph. de me tibi facient coronam laudis. i. in cœtu laudabunt te propter me. Retribueris תגמול Fut. Heb. pro præt. rependeris. vel, benefeceris.

IN PSALMVM CXLIII.

2 Iuſtificabit ſe יצדק iuſtificabitur. Alii, iuſtus erit. 3 Perſequitur רדף Præt. Heb. pro præſ. Attriuit דכא confregit. Alii, proſternit. Alii, attritam deiecit. In obſcu. במחשכים in tenebricoſis. i. coegit vt habitarẽ in ſpelunca tenebroſa. Sicut mort. ſec. : כמתי עולם ſicut qui ab olim mortui ſunt. vel, iam pridem. 4 Et defecit ותתעטף Et diſtortus eſt. vel, diſtorquebatur. Deſolatur ישתומם deſtituitur, attonitum eſt. Alii, obſtupuit. vel, obſtupebat. 5 Recordor di. *qui fuerunt* à princip. זכרתי ימים מקדם Præt. Heb. Ad verbũ, Recordatus ſum dierũ priſtinorũ. Alii, dies anteactos. quibus ſcilicet affuiſti patribus noſtris. Cõmẽtor. אשוחח: Fut. Heb. pro præſ. verba facio. diſſero. 6 Expãdo פרשתי Præt. Heb. pro præſ. Siticuloſa, עיפה ſub. quæ imbrem expectat.

″Velociter exaudi me Iehoua,defecit ſpiritus meus:ne abſcon- 7
das faciem tuam à me,& ſimilis ero deſcendentibus in ſepulchrũ.

Petit à Deo doceri,orans vt ipſius bonitate ac miſericordia liberetur.

Audire fac me″manè miſericordiam tuam,quia in te″ſpero:″ſci 8
re fac me viam per quam ambulẽ,quia ad te leuaui animam meã.
Erue me ab inimicis meis Iehoua:″in te ſpero. 9
Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: Spi- 10
ritus tuus bonus deducat me″in terra recta.
Propter nomen tuum Iehoua,″viuificabis me: propter iuſtitiã 11
tuam educes de anguſtia animam meam.

Precatur contra ſuos inimicos.

Et propter miſericordiam tuã″diſperdes inimicos meos: & per- 12
des omnes hoſtes animæ meæ,quia ego ſeruus tuus ſum.

Ipſius Dauid. CXLIIII. 1

Dauid recognoſcit victoriã quã aduerſ⁹ inimicos ſuos adeptus eſt, à ſolo Deo eſſe.

B′Enedictus Iehoua rupes mea , qui docet manus meas ad præ-
lium,& digitos meos ad bellum.
Miſericordia mea,″& arx mea: eleuatio mea, & liberator meus 2
mihi,ſcutũ meũ,& in ipſo ſperaui,ꝗ″ſubdit populũ meũ ſub me.

Admiraturquòd Deus ei tantum boni facere dignetur, homini nihili.

Oratio quã habuit pro victoria contra inimicos ſuos,qui nihil aliud quàm vanitatem ac prauitatem & dicebant, & faciebant.

Iehoua q̃d eſt homo,″& agnoſcis eũ:fili⁹hominis,″& reputas eũ? 3
Homo vanitati ſimilis eſt:dies eius ſunt vt vmbra tranſiens. 4
Iehoua ĩclina cælos tuos,& deſcẽde:tãge mõtes,& fumigabũt. 5
Fulgura fulgur,& diſperge eos:mitte ſagittas tuas,& turba illos. 6
Mitte manum tuam de excelſo,redime me,& erue me ex aquis 7
multis,è manu″filiorum alienorum:
Quorũ os″loquitur mẽdaciũ:& dextera eorũ,″dextera mẽdax. 8

Promittit laudẽ Domino,ſi eum à ſuis inimicis liberet.

Deus canticum nouum cantabo tibi : in pſalterio, *in* decachor- 9
do canam tibi.
″Qui dat ſalutem Regibus,qui redimit Dauid ſeruum ſuum de 10
gladio malo,
Redime me,& erue me de manu filiorum alienigenarum,quo- 11
rum os″loquitur mendacium:& dextera eorum,dextera mendax:

M, meſis

Orat pro totius populi Iſrael ꝓſperitate, quam promiſerat iis q ipſius mandata cuſtodirent.

″Vt ſint filii noſtri ſicut plãtationes ″auctæ″in adoleſcentia ſua: 12
filiæ noſtræ ſicut″anguli exciſi inſtar palatii:
″Anguli noſtri pleni,″producentes de ſpecie ad ſpeciem: greges 13
noſtri″parientes mille,″decem millia in plateis noſtris:
Boues noſtri″onuſti *carne:* nõ ſit″ruptura,nec″qui egrediatur,nec 14
ſit″clamor in plateis noſtris.

7 Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me:& ſimilis ero deſcẽdentibus in lacum.
8 Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam:quia in te ſperaui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem:quia ad te leuaui animã meã. C
9 Eripe me de inimicis meis Domine, 10 ad te cõfugi:doce me facere volũtatem tuam,quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen 11 tuum Domine viuificabis me , in æquitate tua
Educes de tribulatiõe animã meã: & in miſericordia tua diſperdes ini- 12 micos meos:
Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus 1 tuus ſum. CXLIII.
Pſalmus Dauid aduerſus Goliath
BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum.
2 Miſericordia mea & refugiũ meũ: ſuſceptor meus,& liberator meus:
Protector meus,& in ipſo ſperaui: qui ſubdit populum meum ſub me.
3 Dñe quid eſt homo , q̃a innotuiſti ei?aut fili⁹hominis,quia reputas eũ?
4 Homo vanitati ſimilis factus eſt: B dies eius ſicut vmbra prætereunt.
5 Domine inclina cælos tuos, & de- 6 ſcende:tange montes,& fumigabũt.
Fulgura coruſcationem,& diſſipa- 7 bis eos: emitte ſagittas tuas,& conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto,eripe me,& libera me de aquis multis, 8 de manu filiorum alienorum:
Quorum os locutum eſt vanitatẽ: C 9 & dextera eorũ,dextera iniquitatis.
Deus canticum nouũ cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallã tibi.
10 Qui dat ſalutem regibus:qui redemit Dauid ſeruum ſuum de gladio maligno,eripe me,
Et erue me de manu filiorum alie- 11 norum,quorum os locutum eſt vanitatem : & dextera eorum , dextera iniquitatis:
12 Quorum filii ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. D
Filiæ eorum cõpoſitæ : circumornatæ vt ſimilitudo templi:
13 Promptuaria eorũ plena:eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtoſæ , abundantes 14 in egreſſibus ſuis: boues eorũ craſſæ.
Non eſt ruina maceriæ, neque trãſitus, neque clamor in plateis eorũ.

7 Velociter מהר Feſtina.Propera.verbum pro aduerbio. 8 Mané בבוקר .i.tẽpeſtiuè.Manè dixit,quia orationi aptũ:Miſericordiã.i.vocẽ tuã quæ teſtetur miſericordiã tuã erga me. Spero: בטחתי Præt.Heb.pro præſ.tibi fido. Scire fac me הודיעני notam fac mihi.monſtra mihi. 9 In te ſpero. : אליך כסיתי ad te *latitaturus*,vel *protegendus* cõfugi.Alii,apud te obtego,vel abſcõdo. ſub.me.Alii,tibi abſcondi.ſub.cauſam meam.i.tibi vni,non alii cuiquã expono cauſam & calamitatẽ meã,vt ei à quo ſolo opẽ expecto. 10 In terra re. בארץ מישור per terrã rectitudinis.i.per iter rectũ. 11 Viuificabis me: תחייני Fut.Heb.pro optãdi modo,viuifica.i.fac incolumis euadã hoc periculũ,vt te laudem. 12 Diſperdes תצמית Fut. Heb.pro optandi modo,diſſipa,diſperde,confice. Sic mox.

IN PSALMVM CXLIIII.

1 Bened.Ieh.rupes mea, ברוך יהוה צורי Laudetur Iehoua fortitudo mea.vel,Omni laude dignus.
2 Et arx mea:eleua.mea, ומצודתי משגבי & munimentũ meũ,& arx mea.Iiſdẽ nominibus vſus eſt & Pſal.18.3,& aliis locis. Subdit הרודד expandit.ſternit.Alii,ſubiicit. 3 Et agnoſ.e. ותדעהו quòd cognoſcis eum. vel, vt agnoſcas eum.i.curam illius agere digneris. Et reput.eũ? : ותחשבהו quòd cogites de eo?vel,vt cogites de eo? 7 Fil.alien. : בני נכר Ad verbũ,filiorũ alieni.pro,alienorũ.i.eorũ qui alienũ Deũ colunt. 8 Loquitur דבר Præt.Heb.pro præſ. Dext.mend. : ימין שקר Ad verbũ,dextra mendacii .i.quorum robur fallet eos. 10 Qui dat הנותן Perſonæ mutatio,à ſecunda ad tertiã. 11 Loqui. דבר Præt.Heb.pro præſ.
12 Vt ſint filii no. אשר בנינו Ita quidã vertunt,vt ſit imprecatio. Alii, Nã filii noſtri,&c. q.d.quod ad alia pertinet,res omnes aliæ noſtræ bene habẽt,tãtum nobis opus eſt vt nos liberes:nã filii à teneris diligẽter exculti ſunt, & filiæ noſtræ formoſæ ſunt,vt lapides,&c. Auctæ מגודלים adultæ.ſumma cura enutritæ. In adole.ſ. בנעוריהם Plur.Heb.in adoleſcẽtiis ſuis. Alii,in iuuentute ſua. Anguli exciſi כזוית מחוטבות anguli ornati:vel politi.i.vt ſũt angulares lapides elegãter politi,ad ſimilitudinẽ lapidũ quibus cõſtruuntur palatia.
13 Anguli no.ple. מזוינו מלאים Vox Hebræa ſignificat angulos:pro qua interpretes vertunt,Penuaria noſtra plena ſunt. ſiue Cellæ noſtræ ſunt plenæ.Hebræi pro angulo domus accipiunt,exponentes, In omni angulo domus eſt aliqua frugum ſpecies. Produc.de ſpecie ad ſpe. מפיקים מזן אל־זן Ad verbum,educentes[.i.producentes,vel ſuppeditãtes]de genere ad genus:hoc eſt,varia genera annonæ. Alii intranſitiuè vertunt, exeuntes[.i.redundantes] de ſpecie ad ſpeciem.q.d.præ frugum copia miſcent ſe ſpecies,nempe triticum auenæ miſcetur,aut hordeo,aut leguminibus quæ iuxtà fuerint. Parientes mille, מאליפות Hebraicè vnica eſt dictio,quaſi dicas,millenãtes. Decem millia מרובבות Vnicũ eſt verbum Hebraicum, quod ſignificat quæ decies mille pariunt.q.d.parientes millenos, & decẽ millia:adeò vt ex illis repletæ ſint,vel repleantur plateæ noſtræ.Siue,ad millenos,& decem millia facientes fructũ.Chald.paraph.parientes mille, multiplicantes decem millia. Quidam vertunt hanc poſteriorem verſus partem, Greges noſtri millibus, myriadibúſque aucti repleant vicos noſtros.Vel,millibus,imò myriadibus repleuerunt plateas noſtras. 14 Onuſti מסובלים ſub.ſint,vel ſunt carne .i. pingues & craſſi. q.d. boues noſtri fortes ſint, vel ſunt , & robuſti ad ferendum onus ſuum. Quidam vertunt , Boues noſtri robuſti. vel onerarii.i. ferẽdis oneribus idonei. Alii,pingues ſint. Ruptura, פרץ irruptio.ſub.hoſtis.q.d.ſumma ſit,vel eſt pax. Qui egrediatur, יוצאת egreſſus,vel emigratio.ſub.in captiuitatem. Clamor צוחה ſub.luctuoſus ob cladem ab hoſtibus acceptam.

Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius.

Laudatio ipſi Dauid. CXLIIII.

EXaltabo te Deus meus Rex: & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Per ſingulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt finis.

Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt:

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt,

B Et virtutem terribilium tuorũ dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabũt: & iuſtitiam tuam exultabunt.

Miſerator & miſericors Dominus, patiens & multum miſericors.

Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sãcti tui benedicãt tibi.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur:

C Vt notam faciant filiis hominum potẽtiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione.

Fidelis Dominus in õnibus verbis ſuis, & ſãctus in õnib⁹ operibus ſuis.

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos.

Oculi õniũ in te ſperãt, & tu das eſcam illorum in tẽpore opportuno.

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

D Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſãctus in õnibus operib⁹ ſuis.

Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocãtibus eum in veritate.

Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.

Cuſtodit Dominus ões diligẽtes ſe, & omnes peccatores diſperdet.

Laudationẽ Domini loquetur os meũ, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculũ, & in ſeculum ſeculi.

CXLV.

Halelu-Iah. Aggæi & Zachariæ.

LAuda anima mea Dominũ, laudabo Dominũ in vita mea, pſallam Deo meo quandiu fuero.

Nolite cõfidere in principibus: in filiis hominũ, in quibus nõ eſt ſalus.

---

15 Beat⁹ populus cui ſic eſt: beat⁹ populus ʹcuius Deus eſt Iehoua.

1 ʺLaus ipſius Dauid. CXLV.

א EXaltabo te Deus meus Rex, ʹ& benedicã nomini tuo in ſeculum & in perpetuum.

2 ב Omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſeculum & in perpetuum.

3 ג Magnus Iehoua ʹ& laudabilis valde, & magnitudinis eius non eſt ʺinueſtigatio.

4 ד Generatio generationi narrabit opera tua, & ʹfortitudines tuas annuntiabunt.

5 ה ʺDecorẽ gloriæ magnificẽtiæ tuæ, & ʹres mirabiliũ tuorũ loquar:

6 ו Et fortitudinem terribilium *operum* tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabo.

7 ז Memoriam multitudinis bonitatis tuæ ʺeructabunt, & iuſtitiã tuam ʺvociferabuntur.

8 ח Clemens & miſerator Iehoua, ʺtardus ad iraſcẽdum, & magnus miſericordia.

9 ט Bonus Iehoua vniuerſis, & miſericordiæ eius ſuper omnia opera eius.

10 י ʺCelebrant te Iehoua omnia opera tua, & miſericordes tui benedicunt tibi.

11 כ Gloriam regni tui dicunt, & fortitudinem tuam loquuntur:

12 ל Vt notas faciant filiis hominum ʺfortitudines eius, & gloriam ſplendoris regni eius.

13 מ Regnum tuum regnum ʺomnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione.

14 ס ʺSuſtẽtat Iehoua omnes corruẽtes, & erigit omnes ʺincuruatos.

15 ע Oculi omniũ ʺin te ſperãt, & tu das illis eſcã ſuã ʺin tẽpore ſuo.

16 פ Aperis manum tuam, & ſaturas omne viuens ʺ*ad* voluntatem.

17 צ Iuſtus Iehoua in omnibus viis ſuis, & miſericors in omnibus operibus ſuis.

18 ק Propinquus eſt Iehoua omnibus inuocantibus eum, omnibus *inquam* qui inuocant eum ʺin veritate.

19 ר Volũtatẽ timẽtiũ ſe ʺfacit, & clamorẽ eorũ exaudit, ac ſeruat eos.

20 ש Cuſtodit Iehoua omnes diligẽtes ſe: & õnes impios ʺdiſperdet.

21 ת Laudem Iehouæ loquetur os meum: & benedicet omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum & in perpetuum.

Halelu-Iah. CXLVI.

1 LAuda anima mea Iehouam:

2 Laudabo Iehouã in vita mea, pſallã Deo meo quãdiu ero.

3 Ne fidatis principibus, filio hominis in quo non eſt ſalus.

David generatim laudat opera & mirabilia Dei quib⁹ clemẽtia, miſericordia, potentiáque eius declaratur.

Omnis generatio, cognita eius bonitate, clemẽtia, & miſericordia, eũ laudabit.

Deus regnans perpetuò & opitulãs afflictis atque oppreſſis,

Dominus paſcit omnẽ creaturã.

De⁹ iuſtus ac miſericors in õnib⁹ ſuis operibus,

Qualis eſt Deus erga eos qui eum inuocant, timẽt, amant.

Promittit ſe perpetuò laudaturũ.

Dauid oſtendit ſummũ ardorem quẽ habebat laudandi Deum.

Docet non eſſe fidẽdũ hominib⁹, ſed Deo ſoli, & quare.

---

15 Cuius Deus, &c. שיהוה אלהיו: Ad verbum, cuius Iehoua eſt Deus eius. altero relatiuo redundante.

IN PSALMVM CXLV.

1 Laus ipſius Da. תהלה לדוד Hebraiſmus pro, Pſalmus laudatorius cõpoſitus à Dauide. Et bened no.t. ואברכה שמך & prædicabo nomen tuum. 3 Et laudab. ומהולל & laudatus. Inueſtig. חקר: exploratio. i. cuius magnitudo imperueſtigabilis eſt.

4 Et fortit.t.annunt. וגבורותיך יגידו: & potentias tuas commemorabunt. i. egregia tua facinora.

5 Deco. glo. magn.t. הדר כבוד הודך Hebraiſmus, pro, Splendidam & glorioſam magnificentiam tuam. Et res mirab.t.loq. ודברי נפלאותיך אשיחה: atque geſta tua mirabilia meditabor.

7 Eructabunt: יביעו effundent. effabuntur. i. plenis buccis prædicabunt. Vociferab. ירננו: iubilabunt. vel, ouãtes prædicabũt.

8 Tardus ad iraſ. ארך אפים Ad verbũ, lõgus furore. 10 Celebrãt te יודוך Celebrẽtte. Futura Heb. pro præſ. etiã verſu ſequẽti.

12 Fort.eius, גבורותיו potentias eius. Mutatio perſonæ, pro tuas. hoc eſt, egregia geſta tua.

13 Omniũ ſec. כל־עולמים. i. quod durat per omnia ſecula, & eſt ſempiternũ. Verſus qui à litera נ inciperet, deeſt in Hebraica & Chaldaica ſcriptura: Græci autem interpretes in ſuo codice habuerunt, cuius principium erat, נאמן id eſt Fidelis.

14 Suſtentat סומך Fulcit. Alii, auxiliatur corruentibus. Incuruatos. הכפופים: .i. oppreſſos morbis, aut quauis oppreſſione.

15 In te ſper. אליך ישברו Fut. Heb. pro præſ. i. ad te ſperantes reſpiciuut, ſiue ſuſpiciunt.

16 Ad volun. רצון: .i. cibo gratis dato. Alii, beneplacito. Alii, pro volũtate. Alii, deſiderio. i. cibis optatis, & quos deſiderãt. Quidã Hebræorũ, ſecũdum voluntatẽ ſuã. Alius, quantum ſufficit. 18 In veritate. באמת: in fide. vel, ex fide. i. ex vera religione, & ex animo.

19 Facit יעשה Futura Heb. pro præſentibus toto verſu. 20 Diſperdet. ישמיד: deuaſtabit. exterminabit.

147.148.149.150

″Egreditur ſpiritus eius, reuertitur in terram ſuam, in die illa 4
pereunt cogitationes eius.

Beatus *itaque* eſt is cuius in auxilio eſt Deus Iayacob, cuius ſpes 5
eſt in Iehoua Deo ſuo:

Qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt: qui 6
ſeruat veritatem in ſeculum.

Qui facit iudicium ″iniuria affectis, qui dat panem famelicis: 7
Iehoua ſoluit vinctos.

Iehoua ″illuminat cæcos, Iehoua erigit incuruatos, Iehoua dili- 8
git iuſtos.

Iehoua cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ″ſubleuat: & viam 9
impiorum ſubuertit.

Regnabit Iehoua in ſeculum, Deus tuus xSiíon in generatione 10
& generatione. Halelu-Iah.

C X L V I I.

Propheta poſtea ptiuitatem à Babylone reuerſã hortatur omnes ad laudãdũ Deũ quòd populũ ſuũ vbique diſperſũ recollegerit.

LAudate Iah, quoniam bonum eſt canere Deo noſtro, quoniã 1
dulce, *&* ″decora eſt laus.

AEdificans Ieruwſaláim Iehoua, eiectos Iwſraxel congregabit. 2

Qui ſanat contritos corde, ″& alligat dolores eorum: 3

Qui numerat numerũ ſtellarũ, omnes illas nominibus vocat. 4

Potentia & prudentia in Deo liberãte afflictos, oppreſſoréſque perdente. Laudes Deo ex eo quòd beſtiis etiam proſpicit.

Magnus Dominus noſter, & multus fortitudine, intelligentiæ 5
eius non eſt numerus.

″Subleuat mãſuetos Iehoua, humiliat impios vſque ad terram. 6

Canite Iehouæ cum laude, canite Deo noſtro in cithara, 7

Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam: qui germi- 8
nare facit *in* montibus herbam.

Qui dat iumento eſcam ſuam, ″filiis coruorum qui clamant. 9

Oſtẽdit, Deo ad colligendũ eius populum, non opus eſſe armis, ſed fiducia in ipſum.

Non in fortitudine equi ″voluntatem habet, neque in tibiis vi- 10
ri ″delectatur:

″Diligit Iehoua timentes ipſum, ſperãtes in miſericordia eius. 11

Hortatur Ieruſalem ad laudãdum Deũ, quòd populum ſuũ diſſipatum collegerit, eique neceſſaria copioſè ſuppeditarit.

Lauda Ieruwſaláim Iehouam, lauda Deum tuum xSiíon: 12

Quoniã ″roborat vectes portarum tuarum, benedicit filiis tuis 13
in medio tui.

″Qui ponit terminum tuum pacem, ″adipe frumẽti ſaturat te. 14

″Qui mittit verbum ſuũ terræ: ″celerrimè currit verbum eius. 15

Qui dat niuem *albam* velut lanam, pruinam velut cinerẽ ſpargit. 16

Proiicit glaciẽ ſuam ″vt buccellas: corã frigore eius quis ſtabit? 17

″Mittit verbũ ſuũ, & liquefacit ea: flat ſpirit' ei⁹, *&* fluũt aquæ. 18

Omniũ beneficiorũ in populũ Iſrael maximum, Lex ab eo per Moſen data.

Annũtiat verbũ ſuũ ipſi Iaacob, ſtatuta ſua & iudicia ſua Iſraeli. 19

Nõ fecit ſic cuilibet gẽti: ″& iudicia *eius* nõ nouerũt. Halelu-Iah. 20

---

4 Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

5 Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes ei⁹ in Domino Deo ipſius: ‖qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Act.14.c.15 apoc.14.b.7

6 Qui cuſtodit veritatem in ſeculũ, facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.

7 Dominus ſoluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

8 Dominus erigit eliſos, Dominus diligit iuſtos.

9 Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet, & viam peccatorum diſperdet.

10 Regnabit Dñs in ſecula De⁹ tuus Siõ, in generatione & generationẽ.

Halelu-Iah. C X L V I.

1 LAudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus Deo noſtro: ſit iucunda decoráque laudatio.

2 AEdificans Ieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis congregabit.

3 Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum:

4 Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.

5 Magnus Dñs noſter, & magna virt⁹ eius, & ſapiẽtiæ ei⁹ nõ eſt numer⁹.

6 Suſcipiẽs mãſuetos Dominus, humiliãs autẽ peccatores vſq; ad terrã.

7 Præcinite Domino in confeſſione, pſallite Deo noſtro in cithara,

8 Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam,

Qui producit in montibus fœnũ, & herbam ſeruituti hominum.

9 Qui dat iumẽtis eſcam ipſorũ: ‖& pullis coruorum inuocantibus eum.

Iob 39.a.3

10 Nõ ĩ fortitudine eq volũtatẽ habebit, nec ĩ tibiis viri bñplacitũ erit ei:

11 Beneplacitũ eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Halelu-Iah. C X L V I I.

12 LAuda Ieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion:

13 Quoniam confortauit ſeras portarum tuarũ, benedixit filiis tuis in te.

14 Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.

15 Qui emittit eloquium ſuũ terræ, velociter currit ſermo eius.

16 Qui dat niuem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit.

B

17 Mittit cryſtallũ ſuã ſicut buccellas, ante faciẽ frigoris eius qs ſuſtinebit?

18 Emittet verbũ ſuũ, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluẽt aquæ.

19 Qui annuntiat verbum ſuũ Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.

20 Nõ fecit taliter õni nationi, & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Halelu Iah.

IN PSALMVM CXLVI.

4 Egreditur תצא Fut.Heb.pro præſentibus, Emigrat ſpiritus eius, reuertitur in humum ſuam. q.d. homines ſunt mortales, & ſpiritum ſuum retinere non poſſunt: Deo illum repetente, tunc omnia eorum inſtituta remanent infecta.

7 Iniuria aff. לעשוקים calumniam patientibus. oppreſſis. 8 Illum. cæcos, פקח עורים Ad verbũ, aperit cæcos. i. oculos cæcorũ.

9 Subleuat, יעודד euehit. attollit. exaltat. erigit. Fut Heb. pro præſ.

IN PSALMVM CXLVII.

1 Decora eſt נאוה pulchra eſt, à נאה Chaldaico verbo, quod pulchrum & decorũ ſignificat. Alii, ab אוה deſiderauit, optauit, vertunt optabilis. deſiderabilis. vt ſcilicet dignè laudetur. 3 Et alligat ומחבש velut faſciis ſcilicet more medici, aut chirurgi. Per tranſlationẽ dixit Alligat dolores: quia dixerat Sanat contritos corde. 6 Subleuat מעודד Euehit. Attollit.

9 Filiis cor. לבני ערב More Hebraico filios pro pullis dixit. 10 Voluntatem habet, יחפץ Fut.Heb. pro præſ. cõplacet ſibi. delectatur. amat. Delectatur : ירצה Etiam Fut.Heb. pro præſ. afficitur. voluntatem habet. beneplacitum eſt illi. complacet ſibi.

11 Diligit Ieh. &c. רוצה יהוה את־יראיו Complacet Iehouæ in his qui ipſum timent. Alii, Propenſo eſt affectu Iehoua erga timentes ſe.

13 Roborat חזק Præterita Heb. pro præſ. 14 Qui ponit ter. t. pa. השם־גבולך שלום Hebraiſmus, pro Terminos tuos donat ſumma pace. Quidã ſubaudita præpoſitione, vertũt, in pace. Adipe fru. ſat. te. : חלב חטים ישביעך medulloſo tritico ſatiat te. i. optimo tritico. Tritici abũdantia, aliarũ quoque rerũ copia ſignificatur. Fut. Heb. pro præſ. 15 Qui mittit השולח Qui immittit. vel, demittit. i. qui iubet terræ. Celerrime עד־מהרה Ad verbũ, vſque ad celeritatem. i. ſumma celeritate perficiuntur quæ iubet. Metaphora à curſoribus.

17 Vt buccellas, כפתים tanquam fruſta. aut fragmenta. tunc enim guttæ pluuiæ nimio frigore vertuntur in fruſta.

18 Mittit ישלח Futura Heb. pro præſentibus. Hebraiſmus, mittit verbum ſuum, pro iubet, ſiue præcipit.

20 Et iudicia, &c. ומשפטים בל־ידעום Ad verbum, & iudicia nõ nouerunt ea. i. & iudicia quæ dedit eis, nõ nouerunt ea gentes: hoc eſt nõ fecit eis nota, ſiue manifeſtauit. Alii pronomen affixum verbo, iungũt nomini, vertentes, neque nouerũt iudicia eorũ, ſub. Iſraelitarũ.

Halelu-Iah. CXLVIII.

LAudate Dominum de cælis,laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eũ ſol & luna : laudate eũ omnes ſtellæ & lumen.

Dan.3.c.60 gene.1.a.7

Laudate eum cæli cælorum : ‖& aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudẽt nomen Domini:

B Quia ipſe dixit, & facta ſunt : ipſe mandauit,& creata ſunt.

Statuit ea in æternũ& ĩ ſeculũ ſeculi:præceptũ poſuit,& nõ præteribit.

LaudateDominum de terra,dracones & omnes abyſſi:

Ignis,grando,nix,glacies,ſpiritus procellarum , quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles,ligna fructifera,& omnes cedri:

C Beſtiæ,& vniuerſa pecora,ſerpentes,& volucres pennatæ:

Reges terræ,& omnes populi,prĩcipes,& omnes iudices terræ:

Iuuenes &virgines,ſenes cũ iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius,filiis Iſrael populo appropĩquãti ſibi. Halelu-Iah.

Halelu Iah. CXLIX.

CAntate Domino canticum nouum:laus eius in eccleſia Sanctorum:

Lætetur Iſrael in eo qui fecit eũ,& filii Sion exultent in Rege ſuo:

Laudent nomen eius in choro , in tympano & pſalterio pſallant ei:

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutem.

B Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorũ, & gladii ancipites in manibus eorũ,

Ad faciendam vindictam in nationibus,increpationes in populis:

Ad alligãdos Reges eorum in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.Halelu Iah.

Halelu-Iah. CL.

LAudate Dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Halelu-Iah. CXLVIII.

Inuitat ad laudãdũ Deum õnes creaturas quæ ſunt in cælo, & quæ in terra:admonens omnes de admirabili Dei virtute,ſapiẽtia,& bonitate.

1 LAudate Deum de cælis: laudate eum in excelſis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.
3 Laudate eum ſol & luna:laudate eum omnes ſtellæ″luminis.
4 Laudate eum cæli cælorum:& aquæ quæ ſuper cælos ſunt,
5 Laudent nomen Iehouæ:quia ipſe præcepit,& creata ſunt:
6 ″Et ſtare fecit ea in perpetuum & in ſeculum : ſtatutum dedit, & non præteribit.
7 Laudate Iehouam de terra,dracones,& omnes voragines:
8 ″Ignis & grando , nix & vapor,″ventus turbinis faciens verbum eius:
9 Montes,& omnes colles,arbor fructifera,& omnes cedri:
10 Beſtia,& omne iumentum,reptile,& auis alata:
11 Reges terræ, & omnes populi,principes,& õnes iudices terræ:
12 Iuuenes,& etiam virgines,ſenes cum iunioribus,
13 Laudent nomen Iehouæ:quia exaltatũ eſt nomen eius ſolius, ″gloria eius ſuper terram & cælum.
14 ″Et extulit cornu populo ſuo,″laus omnibus miſericordibus eius,filiis Iשſraאel,populo propinquo ei. Halelu-Iah.

Laudandus Deus ab eius maieſtate, & quòd præ cæteris populis populum ſuũ Iſrael elegerit.

Halelu-Iah. CXLIX.

David hortatur Iſraelem ad Deũ laudandũ in õni genere laudis , quòd ſibi in eis cõplacet,&quòd lætitiã ipſis det victoriarum aduerſus Gentes.

1 CAntate Iehouæ cãticum nouum, laus eius in congregatione ″miſericordium:
2 Lætetur Iשſraאel in factore ſuo, & filii צSiõ exultẽt inRege ſuo:
3 Laudent nomen eius″in choro,in tympano & cithara canãt ei:
4 Quia″complacet ſibi Iehoua in populo ſuo: ″glorificabit humiles in ſalute.
5 Exultabũt miſericordes″in gloria, exultabũt in cubilibus ſuis.
6 ″Exaltationes Dei ĩ gutture eorũ,& gladiꝰ″anceps in manu eorũ,
7 Ad faciendam vindictã de Gentibus,″increpationes in populis:
8 ″Ad alligandum Reges eorum in cõpedibus, ″& nobiles eorum in compedibus ferreis:
9 ″Ad faciendum in eos iudicium ſcriptum:decor iſte erit omnibus miſericordibus ſuis.Halelu-Iáh.

Halelu-Iah. CL.

Exhortatio ad laudandã potentiam,magnitudinémque Dei in omni genere inſtrumentorum.

1 LAudate Deum″in ſanctitate eius:laudate eum in firmamento fortitudinis eius.

IN PSALMVM CXLVIII.

3 Luminis. : אור lucis,i.lucidæ.Hebraiſmus. 6 Et ſtare fecit ea ויעמידם Et conſtituit ea.vel ſtabiliuit. Et non præteribit :ולא יעבור .i.non delebitur, non abrogabitur,non ceſſabit.Sic hoc verbo vſus eſt Matthæus cap.24.c.35. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

8 Ignis אש Ignem pro fulminibus & fulgetris poſuit. Ventus turb. רוח סערה ſpiritus procellæ.i.ventus procelloſus.

13 Gloria eius הודו magnificentia eius. celebritas.dignitas. 14 Et ext.cornu pop.ſ. וירם קרן לעמו Et attollet [vel, exaltabit] cornu populi ſui.Cornu,ſignificat vires,robur,virtutem.q.d.reſtituet vires populo ſuo. Laus om.&c. תהלה וגו' laus *decet* omnes pios eius, atque filios Iſrael, populum illi propinquum . Vel, laus *erit* omnibus ſanctis eius, filiis Iſrael, populo appropinquanti ei. Affixum pronomen pro ſeparato.i.qui accedit ad eum,& eius cultui addictus eſt.

IN PSALMVM CXLIX.

1 Miſericordium. : חסידים piorum.benignorum.ſanctorum. 3 In choro במחול Chorum ſignificare videtur præſertim Exod.32.d.19.Significare etiam fiſtulam vel tibiam,ex Exod.15.c.20,Iudicum 11.f.34,& 21.d.22,ac aliis locis,ſatis liquet.

4 Complacet ſibi רוצה beneplacet ſibi.i.maximè amãt populum ſuum. Glorificabit יפאר Fut.Heb.pro præſ.ornat.i.nam id honoris exhibet manſuetis vt eos dignetur ope ſua.

5 In gloria, בכבוד de gloria.i.ob gloriam liberationis.Alii,in decore. Exult.in cubil.ſ. : ירננו על־משכבותם iubilabunt ſuper cubilibus ſuis.Alii,ouabunt de cubilibus ſuis.i.de alta quiete,& tranquillitate ſolida.

6 Exaltationes רוממות .i.ſummæ laudes.q.d.de magnificis factis Dei ſemper loquũtur. Anceps פיפיות Ad verbũ,duarum acierum.i.vtrinque incidens.Singulare pro plur.q.d.inuictam potentiam adepti ſunt. 7 Increpationes תוכחות caſtigationes.

8 Ad alligandum לאסור vt vinciant. Et nobil.e. ונכבדיהם & proceres eorum.dignitate pollentes.magnates.

9 Ad facien. in eos iud.ſcriptum: לעשות בהם משפט כתוב Hebraiſmus,pro,vt ſumant de eis pœnas iuxta ſcriptum Legis.

IN PSALMVM CL.

1 In ſanctitate eius אל בקדשו in ſancto eius.vel,in ſacrario eius.i.in templo:aut,vos angeli qui verſamini ſemper in cælo. In firmamento ברקיע in expanſo.i.vos homines qui continemini eius firmamento,in quo eius potentia relucet.

2 Laudate eum″in fortitudinibus eius:laudate eum″ſecundũ multitudinem magnitudinis eius.

3 Laudate eũ in clãgore buccinæ:laudate eũ in nébel & cithara.

4 Laudate eũ in tympano,& fiſtula:laudate eũ fidibus & organo.

5 Laudate eum in cymbalis″ſonoris, laudate eum in cymbalis iubilationis.

6 Omnis ſpiritus laudet Iah.Halelu-Iah.

2 Laudate eũ in virtutibus eius,laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

3 Laudate eum in ſono tubæ,laudate eum in pſalterio & cithara.

4 Laudate eum in tympano & choro:laudate eũ in chordis & organo.

5 Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.Halelu-iah.

2 In fortitudinib.eius בגבורתיו propter fortitudines eius. i.ob egregia facinora eius. Secundum multitudinem,&c. : כרוב גודלו Iuxta excellentem magnitudinem eius. Alii,pro eximia magnitudine eius. Alii,pro amplitudine magnitudinis eius.

5 Sonoris, שמע Ad verbum,auditus,vel auditionis.i.ſonoris,vel canoris.

Prouerbia Salomonis,Hebr. משלי שלמה

Librum iſtum LXX interpretes inſcripſerunt Παροιμίαι Σολομῶντος, Prouerbia Solomonis:Hebræi autem משלי שלמה, quod ſignificat ſimilitudines & comparationes,quas Græci παραβολὰς vocant.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Vis & vſus verbi Dei.

Parabolæ ″Selomóh filii Dauid,regis Iſraël: 1

2 ″Ad ſciendum ſapientiam″& eruditionẽ, ad intelligendum eloquia″intelligentiæ,

3 Ad ſuſcipiendum″eruditionem″intelligentiæ, iuſtitiam, & iudicium,″& rectitudines:

4 Ad dandum″ſimplicibus calliditatem, puero″ſcientiam & cogitationem.

5 ″Audiet ſapiens,″& addet doctrinam:″& intelligens, conſilia poſſidebit.

6 Ad intelligendum″parabolam,″& elocutionem, verba ſapientum,″& ænigmata eorum.

7 Timor Iehouæ principium ſcientiæ:ſapiẽtiam″& eruditionem ſtulti deſpexerunt.

8 Audi fili mi″eruditionem patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

9 Quia″adiectio gratiæ erunt capiti tuo,& torques″gutturi tuo.

10 Fili mi,ſi″ſeducere voluerint te peccatores,″ne acquieſcas.

Illecebris peccatorum non acquieſcendum.

11 Si dixerint, Veni nobiſcum, inſidiemur″ſanguini,″inſidiemur innocenti abſque cauſa:

12 ″Deglutiamus eos ſicut ſepulchrum,viuentes:& integros,ſicut deſcendentes″in foueam.

13 Omnimodam ſubſtãtiam pretioſam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.

VETVS.

1 Parabolæ Salomonis filii Dauid regis Iſrael:

2 Ad ſciẽdã ſapientiã & diſciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ,

3 Et ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ,iuſtitiam, & iudiciũ, & æquitatem:

4 Vt detur paruulis aſtutia,adoleſcẽti ſcientia & intellectus.

5 Audiens ſapiens,ſapientior erit:& intelligens,gubernacula poſſidebit.

6 Animaduertet parabolam & interpretationem , verba ſapientum, & ænigmata eorum.

7 ¶Timor Domini, principium ſciẽtiæ: ſapientiam atque doctrinã ſtulti deſpiciunt.

Pſal.110.d.10
Eccli.1.b.16

8 Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

9 Vt addatur gratia capiti tuo,& torques collo tuo.

10 Fili mi,ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.

B

11 Si dixerint,Veni nobiſcum,inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra:

12 Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem,& integrum quaſi deſcendentem in lacum.

13 Omnem pretioſam ſubſtantiã reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.

---

2 Ad ſciendum, לדעת Ad verbum, Ad intelligendum.ſub.aptè & accommodé. Quidam vertunt,vnde diſcas. Et eruditionem ומוסר & caſtigationem,ſiue correctionem. Alii,diſciplinam. Vox Hebræa ſignificat etiam mores. Intelligentiæ. : בינה prudentiæ. 3 Eruditionem מוסר Eadẽ vox quæ præcedenti verſu. Intelligentiæ השכל prudentiæ. Alii,intelligendi.vt ſit infinitiuus.i.prudẽter agendi. Et rectitudines. : ומישרים & æquitates. Alii,& ea quæ æqua ſunt. 4 Simplicibus calliditatẽ, לפתאים ערמה ſub. bonam. Alii,aſtutiam,ſiue ſolertiam. Simplices vocat qui facile huc & illuc impelluntur. à verbo פתה quod inflectere, malè perſuadere, & ſeducere ſignificat. Scientiam & cogitationem. : דעת ומזמה intelligentiam & conſilium. Alii,ſcientiam atque rectam cognitionem.ſiue perſpicientiam. 5 Audiet ישמע Subaudiunt quidã, Quas quũ audiet. Et addet doct. ויוסף לקח Chald.paraph.addet ſcientiã. Hebraiſmus,pro fiet doctior:ſiue,cognitione promouebit. Et intelligẽs, cõſilia poſſidebit : ונבון תחבולות יקנה & præditus intelligentia,artes acquiret. Alii,& qui iudicio pollet,ingenioſa cõſilia coſequetur. Alii,ſolertiã, vel induſtriã, ſiue inuẽta ſubtilia. 6 Parabolam משל .i.ſermonem parabolicum. Vide tituli expoſitionem. Et elocutionem ומליצה & enarrationem. interpretationem,ſiue(vt loquuntur Hebræi)menſuram & pondus verbi. Et ænigmata eorum. : וחידותם Vox hæc,vt & Græca,obſcuros & inuolutos ſermones ſignificat. Exemplum ænigmatis & parabolæ habes apud Ezechielem,17.a.2. 7 Et eruditionem ומוסר & diſciplinam.vel correctionem. Deſpexerunt, : בזו Præt.Heb. pro præſ.contemnunt.deſpicere ſolent. 8 Eruditionem מוסר diſciplinam.caſtigationem.correctionem. 9 Adiectio gratiæ לוית חן additamentum[ſiue augmentum]gratiæ. vel copulationem. Alii,*veluti* ſuperaddita gratia. Alii,Ea gratiam addent. Alii,ſertum gratiæ.i.gratioſum & elegans.vel,coronam gratiæ. Similia verba habes infrà,cap.4.c.9. Gutturi tuo. : לגרגרותיך Ad verbum,gutturibus tuis.i.collo tuo. Pluralis eſt vox Hebraica, quòd colli duæ ſint partes. 10 Seduc.volu.te, יפתוך decipere voluerint te. Alii,perſuadere voluerint. Ne acquieſ. : אל־תובא Ad verbum,ne velis.ne deſideres, ſiue concupiſcas. aut complaceas. 11 Sanguini, לדם Pro hominibus poſitum eſt. Inſidiemur inno.&c. : נצפנה לנקי חנם abſcõdamus[ſub. retia]innocenti nulla cauſa.i.etiã nõ laceſſiti. Alii,abdamus nos contra innocentẽ[vel mundum]fruſtra. Alii, abſconditi latitemus contra inſontem abſque cauſa. 12 Deglut.eos ſicut ſep. לנבעם כשאול deuorabimus eos inſtar inferorum.vel barathri. In foueam : בור in voraginem.ſignificat foueam in qua non eſt aqua.

14 Sortē mitte nobiſcum, marſupiū vnum ſit omnium noſtrum.

15 Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.

Eſa.59.b.7 rom.3.b.15

16 ‖Pedes enim illorum ad malū currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem.

17 Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.

18 Ipſi quoque contra ſanguinē ſuū inſidiantur, & moliuntur fraudes cōtra animas ſuas.

19 Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidentium rapiunt.

C

20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam:

21 In capite turbarū clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua, dicens,

22 Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiam?

Eſa.65.b.12, & 66.a.4 iere.7.c.13

23 ‖Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendā vobis verba mea.

24 Quia vocaui, & renuiſtis: extendi manū meā, & non fuit qui aſpiceret:

25 Deſpexiſtis omne conſilium meū, & increpationes meas neglexiſtis:

26 Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, quum vobis id quod timebatis aduenerit,

D

27 Quū irruerit repētina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.

28 Tūc inuocabunt me, & nō exaudiā: manè cōſurgēt, & non inueniēt me:

29 Eo quòd exoſā habuerint diſciplinā, & timorē Domini nō ſuſceperit,

30 Nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ.

31 Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur.

---

14 Sortē tuā proiice″inter nos, marſupiū vnū ſit omnibus nobis.

15 Fili mi, ne ābules in via cū eis,″prohibe pedē tuū à ſemitis eorū.

16 Pedes enim eorum ad malum″currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem.

17 ″Certè *ut* ſine cauſa″ſpargitur rete in oculis″omnis auis:

18 Sic hi ſanguini eorū inſidiantur, inſidiantur animabus eorum.

19 Tales ſunt ſemitæ omnis″lucro inhiantis, animam″dominorum illius″capiet.

20 ″Sapientia″foris clamitat, in plateis *ipſis*″dat vocem ſuam:

21 ″In capite tumultuantium clamat, in oſtiis″portarum, in vrbe *ipſa* eloquia ſua dicit,

22 Vſquequo″ſimplices diligetis ſimplicitatem:″& deriſores deriſionem deſiderabunt, & ſtulti odio habebunt ſcientiam?

23 ″Conuertimini ad increpationem meam, en″depromam vobis ſpiritum meum,″ſcire vos faciam verba mea.

24 Propterea quòd vocaui, & renuiſtis:″extendi manum meam, & non fuit qui attenderet:

25 ″Et ceſſare feciſtis omne cōſilium meum, & increpationem meam noluiſtis:

26 Etiam ego″in contritione veſtri ridebo: ſubſannabo, quum venerit″timor veſter,

27 Quum *inquam* venerit″ſicut deſolatio, timor veſter:″& contritio veſtri veluti turbo venerit, quum venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.

28 Tunc″inuocabunt me, & non exaudiam: manè quærent me, & non inuenient me:

29 Eo quòd oderunt ſcientiam, & timorē Iehouæ non elegerunt,

30 ″Nec acquieuerūt cōſilio meo,″ſpreuerunt vniuerſam increpationem meam.

31 Comedēt igitur de fructu″viæ ſuæ, & cōſiliis ſuis″ſaturabūtur.

Conqueritur ſapiētia ſe ab omnibus cōtemni: & exitium contemptorū prædicit.

---

14 Inter nos, בתוכנו Ad verbū, in medio noſtri. Quidā, Sortire tu nobiſcū. 15 Prohibe מנע *quin potius* arceto, &c. Repetitio.

16 Currunt, & feſtinant ירוצו וימהרו Futura Heb. pro præſ. 17 Certè *ut* ſine cauſa, &c. כי־חנם וגו' Variè hic locus vertitur ab interpretibus. Primò, vt hìc vides, cuius verſionis ſenſus eſt, Certè, vel Quia *ut* ſine cauſa auibus innocuis expanditur rete: ita hi ſine cauſa inſidiantur vitæ eorum quos occidere cupiunt, vt illorum rapiant bona. Simplicior hæc videtur opinio, cui etiam quadrat ſequens verſus, Tales ſunt viæ omnium illorū qui lucro inhiantes, ſine cauſa alios occidunt. Secundò, Quia *ut* fruſtra ſparſum eſt rete ante aues, quòd illud non percipiant præ auiditate cibi ſupra illud iacti, qui cauſa eſt vt non ſibi caueant à reti: ſic iſti nullo periculo deterriti, ſed auaritia illecti, ſanguini ſuo, ſiue ſibiipſis inſidiantur, & cōtra vitā ſuam abſcondentes ſe, inſidiantur aliis. Tertiò, quidā ſecundū verſum referūt ad habentes alas, & exponunt, Et ipſi homines inſidiātur ſanguini eorū qui habent alas. i. volatiliū: & abſcondunt ſe cōtra animā eorū volatiliū, vt occidant ea. Spargitur מזורה Particip. paſſiuum fœm. ſparſum eſt, diſpoſitum, iactum. pro, ſpargitur. Omnis auis: כל־בעל כנף׃ Ad verbū, omnis præditi ala, vel habentis alam. 18 Sic hi והם Ad verbum, Et hi. Annotant Hebræi, in hoc libro ו ſæpe poni pro ſic. Sanguini eorum לדמם nempe eorum quos occidere conantur. Ita vertendum iuxta priorem interpretationem. Si ſequaris ſecundam, vertes, Sanguini ſuo, & Contra vitam ſuam, per pronomen reciprocum. Si tertiam, vertendum eſt, Et ipſi ſanguini eorum[ſub. volatilium] inſidiantur, & abdunt ſeſe contra vitam eorum. i. vt volatilia occidant. & ſequitur, Sic ſemitæ, &c.

19 Tales כן Ad verbū, Sic. pro Tales. Lucro inhiantis בוצע בצע Ad verbū, cupientis cupiditatē. vel, cōcupiſcentis concupiſcentiā. i. qui auide ſtudet diuitiis. Alii, qui inhiat ſubſtantiæ. Domin. ill. בעליו Plural. pro ſingul. Relatiuū ſine anteced. illius, nēpe theſauri quem concupiſcunt lucro inhiantes. Alii, poſſidētis ipſū. Sunt qui referunt ad animam, vertētes, Animam tollit ab illis qui eā poſſidēt.

Capiet. יקח׃ Fut. pro præſ. auferre ſolet. capit. i. occidit, nēpe impi⁹. Sic Elias dicebat, Cape animā meā. i. occide me. 1. Reg. 19. a. 4.

20 Sapientia חכמות Plurale eſt Heb. ſapientiæ, quo vſus eſt non quòd ſit multiplex ſapientia, ſed quòd (vt quidam ex Hebræorum commentariis ſcribunt) à multis doceri ſoleat, à Moſe, Prophetis, & aliis. Foris בחוץ in vico, ſiue vicis. Dat תתן Fut. Heb. pro præſ. edit. 21 In cap. tumultuantium בראש הומיות ſub. multitudinum. Alii, In loco editiore turbarum. Alii, In præcipuis comitiis. Alii, In capite *platearum* vbi turbæ ſunt. Portarum שערים .i. vrbium. ita capitur Deut. 12. c. 12. Alii ſubaudiunt, iudicii, quòd in portis vrbium, iudices ius dicerent. 22 Simplices פתי Vide ſuprà, verſu 4. Quidam, Imperiti diligetis imperitiam. Alii, ſtolidi ſtoliditatem, vel ignaui ignauiam diligitis. Et deriſo. deriſi. ולצים לצון callidi calliditatē. vel, ſuperbi, ſiue elati, ſuperbiam. Alii, detractores detractionem. 23 Conuert. תשובו Aduertite. Alii, Reſipiſcite. Depromam אביעה effundam. efflabo. fut. Heb. pro præſ. Spirit. m. רוחי .i. mentem & voluntatem meam. Scire vos fa. &c. אודיעה דברי אתכם׃ Hebraiſmus, pro, ſententiam meam vobis exponam. 24 Extendi ma. m. נטיתי ידי More ſcilicet indicentis ſilentium.

25 Et ceſſare fec. ותפרעו Ita Hebraice: pro quo vertunt quidam, Et *propterea quod* reſpuiſtis. vel, neglexiſtis. Alii, irritum feciſtis.

26 In contrit. ve. באידכם in calamitate veſtra. Vox Hebræa איד ſignificat vaporem & caliginem, & calamitatem: quia qui ſunt in calamitate, videntur eſſe in caligine. Alii vertūt, in dolore veſtro. Alii, in perditione veſtra. Quidā, ad perniciē veſtram. Timor ve. פחדכם׃ .i. id quod timebatis. 27 Sicut deſol. כשואה ſicut vaſtitas. Quidam vertunt, ſicut clamor. ſubitò ſcilicet. Et contrit. veſt. ואידכם & calamitas. Vide præcedenti verſu. 28 Inuocabunt יקראנני Mutatio perſonæ, pro, inuocabitis.

30 Nec acquieuerunt, לא־אבו Nec voluerunt. ſub. obedire. Idem verbum quod prius, verſu 10.

31 Viæ ſuæ, דרכם Sic Heb. i. ſtudiorum & operum ſuorum. Saturabuntur ׃ ישבעו Hebraiſmus, pro, ad ſaturitatem vſque vtentur conſiliis ſuis. Deus enim eos deſeret, vt ſuo ſe conſilio regant.

32 Quia″requies″ſimplicium″interficiet eos: & proſperitas ſtultorum perdet eos.

33 Qui autẽ obedit mihi, habitabit confidenter, & requieſcet à timore″mali.

Cap. II.

Monet ſapientiã amplectendam, quæ timorem & ſcientiam Domini docet.

1 Fili mi, ſi ſuſceperis verba mea, & mandata mea″abſconderis apud te,

2 ″Vt attẽdere facias ſapientiæ aurem tuam, *&* *ſi* inclinaueris cor tuum″intelligentiæ:

3 Imò ſi″ad intelligentiam clamaueris, *&* intelligentiæ″dederis vocem tuam:

4 Si quæſieris eam tanquam argentum, & ſicut theſauros ſcrutatus fueris eam:

5 Tunc intelliges timorem Iehouæ, & cognitionẽ Dei inuenies.

Sapientia, ſcientia, & intelligentia, dona Dei ſunt.

6 Quia Iehoua dat ſapiẽtiam, ex ore eius *egreditur* cognitio & intelligentia.

7 ″Recondet rectis eſſentiam, ſcutũ *erit* ambulantibus″perfectè,

8 Vt cuſtodiãt ſemitas″iudicii: & viã″miſericordiũ ei⁹″cuſtodiet.

9 Tunc intelliges iuſtitiam, & iudicium, & rectitudines, *&* omnem ſemitam bonam.

Sapiẽtia ab impiorũ via, & ſcortatione liberat, & dirigit in viã Dei.

10 Quando intrauerit ſapientia cor tuum: ″& cognitio, animæ tuæ dulcis fuerit:

11 ″Cogitantia cuſtodiet te, *&* intelligentia conſeruabit te,

12 Vt eruat te à via mala, à viro loquente peruerſitates:

13 Qui derelinquunt ſemitas rectas, vt ambulent per vias tenebricoſas:

14 Qui lætantur facere malum, exultant in peruerſitatibus″mali.

15 ″Quorum ſemitæ″peruerſæ ſunt, ″& peruerſi ſunt in viis ſuis.

16 Vt eruat te *inquam* à muliere extranea, ab aliena quæ eloquia ſua ″emollit,

17 Quæ deſerit″ducẽ adoleſcentiæ ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt.

18 Quia″inclinat ad mortem domus eius: & ad mortuos ſemitæ eius *ducunt*.

19 Omnes ingredientes ad eam, non reuertuntur, nec apprehendunt ſemitas vitæ.

Piorum vita, & impiorũ interitus.

20 ″Vt ambules *inquam* per viã bonorũ, & ſemitas iuſtorũ cuſtodias.

21 Quia recti inhabitabũt terrã, ″& integri ſuperſtites erũt in ea.

22 Impii verò de terra ſuccidẽtur, & præuaricatores″eradẽtur ex ea.

32 Auerſio paruulorũ interficiet eos, & proſperitas ſtultorũ perdet illos.

33 Qui autẽ me audierit, abſque terrore requieſcet, & abũdãtia pfruetur, timore malorũ ſublato.

Cap. II.

1 Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te,

2 Vt audiat ſapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam.

3 Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:

4 Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam:

5 Tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies.

6 Quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius ſcientia & prudentia.

7 Cuſtodiet rectorum ſalutem, & ꝓteget gradientes ſimpliciter, B

8 Seruans ſemitas iuſtitiæ, & vias ſãctorum cuſtodiens.

9 Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & æquitatem, & omnem ſemitam bonam.

10 Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit:

11 Conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te,

12 Vt eruaris à via mala, ab homine qui peruerſa loquitur,

13 Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: C

14 Qui lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis:

15 Quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum.

16 Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos,

17 Et relinquit ducẽ pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt.

18 Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſi⁹.

19 Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ. D

20 Vt ambules in via bona: & calles iuſtorum cuſtodias.

21 Qui enim recti ſunt, habitabũt in terra, & ſimplices permanebũt in ea:

22 ‖Impii verò de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea. Iob 18.d.17

32 Requies משובת q.d. rebus ſecundis perdi ſolent ſtulti. Alii vertunt, auerſio, defectio, ſiue rebellio. Simplicium פתים Vide ſuprà verſu 4, & 22. Interficiet eos: ׃ תהרגם Fut. Heb. pro præſ.

33 Mali. ׃ רעה afflictionis. Exponit quod dixerat, confidenter, ſiue in confidentia.

IN CAPVT II.

1 Abſconderis תצפן repoſueris, ne ſcilicet illorum obliuiſcaris. 2 Vt attendere fa. להקשיב Vt accommodes. Intelligentiæ: לתבונה prudentiæ. inſtitutioni. 3 Ad intelligentiam clamaueris, לבינה תקרא Hebraiſmum ſic quidam cõuertunt, Intelligentiam accerſieris. vel prudẽtiam, ſiue inſtitutionem aduocaueris. i. ſi clamaueris pro ea ad Deum. Dederis vocẽ tuam. ׃ תתן קולך Hebraiſmus, pro, euocaueris ad te intelligentiam. Vel, voce tua inſtitutionem accerſiueris. Repetitio eſt: idem enim bis dicit.

7 Et recondet rectis eſſent. וצפן לישרים תושיה Et reponit⌊vel ſeruat⌉rectis doctrinã verã. Alii, Aſcondit pro rectis ſalutẽ. Annotant quidã Hebræi תושיה hic ſignificare diuturnitatẽ tẽporis, ſiue longæuitatem. Perfectè, ׃ תום *in* integritate. immaculatè. innocenter.

8 Semitas iudicii: ארחות משפט More Hebræorũ dicitur pro ſemitis iuſtis. Miſericordiũ eius חסידיו. i. quos miſericordia ſua proſequitur. Alii vertunt, ſanctorum: alii, beneficorum: alii, piè colentium. Cuſtodiet. ׃ ישמור Fut. Heb. pro præſenti, vt quidam vertunt: cuſtodit. ſiue, cuſtodire ſolet. 10 Et cognitio, ani. tuæ dulcis fuerit: ׃ ודעת לנפשך ינעם Et ſcientia⌊vel intelligentia⌉tibi placuerit. Ad verbũ, pulchra fuerit, aut iucũda. Quidã, & ſcientia animũ tuũ delectauerit. 11 Cogitantia מזמה Conſiliũ. Prudẽtia. Proſpicientia. 14 Mali. ׃ רע ſub viri. Quidã, *&* malitia. 15 Quorũ ſemitæ, אשר ארחותיהם Ad verbũ, Quorũ ſemitæ eorũ. Redũdat pronomẽ EORVM. Peruerſæ ſunt, עקשים obliquæ ſunt. Et peruerſi ונלוזים & peruerſitates. Repetitio, idẽ bis dicit.

16 Emollit, ׃ החליקה Præt. Heb. pro præſ. lenificat, blanda facit. i. blanditiis allicere ſolet. Quidam, quæ verbis ſuis blanditur.

17 Ducem adoleſcen. ſuæ, אלוף נעוריה principẽ pueritiarum ſuarum. i. maritũ. Nomina ætatũ in plurali declinãtur apud Hebræos.

18 Inclinat שחה Quidam Hebræorum referunt ad mulierem, Inclinata eſt ⌊mulier illa ſcilicet⌉ ad mortem: quæ mors, eſt domus eius. Alii, mortem minatur domus eius. 19 Apprehendunt ישיגו Fut. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt.

20 Vt ambules *inquam* למען תלך Propterea ambula. Vel, Idcirco bonorum itinere incedito. Cuſtodias. ׃ תשמור obſerues.

21 Et integri ותמימים & inculpabiles. immaculati. 22 Eradentur יסחו eradicabuntur. euellentur. deſtruentur.

Cap. III.

1 Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat:

Deut.8.a.1 &,30.c.16

2 ‖Longitudinem enim dierũ, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

3 Miſericordia & veritas te non deſerãt, circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui:

4 Et inuenies gratiam & diſciplinã bonam coram Deo & hominibus.

5 Habe fiduciã ĩ Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudẽtiæ tuæ.

6 In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos.

Rom.12.c.16

7 ‖Ne ſis ſapiens apud temetipſum: time Dominum, & recede à malo:

8 Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.

Tob.4.b.7 luc.14.c.13 B

9 ‖Honora Dominum de tua ſubſtãtia, & de primitiis omnium frugũm tuarum:

10 Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

Heb.12.b.5 apo.3.d.17

11 ‖Diſciplinã Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cum ab eo corriperis:

12 Quem enim diligit Dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.

13 Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui″affluit prudentia:

Legitur &, effluit prudentiam.

14 Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius.

15 Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari.

C

16 Longitudo dierum ĩ dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.

17 Viæ eius viæ pulchræ: & omnes ſemitæ illius pacificæ.

18 Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eã: & qui tenuerint eã, beati.

19 Dominus ſapientia fundauit terrã, ſtabiliuit cælos prudentia.

20 Sapientia illius eruperũt abyſſi, & nubes rore concreſcunt.

21 Fili mi, ne effluãt hæc ab oculis tuis: cuſtodi legem atque conſilium:

22 Et erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis.

23 Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.

24 Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus.

25 Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi ruinas impiorum.

26 Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedẽ tuum ne capiaris.

D

27 Noli prohibere benefacere eũ qui

Cap. III.

1 Fili mi, legis meæ ne obliuiſcaris, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum:

Verbum Dei affert vitam.

2 Quia longitudinẽ dierũ, & annos vitæ, & pacẽ″apponent tibi.

3 ″Miſericordia & veritas ne deſerant te, ″liga eas ad guttur tuum, ſcribe eas in tabula cordis tui:

Miſericoria & veritas.

4 ″Et inuenies gratiã & intellectũ bonũ in oculis Dei & hominũ.

5 Fide Iehouæ toto corde tuo, ″& intelligentiæ tuæ ne innitaris:

Fiducia in Deũ.

6 ″In omnibꝰ viis tuis recognoſce eũ, & ipſe diriget ſemitas tuas.

7 Ne ſis ſapiens in oculis tuis: time Iehouam, & recede à malo:

Timor Dei.

8 ″Sanitas *enim* erit vmbilico tuo, ″& medulla oſſibus tuis.

9 Honora Iehouam de diuitiis tuis, & de primitiis omnium prouentuum tuorum:

Honorãdꝰ Deꝰ.

10 Et implebuntur horrea tua ″ſaturitate, & vino nouo torcularia tua ſeſe rumpent.

11 Correctionem Iehouæ fili mi, ne abiicias, & ne tædio afficiaris propter increpationem eius:

Correctio Dei cum lætitia ferenda,

12 Quem enim ″diligit Iehoua increpat, & veluti pater filium ″*quem* valde amat.

13 Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & homo qui ″producit *in lucem* intelligentiam:

Sapientiæ laus.

14 Quia melior eſt negotiatio eius negotiatione argenti: ″& auro *melior eſt* prouentus eius.

15 Pretioſior eſt margaritis, & omnia ″deſiderabilia tua nõ æquantur ei.

16 Longitudo dierum eſt in dextera illius: & in ſiniſtra illius, diuitiæ & gloria.

17 Viæ eius, viæ ″delectabiles: & omnes ſemitæ eius ″pax.

18 Hæc lignũ vitæ eſt apprehendentibus eã: ″& qui tenent eã, beati.

19 Iehoua in ſapiẽtia fũdauit terrã, ſtabiliuit cælos in intelligẽtia.

20 In ſcientia eius abyſſi ″ruperunt ſeſe, & cæli ſtillant rorem.

21 Fili mi, ne recedãt *hæc* ab oculis tuis: ″cuſtodi legẽ & cogitationẽ:

Sequentibus verbum Dei, & eius conſilium, omnia proſpera pollicetur.

22 Et erunt vita animæ tuæ, & gratia ″gutturi tuo.

23 Tunc ambulabis cum fiducia viã tuã, & pes tuus non impinget.

24 ″Si accubueris, nõ timebis: ″quũ quieſces, ſuauis erit ſomnꝰ tuꝰ.

25 Non timebis à pauore repentino, ″& à deſolatione impiorum, quum venerit.

26 Quia Iehoua erit ″fiducia tua, & cuſtodiet pedẽ tuũ ″à captione.

27 Ne prohibeas bonum ″à dominis ſuis, ″quum fuerit facultas ma

Præcepta de charitate.

IN CAPVT III.

2 Apponent יוסיפו afferent. adiicient. aduehent. 3 Miſericordia & veritas חסד ואמת Beneficentia & fides. ſiue, fidelitas. Liga eas קשרם Alliga eas, nẽpe miſericordiã & veritatem. Vel, ea, præcepta ſcilicet. i. habe ea ſẽper præ oculis tum animi, tum corporis. 4 Et inuenies gratiã & intellectũ bonum ומצא־חן ושכל טוב Imperat. Heb. pro fut. Nanciſceris gratiam & mentem eximiam. vel bonum ingenium. 5 Et intelligentiæ tuæ ואל־בינתך & prudentiæ tuæ. 6 In omnibus viis tuis recog. eum, בְּכָל־דרכיך דעהו In omnibus negotiis tuis cogita illum. 8 Sanitas רפאות Medela. medicina. Per vmbilicum, totum corpus intelligit. Et medulla ושקוי & irrigatio. vel pinguedo. 10 Saturitate: שׂבע ſatietate. i. bonis ad ſatietatem vſque.

12 Diligit יאהב Futura, Heb. pro præſentibus. Filiũ *quem* valde a.: את־בן ירצה filiũ valde amat. Fut. eſt Heb. propterea quidã vertunt, filiũ valde amabit. aut, gratũ habebit. Vel, in filio delectabitur. 13 Producit *in lucem* יפיק eruit. Alii, haurit. i. aſſequitur.

14 Et auro ומחרוץ & lapidibus pretioſis. 15 Deſiderabilia tua חפציך quæ expetere potes: vel, quæ habes in deliciis.

17 Delectabiles נועם voluptatis. ſuauitatis. delectationis. i. ſuaues. Pax.: שׁלום Subaudiunt quidam ex præcedẽtibus, [viæ] pacis. hoc eſt, felices & proſperæ. 18 Et qui tenent eam, beati.: ותומכיה מאושר Ad verbum, & ſuſtentantes eam, beatificatus. i. quiſque eorum beatus erit. Quidam, beatus eſt quiſquis eam nactus fuerit. 20 Ruperunt ſeſe, נבקעו eruperunt. dehiſcunt.

21 Cuſtodi legẽ & cogitationem: נצור תושיה ומזמה: obſerua vt fruaris longæuitate & intelligentia. Alii, obſerua eſſentiam & proſpicientiam. Alii, cuſtodi ſanam doctrinam & prudentiã. Vide ſuprà cap. 2. b. 7. 22 Gutturi tuo.: לגרגרותיך Ad verbum, gutturibus tuis. Vide ſuprà cap. 1. b. 9. 24 Si accubueris, אם־תשׁכב Quum dormies. Quum quieſces, ſuauis ושכבת וערבה Ad verbũ, & dormies, & dulcis erit. 25 Et à deſolatione ומשואת & à clamore. tumultu. internecione.

26 Fiducia tua, בכסלך Ad verbum, in fiducia tua. i. fiducia tua erit in Deo. A captione.: מלכד ne capiaris.

27 A dominis ſuis, מבעליו Hebraiſmus, pro, ab eo qui opus habet tali beneficio, vt poſſideat beneficium illud tanquam dominus. Quum fuerit facultas manui tuæ בהיות לאל ידך quum ſit in poteſtate manus tuæ. Vel, quum fuerit fortitudo manui tuæ. Hebraiſmus, pro, quando habebis quod manu tua poſſis porrigere.

nui tuæ ad faciendum.

Ne dicas′amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo: ′quum *quod petit*, ſit apud te. 28

″Ne cogites cõtra amicũ tuũ malũ, quũ ipſe habitet″ſecurè tecũ. 29

Ne cõtendas cũ homine ſine cauſa, ſi nõ retribuerit tibi malũ. 30

Iniqui non imitandi.

″Ne æmuleris virũ″iniuſtum: neque eligas″vllam viarum eius: 31

Quia abominatio Iehouæ eſt″peruerſus: & cũ rectis″ſecretũ ei⁹. 32

Impiorum maledictio, & piorũ benedictio.

Maledictio Iehouæ eſt in domo impii: habitaculo autem iuſtorum″benedicit. 33

″Profectò illuſoribus ipſe illudit, & humilibus″dat gratiam. 34

Gloriam ſapientes hæreditate accipiẽt: & ſtulti″ſuſtinent ignominiam. 35

Cap. IIII.

Sapientiam, eiusque fructum, & viam quærendam dicit.

AVdite filii″diſciplinã patris: & attẽdite′ad ſciẽdã intelligẽtiã. 1

Quia doctrinã bonã″do vobis: legẽ *igitur* meã ne dereliquatis. 2

′Quando filius fui patri meo tener, & vnicus″ inter filios matris meæ: 3

Ipſe docebat me, dicebátque mihi, ″Teneat eloquia mea cor tuum: cuſtodi præcepta mea, & viues. 4

Compara ſapientiam, compara intelligentiam: ne obliuiſcaris, neque declines ab eloquiis oris mei. 5

Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eam, & conſeruabit te. 6

″Principium ſapientia: acquire *igitur* ſapientiã, ′& omni ſubſtantia tua acquire intelligentiam. 7

Exalta eã, & exaltabit te: glorificabit te, quũ amplexat⁹ fueris eã: 8

Dabit capiti tuo ″augmẽtum gratiæ, coronã decoris′tradet tibi. 9

Audi fili mi, & ſuſcipe eloquia mea, & multiplicabuntur tibi anni vitæ. 10

″Per viã ſapientiæ docui te *incedere*: ″calcare feci te ſemitas rectas. 11

Quum ambulaueris, non arctabitur greſſus tuus: & ſi cucurreris, non impinges. 12

Apprehende″correctionem, ne dimittas: cuſtodi eam, quia ipſa eſt vita tua. 13

A via impiorum declinandum ſuadet.

Per ſemitã impiorũ ne ingrediaris: & ne gradiaris ĩ via malorũ: 14

Deſere eam, ne tranſeas per eam: declina ab ea, & tranſi. 15

Non enim dormiunt, niſi malefecerint, ″& rapitur ſomnus eorum, niſi ruere fecerint. 16

Quia″comedunt panẽ impietatis, & vinum rapinarum bibunt. 17

potest: ſi vales, & ipſe benefac.

28 Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: quũ ſtatim poſſis dare.

29 Ne moliaris amico tuo malum, quum ille in te habeat fiduciam.

30 Ne cõtendas aduerſus hominẽ fruſtra, quũ ipſe tibi nihil mali fecerit.

31 Ne æmuleris hominem iniuſtum, nec imiteris vias eius: Pſal.36.a.1

32 Quia abominatio Dñi eſt oĩs illuſor, & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius.

33 Egeſtas à Domino in domo impii: habitacula autẽ iuſtorũ benedicẽtur.

34 Ipſe deludet illuſores, & mãſuetis dabit gratiam.

35 Gloriam ſapiẽtes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio, ignominia.

Cap. IIII.

1 AVdite filii diſciplinam patris, & attendite: vt ſciatis prudentiã;

2 Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.

3 Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenit⁹ corã matre mea:

4 Et docebat me, atque dicebat, Suſcipiat verba mea cor tuum: cuſtodi præcepta mea, & viues.

5 Poſſide ſapientiam, poſſide prudẽtiam: ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei.

6 Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eam, & conſeruabit te.

7 Principiũ ſapientiæ: poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam. B

8 Arripe illã, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, quũ eã fueris ãplexat⁹:

9 Dabit capiti tuo augmẽta gratiarum, & corona inclyta proteget te.

10 Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.

11 Viã ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis:

12 Quas cum ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.

13 Tene diſciplinam, ne dimittas eã: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua.

14 Ne delecteris in ſemitis impiorũ, nec tibi placeat malorum via: C

15 Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina & deſere eam:

16 Non enim dormiunt, niſi malefecerint: & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint:

17 Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.

---

28 Amico tuo, לרעך proximo tuo. vel, ſocio. Quum *quod petit*, ſit apud te. ויש אתך : Ad verbum, & eſt tecum.

29 Ne cogites אל־תחרוש Ne machineris. Securè לבטח in ſecuritate. cõfidenter. id eſt. (vt quidã vertunt) quũ ipſe ſibi à te nihil tale metuat. 31 Ne æmuleris אל־תקנא ne imiteris. Iniuſtum: חמס Ad verbum, iniuſtitiæ. rapinæ. Vllam viarum eius: בכל־דרכיו : omnes vias eius. 32 Peruerſus: נלוז declinans. recedens. ſub. ab eo. Propterea quidam vertunt, Abominatur Iehoua deſertorem. Secretum eius. סודו : .i. communicat rectis ſua ſecreta. 33 Benedicit. יברך : Fut. Heb. pro præſenti.

34 Profectò illuſoribus, &c. אם־ללצים הוא יליץ Certè ſanniones ipſe ridiculos reddit. Alii per interrogationẽ, An non illuſoribus, &c.

35 Suſtinent מרים Singul. Heb. iunctum plurali, quod ſic vertendum, & vnuſquiſque ſtultorum ſuſcipit [vel, ſuſtinet] ignominiam. q. d. ſtulti omnes afficiuntur ignominia.

IN CAPVT IIII.

1 Diſciplinam מוסר correctionem. caſtigationem. eruditionem. Ad ſciendam לדעת vt ſciatis.

2 Do נתתי Præt. Heb. pro præſ. i. propono. 3 Quando filius כי־בן Quia fui filius. Vel, Nam quũ eſſem filius. Inter filios matris meæ: לפני אמי : Varia eſt lectio Hebraice, לבני in filiis matris meæ. Et לפני coram matre mea.

4 Teneat יתמוך Fulciat. Suſtentet. Capiat. 7 Principium, &c. ראשית וגו׳ Quidam Hebræorum ſubaudiunt ב, & legunt, In principio, ſiue In primis ſapientiam poſſide, ſapientiam *inquam*, & in omni, &c. Alii, Ante omnem cognitionem compara ſapientiam. Alii, Initio ſapientiæ. in ablatiuo. i. per principium ſapientiæ. Et omni ſubſtantia ובכל־קנינך & præ vniuerſis quæ poſſides, &c.

9 Augmentum gratiæ לוית־חן ſertum gratiæ elegans. Vide ſuprà capite 1. b. 9. Tradet tibi. תמגנך : Sic vertunt Hebræi, à verbo מגן quod tradere ſignificat. Quidã exiſtimantes radicem eſſe גנן quod protegere ſignificat, vertunt, corona pulchritudinis proteget te. Vel, corona magnifica muniet te. 11 Per viam ſapientiæ docui te *incedere*: בדרך חכמה הוריתיך In viam ſapientiæ direxi te. ſiue dirigam. Alii, Ob viam ſapientiæ docebo te. Præt. Heb. pro fut. Vel, De via ſap. &c. Calcare, feci te הדרכתיך gradi te faciam [vel, ducam te] per ſemitas rectas. 13 Correctionem, במוסר diſciplinam. eruditionem.

16 Et rapitur, &c. ונגזלה וגו׳ id eſt (vt quidam vertunt) fugit ab eis ſomnus, ni ruinam aliquam dederint. Alii repetunt præcedentem negationem ſic, nec rapitur ſomnus eorum, niſi, &c. pronomen affixum pro ſeparato. Bis idem dicit, mutato genere dicendi.

17 Comedunt, &c. : לחמו לחם רשע ויין חמסים ישתו Præt. Heb. pro præſ. Victitãt enim cibo impiè quæſito, & bibũt vinũ vi extortũ.

Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. 18

Via impiorum tenebroſa: neſciũt vbi corruant. 19

Fili mi, auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurẽ tuã. 20

D Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui: 21

Vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas. 22

Omni cuſtodia ſerua cor tuũ, quia ex ipſo vita procedit. 23

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul a te. 24

Oculi tui recta videãt, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. 25

Dirige ſemitã pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. 26

Ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram: auerte pedem tuũ à malo. 27

Cap. V.

Fili mi, attende ad ſapientiã meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: 1

Vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſeruent. 2

Fauus enim ſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. 3

Nouiſſima autẽ illius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. 4

Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. 5

B Per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. 6

Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. 7

Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. 8

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: 9

Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena: 10

Et gemas in nouiſſimis, quando cõſumpſeris carnes tuas & corpus tuũ: 11

C Et dicas, Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum: 12

Nec audiui vocem docentium me, & magiſtris nõ inclinaui aurẽ meã? 13

Penè fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ. 14

Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. 15

Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. 16

Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. 17

D Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ: 18

---

18 Semita autem iuſtorum veluti lux″luciferi:″progreditur, & illuminat″vſque ad perfectum diem.

19 Via *autem* impiorum ſicut caligo: neſciunt in quid impingant.

20 Fili mi, verbis meis attende, ad eloquia mea inclina aurẽ tuam:

De cuſtodia verbi Dei.

21 Ne recedant ab oculis tuis, ſed cuſtodi ea in medio cordis tui:

22 Vita enim ſunt inueniẽtibus ea, & vniuerſæ″carni ſuæ ſanitas.

23 ″Præ omni cuſtodia ſerua cor tuũ: quia ex ipſo ſũt egreſſus vitæ. Cor.

24 Remoue à te peruerſitatẽ oris, & prauitatẽ labiorũ elonga à te. Os.

25 Oculi tui ad rectum aſpiciant, & palpebræ tuæ dirigant *uiam tuam* coram te. Oculi.

26 ″Pondera ſemitã pedum tuorum, & omnes viæ tuæ″dirigãtur. Inceſſus.

27 Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram: remoue pedem tuum à malo.

Cap. V.

1 Fili mi ſapientiæ meæ attende, intelligentiæ meæ inclina aurem tuam:

Scortationem vitandam monet.

2 Vt cuſtodias″cogitatus, & ſcientiam labia tua conſeruent.

3 Quia fauum ſtillãt labia extraneæ: & leni⁹ eſt oleo palatũ eius:

4 Nouiſſimum autem eius amarum ſicut abſinthium, acutum veluti gladius″biceps.

5 Pedes eius deſcendunt ad mortẽ, infernũ greſſus eius″ſuſtentãt.

6 Semitam vitæ forſitan *ſi*″põderes,″mobiles ſunt viæ eius, *&* nõ cognoſces.

7 Nũc igitur filii, parete mihi, & ne recedatis ad eloqis oris mei.

8 Longè fac ab ea viã tuã, & ne appropinques oſtio domus eius:

9 Ne fortè des alienis″decorem tuum, & annos tuos″crudeli:

Prodigalitatem prohibet.

10 Ne fortè ſaturentur alieni robore tuo, & labores tui ſint in domo alieni:

11 Et rugias ĩ nouiſſimis tuis″quũ cõſumpſeris carnẽ tuã & corp⁹ tuũ:

12 Et dicas, Quomodo odi″eruditionẽ, & increpationem ſpreuit cor meum:

13 Et non obtemperaui voci inſtruentium me, & docentibus me non inclinaui aurem meam!

14 Parum abſuit quin″fuerim in omni malo, in medio cœtus & congregationis.

15 Bibe aquam de ciſterna tua,″& fluenta de medio putei tui.

Propriis laboribus vult nos viuere, eóſque aliis impertiri.

16 Diſpergant ſeſe fontes tui foras: in plateis,″riui aquarum:

17 Sint tibi ſoli, & non alienis tecum.

18 Sit″ſcaturigo tua benedicta, & lætare de vxore adoleſcẽtiæ tuæ. Vxor diligenda.

18 Luciferi: נוגה ſplendens. ſiue, ſplendet. aut, inclareſcit. Progreditur, & illuminat הולך ואור id eſt (vt quidã vertunt) quæ ſubinde fit illuſtrior vſque &c. Alii, fit illuſtrior & ſplẽdeſcit. Vſque ad perf. diẽ.: עד־נכון היום Ad verbũ, vſque ad paratũ diei. id eſt (vt habet Chaldæus paraph.) donec paratus ſit dies: aut ſtabilis. acſi dicat, in fortitudine diei. 22 Carni ſuæ בשרו carni eius. ſub. hominis.
23 Præ omni cuſtodia מכל־משמר .i. ſumma cura. 26 Pondera פלס Libra. Complana. Dirige. Ad verbum, Rectifica, ſiue rectam fac. Ponderare, ſiue librare ſemitam pedum, Hebræi exponunt, Menſuram & modum tenere in omnibus, & non plus ſapere quàm oportet. Dirigantur. : יכונו ſtabiliantur. rectè apparentur. aut, diſponantur.

IN CAPVT V.

1 Cogitatus, מזמות cõſilia. 4 Biceps. : פיות Ad verbũ, orũ. pluralis genitiuus ab os oris. i. qui habet multa ora, hoc eſt acies.
5 Suſtentant. : יתמוכו ſuſtinent. i. opem ferunt inferno. Fut. Heb. pro præſ. Alii, tenent, vel apprehendunt. i. ducunt ad mortem.
6 Ponderes, תפלס expendas. Fut. Heb. ſecundæ perſ. coniug. pihel. i. ſi fortè expendas quam viam in ſua viuendi ratione teneat extranea, non potes cognoſcere quòd mobiles ſint viæ eius. Doctus inter Hebræos dicit ſenſum huius verſus eſſe per interrogationẽ, *Nunquid* ſemitã vitæ forſitan expendet? ſub. ipſa. vt ſit futurũ tertiæ perſonæ fœmineum. putas fortè ponderabit ſemitam vitæ? non faciet, ſed mobiles erunt viæ eius: neſciet, hoc eſt, non ſentiet reipſa, donec moueantur greſſus eius ad mortem. Alius ex Hebræis exponit פן forſitan per לא non, vt & Eſa. 27. a. 3, Ne fortè viſitet. pro, non viſitabit. Legit igitur, Semitam vitæ extraneæ non expendes: nã mobiles ſunt greſſus eius, & tu non cognoſcis. Mobiles, &c. : נעו מעגלותיה לא תדע vacillant greſſus eius, vt non cognoſcas. Vel, tam mobiles ſunt ſemitæ, aut viæ eius, vt ſcire non poſſis. 9 Decorem tuum, הודך honorem tuũ. Vel (vt alii) robur tuũ. vtrunque ſignificat vox Hebræa. Crudeli. : לאכזרי .i. meretrici quæ enecat animam. Quibuſdam eſt Sing. pro plur. i. in manu crudelium. 11 Quum conſumpſeris בכלות quum defecerint. vel, conſumpta fuerint caro, &c. 12 Eruditionem, מוסר caſtigationem. correctionem.
14 Fuerim in omni malo, הייתי בכל־רע .i. parum abſuit quin obrutus fuerim omnimoda afflictione.
15 Et fluenta ונוזלים & fluentes. ſub. aquas. 16 Riui aquarum: : פלגי־מים ſub. ſpargantur, vel deriuentur.
18 Scaturigo tua benedicta, מקורך ברוך fons tuus benedictus.

19 ′Cerua amorum,& caprea′gratiæ: hubera eius″inebriẽt te omni tempore,in amore eius″delecteris iugiter.

Aſcortatione de hortatur.

20 Et vt quid″delectaberis fili mi,cũ aliena,″& amplectêris ſinum extraneæ,

21 Quando coram oculis Iehoua ſunt viæ viri, & omnes ſemitas eius ponderat?

22 Iniquitates ſuæ capient ipſum impium, & funibus peccati ſui ′tenebitur.

23 Ipſe morietur,″eo quòd nõ *audiuit* eruditionem:& propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ errabit.

Cap. V I.

Sponſorem inſtruit.

1 Fili mi,ſi ſpopõderis ꝑ amico tuo,′percuſſiſti alieno manu tua:

2 Illaqueatus es verbis oris tui,captus es eloquiis oris tui.

3 *Propterea* fac hoc nunc fili mi,& erue te″poſtquam incidiſti in manum amici tui:vade,″proſterne te,′& robora amicos tuos:

4 Ne des ſomnum oculis tuis,& dormitationem palpebris tuis.

5 Erue te tanquam caprea de manu *uenatoris*,″& ſicut auis de manu aucupis.

Excitatur piger ad laborem.

6 Vade ad formicam piger,vide vias eius,″& ſapiens eſto:

7 Cui *quum* non ſit dux,nec præfectus,nec dominus,

8 *Tamen* parat in æſtate cibũ ſuum,congregat in meſſe eſcã ſuam.

9 Vſquequo piger dormies? quando ſurges à ſomno tuo?

10 ″Parum ſomnorum, parum dormitationum *capiendo*, parũ complicationis manuum ad dormiendum:

11 Et veniet tanquam viator egeſtas tua,& paupertas tua tãquam vir clypeo *armatus*.

Arguitur ſchiſmaticus,& iurgiorum author apud Deum deteſtabilis.

12 Homo″impius,vir″iniquus,′ambulat in peruerſitate oris.

13 ′Annuit oculis ſuis,loquitur pedibus ſuis,″docet digitis ſuis.

14 Peruerſitates ſunt in corde eius, machinatur malũ omni tempore,contentiones immittit.

15 Ideo extemplò veniet″contritio eius,ſubitò conteretur,& non erit medela.

16 Sex ſũt quæ odit Iehoua,imò ſeptẽ ſũt″abominatio animæ ei⁹:

Oculi. Lingua. Manus.

17 Oculos″ſublimes, linguam mendacem, & manus effundentes ſanguinem innocentis:

Cor.

18 Cor quod molitur cogitationes iniquas, pedes feſtinantes vt currant ad malum:

19 Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus: hubera eius inebriẽt te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter.

20 Quare ſeducêris fili mi ab aliena, & fouêris in ſinu alterius?

21 ¶Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus eius conſiderat. Iob 34.c.41

22 Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.

23 Ipſe morietur,quia non habuit diſciplinam,& in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

Cap. V I.

1 Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo,defixiſti apud extraneum manum tuam,

2 Illaqueatus es verbis oris tui,& captus propriis ſermonibus:

3 Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera,quia incidiſti in manum proximi tui:diſcurre,feſtina,ſuſcita amicum tuum:

4 Ne dederis ſomnũ oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.

5 Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis.

6 Vade ad formicã ô piger,& cõſidera vias eius,& diſce ſapientiam:

7 Quæ quũ non habeat ducem, nec præceptorem,nec principem,

8 Parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat.

9 ¶Vſquequo piger dormies? quando conſurges è ſomno tuo? Infrà 24.d.33

10 Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus vt dormias: B

11 Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus.

12 Homo apoſtata,vir inutilis,graditur ore peruerſo,

13 Annuit oculis,terit pede,digito loquitur,

14 Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat.

15 Huic extemplò veniet perditio ſua, & ſubitò conteretur,nec habebit vltra medicinam.

Ex LXX.

16 Sex ſunt quæ odit Dominus,& ſeptimum deteſtatur anima eius,

17 Oculos ſublimes, linguam mendacem,manus effundẽtes innoxium ſanguinem:

18 Cor machinãs cogitationes peſſimas,pedes veloces ad currendum in malum: C

19 Cerua amorum אילת אהבים ſub. Quæ eſt velut:vt per appoſitionẽ præcedẽtibus iũgatur. Ceruam amorũ dicit,quam amamus,& gratiſſimã habemus. Gratiæ: חן pro gratioſa & grata. Solẽt enim magnates habere ceruas in deliciis,& capreas. Inebriẽt te ירווך irrigent te ad ſufficientiam. Delecteris תשגה verſeris.oberres.implicitus ſis. Alii,hallucineris.ſub.in alienis præ amore tuæ vxoris.
20 Delectaberis תשגה hallucinaberis. idem verbum quod in fine præcedentis verſus legitur. Et amplectêris ותחבק Fut.Heb.
21 Ponderat? : מפלס dirigit? vel, expendit & examinat? 22 Tenebitur. : יתמך Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt,irretitur.irretiri ſolet,& teneri. 23 Eo quòd,&c. באין מוסר Ad verbum,in nõ eruditione.i.ſine diſciplina,correctione,& emendatione. Errabit. : ישגה hallucinabitur.Idem verbum quod eſt in fine 19 verſus.

IN CAPVT VI.

1 Percuſſiſti,&c. : תקעת לזר כפך & defixeris pro altero manũ tuã.i.attactu manus ſtipulatus ſis,& fideiuſſeris. Alii,manúque tua ſtipulatus fueris pro alieno. 3 Poſtquam incidiſti in manum כי באת בכף etiã ſi veneris[vel incideris] in poteſtatẽ, &c.q.d.tametſi amicus & proximus ſit in cuius manus incideris,properè tamẽ libera te ab ea obligatione:quanto magis feſtinandum tibi eſſet,ſi incidiſſes in manus alieni? Proſterne te,&c. : התרפס ורהב רעיך Ad verbũ,conculca te:& robora amicũ tuum.i. conculcandũ te præbe corã illo.q.d.proiice,ſiue proſterne te ad pedes eius,& te humilia illi cui promiſeris:& robora,ſub.exhortatione.i.inſta,incita amicũ tuum, vt tuo amico cui ſpopondiſti,ſoluat debitum. Quidã pro Robora,vertunt Apprehende, vel Retine eum,verbis ſcilicet blandis & placabilibus,vnà cum amicis tuis. Alii,& magnifica *crêditorem una cum* amicis tuis .i. lauda illum, te ipſum fac paruum, illum verò magnum,& tunc facilè illum placare poteris. 5 Et ſicut auis וכצפור ſub.eripere ſe ſolet. 6 Et ſapiens eſto: : וחכם vt ſapiens fias.vel, ſapienter aduerte.i.diſce. 10 Parum ſomn. מעט שנות Ita Hebraicè vt vertimus. Significat autem hoc Hebraico dicendi genere, acſi dicat,Paruus & frequens erit tibi ſomnus,parua & frequens manuum complicatio ad dormiẽdum:id eſt, Si paululum dormitaueris, veniet egeſtas ex improuiſo, vt viator:neque illi reſiſtere poteris,vt homo inermis viro armato reſiſtere non poteſt. Quidam Hebræorũ ſic exponũt,Si parum dormias,& irruerit egeſtas,illa non durabit, ſed veluti viator pertranſibit:& vt vir armatus qui nõ cõſiſtit,ſed ſemper procedit,donec perueniat ad belli aciem. 12 Impius, בליעל belial.i.inutilis, nihili,impius,apoſtata,& ſui inſtituti deſertor, qui nihil promouet. Iniquus, און Ad verbum,iniquitatis,mendacii,doloris. Ambulat in peruerſitate oris. הולך עקשות פה Hebraiſmus,pro mentitur,& eſt in eo aſſuetus. 13 Annuit, &c. קורץ בעיניו .i. Componit ſeſe totum, fingit vultum, geſticulat ne pedum vtitur,vt facilius imponat. Docet מורה ſignificat. 15 Contritio eius, אידו calamitas eius. Vide cap.1.26.
16 Abominatio animæ eius: : תועבת נפשו Hebraiſmus,pro,abominatur ipſe. 17 Sublimes, רמות elatos.ſuperbos.

19 Proferētem mendacia teſtem falla cem, & eũ qui ſeminat inter frattes diſcordias.

20 Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

21 Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo.

22 Quũ ambulaueris, gradiantur tecum: quum dormieris, cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis:

23 Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ:

24 Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ.

25 Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.

26 Pretium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri, pretioſam animam capit.

D 27 Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant?

28 Aut ambulare ſuper prunas, vt nõ comburantur plantæ eius?

29 Sic qui ingreditur ad mulierẽ proximi ſui, nõ erit mundus quum tetigerit eam.

30 Non grandis eſt culpa quum quis furatus fuerit: furatur enim vt eſuriẽtem impleat animam:

31 Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtãtiam domus ſuæ tradet.

32 Qui autẽ adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam:

33 Turpitudinẽ & ignominiã cõgregat ſibi, & opprobriũ illiꝰ nõ delebit.

34 Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ,

35 Nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima

Cap. VII.

1 FIli mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi.

Ex LXX. Fili. honora Dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum.

2 Serua mandata mea, & viues: & legem meam quaſi pupillam oculi tui.

3 Liga ea in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui.

4 Dic ſapiẽtiæ, Soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam:

5 Vt cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba ſua dulcia facit.

6 De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi,

B 7 Et video paruulos, conſidero vecordem iuuenem,

---

19 ″*Eum qui* loquitur mendacia, teſtem mendacem: & immittentem iurgia inter fratres.

Teſtis falſus.

20 Conſerua fili mi præceptum patris tui, & ne relinquas legẽ matris tuæ:

Adhortatur ad cõtemplationẽ verbi Dei, quo retrahimur à ſcortatione.

21 Alliga ea in corde tuo ſemper, adnecte ea gutturi tuo.

22 Quum de ambulaueris, deducet te: quum dormieris, cuſtodiet te: & quum expergefactus fueris, ipſa colloquetur tecum:

23 Quia *ut* lucerna *eſt* mandatum, & lex *ut* lux: & via vitæ *ſunt* increpationes ″eruditionis:

24 Vt cuſtodiant te à muliere mala, ″à blanditiis linguæ *mulieris* extraneæ.

25 Ne concupiſcas pulchritudinem eius in corde tuo, neque capiat te ″ſplendoribus ſuis.

Adultera fugienda.

26 Quia propter mulierem meretrìcem *ueniet homo* ″vſque ad fruſtũ panis: ″& mulier viri animam pretioſam ″venabitur.

27 ″Nunquid accipiet vir ignem in ſinũ ſuum, & veſtimenta eius non comburentur?

Contagio mali.

28 An ambulabit vir ſuper prunas, & pedes eius non cõburentur?

29 Sic qui ingreditur ad vxorem proximi ſui, ″non erit innocens quiſquis tetigerit eam.

30 Non ″ſpernunt furem ſi furatus fuerit vt impleat ″animam ſuã, quum eſurierit:

Mœchi grauius peccãt, quàm famelici fures.

31 ″Et inuentus reddet ſeptuplum, *aut certè* omnem ſubſtantiam domus ſuæ dabit.

32 Qui *uerò* adulterium committit *cum* muliere, caret corde: ″corrumpit animam ſuam ″qui fecerit illud.

33 ″Plagã, & ignominiã inueniet, & opprobriũ eius nõ delebitur:

34 Quia ″zelus *eſt* furor viri, & non parcet *adultero* in die vindictæ.

35 Nõ acceptabit faciem vllius ″redemptionis: ″neque volet, etiãſi multiplicaueris ″munus.

Cap. VII.

1 FIli mi cuſtodi ſermões meos, & præcepta mea recõde apud te.

2 Cuſtodi præcepta mea, & viues: & legẽ meam tanquam pupillam oculorum tuorum.

Exhortatio ad ſapientiã & obſeruationẽ præceptorum.

3 Alliga ea digitis tuis, ſcribe ea in tabula cordis tui.

4 Dic ſapiẽtiæ, Soror mea es tu: & propinquã, intelligentiã voca:

5 Vt cuſtodiãt te à muliere aliena, ab extranea *quæ* ſermones ſuos ″lenit.

6 ″Quum per feneſtrã domus meæ, ″per feneſtram meã proſpexi,

7 Tunc vidi ″inter ſimplices, conſideraui inter filios iuuenem ″carentem corde,

Sapientiæ, verbóve Dei adhærendum monet, quo technas ſcortorum vitemus, quas deſcribit.

---

19 *Eum qui*, &c. יפיח כזבים עד שקר Per appoſitionem dictum, teſtem mendacem. acſi dicas, teſtem mendacem qui loquitur falſa.

23 Eruditionis. : מוסר caſtigationis. correptionis. A bland. &c. מחלקת לשון נכריה à blãditia *mulieris* linguæ extraneæ. i. quæ lingua loquitur aliena. 25 Splendorib. ſ. :בעפעפיה palpebris ſuis. i. oculis. amatores enim pulchritudine oculorũ capiuntur. Alii, pulchritudine pupillarũ ſuarũ. quæ ſic dicũtur à ſplẽdore & luce. 26 Vſque ad fruſtũ panis: עד־ככר־לחם Phraſis eſt Hebræa, pro, decoquet omnia, ita vt cogatur buccellam, vel tortã, ſiue libum panis oſtiatim mẽdicare. Et mulier viri ואשת איש Hebraiſmus, pro vxore adultera. Venabitur. תצוד Fut. Heb. pro præſ. venatur. Alii, occidit, vt Ezech. 13. c. 18. acſi dicat, nõ ſolũ diuitias, ſed etiam vitã tollit. 27 Nunquid accipiet vir היחתה איש Num excipiet aliquis. Vir, pro aliquo, more Hebræo accipitur. 29 Non erit innocens לא ינקה non erit mundus. nõ erit innoxius. i. multabitur. 30 Spernunt יבוזו Fut. Heb. pro præſ. ſpernere ſolent, ſub. homines. Animã ſ. נפשו Pro deſiderio accipitur anima. Quidã vertũt, vt ſuſtentet vitam ſuam. 31 Et inuentus ונמצא Et deprehẽſus. 32 Corrumpit משחית perdit. interficit. Qui fecerit illud: : הוא יעשנה & ipſe faciet eam. ſub. corruptionẽ, ſiue interfectionẽ animæ ſuæ. nam in omni verbo intelligitur nomen verbale à ſe deductũ. Alii, corrumpens [vel, qui corrũpere volet] animã ſuam, ipſe faciet hoc. 33 Plagam, & ignominiã inueniet, נגע וקלון ימצא Phraſim iſtã exponunt Hebræi, Vulnerabitur, & ignominia afficietur à propinquis mulieris. 34 Zelus *eſt* furor viri, קנאה חמת־גבר . i. zelotypia excitat iram & indignationẽ. Quidam verſum paraphraſticè ſic vertunt, Maritus enim, zelotypiæ impatientia accenſus, quum ei vindicandi occaſio offertur, non parcit.

35 Redemptionis כופר pretii. placationis. i. nullum pretium redemptionis libens accipiet. Quidam, interceſſoris. Neque volet, ולא־יאבה ſub. audire vocem adulteri. Alii, nec acquieſcet. i. recuſabit. Munus. : שוחד Singul. pro plur. Propriè eſt munus quod datur iudicibus quo peruertatur iudicium.

IN CAPVT VII.

5 Lenit. : החליקה mollificat. 6 Quum per feneſtram כי בחלון Quoniam de feneſtra, &c. Per feneſtram בעד אשנבי Quidam vertunt, per cancellos. quod rectum eſſe non poteſt, quum dicat caput ſe protuliſſe: quod per cancellos fieri nequit.

7 Inter ſimplices, בפתאים Vide ſuprà cap. 1. a. 4. Carentem corde. : חסר־לב . i. deſertum animo. mente captum. vecordem.

8 Tranſeuntem per plateam, iuxta ″angulũ eius, & *per* viam ′domus eius gradiebatur

9 ″In crepuſculo, in veſpera diei, ′in tenebris noctis & caligine:

10 Et ecce mulier in occurſum eius, ′ornatu meretricio, ″& cauta corde,

11 *Quæ* ′tumultuoſa eſt & peruerſa: ĩ domo ſua nõ habitãt pedes eiꝰ:

12 Nunc foris, nunc in plateis, & iuxta ″omnẽ angulum inſidiatur.

13 Et apprehendit eum, & oſculata eſt eum: ″roborauit vultum ſuum, & dixit ei,

14 ″*Carnes* ſacrificiorũ pacificorũ ſunt mihi: hodie reddidi vota mea:

15 Idcirco egreſſa ſum in occurſum tui, ″vt quærerem faciem tuã, & inueni te.

16 ″Ornamẽtis ornaui lectum meum, ′*conſtantem lignis* affabrè inciſis, *&* fune AEgyptio.

17 ′Suffiui cubile meum myrrha, aloe, & cinnamomo.

18 Veni, ″inebriemur amoribus vſque mane, ″lætemur amoribus.

19 Quia non eſt vir in domo ſua, abiit via ″longinqua.

20 ″Ligamen argenti tulit in manu ſua: ad diem ′conſtitutum redibit domum ſuam.

21 ′Declinare fecit eum multitudine dulcedinis ſermonis ſui, ″blãditiis labiorum ſuorum perpulit eum.

22 Vadit poſt eam ſtatim veluti bos ″ad victimam ire ſolet, & ſicut compedes *quæ ſunt* ′ad caſtigationem ſtulti,

23 Donec findat ſagitta iecur eius: ſicut feſtinat auis ad laqueum, & neſcit quòd ″contra animam ſuam eſt.

24 Et nunc filii audite me, & attendite eloquiis oris mei:

25 Ne ″declinet ad vias eius cor tuũ, ne*que* oberres in ſemitis eius.

26 ″Multos enĩ vulneratos cadere fecit: & fortes oẽs ′occiſi eius.

27 Viæ inferni, domus eius, deſcendentes ′ad cubicula mortis.

Cap. VIII.

Sapientia ſeipſã commendat.

1 NOnne ſapientia ′clamat, & intelligentia dat vocem ſuam?

2 In ſũmitate ″*locorũ* excelſorũ, iuxta viã, ′*in* loco ſemitarũ ″ſtat:

3 ″In loco portarũ ″in oſtio ciuitatis, *in* ingreſſu oſtiorũ clamat:

8 Qui tranſit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur

9 In obſcuro, aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine:

10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiẽdas animas, garrula & vaga,

11 Quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis:

12 Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians.

13 Apprehẽſúmque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens,

14 Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea: C

15 Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi.

16 Intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus pictis ex AEgypto.

17 Aſperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamômo.

18 Veni, inebriemur huberibꝰ, donec illuceſcat dies, & fruamur cupitis amplexibus.

19 Nõ eſt enim vir in domo ſua, abiit via longiſſima.

20 Sacculum pecuniæ ſecum tulit: in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam.

21 Irretiuit eum multis ſermonibus, & blãditiis labiorum protraxit illũ.

22 Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorat quòd ad vincula ſtultus trahatur, D

23 Donec trãſfigat ſagitta iecur eiꝰ: velut ſi auis feſtinet ad laqueũ, & neſcit quòd de periculo animæ illiꝰ agitur.

24 Nunc ergo fili mi, audi me, & attẽde verbis oris mei:

25 Ne abſtrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius.

26 Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea.

27 Viæ inferi, domus eius, penetrãtes interiora mortis. Cap. VIII.

1 NVnquid nõ ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam?

2 In ſummis excelſiſque verticibus ſupra viam, in mediis ſemitis ſtans:

3 Iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur, dicens,

8 Angulum eius, פנה angulum *domus* eius. nempe mulieris alienæ. Domus eius ביתה Pronomen refert ſcortum. i. per viã quæ ducit ad domum eius. 9 In crepuſculo בנשף ſub. veſpertino. Significat primam partem noctis. Eſt autem duplex crepuſculũ, matutinum & veſpertinum. Vnde dicunt Hebræi quòd eſt initium noctis, quum tenebræ incipiunt: & principium diei, quum deſinũt tenebræ. Eſt ergo crepuſculũ lux dubia quæ eſt poſt occaſum ſolis, & ante ipſius ortũ. In tenebris באישון in nigrore, vel obſcuritate. Propriè ſignificat nigredinẽ illã quæ apparet in oculo, propterea hìc accipitur pro caligine ipſa & primis tenebris quæ ſequũtur occaſũ ſolis.

10 Ornatu meretr. שית זונה Ad verbũ, præparatione meretricis. vel diſpoſitione meretricis. i. habitu meretricio. Et cauta corde, ונצורת לב׃ Ad verbum, ſeruata corde. hoc eſt, habens cor ſeruatum. i. non mente capta, ſed aſtuta, & cauta. Alii vertunt, anxia corde, vel deſolata, aut deſtructa. i. deficiẽs corde, ſiue intellectu. 11 Tumultuoſa הומיה clamoſa. 12 Omnẽ angulũ כל־פנה ſingulos angulos. vel, quencunque angiportum. 13 Roborauit vultũ ſuũ, העזה פניה Hebraiſmus, pro perfricuit frontẽ. i. impudẽti vultu, vel impudẽter alloquuta eſt. 14 *Carnes*, &c. זבחי שלמים ſub. relictæ ex ſacrificio pacif. Alii, Sacrificia pacificorũ. & ita Hebraicè.

15 Vt quærerem faciem tuam, לשחר פניך Quidam vertunt, vt maturè vultui tuo apparerẽ. vel, tempeſtiuè præoccuparẽ faciem tuã.

16 Ornam. ornaui מרבדים רבדתי Ad verbũ, Tapetibꝰ tapetiaui. i. ſtraui, vel adornaui. Alii, pãnis mutatoriis ſtraui. *Conſtantẽ lignis* aff. &c. חטובות אטון מצרים׃ Quidã Hebræorũ referunt ad ornamẽta, vertẽtes, eleuatis fune AEgyptio. Sing. pro plu. funibus AEgyptiis.

17 Suffiui נפתי Conſperſi. vel, Odoratum reddidi. Alii, Fluere feci in cubili meo myrrham. 18 Inebriemur נרוה inebriabimur. i. ad ebrietatem vſque amori indulgebimus. Lætemur amoribus. נתעלסה באהבים׃ exhilarabimus nos dilectionibus.

19 Lõginqua. מרחוק׃ Ad verbũ, *quæ eſt e* longinquo. ſub. loco. 20 Ligamẽ צרור. i. ſacculũ, quòd nodo ligetur ſiue cõſtringatur. Conſtitutũ הכסא tẽporis conſtituti. Alii, certæ ſolennitatis. Alii, nouilunii. à כסה abſcondit, quòd tum luna ſe abſcondat.

21 Declinare fecit eum הטתו ſub. à recta via. Alii, Strauit, vel Expugnauit eum. Alii, Flexit illũ. Blanditiis בחלק lenitate. ſuauitate. blanditia. 22 Ad victimam ire ſolet, אל־טבח יבוא ad lanienam [vel macellũ, aut occiſionem] ire ſolet. Fut. Heb. pro præſ. veniet. Ad caſtigationem ſtulti, אל־מוסר אויל׃. i. quæ ſolent indui à ſtulto vt caſtigetur. q. d. ac veluti compedibus iniectis quibus fatui vincti coercentur, pergit, donec, &c. nã ſequenti verſui iungi debet. 23 Quòd cõtra animã ſ. eſt. כי־בנפשו הוא׃ quòd vitæ eius paratus ſit. 25 Declinet ישט diuertat. ſectando ſcilicet illam. 26 Multos enim vulner. cadere fecit: כי־רבים חללים הפילה Sic Hebraicè vt vertimus. Quidã, Multos enim vulnerauit, ac ſtrauit. Alii, Quoniã multos in vulnera ruere fecit. Occiſi eiꝰ. הרוגיה׃ Affixũ pronomẽ pro הרוגים ממנה. i. interfecti ab ea. Hebraiſmus, pro, interfecti ſunt propter eam. 27 Ad cubicula אל־חדרי ad penetralia. vel, interiora cubicula.

IN CAPVT VIII.

1 Clamat, תקרא Fut. Heb. pro præſ. clamare ſolet. 2 *Locorum* excelſorum מרומים tumulorum. *In* loco ſemitarum בית נתיבות Hebraiſmus, pro, in quadriuiis, ſiue compitis. Ad verbũ, *in* domo ſemitarum. Locum ſignificat quo concurrunt multæ viæ. Quidã vertunt, inter ſemitas. Alii, in præcipuo loco ſemitarum. Stat. נצבה׃ Præt. Heb. pro præſ. 3 In loco portarum ליד־שערים Ad verbum, ad manum portarum. id eſt, in platea quæ adiacet portis. Nam יד ſignificat etiam locum quem habemus ad manum, vt eſt platea. In oſtio לפי Ad verbum, in ore. id eſt, in ingreſſu, ſiue introitu. Clamat: תרונה׃ Fut. Heb. pro præſ. intonat.

4 O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.

5 Intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite.

6 Audite, quoniam de rebus magnis loquutura ſum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent.

7 Veritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia meá deteſtabuntur impium.

8 Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauũ quid, neque peruerſum:

9 Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam.

10 Accipite diſciplinam meam, & nõ pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite:

Supra 3.c.15
ʼcunctis pretioſiſſimis gemmis

11 ‖Melior eſt enim ſapientia cunctis ʼpretioſiſſimis: & omne deſiderabile, ei non poteſt comparari.

12 Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.

13 Timor Domini odit malum: arrogantiam, & ſuperbiam, & viam prauam, & os bilingue deteſtor.

14 Meum eſt conſiliũ & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo.

15 Per me reges Regnãt, & legum conditores iuſta decernunt.

16 Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.

17 Ego diligẽtes me, diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me.

18 Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſupernæ & iuſtitia.

C

19 Melior eſt enim fructꝰ meus auro & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo.

20 In viis iuſtitiæ ambulabo, in medio ſemitarum iudicii:

21 Vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam.

Sapien.9.b.9

22 ‖Dominꝰ poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequã quicquam faceret à principio.

Eccli 24.b.14

23 ‖Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret.

24 Nondum erant abyſſi, & ego iam cõcepta eram: necdum fontes aquarum eruperant.

25 Necdum montes graui mole conſtiterãt, ante colles ego parturiebar:

26 Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.

4 Ad vos ô viri clamo, & vox mea ʼad filios hominum.

5 Intelligite ˝ſimplices aſtutiam, & ſtolidi ˝intelligite corde.

6 Audite, quoniam ˝honorabilia loquar, & apertio labiorũ meorum ˝*erit* rectitudines:

7 Quia veritatem ʼloquetur palatũ meum: ˝& abominatio labiorum meorum eſt impietas.

8 ʼIn iuſtitia ſunt omnia eloquia oris mei: non eſt in eis ʼprauum, nec peruerſum.

9 Vniuerſa ipſa ʼrecta ſunt intelligẽti, & recta ˝iueniẽtibus ſciẽtiã.

10 Accipite ˝eruditionem meam, ˝& non argentum: & ſcientiam ʼpotius quàm aurum electum:

11 Quia melior eſt ſapientia margaritis: & omnia ʼdeſiderabilia nõ ʼæquabuntur ei.

12 Ego ſapiẽtia habito in aſtutia: & ſcientiã cogitationũ ʼinuenio.

13 Timor Iehouæ eſt odio habere malum, ſuperbiam & arrogantiam, & viam malam, & os *loquens* peruerſitates odi.

14 Penes me eſt conſilium ˝& ſapiẽtia; ego ſum intelligentia, mea eſt fortitudo.

15 Per me Reges regnant, ˝& principes decernunt iuſtitiam.

16 Per me principes ˝dominãtur, ˝& principes *&* oẽs iudices terræ:

17 Ego diligentes me diligo: & quærentes me inueniunt me.

18 Diuitiæ & gloria mecum ſunt, ˝ſubſtantia ſtabilis, & iuſtitia.

19 Melior eſt fructus meus auro & obrizo: & prouentus meus argento electo.

20 Per ſemitam iuſtitiæ ʼdeduco, in medio ſemitarum iudicii:

21 Vt diligentes me hæreditare faciam ˝eſſe perpetuum, & theſauros eorum repleam.

22 Iehoua poſſedit me prĩcipio ʼviæ ſuæ, ante oꝑa ſua ex eo tẽpore.

23 A ſeculo ˝principatum habui, à principio, ʼante terram:

24 Quum nondum eſſent voragines, formata ſum, quum nõdum eſſent fontes ˝abundantes aquis.

25 Antequam montes ˝fundati eſſent, ante colles ʼformata ſum:

26 Nõdum fecerat terrã, ˝& plateas, ˝& ſummitatẽ puluerũ orbis.

4 Ad filios hominum. : אל־בני אדם .i.obſcuros & plebeios: nã per viros, Hebræi nobiles intelligunt. 5 Simplices פתאים Vide ſuprà cap.1.a.4. Intelligite corde. : הבינו לב intelligite ſcientiam. ita quidam Hebræi. Alii vertunt, facite vt cor veſtrum intelligat. vt verbum præcedens ſit tranſitiuum.i.reddite cor veſtrum intelligens. Quidam exponunt, reſipiſcite. 6 Honorabilia נגידים nobilia. eximia. inſignia. Alii, præcipua quædam. Alii, verba honorabilium virorum. Quidam Hebræorũ exponunt, verba bona & ſapientia. *Erit* rectitudines. : מישרים *proferet* rectitudines.i.ſermo meus erit de rebus æqualibus. hoc eſt, planis & facilibus.

7 Loquetur יהגה meditatur. Fut.Heb.pro præſ. Et abominatio, &c. : ותועבת שפתי רשע Quidam Hebraiſmum ſic conuertũt, & abominantur labia mea impium. vel, impietatem. Alii, impietas eſt abominanda labiis meis. 8 In iuſtitia בצדק Hebraiſmus, pro, iuſta ſunt. Prauum, nec peruerſum. : נפתל ועקש diſtortum *quid*, aut prauum. id eſt, res diſtorta, aut praua.

9 Recta ſunt נכוחים plana ſunt. vel, obuia.i.intellectu facilia. Inuenientibus ſcientiam. ; למוצאי דעת ſectantibus ſcientiam. vel, ſectatoribus ſcientiæ. nam rectos eos reddunt. 10 Eruditionem meã, מוסרי caſtigationem meam. vel, diſciplinam. Et nõ argentum, ואל־כסף Hebraiſmus, præ argẽto. nã ſequitur, potius quàm aurum. Potius quàm, &c. : מחרוץ נבחר *quæ eſt* auro eligibilior.i.quum ſcientia ſit auro eligibilior, ſiue optabilior. 11 Deſiderabilia חפצים quæ habentur in deliciis. quæ expeti poſſunt. Similia habes ſuprà cap.3.c.15. AEquabuntur ei. : ישוו־בה æquabunt eã.i.non poſſunt ei conferri. 12 Inuenio. : אמצא Fut. Heb.pro præſ. aut præt. aſſequor, vel aſſecuta ſum.q.d. nunquam me deſerit aſtutia, ſola inuenio ſanctos cogitatus.

14 Et ſapientia, ותושיה & doctrina vera. Alii, eſſentia. Alii, & *rerum* conſeruatio. potentia ſcilicet illa qua Deus homines gubernat & conſeruat, poſtquã õnia eſſe fecit in rerum natura. Vide eandem dictionẽ ſuprà cap.2.a.7. 15 Et principes ורוזנים & conſiliarii. 16 Dominantur, ישורו Ad verbum, principabunt. Fut.Heb.pro præſ.i. officio dominorum funguntur. Et principes ונדיבים & nobiles. vel, & munifici, ſiue liberales. נדיב generale vocabulum eſt, ducem & magiſtratum ſignificans. Quidam hanc verſus partem vertunt, & principes omnes iudicant terram. Alii, & iudices terræ munifici ſunt & liberales. 18 Subſtantia ſtabilis, הון עתק opes duraturæ. Alii, ſubſtantia multa & magna. 20 Deduco, אהלך Fut.Heb.pro præſ. deducam. ſub. eum qui adhæſerit mihi. Ad verbum, ire faciam. Poteſt etiam eſſe intranſitiuum, ambulabo, ſiue ambulo & incedo. 21 Eſſe perpetuum, יש bonum permanens. Quidam, Vt bonorum [vel opum perpetuarum] hæredes reddam diligẽtes me. Alii, Vt poſſeſſionem ſubſtantiæ parem diligentibus me. 22 Viæ ſuæ, דרכו .i.operum ſuorum. 23 Principatum habui, נסכתי princeps facta ſum. Alii, diſpoſita ſum. ſiue, conſtituta. aut, ordinata. Ante terrã. : מקדמי־ארץ Ad verbũ, ab initiis terræ.i.à primordio terræ. ſiue antequã crearetur terra. 24 Abund. נכבדי Ad verbũ, prægrauati.i. nondum fontes aquis redundabant. Alii vertũt, multiplicatæ aquæ.i.dum non eſſent abyſſi & aquæ multæ. 25 Fundati eſſent, הטבעו Ad verbũ, immerſi. aquis ſcilicet, inſtar rei grauis. aut potius, immerſi aquis, & in terram defixi.i. collocati. Formata ſum. : חוללתי parturiebar. Vel, concepta eram. Chaldæus paraph. genita eram. 26 Et plateas, וחוצות & quæ extra ſunt. Per id intelligitur portio terræ habitabilis, quæ extra aquam apparet, quam & mox caput puluerum orbis appellat. acſi dicat, nondũ diſcooperuerat faciem terræ. necdum fecerat eam habitabilem. Et ſummitatem וראש Ad verbum, & caput.

27 Quando præparabat cælos, illic eram: quando deſcribebat′circulum in ſuperficie abyſſi:

28 Quãdo firmabat″cælos deſuper,′quãdo roborabat fõtes abyſſi:

29 Quando ponebat mari ″ſtatutum ſuum, & aquis,′ne tranſirent litus ſuum:″quando deſcribebat fundamenta terræ:

30 Eram apud eum″*ueluti* alumnus,′& eram in lætitiis quotidie, & ludo coram illo omni tempore:

31 Ludo in orbe terræ eiꝰ,& delectationes meæ cũ filiis hominũ.

32 Nũc igitur filii obtẽperate mihi:&beati ꝗ vias meas″cuſtodiẽt.

33 Audite″eruditionem,′& ſapientes eſtote,& ne″repellatis eam.

34 Beatus homo qui auſcultat mihi, excubando iuxta fores meas quotidie,obſeruando poſtes oſtiorum meorum.

35 Nã qui inuenit me,′inuenit vitã:′& haurit volũtatẽ à Iehoua.

36 Qui autem peccat contra me,′ſpernit animã ſuam: omnes qui odio habent me,′diligunt mortem. Cap. IX.

Sapiẽtia omnes ad ſe inuitat.

1 SApientia ædificauit domum ſuam,excîdit colũnas ſuas ſeptẽ:

2 Immolauit victimam ſuam,′miſcuit vinum ſuum, etiam apparauit menſam ſuam:

3 Miſit puellas ſuas,″vocauit: ſuper′ſummitates excelſorum ciuitatis *dicendo*,

4 Quiſquis eſt′ſimplex,declinet huc.′carenti corde dixit *quoque*,

5 Venite,comedite panem meum,& bibite de vino *quod* miſcui.

6 Relinquite′ſimplices *uiam ueſtram*, ″& viuetis:& incedite per viam intelligentiæ.

7 ′Corripiens deriſorem,′accipit ſibiipſi ignominiam: & increpans impium *accipit*′maculam ſuam.

8 Ne increpes *igitur* deriſorẽ,ne *forte* odio habeat te:increpa ſapientem,& diliget te.

9 Da ſapienti *increpationem*,& ſapientior erit:doce iuſtum,′& addet doctrinam.

Timor Dei.

10 Principium ſapientiæ, timor Iehouæ:′& ſcientia ſanctorum, intelligentia.

11 Per me enĩ multiplicabũtur dies tui,& addẽtur tibi anni vitæ.

12 Si ſapiẽs fueris,ſapiẽs eris tibi:ſi verò illuſor,ſolus lues pœnas.

Meretrix.

13 Mulier′ſtulta tumultuatur,′ſimplex *eſt*,& neſcit quicquam.

14 Et ſedet ad oſtiũ domus ſuæ ſuper ſedẽ,in *locis* excelſis ciuitatis:

15 Vt vocet tranſeuntes per viam,′qui dirigũt ſemitas ſuas,*dicens*,

16 Quiſquis eſt ſimplex,declinet huc.& carenti corde dixit,

27 Quando præparabat cælos,aderã: quando certa lege & gyro vallabat abyſſos:

28 Quando æthera firmabat ſurſum, D
& librabat fontes aquarum:

29 Quando circundabat mari terminum ſuum,& legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ,

30 Cum eo eram cuncta componẽs: & delectabar per ſingulos dies, ludẽs coram eo omni tempore:

31 Ludens in orbe terrarum : & deliciæ meæ,eſſe cum filiis hominum.

32 Nũc ergo filii audite me, beati qui cuſtodiunt vias meas.

33 Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes,& nolite abiicere eam.

34 Beatus homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtii mei.

35 Qui me inuenerit,inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino:

36 Qui autem in me peccauerit,lædet animam ſuã:omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Cap. IX.

1 SApientia ædificauit ſibi domum, excîdit columnas ſeptem:

2 Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum,& propoſuit menſam ſuam:

3 Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem,& ad mœnia ciuitatis,

4 Siquis eſt paruulus, veniat ad me. & inſipientibus locuta eſt,

5 Venite, comedite panem meum, B
& bibite vinum quod miſcui vobis.

6 Relinquite infantiam,& viuite, & ambulate per vias prudentiæ.

7 Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriã ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat.

8 Noli arguere deriſorem,ne oderit te:argue ſapientem,& diliget te.

9 Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia: doce iuſtum,& feſtinabit accipere. C

Supra 1.a.7
pſal.110.d.10
eccli 1.b.16

10 Principium ſapientiæ,timor Domini: & ſcientia ſanctorũ,prudẽtia.

11 Per me enim multiplicabuntur dies tui,& addentur tibi anni vitæ.

12 Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor,ſolusportabis malũ.

13 Mulier ſtulta & clamoſa,plenáque illecebris,& nihil omnino ſciens:

14 Sedit in foribus domus ſuæ ſuper D
ſellam in excelſo vrbis loco,

15 Vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo,

16 Quis eſt paruulus? declinet ad me. & vecordi locuta eſt,

---

27 Circulum חוג .i.quum diſponeret centrum terræ quod eſt in medio eius:dum redigeret aquam & terram in figuram circularem. 28 Cælos שחקים Chald.Paraph.nubes. Quando roborabat בעזוז quum ſtabiliret.ſolidaret.firmaret. 29 Statutũ ſuum, חוקו limitem ſuum,præſcriptum ſcilicet.terminum ſuum. Quidam,legem ſuam,ſiue præceptum ſuum:eodem ſenſu. Ne tranſirent litus ſuum: לא יעברו־פיו *quæ* nõ prætergredientur os eius.i.mandatũ Dei. Vel,os eius.i.orificium & ingreſſum eius maris. Quãdo deſcribebat בחוקו quum conſtitueret. 30 *Veluti* alumnus, אמון .i.velut is qui alit,& educat iſta inferiora. Quidam,in educatione:eodem ſenſu. Et eram *in* lætitiis quotidie, ואהיה שעשועים יום יום Fut. Heb.pro præſ.vel imperfecto, ſum in deliciis,⌊vel deliciæ, nẽpe Patri⌋per ſingulos dies. Ad verbũ,die die. 32 Cuſtodiẽt. : ישמורו Fut.Heb.pro præſ.obſeruant. 33 Eruditionem, מוסר diſciplinã.correctionẽ. Et ſapientes eſtote, וחכמו Imperat.Heb.pro fut.ſapientes eritis.vel,ſapientiam conſequemini. Repellatis eã. : תפרעו Ad verbũ,elongetis vos ab ea.vel,retrocedatis. Alii,ne negligatis eam.vel repudietis. 35 Inuenit vitã: מצא חיים pro aſſequitur vitã.ſub.æternam. Et haurit volun. ויפק רצון Præt.Heb.pro præſ.vel futuro.i.obtinebit,ſiue aſſequetur quicquid vult & optat. Vel,gratus erit Domino,& fauore illum proſequetur. Vide idẽ genus dicendi infra cap.18.d.22. 36 Spernit animam ſuã: חומס נפשו iniurius eſt animæ ſuæ. Ad verbum,rapit⌊opprimit,ſiue expoliat⌋animam ſuam. Diligunt אהבו Præt.Heb.pro præſ.

CAPVT IX.

2 Miſcuit מסכה .i.temperauit aqua. 3 Vocauit:תקרא Fut.Heb.pro præſ.vel præt.vt vocaret.vel,vt inclamaret. Alii,inuitatã miſit. Sũmitates excel. גפי מרומי latera⌊extrema⌋arciũ. Quidã,ad ſummã vrbis arcẽ. 4 Simplex, פתי Vide ſuprà cap.1.a.4. Carenti corde חסר־לב vecordi.mẽte capto. 6 Simplices *uiam ueſtram*, פתאים ſtultitias.vt nihil ſubaudiatur. Alii, ſtultos:vt ſit adiectiuum. Vide Simplex,ſuprà cap.1.a.4. Et viuetis:& incedite וחיו ואשרו Imperatiua pro futuris, & viuetis, & ambulabitis. Vel,& vita continget vobis,& ingrediemini,&c. 7 Corripiens deriſorem, יוסר לץ Caſtigans⌊Erudiens⌋ſuperbum. Accipit ſibiipſi ignominiam: לוקח לו קלון Hebraiſmus,pro,ignominia afficietur à deriſore. Maculam ſ. : מומו ſub.accipit.i.contaminatur. 9 Et addet doctrinam. : ויוסף לקח & adiiciet eruditionem.i.doctior erit. 10 Et ſcientia,&c. : ודעת קדושים בינה & ſcientia ſanctorum,*eſt principium* intelligentiæ. Alii,& cognitionem *rerum* ſanctarum *præcedit* intelligẽtia. Alii,& intelligentia eſt,ſancta cognoſcere.i.res ſanctas,nempe voluntatem Dei. 13 Stulta כסילות Ad verbum,ſtultitiæ. Simplex, פתיות Ad verbum,ſimplicitatis. ſub.mulier.id eſt,imperita eſt. 15 Qui dirigunt,&c. : המישרים אורחותם qui rectà incedunt vias ſuas.

17 Aquæ furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior.

18 Et ignorauit quòd ibi ſint gigantes,& ĩ profundis inferni cõuiuæ eiꝰ.

Ex lxx. Qui enim applicabitur illi,deſcendet ad inferos:nam qui abſceſſerit ab ea,ſaluabitur.

Cap. X.

1 PARABOLAE, SEV SENTENtiæ Salomonis.

Filius ſapiens lætificat patrem,filius verò ſtultꝰ mœſtitia eſt ma- 2 tris ſuæ.

Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia verò liberabit à morte.

3 Non affliget Dominus fame animã iuſti,& ĩſidias impiorũ ſubuertet.

4 Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa:manus autẽ fortiũ,diuitias parat.

Ex lxx. Qui nititur mendaciis,hic paſcit ventos,idem autem ipſe ſequitur aues volantes.

5 Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt:qui autẽ ſtertit æſtate, filius confuſionis.

6 Benedictio ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.

B 7 Memoria iuſti cum laudibus:& nomen impiorum putreſcet.

8 Sapiens corde præcepta ſuſcipiet: ſtultus cæditur labiis.

9 Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autẽ deprauat vias ſuas,manifeſtus erit.

Eccli.27.c.25 10 ‖Qui annuit oculo,dabit dolorem: & ſtultus labiis,verberabitur.

11 Vena vitæ, os iuſti: & os impiorũ operit iniquitatem.

1.Pet.4.b.8 1.cor.13.b.4 12 ‖Odium ſuſcitat rixas: & vniuerſa delicta operit charitas.

13 In labiis ſapiẽtis inuenitur ſapientia:& virga in dorſo eius qui indiget corde.

14 Sapientes abſcondunt ſcientiam: os autẽ ſtulti cõfuſioni proximũ eſt.

C 15 Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperũ, egeſtas eorum.

16 Opus iuſti, ad vitam: fructus autẽ impii,ad peccatum.

17 Via vitæ, cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.

18 Abſcondunt odium labia mendacia:qui profert contumeliam,inſipiens eſt.

19 In multiloquio non deerit peccatum:qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.

20 Argentum electũ,lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo.

21 Labia iuſti erudiũt plurimos: ꝗaũt ĩdocti ſũt,in cordis egeſtate morienť.

---

17 Aquæ″furatæ dulces ſunt:& panis″abſconditus ſuauis eſt.

18 Et neſcit *ſimplex* quòd mortui *ſunt* ibi, in profundis inferni″ſunt inuitati ab ea.

Cap. X.

1 ″PARABOLAE ẄSELOMOH.

Filius ſapiẽs exhilarat patrẽ,& filiꝰ ſtultus triſtitia eſt matris ſuæ.

2 Non″proderunt theſauri impietate *acquiſiti:* iuſtitia autem eruit à morte.

3 Non ſinet eſurire Iehoua animam iuſti:″propter prauitatem autem impios expellet.

4 Pauperem facit manus″fraudulenta:&manus ſedulorũ ditat *eos.*

5 Qui congregat in æſtate, filius″intelligens eſt : qui *vero* dormit in meſſe,filius eſt″confundens.

6 Benedictiones *ſunt* ſuper caput iuſti: os autem impiorum″operit iniquitatem.

7 Memoria iuſti erit″in benedictionẽ : & nomẽ ĩpiorũ″putreſcet.

8 Sapiens corde ſuſcipiet præcepta:& ſtultus labiis″impinget.

9 Qui ambulat″perfectè, ambulat confidenter: & qui deprauat vias ſuas,conteretur.

10 ″Qui annuit oculo,affert dolorem:& ſtultus labiis″punietur.

11 *vt* vena vitæ os iuſti:& os impiorum″operit iniquitatem.

12 Odiũ ſuſcitat rixas:& vniuerſas præuaricatiões operit charitas.

13 In labiis″intelligentis inuenitur ſapientia:& virga″erit corpori carenti corde.

14 Sapientes cõdunt ſcientiã:& os ſtulti″eſt contritio propinqua.

15 Diuitiæ diuitis ſunt *ut* vrbs fortitudinis eius:″conſternatio pauperum eſt egeſtas eorum.

16 Opus iuſti eſt ad vitam:prouentus verò impii,eſt ad peccatum.

17 *velut* ſemita ad vitam,″*eſt* cuſtodiens correctionem:& qui reſpuit increpationem,″errat.

18 ″Operiunt odium labia mendacia: & proferens″detractionem, eſt ſtultus.

19 In multitudine verborum nõ deeſt″præuaricatio:coercens autem labia ſua,″intelligens eſt.

20 *vt* argẽtũ electũ eſt lingua iuſti:cor verò impiorũ″*tãquã* modicũ.

21 Labia iuſti paſcũt multos:& ſtulti″ob defectũ cordis moriũtur.

---

17 Furatæ גנובים furtim potæ. Futura in hoc verſu pro præſentibus. Abſconditus סתרים Ad verbum,abſconſionum.i.abſcõſionis,pro abſconditus. 18 Inuitati ab ea. : קרואיה Ad verbum,inuitati eius. Pronomen affixum pro קרואים כ מנה vel לה .i. quos inuitauit ipſa,& eius cõſilio obedierunt. Verſus ſequens in veteri interprete, Qui enim applicabitur,&c. non legitur neque Hebraicè, neque in vetuſtioribus ſcriptis Latinis.

IN CAPVT X.

1 Parabolæ משלי Vide principium huius libri. Quia mutatur ſtylus,ideo inſcriptionem hanc addidit:quódque communes exhortationes,& quandã decalogi narrationẽ tradidit:nunc primũ incipit recitare parabolas,ſiue ſententias. 2 Proderũt יועילו Fut.Heb. pro præſ. 3 Propter prauitatem,&c. : והות רשעים יהדוף propter diuitias impios expellet. ſic ה eſt loco ח in ותות, & deficit ב. Alii, & calamitatem [damnum,perniciem] præuaricatorum impellit.ſub.vt citius veniat. Quidam,opes impiorum ſuſtollet. Alii,improba conſilia impiorum perdet. 4 Fraudulenta, רמיה Ad verbum,doli.fraudis.i.quæ nihil agit,ſed tantum fallere cupit.

5 Intelligens eſt: משכיל prudens eſt. Confundens. : מביש ſub.patrem & matrem. Alii,confundetur. Alii,confuſione dignus eſt.

6 Operit iniquitatem. :יכסה חמס Fut.Heb.pro præſ.tegit.vel abſcondit.i.ſemper cogitat malum:iuſtus contrà benedicitur.

7 In benedictionem: לברכה Hebraiſmus, pro, fama iuſti eſt celebris & plauſibilis. Putreſcet. : ירקב exoleſcet. ſordebit. Vel per præſens,putreſcit. 8 Impinget. : ילבט corruet.vapulabit.peruerſus efficietur.feſtinabit.claudicabit.Chald.paraph.capietur. ſiue,apprehendetur.Stultum labiis vocat,qui nonniſi ſtulta loquitur,& ne verbo quidem ſtultitiam ſuam cælare poteſt.

9 Perfectè, בתום in integritate. Conteretur. :יודע cognoſcetur.deprehendetur.ſub.in flagitiis ſuis.manifeſtus erit.

10 Qui annuit oculo, קורץ עין .i.multum fingit,& fucatus eſt. Punietur. : ילבט corruet. 11 Operit iniquit. : יכסה חמס Fut.Heb.pro præſ.cælat iniuriã.quã ſcilicet meditatur in corde ſuo. Vide paulo antè verſu 6. 13 Intelligentis נבון prudentis.ſapientis. Erit corp.&c. : לגו חסר־לב dorſo mente capti,ſub.conuenit. Alii,in tergo ſtulti. 14 Eſt contritio prop. : מחתה קרובה eſt terror propinquus. Alii,accerſit ſibi perniciem. 15 Conſternatio מחתת contritio.pauor.i.inopia facit pauperem pauidum.

17 Cuſtodiens correctionem: שומר מוסר cuſtodiens eruditionem.i.qui eruditus eſt,ambulat per viam vitæ. Vel vt alii, Perferre caſtigationem conducit ad vitã. Quidam,qui obſeruat diſciplinam. Alii,Semitam *quæ ducit* ad vitam cuſtodit caſtigatio. Errat. : מתעה Quidam vertunt tanquam trãſitiuum ſit verbũ,errare facit.ſub.animam ſuam. Alii,ſeducit,ſub.ſeſe. 18 Operiunt odiũ,&c. מכסה שנאה וגו׳ Qui odium gerit, operit illud labiis mendacibus. Quidam ſequentibus iungunt,hoc modo, Qui cælat odium labiis mendacibus,& qui infamiam prodit,*æque* ſtultus eſt. Detractionem, דבה conuitium infamiam. Alii vertunt, Et ſtultus profert conuitium, ſiue contumeliam. 19 Præuaricatio: פשע iniquitas.trãſgreſſio. Quidam,Garrulus nõ vitat peccatũ. Intelligens eſt. :משכיל prudens eſt.prudenter agit. 20 Tanquam modicum. : כמעט velut pauxillum.ſub.argenti.vel,eſt nullius,aut parui momenti.

21 Ob defectum cordis moriuntur. : בחסר־לב ימותו in væcordia morientur. Præterita pro fut.

Benedictio Iehouæ ditat, nec apponit *Iehoua* ″dolorē ei *benedictioni*.	22	Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur ei afflictio.	
Veluti riſus *eſt* ſtulto facere abominationem: ſapientia verò *eſt* ″viro intelligentia.	23	Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia.	D
Quod timet impius, euenit ei: & quod deſiderant iuſti, dat *Deus*.	24	Quod timet impius, veniet ſuper eum: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.	
″Vt trāſit turbo, *ſic* non erit impius: iuſtus autē eſt *ut* fundamentum ″perpetuum.	25	Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.	
Sicut *officit* acetum dentibus, & ſicut fumus oculis: ſic piger mittentibus illum *moleſtus eſt*.	26	Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his qui miſerūt eum.	
Timor Iehouæ ″apponit dies: & anni impiorum ″breuiantur.	27	Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.	
Expectatio iuſtorum, lætitia: & ſpes impiorum peribit.	28	Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impiorum peribit.	
″Fortitudo perfecto eſt via Iehouæ: ″& pauor operātibꝰ iniq̄tatē.	29	Fortitudo ſimplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.	
Iuſtus in ſeculum non commouebitur: impii autem non habitabunt in terra.	30	Iuſtus in æternum non commouebitur: impii autem non habitabunt ſuper terram.	
Os iuſti ″ꝓferet ſapiētiā: līgua aūt *loquēs* peruerſitates, ſuccidetur.	31	Os iuſti parturiet ſapiētiam, & lingua prauorum peribit.	
Labia iuſti ″cognoſcūt quod bene placitum eſt *Deo*, & os impiorum peruerſa *loquitur*.	32	Labia iuſti conſyderant placita, & os impiorum peruerſa.	
Cap. XI.		Cap. XI.	
Statera doloſa eſt abominatio Iehouæ: ″& pondus perfectum voluntas eius.	1	Statêra doloſa abominatio eſt apud Dominum, & pōdus æquum voluntas eius.	
Quum venit ″ſuperbia, venit & ignominia: & cū humilibꝰ ſapiētia.	2	Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: vbi autē eſt humilitas, ibi & ſapientia.	
″Perfectio rectorum ″deducit eos: peruerſitas autem præuaricatorum perdit eos.	3	Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos.	
Non proderunt diuitiæ in die iræ: iuſtitia verò eruet à morte.	4	¶Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autē liberabit à morte.	Eccli.5.c.13 ezech.7.c.19
Iuſtitia ″perfecti dirigit viam eius: ſed propter impietatem ſuā corruet impius.	5	Iuſtitia ſimplicis diriget viā eius: & in impietate ſua corruet impius.	
Iuſtitia rectorum eruet eos: ″at propter prauitatem *ſuam* præuaricatores capientur.	6	Iuſtitia rectorum liberabit eos: & in inſidiis ſuis capientur iniqui.	
Quum mortuus fuerit homo impius, perit ſpes: & expectatio ″iniquorum peribit.	7	¶Mortuo homine impio nulla erit vltrà ſpes, & expectatio ſolicitorum peribit.	Sapien.5.c.15
Iuſtus de anguſtia liberatur, impius autem venit ″loco eius.	8	Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo.	
Ore hypocrita ″corrūpit amicū ſuū: ſcientia autē, iuſti ″eruūtur.	9	Simulator ore decipit amicum ſuū: iuſti autem liberabuntur ſcientia.	B
″Fœlicitate iuſtorū lætatur ciuitas: & quum pereunt impii, erit exultatio.	10	In bonis iuſtorū exultabit ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.	
″Propter benedictionem rectorum exaltatur ciuitas, & ore impiorum ſubuertitur.	11	Benedictione iuſtorū exaltabitur ciuitas: & ore impiorū ſubuertetur.	
″Deſpicit amicum ſuum carens corde: vir autē ″intelligēs ″tacet.	12	Qui deſpicit amicū ſuum, indigēs corde eſt: vir autem prudens tacebit.	
″Qui ambulat fraudulenter, reuelat ſecretum: fidelis autem ſpiritu, celat rem.	13	Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum.	

22 Dolorem ei. : עצב עמה triſtitiam[ſiue moleſtiam]cum ea.ſub.benedictione. Alii, ſolicitudinem cū ea. vel anxietatem.q.d.Deus ſuppeditat piis neceſſaria vitæ abſque eorum ſolicitudine, diuitéſque facit citra moleſtiam. 23 Viro intelligentia. : לאיש תבונה viro intelligentiæ.i.ſiquis aduertat, id ſapientia eſt.ita quidam vertunt. Alii, ſapientia autem *dirigit* virum intelligentem.

25 Vt tranſit,&c. כעבור סופה ואין רשע Quando tranſit tempeſtas, non *manet* impius.aut nuſpiā eſt, hoc eſt ſubito ruit. Perpetuū. : עולם mundi.ſeculi.i.diu viuet iuſtus. 27 Apponit תוסיף Futura Heb.pro præſ.augere ſolet. Breuiantur. : תקצורנה breues eſſe ſolent. 29 Fortitudo perfecto מעוז לתום Robur integro.vel probo. Et pauor ומחתה & animi conſternatio.

31 Proferet ינוב Ad verbum, fructificabit. Per trāſlationem ponitur pro loquetur: quòd ſermo ſit fructus linguæ. Vnde quidam vertunt, producit fructum ſapientiæ. Alii, propagabit ſapientiam. 32 Cognoſcunt,&c. ידעון רצון Fut.Heb.pro præſ.i.labia iuſti ſcitè & appoſitè loquuntur quæ placent Deo & hominibus.

IN CAPVT XI.

1 Et pondus,&c. : ואבן שלמה רצונו Ad verbum, & lapis perfectus[vel integer]beneplacitum eius.i.placet ei pōdus iuſtū. Olim lapillis vtebantur vice ponderum. 2 Superbia, זדון ſuperbus.ſub.vir. Hebraiſmus, pro, Vbi faſtus eſt, ibi & contumelia, ſiue ignominia. vel, Superbiæ comes eſt ignominia. 3 Perfectio תומת Integritas vitæ. Probitas. Deducit eos, תנחם diriget eos.in hac ſcilicet vita. Futura Heb.pro præſentibus, vt & in ſequentibus. 5 Perfecti תמים integri.ſub.vita.vel probi. Vide infrà verſu 20.

6 At propter prauitatem *ſuam* ובחות at in præuaricatione *ſua*. 7 Iniquorum אונים Ita vertimus ab און iniquitas. Alii, mendaciū, ſub.hominū. Alii און pro הון accipientes, vertunt diuitiarū.i.amicorum qui expectāt diuitias poſt mortem impii. Iuxta hāc ſignificationē quidam vertunt, confidentium in diuitiis. Significat etiam lugentes, vt legamus, expectatio, ſiue ſpes lugentiū, ſub.propinquorum impii, ob eius mortem. 8 Loco eius. : תחתיו Ad verbum, pro eo.i.ſuccedit in locum eius, & pro eo perit.

9 Corrumpit ישחית Futura Heb.pro præſ.etiam ſequentibus verſibus.perdit.euertit.lædere ſolet. Eruuntur. : יחלצו eripientur.ne ſcilicet decipiantur ab hypocrita. 10 Fœlicitate בטוב Ad verbum, In bonitate.i. Quum bene eſt iuſtis, vt quidam vertūt. vel Proſperitate iuſtorum. 11 Propter bened.rect. בברכת ישרים .i.ob benedictionem qua Deus benedicit ciuitati propter iuſtos.

12 Deſpicit amicum ſuum בז לרעהו Infamat ſociū ſuum qui mente captus eſt. Intelligens, תבונות Ad verbū, intelligentiarū. Tacet. : יחריש Fut.Heb.pro præſ.i.proferre ſolet, ſiue tegit probra. 13 Qui ambulat fraudulenter, הולך רכיל Qui ambulat *in* delatione.i.qui agit delatorem. Vel, Ambulat *in* delatione *qui* reuelat ſecretū. Alii, Verſutus, ſiue ſuſurro qui ambulat.ſub.in domum alterius, vt quicquid audierit reuelet.

	Vbi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, vbi multa conſilia.	14	″Quum non fuerint conſilia, corruet populus: ſalus autem *eſt* in multitudine conſultorum.
	Affligetur malo qui fidẽ facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, ſecurus erit.	15	″Contritione conteretur *homo* quum fideiuſſerit pro extraneo: & qui odit″ſtipulantes, confidit.
	Mulier gratioſa inueniet gloriam, & robuſti habebunt diuitias.	16	″Mulier gratioſa aſſequetur gloriã,″& fortes aſſequẽtur diuitias.
C	Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abiicit.	17	″Retribuit animæ ſuæ *bonum* vir miſericors: ″turbat autẽ carnem ſuam crudelis.
	Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis.	18	Impius facit opus″mendax: ſeminãti autem iuſtitiam erit merces″ſtabilis.
	Clementia præparat vitam: & ſectatio malorum mortem.	19	″Sic iuſtitia *eſt* ad vitã: qui verò ſequitur malum,″ad mortẽ ſuã.
	Abominabile Domino cor prauũ: & voluntas eius in iis qui ſimpliciter ambulant.	20	Abominatio Iehouæ ſunt peruerſi corde: ″& perfecti via beneplacitum eius.
	Manus in manu, non erit innocens malus: ſemen autem iuſtorum ſaluabitur.	21	″*Etiam ſi* manus ad manum, nõ erit innocens malus: ſemen autem iuſtorum euadet *periculum*.
	Circulus aureus ĩ naribus ſuis, mulier pulchra & fatua.	22	*Sicut* inauris aurea in naribus porci: *ita eſt* mulier pulchra″& deficiens conſilio.
	Deſiderium iuſtorum omne, bonũ eſt: præſtolatio impiorum, furor.	23	Deſideriũ iuſtorũ *eſt* tãtũmodo bonũ: præſtolatio ĩpiorũ,″furor.
	Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt: alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.	24	Eſt″qui diſpergit *rem*, & additur *ei* amplius: & *eſt qui* parcit *rei ſuæ* ″plus æquo,″ſed ad inopiam.
D	Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur.	25	Anima″quæ benedicit, impinguabitur: ″& qui ſatiat, etiam ipſe ſatiabitur.
	Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium.	26	″Prohibenti frumentum, maledicet populus: benedictio autẽ ſuper caput″vendentis frumentum.
	Bene cõſurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorum eſt, opprimetur ab eis.	27	″Qui quærit bonum, inueſtigat″beneuolentiam: & qui quærit malum,″eueniet ei.
	Qui cõfidit in diuitiis ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens folium, germinabunt.	28	Qui fidit diuitiis ſuis, corruet: ″at tãquã frons, iuſti germinabũt.
	Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.	29	Qui conturbat domum ſuam, ″hæreditate accipiet ventum: ″& ſtultus *ille*, erit ſeruus ſapienti corde.
	Fructus iuſti, lignũ vitæ: & qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt.	30	Fructus iuſti *eſt veluti* arbor vitæ: ″& qui docet animas, eſt ſapiẽs.
1.Pet.4.d.18	‖Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?	31	Ecce iuſto in terra″reddetur: quanto magis impio & peccanti?

14 Quum non fuerint conſi. באין תחבולות Ad verbum, Sine induſtriis.i.ſine varia & multiplici induſtria.hoc eſt ſine gubernatione.

15 Contritione conteretur רע־ירוע ſub.homo, quia,&c. Alii vertunt, Malus confringetur, quia,&c. Alii, Malè affligitur qui,&c.

Stipulãtes, תוקעים .i.eos qui cõtactu manuũ aut alios, aut ſe obligãt & obſtringũt. 16 Mulier gratioſa,&c. אשת חן תתמוך כבוד Ad verbum, Mulieri gratiæ adhærebit gloria.i.Mulier quæ gratioſa eſt & modeſta, tuetur gloriã, ſiue retinet. Et fortes,&c. ועריצים יתמכו־עושר׃ Ad verbũ,& robuſtis adhærebunt diuitiæ. Alii, ſeueri apprehendent [vel, rigidi aſſequentur] diuitias. Fortes, ſiue robuſtos vocat eos qui animo ſunt infracto,& patientes laboris. 17 Retribuit,&c. גומל וגו' Benefacit ſibi vir miſericordiæ.ſiue, miſericors in alios. Alii, Ablactat deſiderium ſuum.i.defraudat.q.d. Beneficus, ſiue miſericors ſuũ ipſius genium defraudat, vt benefaciat proximo. Turbat autem carnem ſuam ועוכר שארו vexat autẽ carnem ſuam.i.ſeipſum .vel, affligit proximum ſuũ, quòd non miſereatur eius, ſed claudat ei viſcera ſua. 18 Mendax: שקר Ad verbum, mendacii.i.irritum, aut fallax. Alii, præuaricationis, vel contẽptus.

Stabilis. אמת׃ Ad verbum, veritatis.i.fidelis,& certa, ſiue perpetua, aut ſolida. 19 Sic iuſtitia, כן צדקה .i.Hac ratione iuſtitia deducit ad vitam, ſiue, affert vitam. Alii, Sicut iuſtitia *perducit* ad vitam: *ita* qui ſectatur,&c. Alii, Firmum quiddam eſt iuſtitia. Alii, Rectus iuſtitia. Ad mortem ſuam. למותו׃ ſub.id facit.i.mortem ſuam ſectatur, ſiue accerſit ſibi mortem.

20 Et perfecti,&c. ורצונו תמימי דרך׃ & beneplacitum eius ſunt integri via.vel immaculati, aut perfecti.i.delectatur integris. Quidam, & iuxta beneplacitum eius *agunt*, qui integræ ſunt conuerſationis. Variè vertitur תמם, aliquando perfectus, aliâs integer: nonnunquam innocens, aliâs immaculatus, & etiam probus.ſignificat verò incorruptum, non vitioſum. vt ſiquis dicat pecudem ſine vitio, ſine morbo, nulla parte mutilam, ſed integrã & ſanam.talem agnũ eligi iubebat Dominus. Hoc dictũ eſt vt rectè intelligi poſſit vocabulum.

21 *Etiam ſi* manus ad manum, יד ליד Hebraiſmus eſt, quaſi dicas, Quantũuis conueniat inter illos,& datis dextris ſeſe conſocient, vt aduerſitatibus occurrant ne affligantur, punientur tamẽ. Manus enim inſtrumentum auxilii eſt. Quidam dicunt, hac loquendi formula ſignificari accelerationem, vertẽtes, Mox mox, ſiue eueſtigiò, reus erit apud Deum malus.hoc eſt, ſtatim vt malũ fecerit, punietur à Deo. Quidam vertunt, Etiamſi plaga ſuper plagam venerit, non emendatur malus. 22 Et deficiens conſilio. וסרת טעם׃ Ad verbum, recedens à ſenſu.i.conſilio & ſapientia. Alii vertunt, deficiens ratione. 23 Furor. עברה׃ indignatio.excandeſcentia.

24 Qui diſpergit מפזר qui liberaliter profundit, [qui largitur] nihilominus augeſcunt res eius. Plus æquo, מיושר Ad verbum, à rectitudine.i.plus æquo, ſiue plus ſatis. Sed ad inopiam. אך־למחסור׃ veruntamen [vel, certè] ad egeſtatẽ.i.penuria & egeſtate opprimitur. 25 Quæ benedicit ברכה Ad verbum, benedictionis.i.liberalis. Hebraiſmũ ſic quidam Latinè reddunt, Qui munificus eſt, auctior reddetur. Alii, Qui liberalis eſt ac beneficus, id cõmodo ſuo facit: nam maiora beneficia à Deo accipere ſolet. Et qui ſatiat,&c. ומרוה גם־הוא יורא׃ & inebrians [ſiue irrigans, ſub.pauperes,] etiam ipſe pluuia.ſub.eſt, vel vocabitur.i.erit vice imbris & pluuiæ.nam vt pluuia inebriat terram, ac ſatiat eam, itidem & ipſe animam pauperum inebriat atque ſatiat. In יורא ponitur א pro ה, tametſi nonnulli codices habeant ה,& pluuiam ſignificat. Quidã Hebræorũ per metaphorã ומרוה accipiẽtes,& יורא tanquam tertiam perſonã futuri hiphil, vertũt, Et qui docet, ipſe quoque docebit.ſub.ſeipſum. 26 Prohibẽti מונע .i.nõ communicanti. Vẽd.fru. משביר׃ quaſi dicas, frumẽtantis 27 Qui quærit bonũ, שוחר טוב Qui manè quærit bonũ. Alii, Qui maturè ſectatur bonũ. Beneuolentiam: רצון fauorem.beneplacitum. Eueniet ei. תבואנו׃ obueniet ei. Affixum pronomen pro תבוא אליו

28 At tanquam frons וכעלה .i.veluti arbor frondibus ornata. 29 Hæreditate accipiet ventum: ינחל־רוח erit hæres venti.i.dilapidans rem familiarem, nihil tandem eſt habiturus. Et ſtultus,&c. ועבר אויל & ſeruus ſtulti, *erit ſeruus* ſapienti corde.i.quicquid ſtultus poſſidet, habiturus eſt ſapiens. Quidam, ſeruus ſtulti ad ſapientem corde *trãſit*. 30 Et qui docet ולוקח & qui capit.i. qui ineſcat animos hominum vt Deo ſeruiant. 31 Reddetur: ישולם remuneratio [vel retributio] dabitur.i.punietur ob peccatũ. Quidam, iuſtus in terra retributionem capiet.

Cap. XII.

1 QVi diligit caſtigationem, diligit ſciẽtiam : & qui odio habet increpationem, inſipiens eſt.

2 Bonus″haurit beneplacitum à Iehoua: & virum″malarum cogitationum condemnabit *Deus*.

3 ″Non erit ſtabilis″ homo in impietate : radix autem iuſtorum non dimouebitur.

4 Mulier″ fortis corona eſt viri ſui:&veluti putredo eſt in oſſibus illius quæ *ſuum uirum* pudore afficit.

5 Cogitationes iuſtorũ″*ſunt* iudiciũ:″cõſilia verò impiorũ,dolus.

6 Verba impiorum ſunt″ ad inſidiandum ſanguini : & os rectorum eruet eos.

7 Euertet *Deus* impios,& nõ erunt:domus autem iuſtorum ſtabit.

8 Iuxta″intellectum ſuum laudatur vir,peruerſus autem corde erit in contemptum.

9 Præſtantior eſt″ignobilis,″cui eſt ſeruus, quàm iactabundus carens pane.

10 ″Cognoſcit iuſtus animam iumenti ſui : miſerationes autem impiorum″crudeles.

11 Qui colit terram ſuã,ſaturabitur pane : & qui ſequitur″vacuos, deficiens eſt corde.

12 Deſiderat impius″rete malorum :″radix autem iuſtorum dabit *fructum ſuum*.

13 ″In præuaricatione labiorũ laqueus *hominis* mali :″egredietur autem de anguſtia iuſtus.

14 De fructu″oris *ſui* vir ſaturabitur bono : & retributionem manuum hominis reddet ei *Deus*.

15 Via ſtulti recta eſt in oculis eius:& qui obtemperat conſilio,ſapiens eſt.

16 Stulti in ipſa die″cognoſcetur ira:& qui operit″ignominiam *ſibi factam*,callidus eſt.

17 Qui loquitur veritatem,″annuntiat iuſtitiam:& teſtis″mẽdax, ″doloſus eſt.

18 Eſt qui profert *uerba quæ ſunt*″veluti cõfoſſiones gladii:lingua autem ſapientum eſt ſanitas.

19 ″Labium veracis firmum erit in perpetuum:″& ad momentum *ſtabilis erit* lingua mendacis.

Cap. XII.

QVi diligit diſciplinam,diligit ſcientiam:qui autem odit increpationes,inſipiens eſt.

Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus ſuis,impiè agit.

Non roborabitur homo ex impietate:& radix iuſtorum non commouebitur.

Mulier diligens, corona eſt viro ſuo : & putredo in oſſibus eius quæ confuſione res dignas gerit.

Cogitationes iuſtorum, iudicia:& conſilia impiorum,fraudulenta.

Verba impiorum inſidiantur ſanguini:os iuſtorum liberabit eos.

Verte impios,& non erunt:domus autem iuſtorum permanebit.

Doctrina ſua noſcitur vir : qui autem vanus & excors eſt, patebit contemptui. B

|Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi,quàm glorioſus & indigens pane. Eccli.10.d.32

Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas: viſcera autẽ impiorum crudelia.

|Qui operatur terram ſuam,ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium,ſtultiſſimus eſt. Infra 28.c.19 Eccli.20.d.30

Qui ſuauis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam. Ex LXX.

Deſiderium impii munimentum eſt peſſimorum: radix autem iuſtorũ proficiet.

Propter peccata labiorum ruina proximat malo:effugit autem iuſtus de anguſtia.

De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. C

Via ſtulti recta in oculis eius : qui autem ſapiens eſt,audit conſilia.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam: qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt.

Qui quod nouit loquitur,index iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.

Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ : lingua autem ſapientium ſanitas eſt.

Labiũ veritatis firmũ erit in perpetuum:qui autem teſtis eſt repẽtinus, concinnat linguam mendacii.

IN CAPVT XII.

2 Haurit beneplacitum יפיק רצון Fut.Heb.pro præſ.educit[ſiue exire facit] beneuolentiam.aut gratiam.i.accerſit ſibi beneuolentiã. Malarum cogitationum מזמות ſceleſtum.id hoc loco ſignificat vox Hebræa:aliàs ſimpliciter ſignificat cogitationes. 3 Non erit ſtabilis לא יכון nõ ſtabilietur.firmus erit.i.nõ perdurabit,ſed ſtatim peribit. Homo in impiet. אדם ברשע Hebraiſmus,pro,homo impius. 4 Fortis חיל Ad verbum,virtutis.Quidam,virtutibus prædita.Alii,ſedula.vel,ſtrenua. 5 *Sunt* iudicium: משפט *ſunt* ius.i.iuſtæ. Conſilia תחבולות induſtriæ. ſtudia. cogitationes. 6 Ad inſidiandum ארב Infinitiuus Heb.inſidiari.vel,ad inſidiandum,vt ſubaudiatur ל. 8 Intellectum ſuum שיכלו intelligentiam ſuam.i.cognitionem. 9 Ignobilis, נקלה abiectus.deſpectus.obſcurus. Cui eſt ſeruus, ועבד לו & ſeruus ſibi.i.qui ſibiipſi inſeruit,& ſuum officiũ facit. 10 Cognoſcit,&c. יודע צדיק נפש בהמתו Hebraiſmus,pro Curã gerit iumentorum ſuorum, quanto magis curæ ſuæ commiſſorum? Crudeles. : אכזרי Singulare eſt,crudelis.propterea ſubaudiunt Hebræi ex præcedentibus,*ſunt miſerationes hominis* crudelis.q.d.non miſerentur. 11 Vacuos, ריקים otioſos.ignauos.In veteri interprete ſequẽs verſus,Qui ſuauis eſt,&c.nõ legitur in vetuſtioribus ſcriptis codicibus,vt nec Hebraicé. 12 Rete מצור .i.artes malorũ,à צור.Alii vertunt,munitionẽ. vel præſidium, à מצר, quo ſcilicet tutò poſſit alios lædere. Radix,&c. : ושורש צדיקים יתן radicem autem iuſtus(.i.quiſque iuſtorũ) dabit.Alii,radix autem iuſtorum *etiam ſua* tribuit. 13 In præuar.lab.laqueus *hominis* mali: בפשע שפתים מוקש רע Propter iniquitatem labiorũ irretitur malus.Quidam,In præuaricatione labiorũ laqueus malus. Egredietur autẽ ויצא euadit autẽ. 14 Oris *ſui* vir ſaturabitur bono: פי־איש ישבע־טוב oris *ſui* quiſque bonis fruetur.Vel,vnuſquiſque ſatiatur bono. Alii,oris cuiuſque ſatiabitur bono. Ad verbum,De fructu oris viri ſatiabitur bono.vbi antecedens eſt in loco in quo debuit eſſe relatiuũ:pro,quiſque de fructu oris ſui comedet bonum.Quidam ſubaudiunt *ſapientis*: & vertunt, De fructu oris *ſapientis* quiſque ſatiabitur bono. 16 Cognoſcetur ira: יודע כעסו Fut.Heb.pro præſ.nota fit ira eius.Relatiuum redundans.i.Stultus ſtatim prodit iram ſuam data occaſione. Ignominiam קלון iniuriam. ſub. ſibi factam. Quidam,at cautus iniuriam diſſimulat. 17 Annuntiat iuſtitiam: יגיד צדק indicat iuſtitiam.i.loquitur quæ iuſta ſunt qui verax eſt. Mendax, שקרים Ad verbum,mendaciorum. Doloſus eſt. : מרמה Ad verbũ,fraus.Sub.איש,id eſt vir:vt vertas,vir eſt fraudis,ſiue fraudulentus. 18 Veluti cõfoſſiones כמדקרות veluti punctiones. 19 Labiũ veracis שפת־אמת Ad verbũ, Labiũ veritatis.i.Sermo verax. Et ad momentũ,&c. ועד־ארגיעה וגו׳ .i.lingua mendax ſtatim prodit ſeſe.& tunc ארגיעה eſt nomẽ,& א additum. Alii volunt eſſe verbũ, & ועד vt ולעד, vertẽtes, & in perpetuum ceſſare faciã linguã mẽdacii.vel,ſuccidã linguam mẽdacem.

Dolus, in corde cogitantium mala: qui autẽ pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium. 20

Nõ cõtriſtabit iuſtũ quicquid ei acciderit: impii autẽ replebũtur malo. 21

D Abominatio eſt Domino labia mẽdacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. 22

Homo verſutus celat ſcientiam: & cor inſipientium prouocat ſtultitiã. 23

Manus fortium dominabitur: quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet. 24

Mœror in corde viri humiliabit illum, & ſermone bono lætificabitur. 25

Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt: iter autem impiorum decipiet eos. 26

Non inueniet fraudulẽtus lucrum: & ſubſtantia hominis erit auri pretium. 27

In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem. 28

Cap. XIII.

Filius ſapiens, doctrina patris: qui autem illuſor eſt, nõ audit quum arguitur. 1

De fructu oris homo ſatiabitur bonis: anima autem præuaricatorũ iniqua. 2

Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. 3

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. 4

Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur. 5

Iuſtitia cuſtodit innocentis viam: impietas autem peccatorẽ ſupplantat. 6

B Eſt quaſi diues, quũ nihil habeat: & eſt quaſi pauper, quũ in multis diuitiis ſit. 7

Redẽptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autẽ pauper eſt, increpationem non ſuſtinet. 8

Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. 9

Inter ſuperbos ſemper iurgia ſũt: qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia. 10

Infrà 28.c.20

11 ‖Subſtãtia feſtinata minuetur: quæ autẽ paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

Spes quæ differtur, affligit animã: 12

20 Dolus eſt in corde cogitantium malum: at in *corde* conſulentiũ pacem, eſt lætitia.

21 Non accidet iuſto vlla iniquitas: impii autẽ repleti ſunt malo.

22 Abominatio Iehouæ ſunt labia mendacia: "& in facientibus veritatem eſt beneplacitum eius.

23 Homo callidus"operit ſciẽtiã: & cor ſtultorũ prædicat ſtultitiã.

24 Manus"ſolicitorum dominabitur:"doloſa verò erit tributaria.

25 Solicitudo anxia in corde viri, humiliat illud: ſed verbum bonum lætificabit illud.

26 "Abundantior eſt proximo ſuo iuſtus: via autem impiorum errare faciet eos.

27 "Non adurit vir doloſus venationem ſuam:"diuitiæ autem hominis pretioſæ, eſt ſolicitudo.

28 In ſemita iuſtitiæ eſt vita: & via"ſemitæ eius non eſt mors.

Cap. XIII.

1 Filius "ſapiens *audit* eruditionem patris: & deriſor non audit increpationem.

2 "De fructu oris *ſui* quiſque comedet bonum:"& *de fructu* animæ præuaricatorum *comedent uiri* iniquitatis.

3 Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: aperienti *temere* labia ſua"erit contritio.

4 Cõcupiſcit,"& non eſt, anima pigri: anima autem"ſolicitorum impinguabitur.

5 Verbum mẽdax odio habet iuſtus: impius autem "fœtere facit, "& pudore afficit.

6 Iuſtitia"cuſtodit perfectum via: impietas autem peruertet"peccatorem.

7 Eſt qui"ſe diuitem oſtentat, & non *eſt ei* quicquã: eſt qui pauperem ſe oſtentat, & diuitiæ multæ *ſunt ei*.

8 Redemptio animæ viri *ſunt* diuitiæ eius: pauper autem non audit increpationem.

9 Lux iuſtorum"exhilarat: lucerna autẽ impiorum extinguetur.

10 "Verè in ſuperbia"dabit *ſuperbus* litem:"at cũ cõſultis eſt ſapiẽtia.

11 Diuitiæ *quæ proueniunt* ex vanitate, minuentur: & qui congregat *diuitias* manu *ſua*, multiplicabit *eas*.

12 Expectatio quæ protrahitur,"infirmitas eſt cordis: & *ut* lignum

22 Et in facientibus, &c. ועושי אמונה רצונו׃ Ad verbum, & factores veritatis, beneplacitum eius. i. veraces ſunt grati Deo. 23 Operit כוסה Ita Hebraicè vt vertimus. i. non oſtentat. diſſimulat, vt quidam vertunt. 24 Solicitorum חרוצים ſedulorũ. i. qui ſtrenuè obeunt munia, erunt domini aliorum. Doloſa verò ורמיה fraudulenta verò. i. otioſa. q. d. ceſſatores erunt tributarii.
26 Abundantior eſt יתר ditior eſt. copioſior. Alii, Excellit proximum ſuum. Alii, Præſtantior eſt proximo ſuo.
27 Non adurit vir doloſus לא יחרוך רמיה Ad verbum, Nõ aduret fraus. pro, vir fraudis, id eſt fraudulentus. q. d. Etiam non eſt habiturus quod ſibi paret vt edat: hoc eſt, etiam cibo carebit. Diuitiæ, &c. והון־אדם יקר חרוץ׃ . i. pretioſum quod eſt inter ſubſtantias, aut opes hominis, eſt ſolicitudo. Alii vertunt, ſubſtantia hominis pretioſa ſeduli: inuerſo dictionum ordine, pro, diuitiæ hominis ſeduli, diligentis, & ſoliciti, ſunt pretioſæ. 28 Semitæ eius נתיבה nempe iuſtitiæ. Annotant Hebræi ה eſſe affixum ſine mappic. Quidam ſine eo pronomine vertunt, & hæc ipſa via nequaquam ad mortem. ſub. ducet. vel ſubaudito ב, & in hac ipſa via non eſt mors.

IN CAPVT XIII.

1 Sapiens *audit* erudi. pa. חכם מוסר אב ſapiens eſt diſciplina patris. 2 De fructu oris *ſui*, &c. מפרי פי וגו' Vide capite præcedẽti, verſu 14, vbi ſunt eadem verba Hebraica, præterquam quòd pro eo quod hîc legitur comedet, illic eſt Satiabitur. Et *de fructu*, &c. ונפש בוגדים חמס׃ Ad verbũ, & anima præuaricatorũ *comedet* iniuriã. i. præuaricatores afficiẽtur iniuria. 3 Erit contritio. מחתה לו׃ Ad verbum, contritio ei. Redundat pronomen. Alii, erit pauor. ſiue, terror. 4 Et non eſt, anima pigri: ואין נפשו עצל Ad verbũ, & nihil, anima eius pigri. More Hebraico relatiuum cum antecedente, vbi ſufficiebat antecedens. Quidam vertunt, Et non *fit uoti compos* anima pigri. Alii, deſiderat piger *cibum*, & nihil *habet* anima eius. Solicitorum חרוצים ſedulorum. i. habebit quicquid optauerit.
5 Fœtere facit, יבאיש Fut. Heb. pro præſ. putreſcere faciet. ſub. opera ſua, vel ſermonem ſuum. Et pudore afficit. ויחפיר׃ & confundit. ſub. & ſe & ſuos auditores. 6 Cuſtodit perfectum via: תצור תם־דרך conſeruat integritatem viæ. Alii, obſeruat viam integram. Peccatorẽ. חטאת׃ Ad verbũ, peccatũ. Subaudiendum איש, & vertendum, virũ peccati, hoc eſt hominem peccatorẽ. q. d. impietas fruſtratur voto ſuo hominẽ peccatorem. 7 Se diuitem oſtentat, מתעשר præ ſe fert diuitias. vel, qui ſimulat ſe diuitem. Annotant Hebræi, verba octauæ coniugationis ſignificare actionem & paſſionem, & aliquando illam actionem eſſe ſimulationem. Quidam, Diuites quidam ſunt, tametſi nihil habeant: pauperes alii ſunt, tametſi magnas opes habeant. 9 Exhilarat: ישמח Fut. Heb. pro præſ. lætum eſt. i. proſperitas iuſtorum multiplicatur & creſcit: at anima impiorum, &c.
10 Verè רק Certè. Prorſus. Dabit *ſuperbus* litem: יתן מצה Fut. Heb. pro præſ. Præterea Dare, pro excitare, Excitat *ſuperbiens* cõtentionem. Vbi participium ſubauditur, ſicut in verbis frequenter verbale, vt Renuntiauit Danieli. ſub. renuntiator. At cum conſ. &c. ואת־נועצים חכמה׃ . i. ſapientia conſultos reddit. 12 Infir. eſt cor. מחלה לב cruciat animum. vel, dolore afficit cor.

vitæ eſt deſiderium″veniens.

13 ″Contemnens verbum,peribit propter ipſum:″& timenti præceptum,″reddetur *merces*.

14 Lex ſapientis eſt *ut*″vena vitæ,vt recedatur à laqueis mortis.

15 ″Intelligentia bona″dat gratiam:″at via contemptorum *eſt* dura.

16 ″Omnis callidus *res ſuas* facit cum ſcientia: ſtultus autem ″expandit ſtultitiam.

17 Nuntius impius cadet in malū:legat⁹ autē″verax,*eſt uelut* ſanitas.

18 Paupertas & ignominia erit″deſerenti correctionem:ſed qui cuſtodit increpationem,honore afficietur.

19 ″Deſiderium factum dulce eſt animæ : & abominatio ſtultorū ″*eſt* recedere à malo.

20 Qui″graditur cum ſapientibus, ſapiens erit:″ſed qui eſt amicus ſtultis,conteretur.

21 Peccatores inſectatur afflictio:iuſtis autem *Deus*″reddet bonū.

22 Bonus″hæreditare faciet *opes ſuas* filios filiorum:″& reſeruatur iuſto ſubſtantia peccatoris.

23 Multus cibus *in* agro″pauperū:″& eſt qui perit,quòd nō *ſit ei* ius.

24 Qui ſubtrahit virgā ſuam,odit filium ſuum : ſed qui diligit eū, ″quærit ei correctionem.

25 Iuſtus cómedit ad ſaturitatem animæ ſuæ: venter autem impiorum″egebit.

Cap. XIIII.

1 S″Apiens mulier″ædificat domum ſuam: ſtulta autem manibus ſuis deſtruit eam.

2 Qui ambulat in rectitudine ſua , timet Iehouam : ″ſed peruertens vias ſuas,deſpicit eum.

3 In ore ſtulti eſt″bacul⁹ ſupbiæ:labia autē ſapiētū cuſtodiūt eos.

4 Quum non fuerint boues,″præſepe eſt vacuū:& copia frugum eſt in fortitudine″bouis.

5 Teſtis verax nō mentitur:loquitur autē mēdacia teſtis″mēdax.

6 Quærit deriſor ſapientiam, & non inuenit : ″at ſcientia intelligenti eſt facilis *inuentu*.

lignum vitæ deſiderium veniens.

13 Qui detrahit alicui rei,ipſe ſe in futurum obligat:qui autem timet præceptum,in pace verſabitur. C

Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti autem miſericordes ſunt & miſerantur. Ex LXX.

14 Lex ſapiētis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

15 Doctrina bona dabit gratiā: in itinere contemptorum vorago.

16 Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt,aperit ſtultitiā.

17 Nuntius impii cadet in malū:legatus autem fidelis,ſanitas.

18 Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: quiautem acquieſcit arguenti,glorificabitur.

19 Deſiderium ſi compleatur, delectat animā: deteſtātur ſtulti eos qui fugiunt mala. D

20 Qui cum ſapientibus graditur,ſapiens erit:amicus ſtultorum,ſimilis efficietur.

21 Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuentur bona.

22 Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.

23 Multi cibi in noualibus patrum: & alii congregantur abſque iudicio.

24 Qui parcit virgæ ſuæ , odit filium ſuum:qui autem diligit illum,inſtanter erudit.

25 Iuſtus cómedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.

Cap. XIIII.

1 SApiens mulier ædificat domum ſuam:inſipiens extructā quoque manibus deſtruet.

2 ‖Ambulans recto itinere,& timens Dominum,deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Iob 12.a.4

3 In ore ſtulti virga ſuperbiæ : labia autem ſapientum cuſtodiunt eos.

4 Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autē plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis.

5 ‖Teſtis fidelis nō mētietur:profert autem mendacium doloſus teſtis. Supra 12.c.17

6 Quærit deriſor ſapientiam, & non inuenit:doctrina prudentium facilis.

Veniens. : באה Hebraico more,pro adimpletum.i.ſi contigerit quod cupis. 13 Contemnens verbum , &c. בז לדבר יחבל לו Qui vilipendit rem aliquam,damno obnoxius erit propter eam. Alii, Qui contemnit aliquid,corrumpetur propter ipſum.ſub.contemptum. Vel,corruptio[ſiue perditio]erit ei. Alii,Qui rem contemnit,damnum capiet. Et timenti,&c. : ויךא מצוה הוא ישולם & timēs præceptum,in pace verſabitur. Vel, pace fruetur. 14 Vena מקור fons. 15 Intelligentia bona שׂכל טוב Ingenium benignum.aut facile. Vel,Intellectus benignus. Dat gratiam: יתן־חן .i.conciliat fauorem,& reddit hominem gratum. At via,&c. : ודרך בוגדים איתן at conſuetudo præuaricantium dura eſt.i.præuaricantes,ſiue contemptores nihil condonant fratribus.

16 Omnis callidus *res ſuas* faciet cum ſcientia: כל־ערום יעשה בדעת Fut.Heb.pro præſ. Quiſquis prudens eſt, operatur *opus ſuum* cū prudentia. Alii, Aſtutus facit omnia cum ſcientia. Scientiam vocat quod vulgo diſcretionē vocant. Expandit יפרושׂ Fut.Heb.pro præſ. Quidā per ש cum puncto dextro,vertūt,exponet.manifeſtabit. 17 Verax,*eſt uelut* ſanitas. : אמונים מרפא Ad verbum,veritatum, medicina.i.verax,ſiue fidelis eſt inſtar medicinæ. 18 Deſerenti פורע negligenti.remouenti à ſe. Alii,qui ſe diſciplinæ ſubtrahit.

19 Deſiderium factum תאוה נהיה Deſideriū quod præſens eſt. Alii , Quum id adeſt quod deſideratur. *Eſt* recedere סור Ad verbum,eſt remotus. Poteſt etiam eſſe infinitiuus.i.diſplicet ſtulto is qui deſerit facinora:aut,ſtulti auerſantur eum qui à ſcelere recedit.

20 Graditur הולך verſatur Sed qui eſt amicus ſtultis, ורועה כסילים at qui ſe facit amicum[vel,iungit ſe]ſtultis.ſiue,amicitiā iungit cum ſtultis. 21 Reddet ישלם retribuet.ſub.retributor,qui eſt Deus. 22 Hæreditare faciet,&c. ינחיל וגו׳ hæredes relinquet filios. Vel vt alii,tradet hæreditatē nepotibus. Et reſeruatur,&c. וצפון לצדיק וגו׳ Ad verbū,& abſcōditæ ſunt pro iuſto diuitiæ.i.repoſitæ & reſeruatæ. 23 Pauperum: ראשים Qui vertunt vt vertimus , docent א non eſſe radicale, ſed eſſe literam quæ intelligi ſolet in motione magna:ideo locum iſtū non intelligunt de magnatibus. Alii volunt à ראש quod caput & principem ſignificat, deduci:ideo vertunt, Multitudo cibi inuenitur in agris magnatum.i.diuitū quibus eſt facultas colēdi terram,& faciendi quæcunque illi ſunt neceſſaria. Et eſt qui, &c. ויש נספה וגו׳ & eſt conſumptus ob non ius.i.eſt qui fame conſumitur,eo quòd non diſponit agrum vt par eſt,& ignorat leges colendi & ſerendi agri.vel,quòd non eſt ei facultas conducendi operarios,vt eius terram colant.

24 Quærit ei correctionē. : שחרו מוסר manè quærit illi caſtigationē.i.ſingulo quoque die,ſiue iugiter caſtigat eū. Affixū pronomē pro שחר לו. Alii,maturè diſciplinam adhibet. Alii,manè caſtigat eum. 25 Egebit. : תחסר Fut.Heb.pro præſ.penuriam patitur.

IN CAPVT XIIII.

1 Sapiens mulier חכמות נשים Ad verbū,Sapientes mulierū ædificat,&c.i.ſapiētes mulieres, ſiue vnaquæque ex ſapiētibus mulieribus. Quoties Hebræi de re particulari loquuntur,iungūt plurale ſingulari.vertere potes,Sapiēs inter mulieres. AEdificat בנתה Præt. Heb.pro præſ. 2 Sed peruertens vias ſuas, ונלוז דרכיו Ad verbum,& peruerſus viis ſuis. 3 Baculus ſuperbiæ: חוטר גאוה Baculum pro lingua accipit, vt annotant Hebræi: quia loquitur ſuperba & magna. Quidam Hebræorum exponunt,Propter verba quæ loquitur ſtultus,veniet ſuper eum virga ſuperbiæ.i.cædetur magnis plagis ob verba ſua. 4 Præſepe אבום horreum.ſignificat locum vbi fruges reponuntur,vt quidam Hebræorum annotant. Subauditur autem negatio præcedens,אין אבום non eſt in horreo,&c. Bouis. : שור Singul.pro plur.q.d.Quando non ſunt boues,vacuum eſt horreum:at quando ſunt boues,eſt copia frugum.

5 Mendax. : שקר Ad verbum,falſitatis.i.falſus. 6 At ſcientia ודעת at cognitio

	Vade contra virum ſtultum, & neſcito labia prudentiæ.	7	Vade à cōſpectu viri ſtulti:quum nō noueris *in eo* labia ſciētiæ.
	Sapientia callidi, eſt intelligere viam ſuam:& imprudētia ſtultorum errans.	8	Sapientia″callidi, eſt intelligere viam ſuam: & ſtultitia ſtultorum″dolus.
	Stultus illudet peccatum, & inter iuſtos morabitur gratia.	9	″Stulti loquuntur delictum:& inter rectos *eſt* beneuolentia.
B	Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ,in gaudio eius non miſcebitur extraneus.	10	″Cor cognoſcit amaritudinem animæ ſuæ : ″& in lætitia ipſius non miſcebitur alienus.
	Domus impiorum delebitur:tabernacula verò iuſtorum germinabunt.	11	Domus impiorum delebitur:ſed tabernaculū rectorū florebit.
Infra 16.d.25	‖Eſt via quæ videtur homini iuſta: nouiſſima aūt eiꝰ deducūt ad mortē.	12	″Eſt via recta coram viro:& exitus eius,viæ mortis.
	Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.	13	″Etiam in riſu dolet cor:″& exitus lætitiæ,triſtitia.
	Viis ſuis replebitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bonus.	14	″Viis ſuis ſaturabitur″auerſus corde:″& ab eo *auertetur* vir bonus.
	Innocens credit omni verbo:aſtutus conſyderat greſſus ſuos.	15	″Simplex credit omni verbo:callidus autē intelligit greſſū ſuū.
Ex LXX.	Filio doloſo nihil erit boni:ſeruo autē ſapienti proſperi erunt actus,& dirigetur via eius.	16	Sapiens timet,& recedit à malo:ſed ſtultꝰ iraſcitur,″& confidit.
	Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit.		
	Impatiens operabitur ſtultitiā : & vir verſutus odioſus eſt.	17	″Qui citò iraſcitur, facit ſtultitiam : ″& vir cogitationum odio habetur.
C	Poſſidebunt paruuli ſtultitiā: & expectabunt aſtuti ſcientiam.	18	Hæreditate accipient ſimplices ſtultitiam: callidi autem″coronabuntur ſcientia.
	Iacebunt mali ante bonos:&impii ante portas iuſtorum.	19	Incuruant ſe mali coram bonis:& impii″*ſunt* ad portas iuſti.
	Etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt:amici verò diuitum multi.	20	Etiam amico ſuo odioſus eſt pauper:ſed qui diligunt diuitem, multi ſunt.
	Qui deſpicit proximum ſuum,peccat: qui autem miſeretur pauperis, beatus erit. Qui credit in Domino,miſericordiam diligit.	21	Contemnit proximum ſuum peccator:ſed qui miſeretur pauperum,beatus eſt.
	Errant qui operantur malum:miſericordia & veritas præparāt bona.	22	″Nónne errant cogitātes malum? miſericordia autem &veritas cogitantibus bonum.
	In omni opere erit abundantia: vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.	23	In omni labore″eſt abundantia: ſed verbum labiorum tātùm *eſt* ″ad inopiam.
	Corona ſapientum,diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum imprudentia.	24	Corona ſapientum,diuitiæ eorū:″ſtultitia ſtultorum,ſtultitia.
	Liberat animas teſtis fidelis:& profert mendacia verſipellis.	25	Eruit animas teſtis verax:loquitur autem mendacia″doloſus.
	In timore Domini fiducia fortitudinis,& filiis eius erit ſpes.	26	In timore Iehouæ eſt fiducia″fortitudinis:& filiis eius erit ſpes.
D	Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.	27	Timor Iehouæ *velut* vena vitæ,vt recedatur à laqueis mortis.
	In multitudine populi dignitas regis : & in paucitate plebis ignominia principis.	28	In multitudine populi *eſt* gloria Regis: & quum non fuerit populus *eſt*″attritio principis.
	Qui patiens eſt, multa gubernatur prudētia: qui autē impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.	29	″Tardus ira, ″eſt multus intelligentia :″& breuis ſpiritu″exaltat ſtultitiam.
	Vita carniū, ſanitas cordis: putredo oſſium,inuidia.	30	″Vita carnium,*eſt* cor lene:at putredo oſſium,inuidia.
Infra 17.a.5	‖Qui calumniatur egentem,exprobrat factori eius:honorat autem eū, qui miſeretur pauperis.	31	Qui opprimit pauperem,probris afficit factorem eius:& honorat eum,qui miſeretur pauperis.

8 Callidi, ערום aſtuti.cauti.ערום in bonam partē accipitur in Prouerbiis:aliâs ſæpius in malam partem. Dolus. מרמה : Quidam ſubaudito verbo, vertunt, *occupatur* fraude. Alii repetunt verbum ex proximo, vertentes, *eſt intelligere* dolum. q.d. nihil aliud cogitant ſtulti,quàm quomodo imponere poſſint. 9 Stulti loquuntur אולים יליץ Ad verbum,Stulti loquitur,Singulare plurali iunctum,pro Vnuſquiſque ſtultorū loquitur.i.ſiquid malè fecerit ſtultus,palàm loquitur. Alii,deridet.aut illudet. Alii,teget,ſiue palliabit.

10 Cor cognoſcit,&c. לב יודע מרת נפשו mens ipſa cognoſcit amaritudinē conſcientiæ ſuæ. Et in lætitia,&c. ובשמחתו וגו Hebraiſmus,pro,& mens ipſa cognoſcit lætitiam conſcientiæ ſuæ,& non alius. 12 Eſt via recta,&c. יש דרך ישר לפני־איש Eſt via quæ videtur homini recta,cuius tamen nouiſſimum *ducit ad* itinera mortis. 13 Etiam in riſu,&c. גם־בשחוק וגו׳ Etiam quum riſerit, dolebit,&c. Vetus interpres, Riſus dolore miſcebitur : & extrema gaudii luctꝰ occupat. Et exitus lætitiæ ואחריתה שמחה Ad verbū, & exitus eius lætitiæ. Hic relatiuum & antecedens ſunt ſimul,quum alterum ſufficeret.elegans tamen Hebræis.

14 Viis ſuis ſatur. מדרכיו ישבע De viis ſuis ſatiatur. Fut.Heb.pro præſ.i.corde auerſus à Deo,dabit pœnas.q.d.vnicuique datur iuxta opera ſua. Auerſus סוג fœdus. ſordidus. ſpurcus. Et ab eo,&c. ומעליו איש טוב : & *bonis quæ* erant ei, *ſatiabitur* vir bonus. Alii, & ex fructibus ſuis *viuet* vir bonus. Alii,& præ illo[vel,plus quàm ille]*ſatiabitur* vir bonus. Nonnulli,& de iis quoque vir bonus.

15 Simplex פתי Inexpertus. Vide ſuprà cap.1.a.4. 16 Et confidit. ובוטח : & ſecurus eſt. quando ſcilicet perperam agit.

17 Qui citò iraſcitur, קצר־אפים Ad verbum, Breuis iris.i.Iræ impatiens, & animi impotens. Et vir cogitationum ואיש מזמות Hebraiſmus pro cūctatore,viro nimirum cogitabundo,qui ſemper cogitat quid agendum,& nihil agit. 18 Coronabuntur יכתירו *veluti* coronā imponēt[ſub.capiti ſuo]ſcientiam. 19 *Sunt* ad portas iuſti. על־שערי צדיק : Hebraiſmus,pro,iuſti colūtur ab impiis.

22 Nónne הלא Dictio eſt interrogatiua quæ requirit reſponſionem affirmatiuam:ideo ſæpe ſumitur pro ſanè.

23 Eſt abundantia: יהיה מותר eſſe ſolet profectus *quidam*.vel emolumentū. Alii,amplitudo & dignitas. Ad inopiam. למחסור : .i.nullus fructus prouenit ex ſermone vanè prolato. 24 Stultitia אולת Chald.paraph.decor.vel gloria. 25 Doloſus. מרמה : Ad verbum,dolus.pro vir doli. 26 Fortitudinis, עוז.i.firma. 28 Attritio principis. מחתת־רזון : attritio imperii. Quidam vertunt,terror principis. Alii,ignominia principis. 29 Tardus ira, ארך אפים Ad verbum, longus iris. Eſt multus intelligētia: רב־תבונה multa *gubernatur* ſapientia.multam *habet* intelligentiam. Et breuis ſpiritu, וקצר־רוח Hebraiſmus,pro iracundo,qui facile irritatur. Exaltat מרים id eſt,oſtendit.nam quum aliquid exaltamus,præbemus id aliis videndum.

30 Vita carnium חיי בשרים Hebraiſmus,pro Salubritate corporis.

32 ″Propter malitiã ſuam expelletur impius: ſperat autem in morte ſua iuſtus.

33 ″In corde intelligentis″requieſcit ſapientia:at in medio ſtultorum *ipſa* cognoſcitur.

34 Iuſtitia exaltat gentem:″at ignominia eſt populis peccatum.

35 Beneplacitum Regis eſt erga ſeruum intelligentem: & ira eius eſt *ſeruus* qui pudore *eum* afficit.

Cap. X V.

1 REſponſio″mollis auertit iram:& ſermo″dolore afficiens,aſcendere facit furorem.

2 Lingua ſapientum″decorabit ſcientiam:& os ſtultorum″loquitur ſtultitiam.

3 In omni loco oculi Iehouæ contemplantes malos & bonos.

4 ″Sanitas linguæ *eſt ut* lignum vitæ:at peruerſitas in ea,″*eſt* contritio in ſpiritu.

5 Stultus cõtemnit correctionem patris ſui : ſed qui obſeruat increpationem,efficietur aſtutus.

6 ″In domo iuſti eſt theſaur⁹magn⁹:″& in fructu impii cõturbatio.

7 Labia ſapientum ſpargunt ſciẽtiam:cor autẽ ſtultorum nõ ſic.

8 Sacrificium impiorum eſt abominatio Iehouæ : oratio autem rectorum beneplacitum eius.

9 Abominatio Iehouæ eſt via ĩpii:ſectantẽ autem iuſtitiã diligit.

10 ″Correctio moleſta eſt relinquenti ſemitam : & qui odio habet increpationem,morietur.

11 Infernus & perditio ſunt coram Iehoua,quanto magis corda filiorum hominum?

12 Non amat illuſor increpantem ſe:ad ſapientes non accedit.

13 Cor lætum″decorat faciem:at propter dolorem cordis,″ſpiritus *erit* triſtis.

14 Cor intelligens quærit ſcientiã:& os ſtultorũ paſcetur ſtultitia.

15 Omnes dies″pauperis,mali:″ſed iucundus corde, *eſt acſi eſſet in* conuiuio iugi.

16 Melius eſt parum cũ timore Iehouæ, quàm theſaurus magnus, ″& contritio in eo.

17 ″Melius eſt conuiuium oleris vbi ſit dilectio, quàm *eſca* bouis ſaginati in quo ſit odium.

18 Vir iracundus″miſcet lites:ſed tardus ad iram ſedat litem.

19 Via pigri *eſt* quaſi ſæpes″ſpinoſa:ſemita autẽ rectorũ″*eſt* eleuata.

20 Filius ſapiens lætificat patrẽ:″& ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.

21 Stultitia,eſt lætitia deficienti corde: & vir intelligẽs″dirigit *uiã ſuam* ad ambulandum.

32 In malitia ſua expellitur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua.

33 In corde prudentis requieſcit ſapientia,& indoctos quoque erudiet.

34 Iuſtitia eleuat gentem miſeros autẽ facit populos peccatum.

35 Acceptus eſt Regi miniſter intelligens : iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

Cap. X V.

1 REſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.

2 Lingua ſapientum ornat ſcientiã: os fatuorum ebullit ſtultitiam.

3 In omni loco oculi Domini contẽplantur bonos & malos.

4 Lingua placabilis,lignũ vitæ: quæ autem immoderata eſt,conteret ſpiritum.

5 Stultus irridet diſciplinam patris ſui:qui autem cuſtodit ĩcrepationes, aſtutior fiet.

In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt:cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Ex LXX.

6 Domus iuſti plurima fortitudo :& in fructibus impii conturbatio.

7 Labia ſapientũ diſſeminabunt ſcientiam:cor ſtultorum diſſimile erit. B

8 |Victimæ impiorum abominabiles Domino:vota iuſtorũ placabilia. Eccli.34.e.23

9 Abominatio eſt Domino via ĩpii: qui ſequitur iuſtitiã,diligitur ab eo.

10 Doctrina mala deſerentium viam: qui increpationes odit,morietur.

11 Infernus & perditio coram Domino:quanto magis corda filiorum hominum?

12 Non amat peſtilẽs eum qui ſe corripit,nec ad ſapientes graditur.

13 |Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. Infra 17.d.22

14 Cor ſapientis quærit doctrinam: &os ſtultorum paſcitur imperitia.

15 Omnes dies pauperis,mali:ſecura mens quaſi iuge conuiuium.

16 Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

17 Melius eſt vocari ad olera cum charitate : quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. C

18 Vir iracundus prouocat rixas:qui patiens eſt,mitigat ſuſcitatas.

19 Iter pigrorum quaſi ſæpes ſpinarum:via iuſtorũ abſque offendiculo.

20 Filius ſapiens lætificat patrem: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuã.

21 Stultitia gaudium ſtulto: & vir prudens dirigit greſſus ſuos.

32 Propter malitiã ſuã expel. ברעתו ידחה In afflictione[vel calamitate]ſua depellitur.vel,depelli ſolet.ſub.à fiducia ſua.i.ſuccũbit.
33 In corde intelligentis בלב נבון In animo cordati. Requieſcit תנוח Futura Heb.pro præſ.
34 At ignominia,&c. : וחסד לאומים חטאת & miſericordia populorum *eſt uelut* ſacrificium pro peccato.

IN CAPVT XV.

1 Mollis רך lenis.comis.humana. Dolore afficiens עצב Ad verbũ,doloris.i.aſper,acerbus,aut atrox & moleſtus. Aſcẽde-
re facit יעלה Hebraiſmus,pro excitat. 2 Decorabit תיטיב Fut.Heb.pro præſ.ornat.Quidam vertunt, commodè, ſiue pulchrè
vtitur ſcientia.Alii,appoſitè exprimit ſcientiam. Loquitur יביע effutit.ebullit.fundit.i.temere loqui ſolet.
4 Sanitas linguæ מרפא לשון Salubris lingua.Alii,Sanans lingua. *Eſt* contritio in ſpiritu. שבר ברוח contritio ſpiritus.vel cor-
ruptio ſpiritus.i.perturbat animum. 6 *In* domo iuſti eſt theſ.mag. בית צדיק חוסן רב *In* domo iuſti fortitudo magna. Et in
fructu,&c. : ובתבואת רשע נעכרת & per fructũ[vel,prouentum]impii labefactatio.ſub.domus ipſius.i.per opera quæ ſunt prouentus im-
pii,labefactatur domus eius. 10 Correctio מוסר Diſciplina.Eruditio. 13 Decorat ייטיב Ad verbum,pulchrificat.Qui-
dam,exhilarat. Spiritus *erit* triſtis. רוח נכאה ſpiritus *erit* remiſſus. vel fractus. Quidam,*alacritas* ſpiritus frangitur.vel,obſcuratur.
retunditur obſoleſcit. 15 Pauperis,mali: עני רעים inſipientis.miſeri.q.d.tota vita inſipientiũ miſera eſt. Sed iucundus,&c.
וטוב לב & bonũ cor,iuge conuiuium. 16 Et contritio in eo. : ומהומה בו & turbatio[ſiue tumultus]in eo.i.cum quo ſit afflictio
& tribulatio quædã. 17 Melius eſt conu.ol. טוב ארוחת ירק Melior eſt eſca oleris.vel,refectio quæ olere cõſtat. 18 Miſcet
lites, יגרה מדון excitat contentionem. 19 Spinoſa: חדק Ad verbũ,ſpinæ. *Eſt* eleuata. : סלולה ſub.ligno aut lapidibus: quaſi
lapidibus ſtrata. 21 Dirigit,&c. : יישר־לכת Fut.Heb.pro præſ.diriget ambulare.vel,ad ambulandum.Infinitiuus pro nomine,di-
rigit viam.i.rectè ambulat.

22 Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium: vbi verò ſunt plures cõſiliarii, confirmantur.

23 Lætatur homo in ſentẽtia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus.

24 Semita vitæ ſupèr eruditum, vt declinet de inferno nouiſſimo.

D 25 Domum ſuperborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.

26 Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus.

27 Cõturbat domũ ſuã qui ſectatur auaritiã: qui autẽ odit munera, viuet.

Ex LXX.
Infra 16.2.6

¶Per miſericordiam & fidem purgãtur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

28 Mens iuſti meditatur ſapientiam: os impiorum redundat malis.

29 Longè eſt Dominus ab impiis: & orationes iuſtorum exaudiet.

30 Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat oſſa.

31 Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur.

32 Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam: qui autẽ acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.

33 Timor Domini, diſciplina ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

Cap. XVI.

1 HOminis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam.

2 Omnes viæ hominis patent oculis eius: ſpirituum põderator eſt Dominus.

Pſal. 37.a.5
1. pet. 5.b.7.

3 ¶Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

4 Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impium quoque ad diem malum.

5 Abominatio Domini eſt omnis arrogans: etiam ſi manus ad manũ fuerit, non eſt innocens.

Ex LXX.
Supra 15.d.27

Initium viæ bonæ, facere iuſtitiã: accepta eſt autem apud Deum magis quàm immolare hoſtias.

6 ¶Miſericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

7 Quum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

B 8 Melius eſt parũ cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

9 Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.

10 Diuinatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius.

Supra 11.a.1

11 ¶Pondus & ſtatêra iudicia Domini ſunt: & opera eius omnes lapides ſacculi.

---

22 ʹDiſſipantur cogitationesʹ quando non eſt conſilium: ſed multitudine conſiliariorumʹ firmantur.

23 Lætitia eſt viro in reſponſione oris ſui: & verbum *dictum* in tempore ſuo, quàm bonum eſt!

24 Via vitæ ſurſum verſus *eſt, quæ eſt* intelligenti vt declinet ab inferiori *quæ eſt* deorſum.

25 Domum ſuperborum demolitur Iehoua: ſtatuit autem terminum viduæ.

26 Abominatio Iehouæ ſunt cogitationes *viri* mali: at mũdis ſunt eloquiaʹ pulchra.

27 Turbat domum ſuamʹ qui auarè ſectatur auaritiã: ſed qui odio habet dona, viuet.

28 Cor iuſtiʹ meditatur quod reſpondeat: os autem impiorumʹ loquetur mala.

29 Lõginquus eſt Iehoua ab impiis: ſed orationẽ iuſtorũ exaudit.

30 Lumen oculorumʹ lætificat cor: fama bona impinguat oſſa.

31 Auris quæ audit increpationem vitæ, in medio ſapientum cõmorabitur.

32 ʹQui negligit diſciplinam, ſpernit animam ſuam: ſed qui audit increpationem, poſſidetʹ cor.

33 Timor Iehouæ, eruditio ſapientiæ: & ante gloriamʹ humilitas.

Cap. XVI.

1 HOminis ſuntʹ præparationes cordis: ſed à Iehoua eſtʹ reſponſio linguæ.

2 Omnes viæ viri mũdæ ſunt in oculis ſuis: ʹſed qui ponderat ſpiritus, eſt Iehoua.

3 Deuolue ad Iehouã opera tua: & firmabũtur cogitationes tuæ.

4 Omniaʹ operatus eſt Iehouaʹ propter ſeipſum: & etiam impium ad diem malum.

5 Abominatio Iehouæ eſt omnis elatus corde: ʹmanus ad manũ non erit innocens.

6 Miſericordia & veritateʹ redimetur iniquitas: & in timore Iehouæ receditur à malo.

7 Quum placuerint Iehouæ viæ viri, etiam inimicos eiusʹ pacatos reddet ei.

8 Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multitudo prouentuum ʹabſque iure.

9 Cor hominisʹ excogitat viã ſuã: Iehoua autẽ dirigit greſſũ eius

10 ʹDiuinatio *eſt* ĩ labiis Regis: in iudicio nõ præuaricatur os eius.

11 Statera & bilancesʹ iudicii, Iehouæ: opus eius *ſunt*ʹ omnia põdera crumenæ.

---

22 Diſſipantur הפר Quidam Hebræorum volunt eſſe imperatiuũ ex coniugatione hiphil pro futuro: Diſſipa, Cõfringe, Conquaſſa. Alii, infinitiuum pro futuro aut præſenti: vertentes, Diſſipant, ſub. alii, pro Diſſipantur. Quando non *eſt* באין Hebræi hoc loco ב per propterea interpretantur, propterea quòd non ſit, &c. Firmantur. : תקום Fut. ſingu. Heb. pro præſ. firma eſt, ſub. cogitatio.

26 Pulchra. : נועם munda. iucunda. Ad verbum, munditatis. 27 Qui auare ſectatur auaritiam: בוצע בצע Ad verbum, concupiſcens concupiſcentiã. i. qui nimiũ ad rem eſt auidus, ſiue inhiat pecuniis. 28 Meditatur quod reſpõdeat: יהגה לענות loquitur quæ ſunt ad vtilitatẽ. Loquetur יביע effundet, veluti fons. Idem verbum quod ſuprà verſu 2. 30 Lætificat cor, &c. ישמח לב שמועה וגו׳ lætificat mentem: auditus bonus requieſcere faciet os. Sing. pro plur. oſſa. Alii, lætificat animum: nuntium bonum ſaginat oſſa.

32 Qui negligit diſciplinam, פורע מוסר Qui abiicit caſtigationem. vel, correctionem. Vel, Qui deſerit eruditionem. Poſſ. cor. : קונה לב .i. cordatus & ſapiens eſt. Cor pro ſcientia & ſapientia ſæpius accipiunt Hebræi. 33 Humilitas. : ענוה manſuetudo. Quidam, deiectio.

IN CAPVT XVI.

1 Præparationes מערכי diſpoſitiones. ordinationes. i. in mente ſua deliberat. Reſponſio מענה ſermo. locutio.

2 Sed qui ponderat ותוכן ſed qui diſponit. 4 Operatus eſt פעל Præt. Heb. pro præſ. Propter ſeipſum: &c. למענהו וגם־רשע ליום רעה : in rem ſuam: & etiam impius decidet [vel *peribit*] in die mala. 5 Manus ad manum יד ליד Vide ſuprà cap. 11. c. 21.

6 Redimetur יכופר expiabitur. vel, remouetur. 7 Pacatos reddet ei. : ישלם אתו coget pacem inire cum illo. conciliat ei.

8 Abſque iure. : בלא משפט .i. vi extorta, & cum iniquitate. 9 Excogitat viam ſuam: יחשב דרכו deliberat de via ſua.

10 Diuinatio, &c. קסם וגו׳ Subauditur כ ſimilitudinis, *Velut* diuinatio *eſt* ſuper labia Regis: in iudicio non mentitur os eius. q. d. Mera prophetia eſt Regis ſermo, vel Diuinus & verax: in iudicio mentiri non ſolet os eius. hoc eſt, rectè iudicat. Fut. Heb. pro præſ.

11 udicii, Iehouæ: משפט ליהוה iudicii [.i. iuſtæ,] *ſunt* à Iehoua. ſnb. præcepta. Vel, iuſta *ſint* propter Iehouam. i. quia ipſe præcepit. Alii, iudcium Iehouæ ſunt. Omnia pondera crumenæ. : כל אבני כיס Ad verbum, omnes lapides marſupii. Vide ſuprà cap. 11. a. 1.

Abominatio Regibus eſt facere impietatẽ: quia in iuſtitia″confirmabitur ſolium. 12

Beneplacitum Regum labia iuſta: & loquentem recta″diligunt. 13

Ira Regis *eſt ut* nuntius mortis: at vir ſapiens″remouebit eam. 14

″Quum illuxerit facies Regis, erit vita:″& beneuolentia eius erit veluti nubes *effundens* ſerotinam pluuiam. 15

Acquirere ſapientiam multo præſtantius eſt, quàm *acquirere* aurum pretioſum: & acquirere intelligentiã multo præſtantius eſt, quàm *acquirere* electum argentum. 16

Via rectorum eſt declinare à malo: cuſtodit animam ſuam qui cuſtodit viam ſuam. 17

″Ante contritionem eſt ſuperbia, & ante ruinam elatio ſpiritus. 18

Melius eſt″humiliari ſpiritu cũ humilibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. 19

″Intelligens rẽ, inueniet bonũ: & cõfidens in Iehoua, beatus eſt. 20

Sapiens corde vocatur ″intelligens: & dulcedo labiorum ′addit doctrinam. 21

Vena vitæ eſt″intelligentia″domino ſuo: at eruditio ſtultorum, ſtultitia eſt. 22

Cor ſapientis prudẽs reddit os ſuũ: & labiis ſuis addit doctrinã. 23

vt fauus mellis ſũt eloquia″dulcia:″dulcedo aĩæ, & ſanitas oſſibꝰ. 24

″Eſt via recta coram viro: & nouiſſimum eius, viæ mortis. 25

″Anima laborantis laborat ſibi: quia″incuruat ſe ei os ſuum. 26

Vir″impius″fodit malum:″& labiis ſuis eſt vt ignis ardens. 27

Vir peruerſus immittit litem: & ſuſurro ſeparat″principes. 28

Vir iniquus″ſeducit proximum ſuum, & ambulare facit eum per viam non bonam: 29

′Claudens oculos ſuos ad excogitandum peruerſitates, mouet labia ſua, perficit malum. 30

Corona″gloriæ eſt canities: in via iuſtitiæ inuenietur. 31

Melior eſt tardus ad iram, quàm fortis: & qui dominatur ſpiritui ſuo, quàm is qui capit vrbem. 32

In ſinum proiicitur ſors, & à Iehoua eſt omne″iudicium eius. 33

Cap. XVII.

MElior eſt buccella ſicca,″& pax in ea, quàm domus plena″victimis iurgii. 1

Seruus″intelligens dominabitur filio pudore afficienti *patrem ſuũ*: & inter fratres diuidet hæreditatem. 2

---

12 Abominabiles Regi qui agunt impiè: quoniam iuſtitia firmatur ſoliũ.

13 Voluntas Regũ labia iuſta: qui recta loquitur, diligetur.

14 Indignatio Regis, nũtii mortis: & vir ſapiens placabit eam.

15 In hilaritate vultus Regis, vita: & clemẽtia eius quaſi imber ſerotinus.

16 Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt: & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. C

17 Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſeruat viam ſuam.

18 Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus.

19 Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.

20 Eruditus in verbo, reperiet bona: & qui ſperat in Domino, beatus eſt.

21 Qui ſapiens eſt corde, appellabitur prudẽs: & qui dulcis eloquio, maiora percipiet.

22 Fons vitæ, eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum, fatuitas.

23 Cor ſapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.

24 Fauus mellis compoſita verba, dulcedo animæ, & ſanitas oſſium.

25 ‖Eſt via quæ videtur homini recta, & nouiſſimũ eius ducit ad mortem. Supra 14.b.12 D

26 Anima laborãtis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum:

27 Vir impius fodit malum, & in labiis eius ignis ardeſcit.

28 Homo peruerſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat principes.

29 Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.

30 Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua perficit malũ.

31 Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperietur.

32 Melior eſt patiẽs viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.

33 Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.

Cap. XVII.

1 MElior eſt buccella ſicca cũ gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.

2 ‖Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Eccli 10.d.30

---

12 Confirmabitur יכון Fut.Heb.pro præſ.confirmari ſolet regnũ. 13 Diligunt. : יאהב Sing.Heb.pro plu.aut expone, diligere ſolet, nẽpe quiſque è Regibus. Alii, & qui loquitur recta, diliget, ſiue diligit, ſub.hos Reges. Alii actiuũ pro paſſiuo eſſe volũt, diligetur. 14 Remouebit eam. : יכפרנה expiabit illam.aut, placabit illam. 15 Quum illuxerit facies Regis, באור־פני־מלך In luce vultus Regis. Alii, In hilaritate vultus. Alii, Serenus vultus. Et beneuolentia eius ורצונו & fauor eius.voluntas.beneplacitum.gratia. 18 Ante contritionem לפני־שבר Præcedit calamitatem, ſiue comminutionem. 19 Humiliari ſpiritu cũ humilibus, שפל־רוח את־ענוים deiici animo cum manſuetis.vel, pauperibus. 20 Intelligens rem, משכיל על־דבר .i.Qui prudenter rem tractat. Alii, Qui prudens eſt in verbo. 21 Intelligens: נבון prudens. Addit יוסיף augebit.auctiorem reddet. Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt. 22 Intelligentia שכל doctrina.eruditio.intellectus. Domino ſuo: בעליו habenti illã. 24 Dulcia: נועם Ad verbũ, pulchritudinis, aut elegãtiæ.ſiue elegantia.i.ſermo elegans & iucũdus. Dulcedo animæ, & ſan.oſſ. מתוק לנפש ומרפא לעצם qui *fauus*, *eſt* dulcis guſtui, & medela oſſibus.i.corpori. 25 Eſt via, &c. יש דרך ישר לפני־איש Vide eundẽ verſum ſuprà cap.14.c.12. 26 Anima laborantis, &c. נפש עמל עמלה לו Homo laborans laborat ſibi.i.ob ſuam neceſſitatem laborat homo: quia adigit eum os ſuum quod poſtulat ab eo eſcam. De labore manuum loquitur qui omni homini imperatus eſt, vt ſudore vultus acquirat neceſſaria vitæ. Incuruat ſe ei אכף עליו innititur ſuper eum. 27 Impius בליעל nihili.vt ſuprà cap.6.c.12. Fodit כורה inquirit.vt qui fodiendo quærunt aurum. Et labiis ſuis ועל־שפתיו & ſermo eius. 28 Principes. : אלוף Sing.Heb.pro plur.aut verte, à principe. 29 Seducit proximum ſuum, יפתה רעהו blandis verbis allicit ſocium ſuum. 30 Claudens oculos ſuos עוצה עיניו Per periphraſim exprimit geſtus mali hominis. Qui enim (vt annotant Hebræi) clauſos habet oculos, intentius attendit ad rem quã cogitat, quia mens eius huc & illuc non diſtrahitur. Chaldæus paraph.vertit, Innuens [vel, demonſtrans] oculis ſuis, cogitat peruerſa. Quidam vertunt, Qui obfirmat oculos ſuos, &c. 31 Gloriæ תפארת decoris.i.ornatiſſima. 33 Iudicium eius. : משפטו ius eius.vel, ratio.

IN CAPVT XVII.

1 Et pax in ea, ושלוה־בה & tranquillitas cum ea. vel, vbi eſt tranquillitas. Victimis iurgii. : זבחי־ריב .i.quæ comeduntur cũ contentione & iurgio. In quibuſdam enim ſacrificiis ſacerdotes, carnis immolatæ partẽ accipiebant. ſolebant enim tum facere conuiuiũ.
2 Intelligens משכיל prudens.cordatus.

	Sicut igne probatur argentũ, & aurũ camino:ita corda ꝑbat Domin⁹.	3	″*Eſt* cõflatoriũ argẽto,& caminus auro,at probat corda Iehoua.
	Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus.	4	Malus attendit″labio iniquo:mendax auſcultat linguæ″prauæ.
Supra 14.d.31	‖Qui deſpicit pauperẽ, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius,non erit impunitus.	5	Qui ſubſannat pauperem, probris afficit factorẽ eius: qui lætatur in contritione *alterius*,non erit impunitus.
	Corona ſenum, filii filiorũ: & gloria filiorum,patres eorum.	6	Corona ſenum, filii filiorum:& gloria filiorum patres eorum.
	Non decent ſtultum verba compoſita,nec principem labium mẽtiens.	7	Non eſt decorum ſtulto″labium excellens:quanto magis principi *non eſt decorum* labium″mendax?
B	Gẽma gratiſſima, expectatio præſtolantis:quocunque ſe vertit,prudẽter intelligit.	8	*vt* lapis pretioſus eſt munus″in oculis domini ſui:′ad omnem *locum* ad quem ſe vertit *munus illud*,proſperabitur.
	Qui celat delictum, quærit amicitias:qui altero ſermone repetit,ſeparat fœderatos.	9	Qui tegit præuaricationem *cuiuſpiam*,quærit *eius* amicitiã: ″qui verò iterat rem, ſeparat″principem.
	Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum.	10	″Deſcendit increpatio in intelligentem ,magis quàm ſi percutias ſtultum centies.
	Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.	11	′Profecto rebellis quærit malum, & nuntius crudelis mittetur contra eum.
	Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua.	12	″Occurrere vrſæ orbatæ *ſatius eſt* viro,quàm ſtulto ĩ ſtultitia ſua.
Rom.12.d.17 1.theſſ.5.d.15 1.pet.3.b.9	‖Qui reddit mala pro bonis,nõ recedet malum de domo eius.	13	Reddens malum pro bono,non recedet malum de domo eius.
	Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam,iudicium deſerit.	14	″*velut* is qui aperit *uiam* aquis, eſt principium contentionis: antequam igitur″miſceatur,litem dimitte.
Eſaiæ 5.e.23 C	‖Qui iuſtificat impium,& qui condemnat iuſtũ, abominabilis eſt vterque apud Deum.	15	Iuſtificans impium,& qui iuſtum″facit,impium, abominatio Iehouæ *ſunt* etiam ambo ipſi.
Ex LXX.	Quid ꝓdeſt ſtulto habere diuitias, quum ſapientiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam,quærit ruinam: & qui euitat diſcere,incidet in mala.	16	Vtquid eſt pretium in manu ſtulti, vt emat ſapientiam, & cor non eſt ei?
	Omni tempore diligit qui amicus eſt,& frater in anguſtiis cõprobatur.	17	Omni tempore diligit amicus,& frater″ad ãguſtiam naſcetur.
	Stultus homo plaudet manibus, quum ſpoponderit pro amico ſuo.	18	Homo deficiens corde″percutit manũ,ſpondens ſponſionẽ″coram amico ſuo.
	Qui meditatur diſcordias,diligit rixas,& qui exaltat oſtium ſuum:quærit ruinam.	19	Diligit præuaricationem,qui diligit litem: ′qui eleuat oſtium ſuum,quærit contritionem.
D	Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum.	20	Peruerſus corde″non inuenit bonum :″& qui vertitur in lingua ſua,cadet in malum.
	Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuã:ſed nec pater in fatuo lætabitur.	21	Qui generat ſtultum,ad triſtitiam ſuam *gignit*:nec lætabitur pater ſtulti.
Supra 15.b.13	‖Animus gaudens ætatem floridã facit:ſpiritus triſtis exiccat oſſa.	22	Cor lætũ,″benefacit *ut* medicina:& ſpiritus″triſtis exiccat oſſa.
	Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicii.	23	Munus″è ſinu impius accipit,″ad peruertẽdum ſemitas iudicii.
Eccles 2.c.14, & 8.a.1	‖In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ.	24	In conſpectu intelligentis *apparet* ſapientia: & oculi ſtulti *ſunt*″in extremo terræ.
	Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum.	25	Ira *eſt* patri ſuo filius ſtultus,& amaritudo genitrici ſuæ.

---

3 *Eſt* conflat.&c. מצרף לכסף וגו׳ ſub.quo probatur. Quidam,*Vt* conflatorium *probat* argentũ, & fornax aurum. 4 Labio iniquo, על־שפת־און labio mẽdacii,aut vanitatis.i.ſermoni mendaci & vano. Prauæ. : הוות confractionũ.calamitatũ.iniuriarũ.i.ſermoni iniuriis pleno. 7 Lab.excellens: שפת יתר ſermo magnificus. arduus.i.de rebus præclaris. Mendax? : שקר־ mendacii. vel falſitatis?.i.ſermo mendax. 8 In oculis domini ſui: בעיני בעליו .i.in oculis illius qui illo corrũpitur,hoc eſt iudici. Quidã vertunt,in oculis habentium ipſum. Ad omnẽ,&c. : אל כל־אשר יפנה ישכיל quoquò ſe verterit, proſpere habebit.i.vertet corda iudicũ in quãcunque partẽ volet munus illud. Alii,Omnẽ ad quẽ diuerterit,infatuabit.vel,ſtultè agere faciet. 9 Qui ve.iterat ושונה .i.reuelat. Principẽ. : אלוף ſub.à principe.Vel eſt ſing.pro plur. 10 Deſcẽdit,&c. תחת גערה במבין Hebraiſmus,pro,Admittit increpationẽ prudens, ſiue cordatus.Quidã,Cordatum plus terret obiurgatio. 11 Profecto אך Duntaxat. 12 Occurrere,&c. פגוש דוב שכול באיש Quidã volunt infinitiuũ hic poni pro imperatiuo,atque ideò vertunt,Occurrat vrſus *catulis* orbatus in quẽpiam, & non(.i.potius quàm) ſtultus in ſtultitia ſua. 14 *Velut* is qui,&c. פוטר מים וגו׳ Initium contentionis *eſt ſicut quum* quis aperit aquis *exitum*. Miſceatur,litem dimitte. : התגלע הריב נטוש miſceatur lis,dimitte.ſub.eam litem. 15 Facit impium, ומרשיע condemnat tanquã impiũ.
17 Ad anguſtiam naſcetur. : לצרה יולד Fut.Heb.pro præſ.ob tribulationem naſcitur.i.qui in tribulatione fert opem,tanquam frater cenſetur. Alii,Et frater[ſub.diligit]quando tribulatio naſcitur. 18 Percutit manum, תוקע כף defigit manum.i.contactu manus fideiubet.ſolent enim dare dextram qui pro aliis fideiubent.Mox ſequentibus declarat ſeipſum. Coram amico ſuo. : לפני רעהו pro proximo ſuo.Quidam ſic vertunt totum verſum,Qui ſtipulata manu pro proximo fideiuſſor ſpondet,imprudens eſt.
19 Qui eleuat,&c. מגביה פתחו Qui eleuat ædificium ſuum,quærit contritionem.vel,confuſionem.Quidam Hebræi,Eleuans aperturam ſuam,ſiue apertionẽ.i.os ſuum.q.d.qui loquitur ſuperba contra homines. 20 Non inuenit bonũ: לא ימצא־טוב Ita Hebraicè vt vertimus,pro,non adipiſcetur fœlicitatem. Et qui vertitur in lingua ſua, ונהפך בלשונו & inuerſus lingua ſua.vel ſermone ſuo. .i.qui mutat ſermonẽ.Periphraſis bilinguis. 22 Benefacit *ut* medicina: ייטיב גהה vegetius reddit *corpus* velutmedicina.Quidam, bonã facit valetudinem.Alii,bonificat(ſiue meliorem reddit)medicinã.i.iuuat medicinã ipſam.nam tum facilius ſanat medicina. Triſtis נכאה perturbatus.conſternatus.perculſus aliquo affectu. 23 E ſinu מחיק ſub.diuitis.i.clàm. Accipit יקח Fut.Heb. pro præſ. 24 In cõſpectu &c. את־פני מבין In vultu prudẽtis *lucet* In extremo terræ. : בקצה־ארץ Hebraiſmus,pro ſunt vagi. q.d.prudenti præſto eſt ſapientia:at ſtultus quærit eam,& non inuenit.

″Etiam condemnare iuſtum non *eſt* bonum: percutere principes propter rectitudinem.	26	Non eſt bonum, damnum inferre iuſto, nec percutere principē qui recta iudicat.	
Cohibet eloquia ſuaʹqui ſcit ſcientiam:ʹpretioſus ſpiritu *eſt* vir intelligens.	27	¶Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritus vir eruditus.	Iacob.1.c.19
Etiam ſtultus quum tacet, ſapiēs reputatur: & qui obthurat labia ſua,″intelligens.	28	Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.	
Cap. XVIII.		Cap. XVIII.	
OʹB deſideriū *eius* quæret ſeparatꝰ, in ōni ″ſapiētia miſcebit ſe.	1	OCcaſiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.	
At ʹnon complacebit ſibi ſtultus in intelligentia,ʹniſi quū manifeſtabitur cor eius.	2	Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.	
Quando venit *ad nos* impius, venit etiam contemptus:ʹ& cum *uiro* ignominioſo opprobrium.	3	Impius quum in profundum venerit peccatorū, cōtemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.	
Vt aquæ profundæ *ſunt* verba oris viri: *ut* torrens redundans *eſt* ʹvena ſapientiæ.	4	Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redūdans fons ſapientiæ.	
Accipere perſonam impiiʹnon *eſt* bonum,ʹvt declinare faciant iuſtum in iudicio.	5	Accipere perſonam impii non eſt bonū, vt declines à veritate iudicii.	
ʹLabia ſtulti veniunt cū lite: & os eius ad percuſſiones vocabit.	6	Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat.	
Os ſtulti *erit* contritio ſibi:ʹ& labia ipſius laqueus animæ ſuæ.	7	Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius.	B
Verba ″ſuſurronis *ſunt*ʹvelut blanda, ſed ipſa deſcendūt ad interiora ventris.	8	Verba bilinguis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniūt vſq; ad interiora vētris. Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum eſurient.	Ex LXX.
Etiā ″qui remiſſus eſt in opere ſuo,ʹfrater eſtʹdomino diſſipāti.	9	Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipātis.	
Vt turris fortis *eſt* nomen Iehouæ: ad ipſum curret iuſtus, ″& exaltabitur.	10	Turris fortiſſima nomen Domini: ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.	
Opes diuitis *ſunt ut* ″vrbs fortitudinis ſuæ, & ſicut murus ″eleuatus in imaginatione ſua.	11	Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundās eum.	
Ante attritionē ″eleuatur cor viri: & ante gloriam *erit* ″humilitas.	12	Antequā cōterat̃, exaltat̃ cor hoīs: & antequā glorificetur, humiliatur.	
Reſpōdens verbum antequam audiat, ſtultitia eſt ei & pudor.	13	¶Qui priꝰ reſpōdet q̃ audiat, ſtultū ſe eſſe demōſtrat, & cōfuſione dignū.	Eccli 11.a.8 C
Spiritus viri ″feret infirmitatem eius: ſpiritum autem ″percuſſum quis feret?	14	Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam: ſpiritum verò ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?	
ʹCor intelligens acquirit ſcientiam: & auris ſapientum quærit ſcientiam.	15	Cor prudens poſſidebit ſcientiam, & auris ſapientium quærit doctrinā.	
Donū hominisʹdilatare facit ei *locū*: & āte magnates deducit eū.	16	Donum hominis dilatat viā eius, & ante principes ſpatium ei facit.	
ʹIuſtus, prior eſt in cauſa ſua:ʹvenit autem ſocius eius, & inueſtigat eum.	17	Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum.	
Lites ceſſare facit ſors:ʹ& inter fortes diuidet.	18	Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.	

26 Etiam condēnare iuſtū גם ענוש לצדיק Profectò nocumentū inferre iuſto. 27 Qui ſcit ſcientiam: יודע דעת Periphraſis eſt ſapientis. Quidā, Qui cohibet verba ſua, ſapiens eſt. Pretioſus ſpiritu יקר־רוח nobilis ſpiritu. Vel ſecundum aliam lectionē וקר, & frigidus ſpiritu.i.qui nō facilè mouetur ad iram.à radice קרר. 28 Intelligens. : נבון prudens.ſub.reputatur.

IN CAPVT XVIII.

1 Ob deſiderium,&c. לתאוה יבקש נפרד Fut. Heb.pro præſ.acſi dicat, Præ deſiderio eius ſapientiæ, quærere ſolet *quærens ſapiens ſapientiam*, ſeiunctus *ab hominibus*.id eſt,poſthabitis rebus omnibus. Alii,Secundum deſiderium,ſiue Præ deſiderio quæret ſeparatus.i.liber omni re terrena.Ex more Hebraico ſubaudiri debet nomen vel participium à verbo deſcēdens:vt à quæret,quærens. Sapientia תושיה doctrina vera.vel,eruditione ſana.Quidam parum ex loco vertunt,eſſentia.Alii,ſoliditate. 2 Nō complacebit ſibi,&c. לא־יחפוץ כסיל בתבונה Stultus non delectatur intelligentia. Vel,prudentia. Niſi quū manifeſtatur cor eius. : כי אם־בהתגלות לבו Ad verbum, ſed in patefacere cor eius .i.in eo quod manifeſtat cor eius: nempe in ſtultitia. Quidam,Sed *in eo quod* volutat corde ſuo.

3 Et cum *uiro* ignominioſo ועם־קלון Ad verbum,& cum ignominia.i.cum viro ignominioſo. 4 Vena מקור fons.

5 Non eſt bonum: לא־טוב .i.peſſimum eſt.nam quando Hebræi volunt explicare ſuperlatiuum,dicunt per negationem. Vt declinare fa.&c. : לחטות צדיק במשפט vt cadere facias iuſtū iudicio.Alii,vt peruertas *cauſam* iuſti in iudicio. 6 Labia ſtulti,&c. שפתי כסיל וגו׳ Sermones ſtulti deueniunt in litē:& os eius ad verbera inuitat.Vel,conuocat ad digladiationes. 7 Et labia ipſ.&c. ושפתיו מוקש נפשו : & verba ſua offendiculum animæ ſuæ.q.d.læditur ſtultus proprio ſermone. 8 Suſurronis נרגן delatoris.detractoris.

Velut blanda, כמתלהמים à להם blādiri,lenire. Alii,metatheſi literarū, ab הלם cōtriuit,percuſſit,vulnerauit,vertunt, velut percuſſiones *leues*. q.d. verba delatoris clàm occidunt. Vide eadem infrà cap.26.d.22. 9 Qui remiſſus,&c. מתרפה במלאכתו qui dereliquerit opus ſuū. Frater eſt אח הוא Hebraiſmꝰ,pro,ſimilis eſt. Domino diſſi.: לבעל משחית domino[.i.viro] perdēti.ſub.facultates ſuas.

10 Et exaltabitur. : ונשגב.i.erit in loco alto & tuto. 11 Vrbs fortitudinis ſuæ, קרית עזו Hebraiſmus, vrbs fortiſſima ipſius. Eleuatus, &c. : נשגבה במשכתו altus[vel ſublimis] in mente ſua.vel opinione. 12 Eleuatur יגבה Fut.Heb.pro præſ.ſe exaltat.aut exaltare ſolet. Simile habes ſuprà cap.16.c.18. Superbi humiliantur:& humiles exaltantur. Humilitas. : ענוה deiectio.manſuetudo.

14 Feret infirmitatem eius: יכלכל מחלהו Fut.Heb.pro præſ.perfert morbum eius.id eſt,corporis ſui in quo habitat. Percuſſum נכאה percuſſum, vel perturbatum aliqua afflictione, q.d. Leuius eſt ferre corporis quàm animi infirmitatem. Feret? : ישאנה Ad verbum,feret eum? Redundat pronomen Latinis. Alii,leuabit,vel ſuſtentabit eum. 15 Cor intelligens לב נבון Animus prudentis. 16 Dilatare facit ei *locum*: ירחיב לו Ad verbum, latam facit ei,ſub.viam. Quidam vertunt, parat aditum ſibi. ad iudices ſcilicet.Seipſum declarat ſequentibus verbis. 17 Iuſtus,prior צדיק הראשון Iuſtus *eſt*,primus in lite ſua.i.qui prior eſt in lite ſua narranda iudici corrupto muneribus, eſt iuſtus, hoc eſt ſuperior in cauſa. Venit autem,&c. : ובא רעהו וחקרו quanuis veniat ſocius eius,[.i.aduerſarius]& inueſtiget eum.i. verba eius.q.d.quāuis excutiat cauſam illius prior is 18 Et inter,&c. : ובין עצומים יפריד & cōtendētes ſeparat.qui ſcilicet roborāt ſeſe in cōtentione & lite,vt annotat doctus inter Hebræos.Fut.Heb. pro præſ.ſeparat vnū ab alio.

	Frater qui adiuuatur à fratre,quaſi ciuitas firma: & iudicia quaſi vectes vrbium.	19	″Frater *læſus* durior eſt ciuitate forti: & lites *fratrum ſunt* velut vectis″palatii.	
D	De fructu oris viri replebitur venter eius,&genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum.	20	De fructu oris viri ″ſatiatur venter ipſius: ″prouentu labiorum ſuorum ſaturabitur.	
	Mors & vita in manu linguæ: qui diligunt eam,comedent fructus eius.	21	Mors & vita″in manu lĩguæ:ʹ& q diligit eã,comedet fructũ ei⁹.	
Infrà 19.b.14 Ex LXX.	Qui inuenit mulierem bonam,inuenit bonum,& hauriet iucunditatẽ à Domino. Qui expellit mulierem bonam,expellit bonum: qui autem tenet adulteram,ſtultus eſt & inſipiens.	22	Qui inuenit″mulierem,inuenit bonum, ″& hauſit beneuolentiam à Iehoua.	
	Cũ obſecrationibus loquitur pauper,& diues effabitur rigide.	23	″Deprecationes loquitur pauper:diues autẽ″reſpõdet dura *uerba.*	
	Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit,quàm frater.	24	ʹVir amicorũ *par eſt* vt præſtet ſe amicum, quum ſit amicus magis coniunctus quàm frater.	
	Cap.XIX.		Cap. XIX.	
Infrà 28.a.6	MElior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm torquens labia,& inſipiens.	1	MElior eſt pauper qui ambulat″in integritate ſua,quàm perverſus labiis ſuis,″& eſt ſtultus.	
	Vbi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonũ: & qui feſtinus eſt pedibus, offendet.	2	Etiam″abſque ſcientia, deſiderium non eſt bonum: ʹ& feſtinus pedibus,peccat.	
	Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius: & contra Dominum feruet animo ſuo.	3	Stultitia hominis ʹperuertet viam eius: & contra Iehouam indignatur cor eius.	ʹperuertet תסלף Fut. He.pro præſ.
	Diuitiæ addũt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit ſeparantur.	4	Opes adiũgũt amicos multos:at pauper ab amico ſuo ſeparatur	
Deut.19.d.19 dani.13.g.60	Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mẽdacia loquitur,nõ effugiet.	5	″Teſtis mendax non erit impunitus: & *qui* loquitur mendacia, non euadet.	
	Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis.	6	″Multi precãtur faciem principis:& omnis amicus *eſt*″viro dona	*tribuenti.*
	Fratres hominis pauperis oderunt eum,inſuper & amici procul receſſerunt ab eo: qui tantum verba ſectatur,nihil habebit.	7	Omnes fratres pauperis oderunt eum: quanto magis ″amici illius″elongabunt ſe ab eo? ″perſequitur verba,& non *ſunt.*	
B	Qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam,& cuſtos prudentiæ inueniet bona.	8	ʹPoſſidẽs cor, diligit animam ſuam, *&*″cuſtodit intelligentiam ʹvt inueniat bonum.	
	Falſus teſtis non erit impunitus:& qui loquitur mendacia peribit.	9	ʹTeſtis mẽdax nõ erit impunit⁹:& *qui* loquitur mẽdacia,peribit.	
	Non decent ſtultũ deliciæ,nec ſeruum dominari principibus.	10	Non eſt decora ſtulto delectatio:quanto minus *decet* ſeruum dominari principibus?	
	Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi.	11	″Intelligentia hominis retardat furorem ipſius: & gloria eius *eſt*″præterire præuaricationem.	
	Sicut fremitus leonis,ita & Regis ira: & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius.	12	Veluti rugitus catuli leonis *eſt* ira Regis:& ſicut ros ſuper herbã ″beneuolentia eius.	

19 Frater *læſus* durior eſt, &c. אח נפשע וגו׳ Frater *læſus* obſtinatior eſt, &c. Alii,Frater qui rebellat, *magis rebellat* quàm ciuitas fortis. Præt.Heb. pro præſ.i.Rebellio fratris grauior eſt quàm rebellio ciuitatis fortis contra principẽ ſuũ. Vel,Frater qui præuaricatur[.i.à quo egreditur præuaricatio] *magis præuaricatur* quàm ciuitas fortis.ſub.quæ præuaricatur contra regẽ ſuũ. Alii vertunt, Frater *iniquitate offenſus*, vehementior eſt vrbe fortiſſima. Alii iungentes præcedenti verſui, vertunt,Frater *ſorte* eiicitur[ſeparatur]ab vrbe forti. i.ex contentione ſua dura quæ illi eſt cum fratre, quæ fortior eſt vectibus palatii. q.d.ſorte dirimuntur lites inter fratres, quantũvis acerbæ. Palatii. ארמון: .i.velut vectes quibus clauduntur fores palatiorum. q.d.fortes ſunt & grauiſſimæ.

20 Satiatur תשבע Fut.Heb.pro præſ. Prouentu lab.ſ תבואת שפתיו Repetitio eſt.idẽ eſt enim prouentus labiorũ,& fructus oris, nẽpe ſermo. 21 In manu lin. ביד־לשון in poteſtate linguæ.q.d.lingua poteſt interficere ſermone ſuo,poteſt & ſeruare. Et qui dil.eã, comedet ואהביה יאכל Ad verbũ, & diligentes eã,comedet.Plurale ſingulari iunctum,more Hebraico,pro,vnuſquiſque qui diligit eam,comedet,vel comedit,vt ſit Fut.pro præſ. 22 Mulierem,אשה Alii ſubaudiũt bonã,alii taciturnam,quæ abſolutè dicitur mulier,ſiue vxor. Et hauſit,&c. ויפק רצון & eduxit fauorẽ.vel gratiam,beneplacitũ,& amorẽ.Metaphora ab iis qui hauriunt aquã.q.d. hoc aſſequutus eſt beneficio Dei.Idẽ genus dicendi lege ſuprà 8.d.35. 23 Deprecationes תחנונים Verba ſupplicia.vel deprecatoria.q.d.Vtitur ſermone ſupplici.Fut.Heb.pro præſ. Reſpõ.dura. יענה עזות: Fut.Heb.pro præſ.loquitur aſpera.ſub.verba. Frequẽter enim Hebræi vtuntur tãquã neutro ſubſtãtiuo,pro adiectiuo cũ ſubſtantiuo. 24 Vir amic.&c. איש רעים וגו׳ Ad verbũ,Vir amicorũ ad amicãdum,(ſi Latinè dici poſſet)& eſt diligens magis cõiunctus,quàm frater.Hebraicũ dicendi genus,acſi dicas, Vir deditus acquirendis amicis, id facit vt multos amicos ſibi faciat:propterea quòd amicus qui verè diligit,cõiunctior ſit fratre. Alii exponũt,Vir qui multos habet ſibi amicos, debet ſe præſtare amicũ erga illos:hoc eſt,dare operã vt eos in amicitia retineat.nam amici ſuperant fratres amicitia. Quidã vertunt, Vir *aptus* amicitiæ,& cui cordi eſt amicitiã colere,plus amat & firmius,quàm frater. Alii, Vir qui diligit amicos,aſſociat illos ſibi:& eſt amicus qui firmius adhæret quàm frater.

IN CAPVT XIX.

1 In integritate ſua, בתומו in perfectione ſua.Vel,in probitate ſua.i.qui præbet ſe probũ. Et eſt ſtul.: והוא כסיל quum ſit ſtultus.

2 Abſque ſciẽ.&c. בלא־דעת וגו׳ abſque ſciẽtia animæ,nõ eſt bonũ. Alii,abſque prudentia,deſideriũ peſſima res eſt. Anima pro deſiderio,quòd animo deſideremus. Alii, Vbi non eſt ſcientia, anima *fertur ad id quod* non eſt bonnm. Et feſtinus,&c. ואץ ברגלים חוטא: .i. qui feſtinat vt impleat deſideriũ ſuũ,peccat. Quidã vertũt,vt qui feſtinat, & pedibus offendit. 5 Teſtis mẽ.&c. עד שקרים וגו׳ Ad verbũ,Teſtis mendaciorũ,non erit mundus.vel,emundabitur. 6 Multi,&c. רבים וגו׳ Viri præclari[optimates]deprecantur faciẽ liberalis.nempe in pauperes.q.d.Etiam magnatibus curæ eſt vt ſibi concilient amicos liberales.Commendat liberalitatem in pauperes.

Viro dona *trib.* לאיש מתן: Ad verbũ, viro doni.i. omnes qui amici ſunt, amabunt virũ munificum. Quidã vertunt,Et nemo non eſt amicus hominis qui dat munera.Vel,nemo nõ ſe ſociat largitori munerũ. 7 Amici illius,&c. מרעהו רחקו Ad verbũ,amicus eius elongabũt ſe. Plurale verbũ ſingulari nomini iunctũ,pro,amici eius ſubducent,vel ſubtrahẽt ſe ab eo.acſi dicat,Omnes fratres pauperis oderunt eum,quia nõ capiunt ex illo aliquid emolumenti:quanto magis qui illi ſunt amici,ſubtrahent ſe ab eo? Quidam ſine interrogatione vertũt,Quin & amici eius elõgant ſe ab eo. Perſequitur,&c. מרדף וגו׳ Ita Hebraicè vt vertimus.q d.requirit,repoſcit,& tanquam exigit quod ſibi promiſerunt,nihil verò præſtant promiſſores. 8 Poſſidens cor קונה־לב Quia in corde ſita eſt prudentia, ideo quidam vertunt,Qui ſibi comparat prudentiam. Cuſtodit intelligentiam שומר תבונה prudentiam obſeruat.

9 Teſtis mẽdax עד שקרים Vide paulo antè verſu 5. 11 Intelligentia hominis שכל אדם Prudens homo. Præterire עבור tranſgredi.i.diſſimulare,ſiue conniuere ad tranſgreſſionem fratris ſui. 12 Beneuolentia eius: רצונו clementia[beneplacitũ]eius.

13 ʹContritiones patri ſuo *eſt* filius ſtultus: & *ſicut* ſtillatio cõtinua, *ſunt* contentiones mulieris.

14 Domus & diuitiæ hæreditas patrum *eſt*: à Iehoua autem *accipitur* mulierʹintelligens.

15 ʹPigredo cadere facit ſoporem:& animaʹremiſſa eſuriet.

16 Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam: *ſed* qui contemnit vias ſuas, morietur.

17 ʹMutuat Iehouæ q largitur pauperi,& retributionẽ ſuã reddet ei.

18 Caſtiga filium tuum, ʺquũ eſt *adhuc* ſpes: ʹ& ad interficiendum eum ne eleues animam tuam.

19 ʺMagnus iraʹſuſtinet pœnam: quia ſi erueris *eum*, adhuc tamen ʺaddes *caſtigare eum*.

20 Audi conſilium, & ſuſcipeʹcorrectionem: vt ſis ſapiens in nouiſſimo tuo.

21 Multæ cogitationes ſunt in corde viri: conſilium autem Iehouæ permanet.

22 ʺDeſiderium hominis miſericordia eius: & præſtantior eſt pauper quàm virʺmendax.

23 Timor Iehouæ ad vitam, & ſaturʹcommorabitur: ʺnon viſitabitur malo.

24 Abſcõdit piger manũ ſuã in ſinu: etiã ad os ſuũʺnõ adducet eã.

25 Deriſorem *ſi* percuſſeris, ſimplex efficietur aſtutus:& *ſi* increpauerit *quiſpiam* intelligentem,ʺintelliget ſcientiam.

26 ʹDeſtruit patrem, fugat matrem, filius pudore & probris afficiens *parentes*.

27 ʹCeſſa fili mi audire inſtitutionem *quæ eſt* vt aberres ab eloquiis ſcientiæ.

28 TeſtisʹimpiusʹderIdet iudiciũ:& os impiorumʹtegit iniquitatẽ.

29 Parata ſunt deluſorib⁹ iudicia,ʺ& cõtritiones corpori ſtultorũ.

Cap. XX.

1 DʹEriſorem *efficit* vinũ,ʹtumultuantem *efficit* שׁſechar: & omnis ʺqui ſe oblectat in eo, non erit ſapiens.

2 Rugitus tanquã leunculi *eſt* terror Regis:ʹqui iraſcitur illi,ʺpeccat *contra* animam ſuam.

3 Gloria *eſt* viro quieſcere à lite:& omnis ſtultus admiſcet ſe *liti*.

ʹProp.hyem. מחורף Ab hyeme

4 ʺPropter hyemem piger non arabit,ʹidcirco mẽdicabit æſtate, & non erit *panis*.

5 *Vt* aqua profunda *eſt* conſilium in corde viri:ʹ& homo intelligens hauriet illud.

13 Dolor patris filius ſtultus: & tecta iurgiter perſtillantia, litigioſa mulier.

14 Domus & diuitiæ dantur à parentibus: |à Domino autẽ propriè vxor prudens. Suprà 18.d.22

15 Pigredo immittit ſoporem, & anima diſſoluta eſuriet. C

16 Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam: qui autẽ negligit vias ſuas, mortificabitur.

17 Fœneratur Dño, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinẽ ſuam reddet ei.

18 Erudi filium tuum, ne deſperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

19 Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum: & quũ rapuerit, aliud apponet.

20 Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinã, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis.

21 Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autẽ Domini permanebit.

22 Homo indigens miſericors eſt: & melior eſt pauper, quàm vir mẽdax. D

23 Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, abſque viſitatione peſſimi.

24 |Abſcõdit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eã. Infrà 26.b.15

25 |Peſtilente flagellato ſtultus ſapiẽtior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam. Infrà 21.b.11

26 Qui affligit patrem, & fugit matrẽ, ignominioſus eſt & infœlix.

27 Non ceſſes fili audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ.

28 Teſtis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.

29 Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Cap. XX.

1 LVxurioſa res vinũ, & tumultuoſa ebrietas: quicũque his delectatur, non erit ſapiens.

2 Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis: qui prouocat eum, peccat in animam ſuam.

3 Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.

4 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.

5 Sicut aqua profunda, ſic cõſilium in corde viri: ſed homo ſapiẽs exhauriet illud.

13 Contrit. חוות Calamitates. Afflictiones. 14 Intelligẽs.: משׂכלת prudens. 15 Pigredo cad.fa. עצלה תפיל Deſidia immittit. Ignauia parit. vel irruere facit. Remiſſa רמיה doloſa. fraudulenta. i. homo fraudulentus. 17 Mutuat מלוה Fœnerat. 18 Quia eſt *adhuc* ſpes: כי־יש תקוה quando eſt ſpes. Et ad interficiendum,&c. ואל־המיתו וגו׳ Verbum eſt à מות mortuus eſt. Alii deducẽtes à radice המה, ſtrepitum, ſiue ſonitũ fecit, vertũt, & ad ſonitum, ſiue clamorẽ eius ne aduertas animum tuum. i. ſine eũ clamare, & ne deſinas caſtigare. 19 Magnus ira גרל־חמה .i. iracundus. Suſtinet pœnã: נושא עונש ſuſtinet mulctã. ſiue cõdemnationem, aut damnum. i. tandẽ mulctatur. Addes.: תוסיף addet. ſub. ira efferueſcere. 20 Correctionem: מוסר diſciplinã. caſtigationem. Alii, eruditionẽ. 22 Deſid.ho.&c. תאות וגו׳ Deſid.ho. gratia eius. ſub. Dei, cuius mentionẽ fecit ſuperiori verſiculo. Alii, Delectat hominẽ ſi benefaciat. Alii, Volupe ſit homini benefacere. Nonulli cõtrà, Deſideriũ hominis eſt ignominia[aut vituperiũ] ipſius. i. adducit eũ ad ignominiã: quia natura pronus eſt homo ad peccata. Mendax.: כוב negãs. 23 Cõmor. ילין pernoctabit. Nõ viſit.mal.: בל־יפקד רע nõ fiet recordatio mali. i. ſatur exiſtẽs, pernoctabit ſecurus. 24 Nõ ad.eã.: לא ישיבנה .i. nihil habebit quod in os ingerat. 25 Intell.ſciã.: יבין דעת .i. fiet prudentior. 26 Deſtruit משדר Diripit. Expilat. 27 Ceſſa חדל Deſine,&c. i. Fuge inſtitutionem quæ te abducit à mandatis Dei. 28 Impius בליעל nihili. peruerſus. inutilis. Deridet iud. יליץ משפט Fut. Heb. pro præſ. ſubſannat æquitatẽ. vel, iuſtitiam. Quidã Hebræorum, cõponet, ſeu palliabit iudicium. i. teget teſtimoniũ ſuum in iudicio bonitate aut decore verborũ ſuorum, perinde acſi eſſet veritas, quanuis ſit mendaciũ. & ſic mox ait, Et os impiorũ operiet[vel abſcondet] mendacium. bonitate ſcilicet argumentorum ſuorũ. Alii, peruertet iudicium, ſophiſticè loquendo. Tegit יבלע deglutit. deuorat. i. diſſimulat iniquitatem. 29 Et contritiones,&c. ומהלומות לגו & vibices[contuſiones. verbera] dorſo ſtultorum.

IN CAPVT XX.

1 Deriſorẽ,&c. לץ היין Ad verbum, Deriſor vinum, tumultuatur שׁſechar. Hebraiſmus, pro, deriſor eſt vir vini, & tumultuatur, ſiue tumultũ facit vir ſechar. pro, Subſannator eſt qui vino deditus eſt, & tumultũ facit qui ſiceram amat. Qui ſe,&c. שוגה בו indulgẽs illi. ſub. vino. Vel, qui errat in illo. 2 Qui iraſc.&c. מתעברו וגו׳ qui incitat illũ,[ſiue irritat] peccat in vitã ſuã. i. exponit ſe mortis periculo. 4 Idcir.mend. ושאל & interrogabit[ſub. famulos] de meſſe,[nũ ſcilicet ſit pulchra] & nulla erit. Sic Nume.27.c.21. Vel, & petet: nec erit. ſub. quod detur ei, vel qui det. 5 Et homo,&c.: ואיש תבונה ידלנה Ad verbũ,& vir intelligẽtiæ hauriet illud. ſub. conſiliũ.

	Multi homines, miſericordes vocātur: virum autem fidelem quis inueniet?	6	'Multitudo hominum prædicat vniuſcuiuſque miſericordiam: virum autem "veracem quis inueniet?
	Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios derelinquet.	7	'Ambulantis in perfectione ſua iuſti, beati *erunt* filii eius poſt eũ.
B	Rex qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo.	8	Rex qui ſedet ſup ſoliũ iudicii, 'diſpergit oculis ſuis õne malũ.
3.Reg.8.c.46 2.par.6.g.36 1.iohan.1.d.8	‖Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato?	9	"Quis poteſt dicere, Mundaui cor meum, mundatus ſum à peccato meo?
	Pondus & põdus, menſura & mēſura, vtrunque abominabile eſt apud Dominum.	10	'Duplex pondus & duplex menſura, abominatio Iehouæ *ſunt* 'etiam ambo ipſa.
	Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint opera eius.	11	Etiam operibus ſuis 'cognoſcitur puer, 'an mundum & an rectum ſit opus eius.
	Aurem audientē & oculum videntem, Dominus fecit vtrunque.	12	'Aurē audientē, & oculũ videntē, Iehoua fecit etiã ambo iſta.
	Noli diligere ſomnũ, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus.	13	Ne diligas ſomnũ, 'ne fortè efficiaris pauper: aperi oculos tuos, 'ſatura teipſum pane.
	Malũ eſt, malũ eſt, dicit omnis emptor: & cũ receſſerit, tũc gloriabitur.	14	Malũ eſt, malũ eſt, dicit emptor: '& diſcedens tũc iactabit ſeſe.
C	Eſt aurum, & multitudo gemmarum: vas autē pretioſum labia ſcientiæ.	15	Eſt aurum, & multitudo gemmarum: 'at *ut* vas pretioſum *ſunt* "labia ſcientis.
Infrà 27.b.13	‖Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.	16	"Tolle veſtimētum eius, quia fideiuſſit pro extraneo: & *quia* pro extranea *fideiuſſit*, pignus ab eo *accipe*.
	Suauis eſt homini panis mēdacii, & poſtea implebitur os eius calculo.	17	Suauis eſt viro panis 'mēdax: & poſtea implebitur os eius 'arena.
	Cogitationes cõſiliis roborantur, & gubernaculis tractãda ſunt bella.	18	Cogitationes conſilio 'firmantur: '& conſiliis fac bellum.
Suprà 11.c.13	‖Ei qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.	19	Qui reuelat ſecretum, incedit 'fraudulenter: '& *cum eo* qui allicit labiis ſuis, ne miſceas te.
Exo.21.c.17 leuit.20.b.9 matth.15.a.4	‖Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.	20	Maledicentis patri ſuo & matri ſuæ extinguetur lucerna "in obſcuritate tenebrarum.
D	Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit.	21	Hæreditas feſtinanter acquiſita in principio, etiam nouiſſimũ eius non benedicetur.
Deut.32.e.35 ſuprà 17.c.13 infrà 24.d.29 rom.12.d.17 1.theſſ.5.c.15 1.pet.3.b.9	‖Ne dicas, Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.	22	Ne dicas, Reddam malum: expecta Iehouam, & saluũ faciet te.
	Abominatio eſt apud Dominum pondus & pondus, ſtatêra doloſa nõ eſt bona.	23	Abominatio Iehouæ *ſunt* 'diuerſa pondera, & bilanx doloſa "non eſt bona.
	A Domino diriguntur greſſus viri: quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam?	24	A Iehoua greſſus viri *diriguntur*: 'homo autem quomodo intelliget viam ſuam?

6 Multitudo, &c. רב־אדם וגו׳ Ad verbum, Multitudo hominis inuocat virũ beneficii ſui. vel, miſericordiæ ſuæ. i. Plurimi inuocare
ſolent virũ in quē contulerunt beneficia. Vel, prædicabunt & palàm dicent ſinguli beneficia quæ contulerunt in alios. Vertũt alii rurſum
ad verbum, Multitudo hominum prædicabit quiſque miſericordiam ſuam. i. Quamplurimi homines prædicant miſericordiam ſuam, &
opus bonum quod faciũt. Alii in eundem ſenſum, Multi volunt dici benefici, ſed fide non præſtãt quod dicuntur, parum ſuo nomini reſpondentes.
Veracem אמונים Ad verbum, veritatum. fidelitatum. i. fidelem, & memorem beneficii accepti. Vel, qui faciat miſericordiam
fideliter & veraciter propter Deum, non vt ſe magnificet, & iactet in oculis creaturarum. Ita Hebræi. 7 Ambulantis, &c.
מתהלך בתומו וגו׳ Qui ambulat in integritate ſua, *hic* iuſtus: *ſed &* filii eius poſt ipſum *erunt* beati. 8 Diſpergit מזרה diſſipat. diſgregat.
i. Rex iuri ſuis reddendo dãs operã, ſolo nutu repellit omne malũ. 9 Quis po. dic. מי־יאמר Ad verbũ, Quis dicet. vel dicat.
10 Duplex pondus & duplex mēſ. אבן ואבן איפה ואיפה Ad verbum, Lapis & lapis, menſura & menſura. Vt Hebræi, In corde & corde
loqui dicũt, Pſal. 12. a. 3, pro duplici corde: ita Põdus & pondus, pro diuerſis ponderibus: menſurã & menſuram, pro diuerſis menſuris. Omnia
autē menſurarũ genera per hæc intelligit. Vide paulo pòſt verſu 23. Etiã ambo ipſa. : גם־שניהם Hebraiſmus, pro Vtrũque eorũ.
11 Cogn. puer, יתנכר־נער ignotus erit puer. Vtroque modo exponitur ab Hebræis in ea coniugatione. i. nõ facilè cognoſcitur natura
pueri ex operibus. An mundũ, &c. אם־זך וגו׳ etiãſi [vel, quãuis] purũ & rectũ ſit opus eius. 12 Aurem aud. &c. אזן שומעת וגו׳
Auris audit, & oculus videt. q. d. auris officiũ eſt audire, & oculi videre: & Iehoua fecit vtrũque. 13 Ne forte effic. p. פן־תורש ne coſiciaris
egeſtate. Satura שבע Imperatiuus pro futuro, vt Aſcende in montē, & morere. i. morieris. Deut. 32. g. 50. 14 Et diſce. ואוזל
לו Ad verbũ, & diſcedēs ſibi. Redundat ſibi. Qui emit, dicit de re quã cõparare vult, Eſt mala: at diſcedēs, tũc gloriabitur de ea, tanquã de
re bona. 15 At *ut* vas, &c. וכלי יקר .i. Quiſque aurum, & gemmas emere poteſt: pretioſa illa quidem, ſed pretioſior ſermo ſapiens.
Vel, Os ſcitũ, auro, gemmis, ac pretioſis vaſis pretioſius eſt. Vel, Magni fiunt aurum & gēmæ: ſed pretioſius vas labia ſcientiæ ſunt.
Alii vertunt, Eſt aurum, ſunt gemmæ multæ, & *ſunt* vaſa pretioſa *homini qui habet* labia ſciētiæ. Labia ſciē. : שפתי־דעת Ad verbũ, labia
ſciētiæ. i. ſermo doctus & eruditus. 16 Tolle veſt. e. לקח־לבגדו Relatiuũ pro antecedēte, & imperatiuũ ſingul. pro futuro plur. acſi
dicat, Finis hominis qui fideiuſſerit pro extraneo, erit, vt propter fideiuſſionē, quũ ſoluēdo nõ fuerit, tollãt etiã veſtimentũ eius, & pignerēt
eum. Docet, periculum fideiuſſorum tale vt tandem ad paupertatem deueniant. Aut adhortatur amicum fideiuſſoris vt proſpiciat fideiuſſori,
accipiendo eius veſtem, qua velut eum pigneret, ſeruétque ei: quòd futurum ſit vt propter fideiuſſionem, etiam tollatur ab eo
veſtimentum, ſi reperiatur eo indutus. q. d. cape, & illi reſerua veſtimentum: ne quum propter fideiuſſionem pignerauerint eum, etiam
veſtem illius auferant. 17 Mendax: שקר Ad verbum, mendacii. i. in ſpeciem tantum bonus, vel (vt quidam vertũt) fraude partus.
Arena. : חצץ contritione. 18 Firmantur: תכון diſponuntur. Et conſiliis ובתחבולות & induſtriis, ſiue induſtria.
19 Fraudulenter: רכיל *in* delatione. Vide ſuprà cap. 11. c. 13. Et *cum eo*, &c. ולפותה & *cum eo* qui lactare ſolet. Chald. paraph. & cũ
blandiente labiis ſuis. Quidam Hebræorum, Et declinanti *ad te* labiis ſuis, &c. i. & cum declinante ad te labiis ſuis, & verbis ſuis blandis,
cuius cor non eſt tecum, ne habeas commercium. Alii, Et cum dilatante os ſuum [ſub. ad loquendum verba vana, & opprobria aduerſum
homines] ne miſceas te. Fortaſſe quia dixerat, Qui reuelat ſecretũ, &c. ſubiunxit iſtud, Et cum dilatante labia ſua, & reuelante ſecretũ, ne
te admiſceas. 20 In obſc. teneb. : באישון חשך Latini dicũt, In mediis tenebris. i. verſabitur in magna ignorantia. 23 Diuer.
pondera, אבן ואבן Ad verbum, lapis & lapis. Vide paulo antè verſu 10. Non eſt bona. : לא־טוב peſſima res eſt. i. ingrata. Ita dicunt Hebræi,
Si bonum ſit in oculis tuis. i. ſi tibi eſt gratum. Nam טוב aliquando gratum ſignificat. 24 Homo autem ואדם homo igitur

ʹLaqueꝰ *eſt* homini deglutire ſāctificatū: & poſt vota,ʹquærere. 25

Diſpergit impios Rex ſapiens:& reducit ſuper eos rotam. 26

ʹLucerna Iehouæ *eſt* animus hominis , *quæ* inueſtigat omnia interiora ventris. 27

ʹMiſericordia & veritas cuſtodient Regem:& fulſiet per miſericordiam ſolium ſuum. 28

Gloria iuuenum,fortitudo eorum:& decor ſenum,canities. 29

ʹLiuores vulneris ″*ſunt* medicina in malo *homine:* & plagæ ″*in* interioribus ventris. 30

Cap. XXI.

VElut riuuli aquarum *eſt* cor Regis in manu Iehouæ : ad omne quod ʹvult,inclinat illud. 1

″Oĩs via viri recta *eſt* in oculis eius:″põderat autē corda Iehoua. 2

Facere iuſtitiā & iudiciūʹmagis *eſt* electū Iehouæ,quā ſacrificiū. 3

Exaltatio oculorum,″&latitudo cordis,ʹlucerna impiorū,peccatum *ſunt*. 4

Cogitationes *viri* ſoliciti ʹprofectò *tendunt* ad abundātiam:omnis autem qui eſt feſtinus,*tendit* profectò ad inopiam. 5

″Congregatio theſaurorum lingua mēdaci,*eſt* vanitas *& res* ″quæ propulſatur,*&* quærentium mortem. 6

ʹRapina impiorum perdet eos:quiaʹrenuunt facere iudicium. 7

Inuerſa eſt viaʹviri,″& aliena:mundi autem *viri* rectum *eſt* opus. 8

Melius eſt habitare ″in angulo tecti, quàm *cum* muliere contentioſa,″& *in* domo ampla. 9

Anima ĩpii deſiderat malū:nõ eſt gratus ĩ oculis eiꝰ amicus eiꝰ. 10

″Quum *iudex* mulctat deriſorem,ʹſimplex ″efficitur ſapiens : ″& quum inſtituunt ſapientem,accipit ſcientiam. 11

″Conſiderat iuſtus domum impii : ſubuertit *Iehoua* impios propter malum. 12

Qui claudit aurem ſuam ad clamorē pauperis , etiam ipſe clamabit,& non exaudietur. 13

Ruina eſt homini deuorare ſāctos: & poſt vota,tractare.

Diſſipat impios rex ſapiens,& incuruat ſuper eos fornicem.

Lucerna Domini ſpiraculum hominis , qui inueſtigat omnia ſecreta ventris.

Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem,&roboratur clementia thronus eius.

Exultatio iuuenum fortitudo eorum,& dignitas ſenum canities.

Liuor vulneris abſterget mala , & plagæ in ſecretioribus ventris.

Cap. XXI.

SIcut diuiſiones aquarum , ita cor Regis ĩ manu Domini:quocũque voluerit,inclinabit illud.

Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus.

Facere iuſtitiam & iudiciũ magis placet Domino,quàm victimæ.

Exaltatio oculorũ,& dilatatio cordis,lucerna impiorum,peccatum.

Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt.

Qui congregat theſauros lingua mendacii, vanus & excors eſt,& impingetur ad laqueos mortis.

Rapinæ impiorum detrahēt eos, quia noluerunt facere iudicium.

Peruerſa via viri ,aliena eſt:qui autem mundus eſt,rectum opus eius.

‖Melius eſt ſedere in angulo domatis ,quàm cum muliere litigioſa,& in domo communi. Infrà 25.d.14 B

Anima impii deſiderat malum, nõ miſerebitur proximo ſuo.

‖Mulctato peſtilēte ſapientior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem,ſumet ſcientiam. Suprà 19.d.25

Excogitat iuſtus de domo impii, vt detrahat impios in malum.

Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis,& ipſe clamabit,& non exaudietur.

25 Laqueus *eſt* ho.&c. מוקש אדם וגו Fut.Heb.pro præſ.vel infinit.Offendiculū hominis deuorare ſanctitatē.vel,deglutit,aut abſorbet
ſanctificationem,ſiue ſanctificatū. Vel,Laqueus eſt homini quū abſorbuerit ſanctificationē.i.peccatū quod eſt nobis ſcandalū,deſtruit,
ſiue reuocat Dei gratiā,ne nobis ſit auxilio.& poſt vota a nobis ſuſcepta,quærere ſolemus quid in cauſa fuerit vt nõ ſimus aſſecuti quod
petimus.Verbum etiā לוע apud doctores Hebræos ſignificat loqui:vnde ſic verti poteſt,Laqueus eſt homini(quo ſcilicet capitur)quū lo-
quutus fuerit ſanctificationē.vel,Sanctificatio eſt.acſi dicat,Quū vouerit aliquid,& dixerit,Hoc erit ſanctificatio.i.ſanctificatū:& poſtea
illum pœnituerit promiſſionis.Et hoc eſt quod poſtea ſubiungit,Et poſt vota,quærere.i.inquirere,ſcrutarique an quod vouit,poſſit red-
dere.hoc enim inquirendū fuerat antequā voueret. Quærere. : לבקר Ad verbū,ad inquirendū.Gallicè dicimus,*C'eſt a cercher*.Qui-
dam,Et poſt vota,quærit.ſub.liber eſſe.Alii,Laqueus eſt homini ſancta,contumelia afficere,& poſtea vota facere.ſiue,ad vota conuerti.
27 Lucerna,&c. נר יהוה וגו' Illuminatio Iehouæ,*eſt* ſpiraculū hominis.Quidā liberius,Exhilarari à Deo,vita eſt hominis,& penetrat
totū corpus. 28 Miſericordia,&c. חסד וגו' Pietas[ſiue Clementia]& fidelitas cuſtodiunt Regē .i.oportet Regē eſſe & clemētem
& veracem:potior tamen eſt clementia. 30 Liuores vulneris חבורות פצע .i.Vulnera liuida. *Sunt* medicina in malo תמרוק
ברע ſub.homine. Aut,*ſunt* abſterſio in malo.i.medicina quæ detergendi vim habet. Quidam Hebræorum vertunt, Liuores vulneris *&*
contritio in malo.i. vtplurimum in homine malo inueniũtur,aut homini malò eueniunt.Chald.paraph.Liuores & vulnera eueniunt ma
lo.Non deſunt etiam inter Hebræos qui vertant,Liuorum vulneris medicina eſt cum malo:& plagæ in intimis ventris.hoc eſt,quemad-
modum plagæ in ſumma cute & in ima ſanantur cum malo,ſiue cum dolore, ita & malus cum dolore ſanatur. *In* interioribus חדרי
in intimis.i.plagæ profundæ quæ penetrant vſque ad imam carnem.

IN CAPVT XXI.

1 Vult,inclinat illud. : יחפוץ יטנו Fut.Heb.pro præſ.Vertere potes,quocunque volet,deflectet illud. 2 Omnis via,&c. כל
דרך וגו' Hebraiſmum quidam vertunt,Cuique viro ſua via recta videtur. Ponderat autem ותוכן expendit autem.examinat.concin-
nat.diſponit. 3 Magis eſt electum נבחר gratius eſt. 4 Et latitudo cordis, ורחב־לב & dilatatio animi. Lucerna,&c.
: נר רשעים חטאת aratio impiorum,peccatum.Arationem vocat cogitationes cordis.Alii pro opere accipiunt, vertentes,eſt opus impio-
rum *& hominis* peccati.i.peccatorum. 5 Profectò *tendunt* ad abundantiam: אך־למותר duntaxat ad copiam.Alii,tantùm excellen-
tiā *pariunt*. 6 Congregatio פועל Opus.Alii,Parare theſauros,&c. Quæ propulſ,&c. : נדף מבקשי־מות *& res* quæ propelli ſo-
let,tēdentia ad mortē. i.res nihili quæ propelli ſolent à vēto,quæ tendũt ad mortē. 7 Renuũt מאנו Præt.Heb.pro præſ.
8 Viri, איש cuiuſque.Hebræi ſubaudiunt,impii.quod & finis verſus indicare videtur,Mundi autem. Et aliena: וזר ſub.à probi-
tate.Verti poteſt,& extranei,vt referatur ad virum. 9 In angulo tecti, על־פנת גג .i.apud ſe,ſiue ſolum. Et *in* domo ampla.
: ובית חבר & *in* domo ſocietatis.i.communi. Quidam,& in familia frequenti. 11 Quum *iudex* mulctat בענש Quum condemna-
uerit.vel occiderit.ſub.iudex. Simplex פתי Vide ſuprà cap.1.a.4. Efficitur ſapiens. יחכם Fut.Heb.pro præſ.cautior euadit.vel,
fit ſapientior. Et quum inſtituunt,&c. ובהשכיל לחכם יקח דעת & quum prudenter agitur cum ſapiente, eruditionem accipit. Alii,
Et quum omnia proſperè cedunt ſapienti,accipit ſcientiam.Gallicè dicimus,*Il prend exemple.*
12 Conſiderat iuſtus domum impii: משכיל צדיק לבית רשע וגו' Prudenter aduertit iuſtus domum impii.[i.conſiderat quis futurus ſit
finis domus impii:]*& videt quòd Dominus* vias impiorum peruertit.Alii,Sapiētior redditur propter domum impii: peruertit *Deus* impios in
malum. i.fit ſapiens propter familiam impii quam videt perire: quia Deus peruertit impios, vt malè pereant. Verti etiam poteſt,Docet
iuſtus domum impii: *at Deus* peruertit impios in malum.Poteſt enim משכיל eſſe tranſitiuum vel intrāſitiuum.In iſtum ſenſumquidam
vertunt,Erudiat licet iuſtus impiam domum,impii tamen ad ſcelus deflectunt.

	Munus abſcõditum extinguit iras: & donum in ſinu, indignationẽ maximam.	14	Donum in abſcondito *datum* ″ſedat furorem: & munus in ſinum *coniectum*, iram fortem.	
	Gaudium iuſto eſt facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem.	15	Lætitia *eſt* iuſto facere iudicium: ʹat contritio *eſt* operantibus iniquitatem.	
C	Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.	16	Homo ꝗ aberrat à via ʹintelligẽtiæ, in cœtu mortuorũ reqeſcet.	
	Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.	17	Vir egenus *erit* qui diligit ʹlætitiam: qui diligit vinũ ʹ& pinguia, non ditabitur.	
Suprà 11.a.8	¶Pro iuſto dabitur impius: & ꝓ rectis iniquus.	18	″*Pro* redemptione iuſti *dabitur* impius, & pro rectis præuaricator.	
Infrà 25.d 24 eccli 25.c.25	¶Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda.	19	Melius eſt habitare in terra deſerti, quàm cum muliere contentioſa & iracunda.	
	Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti: & imprudens homo diſſipabit illud.	20	Theſaurus deſiderabilis ʹ& oleum *eſt* in habitaculo ſapientis: at ſtultus homo diſſipabit illum.	
	Qui ſequitur iuſtitiã & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiã, & gloriam.	21	Qui ſectatur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam, & gloriam.	
	Ciuitatẽ fortium aſcendit ſapiens, detraxitque robur fiduciæ eius.	22	*In* ciuitatẽ fortiũ aſcendit ſapiens, & deiicit robur fiduciæ ʹeius.	Eius. nẽpe vrbis
	Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.	23	Qui cuſtodit ós ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.	
D	Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiã.	24	ʹSuperbus arrogãs, deriſor *eſt* nomen eius, qui facit *opera ſua* in ira ″ſuperbiæ.	
	Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari.	25	Deſiderium pigri ʹinterficit eum: quia renuerunt manus eius ″facere *quicquam*.	
	Tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt tribuet, & non ceſſabit.	26	*Eſt qui* tota die ʹconcupiſcit concupiſcentiam: iuſtus autem tribuit, nec parcit.	
Eccli 34 c.21 Iſaiæ 1.d.13	¶Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere.	27	Sacrificium impiorum *eſt* abominatio: quanto magis *ſi* cum ſcelere obtulerint illud?	
	Teſtis mendax peribit: vir obediẽs loquitur victoriam.	28	Teſtis mendax peribit: ʹat vir qui audit, ſemper loquetur.	
	Vir impiꝰ procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam.	29	ʹRoborat vir impius faciem ſuam: rectus autem, ipſe diſponit viam ſuam.	
	Non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.	30	Non *eſt* ſapientia, neque intelligentia, neque conſilium contra Iehouam.	
	Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.	31	Equus ʹparatus *eſt* ad diem belli: ſed Iehouæ *eſt* ipſa ſalus.	
	Cap. XXII.		Cap. XXII.	
Eccles 7.a.2	¶MElius eſt nomẽ bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper argentum & aurum gratia bona.	1	ʹELigibilius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: & quàm argentum & quàm aurum *eligbilior eſt* ʹgratia bona.	
	Diues & pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſque operator eſt Dominus.	2	Diues & pauper ʹobuiauerũt ſibi: ʹfaciens omnes ipſos Iehoua.	i. ſunt cõgregati
	Callidus videt malum, & abſcõdit ſe: innocens pertrãſiit, & afflictus eſt damno.	3	Callidus videt malum, & abſcondit ſe: ʹſimplices autem ʹtranſeunt, & mulctantur.	
	Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita.	4	″Propter humilitatẽ & timorẽ Iehouæ, diuitiæ, & gloria, & vita.	
	Arma & gladii ĩ via peruerſi: cuſtos autẽ animæ ſuæ longè recedit ab eis.	5	Spinæ & laquei *ſunt* in via peruerſi: qui cuſtodit animam ſuam, elongabit ſe ab illis.	
	Prouerbium eſt, Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam quum ſenuerit, nõ recedet ab ea.	6	Imbue puerũ iuxta viã ſuã: etiã quũ ſenuerit, nõ recedet ab ea.	

14 Sedat יכפה Fut. Heb. pro præſ. Quidã vertunt, Munus clandeſtinũ reſtinguit irã: & munus in ſinum *receptum*, furorẽ vehementẽ.
15 At contritio eſt ומחתה at horror. terror. pauor. q. d. iudicium facere, eſt grauiſſimum iniquis: tam hoc ferunt grauiter, quàm ſiquis illos affligeret. 16 Intelligentiæ, השׂכל prudentiæ. Verti poteſt, intelligẽdi. 17 Lætitiam: שׂמחה epulas. Et pinguia ושמן & vnguentum. Sing. pro plur. i. qui vino & vnguentis indulget. 18 *Pro* redemptione, &c. כופר לצדיק רשע Ad verbum, Redemptio *eſt* pro iuſto impius. q. d. ſubducitur periculo iuſtus, & impius pro iuſto ſubit periculum. 20 Et oleũ ושמן & pinguedo. pro, pinguis, ſiue copioſus. 24 Superbus arrogãs, &c. זד יהיר וגו׳ Hebraiſmus, pro Superbi arrogantis nomen eſt deriſor. i. vocari debet deriſor. Quidam vertunt, Qui ſuperbit & inſoleſcit, huius nomen eſt deriſor. Superbiæ. ׃ זדון .i. ſuperba & arroganti. Ita dicitur ira, quòd modum ſoleat tranſgredi iracundus. 25 Interficit eũ: תמיתנו enecat eum. quia nunquã fit voti cõpos. Facere *quicquam*. ׃ לעשות operari. laborare. 26 *Eſt qui*, &c. כל־היום וגו׳ *Eſt qui* per ſingulos dies flagrat cupiditatibus. i. ſemper tenetur deſiderio alicuius rei. 28 At vir qui, &c. ואיש שומע וגו׳ & vir audiens, &c. i. is qui teſtatur tantum ea quæ audiuit, non peribit. Loqui, pro ſeruari, & non perire: vt Heb. 11.a.4, Defunctus adhuc per hanc loquitur. Quidã vertunt, Vir autem *iuſtus*, quod audiuit, cõſtanter loquitur. i. in perpetuum non vacillabit in verbis ſuis. 29 Roborat העז Præt. Heb. pro præſ. Obfirmat, vel Obfirmare ſolet. ne ſcilicet pudore ſuffũdatur. q. d. pertinaciter hæret ſuæ iniquitati. 31 Paratus eſt מוכן paratur. ſiue parari ſolet.

IN CAPVT XXII.

1 Eligibilius eſt, &c. נבחר שם וגו׳ Optabilior eſt fama bona diuitiis amplis. Gratia bona. ׃ חן טוב bonus fauor. beneuolentia.
2 Faciens omnes ipſos עשה כולם Ita Hebraicè vt vertimus, pro Factor vtriuſque eorũ. 3 Simplices autẽ ופתיים Imprudẽtes autẽ. incauti. Vide ſuprà cap. 1. a. 4. Tranſeunt, עברו .i. coniiciunt ſe in periculum, & damno afficiuntur. 4 Propter hum. &c. עקב ענוה וגו׳ Retributio [vel Merces] manſuetudinis, timor Iehouæ: diuitiæ, &c. i. Humilitas, ſiue mãſuetudo, & ſui abiectio parit timorẽ Domini. Alii, Finis modeſtiæ, timor, &c.

Diues pauperibus dominatur ,′& ſeruus *erit* mutuum accipiens, 7
viro mutuanti.

Qui ſeminat iniquitatem,metet″iniquitatem: & virga iræ eius 8
″conſummabitur.

′Benignus oculꝰ ipſe benedicetur:ꝗa′dedit de pane ſuo pauperi. 9

Eiice deriſorem, & *ſimul* egredietur contentio, ceſſabítque lis & 10
ignominia.

″Qui diligit munditiam cordis, *propter* gratiam labiorum eius,a- 11
micus eius *erit* Rex.

Oculi Iehouæ′cuſtodiũt ſciẽtiã,& peruertit res præuaricatoris. 12

Dicit piger,Leo eſt foris:in medio platearum occidar. 13

vt fouea profunda *eſt* os *mulierum* alienarum :″is contra quem ira- 14
tus eſt Iehoua,cadet illuc.

Stultitia colligata eſt in corde pueri:virga correctionis″elonga 15
re faciet eam ab eo.

′Qui vi aufert à paupere,′vt augeat ſua , *&* qui dat diuiti , pro- 16
fecto ad egeſtatem *id facit.*

Inclina aurem tuam, & audi verba ſapientum: & cor tuum ap- 17
pone ſcientiæ meæ:

Quia″delectabile eſt ſi cuſtodieris ea *uerba* in ventre tuo, *&* ″diri- 18
gantur pariter in labiis tuis.

Vt ſit ĩ Iehoua fiducia tua,″ſcire te feci *hæc* hodie,″etiã tu *cuſtodi ea.* 19

Nónne ſcripſi tibi″ter,″in conſiliis & ſcientia: 20

Vt notam facerem tibi ′veritatem eloquiorum″veraciũ,″ad re- 21
ſpondendum eloquia veritatis mittentibus *ad* te?

Ne diripias pauperẽ,ꝗa pauper eſt:neq; cõteras egenũ″in porta: 22

Quia Iehoua″iudicabit cauſam illorum,″& rapiet *à* rapientibus 23
eos,animam.

Ne fias amicus″iracundo,′& cum viro furibundo ne eas : 24

Ne fortè diſcas ſemitas eius,″& accipias laqueũ in animã tuam. 25

Ne ſis″inter percutientes manum *fideiubendo,neque* inter fideiuben- 26
tes″pro debitis.

Si non ſit tibi ad reddẽdum , vtquid tollet *creditor* lectum tuum 27
′*qui eſt* ſubter te?

Ne transferas′terminum antiquum,quem fecerunt patres tui. 28

Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum,ſeruus eſt fœnerantis.

Qui ſeminat iniquitatem , metet malũ,& virga iræ ſuæ cõſũmabitur.

¶Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibꝰ enim ſuis dedit pauperi.

Victoriam & honorem acquiret qui dat munera:animam autem aufert accipientium.

Eiice deriſorem,& exibit cũ eo iurgium , ceſſabúntque cauſæ & contumeliæ.

Qui diligit cordis mũditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem.

Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiã, & ſupplantantur verba iniqui.

Dicit piger , Leo eſt foris , in medio platearum occidendus ſum.

Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt Dominus,incidet in eam.

Stultitia colligata eſt in corde pueri,& virga diſciplinæ fugabit eam.

Qui calumniatur pauperem,vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.

Inclina aurem tuam,& audi verba ſapientium:appone autem cor tuum ad doctrinam meam:

Quæ pulchra erit tibi quũ ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis:

Vt ſit in Domino fiducia tua ,vnde & oſtendam tibi hodie.

Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & ſcientia:

Vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis,reſponderes ex his illis qui miſerunt te.

Nõ facias violẽtiã pauperi,ꝗa pauper eſt:neq; cõteras egenũ in porta:

Quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius.

Noli eſſe amicus homini iracũdo, neque ambules cum viro furioſo:

Ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.

Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas,& qui vades ſe offerunt pro debitis.

Si enim non habes vnde reſtituas, quid cauſæ eſt vt tollat operimentũ tuum de cubili tuo?

Ne tranſgrediaris terminos antiquos,quos poſuerunt patres tui.

Eccli 31.c.28

B

Ex LXX.

C

Suprà 13.d.
eccli 30.a.1

D

Pſal.36.a.
infrà 24.a

7 Et ſeruus erit,&c. ועבד לוה וגו׳ Ad verbum,& ſeruo mutuanti vir mutuo dans.ſub.dominabitur. 8 Iniquitatem: און vanitatem. Alii, calamitatem. Conſummabitur. : יכלה deficiet .i. authoritas qua is qui facit iniquitatem, vtitur cum ſæuitia erga ſubditos,deficiet.hoc eſt priuabitur ea authoritate. Virga pro authoritate,more Hebraico. Alii vertũt,Et virga iræ eius cõſumet.vel perdet.ſub.eum. 9 Benig.oculus טוב עין Bonus oculus.i.pius, qui benigne reſpicit pauperes. Dedit נתן Præt.Heb.pro præſ. dat,ſiue dare ſolet. 11 Qui diligit,&c. אוהב טהר־לב וגו׳ Amat[ſub.Deus]*eum qui eſt* puro corde: *propter* gratiã labiorum ſuorũ ſocius eius *eſt ut* Rex.i.quod ad ſermonem eius pertinet,tanto proſequitur amore amicum ſuum,quãto ſi rex eſſet, quem ne verbo quidem offendere vellet. Alii, *&* gratia *in* labiis eius *eſt*,amicus eius,&c. Chald.paraph. Amat Dominum, qui puro eſt corde, & fratres:gratia ſermonis ſui ſibi Regem conciliat. 12 Cuſtod.ſcien. נצרו דעת obſeruant ſcientiã.ſub.virorũ bonorũ.i.approbat quæ à verè ſapiẽtibus gerũtur,reprobat verò negotia,ſiue opera præuaricatorũ. 13 Dicit אמר Præt.Heb.pro præſ. 14 Is cõtra,&c. זעום יהוה Ad verbum,iratus Iehouæ.paſſiué. 15 Elong.faciet eã ירחיקנה propellet eam.expellet.effugabit. 16 Qui vi aufert à paup. עושק דל Qui opprimit pauperem. Vt augeat ſua, להרבות לו Ad verbum,vt ſibi multiplicet. 18 Delectabile eſt נעים iucũdum.decorum.conueniens.Ventrẽ pro corde poſuit. Dirigantur יכונו parentur.diſponantur. 19 Scire te feci הודעתיך nota feci tibi.vel,docui te.ſub.illa præcepta. Etiã tu : אף־אתה ſub.ſerua ea.Vel,etiam ô tu qui audis.Modus loquendi conciſus Hebræis. 20 Ter, שלשים terna,ſub.ſcripta.i.Legem,Prophetas,& Hagiographa. vt loquatur in perſona Dei. Vel de tribus libris Salomonis intelligi poteſt.Alii vertunt,nobilia & egregia:quia tertius à rege שליש dicebatur:qui profectò egregius eſſe ſolet.Hìc igitur metaphoricè pro præcipuis dogmatibus capi putant nonnulli:vt ſuprà cap.8.a.6,dicit,Loquar inſignia & præcipua quædam. Et Oſee 8.b.12,Præſcripſeram eis honorabilia Legis meæ.vel,præcipua,& auguſta. Alii,nudiuſtertius.i frequenter. Alii,plurifariam. In conſi.&c. במועצות ודעת : de conſiliis & ſcientia? Alii ſubaudientes nõnihil,*ut diſcas* conſilia & ſcientiã? 21 Veritatẽ קשט certitudinẽ. Veracium אמת Ad verbũ,veritatis. Ad reſpõ.&c. להשיב וגו׳ vt referas verba veritatis his qui miſerint te. 22 In porta. : בשער .i.in loco publico vbi iura reddũtur,& vbi multos habes amicos.q.d.nec vi opprimas,nec iuris ſpecie. 23 Iudicabit יריב litigabit.aget.defendendam ſuſcipiet. Et rapiet,&c. וקבע וגו׳ & vim faciet illis qui animæ eorũ vim intulerunt. Alii,Et ſpoliabit ſpoliatores eorũ,vita. 24 Iracundo, את־בעל אף Ad verbũ,cum domino iræ.vel,cũ habente irã.i.iræ obnoxio & iracundo. Et cũ viro,&c. ואת־איש וגו׳ Ad verbum,& cũ viro irarum ne venias.ſub.in conſuetudinem. 25 Et accipias,&c. ולקחת וגו׳ Hebraiſmus,pro,ne tandem malè pereas,& ab aliis interficiaris. 26 Inter percutientes manũ, בתוקעי־כף Ad verbum,ex his qui manu percutiunt.Seipſum mox ſequentibus exponit.nam ſignificat,inter ſponſores qui manuum contactu ſolent pro aliis fideiubere.Gallicè dicimus,*Toucher en la main.*
Pro debitis. : משאות Ad verbum,pro oneribus.Quidam exponunt, pro cauſis oneroſis. 27 *Qui eſt* ſubter te? : מתחתיך Ad verbum,de ſub te? 28 Terminum antiquum, גבול עולם limitem ſeculi.i.qui à ſeculo,hoc eſt longo tempore poſitus eſt.

29 Vidiſti virũ velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

Cap. XXIII.

1 QVando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attẽde quæ appoſita ſũt ante faciẽ tuã:

2 Et ſtatue cultrũ in gutture tuo, ſi tamẽ habes in poteſtate animã tuã.

3 Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacii.

4 Noli laborare vt diteris: ſed prudẽtiæ tuæ pone modum.

5 Ne erigas oculos tuos ad opes q̃s nõ potes habere: quia facient ſibi pẽnas quaſi aquilæ, & auolabũt in cælũ.

6 Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius:

7 Quoniã in ſimilitudinem arioli & coniectoris æſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non eſt tecum.

8 Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros ſermones tuos.

9 In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquii tui.

10 Ne attingas paruulorũ terminos, & agrum pupillorum ne introeas:

11 Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit cõtra te cauſam illorum.

12 Ingrediatur ad doctrinam cor tuũ, & aures tuæ ad verba ſcientiæ.

Suprà 13.d.24
eccli 30.a.1

13 ¶Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur:

14 Tu virga percuties eum: & animã eius de inferno liberabis.

15 Fili mi, ſi ſapiẽs fuerit animus tuꝰ, gaudebit tecum cor meum:

16 Et exultabunt renes mei, quum loquuta fuerint recta labia tua.

Pſal.36.a.1
infrà 24.a.1

17 ¶Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in timore Domini eſto tota die:

18 Quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur.

19 Audi fili mi, & eſto ſapiens, & dirige in via animum tuum.

C

20 Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorũ qui carnes ad veſcendum conferunt:

21 Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio.

22 Audi patrem tuum qui genuit te: & ne cõtemnas quum ſenuerit mater tua.

29 Vidiſti virum ′velocem in opere ſuo? ″coram regibus ſtabit, nõ ſtabit coram ″obſcuris.

Cap. XXIII.

1 QVum ſederis vt edas ″cum dominante, ″conſiderando conſidera quod erit coram te.

2 ″Et pone ″cultrum in gutture tuo, ″ſi præditus cupiditate ſis.

3 Ne concupiſcas ″pulmenta eius, quum ſit ″cibus fallax.

4 Ne ″labores vt diteris: *ſed* ″à conſideratione tua deſine.

5 Num coniicies oculos tuos ″in eas, quum nullæ ſint? ″quoniam faciendo ″faciunt ſibi alas ″ſimiles aquilæ, & euolant in cælum.

6 Ne comedas panem ′malum oculum *habentis*, & ne concupiſcas ′pulmenta eius.

7 ″Quoniam vt æſtimauit animo ſuo, ſic eſt: Comede, & bibe, dicet tibi: cor autem eius non eſt tecum.

8 ″Buccellã tuã *quã* comediſti, ″euomes, & perdes verba tua dulcia.

9 In auribus ſtulti ne loquaris: quia contemnet prudentiam eloquiorum tuorum.

10 ″Ne transferas terminum antiquum, & in agrum pupillorum ne introeas:

11 Quia redemptor illorum fortis eſt, ″ipſe iudicabit cauſam eorum contra te.

12 Applica eruditioni cor tuũ, & aures tuas *admoue* ″eloquiis ſciẽtiæ.

13 Ne ſubtrahas à puero correctionem: *nam* ſi percuſſeris eum virga, non morietur:

14 Tu virga percuties eum, & animam eius ″ab inferno erues.

15 Fili mi, ſi ſapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum, etiam ego *lætabor*:

16 Exultabunt etiam renes mei, quum labia tua loquẽtur quæ recta ſunt.

17 Ne æmuletur cor tuum peccatores, imò potius ″in timore Iehouæ *eſto* tota die:

18 Quia re vera eſt ″merces: & ſpes tua non ſuccidetur.

19 Audi tu fili mi, ″& ſapiẽs eris: ″& ãbulare fac per viã *regiã* cor tuũ.

20 Ne ſis cum potatoribus vini, *neque* cum voratoribus carnis:

21 Quia bibax, & epulo pauperes efficiẽtur: ″& veſtibus laceris induet *hominem* dormitatio.

22 Obtempera patri tuo, ipſi qui genuit te: & ne cõtemnas, quum ſenuerit mater tua.

29 Velocem מהיר feſtinantem.i.diligentem, ſedulum, qui ſumma diligentia functus ſit munere ſuo. Coram regibus ſtabit, לפני־מלכים יתיצב .i.euocabitur ad Regium miniſterium. Obſcuris. : חשׁוכים ignobilibus.

IN CAPVT XXIII.

1 Cum dominante, את־מושׁל cum principe. Conſiderando conſidera בין תבין Hebraiſmus, pro diligenter conſidera.

2 Et pone ושׂמת Hic ו pro vel ponitur: aut redundat, vt annotãt Hebræi. Cultrum שׂכין ſpinas.à שׂוך ſepire: vnde שׂיך, in cuius plurali hiric mutatur in pathah, & deperditur י, quod ſuppletur per dagues in כ: & hîc ponitur ן pro ם. Si præditus, &c. אם־בעל נפשׁ אתה: Ad verbum, ſi dominus animæ es tu. Hebraiſmus, pro, Si habes animam, ſub. concupiſcentiis deditã. q.d. ſi tu nimis edax ſis, reſtringe gulam tuam, velut cultro gutturi immiſſo, & ne laxes habenas concupiſcentiis. 3 Pulmenta eius, למטעמותיו eſcas eius. ſiue ſuaues eſcas illius. Alii, cibos eius. Cibus fallax. : לחם כזבים Ad verbum, panis mendaciorum.

4 Labores תיגע fatigeris. A conſideratione tua deſine. : מבינתך חדל ab intelligentia tua ceſſa. aut, à prudentia tua deſine. q.d. noli inſumere prudentiam tuam in diuitiis acquirendis. 5 Num coniicies התעיף Ad verbum, An volare facies. i. an coniicies: ſiue an decorum ſit vt coniicias. Quidam Hebræorum, Num ſplendeſcere facies. aut illuſtrabis oculos tuos vt diuitias aſpicias? Alii, Num geminabis, ſiue duplicabis oculos tuos, &c. acſi dicat, Quum geminaueris, id eſt clauſeris oculos tuos, non inuenies illas. Clauſionem enim oculorum appellauit hoc verbo, à עפעפים palpebris, quæ dum clauditur oculus, ſunt geminatæ. vnde exponit quidam ex eis, Si clauſeris paululum oculos tuos, non inuenies illas. Faciunt יעשׂה Fut. Heb. pro præſ. Similes aquilæ, &c. : כנשׁר יעוף השׁמים veluti aquila auolant in cælum. Fut. Heb. pro præſ.

6 Malum oculum *habentis*, רע עין maligni oculi. i. inuidi. Hebraiſmus. Pulmenta eius. : למטעמותיו cibos eius. edulia eius. vt ver. 3.

7 Quoniam vt, &c. כי כמו שׁער וגו׳ Præt. Heb. pro præſ. Quia quemadmodum cogitat animo ſuo, ſic res habet.

8 Buccellam t. פתך Fruſtum tuum. Portionem tuam. Euomes: תקיאנה q.d. apponet tibi cibum non ſalutarem, qui tibi nauſeã excitet: & vitiabitur tua doctrina cõmercio illius. 10 Ne transferas אל־תסג Vide præcedenti capite, verſu 28. 11 Ipſe iud. הוא יריב Vide etiã præcedenti capite, verſu 23. 12 Eloquiis ſcientiæ. : לאמרי־דעת .i. verbis eruditis. 14 Ab inferno משׁאול à perditione. 17 In timore, &c. ביראת יהוה *æmulare uirum* timentem Iehouam. 18 Merces: אחרית nouiſſimũ. finis. Vide ſequenti capite, verſu 14. 19 Et ſapiens eris: וחכם Imperatiui Heb. pro futuris. Et ambul. &c. ואשׁר וגו׳ .i. incedes via recta.

21 Et veſtibus, &c. : וקרעים תלביש נומה Ad verbum, & ſciſſiones induere faciet dormitatio. pro, laceris veſtibus induetur homo aſſuetus dormitationi, & pauper reddetur.

23 Veritatem″eme,& ne vendas:*eme* ſapientiam,& eruditionem,& intelligentiam.

24 Exultãdo exultabit pater iuſti:& generãs ſapiẽtẽ lætabitur ĩ eo.

25 *Fac ut* lætetur pater tuus & mater tua,& exultet genitrix tua.

26 Præbe fili mi cor tuum mihi,& oculi tui vias meas obſeruent:

27 ″Quia *uelut* fouea profunda eſt meretrix,& *ueluti* puteus anguſtus *eſt* aliena.

28 Etiam ipſa,″tãquam prædator, inſidiatur,″& præuaricatores in hominibus addet.

29 ″Cuinam væ?″cui *inquam* væ?cui rixæ?cui murmur?cui vulnera ſine cauſa?cui rubor oculorum *erit?*

30 His qui immorãtur circa vinũ,eũtibus ad diſquirendũ″miſtũ.

31 Ne *igitur* intuearis vinum quòd rubrum ſit, quòd″det in calice colorem ſuum,″agitet ſeſe probé:

32 ″*In* fine velut ſerpens mordebit,& velut regulus″dolore afficiet:

33 Oculi tui videbũt″*uiſiones* extraneas,& cor tuũ loquetur ꝑuerſa:

34 Et eris veluti dormiens″in corde maris,& ſicut dormiens in capite mali *nauis:*

35 Verberauerunt*(inquies)*me,*&* non ægrotaui:cõcuſſerunt me,nec ſenſi:quando euigilabo,addam quærere illud adhuc.

Cap. XXIIII.

1 ″NE æmuleris homines malos,neque deſideres eſſe cum eis:

2 Quia″rapinam meditatur cor eorum ,″& iniquitatem labia eorum loquuntur.

3 Sapientia ædificabitur domus,″& intelligentia ſtabilietur:

4 ″Et ſcientia interiora *domus* replebũtur omnibus opibus pretioſis & iucundis.

5 Vir ſapiens″*eſt* in fortitudine:& vir peritus″roborat vires:

6 Quia″conſiliis facies bellum: & ſalus *ſita eſt* in multitudine conſiliariorum.

7 ″Excelſæ ſunt ſtulto ſapientiæ:in porta non aperiet os ſuum.

8 Cogitãtẽ malefacere,eũ,″virũ cogitationum malarũ vocabũt.

9 Cogitatio mala ſtulti , *eſt* peccatum : & abominatio hominum *eſt* deriſor.

10 *ſi*″remiſſus fueris in die anguſtiæ,″anguſta erit fortitudo tua.

11 ″Eruere eos qui raptantur ad mortem , & eos qui diuertunt ad occiſionem,num continebis *te?*

Veritatem eme,& noli vẽdere: ſapientiam,& doctrinam, & intelligẽtiam.

Exultat gaudio pater iuſti: qui ſapientem genuit,lætabitur in eo.

Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.

Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cuſtodiant:

Fouea enim profũda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena.

Inſidiatur ĩ via quaſi latro,& quos incautos viderit interficiet.

Cui væ?cuius patri væ?cui rixæ?cui foueæ?cui ſine cauſa vulnera?cui ſuffuſio oculorum? D

Nónne his qui cõmorantur in vino,& ſtudent calicibus epotandis?

Ne intuearis vinum quando flaueſcit, quum ſplenduerit in vitro color eius:ingreditur blande,

Sed in nouiſſimo mordebit vt coluber,& ſicut regulus venena diffũdet:

Oculi tui videbunt extraneas , & cor tuum loquetur peruerſa:

Et eris ſicut dormiẽs in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo:

Et dices, Verberauerũt me, ſed nõ dolui:traxerunt me, & ego non ſenſi: quando euigilabo , & rurſus vina reperiam?

Cap. XXIIII.

‖NE æmuleris viros malos , nec deſideres eſſe cum eis: Pſal.36.a.1 ſuprà 23.b.17

Quia rapinas meditatur mens eorum,& fraudes labia eorum loquuntur.

Sapientia ædificabitur domus , & prudentia roborabitur:

In doctrina replebuntur cellaria, vniuerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima.

Vir ſapiẽs,fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus:

Quia cum diſpoſitione initur bellum : & erit ſalus vbi multa conſilia ſunt.

Excelſa ſtulto ſapientia , in porta non aperiet os tuum.

Qui cogitat mala facere,ſtultus vocabitur.

Cogitatio ſtulti peccatum eſt:& abominatio hominum detractor.

Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ,imminuetur fortitudo tua.

‖Erue eos qui ducuntur ad mortẽ: & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes. Pſal.81.a.4

---

23 Eme, קנה .i.da operam vt tibi compares veritatem.q.d.Amplectere veritatem,& ne reiicias eam.hoc enim ſignificat,Non vendere eam. 27 Quia *uelut* fouea,&c. כי־שוחה וגו׳ Vide præcedenti capite,verſu 14. 28 Tanquam prædator, כחתף Ad verbũ, tanquam *uir* prædæ.i.prædator,ſiue graſſator.Doctus inter Hebræos dicit כ eſſe veritatis expreſſiuũ:acſi dicat,Certè in tempore quo poterit rapere,tolleréque,inſidiabitur. Et præuaric.&c. ובוגדים וגו׳ & præuaricatores inter homines multiplicat.vt ſit Fut.pro præſ.
29 Cuinam væ? למי אוי .i.Cuinam accidunt incommoda vnde exclamare ſolet væ? Verti poteſt, Quibuſnam væ? nam מי׳ vtriuſque eſt numeri. Cui *inquam* væ? למי אבוי cuinã penuria?vt ab אבה deducatur.niſi duabus vocibus rem eandem expreſſerit,ad rei exaggerationem. 30 Miſtum. : ממסך temperatum.Propriè miſtura.hic pro vino diluto accipitur:quia in illis calidis regionibus vtuntur vino admodum diluto propter aeris intemperiem. 31 Det יתן præbeat.id eſt,quòd fulgeat in vitro ipſo.Quidam vertunt, diffundit colorem ſuum in calice.Alii,quum phiala colorem ſuum reddit. Agitet ſeſe probé. : יתהלך במשרים Ad verbum,ibit cũ probitate.vel,in rectitudine.pro directe.Fut.Heb.pro præſ.i.deſcendit per guttur via recta. 32 *In* fine אחריתו Extremum eius.i. Tandem.Affixum redundat Latiné. Dolore afficiet. : יפרש punget. 33 *Viſiones* Subauditum eſt iſtud verbale, quia verbum VIDERE præceſſit,vnde nomen deduci debet.q.d.ſi fueris deditus vino, abſurdas viſiones videbunt oculi tui, propter confuſionem vaporum aſcendentium ad cerebrum. 34 In corde maris, בלב־ים in medio maris.i.in naui quæ eſt in medio mari.

IN CAPVT XXIIII.

1 Ne æmuleris אל־תקנא Vide præcedenti capite,verſu 17. 2 Rapinam שוד deſolationem.vaſtationem. Et iniquitatẽ ועמל & *in* labore.ſubaudita præpoſitione.i.fictè,& propterea cũ moleſtia. 3 Et intelligẽtia ſtabilietur: : ובתבונה יתכונן & per prudentiam dirigetur.fiet firma. 4 Et ſcientia ובדעת Et per ſcientiam. 5 *Eſt* in fortitudine, בעוז pollet viribus.Alii, in poteſtate eſt.i.plurimum valet authoritate. Roborat vires. : מאמץ־כוח præualet robore.Vel,fortificat vires.ſub.ſuas.i.ſubinde creſcit authoritate. 6 Conſiliis בתחבולות induſtriis. 7 Excelſæ ראמות Arduæ.i.iuxta opinionem ſtulti,ſapientiæ ſunt in loco ad quẽ pertingere non poteſt.hoc eſt deſperat ſe poſſe aſſequi ſapientiã:propterea in cõuẽtu ſapiẽtũ qui fit in porta,ne hiſcere quidẽ audebit. 8 Virũ cogitationũ,&c. : בעל מזמות יקראו magiſtrum cogitationum vocare ſolent.Fut.Heb.pro præſ.Gallicè,*ſonge malice.*
10 Remiſſus fueris התרפית deiecto animo fueris. Alii,negligens fueris. Anguſta erit fortitudo t. :צר כוחכה.i.non poteris ferre tribulationem. 11 Eruere eos qui,&c. הצל לקוחים וגו׳ Verſus iſte iunctus ſequenti , hoc ordine legendus, poſteriora præponendo,Si contineas te quominus eruas eos qui rapiuntur ad mortem,& eos qui vltrò pergunt ad occiſionem,Quando dices,&c.

B Si dixeris, Vires nō ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorē animæ tuæ nihil fallit, reddētque homini iuxta opera ſua. 12

Comede fili mi mel, quia bonū eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: 13

Sic & doctrina ſapiētiæ, animæ tuæ: quam quū inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua nō peribit. 14

Ne inſidieris, & quæras impietatē in domo iuſti, neq; vaſtes requiē ei⁹: 15

Septies enim cadet iuſtus, & reſurget: impii autem corruēt in malum. 16

Quum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: 17

Ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. 18

Pſal.37.a.1 ‖Ne cōtendas cum peſſimis, nec æ- 19
C muleris impios:

Quoniā nō habēt futurorū ſpē mali, & lucerna impiorum extinguetur. 20

Time Dominum fili mi, & Regē: & cum detractoribus non commiſceatis: 21

Quoniam repente conſurget perditio eorum: & ruinā vtriuſque quis nouit? 22

HAEC QVOQVE SAPIENTIbus, 23

Leuit.19.d.15 deut.1.c.17 eccli 42.a.1 ‖Cognoſcere perſonam in iudicio, non eſt bonum.

Qui dicunt impio, Iuſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. 24

Qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio. 25

Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. 26

Præpara foris opus tuum, & diligēter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. 27

D Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labiis tuis. 28

Suprà 20.d.22 ‖Ne dicas, Quo modo fecit mihi, ſic faciam ei: reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. 29

Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: 30

Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiē eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. 31

Quod quū vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. 32

Ex LXX. Suprà 6.b.9 ‖Vſquequo piger dormies? vſquequo de ſomno conſurges?

12 ″Si dixeris, Profecto ignorauimus iſtud: nónne ″qui ponderat corda, ipſe intelliget: & qui cuſtodit animam tuam, ipſe cognoſcet, reddétque homini ſecundum opus ſuum?

13 Comede fili mi mel, quia bonum *eſt*: & fauum, *qui* dulcis eſt palato tuo:

14 Sic cognitio ſapiētiæ *ſuauis erit* animæ tuæ, ſi inueneris *eam*: & erit ″merces: & expectatio tua non excidetur.

15 Ne inſidieris, ô īpie, habitaculo iuſti, nec diripias ″accubitū eius:

16 Quia ″ſepties cadit iuſtus, & reſurgit: impii autem corruunt in malum.

17 Quum ceciderit inimicus tuus, ne læteris: & quum impegerit, ne exultet cor tuum:

18 Ne fortè videat Iehoua, & diſpliceat in oculis eius, & auertat ab eo furorem ſuum, *& in te conuertat*.

19 ″Ne cōmercium habeas cum malignis: & ne æmuleris impios:

20 Quia nō erit ″finis *homini* malo: ″lucerna impiorum extinguetur.

21 Time Iehouam, fili mi, & Regem: cum ″mutantibus *ſeſe* ne admiſceas te:

22 Quoniam repente ″conſurget contritio eorum: & cōtritionem ″amborum quis ſcit?

23 ETIAM HAEC AD SAPIENTES *pertinent*.

Agnoſcere faciem in iudicio, ″non *eſt* bonum.

24 Dicenti impio, Iuſtus es: maledicent populi, deteſtabuntur eū nationes:

25 ″Sed increpantibus *impium* ſuauis erit *Iehoua*: & ſuper eos veniet benedictio ″boni.

26 ″Labia deoſculabitur qui reſpondet verba recta.

27 ″Præpara foris opus tuū, ″& præpara illud in agro tuo: & poſtea ædificabis domum tuam.

28 Ne ſis teſtis ″mendax contra proximum tuum, ″& *ne* allicias labiis tuis.

29 Ne dicas, Quemadmodū fecit mihi, ſic faciam ei: reddam ipſi ″viro ſecundum opus ſuum.

30 Iuxta agrum hominis ″pigri tranſiui, & iuxta vineā hominis carentis corde:

31 Et ecce aſcenderant per totum ipſum ″ſpinæ, operuerāt ſuperficiem eius vrticæ, ″& clauſura lapidum eius deſtructa erat.

32 Et vidi ego, *&* ″poſui cor meū: vidi *inquam*, *&* accepi eruditionē.

12 Si dixeris, כי־תאמר Quando dixeris, Qui ponderat תוכן qui perpendit. 14 Merces: אחרית finis.i.præmium. Præmiū cenſetur nomine finis, quòd præmiū detur in fine operis. Vide idē capite præcedenti, verſu 18. 15 Accubitū eius. : רבצו cubile eius. quietem eius.i.locum in quo ſolet habitare. 16 Septies cadit שבע יפול Ad verbum, ſeptem(ſub.vicibus)cadet.q.d.frequenter diſcrimini obiicitur, & euadit periculum iuſtus, vt Pſal.34.c.20, Multæ tribulationes iuſti, &c. impii verò primo quoque periculo ſolent corruere. 19 Ne commercium habeas cum malignis: אל־תתחר במרעים Ne ineas amicitiam cum malignis. Alii, Ne æmuleris malignantes. Vel, Ne contendas ſtudio quodam imitandi ſceleſtos. Alii, Ne ſuccenſeas propter malos. Vide Pſal.37.a.1.

20 Finis אחרית propter quē ſcilicet creatus eſt.i.vita æterna. Lucerna נר .i.vita.q.d.peribunt ante tēpus. Vel, ſplēdor diuitiarū.

21 Mutantibus ſeſe עם־שונים .i.inconſtantibus. Alii, iterantibus.ſub.iniquitates ſuas. Alii, cum declinantibus. Alii, cum iis qui deficiunt.ſub.à timore eius. 22 Conſurget contritio eorum: יקום אידם erumpet calamitas eorum. emerget interitus. Vox Hebræa איד ſignificat idem quod ſequens פיד contritionē, afflictionem, euētum malum, exitium. Amborū, &c. : שניהם מי יודע .i.quis indicabit ruinā quā ambo, [ſ.i.Deus & Rex] inferēt? 23 Non *eſt* bonū. : בל־טוב Ita circūloquūtur Hebræi ſuperlatiuū, pro, eſt peſſimū.

25 Sed increpantibus, &c. ולמוכיחים ינעם At cū his qui corripiunt, bene agetur. vel, præclare. Alii, Qui autē arguunt, in his delectatur. ſub.Deus. Boni. : טוב Sing. pro plur. bonorū.i.fœlices erūt. Vel boni, ſub.viri. 26 Labia deoſculabitur שפתים ישק .i.os, faciē, & non tantum manum, aut aliam corporis partem.q.d.qui verax eſt, habetur eo loco vt non ſolum admittatur ad oſculum manus, ſed in arctam amicitiā recipiatur. Alii, Labia *illius* oſculabitur *omnis homo* qui reſpōdet ſermones rectos. Alii, Siquis aptè reſpōdet, perinde eſt acſi labiis oſcularetur. 27 Præpara הכן Dirige. Studioſè age. Et præpara illud in agro tuo: ועתדה בשדה לך & cole agrum tuum.

28 Mendax חנם Ad verbum, gratis. ſine cauſa. Et *ne* allicias, &c. : והפתית בשפתיך Ad verbum, & nunquid allicies (aut perſuadebis) labiis tuis? ſub.vt ferat falſum teſtimonium. In hac ſignificatione, verbum Hebraicum eſt tertiæ coniugationis. Doctus inter Hebræos ſcribit verbum eſſe quintæ coniugationis à פתת attriuit, fregit, contriuit: & tunc ſenſus eſt, Et *ne* atteras labiis tuis.i. falſo teſtimonio labiorum tuorum proximum tuum. 29 Viro לאיש vnicuique. 30 Pigri עצל deſidis. veternoſi.

31 Spinæ, קמשונים vrticæ. Quidam vertunt, Et ecce verſus erat totus in vrticas. Et clauſura וגדר & ſepes. Alii, & maceria.

32 Poſui cor meum: אשית לבי Hebraiſmus, pro aduerti animum meum. Alii, alta mente repoſui.

33 ″Puſillum ſomni, puſillum dormitationum, puſillum complicationis manuum ad dormiendum;

34 Et veniet *tanquam* viator paupertas tua, & penuria tua tanquam vir ″ſcutatus.

Cap. XXV.

1 ETIAM HAE *ſunt* PARABOLAE ″SELOMOH, quas ″tranſcripſerunt ″viri ″Hizciiáh Regis Iehudáh.

2 GLoria Dei eſt celare verbũ: & gloria Regum ſcrutari verbũ.

3 ″Cælorum altitudinis, & terræ profunditatis, & cordis Regum non eſt inueſtigatio.

4 Aufer ſcorias de argento, & prodibit ″argentario vas *pretioſum:*

5 Remoue impium à cõſpectu Regis, & firmabitur in iuſtitia ſolium eius.

6 ″Ne magnifices te coram Rege, & in loco ″magnorũ ne ſteteris:

7 Quia melius eſt vt dicatur tibi, Aſcẽde huc: ″quàm vt humiliet te *aliquis* coram principe, quem ″viderunt oculi tui.

8 Ne egrediaris ″in cõtentionem citò: ne fortè ″*neſcias* quid agas in nouiſſimo eius *litis*, quando pudore affecerit te proximus tuus.

9 Cauſam tuam age cũ proximo tuo, & ſecretũ ″alteri ne reueles:

10 Ne fortè probris afficiat te audiẽs, ″& infamia tua nõ auertatur.

11 *Sicut* mala aurea ″cum figuris argenteis, *eſt* verbum dictum ″quibus modis dici debet.

12 *Vt* inauris aurea, & ornamentum obrizi, ″*eſt qui* arguit ſapientem cui eſt auris obtemperans.

13 Sicut frigus ″niuis in die meſſis, *ſic* legatus ″fidelis mittentibus illum, ″& animam domini ſui requieſcere facit.

14 *Vt* nubes & ventus, & pluuia non *eſt*: *ſic eſt* vir qui ſe iactat ″de dono mendaci.

15 ″Lõganimitate flectitur prĩceps, ″& lĩgua mollis cõfringit ″oſſa.

16 *Si* mel inueneris, comede quantum ſufficit tibi: ne fortè ″ſatieris eo, & euomas illud.

17 ″Prohibe pedem tuũ à domo proximi tui: ne fortè ſatiatus te, odio habeat te.

18 *Vt* malleus, & gladius, & ſagitta acuta, *eſt* vir qui loquitur contra proximum ſuum teſtimonium falſum.

19 *Vt* dens confractus, & pes labens, *ſic eſt* fiducia ″præuaricatoris in die anguſtiæ.

33 ‖Parum inquam dormies, modicũ dormitabis, pauxillum manus conſeres, vt quieſcas: Suprà 6.b.10

34 Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mẽdicitas quaſi vir armatus.

Cap. XXV.

1 HAE QVOQVE PARABOLæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ Regis Iuda.

2 GLoria Dei eſt celare verbũ, & gloria Regum inueſtigare ſermonẽ.

3 Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regum inſcrutabile.

4 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum:

5 Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.

6 Ne glorioſus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne ſteteris:

7 ‖Melius eſt enim vt dicatur tibi, Aſcende huc: quàm vt humilieris corã principe, quem viderunt oculi tui. Luc.14.b.10

8 Ne proferas in iurgio citò: ne poſtea emẽdare non poſſis, quum dehoneſtaueris amicum tuum.

9 Cauſam tuã tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reueles: B

10 Ne fortè inſultet tibi quũ audierit, & exprobrare non ceſſet. Gratia & amicitia liberant, quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias. Ex LXX

11 Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.

12 Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem.

13 Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſerit eum, animam ipſius requieſcere facit.

14 Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.

15 ‖Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam. Suprà 15.a.1

16 Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi: ne fortè ſatiatus euomas illud. C

17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando ſatiatus oderit te.

18 Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

19 Dẽs putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ.

33 Puſillum ſomni, מעט שנות Hi duo verſus leguntur ſuprà cap.6.b.10. 34 Scutatus. מגן Ad verbũ, clypei.i.armatus clypeo.

IN CAPVT XXV.

1 Tranſcripſerunt העתיקו congeſſerunt. collegerunt.i.ex multis libris Salomonis in vnum tranſtulerunt. Erant enim diſperſæ Parabolæ Salomonis in multis libris quos ſcripſit: ſed opera iſtorum ſunt congeſtæ in vnum. Viri אנשי .i.famuli. vt viri Dauid. Ita & Gallicè dicimus, *Voſtre homme*.i.famulus tuus. 3 Cælorum, &c. שמים לרום וגו׳ Ad verbum, Cælorum ad altitudinem, & terræ ad profunditatem, & cordis Regum non eſt inueſtigatio.q.d. Vt altitudo cæli, & profunditas terræ nõ poteſt inueſtigari, ſic nec cor Regum. Alii, Cælum eſt in loco ſublimi, & terra in profundo: at cor Regum nõ eſt ſcrutatio.ſub.illi.i.vtrũque eſt in loco definito, ideóque comprehendi vtrunque poteſt: at cor Regum eſt imperueſtigabile. 4 Argentario לצורף aurifici.conflatori.vel, pro conflatore. 6 Ne magnifices te אל־תתהדר Ne oſtẽdas te decòrum.aut, honorabilẽ. Alii, Ne glorieris. Magnorũ גדולים magnatum.i.in loco vbi debent eſſe magnates. 7 Quàm vt humiliet te *aliquis* מהשפילך quàm vt deiiciaris.vel, quàm te loco deiici.i.quàm vt faciãt te deſcendere. Viderũt ראו .i.deſpexerunt. 8 In contentionem citò, לריב מהר vt citò litem inſtituas.vel, vt citò contendas. *Neſcias* Iſtud additum eſt vt expleatur ſermo.nam conciſo ſermone vſus eſt, quia de ira loquitur, vt exprimat affectum animi irati. Alii ſic, vt ſit integer ſermo, Ne tandem quid deſignes quo te ignominioſum reddat proximus tuus.ſub. cumquo contendis. 9 Alteri אחר alterius.nẽpe ſocii. 10 Et infamia tua ודבתך & obloquutio tua.vel, & crimẽ tuum, ſub.in proximum, maneat irreuocabile. 11 Cum figuris במשכיות in ſculpturis. in cælaturis. Vox Hebræa propriè ſignificat thecas in quibus lapides pretioſi recluduntur, ita tamen vt videantur. Gallicè, *cleres uoyes*. hæ autem thecæ fiebant argento vbi erant foramina, per quæ illa mala aurea conſpicerentur à Salomone ipſo. Quibus modis dici debet. על־אפניו: vt par eſt.vel, conuenit. 12 *Eſt qui* arguit, &c. מוכיח חכם וגו׳ Ad verbum, eſt increpans ſapiens aurẽ obtemperantẽ. Inuerſæ dictiones, & pars pro toto, pro, eſt ſapiens qui increpat hominem obtemperantem. 13 Niuis, שלג .i.tantum quantum eſt tempore niuis. Fidelis נאמן verax. Et animam, &c. ונפש אדניו ישיב: Hebraiſmus, pro, domino ſuo quietem parit. 14 De dono mendaci. במתת־שקר: de munere vano.i. quod nunquam eſt daturus. 15 Longanimitate באורך Ad verbum, In longitudine irarum. Et lingua ולשון .i.ſermo. Inſtrumentum pro re cuius eſt inſtrumentum. Oſſa. גרם: iram grauem. Sic accipitur hìc גרם, pro ira graui, infrangibili, & forti inſtar oſſis. Quidam vertunt, duritiam, vel robur, & exponunt fortem irã. Vide eandem ſententiam ſuprà cap.15.a.1. 16 Satieris eo, תשבענו Affixũ pronomen pro תשבע ממנו. 17 Prohibe הוקר Ad verbum, Rarum fac.i.raro admoue, retrahe, ſubtrahe. 19 Præuaricatoris בוגד præuaricatrix.i.præuaricatoris.

20 Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nitro, & qui cātat carmina cordi peſſimo.

Ex LXX. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi.

Rom.12.d.19 21 ¶Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere:

22 Prunas enim cōgregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi.

D 23 Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem.

Supra 21.b.9. & 19. 24 ¶Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi.

25 Aqua frigida animæ ſitienti, & nūtius bonus de terra longinqua.

26 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio.

Eccli 3.c.22 27 ¶Sicut qui mel multum comedit, nō eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

28 Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui nō poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

Cap. XXVI.

1 QVo modo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.

2 Sicut auis ad alia trāſuolās, & paſſer quò libet vadēs: ſic maledictū fruſtrà prolatū in quempiā ſuperueniet.

3 Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium.

4 Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.

5 Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

6 Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nūtium ſtultum.

7 Quo modo pulchras fruſtrà habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore

B ſtultorum parabola.

8 Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurii: ita qui tribuit inſipiēti honorem.

9 Quo modo ſi ſpina naſcat̃ in manu temulēti: ſic parabola ī ore ſtultorū.

10 Iudicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentiū, iras mitigat.

2.Pet.2.d.22 11 ¶Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui ite-

20 *vt* qui remouet veſtimentum *à ſe* in die frigoris, *& vt* acetum *ſuperfuſum* nitro: ſic qui canit cantilenas cordi afflicto.

21 Si eſurierit odio habens te, ciba illum pane: & ſi ſitiuerit, propina ei aquam:

22 Quia prunas tu cōgeris ſuper caput eius: & Iehoua reddet tibi.

23 *vt* ventus Aquilo fugat pluuiam, *ſic* ″& facies iracunda″ linguam occultè *detrahentem*.

24 ″Melius eſt ſedere in angulo tecti, quàm cum muliere contentioſa, & in domo ampla.

25 *vt* aquæ frigidæ animæ″ ſitiēti: ſic nūtiū bonū è terra lōginqua.

26 *vt* fons conculcatus, ″& vena corrupta *eſt* iuſtus ″inclinans ſeſe coram impio.

27 *vt* comedere mel″ multum, nō eſt bonum: ″ſic inueſtigatio″ gloriæ eorum″ *non eſt* gloria.

28 *vt* vrbs dirupta *&* abſque muro, *eſt* vir cuius ſpiritui non eſt cohibitio.

Cap. XXVI.

1 SIcut nix in æſtate, & vt pluuia in meſſe *eſt intempeſtiua*, ſic nec conueniens eſt ſtulto gloria.

2 Sicut paſſeris eſt vagari, *&* vt hirundinis eſt volare, ſic maledictio ſine cauſa *prolata* non veniet.

3 *vt* flagellū equo, & capiſtrum aſino *conuenit*: ſic virga *neceſſaria eſt* tergo ſtultorum.

4 ″Ne reſpōdeas ſtulto iuxta ſtultitiā ei⁹, ne adæqueris ei etiā tu.

5 ″Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne fortè ſit ſapiēs in oculis ſuis.

6 *Sicut*″ *is* qui præcidit pedes *eius quem aliquò mittit*, iniquitatem bibit: *ſic* qui mittit quippiam per manum ſtulti.

7 *sicut*″ inæquales ſunt tibiæ claudi, ſic & parabola in ore ſtultorū.

8 ″Sicut incluſio lapilli in aceruo lapidū, ſic qui dat ſtulto gloriā.

9 *sicut* ſpina″ quæ aſcendit in manu ebrii, *ſic* & parabola in ore ſtultorum.

10 ″Magnus creat omnia, & mercedē dat ſtulto, & mercedem dat tranſgreſſoribus.

11 Vt canis reuertitur ad vomitum ſuum, *ſic* ſtultus iterans ſtul-

23 Et facies iracunda ופנים נזעמים .i. is qui nō facilè fert obloquentē. q.d. ſi nō libēter audias detractorē, facies vt ſtatim obmuteſcat. Linguam, &c. : לשון סתר Ad verbum, linguam ſecreti. aut occultationis. i. ſermonem occultè detrahentem. 24 Melius eſt, &c. טוב שבת וגו' Vide ſuprà 21.b.9. 25 Sitiēti: עיפה .i. præ ſiti deficiēti. Alii, laſſæ. vtrūque ſignificat vox Hebræa. 26 Et vena ומקור & ſcaturigo. Inclinans, &c. : מט לפני רשע cedens impio. 27 Multū הרבות *&* multiplicare. i. excedere modū. Sic inueſt. וחקר Adverbum, & inueſtigatio. ו pro SIC poſitum, vt & aliàs ſæpe in comparationibus. Gloriæ eorū כבודם ſub. cæleſtium. i. rerum diuinarum. *Non eſt* gloria. : כבוד .i. non eſt laudabile. Repetitur לא ex præcedenti.

IN CAPVT XXVI.

4 Ne reſpondeas, &c. אל־תען וגו' .i. ſi probris afficiat ſtultus, vide ne ſimiliter facias: ne accidat vt æqualis, ſiue ſimilis illi fias.

5 Reſponde ענה .i. Redargue ſtultum propter ſtultitiam ſuam, hoc eſt oſtende ei ſtultitiam ſuam.

6 Is qui præcidit, &c. מקצה רגלים וגו' Ad verbum, Succiſus pedes. vel, Succiſos habens pedes. aut vt alii, Truncat pedes, *&* bibit iniquitatem. i. replet ſe iniuria, qui aliquid alteri ſignificat per nuntium ſtultum. Vel, ordine inuerſo, Qui mittit aliquid per virum ſtultum, eſt velut is qui præcidit pedes eius quem mittit. replet enim ſe iniuria qui hoc facit. 7 Inæquales ſunt tibiæ דליו שוקים Ad verbum, Eleuatæ ſunt [vel, eleuantur] tibiæ, &c. Verbum præteritum eſt primæ coniugationis. Doctus inter Hebræos dicit eſſe imperatiuum ex Pihel haddagus, & vertit, Eleuate, ſiue Attollite crura claudi. ſub. vt incedat, & nihil promouebitis. q.d. ſi eleuetis tibias claudi, quid ei profuerit? 8 Sicut incluſio, &c. כצרור אבן במרגמה .i. Quod eſt lapillus qui annulo includi ſolet, in aceruo lapidū, ſiue quod eſt lapillus pretioſus inter lapides ignobiles: ſic eſt is qui dat ſtulto gloriam. nam ſicut lapillus in pala annuli incluſus decorus eſt, indecorè autem in aceruo aliorum lapidum iacet: ſic, &c. Alii vertunt, Sicut qui ligat lapidem [ſub. pretioſum] in funda. Alii, Sicut qui ligat lapidē [ſub. quempiam platearum] in purpura. i. in veſte purpurea. Alii, Sicut qui ligat lapidem *pretioſum & proiicit* in aceruū lapidum. ſub. ædificii: qui locus non eſt illi conueniens ob ſuā pretioſitatē: ſic qui dat ſtulto gloriā, quòd locus gloriæ nō ſit inter ſtultos, ſed inter ſapiētes.

9 Quæ aſcendit in manu עלה ביד Hebraiſmus, pro, quæ geſtatur manu ebrii. Hebraicè legitur, Spina aſcendit in manu ebrii, & parabola in ore ſtultorum. Similitudinis aduerbium frequentiſſimè ab Hebræis ſubauditur, & ו ſecundo loco poſitū, pro SIC accipitur, maximè in his prouerbiis. Sic etiā Gallicè loquimur, *Vne eſpine entre les mains de l'yurongne, & la ſentence en la bouche des fols.* Subintelligimus, *C'eſt tout un.* quod etiam nonnunquam addimus, vt ſermonem perficiamus, & clariorem reddamus. Quidam vertunt, Quod eſt ſpina aſcendēs, &c. hoc eſt ſermo, &c. 10 Magnus creat omnia, רב מחולל־כל Hebræi exponunt, Dominus qui eſt ſuper omnia, creat, & format omnia, idcirco vniuerſa alit pariter: ſtultos, tranſgreſſoréſque paſcit vt & ſapiētes atque iuſtos. Mercedem dare dixit, quòd eos alat perinde atque ſi mercedem eis deberet, vt mercedem mercenario dare ſolemus. Quidam, in hunc ſenſum verterunt, magnus qui formauit omnia, remunerat ſtultum, & remunerat tranſgreſſores. Alii, Magnus [ſub. in populo, ſiue princeps] coercet omnia, & dat præmium ſtulto, &c. q.d. qualis princeps, tales & ſubditi. Alii dicūt שוכר ſignificare סוכר obſtruens, aut claudens. q.d. obſtruit os ſtulto & tranſgreſſoribus. Alii, Egregius aliquis ac magnus vir conficit *per ſe* omnia: ſtultus autem mercede conducit tranſgreſſores.

titiam ſuam.
″Vidiſti virum ſapientem in oculis ſuis? ſpes *eſt* de ſtulto magis 12
quàm de eo.
Dicit piger, ″Leo *eſt* in via, leo *eſt* in plateis. 13
Sicut fores vertuntur in cardine ſuo, *ſic* & piger in lectulo ſuo. 14
″Abſcōdit piger manum ſuam ″in ſinu, fatigatur reducere eam 15
ad os ſuum.
Sapiētior eſt piger in oculis ſuis, ſeptē reſpōdentibus ″conſiliū. 16
Sicut ″qui apprehendit auribus canem, *ſic eſt* tranſiens qui iraſcitur 17
in lite non ſua.
″Sicut abſcondit ſe qui emittit ″ſcintillas, ″ſagittas, & mortem: 18
Sic vir qui fraudat amicum ſuum, & dicit, ″Nónne ludo ego? 19
″Quum non fuerint ligna, extinguitur ignis: ſic quum non fue 20
rit ſuſurro, ſilebit contentio.
Vt carbo *eſt aptus* ad prunas, & ligna ad ignem, *ſic* & vir contentio- 21
ſus ad ſuccendendum litem.
Verba ſuſurronis *ſunt* tanquam ″blandientia, & ipſa deſcendunt 22
ad penetralia ″ventris.
Vt eſt argētum ″plenum ſcoriis ſuperinductum teſtæ, *ſic ſunt* labia 23
″ſuccendentia *lites*, & cor malum.
″Labiis ſuis aliū præ ſe fert qui odio habet: ″at in interioribus 24
ſuis ponet dolum.
″Quum gratioſè alloquetur *te*, ne credideris ei: quoniam ″ſeptem 25
abominationes *ſunt* in corde illius.
″Operit ſe odium in deceptionem: manifeſta erit malitia eius in 26
congregatione.
Qui *alteri* fodit foueam, in eam cadet: & qui voluit lapidem *con-* 27
tra alium, ad eum reuertetur.
″Lingua mendax odio habet contritū, & os blandum facit ″im- 28
pulſionem.

Cap. XXVII.

NE glorieris de die craſtino: quia neſcis quid paritura ſit ″dies. 1
Laudet te alienus, & non os tuū: extraneus, & nō labia tua. 2
″Grauitas *eſt* ſaxo, & pondus *eſt* arenæ, ſed ira ſtulti grauior eſt 3
vtroque.
″Crudelitas *eſt in* ira, & ĩpetus *in* furore: at quis ſtabit corā inuidia? 4
Melior eſt increpatio manifeſta, quàm amor abſconditus. 5

rat ſtultitiam ſuam.

Vidiſti hominē ſapientem ſibi vi-
derit magis illo ſpē habebit inſipiēs.

‖Dicit piger, Leo eſt in via, & leæ- Suprà 22.b.13
na in itineribus.
Sicut oſtiū vertitur in cardine ſuo,
ita piger in lectulo ſuo.
‖Abſcondit piger manus ſub aſcel- Suprà 19.d.24
la ſua, & laborat ſi ad os ſuum eas cō C
uerterit.
Sapientior ſibi piger videtur ſeptē
viris loquentibus ſententias.
Sicut qui apprehendit auribus ca-
nem, ſic qui tranſit impatiens, & cō-
miſcetur rixæ alterius.
Sicut noxi⁹ eſt qui mittit ſagittas,
& lanceas in mortem:
Ita vir qui fraudulēter nocet ami-
co ſuo: & quum fuerit deprehenſus
dicet, Ludens feci.
Quum defecerint ligna, extingue-
tur ignis: & ſuſurrone ſubtracto iur-
gia conquieſcunt.
‖Sicut carbones ad prunas, & ligna Eccli 38.b.11
ad ignem: ſic homo iracundus ſuſci-
tat rixas.
‖Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, Supà 18.b.8
& ipſa perueniunt ad intima vētris. D

Quo modo ſi argento ſordido or-
nare velis vas fictile, ſic labia tumen
tia cum peſſimo corde ſociata.

Labiis ſuis intelligitur inimicus,
quum in corde tractauerit dolos.

Quando ſubmiſerit vocem ſuam,
ne credideris ei: quoniam ſeptem ne-
quitiæ ſunt in corde illius.

Qui operit odium fraudulēter, re-
uelabitur malitia eius in conſilio.

‖Qui fodit foueam, incidet in eam: Eccles 10.b.8
& qui voluit lapidem, reuertetur ad eccli 27.d.30
eum.

Lingua fallax nō amat veritatem:
& os lubricum operatur ruinas.

Cap. XXVII.

NE glorieris in craſtinū, ignorās
quid ſuperuentura pariat dies.
Laudet te alienus, & nō os tuum:
extraneus, & non labia tua.
‖Graue eſt ſaxū, & oneroſa arena: Eccli 22.b.18
ſed ira ſtulti vtroque grauior.
Ira non habet miſericordiam, nec
erumpens furor: & impetum conci-
tati ferre quis poterit?
Melior eſt manifeſta correptio,
quàm amor abſconditus.

12 Vidiſti ראית *Si* videris. aut videas. 13 Leo שחל Pardus. Vide ſuprà cap. 22.b.13. 15 Abſcondit piger טמן עצל Vide ſuprà cap. 19.d.24. In ſinu, בצלחת in patina, vel olla. 16 Conſilium. : טעם rationem. ſub. quæſitorum. Propriè ſignificat ſaporem: & per metaphoram, ſententiam de interrogatis. 17 Qui apprehendit מחזיק qui vellicat. i. laceſſit

18 Sicut abſcondit ſe כמתלהלה Sicut inſaniens. vel, qui ſimulat demētiam. Alii, Sicut qui ſimulat ſe infirmum ac debilem, aut defatigatum. Gallicè dicimus, *Qui ſe fait las.* Scintillas, זיקים .i. ignem ad comburendum domum proximi. Sagittas, & mortem. חצים ומות : ſagittas, & *vaſa* mortis. Hebraiſmus, pro ſagittas mortiferas. 19 Nónne הלא Hæc vox הלא exigit reſponſionem affirmatiuam: ideo ſæpe pro certè accipitur. 20 Quum non fuerint ligna באפס עצים Ad verbum, In non lignis.

22 Blandientia כמתלהמים Quidam dicūt literas in dictione מתלהמים eſſe inuerſas, & deduci ab הלם, vertentes, Sermones ſuſurronis *ſunt* velut ſermones verberatorum. aut cæſorum: qui ſolent eſſe ſimplices. i. dulces ac blandi. Vide ſuprà cap. 18 b.8. Ventris. : בטן .i. pectoris, hoc eſt cordis. 23 Plenum ſcoriis, סיגים Ad verbum, ſcoriarum. Quidam vertunt, inuerſis verbis, Vas teſtaceum coopertum ſcoria argenti. Succendentia דולקים ſub. lites. i. ſunt verba quæ veluti ignis ſuccendunt lites, aut inurunt notam aliquā proximo ſuo. 24 Labiis ſuis alium præ ſe fert, בשפתו ינכר שונא Fut. Heb. pro præſ. Sermone ſuo agnoſcetur [vel agnoſcitur] qui, &c. Vel, ſtudet ne agnoſcatur. Nā verbū in hac coniugatione paſſiua ſignificat & notum eſſe, & nō notū. Poſterior iſta lectio videtur melior propter id quod ſequitur, At intra ſe, &c. At in interior. &c. : ובקרבו ישית מרמה at intra ſe dolū ponet. vel recondit. i. ſtruit fraudem.

25 Quū gratioſè alloque. *te* כי יחנן קולו Ad verbū, Quum gratificabit vocem ſuam, ſub. inimicus. i. quum ſtudebit voce ſua tibi placere, ac ſe tibi gratum reddere. Septem שבע Hebraiſmus, pro multis. 26 Operit ſe odium in deceptionē: תכסה שנאה במשאון Abdit ſeſe odium in ſolitudine. i. Impius tegit odiū quum ſolus eſt. Alii, Operiet odium in deſolationē. ſub. ſuā, qui operit odium ſuum: & inſidiatur ſocio ſuo vt adducat ſuper eum deſtructionem & deſolationem: nam reuelabit Deus malum in congregatione.

28 Lingua, &c. לשון שקר וגו׳ Ad verbum, *Vir* linguæ mendacis odio habet flagellatum. i. qui falſò ſocium ſuum criminatur, odit eū quem lingua mendaci flagellat. Alii, Linguam mēdacem odio habet contritus. ſub. corde, & humilis. In דכיו eſt ו pro א, acſi legeretur דכא ſine י. & pro humili ſpiritu accipitur. Impulſionem. : מדחה impulſum. lapſum. i. peſſundare ſolet hominem quem alloquitur.

IN CAPVT XXVII.

1 Dies. : יום ſub. in qua es. 3 Grauitas eſt ſaxo, כובד אבן ונטל החול Ad verbum, Grauitas lapidis, & pondus arenæ. pro, Grauis eſt lapis, & ponderoſa arena. Vel, Grauitas cōpetit lapidi, & pondus ipſi arenæ. 4 Crudelitas, &c. אכזריות חמה וגו׳ Crudelitas *competit* iræ, & inundatio *competit* iracundiæ. Aut, Crudelis eſt ira, & impetuoſa iracundia.

6 Meliora ſũt vulnera diligẽtis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

Iob 6.b.6 7 |Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriẽs, etiam amarum pro dulci ſumet.

B 8 Sicut auis trãſmigrãs de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum.

9 Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.

10 Amicum tuum & amicũ patris tui ne dimiſeris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictiõis tuæ: melior eſt vicinus iuxtà, quàm frater procul.

11 Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſim exprobrãti reſpondere ſermonem.

12 Aſtutus videns malum, abſcõditus eſt, paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.

Suprà 20.c.16 13 |Tolle veſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus.

14 Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit.

C 15 Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur.

16 Qui retinet eam, quaſi qui vẽtum teneat, & oleum dexteræ ſuæ vocet.

17 Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui.

18 Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur.

1.Cor.2.d.15 19 |Quomodo in aquis reſplẽdẽt vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.

Eccli 14.b.9 20 Infernus & perditio nũquam implentur, |ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.

Suprà 17.a.3 21 |Quo modo probatur in cõflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis.

Ex LXX. Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit ſcientiam.

D 22 Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſana feriente déſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.

23 Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuóſque greges conſidera.

24 Non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur in generatione & generationem.

25 Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta ſunt fœna de montibus.

1.Tim.6.b.7 26 |Agni ſunt ad veſtimentum tuum: & hœdi, agri pretium.

27 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

6 ʹFidelia *ſunt* vulnera diligentis: ʹ& dulcia oſcula odio habentis.

7 Anima ſaturata ʹcalcat fauum: at animæ famelicæ omne amarum *erit* dulce.

8 Vt auis ʹvagatur à nido ſuo, ſic vir vagatur à loco ſuo.

9 *Vt* vnguentum & ſuffimentum lætificat cor, ʹſic dulcedo amici ſui propter conſilium animæ.

10 Amicum tuum & amicum patris tui ne derelinquas: & domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ: *nam* melior eſt vicinus propinquus, quàm frater longinquus.

11 Sis ſapiens fili mi, & lætifica cor meum, ʺ& reſpõdebo verbum exprobranti mihi.

12 ʺCallidus videt malum, *&* abſcondit ſe: ſimplices tranſeunt, *&* mulctantur.

13 ʹTolle veſtimẽtum eius, quia fideiuſſit pro extraneo: & *quia ſpopondit* pro extranea, accipe pignus ab eo.

14 Qui benedicit amico ſuo voce magna, manè ſurgendo, ʹmaledictio reputabitur ei.

15 Stillatio aſſidua in die pluuiæ, *&* mulier contentioſa æquãtur.

16 Abſcondens eam, abſcondit ventum: ʺ& *ut* vnguentum *quod eſt* in dextera ſua, clamabit.

17 ʺFerrum ferro acuitur, ita vir exacuit ʺfaciem amici ſui.

18 ʹQui cuſtodit ficum, comedit fructum eius: ſic ʹqui cuſtodit dominum ſuum, honore afficietur.

ʹqui cuſt. do. ושומר .i. qui nõ deſerit dominum ſ.

19 ʹSicut *in* aqua facies faciei *reſpondet*, ſic cor hominis homini.

20 Sepulchrum & perditio non ſaturantur: ſic oculi hominũ non ſaturantur.

21 ʺ*Vt* conflatoriũ argẽto, & fornax auro: ſic *eſt* viro os laudãtis eũ.

22 *At* ſi contuderis ſtultum in mortario in medio ʹtriticorum contuſorum piſtillo, non recedet ab eo ſtultitia eius.

23 Conſiderando conſidera vultum pecoris tui, ʹpone cor tuum ad greges.

24 Quia non in ſeculum diuitiæ *ſunt duraturæ*, & num ʹcorona *erit* in generatione & generatione?

25 ʺProdit gramẽ, & apparet herba, ʺ& colliguntur herbæ montiũ.

26 Ouium *lanæ ſunt* pro indumentis tuis: ʺ& pretium agri *ſunt* hirci:

27 ʺEt ſufficientia lactis caprarum in cibum tuum, *&* in cibum domus tuæ, & *ad* victum puellarum tuarum.

6 Fidelia נאמנים Fortia. Bona. Et dulcia ונעתרות & denſa. ſpiſſa. fortia. frequentia. Vel potius, in ſpeciem bona.

7 Calcat fauum: תבוס נופת .i. deſpicit & ſpernit dulcia quæque. 8 Vagatur נודדת demigrat. aut, elõgat ſe. i. relinquit nidũ, vt ſibi paret cibum. 9 Sic dulcedo, &c. ומתק רעהו וגו' Ad verbum, & dulce *conſilium* amici ſui [relatiuum pro antecedente hominis] magis *exhilarat mentem hominis* quàm conſilium animæ. ſub. propriæ. i. quàm conſiliũ proprium. Quidã vertunt, Habere amicũ ex animo conſulentẽ, res dulciſſima eſt. 11 Et reſpondebo, &c. ואשיבה חורפי דבר : vt reſpondeam aliquid *ei qui* mihi fecerit cõuicium.

12 Callidus, &c. ערום ראה רעה Vide ſuprà cap. 22.a.3. 13 Tolle, &c. קח וגו' Eundem verſum habes & ſuprà cap. 20.c.16.

14 Maledictio, &c. קללה תחשב לו : .i. talis commendatio intempeſtiua, perinde habebitur ac maledictio.

16 Et *ut* vnguentum, &c. ושמן ימינו יקרא : & *recondit in* dextera ſua oleum *quod* clamabit. i. quod ſeſe odore ſuo velut clamore prodet. Perſtat in metaphora mulieris, quũ dicit clamabit. 17 Ferrum ferro ברזל בברזל Enſis enſe. Hebræi materiã pro re quæ ex materia fit, accipiunt: vt ferrum pro enſe. Faciem פני iram. i. irritat iram amici cum quo contendit q.d. iracundus atteritur à viro iracundo.

18 Qui cuſtodit ficũ, נוצר תאנה .i. qui poſſeſſiones ſuas cõſeruat. 19 Sicut *in* aqua, &c. כמים הפנים וגו' Ad verbũ, Vt aquarũ facies ad facies: ſic cor hominis ad homines. Quidã ſic intelligunt, Vt facies in aqua reſplendens fallit: ita inter ſe corda hominum. Alii ſic, Vt eadem aqua diuerſas reddit facies: ſic alia aliorum hominum ſunt corda. Alii vertunt, Sicut in ipſa aqua vultus vultui *reſpondet*: ita cor hominis *cordi* hominis. i. Sicut cor vnius hominis eſt ad malum, ita & omnium aliorum corda: ſimilia enim ſunt. 21 *Vt* conflatorium, &c. מצרף לכסף וגו' Hãc eandem verſus partem habes ſuprà cap. 17.a.3. Quidam totum verſum ſic reddunt, Conflatorium *paratur* argento *purgando*, & fornax auro: & vnicuique rei pro ſua laude. vel, dignitate. q.d. vnaquæque res pro ſua dignitate purgatur à re vitioſa.

22 Triticorum contuſorum הריפות בעלי .i. granorum tritici contuſi. Alii, leguminum contuſorum. 23 Pone cor t. שית לבך appone mentẽ tuam. vel animum tuum. 24 Corona נזר corona. ſub. regia. Quidã interpretantur gloriam. 25 Prodit גלה Præt. Heb. pro præſ. Subaudiendum autem, Deo iubẽte. Nam docet, omnia originem habere à Deo. Ad verbũ, Apparuit. Detectũ eſt, ſiue Diſcoopertũ. Docti inter Hebræos ſic hunc locum intelligunt acſi dicat Salomon, Præpara gregibus tuis eſcam in domo: quia non inuenitur omni tempore paſcuum in agris. accidit enim interdum vt ſiccetur herba. & hoc eſt quod dicit, Apparet herba. quanuis germen appareat, aliquãdo tamen herbæ mõtium deficiunt. Et colliguntur ונאספו & demetuntur. aut reconduntur. Significat etiã deficiunt.

26 Et pretium, &c. ומחיר וגו' .i. venduntur hirci, & ex pecuniis ſeruos comparabis qui colent agrum tuum.

27 Et ſufficientia lactis ודי חלב Et copia lactis. Alii, Et ſufficiat lac.

Cap. XXVIII.

1 F'Vgiunt,tametſi nemo perſequatur,'impii: iuſti autem inſtar leunculi'confidunt.

2 Propter præuaricationẽ regionis,'multi principes eius:at propter hominem intelligentem & ſcientẽ,'ſic prolongabitur *regnum.*

3 Vir pauper,'& vi ſpolians pauperes, *eſt ut* pluuia inundans,& nullus *eſt poſtea* panis.

4 Derelinquentes Legem, laudant impium: at cuſtodientes Legem,'contendunt cum eis.

5 Viri mali non intelligunt'iudicium:quærentes autem Iehouã, intelligunt omnia.

6 Præſtantior *eſt* pauper qui ambulat 'in perfectione ſua, quàm peruerſus viis,& ipſe diues.

7 Qui cuſtodit Legem,'filius *eſt* intelligens:'qui autem paſcit comedones,pudore afficit patrem ſuum.

8 Qui multiplicat diuitias ſuas vſura'& fœnore,'ad largiendum pauperibus congregat eas.

9 Qui remouet aurem ſuam ne audiat Legem, etiam oratio eius *erit* abominatio.

10 Qui errare facit rectos per viam malam , in foueam ſuam ipſe corruet:at perfecti,hæreditate accipient'bonum.

11 Sapiens in oculis ſuis *eſt* vir diues: pauper autem intelligens 'ſcrutatur eum.

12 Quum exultant iuſti, multa eſt gloria: & quum euehuntur impii,'abſcondit ſe homo.

13 Qui tegit ſcelera ſua, nunquam aget proſperè: qui verò confitetur,& derelinquit,miſericordiam conſequetur.

14 Beatus homo qui pauet ſemper:ſed qui indurat cor ſuum, corruet in malum.

15 *vt* leo rugiens,& vrſus'eſuriens,eſt princeps impius ſuper populum pauperem.

16 Dux'carens intelligentiis,'multiplicat rapinas: *ſed* qui odio habet auaritiam,prolongabit dies.

17 Homo'qui opprimit in ſanguine animæ: vſque ad ſepulchrum fugiet,nec retinebunt eum.

18 Qui ãbulat integrè,ſaluus erit:peruerſus autẽ viis cadet'ſemel.

19 'Qui colit terram ſuam, ſaturabitur pane: ſed qui ſectabitur otioſos,ſaturabitur egeſtate.

Cap. XXVIII.

1 FVgit impius nemine perſequẽte: iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.

Supra 19.b.11

2 Propter peccata terræ multi principes eius:& propter hominis ſapiẽtiam & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

D

3 Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehemẽti in quo paratur fames.

4 Qui derelinquunt Legem,laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum.

5 Viri mali non cogitant iudicium: qui autem iniquirũt Dominũ,animaduertunt omnia.

6 |Melior eſt pauper ambulãs in ſimplicitate ſua,quàm diues in prauis itineribus.

Suprà 19.a.1

B

7 Qui cuſtodit Legem, filius ſapiens eſt: qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum.

8 Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas.

9 Qui declinat aures ſuas ne audiat Legem,oratio eius erit execrabilis.

10 Qui decipit iuſtos in via mala , in interitu ſuo corruet,& ſimplices poſſidebunt bona.

11 Sapiens ſibi videtur vir diues:pauper autem prudens ſcrutabitur eum.

Iee.17.c.13

12 In exultatione iuſtorũ multa gloria eſt:regnantibus impiis ruinæ hominum.

13 Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur: qui autẽ cõfeſſus fuerit, & reliquerit ea,miſericordiã cõſequetur.

14 Beatus homo qui ſemper eſt pauidus : qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.

C

15 Leo rugiens,& vrſus eſuriens,princeps impius ſuper populum pauperem.

16 Dux indigẽs prudentia,multos opprimet per calumniam : qui autẽ odit auaritiam,longi fient dies eius.

17 Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem,ſi vſque ad lacum fugerit,nemo ſuſtinet.

18 Qui ambulat ſimpliciter,ſaluꝰ erit: ꝗ peruerſis gradit̃ viis,cõcidet ſemel.

19 |Qui operatur terram ſuam,ſatiabitur panibus:qui autem ſectatur otium,replebitur egeſtate.

Suprà 12.b.11 eccli 20.b.30

IN CAPVT XXVIII.

1 Fugiunt נסו Præt.Heb.pro præſ. Impii: רשע Singul.Heb.pro plurali. Confidunt. ׃ יבטח Fut.ſingul.pro præſenti plurali,fiduciam habent.ſecuri ſunt. 2 Multi principes eius: רבים שריה .i.ſubinde mutantur principes eius,quod eſt calamitoſum. nam regna perturbantur diſſenſionibus,& multi inſurgunt rectores. Sic prolongabitur *regnum.* ׃ כן יאריך ſic producet.ſub.dies.i.in eodem ſtatu permanebit,ſiue permanere ſolet terra, ſiue regnum. 3 Et vi ſpolians ועושק & calumnians.vel rapiens. 4 Contendunt cum eis. ׃ יתגרו בם Fut.Heb.pro præſ.ſuccenſent illis. 5 Iudicium: משפט ſingul.Heb.pro plurali. iudicia. ſub.Dei. 6 In perfectione ſua, בתומו in integritate ſua,vel probitate. 7 Filius *eſt* intelligens: בן מבין filius *eſt* prudens,ſiue ſapiens. Hebraiſmus eſt,pro ſapiente.nam FILIVS perinde eſt Hebræis, atque Latinis HOMO,ſiue VIR,vt etiã ipſi loquuntur,Homo intelligens. Qui autem paſcit comedones, ורועה זוללים qui autem ſocius eſt heluonum. Vel,ſocietatem iniit cum heluonibus. 8 Et fœnore, ובתרבית Ad verbum, & augmento. A multiplicatione Hebræi deducũt fœnus, vt vſuram à mordendo. Ad largiendũ pauperibus לחונן דלים vt effundantur *in vſum* pauperũ.ſub.à veris iudicibus. Quidã,*homini* qui miſericors erit in pauperes,coaceruat eas. Acſi dicat,nullũ poſſe diu frui malè partis diuitiis. 10 Bonũ. ׃ טוב Singul.Heb.pro plur.q.d.omnia experientur fœlicia. 11 Scrutatur eum. ׃ יחקרנו Fut.Heb.pro præſ.explorat eum. 12 Abſcondit ſe homo. ׃ יחופש אדם Fut.Heb.pro præſ.exploratur homo.i.opprimitur. Alii,mutabitur.i.mutabit veſtimentum ne agnoſcatur,& interficiatur. 15 Eſuriens, שוקק appetens.i.eſuriens.à שוק. Alii,incedens & vagabundus.à שקק. 16 Carens intelligentiis,חסר תבונות deſtitutus prudentia. Multiplicat rapinas: ורב מעשקות &[etiam]multus eſt in iniuriis.aut frequens eſt in iniuria.Poteſt verti vt oratio ſit conciſa,ſic,Princeps carens prudentia,& multus *in* iniuriis,[ſub.non prorogabit dies ſuos.i.citò morietur.]at qui odit auaritiam,prorogabit dies ſuos.Ex fine verſus(inquit doctus inter Hebræos)docet nos exponere principium eius. 17 Qui opprimit in ſanguine animæ,עשוק בדם נפש .i.qui aliena bona occupat cæde.Sanguis animæ,eſt vita:quia anima in ſanguine conſiſtit. Quidam vertunt, Qui per violentiam ſanguinem fuderit. Alii annotant, עשוק eſſe nomen, non participium,& dictionem iſtam exprimere frequentiam quandam : acſi dicat, Quiſquis conſueuit ſanguinẽ fundere,ſe in mortẽ coniicit,nemine retinente. 18 Semel. ׃ באחת in alterã.ſub.illarum viarũ.i.qui à recta via aberrat, incedens modò hac,modò illac,corruet in alteram. 19 Qui colit terrã ſuam, עובד אדמתו Vide eundem verſum ſuprà cap.12.b.11.

Suprà 13.b.11 Vir fidelis multum laudabitur:¦qui autem feſtinat ditari, non erit innocens. 20

Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit, iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. 21

D Vir qui feſtinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei. 22

Qui corripit hominē, gratiā poſtea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. 23

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum: particeps homicidæ eſt. 24

Qui ſe iactat & dilatat, iurgia cōcitat: q verò ſperat ī Domino, ſanabit̄. 25

Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autem graditur ſapiēter, ipſe ſaluabitur. 26

Qui dat pauperi, nō indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. 27

Quū ſurrexerint impii abſcondentur homines: cū illi perierint, multiplicabuntur iuſti. 28

Cap. XXIX.

VIro qui corripientem dura ceruice contēnit, repentinus ei ſuperueniet interitus: & eum ſanitas non ſequitur. 1

In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: quū impii ſumpſerint principatum, gemet populus. 2

Luc.15.c.13 Vir qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum:¦qui autem nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam. 3

Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruet eam. 4

Homo qui blādis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expādit greſſibus eius. 5

Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus,¦& iuſtus laudabit atque gaudebit. 6

Nouit iuſtus cauſam pauperū, impius ignorat ſcientiam. 7

B Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes verò auertunt furorem. 8

Vir ſapiens ſi cum ſtulto contēderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. 9

20 Vir'fidelis'multiplicabit benedictiones: at qui feſtinat ditari, non erit innocens.

21 Agnoſcere faciem *in iudicio*, non eſt bonum:'& ob buccellam panis præuaricatur vir.

22 Feſtinat ad diuitias 'vir mali oculi, nec cognoſcit quòd inopia eueniet ei.

23 Qui increpat hominem'retrocedentem,'gratiam inueniet magis quàm is qui blanditur lingua.

24 Qui diripit *bona* patris ſui & matris ſuæ, & dicit non eſſe præuaricationem,"is ſocius eſt viri exterminationis.

25 'Lat⁹ animo,'miſcet litē: ſed qui fidit Iehouæ, impinguabitur.

26 Qui fidit"cordi ſuo, eſt ſtultus: qui verò ambulat in ſapientia, ipſe euadet.

27 Ei qui dat pauperi, non erit inopia:'& auertenti oculos ſuos, erit multitudo maledictionum.

28 'Dum euehuntur impii, abſcondit ſe homo: quū verò pereunt, multiplicantur iuſti.

Cap. XXIX.

1 V"Ir increpatus qui indurat ceruicem, repente conteretur, nec erit *illi* ſanitas.

2 "Quando dominantur iuſti, lætatur populus: & quum dominatur impius, gemit populus.

3 Vir qui amat ſapiētiam, lætificat patrem ſuum:'ſed qui paſcit ſcorta, perdit ſubſtantiam.

4 Rex"in iudicio ſtabilem reddit terram:'vir autem qui ſuſcipit dona, diruet eam.

5 Vir qui blanditur"amico ſuo, rete expandit"ante greſſus eius.

6 'In præuaricatione viri mali *eſt* laqueus: iuſtus autem "cantabit & lætabitur.

7 "Cognoſcit iuſtus cauſā pauperū: impius nō intelligit ſcientiā.

8 Homines"deriſores'illaqueant ciuitatem: ſapientes verò auertunt furorem.

9 "Vir ſapiens contendat cum ſtulto, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non erit requies.

20 Fidelis, אמונות Ad verbum, fidelitatum.i.fidus. Eadem dictione Hebræi ſignificant veritatem & fidelitatem: quòd qui verax ſit, ſit etiā fidelis. Multiplicabit benedictiones: רב־ברכות multus eſt benedictionibus.i.cōmendari ſolet ab hominib⁹.aut, largitur multa pauperibus. 21 Et ob buccellam,&c. ועל־פת־לחם וגו׳ Fut.Heb.pro præſ. etiam propter fruſtum panis præuaricatur homo.ſub. huiuſmodi. 22 Vir mali oculi, איש רע עין vir maligni oculi.i.vir prauus & inuidus, qui ferre nō poteſt vt quis auferat aliquid de ſua ſubſtantia. Quidā vertunt, Qui præceps fertur ad opes, habet vir ille oculum malum.i.inſidiatur aliorum bonis, conatúrque per fas & nefas illa ſibi vſurpare. 23 Retrocedentem, אחרי reſilientem. ſub. à Lege Dei. Quidam Hebræorum ſcribunt præpoſitionem eſſe cum affixo, & priorem verſiculi partem dici ſub perſona Dei, vt ſit ſenſus, Qui corripit hominem poſt me.i.vt homo me ſequatur. Alii vertentes, ſequens me: dicunt eſſe verba Salomonis, dicentis, Qui iuſſis meis paruerit, & corripuerit delinquētes, ille,&c. Gratiā inueniet חן ימצא Hebraiſmus, pro gratior eſt quàm,&c. 24 Is ſocius eſt, &c. חוא לאיש וגו׳ is ſocius eſt homini exterminatori. vel homicidæ, ſiue parricidæ. Socium eſſe alicui, more Hebraico dicitur pro ſimilem illi eſſe. 25 Latus animo, רחב־נפש Hebraiſmus pro ſuperbo. Gallicè dicimus, *Qui eſt de hault courage.* Miſcet litem: יגרח מרון excitat contentionem, ſiue lites.

26 Cordi ſuo, בלבו animo ſuo.i.conſiliis ſuis. 27 Et auertenti,&c. ומעלים וגו׳ Ad verbum, qui autem abſcōdit oculos ſuos [ſub. à paupere is, eſt] multus maledictionibus.i.multorū maledictionibus eſt obnoxius. Alii, multa *imminebit illi* egeſtas. Ad verbum, multitudo defectuum. 28 Dum euehuntur,&c. בקום רשעים וגו׳ Quando conſurgunt,&c. Idem dixit paulo antè verſu 12.

IN CAPVT XXIX.

1 Vir increpatus,&c. איש תוכחות וגו׳ Ad verbum, Vir obiurgationum indurans ceruicem.i.qui frequenter increpatur, & tamen indurat animum ſuum. Metaphora à bobus vel equis qui dura ſunt ceruice. Chaldæus paraph. Vir qui non ſuſcipit increpationes, & indurat ceruicem ſuam. Quidam Hebræorum exponunt, Vir increpationum, id eſt qui alios vt à via ſua mala conuertantur, increpat, & ipſe indurat ceruicem ſuam in his de quibus alios increpat, ſubito,&c. Alii, Vir increpationum, id eſt qui indiget increpationibus multis, eo quòd admodum ſuam indurauit ceruicem, nec eruditur increpatione vna,&c. 2 Quando dominantur ברבות Quum multiplicati fuerint. aut, multiplicantur. 3 Sed qui pa.ſcorta, ורועה זונות ſed qui ſocius eſt ſcortorum. Alii, qui autē cum ſcortis amicitiā iungit.

4 In iudicio במשפט ob iudicium. Vir autem qui ſuſcipit dona, ואיש תרומות Ad verbum, vir autem donorum. vel, munerum. .i.qui capitur muneribus, & ob id iniuſtè agit. Aut (vt alii exponunt & vertunt) qui tributa imponit. 5 Amico ſuo, על־רעהו proximo ſuo. Ante greſſus eius. על־פעמיו׃ greſſibus ſuis.i.vt ſe capiat adulator. 6 In præuaricatio.&c. בפשע איש רע מוקש Hebraiſmus, pro, capitur proprio laqueo vir malus. Quidam, Ipſi malo tranſgreſſio ſua laqueus eſt. Alii, Propter iniquitatem quiſpiam *incidit* in laqueum malum. Cantabit,&c. ירון ושמח׃ Fut.Heb.pro præſ. ouat & gaudet. 7 Cognoſcit,&c. יודע צדיק וגו׳ Hebraiſmus, pro, Ius pauperis eſt curæ iuſto: at impius nihil prorſus intelligit.q.d.non curat ius pauperis. 8 Deriſores לצון Ad verbum, deriſionis.ſuperbiæ. Illaqueant ciuitatem: יפיחו קריה Hebraiſmus, pro, ſunt exitio ciuitati, ſiue coniiciunt ciuitatem in periculum.

9 Vir ſapiens,&c. איש־חכם וגו׳ *Si* vir ſapiens litiget cum viro ſtulto, & iraſcitur, & ridet, & nulla eſt quies.i.Si iudicium ſubeat vir ſapiens cum ſtulto, modò ſtultus ridet eum, modò iraſcitur: breuiter, ſtultum nullo modo ferre poteſt. Alii, Vir ſapiens qui init iudicium cum homine ſtulto, abſque vlla ceſſatione vel irritatur, vel irridetur.

	″Viri ſanguinolenti oderunt integrum : recti autem ″quærunt animam eius.	10	Viri ſanguinum oderunt ſimplicē: iuſti autem quærunt animam eius.	
	Totum ″ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens autē ″in poſterum quieſcere facit eum.	11	Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens differt & reſeruat in poſterum.	
	Dominatoris attendentis verbo mendaci, omnes miniſtri *ſunt* impii.	12	Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios.	
	Pauper″& vir vſurarum″occurrerunt ſibi: illuminat oculos amborum Iehoua.	13	Pauper & creditor obuiauerunt ſibi: vtriuſque illuminator eſt Dominus.	
	″Regis qui iudicat in veritate pauperes ″thronus in æternum firmabitur.	14	Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.	
	Virga & increpatio tribuit ſapientiam:puer autē *ſibi*″derelictus, pudore afficit matrem ſuam.	15	Virga atque correptio tribuit ſapientiam:puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ,cōfundit matrem ſuā.	C Pſal.18.c.8
	Quum multiplicati fuerint impii, multiplicabitur præuaricatio:iuſti autem ruinam eorum videbunt.	16	In multiplicatione impiorū multiplicabuntur ſcelera, & iuſti ruinas eorum videbunt.	Deut.4.a.2. & 12.d.32
	Corripe filium tuum,″& requieſcere faciet te,dabítque delicias ″animæ tuæ.	17	Erudi filium tuum, & refrigerabit te,& dabit delicias animæ tuæ.	
	Quum nō eſt″viſio,″diſſipatur populus:cuſtodiens autem Legem,beatus.	18	Quum prophetia defecerit,diſſipabitur populus: qui verò cuſtodit Legem beatus eſt.	
	Verbis nō″erudietur ſeruus: ″quanuis intelligat, non eſt tamen reſponſio.	19	Seruus verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit.	
	″Vides virum velocem ″in verbis ſuis ? ſpes *eſt* de ſtulto magis quàm de illo.	20	Vidiſti hominem velocem ad loquendum ? ſtultitia magis ſperanda eſt,quàm illius correptio.	
	″Qui delicatè nutrit à pueritia ſeruum ſuum,″*in* nouiſſimo ſuo erit *tanquam* filius.	21	Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.	
″miſcet litem .i. excitat lites.	Vir″iracundus″miſcet litem,″& furibundus″multiplicat præuaricationem.	22	Vir iracundus prouocat rixas : & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior.	D
	Superbia hominis″humiliat eum:& humilem ſpiritu″ſuſtentat gloria.	23	Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.	Iob 22.d.29
	″Qui participat cum fure, odio habet animam ſuam: ″maledictionem audit,& non annuntiat.	24	Qui cum fure partitur,odit animā ſuam:adiurantem audit,& non indicat.	
	″Timor hominis ponit laqueū:& qui fidit Iehouæ,″exaltabitur.	25	Qui timet hominem,cito corruet: qui ſperat in Domino,ſubleuabitur.	
	Multi ″quærunt faciem dominantis : & à Iehoua *proficiſcitur* iudicium vniuſcuiuſque.	26	Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur ſingulorum.	
	″Abominatio iuſtorum *eſt* vir iniquus : abominatio autē impii *eſt* rectus via.	27	Abominātur iuſti virum impium: & abominantur impii eos qui recta ſunt via. Verbum cuſtodiens filius,extrà perditionem erit.	

10 Viri ſanguinolenti אנשי דמים Ad verbum, Viri ſanguinum. i.effuſores ſanguinis humani. Quærunt animam eius. יבקשו נפשו׃ Fut.Heb.pro præſ.Eſt autem Hebraiſmus,pro,conantur liberare eum de manu ſanguinariorum. Vel vt alii,quærunt voluntatem eius.i.ſtudent obſequi voluntati eius.Sæpe enim נפש accipitur pro voluntate. 11 Spiritum ſuum רוחו iram ſuam. ferocitatem. Quidam exponunt,voluntatem,aut deſiderium. In poſterum,&c. באחור ישבחנה׃ Fut.Heb.pro præſ.poſtea pacat eum.ſub.ſpiritū. vel cōpeſcit & mitigat. Quidā vertūt,retrorſum cohibet eū. 13 Et vir frau. ואיש תככים & vir fraudū.i.fraudulētus & doloſus.q.d. Deus miſeretur cuius vult,nec reſpicit perſonas:eligit publicanos,diuites & pauperes. Alii vertunt,Vir contritionum.i.afflictus, ſiue læſus in corpore. Occurrerunt ſibi, נפגשו .i.conuenerunt:aut, in eodem pene gradu ſunt. 14 Regis qui iud.&c. מלך שופט וגו׳ Rex qui ius reddit verè pauperibus,eius ſolium ſtabilietur in æternum. 17 Et requieſcere faciet te, ויניחך & quietē tibi afferet. Animæ tuæ, לנפשך׃ animo tuo.i.perfundet te gaudio in ſenio. 18 Viſio חזון ſub.prophetica. Declarationem verbi Dei ſignificat,à videndo. Diſſipatur יפרע Fut Heb.pro præſ.deficit.diſſoluitur.recedit.elongatur.i.rebellis eſt. 19 Erudietur יוסר corripietur. Quanuis intelligat,&c. כי יבין וגו׳ Ad verbū,quia intelliget,& nulla erit reſponſio.ſub.illi.i.tametſi intelligat,tamen cōtemnit. 20 Vides חזית Præt.Heb.pro præſ.Quidā,*Si* videris. In verbis ſuis, בדבריו in negotiis ſuis. 21 Qui delicatè nutrit מפנק Vnico verbo Latinè reddi nō poteſt vt Hebraicè.i.delicatè nutriens. *In* nouiſſimo,&c. ואחריתו יהיה מנון׃ Ad verbū, & *in* nouiſſimo eius erit filius.i. certe tandē aget filiū, ſiue pro filio haberi volet. hoc eſt, erit imperioſus & ſuperbus vt filius.& ita quidam vertunt. 22 Iracundus אף Ad verbum,iræ. Et furibundus ובעל חמה Ad verbum,& dominus furoris.i. ſtomachoſus,obnoxius furori. Multiplicat præuaricationem. רב פשע׃ Ad verbum,*eſt* multus peccato. Hebraiſmus,pro frequenter peccat. 23 Humiliat eum: תשפילנו deiicit eum. Fut.Heb.pro præſ. Suſtentat יתמוך ſubleuabit.i.demiſſus animo, potietur gloria.hoc eſt euehetur ad honores. 24 Qui partic. חולק Qui diuidit.vel,partitur. Maledictionē audit,&c. אלה ישמע ולא יגיד׃ .i.male audit ab hominibus,nec audet conqueri ſe male audire. 25 Timor,&c. חרדת אדם וגו׳ Pauor hominis,iniicit laqueū.ſub.homini.Hebraiſmus pro eo quod quidā vertunt,Qui metuit homines,corruet. Exaltabitur. ישוגב׃ .i.ſeruabitur quaſi in loco ſublimi. Metaphora ſumpta à militibus qui ſe in loca alta recipiunt. 26 Quærunt faciē dominantis: מבקשים פני מושל Hebraiſmus,pro,ambiunt familiaritatem principis. Iudicium משפט conditio.fortuna. 27 Abominatio,&c. תועבת וגו׳ .i.Abominantur iuſti virum iniquum:& impius execratur eum qui eſt recti itineris. Rectum itinere vocat hominem cuius vitæ inſtitutum rectum eſt ac probum. Verſus qui iſtū ſequitur in veteri interprete,Verbū cuſtodiēs,&c.nō legitur in vetuſtioribus ſcriptis codicibus.

Cap. XXX.

VERBA CONGREGANtis filii Vomentis.

1 Viſio quam loquutus eſt vir Cũ quo eſt Deus, & Qui Deo ſecum morante Confortatus,ait,

2 STultiſſimus ſum virorum,& ſapiẽtia hominum non eſt mecum.

3 Non didici ſapientiã,& noui ſcientiam ſanctorum.

4 Quis aſcendit in cælũ,atque deſcẽdit? quis cõtinuit ſpiritũ in manibus ſuis?quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? quod nomen eſt eius, & quod nomen filii eius,ſi noſti?

Pſal.18.c.8

5 ‖Omnis ſermo Dei ignitus,clypeꝰ eſt ſperantibus in ſe:

Deut.4.a.2, & 12.d.32

6 ‖Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris,inueniariſque mendax.

B

7 Duo rogaui te,ne deneges mihi antequam moriar,

8 Vanitatem, & verba mẽdacia longè fac à me: Medicitatem & diuitias ne dederis mihi:tribue tantum victui meo neceſſaria:

9 Ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer,& periurem nomen Dei mei.

10 Ne accuſes ſeruum ad dominũ ſuũ: ne fortè maledicat tibi, & corruas.

11 Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit.

12 Generatio quæ ſibi mũda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis.

13 Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ.

14 Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commãdit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

15 Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ,dicẽtes,

C

Affer,affer. Tria ſunt inſaturabilia,& quartum quod nunquã dicit,Sufficit:

16 Infernus,& os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua:ignis verò nunquã dicit,Sufficit.

17 Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ,effodiant eum corui de torrẽtibus,& comedant eum filii aquilæ.

18 Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro,

19 Viam aquilæ in cælo,viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari,& viam viri in adoleſcentula:

20 Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit,Non ſum operata malum.

21 Per tria mouetur terra, & quartũ non poteſt ſuſtinere:

Cap. XXX.

VERBA ″AGVR FILII IACE.

1 ′Prophetia *quã* dixit vir ad′אי Ithiאel,ad אי Ithiאel *inquã* & אוVchál.

2 SAnè″ſtultior ſũ″quolibet,″nec eſt intelligentia hominis mihi:

3 Neque didici ſapientiam,nec ſcientiam″ſanctorum noui.

4 ″Quis aſcendit in cælum, & deſcendit? quis collegit ventum in pugillis ſuis? quis congregauit aquas in veſtimẽto? quis ſtabiliuit omnes terminos terræ: quod nomen eius,& quod nomen filii eius,ſi noſti?

5 Omnis ſermo Dei *uelut igne* purgatus,clypeus eſt ſperãtibus in ſe:

6 Ne addas verbis eiꝰ,ne fortè ĩcrepet te,& mẽdax deprehẽdaris.

7 Duo poſtulaui à te,ne prohibeas à me,antequam moriar:

8 Vanitatem & verbum mẽdax remoue à me:paupertatem & diuitias ne dederis mihi:alè me cibo″qui conuenit mihi:

9 Ne fortè ſatier,& abnegẽ,dicámque, Quis eſt Iehoua? & ne fortè efficiar pauper,& furer,″aſſumámque *in uanum* nomen Dei mei.

10 Ne accuſes ſeruum apud dominum ſuum : ne fortè maledicat tibi,″& delinquas.

11 *Eſt* generatio quæ patri ſuo maledicit,&matri ſuæ nõ benedicit.

12 *Eſt &* generatio quæ munda eſt in oculis ſuis,″& à ſorde ſua nõ eſt abluta.

13 *Eſt* generatio″quædam cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius eleuatæ ſunt.

14 *Eſt* generatio cuius dentes ſunt *ut* gladii, & *ut* cultri molares eius,vt deuorent pauperes è terra,& egenos ex hominibus.

15 Sanguiſugæ duæ ſũt filiæ *quæ dicunt*, Affer,affer. Tria ſunt quæ nõ ſatiantur:*imò* quatuor *ſunt quæ* non dicunt,Sufficit:

16 Sepulchrum,″& ſterilis vulua, & terra *quæ* nõ eſt ſatiata aquis,& ignis *qui* non dicit,Sufficit.

17 Oculum qui ſubſannat patrem,& contemnit′obedientiam matris,effodiant corui torrentis,& deuorent eum filii aquilæ.

18 Tria ſunt″abſcondita à me,imo quatuor *ſunt quæ* ignoro:

19 Veſtigium aquilæ″in cælo, veſtigium ſerpentis ſuper petram, veſtigium nauis in corde maris,′& veſtigium viri in virgine:

20 Sic eſt″via mulieris adulteræ,comedit, & tergit os ſuum, & dicit,Non ſum operata iniquitatem.

21 Propter tria″commouet ſe terra,imò propter quatuor non poteſt″ſuſtinere:

IN CAPVT XXX.

1 Agur אגור Doctus quidam inter Hebræos putat tempore Salomonis fuiſſe virum quendam integræ vitæ,& magnæ ſapientiæ,nomine אגור,cuius dicta & ſententias tranſtulerit in librũ ſuũ: & huius viri ſocios vel diſcipulos fuiſſe Ithiel & Vchal,ad quos loquutus eſt Agur more prophetico verba ſequẽtia,Stultior ſum,&c. Alii verò putant,Agur hunc fuiſſe Salomonẽ.ſonat enim אגור congregatorẽ. Salomon enim congregauit verba ſapientiæ:& euomuit,ſiue deprompſit ea,id quod יקה Iace ſignificat.Dixitque prophetiã iſtam ad איתיאל Ithiel.i.ad eũ cũ quo eſt Deus.Porrò אוכל ſignificat potero:depropſit enim Salomõ multa ex ſapiẽtia ſua,vt certe potuit.Prior opinio doctioribꝰ magis placet.Itaque quũ Ithiel & Vchal interrogarent Agur verba ſapiẽtiæ,reſpõdit eis cũ ſubmiſſione,Stultior ſũ quàm vt,&c.

Proph.*quam* dixi vir המשא וגו' Ad verbum,Prophetia dictũ viri illius,&c.i.Dicit prophetia viri illius,ſcilicet Agur,qui erat inſignis doctrina & prophetia. 2 Stultior בער Vox Hebraica ſignificat imperitũ,& eum qui craſſo eſt ingenio. Quolibet, מאיש Ad verbũ,à viro. Nec eſt,&c. ולא־בינת וגו' .i.nõ eſt mihi tantum intelligentiæ quantũ homini cõpetit. 3 Sanctorum קדושים .i. rerum cæleſtium. 4 Quis aſcendit,&c. מי עלה־שמים וגו' ſub.vt ea quæ in cælo ſunt cognoſcat,& ea hominibus declaret.

8 Qui cõuenit mi. : חוקי portionis meæ.vel,ſtatuto mihi.vt nec abundẽ,nec eſuriem. 9 Aſſumãque *in uanum* ותפשתי & tractem impure. Alii,abiurem. 10 Et delinq. : ואשמת .i.poſteaquã deliqueris, illo ſcilicet accuſato. Nam hic ו pro poſtquã ponitur.q.d.peccabis,& poſtea continget tibi maledictio.Deut.23.c.15,Ne tradas ſeruum domino eius,qui eruit ſe ad te à domino ſuo.

12 Et à ſorde ſua ומצואתו à ſtercore ſuo.Vel,ab excrementis ſuis. 13 Quædam cuius,&c. מה־רמו עיניו Ad verbum,quam elati ſunt oculi eius.Per admirationem dictum. 16 Et ſterilis vulua, ועוצר רחם & orificium matricis.ſignificat orificium anguſtum quo ſuſcipitur ſemen genitale:ita dictum ab anguſtia. 17 Obedientiam ליקהת imperium.doctrinam.

18 Abſcondita à me, נפלאו ממני quæ latent me Alii,quæ mirabilia ſunt apud me. 19 In cælo, בשמים in aere. Et veſtigium viri in virgine. : ודרך גבר בעלמה & viam viri in puella.vel,adoleſcentula. 20 Via דרך mos.conſuetudo.q.d.ſic latere ſolet homines via mulieris quæ adulterium cõmittit. Rem turpem, honeſtis verbis exponit. 21 Commouet ſe terra, רגזה ארץ ſtomachatur terra.contremiſcit.Id eſt,homines ſtomachantur ob tria. Suſtinere. : שאת .i.temperare ab ira.

22 Propter ſeruum, quum regnauerit: & ſtultum quum ſaturatus fuerit pane:

23 Propter exoſam, quum maritata fuerit: & ancillam′quum hæres fuerit dominæ ſuæ.

24 Quatuor ſunt′parua terræ, & tamē ſunt′ſapiētiora ſapiētibus:

25 Formicæ *ſunt*′populus non fortis, ″attamen præparant in æſtate cibum ſuum:

26 ′Cuniculi *ſunt* populus nō fortis, attamen ponunt in petra domum ſuam:

27 Rex non eſt′locuſtæ, attamē egreditur″vniuerſa ipſa″cū turma:

28 ′Aranea″manibus apprehēdit, quum tamē ſit in ædibus Regiis.

29 Tria ſunt′optimi inceſſus, imò quatuor quæ bene gradiūtur:

30 Leo fortiſſimus inter animalia, nec conuertitur *retrorſum* propter vllum *animal:*

31 ″*Lelaps* præcinctꝰ lūbis, ′ſiue hircus, & Rex′in quē nemo inſurgit.

32 ′Si cecidiſti quum te efferres, ″& ſi malum cogitaſti, manum ad os *pone.*

33 ″Quemadmodum″expreſſor lactis, educit butyrum: & vehemēs emunctor naris, educit ſanguinē: ″ſic expreſſor furorū, educit litē.

Cap. XXXI.

1 VERBA ′LEMVEL REGIS, & PROPHETIA QVA erudiuit eum mater ſua.

2 QVid fili mi? ″& quid fili vteri mei? & ꝗd″fili votorū meorū?

3 Ne dederis mulieribus″fortitudinem tuam, ″& vias tuas, ′*quod ſatis eſt* ad delendum Reges.

4 ′Non eſt Regū, ô Lemuél, non eſt Regum bibere vinū: ′& principum non eſt שׁſechar.

5 Ne fortè″bibat, & obliuiſcatur′ſtatuti, ′& mutet iudicium omnium filiorum afflictorum.

22 Per ſeruum quum regnauerit: per ſtultum quum ſaturatus fuerit cibo:

23 Per odioſam mulierem quū in matrimoniū fuerit aſſumpta: & per ancillam quū fuerit hæres dominæ ſuæ.

24 Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: D

25 Formicæ populus infirmus, quæ præparant in meſſe cibum ſuum:

26 Lepuſculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum:

27 Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas:

28 Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.

29 Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter:

30 Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum.

31 Gallus ſuccinctus lumbos, & Aries, nec eſt Rex qui reſiſtat ei.

32 Et qui ſtultꝰ apparuit poſtquā eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.

33 Qui autem fortiter premit hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrū: & qui vehemēter emungit, elicit ſanguinem: & qui prouocat iras, producit diſcordias.

Cap. XXXI.

1 VERBA LAMVELIS Regis: viſio qua erudiuit eum mater ſua.

2 QVid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum?

3 Ne dederis mulieribus ſubſtātiam tuā, & vias tuas ad delendos Reges.

4 Noli Regibus ô Lamuel, noli Regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas.

5 Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.

23 Quum hæres, &c. : כי־תירש גברתה Ad verbum, quum hæreditauerit dominam ſuam. i. deſignata fuerit hæres dominæ ſuæ.

24 Parua קטני minima. maxime parua. Quidam vertunt, Quatuor ſunt quæ maxime parua ſunt inter ea quæ ſunt in terra: & tamen, &c. Sapientiora ſapientibus. : חכמים מחכמים ſapientiſſima. vel, docta ſapientia. ſub. à Deo. Ad verbū, ſapientiora ſapientatis. ſic loqui liceat ad exprimendam vocem Hebraicam. 25 Populus non fortis, עם לא־עז genus infirmum. Alii, turma inualida. Attamen præparant ויכינו Ad verbum, & præparant. 26 Cuniculi *ſunt* populus non fortis, שפנים עם לא־עצום Chœrogryllii genus non forte. Alii, Echini. alii, ericii. 27 Locuſtæ: לארבה Singul. pro plur. locuſtis. Vniuerſa ip. cum turma. : עוצץ כולו Vniuerſa ipſa turmatim. Ad verbū, coadunata tota ipſa. Alii, dimidiās. i. in fruſta cōcidens & cōterens herbas & arbores. 28 Aranea שממית Quidā vertunt ſtellionē, vel lacertā. Alii dicūt ſignificare hirundinē, alii ſimiā: quorū opiniones improbat doctus inter Hebræos. Manibꝰ appr. בידים תתפש manibus texit. Vox Hebræa propriè tractare aliquid ſignificat. Manus vocat pedes quibus telā texit aranea.

29 Optimi inceſſus: מיטיבי צעד quæ probè incedunt. Ad verbum, quæ benefaciunt, vel bonificant inceſſum. Quidā dicunt eſſe nomen, non verbum. 31 *Lelaps* præcinctus lumbis, זרזיר מתנים *Animal* præcinctum renibus. זרזיר tantum ſignificat accinctum: Hebræi autem accipiunt pro cane leporario, quem vernaculè (vt ait doctus inter Hebræos) appellamus *Leurier*: quòd in lumbis ſit tenuis, acſi lumbos haberet accinctos, à זריז Chaldæo verbo, quod accinxit ſignificat. Alii pardum vertunt, quòd tenuis & fortis ſit in lumbis. Siue hircus, או־תיש etiam hircus. או coniunctio diſiunctiua vel, nō debet hic verti per &, vt docet inter Hebræos doctus: tametſi quidam etiam Hebræorum ita vertant. In quem nemo inſurgit. : אלקום עמו cui reſiſtere nemo poteſt. אלקום dictio vna ex duabus cōpoſita, אל non, & קום ſurgere, quod nonnulli ſubſtantiuum eſſe dicunt, & intelligunt אשר, hoc ſenſu, Aduerſus quem non eſt reſiſtentia. Alii dicūt eſſe adiectiuum, id eſt conſurgens, Aduerſus quē nō eſt cōſurgēs. Doctus inter Hebræos ſcribit eſſe infinitiuū, vt ſit ad verbū, Et rex non reſiſtere contra illum. i. cui reſiſtere nemo poteſt. 32 Si cecidiſti, &c. אם־נבלת בהתנשא Si ſtultū quid dixeris, efferendo teipſum. Vel, Si veneris ad ſtultitiā cauſa elationis tuæ. i. Siquid imprudēter dixeris, aut egeris præ ſuperbia. Quidam vertunt, Si ſtulte egiſti quum in ſublimi gradu eſſes. Et ſi malū cogitaſti, ואם־זמות aut certè cogitaſti. 33 Quemadmodum כי Ad verbum, Quia, pro Quemadmodum. Quidam vertunt, Quoniam. Alii, Certe. Expreſſor מיץ expreſſio. concuſſio frequēs. vel, emulſio. Quidam per verbum reddunt totum verſum, ſic, Quum quis premit lac, educit butyrum: & qui premit nares, elicit ſanguinem: ſic qui premit iras, producit litem. Sic expreſſor ומיץ Ad verbum, & expreſſio. i. ira & irritatio iræ vehemens excitat contentionem.

IN CAPVT XXXI.

1 Lemuel למואל In hac voce למואל, accidētaria eſt particula מו, & eſt acſi dixiſſet לאל, ſic, Verba אשר לאל, ideſt eius qui eſt Dei: vel, eius cuius eſt Deus. i. qui eſt à parte Dei. q. d. Verba Salomonis qui à Deo conſtitutus fuit Rex. 2 Et quid, &c. ומה־בר־בטני Repetitio iſta maternum affectum exprimit. Fili votorum meorum? : בר־נדרי fili *pro quo feci* vota mea? Alii, Filium votorum exponunt filium gratiſſimum, amantiſſimum, & exoptatiſſimum, pro quo vota mea omnia emitto. Eſt autem ſermo imperfectus, qui etiam vehementiſſimum affectum exprimit. Perficiunt autem quidam ſubaudiendo, Dicā tibi, aut Hoc agis: ſic, Quid hoc agis, fili mi? vel, Quid fili mi dicam tibi? 3 Fortitudinem tuam, חילך opes tuas. Et vias tuas, ודרכיך ſub. ne dederis mulieribus, vt ſcilicet cum illis ambules & verſeris. *Quod ſatis eſt* ad, &c. : למחות מלכין *quæ efficiunt* vt perdantur *etiam* Reges. Quidam vertunt, Et ſtudia tua *ne des* ad delēda *ſtudia* Regū. ן pro ם in מלכין. 4 Non eſt Re. אל למלכים Non decet Reges, &c. Vel, Non cōuenit Regibus. Et princ. &c. : ולרוזנים או שכר Et *non eſt* principum *dicentium* או vbi eſt ſechar? Vel, *ne dederis uinum* principibus *dicentibus*, או vbi eſt ſechar? Alii או pro אין accipiunt, & tunc או eſt defectiuum, vt annotant docti inter Hebræos, & ו ponitur pro י, vt legamus, Et principibus ne *des* ſechar.

5 Bibat ישתה Singul. Heb. pro plur. & fut. pro præſ. Hic tranſitus de numero ad numerum frequēs eſt Hebræis. i. ne vnuſquiſque eorum bibat. Statuti, מחוקק iuris præſcripti. i. eius quod ſtatuitur & ſcribitur. Et mutet, &c. וישנה דין וגו' & peruertat ius omniū filiorum afflictionis. i. omnium afflictorum.

	Date ſiceram mœrentibus,& vinũ his qui amaro ſunt animo:	6		Date ɯſechar pereunti,& vinum″iis qui amaro animo *ſunt*.
	Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.	7		″*vt* bibat, & obliuiſcatur egeſtatis ſuæ, & calamitatis ſuæ nõ recordetur amplius.
	Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt:	8		″Aperi os tuum muto,″ad iudicium omnium filiorũ″tranſitus.
	Aperi os tuum, decerne quod iuſtũ eſt,& iudica inopem & pauperem.	9		Aperi os tuum,″iudica iuſtitiam,″& iudiciũ pauperis & egeni.
B	Mulierem fortem quis inueniet? procul,& de vltimis finibus pretium eius.	10	א	Mulierem″fortem quis inueniet? ″nam procul *eſt* à margaritis pretium eius.
	Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit:	11	ב	Confidit in ea cor viri ſui,″& ſpoliis non indigebit.
	Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ.	12	ג	Reddit ei bonum,& non malum,omnibus diebus vitæ ſuæ.
	Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.	13	ד	Perquirit lanam & linum, & operatur″ſecundum voluntatem manibus ſuis.
	Facta eſt quaſi nauis inſtitoris délonge portans panem ſuum.	14	ה	Eſt velut nauis mercatoris *quæ* ex longinquo adducit panẽ ſuũ.
	Et de nocte ſurrexit,deditque prædam domeſticis ſuis,& cibaria ancillis ſuis.	15	ו	Et ſurgit dum *eſt* adhuc nox, dátque cibũ familiæ ſuæ,″& portionem puellis ſuis.
	Conſiderauit agrum,& emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.	16	ז	″Conſiderat agrum,″& emit eum:″de fructu manuum ſuarum plantat vineam.
	Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum.	17	ח	Accingit″fortitudine lumbos ſuos,& roborat brachia ſua.
	Guſtauit quia bona eſt negotiatio eius,non extinguetur in nocte lucerna eius.	18	ט	″Guſtat quòd bona ſit negotiatio ſua:non extinguitur in nocte lucerna eius.
C	Manum ſuam miſit ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fuſum.	19	י	Manus ſuas admouet ad verticulum, & manus eius tractant fuſum.
	Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.	20	כ	Manum ſuam″extendit ad pauperem, & manus ſuas extendit ad egenum.
	Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.	21	ל	Non timet familiæ ſuæ à niue, quia tota familia eius veſtita eſt″coccino.
	Stragulatam veſtem fecit ſibi,byſſus & purpura indumentum eius.	22	מ	″Tapetia facit ſibi:byſſus & purpura indumentum eius.
	Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ.	23	נ	″Notus in portis vir eius,quum ſedet ipſe cũ Senioribus terræ.
	Sindonem fecit & vendidit,& cingulum tradidit Chananæo.	24	ס	″Linteum facit,″& tradit:& cingulum tradit negotiatori.
D	Fortitudo, & decor indumentum eius,& ridebit in die nouiſſimo.	25	ע	Fortitudo & decor indumentum eius,″& ridebit in die nouiſſimo.
	Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.	26	פ	Os ſuum″aperit ſapienter,& lex clemẽtiæ *verſatur* in lingua eius.
	Conſiderat ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.	27	צ	Speculatur″vias domus ſuæ,& panem″pigritiæ non comedit.
	Surrexerunt filii eius,& beatiſſimã prædicauerũt:vir ei⁹,& laudauit eã.	28	ק	Surgunt filii eius, & beatam dicunt eam: *etiam* vir eius *ſurgit*, & laudat eam.
	Multæ filiæ congregauerunt diuitias:tu ſupergreſſa es vniuerſas.	29	ר	Multæ filiæ″parauerũt *ſibi* diuitias,tu autem″ſuperas vniuerſas.

6 Iis qui amaro,&c. למרי נפש : Ad verbum, amaris anima.in ablat.i. amaris corde. hoc eſt triſtibus. Nam amarum pro triſti,ab Hebræis vſurpatur. 7 *Vt* bibat,& obl. ישתה וישכח Bibet,& obliuiſcetur.Singularia Heb.pro plur. Verti poteſt,Bibãt,& obliuiſcãtur.

8 Aperi os tuum muto, פתח־פיך לאלם Hebraiſmus,Patrocinare ſilenti in cauſa ſua. Ad iudicium אל־דין in cauſa. Tranſitus. חלוף : tranſeuntis.ſub.ſeculi. Alii,interitus,ſiue mortis. Alii,mundi. 9 Iudica iuſtitiam, שפט־צדק Hebraiſmus,pro Iudica iuſtẽ.ſubſtantiuũ pro aduerbio. Et iudicium,&c. ודין עני ואביון : & *defende* cauſam pauperis & egeni. Alii,& iudica pauperem & egenum. דין enim poteſt eſſe nomen & imperatiuum. Alii,ſeruato ius pauperis & egeni. 10 Fortem חיל Ad verbum,virtutis. חיל ſignificat robur,opes,& virtutem. Gallicè, *Vne vaillante femme*. Nam procul ורחוק nam longinquum. ו pro nam.i. Longè diſtat à pretio gemmarum: ſiue, ſuperat omnes gemmas dignitate & pretio. Alii vertunt, Poſſeſſio[vel emptio] eius longè ſuperabit gemmas. Alii totum verſum ſic conuertunt, Fœminam virtute præditam quiſquis nactus fuerit,mercem habet gemmis procul petitis pretioſiorem.

11 Et ſpoliis ושלל Ad verbũ,& ſpolio.Singul.pro plur.i.re domeſtica.hic שלל pro re familiari & domeſtica accipitur,quòd ea deprædationibus hoſtium pateat in bello. 13 Secundum voluntatem, בחפץ in beneplacito. Alii,cum voluptate.i.laborat vltroneis manibus. Gallicè dicimus, *Elle prend plaiſir a beſongner.* 15 Et portionem וחוק Ad verbum,& conſtitutum.vel,definitum.ſub.cibum.

16 Conſiderat agrum, זממה שדה Ad verbum, Cogitauit agrum. ſub.emere ex labore manuum ſuarum. Et emit eum, ותקחהו Ad verbum,& accepit eum. emendo ſcilicet. Accipere pro emere. De fructu מפרי .i.labore. Quidam vertunt, Ex fructu *quem acquirit* manibus ſuis. 17 Fortitudine, בעוז Ad verbum,in virtute.i. exacte, diligenter & accurate ſe præparat ad opus. Vel, agit omnia ſtrenue,& virili animo,aſſiduáque eſt in negotiis domi & foris agendis. 18 Guſtat טעמה Præt.Heb.pro præſ.i.percipit opus ſuum eſſe frugiferum. Quidam,aduertit quàm bona ſit,&c. 20 Extendit פרשה Præt.Heb.pro præſ.i.largitur facultates ſuas pauperibus. 21 Coccino. שנים : Pro veſtibus coccineis poſuit coccinum,hoc eſt pretioſis:quanto magis ergo aliis veſtibus quibus frigus arceatur? Argumentũ à maiori ad minus. Quidam vertunt, duplicibus. 22 Tapetia מרבדים Operimenta lecti. Alii, Torquem auream. 23 Notus נודע Cõſpicuus.Celebris. 24 Linteum סדין Sindonẽ. Alii, Telam. Doctus inter Hebræos dicit ſignificare operimentũ nocturnum hærẽs carni, factum ex lino:quoddã item quo in die operit ſe homo, vt legis Iudicũ cap.14.c.12.

Et tradit ותמכור ſub.liberis ſuis. Alii,vẽdit.ſub.negotiatoribus. 25 Et ride.&c. ותשחק ליום אחרון & gaudebit in die nouiſſimo. vel,in poſterum. Alii,& ſubſannabit diem nouiſſimũ.quia ſcilicet(inquiunt Hebræi)neque famem futuram,neque ægritudinẽ,nec dãna, nec mortẽ timet. 26 Aperit ſapiẽ. פתחה בחכמה Ad verbũ,aperuit in ſapiẽtia. Præt.pro præſ. Hebraiſmus,pro Sapiẽter loquitur.

27 Vias הליכות itinera.i.ſtatum. Pigritiæ עצלות ignauiæ.i.cum ignauia & pigritia.q.d.non viuit ſine labore.

29 Parauerunt עשו Ad verbum,fecerunt. Superas vniuerſas. עלית על־כולנה : Ad verbum,aſcendiſti ſuper omnes eas.

ש 'Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier cui eſt timor Iehouæ, ipſa laudabitur. 30

ת 'Date illi de fructu manuum ſuarum, & laudent eam"in portis facta eius. 31

30 Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur.

31 Date ei de fructu manuum ſuarũ, & laudent eam in portis opera eius.

30 Fallax gratia, שקר החן Ad verbum, Mendacium gratiæ.i.fallax eſt venuſtas. 31 Date ei de,&c. תנו־לה וגו' Hebraiſmus, pro Laudate illam propter laborem manuum ſuarum. Fructus pro labore ſumitur, quòd fructus manũ ſit labor. In portis בשערים portas pro locis publicis vſurpant Hebræi.

Eccleſiaſtes, Hebraicè קהלת

Librum iſtum L X X interpretes inſcripſerunt, Εκκλησιαςὴς, id eſt Concionator, qui verba facit ad populum. Hebræi קהלת Concionatrix, ſub. anima. de quo mox primo verſu.

NOVA EX HEBRAEO TRANSLATIO.

Cap. I.

Omnia vanitas.

'Verba "Eccleſiaſtæ filii Dauid regis in Ieruשׁſaláim. 1

"Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, omnia vanitas. 2

'Quid vtilitatis *eſt* homini de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? 3

"Generatio *una* labitur, & *altera* generatio aduenit: terra autem"in ſeculum ſtat. 4

Et oritur ſol, & óccidit ſol, & ad locũ ſuũ"regreditur vbi oritur. 5

'Vadit ad Meridiem, "& circuit ad Aquilonem: "ſubinde circuneundo"pergit ventus, "& ad circuitus ſuos reuertitur ventus. 6

"Omnia flumina pergunt ad mare, & mare non impletur: ad locum"vnde pergunt flumina, illuc reuertuntur vt *rurſus* redeant. 7

Cunctæ res"laborioſæ, nec poteſt vir eloqui: non ſatiatur oculus videndo, nec expletur auris audiendo. 8

"Quid *eſt* quod fuit? idipſum quod erit: "& quid *eſt* quod factum eſt? idipſum quod fiet: & non eſt quippiam nouum ſub ſole. 9

Eſt quippiam de quo dici poſſit, Vide iſtud, nouũ eſt? iam fuit in ſeculis"quæ fuerunt ante nos. 10

Non eſt memoria"priorum: & etiam'poſteriorum quæ erunt, non erit de illis memoria"apud *eos* qui erunt"poſtea. 11

Ego"Eccleſiaſtes fui Rex ſuper Iשׁraאel in Ieruשׁſaláim. 12

Inueſtigatio rerum vana.

Et dedi cor meũ ad diſquirendũ & inueſtigãdum"cũ ſapientia, 13

VETVS.

Cap. I.

Verba Eccleſiaſtæ filii Dauid Regis Ieruſalẽ. 1

Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, omnia vanitas. 2

Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? 3

Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternũ ſtat. 4

B

Oritur ſol, & óccidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, 5

Gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. 6

Eccli 40.b.11

Oĩa flumina intrãt in mare, & mare nõ redũdat: ad locũ vnde exeũt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. 7

Cunctæ res difficiles: nõ poteſt eas homo explicare ſermone: nõ ſaturatᷓ oculus viſu, nec auris auditu ĩpletur. 8

Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt: quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. 9

C

Nihil ſub ſole nouũ, nec valet quiſquã dicere, Ecce hoc, recẽs eſt. iã eñ ꝑceſſit ĩ ſeculis quæ fuerũt ante nos. 10

Non eſt priorum memoria: ſed nec eorum quidẽ quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo. 11

Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Ieruſalem. 12

Et propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de om- 13

IN CAPVT I.

1 Verba דברי Subaudi אלה, vt ſit, Iſta ſunt verba. Eccleſiaſtæ קוהלת Ad verbũ, concionatricis. ſub. animæ. קוהלת enim fœmineũ eſt nomen participiale. ſic autem ab Hebræis expletur oratio, Verba איש בעל נפש viri præditi anima congregatrice. nam איש & נפש ſæpe intelliguntur, vt Daniel.9.f.23, Quòd חמודות אתה deſideriorum tu. ſub. vir. Capite verò ſequenti, verſu 11 & 19 legitur plena oratio, איש חמודות vir deſideriorum. Item 2.Sam.13.f.39, ותכל דוד & deſiderauit Dauid. ſub. anima: quia verbum fœmineum eſt, quod ad Dauid referri non poteſt, ſed ad eius animam. 2 Vanitas vanitatum הבל הבלים Hebraiſmus, pro Vaniſſima vanitas. hoc eſt ſumma vanitas. ſub. occupat res humanas. Chaldæus paraph. Summa vanitas eſt mundus iſte. 3 Quid vtilitatis *eſt* homini מה־יתרון לאדם Quid amplius eſt homini, &c. Vel, Quid reſidui habet homo. Alii, Quid commodi contingit homini, &c. Alii, quæ excellentia eſt homini.

4 Generatio דור AEtas. i. homines nati eodem tempore, labuntur, non durant ad longum tempus: terra autem in longum tempus permanſura eſt. In ſeculum ſtat. לעולם עומדת׃ in æternum permanet. ſiue permanſura eſt. לעולם hic pro in longum tempus poſitum: vt Exod.21.a.6, Seruus erit ei in ſeculum. i. vſque ad annum iubilei, vt Hebræi exponunt. Nam cælum & terra tranſibunt, Matth.24, c.35, & Pſal.102.d.27. 5 Regreditur שואף anhelus regreditur. aſpirat. q.d. cum deſiderio regreditur. 6 Vadit הולך Sub. ab ortu. Demigrat. Et circ. וסובב & circuneũdo trãſit. Alii, & deflectit. Alii, redit. Subinde circun. סובב סובב Ad verbũ, Circuiẽs circuiens. i. à diuerſis mũdi plagis venti ſurgẽtes meant. Pergit הולך. i. mutat locũ. Et ad circuitus ſ. ועל־סביבותיו. i. ad ea loca ad quæ circuneundo accedere ſolet, vt iterũ flet. 7 Omnia flu. כל־הנחלים Omnes torrẽtes. Vnde pergunt, &c. שהנחלים וגו' ad quẽ torrentes ipſi defluunt, illuc reuertuntur eundo. Nã à mari ſol educit vapores, qui in media regione aeris in pluuiam reſoluuntur. Alii, Ad locum *maris* pergunt flumina vt iterũ redeant, & fluãt. 8 Laborioſæ, יגעים difficiles. 9 Quid *eſt* quod fuit? מה־ שהיה Id quod fuit, eſt, &c. מה quia ſequitur ש, ſignificat id. Et quid *eſt* quod factum eſt? ipſum ומה־שנעשה וגו' & id quod factũ eſt, *eſt* idipſum, &c. 10 Quæ fuerunt ante nos. אשר היה מלפנינו׃ quæ nos præceſſerunt. Quidam ſcribunt אשר poni pro אשר כל אחת, & vertunt, vnumquodque fuit ante nos. i. ante noſtram ætatem. 11 Priorum, לראשונים Ad verbum, prioribus. i. retroactis temporibus non eſt memoria priorum. Poſteriorum לאחרונים Ad verbũ, poſterioribus. pro, poſteriorum. Apud eos עם Quidam vertunt, cum illis. ſed עם hoc loco ſignificat apud. Poſtea לאחרונה׃ Ad verbum, in vltimo. vel nouiſſimo. i. in extremis temporibus. 12 Eccleſiaſtes קוהלת Vide ſuprà verſu 1.

13 Cum ſapientia בחכמה in ſapientia. i. ſapienter. Alii, ſapientiam.

nibus quæ fiunt ſub ſole: (hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.)

14 Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus.

D 15 Peruerſū difficile corrigūtur, & ſtultorum infinitus eſt numerus.

16 Loquutus ſum in corde meo, dicēs, Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Ieruſalē, & mens mea cōtemplata eſt multa ſapienter, & didici.

17 Dedique cor meū vt ſcirē prudentiam atque doctrinam, erroréſque & ſtultitiā: & agnoui quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus:

18 Eo quòd in multa ſapientia, multa ſit indignatio: & qui addit ſciētiā, addit & dolorem. Cap. II.

1 Dixi ego in corde meo, Vadam, & affluā deliciis, & fruar bonis. & vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas.

2 Riſum reputaui errorē: & gaudio dixi, Quid fruſtra deciperis?

3 Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnē meam, vt animum meū transferrem ad ſapientiam, deuitaréмque ſtultitiā, donec viderē quid eſſet vtile filiis hominum, quod facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ.

4 Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas.

5 Feci hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus.

6 Et extruxi mihi piſcinas aquarū, vt irrigarem ſyluam lignorum germinantium.

B 7 Poſſedi ſeruos & ancillas, multámque familiam habui: armēta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalē.

8 Coaceruaui mihi argentū & aurū, & ſubſtantias Regum & prouincia-

″omne quod fit ſub cælo: (hāc″occupationem malam dedit Deus filiis hominum, vt occupent ſe in ea.)

Vidi omnia opera quæ fiunt ſub ipſo ſole, & ecce vniuerſa ſunt vanitas, ″& afflictio ſpiritus.

″Peruerſum nō poteſt dirigi, & defectus non poteſt numerari.

″Loquebar ego cum corde meo, dicendo, ″Ecce ego″magnus factus ſum, ″& addidi ſapientiam ſupra omnes qui fuerunt ante me in Ieruשׁſaláim, ″& cor meum vidit multitudinem ſapientiæ & ſcientiæ.

″Et dedi cor meum vt cognoſcerem ſapiētiam″& ſcientiam, & inſanias & ſtultitiā. agnoui quòd hoc etiā eſſet″afflictio ſpiritus:

Quia″in multitudine ſapientiæ multa″ira: ″& qui addit ſcientiā, addit dolorem. Cap. II.

D″Ixi ego in corde meo, ″Veni nunc, ″probabo *te* in lætitia, ″& vide bonum. & ecce etiam hoc vanitas.

In affluentia deliciarū vanitas.

″De riſu dixi, ″Inſanis: & de lætitia, ″Quid hoc facit?

″Inueſtigaui in corde meo″vt abſtraherem à vino carnem meā, & cor meum ″inducerem in ſapientiam, & retinerem ″à ſtultitia: donec viderem ″quodnā eſſet bonum filiorum hominum qui operantur ſub cælo, numero dierum vitæ ſuæ.

″Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas.

Aedificia & diuitias vana eſſe.

Feci mihi hortos, ″& paradiſos, & plantaui in eis arbores omniū fructuum.

Feci mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ex illis ſyluam germinantem arbores.

″Acquiſiui ſeruos & ancillas, ″& filii domus fuerūt mihi: etiam poſſeſſio boum & pecorū multa fuit mihi præ omnibus qui fuerunt ante me in Ieruשׁſaláim.

Coaceruaui mihi etiam argentum & aurū, ″& theſaurū deſide-

Omne על כל de omni. Occupationem ענין curā. ſolicitudinem. negotium. laborem. Quidam, afflictionem malam, vt affligant ſe in ea. 14 Et afflictio ורעות & cogitatio. Alii, & contritio. Alii, abſumptio. 15 Peruerſum non poteſt dirigi: מעוות לא־ יוכל לתקון Tortuoſum non poteſt rectum fieri. Vel, Quod incuruatū eſt, non poteſt rectificari. 16 Loquebar דברתי Ad verbum, Dixi, &c. Hebraiſmus, pro Conſtitui apud me. Ecce ego אני הנה Ad verbum, Ego ecce. Magnus factus ſum, הגדלתי Ad verbum, magnificaui: vel magnificare feci. i. magna feci, vt quidam vertunt. Alii, Res magnas perfeci. Alii, Strenue me geſſi. Et addidi ſapientiam, &c. והוספתי חכמה וגו׳ Hebraiſmus, pro auxi ſapientiam, ſiue comparaui mihi ſapientiam vltra, &c. Et cor meum vidit, &c. ולבי ראה וגו׳ Hebraiſmus, pro, Et animus meus eſt contemplatus multam ſapientiam & ſcientiam.
17 Et dedi cor meum ואתנה לבי Hebraiſmus, pro, Et adieci animum meum. ſiue appuli. Et ſcientiam, & inſanias ודעת הוללות & cognitionem inſaniarum. vel, & peritiam veſaniæ. Afflictio רעיון cogitatio. defatigatio, vt ſuprà verſu 14. 18 In multitudine ſapientiæ ברוב חכמה in magno ſapientia. ablatiuus. i. in homine habente magnam ſapientiam, magna ira eſt. Chaldæus paraph. Quia vir qui multiplicat ſapientiam, quum peccauerit, & non reſipuerit, multiplicat iram coram Domino. Ira, כעס indignatio. irritatio. q.d. eſt multus labor, vnde ſolemus prouocari ad iram. Et qui addit, &c. ויוסיף וגו׳ & qui auget[vel multiplicat]ſcientiam, ſimul auget quod eum cruciet. vel moleſtet. q.d. qui conatur admodum ſapiens fieri, id non conſequitur ſine graui labore & moleſtia animi.

IN CAPVT II.

1 Dixi ego in corde meo, אמרתי אני בלבי Suprà cap. 1. b. 16, ait, Dixi ego cum corde meo. Pro quibus quidam vertunt, Porrò apud meipſum cogitaui. Veni nunc לכה־נא Latinè verti poteſt, Age quæſo: vt ſit velut hortantis aduerbium. Probabo te אנסכה Sumit alterius hominis perſonā ſæpius in hoc libro, vt hic: nam cor ſuum alloquitur, Periculū de te (inquit) faciā. A verbo נסה quod tentare, ſiue probare ſignificat, vt ait doctus inter Hebræos. Alius deducit à נסך miſcere vinū in cōuiuio: acſi dicat, Miſcebo *me* in lætitia, vel, effundam *me*. Et vide bonū: וראה בטוב Hebraiſmus, pro fruere bonis, genio indulge, viue opipare & fœliciter in hac terra. Videtur quibuſdam imperatiuū ſumi pro ſecūda perſona futuri, & ita vertūt, Et videbo bona. i. fruar deliciis. Poteſt autē infinitiui & imperatiui modi eſſe: id quod fit in verbis vltimā literā habētibꝰ ה. & infinitiuus pro omni tēpore & modo ſumitur. Chald. paraph. per futurū vertit.
2 De riſu לשחוק riſui. vel potius, Propter riſum. hoc loco ל pro בעבור id eſt propter, ſiue de, ponitur, vt & Gene. 20. c. 13. & Exo. 14. a. 3. Inſanis: מהולל Ad verbū, Inſaniens. i. Inſanire facis. vel In inſaniam verſus eſt. q.d. videntur mihi inſanire qui ſeſe riſui dedūt. Quidā vertunt totū verſum, Riſui aſſuetum, vocaui amentē. & de lætitia *dixi*, Quid iſtuc agis? Alii, Nam ridere, ſtatuo eſſe hominis væſani: & lætitiā *dixi* neſcio quid parere. Quid hoc facit? : מה־זה עושה Ad verbū, Quid hoc faciēs? i. quid hoc facit, aut prodeſt, quid boni affert?
3 Inueſtigaui תרתי Exploraui. Scrutatus ſum. Quidam, Conſtitui apud me. Vt abſtraherem à vino למשוך ביין vt attraherem in vinum. i. qua ratione corpus meum daret operam voluptati. Nomine vini, omnes voluptates ſignificat. Inducerem in ſapientiam, נוהג בחכמה ſeſe ingereret ſapientiæ. Alii, incederet in ſapientia. i. ſeſe regeret. A ſtultitia בסכלות ſtultitiam. q.d. nec interim alienum eſſet à ſtultitia. Quodnā eſſet bonum, &c. איזה טוב וגו׳ quodnam ſit bonum filiis hominū *ex his* quæ facere ſolent, &c. Subintelligitur מהם ex his. 4 Magnificaui הגדלתי Hebraiſmus, pro Magnifica opera extruxi. vel vt alii vertunt, Perfeci magnifica opera. 5 Et paradiſos ופרדסים & pomaria. Significat hortos domeſticis arboribus conſitos. Obſerua, paradiſum vocē eſſe Hebraicā, Græcè παράδεισος. 7 Acquiſiui קניתי Poſſedi. Cōparaui. Et filii domus ובני־בית. i. familia fuit mihi. Alii interpretantur, & vernæ. i. vernaculi qui naſcuntur domi noſtræ ex mancipiis. 8 Et theſaurum וסגולת & præcipuas opes & diuitias. Alii, peculiare. Hebræi dicunt ſignificare rem deſideratam & reſeruatam, qua ſeſe iactare ſolent homines: vt ſunt lapides pretioſi, & huiuſmodi.

rabilem Regũ & prouinciarum: cõparaui mihi cantores & cantatrices,& delicias filiorum hominum,″electas mulieres ex præda.

9 ″Et magnificatus ſum,″& auctus ſum præ omnibus qui fuerũt ante me in Ieruwſaláim:inſuper ſapientia mea″perſtitit apud me.

10 Et omnia quæ expetiuerunt oculi mei, ″non prohibui eis: nec ′prohibui cor meũ ab omni lætitia: cor enim meum lætatum eſt de omni labore meo:& hoc fuit″pars mea de omni labore meo.

11 Et reſpexi ego ad omnia opera mea quæ fecerant manus meæ, & ad laborem quo laboraui″ad operandum,& ecce vniuerſa vanitas,″& afflictio ſpiritus,nulláque præcipua vtilitas ſub ſole.

Alia vanitas, ſapientis & ſtulti vnum eſſe euentum.

12 ″Et reſpexi ego vt viderẽ ſapiẽtiam,& inſanias & ſtultitiã,(quid enim eſt homo vt veniat poſt Regẽ, ″*ut cognoſcat* quæ iã fecerũt *alij?*)

13 Et vidi ego″quòd vtilior eſt ſapientia quàm ſtultitia, ſicut″vtilior eſt lux quàm tenebræ.

14 ″Sapientis oculi *ſunt* in capite eius: ſtultus autẽ in tenebris ambulat:& cognoui ego etiã quòd euẽtus idẽ eueniat″omnibꝰ ipſis.

15 ″Propterea dixi ego in corde meo,*ſi*″vt euenit ſtulto, etiam eueniet mihi:vtquid ego operam dedi vt ſapiens eſſem tunc ′magis? ″itaque loquutus ſum in corde meo,quòd etiam hoc eſt vanitas.

16 ″Non enim *erit* memoria ſapientis cum ſtulto in ſeculum:″quũ iam dies qui vẽturi ſunt, omnes obliuioni tradendi ſint: ′& quomodo moritur ſapiens,ſic & ſtultus.

17 Itaque odi vitam ipſam,quia″diſplicuit mihi opus quod fiebat ſub ſole:omnia enim vanitas″& afflictio ſpiritus.

18 Odi quoque ego omnem laborem meum quo ego laboro ſub ſole:quia relinquam illum homini qui erit poſt me:

19 Et quis ſcit an ſapiens futurus ſit, vel ſtultus? dominabitur tamen ′omni labori meo quo laboraui,″& quo ſapiens fui ſub ſole. etiam hoc vanitas eſt.

20 ″Et ego verti me″vt auocarem cor meum ab omni labore quo laboraui,″& quo ſapiens fui ſub ſole.

rum: feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, ſcyphos & vrceos in miniſterio ad vina fundenda.

Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ieruſalẽ: ſapiẽtia quoque perſeuerauit mecũ.

Et omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueretur,& oblectaret ſe in his quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partẽ meam,ſi vteret labore meo.

Quũq; me cõuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerãt manus meæ,& ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatẽ & afflictionẽ animi,& nihil pmanere ſub ſole.

C

Trãſiui ad contẽplandã ſapientiã, erroréſq; & ſtultitiã(qd eſt,inquã,homo vt ſequi poſſit Regẽ factorẽ ſuũ?)

Et vidi quòd tantũ præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris.

Prou.17.d.24 infrà 8.a.1

Sapientis oculi in capite eius:ſtultus in tenebris ãbulat:& didici quòd vnus vtriuſque eſſet interitus.

Et dixi in corde meo,Si vnꝰ & ſtulti & meus occaſus erit: quid mihi pdeſt quòd maiorẽ ſapientiæ dedi operã? loquutúſque cũ mẽte mea,animaduerti quòd hoc quoq; eſſet vanitas.

Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuum,& futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus ſimiliter vt indoctus.

Et idcirco tæduit me vitæ meæ vidẽtem mala vniuerſa eſſe ſub ſole,& cũcta vanitatẽ & afflictionẽ ſpiritus.

D

Rurſus deteſtatus ſum omnẽ induſtriã meã, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui,habiturus hæredẽ poſt me,

Quem ignoro vtrũ ſapiens an ſtultus futurus ſit:& dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui & ſolicitus fui. & eſt quicquam tam vanum?

Vnde ceſſaui, renuntiauitque cor meum vltrà laborare ſub ſole.

′proh.cor m. מנעתי את־לבי reuocaui cor meũ. vel abſtraxi. cohibui.

Electas mulieres ex præda. ׃ שידה ושדות Ad verbum, captiuã & captiuas.i. vnam & plures ex mulieribus formoſiſſimis bello captis. Mentionem facit de captiuis mulieribus,hoc eſt bello captis.nam vrbe aliqua capta,ſeligebant ſibi principes pulcherrimas mulieres.Iudic.5.d.30.Per metaphorã igitur nomine captiuarũ,intelligit pulcherrimas mulieres.Alii interpretãtur honorabiles mulieres,id eſt honore dignas. Alii dicũt(referentibus Hebræis) nomina fuiſſe inſtrumentorũ muſicorũ ad pſallendũ aptorũ,vertẽtes,ſymphonias,& muſicũ concentum. 9 Et magnificatus ſum, וגדלתי Et magnus euaſi.Vel,Et creui. Et auctus ſum, והוספתי & auxi meipſum.id eſt meam dignitatem. Alii,adieci.ſub.magnificentiam. Perſtitit apud me. ׃ עמדה לי Ad verbum, ſtetit mihi. pro mecum.i.nec interim diſceſſi à ſapientia. 10 Non prohibui eis: לא אצלתי מהם non ſubduxi ab eis.vel,ſubtraxi. Pars mea חלקי portio[vel ſors]mea. 11 Ad operan. לעשות ad faciendum.vel,parandum.ſub.mihi opes & diuitias. Et afflictio ורעות & fatigatio.contritio.moleſtia.abſumptio.cogitatio.vt ſuprà cap.1.c.14. 12 Et reſpexi ego, &c. ופניתי אני לראות חכמה Rurſum conuerti me ego vt experirer[vel perſpicerẽ]ſapientiã. *Vt cognoſcat* quæ, &c. ׃ את־אשר־כבר עשוהו Ad verbũ,quod iam fecerũt? ſub.facientes.i.quod geſtũ eſt ab hominibus & ſtultè & ſapienter. q.d. quis eſt ille homo priuatus qui exactius perſpicere & cognoſcere poſſit quæ geſta ſunt, quàm ego cognoſco qui ſum Rex? 13 Quòd vtilior eſt שיש יתרון quòd præſtantior eſt.aut excellentior. Ad verbum,quòd eſt dignitas[vel excellentia] ſapientiæ ſupra ſtultitiã,vt eſt excellẽtia luminis ſupra tenebras. 14 Sapientis oculi ſunt,&c. עיניו בראשו החכם Ad verbum,Sapiens, oculi eius in capite eius. Redundat alterum relatiuum.i.Sapiens habet oculos in capite, hoc eſt in frõte.q.d. Circũſpectus eſt ſapiens, diligenter videt quid agendum ſit. Quum aliquem ſtultitiæ corripimus,dicimus, Vbinam habes oculos? Ita per oppoſitum ſenſum, Habere oculos in capite,eſt eſſe ſapientem. Omnibus ipſis. ׃ את־כולם .i.ſapientibus & inſipientibus.

15 Propterea dixi ואמרתי Ad verbum,Et dixi. Vt euenit ſtulto , etiam eueniet mihi: כמקרה הכסיל גם־אני יקרני Ad verbum, ſecundum euentum ſtulti,etiam ego eueniet mihi.Duo pronomina quorũ alterũ redũdat:& verbum cũ pronomine affixo pro ſeparato. Magis, יותר impẽſius? Alii,excellẽtius? Itaque loq.ſũ in corde m. ודברתי בלבי dixi itaque in animo meo,&c.i.cogitaui apud me. 16 Nõ enim *erit* mem.&c. כי אין זכרון וגו' Hebraiſmus, pro Neque ſapientis, neque ſtulti vltrà erit memoria in æternum. Quũ iam dies, &c. בשכבר הימים וגו' Ad verbum , in *eo tempore* quod iam *fuit* diebus venientibus, &c. quod quidam vertunt , neque tempore præterito,neque diebus venturis:[.i.tempore futuro:]omnia obliuioni tradentur. Alii vertunt,Et eius quod nunc extat, temporibus futuris omnino obliuiſcentur *homines*. Alii,Ob id quòd iam dies ſuperueniunt quando totum obliuioni dabitur. Et quomodo,&c. ואיך ימות וגו' ſed quo pacto mori ſolet ſapiens cum ſtulto? Alii, Quomodo igitur morietur ſapiens ſicut ſtultus?

17 Diſplicuit mihi רע עלי Ad verbum,malum eſſet ſuper me. Et afflictio ſpiritus. ׃ ורעות רוח Vide ſuprà verſu 11.

19 Omni labori, &c. בכל עמלי וגו' Hebraiſmus,pro,in õnibus opibus meis quas labore meo acquiſiui,& ſapientia paraui ſub ſole.id eſt toto tempore vitæ meæ. Sic verſu ſequenti. 20 Et ego verti me וסבותי אני Et ego conuerſus ſum. vt ſolent qui faciem ſuam verterunt ad viam aliam, poſtea ad primam conuertunt ſe. Vt auocarem,&c. ליאש את־לבי Ad verbum,vt deſperare facerem.aut,vt execrarer *inſtitutum* cordis mei. Alii, vt auocarem[ſiue retraherem]animum meum ab,&c. Alii, vt efficerem vt tæderet animum meum omnis laboris,&c.i.vt animus meus negligeret omnem laborem meum,hoc eſt opes labore meo partas. Et quo ſapiens fui ושחכמתי & quem ſapienter obiui. Vel,& quo ſapienter negotia mea adminiſtraui.

Nam quũ alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimittit. & hoc ergo vanitas & magnum malum.	21	Quia eſt homo cuius labor fit in ſapientia & in ſcientia, atque in *animi* rectitudine: homini tamē qui non laborauit in eo, ′dabit partem ſuam. etiam hoc eſt vanitas, & malum magnum.
Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt?	22	Quid enim contingit homini pro vniuerſo labore ſuo, ′& afflictione cordis ſui, quo ipſe laborauit ſub ſole?
Cuncti dies eius doloribus & ærūnis pleni ſūt, nec per noctē mēte requieſcit. & hoc nónne vanitas eſt?	23	Quia omnes dies eiꝰ *ſunt* dolores: ″& indignatio, occupatio eius: etiam noctu non quieſcit cor eius. etiam hoc vanitas eſt.
Nónne melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt.	24	′Non eſt *igitur* bonum in homine, *niſi* quòd edat & bibat, ′& oſtendat animæ ſuæ bonum de labore ſuo. etiā hoc vidi ego quòd de manu ipſius Dei eſt.
Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego?	25	Quis enim comedat, & quis′curet *affluere deliciis* potiꝰ quàm ego?
Homini bono in cōſpectu ſuo dedit Deus ſapientiā, & ſcientiam, & lætitiam: peccatori autē dedit afflictionem & curam ſuperfluā, vt addat & cōgreget, & tradat ei q placuit Deo. ſed & hoc vanitas eſt & caſſa ſolicitudo mentis. Cap. III.	26	Quia homini qui eſt bonus′coram eo, dat ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam: peccatori autem dat′occupationem vt congreget & coaceruet, vt det′bono coram Deo. Etiam hoc eſt vanitas, ″& afflictio ſpiritus. Cap. III.
Omnia tempus habēt, & ſuis ſpatiis trāſeunt vniuerſa ſub cælo.	1	Omni rei *eſt* tempus determinatum, & tempus *eſt* omni″voluntati ſub cælo.
Tempus naſcendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt.	2	Tempus naſcendi, & tempus moriendi: tēpus plantandi, & tempus euellendi plantatum.
Tempus occidendi, & tempus ſanandi: tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.	3	Tempus occidendi, & tempus curandi: tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.
Tempus flendi, & tempus ridēdi: tēpus plangendi, & tempus ſaltandi.	4	Tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus ſaltandi.
Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi: tempus amplexandi, & tempus lōgè fieri ab amplexibus.	5	Tempus″diſpergendi lapides, & tempus colligēdi lapides: tempus amplexandi, & tempus recedendi ab amplectendo.
B Tempus acquirendi, & tēpus perdēdi: tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi.	6	Tempus quærendi, & tempus perdendi: tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi.
Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi.	7	Tempus″ſcindendi, & tempus conſuendi: tēpus tacendi, & tempus loquendi.
Tempus dilectionis, & tempus odii: tempus belli, & tempus pacis.	8	Tempus amandi, & tempus odio habendi: tempus belli, & tempus pacis.
Quid habet amplius homo de labore ſuo?	9	′Quid vtilitatis facienti ex eo circa quod ipſe laborat?
Vidi afflictionem quā dedit Deus filiis hominum, vt diſtendātur in ea.	10	Vidi *enim* occupationem quam tradidit Deus filiis hominum, vt occupent ſe in ea.
Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorū, vt nō inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem.	11	′Omnia fecit pulchra in tempore ſuo: quinetiam′ipſum mundum poſuit in corde eorū, ′vt non inueniret homo opus quod facit Deus″à principio vſque ad finem.

Deus omnibus rebus præſtituit tempus ſuum.

21 Dabit partē ſ. יתננו חלקו daturus eſt illū *laborē ut ſit* portio eius. 22 Et afflict. וברעין & fatigatione. cōtritione. cogitatione. 23 Et indignatio, occupatio eius: וכעס ענינו .i. nuſquam nō inuenit ob quod iure indignetur. 24 Non eſt *igitur* bonum, &c. אין־טוב וגו׳ Quidam Hebræorum ſubaudito ה, legunt per interrogationem, Annon bonū eſt in homine. i. in negotio hominis, quòd, &c. Alii legunt vt verſum eſt, ſubaudientes רק niſi, & idem ſubintelligit Chaldæus paraph. ſimiliſque loquendi modus ſæpe reperitur in Sacris literis vbi רק ſubauditur. Vide infrà cap. 4. c. 17. Et oſtendat, &c. והראה וגו׳ Ad verbum, & videre faciat animam ſuam bonum. Hebraiſmus eſt, oſtēdere animæ ſuæ bonum, pro, genio indulgere ad neceſſitatē: vel, non fraudare genium, in bonam partē accipiendo. 25 Curet יחוש curare debeat. ſub. affluere deliciis. vel, fruitionem illarum opum. Quidam vertunt, Quis ſenſibus oblectabitur plus quàm ego fecerim? Alii, properare debeat [ſub. ad fruitionem talium opum] præterquam ego? qui ſcilicet paraui illas labore meo. q. d. nemo. Vel, vt quidam Hebræorum exponunt, Quis poterit commodius feſtinare vt ſua expleat deſideria, quàm ego qui tantam habeo auri & argenti copiam? 26 Coram eo, לפניו Relatiuum ſine antecedente, refert Deum: in cuius conſpectu bonū eſſe, ſignificat vere bonū eſſe, & Deo iudice, non ficte. Occupationem ענין afflictionem. Bono לטוב ſub. homini. i. in vſus illius quem Deus accipere volet ea quæ ipſe malus congregarit. Et afflictio ורעות Vide ſuprà verſu 11.

IN CAPVT III.

1 Voluntati חפץ inſtituto. propoſito. i. omnia hominum inſtituta ſuum tempus habent. 5 Diſpergendi להשליך proiiciendi. diſiiciendi. ſub. collectos ſimul lapides. hoc intelligit de muro ædificando, aut lapideo ædificio. 7 Scindendi לקרוע lacerandi. 9 Quid vtil. facienti מה־יתרון העושה Quid præcipui cōmodi *contingit uiro* facienti. i. operanti. Alii, Quam abundantiam habet agens. Alii, Quid *igitur* agenti ſupereſt *obſeruandum* in eo, &c. 11 Omnia את־הכל עשה Subaudiendum aliquid, *Et cognoui quòd* omnia facere ſolet, &c. q. d. omnia Dei opera pulchro ordine conſtructa ſunt, in tempore ſuo facta. Ipſum mundum poſuit, &c. את־העולם נתן בלבם Hoc eſt, cupiditatem ac deſiderium cognoſcendi res huius mundi, indidit menti hominum. Quidam Hebræorū dicunt העולם ſignificare tempus, & non mundum: aut potius perpetuum, ſiue perpetuitatem. Vt non inueniret homo מבלי אשר לא־ימצא האדם præterquam quòd non inuenit homo. Vel, tametſi non intelligunt homines. nam qui inuenit, intelligit. Et ſingulare Homo, poſitum pro plurali. Quidam vertunt, Vt non ſit homo qui requirat, &c. Alii, Ne non inueniret homo opus, &c. A principio vſque ad finem. מראש ועד־סוף׃ Ad verbum, à capite & vſque ad finem. i. perfecte.

12 Noui quòd″nihil eſt melius″in eis quàm lætari,″& facere bonũ in vita ſua.

13 ″Et etiam quòd omnis homo comedat & bibat,″& videat bonũ de omni labore ſuo: donum Dei eſt.

14 Noui quòd quicquid facit Deus, ipſum erit in perpetuum: ſuper illud non eſt addendum, nec ab eo detrahendum: Deus autẽ facit *illud* vt timeant à facie eius.

15 Illud quod fuit, iam eſt: & quod futurum eſt, iam fuit: & Deus ″requirit *tempus* præteritum.

16 Et præterea vidi ſub ſole ″locum iudicii, ibi impietas: & locum iuſtitiæ, ibi impietas.

17 *Tunc* dixi in corde meo, Iuſtũ & impium iudicabit Deus: ″quia tempus omni voluntati, & ſuper omne opus illic.

18 Dixi ego in corde meo″ſuper negotio filiorũ hominum,″quòd purificauerit eos Deus,″& oſtenderit quòd ſint *ueluti* animalia ſibi.

19 Quia″accidẽs filiorũ hominũ, & accidẽs animalis, accidẽs idem eſt eis:″ſicut moritur iſtud, ſic moritur iſte: &″ſpiritus idem õnibus:″& ampli⁹ homini quàm iumẽto nõ eſt, quia oĩa ſũt vanitas.

20 Omnia pergunt ad locum vnum: omnia″ſunt ex puluere, & omnia reuertuntur in ipſum puluerem.

21 Quis ſcit *an* ſpiritus filiorum hominum ſit is qui aſcendat ſurſum, & *an* ſpiritus animalis ſis is qui ſit deſcendit ſubtus terram?

22 Itaque vidi quòd nihil ſit melius quàm vt lætetur homo in operibus ſuis: quia hæc eſt pars eius. quis enim adducat eum vt videat id quod futurum ſit poſt ipſum?

Cap. IIII.

Calumniæ innocentium.

1 ET cõuerſus ſum ego, & vidi omnes oppreſſiones quæ fiunt ſub ſole: & ecce lachrymæ oppreſſorum, nec eſt eis conſolator: ″& in manu opprimentium eos eſt potentia, nec eſt illis conſolator.

2 ″Itaque laudaui ego″mortuos qui iam mortui ſunt, magis quàm viuos qui ſunt viui hucuſque.

3 ″Imò melior vtriſque illis, qui necdum fuit: quia non vidit opus malum quod fit ſub ſole.

12 ″Et cognoui quòd non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua.

13 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonũ de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. C

14 Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur.

15 Quod factum eſt, ipſum permanet: quæ futura ſunt, iam fuerũt: & Deus inſtaurat quod abiit.

16 Vidi ſub ſole in loco iudicii impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatẽ.

17 Et dixi in corde meo, Iuſtum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

18 Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis.

19 Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumentorũ, & æqua vtriuſque cõditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur: ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, cuncta ſubiacent vanitati. D

20 Et omnia pergũt ad vnum locum: de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur.

21 Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?

22 Et deprehẽdi nihil eſſe meli⁹ quàm lætari hominem in opere ſuo, & hãc eſſe partem illius. quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat?

Cap. IIII.

1 VErti me ad alia, & vidi calũnias quæ ſub ſole gerũtur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorẽ: nec poſſe reſiſtere eorũ violentiæ, cunctorum auxilio diſtitutos.

2 Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes:

3 Et fœliciorẽ vtroque iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala quę ſub ſole fiunt.

″nihil eſt m. אין טוב nulla ſit fœlicitas alia,

12 In eis, בם Subaudi, hominibus. Relatiuũ plurale poſt antecedẽs collectiuũ ſingulare Homo. Et facere, &c. ולעשות טוב בחייו׃ Quidam vertunt, Et *quàm ut* beneficiis afficiant *proximos ſuos* quãdiu viuunt. 13 Et etiam quòd o.ho.comedat וגם כל־האדם ש־יאכל Ad verbum, Et etiam omnis homo quòd edat. ש quod ferè ſemper priore loco ponitur, hîc ſecundo loco poſitũ eſt, pro, Et etiam quòd, &c. debuerat enim eſſe poſt וגם. ſed in idem recidit. Similis locutio eſt apud Paulum, Rom.12.a.3, Vnicuique ſicut Deus diuiſit. pro, ſicut vnicuique Deus diuiſit. Quidã vertunt, Siquidem omnis homo qui comedit, &c. Et videat bonum וראה טוב Phraſis eſt Hebraica, pro Fruatur opibus ſuo labore partis. 15 Req. *tempus* præt. יבקש את־נרדף׃ quæret quod præteritũ eſt. vel, quod abiit. Alii, inſtaurabit. i. id quod fecit Deus, etiam nunc facit, & facturus eſt poſtea. Quærere, ſiue requirere, pro inſtaurare poſitum eſt: & ſimilis loquutio legitur Iob 3.a.3, Dies illa ſit tenebræ: nõ requirat illam Deus. i. ne inſtauret. Chaldæus paraph. Et Deus requirit eũ qui paſſus eſt perſequutionẽ. i. vlciſci eum ſolet. vt legimus de Eſau & Iacob, & de Iſraelitis. Ita etiã quidã Hebræorũ, & LXX interp. Alii, requirit conſequutũ. ſiue conſequutionem. i. quanuis diuerſa ſint tempora, Deus tamen exiget continuum ordinem, & colligabit præteritum cum futuro.

16 Locũ iudicii, מקום המשפט Quidã ſcribunt hoc loco ſubaudiendum ש vel אשר & ב, vertentes, quòd in loco iudicii. i. vbi iudiciũ eſſe debuerat. 17 Quia tempus, &c. כי־עת וגו׳ eſt enim ibi tempus opportunũ pro omni re, atque pro omni opere. Alii, Illic enim tempus eſt quo voluntati omni, & omnibus factis. ſub. præmium condignum rependetur. Alii, (quia eſt tempus omni rei) idque iuxta omnia opera illic. Parentheſi includentes priorem partem, vt legas, iudicaturus eſt iuſtum & impium iuxta omnia opera illic. i. in die iudicii. nam loquitur de re certa: vt Iob 1.d.21, Et nudus reuertar illuc. i. in ſepulchrum, ad quod ſcilicet omnes reuerti ſolent: & tamen de ſepulchro antea non fuerat loquutus, quòd res eſſet ſatis nota. Obſerua autẽ nomen חפץ quod voluntatem ſignificat, vſurpari pro re & negotio. Vide capite ſequenti, verſu 7. 18 Super negotio על־דברת de conditione. Quòd purificauit eos, לברם quòd repurgat eos. aut mũdat. à radice ברר, infinitiuus primæ coniugationis, à duplicatis: & ל hic ſignificat propter vel quia. Alii à ברה vertunt, Quia delegit eos: præ cæteris ſcilicet animantibus. Iuxta hanc ſignificationem quidam vertunt, AEſtimaui autem in animo meo conditionem hominũ, vt excellentiſſimos creauerit. Et oſtenderit, &c. ולראות וגו׳ Ad verbũ, & *tamen* vt videantur quòd ipſi, &c. Quidam vertunt, vt videre liceat quòd ipſi ſunt iumenta, ſibi. i. ſuo iudicio. Alii, & *tamen* videam quòd ſunt iumenta ſibi. Subaudiendum כ ſimilitudinis, ſunt vt iumenta. ſic Iob 11.c.12, Et pullus onagri homo. pro, ſicut pullus. Sibi autem. i. apud ſe. q.d. Tanta tamẽ in hominibus viget ignorantia, vt nõ videãtur differre à iumẽtis. 19 Accidens מקרה euentus. Quid intelligat per accidens, vel euentũ, mox declarat. Quidam vertut, Eadẽ enim ſolent hominibus & brutis animalibus euenire. Sicut moritur כמות Poteſt eſſe infinitiuus, Sicut mori, ſub. accidit. Poteſt & nomen eſſe: ſicut mors iſtius. ſub. animalis. Et ſpiritus ורוח & aura vitalis. aer ſpirabilis. Et amplius, &c. ומותר וגו׳ & excellentia [vel dignitas] hominum ſupra belluas nulla eſt. 20 Sunt היה facta ſunt.

IN CAPVT IIII.

1 Et in manu, &c. ומיד וגו׳ Sic vertunt qui putant מ præpoſitionẽ hoc loco accipi pro ב in. Alii vertunt, & de manu calumniantium eos violentia, [vel potentia] & non *eſt* illis conſolator. Vel vt alii, nec habent vim vllam contra manum illorum qui eos calumnia afficiunt, neque *eſt* illis conſolator. Siue, Et quia deeſt facultas ſe vindicandi è manu opprimentium ipſos, non habent qui conſoletur.

2 Itaque laudaui ושבח Nomen de dagueſſatis pro participio, Laudo igitur. Mortuos את־המתים ſortem mortuorum. Et mox, ſortem viuorum. 3 Imò melior וטוב Et fœlicior.

4 Rurſum cõtemplatus ſum omnes labores hominũ, & induſtrias animaduerti patêre inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt.

B 5 Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens,

6 Melior eſt pugillus cũ requie, quàm plena vtraque manus cum labore & afflictione animi.

7 Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole:

8 Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare nõ ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat, dicẽs, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima.

C 9 Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnũ: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ:

10 Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ ſoli: quia quum ceciderit, nõ habet ſubleuantem ſe.

11 Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet?

12 Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtent ei: funiculus triplex difficile rumpitur.

13 Melior eſt puer pauper & ſapiens Rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum:

14 Quòd de carcere, cateniſque interdũ quis egrediatur ad regnũ: & alius natus in regno, inopia conſumatur.

D 15 Vidi cunctos viuentes qui ambulãt ſub ſole cum adoleſcente ſecũdo qui conſurget pro eo.

16 Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerũt ante eũ: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo. ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritꝰ.

1.Reg.15.e.22
oſee 6.c.7

17 Cuſtodi pedem tuũ ingrediens domũ Dei, & appropinqua vt audias: ‖multo melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

Cap. V.

1 NE temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo: Deus enim in cælo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui.

2 Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenitur ſtultitia.

Deut.23.d.21

3 ‖Siquid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim Deo infidelis &

Labores hominum ſuperflui.

4 Vidi quoque ego omnem laborem, ʹ& omnem rectitudinem operis, quòd eſſet ʺinuidia viri in proximum ſuum. etiam hoc eſt vanitasʺ& afflictio ſpiritus.

5 Stultus complicat manus ſuas, ʹ& comedit carnem ſuam.

6 Melior eſt plenitudo volæ *unius* cum requie, quàm plenitudo vtriuſque volæ cum laboreʺ& afflictione ſpiritus.

7 Rurſum conuerſus ſum ego, & vidi vanitatem ſub ſole:

Solitarii moleſtia vana.

8 Eſt *homo* vnicus, nec eſt ſecundus *ei*, etiam filius ʺ& frater non eſt ei, & *tamen* non eſt finis omnis laboris eius, etiam oculi eius non ſatiantur diuitiis, ʺ*nec recogitat*, Cui laboro ego, ʹ& deficere facio animã meam à bono? etiam iſtud eſt vanitas, & occupatio mala eſt.

9 ʺMeliores ſunt duo quàm vnicus, quia eſt eis ʹmerces melior ex labore ſuo:

10 Quia ſi ceciderint, vnusʺeriget ſocium ſuum: væ ergoʹilli vni: ʹquia quum ceciderit, non erit ſecundus ad ſubleuandum eum.

11 Si etiã dormierint duo, ʺ*plus* caloris erit eis: vnico verò quomodo erit calor?

12 Quòd ſiʺpræualuerit ei vnus, duoʹſtabunt contra eum: imò filũ triplicatum nonʺcito rumpitur.

13 ʹMelior eſt puer pauper, & ſapiẽs, Rege ſene & ſtulto, qui neſcit ʺadmonitionem recipere amplius:

14 Quoniam ʺè domo vinctorumʺegreditur *aliquis* ad regnandum: ʺquia etiam in regno ſuo natus eſt pauper.

15 Vidi cunctos viuentes ʺambulantes ſub ſole cum puero ſecundo qui ſtabit pro eo.

16 Nullus eſt finis vniuerſo populo, vniuerſo *inquam* qui fuitʹante eos: etiamʺpoſteri non lætabuntur in eo: ʺquia etiã iſtud eſt vanitas & afflictio ſpiritus.

Obedientia, victimæ præferenda.

17 Cuſtodi pedem tuum quando ibis ad domum Dei: ʹ& propinquior ſis ad audiendum, quàm ad dãdum ſtultorum ſacrificium: quia neſciunt facereʺvoluntatem *eius*.

Cap. V.

Non temerè apud Deum pronuntiandum.

1 NE feſtines ore tuo, neque cor tuum acceleret proferre verbũ ante Deum: quia Deus *eſt* in cælo, & tu ſuper terram, idcirco ſint verba tua pauca.

2 Quia *ſicut* venit ſomnium ex multitudine occupationis, ſic vox ſtulti ex multitudine verborum.

Votum.

3 Quum voueris votum Deo, ne tardes reddere illud: quia nõ eſt

---

4 Et omnem rectitudinem operis ואת כל־כשרון חמעשה & omnem congruentiam operis. i. & omne opus rectum & congruum, ſiue conueniens. Quidam, & omnem conatum operis. Alii, & omnem induſtriã agendi. Inuidia viri, &c. קנאת־איש מרעהו Hic מ pro ב .i. quòd ſit mutua inuidia, ſiue æmulatio. Et afflictio ורעות Vide ſuprà cap. 2. c. 11 5 Et comedit carnẽ ſuam. ואוכל את־בשרו : .i. non operatur, quòd videat omnia eſſe inuidiæ obnoxia, & abſumit omnia ſua, ita vt tandem fame abſumatur, & reddatur ſine ſucco.

6 Et afflictione ſp. ורעות רוח : & animi moleſtia. Vide ſuprà cap. 2. c. 11. 8 Et frater ואח Hic ו pro aut, vt quidam volunt, aut fratrẽ. Alii vertunt, qui neque filium, neque fratrem habet. Et deficere facio, &c. ומחסר וגו׳ & ſubduco animam meã à bono. Vel, carere facio animam meam bono. Alii, & fraudo genium meum bonis. 9 Meliores טובים Fœliciores. Beatiores. Merces melior. שכר טוב præmium eximium. vel, præclarum. 10 Eriget יקים Ad verbũ, ſtare faciet. ſurgere faciet. Illi vni, לו האחד illi, *nempe* vni. Phraſis Hebraica. Similis modus loquendi habetur Exo. 2. a. 5, Et aperuit, & vidit ipſum, *nempe* puerum. Quia quum cecid. non, &c. שיפול ואין וגו׳ Ad verbũ, quum ceciderit, & non, &c. 11 *Plus* caloris וחם להם Ad verbum, & calefiet eis. vel, tunc caleſcet eis. ſub. בשרם caro eorum. 12 Præualuerit ei vnus, יתקפו האחד præualuerit *quiſpiam* ei, *nempe* vni. ו pro חו vel נו. Stabunt cõtra eũ : יעמדו נגדו Hebraiſmus, pro Reſiſtent ei. Cito במהרה Ad verbum, in celeritate. 13 Melior טוב Beatior. Fœlicior.

Admonitionem recipere adhuc. להזהר עוד : inſtitui ⌊admoneri⌉ amplius, ſiue vltrà. 14 E domo vinctorũ מבית הסורים Phraſi Hebraica ſignificat carcerem. Ratio ſuperioris verſus. Egreditur יצא Fut. Heb. pro præſ. prodit. Quia etiam כי־גם quũ etiã. .i. non mirum eſt Deũ educere aliquem è carcere vt regnet, quum etiam puerum ex vtero educat pauperem, quem tamen poſtea regnare facit. Iob enim dicit, cap. 1. d. 21, Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ. Quidam vertunt, quòd etiam qui natus eſt rex, ſit pauper.

15 Ambulantes, &c. המהלכים וגו׳. Ambulare cum puero ſecundo à Rege, pro fauere filio Regis, ſucceſſuro in locum patris, phraſi Hebraica dictũ eſt. 16 Ante eos: לפניהם Relatiuũ ſine antecedẽte, vt & mox: refert autẽ patrem Regẽ & filium Regẽ. Innumera eſſe vulgi ſtudia dicit, quibus nec Regis filius poſtea gratus eſt. Poſteri האחרונים poſtremi. vltimi. nouiſſimi. Quia כי Idcirco. q. d. in illis etiã vulgi ſtudiis eſt ſumma vanitas. 17 Et propinquior ſis וקרוב. i. propenſior ſis ad audiendã doctrinã Legis. ita Chaldæus paraphr. Hebræi dicũt hic ו ſignificare aliquot dictiones deeſſe, cuiuſmodi, Si reſpicit te Deus, propinquus. i. propenſus eſt magis ad audiendum preces tuas, quàm ſi dent ſtulti ſacrificium. Ad verbũ, magis quàm dare ſtultos victimam. Voluntatem רע: Ita Hebræi quidam ſcribunt, רע hoc loco ſignificare רצון voluntatem. Alii tamen ſubintelligẽtes רק niſi, vt cap. 2. d. 24, vertunt, neſciunt facere *niſi* malum. Ita docti inter illos.

beneplacitum *Deo* in ſtultis: quæ *igitur* voueris, redde.
Melius eſt vt non voueas, quàm vt voueas & non reddas. 4
″Ne des os tuum vt peccare faciat carnem tuam: neque dicas co 5
ram Angelo ipſo ″quòd error ſit. vt quid iraſcetur Deus propter
vocem tuam, ″& diſſipabit opus manuum tuarum?
Quia in multitudine ſomniorum, ″& vanitates, & verba ſunt 6
multa: ″ſed Deum time.
Si calũnioſam oppreſſionẽ pauperis, ″& ſubreptionẽ iudicii &
iuſtitiæ videris in prouincia, ne mireris ″de voluntate *diuina:* quia
Excelſus ″*qui eſt* ſuper excelſum obſeruat, & excelſi ſunt ſuper eos.
″Porrò vtilitas *culturæ* terræ in omnibus eſt: ′Rex agro ſeruit. 8
Qui diligit argentum, non ſatiatur argento: & qui amat *habere* 9
′multitudinem, ″eſt ſine fructu. etiam hoc eſt vanitas.
′Quum multiplicantur bona, multiplicantur comedentes illa: 10
′quod ergo bonum eſt domino ſuo, niſi aſpectus oculorum eius?
Dulcis ſomnus ″operantis, ſiue parum, ſiue multum comedat: 11
′ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.
Eſt ″mala infirmitas *quam* vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ ″domi 12
nis ſuis ″in malum ſuum:
′Pereúntque diuitiæ ipſæ in occupatione mala: ″& genuit filiũ, 13
& non eſt in manu eius quicquam.
Quemadmodum egreſſus eſt ex vtero matris ſuæ, nudus reuer- 14
titur: vt diſcedat quemadmodum venit, ′nec quicquam reportat
de labore ſuo ″quod venire fecerit in manum ſuam.
Iſta etiam eſt ″mala infirmitas: quemadmodum venit, ſic abi- 15
turus eſt: & quid vtilitatis *erit* ei quòd laborauit in ventum?
Etiam cunctis diebus vitæ ſuæ ″in tenebris comedet, ″& ira mul 16
ta, ″& infirmitas ei, & furor.
Ecce *igitur* quod ″vidi ego ″bonum: quòd pulchrum eſt comedere 17
& bibere, ″& videre bonum ex omni labore ſuo quo laborat ſub

Dei prouidentia non neganda.

Non mirãdum de egenorum oppreſſione.

Auarus.

Securitas laborantis.

Moleſtia diuitis.

ſtulta promiſſio: ſed quodcunque voueris redde.

Multóque melius eſt non vouere, q̃ poſt votum promiſſa non reddere.

Ne dederis os tuum vt peccare facias carnẽ tuã: neque dicas corã Angelo, Nõ eſt prouidẽtia: ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum. B

Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri: tu verò Deum time.

Si videris calũnias egenorũ & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiã in prouincia, nõ mireris ſup hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminẽtiores ſũt alii.

Et inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruienti.

Auarus non impletur pecunia: & qui amat diuitias, fructum nõ capiet ex eis. & hoc ergo vanitas.

Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas: & quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? C

Dulcis eſt ſomnus operãti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis nõ ſinit eum dormire.

Eſt & alia infirmitas peſſima, quã vidi ſub ſole: ‖diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Iob 20.c.20

Pereunt enim in afflictione peſſima: generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit.

‖Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Iob 1.d.21 1.tim.6.b.7

Miſerabilis prorſus ĩfirmitas: quomodo vẽnit, ſic reuertetur: quid ergo prodeſt ei quòd laborauit in vẽtum? D

Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia.

Hoc itaque viſum eſt mihi bonum vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo quo laborauit

IN CAPVT V.

5 Ne des, &c. אל־תתן וגו׳ Hebraiſmum ſic quidam conuertunt, Ne committas vt os tuum præbeat carni tuæ occaſionem peccandi. Quòd error ſit. כי שגגה quòd ignorantia ſit. i. quòd id dixeris per imprudentiam. Alii vertunt, Quia error, ſiue peccatum eſt.
6 Et vanitates והבלים & vanitatum. Sed כי Hic כי pro כי־אם poſitũ eſt. Quidã totũ verſum ſic reddunt, Etenim in multis ſomniis, & vanitatibus, & negotiis multis *enitendum eſt ut* Deum timeas. 7 Et ſubreptionem iudicii וגזל משפט & extorſionem iudicii. i. iudicium vi extortum De voluntate, על־החפץ ſuper hac re. Vide ſuprà cap. 3.c. 17, חפץ pro negotio. *Qui eſt* ſuper, &c. מעל גבוה וגו׳ de excelſo [ſub. loco] obſeruat *opera hominum*: & excelſi præſunt illis. ſub. hominibus qui excelſi dicũtur. Relatiuũ ſine antecedente, quia facilè intelligitur. Alii vertunt, Quia Excelſus à ſuperexcelſo conſeruat, & excelſi ſuper eos. Alii, Quia ille qui eſt altior omni ſublimi *homine*, conſeruat, & ſunt ſublimes ſuper eos. Alii, Eſt enim cuſtos altior etiam alto: & ipſis *mortalibus* aliqui altiores ſunt.
8 Porrò vtilitas *culturæ* ter. &c. ויתרון ארץ וגו׳ Porrò excellẽtia terræ, præ omnibus eſt. Vel, Eximia dignitas terræ ſuper omnia eſt. ב pro מ. q.d. Ratio agriculturæ eſt potiſſima omnium conditionum viuendi. Alii vertunt, Reſiduum *quod colligitur ex* terra, in omni re eſt. Acſi dicat, Nemo non abundanter viuere poteſt ex cultura terræ, etiam ſi rex ſit, quum omnis virtus quo opus habet humana natura, ex terra colligatur. Alii, Et amplitudo [vel vtilitas] terræ in tota ipſa. Rex agro ſeruit. מלך לשדה נעבד׃ q.d. rex etiam ipſe colit agrum, aut colendum curat. Quidam Hebræorum vertunt, Rex propter agrum factus eſt. vt ל ponatur loco בעבור propter. i. etiam rex non eſt factus niſi propter agrum, vt ex illo educat quæ ſunt ſibi, ſuiſque militibus neceſſaria. Alii, Rex propter agrum cultum.
9 Multitudinem, בהמון numerum. ſub. ſeruitiorum, ſiue mancipiorum. Vertunt etiã Hebræi, Qui diligit diuitias. Eſt ſine fru. לא תבואה non *erit* prouentus. ſub. illi. 10 Quum multiplicantur, &c. ברבות וגו׳ Dum augentur opes, augentur qui abſumunt eas. Quod ergo bonũ, &c. ומה־כשרון וגו׳ Ad verbum, & quid rectum domino eius *boni*, niſi viſio oculorum eius? Quod quidam vertunt, Quod ergo emolumentum iuſtum domino [.i. poſſeſſori] illarum, niſi aſpectus oculorum ipſius? q.d. illic eſt ſumma vanitas, quum ex diuitiis nihil ad poſſeſſores illarum redeat præter oculorum delectationem. Alii, Et quid gratius eſſe poterit domino eius *boni*, quàm videre hoc ipſum oculis ſuis? 11 Operantis, העובד .i. eius qui labore manuum viuit. Saturitas a. diuitis והשבע לעשיר at ſatietas diuiti. Vel, crapula opulento. q.d. nimiæ opes afferunt pœnã poſſeſſoribus ſuis. 12 Mala infirmitas רעה חולה malus morbus. à verbo חלה ægrotauit. Quidam vertunt, malum atrox. vel, ſupplicium doloris plenum. Alii, à radice חול cecidit, vertunt, Eſt malum cadens. ſub. ſuper filios hominum. Dominis ſuis לבעליו Quidam dicunt ל pro מן poſitum, vertentes, à dominis ſuis. Præterea in huiuſmodi locutionibus plurale vertendum eſſe in ſingulare, domino ſuo. In malum ſuum. לרעתו׃ in perniciem ſuam. ſiue exitium.
13 Pereúntque ואבד Pereunt etiam. vel, Pereunt quoque. Et genuit filium והוליד בן Præt. Heb. pro præſ. & בן collectiuum eſt: vnde vertendum, Et gignit filios, ſiue liberos. Acſi dicat, Sunt qui ſtudent opibus cumulandis, dum multos habent liberos: ſed ludunt operam. nam ſæpiſſime fit vt dilapident & decoquant etiam ea quæ habent, & relinquant liberos ſuos pauperes, quum nihil habeant ipſi.
14 Nec quicquam reportat ומאומה לא־ישא Ad verbum, & quicquam non feret. pro, & nihil feret. Quod venire, &c. שילך בידו׃ Hebraiſmus, pro, cui manum admouit. Vel vt alii exponunt, Quod manu ſua auferat. ſiue, ſua manu ſecum ducat.
15 Mala infirmitas רעה חולה ſupplicium doloris plenum. Alii, langor malus. 16 In tenebris comedit, בחושך יאכל .i. in mœrore veſcitur pane ſuo. Et ira multa, וכעס הרבה & iraſcitur multum. Præt. Heb. pro præſenti, vt in quibuſdam exemplaribus legitur, per cames & pathah: alii habent duplex pathah, & eſt nomen, eodem ſenſu, Et indignatio multa. i. ſubinde iraſcitur. Et infirmitas ei וחליו & infirmitas eius. ſubaudiendum ex præcedenti כעס erit indignatio. q.d. præ indignatione & ira frequenter incidet in morbum.
17 Vidi ראיתי deprehendi. Bonum: quòd pulchrum eſt טוב אשר־יפה bonum eſſe & pulchrum. ſiue honeſtũ. Hic אשר pro coniunctione copulatiua ponitur. Quidam vertunt, quid bonum & pulchrum. Et videre bonum ולראות טובה Vide ſuprà cap. 3.c. 13.

″& diſſipa. opus וחבל את־מעשה & perdet op⁹. Alii, maledicet operibus ipſe ſub ſole numero dierũ vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus, & hæc eſt pars illius.

18 Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque ſubſtantiã, poteſtatémque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei.

19 Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eo quòd Deus occupet deliciis cor eius.

Cap. V I.

1 Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines,

2 Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibꝰ quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud: hoc vanitas, & miſeria magna eſt.

B 3 Si genuerit quiſpiã cẽtum filios, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius nõ vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturáque careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo ſit abortiuus.

4 Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.

C 5 Non vidit ſolem, neque cognouit diſtantiam boni & mali:

6 Etiam ſi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nónne ad vnũ locũ properãt omnia?

7 Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius non implebitur.

8 Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita?

D 9 Melius eſt videre quod cupias, quã deſiderare quod neſcias: ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus.

10 Qui futurus eſt, iam vocatũ eſt nomen eius: & ſcitur quòd homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio contendere.

11 Verba ſũt plurima, multámque in diſputando habentia vanitatem.

Cap. V I I.

1 Qvid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, quũ ignoret quid cõducat ſibi in vita ſua numero dierũ peregrinationis ſuæ, & tempore quod velut vmbra præterit? aut quis ei poterit indicare quid poſt eũ futurum ſub ſole ſit?

2 Meliꝰ eſt nomẽ bonũ, quã vnguẽta ꝑtioſa: & dies mortis die natiuitatis. Prou.22.a.1

ſole, numero dierũ vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: quia hæc eſt portio eius.

18 Etiã″ quòd omni homini dedit Deus diuitias & opes, & poteſtatem fecit ei vt comedat ex eis, & ſumat portionem ſuam, & lætetur de labore ſuo, hoc donum Dei eſt.

19 Non enim multũ″ recordatur dierum vitæ ſuæ, quia Deus′ exaudit *eum* in lætitia cordis ſui.

Cap. V I.

1 Eſt malum quod vidi ſub ſole,′ & frequens homini:

Auari diuitiis calamitas.

2 Vir cui dedit Deus diuitias, & opes & gloriam, nec deficit animæ eius *quicquam* ex omnibus quæ deſiderat: at non facit ei poteſtatẽ Deus comedẽdi ex eis, ſed vir extraneus comedet ea: hoc vanitas,″ & infirmitas mala eſt.

3 Si genuerit vir″ centum *liberos*, & annos multos vixerit, ′& multiplicati fuerint dies annorũ eius, & anima eius non fuerit ſaturata bono ipſo, & etiam ſepultura non fuerit ei,″ dixi, Melior eſt illo abortiuus.

4 Nam″ in vanum venit, & in tenebras abiturus eſt, & tenebris nomen eius tegetur.

5 Etiam *quòd* ſolem non viderit, nec cognouerit *quicquam:* requies *eſt* ″huic magis quàm illi.

6 Quòd ſi vixerit″ mille annos duabus vicibus, ′& bonum non viderit,″ nónne ad locum vnum omnes pergunt?

7 Vniuerſus labor hominis″ ꝓ ore eiꝰ,″ & tamẽ anima nõ expletur.

8 Quid enim″ amplius eſt ſapienti quàm ſtulto? quid *profuerit* pauperi″ ſciẽnti ambulare ante viuos?

9 Melior eſt ″viſio oculorum,′ quàm anima quæ abit: etiam hoc vanitas,′ & afflictio ſpiritus.

10 ′Id quod eſt, iam nominatum eſt nomẽ eius, & notum eſt quòd eſt homo: nec poteſt diſceptare cum eo qui ſe fortior eſt.

11 Sanè″ verba multa″ multiplicant vanitatem, ′quid amplius homini?

Cap. V I I.

1 Qvis enim nouit quid ſit bonũ homini in vita, numero dierum vitæ vanitatis ſuæ, ′& fecit eos tãquam vmbram? quoniam quis indicabit homini quid erit poſt ipſum ſub ſole?

Viribus ſuis maiora non quærenda.

2 ′Melius eſt nomen *bonum* quàm vnguentum bonũ: & dies mortis quàm dies″ quo *quis* natus eſt.

Quæ inter multa magis eligenda.

18 Quòd omni homini dedit כל־האדם וגו׳ Ad verbũ, õni homini quòd dedit ei. Ordo inuerſus, pro, quòd omni homini dedit Deus. Pronomen E I redundat. Præterita Heb. pro præſ. 19 Recordatur יזכור Fut. Heb. pro præſ. i. recordari ſolet. Exaudit מענה Exaudire, pro largiri quidã exponnut: quòd Deum tunc exaudire dicamus quũ largitur quod petimus. & vertũt, largitur ei lætitiam cordis ſui.

IN CAPVT VI.

1 Et frequens homini: ורבה היא על־האדם׃ Ad verbum, & multum eſt apud homines. nam אדם nomen eſt collectiuum. Eſt (inquit) quoddam genus infœlicitatis quod deprehendi in mundo, & inter homines principatum obtinuit. 2 Et infirmitas mala eſt. וחלי רע הוא׃ & malus morbus. Vel, langor malus. aut, dolor grauis. 3 Centum מאה Numerus certus pro incerto. Ita vtuntur Hebræi Millenario, denario, & ſeptenario. Infrà cap. 7. d. 20. Et mult. fuer. ורב שיהיו ימי־שניו Ad verbum, Et ſatis ſit *illi id* quod erunt dies, &c. i. ſit contentus ſpatio vitæ ſuæ: aut, viuat quandiu volet. Dixi, Melior אמרתי טוב pronuntiaui *de eo*, Fœlicior, &c. 4 In vanũ בהבל in vanitatem ipſam. i. in mũdum qui mera eſt vanitas, venit, ſed cito moriturus. Præt. Heb. pro fut. 5 Huic magis, quàm illi. לזה מזה׃ i. abortiuo, quàm diuiti. 6 Mille annos duabus vicibus, אלף שנים פעמים Hebraiſmus, pro bis mille annos. Et bo. וטובה Pro lætitia poſuit bonum. i. & lætitiam non ſenſerit. Nónne ad locum vnum הלא אל־מקום אחד certè ad locum eundem.

7 Pro ore eius, לפיהו propter os eius. ſub. ſuſcipitur. i. vt paret ſibi victum. Et tamen anima וגם־הנפש & tamen deſiderium. i. cupiditas habendi non poteſt ſatiari. 8 Amplius יותר excellentius. aut, præſtantius. Quidam vertunt, Quæ eſt enim excellentia ſapienti ſupra inſipientem? Scienti יודע docto. intelligenti. Quidam hoc modo vertunt hanc partem, Quid *accreſcit* pauperi intelligenti, *ſi* ambulet *cum ſtultus* coram viuentibus? 9 Viſio מראה aſpectus. i. melius eſt eſſe contentum præſenti fortuna, quàm multa deſiderare. Quàm ani. quæ abit: מהלך־נפש Ad verbum, quàm ire animæ. Quidam hæc explent hoc modo, quàm ambulare *ſecundum deſideria* animæ. Alii vertunt, quàm vt quis deſiderium ſequatur. Alii, quàm quòd æſtuet anima. i. quàm animo æſtuare cupiendo.

Et afflictio ורעות Vide cap. 2. c. 11. 10 Quicquid eſt מה־שהיה Præt. Heb. pro præſ. 11 Verba mul. דברים הרבה res multæ.

Multiplicant vanitatem: מרבים הבל Quidam, vt & Chaldæus paraph. ſubaudiunt pronomẽ ש, ſic, Quæ vanitatẽ augent. Quid amplius ho. מה־יותר לאדם׃ quæ vtilitas homini? Huic parti verſus ſequentem iungit vetus interpres: & ab ea incipit caput ſeptimum.

IN CAPVT VII.

1 Et fecit eos ויעשם i. & æſtimat eos. q. d. tanti facit dies hominis, quanti vmbrã. nam Iob dicit, cap. 14. a. 2, & Pſal. 144. b. 4, Dies eius ſicut vmbra prætereunt. 2 Melius eſt טוב Quidã ſubaudiunt כ ſimilitudinis, vertentes, *Vt* præſtantius eſt nomen *bonum* vnguento optimo, ſic dies, &c. Quo quis natus eſt. הולדו׃ Ad verbum, naſci ipſum. Infinitiuus pro nomine, & Relatiuum pro antecedente, Natiuitatis eius. pro, natiuitatis hominis.

3 Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ire ad domum cõuiuii: ″eo ꝙ eſt finis omniũ hominũ, & viuens″ponet *illud* ſuper cor ſuũ.

4 Melior eſt ira riſu: quia″per triſtitiã vultus,″exhilarabitur cor.

5 Cor ſapientũ″in domo luctus, & cor ſtultorũ in domo lætitiæ.

6 Melius eſt audire increpationem ſapiẽtis, quàm vt quis audiat canticum ſtultorum:

7 Nam ſicut crepitus ſpinarum ſub olla, ſic *eſt* riſus ſtulti. & etiam hoc vanitas.

8 ″Sanè oppreſſio inſanire facit ſapientẽ, & labefactat cor munus.

9 ″Melior eſt finis rei quàm principium eius: ″melior eſt″longanimis ſpiritu, quàm elatus ſpiritu.

Ira vitanda.

10 Ne feſtines in ſpiritu tuo ad iraſcẽdum: quia ira″in ſinu ſtultorum requieſcit.

11 Ne dixeris, Quid cauſæ eſt quòd dies priores fuerunt meliores iſtis? quia non ex ſapientia interrogaueris ſuper hoc.

12 Bona eſt ſapientia cũ hæreditate,″& eſt excellẽtia videntiũ ſolẽ:

13 Quia in vmbra ſapientiæ, & in vmbra argenti″*requieſcet homo:*″ſed excellentior cognitio ſapientiæ, *quæ* vitam affert dominis ſuis.

14 Vide opus Dei: quis enim poterit″dirigere quem curuauerit?

15 ″In die bono eſto in bono:″& in die mala, vide: etiã″hoc eregione iſtius fecit Deꝰ,″in hoc ne inueniret homo″poſt ipſũ quicquã.

Alia vanitas.

16 Omnia vidi in diebus vanitatis meæ: eſt iuſtus qui perit per iuſtitiam ſuam, & eſt impius prolongans *dies* per malitiam ſuam.

17 ″Ne ſis iuſtus multum, & ne ſis ſapiens nimium: ″vtquid deſolaberis?

18 ″Ne ſis impius multum, & ne ſis ſtultus: vtquid morieris non in tempore tuo?

19 Bonum eſt vt apprehendas″iſtud,″& etiam ab hoc ne ſubtrahas manum tuam: qui enim timet Deum, egreditur ab omnibus his.

20 ″Sapientia roborat ſapiẽtem, magis″quàm decẽ″potentes principes qui ſunt in vrbe.

Nemo à peccato purus.

21 Profecto nõ eſt ꝗſquã iuſtꝰ in terra ꝗ faciat bonũ, & nõ peccet.

3 Melius eſt ire ad domũ luctꝰ, quàm ad domum cõuiuii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurus ſit.

4 Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiã vultus, corrigitur animꝰ delinquẽtis.

5 Cor ſapientium vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum vbi lætitia.

6 Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi:

7 Quia ſicut ſonitus ſpinarum ardẽtiũ ſub olla, ſic riſus ſtulti. ſed & hoc vanitas.

8 Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius.

9 Melior eſt finis orationis, quàm principium: melior eſt patiens arrogante.

10 Ne ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. B

11 Ne dicas, Quid putas cauſæ eſt quòd priora tempora meliora fuere, quàm nunc ſunt? ſtulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio.

12 Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem.

13 Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & ſapiẽtia, quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo.

14 Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quẽ ille deſpexerit.

15 In die bona fruere bonis, & malã diem præcaue. ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias.

16 Hæc quoqꝫ vidi in diebꝰ vanitatis meæ: iuſtꝰ perit in iuſtitia ſua, & impiꝰ multo viuit tẽpore ĩ malitia ſua.

17 Noli eſſe iuſtus multũ: neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. C

18 Ne impiè agas multum, & noli eſſe ſtultus: ne moriaris in tempore nõ tuo.

19 Bonum eſt ſuſtentare iſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit.

20 Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis.

21 ¶Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

1.Reg.8.e.46
2.par.6.g.48
prou.20.b.9
1.iohan.1.d.8

3 Eo quòd eſt באשר הוא Ad verbum, in quòd ipſe. pro, propterea quòd ipſe, ſub. luctus. Verti poteſt, ipſa, nempe mors. Ponet *illud* ſuper cor ſuum. יתן אל־לבו׃ Hebraiſmus, pro, perpendet apud ſe, nẽpe mortem. 4 Per triſtitiam vultus ברוע פנים Ad verbum, in malitia faciei. ſub. vnius, vel eius qui præeſt alteri. Exhilarabitur cor. ייטב לב׃ Ad verbum, bonum fiet cor: aut vno verbo, bonificabitur, ſi ita loqui liceat ad exprimenda vocabula Hebraica. i. dirigetur, ſiue emendabitur animus delinquentis.

5 In domo luctus: בבית אבל Hebraiſmus, pro Perpetuo dolet dum ſe conſiderat: ſtultus contrà, ſemper vult lætari.

8 Sanè oppreſſio כי העושק Profecto calumnia. i. diuitiæ vi & calumnia comparatæ. כי pro ſanè, ſiue certè, frequens in Hagiographis & Prophetis. 9 Melior טוב Præſtantior. Quidam vertunt, Potior eſt extrema negotii pars principio. Melior טוב laudabilior eſt. Longanimis, &c. ארך־רוח וגו׳ Ad verbum, tardus ad iram, quàm altus ſpiritu. 10 In ſinu, &c. בחיק וגו׳ Hebraiſmus, pro, Nunquam diſcedit à ſtultis. 12 Et eſt excellentia, &c. ויותר לרואי השמש׃ .i. in hoc eſt fœlicitas viuentium. Vel, & excellẽtia eſt apud videntes ſolẽ. Alii, Et magis bona eſt apud eos qui vident ſolem. 13 *Requieſcet homo:* Hæc addita ſunt ad explendum ſenſum. Requieſcere in vmbra ſapientiæ, eſt protegi ſapientia. q.d. duplici nomine bene audit homo ille, & quòd ſapiens ſit, & quòd diues. Quidam ſubaudiunt, confidit homo. Sed excellentior, &c. ויתרון וגו׳ at excellentia cognitionis *eſt quòd* viuificabit dominos ſuos. Vel, vitam affert [Fut. Heb. pro præſ.] poſſeſſori ſuo. i. excellentia ſcientiæ, aut intelligentiæ, hoc eſt ſapientiæ, in hoc ſita eſt quòd vitã affert iis qui ea præditi ſunt. Subauditum eſt ש quòd. Alii vertunt, Et excellens ſcientia *atque* ſapientia viuos conſeruat habentes ſe. Alii, Primatum tamen habet ſcientia, *eo quòd* ſapientia vitam cõfert ſuis poſſeſſoribus. 14 Dirigere, &c. לתקן וגו׳ corrigere quẽ peruertit ipſum? Redundat IPSVM. Chaldæus paraph. exponit, Quem permiſit prodire in lucem cum defectu alicuius membri. q.d. nemo: quia nemo poteſt facere vt cæcus videat, claudus recte ambulet. eſt enim opus Dei ſolius. 15 In die bono, &c. ביום טובה וגו Hebraiſmus, pro, In die lætitiæ, eſto in lætitia: aut, tempore læto eſto lætus. i. fruere lætitia quando eam tibi Deus offert. Et in die mala, vide: וביום רעה ראה & tempore afflictionis vide. i. redi ad mentem, & contemplare opus Dei, quare immiſerit afflictionem. Quidã vertunt, & conſidera diem malum. Hoc את־זה nempe tempus afflictionis. In hoc על־דברת poſitum eſt pro בעבור id eſt vt. Poſt ipſum אחריו ſub. Deũ. i. nequid habeat homo quod Deo reſpondere poſſit. 17 Ne ſis אל־תהי Vtuntur Hebræi futuro pro modo hortandi. Sic verſu ſequenti. Vtquid deſolaberis? למה תשומם׃ vtquid obſtupeſces? i. quamobrẽ committes vt deſoleris, vel obſtupeſcas, aut perdaris? 18 Ne ſis impius אל־תרשע Ne agas impie. i. cito recede ab impietate. Docet in mala via non eſſe diu immorandum, vt ſcribit Chaldæus paraph. Docti inter Hebræos vertunt, Ne paueas, aut formides multum. ſub. in negotiis huius mundi. Vel, Ne te occupes multum. aut, diſtrahas te, ſiue inquietes. ſub. in rebus huius mundi, ſed quantũ ſufficit tibi. 19 Iſtud: בזה nẽpe ne ſis nimium iuſtus. Et etiam ab hoc וגם־מזה nempe à iuſtitia, & ſapientia. q.d. Quum dico te non oportere eſſe nimiũ ſapientem, non dico vt ſpernas ſapientiam & iuſtitiam: quin potius hortor vt des operam vtrique, nẽpe vt recedas ab impietate, & ſtudeas ſapientiæ. Aut vt des operam ne plus æquo reformides, vel te occupes & impliceris negotiis huius mundi, & compares tibi ſapientiam.

20 Sapientia, &c. החכמה תעוז לחכם Ad verbum, Nónne ſapientia roborabit ſapientem magis quàm, &c. Vel, fortitudo erit ſapienti, &c. Alii, Sapientia fortior eſt in ſapiente, [vel, apud ſapientem] quàm, &c. Quàm decem מעשרה Numerus certus pro incerto. i. multi, vt ſuprà, cap. 6.a.3. Potentes principes שליטים domini. quibus ſcilicet tutela vrbis commiſſa eſt.

Sed & cunctis ſermonibus qui dicũtur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi.

Scit enim conſcientia tua quia & tu crebro maledixiſti aliis.

Cuncta tentaui in ſapientia. dixi, Sapiens efficiar: & ipſa longius receſſit à me.

Multò magis quàm erat: & alta ꝓfunditas, quis inueniet eam?

Luſtraui vniuerſa animo meo, vt ſcirem & cõſiderarem, & quærerem ſapientiam & rationem, & vt cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium:

D

Et inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius: q placet Deo, effugiet illã: qui autem peccator eſt, capietur ab illa.

Ecce hoc inueni (dixit Eccleſiaſtes) vnum & alterum, vt inuenirem rationem:

Quam adhuc quærit anima mea, & non inueni: Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni.

Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.

Cap. VIII.

QVis talis vt ſapiens eſt? & quis cognouit ſolutionem verbi? ſapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit.

Prouer.16.b.13

¶Ego os Regis obſeruo, & præcepta iuramenti Dei.

Ne feſtines recedere à facie eiꝰ, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet.

Et ſermo illiꝰ poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſquam poteſt, Quare ita facis?

Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali: tempus & reſponſionẽ cor ſapientis intelligit.

Omni negotio tempus eſt, & op-

22 Etiam omnibus verbis quæ loquentur *homines*, ″ne des cor tuum: ne audias ſeruum tuum maledicentem tibi.

23 ″Nam etiam vicibus multis nouit cor tuũ quòd tu quoque maledixiſti aliis.

24 Omnia hæc tentaui″in ſapientia: ″dixi, Sapiens ero: & ipſa elongata eſt à me.

25 ″Procul abeſt, quid *inde* erit? ″& quod maxime profundum eſt quis inueniet?

26 ″Circuiui ego & cor meum vt ſcirem, & vt explorarem, & quærerem ſapiẽtiam, ″& rationem: & vt ſcirem impietatem ſtultitiæ, & fatuitatem″erroris.

27 Et inueni ego″rem amariorem morte, *nempe* mulierem: ″quia eſt *ſicut* retia & laquei cor eius: *ut* vincula, manꝰ eius. bonus corã Deo, ″euadet ab illa: peccans autem, capietur ab ea.

Amara mulier ſola Dei gratia vitatur.

28 ″Vide, hoc inueni (dicit″Eccleſiaſtes) ″vnum poſt alterum, vt inuenirem″rationem:

29 Quod″adhuc ″quæſiuit anima mea, & non inueni: Hominẽ vnum *rectum* ex mille inueni: mulierem autem *rectam*″ inter omnes iſtas non inueni.

30 ″Tantummodo vide, hoc inueni, quòd fecit Deus hominem rectum: ipſi autem inquiſierũt″cogitationes multas. Cap. VIII.

1 QVis *eſt* vt ſapiens? & quis *eſt*″*ut* cognoſcens ″interpretationem rei? ſapientia hominis″illuſtrat vultum eius, ″& fortitudo faciei eius mutabitur.

2 Ego *moneo te ut* os Regis ″obſerues, & ſuper verbo iuramenti Dei.

Os Regis obſeruandum.

3 ″Ne ſis feſtinus à facie eius abire: ″ne ſtes in re mala: quia quicquid voluerit efficiet.

4 ″Secundum verbũ regis eſt poteſtas: & quis dicet ei, Quid facis?

5 Qui cuſtodit″præceptum, ″non cognoſcet rem malam: ″& tempus & iudicium cognoſcit cor ſapientis.

6 Quia″omni voluntati eſt tempus & iudicium: quia

22 Ne des cor t. אל־תתן לבך Hebraiſmus pro, ne apponas, vel accõmodes animum tuum. i. ne facilè, aut libenter audias obloquutores, ne idem de te audire cogaris. 23 Nã etiã, &c. כי גם־פעמים וגו׳ Ordo dictionum inuerſus, more Hebraico, pro, Nouit enim cor tuum quòd etiam tu multis vicibus maledixiſti aliis. 24 In ſapientia בחכמה per ſapientiam. duce ſapientia. Dixi, אמרתי Hebraiſmus, pro Cogitaui in animo meo, vel reputaui apud me. 25 Procul abeſt, quid *inde* erit? רחוק מה שהיה Remotum eſt id quod fuit. Vide ſuprà 1.b.9. q.d. Nõ facilè eſt ſcire quæ præterita ſunt. Et quod maxime, &c. ועמוק עמק וגו׳ Ad verbũ, & profundũ profundũ quis inueniet? Ita ſuperlatiuũ circunloquuntur Hebræi. Metaphora autẽ à fluuiorum profunditate. Quidã vertunt, Et id quod maxime profundum eſt quis deprehẽdat? Alii totum verſum ſic vertunt, Et illud quod tam longe abeſt, valde quoque profundũ eſt, quis inueniet ipſum? Alii, Remotum quidem eſt, & profundiſſimum: quotuſquiſque illud reperiet? 26 Circuiui סבותי Obiui. Verti itaque me. Alii, Luſtraui. Et rationem: וחשבון & cogitationem. Alii, rationis acumen. Vox Hebræa ſignificat ſupputationem, ſiue rationem inquirentem cur hoc, aut ſic aliquid factum ſit. Erroris. הוללות׃ Quidam ſubaudiunt ו propter accentum, vertẽtes, & errores. aut, veſanias. 27 Rem amar. מר Adiectiuũ loco ſubſtãtiui maſc. gen. Quia אשר Quæ. Euadet ימלט liberabitur.

28 Vide, hoc inueni ראה זה מצאתי Vide quod deprehendi. ita Chaldæus paraph. Eccleſiaſtes קוהלת Vide ſuprà cap.1.a.1. Vnum poſt alterũ אחת לאחת verſando ſcilicet in animo. Ita Gallicè dicimus *Vng a ung*. Chald. paraph. vnum cum altero coniungendo. Rationem. חשבון׃ certam ac veram ſententiã. quod vulgo dicunt reſolutionẽ. Vide paulo antè verſu 26. 29 Adhuc עוד iterum. præterea. itidem. Quæſiuit בקשה Præt. Heb. pro præſ. rimatur. Inter om. iſtas בכל־אלה in omnibus iſtis. i. inter mille mulieres. Alii, ex omnibus iſtis. vt ſit ב pro מן. 30 Tantũmodo vide, hoc inueni, לבד ראה־זה מצאתי Seorſũ vide iſtud, inueni quòd, &c. Seorſum. i. ſapientia humana relicta. ita Chaldæus paraph. Cogitationes mul. חשבונותרבים׃ rationes varias. Alii, inuentiones.

IN CAPVT VIII.

1 Vt cognoſcens יודע Ita quidã doctus inter Hebræos ſubaudit כ quod præceſſit. Alii non ſubaudiunt, vertentes, Et quis eſt qui cognoſcat. Interpretationem פשר ſolutionem. ſiue reſolutionem. Illuſtrat vultum eius תאיר פניו Fut. Heb. pro præſ. lucere faciet faciem eius. i. reddet hominem illuſtrem. Facies pro toto homine. Et fortitudo ועזו & robur. Hebraico dicendi genere, robur ſiue fortitudinem faciei, vocat arrogantiam, impudentiã, & ſuperbiam, ſiue peruicaciam. Dicit ſapientiam reddere hominẽ abiectum in oculis ſuis, quanuis ab aliis plurimi fiat. 2 Obſerues, שמור Ad verbũ, Ego, os Regis obſerua. Accẽtus diuiſiuus admonet ſubaudiẽdũ eſſe aliquid, quale id quod vertimus, aut ſimile. Et ſuper verbo iuramenti Dei. ועל דברת וגו׳ Phraſi Hebraica dicitur, pro Ego, ſub. admoneo vt ſerues fidem quam Regi iureiurando præſtitiſti. Vel, Moneo vt Magiſtratui pareas, & præſtes quod iuraueris.

3 Ne ſis feſtinus, &c. אל־תבהל וגו׳ q.d. ſi receſſeris à Rege, ſtatim redi in gratiam cum eo: quia Deus permittet vt quicquid voluerit faciat. Ad verbum, Ne feſtines à conſpectu eius abibis. Futurum pro infinitiuo. Quoties duo verba (inquit doctus inter Hebræos) ſine cõiunctione ponuntur, debet exponi vltimum per infinitiuũ. Citat multa loca, Vt addatis loquamini. i. loqui. Aliud, Et ſciemus perſequamur. i. perſequi ſciemus. Vel intelligitur ש quòd, vt ſit, Ne feſtines quòd, ſiue vt abeas. q.d. etiam ſi te opprimat tyrannide. Ne ſtes אל־תעמוד neque ſteteris. Alii, ne inſiſtas. Alii, ne perſeueraris. 4 Secundũ verbũ Regis eſt poteſtas: באשר דבר־מלך שלטון Vbi *eſt* verbũ Regis, *ibi eſt* dominatio. i. illic fungitur dominatione. q.d. quæ imperat fiunt. Alii, Et quancũque rẽ præcipit Rex, in ea etiã poteſtatem exercet. 5 Præceptũ, מצוה Singul. pro plurali. Non cogno. &c. לא ידע דבר רע Hebraiſmus, pro Nihil ſentiet incõmodi. Et tempus & iud. ועת ומשפט & tempus & modum. i. opportunitatẽ tẽporis in quo, & rationẽ quomodo quid fieri poſſit. 6 Omni vol. לכל־חפץ .i. rei quã quis vult. Alii vertũt, Habet enim õnis res tẽpus, &c. Alii, Omni enim inſtituto eſt opport. &c. vt præcedẽti verſu

″malum hominis multum ſuper eum.

7 Quia neſcit″quid futurũ ſit:nã quando *id* erit,quis indicabit ei?

Aliæ vanitates.

8 ″Nullus homo eſt qui poteſtatem habeat in ſpiritum, vt retineat ſpiritum : neque eſt poteſtas *ei* in diem mortis: nec *illius eſt*″emiſſio *telorum* in prælio:neque eruet impietas poſſeſſorem ſuum.

9 Omne hoc vidi, ″& dedi cor meũ ad omne opus quod fit ſub ſole,*& vidi adeſſe* tẽpus quo dominatur homo in hominẽ in malũ ſibi.

10 ″Et tunc vidi impios ſepultos,″& redierunt:& *eos qui* de loco ſancto ambulauerunt, obliuioni traditi ſunt in ea vrbe in qua″rectũ fecerunt. etiam hoc vanitas eſt.

11 Quia nõ fit″ſententia *iudicum* de opere malo cito, ideo ″totum in hoc eſt cor filiorum hominum vt faciat malum.

12 ″Quanuis peccans faciat malum″centies,″& prolõget ei *Deus dies*, ″ſcio nihilominus quòd erit bonum timentibus Deum, qui timuerint à facie eius:

13 Et bonum non erit impio,neque prolongabit dies, tanquã vmbra *erit*: quia non timet à facie Dei.

14 Eſt vanitas quæ fit ſuper terram,quia ſunt iuſti ″quibus vſu venit acſi feciſſent opus impiorum: & ſunt impii ″quibus vſu venit acſi haberent opus iuſtorum:*unde* dixi quòd etiam hoc eſt vanitas.

In lætitia viuendum.

15 ″Et laudaui ego lætitiam , *reputans* nihil eſſe melius homini ſub ſole, niſi vt comedat & bibat, & lætetur : & *quòd ſaltem* hoc adhærebit ei de labore ſuo,diebus vitæ ſuæ″quos dedit ei Deus ſub ſole.

16 ″Propterea dedi cor meum ad cognoſcendam ſapientiam, & vt viderem occupationem quæ fit ſuper terram,″quòd etiam die ac nocte ſomnum oculis ſuis non videt.

Opera Dei ab homine imperueſtigabilia.

17 Et vidi″de omni opere Dei, quòd non poſſit homo″inuenire opus quod fit ſub ſole , propter quod laborat homo vt inueſtiget, ″nec adinuenit:*quinetiam*″ſi dixerit ſapiens ſe dare operã vt ſciat,non poterit inuenire.

Cap. IX.

Per iuſtitiam operum neſcit homo amore,an odio dignus ſit.

1 SAne totum hoc poſui in corde meo, ″& vt declararem totum hoc, Quòd iuſti & ſapientes,& opera eorum *ſunt* in manu Dei: ″etiam amorẽ,etiam odium neſcit homo omniũ *quæ* ante eos *ſunt*.

portunitas , & multa hominis afflictio:

7 Quia ignorat præterita , & futura nullo ſcire poteſt nuntio.

B

8 Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum,nec habet poteſtatẽ in die mortis , nec ſinitur quieſcere ingruente bello , neque ſaluabit impietas impium.

9 Omnia hæc cõſideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt ſub ſole:interdum dominatur homo homini in malum ſuum.

10 Vidi impios ſepultos:qui etiã quũ adhuc viuerent,in loco ſancto erant, & laudabãtur in ciuitate quaſi iuſtorum operum.ſed & hoc vanitas eſt.

11 Etenim quia nõ profertur cito cõtra malos ſententia , abſque timore vllo filii hominum perpetrant mala.

C

12 Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum , & per patientiam ſuſtentatur : ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum,qui verentur faciem eius.

13 Non ſit bonum impio,nec prolongẽtur dies eius,ſed quaſi vmbra trãſeant qui non timent faciem Dei.

14 Eſt & alia vanitas quæ fit ſuper terrã : ſunt iuſti quibus mala proueniũt quaſi opera egerint impiorũ: & ſunt impii qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. ſed & hoc vaniſſimum iudico.

D

15 Laudaui igitur lætitiam , quòd nõ eſſet homini bonũ ſub ſole,niſi quòd comederet,& biberet atq; gauderet: & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ quos dedit ei Deus ſub ſole.

16 Et appoſui cor meum vt ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſtẽſionẽ quæ verſatur in terra : eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis.

17 Et intellexi quòd omnium operũ Dei nullã poſſit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole: & quanto plus laborauerit ad quærendum,tanto minus inueniat: etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe , non poterit reperire.

Cap. IX.

1 OMnia hæc tractaui ĩ corde meo, vt curioſè intelligerem: Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorũ in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrum amore,an odio dignus ſit:

Malum hominis,&c. רעה האדם וגו׳ infœlicitas hominis eſt multiplex in eo. Alii,malitia hominis magna ſit ſuper eum. 7 Quid futurum ſit מה־שיהיה quando id erit. Alii,quale *illud ſit* quod futurum eſt. 8 Nullus eſt ho. אין אדם וגו׳ Non eſt homo dominus in vitam,vt retineat animam ipſam:neque eſt dominatio illi in diem mortis,nec eſt illi gladius in bellum. Animam,ſiue vitam,vocauit רוח ventum,quòd anima noſtra & vita ſit veluti ventus,parum durans & permanens: vel quia vita ſtat quãdiu homo reſpirat. Iob 7.a.7, Memẽto quia ventus eſt vita mea. Dicit igitur, Non eſt dominus vitæ ſuæ homo: quia quãdo Deus volet repetere animã, eſt abitura,velimus nolimus:neque eſt domin⁹ mortis vt eã repellere poſſit:neque habet arma aduerſus tẽtationes. 9 Et de.cor m. ונתון את־לבי Infinit.Heb.pro præſ.& poſui cor meũ. Vel,appuli animũ meũ. 10 Et tũc ובכן Et vere,aut,in veritate. Et redi. &c. ובאו וגו׳ Ita docti quidam inter Hebræos vertunt vt vertimus,exponentes hoc modo, Vidi impios qui præſidebant hominibus, lædebántque illos,ſepultos in ſepulchris ſuis:qui redierunt in mundum ſecũdo, quia ſucceſſerunt filii eorum in locum ipſorum,vnde permanet eorum memoria. At qui de loco ſanctitatis ibunt.i.ſancti qui morientur,nõ erunt ſic,ſed obliuioni tradentur in vrbe in qua rectũ fecerunt. Quidã vertunt ſenſu ferè eodem, Et venerunt:& *uidi eos qui* in loco Sãcti accuratè verſati ſunt, & obliuioni traditi ſunt in ea vrbe in qua ſic fecerunt. מן pro ב accipientes:& exponentes Sãcti.i.rei ſanctæ,vel Dei ſancti. Et Ambulare,pro Studioſè & diligenter verſari. Alii,ſed qui regreſſi ſunt:at qui de loco ſanctorũ venerunt,in vrbe obliuioni traditi ſunt,qui rectà fecerãt. Alii paulò liberius, Et *quòd* abierunt,& *receſſerunt* è loco ſancto,ſuntque obliuioni traditi in ea vrbe *in qua quicquid* fecerant,ratum rectúmque erat. Rectum fec. כן־עשו ſic fecerunt.i.ſtudioſè ita verſati ſunt. 11 Sentent.de opere malo, פתגם מעשה הרעה Ad verbũ,verbũ operis mali.i.quia (vt alii vertunt)non impletur,vel demandàtur executioni ſententia iudicum, ſententia inquam de opere malo. Vel, Quia non eſt ſumpta vltio repentina propter opus. Totũ,&c. מלא וגו׳ Ad verbũ,plenũ eſt cor fi.ho.in ipſis ad faciendũ. 12 Quanuis pecc.fac. אשר חוטא עושה Ad verbũ, Quia *eſt* qui peccat,faciens. Centies, מאת Ad verbũ,centũ.ſub.vicibus. Et prol.ei, ומאריך לו & differt *Deus iram ſuam*,propter illũ. Scio nihilom. כי גם־יודע אני Ad verbũ,quia etiã ſcio ego. 14 Quibus vſu ve.&c. אשר מגיע וגו׳ quibus ipſis contingit tanquã præmiũ operis.nã מעשה & opus & præmiũ operis ſignificat. Alii,ſuper quos venit opus *quo digni ſunt* impii. Sic paulo pòſt, Quibus contingit veluti præmium operis iuſtorum. 15 Et laudaui ושבחתי Tunc laudaui. Vel, Proinde laudaui. Quos אשר quã. 16 Prop.dedi cor meũ כאשר נתתי את־לבי Quidã hunc ſequenti verſui iũgunt,vertentes, Quando dedi cor meum ad cognoſcendam ſapientiam & conſpiciendum negotium ipſum quod geritur ſuper terram:(nam etiam interdiu & noctu ſomnium in oculis ſuis non videt)Tunc deprehendi de omni,&c. Videt.ſub.cor meũ.q.d.totus in hoc ſum,diu & noctu. Quòd etiã,&c. כי גם וגו׳ quòd *nonnulli* etiã neque interdiu,neque noctu ſomnũ capiũt. 17 De omni opere את־כל־מעשה האלהים omne opus Dei.ſub.tale eſſe. Inuenire opus למצוא את־המעשה explorare rationem operis.vel,aſſequi,aut deprehendere. Nec adinuenit ולא ימצא nec *unquam* adinueniet. Si dixerit,&c. אם־אמר וגו׳ .i.ſi ſtatuat apud ſe is qui mundo eſt ſapientiſſimus,dare aperã vt cognoſcat,nequaquam poterit hoc aſſequi.

IN CAPVT IX.

1 Et vt declararẽ ולבור pro לברור poſitũ. Quidam Hebræorum dicũt dictionem aliquam eſſe ſubaudiendam, quòd præcedat ו. Alii ſcribunt hic ו redundare. Etiam amorem,&c. גם־אהבה וגו׳ præterea nec amorem, nec odium nouit homo,*quum* omnia ſint ante eos. .i.nec rationem amoris,nec odii nouit homo,vt homo eſt,tametſi omnia quæ probis & improbis eueniunt,ab eo videantur.

Sed omnia in futurũ ſeruantur incerta, eo quòd vniuerſa æquè eueniãt iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & ſacrificia contemnenti: ſicut bonus, ſic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat.

Hoc eſt peſſimũ inter oĩa quæ ſub ſole fiũt, quia eadẽ cũctis eueniũt. vnde & corda filiorũ hominũ implẽtur malitia, & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos deducuntur.

B Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior eſt canis viuus leone mortuo.

Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltrà mercedẽ: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum.

Amor quoque & odium, & inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſeculo, & in opere quod ſub ſole geritur.

Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cũ gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.

Omni tempore ſint veſtimẽta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

Perfruere vita cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole o- C mni tempore vanitatis tuæ: hæc eſt enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras ſub ſole.

Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtãter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas.

Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortiũ bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: ſed tempus, caſúmque in omnibus.

Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines tempore malo, quũ eis extemplo ſuperuenerit.

Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximam:

D Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio.

Inuentúſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapiẽtiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.

Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine: quomodo er-

2 Omnia *eueniunt* conſimiliter omnibus: euentus vnus eſt iuſto & impio, bono & mundo & immũdo, ſacrificanti quoque, & ei qui non ſacrificat: ſicut bonus, ſic qui peccat: *&* is qui iurat, *eſt* ſicut is qui iuramentum timet.

3 Hoc malum eſt inter omnia quæ fiunt ſub ſole, quòd euentus vnus *ſit* omnibus: ″& etiam cor filiorum hominum plenũ eſt malo, & inſaniæ in corde eorum in vita ſua: ″& poſt hoc ad mortuos.

4 ″Quia cuicunque cõſociato cũ omnibus viuẽtibus eſt ſpes: quia ′canis viuus eſt melior leone mortuo.

5 Viuentes enim ſciunt quòd morituri ſunt: mortui autem neſciunt quicquam, nec eſt eis vltrà merces, quia obliuioni tradita eſt memoria eorum.

Viuendum in hilaritate.

6 Etiam amor eorum, etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam periit, & portio non eſt eis vltrà in ſeculum ″in omni quod fit ſub ſole.

7 Vade, comede in gaudio panem tuum, & bibe hilari corde vinum tuum: quia iam ″grata ſunt Deo opera tua.

8 Omni tempore ″ſint veſtimenta tua candida, & oleum ſuper caput tuum ne deficiat.

9 ″Vide vitam cum vxore quam ′dilexiſti, omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, ″quos dedit tibi *Deus* ſub ſole omnibus diebus vanitatis tuæ: quia hæc eſt pars tua ″in vita *hac*, & de labore tuo quo tu laboras ſub ſole.

10 ″Omne quod inuenerit manus tua ad faciendum, ſecundum vires tuas fac: quia non eſt opus, ″nec cogitatio, nec ſcientia, nec ſapientia in ſepulchro, quò tu pergis.

11 Conuerſus ſum, & vidi ſub ſole quòd non eſt velocium ″curſus, nec eſt fortium ″bellum: ſed nec ſapientum ″panis, neque prudẽtium diuitiæ, neque etiam ″ſcientium eſt gratia: ſed tempus & caſus accidit omnibus.

12 Quia etiam neſcit homo tempus ſuum: ſicut piſces qui capiuntur reti malo, & vt aues quæ capiuntur laqueo, ″ſic capientur filii hominum in tempore ″malo, ″quum irruerit ſuper eos repente.

Finis hominis inſperatus.

13 Etiam hanc vidi ſapientiam ſub ſole, & magna eſt ″mihi:

14 Ciuitas parua, & viri in ea pauci, & venit aduerſus eam Rex magnus, ″& circũdedit eam, & extruxit cõtra eã munitiones magnas:

Sapientiæ commendatio.

15 Et inuentus eſt in ea vir pauper ſapiens, & eruit ipſe vrbem ſapientia ſua, ″& nemo eſt recordatus viri illius pauperis.

16 Tunc dixi ego, Præſtãtior eſt ſapientia quàm fortitudo: quãuis

3 Et etiam וגם & præterea. Et poſt hoc, ad mortuos. ואחריו וגו׳ Genus dicendi Hebraicum quod quidam reddunt, & nouiſſimum cuiuſlibet ſit ad mortuos. Alii, Et poſtea *deſcendunt* ad mortuos. Alii, Et qui ſequitur ipſum, [ſub. cor,] ad mortuos *pergit*.

4 Quia cuicunque, &c. כי־מי אשר וגו׳ Ille tamen qui ſocietatem habet cum omnibus viuentibus, ſpem habet. Alii, Nã quis eſt qui adiũgat ſe ſocium *mortuo?* in omnibus viuis eſt ſpes. Hoc eſt, Quis eſt ex viuis qui ſe poſſit adiũgere ac ſociare (id ſignificat יחבר) mortuo, vt beneficio illius reſipiſcat? Vel, Quis eſt ex viuis qui eligat ſibi pro ſocio [id ſignificat altera lectio יבחר] vnũ ex mortuis, cuius admonitione reſipiſcere poſſit? Ergo deteriori ſunt cõditione mortui viuis hac in parte, viuis inquam etiam peſſimis: quia etiãſi peſſimi ſint, tamẽ reſipiſcere poſſũt. Canis viuus, &c. לכלב חי וגו׳ cani viuo melius eſt, quàm leoni mortuo. Vel, canis viuus præſtat leone mortuo.

6 In omni בכל ex omni. ב pro מן poſitũ, vt annotant Hebræi. 7 Grata ſunt Deo רצה האלהים grata habuit Deus, &c. Quidam vertunt, Iam enim propitius Deus largitur tibi frui operibus tuis. 8 Sint veſtimenta tua candida, יהיו בגדיך לבנים Vtũtur futuro Hebræi pro deprecatiuo modo. His autem ſignificat lætitiam animi, vt diſcimus ex verbis Chriſti apud Matthæũ, 6.b.17, Tu autem quum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. 9 Vide vitam ראה חיים Hebraiſmus, pro fruere vita, ſiue commodis huius vitæ. Sunt qui vertunt, Circunſpice vitam *quam tranſigas* cum, &c. Dilexiſti, אהבת Præt. Heb. pro præſ. Quos אשר quam.

In vita בחיים in viuis. Alii, ex vita: vt ſit ב pro מן. 10 Omne quod inuenerit, &c. כל אשר וגו׳ Hebraiſmus, pro, Quicquid ſe offert agendum, age. Nec cogitatio וחשבון nec ingenium. Vide ſuprà cap. 7.d.26. 11 Curſus, המרוץ .i. facultas currendi. q.d. deprehendi, celeritatem currendi nihil commodi afferre ad ſalutem. Bellum, המלחמה Bellum pro victoria parta bello. acſi dicat, fortitudinem bellicam non poſſe eripere quenquam. Panis, לחם victus. Sapientes ſæpe victu carent. Scientiũ gratia ליודעים חן peritorum gratia. q.d. nec etiam qui ſunt in aliqua arte periti, ſunt gratioſi. 12 Sic כהם Ad verbum, ſicut iſta. quod quidã vertunt, Idem accidit illis. nempe, filiis hominum. Malo, רעה infœlicitatis. infortunii. miſeriæ. calamitatis. Quũ irruerit ſuper nos כשתפול quũ obruerit eos. Quidam, quũ eos improuiſus caſus obruit. 13 Mihi. אלי׃ apud me. 14 Et circ. eam וסבב אותה & obſidet eam. Præterita Heb. pro præſ. 15 Et nemo eſt recordatus ואדם לא זכר & nemo *prius* meminerat. i. nemo illum nouerat.

ſapientia pauperis contempta ſit,& verba eius nõ fuerint audita.

17 Verba ſapientum″in quiete audiuntur,potius quàm clamor dominantis inter ſtultos.

18 ″Melior eſt ſapientia quàm inſtrumenta bellica: at peccator vnus″perdit bonum multum.

Cap. X.

Sapientis & ſtulti differentia.

1 S″icut muſcæ mortuæ″fœtere faciunt *&* emanare *fœtorem*″vnguentum aromatarii : ſic *hominem* pretioſum ob ſapientiam , & gloriam,ſtultitia modica″*fœtere facit*.

2 Cor ſapiẽtis,″ad dexteram eius,& cor ſtulti″ad ſiniſtram ipſius.

3 Et etiam per viam quum ſtultus ambulat,cor eius deficit: & dicit″de omnibus,Stultus eſt.

4 ″Si ſpiritus dominantis aſcenderit contra te , locum tuũ ne deſeras: quia″lenitas quieſcere facit peccata magna.

Alia vanitas.

5 Eſt malum *quod* vidi ſub ſole ſimile″errori qui egreditur à facie ″dominantis:

6 ″Conſtitutus eſt ſtultus in excellẽtiis magnis:diuites verò in humilitate ſedent.

7 Vidi ſeruos ſuper equos, & principes″ambulantes velut ſeruos ſuper terram.

8 Fodiens foueam, in eam íncidet: & diſſipans ſepem, mordebit eum ſerpens.

9 Transferens lapides,dolore afficietur″in eis: ſcindens ligna,″diſcrimini ſe exponit per illa.

10 Si hebetatum fuerit ferrum,″& huius aciem non terſerit, ″vires roborauit *ſcindens*:″at excellentia rectificationis eſt ſapientia.

Detractor occultus cui ſimilis.

11 Si mordeat ſerpẽs non incãtatus,″ſic nõ eſt excellẽtia linguaci.

12 Verba oris ſapientis,gratia:labia autem ſtulti ″perdunt eum.

13 Initiũ verborũ oris eius,ſtultitia:& finis″oris eius inſania mala.

go ſapientia pauperis cõtempta eſt, & verba eius non ſunt audita?

17 Verba ſapientium audiuntur in ſilentio , plus quàm clamor principis inter ſtultos.

18 ‖Melior eſt ſapientia , quàm arma bellica:& qui in vno peccauerit,multa bona perdet. Sapien.6.a.1

Cap. X.

1 MVſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti: pretioſior eſt ſapientia & gloria, parua ad tempus ſtultitia.

2 Cor ſapiẽtis in dextera eius,& cor ſtulti in ſiniſtra illius.

3 Sed & in via ſtultus ambulãs, cum ipſe inſipiens ſit,omnes ſtultos æſtimat.

4 Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris:qa curatio faciet ceſſare peccata maxima.

5 Eſt malum quod vidi ſub ſole,quaſi per errorem egrediens à facie principis:

6 Poſitum ſtultũ in dignitate ſublimi,& diuites ſedere deorſum.

7 Vidi ſeruos in equis : & principes ambulantes ſuper terrã quaſi ſeruos. B

8 ‖Qui fodit foueam,incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Prou.26.d.27 eccli 27.d.30

9 Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10 Si retuſum fuerit ferrũ, & hoc non vt prius, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur,& poſt induſtriã ſequetur ſapientia.

11 Si mordeat ſerpens in ſilẽtio,nihil eo minus habet qui occultè detrahit.

12 Verba oris ſapientis, gratia : & labia inſipientis præcipitabunt eum. C

13 Initiũ verborũ eius ſtultitia,& nouiſſimum oris illius error peſſimus.

17 In quiete audiuntur בנחת נשמעים quietis plena audiuntur.i.recipiuntur ab electis. 18 Melior eſt טובה Præſtantior eſt. Perdit bonum multum. ׃ יאבר טובה הרבה Fut.Heb.pro præſ.Hebraiſmus,pro Incommoda multa afferre ſolet.

IN CAPVT X.

1 *Sicut* muſcæ mortuæ זבובי מות Ad verbum,Muſcæ mortis.כ ſimilitudinis ſubauditur.Plurale item muſcæ,pro quælibet muſcarum: nam ſequitur verbum ſingulare:aut vertendum verbum in plurali. ita loquuntur Hebræi,cauſa breuitatis, vt quidam inter eos docti annotant. Præterea muſcas mortis , more Hebraico dicit , pro morti obnoxias & parum vitales, ſiue moribundas, vt quidam interpretantur. Alii,mortuas exponunt. Fœtere faciunt,*&* emanare *fœtorem*. יבאיש יביע Singul.Heb.pro plur. & fut.pro præſ. fœtere facit, emanare.ſub.fœtorem. Vel,profert & educit fœtorem,vt exponunt Hebræi. Quidam vertũt,putrere faciunt vnguentũ aromatarii, *&* edunt fœtorem.Alii,Muſca moritura facit fœtere *&* exhalare vnguentum,&c. Vnguentum aromatarii: שמן רוקח Sic vocat vnguentum pretioſum,& maxime odoratum. *Fœtere facit.* Subauditum eſt ex præcedentibus.i.efficit vt male audiat apud homines.

2 Ad dexteram eius: לימינו Hebraiſmus, acſi dicat, præparatum habet cor ad omnia recta, vt manus dextera apta eſt rebus bene gerendis. Cor pro ſapientia accipiunt hoc loco Hebræi, vt & Prouerb.15.d.32,Poſſidebit cor.q.d. Sapiens omnia facit duce ſapientia.

Ad ſiniſtrã eius. ׃ לשמאלו Hebraiſmus pro,Res ſuas ſiniſtrè & præpoſterè adminiſtrat;vt manus ſiniſtra ad res agendas eſt inepta.

3 De omnibus,Stultus eſt. ׃ לכול סכל הוא omnibus quòd ſtultus ſit.i.palàm præ ſe fert omnibus ſtultitiam.q.d.diſſimulari non poteſt ſtultitia,ne foris quidem,ſed ſemper ſuo ſe indicio prodit. 4 Si ſpiritus dominantis, &c. אם־רוח וגו׳ Phraſis eſt Hebraica, pro qua Latini dicunt,Si ira dominantis ſæuiat aduerſum te,ne commouearis.Ita quidam Hebræorum exponunt. Alii vertunt,deſcẽderit ſuper te. hoc ſenſu, Si adipiſcaris regiam dignitatem, ſtatum priſtinum ne deſeras. In eundem ſenſum quidam transferunt , Quoties affectus dominatoris in te ortus fuerit,ne deſere ſtationem tuam. Lenitas quieſc.facit מרפא יניח lenitas deſerit,&c.Conuenit hoc priori expoſitioni præcedentis partis huius verſus. Alii,qui ſibi medetur,dimittit,&c.a רפא mederi. Alii dicunt eſſe à רפה lenẽ eſſe, declinare,recedere,vt ſit א loco ה,& vertunt,Qui deſerit(ſub.animum regium)vitat peccata multa. in quæ ſcilicet Reges incidere ſolent. Cõgruit hæc expoſitio alteri expoſitioni prioris partis huius verſus. 5 Errori כשגגה Significat delictum quod per inanimaduertentiam & errorem committitur. Dominantis. ׃ השליט ipſius domini. Poteſt intelligi de Deo,& de Rege qui per imprudentiam ſtultos euehit ad honores.In eandem ſententiam quidam ſic vertunt, Quod proficiſci videtur ex imprudentia tenentis primatum.

6 Conſtitutus eſt ſtultus,&c. נתן הסכל וגו׳ Conſtituitur *uir* ſtultitiæ in dignitatibus eximiis. Alii, Stultitia *enim* collocatur in ſummo faſtigio. 7 Ambulantes,&c. הולכים וגו׳ Ambulare ſuper terram,more Hebræorum dicitur,pro pedibus ingredi,nõ equitare.

9 In eis: בהם circa illos.i.circa tranſlationem lapidum illorum multum laborabit.q.d.nihil eſt in mundo quod ſine dolore & labore aſſequi poſſis,etiam ſi tantummodo transferas lapides. Diſcrimini ſe exponit per illa. ׃ יסכן בם Fut.Heb.pro præſ.periclitatur in illis. Alii,Fatigatur in eis. Alii,incaleſcit circa illa. 10 Et huius aciẽ non terſe. והוא לא פנים קלקל Ad verbũ,& huius non aciẽ terſerit.Ordo inuerſus,pro, Et ipſe *findens* non terſerit facies.i.nõ poliuerit vtrunque latus ſecuris. Vires rob. וחילים יגבר Ad verbum, & vires roborabit.Redũdat ו&,aut vertendũ Tũc,&c.i.ſi ſecuris hebes fuerit,tũc opus erit vt ſcindẽs addat robur ac vires. Alii,Tunc vires euincet.ſub.ferrum.i.ſuperabit vires findentis. Alii,præualebit exercitus.q.d.etiam ſi arma retuſa fuerint,& rubigine obducta, tamẽ exercitus plus aget per ſapientiam,quàm per inſtrumenta ferrea. Nonnulli,multis ſubauditis vertunt, Quum ferrum hebes fuerit, nec facies ei polita,*exercitium poſtulat:*exercitus *etiam requirit aliquem* qui reddat eos fortiores. At excell.&c. ׃ ויתרון הכשיר חכמה at excellẽtia induſtriæ eſt ſapientia.i.tum plurimum valet induſtria,ſi ſapientiam habeat comitem. Quidam ad verbum vertunt,Et excellentia rectum facere ſapientia.id eſt,vt clarius vertatur,At excellentia ſapientiæ amplior eſt, quòd abſque dolore rectũ faciat hominem. Alii,at excellentius ſe diriget per ſapientiam. Alii,ſed maiori ſtudio aptare conueniet ſapientiam. 11 Sic non eſt,&c. ואין יתרון וגו׳ Hic ו pro כ ſimilitudinis ponitur. Quidam paraphraſtice vertũt, Nihilo plus agit qui eſt vir linguoſus. Alii,nihilo magis incomodat quàm maledicus. Alii,nihilo melior eſt linguax ſerpente. 12 Perdunt eum. ׃ תבלענו Fut.Heb.pro præſ.abſumunt [perdere ſolent]eum.

13 Oris eius,inſania mala. ׃ פיהו הוללות רעה *ſermonis* oris eius veſania pernicioſa.

Stultus verba multiplicat: ignorat homo quid ante ſe fuerit: & qd poſt ſe futurũ ſit quis ei poterit indicare? 14

Labor ſtultorum affliget eos: qui neſciunt in vrbem pergere. 15

Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt. 16

Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tem-
D pore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. 17

In pigritiis humiliatur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus. 18

In riſum faciunt panem, & vinum vt epulentur viuentes: & pecuniæ obediunt omnia. 19

In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabũt vocẽ tuã, & qui habet pennas, annuntiabit ſententiam. 20 Cap. XI.

Mitte panem tuũ ſuper transeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum. 1

Da partem ſeptem, necnõ & octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram. 2

Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent: ſi ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonẽ, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. 3

B Qui obſeruat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquã metet. 4

Quomodo ignoras quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei qui fabricator eſt omniũ. 5

Mane ſemina ſementem tuam, & veſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc an illud:
C & ſi vtrunque ſimul, melius erit. 6

Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. 7

Si annis multis vixerit homo, & in 8

14 Et ipſe ſtultus ʹmultiplicat verba: *dicitque,* ʹNeſcit homo id quod futurum eſt: & id quod erit poſt illum quis annuntiabit illi?

15 Labor ſtultorum defatigat eos: ʺqui *tamen* neſciunt pergere ad vrbem.

16 Væ tibi terra, ʹquando Rex tuus puer eſt, & principes tui mane comedunt.

Sub Rege puero infœlicitas: ſub nobili verò proſperitas.

17 Beata tu terra ʹquum Rex tuus filius eſt nobilium, & principes tui in ipſo tempore comedũt ʺpropter fortitudinem, & non propter potationem.

18 ʹPropter pigritias inclinat ſe *ut cadat* ʹcontignatio: ʺ& propter deiectionem manuum perſtillat domus.

19 ʺPropter riſum faciunt *piſtores* panem, & vinum lætificat ʹviuos, & argentum ʺreſpondet omnibus.

20 Etiam in cogitatione tua, Regi ne maledicas: & in penetralibus cubilis tui ne maledicas diuiti: quia auis cæli deferet vocẽ ipſam, & habens alas annuntiabit ʺverbum.

Cap. XI.

1 Mitte ʺpanem tuum ſuper faciem aquarum: quia ʺin multitudine dierum inuenies illum.

Pauperibus benefaciendum.

2 ʺDa partem *panis* ſeptem *indigentibus,* aut etiam octo: nõ enim ſcis ʺquid erit mali ſuper terram.

3 Si repletæ fuerint ʺnubes, pluuiam ſuper terram effundent: & ſi ceciderit arbor ad Auſtrũ, aut ſi ad Aquilonem, in locum in quẽ ceciderit ipſa arbor, ibi erit.

4 Qui obſeruat ventum, nunquã ſeminabit: ʹ& qui reſpicit nubes, nunquam metet.

Omnia committẽda diuinæ prouidentiæ.

5 Quemadmodũ ʺtu ignoras quæ ſit via ʹſpiritus, ʺ*&* quomodo *concreſcant* oſſa in vẽtre prægnãtis: ſic neſcis opus Dei qui facit omnia.

6 Mane ſemina ſemen tuum, & veſperi ne quieſcere facias manũ tuam: quia neſcis ʺvtrum magis conueniat, hoc an illud, ʺ& an ambo pariter ſint bona.

7 Dulcis quidem eſt lux, & iucundum eſt oculis ʺintueri ſolem.

8 Sanè ſi annis multis vixerit homo, *&* in omnibus illis lætatus

14 Multiplicat verba: ירבה דברים Hebraiſmus, pro, multis verbis vtitur. Neſcit לא־ידע Oratio defectiua: quã perficiunt nonnulli, præponẽdo, dicitque: vt ſequantur verba ſtulti. Alii ſubaudiunt coniunctionem, Et neſcit, &c. Sunt qui vertunt paulo liberius, Et ignorat homo iſte quorſum eat: quis autem ei indicaret quod futurum ſit? 15 Qui *tamen* neſc. &c. אשר לא־ידעו וגו׳ Vulgare prouerbium, Neſcire viam ad vrbem, pro ignorare rem maxime notam. q.d. quum ſtulti vulgaria ignorent, torquent ſe circa difficilia.

16 Quãdo Rex t. puer eſt, שמלכך נער Ad verbũ, cuius Rex tuus puer. Hebraiſmus, pro cuius rex puer: redundãte altero pronomine.

17 Quum Rex tuus fi. eſt nob. שמלכך בן־חורים Ad verbũ, cuius Rex tuus filius nobilium. Hebraiſmus, pro, cuius Rex generoſus eſt. חורים vocat principes, ab albore, hoc eſt candore morum, quòd candido ſint animo. Propter fortitudinẽ, &c. בגבורה ולא בשתי׃ Ad verbum, in fortitudine, & non in potatione. Quod velut exponentes quidam vertunt, pro neceſſitate, & non pro luxu. Alii, ad confirmandum corpus, & non ad luxum. Quidam exponunt, In fortitudine meditanda. i. habentes animum circa res fortiter geſtas & gerendas, non in patinis & voluptatibus. Quidam transferunt, In fortitudine, & non in infirmitate. à radice נשת defecit, periit. acſi dicat, Qui in tempore, quando neceſſitas poſtulat, edunt, ſunt corpore firmo, alii ſunt corpore debili. 18 Propter pigritias בעצלתים ſub. manuum, quæ duæ ſunt. eſt enim nomen duale, alludens ad duas manus. Commendat diligentiam in omnibus rebus. Contignatio: המקרה ſtructura trabium. i. ipſum ædificium. Et propter deiectionem ובשפלות & propter torporem. vel remiſſionem manuum.

19 Propter riſum לשחוק .i. lætitiæ gratia, nempe ad diſcutiendam triſtitiam quam parit fames. Quidam ſubaudiunt aduerbia ſimilitudinis, hoc modo vertentes, *Vt* propter lætitiam faciunt panem, & vinũ lætificare ſolet vitã: *ſic* pecunia præſtat omnia. Viuos, חיים vitam. i. mœrorẽ diſcutit. Reſpondet omn. יענה את־הכול׃ .i. votis omnium. q.d. præeũte pecunia, omnes fiunt voti cõpotes. Alii, pecunia præſtat omnia. Ad verbum, exaudiet omnia. tãquam omnia neceſſaria poſtularẽt argentum, & argentũ præſtaret illa omnia. Quidã Hebræorũ, iuuat omnia. vel, inuenire facit omnia. 20 Verbũ. דבר׃ rem ipſam. i. maledictionẽ tuam prodet. Auem cæli vocat delatorem quem non putes, qui deferet verba tua Regi.

IN CAPVT XI.

1 Panem tuum ſuper faciem aquarum: לחמך על־פני המים Nomine panis quicquid ad victum: pertinet, intelligere oportet, more Hebræorum: vt & nomine aquarum, populos. Liberalitatem enim erga pauperes commendat. In multitudine dierũ ברוב הימים Hebraiſmus, poſt multos dies, ſiue tandem. 2 Da partẽ ſeptem תן־חלק לשבעה Ab verbũ, Da portionẽ ſeptem. ſub. pauperibus. i. cuique pauperi ſuam portionem. Numero ſeptenario multos intelligit: vt octonario vniuerſitatem. Quidam vertunt, Da partem *per dies* ſeptem.

Quid erit mali ſuper ter. מה־יהיה על־הארץ quæ futura ſit calamitas ſuper terram. i. te viuente. 3 Nubes, pluuiam, &c. העבים גשם וגו׳ nubes pluuia, *aquam* ſuper terram effundere ſolent. 4 Et qui reſpicit ורואה & qui ſpectat. vel, & qui obſeruat.

5 Tu ignoras אינך יודע Ad verbum, non cognoſcis. Spiritus, הרוח Animam ſignificat. i. quomodo infundatur ſpiritus in corpus, vel quomodo abeat à corpore. *Et* quomodo, &c. כעצמים Ad verbum, ſicut oſſa in ventre plenæ. i. grauidæ mulieris.

6 Vtrum magis conueniat, איזה יכשר Ad verbum, vtrum rectius futurum ſit. Vel, quidnam cõmodius futurum ſit. Et an ambo pariter *ſint* bona. ואים־שניהם וגו׳ Ad verbum, & ſi ambo ſicut vnum, bona *ſunt*. More Hebraico dictum, Sicut vnum, pro ſimul, aut pariter. q.d. quòd ſi vtrunque pariter ſuccedat, bona ſunt. 7 Intueri ſolem. לראות את־השמש׃ Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, Sed tamen eſt moriendum. Conciſa enim eſt ſententia: quod fit in rebus quas præ mœrore dicere non poſſumus.

fuerit,recordetur verò dierum″tenebrarũ,quia multi ſunt: quicquid euenit,*iudicabit eſſe* vanitatem.

9 Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, ″& exhilaret te cor tuum in diebus iuuentutis tuæ,″& ambula in viis cordis tui, & ſecundum aſpectum oculorum tuorum : ſed ſcito quòd propter omnia hæc adducet te Deus in iudicium.

10 ″Aufer autẽ iram à corde tuo , & remoue ″malitiam à carne tua: quia adoleſcentia & iuuentus vanitas *ſunt*.

Cap. XII.

Cogitãdus Deꝰ à teneris annis.

1 ET memẽto Creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ,prius quàm veniant dies mali,& accedant anni de quibus dicas,Nõ eſt mihi in eis″beneplacitum:

2 Prius quàm obtenebreſcat ſol, & lux,& luna,& ſtellæ: & reuertantur ipſæ nubes poſt ipſam pluuiam:

3 In die″qua commouebunt ſe cuſtodes domus, ″& incuruabunt ſe homines robuſti,″& ceſſabunt molares,quia″diminuent,& obtenebreſcent″*facultates illæ* videntes per feneſtras.

″i.oculi

4 Et claudẽtur oſtia″extrinſecus,″propter remiſſionẽ ſoni ipſius molæ:″& conſurget ad vocem volucris,″& humiliabuntur omnes ″filiæ cantici.

5 Etiam à *re* alta″timebunt,″& pauebunt in via,″& florebit amygdalus,″& oneri erit *illi* locuſta:″& diſſipabitur cõcupiſcentia: quoniã vadit homo″ad domũ ſeculi ſui,& circuibũt ĩ platea plãgẽtes.

6 Prius quàm″prolongetur funis argẽteus,& confringatur ″lenticula aurea,″& conteratur hydria ſuper fontem, ″& diſſipetur rota ſuper ciſternam:

his omnibus lætatus fuerit,meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum: qui quum venerint, vanitatis arguentur præterita.

Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua , & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ , & ambula in viis cordis tui , & in intuitu oculorũ tuorum , & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. D

Aufer irã à corde tuo,& amoue malitiam à carne tua : adoleſcẽtia enim & voluptas vana ſunt.

Cap. XII.

MEmẽto Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas,Non mihi placent:

Antequam tenebreſcat ſol,& lumẽ, & luna , & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam:

Quando cõmouebuntur cuſtodes domus,& nutabunt viri fortiſſimi,& otioſæ erunt molentes in minuto numero , & tenebreſcent videntes per foramina.

Et claudent oſtia in platea , in humilitate vocis molentis , & conſurgent ad vocem volucris , & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. B

Excelſa quoque timebunt , & formidabũt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locuſta , & diſſipabitur capparis : quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ,& circuibũt in platea plangentes.

Antequam rumpatur funiculus argenteus,& recurrat vitta aurea,& cõteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam.

8 Tenebrarum, החושך .i.mortis. Vitam & res proſperas Soli comparauit priore verſu:nunc autem mortem & aduerſa tenebris comparat. Quidã totum verſum ſic conuertunt, Quia ſi(.i.quanuis)annos multos viuat homo,*&* in omnibus illis lætetur:tamen recordabitur dierum tenebrarum, quia multi erunt: *& quòd* omnis qui naſcitur, eſt vanitas. Alii præcedenti ita iungunt, Verum ſi homo annos multos vixerit,& per eos vniuerſos lætus egerit,recordatus autẽ fuerit dierũ*quos ager* in tenebris,quoniã plurimi erũt:*illico* inanitas *uidetur* quicquid præteriit. Alii, Etſi annis multis ſciat ſe homo victurum, & lætaturum in illis omnibus, recordetur autem dierum tenebroſorum, quia illi plures futuri ſunt,& omne quod ſubſequetur,vanum erit. 9 Et exhil.te cor t. ויטיבך לבך Ita Hebraicè vt vertimus. Alii vertũt,& cordi tuo bene ſit. Vel,& lætum ſit cor tuum.vt redundet alterũ pronomen.Ironia eſt. Et ambula in viis,&c. והלך בדרכי וגו' Hebraiſmus,acſi dicas Latinè,Fac quicquid animo tuo lubeſcit,& quicquid placet oculis tuis. 10 Aufer autem והסר Aufer igitur.

Malitiam à carne tua: רעה מבשרך malum de carne tua.q.d.da operam vt ſis caſtus.

IN CAPVT XII.

1 Beneplacitũ: חפץ: voluptas.Vel,non ſunt mihi voluptati.non mihi placent. 3 Qua cõmoue.ſe שיזועו qua agitabunt ſeſe. Alii,tremẽt.Deſcribit ſeniũ hominis.Cuſtodes domus vocat manus,quòd illis incõmoda à corpore auertamus,& arceamus. Et incur.&c. והתעותו אנשי החיל Ad verbum,& peruertentur viri roboris. Vel, homines robuſti.i.crura. Alii,& vacillauerint,&c. Et ceſſabunt ובטלו & deſinent.Vel,& inutiles facti fuerint. Diminuent מעטו ſub.molitionem.i.non poterunt dentes contundere & comminuere cibum.Quidam vertunt,parum molent, ſiue molere poterunt.Præt.Heb.pro fut.Alii,deſinent molentes vt parum molãt.Alii,eo quòd imminuti fuerint. 4 Extrinſecus, בשוק in platea.Vel,foris.Labra intelligũt Hebræi. Propter remiſſionem ſoni ipſius molæ: בשפל קול הטחנה Ad verbum, in humilitate vocis ipſius moliture. vel molæ: aut potius molitionis, ſub. dentium. Quidam, & humiliata fuerit vox molentis.Alii,cum exili voce molentis.i.quia vltrà digerere cibum non poſſint homines.Nam ſono quodam ſolent molere cibum qui valent dentibus. Et conſurget ויקום & excitabitur.ſub.homo. Et humiliabuntur וישחו & deprimentur.Vel,& ſubmiſſæ erunt. Aut,ſupprimentur. Filiæ cantici. בנות השיר: filiæ vocis.i.reſonantiæ.Filias vocis vocat arterias & fibras vocales,quæ multum valẽt ad vocem eliciendam. q.d. vox gutturis qua prius cantabat, erit ſubmiſſa, adeò vt non audiatur. Ita docti inter Hebræos.Alii,filias cantici exponũt cantores & cantatrices qui humiles erunt,neque exaudiẽtur à ſenibus,neque illis delectabuntur:vt 2.Sam.19.f.35, de Berzellai ſene, Num audiam vltrà vocem cantorum & cantatricum? 5 Timebunt, ייראו Fut.Heb.pro præſ.timere ſolent:quia non poſſunt attollere crura.Oſtendit crurum ſenum humilitatem. Et pauebunt וחתחתים & fractiones.i.offendicula.q.d. vel in feſtucam impingere ſolent. Alii,contritiones,ſiue pauores.acſi dicat,Venient eis in via contritiones & pauores,vt præ laſſitudine ac debilitate nequeant ambulare.

Et florebit amygdalus, וינאץ השקד & floret amygdalus.i.caput conſpergitur canitie.à נוץ floruit. Alii à verbo נאץ, reprobare, reiicere,& ſpernere,vertunt,Et reprobabit(vel,flocifaciet) coitum.ob multam ſcilicet debilitatem. nam השקד membrum coitus interpretantur. Alii,& creſcent palpebræ. vt videre licet in ſenibus præ attenuatione & macredine. Et oneri erit *illi* locuſta: ויסתבל החגב acſi dicat, Etiam locuſta,paruum animal,ſi requieuerit ſuper ſenem, erit ei oneri, vſqueadeo debilis erit. Alii vertunt, & onerabitur dorſum,ſiue ſpina dorſi. onerabuntur lumbi. Et diſſipabitur concupiſcentia, ותפר האביונה & franget *fœdus* concupiſcentia.i.pars illa concupiſcibilis animæ cui deſiderium tribui ſolet,rumpet fœdera quæ pepigit cum corpore.Quidam vertunt,Diſſipabitúrque mutua confœderatio.corporis ſcilicet & animæ.Alii,& reſpuet appetitus.ſub.res oblatas. Ad domum ſeculi ſui, אל־בית עולמו .i.ad domum ſuam ſempiternam, ad ſepulchrum in quo habitabit vſque ad iudicium. 6 Prius q.prol. עד אשר לא־ירחק Ad verbũ,vſquequo nõ prolõgetur.Duplex lectio Hebræis,ירחק prolongetur.Et ירתק colligetur,ſiue alligetur.i.breuior fiat,quàm vt aquam putei attingere poſſit.Quidã,remoueatur: alii,rũpatur.Funem argenteum vocat ſpinã dorſi,ratione coloris.Solent autẽ ſenes breuiari,quòd in ſenectute breuietur medulla. Hæc autẽ perinde valent acſi dixiſſet, antequam ſentias incõmoda ſenectutis.Ita docti inter Hebræos. Lent.aurea, גולת הזהב phiala aurea.vas rotundum eſt. Membranam illã quæ cerebrum continet,intelligit, quæ eſt veluti rufa & flaua:ideo comparatur auro. & ſenſus eſt, Antequam moriatur homo.nam hac membrana fracta,hominem mori neceſſe eſt. Et conteratur hyd.&c. ותשבר כד על־המבוע & frangatur hydria iuxta fontem.vel,ſcaturiginem.Annotant Hebræi,per hydriam intelligi conceptacula illa ſanguinis quæ à iecore recipiunt ſanguinem.& per fontem,iecur:quòd in iecore fiat ſanguis. Et diſſipetur rota ſuper ciſternam: ונרוץ הגלגל אל־הבור: & conteratur rota ſuper puteum.Rotam vocat caput:Ciſternam autem,ſiue puteũ, cor à quo trahuntur vires vitales. Et vt miniſterio rotæ haurimus aquam, ita in capite omnes ſenſus conſtituuntur:ideo attrahit à corde vires vitales.

7 Et reuertatur puluis in terram ſuã vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deũ qui dedit illum.

8 Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, omnia vanitas.

9 Quúmque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inueſtigans compoſuit parabolas multas.

10 Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos.

D 11 Verba ſapientium, ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum concilium data ſunt à paſtore vno.

12 His ãplius, fili mi ne reqras: faciẽdi plures libros nullus eſt finis: frequẽſq; meditatio, carnis afflictio eſt.

13 Finem loquendi, pariter omnes audiamus: Deum time, & mãdata eius obſerua: hoc eſt omnis homo.

14 Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni abſcondito, ſiue bonum, ſiue malum ſit.

7 ′Et reuertatur puluis in terram, quemadmodum erat: & ſpiritus reuertatur ad Deum qui dedit illum.

8 Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: omnia vanitas.

9 ′Et quo magis fuit Eccleſiaſtes ſapiens, eo magis docuit ſcientiam populum, ″& auſcultare fecit, ″& inueſtigauit, ′concinnauit parabolas multas.

10 ′Perquiſiuit Eccleſiaſtes inuenire verba ′quæ placerent, ″& ſcripturam rectam, verba veritatis.

11 Verba ſapientum *ſunt* tanquam ſtimuli, & tanquam claui ′infixi, ′authorum collectionum, *quæ* data ſunt à paſtore vno.

12 ′Et amplius his, fili mi, caue″*quæras:* faciendi libros′plures nõ eſt finis: ″& doctrina multa, afflictio *eſt* carnis.

13 ″Finis verbi totius auditus eſt: Deum time, & mandata eius cuſtodi, ″quia hoc *eſt* omnis homo.

14 Quia omne opus Deus adducet in iudicium, ″*quod erit* ſuper omni occulto, ſiue bonum *ſit*, ſiue malum.

7 Et reuertatur וישוב Sub. antequam, ſic, Et antequã reuertatur, &c. 9 Et quo magis, &c. ויותר שהיה וגו׳ Præterea quum eſſet Eccleſiaſtes ſapiens, aſſiduè docuit. Ad verbum, Et amplius, quia fuit Coheleth ſapiens, adhuc docuit, &c. Et auſcultare fecit, ואזן & trutinauit. ſiue, trutina appendit. Quidam, cõmouit ſtudium doctrinæ. Et inueſtigauit, וחקר & ſcrutari fecit. Concinnauit תקן adornauit. direxit. compoſuit. 10 Verba quæ placerent, דברי־חפץ Ad verbum, verba complacentiæ. vel, beneplaciti. Quidam vertunt, rationes expetibiliũ rerum. Et ſcripturam rectam, וכתוב יושר Ad verbum, & ſcripturam rectitudinis. vel, æquabilitatis. i. ſtylum æquabilem. q.d. ſtylo æquabili ſtuduit tradere ſapientiam. 11 Infixi, נטועים qui ſcilicet rem cui affiguntur, retinẽt: ſic & doctrina hominem retinet. Authorum collectionum, בעלי אסופות ſub. ſicut inquam verba. Vertere potes, *ſunt* authores collectionũ. Dominos, ſiue authores collectionũ appellat ſapientes, quòd congregent verba ſapientiorũ in ſuis libris. 12 Et amp. his ויותר מהמה Et plura his. Vel, vt alii vertunt, Poſtremò. *Quæras:* Alii ſubaudiunt, admonitus. Plures הרבה multos. Et doctrina ולהג & ſcriptura. Alii, & ſcientia. Alii, & diſquiſitio. Quidam, iugis lectio, moleſtus labor carnis. vel, affert laborem carni.

13 Finis verbi totius auditus eſt: סוף דבר וגו׳ Finis vniuerſæ rei auditus eſt. ſub. à te. Alii, In ſumma, omnia audita ſunt. q.d. omnia te docui, mundana omnia meram eſſe vanitatem. Alii, Et vt vno verbo dicam, omnia audita ſunt. Quia hoc eſt omnis homo. כי־זה כל־ האדם : Ita Hebraicè vt vertimus, pro quo quidam vertunt, Quia hoc *ſpectat ad* omnem hominem. Alii, Nam *in* hoc *conſiſtit* omnium hominum *perfectio*. Quidam ex doctorum Hebræorum comment. Quia iſtud *eſt baſis & fundamentum* omnium hominum.

14 *Quod erit* ſuper omni occulto, על כל־נעלם cum omni occulta re.

10 Perquiſiuit בקש Studuit

Canticum canticorum, Hebr. שיר השירים

VETVS.

Cap. I.

1 CANTICVM CANTICOrum Salomonis.

ECCLESIA.

2 Oſculetur me oſculis oris ſui: quia meliora ſũt hubera tua vino,

3 Fragrantia vnguẽtis optimis: oleũ effuſum nomen tuum: ideo adoleſcẽtulæ dilexerunt te.

4 Trahe me, poſt te curremus. Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberũ tuorũ ſup vinũ: recti diligũt te.

5 Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.

NOVA EX HEBRAEO TRANSLATIO.

Cap. I.

1 ′CANTICVM CANTICORVM, ″QVOD EST שSelomóh.

2 Oſculetur Me ′oſculis oris ſui: quia gratiores ſunt amores tui vino.

3 Propter odorem ′vnguentorum tuorum optimorũ, *ut* vnguẽtum effuſum *eſt* nomen tuum, ideo adoleſcentulæ′dilexerunt te.

4 Trahe me, poſt te″curremꝰ. ″Introduxit me Rex in cubicula ſua: exultabimus, & lætabimur in te, ″recordabimur amorum tuorum magis quàm vini: ″recti diligunt te.

5 ′Nigra ſum, ′at deſiderabilis, filiæ Ieruשſaláim, ſicut tabernacula′Cedar, ſicut cortinæ שSelomôh.

Hoc canticũ totum eſt myſticũ, Chriſti erga Spõſam ſuam Eccleſiam, ac rurſum Spõſæ erga Chriſtum incomprehenſibilis amoris pleniſſimum.

1 Canticum canticorum, שיר השירים Hebraiſmus, pro Excellentiſſimum canticum, omnium canticorum à Salomone compoſitorũ. Nam præpoſuit ה haiediah, id eſt ſignificatiuũ, vt declaret ſe loqui de inſignibus canticis à Salomone compoſitis, quæ perierunt, vt vides 1. Re. 4. d. 32. Quod eſt שSelomóh. : אשר לשלומה quod eſt ipſi שSelomôh. i. quod ad Salomonẽ ſpectat. aut, quod tribuitur Salomoni.

2 Oſculis מנשיקות ex oſculis. i. vno, duobus, aut pluribus oſculis. nam מ, vt annotant Hebræi, ſignificat partem, ſiue partes alicuius vniuerſalis. 3 Vnguen. t. opt. שמניך טובים vnguẽta tua *ſunt* ſuauia. vel, delectabilia. Dilexerũt te. : אהבוך Præt. Heb. pro præſ.

4 Curremus. נרוצה Corruptè in quibuſdã codicibus Veteris interpretis poſt hoc verbũ legitur, in odorẽ vnguentorũ tuorũ. quæ verba neque in vetuſtioribus ſcriptis Latinis codicibus leguntur. Introduxit me הביאני Præt. Heb. pro fut. vt quidam vertunt, adducet. In cubicula ſua: חדריו in penetralia [vel adyta] ſua. Recorda. &c. נזכירה וגו׳ loquemur de amoribus tuis magis quàm de vino. Vel, mentionẽ faciemus, &c. Alii, cõmemorabimus amores tuos potius quàm vinũ. Alii, prædicabimus amores tuos vino præſtãtiores. Alii, odorabimus, &c. Quidã, vbera tua, vertũt: ſed malè: nam ſcriberetur דדיך, vt Prou. 5. d. 19, דדיה vbera eius inebrient te. Recti מישרים Quidam ſubaudiũt אנשי, ſic, viri rectitudinum. i. recti. Alii ſubſtantiuũ eſſe volunt, rectitudines dilexerunt te, eodẽ ſenſu, pro recti. Doctus quidam inter Hebræos, dicit eſſe toar vini memorati, & ſubaudit מ quod eſt in מיין hoc modo, potius quàm vinũ, & ממישרים quàm recta. vt ſit ſenſus, *Et puellæ dilexerunt te* magis quàm quod vadit cum rectitudinibus. i. quàm vinum quod dulciter & ſuauiter influit in os.

5 Nigra שחורה Fuſca. At deſiderab. ונאוה cæterùm amabilis. Alii, attamen pulchra. vel formoſa. ita vertitur ו. Cedar, קדר Nomades ſignificare ſcribunt Hebræi, ſic dictos à Cedar ſecundo filio Iſmaelis. hi in ſolitudine Saracenorum habitant, qui pro tempore ſedes mutare ſolent, habitantes in tentoriis, quæ nigra ſunt ob ardorem ſolis. Sicut cortinæ כיריעות ſicut tentoria. aut vela.

6 Ne contẽplemini me quòd ſubnigra ſim:″quia aſpexit me ſol: filii matris meæ irati ſunt in me, poſuerunt me cuſtodem vinearum:vineam meam′quæ erat mihi,non cuſtodiui.

7 Renuntia′mihi,quem diligit anima mea, vbinã paſcas, vbi accubare facias in meridie:vtquid enim ero′veluti declinans ad greges ſodalium tuorum?

8 ′Si neſcias,ô pulchra inter mulieres,egredere per veſtigia ipſius gregis,& paſce capellas tuas iuxta tabernacula paſtorum.

9 ″Equæ in *uno è* curribus Parעóh aſſimilaui te,ô amica mea.

10 ″Pulchræ ſunt maxillæ tuæ′inter murænulas,″collum tuum inter torques.

11 Murænulas aureas faciemus tibi″cum clauis argenteis.

12 ″Dum Rex eſſet in accubitu ſuo,nardus mea″dedit odorem ſuũ.

13 ″Faſciculus myrrhæ *eſt* dilect⁹ meus mihi, *quod* inter hubera mea commorabitur.

14 Racemus′chophér *eſt* dilectus meus mihi,in vineis עEn-gedi.

15 Ecce tu pulchra es,amica mea,ecce tu pulchra:oculi tui *ſunt veluti* columbarum.

16 Ecce tu pulcher es,dilecte mi:etiam″dulcis,etiam lectus noſter virens.

17 Trabes domorum noſtrarũ′cedrinæ,″laquearia noſtra abiegna.

Cap. II.

1 EGo roſa′campi,*&* lilium conuallium.

2 Sicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias.

3 Sicut malus inter arbores ſylueſtres, ſic dilectus meus inter filios:in vmbra eius″deſideraui *ſedere,* & ſedi:& fructus eius *fuit* dulcis palato meo.

4 Introduxit me in cellã vinariã:& vexillũ eius′ſuper me,amor.

5 ″Fulcite me phialis vitreis,″ſtipate me malis, quia languens amore ſum.

6 Læua eius *ſit* ſub capite meo,& dextera eius′amplexata eſt me.

7 Adiuro vos,filiæ Ieruשſalaim,per capreas,vel ceruas agri,ne ſuſcitetis,& ne euigilare faciatis″amorem ipſum,donec velit.

8 Vox′dilecti mei: ecce iſte venit ſaliens″ſuper montes,″ſubſiliẽs ſuper colles.

6 Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim,quia decolorauit me ſol,filii matris meæ pugnauerunt cõtra me,poſuerunt me cuſtodem vineis,vineam meam non cuſtodiui. B

7 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

8 CHRISTVS. Si ignoras te,ô pulcherrima inter mulieres,egredere,& abi poſt veſtigia gregũ, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorũ. C

9 Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te,amica mea.

10 Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis:collum tuum ſicut monilia.

11 Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

12 EC. Dũ eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

13 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi,inter hubera mea commorabitur.

14 Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis En-gaddi. D

15 CH. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

16 EC. Ecce tu pulcher es,dilecte mi, & decôrus:lectulus noſter floridus.

17 Tigna domorum noſtrarum cedrina,laquearia noſtra cypreſſina.

Cap. II. EC.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium.

2 CH. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

3 EC. Sicut malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filios:ſub vmbra illius quem deſideraueram,ſedi:& fructus eius dulcis gutturi meo.

4 Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

5 Fulcite me floribus, ſtipate me malis:quia amore langueo.

6 Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.

CH. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas ceruóſque camporum,ne ſuſcitetis,neque euigilare faciatis 7 dilectam,quoaduſque ipſa velit. B

8 EC. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in mõtibus,trãſiliens colles.

6 Quia aſpexit ששזפתני quòd aſpexit me,&c.i.quòd radios ſuos defixerit in me. Filii matris meæ בני אמי Periphraſis eſt fratrum. Quæ erat mihi, non cuſtodiui. : שלי לא נטרתי mihi commiſſam [vel propriam] non cuſtodiſſem. Præt. Heb.pro pluſquam perf. ſub. niſi fuiſſem adiuta auxilio ſponſi mei. 7 Mihi לי Quidam Hebræorum ſubaudiunt אתה tu, vt legas,tu quem, &c. Alii ſubaudiunt EVM,Indica mihi eum quem,&c. Veluti declinans כעטיה veluti quæ declinat. Alii, quæ vagatur circa, &c. Vel, oberrantem per,&c. 8 Si neſcias אם־לא תדעי לך Ad verbum,Si neſcias tibi, Redundat iſtud TIBI, vt & mox, Egredere tibi, quod quidam vertunt, Egredere à te. 9 Equæ in *uno è* curribus לסוסתי ברכבי Equitatui curruum. Alii, Equitatui meo inter currus. Verùm Hebræi ſcribunt, י in לסוסתי redundare, vt Eſaiæ 1.f.21, מלאתי משפט plena iudicii. Ad verbum, Equæ curruum.vbi plurale eſt pro ſingulari,pro in vno è curribus.vt Iudicum 12.b.7,Sepultus eſt in vrbibus Guilעád.

10 Pulchræ ſunt נאוו Adornatæ ſunt. Inter murænulas, בתורים murænulis.vel,cum murænulis.Hebræi ſcribunt eſſe gemmas aut margaritas congruo ordine diſpoſitas,vt ſolent eſſe in monilibus temporum fœminarum principum.Alii dicunt eſſe lineamenta. Alii figuras depictas inſtar turturis,quæ etiam dicitur תור.propterea quidam vertunt,*Pulchritudine* turturum.

11 Cum clauis עם נקודות cum punctis. 12 Dum,&c. עד־שהמלך Tantiſper dum Rex fuit. Dedit נתן emiſit.

13 Faſciculus צרור *Velut* ſertum. 14 Chopher הכופר genus aromatis, quod nonnulli camphoram vocant. Docti quidam Hebræorum exiſtimant locum fuiſſe in terra Iſrael, vbi talis erat botrus, ſicut dicitur Botrus עEn-gaddi. Quidam vertunt, cypri. ſcribùntque cyprum arborem eſſe aromaticam quæ creſcit in עEn-gaddi quæ facit grana ſimul iuncta, ſicut in vuis vineæ.Nõ eſt igitur hic Cyprus nomen inſulæ in mari Mediterraneo,vt quidam putauerunt, in Veteri interprete adſcribẽtes maiuſculam literam tanquam proprio nomini. 16 Dulcis, נעים ſuauis.elegans.decorus.humanus. 17 Cedrinæ, ארזים Ad verbum,cedrinæ,plur. numero. Adiectiuo carent Hebræi. Laquearia noſtra abiegna. : רהיטנו ברותים Ad verbum, Ligna tranſuerſaria noſtra abietes. Vel, trabes tenues abietes.Gallicè *ſolineaulx*.Ita dicuntur ab Hebræis à currendo,quòd de trabe in trabem incurrunt. Quidam vertunt,canales noſtri cupreſſini.ſed parum loco conuenit.

IN CAPVT II.

1 Campi, השרון Haשſaron.ita quidam, nomen loci eſſe exiſtimantes. 3 Deſideraui *ſedere,* חמדתי Subauditum eſt verbum ſedere,quòd continuò ſequatur וישבתי,& ſedi. 4 Super me עלי erga me. 5 Fulcite me phialis vitreis, סמכוני באשישות Circundate me lagenis.ſiue vaſis.ſub.vini. Stipate me malis, רפדוני בתפוחים confirmate[vel,corroborate]me malis. Quidam vertunt, Sternite ante me poma.vel,ponite ſtratum mala.i.è malis facite ſtratum mihi.quod doctis Hebræorum non probatur.

6 Amplexata eſt me. : תחבקני Fut.Heb.quod quidam per præteritum reddunt. Alii per imperatiuum,amplectatur.

7 Amorem האהבה .i.amores meos,ſiue delicias meas.Ita Gallicè dicimus,*Mes amours.* 8 Dilecti mei: דודי amaſii mei. Super על vltra, Subſiliens ſuper colles. : מקפץ על־הגבעות ſaltans vltra colles.i.ſaltu pertranſiens colles. Alii,Raptim accurrens per colles. Alii,tranſilit colles.

	Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorũ:en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras,proſpiciens per cancellos.	9	Similis eſt dilectus meus capreæ,vel hinnulo ceruorum:en iſte ſtat poſt parietem noſtrum,proſpiciens è feneſtris,ʺoſtendens ſeſe per cancellos.
C	En dilectus meus loquitur mihi, Surge,propera amica mea, formoſa mea,& veni.	10	ʺLoquutus eſt dilectus meus , & dixit mihi, Surge amica mea, formoſa mea,ʺ& veni.
	Iam enim hyems tranſiit , imber abiit,& receſſit.	11	Ecce enim hyems tranſiit,imberʺmutatus eſt,& abiit.
	Flores apparuerunt in terra , tempus putationis aduẽnit:vox turturis audita eſt in terra noſtra.	12	Flores apparuerunt in terra , tempusʺcantionis aduenit , & vox turturis audita eſt in terra noſtra.
	Ficus protulit groſſos ſuos , vineæ florentes dederunt odorem: ſurge amica mea,ſpecioſa mea,& veni.	13	Ficus protulit groſſos ſuos , ʺ& vites vuam minutam *habentes* dederunt odorem:ſurge amica mea,formoſa mea,ʺ& veni.
D	Columba mea in foraminibus petræ,in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam,ſonet vox tua in auribus meis:vox enim tua dulcis,& facies tua decôra.	14	Columba mea *quæ habitas*ʺin ſciſſuris petræ, in abſcõdito gradus, oſtende mihi aſpectum tuum,fac me audire vocem tuam: vox enim tua dulcis,& aſpectus tuus decorus.
	Capite nobis vulpes paruulás quę demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.	15	Capite nobis vulpes,vulpes *inquam* paruas,corrumpẽtes vineas, ʺdum vineæ noſtræ vuam minutam *habent*.
	Dilectus meus mihi,& ego illi,qui paſcitur inter lilia.	16	Dilectus meus eſt meus,& ego ſum illius,qui paſcit inter lilia.
	Donec aſpiret dies , & inclinentur vmbræ,reuertere:ſimilis eſto dilecte mi,capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes Béther.	17	ʺDonec aſpiret dies,& fugiant vmbræ,reuertere,ſimilis eſto,dilecte mi,capreæ,vel hinnulo ceruorum,ſuper montesʺBéther.
	Cap.III. EC.		Cap. III.
	IN lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea : quæſiui illum,& non inueni.	1	IN cubili meo in noctibus quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui eum,nec inueni eum.
	Surgam,& circuibo ciuitatem,per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea:quæſiui illum,& non inueni.	2	Surgam *igitur* nunc,ʺ& circuibo per ciuitatem, per plateas & per loca lata quæram quem diligit anima mea: quæſiui eum, & non inueni ipſum.
	Inuenerunt me vigiles , qui cuſtodiunt ciuitatem , Num quem diligit anima mea vidiſtis?	3	Inuenerunt me cuſtodes, ʺqui circumeunt ciuitatem , *quibus dixi*, Num quem diligit anima mea vidiſtis?
B	Paululum quũ pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea : tenui eum,nec dimittam,donec inducã illum in domum matris meæ , & in cubiculum genitricis meæ.	4	ʺQuum paululum tranſiſſem ab eis , tunc inueni quem diligit anima mea: apprehendi eum, ʺnec dimiſi eum, donec introduxi eum in domum matris meæ,& in cubiculum genitricis meæ.
	Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas,ceruóſque camporum,ne ſuſcitetis,neque euigilare faciatis dilectã, donec ipſa velit.	5	ʺAdiuraui vos filiæ Ieruשſaláim,per capreas,vel per ceruas cãpi,ne ſuſcitetis,néve euigilare faciatisʺamorem,donec voluerit.
C	CH. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ,ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhæ,& thuris,& vniuerſi pulueris pigmentarii?	6	ʺQuæ eſt iſta quæ aſcendit è deſerto,ʺſicut columnæ fumi,ſuffita myrrha & thure,*et* omni puluereʺaromatarii?
	En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.	7	En lectus ipſius שSelomóh,ſexaginta fortes *ſunt* in circuitu eius ex fortibus Iשſraאel.
	Omnes tenentes gladios,& ad bella doctiſſimi:vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuũ,ꝑpter timores nocturnos.	8	Omnes ipſi ʺtenent gladium, ʺdocti bellatores : vniuſcuiuſque ʺgladius *eſt* ſuper femur ſuum,propter timoremʺin noctibus.
D	Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani.	9	ʺAEdificium fecit ſibi Rex שSelomóh ex lignis Lebanón.
	Colũnas eius fecit argenteas , reclinatorium aureũ,aſcenſum purpu-	10	Colũnas eius fecit ex argento,ʺſtratũ eius ex auro,ʺcælum eius

9 Oſtendens ſeſe מציץ ſeſe conſpiciendũ exhibẽs. Alii,proſpiciens.vel,proferens aſpectum. 10 Loquutus eſt ענה Ad verbum,Reſpondit,pro Loquutus eſt. Et veni. : ולכי־לך Ad verbũ,& vade tibi.Redundat pronomen.tametſi nonnulli vertant,Et vade ad tua.ſicut paulo pòſt verſu 11 & 13. 11 Mutatus eſt, חלף euanuit. 12 Cantionis הזמיר cãtillationis.i.tẽpus quo ſolent canere aues. 13 Et vites vuam minutã. והגפנים סמדר & vites vuæ minutæ.i.vites dederunt odorem vuæ minutæ,quum ſcilicet egreditur flos vitis.Quidam ſubaudiunt ב,& vertunt,& vites cum prima vua.i.cũ minutis & exilibus vuis. 14 In ſciſſuris בחגוי in foraminibus. 15 Dum vineæ,&c. : וכרמינו סמדר quũ vineæ noſtræ primũ oſtẽdant vuas ſuas. Alii,vineæ enim noſtræ florent.

17 Donec aſpiret עד שיפוח Tantiſper dum aſpiret.i.veniat.nã adueniente die ſolet oriri ventus. Bether. : בתר diuiſionis.quòd diuidant mortales ab immortalibus. Vide infrà cap.vltimo,verſu vltimo. IN CAPVT III.

2 Et circuibo,&c. ואסובבה וגו׳ & luſtrabo vrbem ipſam,per vicos & plateas quæram. 3 Circumeunt הסובבים luſtrant.

4 Quum paululũ,&c. כמעט וגו׳ Statim vt pertranſiui eos, donec inuenirem quem,&c. Nec dimiſi,&c. ולא ארפנו וגו׳ nec deſeram eum,donec introduxero eum. 5 Adiuraui השבעתי Præt.Heb.pro præſ. Adiuro. Amorem, האהבה Vide capite præcedenti,verſu 7. 6 Quæ eſt iſta quæ מי זאת עולה Quid eſt hoc quod. Sicut columnæ fumi. כתימרות עשן ſicut virgulæ fumi.ſub.odorati.à תמר palma.à qua quæ excelſa & recta ſunt,תימרית dicuntur,vt ſunt columnæ. Quidam vertunt,vapores fumi. Aromatarii. : רוכל .i.aromatico.Propriè ſignificat mercatorem:ſed hìc ſpecialiter pro aromatario accipitur,vt annotant Hebræi.

8 Tenent gladium, אחוזי חרב Ad verbum,apprehẽſi gladio.Participium paſſiuum pro actiuo, apprehendentes gladium. Docti bellatores: מלמדי מלחמה Ad verbum,docti belli.pro docti ad prælium. Quidam vertunt,bello aſſuefacti. Alii,exercitati ad prælium.

Gladius חרבו Ad verbũ,gladius eius.Redũdat eius. In noctibus. : בלילות Hebraiſmus.pro nocturnũ. 9 AEdificiũ אפריון Propriè ſignificat lecticam qua vehi ſolent ſponſæ.hic verò pro tentorio,ſiue tabernaculo accipitur. Quidã vertunt Vmbraculum. Alii, Palatiũ. Ex lig.Leb. : מעצי הלבנון Circunlocutio eſt cedrorum. 10 Stratum e. רפידתו pauimentũ eius. Cælum e. מרכבו Significat illud quod ſupernè trabibus ædificiorum regiorum appingitur ad eas occultandas,vt ſcribunt Hebræi. Quidam,operimentum eius. Alii,ſellam. Alii,vehiculum.

ex purpura:″medium eius ſtratum eſt amore filiarũ Ieruשſaláim.

11 Egredimini, & videte filiæ צSiión Regẽ שSelomóh, in corona qua coronauit eum mater ſua in die deſpõſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui. Cap. IIII.

1 ECce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui, colũbarum, ″inter cincinnos tuos: capillus tuus *ſui* quaſi grex caprarum″quæ aſpiciunt de monte Gilyad.

2 Dentes tui, vt grex *ouium*″æqualium,′quæ aſcendunt de lauacro, quæ omnes pariunt gemellos,″& orba non eſt inter eas.

3 Sicut filum coccineum labia tua, & eloquium tuum ′decorũ: ″ſicut fragmen mali punici tempora tua′inter cincinnos tuos.

4 Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata′ad propugnãdum: mille clypei ſuſpenſi ſunt in ea,″*&* omnes peltæ potentium.

5 Duo hubera tua, *ſunt* ſicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui paſcuntur inter ipſa lilia.

6 ″Donec aſpiret dies, & fugiant vmbræ, ibo ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris.

7 Tota tu pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.

8 Mecum de Lebanón, ô ſpõſa, mecũ de Lebanón venias: *&*″proſpice de vertice Amanáh, de vertice שSenir & חHermon, de habitaculis leonum, de montibus pardorum.

9 ′Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa,″vulneraſti cor meum vno ex oculis tuis, *&* vna torque colli tui.

10 Quàm pulchri ſunt amores tui, ſoror mea ſponſa:′quanto meliores ſunt amores tui vino, & odor vnguentorum tuorum præ cunctis aromatibus.

11 Fauum ſtillant labia tua, ô ſpõſa: mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum velut odor Lebanón.

12 Hortus cõcluſus ſoror mea ſpõſa, fõs clauſus, fons obſignatus.

13 ′Plantationes tuæ, paradiſus malorum punicorum, cum fructibus″dulcibus,′cyperi cum″nardis.

14 Nardus & crocus, canna & cinnamomum, cum omnibus arboribus thuriferis: myrrha & aloes cũ omnib⁹″præcipuis aromatib⁹.

15 Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, & quæ fluunt ex Lebanón.

16 Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, *ut* fluant aromata illius. veniat dilectus meus ad hortum ſuum, & comedat fructum″ſuauitatum eius. Cap. V.

1 V′Eni ad hortum meum, ſoror mea ſponſa, collegi myrrham meam″cum aromate meo: comedi fauum meum cũ melle

reũ: media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.

11 Egredimini, & videte filiæ Siõ, Regẽ Salomonẽ in diademate quo coronauit illũ mater ſua in die deſpõſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Cap. IIII. CH.

1 QVàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es: oculi tui, columbarum: abſque eo quod intrinſecus latet: capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad.

2 Dẽtes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcẽderũt de lauacro, oẽs gemellis fœtib⁹, & ſterilis nõ eſt inter eas.

3 B Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce: ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet.

4 Sicut turris Dauid collum tuũ quæ ædificata eſt cũ propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

5 Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcũtur in liliis.

6 Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

7 Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

8 C Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9 Vulneraſti cor meũ, ſoror mea ſpõſa, vulneraſti cor meum in vno oculorũ tuorũ, & in vno crine colli tui.

10 Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa: pulchriora ſũt hubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

11 Fauus diſtillans labia tua, ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimẽtorum tuorũ ſicut odor thuris.

12 D Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

13 Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cum pomorũ fructibus, cypri cum nardo.

14 Nardus & crocus, fiſtula, & cinnamomum cũ vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguentis.

15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

16 Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorũ ſuorum. Cap. V. CH.

1 VEni in hortũ meum, ſoror mea ſpõſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauũ

Medium eius, &c. תוכו רצוף וגו′ intimum eius tectum eſt amore filiarum Ieruſalem. Alii, cuius medium conſtratũ erat charitate, propter filias Ieruſalem. Alii, exuſtum [ſiue accenſum] amore, propter vnam è filiabus Ieruſalem.

IN CAPVT IIII.

1 Inter cincinnos tuos, מבעד לצמתך per comam tuam Significat eos crines quos mulieres dependere ſinunt ſuper frontem, vt ſcribunt docti inter Hebræos. Quidam, præter crines tuos. Alii, intra cincinnos tuos. Alii, intra ligamina tua. aut, intra retiacula tua. quæ ſcilicet conſtringunt capillos, ne volent exeundo. Quæ aſpic. שגלשו Vide infrà cap. 6. a. 4. 2 AEqualiũ, הקצוכות æquatarum. i. eiuſdẽ ſtaturæ. Alii, tonſarum. Alii, depilatarum. Quæ aſcendunt שעלו Præt. Heb. pro præſ. quæ aſcendunt. i. quæ modò lotæ ſunt.

3 Decorum, נאוה gratioſum. Intra cincinnos tuos. : מבעד לצמתך Vide paulo antè, verſu 1. 4 Ad prop לתלפיות ad docendum. ſub. tranſeuntes. Vel, indicãdi itineris gratia. Alii etiã inter Hebræos docti, dicunt dictionem eſſe compoſitam ex תל forte, altũ, & eleuatũ: & פיות acies, quaſi in altas acies: vt ſit arx cõſtans lapidibus in aciẽ, ſiue acumẽ tẽdentibus & deſinentibus: vt ſit hodie in turriũ ædificiis. Gallicè *a pointe de diamant.* Et omnes, &c. : כל שלטי הגבורים omnium *ſcilicet* fortium ſcuta. 6 Donec aſp. &c. עד שיפוח היום Vide ſuprà cap. 2. c. 17. 8 Proſpice תשורי Fut. Heb. proſpicies. contemplaberis: quod alii vertunt per imperatiuum.

9 Vuln. cor m. לבבתני Abſtuliſti mihi cor. Alii, Vẽdicaſti tibi cor m. Sic mox. 10 Quãto mel. מה טובו Quanto ſuauiores. Alii, Quantũ præſtant. 13 Plãtationes, &c. שלחיך וגו Ad verbũ, Emiſſiones tuæ *ſunt* pomarium malorũ, &c. Alii, Propagines tuæ *ſunt uelut* pomarium *plenum* malis punicis. Dulcibus, מגדים Ad verbũ, ſuauitatum. Cyperi כפרים Plurale eſt nominis כופר chopher, de quo cap. 1. c. 14. Nardis. : נרדים Vides nardum vocem eſſe ab Hebræis deriuatam, vt & crocum, & canna & cinnamon.

Præcipuis aro. : ראשי בשמים Ad verbum, capitibus aromatum. 16 Suauitatum e. : פרי מגדיו Hebraiſmus, fructum eius ſuauem. Quidam, optimorum pomorum ſuorum.

IN CAPVT V.

1 Veni באתי Præteritum, quod quidam per præſens vertunt, Venio. Alii adiiciunt Ego, ne quis putet eſſe imperatiuum.

Cum aromate meo, עם בשמי .i. cum cæteris aromatibus.

2 Et orba nõ ושכולה אין nec abortiẽs eſt

3 Sicut frag. כפלח ſicut pars *altera*

cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.		meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, bibite, & inebriate vos chariſſimi.
EC. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſātis. CH. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea: quia caput meum plenū eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.	2	Ego″dormio, & cor meum vigilat: *& ecce* vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenū eſt rore, cincinni mei guttis noctis.
B EC. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?	3	Exui tunicam meā: quomodo induam illam? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.	4	Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen *oſtii*, & viſcera mea″ſonuerunt in me.
Surrexi vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.	5	Surrexi ego vt aperirem dilecto meo: & manus meæ ſtillauerunt myrrham, ″& digiti mei myrrham″trāſeuntem″ſuper manubria peſſuli.
Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atq; trāſierat: anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt: quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.	6	Aperui ego dilecto meo, at dilectus meus abierat, *ac* præterierat: anima mea egreſſa eſt, dum loqueretur ipſe: quæſiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non reſpondit mihi.
C Inuenerūt me cuſtodes, qui circūeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum.	7	Inuenerunt me cuſtodes qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, vulnerauerunt me: abſtulerunt peplum meum″à me cuſtodes murorum.
Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei quia amore langueo.	8	″Adiuro vos, ô filiæ Ieruשſaláim, ſi inueneritis dilectū meum, quid renuntiabitis illi? Quòd langueo amore.
A DOL. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierū? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?	9	Quid *habet* dilectus tuus″præ dilectis, ô pulcherrima inter mulieres? quid *inquam* dilectus tuus præ dilectis, quòd ſic adiuraſti nos?
EC. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.	10	Dilectus meus cādidus, & rubicūdus, ″inſignis ″præ decem millibus.
Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut élatæ palmarū, nigræ quaſi coruus.	11	Caput eius *ut* aurum″obrizum, cincinni eius″criſpi, nigri veluti coruus.
Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.	12	Oculi eius vt columbarū iuxta riuos aquarum, lauantes ſe lacte, manentes″iuxta plenitudinem.
D Genæ illius ſicut areolæ aromatū conſitæ à pigmentariis: labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.	13	Maxillæ eius″velut areola aromatis, ″*ut* flores aromatum: labia eius, *ut* lilia diſtillantia myrrham″tranſeuntem.
Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis: vēter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.	14	Manus ei⁹ *ut*″annuli aurei, ″repleti lapidibus pretioſis inſtar hyacinthi: ″venter eius *ut* candidum ebur, obductus″ſapphiris.
Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fūdatæ ſunt ſuper baſes aureas: ſpecies eius vt Libani, elect⁹ vt cedri.	15	Crura illius *ut* columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes ″auri: ″aſpectus eius *ut* Lebanón, electus vt cedri.
Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amic⁹ meus, filiæ Ieruſalē.	16	Palatum eius″dulcedines, ″imò totus ipſe deſideria: ″iſte eſt dilectus meus, iſte inquam eſt amicus meus, ô filiæ Ieruשſaláim.
A DOL. Quò abiit dilect⁹ tu⁹, ô pulcherrima mulierū? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecū?	17	Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima inter mulieres? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

2 Dormio ישנה Ad verbū, dormiēs. Toar eſt, vt annotant docti inter Hebræos, quod quidam reddunt per præteritum imperfectum, dormiebam, vigilabam. 4 Sonuerunt המו infremuerunt. cōmota ſunt. 5 Et digiti mei ואצבעותי Repetitio Hebraica. Tranſeuntem עובר .i. interlabentem, inter digitos perfluentem. Alii, probatam. ita enim dicitur argentum probatum, argentū tranſiens, quod ſubinde per manus hominum tranſit. Super manubria peſſ. : על כפות המנעול ſuper manubria ſeræ. Sic dicta quòd manu capiantur ac comprehendantur. Quidam, cardines ſeræ. 7 A me, מעלי Ad verbum, déſuper me. Gallicè, *de deſſus moy*.
8 Adiuro השבעתי Præt. Heb. pro præſ. Obteſtor. 9 Præ dilectis, מדוד Singul. Heb. pro plur. præ dilectis, ſub. aliarum. q.d. qua in re ſuperat dilectos aliarum mulierum? 10 Inſignis דגול Ad verbum, vexillatus. i. vexillo inſignitus & ornatus. Quidam, vexillanus, aut geſtans vexillum. Præ decem millibus, : מרבבה in decem millibus. vt ſit מ pro ב. Vel, inter decem millia.
11 Obrizum, פז optimum. purificatum. Docti inter Hebræos dicunt coniunctionem ו deeſſe: vt legamus, aurum & obrizum. Criſpi, תלתלים Ad verbum, denſitates. i. denſi. ſignificat ſyluam capillorum, à creſcendo dictam. 12 Iuxta plenitudinem. על־מלאת : .i. cōſiſtentes iuxta vas plenū lacte. Quidā vertunt, iuxta clauſuram. ſub. gemmarū. Alii ex commēt. Hebræorū, iuxta diſpoſitionē perfectam. 13 Velut areola כערוגת Singul. pro plur. ſicut areolæ. *Vt* flores aromatum, מגדלות מרקחים .i. qui creſcunt inter aromata. Alii, *ut* germina odorifera. Alii, *ut* pyxides, vel loculi tabernæ vnguentariæ. Tranſeuntē. : עובר probatam. Vide paulo antè, verſu 5. 14 Annuli aurei, גלילי זהב circuli aurei. Vel, ſphæræ aureæ. Alii, rotæ aureæ. Repleti, &c. ממולאים בתרשיש Ad verbum, repleti tharשiשs. Vel, repleti hyacintho. i. habentes incluſos hyacinthos. Quidam Hebræorum, perfecti hyacintho. Venter e. &c. מעיו עשת שן Ad verbū, inteſtina eius candor eboris. Vel, puritas eboris. i. ſicut purum, aut candidum ebur, vel nitidum. Doctus inter Hebræos, iuxta mūditiam eboris. aut, vt vas eburneum candidum. Sapphiris. : ספירים carbunculis. Quidam inter Hebræos dicunt eſſe cryſtallum. 15 Auri, פז obrizi. Aſpectus eius *ut* Lebanon, מראהו כלבנון Ad verbum, ſpecies eius velut *ſpecies* Lebanon.
16 Dulcedines, ממתקים Hebraiſmus, pro dulciſſimū. Imò totus ipſe deſideria, וכולו מחמדים Hebraiſmus, pro, quantus quantus eſt, res ſunt deſiderabiles. ſiue, totus eſt deſiderabilis. Quidam totū verſum ſic vertunt, Palati eius *uerba* ſunt dulcia, & ſic quicquid in eo eſt, deſiderabile eſt: talis eſt dilectus, &c. Iſte eſt זה Hebraiſmus, pro talis. & ſic mox.

Cap. VI.

DIlectus meus deſcẽdit in hortum ſuum″ad areolas aromatis, 1
vt paſcat in hortis,& vt colligat lilia.

″Ego dilecto meo,& dilectus meus mihi,qui paſcit inter lilia. 2

Pulchra es amica mea″velut Thirצſa, decora vt Ieruשׁſaláim, 3
″formidabilis vt caſtra cum vexillis.

Auerte oculos tuos à cõſpectu meo,″quia ipſi fortiores me ſũt: 4
″capillus tuus eſt vt grex caprarum,″quæ aſpiciunt de Gilyad.

″Dentes tui vt grex agnarum quæ aſcendũt de lauacro, quæ omnes 5
gemellos pariunt,& ſterilis non eſt inter eas.

Sicut fragmẽ mali punici *ſunt* tẽpora tua inter cincinnos tuos. 6

Sexaginta ſunt reginæ & octoginta concubinæ,& adoleſcentularum 7
non eſt numerus.

verum vna eſt columba mea , ″immaculata mea: vnica eſt matri 8
ſuæ,″electa eſt genitrici ſuæ:viderunt eam filiæ, & beatã dixerunt
eam:reginæ & concubinæ,& laudauerunt eam.

Quæ eſt iſta″quæ videtur velut aurora, pulchra vt luna, munda 9
vt ſol,″terribilis velut caſtra cum vexillis?

Ad hortum ″nucũ deſcenderam vt viderem ″ fructus conuallis, 10
vt viderem an floruiſſet vitis,*& an* floruiſſent mala punica.

Non noui,anima mea poſuit me *velut* ″quadrigas″populi mei nobilis. 11

Reuertere reuertere″ô שׁSulamith,reuertere,reuertere,& intuebimur 12
te.″Quid videbitis in שׁSulamith? Velut chorũ caſtrorum.

Cap. VII.

QVàm pulchri ſunt″pedes tui in calceamentis,filia principis! 1
″iuncturæ feminum tuorum ſunt velut monilia:″opus manuum egregii artificis.

Vmbilicus tuus *ut* crater ″rotundus″qui non caret temperamẽ- 2
to:venter tuus *ut* aceruus triticorum ſeptus liliis.

″Duo hubera tua velut duo hinnuli gemelli capreæ. 3

Collum tuũ velut turris eburnea : oculi tui *ut* piſcinæ in חEשׁſ- 4
bon,iuxta portam Bath-rabbim:naſus tuus,ſicut turris Lebanón
reſpiciens faciem Damáשׁſec.

Caput tuum ſuper te″veluti coccinum,& coma capitis tui ſicut 5
purpura,″Rex ligatus in tignis.

Cap. VI. EC.

1 DIlectus meus deſcendit in hortũ ſuum ad areolam aromatum,vt paſcatur in hortis,& lilia colligat.

2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi,qui paſcitur inter lilia.

3 CH. Pulchra es amica mea, ſuauis & decôra ſicut Ieruſalem : terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

4 Auerte oculos tuos à me , quia ipſi me auolare fecerunt : capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. B

5 Dẽtes tui ſicut grex ouium quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt in eis.

6 Sicut cortex mali punici , ſic genæ tuæ abſque occultis tuis.

7 Sexaginta ſunt reginæ,& octoginta concubinæ , & adoleſcentularum non eſt numerus.

8 Vna eſt colũba mea,perfecta mea: vna eſt matri ſuę,electa genitrici ſuę: viderunt eam filiæ,& beatiſſimã prędicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. C

9 Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens , pulchra vt luna, electa vt ſol , terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

10 EC. Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallis, vt inſpicerem ſi floruiſſet vinea,& germinaſſent mala punica. D

11 Neſciui,anima mea cõturbauit me propter quadrigas Ami nadab.

12 Reuertere,reuertere Sulamitis:reuertere reuertere , vt intueamur te. Quid videbis in Sulamite , niſi choros caſtrorum?

Cap. VII. PVEL.

1 QVàm pulchri ſũt greſſ⁹ tui in calceamẽtis,filia principis!iuncturæ feminum tuorum ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis.

2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis : venter tu⁹ ſicut aceruus tritici,vallat⁹ liliis.

3 Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. B

4 Collum tuum ſicut turris eburnea: oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis: naſus tuus ſicut turris Libani , quæ reſpicit contra Damaſcum.

5 Caput tuũ vt Carmelus : & comæ capitis tui, ſicut purpura Regis vincta canalibus.

IN CAPVT VI.

1 Ad areolas לערוגות ad ſulcos.ad cõſitiones. 2 Ego,&c. אני וגו' Vide eadẽ verba ſuprà ca.2.d.16. 3 Velut Thirצſa, כתרצה Vrbs de qua 1.Reg 14.c.17. Formidabilis,&c. : איומה כנדגלות Ad verbũ,formidabilis velut vexillatæ.ſub.copiæ.i.quæ vexilla & ſigna geſtare ſolent. Vide eadẽ infrà verſu 9. 4 Quia ipſi for.me ſunt, שהם הרהיבוני quia ipſi vincunt me. Alii,alacriorẽ me reddunt. Alii,quia ferocẽ me fecerunt.aut,ſuperbiorẽ. Capillus tuus,&c. שערך וגו' Ide habes ſuprà cap.4.a.1. Quæ aſpiciunt שגלשו quæ depilatæ ſunt. Vel, tonſæ ſunt. Alii,quæ ſpectantur. Aut,quæ proponunt ſeſe ſpectandas. 5 Dentes tui,&c. שניך וגו' Duos iſtos ſequẽtes verſus habes & ſuprà cap.4.a.2.3. 8 Immaculata mea, תמתי integra mea.vel,perfecta. Electa ברה pura.mũda.immaculata. 9 Quæ videtur הנשקפה quæ videndam ſe præbet.quæ proſpicit. Terribilis,&c. : איומה כנדגלות Vide paulo antè verſu 3. 10 Fructus באבי arbores. 11 Quadrigas מרכבות vectarios.Significat vectariũ quodcunque animal quo equitamus.Gallicè,*Vne monture*.q.d.Me nõ animaduertẽte,quaſi vectariis celerrimis vſa ſum, celerrimè ad ſponſum meũ redii. Vel,facta ſum velut vectarium animal,quo nempe velociſſimo vtuntur qui inter populum meum nobiliſſimi habentur. Nam Ieroſolymis principes ac nobiles vtebãtur vectariis:turba reliqua,aſinis. Ita exponũt docti inter Hebræos. Pop.mei nob. : עמי נדיב populi mei principis. Quidam dicunt י in עמי vacare, vt aliàs ſæpe. Alii,ſpontanei,aut munifici.quòd princeps ſponte ac liberaliter donare ſoleat. Alii referũt ad populum,vertentes,tributarii. 12 שׁulamith. השולמית Nomen eſt adiectiuũ.i.Ieroſolymitana.à שלם.nam olim Ieruſalem dicebatur Salem. Quidam vertunt,ô Perfecta. Quid videbitis,&c. מה תחזו וגו' Cur aſpicitis Sulamithen,velut chorus turmarum militarium?i.quemadmodum exercitus ſe in duo diuidens, aſpicere ſolet, adueniente Rege vt illum honorent. Alii vertunt, Quid ſpectaretis ipſam Sulamithen,quæ ſimilis eſt choro caſtrorum?

10 Nucis אגוז ſingul. Heb. pro plur.

IN CAPVT VII.

1 Pedes tui,&c. פעמיך בנעלים pedes tui calceati. Alii,inceſſus tui calceis ornati. Iũcturæ חמוקי ambitus.circuitus.circunferẽtiæ. vertebræ.i.femora tua ſunt ſucculenta. Opus מעשה operi.ſub.ſimilia. 2 Rotundus, הסהר Ad verbũ,lunæ.i.referens lunã. vel eſt formæ lunaris,hoc eſt rotundus. Qui non caret temper. אל יחסר המזג Ad verbum,non deficiet temperatura.aut miſtione. Vel vt alii,potu.i.vino aqua diluto,quo ſcilicet in illis regionibus calidis vtebantur. 3 Duo hubera tua שני שדיך Vide idem ſuprà cap.4.b.5. 5 Sicut coccinum, ככרמל Quidam putant proprium eſſe nomen loci,relinquentes vocem Hebræam Charmel.

Rex lig.in tig. : מלך אסור ברהטים.i.Rex vellet eſſe velut ligatus in ipſis tignis,hoc eſt eſſe in domo eius præ nimio illius amore. Ita docti inter Hebræos. Alii,*veluti* Rex ſtipatus canalibus.i.habitans prope canales vbi ſunt aquæ. quod erat maxime commendabile in Terra ſancta.nam in ſummo pretio erat terra irrigua. Quidam Hebræorum canales exponunt comas capillorum quarum amore Rex teneretur. nam vt aquæ in canalibus,itidem capilli in comis aggregantur.

C 6 Quàm pulchra es,& quàm decôra chariſſima in deliciis!

7 Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & hubera tua botris.

8 Dixi,Aſcendam in palmam,& apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua ſicut botri vineæ:& odor oris tui ſicut malorum.

9 Guttur tuũ ſicut vinum optimũ,dignum dilecto meo ad potandũ,labiiſque,& dentibus illius ad ruminandũ.

D 10 EC. Ego dilecto meo,& ad me conuerſio eius.

11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum,commoremur in villis.

12 Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiũt,ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea.

13 Mandragoræ dederunt odorem,in portis noſtris omnia poma: noua & vetera,dilecte mi,ſeruaui tibi.

Cap. VIII. EC.

1 QVis mihi det te fratrẽ meũ,ſugẽtem hubera matris meæ,& inueniam te foris, & deoſculer te,etiam me nemo deſpiciat?

2 Apprehendam te,& ducã in domũ matris meæ,ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorũ.

3 Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

4 Adiuro vos filiæ Ieruſalem,ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectã donec ipſa velit.

B 5 (A DOL. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto,deliciis affluens,innixa ſuper dilectum ſuum?) ſub arbore malo ſuſcitaui te:ibi corrupta eſt mater tua,ibi violata eſt genitrix tua.

6 CH. Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ, vt ſignaculũ ſuper brachiũ tuũ: quia fortis eſt vt mors,dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio: lampades eius,lãpades ignis,atque flammarũ.

C 7 Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruẽt illam: ſi dederit homo omnẽ ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,quaſi nihil deſpicient eam.

8 EC. Soror noſtra parua, & hubera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?

9 A DOL. Si murꝰ eſt,ædificemus ſuper eũ propugnacula argẽtea: ſi oſtiũ eſt, cõpingamꝰ illud tabulis cedrinis.

D 10 EC. Ego murus: & hubera mea ſicut turris, ex quo facta ſum corã eo quaſi pacem reperiens.

11 CH. Vinea fuit Pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eã cuſtodibꝰ, vir affert ꝓ fructu eiꝰ mille argẽteos.

6 Quàm pulchra facta es,& quàm dulcis,″ô amor in deliciis!

7 Ipſa ſtatura tua ſimilis eſt palmæ:& hubera tua botris.

8 Dixi,Aſcendam in palmam,apprehendam ramos eius:& erunt nunc hubera tua ſicut racemi vitis, & odor narium tuarum ſicut malorum.

9 Et palatum tuum velut vinum optimum″vadens ad dilectum meum directe,″faciens loqui labia veterum.

10 ″Ego dilecti mei *ſum*,& erga me *eſt* deſiderium eius.

11 Veni dilecte mi,egrediamur in agrum,commoremur in villis.

12 ″Mane ſurgamus ad vineas, videamus an floruerit vitis,*&* an aperuerit ſeſe vua″parua,*& an* floruerint mala punica:ibi″dabo amores meos tibi.

13 Mandragoræ″dederunt odorem *ſuum*,& in portis noſtris omnia dulcia:noua & vetera,dilecte mi,reſeruaui tibi. Cap. VIII.

1 Q″Vis det te vti fratrem mihi,ſugentem hubera matris meæ: *ut* inueniam te foris,oſculer te,atque non″contemnant te?

2 Deducam te, introducam te in domum matris meæ, *illic* docebis me: bibere faciam te vinum″aromaticum, *&* vinum muſtum malogranati mei.

3 Læua eiꝰ *erit* ſub capite meo,& dextera illius″amplexabitur me.

4 ″Adiuro vos filiæ Ieruשſaláim,cur excitabitis,& cur euigilare facietis amorem ipſum,donec voluerit?

5 (″Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto,″innixa ſuper dilectum ſuum?)ſub malo″ſuſcitaui te,ibi″concepit te mater tua, ibi concepit quæ te peperit.

6 Pone me vt ſigillum ſuper cor tuum, *&* vt ſignaculum ſuper brachium tuũ:quia fortis *eſt* vt mors dilectio,dura ſicut ſepulchrũ ″æmulatio:prunæ eius,prunæ ignitæ,*utque*″flãma vehemẽtiſſima.

7 Aquæ multæ non″poſſent extinguere charitatem, neque flumina obruent illam: ſi daret vir omnem ſubſtãtiam domus ſuæ pro illo amore,contemnendo contemnent″eam.

8 Soror eſt nobis paruula,& hubera nõ ſunt ei:quid faciemus ſorori noſtræ in die qua fiet″ſermo de ea?

9 Si murus ſit,″ædificemus ſuper eum palatium argenteum:& ſi oſtium″ſit,muniamus illud tabula cedrina.

10 Ego *ſum* murus: & hubera mea *ſunt* velut turres:″tunc fui in oculis eius vt reperiens pacem.

11 Vinea fuit ipſi ש Selomóh in Baʏal-hamón:″tradidit vineam ipſam cuſtodibus,ſinguli″adducũt pro fructu eius mille argẽteos.

6 O amor in deliciis. אהבה בתענוגים׃ Hebraiſmus,pro,ô tu valde & ſummopere dilecta. 9 Vadens ad,&c. הולך וגו׳ .i.quod
defluit dilecto meo ſuauiſſime. Faciens loqui,&c. דובב וגו׳ *& quod* eructatur per labia antiquorũ. Alii,dilecto loquenti labiis dor-
mientium.i. ſermone balbutienti ac imperfecto.q.d.ſermo tuus mihi tam ſuauis eſt, ô ſponſa,quàm ſuaue eſſe ſolet optimum vinũ ami-
co meo,quo epoto non ſatis expedite loqui ſolet. 10 Ego dilecti mei,&c. אני לדודי וגו׳ .i.Ego eum diligo,& ille me viciſſim vni-
cè diligit.Alii vertunt,Ego ad dilectum meum,& ad me appetitus eius. 12 Mane ſurgamus נשכימה Mane conſurgamus.Vel,Ma
ne viſitabimus vineas. Parua, הסמדר recens.minuta,quũ ſcilicet decidit flos. Dabo אתן concedã.i.illic poteris frui amoribꝰ tuis.
13 Dederunt נתנו *an* dederint.ſub.videbimus.

IN CAPVT VIII.

1 Quis det,&c. מי יתנך וגו׳ Imprecandi ſermo Hebræis familiaris.q.d.vtinam efficiat aliquis vt ſis frater meus. Contemnãt te?
יבוזו לך׃ contemnant[ſub.me]propter te? Quidam,Et vtique non habebunt te contemptui. 2 Aromaticum, הרקח Ad verbum,
condituræ.i.condito,hoc eſt aromatico. 3 Amplexabitur me. תחבקני׃ amplexetur me.q.d.opto ſummopere fauorẽ ſpõſi mei.
4 Adiuro השבעתי׃ Præt.Heb.pro præſ.Eadẽ eſt ſentẽtia quæ & ſuprà ca.3.c.5.Quod hic per interrogationẽ dixit,illic abſolutè poſuit.
5 Quæ eſt iſta,&c. מי זאת וגו׳ Verba ſunt filiarum Ieruſalem quæ ponuntur per modum parentheſis,qua interrumpitur ſermo ſpõſi
& ſponſæ. Innixa ſuper dilectum ſuũ? מתרפקת על־דודה quæ adiungit ſeſe dilecto ſuo. Alii, commentatur de dilecto ſuo. Suſci-
te, עוררתיך Præt.Heb.pro fut.vt quidã vertunt. Concepit te חבלתך peperit te.vel,enixa eſt.Sic mox. 6 AEmulatio, קנאה
zelotypia. Flam.vehemẽtiſ. שלהבת־יה׃ Ad verbũ,flãma Iah.i.ardentiſſima.Sic montes Dei,pro altiſſimis. 7 Poſſent יוכלו
poterunt. Eam. לו׃ eam.ſub.ſubſtantiam.Vel,contemnent eum.Hebræi enim ad hominem referunt.q.d. nullis opibus comparari
poteſt. 9 AEdificemus ſuper eum pal. נבנה עליה טירת imponemus[ædificabimus]ſuper eum[ſub.murum]coronidem argenti.
Sit,muniamus illud היא נצור עליה fuerit,muniemus illud.aut,vallabimus illud. Alii,obſidebimus illud.i. circundabimus. Alii,adhi-
bebimus ei tabulam cedrinam. 10 Tunc fui,&c. אז הייתי וגו׳ ex quo fui in oculis e.&c.i.ex quo in conſpectu eius inueni pacem.
11 Tradidit vineam cuſt. נתן את־הכרם לנטרים locauit vineam ipſam conductoribus. Adducunt יבא Fut.Heb.pro præſ.reddunt.

At vinea mea "quæ eſt mihi, coram me *eſt*: mille *argentei* tibi *ſint*, ô 12
שׁSelomóh,& ducenti cuſtodientibus fructum eius.
O quæ habitas in hortis,ſocii auſcultãt vocẽ tuã: "fac me audire. 13
Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, vel hinnulo ceruorũ, "ſu- 14
per montes aromatum.

Vinea mea coram me eſt:mille tui Pacifice, & ducenti his qui cuſtodiũt fructus eius.

Quæ habitas in hortis, amici auſcultant:fac me audire vocem tuam.

EC.Fuge dilecte mi,& aſſimilare capreæ,hinnulóque ceruorũ, ſuper mõtes aromatum.

12 Quæ eſt mihi,coram me: שלי לפני quæ ad me ſpectat,*eſt* ante oculos meos.i.nemini eam loco. 13 Fac me audire. השמעיני .i.apertè dicito mihi.aut,clara voce. 14 Super montes על הרי ad montes.vt ſit על pro אל.Ordo eſt,Fuge ad montes.

Sapientia Salomonis, Σοφία Σολομῶντος.

Liber iſte non legitur Hebraicè ſcriptus,ſed tantùm Græcè.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap. I.

Diligite Iuſtitiam, "qui iudicatis terram: ſentite de Do- 1
mino "in bonitate, atque in ſimplicitate cor-
dis eum quærite:

Quomodo Deꝰ quærendus,& à quibus inueniatur.

Quoniam inuenitur ab iis qui non tentant eum, "& illis patefit 2
"qui ei non diffidunt.

"Cogitationes nanque peruerſæ "ſeparant à Deo, "*eiuſ*que poten 3
tia dum tentatur, inſipientes arguit.

Quoniam "in animam malitioſam non introibit ſapientia, nec 4
"in corpore peccatis obnoxio habitabit.

Nam "Spiritus diſciplinæ ſanctus fugit "quod fictum eſt, atque 5
ab ſtultis cogitationibus recedit, túmque "cognoſcitur quum ini
quitas aduenit.

"Spiritus enim ſapientiæ benignus eſt, "neque eũ qui impiè lo- 6
quitur, culpa labiorum ipſius liberabit, quum Deus "renum eius
teſtis ſit, & verus cordis eius inſpector, auditórque "*eorum quæ* lin-
gua *illius proferuntur*.

Quoniam Spiritus Domini replet orbem terrarum,& qui cõ- 7
tinet omnia, "quid dicatur intelligit.

VETVS.

Cap. I.

Diligite Iuſtitiam, qui iudicatis terrã: ſẽtite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illũ:

3.Reg.3.a.9
eſaiæ 56.a.1

¶Quoniam inuenitur ab his qui nõ tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum.

Deut.4.e.29
2.par.15.a.4

Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo: probata autẽ virtus corripit inſipientes.

Quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

¶Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate.

Ierem.4.e.22

B

¶Benignus eſt enim Spiritus ſapiẽtiæ, & non liberabit maledicum à labiis ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor.

Galat.5.d.22

Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod cõtinet omnia, ſcientiam habet vocis.

IN CAPVT I.

1 Qui iud.terrã. οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Synecdoche eſt figura qua optima pars reip.regendæ accipitur pro toto genere,nempe iudicare pro regere.itaque malui figuram retinere. In bonitate ἐν ἀγαθότητι Plus ſignificat quàm quod quidam poſuit,Bene ſentite. φρονήσατε enim quod præceſſit,non ſolum iudicium ſignificat,ſed etiam affectum,quem nomen ſubſtantiuum melius exprimit,quàm aduerbium.

2 Et illis patefit, ἐμφανίζεται δὲ τοῖς, verti,patefit: quòd verbum cognitionem ſignificat qua Deus piis ſe patefacit,ac declarat, ſiue ſe cognoſcendum exhibet.Sic Chriſtus apud Iohannem,14.c.21, dicit ἐμφανίσω ἐμαυτόν,manifeſtabo, ac declarabo meipſum. Qui ei non diff. τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ, ſignificat τὴν ἀπιστίαν incredulitatem impedimento eſſe quominus Deus cognoſcatur.

3 Cogitationes nanque per. σκολιοὶ γὰρ λογισμοί. Paulus ad Philip.2.b.15,coniungit σκολιὰν καὶ διεστραμμένην,dũ prauam & peruerſam nationem nominat.Tales hoc loco cogitationes opponũtur veris ac fidelibus,quæ de Deo non dubitãt ac diffidunt. Separant χωρίζουσιν. ſubaudiendum eſt Nos,aut Homines.Hoc enim membrum opponitur ſuperiori,in quo dictum eſt Deũ iis patefieri qui ei non diffidũt.

*Eiuſ*que potentia dum tentatur. δοκιμαζομένη τε ἡ δύναμις. EIVS pronomen adiunxi,vt ad Deum referatur,cuius potentia ſine maximo periculo tentari non poteſt.Sunt enim hæc duo vitia infidelium,vnum diffidentiæ,alterum audaciæ ac temeritatis in Deo tentando.

4 In animam malitioſam εἰς κακότεχνον ψυχὴν in animam maleficam quæ malum moliatur ac machinetur. ἀπὸ τοῦ τεχνᾶσθαι quod eſt fabricari:ita homo κακότεχνος malorum artifex dicitur,qui à Paulo ἐφευρετὴς κακῶν appellatur,Rom.1.d.30. In corp.pec.obnoxio ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας. Ad verbum,in corpore obærato peccato,aut ære peccati obſtricto,atque implicato.Sumpta metaphora ἀπὸ τῶν χρεωφιλετῶν à debitoribus,qui nexu ſunt implicati, atque oppreſſi ære alieno. Sic Paulus ad Romanos, cap.7.c.14, ſe venundatum ſub peccatũ eſſe dicit. 5 Spiritus diſciplinæ πνεῦμα παιδείας. Hebraiſmus eſt,pro Spiritu inſtituente,atque informante. Quod fictum eſt, δόλον. ita appellat hypocriſin ac fictionem quæ opponitur integritati animi ac veritati. Sic Pſalmo 32.a.2,Beatus vir in cuius ſpiritu non eſt dolus. Cognoſcitur quum iniquitas aduenit. ἐλεγχθήσεται, Fut.pro præſ.ex conſuetudine linguæ Hebraicæ.verti autẽ hoc loco Cognoſcitur,quòd verbum ἐλέγχειν,inter alia ſignificat demonſtrare ac declarare,ſiue arguere:quo verbo vtitur Virgilius,Degeneres animos timor arguit.Itaque reddi poteſt, cognoſcitur,aut perſpicitur,ſiue declaratur,aut exploratur adueniente iniquitate:quoniam virtus in ipſo periculo cernitur. 6 Spir.e.ſap. benig. φιλάνθρωπον γὰρ πνεῦμα σοφίας, Humanus eſt enim ſpiritus ſapientiæ. Hebraiſmus,pro ad ſapientiam erudiens.Quædam exemplaria habent σοφίᾳ in ablatiuo,ſed caſus genitiuus huic loco congruere melius videtur.

Neque eum qui impiè loq. culpa labiorum ipſius lib. καὶ οὐκ ἀθῳώσει βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ. Ad verbum,Neque innocentem habebit blaſphemum à labiis eius.i.Blaſphemum,in Deum contumelioſum, & loquẽtem ea quibus gloria Dei violatur,non relinquet impunitum propter blaſphemias ab eo prolatas. Renũ eius teſt. τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς. Alibi, ſcrutator renũ,hoc eſt cogitationum internarum,occultarúmque dicitur,Pſal.7.c.10.ſicut etiã καρδιογνώστης cognitor cordis,qui hoc loco ἐπίσκοπος τῆς καρδίας appellatur.omnia enim ſunt nuda & aperta oculis Dei,Heb.4.d.13. *Eorum quæ* lingua *illius profer.* τῆς γλώσσης ἀκουστής, Ad verbum,linguæ auditor. Metonymia eſt qua inſtrumentum pro reipſa,lingua pro voce orationéque accipitur,ſiue pro iis quæ lingua proferuntur.

7 Quid dicatur intelligit. γνῶσιν ἔχει φωνῆς. Ad verbum,cognitionem vocis habet,hoc eſt orationis quantumuis occultæ.

C

8 Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum rripiens iudicium.

9 In cogitationibus enī impii interrogatio erit: ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

10 Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationū non abſcondetur.

11 Cuſtodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ: quoniā ſermo obſcurus in vacuum non ibit: os autē quod mentitur, occidit animam.

Dent.4.d.23

12 Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, [neque acquiratis perditionem in operibus manuū veſtrarum.

Ezech.18.d.32,& 33.c.11

13 [Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorū.

14 Creauit enim, vt eſſent, omnia: & ſanabiles fecit nationes orbis terrarū: & nō eſt in illis medicamētū exterminii, nec inferorum regnū in terra.

15 Iuſtitia enī perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio.

Infra 15.a.6

16 Impii autē manibus & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam: [quoniam morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius.

Cap. II.

1 DIxerūt enī impii cogitātes apud ſe non rectè, Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigeriū in fine hominis, & non eſt agnitus qui ſit reuerſus ab inferis:

2 Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniā fumus, & flatus eſt in naribus noſtris: & ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum:

3 Quia extīct⁹ cinis erit corp⁹ noſtrū

8 Quare qui loquitur iniuſta, ″nō latebit: ′neque iudicium, in quo redarguatur, effugiet.

9 Nam ″in conſilia impii inquiretur: ′fama autem dictorum eius ′vt iniquitates ipſius coarguantur, ad Dominum perueniet.

10 Quoniam ″auris indignans audit omnia, nec ′clamor murmurationum occultatur.

Murmuratio vitāda, & detractio.

11 ″Cuſtodite igitur vos ab inutili murmuratione, ′atque linguam ab obtrectatione continete: quoniam ″ſermo clandeſtinus non abibit impunitus: os verò mentiens animam interimit.

Mors.

12 ′Ne ſectemini mortē in errore vitæ veſtræ, neque operibus manuum veſtrarum exitium vobis accerſatis:

13 ″Neque enim Deus author eſt mortis, nec viuorum ″interitu delectatur:

14 Quippe qui omnia vt eſſent, creauit, ″ortúſque mundi ſunt ſalutares, ″in quibus nullum venenum eſt pernicioſum, nec inferorum regnum in terra.

Iuſtitia & iniuſtitia.

15 ′Iuſtitia enim eſt immortalis.

16 Impii verò illā manibus ſuis ſermonibúſque ″aſciuerunt, ac contabuerunt, eam amicā arbitrati, ″fœdúſque cum ea inierunt, planè digni qui illius ſint participes.

Cap. II.

Verba impiorū de hominis fine.

1 DIxerunt enim ipſi ſecum nō rectè exiſtimātes, ″Breuis & moleſta eſt vita noſtra, ″nec eſt remediū contra mortem hominis, nec fuit cognitus qui ab inferis reuerterit.

2 Quoniā ″temerè nati fuimus, & poſthac ita ſumus futuri, quaſi nunquam fuiſſemus, ″propterea quòd fumus eſt ſpiritus in naribus noſtris, ″& ſermo ſcintilla è corde noſtro excitata:

3 ″Quo extincto ″corpus noſtrum redigetur in cinerem,

8 Non latebit: οὐ δὴ μὴ λάθῃ, nunquam ſanè latebit. Nam οὐ δὴ μὴ vehementer negat. Neque iudic. in quo redar. effugiet, οὐ δὴ μὴ παροδεύσῃ αὐτὸν ἡ ἐλέγχουσα δίκη, Ad verbū, iudicium redarguēs [ſiue caſtigās] ipſum non præteribit. 9 In conſilia imp. inq. ἐν γὰρ διαβουλίοις ἀσεβοῦς ἐξέτασις ἔσται, inquiſitio fiet, [vel quæſtio habebitur] de prauis impii cōſiliis. Nā τὸ διαβούλιον aliquādo improbum aut perplexum conſilium ſignificat. Fama autem dictorum eius λόγων δὲ αὐτοῦ ἀκοὴ auditio ſermonum eius [ſiue rumor] ad Dominum deferetur.

Vt iniquitates ipſius coarguantur εἰς ἔλεγχον ἀνομημάτων αὐτοῦ, ad redargutionē iniquitatum eius. Sūt autem τὰ ἀνομήματα maleficia & delicta contra legem commiſſa, quæ alio nomine ἀδικήματα ſceleráque nominantur. 10 Auris indignās. οὖς ζηλώσεως auris indignationis. Hebraiſmus eſt, pro aure quæ indignatur, atque improba oratione offenditur. ζήλωσις autem accipitur ἀντὶ ἀγανακτήσεως, pro indignatione atque offenſione ad quam Deus ſceleratis impiorum verbis prouocatur, & quaſi exacerbatur, aut irritatur. Clamor murmurationum θροῦς γογγυσμῶν Sonum propriè vehementem aſperúmque ſignificat. Hoc autem loco, voces impiorum contumelioſas & querelas, quibus ipſi ſecum Deum accuſant, eiúſque aures, etiamſi non loquantur, vehementer feriunt, atque offendunt. Paulus, 1. Cor. 10. b. 10, eodem verbo vſus ſcribit patres aduerſus Deum murmuraſſe, eiuſque impii murmuris grauiſſimas pœnas dediſſe.

11 Cuſtodite igitur vos ab inutili murmuratione φυλάξασθε τοίνυν γογγυσμὸν Cauete inutilem murmurationem, ſiue ab ea abſtinete.

Atque lin. ab obtr. cont. καὶ ἀπὸ καταλαλιᾶς φείσασθε γλώσσης, parcite linguæ à maledicentia: hoc eſt contumelioſa oratione, qua Dei maieſtas læditur, quæ blaſphemia appellatur. Sermo cland. non ab. imp. φθέγμα λαθραῖον κενὸν οὐ πορεύσεται, ſermo occultus, [ſiue obſcurus] vacuus non abibit. hoc eſt nihil dictum tam occultè ac obſcurè contra Deum, quod impunè dictum ſit. Impiæ enim orationis pœna comes erit. 12 Ne ſecte. mor. in err. vitæ veſt. μὴ ζηλοῦτε θάνατον ἐν πλάνῃ ζωῆς ὑμῶν, ne æmulemini mortē in errore vitæ veſtræ. Significat enim ζηλοῦσθαι vehementer expetere aliquid, magnóque ſtudio quærere aut perſequi. Errorem autem appellat cōſuetudinem ac rationem vitæ remotā à timore Dei, & contrariā ei diſciplinæ qua ſanctus caſtúſque Spiritus vitā degit. 13 Neque enī Deus auth. eſt mor. ὅτι ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, Deus enī mortē nō fecit. ſiue creauit. Interitu, ἀπωλείᾳ perditione. 14 Ortuſque mū. ſ. ſal. καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, & ſalutares generationes [ſiue origines] mūdi. hoc eſt, mūdus initio ita creatus fuit, vt nihil mali in eo eſſet. Vidit enī Deus quòd erāt valde bona, quæcūque fecerat. In quibus nul. vene. eſt pernicioſū, καὶ οὐκ ἔστι ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου, nec eſt in eis pharmacū exitii. Accipitur autē φάρμακον hoc loco pro veneno exitioſo: ac metaphoricè pro malo mortifero, vt Initiis mūdi ſalutaribus opponatur.

15 Iuſtitia e. eſt immor. δικαιοσύνη γὰρ ἀθάνατός ἐστι. In veteri tranſlatione hoc membrū contrariū legitur, Iniuſtitia autem, mortis acquiſitio. Verū in nullis codicib⁹ Græcis, ſed ne Latinis quidē vetuſtioribus ſcriptis, quos legerim, reperitur, ſed tantūmodo illud quod ſequitur, Impii verò illam manibus, &c. 16 Aſciuerunt, προσεκαλέσαντο aduocauerunt, ſiue accerſiuerunt, αὐτὸν ſcilicet θάνατον mortē, vt ILLAM nemo ad IVSTITIAM referat propter ambiguitatem. Fœdúſque cum ea inie. καὶ συνθήκην ἔθεντο πρὸς αὐτὸν, cum ea pacti ſunt, atque ita fœderati, vt vita priuati, mortis participes ſempiternæ ſint.

IN CAPVT II.

1 Breuis & moleſta ὀλίγος καὶ λυπηρός, id eſt, Exiguum vitæ ſpatium ac moleſtiæ plenum. Nec eſt remed. contra mor. hom. καὶ οὐκ ἔστι ἴασις ἐν τελευτῇ ἀνθρώπου, in obitu hominis, Hebraicè dixit pro contra obitum. Eſt enim mors ineuitabilis, ſicut Pſal. 49. b. 8, Non redimet homo fratrem ſuum, nec &c. 2 Temerè αὐτοσχεδίως, hoc eſt αὐτομάτως caſu & fortuito, ſine vlla Dei prouidentia ac conſilio: qui tamen hominem ad imaginem ſuam creauit, eúmque naturæ excellentia à cæteris animantibus ſeparauit. Propter. quòd fu. e. ſpi. in narib. noſt. ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν. Sic Ieſaias cap. 2. d. 22, Cauete ab homine cuius ſpiritus [ſiue flatus] in naribus eius. Quædā exēplaria habent, ἐν ῥισὶν ἡ πνοὴ ἡμῶν ὀλίγος, in naribus ſpiritus noſter exiguus. hoc eſt, breuis ac fugaciſſimus. Et ſermo ſcin. è. cor. no. exc. καὶ ὁ λόγος σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν, & oratio ſcintilla in motu cordis noſtri. Eſt vox hominis articulata nihil aliud quā motus animi conformatus, qui vt igniculus quidā eluceſcit: ita ſpiritus, ſiue flatus animæ quaſi fumus quidam in naribus exiſtit: ſermo verò quaſi tenuis ſcintilla è corde excitata in ore emicat. 3 Quo extincto οὗ σβεσθέντος Apud Græcos poteſt referri vel ad ſermonem, vel ad ſcintillam: quoniā vtrūque maſculini eſt generis: ita Latinè referetur nō incommodè vel ad nomen tranſlatum, vel ad ſermonem, cuius vi extincta corpus hominis in cinerē redigitur. Corpus noſtrū redig. in cinerem, τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα ἡμῶν, cinis deueniet corpus noſtrum.

& ſpiritusʼquaſi aer fluxus diffundetur,

4 ʼLapſúque tẽporis veniet in obliuionem nomen noſtrum,nec quiſquam factorum noſtrorum memoriam vſurpabit,ʼ& ſicut veſtigium nobis præteribit vita noſtra, & quaſi nebula à radiis ſolis ʼprofligata,eiuſdémque calore compreſſa diſſoluetur:

5 ʼNam inſtar vmbræ tranſeuntis euaneſcit tempus vitæ noſtræ, ʼnec datur à mortis obitu pedem referre,quoniãʼconſignatus eſt, nec inde quiſquam reuertitur.

6 Adeſte igitur, & bonis fruamur præſentibus,ʼ& creatura quaſi adoleſcentia vtamurʼgnauiter:

7 Vino pretioſo vnguẽtíſque repleamus nos,ʼneque florem vitæ prætereamus:

8 ʼBaccis roſarum,priuſquam marceſcant,coronemur:

9 ʼNemo veſtrum noſtræ ſit expersʼpetulantiæ,vbique ſigna lætitiæ relinquamus:quoniam hæc portio noſtra eſt, hæc hæreditas noſtra.

10 Opprimamus pauperem iuſtum,nec parcamus viduæ,ʼnec canitiem ſenis longæuam reuereamur.

11 ʼSit autem noſtri roboris vis iuſtitiæ lex:ʼquoniam quod infirmum eſt,inutile eſſe comperitur.

12 ʼCircunueniamus igitur iuſtum, ʼquoniam incommodus eſt nobis,operibúſque noſtris aduerſatur,& nobis exprobratʼpeccata cõtra legẽ cõmiſſa,delictáque noſtræ diſciplinæ in nos diffamat.

13 ʼProfitetur habere ſe cognitionem Dei, ac filium Dei ſeipſum nominat.

14 ʼFactus eſt nobis ad redarguendas cogitationes noſtras.

15 ʼEius etiam aſpectus nobis grauis eſt, quoniã diſſimilis aliorũ

& ſpiritus diffundetur quaſi mollis aer,& tranſibit vita noſtra tanquam veſtigiũ nubis, & ſicut nebula diſſoluetur,quæ fugata eſt à radiis ſolis & à calore illius aggrauata:

4 Et nomen noſtrũ obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriã habebit operum noſtrorum.

5 |Vmbræ enim trãſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam cõſignata eſt,& nemo reuertitur. 1.Para.29.d.15

B

6 |Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt,& vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter. Eſaiæ 22.b.13 & 56.d.12, & 1.cor.15.d.32

7 Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus,& nõ prætereat nos flos temporis.

8 Coronemus nos roſis, antequam marceſcant:nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.

9 Nemo veſtrũ exors ſit luxuriæ noſtræ, vbique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra.

10 Opprimamus pauperem iuſtum, & nõ parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis.

11 Sit autem fortitudo noſtra, lex iniuſtitiæ.quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur.

C

12 Circũueniamus ergo iuſtum: quoniam inutilis eſt nobis,& contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata Legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.

13 |Promittit ſe ſcientiam Dei habere,& filium Dei ſe nominat. Matth.27.e.43

14 |Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Iohan.7.a.6

15 |Grauis eſt nobis etiã ad vidẽdum, quoniã diſſimilis eſt aliis vita illius, Eſaiæ 53.c.8

Quaſi aer fluxus diff. διαχυθήσεται ὡς χαῦνος ἀήρ.quaſi laxus,mollis ac liquidus aer diffluet. 4 Lapſúque tẽporis veniet in obliuionem no.noſt. καὶ τὸ ὄνομα ἡμῶν ἐπιλησθήσεται ἐν χρόνῳ, & nomen noſtrũ obliuioni mãdabitur in tẽpore.hoc eſt,progreſſu tẽporis,cuius vetuſtate obliterãtur omnia. Hæc autem duo membra,in quibuſdam Latinis codicibus trãſpoſita leguntur quarto verſu, qui mox ſubiungitur: credo, vt melius tranſlationes,quibus hic author vſus eſt,ſine vlla interpoſitione continuarentur. apud Græcos in omnibus codicibus,quos legerim,hoc loco poſita ſunt. Et ſicut veſtigiũ no.præt.vita noſtra, καὶ παρελεύσεται ὁ βίος ἡμῶν. Particula καὶ hoc loco poteſt eſſe aduerſatiua,pro ſed:vt proximo præcedẽti mẽbro opponatur,de memoria:ſicut apud Hebræos ea ſæpe vis eſt huius particulæ. Profligata & compreſſa diſſoluetur: διωχθεῖσα, perpulſa,eiuſdémque calore cõpreſſa, βαρυνθεῖσα grauata, hoc eſt compreſſa & conſumpta, ardore ſolis diſſipabitur, διασκεδασθήσεται. 5 Nam inſtar vmbræ tranſ.eua.temp.vi.no. σκιᾶς γὰρ πάροδος ὁ καιρὸς ἡμῶν, Vmbræ enim trãſitus tempus noſtrũ. Breuitas vitæ hominis hac imagine ſæpe in Scriptura demoſtratur,atque declinãti ac euaneſcẽti vmbræ cõparatur.

Nec datur à mor.obi.pedem ref. καὶ οὐκ ἔστιν ἀναποδισμὸς τῆς τελευτῆς ἡμῶν, nõ eſt reductio [aut reuocatio] pedum à morte.hoc eſt,reditus à morte ad vitam.Sic Vergilius,Sed reuocare gradũ,ſuperáſque euadere ad auras,Hoc opus,hic labor eſt. Conſignatus eſt, κατεσφραγίσθη obſignatus eſt.Sumpta metaphora ab iis quæ vt rata firmáque ſint,obſignantur:aut certè vt cuſtodiantur ac conſeruentur,ſignari ac notari ſolent:vt illud dictum de ſeruo cui domi nihil clauſum ac ſignatum eſſet. Sic Darius os foueæ in quam coniectus erat Daniel, lapide clauſum,annulo ſuo obſignauit. Eodem modo mors ita obſignata dicitur,vt neceſſitas moriendi immutari non poſſit,aut reditus ad vitã dari. 6 Et creatura quaſi adoleſ. κτίσει ὡς νεότητι, creatura vt iuuẽtute vtamur. Quidã vertunt ὡς ſimul ac.Ego autẽ puto eſſe ſimilitudinis, pro ὥσπερ vt,aut quemadmodum.volunt enim frui flore ac vigore creaturarum priuſquam conſeneſcant,atque intereãt,ſicut iuuentute vigente,priuſquam ad ſenium perueniant.Nã ſequenti verſu florem aeris appellat. Gnauiter: σπουδαίως ſtudioſe,vt in eam perfruitionem toto ſtudio ac cupiditate incumbamus. 7 Neque florẽ vitæ præt. καὶ μὴ παροδευσάτω ἡμᾶς ἄνθος ἀέρος, neque prætereat nos flos aeris. Quidam vertunt,auræ,pro ſpiritu quem vitalem ex aere haurimus. EgoFlorem vitæ malui vertere , vt melior eſſet tranſlatio.Quid ſi legamus ἔαρος veris?Facilis enim fuit literarũ tranſpoſitio. 8 Baccis roſarũ,ῥόδων κάλυξι,alii vertunt calyculis in quibus roſæ nondũ planè ſunt expanſæ,túmque vigorem diutius retinentes, in quo ſtudium curáque voluptariorũ facilè perſpicitur:volunt enim voluptates ſuas maximè diuturnas eſſe. 9 Nemo veſtrum οὐδεὶς ἡμῶν nullus veſtrum , in omnibus Græcis exemplaribus legitur, ſed legendum videtur potius in ſecunda perſona propter exhortationem. Petulantiæ ἀγερωχίας intemperantiæ diſſolutæ in qua voluptarii homines ſuam diligentiam ſtrenuitatémque oſtendunt. 10 Nec cani.ſe.longæ.reue. μηδὲ πρεσβύτου ἐντραπῶμεν πολιὰς πολυχρονίους,nec ſenis reuereamur canos lõgæuos.hoc eſt,qui ſunt indices ætatis lõgæ ac diuturnæ, ac teſtes ſummæ ſenectutis.

11 Sit autem no.robo.vis iuſt.lex: ἔστω δὲ ἡ ἰσχὺς ἡμῶν νόμος τῆς δικαιοσύνης, vires noſtræ ſint lex iuſtitiæ. Propriè ἰσχὺς accipitur pro robore corporis,ac viribus quibus impii freti,alios opprimunt,in eóque ius quoddam ponunt: quẽadmodum Callicles apud Platonẽ in Gorgia.

Quoniam quod inf.eſt,inut.eſſe compe. τὸ γὰρ ἀσθενὲς ἄχρηστον ἐλέγχεται, quoniã quod imbecillum eſt, inutile redarguitur. quidam vertunt,deprehenditur:non malè:hoc eſt perſpicitur reipſa. Imbecillitas enim maximis opportuna eſt iniuriis. 12 Circunueniamus igitur iuſtum, ἐνεδρεύσωμεν δὲ τὸν δίκαιον, Inſidiemur autem iuſto.Sed δὲ particula poteſt habere vim inferendi,ſiue hortandi,igitur,ergo.

Quoniam incommodus eſt nobis, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, plus eſt δύσχρηστος incommodus, qui obeſt atque obſiſtit,quàm ἄχρηστος inutilis.

Peccata contra legem commiſſa, καὶ ὀνειδίζει ἡμῖν ἁμαρτήματα νόμου, peccata legis: quod intelligi poteſt de ea lege qua ipſi in potentia ſua violentiáque poſuerunt , ſicut in ſequenti membro ſubiungit ἁμαρτήματα τῆς παιδείας ἡμῶν,delicta diſciplinæ noſtræ: vt intelligantur ea peccata & maleficia quæ à ratione ac conſuetudine vitæ quam inſtituerunt, proficiſcũtur. Ea,inquiunt, diffamat, ἐπιφημίζει, id eſt cum infamia noſtra diuulgat. 13 Profitetur ἐπαγγέλλεται Alii vertunt,promittit,aut prædicat.ego Profitetur malui.

14 Factus eſt no.ad redar.cog.noſt. ἐγένετο ἡμῖν εἰς ἔλεγχον τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν. Factus eſt nobis ad redargutionẽ cogitationum noſtrarũ. Sic Paulus ad Ephe.5.c.13,τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται,quum redarguuntur,à luce proferũtur.Iohan.3.c.20,Et nõ venit ad lucẽ, ne redarguantur,ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ. 15 Eius etiam aſpectus no.grauis eſt, βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος, grauis eſt nobis etiam quum aſpicitur.Eſt enim in vultu piorum authoritas & reuerentia.

& immutatæ ſunt viæ eius.

16 Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tãquam ab immunditiis, & præfert nouiſſima iuſtorum, & gloriatur patrẽ ſe habere Deum.

D 17 Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint, & tẽtemus quæ vẽtura ſunt illi, & ſciem⁹ quæ erũt nouiſſima illi⁹.

Pſal.21.a.9 matth.27.c.43 18 |Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum.

Iere.11.d.19 19 |Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.

20 Morte turpiſſima condemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius.

21 Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorũ.

Rom.1.e.22 22 Et |neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarũ ſanctarum.

Gen.1.d.27, & 2.a.7, & 5.a.1 eccli 17.a.1 23 Quoniam Deus |creauit hominem in integritate, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum.

Gen.3.a.1 24 |Inuidia autẽ diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

25 Imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.

Cap. III.

Deut.33.a.3 1 I|Vſtorum autem animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis.

Infrà 5.a.4 heb.11.f.34 2 |Viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori & æſtimata eſt afflictio, exit⁹ illorũ.

3 Et ab itinere iuſto abierunt in exterminiũ, & quod à nobis eſt iter exterminii: illi autem ſunt in pace.

Rom.8.c.24 2.cor.5.a.1 1.pet.1.c.13 4 Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, |ſpes illorum immortalitate plena eſt.

Exo.16.a.2 deut.8.a.2 5 In paucis vexati, in multis bene diſponentur: |quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.

6 Tanquã aurũ in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum.

eſt vita illius, ′differentéſque ſemitæ eius.

16 ′Pro adulterinis ab eo habiti ſumus, ′& abſtinet à viis noſtris, quaſi à quibuſdam immunditiis, ′extrema iuſtorum beata prædicat, Deúmque patrem iactitat.

17 ′Videamus an ea quæ dicit, vera ſint: ′atque ea quæ ei ſunt euẽtura experiamur.

18 Nam ſi iuſtus eſt filius Dei, ſuſcipiet illum, atque eũ de manu aduerſariorum liberabit.

19 ′Contumelia & cruciatu eum examinemus, vt cognoſcamus ′manſuetudinem eius, ′ac tolerantiam eius iudicemus.

20 ′Infami eum morte condẽnemus: ′eius enim ratio iuxta ipſius ſermones habebitur.

21 Hæc ′cogitarunt, & errarunt: ′nam malitia ſua ſunt excæcati.

22 Neque myſteria Dei cognouerũt, nec mercedem ſanctimoniæ ſperauerunt, ′nec vllam rationem præmii inculpatis animis propoſiti habuerunt:

23 Quoniam Deus creauit hominem ad immortalitatẽ, eúmque ad imaginem ′propriæ ſimilitudinis fecit.

24 Inuidia autem diaboli mors introiuit in mundum.

25 Eámque experiuntur ′qui ſunt partium illius. Cap. III.

1 I′Vſtorum autẽ animæ in manu Dei: nec attinget eos cruciatus. Martyrum fœlicitas.

2 Viſi ſunt in oculis inſipientium mori: corúmque exitus ′ærũna eſt exiſtimatus:

3 Et diſceſſus à nobis, contritio: hi verò ′ſunt in pace.

4 Nam ſi in conſpectu hominum ′crucientur, ſpes ipſorum immortalitatis plena eſt.

5 ′Et paucis caſtigati malis, magnis beneficiis afficientur: quoniam Deus eos tentauit, atque ſeipſo dignos inuenit.

6 Tanquam aurum in fornace probauit illos: eóſque ′vt integrũ ſacrificium excepit.

Differentéſque ſemitæ eius. καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι αὐτοῦ. immutatæ viæ eius, hoc eſt diuerſæ vitæ rationes, ac diſcrepantes ab aliis.

16 Pro adul. ab illo ha. ſu. εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν αὐτῷ, quaſi adulterini, hoc eſt ſpurii, ſeparati à cõmunione filiorũ Dei, ἐλογίσθημεν αὐτῷ, exiſtimati ſumus ab eo. Et abſt. à viis noſt. quaſi à quibuſ. imm. καὶ ἀπέχεται τῶν ὁδῶν ἡμῶν ὡς ἀπὸ ἀκαθαρσιῶν, hoc eſt, refugit ab inſtitutis rationibuſque vitæ noſtræ, quaſi à quibuſdam inquinamentis. τὰς enim ὁδοὺς Græci appellant rationes vitæ inſtitutas, tum bonas, tũ malas. Extr. iuſt. be. præd. μακαρίζει ἔσχατα δικαίων, Ad verbum, beatificat extrema iuſtorum. hoc eſt, exitum iuſtorum beatum dicit.

17 Vid. an ea quæ di. vera ſint: ἴδωμεν εἰ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀληθεῖς, Videamus, ſi ſermones eius ſunt veri. ſiue, an verba eius vera ſint. Atque ea quæ ei ſunt euen. exp. καὶ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ Ad verbum, experiemur ea quæ ſunt in eius euentu. ſiue exitu. hoc eſt, videamus quomodo exitus atque euentus eius orationi ſit reſponſurus. 19 Cont. & cruc. eũ exa. ὕβρει καὶ βασάνῳ ἐξετάσωμεν αὐτὸν Contumelia ac tormento quæſtionem de eo habeamus. ſiue, eum torqueamus, atque hoc modo eius patientiam probemus. ſunt autem hi duo modi, quibus filii Dei in hoc mundo exercentur, opprobrium & cruciamentum. Paulus 1. ad Tim. 4.c.10, In hoc enim & laboramus [ſiue perſequutionem patimur] & probris afficimur: quoniam ſperamus in Deo viuente. Manſuetudinem, τὴν ἐπιείκειαν modeſtiam. Paulus ad Philip. 4.c.5, τὸ ἐπιεικὲς modeſtia veſtra nota ſit omnibus. Chriſtus, Matth. 5.c.5, πραεῖς mites, ſiue manſuetos appellat. Ac toller. eius iud. καὶ δοκιμάσωμεν τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ. & iudicemus patientiam eius. Propriè autem ſignificat ἀνεξικακία malorum tolerationem, ac perpeſſionem, ἀπὸ τοῦ ἀνέχεσθαι τὰ κακά. 20 Infami mor. θανάτῳ ἀσχήμονι morte deformi, hoc eſt turpi, ignominioſóque genere mortis: in quo cruciatus cum ignominia coniungatur. Eius enim rat. iux. ipſ. ſer. hab. ἔσται γὰρ αὐτοῦ ἐπισκοπὴ ἐκ λόγων αὐτοῦ, Ad verbũ, eius inſpectio [ſiue viſitatio] erit ex ipſius ſermonibus. hoc eſt, vt eſt loquutus, ita explorabitur, vt videamus an patientia eius, & conſtantia, ipſius orationi reſpondeat. 21 Cogitarunt, ἐλογίσαντο, reputarunt, malo vertere in præterito, quàm reputãt, aut cogitãt, in præſenti. Significat enim eam cogitationẽ ab illis iam ſuſceptam eſſe: ſicut initio capitis, Dixerunt enim, &c. Nam malitia ſua ſunt exc. ἀπετύφλωσε γὰρ αὐτοὺς ἡ κακία αὐτῶν. excæcauit enim illos malitia ipſorũ. Sed malui paſſiuè vertere, vt mollior eſſet oratio. vt caſus nominatiuus, qui eſt in membris ſequentibus, in hoc etiam conſeruaretur. 22 Nec vllam rationẽ præmii, &c. οὐδὲ ἔκριναν γέρας ψυχῶν ἀμώμων: nec iudicarũt præmium animarum inculpatarum. ἀμώμους animas appellat, quemadmodũ Paulus fideles appellat τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα filios Dei irreprehenſibiles, Philipp. 2.c.15. 23 Propriæ ſimilitudinis τῆς ἰδίας ἰδιότητος ſuæ proprietatis. hoc eſt propriæ naturæ: vt ſicut ipſe eſt immortalis, ita eum ornauit eadem gloria. Ea quum propria ſit ipſius Dei, ſingulari eius beneficio homini communicata eſt. 25 Qui ſunt partium illius. οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄντες. qui partis illius ſunt. qui à parte eius ſunt. hoc eſt, qui Deo derelicto illum ſequuntur.

Quædam exemplaria legũt δοκιμάσωμεν probem⁹

IN CAPVT III.

1 Iuſtorũ autẽ ani. in manu Dei: δικαίων δὲ ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, ſubaudiendũ eſt SVNT, quæ eclipſis eſt valde frequens in his ſentẽtiis.

2 Aerũna κάκωσις afflictio. Exiſtimatus eſt ærumna exitus eorũ. Hebraiſmus, pro ærumnoſus, ſiue calamitoſus. quemadmodũ quod ſequitur ἡ ἀφ᾽ ἡμῶν πορεία σύντριμμα eorum à nobis diſceſſus. contritio, pro diſceſſu exitioſo. 3 Sunt in pace. εἰσὶν ἐν εἰρήνῃ. ſunt in pace. hoc eſt fruuntur fœlicitate, ſiue ſunt fœlices, ac planè beati. Nam nomen pacis apud Hebræos ſignificat omnem fœlicitatem.

4 Crucientur, κολασθῶσιν, torqueantur. aut puniantur iudicio hominum quaſi malefici ac miſeri, vt Iob: ſecum tamen ſpem alunt plenam beatiſſimæ immortalitatis. 5 Et paucis caſtigati malis, &c. καὶ ὀλίγα παιδευθέντες, μεγάλα εὐεργετηθήσονται, Paucis caſtigati [aut vexati] magnis beneficiis afficiũtur. Non enim condignæ ſunt afflictiones huius mundi, quæ cum futura gloria filiorum cõparẽtur. Rom. 8.d.18, Et momentanea leuitas afflictionis noſtræ mirè ſupra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, 2.Cor.4.c.17. Ita fideles pro exiguis malis ampliſſima bona gaudiáque adipiſcuntur. 6 Vt integrum ſacrif. excep. ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο. vt integrã [aut ſolidam] oblationem ſacrificii ſuſcepit. Dicitur enim ὁλοκάρπωμα vt ὁλοκαύτωμα, vtrunque ſignificat perfectam ſacrificii oblationem: ſed hoc quum fruges offerebantur, illud verò quum pecudes ac beſtiæ, quæ igne planè conſumebantur.

7 'Itaque in tempore viſitationis ſuæ'reſplēdeſcent,&'velut ſcintillæ in ſtipulis diſcurrent.

8 Iudicabunt gentes,dominabuntúrque populis:& Dominus'in eis in perpetuum regnabit.

9 'Qui fiduciam in eo ſuam habēt,veritatem intelligent:& fideles in charitate,'in eo permanebunt: 'quoniā gratia & miſericordia erga ſanctos eius,'& ratio electorum eius habebitur.

Impiorum præmia.

10 'Impii verò pœnas ſuis cogitationibus debitas dabunt: vt qui neglexerint iuſtum,atque à Domino defecerint.

11 Nam qui ſapientiam, diſciplināmque pro nihilo ducit, miſer eſt, ſpéſque talium vana: &'labores infructuoſi, atque opera eorum inutilia.

12 Mulieres eorum inſipientes,improbíque liberi,execrabilis progenies eorum.

13 Quoniam beata eſt ſterilis impolluta, quæ nō nouit'lectum in flagitio,'in viſitatione animarum fructum capiet.

14 'Spado item, qui ſcelus manu nō deſignauit,nec quicquam improbè contra Dominum cogitauit: dabitur enim ei'gratia fidei exquiſita,& ſors in templo Domini pergrata.

15 Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus: 'nec radix prudentiæ decidit.

16 'Filii verò adulterorum à ſacris arcebuntur,'& orta ex iniquo toro ſoboles exterminabitur.

17 'Quòd ſi diutiſſimè vixerint, nullo in pretio habebūtur:'in nouiſſimíſque diebus ingloriam'agent ſenectutem.

18 Sin celeriter ex vita deceſſerint:nullam habent ſpem,'nec conſolationem in die inquiſitionis.

19 Generationis enim iniquæ diri ſunt exitus.

7 |Fulgebunt, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Matth.13.f.43 B

8 |Iudicabunt nationes,& dominabūtur populis,& regnabit Dominus illorum in perpetuum. Matth.19.d.28 1.cor.6.a.2

9 Qui confidunt in illo, intelligent veritatem:& fideles in dilectione acquieſcēt illi: quoniam donum & pax eſt electis eius.

10 |Impii autem ſecundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iuſtum, & à Domino receſſerunt. Matth.25.d.41, & 45

11 Sapientiam enim,& diſciplinā qui abiicit,infœlix eſt: & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. C

12 Mulieres eorum inſenſatæ ſunt,& nequiſſimi filii illorum.

13 Maledicta creatura eorum: quoniam fœlix eſt ſterilis,& incoinquinata quæ neſciuit torum in delicto, |habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum: Eſaiæ 56.b.5

14 Et ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem,nec cogitauit aduerſus Deum nequiſſima:dabitur enim illi fidei donum electum,& ſors in templo Dei acceptiſſima.

15 Bonorum enim laborū glorioſus eſt fructus, & quæ nō cōncidit radix ſapientiæ. D

16 Filii autem adulterorū in conſummatione erunt, & ab iniquo toro ſemen exterminabitur.

17 Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabūtur,& ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum.

18 Et ſi celerius defuncti fuerint, non habebūt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem.

19 Nationis enim iniquæ, diræ ſunt conſummationes.

7 Itaque in temp.viſ.ſuæ reſplen. καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσιν, Et in tempore viſitationis ſuæ refulgebūt.ET apud Hebræos particula aliquando habet vim illationis, quæ hoc loco non malè à quibuſdam redditur pro itaque. Quædam Latina exemplaria habent, & in tempore erit reſpectus[ſiue viſitatio]illorum:quaſi in Græco quodam codice ita lectum fuerit καὶ ἐν καιρῷ ἡ ἐπισκοπὴ αὐτῶν. Sed prior lectio mihi magis probatur.Dicitur enim ὁ καιρὸς ἐπισκοπῆς ſicut οἱ καιροὶ ἀναψύξεως tempora refrigerationis,Act.3.c.21. Reſplēdeſcent, ἀναλάμψουσιν. Chriſtus apud Matthæum,13.f.43,ἐκλάμψουσιν effulgebunt. Velut ſcintil.in ſtip.diſ. ὡς σπινθῆρες ἐν καλάμῃ διαδραμοῦνται. vt ſcintillæ in ſtipula diſcurrent.hoc eſt emicabunt propter gloriæ ſplendorem. 8 In eis in perpe.regn. βασιλεύσει αὐτῶν. Ad verbū, regnabit eorū:ſiue rex erit eorum.quū Deus erit in ipſis omnia. 9 Qui fid.in eo ſ.hab. οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτῷ, Qui confidunt in eo. Sic Chriſtus Ioan.8.d.31,Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui ei crediderunt,Iudæos, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem,&c. In eo perman. προσμενοῦσιν αὐτῷ, Hoc eſt,conſtanter perſeuerabunt, qui maximus eſt fructus ac progreſſus fidei,ac perceptæ veritatis:charitas videlicet conſtans,fidelis,acquieſcens in ſolo Deo,quæ vt Paulus ad Rom.ait,8.d.39, à dilectione nulla vi ſeparari poteſt. Quoniam grat.&c.erga ſanct.e. ὅτι χάρις καὶ ἔλεος ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, quoniam gratia & miſericordia in ſanctis eius.Ego, erga ſanctos eius,malui vertere,vt tolleretur ambiguitas,qua gratia ſanctorū dici intelligique poſſet. Significatur enim ea quæ ſanctis à Domino tribuitur. Et ratio elect.eius hab. καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ. Ad verbū,& viſitatio in electis eius.Viſitatio autē accipitur duobus modis in Scriptura:pro ratione quam Deus habet tum malorum in iuſtiſſimo iudicio ſuo,tum bonorum quos gratia & miſericordia recognoſcit,atque malis eripit.Itaque hoc loco,pro miſericordi Dei inſpectione,ac recognitione accipitur.

10 Impii verò pœn.ſuis cog.deb.dab. ἀσεβεῖς δὲ καθὰ ἐλογίσαντο ἕξουσιν ἐπιτιμίαν Impii verò ſicut cogitarunt,habebunt pœnam,aut mulctā. hoc eſt,iuxta praua ſua conſilia & cogitata mulctabuntur,pœnáſque dabunt improbis cogitationibus ſuis dignas.

11 Labores infructuoſi, οἱ κόποι ἀνόνητοι, inanes,aut inutiles,ſine aliquo fructu. Quidā codices Latini habent inſipientes,& Græci ἀνόητοι. Sed prior lectio,quam poſuimus,melior eſt. 13 Lectum in flagit. κοίτην ἐν παραπτώματι, torum in delicto, aut peccato. hoc eſt flagitioſum concubitum: ſed integrè ac caſtè vixit. In viſitatione animarum ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν Hoc eſt,quum Deus cauſam animarum cognoſcet,earúmque rationem habebit. 14 Spado item, qui ſcel.manu non deſig. καὶ εὐνοῦχος ὁ μὴ ἐργασάμενος ἐν χειρὶ ἀνόμημα, Et eunuchus, qui non operatus eſt manu iniquitatem. ἀνόμημα dicitur quod malitioſè atque improbè contra Legem commiſſum eſt. Latinè Scelus appellatur. Gratia fidei exquiſ. τῆς πίστεως χάρις ἐκλεκτὴ fidei gratia electa.hoc eſt donum eximiū, ac non vulgare, illud videlicet quod ſequitur κλῆρος ἐν ναῷ κυρίου θυμηρέστερος,ſors in templo Domini accepta,ſiue iucūda. Eſt enim τὸ θυμῆρες quod animæ gratum ac iucundum eſt. Videtur autē hæc ſententia de eunucho integro ac pio,ſumpta eſſe ex Ieſaia,apud quem cap.56.b.5,ita legitur, Quia ſic dicit Dominus eunuchis, Qui cuſtodiunt ſabbatha mea,& eligunt quæ mihi placēt,atque firmiter tenent fœdus meum,dabo eis in domo mea,& intra muros meos partem & nomen melius,quàm filiorum,ac filiarum,&c. 15 Nec radix prudentiæ decidit. καὶ ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως. & radix prudentiæ indecidua.hoc eſt fixa & ſtabilis, quæ nunquam excidit. 16 Filii verò adult.à ſacr. arceb. τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται, Quidam vertūt,Filii verò adulterorum imperfecti,ſed malè.Nam apud Græcos eſt ἀτέλεστα,ἀπὸ τοῦ τελεῖσθαι,quod eſt ſacris initiari.Hinc ἀτέλεστα dicuntur τὰ βέβηλα,profana,quæ ſacrorum religione indigna ſunt. Et orta ex iniquo toro ſob.exterm. καὶ ἐκ παρανόμου κοίτης σπέρμα ἀφανισθήσεται. & ex illegitimo lecto ſemen abolebitur.hoc eſt,liberi non legitimo coniugio,ſed nefario concubitu nati.

17 Quòd ſi diutiſſ. vixer. ἐάν τε γὰρ μακρόβιοι γένωνται, Siue enim diuturnæ ſint vitæ. Huic particulæ diſiunctiuæ reſpondet altera quæ ſequitur ἐάν τε ſiue. μακρόβιοι autem dicuntur qui longæ ſunt vitæ, qui in vita diu manent. In nouiſſ.diebus ingl. agent ſenect. καὶ ἄτιμον ἐπ᾽ ἐσχάτων τὸ γῆρας αὐτῶν. & inhonorata in vltimis ſenectus eorum.Nam longa honoratáque,optimæ conſcientiæ atque vitæ in timore Dei actæ iucundiſſimus eſt fructus.Contrà verò,ea conſcientia gloriáque vitæ deſtituta,quo eſt longior,eo miſerior.

18 Nec conſolationē in die inquiſitionis. οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον. nec in die diſcretionis[ſiue diiudicationis]ſolatium.Eſt autem διάγνωσις iudicium quo ratio habetur tum bonorum,tum malorum,ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν,quod eſt,pro poteſtate arbitrióque iudicis ſtatuere,decernere,atque in re controuerſa diiudicare,quod ad iudicem pertinet.

Cap. IIII.

1 QVàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.

Quum præſẽs eſt, imitãtur illam, & deſiderant eam quum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triũphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3 Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamẽtum collocabunt.

Jerem.17.a.6 matth.7.c.19

4 Etſi in ramis in tẽpore germinauerint, infirmiter poſita à vento cõmouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.

5 Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

6 Ex iniquis enim ſõniis filii qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.

7 Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

8 Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata.

9 Cani autem ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis, vita immaculata.

10 Placens Deo factus dilectus,

Geneſ.5.e.24 heb.11.a.5

Cap. IIII.

De caſta germinatione fidelium.

1 S"Terilitas liberorum cum virtute cõiunctapotior eſt,'vt cuius immortalis ſit memoria: quoniã & apud Deum, & apud homines cognoſcitur.

Eam cum præſentem imitantur,"tum abſentem requirunt, atque etiam coronata in perpetuum triumphat,"præmia impolluta certamine victrix aſſequuta:

3 "Soboleſcẽs autem impiorum multitudo'non perueniet ad frugem, "nec ex propaginibus adulterinis altas radices aget,"neque ſtabile fundamentum conſtituet.

4 Nam etſi ad tẽpus"in ramos egerminauerit,"leuiter tamen fundata commouebitur à vento,"ac vi procelloſa extirpabitur:

5 "Imperfecti circum rami defringentur, eorúmque fructus inutilis,"ad eſum immaturus, nullámque ad rem commodus:

6 Liberi enim"ex nefario nati cõcubitu,"teſtes ſunt improbitatis aduerſus parentes,"eo tempore quo in ipſos inquiritur:

7 "Iuſtus verò etiamſi præmatura morte obeat,"quiete tamẽ perfruetur.

Non æſtimanda ſenectus annorũ numero

8 "Honorata enim eſt ſenectus, non diuturnam adepta vitam, neque numero annorum definita:

9 'Sed canities hominibus prudentia eſt, & ætas ſenectutis'vita nulla labe maculata.

10 "Quoniam Deo *ille* placuit, charus ei fuit,

CAPVT IIII.

1 Sterilitas liberorum cum virtute, &c. κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, melior [aut præſtantior] orbitas liberorũ cum virtute. hoc eſt, præferẽda illi ſoboli copioſæ atque improbæ. Vt cuius immortalis ſit memoria: ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς, immortalitas enim eſt in memoria eius. Hæc enim æterna virtutis memoria illi caducæ ac fluxæ liberorum propagationi opponitur.

2 Tum abſentem requirunt, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν, & deſiderant abſentẽ. Deſideramus enim ac requirimus quæ abſunt, & quibus indigemus. Diuerſum eſt ſtudium iudiciúmque eorum de quibus Horatius, Præſentem virtutem odimus, ſublatam ex oculis quærimus inuidi. Sed bonis viris virtus & quum adeſt, imitabilis eſt: & quum abeſt, deſiderabilis. Præmia impolluta cert. vict. aſſeq. τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα, quæ impollutorum præmiorum certamen vicit. τὰ ἆθλα ἀμίαντα vocat præmia incontaminata atque incorrupta, quæ coronæ hominum fluxæ caducæque opponuntur. Sic primæ Petri 1.c.4 dicitur hæreditas ἄφθαρτος, καὶ ἀμίαντος, καὶ ἀμάραντος, incorrupta, impolluta, immarceſſibilis. 3 Soboleſcens aũ. multit. πολύγονον πλῆθος fœcunda [aut liberis copioſa] multitudo: quæ πολυτεκνία appellatur, contraria ἀτεκνίᾳ ſterilitati. Non perueniet ad frug. οὐ χρησιμεύσει, non erit vtilis, non proficiet, non proſperabitur.

Nec ex propaginibus adult. alt. rad. aget. καὶ ὀκ νόθων μοσχυμάτων οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος, & ex adulterinis plantis (qui ſtolones appellantur) non dabit radicem in profundum. hoc eſt, radicem non altius defiget, ſed leuiter innixa facilè elidetur, aut euelletur. Dicũtur etiam παραφυάδες plantæ ex radicibus natæ ac propagatæ, ſtolones à Latinis appellatæ, in quibus inutilis eſt & quaſi ſtolida fruticatio.

Neque ſtabile fund. conſt. οὐδὲ ἀσφαλῆ βάσιν ἑδράσει, firmum [aut tutum] fundamentum locabit. Delabitur enim ad aliã ſimilitudinem: vt Paulus fideles vult in Chriſti charitate radices agere, atque firmum fundamentum poſitum habere, ne aliò transferantur. Epheſ.3.d.17

4 In ramos egerm. ἐν κλάδοις ἀναθάλῃ, in ramis euireſcat atque effrondeſcat. Manet in ſimilitudine ſtirpis atque arboris, in qua viriditas ramorum ac frondium non eſt perpetua, ſed temporaria, fluxa, ac caduca. Leuiter tamen fund. ἐπισφαλῶς βεβηκότος, leuiter fundata, ac firmata. Ita enim legitur genitiuo caſu abſolutè poſito in omnibus codicibus, præterquã in vno, in quo eſt βεβηκότα, plurali numero caſu nominatiuo, vt referatur ad μοσχεύματα propagines. Sed mihi magis placet quod à Theodoro Beza eſt animaduerſum atque emendatum, vt pro βεβηκότος legatur βεβηκός: atque ita ad πλῆθος multitudinem referatur. Eſt autem à verbo βαίνω, à quo βάσις fulcimentum firmamentúmque ponderis alicuius in fabrica dicitur. Obſeruandum autem quòd hic miſcentur tranſlationes, ſed non ineptè. Cicero pro Cælio manſit in eadem, Nolite hunc nunc primùm floreſcentem firmata iam ſtirpe virtutis, tanquam turbine aliquo aut ſubita tempeſtate peruertere. Ac vi procelloſa extirp. καὶ ὑπὸ βίας ἀνέμων ἐκριζωθήσεται, à violẽtia ventorum eradicabitur. ſiue radicitus conuelletur. Cicero dicit à turbine ac ſubita tempeſtate peruerti. 5 Imperfecti ἀτέλεστοι, hoc eſt ἀτελεῖς, qui ad ſuum ac perfectum incremẽtum non peruenient, ſed ante tempus cum radice arboréque cõfringentur. Perſequitur enim ſimilitudinem, in qua ſumma vaſtitas ſtirpis atque arboris, frondium, ac ramorum ipſius fructus denũtiatur. Ad eſum immaturus ἄωρος εἰς βρῶσιν, ad eſum intempeſtiuus. Dicitur enim fructus ἄωρος, qui adhuc crudus acerbúſque eſt, nondum coctus ac maturatus à calore ſolis. Sic liberi impiorum ante maturitatem quaſi fructus acerbi præripiuntur ac euelluntur. 6 Ex nefario nati concub. ἀνόμων ὕπνων, illegitimis ſomnis. Metonymia eſt aut catachreſis, in qua res proxima ſumitur, ſomnus pro concubitu: vt ſuprà lectus illegitimus pro nefaria & flagitioſa coniunctione ac conſuetudine. Teſtes ſunt impro. aduer. par. μάρτυρές εἰσι πονηρίας κατὰ γονέων, teſtes ſunt prauitatis aduerſus parẽtes. Poteſt etiã verti, Paternæ improbitatis. fructus enim mali, indices ſunt arboris malæ. Sed hîc plus ſignificat, huiuſmodi liberorum teſtimonium parentibus aduerſarium eſſe. Eo tempore quo in ipſ. inq. ἐν ἐξετασμῷ αὐτῶν, in inquiſitione ipſorum. id eſt, quum quæſtio de ipſis habebitur, quum vitæ anteactæ ratio repoſcetur. Superiore capite, ἡμέραν διαγνώσεως diem diſceptationis, ſiue diiudicationis appellauit.

7 Iuſtus verò etiamſi præm. morte obeat, δίκαιος δὲ ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, iuſtus autem ſi præoccupatus morte fuerit. hoc eſt, ante tẽpus naturæ debitum abreptus, & quaſi acerbus quidam fructus præreptus ac præcerptus: quæ mors, præmatura, aut immatura dicitur.

Quiete tam. perfr. ἐν ἀναπαύσει ἔσται, in quiete erit. omnibus videlicet huius vitæ moleſtiis periculiſque liberatus: ſicut in Apocalypſi Ab hoc tẽpore quieſcunt à laboribus ſuis. 8 Honorata enĩ eſt ſen. nõ diuturnã adep. vitã, nec num. ann. defin. γῆρας γὰρ τίμιον οὐ τὸ πολυχρόνιον, οὐδὲ ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται, honorata ſenectus non longæua, [aut prouectæ ætatis] neque numero annorum definitur. Dignitatem atque authoritatem ſenectutis non vult diuturnitate vitæ, aut longo annorum ſpatio æſtimari, ſed prudentia, in qua illius ætatis ornamentum eſt conſtitutum. 9 Sed canities hominis prud. eſt. πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις cana autẽ prudentia hominibus. Metonymia eſt, qua ſignum pro reipſa ſumitur, canities pro ſenectute ſiue ætate deuexa, atque admodum grãdi. Vita nulla labe ma. βίος ἀκηλίδωτος, vita nulla macula deformata. hoc eſt, pura atque integra, ſiue purè atque caſtè acta. Ita duo ſunt maxima ſenectutis ornamẽta: prudentia, & vitæ integritas ac puritas. 10 Quoniã Deo *ille* placuit, charus ei fuit, εὐάρεστος τῷ θεῷ γενόμενος, ἠγαπήθη, quũ gratus Deo fuiſſet [ſcilicet in vita] dilectus eſt. eiúſque amoris ſignum fuit præpropera euocatio ex iſta vita: cuius cauſa ſequẽtibus membris exponitur.

& quum inter peccatores viueret,'tranſlatus.

11 Raptus eſt,'ne malitia mentem eius immutaret,aut dolus eius animum deciperet.

12 "Faſcinatio enim improbitatis obfuſcat quæ ſunt honeſta,'cupiditatiſque leuitas"mentem integram peruertit.

13 "Exiguo perfunctus ſpatio vitæ,longa tempora expleuit:

14 Nam placebat Deo anima illius: quapropter "properè exceſſit de medio prauitatis.

15 "At populi *hoc* vidẽtes, non intellexerunt, neque animaduerterunt,gratiam & miſericordiam eſſe erga ſanctos eius,"electorúmque ipſius rationem habitam.

Impiorũ cõdem natio, & iuſtorũ mors.

16 Cæterùm iuſtus mortuus viuos condemnabit impios: "iuuentúſque celeriter vita defuncta,longæuam iniuſti ſenectutem.

17 Sapientis enim obitum videbunt quidem : ſed "quid Dominus de eo conſtituerit,"& quorſum eum tutò conſeruarit, non intelligent.

18 Videbunt *inquam*,cúmque deſpicient,Dominus autem illos irridebit.

19 "Et corruent poſthac cum ignominia"&contumelia inter mortuos ſempiterna:quoniam "cõquaſſabit illos voce interclusa præcipitatos,"funditúſque commouebit,"deſolabuntur extremè,"doloréque cruciabuntur,& memoria ipſorum interibit.

20 "Prodibũt pauidi in cogitatione peccatorum ſuorum,"atque ex aduerſo ſceleribus ſuis conuincentur.

Cap. V.

Conſtantia iuſtorũ cõtra perſecutores.

1 TVnc iuſtus"magna cum audacia ſtabit"coram iis, qui afflixerunt eum,quíque eius labores reiecerunt.

& viuẽs inter peccatores trãſlatꝰ eſt.

11 Raptus eſt,ne malitia mutaret intellectum eius,aut ne fictio deciperet animam illius.

12 Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona,& inconſtantia concupiſcẽtiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia.

13 Cõſummatus in breui,expleuit tẽpora multa:

14 Placita enim erat Deo anima illiꝰ: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatum.populi autem videntes,& non intelligẽtes, nec ponentes in præcordiis talia,

15 Quoniam gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius:

16 Cõdemnat autem iuſtus mortuus viuos impios : & iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti.

17 Videbunt enim finem ſapientis,& non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illũ Dominus.

18 Videbunt enim , & contẽnent eũ: illos autem Dominus irridebit.

19 Et erũt poſt hæc decidẽtes ſine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum: quoniã diſrumpet illos inflatos ſine voce , & commouebit illos à fundamẽtis, & vſque ad ſupremum deſolabuntur : & erunt gementes,& memoria illorum periet.

20 Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.

Cap. V.

1 TVnc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt,& qui abſtulerunt labores eorum.

Tranſlatus μετετέθη, tranſpoſitus eſt.hoc eſt euocatus ab hac mortali corruptáque vita: ad alteram quæ in luce puriſſima,nullis tenebris mixta degitur. 11 Ne malitia mentem eius immu. μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ ne prauitas intellectum[ſiue intelligentiam] eius mutaret.hoc eſt,opinionibus prauis corrumperet ac deprauaret. 12 Faſcinatio enim improb.obfuſ. βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ,faſcinatio[ſiue faſcinum]improbitatis obſcurat.hoc eſt lædit ac corrumpit. Eſt enim βασκαίνειν faſcinare , oculis aſpectuque lædere ac enecare.quo verbo Paulus ad Galatas vſus eſt, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε,quis vos faſcinauit vt veritati non obtemperaretis?

Cupiditatiſque leuit. ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας inconſtantia concupiſcẽtiæ. hoc eſt concupiſcentia vaga atque effrænata. Duo enim ſunt vitia quæ animum corrumpunt : prauitas opinionum,quaſi quædam faſcinatio , & cupiditatum intemperantia. Mentem integram peruertit. μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. peruertit mentem malitiæ expertem , puram, ſinceram, & à vitiis adhuc vacuam. Eſt autem μεταλλεύειν metallum effodere atque eruere:ſic motus animi leues ac intemperantes,ita mentem tentant & agitant,vt eam à ſimplicitate ſua,puritatéque dimoueant,planéque peruertant. 13 Exiguo perfunct.ſpatio vitæ,τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, cõſummatus in breui,hoc eſt,breui finiens tempus vitæ ſuæ,ſiue perfunctus breuitate vitæ,diuturnitatem vitæ expleuit. 14 Properè exce.de med.prauit. ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας, feſtinauit de medio improbitatis . hoc eſt celeriter diſceſſit. Eſt enim σπεύδειν properare ac feſtinare.

15 At populi *hoc* vid.non intell.neque animad.gratiam & miſe.erga ſanctos eius,οἱ δὲ λαοὶ ἰδόντες, καὶ μὴ νοήσαντες, μηδὲ θέντες ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τὸ τοιοῦτον, ὅτι χάρις καὶ ἔλεος ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, populi autem quum vidiſſent,non intellexerunt,nec in cogitatione poſuerunt hoc tale, quòd gratia & miſericordia in ſanctis eius. Electorúmque ipſius rat.habitã. καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ,& viſitatio in electis eius.ſubaudias verbum Eſt, ſicut in membro præcedente. 16 Iuuentúſque celeriter vita defun.καὶ νεότης τελεσθεῖσα ταχέως,& iuuẽtus citò conſummata.i.quæ celeriter ſuũ diem obiit,non diu in iſta vita cõmorata,ſed celeri perfuncta fato. 17 Quid Dom.de eo cõſt.τί ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ,quid de eo ſtatuerit.hoc eſt,quomodo ei conſuluerit , quantiſque eum malis periculiſque liberarit ex hac vita eripiens. Hoc Dei conſiliũ,curãque electorũ eius impii nõ intelligũt,aut animaduertũt:ſunt enim ebrii amore huius vitæ. Et quorſum eũ tu.cõſer.καὶ εἰς τί ἠσφαλίσατο αὐτόν,ad quid tutũ eũ reddiderit,aut cõſeruarit.eſt enim ἀσφαλίζειν cauere ita alicui,vt tutũ tectũque ab omni malo eum reddas. 19 Et corruent poſthac cum igno.καὶ ἔσονται μετὰ τοῦτο εἰς πτῶμα ἄτιμον,& erunt poſt hoc in ruinã ignominioſam.hoc eſt corruent ruina turpiſſima. Et contumelia inter mort.ſempit. καὶ εἰς ὕβριν ἐν νεκροῖς δι' αἰῶνος, in contumeliam in mortuis per ſeculum.

Conquaſſabit illos voce interclusa ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους πρηνεῖς, diſrũpet illos ſine voce præcipites.ſiue prono capite præcipitatos. Quædam exemplaria habent ἀφρόνους inſipientes, ſed malé. ἀφώνους autem legendum eſt, vt ſignificet impios in illo Dei iudicio conſcientia ſuorum ſcelerum conuictos,ne mutire quidem auſuros. Funditúſque comm.καὶ σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων,cõmouebit[ſiue concutiet] eos à fundamentis.vt hoc loco eorum maximam ruinam atque euerſionem ſignificet. Deſolabuntur extremè,καὶ ἕως ἐσχάτου χερσωθήσονται,& vſque ad extremum vaſtabuntur.atque ita deſolabuntur,vt nihil eorum ſalúum remaneat. Doloréque cruc. καὶ ἔσονται ἐν ὀδύνῃ,atque erunt in dolore,qualis eſt parturientium.Hic enim cruciatus eſt acerrimus,ac propterea in Scriptura ſæpe vſurpatus, quũ pœna impiis denuntiatur. 20 Prodibunt pauidi in cog.pecc.ſuorũ, ἐλεύσονται ἐν συλλογισμῷ ἁμαρτημάτων αὐτῶν δειλοί, venient in reputatione peccatorũ ſuorum timidi.Cogitatio enim ac recordatio vitæ anteactæ repetetur.Paulus,Rom.2.c.15.λογισμοὺς nominat,Simul atteſtante illorum conſcientia,& cogitationibus inter ſe accuſantibus,aut etiam excuſantibus.Ita hoc συλλογισμὸς dicitur collectio,ac reputatio præteritorum peccatorum. Atque ex aduerſo ſcel.ſuis conuin.καὶ ἐλέγξει αὐτοὺς ἐξεναντίας τὰ ἀνομήματα αὐτῶν,contráque redarguẽt [ſiue conuincent]peccata contra legem commiſſa.

CAPVT V.

1 Magna cum audacia ſtabit στήσεται ἐν παρρησίᾳ πολλῇ, ſtabit in libertate[ſiue cõfidentia]multa:erectus ſenſu tantæ ſalutis,quum impii ſummo & pudore,& dolore afficientur. Coram iis qui afflix.eum κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων,contra faciem eorum qui eum afflixerunt.Cogentur enim impii intueri illius gloriam,diſſimilémque vitæ exitum videre:vt diues ille de quo Dominus in Luca,16.e.23

Quique eius labores reiece. καὶ τῶν ἀθετούντων τοὺς πόνους αὐτοῦ, & qui eius labores ſpreuerunt.contempſerunt.aut improbarunt,ac vituperarunt,qui ipſis tum poterant eſſe ſalutares.

2 Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus:

3 Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii.

Suprà 3.a.3

4 ‖Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore:

5 Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

6 Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.

7 Lassati sumus in via iniquitatis & pditionis, & ambulauimus vias difficiles, viā autē Domini ignorauimus.

B

8 Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?

1.Par.19.d.15
suprà 2.a.5

9 ‖Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens:

10 Et tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, quū præterierit, non est vestigiū inuenire, neque semitā carinæ illius in fluctibus:

Prou.30.c.19

11 Aut‖auis quæ trāsuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentū itineris illius, sed tantum sonitus alarū verberans leuem ventum: & scindēs per vim itineris aerem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius:

12 Aut tanquā sagitta emissa in locū destinatū, diuisus aer cōtinuò in se reclusus est, vt ignoretur trāsitus illius:

C

13 Sic & nos nati cōtinuò desiuimus esse, & virtutis quidē nullū signū valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.

14 Talia dixerūt in inferno hi qui peccauerunt:

Iob 8.b.9
psal.1.a.4,
& 143.b.4
prou.10.d.25,
& 11.a.7
iacob.2.b.4

15 ‖Quoniam spes impii tanquā lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tāquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

Psal.39.a.5,
& 124.a.2

16 ‖Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominū est merces eorū, & cogitatio illorum apud Altissimum.

Videntes graui timore turbabuntur, ″atque inopinata salute obstupescent.

Dicēt ipsi secum″pœnitudine affecti, ″ac pressi spiritus angore, ingemiscent. Hic est″quem nos quondā ludibrio habuimus, prouerbióque contumelioso.

Stulti vitam eius existimabamus insaniam, atque exitum eiusdem ignominiosum:

″Quomodo cum filiis Dei annumeratus est, & inter sanctos sortem adeptus!

″Deerrauimus vtique à via veritatis, neque lux iustitiæ nobis illuxit, ″nec sol nobis exortus est.

In viis iniquitatis ac perditionis ″lassati sumus, & ″deserta inuia peruasimus: viam verò Domini ignorauimus.

Quid nobis profuit superbia? & diuitiæ cum iactantia quid nobis contulerunt?

Tanquam vmbra, nuntiúsque transcurrens, illa prætererunt omnia:

Spes impiorum vana.

″Et in modum nauis fluctuosas aquas permeātis, ″cuius elapsæ vestigium non inuenias, nec inter fluctus iter meatus eius:

″Aut quū auis aerem peruolat, nulla deprehenditur nota volatus, ″percussione verò turbans aerem leuem, qui verberatur ac scinditur vi stridente, motu alarum ita aerem permeat, vt in eo postea nullum meatus vestigium reperiatur:

Aut vt telo ad scopū emisso, ″dissectus aer ilico ita rursum coit in seipsum, vt traiectus eius ignoretur:

Ita & nos posteaquam sumus nati, defecimus, ″ac nullum quidem specimē virtutis dare potuimus, ″sed in nostra planè malitia consumpti sumus.

Quoniam spes impii, ″tāquam puluis à vento ablatus, & vt spuma tenuis à procella iactata: ″vt fumus à vento dissipatus, & quasi memoria hospitis vnius diei præteriit.

Sanctorum beatitudo.

Iusti verò viuent in perpetuum, ″eorúmque merces apud Dominum *asseruatur*, ″& cura de iis suscepta apud Altissimum.

2 Atque inopinata salute obstupescēt. καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας. & stupescent præ inopinato salutis. hoc est, propter illius salutem inexpectatam. Eum enim miserum, perditúmque iudicabant. Exitus rei inexpectatus illis admirationē atque stuporē afferet.

3 Pœnitudine affecti, μετανοοῦντες, pœnitentes. siue pœnitentia tacti: sed sera sicut Esau. Ac pressi spiritus angore, ingemiscent. διὰ στενοχωρίαν πνεύματος στενάξονται, Propter angustiam spiritus gement. Est autem angor, ægritudo animum premens. Dominus in Euāgelio secundū Matth. 22. b. 13, fletum ac stridorē dentium in impiis futurū dicit. Quem nos quondam ludi. hab. prouerbió. cōt. ὃν ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα, καὶ παραβολὴν ὀνειδισμοῦ. quem in derisum quondam habuimus & prouerbium opprobrii. siue contumeliæ. pro, derisimus, de eóque contumeliosè locuti sumus. 5 Quomodo cum filiis Dei annum. est, & inter san. fort. adeptus? πῶς κατελογίσθη ἐν υἱοῖς θεοῦ, καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστίν; quomodo computatus[hoc est relatus, siue ascriptus]est in filiis Dei, & in sanctis sors eius?

6 Deerrauimus vtique ἄρα ἐπλανήθημεν, Certè errauimus. Est enim ἄρα particula illationis cum affirmatione ad eorum confessionē accommodata. Nec sol nobis exortus est. καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν, & sol non est ortus nobis. Quædam exemplaria Græca repetunt nomen iustitiæ, ἥλιος δικαιοσύνης sol iustitiæ. Quædam Latina habent, sol intelligentiæ: sed in nullis, quos viderim, codicibus Græcis legitur.

7 Lassati sumus, ἐνεπλήσθημεν, impleti[siue expleti]sumus. aut satiati. Sed quoniam In viis iniquitatis dicit, aptè vertitur, lassati sumus, aut fuimus. Deserta inuia ἐρήμοις ἀβάτοις deserta inaccessa, ad quæ nullus est aditus, neque accessus: quæ tamen audacia perruperūt, ac penetrarunt. 10 Et in modum nauis fluctuosas aquas perm. ὡς ναῦς διερχομένη κυμαινόμενον ὕδωρ, Vt nauis transiens fluctuantem aquam. Cuius elapsæ vestigium non inuenias, ἧς διαβάσης οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν. cuius transitus vestigium non est inueniri. hoc est, non potest deprehendi, nulla apparent vestigia nauis transuectæ, vel(vt vertimus)elapsæ.

11 Aut quum auis aerem peruolat, nulla depreh. nota vol. ἢ ὡς ὀρνέου διιπτάντος ἀέρα, οὐδὲν εὑρίσκεται τεκμήριον πορείας, Aut vt aue peruolante aerem, nullum inuenitur indicium itineris. siue progressus. Percussione verò turbans aerem leuem, &c. ita aerem perm. πληγῇ δὲ ταράσσων μαστιζόμενον πνεῦμα κοῦφον, καὶ σχιζόμενον βίᾳ ῥοίζου, κινουμένων πτερύγων διωδεύθη. ictu autem turbans verberatum aerem leuem, & scissum, viri stridoris, motis alis pertransit. 12 Dissectus aer ilico ita rursum coit in seipsum, &c. τμηθεὶς ἀὴρ εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, ὡς ἀγνοῆσαι τὴν δίοδον αὐτοῦ. sectus[siue diuisus]aer ilico in seipsum resolutus est, vt ignoretur transitus eius.

13 Ac nullum quidē specimen vir. dare pot. καὶ ἀρετῆς μὲν σημεῖον οὐδὲν ἔσχομεν δεῖξαι, & nullum quidem virtutis signum potuimus ostendere. siue documentum, speciménque exhibere. Sed in nostra planè malitia consumpti sumus. ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν κατεδαπανήθημεν. in malitia autem nostra penitus consumpti fuimus. Decimus quartus versus qui est in Veteri interprete non legitur in Græcis codicibus.

15 Tanquam puluis à vento ablatus, ὡς φερόμενος χνοῦς ὑπὸ ἀνέμου, vt puluis qui tollitur à vento. Alii vertunt, vt lanugo à vento sublata. Vt fumus à vento diss. καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διελύθη, diffusus est, siue dispersus, ac dissipatus, vt euanescat. His enim similibus non breuitas solùm, sed etiam vanitas vitæ impiorum demonstratur.

16 Eorúmque merces apud Dominum καὶ ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν, & in Domino merces eorū. subaudias est. Et cura de iis suscepta apud Altissimum, καὶ ἡ φροντὶς αὐτῶν παρὰ ὑψίστῳ, & cura eorum apud Altissimum.

17 "Quamobrem regnum præclarũ adipiſcentur, & diadema pulcherrimum à manu Domini: quoniã manu proteget eos, & brachio illos defendet.

Armatura Chriſti ad iudicium.

18 "Accipiet pro tota integráque armatura indignationem ſuam, ad vltionémque inimicorum creaturam armabit.

19 Pro thorace induet iuſtitiam, "ac verum iudicium galeam ſibi imponet.

20 Sumet ſcutum inexpugnabile, ſanctitatem.

21 "Acrem autem iram ſuam pro lancea acuet, "ipſe verò mundus contra ſtultos cum eo pugnabit.

22 "Directa ferentur fulgurum iacula, & quaſi "ab arcu nubium bene contento atque adducto, ad ſcopum inſilient,

23 Grandinéſque confertim è furore lapidante vibrabuntur, excandeſcétque aduerſus illos aqua maris, "flumina verò prærupta concurrent.

24 Spiritus potentiæ eis obſiſtet, & quaſi turbo iactabit eos, totam terrã iniquitas deſolabit, ſedéſque potentũ "maleficentia euertet.

Cap. VI.

Magnates ad iuſtitiam, & ſapientiam hortatur.

1 AVdite igitur Reges, & "attendite, & diſcite "Iudices finium terræ.

2

3 Aures præbete "moderatores populi, quíque nationum multitudine gloriamini.

4 Quoniam à Domino vobis dominatio data eſt, & poteſtas ab Altiſſimo, qui in opera inquiret veſtra, & cõſilia perſcrutabitur.

5 Quoniã quum eſſetis miniſtri regni eius non rectè iudicaſtis, neque Legem conſeruaſtis, "nec conſilium Dei eſtis ſequuti.

6 Horribiliter ſuperueniet vobis & repentè, quoniam "iudicium in proceres ſeueriſſimum exercebitur.

7 "Nam infimi *homines* digni ſunt miſericordia: "in potẽtes verò inquiretur acriter.

8 "Nec enim perſonæ *cuiuſquam* parcet omnium dominus, nec ma-

17 Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos.

18 |Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Pſal.17.a.9 D

19 |Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Epheſ.6.b.13

20 Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem:

21 Acuet autẽ diram iram in lãceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.

22 Ibũt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabũtur, & ad certum locum inſilient.

23 Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrent duriter.

24 Cõtra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanquã turbo vẽti diuidet illos: & ad eremum perducet omnẽ terrã iniquitas illorũ, & malignitas euertet ſedes potentium.

Cap. VI.

1 M|Elior eſt ſapiẽtia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis. Prou.16.d.32 eccles 9.d.18

2 Audite ergo Reges, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ.

3 Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum:

4 |Quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: Rom.13.a.1

5 Quoniam quum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis Legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis.

6 Horrendè & citò apparebit vobis: quoniã iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet.

7 |Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.

B

8 |Nõ enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, qui eſt omnium do- Deut.10.d.17 2.par.19.c.7 iob 34.b.19 eccli 35.b.16 act.10.c.34 rom.2.b.11 galat.2.b.6 epheſ.6.b.9 coloſſ.3.d.25 1.pet.1.c,17

17 Quamobrem regnum præclarum adipiſcentur, & diad. pulch. διὰ τοῦτο λήψονται τὸ βασίλειον τῆς εὐπρεπείας, καὶ τὸ διάδημα τοῦ κάλλους, Ideo accipient regnum decoris, & diadema [ſiue coronam] pulchritudinis. Eſt enim Hebraiſmus, pro regno decentiſſimo atque ornatiſſimo & corona pulcherrima. 18 Accipiet pro tota integr. armat. indign. ſ. λήψεται πανοπλίαν τὸν ζῆλον αὐτοῦ, Accipiet totam armaturam zelum ſuum. Sic in cæteris membris ſequentibus, in quibus Deum ſuas virtutes loco armorum ſumpturum dicit.

19 Ac verum iudicium galeam ſibi imponet. καὶ περιθήσεται κόρυθα κρίσιν ἀνυπόκριτον. circumponet galeam iudicium non fictum. hoc eſt ſincerum atque integrum, ſummæque æquitatis pleniſſimum. Alibi Scriptura appellat Deum iudicem ἀπροσωπόληπτον æquum, in quo nulla eſt acceptio perſonarum. 21 Acrem autem iram pro lancea acuet, ὀξυνεῖ δὲ ἀπότομον ὀργὴν εἰς ῥομφαίαν, Acuet duram iram in lanceam. Alii vertunt, in gladium. Ego acrẽ iram verti τὴν ὀργὴν ἀπότομον propter nomen lanceæ: quoniã acria tela dicuntur, quæ feriunt ac vehementer vulnerant. Ipſe verò mundus contra ſtultos cum eo pug. συνεκπολεμήσει δὲ αὐτῷ ὁ κόσμος ἐπὶ τοὺς παράφρονας. vnà bellum cum eo mundus geret aduerſus amentes. ſicut ſtatim diſtributione oſtendit. Eſt autem συνεκπολεμεῖν idem quod συμμαχεῖν communiter bellum ſuſcipere ac gerere, ad hoſtes debellandos. 22 Directa ferentur fulgurum iacula, πορεύσονται εὔστοχοι βολίδες ἀστραπῶν, Venient directa [ſiue certa] iacula fulgurum. Dicuntur autem εὔστοχοι directè contorta, quæ non aberrant. Ab arcu nubium bene contento atque add. ἀπὸ εὐκύκλου τόξου τῶν νεφῶν, ab intentiſſimo arcu nubium. Dicitur enim τόξος εὔκυκλος arcus adductus atque vehementer inflexus, vt remiſſus poſtea maiore vi torqueat. 23 Grandinéſque confertim è furore lapidante vibrabuntur, καὶ ἐκ πετροβόλου θυμοῦ πλήρεις ῥιφθήσονται χάλαζαι, Ab indignatione iaciente lapides plenæ emittentur grãdines. Significat atrocem tempeſtatem, in qua lapidibus pluitur. Cicero de Natura deorum lib. 2, imbres lapides appellat. Flumina verò prærupta concurr. ποταμοὶ δὲ συγκλύσουσιν ἀποτόμως. flumina verò præruptè [ſiue violenter, aut præcipitanter] ſimul inundabunt. quaſi quoddam diluuium.

24 Maleficentia κακοπραγία Alii vertunt, Malitia, ſeu malignitas: ſed melius redditur maleficentia, quæ opponitur εὐπραγίᾳ beneficentiæ, ἀπὸ τοῦ κακὸν πράττειν malefacere.

IN CAPVT VI.

2 Attendite, σύνετε intelligite. ἀπὸ τοῦ συνίημι, quod hoc loco non malè redditur Attendite. In Græcis codicibus non legitur primus verſus, qui eſt in veteri interprete. Iudices finium terræ. δικασταὶ περάτων γῆς, Iudices finium terræ dicuntur συνεκδοχικῶς, pro rectoribus ac gubernatoribus ipſius orbis. Eſt enim iudicium præcipua pars gubernationis. 3 Moderatores populi, οἱ κρατοῦντες πλήθους, qui imperatis multitudini. hoc eſt qui regitis ac gubernatis. Eſt enim κρατεῖν imperium ac poteſtatem habere in aliquos. Inde κράτος & κράτησις, pro dominatione ac imperio. 5 Nec conſilium Dei eſtis ſeq. οὐδὲ κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἐπορεύθητε. neque iuxta conſilium eius ambulaſtis. Ambulare autem apud Hebræos accipitur pro Aliqua in re ſe gerere, ſiue verſari.

6 Iudicium in proceres ſeueriſſimum exerceb. κρίσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσι γίνεται, iudicium durum in eminentes fit. hoc eſt in eos qui ſunt in poteſtate ac dignitate conſtituti. Hi enim opponuntur ἐλαχίστοις infimis, quos dicit aliqua venia dignos eſſe.

7 Nam infimi *hom.* digni ſunt miſ. ὁ γὰρ ἐλάχιστος συγγνωστός ἐστιν ἐλέους, Minimus enim dignus eſt miſericordia. ſiue dignus cui miſericordia tribuatur. Nam cui plus datum eſt, plus ab eo requiretur. In potentes verò inquiretur acriter. δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται, vel potius ἐξετασθήσονται, in potentes verò potenter inquiretur. hoc eſt, ſeuerè ac vehementer ratio poteſtatis commiſſæ ab illis repoſcetur.

8 Nec enim perſonæ *cuiuſquam* parcet οὐ γὰρ ὑποστελεῖται πρόσωπον, Non enim diſſimulabit [aut reuerebitur] perſonam. eiúſque rationẽ aliquam habebit gratia adductus. Eſt enim ὑποστέλλεσθαι cedere alicui, aut parcere propter gratiam, aut aliam ob cauſam.

minator: nec verebitur magnitudinẽ cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.

Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. 9

Ad vos ergo, Reges, ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiã, & non excidatis. 10

Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur: & qui didicerint iuſta, inuenient quid reſpondeant. 11

Cõcupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinã. 12

Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit, ſapientia: & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. 13

Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. 14

C Qui de luce vigilauerit ad illã, non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. 15

Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt cõſummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò ſecurus erit. 16

Quoniã dignos ſe, ipſa circuit quærens, & in viis oſtendet ſe illis hilariter, & in oĩ prouidẽtia occurret illis. 17

Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. 18

Cura ergo diſciplinæ, dilectio eſt: & dilectio, cuſtodia legum illius eſt: cuſtoditio autẽ legum, conſummatio incorruptionis eſt. 19

Incorruptio autem, facit eſſe proximum Deo. 20

Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum. 21

Nume.27.c.16
2.reg.14.c.11
3.reg.3.b.9

Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris ô Reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. 22

D Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. 23

Quid eſt autem ſapiẽtia, & quemadmodum facta ſit, referam: & non abſcondam à vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem. 24

magnitudinem verebitur, ʹquoniam tam infimũ, quàm ſummũ ipſe creauit, ʹ& pariter prouidentiam habet omnium.

ʹPotentibus verò vehemens inſtat inquiſitio.

ʹAd vos igitur *ſpectant* ſermones mei, ô tyranni, vt diſcatis ſapiẽtiam, neque offenſetis.

ʹQui enim iura officiáque ſanctitatis ſanctè conſeruarint, ſancti cenſebuntur: ʹhiſque inſtituti, habebunt quod reſpondeant.

Expetite itaque ſermones meos ac deſiderate, & eruditionem conſequemini.

ʹPræclara eſt, & quæ nunquam marceſcit, ſapientia: facilè perſpicitur ab iis qui eam diligunt, & inuenitur ab iis qui illam quærunt.

ʹAnteuertens, *ſui* ſtudioſis ſe offert cognoſcendam.

Sapiẽtia ſe offerẽ quærentibus ſe.

Qui manè ſurrexerit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim ſuis foribus eam inueniet.

ʹNam de illa ſuſcepta cogitatio, prudentiæ eſt perfectio: & qui propter eam vigilauerit, continuò ſecurus erit.

Quia ſe dignos ʹipſa quærit circumeundo, ʹatque in viis beneuolè ſe illis oſtendit, in omníque cogitatione eis occurrit.

Initium enim ipſius eſt veriſſima eruditionis cupiditas: cura verò eruditionis, amor.

Amor autem, obſeruatio legum ipſius: ʹrurſum legum obſeruatio eſt ʹimmortalitatis confirmatio.

ʹPorrò immortalitas facit vt proximè ad Deum accedamus.

ʹSapientiæ igitur cupiditas ad regnum perducit.

Si itaque ſoliis ſceptríſque delectamini, ʹReges populorum, honorate ſapientiam, vt in perpetuum regnetis.

Quid autem ſit ſapientia, ʹ& quomodo orta fuerit, referam, nec celabo vos myſteria: ſed à prima origine inueſtigabo cognitionem eius, ʹatque in apertum proferam, neque veritatem præteribo.

Quoniam tam infimum, quàm ſummum ipſe creauit, ὅτι μικρὸν καὶ μέγαν αὐτὸς ἐποίησεν, quoniam paruum & magnum ipſe fecit. quemadmodum in Prouerbiis, pauperem ac diuitem Dominus facit. Et pariter prouidentiã habet omnium. ὁμοίως τε προνοεῖται περὶ πάντων. pariter prouidet omnibus. aut curam habet omnium. 9 Potentibus verò vehemens, &c. τοῖς δὲ κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔρευνα. Validis verò valida inſtat inquiſitio. 10 Ad vos igitur *ſpectant* ſermones mei, ô tyran. πρὸς ὑμᾶς οὖν, ὦ τύραννοι, οἱ λόγοι μου, Ad vos igitur, ô tyranni, ſermones mei. Tyrannos autem appellat reges ac principes, in bonam partem. Neque enim illud nomen apud veteres contumelioſum fuit, nec magis inuidioſum quàm regum. Poſtea eorum crudelitas fecit vt nomen illud malè audiuerit. Initio huius capitis βασιλεῖς reges appellauit. 11 Qui enim iura officiáque ſanct. &c. οἱ γὰρ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται, Qui enim cuſtodierint ſanctè ſancta, ſancti habebuntur. Hiſque inſtituti, habebunt quod reſpondeant. καὶ οἱ διδαχθέντες αὐτὰ εὑρήσουσιν ἀπολογίαν. & his docti [aut eruditi] inuenient defenſionem. qua ſcilicet ſe in rebus aduerſis tueantur, aut etiam coram Deo reſpondeant.

13 Præclara eſt, & quæ nunq. &c. λαμπρὰ καὶ ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία Illuſtris [ſiue Splendida] & immarceſſibilis eſt ſapientia.

14 Anteuertens, *ſui* ſtudioſis ſe offert cognoſcendam. φθάνει τοὺς ἐπιθυμοῦντας προγνωσθῆναι. Anticipat cupidos [ſubaudias, ſui] vt prænoſcatur. id eſt vt prius ſe illis cognoſcendam exhibeat. hoc eſt ſe vltrò cognoſcendam illis offert. Eſt enim φθάνειν occupare primas partes in re aliqua, vt in mutuo amore & beneficiis, ita hic in ſtudio ſapientiæ cognoſcendæ.

16 Nam de illa ſuſcepta cogitatio, prudentiæ eſt perfectio: τὸ γὰρ ἐνθυμηθῆναι περὶ αὐτῆς, φρονήσεως τελειότης, Nam cogitare de ipſa, prudentiæ perfectio. ſubaudiendum verbum EST. 17 Ipſa quærit circumeũ. αὐτὴ περιέρχεται ζητοῦσα, circuit quærens. hoc eſt circunquaque quærit, vt eius ſolicitudinem ſtudiúmque erga ſui amatores ſignificet. Atque in viis beneuolè ſe illis oſtendit, καὶ ἐν ταῖς τρίβοις φαντάζεται αὐτοῖς εὐμενῶς, & in viis apparet eis, ipſorum opinione ac mente concepta, comprehenſa, atque informata, benignè. Eſt enim φαντάζεσθαι imaginari, & cogitatione ac mente aliquid informare. ita ſapientia dicit ſe in eorum mentibus ac cogitationibus ita verſari, vt amicè ſe illis oſtendat, ac communicet. 19 Rurſum legum obſeruatio προσοχὴ δὲ νόμων, attentio autem legum. Ego Obſeruatio malui vertere, ne gratia gradationis periret. Eſt autem προσοχὴ ἀπὸ τοῦ προσέχειν, attendere, diligentérque audire. hoc eſt obſeruare. Qui enim audiunt attentè, quæ præcepta ſunt à Deo, hi obtemperant eius legibus. Immortalitatis confirmatio. βεβαίωσις ἀθανασίας. Quidam vertunt, perfectio immortalitatis. ſed melius eſt Confirmatio, quaſi quædam certificatio. hoc eſt perſuaſio, ac certiſſima ſpes quam oſtendit obſeruantia legũ. ſicut Paulus, 1. Tim. 4. c. 10, Certus eſt ſermo quòd opprobriũ & perſecutionem patimur, quoniam ſperamus in Deo viuente. 20 Porrò immortalitas facit, &c. ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ θεοῦ. Immortalitas autem proximè Deo eſſe facit. ſiue proximum, aut propinquum Deo facit. Eſt enim Deus æternus ac immortalis: hac ſimilitudine homo cum eo cõiungitur.

ʹLegitur & ἀφθαρσίας incorruptionis

21 Sapientiæ igitur cupiditas ad regnũ perducit. ἐπιθυμία γὰρ ἄρα σοφίας ἀνάγει ἐπὶ βασιλείαν. Cupiditas igitur ſapientiæ, adducit ad regnum. hoc eſt ad vitam æternam, ſiue ad immortalitatem. Eſt autem concluſio ex cauſarum coniunctione ac coaceruatione illata. Syllogiſmus, aceruus appellatur: forma verò orationis, κλῖμαξ gradatio. 22 Reges populorum, τύραννοι λαῶν, tyranni populorum. pro, Reges ac principes populorum. ita enim dicebantur non odioſo nomine, qui ſummam habebant poteſtatem.

24 Et quomodo orta fuerit, referam, καὶ πῶς ἐγένετο ἀπαγγελῶ, & quemadmodum extiterit [ſiue orta fuerit] annuntiabo. Nam poſtea γένεσιν ortum eius appellat. Atque in apertum proferam, καὶ θήσω εἰς τὸ ἐμφανὲς, & ponam in apertum. hoc eſt patefaciam & palàm faciam, ſiue declarabo.

″Neque verò cum eo qui inuidia contabeſcit iter habebo: quoniam huiuſmodi, non erit ſapientiæ particeps. 25

Sapientum autem multitudo eſt mundi ſalus, ″& Rex prudens ſtabilimentum populi: 26

Quapropter ſermonibus meis erudimini, ″& vtilitatem percipietis. 27

Cap. VII.

Eadem ōnium cōditio.

1 SVm equidē & ego mortalis homo, ″ſimilis omnibus, ″atque ab homine, qui primus ex terra formatus eſt, procreatus.

2 In vtero matris caro decem menſium tempore ″formatus ſum, in ſanguine coagulatus, ex ſemine viri, ″ac voluptate ſomnum comitante.

3 ″Quinetiam natus cōmunem hauſi aerem, atque ″in terram iiſdem incommodis maliſque obnoxiam decidi, ″ac primā vocem eandem quam omnes, plorans emiſi.

4 ″In faſciis curiſque ſum educatus.

5 Nullus enim Rex ″aliud naſcendi initium habuit:

6 Sed vnus in vitam introitus eſt omnium, & idem exitus.

7 ″Quapropter optaui, & prudentia mihi data eſt: inuocaui, & ſpiritus ſapientiæ obuenit mihi.

8 Sceptris ac ſoliis illā ātepoſui, ″præ eáq; diuitias ꝓ nihilo æſtimaui.

9 Nec verò ei lapidem pretioſum cōparaui, quoniam aurū cum ea collatum arena pauca: & lutum exiſtimabitur argentum, cum illa comparatum.

10 Supra ſanitatem ac formæ pulchritudinem dilexi illam: ″atque ea malui quàm luce frui, vt cuius ſplendor non poteſt ſupprimi.

11 Acceſſerunt autem mihi bona ſimul omnia cum illa, diuitiæque per manus illius innumerabiles.

12 Lætatus autem ſum in omnibus, ″quoniam eorum author eſt ſapientia: ego verò ignorabam eorum ipſam eſſe matrem.

13 ″Eam ſine fraude percepi, ſine inuidia communico, diuitiáſque eius non abſcondo.

25 Neque quidem cū inuidia tabeſcente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.

26 Multitudo autem ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.

27 Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis.

Cap. VII.

1 SVm quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro.

2 ‖Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente. Iob 10.b.10

3 Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factā decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.

4 In inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis.

5 Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium:

6 ‖Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Iob 1.d.21 1.Tim.6.b.7

7 Propter hoc optaui, & datꝰ eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.

8 Et præpoſui illam regnis & ſedibꝰ, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.

9 ‖Nec comparaui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in cōparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Iob 28.c.15

10 Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illā: quoniā inextīguibile eſt lumē illius.

11 ‖Venerūt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. 3.Reg.3.b.13 B

12 Et lætatus ſū in omnibus, quoniā antecedebat me iſta ſapiētia: & ignorabā quoniam horū omniū mater eſt

13 Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.

25 Neque verò cum eo qui inuid.cont. οὔτε μὴν φθόνῳ τετηκότι, Nec verò cū eo qui inuidia tabeſcit. quo verbo natura liuoris atque inuidiæ ſignificatur. Cum eo inquit οὐ συνοδεύσω non habebo iter. hoc eſt non communicabo, ſiue nihil commune habebo, ſiue non verſabor. Sic veteres dixerunt, τὰς τῶν μουσῶν θύρας ἀνεῳγμένας, apertas Muſarum ianuas. quoniam dona Dei candidè ac liberaliter ſunt communicanda. 26 Et Rex prudens ſtab.popu. καὶ βασιλεὺς φρόνιμος εὐστάθεια δήμου, & Rex prudens firmamentum populi. hoc eſt firmus populi ſtatus conſiſtit in prudentia Regis. 27 Et vtilitatem percip. καὶ ὠφεληθήσεσθε, & adiuuabimini. ſiue vobis proderit.

CAPVT VII.

1 Similis omnibus ἴσος ἅπασιν, æqualis omnibus. hoc eſt eadem conditione qua cæteri, ea lege natus, vt moriar. Atque ab homine qui primus ex terra formatus eſt, proc. καὶ γηγενοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου, & terrigena prognatus protoplaſto. hoc eſt Adam primū formato. 2 Formatus ſum, ἐγλύφην, figuratus ſum. Quædam exemplaria habent ἐλήφθη σὰρξ, ſed melius legitur ἐγλύφην, à γλύφω formo & figuro. Ac voluptate ſomnum comit. καὶ ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης, & voluptate vnà cum ſomno veniente. hoc eſt quæ ſomni comes eſt, aut cum ſomno coniuncta. 3 Quinetiam natus communem hauſi aerem, καὶ ἐγὼ δὲ γενόμενος ἔσπασα τὸν κοινὸν ἀέρα, & ego autem natus traxi cōmunem aerē. Poteſt etiā particula καὶ ἐγὼ δὲ verti, ac etiam ego natus: vt ſit coniunctio in progreſſu orationis. In terram iiſdem incommodis maliſque obnoxiā, ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ γῆν, iiſdem patibilem, ſiue iiſdem paſſionibus obnoxiam. Quidā vertunt, terram eiuſdem ingenii, hoc eſt naturæ: ſed id non ſatis exprimit vim vocabuli Græci, quo conditio huius vitæ fragilis mortaliſque ſignificatur. Itaque bene Eraſmus vertit illum locum Act.14.c.15, καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν ἄνθρωποι, nos quoque iiſdem, quibus vos, obnoxii malis ſumus homines. poteſt verti, qui natura eiſdē, quibus vos, rebus afficimur. Terra autē accipitur hic pro vita huius mundi, cuius conſimilis quædam conditio & patiendi & moriendi omnibus proponitur. Ac primam vocem eandem quam omn.plor.emiſi. πρώτην φωνὴν τὴν ὁμοίαν πᾶσιν ἴσα κλαίων, primam vocem ſimilem omnibus emiſi flens. hoc eſt edidi flebilem. id enim natus homo dat principium imbecillitatis ſuæ. 4 In faſciis, ἐν σπαργάνοις, in pannis quibus infantes inuoluuntur. Significat autem cunas, ſiue incunabula, in quibus inuoluti nutriuntur. Sic Lucas, 2.c.7 ſcripſit de Maria matre Chriſti, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, faſciis inuoluit. 5 Aliud naſcendi initium ἑτέραν γενέσεως ἀρχὴν, aliud generationis [ſiue ortus] initium. 7 Quapropter optaui, διὰ τοῦτο εὐξάμην, propter hoc optaui. Poteſt etiam verti, oraui. Nam εὔχεσθαι non ſolùm optare, ſed etiam orare ſignificat. Sed Optaui magis placet, vt primum animi ſit deſiderium, deinde ſequatur inuocatio, ſiue precatio. 8 Præ eáque pro nihilo æſtimaui οὐδὲν ἡγησάμην ἐν συγκρίσει αὐτῆς, nihil putaui in comparatione eius. hoc eſt nihili feci diuitias cum ea comparatas. Nam formæ loquendi ſunt eædem, ἐν συγκρίσει, ἐν ὄψει, ἐνώπιον αὐτῆς in comparatione, in conſpectu eius, coram ipſa: comparationémque ſignificant. 10 Atque ea malui quàm luce frui, καὶ προειλόμην αὐτὴν ἀντὶ φωτὸς ἔχειν, elegi eam habere magis quàm lucem. hoc eſt, illam luci antepoſui. Nam etiam προαιρεῖσθαι dicitur in comparatione 12 Quoniam eorum author eſt ſapientia: ὅτι αὐτῶν ἡγεῖται σοφία, quoniam eorum dux eſt ſapiētia. hoc eſt (vt verti) author. Nam in ſequenti membro dicit eorum bonorum γενέτιν, hoc eſt originem, ſiue matrem. 13 Eam ſine fraude perc. ἀδόλως τε ἔμαθον, & non doloſè [aut ſine dolo] didici. Quidā vertūt Sine fruſtratione: non malè, quaſi non fuerit falſus ac fruſtratus ſua opinione quam de ſapientia habuit, & doctrinam eius veram vtilémque ſit expertus.

	Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati.	14	ʹInexhauſtus enim hominibus theſaurus eſt: quo qui ſunt vſi, ʹamicitiam cum Deo coierunt, propter dona diſciplinæ commendati.
	Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horũ quæ mihi dantur: quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator.	15	ʹDeus mihi dedit ex ſententia dicere, ʹac pro dignitate eorum quæ dantur, cogitare: quoniam ipſe ʺ& ſapientiæ dux eſt, & ſapiẽtum moderator.
Supra 3.a.1	In manu enim illius & nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientiæ diſciplina.	16	Nam in manu ipſius ſumus tum nos, tum ſermones noſtri, omnis etiam prudentia, ſcientiáque opificiorum.
C	Ipſe enim dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram, vt ſciã diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum:	17	Mihi enim dedit Deus, ʹeorum quæ ſunt in natura veram cognitionem, vt mundi conſtitutionem, vímque elementorum intelligam:
	Initium, & conſummationẽ, & medietatem temporum, viciſſitudinum ꝑmutationes, & mutationẽ omniũ,	18	ʹInitium, exitum, mediúmque temporum, ʹſolſtitiorum viciſſitudinem, ʹac tempeſtatum varietatem,
	Morum mutationes, & diuiſiones temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones:	19	ʹAnnorum circuitus, ac ſitus ſtellarum:
	Naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias arborum, & virtutes radicum.	20	Naturas animalium, ʹiráſque beſtiarum, ʹventorum vim, & cogitationes hominum, differentias plantarum, radicúmque facultates.
	Et quæcunque ſunt abſconſa & improuiſa, didici: omnium enim artifex docuit me ſapientia.	21	ʺOmnia denique quæ ſunt recondita & aperta cognoui: nam omnium artifex ſapientia me docuit.
	Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatꝰ, certus, ſuauis, amãs bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere,	22	Eſt enim ſpiritus in ea intelligens, ſanctus, ʹſimplex, multiplex, ʹſubtilis, mobilis, ʹilluſtris, ʹimpollutus, perſpicuus, innoxius, boni ſtudioſus, acutus, ʹexpeditus, beneficus,
	Humanus, benignus, ſtabilis, firmꝰ,	23	Humanus, ſtabilis, ʹcertus, ſecurus,

14 Inexhauſtus e.hom.theſaurus eſt: ἀνεκλιπὴς γάρ ἐστι θησαυρὸς ἀνθρώποις· Eſt enim theſaurus non deficiens hominibus. Chriſtus apud Lucã, 12.c.33, vocat θησαυρὸν ἀνέκλειπτον, ab eodem verbo ἐκλείπω deficio. Amicitiã cum Deo coie. πρὸς Θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν, cum Deo contraxerunt [ſiue coniunxerunt] amicitiam. quaſi dicat ſapientiam conciliatricem amicitiæ cum Deo inſtituendæ.

15 Deus mihi ded.ex ſent.dic. ἐμοὶ δέδωκεν ὁ Θεὸς εἰπεῖν κτ᾽ γνώμην, Mihi Deus dedit ſecundũ ſententiam dicere. Quidam vertunt, ſententioſe κτ᾽ γνώμην. Sed melius eſt Ex ſententia, vt non tam ſignificet grauitatem ſententiarum, quàm huiuſmodi commoditatẽ ac facultatem orationis, qua concepta animi ac cogitata facillimè exprimat. Hæc vis orationis, facundia, aut eloquentia appellatur. Ac pro dignitate, &c. καὶ ἐνθυμηθῆναι ἀξίως τῶν διδομένων, & cogitare dignè iis quæ dantur. Hoc pertinet ad grauitatẽ ſententiarum, cui illa orationis facultas reſpondet. Sunt enim (vt dicit Cicero) aliqui qui rectè ſentiunt, & tamẽ illud quod ſentiunt, nõ poſſunt politè diſtinctéque dicere. Et ſapientiæ dux eſt, καὶ τῶν σοφῶν διορθωτής, & ſapientum director, ſiue gubernator. hoc eſt, idem Deus tribuit hominibus & ſapientiam cordis, & eloquentiam, ſiue moderationem orationis. Nam ſtatim ſubiungit, quòd in manu ipſius ſumus & nos & ſermones noſtri. 17 Eorum quæ ſunt in natura veram cogn. τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, eorum quæ ſunt, cognitionem non falſam. τὰ ὄντα Cicero vocat quæ ſunt in natura, τὰ φυσικὰ, quorum certa aliqua capita hoc loco commemoratur. Eam cognitionem ἀψευδῆ nominat, quòd à mendacio ac errore ſit remota. 18 Initium, exitum, mediúmque temporum, ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων Principium, finem ac medietatem temporum. Plato, in his quæ ſunt in natura, dicit eſſe prima, media, extrema, ſiue vltima. Nam is eſt ordo rerum, quarum qui poteſt videre principia, progreſſus, incrementa, exitus, is Philoſophus, hoc eſt ſapiens, habendus eſt. Hic autem loquitur author de toto temporum curſu, in quo ſeries continuata, à primordiis vſque ad finem à ſapiente obſeruatur.

Solſtitiorum viciſſitudinẽ, τροπῶν ἀλλαγάς, verſionũ mutationes. hoc eſt ſolis conuerſiones. quæ ſunt duæ, vna hyberna, qua ad nos accedere incipit: altera æſtiua, qua non vltrà progreditur, ſed ad inferiores circulos recedere incipit: ſolſtitia duo appellantur. Græcè ἡλίου τροπαὶ ſolis verſiones, & tropici nominantur. Ac tempeſtatum verietatem, καὶ μεταβολὰς τῶν καιρῶν, & commutationes temporum. Sed hoc loco καιροὶ non ſignificant tam tempus generale, quàm partem temporis opportunam ac tempeſtiuam: vt tempus hybernum, vernum, æſtiuum. Quidam vertũt Tempeſtiuitates. Cicero de Natura deorum, nominat tempeſtates ac temporum varietates, cælique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubeſcant. Libro verò 1. Quæſtionum Tuſc. viciſſitudines dierum atque noctium, commutationéſque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum & ad temperationem corporum aptas.

19 Annorum circuitus, &c. ἐνιαυτῶν κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις. Annorum circulos, ac ſiderum poſitiones. Eam ſolis repetitam conuerſionem, quæ annos conficit, vulgò annorum reuolutionem appellãt. 20 Iráſque beſtia. καὶ θυμοὺς θηρίων impetúſque ferarum iracundos. Quidam Affectus vertũt, accipientes genus pro ſpecie. Nam θυμοειδὴς eſt illa pars in beſtiis atque hominibus, in qua eſt ſedes iracundiæ, itaque vim iraſcibilem in beſtiis intelligit. Ventorum vim, πνευμάτων βίας, ſpirituum violentias. hoc eſt ventorum impetus, atque flatus eorum violentos. 21 Omnia denique quæ ſunt recon.& aperta ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ Et quæcunque ſunt occulta & perſpicua. Particula τὲ eſt finalis, qua in fine orationis γενικῶς vniuerſéque concluditur ſuperior rerum diſtributio ac enumeratio.

22 Simplex, multiplex, μονογενές, πολυμερές, vnigenus, multiplex. μονογενῆ à Græcis dicuntur, quæ ſunt vnius generis, aut vnius modi, quæ ſimplicia Latinè dici poſſunt. quibus opponuntur, τὰ πολυμερῆ quæ multarum ſunt partium. Itaque verti Simplex, multiplex, vt hæc varia diuerſáque natura ac vis ſpiritui tribuatur pro varietate rerum in quibus verſatur: quarum aliæ ſunt ſimplices ac vnius modi, aliæ verò multiplices & compoſitæ. Ita Cicero de Legibus libro 1, de vi mentis ingeniique hominis loquitur, Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilii, quem vocamus hominem. Multiplex vocat & quaſi varium hominis ingenium, quod multas & diuerſas res comprehendere poteſt, eáſque ratiocinatione colligere. Eſt enim (vt inquit Ariſtoteles) νοῦς, hoc eſt mens aut intellectus, principiorũ rerúmque ſimplicium, atque intelligibilium: ratio verò, rerũ multiplicium ac compoſitarum, quæ ratiocinatione cõprehendũtur. Propter hanc facultatem diuerſam, ſpiritus ſimplex & multiplex dici poteſt. Poteſt etiam dici πνεῦμα μονογενὲς καὶ πολυμερές, ſpiritus vnigenus ſiue vnigenitus, & multiplex, quòd ab illa ſimplici atque vnica Dei natura ortus ac profectus, ſe per has mundi partes quaſi per ramos diffundat. Subtilis, λεπτόν, tenuis, nulla mole craſſitiéque corporea grauatus, ſed leuis, agilis, atque expeditus: & propterea εὐκίνητον, id eſt mobilis, in quo ſumma motus eſt celeritas. Illuſtris, τρανὸς, ſplendidus, aut lucidus. Nã quum τρανὸν, planũ apertúmque ſignificet, & τὸ λαμπρὸν, ſiue lucidum: malo ad ſplendorem referre. nam ſtatim σαφὲς appellat. Impollutus, ἀμόλυντον, incontaminatus. hoc eſt purus, omni labe maculáque vacuus. vt hoc nomen cum præcedente coniungatur. Nam quum natura ſit lucidus ac ſplendidus, ſplendorẽ habet purũ: ſicut Iohannes dicit in prima ſua epiſt.cap.1.c.5, Deus lux eſt, & in eo nullæ ſunt tenebræ.

Expeditus, ἀκώλυτον, prohiberi neſcius, aut qui non poteſt prohiberi. ſicut ἀνεμπόδιστον qui impediri non poteſt. Nam vi ſua peruadit omnia, impedimentáque perrumpit.

23 Certus, ſecurus, ἀσφαλές, ἀμέριμνον, tutus, ſolicitudine vacuus. hoc eſt quietus ac tranquillus.

ʼomnipotens,omnia perſpiciens,atque per omnes ſpiritus intelligentes, puros,ſubtiliſſimóſque permeans.

24 ʼNullus enim eſt motus,quem agilitate ſua non ſuperet ſapientia,ʼquæ propter ſuam puritatem per omnia pertinet ac permeat.

25 Eſt enim vapor virtutis Dei, & defluxus gloriæ omnipotentis ſyncerus:quapropter nihil polluti in eam cadit.

26 Etenim lucis æternæ ſplẽdor eſt,atque ſpeculum virtutis Dei, nulla macula aſperſum,eiúſque imago bonitatis.

27 Quum autẽ vnica ſit,omnia poteſt:in ſeipſáque manẽs innouat omnia,ʼac ſingulas per ætates in ſanctas ſe transferẽs animas, amicos Dei,Prophetáſque efficit.

28 Neminem enim diligit Deus,ʼniſi qui cum ſapientia conſuetudinem habeat.

29 Eſt enim ipſa ſpecioſior ſole,ſupráque omnem aſtrorum ſitum collocata,& luci comparata prior inuenitur.

30 Hanc enim nox excipit, ſapientiam autem non vincit malitia.

Cap. VIII.

Perſeuerat in laudibus ſapientiæ

1 PErtingit autem ab extremo ad extremũ fortiter,ʼatque omnia vtiliter moderatur.

2 Hanc ego dilexi,&ʼà iuuentute mea quæſiui,ʼac ſponſam mihi ſtudui adiungere, ʼamoréque pulchritudinis eius captus ſum.

3 ʼNobilitatem eius hoc illuſtrat,quòd vnà cum Deo viuit, Dominúſque omnium illam dilexit.

4 ʼEſt enim perita ſcientiæ Dei,atque ei initiata,ʼeiúſque operum electrix.

5 Quòd ſi diuitiarũ eſt in vita poſſeſſio deſiderabilis:quid ſapientia omnia operante locupletius?

6 ʼSi autem prudẽtia agit,atque opera efficit : ʼquid illa in rerum natura artificioſius eſt?

7 Si verò iuſtitiam quis diligit:ʼlabores huius virtutes ſunt:temperantiam enim docet,& prudentiam,iuſti-

ſecurus,omnem habẽs virtutem, omnia proſpiciens, & qui-capiat omnes ſpiritus : intelligibilis, mundus, ſubtilis.

24 Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbique propter ſuam munditiam. D

25 Vapor eſt enim virtus Dei, & emanatio quædã eſt claritatis omnipotẽtis Dei ſyncera:& ideo nihil inquinatum in eam incurrit.

26 |Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Heb.1.a.3

27 Et quum ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſãctas ſe trãſfert, amicos Dei & Prophetas conſtituit.

28 Neminẽ enim diligit Deus, niſi eũ qui cum ſapientia inhabitat.

29 Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarũ, luci comparata inuenitur prior.

30 Illi enim ſuccedit nox: ſapientiam autem non vincit malitia.

Cap. VIII.

1 ATtingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.

2 Hanc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eã aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.

3 Generoſitatem illius glorificat, cõtuberniũ habẽs Dei, ſed & omnium Dominus dilexit illam.

4 Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operum illius.

5 Et ſi diuitiæ appetũtur in vita:quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia?

6 Si autem prudẽtia operatur: quis horum quæ ſunt,magis quàm illa,eſt artifex?

7 Et ſi iuſtitiam quis diligit: labores huius magnas habẽt virtutes: ſobrietatẽ enim & prudentiã docet, & iuſti

Omnip. παντοδύναμον qui omnia poteſt.ſiue omnipotentia prædítus. 24 Nullus enim eſt motus,quem agil.ſua non ſup. ſapien.πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία, omni enim motu mobilior ſapientia.i.celeritate motus ſui omnem motum vincit.

| Quæ propter ſuam puritat.per omnia pertinet & perm. διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα, peruenit[ſiue pertingit]ac vadit per omnia propter ſuam puritatem. 27 Ac ſingulas per ætates in ſanc.ſe tranſf.animas, καὶ κατὰ γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα, & per ætates in animas ſanctas tranſcendens. 28 Niſi qui cum ſapientia conſuetudinem habeat.εἰ μὴ τὸν σοφίᾳ συνοικοῦντα. niſi cum ſapientia habitantem.hoc eſt,eum qui ſapientiæ ſit deditus.

CAPVT VIII.

1 Pertingit autem ab extremo ad extremũ fort. διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρώστως,pertingit à fine in finem fortiter.Quidam coniungunt hæc duo membra cum fine præcedentis capitis : ſed poſſunt non malè ad hoc referri. Atque omnia vtiliter moderatur. καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς. ac diſponit[ſiue regit]omnia vtiliter. Eſt enim διοικεῖν verbum proprium œconomiæ, ſed ad omnem aliam rectionem,atque adminiſtrationem transfertur. 2 A iuuentute mea ἐκ νεότητός μου ab adoleſcentia mea.ſiue ab ineunte ætate,in qua ſapientiæ ſtudium amórque in eius animo exarſit. Ac ſponſam mihi ſtudui adiungere, καὶ ἐζήτησα νύμφην ἀγαγέσθαι ἐμαυτῷ, & quæſiui ſponſam ducere mihi ipſi.quibus verbis ſignificat ſummam coniunctionẽ ac conſuetudinem, quæ ſponſo cum ſpõſa intercedit.

Amoréque pulchritudinis eius captus ſum. καὶ ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς. & amator fui pulchritudinis eius. hoc eſt adamaui formam eius,quæ(vt ſcripſit Cicero ex Platone)ſi oculis cerneretur,mirabiles amores excitaret. 3 Nobilitatem eius hoc illuſtrat, quòd vnà,&c. εὐγένειαν δοξάζει συμβίωσιν θεοῦ ἔχουσα, nobilitatem illuſtrat habens cum Deo conuictum.orta enim à Deo,perfamiliariter cum eo viuit. Significat συμβιῶσαι conſuetudinem vitæ habere cum aliquo.Inde συμβίωσις familiaris conuictus, vſuſque vitæ cõiunctus dicitur. 4 Eſt enim perita ſcientiæ,&c. μύστις γάρ ἐστι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. eſt enim doctrix ſcientiæ Dei, operúmque eius electrix.μύστης & μύστις, in fœminino ſignificat eum & eam qui myſteriis,hoc eſt ſacris occultis, eſt initiatus, atque in eorum diſciplina vel tradenda vel percipienda verſatur.Quidam vertit μύστις ſacerdos,non malè,ſi ad ſenſum referatur. Ego pluribus verbis exprimere malui,vt nominis vis melius intelligatur. Eſt igitur ſapientia quaſi quædam ſacerdos & magiſtra ſanctæ Dei diſciplinæ.

Eiúſque operum electrix, αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ, Quædam exemplaria habent εὑρετὶς inuentrix:vt doctrix diſciplinæ Dei, & inuentrix operum eius, diſtinguantur:vtraque lectio probari poteſt. Si electrix legatur,nomen ſuperius μύστις accipi poterit pro diſcipula ac initiata.Si hic legatur inuentrix, illud pro doctrice & magiſtra accipietur.

6 Si autem prudentia agit,atque opera efficit, εἰ δὲ φρόνησις ἐργάζεται, ſi autem prudẽtia operatur.Ego duobus verbis verti, propterea quòd nomẽ prudentiæ hoc loco ad omnes artes pertinet, omnémque tum adminiſtrationem rerum, tum effectionem molitionémque comprehendit.hoc eſt(vt Ariſtoteles appellat) πρᾶξιν καὶ ποίησιν. Eſt autem adminiſtratio rerum ciuilium ac domeſticarum propria prudẽtiæ:effectio verò ac molitio operum ad artem magis pertinet. Quid illa in rerum natura,&c.τίς τῶν ὄντων αὐτῆς μᾶλλόν ἐστι τεχνίτις: quis eorum quæ ſunt magis eſt artifex? hoc eſt eorum effectrix quæ aut in natura ſunt,aut vita. 7 Labores eius virtutes ſunt : οἱ πόνοι ταύτης εἰσὶν ἀρεταί,hoc eſt, res in quibus elaborat,ſunt virtutes.verſatur enim ſapientia in conformandis hominum moribus,ac virtutibus comparandis.

tiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.

Et ſi multitudinem ſcientiæ deſide-
B rat quis: ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & euentus temporum & ſeculorum.

Propoſui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendũ: ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei.

Habebo propter hanc, claritatem ad turbas, & honorẽ apud ſeniores iuuenis:

Et acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu potentium admirabilis ero, & facies principũ mirabũtur me.

C Tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent.

Præterea habebo per hãc, immortalitatem: & memoriam æternã his qui poſt me futuri ſunt, relinquam.

Diſponam populos: & nationes mihi erunt ſubditæ.

Timebunt me audiẽtes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.

Intrans in domum meam conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium cõuictus illius, ſed lætitiam & gaudium.

Hæc cogitans apud me, & comme-
D morans in corde meo quoniam immortalis eſt in cognatione ſapientiæ,

Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in certamine loquelæ illius ſapientia, & præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: circuibam quærens, vt mihi illam aſſumerem.

Puer autẽ eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam.

Et quum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius

tiam, ac fortitudinem, quibus nihil eſt hominibus in vita vtilius.

8 ″Præterea ſiquis multarum vſum rerum deſiderat, hæc antiqua nouit, & futura cõiectat, ″ſermonum verſutias atque ″ænigmatum explicationes intelligit, ſigna & prodigia prænoſcit, euẽtúſque tẽpeſtatum ac temporum.

9 Itaque hanc decreui mihi ″ad vſum vitæ ac conſuetudinẽ adiungere, ″certò ſciens eam bonorum conſultricem mihi fore, curarũque ac moleſtiæ conſolatricem.

10 Gloriam in vulgus propter hanc adipiſcar, & honorem apud ſeniores iuuenis.

11 Acutus inueniar in iudicio, in conſpectúque potentum ero admirabilis.

12 ″Me tacentem expectabunt, ″loquentémque attentè audiẽt, ″atque dum pluribus diſſeram, ori ſuo manum apponent.

13 Propter hãc, immortalitatem obtinebo, ″ac relinquam memoriam poſteris ſempiternam.

14 Populos gubernabo, nationéſque mihi ſubditæ erunt.

15 Tyranni formidabiles quum audierint, me extimeſcẽt, ″in multitudine bonus videbor, & in bello ſtrenuus.

16 ″In hac domum meam ingreſſus conquieſcam: ″nullam enim acerbitatem habet conſuetudo ipſius, nec vllam moleſtiam eius conuictus, ſed lætitiam & gaudium.

17 Hæc apud me reputans, ″ſummáque animi cura perpẽdens eſſe immortalitatem in cognatione ſapientiæ,

18 Et bonã in amicitia illius delectationem, ″diuitiáſque inexhauſtas in laboribus manuum eius, ″atque in cõgreſſione collocutionéque eiuſdem prudentiam, atque in communicatione ſermonũ gloriam: circumeundo quærebam, vt eam apud me reciperem.

19 Eram autem puer, ″eximia ingenii indole præditus, bonámque animam ſortitus.

20 Imò verò quum eſſem bonus, in corpus introiui impollutum.

21 ″Quum autem intellexiſſem, me nõ aliter *eius* compotem fore, quàm ſi Deus *eam* daret, ″quod ipſum erat prudentiæ, intelligere

Præterea ſiquis mult. vſum rerum deſid. εἰ δὲ καὶ πολυπειρίαν ποθεῖ τις, ſi autem etiam experientiam multarum rerum deſiderat quis. Sermonum verſutias στροφὰς λόγων, hoc eſt fallacias orationis, ἀπὸ τοῦ στρέφεσθαι à vertendo: ſicut verſutus & verſutia dicitur. AEnigmatum explic. λύσεις αἰνιγμάτων ſolutiones ænigmatum. Sunt enim obſcuræ atque implicatæ ſententiæ: itaque λύεσθαι dicuntur, hoc eſt ſolui ac explicari. 9 Ad vſum vitæ ac conſ. adiun. ἀγαγέσθαι πρὸς συμβίωσιν, adiũgere ad conuictũ. Quidã vertunt, ſociã vitæ adiungere, pro conciliare ad vitæ ſocietatẽ. Certò ſciens eam, &c. εἰδὼς ὅτι ἔσται μοι σύμβουλος ἀγαθῶν, καὶ παραίνεσις φροντίδων καὶ λύπης, ſciens quòd erat mihi cõſiliaria bonorũ, & admonitio [ſiue cõſolatio] curarũ ac moleſtiæ. παραινεῖν Græcè non ſolũ admonere adhortarique ſignificat, ſed etiã conſolari: hinc παραίνεσις pro ſolatio ac moleſtiæ leuamẽto accipitur: ſicut παρακαλεῖν καὶ παράκλησις. Itaque hoc vult ſignificare, eã & cõſiliũ bonũ daturã, & ſolatiũ in curis moleſtiiſque gratũ. 12 Me tacentẽ expect. σιγῶντά με περιμενοῦσι, ſilẽtem me ſuſtinebunt. hoc eſt, cũ ſũma expectatione attendent vt ego loquar. περιμένειν enĩ expectare ſignificat. Tria hoc loco ponũtur de auditoribus ad ſapiẽtis commendationem, expectatio, oratio, maxima attentio & ſilentiũ in progreſſu copioſæ orationis. Loquentémque attentè aud. καὶ φθεγγομένῳ προσέξουσι, ac loquenti attendent. Significat enim προσέχειν attentè diligentérque audire. Hinc προσεκτικοί attenti auditores ab Ariſtotele dicuntur. Atque dũ pluribus, &c. καὶ λαλοῦντος ἐπὶ πλεῖον, χεῖρα ἐπιθήσουσιν ἐπὶ τὸ στόμα αὐτῶν, me amplius adhuc loquẽte manũ imponent ori ſuo. Significat autem hæc manus ad os appoſitio atque admotio, ſummũ ſtudium voluptatémque, quæ φιληκοΐα Græcè appellatur. Faciunt enim audientiam, qui ita ſilent. Hinc apud oratores, maximo cum ſilentio aliquem audire, quum ſummam attentionẽ voluntatémque audiendi ſignificant. 13 Ac relinquam memoriã poſteris ſemp. καὶ μνήμην αἰώνιον τοῖς μετ' ἐμὲ ἀπολείψω, & memoriam æternam poſt me futuris relinquam. hoc eſt poſteris, ſiue poſteritati. 15 In multitudine, &c. ἐν πλήθει φανοῦμαι ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολέμῳ ἀνδρεῖος, in vulgus bonus apparebo, & in bello fortis. Duæ ſunt maximæ virtutes: altera tempore pacis iuſtitia, ex qua boni viri appellantur. Nihil eſt, inquit Cicero, tam populare, quàm bonitas. Altera tempore belli ſummam opportunitatem habet, fortitudo.

16 In hac domum meam ingreſſus, conquieſ. εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκόν μου προσαναπαύσομαι αὐτῇ, quum intrauero [hoc eſt me recepero] in domum meam, acquieſcam in ea. Significat priuatam delectationem, quam habet domi cum ſapientia. Nam omnia eius adiumenta aut ſunt publica, aut priuata. Nullam enim acerbitatem, &c. οὐ γὰρ ἔχει πικρίαν ἡ συναναστροφὴ αὐτῆς, non enim habet amarulentiam conuerſatio ipſius. hoc eſt, ipſius conſuetudo non eſt amara, ſed ſuauis & iucunda. 17 Summáque animi cura perp. καὶ φροντίσας ἐν τῇ καρδίᾳ μου, & curans in corde meo. hoc eſt ſtudioſè ac ſolicitè conſiderans. Significat enim ſuſceptam cogitationem cum ſtudio curáque cõiunctam. 18 Diuitiáſque inexhauſtas καὶ πλοῦτος ἀνεκλιπής, diuitiæ quæ nunquam deficiunt, vt antea theſaurum ἀνεκλιπῆ appellauit. diuitiæ perpetuæ dici poſſunt. Atque in congreſſione, &c. καὶ ἐν συγγυμνασίᾳ τῆς ὁμιλίας αὐτῆς, & in coexercitatione colloquii eius. ὁμιλίαι cõgreſſus colloquiáque appellãtur. 19 Eximia ingenii indole præd. εὐφυής, bene natus, ſiue natura optima præditus. εὐφυΐα enim ſignificat naturalem ingenii animique bonitatem, quæ indoles à Latinis appellari ſolet. 21 Quum autem intellexiſſem γνοὺς δὲ ὅτι οὐκ ἄλλως ἔσομαι ἐγκρατής, quum autem cognouiſſem quòd non aliter potirer, ſubaudias, ſapientia. hoc eſt, quòd eam nunquam aliter conſequerer, aut adipiſcerer. Eſt enim ἐγκρατής, qui compos ac particeps eſt rei alicuius. Quod ipſum erat. &c. καὶ τοῦτο δ' ἦν φρονήσεως τὸ εἰδέναι τίνος ἡ χάρις, atque hoc ipſum erat prudentiæ, ſcire cuius hæc gratia. ſubaudiendum, eſſet.

Σοφία Σολομῶντος. 9-16

cuius hoc eſſet beneficium,″adii Dominũ, eúmque oraui, ac dixi toto corde meo,

Cap. IX.

Oratio Salomonis pro ſapientia habẽda.

1 DEus patrum ac″Domine miſericordiæ, qui omnia creaſti verbo tuo,

2 Atque hominem tua ſapientia effeciſti,″vt rebus âbs te conditis dominaretur,

3 Et adminiſtraret mũdũ in ſanctitate ac iuſtitia, rectitudinéque cordis iudicium exerceret:

4 Da mihi aſſidentem thronis tuis ſapientiam,″& ne me numero ſeruorum tuorum ſummoueas:

5 Quoniam ego ſeruus tuus ſum, ac filius ancillæ tuæ,″homo imbecillus, ac vitæ breuis,″& minor quàm vt iudicium ac leges poſſim intelligere.

6 Nam etiam ſiquis fuerit perfectus inter filios hominũ, tamen ſi ſapientia abſit tua, nihili æſtimabitur.

7 Tu me elegiſti regem populi tui, & iudicem filiorũ tuorum, ac filiarum.

8 ″Iuſſiſti *me* ædificare templum in monte ſancto tuo, & in vrbe habitationis tuæ ″altare inſtar tabernaculi ſancti, quod præparaſti ab initio.

9 Ac tecum vnà eſt ſapientia, quæ tua nouit opera, quæque tunc affuit quum mundum efficeres, quæ ſcit quid in oculis tuis gratum ſit, ac rectum in tuis præceptis.

10 ″Hãc demitte è ſanctis cælis, atque à ſolio gloriæ tuæ eam mitte,″vt præſens mecum laboret, atque intelligam quid acceptum ſit apud te.

11 Nouit enim ac intelligit omnia, ac me deducet in actionibus meis″moderatè, atque in gloria ſua cuſtodiet.

12 Et erunt accepta opera mea,″ac rectè populum tuum diiudicabo, eróque dignus ſolio patris mei.

13 Quis enim homo cõſilium Dei intelligat? aut quid velit Deus, animo comprehendat?

14 Nam cogitationes mortalium timidæ ſunt, ″ac noſtræ opiniones fallaces.

15 ″Corpus enim corruptioni obnoxium aggrauat animã, ac terrenum domicilium″plenam curarum mentem deprimit.

16 Ac vix quæ in terra ſunt, coniectura aſſequimur, & quæ in ma-

eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordiis meis, Cap. IX.

1 DEus parentum, & Domine miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo,

2 Et ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ â te facta eſt,

3 Vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet:

4 ❘Da mihi ſedium tuarũ aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: 3.Reg.3.b.9

5 ❘Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillætuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Pſal.115.b.16

6 Et ſiquis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum cõputabitur. B

7 ❘Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum. 1.Para.28.a.5 2.para.1.b.9

8 Et dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio.

9 ❘Et tecum ſapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc quum orbem terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitũ oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. Prou.8.c.22 iohan.1.a.9

C

10 Mitte illam de cælis ſanctis tuis & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te.

11 Scit enim illa omnia, & intelligit᾽ & deducet me in operib⁹ meis ſobrie᾽ & cuſtodiet me in ſua potentia.

12 Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei.

13 ❘Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Eſa.40.c.13 rom.11.d.34 1.cor.2.d.16

14 Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidẽtiæ noſtræ.

15 Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.

16 Et difficile æſtimamus quæ in ter- D

Adii Dominum ἐνέτυχον τῷ κυρίῳ cõueni Dominum, ad eum acceſſi: quo verbo Paulus ſæpe vtitur. Hinc ἔντευξις pro interpellatione ac ſupplicatione.

IN CAPVT IX.

1 Domine miſericordiæ, κύριε ἐλέους, quædam exemplaria habent ἐλέους σοῦ miſericordiæ tuæ, ſed mendoſé. Nam & illud pronomen ſuperuacaneum eſt, & codices caſtigatiores non legunt. 2 Vt rebus abs te, &c. ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σοῦ γενομένων κτισμάτων, vt dominetur creaturis à te factis. 4 Et ne me numero, &c. καὶ μή με ἀποδοκιμάσῃς ἐκ παίδων σου, & ne me reprobes à ſeruis tuis. Nã ita melius vertitur, quàm pueris. Cupit enim numerari inter ſeruos Dei ac miniſtros, vt rex ei ſeruiat: propterea ſpiritum ſapientiæ poſtulat, ac verba ſubiuncta eum eſſe ſenſum ſatis oſtendũt, Quoniã ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. 5 Homo imbecillus, ac vitæ breuis, ἄνθρωπος ἀσθενὴς καὶ ὀλιγοχρόνιος, homo infirmus, ac exigui temporis. cuius vita non eſt diuturna ſed breuis: cui opponitur πολυχρόνιος longæ vitæ. Et minor quã, &c. καὶ ἐλάσσων ἐν συνέσει κρίσεως καὶ νόμων, minor in intelligentia iudicii ac legũ. hoc eſt inferior ſiue, imbecillior, quã vt iudicia & leges intelligã. 8 Iuſſ. edif. εἶπας οἰκοδομῆσαι, dixiſti ædificare. Ita Paulus 2.Cor.4.b.6, ὁ θεὸς εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, Deus qui iuſſit è tenebris lucem exiſtere. Altare inſtar taberna. θυσιαστήριον μίμημα σκηνῆς, altare imitationem tabernaculi, hoc eſt ad exẽplar ſiue imitationem tabernaculi factũ. Eſt enim μίμημα aliquid imitatione ac ſimilitudine expreſſum, atque ad propoſitum exemplar conformatum. 10 Hanc demitte è ſanctis, &c. ἐξαπόστειλον αὐτὴν ἐξ ἁγίων οὐρανῶν, καὶ ἀπὸ θρόνου δόξης σου πέμψον αὐτὴν emitte eam è ſanctis cælis, & à ſede gloriæ tuæ mitte eam. Nam hæc duo verba idem ſignificantia in omnibus Græcis codicibus leguntur. Ea vehementiam orationis ſignificant. Vt præſens mecũ lab. ἵνα συμπαροῦσά μοι κοπιάσῃ, vt aſſiſtens mihi laboret. hoc eſt, mihi ſit præſto, ac meos labores adiuuet. 11 Moderatè σωφρόνως, ſobriè. Alii vertunt, prudenter: non malé. ſed moderata rerum actio cum prudentia coniuncta eſt, itaque moderatè malui vertere. 12 Ac rectè populũ tuum diiudic. καὶ διακρινῶ τὸν λαόν σου δικαίως, & diiudicabo populum tuum iuſté. Alii vertunt gubernabo συνεκδοχικῶς. ego ſimplicitatem verbi retinere malui, præſertim quum ſignificet forenſem ac iudicialem diſceptationem, in qua ius vnicuique tribuitur. 14 Ac noſtræ opiniones fallaces. καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν, incertæ inuẽtiones [ſiue rationes] noſtræ. Eſt enim ἐπίνοια excogitatio ac inuentio: accipitur pro opinione. 15 Corpus enim corruptioni obnoxium φθαρτὸν γὰρ σῶμα, corruptibile enim corpus. Alii fragile vertunt. hoc eſt caducũ: ſed nomen Græcum plus ſignificat. Sic Paulus externum hominem φθειρόμενον dicit, qui cum deſideriis ſuis corrumpitur. Plenam curarum mentem νοῦν πολυφρόντιδα, mentem multarum curarum, ſiue multis curis diſtractam atque occupatam. hoc eſt, ſolicitam & anxiam.

ra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cælis ſunt, quis inueſtigabit?

17 Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiã, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis:

18 Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorũ qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines?

19 Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio. Cap. X.

1 HAEc, illum qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, quum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo.

Gen.2.c.20 2 ‖Et dedit illi virtutẽ cõtinendi oĩa.

Gen.4.b.8 3 Ab hac vt receſſit iniuſt⁹ in ira ſua, ‖per iram homicidii fraternitatis deperiit.

Gen.7.b.21 4 Propter quod ‖quum aqua deleret terram, ſanauit iterum ſapientia, per cõtemptibile lignũ iuſtũ gubernans.

Gen.11.a.1 5 ‖Hæc & in conſenſu ſuperbiæ, quũ ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo, & in filiis miſericordia fortem cuſtodiuit.

Gen.19.e.17 6 ‖Hæc, iuſtum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, deſcẽdente igne in pentapolim.

B 7 Quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis.

8 Sapientiam enim prætereuntes nõ tantum in hoc lapſi ſunt vt ignorarent bona: ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerũt, nec latêre potuiſſent.

9 Sapientia autem hos qui ſe obſeruant, à doloribus liberauit.

Gen.28.a.5,c.12 10 ‖Hæc autem, profugum iræ fratris iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illũ in laboribus, & compleuit labores illius.

nibus verſantur, cum labore inuenimus: quis autem ea perueſtigauit quæ ſunt in cælis?

17 Cõſilium autem tuum quis nouit, ″niſi tu dederis ſapientiam, ac de altiſſimis Spiritum ſanctum tuum miſeris?

18 ″Nam ita viæ eorum qui terram incolunt, directæ fuerunt, ac quæ tibi placent, didicerunt,

19 Et ſunt ſapientia conſeruati. Cap. X.

1 HAEc ″patrem mundi primum formatum, ſolúmque creatũ conſeruauit, ″eúmque à ſuo lapſu aſſeruit.

Sapientiæ laus & liberatione eorũ quos ab initio hucuſq; ſanauit.

2 ″Atque illi eam vim dedit qua omnia vincere poſſet.

3 Ab hac verò iniuſtus quum defeciſſet in ira ſua, ″furiis fraterni paricidii interiit.

4 ″Propter quem demerſam diluuio terram ſapientia iterũ conſeruauit, quum iuſtum exiguo ligno gubernaſſet.

5 ″Hæc etiam iuſtum inter gentes malitioſa conſpiratione coniũctas inuenit, ſeruauítque Deo inculpatum, ″atque in viſceribus filii fortem præſtitit.

6 Hæc iuſtum pereuntibus impiis liberauit ″fuga ereptum ex incendio, quod in quinque ciuitates demiſſum eſt.

7 Quarum etiamnum malitiæ teſtimonium ″fumoſa extitit terra, ″plantæque fructus ferentes, qui nunquam ad maturitatẽ perueniũt, atque ſalis ſtatua monumẽtũ animæ diffidẽtis cõſtituta.

8 ″Nam contemptores ſapientiæ, non ſolùm eo ſunt incommodo affecti, quòd res bonas ignorarunt: ″ſed etiam ad vitam monumentum ſuæ inſipientiæ reliquerunt, vt ne in iis quidem, in quibus ſunt lapſi, latere poſſint.

9 ″Cultores autem ſuos ſapientia ærumnis liberauit.

10 ″Hæc iuſtum à fratris ira profugum per rectas deduxit vias, Dei regnum ei oſtendit: cognitionémque ſanctorum ei dedit, locupletauit eum in ærumnis, ″eiúſque labores ſumma bonorum copia compenſauit.

18 Nam ita viæ eorum, &c. καὶ οὕτως διωρθώθησαν αἱ τρίβοι τῶν ἐπὶ γῆς, Et ita directæ fuerunt viæ eorum qui in terra. ſubaudiendum verbum, vixerunt, aut fuerunt. Nam ita malo vertere in præterito, quàm in præſenti. & Directæ fuerunt, quoniã ſtatim in ſequentibus capitibus commemorat exempla eorum qui ſapientia gubernati, pericula huius præſentis vitæ euaſerunt.

IN CAPVT X.

1 Patrem mundi primum for. πατέρα κόσμου πρωτόπλαστον, patrem mundi primum fictum. Adamum intelligit, qui à Deo ex luto terræ formatus eſt. Eúmque à ſuo, &c. καὶ ἐξέτεινε αὐτὸν ἐκ παραπτώματος ἰδίου. Ad verbum, extendit eum è lapſu, ſiue delicto proprio. hoc eſt, extraxit, atque (vt verti) aſſeruit, ac vindicauit. 2 Atque illi eam vim dedit, &c. ἔδωκέ τε αὐτῷ ἰσχὺν κρατῆσαι ἁπάντων. Ac dedit ei robur [aut vires] vincendi omnia. Verbum κρατεῖν ſignificat ſuperare, ac dominari, ſiue imperium habere. Sed hoc loco malui vertere, vincere quàm dominari: propterea quòd non legimus Adam habuiſſe dominatum in omnia. Eam autem habuit fidem ac virtutem, qua omnia incommoda periculáque huius vitæ ſuperauit. 3 Furiis fraterni paricidii inter. ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς. cum fratricidis periit iris. ſiue indignationibus. hoc eſt, cum odio, quo ad necandum fratrem eſt impulſus. 4 Propter quem δι' ὃν Ita malo legere quàm quod quidam δι' ὅ, propter quod. vt pronomen maſculini generis referatur ad iniuſtum, qui hoc loco collectiuè accipitur numero ſingulari pro plurali, propter quem iniuſtum, pro iniuſtos. Nã propter eorum iniquitatẽ diluuiũ in terrã vniuerſam inuectũ eſt.

Legitur & ἐξείλατο extulit

5 Hæc etiam iuſtum inter, &c. αὕτη καὶ ἐν ὁμονοίᾳ πονηρίας ἐθνῶν συγχυθέντων εὗρε τὸν δίκαιον, Hæc etiam in conſenſione prauitatis gentiũ confuſarum inuenit iuſtum. Intelligit illos quatuor gentium reges, quos Abraham fudit, ac Lot nepotẽ cum præda recuperauit. Itaque συγχυθέντων verti coniũctas, qui ſocietatem coierant, atque ad bellum iniuſtum, vires ſuas coniunxerant. Atque in viſceribus fi. &c. καὶ ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις. in viſceribus filii. ita malo vertere, quàm quod quidam, & vt erga filium animata: intelligit enim eam obedientiam qua Abraham à Deo in offerendo filio tentatus eſt. σπλάγχνα autem viſcera vocat affectum paternum erga filium, qui Græcè φιλοστοργία, naturalis amor parentum in liberos, in quo Deus Abrahamũ inuictũ præſtitit, atque in amore paterno erga filiũ eum fortem cõſeruauit.

Legitur & ἔγνω nouit

6 Fuga ereptum ex incẽ. &c. φυγόντα πῦρ καταβάσιον πενταπόλεως. quũ fugiſſet ignem deſcendentem pentapolis. Intelligit Sodomam & Gomorram, tréſque ciuitates alias quæ in ea planitie fuerunt. 7 Fumoſa ext. terra, καπνιζομένη καθέστηκε χέρσος, fumigans extitit terra: vt ſignificet terram prorſus vaſtatam, quæ fumum adhuc emittens, iudicii Dei in ſe facti index ſit. Plantæque fructus ferẽ. &c. καὶ ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτά, ac imperfectis maturitatibus fructus ferentes plantæ. hoc eſt, ferentes fructus qui ad maturitatẽ nunquam perueniunt. Terra enim à Deo maledicta, maturandi vim non habet. Græci τὰ ὡραῖα nominant fructus tempeſtiuos. hoc eſt, tempore ſuo collectos. Hic ὧραι ἀτελεῖς dicuntur tempora frugum inchoata nunquam perfecta. Quintilianus, fructus deformatos, in quibus forma nondum perfecta eſt. 8 Nam contempt. ſapientiæ, &c. σοφίαν γὰρ παροδεύσαντες οὐ μόνον ἐβλάβησαν, Nam qui ſapientiam prætierierunt, nos ſolùm ſunt læſi in eo. Significat enim παροδεύειν, cõtemptim aliquid præterire. hoc eſt ſpernere ac contemnere. Sed etiã ad vitam, &c. ἀλλὰ καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀφροσύνης ἀπέλιπον τῷ βίῳ μνημόσυνον, ſed etiam vitæ reliquerũt ſuæ inſipientiæ monumentũ. Eſt enim μνημόσυνον res aliqua ad memoriam conſeruandam conſtituta. 9 Cultores autem ſuos τοὺς θεραπεύσαντας αὐτήν eos qui eam coluerũt. Eſt enim θεραπεύειν colere ac obſeruare. Poſtea vocat Moyſen θεράποντα τοῦ Θεοῦ ſeruum Dei. 10 Iuſtum à fratris ira profugum, φυγάδα ὀργῆς ἀδελφοῦ δίκαιον Profugum iræ fratris iuſtum. Iacobum intelligit, qui fugiens iram fratris Eſau, in Meſopotamiam profectus eſt: itaque φυγάδα appellat quaſi exulem, atque extorrem propter iram fratris. Eiuſque lab. &c. cop. cõpen. καὶ ἐπλήθυνε τοὺς πόνους αὐτοῦ. Ad verbum, ac multiplicauit labores eius. hoc eſt, maxima bonorum copia compenſauit, auxit ac cumulauit eum bonis: atque ita eius labores ſua benignitate ſubleuauit. hoc eſt, vt loquitur Scriptura, eius labores benedixit.

Legitur & θεραπεύοντας

11 ′Quum per auaritiã opprimeretur, ei affuit, atque illũ ditauit.

12 Conſeruauit eum ab hoſtibus, ″atque ab inſidiatoribus protexit, ″in grauíque certamine ei victoriam dedit, vt cognoſceret pietatem omni re eſſe ſuperiorem.

13 Hæc venditum non dereliquit iuſtum, ſed à peccato eum ſeruauit, vnà cum eo deſcendit in foueam.

14 Neque in vinculis eum deſeruit, ″donec ei ſceptrum attulit regium, ″poteſtatémque in eius oppreſſores: ″atque accuſatores eius mendacii coarguit, ac gloriam ei conciliauit ſempiternam.

15 Hæc populũ ſanctum, ″& inculpatũ ſemen ab affligente ipſum gente liberauit.

16 Intrauit in animam ſerui Domini, ″ac formidãdis Regibus per ſigna, atque portenta obſtitit.

17 Reddidit ſanctis mercedem laborum ſuorum, ″viáque mirabili illos deduxit, ″ac fuit eis pro integumento interdiu, & noctu pro ſplendore ſtellarum.

18 ″Traiecit illos per Mare rubrum, plurimáſque per aquas eos traduxit.

19 ″At inimicos ipſorum *undis* demerſit, ″ipſos *uerò* è profunditate abyſſi eduxit.

20 ″Quamobrem iuſti tulerunt ſpolia ab impiis, ″tuúmque ô Domine, ″decantauerũt nomen ſanctum: manúmque victricem tuã ″vno animo laudauerunt.

21 Quoniam ſapientia os mutorum aperuit, linguáſque infantiũ fecit diſertas.

Cap. X I.

1 D″Irexit per manum ſancti Prophetæ″opera eorum.

2 ″*Qui* per deſertum inhabitabile iter fecerunt, ″atque in locis inuiis tentoria poſuerunt.

In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illum.

Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. C

‖Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eũ: deſcenditque cum illo in foueam. Gen.37.f.28 act.7.b.10

‖In vinculis non dereliquit illũ, donec afferret illi ſceptrũ regni, & potẽtiã aduerſus eos q eũ deprimebãt: & mẽdaces oſtẽdit qui maculauerũt illum, & dedit illi claritatẽ æternam. Gen.41.f.40

‖Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. Exo.1.b.6

‖Intrauit in animam ſerui Dei, & ſtetit cõtra Reges horrendos in portentis & ſignis: Exo.3.c.10

Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamẽto die, & in luce ſtellarum per noctem. D

‖Trãſtulit illos per Mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiã. Exo.14.e.28 pſal.77.b.13

Inimicos autem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos.

‖Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, ‖& decantauerunt, Domine, nomen ſanctum tuum: & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Exo.12.e.35 Exo.15.a.1

Quoniam ſapientia aperuit os mutorũ, & linguas infãtiũ fecit diſertas.

Cap. XI.

DIrexit‖opera eorum in manibus Prophetæ ſancti. Exo.16.a.1

Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitantur: & in locis deſertis fixerunt caſas.

11 Quum per auaritiam opp. ei affuit, ἐν πλεονεξίᾳ κατισχυόντων αὐτὸν παρέστη, In auaritia inualentium in eum, affuit. Intelligit Laban, qui ſumma cupiditate labores Iacob defraudabat, eumque oppreſſum apud ſe retinebat. Significat enim κατισχύειν, prævalere aduerſus aliquem, eumque opprimere. 12 Atque ab inſid. protexit, καὶ ἀπὸ ἐνεδρευόντων ἠσφαλίσατο, & ab inſidiantibus tutum reddidit. ſiue tutata eſt. Eſt enim ἀσφαλίζειν cauere alicui, eumque ab iniuria ac periculo tutum tectumque reddere, planéque ptotegere. In grauique certamine ei vict. de. καὶ ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, ac certamen forte vincere ei dedit. hoc eſt, victoriam acerrimi certaminis cum Deo ſuſcepti victoriam ei conceſſit. Hinc etenim Iſrael eſt appellatus. Eſt hoc loco ἀγῶνα βραβεύειν certamen cum victoria alicui proponere.

14 Donec ei ſceptrum attulit regium ἕως ἤνεγκεν αὐτῷ σκῆπτρα βασιλείας, donec ei attulit ſceptra regni. hoc eſt inſigne regium. Fuit enim Ioſeph ornatus regia & dignitate & poteſtate. Poteſtatémque in e. oppreſſ. καὶ ἐξουσίαν τυραννούντων αὐτοῦ, ac poteſtatem tyrannicè dominantium ei. τυραννεῖν enim hoc loco accipitur pro, vi iniuſta opprimere ac vexare aliquem: qua iniuria ac violẽtia Pharao, eiúſque cubicularius Phutiphar Ioſephum affecerunt. Atque accuſ. eius mend. coar. ψευδεῖς τε ἔδειξε τοὺς μωμησαμένους αὐτόν, & mendaces oſtendit eos qui eum accuſarant. aut criminoſè inſimularant. Accipitur enim hoc loco μωμᾶσθαι, non ſimpliciter pro vituperare ac reprehendere, ſed pro calumniari, ac criminari, falſò aliquem deferre: quo modo Ioſeph delatus eſt ab vxore Phutipharis: cuius innocentia cõfictum aduerſariæ atque improbæ mulieris crimen coarguit. 15 Et incul. ſemen καὶ σπέρμα ἄμεμπτον ac ſemen irreprehenſibile. omni culpa aut crimine carens. quæ populi ſancti commẽdatio, ſummáque laus eſt, propter electionẽ ac vocationẽ Dei, qua illum populũ ſibi ſanctificarat. 16 Ac formi. &c. καὶ ἀντέστη βασιλεῦσι φοβεροῖς ἐν τέρασι καὶ σημείοις. ac reſtitit regibus terribilibus in portẽtis ac ſignis.

17 Viáque mirabili illos deduxit, ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ὁδῷ θαυμαστῇ, duxit eos in via mirabili hoc eſt per viam mirabilem. Ac fuit eis, &c. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς σκέπην ἡμέρας, & fuit eis in tegumentum die. Intelligit nubem, quæ Iſraelitis in illa profectione vmbraculum aduerſus æſtus præbuit. Eadem eſt locutionis forma quæ ſequitur in eodem verſu, καὶ εἰς φλόγα ἄστρων τὴν νύκτα, & in flammam aſtrorũ nocte. hoc eſt loco ac vice ſplendoris, aut pro ſplendore aſtrorum ac ſiderum. Ignis enim columna in itinere illis prælucebat.

18 Traiecit illos per Mare rubrum, διεβίβασεν αὐτοὺς θάλασσαν ἐρυθράν, Traiecit illos Mare rubrum. Ita & Græci verbum διαβιβάζειν, & Latini Traiicere ac traducere cõſtruunt cum duobus accuſatiuis ſine propoſitione: vt, Cæſar exercitum traiecit Rhodanum. Ego tamen, vt apertior ſententia eſſet, præpoſitionem adiunxi, quemadmodum in ſequenti verbo Traduxit, διήγαγεν.

19 At inimicos ipſo. *undis* demerſit, τοὺς δὲ ἐχθροὺς αὐτῶν κατέκλυσε, Hoſtes verò ipſorum demerſit. hoc eſt, depreſſit in profundũ mare, atque vndis obruit. Ipſos *uerò* è profun. abyſſi eduxit. καὶ ἐκ βάθους ἀβύσσου ἀνέβρασεν αὐτούς & ex profunditate abyſſi ebullire ipſos fecit. hoc eſt eduxit. Ego particulam *uerò* aduerſatiuam addidi propter ambiguitatẽ, nequis ad hoſtes ſubmerſos referret, quaſi Dominus illos emergere fecerit. itaque, Ipſos *uerò*, ad Iſraelitas referendum eſt. 20 Quamobrem iuſti tulerunt ſpolia ab imp. διὰ τοῦτο δίκαιοι ἐσκύλευσαν ἀσεβεῖς Ideo iuſti expoliauerunt impios. ſiue impiis ſpolia detraxerunt: atque ita victoriam reportarunt. Tuúmque, ô Domine, &c. καὶ ὕμνησαν κύριε τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, ac cecinerunt, ó Domine, nomen ſanctum tuum. ὕμνος enim canticum εὐχαριστικὸν ſignificat, hoc eſt laudem ad gratiarum actionem inſtitutam. Hinc verbum ὑμνεῖν, hymnis ac canticis celebrare. Vno animo ὁμοθυμαδὸν vnanimiter. hoc eſt ſummo conſenſu, vno & corde & ore Deum laudauerunt.

IN CAPVT XI.

1 Direxit per ma. &c. εὐώδωσε τὰ ἔργα αὐτῶν ἐν χειρὶ προφήτου ἁγίου. Bene direxit opera eorũ in manu Prophetæ ſancti. Eſt enim εὐοδοῦν cõmodum ac proſperum iter concedere alicui. ſicut Paulus, Rom. 1. b. 10, paſſiuè vſus eſt, εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, ſiquando proſperũ iter nactus fuero. hoc loco actiuè, pro bene fœlicitérque gubernare eorum opera. 2 *Qui* per deſer. inha. iter fec. διώδευσαν ἔρημον ἀοίκητον, Iter fecerunt per deſertum inhabitabile. Mihi non diſplicet ſubiungi relatiuum *qui*, quod in Græco nõ eſt, ne mutatio numeri in verbis Direxit & Fecerunt, durior ſit. Atque in locis inuiis tentoria poſuerunt. καὶ ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς. & in inacceſſis fixerunt tentoria. τὰ ἄβατα dicuntur loca quæ nullum aditum acceſſúmque habent,

Exod.17.c.12 3 ¦Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicauerunt.

Num.20.b.11 4 ¦Sitierunt, & inuocauerũt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.

5 Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, 6 in eis, quum abundarẽt filii Iſrael, læ tati ſunt: per hæc quum illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.

7 Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis, 8 humanũ ſanguinem dediſti iniuſtis. Qui quum minuerẽtur in traductione infantiũ occiſorũ, dediſti illis abundantẽ aquã inſperaté:

Exod.7.d.20 9 ¦Oſtendẽs per ſitim quæ tunc fuit, quẽadmodum tuos exaltares, & aduerſarios illorum necares.

Deut.8.a.2 10 ¦Quũ enim tentati ſunt, & quidem
B cũ miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierũt quemadmodum cum ira iudicati impii tormenta paterentur.

11 Hos quidem tanquã pater monẽs probaſti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnaſti.

12 Abſentes enim & præſentes ſimiliter torquebantur.

13 Duplex enim illos acceperat tædiũ, & gemitus cum memoria præteritorum.

14 Quum enim audirent per ſua tormenta bene ſecum agi, commemorati ſunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15 Quem enim in expoſitione praua proiectum deriſerunt, in finem euentus mirati ſunt: nõ ſimiliter iuſtis faciens.

C 16 Pro cogitationibus autẽ inſenſatis iniquitates illorũ, ¦quòd quidam
Infra12.d.24 errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis

3 ″Obſtiterunt hoſtibus, ac inimicos propulſarunt.

4 Sitierunt, atque inuocauerũt te, & ″ſumma ex rupe illis aqua data eſt, ac è duro lapide ″ſitis ſedatio.

5 6 Nam per quæ pœnas dederũt eorum inimici, per eadem hi, quũ inopia laborarent, beneficium acceperunt.

7 8 ″Pro fonte enim perenni fluminis ſanioſo ſanguine turbati, ″ad edictum de infantibus necandis exprobrandum, ″aquam huberrimam præter ſpem his dediſti:

9 ″Oſtendens per ſitim, quæ tũc extitit, quem admodum aduerſarios puniuiſſes.

10 Quum enim tentati fuerunt, ″& quidẽ cum miſericordia caſtigati, cognouerunt ″quæ impii tormenta in ira iudicati pertulerũt.

11 Siquidẽ hos vt pater admonens probauiſti: ″in illos verò vt rex ſeuerus condemnans animaduertiſti.

12 ″Quinetiam tam abſentes quàm præſentes eodem modo afflictabantur.

13 Duplex enim mœror ceperat illos, ″& gemitus recordatione præteritorum excitatus.

14 ″Nam quũ ſuis propriis ſuppliciis audiuiſſent beneficia in illos collata, Dominum ſenſerunt.

15 ″Et quem olim expoſitum, abiectúmque pro deplorato irridentes habuerãt, eum ″in extremo rerum euẽtu ſunt admirati, ″quum alia longè quàm iuſti laboraſſent ſiti.

16 Porrò pro ſtultis iniuſtitiæ ipſorum cogitationibus ″quibus ſeducti ſerpentes rationis expertes, viléſque beſtias colebant, immi

3 Obſtiterunt hoſtibus, ac inim. propul. ἀντέστησαν πολεμίοις, καὶ ἐχθροὺς ἠμύναντο, contra hoſtes ſteterunt, atque inimicos repulerũt. hoc eſt, vim ac impetum eorum exceperunt ac propulſarunt. Quidam vertunt, Se de inimicis vindicarunt. Sed ἀμύνασθαί τινα apud Græcos, ſignificat aliquem vim inferentem repellere ac prohibere. 4 Summa ex rupe ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, ex petra alta ac profunda, cuius venæ ad lapides excindendos eruendóſque altius petendæ eſſent. Significat autem aquam interius incluſam, ex ipſis viſceribus terræ vaſtiſſima rupe aperta erupiſſe. Itaque mihi magis placet verti Alta quàm Dura: quum vtrunque ἀκρότομον ſignificet, quoniam ſtatim ſubiungit ἐκ λίθου σκληροῦ è duro lapide, vt ſignificet rupem fuiſſe & altam & duram. Sitis ſedatio. ἴαμα δίψης. remedium ſitis. hoc eſt ſitis leuatio: aqua eſt remedium ad ſitim leuandam ſedandamque accõmodatum ac neceſſarium: ſic cibus quoddam eſt remediũ famis: vtrunque ad deſiderium naturæ aut leuandum aut explendum comparatum. 5 Nam per quæ, &c. δι' ὧν γὰρ ἐκολάσθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, διὰ τούτων αὐτοὶ ἀποροῦντες εὐεργετήθησαν, per quæ enim puniti ſunt inimici eorũ, per eadẽ ipſi indigentes beneficio ſunt affecti. aut benignè ſunt tractati. Elegãter enim opponũtur κολάζεσθαι καὶ εὐεργετεῖσθαι, hoc eſt Pœnas dare & Beneficiũ accipere in eadem re. Duo ſunt verſus apud veterem interpretem quos iũximus. 7 Pro fonte enim, &c. ἀντὶ μὲν πηγῆς ἀεννάου ποταμοῦ, αἵματι λυθρώδει ταραχθέντες εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος ἔδωκας αὐτοῖς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνελπίστως, nam pro fonte quidẽ perenni fluminis tabido ſanguine perturbati, in correptionẽ infantiũ occiſoris mãdati, dediſti eis aquã abundantẽ inſperató. Tota hæc oratio eſt & perturbata & mãca, ſi legamus ταραχθέντες in nominatiuo plurali, ſicut legitur in omnibus exẽplaribus quæ ego viderim. deeſt enim aliquid in prima parte comparationis. Sed ego legendum puto ταραχθέντος in genitiuo, vt coniungatur cum nomine præcedente ποταμοῦ fluminis, ſcilicet Nili, qui fluuius à Deo ſanguine ita fuit conturbatus ac infectus, vt piſces interirent, nec homines vllo modo poſſent bibere. Facilè autem fuit mutare literam ο in ε, ac ταραχθέντες legere pro ταραχθέντος.

8 Ad edictum, &c. εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, ad redarguendũ [aut corripiendum] edictum crudeliſſimi regis, quo mandauit vt omnes mares qui naſcerẽtur, necarẽtur. Aquam huberrimã præter ſpẽ his dediſti. ἔδωκας αὐτοῖς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνελπίστως. dediſti eis aquã copioſam inſperatò. ſiue illis inſperantibus: ſiue (vt verti) præter ſpem. Duo ſunt verſus apud veterem interpretem quos coniunximus.

9 Oſtendens per ſitim quæ tunc ext. διὰ τοῦ τότε δίψους, oſtendens per quæ tunc fuit, ſitim (hoc eſt, eo genere ſitis atque afflictionis, quo tuos tentaſti) quàm ſeuerè inimicos tuos tractares. Oſtendit enim diſſimiles afflictiones piorum atque impiorum etiam in iiſdem rebus.

10 Et quidem cum miſeric. caſtig. καίπερ ἐν ἐλέει παιδευόμενοι, etſi in miſericordia caſtigati. eſt enim καίπερ particula aduerſatiua, cui non malè reſpondet Et quidem. Quæ impii tormenta, &c. πῶς ἐν ὀργῇ κρινόμενοι ἀσεβεῖς ἐβασανίζοντο, quomodo in ira iudicati impii torquebãtur. ſiue cruciabantur. In ſuis enim afflictionibus cognouerunt magnitudinem ac acerbitatem malorum quibus Deus inimicos vexare ſolet.

11 In illos verò vt rex ſeuerus, &c. ἐκείνους δὲ ὡς ἀπότομος βασιλεὺς καταδικάζων ἐξήτασας, illos verò vt durus [aut ſæuus] rex condẽnans in quæſtionem vocaſti. aut poſuiſti. eſt enim ἐξετάζειν quæſtionem habere de aliquo: hoc eſt tormento cruciatúque adhibito quærere de aliquo, & quod paulo antè dixit βασανίζειν. Sed hoc loco elegãter opponuntur ἀποδοκιμάζειν probare, quo iudicio Deus in ſuos vtitur: & ἐξετάζειν, quomodo idem impios affligit, atque omnibus cruciamentis afficit. 12 Quinetiam tam, &c. καὶ ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες ὁμοίως ἐτρύχοντο, & abſentes autem & præſentes ſimiliter torquebãtur. Atque etiam tam abſentes, &c. Verbum autem τρύχεσθαι ſignificat vexari malis, κακοπαθεῖν, hoc eſt conflictari vel afflictari. 13 Et gemitus recordatione, &c. καὶ στεναγμὸς μνημῶν τῶν παρελθόντων. Ad verbũ, & gemitus memoriarum præteritarum. Quidam codices habent μνημῶν παρελθουσῶν, memoriarum præteritarum. vtraque lectio ſtare poteſt. 14 Nam quum ſuis propriis, &c. ὅτε γὰρ ἤκουσαν διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων εὐεργετουμένους αὐτούς, nam quum propriis pœnis audiuiſſent beneficio affici ipſos. αὐτοὺς quidam referunt ad AEgyptios, ac vertũt Se. ego malo referre ad Iſraelitas, quorum præclaram conditionem AEgyptii in ſumma malorum ſuorum acerbitate cognouerúnt, Deúmque ſenſerunt.

15 Et quem olim expoſitum, abiectúmque pro deplorato irridentes habuerant, ὃν γὰρ ἐν ἐκθέσει πάλαι ῥιφέντα ἀπεῖπον χλευάζοντες, & quem in expoſitione olim abiectũ abnegauerant irridentes. ἀπειπεῖν enim ad verbũ abnegare ſignificat: ſed accipitur pro Deploratum, deſperatũque aliquẽ habere. Hinc ἀπειπεῖν τὴν ἐλπίδα, pro Spẽ deſpõdere ſiue deponere ac abiicere. Itaque ἀπειπεῖν τινά eſt deploratũ aliquẽ habere. In extremo rerum euentu ἐπὶ τέλει τῶν ἐκβάσεων, in fine euentuum. hoc eſt in exitu atque euentu rerum, quo Deus per Moſen ſuos liberauit. Quum alia longè quàm iuſti laboraſſent ſiti, οὐχ ὅμοια τοῖς δικαίοις διψήσαντες, non ſimilia iuſtis ſitientes. non eadem qua iuſti ſiti affecti. Nam quum vtrique à Deo afflicti fuerint, tamen exitus afflictionum diuerſus fuit: ita in eodem etiam genere diſſimilitudo quædam apparuit. 16 Quibus ſeducti, &c. ἐν οἷς πλανηθέντες ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ, in quibus errantes [ſiue errore ſeducti] colebant irrationabiles ſerpentes. Significat autem θρησκεύειν colere ac ſeruire. Hinc Paulus Coloſſ.2.d.23, ἐθελοθρησκείας appellat cultus voluntarios ac ſuperſtitioſos.

ſiſti in eos multitudinē animalium irrationabilium ad vindictā.
ʹVt intelligerent, per quæ quis peccaſſet, per eadem eſſe pu- 17
niendum.
ʹNeque enim omnipotenti manui tuæ, quæ mundum ex in- 18
formi materia effecit, deerat facultas qua vrſorum multitudinē,
ʹanimoſóſque leones in eos immitteres:
ʹAut feras recenti furore plenas & ignotas,ʹquæ aut in modum 19
ignis vrentem halitū efflarēt,ʹaut ſonitus fumi ventilati ederent:
ʹaut horrēdas ab oculis ſcītillas inſtar fulguris emicātes emitterēt:
ʹQuarum non ſolùm noxa illos perimere poterat,ſed etiam a- 20
ſpectus terrore incuſſo perdere.
Atque etiam ſine hisʹtuo preſſi iudicio,atque flatu tuæ poten- 21
tiæ diſſipati, vno ſpiritu cadere poterant:ʹſed tu omnia modo ac
ordine,ponderéque temperaſti.
ʹNam vis quidem qua plurimum vales, apud te ſemper fuit, ac 22
robori brachii tui quis reſiſtat?
ʹQuoniam tanquam momentum ſtateræ vniuerſus coram te 23
mundus eſt,& quaſi gutta roris matutini in terram delapſa.
Sed tu omnium miſereris, quoniā potes omnia, ʹ& diſſimulas 24
hominum peccata,vt reſipiſcant.
Omnia enim quæ ſunt in natura diligis, ʹac nihil eorum,quorū 25
es effector, abominaris: ʹneque enim quicquam tibi odioſum ef-
fici potuiſſet.
ʹQuomodo autem quod tu noluiſſes,permanere potuiſſet:aut 26
quod non vocaſſes,ſaluum exiſtere?
Sed tu parcis omnibus,quoniam tua ſuntʹDomine animarum 27
amantiſſime.

Cap. XII.

NAm omnibus incorruptus tuus ineſt ſpiritus. 1
ʹItaque eos qui ſunt lapſi,ʹpaulatim coarguis, ʹin memo- 2

multitudinem mutorum animalium in vindictam.

17 Vt ſcirēt quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

18 Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua,quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa,immittere illis multitudinem vrſorum, aut audaces leones:

19 Aut noui generis ira plenas, aut ignotas beſtias,aut vaporem igneum ſpirantes, aut fumi odorem proferētes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes:

20 Quarum nō ſolùm læſura poterat illos exterminare,ſed & aſpectus per timorem occidere.

21 Sed & ſine his vno ſpiritu poterāt occidi, perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritū virtutis tuæ: ſed omnia in mēſura & numero & pondere diſpoſuiſti.

D

22 Multum enim valere tibi ſoli ſuperat ſemper: & virtuti brachii tui quis reſiſtet?

23 Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarū, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.

24 Sed misereris omniū, quia omnia potes,& diſſimulas peccata hominū propter pœnitentiam.

25 Diligis enim omnia quæ ſunt,& nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti.

26 Quomodo autē poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes: aut quod à te vocatū non eſſet,conſeruaretur?

27 Parcis autem omnibus : quoniam tua ſūt Domine,qui amas animas.

Cap. XII.

1 O Quàm bonus & ſuauis eſt Domine,ſpirit⁹ tuus in omnibus.

2 Ideóque eos qui exerrāt partibus,

Leuit.26.d.22
infrà 16.a.1
ierem.8.f.17

Rom.2.a.4
Mich.7.b.18

---

17 Vt intelligerent,&c. ἵνα γνῶσιν ὅτι δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται,vt cognoſcerent quòd per quæ quis peccat,per eadem punitur.Res enim quas illi impiè adorarunt atque honorarunt, iuſtiſſimo Dei iudicio ad eorum perniciem infamiámque ſunt conuerſæ.

18 Neque enim omnipotenti,&c. οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χείρ, Non enim impotens erat omnipotens manus tua. hoc eſt, præpotens manus tua non erat potentia deſtituta,non erat imbecilla,aut ita debilitata vt non poſſet. Significat enim ἀπορεῖν hoc loco deſtitui facultate. Paulus,2.Corinth.4.b.8, ἐξαπορεῖσθαι dicit, ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, laboramus,at non deſtituimur. Animoſóſque leones, ἢ θρασεῖς λέοντας aut audaces leones.hoc eſt feroces.Eſt enim illud animal maximè θυμοειδὲς,animoſum & audax.

19 Aut feras,&c. ἢ νεοκτίστου θυμοῦ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, Aut iræ recens creatæ plenas feras ignotas. Quædam exemplaria habent νεοκτίστους in accuſatiuo plurali,vt coniungatur cum feris,quaſi modò, aut nunc primùm natæ extiterint.Sed melius cū IRAE cōiungitur,quaſi Deus tunc primùm ac ſubitò impetum illum ac furorem excitarit:vt ſignificet inuſitatam quandam irā etiam in beſtiis. Quæ aut in modum,&c. ἤτοι πυρπνόον φυσῶντας ἆσθμα, aut igniuomum ſpirantes halitum.hoc eſt,quæ igneum vaporem emitterent:quo ſpiritus ardore maxima earum rabies ſignificatur. Aut ſonitus fumi, &c. ἢ βρόμους λικμωμένου καπνοῦ, aut crepitus [ſiue ſtrepitus] fumi ventilati. Eſt enim βρόμος crepitus ac ſonitus venti vehementis. Aut horrendas ab ocul.&c. ἢ δεινοὺς ἀπ' ὀμμάτων σπινθῆρας ἀστράπτοντας. aut graues [ſiue horribiles] ab oculis ſcintillas fulgurantes.qui oculorum ardor emicans interiorem furorem incitatum indicat.

20 Quarum non ſolùm,&c. ὧν οὐ μόνον ἡ βλάβη ἠδύνατο συνεκτρίψαι αὐτούς, ἀλλὰ καὶ ἡ ὄψις ἐκφοβήσασα διολέσαι. Quarum non ſolùm noxa poterat eos conterere,verùm etiam aſpectus timorem incutiens diſperdere. 21 Tuo preſſi iudicio, ὑπὸ τῆς δίκης διωχθέντες, iudicii perſecutionem paſſi. Quidam vertunt,pœna vrgente. ſed quū δίκη ſignificet cauſam,iudicium,actionem quæ iure agitur cum aliquo: ego Iudicium vertere malui,quo Deus impios perſequitur. Sed tu omnia,&c. ἀλλὰ πάντα μέτρῳ, καὶ ἀριθμῷ, καὶ σταθμῷ διέταξας. ſed omnia menſura,& numero,& pondere ordinaſti.ſiue diſpoſuiſti. 22 Nam vis quidem, &c. τὸ γὰρ μεγάλως ἰσχύειν σοι πάρεστι πάντοτε, Nam plurimùm valere [aut poſſe] tibi ſemper adeſt.hoc eſt,ſumma potentia ſemper eſt apud te.

23 Quoniam tanquam momentum, &c. ὅτι ὡς ῥοπὴ ἐκ πλαστίγγων ὅλος ὁ κόσμος ἐναντίον σου, Quoniam ſicut momentum ex trutinis [aut ſtateris] totus mundus ante te. 24 Et diſſimulas hominum peccata,vt reſipiſcant. καὶ παρορᾷς ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν,& diſſimulas peccata hominum ad pœnitentiam.eſt enim παρορᾶν oculis aliquid prætermittere ac præterire,& quaſi conniuere ad rem aliquam. Hæc autem clementia & lenitas tribuitur Deo, Micheæ 7.b.18, Quis ſimilis tibi ô Deus , qui tollis iniquitatem , & tranſis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Hoc eſt,conniues ad peccatum,atque oculos claudis vt acerbè non obſerues.

25 Ac nihil eorū,quorū,&c. καὶ οὐδὲν βδελύσσῃ, ὧν ἐποίησας, ac nihil abominaris eorū quæ feciſti.Tuas enim creaturas agnoſcis ac diligis. Neque enim quicquam tibi odioſum effici potuiſſet. οὐδὲν γὰρ ἂν μισῶν τι κατεσκεύασας. nihil enim odiens effeciſſes. Aut hoc modo, Nam tu quidem nihil vnquam tibi inuiſum effeciſſes.Tu enim delectatus es in tuis operibus.

26 Quomodo autem quod tu noluiſſes,&c. πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι, εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας, ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη; Quomodo autem manſiſſet,niſi tu voluiſſes:aut non vocatum abs te,conſeruatum fuiſſet? hoc eſt, nihil cōtra tuam & voluntatem & authoritatem manere vnquā, nec ſaluum eſſe potuiſſet.ita omnia & volente Deo & authore, effecta conſeruatáque fuerunt.

27 Domine animarum amantiſſime. δέσποτα φιλόψυχε. Domine amice [aut amator] animarum.

IN CAPVT XII.

2 Itaque eos qui ſunt lapſi,&c. διὸ τοὺς παραπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις Ideo eos qui labuntur, paulatim arguis, ſiue corripis. Eſt autem παραπίπτειν delinquere.inde παραπτώματα delicta. Paul.coar. κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις,paulatim [aut ſenſim] arguis.hoc eſt leniter ac moderatè, reuocans eos ad pœnitentiam. In memoriámque,&c.admones καὶ ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς, & in quibus peccant,commonefaciens admones.hoc eſt,in memoriam eos reducens peccatorum,quorum cogitationem ac ſenſum ſæpe nullum habent.

corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia credant in te Domine.

Deut.9.a.5, & 12.d.29, & 18.b.9

3 ‖Illos enim antiquos inhabitatores Terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti,

4 Quoniã odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia iniuſta,

5 Et filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerũ hominum, & deuoratores ſanguinis,

6 Et authores parentes animarum inauxiliatarũ perdere voluiſti à medio ſacramento tuo per manus parẽtum noſtrorum:

7 Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra.

8 Sed & his tanquã hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent.

9 Non quia impotens eras in bello ſubiicere ĩpios iuſtis, aut beſtiis ſæuis aut verbo duro ſimul exterminare:

Exo.23.d.28 deut.7.d.22

B

10 ‖Sed partibus iudicans dabas locũ pœnitẽtiæ: nõ ignorãs quoniã nequã eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorũ: & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuũ.

11 Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

Rom.9.d.20

12 ‖Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit cõtra iudiciũ tuũ? aut quis in conſpectũ tuũ veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit ſi perierint nationes quas tu feciſti?

1.Pet.5.c.7

13 Non enim eſt alius Deus quàm tu, ‖cui cura eſt de omnibus, vt oſtẽdas

riámque reducẽs peccatorum, admones: ″vt relicta prauitate, in te credant Domine.

3 ″Etenim veteres quidẽ Terræ ſanctæ incolas quum odiſſes,

4 ″Vtpote odioſiſſima veneficiorum facinora, impiáque ſacrificia obeuntes,

5 Atque immiſericordes liberorum interfectores, ″ac viſcerũ carniúmque humanarũ voratores, ″dapéſque ex ſanguine abominandas, ″ſacerdotéſque fanaticos,

6 ″Et patres authores cædis animarum omni auxilio deſertarum, perdere per manus patrum noſtrorum voluiſti:

7 ″Vt terra, quæ omnium apud te eſt pretioſiſſima, dignam ſeruis Dei coloniam acciperet.

8 Sed his quoque vt hominibus peperciſti, ″veſpáſque exercitus tui præcurſores emiſiſti, quæ illos paulatim exterminarent.

9 ″Non quòd non poſſes in acie impios in poteſtatem iuſtorum tradere, ″aut ſæuis beſtiis, aut duro verbo ad vnum delere:

10 ″Sed quum paulatim iudicares, locum dabas *eis* pœnitentiæ: ″nõ ignorans prauam eorũ generationem eſſe, ″innatámque ipſorum malitiam: ″neque vnquam fore vt eorũ cogitatio immutaretur,

11 ″Quum ab initio ſemen fuiſſet maledictum: ″neque verò quenquam metuẽs, veniam peccatorum, quæ commiſiſſent, *illis* dabas.

12 Quis enim *tibi* dicat, Quid egiſti? ″aut qs ſe iudicio opponat tuo? ″quis verò de perditis gentibus, quas creaſti, in crimen te vocet, ″aut intercedat contra te hominum vindex iniuſtorum?

Cum Deo non contendendum.

13 ″Neque enim alius eſt Deus præter te, qui curam habes omniũ:

Vt relicta prauitate, in te credant Dom. ἵνα ἀπαλλαγέντες τῆς κακίας πιστεύσωσιν ἐπὶ σέ κύριε. vt liberati à malitia, credant in te Domine. ſiue quum à malitia receſſerint. Hoc enim ſignificat ἀπαλλάττεσθαί τινος, diſcedere à re aliqua, eámque deponere ac abiicere.

3 Etenim veteres, &c. καὶ γὰρ τοὺς παλαιοὺς οἰκήτορας τῆς ἁγίας σου γῆς μισήσας. Nam quũ antiquos habitatores Terræ ſanctæ tuæ. Intelligit Chananæos qui Terrã ſanctam Iudæam habitarunt. 4 Vtpote odioſiſſ. &c. ἐπὶ τῷ ἔχθιστα πράσσειν ἔργα φαρμακειῶν καὶ τελετὰς ἀνοσίους. Eo quòd odioſiſſima facerent opera veneficiorum, & ſacrificia impia. Vocat autem φαρμακείας incantationes quibus venefici magicique homines vtuntur: eo nomine omnia maleficia ſuperſtitioſa ac diabolica comprehendit.

5 Ac viſcerum, carniumque hum. vorat. καὶ σπλαγχνοφάγους ἀνθρωπίνων σαρκῶν, & viſcerum comeſtores humanarum carnium. hoc eſt, qui viſceribus ac carnibus humanis veſcerentur. Immolabant enim ſuos liberos, eorúmque partem comedebant. Dapéſque ex ſang. abominan. καὶ θοίνην αἵματος ἐκ μύσου, & epulum ſanguinis ex abominatione. ſiue faſtidio ac nauſea. hoc eſt epulas abominabiles, quæ faſtidium ac nauſeam hominibus afferre poſſent. Aptè autem θοίνας hoc loco nominauit conuiuium ac epulum: à θεὸς καὶ οἶνος ita dictum, quòd in feſtis deorum largius ſolerent bibere. ita quemadmodum conuiuia aliorum erant vinolenta, ita iſtorum erant ſanguinolenta & cruenta. Sacerdotéſque fanaticos μύστας τε θιασμοῦ. ſacerdotes diuini furoris. hoc eſt afflatos diuino quodam numine, qui ἐνθουσιασμὸς à Platone dictus eſt, hoc loco θιασμὸς appellatur, hoc eſt inſpiratio furioſa. Huiuſmodi homines, fanatici appellãtur, quorũ ingenia & corda ſpiritu diaboli potius quàm Dei occupantur ac agitantur. Quædam exemplaria habent θυσίας σου, diuini ſacrificii tui. ſed iſte ſenſus huic loco nullo modo conuenit. ita locum iſtum corruptum puto, lectúmque aut impreſſum θυσίας σου pro θιασμοῦ.

6 Et patres authores cædis, &c. καὶ αὐθέντας γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων Ac patres authores cædis animarum auxilio deſtitutarum. Hoc loco duplex lectio reperitur: in quibuſdã codicibus legitur γονεῖς parentes, in aliis φονεῖς interfectores. Sed quũ præcedat αὐθέντας, ego puto legendũ γονεῖς. Dicitur enim αὐθέντης qui manu ſua aliquem percutit ac cædit, qui etiam αὐτόχειρ. Ita αὐθένται parentes appellantur percuſſores miſerarum animarum quas genuerant. ſic ſuperuacaneum eſſet nomen φονεῖς. 7 Vt terra, &c. ἡ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ, apud te omnium honoratiſſima terra. Sic enim appellatur & ornatur ſæpe Iudæa à Prophetis, & pulcherrima deſideratiſſimáque dicitur, propter electionem Dei eiúſque benedictionem: Deus enim præcipuè eam delegerat, in qua habitaret ac quieſceret.

8 Veſpáſque exercitus tui præc. emiſ. ἀπέστειλας τε προδρόμους τοῦ στρατοπέδου σου σφῆκας, & miſiſti percuſſores exercitus tui veſpas. Quidam nõ malè vertit, Veſpáſque exercitus tui emiſſarios præmiſiſti. Sed præcurſoris nomen apertius ſignificat inſecta noxiáque animalia eſſe præmiſſa ad eos vexãdos, paulatimque profligandos. 9 Non quòd nõ poſſ. &c. οὐκ ἀδυνατῶν ἐν παρατάξει ἀσεβεῖς δικαίοις ὑποχειρίους δοῦναι, Non impotens in acie impios ſub manum iuſtorum dare. hoc eſt in manum iuſtorum tradere. Aut ſæuis be. &c. ἢ θηρίοις δεινοῖς, ἢ λόγῳ ἀποτόμῳ ὑφ' ἓν ἐκτρῖψαι. aut feris truculentis, aut verbo ſeuero [ſiue aſpero] ſimul conterere. ſiue abolere.

10 Sed quum paulatim, &c. κρίνων δὲ κατὰ βραχὺ, ἐδίδους τόπον μετανοίας, Iudicans autem paulatim, dabas locum pœnitentiæ. hoc eſt (vt dicit Paulus, Ro.2.a.4) Tua lenitate ac manſuetudine ad pœnitentiam inuitabas. Eſt enim Deus μακρόθυμος, ſumma patientia, ac æquitate in puniendo. Non ignorans prauam eorũ gen. οὐκ ἀγνοῶν ὅτι πονηρὰ ἡ γένεσις αὐτῶν, non ignorans quòd praua [ſiue improba] eſſet generatio eorum. Innatámque ip. malit. καὶ ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν, & ingenita [ſiue natiua] malitia ipſorum. Neque vnquã fo. &c. καὶ ὅτι οὐ μὴ ἀλλαγῇ ὁ λογισμὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. & quòd non mutaretur cogitatio eorum in perpetuum. Eorum enim voluntas in impietate ita erat obfirmata, vt ad timorem ipſius Dei reuocari nullo modo poſſet. 11 Quum ab initio, &c. σπέρμα γὰρ ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς, Semen enim erat maledictum ab initio. hoc eſt execrationi deuotum. Neque verò quenquam metuens, &c. οὐδὲ εὐλαβούμενός τινα ἐφ' οἷς ἡμάρτανον, ἄδειαν ἐδίδους. neque quenquam metuens, ob ea quæ peccauerunt veniam [ſiue impunitatem] dabas.

12 Quis enim *tibi* dicat, Quid egiſti? τίς γὰρ ἐρεῖ, τί ἐποίησας; Quis enim dicet, Quid feciſti? Aut quis ſe iud. opp. tuo? ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κρίματί σου. aut quis reſiſtet iudicio tuo? quis ſe opponet ac intercedet? Quis verò de, &c. τίς δὲ ἐγκαλέσει σοι τῶν ἐθνῶν ἀπολωλότων, ἃ σὺ ἐποίησας. quis verò accuſabit te, aut crimen intendet de gentibus quæ perierunt, quas tu feciſti? Aut inter. cont. &c. ἢ τίς εἰς κατάστασίν σοι ἐλεύσεται ἔκδικος κατὰ ἀδίκων ἀνθρώπων, aut quis in cõſtitutionem tibi veniet vindex aduerſus iniuſtos homines? vel, de iniuſtis hominibus. hoc eſt, quis conſtituetur iudex ac vindex, quum agetur cauſa hominum iniuſtorum vindicanda? Quis illud ius ac poteſtatem occupabit, quæ vnius Dei propria eſt? Mihi enim vindicta, dicit Dominus, ego retribuã. Et ſtatim ſubiungitur, Neque enim alius eſt Deus præter te. Legitur etiam εἰς κατάστασιν. 13 Neque enim alius, &c. οὔτε γὰρ Θεός ἐστι πλὴν σοῦ, ᾧ μέλει περὶ πάντων. Neque enim eſt Deus præter te, qui curam habes omnium.

″quo te oſtendis non iniuſtè iudicare.

14 ″Neque eſt Rex, aut tyrannus, qui intueri contra te poſſit, cauſa eorum de quibus tu pœnas ſumpſeris.

15 Iuſtus autem quum ſis, iuſtè gubernas omnia: ″eum qui nullam ſit meritus pœnam cõdemnare, exiſtimans alienũ tua poteſtate.

16 Nam robur tuum iuſtitiæ principiũ eſt, ″& quòd omnibus dominaris, ex eo adduceris vt parcas omnibus.

17 ″Quũ enim fides tibi abſolutæ tuæ potentiæ non habetur, quãtum valeas oſtendis, ″& ſapientum audaciam redarguis.

18 ″Sed tamen tu potentiæ dominator, in æquitate iudicas, ″ſummáque cum indulgentia nos gubernas: quoniam poſſe, quum volueris, præſto tibi eſt.

Dat Deus locũ pœnitentiæ.

19 Per huiuſmodi autem opera docuiſti populum tuum, quòd iuſtum oportet eſſe humanum: ″ac filios tuos in bonam ſpem induxiſti, quòd in peccatis, pœnitentiæ locum das.

20 ″Etenim ſi inimicos puerorum tuorum, mortémque commeritos, tanta cum attentione ac obteſtatione puniuiſti, dans illis tempus & locum quo à malitia recederent:

21 ″Quãta cum moderatione filios tuos iudicaſti, ″quorum patribus iuramenta, pactáque dediſti bonarum promiſſionum?

22 ″Quũ ergo nos caſtigas, infinitis partibus grauius flagellas inimicos noſtros: ″vt cum ſolicitudine bonitatem tuam iudicemus, ″iudicati autem miſericordiam expectemus.

23 ″Idcirco iniuſtos etiam homines, qui vitam cum ignorãtia degerunt, per ſuas ipſorum abominationes excruciauiſti.

24 ″Nam longius viis erroris errauerunt, deos exiſtimantes etiam

quoniam non iniuſtè iudicaſti iudicium.

Neque Rex, neque tyrannus in cõſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti.

Quum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas, & exterum æſtimas à tua virtute.

C

Virtus enim tua, iuſtitiæ initiũ eſt: & ob hoc quòd omniũ Dominus es, omnibus te parcere facis.

Virtutẽ enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute cõſummatus, & horum qui te neſciunt, audaciam traducis.

Tu autem dominator virtutis, cũ tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi, quum volueris, poſſe.

Docuiſti autem populum tuũ per talia opera, quoniam oportet iuſtũ eſſe & humanum: & bonæ ſpei feciſti filios tuos quoniã das locum in peccatis, pœnitentiæ.

Si enim inimicos ſeruorum tuorũ, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, & liberaſti, dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia:

Cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dediſti bonarum promiſſionum?

D

Quum ergo das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas: vt bonitatem tuã cogitemus iudicãtes: & quum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiam tuam.

Vnde & illis qui in vita ſua inſenſatè & iniuſtè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta.

Suprà 11.c.16 rom.1.c.23

[Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æſtimantes hæc quæ

Quo te oſtendis, &c. ἵνα δείξῃς ὅτι οὐκ ἀδίκως ἔκρινας, vt oſtendas quòd rectè iudicaſti. hoc eſt, hac cura & prouidentia rerum omnium, ſummam iudiciorum tuorum æquitatẽ declaras. 14 Neque eſt rex, &c. οὔτε βασιλεὺς ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι περὶ ὧν ἐκόλασας. Neque Rex, aut tyrannus intueri contra te poterit de iis quos tu punieris. Eſt autem ἀντοφθαλμεῖν τινὶ, aſpectum contra aliquem torquere, atque oculos coniicere. ſunt autem oculi indices animi aut irati ac indignantis, aut amici ac fauentis: ita pro reſiſtere corã &(vt vulgò dicunt) in faciem, accipitur. 15 Eum qui nullã, &c. αὐτὸν μὴ ὀφειλόμενον κολασθῆναι καταδικάσαι ἀλλότριον ἡγούμενος τῆς σῆς δυνάμεως, Eum qui non debet puniri condemnare, exiſtimans alienum à tua potentia. hoc eſt, iudicans indignum tua ſumma poteſtate, condemnare innocentem qui nullam pœnam commeruit. 16 Et quòd omnibus, &c. καὶ τὸ πάντων σε δεσπόζειν, πάντων φείδεσθαι ποιεῖ, ac omnibus te dominari, omnibus parcere te facit. Hoc eſt, tuus in omnia dominatus facit vt ignoſcas omnibus. Inter homines ſumma poteſtas plerunque cum maxima acerbitate conjungi ſolet. Summum autem tuum imperium ſumma lenitate & miſericordia temperatum eſt: vt quo plus poſſis, eo mitius ac clementius in creaturas tuas te geras. vt inquit Poeta, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

17 Quum enim fides, &c. ἰσχὺν γὰρ ἐνδείκνυσαι ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι, Robur enim oſtendis, quum non crederis in potentiæ perfectione. Hoc eſt, quum non exiſtimaris ac crederis, ſumma & perfecta pollere potentia, vim tuam ac ſummam poteſtatem declaras in eos qui eam nolunt agnoſcere. Et ſapientum audaciam redarg. καὶ ἐν τοῖς εἰδόσι θράσος ἐξελέγχεις. & in ſcientibus, audaciam redarguis. hoc eſt, intelligentium ac ſapientium huius mundi ſuperbam perſuaſionem reprehendis & confundis.

18 Sed tamen tu potentiæ, &c. σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, Tu autem dominans potentiæ, in æquitate iudicas. hoc eſt ampliſſimum imperium tuum cum æquiſſimo iudicio coniunctum eſt. Summáque cum indulg. nos gubernas: καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς. & cum multa parcitate [hoc eſt indulgentia, ſiue ignoſcentia] gubernas nos. Eſt enim nomẽ φειδὼ à verbo φείδομαι, quo ſæpe iam eſt vſus pro ignoſcere, parcere, ac miſerari. itaque accipitur hic pro clementia & miſericordia.

19 Ac filios tuos, &c. καὶ εὐέλπιδας ἐποίησας τοὺς υἱούς σου, ὅτι δίδως ἐπὶ ἁμαρτήμασιν μετάνοιαν. & bonæ ſpei feciſti filios tuos [ſiue bonam ſpem das filiis tuis] quòd in peccatis pœnitentiæ locũ concedis. εὐέλπιδες enim dicũtur qui optima ſunt ſpe, quemadmodum ἀνέλπιδες, qui nullã ſpem habent, ſiue qui deſperant. 20 Etenim ſi inimicos, &c. εἰ γὰρ ἐχθροὺς παίδων σου, καὶ ὀφειλομένους θανάτῳ μετὰ τοσαύτης ἐτιμωρήσω προσοχῆς καὶ δεήσεως. Si enim inimicos ſeruorum tuorum & debitos morti, cum tanta vindicaſti [ſiue vltus es] attentione ac obteſtatione. ὀφειλομένους θανάτῳ appellat eos, qui ea commiſerunt, ob quæ meritas ac debitas mortis pœnas luere debent.

21 Quanta cum moderatione, &c. μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου, Cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos. ἀκρίβεια enim accipitur hîc pro accurata & attẽta conſideratione, quæ negligentiæ, iracundiæque temerariæ, atque incõſideratæ opponitur. Eſt enim ira præceps ad ſuppliciũ ſumẽdũ: ea verò temeritas cupiditáſque vindictæ, in Deũ nullo modo cadit. itaque ego ἀκρίβειαν moderationẽ verti. Quorum patribus, &c. ὧν τοῖς πατράσιν ὅρκους καὶ συνθήκας ἔδωκας ἀγαθῶν ὑποσχέσεων. quorum patribus iuramenta, & conuentiones dediſti bonarum promiſſionum. 22 Quum ergo nos caſtigas, &c. flagellas inim. n. ἡμᾶς οὖν παιδεύων, τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς, Ad verbum, Nos igitur caſtigans, in mille flagellas inimicos noſtros. hoc eſt, infinitò grauius quàm nos, illos affligis. Hìc opponũtur παιδεύειν diſciplina paterna caſtigare liberos, & μαστιγοῦν flagellis cædere. Vt cum ſolicitudine bonitatem tuam iud. ἵνα σου τὴν ἀγαθότητα μεριμνῶμεν κρίνοντες, vt tuam bonitatem ſolicitè cogitemus iudicantes. hoc eſt ſumma cum cura meditemur ac conſideremus. Hæc enim cogitatio ac recordatio bonitatis Dei cognitæ, in fiducia Dei, timoréque nos continet. Iudicati autem miſericordiam expectemus. κρινόμενοι δὲ προσδοκῶμεν ἔλεος. iudicati autem ſperemus miſericordiam. Hoc loco κρινόμενοι paſſiuè accipitur alia ſignificatione, quàm antè actiué. Sic Paulus 1. Corin. 11. g. 32, hac verbi ſimilitudine in diuerſa ſignificatione vſus eſt, εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα, κρινόμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ κυρίου παιδευόμεθα, Nã ſi nos ipſos diiudicaſſemus, nequaquam iudicati fuiſſemus: quum autem iudicamur, à Domino corripimur. 23 Idcirco iniuſtos etiam homines, &c. ὅθεν καὶ τοὺς ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντας διὰ τῶν ἰδίων ἐβασάνισας βδελυγμάτων. Vnde & eos qui in inſipientia vitæ vixerunt, excruciauiſti per ſuas ipſorum abominationes.

24 Nam longius viis erroris err. καὶ γὰρ τῶν πλάνης ὁδῶν μακρότερον ἐπλανήθησαν. Quidam ita vertũt, Nã per incerta viarũ longius aberrauerunt. Ego autem puto hyperbolicam loquutionem qua plerunque vtimur, quum augere aliquid volumus: vt ſi diceremus, ſtultitia ſtultior, ſapientia ſapientior. ita hoc in loco dicit, viis erroris longius errauiſſe Iſraelitas, cum relicto vero cultu Dei, ſuperſtitionibus gentium ſe implicarunt ac polluerunt: quaſi ita velit dicere, eos longius in errore progreſſos eſſe, quàm viæ erroris ducerent.

in animalibus ſunt ſuperuacua, infantium inſenſatorum more viuentes.

Propter hoc tanquam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti.

Qui autem ludibriis increpationis non ſunt correpti, dignum Dei iudicium experti ſunt.

In his enim quæ patiebātur, moleſtē ferebāt, in quibus patientes indignabātur, ꝑ hæc quos putabāt deos, in ipſis, quū exterminarētur vidētes, illū quem olim negabant ſe noſſe, verum Deū agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet ſuper illos. Cap. XIII.

Rom.1.c.19

VAni autē ſunt omnes homines, in quibus nō ſubeſt ſcientia Dei: & de his quæ videntur bona, nō potuerūt intelligere eum qui eſt: neque operibus attendētes agnouerūt quis eſſet artifex:

Deut.4.c.19, & 17.a.3

Sed aut ignē, aut ſpiritū, aut citatū aerē, aut gyrum ſtellarū, aut nimiā aquam, aut ſolem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt.

Quorū ſi ſpecie delectati deos putauerunt: ſciant quanto his dominator eorū ſpecioſior eſt: ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.

Aut ſi virtutem, & opera eorū mirati ſunt: intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis.

A magnitudine ẽm ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator horum videri.

B

Sed tamen adhuc in his minor eſt querela: & hi enim fortaſſe errant Deū quærentes, & volentes inuenire:

Rom.1.c.21

Etenim cū in operibus illius conuerſentur, inquirūt: & perſuaſum habent quoniā bona ſunt quæ vidētur.

Iterum autē nec his debet ignoſci.

quaſdam infames inimicorum animantes, ″falſi in modū infantium ſtolidorum.

25 ″Quamobrem illis, vt pueris ratione carentibus, iudicium in ludibrium miſiſti.

26 ″At illi probroſis ludificationibus non emendati, dignum Dei iudicium experientur.

27 ″Nam in quibus ipſi patientes indignabantur, in his quum viderent ſe puniri, quos arbitrabantur deos, eum quem negabant olim ſe noſſe, verum agnouerunt Deum: quamobrem extrema etiam in eos condemnatio ſuperuenit. Cap. XIII.

1 ETenim vani ſūt omnes homines natura, ″in quibus ineſt ignoratio Dei, ″& qui ex iis, quæ ſpectantur, bonis, eum qui eſt, nō potuerunt intelligere, ″neque ex operibus conſideratis *ipſum* opificem agnouerunt:

Vanos eos eſſe oſtēdit, qui Deū ex ipſius operib⁹ non poſſunt cognoſcere.

2 Sed aut ignē, ″aut ventū, aut celerē aerem, aut aſtrorū orbē, aut violētā aquā, aut lumina cæli, ″rectores mūdi deos eſſe putauerūt.

3 ″Quorum quidem pulchritudine delectati, ſi *illa* deos exiſtimarunt, intelligere debuerunt, quanto horum Dominus præſtantior eſt: ″quandoquidem pulchritudinis author creauit ea.

Creator per creaturas cognoſcēdus.

4 Sin potētiam atque efficaciam ſunt admirati: ex eiſdem animaduertere, quanto eſt potentior is qui ea effecit.

5 ″Siquidem ex pulchritudinis rerúmque creatarum excellentia cum iis collatus, eorum effector ſpectatur.

6 ″Veruntamen in his paruam mereantur reprehenſionem, ″qui ſtudio quærendi Deum & inueniendi fortaſſe errant:

7 ″Etenim in operibus eius verſantur perſcrutandis, ″fidéque oculis facta perſuadētur, ″quoniā præclara quæ ſub aſpectū veniunt.

8 ″Sed ne hoc quidem modo ſunt venia digni.

Falſi in modum infantium ſtolidorum. νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευσθέντες. infantium more ſtultorum decepti. δίκην enim hoc loco pro inſtar accipitur: & ſubaudiendum eſt κατ' per ἔκλειψιν, quaſi dicas ſecundum modum, aut morem, in modum puerorum ſtolidorum decepti. 25 Quamobrem illis, vt pue. &c. διὰ τοῦτο ὡς παισὶν ἀλογίστοις τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἔπεμψας. Propterea vt pueris ratione carentibus iudicium in deriſum miſiſti. 26 At illi probroſis ludificationibus non emend. οἱ δὲ παιγνίοις ἐπιτιμήσεως μὴ νουθετηθέντες, Illi autem ludibriis increpationis [ſiue obiurgationibus] nō correcti. 27 Nam in quibus, &c. ἐφ' οἷς γὰρ αὐτοὶ πάσχοντες ἠγανάκτουν, ἐπὶ τούτοις, οὓς ἐδόκουν θεοὺς, ἐν αὐτοῖς κολαζόμενοι ἰδόντες, ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι, Θεὸν ἐπέγνωσαν ἀληθῆ. In quibus enim ipſi patiētes indignabātur, in his quos putabant deos, in ipſis puniri videntes, quem olim negabant noſſe, Deum agnouerunt verum. Comprehenſio huius ſententiæ eſt aliquātum implicata: ſed ſi diſtinguatur eo modo quo ego verti, ſenſus erit facilis. Significat enim Iſraelitas idololatras pœnas dediſſe ſuæ impietatis contumacis, in hiſque Deum agnouiſſe ſine vlla conuerſione: itaque concludit extremam cōdemnationem in eos delapſam eſſe.

IN CAPVT XIII.

1 In quibus ineſt ignoratio Dei, οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία, quibus adeſt Dei ignorantia. qui Deum non cognoſcunt, ſed in eius ignoratione verſantur. Et qui ex iis, quæ ſpectantur, &c. καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα, & ex his, quæ videntur, bonis non potuerunt intelligere eum qui eſt. Paulus ad Romanos 1.c.20, dicit τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ καθορᾶται νοούμενα τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ. hoc eſt quæ non ſunt aſpectabilia Dei, ſpectari dum conſiderantur ex eius operibus. Author enim ac effector ex rebus tot & tantis quas effecit cognoſcitur. Neque ex operibus, &c. οὔτε τοῖς ἔργοις προσέχοντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην. neque operibus attendentes [aut, quū operibus attendiſſent] agnouerūt artificem. Eſt προσέχειν τινὶ ſumma cum attentione ac cogitatione verſari in re aliqua cognoſcenda & quærenda. & προσοχὴ attenta cura & cogitatio appellatur. 2 Aut ventum, aut celerem, &c. ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, ἢ κύκλον ἄστρων, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut circulum aſtrorum. Rectores mundi deos eſſe putauer. πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν. gubernatores mundi deos eſſe putauerunt. Attribuerunt enim creaturis eam vim ac poteſtatem, quæ vnius Dei propria eſt, honorémque diuinitatis cum illis communicauerunt. 3 Quorum quidem pulchritudine, &c. ὧν εἰ μὲν καλλονῇ τερπόμενοι, θεοὺς ὑπελάμβανον, γνώτωσαν πόσῳ τούτων ὁ δεσπότης ἐστὶ βελτίων, Quorum ſi quidem pulchritudine delectati, deos putauerunt, ſciant quanto his [aut horum] Dominus eſt melior. Nā τούτων pronomen genitiui caſus, vel ad Dominus, vel ad Melior referri poteſt. γνώτωσαν autem poteſt reſolui in præteritum, cognoſcere potuerunt. Quandoquidem pulchritu. &c. ὁ γὰρ τοῦ κάλλους γενεσιάρχης ἔκτισεν αὐτά. Nam pulchritudinis generandæ author [aut princeps] creauit ea. Eſt enim γενεσιάρχης author rei alicuius, generator, à quo origo rei alicuius exiſtit, vnde aliqua res oritur. 5 Siquidem ex pulchrit. &c. ἐκ γὰρ μεγέθους καλλονῆς, καὶ κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Nam ex magnitudine pulchritudinis ac creaturarum proportione conditor horū conſpicitur. ſiue cernitur. ἀναλόγως Deum dicit cognoſci comparatum proportione quadam cum creaturis: vt propoſita collatione mens ex hac pulchritudine creaturarum quæ ſub ſenſum cadit, aliam creatoris multo præſtantiorem intelligat. Eſt enim ἀναλογία hoc loco cōparatio inſtituta à minoribus ad maius. 6 Veruntamen in his paruam, &c. ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τούτοις ἐστὶ μέμψις ὀλίγη, Sed tamen in his reprehenſio parua eſt. pro, parua ſit reprehenſio. videtur enim quædam forma conceſſionis, qua hanc philoſophorum culpam extenuat, vt aliam inferat. Qui ſtudio quærendi, &c. καὶ γὰρ αὐτοὶ τάχα πλανῶνται Θεὸν ζητοῦντες καὶ θέλοντες εὑρεῖν. etenim ipſi forſitan errant, Deum quærentes ac volentes inuenire. Ego pronomen ὑποτακτικὸν relatiuum poſui pro particula rationali, qui ſtudio quærendi. aut, vt qui ſtudio quærendi. hoc eſt quippe qui ſtudio. 7 Etenim in operibus, &c. ἐν γὰρ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀναστρεφόμενοι διερευνῶσιν, Nam in operibus eius verſantes perſcrutantur. hoc eſt, in operibus eius inquirendis occupati ſunt. Fidéque oculis facta perſ. καὶ πείθονται τῇ ὄψει, & credunt [ſiue obtemperant] viſui. oculiſque obſequuntur, ac aſſentiuntur. Quoniam præclara, quæ ſub aſpe. ven. ὅτι καλὰ τὰ βλεπόμενα. quoniam pulchra [ſubaudias ſunt] quæ videntur. aut cernuntur.

8 Sed ne hoc quidem modo ſunt venia digni. πάλιν δὲ οὐδ' αὐτοὶ συγγνωστοί. Iterum autem neque ipſi venia digni. hoc eſt, ne hac quidem excuſatione ſtudii ſummæque voluntatis, veniam merentur.

9 ′Si enim tantam habuerunt intelligendi facultatem,″vt mundum poſſent coniectura capere, quomodo Dominum horum nō potius inuenerunt?

Infœlicitas idololatrarum.

10 ″Infœlices autē, atque in rebus mortuis ſpem ſitā habentes, qui manuum humanarum opera, aurum, & argentum ″arte fabrefactum, atque ſimulachra animalium, aut lapidem, inutile manus opus antiquæ, deos appellauerunt.

11 ″Aut ſiquis faber materiarius ″arboris ad opus parabilis ſuccisæ ′omnem circà corticem eius ſcitè deſtrinxit, ′concinnéque fabricatus opus effecit ad vſum vitæ accommodatum:

12 ″Reciſamētis verò operis ad cibum parandum cōſumptis, expletus eſt.

13 ″Reſectum inde nullius vſus tortuoſum truncum, ramíſque nodoſum ſumpſit, ″accuratéque per otiū ſculpſit, ″ac pro intelligentia ſua peritè eum formauit, ″adeóque hominis figurauit effigie:

14 ″Aut animalis cuiuſpiam vilis ſimulachrū effinxit: ′deinde minio & fuco deliniens, rubeum eius colorem effecit, ″atque omnē quæ in eo erat, maculam obduxit.

15 ″Tum in extructo ad id domicilio digno, collocauit ad parietē, ferróque firmauit:

16 ″Atque ita quidem ille ne caderet, huic proſpexit: ſciēs illud nō poſſe ſibi ipſum opitulari, ″quū ſimulachrū ſit, & opis indigum:

In cultores idolorum.

17 ″Poſtremò pro poſſeſſionibus, pro nuptiis, & pro liberis preces adhibens, non veretur inanimum alloqui.

9 Si enim tantum potuerunt ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?

10 Infœlices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerūt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquæ.

11 ¦Aut ſiquis artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte ſua vſus diligenter fabricet vas vtile in conuerſationem vitæ:

Eſaiæ 44.b.12 ierem.10.a.3

C

12 Reliquiis autē eius operis ad præparationem eſcæ abutatur.

13 Et reliquum horū, quod ad nullos vſus facit lignum curuum, & verticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet illud imagini hominis,

14 Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo eſt perliniens:

15 Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, confirmās ferro,

16 Ne fortè cadat, proſpiciēs illi: ſciēs quoniā nō poteſt adiuuare ſe: imago enim eſt, & opus eſt illi adiutorium.

D

17 Et de ſubſtātia ſua, & de filiis ſuis, & de nuptiis votū faciēs inqrit: nō erubeſcit loqui cū illo qui ſine aīa eſt.

9 Si enim tantam, &c. εἰ γὰρ τοσοῦτον ἴσχυσαν εἰδέναι, Si enim tantum potuerunt ſcire. Quidam vertunt, Si enim eò potuerunt penetrare cognitionis. Sed quia ſequitur ſtatim verbum, Vt poſſent: malui vertere ἴσχυσαν εἰδέναι, tantam facultatem, aut vim intelligendi habuerūt. Valuerūt enim ingenio, quo mundum omnéſque eius partes poſſent quodam modo comprehendere. Itaque vt ingrati, hoc loco accuſantur, ſicut à Paulo ad Romanos cap.1.c.19. Vt mundum poſſent coniectura capere, ἵνα δύνωνται στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα, vt poſſent coniectura conſequi ſeculum. hoc eſt mundum coniectura ingeniique ſolertia comprehendere.

10 Infœlices autem, &c. ταλαίπωροι δὲ καὶ ἐν νεκροῖς αἱ ἐλπίδες αὐτῶν, Infœlices autem, & in mortuis [aut inter mortuos] ſpes ipſorum. Sed videtur νεκρὰ nominare idola, in quibus nulla eſt vita, aut vitæ ſenſus aliquis ac motus: quemadmodum muta & ſurda, atque omni ſenſu motúque carentia ab Spiritu ſancto ſæpe deſcribuntur: itaque, In rebus mortuis ſpem habentes, verti. Arte fabrefactum, τέχνης ἐμμελέτημα, artis meditationem. hoc eſt, opus ſumma arte ex cogitatum atque elaboratum. Paulus Act.17.g.29, vocat χάραγμα τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, effigiem ab homine artificioſè excogitatam ac expreſſam. Ita hìc opus ab arte ingenióque hominis profectum, accuratéque effectum, ἐμμελέτημα appellatur. 11 Aut ſiquis faber materiarius εἰ δὲ καί τις ὑλοτόμος τέκτων Si autem etiam quis cædens materiam. ſiue cæſor materiæ. Ita enim appellatur qui parat materiam ad opus aliquod. Arboris ad opus parabilis ſuccisæ εὔπικτον φυτὸν ἐκπρίσας, quum arborem aptam [aut accōmodatam ſecuerit] Ita enim melius legitur εὔπικτον, quàm quod in quibuſdam codicibus εὔπηκτον per η. illud enim ſignificat id quod eſt factu facilè, tractabile, aut (vt verti) parabile, quod manu & arte elaborari poteſt. Omnem circà corticem eius ſcitè deſtrinxit, περιέξυσεν εὐμαθῶς πάντα τὸν φλοιὸν αὐτοῦ, circumraſit ſcienter omnem corticem eius. hoc eſt, detraxit vel amputauit circunquaque corticem eius. Concinnéque fabricatus opus effecit ad vſum vitæ accommodatū: καὶ τεχνησάμενος εὐπρεπῶς κατεσκεύασε χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς, & arte vſus [ſiue arte adhibita] decorè [aut politè] parauit vas vtile in miniſterium vitæ. τεχνᾶσθαι ſignificat artem adhibere, aut artificioſè in aliqua re elaborare: σκεῦος autem εἰς ὑπηρεσίαν vocat, quod Paulus 2.Timoth.2.d.21, τὸ σκεῦος εὔχρηστον εἰς ἔργον dicit, hoc eſt vas ad opus accommodum, aut aptum. 12 Reciſamentis verò operis ad cibum, &c. τὰ δὲ ἀποβλήματα τῆς ἐργασίας εἰς ἑτοιμασίαν τροφῆς ἀναλώσας ἐνεπλήσθη, Reiectamenta verò operis, quū in præparationem eſcæ conſumpſit, expletus eſt. ἑτοιμασίαν τροφῆς ignem intelligit, quo cibus coquitur, ac paratur: atque ita artifex cibo apparato exatiatur. hoc eſt (vt dicit) ἐνεπλήσθη.

13 Reſectum inde nullius vſus tortuoſum truncum, &c. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπόβλημα εἰς οὐθὲν εὔχρηστον, ξύλον σκολιὸν, καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς λαβὼν, quod autem ex illis reiectum [hoc eſt relictum eſt] ad nihil vtile lignum incuruum, ac ramis nodoſum accepit. Accuratéque per otium ſculpſit, ἔγλυψεν ἐν ἐπιμελείᾳ ἀργίας αὐτοῦ, ſculpſit in diligentia otii ſui. hoc eſt ſumma cura & diligentia, quam otio abundans adhibere potuit. otioſus enim artifex melius polire potuit, quàm occupatus. Ac pro intelligentia ſua peritè eum formauit, καὶ ἐμπειρίᾳ συνέσεως ἐτύπωσεν αὐτό, & peritia intelligentiæ figurauit illud. videlicet lignum, ſiue eum truncum. Quædam exemplaria habent ἀνέσεως vacationis, Et in peritia vacationis. quemadmodum dixerat, In diligentia otii. vt ſignificet eum ſumma & diligentia & artis experientia in maximo otio vſum fuiſſe. vtraque lectio extare poteſt. ἐτύπωσεν dicit pro informauit. hoc eſt, in eo formam figurámque inſculpſit.

Adeóque hominis figurauit effigie: ἀπείκασεν αὐτὸ εἰκόνι ἀνθρώπου. ſimulauit [ſiue ſimilauit] illud imagini hominis. hoc eſt, effinxit in eo imaginem hominis. εἰκὼν enim eſt imago. Inde ἀπεικάζειν τινὶ, Latinè ſimulare alicui. inde ſimulachrum, effigies ad ſimilitudinem alicuius expreſſa dicitur. 14 Aut animalis cuiuſp. vilis ſimulach. effin. ἢ ζώῳ τινὶ εὐτελεῖ ὡμοίωσεν αὐτό, Aut animali alicui vili ſimulauit [ſiue ſimile effecit] illud. Deinde minio & fuco deliniens, &c. καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθρήνας χρόαν αὐτοῦ, deliniens minio, & fuco rubrum faciens colorem eius. ſiue inducto rubore in vultu eius. Eſt enim ἐρυθρήνας participium præteriti temporis, ab ἐρυθραίνω rubefacio.

Atque omnem quæ in eo erat, maculam obduxit. καὶ πᾶσαν κηλῖδα τὴν ἐν αὐτῷ καταχρίσας. & omnem, quæ in eo erat, maculam perliniens. ſiue perlita, aut obducta omni in eo macula. eſt enim participium etiam præteriti temporis.

15 Tum in extructo ad id domicilio, &c. καὶ ποιήσας αὐτῷ αὐτοῦ ἄξιον οἴκημα, ἐν τοίχῳ ἔθηκεν αὐτὸ ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ. Et facta ei ipſo digna ædicula [hoc eſt ſacello extructo pro dignitate ipſius] in pariete poſuit illud, ſtabiliens ferro. ſiue ſtabilitum, aut firmatum ferro.

16 Atque ita quidem ille ne caderet, &c. ἵνα μὲν οὖν μὴ καταπέσῃ, προενόησεν αὐτοῦ, Itaque ne decideret, prouidit ei. Eſt enim hæc irriſio idolorum, eadem propè quæ eſt apud Eſaiam cap.44.b.12. Quum ſimulachrum ſit, &c. καὶ γάρ ἐστιν εἰκὼν, καὶ χρείαν ἔχει βοηθείας. eſt enim imago, & opus habet auxilio. 17 Poſtremò pro poſſeſſionibus, &c. περὶ δὲ κτημάτων καὶ γάμων αὐτοῦ καὶ τέκνων προσευχόμενος οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλεῖν. ac pro poſſeſſionibus, & nuptiis ſuis, & liberis orans [ſiue vota nuncupans] non veretur inanimatum alloqui. ſiue inanimo verba facere, aut inanimum affari.

18 Et pro ſanitate quidem infirmũ deprecatur, & pro vita rogat mortuũ, & in adiutorium inutilem inuocat:

19 Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euẽtu, petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis.

Cap. XIIII.

1 ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portãte ſe fragilius lignum inuocat.

2 Illud enim cupiditas acquirẽdi excogitauit, & artifex ſapientia fabricauit ſua.

Exod.14.e.21

3 Tua autem, Pater, prouidentia gubernat: quoniã‖ dediſti & in mari viã, & inter fluctus ſemitã firmiſſimam,

4 Oſtendẽs quoniam potens es ex omnibus ſanare, etiamſi ſine rate aliquis adeat mare.

5 Sed vt non eſſent vacua ſapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt.

Gen.6.a.4, & 7.b.10

6 ‖Sed & ab initio quum perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens, remiſit ſeculo ſemẽ natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.

7 Benedictum eſt enim lignum, per quod fit iuſtitia.

Pſal.115.b.8 baruch 6.a.3

8 ‖Per manus autem quod fit idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt, illud autem quum eſſet fragile, deus cognominatus eſt.

Pſal.5.a.7

9 ‖Similiter autem odio ſũt Deo, impius & impietas eius.

10 Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit, tormenta patietur.

18 ′Et nunc pro valetudine inuocat infirmum, ′nũc pro vita mortuum orat, ″nunc pro auxilio ſupplicat imperitiſſimo:

19 ″Pro itinere verò faciẽdo eum appellat qui ne gradum quidem facere poteſt: ″ad quæſtum denique, ad opus faciẽdum, ad manuũ ſucceſſum, ab ignauiſſimo nauitatem poſtulat.

Cap. XIIII.

1 R″Vrſum alius adornãs nauigationem, ″& per feros fluctus curſum inſtituens, ″ſe vehẽte nauigio putridius lignũ implorat.

2 ″Nam illud quidem quæſtus cupiditas excogitauit, & artifex fabricauit ſapientia.

3 ″At tua, Pater, prouidẽtia gubernat: ′quippe qui etiam per mare viam, & per fluctus tutum iter dederis,

4 ″Oſtendens quòd omni ex loco potes incolumẽ præſtare, etiam ſiquis nulla arte adiutus conſcenderit.

5 Neque tamen vis opera ſapiẽtiæ tuæ eſſe otioſa: ″quapropter homines ſuam ligno perquam exiguo vitam committunt, ″maríque tempeſtuoſo nauicula tranſmiſſo ſunt conſeruati.

6 Nam initio quum ſuperbi perirent gigantes, ″ſpes mundi in nauigio perfugium nacta, tua manu gubernata ſemen genitale æuo reliquit.

7 Benedictum enim lignum, ′per quod iuſtitia exiſtit.

8 ″Manu verò factum eſt maledictum tam ipſum, quàm eius fabricator: ″hic, vt operis author: illud, vt nomen Dei, quũ obnoxiũ ſit corruptioni, adeptum.

Idolũ maledictũ & fabricator ei⁹.

9 ″Nam peræquè inuiſi Deo ſunt, impius eiúſque impietas.

10 ′Etenim opus vnà cum ipſo opifice pœnam ſubibit.

18 Et nunc pro valetudine, &c. καὶ περὶ μὲν ὑγιείας τὸ ἀσθενὲς ἐπικαλεῖται, Et pro valetudine quidem infirmum inuocat. Sunt enim hoc loco μὲν & δὲ particulæ diſtributiuæ, quales apud Latinos ſunt, quidem, autem, verò, quæ non ineptè redduntur per particulas temporis, nunc, interdum, & ſimiles. Nunc pro vita mortuum orat, περὶ δὲ ζωῆς τὸ νεκρὸν ἀξιοῖ, pro vita autem mortuum rogat. Hoc enim ἀξιοῦ ſignificat ſuppliciter aliquid petere ac poſtulare. inde ἀξίωσις huiuſmodi poſtulatio nominatur. Nunc pro auxi. ſuppl. &c. περὶ δὲ ἐπικουρείας τὸ ἀπειρότατον ἱκετεύει. pro auxilio verò, inexpertiſſimo ſupplicat. Nã huiuſmodi qui nihil vnquam ſunt experti, nõ poſſunt affici aliorũ incommodis: ſicut Dido Vergiliana dicit, Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Et Apoſtolus ad Hebræos 2.d.18, dicit, Chriſtum tentatum per omnia, vt noſtras expertus infirmitates, noſtris miſeriis condoleſcat. Quidam τὸ ἀπειρότατον vertunt Inopi, ita vt ab inope opem petat: ſed nomen Græcum idolum nulla experientia ac vſu rerum præditum ſignificat: quòd nihil intelligat, ſentiat, animaduertat.

19 Pro itinere verò faciendo, &c. περὶ δὲ ὁδοιπορείας τὸ μηδὲ βάσῃ χρῆσθαι δυνάμενον, Pro profectione autem ſuſcipienda [ſiue itinere, ſubaudi Supplicat ei] quod ne greſſu quidem vti poteſt. hoc eſt quod nullum habet motũ aut vim ambulandi. vt eſt in Pſalmo 115.b.7, Pedes habẽt, & non ambulãt. Ad quæſtum denique, &c. περὶ δὲ πορισμοῦ καὶ ἐργασίας, καὶ χειρῶν ἐπιτυχίας τὸ ἀδρανέστατον ταῖς χερσὶν εὐδράνειαν αἰτεῖται. pro quæſtu autem & opere, & manuum ſucceſſu, ab ignauiſſimo manibus vim [aut facultatem] poſtulat.

IN CAPVT XIIII.

1 Rurſum alius adornans nauigationem, πλοῦν πάλιν τις στελλόμενος, Rurſum quis nauigare parans. accingens aut comparans ſe ad nauigandũ, aut nauigationem ſuſcipiens. Et per feros fluctus curſum inſtit. καὶ ἄγρια μέλλων διοδεύειν κύματα, & feros pertrãſiturus fluctus. hoc eſt, mare procelloſum, ſæuũ, ac periculoſum nauigaturus, aut decurſurus. Se vehente nauigio putridius lignũ implorat. τοῦ φέροντος αὐτὸν πλοίου σαπρότερον ξύλον ἐπιβοᾶται. nauigio ipſum portãte putrius lignum inclamat. hoc eſt, magno clamore inuocat ſimulachrum ligneum vitioſius ac corruptius eo nauigio quo ipſe per mare deportatur. 2 Nam illud quidem quæſtus cupidit. &c. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὄρεξις πορισμῶν ἐπενόησε, τεχνίτις δὲ σοφία κατεσκεύασεν. Nam illud quidem lucrorum cupiditas [hoc eſt quærendæ rei ratio] excogitauit, artifex autem ſapientia confecit. Quæſtus enim homines excitauit vt illud ſibi cõpararent, quo ſua maritima negotia obire poſſent: ſed ſapientia artis magiſtra id effecit. 3 At tua, Pater, prouidentia gubern. ἡ δὲ σὴ πάτερ διακυβερνᾷ πρόνοια. Tua verò, Pater, gubernat prouidentia. Quippe qui etiam, &c. ὅτι ἔδωκας καὶ ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν, καὶ ἐν κύμασι τρίβον ἀσφαλῆ, quoniã dediſti & in mari viam, & in fluctibus iter tutum. Hoc videtur intelligendum de tranſitu maris rubri, in quo Iſraelitæ pedibus ſiccis iter fecerunt. 4 Oſtendens quòd, &c. δεικνὺς ὅτι δύνασαι ἐκ παντὸς σώζειν, κἂν ἄνευ τέχνης τις ἐπιβῇ, Oſtendens quòd ex omni ſeruare potes, etiamſi ſine arte quis aſcenderit. hoc eſt, nullo vſus nauigio ac arte nauigandi, mare ingreſſus ſit. Sed dictio ἐκ παντὸς accipi poteſt generaliter pro Ex omni loco vel periculo. Quidam vertunt Omnino, aut Omni modo: ſed mare & locum omnem videtur potius ſignificare. quocunque ex loco, aut mari: quanuis ſine vllo artis adiumento illud conſcenderit. 5 Quapropter homines, &c διὰ τοῦτο καὶ ἐλαχίστῳ ξύλῳ πιστεύουσιν ἄνθρωποι ψυχάς, propter hoc [aut propterea] minimo etiam ligno credũt homines animas. hoc eſt, vitam ac ſalutem ſuam exiguo nauigio committunt Marique tempeſtuoſo nauic. tran. &c. καὶ διελθόντες κλύδωνα σχεδίᾳ διεσώθησαν. & quũ trãſiiſſent tẽpeſtatem [aut mare procelloſum] rate ſeruati ſunt. σχεδία ſignificat ratem, nauigium, nauiculã. Cuius exiguitas oſtendit vim ſapientiæ, prudentiæque Diuinæ: quum tam paruo vaſe homines ex tam vaſto ac periculoſo mari incolumes euadũt. 6 Spes mũdi in nauigio, &c. ἡ ἐλπὶς τοῦ κόσμου ἐπὶ σχεδίας καταφυγοῦσα ἀπέλιπεν αἰῶνι σπέρμα γενέσεως τῇ σῇ κυβερνηθεῖσα χειρί. ſpes mundi quum ad ratem confugiſſet, reliquit ſeculo ſemen generationis, tua gubernata manu.

7 Per quod iuſtitia exiſtit. δι᾽ οὗ γίνεται δικαιοσύνη. per quod fit iuſtitia. aut, per quod iuſtitia exercetur. cuius vſus ad iuſtitiam colẽdam eſſe poteſt. 8 Manu verò factum eſt maledict. &c. τὸ χειροποίητον δὲ ἐπικατάρατον αὐτὸ, καὶ ὁ ποιήσας αὐτό. Ac manu factum maledictũ ipſum, & qui fecit illud. hoc eſt, execrandum tam ipſum lignum ad idololatriam comparatum ac politum, quàm ipſius artifex. ſed ſtatim eius rationem ſubiũgit. Hic, vt operis, &c. ὅτι ὁ μὲν εἰργάζετο, τὸ δὲ φθαρτὸν θεὸς ὠνομάσθη. quoniam hic quidem effecit, illud verò Deus nominatus eſt. 9 Nam peræquè ἐν ἴσῳ γὰρ, Nã ex æquo. 10 Etenim opus, &c. καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν σὺν τῷ δράσαντι κολασθήσεται. Etenim quod factum eſt, cum eo qui fecit, punietur. vtrunque pœnam ſuſtinebit, tam id quod ita effectum eſt, quàm effector operis.

11 Quamobrẽ in ſimulachra etiam gentium″inquiretur, quoniam ″in opificio Dei ad abominationẽ ſunt deformata, ″ad offenſionẽ animis hominum, ″ad laqueum pedibus inſipientiũ iniiciendum.

12 ″Initium enim ſcortandi, excogitatio ſimulachrorum eſt: atque eorundem inuentio, vitæ corruptela.

13 Neque enim erant ab initio, neque in æternum erunt.

14 ″Quippe hominum ambitione in mũdum ſunt introducta: ″& ideo celer eis interitus deſtinatus eſt.

Idôla vnde traxerint originẽ.

15 Nam acerbo luctu filii præmaturè erepti mœrens pater, effecta imagine iam antea mortuum hominem, nũc vt Deum colere cœpit, ″atque ſubditis ſuis ſacra ceremoniáſque tradidit.

16 ″Deinde progreſſu temporis inualeſcens impia cõſuetudo pro lege ſeruata eſt, ″mandatíſque tyrannorum effectum vt ſculptæ imagines religioſè colerentur.

17 ″Et quos præſentes ipſi homines honorare non poterãt, vt procul habitãtes, eorũ remotam faciem quum effinxiſſent, illuſtrem imaginem honorandi Regis effecerũt, ″vt abſentem tãquam præſentem ſtudioſè obſeruarent.

18 ″Porrò ad augendam ſuperſtitionem etiam ipſius artificis ambitio ignaros homines eſt adhortata.

19 ″Nam hic quidem Principi gratificari cupiens, quàm pulcherrimam potuit, effigiem arte expreſſit.

20 ″Multitudo verò allecta venuſtate operis, eũ qui paulo antè homo honore affectus fuerat, ″mox vt numen exiſtimauit.

21 ″Atque hoc vitæ inſidioſum fuit, ″quoniam homines cala-

11 Propter hoc & in idolis nationũ nõ erit reſpectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animis hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. B

12 Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuẽtio illorũ corruptio vitæ eſt.

13 Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

Deut.18.b.10 Iere.7.a.9,& 10.a.4

14 Superuacuitas enim hominum aduenit in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis eſt inuentus.

15 Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filii fecit imaginem: & illum qui tũc homo mortuus fuerat, nunc tanquã Deũ colere cœpit: & cõſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.

16 Deinde interueniente tẽpore, conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tãquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorũ imperio colebãtur figmẽta.

17 Et hos quos in palàm homines honorare non poterant, propter quòd lõgè eſſent, è lõginquo figura eorũ allata, euidẽtem imaginẽ Regis quem honorare volebant, fecerũt: vt illum qui aberat, tanquam præſentem colerent ſua ſolicitudine.

18 Prouexit autem ad horũ culturam & hos qui ignorabãt, artificis eximia diligentia.

19 Ille enim volens placere illi qui ſe aſſumpſit, elaborauit arte ſua, vt ſimilitudinem in melius figuraret. C

20 Multitudo autẽ hominum adducta per ſpeciem operis, eum qui ante tẽpus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum exiſtimauerunt.

21 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio,

Inquiretur, &c. ἐπισκοπὴ ἔσται, Ad verbum, viſitatio erit. hoc eſt, Dei iudicium exercebitur. nam ita Deus viſitare dicitur, quum in opera hominum animaduertit, quum rationem actæ vitæ exigit, ac ſe iudicem mundi eſſe oſtendit. In opif. Dei, &c. ἐν κτίσματι θεοῦ εἰς βδέλυγμα ἐγενήθη, in creatura Dei in abominationem facta ſunt. Lignum enim à Deo creatum eſt, non ad eum vſum vt homines illud tanquam Deum colerent, eique diuinitatis vim affingerent: itaque impiè creatura Dei abutuntur, qui eius opera cum ſumma creatoris contumelia peruertunt. Ad offenſionem animis hominum, καὶ εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων, & in ſcandala animabus hominum. aut, animarum hominum. hoc eſt ad offendendas animas hominũ, eáſque perdendas. Ad laqueum pedibus, &c. καὶ εἰς παγίδα ποσὶν ἀφρόνων. & in laqueum pedibus inſipientium. hoc eſt ad pedes imprudentium illaqueandos. His tribus nominibus inſignibus abominationis, ſcandali, laquei, deformat ſimulachra. 12 Initium enim ſcortandi, &c. ἀρχὴ γὰρ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων, εὕρεσις δὲ αὐτῶν φθορὰ ζωῆς. Initium enim fornicationis excogitatio idolorum [ſiue ſimulachrorum] inuentio autem illorum corruptio vitæ. Vſitatum eſt in Scripturis, idololatriam ſcortationem appellari. 14 Quippe hominum ambitione, &c. κενοδοξίᾳ γὰρ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, Vana enim hominum gloria introierunt in mundum. homines enim ambitioſi honorem diuinitatis appetentes, ea in mundum introduxerũt, quemadmodum exemplo ſtatim oſtendit. Et ideò celer, &c. καὶ διὰ τοῦτο σύντομον αὐτῶν τὸ τέλος ἐπενοήθη. & ideò breuis eorũ finis excogitatus eſt. 15 Nam acerbo luctu, &c. ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατὴρ τοῦ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου, εἰκόνα ποιήσας τὸν τότε νεκρὸν ἄνθρωπον νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησεν. Acerbo enim luctu afflictus pater citò abrepti filii, imagine facta, tunc mortuum hominem, nũc vt Deum honorauit. ſiue, honore affecit. ἄωρον dicitur in fructibus intempeſtiuum ac immaturum, quod calore ſolis non eſt coctum, ſed acerbum. itaque vt apud Latinos acerbitas, ad vitæ incommoda maláque transfertur. τρύχεσθαι ſignificat vexari, angi, cruciari: itaque Mœrens verti.

Atque ſubditis ſuis, &c. καὶ παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς. & tradidit ſubditis myſteria & ſacrificia.

16 Deinde progreſſu temporis, &c. εἶτ' ἐν χρόνῳ κρατυνθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος ὡς νόμος ἐφυλάχθη, Deinde in tempore confirmata impia conſuetudo tanquam lex cuſtodita eſt. Mandatiſque tyrann. &c. καὶ τυράννων ἐπιταγαῖς ἐθρησκεύετο τὰ γλυπτά. & tyrannorũ mandatis [ſiue imperiis] colebantur ſculpta. hoc eſt, ſimulachra cultu religioſo afficiebantur. 17 Et quos præſentes, &c. οὓς ἐν ὄψει μὴ δυνάμενοι τιμᾶν ἄνθρωποι διὰ τὸ μακρὰν οἰκεῖν, τὴν πόρρωθεν ὄψιν ἀνατυπωσάμενοι ἐμφανῆ εἰκόνα τοῦ τιμωμένου βασιλέως ἐποίησαν, Quos in cõſpectu non poterant honorare homines, eo quòd longè habitarẽt, eorum aſpectum longè remotum quum figuraſſent, claram imaginem honorati Regis fecerunt. ὄψιν ἀνατυπωσάμενοι, qui formam, vultum, figurámque hominis abſentis ac remoti ſculptura retulerant ac expreſſerant. hoc autem efficitur imitatione ac ſimilitudine, quæ pingendo aut ſculpendo effingitur. Vt abſentem, &c. ἵνα τὸν ἀπόντα, ὡς παρόντα κολακεύωσι διὰ τῆς σπουδῆς, vt abſenti tanquam præſenti aſſentarentur per ſtudium. hoc eſt, vt eum ſummo ſtudio colerent ac obſeruarent. κολακεύειν adulari aſſentarique ſignificat: quòd maximè conuenit iis, qui aucupantes gratiam, nimios ei honores tribuebant. 18 Porrò ad augẽdã, &c. εἰς ἐπίτασιν δὲ θρησκείας καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας ἡ τοῦ τεχνίτου προετρέψατο φιλοτιμία. Ad extentionem [ſiue intentionẽ] cultus etiam ignorantes artificis adhortata eſt ambitio. Ad amplificationem cultus inſtituti acceſſit ipſius artificis ambitioſa diligẽtia, quæ commendatione artis imperitos homines magis allexit, atque ad hominis venerationem excitauit. 19 Nam hic quidem, &c. ὁ μὲν γὰρ τάχα τῷ κρατοῦντι βουλόμενος ἀρέσαι, ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τὸ κάλλιον, Nã hic quidem fortaſſe dominanti volẽs placere [aut gratum facere] elaborauit arte ſimilitudinem in pulchrius. hoc eſt, quàm elegãtiſſimè ac pulcherrimè potuit, arte effinxit, in eáque omnem vim artis ac facultatem adhibuit. hoc enim ſignificat verbum ἐκβιάζεσθαι. ἐπὶ τὸ κάλλιον verti poteſt Ad maiorem pulchritudinem. aut, venuſtatem.

20 Multitudo verò allecta venuſtate operis, τὸ δὲ πλῆθος ἐφελκόμενον διὰ τὸ εὔχαρι τῆς ἐργασίας, Vulgus autẽ attractũ propter [aut per] venuſtatem [ſiue elegantiam] operis, quod ſumma pulchritudine commendabatur. Ita videmus quãtum in rebus huiuſmodi noceant pictores, ſtatuarii, cæterique huiuſmodi artifices, qui hac operum elegantia oculos imperitorum perſtringunt. Mox vt numen exiſtima. νῦν ὡς σέβασμα ἐλογίσατο. nunc vt numen exiſtimauit. aut, habuit pro numine. eſt enim σέβασμα quod colimus, veneramur, adoramus: qui honos & cult⁹ vnius Dei proprius eſt. Sic Paulus 2. Theſ. 2. b. 4, dicit Antichriſtũ ὑπεραιρόμενον ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα. i. efferri aduerſus omnem qui Deus nominatur, aut quod colitur. 21 Atque hoc vitæ inſidioſum fuit, καὶ τοῦτο ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἔνεδρον, Et hoc fuit vitæ in inſidias. hoc eſt vitæ humanæ inſidioſum ac pernicioſum. Quoniam homines calamitate, &c. ὅτι ἢ συμφορᾷ ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἄνθρωποι, τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθηκαν, quoniam aut calamitate aut tyrãnide in ſeruitutem redacti homines, nomen non communicabile lapidibus ac lignis impoſuerunt. Et eſt hoc quod paulo antè dixit Execrãdum illud lignum quod ab artifice ita politum formatumque eſt, vt Deus nominetur.

quoniam aut affectui, aut regibus deſeruientes homines, incõmunicabile nomẽ lapidib⁹ & lignis impoſuerũt.

22 Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno viuẽtes inſciẽtiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

Deut.18.b.10 iere.7.a.9,& 10.a.4

23 ¶Aut enim filios tuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia faciẽtes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes,

24 Neque vitam, neque nuptias mundas iam cuſtodiũt, ſed alius aliũ per inuidiã occidit, aut adulterãs cõtriſtat.

D

25 Et omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & piuriũ, tumultus bonorum,

26 Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarũ inconſtantia, inordinatio, mœchia, & impudicitia.

27 Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis.

28 Aut enim dum lætantur inſaniunt, aut certè vaticinantur falſa, aut viuũt iniuſtè, aut peierant citó.

29 Dum enim confidunt in idolis quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant.

30 Vtraque ergo illis euenient dignè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis: & iurauerũt iniuſtè, in dolo contemnentes iuſtitiam.

31 Non enim iurãtium eſt virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem.

Cap. XV.

1 TV autem Deus noſter, ſuauis & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia.

2 Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſciẽtes magnitudinem tuam: & ſi nõ peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati.

3 Noſſe enim te, cõſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam & virtutem tuã, radix eſt immortalitatis.

mitate aut tyrannide oppreſſi, nomen cum nulla re communicandum lapidibus ac lignis impoſuerunt.

22 "Neque verò illis ſatis eſt circa cognitionem Dei errauiſſe, ſed etiam in maximo ignorantiæ bello viuentes, hæc tot ac tanta mala pacem appellant.

23 "Nam aut ſacrificia cæde liberorum inquinata, aut myſteria occulta, aut inſanas ex aliis ritibus bacchationes agitantes,

Quæ mala precedant ex idololatria.

24 Neque vitam iam, neque coniugia conſeruant pura: "ſed alius alium aut interficit per inſidias, aut adulterando excruciat.

25 "Omnes denique ſine vllo diſcrimine occupat ſãguis & cædes, furtum ac fraus, corruptela, "perfidia, "tumultus, periurium,

26 "Perturbatio bonorũ, beneficiorũ obliuio, "animarũ pollutio, ſobolis alienatio "connubiorũ confuſio, adulterium, & impudicitia.

27 "Infandorum enim idolorum cultus, omnis mali origo, & cauſa, & finis eſt.

28 Aut enim *eorum cultores* inſaniunt lætantes, aut falſa vaticinantur, aut viuunt iniuſtè, "aut citò peierant.

29 "Nam inanimatis confiſi ſimulachris, malum, quum malè iurauerint, ſe accepturos non expectant.

30 "Cæterùm vtraque de cauſa pœnam iuſtam ſubibunt: quòd & "ſimulachris dediti malè de Deo ſenſerũt, & ſpreta ſanctitate iniuſtè per dolum iurauerunt.

31 "Non enim eorum per quos iuratur potẽtia, ſed eorum qui delinquunt iuſta vindicta delictorum pœnas ab iniuſtis ſemper expetit.

Cap. XV.

1 TV verò, Deus noſter, benignus es, & verus, "& patiens, "& qui miſericordia gubernas omnia.

Vox fideliũ qui Dei miſericordiam laudant, cuius gratia non ſeruiunt idolis.

2 Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, tuam potentiam cognoſcẽtes: non peccabimus autem, "vt qui nos tuos cenſeri ſciamus.

3 "Nam noſſe te, conſummata eſt iuſtitia: & tuam intelligere potentiam, radix immortalitatis.

22 Neque verò illis ſatis eſt circa, &c. εἶτ' οὐκ ἤρκεσε τὸ πλανᾶσθαι περὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, Poſtea [aut Deinde] non ſuffecerat errare circa Dei cognitionem. ſiue, in Dei agnitione erraſſe. 23 Nam aut ſacrificia, &c. ἢ γὰρ τεκνοφόνους τελετάς, ἢ κρύφια μυστήρια, ἢ ἐμμανεῖς ἐξ ἄλλων θεσμῶν κώμους ἄγοντες, Aut enim ſacrificia in quibus liberos occidunt, aut ſecreta myſteria, aut inſanas ex aliis ritibus comeſſationes agentes. aut, celebrantes. τελετὰς τεκνοφόνους appellat cæde liberorum polluta ſacrificia, in quibus liberi immolabantur.

24 Sed alius alium, &c. ἕτερος δὲ ἕτερον ἢ λοχῶν ἀναιρεῖ, ἢ νοθεύων ὀδυνᾷ, ſed alter alterum aut inſidians occidit, aut adulterans triſtitia afficit. 25 Omnes denique ſine vllo diſcrimine occupat πάντας δὲ ἐπιμὶξ ἔχει Omnes autem mixtè [aut promiſcuè] habet. hoc eſt, omnes denique nullo excepto, ſunt iis vitiis, quæ enumerantur, implicati ac contaminati. Perſidia, ἀπιστία, infidelitas, qua omnem violant fidem. Tumultus, τάραχος, perturbatio. ſiue motus turbulenti qui paci, otio, ac quieti opponuntur.

26 Perturbatio bonorum, beneficiorum, &c. θόρυβος ἀγαθῶν, χάριτος ἀμνηστία, Tumultus bonorum, gratiæ obliuio. hoc eſt ἀχαριστία ingratitudo. dicitur autem ἀμνησία & ἀμνηστία, qua accepta beneficia obliuione delẽtur. Animarum pollutio, ſobolis alienatio, ψυχῶν μιασμός, γενέσεως ἐναλλαγή, animarum inquinatio, generationis immutatio. hoc eſt prolis ſuppoſitio ac adulteratio. itaque ſtatim ſubiungit,

Connubiorum confuſio, &c. γάμων ἀταξία, μοιχεία, καὶ ἀσέλγεια, nuptiarum inordinatio, adulterium, & laſciuia. aut, impudicitia.

27 Infandorum enim idolorum cult. ἡ γὰρ τῶν ἀνωνύμων εἰδώλων θρησκεία, Innominatorum enim ſimulachrorum cultus. idola ἀνώνυμα appellat, quæ ne nominanda quidẽ ſunt, à quibus noſtra etiam oratio abhorrere debet: ſicut Dauid Pſal.16.b.4, negat ſe ſacrificia eorum labiis ſuis aſſumpturum. 28 Aut citò peierant. ἢ ἐπιορκοῦσι ταχέως. aut facilè [ac temerè] peierant. 29 Nam inanimatis, &c. ἀψύχοις γὰρ πεποιθότες εἰδώλοις, κακῶς ὀμόσαντες ἀδικηθῆναι οὐ προσδέχονται, Inanimatis enim confidentes idolis, quum malè iurauerint, ſe læſum iri non expectant. hoc eſt, non metuunt ab his pœnam periurii. ita enim videtur accipere ἀδικηθῆναι pro Pœnas dare malum aliquod accipere. pro βλάπτεσθαι lædi. 30 Cæterùm vtraque de cauſa, &c. ἀμφότερα δὲ αὐτοὺς μετελεύσεται δίκαια, Ad verbũ, Vtraque verò ipſos complectentur iuſta. hoc eſt, ſed vtraque iuſta vindicta eos inuadet. aut, pœnam de illis ſumet. vtraque ſupplicii iuſta cauſa ratióque eos corripiet, iuſque ſuum exequetur. Significat enim μετέρχεσθαι cum accuſatiuo ſupplicium ſumere de aliquo. mox in fine huius capitis dicit ἐπεξέρχεται. Simulachris dediti προσέχοντες εἰδώλοις attendentes idolis. animum ſtudiúmque ſuum ad illorum cultum applicantes. hoc enim ſignificat προσέχειν εἰδώλοις, applicationem mentis ad ea colenda ac veneranda.

31 Non enim eorum per quos, &c. οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυομένων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται ἀεὶ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν. Non enim eorum qui iurantur potentia, ſed peccantium vltio exequitur ſemper iniuſtorum tranſgreſſionẽ. hoc eſt, etiamſi nulla ſit idolorum mortuorũ vis, ipſa tamen iuſtiſſima vindicta pœnas ab improbis repetet. Non enim quid poſſint idola cõſiderandum eſt, ſed quæ impii committant. δίκη hoc loco accipitur pro vindicta iniquitati improborum debita.

IN CAPVT XV.

1 Et patiens, μακρόθυμος, Ad verbum, longanimis. hoc eſt multa lenitate ac patiẽtia præditus. cui animi affectioni cõtraria eſt iracundia, quæ ſubitò ad vlciſcendũ exardeſcit. Et qui miſeric. &c. ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα. ac miſericordia gubernans omnia. qui moderaris omnia miſericordia. 2 Vt qui nos tuos, &c. εἰδότες ὅτι σοὶ λελογίσμεθα. ſciẽtes quòd tui cẽſemur. aut, habemur, & exiſtimamur. Hæc enim cognitio atque animi perſuaſio de electione Dei, quòd ſumus de numero filiorũ eius aut populi eius, maximè nos cõtinet in omni timore ac pudore ne peccemus. Nã noſſe te, &c. τὸ γὰρ ἐπίστασθαί σε ὁλόκληρος δικαιοσύνη, Scire enim te, ſolida [aut integra] iuſtitia. hoc eſt, cognitio tui vera & perfecta iuſtitia eſt. nam voluntas Dei eſt regula omnis iuſtitiæ: ea autem in Lege eius eſt declarata.

4 'Neque enim in errorem nos induxit pernicioſum hominũ inuentum,"nec labor pictorum infructuoſus,"figura *ſaliat* coloribus variis maculata,

5 "Quorum aſpectus dementes *homines* in eam cupiditatem inducit,vt mortuæ imaginis formam ſpiritu vacuam deſiderent.

6 "Malorum amatores digni ſunt qui tales ſpes habeant, & qui *ea* efficiunt,& qui concupiſcunt,& qui venerantur.

Subſannatio idololatrarum.

7 "Nam figulus mollem preſſans terram, ad vſum noſtrum vnũquodque vas laborioſè fingit,"ſed ex eadem argilla effinxit, cùm vaſa mundis operibus accõmodata,tũ contraria his omnia:"quorum in vtroque genere aliquis eſt vſus ſingulorum , arbiter verò figulus.

8 'Atque idem ille peſſimè locans operam,ex eodem luto vanum effingit Deum ,' qui paulo antè è terra natus, mox in eam ex qua ſumptus eſt reuertitur,reddens debitum vitæ repetitum.

9 'At ille non,qui labores ſe maneant,curat, aut quàm breuis ſuperſit vita:"ſed cum aurificibus & argẽtariis contendit, fabróſque ærarios imitatur:"atq; ſibi gloriæ ducit,quòd figurat impoſturas.

10 Puluis eſt cor illius,ſpes item eius terra vilior, & abiectior luto vita ipſius.

11 Quoniam eum qui finxit ipſum,' qui vegetã inſpirauit animã, qui vitalem ſpiritum inflauit,ignorat.

12 Verùm iſti ludicram vitam noſtram ſunt arbitrati,"ætatémque hominis quæſtuoſam nundinationẽ,'vt qui dicant, vndecunque atque etiam ex malo,rem eſſe faciendam.

13 "Nã hic quidem omniũ optimè nouit ſe peccare ," quòd ex terrena materia fragilia vaſa & effigies efficiat.

14 Omnes autem longè inſipientiſſimi ,"atque animis ſtultorum miſeriores "inimici populi tui,qui eum potentia oppreſſerunt.

4 Non enim in errorem induxit nos hominũ malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ,labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores,

5 Cuius aſpectus inſenſato dat cõcupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine anima.

6 Malorum amatores digni ſunt,qui ſpem habent in talibus, & qui faciũt illos,& qui diligunt,& qui colunt.

7 ‖Sed & figulus mollem terram premẽs,laborioſè fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas,& de eodem luto fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria: horum autem vaſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus.

Rom.9.d.21

B

8 Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto: ille qui paulo antè de terra factus fuerat,& poſt puſillum ſe ducit vnde acceptus eſt,repetitus animæ debitum quam habebat.

9 Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt,nec quoniã breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argentariis: ſed & ærarios imitatur,& gloriam præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit.

10 Cinis eſt enim cor eius,& terra ſuperuacua ſpes illius,& luto vilior vita eius.

11 Quoniam ignorauit qui ſe finxit,& qui inſpirauit illi animã quæ operatur,& qui inſufflauit ei ſpiritũ vitalẽ.

C

12 Sed & æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum,& oportere vndecunque,etiam ex malo,acquirere.

13 Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere , qui ex terræ materia fragilia vaſa,& ſculptilia fingit.

14 Omnes enim inſipientes,& infœlices ſupra modũ animæ ſuperbi ſunt, inimici populi tui,& imperantes illi.

4 Neque enim in errorem,&c. οὔτε γὰρ ἐπλάνησεν ἡμᾶς ἀνθρώπων κακότεχνος ἐπίνοια, Nõ enim decepit[aut fefellit]nos malum moliens hominum excogitatio.aut,inuentio.Multa enim homines(vt ſunt audaces atque improbi)excogitant & inſtituunt præter ac contra verbum Dei,quæ perniciem hominibus afferunt:ab his fallacibus ac pernicioſis hominum inuentis dicũt ſe fuiſſe conſeruatos. Nec labor pictorum infruct. οὔτε σκιογράφων πόνος ἄκαρπος,nec pictorum labor infructuoſus.dicuntur autem pictores σκιόγραφοι ,qui lineamenta vmbráſque huiuſmodi inducunt,quibus ea quæ plana ſunt in picturis extare atque eminere videantur:ſæpius γραφεῖς καὶ ζωγράφοι appellantur.

Figura,&c.εἶδος σπιλωθὲν χρώμασι διηλλαγμένοις, ſpecies coloribus variegatis maculata.hoc eſt coloribus diſtincta,ornata,& polita. Maculas enim accipit pro notis,quibus pictores ſolent imagines diſtinguere ac illuſtrare. 5 Quorum aſpectus,&c.ὧν ὄψις ἄφροσιν εἰς ὄρεξιν ἔρχεται, ποθεῖ τε νεκρᾶς εἰκόνος εἶδος ἄπνουν, Quorum aſpectus inſipientibus in concupiſcentiam venit,deſiderátque mortuæ imaginis formam ſpiritus expertem.aut,ſpiritu carentẽ. Aſpectus actiuè accipitur,quo aſpiciũt homines ſtulti, quo excitantur ad ſimulachra amãda & colenda.Amor enim(vt eſt in prouerbio)ex oculis naſcitur. 6 Malorum amatores digni,&c. κακῶν ἐρασταὶ ἄξιοί τε τῶν τοιούτων ἐλπίδων, Malorum amatores digni talibus ſpebus.hoc eſt,qui capti amore ſtudióque idolorum,vanas ac inanes ſpes in illis habeant.

7 Nam figulus mollem,&c.καὶ γὰρ κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων ἐπίμοχθον πλάσσει,Etenim figulus mollẽ terrã premens,laborioſè[ſiue cum labore]fingit. Sed ex eadem argilla,&c.ἀλλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἀνεπλάσατο τά τε τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, τά τε ἐναντία πάντα ὁμοίως,ſed ex eadem argilla[aut luto eodem]finxit & mundis operibus ſeruientia vaſa,& cõtraria omnia ſimiliter.hoc eſt(vt dicit Paulus ad Rom.9.e.21) Aliud vas in honorem,aliud in ignominiã.Ex eadem terra efficit vaſa ad varios vſus,tum honeſtos,tum contrarios. Quorum in vtroque genere,&c.τούτων δὲ ἑτέρου τίς ἑκάστου ἐστὶν ἡ χρῆσις, κριτὴς ὁ πηλουργός. horum autem vtriuſque quis eſt vſus,iudex figulus. hoc eſt,arbiter ac moderator totius eorum facultatis ac commoditatis ad aliquem vſum opportunæ. 8 Atque idem ille peſſ.locans operam. καὶ κακόμοχθος.Et malè laborans.aut laborioſus.cuius labor & opera in rebus malis ponitur.qui ad opera nefaria laborem ſuum confert.

Qui paulo antè,&c.ὃς πρὸ μικροῦ ἐκ γῆς γενηθεὶς, μετ' ὀλίγον πορεύεται ἐξ ἧς ἐλήφθη, τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος, qui paulo antè è terra natus, paulo pòſt abit ex qua ſumptus eſt, repetitus debitum. hoc eſt reddens debitum vitæ exactum.Eſt enim vita nobis ita data mutuò, vt ea reddenda ſit quum repoſcitur. 9 At ille non qui labores ſe maneant,&c.ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ φροντὶς, οὐχ ὅτι μέλλει κάμνειν, οὐδ' ὅτι βραχυτελῆ βίον ἔχει,Sed ei cura eſt,nõ quòd ſit laboraturus,neque quòd breuem vitam habet. Sed cum aurificibus,&c. ἀλλ' ἀντερείδεται μὲν χρυσουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις, ſed certat quidem cum aurificibus & argentariis. Atque ſibi gloriæ ducit,&c. καὶ δόξαν ἡγεῖται, ὅτι κίβδηλα πλάσσει, & gloriam arbitratur,quòd adulterina fingit. 11 Qui vegetam inſpirauit animam, καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτῷ ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, & qui inſpirauit ei animam operantem. ſiue efficacem.quæ non eſt otioſa,ſed agit ſemper aliquid,quod eius vim declarat.

12 AEtatémque hominis quæſtuoſam nund. καὶ τὸν βίον, πανηγυρισμὸν ἐπικερδῆ, & vitam conuentum lucroſum. hoc eſt ad lucrũ ac quæſtum comparatum.Ariſtoteles enumerans in Ethicis genera vitæ in quibus homines ponunt vitam beatam,ponit βίον χρηματιστήν. hoc eſt vtilem ac quæſtuoſam,in qua homines auari ſummum bonum conſtituunt. Vt qui dicant,vndecunque,&c. δεῖν γάρ φασιν ὅθεν δὴ, κἂν ἐκ τοῦ κακοῦ πορίζειν.oportere enim dicunt vndecũque,etiam ex malo,rem quærere.hoc eſt per fas & nefas , omnibus modis ac rationibus. Nam(vt ille dicebat)Bonus eſt odor lucri ex re qualibet. 13 Nam hic quidem,&c. οὗτος γὰρ παρὰ πάντας οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει, Hic enim præter õnes nouit quòd pecca. Quòd ex terrena,&c.ὕλης γεώδους εὔθραυστα σκεύη, καὶ γλυπτὰ δημιουργῶν.materiæ terræ vaſa fragilia & ſculptilia fabricans. 14 Atque animis ſtultorum miſeriores καὶ τάλανες ὑπὲρ ψυχὰς νηπίων, & infœlices ſupra animas infantium.Sed νηπίων ad animum refertur hoc loco, & pro ſtultis accipitur,in quibus non plus eſt intelligẽtiæ ac prudentiæ,quã in infantibus qui fari neſciũt. Inimici populi tui,qui,&c.οἱ ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ σου καταδυναστεύσαντες αὐτόν. hoſtes populi tui,qui eum in ſuam poteſtatem [aut dominationem]redegerunt.aut,ſuæ poteſtati ſubiecerunt.

15 Quoniã omnia idôla nationũ deos æſtimauerunt, ‖ quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum: ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum.

Pſal.113.b.5 & 134.c.16

16 Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos: nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere.

17 Quũ enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis: melior enim eſt ipſe his quos colit: quia ipſe quidem vixit quũ eſſet mortalis, illi autem nunquam.

18 Sed & animalia miſerrima colunt: inſenſata enim cõparata his, illis ſũt deteriora.

19 Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere: effugerũt autem Dei laudem, & benedictionem eius. Cap. XVI.

1 PRopter hæc per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarũ exterminati ſunt.

2 Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, ‖ quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram:

Num.11.g.31

3 Vt illi quidẽ concupiſcentes eſcam, propter ea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterẽtur: hi autem in breui inopes facti, nouam guſtauerũt eſcam.

4 Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantùm oſtendere quẽadmodum inimici eorum exterminabantur.

5 Etenim ‖ quum illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, morſibus peruerſorum colubroru m exterminabantur.

Num.21.b.6 1.Cor.10.b.9

15 Quoniam omnia etiam Gẽtium ſimulachra deos exiſtimauerunt, ’quibus nullus oculorum vſus eſt quibus videant, ’neque nares quibus hauriant aerem, neque aures quibus audiant, ’nec manuum digiti quibus palpent, ’nec pedes ad ingreſſum habiles.

16 Homo enim eos effecit, & qui mutuatus eſt ſpiritum effinxit illos: neque enim vllus eſt homo, qui ſimilem ſibi Deum formare poſſit.

17 ’Sed mortalis nefariis manibus effinxit mortuum: ’cultis enim à ſe rebus eſt præſtantior, ’vt qui vitam ſit adeptus, illa nũquam.

18 ’Quinetiam animalia quoque colunt odioſiſſima, ’& quæ aliis comparata, deteriora ſint propter hanc dementiam.

19 ’Quæque ne animalibus quidem tam pulchra videãtur, vt eorũ deſiderio afficiãtur: ’verũ & laude Dei carẽt, & eius benedictione.

Cap. X V I.

1 P’Ropterea per ſimilia meritò puniti ſunt, & per multitudinẽ beſtiarum cruciati.

Pœna idololatrarum

2 ’Pro qua pœna populum tuum beneficio affeciſti, ’quũ auidæ ipſius appetentiæ noui ſaporis cibum paraſti coturnicem:

3 ’Vt illi cibum appetentes ’propter ea quæ ipſis oſtenſa immiſſaque ſunt, deſiderium etiam neceſſarium auerſarẽtur: ″hi verò penuriam pauliſper experti, nouum ſaporem participarent.

4 ″Oportebat enim illis qui tyrannidem exercebant, penuriam ineuitabilem accidere: his verò tantummodo oſtendi quẽadmodum hoſtes ipſorum cruciarentur.

5 ″Nam quum eos ſæua beſtiarum ira inuaſiſſet, ac morſibus noxiorum ſerpentum interirent,

5 Quibus nullus oculorum vſus eſt vt videant, οἷς οὔτε ὀμμάτων χρῆσις εἰς ὅρασιν, quibus neque oculorum vſus ad viſionem. hoc eſt vſus oculorum ad vidẽdum opportunus. Neque nares quibus hauriãt aerem, οὔτε ῥῖνες εἰς συνολκὴν ἀέρος, neque nares ad attractionẽ aeris. hoc eſt ad attrahendum ac hauriendum aerem. Nec manuum digiti quibus palpent, οὔτε δάκτυλοι χειρῶν εἰς ψηλάφησιν, neque digiti manuum ad contrectationem. ad contrectandum & tangendum, ſiue palpandum. Nec pedes ad ingreſſum habiles. καὶ οἱ πόδες αὐτῶν ἀργοὶ πρὸς ἐπίβασιν, & pedes ipſorum pigri ad ingreſſum. hoc eſt ad ingrediendum ambulandúmque immobiles.

17 Sed mortalis nefariis ma. &c. θνητὸς δὲ ὢν νεκρὸν ἐργάζεται χερσὶν ἀνόμοις, Mortalis autem exiſtens, mortuum operatur manibus iniquis. Cult. enim à ſe rebus eſt præſtãt. κρείττων γάρ ἐστι τῶν σεβασμάτων αὐτοῦ, præſtãtior eſt enim numinibus ſuis. hoc eſt, iis rebus quas ipſe colit. Vt qui vitam ſit adeptus, &c. ὧν αὐτὸς μὲν ἔζησεν, ἐκεῖνα δὲ οὐδέποτε, quoniam ipſe quidem vixit, illa verò nunquam.

18 Quinetiam animalia, &c. καὶ τὰ ζῷα δὲ τὰ ἔχθιστα σέβονται, Et animalia autem odioſiſſima [aut infeſtiſſima] colunt. aut, venerantur. Et quæ aliis comparata, &c. ἀνοίᾳ γὰρ συγκρινόμενα τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρω, dementia enim aliis comparata ſunt deteriora. Hic locus videtur deprauatus: videtur enim ἄνοια cum verbo ſuperiore σέβονται coniungendũ, & legendum in ablatiuo ἀνοίᾳ amentia. hoc eſt propter amentiã. Deinde hoc membrum ita diſtinguendum. συγκρινόμενα γάρ, ſi autem cum hoc membro coniungatur, ſententia erit, quòd hæc hominum amentia facit vt hæc animalia impiè culta & honorata, deteriore cõditione quàm cætera ſint. nam cætera ſuam naturam conſeruantia & approbantur à Deo, & benedicuntur: hæc verò propter impietatem hominum neque approbationem vllam Dei, nec benedictionem habent. Sed ἀνοίᾳ legẽdum videtur in ablatiuo: itaque verſionem illam retinui Propter amentiam. Poteſt etiam ἀνοίᾳ ad animantia referri omnia quæ mentis ac rationis ſunt expertia, ex quibus ſerpẽtes, felles, ibides, aliǽque beſtiæ quæ colũtur ab AEgyptiis, ſunt teterrimæ: vult enim hoc loco notare non deformitatem ſolùm illorum animalium, ſed etiam animi ingeniique prauitatem: nam deformitatem ſtatim ſignificat. 19 Quæque ne animalibus, &c. οὐδ᾽ ὅσον ἐπιποθῆσαι, ὡς ἐν ζῴων ὄψει καλὰ τυγχάνει, Nec quatenus deſiderentur, in animalium conſpectu pulchra ſunt. Quidam hoc poſtremum ita vertunt, In animalium pulchritudine formoſa ſunt, vt ὄψις pro forma & pulchritudine accipiatur. quem ſenſum etiam hi reddiderunt qui verterunt ita, Quæque ne tanta quidem pulchritudine præditæ ſunt, qualem animalium forma capit, vt expetantur. Verũ & laude, &c. ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ἔπαινον, καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, effugerũt autem & Dei laudem, & benedictionem eius.

IN CAPVT XVI.

1 Propterea, &c. διὰ τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐκολάσθησαν ἀξίως, Ob hanc cauſam autẽ per ſimilia ſunt puniti dignè. ad verbũ, ſimiliter ſunt puniti dignè. hoc eſt, pro merito ipſorũ pœna affecti ſunt, eorũ maleficio conueniente. Nã per quæ peccauerant, per eadẽ puniti ſunt: quũ beſtias coluiſſent, eas vltrices habuerunt. 2 Pro qua pœna, &c. ἀνθ᾽ ἧς κολάσεως εὐεργετήσας τὸν λαόν σου, Pro quo ſupplicio beneficiũ populo tuo impertiiſti. aut, præſtitiſti. Oſtendit Dominũ diuerſa ratione ſuos, & inimicos tractauiſſe: itaque illorũ ſupplicia cũ beneficiis in populum Dei collatis comparat. nam res hac contrariorum contentione illuſtriores efficiuntur. Quum auidæ, &c. οἷς εἰς ἐπιθυμίαν ὀρέξεως ξένην γεῦσιν τροφὴν ἡτοίμασας ὀρτυγομήτραν, quibus in cõcupiſcẽtiam appetitus, nouũ ſaporem cibum paraſti coturnicem. hoc eſt, quum in deſerto immoderata edendi cupiditate permoti fuiſſent, tu illis cibum inuſitati ſaporis comparaſti ac præbuiſti.

3 Vt illi cibum appetentes, &c. ἵνα ἐκεῖνοι μὲν ἐπιθυμοῦντες τροφῆς διὰ τὴν δειχθεῖσαν τῶν ἐπαπεσταλμένων καὶ τὴν ἀναγκαίαν ὄρεξιν ἀποστρέφωνται, vt illi quidẽ cibũ appetentes, propter oſtenſam immiſſorũ etiã neceſſariã appetentiã auerſarentur. διὰ τὴν δειχθεῖσαν, ſubaudiendum eſt τροφὴν, cibum illum coturnicum eis delatum. Cuius admirabilis vis debebat eorum intemperantiam comprimere, vt animo puriore nouũ ſaporem capere poſſent: aut, nouum ſaporem participarent, quemadmodum ſubiungit. Hi verò penuriam, &c. οὗτοι δὲ ἐπ᾽ ὀλίγον ἐνδεεῖς γενόμενοι καὶ ξένης μετάσχωσι γεύσεως, hi verò ad breue penuria affecti, noui etiam ſaporis participes fierent.

4 Oportebat enim illis qui, &c. ἔδει γὰρ ἐκείνοις μὲν ἀπαραίτητον ἔνδειαν ἐπελθεῖν τυραννοῦσιν, Oportebat enim illis quidem penuriam ineuitabilem ſuperuenire tyrannidem exercentibus. hoc eſt, qui populum Dei acerba & iniuſta dominatione tenebant oppreſſum.

5 Nam quum eos ſæua beſtiarum, &c. καὶ γὰρ ὅτε αὐτοῖς δεινὸς ἐπῆλθε θηρίων θυμός, δήγμασί τε σκολιῶν διεφθείροντο ὄφεων, Etenim quum ipſis grauis ſuperueniret beſtiarum ira, morſibúſque peruerſorum perimerentur ſerpentum.

6 "Ad extremum non permanſit ira tua, "ſed admonitionis gratia pauliſper fuerunt perturbati, "ſignum ſalutis habentes quod memores mandati Legis tuæ redderet.

7 "Neque enim qui reſpexerat, propter rem viſam, ſed propter te omnium ſeruatorem ſeruabatur.

8 "Atque in hoc quidem hoſtes noſtros docuiſti te eum eſſe, qui omni ex malo eripis.

9 "Nam illos, morſus locuſtarum, muſcarúmque interemerunt: nec remedium vitæ ipſorum repertum eſt, "quòd digni eſſent tali ſupplicio.

10 Filios verò tuos, ne venenatorum quidem draconum dentes vicerũt, "quũ tua interceſſiſſet miſericordia, atque eos ſanauiſſet.

11 Hi enim "quaſi ſtimulabantur, vt memoriam oraculorum tuorum reuocarent: celeriter autẽ ſeruabãtur, "ne in altam obliuionem prolapſi, tuo non poſſint retrahi beneficio.

12 Neque enim herba, "nec malagma medicinam eis fecit, ſed tuũ ô Domine, verbum ſanans omnia.

13 Tu enim vitæ & mortis poteſtatem habes, ad portáſque inferorum deducis & reducis.

14 "Homo quidem ſua malitia mortem infert, "ſed efficere nõ poteſt vt ſpiritus è corpore egreſſus reuertatur, & vt anima aſſumpta, in corpus redeat.

15 "Tuam verò manum vt quis effugiat, fieri non poteſt.

Iudicia Dei.

16 Nam impii te noſſe negantes, vi brachii tui "flagellati fuerunt inuſitatis pluuiis, grandinibus, imbribus, "perſequutione vexati ineuitabili, atque igne conſumpti.

17 "Quod enim maximè mirum eſt: in aquam omnia extinguentem ſummam vim ignis habebat: "quippe mundus ipſe iuſtorum vindex eſt.

18 Interdum enim miteſcebat flamma, ne immiſſa in impios animalia combureret, ſed ipſi ſe iudicio exagitari palàm viderent.

6 Sed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati Legis tuæ.

7 Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem. B

8 In hoc autẽ oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es qui liberas ab omni malo.

9 [Illos, enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus: & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiuſmodi exterminari.

Exo.10.a.4. & 8.f.24 apoc.9.b.7

10 Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos.

11 In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſaluabantur, ne in altã incidentes obliuionem, non poſſent tuo vti adiutorio.

12 Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Domine, ſermo qui ſanat omnia.

13 [Tu enim vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis & reducis.

Deut.32.f.39 1.reg.2.a.2 tob.13.a.2

14 Homo autem occidit quidem per malitiam animam ſuam: & quũ exierit ſpiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta eſt.

15 Sed tuam manum effugere impoſſibile eſt.

16 [Negãtes enim te noſſe impii, per fortitudinẽ brachii tui flagellati ſũt, nouis aquis, & grãdinibus, & pluuiis perſequutionem paſſi, & per ignem conſummati.

Exo.9.c.23 C

17 Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex eſt enim orbis iuſtorũ.

18 Quodam enim tempore manſuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia: ſed vt ipſi videntes, ſcirent quoniam Dei iudicio patiuntur perſequutionem.

6 Ad extremum non permanſit ira tua, οὐ μέχρι τέλους ἔμεινεν ἡ ὀργή σου, Non ad finem vſque manſit ira tua. hoc eſt, vſque ad internecionem. Sed admonitionis, &c. εἰς νουθεσίαν δὲ πρὸς ὀλίγον ἐταράχθησαν, ad admonitionem autem ad breue fuerunt perturbati. hoc eſt vt admonerentur, ad téque reuerterentur, abs te ſunt ad tempus afflicti. Signum ſalutis habentes, &c. σύμβολον ἔχοντες σωτηρίας εἰς ἀνάμνησιν ἐντολῆς νόμου σου. ſignum habentes ſalutis ad reminiſcentiam mandati Legis tuæ. hoc eſt ad mandatum Legis tuæ in memoriam reuocandum. Significat ſerpentem in deſerto à Moſe erectum, cuius aſpectus ictos à ſerpentibus ſanabat.

7 Neque enim qui reſpex. &c. ὁ γὰρ ἐπιστραφεὶς οὐ διὰ τὸ θεωρούμενον ἐσώζετο ἀλλὰ διὰ σὲ τὸν πάντων σωτῆρα, Nam conuerſus [hoc eſt qui reſpexerat] non per id quod videbatur, ſeruabatur, ſed per te omnium ſeruatorem. 8 Atque in hoc quidem hoſtes no. doc. καὶ ἐν τούτῳ ἔπεισας τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, Et in hoc autem perſuaſiſti inimicis noſtris. hoc eſt eos repugnantes negantéſque anteà te, ſeruatorem eſſe conuiciſti, atque in eam cognitionem adduxiſti vt inuiti crederent, te tuos ex omni periculo liberare.

9 Nam illos morſus locuſtarum, &c. οὓς μὲν γὰρ ἀκρίδων καὶ μυιῶν ἀπέκτεινε δήγματα, Quos enim locuſtarum ac muſcarum interficiebant morſus. Omnia exemplaria habent οὓς pro αὐτοὺς, aut ἐκείνους. Quòd digni eſſent tali ſuppl. ὅτι ἄξιοι ἦσαν ὑπὸ τοιούτων κολασθῆναι, quoniam digni erant, qui à talibus punirẽtur [quæ nefariè coluerant.] 10 Quum tua interceſſiſſet miſericordia, &c. τὸ ἔλεος γάρ σου ἀντιπαρῆλθε, καὶ ἰάσατο αὐτούς. miſericordia enim tua venit in auxilium, & ſanauit ipſos. ἀντιπαρελθεῖν ſignificat adeſſe alicui, atque opem ferre in periculo, & intercedere, venire in auxilium alicui contra aliquem. 11 Quaſi ſtimulabantur, &c. εἰς γὰρ ὑπόμνησιν τῶν λογίων σου ἐνεκεντρίζοντο, in memoriam enim ſermonum tuorum ſtimulabantur. hoc eſt pungebantur à ſerpentibus, vt eorum icti aculeis, quaſi ſtimulis quibuſdam incitati & admoniti, in memoriam redirent oraculorũ tuorum. Ne in altam obliuionem, &c. ἵνα μὴ εἰς βαθεῖαν ἐμπεσόντες λήθην ἀπερίσπαστοι γίνωνται τῆς σῆς εὐεργεσίας, ne in profundam delapſi obliuionem, retrahi non poſſint tuo beneficio.

12 Nec malagma medicinam eis fecit, οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτούς, nec fomẽtum curauit [aut ſanauit] eos. Eſt autem μάλαγμα fomentum, dictum ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, mollire, mitigare, ac fouere aliquam plagam. 14 Homo quidem ſua mal. &c. ἄνθρωπος δὲ ἀποκτείνει μὲν τῇ κακίᾳ αὐτοῦ, At homo occidit quidem malitia ſua. ſiue, homo autem mortem quidem infert. Sed efficere non poteſt, &c. ἐξελθὸν δὲ πνεῦμα οὐκ ἀναστρέφει, οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴν παραληφθεῖσαν, ſpiritum autem egreſſum nõ reuocat [aut non facit reuerti] neque animam aſſumptam reducit. Significat enim his verbis reditum animæ in ipſum corpus, poſteaquam ex eo exceſſerit, quem homo conficere non poteſt. Itaque ἀναστρέφει καὶ ἀναλύει actiuè accipienda ſunt, atque ad hominem referenda, qui hunc reditum animæ in corpus præſtare non poteſt, quaſi ita diceret, Sed ſpiritum, poſtquam è corpore exierit, reuocare non poteſt: neque animam aſſumptam reducere: hæc potentia vnius Dei eſt, qui ſicut paulo antè dixit, ad inferos deducit & reducit. 15 Tuam verò manũ vt quis eff. &c. τὴν δὲ σὴν χεῖρα φυγεῖν ἀδύνατόν ἐστι, Tuam verò manum effugere impoſſibile eſt. 16 Flagellati fuerunt inuſitatis pluuiis, ἐμαστιγώθησαν ξένοις ὑετοῖς, flagellati fuerunt nouis pluuiis. hoc eſt, quaſi flagellis quibuſdam cæſi ac verberati fuerunt inſuetis pluuiis. Perſequutione vexati ineuitabili, διωκόμενοι ἀπαραιτήτως, perſecutionem paſſi ineuitabiliter. id eſt perſecutione appetiti, atque agitati, quam nullo modo euitare potuerunt.

17 Quod enim maximè, &c. τὸ γὰρ παραδοξότατον ἐν τῷ πάντα σβεννύντι ὕδατι πλεῖον ἐνήργει τὸ πῦρ, Nam quod maximè admirabile eſt, in aqua omnia extinguẽte plus operabatur [aut efficiebat] ignis. hoc eſt, maiorem vim habebat quàm aqua, cuius ſummam vim ſuo ardore ſuperabat. Quippe mundus, &c. ὑπέρμαχος γὰρ ὁ κόσμος ἐστὶ δικαίων, propugnator enim mundus eſt iuſtorum. hoc eſt, ſolet mundus pugnare pro iuſtis, eorumque iniurias vlciſci.

Et quodam tempore in aqua ſupra virtutē,ignis exardeſcebat vndique, vt iniquæ terræ nationem exterminaret. 19

Exo.16.e.14 num.11.b.7 pſal.77.c.25 iohan.6.d.31

¶Pro quibus Angelorū eſca nutriſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentē, & omnis ſaporis ſuauitatem. 20

Subſtantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebat:& deſeruiens vniuſcuiuſq; voluntati,ad quod quiſque volebat conuertebatur. 21

Exo.9.e.23

D ¶Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis,& non tabeſcebant: vt ſcirent quoniam fructus inimicorū exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruſcans. 22

Hoc autem iterum, vt nutrirentur iuſti,etiam ſuæ virtutis oblitus eſt. 23

Creatura enim tibi Factori deſeruiens,excandeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos:& lenior fit ad benefaciendum pro his,qui in te confidunt. 24

Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant, ad voluntatem eorum qui à te deſiderati ſunt: 25

Dent.8.a.3 matth.4.a.4

Vt ſcirēt filii tui, quos dilexiſti Domine,¶quoniam non natiuitatis fructus paſcūt homines, ſed ſermo tuus hos,qui in te crediderint,conſeruat. 26

Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat: 27

Vt notum omnibus eſſet,quoniam oportet p̄uenire ſolē ad benedictionē tuam,& ad ortū lucis te adorare. 28

Ingrati enim ſpes tāquam hybernalis glacies tabeſcet,& diſperiet tāquā aqua ſuperuacua. 29 Cap. XVII.

Magna ſunt enim iudicia tua Domine,& īenarrabilia verba tua: propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt. 1

Dum enim perſuaſum habent iniqui, poſſe dominari nationi ſanctæ, 2

19 Interdum autem etiam ſupra vim,ignis exardeſcebat,″vt germina terræ iniuſtæ aboleret.

20 ″Pro quibus rebus cibo Angelorum populum tuum refeciſti, ′ac panem omni pollentem voluptate, omníque guſtui accommodatum,″ſine labore de cælo ipſis demiſiſti.

21 ″Subſtantia enim tua ſuauitatem erga filios tuam declarabat, ′atque deſiderio aſſumentis ſubſeruiens, ſe ad illius qualemcunque voluntatem temperabat.

22 Nix autem & glacies ita vim ignis ſuſtinebant, vt non liqueſcerent:vt intelligerent quòd ignis ardens per grandines pluuiáſque coruſcans,fructus inimicorum aſſumpſiſſet:

23 ″Eundē rurſus,vt iuſti alerentur,virium etiam ſuarū eſſe oblitū.

24 ″Nam creatura tibi deſeruiens Creatori, ad ſupplicia de iniuſtis ſumenda exardeſcit: rurſúmque miteſcit ad beneficia in eos cōferenda qui fiduciam in te ſuam poſuerunt.

25 ″Propterea tum quoque ad omnia trāſformata benignitati tuæ omnium nutrici,ad voluntatem indigentium ſubſeruiebat:

26 ″Vt intelligerent filii tui, quos dilexiſti Domine,prouentu fructuum hominem nequaquam ali, ſed verbo tuo, eos qui tibi fidunt,conſeruari.

27 Quod enim ab igne non conſumebatur omnino, ab exiguo ſolis radio calefactum liqueſcebat:

28 ″Quo notum eſſet, ſolem ad gratias tibi agendas præueniendū eſſe,atque te ſub lucis ortum ſalutandum.

29 Nam ingrati ſpes tanquam pruina hyberna colliqueſcet, & ſicut aqua inutilis diffluet. Cap. XVII.

1 N″Empe magna ſūt tua iudicia,& explicatu difficilia:″quapropter animæ imperitæ errauerunt.

2 ′Nā iniqui quum genti ſanctæ ſe dominaturos arbitrati eſſent,

Miſſio mannæ.

Non in ſolo pane viuit homo.

De magnitudine iudiciorum Dei, qui pœnis mirabilibus impios affligebat.

19 Vt germina terræ iniu.abol. ἵνα ἀδίκου γῆς γεννήματα διαφθείρῃ. vt iniuſtæ terræ germina corrumperet.aut,vaſtaret. Quidā vertunt, γεννήματα progeniem:vt nō ad plantas ſolùm frugéſque,ſed etiam ad homines atque omnia animalia referatur. Intelligimus enim ex Exodo illam calamitatem ac vaſtitatem,tum in plantas,arbores,ac fruges,tum etiam in animalia delatam fuiſſe.

20 Pro quibus rebus,&c. ἀνθ' ὧν ἀγγέλων τροφὴν ἐψώμισας τὸν λαόν σου, Pro quibus cibo Angelorum cibaſti populum tuum. Ac panē omni poll.&c. καὶ ἕτοιμον ἄρτον αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας ἀκοπιάτως, πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἰσχύοντα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἁρμόνιον γεῦσιν. & paratum panem ipſis de cælo miſiſti ſine labore,[aut ad verbum,illaboratè] qui omnem voluptatem poſſet efficere,atque omni guſtui congrueret.

Sine lab. ἀκοπιάτως illaboraté. aduerbiū eſt,hoc eſt panem illaboratum,nullo labore,ſola Dei benignitate virtutéque paratū ac tributū.

21 Subſtantia enim,&c. ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασίς σου τὴν σὴν γλυκύτητα πρὸς τέκνα ἐνεφάνιζεν, Nam tua quidem ſubſtantia,tuam in filios dulcedinem oſtendebat. ὑπόστασιν vocat naturam & vim Dei,quæ eo cibi genere, quo populum ſuum refecit, bonitatem & amorem paternū declarauit. Deus enim quis & qualis in ſuos eſſet,tum maximè demonſtrauit. Atque deſiderio aſſumentis ſubſ.&c. τῇ δὲ τοῦ προσφερομένου ἐπιθυμίᾳ ὑπηρετῶν πρὸς ὅ τις ἐβούλετο, μετεκιρνᾶτο, admouentis autem cupiditati ſubminiſtrans,ad quod quiſque volebat, tēperabatur. hoc eſt,ſe accommodat ad eorum voluntatem,aut deſiderium,eorúmque cupiditati obtemperabat,ſiue deſiderio obſequebatur.

23 Eundem rurſus,&c. τοῦτο πάλιν δ' ἵνα τραφῶσιν δίκαιοι καὶ τῆς ἰδίας ἐπιλελῆσθαι δυνάμεως. Hoc autem iterum, vt nutrirentur iuſti, & ſuæ propriæ virtutis,aut potentiæ oblitum eſſe. Remiſit enim vim caloris ſui,ne alimentum filiorum Dei impediret,ac corrumperet.

24 Nā creat.ti.&c. ἡ γὰρ κτίσις σοὶ τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα ἐπιτείνεται εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων, καὶ ἀνίεται εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν εἰς σὲ πεποιθότων, Creatura enim tibi effectori ſubſeruiens intēditur ad pœnam aduerſus iniuſtos,& remittitur ad beneficiū pro his qui in te confidunt. hoc eſt,ipſa creatura ſuum agnoſcens Creatorem tibi ſeruit, operámque dat cum ad iniuſtos omni ſupplicio afficiendos, tum etiam ad iuſtos benignitate tua tractandos:itáque vim ſuam ad tuam voluntatem & exerit & remittit. 25 Propterea tum quoque,&c. διὰ τοῦτο καὶ τότε εἰς πάντα μεταλλευομένη τῇ παντοτρόφῳ σου δωρεᾷ ὑπηρέτει πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλησιν, Propter hoc & tunc in omnia transformata, [ſiue immutata] tuæ gratiæ omnia nutrienti deſeruiebat ad indigentium voluntatem. δωρεὰ παντοτρόφος dicitur hic gratia Dei & beneficentia omnium nutritia:nam benignitate eius plena eſt terra. 26 Vt intelligerēt,&c. ἵνα μάθωσιν οἱ υἱοί σου, οὓς ἠγάπησας κύριε, ὅτι οὐχ αἱ γενέσεις τῶν καρπῶν τρέφουσιν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ῥῆμά σου τοὺς σοὶ πιστεύοντας διατηρεῖ, Vt diſcat filii tui,quos dilexiſti Domine, quòd prouētus fructuū nō nutriunt hominem,ſed verbum tuum eos,qui tibi credunt [aut fidem habent] conſeruat. 28 Quo notum eſſet,&c. ὅπως γνωστὸν ᾖ ὅτι δεῖ φθάνειν τὸν ἥλιον ἐπ' εὐχαριστίαν σου, καὶ πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐντυγχάνειν σοι, Vt notum eſſet quòd oportet ſolem præuenire [aut anteuertere] ad agendas tibi gratias,& ad ortum lucis tibi occurrere.obuiam procedere,ſiue te adire ac conuenire. Hinc ἐντεύξεις à Paulo dicuntur ſupplicationes,ac orationes,quibus Deum conuenimus,cum eóque de rebus noſtris agimus,1.Tim.2.a.1.

29 Nam ingrati ſpes,&c. ἀχαρίστου γὰρ ἐλπὶς ὡς χειμέριος πάχνη τακήσεται, καὶ ῥυήσεται ὡς ὕδωρ ἄχρηστον, Ingrati enim ſpes, vt hyemalis glacies liqueſcet [aut tabeſcet] & fluet ſicut aqua inutilis. Ita præcipit ſapientia vt homines grati ac memores beneficiorum Dei, pietatem quam debent,ei tribuāt, vt eum animo grato optimum benigniſſimúmque patrem recognoſcant,& omni vitæ tempore inuocent ac colant. ſine hac autem gratitudine ac pietate vaniſſimæ ſunt omnes hominum ſpes.

IN CAPVT XVII.

1 Nempe magna ſunt,&c. μεγάλαι γάρ σου αἱ κρίσεις, καὶ δυσδιήγητοι, Magna enim tua iudicia,& narratu [aut memoratu] difficilia. Paulus ad Rom.11.d.33, ἀνεξερεύνητα inſcrutabilia appellat. Quapropter animæ,&c. διὰ τοῦτο ἀπαίδευτοι ψυχαὶ ἐπλανήθησαν, propterea imperitæ animæ in errorem ſunt inductæ. ignoratione ſcilicet tuorum iudiciorū,quorū cognitio ac meditatio homines in timore Dei cōtinere poteſt.

2 Nam iniqui quū genti,&c. ὑπειληφότες γὰρ καταδυναστεύειν ἔθνος ἅγιον ἄδικοι, Arbitrati enim ſe dominari gēti ſanctæ iniqui. hoc eſt,vi iniuſtáque dominatione oppreſſuros,aut oppreſſos iam tenere. Hoc enim ſignificat verbum καταδυναστεύειν. Lucas Act.10.f.38,dicit, καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου,qui imperio ac poteſtate diaboli oppreſſi tenebantur.

ʼvinculis tenebrarum longæque noctis compedibus cõſtricti,at-
que incluſi tectis,ʼab æterna prouidentia extorres iacuerunt.
Siquidem occultis ſe peccatis latere arbitrati,obſcuro obliuio- 3
nis velamento diſſipati ſunt, grauiter perterriti,ʼatque ſpectris
perturbati.
ʼNeque enim latebra, qua continebantur, ſecuros reddebat i- 4
pſos:ſed ſonitus pauore eos percellentes circunſtrepebant,ʼlar-
uæque mœſto aſpectu triſtes apparebant.
ʼNeque verò vlla vis ignis lucem præbere poterat,ʼneque illu- 5
ſtres ſiderum flãmæ patiebantur vt triſtẽ illam noctẽ illuſtrarẽt:
ʼSed ignes tantùm quidam terribiles vltrò micabant ipſis:ʼatto 6
niti verò à non viſa illa viſione, quæ cernebantur, peiora eſſe exi-
ſtimabant.
ʼAderant autem magicæ ludibria artis,ʼ& contumelioſa expro- 7
bratio eius arrogantiæ,qua ob prudentiam vſi fuerant.
ʼNã qui timores ac perturbationes ab animo ægroto ſe depul- 8
ſuros promittebant,hi ridicula formidine laborabant.
ʼQuòd ſi etiam nihil turbulẽtum eos territaſſet,ʼtranſitu tamẽ 9
beſtiarum ac ſerpentum ſibilis exagitati,interibant tremebundi: 10
ʼetiam aerem,qui nullo modo euitari poteſt,ſe intueri negantes.
ʼEtenim formidoloſa res eſt malitia proprio teſte condemna- 11
ta,ʼ& quæ compreſſa à conſcientia,ſemper mala præſagit.
ʼNihil enim aliud eſt timor, quàm auxiliorum à ratione profi- 12
ciſcentium defectio.
ʼQuum autem intus minor ſpes reſideat, maius id putat quod 13

Exo.10.f.23

|vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti,incluſi ſub tectis,fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerũt.

Et dum putãt ſe latere in obſcuris peccatis: tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt pauentes horrendè,& cum admiratione nimia perturbati.

Neque enim quæ continebat illos ſpelũca,ſine timore cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcẽdens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes pauorem illis præſtabant.

Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyderũ limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

B

Apparebat autem illis ſubitaneus ignis,timore plenus: & timore percuſſi illius,quæ non videbatur,faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur:

Exo.7.d.22,
& 8.b.7

|Et magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere ſe ab anima languente,hi cum deriſu ꝑ leni timore languebant.

Nã etſi nihil illos ex monſtris perturbabat:tranſitu animaliũ & ſerpẽtium ſibilatione cõmoti, tremebũdi peribãt,& aerẽ quẽ nulla ratione qs effugere poſſet,negantes ſe videre.

Frequenter enim præoccupant peſſima,redarguente conſcientia.

C

Quũ ſit enim timida nequitia, dat teſtimoniũ condẽnata: ſemper enim præſumit ſæua perturbata cõſciẽtia.

Nihil enim eſt timor,niſi præſumptionis adiutorium,proditio cogitationis auxiliorum.

Et dum abintus minor eſt expectatio, maiorem computat ignorantiã

Vinculis tenebrarum,&c. δέσμιοι σκότους, καὶ μακρᾶς πεδῆται νυκτὸς. vincti tenebris,& longa implicati nocte. Videtur melius legendum eſſe δεσμοῖς σκότους vinculis tenebrarum,vt ſequens genitiuus Longæ noctis, ab eodem ſubſtantiuo dependeat. Ab æterna proui. extorres iac. φυγάδες τῆς αἰωνίου προνοίας ἔκειντο. exules æternæ prouidentiæ iacuerunt.hoc eſt expulſi ac profligati ab æterna prouidẽtia.

3 Atque ſpectris perturb. καὶ ἰνδάλμασιν ἐκταρασσόμενοι. atque ſimulachris[aut laruis]perturbati.Sunt autem ἰνδάλματα,φαντάσματα,dicta à verbo ἰνδάλλομαι appareo,videor quaſi phantaſma:appellantur etiam εἴδωλα imagines ita ſtultis occurrentes.

4 Neque enim latebra,&c. οὐδὲ γὰρ ὁ κατέχων αὐτοὺς μυχὸς ἀφόβως διεφύλαττεν, Neque enim quæ continebat ipſos ſpelunca,intrepidè cuſtodiebat.hoc eſt vacuos à metu.quanuis abditi eſſent,tamen timore vacare non poterant. Laruæque mœſto aſpectu,&c. καὶ φαντάσματα ἀμειδῆ τοῖς κατηφέσι προσώποις ἐνεφανίζετο. & ſpectra triſtia mœſtis vultibus apparebant. Dicitur enim κατηφὴς qui vultu in terram demiſſo intuetur:quæ vultus conformatio,mœſtitia appellatur. 5 Neque verò vlla vis, &c. καὶ πυρὸς μὲν οὐδεμία βία κατίσχυε φωτίζειν, & ignis quidem nulla vis poterat lucere.ſiue,illuminare. Neque illuſtres, &c. οὔτε ἄστρων ἔκλαμπροι φλόγες καταυγάζειν ὑπέμενον τὴν στυγνὴν ἐκείνην νύκτα. neque ſtellarum ſplendidæ flammæ illuminare ſuſtinebant triſtem illam noctem.

6 Sed ignes tantùm,&c. διεφαίνετο δὲ αὐτοῖς μόνον αὐτομάτη πυρὰ φόβου πλήρης, Apparebat autem illis ſolùm ſpontanea pyra timore plena.Pyram vocat maximum cumulum ignium collucentium. Attoniti verò à non viſa,&c. ἐκδειματούμενοι δὲ τῆς μὴ θεωρουμένης ἐκείνης ὄψεως,ἡγοῦντο χείρω τὰ βλεπόμενα, exterriti verò non viſa illa viſione[ſiue ſpecie] putabant peiora quæ cernebantur. hoc eſt, concipiebant adhuc animo maiorem horrorem,quàm illa externa ſpecies,etiam nõ ita bene ſpectata,afferebat. Cauſam poſtea ſubiunget, malam eorũ conſcientiam,quæ ipſos intus magis conturbabat. Quædam exemplaria habent,ἡγοῦντο χερῶν τὰ βλεπόμενα.æſtimabãt manuum viſa:quaſi formæ ac figuræ manuum eſſent:ſed nomen ibi corruptum eſt,ac lectũ χερῶν pro χείρω,à χείρονα quod per contractionẽ χείρω facit, peiora.

7 Aderant autem magicæ ludibria artis, μαγικῆς δὲ ἐμπαίγματα κατέκειτο τέχνης, Magicæ autem appoſita erant ludibria artis,ἐμπαίγματα illuſiones ſiue præſtigiæ, quibus oculi eorum inani & falſa rerum ſpecie capti, tenebantur. Et contumelioſa,&c. καὶ τῆς ἐπὶ φρονήσει ἀλαζονείας ἔλεγχος ἐφύβριστος. & ob prudentiam iactantiæ redargutio[aut correptio]contumelioſa.Significat eos illuſos fuiſſe,quemadmodum ipſi ſuis impoſturis alios deluſerant,atque ita pœnas iuſtas ac meritas vaniſſimæ artis magicæ perſoluiſſe.

8 Nam qui timores,ac perturb.&c. οἱ γὰρ ὑπισχνούμενοι δείματα καὶ ταραχὰς ἀπελαύνειν ψυχῆς νοσούσης, Qui pollicebantur timores ac terrores ſe depulſuros ab animo ægrotante. hoc eſt,qui hoc profitebantur, vt animos perturbatos territóſque omni metu ac perturbatione liberarent,ipſi eodem timoris morbo ridiculè afficiebantur.hoc enim ſignificat quod ſequitur ὅτι καταγέλαστον εὐλάβειαν ἐνόσουν.

9 Quòd ſi etiam nihil turbulentum eos territ. κἂν γὰρ εἰ μηδὲν αὐτοὺς ταραχῶδες ἐφόβει, Etenim ſi nihil ipſos turbulẽtum[hoc eſt terrificũ] terruiſſet.aut,nullum ipſis metum attuliſſet. Tranſitu tamen beſtiarum, &c. κνωδάλων παρόδοις καὶ ἑρπετῶν συριγμοῖς ἐκσεσοβημένοι διώλλυντο ἔντρομοι, beſtiarum tranſitu ac ſerpentum ſibilis commoti peribant tremuli.ſiue,trepidantes. Etiam aerem,qui nullo modo euitari,&c. καὶ τὸν μηδαμόθεν φευκτὸν ἀέρα προσιδεῖν ἀρνούμενοι. & nulla ex parte euitabilem[aut fugiendum]aerem aſpicere negantes. aut,recuſantes.Sic ſunt affecti,qui terrore corripiuntur,vt oculi eorum cælum,aerem,terram refugiant.Decimus verſus in veteri interprete,non legitur Græcé. 11 Etenim formidoloſa res eſt malitia,&c. δειλὸν γὰρ ἰδίῳ πονηρία μάρτυρι καταδικαζομένη. Timida res eſt improbitas [aut prauitas] proprio teſte condẽnata.ſiue,conuicta. Et quæ compreſſa à conſcientia,ſemper mala præſ. ἀεὶ δὲ προσείληφε τὰ χαλεπὰ συνεχομένη τῇ συνειδήσει, ſemper autem aſſumit mala,conſtricta à conſcientia.hoc eſt coacta,ſiue(vt verti)compreſſa à conſcientia.Omnia exemplaria,quæ ego legerim,habent προσείληφε,à προσλαμβάνειν quod ſignificat aſſumere,interdum etiam ſuſpicari.Neſcio an melius legi poſſit προείληφε ſine σ,à προλαμβάνειν quod præſumere,anticipare,animóque aliquid antè capere,ac cogitatione informare ſignificat.Hinc πρόληψις huiuſmodi quaſi prænotio atque informata cogitatio appellatur.Itaque verbum præſagire,quod eſt præſentire aliquid,non malè conuenit.Quòd ſi retineamus προσλαμβάνειν,poterimus accipere pro Aſſumere.hoc eſt,ea quæ extrinſecus offerũtur mala,ita ſuſcipere atque animo comprehẽdere,vt addat & adiungat ſemper aliquid. 12 Nihil enim aliud eſt timor,&c. οὐθὲν γάρ ἐστι φόβος,εἰ μὴ προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων, Nihil enim aliud eſt timor,niſi auxiliorum à ratione proficiſcentiũ proditio. προδοσία hoc loco videtur accipi pro quadã defectione ac deſtitutione earũ rerũ , quarũ optima ſpe ac fiducia animus bonorũ ſuſtentatur, etiam in rebus aduerſis. Ea ſpes quũ in hominibus improbis non ſit,malè ſibi cõſcii metuunt omnia:itaque metus ille,diffidẽtiæ ac malæ conſcientiæ index eſt.

13 Quum autem,&c. ἔνδοθεν δὲ οὖσα ἥττων ἡ προσδοκία πλείονα λογίζεται τὴν ἄγνοιαν τῆς παρεχούσης βάσανον αἰτίας. Intus autẽ exiſtẽs minor expectatio,maiorẽ putat ignorantiã præbente cruciamentũ cauſa.Ego ignorantiã hoc loco accipio pro re quæ ignoratur,quam animus ſibi malè conſcius deteriorem ſemper arbitratur.ſicut ſuprà dixit,in viſione non viſa impios ea quæ cernebantur,peiora exiſtimaſſe.

eius cauſæ, de qua tormentū præſtat.

14 Illi autem qui impotentē verè noctem, & ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem eundem ſomnum dormientes,

15 Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: ſubitaneus enim illis, & inſperatus timor ſuperuenerat.

16 Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro reclusus.

D 17 Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborū operarius præoccupatus eſſet, ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem.

18 Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati: ſiue ſpiritus ſibilās, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

19 Aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore.

20 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

21 Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperuentura illis erat: ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebris.

Cap. XVIII.

Exo.10.f.23

1 SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, ſed figuram non videbant: & quia non & ipſi eadē perpeſſi erāt, magnificabant:

2 Et qui antè læſi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & vt eſſet differentia, petebant.

Exo.13.d.21 pſal.77.b.14, & 104.d.39

3 Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitii præſtitiſti.

---

ignoratur, cauſa tormentum præbente.

14 Ergo illi per noctem verè impotentem, atque ab impotentis Orci receſſu profectam eodem ſomno ſopiti,

15 Partim ſpectrorum monſtris exagitabātur, partim animæ defectione exanimabantur: repentinus enim & inexpectatus timor eis ingruerat.

16 Atque hoc deinde modo, quicunque tandem ibi fuiſſet, collapſus in carcerem citra ferrum incluſus cuſtodiebatur.

17 Nam ſiue quis agricola, ſiue paſtor erat, ſiue operarius labores in deſerto obiens, quiſque præoccupatus ineuitabilem neceſſitatem ſuſtinebat.

18 Siquidem omnes vna tenebrarum catena conſtricti erant: ſiue flatus ſibilans, ſiue denſos inter ramos canora vox auium, ſiue ſonitus aquarum impetu currentium,

19 Siue immanis ruentium ſaxorum fragor, ſiue viſum effugiens ſaltantiū animalium curſus, ſiue frementium ſæuiſſimarū ferarū vox, ſiue Echo mōtiū cauernis repercuſſa, metu illos exanimabat.

20 Totus enim mundus clara luce reſplendebat, atque expeditis continebatur operibus.

21 Illis verò ſolis grauis incumbebat nox, imago quædam earum tenebrarum, quæ illos erant exceptura: ipſi denique ſibi tenebris grauiores erant.

Cap. XVIII.

De luce Iſraelitarum eos præcedente.

1 SAnctis autem tuis maxima lux aderat, quorum quidem vocē audientes illi, ſpeciem autem non videntes, quòd non eadem & ipſi paterentur, beatos prædicabant.

2 Quòd verò non nocerent iniuria prouocati, gratias eis agebāt, & veniam inimicitiarum precabantur.

3 Quorum cauſa igneam columnam itineris ignoti ducem, innocuúmque ſolem magnificæ peregrinationis præbuiſti.

14 Ergo illi per noctem, &c. οἱ δὲ τὴν ἀδύνατον ὄντως νύκτα, καὶ ἐξ ἀδυνάτου ἅδου ἐπελθοῦσαν τὸν αὐτὸν ὕπνον κοιμώμενοι, Illi autem impotentem verè noctem, ac ex impotentis Orci ſpeluncis aduenientem, eodem ſomno dormientes. Videtur hìc ſubaudiēda eſſe præpoſitio κατὰ, per noctem impotentem, aut Noctem referendū eſt ad participium Dormientes, vt ſit, noctem ac ſomnum dormientes. ἀδύνατον autem appellat inanem, quæ verè non erat nox: ſed illa denſiſſima caligo certo Dei iudicio impiorum mentibus offuſa erat, vt eorum oculi perſtricti in clariſſima luce, meras tenebras eſſe arbitrarentur: ita nox non erat in natura rerum, ſed in eorum falſa opinione, atque mentis illuſione.

15 Partim ſpectrorum monſtris exagitaban. τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φαντασμάτων, Tum monſtris phantaſmatum agitabantur. Particulæ τὰ μὲν, τὰ δὲ ſunt diſtributiuæ, tum, tum, partim, partim. Partim animæ defectione exanimabā. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς παρελύοντο προδοσίᾳ: tum animæ diſſoluebantur defectione. linquebātur animo præ timore. Hoc enim ſignificat παράλυσις diſſolutio omnium virium animæ, & quaſi quædam effuſio aut liquefactio, quæ in Scriptura, aquæ effluenti, aut ceræ liqueſcenti comparatur. Repentinus enim, &c. αἰφνίδιος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδόκητος φόβος ἐπῆλθεν. ſubitus enim nec expectatus timor eis ſuperuenerat. hoc eſt irruerat, eos inuaſerat.

16 Atque hoc deinde modo, &c. εἶθ' οὕτως ὃς δήποτ' οὖν ἦν ἐκεῖ καταπίπτων. Deinde ſic quicunque ibi erat collapſus.

17 Siue operarius labores in deſerto obiens, ἢ τῶν κατ' ἐρημίαν ἐργάτης μόχθων, aut operarius ſolitariorum laborum. hoc eſt, qui in deſerto ſolitudinéque ſuſcipiuntur: cuiuſmodi ſunt eorum qui ligna cædūt, qui antè ὑλοτόμοι materiarii ſunt appellati. Quiſque præoccupatus, &c. προληφθεὶς τὴν δυσάλυκτον ἔμενεν ἀνάγκην, præoccupatus ineuitabilem ſuſtinebat neceſſitatem. δυσάλυκτον eandem vim habet quam ἄφυκτον, quod nullo modo vitari poteſt: in quo particula δὺς præpoſita videtur augere nomen ἄλυκτον quod per ſe ineuitabile ſignificat. 18 Canora vox auium, ὀρνέων ἦχος εὐμελής, auium ſonus [hoc eſt garritus aut cantus] ſuauis ac numeroſus. Siue ſonitus aquarum impetu currentium, ἢ ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ. aut murmur aquæ euntis vi. hoc eſt violenter decurrentis.

19 Siue immanis ruentium ſaxorum fragor, ἢ κτύπος ἀπηνὴς καταρριπτομένων πετρῶν, Aut ſonus validus [ſiue vehemens] præcipitatorum ſaxorum. Siue viſum effugiens, &c. ἢ σκιρτώντων ζώων δρόμος ἀθεώρητος, aut ſalientium [ſiue laſciuientium] animalium curſus non aſpectabilis. Siue frementium ſæuiſſimarum ferarum vox, ἢ ὠρυομένων ἀπηνεστάτων θηρίων φωνή, aut vlulantium immaniſſimarum ferarum vox. 20 Atque expeditis continebatur operibus. καὶ ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις, non impeditis continebatur operibus. hoc eſt, habebat liberum ac non impeditum curſum operum ſuorum. natura rerum non impediebatur, quo minus opera ſua obiret: ſed illorum mens timore ita erat commota, vt tota rerum natura immutata ac inuerſa eſſe videretur.

21 Illis verò ſolis grauis incumb. nox, μόνοις δὲ ἐκείνοις ἐπετέτατο βαρεῖα νύξ. Solis autem illis expanſa erat grauis nox. hoc eſt effuſa dēſiſſima caligo, in qua mentes ipſorum cæco timore perturbatæ ac confuſæ, nihil præter tenebras horribiléſque rerū formas cōſpiciebant.

IN CAPVT XVIII.

1 Quòd non eadem, &c. ὅτι μὲν οὐ κἀκεῖνοι πεπόνθασιν ἐμακάριζον, quòd non & illi paſſi eſſent, beatos prædicabant.

2 Quòd verò non nocerent, &c. ὅτι δὲ οὐ βλάπτουσι προηδικημένοι ηὐχαρίστουν, Quoniam autem non læderent iniuria antè affecti, [hoc eſt laceſſiti] gratias agebant. hoc eſt, quòd illatas acceptáſque iniurias non vlciſcerentur, quum poſſent facere. Et veniam inimicitiarum precabantur. καὶ τοῦ διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο. inimicitiarum veniam orabant. hoc eſt, eorum inimicitias à ſeſe deprecabantur, ac recuſabant. nolebant illos habere inimicos, quos metuebant: videbant enim illos habere ſummam vlciſcendi facultatem. deerat tantùm voluntas quæ in animo offenſo atque inimico ineſt. διενεχθῆναι venit ἀπὸ τοῦ διαφέρεσθαι, quod ſignificat cōtendere, pugnare, atque inimicitias exercere. 3 Quorum cauſa igneam colum. &c. ἀνθ' ὧν πυριφλεγῆ στῦλον, ὁδηγὸν μὲν ἀγνώστου ὁδοιπορίας, ἥλιον δὲ ἀβλαβῆ φιλοτίμου ξενιτείας παρέσχες. Pro quibus columnam vndique inflammatam ducem quidem ignotæ profectionis, ſolem verò innocuum honorificæ [hoc eſt præclaræ] peregrinationis exhibuiſti. ἀνθ' ὧν poteſt referri vel ad res, vt habeat vim particulæ cauſalis: vel ad perſonas Iudæorum, pro quibus Dominus ducendis tuendíſque, illa itineris adiumenta præbuit.

4 ′Nam illi quidem digni erãt qui luce priuati cuſtodia tenebrarum tenerentur, vt qui filios tuos, ′per quos incorruptum Legis lumen orbi erat impertiendum, concluſos aſſeruaſſent.

Afflictio impiorū AEgyptiorum.

5 ′Cæterùm quum illud cõſilium cepiſſent, vt infantes ſanctorum tuorum occiderent, vnúſque expoſitus fuiſſet, atque ′ad eos redarguendos reſeruatus, tu orbaſti eos liberorum copia, ′& in aqua vehementi ſimul omnes perdidiſti.

6 ′Nox illa maioribus antè ſignificata fuit, vt certò ſcientes quibus crediderant iuramentis, bono ac ſecuro animo eſſent.

7 ′Populus autem tuus & iuſtorum ſalutem, & hoſtiũ interitum eſt conſequutus.

8 ′Vt enim inimicos noſtros vltus es, ſic nos aduocans gloria illuſtraſti.

9 ′Clàm igitur ſacrificabant ſancti bonorum filii, ac diuinam Legem concorditer ſanxerunt, ſanctos eorundẽ & bonorũ & periculorũ ex æquo conſortes fore, patribus iam hymnos præcinentib⁹.

10 ′Clamor contrà hoſtium diſſonus reſonabat, ′miſerabilíſque liberorum, qui deplorabantur, lamentatio ferebatur.

11 ′Eadem autem pœna ſeruus, qua dominus affectus fuit, & plebeius paria cum Rege eſt perpeſſus.

12 ′Vnóque adeò mortis nomine cuncti ſimul innumerabiles habuerunt mortuos: neque enim qui viui erant ad ſepeliendos ſufficiebant: ′quoniam vno momento præſtantiſſima eorum proles interiit.

13 ′Atque ita qui propter præſtigias nihil crediderant, in primoge

Digni ſunt illi quidem carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant ſanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptũ Legis lumen ſeculo dari.

Quum cogitarent iuſtorum occidere infãtes: & vno expoſito filio, & liberato, in traductionem illorũ, multitudinem filiorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida. Exod.1.c.16, & 2.a.3

Illa enim nox antè cognita eſt à patribus noſtris: vt verè ſciẽtes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores eſſent. Ex.14.f.24.g.27

Suſcepta eſt autẽ à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorũ autem exterminatio. B

Sicut enim læſiſti aduerſarios, ſic & nos prouocans magnificaſti.

Abſconſè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt, ſimiliter & bona & mala recepturos iuſtos, patrum iam decantantes laudes.

Reſonabat autem inconueniẽs inimicorũ vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

Simili autem pœna ſeruus cum domino afflict⁹ eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus. Exo.12.d.27, e.29

Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles: nec enim ad ſepeliẽdum viui ſufficiebant: quoniam vno momẽto quæ erat præclarior natio illorum, exterminata eſt.

De omnibus enim non credentes propter veneficia, tũc quũ fuit exter-

4 Nam illi quidem digni, &c. ἄξιοι μὲν γὰρ ἐκεῖνοι στερηθῆναι φωτὸς, καὶ φιλακισθῆναι ἐν σκότει, Digni enim illi qui luce priuarentur, ac cuſtodirentur in tenebris. φιλακὴ eſt cuſtodia: inde verbum φιλακίζειν habere aliquem in cuſtodia, eúmque aſſeruare. Itaque cuſtodiam tenebrarum ac carcerem meritos eſſe ſignificat. Per quos incorrup. &c. δι' ὧν ἔμελλεν τὸ ἄφθαρτον νόμου φῶς τῷ αἰῶνι δίδοσθαι, per quos debebat incorruptum Legis lumen ſeculo dari. 5 Cæterùm quum illud, &c. βουλευσαμένους δὲ αὐτοὺς τὰ τῶν ὁσίων ἀποκτεῖναι νήπια, καὶ ἑνὸς ἐκτεθέντος τέκνου, καὶ σωθέντος εἰς ἔλεγχον αὐτῶν ἀφείλου πλῆθος τέκνων, Quũ autẽ decreuiſſent ſanctorũ occidere infantes, vnúſque expoſitus & ſeruatus ad redargutionẽ [ſiue correptionem] fuiſſet, ademiſti [ſiue abſtuliſti] illis multitudinem liberorum. Verbum ἀφαιρεῖσθαι apud Græcos conſtruitur cum duobus accuſatiuis, vt ita hanc orationem conſtruas ἀφείλου τοὺς βουλευσαμένους τὸ αὐτῶν πλῆθος τέκνων, priuaſti eos qui conſilium illud crudele ceperant, frequentia liberorum. Ad eos redarguendos πρὸς ἔλεγχον, ad redargutionem eorum. aut reprehenſionem. Nam Moſes in eum mortis caſum ab illis crudeliter demiſſus, & à Deo conſeruatus, vltor poſteà fuit eius crudelitatis qua illi in infantes Hebræorum vſi fuerant. Et in aqua vehementi ſimul omnes perdidiſti. καὶ ὁμοθυμαδὸν ἀπώλεσας ἐν ὕδατι σφοδρῷ, Ad verbum, vnanimiter perdidiſti in aqua vehementi. quaſi diceret, eos pariter eadem in aqua fuiſſe ſubmerſos ac ſuffocatos.

6 Nox illa maioribus, &c. ἐκείνη ἡ νὺξ προεγνώσθη πατράσιν ἡμῶν, ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες, οἷς ἐπίστευσαν ὅρκοις, ἐπευθυμήσωσιν, Illa nox præcognita patribus noſtris, vt ſecurè ſcientes quibus crediderant iuramentis, bono forent animo. εὐθυμεῖν ſignificat bono ac ſecuro eſſe animo: ſed præpoſitio ἐπὶ videtur augere ſignificationem verbi, aut tempus poſterum ſignificare. vt ἐπευθυμήσωσιν. i. animum ſecurum tranquillúmque conſtanter retinerent, aut poſthac, ſiue in poſterum, eam animi cogitationem, optimámque in Deo ſpem haberent. Nam ea nox illis veritatem promiſſionum confirmauit, eorúmque animos ad optimè ſperandum in omne reliquum tempus excitauit. Hoc mihi videtur ſignificare ἐπευθυμεῖν. 7 Populus autem tuus προσεδέχθη δὲ ὑπὸ λαοῦ σου, σωτηρία μὲν δικαίων, ἐχθρῶν δὲ ἀπώλεια, Suſcepta eſt autem à populo tuo ſalus quidem iuſtorum, hoſtium autem perditio. His verbis ſignificat ſalutem populi cum hoſtium pernicie coniunctam fuiſſe. Nam Deus nũquam ſolet populum ſuum liberare, quin ſimul iniurias ab hoſtibus illatas vlciſcatur, in quo ſingularem quendam in ſuos amorem declarat. 8 Vt enim inimicos, &c. ὡς γὰρ ἐτιμωρήσω τοὺς ὑπεναντίους, τούτῳ ἡμᾶς προσκαλεσάμενος ἐδόξασας, vt enim puniuiſti aduerſarios, eò nos vocatos glorificaſti. videtur legẽdũ eſſe οὕτως, non τούτῳ, vt particula ſimilitudinis in hac comparatione reddatur alteri: niſi velimus accipere ὡς pro quum, vt quum ſupplicium ſumpſiſti de inimicis, ea re nos gloria ac honore affeciſti, quaſi ea vltio hoſtium cum populi gloria coniuncta fuerit. Nam in ea quidem vltione, & amor Dei erga ſuos, & honos quem illis habet perſpicitur. ′9 Clàm igitur ſacrificabant, &c. κρυφῇ γὰρ ἐθυσίαζον ὅσιοι παῖδες ἀγαθῶν, καὶ τὸν τῆς θειότητος νόμον ἐν ὁμονοίᾳ διέθεντο, τῶν αὐτῶν ὁμοίως καὶ ἀγαθῶν καὶ κινδύνων μεταλήψεσθαι, Occultè enim ſacrificabant ſancti pueri bonorum, ac diuinitatis Legem in concordia [ſiue cõſenſu] conſtituerunt, ſe eorundem pariter & bonorum & periculorum participes futuros. qua pactione, ac ſancta animorum conſpiratione teſtabantur, ſe in omnium rerum tum ſecundarum, tum aduerſarum ſocietatem coire. Eſt autem διαθέσθαι νόμον θειότητος ἐν ὁμονοίᾳ, Legem diuinam ac ſanctam vno conſenſu ſancire, qua ſe omnes ad omnium rerum communionem obſtringebãt quæ res declarabat ſummam eorum in Deo coniunctionem. 10 Clamor contrà hoſtium diſſonus reſo. ἀντήχει δὲ ἀσύμφωνος ἐχθρῶν ἡ βοὴ, reſonabat autem diſſonus inimicorum clamor. hoc eſt, vt ſubiungit, luctuoſa lamentatio ac deploratio mortuorum gratulationi Hebræorum lætitiæque contraria, reddebatur, aut referebatur, vt diuerſæ voces ac clamores eodem tempore aerem perſonarent. Miſerabilíſque, &c. καὶ οἰκτρὰ διεφέρετο φωνὴ θρηνουμένων παίδων, & miſerabilis differebatur [hoc eſt diſpergebatur] vox [ſiue lamentatio] liberorum qui deplorabantur. hoc eſt vox deplorantium liberos mortuos. θρηνουμένων παίδων, paſſiuè accipiendum eſt, qui à parentibus deplorabantur.

11 Eadem autem pœna, &c. ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ δοῦλος ἅμα δεσπότῃ κολασθεὶς, καὶ δημότης βασιλεῖ τὰ αὐτὰ πάσχων, Simili autem pœna ſeruus cum domino punitus, & popularis eadem cum Rege patiens. Ita diuerſa hominum conditio nullũ habuit pœnæ diſcrimen: omnes in eo ſupplicii genere æquati fuerunt. 12 Vnóque adeò mortis nomine, &c. ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντες ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου νεκροὺς εἶχον ἀναριθμήτους, pariter enim omnes in vno nomine [hoc eſt genere mortis] mortuos habuerunt innumeros. hoc eſt qui eodem genere mortis affecti fuerunt. õnes enim primogeniti à Domino interfecti ſunt. Quoniã vno momẽto, &c. ἐπεὶ πρὸς μίαν ῥοπὴν ἡ ἐντιμοτέρα γένεσις αὐτῶν διεφθάρη quia ad vnum momẽtum honoratior eorum proles abolita eſt. Nam primogeniti honore ac dignitate cæteris omnibus liberis præſtabãt.

Atque ita qui, &c. πάντα γὰρ ἀπιστοῦντες διὰ τὰς φαρμακείας, ἐπὶ τῷ πρωτοτόκων ὀλέθρῳ ὡμολόγησαν θεοῦ υἱὸν λαὸν εἶναι, Qui enim nihil credebant propter veneficia, in primogenitorũ interitu cõfeſſi ſunt Dei filiũ populũ eſſe. φαρμακείας appellat incãtationes, & magicas artes, quibus & ſe & alios excæcauerant, vt nullam fidem operibus Dei adhiberẽt, eiúſque populũ nullo modo agnoſcerent. Itaque maximo ipſorum malo confeſſio eis extorta eſt.

minium primogenitorum, ſpopõderunt populum Dei ſe eſſe.

C Quum enim quietũ ſilentium contineret õnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet,

Omnipotẽs ſermo tuus exiliẽs de cælo à regalibus ſedibus, durus debellator in mediam exterminii terram proſiliuit.

Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cælum attingebat, ſtans in terra.

Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati.

Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, propter quã moriebatur cauſam, demonſtrabat.

Viſiones enim quæ illos turbauerunt, hæc præmonebãt, ne inſcii qua re mala patiebantur, perirent.

Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis: ſed non diu permanſit ira tua.

D Num.16.g.46 ‖Properans enim homo ſine querela, propugnauit, proferẽs ſeruitutis ſuæ ſcutũ orationem: & per incẽſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.

Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potẽtiæ: ſed verbo illũ, qui ſe vexabat ſubiecit, iuramenta parentum & Teſtamentum commemorans.

Quum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit, & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad viuos ducebat viam.

Exo.28.b.11 ‖In veſte enim podẽris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parẽtum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificẽtia tua in diademate capitis illius ſcripta erat.

His autem ceſſit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

nitorum clade populum Dei filium eſſe confeſſi ſunt.

14 "Nam quum ſilentium quietum teneret omnia, nóxque ſui curſus mediam partem confeciſſet,

15 "Omnipotens ſermo tuus bellator durus in mediũ exitialis terræ, ex ſolio Regali de cælo deſiliit,

16 "Mandatum tuum minimè fictum, quaſi gladium acutũ gerẽs, "ſtánſque, partim cælũ attingẽs, partim ſolo inſiſtẽs, omnia morte compleuit.

17 "Tunc quidem ſubitò, cum viſiones ſomniorum vehementer eos perturbarunt, tum terrores inexpectati ſe obtulerunt.

18 "Et alius aliò proiectus declarabat ſemimortuus, quam ob cauſam moreretur.

19 Hoc enim ſomnia quæ ipſos conturbarant, eis præſignificarunt, ne, ignari cur hæc mala paterentur, interirent.

20 "Cæterũ iuſtos quoque attigit tentatio mortis, & ſtrages in deſerto facta eſt multitudinis: ſed illa non diu ira manſit.

21 "Nã properè vir inculpatus armis miniſterii ſui, precatione, ſuffimentóque propitiatorio prolatis, propugnatorem ſe præſtitit, reſtitit indignationi: declaránſque ſe tuum ſeruum eſſe, finem calamitati impoſuit.

22 "Interemptorem autem non robore corporis, neque vi armorũ deuicit: ſed iuramenta patrum ac fœdera allegans, "plectentem oratione ſuperauit

23 "Nam aceruatim iam aliis ſuper alios collapſis mortuis, hic medius obſiſtens iram præcidit, viámque ad viuos intercluſit.

24 Siquidem omnis in tunica talari ornatus inerat: "& decora patrũ in ſculptura lapidis quadripartito ordine diſtincti: atque in diademate capitis eius, maieſtas tua.

25 "His vaſtator ceſſit, hæc verò extimuit: ſola enim iræ experientia ſufficiebat.

14 Nam quum ſilentium quietum, &c. ἡσύχου γὰρ σιγῆς περιεχούσης τὰ πάντα, καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ἰδίῳ τάχει μεσαζούσης, Quieto enim ſilentio tenente omnia, & nocte in propria celeritate dimidiata. hoc eſt quæ dimidium ſpatium celeris curſus ſui confecerat. Significare vult μεσονύκτιον, mediam noctem, quo tempore homines ſomno ſopiti quietum ſilentiũ dant. 15 Omnipotens ſermo tuus bel. &c. ὁ παντοδύναμός σου λόγος ἀπ' οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλείων ἀπότομος πολεμιστὴς, εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἥλατο γῆς, Omnipotẽs tuus ſermo à cælis, ex ſedibus regalibus aſper bellator in medium terræ exitio deſtinatæ, deſiliit. 16 Mandatum tuum minimè, &c. ξίφος ὀξὺ τὴν ἀνυπόκριτον ἐπιταγὴν φέρων, Gladium acutum non ſimulatum mãdatum ferens. In Græco non eſt particula ſimilitudinis: nam in Scriptura verbum Dei dicitur ſæpe gladius: hoc autem loco, quoniam vi verbi dicit cæſos eſſe primogenitos, particula ſimilitudinis apponi poteſt ad maiorem explanationem. Stánſque partim cælum, &c. καὶ στὰς ἐπλήρωσε τὰ πάντα θανάτου, καὶ οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς, & ſtans omnia morte impleuit, ac cælum quidem tetigit [vel attingebat] deſcẽderat verò in terrã [aut ingrediebatur verò in terra.] Significat verbi Dei magnitudinem ac potentiam, quod occupat omnia, ſuámque vim in cælo & in terra explicat. 17 Tum quidem ſubitò, &c. τότε παραχρῆμα φαντασίαι μὲν ὀνείρων δεινῶς ἐξετάραξαν αὐτούς, φόβοι δὲ ἐπέστησαν ἀδόκητοι, tum repentè viſiones quidẽ ſomniorũ grauiter conturbarunt eos: timores verò inſtiterũt inexpectati. hoc eſt eos preſſerunt. 18 Et alius alio proiectus, &c. καὶ ἄλλος ἀλλαχῇ ῥιφεὶς ἡμίθνητος, δι' ἣν ἔθνησκεν αἰτίαν ἐνεφάνιζεν. Et alius aliò abiectus ſemimortuus, quã ob cauſam moreretur, oſtẽdebat. Alii ῥιφεὶς vertũt, iacẽs: ſed venit à ῥίπτομαι, quod eſt iacior. Significat enim vim terroris, quo ita agitabantur, vt conſternati proſtratique iacerent: ita impulſio maxima atque exagitatio hoc verbo ſignificatur. 20 Cæterùm iuſtos quoque, &c. ἥψατο δὲ καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, καὶ θραῦσις ἐν ἐρήμῳ ἐγένετο πλήθους, Tetigit autem etiam iuſtos tentatio [ſiue experiẽtia] mortis, & clades in deſerto facta eſt multitudinis. θραύω ſignificat frango, quaſſo, vulnere, inde θραῦσις, quam Latini ſtragem vocant, clades etiam appellatur. 21 Nam properè vir, &c. σπεύσας γὰρ ἀνὴρ ἄμεμπτος προεμάχησεν, τὸ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον προσευχὴν, καὶ θυμιάματος ἐξιλασμὸν κομίσας, Properãs enim vir reprehenſione carens, propugnauit, proprii miniſterii arma precationem, & incenſi propitiationem ferens. ſiue quum tuliſſet: eſt enim κομίσας participium præteriti temporis.

22 Interemptorem autem non rob. corp. neque, &c. ἐνίκησε δὲ τὸν ὀλοθρεύοντα οὐκ ἰσχύϊ σώματος, οὐχ ὅπλων ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ λόγῳ τὸν κολάζοντα ὑπέταξεν, Vicit autẽ vaſtatorem, non viribus corporis, nec armorum efficacia, ſed verbo punientem ſubiecit. Quædam exemplaria habent, ἐνίκησεν τὸν ὄχλον, vicit turbam: ſed mendoſé, nam loquitur de vi orationis, qua Moſes irato Deo reſtitit, eúmque ita preſſit, vt ſe ab eo vrgeri, ac dimitti velle dixerit. Plectentem oratione ſuperauit, λόγῳ τὸν κολάζοντα ὑπέταξεν, verbo punientem ſubiecit. hoc eſt eũ iratum vi orationis ita preſſit, vt eum quodammodo ad voluntatem ſuam coegerit: ita vt quum Deus populum perdere conſtituiſſet, victus precatione Moſis ſententiam mutarit, eíque & veniam & ſalutem dederit. 23 Nam aceruatim iam, &c. σωρηδὸν γὰρ ἤδη πεπτωκότων ἐπ' ἀλλήλων νεκρῶν, μεταξὺ στὰς ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν, καὶ διέσχισε τὴν πρὸς τοὺς ζῶντας ὁδόν, Aceruatim enim iã mortuis iacẽtibus [aut proſtratis] aliis ſuper alios, in medio ſtans [hoc eſt intercedens] præcidit iram, & diuiſit [aut interrupit] ad viuos viam. hoc eſt repreſſit iram Dei, eúmque prohibuit ne in cæteros omnes qui adhuc viuerent, eodem modò graſſaretur. 24 Et decora patrum, &c. καὶ πατέρων δόξαι ἐπὶ τετραστίχου λίθου γλυφῆς, & gloriæ patrum in quadruplicis ordinis lapidis ſculptura. Significat gemmas, quibus veſtitus ſacerdotis erat ornatus, ita fuiſſe diſtinctas, vt quatuor ordines efficerent. 25 His vaſtator ceſſit, &c. τούτοις εἶξεν ὁ ὀλοθρεύων, ταῦτα δὲ ἐφοβήθη, His exterminator ceſſit, hæc verò timuit. hoc eſt, reuocatus eſt ab exequẽda ſentẽtia de interitu populi: tanta vis & dignitas fuit orationis atque interceſſionis ſacerdotalis, in qua erat imago ſummi ſacerdotis Ieſu Chriſti.

Cap. XIX.

De interitu AEgyptiorũ, & Hebræorum liberatione.

I′Mpios autẽ indignatio ſine miſericordia ad extremũ vſque eſt 1 perſecuta,′vt quorum etiam futura facinora præuiderat:

Quòd eos quos abire permiſiſſent,′atque cum ſtudio præmiſiſ- 2 ſent,pœnitentia ducti rurſum eſſent perſequuturi.

′Quum enim recenti adhuc luctu ad ſepulchra mortuorum la- 3 mentarentur,′aliud conſilium amentiæ plenum ceperũt, vt quos ſupplicando extruſerant,eos vt fugitiuos perſequerentur.

″Merita enim neceſſitas ad hunc finem eos pertraxit,atque eorũ 4 quæ *ipſis* acciderant, obliuionem iniecit, ″vt reliquas cruciatuum pœnas perſoluerent:

″Ac populus quidem tuus admirabilem itineris rationem ten- 5 taret:illi verò nouum mortis genus inuenirent.

″Siquidem omnes res creatæ in ſuo ſingulæ genere,propriis ſer 6 uientes muneribus à te mandatis,vt filii tui nullo incommodo af fecti conſeruarentur,deintegro rurſum aliam figuram induebant:

′Nubes caſtra obumbrabat , ″& quæ aquis prius occupata erat 7 terra,emergens ſicca apparuit,′itérque item expeditum è Mari rubro,′& herboſus è violento gurgite campus:

″Per quem tota gens tranſiit, hi qui tua protecti manu,ſtupẽda 8 miracula conſpexerunt.

″Nam in modum equorum hinnierunt,moréque agnorum ex- 9 ultauerunt,′te liberatorem,ô Domine,decantantes.

′Meminerãt enim adhuc rerum actarum in peregrinatione ſua, 10 ′quẽadmodum pro animalium ſobole terra protuliſſet inſecta,& pro piſcibus multitudinem ranarum fluuius euomuiſſet.

′Nouiſſimè autem viderunt nouam auium progeniem,′quum 11 ermoti cupiditate delicatos cibos poſtulaſſent.

′Nam ad ſolatium eorum ſublimis à Mari coturnix aduolauit, 12

Cap. XIX.

IMpiis autem vſque in nouiſſimum 1 ſine miſericordia ira ſuperuenit: præſciebat enim & futura illorum:

Quoniam quũ ipſi reuerſi eſſent,& 2 permiſiſſent vt ſe educerent , & cum magna ſolicitudine præmiſiſſẽt illos, cõſequebãtur illos pœnitẽtiæ actus.

¶Adhuc enim inter manus haben- 3 tes luctus,& deplorãtes ad monumẽta mortuorum, aliã ſibi aſſumpſerũt cogitationẽ inſcientiæ: & quos rogãtes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur. Exod.14.a

Ducebat enim illos ad hunc finem 4 digna neceſſitas, & horum quæ acciderant cõmemorationẽ amittebant, vt quæ deerãt tormentis,repleret punitio: Gen.19.d.1

Et populus quidem tuus mirabili- 5 ter tranſiret: illi autem nouam mortem inuenirent.

Omnis enim creatura ad ſuum ge- 6 nus ab initio refigurabatur,deſeruiẽs tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirẽtur illæſi: B

Nam nubes caſtra eorum obũbra- 7 bat,& ex aqua quæ antè erat,terra arida apparuit,& inMari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio:

Per quẽ omnis natio tranſiuit quæ 8 tegebatur tua manu,videntes tua mirabilia & monſtra.

Tanquã enim equi depauerunt eſ- 9 cam , & tanquam agni exultauerunt magnificãtes te Domine, qui liberabàs illos:

Memores enim erãt adhuc eorum 10 quæ in incolatu illorum facta fuerãt, quemadmodũ pro natione animaliũ eduxit terra muſcas , & pro piſcibus eructauit fluui⁹ multitudinẽ ranarũ. C

¶Nouiſſimè autem viderũt nouam 11 creaturam auium,quum adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. Exo.16.c.13 Num.11.g.31

In allocutione enim deſiderii aſcẽ- 12

CAPVT XIX.

1 Impios autem indignatio & ira,&c.τοῖς δὲ ἀσεβέσιν μέχρι τέλους ἀνελεήμων θυμὸς ἐπέστη, Impiis autem vſque ad finem immiſericors indignatio inſtitit. Iudicium enim ſine miſericordia iis qui in alios fuerint immiſericordes. Vt quorum etiam,&c. προῄδει γὰρ αὐτῶν καὶ τὰ μέλλοντα,præuidebat[aut præſciebat]eorum etiam futura.hoc eſt ea quæ in populum Dei eſſent facturi.

2 Atque cum ſtudio præmiſiſſent,&c.καὶ μετὰ σπουδῆς προπέμψαντες.Exod.12.c.33,ita legitur,Et inſtabãt AEgyptii populo, vt feſtinanter eos expellerent è terra. 3 Quum enim recenti,&c. ἔτι γὰρ ἐν χερσὶν ἔχοντες τὰ πένθη, καὶ προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν,Adhuc enim in manibus habentes luctus , ac lamentantes ad monumenta mortuorum. In manibus ea habere dicimus, quæ adſunt & præſentia ſunt: ita hic luctum eos ſignificat habuiſſe præſentem. Aliud conſilium amentiæ plenum cepe. ἕτερον ἐπεσπάσαντο λογισμὸν ἀνοίας, aliud attraxerunt[aut aſciuerunt]conſilium amentiæ. hoc eſt,aliud conſilium inſanum arripuerunt. 4 Merita enim,&c.εἷλκε γὰρ αὐτοὺς ἀξία ἐπὶ τοῦτο τὸ πέρας ἀνάγκη,Traxit enim eos digna ad hũc finem neceſſitas.ad hunc exitum eos deduxit. Vt reliquas cruciatuum pœnas perſol.ἵνα τὴν λείπουσαν ταῖς βασάνοις προσαναπληρώσωσι κόλασιν, vt quæ reſtabat tormentis,adimplerent pœnam:nondum enim iuſta pœnarum menſura erat completa.Itaque ad priores hæc acceſſio poſtrema fieri debuit. 5 Ac populus quidem tuus admir. &c. καὶ ὁ μὲν λαός σου παράδοξον ὁδοιπορίαν πειράσῃ,ἐκεῖνοι δὲ ξένον εὕρωσιν θάνατον , Et populus quidem tuus admirabilem profectionem tentaret, illi verò nouam mortem inuenirent. 6 Siquidem omnes res,&c.ὅλη γὰρ ἡ κτίσις ἐν ἰδίῳ γένει πάλιν ἄνωθεν διετυποῦτο ὑπηρετοῦσα ταῖς ἰδίαις ἐπιταγαῖς,ἵνα οἱ σοὶ παῖδες φυλαχθῶσιν ἀβλαβεῖς, Vniuerſa enim creatura in ſuo genere rurſum deintegro informabatur[aut configurabatur] inſeruiens propriis mandatis[hoc eſt certis ac propriis officiis à te mandatis]vt tui filii conſeruarentur illæſi.ἐπιταγὰς paſſiuè præcepta mãdatáque appellat,quæ Deus ad ſalutem ſuorum ſingulis creaturis dabat. 7 Nubes caſtra obumbrabat, ἡ τὴν παρεμβολὴν σκιάζουσα νεφέλη,Nubes caſtra inumbrãs.aut,nubes quæ caſtra inumbrabat.Nam diſtributione enumerat aliqua officia & opera à creaturis tum præſtita populo Dei,in quibus erat illa nubis obumbratio ad æſtum ſolis vitandum opportuna. Et quæ aquis,&c. ἐκ δὲ προϋφεστῶτος ὕδατος ξηρᾶς ἀνάδυσις γῆς ἐθεωρήθη, quæ autẽ prius aqua fuerat,ſiccæ emerſio terræ cõſpecta eſt.aut,ſicca emergens terra viſa eſt.hoc eſt,terra quæ aquis antè erat obruta , aquis remotis arida extitit , & apparuit. Itérque item expeditum è Mari rubro, ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὁδὸς ἀνεμπόδιστος, è Mari rubro via non impedita.ſubaudiendum Apparuit. Et herboſus è violento gurgite campus καὶ χλοηφόρον πεδίον ἐκ κλύδωνος βιαίου , & viridem herbam ferens campus è gurgite violento. 8 Per quem tota gens tranſiit,&c. δι᾽ οὗ πᾶν ἔθνος διῆλθον οἱ τῇ σῇ σκεπαζόμενοι χειρὶ θεωροῦντες θαυμαστὰ τέρατα , Per quem tota gens tranſierunt,hi qui tua manu protegebantur conſpicientes miranda monſtra.aut portenta. 9 Nam in modum equorum hinnierũt, ὡς γὰρ ἵπποι ἐχρεμέτισαν,Tãquam enim equi hinnierũt. Quædam exemplaria habent ἐνεμήθησαν,paſti ſunt:ſed correctiora legunt ἐχρεμέτισαν,quod melius congruit cum ſequentibus, Et quaſi agni exultauerunt. Te liberatorem ô Domine,decantantes. αἰνοῦντές σε κύριε τὸν ῥυόμενον αὐτούς . laudantes te Domine,qui liberaſſes ipſos.

10 Meminerant enim,&c.ἐμέμνηντο γὰρ ἔτι τῶν ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτῶν,Nam memoria adhuc tenebant quæ in peregrinatione ipſorum acta eſſent. hoc eſt,in AEgypto in qua peregrini fuerant: ita recens adhuc memoria præteritarum rerum & aſpectus præſentium,ad canendas Dei laudes incitabat. Quemadmodũ pro anima.ſob.terra protu.inſecta,πῶς ἀντὶ μὲν γενέσεως ζῴων ἐξήγαγεν ἡ γῆ κνῖπα,quomodo pro generatione quidem animalium terra muſcas produxiſſet. 11 Nouiſſimè autem viderunt nouã auium progeniem, ἐφ᾽ ὑστέρῳ δὲ εἶδον καὶ νέαν γένεσιν ὀρνέων,In nouiſſimo autem viderunt & nouam generationem auium.aut,poſtremò autem viderũt nouam etiam procreationem auium. Quum permoti cupid. &c. ὅτε ἐπιθυμίᾳ προαχθέντες ᾐτήσαντο ἐδέσματα τρυφῆς, quum concupiſcentia adducti poſtulaſſent cibos deliciarum.hoc eſt ad voluptatem ſuaues,non ad deſiderium naturæ neceſſarios. 12 Nam ad ſolatium eorum, &c. εἰς γὰρ παραμυθίαν ἀνέβη αὐτοῖς ἀπὸ θαλάσσης ὀρτυγομήτρα,nam ad leuationem[ſiue conſolationem]eorum aſcẽdit à mari coturnix.hoc eſt,ad eos ſubleuandos ac reficiendos,è mari coturnices aduolarunt. Nam συνεκδοχικῶς numero ſingulari vſus eſt pro plurali.

dit illis de mari ortygometra, & vexationes ſuperuenerũt, non ſine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fulminum : iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias.		′porrò ſceleratis pœnæ prægreſſis fulminũ vi ſignis irrogatæ fuerunt, ″quas iuſtè ſua nequitia meriti patiebãtur, quum grauiorem inhoſpitalitatem exercuiſſent.
Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt: alii quidẽ ignotos non recipiebant aduenas, alii autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant.	13	′Nam alii ignotos homines, quum ad ipſos veniſſent, nõ recipiebant: alii hoſpites bene meritos in ſeruitutem redigebant.
Et non ſolùm hæc, ſe & aliis quidẽ reſpectus illorum erat: quoniã inuiti recipiebant extraneos.	14	″Neque ſolùm hoc, ſed ſiqua ipſorum eſſet viſitatio, quoniam alienigenas inimicè recipiebant.
Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eiſdem vſi erant iuſtiti is, ſæuiſſimis afflixerunt doloribus.	15	′Alii item quos feſtorum celebritate excepiſſent, admiſſos iam in eiuſdem iuris communionẽ grauiſſimis laboribus afflixerunt.
Gen.19.c.11 Percuſſi ſunt autẽ à cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti quum ſubitaneis coopertieſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum oſtii ſui quærebat.	16	′Itaque cæcitate etiam percuſſi fuerunt, ′vt quondam ad iuſti fores illi qui vaſtis circũſepti tenebris, ſuarum quiſque forium aditum quærebant.
D In ſe enim elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonũ cuſtodiũt: vnde æſtimari ex ipſo viſu certò poteſt.	17	″Etenim elementa per ſe aptè tranſponuntur, ′quẽadmodum in pſalterio ſoni nomen concentus permutantes, ſonum tamẽ ſemper aliquem retinent: ″quod licet ex animaduerſione rerum actarum exactè coniicere.
Agreſtia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram tranſibant.	18	′Aquaticis enim cõmutabantur terreſtria, & natatilia in terram tranſibant.
Ignis in aqua valebat ſupra ſuã virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur.	19	′Ignis in aqua virium ſuarum immemor valebat, ′& aqua naturæ extinctricis obliuiſcebatur.
Flammæ ècontrario corruptibiliũ animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant illam quæ facilè diſſoluebatur, ſicut glacies bonam eſcam.	20	′Flammæ rurſum animaliũ, quæ corruptioni obnoxia ſunt, corpora in his inambulantium nulla tabe affecerũt, ″nec ad liqueſcẽdum natum glaciale ambroſii cibi genus liquefecerunt.
In omnibus enim magnificaſti populum tuum, Domine, & honoraſti, & nõ deſpexiſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens eis.	21	″Per omnia enim, ô Domine, amplificaſti populum tuum, gloriáque ornauiſti, nec ei vllo tẽpore aut loco præſens adeſſe es dignatus.

Porrò ſceleratis, &c. καὶ αἱ τιμωρίαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπῆλθον οὐκ ἄνευ τῶν γεγονότων τεκμηρίων τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν, ac ſupplicia peccatoribus ſuperuenerunt nõ ſine factis ſignis vi fulminũ. hoc eſt, non ſine vi ac impetu fulminum prænuntio eorũ ſuppliciorum, quibus propter ſua ſcelera & maleficia affecti fuerunt. Videtur autem loqui de iis qui ob ſua peccata Dominum exacerbarunt, pœnáſque inhumanitatis ſuæ meritas perſoluerunt. Quas iuſtè ſua nequitia, &c. δικαίως γὰρ ἔπασχον ταῖς ἰδίαις αὐτῶν πονηρίαις, καὶ γὰρ χαλεπωτέραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν. iuſtè enim patiebantur ſuis nequitiis[hoc eſt ob ſuas nequitias aut prauitates]nam grauiorem inhoſpitalitatem exercuerant.

13 Nam alii ignotos homines, &c. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἀγνοοῦντας οὐκ ἐδέχοντο παρόντας: οὗτοι δὲ εὐεργέτας ξένους ἐδουλοῦντο Illi enim ignotos non recipiebant præſentes[hoc eſt quum aduenissent]hi verò benemeritos hoſpites in ſeruitutem redigebant. ſiue, premebant ſeruitute.

14 Neque hoc ſolùm, ſed ſi, &c. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐπισκοπὴ ἐστιν αὐτῶν, ἐπεὶ ἀπεχθῶς προσεδέχοντο ἀλλοτρίους, Et non ſolùm, ſed & ſi quædam eſſet viſitatio ipſorum, quoniam inimicè exteros recipiebãt. Locus videtur eſſe corruptus, atque orationi aliquid deeſſe. Omnia exemplaria etiam correctiora quæ ego viderim, habent ἀλλὰ καὶ ἥ τις ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν, quæ lectio extare non poteſt, niſi fortè legendum ſit ἥ τις quæ erit[aut aliqua erit]viſitatio ipſorum. ſed author de pœnis inflictis loquitur, non de futuris. Quidam addunt verbum Non patiebantur, quum aliqua fieret ipſorum viſitatio. quæ lectio mihi non diſplicet, ſi viſitatio ipſorum ad exteros, qui ibi oppreſſi tenebantur, referatur. Tantum enim odium erat hoſpitalitatis, vt hanc humanitatem ab aliis aut inter alios exerceri apud ſe non paterentur. Eius rei ſubiungit rationem, quoniã inimico & acerbo animo alienigenas recipiebant. ita hic locus poterit emendari. 15 Alii item quos feſtorum, &c. οἱ δὲ μετὰ ἑορτασμάτων εἰσδεξάμενοι τοὺς ἤδη τῶν αὐτῶν μετεσχηκότας δικαίων δεινοῖς ἐκάκωσαν πόνοις. Alii verò quos cũ feſtiuitatibus acceperãt, eos iam eiuſdẽ iuris participes factos grauibus afflixerũt laboribus. τὰ αὐτὰ δίκαια eadẽ religionis iura, eoſdẽ ritus ac ceremonias ſignificant: in quibus maximum coniunctionis vinculum ineſt. 16 Itaque cæcitate etiam percuſſi fuerunt, ἐπλήγησαν δὲ καὶ ἀορασίᾳ, Percuſſi ſunt autem & cæcitate. particula δὲ videtur habere vim inferendi ex ſuperioribus, pro Igitur aut Itaque. Vt quondam ad iuſti fores, &c. ὥσπερ ἐκεῖνοι ἐπὶ ταῖς τοῦ δικαίου θύραις, ὅτε ἀχανεῖ περιβληθέντες σκότει ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ θυρῶν τὴν δίοδον ἐζήτει, quemadmodum illi ad iuſti fores, quum vaſtis circunfuſi tenebris, vnuſquiſque ſuarum portarum tranſitum quærebat. Intelligit Sodomitas, qui vim inferebant hoſpitibus ipſius Lot, qui omnes ita percuſſi fuerunt cæcitate, vt oſtium ædium ſuarum inuenire non poſſent.

17 Etenim elementa per ſe aptè tranſponuntur, δι᾽ ἑαυτῶν γὰρ στοιχεῖα μεθαρμοζόμενα, Per ſe enim elementa aptè commutantur. ad verbũ, cõmutata. Harmonia eſt cõcentus in muſica. hoc eſt ſonorum ac vocum cõcinna compoſitio proportione comparata. Hinc verbum ἁρμόζειν, καὶ ἁρμόζεσθαι dicitur propriè in ſonis qui ita aptè cadunt, vt congruant. μεθαρμοζόμενοι etiam ſoni dicuntur qui ita tranſponuntur ac cõmutãtur, vt illa varietate cõcentum non corrũpant. Hanc ſimilitudinẽ refert ad elementa maximè contraria, quæ à Deo ita fuerunt conuerſa ac tranſpoſita, vt naturam & vim ſuam conſeruarint. Quemadmodum in pſalte. &c. ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλλάσσουσι, πάντοτε μένοντα ἤχῳ, quemadmodum in pſalterio ſoni numeri[hoc eſt concentus]nomen commutant, ſemper manentia ſono. ita ad verbum eſt: in quo aut verbum videtur deeſſe, aut participium μένοντα ad ſenſum non ad verba referẽdum eſſe, aut cum eo quod poſuit in principio coniungendum, μεθαρμοζόμενα, καὶ μένοντα. vt elementa quanuis aptè tranſponãtur ex naturali loco in aliũ, tamen naturã ſuam & formam quaſi ſonum quendam retineant, atque ita cõmutata in ſuo genere elementa maneãt. Quod licet ex animaduerſione, &c. ὅπερ ἐστὶν εἰκάσαι ἐκ τῆς τῶν γεγονότων ὄψεως ἀκριβῶς. quod quidem licet coniicere ex inſpectione rerum factarum exactè. hoc eſt, ex rebus quæ antè extiterunt in populo Dei, diligenter conſideratis. 18 Aquaticis enim commutabantur terreſtria, χερσαῖα γὰρ εἰς ἔνυδρα μετεβάλλετο, Terreſtria enim in aquatilia transmutabantur. & natatilia in terram tranſibant, καὶ νηκτὰ μετέβαινεν ἐπὶ γῆς.

19 Ignis in aqua, &c. πῦρ ἴσχυσεν ἐν ὕδατι τῆς ἰδίας δυνάμεως ἐπιλελησμένον, Ignis in aqua vim habebat, propriæ facultatis oblitus.

Et aqua naturæ extinctricis obliuiſ. καὶ ὕδωρ τῆς σβεστικῆς φύσεως ἐπελανθάνετο, & aqua extinctiuæ naturæ obliuiſcebatur.

20 Flammæ rurſum animaliũ, &c. φλόγες ἀνάπαλιν εὐφθάρτων ζώων οὐκ ἐμάραναν σάρκας ἐμπεριπατούντων, Flãmæ è cõtrario facilè corruptibilium animalium non marceſcere fecerunt carnes inambulantium. Nec ad liqueſcendum, &c. οὐδὲ τηκτὸν κρυσταλλοειδὲς ἔτηκεν γένος ἀμβροσίας τροφῆς, neque liquabile glacialis formæ liquefaciebat genus ambroſii cibi. Quidã vertunt genus immortalis cibi. Ambroſia enim apud Poetas ethnicos cibus erat deorũ: quare accipi poteſt pro diuino, cæleſti, ac immortali, ſicut man à Deo de cælo miſſum eſt. Fuit proiectus ros circa caſtra, quaſi ſemẽ coriãdri, eóque terra fuit cooperta. itaq; ſapiens dicit formã glaciei habuiſſe, quod Moſes pruinã fuiſſe ſcripſit.

21 Per omnia enim, ô Domine, &c. κατὰ πάντα γὰρ κύριε ἐμεγάλυνας τὸν λαόν σου, καὶ ἐδόξασας, Per omnia enim magnificaſti populum tuum, & glorificaſti.

Sapientia Ieſu filii Sirach, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ.
vulgò Eccleſiaſticus.

PRAEFATIO SAPIENTIAE IESV FILII SIRACH.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

1 M″Vlta & magna nobis per Legem & Prophetas, cæteróſq; qui illos ſunt conſequuti, tradita fuerunt,″quorum nomine ſumma doctrinæ ſapientiæque laus Iſraeli meritò tribuenda eſt.

2 ″Ex quibus oportet non lectores ſolùm doctos eruditóſque exiſtere, verumetiam homines earum rerũ ſtudioſos eam facultatem comparare, vt & loquendo & ſcribendo exteris vtiles eſſe poſſint.

3 Ex eorum numero Ieſus auus meus, ″quũ in legẽda Lege, ac Prophetis, cæteríſque libris qui à patribus traditi ſunt, plurimum ſtudii operæque poſuiſſet, ″in híſque ſatis exercitationis ac facultatis comparaſſet: in eam eſt inductus volũtatem, vt ipſe quoque aliquid ſcriberet eorum quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinerent:

4 Vt ſtudioſi atque huiuſmodi rebus dediti, hac viuendi in Lege ratione ac conſuetudine maiores progreſſus facerent.

5 ″Vos igitur monitos volo, & hortor, vt cum beneuolentia atque attentione hæc legatis: veniámque detis, ſi minus aſſequuti eſſe videamur vim quarundam dictionum, quas interpretando exprimere conati ſumus.

6 Neque enim hæc ipſa eadem vim habent eandem quum Hebraicè dicuntur, & quum alienam in linguam transferuntur.

7 Neque verò hæc ſolùm, ſed etiam cætera, atque adeò ipſa Lex, ac Prophetæ, aliíque libri non paruam habent diſſimilitudinem & differentiam, ″quum ſuo ac proprio ſermone explicantur.

8 Ego autem anno trigeſimo octauo″regis Euergetæ, quũ veniſſem in AEgyptum, ibíque aliquãdiu commoratus exemplar non paruæ eruditionis reperiſſem: maximè neceſſarium ſum arbitratus, aliquid ſtudii, operæ, laboríſque in eo adhibere, vt hunc librum in aliam linguam conuerterem.

9 Nam in hoc quidem tẽporis ſpatio multum vigiliæ, ſcientiæque adhibui, vt liber ad finem perductus ederetur, vtq; hi qui in exilio cupiũt diſcere, ſuos in Lege mores conformantes vitã degerent.

PROLOGVS

VETVS.

MVltorum nobis & magnorũ per Legem & Prophetas, alióſque qui ſecuti ſunt illos,
ſapientia demonſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſraelem doctrinæ & ſapientiæ cauſa quia nõ
ſolùm ipſos loquentes neceſſe eſt
eſſe peritos, ſed etiam extraneos
poſſe & diſcentes & ſcribẽtes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus
poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis & Prophetarũ, & aliorũ librorũ: qui nobis à parẽtibus noſtris traditi ſũt:
voluit & ipſe ſcribere aliquid horum quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſiderãtes diſcere, & illorũ periti fieri, magis B
magiſque attendãt animo, & cõfirmentur ad legitimam vitam.
Hortor itaque venire vos cũ beneuolentia, & attentiori ſtudio
lectionem facere: & veniam habere in illis in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, &
deficere in verborum cõpoſitione. Nam deficiũt & verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam. Non autem ſolũ
hæc, ſed & ipſa Lex, & Prophetæ,
cæteráque aliorum librorũ non
paruam habent differentiã, quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo & triceſimo anno temporibus
Ptolemæi Euergetis regis, poſt- C
quam perueni in AEgyptum: &
quum multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos nõ
paruæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & neceſſarium putaui, & ipſe aliquam addere diligentiã & laborem interpretandi librum iſtum: & multa
vigilia attuli doctrinam in ſpatio
temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum iſtum dare & illis
qui volunt animum intendere, &
diſcere quemadmodum oporteat
inſtituere mores, qui ſecundùm
Legem Domini propoſuerint vitam agere.

---

1 Multa & magna, &c. πολλῶν καὶ μεγάλων δεδομένων, Quum multa & magna ſint data. ſiue tributa. Sed verbum διδόναι malo accipere pro παραδιδόναι tradere, vt hæc referantur ad doctrinam quæ in Lege ac Prophetis tradita eſt. Ego malui ἐξηγητικῶς ſimpliciterque exponere, quàm circũducere orationẽ, ne comprehẽſio longior eſſet. Quorum nomine ſumma, &c. ὑπὲρ ὧν δέον ἐστὶν ἐπαινεῖν τὸν Ἰσραὴλ παιδείας καὶ σοφίας. pro quibus conuenit laudare Iſrael ab eruditione & ſapientia. ſiue, cauſa eruditionis & ſapientiæ. eſt enim intelligenda particula, ἕνεκα τῆς παιδείας. vera enim doctrina vitæ & ſapientia à Deo fuit tributa illi populo, eáque fuit ſumma eius excellentia.

2 Ex quibus oportet non lectores ſol. καὶ ὡς οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς ἀναγινώσκοντας δέον ἐστὶ, Et quum non ſolùm ipſos legentes oporteat doctos eſſe. Legitur etiam ἐξ ὧν ex quibus: quæ lectio mihi magis placet. Proponit autem duplicem fructum: vnum cognitionis ac ſcientiæ, alterum vtilitatis, quæ ex huiuſmodi doctrina comparata, ad alios adiuuandos, monendos, inſtituendóſque peruenit.

3 Quum in legenda Lege, &c. ἐπὶ πλεῖον ἑαυτὸν δοὺς εἰς τὴν τοῦ νόμου ἀνάγνωσιν, quum ſeipſum multum dediſſet. id eſt ingeniũ ſtudiúmque contuliſſet ad legendam Legẽ. Sic etiam Latini Dare aut dedere ſe ſtudio rei alicuius. In hiſque ſatis exercitationis ac facult. &c. καὶ ἐν τούτοις ἱκανὴν ἕξιν περιποιησάμενος, atque in his ſufficientem habitum acquiſiuiſſet. Habitus hoc loco dicitur facultas dicẽdi ſcribẽdique ſtudio atque exercitatione comparata. 5 Vos igitur monitos volo, παρακέκλησθε οὖν, Admoniti igitur ſitis. verbum paſſiuum eſt ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖν, quod ſignificat hortari & rogare. Hic locus habet ἀξίωσιν atque excuſationem, in qua author veniam petit huius verſionis ex Hebræo in Græcum ſermonem factæ. 7 Quum ſuo ac proprio ſerm. explic. ἐν ἑαυτοῖς λεγόμενα. quum in ſeipſis dicuntur. id eſt proprio idiomate. ſignificat enim genus orationis Hebraicum. 8 Regis Euergetæ ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως, ſub Euergete rege. Hac præpoſitione cum genitiuo Græci ſolent notare tẽpora, vt ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος, eo magiſtratu. aut imperãte. ἐπὶ τοῦ βασιλέως, eo regnante.

ALIA INCERTI AVTHORIS PRAEFATIO.

1 Ieſus hic,Sirach quidem filius fuit,nepos verò Ieſu'eodem appellati nomine.

2 'Vixit autem poſterioribus tẽporibus, poſteaquam populus in captiuitatem abductus eſt, & in patriam reuocatus,atque adeò poſt omnes ferè Prophetas.

3 Porrò auus eius Ieſus , 'quẽadmodum ipſe teſtatur, "vir fuit inter Hebræos ſumma tum induſtria,tum prudentia:

4 Qui non ſolùm aliorum qui ante ſe fuerunt hominum ſapientum 'ſapienter dicta collegit: ſed ipſe etiam quædam priuatim commodè ac ſcitè pronuntiauit multæ intelligentiæ ac ſapientiæ plena.

5 Quum igitur hunc librum propè collectum 'Ieſus ille primus vita defunctus reliquiſſet, Sirach poſt mortem illius eundem acceptum Ieſu filio ſuo tradidit.

6 Qui quidem eum in manus ſumptum"concinnè totum redegit in volumen:ſapiẽtiámque non ſuo ſolùm & patris, ſed etiam aui ſui nomine'appellauit:vt hoc Sapientiæ nomine,"ſtudium amorémque auditoris ad ipſius libri meditationem alliceret.

7 Itaque hic quidem liber dicta ſapientia, atque"ænigmata,ſimilitudinéſque continet,'tum ſingulares quaſdam veteres Diuináſque hiſtorias,etiam virorũ qui Deo grati extiterũt,'quibus oratio eius laudatióque accedit.

8 Præterea quibus Deus beneficiis populum ſuum dignatus affecerit, & quibus malis hoſtes eius cumularit,in eodem libro memoratur.

9 Hic Ieſus Solomonis fuit 'aſſectator, nec minorem doctrinæ ſapientiæque laudem quàm ille, adeptus eſt:"vt qui verè multiſcius & ipſe fuerit,& appellatus.

1 Eodem appellati nomine.ὁμωνύμου. Ad verbum,cognominis. Sũt enim ὁμώνυμοι cognomines,qui nomen commune habẽt,quẽadmodũ hi duo:Ieſus filius qui poſtremus hãc γνωμολογίαν cõfecit,& auus eius eodem vocatus nomine, qui primus huius libri author fuit.

2 Vixit autem poſter.tempo.&c.οὗτος οὖν ἐν χρόνοις κάτω γέγονε μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀνάκλησιν,Hic igitur in temporibus inferioribus fuit poſt captiuitatem & reuocationem.id eſt poſt reſtitutionem populi,reditumque ab exilio Babylonico.

3 Quemadmodum ipſe,&c.In Præfatione quæ præceſſit,in qua Ieſus nepos dat teſtimonium auo ſuo ſingularis induſtriæ & prudentiæ. Vir fuit inter Hebræos ſumma,&c. φιλόπονός τε γέγονεν ἀνὴρ ἐν Ἑβραίοις καὶ φρονιμώτατος. induſtrius fuit vir in Hebræis,& prudentiſſimus. Duæ magnæ virtutes:φιλοπονία ſignificat animum ſtudiumque hominis facilè laborantis,altera ingenii vis eſt in homine perito,multáque experto. 4 Sapienter dicta ἀποφθέγματα dicuntur ſententiæ breues & argutæ, ſcitè,commodéque pronuntiatæ: cuiuſmodi ſunt multa dicta reſponſaque hominum doctorum ac ſapientum.à verbo ἀποφθέγγομαι,quo ſtatim vtitur. Eſt autem hoc eruditum atque elegans genus ſententiarum ad inſtitutionem vitæ pertinentium. 5 Ieſus ille primus vita defunctus reliq. καταλιπὼν ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο.id eſt,libro relicto ex hominibus abiiſſet.aut,exceſſiſſet.id eſt è vita deceſſiſſet.Significat illum primũ hominibus ereptum hanc γνωμολογίαν.i.ſentẽtiarum collectionem,inſtitutam ac propè confectam reliquiſſe,eiúſque filium Sirach,& nepotem Ieſum quaſi per manus traditam accepiſſe,vt ipſam polirent ac perficerent. 6 Concinnè totum redegit in vol. εἰς ἓν ἅπασαν ἁρμόνιον σύνταγμα συνήγαγεν,in vnum omnem concinnum[aut compoſitum]volumen redegit.hoc enim ſignificat σύνταγμα compoſitio ac digeſtio libri alicuius, qua res aliquæ inuentæ,aut collectæ ordine quodam componuntur,atque ordinantur. Appellauit:κεκληκὼς vocauit.ſiue,quod alio verbo dicunt,ἐπέγραψεν inſcripſit. Inſcriptio facta tripartito nomine ipſius Ieſu,paterno,& auito:vt liber authoritate tum patris tum aui,hominum prudentiſſimorũ,maiorem commendationem haberet. ſed grauiſſimum ſapientiæ nomen plurimum grauitatis ei conciliauit. Studium amorémque,&c. ἀγαπητῶς μᾶλλον ἔχειν τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὴν αὐτῆς τῆς βίβλου μελέτην ἐπαγωγὸς. alliciens auditorem vt amantius ſtudioſiuſque afficeretur ad meditationem ipſius libri.magnitudo enim rei ſubiectæ ac dignitas animum lectoris ad legendum ſcriptum excitat, in eodémque retinet. 7 AEnigmata ſimilitudinéſque. Nomen αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν ſignificat ſententias obſcuras atque inuolutas,nec facilè in communem hominum ſimplicium ac imperitorum ſenſum penetrantes : cuius generis ſunt quæ ſimilitudine ac collatione rerum aliquarũ argutè notantur. Tum ſingulares quaſdam hiſt.καὶ μερικάς τινας ἱστορίας peculiares. ſiue,particulares.quæ de certis ac ſingulis hominibus ſcriptæ ſunt. Nam hiſtoriæ aut ſunt communes populorum ac ciuitatum.aut certorum hominum propriæ:cuiuſmodi ſunt quæ de Abraham,Moſe,Ioſue,Dauide ſeorſim memorantur. Quibus oratio eius laudatióque accedit. καὶ εὐχὴν καὶ ὕμνον αὐτοῦ.& orationem ac hymnum eius.ſubaudi Continet liber.Hymnus Græcè ſignificat canticum εὐχαριστικὸν gratiarũ actionem laudémque cõtinens. 9 Aſſectator, ὀπαδὸς,ſectator.qui veſtigia alterius ſectatur.à verbo ὀπάζω,quod ſignificat inſequor. Sed hic accipitur pro imitatore, qui à Cicerone æmulus appellatur: vt Cato Stoicorum æmulus in bonam partẽ dictus eſt. Itaque ſignificat Ieſum imitatione ac ſimilitudine Salomonem expreſſiſſe in huiuſmodi monitis præceptiſque tradendis. Vt qui verè multiſcius,&c. πολυμαθὴς ἀληθῶς,quum multa eruditione præditus verè & ipſe fuerit,& ab hominibus habitus ac appellatus.Talis enim nominatur,qui multiplicem & variam rerum cognitionem ſcientiámque adeptus eſt.

Eccleſiaſticus.

VETVS.

Cap. I.

Omnis Sapientia à Domino Deo eſt,& cũ illo fuit ſemper,& eſt ante æuum.

Arenam maris,& pluuiæ guttas,& dies ſeculi quis dinumerauit?altitudinem cæli,& latitudinẽ terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt?

Sapiẽtiam Dei præcedentẽ omnia quis inueſtigauit?

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO

Cap. I.

1 Omnis 'Sapientia à Domino *manat*,& cum eo *eſt* in perpetuum.

2 Arenam maris, & guttas pluuiæ,aut dies ſeculi,quis enumeret? altitudinem cæli, ac terræ latitudinẽ,profundúmque abyſſi,& 3 ſapientiam quis inueſtiget?

IN CAPVT I.

1 Omnis ſapientia à Domino,&c.πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα.Omnis ſapiẽtia à Domino,& cum eo eſt in ſeculum.hoc eſt perpetuò atque in æternum.

Sapientia Ieſu filii Sirach, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ.

Sapiẽtiæ laudatio.

Rerum omnium prima creata eſt ſapientia,& prudentiæ intelligentia iam inde à ſeculo.

Radix ſapientiæ cuinam eſt reuelata? ″& aſtutias eius quis cognouit?

Vnus eſt ſapiens vehementer metuẽdus, qui in ſolio ſuo ſedet.

Dominus ipſe creauit eam ac vidit,illámque dinumerauit.

″Et effudit eam ſuper omnia ſua opera,ac ſuper omnem carnem pro munificentia ſua, atq; hominibus ſui amãtibus illã exhibuit.

Timor ſiue religio Domini.

Timor Domini gloria eſt,& gloriatio,& lætitia,exultationíſq; corona.

″Timor Domini delectat cor,ac lætitiam,gaudium, vitámque longam impertit.

″Timenti Dominum bene erit ad extremum,″atque in die mortis ſuæ beatus erit.

Initium ſapiẽtiæ timere Deum,″& vnà cum fidelibus creata eſt in vtero:″nidum fundauit æternum inter homines,″eorúmque ſemini ſe concredet.

″Reuereri Dominum plenitudo eſt ſapiẽtiæ,quæ fructibus ſuis ſtudioſos ſui exaturat.

″Vniuerſam domũ ipſorum bonis deſideratis implebit, ac ſuis cellas prouentibus:vtraque enim dona Dei ſunt ad pacem.

″Corona ſapientiæ timor Domini,germinãs pacẽ atque incolumitatẽ ſalutarẽ.″qui autẽ ipſum diligũt,eos ad gloriandũ dilatat.

″Scientiam atque facultatem intelligendi effundit ſapiẽtia, & eos qui ipſam amplectuntur,extollit gloria.

″Timere Dominum radix eſt ſapiẽtiæ,atque eiuſdem rami vitæ propagatio diuturnæ.

4 Prior omnium creata eſt ſapiẽtia,
& intellectus prudentiæ ab æuo.
5 Fons ſapiẽtiæ verbũ Dei in excelſis,
& ingreſſus illius mandata æterna.
6 Radix ſapientiæ cui reuelata eſt,&
aſtutias illius quis agnouit?
7 Diſciplina ſapiẽtiæ cui reuelata eſt,
& manifeſtata, & multiplicationem
ingreſſus illius quis intellexit?
8 Vnꝰ eſt altiſſimꝰ creator,õnipotẽs
& rex potẽs,& metuẽdus nimis,ſedẽs
ſuper thronũ illius,& dominans Deꝰ.
Ipſe creauit illã in Spiritu ſancto,
9 & vidit,& dinumerauit,& mẽſus eſt.
10 Et effudit illã ſuper oĩa opera ſua,&
ſuper omnem carnem,ſecundũ datum
ſuum,& præbuit illam diligentibus ſe.
11 Timor Domini gloria,& gloriatio,
& lætitia,& corona exultationis.
12 Timor Dñi delectabit cor,& dabit,
lætitiã,& gaudiũ, & lõgitudinẽ dierũ.
Timẽti Dñm bene erit in extremis,
13 & in die defunctionis ſuæ benedicetur
Dilectio Dei honorabilis ſapiẽtia:
14 Quibus autẽ apparuerit in viſu,di-
15 ligũt eam in viſione, & in agnitione
magnalium ſuorum.
16 Initium ſapientiæ timor Domini,
& cum fidelibus in vulua concreatus
eſt, & cũ electis fœminis graditur, &
cum iuſtis & fidelibus agnoſcitur.
17 Timor Dñi, ſcientiæ religioſitas.
18 Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor,iucũditatẽ atqꝫ gaudiũ dabit.
19 Timẽti Dominũ bene erit,& in die
bꝰ cõſũmationis illius benedicetur.
20 Plenitudo ſapiẽtiæ eſt timere Deũ,
& plenitudo à fructibus illius.
21 Oẽm domũ illiꝰ ĩplebit à generatio
nibus,& receptacula à theſauris illiꝰ.
22 Corona ſapiẽtiæ timor Dñi,replẽs
pacem,& ſalutis fructum:
23 Et vidit,& dinumerauit ea:vtraque
autem ſunt dona Dei.
24 Scientiam & intellectũ prudentiæ
ſapiẽtia compartietur,& gloriam tenentium ſe exaltat.
25 Radix ſapientiæ eſt timere Dominum:rami illius longæui.

Rom.11.d.34

Prou.1.a.7.& 9.c.10,pſa.110.d.10

Matth 4.a.1
2.tim.3.c.12
1.pet.4.c.12

6 Et aſtutias eius quis cognouit? καὶ τὰ πανουργεύματα αὐτῆς τίς ἔγνω; atque eius calliditates quis nouit? πανουργεύματα ſunt callida & aſtuta conſilia:non illa quidem malitioſa,ſed cauta & ſalutaria,quibus pii prudentia præditi ſpirituali, ſe aduerſus fraudes Satanæ ac mundi tueri poſſint. 10 Et effudit eam ſuper,&c. καὶ ἐξέχεεν αὐτὴν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, μετὰ πάσης σαρκὸς κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ, Et effudit eam ſuper omnia opera ſua,cum omni carne ſecũdum donum[aut munus]ſuum. Quidam vertunt μετὰ πάσης σαρκὸς,ſuper omnia animalia. Alii, ſuper omnes mortales.Mihi non diſplicet, nomine carnis omnia animalia intelligi:nam qui Sapientiam vertit,ita hoc nomine eſt vſus.

12 Timor Domini delectat cor,&c. φόβος κυρίου τέρψει καρδίαν, καὶ δώσει εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν, καὶ μακροημέρευσιν. Timor Domini cor delectabit,& dabit lætitiam, & gaudium,& vitam diuturnam.Tempora verborum ſæpe mutantur apud Hebræos: itaque bene,qui hæc futura in præſens conuerterunt.Sed hoc loco illud breuiter notandum eſt,timorem Domini accipi pro religione ac cultu Dei,quam in hoc capite author huius libri θεοσέβειαν appellauit.Mihi autem placet nomen timoris retineri,intellecta eius ſignificatione: ſicut videmus in Pſalmis atque in tota ferè Scriptura vſurpari. 13 Timenti Dominum bene erit,&c. τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον εὖ ἔσται ἐπ᾽ ἐσχάτων, Metuenti Dominum bene erit in nouiſſimis. Timere accipitur pro Colere Deũ,reuereri,eíque ſeruire:quod verbum libenter retineo,atque Scripturæ conſuetudinem conſeruo.Reuereri aliquando poteſt dici in eadem ſignificatione. Atque in die mortis ſuæ beatus erit.καὶ ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς αὐτοῦ εὐλογηθήσεται. & in die obitus ſui[hoc eſt in die vltimo vitæ]benedicetur.aut(vt quædã exẽplaria habẽt)gratiam reperiet.εὑρήσει χάριν.ſed magis placet Benedicetur.ſiue,beatus erit. 16 Et vnà cum fidelibus creata eſt in vtero:καὶ μετὰ πιστῶν ἐν μήτρᾳ συνεκτίσθη αὐτοῖς.ac cum fidelibus in matrice cõcreata eſt eis. Hoc autem fit per electionẽ,qua timor Dei ac religio quæ eſt vera ſapientia,eis fuit communicata & impertita. Loquitur autem de ipſo pietatis dono, ad quam homines prius electi, poſtea ſuo tempore vocantur. Nidum fundauit,&c.καὶ μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσεν, Ad verbum,& cum hominibus fundamentum ſeculi nidificauit. id eſt,locum habitandi quaſi nidum quendam ſibi parauit & conſtruxit:in quo maneat ac conquieſcat. habet enim conſuetudinem cum hominibus.

Eorúmque ſemini ſe concredet.καὶ μετὰ σπέρματος αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται. & cum ſemine ipſorum concredetur.hoc eſt,ſemini eorum ſe cõmittet ac credet:vt vnà cum illis familiaritérque viuat. Nihil aliud mihi videtur ſignificare,quàm ſummam familiaritatem ac conſuetudinem quam ſapientia cum hominibus habet: cum quibus quodammodo naſcitur,creſcit,perfamiliaritérque viuit.

20 Reuereri Dominum plenitudo,&c.πλησμονὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς.Plenitudo[hoc eſt perfectio]ſapientiæ,timere Dominum,& inebriat eos à fructibus ſuis.hoc eſt,explet cultores atque amatores ſuos ſuis fructibus.

21 Vniuerſam domum ipſorum,&c. πάντα τὸν οἶκον αὐτῶν ἐμπλήσει ἐπιθυμημάτων, καὶ τὰ ἀποδοχεῖα ἀπὸ τῶν γεννημάτων αὐτῆς.Omnẽ domum ipſorum implebit deſideriis,& receptacula à ſuis prouentibus.ἐπιθυμήματα appellat res optabiles ac ſuaues.Quidam vertunt Delicias, cuiuſmodi ſunt bona ſolatia,gaudiáque ſpiritualia:etiã corporalia,quibus Deus ſuos ornat,& cumulat. Itaque lego in exẽplari Hiſpanienſi hanc ſubiectam ſententiam,quæ non legitur in aliis,ἀμφότερα δέ ἐστι δῶρα θεοῦ εἰς εἰρήνην,vtraque enim ſunt dona Dei ad pacem.

22 Corona ſapiẽtiæ,&c. στέφανος σοφίας φόβος κυρίου.aut(vt habet Hiſpanienſe)φοβεῖσθαι τὸν κύριον,ἀναθάλλων εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως. Corona ſapientiæ timor Domini[aut timere Dominum]germinans pacem & ſanitatẽ incolumitatis Qui autem ipſum dilig.&c.πλατύνει ἡ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.dilatat autem gloriatio diligentes eum. hoc eſt,copioſa materia & cauſa gloriandi datur iis,qui Deum,aut timorem eius diligunt. 24 Scientiam atque facultatem,&c. ἐπιστήμην καὶ γνῶσιν συνέσεως ἐξώμβρησεν, Scientiam & cognitionem intelligentiæ diſtillauit, & quaſi imbrem effudit. Cognitionem autem intelligentiæ vocat,ad intelligendum accommodatam, & quæ vim intelligẽdi habeat. Quidam vertunt Artem intelligendi.Poteſt dici cognitio intellectualis,vt diſtinguatur ab omni alia quæ non conſtat vi mentis ac intellectus. 25 Timere Dominũ radix eſt ſapientiæ,&c.ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ κλάδοι αὐτῆς μακροημέρευσις. Radix ſapientiæ timere Dominum,& rami eius longa vita.Quidam vertũt Longæ ætates.Elegãs & apta tranſlatio eſt,in qua intelligitur ex timore Dei quaſi ex radice vitam longinquam & diuturnam effrondeſcere, atque vireſcere. Ea vis eſt pietatis, vt ex ea diuturnitas vitæ effloreſcat. Viceſimus ſextus verſus qui eſt in veteri interprete,eadem continet quæ 31.

27 Timor Domini expellit peccatũ.

28 Nam qui ſine timore eſt, nõ poterit iuſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt.

29 Vſque in tempus ſuſtinebit patiẽs, & poſtea redditio iucunditatis.

D 30 Bonus ſenſus vſque in tempus abſcondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt ſenſum illius.

31 In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ:

32 Execratio autẽ peccatori, cultura Dei.

33 Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.

34 Sapientia enim & diſciplina timor Domini:

35 Et quod beneplacitũ eſt illi, fides & mãſuetudo: & adimplebit theſauros illius.

36 Nõ ſis incredibilis timori Domini, & ne acceſſeris ad illũ duplici corde.

37 Ne fueris hypocrita in cõſpectu hominũ, & nõ ſcãdalizeris in labiis tuis.

38 Attẽde in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem.

39 Et reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſyuagogæ elidat te,

40 Quoniã acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

Cap. II.

Matth 4.a.1
2.tim.3.c.12
1.pet.4.c.12

1 Fili, accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia, & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem.

2 Deprime cor tuum, & ſuſtine: inclina aurẽ tuã, & ſuſcipe verba intellectꝰ, & ne feſtines ĩ tẽpore obductiõis.

3 Suſtine ſuſtentationes Dei: coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua.

4 Oẽ quod tibi applicitũ fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in humili-

″Timor Domini peccata depellit, & quandiu præſens eſt, iram auertit.

″Vir iracundus non poterit cenſeri iuſtus: nam ruinam ei creat ipſius ad iram procliuitas.

″Qui patiens eſt, ad tempus præſtabit tolerantiam: poſtea ei lætitia exorietur.

″Verba ſua ad tempus ſupprimet, & labia multorum conſilium eius enarrabunt.

″In theſauris ſapientiæ latet ſcientia, ″ſcelerato verò pietas eſt execrabilis.

″Sapientiam ſi cupis, fac ſerues mandata, & Dominus tibi eam largietur.

″Nam ſapientia & eruditio timor Domini eſt, & gratæ ſunt ei fides ac manſuetudo.

Ne diffidas timori Domini, & ad eũ corde duplici ne acceſſeris.

″Ne cõformes te ad ſermones hominũ, neq; labiis tuis cõfidas.

Ne extollas teipſum, vt ne cadas, ″atque animæ tuæ dedecus afferas:

Detegátque Dominus ſecreta tua omnia, ″& in medio cœtu te proſternat,

Eo quòd ad timorem Domini non acceſſeris in veritate, & cor tuum doli plenum fuerit. Cap. II.

F″Ili, ſi tu inſtituiſti ſeruire Deo, fac animum tuum ad tẽtationem præpares.

Dirige cor tuum, ″ac tolera: & in tẽpore incurſionis ne feſtines.

″Adhæreſcas ei, & ne deſciſcas: vt extremo tempore tuo amplificeris.

Quicquid tibi acciderit, libẽter ſuſcipe: ″atque in cõmutatione

In quo conſiſtat ſtudiũ ſapiẽtiæ.

Quomodo adeũda ſapientia.

Seruis Dei expectanda afflictio.

27 Timor Domini peccata depellit, &c. φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, παραμένων δὲ ἀποστρέψει ὀργήν. Timor Domini depellit peccata, permanens autem iram auertit. hoc eſt, quandiu timor Dei adeſt, iram comprimit, atque animum ad omnem lenitatem ac patientiã flectit, in eáque continet. 28 Vir iracundus non pot. &c. οὐ δυνήσεται θυμώδης ἀνὴρ δικαιωθῆναι· ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ πτῶσις αὐτοῦ. Nõ poterit vir iracundus iuſtificari: nam inclinatio [ſiue propẽſio] iræ eius, caſus [aut, ruina] ei. ſubaudiendum EST. Quædam exemplaria primũ membrũ ita habent, οὐ δυνήσεται θυμὸς ἄδικος δικαιωθῆναι, non poterit ira iniuſta iuſtificari, aut haberi iuſta: ſed prima lectio magis placet. 29 Qui pat. eſt, &c. ἕως καιροῦ ἀνθέξεται μακρόθυμος, καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνη. Vſque ad tẽpus ſuſtinebit patiẽs, & poſtea pullulabit ei lætitia. Hoc loco ἀναδίδωμι non accipitur pro Repẽdo, ſed pro ἀναβλαστάνω pullulo, germẽ emitto: vt herba aut plãta quæ mortua videbatur, germẽ emittit. Trãſlatio verbi eſt valde apta ad fructũ hominis afflicti ac patientis declarandũ, in quo afflictionis exitus eſt ſalutaris ac iucũdus. 30 Verba ſua ad tẽ. &c. ἕως καιροῦ κρύψει τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ χείλη πολλῶν ἐκδιηγήσεται σύνεσιν αὐτοῦ. Vſque ad tẽpus occultabit ſermones ſuos, & labia multorũ enarrabunt intelligentiã [aut, ſenſum] eius. Laudatur hoc loco ſilentiũ hominis moderati ac patientis tẽpori opportunũ. Eſt maxima virtus linguæ cõtinentia, & taciturnitas tempeſtiua. 31 In theſauris ſap. latet ſciẽ. ἐν θησαυροῖς σοφίας παραβολαὶ ἐπιστήμης, In theſauris ſapientiæ parabolæ ſciẽtiæ. hoc eſt, res abditæ atque occultæ quæ ſcientiã complectũtur. Parabolæ enim in Scriptura appellantur ſentẽtiæ à ſenſu carnis remotæ. Scelerato verò pietas eſt execr. βδέλυγμα δὲ ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια. abominatio autẽ peccatori cultus Dei. hoc eſt religio ac timor. Finis huius verſus eſt 32 verſus qui eſt in Veteri interprete. 33 Sapientiã ſi cupis, &c. ἐπιθυμήσας σοφίαν διατήρησον ἐντολάς, καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. Appetens ſapientiam ſerua mandata, & Dominus præbebit tibi eam.

34 Nam ſapientia, &c. σοφία γὰρ καὶ παιδεία φόβος κυρίου, καὶ εὐδοκία αὐτοῦ πίστις καὶ πραότης. Sapientia enim & diſciplina timor Domini, & voluntas eius [ſiue, beneplacitum eius] fides & clementia. quarum altera verſatur in rebus cõmiſſis ac creditis, ac cæteris in quibus cum hominibus agimus: altera erga miſeros calamitoſóſque perſpicitur. Sub hoc verſu comprehenditur 34 verſus qui eſt in Veteri interprete.

37 Ne conformes te ad, &c. μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόμασιν ἀνθρώπων, καὶ ἐν τοῖς χείλεσί σου μὴ πρόσεχε. Ne ſis hypocrita in ore hominum, ac labiis tuis ne attẽdas. Quidam ita vertunt primũ membrũ, Ne ſimulator eſto in ore hominum: quæ verſio mihi nõ diſplicet, modò intelligatur ea ſimulatio ac fictio, & oris conformatio, qua homines bellè apud Deum vti ſolent, quum animus eorũ orationi non reſpondeat. hoc enim eſt ὑποκρίνεσθαι, lingua orationéque fingere, ac timorem aliquem Dei ementiri: non enim eſt veritas in tali geſtu & actione. Qui ita conformãt os ſuum, aliud habẽt in ore, aliud in corde: itaque duplices etiam dicuntur. Solent autem homines in huiuſmodi fictis labiis maximam fiduciam collocare, quaſi Deum (quemadmodum homines) fallere poſſint. 38 Atque animæ tuæ dedecus afferas. καὶ ἐπαγάγῃς τῇ ψυχῇ σου ἀτιμίαν. & contrahas animæ tuæ ignominiam. Ea autem eſt humiliatio & confuſio quæ ſuperbiam comitatur. 39 Et in medio cœtu te proſternat. καὶ ἐν μέσῳ συναγωγῆς καταβαλεῖ σε. & in medio congregationis [hoc eſt, in maxima Eccleſiæ frequentia] te deiiciat. Ita Dominus ſuperbos elatóſque punire ſolet, quum in maxima hominum multitudine (in qua volebãt florere gloria) eos deiicit, omnique dedecore ac pudore afficit. qui enim ſe exaltat, humiliabitur.

IN CAPVT II.

1 Fili, ſi tu inſtituiſti ſeruire Deo, &c. τέκνον εἰ προσέρχῃ δουλεύειν τῷ κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν. Fili, ſi acceſſeris ad ſeruiendum Domino [hoc eſt ſi propoſueris colere Deum, quum ad eius cultum te conferes] compara animum tuum ad tentationem. nam cultus Dei cum maximis tentationibus cõiunctus eſt. 2 Ac tolera: & in tẽpore, &c. καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. & ſuſtine: [aut, perfer] & ne feſtines in tempore inductionis. hoc eſt calamitatis. ſignificat enim tempus aduerſum, quo calamitas eſt importata. καρτερεῖν autem ſignificat mala aliqua perpeti, perferre, ac tolerare, idem quod ἀνέχεσθαι καὶ ὑπομένειν. 3 Adhæreſcas ei, &c. κολλήθητι αὐτῷ, καὶ μὴ ἀποστῇς, ἵνα ἐπ' ἐσχάτων σου αὐξηθῇς. Adglutinare [ſiue, adhæreas] ei, & ne deficias [aut recedas] vt in nouiſſimis tuis augearis [hoc eſt, in exitu rerum tuarum aduerſarum ac temporum turbulentorum, commutata tua fortuna, omnibus bonis locupleteris. Dominus enim ſuos per huiuſmodi afflictiones ducit, ac tandẽ in gloriam recipit. 4 Atque in cõmut. &c. καὶ ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον, & in mutatione [ſiue viciſſitudine] humilitatis tuæ patiẽs eſto. Poteſt ita verti, Et dũ [aut, quoad] tua afflictio cõmutetur, patientiã præſta. nã ea viciſſitudo temporum, commutatióque rerum meliorum, ac conuerſio mihi intelligenda eſſe videtur: atque huiuſmodi expectatio animum in calamitatibus maximopere ſuſtentat.

afflictionis tuæ patientiam habe.
ʼQuoniam aurum igni probatur,& homines probabiles in fornace 5
afflictionis.

Fides & ſpes in Deum habenda.

ʼHabeto ei fidem,& ſuſcipiet te:dirige vias tuas,ſpémque tuam 6
in eo reponas. 7
Qui timetis Dominum , ei fidem habetote,nec merces veſtra
intercidet. 8
ʼQui Dominum timetis,ſperate bona,lætitiámque ſempiternã 9
& benignitatem.
Qui reueremini Dominum,expectate miſericordiã eius , & ne 10
declinetis,vt non concidatis.
ʼReſpicite in priſca retrò ſecula,& cõſiderate: ʼquis ſuam in Domino 11
fixit fiduciam,& pudore affectus eſt?
ʼQuis in timore eius permanſit,& fuit derelictus? ʼquis eũ inuocauit, 12
qui ab eo ſpretus fuerit?
ʼNam miſericors & clemens eſt Dominus,ſummæque tum patientiæ, 13
tum miſericordiæ: qui & peccata remittit, & ſalutem affert
in afflictionis tempore.
ʼVæ cordib⁹ timidis,remiſſiſque manibus, ʼ& peccatori duabus 14
viis ingredienti.
ʼVæ cordi collapſo,quia nullam habet fidem:ideo protectione 15
quoque deſtituetur.
Væ vobis qui patientiam amiſiſtis. 16
Quid enim facietis, ʼquum Dominus inſpexerit? 17
Qui Dominum reuerentur, non diffidunt verbis eius: qui diligunt 18
eum,vias ipſius conſeruabunt.
ʼQui Dominum reuerentur,inquirent quæ grata ſunt illi: ʼqui 19
diligunt eum,Lege ipſius implebũtur.
Qui timent Dominum, ſua præparabunt corda: atque animas 20

tate tua patientiam habe.

Sapient.3.a.6
prouer.17.a.3

‖Quoniam in igne probatur aurũ & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.

B

Crede Deo,& recuperabit te:& dirige viam tuam,& ſpera in illum:ſerua timorem illius,& in eo veteraſce.

Metuẽtes Dominum ſuſtinete miſericordiam eius : & non deflectatis ab illo,ne cadatis.

Qui timetis Dominum,credite illi: & non euacuabitur merces veſtra.

Qui timetis Dominum,ſperate in illum:& in oblectationem veniet vobis miſericordia.

Qui timetis Dominum, diligite illum,& illuminabuntur corda veſtra.

Reſpicite filii nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino,& confuſus eſt.

Pſal.37.c.25
Eſa.2.c.

‖Quis enim permanſit in mandatis eius,& derelictus eſt ? aut quis inuocauit eum,& deſpexit illum?

C

Quoniã pius & miſericors eſt De⁹, & remittit in die tribulationis peccata:& protector eſt omnibus exquirẽtibus ſe in veritate.

1.Reg.18.d.21

Væ duplici corde,& labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus,& peccatori terram ‖ingrediẽti duab⁹ viis.

Væ diſſolutis corde , qui non credũt Deo:&ideo non ꝓtegẽtur ab eo.

Væ his qui perdiderũt ſuſtinẽtiam, & qui dereliquerũt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.

Et quid facietis quũ inſpicere cœperit Dominus?

Iohan.14.d.24

Qui timent Dominum,non erunt incredibiles verbo illius : ‖& qui diligunt illum, conſeruabũt viam illius.

Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei : & qui diligunt eum,replebuntur Lege ipſius.

Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius

5 Quoniã aurũ igni probatur,&c. ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς, καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. Quoniam in igne probatur aurum,& homines acceptabiles[aut,qui accipiendi Deo ſunt]in fornace afflictionis.ſubaudias probantur,examinãtur,explorantur.Hæc ſimilitudo auri in igne puritatem ſuam declarantis conſeruantiſque,atque hominis pii in afflictionibus veram fidem experientis ac probã tis,in Scripturis ſanctis frequentiſſima eſt. 6 Habeto ei fidem,& ſuſcipiet te: πίστευσον αὐτῷ, καὶ ἀντιλήψεταί σου· Crede ei,& opem tibi feret.te redimet,atque aſſeret ex oppreſſione.Hoc enim ſignificat ἀντιλαμβάνεσθαι,quaſi porrecta manu aliquem apprehendere,eúmque ex periculo ſeruare,alioqui periturum. Septimus verſus qui eſt in Veteri interprete,non legitur in codice Græco.

9 Qui Dominum timetis,ſperate,&c. οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ἐλπίσατε εἰς ἀγαθὰ καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰῶνος, καὶ ἔλεος, Qui timetis Dominum, ſperate in bona, & in lætitiam ſeculi, & miſericordiæ. Hoc vult ſignificare, ac pios admonere vt in rebus aſperis acerbiſque cogitationem atque ſpem rerum meliorum ſuſcipiant,animóque præſumant illud ſolatium ac gaudium , quod à miſericordia Domini profectum nullum finem ſit habiturum. 11 Reſpicite in priſca retrò ſecula,&c. ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε· Reſpicite in ætates antiquas,ac videte. hoc eſt, in memoriam reuocate exempla vetera eorum qui piè Deum coluerunt,& videte an quiſquam ſpe ſua fruſtratus fuerit, ac non potius maximum ſuæ pietatis fructum à Deo perceperit. Quis ſuam in Domino fixit,&c. τίς ἐνεπίστευσε κυρίῳ, καὶ κατῃσχύνθη; quis credidit Domino,[ſiue,fidem habuit]& confuſus eſt? hoc eſt,ſua fruſtratus fiducia & ſpe,quam in Deo poſuit.

12 Quis in timore eius,&c. τίς ἐνέμεινε τῷ φόβῳ αὐτοῦ, καὶ ἐγκατελείφθη; Quis permãſit[id eſt firmus ac conſtans vixit]in timore eius,ac deſtitutus[aut,deſertus]fuit? Quis eum inuocauit,&c. τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; Quis inuocauit eum,& neglexerit[aut,cõtempſerit]ipſum? 13 Nam miſericors & clemẽs,&c. διότι οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, Quoniam miſerator ac miſericors Dominus,& patiens,[aut lenis]& multa præditus miſericordia.His nominibus optima & clementiſſima Dei natura commendatur. 14 Væ cordibus timidis,remiſſiſque manibus, οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς, καὶ χερσὶν ἀνειμέναις, Væ cordibus timidis, & manibus diſſolutis. hoc eſt, his qui pleni diffidentia Dei, & metu carnis, nihil audent aut volunt ſuſcipere quod ad cultum honorémque Dei pertineat.Ita hoc loco tota vitæ ratio ex timido animo inſtituta condemnatur:quemadmodum puritas cordis & manuum innocentia in Scriptura ſæpe commendatur. Sed hìc de ſancta animi fiducia , atque ſtrenua manuum opera, ſub qua omnia vitæ officia & opera intelliguntur,author loquitur. Et peccatori duabus viis ingr. καὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι δύο τρίβους.& peccatori ingrediẽti duas ſemitas.hoc eſt duob⁹ dominis ſeruiẽti, aut(vt ait Elias,1.Reg.18.d.21)claudicanti,ac non rectè cũ Deo ambulanti]: Quòd Paulus ad Galat.2.c.14, dicit ὀρθοποδεῖν.Homo autem duplex ac varius hìc dicitur duabus ingredi viis.Ciceroni à Laberio obiectũ eſt,quòd duabus ſellis ſederet, quòd nulli fidens, nunc harum,nunc illarum partium haberetur.Sed hoc loco,homo varius,inconſtans,ac in Deum perfidioſus condemnatur.

15 Væ cordi collapſo,&c. οὐαὶ καρδίᾳ παρειμένῃ, ὅτι οὐ πιστεύει, διὰ τοῦτο οὐ σκεπασθήσεται. Væ cordi diſſoluto:[aut,remiſſo & debilitato]quoniã non credit,propterea non protegetur. 17 Quum Dominus inſpexerit? ὅταν ἐπισκέπτηται κύριος; quum viſitauerit Dominus? ἐπισκέπτεσθαι idem quod ἐπισκοπεῖν,& ſignificat inſpicere ac viſitare.Viſitatio autem duplex eſt in Scriptura:vna gratiæ ac miſericordiæ, qua Deus ſuos redimit: altera iudicii atque ſeueræ animaduerſionis,qua in opera impiorum infideliúmque inquirit : in qua ſignificatione hoc loco accipitur.In priore ſignificatione vſus eſt Zacharias,Luc. 1.g.78, In viſceribus miſericordiæ,in quibus viſitauit nos. ἐπεσκέψατο.

19 Qui Dominum reuerẽtur,&c. οἱ φοβούμενοι κύριον ζητήσουσιν εὐδοκίαν παρ᾽ αὐτοῦ, Qui timent Dominum,quærent beneplacitum ab eo.ita eſt ad verbum.hoc eſt,quod ei gratum acceptúmque eſt,ſiue quod probatur ab eo.Quædam exemplaria non habẽt præpoſitionem παρὰ, ſed εὐδοκίαν αὐτοῦ.Idem autem vult quod Paulus,Rom.12.a.2,in quo nos monet ne nos ad figuram huius mundi conformemus, ſed renouemur nouo lumine mentis noſtræ: voluntatémque Dei experiamur. Qui diligunt eum,&c. οἱ ἀγαπῶντες αὐτὸν πλησθήσονται τοῦ νόμου. diligentes eum replebuntur Lege. Quidam vertunt,Plenam Legi operam nauabunt: vt ardentẽ ac perfectũ Legis declaret vniuſcuiuſque amorem,ac charitatem erga Deum.Poteſt intelligi etiam fructus amoris in Deum,qui pleniſſimus atque vberrimus ex eo ſequitur. Nam copioſa Legis doctrina & cognitione,pietatem hominum erga ſe compenſare ac remunerare ſolet.

ſanctificabunt animas ſuas.

Qui timēt Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, 21

4.Reg.24.c.12 Dicētes, |Si pœnitentiam nō egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. 22

Secūdū enim magnitudinē ipſius, ſic & miſericordia illius cū ipſo eſt. 23

Cap. III.

Filii ſapiētiæ, eccleſia iuſtorum: & natio illorū, obediētia & dilectio. 1

Iudiciū patris audite filii, & ſic facite vt ſalui ſitis. 2

Exod.20.a.6 deut.5.b.10 epheſ.6.a.2 |Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirēs, firmauit in filios. 3

Qui diligit Deū, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis: & in oratione dierum exaudietur. 4

Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. 5

Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. 6

Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. 7

Qui timet Dñm, honorat parētes: & quaſi dñis ſeruiet his qſe genuerūt 8

Exod.20.c.12 deut.5.b.10 matth.15.a.4 marc.7.b.7 epheſ.6.a.2 Gen.27.d.27 deut.33.a.1 B |In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, 9

|Vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. 10

Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. 11

Ne glorieris in contumelia patris tui: nō enī eſt tibi gloria, ſed cōfuſio. 12

Gloria enī hominis ex honore patris ſui: & dedecus filii, pater ſine honore. 13

Fili, ſuſcipe ſenectā patris tui, & nō contriſtes eum in vita illius. 14

ſuas coram illo humiliabunt.

Incidemus in manus Domini, non in manus hominum.

″Nam quanta eſt maieſtas eius, tanta eiuſdem miſericordia eſt.

Cap. III.

De parentibus honorandis.

I″Vdicium patris audite filii, & ſic facite vt ſalui ſitis.
″Dominus enim honorem tribuit patri in obſeruantia filiorū, & iudicium matris in filios confirmauit.
″Qui reueretur patrem, expiat peccata:
Et recondit ſibi quaſi theſaurum, qui matrem ſuam honorat.
″Qui reueretur patrem, lætitiā ex liberis percipiet, atque in die precationis ſuæ exaudietur.
″Qui honorat patrem, longa vita perfruetur: & qui audit Dominum, matrem ſuam recreabit.
″Qui timet Dominum, patrem honorabit: & parentibus tanquā dominis inſeruiet.
″Tam factis quàm dictis patrem matrémque honora,
Vt ab hominibus ad te benedictio perueniat.
″Nam bona patris precatio domos liberorum ſtabilit: dira verò matris imprecatio eruit fundamenta.
″Ignominia patris tui ne glorieris: nō enim gloriæ tibi eſt patris infamia.
″Gloria enim homini honore patris comparatur, & opprobrio liberis eſt ignominia mater affecta.
″Fili, ſubleua patrem tuum in ſenectute, neque in vita tua eum moleſtia afficias.

23 Nam quanta eſt maieſtas eius, &c. ὡς γὰρ ἡ μεγαλωσύνη αὐτοῦ, οὕτως καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Vt enim eius magnitudo [aut, amplitudo] ita etiam eius miſericordia. Quaſi diceret, in Deo ſummam amplitudinem ac maieſtatem cum pari manſuetudine clementiáque coniunctam eſſe: quarum altera facit vt omnia poſſit: altera, vt velit ſuos conſeruare. Homines alterutra ſæpe deſtituuntur: itaque delabi in manus Dei non ſine cauſa melius dixit eſſe, quàm in manus hominum, in quibus tanta & tam parata miſericordia non reperitur.

IN CAPVT III.

2 Iudicium patris audite filii, &c. κρίμα τοῦ πατρὸς ἀκούσατε τέκνα, Iudicium patris audite filii. Exēplar Toletanum habet ἐμοῦ τοῦ πατρὸς, Me patrem veſtrum audite filii. vt author libri perſonam patris ſuſcipiat: ſed prior lectio mihi magis placet. Primus verſus qui eſt in veteri interprete non legitur in Græcis codicibus. 3 Dominus enim honorem, &c. ὁ γὰρ κύριος ἐδόξασε πατέρα ἐπὶ τέκνοις, Nam Dominus honorauit patrem in filiis. Quidam vertunt, Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit. Hoc videtur ſignificare, Dominum voluiſſe ornare parentes authoritate in liberos, eóque honore qui ipſis ab illis debeatur. hoc enim ſignificat illud præceptum, Honora patrem & matrem. Ego verti, In obſeruantia filiorum: vt melius intelligatur in quo conſiſtat ille honos.

4 Qui reueretur patrem, &c. ὁ τιμῶν πατέρα, ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας, καὶ ὡς ὁ ἀποθησαυρίζων ὁ δοξάζων μητέρα αὐτοῦ. Qui honorat patrem, veniā peccatorum impetrat: & quaſi theſaurizans qui matrem ſuam glorificat. ἐξιλάσκεσθαι propriè ſignificat Deum placare ac propitium reddere: ſed hoc loco additur accuſatiuus ἁμαρτίας, quod ſignificat peccata expiare ac purgare. Hæc autem Dei placatio declarat quantoperè Deus approbet & amet liberorum verecundiam atque obſeruantiam erga parentes. 6 Qui reueretur patrem, lætitiam ex, &c. ὁ τιμῶν πατέρα, εὐφρανθήσεται ἐπὶ τέκνοις, Qui honorat patrem, lætabitur in filiis. hoc eſt, vt honorauerit patrem ſuū, ita à filiis honorabitur. Pietas enim in parentes hac benedictione liberorum lætitiáque remuneratur, ac ornatur. Præclarè Iſocrates ad Demonicum, τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας. Sis ita affectus in parentes, ſicut optares affici liberos tuos erga te. nam qua menſura aliis menſus fueris, eadem tibi remetietur. Matt.7.a.2. 7 Qui honorat, &c. ὁ δοξάζων πατέρα μακροημερεύσει, καὶ ὁ εἰσακούων κυρίου ἀναπαύσει μητέρα αὐτοῦ. Qui glorificat patrem, diutiſſimè viuet: [ſiue, longam ducet vitam] & qui audit Dominum, reficiet matrē ſuam. nam præceptum illud, Honora patrem & matrem, habet hanc promiſſionem, Vt bene ſit tibi, (Epheſ.6a.3,) καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, & diu viues ſuper terram. vbi Paulus μακροχρόνιον εἶναι, quod author noſter μακροημερεύειν: vterque diuturnitatē vitæ ſignificat. ἀναπαύειν autem τινὰ ſignificat reficere ac recreare aliquem: vt, Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos, ἀναπαύσω ὑμᾶς, Matth.11.d.28.

8 Qui timet Dom. &c. ὁ φοβούμενος κύριον τιμήσει πατέρα, καὶ ὡς δεσπόταις δουλεύσει τοῖς γεννήσασιν αὐτόν. Qui timet Dominū, honorabit patrē: & tanquam dominis ſeruiet iis qui eum procrearunt. hoc eſt, ſuis procreatoribus aut parentibus, quibus Deus tribuit imperium dominatúmque in liberos. Significat igitur hæc ſententia & ſummā procreatorum in procreatos poteſtatem, & obedientiam liberorum in parētes.

9 Tam factis quàm dictis, &c. ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ' ἀνθρώπων. In opere & ſermone honora patrem tuum ac matrem, vt ſuperueniat tibi benedictio ab hominibus. Vult orationis reuerentiam cum cæteris vitæ officiis neceſſariis atque honorificis coniunctam eſſe, vt liberi ea tum dicant, tum faciant, in quibus ipſorum reuerentia in parentes reluceat.

11 Nam bona patris, &c. εὐλογία γὰρ πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων, κατάρα δὲ μητρὸς ἐκριζοῖ θεμέλια. Nam benedictio patris firmat domos liberorum, maledictio verò matris extirpat [aut, conuellit] fundamenta. hoc eſt, funditus domos euertit. Tranſlatio à radicibus quæ euelluntur ſumpta, ſignificat penitus labefactari ac euerti domos parentum maledictione: in tanto eos honore Deus haberi vult.

12 Ignominia patris, &c. μὴ δοξάζου ἐν ἀτιμίᾳ πατρός σου, οὐ γάρ ἐστί σοι δόξα πατρὸς ἀτιμία. Ne glorieris in ignominia patris: [hoc eſt, ne ducas tibi gloriæ ignominiam patris] non enim glorioſa tibi eſſe poteſt patris infamia. Oportet maximè peruerſam impiámque eorum eſſe ambitionem, qui ignominia parentum lætantur & gloriantur.

13 Gloria enim homini honore patris comp. &c. ἡ γὰρ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ὄνειδος τέκνοις ἡ μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ. Gloria enim hominis ex honore patris, & opprobrium liberis mater in ignominia. Ita decus ac dedecus parentum redundant ad honorem atque infamiam liberorum. 14 Fili, ſubleua patrem tuum in ſenectute, &c. τέκνον ἀντιλαβοῦ ἐν γήρᾳ πατρός σου, καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτὸν ἐν ζωῇ σου. Fili, adiuua patrem tuum in ſenectute, nec contriſtes eum in vita tua. Quædam exemplaria habent ἐν ζωῇ αὐτοῦ in vita ipſius. Ea autem ætas viribus tum corporis tum animi deſtituta, præſidium ſolatiúmque liberorum maximè requirit. Hæc affectio in beſtiis etiam eſt nota, ac præcipuè in ciconiis, in quibus pulli parentes ætate debiles ſuſtinent. Hinc ἀντιπελαργεῖν, pro Gratiam referre parentibus, eóſque piè colere ac fouere.

15 Quòd ſi ſenſu deſtituatur, ignoſce ei, ac caue ne tuis fretus viribus illum deſpicias.

16 Neque enim tributa patri benignitas dabitur obliuioni, atque aduerſus peccata tibi propugnaculum extruetur.

17 Recordabitur tui in die afflictionis tuæ: & vt per ſerenitatẽ glacies, ita peccata tua diſſoluentur.

18 Quàm infamis eſt deſertor patris: & maledict⁹ à Domino, qui mouet indignationem matri ſuæ.

Manſuetudo.

19 Fili, res tuas cũ manſuetudine perage, & homini probato charus eris.

Humilitas.

20 Quanto maior es, eo te geras ſummiſſius, & gratiam apud Dominũ reperies. multi quidem altitudine fortunæ gloriáque excellunt, ſed manſuetis reuelantur arcana.

21 Quoniam potentia Domini magna eſt, & ab humilibus gloriã conſequitur.

Arcana Dei nõ inquirenda curioſius.

22 Difficiliora quàm quibus par ſis, incõſideratè ne quæras: & quæ tuas ſuperant vires, ne ſtultè exquiras.

23 Quæ tibi mandata ſunt à Deo, ea ſanctè meditare: neque enim opus eſt tibi, quæ ſunt arcana, oculis cernere.

24 Quæ non neceſſaria, ſed ſuperuacanea ſunt orationi tuæ, ea curioſè ne tracta.

25 Nam plura quàm humanus ſenſus capiat, tibi patefacta ſunt.

26 Multos enim decepit vana de ſe ſuſcepta opinio, & praua cogitatio eorum ſententiam labefactauit.

Cor prauum.

27 Cor pertinax malum tandem accipiet: & qui periculum amat,

15 Et ſi defecerit ſenſu, veniam da: & ne ſpernas eũ in virtute tua: eleemoſyna enĩ patris nõ erit in obliuione.

16 Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi.

17 Et in die tribulationis cõmemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua.

18 Quàm malæ famæ eſt qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem. C

19 Fili, in manſuetudine opera tua pfice, & ſuper hominũ gloriã diligeris.

20 Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiam: Philip.2.a.3

21 Quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur.

22 Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris: ſed quæ præcepit tibi De⁹, illa cogita ſẽper, & in plurib⁹ operib⁹ eius nõ fueris curioſus. Prouer.25.d.27 rom.12.a.3

23 Non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcõdita ſũt, videre oculis tuis.

24 In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in plurib⁹ operibus eius non eris curioſus.

25 Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi.

26 Multos enim ſupplãtauit ſuſpicio illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

27 Cor durum habebit malè in nouiſſimo: & qui amat periculum, in il- D

15 Quòd ſi ſenſu deſtituatur, &c. καὶ ἐὰν ἀπολείπῃ σύνεσιν, συγγνώμην ἔχε, καὶ μὴ ἀτιμάσῃς αὐτὸν ἐν πάσῃ ἰσχύϊ σου. Et ſi defecerit ſenſu [aut, alienatus ſenſibus fuerit] veniam habe [hoc eſt, boni conſule] & ne inhonores eum in toto robore tuo. ἀπολείπειν σύνεσιν patrem dicit, quum in ſenectute eum ſenſus deficit ac deſtituit: quod accidit pleriſque infirmitate ætatis decrepitæ, atque omnibus viribus deſtitutæ. Tum enim ſunt παλίμπαιδες, qui ita vitio ætatis repueraſcunt. hanc ætatis imbecillitatem ac deformitatem liberi ferre ac tegere debent, nec in flore ætatis ſuæ ac robore vitia deliriáque parentum irridere. 16 Neque enim tributa, &c. ἐλεημοσύνη γὰρ πατρὸς σου οὐκ ἐπιλησθήσεται, καὶ ἀντὶ ἁμαρτιῶν προσανοικοδομηθήσεταί σοι. Eleemoſyna enim patris tui non dabitur obliuioni, ac pro peccatis reædificabitur tibi. ita eſt ad verbum. Videtur autem hoc verbo προσανοικοδομεῖσθαι ſignificare huiuſmodi compenſationem, qua in peccatis eius aliqua ipſius ratio habeatur: in quo fides præcipuam vim habet, cuius teſtimonia ſunt eleemoſynæ, cæteríque fructus ab ea profecti: ne quis ex iſto ac ſimilibus locis remiſſionem peccatorum, operũ meritis tribuat. 18 Quàm infamis eſt deſertor, &c. ὡς βλάσφημος ὁ ἐγκαταλείπων πατέρα αὐτοῦ, καὶ κεκατηραμένος ὑπὸ κυρίου ὁ παροργίζων μητέρα αὐτοῦ. Quàm ignominioſus [aut, vituperãdus eſt] qui patrẽ ſuum deſerit, & maledictus à Domino qui prouocat ad iram [aut, qui irritat atque exacerbat] matrem ſuam. 19 Fili, res tuas cum manſuet. perage, &c. τέκνον τὰ ἔργα σου ἐν πραότητι διέξαγε, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου δεκτοῦ ἀγαπηθήσῃ, Fili, opera tua in mãſuetudine confice [aut, exequere] & ab homine probato diligeris. In iis rebus quas agimus cum proximis in ſocietatem vitæ ad conciliandam bonorum beneuolentiam, plurimum valet modeſtia & morũ comitas: contrà acerbitas & arrogantia eſt importuna & odioſa. 20 Multi quidem altitudine, &c. πολλοί εἰσιν ὑψηλοὶ καὶ ἐπίδοξοι, ἀλλὰ πραέσιν ἀποκαλύπτεται μυστήρια. Multi ſũt alti & gloria illuſtres, ſed modeſtis reuelãtur myſteria. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus verò gratiã dat. Iacob. 4.b.6. Eſa.66.a.2, Super quem requieſcet Spiritus Domini? ſuper humilem, &c. 21 Quoniam potentia Domini, &c. ὅτι μεγάλη ἡ δυναστεία κυρίου, καὶ ὑπὸ τῶν ταπεινῶν δοξάζεται. Quoniam magna potentia Domini, & ab humilibus glorificatur. aut, honoratur.

22 Difficiliora quã quibus par ſis, &c. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει ἀναισθήτως, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε ἀφροσύνῃ. Difficiliora te ne quæras ſine ſenſu [hoc eſt, temerè] & fortiora te ne exquiras cum ſtultitia. aut, inſipientia. Cicero primo libro de Officiis, Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne illud ſolum conſideret, quàm illa res honeſta ſit: ſed etiam vt habeat efficiendi facultatem: in quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Sed author noſter hoc loco de nimio immoderatóque ſtudio rerum inquirendarum loqui videtur, quo in genere curioſitas & temeritas hominum ſæpe peccat.

23 Quæ tibi mandata ſunt à Deo, ea ſanctè meditare. Neque enim opus eſt tibi, quæ ſunt arcana oculis cernere. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ ὁσίως, οὐ γὰρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν βλέπειν ὀφθαλμοῖς. Quæ præcepta ſunt tibi, hæc cogita ſanctè: neque enim opus eſt tibi occulta oculis aſpicere. Cicero eodem libro, de officio prudentis præcipiens, Alterum eſt vitium, quòd quidam nimis magnum ſtudium multámque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, eaſdémque non neceſſarias. 24 Quæ non neceſſaria, &c. ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων σου μὴ περιεργάζου. In ſuperuacaneis ſermonum tuorum ne ſis curioſus. aut, inanem vanámque operam ſuſcipias. Quædam exemplaria habent ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου, In his quæ ſunt extra opus tuum, quæ non pertinẽt ad opera tua, ne curioſè elabores. Nã in opere aliquo ſuſcepto, quædam ſunt operis propria, quædã aliena ac nihil ad ipſum pertinentia: ſed mihi videtur de cogitatione atque oratione loqui, in qua nimium curioſi homines eſſe ſolent. 25 Nam plura quàm humanus ſenſus capiat, tibi patefacta ſunt. πλείονα γὰρ τῆς συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι. Plura enim intellectu hominum tibi commonſtrata ſunt. Reuocat piũ hominẽ à curioſitate humani ingenii, eũque in doctrina Dei vult acquieſcere. 26 Multos enim decepit vana, &c. πολλοὺς γὰρ ἐπλάνησεν ἡ ὑπόληψις αὐτῶν ἡ ματαία, καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διάνοιαν αὐτῶν. Multos enim fefellit opinio ipſorum vana, ac ſuſpicio [ſiue cogitatio] praua labefecit ſententiam eorũ. Neminẽ igitur vult ὑψηλοφρονεῖν (vt dicit Solomon) aut μεγαλοφρονεῖν, atque (vt præcipit Paulus Rom.12.a.3) ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ſapere pluſquam oportet, vanámque perſuaſionem de ſe ſuſcipere: ſed Deum timere, eique ſe erudiẽdum modeſtè tradere, atque in his quæ demonſtrata fuerint acquieſcere. 27 Cor pertinax malum tandem, &c. καρδία σκληρὰ κακωθήσεται ἐπ' ἐσχάτων, καὶ ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ ἐμπεσεῖται. Cor durum affligetur malo ad extremum: & qui amat periculum, incidet in illud. Hoc loco damnat contumaciam animi in ſua opinione obfirmati, quod vitiũ σκληρότης à Chriſto apud Matthæum 19.c.8, σκληροκαρδία appellatur, durities cordis ἀμετανόητον (vt Paulus nominat, Rom.2.a.5.) Dicitur etiam αὐθάδεια pertinacia.

lo peribit.

28 Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus: prauum cor in illis ſcandalizabitur.

29 Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccādū.

30 Synagogæ ſuperborū non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur.

31 Cor ſapientis intelligitur in ſapiētia, & auris bona audiet cū omni cōcupiſcentia ſapientiam.

32 Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.

Pſal.40.a.2
dan.4.c.24
matth.5.a.7

33 Ignem ardentē extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis:

34 Et Deus proſpector eſt ei⁹ qui reddit gratiam: meminit in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

Cap. IIII.

Deut.15.a.4
tob.4.b.7
matth.25.c.23
luc.11.f.41

1 FIli, eleemoſynā pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere.

2 Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua.

3 Cor inopis ne afflixeris, & nō protrahas datum anguſtianti.

4 Rogationem contribulati ne abiicias, & nō auertas faciem tuam ab egeno.

5 Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere.

6 Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autē eum qui fecit illū.

7 Congregationi pauperum affabilē te facito, & preſbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum.

in illo peribit.

ʹPupillis orbus, lumine carebis: cognitionem autem cuius expers es, ne profitearis.

ʹCor durum grauabitur laboribus, & ſceleratus peccata peccatis cumulabit.

Superbi.

ʹIn perſuaſione ſuperbi nullum eſt remedium: greſſus eius conuellentur, quoniam in eo radices egit planta malitiæ.

Cor ſapiens.

ʹCor hominis intelligentis reconditos ſermones meditatur, & aurem attentam ſapiens expetit.

Eleemoſyna.

ʹIgnem aqua ardentem extinguit, & peccatum expiat miſericors benignitas:

ʹEt Dominus qui gratiam reddit, memor erit in poſterum, vt author in tempore caſus ſui firmamentum inueniat.

Cap. IIII.

Non auertēdus oculus à paupere.

FIli, ne defraudes pauperem victu, nec oculos egenos ſpe diu produxeris.

ʹAnimam eſurientem ne moleſtia afficias, neque quenquam in ſua inopia de die in diem ducas.

ʹCor exacerbatum ne perturbes magis: nec differas quod indigenti largiturus es.

Supplicem afflictum ne reiicias, nec faciem auertas tuam à paupere.

Oculum ab egeno ne auertas, nec locum tibi malè precādi cuiquam des.

ʹNam quū tibi malè in acerbitate animæ ſuæ precabitur, eius precationem exaudiet qui creauit eum.

ʹIn cœtu multitudinis exhibe te amabilem, & principi caput tuum ſummitte.

28 Pupillis orbus, lumine, &c. κόρας μὴ ἔχων ἀπορήσεις φωτὸς, γνώσεως δὲ ἀμοιρῶν μὴ ἐπαγγέλλου. Pupillas non habens, indigebis luce: cognitione autem carens, ne profitearis. Cognitionem in profeſſione vult eſſe quaſi pupillam in oculo, qui fruſtra aperitur, ſi pupilla ſit orbatus: ita inanis eſt profeſſio eius rei, quam profeſſor nulla ſcientia comprehenſam habet. 29 Cor durum grauabitur laboribus, &c. καρδία σκληρὰ βαρυνθήσεται πόνοις, καὶ ὁ ἁμαρτωλὸς προσθήσει ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις. Cor durum premetur laboribus, & peccator adiiciet peccata ſuper peccata. nullum enim finem peccandi facit, alia aliis accumulat, ſiue multiplicat. 30 In perſuaſione ſuperbi, &c. ἐν ἐπαγωγῇ ὑπερηφάνου οὐκ ἔστιν ἴασις. In inductione animi ſuperbi nō eſt ſanatio. hoc eſt, perſuaſio hominis ſuperbi nō eſt ſanabilis. Quandiu animus opinione ſui elatus aut inflatus eſt, ad nullam pietatem aut frugem redire poteſt. Sola via & ratio ad reſipiſcentiam eſt cordis humilitas.

31 Cor hominis intelligentis, &c. καρδία συνετοῦ διανοηθήσεται παραβολὴν, καὶ οὖς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία σοφοῦ. Cor ſapientis cogitabit [aut, cōſiderabit] ſimilitudinem, & auris auditoris deſiderium ſapientis. Hæc eſt natura & affectio ſapientis, vt & ſtudioſè diligentérque audiat, & res reconditas & cognitione dignas, neceſſariáſque meditetur. Eſt enim φιλήκοος (ſicut Solomon dicit) Audiens ſapiens, ſapiētior fiet, Prou. 1.a.5. Triceſimus ſecundus verſus, qui eſt apud veterem interpretem, Græcè non legitur.

33 Ignem aqua ardentem, &c. πῦρ φλογιζόμενον ἀποσβέσει ὕδωρ, καὶ ἐλεημοσύνη ἐξιλάσεται ἁμαρτίας. Ignem inflammatum extinguet aqua, & eleemoſyna expiabit peccata. Hoc diximus fieri per fidē, cuius virtute beneficentia miſericordiáque in inopes calamitoſóſque exercetur.

34 Et Dominus qui grat. &c. καὶ ὁ κύριος ἀνταποδιδοὺς χάριτας μέμνηται εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ εὑρήσει στήριγμα. Et Dominus qui refert gratias [aut, retribuit] meminit in poſterū, & in tempore caſus ſui adminiculum [ſiue, ſtabilimētum] reperiet. Hoc vltimum membrū referri poteſt vel ad Deū, ſi αὐτοῦ ipſius legatur, in caſu eius qui benignitate in alios vſus fuerit: vel ad eum qui beneficia contulit: quā lectionem ego ſum ſequutus: ſed legendum erit ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, in tempore ſui caſus, aut quo ipſe ceciderit. Sed ne durior videatur oratio, mihi non diſplicet ET particulam coniunctionis reſolui in redditiuā, ita, Vt is qui benignè aliis fecit, in tempore ſui caſus adminiculum reperiat.

IN CAPVT IIII.

1 Fili, ne defraudes, &c. τέκνον τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ μὴ ἀποστερήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς. Fili, vitā pauperis ne defraudes, & ne protraxeris oculos indigētes. hoc eſt, ne deſtituas pauperē in eius neceſſitate, nec differas beneficium quod præſens illius inopia indigētiáque requirit, aut flagitat. Hoc enim eius tempore cunctatio abeſſe debet: miſericordia verò, ſtudii amoriſque plena adeſſe. Beneficiū vltrò in indigentē conferendū eſt: quū verò rogatur atque flagitatur, nullo modo eſt differendū. 2 Animā eſurientē, &c. ψυχὴν πεινῶσαν μὴ λυπήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς ἄνδρα ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ. Animam famelicam ne contriſtes, nec protrahas virū in eius inopia. Præcipit idem quod antè, vt pauper ac inops præſenti, & prompta, paratáque benignitate ſubleuetur, non dilatione torqueatur. Dilatio enim beneficii homini indigēti eſt permoleſta. παρελκύζειν τινὰ eſt trahere aliquē, eiúſque ſpē ducere, ac ſuſpenſum tenere. 3 Cor exacerbatū ne perturbes, &c. καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς δόσιν προσδεομένου. Cor irritatū [ſiue, ira offenſū] ne magis cōturbes, & ne differas donū pauperis. hoc eſt, id quod daturus es pauperi. Significat offenſionē hominis inopis ex miſeria cōmotā, nō eſſe augendā cūctatione aut deſpectione, ſed potius miſericordia conſolandā. 6 Nam quū tibi, &c. καταρωμένου γάρ σε ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, τῆς δεήσεως αὐτοῦ εἰσακούσεται ὁ ποιήσας αὐτόν. Maledicēte enim tibi in amaritudine animæ ſuæ, eius precationē exaudiet qui fecit ipſum. Pauper in afflictione ſua deſtitutus, cōtemptus, aut vexatus, impatiētia cōmouetur ad imprecationes, quæ à Domino nō repudiantur. 7 In cœtu multitudinis, &c. προσφιλῆ συναγωγῇ σεαυτὸν ποίει, καὶ μεγιστᾶνι ταπείνου τὴν κεφαλήν σου. Amabilē te fac cōgregationi, & magnati [aut, primati] humilia caput tuū. Præcipit moderationē ad dignitatē perſonarū accōmodatam, vt cū multitudine comiter atque æquabiliter viuamus: aduerſus verò principē, reuerentiam adhibeamus, cum eóque nos modeſtè ſummiſſéque geramus. Nam vbi æquo iure cum populo viuendum eſt, ſuperbia hominis ſe ſupra communem conditionem efferentis eſt importuna & odioſa, comitas verò grata: principi autem nimia familiaritas contemptum affert: itaque totius noſtræ vitæ conſuetudo in ciuili ſocietate ad perſonarum varietatem accommodanda eſt.

″Inclina aurem tuam pauperi ſine vlla offenſione, & quæ ſunt amica reſponde ei cum manſuetudine. 8

ʹIniuriam patientem eripe è manu iniuriam inferentis, neque in vindicando animum paruum habeas. 9

Index ſit miſericors erga pupillos.

″Inſtar patris eſto pupillis, & loco viri matri illorum: 10

ʹEt eris tãquam filius Altiſſimi, qui te chariorem quàm mater tua, eſt habiturus. 11

Redit ad ſapientiæ commendationem.

ʹSapiẽtia filios extollit ſuos, atque eos amplectitur qui ipſam quærunt. 12

Qui diligit eam, vitam diligit: & qui mane ad illam vigilãt, replebuntur lætitia. 13

ʹQui apprehendit eam, hæreditate gloriam conſequetur, & quã vitæ viam fuerit ingreſſus, eam Dominus fortunabit. 14

″Qui colunt eam, inſeruient ſancto: & qui diligunt illam, à Domino diligentur. 15

″Qui obtemperat ei, gentes iudicabit: & qui illi attẽdit, ſecurè habitabit. 16

ʹSi fidem ei habuerit, hæres eius erit: & poſſeſſionem retinebit eiuſdem progenies. 17

Tentatio ſequitur ſtudioſos ſapientiæ.

18 ʹNam obliquè primùm cum eo ambulabit, ac timorẽ metúmque ei afferet, atque in diſciplina ſua cruciabit: 19 ″donec exploratũ habuerit animum eius atque per iura ſua eum tentauerit.

″Tum demum rurſum ad eum rectà redibit, illúmque exhilarabit, atque ei patefaciet arcana ſua. 20, 21

ʹSi autem deerrauerit, eum derelinquet, tradétque in manus ruinæ eius. 22

8 Declina pauperi ſine triſtitia aurẽ tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacificè in manſuetudine.

9 ‖Libera eum qui iniuriam patitur, de manu ſuperbi: & non acidè feras in anima tua.

Gen.14.c.14
exod.2.b.11
prou.4.a.1
B

10 In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & ꝓ viro matri illorũ:

11 Et eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater.

12 Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in via iuſtitiæ.

13 Et qui illam diligit, diliget vitam: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius.

14 Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quò introibit, benedicet Deus.

15 Qui ſeruiunt ei, obſequentes erunt ſancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus.

16 Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit cõfidens.

17 Si crediderit ei, hæreditabit illã, & erũt in cõfirmatione creaturæ illorũ:

18 Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.

19 Timorem, & metum, & probationem inducet ſuper illum, & cruciabit illũ in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eũ in cogitationibus ſuis, & credat animæ illius. C

20 Et firmabit illũ, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum,

21 Et denudabit abſcõſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intellectum iuſtitiæ.

22 Si autẽ oberrauerit, dereliquet eũ, & tradet eum in manus inimici ſui.

8 Inclina aurem tuam pauperi, &c. κλῖνον τὸ οὖς σου τῷ πτωχῷ ἀλύπως, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πρᾳότητι. Inclina aurẽ tuam pauperi nõ moleſtè [aut, ſine moleſtia] & reſponde ei pacifica in manſuetudine. Pacifica aut pacata appellat ea que animo eius pacem atque conſolationem ſunt allatura. Itaque vult benignam, & amicam reſponſionem ei fieri, non ſuperbam atque inhumanam: qualis eorum eſt quorũ aures preces ſupplicum repudiãt: oratio verò acerba, & crudelitatis plena, illorum animos perturbat. Præceptum igitur eſt vt & aures pauperibus faciles ad audiendum præbeamus, & ad ſatiſfaciendum benignam humanámque orationem adhibeamus. Acerbitas orationis fugienda eſt. 9 Iniuriam patientem, &c. ἐξελοῦ ἀδικούμενον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος, καὶ μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῷ κρίνειν σε. Eũ qui iniuriam patitur, eripe è manu illius qui iniuriam facit: neque paruo ſis animo in iudicando. Hoc loco κρίνειν videtur accipere pro τιμωρεῖσθαι, vlciſci ac vindicare. Sed hoc præceptum ad iudicem ac magiſtratum videtur eſſe referendum: nam in ea poteſtate iniuriam inferentis debet propulſare ab innocente. 10 Inſtar patris eſto pupillis, &c. γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς μητρὶ αὐτῶν. Sis pupillo vt pater, & quaſi maritus matri eorum. Hæc conditio hominum deſertorũ, omni ope indigentium cùm omnibus, tum præcipuè magiſtratibus à Deo maximè eſt commendata. 11 Et eris tanquam filius Altiſſ. &c. καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου. Et eris ſicut filius Altiſſimi, & te magis diliget quàm mater tua. 12 Sapientia filios extollit ſuos, &c. ἡ σοφία υἱοὺς ἑαυτῆς ἀνύψωσεν, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν. Sapientia filios ſuos exaltauit [aut euexit] ac ſuſcipit eos qui ipſam quærunt. Hoc loco commendat ſtudium amorémque ſapientiæ, cuius quidem filii efficimur, quum eam amamus, colimus, obſeruamus: eiuſque præceptis, monitis, ac conſiliis obtemperamus. ἐπιλαμβάνεσθαι, apprehendere ſui ſtudioſos, eiſque manum porrigere: ſiue in ſuam diſciplinam, fidem, tutelámque recipere.

14 Qui apprehendit, &c. ὁ κρατῶν αὐτῆς κληρονομήσει δόξαν, καὶ οὗ εἰσπορεύεται, εὐλογεῖ κύριος. Qui tenet eam, hæreditabit gloriã: & quò ingreſſus fuerit, benedicet Dominus. Verbum κρατεῖν ſignificat certam cognitionem, comprehenſionémque ſapientiæ, ac poſſeſſionem quæ non in lingua, ſed in animo conſiſtit. Qui enim ita comprehendit, hæres erit ipſius gloriæ: atque à Deo in omnibus quæ ſuſcipiet & aget, benedicetur. hoc eſt, fœlix ac beatus erit. 15 Qui colunt eam, &c. οἱ λατρεύοντες αὐτῇ λειτουργήσουσιν ἁγίῳ, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὴν ἀγαπᾷ κύριος. Qui colunt eam, miniſtrabunt ſancto: & diligentes eam diligit Dominus. Hoc vult ſignificare ex ſtudio, cultu, obſeruantia ſapientiæ eum fructum percipi, vt Deus colatur, & honoretur. Is enim præcipuus eſt finis ſtudii ac cognitionis, quæ à ſapientia comparatur.

16 Qui obtemperat ei, &c. ὁ ἐπακούων αὐτῆς κρινεῖ ἔθνη, καὶ ὁ προσέχων αὐτῇ κατασκηνώσει πεποιθώς. Qui audit eam, iudex erit gentium: & qui illi attendit, confidens habitabit. hoc eſt, in ſumma ſecuritate ac fiducia vitam deget. Fructum ſapientiæ duplicem promittit, rectionem populorum, atque ſecuritatem. 17 Si fidem ei habuerit, &c. ἐὰν ἐμπιστεύσῃ, κατακληρονομήσει αὐτήν, καὶ ἐν κατασχέσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ. Si crediderit, hæreditabit illam: & in poſſeſſione erunt generationes eius. Vera & cõſtans fides hæreditatem ſapientiæ ita obtinet, vt eiuſdẽ hæredes ac ſucceſſores poſteros relinquat. Hæc promiſſio de ſucceſſione liberorum ac poſterorum ſæpe eſt in Pſalmis, maximè 25.c.13, Quis eſt vir timens Dominum? docebit eum viam quam eligat. Anima eius in bono cõmorabitur, & ſemen eius hæreditate accipiet terrã.

18 Nam obliquè primùm. &c. ὅτι διεστραμμένως πορεύσεται μετ' αὐτοῦ ἐν πρώτοις, φόβον καὶ δειλίαν ἐπάξει ἐπ' αὐτόν, καὶ βασανίσει αὐτὸν ἐν παιδείᾳ αὐτῆς. Quoniam peruerſè cum eo ambulabit in primis, timorem ac formidinem ſuper eum inducet, & in diſciplina ſua eum torquebit. Duplicem viam, rationémque proponit, qua ſapientia ſuos erudiens progreditur: vnam obliquam & indirectam, atque aſperam, qua ſuos per multas ducit afflictiones, multiſque moleſtiis afficit: ea via eſt πειραστική, tentandi ac probandi cauſa inſtituta, vt diſcipuli ſapientiæ ſe cognoſcant. Altera eſt recta, & plana, expeditáque, in qua hominem iam probatum exploratúmque, omnibus beneficiis & ſolatiis afficit, ſuámque ei faciem benignam & hilarem oſtendit. Hoc autem eſt ita ſcriptum Pſal.73.d.42, Conſilio tuo deduxiſti me, & poſtea cum gloria excepiſti me. 19 Donec exploratum habuerit animum eius, &c. ἕως οὗ ἐμπιστεύσῃ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, καὶ πειράσῃ αὐτὸν ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς. Donec credat [aut cõfidat] animo eius, atque eum tentauerit in iuſtificationibus ſuis. hoc eſt, in ſuis inſtitutis ac legibus illius fidem explorauerit ac perſpexerit. Nam hic eſt finis illius viæ indirectæ ac tortuoſæ, ac conſilium ſapientiæ, vt homo fidelis firmitudinem animi ſui, conſtantiámque cognoſcat. 20 Tum demum rurſum, &c. καὶ πάλιν ἐπανήξει κατ' εὐθεῖαν πρὸς αὐτόν, καὶ εὐφρανεῖ αὐτόν, καὶ ἀποκαλύψει αὐτῷ τὰ κρυπτὰ αὐτῆς. Et rurſus reuertetur recta ad eum, & lætitia illum afficiet, reuelabitque ipſi ſecreta ſua. 22 Si autem deerrauerit, &c. ἐὰν δὲ ἀποπλανηθῇ, ἐγκαταλείψει αὐτόν, καὶ παραδώσει αὐτὸν εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ. Sin autem aberrauerit, deſeret eum, tradétque in manus caſus ipſius. Hæc eſt pœna iuſta meritáque deſertorum, qui à ſapientia deflectunt, ac deſciſcunt, vt à ſapientia quoque deſtituti deſertique, miſerrimè pereant.

Rom.12.c.11	¶Fili conſerua tempus, & deuita à malo.	23	'Obſerua tempus, atque malum caueas.	Tempus.
	Pro anima tua ne confundaris dicere verum.	24	Neque te pudeat, quum tua agitur anima.	
	Eſt enim confuſio adducens peccatū, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.	25	'Eſt enim pudor peccatum trahens ſecū: eſt item pudor qui gloriam gratiámque conciliat.	
Prouer.24.b.17	Ne accipias faciem aduerſus faciem tuā, nec aduerſus animam tuam mēdacium. ¶Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo.	26	'Ne accipias perſonam aduerſus tuam animam, neque eam verearis in ruinam tuam.	Mendacium.
D	Nec retineas verbū in tempore ſalutis, nō abſcōdas ſapientiam tuam in decore ſuo.	28	'Tempus ſalutis nactus, ne comprimas ſermonē, neque ſapientiam tuam celes, quum illuſtranda eſt.	Sapientia.
	In lingua enim ſapientia dignoſcitur: & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus iuſtitiæ.	29	'Nam ex ſermone ſapiētia cognoſcetur, atque ex verbis linguæ eruditio.	
	Non cōtradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.	30	'Ne vlla in re veritati contradicas, quin potius te in mendacio tuæ inſcitiæ pudeat.	Veritas.
	Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini pro peccato.	31	'Ne verearis confiteri peccata tua, nec curſum fluminis vi cohibeas.	Peccatum.
	Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuii.	32	'Ne te ſubmittas ſtulto homini, ac perſonā potētis ne accipias.	Potens.
	Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.	33	Vſque ad mortem decerta pro veritate, & Dominus Deus pro te pugnabit.	Iuſtitia.
	Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis & remiſſus in operibus tuis.	34	'Ne ſis audax in lingua tua, atque in operibus tuis piger ac remiſſus.	Lingua.
	Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertēs domeſticos tuos, & opprimēs ſubiectos tibi.	35	'Ne te geras domi tuæ inſtar leonis, nec in domeſticos tuos inſanè ſæuias.	Sæuitia fugiēda.

23.24 Obſerua tēpus,&c. συντήρησον καιρὸν, καὶ φύλαξαι ἀπὸ πονηροῦ, καὶ μὴ αἰσχυνθῇς περὶ τῆς ψυχῆς σου. Cōſerua tēpus,& caue à malo,ac ne te pudeat de tua anima. Quoniā accidūt varia & difficilia tēpora,in quibus cū maximo animæ periculo verſandū eſt,vult ſummā prudentiam & cautionem adhiberi,nequis imprudens ea faciat aut concedat potentioribus,quæ ſunt iniqua,atque ad conſcientiam & animæ ſalutem pertinent. Hæc tempora diligentiſſimè vult obſeruari,nequis incautus aliquid dicat faciátve,quod contra conſcientiam ſit. In huiuſmodi autem diſcrimine pudorem dicit eſſe inutilem,imò pernicioſum ex dignitate hominum poteſtatéque ſuſceptum,quorum voluntatē nolumus offendere,aut eorū gratiā amittere,eámque veritati æquitatique præferimus. 25 Eſt enim pudor pecc.trahens,&c. ἔστι γὰρ αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καί ἐστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις. Eſt enim pudor inducēs peccatum,& eſt pudor gloria & gratia. hoc eſt,gloriæ gratiæque conciliator. Hæc duo genera pudoris vitioſi & pernicioſi,pudoris honeſti ac laudabilis,facilè oſtendunt quodnam ſit illud temporum diſcrimen,quod ſumma diligentia prudentiáque eſt obſeruandum. eſt tempus in quo nihil verendum ſit, & eſt quod ſummam verecūdiam poſtulet. Quemadmodum autem Paulus 2.Corinth.7.c.10,duplicem dolorem dicit eſſe,vnum ſecundum Deum, qui pœnitentiam efficit ad ſalutem non pœnitēdam:alterum dolorem mundi,qui mortem affert:ita iſte ſapiens duplicem pudorem, vnum authorem peccatorū, alterum gloriæ atque gratiæ conciliatorem. vitioſus & prauus pudor δυσωπία Græcè appellatur,alter verò rectus ac laude dignus,omnium virtutum cuſtos à Platone ac Cicerone eſt nominatus. eſt enim metus turpitudinis atque infamiæ.

26 Ne accipias perſonam,&c. μὴ λάβῃς πρόσωπον κατὰ ψυχῆς σου, καὶ μὴ ἐντραπῇς εἰς πτῶσίν σου. Ne accipias perſonam aduerſus animā tuam, & ne verearis in caſum tuum. hoc eſt,ne te moueat dignitas cuiuſquam & potentia,nec in iuſta cauſa cedas ei, aut offenſionem volūtatis eius metuas. Hoc ſignificat hoc loco Perſonam accipere:& ἐντρέπεσθαι vereri,aut reuereri,habere rationem perſonæ,atque illius dignitati parcere:itáque iuſtiſſimam cauſam deſerere ac prodere. Hæc autem ſententia clariſſimè oſtendit quæ verecundia ſit vitioſa, animóque pernicioſa. Viceſimus ſeptimus qui eſt in veteri interprete,non legitur Græcè. 28 Tempus ſalutis nactus,&c. μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας, καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου εἰς καλλονήν. Ne prohibeas ſermonem in tempore ſalutis, nec occultes ſapientiam tuam in pulchritudine. aut, decore. hoc eſt, quū eam opportunitas temporis & dignitas rei poſtulat. eſt enim ſilentium eo tempore intempeſtiuū. Contrà verò oratio in tempore adhibita cùm ad conſolationem atque ſalutem eſt peropportuna, tum etiam ad gloriam ac dignitatē eius qui loquitur,accommodata. εὐκαιρία autem,hoc eſt temporis opportunitas, & ad tacendum & ad loquendū ſemper maximopere eſt obſeruanda. 29 Nam ex ſermone,&c. ἐν γὰρ λόγῳ γνωσθήσεται σοφία, καὶ παιδεία ἐν ῥήματι γλώσσης. Nā in ſermone cognoſcetur ſapientia,& eruditio in verbis linguæ. Oratio eſt index animi,atque ingenii interpres. Itaq; quū puer à patre ad Socratē deductus eſſet,vt ex φυσιογνωμοσύνῃ de eo iudicium faceret:iuſſit adoleſcentem loqui,vt ex illius ſermone naturam ingeniúmque cognoſceret. Sed hic ſapiens de homine ſapiente atque erudito loquitur,cuius doctrinæ ac ſapientiæ illuſtre in oratione teſtimonium ineſt.

30 Ne vlla in re verit.&c. μὴ ἀντίλεγε τῇ ἀληθείᾳ κατὰ μηδὲ ἕν, καὶ περὶ ψεύσματος τῆς ἀπαιδευσίας σου ἐντράπηθι. Ne cōtradicas veritati vllo modo, & de mendacio tuæ ignorantiæ verecundare. Hæc ſententia eſt contra αὐθάδειαν pertinaciam eorum qui malūt veritati reſiſtere,ac mendacium omni ratione tueri, quàm ingenuè quod ignorant confiteri. hoc verò ſapiens turpiſſimum eſſe dicit,atque homine ingenuo verecundóque indignum. 31 Ne verearis confiteri pecc.&c. μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ᾽ ἁμαρτίαις σου, καὶ μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ. Ne pudeat te confiteri ob peccata[aut,in peccatis,vel (vt habēt quædam exemplaria) ἁμαρτίας σου peccata tua]nec violenter reprimas curſum fluminis. Senſus huius ſententiæ eſt,cōfeſſionem peccatorum coram Deo, vel etiam coram hominibus, quum ſpiritus eam elicit,aut etiam exprimit, non eſſe ſupprimendam:hoc enim perinde eſſe, ac ſiquis aquam fluminis decurrentem vi impedire velit, ne curſum ſuum liberum habeat. Eodem modo etiam conſcientiæ quæ peccatis preſſa, confeſſione leuari cupit,vis affertur, quum ſilentio violento peccata intus retinentur ac occultantur. 32 Ne te ſubmittas,&c. μὴ ὑποστρώσῃς ἀνθρώπῳ μωρῷ σεαυτὸν, καὶ μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου. Ne ſubiicias te ſtulto homini,neque accipias perſonam potentis. Duo hic præcipit, vnum ne vlla in re ad hominis ſtulti voluntatem conformemur,eique cedamus aut pareamus:alterum,ne gratia potentis ab officio diſcedamus. acriter enim ſemper in bona cauſa ſtultis ac potentibus hominibus reſiſtēdum eſt,pro veritatéque ad mortem vſque pugnandum. 34 Ne ſis audax in lingua tua,&c. μὴ γίνου θρασὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου, καὶ νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις σου. Ne ſis audax [aut confidens] in lingua tua, & ſegnis[aut ignauus] & remiſſus in operibus tuis. Iactantiam orationis fugiendam dicit,& eam diligentiam in agendo induſtriámque requirit, vt plus re atque opere præſtetur,quàm verbis promittatur. Sunt enim plerique lingua prompti & audaces,qui mirabilia promittūt, ſed manus linguæ non reſpondēt, quas habent ad exequendum debilitatas. Parturiunt montes (inquit ille)ſed naſcetur ridiculus mus.

35 Ne te geras domi tuæ,&c. μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου. Ne ſis vt leo domi tuæ,nec cerebroſus percutiēs ſeruos tuos. Ad verbum,phantaſia cædens ſeruos tuos. Herile imperium per ſe videtur ſatis eſſe acerbum, ad eam autem poteſtatem atque acerbitatem ſi accedat in dominis morum importunitas,ſæuitia,atque inſania,fit prorſus tyrānicum,aut feritate belluinum. Itaque requirit ſapiens in dominis ſummam erga domeſticos humanitatem,ac æquitatē:ſicut Paulus Coloſſ.4.a.1,vult dominos quod iuſtum & æquum eſt,ſeruis præſtare:& eoſdē minas remittere,Epheſ.6.b.9. φαντασιοκοπεῖν verbum ſignificat genus quoddā furoris ac inſaniæ,cuiuſmodi eſt in quibuſdam melancholicis,qui hac amentia permoti in alios crudeliter deſæuiunt,& quaſi debacchātur. Paulus Tit.1.b.7,non vult epiſcopum eſſe πλήκτην,percuſſorem.

Auaritia. 'Ne manum porrectam ad accipiendum habeas, ad reddendum vero contractam. 36

Cap. V.

Diuitiis non fidendum. NE confidas tuis diuitiis, neque dicas, Ad vitam meã abundè instructus ſum. 1

"Ne indulgeas animo tuo, ac potentiæ tuæ, vt in viis cordis tui ambules. 2

Cõtemptus Dei. "Ne dicas, Quis me propter opera mea in poteſtatẽ ſuam redi-get? Dominus enim vindex petulantiam tuam vindicabit. 3

"Ne dixeris, Peccaui: & quid mihi acerbũ accidit? Dominus patiens eſt, non te dimittet. 4

Remiſſio peccati. "De venia ne ſis nimium ſecurus, vt peccata peccatis cumules. 5

"Ac ne dicas, Miſericordia eius plurima eſt, multitudinem peccatorum meorum mihi ignoſcet. 6

"Tam enim ira, quã miſericordia ab eo properabit, ac ſuper ſceleratos furor eius requieſcet. 7

"Ne differas conuerti ad Dominum, nec diem ex die ducas. 8

"Nam ſubitò ira Domini erumpet, & quum ſecurus eris, profligaberis, atque in tempore vltionis peribis. 9

Diuitiæ. "Ne animum adiicias ad diuitias iniuſtas: nihil enim proderũt in tempore incurſionis. 10

Inconſtantia. "Ne agiteris omni vento, neque omnem viam ingrediaris: ſic enim ſceleratus qui bilinguis eſt. 11

‖Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Act.10.g.35

Cap. V.

NOli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris, ‖Eſt mihi ſufficiẽs vita. nihil enim ꝓderit in tẽpore vindictæ & obductionis. Luc.12.b.15

Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui:

Et ne dixeris, Quomodo potui, aut quis me ſubiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

Ne dixeris, Peccaui: & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. B

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adiicias peccatum ſuper peccatum.

Et ne dicas, ‖Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorũ meorum miſerebitur. Infra 21.a.1

‖Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Infra 16.b.12

Non tardes cõuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. C

‖Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis, non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Prou.10.a.2, & 11.a.4, ezech.7.d.19

Non ventiles te in omnem vẽtum, & non eas in omnem viam. ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

36 Ne manum porrectam ad acc. &c. μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, ϗ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη. Ne ſit manus tua ad accipien-
dum extenſa, & in reddendo contracta. ſiue, compreſſa. Hæc eſt natura auarorum, vt ſint ληπτικοί, non δοτικοί, propenſiores ad accipiendum
quàm ad dandum. Hoc vitium à ſapiente hîc notatur porrectione manus ac contractione. Eſt autem (vt dicit Chriſtus, Act.20.g.35) beatius
dare quàm accipere. Et Ariſtoteles virtutis magis proprium dicit eſſe εὖ ποιεῖν quàm εὖ πάσχειν, beneficium dare quàm accipere. Paulus autem Tim.6.d.18, vult diuites eſſe εὐμεταδότους ϗ κοινωνικούς, benignos liberaléſque ad dandum & communicandum.

IN CAPVT V.

1 Ne cõfidas tuis, &c. μὴ ἔπεχ᾽ ἐπὶ τοῖς χρήμασί σου, ϗ μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοί ἐστιν εἰς ζωήν. Ne attendas in diuitiis [hoc eſt ne fiduciã tuã habeas
in diuitiis] nec dicas, Sufficientia mihi eſt ad vitam. hoc eſt, nihil mihi deeſt ad viuendum, omnia mihi abunde ſuppetunt, vita mea bonis
omnibus expleta eſt. aut, contenta. Eſt enim hoc loco αὐτάρκη idem quod αὐτάρκεια ſufficientia: quo nomine Paulus ad declarandam vim
pietatis vſus eſt, 1. Tim.6.b.6, Magnus quæſtus eſt pietas cũ acquieſcentia μετὰ αὐταρκείας, cum animo cõtento. Alia verò affectio deſcribitur
à Chriſto Lucæ 12.c.19, diuitis in ſuis prouentibus ac fructibus toto animo cogitationéque conquieſcentis.

2 Ne indulgeas animo, &c. μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου ϗ τῇ ἰσχύϊ σου, τῷ πορεύεσθαι ἐν ὁδοῖς καρδίας σου. Ne ſequaris animum tuum & robur
tuum [aut, ne obſequaris animo tuo & viribus tuis] vt ambules in viis cordis tui. Hoc eſt quod Spiritus ſanctus tã ſæpe reprehẽdit in Scri-
ptura, quòd homines relicto Deo cogitationes cordis ſui ſunt ſequuti. Miſerrima eſt vita, quæ in timore Dei non continetur.

3 Ne dicas, Quis, &c. μὴ εἴπῃς, τίς με δυναστεύσει διὰ τὰ ἔργα μου; ὁ γὰρ κύριος ἐκδικῶν ἐκδικήσει τὴν σου ὕβριν. Ne dicas, Quis me ſubiiciet [aut (vt
quidã vertũt) perdomabit] propter opera mea? Dominus enim vindicãs vindicabit inſolentiã [aut, proteruiã] tuã. Hæc eſt petulãtia & licẽ-
tia hominum effrænata, qui ſuo arbitrio ac libidine, non volũtate Dei volũt viuere. Hanc impiorũ audaciam iugũ Dei repudiãtium Pſal.
12. deſcribit. Qui dicũt, Linguam noſtram corroboremus, labia noſtra nobiſcum, quis Dominus nobis? ὕβριν hoc loco malo vertere Petu-
lantiam, quàm Iniuriã. ſignificat enim intemperantiam inſolentiámque eorum, qui timore Dei nolũt ſuas cupiditates coerceri, ſed ſum-
ma cum licẽtia viuere. 4 Ne dixeris, Peccaui: &c. μὴ εἴπῃς ἥμαρτον, ϗ τί μοι ἐγένετο λυπηρόν; ὁ γὰρ κύριός ἐστι μακρόθυμος, οὐ μή σε ἀνῇ. Ne di-
cas, Peccaui: & quid mihi moleſtũ accidit? Dominus enim patiens eſt, non te dimittet. Quædam exemplaria habent, Et quid mihi accidit?
quod aptius huic loco videtur eſſe, quàm ſi legatur Moleſtum. Eſt enim vox hominis deſperãtis, quaſi ita diceret, Quid me fiet? vt homi-
nes videmus in comœdiis ac tragœdiis cruciari. Illud etiam οὐ μή σε ἀνῇ, non te dimittet, eadem exemplaria non habent additum: & ego ar-
bitror parum aptè adiunctum eſſe. nam ſignificat hoc verbum remittere aliquid alicui, ac veniã, ſiue etiam licentiam dare. Itaque propter
præpoſitam negationem quidam vertunt Sed impunè te non dimittet: ſed hic ſenſus præſenti loco non conuenit, quoniam de hoc abuſu
miſericordiæ Dei ſtatim præcepta ſubiungit. 5 De venia ne ſis, &c. περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου ἐν πλεονασμῷ, προσθεῖναι ἁμαρ-
τίας ἐφ᾽ ἁμαρτίαις. De propitiatione ne prorſus timore ſis vacuus, vt addas peccata ſuper peccata. Sapiẽs nõ vult homines dubitare de remiſ-
ſione peccatorum, ſiue venia, ſed homines non abuti miſericordia Dei ad licentiam peccatorum. Paulus hunc locũ copioſè accuratéque
tractat Rom.6.cap. & Pſal.130.a.4, finem veniæ impetratæ pulcherrimè oſtendit. Quia tecum eſt venia [ſiue, propitiatio] vt timearis.

6 Ac ne dicas, Miſeric. &c. ϗ μὴ εἴπῃς, ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολύς, τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται. Et ne dicas, Miſeratio eius multa, multi-
tudinem peccatorum meorum expiabit. hoc eſt, in multis peccatis meis mihi erit propitius: magnitudo enim gratiæ ac miſericordiæ eius
multitudinem peccatorum meorum ſuperabit. 7 Tam enim ira, &c. ἔλεος γὰρ ϗ ὀργὴ παρ᾽ αὐτῷ ταχυνεῖ, ϗ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς καταπαύσει
ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Miſericordia enim & ira ab eo feſtinabit [aut, properè veniet] ac ſuper peccatores recũbet indignatio eius. Peccatores appel-
lat homines ἀμετανοήτους in ſuis peccatis obfirmatos, ad quos non miſericordia, ſed grauiſſima Dei ira vindictáque pertinet.

8 Ne differas conuerti, &c. μὴ ἀναμείνῃς ἐπιστρέψαι ἐπὶ κύριον, ϗ μὴ ὑπερβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Ne tardes [ſiue, cuncteris] conuerti ad Do-
minum, & ne differas [aut, reiicias] diem ex die. hoc eſt, ne procraſtines, reiiciáſq; in aliud tempus tuam conuerſionem. Dauid Pſal.119. nul-
lam moram pœnitentiæ interponendam eſſe ſuo exemplo præclarè demonſtrat: Reputaui, inquit, vias meas, & cõuerti pedes meos ad te-
ſtimonia tua: Feſtinaui, & non tardaui cuſtodire mandata tua. 9 Nam ſubitò ira Domini, &c. ἐξάπινης γὰρ ἐξελεύσεται ὀργὴ κυρίου, ϗ
ὡς ἀμελήσεις ἐκτριβήσῃ, ϗ ἐν καιρῷ ἐκδικήσεως ἐξολῇ. Repente enim egredietur ira Domini, & quum negliges, detereris, ac in tempore vindi-
ctæ peribis. ἐκτρίβεσθαι ſignificat prorſus conteri atque obteri, aut comminui, vt intereat. 10 Ne animum adiicias, &c. μὴ ἔπεχε
ἐπὶ χρήμασιν ἀδίκοις, οὐδὲν γὰρ ὠφελήσῃ ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς. Ne attendas in diuitiis iniuſtis: nihil enim proderunt in die inductionis. Ad verbum.
hoc eſt in tempore quo calamitas tibi importabitur. ἐπέχειν ἐπὶ χρήμασιν hoc loco cum præpoſitione dicit, Attendere ad diuitias. hoc eſt, a-
nimum adiicere, aut ſpectare diuitias iniuſtè acquiſitas, eáſque appetere. Suprà initio capitis eſt vſus ſine præpoſitione pro Fiduciam ha-
bere. 11 Ne agiteris omni vento, &c. μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ, καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἀτραπῷ, οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος. Ne iacteris
omni vento, neque ingrediaris omni via [aut, ſemita] ita peccator qui eſt bilinguis. Dehortatur à leuitate animi atque inconſtantia, qualis
eſt eorum qui nihil certum habent, ſed ſemper fluctuant, atque (vt ait Paulus Epheſ.4.c.14) quouis vento doctrinæ agitantur: aut qui ani-
mum non habent in timore cultuque Dei confirmatum: itaque nunc hoc, nunc illud & ſentiunt, & dicunt.

12 Eſto firmus in via Domini,&in veritate ſenſus tui,& ſcientia,& proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ.

Iacob.1.c.19 D

13 Eſto manſuetus ad audiendũ verbum Dei,vt intelligas:& cum ſapientia profer reſponſum verum.

14 Si eſt tibi intellectus,reſponde proximo: ſinautem,ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato,& confundaris.

15 Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua verò imprudẽtis ſubuerſio eſt ipſius.

16 Non appelleris ſuſurro,& lingua tua ne capiaris,& confundaris.

17 Super furẽ enim eſt confuſio & pœnitentia, & deuoratio peſſima ſuper bilinguẽ: ſuſurratori autem odium, & inimicitia,& contumelia.

18 Iuſtifica puſillum,& magnum ſimiliter. Cap. VI.

1 NOli fieri pro amico inimicus ꝓximo:improperium enim & cõtumeliam malus hæreditabit:& omnis peccator inuidus & bilinguis.

Rom.12.c.16 phili.2.a.5

2 Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus : ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam:

3 Et folia tua comedet, & fructus tuos perdet, & relinqueris velut lignum aridum in eremo.

4 Anima enim nequã diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum,& deducet in ſortem impiorũ.

12 ″In tuo ſenſu certo conſtans eſto, atque vnus & idem ſit ſermo tuus.

Via Domini.

13 ″Ad auſcultandum quæ ſunt bona,prõptus eſto:ad reſpondendum verò quod eſt rectum,moderatus.

Sermo.

14 ″Si eſt tibi intelligẽtia, reſpõde proximo: ſin minus,manus tua ori tuo ſit admota.

15 ″Gloria, & ignominia orationis comes eſt, & ſua cuique lingua ruinam affert.

Lingua.

16 ″Ne appelleris ſuſurrator, neque lingua tua cuiquam inſidias facias.

Suſurro.

17 ″Furem enim grauis ſequitur ignominia, bilinguem verò peſſima damnatio comitatur.

18 ″Nullius rei tam paruæ,quàm magnæ ignarus ſis. Cap. VI.

1 N″E ex amico efficiaris inimicus : nomen enim malum, ignominiam, opprobriúmque vir huiuſmodi adipiſcetur. Ita bilinguis improbus infamia notabitur.

Bilinguis.

2 ″Ne efferaris animi tui conſilio,ne quaſi taurus diſcerpatur anima tua.

Superbia.

3 ″Folia tua comedes,fructuſq; tuos perdes, atque teipſum velut arborem aridam deſtitues.

4 ″Anima improba diſperdet poſſidentem ſe,irriſioníq; hoſtium eum exponet.

12 In tuo ſenſu,&c. ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου ἀσφαλεῖ, καὶ εἷς ἔστω ὁ λόγος σου. Sis firmus[aut, confirmatus]in ſenſu[ſiue, intellectu]tuo certo[aut tuto, aut explorato]& vna ſit oratio tua. Hæc ſententia continet antitheſin ſuperioris. requirit enim conſtantiam firmitudinẽque tum mentis,tum orationis,in rebus bonis atque veris : quemadmodum ſuprà varietatem leuitatémque & iudicii & ſermonis reprehendit:itaque vult ſapiens nos eſſe veros,ſimplices,ſinceróſque tam oratione,quàm cogitatione:vt idem ſemper(modò verum ſit,ac rectum) & ſentiamus,& dicamus.Cicero in quadam epiſtola ad Lẽtulum σύνεσιν ſenſum appellauit,Quum te non lateat,quám difficile ſit ſenſum in rep.præſertim rectum & confirmatum,deponere. 13 Ad auſcultandum quæ,&c. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου ἀγαθῇ, καὶ ἐν μακροθυμίᾳ φθέγγου ἀπόκρισιν ὀρθήν. Sis celer[aut velox]in auſcultatione tua bona,&in patientia[aut lenitate]loquere reſpõſum rectum.Pulchra ſententia,qua admonemur vt ſimus magis propenſi attentique ad audiendum,quàm parati ad loquendum. Auſcultatio ſummam mentis celeritatem attentionémque requirit,reſponſio verò moderationem & patientiam.Contrà fit à multis,qui magis ſe comparant ad reſpondendum,quàm ad audiendum ea quibus reſponſuri ſunt:ita accidit vt malè reſpondeant. 14 Si eſt tibi intelligentia,&c. εἰ ἔστι σοι σύνεσις, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον· εἰ δὲ μή, ἡ χείρ σου ἔστω ἐπὶ τῷ στόματί σου. Si eſt tibi intellectus[hoc eſt,ſi ſapis, ſi rectè ſentis,ſiquid intelligis in quo poſſis conſulere proximo tuum conſilium exquirenti]reſponde proximo: ſi non eſt tibi prudentia,manus tua imponatur ori tuo. ne quidquam loquaris,ſed taceas.Ita hoc præcepto vſus linguæ & moderatio informatur:conſilium autem prudẽs,& fidele,& amicum eſſe debet.

15 Gloria & ignominia,&c. δόξα καὶ ἀτιμία ἐν λαλιᾷ, καὶ γλῶσσα ἀνθρώπου πτῶσις αὐτῷ. Gloria atque ignominia in ſermone, & lingua hominis ruina eius.Hæc ſententia eſt perſpicua:oſtendit quam vim lingua & oratio habeat,quòd ſit huiuſmodi inſtrumentũ quod gloriã aut infamiam,ſalutem aut perniciem afferre poteſt iis qui ea rectè vtuntur,aut abutuntur. 16 Ne appelleris ſuſurrator,&c. μὴ κληθῇς ψίθυρος· καὶ τῇ γλώσσῃ σου μὴ ἐνέδρευε. Ne voceris ſuſurrator[aut obtrectator]nec lingua inſidieris.Hoc præceptum de linguæ maledicẽtia,atque obtrectatione , qua fama exiſtimatióq; proximi maleuolè læditur.Paulus Rom.1.d.29.30, in illa enumeratione vitiorũ ac peccatorũ quibus gentiles contaminatos fuiſſe dicit, ψιθυριστὰς καὶ καταλάλους,ſuſurrones atque obtrectatores nominat.

17 Furem enim grauis,&c. ἐπὶ γὰρ τῷ κλέπτῃ ἐστὶν αἰσχύνη μοχθηρά, καὶ κατάγνωσις πονηρὰ ἐπὶ διγλώσσῳ. Nã in fure grauis[aut,turpis]ineſt ignominia,& condemnatio mala in bilingui. Videtur ſapiens exæquare pœnam furis atque obtrectatoris,quorum diſſimili in re eſt conſimilis quædam ratio:quòd vterque detractor ſit,alter rei alterius,alter famæ:vterque lædit proximum,ille in re ſurripienda,hic in exiſtimatione minuenda. 18 Nullius rei tam paruæ,&c. ἐν μεγάλῳ καὶ ἐν μικρῷ μὴ ἀγνόει μηδὲ ἕν. In magno & paruo ne ignores, ne vnum quidem.Omnia mandata Dei ſiue ſint rerum maximarum, ſiue mediocrium,ſiue minimarum,ſumma cura diligentiáque ſunt obſeruanda, nulliſque in rebus officium prætermittendum: hæc autem integritas ſine intelligentia & cognitione eorum quæ facienda ſunt, præſtari non poteſt: itaque debet teneri ac conſtare nobis certa ratio omnium eorum quæ nobis in vita aut ſunt conſeruanda,aut vitanda.

IN CAPVT VI.

1 Ne ex amico efficiaris, &c. καὶ ἀντὶ φίλου μὴ γίνου ἐχθρός· ὄνομα γὰρ πονηρὸν αἰσχύνην καὶ ὄνειδος κληρονομήσει: οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς δίγλωσσος ἀτιμισθήσει. Et ne pro amico fias aut exiſtas inimicus,nomen enim malum,dedecus & opprobrium hæreditabit: ita peccator bilinguis ignominiam habebit.Videtur hæc ſententia dehortari à perfidia in amicitia,qualis eſt eorum qui ſub ſimulatione ac nomine amici ſunt inimici. Nam eos dicit eſſe bilingues,hoc eſt varios ac duplices,amicos fictos ac perfidioſos,qui aliud habent in ore, aliud in pectore. Huiuſmodi hominum perfidorum ac proditorum ſummam infamiam eſſe dicit. 2 Ne efferaris animi,&c. μὴ ἐπάρῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου, ἵνα μὴ διαρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου. Ne extollas teipſum in conſilio animæ tuæ,ne vt taurus diripiatur anima tua. Quidam vertunt, Ne ſicut taurus diſcerpat te anima tua:ſed verbum paſſiuum eſt διαρπαγῇ diripiatur.hoc eſt,auferatur tranſuerſus animus tuus impetu cogitationum ac cupiditatum ſuarum, ſicut taurus efferatus atque indomitus,qui maxima vi impetúque rapitur. Eſt enim ſumma violentia & temeritas conſiliorũ ac voluntatum in hominibus: Eas vult ſapiens ſpiritus coerceri, atque in timore Dei ac poteſtate continere.Eius autem vitæ diſſolutæ,animæque ita effrænatæ pœnam pulcherrima ſimilitudine ſubiungit.

3 Folia tua comedes,fructuſque,&c. τὰ φύλλα σου καταφάγεσαι, καὶ τοὺς καρπούς σου ἀπολέσεις, καὶ ἀφήσεις σεαυτὸν ὡς ξηρὸν ξύλον. Quidam vertunt in tertia perſona,vt hoc referant ad animam rapientem,ita:Depaſcátque folia tua,deinde fructus tuos diſperdat,& velut arborem deſtituat aridam.ſed verba Græca ſunt ſecundæ perſonæ,quibus homo admonetur,ne ſuo fretus conſilio & prudẽtia vitam inſtituat ac degat. Accidet enim(vt inquit Solomon)vt comedat fructus viæ ſuæ,ac conſiliis ſuis ſaturetur,Prouer.1.d.31.Nam quam quiſque fecerit ſemẽtem, talem metet:ſi ſecundum carnem,fructum percipiet corruptionem:ſi ſecũdum ſpiritum,incorruptionem vitámque æternã,Galat.6.b.8.

4 Anima improba,&c. ψυχὴ πονηρὰ ἀπολεῖ τὸν κτησάμενον αὐτήν, καὶ ἐπίχαρμα ἐχθρῶν ποιήσει αὐτόν. Anima praua perdet poſſidentem ſe, ac deriſum hoſtium faciet eum.Hæc eſt explanatio ſuperioris ſimilitudinis, in qua fructum humanorum conſiliorum oſtendit. Eſt via(vt inquit Solomon)quæ videtur homini bona,cuius extrema ducunt ad interitum,Prou.14.b.12.

Verbum dulce.

5 ″Suauis oratio multos ſibi amicos cõciliat, linguáque bene loquens, multorum commodos allicit ſermones.

6 ″Fac beneuolos habeas multos, at vnum de mille cõſiliarium.

7 ″Amicum paraturus, experimẽto probatum para, nec eius fidei temerè te committas:

8 ″Nam eſt amicus ſuo ſeruiens tempori, qui in tempore calamitatis non permanebit.

9 ″Eſt item amicus qui in inimicum ita conuertitur, vt per rixam opprobrium tuum proferat.

10 ″Eſt etiam amicus mẽſæ particeps, qui in die afflictionis tuæ te derelinquet.

11 ″Secũdis rebus tuis erit ſicut tu, atque in domeſticos tuos ſumma vtetur libertate:

12 ″Quòd ſi fueris afflictus, erit contra te, & à facie tua ſe abſcõdet.

13 ″Inimicos tuos deuita, & à tuis amicis caue tibi.

14 ″Amicus fidelis firmum eſt præſidium: qui talem nactus eſt, theſaurum inuenit.

15 ″Fidelitas amici nulla re permutari poteſt, nec vllo pondere pulchritudo eius æſtimari.

16 ″Amicus fidus medicina vitæ eſt, & qui Dominum timent, ta-

|Verbũ dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua gratioſa in bono homine abundat.

Infra 20.b.13

Multi pacifici ſint tibi, & cõſiliari⁹ ſit tibi vnus de mille.

|Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum: & ne facilè credas ei teipſum.

Deut.13.b.6, & 33.b.8
mich.7.a.5
matth.10.d.35

Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis.

Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & eſt amicus qui odiũ, & rixam, & conuitia denudabit.

|Eſt autem amicus ſocius menſæ, & nõ permanebit in die neceſſitatis.

Infra 37.a.5
B

Amicus ſi permãſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget.

Si humiliauerit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis amicitiam bonam.

Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende.

Amicus fidelis protectio fortis: q autẽ inuenit illum, inuenit theſaurũ,

Amico fideli nulla eſt cõparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.

Amicus fidelis, medicamentũ vitæ & immortalitatis: & qui metuũt Do

5 Suauis oratio multos, &c. λάρυγξ γλυκὺς πληθύνει φίλους αὐτοῦ, καὶ γλῶσσα εὔλαλος πληθύνει εὐπροσήγορα. Guttur ſuaue multiplicat amicos ſibi, & lingua bene loquens multiplicat ſermones affabiles. ſcilicet aliorum. Hæc ſententia eſt de comitate ac ſuauitate orationis, qua in congreſſionibus, collocutionibúſque hominum (quas Græci ἐντεύξεις vocant) vtendum eſt. Multum enim valet ea ſermonis gratia cùm ad beneuolentiã hominum conciliandam, tum etiam ad eorum affabilitatem alliciendam, vt noſtræ humanitati ac comitati aliorum affabilitas reſpõdeat. Quæ autem hic dicantur εὐπροσήγορα, ex Iſocrate ad Demonicum intelligere poſſumus. τῷ μὲν τρόπῳ γίνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, εὐπροσηγορίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν. Sis morib⁹ affabilis, ſermone verò aptus ac concinnus. eſt autem affabilitatis, appellare homines in congreſſionibus [ſiue, homines qui occurrerunt] commoditatis verò orationis, aptè & propriè cum illis ſermones habere. aut, ſermonibus aptis cum illis congredi ac colloqui. Vocat igitur εὐπροσήγορα commodos aptóſque ſermones, quibus alii noſtra comitate incitati, erga nos humaniter atque ſuauiter vtuntur. Nam quod dicit quidam apud Terẽtium, Si malè dixeris, peius audies, illud in contrariam partem accidit, vt orationis noſtræ ſuauitas & gratia, aliorum ſumma in nos & voluntate, & ſermonis comitate remuneretur. 6 Fac beneuolos habeas multos, &c. οἱ εἰρηνεύοντές σοι ἔστωσαν πολλοί, οἱ δὲ σύμβουλοί σου, εἷς ἀπὸ χιλίων. Ad verbum, Sint tibi multi pacificè affecti: conſiliarii, vnus de mille. Multum intereſt inter φιλίαν καὶ πολυφιλίαν, quarũ hæc ſignificat vulgares amicitias quas cum multis habere poſſimus: vera autem amicitia inter duos aut paucos eſt inſtituta, quorum mutua, firma, exploratáque beneuolentia conſilium fidele amicúmque communicat. Iſocrates in eadem oratione ad Demonicum hanc ſententiam aliis verbis expreſſit, ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις. οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ. Iucundè [aut ſuauiter] ſis affectus erga omnes: ſed vſum [ſiue conſuetudinem] habeas cum optimis. ita enim illis non odioſus, his verò amicus eris. 7 Amicum paraturus, &c. εἰ κτᾶσαι φίλον, ἐν πειρασμῷ κτῆσαι αὐτόν, καὶ μὴ ταχὺ ἐμπιστεύσῃς αὐτῷ. Si paras amicum, tẽtatum [ſiue probatum] para illum, neque citò te ei cõcredas. Hoc idem ſenſerũt qui de ammicitia ſcripſerunt, prius deligendos eſſe amicos, quam diligendos: in ipſa verò amicitia eorum beneuolentiam & fidem tentandã eſſe, moréſque eorum periclitãdos. Periculoſum eſt amico ſtatim ſcipſum comittere ac credere: in minoribus rebus vt in pecunia, honore, cæteriſque, periculum amici fieri poteſt. 8 Nam eſt amicus ſuo ſeruiens tempori, &c. ἔστι γὰρ φίλος ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. Eſt enim amicus in tempore ſuo, & non permanebit in die afflictionis tuæ. Amicum in ſuo tempore appellat, qui ad tempus diligit, ſuique commodi cauſa. Cicero ad Q. Fratrem, Quo in genere ſi quem fortè cognouiſti tui amantiorẽ quàm temporis, hunc ad tuũ numerum libenter aſcribito. 9 Eſt item amicus qui, &c. καί ἐστι φίλος μετατιθέμενος εἰς ἔχθραν, καὶ μάχην ὀνειδισμοῦ σου ἀποκαλύψει. Et eſt amicus qui in inimicitiam cõuertitur, & iurgium opprobrii tui reuelabit. Poteſt ita intelligi atque exponi, Qui ita immutabitur, vt ex amico fiat inimiciſſimus: tecumque ita rixetur, vt ſi quod probrũ tuum lateat, in medium proferat, ac te infamet. Ea autem tanta animorum commutatio atque alienatio maximam hominum leuitatem in amicitia oſtendit. 10 Eſt etiam amicus menſæ, &c. καί ἐστι φίλος κοινωνὸς τραπεζῶν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου οὐ παραμείνῃ. Et eſt amicus particeps menſarum, qui in die afflictionis tuæ non permanebit. Notat hoc loco paraſitum, hoc eſt hominem ventri cibóque deditum, quo ingenio eſt Gnato apud Terentium. Tales etiam notat Dauid, Pſal.35.c.16, Congregauerunt ſe cũ hypocritis & ſubſannatoribus, qui indulgent ventri. Tales enim multi erant Saulis amici. Huiuſmodi homines imitãtur naturã & conſuetudinẽ muſcarũ, quæ ad culinã conuolant ipſo nidore excitatæ, vbi nihil amplius ſentiunt, euolant. 11 Secũdis rebus tuis erit, &c. καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σύ, καὶ ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παρρησιάσεται). Et in bonis tuis [hoc eſt rebus bonis tuis] erit vt tu, atq; in domeſticos tuos liberè aget. quaſi ſit dominus aut pater familias, poteſtatem quandam in familiam vſurpabit pro iure amicitiæ, in qua omnia ſunt communia. vtetur domo familiáque tua vt tu. Hoc enim mihi videtur ſignificare verbum παρρησιάζεσθαι, aliquid liberè non ſolùm dicere, ſed etiam facere. Quidam vertunt, Inter domeſticos liberè verſabitur: ſed ἐπὶ præpoſitio maiorem quandam libertatem poteſtatémque ſignificat.

12 Quòd ſi fueris afflictus, &c. ἐὰν ταπεινωθῇς, ἔσται κατὰ σοῦ, καὶ ἀπὸ προσώπου σου κρυβήσεται. Notus eſt ille verſiculus, Quũ fœlix fueris, multos numerabis amicos: Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. Sũt enim graues ac difficiles calamitatum ſocietates. Itaque Ennius præclarè, Amicus certus in re incerta cernitur. 13 Inimicos tuos deuita, &c. ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σου διαχωρίσθητι, καὶ ἀπὸ τῶν φίλων σου πρόσεχε. Ab inimicis tuis ſepara [aut ſeiunge] te, atque ab amicis tuis attẽde. hoc eſt caue. Odium inimicorum non eſt obſcurum, ac occultum: ſed ſtudiũ nocendi apertum, & propterea vitandum. Fides verò ac voluntas eorum qui nondum nobis in amicitia ſunt cogniti, obſeruãda eſt & exploranda. 14 Amicus fidelis firmum eſt præſid. &c. φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά, ὁ εὑρὼν αὐτὸν εὗρε θησαυρόν. Amicus fidus protectio valida, qui inuenit eum, theſaurum reperit. Hæ ſententiæ continent commendationem veri fideliſque amici, quo nihil nec opportunius in vita, nec iucundius eſſe poteſt. 15 Fidelitas amici nulla re, &. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ. Fidi amici nulla eſt permutatio, nec pondus pulchritudinis eius. Hoc vult ſignificare nihil eſſe in mundo pretioſius vero ſinceróque amico, eiuſque dignitatem non poſſe ſatis æſtimari. Eſt autem fides firmamentum ſtabilitatis, ac conſtantiæ eius quæ in amicitia quæritur.

16 Amicus fidus medicina, &c. φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, εὑρήσουσιν αὐτόν. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & qui Dominum timent, eum inuenient. Nomine medicinæ aut remedii ſignificat Sapiens maximam amicitiæ opportunitatem ac vtilitatem, maximéque ad vitam degendam neceſſariam. Eſt enim amicus, ſiue conſoletur in rebus aduerſis, ſiue in ſecundis gratuletur, ſiue nos moneat, obiurgétque errãtes, ſiue iacentes excitet atque erigat, opportunus ac ſalutaris totius vitæ noſtræ medicus. Eius cõſilia & monita, ſolatia ſunt animorum noſtrorum optima, & ſaluberrima remedia. Notãdum & illud, verum ſincerúmque amicum munus eſſe præclariſſimũ, quo Deus timorem fidelium ſuorum liberaliter remunerat & ornat. Eſt enim Deus tum ξένιος, tum φίλιος, hoc eſt author ac cõciliator & hoſpitiorum, & verarum amicitiarum, earúmque tum moderator, tum defenſor.

minum,inuenient illum.

17 Qui timet Deum,æquè habebit amicitiam bonam: quoniam ſecundũ illum erit amicus illius.

18 Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam.

19 Quaſi is qui arat & qui ſeminat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius.

Infra 51.d.35

20 In opere enim ipſius exiguum laborabis,& citò edes de generationibus illius.

C

21 Quàm aſpera eſt nimium ſapiẽtia indoctis hominibus: & non permanebit in illa excors.

22 Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam.

23 Sapientia enim doctrinæ ſecundũ nomen eius,& non eſt multis manifeſta: quibus autem cognita eſt,permanet vſque ad conſpectum Dei.

24 Audi fili,& accipe conſilium intellectus,& ne abiicias conſilium meũ.

25 Iniice pedem tuum in compedes illius,& in torques illius collum tuũ.

Matth 11.d.39

26 Subiice humerum tuum,& porta illam,& ne acedieris vinculis eius.

27 In omni animo tuo accede ad illã, & in õni virtute tua cõſerua vias eiꝰ.

28 Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi: & continens factus,ne derelinquas eam.

29 In nouiſſimis enim inuenies requiem in ea,& cõuertetur tibi in oblectationem:

D

30 Et erunt tibi cõpedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis,& torques illiꝰ in ſtolã gloriæ.

lem nanciſcentur.

17 Qui Dominum reueretur, amicitiam ſuam cõſtituet, quoniã tanquam alter ipſe erit proximus eius.

18 Fili à iuuentute tua delige diſciplinam,& ſapientiam ad canos vſque duraturam inuenies.

Doctrinam amplectẽdã ſuadet

19 Quaſi qui ares ac ſeras, accede ad eam, & bonos ab ea fructus expecta.

20 Nam in cultura eius non multum laboraueris,quin de prouẽtibus eius mox comedas.

21 Quàm valde aſpera eſt imperitis:nõ permanebit in ea excors.

22 Tãquam lapis probator grauis erit in eo, nec moram interponet quin eam abiiciat.

23 Nam ſapientia nomine ſolùm ſuo illis, non re vera multis nota eſt.

24 Audi fili,ac ſententiam meam amplectere, & conſilium meũ ne aſperneris.

25 Pedes tuos in cõpedes eius inſere, & ad numellam eiuſdem alliga ceruicem tuam.

26 Humero tuo ſubiecto ſuſtine illam, neque indignè feras vincula eius.

27 Toto animo tuo accede ad eã, totíſq; viribus vias eiꝰ cõſerua.

28 Inueſtiga & inquire, & tibi cognoſcenda dabitur: eámque ſemel adeptus,ne dimittas.

29 Ad extremum enim eius requiem inuenies, eáque tibi in lætitiam conuertetur.

30 Tum erunt compedes eius pro præſidio tibi validiſſimo, eiuſdémque numellæ pro amictu præclaro.

17 Qui Dominum reueretur,&c. ὁ φοβούμενος κύριον εὐθυνεῖ τὴν φιλίαν αὐτοῦ, ὅτι κατ' αὐτὸν, οὕτως καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ. Qui timet Dominum, diriget amicitiam eius:quoniam ſecundum ipſum,ſic & proximi eius.Omnia exemplaria habent αὐτοῦ tono leni,quaſi Dominus eius amicitiam ſit directurus:ſed quoniam illud durius cõiungitur,malo legere αὑτοῦ tono aſpero,pro ἑαυτοῦ:vt ita intelligamus,eum qui timet Deũ ex illius ſententia ac volũtate amicitiã & inſtituere,& colere:ſuumque proximũ atque amicũ ſicut ſeipſum diligere.Hoc enim Dominus præcipit, Mat.22.d.39.Eſt enim amicus quaſi alter ego. 18 Fili à iuuẽtute tua,&c. τέκνον ἐκ νεότητός σου ἐπίλεξαι παιδείαν, καὶ ἕως πολιῶν εὑρήσεις σοφίαν. Fili ab adoleſcentia tua elige diſciplinam,& vſque ad canos inuenies ſapientiam. Hoc loco inſtituit ſapiens παραινέσεις.hoc eſt, præcepta & monita,quibus homines ad ſtudium amorémque ſapientiæ cohortatur. Hìc autem ſignificat ἐκ τῶν παίδων,à pueritia ſapientiæ diſciplinam eſſe ſuſcipiendam,ſapientiámque à primis ætatis temporibus perceptam,vſque ad canitiem ac ſummam ſenectutem duraturam. Adeò à teneris(vt inquit ille)conſueſcere multum eſt. 19 Quaſi qui ares ac ſeras,&c. ὡς ὁ ἀροτριῶν καὶ ὁ σπείρων πρόσελθε αὐτῇ, καὶ ἀνάμενε τοὺς ἀγαθοὺς καρποὺς αὐτῆς. Quaſi qui arat & ſeminat, accede ad eum, atque expecta bonos fructus eius. Pulchra & apta ſimilitudo,ex qua intelligimus quomodo nobis ſapientia colenda ſit.Eſt enim illius diſciplina,frugifera quædam cultura animorum ingeniorúmque noſtrorũ,in qua animi noſtri ſtudio ſapientiæ ita excoluntur, vt fructus vberes ac præſtantes in omne vitæ tẽpus perferãt & capiãt.Nota eſt illa ſentẽtia Pauli,2.Tim.2.a.6, τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. oportet laborantem agricolam in primis fructuũ eſſe participẽ. 20 Nã in cultura eius,&c. ἐν γὰρ τῇ ἐργασίᾳ αὐτῆς ὀλίγον κοπιάσεις, καὶ ταχὺ φάγεσαι ἐκ τῶν γεννημάτων αὐτῆς. Nam in opere eius paulum laborabis,& citò comedes ex prouentibus eius.Ego verti ἐν ἐργασίᾳ in cultura, vt ſimilitudinẽ quam ducit ab agricultura,retinerem.nomen Græcum latius patet,atque ad omnia opera extenditur. 21 Quàm valde aſpera,&c. ὡς τραχεῖά ἐστι σφόδρα τοῖς ἀπαιδεύτοις, καὶ οὐκ ἐμμενεῖ ἐν αὐτῇ ἀκάρδιος. Quàm aſpera eſt valde indoctis,nõ manebit[aut acquieſcet]in ea excors.Oſtẽdit hoc loco Sapiens, ad quos ſapientia pertineat,& qui eius ſint capaces: nempe dociles ac modeſti,qui eius doctrinæ ſe ſubiiciunt, eiuſque præceptis ac monitis mores vitámque ſuam regi ſinunt: vecordes verò & contumaces qui ſuis cupiditatibus ducuntur,ab ea vehemẽter abhorrere.

22 Tanquam lapis,&c. ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὐ χρονιεῖ ἀπορρίψαι αὐτήν. Tanquam lapis probationis fortis erit in eo, nec tardabit eam abiicere.Lapis probationis dicitur actiuè pro lapide probante,ſiue probatore:vt eſt lydius lapis, quo auri bonitas cognoſcitur.Sic apud Eſaiã 8.c.14,Chriſtus dicitur lapis probationis,quòd ſuos fideles in Eccleſia probet.Probatio autem fit in patientia ac perſeuerantia,aut in impatientia & leuitate:quarum altera veros diſcipulos ſapientiæ,altera ſtultos alienóſque ab ea oſtendit.

23 Nam ſapientia nomine ſolùm,&c. σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ πολλοῖς ἐστι φανερά. Nam ſapientia ſecundum nomen illis eſt, & non multis nota eſt. 24 Audi fili,ac ſententiam,&c. ἄκουσον τέκνον, καὶ ἔκλεξαι τὴν γνώμην μου, καὶ μὴ ἀπαναίνου τὴν συμβουλίαν μου. Audi fili,& elige ſententiam meam,& ne reiicias conſilium meum. Hæc ſententia eſt προτρεπτική,continens exhortationem ad diſciplinã ſapientiæ ſuſcipiendam. 25 Pedes tuos in compedes,&c. καὶ εἰσένεγκαι τοὺς πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς, καὶ εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς τὸν τράχηλόν σου. Et iniice pedes tuos in compedes eius,& in neruum eius collum tuum.His verbis nihil aliud vult ſignificare quàm ſummã obediẽtiam,ac ſubiectionem,qua nos à ſapientia & doceri,& gubernari libenter patiamur.Vult enim αἰχμαλωτίζεσθαι (vt Paulino verbo vtar) ita captiuari,vt omnes ſenſus noſtros eius diſciplina conſtrictos habeamus. 26 Humero tuo ſubiecto,&c. ὑπόθες τὸν ὦμόν σου, καὶ βάσταξον αὐτήν, καὶ μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς. Suppone[aut ſubiice]humerum tuum,& porta eam,ac ne odioſa habeas vincula eius. Aliis verbis idem ſignificat,ſummum obſequium ſapientiæ ſtudiumque perſeuerans. 28 Inueſtiga,& inquire,&c. ἐξίχνευσον καὶ ζήτησον, καὶ γνωσθήσεταί σοι, καὶ ἐγκρατὴς γενόμενος, μὴ ἀφῇς. Inueſtiga,& quære,& cognoſcetur à te:ac compos eius factus, ne dimittas.Nota eſt illa exhortatio ac promiſſio Chriſti in Euãgelio,Matt.7.b.8,Quærite & inuenietis,Qui quærit inueniet.Itaque ſapiẽtia nõ deducitur in cubiculum dormiẽtium:ſed datur ſtudioſè diligentérque eam quærentibus. 29 Ad extremum enim eius,&c. ἐπ' ἐσχάτων γὰρ εὑρήσεις τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, καὶ στραφήσεταί σοι εἰς εὐφροσύνην. In extremis enim inuenies quietem eius, ac conuertetur tibi in lætitiam Quod quidam vir doctus dixit,radices virtutis eſſe amaras,fructus verò ſuauiſſimos,hoc idem ſignificat Sapiens in ſtudio ſapientiæ,initia eius carni eſſe moleſta:ſed exitum eſſe iucũdiſſimũ.ob eãdem cauſam Paulus,Rom.12.a.31,præcipit vt experiamur quæ ſit voluntas Dei, quod ſit bona, grata, & perfecta. 30 Tum erunt cõpedes eius,&c. καὶ ἔσονταί σοι αἱ πέδαι αὐτῆς εἰς σκέπην ἰσχύος, καὶ οἱ κλοιοὶ αὐτῆς εἰς στολὴν δόξης. Et erunt tibi

compedes eius in protectionem validam,& numellæ in ſtolam gloriæ.His verbis Sapiens ſignificat initia quæ in ſtudio ſapientiæ difficilia aſperáque videbantur,diſſimillimũ exitum conſequi,atque ex amaris radicibus fructus tandem ſuauiſſimos ac pulcherrimos exiſtere. Compedes enim ac numellæ,cæteráque vincula quæ iudicio carnis ſummam infirmitatem atque deformitatem habere videbãtur,in maxima conuertuntur tum præſidia,tum ornamenta.

Ornatus enim aureus in ea eſt,& nexus hyacĩthinus vincula eiꝰ. 31

″Vt veſtem gloria præſtantem indues eam, coronámque lætitiæ plenam tibi impones. 32

″Si volueris ô fili,doctus eris:& ſi animum tuum intenderis, euades callidus. 33

″Si affectus fueris ſtudio audiendi,prudẽtiam percipies:& ſi aurem tuam inclinaris,adipiſceris ſapientiam. 34

″Conſiſte in cœtu ſenum,& ſiquis eſt ſapiens,ei adhære:″narrationem Diuinam omnem libenter audias, nec te recondita prudentiæ dicta fugiant. 35

″Si tu videris intelligentem,mane ad eum propera,& limina forium eius pes tuus atterat. 36

Perfectè perpende præcepta Domini,& eiuſdem mandata perpetuò meditare: ipſe cor tuum confirmabit, & dabitur tibi deſiderium ſapientiæ. 37

Cap. VII.

Peccata diligenter eſſe fugienda

NEquid mali facias,& malum te non comprehendet. 1

″Recede ab eo quod eſt iniquũ,& declinabit à te peccatũ. 2

″Fili,ne committas ſemen ſulcis iniuſtitiæ, ne ſepties tanto ampliorem inde meſſem facias. 3

″Principatũ à Domino ne petas, nec à Rege ſedem magnificã. 4

″Ne iuſtitiam tuam corã Domino vendites, nec apud Regem oſtentes ſapientiam. 5

″Iudex eſſe ne cõtendas ,quum iniuriis tollẽdis par eſſe nõ poſſis: nequando faciem potentis reformides, atque integritati tuæ ponas offendiculum. 6

″Neq̃d pecces ĩ multitudinẽ ciuitatis,nec te ĩ turbã præcipites. 7

31 Decor enim vitæ eſt in illa,& vincula illius alligatura ſalutaris.

32 Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis ſuperpones tibi.

33 Fili,ſi attẽderis mihi,diſces:&ſi accommodaueris animum tuum, ſapiens eris.

34 Si inclinaueris aurem tuam , excipies doctrinam:& ſi dilexeris audire, ſapiens eris.

35 |In multitudine preſbyterorũ prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.

Infra 8.a.9

36 Et ſi videris ſenſatum , euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.

37 |Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduꝰ eſto: & ipſe dabit tibi cor, & cõcupiſcẽtia ſapiẽtiæ dabitur tibi.

Pſal.1.a.2

Cap. VII.

1 NOli facere mala , & non te apprehendent.

2 Diſcede ab iniquo,&diſcedent mala abs te.

3 Fili,non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ,& non metes ea in ſeptuplũ.

4 Noli quærere ab homine ducatũ, neque à Rege cathedram honoris.

5 |Nõ te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt:&penes Regem noli velle videri ſapiens.

Iob 9.a.1.c.20 pſal.142.a.2 eccles 7.c.17 luc.18.b.11

6 Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrũpere iniquitates:ne fortè extimeſcas faciem potentis , & ponas ſcandalum in agilitate tua.

7 Non pecces in multitudine ciuitatis,nec te immittas in populum:

32 Vt veſtem gloria,&c.στολὴν δόξης ἐνδύσῃ αὐτὴν, καὶ στέφανον ἀγαλλιάματος περιθήσεις σεαυτῷ.ſtolam[ſiue amictum]gloriæ indues eam[hoc eſt,amicieris ea quaſi egregia quadam veſte & glorioſa]& coronam exultationis tibi ipſi circũpones. 33 Si volueris ô fili,&c.ἐὰν θέλῃς τέκνον παιδευθήσῃ, καὶ ἐὰν ἐπιδῷς τὴν ψυχήν σου, πανοῦργος ἔσῃ.Si volueris fili,erudieris:& ſi animum tuum applicaris,aſtutus eris.ἐπιδιδόναι τὴν ψυχὴν eſt intendere animum in re aliqua,in eámque ſtudium ſuum conferre. Salluſtius,Vbi intenderis ingenium,valet.

34 Si affectus fueris,&c.ἐὰν ἀγαπήσῃς ἀκούειν, ἐκδέξῃ σύνεσιν, καὶ ἐὰν κλίνῃς τὸ οὖς σου, σοφὸς ἔσῃ. Si amaueris audire, excipies intelligentiam:& ſi aurem tuã inclinaris,ſapiẽs eris.Requirit Sapiẽs φιληκοΐαν,hoc eſt ſtudiũ amorémque audiendi:ſicut Solomõ, Audiens ſapiens ſapientior erit,Prou.1.a.5.Qui ita affecti atq; ſtudioſi ſunt,à Græcis φιλήκοοι καὶ φιλομαθεῖς appellãtur. 35 Cõſiſte in cœtu ſenũ,&c.ἐν πλήθει πρεσβυτέρων στῆθι, καὶ τίς σοφὸς, αὐτῷ προσκολλήθητι.Sta in multitudine ſenũ:&ſiquis ſapiens,ei adiũgere.Aetas hominibus plerunque prudentiam affert: hinc fit vt ſenes magis conſilio valeant, quàm iuuenes:atque propter illius ætatis prudentiam apud Lacedæmonios ſummum conſiliũ γερουσία dicebatur,quòd cœtu conuentúque ſenum potiſſimum conſtaret.Ad hunc locum pertinet exemplum Roboam, qui iuuenũ conſilium authoritati ſenũ ſuo maximo malo prætulit. Narrationem Diuinam omnẽ,&c.πᾶσαν διήγησιν θείαν θέλε ἀκροᾶσθαι, καὶ παροιμίαι συνέσεως μὴ ἐκφευγέτωσάν σε. omnẽ narrationẽ Diuinã velis audire,& parœmiæ intelligẽtiæ [hoc eſt ſcitæ argutæque ſententiæ ad vitæ inſtitutionem pertinentes]non te fugiant. 36 Si tu videris intelligentẽ,&c.ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα συνετὸν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ βαθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου.Si videris virum intelligentem, mane ad eum ſurge, ac gradus oſtiorum eius pes tuus atterat. Hæ omnes ſententiæ commendant nobis conſuetudinẽ bonorũ ac ſapientum virorum,quorum virtus & ſapientia nos poteſt meliores ac doctiores reddere.

IN CAPVT VII.

1 Nequid mali facias,&c.μὴ ποίει κακὰ, καὶ οὐ μή σε καταλάβῃ κακά. Ne facias mala,& mala te non cõprehẽdent. Hoc autẽ eſt quod Deus dixit ad Cain, Gen.4.a.7,Nónne ſi bene egeris,recipies:ſin malè,ad fores peccatũ cubat?Quiſque enim fructum operũ ſuorum percipiet.

2 Recede ab eo quod eſt,&c.ἀπόστηθι ἀπὸ τοῦ ἀδίκου, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπό σου ἁμαρτία. Diſcede ab iniquo,& declinabit à te peccatum. Eadẽ propè eſt ſententia quæ prior: vult enim nos illecebras peccati euitare,ne in pœnas eius incidamus. 3 Fili,ne cõmittas ſemen,&c.μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας, καὶ οὐ μὴ θερίσῃς αὐτὰ ἑπταπλασίως,aut ἑπταπλασίας.Ne ſpargas[aut,proiicias]ſemen in ſulcis iniuſtitiæ,&nõ metas ea ſeptuplũ.hoc eſt,ne ſementẽ facias iniuſtitiæ,ne pœnã inde quaſi penum ſeptuplo multiplicatum auctúmque recipias. Nã quod quiſq; ſeminauerit,metet,aut ſecundũ carnẽ,aut ſecundũ ſpiritũ.Gal.6.b.7. 4 Principatũ à Domino ne,&c.μὴ ζήτει παρὰ κυρίου ἡγεμονίαν, μηδὲ παρὰ βασιλέως καθέδραν δόξης.Ne quæras à Domino principatũ, neque à Rege ſedem gloriæ. Sapiẽs dehortatur à ſtultis precibus, quibus homines à Deo ambitioſè petunt quæ ad gloriã amplitudinẽque huius vitæ pertinẽt:volunt principes eſſe in hac vita,aut certè principibus ac Regibus proximi.Nota eſt ex Euãgelio,filiorũ Zebedæi ambitioſa poſtulatio vehemẽter à Domino Ieſu reprehẽſa. Mat.20.c.22.

5 Ne iuſtitiam tuã coram Domino vẽ.&c.μὴ δικαιοῦ ἔναντι κυρίου, καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ σοφίζου. Ne iuſtifices te corã Domino, & apud Regem ne oſtentes ſapientiã.Vtraque maximopere eſt odioſa:tum Deo,vana propriæ iuſtitiæ gloriatio:tum etiam Regi,ſapientiæ oſtentatio ac iactatio. 6 Iudex eſſe ne cõtẽdas,&c.μὴ ζήτει γενέσθαι κριτὴς, μὴ οὐκ ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἀδικίας, μήποτε εὐλαβηθῇς ἀπὸ προσώπου δυνάστου, καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητί σου.Ne quæras[hoc eſt,appetas] fieri iudex,nõ poteris tollere iniuſtitias: nequãdo extimeſcas à facie præpotentis hominis,ac ponas offendiculum rectitudini tuæ.In iudice oportet adeſſe non ſolùm integritatem, iuſtitiam, æquitatem : ſed etiam ſummam conſtantiam,atque huiuſmodi virtutem quæ nullius gratia aut potentia à veritate ac religione vnquam deducatur. itaque tam difficilem ac periculoſam iuriſdictionem nemo temerè debet appetere. 7 Nequid pecces in multitudine,&c. μὴ ἁμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ μὴ καταβάλῃς σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ.Ne pecces in multitudinẽ ciuitatis,ac ne teipſũ in turbã coniicias.Summã præcipit moderationem qua in libero populo vtendum eſt,vt neque multitudinem ciuium vlla iniuria afficiamus,nec nos in turbas rixáſque eiuſdem præcipitemus.alterum vitium eſt iniuſtitiæ, alterum temeritatis. Paulus Epheſi quum in illum tumultum à Demetrio argentario excitatum coniicere ſe vellet,admonitus ab amicis prudentibus hominibus,ſeipſum continuit.Act.19.f.30.

Infrà 12.a.5

|Neq; alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. 8

Noli eſſe puſillanimis in aīo tuo. 9

Exorare, & facere eleemoſynā ne deſpicias. 10

B Ne dicas, In multitudine munerū meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. 11

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: |eſt enim qui humliat & exaltat, circunſpector Deus. 12

1.Samu.2.b.7

Noli arare mendaciū aduerſus fratrem tuum, neque in amicum ſimiliter facias. 13

Noli velle mētiri omne mendaciū: aſſiduitas enim illius non eſt bona. 14

Noli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorum, & non iteres verbū in oratione tua. 15

Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo. 16

Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum. 17

Memēto iræ, quoniā non tardabit. 18

Humilia valde ſpiritum tuū: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis. 19

Noli præuaricari in amicum pecuniam differētem, neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris. 20

Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quā ſortitus es in timore Dñi: 21

C gratia eñ verecūdiæ illiꝰ ſuper aurū.

Leuit.19.c.13 infrà 33.d.30, & 34.d.27

|Non lædas ſeruū in veritate operantem, neque mercenarium dātem animam ſuam. 22

Seruus ſēſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: non defraudes illū libertate, neque inopem derelinquas illū. 23

8 ʹCaue peccati vinculum congemines, quum ne vnum quidem impune laturus ſis.

9 ʹIn precatione tua ne paruo ſis animo, neque eleemoſynas fa-
10 cere neglexeris.

11 ʹNe dicas, Deus ſummus reſpiciet copiam munerum meorum, eáque me offerente accipiet.

12 ʹNe derideas hominem in acerbitate animæ ſuæ conſtitutum: eſt enim qui deiiciat, & idem extollat.

13 ʹNe confles mendacium aduerſus fratrē tuum, nec idem ſtruas in amicum.

14 ʹNe velis vti vllo mendacio: non enim ad bonū tendit frequentatio eius.

15 ʹNe ſis garrulꝰ in cœtu ſenū, nec in precatione tua verba iteres.

16 ʹLaborioſū opus ne oderis, nec agriculturā ab Altiſſimo creatā.

17 ʹIn numerum ſceleratorum ne te aſcribas, ſed vindictam memineris nullam moram eſſe facturam.

18
19 ʹAnimum tuum admodum ſummitte: quoniam ignis & vermis ſupplicia ſunt impii.

20 ʹNe permutes amicum vlla re eximia, nec fratrem ſincerum auro Ophirio.

21 ʹVxore ſapiēte ac bona ne excideris: nā gratia eius auro præſtat.

22 ʹNe malè tractes famulum operantem fideliter, nec mercenarium ſe tibi totum impendentem.

De familia & re domeſtica.

23 Famulum prudentem animo charum habeas, nec defraudes eū libertate.

8 Caue peccati vinculum, &c. μὴ καταδεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν, ἐν γὰρ τῇ μιᾷ οὐκ ἀθῷος ἔσῃ. Ne alliges bis peccatum, in vno enim non innocens eris. Continuatio peccatorum ac multiplicatio in Scriptura dicitur eſſe quædam colligatio, vinculorúmque connexio. Eſaias ca.5.d.18, Væ trahentibus iniquitatem in funibus vanitatis, & tanquam vinculis plauſtri peccatum.

9 In precatione tua, &c. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου, καὶ ἐλεημοσύνην ποιῆσαι μὴ παρίδῃς. Ne puſillo animo ſis in precatione tua, nec eleemoſynam facere negligas. Coniungit hoc loco opera miſericordiæ cum precatione, propterea quòd fide excitamur ad preces, in quibus eum guſtum ac ſenſum de bonitate & gratia Dei percipimus, quo ad bene merendum de proximo incitamur. Magnitudinem autem animi vult adhiberi ad precandum, ne de promiſſionibus Dei dubitemus, ac deſperemus: ſed ſummam ſpem ac fiduciam concipiamus, etiam ſi omnia quæ videmus ac ſentimus, aliud portendere videantur. 11 Ne dicas, Deus ſummus, &c. μὴ εἴπῃς, τῷ πλήθει τῶν δώρων μου ἐπόψεται, καὶ ἐν τῷ προσενέγκαι με θεῷ ὑψίστῳ προσδέξεται. Ne dicas, Deus inſpiciet multitudinem donorum meorum, ac quum obtulero Deo altiſſimo, ſuſcipiet. Hæc eſt impunitatis ſpes ac fiducia impiorum, in magnificentia ſacrificiorum ac munerum conſtituta, quibus Deum quaſi improbum quendam fœneratorem obligare volunt: ſed eorum ſacrificia Deo ſunt abominabilia.

12 Ne derideas hominem, &c. μὴ καταγέλα ἄνθρωπον ὄντα ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, ἔστι γὰρ ὁ ταπεινῶν καὶ ὁ ἀνυψῶν. Ne irrideas hominem in amaritudine animæ ſuæ: eſt enim qui humiliat, & qui exaltat. Hoc vult ſignificare ſummam eſſe rerum viciſſitudinem ac varietatem in manu Dei poſitam, vt (quod dicebat AEſopus) ſumma faciat infima, aut contrà infima extollat. Itaque calamitas hominum miſeratione proſequenda potius eſt, quàm irriſione aut exprobratione inſectanda. Iſocrates ad Demonicum, μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. Nemini calamitatem exprobraueris: fortuna enim communis, & futurum non aſpectabile. hoc eſt, quid euenturum ſit, cuique eſt incertum ac incognitum. itaque miſeria alterius non irridenda eſt, ſed miſeranda & metuenda. 13 Ne confles mendacium, &c. μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἐπ' ἀδελφῷ σου μηδὲ φίλον τὸ ὅμοιον ποίει. Ne ares mendacium aduerſus fratrem tuum, nec amico ſimile facias. Arare mendacium metaphoricè dicit pro Machinari, quemadmodum Conflare & conſuere, aut concinnare mendacium Scriptura ſæpe dicit, pro Fraudulenter ac malitioſè aliquem fallere, eúmque inſidioſè lædere ac opprimere. 14 Ne velis vti vllo mendacio, μὴ θέλε ψεύδεσθαι πᾶν ψεῦδος, Ne velis mentiri omne mendacium. hoc eſt vllum. nam continuatio eius non ad bonum, ſignificat conſuetudinem mentiendi prauā atque pernicioſam eſſe. 15 Ne ſis garrulus, &c. μὴ ἀδολέσχει ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, καὶ μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν τῇ προσευχῇ σου. Ne ſis verboſus [aut, loquax] in multitudine ſenum, ac ne iteres verbum in precatione tua. ἀδολεσχεῖν ſignificat nugari, garrire, ac ineptè nulla habita ratione temporis, loci, perſonarum, ea loqui quæ ad rem nihil pertinent. Ea futilis loquacitas à grauiſſimo ſenum conuentu abeſſe atque abhorrere debet: modeſtia & verecundia eſt adhibenda. 16 Labor. opus ne oderis, μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν, καὶ γεωργίαν ὑφ' ὑψίστου ἐκτισμένην. Ne oderis laborioſū opus, & agriculturam ab Altiſſimo creatam. Diligentiam laborémque commēdat vnicuique in ſua vocatione, vt ordinationi Diuinæ pareatur: quæ eſt vt quiſque in ſudore vultus panem ſuum comedat: quam qui non obſeruant, laborémque defugiunt ignauiā ſectantes, à diuo Paulo 1.Theſſ.5.c.14, ἄτακτοι inordinati ac diſſoluti appellantur. Agriculturam autem nominatim cōmendat, propterea quòd habet Dei expreſſam authoritàtem declaratam, & in paradiſo in qua primus homo fuit poſitus vt hortum coleret, & poſtea quum fuit eiectus, cui mandauit vt terram peccato maledictam cum ſudore laboraret. 17 In numerum ſceleratorum, &c. μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν πλήθει ἁμαρτωλῶν: μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ. Ne computes te in multitudine peccatorum: memento iram non tardaturam. hoc eſt non diu abfuturam.

ʹLegitur & φίλῳ.

19 Animum tuum admodum ſummitte, &c. ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου, ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ. Humilia vehementer animum tuum, quoniam vindicta [hoc eſt pœna] impii ignis ac vermis. 20 Ne permutes amicum, &c. μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν διαφόρου, καὶ ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ ὀφείρ. Ne commutes amicum cum vlla re præſtante, nec fratrem germanum [hoc eſt verum] auro Ophir. Amicus omnibus præſtantibus ac pretioſis rebus anteponendus. Eſt enim (vt inquit Cicero) optima & pulcherrima ſupellex.

21 Vxore ſapiente ac bona, &c. μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς καὶ ἀγαθῆς, ἡ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ τὸ χρυσίον. Ne excidas ab vxore cordata & bona [hoc eſt, ne eam amittas] gratia enim eius ſuper aurum. id eſt auro præſtantior eſt. Duo commendat in vxore, prudentiam & bonitatem, ſiue probitatem: quæ efficiunt vt ea & ſciat, & velit cum marito, liberis, totáque familia rectè viuere. Probitas ad voluntatem ac fidem pertinet, ſapientia verò ad ingenium & induſtriam. verbum ἀστοχεῖν propriè dicitur de his qui ad ſcopum iaculantur, à quo qui aberrāt, ἀστοχεῖν: qui verò propius attingunt ac feriunt ſcopum, εὐστοχεῖν: & qui certiſſima ſunt manu ad iaculandum, εὔστοχοι dicuntur.

22 Ne malè tractes famulum, &c. μὴ κακώσῃς οἰκέτην ἐργαζόμενον ἐν ἀληθείᾳ, μηδὲ μίσθιον διδόντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ne affligas [aut, vexes] ſeruum operantem in veritate, nec mercenarium dantem animam ſuam. Hæc ſententia habet commendationem boni ſerui domino ſuo fidelem atque opportunam operam nauantis. Duo autem commendantur in eo, fidelitas & diligentia.

″Pecudes ſi tibi fuerint, inſpice eas: & ſi tibi vtiles ſunt, apud te permaneant.

″Sunt tibi filii? inſtitue eos, atque à prima ætate ceruicem eorũ inflecte.

″Filiæ tibi ſunt? aſſerua corpus earum, nec faciem tuam oſtendas eis hilarem.

″Eloca filiã, & magno opere perfunctus eris: cæterùm viro prudenti eam muneri dato.

″Vxorem ex animi tui ſentẽtia nactus, ne repudies: nec verò te permittas odioſæ.

″Honorato patrem toto corde tuo, & dolorum matris tuæ ne obliuiſcaris.

″Memento quòd per eos natus es: & quam gratiam referes pro meritis, quæ ab illis accepiſti?

″Toto animo Dominum reuerere, ac ſuſpice ſacerdotes eius.

Omnibus dilige viribus eum qui te creauit: neque miniſtros illius derelinquas.

″Time Dominum, ſacerdotémque honora: & partem, ſicut mãdatum habes, eis impertias,

″Primitias, donáque piacularia, brachiorum munus, ac ſanctificationis ſacrificia, primitiáſque ſacrorum.

″Deinde pauperi manum tuam porrige, vt tua compleatur benedictio.

24 Pecora tibi ſunt? attende illis: & ſi ſunt vtilia, perſeuerent apud te. Deut.25.a.4

25 Filii tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.

26 Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarũ, & non oſtendas hilarem faciem tuã ad illas.

27 Trade filiam, & grande opus feceris: & homini ſenſato da illam.

28 Mulier ſi eſt tibi ſecundum animã tuam, non proiicias illam: & odibili non credas te in toto corde tuo.

29 Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Suprà 3.b.9

30 Memento quoniam niſi per illos natus nõ fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi. Tob.4.a.3

31 In tota anima tua time Dominũ, & ſacerdotes illius ſanctifica.

32 In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & miniſtros eius ne derelinquas. D Deut.12.c.18

33 Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes, & propurga te cum brachiis.

34 Da illis partem, ſicut mandatũ eſt tibi, primitiarũ & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. Leuit.2.a.3 num.18.b.15

35 Datum brachiorum tuorum & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia ſanctorum:

36 Et pauperi porrige manũ tuã, vt pficiatur ꝓpitiatio, & benedictio tua.

24 Pecudes ſi tibi fuerint, &c. κτήνη σοι ἐστί; ἐπισκέπτου αὐτά· καὶ εἰ ἔστι σοι χρήσιμα, ἐμμενέτω σοι. Sunt tibi pecora? inſpice ea: & ſi ſunt tibi vtilia, maneant tibi. Hæc ſententia inſtituit œconomiam, in primíſque rem pecuariam. Quemadmodum Solomon, Faciem pecoris tui accuratè cognoſce, & cor tuum ad greges apponito. Prouerb. 27.d.23. Vult autem dominum pecuariũ eam curam ac diligentiam adhibere, vt pecus ſuum ſæpe inſpiciat. Nam oculus domini equum impinguat. 25 Sunt tibi filii? inſtitue eos, &c. τέκνα σοι ἐστί; παίδευσον αὐτά, καὶ κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν. Sunt tibi filii? erudi eos, atque incurua à iuuẽtute collum eorum. hoc eſt, doma eos ac ſubiice. Ita etiã Paulus, Tit.1.b.6, non vult τέκνα ἀνυπότακτα liberos inobedientes parentibus: ſed ab illis in omni ſancta Domini diſciplina inſtitui ac contineri. vult autem inſtitutionem in prima & tenera ætate adhiberi, quoniam tum ſunt magis tractabiles, &(ſicut rami adhuc teneri) magis flexibiles ad ſuſcipiendam diſciplinam. 26 Filiæ tibi ſunt? aſſerua, &c. θυγατέρες σοι εἰσί; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ μὴ ἱλαρώνῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου. Filiæ tibi ſunt? attende corpori earum, nec faciem tuam hilarem eis oſtendas. Quoniam ille ſexus eſt leuior atque laſciuior, vult à patre eã adhiberi ſeueritatem ac grauitatem, qua filiæ in omni modeſtia, pudore, ac verecundia contineãtur. Pudor, ac pudicitia à pudore appellata, maximam in eo ſexu & ætate commendationem habet. 27 Eloca filiam, & magno opere, &c. ἔκδου θυγατέρα, καὶ ἔργον μέγα τετελεκὼς ἔσῃ, καὶ ἀνδρὶ συνετῷ δώρησαι αὐτήν. Eloca filiam, & magnum opus peregeris: [aut, perfeceris] & viro prudenti da illam. δωρεῖσθαι ſignificat donum ac munus dare alicui, quod verbum in collocatione filiæ nõ malè conuenit. eſt enim puella optimis prædita moribus præſtantiſſimum donum, quod viro alicui offerri poſſit: in quo liberalis & non auara coniugiorum ratio declaratur. Huc pertinet reſponſio Themiſtoclis, qui quum interrogatus eſſet à quodam, cuínam ex duobus ſuam filiam daret, improbóne diuiti, an pauperi bono ac prudenti viro: Malo, inquit, virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro.

28 Vxorem ex animi tui ſententia, &c. γυνή σοι ἐστὶ κατὰ ψυχήν; μὴ ἐκβάλῃς αὐτήν· μισουμένῃ δὲ μὴ ἐκδῷς σεαυτόν. Vxor tibi eſt ſecundum animam tuam? ne eiicias [aut, expellas] eam: odioſæ verò ne te tradideris. aut, commiſeris. Bona vxor quæ commodis eſt moribus & grata, eſt diligenda ac retinenda: quæ verò odioſa eſt, moribúſque importuna, ad ſocietatẽ vitæ adiungenda non eſt. Sunt enim cõtraria Repudiare amabilem vxorem, & Moleſtam odioſámque aſciſcere. 29 Honorato patrem toto, &c. ἐν ὅλῃ καρδίᾳ δόξασον τὸν πατέρα σου, καὶ ὠδῖνας μητρὸς μὴ ἐπιλάθῃς. Quemadmodum monuit patres de officio in liberos, ita hos admonet de pietate atque obſeruantia quam parẽtibus præſtare debent. Proponit autem ad memoriam perpetuam dolores matris, quos ea & ante partum, & in partu, & poſtea in ipſa educatione perpeſſa eſt. Ingrati atque impii ſunt liberi, qui omni obſeruantia, cultu, honore, memoriam tantarum moleſtiarum non declarant.

30 Memento quòd per eos natus es, &c. μνήσθητι ὅτι δι' αὐτῶν ἐγεννήθης, καὶ τί ἀνταποδώσεις αὐτοῖς καθὼς αὐτοί σοι. Memento quòd per illos natus es, & quid illis reddes [aut rependes] ſicut illi tibi? hoc eſt, quibus officiis ac ſtudiis poſſis reſpondere illorum erga te beneficiis? Nemo enim gratiam parentibus referre poteſt, per quos & hanc lucem, & alia maxima innumerabiliáque beneficia accepimus.

31 Toto animo Dominum reuerere, &c. ἐν ὅλῃ ψυχῇ εὐλαβοῦ τὸν κύριον, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ θαύμαζε. Toto animo time Dominum, ac ſacerdotes eius admirare. hoc eſt, in pretio ac honore habeas, & magni facias. Honorẽ ſacerdotum miniſtrorúmque Dei cum ipſius Dei timore reuerentiáque coniungit: eiſque omnia tribui vult quæ ad neceſſitatem & dignitatem pertinent. Reſpicit autem conſuetudinem eius ætatis, ſed præceptum exemplúmque ad rationem officii ac pietatis perpetuam accommodandum eſt. Paulus 1.Timo.5.c.17, Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur: in primíſque qui laborant in verbo & doctrina.

33 Time Dominum, ſacerdotémque, &c. φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ δόξασον ἱερέα, καὶ δὸς τὴν μερίδα αὐτῷ, καθὼς ἐντέταλταί σοι. Time Dominũ, & honora Sacerdotem, ac da ei portionem, ſicut mandatum eſt tibi. Reſpicit ad ritum atque officium à Domino tum mandatum: vt Leuitæ Sacerdotes ex ſacrificiis alerentur, ac publico ſumptu nutrirentur. Paulus hoc exemplum ad miniſtros Noui teſtamenti accommodat. An neſcitis quòd hi qui ſacra adminiſtrant, ex ſacro edunt? qui altari adſiſtunt, vnà cum altari partem accipiunt? 1.Corinth.9.b.13.

35 Primitias, donáque piacularia, &c. ἀπαρχὴν, καὶ περὶ πλημμελείας, καὶ δόσιν βραχιόνων, καὶ θυσίαν ἁγιασμοῦ, καὶ ἀπαρχὴν ἁγίων. Primitias, & pro delicto, & donum brachiorum, & ſacrificium ſanctificationis, & primitias ſanctorum. Donum brachiorum vocat armum dextrum, qui vnà cum cæteris animalium certis partibus dabatur ſacerdotibus: quemadmodum primitias nominat cùm primogenita animalium, tum etiam primos fructus benedictione Domini perceptos. 36 Deinde pauperi manum tuam porrige, &c. καὶ πτωχῷ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, ἵνα τελειωθῇ ἡ εὐλογία σου. Et pauperi extende manum tuam, vt perficiatur [aut, expleatur] benedictio tua. Primus beneficiorum noſtrorum delectus habetur in Sacerdotibus ac miniſtris Eccleſiæ, quorum ſummis in nos officiis hanc gratiam qualemcũque referre debemus. Secundus adhibetur in pauperibus, quorum etſi nulla extent erga nos merita, eos tamen Dominus non vult à nobis negligi, ſed beneficentia noſtra ſuſtentari. Hic enim vberrimus eſt fructus diuitiarum: atque (vt ait hic Sapiens) tum demum expletur benedictio, quum beneficia noſtra in pauperes conferimus. iuxta illud quod Paulus 2. Corinthiorum cap.9.c.9, adducit, Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Tob.2.d.21	¦Gratia datus in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.	37	″Gratioſa eſt apud omnes viuos munificentia, ac ne à mortuis quidem prohibenda.
Rom.12.c.15	¦Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula.	38	″Ne deſis lamentantibus *conſolando*, ac cum lugentibus lugeas.
Matth.25.d.36	Non te pigeat ¦viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.	39	″Ne te pigeat inuiſere ægrotũ: nam ex huiuſmodi officiis charus eris.
	In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis.	40	″In omnibus quæ dices, quæ ve facies, memento extremorum tuorum, & in æternum non peccabis.
	Cap. VIII.		Cap. VIII.
	NOn litiges cum homine potẽte, ne fortè ĩcidas in man⁹ illi⁹.	1	NE cõcertes cũ homine præpotente, ne in manus ei⁹ incidas.
Matth.5.d.25	¦Non contendas cum viro locuplete: ne forte contra te conſtituat litẽ tibi.	2	″Cum homine opulento ne cõtendas, ne ſe ex aduerſo librans, pondus tuum eleuet.
Infrà 31.a.6	¦Multos enim perdidit aurum & argentum, & vſque ad cor Regum extendit, & conuertit.	3	″Aurum enim multos perdidit, ac corda Regum peruertit.
	Nõ litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna.	4	″Ne depugnes cum homine linguace, neque in ignem eius ligna congeras.
	Non cõmunices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur.	5	″Ne colludas cũ imperito, ne maiores tui ignominia afficiãtur.
2.Corint.2.b.6 galat.6.a.1	¦Ne deſpicias hominem auertentẽ ſe à peccato, neq; improperes ei: memẽto quoniam omnes in correptione ſumus.	6	″Homini à peccato recedenti probrum ne obiicias: ſed memento nos eſſe omnes in crimine.
Leuit.19.g.32 B	¦Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute: etenim ex nobis ſeneſcunt.	7	″Ne vituperes hominem in ipſius ſenectute: nam ex nobis ſunt qui conſeneſcunt.
	Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciens quoniã omnes morimur, & in gaudium volumus venire.	8	″Ne inſultes mortuo inimiciſſimo tuo: ſed memento, omnibus moriendum eſſe.

37 Gratioſa eſt apud omnes, &c. χάρις δόματος ἔναντι παντὸς ζῶντος, καὶ ἐπὶ νεκρῷ μὴ ἀποκωλύσῃς χάριν. Gratia doni [hoc eſt beneficii dati] coram omni viuente, ac ne in mortuo prohibueris gratiam. Ex omnibus virtutibus nullæ ſunt gratiores ac iucundiores hominibus quàm αἱ εὐεργετικαὶ, καὶ εὐποιητικαὶ, quæ de indigentibus bene merentur. quemadmodũ dicit Cicero, Nihil eſt tã populare quàm bonitas. Itaque liberales beneficique homines maximam hominum gratiam beneuolentiámque ſibi conciliant. Quod autem dicit, gratiam in mortuis prohibendam non eſſe: hoc vult ſignificare, iura & officia pietatis ac humanitatis defunctis hac vita præſtãda eſſe aut in illis ſepeliendis, aut in propinquis ac poſteris eorum conſolandis atque adiuuandis. 38 Ne deſis lamentãtibus, &c. μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων, καὶ μετὰ πενθούντων πένθησον. Ne deſis flentibus, [aut, plorantibus] ac luge cum lugentibus. Communicatio doloris & quædam moleſtiæ ſocietas in mœroribus, luctu, ac cæteris acerbitatibus vitæ, magnam conſolationem affert: quum æquè nos dolemus, atque illi qui in luctu mœroréque verſantur. Sunt autem lachrymæ, humanitatis ac charitatis noſtræ indices atque teſtes. Itaque illud Paulinũ etiam præceptũ eſt, ad Romanos 12.c.15, vt gaudeamus cum gaudentibus, & cum plorantibus ploremus. Nam conſolatio, hoc eſt mœroris alleuatio, non ſolùm in ipſa oratione ineſt, ſed etiam doloris communicatione. 39 Ne te pigeat inuiſere, &c. μὴ ὄκνει ἐπισκέπτεσθαι ἄρρωστον· ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ἀγαπηθήσῃ. Ne pigreris ægrotũ inuiſere: nam ex huiuſmodi diligeris. aut, amaberis. Oſtendit ſuauiſſimũ humanitatis, miſericordiæ, & charitatis fructum, qui eſt vt & apud Deum & apud homines ſummam gratiam beneuolentiámque ineamus. habent enim hæc officia & ſolatia afflictis hominibus debita & opportuna, maximam commendationem. 40 In omnibus quæ dices, &c. ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ ἁμαρτήσεις. In omnibus ſermonibus tuis memor ſis nouiſſimorum tuorum, & in ſeculum nõ peccabis.

IN CAPVT VIII.

1 Ne concertes cum, &c. μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου, μή ποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Ne dimices [aut, contendas] cum homine potente, ne fortè incidas in manus eius. Proponit Sapiens certa genera hominũ, potentũ, diuitũ, loquaciũ, & maledicorũ, quos dicit non eſſe irritandos, & ad pugnam prouocandos. Cum nemine quidem acerba concertatio eſt ſuſcipienda, ſed modeſtia atque æquitas declarãda omnibus: tamen non vulgaris eſt prudentiæ, eorum inimicitias ac contentiones euitare, à quibus vinci atque opprimi cum maxima temeritatis reprehenſione poſſumus. 2 Cum homine opulento, &c. μὴ ἔριζε μετὰ ἀνθρώπου πλουσίου, μή ποτε ἀντιστήσῃ τὴν ὁλκήν σου. Ne contendas cum homine diuite: ne fortè attrahat contra pondus tuum. id eſt, in ipſa contentione præualeat, ac te ſuperet. Sumpta ſimilitudo eſt à bilance, in qua altera pars oppoſita atque librata, ſua grauitate vincit, trahítque leuiorem: ita etiam accidit in aduerſariis partibus, quarũ vna opibus infirmior eſt ac imparatior, altera potentior: vt ea quæ plus poteſt, omnia ad ſe inclinet atque pertrahat. Quãuis enim tu meliorem cauſam habeas, tamen in diſpari perſonarum conditione ac contentione plus momenti ac ponderis habere ſolent opes, quàm veritas & æquitas. 3 Aurum enim multos petd. πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσε τὸ χρυσίον, καὶ καρδίας βασιλέων ἐξέκλινε. Multos enim aurum perdidit, ac corda Regum inclinauit. aut, declinare fecit. Retinet bilancis ſimilitudinem, ac oſtendit diuitias & opes in huiuſmodi contentionibus ac diſceptationibus plus valere quàm iuſtitiam & æquitatem: itaque vidẽdum eſſe, ne temerè eum ſuſcipias aduerſarium, qui non tam cauſa quàm pecunia ſuperior futurus ſit. 4 Ne depugnes cum homine, &c. μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου γλωσσώδους, καὶ μὴ ἐπιστοιβάσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα. Ne contendas [aut, rixeris] cum homine linguace, [ſiue loquace] nec confercias ligna in ignem eius. Homini maledico atque obtrectatori non debemus dare materiam iniqui contumelioſique ſermonis: habet enim in lingua ignem, quem noſtra cõtentione excitare, aut exardeſcẽtem inflammare non debemus. Hoc enim eſt ligna igni ſuggerere, aut oleum infundere, vt magis exardeſcat. Flamma maledicæ linguæ ſilentio magis quàm iurgio conſopienda eſt. 5 Ne colludas cum imperito, &c. μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ, ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. Ne ludas cum indocto, ne ignominia notentur maiores tui. Non vult nos accommodari ac conformari ad mores ſtudiáque hominis imperiti, nulláque bona & ſancta diſciplina inſtituti. nam quemadmodum filius ſapiens eſt gloria patris, ſic ſtultus eſt eiuſdem ignominia. Sed hoc loco filiorum colluſio ac conſenſio cum imperitis atque ſtultis latius demanat ad dedecus non patrum ſolùm, verùm etiam maiorum, ad quos poſterorũ vel gloria, vel infamia pertinet. Diſciplina enim inſtitutióque parentum & maiorum plerunque ſolet in liberis ac poſteris fructum ſuum oſtendere: atque homines ex liberorum moribus de ſapientia patrum in bonam & malam partem iudicare. 6 Homini à peccato recedenti, &c. μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας· μνήσθητι ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις. Ne exprobres homini auertẽti ſe à peccato: memẽto quòd omnes ſumus in increpationibus. aut, reprehenſionibus. id eſt obnoxii criminibus. Nam (vt inquit Horatius poeta) Nemo ſine crimine viuit: ac beatus eſt ille qui minimis vrgetur. Illud quod Chriſtus Dominus Phariſæis mulierẽ adulterã accuſantibus dixit, ὁ ἀναμάρτητος, qui ex vobis eſt ſine peccato, primus iaciat in eam lapidem, Iohan.8.a.7, debet nos conditionis noſtræ admonere, atque in timore continere: ne in aliorum delictis reprehendẽdis exprobrandiſque acerbiores ſimus, quàm aut charitas, aut communis hominum infirmitas poſtulare videatur. Paul. Galat.6.a.1, Fratres ſiquis homo præoccupatus fuerit in delicto, vos qui eſtis ſpirituales, confirmate hominem huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis: conſiderans teipſum, ne tu quoque tenteris. 7 Ne vituperes hominẽ in ipſius, &c. μὴ ἀτιμάσῃς ἄνθρωπον ἐν γήρᾳ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἐξ ἡμῶν γηράσκουσι. Ne ſpernas [aut ad verbũ, inhonores] hominẽ in ſenectute eius: ex nobis enim ſeneſcunt. Naturalis homini ſenectus eſt. quod autem eſt ſecundum naturam, nemini eſt obiiciendum aut exprobrandum: niſi id vituperare velis quod tibi poteſt accidere. Cõmunis vitæ conditio & natura nemini exprobranda eſt, nec in contemptum adducenda. 8 Ne inſultes mortuo inimiciſſ. &c. μὴ ἐπίχαιρε ἐπὶ νεκρῷ τῷ ἐχθροτάτῳ σου· μνήσθητι ὅτι πάντες τελευτῶμεν. Ne gaudeas in mortuo inimiciſſimo tuo: memento quòd omnes morimur. Mors enim omnibus cõmunis eſt, quare ea ne in inimicis quidem noſtris lætitia eſt proſequenda. quo enim omnibus ſemel eſt defungendum, in eo efferri lætitia, etiam propter inimicum, ſtultum eſt.

″Ne negligas quæ à ſapientibus ſunt memorata, atque eorũ ſcitè ac commodè dicta meditare. 9	‖Ne deſpicias narrationem preſbyterorum ſapientum, & in prouerbiis eorum conuerſare.	Supra 6.d.35
″Ab illis enim diſciplinam diſces, & eam gratiam qua principibus facilè inſeruias. 10	Ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela.	
″A ſermonibus ſenum ne deerres: nam ipſi à principibus ſuis didicerunt. 11	Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à patribus ſuis.	
″Itaq; ſapere diſces ab eis, atq; in tẽpore opportuno reſpõdere. 12	Quoniã ab ipſis diſces intellectũ, & in tẽpore neceſſitatis dare reſpõſum.	
″Ne accendas carbones ſcelerati, neque incendaris flammis ignis eius. 13	Non incẽdas carbones peccatorũ arguens eos, & ne incendaris flãma ignis peccatorum illorum.	C
″Ne inueharis in cõtumelioſum, ne tanquam ſubſeſſor ori tuo inſidietur 14	Ne cõtra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo.	
″Nequid mutuo dederis homini te potentiori: quòd ſi dederis, pro amiſſo habeas. 15	‖Noli fœnerari homini fortiori te: quòd ſi fœneraueris, quaſi perditum habe.	Infra 29.a.4
″Ne ſpondeas quid maius quàm facultas tua patiatur: quòd ſi feceris, quaſi ſis perſoluturus, ita curam ſuſcipe. 16	Non ſpõdeas ſuper virtutem tuã: quòd ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.	
″Ne litiges cum iudice: nam iudicium ex ſententia illius fiet. 17	Non iudices contra iudicem: quoniã ſecundũ quod iuſtum eſt, iudicat.	
″Ne iter facias cum homine audace, ne ingraueſcat aduerſum te: nã ipſe faciet quod ſibi libuerit, & tu cũ ſtultitia eius peribis. 18	‖Cũ audace non eas in via, ne fortè grauet mala ſua ĩ te: ipſe enim ſecũdum voluntatẽ ſuã vadit, & ſimul cum ſtultitia illius peries.	Gene. 4.b.8
″Ne committas pugnam cum iracundo, nec deſertum cum eo perambules: quoniam pro nihilo ſanguinem ducit, & vbi nihil eſt opis, proſternet te. 19	‖Cum iracũdo non facias rixam, & cum audace non eas in deſertũ: quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis: & vbi nõ eſt adiutoriũ, elidet te.	Prouerb. 22.d.24 D
″Ne conſiliũ ineas cũ ſtulto, neq; enim dicta cõtinere poterit. 20	Cũ fatuis coſiliũ nõ habeas: nõ enĩ poterũt diligere, niſi quæ eis placẽt.	

9 Ne negligas quæ à ſapientibus ſunt, &c. μὴ παρίδῃς διήγημα σοφῶν, καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις αὐτῶν ἀναστρέφου. Ne negligas narrationem ſapientum, & in eorum parœmiis [hoc eſt, ſentẽtiis] verſare. Quæ ſunt aut commodè narrata à prudentibus viris, aut ſcitè dicta, ea vult in mente ac cogitatione noſtra verſari. Eorum autem duo ſunt genera: quorum vnum continuatam rerum bonarum cõmemorationem cõtinet: alterum ſententias certas de ratione vitæ ac moribus hominum officiiſque breuiter pronuntiatas, quæ Græcè ἀποφθέγματα καὶ παροιμίαι appellantur. 10 Ab illis enim diſciplinã, &c. ὅτι παρ' αὐτῶν μαθήσῃ παιδείαν, καὶ λειτουργῆσαι μεγιστᾶσιν ἀμέμπτως. Quoniã ab illis diſces diſciplinam, & miniſtrare proceribus facilè. aut, dextrè. Inter cæteros fructus magnos & multos qui ex doctrina ſapiẽtum percipiuntur, iſte eſt maximus, vt quis in rep. aut in aula principis operam gratam præſtare poſſit, & cum ſumma gratia eorum qui plurimum poſſunt, negotia commiſſa prudẽter ac fideliter adminiſtrare. Eſt enim principis offenſio facilis, & pericloſa rerum adminiſtratio. Antiſthenes interfectus eſt ab Alexandro, oblitus eorum præceptorum ac conſiliorum quæ dederat ei Ariſtoteles, ne Rege familiarius vteretur. Itaque à Solomone certa præcepta & admonita ſunt tradita, quibus & Regis offenſio vitanda ſit, & eiuſdem gratia ac beneuolentia concilianda aut retinenda. 11 A ſermonibus ſenũ ne deerres, &c. μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἔμαθον παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. Ne diſcedas [aut, aberres] à narratione ſenũ [ſiue, excidat tibi narratio ſenũ] nam ipſi à patribus ſuis acceperunt. aut, didicerũt. Significat modũ ordinẽq; percipiendæ ſalutaris diſciplinæ per manus traditæ atque tradendæ: vt liberi eam diſcant à patribus, iuuenes à ſenibus: quemadmodum illi à ſuperioribus ætate acceperunt. Hæc autem doctrinæ ac diſciplinæ continuatio in Scriptura ſæpe nobis demonſtratur. Pſal. 44.a.1, Deus, auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annuntiauerunt nobis. 12 Itaque ſapere diſces, &c. ὅτι παρ' αὐτῶν μαθήσῃ σύνεσιν, καὶ ἐν καιρῷ χρείας δοῦναι ἀπόκρισιν. Quoniã ab illis diſces intelligẽtiam, & in tempore neceſſitatis [aut, quum tempus poſtulabit] dare reſpõſionem. Prudentia commoditáſque orationis qua pro loco, & tempere, ac dignitate perſonarum rerúmque ſciamus aptè & loqui, & reſpondere, huiuſmodi eſt fructus, qui (vt inquit Iſocrates) oſtendit quantum interſit inter bene & malè inſtitutum.

Legitur & ἐν πυρὶ φλογὸς in igne flãmæ.

13 Ne accẽdas carbones ſceler. &c. μὴ ἔκκαιε ἄνθρακας ἁμαρτωλοῦ, μὴ ἐμπυρισθῇς ἐν φλογὶ πυρὸς αὐτοῦ. Ne inflammes carbones peccatoris, ne conflagres flammis ignis eius. Hæc ſententia docet qua moderatione in improbos vti debemus, ne malitia improbitatéque eorum vehementius commoti, in eam iracundiæ intemperantiam delabamut, vt & illorum inſaniam noſtra acerbitate inflammemus, & nos ipſi obliti manſuetudinis noſtræ, in aliquam eorum ſimilitudinem deducamur: aut illius furore excitato quaſi quodam incendio conflagremus, ac pereamus. Eadem ſimilitudine eſt vſus, quum moneret hominem linguacem prouocandum non eſſe. 14 Ne inueharis in contumel. &c. μὴ ἐξαναστῇς ἀπὸ προσώπου ὑβριστοῦ, ἵνα μὴ ἐγκαθίσῃ ὡς ἔνεδρον τῷ στόματί σου. Ne exurgas à facie cõtumelioſi, [hoc eſt, ne acerbius inciteris aduerſus eum] ne inſideat tanquam inſidiæ ori tuo. Eandem temperantiam ac moderationem præcipit adhibendam in petulante homine, in quem vehementius inuehi, inſectariquæ acerbius non oportet: niſi velimus illius petulantiam in nos ipſos ita conuertere, vt noſtra omnia dicta inſidioſè obſeruet. certare cum hoc hominum genere maledictis ac conuitiis, non eſt vtile nec honeſtum.

15 Nequid mutuo dederis, &c. μὴ δανείσῃς ἀνθρώπῳ ἰσχυροτέρῳ σου, καὶ ἐὰν δανείσῃς, ὡς ἀπολωλεκὼς γίνου. Ne fœnereris [aut mutuum des] homini fortiori te: quòd ſi mutuum dederis, quaſi qui perdidit, eſto. Qui ſunt potentiores, ſiquid ipſis datum eſt mutuo ab infirmioribus, exiſtimant ſibi deberi, tanta eſt eorum arrogantia: itaque pecunia melius quã apud illos collocanda eſt. 16 Ne ſpond. quid maius, &c. μὴ ἐγγυήσῃ ὑπὲρ δύναμίν σου, καὶ ἐὰν ἐγγυήσῃ, ὡς ἀποτίσων φρόντισον. Ne ſpondeas ſupra facultatem tuam: quòd ſi ſpoponderis, vt ſoluturus cogita. aut, cura. Significat fidem, velit nolit, præſtandam eſſe ei qui pro altero eam obſtrinxit. Hæc autem admonitio à Solomone in prouerbiis ſæpe repetitur. 17 Ne litiges cum iudice, &c. μὴ δικάζου κατὰ κριτοῦ, κατὰ γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτῷ. Ne litiges contra iudicẽ: nam ſecundum opinionem ipſius iudicabunt eum. His ſententiis ſemper admonemur, vt videamus cum quibus, aut contra quos nobis agendum ſit, ne cum eo contendamus apud eos qui quũ eiuſdem ſint ordinis, gratiam illius nobis aduerſariam experiamur: talia enim hominum iudicia maximopere ſuſpecta eſſe debent. Quod Græcè dictum eſt Secundum opinionem eius iudicabunt, Latinè etiã dicitur, Secundum aliquem iudicare, aut ſententiam pronuntiare, aut iudicium fieri. 18 Ne iter facias, &c. μετὰ τολμηροῦ μὴ πορεύου ἐν ὁδῷ, ἵνα μὴ βαρύνηται κατὰ σοῦ· αὐτὸς γὰρ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιήσει, καὶ τῇ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ συναπολῇ. Cum audace [aut temerario] ne eas in via, ne ingraueſcat [hoc eſt, inualeſcat] aduerſum te: ipſe enim ſecundum voluntatum ſuam faciet, & cum inſipientia eius interibis. Sententia eſt valde vtilis, fugiendam eſſe ſocietatem hominis temerarii ac confidentis, apud quem nullus rationi locus eſt. Nam cum huiuſmodi homine qui pro ſua libidine omnia vult agere, nihil commercii ac negotii habere poſſimus ſine maximo noſtro aut damno, aut periculo: vt ſiquid factum temerè fuerit, nobis pœna temeritatis illius luẽda ſit. audacia enim temeritati ſemper, non prudẽtiæ coniũcta eſt. 19 Ne committas pugnã, &c. μετὰ θυμώδους μὴ ποιήσῃς μάχην, καὶ μὴ πορεύου μετ' αὐτοῦ τὴν ἔρημον. Cũ iracundo ne feceris pugnam, neque cum eo deſertum tranſeas. Iracundo improbóq; homini nihil deeſt præter occaſionem: occaſio autem maxima tum ei datur, quum irritatur ab eo qui ſolus atq; deſtitutus eſt: itaque iracundiã eius in deſerto, hoc eſt in ſolitudine ac deſtitutione fugiendã eſſe dicit. 20 Ne conſil. ineas, &c. μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου· οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. Ne cõſultes [aut, conſilium capias] cum ſtulto: neque enim ſermonem cõtinere [aut, celare] poterit. Stultus enim neque conſilium dare poteſt, nec continere: eſt enim leuis ac futilis, plenúſque rimarũ (vt inquit ille) hac & illac perfluit: itaque conſilium quod ſecretum eſſe debet, cum illo communicandum non eſt.

21 Corã extraneo ne facias cõſilium, neſcis enim quid pariet.

22 Non omni homini cor tuum manifeſtes: ne fortè inferat tibi gratiam falſã, & cõuitietur tibi.

Cap. IX.

1 NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam.

2 Non des mulieri poteſtatẽ animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.

3 Ne reſpicias mulierem multíuolã, ne fortè incidas in laqueos illius.

4 Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis: nec audias illam: ne fortè pereas in efficacia illius.

Gene.6,a.2

5 ‖Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcãdalizeris in decore illius.

Prouer.5.a.2

6 ‖Ne des fornicariis animã tuã in vllo, ne perdas te & hæreditatem tuã.

7 Noli circũſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.

Matth.5.d.28

8 ‖Auerte faciem tuam à muliere cõpta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam.

B

Gene.34.a.22
reg.11.a.2
iudith 10.d.17

9 ‖Propter ſpeciẽ mulieris multi perierunt, & ex hoc cõcupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

10 Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur.

11 Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſũt: colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit.

12 Cũ aliena muliere ne ſedeas õnino, nec accũbas cum ea ſuper cubitum.

13 Et non alterceris cum illa in vino,

21 Nihil agas ſecreti cum alieno: neſcis enim quid ille pariat.

22 Ne aperias cor tuum cuiuis homini, ne falſam tibi gratiam referat.

Cap. IX.

Vxor.

1 VXorem quam cõplecteris, ne proſequaris zelotypia, nec eam malam artem in te doceas.

2 ″Ne permittas animum tuum mulieri, ne ipſa ſupra vires aſcendat tuas.

Meretrix fugienda.

3 ″Mulieri meretrici ne te des obuiam, ne fortè in laqueos eius incidas.

4 ″Mulierem cantatricem ne frequentes, ne fortè artibus eius capiaris.

5 ″Ne contempleris virginem, ne in ornamẽtis venuſtatis eius offendiculum patiaris.

6 ″Ne des ſcortis animam tuam, vt hæreditatem tuam ne perdas.

7 ″In vicis vrbis ne circũſpectes, atque in deſertis eius ne oberres.

8 ″A muliere formoſa auerte oculos, nec contempleris pulchritudinem alienam.

9 ″Pulchritudo enim multos adduxit in errorẽ, ex eáque amor in modum ignis exardeſcit.

10

11

12 ″Cum muliere maritata ne ſedeas omnino.

13 Neque cum ea compotandi gratia committas ſymbolum,

IN CAPVT IX.

1 Vxorẽ quam complecteris, &c. μὴ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν. Ne æmuleris vxorem ſinus tui, neque doceas in teipſum artem malam. ζῆλος æmulatio Latinè dupliciter dicitur, tum in laude, tum vitio: nam & virtutis imitatio æmulatio dicitur, & affectio vitioſa ac cum ægritudine coniuncta, quæ riualitati proxima eſt: qua maritus aut vxor dolet in coniugio alterum eo frui, quod ipſe aut ipſa maximopere adamat. Zelotypia à Græcis appellatur affectio huiuſmodi vitioſa, quæ plerunque ex incommodis ſuſpicionibus naſcitur. Eſt autem ad exemplum alteri coniugi proponendum, labefactandúmque coniugium pernicioſa.

2 Ne permittas animum tuum mulieri, &c. μὴ δῷς γυναικὶ τὴν ψυχήν σου, ἐπιβῆναι αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἰσχύν σου. Ne des mulieri animam tuam, ne ea aſcendat ſuper vires tuas. Quædam exemplaria habent ἐπὶ ψυχὴν ſuper animum, ſed magis placet vt legat, ἐπὶ ἰσχύν σου. Præcipit autem hæc ſententia moderationem ac temperantiam in amanda coniuge: nam ſi amor viri in vxorem eſt vehementior, ita inuertit ordinem naturæ, vt mulier quæ ὕπανδρος, hoc eſt ſubiecta viro, eſſe debebat, eũ ſibi ſubiiciat, atque inde exiſtat γυναικοκρατία imperium muliebre contrà ordinationem Dei occupatum. Quare beneuolentia debita quam præcipit Paulus, 1.Cor.7.a.3, vxori tribuenda eſt, non ea amoris vehementia atque impotentia, qua vir in poteſtatem eius redigatur. Notum eſt quod poetæ narrant de Hercule ſuperato à muliere Omphale.

3 Mulieri meretrici ne te, &c. μὴ ἀπάντα γυναικὶ ἑταιριζομένῃ, μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς παγίδας αὐτῆς. Ne occurras mulieri meretrici, ne fortè incidas in laqueos eius. Exemplum à Solomone, Prouer.7.b.10, propoſitum eſt, ex quo occurſus meretricis factus cuidã adoleſcenti clariſſimè oſtendit quod hic à Sapiente præcipitur, huiuſmodi meretricum conſuetudines atque omnes occaſiones vitandas eſſe.

4 Mulierem cantat. ne frequentes, &c. μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε, μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῆς. Cũ cantatrice ne aſſiduus ſis, [aut, ne aſſueſcas ei] ne fortè capiaris artificiis eius. Significat omnes voluptatum illecebras (etiam aurium) quibus homines ad aliquod flagitium deduci poſſunt, fugiendas eſſe.

5 Ne contempleris virginem, &c. παρθένον μὴ καταμάνθανε, μήποτε σκανδαλισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. Virginem ne cõſideres, [aut, animaduertas] ne fortè offendaris in æſtimatione eius. Quidam vertunt, Ne offenſes in pretioſo eius cultu. Nã ἐπιτίμια hoc loco in alia ſignificatione accipit quàm ſuprà, vbi pro criminibus hoc nomine vſus eſt: hìc autem pro cultu atque habitu corporis pretioſo ac venuſto. itaque τὰ ἐπιτίμια verti Ornamenta venuſtatis. Monet autem Sapiens vt animum atque oculos in omni caſtitate ac puritate contineamus: omnémque occaſionem euitemus, quæ aliquam animi improbam cupiditatem mouere poſſit. Nam quod dixit Pericles Sophocli (quum puerum formoſum prætereuntem aſpexiſſet, ac dixiſſet, O puerum pulchrum Pericle) Prætorem Sophocle decet non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere: pertinet ad omnes, qui & animos, & manus, & oculos puros caſtóſque habere debẽt.

6 Ne des ſcortis animam tuam, &c. μὴ δῷς πόρναις τὴν ψυχήν σου, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν κληρονομίαν σου. Ne des meretricibus animam tuam, vt ne perdas hæreditatem tuam. Quemadmodum hac iniuſta atque flagitioſa cũ meretricibus conſuetudine conſumatur hæreditas, ad alienóſque perueniat, oſtendit Solomon multis in locis: aut enim patrimonium flagitioſè diſſipatur, aut à legitimis hæredibus transfertur ad alienos & ſpurios.

7 In vicis vrbis ne, &c. μὴ περιβλέπου ἐν ῥύμαις πόλεως, καὶ ἐν τοῖς ἐρήμοις αὐτῆς μὴ πλανῶ. Ne circunſpicias in vicis ciuitatis, nec in deſertis eius erres. Allegorica oratio eſt, qua vicos vrbis pro conſuetudine ciuium, ac deſerta ſiue ſolitudines eius pro erroribus ac vitiis ciuitatis accipere videtur. Vult autem in conſuetudine ſocietatéque ciuili nos non negligentes eſſe, quales ſunt qui huc & illuc circunſpiciunt, quum intenti viæ eſſe deberent: neque in ciuium erroribus peccatiſque verſari, ſed attentè ac prudenter cõſiderare inter quos & quibuſcum viuimus. Hic mihi videtur ſenſus eſſe propoſitæ allegoriæ.

8 A muliere formoſa auerte, &c. ἀπόστρεψον ὀφθαλμὸν ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου, καὶ μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον. Auerte oculum à muliere formoſa, ac ne animaduertas pulchritudinem alienam. Non hoc quidem vult Sapiens, vt oculi noſtri abhorreant ab aſpectu pulcherrimarum Dei creaturarum, ſed aſpectum damnat impudicum, in quo etiam Dominus Ieſus, Matth.5.e.28, adulterium comitti dicit. Si animus adſit caſtus ac pudicus, caſta etiam erit omnibus in rebus oculorum intuitio, iucundáque in Deo perfruitio cum eius laude coniuncta: ſi verò impurus & libidinoſus, ab huiuſmodi fonte nihil boni manare poteſt.

9 Pulchritudo enim multos, &c. ἐν γὰρ κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν, καὶ ἐκ τούτου φιλία ὡς πῦρ ἀνακαίεται. Nam in pulchritudine mulieris multi errauerunt: & ex ea, amicitia vt ignis accenditur. Illud à doctiſſimis hominibus eſt dictum, ac prouerbio celebratum, Amorem naſci ex aſpectu. Itaque Chærea in Eunucho Terentiana, cõſpecta virgine admodum formoſa ita amore exardeſcit, vt inſanire videatur. Et Plato hanc vim oculorum ad amandum ſignificauit, quum ſapientiam dixit, ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui amores excitaturam.

12 Cum muliere maritata ne ſedeas, &c. μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον, καὶ μὴ συμβολοκοπήσῃς μετ᾽ αὐτῆς ἐν οἴνῳ. Cum muliere coniugata ne ſedeas omnino: nec ſymbolum des [aut, conferas] cum ea in vino. Hac ſententia prohibet Sapiens familiariorem ac liberiorẽ cum alterius vxore colloquendi agendíque conſuetudinem, quàm aut grauitas hominum, aut pudor coniugiorum poſtulare videatur. Olim mulieres cum viris in conuiuiis apud Græcos non accumbebant. Paulus monet Timotheum vt erga mulieres eam adhibeat tum reuerentiam, tum modeſtiam, vt fœminas tanquam matres, iuniores tanquam ſorores compellare ac tractare videatur. 1.Tim.5.a.2.

	ʼne fortè ad eam animus inclinet tuus, atque affectu tuo in perniciem prolabare.		ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſãguine tuo labaris in perditionem.		
Amicus.	″Ne relinquas veterem amicum: nam nouus illi nullo modo æquandus eſt.	14	Ne derelĩquas amicum antiquum, nouus enim non erit ſimilis illi.		C
	″Vinum nouum, amicus nouus: quòd ſi inueterauerit, cum lætitia ipſum bibes.	15	Vinum nouum, amicus nouus: veteraſcet, & cũ ſuauitate bibes illud.		
	″Ne æmuleris gloriam hominis ſcelerati: neſcis enim quis eius exitus futurus ſit.	16	[Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio.	Iudic.9.a.5 2.reg.15.b.11	
	″Quæ placent impiis, tu ne probes: ſed memento illos vſque ad mortem nihil eſſe facturos quod iuſtum ſit.	17	Non placeat tibi iniuria iniuſtorũ, ſciẽs quoniam vſque ad inferos non placebit impius.		
	″Procul abſiſte ab homine poteſtatem necis habẽte, & ita omni timida mortis ſuſpicione vacuus eris.	18	Longè abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem mortis.		
	Quòd ſi ad eum acceſſeris, nequid delinquas, ne protinꝰ vitam tibi eripiat.	19	Et ſi acceſſeris ad illũ, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam.		
	″Per medios te laqueos tranſire ſcito, ac ſuper pinnacula vrbis deambulare.	20	Communionem mortis ſcito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis.		D
	″Quàm poteris diligentiſſimè, amicos explora: & cum ſapientibus conſilium conferas.	21	Secũdum virtutem tuam caue te à proximo tuo, [& cum ſapientibus & prudentibus tracta.	Infrà 7.a.8	
Iuſtus.	″Viri iuſti conuiuæ ſint tui, & in timore Domini tua gloriatio.	22	Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio.		
Sermo.	″Colloquia tua cum prudẽtibus habeas, atque in lege Altiſſimi ſit omnis ſermonis tui communicatio.	23	Et in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi.		
	″De manu artificis opus laudabitur: qui verò præeſt populo, ex oratione ſua ſapiens cognoſcetur.	24	In manu artificum opera laudabũtur, & prĩceps populi in ſapiẽtia ſermonis ſui: in ſeſu verò ſeniorũ verbũ.		

Ne fortè ad eam animus inclinet tuus, &c. μήποτε ἐκκλίνῃ ἡ ψυχή σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ τῷ πνεύματί σου ὀλισθῇς εἰς ἀπώλειαν. ne fortè declinet animus tuus ad eam, atque ſpiritu tuo labaris in perditionem. Hæc eſt animi offenſio periculoſaque tentatio, quæ ex proterua & libera illa familiaritatis cõſuetudine exiſtit, praua atque impudica cupiditatis permotio in Lege Dei prohibita. Quòd autem in ſuperiore membro vertimus, Ne des ſymbolum in vino ἐν τῷ οἴνῳ, id eſt compotandi gratia, quædam exemplaria habent ἐν οἴκῳ in domo, ſed aptius mihi videtur In vino. 14 Ne relinquas veterem amicum, &c. μὴ ἐγκαταλείπῃς φίλον ἀρχαῖον, ὁ γὰρ πρόσφατος οὐκ ἔστιν ἔφισος αὐτοῦ. Ne relinquas antiquum amicum: nam nouus ei non eſt par. Cicero in eo libro quem ſcripſit De amicitia, hanc ſententiã pluribus verbis exponit. Exiſtit autem, inquit, hoc loco quædam quæſtio ſubdifficilis, numquando amici noui digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Indigna homine dubitatio: non enim amicitiarum debent eſſe, ſicut aliarum rerũ, ſatietates: veterrimæ quæque (vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt) debent eſſe ſuauiſſimæ: verùmque illud eſt quod vulgò dici ſolet, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt munus amicitiæ expletum ſit. 15 Vinum nouum, amicus nouus, &c. οἶνος νέος, φίλος νέος, ἐὰν παλαιωθῇ, μετ' εὐφροσύνης πίεσαι αὐτόν. Ad verbum ego hanc ſubiectam ſententiam verti, in qua nolui apponere particulas ſimilitudinis, Quemadmodũ, Ita, quæ in Græco non ſunt. nam ſententia diſſolutè expreſſa plus elegantiæ videtur habere, quàm ſi vinculis illis connectatur. Significat autem id quod adduxi ex Cicerone, ea vina quæ vetuſtatem ferunt, eſſe ſuauiora: ſic amicitias vetuſtate maximè commendari, confirmatis ac corroboratis iam ingeniis atque ætatibus, in quibus iamdiu mutua amicorum beneuolentia eſt perſpecta & cognita. Nouorum amicorum voluntates ſunt obſcuræ ac incertæ, atque plerunque fallaces: ſicut herbæ quæ inanem fructus ſpem afferunt.

16 Ne æmuleris gloriam, &c. μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλοῦ, οὐ γὰρ οἶδας τίς ἔσται ἡ καταστροφὴ αὐτοῦ. Ne æmuleris gloriam peccatoris: neque enim ſcis quis eſt exitus eius. Fœlicitas & gloria impiorum in hac vita ſolet piorum animos aut ad indignationem, aut æmulationem vehementer commouere: itaque Spiritus ſanctus in Scripturis grauiter & ſæpe eos munit contra iſtam tentationem, proponẽs eis & lubricũ ſtatum, & miſerum exitum ſceleratorum hominum. 17 Quæ placent impiis, tu ne probes: &c. μὴ εὐδοκήσῃς εὐδοκίαις ἀσεβῶν, μνήσθητι ὅτι ἕως ᾅδου μὴ δικαιωθῶσι. Ne placeas tibi in beneplacitis impiorũ, [hoc eſt, ne approbes eorum ſcelerata ſtudia, atque iudicia] memento quòd vſque ad inferos non iuſtificabuntur. Poteſt hoc poſtremum verbum ita reddi, Iuſti non habebuntur [aut, cenſebuntur] apud Deum nec in vita tota, nec in morte: quanuis opinionem iuſtitiæ habeant. Placent enim ſibi, ſéque fœlices arbitrantur: eam autem fœlicitatem ſapientiæ ſuæ aut iuſtitiæ tribuunt. ſed, Eſt via (vt inquit Solomon Prouerb.14.b.12) quæ videtur homini recta, cuius exitus eſt miſerrimus. Itaque rectè monet hoc loco Sapiens, ne nos ad vana & fallacia & iudicia & ſtudia impiorum conformemus.

18 Procul abſiſte ab homine, &c. μακρὰν ἄπεχε ἀπ' ἀνθρώπου ὃς ἔχει ἐξουσίαν τοῦ φονεύειν, καὶ οὐ μὴ ὑποπτεύσῃς φόβον θανάτου. Longè abſtine [id eſt abſis, aut recedas] ab homine qui poteſtatem occidendi habet, & ne ſuſpiceris metum mortis. hoc eſt, non anxius eris metu mortis. non verſaberis in huiuſmodi ſolicitudine ac timore mortis impendentis. Videtur Sapiẽs nos dehortari à conſuetudine coniunctionéque eorũ à quibus mors ſemper metuenda ſit: quo ex genere ſunt tyranni, aut alii potentes improbíque homines, apud quos quietè ac tranquillè nõ poſſimus viuere. Nam eorum leuiſſima offenſio cum maximo vitæ noſtræ periculo coniungenda eſt: pericula autem huiuſmodi vitanda ſunt, vt etiam tranquillitati noſtræ conſulamus. Eſt enim miſerrima vita eorum qui cum ſolicitudine mortem noctes ac dies ante oculos habent propoſitam. 20 Per medios te laqueos tranſire ſcito, &c. ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεως περιπατεῖς. Scias quòd in medio laqueorum tranſis, ac ſuper pinnacula vrbis inambulas. aut, circumambulas. Hac comparatione ac ſimilitudine nihil aliud vult ſignificare, quàm periculum illud vitæ quod apud potentes ſceleratóſque homines metuendum eſt.

21 Quàm poteris diligentiſſimè, &c. κατὰ τὴν ἰσχύν σου στόχασαι τοῦ πλησίον, καὶ μετὰ σοφῶν βουλεύου. Omnibus viribus tuis conſidera [ſiue, explora] proximum, & cum ſapientibus conſulta. Hac ſententia admonemur vt in conſuetudine ac ſocietate vitæ cautionem delectumque hominum adhibeamus, nec temerè cum quouis communicemus ac colloquamur: ſunt enim nõ fallaces ſolùm, ſed etiam improbi ac ſcelerati, quorum mala colloquia (vt inquit Paulus, 1.Cor.15.d.33) bonos mores corrumpunt. Boni igitur ſapientéſque ſunt diligendi, quorum conſuetudo & oratio nos poterit & meliores & ſapientiores efficere. 22 Viri iuſti conuiuæ ſint tui, &c. ἄνδρες δίκαιοι ἔστωσαν σύνδειπνοί σου, καὶ ἐν φόβῳ κυρίου ἔστω τὸ καύχημά σου. Viri iuſti ſint conuiuæ tui, & in timore Domini tua gloriatio. Videmus in his duabus ſententiis, vſum verbi Dei coniungendum eſſe cum conſuetudine ac collocutione bonorum hominum, quorum opera Deus nos in timore ſuo ſolet inſtituere. Neque enim doctrina Legis Diuinæ, inſtitutióque pietatis à miniſterio hominum prudentium eſt ſeparanda.

23 Colloquia tua cum prudentibus habeas, &c. μετὰ συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου, καὶ πᾶσα διήγησις ἐν νόμῳ ὑψίστου. Diſputatio [aut, collocutio] tua ſit cum ſapientibus, atque in lege Altiſſimi omnis narratio. aut, commemoratio.

24 De manu artificis opus, &c. ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαινεσθήσεται, καὶ ὁ ἡγούμενος λαοῦ σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ. In manu artificum opus laudabitur, & princeps populi ſapiens in ſermone eius. hoc eſt, vt opus artificis egregium, oſtendit manum eius & induſtriam: ita oratio principis

prudentiam eius declarat ac commendat. Nam quam vim habet manus ad opus efficiendum, eandem habet oratio ad ſapientiam proferendam & declarandam. eſt enim ſapientiæ adminiſtra, & quaſi quoddam inſtrumentum. Illuſtre autem teſtimonium prudentiæ ciuilis eſt in moderata atque diſerta oratione, qua populus aut afflictus excitatur ac confirmatur, aut nimium elatus comprimitur: denique artificioſè prudentérque ita tractatur, vt in officio contineatur.

	Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.	25	'Formidandus in ciuitate eius vir linguax, & ſuo temerarius ſermone dignus erit odio.	
	Cap. X.		Cap. X.	
	IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.	1	R'Ector ſapiens erudit populum ſuum, & principatus viri prudentis moderatus erit.	De rectoribus.
Prouer.29.b.12	Secundum iudicē populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.	2	'Qualis gubernator ciuitatis eſt, tales quoq; ſunt miniſtri eius: & mores principis cæteri omnes ciues imitantur.	
3.Reg.12.a.1	Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium.	3	'Rex imperitus perdet populum ſuum, at prudentia procerum vrbs incolis frequentabitur.	
	In manu Dei poteſtas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem ſuſcitabit in temp⁹ ſuper illam.	4	'Poteſtas terræ in manu Domini eſt, is in tempore hominē vtilem in ea ſuſcitabit.	
	In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.	5	'Succeſſus hominis eſt in manu Domini, qui perſonæ etiam ipſius ſcribæ gloriam apponit ſuam.	
Leuit.19.c.17	Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.	6	Ne ſuccenſeas proximo ob quanuis iniuriam, ac cum petulantia contumelioſa nihil egeris.	Superbia. D
	Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium.	7	'Odioſa coram & Domino & hominibus ſuperbia eſt, atque ex vtriſque committet iniqua.	
Ierem.27.a.6 dan.4.c.14	Regnum à gente in gentem trāſfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cōtumelias, & diuerſos dolos.	8	'Propter iniurias & contumelias, fraudéque paratas opes, regnum ab vna ad aliam gentem transfertur.	

25 Formidandus in ciuitate eius vir linguax, &c. φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ γλωσσώδης, καὶ ὁ προπετὴς ἐν λόγῳ αὐτοῦ μισηθήσεται. Terribilis in ciuitate ſua vir linguax, & procax [aut, petulans] in ſermone ſuo odioſus erit. Duo maxima linguæ vitia ſunt, vnum maledicæ garrulitatis ac loquacitatis, qua iniqui falſique ſermones de fama exiſtimationéque aliorum deferuntur: alterum procacitatis atque intemperantiæ effrænatæ, qua quæuis temerè importunéque dicuntur. Proteruus ac petulans in conſuetudine vitæ maximè odioſus eſt, ſed garrulus delator magis metuendus: in illo enim plus ſtultitiæ ineſt, in hoc verò plus malitiæ.

IN CAPVT X.

1 Rector ſapiens erudit populum ſuum, &c. κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἡγεμονία συνετοῦ τεταγμένη ἔσται. Iudex ſapiens inſtituit populum ſuum, & principatus intelligentis ordinatus erit. id eſt, non confuſus ac perturbatus, ſed ordine ac ratione temperatus, optiméque conſtitutus: vt Cicero imperium Cyri dicit iuſtum moderatúmque fuiſſe. 2 Qualis gubernator ciuitatis eſt, &c. κατὰ τὸν κριτὴν τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ οἱ λειτουργοὶ αὐτοῦ· καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως, πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Ad verbum ita verti poteſt, Secundum iudicem populi, ſic etiam miniſtri eius: & ſecundum eum qui præeſt ciuitati, omnes qui habitant [ſiue incolunt] eā. Hoc idem eſt quod dicit Plato, Quales ſunt principes in Rep. tales reliquos ſolere eſſe ciues. Illud etiam prouerbio Græco eſt celebratum, ὁποία ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες, ad mores dominæ famulas mores ſuos conformare. Nam exemplum principum ac ſuperiorum, ad bene maléque viuendum maximam vim atque authoritatem habet. In his duobus locis quemadmodum in multis aliis, iudex accipitur pro rectore ac gubernatore συνεκδοχικῶς.

3 Rex imperitus perdet populum ſuum, &c. βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ πόλις οἰκισθήσεται ἐν συνέσει δυναστῶν. Rex indoctus perdet populum ſuum, & ciuitas habitabitur in prudentia potentum. Prudentia principum Deum timentium facit vt ciuitas maxima ciuium frequentia ac celebritate floreat: ſicut contrà ſtultitia impiorum reſpublicæ in ſummam ſolitudinem rediguntur.

4 Poteſtas terræ in manu Domini eſt, &c. ἐν χειρὶ κυρίου ἡ ἐξουσία τῆς γῆς, καὶ τὸν χρήσιμον ἐγερεῖ εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς. In manu Domini poteſtas terræ, & vtilem ſuſcitabit ad tempus in ea. Significat Sapiens poteſtates ac imperia quibus hæc vita humana & ſocietas hominum gubernatur, eſſe ordinationes Dei, eiúſque prouidentia regi: ita vt optimus ac prudentiſſimus princeps ſummo eius conſilio & beneficio conſtituatur. 5 Succeſſus hominis eſt in manu Domini, &c. ἐν χειρὶ κυρίου εὐοδία ἀνδρός, καὶ προσώπῳ γραμματέως ἐπιθήσει δόξαν αὐτοῦ. In manu Domini ſucceſſus viri, & vultui ſcribæ imponet gloriā ſuam. Significat à Deo non ſolùm principes conſtitui, ſed etiam eorū actiones gubernari, adminiſtrarique res fœliciter. Quemadmodum etiam dicit Iſocrates, ἡ μὲν εὐβουλία παρ' ἀνθρώπων, ἡ δ' εὐτυχία παρὰ τῶν θεῶν. Homines quidem prudenter conſultare poſſunt, ſed euentus exitúſque rerum, eorum prudentiſſimis cōſiliis non ſemper reſpondent: ſunt enim in manu Dei ſummi principis omnia nutu ſuo moderātis. 6 Ne ſuccenſeas proximo ob quanuis iniuriam, &c. ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι μὴ μηνίσῃς τῷ πλησίον, καὶ μὴ πράττε μηδὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως. Ne iraſcaris proximo ob omnem iniuriam, [id eſt, propter quoduis delictum] nec facias quicquam in operibus contumeliæ. ſiue, ſuperbiæ petulantis ac contumelioſæ. Duo ſunt vitia à quibus Sapiēs dehortatur: iracundia immoderata, qua homines in leuiſſimis etiam iniuriis ita offenduntur, vt cupiditate vlciſcendi intemperanter exardeſcant: alterum eſt ὕβρις petulantia improba ac ſupra modum elata, qua cæteros homines maximéque inferiores deſpiciunt, ac omnibus quibus poſſunt contumeliis lædunt. Hæ duæ affectiones ſunt in hominibus ſuperbis, quemadmodum Sapiens ſtatim ſignificabit: cuiuſmodi ſunt diuites, nobiles, potentes, ac cæteri qui aliquam fortunæ præſtantiam ſunt adepti. Nam ſuperbus facilè offenditur, neque vllum aliorum etiam mediocre delictū ferre poteſt, & idem eſt ὑβριστὴς petulans ac contumelioſus: is ſi videat lapſum hominem, ita libidine animi effertur, vt calamitoſis afflictiſque inſolenter atque inhumaniter inſultet. Hoc autem eſt contra Pauli monitionem, qui Gala.6.a.1, præcipit vt fratrem in aliquo delicto lapſum ſumma cum humanitate manſuetudinéque erigamus ac confirmemus. ὕβρις non ſignificat ſimpliciter quanuis iniuriam, ſicut quidam verterunt: ſed huiuſmodi iniuriam quæ cum petulantia contumeliáque coniuncta eſt. ita enim deſcribit Ariſtoteles in rhetorica ad Theodectē.

7 Odioſa coram & Domino & hominibus ſuperbia eſt, &c. μισητὴ ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων πλημμελήσει ἄδικα. Odioſa coram Domino atque hominibus ſuperbia, & ex vtriſque deſignabit iniqua. Interpretes mihi non videntur aſſequuti eſſe ſenſum huius loci: nam Ex vtriſque, referunt ad deos & homines, quorum vtriſque ſuperbia odioſa atque intoleranda eſt. Ego malo referre ad illa duo vitia quæ paulo antè notaui, iracundiam, inſolentiámque contumelioſam: quarum altera facilè offenditur, atque ad vlciſcendum inflammatur: altera etiam cum omnibus probris contumeliiſque inſultat: atque ita ſuperbia eſt iniuſta & iniqua, vel quòd nihil in humana ſocietate ferre poteſt, vel quòd in alios petulantiſſimè effertur.

'Legitur & δικίας.

8 Propter iniurias, & contumelias, fraudéque paratas opes, &c. βασιλεία ἀπ' ἔθνους εἰς ἔθνος μετάγεται διὰ ἀδικίας, καὶ ὕβρεις, καὶ χρήματα δόλια. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniurias, & contumelias, & pecunias doloſas. id eſt, dolo partas. Hanc ſententiam Demoſthenes in quadam Olynthiaca copioſè atque ornatè tractat, regna & imperia fraude ac ſcelere parta nō eſſe diuturna: eiúſque rei multas rationes exponit.

ʺNam auaro quidem nihil iniquius eſſe poteſt, quippe qui ani-
mam ſuam venalem habeat: pro cuiúſque vita ſua quiſque viſce- 9 10
ra eruat.
ʺTenacem morbum præcidit medicus, ita Rex hodie *viuus*, cras 11
moritur. 12
ʺQuid tãdem ſuperbit terra & puluis, quũ vermes, ac ſerpentes, 13
beſtiáſque iure quodam hæreditario ſit poſſeſſurus?
ʺInitium ſuperbiæ eſt defectio hominis à Domino, atque à 14
creatore ſuo cordis auerſio.
Superbia. ʺPorrò peccati origo ſuperbia eſt: & qui præditus eſt ea, profũ- 15
det execrabilia, donec tandem ſubuertatur.
ʺPropterea Domin⁹ faſtus *ſuperborum* ignominia afficit, & eos ſub- 16
uertit ad extremum.
ʺDominus principes detraxit de ſedibus, eorúmq; in loco man 17
ſuetos collocauit.
ʺRadices gentium ſuperbarum extirpauit Dominus, ac loco ea- 18
rum humiles cum gloria plantauit.
ʺDominus euertit regiones gentium, eáſque funditus aboleuit. 19
ʺExiccauit eas, illáſque diſperdidit, ac memoriã earum de ter- 20
ra deleuit. 21
ʺSuperbia hominibus non eſt creata, nec ira furioſa progeniei 22
mulierum.
Timor Dei. ʺEſt ſemen honoratũ, ſemẽ ſcilicet hominis, ſemen honoratũ, 23
qui Dominũ reuerẽtur: ʺeſt ſemẽ infame, ſemẽ videlicet hominis,

auaro autem nihil eſt ſceleſtius.

Quid ſuperbit terra & cinis?

Nihil eſt iniqui⁹, quã amare pecuniã: hic enĩ & animã ſuã venalẽ habet: quoniã in vita ſua proiecit intima ſua.

Omnis potentatus breuis vita: languor prolixior grauat medicum.

Breuẽ languorẽ præcidit medicus: ſic & Rex hodie eſt, & cras morietur.

Quum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.

Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum, receſſit cor eius.

Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem.

Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorũ, & deſtruxit eos vſque in finem.

Sedes ducũ ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.

Radices gentium ſuperbarũ areſecit Deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus.

Terras gẽtium euertit Dominus, & perdidit eas vſque ad fundamẽtũ.

Areſecit ex ipſis, & diſpdidit eos, & ceſſare fecit memoriã eorum à terra.

Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit memoriã humilium ſenſu.

Nõ eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum.

Semen hominũ honorabitur hoc quod timet Deum: ſemen autem hoc

10 Nam auaro quidem nihil iniquius eſſe poteſt, &c. φιλαργύρου μὲν γὰρ οὐδὲν ἀνομώτερον· οὗτος γὰρ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εὔπρακτον ποιεῖ, ὅτι ἐν ζωῇ αὐτῶν ἔρριψαν τὰ ἐνδόσθια αὐτῶν. Nam auaro quidem nihil iniquius eſt: hic enim etiam animam ſuam venalem facit, quoniam in eius vita proiecerunt viſcera ſua. hoc eſt, quiſque proiecit viſcera ſua, ac defraudauit vitam ſuam, vt illius infinitam cupiditatem expleat. Significat vitam auari cum aliorum maximis damnis atque incommodis coniunctam eſſe.

12 Tenacem morbum præcidit medicus, &c. μακρὸν ἀρρώστημα κόπτει ἰατρὸς, καὶ βασιλεὺς σήμερον, καὶ αὔριον τελευτήσει. Longum morbum præcidit medicus, & rex hodie [ſubaudiendum Viuit, aut viuus] & cras morietur. Comparat Sapiens Regem improbum ac potentem morbo iamdiu confirmato, qui tamen à medico profligatur: ita nullæ opes tyrannorum ac ſuperborum Regum ſunt ſtabiles aut diuturnæ, quum Deus ad eos tollendos manum ſuam admouet. Magis nocet Rex vitioſus atque improbus in repub. quàm morbus vllus in corpore: itaque vis morbi diuturna & pernicioſa, cum improbitate potentiáque Regis corroborata comparatur.

13 Quid tandem ſuperbit terra, &c. τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, κληρονομήσει ἑρπετὰ, καὶ θηρία, καὶ σκώληκας. Quid ſuperbit terra & puluis? quum enim moritur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, ac vermes. In quibuſdam exemplaribus hæc duo mẽbra ſunt diſiuncta. Quid ſuperbit, & Quum moritur homo: cæterùm mihi non diſplicet ea coniungi, atque hoc in loco collocari.

14 Initium ſuperbiæ eſt defectio hominis à Domino, &c. ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου· καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. Initium ſuperbiæ, hominis deficientis à Domino: & ab eo qui ipſum fecit, cor eius receſſit. Ergo vnus eſt timor Dei, qui nos in obſeruantia præceptorum eius atque omni ſancta ſubiectione continere poteſt.

ʹLegitur & ἐξυβρίσει. 15 Porrò peccati origo ſuperbia eſt, &c. ὅτι ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία, καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξομβρήσει βδέλυγμα, καὶ καταστραφήσεται εἰς τέλος. Quoniam initium peccati ſuperbia: & qui tenuerit illam, inundabit abominationem, & ad extremum ſubuertetur.

16 Propterea Do. faſtus, &c. διὰ τοῦτο παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, καὶ κατέστρεψεν εἰς τέλος αὐτούς. Propter hoc inhonorauit [aut, dedecorauit, ſiue dehoneſtauit] inductiones, [hoc eſt faſtuoſas animorũ perſuaſiones atq; elationes] & euertit eos ad extremũ. Vetus interpres vertit Cõuentus malorum, quaſi legerit συναγωγαὶ, cœtus ac conuentus ſuperborum: ſed quum ἐπάγειν Græcè ſignificet quod Latinè Inducere, & ἐπαγωγὴ inductio quædam animi ſit atque perſuaſio: malo retinere id nomen, quum præſertim in omnibus Græcis codicibus quos legerim, ἐπαγωγὰς reperiatur. Eo nomine antea aliquoties vſus eſt pro incurſione calamitatũ, nunc pro excelſis cõſiliis Regum ac ſuperborũ accipit.

17 Dominus principes detraxit de ſedibus, &c. θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ κύριος, καὶ ἐκάθισε πραεῖς ἀντ' αὐτῶν. Sedes imperantium euertit Dominus, ac pro illis manſuetos conſtituit. Luc. 1. e. 52, in cantico Mariæ virginis eſt, καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Detraxit [aut, deiecit] potentes de ſoliis, & exaltauit humiles. Et paulo antè, Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

18 Radices gentium ſuperbarum, &c. ῥίζας ἐθνῶν ὑπερηφάνων ἐξέτιλεν ὁ κύριος, καὶ ἐφύτευσεν ἀντ' αὐτῶν ἐν δόξῃ ταπεινούς. Radices gentium ſuperbarum euulſit Dominus, & plantauit pro illis in gloria humiles. Hac ſimilitudine plantationis Spiritus ſanctus eſt vſus Pſal. 44. a. 2, Tu manu tua gentes expuliſti, & plantaſti eos: [ſcilicet patres noſtros] afflixiſti populos, & emiſiſti [ſiue expuliſti] eos.

19 Dominus euertit regiones gentium, &c. χώρας ἐθνῶν κατέστρεψε κύριος, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰς ἕως θεμελίων γῆς. Loca gentium euertit Dominus, ac perdidit vſque ad fundamenta terræ. His verbis ſignificat Sapiens ſummam regionum vaſtitatem, abolitionémque perfectam, quemadmodum etiam verſu ſequenti.

ʹLegitur & ἐξῆρεν abſtulit. 20 Exiccauit eas, illáſque diſperdi. &c. ʹἐξήρανεν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἀπώλεσεν αὐτοὺς, καὶ κατέπαυσεν ἀπὸ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Exareſcere fecit eas, atque illos perdidit, ac memoriam eorum de terra aboleuit. Quũ dicit αὐτοὺς in maſculino genere, gentes intelligit, reſpiciens magis ad ſenſum, quàm ad nomen: nam apud Græcos τὰ ἔθνη eſt neutri generis.

22 Superbia hominibus non eſt, &c. οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερηφανία, οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι γυναικῶν. Nõ eſt creata hominibus ſuperbia, neque ira furoris generationibus mulierum. Id eſt, homines non ſunt nati aut facti, vt inſolenter ſupra aliorũ conditionẽ cõmunem ſe efferant, alióſque ita deſpiciant: neque etiam vt iracundia furioſè in alios deſæuiant. Homo enim (vt inquit Ariſtoteles) eſt animal κοινωνικὸν, vt pudoris ac verecundiæ particeps, ſic etiam humanitatis ac manſuetudinis: itaque degenerat à ſua natura, quum aut extollitur inſolenter, aut impotenter iraſcitur.

23 Eſt ſemen honoratum, &c. σπέρμα ἔντιμον, ποῖον σπέρμα ἀνθρώπου, σπέρμα ἔντιμον ποῖον οἱ φοβούμενοι κύριον. Semen honoratum, ſemen ſcilicet hominis, [ſiue, quale eſt ſemen hominis] ſemen honoratum, quales ſunt qui timent Dominum. Hic verſus & qui proximè ſequitur, non habentur in Toletano exemplari: tamẽ quoniam leguntur in aliis Græcis exemplaribus, & habent inſignem tum piorum cõmendationem, tum impiorũ vituperationẽ, adiũgendos cæteris, ac vertendos iudicaui. Eſt ſemen infame, &c. σπέρμα ἄτιμον, ποῖον σπέρμα ἀνθρώπου, σπέρμα ἄτιμον ποῖον οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. ſemen ignominioſum, quale ſemen hominis, ſemen ignominioſum, quales ſunt qui tranſgrediuntur mãdata. Hoc vult ſignificare Sapiens, præſtantiſſimum genus hominum eſſe eorum, qui Deum reuerentur ac venerantur: teterrimum ac turpiſſimum illorum eſſe qui Dei mandata deſpiciunt, omnémque pietatem ac religionem aſpernantur.

exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.

In medio fratrū rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt.

Nō deſpicere hominem iuſtū pauperē, & non magnificare virum peccatorem diuitem.

D Magnus eſt iudex, & potens eſt in honore, & non eſt maior illo qui timet Deum.

Prouer.17.a.2
2.Reg.12.c.13
|Seruo ſenſato liberi ſeruient: |& vir prudens & diſciplinatus nō murmurabit correptus, & inſcius nō honorabitur.

Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tēpore anguſtiæ.

Prouer.12.b.9
|Melior eſt qui operatur & abūdat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane.

Fili, in manſuetudine ſerua animā tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.

Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam?

ſemen infame qui præcepta Domini violant. ʹſemē ſtabile ſunt, qui timent Dominum, & honeſta planta, qui eundem diligunt: ʹſemen infame ſunt qui Legē negligunt, & ſemen fallax, qui præcepta violant.

24 ʹInter fratres qui præeſt ipſis, honore præſtat: qui verò Dominum reuerentur, apud eum gratia honoréque excellunt.

ʹNe deficiat imperium, timor Domini impedit: at duritia & ſuperbia imperium amittitur.

25 ʹEſt diues, & honoratus, & pauper, & decus eorū eſt timor Domini.

26 ʹNon cōuenit, aut pauperem cordatum dedecore, aut diuitem improbum honore afficere.

27 ʹPrincipes, ac gubernatores, potentéſque honoribus excellent: attamen nemo eorum timente Dominum maior eſt.

28 ʹSeruo prudenti liberi ſeruient, & ſapiens quum eruditur, non murmurabit.

29 ʹNe cauſas nectas, quominus agas opus tuum, neque ipſius in difficili tempore per ſuperbiam te pudeat.

30 ʹPluris eſt enim qui operatur, & omnibus rebus abundat, quàm qui glorioſè ſe iactat, & indiget pane.

31 ʹFili, cum manſuetudine gloriam animæ tuæ concilia, & eā honore quem meretur, affice.

32 ʹQuis iuſtum dicat eum qui peccat in animam ſuam? aut illum honoret qui vitam ſuam infamat?

Semē ſtabile ſunt,&c. σπέρμα ἀσφαλείας οἱ φοβούμενοι κύριον, καὶ ἔντιμον φύτευμα οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν. ſemen ſecuritatis, [aut, ſtabilitatis] qui timent Dominum, & planta honorata [id eſt egregia atque præclara] qui eum diligunt. Semen infame ſunt,&c. σπέρμα ἀτιμίας, οἱ μὴ προσέχοντες τῷ νόμῳ, σπέρμα πλανήσεως, οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. ſemen ignominiæ, ii qui Legi non attendunt, ſemen erroris, [aut, fallaciæ] qui tranſgrediuntur mandata. 24 Inter fratres qui præeſt,&c. ἐν μέσῳ ἀδελφῶν ὁ ἡγούμενος αὐτῶν ἔντιμος· καὶ οἱ φοβούμενοι κύριον, ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. In medio fratrum qui gubernator [aut, rector] eſt illorum, honoratus eſt: & qui Dominum timent, in oculis illius. Subaudiendum, ſunt. id eſt, gratioſi atque honorati. Hoc vult ſignificare eos in illuſtri gratia eſſe apud Deum, qui eum piè coluntac venerantur: hoc enim ſignificat Eſſe in oculis Domini. Ne deficiat imperium,&c. πρὸ λήξεως ἀρχῆ φόβος κυρίου, ἐκβολὴ δὲ ἀρχῆς, σκληρυσμὸς καὶ ὑπερηφανία. Ad verbum, Ante finem imperium timor Domini, [id eſt, facit vt imperium ſit ſtabile ac diuturnum, nullúmque finem habeat] abiectio verò [ſiue, amiſſio] imperii, duritia atque ſuperbia. Significat firmamentum ſtabilimentúmque imperii in timore Dei conſtitutum eſſe: contēptum contrà & faſtum regnis atque imperiis vaſtitatem importare. nam Timor Domini purus permanet in æternum, Pſal.19.c.10.

25 Eſt diues, & honoratus, & pauper,&c. πλούσιος, καὶ ἔντιμος, καὶ πτωχὸς, τὸ καύχημα αὐτῶν φόβος κυρίου. Diues, & honoratus, & pauper, gloriatio eorum, timor Domini. Præclara ſentētia, qua ſignificat neque diuitem opibus ſuis atque honoribus ornari, neque pauperem tenuitate ſua fortunæque humilitate ac obſcuritate dedecorari: ſed omnibus ampliſſimum vitæ ornamentum in timore Domini ſitum eſſe.

26 Non conuenit, aut pauperem cordatum dedec.&c. οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν, καὶ οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. Non eſt iuſtum, pauperem prudentem ignominia afficere, nec virum peccatorem in honore habere. Alia ſunt plerunque hominum & iudicia, & ſtudia, qui rebus externis dignitatem vniuſcuiuſque metiuntur. 27 Principes, ac gubernatores,&c. μεγιστᾶνες καὶ κριταὶ, καὶ δυνάσται δοξασθήσονται, καὶ οὐκ ἔστι τις αὐτῶν μείζων φοβουμένου τὸν κύριον. Magnates, [aut, proceres] ac iudices, potentéſque honorabuntur, [ſiue, gloria ac honore ornabuntur] neque eſt quiſquam eorum maior timente Dominum. Sūma igitur eſt dignitas amplitudóque piorum, ſi ea nō mundi, ſed ſpiritus iudicio æſtimetur. 28 Seruo prudenti liberi ſeruient,&c. οἰκέτῃ συνετῷ ἐλεύθεροι λειτουργήσουσι, καὶ ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει παιδευόμενος. Seruo intelligenti liberi miniſtrabunt, & vir ſciens [aut, intelligens] non murmurabit quum eruditur. Eadē ſententia eſt in Prouerbiis Solomonis cap.17.a.2, Seruus cordatus dominabitur filiofamilias dedecoroſo, & inter fratres hæreditatem diuidet. Ariſtoteles in Politicis cauſas dominationis ac ſeruitutis à natura ducit: vt fortiora & potentiora imperent, pareant verò imbecilliora. Id autem pluribus oſtendit: primùm in corpore animalium, deinde in re & domeſtica, & publica: in qua, virtute præſtantiores præeſſe vult, ſubeſſe verò inferiores ac infirmiores. Eſt autem hominis modeſti & ſapientis qui ſemper vult diſcere, alterius imperium iuſtum ac legitimum nō aſpernari, ſed omnem amplecti diſciplinam quæ cum conſilio rationéque coniuncta eſt: alioqui natura ita comparatum eſt, vt animus bene informatus à natura nemini parere velit, niſi aut docenti atque cum aliqua authoritate præcipienti, aut legitimè imperanti.

29 Ne cauſas nectas, quominus agas,&c. μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου, καὶ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ στενοχωρίας σου. Ad verbum, Ne velis videri ſapiens in faciendo opus tuum, neque ſis glorioſus in tempore anguſtiæ [aut, difficultatis] tuæ. σοφίζεσθαι non accipitur hoc loco, pro Iactare ſe ac ſapientiam oſtentare, quemadmodum quidam verterunt, ſed pro Cauſas rationéſque afferre, quibus quiſpiam in ſuo munere ac opere ſuam aut ignauiam, aut verecundiam ambitioſè excuſet, & occultet. Neceſſitas enim operis & difficultas temporis nullam huiuſmodi excuſationem ambitioſam, ſed diligentiam, laborem, induſtriámque flagitat. 30 Pluris eſt enim qui operatur,&c. κρείσσων γὰρ ὁ ἐργαζόμενος καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν, ἢ ὁ δοξαζόμενος καὶ ἀπορῶν ἄρτου. Nam melior [aut, præſtantior] eſt, qui operatur & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & indiget pane. Eadem ſententia extat Prouerb.12.b.9, Oſcurus homo qui ſibi laborat, præſtat glorioſo qui pane indiget. Cōtinet autem egregiam comparationē hominis glorioſi inutilitérque ambitioſi, atque eius qui facilè ac ſine pudore ea in re laborat, in qua non magna dignitas ineſſe videatur. 31 Fili, cum manſuetudine gloriam,&c. τέκνον ἐν πραότητι δόξασον τὴν ψυχήν σου, καὶ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. Fili, in manſuetudine gloriam acquire animæ tuæ, & honorem ei tribuas pro dignitate ipſius. Vult Sapiens nos ornare animum virtutibus, in primiſque pietate ac timore Dei: ea enim maxima & propria eius ſunt ornamenta. ſed id vult fieri cum manſuetudine ac humilitate, vt viuentes in timore Dei, ab omnibus tum carnis, tum ſpiritus inquinamentis abſtineamus: nóſque in ea ſanctitate ac puritate contineamus, vt imagine Dei nihil indignum committamus.

32 Quis iuſtum dicat eum qui peccat in animam ſuam? &c. τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; καὶ τίς δοξάσει τὸν ἀτιμάζοντα τὴν ζωὴν αὐτοῦ; Eum qui peccat in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorabit eum qui dedecorat vitam ſuam? His verbis oſtendit quæ ſit ratio gloriæ animo conciliandæ, vitæque vero honore ornandæ, ſi caſtè, innocenter, atque integrè viuamus. Hæc enim Paulus ornamenta vitæ à fidelibus requirit, Philipp.4.b.8, Quæcunque ſunt vera, quæcunque grauia, quæcunque iuſta, quæcunque caſta, quæcunque amica, quæ ſecundam habent famam, ſi qua virtus, & ſi qua laus, hæc cogitate.

33 ʹPauper propter ſcientiam ſuam gloriam adipiſcitur, & diues propter ſuas diuitias eſt in honore.

34 ʹQui verò pauper honoratus eſt,quanto idem diues eſſet honoratior ? & qui inglorius eſt in diuitiis, quanto in paupertate eſſet magis?

Cap. XI.

1 SApientia extollit caput humilis, & inter proceres illum collocat.

2 ʹNe laudes virum nomine pulchritudinis eius,nec propter formam quenquam vituperes.

3 ʹParua quidem inter volucres apis eſt,& fructus eius dulcedinis primas obtinet.

Superbia,

4 ʹNe glorieris amictu veſtium,nec die honorifico efferaris:ʹquoniam mirabilia ſunt opera Domini, eiúſque actiones hominibus occultæ.

5 ʹMulti tyranni humi reſederũt:& de quo nulla erat opinio,diadema tulit.

6 ʹMulti potentes magnã ſubierunt infamiam, & gloria illuſtres in aliorum poteſtatem venerunt.

7 ʹNe accuſes quenquam priuſquam exploraris: fac priuſquam cognoſcas,& tum demum reprehende.

8 ʹAntequam audieris, nequid reſpondeas: nec inſtitutũ alterius ſermonem vllo verbo interpelles.

9 ʹNe contendas de eo quod tua nullam in partem intereſt,

33 Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuũ: & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiã ſuam.

34 Qui autem gloriatur in paupertate,quanto magis in ſubſtantia? & qui gloriatur in ſubſtantia,paupertatem vereatur.

Cap. XI.

1 SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Geneſ.41.c.40 Dan.6.a.3

2 Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo.

3 Breuis in volatilibus eſt apis,& initium dulcoris habet fructus illius.

4 |In veſtitu ne glorieris vnquã, nec in die honoris tui extollaris: quoniã mirabilia opera Altiſſimi ſolius, & glorioſa,& abſconſa, & inuiſa opera illius. Act.12.d.21

5 Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portauit diadema.

6 |Multi potentes oppreſſi ſunt valdè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. 1.Reg.15.f.28 heſter 6.c.10,& 7.d.10

7 |Priuſquam interroges, ne vituperes quenquam : & quum interrogaueris,corripe iuſtè. Deut.12.c.14,& 17.b.6 ioſue 7.c.22,&17.c.11.

8 |Priuſquam audias,ne reſpondeas verbum: & in medio ſermonũ ne adiicias loqui. Prouer.18.c.13

9 De ea re quæ te non moleſtat, ne

33 Pauper propter ſcientiam ſuam,&c. πτωχὸς δοξάζεται διὰ τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ, καὶ πλούσιος δοξάζεται διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. Pauper honoratur propter ſcientiam ſuam,& diues honoratur propter diuitias ſuas. 34 Qui verò pauper honoratus eſt, &c. ὁ δὲ δοξαζόμενος ἐν πτωχίᾳ, καὶ ἐν πλούτῳ ποσαχῶς; καὶ ὁ ἄδοξος ἐν πλούτῳ, καὶ ἐν πτωχίᾳ ποσαχῶς; Qui honoratus eſt in paupertate,& in diuitiis quãto magis? & qui inglorius eſt in diuitiis,& in paupertate quanto magis? Hæc ſententia pulcherrimam habet comparationem paupertatis & diuitiarum:in qua primùm ſignificat maximum paupertatis ornamentum ac ſolatium ſcientiam & virtutem eſſe : deinde quum diuites in hac vita ſuam quandam gloriam habeant, eam maiore gloria augeri ac cumulari, ſi diuitiæ atque opes cum ſcientia ac virtute coniungantur , atque ad illum rerum externarum ſplendorem ingenii animique ornamenta accedant. Plato in vitioſa ac miſera vita comparat improbum pauperem cũ improbo diuite:quorum alterum propter inſtrumẽta nequitiæ atque iniuſtitiæ miſeriorem altero eſſe dicit. pauper enim ſolam habet nocendi voluntatem:diues verò etiam facultatem.Hoc loco Sapiens inertem diuitem cum induſtrio paupere confert.

IN CAPVT XI.

1 Ne laudes virum nomine pulchritudinis eius,&c. μὴ αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ, καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. Ne laudes virum in pulchritudine eius,nec abomineris [aut, abhorreas] hominem in aſpectu eius. Significat Sapiens neminem propter commoda incommodáve corporis dignum eſſe laude aut vituperatione:niſi eis abutatur, atque ad ea alia vitia animi adiungat. pulchritudo enim per ſe laudabilis non eſt,nec deformitas vituperabilis.Moderatio virtutis,atque animi intemperantia facit vt laudari aut vituperari poſſint: ſicut Solomon,Prouerb.11.c.22,Mulierem formoſam & impudicam dicit ſimilem porcæ eſſe,in cuius collo torquis aureus eſt illigatus. itaque vera laus in his ſita non eſt,ſed in eorum recto atque moderato vſu. 3 Parua quidem inter volucres apis eſt,&c. μικρὰ ἐν πετεινοῖς μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. Parua in volatilibus apis,& principatus dulcedinum fructus eius. Hoc exemplo apis exigui animalis volucris oſtendit neminem propter ſpeciem ac formam laudandum aut vituperandum eſſe.Pulchritudo virilis, (nam alia eſt venuſtas muliebris)maximè conſiſtit in ſtatura quæ moderata magnitudine membrorúmque proportione congruat. Sed in paruis corporibus plerunque vigent incluſæ magnæ excellentéſque virtutes:contrà verò illud poetæ verum eſt, Nulla in tã magno corpore mica ſalis. Atque (vt dicit Cicero) Valentiſſimo quiſque corpore longiſſimè abeſt à ſapiẽtia. Denique Sapiens nõ vult homines dignitate corporũ æſtimari.

4 Ne glorieris amictu veſtium, &c. ἐν περιβολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου. In amictu veſtium ne glorieris, & in die gloriæ ne extollaris. Dehortatur Sapiens à κενοδοξίᾳ inani gloria , quam homines ſtulti in ornamentis corporis atque honoribus externis ſitam habent. Eſt enim huiuſmodi gloria rerum externarum,vt pulchritudinis,cultus,ac elegantiæ corporis,honoriſque ad tempus aliquod tributi,fluxa & caduca. Quoniam mirabilia ſunt opera Dom.&c. ὅτι θαυμαστὰ τὰ ἔργα κυρίου, καὶ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀνθρώποις. quoniã mirabilia opera Domini ſunt,atque occulta opera eius hominib⁹. Hæc eſt ratio & cauſa cur inanis gloria fugienda:propterea quòd Deus mirabiliter ſolet ſtatum vitæ commutare,atque omnem vanam gloriam magnificẽtiámque obſcurare ac delere. Hoc autem clarius oſtendit exemplis infinitè poſitis. 5 Multi tyranni humi reſederunt,&c. πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπ᾽ ἐδάφους, ὁ δὲ ἀνυπονόητος ἐφόρεσε διάδημα. Multi tyranni ſederunt ſuper pauimentum,atque inopinatus [aut,inexpectatus] tulit diadema. Hæc eſt rerum humanarum commutatio admirationis plena,quæ manu Domini fit: quæ homines debet in ſumma modeſtia ac timore continere,ne inani gloria rerum externarum inſoleſcant. 6 Multi potentes magnam,&c. πολλοὶ δυνάσται ἠτιμάσθησαν σφόδρα, καὶ ἔνδοξοι παρεδόθησαν εἰς χεῖρας ἑτέρων. Multi potentes ignominia fuerunt affecti vehementer:& gloria præditi,ſunt traditi in manus aliorum.

7 Ne accuſes quenquam priuſquam exploraris, &c. πρὶν ἢ ἐξετάσῃς, μὴ μέμφου· νόησον πρῶτον, καὶ τότε ἐπιτίμα. Antequam exquiſieris, ne accuſes:intellige primùm,& tum reprehende. Plerique ſunt φιλαίτιοι καὶ μεμψίμοιροι id eſt queruli ac criminoſi. hoc eſt ad inferenda crimina propenſi. hoc autem plerunque accidit,quia ſumus nimium creduli aut ſuſpicioſi. Itaque quod præcepit Paulus Timotheo in ſenioribus accuſandis , ne cum præcipitatione iudicii, atque animi propenſione accuſationem ſuſcipiat,1.Timo.5.c.19, id hoc loco obſeruandum Sapiens monet, ne temerè noſtra ſuſpicione credulitatéque impulſi crimina nobis incognita aliis inferamus. certa enim criminis cognitio accuſationem debet præcedere. 8 Antequam audieris,ne quid reſpondeas, &c. πρὶν ἢ ἀκοῦσαι, μὴ ἀποκρίνου· καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα. Priuſquam audiueris,ne reſpondeas:& in medio ſermonum ne interiicias verbũ. Anteà monuit,maius ac promptius ſtudium audiendi debere eſſe,quàm loquendi.Hæc animi moderatio temperantiáque linguæ ſingularis virtus eſt.

9 Ne contendas de eo quod tua nullam,&c. περὶ πράγματος οὗ οὐκ ἔστι σοι, μὴ ἔριζε, καὶ ἐν κρίσει ἁμαρτωλῶν μὴ συνέδρευε. De re quæ ad te non pertinet,ne contendas, nec in iudicio peccatorum conſideas. Sunt quidam ἀλλοτριοεπίσκοποι, (vt verbo Petri vtar,1.Pet.4.d.15.) qui rebus alienis ſe immiſcent,de hiſque ſumma vi contendũt non humanitate aliqua (vt Chremes ille Terentianus) ſed potius curioſitate.Hoc in genere Paulus,1.Theſſal.4.c.11, præcipit τὰ ἴδια πράσσειν, & quidam authores Græci ἰδιοπραγμονεῖν, noſtras res agere, alienis non ita curioſè implicari.

certeris,& in iudicio peccantium ne conſiſtas.

nec in iudicio ſceleratorum conſideas.

B

Matt.19.c.22 1.tim.6.b.9 Fili,ne in multis ſint actus tui:‖& ſi diues fueris, non eris immunis à delicto:ſi enim ſecutus fueris,nō apprehēdes:&nō effugies,ſi præcucurreris.

10 ″Fili,ne multis negotiis impliceris: ſi enim abundaris, non eris innocens:aut ſiquid perſecutus fueris,non aſſequeris:nec ſi aufugeris,effugies.

Prouer.10.c.13 ‖Eſt homo laborās, & feſtinans,& dolens impius: & tanto magis non abundabit.

11 ″Eſt qui laboret,moliatur,ſatagat:qui tamē egeat multo magis.

Iob 42.c.10 ‖Eſt homo marcidus egens recuperatione,plus deficiens virtute,& abūdans paupertate.

12 Eſt rurſum qui tardus,atque opis indigus,viribúſq; deſtitutus, & abundè pauper,

Et ocul⁹ Dei reſpexit illū in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius,& exaltauit caput eius:&mirati ſunt in illo multi,& honorauerunt Deum.

13 Quem Dominus benigno reſpiciat oculo, eúmque ex humili conditione erigat.

Caput eius attollit è calamitate, ita vt multi ſpectantes admirentur.

Iob 1.c.12, ezech.28.a.4 ‖Bona & mala, vita & mors,paupertas & honeſtas à Deo ſunt.

14 ″Bona & mala,vita &mors,paupertas &diuitiæ à Domino proficiſcuntur.

Sapientia,& diſciplina, & ſcientia Legis apud Deū: dilectio & vitæ bonorum apud ipſum.

15 ″A Domino manat item ſapientia, atque ſcientia,Legíſque intelligētia:tum charitas, & bonorum inſtitutio operum ab eodem oriuntur.

Error & tenebræ peccatoribus cōcreta ſunt: qui autem exultant in malis,conſeneſcunt in malo.

16 ″Hominibus improbis cognata ſunt error & tenebræ:& qui ſuis lætantur vitiis,in malitia conſeneſcunt.

Datio Dei permanet iuſtis,& profectus illius ſucceſſus habebit in æternum.

17 ″Donū Domini apud pios permanet, & fauor ipſius perpetuis procedit ſucceſſibus.

C

Eſt qui locupletatur parcè agendo, & hæc eſt pars mercedis illius:

18 ″Eſt qui diteſcat attentione ac tenacitate ſua,atque hanc ſolam mercedis ſuæ partem conſequatur:

Luc.12.c.19 In eo quod dicit,‖Inueni requiē mihi, & nunc māducabo de bonis meis ſolus.

19 ″Quum dicit, Nactus ſum requiem, nunc bonis meis fruar aſſiduè.

Et neſcit quod tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis,& morietur.

20 Ignorat planè quod eum tempus ſit ſequuturum, quòd morietur, bona alienis ſua relicturus.

Math.10.c.22 ‖Sta in Teſtamento tuo, & in illo colloquere: & in opere mādatorum tuorum veteraſce.

21 ″Fac in tuo ſtes ordine,in eóque aſſiduè verſeris:atque in tuo officio muneréque conſeneſcas.

10 Fili,ne multis negot.&c. τέκνον, μὴ περὶ πολλὰ ἔστωσαν αἱ πράξεις σου· ἐὰν γὰρ πληθύνῃς, οὐκ ἀθωωθήσῃ, καὶ ἐὰν διώκῃς, οὐ μὴ καταλάβῃς, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγῃς διαδράς. Fili,ne circa multa ſint actiones tuæ:nā ſi fueris refertus,non eris innocens:nec quū perſequeris,apprehēdes: nec effugies aufugiens. Monet vt fugiamus πολυπραγμοσύνην vitioſum animi ſtudium cum multarum rerum cura coniunctum. Nam quum homo ea negotiorum multitudine varietatéque eſt occupatus ac diſtractus, neceſſe eſt vt aut id quod vult non conſequatur, aut etiam magnitudine rerum obruatur. 11 Eſt qui laboret,moliatur,&c. ἔστι κοπιῶν, καὶ πονῶν, καὶ σπεύδων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὑστερεῖται. Eſt laborans,operans,feſtinans,& tanto magis eget. Sine benedictione Dei omnia hominum ſtudia operáque ſunt inania. Pſal.127.a.1,Si Dominus non ædificet domum, fruſtra laborant qui ædificant eam. Fruſtra vobis eſt maturantibus ſurgere, tardantibus ſedere, edentibus panem dolorum: quum Dominus dat ſomnum dilectis ſuis. Benedictio Domini (vt inquit Solomon Prouer.10.c.22) diuites facit. Hoc autem Sapiens melius declarat antitheſi,id eſt contentione hominis pauperis omni induſtria atque ope deſtituti & imparati,qui Dei benignitate ſubleuatur.

14 Bona mala,vita & mors,&c. ἀγαθὰ καὶ κακά, ζωὴ καὶ θάνατος, πτωχεία καὶ πλοῦτος παρὰ κυρίου. Bona & mala,vita & mors,paupertas & diuitiæ à Domino. Hæc ſententia nos monet vt conſideremus quanta ſit imbecillitas hominum,etiam in rebus corporalibus,in quibus nihil ſine prouidentia Dei euenit. Quid in rebus ſpiritualibus? quanta temeritas eſt hominis aliquid viribus ſuis tribuentis? ſed Deum rerum ſpiritualium ac cæleſtium authorem eſſe declarat ſententia quæ ſtatim ſequitur. 15 A Domino manat item ſapientia,&c. σοφία, καὶ ἐπιστήμη, καὶ γνῶσις νόμου παρὰ κυρίου· ἀγάπησις, καὶ ὁδοὶ καλῶν ἔργων παρ' αὐτοῦ εἰσί. Sapiētia,& ſciētia,ac cognitio Legis à Domino:charitas & viæ bonorum operum ab eo ſunt. 16 Hominibus improbis cogn.ſunt,&c. πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται, τοῖς δὲ γαυριῶσιν ἐπὶ κακὰ συγγηρᾷ κακία. Error ac tenebræ vnà cum peccatoribus creata ſunt, atque in his qui exultant propter mala, conſeneſcit malitia. Hoc eſt quod dicit Dauid Pſalmo 58.a.4,de inimicis ſuis, Abalienati ſunt impii à vulua, errauerunt ab vtero loquentes mendacium. Eſt autem maxima vis verborum in hac ſententia:quemadmodum error & ignorātia Dei connaſcitur cum impiis, ita malitia & prauitas cum iiſdem inueteraſcit ac conſeneſcit,in qua ita ſibi placent,vt ſe beatos eſſe arbitrentur.

17 Donum Domini apud pios,&c. δόσις κυρίου παραμένει εὐσεβέσι, καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ εὐοδοῖ εἰς τὸν αἰῶνα. Donum[ſiue,beneficentia]Domini permanet piis,ac beneplacitum[aut, bona voluntas] eius proſperè procedit in ſeculum. Paulus Rom.11.d.29, Dona & vocatio Dei ſunt ἀμεταμέλητα ſine pœnitentia. Hac ſententia perpetuus ac fœlix piorum ſucceſſus cum miſerrimo impiorum ortu & progreſſu exituque comparatur. 18 Eſt qui diteſcat attentione,&c. ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ, καὶ αὕτη ἡ μερὶς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Eſt diteſcens ab attentione atque tenacitate ſua, & hæc eius pars ex mercede ipſius. id eſt, nullum fructum intelligit diuitiarum aut percipit, niſi aut ſolam curam ac ſolicitudinem in acquirendo & cumulando, aut inanem vanámque cogitationem atque ſpem in perfruēdo. σφιγγία dicitur ab σφίγγω quod ſignificat ſtringo. Ariſtoteles huiuſmodi auaros homines ad rem attentos nominat φειδωλούς, γλίσχρους, κίμβικας, parcos,tenaces,aridos:quorum alii manum habent ad accipiendum quidem apertam, ad largiendum verò clauſam, aut contracta:alii parcitate ſuum defraudant genium. 19 Quum dicit,Nactus ſum requiem,&c. ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτόν, εὗρον ἀνάπαυσιν, καὶ νῦν φάγομαι ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν μου ἀδιαλείπτως· καὶ οὐκ οἶδε τίς καιρὸς παρελεύσεται αὐτόν, καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις. Quum ipſe dicit, Inueni requiem, & nunc comedam de bonis meis ſine intermiſſione: & non nouit quod tempus præteribit ipſum, & quòd morietur, & quòd ea relinquet aliis. Hæc vana cogitatio ſpéſque hominis diuitis theſaurum ſibi cumulantis atque in eo conquieſcentis,depicta nobis eſt in Euangelio,Luc.12.c.19.20.

21 Fac in tuo ſtes ordine, in eóque, &c. στῆθι ἐν διαθήκῃ σου, καὶ ὁμίλει ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ σου παλαιώθητι. Sta in inſtituta vitæ tuæ conditione,[aut,ratione]in eáque verſare,atque in opere tuo inueteraſce. διαθήκη non accipitur hoc loco pro teſtamento, ſed pro inſtituto vitæ, certóque genere ac ſtatu,in quo vult vnumquenque manere. Paulus vocationem nominat cui vnuſquiſque ſeruire debet. Hæc enim eſt εὐταξία,ordo aut ratio vitæ inſtituta, quam ſinguli debent tueri ac colere. Vitium huic modeſtiæ contrarium ἀταξία ordinis quædam diſſolutio,ac vitæ perturbatio ac confuſio appellatur:& ἀτακτοῦντες deſertores inſtitutæ profeſſionis,qui munus officiumque ſuæ vitæ deſerunt.

22 "Ne mireris opera hominis ſcelerati: confide Domino, atque in labore tuo perſeuera.

23 "Nam perfacile eſt in oculis Domini citò ac ſubitò locupletare pauperem.

24 "Benedictio Domini merces pio propoſita eſt, quæ facit breui tempore vt fœlicitas illius effloreſcat.

25 "Ne dicas, Quis meus eſt vſus iucundus, & quænam bona mihi poſthac obuenient?

26 "Ne rurſum dicas, Satis habeo, multáque poſſideo: quid igitur mali in vita mihi poſthac accidet?

27 'In ſtatu bono memor ſis malorum: in malo verò, bonorum ne obliuiſcaris:

28 "Quoniam Domino facile eſt homini in tempore obitus digna factis rependere.

29 "Afflictio horæ, deliciarum obliuionem affert, & acta hominis declarat ipſius exitus.

30 "Ante mortem beatum neminem dixeris: nam in liberis ſuis vir cognoſcetur.

31 "Ne quemuis hominem in ædes tuas introducas: multæ enim doloſorum ſunt inſidiæ.

22 Ne manſeris in operibus peccatorum: confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

23 Facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.

24 Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat.

25 Ne dicas, Quid eſt mihi opꝰ, & quæ erunt mihi ex hoc bona?

26 Ne dicas, Sufficiẽs mihi ſũ: & quid ex hoc peſſimabor?

27 ‖In die bonorum ne immemor ſis malorum: & in die malorum, ne immemor ſis bonorum: Infrà 18.d.25

28 Quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecũdum vias ſuas.

29 Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. D

30 Ante mortẽ ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir.

31 Nõ omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

22 Ne mireris opera hominis ſcel.&c. μὴ θαύμαζε ἐν ἔργοις ἁμαρτωλοῦ, πίστευε δὲ τῷ κυρίῳ, καὶ ἔμμενε τῷ πόνῳ σου. Ne mireris in operibus peccatoris: crede Domino, ac permane in tuo labore. Hic cauſa demonſtratur, cur homines à propria vocatione ac vitæ ratione deſciſcunt, admiratione prauáque æmulatione impiorum permoti, quum gloria fœlicitáſque improborum, illorũ oculos præſtringit. Contra hanc tentationẽ Pſalmus 37. concionatur, Spera in Domino, & fac bonum: habita terram, & paſce veritatem. 23 Nam perfacile eſt in oculis Do.&c. ὅτι κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου διὰ τάχους ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα. Quoniam leue eſt in oculis Domini cum celeritate repente ditare pauperem. Altera eſt cauſa cur homines ſuæ conditionis ac vocationis tædeat, tenuitas atque paupertas: itaque ſuam cõditionem & fortunam cum meliore ac ſplendidiore commutare cupiunt. Hic Deus vocationis author, & moderator, & fautor, adiutórque conſiderandus eſt & inuocandus.

24 Benedictio Domini merces, &c. εὐλογία κυρίου ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, καὶ ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναθάλλει εὐλογίαν αὐτοῦ. Benedictio Domini in mercede pii, [hoc eſt, pro mercede, aut loco mercedis pio eſt] & in hora celeri germinat benedictionẽ eius. Benignitas Domini pio homini loco ampliſſimæ mercedis habẽda eſt. 25 Ne dicas, Quis meus eſt, &c. μὴ εἴπῃς, τίς ἐστί μου χρεία ἀρεσκείας, καὶ τίνα ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται μοι τὰ ἀγαθά; Ne dicas, Quis eſt meus vſus complacentiæ? & quæ mihi ab hoc tempore bona erunt? Hæc ſunt verba hominis de ſua fortuna conquerentis, ac meliorem planè deſperantis: quo in genere ac tẽpore oportet ſpem ſummã etiã contra ſpem retinere, ac Deo potẽtiſſimo omnẽ ſucceſſum euentúmque vocationis noſtræ cõmittere. 26 Ne rurſum dicas, Satis, &c. μὴ εἴπῃς αὐτάρκη μοί ἐστι, καὶ πολλά μοι ἃ ἔχω· καὶ τί ἀπὸ τοῦ νῦν κακωθήσομαι ἐν ζωῇ; Ne dicas, Sufficientia mihi eſt, ac multa mihi, quæ habeo: & quid poſthac mali patiar in vita? Contraria ſuperiori eſt oratio, atque affectio hominis in ſuis diuitiis acquieſcentis confidentiſque. ita homines in alteram partem peccare ſolent, vt aut in aduerſis rebus diffidant, deſperéntque: aut in proſperis nimium confidant, ac ſperent. Itaque ſi moderationem atque æquitatem animi in vtroque tempore rerúmque ſtatu tenere volumus, ad Deum reſpiciamus neceſſe eſt, atque animum noſtrum à creaturis ad ipſum Creatorẽ traducamus, à quo mirabilis rerum commutatio, ac viciſſitudo fieri ſolet. Eius autem oculi ſunt ſuper timentes eum, atque ſperantes in miſericordia eius: quorum alterum proſperis tranquilliſque temporibus, alterum verò afflictis ac perturbatis maximè faciendum eſt.

27 In ſtatu bono memor, &c. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν ἀμνησία κακῶν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν οὐ μνησθήσεται ἀγαθῶν. In die bonorum obliuio malorum, & in die malorum nulla erit memoria bonorum. Ita lego in omnibus exemplaribus. Quidam putãt locum eſſe deprauatum, atque in primo membro deeſſe verbum μὴ ἔστω ne ſit, in altero verò οὐκ ἀμνησθῇ· vt oratio ſit ἀπαγορευτική, quæ prohibeat in rebus bonis obliuiſci malarum, atque in malis immemores eſſe bonarum: ſed poteſt eſſe ἀποφαντική, quæ pronuntiet ac ſignificet nõ quid debeat, ſed potius fieri ſoleat: atque ita aptè ſequitur quod antè dixerat ac prohibuerat, aut deſperare homines in aduerſis rebus, aut in ſecundis nimium confidere. Nam ita homines in ſuis temporibus ſolent eſſe affecti, vt omnem deponant recordationem, ac cogitationem tum bonorum in aduerſis, tum malorum in proſperis. Sed in rebus malis afflictiſque animi ſunt erigendi, ac ſuſtentandi ſpe cogitationéque meliorum: & in bonis ac ſecundis ſunt comprimendi, atque ab omni ſecuritate inſolentiáque ad timorem Dei rerúmque commutationem reuocandi. Pſalmus 30.b.7.8, de hac animi moderatione cõcionatur, Et ego dixi in fœlicitate mea, Non vacillabo in ſeculũ: Domine beneplacito tuo ſtare feciſti in monte meo fortitudinem: abſcondiſti faciem tuam, & fui territus, &c. 28 Quoniam Domino facile eſt, &c. ὅτι κοῦφον ἔναντι κυρίου ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Quoniam leue eſt coram Domino reddere homini iuxta opera ſua. id eſt, conſiderandus atque expectandus ſemper eſt exitus aut bonus, aut malus, quem Dominus dabit pro ſpe ac fiducia quam quiſque aut in eo, aut in bonis ſuis habebit. Neque enim debemus rebus præſentibus inhærere, ſed manum Domini reſpicere omnia moderantis & commutantis.

'Legitur & ἐς συντέλειαν & conſũmationem.

'Legitur & τοῦ διαβόλου diaboli.

29 Afflictio horæ deliciarum obliuionẽ affert, &c. κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς, 'καὶ ἐν συντελείᾳ ἀνθρώπου ἀποκάλυψις ἔργων αὐτοῦ. Vexatio horæ, [id eſt breuis malorum perpeſſio] inducit obliuionem deliciarum, & in conſummatione hominis reuelatio operum eius. Hæ ſententiæ monent vt verecundè ac cum timore coram Deo ambulemus: tum quidem maximè, quum res fluunt ex ſententia: in quibus homines ita inſoleſcunt, vt & ſui, & Dei obliuiſcantur. 30 Ante mortẽ beatum neminem, &c. πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ. Ante mortem ne dicas beatum aliquem, & in filiis vir cognoſcetur. Hoc præceptum Ariſtoteles pluribus explicat libro primo de moribus, πότερον οὐδὲ ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον ἕως ἂν ζῇ. Num quis igitur quoad viuat, iudicandus ſit beatus: ſed Solonis ſententia expectandum extremum tempus ætatis, vt tum denique iudicetur beatus, quum extremum vitæ tempus morte confecerit. Significat autem Ariſtoteles multos ac graues caſus accidere vel parentibus, vel liberis ac poſteris, ex quibus nemo planè beatus exiſtimari poſſit. Has autem ſummas rerum commutationes, atque acerbiſſimas calamitates impiorum, ſæpe proponit in Pſalmis Spiritus ſanctus. Pſal. 37.g.35, Vidi impium fortem ac vireſcentem ſicut laurus viridis: Et tranſiui, & ecce non fuit: quæſiui eum, & non eſt inuentus. Contrà, non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Et Pſalmo 25.c.12, Quis eſt vir timens Dominum? docebit eum viam quam eligat. Anima eius in bono commorabitur, & ſemẽ eius hæreditate accipiet terram. Poetæ quum miſerrimum vitæ exitum ſignificare volunt, Priamum eiuſque liberos proponunt, quorum calamitoſiſſima mors, aut extrema vitæ conditio prioris vitæ florentis fragilitatem ac vanitatem declarauit. 31 Ne quemuis hominem in ædes tuas, &c. μὴ πάντα ἄνθρωπον εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, πολλὰ γὰρ τὰ ἔνεδρα 'τοῦ δολίου. Ne quemlibet introducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ fraudulenti. Pythagoras quum vellet ſignificare ingratum hoſpitem in domum non eſſe recipiendum, hac allegoria vtebatur, Hirundinem ſub tecto tuo ne habeas. propterea quòd illa auis poſteaquam domum conſpurcauit, euolare ſolet: ita multi pro hoſpitio officióque præſtito, malam gratiam alicuius aut iniuriæ, aut ignominiæ referre ſolent. Ab hoc Pythagoræ ſymbolo hæc Sapientis ſententia non ita multum diſcrepat.

Sicut enim eructāt præcordia fœtētiũ, & ſicut perdix inducitur in caueã, & vt caprea in laqueũ, ſic & cor ſuperborum: & ſicut proſpectator videns caſum proximi ſui.

Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam.

A ſcintilla enim vna augeſcit ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo verò peccator ſãguini inſidiatur.

Attende tibi à peſtifero (fabricat enim mala) ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum.

Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.

Cap. XII.

Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnã: & ſi non ab ipſo, certè à Domino.

Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas nõ danti: quoniã & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſert⁹ eſt pœnitētib⁹.

Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorẽ: & impiis & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in diẽ vindictæ.

Da bono, & non receperis peccatorem.

B Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne in ipſis potentior te ſit.

32 ″Vt perdix capta in cauea proſpectat, ſic cor hominis ſuperbi: atque vt ſpeculator aſcendens, caſum obſeruat tuum.

33 ″Nam bona inuertens in mala, inſidiatur: & quæ ſunt laudabilia, crimino ſè vituperat.

34 ″A ſcintilla parua exardeſcit focus: ita homo ſceleratus inſidiatur vſque ad ſanguinem.

35 ″Ab homine caue malefico, (molitur enim quæ ſunt praua) ne notam tibi perpetuam inurat.

36 ″Alienum in domum tuã recipe, & cum perturbatione te ſubuertet: atque à te, quæ ſunt tua, abalienabit.

Cap. XII.

1 Q″Vũ tu vis de aliquo bene mereri, cognoſce cui benignè facias: & beneficiorum tuorum extabit gratia.

2 ″Benignè fac pio, & referetur tibi gratia: ſi minus ab eo, certè ab Altiſſimo.

3 ″Perſeueranti in malis nihil boni erit, nec ei qui beneficentiam non exercet.

4 ″Erga pium liberalis ac benignus eſto, impium verò tua ope ne comprehendas.

5 ″Apud bonos viros tua pone beneficia, atque in improbos nihil opis contuleris.

6 ″Benefac afflicto, neque impio quicquam largiaris: ″prohibe eũ cibis tuis, neque ei dederis, ne his adiutus te opprimat.

32 Vt perdix capta in cauea, &c. πέρδιξ θηρευθεὶς ἐν καρτάλλῳ, οὕτω καρδία ὑπερηφάνου· καὶ ὡς κατάσκοπος ἐπιβαὶς ἐπὶ πτῶσιν. Perdix capta in cauea, ita cor ſuperbi: & vt ſpeculator aſcendens in caſum. Eſt εἰκὼν in hac ſententia, id eſt imago aptáque ſimilitudo, qua animũ, ingenium, ſtudiumque maleuolum hominis ſuperbi elegantiſſimè exprimit. Appetentiſſimus enim gloriæ, non ferens alterius ſplendorem, quantũ poteſt, aliorum calamitate ac ruina vult creſcere: itaque omnes quærit vias ac rationes, quibus alter in grauem aliquem caſum aliqua aut calamitate aut infamia inſignem delabatur. 33 Nam bona inuertens, &c. τὰ γὰρ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μεταστρέφων ἐνεδρεύει, καὶ ἐν τοῖς ″αἱρετοῖς ἐπιθήσει μῶμον. Nam bona peruertens [aut, conuertens] in mala, [id eſt malè interpretando deprauans] inſidiatur, ac in electis reprehenſionem [aut, vituperationem] imponet. Hæc ratio oſtẽdit iniquum animum prauúmque ingenium ſuperbi, qui nihil in bonam partẽ accipit. 34 A ſcintilla parua exardeſcit, &c. ἀπὸ σπινθῆρος μικρᾶς πληθύνεται ἀνθρακιά, καὶ ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει. A ſcintilla parua augetur pruna, & homo peccator ad ſanguinem inſidiatur. Eſt etiam hic aptiſſima imago ac ſimilitudo, in qua magnitudo acerbitáſque odii ab improbis hominibus ſuſcepti demonſtratur. Paruis enim rebus offenſi ita exacerbari ſolent, vt eorum à quibus ſe læſos arbitrantur, ſanguinem expetant. 35 Ab homine caue malefico, &c. πρόσεχε ἀπὸ κακούργου, πονηρὰ γὰρ τεκταίνεται, μήποτε δῷ σοι μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα. Attende ab homine malefico [aut, malitioſo] (praua enim fabricat) ne det tibi maculam in ſeculum. Sunt aliqui ita natura ac vitæ conſuetudine praui atque improbi, vt nihil aliud ſtudeant, cogitent, moliantur, quàm alteri aut perniciem ac peſtem aliquã inferre, aut maculam labémque turpitudinis aſpergere. 36 Alienum in domum tuam recipe, &c. ἐνοίκισον ἀλλότριον, καὶ διαστρέψει σε ἐν ταραχῇ, καὶ ἀπαλλοτριώσει σε ἐκ τῶν ἰδίων σου. Tecto recipe peregrinum, & peruertet te in perturbatione, atque abalienabit te à propriis tuis. id eſt eiiciet atque expellet è tuis bonis. Hoc autem maximè declaratum eſt in Iugurtha, qui à Maſiniſſa Numidiæ Rege in regiam domũ acceptus, ſummiſque honoribus ornatus, eius liberos poſt mortem illius regno expulit, atque occidit. Eſt autem maxima vis in hac verborum coniunctione, Alienum recipias, & abalienabit à te propria bona tua. eſt indignum expelli exturbaríque domo ac poſſeſſionibus ab eo quem in domum tuam receperis: itaque videndum eſt quibus nos ac noſtra committamus.

″Legitur, &c. αἱρετικοῖς.

IN CAPVT XII.

1 Quum tu vis de aliquo ben. &c. ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς· καὶ ἔσται χάρις τοῖς ἀγαθοῖς σου. Si benefacis, cognoſce cui facias: & erit gratia bonis tuis. id eſt, inibis gratiam beneficiorum, aut meritorum tuorum. Hac ſententia monemur vt in beneficentia delectum aliquem dignitatis habeamus, neque temerè in omnes beneficia noſtra profundamus: ſed cum iudicio in eos conferamus, qui noſtris adiuti beneficiis, nec nobis, nec cæteris nocere poſſint. Alioqui vera erit illa Ennii ſententia, Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Neque enim ſunt beneficia quæ in homines ſceleratos conferuntur, quibus illi ad perniciem noſtram aut aliorum abuti poſſunt.

2 Benignè fac pio, & refe. &c. εὖ ποίησον εὐσεβεῖ, καὶ εὑρήσεις ἀνταπόδομα· καὶ εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ ὑψίστου. Benignè fac pio, & inuenies retributionem: & ſi non ab ipſo, at ab Altiſſimo. Beneficentia noſtra cùm in omnes debet patere ſine cuiuſquam iniuria & incommodo, tum præcipuè in pios, atque (vt dicit Paulus, Galat. 6. c. 10) in domeſticos fidei. Matth. 10. d. 42, Qui ſuſcipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet: & qui vni ex his minimis dederit poculum aquæ frigidæ nomine diſcipuli, non perdet mercedem ſuam. 3 Perſeueranti in malis nihil, &c. οὐκ ἔσται ἀγαθὰ τῷ ἐνδελεχίζοντι εἰς κακά, καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ. Nõ erũt bona ei qui eſt aſſuetus ad mala, neque ei qui eleemoſynam non largitur. Sapiens vult ſignificare id quod ſuprà ex Ennio adduxi, apud improbos, illiberales, auaros, atque immiſericordes beneficia malè locari, neque huiuſmodi hominibus aliquid vnquam profutura. Sed hic iudiciũ eſt adhibendum, & genus beneficii conſiderandum, & cauſa. Nunquam enim improborum nequitia noſtris opibus alenda eſt & confirmanda: ſed quædam aliquando eis à nobis tribui poſſunt, vt eos humanitate noſtra flectamus, atque ad meliorem mentem traducamus. Nam Dominus vult nos de inimicis etiã bene mereri: ſed cauſa & ratio noſtræ benignitatis conſideranda eſt. 4 Erga pium liberalis ac benig. &c. δὸς τῷ εὐσεβεῖ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ ἁμαρτωλοῦ. Largire pio, & ne opituleris improbo. De piis ac probis hominibus, non de impiis improbiſque bene merendum.

5 Apud bonos viros tua pone, &c. δὸς τῷ ἀγαθῷ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ ἁμαρτωλοῦ. Largire bono, & ne adiuues peccatorem. Hoc dixi quemadmodũ ſit intelligendum: ſi maiores huiuſmodi beneficiorum ſunt iniuriæ quæ in alios redundent, vt in remp. in Eccleſiã, aut in alios priuatim: ſunt repudianda rogantibus, nec deferenda. 6 Benefac afflicto, &c. εὖ ποίησον ταπεινῷ, καὶ μὴ δῷς ἀσεβεῖ. Benignè fac afflicto, atque impio nihil dederis. Hoc loco duplex alterius dignitas oſtenditur, quòd eſt pius, & afflictus: in quo cauſa afflictionis eius magnam commẽdationem habere debet, ſicut Chriſtus dicit, Matth. 10. d. 42, Si vni ex his minimis dederit in nomine diſcipuli, id eſt Chriſtiani. Prohibe eum cibis tuis, &c. ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους σου, καὶ μὴ δῷς αὐτῷ, ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σε δυναστεύσῃ· διπλάσια γὰρ κακὰ εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς οἷς ἂν ποιήσῃς αὐτῷ. Prohibe panes tuos, neque ei dederis ne in illis te opprimat: duplicia enim mala inuenies in omnibus bonis quæ illi feceris. Notat hoc loco vnam cauſam beneficentiæ in impios intercludendæ ac impediendæ: ne iniqua gratia & iniuria nobis pro beneficio referatur. Omnino (vt antè dictum eſt) benignitas noſtra nemini ita prodeſſe debet, vt plus nobis, aut aliis obſit: aut beneficentiæ nomen retinere non poterit.

Alioqui duplicia recipies maleficia pro beneficiis omnib⁹ quæ in illum cōtuleris: ″nam & Altiſſimus improbos odit, pœnáſque ab his meritas repetet: eos autem in diem acerrimæ vindictæ reſeruat.

″Amicus rebus ſecūdis cognoſci nō poteſt, neque aduerſis inimicus latere.

″Rebus hominis ſecundis dolēt inimici eius, aduerſis verò amicus etiam diſcedet.

″Ne fidas vnquam inimico tuo: nam quale eſt æs ærugine obſitum, talis illius malitia eſt.

″Quòd etiamſi humilis incuruúſque inceſſerit, aduerte tamen animum tuum, atque ab eo caue.

″Et eris in eo quaſi qui ſpeculum abſterſerit, cognoſcéſq; in eo æruginem non penitus abſterſam eſſe.

″Ne aſciſcas eum tibi propius, ne poſtquā te ſubuerterit, in locum ipſe tuum ſubeat.

″Ad dexteram eum tuā ne colloces, ne quærat occupare ſedem tuā, tandémque dicta mea ſentias, ac de verbis meis diſcrucieris.

″Quis incantatoris à ſerpente icti miſereatur, aut eorum qui ad beſtias acceſſerint? itidem eius qui viro improbo ſe adiūxit, eiúſque peccatis admiſcuit.

″Horæ ſpatio iuſta in ſtatione tecum permanebit, nec ſi res declinent tuæ, perdurabit.

7 Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcūque feceris illi: quoniā & Altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

8 Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcōdetur in malis inimicus.

9 In bonis viri, inimici illius in triſtitia: & in malitia illius, amicus agnitus eſt.

10 Non credas inimico tuo in æternū: ſicut enim æramentum æruginat nequitia illius.

11 Etſi humiliatus vadat curuus, adiice animū tuum, & cuſtodi te ab illo.

12 Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexterā tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo: ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris.

C

13 Quis miſerebitur incantatori à ſerpēte percuſſo, & omnibus qui appropiant beſtiis? ſic & qui comitatur cū viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius.

14 Vna hora tecū permanebit: ſi autem declinaueris, non ſupportabit.

Iere.41.b.6

Deut.7.a.2

7 Nam & Altiſſ. improbos, &c. ὅτι καὶ ὁ ὕψιστος ἐμίσησεν ἁμαρτωλοὺς, καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀποδώσει ἐκδίκησιν· φυλάσσει δὲ αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐκδικήσεως αὐτῶν κραταιάν. quoniam & altiſſimus odit peccatores, & impiis vindictam retribuet: cōſeruat autē eos in diē vindictæ fortem, aut, potētem. Altera ratio ſumpta à iudicio Dei, cui impii ac ſcelerati homines ſunt odioſi, atq; ad ſupplicia potius quàm ad beneficia reſeruati. Deus quidem de omnibus bene meretur, etiā de improbis: tum vt illos ad ſe alliciat conuertátque, tum vt ingratos tanquā boues ſaginatos ad mactationē adducat: quorum prius eſt nobis imitandū, ac de malis hominibus aliquando bene merendū: non vt noſtris beneficiis illorū maleficia ſceleráque tueamur, ſed vt eos ad pietatem atque innocentiā prouocemus. 8 Amicus rebus ſecūdis cog. &c. οὐκ ἐκβληθήσεται ἐν ἀγαθοῖς ὁ φίλος, καὶ οὐ κρυβήσεται ἐν κακοῖς ὁ ἐχθρός. Non eiicietur [id eſt in apertū proferetur ac declarabitur] amicus in proſperis rebus, neque in malis [aut, aduerſis] occultabitur inimicus. Quædā exēplaria habent οὐκ ἐκδικηθήσεται nō arguetur, ſed rectius legitur ἐκβληθήσεται eiicietur, vt opponatur alteri verbo κρυβήσεται abſcōdetur: ſicut declarari & occultari. quæ enim occulta atque abdita ſunt, quū proferūtur, manifeſta fiūt. Hæc autē ſententia primi membri ſignificat idem quod ait Ennius, Amicus certus in re incerta cognoſcitur. Hoc eſt, in dubiis rebus ac periculis amici beneuolētia fidéſque perſpicitur: in ſecundis verò atque exploratis eſt obſcura & incerta. multi enim tēpori ſeruiunt & fortunæ. Contrà inimici voluntas in aduerſis rebus noſtris facilè perſpicitur: eſt enim inimicus ἐπιχαιρέκακος maleuolus, gaudens malis incōmodiſque eius quē odit. Itaque in rebus hominis aduerſis contrariè affecti ſunt amicus atque inimicus: quorū alter moleſtia, alter lætitia voluptatéq; afficitur. Hæc inimici affectio ἐπιχαιρεκακία, id eſt maleuolētia, ſiue gaudiū ex alienis malis appellatur. 9 Rebus hominis ſecūdis, &c. ἐν ἀγαθοῖς ἀνδρὸς, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐν λύπῃ· καὶ ἐν τοῖς κακοῖς αὐτοῦ, καὶ ὁ φίλος διαχωρισθήσεται. In bonis hominis reb⁹, inimici eius in dolore: [aut, moleſtia] & in malis eiuſdem, etiā amicus abſcedet. In hoc tempore ſtatuque rerum aduerſarum cognoſcitur etiā cùm maleuolentia inimicorum, tum perfidia amicorum, qui amicum in afflictione deſtituunt ac deſerunt. Alii fortunam florentem ferre nō poſſunt, alii verò aliqua calamitate deformatam derelinquunt. 10 Ne fidas vnquam inimico, &c. μὴ πιστεύσῃς τῷ ἐχθρῷ σου εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς γὰρ ὁ χαλκὸς ἰοῦται, οὕτως ἡ πονηρία αὐτοῦ. Ne credas inimico tuo in ſeculū: ſicut enim æs æruginat, [aut, ærugine obducitur] ita illius nequitia. ſiue, prauitas. Apta ſimilitudo qua oſtendit animum inimici maleuolentia perfuſum aut obfuſcatum eſſe, quanuis id diſſimulet atque occultet.

11 Quòd etiamſi humilis, &c. καὶ ἐὰν ταπεινωθῇ καὶ πορεύηται συγκεκυφὼς, ἐπίστησον τὴν ψυχήν σου, καὶ φύλαξαι ἀπ' αὐτοῦ. Quòd ſi humiliatus fuerit, incuruatúſque incedat, appone [aut, adhibe] animum tuum, & caue ab illo. Inimici volūtas non eſt iudicanda ex ſignificatione externa, aut vultus, orationis, geſtuſque ſimulatione, in qua odii acerbitas latere poteſt. Multa enim (vt inquit Cicero) ſunt integumēta, quibus obtenditur vniuſcuiuſque naura: vultus, frons, oculi, ſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimé. Hic autē ſpecies proponitur hominis afflicti, non ferocientis ac minantis, ſed ſeipſum ſummittentis, atque omnem ſimultatem odiique acerbitatem deponentis. ſed hæc corporis conformatio, afflictæque fortunæ ſignificatio non eam fidem habere debet, vt nihil odii ac maleuolentiæ in animo reſidere arbitremur. Et eris in eo quaſi qui, &c. καὶ ἔσῃ ἐν αὐτῷ ὡς ἐκμεμαχὼς ἔσοπτρον, καὶ γνώσῃ ὅτι οὐκ εἰς τέλος κατίωσε. Et eris in eo vt qui exterſit ſpeculum, ac cognoſces quòd non in finem abſterſerit. Significat animum eius qui hoſtiliter capitalitérque antea eſt perſequutus, ab omni maleuolentia non eſſe perpurgatum: ſed aliquas adhuc reliquias reſidere, quæ cautione diligenti ac obſeruatione deprehendi poſſunt.

12 Ne aſciſcas eum tibi propius, &c. μὴ στήσῃς αὐτὸν παρὰ σεαυτῷ, μή ποτε καταστρέψας σε, στῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου. Ne colloces eum apud te, ne te ſubuerſo, ſtet in loco tuo. Primū monuit de fide, quanta homini qui inimicus fuerit, habenda ſit: nūc proponit ſigna amicitiæ ac familiaritatis, in qua ſummi honores ei impertiātur, ac cōmunicentur. Tantū autē iuris, poteſtatis, honoriſque in rebus tuis tribuere ei cuius iniuriā infeſtámque voluntatē ſis expertus, periculoſum eſt. Ad dexterā eum, &c. μὴ καθίσῃς αὐτὸν ἐκ δεξιῶν σου, μή ποτε ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου. Ne conſtituas eū à dextris tuis, ne fortè quærat ſedem tuā. Sedere à dextris ſumma poteſtas eſt ac dignitas, amplitudóque honoris qui alicui ſecundū Regem ac principē haberi poſſit. Itaque ad huiuſmodi gradū non facilè ſunt euehēdi hi, quorū maleuolētia antea, fides adhuc in reconcilatis ac placatis nondū bene perſpecta eſt. 13 Quis incantoris à ſerpente, &c. Τίς ἐλεήσει ἐπαοιδὸν ὀφιόδηκτον, καὶ πάντας τοὺς προσάγοντας θηρίοις; οὕτως τὸν προσπορευόμενον ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ συμφυρόμενον ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ. Quis miſerebitur incantatoris, & omniū qui ad beſtias accedunt? ſic eius qui accedit ad virum peccatorem, & in peccatis eius commiſcetur. id eſt cōiungitur atque implicatur. Hac ſimilitudine ſignificat nullam conſuetudinem cum improbis, nec ſermonis reique vllius communicationem eſſe oportere. Nam quemamodū ſerpentum incantatio cum maleficio ac periculo coniuncta eſt: ita nulla cū hominibus ſceleratis cōiunctio atque cōmunicatio ſine ſceleris cōmunione ac pernicie fieri poteſt. 14 Horæ ſpatio, &c. ὥραν μετὰ σοῦ διαμενεῖ ἐν στάσει δικαίᾳ, καὶ ἐὰν ἐκκλίνῃς, οὐ μὴ καρτερήσῃ. Horā tecum permanebit in ſtatione iuſta, nec ſi declinaueris, tolerabit. id eſt, conſtans ac firmus in officio manebit. Demonſtrat Sapiens incommoda & pericula malarum atque infidarum amicitiarum: nam huiuſmodi amici leues atque infideles ſe interdum ad alterius voluntatem accommodant: manētque cum eo, ſed ab breue tempus, quoad res ſunt quietæ ac ſtabiles: vbi verò paululum ſunt immutatæ, ipſi quoque immutantur: ſicut amatores improbi, qui amant mulieres quandiu floret earum forma: vbi ea defloruit, illas relinquūt, atque ad alias ſe trāſferunt. ita enim queritur meretrix quædam apud Terentium.

Iere.41.b.6 D ‖In labiis ſuis indulcat inimicus,& in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. 15

In oculis ſuis lachrymatur inimicus:& ſi inuenerit tempus,non ſatiabitur ſanguine. 16

Et ſi incurrerit tibi mala,inuenies eum illic priorem: 17

Et quaſi adiuuans ſuffodiet plãtas tuas. 18

Caput ſuũ mouebit,& plaudet manu: & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum. 19

Cap. XIII.

Deut.7.a.2 QVi tetigerit picem,inquinabitur ab ea:‖& qui communicauerit ſuperbo,induet ſuperbiam. 1

Põdus ſuper ſe tollet,qui honeſtiori ſe communicat: & ditiori te ne ſocius fueris. 2

Quid cõmunicabit cacabus ad ollam?quando enim ſe colliſerint,confringetur. 3

Diues iniuſtè egit,& fremet: pauper autem læſus,tacebit. 4

Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris,derelinquet te. 5

Si habes,cõuiuet tecum,&euacuabit te: & ipſe non dolebit ſuper te. 6

15 ʹAc labiis quidem ſuis ſuauiter loquetur inimicus, multáque blandè ſuſurrabit,bona tibi verba dans.

16 ″Oculis etiam ſuis illachrymabit,animo autem ſuo deliberabit præcipitare te in foueam:neque adeò occaſionem nactus,ſanguine tuo ſatiabitur.

17 ″Si mala tibi acciderint,reperies eum ibi priorem te:

18 Ac per ſpeciem hominis opitulaturi,calcem tuum eneruabit.

19 ″Motabit caput ſuum,plaudétque manibus:atque ſparget multos rumores,vultúmque ſuum immutabit.

Cap. XIII.

1 Q″Vi cõtrectat picem,inquinabitur ea:& qui cõmunicat cũ ſuperbo,ſimilis ei efficietur.

2 ″Ne ſuſcipias in vita onus maius quã facultas tua ferat, nec potentiori te aut ditiori te adiungas.

3 ″Olla cum lebete quid cõmune habere poterit? hic impinget, illa verò conquaſſabitur.

4 ″Diues ſi iniuriam intulit,minas præterea adiiciet:pauper verò ſi paſſus eſt iniuriam , oportet etiam eſſe ſupplicem: ſi diues iniuriam fecit, illi ſupplicandum eſt inſuper: pauper ſi idem commiſit,minas protinus audiet.

5 ″Quandiu ipſe vſui eris,erit qui tua vtatur opera: qui te derelinquet ſimul atque opportunitas operæ tuæ deſierit.

6 ʹSiquid habes,vnà viuet tecum,ac te exinaniet, nec ipſe laborabit.

15 Ac labiis quidẽ ſuis ſuauit.&c. καὶ ἐν τοῖς χίλεσιν αὐτοῦ γλυκανεῖ ὁ ἐχθρὸς, καὶ πολλὰ ψιθυρίσει, καὶ ἐρεῖ σοι καλὰ λέγων. Atque in labiis ſuis ſuauiabitur[ſiue,mellita verba proferet]inimicus,& multa ſuſurrabit,[ſiue,garriet] ac loquetur tibi præclara dicens. Idem dicit quod ſuprà,externis beneuolẽtiæ amicitiæq; ſignis nõ magnopere eſſe credẽdũ: propterea quòd maximis velis atque inuolucris tegitur vniuſcuiuſque natura.Facile eſt vultum fingere(qui etiam à voluendo dictus eſt) & orationẽ conformare ad eam ſuauitatem amoriſque dulcedinem, vt (quod ait Homerus de ſuauiloquentia Neſtoris)melle dulcior fluere videatur:ſed ille de eloquentia,hic noſter de ficta ſimulatáque beneuolentia loquitur.Iã oculi quàm ſunt fallaces,in quibus & hilaritas apparet,&lachrymæ maximi amoris teſtes ac indices.itaque ſubiũgit,

16 Oculis etiã ſuis illachry.&c. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ δακρύσει, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ βουλεύσεται ἀνατρέψαι σε εἰς βόθρον.In oculis ſuis lachrymabit, & in corde ſuo deliberabit euertere[aut,ſubuertere] te in foueam. Nullæ(vt inquit Cicero) ſunt maiores periculoſioréſque inſidiæ,quàm quæ ſub nomine amicitiæ ac officii ſimulatione occultantur.

17 Si mala tibi acciderint,&c. κακὰ ἐὰν ὑπαντήσῃ σοι, εὑρήσεις αὐτὸν ἐκεῖ πρότερόν σου, καὶ ὡς ἄνθρωπος βοηθῶν ὑποσχάσει πτέρναν σου.Mala ſi occurrerint tibi,inuenies eum illic priorem te:atque vt homo opitulans ſuffodiet calcaneum tuum.In rebus aduerſis,amici ficti ſimulatique & occulti inimici declarantur.

19 Motabit caput ſuum,&c. κινήσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπικροτήσει ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ πολλὰ διαψιθυριεῖ, καὶ ἀλλοιώσει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.Mouebit caput ſuum,ac plaudet manibus ſuis:& multa ſuſurrabit,ac mutabit vultum ſuum.Hæc ſunt ſigna maleuoli atque inimici animi,qui rebus alterius ſecundis occultatus,in aduerſis tandem incluſum odium protulit.Moleſtiæ ac voluptates amicitiarum atque inimicitiarum ſunt indices,ſed contraria ratione : amici gratulantur in proſperis rebus amicorum,& cum dolore conſolantur in aduerſis:inimici contrà inimicorum fœlicitatem moleſtè ferunt, eorum verò miſerias maxima lætitia proſequuntur.

IN CAPVT XIII.

1 Qui contrectat picem,inquin &c. ὁ ἁπτόμενος πίσσης, μολυνθήσεται ἐν αὐτῇ· καὶ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ, ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. Qui tangit picem,contaminabitur in ea:& communicans cum ſuperbo, ſimilis erit ei.Significat conſuetudinem malorum contagioſam eſſe, maximè ſuperborum,quorum magnitudo & ſplendor homines natura ſua κενοδόξους inanis gloriæ appetentes à modeſtia humilitatéque abducit.

2 Ne ſuſcipias in vita onus,&c. βάρος ὑπὲρ σε μὴ ἄρῃς ἐν ζωῇ σου, καὶ ἰσχυροτέρῳ σου καὶ πλουσιωτέρῳ σου μὴ κοινώνει.Onus ſupra te[id eſt ſupra vires tuas]ne tollas,nec cũ potentiore te & cũ ditiore te cõmunices.hoc eſt,nullũ vſum cõſuetudinémque habeas.Idem eſt quod alii eruditi homines monẽt,vt quiſque ſe ſuo pede metiatur,neque ſibi plus oneris imponat,quàm ſuſtinere ac ferre poſſit: vt intra fortunã quiſq; ſuã maneat,atque in ſua cõditione acquieſcat.Temeritas facit vt homines vires ſuas non metiãtur: ambitio verò,vt cõditionis ſuæ obliti cum ſuperioribus coniungantur,cum quibus in diſpari fortuna & potentia nullum firmum fidelémque conſenſum habere poſſunt.

3 Olla cũ lebete quid cõm.&c. τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; αὐτὴ προσκρούσει, καὶ αὐτὴ συντριβήσεται.Quid cõmunicabit olla cũ cacabo?ipſe impinget,& ipſa cõteretur.aut,cõfringetur.Hac ſimilitudine explanat id quod paulo antè monuit ac oſtendit, periculoſam coniunctionẽ ac cõmunionem quã inferior cũ ſuperiore aut dignitate aut diuitiis potẽtiáque appetit. Nã quod reſpondit Sapiens cuidam cõſulenti,ac quærenti quã vxorẽ duceret,parem æqualémque ducendã eſſe,id latius patet in omni vitæ ſocietate ac ratione, in qua alius cum alio aliquid vult agere atque cõtrahere.Quemadmodũ enim accidit ſæpe vt mulier viro potentior ac locupletior contra ordinem naturæ imperium in coniugio occupet:ita ſuperior inferiorem in negotio circunſcribit atque opprimit. Itaque Sapiens hoc loco ac ſequentibus proponit iniquas conditiones,quibus in vita tenuiores ac infirmiores aduerſus diuites ac potentes laborare ſolent.

4 Diues iniuriã ſi intulit,&c. πλούσιος ἠδίκησε, καὶ αὐτὸς προσενεβριμήσατο· πτωχὸς ἠδίκηται, καὶ αὐτὸς προσδεηθήσεται.Diues iniuriã fecit,& ipſe inſuper minatus eſt: pauper iniuria eſt affectus,& ipſe ſupplicabit.Hæc eſt iniquiſſima cõditio pauperum, in qua diuitum potentúmque hominũ gratia tantã vim habet , vt veritas à mendacio, iuſtitia ab iniquitate opprimatur. itaque quanta ſit diuitum ſuperbia atque inſolentia,& pauperum humilitas,hoc loco oſtenditur.Duo membra quæ proximè ſequũtur,verbis nonnihil immutatis idem proponunt.Quare ea in quibuſdam exẽplaribus non leguntur.

5 Quandiu ipſe vſui eris,&c. ἐὰν χρησιμεύσῃς, ἐργάσεται ἐν σοί· καὶ ἐὰν ὑστερήσῃς, καταλείψει σε.Si vtilis eris,operatur in te:ſin minus vtilis,[aut,opportunus]derelinquet te. Verbũ ὑστερεῖν ſignificat minui ac deficere,quod verbo χρησιμεύειν hoc loco opponitur:quum opportunitas ac commoditas quam homines capiunt ex aliquo,minuitur . Oſtendit autem quid vulgò fieri ſoleat,quemadmodum homines in amicitiis colendis ſua commoda emolumentáque ſpectent: quæ amicitiæ τῶν χρησίμων , id eſt vtilium hominum,ab Ariſtotele appellantur.Cicero in Lælio,Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret,eadem cõmutata diſſolueret .Significat igitur Sapiens coli ac diligi homines ad tempus, quoad ſunt aliis vſui & adiumento: cum ea vtilitate diminuta aut commutata hominum, erga nos ſtudia commutari.

6 Siquid habes,vnà viuet,&c. ἐὰν ἔχῃς, συμβιώσεταί σοι, καὶ ἀποκενώσει σε, καὶ αὐτὸς οὐ πονέσει.Si habes, conuiuet tecũ,ac te exinaniet &ipſe nõ laborabit.Tales ſunt amicitiæ paraſitorũ & aſſentatorũ,qui alienis ſumptibus ac laboribus ſine vllo ſuo labore perfruũur,

ʹSi eguerit tui, ſeducet te, tibíque arridebit atque ſpē dabit: bonis vtens verbis, Qua re tibi opus eſt? inquiet.

ʹPudefaciet te cibis ſuis, donec te planè inaniat, & ad extremum etiam irrideat: poſtea quum te conſpicatus fuerit, derelinquet, ac caput ſuum motabit aduerſus te.

ʹCaue ne ſeducaris animo, nec per ſtultitiam tuam deiiciaris.

ʹSi te potens aduocet, fac vt ab eo refugias: tantóque ille te vocabit magis ac ſæpius.

ʹNoli te ingerere, ne temerè reiiciaris: nec rurſum abſcedas procul, ne tradaris obliuioni.

ʹNe dubites cū eo colloqui, neq; fidē dictis eius multis habeas: multo enim ſermone pertentabit te, & quaſi arridens explorabit.

ʹImmiſericors eſt dicta promiſſáque nō ſeruans, neq; vllis malis ac vinculis quibus te affligat, parciturus.

ʹFac tibi caueas, & auſcultes perquam attentè: quoniam cū ruina tua ambulas.

Hæc audiens, in ſomno tuo vigila.

ʹPer omnem vitam tuam ama Dominum, atque eum in ſalutem tuam inuoca.

ʹOmne animal diligit ſibi ſimile, & ōnis homo propinquū ſuū.

ʹOmne animal generatī cōgregatur, & qſq; ſe adiūgit ſui ſimili.

ʹQuam communionem lupus cum agno habere poteſt? eadem vitæ coniunctio ac conſuetudo improbo homini cum pio eſt.

ʹQuis cōſenſus eſt hyænæ cū cane? & quæ pax diuiti cū paupere?

7 Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpē dabit narrans tibi bona: & dicet, Quid op⁹ eſt tibi?

8 Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter: & in nouiſſimo deridebit te: & poſtea vidēs derelīquet te, & caput ſuū mouebit ad te.

9 Humiliare Deo, & expecta manus eius.

10 Attende, ne ſeductus in ſtultitiam humilieris. B

11 Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiā ſeducaris.

12 Aduocatus à potētiore, diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit.

13 Ne improbus ſis, ne impinguaris: & ne longè ſis ab eo, ne eas in obliuionem.

14 Ne retineas ex æquo loqui cū illo, nec credas multis verbis illius: ex multa enī loquela tētabit te, & ſubridēs interrogabit te de abſcōditis tuis.

15 Immitis animus illius cōſeruabit verba tua: & nō parcet de malitia & de vinculis.

16 Caue tibi, & attēde diligēter auditui tuo, qm̄ cū ſubuerſione tua āmbulas. C

17 Audiens verò illa, quaſi in ſomnis vide: & vigilabis.

18 Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua.

19 Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi.

20 Omnis caro ad ſimilem ſibi cōiungetur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur.

21 ‖Si communicabit lupus agno aliquando: ſic peccator iuſto. 2.Cor.6.c.14

22 Quæ communicatio ſancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?

7 Si eguerit tui, ſeducet, &c. χρείαν ἔχῃ σου, καὶ ἀποπλανήσει, καὶ προσγελάσεταί σοι, καὶ δώσει σοι ἐλπίδα· λαλήσει σοι καλά, καὶ ἐρεῖ, τίς ἡ χρεία σου; Opus habuit te, ac ſeducet, & arridebit tibi, ſpémque tibi dabit: loquetur tibi bona, & dicet, Quid tibi opus eſt? Hæc eſt amicitia, cultus, obſeruantiáque gnathonum, atque huiuſmodi adulatorum fortunam magis quàm amicum diligentium, temporíque inſeruientium.

8 Pudefaciet te cibis, &c. καὶ αἰσχυνεῖ σε τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ ἕως οὗ ἀποκενώσῃ σε δὶς ἢ τρίς, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καταμωκήσεταί σου· καὶ μετὰ ταῦτα ὄψεταί σε, καὶ καταλείψει σε, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κινήσει ἐπὶ σοί. Ac pudefaciet te cibis ſuis, donec exinaniat [aut, exhauriat] bis aut ter, & in nouiſſimis deridebit te: poſteáq; videbit te ac derelinquet, capútque ſuū mouebit cōtra te. 10 Caue ne ſeducaris, &c. πρόσεχε μὴ ἀποπλανηθῇς τῇ διανοίᾳ, καὶ μὴ ταπεινωθῇς ἐν εὐφροσύνῃ σου. Attende ne decipiaris [aut, fallaris] mente, ac ne humilieris in lætitia tua. Omnia exēplaria habēt εὐφροσύνῃ: videtur autem legendum eſſe ἀφροσύνῃ, in inſipientia. quòd ſi legatur Lætitia, ſenſus hic eſſe poterit, ne obtemperemus cupiditati incōſideratæ, quū magna ſpe aut honoris, aut commodi, aut voluptatis ab hominibus allicimur, atque inuitamur. Animi enim noſtri nimia voluptate elati, non cōſiderant quid tutū ſit. 12 Si te potēs ad. &c. προσκαλεσαμένου σε δυνάστου, ὑποχωρῶν γίνου, καὶ τοσούτῳ μᾶλλόν σε προσκαλέσεται πλεονάζων. Quū te aduocauerit potēs, ſuffugias, [id eſt cautè recedas, aut refugites] & tāto magis aduocabit repetēs. hoc eſt ſæpius te accerſens. Quoniā principū amicitiæ ac familiaritates ſunt periculoſæ, monet vt ea cautio moderatióque adhibeatur, vt neque nos familiarius illis adiungamus, in eorúmque fidē permittamus: neque recuſatione noſtra & fuga, illorū animos offendamus. In primis prudēter ac reuerēter viuendū eſt cū eo qui in nos vitæ ac necis poteſtatē habet: eorum etiā ſumma gratia & beneuolētia cū maxima offenſione facilè mutari poteſt: fidem autē experiri periculoſum eſt. 13 Noli te ingerere, &c. μὴ ἔμπιπτε, ἵνα μὴ ἀπωσθῇς ἀκρίτως· καὶ μὴ μακρὰν ἀφίστω, ἵνα μὴ ἐπιλησθῇς. Ne incide, [id eſt irrue] ne repellaris ſine iudicio: neque lōgè recedas, [aut, refugias] ne in obliuionē venias. Moderatio igitur illa tenenda eſt, vt neque cupidius atque incōſideratius potentū amicitiā appetamus, neque omnino aſpernemur: quorū alterū repulſam temeritatis pœnā, alterū obliuionem afferre ſolet. Alterū eſt adhuc tempus quū iam admiſſi ac recepti ſumus, in quo nimia familiaritas vitāda eſt, modeſtia ſemper & prudentia adhibenda. 14 Ne dubites, &c. μὴ ἔπεχε εἰσηγορεῖσθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ μὴ πιστεύσῃς τοῖς πλείοσι λόγοις αὐτοῦ· ἐκ πολλῆς γὰρ λαλιᾶς πειράσει σε, καὶ ὡς προσγελῶν ἐξετάσει σε. Ne dubites cū eo colloqui, & nō credas multis eius ſermonibus: nā multo ſermone tentabit te, & quaſi arridens examinabit. Hoc vult ſignificare neque defugiendam eſſe collocutionē cum principe, nec eius ſermoni omnis comitatis ſimulatǽque beneuolētiæ pleniſſimo magnā fidem habendā eſſe. 15 Immiſericors eſt dicta, &c. ἀνελεήμων ὁ μὴ συντηρῶν λόγους, καὶ οὐ μὴ φείσηται περὶ κακώσεώς σου καὶ δεσμῶν. Immiſericors qui non ſeruat ſermones, neque parcet in afflictione tua & vinculis. nullū cruciatus genus prætermittet. Significat perfidiā & ſæuitiā principis, ſignificatione ſimulatæ comitatis atque humanitatis antè occultatam. 16 Fac tibi caueas, &c. συντήρησον, καὶ πρόσεχε σφοδρῶς τοῦ ἀκούειν ὅτι μετὰ τῆς πτώσεώς σου περιπατεῖς· ἀκούων ταῦτα, ἐν ὕπνῳ σου γρηγόρει. Conſerua [id eſt obſerua & caue] & attende vehementer ad audiendū, quoniā cum tuo caſu ambulas: audiens hæc, in ſomno tuo vigila. id eſt in quiete noctu, in qua attentiſſima eſt cogitatio. Inde prouerbiū, In nocte conſilium. 18 Per omnem vitā tuam, &c. πάσῃ ζωῇ ἀγάπα τὸν κύριον, καὶ ἐπικαλοῦ αὐτὸν εἰς σωτηρίαν σου. Hæc vna eſt ratio qua omnia pericula vitari poſſunt. Omnia enim cooperantur in bonum diligentibus Deum, Rom. 8.e.28, Et Qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Ibidem 13.c.13. 19 Omne animal diligit. &c. πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτοῦ, καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἀγαπᾷ τὸν πλησίον αὐτοῦ. Natura appetit ſui ſimile, ac diligit. Cicero in Lælio, Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura. Et poſtea in eodem libro, Quòd ſi hoc apparet in beſtiis, vt requirant, atque appetant ad quas ſe applicent eiuſdem generis animantes, idque faciunt cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani, quanto id magis in homine? &c. Hac autem ratione conſenſionéque omnium animaliū, ac ſimilitudine naturæ Sapiens vult confirmare id quod ſuprà monuit, amicitiam, conſuetudinē, aut communicationem non habēdam nec appetendam cum iis, quibus propter diſſimilitudinē aut naturæ aut fortunæ, nulla animorum cōſenſio aut vitæ coniunctio eſſe poteſt. Cicero in eodem libro, Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequūtur, quorū diſſimilitudo diſſociat amicitias: nec ob aliā cauſam vllā boni improbis, improbi bonis amici eſſe nō poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maxima eſſe poteſt, morum ſtudiorúmque diſtantia. 20 Omne animal generatim, &c. πᾶσα σὰρξ κατὰ γένος συνάγεται, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. Omnis caro ſecundum genus ſuum coniungitur, & ſimili ſui adhærebit vir. Hæc ſentētia τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον, ſimile amicum ſimili, in omni animātium genere vim habet: vt ſimilitudine naturæ cōiungātur, diſſimilitudine verò diſiūgantur. 21 Quam cōmunionē lupus, &c. τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; οὕτως ἁμαρτωλὸς πρὸς εὐσεβῆ. Quid cōmunicabit lupus cū agno? ita peccator ad pium. 22 Quis cōſenſus eſt, &c. τίς εἰρήνη ὑαίνῃ πρὸς κύνα; Quæ pax hyænæ cum cane? aut, ad canem. id eſt, quæ poteſt eſſe cōcordia & vitæ coniūctio? Canē intelligit domeſticū atque manſuetū. Hyæna autē eſt animal ferū ac crudele, quod vocē humanā aſſimilat, atque inter tabernacula paſtorum nomina eorum addiſcit: eóſque foras euocat, vt dilaniet. Canes verò (etiam pecuarii) aliam naturam habent: ſunt enim cuſtodes gregum ac paſtorū. itaque fieri poteſt vt Sapiens aliquā huiuſmodi naturæ diſcrepātiam, repugnantiámque ſignificare voluerit.

Venatio leonis onager in eremo, ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes. 23

Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas: ſic & execratio diuitis pauper. 24

Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis: humilis autem quum ceciderit, expellitur & à notis. 25

Diuiti decepto multi recuperatores: loquutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum. 26

Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: loquutus eſt ſenſatè, & nõ eſt datus ei locus. 27

Diues loquutus eſt, & õnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. 28

Pauper loquutus eſt, & dicũt, Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertẽt illũ. 29

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impii. 30

Cor hominis immutat faciẽ illius, ſiue in bona, ſiue in mala. 31

Veſtigium cordis boni, & faciẽ bonam difficilè inuenies, & cũ labore. 32

Cap. XIIII.

Infrà 19.c.16, & 25.b.11 Iacob, 3.a.2

1 BEatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.

23 'Quemadmodum præda leonum ſũt onagri in deſerto, ita paſcua diuitum pauperes.

24 'Humilitas ſuperbo eſt execrabilis, eodẽ modo pauper abominatus diuiti.

25 'Diues quaſſatus, ab amicis confirmatur: pauperem verò præcipitantem amici etiam impellunt.

26 'Diuiti lapſo multi adſunt adiutores: nefanda quoque loquutum, iuſtum prædicabunt.

27 'Humilem lapſum inſuper etiam obiurgabunt: nec vllus ei dabitur locus, ſi prudenter loquutus fuerit.

28 'Diuite loquente, omnes ſilentium præſtãt, eiúſque orationem vſque ad nubes efferunt.

29 'Paupere loquẽte, Quis eſt iſte? inquiũt. quòd ſiquid offenderit, inſuper eum euertunt.

30 'Diuitiæ ſunt bonæ ei in quo non eſt peccatũ, & paupertas mala in ore impii.

31 'Cor hominis immutat vultũ ipſi⁹ ſiue ad bona, ſiue ad mala.

32 'Veſtigium cordis rebus ſecundis fruẽtis, eſt vultus hilaris: & ſententiarum recondita inuentio, ſunt laborioſæ cogitationes.

Cap. XIIII.

1 B'Eatus vir qui ore ſuo lapſus non eſt, nec angore peccati cruciatus.

23 Quemadmodum præda leonum ſunt, &c. κυνήγια λεόντων ὄναγροι ἐν ἐρήμῳ, οὕτως νομαὶ πλουσίων πτωχοί. Venationes leonum ſunt onagri [id eſt aſini ſylueſtres] in deſerto: ita paſcua diuitum pauperes. hoc eſt, expoſiti ad illorum paſtum. Quemadmodum leones in deſerto famelici venantur onagros: ita diuites in hac vita pauperes depaſcunt. Venationes & paſtiones hoc loco comparantur: vt onagri ad prædam leonum, ita pauperes ad diuitum paſtum exponuntur. 24 Humilitas ſuperbo eſt, &c. βδέλυγμα ὑπερηφάνῳ ταπεινότης, οὕτως βδέλυγμα πλουσίῳ πτωχός. Abominatio ſuperbo humilitas, ita abominatio diuiti pauper. Superbus adamat amplitudinem præſtantiámque fortunæ ac gloriæ, diues verò diuitiarum copiam: vterque res contrarias exhorreſcit atque abominatur. 25 Diues quaſſatus, ab amicis, &c. πλούσιος σαλευόμενος στηρίζεται ὑπὸ φίλων, πτωχὸς δὲ πεσὼν προσαπωθεῖται ὑπὸ φίλων. Diues quum commouetur, [aut, concutitur] ab amicis confirmatur: [aut, ſtabilitur] pauper verò ruens, [aut, quũ cadit] ab amicis propellitur. Hoc vult ſignificare quod ſuprà ſæpe monuit, diſſimilem & iniquam conditionem pauperum ac diuitum in ipſorum tota vita. Ego in poſtremo membro conuertendo ſequutus ſum formam Ciceronis ex oratione pro Rabirio Poſth. Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè eſt inhumanum. Quidam προσαπωθεῖται vertunt Expellere, ſed malè: nam ſignificat ruentem aut labentem adhuc impellere, vt omnino deiiciatur. 26 Diuiti lapſo multi adſunt, &c. πλουσίου σφαλέντος πολλοὶ ἀντιλήπτορες· ἐλάλησεν ἀπόρρητα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν. Quum diues offenderit, [aut, lapſus fuerit] multi adiutores: loquutus eſt non dicenda, & iuſtificauerunt eum. Significat improbos propter opes habere paratam & opem in rebus aduerſis, & in peccatis maleficiiſque impunitatem. ita diuitiæ atque opes ſunt vitiorũ adminiſtræ ac adiutrices. 27 Humilẽ lapſum inſuper, &c. ταπεινὸς ἔσφαλε, καὶ προσεπετίμησαν αὐτῷ· ἐφθέγξατο σύνεσιν, καὶ οὐκ ἐδόθη αὐτῷ τόπος. Humilis errauit, [aut, lapſus eſt] & increpauerunt eum: loquutus eſt intelligentiam, & non eſt datus ei locus. Contrà pauper nullam habet authoritatem, etiam in iis quæ recta ſentit ac dicit, & facilem hominum offenſionem, ſiquid deliquerit. προσωποληψία perſonarum ratio, atque inæquabilis ſeueritas, aut indulgentia eſt in cauſa. 28 Diuite loquente omnes ſilen. &c. πλούσιος ἐλάλησε, καὶ πάντες ἐσίγησαν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ ἀνύψωσαν ἕως τῶν νεφελῶν. Diues loquutus eſt, & omnes ſiluerunt, atque orationem eius vſque ad nubes extulerunt. Hæc approbatio ac commendatio orationis in diuitibus comparatur non prudentia, ſed affectione ſtudióque hominum ex rebus externis malè iudicantium.

29 Paupere loquẽte, Quis eſt, &c. πτωχὸς ἐλάλησε, καὶ εἶπαν, τίς οὗτος; καὶ ἐὰν προσκόψῃ, προσανατρέψουσιν αὐτόν. Pauper loquutus eſt, & dixerunt, Quis iſte? & ſi offenderit, inſuper ſubuertent illum. 30 Diuitiæ ſunt bonæ, &c. ἀγαθὸς ὁ πλοῦτος ᾧ μὴ πρόσεστιν ἁμαρτία, καὶ πονηρὰ ἡ πτωχεία ἐν στόματι ἀσεβοῦς. Diuitiæ ſunt bonæ ei in quo non eſt peccatum, & paupertas mala in ore impii. Quoniam Sapiens hactenus multa dixit de iniquitate diuitum & miſera conditione pauperum, ne ea culpa rerum eſſe videatur, & diuitiæ aut paupertas in malis numerandæ ac damnandæ: oſtendit hoc loco, diuitiæ quæ ac quales ſint natura ſua. Quidam apud Terentiũ neque in bonis neque in malis numerat, ſed tales dicit eſſe, quales ſunt ii qui illis vtuntur. Idem ſenſerũt qui δυνάμεις nominarũt, aut inſtrumenta quibus homines tum ad virtutes, tũ ad vitia vti poſſunt. Spiritus ſanctus diuitias, valetudinẽ, vires dicit huiuſmodi dona Dei eſſe, quibus homines bene & malè vti poſſunt.

31 Cor hominis immutat vult. &c. καρδία ἀνθρώπου ἀλλοιοῖ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἐάν τε εἰς ἀγαθά, ἐάν τε εἰς κακά. Cor hominis immutat faciem illius tum ad bonum, tum ad malum. Quanuis vultus volui poſſit, variéque fingi: tamen eſt plerunque index animi affecti, in quo ſunt expreſſa ſigna iracundiæ, clementiæ, hilaritatis, triſtitiæ, alteriuſque affectionis. in eodem ſigna conſcientiæ ſæpe apparẽt: hinc pallor timoris, & rubor pudoris index. Frons verò exporrecta aut contracta, volũtatem declarat. Itaque Ariſtoteles τὰ ἐπακολουθοῦντα τοῖς ἤθεσιν appellat, quòd mores vniuſcuiuſque conſequantur. 32 Veſtigium cordis rebus ſecundis, &c. ἴχνος καρδίας ἐν ἀγαθοῖς πρόσωπον ἱλαρόν, καὶ εὕρεσις παραβολῶν διαλογισμοὶ μετὰ κόπου. Veſtigium cordis in bonis vultus hilaris, & inuentio parabolarum [id eſt reconditarum ſententiarũ] cogitationes cum labore. Declarat id quod dixit, ex motu affectúque animi vultum quoque variè affici, in eóque expreſſa extare ſigna animi læti, rebúſque ſecundis fruentis, aut graui ac difficili aliqua cogitatione occupati. meditatio enim atque intentio animi cum labore coniuncta ipſo vultu ſignificatur: quemadmodũ dicit Perſius de accuratis carminibus, demorſos vngues ſapere: ita excogitatio abſtruſarum ſententiarum vt animum, ita vultum afficit, atque in re cogitata defigit. neque hæc vultus cõformatio ſignificationem habet rei alicuius vitioſæ, ſed difficilis, moleſtæ, aut laborioſæ cogitationis.

'Legitur & θάλλον virens.

IN CAPVT XIIII.

1 Beatus vir qui ore ſuo lapſus non eſt. μακάριος ἀνήρ, ὃς οὐκ ὠλίσθησεν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτιῶν. Beatus vir qui non eſt lapſus in ore ſuo, & qui in dolore peccatorum non eſt compunctus. Commendat Sapiens integritatem animi ſibi bene conſcii, non quidem dolore vacui quum peccauimus. nam huiuſmodi ἀναλγησία indolentia, non eſt bona: at contrà λύπη πρὸς μετάνοιαν dolor animi ad pœnitentiam eſt ſalutaris. ſed homines mihi videtur intelligere τοὺς (vt dicit Paulus, 1. Timoth. 4.a.2,) ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγους, κεκαυτηριασμένους τὴν ἰδίαν συνείδησιν, loquentes mendacia in hypocriſi, conſcientiam habentes à peccato quaſi cauterio quodam notatam: qui etiam ſpiritus compunctionis appellatur. Alia eſt cordis compunctio bona & ſalutaris, qualis fuit eorum, qui admoniti à Petro de maleficiis in Chriſtum Dominum commiſſis, compuncti corde fuerunt, ac dixerunt, Quid faciemus viri fratres? Act. 2.f.37. De hac moleſtia mœroréque peccati non loquitur Sapiens, ſed de mala conſcientia, quam veteres dixerunt vim mille teſtium habere.

'Legitur & ἐν πλήθει, in multitudine.

Beatus vir quem ſuus non condemnat animus, neque ab ſpe in Domino ſita excidit.	2	Fœlix qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua.
Virum ſordidum diuitiæ non decent, & quorſum pecuniæ homini inuido?	3	Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum?
Qui comparſit ſuũ defraudans genium, aliis colligit: atque in bonis eius alii deliciabuntur.	4	Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, aliis cõgregat: & in bonis illius alius luxuriabitur.
Qui malignus ſibi eſt, cuinam erit benignus? ne ex bonis quidẽ ſuis iucunditatem vnquam capiet.	5	Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? & non iucũdabitur in bonis ſuis.
Qui ſibi inuidet, eo nullus peior eſſe poteſt: atque hoc eſt iuſtum prauitatis eius præmium.	6	Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequi⁹: & hæc redditio eſt malitiæ illi⁹.
Quòd ſiquid benignè facit, id imprudẽs facit & inuitus: ac ſuã tandem malitiam prodet.	7	Et ſi benefecerit, ignorãter & non volens facit: & in nouiſſimo manifeſtat malitiam ſuam.
Prauus eſt aſpectu oculus inuidi: auertit faciem, atque homines deſpicit.	8	Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam.
Oculus auari nulla expletur portione, & iniuſtitia mali vitam ipſius exhaurit.	9	Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens animam ſuam.
Oculus malignus panem inuidet, atque in menſa ſua laborat inopia.	10	Oculus malus ad mala: & nõ ſatiabitur pane indigẽs, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam.
Fili, pro eo quod habes, benefac tibi ipſi: & digna Domino donaria offeras.	11	Fili, ſi habes, benefac tecũ, & Deo dignas oblationes offer.
Memẽto mortem moram non facere, nec ſtatum fati tempus tibi eſſe declaratum.	12	Memor eſto quoniã mors nõ tardat, & teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi: teſtamẽtum enim huius mundi morte morietur.

Suprà 4.a.
tob 4.b.7
luc.14.c.1

Eſaiæ 4c.b
iacob.1.b-1
1.pet.1.d.24

B
Prouer.17.c.16

Pſal.1.a.2

2 Beatus vir quẽ, &c. μακάριος οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ὃς οὐκ ἔπεσεν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τῆς ἐπὶ κύριον. Beatus quẽ nõ cõdemnauit animus ipſius, & qui non cecidit ab ſe in Dominum. Iohannes in prima ſua epiſtola, cap.3.d.21, eodem verbo vſus eſt, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, Si cor noſtrum nos non condemnet, fiduciam habemus apud Deum. Idem enim ſignificat quod hìc, animũ ſibi bene conſcium, nec ἀμετανόητον, id eſt in ſuis peccatis obfirmatum, in fiducia & charitate Dei acquieſcere, atque ita fidelem ſuauiſſima in pace ac trãquillitate viuere.

3 Virum ſordidum diuitiæ non decent, &c. ἀνδρὶ μικρολόγῳ οὐ καλὸς ὁ πλοῦτος, καὶ ἀνδρὶ βασκάνῳ ἵνα τί χρήματα; Viro parco diuitiæ non ſunt honeſtæ, & viro inuido ad quid pecuniæ? id eſt, quid opus pecuniis, quum vti neſciat? Diuitiarum non ſolùm ſpectatur κτῆσις poſſeſſio, ſed multo magis χρῆσις καὶ ἀπόλαυσις vſus ac perfruitio. itaque pecuniæ etiam χρήματα ab vtendo Græcè ſunt nominatæ. Iſocrates ad Demonicum, Sperne eos qui ad diuitias comparandas omni ſtudio incumbunt, qui tamen illis vti non poſſunt: perinde illis vſu venit, ac ſi quis egregium pararit equum, quum malè equitare ſciat. Itaque χρήματα in diuitiis dicit eſſe τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, earum vſum eſſe in iis qui frui ſciunt, κτήματα δὲ τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις, poſſeſſionem verò in iis qui vti poſſunt. Auarus qui & ſibi & aliis inuidet, qui eſt ἀκοινώνητος, nullum intelligit fructum diuitiarum: eique tam deeſt quod habet, quàm quod non habet.

4 Qui comparſit ſuum defr. &c. ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἄλλοις συνάγει· καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ τρυφήσουσιν ἕτεροι. Qui congregat ab anima
ſua, [id eſt detrahens animæ ſuæ] congregat aliis: & in bonis eius alii luxuriabuntur. Hæc eſt iuſtiſſima auarorum ac ſordidorum hominum
pœna, vt quæ maxima cum moleſtia acquiſierunt ac comparſerunt, decoctoribus relinquant: qui non minus effuſè ac delicioſè illa conſu-
mant, quàm illi parcè ſordidéque cumularunt. 5 Qui malignus ſibi eſt, &c. ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ τίνι ἔσται ἀγαθός; καὶ οὐκ εὐφρανθή-
σεται ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ. Qui ſibi malignus eſt, cui erit bonus? ac non lætabitur in pecuniis ſuis. Pulchrè notat auari hominis naturam, eúm-
que oſtendit illiberalem & ἀκοινώνητον ea vna ratione quòd in ſe malignus, ſuum defraudet genium. nam qui hoc animo in ſe eſt, quo-
nam erit in alios? 6 Qui ſibi inuidet, &c. τοῦ βασκαίνοντος ἑαυτῷ οὐκ ἔστι πονηρότερος, καὶ τοῦτο ἀνταπόδομα τῆς κακίας αὐτοῦ. Inuidente
ſibiipſi nullus peior eſt: & hæc eſt retributio malitiæ eius. Significat illiberalem auari parcitatem qua ſibi neceſſaria detrahit, iuſtiſſimam
improbitatis eius eſſe pœnam. Nullum vitii genus eſt aut tenacius ac inſanabilius, aut tetrius & pernicioſius.

Leg. & χρήμασιν opibus.

7 Quòd ſiquid benignè facit, &c. κἂν εὖ ποιῇ, ἐν λήθῃ, καὶ οὐχ ἑκὼν ποιεῖ· καὶ ἐπ' ἐσχάτων ἐμφανεῖ τὴν κακίαν αὐτοῦ. Etiam ſi benefecerit, [id eſt bene mereatur de aliquo] ignorans inuitúſque facit: & ad extremum declarabit malitiam ſuam. In beneficiis ipſius auari ἀχαριστίαν ineſſe dicit. hoc eſt quod dicit Iſocrates, eum τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαρίζεσθαι, id eſt beneficentiam eius nullam gratiam habere. quod pleriſque accidit, qui faciunt quidem aliquid, ſed iniucundè atque illibenter indigentibus ſubueniunt. Duo autem ſunt quæ commendant beneficiũ, προαίρεσις καὶ βούλησις iudicium & ſtudium, quæ beneficentiæ hominis auari deſunt. Maxima autem benignitatis laus eſt, quum non rogati aut admoniti, αὐτοπροαιρέτως, atque (vt dicit Iſocrates) αὐτεπάγγελτοι noſtra ſponte benignè facimus.

Leg. & ἐὰν εὖ ποιήσῃ, ἢ ἑκὼν ποιεῖ, & ἐκφανῇ pro ἐμφανεῖ.

8 Prauus eſt aſpectu oculus, &c. πονηρὸς ὁ βασκαίνων ἰδεῖν ὀφθαλμῷ, ἀποστρέφων πρόσωπον, καὶ ὑπερορῶν ψυχάς. Malus inuidens aſpicere oculo,
auertens faciem, ac deſpiciens animas. Notat naturam hominis inuidi, qui tum apud Græcos à prauo aſpectu βάσκανος dicitur: tum apud
Latinos inuidus, quòd alterum non libenter videat. Maximè autem hoc vitium cernitur in alterius fœlicitate rebúſque ſecundis, quas in-
uidus ſine moleſtia intueri non poteſt. Hæc autem animi affectio hoc loco demonſtratur eſſe in homine auaro, qui quum ita ſit affectus
vt cæteros homines deſpiciat, faciem quoque in neceſſitatibus auertit. Huiuſmodi ſententiæ ſunt obſeruandæ, quibus ingenium, natura,
moréſque hominum auarorum atque inuidorum demonſtrantur. 9 Oculus auari nulla expletur, &c. πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ
ἐμπίμπλαται μερίδι, καὶ ἀδικία πονηροῦ ἀναξηραίνει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Auari oculus non impletur portione, & iniuſtitia mali exiccat animam eius.
Animus auari quum ſit inſatiabilis atque inexplebilis, ab infinita habendi cupiditate exhauritur ac abſorbetur, aut (vt hoc loco dicit Sa-
piens) ſiccitate contabeſcit. vt enim parci tenacéſque dicuntur, ita etiam aridi. Nullum autem vitium magis animum corrumpit quàm
πλεονεξία habendi cupiditas, quam Paulus idololatriam quandã dicit eſſe, Coloſſ.3.a.5. 10 Oculus malignus, &c. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθο-
νερὸς ἐπ' ἄρτῳ, καὶ ἐλλιπὴς ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ. Malignus oculus eſt inuidus in pane, atque deficiẽs in menſa ſua. Hoc eſt quod dicitur, Auaro
tam deeſt quod habet, quàm quod nõ habet. Nam in ſumma etiam rerũ copia atque abundantia, inops eſt ac indigens: quũ omnia habet,
nihil habet. 11 Fili, pro eo quod habes, &c. τέκνον καθὼς ἐὰν ἔχῃς εὖ ποίει σεαυτῷ· καὶ προσφορὰς κυρίῳ ἀξίως πρόσαγε. Fili, iuxta id
quod habes, [id eſt pro facultatibus quas habes] bene fac tibi ipſi: atque oblationes Domino dignè deferas. Duo hìc præcipit, ἀπόλαυσιν bo-
norum & εὐχαριστίαν: primùm vt ad ſuſtentandam recreandámque hanc vitam fruamur iis bonis quæ ſuppetunt: deinde vt Deum autho-
rẽ ac largitorẽ recognoſcamus, qui (vt inquit Paulus) õnia nobis dat ad perfruendũ, quique cibo ac lætitia implet corda noſtra, Act.14.c.17.
In vtroque homines beneficiis Dei abutũtur. nã & maligni in ſeipſos ſunt, & in Deũ ingrati. 12 Memẽto mortẽ, &c. μνήσθητι ὅτι θάνα-
τος οὐ χρονιεῖ, καὶ διαθήκη ᾅδου οὐχ ὑπεδείχθη σοι. Memineris quòd mors nõ tardabit, [aut, cũctabitur] & pactũ inferni nõ eſt cõmonſtratũ tibi.
Hæc mortis quotidie impẽdentis cogitatio ac meditatio continet grauiſſimã admonitionem, quæ ſi in animis hominũ hæreret, vſura hu-
ius præſentis vitæ cæterarúmque omniũ rerum ad eam pertinentiũ multo melius ac iucundius vterentur: nunc quũ ſine modo ac timore
Dei omnia volũt cõplecti, aut iis perfrui quæ ſunt cõplexi, audiũt plerũque illã vocẽ, Stulte hac nocte repetũt animã tuã, &c. Luc.12.c.20.

Suprà 4.a.1 tob 4.b.7 luc.14.c.13	Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi.	13	Antequã moriaris, amico benefac, eíque pro tua facultate manu porrecta elargire.
	Nõ defrauderis die bono, & particula boni doni non te prætereat.	14	Ne te iucundo defraudes die, neque partem boni deſiderii prætermittas.
C	Nónne aliis relinques dolores & labores tuos in diuiſione ſortis?	15	Nónne labores tuos alii relinques, & quæ tua opera comparaſti, diuidenda trades hæredibus?
	Da & accipe, & iuſtifica animã tuã.	16	Da & accipe, & ſanctifica animam tuam:
	Ante obitũ tuum operare iuſtitiã quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum.	17	Nam apud inferos quidem non eſt cur cibaria quæras.
Eſaiæ 4c.b.5 iacob.1.b-10 1.pet.1.d.24	Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut foliũ fructificãs in arbore viridi.	18	Omne animans in modum veſtimẽti veteraſcit: hoc enim eſt ab æuo condito fatum, Morte morieris.
	Alia generantur, & alia deiiciũtur: ſic generatio carnis & ſanguinis: alia finitur, & alia naſcitur.	19	Vt foliorum in condenſa arbore virentium alia decidunt aliis naſcentibus: ita quod carne ſanguinéque procreatur, aliud obit, aliud natum exiſtit.
	Omne opꝰ corruptibile in fine deficiet: & ꝗ illud operatur, ibit cũ illo.	20	Omne opus putridum deficit, eiúſque opifex vnà cum eo interibit.
	Et õne opus electũ iuſtificabitur, & ꝗ operatur illud, honorabitur in illo.	21	
Pſal.1.a.2 D	Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, in ſẽſu cogitabit circũſpectionẽ Dei.	22	Beatus vir qui præclara meditatur per ſapientiã, & qui per prudentiam ſuam ſancta loquitur.
	Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſcõditis ſuis intelligẽs, vadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in viis illius conſiſtens,	23	Qui vias eius in corde ſuo meditatur, arcana quoque illius intelliget. tanquam indagator proſequere illã, eiúſque vias inſide.
	Qui reſpicit per feneſtras illius, & in ianuis illius audiens.	24	Qui per feneſtras eius proſpicit, etiã ad fores illius auſcultabit.
	Qui requieſcit iuxta domum illiꝰ, & in parietibus illius figens palũ, ſtatuet caſulã ſuã ad manum illius, & requieſcẽt in caſula illiꝰ bona per æuũ.	25	Qui prope domum eius diuerſatur, ad parietes quoque illius paxillum figet: ad eiúſque latus tabernaculum conſtituet.

13 Antequam moriaris, amico benefac, &c. πρίν σε τελευτῆσαι, εὖ ποίει φίλῳ, καὶ κατὰ τὴν ἰσχύν σου ἔκτεινον, καὶ δὸς αὐτῷ. Priuſquã moriaris, benefac amico, & ſecundum vires tuas [aut, facultatem tuam] extende, ac da ei. Nullus verus diuitiarum vſus eſſe poteſt, niſi habeas in quos eas cõferre poſſis. Sunt autem amici ac proximi nobis adiuncti, quorum inopia & indigentia noſtris copiis opibúſque ſunt ſubleuandæ.

14 Ne te iucundo defraudes, &c. μὴ ἀφυστερήσῃς ἀπὸ ἀγαθῆς ἡμέρας, καὶ μερὶς ἐπιθυμίας ἀγαθῆς μή σε παρελθέτω. Ne defraudes à bono die, [id eſt, ne priueris fructu boni temporis tibi conceſſi] & portio bonæ cõcupiſcentiæ te non prætereat. Hæc admonitio eſt ad auaros, quorũ vita (vt ait Ennius) non eſt vitalis, ſed (vt melius Græci) βίος ἀβίωτος. eſt enim plena curarũ ac ſolicitudinum, priuata iucundiſſima perfruitione, quam Deus ſuorum beneficiorum hominibus concedit. Dat enim (vt ait Paulus) nobis omnia opulenter ad perfruendum. 1. Tim. 6.d.17.

15 Nónne labores tuos alii, &c. οὐχὶ ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου, καὶ τοὺς κόπους σου εἰς διαίρεσιν κλήρου; Nónne alteri relinques labores tuos, & moleſtias tuas in diuiſiones ſortis? aut, hæreditatis. In Euangelio, Luc. 12.c.20, Chriſtus homini auaro, ac ſibi potius quàm Deo theſaurum comparanti, deteriorem bonorum exitum proponit, vt incertum ſucceſſorem hæredémque ſit habiturus. atque hoc eſt quod ait Pſalmus 39.b.7, Profectò in imagine ambulat vir, profectò in vanum tumultuatur: congregat, & neſcit quis colligit ea.

16 Da & accipe, &c. δὸς καὶ λάβε, καὶ ἁγίασον τὴν ψυχήν σου· ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τροφήν. Da & accipe, & ſanctifica animam tuam: quoniam non eſt in inferno quærere cibum. Videtur Sapiens vnumquenque admonere vt in hac vita & accipiat à Deo bona, & det impertiátque ſuis proximis: atque in hac pura & ſancta bonorum tum perfruitione, tum communicatione animum ſuum ſanctificet, id eſt purum ſanctúmque cõſeruet, quemadmodũ Paulus, 1. Timoth. 4.a.3, dicit hac gratitudine & gratiarum actione dona Dei ſanctificari. Qui alio animo vtuntur commodis huius præſentis vitæ, ii animum habent impurum. Duo autem Paulus in huiuſmodi beneficiis Dei ſpectanda dicit, μετάληψιν (quam in fine eius epiſtolæ, cap. 6.d.17, ἀπόλαυσιν appellat) & εὐχαριστίαν, vt grato & pio animo ſuauiter his donis Dei vtamur ac perfruamur. Poſt hanc vitam nullus horum bonorum vſus nobis relictus eſt: eſt enim ſpiritualis, in qua (vt ait Chriſtus) neque editur neque bibitur, Matth. 22.c.30. Itaque idem Paulus dicit ibidem cap. 6.b.7, nos nobiſcum, quum morimur, nihil efferre.

18 Omne animans in modum, &c. πᾶσα σὰρξ ὡς ἱμάτιον παλαιοῦται· ἡ γὰρ διαθήκη ἀπ' αἰῶνος, θανάτῳ ἀποθανῇ. Omnis caro vt veſtis veteraſcit: nam pactũ à ſeculo, Morte morieris. διαθήκη accipitur hoc loco pro lege ac cõditione moriendi neceſſaria propter peccatũ impoſita humano generi. Caro autẽ Hebraicè pro animali aut homine, quẽ dicit inueteraſcere ſicut veſtimentum. Similis loquẽdi forma eſt in Pſalmo 102.d.27, Omnia ipſa ſicut veſtimentũ veteraſcent. ea maximè ſignificat imbecillitatem humanæ naturæ corruptioni obnoxiæ.

19 Vt foliorũ, &c. ὡς φύλλον θάλλον ἐπὶ δένδρου δασέος, τὰ μὲν καταβάλλει, ἄλλα δὲ φύει· οὕτως καὶ γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἑτέρα δὲ γεννᾶται. Sicut foliũ germinans in arbore denſa, alia quidem deiicit, alia verò producit: ita generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, alia verò gignitur. Quædã exemplaria habent τὸ μὲν καταβάλλει, τὸ δὲ ἐκφύει, in ſingulari numero, ſed non multum refert ad ſenſum quo numero legatur. Similitudo autẽ eſt aptiſſima, qua natura cõditióque generis humani, in eóque ortus atque obitus hominũ elegãter demõſtrantur, Omnis caro (inquit Eſaias 40.b.6) eſt ſicut herba, & gloria eius ſicut flos herbæ.

20 Omne opus pu. &c. πᾶν ἔργον σηπόμενον ἐκλείπει, καὶ ὁ ἐργαζόμενος αὐτὸ μετ' αὐτοῦ ἀπελεύσεται. Omne opus putridũ [aut, putreſcens] deficit, & qui operatur illud, cũ illo abibit. Hoc eſt quod Paulus, Galat. 6.b.7.8, alia ſimilitudine exprimit, Quod quiſque ſeminauerit metet, aut corruptionẽ ex ſemẽte carnis, aut incorruptionẽ ex ſemine Spiritus verbíque Dei immortali. Vocatur autẽ hoc loco opus putre σηπόμενον, ſicut Matt. 7.c.17, δένδρον σαπρὸν arbor vitioſa & putrida. Hanc putredinẽ ac corruptionẽ habent omnia infideliũ opera, quæ nulla fide, ſed cupiditate carnis efficiuntur.

22 Beatus vir, &c. μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐν σοφίᾳ μελετήσει καλά, καὶ ὃς ἐν συνέσει αὐτοῦ διαλεχθήσεται ἅγια. Beatus vir qui in ſapientia meditabitur bona, [aut, honeſta] & qui in prudẽtia [ſiue intelligentia] ſua diſſeret ſancta. Hæ ſententiæ quæ in extrema parte huius capitis ponuntur, ſtudium amorémque ſapientiæ cõmendãt.

23 Qui vias eius, &c. ὁ διανοούμενος τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτῆς ἐννοηθήσεται. Qui conſiderat vias eius in corde ſuo, etiam in occultis eius cũ intelligentia verſabitur. Sapiens variis loquendi formis promittit incrementũ cognitionis iis qui ſtudiũ ſuum ſapientiæ dederint. Sic Chriſtus Iohan. 14.c.21, Qui habet mandata mea, & cuſtodit ea, diligetur à me, & ego meipſum ei manifeſtabo. Et 8.d.30, Si vos in ſermone meo manſeritis, verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem.

Tanquã indagator, &c. ἔξελθε ὀπίσω αὐτῆς ὡς ἰχνευτής, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῆς ἐνέδρευε. egredere poſt eam vt inueſtigator, atque in viis eius inſide. Socrates apud Platonẽ, quũ vult declarare ardens conſtánſque ſtudiũ philoſophi, nominat eum θηρευτὴν venatorem: ita Sapiens vult ſapiẽtiæ ac pietatis ſtudioſum ἰχνευτὴν indagatorẽ eſſe, qui animo atque ſtudio omnes vias ſapientiæ diligẽter perſequatur.

24 Qui per feneſtras, &c. ὁ παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῶν θυρωμάτων αὐτῆς ἀκροάσεται. Verbum παρακύπτειν non ſignificat amplũ plenúmque proſpectũ, ſed exiguũ atque anguſtũ: vt quũ quis per foramen limis oculis proſpicit. in qua ſignificatioue Petrus vſus eſt, quũ de magnitudine gloriæ filiorũ Dei loquitur, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, in quæ cupiũt angeli proſpicere, 1. Pet. 1.c.12. His autẽ loquendi formis ſignificat Sapiens cognitionis acceſſionẽ. plus enim eſt ad fores auſcultare, quàm per feneſtras proſpicere, ac quaſi videre per tranſennam.

25 Qui prope domum eius, &c. ὁ καταλύων σύνεγγυς τοῦ οἴκου αὐτῆς, καὶ ἐν τοῖς τοίχοις αὐτῆς πήξει πάσσαλον. Alia figura ſignificat maiorem ſapientiæ cumulum atque vſum ex ipſius ſtudio amoréque acceſſurum. Maior, inquit, habitationis ac conſuetudinis ipſi erit coniunctio cum ea.

″Is commorabitur in hoſpitio bonorum: in illiúſque tecto ſuos ponet liberos, atque ſub eiuſdem ramis conquieſcet. 26

″Ab æſtu per eam protegetur, & in gloria eius habitabit. 27

Cap. XV.

1 QVi Dominum reueretur, faciet quæ ſunt recta: & cognitionem Legis adeptus, eam comprehendet.

2 ″Hæc illi occcurret quaſi mater, & eum tanquã vxor virgo ducta excipiet.

3 ″Hæc eum cibabit pane intelligentiæ, & aquam ſapientiæ potui ei dabit.

4 ″Firmatus hac, ſtatu moueri non poterit: & ſi fuerit innixus ei, non pudefiet.

5 ″Hæc ſupra ipſius ſocios extollet illum, atque in media cõcione os eius aperiet.

6 ″Hæc lætitiam illi & coronam exultationis afferet, atque hæredem nominis ſempiterni eum efficiet.

7 ″Homines autem inſipientes non comprehendent eam, neque viri improbi illam vnquam viderint.

8 ″Longè abeſt à ſuperbia: & viri mendaces, eius non erunt memores.

9 ″Laus in ore ſcelerati minimè eſt ſpecioſa: neque enim à Domino profecta eſt.

10 ″Laus à ſapiente proficiſcetur oratione, eãque fœliciter Dominus diriget.

26 Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur.

27 Protegetur ſub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requieſcet.

Cap. XV.

1 QVi timet Deum, faciet illud: & qui continẽs eſt iuſtitiæ, apprehendet illam.

2 Et obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum.

3 ‖Cibabit illum pane vitæ & intellectus, ‖& aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ, & firmabitur in illo, & nõ flectetur. Matth.4.a.4 Iohan.4 b.10

4 Et continebit illũ, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos.

5 Et in medio eccleſiæ aperiet os eiꝰ, & adimplebit illũ ſpiritu ſapientiæ & intellectꝰ, & ſtola gloriæ veſtiet illũ.

6 Iucũditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum. B

7 Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi: homines ſtulti non videbunt eã, longè enim abeſt à ſuperbia & dolo.

8 Viri mẽdaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa: & ſucceſſum habebunt vſque ad inſpectionem Dei.

9 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,

10 Quoniam à Deo profecta eſt ſapiẽtia: ſapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. C

26 Is commorabitur in hoſp. &c. καὶ καταλύσει ἐν καταλύματι ἀγαθῶν. θήσει τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐπὶ τῇ σκέπῃ αὐτῆς, καὶ ὑπὸ τοὺς κλάδους αὐτῆς αὐλισθήσεται. Et hoſpitabitur in hoſpitio bonorum, ponet liberos ſuos in tecto eius, & ſub ramis eius commorabitur. Hanc promiſſionem extẽdit etiam ad liberos. Sic in Pſal.25.c.13, Anima eius in bonis commorabitur, & ſemen eius hæreditabit terram.

27 Ab æſtu per eam proteg. &c. σκεπασθήσεται ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ καύματος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ αὐτῆς καταλύσει.. Tegetur ab ea æſtu, & in gloria eius habitabit. aut, hoſpitabitur. Manet in ſimilitudine arboris frondoſæ ac opacæ, in cuius vmbra placidiſſimam ſuauiſſimámque quietem promittit. Sic Eſaias cap.4.a.6, Eritque tabernaculum in vmbram interdiu ab æſtu. Sed Propheta in eo loco alludit ad columnam nubis, qua filii Iſrael tecti in deſerto, ſe ab ardore ſolis tuebantur.

IN CAPVT XV.

1 Qui Dom. reueretur, &c. ὁ φοβούμενος κύριον, ποιήσει ἀγαθόν· καὶ ὁ ἐγκρατὴς γνώσεως τοῦ νόμου, καταλήψεται αὐτήν. Qui Dominũ timet, faciet bonum: & compos cognitionis Legis, [aut, qui tenet cognitionem Legis] apprehendet eam. In exemplari Toletano legitur, ποιήσει αὐτά, faciet ea, & in ſecundo membro εὑρήσει αὐτήν. inueniet eam. Ad ſenſum nihil intereſt, quocũque modo legatur in vtroque membro: nam promittit id quod ſuprà, maiorem ac certiorem Legis diuinæ cognitionem. 2 Hæc illi occurret, &c. καὶ ὡς μήτηρ ὑπαντήσει αὐτῷ, καὶ ὡς γυνὴ παρθενίας προσδέξεται αὐτόν. Et vt mater occurret ei, & vt mulier virginitatis eum ſuſcipiet. Matris & vxoris nomine, earúmque amabiliſſimo occurſu ac complexu ſignificat ſuauiſſimum amorem, quo ſpientia ſui ſtudioſos proſequitur. Sic Chriſtus Iohã. 14.c.21, Qui cuſtodit præcepta mea, diligetur à me atque à Patre meo, & ego meipſum illi declarabo. 3 Hæc eum cibabit, &c. ψωμιεῖ αὐτὸν ἄρτον συνέσεως, καὶ ὕδωρ σοφίας ποτιεῖ αὐτόν. Cibabit eum pane intelligentiæ, & aqua ſapientiæ eum potabit. Paſtus ac potus animorum ſaluberrimus eſt ſapientia Dei doctrináque ſalutis, qua nullus corporis cibus aut ad delectationem ſuauior, aut ad neceſſitatem opportunior eſſe poteſt. Præterea omnis alia eſca ſimul cum ventre perit, hic autem verbi Dei cibus manet in æternum.

4 Firmatus hac, ſtatu moueri, &c. στηριχθήσεται ἐπ' αὐτήν, καὶ οὐ μὴ κλιθῇ· καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐφέξει, καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Firmabitur ſuper eam, & non inclinabitur: ac ſuper eam continebit, & non confundetur. Suprà loquutus eſt de ſapientiæ familiaritate, & amoris ſuauitate erga amatores ſuos, de conſolatione ac refectione ſalutari quam illis præbet: nunc loquitur de firmitate atque ſtabilitate quã habent ii qui ſumma cum fiducia in ſtudio amoréque verbi Dei conquieſcunt. 5 Hæc ſupra ipſius ſocios, &c. καὶ ὑψώσει αὐτὸν παρὰ τοὺς πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ἀνοίξει στόμα αὐτοῦ. Et eleuabit eum ſupra proximos eius, & in medio eccleſiæ aperiet os eius. Hæc comparatio continet αὔξησιν καὶ σύστασιν beneficentiæ Dei augentis ac ornantis dona ſua iis qui in ipſo ſuam fiduciam ponũt. Sic Pſal.119, Dauid aliorum cõparatione progreſſum ſuum in ſtudio ſapientiæ commendat. Præ omnibus docẽtibus me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea ſunt. Præ ſenibus intellexi, quia præcepta tua cuſtodio. 6 Hæc lætitiam illi, &c. εὐφροσύνην καὶ στέφανον ἀγαλλιάματος εὑρήσει, καὶ ὄνομα αἰῶνος κατακληρονομήσει αὐτόν.. Iucunditatem & coronam exultantiæ inueniet, & nomen ſeculi hæreditabit illum. Quædam exẽplaria nõ habent verbũ Inueniet, ſed tantùm Hæreditabit, ſine pronomine Ipſum: & ita præcedentia cõiungunt cum verbo κατακληρονομήσει, quod referunt non ad ſapientiam, ſed ad eius amatorẽ: vt is hæreditatẽ æterni nominis adipiſcatur: ſed ex vtraque lectione ſenſus ſatis intelligitur, & fructus lætitiæ ac gloriæ ſempiternæ qui ex ſtudio ſapiẽtiæ capitur. 7 Homines a. inſipientes, &c. καὶ οὐ μὴ καταλήψονται αὐτὴν ἄνθρωποι ἀσύνετοι, καὶ ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ οὐ μὴ ἴδωσιν αὐτήν. Et non apprehendent eam homines ſtulti, nec viri peccatores videbunt eam. Hæc ſententia cõtinet antitheſim ſuperiorum, quæ oſtendit ſtultos atque improbos homines à ſapientiæ ſtudio abhorrentes, illius nunquam participes futuros.

8 Longè abeſt à ſuperb. &c. μακράν ἐστιν ἀπὸ ὑπερηφανίας, καὶ ἄνδρες ψεῦσται οὐ μὴ μνησθήσονται αὐτῆς. Procul eſt à ſuperbia, & viri mendaces non recordabuntur eius. aut, non facient mentionem eius. Notat hoc loco Sapiens duo genera hominum à ſapientia abhorrentiũ, quorum alii propter ſuperbiã aſpernantur, alii propter vanitatem eam non capiunt. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiã, Iacob.4.b.6. Super quẽ (inquit Eſaias, 66.a.2) requieſcet Spiritus? ſuper humilẽ & tremẽtem ad verba eius. Sapientia verò ac veritas cũ mendacio cõiuncta eſſe nõ poteſt. 9 Laus in ore ſcelerati, &c. οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, ὅτι οὐ παρὰ κυρίου ἀπεστάλη αὐτῷ. Non eſt pulchra laus in ore peccatoris, quoniam à Domino miſſa non eſt ei. Hic laus συνεκδοχικῶς accipitur pro vniuerſa Legis doctrina, quam in ore impuro ac polluto verſari tractarique non oportet. Deus enim huiuſmodi homines neque ad docendum, neque ad laudandum mittit, à quibus nomen ſuum prophanatur potius, quàm ſanctificatur. Pſal.50.c.16, Impio autem dixit Deus, Quid tibi vt enarres ſtatuta mea, & aſſumas pactum meum in os tuum? 10 Laus à ſapiente, &c. ἐν γὰρ σοφίᾳ ῥηθήσεται αἶνος, καὶ ὁ κύριος εὐοδώσει αὐτόν. In ſapiẽtia enim laus dicetur, [ſiue, pronuntiabitur] ac Dominus proſperabit eam. id eſt, dabit ſucceſſum eius orationi, qui vitæ integritatem cum puritate doctrinæ coniunxit, Hoc enim ſignificat verbum εὐοδοῦν proſperè dirigere, ac doctrinæ fœlicem curſum dare: id quod fit à Deo in piis hominibus, quorum vocationis non ſolùm eſt author, ſed etiam moderator, fautor, atque adiutor.

	Non dixeris, Per Deum abeſt: quæ enim odit ne feceris.	11	ʹNe dicas, Defeci impulſu Domini: nam quæ ille odit, tu non debes facere.	
	Ne dicas, Ille me implanauit: non enim neceſſarii ſūt ei homines impii.	12	ʹNe dicas, Ipſe me induxit in errorem: neq; enim improbo viro ei opus eſt.	
	Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.	13	ʹOmne nefas odit Dominus, nec probatur iis qui eum timent.	
Geneſ.1.d.27	‖Deus ab initio cōſtituit hominē, & reliquit illum in manu conſilii ſui.	14	ʹIpſe hominem creauit ab initio, eūque arbitrio cōſilii ſui permiſit.	
	Adiecit mandata & præcepta ſua.	15		
Matth.19.c.17	‖Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere.	16	ʹSi volueris, mandata ſeruabis, optimæque voluntatis fidē præſtabis.	
D	Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuā.	17	″Ignem & aquam tibi propoſuit: ad vtrum voles manum tuam porrige.	
Ierem.21.c.8	‖Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi:	18	″Vita ſimul & mors propoſita ſunt homini: & vtrūcunque placuerit, dabitur ei:	
	Quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione.	19	ʹQuoniam multa eſt Domini ſapientia, is potentia valet, ac videt omnia.	
Pſal.33.c.16	‖Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis.	20	″Eius oculi ſunt coniecti in eos qui ipſum metuunt, & omne hominis opus ipſe cognoſcet.	
	Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi.	21	ʹImpiè agere nemini præcepit, nec cuiquam dedit licentiā peccandi.	
	Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutiliū.	22		
	Cap. XVI.		Cap. XVI.	
	NE iucunderis in filiis impiis, ſi multiplicetur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi nō eſt timor Dei in illis.	1	N″E appetas copiā inutilium liberorum, nec filiis læteris impiis: ʹne delecteris abundantia eorum, niſi timor Domini in illis fuerit.	Filii.
	Non credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores eorum.	2	″Ne confidas vitæ eorū, nec multitudinem illorū magnifacias.	

11 Ne dicas, Defeci impulſu Domini, &c. μὴ εἴπῃς, ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην· ἃ γὰρ ἐμίσησεν, οὐ ποιήσεις. Ne dicas, Quoniā propter Dominum deſciui: quæ enim odit, non facies. Hoc loco admonemur, ne Deum authorem peccatorū faciamus, culpámque noſtrorum maleficiorum in eum vllam conferamus: ſed potius quæ ille odit, fugiamus. Pſal.5.a.5.6, Quia non Deus volens impietatem es: Non habitabit iuxta te malus, Odiſti omnes operantes iniquitatem. 12 Ne dicas, Ipſe me induxit in errorem: &c. μὴ εἴπῃς, ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν· οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. Ne dicas, Ipſe me ſeduxit: non enim opus habet viro peccatore. id eſt homine in peccatis ſuis improbè obſtinatéque perſeuerante: cuiuſmodi homines in Scriptura ἁμαρτωλοὶ peccatores, hoc eſt peccatis maleficiiſque infames deteſtabiléſque Deo, appellantur. Sumpſit autem Sapiens rationem à natura, atque affectione Dei ab improbis hominibus abhorrentis: ex qua oſtendit eum neque peccati, neque erroris cuiuſquam authorem eſſe. 13 Omne nefas odit Dominus, &c. πᾶν βδέλυγμα ἐμίσησεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἀγαπητὸν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Omnem abominationem odit Dominus, & non eſt amabilis timentibus eum. Præclarè coniungit odium peccati in Deo, atque homine. 1.Iohan.cap.1.b.3.5.6, Hæc autem eſt ſocietas quam cum Patre ac Filio habemus, quam nos vobis annuntiamus, quòd Deus eſt lux, & in eo nullæ ſunt tenebræ. Quòd ſi dixerimus nos ſocietatem cum Deo habere, quum in tenebris ambulemus, mentimur, ac veritas in nobis non eſt. Plato ad demonſtrandam hanc coniunctionem communionémque naturæ, allegat illud celebre prouerbium veterum, Simile ſimili amicum: ex quo oſtendit impios improbóſque homines propter diſſimilitudinem naturæ ac ingenii, nihil facere quod Deo gratum eſſe poſſit, ſed eorum munera etiam magnificentiſſima, ab eo vt abominabilia repudiari.

14 Ipſe hominem creauit ab initio, &c. αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ. Ipſe ab initio fecit hominem, & dimiſit eum in manu conſilii ſui. aut, ipſius. Papiſtæ ineptè ſolent hunc locum citare, quum liberum arbitrium probare volunt: quum Sapiens de hominis facultate aut viribus nihil agat hoc loco, ſed Deum tantùm non eſſe peccati authorem, probare velit. non enim quid poſſit homo, aut quam vim habeat, diſſerit: ſed quid facere debeat, oſtendit: ne, ſi peccarit, cauſam peccati in Deum conferat.

16 Si volueris, mandata ſeruabis, &c. ἐὰν θέλῃς συντηρήσεις ἐντολὰς, καὶ πίστιν ποιῆσαι εὐδοκίας. Si volueris, mandata conſeruabis, ac fidem facere beneplaciti. Quidam codices legunt πίστιν ποίησαι in imperatiuo, fac fidem beneplaciti: ſed melius legitur in infinitiuo, vt coniungatur cū verbo Seruabis: aut vt reſoluatur in futurum, Atque ita facies fidem bonæ voluntatis, id eſt obſeruātiæ atque obediētiæ quā tu Deo eiúſque mādatis debes. 17 Ignem & aquam tibi propoſuit, &c. παρέθηκέ σοι πῦρ καὶ ὕδωρ, οὗ ἐὰν θέλῃς, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Appoſuit tibi ignē & aquam: ad quodcunque voles, extende manum tuam. 18 Vita ſimul & mors propoſita ſunt homini, &c. ἔναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ. Ante hominem vita & mors, & quodcunque placuerit dabitur ei.

19 Quoniam multa eſt Domini ſapientia, &c. ὅτι πολλὴ ἡ σοφία τοῦ κυρίου, καὶ ἰσχυρὸς ἐν δυναστείᾳ, καὶ βλέπων τὰ πάντα. Quoniam multa ſapientia Domini, & validus in potentia, ac videns omnia. Ne durius ſecundum membrum coniungeretur cum priore, appoſui pronomen relatiuum is pro particula copulatiua. 20 Eius oculi ſunt coniecti in eos, &c. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἐπιγνώσεται πᾶν ἔργον ἀνθρώπου. Et oculi eius in metuentes ipſum, & ipſe cognoſcet omne opus hominis. Hæ ſententiæ ſignificant & vniuerſam omnium rerum prouidentiam, & ſingularem eorum qui eius nomen reuerentur. Valent autem cum ad pios conſolandos, tum ad improbos à licentia peccandi deterrendos, ne Deum aut peccatorum authorem, aut diſſimulatorem eſſe arbitrentur.

21 Impiè agere nemini præcepit, &c. οὐκ ἐνετείλατο ἀσεβεῖν οὐδενὶ, καὶ οὐκ ἔδωκεν οὐδενὶ ἄνεσιν ἁμαρτάνειν. Non mandauit impiè agere cuipiam, & non dedit licentiam alicui peccandi. Hæc poſtrema ſententia ſatis oſtendit propoſitum authoris: cui nulla propoſita eſt diſputatio de libero hominis arbitrio eiúſque facultate: ſed grauiſſima admonitio de eius officio, vt propoſitis à Deo bonis ac malis, relictis malis, ea potius amplectatur quæ ad vitam eius ac ſalutem pertinent.

IN CAPVT XVI.

1 Ne appetas copiam inutilium liberorum, &c. μὴ ἐπιθύμει τέκνων πλῆθος ἀχρήστων, μηδὲ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν. Ne concupiſcas liberorum multitudinem inutilium, neque læteris in filiis impiis. Exemplar Toletanum habet πλῆθος ἄχρηστον multitudinem inutilem, ſed ad ſenſum nihil intereſt. Ariſtoteles in partibus fœlicitatis numerat πολυτεκνίαν καὶ εὐτεκνίαν ſobolem copioſam & honeſtam, aut probam. Nam multos quidem liberos habere, eóſque improbos ac malè moratos, miſerius eſt quàm planè nullos habere. Hoc autem loco Sapiens in liberis præcipuè requirit timorem Dei, ſine quo ἀτεκνίαν orbitatem liberorum copiæ atque abundantiæ anteponit. Ne delecteris abūdantia eorum, &c. ἐὰν πληθύνωσι, μὴ εὐφραίνου ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἔστι φόβος κυρίου μετ' αὐτῶν. ſi multiplicati fuerint, ne gaudeas, niſi timor Domini cum illis ſit. 2 Ne confidas vitæ eorum, nec multitudinem, &c.. μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ μὴ ἔπεχε ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν. Ne credas vitæ eorum, neque attendas ad multitudinem eorum. ἐμπιστεύειν hîc dicitur pro Fidere aut fiduciam habere, quemadmodum fieri ſolet, quum ſoboles copioſa elegánſque iuxta mundum effloreſcit.

″Pluris enim eſt iuſtus vnus, quàm mille *huiuſmodi.*

Et præſtat mori prole carentem, quàm impios habere liberos.

″Per vnum enim cordatũ frequens ædificabitur ciuitas, impiorum verò natio quamprimum deſolabitur.

″Talia vidit multa oculus meus, atque his grauiora mea auris audiuit.

In cœtu ſceleratorum ignis accendetur, & ira exardeſcet in gẽtem contumacem.

″Implacabilis Deus priſcis fuit gigantibus, qui inſana freti potentia, ab eo defecerunt.

″Ne hoſpitio quidem Loti pepercit iis, quos propter ipſorum ſuperbiam abominatus eſt.

″Non eſt miſertus gentis perditæ, quæ in peccatis quæ committebat, efferebatur.

″Sícque adeò ſexcenta millia peditum, eos qui in duritia cordis ſui congregati fuerant, flagellando, miſerando, cædendo, ſanandóque Dominus miſericordia caſtigationéque ſeruauit: ″quare ſi contumax vnus in populo fuerit, mirum eſt ſi impunè abeat.

″Nam penes eum ſunt miſericordia & ira: celeriter veniam dare potens eſt, & iram effundere.

″Prout multa eſt miſericordia eius, ita multa quoque ipſius caſtigatio, ſecundum opera ſua vnumquenque iudicat.

″Non effugiet cum rapina ſceleroſus, nec patientia pii ſpem alet tardiorem.

″Omni beneficentiæ locum parat, nam fructum pro ratione operum ſuorũ quiſque percipiet. ′Dominus Pharaonem indurauit, ne ipſum cognoſceret, vtque poſtea ipſius facta terræ cælo ſubiectæ innoteſcerent, omni rerum naturæ miſericordia ipſius

3 Melior eſt enim vnus timens Deũ, quàm mille filii impii.

4 Et vtile eſt mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios.

5 Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus impiis deſeretur.

6 Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea.

7 ‖In ſynagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira.

8 ‖Non exorauerũt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti.

9 ‖Et non pepercit peregrinationi illorum, & execratus eſt præ ſuperbia verbi illorum.

10 Non miſertus eſt illis gentem totã perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis.

11 ‖Et ſicut ſexcenta millia peditũ, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis.

12 ‖Miſericordia enim & ira eſt cum illo. potens exoratio, & effundẽs iram ſecundum miſericordiã ſuam: ſic correptio illius hominem ſecundum opera ſua iudicat.

13 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.

14 Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operũ ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius.

Infrà 21.b.10

Gene.6.a.4

Geneſ.7.d.21

B

Num.14.c.35 & 26.g.64

Suprà 5.b.10

3 Pluris enim eſt iuſtus, &c. κρεῖσσον γὰρ εἷς δίκαιος, ἢ χίλιοι· καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον, ἢ τέκνα ἔχειν ἀσεβῆ. Melius enim eſt vnus iuſtus, quàm mille: & mori ſine liberis, quàm habere liberos impios. Lætitia igitur in hoc genere non eſt capienda ex multitudine liberorum, ſed bonitate atque pietate: quæ ſi elucet in illis, magnam & iuſtam parentibus voluptatem afferre debet. 5 Per vnum enim cord. &c. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις, φυλὴ δὲ ἀσεβῶν ἐρημωθήσεται ἐν τάχει. Ab vno enim prudente coædificabitur ciuitas, [aut, cohabitabitur, id eſt frequentia ciuium celebrabitur] tribus autem impiorum deſolabitur celeriter. Generatio liberorũ eſt ciuitatis propagatio, & quoddã quaſi ſeminariũ reip. ſed impiorũ ſoboles eſt ſicut herba fallax quæ in tectis naſcitur, quæ (vt eſt in Pſal. 129.b.6) priuſquam egrediatur, exaruit. Piorũ verò proles eſt hæreditas Domini ac merces fructus vẽtris, Pſal. 127.a.7. Sed hoc loco cõparatur vnus iuſtus ac prudens cũ maxima impiorum multitudine. De hac fœlicitate iuſti ſua prudentia, vel potius gratia Dei amplificãtis ac celebrãtis ciuitates ac reſpublicas, eſt in Pſal. 107.d.41, Contrà ſubleuat pauperem ab inopia, & ponit eos inſtar gregis familias. 6 Talia vidit multa, &c. πολλὰ τοιαῦτα ἑώρακεν ὁ ὀφθαλμός μου, καὶ ἰσχυρότερα τούτων ἀκήκοε τὸ οὖς μου. Multa huiuſmodi vidit oculus meus, & his vehementiora, [aut, fortiora] audiuit auris mea. Exẽpla nunc aliqua proponit, quibus oſtendit multitudinẽ ac potentiã impiorũ non eſſe requirendã optandámque: ſed paucitatẽ, modò timor Dei adſit, præferendã eſſe. 8 Implacabilis Deus, &c. οὐκ ἐξιλάσατο περὶ τῶν ἀρχαίων πάντων γιγάντων, οἳ ἀπέστησαν ἐν τῇ ἰσχύϊ ἀφροσύνης αὐτῶν. Non placatus fuit antiquis omnibus gigantibus, qui deſciuerũt in fortitudine inſipiẽtiæ ſuæ. De his gigãtibus, qui magnitudine ac potẽtia excelluerunt, eſt ſcriptum Gen. cap. 6.a.4. hi omnes diluuio ſubmerſi perierunt. 9 Ne hoſpitio quidem Loti, &c. οὐκ ἐφείσατο περὶ τῆς παροικίας Λώτ, οὓς ἐβδελύξατο διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν. Ad verbum, Non pepercit de peregrinatione Lot. id eſt, quãuis Lot in Sodomis peregrinus ageret, ea tamen ſancti viri peregrinatio non impediuit quominus ſuperbos homines puniret. Nota eſt & poſtulatio Abrahæ, & Dei clementiſſima reſpõſio de decem iuſtis, quorũ gratia ſit veniã daturus reliquis omnibus. Gen. 18.d.32 10 Nõ eſt miſertus, &c. οὐκ ἠλέησεν ἔθνος ἀπωλείας τοὺς ἐξηρμένους ἐν ἁμαρτίαις αὐτῶν αἷς ἐποίουν. Non miſertus eſt gentis perditionis eorum qui eleuabantur in peccatis quæ faciebant. Exẽplar Toletanum habet τοὺς ἐξερχομένους ἐν ἁμαρτίαις αὐτῶν, qui egrediebantur in peccatis ſuis: vt ſignificet Iſraelitas in illa profectione magis ſequutos fuiſſe ſua peccata, quã ſanctam Dei vocationem, qua in terrã promiſſam vocabantur. De eorũ contumacia extat hiſtoria, Num. cap. 14. 11 Sicque adeò ſexcẽta, &c. καὶ οὕτως ἑξακοσίας χιλιάδας πεζῶν, τοὺς ἐπισυναχθέντας ἐν σκληροκαρδίᾳ αὐτῶν, μαστιγῶν, ἐλεῶν, πατάσσων, ἰώμενος κύριος ἐν οἰκτιρμῷ καὶ παιδείᾳ διεφύλαξε. Atque ita ſexcenta millia peditum, eos qui congregati fuerant in duritia cordis ſui, flagellans, miſerans, percutiens, ſanans Dominus miſeratione ac correptione conſeruauit. Quare ſi contumax, &c. καὶ ἐὰν ᾖ εἷς σκληροτράχηλος ἐν λαῷ, θαυμαστὸν τοῦτο, εἰ ἀθῳωθήσεται. & ſi fuerit vnus duræ ceruicis in populo, mirum hoc, ſi impunè tulerit. aut, innocens vel impunitus fuerit. Significat enim ἀθῳοῦν indemnatum impunitúmque relinquere. 12 Nam penes eum ſunt, &c. ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ παρ' αὐτοῦ, δυνάστης ἐξιλασμῶν, καὶ ἐκχέων ὀργήν. Miſericordia enim & ira apud eum, velociter potens placationum, & iram effundens.

Prout multa eſt, &c. κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. Secundum multam ipſius miſericordiam, ſic eiuſdem correptio. Significat ſeueritatem Dei in improbos parem eſſe miſericordiæ, qua pœnitentes ac timentes ipſum cõplectitur. 13 Nõ effugiet cũ rapina, &c. οὐκ ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγματι ἁμαρτωλός, καὶ οὐ μὴ καθυστερήσει ὑπομονὴ εὐσεβοῦς. Non effugiet in rapina peccator, nec tardabit patientia pii. Quædam exemplaria habent καὶ οὐ μὴ καθυστερήσει ὑπομονὴν εὐσεβοῦς, & non fraudabit [aut fruſtrabitur] tolerantiam [id eſt expectationem] pii vt ſubaudias, Deus. non fallet aut ducet ſpem iuſti. 14 Omni beneficentiæ locũ, &c. πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον· ἕκαστος γὰρ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει. Omni eleemoſynæ faciet locum vnuſquiſque enim ſecundum opera ſua inueniet. Toletanum exemplar habet ποίησον fac, in imperatiuo, ſed mihi videtur contextui melius congruere ſi ad Deũ referatur, atque ita legatur in futuro. Idem enim ſignificat quod Pſalmus 62.c.12.13, Fortitudinem Deo eſſe & miſericordiam, quoniam redditurus eſt vnicuique ſecundum opus ſuum. ἐλεημοσύνη autem dicitur ab ἐλεεῖν à miſerando: itaque hoc loco pro clementia & miſericordia Dei accipitur. Dom. Pharaonem indurauit, &c. κύριος ἐσκλήρυνε Φαραὼ, μὴ εἰδέναι αὐτὸν, ὅπως ἂν γνωσθῇ τὰ ἐνεργήματα αὐτοῦ τῇ ὑπ' οὐρανόν. Dominus obdurauit Pharaonem ne eum cognoſceret, vtque nota fierẽt facinora ipſius ei quæ eſt ſub cælo. intelligenda eſt terra. Verba Dei ſunt de Pharaone, Exod. cap. 9.d.16, à Paulo etiam citata, Rom. 9.d.17, In hoc ipſum te excitaui, vt oſtendam in te potentiam meam, & vt annuntietur nomen meum in tota terra.

Legitur & ἀσεβοῦς impii.

15 Non dicas, A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur?

16 In populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura?

1.Pet.3.b.7.c.10 17 [Ecce cælum & cæli cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & quæ in eis ſũt, in conſpectu illius commouebuntur. C

18 Montes ſimul & colles, & fundamenta terræ: & quum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur.

19 Et in õnibus his inſenſatũ eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo: & vias illi⁹ quis intelligit, & procellam quam nec oculus videbit hominis?

20 Nam plurima illius opera ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit, aut quis ſuſtinebit?

21 Longè enim eſt teſtamẽtum à quibuſdam, & interrogatio omnium in conſummatione eſt.

22 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.

23 Audi me fili, & diſce diſciplinã ſenſus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicã in æquitate diſciplinã, & ſcrutabor enarrare ſapientiam. D

24 Et in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus virtutes quas poſuit Deus in opera ſua ab initio, & in veritate enũtio ſciẽtiã ei⁹.

25 In iudicio Dei opera ei⁹ ab initio, & ab inſtitutione ipſorũ diſtixit partes illorũ, & initia eorum in gẽtibus ſuis.

26 Ornauit in æternum opera illorũ, nec eſurierunt, nec laborauerunt, & non deſtiterunt ab operibus ſuis.

27 Vnuſquiſque proximum ſibi non anguſtiabit vſque in æternum.

28 Non ſis incredibilis verbo illius.

nota eſt, ″adamante diſcreuit lucem ſuam & tenebras.″

15 ″Ne dicas, Latebo Dominum, & quis ab alto curabit me?

16 ″In ſumma populi multitudine nulla mei memoria erit: nam in tam immenſa rerum natura quantula eſt anima mea?

17 Ecce cælum cæliq; cælorum Dei, abyſſus ſimul, & terra, ″quæq; in his cõprehenduntur omnia, quũ inquiret in ea, cõmouebũtur.

18 Totus mũdus creatus, & qui creatur pro voluntate eius, monteſque ſimul ac fundamenta terræ, quum Dominus in ea deſpicit, tremore concutiuntur.

19 ″Neque pro dignitate hæc cor vllũ cogitabit, nec vias eius quis animo comprehendet, non turbinem quem homo non videbit.

20 ″Nam maxima quidem pars operum ipſius occulta eſt: quis enarret exempla iuſtitiæ eius, aut ſuſtineat?

21 ″Remota eſt enim ordinatio, atque inquiſitio omnium deficit.

22 ″Qui animo ſubmiſſo præditus eſt, perpendit hæc: qui autem inſipiens eſt, cum errore ſtulta cogitat.

23 ″Audi me fili, ac ſcientiam amplectere, atque ad mea dicta animum aduerte:

24 ″Declarabo in pondere eruditionem, & cum certitudine ſcientiam eius ediſſeram.

25 ″Cum iudicio operatus eſt Dominus ab initio, & à prima rerum creatione partes earum diſpoſuit.

26 ″Opera ſua excoluit perpetuò, & initia eorum per ſua ſecula generáque: non eſurierunt, nec defeſſa ſunt in ſuis operibus, nec ab officiis ſuis ceſſauerunt.

27 ″Nullus eorũ proximo ſuo moleſtus fuit, nec vnquam verbo ipſius repugnabunt.

28

Adamante diſcreuit lucem, &c. καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ καὶ τὸ σκότος ἐμέρισε τῷ ἀδάμαντι. lucem ſuam & tenebras diuiſit [aut, diſtinxit] adamante. Videtur ſignificare nomine adamantis (qui lapis eſt duriſſimus) Deum lucem ſuã à tenebris terræ inferioribus ita ſeparaſſe, vt nemo poſſit ad eam penetrare, quemadmodum Paulus, 1. Timoth. 6.d.16, dicit Chriſtum Dominum habitare φῶς ἀπρόσιτον lucem inacceſſibilem. In hac tanta diuiſione audacia & temeritas hominũ reprimi debet, ne ad cõſilia Dei ignota penetrare audeat. 15 Ne dicas, Latebo, &c. μὴ εἴπης, ἀπὸ κυρίου κρυβήσομαι, καὶ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται; Ne dicas, A Domino abſcõdar, & ex alto quis mei meminerit? Quædã exemplaria ita legũt, μὴ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται; nũ ex altitudine quis me memorabit? aut, mei recordabitur? Rectè autẽ verterunt Curare: nam quorũ curam habemus, eorum memoriã retinemus. Pſal. 8.b.5, Quid eſt homo quòd recorderis eius? Sic Virgilius, Is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Solicitat. Eſt autem hæc opinio ac cogitatio hominis exiſtimantis Deum nullam prouidentiam curámque habere rerum humanarum, aut in infinitate rerũ ſingularem ſui cogitationẽ ſuſcipere. ſed aliud nos docet verbũ Dei, Pſal. 33.c.13.15, E cælis reſpicit Dominus, videt omnes filios hominũ. Qui formauit pariter cor eorũ, cõſiderans omnia opera eorũ. 16 In ſumma populi multitudine, &c. ἐν λαῷ πλείονι οὐ μὴ μνησθῶ. τίς γὰρ ἡ ψυχή μου ἐν ἀμετρήτῳ κτίσει; In multo populo nulla mei mentio fiet: [aut, nõ memorabor] quæ enim eſt anima mea in immẽſa creatura? Exiſtimat ſe poſſe occultari, aut negligi in infinita rerum creatarũ multitudine. 17 quæque in his cõprehendũtur, &c. καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ σαλευθήσεται. & ea quæ in his ſunt, in viſitatione eius cõmouebuntur. 19 Neque pro dignitate, &c. καὶ ἀξίως οὐ διανοηθήσεται ἐπ' αὐτοῖς καρδία, καὶ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τίς ἐνθυμηθήσεται; καταιγὶς ἣν οὐκ ὄψεται ἄνθρωπος. Et dignè non cogitabit in illis cor, [id eſt, non ſatis ea cogitabit] atque vias eius quis animo comprehẽdet? procella quam homo non videbit. Videtur aliquid deeſſe in poſtremo membro, aut legendum eſſe καταιγίδα in accuſatiuo. 20 Nam maxima quidem, &c. τὰ δὲ πλείονα τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐστὶν ἐν ἀποκρύφοις. Plura autem operum eius ſunt in abſconditis. 21 Remota eſt enim ordinatio, &c. μακρὰν γὰρ ἡ διαθήκη καὶ ἡ ἐξέτασις ἁπάντων ἐν τελευτῇ. Longè enim ordinatio & inquiſitio omnium in conſummatione. διαθήκη hoc loco dicitur via & ratio iudiciorum Dei, remota à cognitione atque intelligentia hominum. Paulus, Rom. 11.d.33, vocat iudicia inſcrutabilia viáſque imperueſtigabiles.

22 Qui animo ſubmiſſo, &c. ἐλαττούμενος καρδίαν διανοεῖται ταῦτα, καὶ ἀνὴρ ἄφρων διανοεῖται πλανώμενος μωρά. Qui diminuitur corde, conſiderat hæc, & vir ſtultus cogitat errans fatua. ἐλαττούμενος καρδίαν dicitur hoc loco pro ταπεινούμενος, qui animo demittitur ac humiliatur: quæ eſt via vna qua occulta Dei iudicia cognoſcuntur. Soli enim humiles ſe manui Dei ſubmittentes, ſunt dociles, ac iudiciorum Dei capaces.

23 Audi me fili, ac ſcientiam, &c. ἄκουσόν μου τέκνον, καὶ μάθε ἐπιστήμην, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων μου πρόσεχε τῇ καρδίᾳ σου. Audi me fili, ac diſce ſciẽtiam, & ad ſermones meos attende corde tuo. 24 Declarabo in pondere, &c. ἐκφανῶ ἐν σταθμῷ παιδείαν, καὶ ἐν ἀκριβείᾳ ἐπαγγελῶ τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ. Oſtendam in pondere diſciplinam, & diligentia [id eſt exquiſita accuratáque ratione ac via] annuntiabo ſciẽtiam eius. Nihil eſt quod doctrinam diſciplinámque aliquam magis commendet, quàm prudentia iudicii, quæ nomine ponderis ſignificatur, & certitudo ac veritas quæ ἀκρίβεια nominatur. ita enim Ariſtoteles commendat doctrinam de anima τὴν κατ' ἀκρίβειαν, eam quæ certa exactáque ratione ac via traditur. 25 Cum iudicio operatus eſt, &c. καὶ ἐν κρίσει κυρίου τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ ποιήσεως αὐτῶν διέστειλε τὰς μερίδας αὐτῶν. Et in iudicio Domini opera eius ab initio, & à conditione [aut, effectione] eorum, diſtinxit partes illorum. Significat nihil temere aut confuſè à Deo factum eſſe, ſed omnia iudicio, modo, ordine, atque ratione & condita, & compoſita fuiſſe. 26 Opera ſua excoluit, &c. ἐκόσμησεν εἰς αἰῶνα τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν εἰς γενεὰς τῶν γενεῶν. Ornauit in ſeculum opera ſua, & in manu eius principia illorum in generationes generationum. Quædam exemplaria in ſecundo membro ita habent, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν. Id quidam ita vertũt, & principatus illorũ in generationes ipſorũ. Nihil autẽ aliud intelligit, niſi quod ait Pſal. 119.91, Ad iudicia tua perſtãt vſque ad hanc diem, quoniam tibi omnia ſeruiunt. Exẽplar Toletanum legit, αἱ ἀρχαὶ αὐτοῦ, principia eius ſunt in manu ipſius. id eſt, res inſtitutæ, conditæ, ordinatæque à Deo, eius manu continentur & conſeruantur. Neque enim ſolùm Deus eſt author rerũ, ſed etiam gubernator ac conſeruator, ſicut Paulus ait, Rom. 11.d.36, Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum omnia. Hic ſenſus mihi magis placet.

27 Nullus eorum proximo ſuo, &c. ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ οὐκ ἐξέθλιψε, καὶ ἕως αἰῶνος οὐκ ἀπειθήσουσι τοῦ λόγου αὐτοῦ. Vnuſquiſque non afflixit proximum ſuum, atque vſque in ſeculum non increduli [aut, inobedientes] erunt verbo ipſius. Hoc eſt quod ſuprà citaui ex Pſalmo 119.91, Omnia ſeruiunt Deo, eiúſque ordinationi obediunt. Significat autem in operibus ac creaturis Dei conſtantiam cum bonitate coniunctam eſſe, quòd ſine cuiuſquam incommodo ſingulæ officium ſuum faciunt.

29 Poſthæc deſpexit in terrã Dominus, eãq; bonis ſuis impleuit.

30 Vita animantium omnis generis operuit ſuperficiem eius, & in eandem vnumquodque reuertitur.

Cap. XVII.

1 Dominus è terra creauit hominem, rurſúmque in eandem ipſum redegit.

2 Dies aſſignauit eis numeratos ſtatúmque tempus, & dedit eis in terreſtria poteſtatem: 3 induit eos virtute ſua ſecundum ſeipſos, atque ad imaginem ſui eos creauit.

4 Omni animanti terrorem eius impoſuit, vt beſtiis ac volucribus dominaretur.

5 Iudicium, linguã, oculos, aures, & cor dedit eis ad cogitãdum: ſexto loco mentem quoque donauit diſpertiens: & ſeptimo ſermonem interpretem operum ſuorum.

6 Scientia intelligendi inſtruxit eos, eíſque bona ſimul & mala demonſtrauit.

7 Adiecit ad corda eorum oculum ſuum, vt magnificentiam operum ſuorum eos doceret.

8 Dedit his gloriari miraculis ſuis perpetuò, vt prudenter enarrẽt opera ipſius, & electi nomen eius ſanctum collaudent.

9 Sciẽtiam eis addidit, ac Legem vitæ tradidit hæreditariam, vt ſe nunc mortales eſſe cognoſcerent.

10 Pactũ cũ ipſis cõſtituit ſempiternũ, & iudicia eos ſua edocuit.

11 Amplitudinem glorioſam viderũt oculi eorũ, & maieſtatem

29 Poſthæc Deus in terram reſpexit, & impleuit illam bonis ſuis.

30 Anima autem omnis vitalis denũtiabit ante faciem ipſius, & in ipſa iterum reuerſio illorum.

Cap. XVII.

1 Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum.

2 Et iterum cõuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute.

3 Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorũ quæ ſunt ſuper terram.

4 Poſuit timorem illius ſuper omnẽ carnem, & dominatus eſt beſtiarum & volatilium.

5 Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi: conſilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitãdi: & diſciplina intellect⁹ repleuit illos.

6 Creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor illorũ, & mala & bona oſtendit illis.

7 Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorũ oſtendere illis magnalia operũ ſuorum,

8 Vt nomen ſanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius.

9 Addidit illis diſciplinam, & Legem vitæ hæreditauit illos. B

10 Teſtamentum æternum cõſtituit cum illis, & iudicia ſua oſtendit illis.

11 Et magnalia honoris ei⁹ vidit ocu

Gene 1.d.27 & 5.a.1 ſapient.2.d.23 & 9.b.6 1.Cor.11.c.7 coloſſ.3.b.10.

Gene.2.d.18

29 Poſt hæc deſpexit, &c. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς γῆν ἐπέβλεψεν ὁ κύριος, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. Poſt hæc in terrã proſpexit Dominus, & eam impleuit bonis ſuis. Oſtendit Sapiens ordinem quem Deus in ſuis operibus ſequutus eſt. Is ex libro Geneſeos cognoſci poteſt.

30 Vita animantium omnis, &c. ψυχὴ παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ εἰς αὐτὴν ἡ ἀποστροφὴ αὐτῶν. Anima omnis animalis operuit faciem eius, & in eam reuerſio eorum. Conditis cælis ac terra, eáque inſtructa omni genere bonorum quæ ad hanc vitam pertinent, Deus poſtremò animalia ex terra creauit, in hiſque hominem, quorum reditus eſt in eãdem ex qua ortus extitit. ita Sapiens oſtendere voluit ordinem operum Dei, eorum originem, progreſſionem, ac finem. ſiue (vt Plato dicit) eorum prima, media, atque extrema.

IN CAPVT XVII.

3 Dies aſſignauit eis nume. &c. ἡμέρας ἀριθμοῦ καὶ καιρὸν ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἔδωκεν ἐξουσίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς. Dies numeri ac tempus dedit eis, & dedit poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper eam. Act.17.f.26, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν. Præfiniens præordinata tempora ac certos terminos habitationis ipſorum. Induit eos virtute ſua, &c. ἐνέδυσε δὲ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἰσχύν. induit autẽ eos virtute ſecundũ ſeipſos. id eſt virtute homini propria, eiúſque naturæ cõueniente. Alia animalia habent etiam ſingula vires ſuas, ſed homo ſingulari quadam excellentique virtute præditus fuit. 4 Omni animanti terrorem, &c. ἔθηκε τὸν φόβον αὐτοῦ ἐπὶ πάσης σαρκὸς, καὶ κατακυριεύειν θηρίων καὶ πετεινῶν. Poſuit timorem eius in omni carne, & dominari beſtiis ac volatilibus. id eſt, conſtituit in eo eam præſtantiam ac maieſtatem, quæ timorem cæteris animalibus afferret, ac dominum eorum declararet ac exhiberet. 5 Iudicium, linguam, ocul. &c. διαβούλιον, καὶ γλῶσσαν, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ καρδίαν ἔδωκεν διανοεῖσθαι αὐτοῖς. Conſilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit ad cogitandum illis. διαβούλιον appellat mentem ac rationem quæ vim iudicandi conſultandíque habet. eſt enim ea animi pars λογιστικὴ καὶ βουλευτική. Alias corporis partes enumerat tanquam mentis animique inſtrumenta. Sexto loco mentem, &c. ἕκτον δὲ νοῦν ἐδωρήσατο αὐτοῖς μερίζων, ſextam autem mentem donauit eis partiens. Vis animi intellectualis eſt multiplex & varia, alia θεωρητικὴ in contemplatione ac cognitione poſita, alia βουλευτικὴ καὶ πρακτικὴ, quæ in conſilii capiẽdi ratione actionéque verſatur. Ariſtoteles λόγῳ, id eſt rationi tribuit vim ratiocinãdi ac deliberandi de iis rebus quæ ad hanc vitam pertinent: mentem autem in cognitione rerum ſimplicium atque æternarum verſari dicit. Itaque ſiue hæc ſit propria mentis materia, ſiue ipſa ſit pars præcipua vnde vis cognoſcendi atque intelligendi manat: Sapiens non ſine cauſa à cæteris facultatibus ingenii ſeparauit, eique ſextum locum tribuit. Quædam exemplaria hoc membrum ſuperioribus præponunt, ex quo arbitror hunc locum deprauatum. Alia mentis atque orationis nullam mentionem faciũt. Et ſeptimo ſermonem, &c. καὶ τὸν ἕβδομον λόγον ἑρμηνείαν τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ. & ſeptimum ſermonem, [aut, orationem] interpretationem operum ipſius. Oratio quidem eſt nuntia atque interpres cogitationum animi, cuius maxima eſt vis in rebus cum hominibus contrahendis ac communicandis: ſed malo Operum ipſius, ad Deum referre: vt eum orationis vſum præcipuum intelligamus quo opera Dei commemorentur ac prædicentur. Duo enim ſunt præſtantiſſima munera, ratio, atque oratio, quibus cæteris animantibus præſtamus: altera Deum cognoſcimus, altera eius opera explicamus ac celebramus. 6 Scientia intelligendi, &c. ἐπιστήμην συνέσεως ἐνέπλησεν αὐτούς. Sciẽtia intellectus impleuit eos. Hæc vis intelligẽdi ac ſciendi in facultate ingenii ſita, à Deo cum cæteris animi facultatibus tributa eſt. Hoc autem ſcientiæ nomine comprehendit omnes artes ac diſciplinas, quarum inuentio atque excogitatio maximam ingenii vim atque hominis excellentiam oſtendit.

7 Adiecit ad corda eorũ, &c. ἔθηκε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν, δεῖξαι αὐτοῖς τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης αὐτοῦ. Poſuit oculum ſuum ad corda eorum, vt oſtenderet eis magnificentiam operum ſuorum. Oculum Dei vocat Spiritum eius, cuius virtute opera eius intelliguntur. Videntur autem hæc & quæ ſequuntur, ad Iſraelitas propriè pertinere, quibus Deus amplitudinem & gloriam operum ſuorum declarauit. Pſal.103.b.7, Notas fecit vias ſuas Moyſi, & filiis Iſrael opera ſua. 9 Scientiam eis addidit, ac Legem vitæ, &c. προσέθηκεν αὐτοῖς ἐπιστήμην, καὶ νόμον ζωῆς ἐκληροδότησεν αὐτοῖς. Adiunxit eis ſcientiam, & legem vitæ per hæreditatem [id eſt iure quodam hæreditario] illis tradidit. Fuit enim Lex data patribus quaſi quædam hæreditas quæ per manus ad poſteros ſucceſſione perueniret. Vt ſe nũc mortales, &c. εἰς τὸ νοῆσαι ὅτι θνητοὶ ὄντες ὑπάρχουσι νῦν. ad intelligendum quòd nnnc mortales ſunt. Videtur ſignificare doctrinam Legis propterea traditam fuiſſe, vt homines ſuæ conditionis admoneret, atque ab hac mortali vita ad ſpem illius immortalis reuocaret. Quidam codices hoc membrum non habent. 10 Pactum cum ipſis conſtituit ſempiternũ, &c. διαθήκην αἰῶνος ἔστησε μετ' αὐτῶν, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ ὑπέδειξεν αὐτοῖς. Fœdus ſeculi [id eſt æternum] iniit cum eis, & iudicia ſua eis oſtendit. Hoc autem fœdus primùm fuit inſtitutum cum Abraham eiúſque ſemine: deinde in monte Sinai quum Lex data eſt, magnificentius renouatum ac confirmatum. Itaque Act.3.d.25, Iudæi à Petro filii διαθήκης, id eſt fœderis, appellantur. 11 Amplitudinem glorioſam viderunt oculi eorum, &c. μεγαλεῖον δόξης εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ δόξαν φωνῆς αὐτῶν ἤκουσε τὸ οὖς αὐτῶν. Magnificentiam gloriæ viderunt oculi eorum, & gloriam vocis eorum audiuit auris illorum. Omnia exemplaria habent φωνῆς αὐτῶν vocis eorum: vt hoc referri poſſit ad iudicia Dei paulo antè nominata, quæ tum Iſraelitæ audierunt, & acceperunt.

	lus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis, Attendite ab omni iniquo.		vocis illius auris eorum audiuit.
Exod.20.21.22.23	¶Et mãdauit illis, vnicuique de proximo ſuo.	12	ʼAb omni re iniqua, inquit, abſtinete: ac ſingulis de proximo mãdata dedit.
	Viæ illorum coram illo ſũt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius.	13	ʼCoram ipſo ſunt viæ eorum, neque vnquam abditæ ab illius oculis remouebuntur: ʼomnis autẽ homo à iuuentute *procliuis* eſt ad mala: ʼnec potuerunt corda ſua pro lapideis efficere carnea.
Rom 13.a.1	¶In vnamquanque gentem præpoſuit rectorem:	14	ʼNam in diſtributione nationum vniuerſæ terræ, vnicuique gẽti ducem præfecit.
Deut.4.c.20, & 10.c.15	¶Et pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta.	15	ʼEt Iſraelẽ populũ peculiarẽ ſibi delegit, ʼquẽ vt primogenitum alit diſciplina, & lumẽ impertiens amabiliſſimum, non dimittit.
C	Omnia opera illorum velut ſol in cõſpectu Dei: & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.	16	ʼQuapropter õnia opera illarũ, tanquã ſol, in cõſpectu eius verſantur, eiuſdémque oculi continenter vias earum intuentur.
	Non ſunt abſconſa teſtamenta ſuper iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei.	17	ʼIniuſtè facta illarum eum non latent, ſed omnia earum peccata coram ipſo: ipſe autem quum benignus ſit, ac figmentum cognoſcat ſuum, non dimittit eos, neque deſerit, parcens eis.
Infrà 29.b.16	¶Eleemoſyna viri quaſi ſaccul⁹ cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.	18	ʼBeneficentia hominis coram ipſo velut res ſigillo conſignata, & gratiam ab vnoquoque collatam quaſi pupillam cõſeruat: ʼfiliis eius ac filiabus locum concedens pœnitentiæ.
Matth.25.e.35	¶Et poſtea reſurget, & retribuet illis retributionẽ, vnicuique in caput ipſorũ: & conuertet in interiores partes terræ.	19	ʼTandem verò exurget, & ſuum ſingulis præmiũ reddet, ac ſuã cuique vicem in caput regeret.
Act.3.c.19	¶Pœnitẽtibus autem dedit viã iuſtitiæ, & conrogauit deficientes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis.	20	ʼReditum tamen reſipiſcentibus concedit, & labaſcẽtes ad patientiam cohortatur.
Ierem.3.d.12	¶Cõuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.	21	Conuertere igitur ad Dominum, & peccata derelinque.

12 Ab omni re iniqua, &c. καὶ εἶπεν αὐτοῖς, προσέχετε ἀπὸ παντὸς ἀδίκου· καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς, ἑκάστῳ περὶ τοῦ πλησίον. Et dixit illis, Abſtinete ab omni iniquo: & vnicuique de proximo mandauit. Paucis comprehendit totam legem generali mandato, de omni iniuſtitia iniquitatéque fugienda: & ſpeciali, de diligendo proximo. Primum quod eſt ἀπαγορευτικὸν, ad Deum referri poteſt, cuius religio omni obſeruantia colenda eſt, nulla re iniqua violanda: alterum verò ad proximum pertinet. 13 Coram ipſo ſunt viæ, &c. αἱ ὁδοὶ αὐτῶν ἐναντίον αὐτοῦ, διὰ παντὸς οὐ κρυβήσονται ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Viæ illorum ſunt coram ipſo, perpetuò non abſcondentur ab oculis eius. id eſt, nunquam effugient oculos eius. aut, eum nunquam latebunt. Omnis autem homo, &c. πᾶς δὲ ἄνθρωπος ἐκ νεότητος ἐπὶ τὰ πονηρά. ſcilicet intentus aut pronus eſt. Hæc ſententia eſt ſumpta ex Geneſ.5.b.5, vbi Deus ait omnem cordis cogitationem ad malum intentam eſſe omni tempore. Nec potuerunt corda ſua, &c. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἀντὶ λιθίνων ποιῆσαι σαρκίνας. Hoc non eſt opus hominis, ſed Dei: qui apud Ezech.36.f.26, promittit ſe ſpiritum nouum in medio eorum poſiturum, cordáque ita immutaturum vt ex lapideis efficiat carnea. id eſt, ex duris ac obſtinatis mollia & tractabilia reddat. 14 Nam in diſtributione, &c. ἐν γὰρ μερισμῷ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς πάσης, ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν ἡγούμενον. In diuiſione enim gentium totius terræ [id eſt in diſtribuẽdis gentibus vniuerſæ terræ] vnicuique genti conſtituit ducem. ſiue gubernatorem. Significat politias & reſpublicas à Deo eſſe conſtitutas. Neque enim ſinit Deus vitam hominũ ἀτάκτως ſine vllo ordine ac regimine ferri: ſed in ciuilibus certam formam dedit omnibus, qua ſocietas hominum inter ipſos colatur ac conſeruetur. Paulus, Rom.13.a.2, huiuſmodi poteſtates vocat Dei ordinationes. 15 Et Iſraelẽ populum, &c. καὶ προσελάβετο Ἰσραὴλ ἑαυτῷ μερίδα. Et accepit [aut, aſſumpſit] Iſrael ſibi partẽ. aut, portionem. id eſt, peculiariter ſibi delegit. Hanc gratuitã Dei electionem cõmemorat Moyſes, Deut.10.c.14.15, Domini Dei tui cælũ eſt & cæli cælorũ: terra quoque & quicquid in ea eſt. Duntaxat tamen in patres tuos amorem effudit Dominus, vt eos diligeret, & eligeret ſemen eorum poſt eos, nempe vos præ omnibus populis. Quem vt primogenitum, &c. ὃν πρωτόγονον ὄντα θρέψει παιδείᾳ, καὶ μερίζων φῶς ἀγαπήσεως οὐκ ἀνήσει αὐτόν. quem primogenitum exiſtentem educat diſciplina, & partiens lumen dilectionis [aut, charitatis, id eſt chariſſimum] non remittit illum. non laxat ei habenas vt ſequatur ſua deſideria & ſtudia, ſed in diſciplina Legis ſuæ eum retinet. Continet hic locus ſummam commendationem gratuitæ Dei electionis ac vocationis: in qua doctrina pietatis ſalutaris quædam animorum educatio nominatur. Eſt enim παιδεία (vt ait Socrates apud Platonem) τροφὴ nutritio aut educatio ingeniorum. is autem paſtus Verbi ſolis Dei filiis tribuitur. 16 Quapropter omnia op. &c. διὸ πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον αὐτοῦ ἐστὶ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐνδελεχῶς ἐπὶ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Itaque omnia opera illarum [ſcilicet gentium, aut eorum hominum] ſunt coram ipſo, & oculi eius continenter ad vias illorum. Significat ſummam Dei prouidentiam erga res humanas, atque omnia patere oculis Dei. 17 Iniuſtè facta illarum, &c. οὐκ ἐκρύβησαν αἱ ἀδικίαι αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἔναντι κυρίου. Non ſunt abſconditæ iniuſtitiæ illarum ab eo [id eſt, non ſunt ei occultæ] & omnia earum peccata coram Domino. 18 Beneficentia hominis coram, &c. ἐλεημοσύνη γὰρ ἀνδρὸς ὡς σφραγὶς μετ' αὐτοῦ, καὶ χάριν ἀνθρώπου ὡς κόρην συντηρήσει. Beneficentia enim viri quaſi ſigillum cum eo, [id eſt apud eum] & gratiam hominis vt pupillam conſeruabit. Quæ cuſtodire diligenter volumus, ea ſigillo obſignamus, quemadmodum Darius oſtium foſſæ eius in quam coniectus erat Daniel, annulo ſuo ſignauit, Dan.6.e.17. Itaque nihil aliud vult ſignificare Sapiens, quàm Deum memoriam fidelem conſeruare eorum beneficiorum quæ nos in hac vita in homines indigentes conferimus, eorúmque liberaliſſimum remuneratorem eſſe. Filiis eius ac filiabus, &c. μερίζων υἱοῖς αὐτοῦ καὶ θυγατράσι μετάνοιαν. diſpertiens filiis ipſius [ſubaudi, hominis] ac filiabus pœnitentiam. Præſtantiſſimum eſt donum reſipiſcentia: eius autẽ ſolus Deus author eſt. Act.11.18, Etiam Gentibus Deus pœnitentiam dedit ad vitam. Deus enim vocat homines ad pœnitẽtiam, ad eámque deducit, corda eorum ad ſe conuertens. Hoc tamen loco mihi videtur loqui de cõmuni vocatione ad reſipiſcentiam, de qua Paulus, Rom.2.a.4, Ignorans quòd Dei benignitas te ad pœnitentiã inuitat. tu autem ſecundũ duritiem tuã & cor inpœnitens, accumulas tibi theſaurum iræ in die iræ. 19 Tandem verò exurget, &c. μετὰ ταῦτα ἐξαναστήσεται καὶ ἀνταποδώσει αὐτοῖς, καὶ τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν ἀνταποδώσει. Poſt hæc exurget ac retribuet eis: & retributionẽ eorum in caput ipſorum rependet. Pœnitentia ſalutéque oblata, homines ad iudiciũ tandem vocãtur: in quo redditur præmium factis vniuſcuiuſque dignum. Paulus Rom.1.d.27, ἀντιμισθίαν mercedem redditam nominat.

20 Reditum tamen reſipiſc. &c. πλὴν μετανοοῦσιν ἔδωκεν ἐπάνοδον, καὶ παρεκάλεσεν ἐκλείποντας ὑπομονήν. Verùm pœnitẽtibus reditum [aut, regreſſum] dedit, atque hortatus eſt derelinquentes patientiam. id eſt, qui deficiunt patientia. Reditum in gratiam intelligit ſiue reconciliationem, in qua Deus ſe clementiſſimũ ac leniſſimum exhibet. nõ enim excludit eos qui cum ſenſu peccatorum ſuorum peracerbo, ac propoſito melioris vitæ, ad eius gratiã miſericordiámque confugiunt. Deus etiam per Apoſtolos hortatur homines vt ſibi reconcilientur, 2. Corinth.5.d.20. Secundum autem membrum oſtendit Deum conſcientias infirmas ac debiles à ſua gratia non deterrere, ſed potius erigere ac confirmare. De Chriſto eſt dictum (in quo Deus apparuit reconcilians ſibi mundum) quòd calamum quaſſatum non confringet, nec linum fumigans extinguet, Eſa.42.a.3.

ʺFac ei ſupplices,&offendiculum minuas.

ʺReuocare ad Altiſſimum,ab iniuſtitiáque recede:ʺis enim è tenebris ad lucẽ deducet ſalutarem : atque quod abominãdum eſt, ſummo odio proſequere.

ʺQuis apud inferos laudabit Altiſſimũ perinde atque viui mutuæ gratulationi dediti?

Mortuum non ſecus atque eum qui eſſe deſierit,laudatio deficit:ʺviuus autem & corde ſanus laudabit Dominum.

ʺQuàm magna eſt miſericordia Domini Dei noſtri,& eiuſdem placabilitas erga illos qui ſanctè ad ipſum conuertuntur.

ʺNon enim in hominibus poſſunt eſſe omnia, propterea quòd homine natus immortalis non ſit.

ʺQuid luce ſolis ſplendidius? atque hæc quoque deficit. ita etiam vir qui carnem ac ſanguinem cogitabit.

Ille virtutem excelſi cæli perluſtrat:omnes autem homines terra ciníſque ſunt.

Cap. XVIII.

QVi viuit in æternum,omnia pariter creauit,Dominus quiſolus eſt iuſtus,nec præter eũ eſt alius.ʺIpſe palmo manus ſuæ mũdũ diſponit,eiúſq; volũtati omnia obediũt:ʺnã ſua ipſe potẽtia regit omnia, quæ in eis ſãcta ſunt ſegregãs à ꝓfanis.

ʺCuinam explicandi facta ſua facultatem dedit?

Aut quis egregia ipſius facinora inueſtiget?

ʺQuis vim magnificentiæ eius recenſeat?aut quis conetur miſerationes eius enarrare?

22 Precare ante faciẽ eius,&minue offendicula.

23 Refer te ad Dominum,& auertere ab iniuſtitia, & nimis odito execrationem:

24 Et cognoſce iuſtitias & iudicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei.

25 In partes vade ſeculi ſancti, ꝗcum viuis & dantibus cõfeſſionem Deo.

26 Non demoreris in errore impiorũ, à mortuo quaſi nihil perit.

27 Cõfiteberis viuens, viuus & ſanus cõfiteberis,& laudabis Deũ,& gloriaberis in miſerationibus illius.

28 Quã magna miſericordia Domini, & ꝓpitiatio illius cõuertẽtibus ad ſe.

29 Nec enĩ õnia poſſũt eſſe in hominibus: qm̃ nõ eſt immortalis fili⁹ hominis,& in vanitate malitiæ placuerũt.

30 Quid lucidius ſole? & hic deficiet. aut quid nequius excogitauit caro & ſanguis? & hoc arguetur.

31 Virtutẽ altitudinis cæli ipſe cõſpicit: & omnes homines terra & cinis.

Cap. XVIII.

1 QVi viuit inæternũ, ꝗcreauit omnia ſimul. Deus ſolus iuſtificabitur,&manet inuict⁹ Rex in æternum.

2 Quis ſufficit enarrare opera illius?

3 Quis enim inueſtigabit magnalia eius?

4 Virtutem autem magnitudinis ei⁹ quis enũtiabit? aut quis adiiciet enarrare miſericordiam eius?

Pſal.6.a.6 eſa.38.d.19

D

Gene.1.a.1

22 Fac ei ſupplices,&c. δεήθητι κατὰ πρόσωπον, καὶ σμίκρυνον πρόσκομμα. Precare in faciem,[aut,ante conſpectum]ac diminue offenſam. Orare in faciem,ſignificat ſupplicem orationem,qua homo coram Deo proſtratus,culpam & pœnam peccatorum ſuorũ deprecatur.Poſtremum autẽ membrũ de offendiculo minuendo habet eandẽ admonitionem quã illa Chriſti verba ad eos quibus ignouerat,Noli amplius peccare,nequid deterius tibi cõtingat,Iohan.5.c.14. 23 Reuocare ad,&c. ἐπανάγαγε ἐπὶ ὕψιστον, καὶ ἀπόστρεφε ἀδικίας, Reduc[ſubaudi TE] ad Altiſſimũ,& auerte iniuſtitias. Quædã exẽplaria ita legũt, ἔπειγε ἐπὶ ὕψιστον, καὶ ἀπόστρεφε ἀπὸ ἀδικίας Feſtina ad Altiſſimũ,& auertere ab iniuſtitia.Hæc lectio cõueniet cũ verſiculis illis Pſal.119, Reputaui vias meas,& cõuerti pedes meos ad teſtimonia tua.Feſtinaui, & nõ tardaui cuſtodire mãdata tua.Pœnitentia enim nullã patitur dilationẽ ac cunctationẽ. Is enim è ten.&c. αὐτὸς γὰρ ὁδηγήσει ἐκ σκότους εἰς φωτισμὸν ὑγιίας.ipſe enim ducet è tenebris ad lucẽ ſanitatis.aut,incolumitatis.Is eſt maximus ac ſuauiſſimus homini ad Deum conuerſi fructus, vt è tenebris in quibus antè,auerſus alienatúſque à Deo, verſabatur, ad eam vocetur lucem in qua ex grauiſſimo morbo ad valetudinem, atque etiã è morte ad vitã ſalutémque deducatur. 24 Quis apud inferos,&. ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ᾅδου ἀντὶ ζώντων καὶ διδόντων ἀνθομολόγησιν; Altiſſimũ quis laudabit in inferno pro viuentibus & dãtibus confeſſionẽ? Mihi non diſplicet vt præpoſitio ἀντὶ habeat vim cõparandi: quemadmodũ[aut,ſicut]ii qui viuũt,ac ſibi cõgratulãtes laudẽ Deo tribuũt.Idem enim eſt quod dicit Ezechias apud Eſaiam 38.d.18, Neq; enim aut inferi te canũt,aut mortui te laudãt.Viuus,viuus inquã,canet te,quemadmodũ & ego hodie,pater filiis notam faciet fidẽ tuã.Eſt autẽ hic quoque ampliſſimus pœnitẽtiæ fructus,vt homines ad Dominũ cõuerſi ac cõuerſati,ei in terra viuentiũ gratias agãt, eiuſque bonitatẽ laudibus celebrẽt. Neque fuit vlla grauior cauſa cur Dauid & Ezechias in grauiſſimis ſuis morbis mortẽ metuerent, quàm ira Dei ſenſu animi vehementer percepta. 25 Mortuũ non ſecus,&c. ἀπὸ νεκροῦ ὡς μηδὲ ὄντος ἀπόλλυται ἐξομολόγησις. A mortuo tanquã à non exiſtente,[aut,ab eo qui nõ eſt]perit laudatio. Ariſtoteles laudẽ ponit ἐν τοῖς πρός τι,atque verſari dicit in magnitudine meritorũ quæ in hac vita homines alii in alios cõferunt.Hoc autem modo Deum, quum ſit beatus,propter ſua maxima in homines beneficia laudem conſequi.

Viuus autem &corde,&c. ζῶν καὶ ὑγιὴς τῇ καρδίᾳ αἰνέσει τὸν κύριον.Bene cõiungit hæc duo Viuus & Sanus corde:nã vita in animo peccatis ægroto ac morboſo via eſt ad mortẽ,aut potius ipſa mors. 28 Quàm magna eſt,&c. ὡς μεγάλη ἡ ἐλεημοσύνη τοῦ κυρίου θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἐξιλασμὸς τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐπ' αὐτὸν ὁσίως. Quàm magna eſt miſericordia Domini Dei noſtri,& propitiatio cõuertẽtibus ad ipſum ſanctè.id eſt verè ac ſine vlla ſimulatione,quemadmodũ ait Dauid Pſal.32.a.2, Beatus homo cui non imputat Dominus iniquitatem,nec eſt in ſpiritu eius dolus. 29 Nõ enim in hominibus,&c. οὐ γὰρ δύναται πάντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις, ὅτι οὐκ ἀθάνατος υἱὸς ἀνθρώπου. Nõ enim poſſunt omnia eſſe in hominibus,quoniã non immortalis eſt filius hominis.Hæc ratio oſtendit ipſius hominis imbecillitatẽ,vt magis miſericordia Dei hominem ad ſe vocãtis cõmendetur.Deus enim ſolus eſt immortalis,atque immortalitatis author. 30 Quid luce ſolis ſplend.&c. τί φωτεινότερον ἡλίου; καὶ τοῦτο ἐκλείπει, καὶ ἀνὴρ ὃς ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα. Quid lucidius ſole?& hoc deficit,& vir qui in animo ſuo habebit carnem & ſanguinẽ.i.cuius tota cogitatio atque affectio verſabitur in carne ac ſanguine:quæ vitæ illius cæleſtis ac immortalis,ad quam Deus nos vocat,nõ ſunt capacia.Nã(vt dicit Iohannes)cõcupiſcentia carnis,& concupiſcentia oculorũ,faſtúſque vitæ tranſeunt atque euaneſcunt. 1.Iohan.2.c.16.17.Quædã exemplaria diuerſam habent lectionẽ. καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σὰρξ καὶ αἷμα. & malum cogitabit caro & ſanguis. ſed altera lectio magis probatur.

IN CAPVT XVIII.

1 Qui viuit in æternum,&c. ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα, ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ. Qui viuit[aut,viuẽs]in ſeculũ,omnia creauit cõmuniter. Quidam verterũt Simul. ego malui Pariter,aut Cõmuniter, ne eodem tẽpore condita eſſe intelligamus:ſed σύμπαντα vniuerſa ſine exceptione, ſicut Iohan.1.a.3,Et ſine ipſo factũ eſt nihil quod factum eſt.In ipſo vita erat. Ipſe palmo manus ſuæ,&c. οἰκίζων τὸν κόσμον ἐν σπιθαμῇ χειρὸς αὐτοῦ, diſponens mundum ſpithama manus ſuæ. οἰκίζειν verbum proprium habet locum in œconomia, id eſt gubernatione rei familiaris ac domeſticæ.hic tranſfertur ad adminiſtrationem mundi.Eſaias,cap.40.c.12,volens ſignificare Dei magnitudinem & potentiam, dicit cum palmo demenſum eſſe cælos. Nam ſua ipſe potentia,&c. αὐτὸς γὰρ βασιλεὺς πάντων ἐν κράτει αὐτοῦ, διαστέλλων ἐν αὐτοῖς ἅγια ἀπὸ βεβήλων. ipſe enim eſt rex omniũ in potentia, diſtinguẽs[aut, ſecernẽs]in eis ſancta à profanis.Hæc ſelectio ac ſegregatio rerum ſanctarũ à profanis atque impuris, cùm in vniuerſo hominum genere declaratur,tum præcipuè in Eccleſia,quam Deus ab omni mũdi ac carnis pollutione ad ſanctitatem ſuã vocat,Eſtote,inquit,ſancti,quoniã ego ſanctus ſum. 2 Cuinam explicandi,&c. οὐδενὶ ἐξεποίησεν ἐξαγγεῖλαι τὰ ἔργα αὐτοῦ; καὶ τίς ἐξιχνιάσει τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ; Cui copiam[aut, facultatem] fecit enuntiãdi opera eius, aut quis inueſtigauit magnificas res ipſius? Hoc loco ἐκποιεῖν cum datiuo ſignificat vim ingenii aut orationis facultatem dare alicui,qua Dei opera enarrare poſſit.

4 Quis vim magnificentiæ,&c. κράτος μεγαλωσύνης αὐτοῦ τίς ἐξαριθμήσεται; καὶ τίς προσθήσει ἐκδιηγήσασθαι τὰ ἐλέη αὐτοῦ; Potentiam magnificentiæ eius quis enumerabit? aut quis adiiciet enarrare,[aut cõmemorare] miſericordias eius? Significat eam magnitudinem eſſe tum potentiæ tum miſericordiæ Dei,quam nulla vis ingenii orationiſque enumerando aut explicando conſequi poſſit.

Non eſt minuere, neque adiicere, nec eſt inuenire magnalia Dei.

Quum conſummauerit homo, tūc incipiet: & quū quieuerit, operabitur.

Quid eſt homo, & quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam illius?

Pſal 89.b.10 ¦Numerus dierū hominum, vt multum, centum anni: quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui.

B Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effudit ſuper eos miſericordiā ſuam.

Vidit præſumptionem cordis eorum quoniam mala eſt, & cognouit ſubuerſionē illorū quoniā nequā eſt.

Ideo adimpleuit propitiationē ſuā in illis, & oſtendit eis viā æquitatis.

Miſeratio hominis circa proximū ſuum: miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem.

Qui miſericordiam habet, docet: & erudit quaſi paſtor gregem ſuum.

Miſeretur excipiētis doctrinā miſerationis, & q feſtināt in iudiciis eius.

Fili, in bonis non des querelā, & in ōni dato non des triſtitiā verbi mali.

Nónne ardorem refrigerabit ros? & verbum melius quàm datum.

Nōne ecce verbum ſuper datū bonum? ſed & vtraque cum homine iuſtificato.

C Stultus acriter improperabit, & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos.

Ante iudicium para iuſtitiam tibi, & antequam loquaris diſce.

5 ″Nihil eſt quod demas aut addas, nec quod perueſtiges miracula Domini.

6 ″Quum abſoluerit homo, tum demum incipit: & quū conquieuerit, tum verò incertus eſt.

7 ″Quid eſt homo, aut quis eius vſus? quod bonum, quódve malum ipſius eſt?

8 ″Numerus dierum hominis centum anni cumplurimum, nec cuiuſquam ex omnibus explorata eſt obitus ſui ratio: ″quantula eſt aquæ gutta è mari ſumpta, & ex arena calculus, tantillum ſunt anni mille præ tempore æternitatis.

9 ″Propterea patientia vtitur in homines, atque in eos miſericordiam ſuam effundit.

10 ″Vidit ac cognouit exitum vitæ illorum malum eſſe,

11 Itaque amplam effecit clementiam ſuam.

12 ″Miſeratio hominis confertur in proximum ſuum: at miſericordia Domini omnes complectitur mortales.

13 ″Quos caſtigat, erudit, docet: atq; vt paſtor gregē ſuum reducit.

14 ″Miſericordia proſequitur eos qui ſuſcipiūt diſciplinam, quíq; ſtudioſè iudicia ipſius conſectantur.

15 ″In rebus bonis, fili, ne adhibeas reprehenſionem, nec vllo in dono verbi mali moleſtiam.

16 Nónne ros æſtum mitigat? ſimili ratione ſermo eſt præſtantior ipſo dono.

17 ″Nónne ecce muneri præſtat oratio? cæterùm gratia vtriuſque ab homine gratioſo eſt.

18 Stultus ingratè exprobrat, donúmque inuidi oculos tabefacit.

19 ″Antequā loquaris, diſce: & ante ægritudinē adhibe curationē.

5 Nihil eſt quod demas, &c. οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι, οὐδὲ προσθεῖναι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξιχνιάσαι τὰ θαυμάσια κυρίου. Nō eſt diminuere neque addere, neq; eſt inueſtigare mirabilia Domini. id eſt, admiranda opera Domini ſunt omnibus partibus abſoluta & perfecta, vt nulla aut acceſſio, aut deceſſio fieri poſſit: nihil planè in illis requiritur. Præterea ſunt ἀνεξιχνίαστα imperueſtigabilia. 6 Quū abſoluerit, &c. ὅταν συντελέσῃ ἄνθρωπος, τότε ἄρχεται· καὶ ὅταν παύσηται, τότε ἀπορηθήσεται). Quum conſummauerit homo, tū incipit: & quum ceſſauerit, [aut, quieuerit] tum incertus dubitabit. Hoc ἀδύνατον hominis in operibus Dei aut inquirendis, aut explicandis, eorum magnitudinem declarat.

7 Quid eſt homo, &c. καὶ τί ἄνθρωπος, καὶ τίς ἡ χρῆσις αὐτοῦ; τί τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ τί τὸ κακὸν αὐτοῦ; Et quid homo, & quis vſus eius? quod bonū eius, & quod malum ipſius? Statim declarabit quid ſit mali in natura hominis, quanta imbecillitas, breuitas, ac vanitas vitæ illius: deinde quanta eiuſdem fœlicitas benignitate Dei comparata. 8 Numerus dierum hominis, &c. ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπου πολλὰ ἔτη ἑκατὸν, ἀλογίστω δὲ ἑκάστου πᾶσιν ἡ κοίμησις. Numerus dierum hominis multi anni centum, inconſiderata [aut, inopinata] cuiuſque omnibus dormitio. Puto mendoſè legi ἀλογίστω pro ἀλόγιστος. Incerta, nec cuiquā explorata eſt omnibus moriendi ratio. Etſi enim omnibus moriendum eſt, tēpus tamen mortis aut vitæ nemini eſt exploratum. Quantula eſt aquæ gutta, &c. ὡς σταγὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ὡς ψῆφος ἄμμου, οὕτως χίλια ἔτη ἐν ἡμέραις αἰῶνος. vt gutta aquæ à mari, & vt calculus arenæ, ſic mille anni in diebus ſeculi. Quædam exemplaria legunt ὀλίγα ἔτη, pauci anni, ſed altera lectio magis placet. Oſtēdit paucitatem dierum eſſe in mille annis, ſi cum æternitate comparentur. Ad hunc verſum & ſuperiorem declarandum plurimum facit Pſalmus 90.a.4, Qui Moſi aſcribitur, in quo hi ſunt verſiculi, Quoniam mille anni in oculis tuis, ſicut dies heſterna quū trāſierit: & cuſtodia in nocte. Et poſtea, 10, Dies annorum noſtrorum quibus viuimus, ſeptuaginta anni: & ſi maior vigor ſit, octoginta anni, & fortitudo eorum moleſtia, quoniam recedit citò, & auolamus. Itaque Deum precatur Propheta, vt eum in hac breuitate vitæ cogitanda & meditanda inſtituat atque occupet. In quo eſt præcipuum hominis officium, & (vt hîc dicitur) vſus, id eſt exercitatio, vt in hac breui vita peregrinantes, illam cæleſtem ac æternam meditemur. 9 Propterea patientia, &c. διὰ τοῦτο μακροθυμεῖ κύριος ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐκχέει τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς. Propterea patiens eſt Dominus in eis, ac diffundet miſericordiā ſuam in eos. Quædam exemplaria hæc verba legunt in præterito, ἐμακροθύμησε, καὶ ἐξέχεε. Sed hæc eſt varietas temporum apud Hebræos.

10 Vidit ac cognouit, &c. εἶδε καὶ ἐπέγνω τὴν καταστροφὴν αὐτῶν, ὅτι πονηρά· διὰ τοῦτο ἐπλήθυνε τὸν ἐξιλασμὸν αὐτοῦ. καταστροφὴν vertunt ſubuerſionem: mihi magis placet vt pro exitu vitæ accipiatur: quemadmodum in fabulis id nomen pro exitu accipitur, id eſt pro extrema fabulæ parte, ita hoc loco pro morte intelligi debet. ἱλασμὸς dicitur propitiatio, ſiue placabilitas. Ego clementiam verti, quæ etiam manſuetudo appellatur, quæ ſeueritati opponitur. Deus genus humanum in ea calamitate mortis æternæ relinquere poterat, in quam incurrerat, ſed miſericordia vſus, ab interitu ad vitam & ſalutem reuocauit. 12 Miſeratio hominis confertur. &c. ἔλεος ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἔλεος δὲ κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, Miſericordia hominis in proximum ſuum, miſericordia autē Dei in omnem carnem. Proximus hîc appellatur certus aliquis homo aliqua ratione amicitiæ, aut propinquitatis, aut vicinitatis, aut alterius alicuius rei coniunctus. Caro autem accipitur pro omni animantiū genere, & maximè humano, in quo bonitas Dei & miſericordia præcipuè cernitur. 13 Quos caſtigat, &c. ἐλέγχων, καὶ διδάσκων, καὶ παιδεύων, καὶ ἐπιστρέφων, ὡς ποιμὴν τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. redarguēs, & erudiēs, & docēs, ac cōuertens, vt paſtor gregē ſuū. Ego relatiuum Quos ſubiunxi, vt ipſa oratio mollius cohæreret. 14 Miſericordia proſequitur, &c. τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ, καὶ τοὺς κατασπεύδοντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ. Suſcipientes diſciplinam miſeratur, ac feſtinātes ad iudicia ipſius. 15 In rebus bonis, &c. τέκνον ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῷς μῶμον, μηδὲ ἐν πάσῃ δόσει λύπην λόγου πονηροῦ. Fili, in bonis ne des reprehenſionem, neque in omni dono triſtitiam verbi mali. Quædam exemplaria habent ἐν πάσῃ δεήσει in omni precatione: ſed lectio quam poſuimus, magis probatur. Loquitur enim de beneficiis dandis, quo in genere hilarem datorem diligit Deus. Hîc autem benignitas orationis quæ munus ſubſequitur, in primis cōmēdatur, ipſique muneri anteponitur. Acerbitas contrà illiberalis & moleſta omnem beneficii gratiam tollit. In beneficiis enim cōferēdis animus in primis ſpectatur, cuius index oratio eſt. 17 Nónne ecce, &c. οὐκ ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν; Nónne ecce oratio ſuper donū bonū? id eſt melior aut præſtantior dono eſt. καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνθρώπου κεχαριτωμένα, aut vt quædā exēplaria legunt κεχαριτωμένῳ. ac vtrūque ab homine gratioſo. Significat liberales ac benignos homines ad beneficia quæ indigētibus tribuūt, gratiā orationis adiūgere. Libēter enim atque hilariter ea cōferunt. 19 Antequā loquaris, &c. πρὶν ἢ λαλῆσαι μάνθανε, καὶ πρὸ ἀῤῥωστίας θεραπεύου. Priuſquā loquaris, diſce, & ante infirmitatē ſanare. Significat eā rationē ac moderationē adhibendam eſſe, vt in loquendo cogitatio ac cognitio orationē, in agēdo verò accurata iu

diciorũ Dei meditatio omnes noſtras actiones in quibus labi affligíque poſſumus, ſemper præcurrat. In vtroque genere maxima hominum temeritas cernitur, vt aut ea loquantur quæ ignorant: aut irreuerenter ac ſine timore Dei ea faciant & dicant, quorum pœnas poſtea dent. Itaque ſi (vt inquit Paulus 1.Cor.11.g.31.32) nos ipſos iudicaremus, à Domino nõ corriperemur. Hæc autem meditatio iudiciorũ Dei, eſt quaſi quædam curatio, vel potius præparatio, ac cautio qua futura ægritudo, id eſt afflictio ac Dei caſtigatio, euitatur.

20 ″Ante iudicium explora teipſum, & in tẽpore inquiſitionis veniam conſequêris.

21 ″Ante infirmitatem teipſum temperantia macera, atq; in tempore peccatorum emendationem oſtende.

22 ″Nulla re impediaris, quominus votum reddas opportunè, nec tuam probitatem vſque in mortem differas.

23 ″Priuſquàm vota facias, para teipſum: ne ſimilis ſis homini tentanti Dominum.

24 ″Memento iræ extremo die futuræ: & vltionis, quo tempore *Dominus* auertet faciem.

25 ″Perpende animo tempus famis in tempore ſaturitatis, & inopiam ac penuriam die diuitiarum.

26 ″Tẽpus à mane mutatur ad veſperã, & corã Dño ſubita ſũt õnia.

27 ″Homo ſapiens in omnibus metuet, in diebúſque vitioſis cauebit à delicto: ″inſipiens autem non obſeruat tempora.

28 ″Omnis cordatus agnoſcit ſapientiam & diſciplinam, eámque adepto laudem tribuit.

29 ″Prudentes homines in ſermone quoque ſapientiã proferunt, atque animi moderatione ſelectas ad vitam ſententias dicunt. ″Optima loquendi libertas in ſolo Domino ſita eſt, ſiquidẽ mortali cor inhæret mortuum.

30 ″Ne ſequaris cupiditates tuas, atq; à tuis appetitionib⁹ auertere.

31 ″Quòd ſi animo tuo indulſeris deſiderium volũtatis eius, facies

20 Ante languorem adhibe medicinã, & ‖ante iudicium interroga teipſum: & in cõſpectu Dei inuenies propitiationem. 1.Cor.11.f.28

21 Ante languorẽ humilia te, & in tẽpore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam.

22 ‖Nõ impediaris orare ſemper, & ne veteris vſque ad mortem iuſtificari: quoniã merces Dei manet in æternũ. Luc.18.a.1 1.theſſ.5.c.17

23 Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.

24 ‖Memẽto iræ in die conſummationis, & tẽpus retributionis in conuerſione faciei. Suprà 7.b.18

25 ‖Memẽto paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſitatum paupertatis in die diuitiarum. Suprà 11.c.17

26 A mane vſque ad veſperam mutatur tẽpus, & hæc omnia citata in oculis Dei. D

27 Homo ſapiẽs in omnibus metuet, & in diebus dilectorum attendet ab inertia.

28 Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiã, & inuenienti eam dabit confeſſionẽ.

29 Senſati in verbis & ipſi ſapiẽter egerunt, & intellexerunt veritatem & iuſtitiam, & inſtillauerunt prouerbia & iudicia.

30 ‖Poſt concupiſcẽtias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Rom.6.a.6, & 13.d.14

31 Si præſtes animæ tuæ concupiſcẽ-

20 Ante iudiciũ, &c. πρὸ κρίσεως ἐξέταζε σεαυτὸν, ϗ ἐν ὥρᾳ ἐπισκοπῆς εὑρήσεις ἐξιλασμόν. Ante iudiciũ examina teipſum, & in tẽpore viſitationis inuenies propitiationẽ. Quidã codices habẽt in primo membro, ἑτοίμαζε σεαυτὸν καλλιεργεῖν, para teipſum bene agere, id eſt ad bene agendũ, ſed altera lectio quã ſequuti ſumus, mihi magis placet. 21 Ante infirmitatẽ, &c. πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε ταπεινώθητι ἐγκρατίᾳ, ϗ ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν. Priuſquã ægrotes, [aut, in morbũ incidas] humiliare cõtinẽtia, & in tẽpore peccatorũ cõuerſionẽ oſtẽde. ſimilitudine vtitur ſumpta à morbis, in quibus cauẽdis cõtinentia & tẽperantia à rebus noxiis maximopere eſt neceſſaria. Eſt autẽ huiuſmodi moderatio, quaſi quædã corporis caſtigatio & afflictio, vt ſubductio cibi ac potus, cæterarúmque rerum quæ corpori ſunt iucundæ. Ita vult ſignificare caſtigandã atque affligendã eſſe iſtam carnẽ, timoréque Dei continendã, ne in alias afflictiones ac calamitates incurramus. Duo autẽ tempora proponit, vnũ in quo hac moderatione peccata cauere debeamus: alterũ vt lapſi, delicta cõmiſſa pœnitentia emendemus. 22 Nulla re imped. &c. μὴ ἐμποδισθῇς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως, ϗ μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. Ne impediaris reddere votũ tẽpeſtiuè, [id eſt in tẽpore] neque expectes vſque ad mortẽ iuſtificari. id eſt, ne emendationẽ vitæ in extremũ vitæ tẽpus differas. Sunt enim qui pœnitentiã in illud tẽpus reiiciunt, in quo ipſorum opinio eos fallit. Huc pertinet ille verſiculus Pſal.119, Conſideraui vias meas, & reduxi pedes meos ad teſtimonia. Nullã interpoſui morã, &c. Votũ autem mihi videtur intelligere hoc animi propoſitũ promiſſumque, quo nos cupiditatibus noſtris relictis, ex ſententia ac voluntate Dei iuſtè atque integrè victuros pollicemur: id autem differendum non eſt, ſed præſtandum in tempore. Siquis mauult accipere in genere de omnibus votis, ei ego non magnopere repugno.

23 Priuſquã vota, &c. πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμασον σεαυτὸν, καὶ μὴ γίνου ὡς ἄνθρωπος πειράζων τὸν κύριον. Antequã voueas, para teipſum, & nõ ſis vt homo tentans Dominũ. Quidam εὔξασθαι accipiũt pro Orare, in qua ſignificatione ſæpe accipitur: ſed ad vota ſignificatio huius verbi hoc loco mihi magis videtur referenda. 24 Memento iræ extre. &c. μνήσθητι θυμοῦ ἐν ἡμέραις τελευτῆς, ϗ καιρὸν ἐκδικήσεως ἐν ἀποστροφῇ προσώπου. Memẽto iræ in diebus finis, [ſiue, cõſummationis] & tẽporis vindictæ in auerſione vult⁹. τελευτὴ hoc loco nõ accipitur pro morte, ſicut ſæpe aliàs, ſed pro fine rerũ humanarũ, quæ ſuam babent mutationẽ ac conſummationẽ, quemadmodũ inquit Pſal.119, verſ.96, Omni perfectioni vidi finem: latum præceptũ tuum valde. Homines huius imbecillitatis immemores, in rebus ſecundis ſibi nimiũ placent, neque vllã cõmutationem futurã metuunt. Pſal.30.b.7, Et ego dixi in fœlicitate mea, nõ vacillabo in ſeculũ. Abſcõdiſti faciem tuã, & fui territus. Et hoc eſt quod antè monuit, in tẽpore bono nos debere memores malorũ eſſe. 27 Homo ſapiens, &c. ἄνθρωπος σοφὸς ἐν παντὶ εὐλαβηθήσεται, ϗ ἐν ἡμέραις ἁμαρτιῶν προσέξει ἀπὸ πλημμελείας. Homo ſapiens in omni metuet, & in diebus peccatorũ cauebit à delicto. Dies peccatorũ appellat tẽpora moribus malis corrupta, ac periculoſa, in quibus ſumma cautio cũ timore Dei eſt adhibẽda, ſicut etiã Paulus, Epheſ.5.d.15.16, fideles monet vt ſint prudẽtes, prudentérque ambulẽt, quia dies mali ſunt. Inſipiens autẽ non, &c. ϗ ἄφρων οὐ συντηρήσει καιρόν. & inſipiens nõ conſeruabit [id eſt conſiderabit] tẽpus. Nõ perpendit pericula quæ ſunt maxima ex corruptis vitioſiſque tẽporibus ac moribus. non cauet ſibi, itaq; imprudẽtia ſua in magna ſæpe mala incidit. Eſt enim propriũ ἄφρονος inſipiẽtis, nõ cõſiderare mala & pericula in quib⁹ verſatur.

28 Omnis cordatus, &c. πᾶς συνετὸς ἔγνω σοφίαν ϗ παιδείαν, ϗ τῷ εὑρόντι αὐτὴν δώσει ἐξομολόγησιν. Omnis intelligens nouit ſapientiã & diſciplinã, & ei qui inuenit eã, dabit confeſſionẽ. Vir bonus ac virtutis ſtudioſus, quod in ſe ſentit id in aliis libenter & agnoſcit, & laudat. ſimile enim ſimili amicũ eſt. 29 Prudentes homines, &c. συνετοὶ ἐν λόγοις ϗ αὐτοὶ ἐσοφίσαντο, ϗ ἀνώμβρησαν παροιμίας ἀκριβεῖς εἰς ζωήν. Prudẽtes in ſermonibus & ipſi prudenter egerũt, & ſtillauerunt ſententias exactas ad vitam. Quædam exemplaria habent adiunctũ ἐγκρατίᾳ ψυχῆς moderatione animi, vt ea dicta cõmodè & prudenter ab animo moderato ac tẽperato profecta fuerint. Optima loquendi libertas, &c. κρείσσων παῤῥησία ἐν δεσπότῃ μόνῳ, ἤπερ νεκρᾷ καρδίᾳ νεκρῷ ἀντέχεσθαι. Melior libertas in Domino ſolo, ſiquidẽ mortuũ cor mortuo adhæret. Significat authoritatem ac libertatem prudentis atque ſalutaris orationis proficiſci à ſolo Deo, cuius Spiritus vna optima loquendi ſuppeditat. Niſi Deus author ſit, oportet vt oratio à ſolo homine profecta vana ſit & inefficax, Dominus in Euangelio Luc.21.c.15, promittit ſuis apoſtolis huiuſmodi ſapientiam, & orationis facultatẽ, cui aduerſarii reſiſtere non poterunt. Diuus Paulus Spiritu Domini præditus, multis in locis teſtatur ſe παῤῥησιάσασθαι. i. hac dicẽdi libertate vſum eſſe. 30 Ne ſequaris cupiditates tuas, &c. ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πορεύου, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου. Poſt cupiditates tuas ne eas, & ab appetitibus tuis prohibearis. aut, auertaris. id eſt, contineas te. aut, auertas.

31 Quòd ſi animo tuo indulſeris, &c. ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου ἐπιθυμίαν εὐδοκίας αὐτῆς, ποιήσεις ἐπίχαρμα τῶν ἐχθρῶν σου, οἳ βασκαίνουσί σε. Quòd ſi ſuppeditaueris animæ tuæ cupiditatem beneplaciti eius, facies gaudium [aut, irriſionem] inimicis tuis, qui inuident tibi. ἐπιχαίρειν ſignificat irridere, aut etiam lætitia efferri atque exultare propter incommoda maláque alterius. ea affectio ἐπιχαιρεκακία appellatur: hinc ἐπίχαρμα pro huiuſmodi voluptate aut irriſione. Nam vt inimici atque inuidi dolent alterius fœlicitate, ita eius infœlicitate gaudent.

tias ei⁹, faciet te in gaudium inimicis tuis.

Ne oblecteris in turbis, nec immodicis: aſſidua enim eſt cōmiſſio illorū. 32

Ne fueris mediocris in cōtentione ex fœnore, & non eſt tibi nihil in ſacculo: eris enim inuidus vitæ tuæ. 33

Cap. XIX.

OPerarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim decidet. 1

Gene.19.f.32
3.Reg.11.a.1

‖Vinum &‖ mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. 2

Et qui ſe iungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exēplum maius, & tolletur de numero anima eius. 3

Ioſue 22.c.11

‖Qui credit citò, leuis corde eſt, & minorabitur: & qui delinquit in animam ſuam, inſuper habebitur. 4

Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. 5

Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. 6

Ne iteres verbum nequam & durū, & non minoraberis. 7

B

Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi d elctum, noli denudare. 8

Audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatum o liet te: & ſic aderit tibi ſemper. 9

quod inimicis tuis qui tibi inuident, iucundum ſit.

32 ʹNe delecteris multis deliciis, neque earū cōſortio deuinciaris.

33 ʺCaue ne ſis pauper concinnandis de mutuo conuiuiis, donec nihil tibi ſit in ſacculo: alioqui inſidiator vitæ tuæ famoſus eris.

Cap. XIX.

1 ʺOPerarius ebrioſus non diteſcet: & paulatim ſublabetur qui ſpernit exigua.

2 ʹVinum & mulieres abducunt prudentes.

3 Et qui meretricibus conſueſcit, euadet audacior: ʹcaries & vermes occupabunt eum, & anima cōfidens auferetur, grauíque ſupplicio contabeſcet.

4 Qui facile credit, leuis eſt animo, ʹ& qui delinquit in animam ſuam, perperam aget.

5 ʺQui gaudet mala habitudine, in reprehenſionem incurret: qui verò voluptatibus reſiſtit, coronat vitam ſuam.

6 ʺQui continet ſe lingua non pugnace, cum aliis viuet: & qui loquacitatem odit, minus malitiæ habebit.

7 ʹQuòd tibi fuerit dictum, ad alterum ne deferas, & nullū capies detrimentum.

8 ʺNec apud amicum, nec apud inimicum mores alienos enūties, & ſi non reddundat in te peccatum, ne detegas.

9 ʺAudierit enim ille, & obſeruabit te: atque in tempore ſuum in te odium oſtendet.

32 Ne delecteris multis deliciis, &c. μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, μηδὲ ʹπροσδεθῇς συμβολῇ αὐτῆς. Ne læteris in multis deliciis, neque alligeris ſymbolo earum. συμβολὴν accipit pro conſortio aut ſodalitate hominū voluptariorum, in qua ſinguli ſymbola conferebant. Hanc enim notans conſuetudinem, mox ſubiungit verbum συμβολοκοπεῖν, quod ſignificat conuiuia apparare, ſiue ſymbolum partiri ac tribuere.

ʹLegitur & προσδεηθῇς συμβολῆς.

33 Caue ne ſis pauper, &c. μὴ γίνου συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ, καὶ οὐδέν σοί ἐστιν ἐν μαρσυπίῳ. Ne fias pauper ſymbola diuidēs. [aut, diſpertiens, id eſt conuiuia faciens] ex fœnore, & nihil tibi ſit in marſupio. συμβολοκοπεῖν dicitur ἀπὸ τοῦ συμβόλου, & κόπτειν, ſcindere, diuidere, ac diſtribuere. Sodales enim qui conuiuia celebrabant, ſinguli ſymbolum dabant: ita multi huiuſmodi conuiuiis intempeſtiuis magniſque ſumptibus faciendis, facultatibus exhauſtis in paupertatem rediguntur.

IN CAPVT XIX.

1 Operarius ebrioſus non diteſcet, &c. ἐργάτης μέθυσος οὐ πλουτισθήσεται, καὶ ὁ ἐξουθενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται. Operarius ebrioſus nō locupletabitur, & qui negligit exigua, paulatim cadet. Hæc ſententia in Olynthiacis à Demoſthene eſt illuſtrata ſimilitudine rerum domeſticarum & humanorum corporum, in quibus parua incommoda initio accepta & neglecta, maximam poſtea calamitatem afferunt. In ædificiis parua domus vitia neglecta magnam ſæpe ruinam trahunt: in corporibus exiguæ morborū offenſiones aut occultæ aut neglectæ, maxima vi tandem erumpunt, ipſumque hominem opprimunt. Idem accidit in re familiari, in qua parua damna detrimentáque in principio neglecta diſſipationē patrimonii attulerūt. Itaque mihi videtur Sapiens damnare intemperantiā in potu, atque in re familiari negligentiā.

2 Vinum & mulieres abducunt, &c. οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς, καὶ ὁ κολλώμενος πόρναις τολμηρὸς ἔσται. Vinum & mulieres deprauant ſapientes, & qui adhæret ſcortis [aut, cōiunctus eſt cū ſcortis] audax erit. ἀφιστάναι ſignificat aliquem abducere à re aliqua, vt ab officio & virtute: in qua ſignificatione hoc loco accipitur. Hinc apoſtatæ ſunt appellati, qui à ſtatu ſuo, aut ratione vitæ inſtitutæ defecerūt. Itaque maximam voluptatis illecebram in vino mulieribúſque impudicis eſſe ſignificat.

3 Caries & vermes occupabunt, &c. σῆπες καὶ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐξαρθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι. putredo & vermes hæreditabunt ipſum, & tabeſcet infamia maiore. παραδειγματίζειν ſignificat aliquem ad ſupplicium cum ignominia traducere, eúmque infamem exhibere. Hinc παραδειγματισμὸς pœna ignominioſa appellatur, quæ intemperantis voluptatis comes eſt.

4 Et qui delinquit in animam ſuam, &c. καὶ ὁ ἁμαρτάνων εἰς ψυχὴν αὐτοῦ πλημμελήσει. & qui peccat in animā ſuam, improbè [aut, iniquè] aget. id eſt, qui nullam animæ ſuæ rationē habet, ſed prudens ac ſciēs ea committit quæ perniciem animæ afferunt, is quiduis improbè tum in Deum, tum in homines admittet. Quidam hanc ſententiam ita vertunt, Qui delinquit, in animam ſuam peccat, ſed alter ſenſus quem reddidi, mihi magis placet.

5 Qui gaudet mala habitudine, &c. ὁ εὐφραινόμενος ἐπὶ κακοηθείᾳ, καταγνωσθήσεται· ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. Qui delectatur mala habitudine, cōdemnabitur: qui autem voluptatibus obſiſtit, coronat vitam ſuam. Quidam in priore membro legunt κακοπραξίᾳ, alii malunt κακίᾳ, mihi magis placet κακοηθείᾳ, vt accipiatur pro praua viuendi conſuetudine, in qua improbis ſumma eſt delectatio. Huiuſmodi autem vitioſæ conſuetudinis ac vituperabilis delectatio opponitur laudabili temperantiæ, ac moderationi quæ voluptatibus reſiſtit. Suprà loquutus eſt de ebrioſis voluptariiſque hominibus, qui cupiditatibus ſuis corrumpuntur. Coronare vitam accipitur pro Ornare, id quod verbo Condemnari opponitur.

6 Qui continet ſe lingua, &c. ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσῃ ἀμάχως συμβιώσεται· καὶ ὁ μισῶν λαλιὰν ἐλαττοῦται κακίᾳ. Continens lingua non pugnace, [id eſt non contentioſa aut rixoſa] conuiuet: & qui odit loquacitatem, minuetur malitia. Duo ſunt vitia linguæ intemperantis à conſuetudine vitæ maximopere aliena, vnum contentioſæ in conuitiando ac maledicēdo: alterum garrulæ in obtrectando & deferendo: vtrunque odioſum. Primum genus eſt hominum δυσαρέστων καὶ φιλερίδων, moroſorum ac iurgioſorū, in quibus nulla ineſt comitas: alterum verò καταλάλων, loquacium, obtrectatorum, aut delatorum.

7 Quod tibi fuerit dictum, &c. μηδέποτε δευτερώσῃς λόγον, καὶ οὐδέν σοι ἔσται ἐν ἐλαττώσει. Nunquam iteraueris ſermonem, & nihil tibi erit in imminutione: aut, nihil tibi erit imminutum. Mihi non diſplicet vt Iterare ſermonem hoc loco accipiatur pro Aliquid dictum ab alio & auditum, quod tacendum ſit, deferre ad alterum. Alioqui δευτερολογεῖν dicitur pro Aliquid dictum iterare ac repetere, quod ſemel dixiſſe ſatis eſt: in quo reprehenditur ſuperuacanea orationis repetitio. ſed malo pro delatione ſermonis accipere.

8 Nec apud amicum, nec apud inimicum, &c. ἐν φίλῳ καὶ ἐν ἐχθρῷ μὴ ἐκδιηγοῦ βίους ἀλλοτρίους· καὶ εἰ μή σοί ἐστιν ἁμαρτία, μὴ ἀποκάλυπτε. In amico & in inimico ne commemores vitas alienas: & ſi tibi nullum eſt peccatum, ne reueles. Significat iniquos & maleuolos de aliis ſermones eſſe fugiendos, neque in ſiniſtram partem vnquam loquendum de altero, niſi ſit aliquid huiuſmodi quod grauem tibi offenſionem afferat. Nota eſt illa Solomonis ſententia in Prouerbiis poſita, & à diuo Petro repetita, Charitas multitudinem peccatorum operit. Prouer. 10.b.12, 1. Pet. 4.b.8.

9 Audierit enim ille, &c. ἀκήκοε γάρ σου, καὶ ἐφύλαξέ σε, καὶ ἐν καιρῷ μισήσει σε. Audiuit enim te, & obſeruauit, & in tēpore oderit te. Oſtendit delatores atque obtrectatores dignum fructum iniquorum ſermonum capere, vt apud amicos in ſuſpicionem atque etiam odium incurrant. Præclarè monebat Ageſilaus Rex Lacedæmoniorum, non minus ſpectandos mores eſſe eorum qui loquerentur de aliis, quàm eorum de quibus loquerentur.

'Sermonem audiuiſti,fac tecum commoriatur,& ſecurus eſto, 10
vt qui non diſrumpat te.
'Simulatque audierit ſermonem ſtultus , parturiet non aliter 11
quàm grauida premente fœtu.
"Vt telum eſt defixum in femore corporis , ita ſermo in ſtulti 12
pectore.
"Redargue amicum,ſiquid fortè non fecit:& ſi fecerit,ne porrò 13
pergat facere.
Redargue amicum , ſiquid fortè non dixit : quòd ſi dixerit,'ne 14
porrò rurſum dicat.
Redargue amicum:"ſæpe enim exiſtit calumnia. 15
Neque omni ſermoni fidem adhibeas. "eſt qui labatur verbo, 16
ſed non ex animo:& quis lingua ſua non peccauit?
"Amicum redargue antequam minêris. 17
Ac Legi"Altiſſimi da locũ,ira planè vacuus."timor Dei primus 18
quo ad eum recipiaris, gradus eſt : amorem verò eius demeretur
ſapiẽtia. cognitio præceptorum Domini eruditio vitæ eſt:& qui
faciunt quæ ipſi grata ſunt , ii fructum carpent immortalitatis.
"Timor Domini ſumma eſt ſapientia , & in omni ſapientia præſtatio Legis, ſummæque eius potentiæ cognitio. "Si ſeruus dicat
domino,Sicut *tibi* placet,non faciam:ſi idem poſtea faciat,offen-

10 **Audiſti verbum aduerſus proximũ tuum? commoriatur in te,fidẽs quoniam non te dirumpet.**

11 **A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.**

12 **Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti.**

13 **Corripe amicum,ne fortè non intellexerit:& dicat, Non feci:aut ſi fecerit,ne iterum addat facere.**

14 **Corripe proximum, ne fortè non dixerit:& ſi dixerit, ne fortè iteret.**

15 **Corripe amicum:ſæpe enim fit cõmiſſio.**

e

16 **Et non omni verbo credas: eſt qui labitur lingua , ſed non ex animo. quis eſt enim qui nõ deliquerit in lingua ſua?**

17 **Corripe proximum antequam cõmineris.**

18 **Et da locum timori Altiſſimi: quia omnis ſapientia timor Dei, & in illa timere Deum,& in omni ſapiẽtia diſpoſitio Legis.**

Infra 22.c.28 & 27.c.d.17

Leuit.19.d.17 matth.18.b.15 luc.17.a.3

Suprà 14.a.1 & infrà 25.b.11 Iacob.3.a.2

10 Sermonem audiuiſti,fac,&c. ἀκήκοας λόγον, συναποθανέτω σοι, καὶ εὐθαρσὴς γίνου· οὐ γὰρ μή σε ῥήξῃ. Audiuiſti verbum,commoriatur tibi,& ſis confidens:neque enim diſrumpet te. Homines naturalem habent leuitatem,vt pleni rimarum(ſicut dicit quidam ſeruus Terẽtianus)hac & illac perfluant,neque aliquid ab aliis dictum continere poſſint. Itaque ad hoc vitium comprimendum Sapiens vtiliſſimum præceptum dat,vt quod ab aliis audiuerimus,perpetuo ſilentio ſepeliamus,obliuionique mandemus.hoc enim modo non erumpet.

11 Simulatque audierit ſermonem,&c. ἀπὸ προσώπου λόγου ὠδινήσει μωρὸς, ὡς ἀπὸ προσώπου βρέφους ἡ τίκτουσα. A facie ſermonis parturiet ſtultus,ſicut à facie infantis,ea quæ parit. Exemplar Toletanum legit ὀνειδίσει probro afficiet,quo verbo proprio tranſlatum declaratur ὠδινήσει parturiet. Significat enim hæc tranſlatio ac ſimilitudo partus,leuitatem animi ſtulti, linguæque incontinentis ad effutiendum deferẽdúmque ſermonem,aut cupiditatem ſtudiúmque lædendi. Sed incontinentia linguæ magis ſignificatur , contraria proximæ ſententiæ,in qua ſermonem auditum nobiſcum commoriendum,id eſt comprimendum,& quaſi conſepeliendũ præcipiebat. Itaque mihi maximè placet verbum tranſlatum Parturiet. 12 Vt telum eſt defixum,&c. βέλος πεπηγὸς ἐν μηρῷ σαρκὸς, οὕτως λόγος ἐν κοιλίᾳ μωροῦ. Sagitta fixa in femore carnis,ita ſermo in ventre ſtulti. Hac ſimilitudine Sapiens ſignificat cupiditatem ac vim nocendi in lingua ſtulti animo conceptam. Nam vt paulo antè notauit ſummã eius leuitatẽ,ita hoc loco voluntatẽ ſtudiumque lædendi atque obtrectãdi,quod ſagittæ, gladio acuto,aut nouaculæ in Scriptura ſæpe comparatur. Sũt enim verba obtrectatorum quaſi quædam tela,multo antè animo cõcepta,vt aliorũ famã exiſtimationémque lædant. Huiuſmodi lædendi nocendíque ſtudium animo ſuſceptum telo femori infixo mihi videtur comparari.

13 Redargue amicum,ſiquid fortè,&c. ἔλεγξον φίλον, μήποτε οὐκ ἐποίησε· καὶ εἰ ἐποίησε, μήποτε προσθῇ. Redargue amicum, ſi fortè non fecit: & ſi fecerit,nequando addat. Præcipit admonitionem in amicitia adhibendam eſſe , eiúſque fructum oſtendit , vt admonitus redargutúſque amicus,aut innocens cognoſcatur , culpáque delicti liberetur: aut conſcius peccati emendetur. Ita Philippus Macedo reſpondit de incõmodis ſermonibus, criminationibuſque Athenienſium,ſe non moleſtè eas ferre:nam eorũ crimina aut falſa eſſe,quibus aduerſariorũ impudentia declararetur: aut vera,quibus ipſe melior fieret: ita hoc loco Sapiens duplicem proponit fructum amicæ admonitionis : vnum innocentiæ amici cognoſcendæ,alterum vitæ eius poſt peccatum reprehenſum emendandæ. Non vult autem expectari dum crimen alium de conuictum ſit,ſed maturè occurri,& amica correctione fieri examen. 14 Ne porrò rurſum dicat. μὴ δευτερώσῃ. ne iteret.aut, iterum tale aliquid dicat. Loquitur enim de eodem amico admonendo atque coarguendo, quum exiſtimatur aliquidſecus dixiſſe contra nos. Nã tum verbis, tum factis peccari poteſt ab amicis: & aut re,aut oratione nos ab illis lædi atque offendi poſſumus.

15 Sæpe enim exiſtit calumnia,&c. πολλάκις γὰρ γίνεται διαβολὴ, καὶ μὴ παντὶ λόγῳ πίστευε. ſæpe enim fit calumnia, ac ne omni ſermoni credas In Toletano exemplari legitur διαβολὴ ματαία delatio ſermonis vana,vt ſignificet crimẽ iniquè cõfictum,falſóque delatum. Cuiuſmodi criminationibus atque ſiniſtris ſermonibus non facilè credendum eſſe dicit : cognoſcenda ea quæ ab amicis facta dictáve deferuntur. ad id autem valde vtilem eſſe liberam inter amicos admonitionem . Habet etiam idem exemplar, Ne omni ſermoni credat cor tuum: ſed ad ſenſum non magni refert. 16 Eſt qui labatur verbo,&c. ἔστιν ὀλισθαίνων λόγῳ, καὶ οὐκ ἀπὸ ψυχῆς, καὶ τίς οὐχ ἡμάρτησεν ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ; eſt qui labitur verbo, & non ab animo:& quis in lingua ſua nõ peccauit? Exemplar Toletanum habet ὠλίσθησεν lapſus eſt. Diſtinguit autem hoc loco imprudentiam ſermonis à nullo improbo nocendi ſtudio conſilióque profecti,ſed quodã lapſi errore,à ſuperiore linguæ vitio, quod cum malitia atque improbitate eſt coniunctum. Multa enim hominibus imprudenter excidunt quæ nullam habent improbitatem, id eſt prauam lædendi voluntatem. Alia autem ſunt ἁμαρτήματα linguæ errata, alia ἀδικήματα, vt crimina iniquè malitioſéque conficta & collata, aut alia huiuſmodi quæ hominis ore nocẽdi ſtudio conſultóque proferuntur. 17 Amicum redargue antequã minéris,&c. ἔλεγξον τὸν πλησίον σου, πρὶν ἢ ἀπειλῆσαι, καὶ δὸς τόπον νόμῳ ὑψίστου γινόμενος ἀμήνιτος. Redargue proximum tuum,priuſquam commineris,& locum da Legi Altiſſimi exiſtens ſine ira.aut,factus. Homines læſi offenſique à proximis,ſolent ira inflammari, vindictámque iniuriæ comminari. Eſt enim ira vlciſcendi doloris cupiditas,quæ acerba oratione ac comminatione declaratur. Huiuſmodi acerbitatem orationis à nobis Sapiens vult abeſſe, eámque manſuetudinem ac lenitatem in admonendo ac redarguendo adhiberi, in qua Deo omnem vindictam relinquamus. Itaque in huiuſmodi iniuriis,qui nos offenderunt,amicè ſunt admonendi,aut etiã grauiter ſine ira obiurgandi,nõ acerbè minis perterrẽdi.

18 Timor Domini primus, &c. φόβος κυρίου ἀρχὴ προσλήψεως, σοφία δὲ παρ' αὐτοῦ ἀγάπησιν περιποιεῖ. Timor Domini initium aſſumptionis, ſapientia verò ab eo dilectionem efficit.aut,acquirit. Cõmendat hoc loco Sapiens ſapientiam diſciplinámque in vero Domini timore, cuius fructus oſtendit: ex quibus primus eſt,vt timentes atque obſeruantes Deum, aditum acceſſúmque ad eum habeamus , aut ab eo recipiamur,ac piè inſtituti ab eo diligamur. Sic Chriſtus Iohan. 14. c.12, Qui conſeruat mandata mea, ego diligam eum , ac me ei manifeſtabo. Nomine autem timoris ac ſapientiæ ſignificatur hoc loco omnis pietatis doctrina,& diſciplina,cuius obedientia nobis gratiam Dei beneuolentiámque acquirit. Sequitur deinde ampliſſimus atque vltimus fructus vitæ æternæ & immortalis. Timor Domini ſumma eſt ſapientia,& in omni ſap.&c. πᾶσα σοφία φόβος κυρίου, καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ ποίησις νόμου, καὶ γνῶσις τῆς παντοκρατείας αὐτοῦ. Omnis ſapientia timor Domini,atque in omni ſapiẽtia effectio Legis, [id eſt obedientia] ac cognitio omnipotentiæ eius. Hoc loco Sapiens poſtquam commendauit ſapientiam,oſtendit quænam ea ſit,& in quo conſiſtat. Diſtinguit enim eam à calliditate,& malitia,eámque in timore Domini, Legiſque obſeruatione atque obtemperatione cõſtituit:quum ita verbo Dei erudimur ac regimur,vt eum vnum colamus,veneremur,obſeruemus, in eo ſpem ac fiduciam noſtrã collocemus,cũ proximis iuſtè atque integrè viuamus, noſtráſque cupiditates contineamus. Si ſeruus dicat domino,&c. οἰκέτης λέγων τῷ δεσπότῃ, ὡς ἀρέσκει, οὐ ποιήσω, ἐὰν μετὰ ταῦτα ποιήσῃ, παροργίζει τὸν τρέφοντα αὐτόν. Seruus dicens domino,ſicut pla-

cet,non faciam, ſi poſtea faciat, irritat nutrientem ſe. Hoc exemplum praui & aſtuti ſerui proponitur ad oſtendendam veram ſapientiam, quomodo ea ſecernenda ſit ab improba calliditate. Neque enim oratio ſolùm, externáque profeſſio pietatis nos ſapientes efficit,ſed ipſa mandatorum Dei obſeruatio,ac Legis Diuinæ obtēperatio:alioqui hypocritæ ſapientia & pietate omnibus præſtarent.Idē oſtendit Chriſtus ſimilitudine duorum filiorum,quorum alter quum ſe patri obtuliſſet vt ad vineam colendam iret,poſtea tamē non iuit,Matth.21.c.28. Huiuſmodi fictio atque ſimulatio à ſapientia alieniſſima eſſe demonſtratur.

			dit altorem ſuum.
	Et non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina:& non eſt cogitatus peccatorū prudentia.	19	Scientia malitiæ non eſt ſapientia, nec conſilium ſceleratorū cum prudentia coniunctum eſt.
	Eſt nequitia,& ipſa execratio:& eſt inſipiens qui minuitur ſapientia.	20	Eſt malitia,eáque execranda:eſt etiam inſipiēs ſapiētia vacuus.
	Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore, quàm qui abundat ſenſu,& tranſgreditur Legem Altiſſimi.	21	Melior eſt timore affectus cui ingenium deeſt:quàm qui abūdat prudentia,& Legem Altiſſimi violat.
D	Eſt ſolertia certa,& ipſa iniqua: & eſt qui emittit verbum certum enarrans veritatem.	22	Eſt aſtutia exquiſita, & eadem iniuſta: & eſt qui gratiam iuris pronuntiandi peruertat: rurſúmque alius qui iuſtè iudicet ſapiēs.
Matth.6.b.16	‖Eſt qui nequiter humiliat ſe,& interiora eius plena ſunt dolo.	23	Eſt qui praua moliatur demiſſus,attractúſque mœſtitia, cuius interiora dolo tota ardeant.
	Et eſt iuſtus qui nimium ſe ſubmittit à multa humilitate:& eſt iuſtus q inclinat faciem ſuam,& fingit ſe non videre quod ignoratum eſt.	24	Vultum contrahens,ſurdúmque ſe ſimulans, vbi non ſuſpiceris,occupabit te vt malefaciat.
	Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare,ſi inuenerit tēpus malefaciendi, malefaciet.	25	Quòd ſi virium deſtitutione peccare prohibeatur, malum tibi dabit nactus occaſionem.
	Ex viſu cognoſcitur vir,&ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.	26	Ab aſpectu quiſque cognoſcitur: & ex vultus obiectu intelligitur cordatus.
Infrà 21.c.23	Amictus corporis,‖& riſus dentiū, & ingreſſus hominis enūtiāt de illo.	27	Suus cuiuſque habit⁹, ac rictum diducens riſus, inceſſúſque hominis,qualis ſit indicant.
	Cap. X X.		Cap. X X.
	Eſt correctio mendax in ira cōtumelioſi:& eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum:& eſt tacens,& ipſe eſt prudens.	1	Eſt quædam minimè ſpecioſa reprehenſio: éſtque qui taceat, & ipſe prudens.

19 Scientia malitiæ non eſt ſapientia,&c. καὶ οὐκ ἔστι σοφία πονηρίας ἐπιστήμη, καὶ οὐκ ἔστιν ὅπου βουλὴ ἁμαρτωλῶν, φρόνησις. Et non eſt ſapientia prauitatis[aut,improbitatis]ſcientia:neque vbi cōſilium peccatorum eſt,prudentia.Hoc loco Sapiens ſecernit veram ſapientiā à praua ſapientiæ ſimulatione,quæ malitiam aut aſtutiam improbam habet adiunctam.Sic Ariſtoteles δεινότητα vim ingenii & ſolertiam in malis hominibus à prudentia diſtinguit. 20 Eſt malitia,eáque execranda,&c. ἔστι πονηρία, καὶ αὐτὴ βδέλυγμα· καὶ ἔστιν ἄφρων ἐλαττούμενος σοφίᾳ. Eſt prauitas[ſiue,malitia]& ipſa abominatio:& eſt inſipiens qui minuitur ſapiētia. Hìc oſtendit quàm deteſtāda ſit ratio vitæ eorum,qui quum intelligant quæ ſit voluntas Dei,atque officii ratio propoſita demonſtratáque in Lege,ea ſcientia tamen & prudentia abutuntur,improbius ſceleratiúſque viuentes, quàm ſimplices atque imperiti homines qui non eam cognitionem ſunt adepti. Itaque comparatione inſipientium ac ſimplicium,aliorum culpam maiorem oſtendit. 21 Melior eſt timore affectus,&c. κρείττων ἡλαττωμένος ἐν συνέσει ἔμφοβος, ἢ περισσεύων ἐν φρονήσει καὶ παραβαίνων νόμον. Melior eſt diminutus intelligentia cum timore,quàm prudentia abundans, & Legē tranſgrediens.Sapiens non loquitur de vera cognitione & prudentia: quæ timorem Dei adiunctum habet,id eſt rectum non ſolùm intellectum,ſed etiam motum cordis effectúmque ad Deum venerandum, colendum, & amandum:ſed loquitur de vi facultatéque ingenii,ac ſcientia ſtudio atque vſu cō parata,aut alia quadam ratione,quæ animum hominis ad ſtudium pietatis non magnopere commoueat. Atque etiam oſtendit,huiuſmodi eſſe ſcientiam & prudentiam,quæ cum malitia,malis moribus,vita improba coniuncta ſit. Toletanum exemplar pro ἡλαττωμένος legit πλοδύμενος ſtupidus intellectu. 22 Eſt aſtutia exquiſita, & eadem iniuſta:& eſt quæ gratiam,&c. ἔστι πανουργία ἀκριβὴς, καὶ αὐτὴ ἄδικος, καὶ ἔστι διαστρέφων χάριν τοῦ ἐκφᾶναι κρίμα, καὶ ἔστι δικαιῶν κρίσει σοφός. Eſt aſtutia ſiue calliditas exacta,& ea iniuſta,& eſt peruertens gratiam declarandi iudicii,& eſt qui iudicet iudicio ſapiens.Exquiſitam aſtutiam vocat calliditatem malirioſam, qua homines calumnioſi falſa & iniqua iuris interpretatione omnem iuris & facilitatem obſcurant,& æquitatem deprauant: vt etiam dictum eſt,Summum ius ſummam eſſe iniuriā. Hoc Ariſtoteles δικαιοκριβοῦσθαι dicit,ius exactius acerbiúſque exigere,nullámque ad æquitatem facilitatémque referre.Nam hanc mihi videtur intelligere χάριν gratiam iudicii pronuntiandi.id eſt expeditam,facilem,& æquam iuris explicandi rationem.

23 Eſt qui praua moliatur,&c. ἔστι πονηρευόμενος συγκεκυφὼς μελανίᾳ, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ πλήρης δόλου πυρώδους. Eſt qui malum agat[aut,machinetur]incuruatus nigredine,& in interioribus ſuis plenus eſt dolo ignito. Notat hoc loco Sapiens hominem hypocritam,vultu ac geſtu ad triſtitiam compoſito ſuam malitiam occultantē. Quemadmodum Chriſtus in Euangelio eoſdem σκυθρωπούς appellat,homines mœſtitiā præ ſe ferentes,qui vultum ſuum obſcurant,vt eo habitu opinionem ſanctitatis apud homines acquirant,Matth.6.b.16.Sed illi ad gratiam hominum gloriámque comparandam vultum fingunt: iſti verò qui hoc loco deſcribuntur, ad iniuriam faciendam huiuſmodi perſonam ſuſcipiunt. genus hominum magis cauendum,quo minus ſtudium nocendi eſt apertum,ac cognitum.Nam πονηρεύεσθαι ſignificat occultè ac doloſè malum alicui moliri ac machinari. 24 Vultum contrahens,&c. συγκύφων πρόσωπον, καὶ ἐθελοκωφῶν, ὅπου οὐκ ἐπιγνωσθῇ προφθάσει σε κακοποιῆσαι. Incuruans vultum, & ſe ſurdum ſimulans, vbi non agnitus[aut,animaduerſus]fuerit,occupabit te,vt malefaciat. Quidam codices habent συγκρύπτων contegens aut occultans. vtrunque verbum diſſimulationem notat hominis iniuriam machinantis, quam ipſo vultu geſtúque occultat. Huiuſmodi homines ingenio naturáque vulpini ſunt, ſtudium nocendi maximè diſſimulantes,tempus locúmque iniuriæ faciendæ omni ratione obſeruantes. 25 Quòd ſi virium deſtitutione,&c. καὶ ἐὰν ὑπὸ ἐλαττώματος ἰσχύος κωλυθῇ ἁμαρτεῖν, ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, κακοποιήσει. Quòd ſi à virium imbecillitate prohibeatur peccare,vbi inuenerit occaſionem,malefaciet. Homines improbi,nec temerarii, ſed callidi ac fraudulenti ſemper habent nocendi voluntatem,ſed facultatem non ſemper habent: itaque conſilium ſtudiúmque iniuriæ inferendæ tandiu diſſimulant,donec opportunitatem ac facultatem conſequuti,id commodè poſſint efficere. Itaque Ariſtoteles dicit diuites ac potentes homines ὑβριστὰς eſſe,id eſt apertos petulantéſque in iniuriis inferendis:pauperes verò κακούργους,quòd viribus deſtituti,tectius occultiúſque ad iniuriam faciendam aggrediantur. 26 Ab aſpectu quiſque,&c. ἀπὸ ὁράσεως ἐπιγνωσθήσεται ἀνὴρ, καὶ ἀπὸ ἀπαντήσεως προσώπου ἐπιγνωσθήσεται νοήμων. Ex viſu cognoſcetur vir,& ex vultus occurſu intelligens[ſiue,prudens]cognoſcetur.Hæc ſententia oſtēdit vnumquēque qualis ſit, ipſo vultu aſpectúque indicare. Quanquam homines fingunt ſæpe vultum,itáque ſe gerunt vt multa diſſimulent ac ſimulent(quemadmodum dicit Cicero)naturam vniuſcuiuſque multis quaſi integumentis obtendi,frontem,oculos,vultum ſæpe mētiri,orationem verò ſæpiſſimè:tamē tanta vis eſt ipſius naturæ,vt indicia ſui non obſcura proferat in oculis,qui maximè animi ſunt indices atque teſtes,aut lætitiæ,aut triſtitiæ,aut miſericordiæ,aut iracundiæ,cæterorúmque affectuū.Eadem vis naturæ in vultu,geſtu,habitu,inceſſúque declaratur:vt enim quiſque animo eſt affectus,externa corporis conformatione maximè oſtendit.Hinc multa indicia prudentiæ,ſtultitiæ, grauitatis, leuitatis, cæterorúmque morum ac motuum animi: cuius vt interpres eſt oratio, ita externa corporis conformatio index plerunque eſſe ſolet.

Leg.& οὗ ἐὰν ἐπιγνωσθῇ.

IN CAPVT XX.

1 Eſt quædā minimè ſpecioſa reprehēſio: ἔστιν ἔλεγχος ὃς οὐκ ἔστιν ὡραῖος. Eſt correptio,quæ nō pulchra[ſiue,honeſta aut decora]eſt. ὡραῖον etiam Græcè ſignificat id quod agitur aut dicitur in tempore: quemadmodum fructus ſuo maturi tempore, ὡραῖοι appellantur:ita hoc in loco

quædam reprehenſio aut caſtigatio intelligi poteſt,quæ non in tempore adhibeatur. itaque Intempeſtiua verti poteſt.nam id videtur declarare contraria quæ ſubiungitur ſententia,Et eſt qui taceat,& ipſe prudens. Quaſi diceret incidere aliquando alienum tempus reprehendendi & obiurgandi quod ſilentium magis poſtulare videatur.

Supra 6.a.

′Longè melius eſt reprehẽdere quàm alere indignationem: ′& qui culpam fatetur,protegetur à detrimento. 2

Quàm bonũ eſt arguere quàm iraſci, & confitentem in oratione non prohibere.

′Qualis eſt eunuchi puellam corrũpendi libido, talis eſt qui per vim exercet iudicia. 3

Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculã: ſic qui facit per vim iudiciũ iniquum.

Infrà 30.c.21

′Quàm bonum eſt,quum prehenſus fueris,declarare pœnitentiam: ſic enim voluntarium peccatum effugies. 4

Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum.

Suprà 18.b & infrà 41.

′Eſt qui tacendo ſapiens declaretur,& eſt qui multa ſit loquacitate odioſus. 5

Eſt tacens qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum.

′Alius tacet,non habens quod reſpondeat: alius ſilet,qui tẽporis rationem habeat. 6

Eſt autem tacens,non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens,ſciens tempus apti temporis.

Homo ſapiens tacebit quoad opportunũ fuerit: nugator autẽ & inſipiens opportunitatem præteribit. 7

Homo ſapiẽs tacebit vſque ad tẽpus:laſciuus autem & imprudens nõ ſeruabunt tempus.

Infrà 32.a.6

′Qui multis vtitur verbis,ingratus in faſtidiũ incurret: qui verò poteſtatem ſibi ſumit,odium acquirit. 8

Qui multis vtitur verbis,lædet animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi ſumit iniuſtè,odietur.

′Accidit vt homini ſcelerato in rebus malis fœliciter ſuccedat: & aliquando vt res inuenta detrimentum afferat. 9

Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato,& eſt inuentio in detrimẽtũ.

B

′Eſt munus quod tibi non proſit: & eſt munus cuius dupla ſit compenſatio. 10

Eſt datum quod non eſt vtile: & eſt datum cuius retributio duplex.

′Eſt qui ſe ſummittat cauſa gloriæ, rurſúmque qui ab humilitate caput attollat. 11

Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui ab humilitate leuabit caput.

Eſt qui multa paruo emat, cui ſepties tanto amplius ſit rependendum. 12

Eſt qui multa redimat modico pretio,& reſtituens ea in ſeptuplum.

2 Longè melius eſt reprehendere,&c. ὡς καλὸν ἐστιν ἐλέγξαι ἢ θυμοῦσθαι, Quàm bonum eſt[aut,quanto melius eſt]redarguere quàm indignari occultè.Paulo antè loquutus eſt Sapiens de certo quodam reprehenſionis atque obiurgationis genere aut inhoneſto propter acerbitatem,aut intempeſtiuo propter importunitatem temporis: nunc loquitur de alio neceſſario ac ſalutari tum reprehendenti, tum ei qui reprehenditur.Non enim ſunt alendæ ſilentio ac confirmandæ animorum offenſiones, ſed liberè atque amicè admonitiones ac reprehenſiones adhibendæ,in quibus qui eſt offenſus,ſine acerbitate monere aut etiam obiurgare poteſt eum qui peccauit & offendit.Illa autem tacita animorum offenſio atque indignatio odium gignit,ex quo acerbiſſimæ inimicitiæ exiſtunt. Et qui culpam fatetur,&c. καὶ ὁ ἀνθομολογούμενος, ἀπὸ ἐλαττώσεως κωλυθήσεται.& qui confitetur,prohibebitur à detrimento.aut,non afficietur incommodo. Oſtendit quàm ſit vtilis vera & ingenua culpæ confeſſio,ex eóque quàm ſalutaris admonitio & obiurgatio ei qui perperam aliquid fecit aut dixit. Nam admonitus confeſſúſque ſuum peccatum,in poſterum nihil tale committet,ſed melius vitam inſtituet ac deget.

3 Qualis eſt eunuchi puellam,&c. ἐπιθυμία εὐνούχου ἀποπαρθενῶσαι νεάνιδα, οὕτως ὁ ποιῶν ἐν βίᾳ κρίματα. Concupiſcentia ſpadonis vitiandi puellam,ita qui per vim facit iudicia. Veteres doctiſſimi homines tum poetæ tum philoſophi iuſtitiam quaſi virginem quandam eſſe dicebant,quæ caſtè atque integrè colenda & ſeruanda,nec vnquam violanda videretur.Itaque Cicero in quadam epiſtola ad Atticum,corruptum iudiciũ à Clodio , conſtupratum iudicium nominat. Sic Sapiens iudicem iniquum & violentum iura omnia corrumpentem ac peruertentem eunucho ſumma libidine in puellam exardeſcenti comparat. Hîc igitur illa ἀδιαφθορεία integritas,quam Paulus Tit.2.b.11.in epiſcopo requirit,maxime ſeruanda eſt. 4 Quàm bonum eſt,&c. ὡς καλὸν ἐλεγχθέντα φανερῶσαι μετάνοιαν. Quàm bonum eſt reprehenſum pœnitentiam demonſtrare. Alii vertunt Agere,quod Græci ἄγειν.mihi magis placet Declarare,vt teſtimonium quoddã vitæ emendatæ atque immutatæ ſignificet.Emẽdatione enim vitæ oſtendimus nos priſtina peccata improbare,atque hac ratione etiam futura vitamus.

5 Eſt qui tacendo ſapiens declar.&c. ἔστι σιωπῶν εὑρισκόμενος σοφὸς, καὶ ἔστι μισητὸς ἀπὸ πολλῆς λαλιᾶς αὐτοῦ. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, & eſt qui ex multa loquacitate ſit odioſus. Hæc ſententia & ſequentes commendant continentiam & moderationem linguæ ſermoniſque prudentiam, & oſtendunt quando & quomodo loquendum aut tacendum ſit. Eſt enim vtriuſque certa ratio ac moderatio, quam ſtultus imperitúſque ignorat,ſapiens optimè conſeruat.

6 Alius tacet,non habẽs,&c. ἔστι σιωπῶν, οὐ γὰρ ἔχει ἀπόκρισιν· καὶ ἔστι σιωπῶν εἰδὼς καιρόν. Eſt tacens, non enim reſponſum habet: & eſt tacens, cognoſcens tempus.Duæ ſilentii cauſæ demonſtrantur non vituperandæ:altera,ignoratio reſpõſionis: altera,prudens obſeruatio temporis.

8 Qui multis vtitur verbis,&c. ὁ πλεονάζων λόγῳ βδελυχθήσεται, καὶ ὁ ἐνεξουσιαζόμενος μισηθήσεται. Qui abundat ſermone,abominationi erit: [ſiue,abominabilis erit]& poteſtatẽ aſſumens,erit odio.aut,odioſus.Duo ſunt vitia in conſuetudine vitæ admodũ ingrata & odioſa:alterũ, immoderatæ orationis quæ loquacitas dicitur:alterum ambitioſæ arrogantiæ,qua homines in cõmuni vita volunt αὐθεντεῖν(vt Paulino vtar verbo,1.Tim.2.d.12,)id eſt,ius & poteſtatem in alios ſibi arrogare.Ratio & conſuetudo vitæ communis ac æquabilis hunc dominatum vehementer odit ac reiicit.Hoc autem vitium maximè cernitur in ſermone, in quo quidam ita ſe gerunt, vt aliorũ magiſtri ac domini eſſe videantur. Itaque prudentis ac modeſti eſt, ita vti ſermone vt omnis vitetur offenſio:quod aſſequemur, ſi eam adhibebimus moderationem & prudentiam qua nobis cum aliis communicandum atque æquabiliter viuendum intelligamus. Tum enim & odioſam verborum redundantiam fugiemus,& vices ſermonis audiendo loquendóque ita ſeruabimus,ne perpetuam eius poſſeſſionem occupare videamur.

9 Accidit vt homini ſcel.&c. ἔστιν εὐοδία ἐν κακοῖς ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ἔστιν εὕρημα εἰς ἐλάττωσιν. Eſt proſperitas in malis viro peccatori,& eſt inuentio in incommodum.aut,damnum. Significat Sapiens impios homines in malis vitæ artibus inſtitutiſque fœlices eſſe, ſed eam fœlicitatem ita commutari vt perniciem illis afferat. Quemadmodum quod quis inuenit,nõ cedit ſemper ad bonum ſed ad malum potius,nec tam acceſſionem affert quàm diminutionem.Hoc eſt quod dicit Solomon Prouerb.14.b.12,Eſt via quæ videtur homini bona,cuius extrema ducunt ad interitum.Significat igitur Sapiens illum fœlicem impiorum ſucceſſum,infœlicem tandem habere exitum.

10 Eſt munus quod tibi non proſit: &c. ἔστι δόσις ἣ οὐ λυσιτελήσει σοι, καὶ ἔστι δόσις ἧς τὸ ἀνταπόδομα διπλοῦν. Eſt donum quod tibi non proderit,& eſt donum cuius dupla ſit remuneratio.In his ſententiis Sapiens vult oſtendere res non ſemper eſſe tales,quales homines opinantur, in iiſque opiniones ſæpe falli. Tria autem earum proponit genera:vnum inuentarum,alterum datarum, tertium emptarum, in quibus homines ſe aliquid boni adeptos eſſe arbitrantur: ſed earum vſus aut exitus oſtendit,ea quæ aut inueniuntur fortuitò, aut gratuitò donantur, aut paruo emũtur,nõ ita cupidè amplectẽda eſſe,neque in lucro cõmodóque numerãda quæ nobis ſine labore ac ſudore noſtro cõtingunt.

11 Eſt qui ſe ſummittat,&c. ἔστιν ἐλάττωσις ἕνεκεν δόξης, καὶ ἔστιν ὃς ἀπὸ ταπεινώσεως ἦρε κεφαλήν. Eſt imminutio[aut,extenuatio]cauſa gloriæ,& eſt qui ab humilitate caput erexit.Hoc in genere falluntur iudicia hominum, quum homines humiles atque abiecti in ſummum honorem ac dignitatem euehuntur. Sed ita plerunque ſolet Deus in vita agere, ſuperbos humiliare, & humiles extollere. Sunt enim viæ Domini opinionibus cogitationibuſque maximè contrariæ.Itaque quæ videntur hominibus(ita enim dicuntur τὰ φαινόμενα)aut bona aut mala,ea contrariam ſæpe vim atque exitum habent.

Suprà 6.a.5	¶Sapiens in verbis ſeipſum amabilẽ facit,gratiæ autẽ fatuorum effundentur.	13	″Sapiens in ſermonibus ſeipſum amabilem reddet: gratiæ verò ſtultorum *in ſermone fluxæ* effundentur.
	Datus inſipientis non erit vtilis tibi:oculi enim illius ſeptẽplices ſunt.	14	″Munus inſipiẽtis tibi non proderit acceptum : nec item inuidi propter ipſius importunitatẽ : ″nam oculi eius ad accipiẽdum pro vno multi ſunt.
Suprà 18.b.15 & infrà 41.c.17	¶Exigua dabit,& multa impropera bit:&apertio oris illius,inflammatio eſt.	15	″Pauca dabit,& multa exprobrabit:atque os ſuum more præconis aperiet.
	Hodie fœneratur quis,& cras expetit:& odibilis eſt homo huiuſmodi.	16	″Mutuum dabit hodie quod cras repetat : ″inuiſus Deo ſimul & hominibus talis eſt.
	Fatuo nõ erit amicus,& nõ erit gratia bonis illius.	17	″Stultus dicit, Amicus mihi nullus eſt,nec gratia bonis meis cõparata:
D	Qui enim edũt panẽ illius falſæ linguæ ſũt:quoties,&quãti irridebũt eũ?	18	″qui veſcũtur pane meo,lingua ſunt maledica . quot irridebunt hunc & quoties?
	Neque enim quod habẽdum erat, directo ſenſu diſtribuit : ſimiliter & quod non erat habendum.	19	″Neque enim quod habet,opinione recta cõplectitur, & perinde refert acſi nihil habeat.
	Lapſus falſę linguæ,quaſi qui in pauimento cadens : ſic caſus malorũ feſtinanter venient.	20	″Lapſus è pauimento dicto citior eſt: ita ruina malorum repentina aderit.
	Homo ingratus quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit.	21	″Homo inuenuſtus quaſi importuna eſt fabula, *ea* in ore imperitorum crebrò verſabitur.
	Ex ore fatui reprobabitur parabola : non enim dicit illam in tempore	22	″Parabola ore ſtulti pronuntiata gratiam amittit . neque enim

13 Sapiens in ſermonibus ſeipſum, &c. ὁ σοφὸς ἐν λόγοις ἑαυτὸν προσφιλῆ ποιήσει, χάριτες δὲ μωρῶν ἐκχυθήσονται. Sapiens in dictis ſuis ſeipſum amabilem efficiet, gratiæ verò ſtultorum effundentur. Oratio ſapientis,quia ſemper habet opportunam aliquam aut admonitionem, aut doctrinam, aut conſolationem, hominibus ſemper grata & iucunda accidit, eúmque amabilem reddit : lepores ſtultorum qui à Paulo, Epheſ.5.a.4, εὐτραπελίαι aut etiam μωρολογίαι appellãtur, quia nullam vtilem ſententiam ſubiectam habẽt, ſunt inanes,neque vllam verã voluptatem afferunt. Paulus 1.Cor.14.a, Nihil vult proficiſci ex ore Chriſtianorũ,quod ad ædificandos proximos aliquã gratiam nõ cõtineat.

14 Munus inſipientis tibi,&c. δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι λαβόντι, ὁμοίως τε καὶ βασκάνου διὰ ἀνάγκην αὐτοῦ. Donum inſipientis quum acceperis,tibi non proderit: ſimiliter inuidi⌊aut,maligni⌉propter ipſius neceſſitatem.In ratione beneficiorum ac munerum,non ſolùm cõſiderandum eſt in quos ſunt conferenda,ſed etiam à quibus accipienda.Vtriuſque generis propoſita eſt certa ratio ab Ariſtotele, qua liberalis à prodigo diſcernitur,quòd alter ſine vllo delectu & dat omnibus,& à quibuſvis accipit: liberalis verò perſonarum dignitatem conſiderat.Ita Sapiens nec à ſtulto , nec à maligno auaróque homine vult accipi munera:quorum alter propter ſtultitiam in dando nullum iudicium habere poteſt,alterius in largiendo beneficio voluntatem illiberalem atque importunitatem Sapiens demonſtrat. Eius autem cupiditatẽ ſubiecta ratione notat. Nam oculi eius ad accipiendum,&c. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ᾽ ἑνὸς εἰς τὸ λαβεῖν πολλοί. nam oculi eius pro vno ad accipiendum multi ſunt. Nomine oculorum ſignificat auari hominis προαίρεσιν conſilium ac propoſitum, ſtudiúmque tum dandi tum accipiendi:quorum ad alterum magis eſt propẽſus,atque ita vt pro vno paruóque beneficio multa & magna expectet. hoc enim ſignificat vnius oculi & multorum in eodem comparatio. 15 Pauca dabit,& multa exprob.&c. ὀλίγα δώσει, καὶ πολλὰ ὀνειδίσει. καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κήρυξ. Et aperiet os ſuum vt præco.Hæc eſt natura malignorum atque illiberalium hominum,vt ſua beneficia prædicent,amplificẽt,atque exprobrent:aliorum verò in ſe extenuent,diſſimulent,aut ſilentio obſcurent ac ſupprimant. 16 Mutuum dabit hodie quod cras repet. σήμερον δανειεῖ, καὶ αὔριον ἀπαιτήσει. Mutuum dabit hodie,& cras repoſcet.Tria notantur vitia hominis maligni atque illiberalis, auara voluntas & cupiditas plura recipiendi quàm dederit:deinde iactatio atque exprobratio beneficii dati:poſtremò acerba exactio eius quod ad vſum aliquem mutuo dederit.Hæc autẽ tria à liberalitate & beneficentia ſunt aliena:nam beneficia & dona debent eſſe gratuita,id eſt ſine ſpe cõmodi atque emolumenti alicuius redituri collata.Deinde meminiſſe debet qui beneficium accepit,non prædicare aut exprobrare,qui dedit. In eo verò quod cõmodatum aut mutuo datũ eſt,tẽpus aliquod ad vtilem vſum eſt concedendũ,nõ ipſum mutuũ acerbè ſubitóque repetẽdũ.

Inuiſus Deo ſimul & hominibus talis eſt. μισητὸς κυρίῳ καὶ ἀνθρώποις ὁ τοιοῦτος. odioſus Deo,& hominibus talis. Cauſa eius rei eſt liberalitas, virtus omnibus gratiſſima, & qua vna ad Deum proximè accedunt. Hominis verò auari plura ſemper appetentis , ſuáque beneficia immodeſtè cõmemorantis & acerbè exigentis natura & vita omnium odio eſt digniſſima. 17 Stultus dicit,Amicus mihi,&c. μωρὸς ἐρεῖ, οὐχ ὑπάρχει μοι φίλος, οὐκ ἔστι χάρις τοῖς ἀγαθοῖς μου. Stultus dicet,Nõ eſt amicus mihi,non eſt gratia bonis meis.Hoc loco demõſtratur natura conſuetudóque ſtulti hominis neſcientis vti bonis ſuis.neque enim ſatis eſt diuitias habere,quemadmodũ nec inſtrumenta muſica:ſed requiritur prudentia qua quis diuitiis rectè vti ſciat & poſſit:itaque quum ſtultus nullum habeat iudicium in bonis ſuis cõmunicandis,nec delectum vllum eorum quibus benignè faciendum ſit , vana & ſtulta eſt eius querela de gratia malè relata ab iis de quibus eſt bene meritus. Nullam enim habet rationem dignitatis eorum , quos facultatibus ſuis pauit: cuiuſmodi plerunque ſunt gnathones atque aſſentatores , qui poſtea irrident eum à quo tam lautè atque opiparè excepti fuerint. Qui veſcuntur pane meo, &c. οἱ ἐσθίοντες τὸν ἄρτον μου φαῦλοι τῇ γλώσσῃ. qui comedunt panem meum,mali lingua.id eſt,malè de me loquuntur. hanc gratiam mihi referunt vt benignè à me excepti tractatique,me infament ac irrideant. 19 Neque enim quod ha.&c. οὔτε γὰρ τὸ ἔχειν ἐν ὀρθῇ αἰσθήσει εἴληφε, καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτῷ. Neque enim habere, in recto ſenſu accepit , & non habere,peræquè indifferens eſt illi. Ita eſt ad verbum, ſed ſenſus ita Latinè reddi poteſt: quòd ſtultus id quod habet,recta ratione nõ complectitur, itáque in eo genere bonorũ eſt ignarus:vt quid habeat,aut quomodo vtendũ ſit, planè ignoret:quod perinde eſt acſi nihil habeat. Nam qui diuitiis neſcit aut non poteſt rectè vti,is eas ita poſſidet, quaſi nullas planè haberet. Non enim tam κτῆσις poſſeſſio in his ſpectatur,quàm χρῆσις vſus,à quo etiam χρήματα Græcè nominãtur. 20 Lapſus è pauim.&c. ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον ἢ ἀπὸ γλώσσης· οὕτω πτῶσις κακῶν κατὰ σπουδὴν ἥξει. Lapſus è pauimento magis quàm à lingua:ita ruina malorũ properè veniet. Quidam vertũt Lapſum de laqueari,quæ pars eſt ſuperior cubiculi conuexa ſculpturiſque ornata:ſed mihi magis placet pauimẽtum, id eſt ſolũ leuiter ſtratum ac lubricum in quo facillimus lapſus eſt:id enim ἔδαφος Græcè appellatur.huic lapſui hominis ſtantis in loco lubrico ſubita malorum ruina comparatur.Siquis mauult accipere lapſum caſúmque laquearis,ac diſſolutionẽ illorum lapidũ quibus ea tecti forma eſt ſtructa,eius ſententiã magnopere non improbabo. Nam opus illud ita conſtructum,ſubitò diſſolui ac delabi poteſt:ita huic caſui repentinus inexpectatúſque malorum aduentus non ineptè comparari poterit. 21 Homo inuenuſtus,&c. ἄνθρωπος ἄχαρις μῦθος ἄκαιρος, ἐν στόματι ἀπαιδεύτων ἐνδελεχισθήσεται. Homo gratiæ expers fabula intempeſtiua,in ore indoctorum⌊aut,ineruditorum⌉frequẽtabitur. Quidam codices habent ἐν στόματι ἀπαιδεύτῳ in ore imperito: ſed hæc diuerſa lectio ſenſum non mutat. Significat enim orationem imperitorum nullã ſuauem vtilémque doctrinam continere. Qui enim non eſt inſtitutus vt ſciat quid,& quando,& quomodo dicendũ ſit, eius ſermo nullam hominibus vtilitatem ac voluptatẽ afferre poteſt. Hoc enim vno differt πεπαιδευμένος eruditus ἀπὸ ἀπαιδεύτου ab indocto atque inerudito,quòd alter prudenter oratione vtitur,alter propter inſcitiam,nullam temporis,loci,rei,perſonarum rationem modúmque habere poteſt.

22 Parabola ore ſtulti,&c. ἀπὸ στόματος μωροῦ ἀποδοκιμασθήσεται παραβολή. οὐ γὰρ μὴ εἴπῃ αὐτὴν ἐν καιρῷ αὐτῆς. Ex ore ſtulti reprobabitur⌊ſiue, repudiabitur⌉parbola:non enim dicet illam in tempore ſuo. Non omnia omnibus conueniunt, neque eadem oratio omni cõgruit perſonæ. Quũ quidam ſeruus apud Terentiũ paulo grauius loqueretur quã ferret eius conditio, obiurgatus eſt à Domino his verbis, Hic furcifer ſententias loquitur. Ita Sapiens grauem orationem atque optimis ſententiis refertam ait ſtulto homini nullo modo conuenire, quòd eam ad locum & tempus accommodare neſciat.

eam dicet in tempore.

23 ″Eſt qui peccare impediatur præ inopia, qui ſeorſim apud ſe non diſcrucietur.

24 ″Eſt qui animam ſuam perdat præ pudore, atque eam habenda perſonæ ratione interimet.

25 ″Eſt qui verecundia adductus amico promittat, & eum vltrò inimicum ſibi efficiat.

26 ″Probrum in homine peſſimum eſt mendacium: at id in ore imperito frequens eſt.

27 ″Tolerabilior eſt fur, quàm qui frequentat mendacium: cæterũ vterque ſibi perniciem quaſi hæreditatem acquiret.

28 ″Conſuetudo hominis mendacis eſt ignominioſa, & ſuum eum dedecus perpetuò comitatur.

29 ″Sapiens ſeipſum dictis ſuis prouehet, & vir prudens placebit proceribus.

30 ″Qui terram colit, aceruum ſuum reddet cumulatiorem: & qui placet magiſtratibus, veniam ſuæ iniuſtitiæ obtinebit.

31 ″Xenia & munera occæcant oculos ſapientum, & quaſi oris obſtructio reprehenſiones inhibent.

32 ″Quum ſapientia occultatur, aut theſaurus abditur, quid eſt in vtroque vtilitatis?

33 Melior eſt qui ſuam celat ſtultitiam, quàm qui ſapiẽtiam ſuam ſupprimit.

34 ″Pluris eſt neceſſaria ſequenti Dominum patientia, quàm vitæ propriæ gubernator abſque Domino.

ſuo.

23 Eſt qui vetatur peccare præ inopia, & in requie ſua ſtimulabitur.

24 Eſt qui perdet animã ſuam præ cõfuſione, & ab imprudẽti perſona perdet eam: perſonæ autem acceptione perdet ſe.

25 Eſt qui præ cõfuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis.

26 ‖Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit. Infrà 25.a.4. D

27 Potior fur quàm aſſiduitas viri mẽdacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.

28 Mores hominum mendacium ſine honore: & cõfuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.

29 Sapiens in verbis producet ſeipſũ, ‖& homo prudẽs placebit magnatis. Gene.41.f.44 dan.2.g.48

30 ‖Qui operatur terram ſuam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iuſtitiã, ipſe exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem. Prouer.12.b.11 & 28.c.19

31 ‖Xenia & dona excæcant oculos iudicum: & quaſi mutus in ore, auertit correptiones eorum. Exod.23.a.8 deut.16.d.19 infrà 41.c.18

32 Sapientia abſcõſa & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas vtriſque?

33 Melior eſt qui celat inſipientiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.

23 Eſt qui peccare impediatur, &c. ἔστι κωλυόμενος ἁμαρτάνειν ἀπὸ ἐνδείας, καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτοῦ οὐ κατανυγήσεται. Eſt qui prohibetur peccare præ inopia, & in requie ſua non ſtimulabitur. aut, pungetur. Significat his verbis Sapiens, eſſe improbos quibus nihil deeſt ad malefaciendum præter facultatem: nam animo & voluntate ad maleficium parati ſunt. Sic dictum eſt veteri prouerbio, Improbitati nihil deeſſe præter occaſionem. Et Plato duobus propoſitis improbis, quorum alter ſit pauper, alter diues, dicit diuitem eſſe miſeriorem: quòd pauper voluntatem ſolùm ad malefaciendum habet, iſte verò etiam facultatem. Quod autem Sapiens ſubiungit, inopem non compungi apud ſe ſeorſim, aut in quiete: ſignificat, eum conſcientia cogitationéque ſuſcipiendi maleficii non commoueri ad dolorem, nec voluntate vllo modo abhorrere. 24 Eſt qui animam ſuam perdat, &c. ἔστιν ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δι᾽ αἰσχύνην, καὶ ἀπὸ λήψεως προσώπου ἀπολεῖ αὐτήν. Eſt perdens animam ſuam propter verecundiam, atque ex acceptione perſonæ perdet eam. Hoc loco demonſtratur diuerſa peccandi ratio eorum qui exiſtimatione atque authoritate hominum potentium adducti, contra conſcientiam ea faciunt quæ non ſunt æqua & iuſta, dignitatémque eorũ veritati atque æquitati anteponũt. Hoc vitiũ προσωποληψία appellatur, praua quædã verecũdia, qua ratio perſonæ habetur, vt offenſio volũtatis hominũ vitetur, eorúmque gratia retineatur. 25 Eſt qui verecundia, &c. ἔστι χάριν αἰσχύνης ἐπαγγελλόμενος φίλῳ, καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεάν. Eſt qui gratia verecũdiæ promittat amico, & acquiſiuit eũ inimicũ gratis. Hic demonſtratur eadẽ cauſa peccãdi vitioſa verecundia, ſed in alio hominũ genere: amicorum videlicet, quibus plerique cauſa amicitiæ multa leuiter promittunt, quæ poſtea non præſtant, eáque deſtitutione ex amicis inimicos ſibi efficiunt. ita hac verecundia & nimia facilitate eos alienant, quorum gratiam & amicitiam retinere potuiſſent, ſi nihil promiſiſſent. 26 Probrũ in homine peſſimum eſt mẽdaciũ, μῶμος πονηρὸς ψεῦδος ἐν ἀνθρώπῳ, Opprobrium malum mendacium in homine. id eſt vitium maximè criminoſum & infame. Quemadmodum ſumma laus eſt veritatis: ita mendacii & huiuſmodi vanitatis in oratione, maxima vituperatio eſt. 27 Tolerabilior eſt fur, &c. αἱρετὸν κλέπτης ἢ ἐνδελεχίζων ψεύδει· ἀμφότεροι δὲ ἀπώλειαν κληρονομήσουσι. Eligibilius fur, quàm qui aſſueſcit mendacio: ambo autem perditionem hæreditabunt. Comparatione furis oſtendit deformitatem mendacis, & vtriuſque calamitoſiſſimum exitum. 28 Conſuetudo hominis mendacis, &c. ἦθος ἀνθρώπου ψευδοῦς ἀτιμία, καὶ ἡ αἰσχύνη αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ ἐνδελεχῶς. Mos hominis mendacis ignominia, & pudor eius cum ipſo continenter. aut, aſſiduè. Quidam ita vertunt, Familiaris homini mendaci eſt ignominia. Ego malo vertere, illam mentiendi conſuetudinem eſſe plenã ignominiæ, vel ignominioſam. Significat enim Sapiens, huiuſmodi morem ſtudiúmque mẽtiendi cum vanitate coniunctum eſſe, eiuſque conſuetudinis comitẽ eſſe ignominiã & infamiam. 30 Qui terrã colit, &c. ὁ ἐργαζόμενος γῆν αὐτοῦ, ἀνυψώσει θημωνίαν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀρέσκων μεγιστᾶσιν ἐξιλάσεται ἀδικίαν αὐτοῦ. Qui operatur terrã ſuam, altũ reddet aceruũ ſuum: & qui placet magiſtratibus [aut, magnatibus] piabit iniuſtitiam ſuã. id eſt, gratiam & veniã ſui peccati impetrabit. Collatione culturæ terræ diligentiſſimæ oſtendit quantã vim habeat obſeruantia principum ad eorum gratiam beneuolentiámque & conciliandam & retinendam. 31 Xenia & munera occæcant oculos, &c. ξένια καὶ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ὡς φιμὸς ἐν στόματι ἀποτρέπει ἐλέγχους. Xenia & dona excæcant oculos ſapientum, & quaſi frænum in ore auertunt correptiones. Hæc corruptela muneribus facta nimium in vita cernitur, & ſæpe in Scriptura prohibetur. δωροδόκοι à Græcis appellãtur homines qui munera accipiunt, corruptique omne ius æquitatémque peruertunt. Periculoſam dicit hic Sapiens corruptionem eſſe, etiã ſapientibus, quæ omnẽ libertatẽ ac ſeueritatẽ caſtigãdi adimat. Qui enim munera accipit, is quodã modo ſe obſtringit, ne quid iure ex æquóve dicat, aut faciat. 32 Quum ſapientia occult. &c. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Sapientia abſcondita & theſaurus non apparẽs, [id eſt occultus atque abditus] quæ vtilitas in vtroque? Omnis virtus (vt ait Ariſtoteles) habet δύναμιν πρακτικὴν, καὶ ποιητικήν, vim facultatémque agendi ac benefaciendi. Itaque præclarè Cicero pro Archia, Pudeat, inquit, illos qui ita in ſtudiis ſe abdiderunt, vt ad vitam communem nullum fructum proferre poſſint. Et ob hanc cauſam Solomon eloquentiam cum ſapientia coniunctã anteponit ſoli ſapientiæ, quòd oratio copioſa & grauis, miniſtra interpréſque ſapientiæ in animo incluſæ, maiorem gratiam atque vtilitatẽ hominibus afferre poteſt. Ita Quintilianus ipſam orationem conceptam incluſámque in animo ſine elocutione, dicit eſſe quaſi gladium in vagina reconditum. Eorum enim omnium hoc modo nullus eſt vſus. 34 Pluris eſt neceſſaria, &c. κρείσσων ὑπομονὴ ἀπαραίτητος ἐν ζητήσει κυρίου, ἢ ἀδέσποτος ἡνιολάτης τῆς ἰδίας ζωῆς. Melior patientia ineuitabilis in inquiſitione Domini, quàm ſine Domino auriga [id eſt gubernator ac moderator] vitæ propriæ. Pulchra ſententia, in qua Sapiens oſtendit meliorem eſſe Dei diſciplinam cum patientia obedientiáque coniunctam, quàm diſſolutam & liberam à timore Dei vitæ rationem. Nã hæc ſoluta timore Dei vitæ propriæ rectio & gubernatio non ineptè currui comparari poteſt, quem equi effrænati ſine auriga maximo impetu paſſimque per agros trahunt. Quid enim aliud ſunt affectus atque appetitus hominis, imò ipſa ratio verbo Dei deſtituta, quàm equi ſine gubernatore? Amplectenda eſt igitur docilis Dei obedientia atque obſeruantia etiam in afflictionibus, eáque omni libertati & licentiæ humanæ præferenda.

Cap. XXI.

Suprà 5.b.9 & 7.a. Pſal.40.a.5, luc.15.c.21 — 1 FIli, peccaſti? non adiicias iterum, ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.

2 Quaſi à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipiẽt te.

3 Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum.

4 Quaſi rõphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.

5 Obiurgatio & iniuriæ annullaunt ſubſtantiã, & domus quæ nimis locuples eſt, ãnullabitur ſuperbia: ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur.

Exod.3.c.9 & 22.d.23 — 6 Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius perueniet, & iudicium feſtinatò adueniet illi.

7 Qui odit correptionem, veſtigiũ eſt peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum.

8 Notus alonge potens lingua mendaci: & ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo.

B 9 Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme.

Suprà 16.a.7 — 10 Stupa collecta ſynagoga peccãtiũ, & conſummatio illorum flamma ignis.

11 Via peccãtium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

12 Qui cuſtodit iuſtitiam, continebit ſenſum eius.

Cap. XXI.

1 'SI peccaſti fili, ne pergas peccare: ſed pro delictis commiſſis deprecare.

2 'Tãquam à conſpectu ſerpẽtis fuge peccatum: nam ſi propius acceſſeris, mordebit te.

3 Dentes leonini ſunt dẽtes ipſius, animas hominum perimẽtes.

4 'Inſtar ancipitis gladii eſt omnis iniquitas, plaga eius nullo remedio eſt ſanabilis.

5 'Concertatio & petulantia opes diſſipabunt, ſimilitérque dom⁹ ſuperbi deſolabitur.

6 'Precatio ex ore pauperis profecta, ad aures Domini peruenit, iudiciúmque illius quamprimum veniet.

7 'Qui odit caſtigationem, in veſtigio ſcelerati cõſiſtit: at qui Dominum reueretur, ex animo reſipiſcet.

8 'Qui potens eſt lingua, procul cognoſci poteſt: at ſapiẽs nouit quando ille labitur.

9 'Qui ære alieno ædificat domum ſuam, ſimilis eſt ei qui in tumulum ſuæ ſepulturæ lapides congerit.

10 'Stupa collecta cœtus eſt iniquorũ, flammáque ignis exitialis eorum exitus.

11 'Via ſceleratorum lapidibus eſt complanata, ſed in exitu eius, inferni fouea eſt.

12 'Qui ſeruat Legem Domini, eius intelligentiam tenet.

IN CAPVT XXI.

1 Si peccaſti fili, &c. τέκνον ἥμαρτες; μὴ προσθῇς ἔτι· καὶ περὶ τῶν προτέρων δεήθητι. Fili peccaſti? ne adiicias amplius: & pro prioribus deprecare. Admonitio hæc eſt μετανοητικὴ, in qua Sapiens hortatur ad culpam cõmiſſam deprecandum, & ad vitam emendandam, meliúſque in poſterum degendam. Hæ enim duæ ſunt pœnitentiæ partes: vna, remiſſio præteritorum peccatorum: altera, cautio futurorum & emendatio.

2 Tanquam à conſpectu ſerpentis, &c. ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἁμαρτίας· ἐὰν γὰρ προσέλθῃς αὐτῇ, δήξεταί σε. Quaſi à facie ſerpentis, fuge à peccato: ſi enim ad ipſum acceſſeris, mordebit te. Hæc ſententia oſtendit quàm periculoſa & pernicioſa ſit peccandi conſuetudo, ac continuatio: comparat enim peccatum venenatiſſimo ſerpenti, cuius morſus perniciem ſolũ afferre poteſt: ita morſus ſiue aculeus mortis (vt ait Paulus 1, Cor.15.g.56) peccatum eſt. 4 Inſtar ancipitis gladii eſt, &c. ὡς ῥομφαία δίστομος πᾶσα ἀνομία, τῇ πληγῇ αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἴασις. Vt gladius vtrinque acutus [aut, incidens] eſt omnis iniquitas: plagæ eius non eſt ſanatio. Paulo antè comparauit vim nocendi in peccato morſui ſerpentis exitiali: nunc plagæ acutiſſimo gladio factæ atque inſanabili comparat. Hæc omnia ſimilia oſtendunt vim & naturã peccati maximopere pernicioſam. 5 Concertatio, & petulantia, &c. καταπληγμὸς καὶ ὕβρεις ἐρημώσουσι πλοῦτον, οὕτως οἶκος ὑπερηφάνου ἐρημωθήσεται. Conflictio [ſiue, concertatio] & iniuria deſolabunt diuitias, ſic domus ſuperbi [aut (vt habet Toletanum exemplar) ſuperborum] deſeretur. ſiue, deſolabitur. Nullæ tantæ ſunt opes, quæ odiis, diſſidiis ac iurgiis non dilabantur: neque domus vlla, quæ violentia, & iniuria, ſuperbiáque non euertatur. Coniungit autẽ hæc tria in opibus, quoniã diuites ac potentes homines plerunque ſunt ſuperbi, petulãtes, ac pugnaces, atque ita in alios cõtumelioſi & iniurii: ſic enim appellantur Græcè ὑβρισταὶ homines improbi ac petulantes: quod vitium cum opibus ſæpe coniungitur. 6 Precatio ex ore paup. &c. δέησις πτωχοῦ, ἐκ στόματος ἕως ὠτίων αὐτοῦ· καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ κατὰ σπουδὴν ἔρχεται. Precatio pauperis, ex ore ad aures eius: & iudicium eius feſtinanter venit. Alii ita vertunt, Ab ore pauperis exaudietur precatio: ac intelligunt à Domino exaudiri: quem ſenſum ego quoque ſum ſequutus: ſed vide num, Ad aures eius, ad ſuperbum referri poſſit: vt aures eius, humilis ac ſupplex pauperis precatio feriat, quam tamen propter ſuperbiã repudiet: quemadmodũ audimus negligi Lazarum à diuite in Euangelio. Luc.16.e.20, atque ita Iudicium eius, in ſequenti membro ad ſuperbum quoque referatur. Nam nec in præcedentibus, nec conſequentibus, nec in hoc ipſo verſu nomen Domini eſt expreſſum, ex quo poſſimus verè ad eũ referre. Tu ſequere quod melius tibi videbitur.

'Legitur & δέξεται ſuſcipiet.

7 Qui odit caſtigationem, &c. μισῶν ἐλεγμὸν, ἐν ἴχνει ἁμαρτωλοῦ· καὶ ὁ φοβούμενος κύριον, ἐπιστρέψει ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ. Qui odit correptionem, in veſtigio peccatoris: [ſubaudi EST] & qui timet Dominum, conuertetur in corde ſuo. Hæc ſententia diſcernit hominem ἀμετανόητον impœnitentem obfirmatúmque in peccatis, ab eo qui timore Dei adductus, vitæ rationem commutat atque emendat. Nã qui Deũ timet, admonitus caſtigatúſque ab eo, reſipiſcit: alter verò omnem Dei diſciplinam odit, atque ita veſtigiis ſceleratorum inſiſtit. id eſt, in viam non vult reduci, ſed obſtinatè in ſuis vitiis ac peccatis perſeuerare. 8 Qui potens eſt lingua, &c. γνωστὸς μακρόθεν ὁ δυνατὸς ἐν γλώσσῃ, ὁ δὲ νοήμων οἶδεν ἐν τῷ ὀλισθαίνειν αὐτόν. Cognoſcibilis à longè potens in lingua: ſapiens autem nouit quum is labitur. μακρόθεν longè aut procul aduerbium accipio pro Difficulter, aut non facilè, nec prima fronte, vt dicitur: cauſa autem eius difficilis iudicii eſt δύναμις τοῦ λόγου facultas orationis, quæ eloquentia appellatur: qua qui ſunt præditi, ſua vitia & peccata ita obſcurant & occultant, vt ab imperitis non facilè cognoſci poſſint. Itaque τοὺς δυνατοὺς ἐν τῷ λέγειν, id eſt eloquentes, Ariſtoteles ἐν τοῖς λαθητικοῖς, in his maleficiis quæ latẽt, numerat. Solus ſapiens eos in officio vitæ delinquentes poteſt cognoſcere. 9 Qui ære alieno ædificat, &c. ὁ οἰκοδομῶν τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν χρήμασιν ἀλλοτρίοις, ὡς ὁ συνάγων ἑαυτῷ λίθους εἰς χῶμα τῆς ταφῆς αὐτοῦ. Qui ædificat domum ſuam in alienis pecuniis, quaſi qui congregat ſibi lapides ad tumulum ſepulturæ ſuæ. Alienum æs, aut pecuniæ alienæ intelligendæ ſunt, non quæ mutuo ab aliis ſumptæ ſint, ſed ereptæ cum iniuria, ac fraude acquiſitæ. Neque aliud videtur Sapiẽs intelligere, quàm quod à Plauto dictum eſt, Malè parta malè dilabi. Demoſthenes in quadam Olynthiaca, quum vult demonſtrare regnum Philippi non fore diuturnum, quia eſt ſcelere ac fraude partum, illuſtrat eam ſententiam ſimilitudine ædificiorum ac nauium, in quibus ipſa fundamenta debent firma eſſe: aut ea omnia nullam ſtabilitatem ſunt habitura. Solomon, Prou.13.b.11, aliis verbis idẽ ſignificat, quũ dicit, Diuitias citò acquiſitas citò etiam diſſipari. Nã huiuſmodi præpropera opũ acquiſitio atque adeptio cũ iniuria plerunque cõiuncta eſt: ſicut dictũ eſt à Græcis, ταχέως πλοῦτος ἄδικος. 10 Stupa collecta, &c. στιππύον συνηγμένον, συναγωγὴ ἀνόμων· καὶ ἡ συντέλεια αὐτῶν φλὸξ πυρὸς εἰς ἀπώλειαν. Stupa collecta, cõgregatio iniquorũ: & conſummatio ipſorũ flãma ignis in perditionẽ. Pulchra ſimilitudo, in qua materia ad exardeſcendũ idonea & facilis quũ igni eſt ſubiecta, demonſtratur. Talis eſt conſenſio ſcelerata, & conſpiratio impiorũ, quam ſubita conflagratio eſt ſequutura. 11 Via ſceleratorũ, &c. ὁδὸς ἁμαρτωλῶν ὡμαλισμένη ἀπὸ λίθων, καὶ ἐπ' ἐσχάτου αὐτῆς βόθρος ᾅδου. Via peccatorum complanata ex lapidibus, & in extremo eius barathrum inferni. Significat florere impios homines aliquandiu in iſto mundo, facillimèque ac fœliciſſimè ſine vlla offenſione agere: ſed eorum tandem exitum eſſe miſerrimum. Ea fœlicitas (vt ait Demoſthenes) eos παραφρονεῖ dementat, aut (vt ait Solomon) inebriat. Eſt enim (vt inquit idẽ Rex, Prou.14.b.12,) via quæ videtur homini bona, cuius extrema ducũt ad interitũ. Cõtrà piorũ via eſt prærupta & aſpera, quæ tãdem exitũ ad vitam æternã habet lætiſſimũ & optatiſſimũ.

12 Qui ſeruat Legẽ Domini, &c. ὁ φυλάσσων νόμον κυρίου, κατακρατεῖ τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ· συντέλεια δὲ τοῦ φόβου κυρίου, σοφίας πρόσληψις. Qui cuſtodit Legem Domini, obtinet intellectum eius: cõſummatio autem timoris Domini, aſſumptio ſapientiæ. Alii omnes vertunt κατακρατεῖ, aut

(vt habet exemplar Toletanum) κρατεῖ ἐννοήματος αὐτοῦ, cogitationibus ſuis imperat: vt ſignificet eam Legis obſeruantiam cum affectuum ſenſuúmque noſtrorum moderatione coniunctam eſſe: ſed mihi magis placet ad veram Legis intelligentiam referri. Nam hoc etiam ſignificat κρατεῖν & κατακρατεῖν cum genitiuo, tenere aut obtinere: quemadmodum Latinè dicimus, aliquem tenere ſciẽtiam aliquam, pro Comprehendere. Et hũc eſſe genuinum ſenſum, ſequens membrum ſatis declarat, quòd verus Domini timor ſapientiæ acceſſionem afferat.

Et perfectio timoris Domini eſt acceſſio ſapientiæ. 13
″Qui non eſt callidus, non patietur erudiri ſe. 14
Eſt autem quædam calliditas, quæ amaritudinem multiplicat. 15
″Scientia ſapientis quaſi inundatio redundat, ac veluti fons vitæ purus eiuſdem conſilium. 16
″Interiora ſtulti inſtar vaſis confracti ſunt, nec vllam in vita ſua ſcientiam continebit. 17
″Si peritus ſapienter dictum audierit, laudabit illud, auctiúſque reddet. Quòd ſi imperitus idem audiuerit, id improbabit, atq; poſt tergum ſuum abiiciet. 18
″Sermo ſtulti tanquam ſarcina eſt in itinere, at in labiis prudentis gratia deprehenditur. 19
″Os prudentis in conuentu requiretur, & quiſque animo dicta illius perpendet. 20
″Inſtar domus euerſæ eſt ſtulto ſapientia, & cognitio imprudentis ſermones imperueſtigabiles. 21
″Diſciplina compedes ſunt pedibus ſtultorum, & in manu dextera manicæ. 22
″Stultus per riſum ſuſtollit cachinnum, at vir ſapiens ſubridet vix tacitè. 23
Velut ornamentum aureum eſt eruditio ſapienti, & inſtar armillæ brachio dexteræ. 24

13 Conſummatio timoris Dei, ſapientia & ſenſus.
14 Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono.
15 Eſt autem inſipientia quæ abundat in malo: & non eſt ſenſus vbi abũdat amaritudo.
16 Scientia ſapientis tãquam inundatio abundabit, & cõſilium illius ſicut fons vitæ permanet.
17 ‖Cor fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Infrà 33.a.5

C

18 Verbum ſapiens quodcunque audierit, ſcius laudabit, & ad ſe adiiciet: audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuum.
19 Narratio fatui quaſi ſarcina in via, nã in labiis ſenſati inuenietur gratia.
20 Os prudentis quæritur in Eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis.
21 Tanquam domus exterminata, ſic fatuo ſapientia: & ſcientia inſenſati inenarrabilia verba.
22 Cõpedes in pedibus, ſtulto doctrina, & quaſi vincula manuũ ſuper manum dextram.
23 ‖Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. Suprà 19.d.27
24 Ornamentum aureum prudẽti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro.

D

14 Qui non eſt callidus, &c. οὐ παιδευθήσεται ὃς οὐκ ἔστι πανοῦργος. ἔστι γὰρ πανουργία πληθύνουσα πικρίαν. Nõ erudietur qui non eſt aſtutus: eſt autẽ aſtutia multiplicans amaritudinem. Aſtutum aut callidũ primo loco intelligit ſenſu bono ac recto, qui eſt docilis & capax doctrinæ: ſecundo loco accipit pro verſuto & malitioſo. eſt enim calliditas praua cum malitia coniuncta, quæ acerbitatem hominibus in vita affert. Huiuſmodi vis ingenii eſt odioſa & pernicioſa, quæ prudentiam imitari videtur, ſed ab ea diſcernitur. Sic Paulus Corinthios vult eſſe pueros malitia, non ſenſu, 1.Cor.14.d.20: & Dominus, Matth.10.c.15, prudẽtiam in nobis requirit cum ſimplicitate coniunctam, omnique malitia vacuã.

16 Scientia ſapientis, &c. γνῶσις σοφοῦ ὡς κατακλυσμὸς πληθυνθήσεται, καὶ ἡ βουλὴ αὐτοῦ ὡς πηγὴ ἁγνὴ ζωῆς. Cognitio ſapientis quaſi inundatio abũdabit, [ſiue, exuberabit] & conſilium eius ſicut fons purus vitæ. Commendatio hominis ſapientis duabus aquæ qualitatibus demõſtratur, abundantia & puritate. De abundãtia Dominus in Euangelio, Ioh.7.f.38, Qui credit (inquit) in me, flumina de vẽtre eius emanabũt. Quo ſignificat magnitudinẽ ac vim Spiritus promiſſi, copioſam doctrinã ſapientiámque ſuppeditãtis. Altera ſimilitudo ab eadẽ aqua ſumpta eſt, fontis limpidiſſimi puritas, qua optimus animi ſenſus atque affectus demõſtratur: ex quo omnia & facta & dicta quaſi ex quodã fõte manãt.

17 Interiora ſtulti inſtar, &c. ἔγκατα μωροῦ ὡς ἀγγεῖον συντετριμμένον, πᾶσαν γνῶσιν οὐ κρατήσει ἐν ζωῇ αὐτοῦ. Interiora ſtulti vt vas contritũ, omnem ſcientiam non continebit in vita ſua. Contraria ſimilitudo & ſententia ſuperiori, in qua ſignificat, in animo hominis ſtulti nullum doctrinæ ac ſapientiæ locum eſſe. Eſt enim animus eius quaſi quoddam vas pertuſum & confractum, in quo aqua non poteſt conſeruari.

18 Si peritus ſapienter, &c. λόγον σοφὸν ἐὰν ἀκούσῃ ἐπιστήμων, ἐπαινέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ᾽ αὐτὸν προσθήσει. Sermonem ſapientem ſi audiuerit ſciens, [aut, intelligens] laudabit eũ, ad eúmque adiiciet. Nemo poteſt aliquid efficere in eo, cuius ſtudio ac amore nõ tenetur: itaque ſtultus & prauus quoniam animo ſtudióque abhorret à ſapientia & virtute, idcirco nullum fructum ex optima cuiuſquã doctrina poteſt percipere, aut eã approbare. Contrà ſapiens & ſtudioſus quum audit aliquid quod animo iudicióque ſuo conueniat & congruat, illud ita amplectitur, vt ſtudio & diligentia ſemper aliquid addat, atque aliquẽ progreſſum ſapientiæ ac virtutis ſemper faciat. Itaque ab huiuſmodi ſtudio φιλόσοφοι ſunt appellati, & ab Ariſtotele φιλάρετοι, qui amore virtutis ſunt affecti. 19 Sermo ſtulti tanquam ſarcina, &c. ἐξήγησις μωροῦ ὡς ἐν ὁδῷ φορτίον, ἐπὶ δὲ χείλους συνετοῦ εὑρεθήσεται χάρις. Narratio [ſiue, oratio] ſtulti tanquam ſarcina in via, in labio verò intelligentis gratia inuenietur. Similitudine ſarcinæ ſignificat grauem ac moleſtam eſſe orationem hominis ſtulti: quoniam nihil habet quod auditores aliqua aut vtilitate, aut delectatione retineat: at ſapientis oratio grata eſt & iucunda. 20 Os prudentis in conuen. &c. στόμα φρονίμου ζητηθήσεται ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ διανοηθήσονται ἐν καρδίᾳ. Os prudentis requiretur in congregatione: [aut, cœtu] & ſermones [aut, verba] eius cõſiderabunt in corde. Plato dicit, locum proprium in quo verſari debet orator, id eſt vir ſapiens ac eloquens, eſſe σύνοδον πολιτικὸν cœtum conuentúmque ciuilem: ibi enim conſilium ſapiens deſiderari & adhiberi, & graui copioſáque oratione explicari. Ita hoc loco Sapiens ſignificat hominis ſapientis orationem & ſententiam in eo conuentu ſummam habere authoritatem. 21 Inſtar domus euerſæ eſt ſtulto ſapientia, &c. ὡς οἶκος ἠφανισμένος, οὕτω μωρῷ σοφία· καὶ γνῶσις ἀσυνέτου, ἀδιεξέταστοι λόγοι. Quaſi domus deſtructa, [aut, diruta] ita fatuo ſapientia: & cognitio imperiti, ſermones imperueſtigabiles. Hæc ſententia ſignificat in oratione ſtulti atque imperiti nullam viam rationémque ineſſe, qua quid propoſitum ſit, intelligatur: neque vllum exitum, ex quo certum aliquid conſtitui poſſit. ita omnia quæ ab eo dicuntur, ſunt perturbata & confuſa, vt eius oratio domui euerſæ ſimilis eſſe videatur. Eſt enim compoſita diſtinctáque oratio quaſi quædam domus exædificatio, in qua certa forma tum verborum tum ſententiarum perſpicitur. quemadmodum in ruina domus, omnis ædificii forma eſt ſublata. Idem ſentiendũ eſt de oratione animo concepta (quæ ἐνδιάθετος appellatur) quum cogitatione tantum comprehenditur nõ voce pronuntiatur: eadem in vtroque genere eſt deformitas & vaſtitas. 22 Diſciplina compedes ſunt pedibus, &c. πέδαι ἐν ποσὶν ἀνοήτοις παιδεία, καὶ ὡς χειροπέδαι ἐπὶ χειρὸς δεξιᾶς. Hæc ſententia ſignificat ſtultos diſſolutóſque homines qui cum licentia quiduis agendi viuere volunt, nulla diſciplina ad virtutem ac probitatem poſſe erudiri & conformari: dolent enim ſe priuari libertate viuendi, ac præceptis atque inſtitutis ſeueræ diſciplinæ quaſi vinculis quibuſdam implicari. Itaque Pſalmo 2.a.3, qui Regem Chriſtũ aſpernantur, dicunt, Dirumpamus vincula eorum, ac iugum ipſorum à nobis abiiciamus. 23 Stultus per riſum ſuſtollit cachinnum, &c. μωρὸς ἐν γέλωτι ἀνυψοῖ φωνὴν αὐτοῦ, ἀνὴρ δὲ πανοῦργος μόλις ἡσυχῇ μειδιάσει. Stultus in riſu attollit vocem ſuam, vir autem aſtutus vix quietè ſubridebit. Antea dixit, labiorũ diductu ac riſu hominis animum demonſtrari. Plato autem in libris de legibus ait, in ipſo riſu maximum ineſſe ſignum tum grauitatis, tum leuitatis. Nam quia vehementiſſimus eſt motus atque impetus natus ex aliqua re quæ videtur ſubturpis ac planè ridicula, videmus quoſdam in eo genere ita diſſolutè effuſéque ridere, vt modeſtia in his deſideretur: in riſu igitur eſt nota qua grauem ac moderatum à leui atque ſtulto facilè poſſis diſcernere.

25 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus cōfūdetur à perſona potentis.

26 Stult⁹ à feneſtra reſpiciet in domū, vir autem eruditus foris ſtabit.

27 Stultitia hominis auſcultare per oſtiū, & prudēs grauabitur cōtumelia.

28 Labia imprudentum ſtulta narrabunt: verba autē prudentium ſtatera ponderabuntur.

29 In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium os illorum.

30 Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam.

Infrà 28.b.19

31 ‖Suſurro coinquinabit animā ſuā, & in omnibus odietur: & qui permāſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

Cap. XXII.

1 IN lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernationem illius.

2 De ſtercore boum lapidatus eſt piger, & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.

3 Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato: filia autem in deminoratione fiet.

4 Filia prudēs, hæreditas viro ſuo: nā quæ confundit, in cōtumeliam fit genitoris.

25 ʹPes ſtulti velox eſt in ianuam *alterius*, at peritus homo etiam inſpectionem veretur.

26 ʹInſipiens à ianua domum introſpicit, eruditus verò vir foris conſiſtit.

27 ʹAd oſtiū auſcultare, īſcitia eſt: at ſapiēti ignominia grauis erit.

28 ʹLabia loquacium narrant abſurda: dicta autem ſapientum ſtatera ponderatur.

29 ʹIn ore ſtultorum eſt cor eorum: os verò ſapientum in corde ipſorum ſitum eſt.

30 ʹQuum impius Satanam execratur, ipſe ſuā execratur animā.

31 ʹObtrectator animam ſuam polluit: & vbicūque verſabitur, odioſus erit.

Cap. XXII.

1 LʹApidi cōſpurcato comparandus eſt piger, quē omnes ob ignominiam ipſius irrideant.

2 ʹPiger cōparandus eſt ſtercori ſterquilinii, quod quicunque tollit, manus ſuas excutiet.

3 ʹIgnominia patris eſt filius malè inſtitutus, filiáque minoris æſtimanda venit.

4 ʹFilia prudens hæreditate poſſidebit virum ſuum: at viuens turpiter, moleſtiam affert genitori.

25 Pes ſtulti velox eſt, &c. ποὺς μωροῦ ταχὺς εἰς οἰκίαν, ἄνθρωπος δὲ πολύπειρος αἰσχυνθήσεται ἀπὸ προσώπου. Pes ſtulti velox ad ianuam, homo verò expertus multa, verebitur ab aſpectu. Hac ſententia & ſequentibus videtur Sapiens notare ſtudium rerum alienarum: quod vitium curioſitas appellatur, coniuncta ſæpe cum negligentia rerum propriarum. Quemadmodum quidam notatur à Martiale, qui quum domi ſuæ vxorem haberet adulteram, de impudicitia vxorum alienarum curioſè loquebatur. Itaque Paulus 1. Theſſ. 4. c. 11, fideles ab hoc vitio dehortatur, atque vnumquenque πρὸς τὸ ἴδιον προσμονεῖν, vel τὰ ἴδια πράττειν, ad ſtudium curámque rerum ſuarum exhortatur. Cicero, De officiis, dicit officium peregrini eſſe, ſuū agere negotium, neque in aliena repub. curioſum eſſe. Iſte mihi videtur ſenſus huius ſententiæ: quā maximè illuſtrat exemplum certorum monachorum in Papatu, quibus nihil eſt maiori curæ, quàm vt in domibus alienis pedem ponant.

ʹLegitur & ἀπ' αὐτοῦ.

26 Inſipiens à ianua domum, &c. ἄφρων ἀπὸ θύρας παρακύπτει εἰς οἰκίαν, ἀνὴρ δὲ πεπαιδευμένος ἔξω στήσεται. Inſipiēs à ianua proſpiciet in domū, vir verò inſtitutus, foris ſtabit. Hæc ſententia priorem maximè declarat: nam quemadmodum illa pedis velocitas ad ianuam, aliorum curā rerum alienarum notat, ita hæc ſubauſcultatio per rimulas aut foramina oſtii, oſtēdit huiuſmodi homines ea curare quæ ad ipſos nihil pertinent. Eſt autē παρακύπτειν per rimas aut feneſtras aliquid inſpicere: quo verbo Petrus, 1. Epi. 1. c. 12, de Angelis reuerēter ac pudenter myſteria Dei intuētibus vſus eſt. 27 Ad oſtium auſcultare, &c. ἀπαιδευσία ἀνθρώπου, ἀκροᾶσθαι παρὰ θύρας· ὁ δὲ φρόνιμος βαρυνθήσεται ἀτιμίᾳ. Imperitia [ſiue, imprudentia] hominis, auſcultare ad ianuā, prudēs verò grauabitur ignominia. ſiue, grauatim ac cū moleſtia infamiā ſuſcipiet. Idē ſignificat quod ſuprà, ſed alio quodam modo idem vitium notat. Tria autē poſuit quibus huiuſmodi curioſitas demonſtratur: pedes veloces ad oſtium alterius, inſpectionem clancularium ac furtiuam, & ſubauſcultationem ſecretam, ex qua corycæi etiam à Græcis ſunt appellati homines curioſi, qui furtim & clàm, quæ agātur ab aliis, ſubauſcultant. 28 Labia loquacium narrant abſurda, &c. χείλη πολυλάλων τὰ οὐκ αὐτῶν διηγήσεται, λόγοι δὲ φρονίμων ἐν ζυγῷ σταθήσονται. Labia garrulorum [ſiue, verboſorum] narrabunt non ſua, verba autem prudentium in ſtatera ſtabunt. Significat fieri non poſſe quin homines loquaces multa effutiant, quæ ad propoſitū nihil planè pertineant: multáque dicant quæ ſint inepta & abſurda: ſapientem verò aliam habere orationis moderationem ac grauitatem: eius enim ſingula verba & dicta pondus habent. 29 In ore ſtultorum eſt cor eorū, &c. ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν τὸ στόμα αὐτῶν. In ore ſtultorum cor eorum, in corde autem ſapientum os ipſorum. Sententia eſt ἀντιμεταβολήν, quæ conſtat inuerſione verborum: ea oſtendit cauſam ſuperioris, cur ſtultorum ac loquacium oratio ſit aliena & abſurda: ſapientum, pondus & authoritatem habeat: quoniam alter non cogitat quid dicat, ſed quicquid venit in buccam, effutit (habet enim cor in ore) alter verò multo antè meditatur quid loquatur. Ità ſapientis oratio eſt cordata, ſtulti verò ſubita nec meditata, non ex corde, ſed ex ore tantùm profecta. 30 Quum impius Satanam execratur, &c. ἐν τῷ καταρᾶσθαι ἀσεβῆ τὸν σατανᾶν, αὐτὸς καταρᾶται τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Significat impium ſummam habere coniunctionem cum Satana: quemadmodum Chriſtus Iudæos incredulos & homicidas ad hanc originē reuocat: Vos, inquit, ex patre diabolo eſtis. Et, Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quoniam diabolus peccat ab initio, 1. Iohan. 3. b. 8. 31 Obtrectator animam ſuam polluit, &c. μολύνει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ψίθυρος, καὶ οὗ ἐὰν παροικήσῃ, μισηθήσεται. Inquinat ſuam ipſius animam ſuſurro, & vbicunque peregrinabitur, odio erit. Oſtendit quàm deteſtandum ſit vitium maledicentia, atque huiuſmodi maleuolentia, qua incommodis iniquiſque ſermonibus, aliorum fama & exiſtimatio læditur. Paulus Rom. 1. d. 29. 30, inter alia maxima peccata, ψιθυριστὰς καὶ καταλάλους ſuſurrones & maledicos obtrectatores numerat.

IN CAPVT XXII.

1 Lapidi conſpurcato, &c. λίθῳ ἠρδαλωμένῳ συνεβλήθη ὀκνηρὸς, καὶ πᾶς ἐπισυριεῖ ἐπὶ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ. Lapidi polluto [aut, contaminato] comparatus eſt piger, & omnis ſibilabit propter ignominiam eius. aut, in ignominia eius. Piger ac ignauus in quo nihil eſt induſtriæ, laboris, operæ, ac diligentiæ, nec ſibi, nec aliis vtilis eſt: fugitat enim laborem: itaque rectè lapidi conſpurcato comparatur, quem nullus contrectare audet, aut poteſt attingere quin polluatur: ita piger nullum ad negotium adhiberi poteſt quin negligentiæ ſuæ notam turpiſſimam relinquat. Itaque Prouerb. 10. d. 26, Solomon dicit, pigrum legatum ab aliquo, afferre pudorem ei qui ipſum miſit. 2 Piger conferendus eſt ſterc. &c. βολβίτῳ κοπρίων συνεβλήθη ὀκνηρὸς, πᾶς ὁ ἀναιρούμενος αὐτὸν, ἐκτινάξει χεῖρα. Stercori boum comparatus eſt piger: omnis illud tollens, manum excutiet. Idem ſignificat, operam pigri ignauique hominis in aliquo negotio cum infamia & turpitudine coniunctam eſſe. Huic vitio cōtraria eſt φιλοπονία induſtria & diligentia hominis facilè laborantis, quæ in omni re laudem ac lætitiam affert.

ʹLegitur & ἐκσυριεῖ.

3 Ignominia patris eſt fi. &c. αἰσχύνη πατρὸς ἐν γεννήσει ἀπαιδεύτου, θυγάτηρ δὲ ἐπ' ἐλαττώσει γίνεται. Pudor [aut, dedecus] patris in generatione nō inſtituti, [id eſt filii diſciplinæ expertis] filia autem in minutione fit. aut, gignitur. Significat liberorum vitia redūdare in infamiam parentū, à quibus educari liberaliter ac inſtitui debuerunt. Itaque videmus quo dolore afficiatur Auguſtus apud Suetonium, propter impudicitiam filiarū, qui etiam ita proclamare ſolebat, Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι. quaſi mallet ſine liberis & viuere & mori, videtur tamen Sapiens diſcrimen quoddam ſignificare, vt mala filiorum inſtitutio prauáque viuendi ratio ad parentum infamiam pertineat: eadem morum vitioſa ratio in filiabus, magis earum famam quàm parentum exiſtimationem attingat: atque illam commendationem, quum ſunt in coniungio collocandæ, minuat. Hunc enim ſenſum ſequentes ſententiæ oſtendunt. 4 Filia prudens hæreditate, &c. θυγάτηρ φρόνιμος κληρονομήσει ἄνδρα αὐτῆς, καὶ ἡ καταισχύνουσα εἰς λύπην γεννήτορος. Filia prudēs hæreditabit maritum ſuum, & quæ confundit, [ſiue, pudore afficit] in triſtitiam eius qui genuit. Oſtendit diſſimilem exiſtimationem ac conditionem filiæ bene moratæ prudentiſque, atque improbæ ac ſtultæ: quòd illa moribus commendata & ornata, facilè maritum nanciſcatur: huius verò difficillima in coniugio ratio ſit: illa ſemper præclaram famam quaſi dotem ſecum affert, certiſſimámque optimi mariti coniunctionem tanquam hæreditatem eſt habitura. Ita enim mihi

magis placet vertere κληρονομήσει ἄνδρα αὐτῆς hæreditabit, [aut, quaſi hæreditatem habebit] maritum ſuum. Eſt enim hæc optima hæreditas quæ à patribus dari poſſit filiabus, quum illæ ita educantur & inſtituuntur, vt quàm commodiſſimè atque honeſtiſſimè collocari poſſint.

″Impudens patrem & virum afficit ignominia, & ab vtroque vituperabitur.	5	Patrem & virum cõfundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab vtriſque autem inhonorabitur.	
″Intempeſtiua narratio quaſi in luctu muſica eſt: caſtigatio verò & diſciplina in tempore à ſapiente adhibetur.	6	Muſica in luctu, importuna narratio: flagella & doctrina in omni tẽpore ſapientia.	
″Teſtam conglutinat, qui ſtultum docet: ac è profundo ſomno dormientem laborat excitare.	7	Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam.	
″Liberi ſi cum proba vita alimenta habeant, ignobilitatem parentum ſuorum obliterabũt: ″liberi ſi cõtumacia & imperitia inſoleſcant, generis ſui nobilitatem polluent.	8	Qui narrat verbum non attendenti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno.	
″Dormitantem alloquitur, qui ſtulto loquitur: qui finito demũ ſermone, Quid eſt? inquiet.	9	Qui enumerat ſtulto, & in fine dicit, Quis eſt hic?	
″Mortuũ lamentare, quòd luce priuatus ſit: ſtultum quoque deplora, quòd ſenſum amiſerit.	10	¶Supra mortuũ plora, defecit enim lux eius: & ſupra fatuum plora, deficit enim ſenſu.	Infrà 38.b.16
″Mortuum leuius defle, vtpote quieſcentem.	11	Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit.	
Vita verò ſtulti morte deterior eſt.	12	Nequiſſimi enim nequiſſima vita, ſuper mortem fatui.	
″Defunctus ſeptem dies eſt lamentabilis, ſtultus verò & impius diebus vitæ ſuæ omnibus.	13	¶Luctus mortui, ſeptem dies: fatui autẽ & impii oẽs dies vitæ illorum.	Geneſ.50.b.10
″Ne verba multa facias cũ inſipiente, nec ad excordẽ acceſſeris.	14	Cum ſtulto ne multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris.	B
″Caue ab eo, ne moleſtiam contrahas, aut maculam ſuſcipias aſperſam, quum is ſeipſum excuſſerit.	15	¶Serua te ab illo, vt non moleſtiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.	Suprà 12.c.12
Declina ab eo, & requiem conſequêris: nec ex amẽtia eius mœrorem accipies.	16	Deflecte ab illo, & inuenies requiẽ: & non acediaberis in ſtultitia illius.	
″Quid grauius eſt plumbo? & quo id nomine alio quàm ſtulti eſt appellandum?	17	Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen, quã fatuus?	

5 Impudens patrem & virum, &c. πατέρα καὶ ἄνδρα καταισχύνει ἡ θρασεῖα, καὶ ὑπὸ ἀμφοτέρων ἀτιμασθήσεται. Patrem ac virum confundit [aut, pudore afficit] audax. ſiue, proterua atque inuerecunda. quod vitium in muliere eſt turpiſſimum, quum pudor (à quo etiam pudicitia nominatur) ei ſexui in primis conueniat. 6 Intẽpeſtiua narratio, &c. μουσικὴ ἐν πένθει, ἄκαιρος διήγησις· μάστιγες δὲ καὶ παιδεία, ἐν καιρῷ σοφίας. Muſica in luctu, importuna narratio: flagella verò & diſciplina in tẽpore [ſiue, opportunitate] ſapientiæ. Mihi videtur ſignificare Sapiens, nec iucundam ac ſuauem rerum aliquarum commemorationem, nec grauem admonitionem atque obiurgationem opportunè poſſe à quoquam adhiberi, quàm ſapiente, qui ſolus intelligit quid, & quando, & quomodo dicendum ſit. Muſica ad delectationem ac voluptatem comparata, à tempore luctuoſo funeſtóque aliena eſt. Tum enim nihil iucundum eſſe poteſt: gratum fortaſſe propter opportunitatem, vt eſt officium conſolantium. Omnia Sapiens facit & dicit ſuo & tempore & loco, etiam quum verbis grauiſſimis ac ſeueriſſimis obiurgat & caſtigat. Peropportuna eſt huiuſmodi illius oratio, quum aliorum quantumuis iucũda, à loco ac tempore aliena ſit. 7 Teſtam conglutinat, &c. συγκολλῶν ὄστρακον ὁ διδάσκων μωρόν, καὶ ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου. Conglutinans teſtam qui docet ſtultum, & excitat dormientem ex profundo ſomno. Hac ſimilitudine ſignificat eum operam perdere qui ſtultum docet: quòd is doctrinæ ac diſciplinæ nullo modo capax ſit, nec magis aptam ad diſcendum naturam habeat, quàm teſta ad cohærendum, quum quis eam glutinare vult. Idem ſignificat dormientis excitatio è profundo ſomno. 8 Liberi ſi cum proba vita, &c. τέκνα ἐν ἀγαθῇ ζωῇ τροφὴν ἔχοντα, τῶν ἰδίων γεννητόρων κρύψουσι δυσγένειαν. Liberi in vita bona cibum habentes, ſuorum genitorum occultabunt ignobilitatem. Duplex eſt generis cõditio, εὐγένεια καὶ δυσγένεια dignitas atque indignitas, ſiue claritas & obſcuritas: itaque ad genus aut commendandum & illuſtrandum, aut vituperandum ac deformandum, liberi ac poſteri ſummam vim habent: vt aut honeſta vita infamiam maiorum parentúmque ſuorum deleant, aut improba eorum præclaram famam gloriámque polluant. Requirit autẽ Sapiens in liberis res ad victũ cultúmque vitæ neceſſarias cũ probitate honeſtatéque coniunctas: vt & viuant commodè, rebus non deſtituti neceſſariis, & honeſtè, optimis moribus præditi. Liberi ſi contumacia & imperitia, &c. τέκνα ἐν καταφρονήσει καὶ ἀπαιδευσίᾳ γαυριώμενα, συγγενείας ἑαυτῶν μολύνουσιν εὐγένειαν. Liberi in contemptu ac diſciplinæ deſtitutione gloriantes, cognationis ſuæ contaminant nobilitatem. Hoc membrum oppoſitum eſt priori, in quo ſignificat degeneres liberos dignitatem generis ſui maculare. 9 Dormitantem alloquitur, &c. διηγεῖται νυστάζοντι ὁ διηγούμενος μωρῷ, καὶ ἐπὶ συντελείᾳ ἐρεῖ, τί ἐστι; Narrat dormitanti, qui ſtulto narrat: & in fine dicet, Quid eſt? Huius indocilitatis aptiſſimum habemus exemplum, Act.17.g.32, in philoſophis Athenienſibus, qui quũ Paulum de reſurrectione concionantem audiuiſſent, eius doctrinam aut irridebant, aut iterum audire volebant.

10 Mortuũ lamentare, quòd luce, &c. ἐπὶ νεκρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ φῶς· καὶ ἐπὶ μωρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ σύνεσιν. Super [aut, propter] mortuũ plora, defecit enim lux: & ſuper ſtultum plora, nam defecit intellectus. Comparatione hominis mortui oſtendit quàm deploranda & miſeranda ſit conditio ſtulti & amentis hominis: in vtroque enim eſt priuatio rei deſiderandæ: in altero lucis, in altero mentis ac rationis, cuius amiſſio eſt miſerrima. Eſt enim mens lux quædam animi ac vitæ, ſine qua nulla lucis corporalis perfruitio poteſt eſſe iucunda aut exoptata.

11 Mortuum leuius defle, &c. ἥδιον κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ὅτι ἀνεπαύσατο· τοῦ γὰρ μωροῦ ὑπὲρ θάνατον ἡ ζωὴ πονηρά. Dulcius [id eſt, placidius ac moderatius] ſuper mortuum plora: nam ſtulti ſupra mortem vita mala. id eſt, morte ipſa peior eſt. Significat igitur acerbius dolendam eſſe conditionem eius qui mẽte caret, quàm illius qui vita priuatus eſt. 13 Defunctus ſeptem dies, &c. πένθος νεκροῦ, ἑπτὰ ἡμέραι· μωροῦ δὲ καὶ ἀσεβοῦς, πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Luctus mortui, ſeptem dies: ſtulti verò & impii, omnes dies vitæ eius. Tempus lugendi mortui ſpatio ſeptem dierum eſt definitum: miſeria ſtulti atque improbi ad lugendum totius vitæ tempus requirit: eſt enim tota illius vita perpetuo luctu digniſſima. 14 Ne verba multa facias cum, &c. μετὰ ἄφρονος μὴ πληθύνῃς λόγον, καὶ πρὸς ἀσύνετον μὴ πορεύου. Cũ inſipiente ne multiplices ſermonem, & ad vecordem ne acceſſeris. Significat his ſententiis conſuetudinem improborum pernicioſam eſſe, congreſſionémque cum his & collocutionem fugiendam. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, 1.Corinth.15.d.33.

15 Caue ab eo, ne moleſtiã contrahas, &c. φύλαξαι ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἵνα μὴ κόπον ἔχῃς, καὶ οὐ μὴ μολυνθῇς ἐν τῷ ἐντιναγμῷ αὐτοῦ. Caue ab eo, ne moleſtiam habeas, ac ne polluaris in excuſſione eius. Significat labem morum ac vitæ facilè aſpergi ex conſuetudine improborum, neque poſſe cum his communicari aut ſermone aut re, quin aliqua uitæ famæque turpiſſima nota inuratur. Tales enim plerunque aut ſumus aut exiſtimamur, quales ſunt ii cum quibus verſamur ac viuimus. 17 Quid grauius eſt plumbo? &c. ὑπὲρ μόλυβον [ſiue, μόλυβδον] τί βαρυνθήσεται; καὶ τί αὐτῷ ὄνομα ἀλλ᾽ ἢ μωρός; Super plumbum quid grauabitur? & quod nomen ei, quàm ſtultus? id eſt, quod aliud eſt ei nomen, quàm ſtultus? Hac comparatione rei grauiſſimæ quam pondere atque onere ſtultus ſuperat, ſignificat illius mores vitámque maximopere moleſtam eſſe, planéque intolerabilem. Eſt autem illa maxima moleſtia, quòd quum ſit imperitus ac ſtultus (vt ait quidam ſenex Terentianus) nihil rectum eſſe putat, niſi quod ipſe facit.

Prouer.27.a,3

18 |Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

19 Loramẽtum ligneum colligatum fundamento ædificii non diſſoluetur: ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilii.

20 Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non deprauabitur.

C

21 Sicut pali in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciẽ venti non permanebunt:

22 Sic & cor timidũ in cogitatione ſtulti contra impetũ timoris nõ reſiſtet.

23 Sicut cor trepidũ in cogitatione fatui, õni tẽpore non metuet: ſic & qui in præceptis Dei permanet ſemper.

1.Cor.14.e.14 heb.4.c.12

24 Pungẽs oculũ, deducit lachrymas: & |qui pungit cor, profert ſenſum.

25 Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: ſic & qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam.

26 Ad amicum etſi produxeris gladiũ, non deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum.

27 Si aperuerit os triſte, non timeas: eſt enim concordatio: excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterii reuelatione, & plaga doloſa: in his omnibus effugiet amicus.

D

28 Fidẽ poſſide cum proximo in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris.

29 In tẽpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres ſis.

30 Ante ignem, camini vapor & fum⁹ ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem

Arenam, & ſalem, ferreámque maſſam ferre facilius eſt, quàm hominem vecordem.

'Vt cõpages & iugamenta lignea ædificio indita, concuſſu non diſſoluuntur: ſic animus perpenſo conſilio firmatus, nullo tempore pertimeſcet.

'Animus prudente nixus cogitatione, eſt velut in polito pariete arenatum tectorium.

'Vt cannæ in ſublimi ſuſpenſæ ventum non ſuſtinent: ita animus in cogitatione ſtulti timidus, aduerſus omnem terrorem firmus non permanebit.

'Qui pungit oculum, lachrymam elicit: & qui cor ſtimulat, affectum prouocat.

'Qui lapides in volucres iecerit, abiget eas: qui probrum obiicit amico, amicitiam diſſoluet.

'Si gladium ſtrinxeris in amicum, ne deſperes: eſt enim in gratiam reditus.

Si in amicum aperueris os tuum, ne metuas: nam locus reconciliationi relictus eſt, dummodo exprobratio, aut ſuperbia, aut arcani patefactio, plagáque doloſa abfuerit: 'his enim omnis amicus planè abalienabitur.

'Fidelem te præbe in inopia amici, vt ex rebus eius bonis lætitiam capias.

'In tempore calamitatis conſtanter mane cum eo, vt in hæreditate eius cohæres ſis. 'neque enim res in aliquas ãguſtias adducta, ſemper eſt aſpernanda, neque diues mentis inops admirandus.

'Vt vapor camini fumúſq; ignẽ præcedit: ita cõuitia præcurrũt

19 Vt cõpages & iuga.&c. ἱμάντωσις ξυλίνη ἐνδεδεμένη εἰς οἰκοδομὴν, ἐν συσσεισμῷ οὐ διαλυθήσεται· οὕτω καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς, ἐν παντὶ καιρῷ φόβῳ οὐ δειλιάσει. Colligatio lignea illigata ad ædificiũ, in cõcuſſione nõ diſſoluetur: ſic cor firmatũ in cogitatione conſilii, in omni tẽpore metu nõ formidabit. Significat conſilio cogitato ac antè capto ita muniri firmarique animũ, vt omnis metus futurorũ euẽtuũ ex eo pellatur. Eſt autẽ aptiſſima ſimilitudo ſtructuræ in ædificio optimè iũctæ ac colligatæ, cui connexio coniunctióque cauſarũ rerúmq; antecedentiũ & cõſequentiũ in cõſilio capiẽdo comparatur. 20 Animus pru.&c. καρδία ἡδρασμένη ἐπὶ διανοίας συνέσεως, ὡς κόσμος ψαμμωτὸς ἐπὶ τοίχου ξυστοῦ. Cor firmatũ in cogitatione intelligẽtiæ, vt ornamentum arenoſum in pariete raſo. Arena parieti inducta habet vim duplicẽ tegendi tuẽdique parietẽ, atque ornãdi eundẽ: ita prudentia cogitãdi ac deliberãdi, animo hominis maximũ præſtat & munimentũ & ornamentũ. Huiuſmodi autẽ prudentia in Deo eiúſq; verbo potiſſimũ cõſiſtit: itaque de iuſto homine Deũ timente dictũ eſt in Pſal.111.b.7, Ad rumorẽ malum nõ extimeſcet, quoniã cor eius firmũ eſt cõfidens Domino. 21 Vt cannæ in ſubl.&c. χάρακες ἐπὶ μετεώρου κείμενοι, κατέναντι ἀνέμου οὐ μὴ μείνωσιν, οὕτω καρδία δειλὴ ἐπὶ διανοήματος μωροῦ κατέναντι παντὸς φόβου οὐ μὴ ὑπομείνῃ. Suſtentacula [ſiue, fulcimenta] in ſublimi poſita aduerſus ventũ nõ manebunt, ita cor meticuloſũ in cogitatione ſtulti cõtra omnẽ timorem nõ ſubſiſtet. Leuitatẽ atque infirmitatẽ animi nullo cõſilio rationéque firmati in ſtulto, aptiſſimè cõparat fulcimento cãneo atque arũdineo in ſublimi poſito, quod nullã vim reſiſtendi vẽto habet: ita animus ſtulti nulla ſeptus aut munitus cogitatione rationéque cõſilii, ſemper trepidãs, facilè cedet aut ſuccũbet in tẽpore formidoloſo. 24 Qui pungit oc.&c. ὁ νύσσων ὀφθαλμὸν κατάξει δάκρυα, καὶ ὁ νύσσων καρδίαν ἐκφαίνει αἴσθησιν. Pũgens oculũ educet lachrymas, & pũgẽs cor proferet ſenſũ. Hac collatione ſignificat cor hominis iniuriis, quaſi quibuſdã ſtimulis, cõpungi ac vulnerari, atque ita ad dolorẽ prouocari. Eſt enim ſedes iræ ac doloris in corde: itaque ſentimus in nobis ipſis quẽadmodum quũ ſumus ab aliquo læſi, offendamur & animo cõmoueamur. 25 Qui lapides in vol.&c. βάλλων λίθον ἐπὶ πετεινὰ, ἀποσοβήσει αὐτά· καὶ ὁ ὀνειδίζων φίλον, διαλύσει φιλίαν. Proiiciẽs lapidẽ ad volatilia, fugabit ea: & exprobrãs amico, diſſoluet amicitiã. Nihil eſt quod magis amicũ alienet quàm officiorũ ac beneficiorũ exprobratio: quæ qui accepit meminiſſe debet, nõ qui cõtulit, odioſè cõmemorare & exprobrare. Itaque ὀνειδίζειν verbũ pro Exprobrare hoc loco melius accipitur, quàm Probrũ obiicere. 26 Si glad.ſtrin.&c. ἐπὶ φίλον ἐὰν σπάσῃς μάχαιραν, μὴ ἀπελπίσῃς· ἔστι γὰρ ἐπάνοδος. In amicũ ſi diſtrinxeris gladiũ, ne deſperes: eſt enim reditio. His ſentẽtiis Sapiens oſtẽdit certas voluntatũ offenſiones quæ inter amicos poſſunt exiſtere: quarũ aliæ ſunt recõciliabiles, aliæ planè irrecõciliabiles. Multa enim poſſunt fieri & dici cõtra amicorũ voluntatẽ, vt aut re aut verbo offendãtur: vt hoc loco hæc duo ponit, ſtringere gladiũ in amicũ, & in eundẽ os aperire: quibus facta dictáque cõprehendit. Admonitiones liberæ, atque etiã acerbæ obiurgationes ac reprehẽſiones in amicitia adhiberi poſſunt ſine offenſione voluntatũ: aut ſi offendũtur, cũ ſpe reconciliationis. Quatuor hîc ponit Sapiẽs, quæ facta aut dicta omnẽ in gratiã reditum præcludũt: hæc ſunt, exprobratio, elatio animi amicũ deſpiciẽtis, perfida ſecreti reuelatio, & plaga doloſa, id eſt iniuria inſidioſè fraudulẽtérque illata. Hæc quatuor in amicitia ſunt ita odioſa, vt quũ fiunt aut dicũtur, amicos planè abalienari ſine vlla ſpe recõciliationis neceſſe ſit. 27 His enim om.am.&c. ἐν γὰρ τούτοις ἀποφεύξεται πᾶς φίλος. in his enim fugiet [aut, refugiet] omnis amicus. i. ita offendetur atque alienabitur, vt redire in gratiã atque eã amicitiã nolit, aut nõ poſſit, in qua aut ſibi exprobrari videt, aut ſe deſpici, aut perfidioſè prodi, aut iniuriis doloſè affici. 28 Fidelẽ te præbe, &c. πίστιν κτῆσαι ἐν πτωχείᾳ μετὰ τοῦ πλησίον, ἵνα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ εὐφρανθῇς. Acquire fidem in paupertate proximi, vt in bonis eius læteris. His ſentẽtiis ſignificat Sapiẽs omniũ rerũ tam aduerſarũ quàm ſecũdarum in amicitia ſocietatẽ. ἡ γὰρ φιλία πάντα κοινοῖ amicitia omnia cõmunicat tam triſtia quàm iucũda, vt ait Euripides. Itaque præcipit Sapiens vt fides in rebus aduerſis declaretur ac probetur. Nam amicus certus in re incerta cernitur.

29 In tẽpore cala.&c. ἐν καιρῷ θλίψεως διάμενε αὐτῷ, ἵνα τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς. In tẽpore afflictionis permane cũ eo, vt in hæreditate eius cohæres ſis. Significat eandẽ calamitatũ cõmunionem, eiúſque fructũ oſtendit, cõmunem rerũ meliorũ perfruitionẽ in fortuna cõmutata. Neque enim res, &c. οὐ καταφρονητέον γὰρ ἀεὶ τῆς περιγραφῆς, οὐδὲ θαυμαστὸς πλούσιος νοῦν μὴ ἔχων. non enim ſemper eſt deſpicienda circunſcriptio [.i. res anguſta, aut in anguſtũ contracta] neque diues admirabilis [aut, admirãdus] qui mentẽ non habet. Hæc ratio ſubiuncta ſuperioribus optimã continet doctrinã qua docemur, bonorum virorũ eorúmque afflictorũ amicitias improborũ fœlicitate florentiũ amicitiis anteponẽdas eſſe. 30 Vt vapor camini, &c. πρὸ πυρὸς ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός, οὕτως πρὸ αἱμάτων λοιδορίαι. Ante ignẽ vapor camini & fumus, ita ante ſanguines cõuitia. Rixæ ac iurgia plerũque ita antecedũt, vt ſanguis ac cædes cõſequantur: quemadmodũ ignis fumũ; ſunt enim res ſuas cauſas cõſequentes, ex quibus rhetores coniecturas ſuas cõfirmare ſolent, atque ita cõcludere: Iurgatus eſt cũ eo, ergo occidit. Sed Sapiens hîc vult monere acerbas & maledicas verborum cõtentiones fugiendas eſſe; inflammantur enim animi ea iurgiorum ac conuitiorum concertatione, atque ad pugnandum incitantur: vnde ſanguis ac cædes.

effuſionem ſanguinis.

ʹAmicum tueri non verebor,nec me ſubducã à conſpectu eius. 31

Quòd ſi malum accepero per illum,quicunque factum audiuerit,ab eo cauebit. 32

″Quis apponat ori meo cuſtodiã,labiíſve meis ſigillum prudẽtiæ:ne ſubitò his corruã,nec lĩgua mea perdat me? 33

Cap. XXIII.

″DOmine Pater, totiúſque vitæ dominator meæ,ne me permittas conſilio illorum,nec ſinas me per ea corruere. 1

″Quis caſtigationem cogitationi meæ adhibeat,& cordi meo ſapientem inſtitutionem,ne meis parcant ignorationibus, nec peccata earum prætereant? 2

″Ne *inquam* ignorantiæ meæ multiplicentur, & peccata mea perniciosam acceſſionem faciant:corruãq; corã meis aduerſariis,atq; inimici mei me irrideãt,quorũ ſpes à tua miſericordia lõgè abeſt. 3

″Domine Pater, Deúſque vitæ meæ, ne mihi tribuas oculos elatos:ſed giganteum animum ſemper à ſeruis tuis prohibeas. 4

ʹAuertas à me ſpes vanas & concupiſcentias,tibíq; ſeruire perpetuò cupientem,in officio retineas. 5

″Ne me comprehendat appetitus ventris & concubitus, ʹnec animæ impudenti ſeruum permittas tuum. 6

″Filii, audite inſtitutionem oris veracis, quam qui ſeruarit, labiis ſuis non capietur. 7

maledicta, & contumeliæ, & minæ.

31 Amicum ſalutare nõ confundaris: à facie illius non me abſcondam.

32 Et ſi mala mihi euenerint per illum,ſuſtinebo:omnis qui audiet, cauebit ſe ab eo.

33 ‖Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Pſal.140.a.3

Cap. XXIII

1 DOmine Pater, & dominator vitæ meæ,ne derelinquas me in cõſilio eorum,nec ſinas me cadere in illa exprobratione.

2 Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinã ſapiẽtiæ: vt in ignorationibus eorũ nõ parcant mihi, & nõ appareãt delicta eorum?

3 Et ne adincreſcãt ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidã in conſpectu aduerſariorum, & gaudeat inimicus meus.

4 Domine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5 Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me.

6 Aufer à me vẽtris concupiſcẽtias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me: & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.

7 Doctrinã oris audite filii, & qui cuſtodierit illã,non periet labiis,nec ſcãdalizabitur in operibus nequiſſimis.

31 Amicum tueri non verebor, &c. φίλον σκεπάσαι οὐκ αἰσχυνθήσομαι, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οὐ μὴ κρυβῶ· καὶ εἰ κακά μοι συμβήσονται δι' αὐτὸν, πᾶς ὁ ἀκούων φυλάξεται ἀπ' αὐτοῦ. Amicum tegere non verebor,& à facie eius non abſcondar:& ſi mihi mala euenerint per illũ,omnis audiẽs cauebit ab eo.Sapiens proponit hic cùm ſuam cõſtantiam in tuendo amico etiam cum ſuo incõmodo coniunctam, tum aliorum offenſionẽ abhorrentiũ ab huiuſmodi calamitoſa amicitia,atque alias florentes appetentiũ.Itaque quid debeat fieri aut nõ fieri, ſuo aliorúmque excẽplo mihi videtur demonſtrare. 33 Quis apponat ori meo cuſtod.&c. Τίς δώσει μοι ἐπὶ στόματός μου φυλακὴν, καὶ ἐπὶ τῶν χειλέων μου σφραγῖδα πανοῦργον,ἵνα μὴ πέσω ἀφνιδίως ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσά μου μὴ ἀπολέσῃ με; Quis dabit mihi in ore meo cuſtodiam,& in labiis meis ſigillum aſtutum,ne cadam repente ab eis,[id eſt propter ea labia]& lingua mea ne perdat me?Periculum linguæ incontinentis oſtendit,in eáque cõtinentiam,moderationem,prudentiámque requirit.Pſal.39.a.2,Dixi, Cuſtodiam vias meas, ne peccẽ lingua mea:cuſtodiam os meum clauſura,dum adhuc impius eſt coram me.

IN CAPVT XXIII.

1 Domine Pater,totiúſque,&c.κύριε πάτερ,καὶ δέσποτα ζωῆς μου ἁπάσης,μὴ ἐγκαταλίπῃς με ἐν βουλῇ αὐτῶν, καὶ μὴ ἀφῇς με πεσεῖν ἐν αὐτοῖς.Domine Pater,& dominator totius vitæ meæ,ne derelinquas me in cõſilio eorũ, nec ſinas me cadere in illis. Sunt qui incipiant hoc caput à verſu vltimo quem antè expoſuimus de linguæ incontinẽtia, qui mihi quoque videtur malè diſiunctus, atque ad principium huius capitis magis pertinere, quàm ad finem ſuperioris.Tractat enim eãdem rem cõmutato orationis genere in precationem, quum ſupra ἠθικῶς optánſque ac deſiderans linguæ moderationem, ita dixiſſet, Quis ori meo cuſtodiam apponet?nunc ad ipſum Deum eius temperantiæ cõtinentiæque authorem ſe conuertit. Neque enim id eſt in poteſtate hominis,ſed(vt ait Solomon Prouer.16.a.1)Domini eſt linguam moderari.

2 Quis caſtigationem,&c.Τίς ἐπιστήσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας,καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας μου παιδείαν σοφίας,ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται. Quis apponet in cogitatione mea flagella,aut in corde meo diſciplinã ſapientiæ,vt in ignorantiis meis ʹnõ parcãt? Quod dixit antè de lingua & oratione,idẽ nũc dicit de animo,cuius moderatio eſt à Deo. Animi autẽ duæ ſunt partes:vna διανοητικὴ quæ habet vim cogitãdi:altera ὀρεκτικὴ in appetendo poſita,quæ nomine cordis ſignificatur. Altera eſt cæca & ignara,niſi à Domino illuminetur ac doceatur:altera,immoderata & diſſoluta,niſi ab eodem regatur & contineatur. Itaque petit hac in parte Sapiens à Deo eam diſciplinam atque inſtitutionem, qua in timore eius ac poteſtate contineatur.Dauid hæc duo ſæpe cõiungit,petitque a Domino. Pſal.119.verſu 37,Manus tuæ fecerunt me,fac me intelligere,& diſcam præcepta tua.Et poſtea in fine eius octonarii,Fac vt integrũ ſit cor meum in præceptis tuis. 3 Ne *inquã* ignor. meæ,&c.ὅπως μὴ πληθυνθῶσιν αἱ ἄγνοιαί μου,καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου πλεονάσωσιν εἰς συντέλειαν.Vt ne inſcitiæ meæ multiplicentur,& peccata mea abũdent in contritionem. Hæc ratio oſtendit quid homo poſſit ſine verbo ac ſpiritu Dei: eum nihil poſſe aliud quàm errata erratis & peccata peccatis cumulare,ſibique perniciem accerſere. 4 Domine Pater,&c.κύριε πάτερ,καὶ θεὲ ζωῆς μου,μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι, καὶ γιγαντώδη ψυχὴν ἀπόστησον διαπαντὸς ἀπὸ τῶν δούλων σου.Domine Pater,ac Deus vitæ meæ,elationem oculorũ mihi ne dederis,& gigãteum animum auerte pertuò à ſeruis tuis. Suprà γενικῶς in genere petiit animi moderationem ſanctámque inſtitutionẽ, vitiáque animi cùm ignari, tum intemperantis ac diſſoluti generatim propoſuit:nũc certa vitiorum genera proponit,à quibus vult ſolutus planéque liberatus viuere.

ʹLegitur & μὴ φείσῃ σου.

5 Auertas à me ſpes vanas,&c.ἐλπίδας κενὰς καὶ ἐπιθυμίας ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ,καὶ κρατήσεις τὸν θέλοντά σοι δουλεύειν διαπαντός.Spes inanes & concupiſcentias auerte à me,ac continebis volentem tibi ſeruire perpetuó. Spiritus ſanctus in Scriptura nominat ſæpe hãc humani animi atque ingenii vanitatem,in qua homo relicto Deo ſuo,in quo vno debet acquieſcere, fallacibus ſpebus cupiditatibúſque ducitur ac rapitur.Pſal. 24.a.3,Quis aſcendet in montem Domini?Mundus manibus & purus corde,qui non accepit in vanum animam.id eſt, non inclinat animũ ſuum ad ſtudium rerum inanium ac fallacium. 6 Ne me cõpreh.&c. κοιλίας ὀρέξεις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με, καὶ τῇ ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με τὸν οἰκέτην σου. Appetitus ventris & coitus ne comprehendant me, & animæ irreuerenti ne tradas me famulum tuum. Maxima animi intemperãtia verſatur ac cernitur ἐν τοῖς ἐδέσμασι καὶ ἀφροδισίοις in potu ac cibo, rebúſque venereis,in quibus tũ animus tũ corpus voluptate corrumpitur.γαστρίμαργοι edaces guloſique homines appellãtur, quorũ ſtudium eſt vt ventrẽ expleant.De altero autẽ voluptatis genere interrogatus à quodã Sophocles, an rebus venereis vteretur, Dii meliora, inquit: libenter enim iſtinc tanquã à Domino agreſti ac furioſo profugi.Cicero quodã in loco δυσεντερικὰ ait exiſtere ex edacitate,δυσουρικὰ verò ex fœdiore veneris libidine. Nec animæ, &c.καὶ ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με τὸν οἰκέτην σου.Quidã ita vertũt,quaſi nolit tradi ac permitti animo alterius impudẽti,id eſt homini improbo atque iuuerecundo,qui nullo Dei timore ac pudore afficitur:ſed hoc melius ad animum eius qui orat,eſt referendũ: vt quemadmodũ cætera vitia,ſic hoc poſtremũ deprecetur:ſicut timor ac pudor Dei verus omnium virtutũ author cuſtóſque eſt, ita animi impudẽtia atque inuerecũdia omnium vitiorũ eſt mater.Itaque præclarè Micheas 6.b.8,Quid aliud,inquit,vult Dominus,niſi vt verecũdè,aut reuerẽter ambules corã Domino Deo tuo?Sublato enim hoc pudore,quid in homine ſalui eſſe poteſt? 7 Filii,audite inſti.&c.ἀκούσατε τέκνα παιδείαν στόματος ἀληθινοῦ,καὶ ὁ φυλάσσων οὐ μὴ ἁλῷ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ.Audite filii,diſciplinã oris veracis,& cuſtodiẽs nõ capietur in labiis ſuis.Eandẽ rationẽ quã ſuprà,ſeruat,vt à generalibus præceptis ac monitis ad certa & definita progrediatur. Antea vniuerſè monuit de linguæ intẽperãtia, nũc certa quædã linguæ vitia proponit,à quib⁹ dehortatur: ſed in primis φιλαλήθειαν.i.ſtudiũ amorémq; veritatis,cõmendat,à qua etiã ἀληθινοὶ καὶ φιλαλήθεις ab Ariſt.appellãtur,ꝗ abhorrẽt à mẽdacio ac vanitate oratiõis, & ſimplicitate atq; veritate delectãtur.Hic fõs eſt omniũ bonorũ

quæ à lingua proficiſcũtur. Qui enim ita erit affectus vt veritatem diligat, is & cum Deo & cũ hominibus, & in omni vitæ conſuetudine ita ſe geret, vt nec peieret in iurãdo, nec in loquendo, de proximo falſum teſtimoniũ dicat. Itaque prudenter Sapiens, quũ linguã orationémq; ſit informaturus, ac dictur⁹ quæ in eo genere fugiẽda ſint: ab hac oris veracis cõmendatione exorditur, ad eiúſque diſciplinã nos hortatur.

	In vanitate ſua apprehendetur peccator, & ſuperbus & maledicus ſcandalizabitur in illis.	8	ʼHomo improbus ſuis capietur labiis: & maledicus ſuperbúſq; per ea offendet.
Exod.20.b.7 matth.5.e.33;	|Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa.	9	ʼIuramento ne conſuefacias os tuum:
B Infrà 27.b.15	|Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & noĩb⁹ ſãctorũ nõ admiſcearis, qm̃ nõ eris ĩmunis ab eis.	10	Nec ad eam conſuetudinem nomen Sancti ſæpe adhibeas.
	Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè, à liuore non minuitur: ſic omnis iurans & nominans, in toto à peccato non purgabitur.	11	ʼSicut enim ſeruus crebrò vapulans, non caret vibicibus: ita qui iurat, atque aſſiduè nomen Dei vſurpat, non facilè culpa carebit.
	Vir multũ iurãs implebitur iniquitate, & nõ diſcedet à domo illi⁹ plaga.	12	Vir crebrò iurans replebitur ſcelere, neque à domo eius flagellum recedet.
	Et ſi fruſtrauerit, delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi diſſimulauerit, delinquit dupliciter.	13	ʼQuum impiè quippiam commiſerit, ipſe culpam ſuam ſuſtinebit: quam ſi non agnoſcat, eãdem conduplicauerit.
	Et ſi in vacuum iurauerit, nõ iuſtificabitur: replebitur enim retributione peſſima domus illius.	14	Ac ne temerè quidem vſus iureiurando, innocens iudicabitur: nam domus eius crebris incurſionibus appetetur.
	Eſt & alia loquela cõtraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob.	15	ʼEſt ſermo morte quaſi quadam veſte inuolutus, abſit vt in hæreditate Iacob inueniatur.
	Etenim à miſericordib⁹ oĩa hæc auferẽtur, & in delictis nõ volutabunt.	16	ʼSanè à piis aberunt hæc omnia, qui in peccatis nõ inuoluẽtur.
Ephes.5.a.4	|Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati.	17	ʼOs tuum iurãdi intemperantiæ ne aſſuefacias: ex ea enim peccandi occaſio exiſtit.
	Memento patris & matris tuæ. in medio enim magnatorum conſiſtis.	18	ʼMemento patris & matris tuæ, nam inter proceres conſidebis.
	Ne fortè obliuiſcatur te Deus in cõſpectu illorum, & aſſiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluiſſes non naſci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.	19	Ne tu quoque apud eos in obliuionem venias, conſuetudinéq; tua ita marceſcas, vt nolis te natum eſſe, diémque tuum natalem execreris.
2.Reg.16.b.7 C	|Homo aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur.	20	″Homo verbis probroſis aſſuetus, per omnem vitam ſuam diſciplinam non ſuſcipiet.

8 Homo improbus ſuis, &c. ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐγκαταληφθήσεται ἁμαρτωλὸς, καὶ λοίδορος καὶ ὑπερήφανος σκανδαλισθήσονται ἐν αὐτοῖς. ʼIn labiis ſuis cõprehendetur peccator, & conuitiator ſuperbúſque per illa in ſcandalum incurrent. Proponit Sapiens certa vitia & mala linguæ, ex quibus poſſit intelligi quantum referat hominẽ ea in parte bene inſtitui, & diſciplina oris veracis orationẽ informari, quantúmque differat πεπαιδευμένος (vt ait Iſocrates) ἀπὸ τοῦ ἀπαιδεύτου, id eſt homo inſtitutus informatúſque, ab eo qui nullã doctrinam morũ ac diſciplinã habuit. Vnuſquiſque enim fructum oris ſermoníſque ſui percipiet. Quemamodũ dicit Dominus in Euangelio, Ex ſermonibus tuis iuſtificaberis, & cõdemnaberis. Matt.12.c.37. 9 Iuramento ne conſuefacias, &c. ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου, καὶ ὀνομασίᾳ τοῦ ἁγίου μὴ συνεθισθῇς. Iuramento ne aſſuefacias os tuum, ac nominationi Sancti non aſſueſcas. id eſt, eam conſuetudinem ne ſuſcipias, vt ad iurandũ, nomen Dei crebro ſermone vſurpes. Non prohibet omnino iurare, ſed prauam conſuetudinem iurandi noménque temere vſurpandi improbat, ſicut etiã Dominus in Euangelio, Mat.5.f.34. Iſocrates duo tẽpora proponit, quibus iuſiurandũ delatũ ſuſcipere poſſimus: quũ aut de noſtra fama atque exiſtimatione agitur, aut de ſalute amicorum: vt aut liberemus noſipſos turpi crimine ac falſa opinione, aut amicos periculo. Nõ vult homines probos ac modeſtos iuſiurandũ poſtulare, ne in aliquã auaritiæ ac priuati cõmodi ſuſpicionem veniant. Chriſtiani duas habent cauſas quibus iurare poſſint: vnã gloriæ Dei, alteram vtilitatis ac ſalutis proximorum. 11 Sicut enim ſeruus, &c. ὥσπερ γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς, ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται· οὕτως ὁ ὀμνύων καὶ ὀνομάζων διαπαντὸς, οὐ μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ ἁμαρτίας. Quemadmodum enim ſeruus qui aſſiduè in quæſtionem vocatur, [id eſt verberatur] à cicatricibus non minuetur: ita iurans & frequenter nominans, minimè purgabitur, [aut, purus erit] à peccato. Hac ſimilitudine ſerui ſæpe vapulantis ſignáque verberationis in corpore ſuo exhibentis, ſignificat, in iuramento frequentato veſtigia animi ſibi malè conſcii impreſſa ineſſe. Huiuſmodi enim religioſa aſſeueratio atque affirmatio indicat animũ hominis ſuum plerunque cõmodum quærentis, ac quibuſuis in rebus nomine Dei abutentis. 13 Quũ impiè quippiam, &c. ἐὰν πλημμελήσῃ, ἁμαρτία αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ· κἂν ὑπερίδῃ, ἥμαρτε διςσῶς. Si peccauerit, [aut, deliquerit] peccatũ eius ſuper ipſum: quòd ſi neglexerit, peccauit dupliciter. πλημμελεῖν verbũ ſignificat impiè aliquid aduerſus Deum deſignare, quæ ſignificatio huic loco vbi de iureiurãdo ac nomine Dei temerè vſurpãdo agitur, mihi conuenire videtur. Nã quum maieſtas Dei in eius nomine maximè reluceat, eam lædũt ac violant qui ad quaſuis res eo ſanctiſſimo nomine abutuntur. Itaque hunc locũ Sapiens de religioſa iuratione ac nominis Dei appellatione, multis verbis exponit, periuriſq; & facilè ſæpéque iurantibus grauiſſimas pœnas proponit. 15 Eſt ſermo morte, &c. ἔστι λέξις ἀντιπεριβεβλημένη θανάτῳ, μὴ εὑρεθήτω ἐν κληρονομίᾳ Ἰακώβ. Eſt ſermo conueſtitus [aut, amictus] morte: ne inueniatur in hæreditate Iacob. Hac ſimilitudine amictus ac veſtitus quo corpus tegitur, ſignificat orationis genus iuriſiurandi ac nominis Dei authoritate ac religione quaſi conueſtitũ, in ſpeciémque cõmendatum, quum mortẽ ſecum incluſam habeat & afferat, ſiue quũ huiuſmodi integumentũ ſit mortiferũ. Abuſus enim nominis nihil aliud quàm certiſſimã mortẽ afferre poteſt. Melius eſſet ſimpliciter & ſimplicibus nudiſque verbis rẽ dicere, quàm hac religioſa affirmatione atque inuocatione cõfirmare. Mihi hæc trãſlatio verbi ἀντιπεριβάλλεσθαι videtur impiũ ſceleratúmque prætextũ nominis Dei ad orationẽ fraudulentã ac mendacẽ accõmodatum ſignificare. 16 Sanè à piis aberunt, &c. ἀπὸ γὰρ εὐσεβῶν ταῦτα πάντα ἀποστήσεται, καὶ ἐν ἁμαρτίαις οὐκ ἐγκυλισθήσονται. A piis enim aberunt hæc omnia, & in peccatis non inuoluentur. Mihi non diſplicet vt γὰρ rationalis particula habeat vim affirmandi.

17 Os tuum iurandi, &c. ἀκολασίᾳ ὅρκου μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ λόγος ἁμαρτίας. Incontinentiæ iuramenti ne cõſuefacias os tuũ: eſt enim in ea ratio peccati. Quidam vertunt ita, Inde enim exiſtunt res flagitioſæ. Alii, Quòd huiuſmodi immoderata & temeraria iurãdi conſuetudo non careat prauo animi ſtudio. λόγος apud Græcos aliquando accipitur pro occaſione peccandi, quæ ſignificatio huic loco non malè congruit. Quidam codices Græci hunc verſum ita legunt, ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ μὴ συνεθίζῃς τὸ στόμα σου, ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ λογισμὸς ἁμαρτίας. Imperitiæ temerariæ ne aſſuefacias os tuum. eſt enim in ea cogitatio peccati. 18 Memento patris, &c. μνήσθητι πατρὸς καὶ μητρός σου, ἀναμέσον γὰρ μεγιστάνων συνεδρεύσεις· μήποτε ἐπιλαθῇς ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ τῷ ἐθισμῷ σου μωρανθῇς. Quædam exemplaria habent μωρανθῇς ſtulteſcas aut infatueris: ſed altera lectio melius cum præcedenti mẽbro conuenit, ne venias in obliuionẽ: & Toletanum exemplar ita legit. Memoria autem patris & matris videtur hominem reuocare ad ſuam originem ac conditionem, admoneréque modeſtiæ, ne inſoleſcat quum in honore ac dignitate cõſtitutus fuerit. Sunt enim quidam qui ita efferuntur, vt omnis generis ſui conditioniſque priſtinæ obliuiſcantur. Qua in re iuſtas & meritas eius ſuperbiæ ac inſolentiæ pœnas dant, vt ipſi quoque abiiciantur, atque in obliuiouem adducantur, iuxta illam ſententiam, Qui ſe exaltat humiliabitur, Luc 14.c.11. Et in cãtico Mariæ, Depoſuit potentes de ſede. Idem 1.e.52. 20 Homo verbis probroſis, &c. ἄνθρωπος συνεθιζόμενος λόγοις ὀνειδισμοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ οὐ μὴ παιδευθῇ. Homo aſſuetus verbis opprobrii, in omnibus diebus vitæ ſuæ non erudietur. Concludit doctrinam de lingua orationéque vitioſa & probroſa, cuius certa vitia propoſuit: nunc in genere dicit neminem vnquam diſciplinam rectam admiſſurum, qui linguæ intemperantiam ſequutus fuerit.

ʼLegitur & ἐν τῇ ἀφροσύνῃ in ſtultitia ſua.

″Duo ſunt hominum genera quæ peccata multiplicant: tertiũ etiam quod iram importat.

″Anima *uidelicet* æſtuans,tãquã arends ignis, qui non extinguitur donec abſumatur.

″*Deinde* homo ſcortator in corpore carnis ſuæ , non conquieſcet donec ignem accenderit.

″Quiuis cibus ſuauis eſt homini ſcortatori : non ceſſabit donec intereat.

″Tum tori ſui homo temerator ſic animo ſecum cogitans, Quis me videt?

Tenebris circunſeptus ſum, parietibúſque occultus, nec quiſquã me videt:quidnã metuã?peccata mea non curat Altiſſimus.

Hic oculos hominum tantummodo metuit, neque intelligit oculos Domini luce ſolis infinitis partibus clariores eſſe,uias hominum omnes inſpicientes, atque abditas *mundi* partes perluſtrantes.

Antequam crearentur,cognouit omnia , atque item poſtquam perfecta ſunt,omnia perſpicit.

″Huiuſmodi homo in plateis vrbis punietur:& vbi non ſuſpicatur,comprehendetur.

″Idem eueniet mulieri virum ſuum relinquenti,acquirentíque hæredem ex alieno.

″Primùm enim Legi Dei non obtemperauit,deinde peccauit in virum ſuum,tum autem ſtupro adulterata, liberos ex alieno viro peperit.

″Ipſa producetur in cõcionem,atque in liberos eius inquiretur.

″Liberi eius non agent radices,nec rami eius fructum afferent.

21 Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem.

22 Anima calida, quaſi ignis ardẽs,nõ extinguetur donec aliquid glutiat.

23 Et homo nequam in ore carnis ſuæ non deſinet,donec incendat ignem.

24 Homini fornicario õnis panis dulcis, non ceſſabit tranſgrediens vſque ad finem.

25 ‖Omnis homo qui trãſgreditur lectum ſuum,contemnens in animam ſuam,& dicens,Quis me videt? Eſa.29.c.15

26 Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circũſpicit me,quem vereor? delictorũ meorum non memorabitur Altiſſimus.

27 Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius,quoniam expellit à ſe timorẽ Dei, huiuſmodi hominis timor,& oculi hominũ timẽtes illũ.

28 Et nõ cognouit quoniam oculi Domini multo plꝰ lucidiores ſunt ſuper ſolem,circũſpicientes omnes vias hominũ,& profundũ abyſſi, & hominũ corda intuẽtes in abſcõditas partes. D

29 Dño enĩ Deo ãtequã crearẽtur, oĩa ſũt agnita:ſic & poſt pfectũ reſpicit oĩa.

30 Hic in plateis ciuitatis vindicabitur,& quaſi pullꝰ equinus fugabitur: & vbi non ſperauit, apprehendetur.

31 Et erit dedecus omnibus, eo quòd non intellexerit timorem Domini.

32 ‖Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuẽs hæreditatem ex alieno matrimonio. Leuit.22.b.10 deut.22.c.22

33 ‖Primò enim in Lege Altiſſimi incredibilis fuit, & ſecundò in virũ ſuũ deliquit,tertiò in adulterio fornicata eſt,& ex alio viro filios ſtatuit ſibi. Exod.20.c.14

34 Hæc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur.

35 Non tradent filii eius radices, & rami eius non dabunt fructum.

21 Duo ſunt hominum,&c. δύο εἴδη πληθύνουσιν ἁμαρτίας, καὶ τὸ τρίτον ἐπάξει ὀργήν. Duo genera multiplicant peccata,& tertiũ inducet irã. Tria proponit genera hominũ vitioſorũ,qui ita ſunt deprauati ac peccandi cõſuetudine ac cupiditate implicati, vt peccata ſua ſemper cumulent. 22 Anima *uidelicet* æſt.&c. ψυχὴ θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον, οὐ μὴ σβεσθῇ ἕως ἂν καταποθῇ. Anima calida vt ignis accenſus,non extinguetur donec abſumptus fuerit.Similitudine ignis notat primum genus hominũ,in quibus prauæ animi cupiditates,vt ira,odium,auaritia,ambitio,cæteræque immoderatæ affectiones ita efferueſcunt, vt cõtineri nullo modo poſſint. Eſt enim animus hominis inſtar fornacis exardeſcentis atque perpetuò æſtuantis,cuius ignis non prius extinguitur, quàm maxima vi aquæ oppreſſus cõſumptúſque fuerit. ita etiã huiuſmodi ardor feruórque cupiditatũ ac vitiorum in animo hominis,niſi verbo ac Spiritu Dei reprimatur,extingui ante nõ poteſt quàm ipſe homo morte conſumptus fuerit. 23 *Deinde* homo ſcortat. &c. ἄνθρωπος πόρνος ἐν σώματι σαρκὸς αὐτοῦ, οὐ μὴ παύσηται ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ.Homo ſcortator in corpore carnis ſuæ,nõ ceſſabit donec accẽderit ignẽ.Hoc ſecundũ eſt genus hominũ in peccatis ac flagitiis ſuis perſeuerantium, ea ignis ſimilitudine notatum : hi autem ſunt impudici libidinoſique ſcortatores quorum inflãmata libido, in corpore ipſorum quaſi quædam flamma exardeſcit. quanuis enim hoc vitium ab animo impudico exoriatur,tamẽ ex omnibus in corpore maximè extat & apparet,in eóque illuſtres libidinis flammas profert. Eſt enim huiuſmodi libido in corporis titillatione poſita, ſiue cõmotio quædã voluptatis belluinæ in ipſo corpore accenſa.Itaque τῷ ὑποκειμένῳ diſtinguit hoc vitium à priore, quòd illud ſedem ſuam quaſi quandam fornacem in animo habeat,hoc verò in corpore magis exiſtat. 24 Quiuis cibus ſuauis eſt,&c. ἀνθρώπῳ πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς, οὐ μὴ κοπάσῃ ἕως ἂν τελευτήσῃ.Homini ſcortatori omnis panis iucundus,non quieſcet donec moriatur.Hoc nomine panis cuiuſuis mihi videtur ſignificare effuſas & vagas libidines,quibus huiuſmodi homines exardeſcunt,flagitioſámque conſuetudinem quarumuis mulierum ſine vllo delectu appetunt. 25 Tum tori ſui homo temerator,&c. ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ, λέγων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, τίς με ὁρᾷ;Homo trãſgrediens à lecto ſuo,dicens in animo ſuo, Quis me videt?Hoc loco notat tertium genus hominum eorum qui declinant à toro ſuo. id eſt, qui à legitima & honeſta vxoris conſuetudine coniunctionéque diſcedunt , ad alienáſque ſe conferunt. Eorum peccatum auget ab improbo impióque animi propoſito atque iudicio,quo nihil præter homines metuunt,Deum non verentur aut reformidant, à quo res humanas negligi arbitrantur. Hæc impia & ſcelerata opinio adulterorum ſolos homines ſuorum ſcelerum teſtes remouentium,Deum negligentiũ, aut res humanas ab eo non curari iudicantium, grauiſſimè hic reprehenditur. Eam pluribus verbis Sapiens perſequitur:& Spiritus ſanctus in Pſalmis in vita impiorum inſectatur. 30 Huiuſmodi homo in plat.&c. οὗτος ἐν πλατείαις πόλεως ἐκδικηθήσεται, καὶ οὗ οὐχ ὑπενόησε, πιασθήσεται. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur,[id eſt ad vindictam atque pœnam rapietur]& vbi non ſuſpicatus eſt,prehendetur.Significat his verbis,grauiſſimum ac certiſſimum iudicium,ſuppliciúmque impio adultero nefariè de Deo ſentienti ac cogitanti propoſitũ eſſe. Sic Iob 5.a.4, de impio eiuſque liberis, Longinqui erunt filii eius à ſalute, & comminuentur in porta. Ita hoc loco,In plateis ciuitatis pœna afficietur: ἐκδικηθήσεται vindictam & pœnam iuſtam meritámque ſuſtinebit. 32 Idem eueniet mulieri,&c. ὁμοίως δὲ γυνὴ καταλείπουσα τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ παριστῶσα κληρονομίαν ἐξ ἄλλου. Similiter mulier deſerens virum ſuum,& acquirens hæreditatem ex alio.Eodem crimine iudicióque comprehendit mulierem adulteram cum marito adultero,eiuſque meleficii iniuria quàm latè pateat,oſtẽdit. Non enim eſt ſimplex iniuria,ſed tripartita:quæ tum ad Deum coniugii authorem,tum ad maritum,tum ad legitimos hæredes pertineat.

33 Primum enim Lege Dei,&c. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν νόμῳ ὑψίστου ἠπείθησε, καὶ δεύτερον εἰς ἄνδρα αὐτῆς ἐπλημμέλησε, καὶ τὸ τρίτον ἐν πορνείᾳ ἐμοίχευσε, καὶ ἐξ ἄλλου ἀνδρὸς τέκνα παρέστησε. Primùm enim in Lege Altiſſimi inobediens fuit:[ſiue,Legi Altiſſimi non paruit]& ſecundò in virũ ſuũ deliquit:& tertiò, in fornicatione adulterauit,& ex alio viro liberos ſuppoſuit. Tria aut quatuor mala enumerat in maleficio flagitióque mulieris adulteræ. Nam & authoritas Dei violatur,& fides marito data rumpitur, & ipſius corpus nefario ſtupro corrumpitur ,& legitimi hæredes nothis ac ſuppoſititiis liberis defraudãtur. 34 Ipſa producetur in conc.&c. αὕτη ἐν ἐκκλησίᾳ ἐξαχθήσεται, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἐπισκοπὴ ἔσται.Ipſa in eccleſia educetur,atque in liberos eius viſitatio erit. Propoſito adulteræ peccato,nũc pœnam eidem eiuſque liberis proponit. ἐπισκοπεῖν idem eſt quod ἐξετάζειν inquirere in aliquem,& quæſtionem de aliquo habere:hinc ἐπισκοπὴ pro inquiſitione.

35 Liberi eius non agent,&c. οὐ διαδώσουσιν υἱοὶ αὐτῆς ῥίζαν, [ſiue, εἰς ῥίζαν] καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς οὐκ οἴσουσι καρπόν. Non dabunt[ſiue,non emittẽt] radicẽ filii eius,nec rami eius ferẽt fructũ. Hac ſimilitudine arboris radices nullas mittentis,nec fructum afferentis,ſummam maledictionem ſignificat,vt ſemen adulteræ nec diuturnum ſit,nec fructuoſum.

Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur. 36

Et agnoſcent q derelicti ſunt quoniã nihil melius eſt quàm timor Dei, & nihil dulcius quã reſpicere in mandatis Domini. 37

Gloria magna eſt ſequi Dominum lõgitudo enim dierum aſſumetur ab eo. 38

Cap. XXIIII.

Sapientia laudabit animam ſuam, & in Deo honorabitur, & in medio populi ſui gloriabitur. 1

Et in eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur. 2

Et in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſãcta admirabitur. 3

Et in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. 4

Dicẽs, Ego ex ore Altiſſimi ꝓdiui, primogenita ante omnem creaturam. 5

Ego feci in cælis vt oriretur lumẽ indeficiẽs, & ſicut nebula texi oẽm terrã. 6

Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. 7

Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in õni terra ſteti. 8

Et in omni populo, & in omni gente primatum habui. 9

Et omnium excellẽtium & humilium corda virtute calcaui. 10

Et in his omnibus requiẽ quæſiui, & in hæreditate Domini morabor. 11

Tũc præcepit & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. 12

B Et dixit mihi, In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare, & in electis meis mitte radices. 13

Prouer.8.c.23 ‖Ab initio ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam, & ‖in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. 14

Exod.31.a.3

Pſal.131.b.8 Et ſic in Sion firmata ſum, & ‖ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, 15

36 Memoriam ſui relinquet in execrationem, nec probrum eius vnquam abolebitur.

37 ʹSuperſtites cognoſcent nihil melius eſſe timore Domini, nec quicquam ſuauius, quàm mandata eius obſeruare.

38 ʹDeum ſequi, ſumma eſt gloria: & ab eodem ſuſcipi, vitæ longinquitas.

Cap. XXIIII.

1 ʹSapientia laudabit ſeipſam, atque in medio populo ſuo gloriabitur.

Laus ſapientiæ

2 ʹIn concilio Altiſſimi aperiet os ſuum, & coram potentia eius ſe glorioſè iactabit.

3

4

5 ʹEgo, *inquit*, ex ore Altiſſimi prodii, ac in modum nebulæ terram obtexi.

6

7 ʹEgo in excelſis domicilium habui, atque in nubis columna ſedem meam.

8 Orbem cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi perambulaui.

9 ʹOmnes fluctus maris, & terram omnem, cunctóſque populos ac gentes poſſedi.

10

11 ʹAtque in his omnibus locũ in quo quieſcerem, quæſiui, & hæreditariam poſſeſſionem, in qua commorarer.

12 ʹTum conditor vniuerſi mandatum mihi dedit, & creator meus domicilium meum conſtituit.

13 ʹEt ait, In Iacob habita, & in Iſrael tuam accipe hæreditatem.

14 ʹAb initio ante ſecula me creauit, nec deficiã in æternũ. in habitaculo ſancto corã ipſo miniſtraui, & ita in Sion ſum cõfirmata.

15 ʹTum etiam in dilecta ciuitate quietem mihi attribuit, & Ie-

37 Superſtites cognoſcent, &c. καὶ ἐπιγνώσονται οἱ καταλειφθέντες ὅτι οὐδὲν ἐστὶ κρεῖττον φόβου κυρίου, καὶ οὐδὲν γλυκύτερον τοῦ προσέχειν ἐντολαῖς θεοῦ. Et cognoſcent relicti quòd nihil eſt melius timore Domini, & nihil dulcius quàm attendere mandatis Dei. Hic eſt fructus qui ex iudiciis Dei in impios atque improbos editis peruenit ad poſteros, eóſque qui in vita remanent. Hi enim propoſitis eorũ pœnis ad timorẽ Dei erudiũtur.

38 Deum ſequi, ſumma eſt gloria, &c. δόξα μεγάλη ἀκολουθεῖν θεῷ, μακρότης δὲ ἡμερῶν τὸ προσληφθῆναί σε ὑπ' αὐτοῦ. Gloria magna, ſequi Deum: longinquitas autem dierum, aſſumi te ab eo.

IN CAPVT XXIIII.

1 Sapientia laudabit ſeipſam, &c. ἡ σοφία αἰνέσει ψυχὴν αὐτῆς, καὶ ἐν μέσῳ λαοῦ αὐτῆς καυχήσεται. Sapientia laudabit animam ſuam, & in medio populi ſui gloriabitur. Hoc capite eſt inſtituta cõmendatio laudatióque ſapientiæ, ad ſtudium auditoris aut lectoris excitandum accõmodata: quemadmodũ in Prouerbiis Solomonis huiuſmodi attẽtio ſæpe interponitur, in qua authoritas propoſitæ doctrinæ & dignitas, vtilitáſque demonſtratur. Laudabit animam ſuam, videtur dicere humano more, quoniã laus propriè eſt animi ſapientis, & boni, à quo omnia præclara opera proficiſcuntur, quorũ illuſtri commemoratione animus declaratur. 2 In concilio Altiſſimi, &c. ἐν ἐκκλησίᾳ ὑψίστου τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει, καὶ ἔναντι δυνάμεως αὐτοῦ καυχήσεται. In eccleſia [ſiue, congregatione] Altiſſimi os ſuum aperiet, & corã potentia eius gloriabitur. Nomine eccleſiæ mihi videtur ſignificare cœtum conuentúmque piorum Deum purè colentium, apud quos ſolos habet locum laudis ſuæ.

5 Ego *inquit* ex ore Alt. &c. ἐγὼ ἀπὸ στόματος ὑψίστου ἐξῆλθον, καὶ ὡς ὁμίχλη κατεκάλυψα γῆν. Ego ex ore Altiſſimi exiui, & ſicut nebula cooperui terrã. Hactenus propoſuit ẽcomium, nunc narrationẽ ſiue amplam ornatámque cõmemorationem cùm originis, tum operũ ſuorũ inſtituit. Significat enim nullam rerum naturã eſſe in mundo, in qua creanda efficiendáque nõ affuerit. Ab hac vniuerſitate ad peculiarẽ populũ Iſrael, quaſi ad propriã hæreditatem, progreditur. Ei enim Lex eſt data, in qua ſumma ſapientia continetur, & ex qua tanquã ex quodã fonte hæc ipſa præcepta emanarunt. 7 Ego in excel. &c. ἐγὼ ἐν ὑψηλοῖς κατεσκήνωσα, καὶ ὁ θρόνος μου ἐν στύλῳ νεφέλης. Ego in altiſſimis habitaui, ac ſedes mea in colũna nubis. Significat ſe in ſuperioribus mundi partibus naturiſque cõdendis, vt in cælo atque aere, affuiſſe, & quaſi ſedẽ ac domiciliũ habuiſſe: nihil enim eſt in natura, in quo creando aut gubernando ſapientia nõ ſit verſata. Omnia enim verbo Dei ſunt effecta, eóque gubernata ſuſtentatáque conſiſtunt, ex quo ſapientiæ æternitas cognoſcitur. 9 Omnes flu. ma. &c. ἐν κύμασι θαλάσσης, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ ἐν παντὶ λαῷ καὶ ἔθνει ἐκτησάμην. In fluctibus maris, & in tota terra, in omníque populo ac gente poſſedi. ſiue, poſſeſſionem habui. Ea enim omnia ab ea & condita & gubernata, ad ipſius dominium maximè pertinent: neque aliud eſt mundus vniuerſus, quàm poſſeſſio ſapientiæ.

11 Atque in his om. &c. καὶ μετὰ τούτων πάντων ἀνάπαυσιν ἐζήτησα, καὶ ἐν κληρονομίᾳ τινὸς αὐλισθήσομαι. Et cũ his omnibus requiẽ quæſiui, & in hæreditate alicuius morabor. Paulo durior eſt cõiunctio temporũ Quæſiui & Morabor, ſed molliri poteſt cõmutatione modi qua nos vſi ſumus.

12 Tum conditor vniuerſi, &c. τότε ἐνετείλατό μοι ὁ κτίστης ἁπάντων, καὶ ὁ κτίσας με κατέπαυσε τὴν σκηνήν μου. Tum mãdauit mihi creator omniũ, & qui creauit me, quieſcere fecit [id eſt fixit, aut locauit] taberbaculũ meum. id eſt, conſtituit certũ locum ac ſedẽ propriã habitationis meæ. Nam quum ſapientia per omnes mundi partes fuſa ſit, tamen in electo Dei populo quaſi proprium habet domiciliũ, in quo reſidere ſolet ac quieſcere. ita videmus quemadmodũ ab vniuerſa totius mundi poſſeſſione ad peculiarẽ electi populi hæreditatẽ progreditur. Hæc autem progreſſio ab vniuerſis ad certũ propriúmq; genus plurimũ valet ad cõmendandam & ornandã eam doctrinã, quæ in lege Dei cõtinetur, ex qua hæ ſentẽtiæ floruerũt. 13 Et ait, In Iacob, &c. καὶ εἶπεν, ἐν Ἰακὼβ κατασκήνωσον, καὶ ἐν Ἰσραὴλ κατακληρονομήθητι. Et dixit, In Iacob habita, & in Iſrael habe hæreditatẽ. Toletanum exemplar in poſtremo mẽbro pro Iſrael habet Ieruſalem: ſed In Iſrael, melius legitur: nam Ieruſalẽ poſtea mentionem faciet. His autẽ duobus nominibus ſignificat populum Dei electum, quẽ Deus quaſi peculium quoddã ſibi acquiſiuerat.

14 Ab initio ante ſecula, &c. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με, καὶ ἕως αἰῶνος οὐ μὴ ἐκλείπω. Ante ſculum [aut, æuum conditum] creauit me, & vſque ad ſecula non deficiam. Significat his verbis ſuam æternitatem, quemadmodũ Paulus, Coloſſ. 1. b. 15, Chriſtum dicit eſſe πρωτότοκον primogenitum omnium creaturarũ, cuius virtute omnia creata ſunt, & ſuſtentata conſeruantur. Nihil autem aliud eſt Chriſtus quã æterna Dei ſapientia in carne reuelata. 15 Tum etiam in dil, &c. ἐν πόλει ἠγαπημένῃ ὁμοίως με κατέπαυσε, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἡ ἐξουσία μου. In ciuitate dilecta [aut, adamata] me quieſcere fecit, atque in Hieruſalem poteſtas mea. Toletanum exemplar legit ἡγιασμένῃ ſanctificata ciuitate, id eſt delecta conſecratáque à Deo ad eius cultum. Fuit enim ea in vrbe propria Dei ſedes ac requies.

ſolymis poteſtatem ſum adepta.

″In populo gloria illuſtri ſum radicata in ea, quæ Domino ceſſerat, hæreditate.

″Inſtar cedri in Libano excreui, & ſicut cupreſſ⁹ in mõte Hermõ.

″Quaſi palmæ in littoribus conſitæ ſum exaltata, veluti plantæ roſarum in Iericho.

″Vt pulchra olea in campo amœno, & vt platanus ab aquis erecta, altitudine excellui.

″Vt cinnamomum, & maſſa ficorum, odorem expiraui aromaticum, & vt myrrha lectiſſima, ſuauiter redolui.

″Quaſi galbanus, & onyx, & ſtacte, thuríſque vapor ſparſus in tabernaculo.

″Ego vt terebinthus ramos expandi: rami verò mei, rami gloriæ ſunt & gratiæ.

″Ego quaſi vitis odorem emiſi fragrantem, & flores mei fructus ſunt gloriæ atque opulentiæ.

″Ego pulchræ charitatis, & timoris, & cognitionis, ſanctæque ſpei mater ſum.

″Do autem æterna meis liberis quibus Deus iuſſit omnibus.

″Accedite ad me, quicũq; mei ſtudioſi eſtis, & de fructibus meis expleamini.

″Nam memoria mei melle dulcior eſt, & hæreditas mea ſuauior fauo mellito.

″Qui me comederint, eſuriẽt amplius: & qui me biberint, adhuc ſitient.

″Qui me audiet, nullo vnquam pudore afficietur, & qui ſua per me obibunt negotia, non peccabunt.

& in Ieruſalem poteſtas mea.

16 Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea.

17 Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion:

18 Quaſi palma exaltata in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Iericho.

19 Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis.

20 Sicut cinnamomum & balſamum aromatizãs odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.

21 Et quaſi ſtorax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quaſi libanus nõ inciſus vaporaui habitationẽ meam, & quaſi balſamũ non miſtũ odor meus.

22 Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.

23 Ego quaſi ‖ vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis.

24 Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.

25 In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.

26 Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini.

27 Spiritus enĩ meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauũ.

28 Memoria mea in generationes ſeculorum.

29 ‖ Qui edũt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient.

30 Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt.

31 Qui elucidant me, vitam æternam habebunt:

Exod.2
& 24.a.
deut.4.
& 29.b.

Geneſ.

Ioſue 3

Iohan.15.a.1

C

Iohan.6.d.
e.10

16 In populo gloria illuſtri, &c. καὶ ἐρρίζωσα ἐν λαῷ δεδοξασμένῳ, ἐν μερίδι κυρίου κληρονομίας αὐτοῦ. Et radices egi in populo glorificato, in parte [aut, portione] Domini hæreditatis eius. Significat ſe in vrbe Hieruſalem quaſi in ſuo domicilio conſtitutam confirmatámque fuiſſe. Fuit enim ſumma gloria eius populi & præſtãtia, qui (vt ait Paulus, Rom.3.a.2) oracula Dei, promiſsiones, Legem, cultum, cæteráque omnia haberet. 17 Inſtar cedri in Libano, &c. ὡς κέδρος ὑψώθην ἐν τῷ λιβάνῳ, καὶ ὡς κυπάρισσος ἐν ὄρεσιν ἀερμών. Quaſi cedrus ſum exaltata in Libano, vt cupreſſus in montibus Hermon. Similibus rerum pulcherrimarum ac iucundiſſimarum demonſtrat ſuam tum magnitudinem, tum pulchritudinem, tum ſuauitatem, tum vtilitatem, ſummam denique dignitatem ac gloriam qua Hieroſolymis floruit atque excelluit.

18 Quaſi palmæ in littoribus, &c. ὡς φοίνιξ ἀνυψώθην ἐν αἰγιαλοῖς, καὶ ὡς φυτὰ ῥόδου ἐν ἱεριχῷ. vt palma ſum exaltata in littoribus, & vt plãtæ roſæ in Hiericho. Ea regio Orientalis arbores plantáſque habuit, tum magnitudine, tum fertilitate fructuum ſuauitatéque admodũ præſtantes atque admirabiles: quarum ſimilitudine, quæ & quanta Hieroſolymis fuerit, & quemadmodum ibi floruerit, oſtendit.

19 Vt pulchra olea in campo, &c. ὡς ἐλαία εὐπρεπὴς ἐν πεδίῳ ὡραίῳ, καὶ ὡς πλάτανος ἀνυψώθην ἀφ᾽ ὕδατος. Vt oliua ſpecioſa in campo amœno, [aut, pulchro] vt platanus exaltata ſum ab aqua. His duobus generibus vtrũque ſignificat, & bonitatem fructus, & magnitudinem arboris, & ex his pulchritudinem delectabilem. Sunt enim oleæ in campo aliquo ordine deſcriptæ ac diſtinctæ viſu pulcherrimæ: platanus verò iuxta aquas nata patuliſque diffuſa ramis, præſtantẽ habet magnitudinem. 20 Vt cinnamomũ, &c. ὡς κιννάμωμον καὶ ὡς πάλαθος ἀρωμάτων δέδωκα ὀσμὴν, καὶ ὡς σμύρνα δέδωκα εὐωδίαν. Vt cinnamomũ & vt maſſa aromatũ dedi odorẽ, & ſicut myrrha diſtribui [id eſt diſperſi ac diffudi] ſuauem odorẽ. ſiue, fragrãtiam. Hoc genus ſimiliũ eſt eorũ quæ iucundè ac ſuauiter odoratu olfactúque percipiuntur: quo etiã genere Arabia Iudææ vicina excellit. Omnia autẽ hæc ſimilia rerũ aut aſpectui, aut guſtui, aut olfactui iucundiſſimarũ, ad illuſtrandã vim dignitatémque ſapientiæ adhibẽtur. παλάθη legendum videtur potius quã πάλαθος, ea ſignificat propriè maſſam ficorum & carycarum, quæ in ea regione ſunt odoratiſſimæ. 21 Quaſi galbanus, &c. ὡς χαλβάνη, καὶ ὄνυξ, καὶ στακτὴ καὶ ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν σκηνῇ. Vt galbanũ, & onyx, & ſtacte, & vt thuris vapor in tabernaculo. Sunt & hæc aromata ſuauiſſimi odoris. 22 Ego vt terebinthus, &c. ἐγὼ ὡς τερέβινθος ἐξέτεινα κλάδους μου, καὶ οἱ κλάδοι μου δόξης καὶ χάριτος. Ego vt terebinthus extẽdi ramos meos, & rami mei gloriæ & gratiæ. Subaudias SVNT. Verbis propriis explicat collationem rei propoſitæ, fructus ſapiẽtiæ, qui ſunt gloria & gratia. Poſtea addit diuitias. 23 Ego quaſi vitis odo. &c. ἐγὼ ὡς ἄμπελος ἐβλάστησα εὐωδίαν, καὶ τὰ ἄνθη μου καρποὶ δόξης καὶ πλούτου. Ego vt vitis germinaui fragrantiam [ſiue, (vt quædã exemplaria habent) χάριν gratiã] & flores mei ſunt fructus gloriæ & diuitiarũ. Vitis cùm odoris ſuauitate, tum fructus præſtantia magnopere cõmendatur.

24 Ego pulchræ charitatis, &c. ἐγὼ μήτηρ τῆς ἀγαπήσεως τῆς καλῆς, καὶ φόβου, καὶ γνώσεως, καὶ ὁσίας ἐλπίδος. Ego mater dilectionis pulchræ [aut, bonæ] & timoris [id eſt pietatis ac religionis] & cognitionis, ac ſanctæ ſpei. Quatuor doctrinæ fructus ſuæ cõmemorat, vt qui fuerint ob ea inſtituti, Deũ diligant, & timeant ac colant, & cognitionem veram habeant, ſpémque ſanctam. Sunt autem optimo ordine diſtributi: nam qui charitate pietatéque erga Deum affecti ſunt, eos in cognitione progreſſus faciunt, vt tandem ſuam in vno Deo ſpem fixam habeant.

'Legitur &. σὺν πᾶσι, cum omnibus.

25 Do autem æterna, &c. δίδωμι δὲ σύμπασι τοῖς τέκνοις μου ἀειγενεῖς τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ. Do autem ″cunctis filiis meis ſempiternos dictis [aut, qui dicuntur aut iubẽtur] ab eo. id eſt electis qui ſunt ordinati vocatique ab eo. quo in loco in ἀειγενεῖς oportet ſubaudire καρποὺς, quos ſuprà nominauerat: vt dicat ſe dare filiis ſuis fructus non perituros, ſed ſempiternos, quorum perfruitio æterna eſt.

26 Accedite ad me, quicunque mei ſtu. &c. προσέλθετε πρός με οἱ ἐπιθυμοῦντές μου. Accedite ad me appetentes me. aut, cupidi mei, ſiue amantes. Eſt enim hortatio ad ſapientiæ ſtudioſos, huic laudationi cõmode interpoſita. 27 Nam memoria mei, &c. τὸ γὰρ μνημόσυνόν μου ὑπὲρ μέλι γλυκὺ, καὶ ἡ κληρονομία μου ὑπὲρ μέλιτος κηρίον. Memoria enim mei ſupra mel dulcis, & hæreditas mea ſupra mellis fauum. Sic in Pſalmo 19.c.11, Teſtimonia Domini dulciora ſunt melle & ſtillatione fauorum: & Pſal.119. verſu 103, Quã dulcia fuerũt palato meo eloquia tua, præ melle ori meo. 29 Qui me comed. &c. οἱ ἐσθίοντές με, ἔτι πεινάσουσι· καὶ οἱ πίνοντές με, ἔτι διψήσουσι. Qui me edunt, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. Significat ſapiẽtiæ nullam eſſe ſatietatem, ſed guſtu eius percepto, maiorem excitari auiditatem: & inſtituto cognitóque eius optimo ſtudio, maius ipſius deſiderium commoueri. Ita eſt ſuauis, vt cultu eius ſuſcepto, quaſi cibo potúque ſuauiſſimo ſumpto appetitus ſemper retineatur. 30 Qui me audiet, &c. ὁ ὑπακούων μου, οὐκ αἰσχυνθήσεται διαπαντός· καὶ οἱ ἐργαζόμενοι ἐν ἐμοὶ, οὐχ ἁμαρτήσουσι. Qui obedit mihi, nõ pudefiet ſemper: & qui operantur in me, nõ peccabunt. ſiue, errabũt. id eſt bene ac fœliciter adminiſtrabũt. Hic enim eſt fructus diſciplinæ verbi Dei, optimus rerum ſucceſſus, ἡ εὐτυχία καὶ εὐπραξία proſpera rerũ adminiſtratio, in Pſalmis ſæpe declarata & promiſſa.

Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentū Altiſſimi & agnitio veritatis. 32

Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarū, & hæreditatem domui Iacob, & Iſrael promiſſiones. 33

Exod. 20.a.1, & 24.a.3 deut. 4.d.1, & 29.b.9

Poſuit Dauid puero ſuo excitare regem ex ipſo fortiſſimum, & in throno honoris ſedentem in ſempiternū. 34

Geneſ. 2.b.11 Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in dieb⁹ nouorum. 35

Ioſue 3.d.13 Qui adimplet quaſi Euphrates ſēſum: qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſſis. 36

Qui mittit diſciplinam ſicut lucē, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ. 37

D

Qui perficit primus ſcire ipſam, & infirmior non inueſtigabit eam. 38

A mari enim abundauit cogitatio eius, & conſilium illius in abyſſo magna. 39

Ego ſapientia effudi flumina. 40

Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, ego quaſi fluuius vorax, & 41 ſicut aquæductus exiui de paradiſo. 42

Dixi, Rigabo hortū meū plātationū, & inebriabo pratus mei fructum.

Et ecce factus eſt mihi trames abūdans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. 43

B

Quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vſque ad longinquum. 44

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciā omnes dormientes, & illuminabo ſperantes in Dño. 45

Adhuc doctrinam quaſi prophetiā effundam, & relinquam illam quærētibus ſapientiā, & nō deſinā in pro- 46

32 ʹHæc omnia liber ſunt fœderis Dei altiſſimi,

33 Lex, quam nobis mandauit Moſes, *quaſi* hæreditatem in congregationibus Iacob.

34 ʹNe elaſſeſcatis cū Domino fortiter agere, vt ipſe quoque vos confirmet: ipſi adhæreatis, quia Dominus omnipotens Deus vnus eſt, nec præter eum ſeruator alius.

35 ʹQui quaſi Phiſon omnia implet ſua ſapientia, & vt Tigris nouarum frugum temporibus effuſus.

36 ʹQui vt Euphrates ingenium fœcundat, & velut Iordanis tempore meſſis *terram irrigantis*.

37 ʹQui profert vt lucem diſciplinam cognitionis, inūdat ſicut Geon vindemiæ tempore.

38 ʹPrimus eam non cognouit perfectè, neque item vltimus planè perueſtigauit.

39 ʹNam abundantior mari eſt intellectus eius, & conſilium eius profundo immenſius.

40 ʹEgo ſapientia veluti foſſa è flumine ducta,

41 Et quaſi aquæductus in paradiſum exiui.

42 ʹDixi, Præſtantiſſimo horto meo potum dabo, iuſtámque meā areolam inebriabo.

43 ʹAquæductus ecce meus extitit flumen, & flumen meum in mare excreuit.

44 ʹQuoniam diſciplinam quaſi diluculum illuminabo, atque in multum tempus illuſtrabo.

46 ʹDoctrinam adhuc vt prophetiam effundam, eámque ad omnes ſeculorum ætates tranſmittam.

32 Hæc omnia liber ſunt fœderis Dei altiſſimi, &c. ταῦτα πάντα βίβλος διαθήκης θεοῦ ὑψίστου, νόμος ὃν ἐνετείλατο ἡμῖν μωυσῆς κληρονομίαν ἐν συναγωγαῖς ἰακώβ. Hæc omnia liber pacti Dei altiſſimi, Lex quam mandauit Moyſes hæreditatem in congregationibus Iacob. Caput totius ſapientiæ eſt Lex Dei, ad quam omnia & præcepta ac monita, & exempla, cæteráque quæ in Scriptura Diuina nobis traduntur, ſunt referēda. Ea autem eſt data per Moyſen populo Iſrael tanquam hæreditas perpetuò colenda & conſeruanda. Itaque omnem propoſitam doctrinā, qua vita ſingulorum in pietate ac timore Dei informatur, dicit ex hoc fonte hauſtam eſſe. 34 Ne elaſſeſcatis cum, &c. μὴ ἐκλύεσθε ἰσχύειν ἐν κυρίῳ. Ne deficiatis fortes eſſe [aut, roborari] in Domino: id eſt, ne langore vim animi ſpémque ſitam in Deo abiiciatis, animúmque deſpondeatis. Hortatur enim pios ad ſperandum in Deo, eique ſoli toto corde adhærendū. Pſal. 31.g.25, Roboramini, & roborabit Deus cor veſtrum, omnes ſperantes in Domino. & 27.d.14, Expecta Dominum, corrobora te, & roborabit Deus cor tuū. Verbum ἐκλύεσθαι ſignificat diſſolui animo ac deficere. quo verbo Paulus, Heb. 12.b.5, vſus eſt, & pro eodem ἐκκακεῖν, Ephe. 3.c.13. 35 Qui quaſi Phiſon, &c. ἐμπιπλῶν ὡς φεισὼν πάντα τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ ὡς τίγρις ἐν ἡμέραις νέων. Implens vt Phiſon omnia ſapientia ſua, & vt Tigris in diebus nouorum. Similitudine ac collatione maximorum abundantiſſimorúmque fluuiorum, ſignificat Deum vberrimum eſſe fontem, authorémque omnis doctrinæ ac ſapientiæ. Prou. 2.a.6, Dominus dat ſapientiam, ex ore eius eſt cognitio & intelligentia. 36 Qui vt Euphrates, &c. ὁ ἀναπληρῶν ὡς εὐφράτης σύνεσιν, καὶ ὡς ἰορδάνης ἐν ἡμέραις θερισμοῦ. Replēs vt Euphrates intellectū, & quaſi Iordanis in diebus meſſis. Eadē collatione declarat vbertatē ac fœcunditatē doni Diuini in elargienda ſapiētia. 37 Qui profert vt lucē, &c. ὁ ἐκφαίνων ὡς φῶς παιδείαν γνώσεως, καὶ ὡς γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγήτου. Oſtēdens vt lucem diſciplinā cognitionis, vt Geon in diebus vindemiæ. Lucis ſimilitudo eſt pulcherrima, atque ad demonſtrandam ſcientiæ ac cognitionis naturā & vim maximè accōmodata. Quàm enim miſera ſit vita humana cognitione quaſi luce priuata, ea ſimilitudine intelligi poteſt. Vtrunque autem ſignificat & opportunitatem optatiſſimi muneris, & plenitudinem.

38 Primus eam nō cognouit, &c. οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος γνῶναι αὐτὴν, καὶ οὕτως ὁ ἔσχατος οὐκ ἐξιχνίασεν αὐτήν. Nō perfecit primus cognoſcere eam, & ſic vltimus non perueſtigauit eam. Significat in ſapientia immenſam atque infinitam eſſe cognitionem, & planè ἀνεξιχνίαστον incōprehenſibilem, quam nec primi vllo exquirendi ſtudio ſunt aſſequuti, nec vltimi ita aſſequētur, vt nihil quod ſemper diſcere poſſint, relinquatur: ſemper enim nouum aliquid ſtudio digniſſimum in ea reperietur. Sed hoc loco magnitudinem eius tantam eſſe vult oſtendere, vt eam nulla vnquam ingenia comprehēdere poſſint. 39 Nam abundantior mari, &c. ἀπὸ γὰρ θαλάσσης ἐπληθύνθη τὰ διανοήματα αὐτῆς, καὶ ἡ βουλὴ αὐτῆς ἀπὸ ἀβύσσου μεγάλης. A mari enim multiplicati ſunt intellectus eius, [ſiue, intelligentiæ] & conſilium eius ab abyſſo magna. à præpoſitio habet vim comparandi iuxta phraſim Hebraicam: valet enim idem quod ſuper ὑπὲρ qua ante vſus eſt. Continet enim hæc cōparatio rationem præcedentis ſententiæ de magnitudine ſapientiæ omni ſtudio ingenióque ſuperiore. 40 Ego ſapientia veluti foſſa, &c. ἐγὼ ἡ σοφία ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ, καὶ ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον. Ego ſapientia quaſi foſſa à flumine, & vt aquæductus exiui in paradiſum. Videtur alludere ad illam irrigationem in paradiſo factam à quatuor fluminibus, quorum ſuprà mentionem fecit. Sunt enim humanæ mentes quaſi quidam horti à Deo conſiti atque exculti, quique eius verbo quaſi quodā vberrimo fonte, aut potius flumine copioſiſſimo perfunduntur ac fœcūdantur. 42 Dixi, Præſtantiſſimo, &c. εἶπον, ποτίσω μου τὸν κῆπον καὶ μεθύσω μου τὴν πρασιάν τὴν δικαίαν. Dixi, Potabo meū hortum optimū, [aut, præſtantiſſimū] & inebriabo meā areolam iuſtā. Cōtinuat propoſitā allegoriā de irrigatione horti ad culturā eius maximopere opportuna & neceſſaria. 43 Aquæductus ecce meus, &c. καὶ ἰδοὺ ἐγένετό μοι ἡ διῶρυξ εἰς ποταμὸν, καὶ ὁ ποταμός μου ἐγένετο εἰς θάλασσαν. Et ecce facta eſt mihi foſſa in fluuiū, & fluuius meus factus fuit in mare. Mihi nihil aliud videtur ſignificare, quàm ex primis diſciplinæ ſuæ initiis maxima incrementa conſequuta eſſe: habet enim ſapientiæ inſtitutio ſua principia, progreſſiones, ac incrementa, quæ per ætatum progreſſus conſiderari & intelligi poſſunt. 44 Quoniam diſciplinam, &c. ὅτι παιδείαν ὡς ὄρθρον φωτιῶ, καὶ ἐκφανῶ αὐτὴν ἕως εἰς μακράν. Quoniam eruditonem vt diluculum in lucem proferam, & oſtendam eam vſque ad longum. Ego malo retinere futurum tempus horum verborum, quoniam habent promiſſionem de doctrina ac cognitione perpetua in poſterum omni tempore propagāda. Paulo antè ſignificauit præteriti tēporis incrementa: nunc ſe nō exhauſtā eſſe, ſed eam habere plenitudinē, qua omnes ſequuturas ætates vſque ad finem mūdi explere poſſit. 46 Doctrinā adhuc, &c. ὅτι διδασκαλίαν ὡς προφητείαν ἐκχεῶ, καὶ καταλείψω αὐτὴν εἰς γενεὰς τῶν αἰώνων. Quoniam doctrinā vt prophetiam effundā, & relinquam eam in omnes ætates ſeculorū. Nomen prophetiæ ſignificat eam doctrinam humano ſtudio induſtriáque nō acquiri, ſed diuinitus reuelari atque (vt verbis vtar Ariſtotelis) magis θεόπεμπτον ἢ διδακτόν.

47 Videte non mihi ſoli me, ſed omnibus ſapientiam quærentibus laboraſſe.

Cap. XXV.

1 ″Tria me exhilarant, & coram Deo ſimul & hominibus condecorant.

2 *Nempe* concordia fratrum, amicitia propinquorũ, &″vir ac vxor inter ſe bene conuenientes.

3 ″Tria verò hominum genera odit animus meus, eorúmque vitam perquam indignè fero.

4 Pauperem *ſcilicet* ſuperbum, mendacémque diuitem, ″& ſenem adulterum, vtpote mentis impotem.

5 ″Si nihil in iuuentute tua congregaſti, quomodo inuenies in ſenectute tua?

6 ″Quanto eſt ornamento canitiei iuriſdictio, & cognitio conſilii ſenibus!

7 ″Quàm decora ſenibus eſt ſapientia, & intelligentia prudentiáque conſilii honoratis!

8 ″Multarum vſus rerum, corona ſenum eſt, & timor Domini eorundem gloriatio.

9 ″Nouem ſunt res quas cogitatione mea beatas iudico, decimã verò lingua mea pronuntiabo.

10 ″Homo qui in vita ſua ex liberis lætitiam capit, & qui caſum videt inimicorum ſuorum.

11 ″Beatus qui cum prudente viuit vxore, & qui lingua ſua lapſus non eſt,″& qui ſe indigno non ſeruiuit.

---

genies illorum vſq; in æuum ſanctũ.

‖Videte quoniam non ſoli mihi laboraui, ſed omnibus exquirẽtibus veritatem. Infrà 33.c.18

Cap. XXV.

IN trib⁹ placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus.

‖Concordia fratrũ, &‖& amor proximorum, &‖vir & mulier bene ſibi conſentientes. Geneſ.13.b.8 Rom.12.c.10 Gene.2,d.40

Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum.

Pauperem ſuperbum, & diuitẽ mẽdacem, & ſenẽ fatuum & inſenſatũ.

Quæ in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies?

Quàm ſpecioſum canitiei iudiciũ, & preſbyteris cognoſcere cõſilium!

Quàm ſpecioſa veteranis ſapiẽtia, & glorioſus intellectus & conſilium!

Corona ſenũ multa peritia, & gloria illorum timor Dei.

Nouẽ inſuſpicabilia cordis magnificaui, & decimũ dicam in lingua hominibus.

Homo qui iucundatur in filiis, viuens & vidẽs ſubuerſionem inimicorum ſuorum. B

Beatus qui habitat cum muliere ſẽſata, ‖& qui lingua ſua nõ eſt lapſus, & qui non ſeruiuit indignis ſe. Suprà 14.a.1, & 19.c.16 iacob.3.a.2

IN CAPVT XXV.

1 Tria me exhi.&c. ἐν τρισὶν ὡραΐσθην, καὶ ἀνέστην ὡραία ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων. In tribus ornata[aut, decorata]ſum, & ſurrexi pulchra[ſiue, decora]Deo & hominibus. verbũ ὡραΐζεσθαι ſignificat tũ deliciari atque delectari, tum exornari ac honeſtari: qua poſtrema ſignificatione intelligere poteſt, ea tria quæ mox ſubiũget, ſibi maximo eſſe ornamento. Sapiẽtia enim ornatur ac commendatur vita ac moribus eorũ qui ea ſunt prædití. Sic Paulus vult fideles, qui Euãgelium profitentur, optimis moribus officiiſque, eius doctrinam ornare. 2.Cor.6.a.3.4.

2 Vir & vxor, &c. καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι. Et maritus & vxor ſibi cõſentiẽtes. ſiue cõcorditer cõiunctéq; viuẽtes. Trãſlatio verbi videtur ſumpta à cõuiuiis, quæ Græcè συμπόσια à cõpotando appellãtur, in quibus inuitatio ad bibendũ familiaris ordine inſtituta, atque ipſius poculi circũlatio συμπεριφορὰ nominatur: itaque ἀντὶ συμβιώσεως. i. pro cõuictu ac vitæ coniunctione, accipitur. Quũ autẽ conuictus concors, ſummúſq; cõſenſus in omni amicitia requiratur, tũ præcipuè in cõiugio, in quo idem torus ac lectus ſine cõcordia nõ poteſt nõ eſſe peramarus. Cicero appellat propinquos bene cõuenientes.

3 Tria verò hominũ, &c. τρία δὲ εἴδη ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, καὶ προσώχθισα σφόδρα τῇ ζωῇ αὐτῶν. Tria autẽ genera odit anima mea, & infeſta eſt vehementer vitæ eorũ. Significat ſe abhorrere à tribus hominũ generibus, quoniam pugnant cum natura, nulla impulſi neceſſitate aut cauſa vim ad peccandum aliquã habente. Quam enim cauſam habet pauper cur ſuperbia efferatur? aut diues cur mentiatur, ac dolo fraudéque vtatur? aut cur homo ſenex viribus corporis deſtitutus iámque cõfectus, libidinis intemperantia inflammetur? Nam (vt ait Cicero) cùm omni ætati fœda ſit libido, tum ſenectuti multo fœdiſſima. Alia autem ætas aut fortuna homines poteſt ad peccandum impellere.

4 Et ſenem adulterum, &c. καὶ γέροντα μοιχὸν ἐλαττούμενον συνέσει. & ſenem adulterum diminutum intelligentia. id eſt mentis rationiſque expertem. Ea ætate natura libidinis ardor debet minui atque extingui: mentis verò vigor augeri, vſuque rerum ac prudentia confirmari: itaque monſtrum quoddam eſſe videtur ſenex imperitus atque ignarus, & idem libidinoſus ac impudicus.

5 Si nihil in iuuentute, &c. ἐν νεότητί σου οὐ συνήγαγες, καὶ πῶς ἂν εὕροις ἐν τῷ γήρᾳ σου; In iuuentute tua non congeſſiſti, & quomodo inuenies in ſenectute tua? Significat, ſubſidia vitæ maturè integra ætate cõparanda eſſe, ad ſubleuãdam poſtea ſenectutis infirmitatem maximopere opportuna. Eadem propoſita neceſſitate Solomon, Prouerb.6.a.6, ad exemplum formicæ hortatur. Qui enim nõ colligit in meſſe, tẽpore hyemis in ſumma deſtitutione verſabitur. Vita humana habet ſua tempora, tum labori tum quieti opportuna: itaque hæc τάξις ratio vitæ ordinata eſt, quã qui negligit, is ἄτακτος nominatur.

6 Quanto eſt ornamẽto, &c. ὡς ὡραῖον πολιαῖς κρίσις, καὶ πρεσβυτέροις γνῶναι βουλήν. Quàm pulchrum canis iudicium, ac ſenibus cognoſcere conſilium. Hæ ſententiæ pertinent ad inſtitutionem ſenectutis, in quibus oſtenditur quæ eam ætatem deceant aut dedeceant. δικαιολογία καὶ εὐβουλία duæ ſunt res quæ ſenectuti plurimum ornamenti conciliant: vtraque enim ſummam prudentiam authoritatémque requirit, quæ ſenum maximè propria eſt. vires enim ſunt iuuenilis ætatis: ſed prudentia, cõſilium, ſententia, ſenectutis. Itaque apud Lacedæmonios ſummum cõſilium γερουσία conuentus cœtúſque ſenũ dicebatur, quemadmodũ Romæ Senatus eſt appellatus, quòd ex ſenibus cõſtaret.

7 Quã decora ſenibus, &c. ὡς ὡραία γερόντων σοφία, καὶ δεδοξασμένοις διανόημα καὶ βουλή. Quàm ſpecioſa[aut, pulchra]eſt ſenũ ſapientia, atque honoratis cogitatum & conſiliũ. Hoc loco coniungit ætatem grauem cum honore ac dignitate, quibus ait maximè conuenire ſapientiam conſiliique prudentiam, quæ à Græcis εὐβουλία appellatur.

8 Multarum vſus rerum, &c. στέφανος γερόντων πολυπειρία, καὶ τὸ καύχημα αὐτῶν, φόβος κυρίου. Corona ſenum, experientia, [ſiue multiplex rerum peritia]& gloriatio eorum timor Domini. Longinquitas ætatis vſum rerum plurimarum affert, ex quo prudentia maximum eſt ſenectutis ornamentum: cum quo ſi timor Domini coniungatur, tum nihil eſt ſenectute honeſtius aut beatius.

9 Nouem ſunt res, &c. ἐννέα ὑπονοήματα ἐμακάρισα ἐν καρδίᾳ μου, καὶ τὸ δέκατον ἐρῶ ἐν τῇ γλώσσῃ μου. Nouẽ cogitata beata exiſtimaui in corde meo, & decimũ dicam in lingua mea. ὑπονοήματα vocat res quæ in animo cogitationéque verſantur, & quas cogitamus: eas poſtea ordine enumerat. Decimam dicet eſſe timorem Dei, in quo quoniam ſumma & præcipua eſt hominis beatitudo: dicit ſe lingua ſua pronuntiaturum, quaſi non poſſit illud in cogitatione retinere: & quia maior in eo quàm in cæteris nouem, vis fœlicitatis inſit.

10 Homo qui in vita ſua, &c. ἄνθρωπος ἐπὶ τέκνοις εὐφραινόμενος ζῶν, καὶ βλέπων ἐπὶ πτώσει ἐχθρῶν. Homo qui in liberis gaudet viuens, & qui videt in caſu inimicorum. Duas beatæ vitæ partes ponit, εὐτεκνίαν, honeſtam & probam ſobolem, quæ viuis parentibus ſummam lætitiam affert, & τιμωρίαν vltionem hoſtium, eorúmque ruinam à Deo illatam. Nomine inimicorum videtur intelligere impios qui pios perſequũtur, quorum vindicta & pœna cum gloria Dei coniuncta maximam piis voluptatem affert. Ita in Pſal. Dauid aliquando ait oculum ſuum in ſanguine inimicorum viſurum, id eſt, ex eorum interitu ſummam lætitiam percepturum.

11 Beatus qui cum prudente viuit, &c. μακάριος ὁ συνοικῶν γυναικὶ συνετῇ. Beatus qui cohabitat vxori prudenti. Hæc eſt tertia pars aut cauſa fœlicitatis, coniunctio cõſuetudóque in matrimonio mulieris probæ & prudentis. Eius ſũma cõmendatio & laus extat in Prouerbiis Solomonis, & in illo carmine Martialis, Vitam quæ faciunt beatiorẽ, numeratur vxor caſta & pudica. Et qui ſe indigno non, &c. καὶ ὃς οὐκ ἐδούλευσεν ἀναξίῳ ἑαυτοῦ. qui nõ

ſeruiuit indigno ſeipſo. Seruitus & dominatus debet habere cauſas iuſtas imperandi & parendi, vt is qui virtute & prudentia ſuperior eſt, imperet: inferior verò obediat. Nihil autem miſerius eſt quàm pati eius dominatum, qui dignus eſt qui ſeruiat. Itaque bene Cicero, Ita, inquit, comparatum eſt, vt animus bene informatus à natura nemini parere velit, niſi præcipienti, aut docenti, aut legitimè imperanti.

Beatus qui inuenit amicũ verũ, & qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 12
Quàm magnus qui inuenit ſapientiam & ſcientiam! ſed nõ eſt ſuper timentem Dominum. 13
Timor Dei ſuper oĩa ſe ſuppoſuit. 14
Beatus homo cui donatum eſt habere timorẽ Dei: qui tenet illum, cui aſſimilabitur? 15
Timor Dei initiũ dilectionis eius, 16 fidei autẽ initiũ agglutinãdum eſt ei.
Omnis plaga triſtitia cordis eſt, & 17 omnis malitia nequitia mulieris.
Dt omnem plagã, & nõ plagam videbit cordis. 18
Et omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris. 19
Et omnẽ obductũ, & nõ obductum odientium: 20
Et omnem vindictam, & non vindictam inimicorum. 21
Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. 22
Prouer.21.c.19 ‖Cõmorari leoni & draconi placebit, quã habitare cũ muliere nequam. 23
Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultũ ſuũ tanquam vrſus: & quaſi ſaccũ oſtendet in medio proximorum eius. 24
Ingemuit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicum. 25
Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris: ſors peccatorũ cadat 26

12 ʼBeatus qui prudentiã aſſecutus eſt, & nactus aures orationi ſuæ ſecundas.
13 ʼQuàm magnus eſt, qui adeptus eſt ſapientiam! ſed timẽte Dominum nemo maior eſt.
14 ʼTimor Domini claritate ſuperat omnia.
15 Qui autem eo præditus eſt, ei quis comparari poterit?
16 Timor Domini amoris ipſius eſt initium: fides autẽ, origo coniunctionis cum ipſo.
17 ʼQuæuis plaga eſt tolerabilis, excepta plaga animi.
18 Quæuis etiam malitia, niſi malitia mulieris.
19 ʼQuiuis impetus, modò ne impetus odio flagrantium.
20 Et vltio vndecunque, modò ne ab inimicis.
21 ʼVt nullum caput eſt ſerpentis capite nocentius: ita non eſt ira ira inimici pernicioſior.
22 ʼCum leone ac dracone malim vnà viuere, quàm habitare cum mala muliere. Mulier mala.
23 ʼMalitia mulieris immutat vultum ipſius, & tanquam ſaccum faciem eius offuſcat.
24 ʼInter vicinos ſedens vir eius, propter ipſam inuitus etiam ingemiſcit grauiter.
25 ʼOmnis malitia eſt parua cum malitia mulieris comparata: ſors
26

12 Beatus qui prudentiam. &c. μακάριος ὃς εὗρε φρόνησιν, καὶ ὁ διηγούμενος εἰς ὦτα ἀκουόντων. Beatus qui inuenit prudentiam, & qui narrat in aures audientium. id eſt, qui habet auditores beneuolos atque attentos. Eſt & hoc iucundiſſimum atque in ſeptima fœlicitatis parte numeratum, quum aliquid dicimus aut commemoramus, vt mentes auréſque auditorũ non alienas, ſed lubẽtes & attentas habeamus. Quiſque enim vult audiri, ſuámque orationem reſpui moleſtè fert. 13 Quàm magnus eſt, &c. ὡς μέγας ὁ εὑρὼν σοφίαν, ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τὸν φοβούμενον τὸν κύριον. Quàm magnus, qui inuenit ſapientiam: ſed non eſt ſuper timentem Dominũ. Sapiẽtiam diſtinguit à prudentia, (ſicut Ariſtoteles) quòd prudẽtia in rebus humanis tantummodo verſetur, in quibus bonorum & malorum diſcrimen habet, ac delectum adhibet: ſapientia verò rerum maiorum, vt Diuinarum cæleſtiúmque, cognitionem habet. Sed his rebus omnibus timorem Dei anteponit. Ad timorem autem adiungit poſtea fidem, quæ ex nouem rebus propoſitis decima eſſe videtur, quæ ſummam homini fœlicitatem afferat. Eſt enim timor, purus animi affectus ex quo exiſtit amor erga Deum: ſed fides origo eſt coniunctionis, qua Deo adhæreſcimus.

17 Quæuis plaga eſt tolerabilis, &c. πᾶσαν πληγὴν, καὶ μὴ πληγὴν καρδίας· καὶ πᾶσαν πονηρίαν, καὶ μὴ πονηρίαν γυναικός. Omnem plagam, & non plagam cordis: & omnem malitiam, & non malitiam mulieris. Hoc loco Sapiens monet de quibuſdam malis incommodiſque vitæ humanæ, in quibus malam atque improbam mulierem numerat, eiúſque importunitates ac moleſtias pluribus verbis perſequitur. Neque verò propoſitum eſt ſapienti vt eum ſexum acerba & contumelioſa oratione inſectetur, quem Deus honorari vult: ſed in eo quæ ſint incommoda fugienda, oſtendit. Plerique hac in parte ſunt nimium impudentes, qui omnia crimina quæcunque poſſunt, colligunt & cõfingunt, quibus eum ſexum deforment. Hinc illa ſententia, Ignis, aqua, mulier: tria mala. Et illa Metelli improba oratio ad Senatum, Si abſque mulieribus eſſe poſſemus, beatiſſimè viueremus, &c. Hæc ſunt iudicia, vel potius ſtudia peruerſa hominum temerariorum, ſine iudicio de creaturis Dei improbè contumelioſéque loquentium. Plaga autem animi, ſimilitudine quadam dicitur, ſumpta à vulneratione corporis, accipitúrque pro dolore ac moleſtia. Nullus enim eſt corporis cruciatus, qui cum angore animi ſit comparandus: ita hoc modo dolor vulneris in animo eſt multo acerbior, quàm in corpore. Significat autem hac loquendi forma comparationem malorum tolerabilium, exceptionémque intolerabilium. 20 Quiuis impetus, modò ne impetus, &c. πᾶσαν ἐπαγωγὴν, καὶ μὴ ἐπαγωγὴν μισούντων· καὶ πᾶσαν ἐκδίκησιν, καὶ μὴ ἐκδίκησιν ἐχθρῶν. Omnem incurſionem, & non incurſionem odientium: & omnem vltionem, & non vltionem inimicorum. ἔχθρα odium (vt ait Ariſtoteles) eſt ira inueterata & confirmata, habens propoſitum interitum exitiúmque illius quem quis odit, & cui inimicus eſt. Itaque odium eſt inſatiabile: in hócque ab ira recenti differt, quòd ea nec perniciem alterius propoſitam habeat, & tempore placari poteſt. Ex hac odii deſcriptione intelligi poteſt cur Sapiens oſores atque inimicos tantopere formidandos eſſe dicat. Inimicus enim eo flagrat odio, vt eius quem odit ſanguinem ac mortem expetat. 22 Vt nullum caput eſt ſerpentis capite nocentius, &c. οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι θυμὸς ὑπὲρ θυμὸν ἐχθροῦ. Non eſt caput ſuper caput ſerpentis, & non eſt ira ſuper iram inimici. Ira eſt cupiditas vlciſcendi doloris, nata ex aliqua iniuria: quæ ſi inueteraſcat, odium efficitur. Hîc accipitur pro offenſione inimici, quæ quàm ſit acerba & periculoſa, Sapiens collatione oſtendit. 23 Cum leone & dracone, &c. συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκήσω, ἢ συνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς. Cohabitare cũ leone ac dracone malo, [aut, approbo magis] quàm cohabitare cum muliere mala. Hac collatione ſignificat Sapiens, quàm ſit incommoda & planè importuna vitæ conſuetudo (quæ συμβίωσις aut συνοίκησις Græcè dicitur) cum malè morata muliere inſtituta. Intelligit autem eam coniugem quæ aut ſuperbia ferociáque elata, maritum vt caput ſuum non vereatur: aut libidine accẽſa, in fide coniugii non retineatur, ſed ad alios ſe conferat. Itaque ſuperba, impudica, garrula, immodeſta, iurgioſa, ac querula (qualis fuit Xanthippe vxor Socratis, aut Nauſiſtrata apud Terentium) planè eſt intolerabilis. Antea in parte fœlicitatis poſita eſt ſocietas vitæ cum proba, prudẽte, modeſtáque muliere conſtituta. 24 Malitia mulieris, &c. πονηρία γυναικὸς ἀλλοιοῖ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ σκοτοῖ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ὡς σάκκον. Malitia mulieris mutat faciem eius, & obſcurat vultum ſuum tãquam ſaccum. Toletanum exemplar legit in poſtremo membro ὡς ἄρκτος quaſi vrſus faciem ſuã. Vultus eſt animi index: itaque mulier improba quæ in eo ſexu cum malitia habet cõiunctam leuitatem, facilè oſtendit quàm ſit contumax & proterua. Illa vultus immutatio ſummam habet deformitatem alienam à pudore verecundiæ bonæ mulieris. Mihi videtur Sapiens notare fœminam rebellem, atque in conſuetudine vitæ à viro ſuo diſſidentem. Eſt enim fœda cõiugióque indigna quarundam contumacia, quam etiam ipſo vultu præ ſe ferunt, túmque maximè oſtendunt, quum officii ſui admonentur. Paulus autem vult mulierem eſſe ὕπανδρον ſubiectam viro, neque ἀνδρὸς αὐθεντεῖν. i. authoritatem aut ius vllum in maritum vſurpare, 1. Tim. 2. d. 12.

25 Inter vicinos, &c. ἀναμέσον τῶν πλησίον αὐτοῦ ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἀκουσίως ἀνεστέναξε δι' αὐτήν. In medio proximorũ ſuorũ ſedebit vir eius, & inuitè ingemiſcet propter ipſam. Quædã exemplaria habẽt, καὶ ἀκούσας ἀνεστέναξε πικρὰ & audiẽs ſuſpirauit amara, ſiue emiſit ſuſpiria amara: ſed legendum puto ἀκουσίως, non ἀκούσας: & ita in codice Toletano legitur. Si legatur Audiens, ſenſus poterit eſſe non alienus, Quòd ſermo ſiniſter de huiuſmodi muliere habitus, audienti marito eius ſit maximopere moleſtus & amarus, aut acerbus. Nam quemadmodum mulier proba & honeſta viri ſui pulcherrima eſt corona & maximũ ſui capitis ornamentũ: ita improba & malè morata caput ſuum dehoneſtat ac deformat: itaque nõ eſt mirũ ſi huiuſmodi infamia ſummũ dolorẽ viro affert. 26 Omnis malitia eſt, &c. μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός, κλῆρος ἁμαρτωλοῦ ἐπιπέσοι αὐτῇ. Parua omnis malitia præ malitia [aut, ad malitiam] mulieris, ſors peccatoris inci-

dat ei.id eſt in illam:quemadmodum bona vxor eſt donum Dei ampliſſimum,ita mala eſt grauiſſimum tormentum certiſſimo Dei iudici improbis ac ſceleratis hominibus adhibitũ. Eſt autem hæc orationis forma εὐκτική,quæ vim optandi habeat.ſunt enim homines ſcelerati tali coniugio digni.

ſceleratorum in eam incidat.

ʼQuod aſcenſus arenoſus eſt ſenis pedibus, hoc eſt mulier linguax viro ſedato.

ʼNe offẽdas in pulchritudinem mulieris, neque ad voluptatem mulierem concupiſcas.

ʼIracunda, impudens, & perquam probroſa eſt mulier quæ maritum ſuum nutrit.

ʼCor afflictum, vultúmq; mœſtum, & vulnus animi efficit mulier mala.

Tum manus remiſſas, & genua diſſoluta: nec virũ ſuum beabit.

ʼPeccatum duxit initium à muliere, & per eandẽ oẽs morimur.

ʼCaue des aquæ exitum, nec improbæ mulieri viam licentiæ.

ʼSi ductum manus tuæ non ſequitur, à corpore tuo eam abſcinde: da ei libellum, & repudia.

Cap. XXVI.

Vxor bona.

BʼEatus eſt vir probæ mulieris, & numerus dierum ipſius cõduplicabitur.

ʼMulier ſtrenua exhilarat virũ ſuũ, & annos ei⁹ cũ pace explebit.

ʼVxor bona, portio eſt bona: pro portione dabitur iis qui Dominum reuerentur.

ſuper illam.

27 Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani: ſic mulier linguata homini quieto. D

28 Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie. Infrà 42.b.12 2.reg.13.a.2

29 Mulieris ira, & irreuerentia, & confuſio magna.

30 Mulier ſi primatum habeat, cõtraria eſt viro.

31 Cor humile, & facies triſtis, & plaga mortis, mulier nequam.

32 Manus debiles, & genua diſſoluta, mulier quæ nõ beatificat virum ſuũ.

33 A muliere initium factũ eſt peccati, & per illam omnes morimur. Gene.3.a.6

34 Non des aquæ tuæ exitum, nec modicũ: nec mulieri nequã veniã ꝓdeũdi.

35 Si non ambulauerit ad manũ tuã, confundet te in cõſpectu inimicorũ.

36 A carnibus tuis abſcinde illam, ne ſemper te abutatur. Cap. XXVI.

1 MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorũ duplex.

2 Mulier fortis oblectat virum ſuũ, & annos vitæ illius in pace implebit.

3 Pars bona, mulier bona, in parte boni timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis.

27 Quod aſcenſus arenoſus eſt, &c. ὡς ἀνάβασις ἀμμώδης ἐπὶ ποσὶ πρεσβύτου, οὕτως γυνὴ γλωσσώδης ἀνδρὶ ἡσύχῳ. Quemadmodum aſcenſus arenoſus pedibus ſenis, ita mulier linguax viro quieto.aut, placido. Alia ſimilitudine apta notat importunitatem mulieris malè moratæ in conſuetudine vitæ, viro ſedato intemperanti lingua odioſè obſtrepentis. Dictum eſt olim à ſapientibus maximum mulieris ornamentum eſſe ſilentium. Paulus etiam 1.Timoth.2.d.12, vult eam placidè cum ſilentióque diſcere, non authoritatem aliquam in virum ſibi arrogare. Itaque quàm moleſta ſit viro modeſto ac taciturno conſuetudo mulieris loquacis & garrulæ, Sapiens hac ſimilitudine declarat.
28 Ne offendas in pulchritudinem, &c. μὴ προσπαίσῃς εἰς κάλλος γυναικός, καὶ γυναῖκα μὴ ἐπιποθήσῃς εἰς τρυφήν. Ne incidas in pulchritudinẽ mulieris, nec mulierem appetas ad delicias. Non improbat Sapiens venuſtatem mulieris, quæ donum Dei eſt, maximúmque ornamentum ei ſexui tributum: ſed cupiditatem ad voluptatem incitatam damnat: non enim is eſt legitimus coniugii finis aut vſus. Itaque qui ad libidinem hanc vitæ coniunctionem referunt, ii fructum coniugii ſui percipiunt voluptatem cum maxima moleſtia commutatam: non enim ea eſt vera & firma amoris cauſa, nec poteſt eſſe diuturna. Dictum eſt à quodam, Vxorem ſi habueris καλὴν pulchram, habebis κοινὴν communẽ: ſi deformẽ ποινὴν, pœnam. in quo formã mediocrem requirebat. 29 Iracunda, impudens, &c. ὀργὴ, καὶ ἀναίδεια, καὶ αἰσχύνη μεγάλη γυνὴ, ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Ira, & impudentia, & probrum magnum [aut, confuſio magna] eſt mulier quæ ſuppeditat [id eſt ſumptũ ſuggerit] viro ſuo. Duplex poteſt eſſe ſenſus huius verſus: vnus, quòd iniqua & indigna cõiugii ſit conditio, in quo vir ab vxore alitur, quũ contrà fieri debeat: alter verò, quo ſignificatur importunus, & nulli libero ingenuóque homini tolerandus faſtus mulieris diuitis marito ſuo omnia neceſſaria ſuppeditantis, eique dominantis atque exprobrantis. Hac enim fortunæ præſtantia quæ eſt in muliere, efficitur quædam γυναικοκρατία, id eſt muliebre imperium contra naturam inſtitutum. Itaque prudenter quidam ſapiens monuit eum qui vxorẽ quærebat, vt æqualem ac parem duceret. Quæ enim eſt ſuperior fortuna in coniugio, eadem vult ſuperior eſſe authoritate.
31 Cor afflictum, vultúmque mœſtum, &c. καρδία ταπεινὴ, καὶ πρόσωπον σκυθρωπὸν, καὶ πληγὴ καρδίας, γυνὴ πονηρά. χεῖρες παρειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα, ἥτις τὸν ἄνδρα αὐτῆς οὐ μακαριεῖ. Cor humile [aut, abiectũ] & facies tetrica [aut, triſtis] & plaga cordis, mulier mala: manus remiſſæ, & genua reſoluta: quæ virum ſuum non beabit. Exemplar Toletanum in poſtremo membro legit, ἥτις οὐ παρακαλέσει τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐν στενώσει. quæ quidem non conſolabitur virum ſuum in gemitu. id eſt, nullo ei erit adiumento & leuamento in afflictione. Mulier eſt data viro ſocia vitæ, conſors & particeps omnium temporum, in cuius probitate & induſtria, maxima ſunt adiumenta ornamentáque in ſecundis rebus, & ſolatia in aduerſis: praua verò & ignaua viro ſuo nihil aliud quàm mœrorem ac deſperationem afferre poteſt.
33 Peccatum duxit initium, &c. ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι᾽ αὐτὴν ἀποθνήσκομεν πάντες. A muliere initium peccati, & per eam morimur omnes. Hoc loco Sapiens cauſam infirmitatis muliebris altius repetit à primo lapſu peccatóque parentum noſtrorum: in quo mulier (vt ait Paulus, 1.Tim.2.d.14) fuit ſeducta. Itaque ipſa experientia cum pernicie totius humani generis coniuncta, cæteros docere debet quãtum ei ſexui ſit concedendum. Atque hæc quidem eſt ratio, quam Paulus 1.Tim.2.d.12, adducit ad officium mulieris demonſtrandum, vt ipſa in poteſtate viri ſit, non in eum poteſtatẽ ſibi aliquam aſſumat. 34 Caue des aquæ exitũ, &c. μὴ δῷς διέξοδον ὕδατι, μηδὲ γυναικὶ πονηρᾷ παρρησίαν ἐξόδου. Ne des tranſitum aquæ, nec mulieri prauæ licentiam exitus. Pulchra ſimilitudo, qua ſignificat prauæ mulieri nullã licentiam eſſe dandam, ſed in poteſtate quantum fieri poſſit, retinendam. Sicut enim aqua dato exitu facilè erumpit, ita audacia improbæ mulieris niſi contineatur, omnia pudoris clauſtra perrumpit. Improbitati nihil deeſt præter occaſionem: eam autẽ in muliere Sapiens hac ſimilitudine ſignificat coercendam eſſe, ne permiſſu viri quaſi aliquo aquæ exitu dato, liberius eò erumpat quò pudor cõiugii nõ patitur.
35 Si ductum manus tuæ, &c. εἰ μὴ πορεύεται κατὰ χεῖρά σου, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου ἀπότεμε· δίδου, καὶ ἀπόλυσον. Si non ambulat iuxta manum tuam, à carnibus tuis abſcinde: da, & dimitte. Significat his verbis, mulierem rebellem ac contumacem quæ non vult eſſe in poteſtate mariti, nec regi gubernaríque ab eo, repudiandam eſſe. Formam autem eius repudii ac diuortii notat, quum dicit, Da: quo in verbo intelligendum eſt, Libellũ. Ductu autẽ manus ſignificat legitimam authoritatem poteſtatémque viri in vxorẽ, cuius inſigne geſtat ipſa capitis integumẽtũ.

IN CAPVT XXVI.

1 Beatus eſt vir probæ, &c. γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνὴρ, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ διπλάσιος. Bonæ mulieris beatus vir, & numerus dierum eius duplex. Hoc capite Sapiens multas tradit ſententias de bonis & malis mulieribus: vnde intelligi poteſt, ei non eſſe propoſitũ vituperare hunc ſexum, ſed monere tantummodo quæ in eo ſunt expetenda aut fugienda. 2 Mulier ſtrenua exhilarat, &c. γυνὴ ἀνδρεία εὐφραίνει τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ τὰ ἔτη τῆς ζωῆς αὐτοῦ πληρώσει ἐν εἰρήνῃ. Mulier fortis delectat virum ſuum, & annos vitæ eius implebit in pace. Duæ ſunt mulierum virtutes maximè laudabiles atque in coniugio gratæ: vna σωφροσύνη temperantia, quæ modeſtiam, pudorem, ac verecundiã continet: altera eſt φιλεργία ſiue φιλοπονία, induſtria à Latinis nominata, quæ diligentiam adiunctam habet, laborémque facilè ſuſcipit. Altera probatur propter mores ei ſexui cõuenientes, altera etiã eſt grata propter opportunitates rerum domeſticarũ, in quibus acquirẽdis, cõſeruandis, augẽdis mulier induſtria, diligẽs & laborioſa plurimũ poteſt. Socrates in œconomico Xenophontis, & Ariſtoteles in libro de re familiari, & D. Paulus 1.Tim.2.c.9.10, has duas virtutes in muliere cõiuge requirũt. Eaſdẽ ſummis extollit laudibus Salomon in illo encomio, Mulierem fortem quis inueniet? Prou.31.b.10. Sapiẽs in primo verſu loquutus eſt de probitate & modeſtia, nũc de altera eius virtute ac laude loquitur. 3 Vxor bona, &c. γυνὴ ἀγαθὴ, μερὶς ἀγαθὴ, ἐν μερίδι φοβουμένων τὸν κύριον δοθήσεται). Mulier bona, pars bona, in parte timentiũ Dominũ dabitur. Significat vxorẽ probam præſtantiſſimũ Dei donũ eſſe, promiſſum iis qui eũ colunt: ſicut ſuperiore capite dixit improbam hominibus improbis deſtinatam & paratam.

Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorū hilaris.	4	Huiuſmodi autem hominis tam diuitis quàm pauperis cor erga Dominum bene affectum eſt, vultum habentes hilarem exultabunt.
A tribꝰ timuit cor meū, & in quarto facies mea metuit.	5	Tria expaueſcit cor meum, & quartum facies mea perhorreſcit:
Delaturam ciuitatis, & collectionem populi,	6	Ciuitatis ſcilicet proditionem, multitudinis concitatæ coitionem, & calumniam: quæ morte grauiora ſunt omnia:
Et calumniam mendacem, ſuper mortem omnia grauia.	7	
Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa.	8	At dolor animi & luctus, eſt mulier æmula mulieris:
In muliere infideli flagellū linguæ omnibus communicans.	9	Et flagellum linguæ quæ cum omnibus communicat.
B Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illā, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.	10	Mala mulier ſimilis eſt iugo boum laxitate inquieto: qui eam tenuerit, perinde faciet ac qui ſcorpionē apprehenderit.
Mulier ebrioſa, ira magna, & contumelia & turpitudo illius non tegetur.	11	Mulier ebria ac mente alienata, animū grauiter offēdit: vt quæ turpitudinem ſuam non celet.
Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur.	12	Impudicitia mulieris elucet in elatis ipſius oculis, atque in palpebris eius cognoſcitur.
Infrà 42.b.11 ‖In filia non aduertente ſe, firma cuſtodiam: ne inuenta occaſione, vtatur ſe.	13	Filiæ inuerecundæ firmam cuſtodiam adhibe, ne licentiam nacta, ſua vtatur libidine. Aſſeruādæ filiæ.
Ab omni irreuerentia oculi caue, & ne mireris ſi te neglexerit.	14	Oculū impudentē aſſerua, neque mireris ſi ea in te deliquerit.
Sicut viator ſitiens ad fontem os	15	Tanquam viator ſitiens reperto fonte os aperiet, ac bibet de

4 *Huiuſmodi autem hominis* tam, &c. πλουσίου δὲ καὶ πτωχοῦ καρδία πρὸς κύριον ἀγαθή, ἐν παντὶ καιρῷ πρόσωπον ἔχοντες ἱλαρὸν γανιάσουσι, Diuitis autem & pauperis cor erga Dominum, bonum: in omni tempore faciem habentes hilarem exultabunt. Hoc additum, videtur cohærere cū proxima ſententia de iis qui timent Dominum, quibus bona vxor eſt promiſſa, quorum nunc & animū pium erga Deum oſtendit, & fœlicem vitæ ſtatum non ſolùm in diuitiis, ſed etiam in paupertate. Neque enim fœlicitas pēdet ex rebus externis, ſed ex Dei fauore & beneuolentia, cuius teſtimonium qui habent in corde ſuo, ii ſemper in omni fortuna animo & vultu ſunt læto & hilari.

5 Tria expaueſcit cor meū, &c. ἀπὸ τριῶν εὐλαβήθη μου ἡ καρδία, καὶ ἐπὶ τῷ τετάρτῳ προσώπῳ ἐφοβήθην. A tribus formidauit cor meum, & in quarto, vultu extimui. Plus eſt φοβεῖσθαι quàm εὐλαβεῖσθαι, ſicut apud Latinos timere ac metuere quàm cauere. Itaque in quarto incommodo & malo, verbo grauiore vtitur: in prioribus, leniore. 6 Ciuitatis *ſcilicet* proditionem, &c. διαβολὴν πόλεως, καὶ ἐκκλησίαν ὄχλου, καὶ καταψευσμόν, ὑπὲρ θάνατον πάντα μοχθηρά. Calumniam ciuitatis, & collectionem [ſiue, congregationem] turbæ, & mendacium aduerſus aliquem conflatum. aut, crimen confictū falſóque illatum, quæ calumnia appellatur. διαβολὴν πόλεως accipiunt pro proditione ciuitatis, quæ vſitatius Græcè προδοσία dicitur. διαβολὴν in hac ſignificatione vſurpari non memini: pro calumnia aut criminatione alicuius actiuè ſæpius accipitur: vt διαβολὴ accuſatoris qua is crimen alicui infert, ſiue ſit falſum, ſiue verum. Ita poſſet intelligi totius ciuitatis criminatio, in quā aliquē incurrere, ac publicè malè audire apud ciues, eſt moleſtum & cauendum: vt διαβολὴ accipiatur pro communi ſiniſtróque rumore ac ſermone, quæ δυσφημία dicitur, fama non bona de alicuius exiſtimatione, in qua eſt publicum (vt ait Quintilianus) totius ciuitatis teſtimonium. Videtur enim Sapiens loqui de iis malis quæ vnicuique ſunt cauenda & formidanda. Quo in genere eſt illa turbæ atque inconſultæ multitudinis coitio, quæ συστροφὴ à Luca in Actis Apoſtolorū ſæpe appellatur: qualis fuit ea, quæ à Demetrio aurifice aduerſus D. Paulū fuit cōcitata, Act. 19. e. 25, quæ omni bono ac quieto viro formidāda eſt. καταψευσμὸς pro falſo alicuius inimici maleuolíque hominis teſtimonio, quæ ψευδομαρτυρία dicitur, aut crimine conflato ac confícto accipitur, quæ propriè calumnia dicitur, ab illáque cōmuni & ſiniſtra ciuitatis fama diſtinguitur. Aliud enim eſt publica aliqua infamia notari, aliud, falſo alicuius crimine opprimi. 8 At dolor animi, &c. ἄλγος καρδίας καὶ πένθος, γυνὴ ἀντίζηλος γυναικί, καὶ μάστιξ γλώσσης πᾶσιν ἐπικοινωνοῦσα. Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa mulieris, [id eſt mulier æmulans mulierē] & flagellum linguæ omnibus cōmunicans. ἀντίζηλος mulier hoc loco dicitur pro ζηλότυπος, quæ in amore æmula eſt, & ſolicita ne riualem habeat: quæ animi affectio in viris quoque eſſe ſolet. Eſt autem in genere huiuſmodi vitioſa æmulatio, animi ægritudo ſuſcepta ex communicatione eius, quo nos ſoli frui volumus, eiúſque rei adamatæ ſociū & riualem pati non poſſumus, aut ægrè moleſtéque ferimus. Aliquando etiam ex eo, quòd alius fruatur eo bono quo nos caremus, quo nos frui cuperemus: quo vitio laborabat Anna Helcanæ vxor, quum ipſa ſterilis riualem videret florentem liberis, 1. Reg. 1. b. 10. Cicero quarto Tuſc. zelotypiam vertit obtrectationem, quā definit ac dicit ægritudinem eſſe, ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ille ipſe concupiuerit. Hoc malum vitiúmque domeſticum in cōiugio, vbi purus fideliſque amor vigere debet, cum maxima doloris acerbitate coniunctum eſt. Alterum vitium eſt mulieris liberius ac familiarius cum omnibus communicantis, quæ ſua immodeſtia & licentia hominibus materiam ſiniſtri ſermonis dat: huiuſmodi autem libertas colloquēdi cum omnibus familiarius, ſemper improbata atque impudicitiæ nomine ſuſpecta fuit. Diuus Paulus, Tit. 2. b. 5, vult mulierem οἰκουρὸν. i. domus cuſtodem eſſe, non vagam extra domū vbique curſitare. Et veteres depingebant Venerem pedibus inſiſtentē teſtudini, quæ ab Heſiodo φερέοικος appellatur. Ea pictura ſignificabant mulieris officium ac pudorem domi ſuæ ſe continētis, non foris vagātis ac cum omnibus communicantis. 10 Mala mulier ſimilis, &c. βοοζύγιον σαλευόμενον γυνὴ πονηρά. Boum iugum cōcuſſum mulier mala. Pulchra ſimilitudo, qua mulieris improbæ atque in coniugio immorigeræ mores notātur, & quaſi imagine demōſtrantur. Eſt enim συζυγία καὶ σύζυγοι coniugium & coniuges dicti, quòd vir & fœmina eodem quaſi iugo iuncti ſunt. Id autem beneuolentia & fide vinctum ac iunctum eſſe debet, vt ſit firmum atque ſtabile: quemadmodum Iuno apud Virgilium AEolo probam certámque cōiugem promittit, Cōiugio tradam ſtabili propriámque dicabo. Itaque mulier rebellis, nec cum marito ſuo conſentiens, eſt tanquam iugum boum laxum, atque agitatū, quod in hanc aut illam partē trahitur. Qui eam tenuerit, &c. ὁ κρατῶν αὐτῆς, ὡς δρασσόμενος σκορπίου. tenēs eam, vt qui ſcorpionē apprehēdit. κρατεῖν hîc accipitur pro habere in cōſuetudine vitæ, eámque ſibi adiungere. Ea autē coniūctio quā ſit moleſtia & periculoſa, aliæ ſimilitudine animalis venenati pernicioſique oſtēdit. 11 Mulier ebria, &c. ὀργὴ μεγάλη, γυνὴ μέθυσος καὶ ῥεμβάς, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς οὐ συγκαλύψει. Ira magna, mulier ebria, [aut, vinolēta] ac mēte dimota: & turpitudinē ſuā non occultabit. In ebrietate nullus eſt rationis vſus aut moderatio: itaque Iſocrates cōparat hominē ebriū equis currū trahētibus, qui excuſſo auriga paſſim ferūtur: ita libidines animi temulenti, oppreſſa ratione aut deiecta à rectione, dominātur. In ebria autē muliere quis pudor ac verecūdia, id eſt pudicitiæ cuſtodia, & reuerētia eſſe poteſt? 12 Impudicitia mulieris, &c. πορνεία γυναικὸς ἐν μετεωρισμοῖς ὀφθαλμῶν, καὶ ἐν τοῖς βλεφάροις αὐτῆς γνωσθήσεται, Scortatio [aut, fornicatio] mulieris in elationibus oculorū, & in palpebris eius cognoſcetur. Ariſtoteles τὰ ἀκόλουθα appellat ea quæ mores vniuſcuiuſque cōſequuntur, tanquā ſigna animi ac certæ notæ: vt frōtis porrectio & contractio, nota eſt animi & volūtatis: ita oculorū elatio illuſtre eſt ſignum aut ſuperbiæ, aut impudicitiæ: quemadmodū Eſaias propheta quarto capite hoc vultus habitu nutúque oculorū, mores Iudæarum tum ſuperbos tum impudicos grauiter notat. Prudenter autem quidam philoſophus dixit, non multū referre qua in parte corporis quis ſit impudicus. Sapiens verò noſter mulieris oculos libidinis eius indices, & in ſuperciliis certa ſigna eſſe dicit. 13 Filiæ inuerecundæ, &c. ἐπὶ θυγατρὶ ἀδιατρέπτῳ στερέωσον φυλακήν, ἵνα μὴ εὑροῦσα ἄνεσιν, ἑαυτῇ χρήσηται. Filiæ impudenti firma cuſtodiam, ne nacta licentiam, ſeipſa vtatur. id eſt, ſuæ obſequatur libidini, effractiſque pudoris clauſtris, ac ruptis omnis diſciplinæ ac verecundiæ vinculis, faciat quicquid libuerit. διατρέπομαι idem eſt quod ἐντρέπομαι, id eſt αἰσχύνομαι vereor pudoréque afficior: hinc fit ἀδιάτρεπτος filia ore duro atque inuerecundo, quam nihil pudet: quam dicit diligenter aſſeruandam & cuſtodiendam eſſe. Pudor enim in puellis pudicitiæ & caſtitatis cuſtos eſt: eo ſublato, quid ſalui in muliere eſſe poteſt? 14 Oculum impudentem aſſerua, &c. ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῦ φύλαξαι, καὶ μὴ θαυμάσῃς ἐὰν εἰς σὲ πλημμελήσῃ. Poſt oculum impudentem caue, [aut, obſerua] ac ne mireris ſi in te peccauerit. Loquitur de eadem filia in diſciplina, pudore, ac poteſtate retinenda, atque arctiſſimis verecundiæ vinculis conſtringenda. 15 Tanquam viator ſitiens, &c. ὡς διψῶν ὁδοιπόρος τὸ στόμα ἀνοίξει εὑρὼν πηγήν, καὶ ἀπὸ παντὸς ὕδατος τοῦ σύνεγγυς πίεται, κατέναντι παντὸς πασσάλου καθήσεται, καὶ ἔναντι βέλους ἀνοίξει φαρέτραν. Aptiſſima ſimilitu-

dine deſcribit proſtitutionem mulieris meretricis omnibus corpus ſuum ſine pudore peruulgantis.In hanc autem vitæ rationem conſuetudinémque deducuntur puellæ ac filiæ quæ diſſolutius & indulgentius quàm pudor puellaris patitur, à parentibus habitæ tractatǽque fuerunt.

proxima quauis aqua: ad omnem palum deſidebit, & obuiam cuiuis telo pharetram aperiet.

ʹGratia mulieris virum ſuum delectat, & eiuſdem intelligentia oſſa illius pinguefacit.

ʹVxor taciturna & beneuola, donum Dei eſt,

ʹNec vllũ eſt pretiũ quo fœmina bene inſtituta ſit permutãda.

ʹVxor verecunda & fidelis, gratia eſt duplici cõmendatione cumulata.

ʹNec tanti vllum eſt pondus, quod æſtimatione animũ *eius* moderatum æquare poſſit.

ʹVt ſol oriens in ſupremis Domini locis, ita pulchritudo bonæ mulieris in ornatu domus eius.

ʹLucerna ſplendens in ſancto candelabro, pulchritudo formæ in ætate conſtanti eſt.

ʹVt columnæ aureæ ſuper baſi argẽtea, ita pedes formoſi in pectore ſtabili.

ʹFili, vigorem ætatis tuæ conſerua incolumem, nec robur tuum alienis impertias.

ʹVbi per omnes campos fœcundam poſſeſſionem quæſiueris, propria ſemina iace *in ea*, fretus generoſitate tua.

ʹSic demum ſoboles tua ſuperſtes libera ingenuitatis profeſſione confiſa adoleſcet.

ʹMulier meretrix porcæ ſimilis exiſtimabitur: nupta autem, propugnaculum quoddã con-

aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & cõtra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetram donec deficiat.

16 Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit.

17 Diſciplina illius datum Dei eſt, C

18 Mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ.

19 Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata.

20 Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.

21 Sicut ſol oriẽs mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius.

22 Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem.

23 Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.

24 Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & mãdata Dei in corde mulieris ſanctæ. D

1.Tim.6
prouer.

16 Gratia mulieris virum, &c. χάρις γυναικὸς τέρψει ἄνδρα αὐτῆς, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ πιανεῖ ἡ ἐπιστήμη αὐτῆς. Gratia mulieris delectabit virum ſuũ, & oſſa eius impinguabit ſcientia illius. Coniungit hîc comitatem ſuauitatémque morum in muliere cum prudentia atque intelligentia: quarum altera iucunda eſt, altera etiam vtilis, & ad gubernandam rem familiarem opportuna. 17 Vxor taciturna & beneuola, &c. δόσις κυρίου γυνὴ σιγηρὰ καὶ εὔνους, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα πεπαιδευμένης ψυχῆς. Donum Domini mulier taciturna & beneuola, [ſiue, cordata] nec eſt permutatio eruditæ animæ. id eſt, res vlla tam pretioſa, qua commutari debeat fœmina inſtituta & bene morata. Anima enim hîc pro muliere accipitur: quemadmodũ Seruius Sulpitius in quadã ad Ciceronẽ epiſtola, illius filiam mortuã, animulam appellat. εὔνους autem alii vertunt Cordata, id eſt prudens: quæ prudentia cum ſilentio ac taciturnitate non malè coniungitur: ſed quoniã paulo antè de prudẽtia & ſcientia mulieris loquutus eſt, & εὔνους dicitur qui bene affectus atque animatus eſt, & εὔνοια benenolentia: malo vſitatã nominis ſignificationẽ retinere, quũ vxoris amor & charitas erga maritũ maximopere requiratur & cõmendetur. Paulus enim eã φίλανδρον amantẽ viri eſſe iubet, Tit.2.a.4. 19 Vxor verecunda, &c. χάρις ἐπὶ χάριτι γυνὴ αἰσχυντηρὰ καὶ πιστή. Gratia ſuper gratiã mulier pudens ac fidelis. Hæc duo ſunt maxima mulieris ornamenta, verecundia & fides: quarũ altera cauet omnẽ in dictis & factis turpitudinẽ, ex eáque hominũ, in primíſque mariti offenſionẽ: altera verò in rebus cõmiſſis creditíſque verſatur: quo vno vinculo neceſſitudo coniugii maximè cõtinetur. Significat autẽ duplicem mulieris gratiã eſſe, quũ ſummus eius pudor cum fidelitate cõiungitur. 20 Nec tanti vllum, &c. καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς αὐτῆς. Nec eſt vllũ pondus dignũ continẽte animo eius. i. tẽperato. ἀξία apud Græcos accipitur pro dignatione, pretio, æſtimatione, qua res aliqua penditur ac æſtimatur. Itaque hac loquendi forma ſignificat Sapiens mulierẽ modeſtã & fidam, pretio cætera omnia cõmoda huius vitæ ſuperare. 21 Vt ſol oriens, &c. ἥλιος ἀνατέλλων ἐν ὑψίστοις κυρίου, καὶ κάλλος γυναικὸς ἀγαθῆς ἐν κόσμῳ οἰκίας αὐτῆς. Sol exoriens in altiſſimis Domini, & pulchritudo bonæ mulieris in ornatu domus eius. Cõparatione rei pulcherrimæ maximéque illuſtris cõmendat induſtriã, diligentiam, elegãtiámque mulieris in œconomia & re domeſtica, in qua quidem ſingularũ rerũ εὐταξία ordo ac decor nitet ac relucet. φιλοκαλία, id eſt mundities cultus atque elegantia abſque magnificẽtia ſumptuoſa & immoderata, maximè laudatur in matrefamiliâs, eáque in re familiari maximũ eſt ornamentũ ac lumen clariſſimũ. huic virtuti ſordes opponũtur, in quibus maximum negligentiæ teſtimoniũ eſt: ex hac enim rerum domeſticarũ apta ornatáq; collocatione ac mũditie pulchritudo mulieris elucet.

22 Lucerna ſplẽd. &c. λύχνος ἐκλάμπων ἐπὶ λυχνίας ἁγίας, καὶ κάλλος προσώπου ἐν ἡλικίᾳ στασίμῃ. Duplex eſt corporis forma & pulchritudo: vna in ipſo vultu, quæ maximè in viris dignitatẽ, in fœminis venuſtatẽ habet. Quanquã cæterarũ partium cõpoſitio ad pulchritudinem requiritur: tamen præcipua vis ineſt in vultus oríſque conformatione. Hanc formæ elegantiam & præſtantiã quũ in conſtante ætate relucet, Sapiens rei pulcherrimæ cõparat. Altera pulchritudo eſt in pedibus, cũ quibus mihi videtur cõprehendere omnes partes inferiores à pectore ad pedes vſque, in quibus magnitudo cum pectore ac cæteris mẽbris cõſentiens, eſt pulchra & formoſa: ſed Sapiens ad cõmendandam formã non tam reſpicit ἀναλογίαν proportionẽ membrorũ aptámque cõpoſitionem, quàm morũ ac vitæ conuenientiã & congruentiam, ſine qua pulchritudo corporis nullam laudem habere poteſt. Nam Solomon, Prou.11.c.22, formã in muliere improba & impudente cõparat torqui aureo in porcæ naribus ſuſpenſo. Itaque requirit conſtantiã ætatis ac vitæ morúmque moderationẽ, quaſi quoddam ὑποκείμενον, in quo illa excellens corporis pulchritudo perſpiciatur. Sic Socrates iubebat homines ſæpe ſe in ſpeculo contẽplari: vt ſi eſſent deformes, eam corporis deformitatẽ pulchritudine animi cõpenſarent: ſi formoſi, vt nihil indignũ egregia forma cõmitterent. Si tu mauis intelligere per ἡλικίαν στασίμην ætatem ſtatam & firmã eam quam Ariſtoteles dicit eſſe τῶν ἀκμαζόντων vigentium, in qua ſunt viri, poteris intelligere quod tibi placuerit. nam is philoſophus ſingulas ætates ſuã dicit habere pulchritudinẽ. Fili, vigorem ætatis, &c. τέκνον, ἀκμὴν ἡλικίας σου συντήρησον ὑγιῆ, καὶ μὴ δῶς ἀλλοτρίοις τὴν ἰσχύν σου. Fili, vigorem ætatis tuæ conſerua ſanũ, [id eſt integrũ, ne conſumatur libidine] ac ne des alienis robur tuum. Videtur Sapiens paulo antè cõmendaſſe præſtantem corporis formã, quæ in flore vigoréque ætatis præcipuè relucet vt, poſtea dehortaretur iuuenes à ſcortatione flagitioſáque libidine, qua omnis corporis & forma deformatur & vis eneruatur. Vbi per omnes campos, &c. ἀναζητήσας παντὸς πεδίου εὔγεων κλῆρον, σπεῖρε τὰ ἴδια σπέρματα πεποιθὼς τῇ εὐγενείᾳ σου. Poſtquam quæſiueris omnis campi [id eſt ex campo & agro] fertilem ſortem, [aut poſſeſſionem] ſemina propria ſemina confiſus generis tui dignitate. ſiue, optimo tuo genere. Allegoria eſt cõtinuatáque ſimilitudo in qua Sapiens homines iuuenes ab impura vagáque ſcortatione ad certum, legitimum, honeſtúmque cõiugium reuocat. Solomon Prouerb.5.c.15, alia allegoria in eadem re vtitur, Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta de medio putei tui, &c.

Sic demum ſoboles, &c. οὕτω τὰ γεννήματά σου περιόντα, καὶ παρρησίαν εὐγενείας ἔχοντα μεγαλυνοῦσι. Ita progenies tuæ ſuperſtites, & libertatem boni generis habentes magnæ fiẽt. id eſt ſuccreſcent ac augeſcent. Hac fiducia optimi generis maxima incremẽta ſuſcipient. Oſtendit Sapiens propriis nunc verbis fructum honeſti ac legitimi coniugii: is autem eſt certa & legitima proles, ingenuíque liberi, poſt mortẽ parentum, nullam vituperationem generis ortúſque ſui, ſed cõmendationem potius habentes. Videmus enim quanta infamia nothis ſpuriíſque relinquatur. Huiuſmodi autẽ εὐγένεια ἢ δυσγένεια generis dignitas aut indignitas infamiáque, maximã vim habent ad animos liberorũ aut excitãdos, aut deiiciẽdos. Mulier meretrix, &c. γυνὴ μισθία ἴση σιάλῳ λογισθήσεται, ὕπανδρος δὲ πύργος θανάτου τοῖς χρωμένοις λογισθήσεται. Mulier mercenaria[aut,meritoria]æqualis porcæ exiſtimabitur : coniugata autem [ſiue, quæ eſt ſub viro] turris mortis vtentibus exiſtimabitur. Diſſimilis conditio exiſtimatióque mulieris meretricis,& coniugis hîc oſtenditur:quarum altera propter vitæ inhoneſtæ profeſſionē ſcrofæ comparatur:altera verò vitæ ſocia viro adiuncta,maximam ei opem afferre iudicatur. Eſt fidelis vxor in conſuetudine huius vitæ quaſi quoddam firmum propugnaculum ad defenſionem ſalutémque viri oppoſitum. Itaque non ſine cauſa à Deo dictum eſt,ſolitudinem homini non eſſe bonam,mulieris autem ſocietatem multas & magnas habere vitæ commoditates atque opportunitates.

tra mortem marito ſuo exiſtimanda eſt.

Mulier impia homini iniquo portio dabitur,pia verò datur ei qui Dominum timet.

″Inhoneſta mulier contemnit ignominiam, filia verò honeſta virum etiam veretur ſuum.

ʹMulier impudens cani comparāda eſt,quæ autē prædita eſt pudore, Dominum reueretur.

Mulier virum ſuum honorans, ſapiens ab omnibus iudicabitur : ſpernens autem eum impia,nobilitabitur ſuperbia.

ʹClamoſa mulier & linguax, ad fugandos hoſtes idonea perſpicietur : omnis verò hominis animus his moribus conformis inter tumultus bellicos verſabitur.

In duobus cōtriſtatū eſt cor meū, & in tertio iracundia mihi aduenit. 25
Vir bellator deficiens per inopiam, & vir ſenſatus contemptus. 26
Et qui trāſgreditur à iuſtitia ad peccatū, Deus parauit eum ad romphæā. 27
Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerūt:difficilè exuitur negotiās à deceptione,& non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorū. 28

Cap. X X V I I.

1.Tim.6.b.9. prouer.23.a.4

PRopter inopiam multi deliquerunt:& qui quærit locupletari,auertit oculum ſuum. 1
Sicut in medio compaginis lapidū palus figitur: ſic & inter mediū venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatis. 2
Conteretur cū delinquente delictū. 3
Si nō in timore Dñi tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. 4

25 ʹDuo cor meū contriſtāt,& tertium mihi mouet indignationē.

26 ʹVir bellicoſus egeſtate laborans,& homines prudentes, quum abiecti in ſummo verſantur contemptu.

27 Tum qui à iuſtitia ad peccatum ſe refert, Dominus eum gladio deſtinabit.

28 ʹMercator vix euitabit delictum,& caupo culpa non vacauerit.

Cap. XXVII.

1 MʹVlti peccauerunt propter inopiam, & qui quærit abūdare, ʹoculum ſuum auertit.

2 ″Vt fixus inter compages lapidum paxillus : ita peccatum inter venditionem vrgetur & emptionem.

3 ″Niſi quis ſe in timore Domini ſtudioſè continuerit, citò euer-
4 tetur domus eius.

Inhoneſta mulier cōtemnit,&c. γυνὴ ἀσχήμων ἀτιμίαν καταπείψει, θυγάτηρ δὲ εὐσχήμων καὶ τὸν ἄνδρα ἐντραπήσεται. Mulier turpis ignominiam obteret,[id eſt negliget]filia verò honeſta etiam virum ſuum reuerebitur. Alia diſſimilitudo morum mulieris improbæ ac diſſolutæ omnem hominum exiſtimationem ſermonémque negligentis, & probæ ac modeſtæ virum vt caput ſuum reuerentis,à Sapiente proponitur. Ex hac autem obſeruantia ac verecundia quam modeſta mulier erga virum domi præſtat, intelligi poteſt quantā foris reuerentiam aduerſus cæteros adhibeat. Nam conſuetudo familiaritáſque vitæ coniugalis, ac ſuauitas amoris quæ reuerentiam poſſet minuere, non impedit quominus vxor virum ſuum vt ſuperiorem colat & obſeruet. Mulier impudens cani comparanda,&c. γυνὴ ἀδιάτρεπτος ὡς κύων λογισθήσεται. Mulier inuerecunda,vt canis exiſtimabitur. Nullum eſt animal præter hominem pudoris ac verecundiæ particeps, ſed ex omnibus canis eſt impudentiſſimus. Itaque apud Homerum Achilles Agamemnoni obiicit caninam impudentiam. Clamoſa mulier & linguax,&c. γυνὴ μεγαλόφωνος καὶ γλωσσώδης, εἰς πολεμίων τροπὴν θεωρηθήσεται· ἀνθρώπου δὲ παντὸς ψυχὴ ὁμοιότροπος τούτοις, πολέμου ἀκαταστασίαις τὴν ψυχὴν διαιτηθήσεται. Mulier vociferās & linguax,ad hoſtium fugationem conſpicietur:omnis autem hominis animus ſimilis huiuſmodi moribus,belli ſeditionibus animam ſuam[id eſt vitam] tranſiget. aut, traducet. Significat his verbis Sapiens coniugium turbulentum & inquietum,diſſidiis,clamoribus,iurgiis inteſtinis plenum,in quo mulier turbulenta & clamoſa virum eodem ingenio ac moribus præditum nacta eſt. Hac autem hoſtium in fugam conuerſione ſignificat mulieris audacis animum atque ingenium,quæ contentione ac vociferatione in diſſidio & iurgio quaſi victrix verſatur. 25 Duo cor meum contriſtant,&c. ἐπὶ δυσὶ λελύπηταί μου ἡ καρδία, καὶ ἐπὶ τῷ τρίτῳ θυμός μοι ἐπῆλθεν. In duobus moleſtia affectum eſt cor meum,& in tertio indignatio mihi aduenit. Duo priora dolorem afferunt,tertium verò etiam indignationem. 26 Vir bellicoſus egeſtate,&c. ἀνὴρ πολεμιστὴς ὑστερῶν δι᾽ ἔνδειαν, καὶ ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσιν, ἐπανάγων ἀπὸ δικαιοσύνης εἰς ἁμαρτίαν. Vir bellicoſus deficiens per inopiam,viri prudentes ſi vt quiſquiliæ reiiciantur, [aut,cōtemnantur]reuertens à iuſtitia ad peccatum. Duo ſunt genera hominum virtute laudéque excellentium:vnum πολεμικῶν, quorum egregius animus in bellis gerendis cernitur: alterum εὐβούλων prudentium,quorum ſententia,conſilium,authoritas tempore pacis in rep. adminiſtranda plurimum valere debet. Hæc duo quum aut egeſtate deſtituuntur,aut hominum opinione improbantur ac contemnuntur : ſummo dolore animos bonorū afficiunt. Neque enim virtus excellens imperatoris hominiſque militaris,rebus ad bellum neceſſariis deſtitui debet:neque authoritas viri prudentis conſilióque præſtantis contemni ac reiici. Tertium eſt genus hominum in quo nulla eſt commendatio,nec deploratio ex iniqua conditione,ſed ſumma vituperatio atque indignatio ex eorum improbitate ſuſcepta: illud autem eſt eorum, qui quum relicta impietate & iniuſtitia ſe ad cultum Dei ſtudiúmque iuſtitiæ contuliſſent, abiecto timore Dei & iuſtitia,ad priſtina ſua peccata relabuntur. Eſt autem hic à bono ad malum reditus planè indignus : itaque ei hominum generi grauiſſimam proponit comminationem, vt Deus huiuſmodi apoſtatas gladio ſit perditurus. 28 Mercator vix euitabit,&c. μόλις ἐξαιρεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας, καὶ οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας. Vix eximitur mercator à delicto,& caupo non iuſtificabitur à peccato. Sapiens hîc tradit aliquas ſententias de auaritia & cupiditate immoderata rei quærendæ atque amplificandæ,quæ aliorum cum iniuria plerunque cōiuncta eſt. Hoc autem vitio ſtudióque pecuniæ negotiatores in primis laborare ſolent, quæ cauſa & ratio eſt vt iſte verſus cum cæteris qui ſequuntur in proximo capite,coniungēdus videatur.

IN CAPVT XXVII.

1 Multi peccauerunt propter inopiam,&c. χάριν ἐνδείας πολλοὶ ἥμαρτον, καὶ ὁ ζητῶν πληθῦναι, ἀποστρέψει ὀφθαλμόν. Quædam exemplaria in primo membro habent χάριν ἀδιαφόρου indifferentis,cuius non eſſet habenda tanta ratio & contentio ſuſcipienda,vt iuſtitia violaretur:quo in genere ſunt diuitiæ, quarum ſtudio homines ita inflammantur, vt nullam moderationem æquitatémque retineant. Ita Stoici philoſophi ἀδιάφορα vocabant,quæ in bonis non ſunt numeranda,nec ad beatam aut miſeram vitam pertinent. Hac nominis ſignificatione Sapiens diuitias vulgares ac deſpicabiles notat:aut certè non tanti faciendas,vt earum cauſa omne ius violetur. Oculum ſuum auertit,&c. ἀποστρέψει ὀφθαλμὸν αὐτοῦ. auertet oculum ſuum. Alii, Peruertet,quod idem ſignificat, hominem animi mentiſque aſpectum à iuſtitia deflectere,cum ad illud ſtudiū pecuniæ reique immoderatius quærendæ ac augendæ,totus conuertitur. Itaque Dauid, Pſal.119,verſu 36, hoc malum metuens,Deum orat:Inclina cor meum ad teſtimonia tua,& non ad auaritiam. 2 Vt fixus inter compages,&c. ἀναμέσον ἁρμῶν λίθων παγήσεται πάσσαλος, καὶ ἀναμέσον πράσεως καὶ ἀγορασμοῦ συντριβήσεται ἁμαρτία. In medio compaginū lapidearum figetur palus, & in medio vēditionis ac emptionis cōprimetur peccatū. Non damnat hîc Sapiens legitimam rationem contrahendi,emendi,ac vendendi:ſed faciles occaſiones fallēdi fraudādiq; hoc in genere vitæ eſſe oſtēdit. Homines enim ſua natura ſunt ad rem ſuā attentiores: quorū cupiditas niſi timore De reprimatur,emptionibus ac venditionibus peccatū quaſi clauū inſerit. 4 Niſi quis,&c. ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδήν. Si non in timore Domini tenuerit cū ſtudio. aut, diligētia. Hanc ſententiā ſuperioribus ſubiunxit,vt oſtēdat, ſublato Dei timore illas diuitias quæ cupidius quæruntur cumulantúrque,infœlicem exitum habere:in periculoſa autem vitæ ratione,qualis eſt mercatorum, maximam cautionem & timorem Dei adhibendum.

ʹQuemadmodum ſordes in excuſſo cribro remanent, ita ſpurcitiæ hominis in cogitatione ipſius.

5 Sicut in percuſſura cribri remanebit ſtercus: ſic aporia hominis in cogitatu illius.

ʺFornax probat vaſa figuli, homo verò in cogitatione ſua probatur.

6 |Vaſa figuli probat fornax: & homines iuſtos tentatio tribulationis. Prouer.27.c.21

ʺCultum arboris indicat fructus eius: ita animum hominis meditatus ſermo declarat.

7 Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius: ſic verbum ex cogitatu cordis hominis.

ʺNe laudes quenquam, antequam eius orationem intellexeris: nam hæc demum hominum probatio eſt.

8 Ante ſermonem non laudes virũ: hæc enim tentatio eſt hominum.

ʺSi ſequaris iuſtitiam, aſſequêris eam: & tanquam togam honorificam indues.

9 Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes illam: & indues quaſi poderem honoris, & inhabitabis cum ea: & proteget te in ſempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.

ʺVolucres ad ſimiles ſui ſe recipiunt, ita veritas cultores ſuos reuiſit.

10 Volatilia ad ſibi ſimilia conueniũt: & veritas ad eos qui operantur illã, reuertetur. B

Vt leo feræ inſidiatur, ita peccatum mala facientibus.

11 Leo venationi inſidiatur ſẽper: ſic peccata operantibus iniquitates.

ʺOratio hominis pii, perpetua eſt ſapientia: ſtultus autem inſtar lunæ variat.

12 Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.

ʺInſipientibus interuenturus, tempus obſerua: cœtum verò hominum prudentium frequenter adeas.

13 In medio inſenſatorum ſerua verbum tempori: in medio autem cogitantium aſſiduus eſto.

ʺSermo ſtultorum offenſionem habet, & riſus eorũ, ſceleratam voluptatem.

14 Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in delictis peccati.

ʺOratio hominis crebrò iurantis horrorem incutit, & aures obtundit talium contentio.

15 |Loquela multum iurans, horripilationem capiti ſtatuet: & irreuerentia ipſius, obturatio aurium. Suprà 23.b.11

ʺConcertatio ſuperborum ſanguinis effuſio eſt, & conuitia eorũ auditu grauia.

16 Effuſio ſãguinis in rixa ſuperborũ & maledictio illorum, auditus grauis.

ʹLegitur & σκῦλα ſpolia.

ʺLegitur & λογισμός.

ʺLegitur & ἐν σοφίᾳ.

5 Quemadmodum ſordes, &c. ἐν σείσματι κοσκίνου διαμένει κόπρια, οὕτω σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ. In concuſſione cribri remanent ſtercora, ſic ſordes hominis in cogitatione eius. Pulchra & apta ſimilitudo, qua natura animi cordiſque humani demonſtratur. Eſt enim ſumma eius impuritas, ſed ea inquinamenta non animaduertuntur, niſi quũ cogitando cõmouentur. Eſt enim cogitatio animi quaſi quædam cribi agitatio atque excuſſio, in qua ſordes relinquuntur. 6 Fornax probat vaſa, &c. σκεύη κεραμέως δοκιμάζει κάμινος, καὶ πειρασμὸς ἀνθρώπου ἐν διαλογισμῷ αὐτοῦ. Vaſa figuli probat fornax, tentatio verò hominis in cogitatione illius. Alia ſimilitudo qua cogitationẽ hominis ait quaſi quandã fornacem eſſe, qua, vt vaſa igni probãtur, ſic homo in omni fortuna tũ aduerſa tum ſecũda, ex ipſius cogitatione cognoſcitur. Quis enim & qualis ſit, & quemadmodũ in omni tẽpore affectus ſit homo, ex animi ſui cõſcientia poteſt intelligere, ſeipſumq; probare: denique omnes actiones tum honeſtæ ac laudabiles, tum inhoneſtæ & vituperabiles, ex ipſa προαιρέσει, id eſt cõſilio atque animi propoſito, cognoſcũtur ac probantur. 7 Cultũ arboris, &c. γεώργιον ξύλου ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ, οὕτω λόγος ἐνθυμήματος ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου. Culturã arboris oſtendit fructus eius, ſic oratio cogitationis [id eſt cogitata & meditata] in corde hominis. Eſt enim oratio index interpréſque animi aut exculti doctrina & ſapiẽtia, aut deſtituti atque inculti. Itaque non magis fructus diligentẽ arboris cultũ oſtendit, quàm ſermo prudens & cogitatus ingeniũ eruditum inſtitutúmque demõſtrat: nec vlla alia re πεπαιδευμένος ἀπὸ τοῦ ἀπαιδεύτου magis differt, quàm hac orationis prudẽtia, quæ ſine accurata diſciplina, quaſi quadam animi cultura, eſſe nõ poteſt. 8 Ne laudes quenquã antequã, &c. πρὸ λογισμοῦ μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα, οὗτος γὰρ πειρασμὸς ἀνθρώπων. Ante ſermonem ne laudaueris virum, hæc enim tentatio [ſiue, probatio] hominum. λογισμὸς in his locis accipitur ἀντὶ λόγου pro oratione, ex qua dicit faciendum eſſe iudicium. quemadmodum etiam Chriſtus ait, Matt. 12.c.37, Ex verbis tuis condẽnaberis & ex verbis tuis iuſtificaberis. Eſt enim in ſermone inſignis nota, qua doctus ab indocto, prudens à ſtulto diſcernitur. Itaque Sapiens non prius quenquam laudari vult, quàm eius dicta conſiderata fuerint & cognita. 9 Si ſequaris iuſtitiam, &c. ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον, καταλήψῃ αὐτό, καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸ ὡς ποδήρη δόξης. Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes ipſam: & indues eam vt talarem tunicam gloriæ. Commendat hæc ſententia ſtudium amorémque iuſtitiæ, eiúſque fructum pulcherrimum, honeſtæ vitæ ornamentum oſtendit. Nemo autem vllam vnquam aſſequetur iuſtitiæ laudem, niſi fuerit φιλοδίκαιος, iuſtitiæ amans atque ſtudioſus, eique planè deditus. denique in omni genere nemo poteſt excellere in re vlla, cuius amore ſtudióque non teneatur. Itaque Socrates apud Platonem, eum dicit multum iam in virtute profeciſſe, à quo ſtudium virtutis ſuſceptum eſt. 10 Volucres ad ſimiles ſui ſe recipiunt, &c. πετεινὰ πρὸς τὰ ὅμοια αὐτοῖς καταλύσει, καὶ ἀλήθεια πρὸς τοὺς ἐργαζομένους ἐπανήξει. Volatilia ad ſimilia ſibi diuertent, & veritas ad operantes [aut, colentes eam] reuertetur. Quod antè dixit de ſtudio iuſtitiæ, idem nunc dicit de veritate, quæ eos tantùm agnoſcit ſuos diſcipulos, quibuſcum familiariter communicat: qui (vt ait Ariſtoteles) ſunt φιλαλήθεις veraces, veritatiſque amantes. Itaque pulchra ſimilitudine oſtendit id quod celebri prouerbio dictum, à Platone vſurpatur in libro de Legibus, Simile ſimili amicum eſſe. 12 Oratio hominis, &c. διήγησις εὐσεβοῦς διαπαντὸς σοφία, ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται. Narratio [ſiue, ſermo] pii ſemper ſapientia, at ſtultus quaſi luna immutatur. Hæc diſſimilitudo orationis in pio homine atque ſtulto exiſtit à diſſimili affectione animi. Nam vt eſt in Pſalmo 37.f.30.31, Os iuſti loquitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. Lex Dei eius in corde eius. Stultus verò vt animum habet variis ac prauis affectibus, quaſi quibuſdam fluctibus, agitatum, ita orationem quoque inconſtantem. In ſapiente & pio vna & eadem eſt ſermonis forma & figura pietatẽ iuſtitiámque redolẽs: nam (vt ait apud Platonem Socrates) quemadmodum quiſque affectus eſt, ita etiam loquitur & viuit.

13 Inſipientibus interuenturus, &c. εἰς μέσον ἀσυνέτων συντήρησον καιρόν, εἰς μέσον δὲ διανοουμένων ἐνδελέχιζε. In medio imprudentium obſerua tempus, in medio verò intelligentium aſſiduus eſto. ἐντεύξεις congreſſiones ac collocutiones cum hominibus magnopere ſunt obſeruãdæ: non enim eodem modo cum omnibus faciendæ ſunt. Summa cautio & prudentia eſt adhibenda, quum in improborũ conuentum ac colloquium incidimus, quibus vt canibus & porcis Chriſtus, Matth.7.a.6, non vult nos, quæ ſunt ſancta & pretioſa, impertire. Bonorum & ſapientum conſuetudo ſermoniſque communicatio nobis hoc loco commendatur: improborum verò ſemper vitanda eſt, aut cum maxima cautione ſuſcipienda. 14 Sermo ſtultorum, &c. διήγησις μωρῶν προσόχθισμα, καὶ γέλως αὐτῶν ἐν σπατάλῃ ἁμαρτίας. Narratio ſtultorum onerofitas, & riſus eorum in deliciis peccati. Improborum oratio atque vitæ conſuetudo nullam gratiam ad alios inſtituendos, ædificandos, conſolandos habere poteſt. Tota eorum vitæ ſermoniſque ratio eſt periculoſa, grauis, pernicioſa ad offendendos corrumpendóſque hominum animos accommodata. 15 Oratio hominis crebrò iurantis, &c. λαλιὰ πολυόρκου ὀρθώσει τρίχας, καὶ ἡ μάχη αὐτῶν ἐμφραγμὸς ὤτων. Loquela multum iurantis eriget capillos, & rixa [aut, pugna] eorum, obturatio aurium. Sunt qui non contenti ſermonis ſimplicitate ac virtute, omni contentione vehementique aſſeueratione, iureiurando ſingulis propè verbis interpoſito vti ſolent: quorũ oratio eſt huiuſmodi vt piorũ Deúmque timentium cogitatio auréſque ab ea maximopere abhorreant. 16 Concertatio ſuperborũ ſanguinis, &c. ἔκχυσις αἵματος, μάχη ὑπερηφάνων, καὶ ἡ διαλοιδόρησις αὐτῶν, ἀκοὴ μοχθηρά. Effuſio ſanguinis pugna [aut, rixa] ſuperborum, & conuitiatio illorum, auditio praua. Hac ſententia natura & conſuetudo ſuperborum notatur, quorum duo ſunt ſigna conſequentia: ſanguinis effuſio ac cædes, & maledictio ac contumelioſa verborum contentio. ſunt enim tum manu tum lingua violenti.

Suprà 19.b.10 & 22.c.28

‖Qui denudat arcana amici, fidem perdit: & nō inueniet amicum ad animum ſuum. 17

Dilige proximum, & cōiungere fide cum illo. 18

C Quòd ſi denudaueris abſcōſa illi⁹, non perſequaris poſt eum. 19

Sicut enī homo q̄ perdit amicū ſuū, ſic & qui perdit amicitiā proximi ſui. 20

Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua: ſic dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. 21

Non illum ſequaris, quoniam longè abeſt: effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniā vulnerata eſt aīa eius. 22

Vltrà eum non poteris colligare, & maledicti eſt concordatio: 23

Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infœlicis. 24

Prouer.10.b.10

‖Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet. 25

In conſpectu oculorum tuorū condulcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur: nouiſſimè autem D peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. 26

Multa odiui, & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. 27

Qui in altū mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa diuidet vulnera. 28

Prouer.26.d.27 eccles 10.b.8

‖Et qui foueam fodit, incidet in eā: & qui ſtatuit lapidē proximo, offendet in eo: & qui laqueum illi ponit, peribit in illo. 29

Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur: & non agnoſcet vnde adueniat illi. 30

Illuſio & improperium ſuperborū, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. 31

Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum: dolor autem cōſumet illos antequam moriantur. 32

Ira & furor vtraque execrabilia, & vir peccator continens erit illorum. 33

Cap. XXVIII.

Deut.32.e.35 rom.12.d.19

‖QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius ſeruans ſeruabit. 1

″Enuntiator arcanorum fidē amiſit, nec pro voto animi ſui amicum inueniet.

Fac ames amicum, ac te ei fidum præbeas.

Quòd ſi efferas eius arcana, ne aſſecteris eum poſtea:

Vt enī quiſpiā inimicū perdit ſuū, ita amicum tuū perdideris:

Et quaſi qui auem manu emiſeris, ita amittes amicum, quē nullo venatu recuperes.

Ne ſecteris eum, quoniam procul abſceſſit: & quaſi caprea effugit laqueum.

Nam vulnus quidem obligari poteſt, & à cōuitiis aliquis reconciliationi locus eſt: ″proditor verò arcani omnem fidem amiſit.

″Mala molitur nictās oculo: qui nouerit ipſum, miſſum faciet.

In conſpectu tuo loquetur ſuauia, dictáque tua mirabitur: poſtea verò peruertet os ſuum, dictáque tua in offenſionē adducet.

″Odio permulta ſum proſequutus, ſed nihil æquè atque talem: eum etiam Dominus oderit.

″Qui lapidem proiicit in altum, in caput ſuum proiicit: & ictus doloſus magnum vulnus infligit.

Qui foueam effodit, in eandem incidet: & qui laqueū ponit, eodem capietur.

″Qui mala molitur, malis īuoluetur: nec ſciet vnde ſibi ingruat.

″Ludibriū & opprobrium comitatur ſuperbos, & vltio eis quaſi leo inſidiabitur.

″Qui lætantur caſu piorum, capientur laqueo: & ante mortem dolore conficientur.

Et furor & ira ſunt execrabilia, & vir ſceleratus his erit obnoxi⁹.

Cap. XXVIII.

C″Vpidum vltionis vltio manet à Domino, & peccata eius ſedulò conſeruabit.

17 Enuntiator arcanorū, &c. ὁ ἀποκαλύπτων μυστήρια ἀπώλεσε πίστιν, καὶ οὐ μὴ εὕρῃ φίλον πρὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Reuelans arcana perdidit fidē, & nō inueniet amicum ad animam ſuam. id eſt ex ſententia animi ſui. aut, ſicut deſiderat. Fundamentum amicitiæ eſt fides, quæ in rebus commiſſis creditiſque verſatur: itaque perfidioſi homines ac proditores arcanorum non facilè amicum reperient. Sed de fidelitate in amicitiis conſeruanda multæ antè ſententiæ ſunt traditæ: itaque in his quæ ſequuntur, non immorabor: pluribus enim verbis Sapiens oſtendit quēadmodum perfidia amicorum amicitiæ aboleantur. 24 Proditor verò arcani, &c. ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια ἀπώλεσε πίστιν. Quidam codices habent ἀπήλπισεν ſpe excidit. nō eſt ei ſperandum vt amicum vnquam inueniat. Qui enim amicū prodit, cōmunis omnium inimicus exiſtimatur: itaque in cæteris iniuriis atque offenſionibus reditus in gratiam ſperatur: in hoc ſcelere commiſſo omnis ſpes reconciliationis tollitur. 25 Mala molitur, &c. διανεύων ὀφθαλμῷ, τεκταίνει πονηρά· καὶ ὁ εἰδὼς αὐτὸν, ἀποστήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Qui annuit oculo, fabricat mala: & qui cognouerit illum, recedet ab eo. Hoc loco notat Sapiens aliud improbum hominum genus in conſuetudine vitæ maximopere pernicioſum. Hoc autem eſt ſimulatorū ac diſſimulatorū, qui aliud ore vultúque oſtendunt, aliud habent incluſum in pectore: amicos laudant obſeruántque præſentes, abſentes verò omnibus iniquis lædunt ſermonibus, in ſummámque inuidiā adducunt: quorū oratio diuerſis tēporibus eſt tum mellita, tum acerba. 27 Odio permulta, &c. πολλὰ ἐμίσησα, καὶ οὐχ ὡμοίωσα αὐτῷ. Multa odi, & nō aſſimilaui ei. id eſt, nihil tam acerbè odi quàm huiuſmodi hominē ſe amicum coràm ſimulantem, & poſtea ſe inimicum exhibentem. Aperta profeſſio inimicitiarum minus eſt periculoſa, quàm hæc tecta ſub ſpecie amici maleuolentiæ odiique diſſimulatio. 28 Qui lapidem proiicit, &c. ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος, ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει, καὶ πληγὴ δολία διαρεῖ τραῦμα. Qui mittit lapidem in altum, ſuper caput ſuum mittit, & plaga doloſa [ſiue, fallax] diuidit [aut, diducit] vulnus. Plagam fallacem appellat, cuius vis initio nō animaduertitur: nō quæ nunc ictu infligatur, ſed quæ iam facta vulnus ipſum occulta quadam vi aperit ac maius facit. Hac autem ſimilitudine atque aliis quibus hoc loco vtitur, oſtendit Sapiens eos qui mala aliis moliuntur, eóſque iniuriis afficiunt, ſibi magis nocere quàm iis quibus iniuriam inferunt: omnia enim & praua conſilia, & maleficia grauius recidere in caput eorū qui alios lædere perderéque aggrediuntur. ipſi hoc non animaduertunt; ſed grauior eſt eorum plaga, quo minus animaduertitur ac ſentitur. Eſt autem hoc mirabile Dei iudicium quo iuſtitia eius maximè innoteſcit, quum homo impius in opere manuum ſuarum illaqueatus eſt, Pſal.9.d.17. 30 Qui mala molitur, &c. ὁ ποιῶν πονηρὰ, εἰς αὐτὸν κυλισθήσεται· καὶ οὐ μὴ ἐπιγνῷ πόθεν ἥκει αὐτῷ. Qui facit mala, in ipſum inuoluentur: nec ſciet vnde veniunt ei. Exemplar Toletanum in ſecundo membro legit, ἐπ' αὐτὸν αὐλισθήσεται ſuper ipſum morabuntur. aut, requieſcent. Vtraque lectio idem ſignificat, maleficia recidere in eos ipſos, in illiſque requieſcere qui eorum authores ſunt: quemadmodum etiam à quodam poeta dictum eſt, Malum conſilium conſultori peſſima res eſt. 31 Ludibrium & opprobrium comitatur ſuperbos, &c. ἐμπαιγμὸς καὶ ὀνειδισμὸς ὑπερηφάνων, καὶ ἡ ἐκδίκησις ὡς λέων ἐνεδρεύσει αὐτοῖς. Illuſio opprobriúmque ſuperborum, & vindicta quaſi leo inſidiabitur eis. Superbi in Scriptura nominantur qui ſuis freti viribus atque opibus, & aduerſus Deum ſe inſolenter efferunt, & cæteros homines contemnunt, iniuriiſque afficiunt ac opprimunt. eis certiſſima vindicta, pœnáque ignominiæ plena à Sapiente proponitur ac denuntiatur. 32 Qui lætantur, &c. παγίδι ἁλώσονται οἱ εὐφραινόμενοι ἐν πτώσει εὐσεβῶν, καὶ ὀδύνη καταναλώσει αὐτοὺς πρὸ τοῦ θανάτου αὐτῶν. Laqueo capientur, qui gaudēt in caſu piorum, & dolor conſumet eos ante mortem ipſorum. Sic Pſal.34.c.22, Interimet impium malitia, & odio habentes iuſtum, deuaſtabuntur.

IN CAPVT XXVIII.

1 Cupidum vltionis vltio, &c. ὁ ἐκδικῶν παρὰ κυρίου εὑρήσει ἐκδίκησιν, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ διατηρῶν διατηρήσει. Vlciſcens, à Domino inueniet vltionem, & peccata illius obſeruans obſeruabit. Hæc ſententia & aliæ quæ ſequuntur, ſunt de manſuetudine & clementia in offenſionibus aliis præſtanda, cuiuſmodi ſunt multæ in Euangelio, Remittite, & remittetur vobis, Luc.6.e.37: Qua menſura aliis metiemini, eadem vobis remetietur, Matt.7.a.2: & Iudicium ſine miſericordia ei qui nō fecerit miſericordiam, Iacob.2.c.13. Itaque hoc in genere nobis proponitur exemplum Dei erga nos ſumma lenitate miſericordiáque vtentis. Eſt Deus συγγνωμονικὸς natura propenſus ad ignoſcendum.

Remitte iniuriam proximo tuo,& tunc tibi quoque oranti peccata″diſſoluentur.

″Anne homo iram retineat aduerſus hominem,& à Domino ſalutem poſtulet?

″Aut erga hominem ſui ſimilem nullam capiat miſericordiam, & pro peccatis ſuis deprecetur?

″Ipſe quum ſit caro,iram fouet,& quis peccata eius expiabit?

″Memento extremorum, atque inimicitias depone: perniciem mortémque proximo per irã ne mineris, ſed perſiſte in mãdatis.

Memento mandatorum,nec iraſcaris proximo.

″Pactum Altiſſimi tibi propone,& ignorantiam deſpice.

Abſtine à rixis,peccatáque minues.

Nam iracundus homo pugnam accendet:″vir ſceleratus cõturbat amicos, atque inter eos qui pacem habẽt, calumniam iniicit.

″Pro materia ſubiecta ignis exardeſcit, ita pro vehementia pugnæ ardor excitatur: & pro viribus hominis furor eius inualeſcit, próque opibus eius ira augeſcit.

″Rixa feſtinata ignem accendit, pugnáque properè ſuſcepta effundit ſanguinem.

″Scintilla,ſi afflaueris,accendetur:ſin expueris in eam,extinguetur:attamen vtrunque tuo ex ore proficiſcitur.

″Delatorem execreris & bilinguem:multos enim pacem habentes perdiderunt.

Lingua duplex multos commouit,eóſque ex alia in aliam gentem tranſtulit.

2 Relinque proximo tuo nocẽti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.

3 ¶Homo homini reſeruat iram,& à Deo quærit medelam? Matth.6.b.14

4 In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam,&de peccatis ſuis deprecatur?

5 Ipſe dum caro ſit,reſeruat iram,& propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?

6 Memento nouiſſimorum,& deſine inimicari.

7 Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius.

8 Memorare timorem Dei,& non iraſcaris proximo.

9 Memorare teſtamentum Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi.

10 ¶Abſtine te à lite,& minues peccata. Suprà 8.a.1

11 Homo enim iracundus incendit litẽ,& vir peccator turbabit amicos: & in medio pacem habẽtium immittet inimicitiam.

12 ¶Secundum enim ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcit: & ſecũdum virtutem hominis,ſic iracundia illius erit:& ſecundum ſubſtantiam ſuam,exaltabit iram ſuam. Proue.26.c.21

13 Certamen feſtinatũ incendit ignẽ, & lis feſtinans effundit ſanguinem:& lingua teſtificans adducit mortem.

14 Si ſufflaueris,quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur;vtraque ex ore proficiſcuntur.

15 ¶Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacẽ habẽtes. Supra 21.d.30

16 Lingua tertia multos commouit, diſperſit illos de gente in gentem.

17 Ciuitates muratas diuitum deſtruxit,& domos magnatorum effodit.

2 Diſſoluentur,&c. λυθήσονται ſoluentur. id eſt remittentur & condonabuntur. Sunt enim peccata quædam quaſi debita quibus Deo obligamur:quæ quum nobis gratuito remittuntur,iniuria quaſi quædam pecunia diſſoluitur.Itaque duobus verbis vtitur quæ idem ſignificant,ἀφίεσθαι καὶ λύεσθαι remitti ac diſſolui. 3 Anne homo iram,&c. ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργὴν, καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν; Homo homini conſeruat iram, & à Domino quærit ſanationem? Hoc loco Sapiens oſtendit indignitatem atque iniquitatem hominis poſtulantis à Deo ſibi ignoſci,quum implacabili in alios animo offenſionem ſuſceptã retineat.Eſt autem ira,cum offenſione cupiditas vlciſcendæ iniuriæ. 4 Aut erga homin.ſui,&c.καὶ ἐπ' ἄνθρωπον ὅμοιον αὐτῷ οὐκ ἔχει ἔλεον. Et in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam.Hanc iniquitatem oſtendit ſimilitudo à Chriſto in Euangelio propoſita duorum ſeruorum,quorum alter à domino benigniſſimè tractatus,& miſericordiam conſequutus,conſeruum inhumaniſſimè vexauit,Matth.18.d.30. 5 Ipſe quum ſit,&c.αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν,καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; Ipſe caro exiſtens cõſeruat iram,& quis propitiabit peccata illius? Quidam pro carne vertunt Ipſe mortalis: ego malui nomen carnis retinere,quo admonẽtur magis homines ſuæ infirmitatis,vt ad veniã aliis dandã ſint propenſiores.

6 Memento extremorum,atque,&c.μνήσθητι τὰ ἔσχατα,καὶ παῦσαι ἐχθραίνων· καὶ μὴ μηνίσῃς τῷ πλησίον καταφθορὰν καὶ θάνατον.Memento nouiſſimorum,& deſine inimicari:ac ne mineris iracundè proximo interitum[ſiue,exitium] & mortem.ἔχθρα odiũ eſt,inde ἐχθραίνειν pro Acerbè inimicitias gerere ac exercere,à qua odii acerbitate Sapiens vult nos abeſſe. Qui autem iraſcitur,ſi diu confirmatur in iracundia, ita exacerbatur animo,vt fiat inimicus:qui odio affectus,iam nihil aliud habet propoſitum quàm exitium atque interitum eius quem odit.Itaque Sapiens monet ne initio, iracundiæ indulgeamus, ſed moderemur, eámque comprimamus, atque animi placabilitate omnem offenſionem deponamus. 9 Pactum Altiſſimi,&c.καὶ διαθήκης ὑψίστου,καὶ πάριδε ἄγνοιαν.ſubaudiendum eſt verbum μνήσθητι memẽto.& pacti Altiſſimi *memento*,& neglige[id eſt omitte]ignorantiam. Obliuio enim doctrinæ Diuinæ eiuſque fœderis quod nobis cum Deo eſt inſtitutũ, adducit homines in ſummam rerum omniũ ignorationẽ, ex qua peccata omnia exiſtunt.Aſſidua verò meditatio ac recordatio Legis Dei eiúſque gratiæ,nos in timore continet. 11 Vir ſceleratus conturbat,&c. ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ταράξει φίλους,καὶ ἀναμέσον εἰρηνευόντων ἐμβαλεῖ διαβολήν.vir peccator turbabit amicos,& in medium pacem habentium immittet calumniam.Sunt homines quidam pacis & concordiæ inimici,qui in omni vitæ ſocietate & amicitia nihil aliud ſtudent, quàm odia diſſidiáque excitare, atque ita omnem vitæ pacem ac tranquillitatem perturbare. Sunt autem natura iracundi & contentioſi ingenio,ad odia belláque gignenda accommodati : quod genus hominum à Solomone in Prouerbiis aliquot locis deſcribitur.His contrarii ſunt εἰρηνοποιοὶ pacifici, qui animo ingenióque ita ſunt placido & quieto,vt cæteris quoque omnibus pacis authores atque effectores ſint,quos Dominus,Matt.5.a.9,beatos eſſe pronũtiat. Altero autẽ genere hominum litigioſo ac turbulento nihil vitæ humanæ pernicioſius eſſe poteſt. 12 Pro materia ſubiecta,&c.κατὰ τὴν ὕλην τοῦ πυρὸς οὕτως ἐκκαυθήσεται,κατὰ τὴν στερέωσιν τῆς μάχης τὸ πῦρ αὐξηθήσεται. Secundum materiam ignis ſic accendetur, ſecundum firmitudinem [id eſt vim cõtentionis]ignis augebitur.Pulchra ſimilitudo qua acerbitas& vis diſſidiorum ac iurgiorum demonſtratur.Nam vt ignis pro magnitudine materiæ ſubiectæ incrementum ſuſcipit,ita etiam animorum ardor pro vehementia ſuſceptæ contentionis,cui etiam vires opéſque quaſi quædam alimenta,à Sapiente ſubiiciuntur. 13 Rixa feſtinata ignem accendit,&c.ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ,καὶ μάχη κατασπεύδουσα ἐκχεῖ αἷμα.Contentio accelerata accendit ignem, & pugna feſtinans effundit ſanguinem. Iſti ſunt gradus ſeriéſque cauſarum & effectorum, vt homines primùm iurgiis ac rixis ad contentionem exardeſcant, deinde ad manus & pugnam veniant: ex qua effuſio ſanguinis cædéſque exiſtit. Celeritas autem & vehementia contentionis ita animos inflammat, vt nullus rationi moderationique locus relinquatur.Itaque ex hoc exitu monet Sapiẽs vt omnis acerba animorum & offenſio & contentio maturè extinguatur,ne vſque ad cædem progrediatur. 14 Scintilla,ſi afflaueris,&c.φυσήσῃς εἰς σπινθῆρα,καήσεται· καὶ ἐὰν πτύσῃς ἐπ' αὐτὸν, ἀποσβεσθήσεται.Pulchra ſimilitudo qua oſtendit quemadmodum iurgia & certamina initio ab homine aut excitẽtur,aut ſedentur, eorúmque vtrunque eſſe in eius poteſtate. Homo ex eodem ore poteſt ſcintillã aut inflammare afflando, aut extinguere expuendo: ita oratione aut pacifica animos offenſos ſedare, & ad omnem manſuetudinẽ flectere:aut acerba,ad arma præliáque incitare.Oſtendit autem initio,huic malo & periculo occurrendũ eſſe.

15 Delatorem execreris,&c.ψίθυρον καὶ δίγλωσσον καταράσασθε.Suſurronem & bilinguem execramini.aut,deteſtamini.Loquutus Sapiens hactenus de iracundia odiorúmque acerbitate,nunc monet de linguæ prauitate,qualis eſt ſuſurronũ ac delatorũ, quorum lingua auréſque ad perturbandam omnem vitæ tum publicæ tum priuatæ ſocietatem adhibentur.Sunt enim perturbatores vitæ aut natura turbulenti,cõtentioſi,iracundi,de quibus hactenus eſt dictum:aut lingua maledici, varii,& maleuoli,de quibus nunc præcipitur. Commemorat autem Sapiens pericula & mala quæ à lingua praua & varia proficiſcuntur.

C Virtutes populorū concidit,& gentes fortes diſſoluit. 18

Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. 19

Qui reſpicit illam,non habebit requiem,nec habitabit cum requie. 20

Flagelli plaga liuorem fecit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. 21

Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. 22

Beatus qui tect⁹ eſt à lingua nequā, qui in iracundiam illius nō tranſiuit: & qui non attraxit iugum illius,& in vinculis eius non eſt ligatus. 23

Iugū enim illius, iugum ferreū eſt: & vinculū illius,vinculum æreum eſt. 24

D Mors illius,mors nequiſſima: & vtilis potius inferus,quàm illa. 25

Perſeuerantia illius non permanebit: ſed obtinebit vias iniuſtorū, & in flamma ſua non comburet iuſtos. 26

Qui relinquunt Deum,incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. 27

Sepi aures tuas ſpinis,& linguā nequam noli audire: & ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis. 28

Aurum tuum & argentum tuū confla: & verbis tuis facito ſtatêram, & frænos ori tuo rectos: 29

Et attende ne fortè labaris in lingua,& cadas in conſpectu inimicorū inſidiantium tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. 30 Cap. XXIX.

QVi facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo: & qui præualet manu,mādata ſeruat. 1

Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. 2

18 Vrbes diruit validas,& potentium domos euertit.

19 Lingua duplex ſtrenuas profligauit mulieres,ſuíſque laboribus defraudauit.

20 'Qui attētè audit eā, trāquillitatē nō inueniet, nec quietā vitā.

21 'Plaga à flagello facta,veſtigia in cute impreſſa relinquit:plaga verò à lingua accepta,oſſa planè comminuit.

22 'Acie gladii multi occubuerunt, plures tamen per ipſam linguā interierunt.

23 'Beatus qui tutus fuit ab ea, nec in furorem eius incurrit:qui iugum ipſius non ſubiit,nec vinculis eius fuit conſtrictus.

24 Iugū enim illius iugū eſt ferreum:&vincula eius ærea vincula.

25 'Mors dira eſt mors illius, & Orcus potius quàm ea expetēdus.

26 'Pii eius imperium non ſuſtinebunt, neque illius flamma conflagrabunt.

27 'Qui deſerunt Dominum,incident in illam:eáque in ipſos exardeſcet,nec extingui poterit: in hos quaſi leo immittetur, & velut pardus interitum afferet.

28 'Ecce poſſeſſionem tuam vepribus circunſepias, & ori tuo valuas obicéſque opponas.

29 Obliga argentum & aurum tuum,orationíque tuæ ſtaterā adhibe,atque ori tuo valuas oppone & obices.

30 Attende ne labaris in illis,ne coram inſidiatore corruas.

Cap. XXIX.

1 QVi colit miſericordiam,proximo mutuū dabit:& qui manui ſuæ imperat,mandata cuſtodit.

2 'Proximo mutuum tempore neceſſitatis eius dato,rurſúmque ei *quod ab eo acceperis*,in tempore reddito.

20 Qui attentè audit eā,&c. ὁ προσέχων αὐτῇ οὐ μὴ εὕρῃ ἀνάπαυσιν, οὐδὲ κατασκηνώσει μεθ' ἡσυχίας. Qui attendit ei,nō inueniet requiem,nec habitabit cum quiete. id eſt,non viuet quietus ac tranquillus. Significat Sapiens aures non eſſe patefaciendas delatoribus ac maledicis hominibus,ſi volumus quieti pacique noſtræ conſulere. 21 Plaga à flagello,&c. πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπα, πληγὴ δὲ γλώσσης συνθλάσει ὀστᾶ. Ictus flagelli efficiet vibices,ictus verò linguæ cōminuet oſſa. Significat grauius lædi ac violari lingua improba & maledica famam atque exiſtimationē,quàm corpora cædi flagello & verberari. Turpiores enim notæ in vita moribúſque relinquūtur maledicētia linguæ, quàm in cute corporis cicatrices verberatione impreſſæ:neque ſolùm infamia maculáque turpiſſima vitæ ab ea inuritur, ſed etiā calamitas importatur:itaque hac cōparatione oſſiúmque cōminutione ſignificat Sapiēs grauiora vulnera animíque cruciamēta à lingua inferri. 22 Acie gladii,&c. πολλοὶ ἔπεσον ἐν στόματι μαχαίρας, καὶ οὐχ ὡς οἱ πεπτωκότες διὰ γλῶσσαν. Multi ceciderūt in ore gladii, & non vt qui ceciderūt propter linguam.aut(vt vertimus)per linguam,quaſi per inſtrumentū,acutiſſimúmque gladium.Itaque Dauid Pſal.120.a.2,non ſine cauſa de ea grauiſſimè cōqueritur,Domine eripe animam meam à labio mendaci,à lingua doloſa. Quid dabit tibi,& quid apponet tibi lingua doloſa?Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus iuniperorū.Et Pſal.51.a.4,linguam vocat nouaculam fallaciter iugulū hominis incidētem. 23 Beatus qui tutus fuit,&c. μακάριος ὁ σκεπασθεὶς ἀπ' αὐτῆς. ὃς οὐ διῆλθεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτῆς, ὃς οὐχ εἵλκυσε τὸν ζυγὸν αὐτῆς. Beatus qui tectus fuit ab ea,qui nō tranſiuit in iracundia[ſiue,indignatione]eius,qui non traxit iugum illius.Hoc maximū Dei eſt beneficium,cōſeruari ac protegi ab obtrectatione,virulentia,maledictionéque linguarū.quod & piis hoc loco,& Pſal.31.f.21,promittitur, Abſcondis eos tanquā in tabernaculo à contentione linguarū. 25 Mors dira,eſt mors,&c. θάνατος πονηρὸς ὁ θάνατος αὐτῆς, καὶ ὁ λυσιτελὴς μᾶλλον ὁ ᾅδης αὐτῆς. Mors mala mors illius,& conducibilis magis infernus quàm ea.His verbis ſignificat magnitudinē acerbitatémque opprobrii à lingua maledica inuſti,mortémque vitæ ac famæ ab ea violatæ ac deformatæ anteponēdam eſſe. 26 Pii eius imperium,&c. οὐ μὴ κρατήσῃ εὐσεβῶν, καὶ ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσονται).Nō dominabitur piis,& in flamma eius non cōburentur.Significat imperium graue,violentum,& immoderatū eſſe linguæ,ab eáque maximū & periculoſum excitari incendium,quod longè à piis ſit abfuturum. Dominus enim quē piè colunt,ipſos cuſtodit,facitque ne vlla linguæ virulentia iniuriáque eos lædat. 27 Qui deſerunt Dominū,&c. οἱ καταλείποντες τὸν κύριον ἐμπεσοῦνται εἰς αὐτήν. Quemadmodum ſingularis Dei gratia & beneficentia erga pios perſpicitur in hoc linguæ periculo ac maleficio à quo tuti conſeruantur:ita ſumma eiuſdem ira vindictáque in improbos,qui certo Dei iudicio huic incendio exitióque obiiciuntur: ex quo quæ ſit vis & pernicies improbæ linguæ,intelligi poteſt. 28 Ecce poſſeſſionem,&c. ἴδε περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις, καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θυρώματα καὶ μοχλούς. Ecce circunualla poſſeſſionem tuam ſpinis, &ori tuo fac valuas & obices. Poſtquam Sapiens demōſtrauit pericula & mala quæ à linguæ prauitate maledicentiáque inferuntur, nunc hortatur ad eius continentiam & moderationem pulchra collatione poſſeſſionis vepribus circunſeptæ. Poſſeſſio ſepe eſt diligenter munienda & claudenda:os verò hominis foribus valuiſque occludendū,quibus linguæ intemperantia contineri poſſit. Vtroque in genere clauſura cuſtodiáque maximopere eſt neceſſaria,ſed cōtrarium ad vſum:in poſſeſſione,ne beſtiæ ac feræ noxiæ ingrediantur:in ore verò,ne verba diſſoluta & pernicioſa egrediantur.

'Legitur & ἀπὸ προσώπου αὐτῆς à facie ipſius.

IN CAPVT XXIX.

1 Qui colit miſericordiam,&c. ὁ ποιῶν ἔλεος δανιεῖ τῷ πλησίον, καὶ ὁ ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ τηρεῖ ἐντολάς. Qui facit miſericordiam,fœnerabitur proximo:& qui præualet manui ſuæ,cuſtodit mandata.Hoc toto ferè capite præcipitur de beneficentia,cuius duplex eſt ratio:vna in cōferendo ac dando beneficio,altera in reddendo: gratia enim aut confertur, aut refertur. Itaque quoniam homines ſunt ad accipiendum propenſiores quàm ad dandum,moderatione manus quid facere debeant oſtendit.Nam ita manui imperandum eſſe dicit,vt eam non ſolùm ad accipiendum,ſed multo magis ad dandum largiendumque porrigamus. Eſt autem liberalitas magis ἐν τῇ δόσει quàm λήψει, atque ἐν τῷ εὖ ποιεῖν ἢ εὖ πάσχειν. Complures ſunt illiberales,parci, tenaces,qui accipere ac retinere ſemper volunt,nihil dare:itaque hac manus moderatione mihi videtur animum ſtudiúmque in gratia aut conferenda aut referenda ſignificare. 2 Proximo mutuum tempore,&c. δάνεισον τῷ πλησίον ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀπόδος τῷ πλησίον εἰς τὸν καιρόν.Ego tantùm addidi Quod ab eo acceperis,vt ſententia ſit apertior.Complectitur enim Sapiens illa duo beneficiorum genera quæ paulo antè propoſui:quorum vnum eſt in dando, alterum in reddendo. Loquitur autem de mutuo,ſed ex hoc vno genere omnis bene merendi ratio intelligenda eſt.

'Fac tua cõfirmes dicta, fidúmque te illi præbeas: & in omni tẽ- 3
pore neceſſaria tibi reperies.
'Multi quod mutuò acceperant pro reperto habuerunt, mole- 4
ſtiámque iis exhibuerunt à quibus adiuti eſſent.
'Eſt qui dum accipiat, manum alterius exoſculatur: & propter 5
pecunias proximi voce vtitur ſupplici.
'Qui rurſum, quum reſtituendum eſt, extrahit tempus: negligẽ 6
tíſque hominis verba dat, & tempus excuſat.
'Quòd ſi etiam ſoluendo eſt, dimidiam vix partem affert, debi- 7
túmque pro repertitio arbitratur.
Sin minus ſua ipſum pecunia defraudat, atque inimicitias cum 8
eo vltrò ſuſcipit:
Execrationes conuitiáque ei rependens, pro honore illi reddit 9
contumeliam.
'Multi igitur ob hanc malitiam ſe auertunt ab homine, ac nul- 10
lo ſuo merito defraudari metuunt.
'Veruntamen erga hominem humilem patiẽs eſto, neque eum 11
expectatione beneficii diu ducas.
'Propter præceptum ſubueni pauperi: atque eũ, quia inops eſt, 12
ne repudies.
'Propter fratrẽ & amicũ amitte pecuniã, vt nihil emolumẽti ad 13
te redeat: neq; ſub ſaxo eã abdens, ad interitum rubigine obducas.
'Theſaurum tuum ſecundum mãdatum Altiſſimi colloca, & ti- 14
bi magis quàm aurum proderit.
'In cellas tuas conclude beneficẽtiam, & ea te ex omni afflictio- 15
ne liberabit.

3 Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tẽpore inuenies quod tibi neceſſarium eſt.

4 Multi quaſi inuẽtionem æſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiã his qui ſe adiuuerunt.

5 Donec accipiant, oſculantur manus dantis: & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam.

6 Et in tempore redditionis poſtulabit tẽpus, & loquetur verba acediæ, & murmurationũ, & tẽpus cauſabitur.

7 Si autem potuerit reddere, aduerſatus ſolidè, vix reddet dimidiũ: & cõputabit illud quaſi inuentionem.

8 Sin autem fraudabit illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis.

B

9 Et cõuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.

10 Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt.

11 Veruntamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas illum.

12 Propter mandatum aſſume pauperem: & ꝓpter inopiam eius ne dimittas eum vacuum.

Infrà 39.

13 Perde pecuniam propter fratrẽ & amicum tuum: & non abſcondas illã ſub lapide in perditionem.

14 Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum.

15 |Cõclude eleemoſynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

Dan.4.c.24
luc.11.f.41
act.10.a.4

16 |Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.

Suprà 17.c.18

C

17 Et poſtea reſurget, & retribuet illis retributionẽ vnicuique in caput

3 Fac tua confirmes dicta, &c. στερέωσον λόγον σου, καὶ πιστώθητι μετ' αὐτοῦ· καὶ ἐν παντὶ καιρῷ εὑρήσεις τὴν χρείαν σου. Cõfirma verbum tuum, & fideliter age cũ eo, & in omni tẽpore inuenies neceſſitatẽ tuã. Cõmendatur hoc loco fides, iuſtitiæ fundamentũ: quæ nihil aliud eſt quàm dictorum factorúmq; cõſtantia & veritas: vt mutuũ aut depoſitũ reddere, aut quippiã promiſſum præſtare. 4 Multi quod, &c. πολλοὶ ὡς εὕρημα ἐνόμισαν τὸ δάνος. Multi quaſi inuentionẽ [aut, rem inuentã] æſtimauerũt mutuò datũ. Oſtẽdit iniquitatẽ hominũ πλεονεκτῶν auarorũ quorũ manus ſemper reperta eſt ad accipiendũ, nõ ad reddendũ. Quod enim mutuò acceperũt, in eo retinẽdo poſſidendóque ita ſunt affecti, quaſi repertũ aut gratuitò datũ ipſis eſſet. 5 Eſt qui dum, &c. ἕως οὗ λάβῃ, καταφιλεῖ χεῖρας αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων τοῦ πλησίον ταπεινώσει φωνήν. Donec accipiat, deoſculatur manus eius: & in pecuniis proximi humiliabit vocẽ. Notat propoſitũ genus hominũ creditas pecunias retinentiũ, eorúmq; mores demõſtrat, qui humiles ac ſupplices ſunt ad rogandũ, quũ aliorũ benignitate opus habẽt: ſed ad reſtituendũ quod acceperũt negligentes. 6 Qui rurſum, &c. καὶ ἐν καιρῷ ἀποδόσεως παρελκύσει χρόνον, καὶ ἀποδώσει λόγον ἀκηδίας. Et in tẽpore reſtitutionis protrahet tẽpus, & reddet verbũ pigritiæ. aut, negligentiæ. id eſt hominis non curãtis. 7 Quod ſi etiã, &c. ἐὰν δὲ ἰσχύσῃ δοῦς, μόλις κομιεῖται τὸ ἥμισυ, καὶ λογιεῖται αὐτὸ ὡς εὕρημα. Si autẽ potuerit dare, vix afferet dimidium, & cõputabit illud quaſi inuentũ. Notat Sapiẽs ſemper malam fidem auarorum, qui creditores nõ ſolùm de die in diem ducũt, ſed etiã fallunt ac deſtituunt. Homines ſunt fraudulenti & malæ fidei, ac propterea iniuſti, ſicut ſunt omnes πλεονέκται, ſui tenaces ac parci, alieni appetentes. 10 Multi igitur, &c. πολλοὶ οὖν χάριν πονηρίας ἀπέστρεψαν τὸν ἄνθρωπον, ἀποστερηθῆναι δὲ δωρεὰν εὐλαβήθησαν. Multi igitur cauſa malitiæ auerterũt hominẽ. ſiue, repudiarũt: à beneficẽtia ſua excludẽtes, mutuúmq; ac beneficiũ ei negãtes, id ſibi fraudi fore arbitrati. ita debitores improbi nõ creditoribus ſolùm nocẽt, verùm etiã cæteris quibus ſuo exẽplo aliorũ beneficentiã impediũt ac tollũt. δωρεὰν gratis, ſine cauſa, immeritò: quũ pro beneficio ipſis iniuria redditur. Hæc enim eſt iniqua gratiæ relatio. 11 Veruntamen erga hominẽ, &c. πλὴν ἐπὶ ταπεινῷ μακροθύμησον, καὶ ἐπὶ ἐλεημοσύνῃ παρελκύσῃς αὐτόν. Verùm in humili patiẽs ſis, & in beneficentia ne extrahas ipſum. Hoc loco monet Sapiẽs in ſummis aliorũ fraudibus atq; iniuriis, maximã animi æquitatẽ humanitatémq; præſtandã eſſe, ne aliorũ iniuria & perfidia miſericordiã pauperibus ſupplicibúſq; debitã impediat. Nõ enim debet aliorũ iniquitas cõmune indigentiũ ac miſerorũ perfugiũ tollere. Itaque etſi multi beneficio indigni reperiantur, ea tamen eſt adhibẽda moderatio atq; animi æquitas, vt humiles ac ſupplices noſtra benignitate cõplectamur. Hoc enĩ ſignificat μακροθυμεῖν, in maxima hominũ perfidia & iniuria ſummã patientiã, humanitatẽ, miſericordiámque erga inopes beneficio nõ indignos præſtare. Sic enim Matt. 18. c. 26, ſeruus qui domino ſuo rationẽ reddere nõ poterat, nec ſoluẽdo erat, orat vtens hoc verbo, κύριε μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί. Hæc enim animi affectio quæ μακροθυμία Græcè, patientia, lenitas, æquitáſq; animi Latinè dici poteſt, acerbitati opponitur: qua pleriq; in beneficio aut exigẽdo aut negãdo vti ſolent. 12 Propter præceptũ, &c. χάριν ἐντολῆς ἀντιλαβοῦ πένητος, καὶ κατὰ τὴν ἔνδειαν αὐτοῦ μὴ ἀποστρέψῃς αὐτόν. Gratia mãdati adiuua pauperẽ, atq; in eius egeſtate ne auertas eũ. Deus in primis charitatẽ ac beneficentiã præcipit: ea autẽ in pauperes indigẽtéſque eſt cõferenda. κατὰ τὴν ἔνδειαν iuxta inopiã indigẽtiãque illius. id eſt, quia eſt inops: vt cauſalẽ vim habeat. 13 Propter fratrẽ, &c. κενὸν ἀπόλεσον ἀργύριον διὰ ἀδελφὸν καὶ φίλον. Vacuũ perde argentũ propter fratrẽ & amicũ. argentũ amitti vacuũ dicit, quod gratuitò & ſine vlla ſpe mercedis vlliúſque gratiæ reddendæ in proximũ cõfertur: non quòd beneficiũ ita poſitũ intereat, ſed quia hæc gratuita largitio amiſſióque pecuniæ inutili argenti aſſeruationi rubiginique opponatur. Præſtat enim hoc modo pecuniã amitti, quàm humi defoſſam, ſub ſaxóq; abditam rubigine obduci & corrũpi. 14 Theſaurum tuũ, &c. θὲς τὸν θησαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον. Pone theſaurũ tuũ iuxta mãdata Altiſſimi, & tibi proderit magis quàm aurũ. Theſaurus noſter ἀνέκλειπτος qui nunquã deficit, deponẽdus atque aſſeruandus nobis eſt in cælo: ſed tamẽ in hac vita apud pauperes collocatur, in quos beneficia collata Dominus ita accipit, quaſi in ipſum contuliſſemus. Fœnerat enim Domino, qui mutuum dat pauperi. et Chriſtus vult nos hoc modo in æterna tabernacula recipi, Luc. 16. c. 9.

Legitur & ἐπὶ ταπεινῷ.

15 In cellas, &c. σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμιείοις σου. Cõclude eleemoſynã ĩ penetralibꝰ tuis. Cõtinuat Sapiẽs inſtitutã admonitionẽ atq; hortationẽ ad beneficẽtiã, manẽs in ſimilitudine theſauri bene collocãdi & cuſtodiẽdi. Reponitur enĩ in locis occultis atq; abditis: ita beneficia noſtra vult cõferri, vt ſine vlla oſtẽtatione ea apud inopes indigẽtéſq; ponamꝰ. Neceſſitates enĩ proximorũ ſunt quaſi quædã cellæ, in quibꝰ beneficia ſunt & reponẽda & aſſeruãda. Subiũgit ſtatim fructũ beneficẽtiæ ita poſitæ, liberationẽ à malis, atq; aduerſus hoſtes firmiſſimã propugnationẽ ac defẽſionẽ. Nulla enĩ re homo aduerſus õnia pericula magis poteſt eſſe munitꝰ ac tectꝰ, ꝙ beneficẽtia & miſericordia.

illorum.

Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam, aduerſus inimicum tuum pugnabit.

Vir bonus fidē facit pro proximo ſuo, & qui perdiderit confuſionem, de relinquet ſibi.

Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam.

Repromiſſorem fugit peccator & immundus.

Bona repromiſſoris ſibi adſcribit peccator, & ingratus ſenſu derelinquet liberantem ſe.

Vir repromittit de proximo ſuo, & quum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo.

Repromiſſio nequiſſima multos pdidit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris.

Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gētibus alienis.

Peccator trāſgrediēs mandatū Dñi, incidet in promiſſionē nequā: & q conatur multa agere, incidet in iudiciū.

Recupera proximum ſecundū virtutem tuā, & attende tibi ne incidas.

Infrà 39.c.31

D ‖Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregrè ſine domicilio.

18 Magis quàm ſcutum validum robuſtáque lancea, aduerſus hoſtem pro te pugnabit.

19 ʹVir bonus fideiubet pro amico: at qui pudorem amiſit, eum deſerit.

20 ʹGratiæ à fideiuſſore collatæ ne obliuiſcaris, animam enim pro te ſuam depoſuit. Fideiuſſio.

21 Beneficium ſponſoris ſceleratus euertit.

22 ʹSceleratus refugit à fideiuſſione, & ingratus liberatorem ſuum iam animo deſerit.

24 ʹFideiuſſio multos perdidit fœliciter agētes, eóſque in modum marini fluctus agitauit.

25 Viros potentes expulit domo, atque inter gentes peregrinas vagos effecit.

26 ʹSceleratus præceptorū Domini violator, incidet in ſpōſiones: & qui præſtanda conſectatur aliena negotia, litibus implicabitur.

27 ʹOpitulare proximo pro facultate tua: veruntamen caue tibi ne cadas.

28 ʹPræcipuum vitæ humanæ præſidium eſt aqua, cibus, & veſtitus, atque domus ad integumentum turpitudinis neceſſaria.

29 ʹVictus pauperis ſub tecto trabibus confecto præſtat, quàm lautus ciborum apparatus in alienis.

19 Vir bonus fideiubet, &c. ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγγυήσεται τὸν πλησίον, καὶ ὁ ἀπολωλεκὼς αἰσχύνην ἐγκαταλείψει αὐτόν. Vir bonus ſpondebit pro proximo: & qui perdidit verecundiam, relinquet illum. Duobus modis proximus iuuari poteſt: aut pecunia mutuò danda, aut fide interponenda. De priore beneficentiæ ratione hactenus dixit: nunc de poſteriore, quæ ſponſio aut fideiuſſio nominatur: in qua ſæpe plus ineſt & officii ac beneficii, & periculi, quàm in pecuniæ largitione ac mutuatione. Itaque Solomon in Prouerbiis non ſemel monet vt in hoc officii genere ſumma cautio adhibeatur. Sapiens non vult pro quouis fideiuberi, ſed pro amico: quemadmodum Iſocrates eiuſdem nomine vult oblatum iuſiurandum accipi, vt amicus periculo in quo verſatur, liberetur. Hoc officii genere differt verus amicus ab infideli ac deſertore, quem nihil pudet amicum in neceſſitate deſtituere. 20 Gratiæ à fideiuſſore, &c. χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, ἔδωκε γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπέρ σου. Gratias ſponſoris ne obliuiſcaris, animam enim ſuam dedit pro te. Hic oſtendit Sapiens quantum ſit beneficium eius qui fidem ſuam pro altero ita interponit obſtringitque, vt rei, famæ, ac vitæ periculum ſit præſtaturus. Itaque dicit huiuſmodi beneficium gratiſſima memoria complectendum. Qui obliuiſcuntur, ſunt ingrati & improbi. 22 Sceleratus refugit, &c. ἐγγύην φεύξεται ἁμαρτωλὸς, καὶ ʹἀχάριστος ἐν διανοίᾳ ἐγκαταλείψει τὸν ῥυσάμενον αὐτόν. Spōſiones fugiet peccator, & ingratus in cogitatione derelinquet eum qui ipſum liberauit. Duæ ſunt notæ ingenii & animi praui in improbo: vna illiberalis, altera immemoris atq; ingrati. Nā neq; fide ſua vult alterū iuuare, neq; ab alio adiutus gratia in eodē genere ei referre. 24 Fideiuſſio multos perdidit, &c. ἐγγύη πολλοὺς ἀπώλεσε κατευθύνοντας, καὶ ἐσάλευσεν αὐτοὺς ὡς κῦμα θαλάσσης. Spōſio multos perdidit dirigētes, [ſiue, res ſuas rectè adminiſtrātes] & eos cōmouit, [aut, exagitauit] vt fluctus maris. Hoc loco oſtēdit Sapiēs periculoſas eſſe fideiuſſiones, nec temere pro quouis ſuſcipiēdas. Qui enim pro aliquo fideiubet, eo deficiente, promiſſūmq; nō præſtante, ſe in locū illius ſupponit: ſiue de re, ſiue de capite exiſtimationéque agatur. promittit enim ſe & debitum & periculū famæ ac vitæ præſtaturum, ſi alius fallit, aut aliquo modo deficit. Significat autem euerſos fortunis, bonis, domo, patriáque expulſos eos qui incōſideratius imprudentiúſque pro aliis fidem ſuam obſtrinxerunt. 26 Sceleratus præceptorum Domini, &c. ἁμαρτωλὸς παραβαίνων ἐντολὰς κυρίου, ἐμπεσεῖται εἰς ἐγγύην· καὶ διώκων ἐργολαβίας, ἐμπεσεῖται εἰς κρίσεις. Peccator tranſgrediens mandata Domini, incidet in ſponſionem: & perſequens redempturas, incidet in iudicia. Sunt plerique πολυπράγμονες, id eſt homines curioſi, qui quum in ſuis rebus non poſſint acquieſcere, præſentique fortuna cōtenti eſſe, multis negotiis implicantur: pluráque aut ſpondendo, aut redimendo ſuſcipiunt, quàm & res ipſorum & fides pati poſſit: itaque certiſſimo Dei iudicio multis controuerſiis, moleſtiis, periculiſque implicātur. In rebus enim gerendis ac contrahendis cum proximis mala cum conſcientia verſantur. ἐργολαβίαι ſunt redemptiones operum ac negotiorum, quales erant olim publicanorum ac negotiatorum Romanorum ex equeſtri ordine, qui in prouinciis vectigalia populi Romani redimebant, atque exercebant: in quibus etiam multos homines habebant quorum opera vtebantur. Quantæ autem & quàm acerbæ controuerſiæ, lites, contentionéſque ex eo hominum genere exiſterent, ex hiſtoriis cognoſci poteſt. Huiuſmodi enim πολυπραγμοσύνη, id eſt multorum ac plerunque alienorum negotiorum ſuſceptio atque implicatio, periculoſa ac ſæpe cum mala conſcientia coniuncta eſt.

ʹLegitur & ἄχρηστος inutilis

27 Opitulare proximo tuo pro facultate, &c. ἀντιλαβοῦ τοῦ πλησίον κατὰ δύναμίν σου. Succurre proximo tuo iuxta facultatem tuam. ſiue, pro modo facultatum tuarum. Hoc præceptum extat apud Ciceronē in libro De officiis, ne maior ſit beneficentia quàm facultates. Apud Paulum etiam, 2. Corinth. 8.b.12, de eleemoſyna, ne ὑπὲρ δύναμιν conferatur. Hæc enim ex multis aliis eſt vna ratio qua liberalitas à profuſione, id eſt moderata largitio beneficiorúmque collatio ab immoderata, diſtinguatur. Neque enim ſolùm cōſiderandum eſt quid & quibus, ſed etiam quantum dare poſſis, aut cauſa proximi aliquid facere. 28 Præcipuum vitæ humanæ, &c. ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου ὕδωρ, καὶ ἄρτος, καὶ ἱμάτιον, καὶ οἶκος καλύπτων ἀσχημοσύνην. Initium vitæ hominis aqua, & panis, & veſtis, ac domus tegens turpitudinem. Hoc loco cōmendat Sapiēs αὐτάρκειαν, id eſt acquieſcentiam in præſenti fortuna, etiā mediocri: vita enim paucis eſt contenta, quemadmodū etiā monet Paulus, 1. Timoth. 6.b.8, Modò habeamus quibus veſcamur & tegamur. nam his duobus neceſſaria naturæ deſideria circunſcribit, vt integumēta atque alimenta habeamus. Tegimur autem & veſtibus & ædibus, quarū duplex eſt vſus neceſſarius: vt his tecti, aut aeris iniuriam depellamus, aut verecundiam conſeruemus in his rebus quæ deformem aſpectum habent. His natura vitáque humana cōtenta eſt. Subſcribam hîc elegātiſſimos Lucani verſus de Pompeianis militibus, qui in Hiſpania à Cæſare diu obſeſſi, ſitique propè enecti, ac tandem liberati, aqua proximi fluminis naturam afflictam recrearunt & expleuerunt. Itaque poeta ita exclamat, —ô prodiga rerum

Luxuries nunquam paruo contenta paratu,
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ,
Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,
Quàm minimum natura petat. non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus:
Non auro myrrháque bibunt, ſed gurgite viuo
Vita redit: ſatis eſt populis Bacchúſque Ceréſque.

29 Victus pauperis, &c. κρείσσων βίος πτωχοῦ ὑπὸ σκέπην δοκῶν, ἢ ἐδέσματα λαμπρὰ ἐν ἀλλοτρίοις. Melior vita pauperis ſub tecto trabium, quàm epulæ ſplendidæ in alienis. Commendat hîc Sapiens victū proprium ac domeſticū, anteponítque alieno. Eſt enim graue homini ingenuo ac libero alienis ali ſumptibus, aut (vt dicitur) aliena viuere quadra. Sunt enim plerique qui nunquam apud ſe viuūt, ſed relicta propria & domeſtica victus ratione, alienas menſas & lautitias conſectantur. Cōtrà eſt dictum, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. domus amica, domus optima

ʹParuis æquè atque magnis contẽtus ſis, vt ne tibi domicilium exprobrari audias. 30

ʹMiſera vitæ ratio, ex alia in aliam domum migratio: nã vbi fueris inquilinus, non audebis hiſcere. 31

Hoſpitio atque potu excipies ingratos, & inſuper acerba audies, 32

Ades inquiline, menſam adorna: & ſiquid eſt ad manũ cibi, mihi præbeas. 33

ʹCede inquiline præſenti magnificentiæ: opus eſt domo, excipiendus mihi hoſpitio frater eſt. 34

″Grauia ſunt hæc homini mentem habenti, obiectatio domus, creditoríſque conuitium. 35

Cap. XXX.

Caſtigatio liberorum.

Q″Vi ſuum diligit filium, crebra ei admouet flagella, vt in poſtremis vitæ ſuæ diebus gaudeat. 1

Qui filium ſuum caſtigat, iuuabitur eo, & inter notos eodem gloriabitur. 2

ʹQui filium ſuum docet, rem moleſtam faciet inimicis, & corã amicis de eo ſibi gratulabitur. 3

ʹSi pater eius vita exceſſerit, perinde eſt quaſi non deceſſiſſet: vt qui ſuperſtitem ſui ſimilem reliquerit. 4

ʹViuus eum vidit, ex eóque lætitiam cepit: nec moriẽs vllo dolore affectus eſt. 5

ʹAduerſus inimicos reliquit vindicem, atque amicis gratum beneficiorum remuneratorem. 6

ʹQui blanditur filio, vulnera eius alligat, & facit vt ad omnem eius clamorem totis viſceribus expaueſcat. 7

30 Super minimũ & magnum placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.

31 Vita nequam hoſpitandi de domo in domum: & vbi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os.

32 Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ingratos: & ad hæc amara audiet,

33 Tranſi hoſpes, & orna menſam: & quæ in manu habes, ciba cæteros.

34 Exi à facie honoris amicorũ meorum: neceſſitudine dom⁹ meæ, hoſpitio mihi factus eſt frater.

35 Grauia hæc homini habenti ſenſũ, correptio domus, & improperiũ fœneratoris.

Cap. XXX.

1 QVi diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo, & nõ palpet proximorum oſtia.

Prouer. 13. d. 24 & 23. b. 13

2 Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur.

3 Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo.

Deut. 6. b. 7

4 Mortuus eſt pater eius, & quaſi nõ eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.

5 In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis.

6 Reliquit enim defẽſorẽ domus cõtra inimicos, & amicis reddẽtem gratiam.

7 Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius.

30 Paruis æquè atque magnis, &c. ἐπὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε, καὶ ὀνειδισμὸν οἰκίας σου μὴ ἀκούσῃς. Super parua & magna complacentiã habe, & opprobrium domus tuæ ne audias. Vult vnumquenque ſua fortuna contentum eſſe, in ſtatúque rerum præſentiũ acquieſcere, nõ ſuæ conditionis pœnitere. Paulus Philip. 4. c. 11, ἐγὼ γὰρ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. id eſt, didici præſenti rerum ſtatu contentus eſſe: ſcio & abundare, & indigere, animóque æquo vti iis quæ adſunt, ſiue parua ſint, ſiue magna: æquitatem ac moderationem tam in inopia, quàm in copia retineo. Sunt quos ſuæ fortunæ ac vitæ ſemper pœnitet, quíque alienam conſectantur. Exprobratur autem domus iis qui nullam domum habent, quíque in ædibus alienis habitant: quod accidit plerunque iis qui domum exiguam dedignantes quam paruo poſſent extruere, alienam magnificámque malunt, atque in alienis potius ædibus magnificè, quàm in ſuis humiliter habitare. Eſt enim frequens habitationis commutatio migratióque non ſolùm incommoda, ſed etiam probroſa. Itaque quemadmodum ſuprà commendauit proprium ac ſuum cuiuſque victum, ita nunc domicilium cõmendat, alienam ſedem locúmque habitandi incertũ & cõmutabilem vituperat. Eſt enim hæc vitæ cõſuetudo quædã ἀστασία, id eſt ratio habitandi vaga, in qua nulla ſedes firma ſtabiliſq; eſt cõſtituta. 31 Miſera vitæ ratio, &c. ζωὴ πονηρὰ ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν, καὶ οὗ παροικήσεις, οὐκ ἀνοίξεις στόμα. Vita mala ex domo in domũ, & vbi peregrinus eris, non aperies os. Commemorat incommoda illius incertæ & commutabilis habitationis, quæ ἀστασία dici poteſt: non enim ea vitæ ratio certum ſtabilémque habet habitandi locum. Præterea quum nihil optabilius ſit libertate, ea frui nemo poteſt qui apud alios habitat. 34 Cede inquiline præſenti, &c. ἔξελθε πάροικε ἀπὸ προσώπου τῆς δόξης. Exi inquiline à facie gloriæ. Quidam vertunt, Cede homini honorato: ſed melius eſt vt προσώπου δόξης accipiamus pro domo præclara & magnifica, ex qua iubetur decedere, vt locus homini propinquiori relinquatur: ita inquieta & miſera eſt illa habitandi ac viuendi ratio, quæ pro arbitrio alterius ſedem ſubinde mutare cogitur. 35 Grauia ſunt hæc homini, &c. βαρέα ταῦτα ἔχοντι φρόνησιν, ἐπιτίμησις οἰκίας, καὶ ὀνειδισμὸς δανειστοῦ. Grauia hæc habenti prudentiã, increpatio [ſiue, exprobratio] domus, & fœneratoris opprobrium ac conuitium. Duarum rerum exprobratio grauis eſt: vna pecuniæ creditæ quæ acerbè exigitur, & cum conuitiis flagitatur: altera, domus ad habitandum accommodatæ, ex qua pro arbitrio domini cedendum eſt.

IN CAPVT XXX.

1 Qui ſuum diligit filium, &c. ὁ ἀγαπῶν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐνδελεχήσει μάστιγας αὐτῷ, ἵνα εὐφρανθῇ ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ. Qui amat filium ſuum, continuabit flagella ei, vt lætetur in nouiſſimis ſuis. In principio huius capitis traduntur multæ ſententiæ de filiorum diſciplina. Nota eſt illa ſentẽtia, Pater quem diligit filiũ caſtigat: ſtultitia enim eſt alligata in collo, atque etiã in corde pueri: eam autẽ virga profligabit. Prou. 22. c. 15.

3 Qui filium ſuum docet, &c. ὁ διδάσκων τὸν υἱὸν, παραζηλώσει τὸν ἐχθρόν, καὶ ἔναντι φίλων ἀγαλλιάσεται ἐπ' αὐτῷ. Qui docet filium, zelo commouebit [aut, ad æmulationem excitabit] inimicum: & coram amicis exultabit in illo. aut, lætitia efferetur propter eum. In bonis ac malis noſtris contraria eſt affectio amicorum atque inimicorum: alii gaudent noſtris commodis, dolent incommodis: alii cõtrario modo ſunt affecti: itaque oſtendit Sapiens ex illorũ affectione, quã vim habeat recta filiorum diſciplina. 4 Si pater eius vita exceſſerit, &c. ἐτελεύτησεν αὐτοῦ ὁ πατήρ, καὶ ὡς οὐκ ἀπέθανεν. Mortuus eſt eius pater, & quaſi non mortuus eſſet. Rationem ſubiicit, ὅμοιον γὰρ αὐτῷ κατέλιπε μεθ' αὑτόν, ſimilem enim ſibi reliquit poſt ſe. Boni parentes etiam mortui, viuunt quodam modo in probis liberis eorum imaginem referentibus: in quo non tam ſanguinis communio, quàm virtutis imitatio optimáque inſtitutio ſimilitudinem efficit.

5 Viuus eum vidit, ex eóque, &c.. ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἶδε, καὶ εὐφράνθη ἐπ' αὐτῷ· καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ οὐκ ἐλυπήθη. In vita ſua vidit, ac lætatus eſt in eo: & in morte ſua non eſt contriſtatus. Significat ſumma & perpetua ſolatia ac gaudia, quæ percipiunt patres ex optima filiorum educatione. Eſt εὐτεκνία καὶ εὐπαιδία ſoboles bene educata & morata in primiſque virilis, cùm in vita tum etiam in morte iucundiſſima, & quæ in non parua fœlicitatis parte numeratur. 6 Aduerſus inimicos reliquit, &c. ἐναντίον ἐχθρῶν κατέλιπεν ἔκδικον, καὶ τοῖς φίλοις ἀνταποδιδόντα χάριν. Contra inimicos reliquit vltorem, & amicis reddentem gratiam. Oſtendit quanta ſit ſpes honeſtorum filiorum, quum ita inſtituti à parentibus ad terrorem inimicorum & ſolatium amicorum relinquũtur. Itaque Spiritus ſanctus Pſalm. 16. a. 3, huiuſmodi præſtantem ventris fructum vocat hæreditatem Domini: ac filios cùm domi priuatim, tum in republica inſtitutos comparat ſagittis quæ manu viri robuſti emittuntur, Beatus, inquit, vir qui impleuit pharetram ſuam ipſis: non afficientur pudore, quum loquuti fuerint cum inimicis in porta. 7 Qui blanditur, &c. περιψύχων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ πάσῃ βοῇ ταραχθήσεται τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Indulgens filio, colligabit vulnera eius: & in omni clamore eius turbabuntur ipſius viſcera. Significat nimiam parẽtum indulgentiam in liberos maximopere eſſe pernicioſam, vt quæ & vulnera filiis, & parentibus ſolicitudinem ac terrorem afferat. Diſciplina ſeuera & conſtans eſt vtilior, quàm huiuſmodi blanda ac diſſoluta indulgentia. Pater enim indulgens qui non audet ſeuerius filium tractare, verberáque adhibere, cogitur poſtea vulnera eius obligare, atque in ſumma ſolicitudine perturbationéque verſari.

Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. 8

B Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. 9

Non corrideas illi, ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. 10

Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. 11

Suprà 7.c.25 ‖Curua ceruicem eius in iuuentute, & tũde latera eius dum infans eſt: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit dolor animæ. 12

Doce filium tuũ, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. 13

Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. 14

C Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & melior eſt omni auro & argento, & corpus validũ, quã cẽſus immẽſus. 15

Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, & non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. 16

Melior eſt mors quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perſeuerans. 17

Bona abſcõdita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitę ſepulchro. 18

Dan.14.b.6 ‖Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur. 19

8 ′Vt equus indomitus euadit intractabilis, ita filius qui omni ſolutus eſt diſciplina, præceps temerariúſque exiſtit.

9 ′Lactes filium, territabit te: ludas cum eo, te contriſtabit.

10 Ne arrideas illi, vt ne cum eo doleas, tandémque dentibus tuis infrendeas.

11 Ne des ei licentiam in iuuẽtute, ′neq; ad eius errata cõniueas.

12 ′Inflecte ceruicem ei adhuc iuueni, & dum puer eſt, eius latera tunde: ne aliquãdo durior factus, tibi non pareat, atq; animæ tuæ dolorem afferat.

13 Erudi filium tuum, in eóq; elabora, ′ne turpitudo eius aliquam tibi offenſionem pariat.

14 ′Potior eſt pauper ſanus & bene valens, quàm diues ſuo afflictus corpore.

15 ′Sanitas, & bona corporis conſtitutio omni præſtat auro, corpúſque valens, immenſis opibus.

16 Nullæ diuitiæ ſunt corporis valetudine meliores, ′nec vlla voluptas maior lætitia animi.

17 ′Melior eſt mors quàm vita amara aut afflicta, & diuturna corporis valetudo.

18 ′Bona ori clauſo offuſa, perinde ſunt ac fercula epularum ſepulchro appoſita.

19 Quorſum ſepulchro libamenta? neque enim edet inde, nec odorem percipiet.

8 Vt equus indomitus euadit, &c. ἵππος ἀδάμαστος ἐκβαίνει σκληρὸς, καὶ ὑιὸς ἀνειμένος ἐκβαίνει προαλής. Equus non domitus euadit durus, & filius diſſolutus euadit præceps. Inſtitutio accurata & conſuefactio cõformatióque recta tantam habet vim, vt ſine ea nec equorum vllus vſus, nec iuuenum aliquis vitæ modus eſſe poſſit: in vtroque enim genere niſi cura & diſciplina adhibeatur, exiſtit aut durities, aut ferocia, præcépsque temeritas quæ nulla ratione flecti aut reprimi poteſt. Quemadmodum igitur equi frænis calcaribúſque domantur, tractabiléſque efficiuntur, ita pueri atque adoleſcentes optimis grauiſſimíſque inſtitutis, moribus, ſtudiis, etiam verberibus ad modeſtiam obediẽtiam, obſeruantiámque ſunt conformandi. 9 Lactes filium, &c. τιθήνησον τέκνον, καὶ ἐκθαμβήσει σε· σύμπαιξον αὐτῷ, καὶ λυπήσει σε. Lacta filiũ, & exterrebit te: collude cum eo, & contriſtabit te. τιθηνεῖν propriè dicuntur nutrices quæ infantes lactant: accipitur pro blandius tractare foueréque filios. Hæc autem patrum lenitas & indulgentia quibus ſolatiis præmiiſque compenſetur, Sapiens oſtendit.

11 Neque ad eius errata, &c. καὶ μὴ παρείδῃς τὰς ἀγνοίας αὐτοῦ. & ne diſſimules ignorantias eius. id eſt quæ imprudẽter ab eo facta ſunt. Intelligit per ignorantias τὰ ἁμαρτήματα errata & peccata quæ ab infirma imprudentéque ætate proficiſcuntur. Itaque requirit Sapiens crebras parentum admonitiones atque caſtigationes. 12 Inflecte ceruicem ei, &c. κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι, καὶ θλάσον τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, ὡς ἔστι νήπιος. Curua collum eius in iuuentute, frange [aut contunde] latera eius, dum puer eſt. His verbis ſignificat filios in tenera ætate domandos eſſe, atque ad modeſtiam obſeruantiámque flectendos. Sunt enim iuuenes natura contumaces, qui ſuperiorum authoritate ac poteſtate nequaquam contineri, ſed ſicut equi indomiti atque effrænati ſine vlla moderatione ſua ipſi libidine auferri vellent: itaque maturè diſciplina ſeuera eſt adhibenda, qua illa ferocitas ingenii animique ad omnem rectam obedientiam inflectatur. hoc autem commodè fieri poteſt, dũ ætas eſt mollis atque flexibilis. 13 Ne turpitudo eius, &c. ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ αὐτοῦ προσκόψῃς. ne in turpitudine [aut, dedecore] illius offendas. Nulla enim grauior animi offenſio patribus fieri poteſt, quàm quum vident ſuos liberos abiecto omni pudore ad omnem audaciam, licentiam, impudentiámque proiectos & profligatos. Hæc etiam vita eorum turpis atque infamis in ſummum parentum dedecus redundat. 14 Potior eſt pauper, &c. κρείσσων πτωχὸς ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει, ἢ πλούσιος μεμαστιγωμένος εἰς τὸ σῶμα αὐτοῦ. Melior eſt pauper ſanus & valens habitudine, [id eſt firmus ac temperatus corpore] quàm diues flagellatus corpore. Hæ ſententiæ ſunt συγκριτικαὶ, quæ habent comparationem bonorum externorum, atque eorum quæ ſunt in corpore. Hic enim bona valetudo & cõſtitutio corporis, diuitiis ita anteponitur, vt paupertas cum hoc bono coniuncta, magis quàm diuitiæ ſolæ ſit expetenda. Hæc autem comparatio propterea mihi videtur inſtituta, ne homines qui diuitias admirari ſolent earũque amore inflammari, ea in parte fœlicitatẽ conſtituant. Solæ enim ſi alia nõ adſunt, parũ iuuare poſſunt, maiorémq; aliquando moleſtiã, quàm iucundã perfruitionẽ afferũt. Proponet enim poſtea hominẽ, qui certo Dei iudicio opibus ſuis vti ac frui nõ poſſit. 15 Sanitas & bona corp. &c. ὑγίεια καὶ εὐεξία βέλτιον παντὸς χρυσίου. Sanitas & bona habitudo melior eſt omni auro. Nullus fructus diuitiarum iucundus eſſe poteſt homini morbis afflicto: paupertas contrà bona corporis valetudine ac firmitudine vtens, magnam leuationem habet. 16 Nec vlla voluptas, &c. καὶ οὐκ ἔστιν εὐφροσύνη ὑπὲρ χαρὰν καρδίας. & non eſt lætitia ſuper gaudium cordis. Quod dixit de diuitiis, idem nunc dicit de voluptatibus quæ plerunque diuitiarum comites eſſe ſolent: eas enim diuites in primis conſectantur. Sed quæ voluptas ac lætitia eſſe poteſt, quum aut corpus morborum magnitudine cõficitur, aut animus dolore ægritudinéque occupatur? Quomodo vita etiam in ſumma diuitiarum abundantia ei iucunda eſſe poteſt, qui & animo & corpore grauiſſimè affligitur? Primum igitur eſt habere bonam conſcientiam cum lætitia animi: deinde corpus ita firmum & affectum, vt eo frui & ad actiones noſtras vti poſſimus. 17 Melior eſt mors, &c. κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν πικρὰν ἢ ἀρρώστημα ἔμμονον. Melior eſt mors ſuper vitam acerbam aut infirmitatem permanentem. Vitam acerbam amarámque intelligit, quæ cum ægritudine ac mœrore animi degitur, aut quæ curæ, ſolicitudinis, moleſtiæ plena eſt: altera cum morbis ac cruciamentis corporis coniuncta eſt. Huiuſmodi vitæ mortem præferendam eſſe dicit. Nam quod ait Ariſtoteles de quodam morboſo homine, longam eum traxiſſe mortem, id verius dici poteſt de ægritudine animi in qua homo viuens contabeſcit. Deus enim nobis vitam dedit, omniáque opulenter ad eam pertinentia πρὸς ἀπόλαυσιν, vt ait Paulus, 1.Timoth.6.d.17: atque etiam cibo & lætitia corda hominum implet, Act.14.c.17.

18 Bona ori clauſo offuſa, &c. ἀγαθὰ κεχυμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ, θέματα βρωμάτων παρακείμενα τάφῳ. Bona effuſa in ore clauſo, miſſus ciborum appoſiti ſepulchro. Os clauſum dicit eius hominis, qui aut doloribus corporis, aut mœroribus animi ita eſt oppreſſus, vt diuitiis ac maximis opibus quas habet, frui nõ poſſit. Hunc autem hominem cõparat ſepulchro fœtido, atque idolo nullũ ſenſum habenti, quibus fercula ciborum libamentáque apponuntur. Significat Sapiens huiuſmodi vitam morte deteriorem eſſe, in qua is qui & animo & corpore ita affectus eſt, vt nullum fructum ne ſenſum quidem eorum bonorum quæ adſunt, habere poſſit. Huiuſmodi vitam, iuſtiſſimam Dei vindictam pœnámque eſſe ſignificat. Vidi ego hominem φιλήδονον, cuius ſtudium in vita fuerat, vt ventrem cibo potúque exquiſitiſſimo expleret: is tandem eo morbo fuit correptus, vt nec ſtomachus quicquam admittere, nec fauces tranſmittere poſſent. Is ita affectus ac præpeditus, iubebat delicatiſſimum cibum vinúmque ſibi afferri, quæ in menſa aut in lecto cum maximis ſuſpiriis deſideriiſque moleſtiſſimis intuebatur, atque ita languens contabeſcénſque mortuus eſt.

′Legitur & κεκλεισμένα.

″Ita ſe habet is quem Dominus perſequitur.

″Oculis videt,& ingemiſcit: vt ſpado virginem complectitur,& ſuſpirat.

″Ne des ægritudini animũ tuũ,nec teipſum cõſilio tuo affligas.

Lætitia cordis vita demum homini eſt : & gaudium viri, longinquitas ætatis.

Dilige animam tuam,& cor tuum conſolare, ac mœrorem abs te longè depelle.

Multos enim mœror interemit,nec vllus in eo fructus eſt.

Inuidia & iracundia dies minuunt, ſolicitudóque præmaturam adducit ſenectutem.

Cor ſplendidum ac bonum, in cibis victus rationem curámque habebit.

Cap. XXXI.

S″Tudium diuitiarum cum vigiliis cõiunctum, corpus tabefacit,& ſomnum abigit ſolicitudo eorum.

″Solicitudo vigil interrumpit ſoporem,vt grauis corporis ægritudo ſomnum adimit.

″Laborat diues in congerendis opibus , & in quiete ſuis deliciis expletur.

Laborat pauper in tenuitate vitæ,atq; in quiete egenus exiſtit.

″Qui amat aurum,non habebitur iuſtus:& qui conſectatur corruptionem,ea explebitur.

Multi propter aurum in ruinã præcipitati ſunt,& paratum ante oculos ſuos exitium habuerunt.

″Lignum offendiculi eſt ei ſacrificãtibus , & omnis inſipiens eo capietur.

″Beatus diues repertus ſine crimine, & qui aurũ nõ eſt ſequut⁹:

Quis eſt ille,& beatum prædicabimus? in populo enim ſuo miranda fecit.

20 Sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis.

21 Videns oculis, & ‖ingemiſcẽs:ſicut ſpado complectens virginem , & ſuſpirans.

22 ‖Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſũ in cõſilio tuo.

23 Iucunditas cordis , hæc eſt vita hominis,& theſaurus ſine defectione ſanctitatis : & exultatio viri, eſt longæuitas.

24 Miſerere animæ tuæ placens Deo, & cõtine:& cõgrega cor tuũ in ſãctitate ei⁹,& triſtitiã lõgè expelle à te.

25 Multos enim occidit triſtitia,& nõ eſt vtilitas in illa.

26 Zelus & iracundia minuũt dies, & ante tẽpus ſenectã adducet cogitat⁹.

27 Splendidum cor, bonum in epulis, eſt:epulæ enim illius diligenter fiunt.

Cap. XXXI.

1 VIgilia honeſtatis tabefaciet carnes , & cogitatus illius aufert ſomnum.

2 Cogitatus præſciẽtiæ auertit ſenſum,& infirmitas grauis ſobriam facit animam.

3 Laborauit diues in congregatione ſubſtantiæ,& in requie ſua replebitur bonis ſuis.

4 Laborauit pauper in diminutione victus,& in fine inops fit.

5 Qui aurum diligit,non iuſtificabitur: & qui inſequitur conſumptionẽ, replebitur ex ea.

6 ‖Multi dati ſunt in auri caſus,& facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorũ.

7 Lignum offẽſionis eſt aurum ſacrificantium:væ illis qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo.

8 ‖Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula:& qui poſt aurũ nõ abiit,nec ſperauit in pecunia & theſauris.

9 Quis eſt hic,& laudabimus eum?fecit enim mirabilia in vita ſua.

Suprà 20.a.3

D

Prouer.12.c.21 & 15.b.13,17.d.22

Suprà 8.a.3

Luc.6.d.24

20 Ita ſe habet is,&c.οὕτως ὁ ἐκδιωκόμενος ἀπὸ κυρίου. Ita qui perſequutionem patitur à Domino, id eſt qui punitur à Deo. Significat enim huiuſmodi ἀδυναμίας impotentiam fruendi iis bonis quæ ad manum adſunt, eſſe iuſtiſſimam Dei vindictam, quæ à Paulo, Rom.2.a.5, δικαιοκρισία appellatur. Plerunque autem diuites auari hoc genere pœnæ diuinitus afficiuntur, vt poetæ Tantalum ſiti enectum apud inferos fingunt,quum aquam vſque ad mẽtum habeat: Dominus contrà ſuos vult os aperire,vt illud omni bonorum genere expleat.

22 Ne des ægritudini animum,&c.μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν ψυχήν σου. Ne des in triſtitiam [aut,mœrorem] animũ tuum.Poſtquam Sapiens oſtendit quanta vis ſit tum afflictæ corporis valetudinis,tum ægritudinis animi,ad miſerè viuendum etiam in maximis diuitiis:nunc hortatur ad ἀλυπίαν ϗ εὐθυμίαν,id eſt tranquillitatem animi & lætitiam,atque etiam ad iucundam ac moderatã perfruitionem: quæ ad corpus ſuſtentandum reficiendúmque à Deo tributæ ſunt.Monet enim vt animus quietus ac tranquillus,vacuúſque omni perturbatione cõſeruetur:& in victu ac ciborum delectu,corporis ratio habeatur.Hæ enim ſunt duæ partes naturæ noſtræ, quas diligere tueríque debemus,non corrumpere moleſtia parſimoniáque eorum bonorum,quæ(vt ait Paulus,Coloſſ.2.d.23.)πρὸς πλησμονὴν σαρκὸς ad nutriendã explendámque carnem à Deo creata ſunt.

IN CAPVT XXXI.

1 Studium diuitiarum cum vigiliis,&c. ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας. Vigilia diuitiarum tabefacit carnes. Auaritia ſemper inuigilat opibus cumulandis ac conſeruandis:quæ cura ac ſolicitudine & vim animi extinguit,& vires corporis corrumpit. Auarus enim ſtudio pecuniæ occupatus, priuat ſe cùm quiete,tum vſu neceſſario cæterarum rerum ad naturam vitámque tuendam pertinentium.

2 Solicitudo vigil interrumpit,&c.μέριμνα ἀγρυπνίας ἀπαιτήσει νυσταγμὸν ϗ ἀῤῥώστημα βαρὺ ἐκνήψει ὕπνον. Cura vigiliæ interpellat [id eſt impedit] dormitationem,& infirmitas grauis ſomnum excutiet. Nullus corporis morbus eſt qui magis cruciet hominẽ, eúmque inquietum reddat,quàm auaritia.id eſt diuitiarum cupiditas immoderata,quæ hominem nunquam ſinit quieſcere. 3 Laborat diues,&c.ἐκοπίασε πλούσιος ἐν συναγωγῇ χρημάτων ϗ ἐν τῇ ἀναπαύσει ἐμπίμπλαται τρυφημάτων αὐτοῦ.Laborauit diues in congregatione pecuniarum,& in quiete repletur deliciis ſuis.Diuerſa eſt conditio fortunáque hominũ in iſta vita:alii diuites exiſtunt, ſuorúmque laborũ fructũ percipiũt in ſenectute,in qua opibus partis perfruuntur:alii quum peræquè laborarint,diuites eſſe non poſſunt,pauperes ſemper ſunt.Eius rei cauſa eſt non tam induſtria diligentiáque eorum,quàm Dei volũtas ac benedictio,qui hũc pauperem,illum diuitem efficit,vt ait Solomon, Prou.22.a.2, Itaque nec pauper diuiti inuidere debet,nec diues pauperi fortunã exprobrare,quũ vtriuſq; author ſit Dominus:ſed vterque in eo acquieſcere,quod in quiete ſe aſſequutum certa Dei volũtate videt. 5 Qui amat aurũ,&c.ὁ ἀγαπῶν χρυσίον,οὐ δικαιωθήσεται· ϗ ὁ διώκων διαφθορὰν,αὐτῆς πλησθήσεται.Qui diligit aurum,non iuſtificabitur:& qui ſectatur corruptionem,ea replebitur.Fieri nullo modo poteſt quin ſtudium diuitiarum immoderatum, cum iniuſtitia aliorúmque iniuria coniunctum ſit. Quemadmodum ęo prouerbio ſignificatum eſt, ὁ ταχέως πλουτῶν ἄδικος.Et Satyricus,Diues qui fieri vult,Et citò vult fieri:ſed quæ reuerentia legum? Quis metus aut pudor eſt vnquam properantis auari?Fructũ autem diuitiarum miſerrimum Sapiens oſtendit iuxta ſentẽtiam Pauli,Gal.6.b.8,Quam quiſque ſementẽ fecerit,eam metet,ſiue carnis in corruptionẽ,ſiue Spiritus in vitam æternam.Quũ autem diuitiæ ſint res fluxæ ac caducæ, qui eas toto animo ſtudióq; perſequitur,quid aliud quàm corruptionẽ conſectatur? 7 Lignũ offendiculi,&c.ξύλον προσκόμματός ἐστι τοῖς θυσιάζουσιν αὐτῷ. Lignũ offenſionis[aut,ſcãdali]eſt ſacrificãtibus ei,id eſt,iis qui aurũ quaſi Deum quendã colunt:quemadmodũ Paulus,Epheſ.5.b.5,auarum dicit eſſe idololatrã:omnes enim ſuas cogitationes ac ſpes in diuitiis ſitas & defixas habet.Lignũ offendiculi hoc in loco dicitur,vt lapis offenſionis.i.occaſio offenſionis ac ruinæ.Paulus huiuſmodi cupiditatẽ laqueũ nominat,1.Tim.6.b.9. 8 Beatus diues,&c.μακάριος πλούσιος ὃς εὑρέθη ἄμωμος,ϗ ὃς ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη.Beatus diues qui inuẽtus eſt inculpatus,[aut,ſine reprehẽſione] & qui poſt aurũ nõ abiit. Sapiens nõ damnat diuitias(quæ per ſe malæ nõ ſunt,ſed dona Dei hominibus tributa)ſed potius improbã cupiditatẽ hominũ eas nimiũ& admirantiũ & amantiũ:integritatem autẽ moderationémque cõmendat eorũ,qui diuitiis rectè tum ad continentiã tum ad beneficentiam vti potuerunt.χρήματα enim apud Græcos ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι ſunt appellatæ,quòd illarum vſus magis quàm poſſeſſio ſpectetur.

10 Quis probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria æterna? qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus: & facere mala, & non fecit.

11 Ideo ſtabilita ſunt bona illi⁹ in Domino, & eleemoſynas illi⁹ enarrabit omnis eccleſia ſanctorum.

B

12 Supra mēſam magnā ſediſti? non aperias ſuper illam faucem tuā prior.

13 Nō dicas, Simulata ſunt quæ ſuper illam ſunt.

14 Memento quoniam malus eſt oculus nequam.

15 Nequius oculo quid creatum eſt? ideo ab omni facie ſua lachrymabitur, quum viderit.

16 Ne extēdas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubeſcas.

17 Ne comprimaris in conuiuio.

18 ‖Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo.

Matth.7.a.2,c.12

19 Vtere quaſi homo frugi iis quæ tibi apponuntur, & nō quum manducas multum, odio habearis.

20 Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe, ne fortè offendas.

21 Et ſi in medio multorū ſediſti, prior illis ne extendas manū tuam: nec prior poſcas bibere.

C

22 ‖~~Quàm~~ ſufficiēs eſt homini erudito ~~vinū~~ exiguū! & in dormiēdo non laborabis ab illo, & nō ſenties dolorē.

Infrà 37.d.31

23 Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito:

24 Somn⁹ ſanitatis in homine parco, dormiet vſq; in mane, & anima illius cum ipſo delectabitur.

25 Et ſi coct⁹ fueris in edendo multū, ſurge è medio, & vome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo in

10 ″Quis eo probatus eſt, integérque compertus? is eſto ſpecimen gloriæ. quis potuit peccare, qui non peccarit? quis malè agere, qui non malè egerit?

11 ″Itaque eius bona conſtabilientur, eiúſque beneficia in cœtu *ſanctorum* commemorabuntur.

12 ″Quum magnificæ accubueris menſæ, in illam faucibus tuis ne
13 inhies: nec dicas multa eſſe appoſita.

14 ″Fac memineris quantum malum ſit oculus nequam.

15 Et quid nequius oculo creatum eſt? ″quippe qui quacunque de cauſa lachrymetur.

16 Ne extendas manum quocunque aſpexerit, nec eam cum ipſo
17 in catinum inferas.

18 ″Quæ ſunt proximi, ex teipſo conſidera: ac rem omnē perpēde.

19 ″Appoſita tibi, vt homo, comedas: nec te ingurgites, vt in odiū non incurras.

20 ″Modeſtiæ cauſa deſiſte prim⁹, nec te inſatiabilem præbeas, ne quid offendas.

21 ″Quòd ſi diſcubueris inter multos, manū primus ne extēderis.

22 ″Quàm paruo homo bene inſtitutus eſt contentus! quo fit vt in cubili ſuo non anhelet.

23 ″Vigilia laborioſa, & cholera, contorſióque *alui*, hominis intemperantis comes eſt.

24 Somno ſalubri fruuntur viſcera temperātis: mane is ſurgit, & compos eſt animi.

25 ″Quòd ſi fueris ad cibos coactus, exurge, obambula, vome, & cō

10 Quis eo probatus eſt, &c. τίς ἐδοκιμάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ἐτελειώθη, καὶ ἔσται εἰς καύχημα; Quis probatus eſt in eo, ac perfectus, & erit in gloriationem? Perfecti in lingua Hebræa dicuntur, qui ſunt in re aliqua integri atque incorrupti. Maxima autem laus eſt, in ſumma poteſtate ac abundantia diuitiarum eam moderationem adhibere, vt & cupiditatem animi contineas, & opes ad liberalitatem conferas. Itaque rectè à philoſophis diuitiæ δυνάμεις facultates ſunt appellatæ, quòd vt homines ſunt nactæ qui iis vtantur, maximam vim tum ad virtutes tum ad vitia habeant. 11 Itaque huius bona conſt. &c. διὰ τοῦτο στερεωθήσεται τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐλεημοσύνας αὐτοῦ ἐκδιηγήσεται ἐκκλησία. Ideo firmabuntur bona illius, & eleemoſynas eius enarrabit [id eſt prædicabit] eccleſia. aut, concio & congregatio. Verum ac rectum diuitiarum vſum duo cōſequuntur: ſtabilitas bonorum, & illuſtris beneficiorum commemoratio in cœtu piorum, quæ ſumma eſt gloria. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, Pſal.112.b.9. 12 Quum magnificæ, &c. ἐπὶ τραπέζης μεγάλης κάθισας, μὴ ἀνοίξῃς φάρυγγά σου ἐπ' αὐτῆς. quum in menſa magna cōſederis, ne aperias guttur tuum in ea. Quædam exemplaria legunt ita, ἐπὶ τραπέζης μεγάλης ἐκάθισας, in menſa magna cōſediſti. Quemadmodū ſuprà monuit de moderatione ac liberalitate in diuitiis adhibenda, ita hoc loco de temperātia & ſobrietate quæ in cibo ac potu ſeruanda eſt: ac tum quidem maximè, quū in maxima copia deliciarū voluptatúmque verſamur. Eſt enim hoc in genere intēperantia cùm naturæ pernicioſa, tum hominū offenſioni vituperationique obnoxia: itaque pluribus verbis monet cupiditatē animi eſſe continendam. 14 Fac memineris, &c. μνήσθητι ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρός. Memēto quòd malum oculus nequā. Oculū accipit pro praua atque immoderata animi cupiditate, quæ obiectu aſpectúque rerū iucundarū excitatur: quēadmodum Dominus in Euangelio adulterium etiā in aſpectu impudico cōſtituit. Si, inquit, mulierē videris ad concupiſcēdum, &c. Mat.5.d.28. Hoc modo dicitur aliquis adiicere oculos ad rem aliquā, vt cupiditas animi ſignificetur. Sic Pericles Sophoclē, quū is pulchrū puerū immodeſtius aſpexiſſet, monuit, Prætorē nō manus ſolùm, ſed etiā oculos cōtinētes habere debere. 15 Quippe qui quac. &c. διὰ τοῦτο ἀπὸ παντὸς προσώπου δακρύει. ideo ab omni facie lachrymatur. Faciem accipit pro obiectu & aſpectu rerū moleſtarū, quibus animus offēſus, lachrymas mittit per oculos cupiditatis indices. Itaque notat à contrario naturā animi qui rebus moleſtis offenditur, iucundis delectatur, atque ad voluptatē intēperantia incitatur. 18 Quæ ſunt proximi, &c. νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ, καὶ ἐπὶ παντὶ ῥήματι διανοοῦ. Intellige quæ ſunt proximi ex teipſo, & in omni verbo [id eſt re] cogita. Quidam vertunt ita, Affectum alterius è tuo iudica. Alii, Per teipſum conſidera quemadmodum tibi agendum viuendúmque cum eo eſt qui ſedet tibi proximus, vt in eo exemplum temperantiæ modeſtiǽque tibi proponas: aut etiā offenſionem, ſi quid intemperantius ab eo fiat. Hic autem ſenſus poſtremus mihi magis probatur. 19 Appoſita tibi, vt homo, &c. φάγε ὡς ἄνθρωπος τὰ παρακείμενά σοι, καὶ μὴ διαμασῶ, μὴ μισηθῇς. Comede vt homo, appoſita tibi: ac ne deuores, ne ſis odioſus. id eſt, ne in offenſionē odiúmque venias propter tuam edacitatem, indignámque homine intemperantiam. Vorare enim cibos, ſéque ingurgitare, eſt θηριῶδες belluinum, alienúmque à natura hominis, qui ex omnibus animantibus vt rationis, ita etiam pudoris, modeſtiæ, temperantiǽque particeps eſt. 20 Modeſtiæ cauſa deſiſte, &c. παῦσαι πρῶτος χάριν παιδείας, Deſine primùm gratia diſciplinæ. id eſt, vt homo bene inſtitutus moribúſque temperatus, modum cupiditati adhibe: nec te immoderatius expleas, aut voracē atque inexplebilem te præbeas. Hæc enim inſatiabilis edendi cupiditas eſt fœdiſſima odióque hominū digniſſima: itaque cibi potúſque modus eſt conſeruandus, & vbi expletum eſt naturale deſiderium, deſinendū: non quò inexplebilis rapit cupiditas, progrediendum. 21 Quòd ſi diſcubueris, &c. καὶ εἰ ἀνὰ μέσον πλειόνων ἐκάθισας, πρότερος αὐτῶν μὴ ἐκτείνῃς τὴν χεῖρά σου. Quòd ſi in medio multorū ſederis, prior illis ne extendas manum tuam. Dixit de modo cibi capiēdi in conuiuiis ad naturæ ſatietatem ac refectionē reuocando: nunc etiā de ordine inter conuiuas cōſeruando: in quo vno maximè modeſtia cernitur & continetur. 22 Quàm paruo ho. &c. ὡς ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ τὸ ὀλίγον, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ οὐκ ἀσθμαίνει. Quàm ſufficit homini inſtituto [id eſt moderato] exiguum, & in cubili ſuo non anhelat. Homo modeſtus & ſobrius, eſt paruo cōtentus, naturǽque deſideria cibo & potu facili ac parabili explet: itaque hac victus moderatione ac ſobrietate tuetur valetudinē tum mentis tum corporis. Eſt autem temperātia naturæ cuſtos, propterea à Græcis σωφροσύνη eſt nominata, quaſi σώζουσα φρόνησις. i. prudentia conſeruans. Itaque Plato dixit, Philoſophorum conuiuia vel hoc vno eſſe meliora quàm intemperantium, quòd ea poſtridie nulli capitis ac corporis dolores conſequantur. Idē ſignificat hic Sapiens, quum ait, ſomnum tēperantis hominis eſſe quietum, ſine anhelante ſpiritu, quē crapula oppreſſi frequentem ac vehementem ducere ſolent. Commemorat enim hoc loco cōmoda atque incommoda, quæ ex temperantia aut crapula conſequi ſolent. 23 Vigilia laborioſa, &c. πόνος ἀγρυπνίας, καὶ χολέρα καὶ στρόφος μετ' ἀνδρὸς ἀπλήστου. Labor vigiliæ, & cholera, & torſio, [id eſt dolor inteſtinorū] cum viro inexplebili. aut, inſatiabili. Hi ſunt fructus crapulæ: inquietudo ſomni, inteſtinorúmque contorſio: denique τὰ δυσεντερικὰ tormina & cruciamenta alui, intemperātes atque edaces comitantur. 25 Quòd ſi fueris ad cibos coactus, &c. καὶ εἰ ἐβιάσθης ἐν ἐδέσμασιν, Et ſi coactus fueris in cibis. Hoc præceptum eſt ἰατρικόν, de crapula violenta aut eiicienda, aut concoquenda. Deambulatio moderata & quies ad crudum cibum concoquendum valent: vomitus verò ad ſubleuandum exonerandúmque ſtomachum.

quieſcas.

Audi me fili, ne ſpernas me : etenim quæ ego dico, tandem tu experieris.

″In õni negotio prõptum te præbe, nec vllus morb⁹ inuadet te.

″Hominem panes liberaliter erogantem labia prædicabunt, certúmque extabit honeſtatis eius teſtimonium.

″Qui malignè panem impertit, in eum frendet ciuitas : nec dubium erit malignitatis eius teſtimonium.

″In vino virum ne te exhibeas: vinum enim multos perdidit.

″Vt fornax probat duritiem mucronis, dum mergitur: ita vinum cor ſuperborum, quum inebriantur.

Vinum humanæ vitæ accommodatum eſt, ſi moderatè bibatur.

″Quænam vita eſt eius qui vino victus eſt? atque ipſum ad exhilarandos homines creatum eſt.

″Lætitiam animi & hilaritatem parit potus vini iuſtus atque opportunus.

Vinum copioſius ſumptum acerbitatem animi parit cũ rixis, & contumacia.

″Animum ſtulti ebrietas maioré efficit ad offẽdiculum, vires eneruat, infértque vulnera.

″Ne reprehendas proximum in cõuiuio compotatione hilaro, nec eum in ſua lætitia vituperes.

Dicto probroſo ne lædas illum, nec in occurſu eum affligas.

Cap. XXXII.

S″I ſummus cõuiuii magiſter es cõſtitutus, ne te ſupra alios efferas, ſed quaſi vnum ex illis præbeas.

Habeto curam eorum, atque ita conſide : & quum tuo munere perfunctus fueris, ″commendationem adeptus, acquieſce.

firmitatem.

26 Audi me fili, & ne ſpernas me: & in nouiſſimo inuenies verba mea.

27 In omnibus operibus tuis eſto velox, & oĩs infirmitas nõ occurret tibi.

28 ‖Splendidum in panibus benedicẽt labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele. Prouer. 22. b. 9

29 In nequiſſimo pane murmurabit ciuitas: & teſtimonium nequitiæ illius verum eſt.

30 Diligentes in vino noli prouocare: ‖multos enĩ exterminauit vinum. D Iudith 13. a. 2

31 Ignis probat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum.

32 ‖AEqua vita hominibus, vinũ in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. Pſal. 103. b. 15, prouer. 31. a. 4

33 Quæ vita eſt, quæ minuitur vino?

34 Quid defraudat vitam? Mors.

35 Vinum in iucunditatem creatũ eſt, & non in ebrietatem, ab initio.

36 Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum.

37 Sanitas eſt animæ & corpori, ſobrius potus.

38 Vinum multũ potatum, irritationẽ, & iram, & ruinas multas faciens.

39 Amaritudo animæ multum vinum potatum.

40 Ebrietatis animoſitas, imprudẽtis offẽſio, minorans virtutem, & faciẽs vulnera.

41 ‖In conuiuio vini non arguas proximum, & non deſpicias eum in iucũditate illius. Suprà 20. a. 1

42 Verba improperii non dicas illi, & non premas illum inrepetendo.

Cap. XXXII.

1 REctorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.

2 Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita, recumbe.

27 In omni negotio, &c. ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου γίνου ἐντρεχής. In omnibus negotiis tuis [ſiue, rebus] ſis diligens & ſolers. ἐντρέχεια enim accipitur pro promptitudine animi & diligentia, ſine qua valetudo conſeruari non poteſt. Prudentia & diligentia eius ſunt cuſtodes.

28 Hominem panes liberaliter, &c. λαμπρὸν ἐπ᾽ ἄρτοις εὐλογήσει χείλη. Splendidum in panibus benedicent labia. Loquutus Sapiens de cibis & conuiuiis, in quibus inuitatis hominibus ſummam modeſtiam præſtandam eſſe docuit: nunc interponit hanc breuem ſententiam de beneficentia eo in genere præſtanda, qua noſtro pane ac cibo alios ſuſtentandos reficiendóſque eſſe docet. Eſt enim huiuſmodi benignitas maximè popularis ac laudabilis. Quidam ſunt in hoc beneficii genere κοινωνικοὶ liberales, frumentum cibúmque ſuum facilè communicantes iis qui opus habent. Alii ſunt ſtrictiores atque illiberaliores, apud quos ita omnia ſunt clauſa, vt ad alios nihil aut parum emanet.

30 In vino virum ne te exhibeas: ἐν οἴνῳ μὴ ἀνδρίζου. In viro ne viriliter agas. id eſt, ne tuas oſtendas vires, ſicut Eſaias cap. 5. c. 22, huic hominum generi imprecatur, Væ qui robuſti eſtis ad potandum. Sunt enim qui hac intemperãtia quàm ſint fortes ac valentes experiantur, qui omnem vim tum animi tum corporis nimio potu vini opprimunt: itaque Sapiens hoc loco commoda vini & incommoda demonſtrat.

31 Vt fornax probat, &c. κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ· οὕτως οἶνος ἐν καρδίᾳ ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ. Caminus probat aciem gladii in tinctura: ſic vinum in corde ſuperborum in ebrietate. Maxima vis eſt in vino non ſolùm ad demonſtrandam veritatẽ, ſed etiam ad naturam, mores, ingenium vniuſcuiuſque declarandum. ſuperbi animo ſunt elato, qui facilè ira exardeſcunt: eorum cor ſi vino copioſiore ſit madefactũ inebriatúmque, quid illis aliud eſt vinum, quàm igni ſuffuſum oleum? 33 Quænam vita eſt, &c. τίς ζωὴ ἐλαττουμένῳ οἴνῳ; καὶ αὐτὸς ἔκτισται εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις. Quæ vita eius qui vincitur vino? & ipſum creatũ eſt ad lætitiam hominibus. Vinum tribuitur à Deo ad animum recreandum, non perturbandum: atque ad vires corporis confirmandas, non debilitandas & opprimendas: vita autẽ ebriorum turpitudine ac confuſione belluinam ſuperat. 36 Lætitiam & hil. &c. ἀγαλλίαμα καρδίας καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς, οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης. Exultatio cordis & lætitia animi, vinum potum in tempore ſufficiens. Vſum vini rectum duabus oſtendit rebus: tempore, atque ea moderatione qua non plus aut minus vini, quàm natura poſtulet, ſumatur: debet igitur potus vini eſſe tum εὔκαιρος, tum αὐτάρκης. Qui bibunt alieno tẽpore, vt ii quos Eſaias cap. 5. c. 11, dicit mane ſurgere ad potandum: aut plus ſumunt, quàm vires naturæ ferre poſſunt, ii non vtuntur vino optimo Dei dono, ſed abutuntur. 40 Animum ſtulti ebrietas, &c. πληθύνει θυμὸν μέθη ἄφρονος εἰς πρόσκομμα, ἐλαττῶν ἰσχὺν, καὶ προσποιῶν τραύματα. Multiplicat [id eſt exauget] animum ebrietas inſipientis ad offenſionẽ, minuens vires, & acquirens vulnera. Elegans antitheſis eſt, quòd vinum augeat animos atque ſpiritus, eóſque maiores faciat: vires verò corporis diminuat ac debilitet. 41 Ne reprehendas proxi. &c. ἐν συμποσίῳ οἴνου μὴ ἐλέγξῃς τὸν πλησίον. In conuiuio vini ne reprehendas proximum. Hoc præcepto Sapiens concedit hominibus hilaritatẽ in cõuiuiis tempeſtiuis non inhoneſtam: nec eos vituperãdos obiurgandóſque eſſe dicit, qui animos curis moleſtiiſque affectos, potu liberaliore reficiunt ac remittũt. Quemadmodum legimus Catonem ſeueriſſimum hominem, alióſque grauiſſimos viros hoc genere voluptatis vſos, animos ſuos relaxaſſe ac recreaſſe. Ex illis quidã interrogatus, cur ita exhilareſceret: reſpondit, ſe metuere ne id accideret ſibi quod arcubus perpetuò contentis, qui niſi remittantur, rumpuntur. Tempora ſunt diſtributa, à Deóque nobis aſſignata: alia rerum magnarum ac grauium, alia ludicrarum, alia ad neceſſaria munera negotiáque obeunda, alia ad ſubleuandam naturam accommodata: denique tẽpus eſt flendi, & tempus ridendi. Qui ſeueritatem ſemper adhibendam eſſe cenſent, quid natura poſtulat non vident.

IN CAPVT XXXII.

1 Si ſummus conuiuii magiſter, &c. ἡγούμενόν σε κατέστησαν, μὴ ἐπαίρου. Rectorem te conſtituerunt, ne extollaris. Continuat Sapiens ſermonem ſuperiore capite inſtitutum de conuiuiis, quæ à Græcis cæteriſque Orientalibus populis maxima & frequentia & hilaritate celebrabantur. In his mos fuit vt aliquis ſumma authoritate à conuiuis deligeretur, aut ſorte conſtitueretur qui conuiuio præeſſet: quem Græci συμποσιάρχην, Latini ſummum magiſtrum appellarunt. Cicero huiuſmodi rectionem moderationémque conuiuiorum magiſteria nominat in libro De ſenectute: hoc loco ἡγούμενος dicitur. ab aliis etiam Rex dicebatur, à quo leges conuiuii, totáque bibendi ratio praſcribebatur.

2 Commendationem adeptus, acq. καὶ εὐδοκιμήσας ἀνάπαυσαι. Alii vertunt, Ritè functus tuo munere. Eſt enim εὐδοκιμεῖν approbationem ac laudem in re aliqua conſequi.

3 Vt læteris propter illos, & ornamẽtum gratiæ accipias coronam: & dignationẽ cõſequaris corrogationis.

4 Loquere maiori natu, decet enĩ te.

5 Primum verbum diligẽti ſcientiã, & non impedias muſicam.

6 Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem, & importunè noli extolli in ſapientia tua.

Eccleſ3.b.7
ſuprà 20.a.7

7 Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorum in conuiuio vini.

B

8 Sicut in fabricatione auri ſignũ eſt ſmaragdi: ſic numerus muſicorum in iucundo & moderato vino.

9 Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

10 Adoleſcẽs loquere in tua cauſa vix, quum neceſſe fuerit.

11 Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum.

12 In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens.

13 In medio magnatorũ ne præſumas: & vbi ſũt ſenes nõ multum loquaris.

14 Ante tonitruũ præibit coruſcatio, & ante verecundiã præibit gratia, & ꝓ reuerẽtia accedet tibi bona gratia.

C

15 Et hora ſurgẽdi non te trices: præcurre autem prior in domũ tuã, & illic auocare, & illic lude.

16 Et age conceptiones tuas, & nõ in delictis & verbo ſuperbo.

17 Et ſuper his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis ſuis.

18 Qui timet Dominum, excipiet doctrinam eius: & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem.

19 Qui quærit Legẽ, replebitur ab ea: & qui inſidioſè agit, ſcandalizabitur ab ea.

'Vt læteris eorum cauſa, ornamentíque gratia coronã accipias.

'Loquere ſenex, quia te quidem decet:

Sed cum intelligentia exquiſita, nec muſica prohibe.

'Vbi nulla *eſt* audientia, ſermonem ne iniicias, neque intempeſtiuè ſapienter agas.

'Concentus muſicorum in conuiuio cõpotatione læto, eſt quaſi inſigne carbunculi in ornatu incluſum aureo.

Et modulatio cantorum adhibita ad ſuaue vinum, eſt tanquam ſigillum ſmaragdi in apparatu aureo poſitum.

'Loquere adoleſcens, ſi vſus tui veniat, vix tamen, etiam quum bis rogatus fueris.

Summatim ſermonem comprehende, paucíſque multa: ſis vt homo intelligens, & interea tacens.

'In cœtu procerum ne te illis exæques, in conuentúque ſenum ne multa garrias.

'Vt fulgur præcurrit tonitru, ita pudentem gratia antecedit,

'Maturè ſurge, ac non inter vltimos domum accurre, neque deſideas.

'Ibi lude, tuóque indulge arbitrio: modò ne pecces, aut ſuperbè quid agas.

'Ad hæc celebra eũ qui te creauit, & qui te ſuis bonis cumulat.

Qui reueretur Dominum, eius diſciplinã amplectetur: "& mane eum quærentes, beneuolentiam ipſius reperient.

"Qui ſectatur Legem, ea explebitur: ſimulator verò in ea offendetur.

3 Vt læteris eorum cauſa, &c. ἵνα εὐφρανθῇς δι' αὐτούς, καὶ εὐκοσμίας χάριν λάβῃς στέφανον. Vt læteris propter eos, ornatúſque cauſa accipias coronam. Reſpicit ad cõſuetudinem conuiuiorum, in quibus conuiuæ coronas ex floribus confectas capiti impoſitas geſtabant: in primiſque is qui ſympoſio præfectus erat. 4 Loquere ſenex, &c. λάλησον πρεσβύτερε, πρέπει γάρ σοι, ἐν ἀκριβείᾳ δὲ ἐπιστήμης. aut (vt legunt alii codices) ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ. Loquere ſenior (decet enim te) in exacta autem ſcientia. Hoc loco inſtituit tam ſenes quàm adoleſcentes, quemadmodum in conuiuio ſe gerere debeant. Eſt enim maior orationis authoritas ac libertas in ſenibus, quàm in adoleſcentibus, in quibus taciturnitas aut ſermonis verecundia modeſtiáque maximè commendatur. 6 Vbi nulla *eſt* audientia, &c. ὅπου οὐκ ἀκρόαμα, μὴ ἐκχέῃς λαλιάν· καὶ ἀκαίρως μὴ σοφίζου. Vbi non *eſt* auſcultatio, ne effundas ſermonem: nec importunè ſapiens videaris. In conuiuio varia delectatio adhibetur: alia ex cibo & potu, quo venter iucundè paſcitur: alia ex cantu, quo aures ſuauiter afficiuntur: aliæ ſunt quæ ad oculos pertinent: ſed omnium optima & liberaliſſima eſt ſermonis, quo vno animus maximè paſcitur ac delectatur: ſed modus ac tẽpus eſt conſeruandũ. Neque enim ſemper ſermo locum habet, cæterarum voluptatum ſtudium conuiuas magis occupat ac delectat. 7 Concentus muſicorum, &c. σφραγὶς ἄνθρακος ἐπὶ κόσμῳ χρυσῷ, σύγκριμα μουσικῶν ἐν συμποσίῳ οἴνου. Sigillum carbunculi in ornatu aureo, concentus muſicorum in conuiuio vini. Commendat Sapiens hoc loco muſicam, ſed liberalem: in eáque iucundiſſimum conuiuii ornamentum conſtitutum eſſe dicit.

10 Loquere adoleſcens, &c. λάλησον νεανίσκε εἰ χρεία σου· μόλις δὶς ἐὰν ἐπερωτηθῇς. Loquere adoleſcens, ſi vſus tui, [id eſt, quum opus fuerit, aut quum vſus erit] vix bis ſi interrogatus fueris. Vix bis, variè diſtinguitur, aut vt ad antecedens Loquere referatur, aut cum participio ſequente Interrogatus coniungatur. mihi magis placet vt ad verbum Loquere referatur: quaſi Sapiens adoleſcentem moneat vt, quum ordo ratióque conuiuii poſtularit, loquendíque locus venerit, tunc ſemel loquatur, non bis: etiam ſi inuitatus fuerit. Non enim conuenit adoleſcenti partes ſermonis ſæpius ſuſcipere, propterea quòd ea ætas nullam authoritatem habet: itaque vult eum loqui ſemel, atque etiam breuiter: vt ipſo ſermone multa paucis complectatur. Eſt enim loquacitas ab ea ætate aliena: ſilentium vt in muliere, ita in adoleſcẽte maximum eſt ornamentum. 13 In cœtu procerum, &c. ἐν μέσῳ μεγιστάνων μὴ ἐξισάζου· καὶ ὅπου γέροντες, μὴ πολλὰ ἀδολέσχει. In medio magnatum ne te exæques: & vbi ſenes, ne multa effutias. aut, garrias. Proponit aliam perſonarum dignitatem, cuius maxima adoleſcenti ratio habenda eſt: vt in hoc hominum authoritate præſtantium genere modeſtè verecundéque ſe gerat, neque ſe aut immodeſtum aut ineptum oſtendat.

14 Vt fulgur præcurrit tonitru, &c. πρὸ βροντῆς κατασπεύδει ἀστραπή, καὶ πρὸ αἰσχυντηροῦ προελεύσεται χάρις. Ante tonitru feſtinat fulgur, [aut, coruſcatio] & ante verecundum præcedet gratia. Maxima cõmendatio pudoris ac verecundiæ eſt in puero atque adoleſcente, quæ ſæpe ſanguine genis ſuffuſo ſignificatur. Hæc autem modeſtiæ verecundiæque ſignificatio ac commendatio in omnibus dictis factíſque, vultu deniq; ipſo facta, mores adoleſcẽtis amabiles oſtẽdit. 15 Maturè ſurge, &c. ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου, καὶ μὴ οὐράγει· ἀπότρεχε εἰς οἶκον, καὶ μὴ ῥαθύμει. In hora [id eſt tempore] ſurge, nec ſis vltimus: decurre domum, ac ne deſideas. Monet Sapiens adoleſcentẽ, ne diu in cõuiuio deſideat, neque vltimos expectet: ſed maturè ac celeriter ſe domũ recipiat. neque enim eſt honeſtum, adoleſcentẽ ad epulas diutius accumbere, qui ex temperãtia ac ſobrietate, ſicuti ex pudore & verecundia, commendationem ætatis habere debet. 16 Ibi lude, tuóque indu. &c. ἐκεῖ παῖζε, καὶ ποίει τὰ ἐνθυμήματά σου, καὶ μὴ ἐν ἁμαρτίαις καὶ λόγῳ ὑπερηφάνῳ. Ibi lude, & fac cogitationes tuas, [aut, deſideria tua] non in peccatis, atque in ſermone ſuperbo. Quidam codices in vltimo membro ita legunt, καὶ μὴ ἁμάρτῃς λόγῳ ὑπερηφάνῳ, ac ne pecces ſermone ſuperbo. Concedit adoleſcenti intra domeſticos parietes ludos ea ætate non indignos, quibus ſe exerceat, atque animum remittat. eſt enim huiuſmodi luſio honeſtior illi ætati, quàm deſidia in conuiuio. 17 Ad hæc celebra eum, &c. καὶ ἐπὶ τούτοις εὐλόγησον τὸν ποιήσαντά σε, καὶ μεθύσκοντά σε ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. Et ſuper hæc benedicito eum qui fecit te, ac inebriantem te de bonis ſuis. Monet adoleſcentem, vt Deum authorem ſuæ vitæ cum omni gratitudine ac pietate recognoſcat, memoriámque celebret eorum beneficiorum quæ ab illo cumulatiſſimè ad hanc etiam vitam ſuſtentandam conferuntur. 18 Et mane eum quærẽtes, &c. καὶ οἱ ὀρθρίζοντες εὑρήσουσιν εὐδοκίαν αὐτοῦ. & mane vigilantes, inuenient fauorẽ eius. Mane vigilare eſt magno cum ſtudio Deum quærere, eúmque inuocare. His Deus ita ſe offert, vt ſuum erga illos amorem fauorémque oſtendat. Deus autem ita affectus erga ſuos in verbo ſuo oſtenditur. itaque doctrina Legis cum timore ſuſcipienda eſt, omniique diligentia tractanda. Deus ſe in verbo ſuo patefacit. 19 Qui ſectatur Legem, &c. ὁ ζητῶν νόμον, ἐμπλησθήσεται αὐτοῦ· καὶ ὁ ὑποκρινόμενος, σκανδαλισθήσεται ἐν αὐτῷ. Qui quærit Legem, replebitur ea: & qui ſimulat, offenſionem accipiet in ea. Hæc ſententia oſtendit quantum differat verum rectúmque Legis ſtudium à falſo ac ficto, quale eſt hypocritarum in quibus affictа pietatis ſpecies tantum ineſt. ſtudioſi Legis omnẽ bonorum plenitudinem vitámque beatam ſentiunt ac percipiunt: hypocritæ verò verbum Dei quaſi quoddam offendiculum reperiunt. ita aliis eſt odor vitæ, aliis verò odor mortis: vt ait Paulus, 2. Cor. 2. d. 16.

'Legitur & πρεσβυτέρῳ

″Qui timent Dominum, quod iuſtum eſt deprehendent:& tanquam lumen iuſtitiam accendent.

″Homo ſceleratus declinat caſtigationem, & pro voluntate ſua defenſionem excogitat.

″Vir conſultus non ſpernit deliberationem:at ineptus & ſuperbus nullo metu commouetur, etiã quum incõſultò quid fecerit.

Nequid inconſultò facias,& non te facti pœnitebit.

″Viam ne ingrediaris impeditam,ne in petricoſis offendas:rurſum autem planæ viæ ne confidas.

″Atque etiam tibi à liberis tuis caueas.

″In omni bono opere animo fideli eſto:hæc enim eſt mandatorum Dei obſeruatio.

Qui confidit Domino,mandata eius obſeruat: & qui fiduciam in eo ſuam habet,nullo afficietur detrimento. Cap. XXXIII.

T″Imenti Dominum nihil accidet mali , ſed tantũ in tẽtatione,rurſúmque eum eripiet.

″Non odit Legem vir ſapiens:qui autem fictè verſatur in ea, velut nauis in procella eſt.

Homo cordatus fideliter in Lege verſabitur:& Lex ei viciſſim erit fidelis.

″Vt in interrogatione plana diſpone tuam orationem,& tunc audieris:doctrinam connecte,ac tunc reſponde.

20 Qui timent Dominum, inuenient iudicium iuſtum:& iuſtitias quaſi lumen accendent.

21 Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem. D

22 Vir conſilii non diſperdet intelligẽtiam, alienus & ſuperbus non pertimeſcet timorem.

23 Etiã poſtquã fecit cum eo ſine conſilio,& ſuis inſectationib⁹ arguetur.

24 Fili,ſine cõſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.

25 In via ruinæ nõ eas,& nõ offẽdes in lapides : nec credas te viæ laborioſæ, ne ponas animæ tuæ ſcandalum.

26 Et à filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende.

27 In oĩ opere tuo crede ex fide animæ tuæ:hoc eſt enĩ cõſeruatio mãdatorũ.

28 Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo,non minorabitur.

Cap. XXXIII.

1 TImẽti Dominum non occurrẽt mala,ſed in tentatione Deus illum conſeruabit,& liberabit à malis.

2 Sapiens non odit mãdata & iuſtitias,&non illidetur quaſi in procella nauis.

3 Homo ſenſatus credit Legi Dei,& Lex illi fidelis.

4 Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum: & ſic deprecat⁹ exaudietur,& conſeruabit diſciplinam, & tunc reſpondebit.

20 Qui timẽt Dominum,&c.οἱ φοβούμενοι κύριον εὑρήσουσι κρίμα,καὶ δικαιώματα ὡς φῶς ἐξάψουσι. Qui timent Dominum reperient iudicium: & iuſtificationes quaſi lumen accendent.Continuat promiſſionẽ factam ſtudioſis Legis Diuinæ, ſiue iis qui Deum piè colunt.Eis promittitur huiuſmodi Legis iuſtitiæque cognitio,quæ illis quaſi quædam vitæ lux futura ſit.Verbum enim Dei piis eſt tanquam ſol,cuius ſplendor vſque ad meridiem progreditur,atque augetur:vt ait in Prouerbiis Solomon. 21 Homo ſceleratus declinat caſtig.&c.ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς ἐκκλίνει ἐλεγμὸν, καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐξευρίσκει σύγκριμα. Homo peccator declinat correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inuenit conſonantiam.id eſt,cõminiſcitur excuſationes ac prætextus,quibus mores improbos defendat. Hæc eſt natura omnium impiorum,vt lucem oderint(vt ait Chriſtus Iohan.3.c.20)ab eáque refugiant:ſemper tergiuerſentur, rationéſque libidini ſuæ accommodatas comminiſcantur,quibus ea quæ faciunt approbare videantur:pii verò ſe verbo Dei admoneri redarguíque libenter patiuntur,ſuáque delicta apertè confitentur.Reprehendat me iuſtus(inquit Dauid Pſal.140.b.5) & vnguẽtum effundet ſuper caput meum.in quo ſignificat veram correptionẽ ſibi gratiſſimam accidere. 22 Vir conſultus,&c.ἀνὴρ βουλῆς οὐ μὴ παρίδῃ διανόημα,ἀλλότριος δὲ καὶ ὑπερήφανος οὐ καταπτήξει φόβον. Vir conſilii non deſpiciet[aut,negliget]conſiderationem,[.i.rationem cogitandi deliberãdique de re aliqua]alienus verò[aut,temerarius]ac ſuperbus non percelletur timore. Hic oſtendit diſſimile ingenium animumque hominis conſiderati ac prudentis, atque inconſulti & temerarii: quòd alter nihil ſuſcipit faciendum,niſi capto prius conſilio:alter verò incautè periculoſéque omnia aggreditur. Priuſquam aliquid facias (inquit Salluſtius)conſulto:vbi conſulueris,maturè facto opus eſt. 25 Viam ne ingred.&c. ἐν ὁδῷ ἀντιπτώματος μὴ πορεύου, καὶ μὴ προσκόψῃς ἐν λιθώδεσι.In via ruinæ ne eas,ac non offendes in lapidioſis.Viam ruinæ appellat aſperam ac præruptam,quam qui ingreſſus fuerit, facilè cadere poſſit:vt eſt via lubrica,ad caſúmque hominis accõmodata.Eſt autem hæc admonitio vtilis,qua homines à duobus extremis vitioſis B ad fidem in Deum reuocantur.Nam aut in rebus arduis ac periculoſis ſuſcipiendis tentant Deum,omniáque temere ſuſcipiunt:aut in ſecundis nimium confidũt, ac ſecuri ſunt.Vtrunque vitium cũ fide pugnat, tum temeritatis ſiue incõſideratæ voluntatis,quæ præſumptio appellatur:tũ confidẽtiæ ac ſecuritatis in proſperis. Fides neque omnia temere aggreditur,neque creaturis nititur:ſed ope Dei freta,ea ſuſcipit quæ verbo eius ſibi mandata intelligit. 26 Atque etiam tibi à liberis,&c.καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου φύλαξαι.Et à liberis tuis caue. Significat fiduciam in homine quanuis coniunctiſſimo ponendam non eſſe.Quid charius eſſe poteſt liberis,aut vxore coniunctius? & tamen Micheas propheta monet, Ne credatis vos amico , nec in duce ſpem collocetis : ab ea quæ dormit in ſinu tuo,fores oris tui obſerua. Quoniam filius vilem habet patrem,filia verò aduerſus matrem,nurus aduerſus ſocrum ſuam inſurgit:& inimici cuiuſque domeſtici eius,Mich.7.a.5.b.6.

27 In omni bono opere, &c. ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ πίστευε τῇ ψυχῇ σου. In omni bono opere animo tuo crede.id eſt,animum fidelem præſta, vt nihil inſtituas ac ſuſcipias, niſi ex fide in Deum qua tibi planè perſuadeas, rem quam ſuſcipis tibi à Deo mandatam eſſe:deinde eum tibi affuturum,ſucceſſúmque fœlicem daturum.Ita πιστεύειν hoc loco ſignificat certam animi fiduciam in Deo, qua credimus eum authorem noſtræ vocationis,moderatorémque futurum confidimus.

IN CAPVT XXXIII.

1 Timenti Dom.nihil,&c.τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον οὐκ ἀπαντήσει κακὸν, ἀλλὰ ἐν πειρασμῷ, καὶ πάλιν ἐξαιρεῖται αὐτόν. Timenti Dominum non occurret malum,ſed in tentatione,ac rurſum eripit eum.aut,eripiet.ἐξαιρεῖται.i.liberabit eum.Alii,poſtremum membrum ita vertunt,Sed eum Deus è tentatione rurſum eripiet. Mihi autem magis placet vt nomen tentationis ad verbum præcedens Accidet aut Occurret referatur:vt hic ſit ſenſus,Nihil mali atque incommodi homini pio Deum colenti accidere,niſi in tentatione,in qua Dominus rebus aduerſis ſuos probare cõſueuit:ſed cum huiuſmodi ſpe,vt eos tandem liberet. Scimus pios homines in multis ac magnis moleſtiis ac periculis verſari,ſed ex his omnibus ab eo liberantur qui eos ita probare atque exercere vult. 2 Non odit Legem,&c.ἀνὴρ σοφὸς οὐ μισήσει νόμον, ὁ δὲ ὑποκρινόμενος ἐν αὐτῷ, ὡς ἐν καταιγίδι πλοῖον.Vir ſapiens Legem non odit:at qui ſimulat in ea,quaſi in procella nauis. Multa occurrũt piis ſtudioſiſque Legis Diuinæ , quæ illos poſſent offendere atque à ſtudio verbi alienare, niſi ſtudium illud verè & conſtanter ſuſcepiſſent: ſed ita ſentiunt de Lege Dei,itáque in ea affecti ſunt,vt in ſummis etiam afflictionibus Legem Dei diligant,ex eáque ſuauiſſimos ſolatii fructus percipiant. Hypocritæ qui Legem Dei fictè ac ſimulatè profitentur,hunc cõſtantem ac ſuauem verbi amorem ac delectationẽ non habent:ſed in ſumma offenſione timoréque perpetuo verſantur,quaſi nauis in procella fluctuantes.Neque enim eſt pax impiis,vt ait Eſaias,cap.48.d.22.

″Legitur & πολλῶν multorum.

4 Vt in interrogatione,&c.ὡς ἐρώτημα δῆλον, ἑτοίμασον λόγον, καὶ οὕτως ἀκουσθήσῃ· σύνδησον παιδείαν, καὶ τότε ἀποκρίθητι. Vt interrogatio aperta, præpara orationem,& ita audieris:colliga doctrinam,ac tunc reſponde. Quidam codices ita legũt,ὡς ἐρώτημα δικαίων,vt interrogatio iuſtorum:itaque alii ita verterunt, Qualia iuſti quærunt,talia para dicere:ſed hæc lectio mihi cõuenire non videtur.magis mihi probatur ea quã ex Toletano exẽplari reddidimus,in qua Sapiens nos ad ſtudium meditandæ componendǽque orationis exhortatur.Eſt enim in pleriſque hoc in genere ſumma negligentia atque incogitantia,vt nec quid dicant,nec quomodo, cogitent. Eorum perturbata confuſáque oratio facit vt nihil planè ac perſpicuè dicant,nec intelligantur.Ad propoſitam quæſtionem reſpondere nihil planè atque intelligenter poſſumus, niſi orationem ordinemus,& componamus:eſt autem accurata & compoſita oratio docti prudentiſque propria.

Suprà 21.b.17 ¶Præcordia fatui quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. 5

Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator: ſub omni ſupraſedente hinnit. 6

Quare dies diem ſuperat, & iterũ lux lucem, & annus annum à ſole? 7

A Domini ſcientia ſeparati ſunt facto ſole, & præceptum cuſtodiente. per Dei ſapientiam diuiduntur. 8

Et immutauit tẽpora, & dies feſtos ipſorum: & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam. 9

B Ex ipſis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipſis poſuit in numerum dierum: ¶ & omnes homines de ſolo, & ex terra vnde creatus eſt Adam. 10 Geneſ.1.d.27, & 2.a.7

In multitudine diſciplinæ Domin⁹ ſeparauit eos, & ĩmutauit vias eorũ. 11

Ex ipſis benedixit & exaltauit: & ex ipſis ſanctificauit & ad ſe applicauit: & ex ipſis maledixit & humiliauit: & cõuertit illos à ſeparatione ipſorũ. 12

Rom.9.d.20 ¶Qui quaſi lutũ figuli in manu ipſi⁹, plaſmare illud & diſponere. 13

Oẽs viæ eius ſecũdũ diſpoſitionẽ eius: ſic homo in manu illi⁹ qui ſe fecit, & reddet illi ſecundum iudiciũ ſuum. 14

2.Cor.6.c.14 ¶Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita: ſic & contra virum iuſtum peccator: & ſic intuere in omnia opera Altiſſimi, duo contra duo, & vnum contra vnum. 15

Et ego nouiſſim⁹ euigilaui, & quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. 16

C In benedictione Dei & ipſe ſperaui: & quaſi qui vindemiat, repleui torcular. 17

Suprà 24.c.16 ¶Reſpicite qm̃ nõ mihi ſoli laboraui, ſed oĩbus exquirẽtibus diſciplinã. 18

Audite me magnati & oẽs populi, & rectores eccleſiæ auribus ꝑcipite. 19

Filio & mulieri, fratri & amico nõ des poteſtatẽ ſup te in vita tua: & nõ dederis alii poſſeſſionẽ tuã: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis. 20

5 'Similia rotæ currus intima ſtulti ſunt, & velut axis verſatilis eiuſdem cogitatio.

6 'Amicus irriſor eſt quaſi equus admiſſarius, qui ſub quouis ſeſſore hinnit.

7 'Quare dies diem præcellit, quum omnis lux dierum anni à ſole proficiſcatur?

8 Iudicio Domini diſtincti ſunt, qui viciſſitudines temporum feſtorúmque dierum diſpoſuit.

9 Is alios dies extulit ac cõſecrauit, alios in ordinẽ dierũ redegit.

10 'Et omnes homines è terra ſunt orti, Adãq; è terra creatus eſt.

Sed Dominus multiplici ſcientia diſtinxit eos, & vias eorũ diuerſas fecit.

11 'Alios fortunauit atque euexit, conſecrauit propinquóſque ſibi fecit alios: 12 alios execrabiles habuit & depreſſit, ſuíſque euertit ſedibus.

13 'Vt lutum in manu figuli eſt, quod pro ſuo tractet arbitrio: ita 14 homines ſunt in manu Dei creatoris ſui, quibus pro ſuo iudicio ſingulis reddat.

15 'Vt contrariũ malo bonum, cõtrariáq; morti vita eſt: ſic oppoſitus ſcelerato eſt pi⁹, & aduerſus piũ ſceleratus: ita in õnibus operibus Altiſſimi bina quæq; videas, quorũ alterũ repugnat alteri.

16 'Nouiſſimus autem ego euigilaui, tanquam racemator properans poſt vindemiatores.

17 Profecíq; in gratia Dñi, & perĩde ac vĩdemiator torcular ĩpleui.

18 Conſiderate non mihi ſoli laboraſſe me, ſed omnibus iis qui diſciplinam quærunt.

19 Audite me prĩcipes populi, ac rectores eccleſiæ aures adhibete.

20 'Nec filio, nec vxori, nec fratri, nec amico permittas in te poteſtatem in vita tua: nec bona tua des alteri, ne pœnitentia ductus, eadem ſupplex requiras. Non perdenda libertas.

5 Similia rotæ currus intima, &c. Τροχὸς ἁμάξης, τὰ σπλάγχνα μωροῦ· καὶ ὡς ἄξων στρεφόμενος, ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ, Rota currus, præcordia ſtulti: & ſicut axis verſatilis, cogitatio eius. Significat hæc ſententia animum, ingeniúmque ſtulti vagum, inconſtans, ac varium, qui cogitationem ſuã nulla in re fixam habere poteſt. Eſt enim ea non minus volubilis, quàm rota currus eiúſque axis: at ſapientis animus in rebus meditandis eſt attentus ac defixus. 6 Amicus irriſor eſt quaſi, &c. ἵππος εἰς ὀχείαν, ὡς φίλος μῶκος, ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου χρεμετίζει. Equus ad admiſſuram ſicut amicus ſubſannator, [aut, cauillator] ſub omni ſeſſore hinniet. Hac ſimilitudine notat amicum infidum, commutabilem, ac varium: qui nullum habet certum quem diligat, ſed nunc his, nunc illis inconſtanter ſe accommodat, blanditur, arridet. 7 Quare dies diẽ præcellit? διατὶ ἡμέρα ὑπερέχει ἡμέρας; Cur dies diebus præſtat? i. cur alius alio præſtantior eſt? Significat diſcrimẽ quoddam dierum à Domino conſtitutum, alióſque eſſe ſolennes ac celebres ad memoriam rerum Diuinarum colendam inſtitutos, atque à communi ordine aliorum ſeparatos: alios verò ad vſum cõmunem operum humanorum reſeruatos. Hæc diſtinctio dierum feſtorum & profeſtorum à Deo inſtituta, ex Lege cognoſci poteſt. 10 Et omnes homi. &c. καὶ ἄνθρωποι πάντες ἀπὸ ἐδάφους, καὶ ἐκ γῆς ἐκτίσθη Ἀδάμ. Significat etiam diuerſam conditionem fortunámque hominum à Deo eſſe, nõ in rebus ſolùm externis, vt alii ſint diuites, alii pauperes: ſed etiã in iis quæ ad cognitionem eius ac communionem pertinent. Omnia enim eius authoritate prouidentiáque inſtituta, ſapientiſſimè gubernantur: vt ſicut figulus formator eſt vaſorum, ita Deus author effectórque creaturarum omnium. Pauper & diues (inquit Solomõ, Prouer. 22.a.2) obuiauerunt ſibi, & vtrumque creauit Dominus. 13 Vt lutum in manu figu. eſt, &c. ὡς πηλὸς κεραμέως ἐν χειρὶ αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ. Vt argilla figuli in manu eius, omnes viæ eius ſecundum voluntatem illius, ſcilicet figuli. per Vias ſignificat conditionem luti in voluntate figuli conſtitutam, vt ex eo effingere atque efficere poſſit vas ad vſum aliquem honeſtum, aut contrarium. Quam ſimilitudinem Paulus tractat Rom.9.d.29, de electione hominum eorúmque reprobatione diſputans. Hũc locum Sapiens de libera Dei poteſtate magis generalem inſtituit. 15 Vt contrarium malo bo. &c. ἀπέναντι τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀπέναντι τοῦ θανάτου ἡ ζωή. i. oppoſitum eſt alterum alteri. A generali communíque hominum conditione venit nunc ad ſpecialem de electione hominum ac reiectione, quam oſtendit rerum contrariarum ſimilitudine. Continuat enim propoſitum locum de libero iudicio arbitrióque Dei, in creandis tractandíſque hominibus. 16 Nouiſſimus autem ego euig. &c. κἀγὼ ἔσχατος ἠγρύπνησα, ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν. Et ego nouiſſimus euigilaui, vt qui colligit poſt vindemiatores. καλαμᾶσθαι propriè accipitur pro σταχυολογεῖν ſpicas colligere poſt meſſores, ſiue ſpicilegium facere: ſed accommodatur etiam ad collectionem oliuarum, quæ in ſummis olearum frondibus relictæ ſunt, atque etiam vuarum à vindemiatoribus relictarum, quæ propriè βοτρυολογία racematio appellatur. Hac autem ſimilitudine commendat Sapiens ſuum ſtudium, quòd ex Scriptura ſancta quaſi quadam optima vinea, has ſententias ad vitam inſtituendam vtiles ac ſalutares, quaſi vuas quaſdam decerpſerit, nobíſque tradiderit. Per vindemiatores autem intelligit Prophetas ex quorum libris hæc præcepta ac monita ſumpſit. Itaque hanc ſtudii ſui commendationem interponit, vt attentos reddat lectores, atque ad hunc librum diligenter legẽdum audiendúmque excitet. Multæ enim huiuſmodi ſententiæ προστακτικαὶ & hìc & in Prouerbiis Solomonis interponuntur. 20 Nec filio, nec vx. nec fra. &c. υἱῷ καὶ γυναικί, ἀδελφῷ καὶ φίλῳ μὴ δῷς ἐξουσίαν ἐπὶ σὲ ἐν ζωῇ σου. Hæc ſententia eſt aperta, in qua Sapiens patremfamilias admonet, vt in ſuis bonis ac fortunis dominiũ retineat quoad viuet, nec ius ſuum ante mortem ad alios transferat, ſuáque à ſe alienet bona. Liberior enim faciliórque ac certior eſt vſus eorũ quæ ſunt in noſtra poteſtate, quàm quæ in arbitrio aliorum: itaque hoc proprietatis ius non vult amitti aut alienari ante illud tempus, quo moriens hæreditatem ſuam quaſi per manus liberis, vxori, aut propinquis tradat. Eſt enim tunc opportuna & iuſta bonorũ ſucceſſio, atque hæreditatis à parentibus ad liberos aut ad alios tranſlatio. Hanc poteſtatem proprietatémque bonorum patres ſemper retinuerunt, niſi quum deſiperent, ac rem familiarem malè adminiſtrarent. Tunc enim (vt ait Cicero De ſenectute) patribus bonis interdici ſolebat.

Dũ viues atque ſpiritũ duces, ne te cuiquã mortaliũ emãcipes. 21

Præſtat enim filios tuos tui indigere, quàm te in manus filiorũ 22
B tuorum reſpicere.

In omnibus rebus tuis teneas principatum. 23

Ne gloriæ tuæ vllam maculam aſpergas. 24

In tempore dierum vitæ tuæ finiendorum, quum tibi morien
dum erit, hæreditatem diſtribue.

Serui quomodo tractandi.

ʹPabula, virga, oneráque aſino cõueniunt: & cibaria, caſtigatio, 25
atque opera ſeruo.

ʹOpus ſeruo faciẽdum impoſueris, quietem adipiſcêris: manus 26
eidem laxaueris, quæret libertatem.

Iugum & lorum ceruicem ſubigunt, ita neruus & tormenta ſer 27
uum malitioſum.

Mitte eum in opus, ne ſit otioſus: otium enim multa vitia 28
docuit. 29

ʺAdige *eum* ad opus quod officium eius poſtulat, quòd ſi non pa 30
ruerit, ſuis eum graua compedibus: ʹcaueto tamẽ nimius eſſe in vl
lum corpus, nec quicquam citra iudicium egeris.

ʹSi tibi ſeruus eſt, vt animã propriam foueas illum, propterea 31
quòd eum in ſanguine comparaſti: ſi ſeruus tibi eſt, tracta vt fra-
trem, quoniam eius vt animæ propriæ indiges. 32

Quòd ſi eũ læſeris iniuria, illéque profectus aufugerit, quanam 33
eum via requiras?

Cap. XXXIIII.

SPes ſtulti vanæ ac falſæ ſunt, ʹ& ſomnia inſipientibus alas ex- 1
tollunt.

Quaſi qui vmbrã captat ventúmque perſequitur, eſt is qui ſom 2
niis attendit.

ʹSpectrum ſomniorum ex imagine rei alterius exiſtit, ſicut ex 3
facie aduerſa faciei ſimulachrum.

ʹAb impuro quæ puritas proficiſci, aut quæ à falſo veritas ema- 4
nare poterit?

Dum adhuc ſuperes & aſpiras, immutabit te omnis caro.

Melius eſt enĩ vt filii tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum.

In omnibus operibus tuis præcellens eſto.

Ne dederis maculam in gloriam tuam in die conſummationis dierum vitæ tuæ: & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam.

Cibaria, & virga, & onus aſino: panis, & diſciplina, & opus ſeruo.

Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere: laxa manus illi, & quærit libertatem. D

Iugum & lorum curuãt collum durum, & ſeruum inclinãt operationes aſſiduæ.

Seruo maleuolo tortura & cõpedes, mitte illum in operationẽ, ne vacet.

Multam enim malitiam docuit otioſitas.

In opera cõſtitue eum, ſic enim cõ decet illum: quòd ſi non obaudierit, curua illum compedibus: & non amplifices ſuper omnem carnem, verũ ſine iudicio nihil facias graue.

Si eſt tibi ſeruus, ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrẽ ſic eũ tracta, qm̃ in ſanguine animæ cõparaſti illum. Supra 7.c.22

Si læſeris eum iniuſtè, in fugam cõuertetur.

Etſi extollens diſceſſerit, quẽ quæras, & in qua via quæras illũ, neſcis.

Cap. XXXIIII.

VAna ſpes, & mẽdacium viro inſenſato: & ſomnia extollũt imprudentes.

Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur vẽtum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia.

Hoc ſecũdum hoc, viſio ſomniorũ: ante faciem hominis ſimilitudo hominis.

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur?

25 Pabula, virga, oneráque, &c. χορτάσματα, καὶ ῥάβδος, καὶ φορτία ὄνῳ. Hæc præcepta ſunt œconomica, ad rem familiarem domeſticámque pertinentia: illud prius de dominio bonorum retinendo, hoc verò de officio ſeruorum, eáque ratione qua patres familiarũ in eos vti debẽt. Conditio autem ſeruorũ tunc fuit alia, quàm eſt apud nos: apud eos ſerui aut domi naſcebãtur, aut capti in bello vendebantur: in quos domini ſummam & acerbam poteſtatem habebant. Itaque quæ ſeueritas in eos ſit adhibenda, aut etiam humanitas, Sapiens hoc loco præcipit. Cicero, De officiis, Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorum: quibus non malè præcipiunt qui ita iubent vti, vt mercenariis ad operã exigendam & iuſta præbenda. Hoc idem monet Paulus, Coloſſ. 4.a.1, Vos domini, quod iuſtum æquúmque eſt, ſeruis veſtris præbete.

ʹLegitur & ζητήσει quæret.

26 Opus ſeruo faciendũ, &c. ἔργασαι ἐν παιδί, καὶ εὑρήσεις ἀνάπαυσιν· ἄνες χεῖρας αὐτῷ, καὶ ζητήσει ἐλευθερίαν. Operare in ſeruo, & inuenies quietem: remitte manus ei, & quæret libertatem. Hæc ſententia monet, ſeruum iuſtis operibus eſſe occupandum. Quid commodi ex eo officio, aut incõmodi ex otio contrario conſequatur, oſtendit. Eſt enim ſententia ἀντικειμένη, id eſt verborum contentione oppoſitionéque cõfecta.

30 Adige *eum* ad opus, &c. εἰς ἔργα κατάστησον, καθὼς πρέπει αὐτῷ. Conſtitue *eum* in opera, quemadmodum decet eum. id eſt, iis eum operibus occupa, quæ ipſius officium requirit. ſiue, quæ is debet facere. Eſt enim hæc iuſta opera quæ à ſeruis exigitur. Caueto tamẽ nimius, &c. καὶ μὴ περισσεύσῃς πάσῃ σαρκί. & non nimius ſis omni carni. id eſt, ne ſis nimium acerbus in huiuſmodi infimæ conditionis homines: in eos tuo iure ac poteſtate ne abutaris. Erat enim acerba dominorum in ſeruos poteſtas: ab ea igitur acerbitate ad humanitatem ac moderationem dominos Sapiens hoc in loco reuocat, eóſque admonet vt cum iudicio ac ratione eos tractent. 31 Si tibi ſeruus eſt, &c. εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω σοι ὡς ἡ ψυχή σου· ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν. Si eſt tibi ſeruus, ſit tibi ſicut anima tua: quoniam in ſanguine acquiſiuiſti eum. Quidam vertunt In ſanguine, Loco [aut, vice] ſanguinis quo vita continetur: quemadmodum poſtea dicit, non minus indigere eo quàm propria anima. ex quo ſignificat, ſerui operam ad vſum huius vitæ maximè opportunam & neceſſariam eſſe. Hæc expoſitio mihi non diſplicet: exemplaria tamen variant. Quædam ita legunt in principio huius ſententiæ, Sit tibi vt tu: deinde in ſequentibus, Tracta illum vt teipſum: ſed ad ſenſum non multum intereſt. Significat enim, ſeruum propter neceſſaria vitæ munera diligendum eſſe, ſummáque humanitate proſequendum ac tractandum.

IN CAPVT XXXIIII.

1 Et ſomnia inſipientibus alas extollunt. καὶ ἐνύπνια ἀναπτεροῦσιν ἄφρονας. & inſomnia alatos faciunt inſipientes. id eſt, illos in vanas cogitationes atque ſpes erigunt, ac ſublimes efferunt. Sunt enim qui ſomniis viſiſque plus tribuunt quàm oportet: quorum errorẽ initio huius capitis redarguit, oſtenditque ea eſſe inania & fallacia: ex quibus ratio vitæ comparanda non eſt, niſi huiuſmodi ſignis ſint notata & commendata, vt à Deo immiſſa vtilem aliquam commonitionem habeant: de quibus poſtea. 3 Spectrũ ſomniorum, &c. τοῦτο κατὰ τούτου, ὅρασις ἐνυπνίων· κατέναντι προσώπου ὁμοίωμα προσώπου. Hoc ſecundum hoc, viſio ſomniorum: ante faciem [aut, coram facie] ſimilitudo faciei. Similitudine διαφανοῦς oſtendit originem rationémque ſomniorum. Nam quemadmodum in corpore perſpicuo ac perlucido (vt in aqua ac ſpeculo) imagines referuntur eorum quæ eregione collocantur, vt cõſimilis vultus, forma, figuráque in ſpeculo reddatur ex obiectu aſpectúque vultus contrà poſiti: ita in ſomniis phantaſia imaginatióque informat intellectui ea quæ in ſenſus externos ſolent incurrere: neque viſa dormientibus obiecta aliud ſunt quàm ſimulachra earum rerum quæ vigilantibus offerri ſolent. Itaque quum hæc ſit vſitata ſomniorum omnium origo, imagóque ac ſimilitudo rerum à phantaſia inaniter conficta: ea non debet eam vim authoritatémque habere, vt ex ea vitæ ratio conſtituatur ac degatur. 4 Ab impuro quæ puritas, &c. ἀπὸ ἀκαθάρτου τί καθαρισθήσεται; καὶ ἀπὸ ψευδοῦς τί ἀληθεύσει; Ab immundo quid mundabitur? & à falſo quid verum erit? aut, exiſtet. Significat à vanitate ſomniorum nullam veritatẽ expectandam: à puro enim id quod purum eſt, à vero verum exiſtit.

	Diuinatio erroris & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium vanitas eſt.	5	Auguria,diuinationes,ſomnia ſunt vana: ʼ& inſtar parturientis animus phantaſia occupatus.
	Et ſicut parturiẽtis, cor tuũ phãtaſias patitur: niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio,ne dederis in illis cor tuum.	6	ʼNiſi ab Altiſſimo viſitandi tui cauſa miſſa fuerint, animũ ad illa tuum ne applices.
	Multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.	7	Multos enim inſomnia deceperunt: & qui conceperũt ſpem ex illis,exciderunt.
	Sine mendacio cõſummabitur verbum Legis, & ſapientia in ore fidelis complanabitur.	8	ʼSine mẽdacio præſtabitur Lex,oríq; veraci ſapiẽtia perfectio eſt.
B	Qui non eſt tentatus, quid ſcit? vir in multis exꝑtus, cogitabit multa: & ꝗ multa didicit, enarrabit intellectũ.	9	ʼQui multa peragrauit loca, multa nouit: & qui multarum vſum rerum eſt conſequutus, ſapienter diſſeret.
	Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit: qui autẽ in multis factus eſt, multiplicat malitiam.	10	Qui nihil eſt expertus, parùm nouit: homo verò in multis regionibus rebúſque verſatus,maiorem aſtutiam acquirit.
	Qui tentatus non eſt,qualia ſcit? ꝗ implanatus eſt,abundabit nequitia.	11	ʼEgo in vagatione mea multa vidi, pluráque quàm dicam intelligo.
	Multa vidi enarrando, & plurimas verborum conſuetudines.	12	
	Aliquoties vſqꝫ ad mortem periclitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia Dei.	13	ʼSæpe vſque ad mortem periclitatus ſum, rurſúmque per iſta conſeruatus.
	Spiritus timẽtium Deũ quæritur, & in reſpectu illius benedicetur.	14	Spiritus timentium Dominum viuet:
	Spes enim illorum in ſaluantem illos, & oculi Dei in diligentes ſe.	15	Spes enim eorum ſita eſt in ipſorum ſeruatore.
	Qui timet Dominum, nihil trepidabit: & non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.	16	Qui timet Dominũ,nihil metuet:neque expaueſcet, quia ſpes eius ipſe eſt.
	Timẽtis Dñm beata eſt anima eiꝰ.	17	Beata eſt anima eius qui Dominum reueretur.
C	Ad quem reſpicit, & quis eſt fortitudo eius?	18	ʼQuem enim ſpectat,aut quo nititur?
	Oculi Domini ſuper timẽtes eum: protector potentiæ, firmamentum virtutis,tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani.	19	Oculi Domini in eos ſunt intenti qui ipſum diligunt: potens præſidium,ac firmamentum validum,tegumentum ab æſtu,vmbraculum à meridie,ab offenſione tuitio,in ruináque auxilium:
	Deprecatio offenſionis, & adiutorium caſus,exaltans animam,& illuminans oculos, dans ſanitatem & vitam, & benedictionem.	20	Erigit animum,oculos illuminat,ſanitatem dat, vitam & proſperitatem.
Prouer.21.d.17	‖Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata,& nõ ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniuſtorum.	21	ʼQui ſacrificat ex rebus iniuſtè partis,hoſtiam offert ridiculam:
	Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & iuſtitiæ.	22	iniquorúmque donaria nulla vnquam cum gratia accipientur.
Prouer.15.b.8	‖Dona iniquorum non probat Altiſſimus,nec reſpicit in oblationes iniquorum:nec in multitudine ſacrificiorum eorũ propitiabitur peccatis.	23	Oblationibus impiorum non delectatur Dominus, nec multitudine ſacrificiorum pro peccatis placatur.
D	Qui offert ſacrificium ex ſubſtãtia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.	24	Quaſi qui ſacrificat filium coram patre, eſt is qui ſacrificiũ offert pauperis bonis comparatum.
	Panis egentium vita pauperũ eſt,	25	Panis indigẽtium eſt vita pauperum: qui eo illos defraudat,vir

5 Et inſtar partur.&c. καὶ ὡς ὠδινούσης φαντάζεται σου ἡ καρδία.& ſicut parturiẽtis imaginatur cor tuum.Cõparat laborẽ imaginandi ac ſomniandi mulieri parturienti,quæ cũ moleſtia infantẽ cupit edere:ita phãtaſia dum concipit animo, confingitque ea quæ per ſenſus externos in animum deferuntur,quodãmodo parturire,ac rem conceptam edere videtur.

6 Niſi ab Altiſſimo,&c. ἐὰν μὴ παρὰ ὑψίστου ἀποσταλῇ ἐν ἐπισκοπῇ σου, μὴ δῷς εἰς αὐτὰ τὴν καρδίαν σου. Niſi ab Altiſſimo miſſa fuerũt in viſitatione tua,ne des[id eſt,adiicias]ad illa cor tuum. Hoc loco excipit Sapiens ea ſomnia quæ appulſu Diuino excitantur: in quibus huiuſmodi inſignitæ apparent notæ veritatis authoritatiſque Diuinæ, vt dubitare non poſſimus quin à Deo profecta fuerint. Hoc ex genere ſunt ſomnia ſanctorum hominum, aut etiam principum quorundam,in Sacris literis commemorata,euentúque rerum maximarũ comprobata.

8 Sine mendacio præſtabitur Lex,&c. ἄνευ ψεύδους συντελεσθήσεται νόμος, καὶ σοφία στόματι πιστῷ τελείωσις. Abſque mendacio conſummabitur Lex,& ſapientia ori fideli conſummatio. Hoc locó Sapiens opponit certiſſimam Legis doctrinam vanitati ſomniorum cæterorúmque vaticiniorum quæ apud Ethnicos viguerunt. Quemadmodũ Eſaias propheta,cap.8.d.20,Iudæos ἀπὸ τῶν μαντικῶν à diuinationibus ad teſtimoniũ Legis reuocat.

9 Qui multa peragrauit,&c. ἀνὴρ πεπλανημένος ἔγνω πολλά, καὶ ὁ πολύπειρος ἐκδιηγήσεται σύνεσιν. Vir qui vagatus eſt,multa cognouit:& multa expertus, enarrabit intelligentiam. Quidam codices legunt ἀνὴρ πεπαιδευμένος,vir eruditus:ſed mihi placet πεπλανημένος,vt eſt in exemplari Toletano: & ipſe poſtea nominat ſuam ἀποπλάνησιν vagationem, id eſt peregrinationem in qua vagabundus multa loca regionéſque peragrauit. Scimus autem prudentiam hac multorum locorum,hominum,morumque cognitione comparari,hominéſque ſapientes(vt Solonem, Platonem,alióſque)multas regiones nationéſque exteras adiiſſe, atque per orbem terrarum vagatos fuiſſe,vt naturas rerum,moréſque hominũ cognoſcerent. Hoc modo Homerus Vlyſſem ſuum commendat. Itaque hanc lectionem libenter retineo: ſed ita vt ἀποπλανᾶσθαι vagari pro Oberrare terráſque peragrare accipiamus:non pro Errare ac decipi,quemadmodum quidam accipiunt & vertunt.

11 Ego in vagatione mea,&c. πολλὰ ἑώρακα ἐν τῇ ἀποπλανήσει μου, καὶ πλείονα λόγων μου σύνεσίς μου. Multa vidi in vagatione mea, & plura verbis meis intelligentia mea.id eſt,maior mea ratione cognitio mea.ſiue plura cogitatione intelligentiáque comprehendo,quàm verbis exprimo. ἀποπλάνησιν vocat vitam vagam & peregrinam in qua verſatus eſt multas regiones peragrans,& quaſi oberrans. Alii deceptionem errorémque vertunt, ſed illud non couenit. cõmendat enim ſuam prudentiam multarum rerum vſu,non errore ac deceptione cõparatam.altẽra non magnam commendationẽ habet.

ʼLegitur & τὰ πλάσματα fictiones.

18 Quem enim ſpectat,&c. Τίνι ἐπέχει, καὶ τίς αὐτοῦ στήριγμα; Cui attendit, & quis eius firmamentum? i. præſidium in quo conquieſcat. Significat enim,pium hominem ſpem ſuam in Deo ſitam habere,eóque vno niti ac confidere: ab eo in periculis opem ſalutémque expectare.

21 Qui ſacrificat ex rebus, &c. θυσιάζων ἐξ ἀδίκου, προσφορὰ μεμωκημένη, καὶ οὐκ εἰς εὐδοκίαν δωρήματα ἀνόμων. Sacrificans ex iniuſto,oblatio ridicula,& non in beneplacitum dona[ſiue, munera] iniquorum. Impii homines vt ſua aboleant maleficia,Deúmque propitium habeant, magnificentiſſima ſacrificia muneráque offerunt: ſed tantum abeſt vt gratiam apud Deum aliquam ineant, vt maiorem eius iram prouocent. Sunt enim eorum munera abominanda,quæ ne bonus quidem vir(vt ait Plato)velit accipere. Itaque Socrates apud eundem, quum Athenienſes ita loquerentur, Iniuſtè viuendum,& ſacrificandum:eorum corrigit orationem, Imò verò iuſtè viuendum & ſacrificandũ. Huius generis ſunt ſacrificia Papiſtarum quæ Miſſæ appellãtur, in quibus præter rapinas offerentium, ipſa per ſe Miſſæ inſtitutio maximè abominabilis eſt.

eſt ſanguinarius.

26 Qui victu proximum priuat, eum occidit: & qui mercenarium ſua fraudat mercede, ſanguinem effundit.

28 "Quum quod extruit vnus, alter deſtruit: quid præter laborẽ redit ad vtrunque?

29 Quum quod precatur alius, alius execratur: vtrius vocem exaudiet Dominus?

30 "Siquis ablutus à cadauere, rurſus idem contigerit, quid ei proderit ablutio?

31 "Similiter ſiquis propter peccata ſua ieiunio ſe affligit, rurſúmque abit vt eadem committat: quis preces eius exaudiet? aut quid ſibi ſua profuit afflictione?

Cap. XXXV.

1 Q"Vi Legem cuſtodit, copioſa facit ſacrificia: & qui mandata 2 obſeruat, hoſtiam offert ſalutarem.

4 "Qui bene meritis gratiam refert, ſimilaginem offert: & qui beneficentiam exercet, ſacrificium facit laudis.

5 "Recedere à malitia, Deo grata res eſt: iuſtitiam relinquere, piaculare ſacrificium.

6 "Ne venias in conſpectum Domini vacuus:

7 Hæc enim omnia præcepti cauſa ſunt inſtituta.

8 Aram pinguefacit immolatio iuſti, eiúſq; odor corã Altiſſimo ſuauis eſt.

9 Sacrificium viri iuſti eſt acceptum, eiúſque memoria nulla obliuione delebitur.

10 Dominum oculo honora benigno, nec primitias manuum tuarum minue.

11 "In omni munere vultum præbeas hilarem, & cum lætitia decimas conſecra.

12 "Offer Altiſſimo munera pro munificẽtia ipſius erga te, prouẽ-

---

q defraudat illum, homo ſanguinis eſt.

26 Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum.

Qui effundit ſanguinẽ, ‖& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Deut.24.c.14 ſuprà 7.c.22

28 Vnus ædificans, & vnus deſtruens: quid prodeſt illis, niſi labor?

29 Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus?

30 ‖Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit eũ, quid proficit lauatio illius? Num.19.b.11

31 ‖Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadẽ faciens, quid proficit humiliando ſe? orationem illius quis exaudiet? 2.Pet.2.d.20

Cap. XXXV.

1 QVi conſeruat Legem, multiplicat orationem.

2 ‖Sacrificiũ ſalutare eſt attẽdere mãdatis, & diſcedere ab oĩ iniquitate. 1.Reg.15.e.22 ierem.7.a.3

3 Et deprecatio pro peccatis, recedere ab iniuſtitia.

4 Retribuet gratiam qui offert ſimilaginem: & ‖qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. Philip.4.d.18

5 Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniuſtitia.

6 ‖Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus. Exod.23.b.15 & 34.c.23 deut.6.d.16

7 Hæc enim omnia propter mãdatũ Dei fiunt.

8 ‖Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi. Gen.4.a.4

9 Sacrificium iuſti acceptum eſt: & memoriam eius nõ obliuiſcetur Dominus. B

10 Bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum.

11 ‖In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. 2.Cor.9.b.7

12 ‖ Da Altiſſimo ſecũdum datum ei⁹, & in bono oculo adinuẽtionẽ facito Tob.4.a.6

---

28 Quum quod extruxit, &c. εἷς οἰκοδομῶν, ϗ εἷς καταλύων [ſiue, καταίρων] τί ὠφελήσουσι πλεῖον ἢ κόπους; Vnus ædificãs, & vnus demoliens, quid lucrantur amplius quàm labores? Hoc loco & proximo videtur Sapiens præcipere ὁμόνοιαν concordiam cõſenſionémque in religione vitæque ratione piè inſtituenda & colenda. Notat autem his verbis ſummam diſcordiam, atque animorum voluntatúmque diſcrepantiam, qua homines in profeſſione religionis ac precibus, vota ſtudiáque maximè diuerſa pugnantiáque ſuſcipiunt. Dominus contrà, Matth.18.c.20, conſenſum requirit in nomine ſuo, eique ſe affuturum promittit. Act.1.c.14, ὁμοψυχία diſcipulorum ac fidelium commendatur, quos ait Lucas ὁμοθυμαδὸν vnanimiter oraſſe. Quum autẽ mentes ac voluntates hominũ ſunt ita diſcrepãtes ac repugnantes vt ſignificat hoc loco Sapiẽs, fieri nullo modo poteſt vt Deus ſocietati huiuſmodi hominũ interſit, eorúmque preces exaudiat. 30 Siquis ablutus, &c. βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος. Qui intingitur [.i. abluitur] à mortuo, & iterũ tangit eum. Hac ſimilitudine oſtẽdit eorum leuitatẽ amentiámque qui à pœnitẽtia ad priſtina peccata relabuntur. Fuit hic Iudæorũ mos, vt quum à cadauere mortui hominis domũ redirent, ſe abluerẽt: atque ita expurgarent, quum aliquid immundum contrectauerãt. Hinc illa βαπτίσματα lauacra domi parata, quorum mentio fit, Iohã. 2.a.6. In huiuſmodi autem homines qui ad priſtinã peccandi conſuetudinẽ licentiámque reuertuntur, diuus Petrus, 2.Epiſt.2.d.22, illud vſurpat prouerbium, Canis ad ſuum rediens vomitum, & porca lota rurſum ad cœnũ reuoluta. Euenit autẽ ſæpe certo Dei iudicio vt ratio cõſuetudóque vitæ conſequentis ſit tetrior priore: ita vt diabolus qui antea in homine quaſi in quodã domicilio ſolus habitabat, cum comitatu aliorũ ſeptem eodem redeat. Luc.11.d.26.

IN CAPVT XXXV.

1 Qui Legem cu. &c. ὁ συντηρῶν νόμον, πλεονάζει προσφοράς· θυσιάζων σωτηρίου, ὁ προσέχων ἐντολαῖς. Qui ſeruat Legẽ, multiplicat oblationes: ſacrificator ſalutaris, qui attendit mendatis. Significat opima & copioſa ſacrificia eſſe in Legis obſeruatia atque obediẽtia. Deus enim in primis requirit animi puritatem atque integritatem, ab eáque ſtudia officiáque profecta cùm erga ſe, tũ erga proximum: ad eáque ſacrificia ac cærimoniæ referuntur, nõ per ſe ſpectantur: ſunt enim ſigna & ſymbola aliarum rerũ quæ Deo proximóque ſunt tribuendæ. Hypocritæ verò neglectis iis rebus quarũ cæremoniæ ſunt indices, ipſas per ſe cæremonias intuentur: puritatẽ conſcientiæ, fidem, charitatẽ aſpernantur. itaque hoc nomine ſtudióque peruerſo à Prophetis grauiſſimè reprehenduntur. 4 Qui bene meritis, &c. καὶ ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριν, ὡς προσφέρων σεμίδαλιν. Et qui gratiam rependit, quaſi qui offert ſimilaginem.i. florem farinæ. Hoc loco commendat duo officia quæ in beneficentia colenda exercendáque verſantur. eius autem duplex ratio eſt: vna in gratia conferenda, altera in referenda. Beneficia autem data & reddita ait gratiſſima Deo eſſe munera & ſacrificia. 5 Recedere à malitia, &c. εὐδοκία κυρίου ἀποστῆναι ἀπὸ πονηρίας. Beneplacitum Domini diſcedere à malitia. aut, prauitate. deponere ſtudium nocẽdi proximo, ſuſcipere benefaciendi. Quemadmodũ etiam monet Eſaias, cap. 1.e.17, Deſinite malè agere, ac diſcite benefacere. Innocentia enim gratiſſima eſt Deo, quæ nemini nocet, prodeſt omnibus quibus poteſt.

6 Ne venias in conſpectũ Do. &c. μὴ ὀφθῇς ἐνώπιον κυρίου κενός. Ne appareas in conſpectu Domini vacuus. Hoc loco præcipit de oblationibus quæ in Lege à Deo mandatæ erant ad declarandam gratitudinem pietatémque erga Dominum: in quibus & animũ ac voluntatem offerentis, & facultatem, & mores conſiderare ſpectaréque debemus. Lubenti animo, & pro modo facultatum, & à piis Deumque metuentibus munera ei ſunt deferẽda: ab inuitis, malignis, auaris, ingratiſq;, aut improbis atque iniuſtis hominibus Deus oblata munera nõ accipit.

11 In omni munere vultũ, &c. ἐν πάσῃ δόσει ἱλάρωσον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἁγίασον δεκάτην. In omni dato hilarifica vultũ tuũ, & in lætitia ſanctifica decimas. Paulus 2.Cor.8.b.12, vbi agit de eleemoſyna beneficentiáque in pauperes conferenda, hæc eadem propè requirit, προθυμίαν καὶ τὸ κατὰ δύναμιν, vt animo prompto ac libenti, & pro modo facultatũ quantum poterunt, beneficium largiantur. Hilarẽ enim (inquit ibidẽ 9.b.7) datorem Deus diligit. Animi autẽ promptitudo & volũtas liberalis, ex eo quod quiſque poteſt, nõ ex eo quod non poteſt, ſpectari debet. 12 Offer Altiſſi. &c. δὸς ὑψίστῳ κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ, καὶ ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ καθεύρεμα χειρός. Da Altiſſimo ſecundum donũ eius, [ſiue, largire Domino iuxta largitionem eius.i. pro facultate bonorum quæ tibi largitus eſt] & in bono oculo inuẽtionem manus tuæ. id eſt, quod acquiſitum comparatúmque eſt labore manuum tuarum, quem Dominus fortunauit vt eius benedictionem grato animo recognoſcas. Vult Sapiens pro magnitudine bonorum quæ quiſque à Deo accepit, gratiam haberi, gratitudinémque declarari.

manuum tuarum.

Quoniã Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi.

Leuit.22.c.21 deut.15.d.20

Noli offerre munera praua: non enim ſuſcipiet illa.

Et noli inſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam Dominus iudex eſt, & non eſt apud illũ gloria perſonæ.

Deut.10.d.17 2.par.19.c.7 iob 34.b.19 ſapien.6.b.8 act.10.e.34 rom.2.b.11 galat.2.b.6 epheſ.6.b.9 coloſſ.3.d.26 1.petr.1.c.17

Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet.

Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelã gemitus.

Nónne lachrymæ viduæ ad maxillã deſcendunt, & exclamatio eius ſuper C deducentem eas?

A maxilla enim aſcendũt vſque ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis.

Qui adorat Deum in oblectatione, ſuſcipietur, & deprecatio illius ad nubes propinquabit.

Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit: & donec propinquet, non conrogabitur: & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat.

D Et Dominus non elongabit, ſed iudicabit iuſtos, & faciet iudiciũ: & fortiſſimus non habebit in illis patientiam, quouſque contribulet dorſum ipſorum.

Et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem ſuperborũ, & ſceptra iniquorum contribulet:

Donec reddat hominibus ſecundũ actus ſuos, & ſecundum opera Adæ, & ſecundum præſumptionem illius:

Donec iudicet iudicium plebis ſuæ, & oblectabit iuſtos miſericordia ſua.

Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

Cap. XXXVI.

Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpice nos: & oſtẽde nobis lucem miſerationum tuarum.

Et immitte timorem tuum ſuper gentes quæ non exquiſierunt te: vt cognoſcãt quia non eſt Deus niſi tu, vt enarrent magnalia tua.

Ierem.10.d.25

Alleua manum tuam ſuper gentes alienas, vt videant potentiam tuam.

Sicut enim in conſpectu eorũ ſan-

túmque manuum tuarum benigno oculo.

13 ʹNam Dominus remunerator eſt, qui reddet tibi ſepties tanto amplius.

14 Ne quicquam ex dono tuo diminuas, nec enim id recipiet:

15 ʹNec iniquum obeas ſacrificium, quoniam Dominus iudex eſt, nec valet apud eum ratio opinióque perſonæ.

16 Nullam habet rationem perſonæ aduerſus inopem, ſed hominis iniuria affecti precationem exaudit.

17 ″Supplicationẽ orphani minimè negliget: nec viduam, ſi querelam effundat ſuam.

18 ʹNónne lachrymæ viduæ in genas eius defluunt, & vociferatio

19 eius aduerſus illum eſt qui eas euocauit?

20 Qui Deum colit, ſuſcipietur cum beneuolentia: eiúſque precatio vſque ad nubes pertinget.

21 ʹOratio afflicti nubes penetrat, nec cõquieſcit ac deſiſtit, donec peruenerit ad Altiſſimum, íſque reſpexerit.

22 Iudicabit iuſtos, iudiciúmque exercebit, neque moram faciet Dominus: nec patientiam ſuper eis diutius habebit fortis,

Donec conquaſſarit lumbos immiſericordium, ″gentéſque ſup-
23 plicio multauerit: donec ſuſtulerit turbã iniurioſorum, atque iniuſtorum ſceptra confregerit:

24 Donec iuxta ſua cuique acta repẽderit, & iuxta cuiuſque opera eorum cogitationes vindicarit:

25 Donec exercuerit iudiciũ populi ſui, eóſque ſua miſericordia recreauerit.

26 ʹQuàm præclara eſt calamitoſo tempore miſericordia! quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

Cap. XXXVI.

1 M″Iſerere noſtri Domine Deus omnium, & reſpice nos:

2 Metúmq; tui immitte õnibus gẽtibus, quæ te nõ requirũt.

3 ″Tolle manum tuam ſuper gentes alienas, vt potentiam tuam perſpiciant.

4 ″Vt inſpectantibus illis numen tuũ in nobis declaraſti, ita corã

13 Nam Dom.remun.eſt, ὅτι κύριος ἀνταποδιδούς ἐστι, Quoniã Dominus retribuens eſt.i.is qui bona opera cumulatiſſimè compẽſat. Heb.11.b.6, Deus appellatur μισθαποδότης τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. 15 Nec iniquum, &c. καὶ μὴ ἔπεχε θυσίᾳ ἀδίκῳ, Et ne attẽdas ad iniuſtum ſacrificium.i.cum rapina iniuriáque alterius coniunctũ, fraude ac violẽtia comparatum, vt antea monuit. Subiicit rationẽ, Quia Dominus iudex eſt, nec valet apud eum ratio opinióque perſonæ. οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ δόξα προσώπου. non eſt apud eum opinio perſonæ.i. προσωποληψία acceptio perſonarũ, vt diuiti potentique in pauperem iniurioſo propter ipſius magnificentiſſima munera faueat. 17 Supplicationẽ orph.&c. οὐ μὴ ὑπερίδῃ ἱκετείαν ὀρφανοῦ, καὶ χήραν, ἐὰν ἐκχέῃ λαλιάν. Nõ deſpiciet ſupplicationẽ orphani, nec viduã, ſi effundat loquelã.i.orationẽ ac querimoniam ſuã: quaſi in ſinum Dei orphanorum viduarumque tutoris, effundat. Deus enim in Scriptura ſæpe eorũ Deus appellatur, vindex acerrimus futurus, ſiquis eos iniuria afficiat atque opprimat. 18 Nónne lachr. viduæ, &c. οὐχὶ δάκρυα χήρας ἐπὶ σιαγόνας καταβαίνει, καὶ ἡ καταβόησις αὐτῆς ἐπὶ τῷ καταγαγόντι αὐτά; Nónne lachrymæ viduæ in genas eius deſcẽdunt, & clamor eius aduerſus illũ qui eas deduxit? i. excitauit, aut prouocauit.i.qui illã affligens ac vexans, ad flendum miſerandúmque ſuum caſum cõpulit. Dominus qui pauperũ atque afflictorũ Deus eſt, lachrymas eorum in caput oppeſſorũ refundet. 21 Oratio afflicti nu.&c. προσευχὴ ταπεινοῦ νεφέλας διῆλθε, καὶ οὐ μὴ παρακληθῇ, καὶ οὐ μὴ ἀποστῇ. Precatio humilis nubes penetrat, nec conſolabitur, nec deſiſtet. Significat his verbis vehementes ac miſerabiles queſtus gemitúſque afflictorũ noctes ac dies ad Deum clamantiũ. Hæc continua querela ſignificata eſt, Luc.18.a.2, ſimilitudine viduæ iniquum iudicẽ importunè appellantis, vbi Chriſtus ait Deum preces electorũ ſuorum noctes diéſque clamantium exauditurũ, eorúmque iniurias ſine vlla mora vindicaturum. ille locus optimè cũ iſto conuenit. 23 Gentéſque ſupp.mul. καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀνταποδώσῃ ἐκδίκησιν· & gentibus vindictã reddiderit.i.pœnas iuſtas ac debitas repetierit ab iis qui ſuos affligunt atque opprimunt: eos enim gẽtes appellat quaſi populos alienos, quibus iuſta grauíſque vindicta denuntiatur. Pſal.94, ardentiſſima piorum afflictorum precatio continetur, quæ ad hunc locum illuſtrãdum plurimùm facit. Ex multis aliis ſunt hi verſus, Populũ tuum Domine conterunt, & hæreditatẽ tuam affligunt. Viduam & peregrinũ interficiũt, ac pupillos occidunt.a.5.6. 26 Quàm præclara eſt, &c. ὡς ὡραῖον ἐν καιρῷ θλίψεως ἔλεος· Quàm pulchra in tempore afflictionis miſericordia! Exclamatio eſt Sapientis de miſericordia atque ope Dei in calamitate opportuna ac exoptata. Pſal.126.a.1, Quando redire fecit Dominus captiuitatem, tunc repletum fuit riſu os noſtrum, & lingua noſtra laude. Addit etiam eãdem ſimilitudinem qua hic Sapiens vſus eſt, Redire fac Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrentes in Auſtro. Ibidem, verſu 4.

IN CAPVT XXXVI.

1 Miſerere noſtri Do.&c. ἐλέησον ἡμᾶς δέσποτα ὁ θεὸς πάντων, καὶ ἐπίβλεψον. Precatio eſt à Sapiente inſtituta in miſerrimo populi Iudaici ſtatu: quum Iudæi ex patria expulſi, per Gentéſque ſparſi exularent. Sapiens petit à Deo vt ipſos recolligat, atque in priſtinum ſtatum reſtituat. 3 Tolle manum tuam ſuper, &c. ἔπαρον τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὰ ἔθνη ἀλλότρια, ἰδέτωσαν τὴν δυναστείαν σου. Leua manum tuam ſuper gentes alienas, videant potentiam tuã. Nomine manus ſignificat potentiam quam Deus ſæpe exhibuit in redimendo ſuo populo: ita enim dicitur Dominus manu ſublata brachióque exerto atque extenſo populum ex AEgypto eduxiſſe. 4 Vt inſpectantibus illis, &c. ὥσπερ ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν, οὕτως ἐναντίον ἡμῶν μεγαλυνθείης ἐν αὐτοῖς. Vt quemadmodum in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ita in conſpectu noſtro magnificeris in eis. Deus multas res præclaras in populo Iudaico geſſerat, quarum populi exteri atque inimici inſpectores ac teſtes fuerant: ad eandem gloriam nunc Deum reuocat. Tunc autem elucet ſumma Dei gloria, quum ſalus populi eius cum exitio hoſtium coniuncta eſt. hoc enim modo ſingularis eius erga ſuos amor beneuolentiáque perſpicitur.

nobis maieſtatem in illis tuam oſtende.

Vt cognoſcant te,quemadmodum nos te cognouimus:quoniã 5
nullus præter te deus eſt,Domine.

″Noua ede ſigna variáque miracula. 6

Oſtẽta manũ brachiũq; dextrũ,vt mirãda facta tua prædicent. 7

″Excita indignationẽ, irámque effunde : aduerſarium aufer,at- 8
que inimicum contere. 9

″Accelera tempus,mementóque iuramenti,vt tua commemo- 10
rentur mirabilia.

″Qui euaſerit, ira ignis abſorbeatur: ″& oppreſſores populi tui 11
exitium conſequantur.

″Contere capita principum inimicorum,qui dicunt,Non eſt a- 12
lius præter nos.

″Congrega omnes tribus,& eas vt ab initio poſſide. 13

″Miſerere Domine, populi nomine tuo appellati, & Iſrael quẽ 14
primogenitum nominaſti.

Miſericordiam cape erga Ieruſalem vrbem tuæ ſanctitatis, ac 15
locum requietis tuæ.

″Reple Sionem,vt tua oracula extollat:tuáque tuum populum 16
gloria exple.

″Da teſtimonium iis quos ab initio vt poſſeſſionem acquiſi- 17
uiſti,prophetias in tuo nomine ſuſcita.

Tribue mercedem iis qui te expectant: ″& fac vt tuis Prophetis 18
fides habeatur.

″Preces ſeruorum tuorum exaudi Domine, iuxta benedictionẽ 19
Aaronis pro populo tuo factam:& omnes qui terrã habitant,co-
gnoſcant te Dominum Deum eſſe ſempiternum.

″Venter quemuis cibum capit:eſt tamen cibus cibo melior. 20

ctificatus es in nobis, ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in eis.

Vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus:quoniã non eſt Deus præter te,Domine.

Innoua ſigna, & immuta mirabilia.

Glorifica manum & brachium dextrum:

Excita furorem,& effunde iram:

Extolle aduerſarium,& afflige inimicum.

Feſtina tempus, & memento finis: vt enarrent mirabilia tua. B

In ira flammæ deuoretur qui ſaluatur:& qui peſſimãt plebem tuam,inueniant perditionem.

Cõtere caput principum, inimicorum dicentium, Non eſt alius præter nos.

Congrega omnes tribus Iacob, & cognoſcãt quia non eſt Deus,niſi tu: vt enarrent magnalia tua, & hæreditabis eos,ſicut ab initio.

Miſerere plebi tuæ, ſuper quam inuocatũ eſt nomẽ tuum, & Iſrael ‖quẽ coæquaſti primogenito tuo. Exod.4.e.22

Miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ Ieruſalem,ciuitati requiei tuæ.

Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis,& gloria tua populum tuum. C

Da teſtimoniũ,quia ab initio creaturæ tuæ ſunt, & ſuſcita precationes quas loquuti ſũt in nomine tuo Prophetæ priores.

Da mercedem ſuſtinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationes ſeruorum tuorum.

‖Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ:& ſciãt oẽs qui habitãt terrã, quia tu es Deus conſpector ſeculorũ. Num.6.d.23

Omnem eſcam manducabit venter,& eſt cibus cibo melior.

6 Noua ede ſigna,&c. ἐγκαίνισον σημεῖα, καὶ ἀλλοίωσον θαυμάσια, δόξασον χεῖρα. Innoua ſigna,& immuta[aut, varia]miracula,illuſtra manum. .i.illuſtrem exhibe potẽtiam tuam. Alii vertunt,Renoues exempla, miraculáque commutes. Mihi autem nihil aliud videtur petere,quàm id quod verti,vt noua & varia ſigna Deus exhibeat,quibus ſuam magnitudinem oſtẽdat. Deus enim in liberando ſuo populo eam rationẽ adhibere ſolet,ad quam omnes obſtupeſcunt. 8 Excita indignationem,&c. ἔγειρον θυμὸν, καὶ ἔκχεε ὀργὴν, Suſcita furorem,ac effunde iram. His verbis poſtulat vindictam hoſtium,eorúmque exitiũ,quod quum ad ſalutem Eccleſiæ eſt adiunctũ, illuſtrius redemptionis opus ac beneficium Dei efficit. Eſt enim τιμωρεία μετὰ κολάσεως.i.vindicatio vltióque populi læſi cum pœna hoſtium coniuncta.

10 Accelera tempus,&c. σπεῦσον καιρὸν, καὶ μνήσθητι ὁρκισμοῦ, Vrge tempus,& memento iuriſiurandi. Quædam exemplaria legunt ὀργῆς iræ pro ὁρκισμοῦ: vtraque lectio poteſt extare,vt eum vel ad memoriã promiſſionis de conſeruando populo factam, vel ad ſeueritatẽ atque acerbitatem iræ vindictǽque excitet. 11 Qui euaſerit,&c. ἐν ὀργῇ πυρὸς καταβρωθήτω ὁ σωζόμενος, In ira ignis deuoretur,[.i.abſumatur]qui ex illo exitio ſaluus atque incolumis ſupererit. His verbis internecionem hoſtium ſignificat. Et oppreſſores pop.&c. καὶ οἱ κακοῦντες τὸν λαόν σου εὕροιεν ἀπώλειαν. & qui affligunt[aut,vexant]populum tuum,inueniant perditionem. id eſt exitium ſuis factis dignum. Quidam codices habent ἀδικοῦντες iniuriis afficientes,quod verbum eoſdem hoſtes ſignificat populum Dei iniuſtè opprimentes.

12 Contere capita principum,&c. σύντριψον κεφαλὰς ἀρχόντων ἐχθρῶν λεγόντων, Οὐκ ἔστι πλὴν ἡμῶν. Cõtere capita principum inimicorum[aut, ἐθνῶν Gentium, vt quædam habent exemplaria]dicentium, Non eſt præter nos. Quum inſignia extant ſupplicia in principes populorũ malorúmque authores,tunc iudicium Dei illuſtrius exiſtit. Videmus enim Deum,quoties ſuum populum liberauit,grauia & ſingularia ſuæ iuſtitiæ ac ſeueritatis exempla documentáque in ipſis principibus exhibuiſſe. 14 Miſerere Domine,populi nomi.&c. ἐλέησον λαὸν κύριε, κεκλημένον ἐπ᾽ ὀνόματί σου. Miſerere populi Domine,in nomine tuo vocati.id eſt, qui tuo cenſetur nomine. Dei enim populus dicitur. Sic Eſaiæ,4.a.1,mulieres virũ apprehẽdentes,eius nomine vocari volunt.id eſt,vxores illius haberi. 16 Reple Sionem,vt tua oracula,&c. πλῆσον σιὼν ἆραι τὰ λόγιά σου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης σου τὸν λαόν σου. Imple Sion tollere oracula tua,& à gloria tua populum tuum. Alii ita vertunt,Sionem extollendis oraculis tuis impleas. vterque ſenſus conſtare poteſt, vt vel ipſe Deus extollat ac celebret oracula quæ hactenus videntur iacuiſſe:vel vt populus Eccleſiáque eadem celebret. Tunc enim maxima cum gloria verbum Dei in Eccleſia perſonat, quum eſt ſuæ libertati ac dignitati reſtituta. In illa calamitate omnia ſilentio ſepulta erant. 17 Da teſtimonium iis,&c. δὸς μαρτύριον τοῖς ἐν ἀρχῇ κτήμασί σου. Da teſtimonium tuis ab initio poſſeſſionibus. Quædam exemplaria habent κτίσμασι creaturis:vtraque lectio extare poteſt. Eccleſia enim tum opus eſt ipſius Dei, ποίημα(vt ait Paulus, Rom.1.c.20) tum etiam κτῆμα, id eſt poſſeſſio,eiuſque hæreditas: ipſéque eius vel effector vel poſſeſſor dicitur. Quũ autem Deus Eccleſiam redimit ac reſtituit,tunc dat teſtimonium illuſtre ſui priſtini operis veteriſque poſſeſſionis.

18 Et fac vt tuis Prophetis fides habea. καὶ οἱ προφῆταί σου ἐμπιστευθήτωσαν. ac Prophetæ tui fidem aſſequantur. quod tunc fit, quum & calamitas ab illis denuntiata,& promiſſa liberatio Eccleſiæque conſeruatio ipſo euentu comprobatur. Ante eum rerum euentum apud homines incredulos nullam authoritatẽ habet: petit igitur vt quæ à Prophetis de Eccleſia reſtituẽda ſunt prædicta, ea quoque præſtentur,atque ita veritas verbi Dei re ipſa comprobetur. 19 Preces ſeruorum tuorum,&c. εἰσάκουσον κύριε δεήσεως τῶν οἰκετῶν σου κατὰ τὴν εὐλογίαν ἀαρὼν περὶ τοῦ λαοῦ σου. Exaudi Domine precationem ſeruorum tuorum ſecundum benedictionem Aaronis ſuper populo tuo. Formula eius precationis extat, Num.6.d.24.25,his verbis expreſſa(ita enim Dominus populo eum bene precari voluit) Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Illuſtret Dominus faciem ſuam ſuper te,ac miſereatur tui. 20 Venter quemuis cibum capit,&c. πᾶν βρῶμα φάγεται κοιλία, ἔστι δὲ βρῶμα βρώματος κάλλιον. Omnẽ cibum comedit venter:eſt autem cibus cibo melior. Abſoluta precatione redit ad præcepta & monita:hoc autẽ eſt de cognoſcendo iudicandóque vniuſcuiuſque ſermone, qui eſt quaſi quidam animi paſtus vel ſalutaris,vel pernicioſus. Itaque ſimilitudine ciborum oſtendit quod iudicium fieri debeat, & à quibus poſſit de iis quæ ab vnoquoque dicuntur. Eſt enim in his maxima varietas, nec minor delectus adhibendus quàm in cibis:is autem à ſagace,perito,prudentéque haberi poteſt. Vt cibaria palato,ita verba ingenio percipiuntur ac diiudicantur:atque in hoc differt peritus ab imperito,prudens à ſtulto. Eſt enim prudentis ſecernere bona ſalutariáque à pernicioſis,& quæ ſunt optima ſeligere.

Fauces contingunt cibum feræ, & cor inſenſatum verba mendacia.	21	Vt fauces ferinam guſtu deprehendunt, ita animus ſagax verba mendacia.
Cor prauum dabit triſtitiam, & homo peritus reſiſtet illi.	22	ʹPraua mens moleſtiam affert, & vir multa expertus reſiſtet ei.
D Omnem maſculũ excipiet mulier: & eſt filia melior filia.	23	ʹCuiuſuis maris capax eſt mulier: filia autem filiæ præſtat.
Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem cõcupiſcentiã hominis ſuperducit deſiderium.	24	Pulchritudo mulieris exhilarat vultum, atque omnia hominis deſideria ſuperat.
Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis & miſericordiæ: non eſt vir illius ſecundum filios hominum.	25	ʹSi in lingua *eius* eſt comitas, manſuetudo, ac ſanitas, ʹmaritus eius ex communi hominum numero eſt eximendus.
Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem: adiutorium ſecundum illum eſt, & columna vt requies.	26	ʹQui vxorẽ nactus eſt *bonam*, rationem rei faciendæ iam inchoatam adeptus eſt, quum adiutricem habeat cõſortem, & columen quoddam quietis ſuæ.
Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio: & vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens.	27	ʹVbi nulla ſepes eſt, poſſeſſio diripitur: & cui non eſt vxor, ingemiſcet vagabundus.
Cui credit qui non habet nidum? & deflectẽs vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem?	28	ʹQuis enim fidat expedito latroni ex alia in aliam vrbem oberranti? quis item homini non habenti nidum, morantíque vbicunque aduesperauerit?
Cap. XXXVII.		Cap. XXXVII.
OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui: ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nónne triſtitia ineſt vſque ad mortem?	1	QʹViuis amicus dicet, Huic ego quoque ſum amicus: ſed eſt amicus nomine ſolùm amicus. Amicitia.
Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur.	2	Nónne mœror eſt ad mortem vſque manens, ſocius amicúſque conuerſus in inimicum?
O præſumptio nequiſſima, vnde creata es cooperire aridam malitia & doloſitate illius?	3	ʹO ſcelerata cogitatio, vndenam prorepſiſti vt terram dolo operires?
Supra 6.b.10 ‖Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduerſarius erit.	4	ʹSodalis rebus lætis familiariter viuit cum amico, qui tempore calamitatis aduerſarius exiſtet.
Sodalis amico condolet cauſa ventris, & contra hoſtẽ accipiet ſcutum.	5	ʹEſt qui cauſa ventris laborat pro amico, & aduerſus hoſtem ſcutum arripit.

22 Praua mens moleſtiã, &c. καρδία στρεβλὴ δώσει λύπην, καὶ ἄνθρωπος πολύπειρος ἀνταποδώσει αὐτῇ. Cor diſtortorum dabit triſtitiam, & vir multùm expertus retribuet ei. id eſt, occurret eius fallaciis, verbiſque mendacibus ac pernicioſis. Eſt enim ſumma eius ſagacitas, vt falli nõ poſſit: ſed quid à quoque, ac qua mente dicatur, optimè animaduertit atque intelligit. 23 Cuiuſuis maris capax eſt, &c. πάντα ἄρρενα ἐπιδέξεται γυνή. ἔστι δὲ θυγάτηρ θυγατρὸς κρείσσων. Omnem marem ſuſcipiet mulier: eſt autem filia præſtantior filia. Significat maiorem delectum adhiberi in mulieribus atque vxoribus ducendis quàm in viris, quod ad formam pulchritudinémque attinet. Eſt enim venuſtas formæque gratia in eo ſexu magis expetenda quàm in viris, in quibus huiuſmodi pulchritudo non magnopere requiritur. Mulier eſt viri gloria quæ ea in parte non mediocriter relucet: itaque Sapiens muliebrem pulchritudinem commendat. 25 Si in lingua *eius*, &c. εἰ ἔστιν ἐπὶ γλώσσης ἔλεος, καὶ πραΰτης, καὶ ἴασις. Si eſt in lingua *eius* miſericordia, manſuetudo, & ſalubritas. Sapiens non commendat per ſe ſolam formã in muliere, niſi ea aliis morum virtutúmque ornamentis decoretur: nam Solomon, Prouerb. 11.c.22, mulierem formoſam & immodeſtam, atque improbam comparat porcæ quæ in naribus ſuis torquem aureum annexum habet. Itaque ad perfectam formæ muliebris commendationem atque laudem, morum probitas & comitas eſt adiungenda, ſine qua corporis forma in animi deformitate maiorem habet abſurditatem, quàm torquis aureus in naribus ſuis alligatus. Quum autem mulieres vitio linguæ laborare ſoleant, Sapiens ea in parte vult eſſe temperatas ac bene moratas, vt earum lingua orationque mores animi manſuetos, modeſtos, ſanóſque declaret. loquacitas enim immodeſta morbum mentis atque animi oſtendit. Maritus eius ex com. &c. οὐκ ἔστιν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καθ' υἱοὺς ἀνθρώπων. non eſt maritus eius ſecundum filios hominum. quaſi non ſit inter homines numerandus. Significat his verbis ſingularem eximiámque fortunã eius qui vxorem habet nõ pulchram ſolùm, ſed etiam benignam, prudentem, & modeſtam. 26 Qui vxorem nactus eſt, &c. ὁ κτώμενος γυναῖκα ἐνάρχεται κτήσεως, Qui poſſidet mulierẽ, inchoat poſſeſſionem. i. initium iam quoddam habet rei parãdæ, quum ſociam vitæ ac rei familiaris adiutricẽ habeat.

27 Vbi nulla ſepes eſt, poſſeſſio dirip. &c. οὗ οὐκ ἔστι φραγμός, διαρπαγήσεται κτῆμα· καὶ οὗ οὐκ ἔστι γυνή, στενάξει πλανώμενος. Vbi non eſt ſeptum, diripietur poſſeſſio: & vbi non eſt vxor, ingemiſcet vagus. Significat quàm ſit neceſſarium vxoris bonæ fideliſque contubernium & conſortium. Comparat enim eam ſepi, qua poſſeſſio aliqua vndique munita eſt & cuſtodita: huiuſmodi cuſtodiam in rebus domeſticis opportunam mulier præbet: itaque à Paulo, Tit. 2.b.5, οἰκουρὸς cuſtos domus appellatur. Qui hoc adiumento eſt deſtitutus, is nihil habet domi in quo conquieſcat: ſed quaſi homo ſolitarius, vagus, incertúſque ſine vllo ſolatio viuit. itaque mihi videtur Deus, Gen. 2.d.24, & Matth. 19.a.5, quum hominem dicit patrem matrémque ſuam derelicturum, atque ſuæ vxori adhæſurum, hanc conſuetudinem ac cohabitationem commendare. 28 Quis enim fidat, &c. τίς γὰρ πιστεύσει εὐζώνῳ λῃστῇ σφαλλομένῳ ἐκ πόλεως εἰς πόλιν; Significat quàm incerta omnibúſque ſuſpecta ſit conditio vitæ eius qui vxorem nullam habet, nec domum quidem in qua conquieſcat. Huiuſmodi hominem comparat latroni vagabundo, qui nullam ſedem fixam habet. Domus igitur & vxor ad certam honeſtámque rerum conditionem neceſſaria eſt.

IN CAPVT XXXVII.

1 Quiuis amicus dicet, &c. πᾶς φίλος ἐρεῖ, Ἐφιλίασα αὐτῷ κἀγώ. Omnis amicus dicet, Amicus ſum huic & ego. Multi verbis profitentur ſe amicos eſſe, qui re ipſa. i. fide & officio longè abſunt ab amico. Itaque Sapiẽs hoc loco diſcernit verum amicum, ab iis qui ſimulatione quadam aliis ſe adiungunt, eóſque colunt. 3 O ſcelerata cogitatio, &c. ὦ πονηρὸν ἐνθύμημα, πόθεν ἐκυλίσθης καλύψαι τὴν ξηρὰν ἐν δολιότητι; O praua cogitatio, vnde voluta [aut, lapſa] es vt cooperires aridam doloſitate? Exclamatio vehemens eſt, continens reprehenſionem perfidorum qui nomine ac ſimulatione amicitiæ amicos fallunt atque produnt. Nullæ ſunt inſidiæ maiores, quàm quæ ſimulatione officii ac beneuolẽtiæ occultantur: alia enim pericula cauere potes, hoc verò occultum atque inteſtinum prius opprimit, quàm ſuſpicari aliquid potueris. Itaque huiuſmodi homines amicitiarum proditores, hoſtes humanæ ſocietatis ſemper ſunt exiſtimati. Quidam codices pro ἐκυλίσθης habent ἀνεκυλίσθης deuoluta es: quod verbum ſignificat prorepſionem ad amicitias inſidioſam & improbam.

4 Sodalis rebus lætis, &c. ἑταῖρος φίλῳ συνδιάγεται ἐν εὐφροσύνῃ. Sodalis amico cõuiuit in lætitia. id eſt, familiariter vtitur amico, quandiu res illius bonæ lætæque ſunt: ſed fortuna commutata non ſolùm ab amico deficit, ſed etiam ad inimicos tranſfugit. Multa eius perfidiæ exempla omni ætate extiterunt. Quidam codices ita legunt, ἑταῖρος φίλου ἐν εὐφροσύναις ἥδεται, ſodalis amici in gaudiis [aut, lætitiis] delectatur. id eſt, in ſtatu rerum læto iucundam cum eo conſuetudinem habet. Hæc lectio eundem ſenſum habet quem prior.

5 Eſt qui cauſa ventris, &c. ἑταῖρος φίλῳ συμπονεῖ χάριν γαστρὸς, Sodalis cũ amico ſimul laborat cauſa ventris. Huiuſmodi homines qui amicitias ſectantur vt ventrem expleant, paraſiti appellantur. i. ventri ac cibo dediti, qualis eſt ille Gnatho Terentianus cuius animus ſemper eſt

in patinis. Sed ſub nomine ventris poſſumus comprehendere cupiditatem indigentiámque earum rerum, quas homines ad vitam vtiles eſſe arbitrantur, quibus adducti amicitias expetunt, eáſque colunt quoad vtilitates propoſitas percipiunt. Ariſtoteles pro variis hominũ iudiciis ſtudiiſque, tria conſtituit amicitiarum genera: vnum honeſtarum, quas virtus ſimilitudóque morum bonorum conciliat: alterum iucũdarum, tertium vtilium: quæ duo ad voluptatem atque vtilitatem referuntur. Paulo antè loquutus eſt Sapiens de iucunda vitæ conſuetudine amicitiáque voluptuoſa, nunc de altero genere amicitiarum quæ ad ventrem fructúmque vitæ referuntur.

6 Ne animum tuũ amici vlla capiat obliuio, nec in facultatibus tuis illius ſis immemor.

7 ʼQuibus tu ſuſpectus es, cum his conſilium ne ceperis: ídque cela eos qui tibi inuident.

8 ʼOmnis conſiliarius ſuum extollit conſilium, ſed ſunt qui ſibiipſis conſulant.

9 ʼCaue tibiipſi à conſiliario: priúſque cognoſce qua ipſe re indigeat: (nam ipſe ſibi conſulet) ne ſorti committat te & aleæ.

10 ʼEtiam tibi dicat, rectam te viam rationéque inſtituiſſe: atque interim ex aduerſo ſpectatorem ſe tui euentus conſtituat.

11 ʼ*Ne conſilium capias* cum muliere de ipſius pellice, de bello cum meticuloſo, de permutatione cum mercatore, de venditione cũ 12 emptore, de gratitudine cum homine maligno,

13 Cum inhumano de humanitate, cum pigro de quouis opere,

14 Cum annuo mercenario de perfectione inſtituti operis, nec cũ ſeruo ignauo de opera multa nauanda: ne, *inquam*, attendas his in vlla deliberatione ſuſcepta.

15 ʼSed virum frequentes pium, quem noris obſeruantem præceptorum Domini:

16 ʼCuius animus tuo reſpondeat, quíque, ſi offenderis, tuo caſu condoleſcat.

17 ʼAc conſilium cape ex teipſo: nihil enim eſt illo tibi fidelius.

18 Solet enim interdũ plura monere ſuus cuiuſque animus, quàm ſeptem in alta ſpecula ſedentes excubitores.

19 ʼCæterùm in his omnibus Dominum ora, vt inſtituta tua fideliter dirigat.

20 ʼInitium omnis operis ſit ratio, & conſilium omnem actionem præcedat.

Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis illius in operibus tuis.

Noli conſiliari cum ſocero tuo: & à zelantibus te, abſconde conſilium.

‖Omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt cõſiliarius in ſemetipſo. Suprà 8.c.12 & 9.c.21

A conſiliario ſerua animam tuam: prius ſcito quæ ſit illius neceſſitas: (& ipſe enim animo ſuo cogitabit) B

Ne fortè mittat ſudem in terram, & dicat tibi, Bona eſt via tua: & ſtet econtrario videre quid tibi eueniat.

Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum iniuſto de iuſtitia, & cum muliere de ea quæ æmulatur,

Cũ timido de bello, cũ negotiatore de traiectione, cum emptore de vẽditione, cũ viro liuido de gratiis agẽdis,

Cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere,

Cum operario annuali de conſummatione anni, cũ ſeruo pigro de multa operatione: non attendas his in omni conſilio.

Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruantem timorem Dei:

Cuius anima eſt ſecũdum animam tuam, qui quum titubaueris in tenebris, condolebit tibi.

Et cor boni cõſilii ſtatue tecũ: non eſt enim tibi aliud pluris illo.

Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circũſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. C

Et in his omnibus deprecare Altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam.

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.

7 Quibus tu ſuſp. es, &c. μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου, καὶ ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε, κρύψον βουλήν. Ne conſultes cũ eo qui ſuſpicatur, [aut, ſuſpicionem habet] & ab iis qui æmulantur te, conſilium abſconde. Conſilium quod datur alteri, debet eſſe amicum & fidele: in hominibus autem ſuſpicioſis atque inuidis nulla fides & beneuolentia eſſe poteſt. Suſpiciones enim atque inuidiæ ab amicitia alienæ ſunt.

8 Omnis conſiliarius ſuum extol. conſ. &c. πᾶς σύμβουλος ἐξαίρει βουλήν, ἀλλ᾽ ἔστι συμβουλεύων εἰς ἑαυτόν. Omnis conſiliarius extollit conſilium, ſed eſt qui in ſeipſum conſulit. id eſt in rem ſuam. ſiue, qui in dando conſilio ſui rationem habet, non habet eius cui dat conſilium. Hoc autem maximopere alienum eſt ab officio conſiliarii, cuius conſilium non prudens ſolùm, verùm etiam fidele & amicum eſſe debet. id eſt, cum vtilitate commiſtum eius cui datur. Quoniam autem hoc officium maximam in vita habet vim, Sapiens multa præcipit quæ in eo genere fugienda aut ſequenda ſunt. 9 Caue tibiipſi à conſiliario: priuſque, &c. ἀπὸ συμβούλου φύλαξαι τὴν ψυχήν σου, καὶ γνῶθι πρότερον τίς αὐτοῦ χρεία. A conſiliario ſerua animam tuam, ac prius cognoſce quæ ſit eius indigentia. Hæc ſententia idem monet quod præcedens, niſi quòd melius exprimit quid ſpectet plerunque is qui alteri conſilium dat: quòd propoſitam habeat priuatam vtilitatem, quod à fidelitate conſilii maximopere abhorret. In re enim alterius quid ſpectare debeat conſiliarius, verbum ipſum ſatis monet.

10 Etiam tibi dicat, rect. &c. καὶ εἴπῃ σοι, Καλὴ ἡ ὁδός σου, καὶ στήσεται ἐξεναντίας ἰδεῖν τὸ συμβησόμενόν σοι. Et tibi dicat, Bona via tua, atque ſtabit ex aduerſo, vt videat quid euenturum ſit tibi. Hic perfidiam notat hominis in re dubia atque incerta alium exhortantis, euentumque periculoſum ſpectantis. Quum propoſita eſt huiuſmodi res quæ euentum habeat dubium atque obſcurum, temeritas aut perfidia eſt homines incitare, ac non potius reuocare. 11 *Ne conſilium capias* cum muliere, &c. μετὰ γυναικὸς περὶ τῆς ἀντιζήλου αὐτῆς, καὶ μετὰ δειλοῦ περὶ πολέμου. Cum muliere de æmula ipſius, & cũ timido de bello. Hic proponit certa hominum genera, cum quibus non eſt deliberandum, conſiliúmque capiendum: ex quibus admonitio generalis colligitur, neminem qui alicuius priuati commodi ſtudiíve rationem propoſitam habet, ea in re de qua deliberandum eſt, eſſe in conſilium adhibendum. Animum enim omni ira, amore, inuidia, cupiditatéque vacuum conſiliarius ad deliberationem afferre debet. Perſonæ autem quæ hîc proponuntur, propria quadam ratione ſunt in alteram ſemper propenſiores. 15 Sed virum frequentes pium, ἀλλ᾽ ἢ μετὰ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐνδελέχιζε, Sed cum viro pio aſſiduus ſis. id eſt, communica de rebus aut tuis aut ad remp. pertinentibus, cum hominibus piis qui Deum timent, qui quum animo integro atque incorrupto ſint, conſilium fidum beneuolúmque dare poſſunt. 16 Cuius animus tuo reſpondeat, ὃς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ κατὰ τὴν ψυχήν σου. Qui in animo ſuo ſecundum animum tuum. id eſt, qui ita ſit affectus vt tu, qui idem velit quod tu, non aliud ſpectet, tuum commodum ſequatur, tuo incommodo doleat, commodo gaudeat: in quo verus amicus cognoſcitur. 17 Ac conſilium, &c. καὶ βουλὴν καρδίας στῆσον. Et conſilium cordis ſtatue. id eſt tecum ipſe delibera. tu tibi ſis conſiliarius. nullus enim fidelior tibi quàm tu ipſe, eſſe poteſt. Nemo ſeipſum vult fallere.

19 Cæterùm in his omnibus, &c. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δεήθητι τοῦ ὑψίστου, ἵνα εὐθύνῃ ἐν ἀληθείᾳ τὴν ὁδόν σου. Atque in his omnibus precare Altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Vtiliſſimum præceptũ, quo monemur vt in conſiliis capiendis atque omnibus rebus ſuſcipiendis Deum in primis conſulamus atque inuocemus: vana enim ſunt hominum conſilia operáque inutilia, aut etiam pernicioſa, niſi ab ipſo Deo gubernentur, atque ad exitum fœlicem perducantur. Εὐβουλία (inquit Iſocrates) eſt ab hominibus, ſed εὐτυχία eſt à Deo.

ᵃLegitur & ἡ ἀλήθεια in recto.

20 Initium omnis operis ſit ratio, &c. ἀρχὴ παντὸς ἔργου, λόγος· καὶ πρὸ πάσης πράξεως, βουλή. Principium omnis operis, ratio: & ante omnem actionem, conſilium. Hoc eſt quod Salluſtius monet, Priuſquam aliquid facias, conſulto: vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. Hic ordo in vita ſeruandus eſt.

	Verbum nequam immutabit cor. partes quatuor oriuntur, bonũ & malum, vita & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua.	21	'Indicium cordis immutati, quaſi quoddam veſtigium in vultu impreſſum eſt. 'Quatuor rerum genera exiſtũt, bonum & malum, vita & mors, in quibus lingua perpetuum habet dominatum.	
	Vir peritus multos erudit, & animæ ſuæ ſuauis eſt.	22	'Eſt vir aſtutus qui multos erudiuit, qui ſibiipſi eſt inutilis.'	
	Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur.	23	'Eſt qui verbis affectans ſapientiam, odioſus ſit: qui omni ſapientia careat.	
	Non eſt enim illi data à Domino gratia: omni enim ſapientia defraudatus eſt.	24	Non enim eſt illi data gratia à Domino, quum inops ſit omnis ſapientiæ.	
D	Eſt ſapiens animæ ſuæ ſapiens, & fructus ſenſus illius laudabilis.	25	'Eſt qui ſibiipſi ſapiat, cuius in ore certi ſunt fructus ſapientiæ.'	
	Vir ſapiẽs plebem ſuam erudit, & fructus ſenſus illius fideles ſunt.	26	Vir ſapiens erudiet populum ſuum, & fructus intelligẽtiæ eius ſunt ſtabiles.	
	Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.	27	Vir ſapiens benedictione cumulabitur: & quicunque eum viderint, prædicabunt beatum.	
	Vita viri in numero dierum, dies autem Iſrael innumerabiles ſunt.	28	'Vita cuiuſque numero dierum eſt definita, ſed dies Iſrael ſunt innumerabiles.	
	Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.	29	'Sapiens in populo ſuo authoritatem conſequetur, & nomen eius viuet in perpetuum.	
	Fili, in vita tua tenta animã tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem.	30	'Fili, proba animam tuam in vita tua: & vide quid ei noxium ſit, neque id ei indulgeas.	Temperantia
1.Cor.6.c.12 & 10.c.23	¶Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet.	31	Non enim omnia omnibus conferunt, nec animus cuiuſque quacunque re delectatur.	
Suprà 31.c.22	¶Noli auidus eſſe in õni epulatione, & nõ te effundas ſuper oẽm eſcã.	32	Ne ſis in omnibus inſatiabilis deliciis, neque in cibos profuſus.	
	In multis enim eſcis erit infirmitas, & apleſtia appropinquabit vſque ad choleram.	33	Ingluuiem enim ciborum morbus comitatur, edacitáſque inexplebilis in choleram conuertitur.	
	Propter apleſtiam multi obierunt: qui autẽ abſtinens eſt, adiiciet vitam.	34	Multi auiditate ciborum inſatiabili interierũt: at qui attendit, vitam prorogabit.	
	Cap. XXXVIII.		Cap. XXXVIII.	
	Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creauit Altiſſimus.	1	'Medicum ſuis affice honoribus propter neceſſitatẽ: etenim Dominus illum creauit.	Medicinæ commendatio.
	A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem.	2	Nam ab Altiſſimo eſt medicina, & à Rege gloriã conſequetur.	
	Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur.	3	Scientia medici extollit caput eius: & coram principibus eſt admirabilis.	

21 Indiciũ cordis immutati, &c. ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας, πρόσωπον. Veſtigium mutationis cordis, vultus. Vultus immutatus, animi immutati index eſt: apparent enim in eo ſigna animi offenſi & alienati. Hebræi quum volunt ſignificare hanc animi offenſionem, dicunt vultum non eundem eſſe qui erat antea. Quatuor rerum genera, &c. τέσσαρα μέρη ἀνατέλλει, ἀγαθὸν, κακὸν, ζωὴ, θάνατος. Quatuor partes oriuntur, bonum, malum, vita, mors: & dominatrix eorum perpetuò lingua eſt. Oſtendit hæc ſententia, quanta vis ſit linguæ, quantopere vel ſalutaris ſit, vel pernicioſa. habet vim quandã præcipuam cùm ad iuuandum, tum etiam ad nocẽdum: itaque Sapiens dominatum illi quendam tribuit tum in bonis tum in malis. 22 Eſt vir aſtutus, &c. ἔστιν ἀνὴρ πανοῦργος πολλῶν παιδευτὴς, καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἄχρηστος. Eſt vir vafer multorum eruditor, & propriæ animæ inutilis. Prouerbium hoc fuit olim iactatum, Nequicquam ſapit, qui ſibi non ſapit.

'Legitur & χαρᾶς gaudii

23 Eſt qui verbis affectans, &c. ἔστι σοφιζόμενος ἐν λόγοις, μισητός· οὗτος πάσης σοφίας καθυστερήσει. Eſt qui ſapientem agens in verbis, odioſus ſit: hic omni ſapientia priuabitur. aut, deſtituetur. Notat hoc loco hominem oſtentatorem qui Sapiens videri vult, quum eo grauiſſimo nomine nihil in ſe dignum habeat. Oratio non tam verbis quàm rebus grauis, gratiam authoritatémque conciliat.

25 Eſt qui ſibiipſi ſapiat, &c. ἔστι σοφὸς τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ, καὶ οἱ καρποὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ ἐπὶ στόματος πιστοί. aut (vt quædam habent exemplaria) ἐπαινετοί. Eſt ſapiens animæ ſuæ, & fructus ſapientiæ eius in ore certi. aut, laudabiles. Sapere animæ ſuæ Hebraica phraſi dicitur, qui ſibiipſi ſapit: is autem huiuſmodi eſt, cuius oratio animo vitæque reſpondet: qui id quod dicit, ita etiam ſentit & viuit. Sentit autem rectè, ac viuit honeſte: itaque non eſt mirum ſi oratio fructus veros laudabiléſque ex huiuſmodi animo ita inſtituto proferat. Socrates apud Platonem hæc inter ſe ita connectit, vt ſicut quiſque affectus eſt, ita etiam viuat & loquatur. 28 Vita cuiuſque numero dierum eſt definita, &c. ζωὴ ἀνδρὸς ἐν ἀριθμῷ ἡμερῶν, καὶ αἱ ἡμέραι τοῦ ἰσραὴλ ἀναρίθμητοι. Vita viri in numero dierum, & dies Iſrael ſunt innumeri. Hac comparatione hominum ſingulorum cum Iſraele, videtur Sapiens ſignificare perpetuitatem Eccleſiæ. Hæc enim Eccleſiæ commendatio in Prophetis frequens eſt. 29 Sapiens in populo ſuo authoritatem conſequetur, σοφὸς ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ κληρονομήσει δόξαν. Sapiens in populo ſuo hæreditabit gloriam. Quidam codices habent πίστιν fidem, ego verti Authoritatem, quæ cum fide & gloria coniuncta eſt.

30 Fili, proba animam tuã, &c. τέκνον, ἐν ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου. Fili, in vita tua tenta animã tuam. Vult Sapiens nos experiri multa in vita, eáque probare (vt ait Paulus, 1.Theſſ.5.d.21) ſed ea deligere quæ ſunt ſalutaria, atque animo ingenióque noſtro accõmodata: aſpernari verò quæ ſunt aliena & aduerſa. Eſt enim in hominibus ſumma animorum ingeniorúmque varietas, quæ facit vt non omnia omnibus conueniant & conferant. Itaque multa in vita tentanda ſunt, ſed optima nobiſque accommodata, eligenda.

IN CAPVT XXXVIII.

1 Medicum ſuis affice honor. &c. τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ. Honora medicum ad neceſſitates ſuis honoribus. Latini quum volunt ſignificare mercedem quæ medico pro ipſius opera danda eſt, honeſto honoris nomine eam exprimunt, honorémque medico habendum eſſe dicunt. Cicero ad Tyronem, Curio miſi, vt medico honos haberetur. Hoc vocabulo ſignificabant artem liberalem ac laudabilem: ita Sapiens hoc loco multa de medico, eiúſque arte præcipit quibus ſignificat maximam eius rationem habendam eſſe, eiúſque operam & ſcientiam ſummo honore proſequendam. Honorificum extat Homeri teſtimonium, ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, quo vnum medicum multis comparandum eſſe dicit.

Dominus medicamenta procreauit de terra, ʹ& vir prudens ea 4
non abhorrebit.
ʹNónne aqua à ligno accepit dulcedinem, vt potentia eius homini 5
innoteſceret?
Et ipſe ſcientiã hominibus dedit, vt in mirabilibus ſuis gloriam 6
conſequatur.
Ipſe ſanat per hæc, atque hominis dolorem tollit. 7
ʹPharmacopola mixturas his ſuas temperat, neque vllum opera
eius finem habent: ſed proſperitas ab eo demanat ſuper vniuerſam
terram. 8
ʹFili, ne prætermittas in morbo tuo quin Deum ores, & ipſe ſanabit 9
te.
Recede à delicto, & manum dirige: atque ab omni peccato cor 10
emunda.
ʹSuffimentum ſuauis odoris adole, monumẽtúmque ſimilaginis: 11
opimúmque munus offer, vt qui priores non feras.
ʹDeinde medico locum des, vt cuius creator Deus eſt: nec diſcedat 12
abs te, quoniam ipſius indiges.
ʹEuenit quum medicorum quoque manus ſucceſſum conſequantur. 13
ʹNam & ipſi Dominum orant, vt leuamentũ ſibi fortunet, cauſáque 14
vitæ curationem.
ʹQui in Creatorem ſuum peccauerit, in manus medici incidat. 15
ʹFili, effunde lachrymas ſuper mortuo, luctúmq; vt acerba paſſus 16
exordire: ʹiuxta verò morẽ funebrem corpus eius contege, nec
ſepulturam neglige.
ʹAcerbam ede lamentationem, planctúmque accende, & luctu 17

Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.

‖Nónne à ligno indulcata eſt aqua amara? Exod.15.d.25 iudith 5.c.15

Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam Altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis.

In his curans mitigabit dolorem: & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera eius.

Pax enim Dei ſuper faciem terræ.

‖Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominũ, & ipſe curabit te. Eſaiæ 38.a.2

Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.

Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis: & impingua oblationem, & da locum medico.

Etenim illum Dominus creauit: & non diſcedat à te, quia opera eius ſũt neceſſaria. B

Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras:

Ipſi verò Dominũ deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum & ſanitatem, propter cõuerſationem illorũ.

Qui delinquit in cõſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

‖Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare. & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Suprà 22.a.10 1.theſſ.4.c.13

Propter delaturam autem amarè

4 Et vir pru.&c. καὶ ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθιεῖ αὐτοῖς. & vir prudẽs nõ grauabitur illis. nõ grauatim remediis neceſſariis vtetur, nec ab illis abhorrebit. Sũt enim dona Dei ſalutaria. Quũ medicina ad hãc originẽ atque authoritatẽ Dei reuocatur, tũc veris & ſuis ornatur honoribus.

5 Nónne aqua à ligno acc. dulc. οὐκ ἀπὸ ξύλου ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ; Nónne à ligno indulcata eſt aqua? Hoc autẽ factum eſt quum lignum dulce aquæ immerſum, eam ſua dulcedine affecit. ita experientia vis rerum & natura hominibus cognita fuit, quo modo ars medendi accurata rerum ſalubrium aut alienarum obſeruatione eſt conſtituta. 7 Pharmacopola mixturas, &c. μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα. Vnguẽtarius in his faciet mixtionem. Mihi non diſplicet vt μυρεψὸς hic accipiatur pro eo qui & pharmaca, & vnguenta odoramentáque conficit. Eorũ enim compoſitio ac temperatio ad pharmacopolam pertinet, & cum medicina ſubiecto coniuncta eſt: vtraque enim ars in humano corpore curando conſeruãdóque verſatur. 9 Fili, ne prætermittas, &c. τέκνον, ἐν ἀῤῥωστήματί σου μὴ παράβλεπε, ἀλλὰ εὖξαι κυρίῳ. Fili, in infirmitate tua ne deſpicias, [aut, negligas] ſed ora Dominum. Vtiliſſimum eſt præceptum, quo monemur vt in morbis noſtris atque afflictionibus corporis Deum inuocemus, ab eóque vno incolumitatem ac ſalutem expectemus. Medicis enim & remediis eſt vtendũ, quaſi quibuſdam inſtrumentis adiumentiſque à Deo datis: non in his fiducia aliqua & ſpes ſalutis collocanda. 11 Suffimẽtum ſuauis, &c. δὸς εὐωδίαν, καὶ μνημόσυνον σεμιδάλεως· λίπανον προσφορὰν ὡς μὴ ὑπάρχων. Da ſuaueolentiam, [aut, ſuauem odorem] & monimentum ſimilaginis: impingua oblationem, vt qui non prior hæc munera in Deum conferas, ſed referas. vt quum ab eo tot & tanta acceperis beneficia, his tuis muneribus eum quodã modo remuneres, téque gratum eſſe declares. ὑπάρχων enim dicitur qui prior alterum prouocat beneficio: quo modo nos erga Deum gerere non poſſumus. is enim beneficiis nos innumerabilibus obſtrictos tenet: itaque poſterior nobis locus in hoc quidem conceditur, vt omni pietate obſeruantiáque nos gratos ac memores gratiæ eius demonſtremus. 12 Deinde medico locũ des, &c. καὶ ἰατρῷ δὸς τόπον, καὶ γὰρ αὐτὸν ὁ κύριος ἔκτισε. Et medico da locum, hunc enim Dominus creauit. Ante omnia vult nos inuocare Deũ quum ægrotamus: deinde vti opera medici, neque huiuſmodi opportunitatem aſpernari. Hic ordo in valetudine recuperanda ſalutéque conſeruanda nobis ſeruandus eſt. 13 Euenit quum medicorum, &c. ἔστιν ὅτε καιρὸς, καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν εὐοδία. Eſt tempus, quando & in manibus eorũ ſucceſſus. i. accidit vt medicorum curationes ſuccedant, atque homines commodè valetudini reſtituant. Ac ne ipſis medicis id tribui videatur, quod vnius Dei eſt ingenia eorum ac remedia gubernantis ac fortunantis, ſtatim cauſam ſalutis reſtitutæ ſubiungit.

14 Nam & ipſi Dominum orant, &c. καὶ γὰρ αὐτοὶ κυρίου δεηθήσονται, ἵνα εὐοδώσῃ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν καὶ ἴασιν χάριν ἐμβιώσεως. Nam & ipſi Dominum orabunt, vt obſecundet ipſis leuamentum [aut, leuationem] & ſanationem cauſa vitæ. Hic oſtendit quæ ſit vis medici, & quod eius officium, non remedia ſolùm accommodata morbis applicare, eiſque niti ac confidere: ſed Deum inuocare ac orare, vt ſua & ingenia & remedia ad ægrorum ſalutẽ dirigat & fortunet. ſine eo quidem grauiſſimæ offenſiones ac periculoſæ curationes eſſe ſolent. Res ſubiecta in qua medicus verſatur, eſt per ſe magna magniſque periculis obnoxia, quæ non prudentiã ſolùm, ſed piam etiam curam & ſolicitudinẽ requirat.

15 Qui in Creatorẽ ſuum, &c. ὁ ἁμαρτάνων ἔναντι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, ἐμπέσοι εἰς χεῖρας ἰατροῦ. Qui peccat contra eum qui ipſum fecit, incidat in manus medici. Significat Sapiens morbos eſſe pœnas peccatorum quibus Deus offenditur. Sic Paulus 1. Cor. 11.g.30, dicit multos in eccleſia Corinthiorum, qui cœnã indignè profanabant, infirmos & ægrotos eſſe, atque etiam mortuos. Pſal. 107.b.17.18, Stulti propter viã præuaricationis ſuæ & propter iniquitates ſuas affligũtur: *Ita ut* omnẽ eſcã abominetur anima eorũ: & peruenerũt vſque ad portas mortis.

16 Fili, effunde lachr. &c. τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα, Fili, ſuper mortuo produc lachrymas. Loquutus Sapiens de morbis eorúmque cauſis ac remediis, nunc loquitur de mortuis atque ipſa morte quæ ex morbis plerunque exiſtit. Oſtendit autem hoc loco quæ mortuis iura officiáque tribuenda ſunt, & quæ luctus ratio & moderatio conſeruanda. Neque enim mortuorum lamentatio planè negligenda eſt, (id enim alienum eſt ab omni humanitate) neque ita ſuſcipienda, vt mœrore atque animi dolore conficiamur. Iuxta verò morem, &c. κατὰ δὲ τὴν κρίσιν αὐτοῦ περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ. ſecundum autem iudicium illius contege corpus eius. κρίσιν vertunt Ritum funereum: poteſt accipi pro iure quod mortuis debetur, vt contegantur ac ſepeliantur. vt ſit, Pro iure eius. aut, more (vt ego verti) funebri.

17 Acerbam ede lamentationem, &c. πίκρανον κλαυθμὸν, καὶ θέρμανον κοπετὸν· καὶ ποίησον τὸ πένθος κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ. Acerbum fac luctum, & accende planctum: & fac luctum pro dignitate eius. Hoc ex loco intelligimus quàm accuratè ſtudioſéque cõſeruata fuerit conſuetudo lugẽdi mortuos: ſed in Scriptura ſancta ſunt grauia exẽpla ex quibus ſcire poſſumus huiuſmodi officia ſolennia ſanctiſſimè mortuis tributa fuiſſe.

fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam.

18 Et fac luctum ſecundum meritum eius vno die vel duobus propter detractionem.

Prouer.15.b.13 & 17.d.22

19 ‖A triſtitia enim feſtinat mors & cooperit virtutem: & triſtitia cordis flectit ceruicem.

20 In abductione permanet triſtitia, & ſubſtãtia inopis ſecũdum cor eius.

21 Ne dederis ĩ triſtitia cor tuũ, ſed repelle eã à te, & memẽto nouiſſimorũ.

22 Noli obliuiſci: neque enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis.

C

23 Memor eſto iudicii mei: ſic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.

2.Reg.12.c.20

24 ‖In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui.

25 Sapientiam ſcribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, ſapiẽtiam percipiet, quia ſapientia replebitur.

26 Qui tenet aratrũ, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat: & cõuerſatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum.

27 Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius in ſagina vaccarũ.

28 Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſſiduitas eius variat picturam: cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus.

29 Sic faber ferrarius ſedens iuxta incudem, & conſiderans opus ferri: vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur.

D

30 ″Vox mallei innouat aurẽ eius, & cõtra ſimilitudinem vaſis oculus eius.

31 Cor ſuum dabit in conſummationem operũ, & vigilia ſua ornabit in perfectionem.

quo dignus eſt, eum proſequere : ídque vno aut altero die, vt calumniã euites: ″deinde accipe cõſolationẽ, quo mœrorem deponas.

Mœror enim mortem affert, animíq; ægritudo vires inflectit.

″Inductione *animi* etiam exiſtit mœror, vitáque hominis afflicti in animo conſiſtit.

Ne dedas animum tuum triſtitiæ, ſed eam repelle memor extremorum.

Ne obliuiſcaris nullam eſſe reuerſionem : & quòd illũ nihil adiuueris, & teipſum afflixeris.

″Memento illius ſortem eam fuiſſe quæ tua futura eſt : mihi heri, tibi hodie.

″In quiete hominis defuncti fac vt tua quoque illius memoria conquieſcat: atque in exceſſu ſpiritus eius conſolationem ſuper eo accipe.

″Sapientia hominis literati in opportunitate otii comparatur: & qui minus ſui habet negotii, ſapiens exiſtit.

Quomodo ſapiens euadat qui tenet aratrum, quíque gloriatur in haſtili ſtimuli boues agẽs? ″qui in operibus eorum nutritus eſt, cuius in ore atque ſermone taurorum progenies ſolùm verſatur?

Is ad ſulcos ducendos animum ſuum applicat, & ad pabula vaccis paranda vigilantiam præſtat.

″Eodem modo faber & architectus, qui noctes ac dies in opere tranſigit: ″& qui ſigillorum ſcalpũt cælaturas, quorum aſſidua eſt opera vt multam varietatem effingant: quíque animo in id incũbunt, vt imitatione picturæ animalia exprimant, atque operi perficiendo inuigilent.

″Faber item ferrarius ſedens ad incudem operi ferri intentus, vapore ignis corpus eius exiccante, æſtu fornacis conflictatur,

″Cuius aures creber mallei ſonitus excauat, qui oculos ſuos ad conformandum inſtrumentum defigens, animum ad opus abſoluendum applicat: & ad idem vigilat exactè poliendum.

Deinde accipe conſol.&c. καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα, & admitte conſolationem mœroris cauſa. Hoc loco oſtendit Sapiens quis modus in luctu adhibendus ſit. Nam ſicut inhumanum eſt morte deſiderióque hominũ chariſſimorũ non commoueri: ita impium dolori animi ſine modo indulgere, itáque afflictari vt homines infideles qui nullã ſpẽ reſurrectionis habẽt. Piorũ mœror moderatus & cõſolabilis eſſe debet.

20 Inductione *animi* etiam, &c. ἐν ἐπαγωγῇ παραβαίνει καὶ λύπη, καὶ βίος πτωχοῦ κατὰ καρδίας. In inductione, accedit mœror, & vita pauperis [id eſt afflicti] iuxta animum. Quædam exemplaria habent ἀπαγωγῇ, & vtrunque nomen quidam accipiunt pro tẽporis productione, qua dolor ſuſceptus mitigatur: quemadmodũ ait Cicero in quadã epiſtola, Ipſa die temporiſque lõginquitate dolorẽ minui ac molliri. itaque παραβαίνει verbum vertũt, Abit ac diſcedit. Ego autẽ ἐπαγωγῇ malo accipere pro animi inductione qua moleſtiã atque ægritudinẽ & ſuſcipimus & deponimus. Nam & verbum παραβαίνειν ſignificat propius accedere: quaſi παρὰ βαίνει, & exemplar Toletanũ habet παραμένει permanet, & hic ſenſus melius conuenit cum ſequenti membro. Vita afflicti iuxta cor, id eſt in animo præcipuè conſiſtit: quaſi afflictionis cauſa ſit in quadã inductione animi, qua homines vt ſunt affecti, incommoda huius vitæ grauius aut leuius ferunt. Offenſiones huiuſmodi & ægritudines opinione ac voluntate tum ſuſcipiuntur, tum deponuntur. 23 Memento illius ſortem eam fuiſſe, &c. μνήσθητι τὸ κρίμα αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ὡς καὶ τὸ σόν. Memento iudicii illius, quoniam ſic vt & tuũ. Subiungit ſtatim, ἐμοὶ χθὲς, καὶ σοὶ σήμερον. mihi heri, & tibi hodie. Exemplar Toletanum legit κρίμα μου iudicium meum. id eſt, conditionem meã ac legem, qua naſcimur vt moriamur: ſumus enim mortales. Hæc lectio mihi non diſplicet, propterea quòd ſequitur in prima etiam perſona Mihi heri, vt ſignificet conſtitutam vnicuique legem moriendi.

″Legitur & κατάρα execratio cordis.

24 In quiete hom. defun. &c. ἐν ἀναπαύσει νεκροῦ κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ. in requie mortui requieſcere fac memoriam eius. Memoriam hìc intellige cum moleſto deſiderio coniunctam, non eam quam cum pia & moderata beneuolentia & charitate vſurpare poſſumus.

25 Sapientia hominis, &c. Σοφία γραμματέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς. Sapientia ſcribæ in opportunitate otii. Hoc loco Sapiens inſtituit diſcrimen artium earum quæ vitæ humanæ ſunt vtiles. Alias dicit verſari in ſtudio doctrinæ atque otio, cuius generis ſunt omnes quæ liberales appellãtur: aliæ ſunt poſitæ in opere, cuiuſmodi ſunt manuales ac mechanicæ, quæ ad operis molitionẽ atque effectionem referuntur. Primũ genus conſtat ingenii facultate, quæ commoditatem otii poſtulat ad cognitionẽ & ſapientiam acquirendã neceſſariam: alterum manu atque opere, quod in vita occupata explicatur. Reſpub. ſocietáſq; vitæ hoc vtroque genere nullo modo carere poteſt. Ariſtoteles tria genera proponit, τὴν θεωρητικὴν, τὴν πρακτικὴν, τὴν ποιητικὴν quarum aliæ in contẽplatione ac cognitione, aliæ in actione atque adminiſtratione, aliæ in quadam operis molitione verſantur. 26 Qui in operi. &c. καὶ ἀνατρεφόμενος ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, & qui nutritur in operibus eorũ. Quidã codices legunt ἀναστρεφόμενος, qui verſatur in operibus eorũ, ſed ad ſenſum non multũ intereſt. Significat enim vitã ruſticanam agris colendis ac ruſticis operibus deditam. 28 Eodem modo faber, &c. οὕτως πᾶς τέκτων καὶ ἀρχιτέκτων, ὅστις νύκτωρ ὡς ἡμέραν διάγει. Sic omnis faber & architectus qui noctẽ vt diem traducit. Hæ duæ artes τεκτονικὴ, καὶ ἀρχιτεκτονικὴ in ædificiis extruendis verſantur: quarũ altera eſt princeps, altera adminiſtra operã nauat ſuam. Et qui ſigillorũ, &c. οἱ γλύφοντες γλύμματα σφραγίδων, qui ſcalpũt ſculpturas ſigillorũ. Hæc γλυφικὴ ſculptura dicitur, quæ multiplicẽ habens materiẽ quam cædit, varias ex ea formas imaginéſque efficit. Itaque dicit eã imitari artẽ pingẽdi, quæ in formis ac figuris animaliũ exprimẽdis verſatur. 29 Faber itẽ ferr. &c. οὕτω χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος. Sic faber ærarius ſedens prope incudẽ. Hæc ars χαλκευτικὴ fabrilis aut fabrica appellatur, in qua moleſta laborioſaque ferri tractatio atque ipſius fabri opera pluribus verbis à Sapiente deſcribitur. 30 Cuius aures cre. &c. φωνὴ σφύρας καὶ ἄκμονος καινιεῖ τὸ οὖς αὐτοῦ, Vox mallei & incudis [.i. ſonus] innouabit aurẽ eius. ita legitur in omnibus codicibus quos legerim: ſed rectè Theodorus Beza hunc locũ emendat, putátque legendum κενοῖ concauat aut excauat. Creber enim ſonitus mallei atque incudis aures vehementer feriens, maius earum foramen efficit, planéque obtundit.

″Similiter ſedens ad opus ſuum figulus, rotámque ſuam pedibus 32
verſans, ad opus ſuum ſumma cum cura ſemper incumbit, ″operã
nauans planè numeratam.
″Nunc lutum effingit manibus ſuis, nũc pedibus eiuſdem vim 33
ſubigit, atque operi plumbando curam impendit, ad purgãdúm- 34
que caminum euigilat.
″Horum omnium quiſque ſuis fretus manibus, in opere ſuo cõ 35
ſumit quod habet ſapientiæ.
Ac ſine his quidem nec coleretur vrbs vlla, neq; habitaretur, ″nec 36
aduentu hominum frequentaretur.
″Attamen nec ſententiam rogabuntur in cõſultatione populi, 37
nec in concione eminebunt.
Nec ſedebunt pro tribunalibus, ″nec formam rationémque iu- 38
diciorum intelligẽt: ″neque verò de iure aut æquo pronũtiarint,
nec in dictis exquiſitis ſententiíſque locum habuerint.
Sed tuentur opificia mundi, & pro exercitio artis vota faciunt. 39

Cap. XXXIX.

S″Olus qui ad Legem Altiſſimi applicauit animum, atque in 1
meditatione eius verſatur, ſapientiam omnium antiquorum
exquiret, & in Prophetis ſtudium operámque ſuam ponet.
″Diſputationes conſeruabit celebrium virorum, atque in ſen- 2
tentiarum reconditarum inuolucra penetrabit.
″Occultas prouerbiorum ſententias conquiret, atque in ænig- 3
matis parabolarum verſabitur.
″Inter proceres obibit munera, & coram principibus apparebit. 4
″Peragrabit terras gentium exterarum: etenim bona ſimul & 5
mala inter homines expertus eſt.
″Inſtituet animum manè ad Dominum creatorem ſuum ſalu- 6
tandum, & coram Altiſſimo preces effundet: os ſuum aperiet ad 7
orandum, peccatáque ſua deprecabitur.

Sic figulus ſedens ad opus ſuum, cõuertens pedibus ſuis rotam: qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum, & innumera eſt omnis operatio eius.

In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutẽ ſuã.

Cor ſuũ dabit vt conſummet linitionem, & vigilia ſua mũdabit fornacem.

Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiẽs eſt.

Sine his omnibus nõ ædificatur ciuitas.

Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in Eccleſiã non tranſilient.

Super ſellam iudicis non ſedebunt, & teſtamẽtum iudicii non intelligẽt, neque palàm faciẽt diſciplinam & iudiciũ, & in parabolis non inuenıẽtur.

Sed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodãtes animam ſuam, & conquirentes in Lege Altiſſimi.

Cap. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis vacabit.

Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit.

Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſcõditis parabolarũ verſabitur.

In medio magnatorũ miniſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit.

In terram alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim & mala in omnibus tentabit.

Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum: & in cõſpectu Altiſſimi deprecabitur.

Aperiet os ſuum in oratione, & ꝓ delictis ſuis deprecabitur.

32 Similiter ſedẽs ad opus, &c. οὕτως κεραμεὺς καθήμενος ἐν ἔργῳ αὐτοῦ. Sic figulus ſedens in opere ſuo. Huius artificis ars communi nomine πλαστικὴ fictoria aut figlina appellatur, cretam argillámque materiam habens ſubiectam ex qua opera efficit. Operam nauans pl. num. καὶ ἐναρίθμιος πᾶσα ἡ ἐργασία αὐτοῦ. & numerata omnis operatio eius. Quidam codices ita habent, καὶ ἐν ἀριθμοῖς & in numeris, vt ſignificet figulum certum quotidie vaſorum numerum conficere, operáque habere in numerato, quaſi penſum (vt alius dicit) quod perſoluat.

33 Nunc lutum effin. &c. ἐν βραχίονι αὐτοῦ τυπώσει πηλὸν, καὶ πρὸ ποδῶν κάμψει ἰσχὺν αὐτοῦ· καρδίαν ἐπιδώσει εἰς τὸ συντελέσαι τὸ χρίσμα. In brachio ſuo figurabit [aut, conformabit] lutum, & ante pedes flectet vim eius: [id eſt, macerabit vt mollem tractabilémque reddat] animum intendet ad perficiendam delineationem. 35 Horum omnium quiſque, &c. πάντες οὗτοι εἰς χεῖρας ἑαυτῶν ἐπίστευσαν, καὶ ἕκαστος ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ σοφίζεται. Omnes hi in manus ſuas confiſi ſunt, & vnuſquiſque in opere ſuo ſapiens eſt. aut, ſuam ſapientiam explicat. Sapientiam autem nõ propriè hic accipit, quam ſuprà ſolis literatis eruditiſque hominibus tribuit; ſed ad omnia artium genera extẽdit: vt pro peritia intelligentiáque artis accipiatur: vt Ariſtoteles ſapientem muſicum, aut architectum appellari poſſe ac ſolere dicit.

36 Nec aduentu hominum frequen. οὐδὲ περιπατήσουσιν; Neque perambulabunt. id eſt, niſi hæc opificia tractarentur in vrbibus, nemo eas adiret ac frequentaret. Permutatio enim rerum maximè artibus conſtat, ſine qua nulla ſocietas ciuilis eſſe poteſt.

37 Attamen nec ſententiã, &c. ἐν βουλῇ λαοῦ οὐ ζητηθήσονται, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπεραλοῦνται. in cõſilio populi non requirentur, nec in congregatione tranſilient. i. in altiore ac eminentiore, quàm cæteri, loco non conſtituentur. 38 Nec formam rationémque, &c. καὶ διαθήκην κρίματος οὐ διανοηθήσονται, neque ritum iudiciorum [eorúmque formulas] intelligent. Neque verò de iure, &c. οὐδὲ μὴ ἐκφάνωσι δικαιοσύνην καὶ κρίμα. neque declarabunt [aut, interpretabuntur] iuſtitiam & iudicium.

IN CAPVT XXXIX.

1 Solus qui ad Legem, &c. πλὴν τοῦ ἐπιδιδόντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διανοουμένου ἐν νόμῳ ὑψίστου. Præter dantem [aut, intẽdentem] animũ ſuum, & cogitãtem [aut, meditãtem] in Lege Altiſſimi. vult ſignificare hoc proprium eorum eſſe ſtudium, qui nõ occupati iis vitæ artificiis atque operibus quæ ſuprà cõmemorauit, meliore quadam tum ingenii tum otii facultate commoditatéque adiuti, in Diuinis literis verſantur, ex quibus ſingularẽ ſapientiam conſequuntur. Ita vitæ profeſſiones ſunt diſtinctæ ac ſeparatæ, humanæ ſocietati opportunæ. Optima autem & præſtantiſſima vitæ ratio eſt eorũ, qui ab omnibus cæteris negotiis remoti, ſuum ingenium ſtudiúmque ad Legẽ Dei meditandã contulerunt. hi enim ſunt qui alios inſtituunt. 2 Diſp. conſeruabit, &c. διήγησιν ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει, καὶ ἐν στροφαῖς παραβολῶν συνεισελεύσεται. Narrationẽ virorum nominatorum [. i. illuſtriũ] obſeruabit, atque in verſutias parabolarũ ſubintrabit. i. quæ à doctiſſimis hominibus ſunt aut copioſè cõmemorata & diſputata, aut breuiter acutéque pronuntiata, intelliget. ſtrophæ parabolarũ ſunt acutæ ſubtiléſque ſententiæ de vita ingenioſè pronũtiatæ, ἀπὸ τοῦ στρέφειν dictæ, quemadmodũ verſutiæ à vertẽdo Latinè ſunt appellatæ. 3 Occultas prouer. &c. ἀπόκρυφα παροιμιῶν ἐκζητήσει. recõdita [ſiue, arcana] prouerbiorum exquiret. Parœmiæ ſunt ſententiæ rebus temporibúſque accõmodatæ, quæ aliquam vitæ vtilẽ commonitionem atque inſtitutionem continent. Habent autem ſenſum reconditum, nec ad intelligentiam cuiuſuis accõmodatum, ſicut etiam αἰνίγματα, ἀπὸ τοῦ αἰνίττεσθαι quod eſt obſcurè aliquid dicere, ſignificare, ac innuere. Eſt enim ænigma obſcura atque inuoluta quæſtio. quo in genere allegoriæ verſantur obſcuriores, vt docet Ariſtoteles in Rhetoricis. 4 Inter proceres, &c. ἀνὰ μέσον μεγιστάνων ὑπηρετήσει, καὶ ἔναντι ἡγουμένων ὀφθήσεται. In medio magnatum miniſtrabit, & coram ducibus [aut, gubernatoribus] conſpicietur. Huic hominum generi ſummi aliquando à Regibus ac principibus honores habentur. Exempla ſunt Ioſephus, & Daniel, & alii multi, qui ſingulari Diuinóque ingenio ac ſapientia præditi, maximos honores ſunt adepti, in illuſtri gloria gratiáque principum poſiti.

5 Peragrabit terras gent. exter. ἐν γῇ ἀλλοτρίων ἐθνῶν διελεύσεται. In terra gentium alienigenarum tranſibit i. poterit tutò verſari in alienis regionibus ac populis, propter prudẽtiam quam maximo rerum vſu comparauit. Multa enim (inquit) tum bona tum mala eſt expertus: itaque ad illud ſtudium ſcripturarum literarúmque Diuinarum adiunxit vſum rerum plurimarum.

Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illū, 8

Et ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione cōfitebitur Domino. 9

Et ipſe diriget conſilium eius & diſciplinam, & in abſconditis ſuis conſiliabitur. 10

B Is palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in Lege teſtamenti Domini gloriabitur. 11

Collaudabūt multi ſapientiā eius, & vſque in ſeculum non delebitur. 12

Non recedet memoria eius, & nomē eius requiretur à generatione in generationem. 13

Infrà 44.b.14 ¶Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enūtiabit eccleſia. 14

Si permāſerit, nomen derelinquet plus quā mille: & ſi requieuerit, proderit illi. 15

Adhuc conſiliabor vt enarrem: vt furore enim repletus ſum. 16

In voce dicit, Obaudite me Diuini fructus, & quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum fructificate. 17

Quaſi Libanus odorem ſuauitatis habete. 18

Florete flores, quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiā, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus ſuis. 19

C Date nomini eius magnificētiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum, & citharis: & ſic dicetis in cōfeſſione, 20

Gen.1.d.31 mar.7.d.37 ¶Opera Domini vniuerſa bona valde. 21

Geneſ.1.b.9 ¶In verbo eius ſtetit aqua ſicut cōgeries: & in ſermone oris illius ſicut exceptoria aquarum: 22

Quoniam in præcepto ipſius placor fit, & non eſt minoratio in ſalute ipſius. 23

Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quicquam abſcōditum ab oculis eius. 24

A ſeculo vſque in ſeculum reſpicit, & nihil eſt admirabile in conſpectu eius. 25

Non eſt dicere, Quid eſt hoc? aut quid eſt iſtud? omnia enim in tempore ſuo quærentur. 26

Benedictio illius quaſi fluuius inūdabit, 27

Gene.7.d.21 ¶Et quomodo cataclyſmus aridam 28

8 Si Dominus ille magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebitur:

9 verbáque ſapientiæ effundet, & Dominum ſua celebrabit oratione.

10 ʹIpſe diriget conſilium ſuum & ſcientiam, atque in arcanis ſuis meditabitur.

11 Is diſciplinam doctrinæ ſuæ declarabit, & Lege pacti Domini gloriabitur.

12 Multi perpetuò laudabunt huius intelligentiam, nec memoria

13 vnquam deficiet, aut abolebitur: ſed nomen eius vigebit per omnes ſeculorum ætates.

14 Gentes commemorabunt huius ſapientiam, eiúſque laudē quiuis *hominum* cœtus peruulgabit.

15 ʹSi vita defungatur, nomen relinquet millies celebrius quàm alii: ſi remaneat, ſibi acquiret.

16 ʹEgo autem plura commētatus adhuc ediſſeram: quoniam inſtar plenæ lunæ refertus ſum.

17 ʹAudite me filii ſancti, & quaſi roſa iuxta riuum aquarum plantata pullulate.

18 Odore in modum thuris flagrate, & florem vt lilium mittite.

19 Spirate odorem, laudémque canite, Dominúmq; in omnibus operibus ſuis celebrate.

20 Tribuite nomini eius magnificētiā, ſuíſque eum laudibus prædicate tam canticis oris quàm citharis. ʹporrò in laudatione veſtra ita dicetis,

21 Omnia Domini opera præclara ſunt, ſinguláque eius mandata ſuo fient tempore.

22 Non eſt fas dicere, Quid hoc eſt? aut quorſum hoc? ʹnam hæc omnia ſuo tempore declarabuntur. iuſſu eius vnda ſtetit inſtar acerui, & aquæ ad verbum oris eius ſe receperunt.

23 ʹBeneplacitum enim eius imperium eſt, nec eſt qui ſalutem illius minuat.

24 Omnia mortalium opera ſunt poſita in conſpectu eius, neque ab oculis eius remota latere poſſunt.

25 A ſeculo in ſeculum proſpicit, nec coram ipſo quicquam eſt admirabile.

26 Nihil eſt, cur quiſquam dicat, Quid hoc? aut quorſum hoc? omnia enim ad vſus ſuos creata ſunt.

27 Benedictio eius quaſi fluuius operit terram, & velut inundatio

28 eam fœcundat.

10 Ipſe diriget conſilium, &c. αὐτὸς κατευθυνεῖ βουλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπιστήμην, καὶ ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτοῦ διανοηθήσεται. Ipſe dirigit conſilium ſuum & ſcientiam, & in reconditis [aut, abſtruſis] ſuis cogitabit. Alii pronomen Ipſe, ad Deum referunt, ſed nihil lædit ſenſum ſi ad ipſum ſapientem referatur, atque ita oratio mollius fluit. Significat autem hominem ſapientiæ ſtudioſum non inutiliter otioſum eſſe, ſed totum illud ſtudium ſummo cum iudicio moderari, atque ad vitæ degendæ rationem referre: præcepta, monita, ac conſilia vitæ in quibuſdam occultis obſcuriſque ſententiis poſita diligenter meditari. Parū enim prodeſſet ea ex lege Diuina percepiſſe, niſi accurata meditatione, atque exercitatione confirmarentur, & ad conſuetudinem vitæ transferrentur. 15 Si vita defungatur, nomen relinquet, &c. ἐὰν ἀναπαύσηται, ὄνομα καταλείψει ἢ χίλιοι· καὶ ἐὰν ἐμμείνῃ, ἐμποιήσει αὐτῷ. Si requieuerit, nomen relinquet quàm mille: quòd ſi permaneat [ſubaudi in vita] acquiret ſibi. Significat tam in vita quàm poſt mortem, maximam nominis commendationem comparari. 16 Ego autem plura commentatus, &c. ἔτι διανοηθεὶς ἐκδιηγήσομαι. Adhuc meditatus [aut, adhuc cogitans] enarrabo. Præparatio eſt & attentio ad ſequentia, in quibus adoleſcentes hortatur ad opera Dei conſideranda & celebranda. 17 Audite me filii ſancti, &c. εἰσακούσατέ μου υἱοὶ ὅσιοι, καὶ βλαστήσατε ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ. Exaudite me filii ſancti, & germinate quaſi roſa plantata ſuper fluxum humidum. Hæc eſt προτρεπτικὴ exhortatio in qua, ſimilitudine rerum ſuauiſſimarum atque odoratiſſimarum, ſignificat laudem optimo animo iudicióque Deo tributam, quoddam eſſe ſacrificium fragrantiſſimi odoris pleniſſimum. 20 Porrò in laudatione veſtra, &c. καὶ οὕτως ἐρεῖτε ἐν ἐξομολογήσει. & ita dicetis in confeſſione. Poſt exhortationem qua hactenus eſt vſus, præſcribit formulam qua Deum laudaturi ſunt. Ea autem habet illuſtrem operum Dei commemorationem, quæ ἐγκώμιον Græcè appellatur. 22 Nam hæc omnia ſuo, &c. πάντα γὰρ ταῦτα ἐν καιρῷ αὐτῶν ζητηθήσονται. omnia enim hæc in tempore ſuo quærentur, id eſt cognoſcentur. aut, manifeſta erunt. Metalepſis eſt Hebraica qua prius pro poſteriore ſumitur, vt Inueſtigare ac quærere, pro Inuenire: propterea quòd omnis inueſtigationis finis eſt ipſa inuentio & cognitio: ita fit vt alterum ponatur pro altero. 23 Beneplacitum enim eius, &c. ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ εὐδοκία, in imperio [aut, mandato] eius omne beneplacitum. Quicquid vult, illud imperat atque efficit: ita voluntas eius omnium rerum eſt domina.

″Irã eius gentes ita acquirent, ſicut in ſalſuginẽ aquas conuertit.

′Vt viæ eius ſanctis planæ ſunt, ita iniquis ad offendiculum procliues.

Bona ab initio creata ſunt bonis, & mala itidem improbis.

′Summa omnium ad vitam hominis neceſſariorũ conſtat aqua, igni, ferro, ſale, ſimila frumenti, melle, lacte, ſanguine vuarum, oleo, veſtitúque.

Quæ omnia vt piis in bonũ, ita improbis in malũ conuertũtur.

′Sunt ſpiritus ad vindictã creati, qui furore ſuo confirmant flagella eius.

Hi tempore internecionis vim effundunt, conſummántque iram Creatoris ſui.

Ignis, grando, fames, & mors: ſimul omnia hæc ad vindictam creata ſunt.

Dentes ferarum, ſcorpiones, & ſerpentes, ac gladius exitialem impiis pœnam infligunt.

Hæc gaudebunt mandato eius, ′atque ad vſus in terra præparabuntur: nec iuſſa temporibus ſuis *exequenda* præteribunt.

Quapropter cõfirmatus iam inde ab initio, meditat⁹ ſum hæc, ſcriptíſque mandaui.

Opera Domini bona ſunt omnia, ipſéque ſuo tempore ſuppeditat quæcunque poſtulat neceſſitas.

Non licet dicere, Hoc illo peius eſt: omnia enim ſuo tempore laudem inuenient.

″Nunc igitur corde toto ac ore laudes canite, noménque Domini celebrate.

Cap. XL.

MAgnum negotium cuique homini deſtinatum eſt, & graue iugum poſteris Adami, ′iam inde à die quo ex vtero matris extiterũt, vſq; ad eũ quo ad cõmunẽ omniũ matrẽ reuertuntur.

Cogitationes eorũ dico metúmque animi, tum ″ſolicitas rerũ expectationes, ac mortis diem:

′Ab eo qui ſedet in ſolio maieſtatis, vſque ad eum qui humi atque in puluere abiectus iacet:

Ab eo qui geſtat hyacinthina coronámque, vſque ad illum qui crudo lino veſtitus eſt.

inebriauit, ſic ira ipſius gẽtes quæ nõ exquiſierunt eum, hæreditabit.

29 ¦Quomodo cõuertit aquas, & ſiccata eſt terra, & viæ illius viis illorum directæ ſunt: ſic peccatoribus offẽſiones in ira eius. Exod.14.c.21

30 Bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona & mala.

31 ¦Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum. Suprà 29.d.28

D

32 ¦Hæc omnia ſanctis in bona: ſic & impiis & peccatorib⁹ in mala conuertentur. 1.Tim.4.a.4

33 Sunt ſpiritus qui ad vindictã creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua.

34 In tempore conſummationis effũdent virtutem: & furorem eius qui fecit illos, confundent.

35 ¦Ignis, grando, fames, & mors: omnia hæc ad vindictam creata ſunt. Infrà 40.b.9

36 Beſtiarum dentes, & ſcorpii, & ſerpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.

37 In mandatis eius epulabuntur, & ſuper terram in neceſſitatẽ præparabuntur, & in temporibus ſuis non præterient verbum.

38 Propterea ab initio confirmatus ſum, & conſiliatus ſum, & cogitaui, & ſcripta dimiſi.

39 ¦Omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrauit. Geneſ.1.d.31

40 Nõ eſt dicere, Hoc illo nequius eſt: omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur.

41 Et nũc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

Cap. XL.

1 OCcupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugũ graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.

2 Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentio expectationis & dies finitionis.

3 A præſidente ſuper ſedẽ glorioſam vſque ad humiliatum in terra & cinere.

4 Ab eo qui vtitur hyacintho & portat coronã, vſque ad eũ qui operitur

29 Iram eius gentes, &c. οὕτως ὀργὴν αὐτοῦ ἔθνη κληρονομήσει, ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην. Sic iram eius gentes hæreditabũt, quemadmodũ cõuertit aquas in ſalſuginem. Hoc factum eſt in euerſione Sodomorum, cuius rei meminit Pſalmus 107. d.34, Ponit terram fructiferam in ſalſuginem propter malitiam habitantium in ea. Vt viæ eius ſanctis, &c. αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι τοῖς ὁσίοις, οὕτως τοῖς ἀνόμοις προσκόμματα. Viæ eius rectæ ſanctis, ita iniquis offendicula. id eſt aſperæ & ſalebroſæ, ad lapſum accommodatæ. Quemadmodum Euangelium eſt odor viuificus ac ſalutaris fidelibus, ita infidelibus mortiferus. 31 Sũma omnium ad vitã, &c. ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ πῦρ. Principium omnis vſus ad vitam hominis aqua & ignis. id eſt res præcipuè ac maximè neceſſariæ ad tuendam hominis vitam. Nam ex rebus conditis aliæ pertinent ad vſum vitæ neceſſarium, quibus carere non poſſumus: aliæ minus ſunt neceſſariæ, quæ πρὸς ἀπόλαυσιν ad voluptatis perfruitionem referuntur. 33 Sunt ſpiritus ad vindictam creati, &c. ἔστι πνεύματα ἃ εἰς ἐκδίκησιν ἔκτισται, καὶ ἐν θυμῷ αὐτοῦ ἐστερέωσαν μάστιγας αὐτοῦ. Sunt ſpiritus qui ad vindictam ſunt creati, & in furore ſuo confirmauerunt flagella eius. Quidam ſpiritus accipiunt pro ventis: ego pro naturis cæleſtibus & angelis malo accipere, qui iuſtitiæ Dei adminiſtri, grauiſſima eius iudicia exequũtur. Dubium eſt intelligẽdine ſint mali qui cacodæmones dicuntur, an boni, an vtrique. ego de bonis malo intelligere: ſcimus enim quam cladem atque internecionem memoret Scriptura factam eſſe per angelos Domini tum in AEgypto, tum in exercitu Sennacherib, atque antea in Sodomis.

37 Atque ad vſus in terra præparabuntur, &c. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰς χρείας ἑτοιμασθήσονται. Exemplar Toletanum habet εἰς χεῖρας ad manus. vt ſignificet ſtudium obſequiúmque promptũ ac paratum. Vtraque lectio probari poteſt: omnes enim res ſunt Dei adminiſtræ ad illius arbitrium atque imperium ſemper paratæ. 41 Nunc igitur corde toto ac ore, &c. καὶ νῦν ἐν πάσῃ καρδίᾳ καὶ στόματι ὑμνήσατε. Et nũc in toto corde & ore laudate. Hæc eſt concluſio exhortationis inſtitutæ.

IN CAPVT XL.

1 Iam inde à die, &c. ἀφ' ἡμέρας ἐξόδου ἐκ γαστρὸς μητρὸς αὐτῶν, ἕως ἐπιστροφῆς ἡμέρας τῆς μητρὸς πάντων. à die exitus ex vtero matris eorum vſque ad reuerſionem diei matris omnium. id eſt iam inde à primo ſui ortus die, vſque ad vltimum vitæ diem quo ad terram communem omnium parentem reuertuntur. Idem enim intelligit quod ait Iob, cap.14.a.1, Homo natus ex muliere, breuis diebus, ſatur perturbatione. Significat enim vterque miſerrimam eſſe conditionem vitæ à Deo derelictæ. 2 Solicitas rerum expectationes, &c. ἐπίνοια προσδοκίας, καὶ ἡμέρα τελευτῆς. imaginatio expectationis, & dies obitus, ἐπίνοια hîc accipitur pro intenta, vehemẽte, anxiáque cogitatione rerum expectandarum, quæ ſolicitudo appellatur, quæ tum metu tum ſpe animum afficit ac perturbat.

3 Ab eo qui ſedet in ſolio maieſtatis, &c. ἀπὸ καθημένου ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ ἕως τεταπεινωμένου ἐν γῇ καὶ σποδῷ. Ab eo qui ſedet in throno gloriæ, [aut, ſuper ſedem gloriæ] & vſque ad humiliatum in terra & puluere. Significat neminẽ eius miſerrimæ conditionis expertem eſſe. Omnes enim tam diuites quàm pauperes maximis curis timoribúſque afficiuntur, quum gratia pacéque Dei ſunt deſtituti.

lino crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracũdia perſeuerans, & contentio:

5 Et in tempore refectionis in cubili, ſomn⁹ mortis immutat ſciẽtiã eius.

6 Modicum tanquã nihil in requie: & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus.

7 Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam qui euaſerit in die belli: in B tempore ſalutis ſuæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem.

8 Cum omni carne, ab homine vſque ad pecus, & ſuper peccatores ſeptuplum:

Suprà 39.d.35

9 ‖Ad hæc mors, ſanguis, contentio, & romphæa, oppreſſiones, fames, & contritio, & flagella:

Gene.7.b.11

10 Super iniquos creata ſunt hæc omnia, ‖ & propter illos factus eſt cataclyſmus.

Gene.3.d.19
infrà 41.b.13
Eccles 1.b.7

11 ‖Omnia quæ de terra, ſunt in terrã conuertentur: ‖ & omnes aquæ in mare conuertentur.

12 Omne munus & iniquitas delebitur, & fides in ſeculum ſtabit.

13 Subſtãtiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur: & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt.

14 In aperiendo manus ſuas, lætabitur: ſic præuaricatores in conſummatione tabeſcent.

15 Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos: & radices immundæ ſuper cacumen petræ ſonant.

C

16 Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnũ euelletur.

17 Gratia ſicut paradiſus in bñdictionibus, & miſericordia in ſeculo permanet.

Philip.4.b.12
1.tim.6.b.6

18 ‖Vita ſibi ſufficientis operarii con

ʺIndignatio, æmulatio, perturbatio, commotio, formido mortis, iracundia, ſimultas: atque tempore quietis nocturnus in cubili ſomnus mentem cuiuſque variè afficiunt.

6 ʺParum ac propè nihil datur quieti: deinde in ſomnis quaſi in ſpeculis excubaret, animi ſui imaginatione perturbatur.

7 Et velut qui è cõſpectu prælii aufugerit, excitatur tempore ſalutis ſuæ, ʺvanúmque terrorem admiratur.

8 ʺHoc omni adiunctum eſt animanti, tam homini quàm pecudi: at ſceleratis ſepties tanto amplius:

9 ʺAd hæc mors, cædes, diſſidia, gladii, oppugnationes, fames, clades, flagelláque:

10 Simul omnia hæc in iniuſtos creata ſunt, atque etiam diluuiũ propter ipſos extitit.

11 Quæcunque è terra conſtant, in terram redeunt: & è mari orta, in mare remeant.

12 ʺOmnis largitio & iniuſtitia abolebitur: at integritas perpetuò manebit.

13 Opes iniuſtorum in modum fluminis exareſcent, ʺ& ſicut ingens tonitru cum pluuia profunditur.

14 ʺQuum manus aperit *ad recipiendum*, gaudet: ſed prauè agẽtes prorſus deficient.

15 ʺNon multiplicabit ramos ſoboles impiorum: nam impuræ radices in ſumma rupe exiſtunt.

16 ʺPullus eorũ ſuper quamuis aquam aut oram fluminis, ante omnem herbam euelletur.

17 ʺBenignitas inſtar horti eſt fortunati, & beneficentia in perpetuum permanet.

18 ʺVita hominis ſua ſorte contenti atque operarii, habet ſuauita-

5 Indignatio, æmulatio, perturbatio, &c. θυμὸς καὶ ζῆλος, ταραχὴ καὶ σάλος. Hæc ſunt πάθη, id eſt animi perturbationes, quibus animus variè agitatur: ex quibus θυμὸν vertunt alii Furorem, ego Indignationem malui: in qua ſignificatione ſæpe accipitur, quum animus re aliqua quæ videtur iniqua & indigna, vehementer offenditur atque exacerbatur. Sequitur deinde ʺμήνιμα, καὶ ἔρις, id eſt iracundia & contentio, ſiue (vt ego verti) ſimultas, ſiue (vt alii) inimicitiæ. 6 Parum ac propè, &c. ὀλίγον ὡς οὐδὲν ἐν ἀναπαύσει, καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐν ὕπνοις ὡς ἐν ἡμέραις σκοπιᾶς. Modicum tanquam nihil in requie, & ab illo in ſomnis quaſi in diebus ſpeculæ. Significat homines agere noctes inquietas & peruigiles, id quod eſt alienum à proprio vſu noctis quæ ad ſomnum ac quietem hominis eſt creata: ſed huiuſmodi requies nocturna ad ſubleuandam hominis naturam accommodata, ſingulare Dei beneficium eſt, quod ſolis iis tribuitur qui à Deo diliguntur: vt eſt in Pſalmo 127.a.2. Sapiens autem apponit duo ſimilia, quibus illud tempus nocturnum terroribus plenum aptiſſimè demonſtrat.

ʺLegitur & μίμημα imitatio.

7 Vanúmque terrorem admiratur. ἀπὸ θαυμάζων εἰς οὐδένα φόβον. admirans in nullum timorem. Homines quum redeunt ad ſe, atque animis mentibúſque conquieſcunt, admirantur ſe tum timuiſſe quũ nulla timendi cauſa ſubeſſet: ſed hic terror diurnus & nocturnus grauiſſima Dei maledictio eſt omnibus iis propoſita & denuntiata in Lege, qui eum non timent. Fugit enim impius nemine perſequẽte, Prouerb.28.a.1. 8 Hoc omni adiunctum eſt animanti, &c. μετὰ πάσης σαρκὸς ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Cum omni carne ab homine vſque ad pecus. Significat non homines ſolùm verſari in huiuſmodi terroribus, ſed etiam bruta animalia, in quibus phantaſia eſt: ſed impii ſibi malè conſcii hanc moleſtiam miſeriámque in primis ſentiunt. habent enim perpetuum carnificem intus ipſos cruciantẽ. Non eſt pax impiis, inquit Eſaias, cap.48.d.22. 9 Ad hæc mors, cædes, diſſidia, &c. πρὸς ταῦτα θάνατος καὶ αἷμα, καὶ ἔρις, καὶ ῥομφαία, ἐπαγωγαί. Ad hæc mors, & ſanguis, & contentio, & gladius, inductiones. aut, impreſſiones incurſionéſque. ſubaudias Hoſtium, aut cæterarum calamitatum. Nam exemplar Toletanum cum hoc nomine coniungit cætera nomina quæ ſequuntur, in genitiuo, atque legit ἐπαγωγαὶ λιμοῦ καὶ συντρίμματος καὶ μάστιγος. inductiones [ſiue, inuectiones] famis, & contritionis, ac flagelli. id eſt huiuſmodi calamitates importatæ.

12 Omnis largitio, &c. πᾶν δῶρον καὶ ἀδικία ἐξαλειφθήσεται, καὶ πίστις εἰς τὸν αἰῶνα στήσεται. Omne donum & iniuſtitia delebitur, & fides in ſeculum ſtabit. Mihi non diſplicet vt hoc loco fides pro integritate accipiatur, quæ à Paulo, Tit.2.b.7, ἀδιαφθορία appellatur, eáque corruptioni largitionique opponitur. Cicero autem ſæpe in magiſtratu fidem & integritatem coniungit. 13 Et ſicut ingens, &c. καὶ ὡς βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετῷ ἐξηχήσει. & ſicut magnum tonitru in pluuia perſonabit. Quidam legunt ἐκχεῖ effundet, ſicut etiam verterunt Profunditur. Hæc lectio non diſplicet, ſed altera etiam retineri poteſt, qua ſignificat ingentem illum ſonitum vnà cum pluuia euaneſcere: ita etiam diuitias quæ admirationem quandam habent, non eſſe diuturnas, ſed aut tanquam maximum torrentem ſubitò exareſcere, aut ingens tonitru vnà cum pluuia euaneſcere. 14 Quum manus aperit *ad recipiendum*, &c. ἐν τῷ ἀνοῖξαι αὐτὸν χεῖρας εὐφρανθήσεται, οὕτως οἱ παραβαίνοντες εἰς συντέλειαν ἐκλείψουσιν. In aperiendo manum ipſe lætabitur, ſic tranſgredientes ad conſummationem deficient. Apertio manus demonſtrat cupiditatem auaritiámque iniquorum qui propenſiores ſunt ad accipiendum atque etiam rapiendum, quàm ad dandum communicandúmque. poteſt etiam apertio manus ſignificare breuem eorum fœlicitatem, quod eodem propè modo dicitur In conuertendo manũ: ſed prior ſenſus mihi magis probatur. 16 Pullus eorum ſuper, &c. χλόη ἐπὶ παντὸς ὕδατος, καὶ χείλους ποταμοῦ πρὸ παντὸς χόρτου ἐκτιλήσεται. Carex ſuper omnem aquam & oram fluminis ante omnem herbam extirpabitur. χλόην pro carice accipiunt, herbáque quæ in locis paluſtribus vliginoſiſque maturè enaſcitur atque euellitur. Hac autem ſimilitudine ſignificat id quod antè demonſtrauit, fortunam & opulentiam impiorum breuem eſſe, eorúmque opes non eſſe ſtabiles: ſed quemadmodum celeriter exiſtunt, ita citò conuelli atque extirpari. Sic Pſalmus 129.a.5, impios homines comparat herbæ quæ in tectis enata, citóque vireſcens ariditate ènecatur.

17 Benignitas inſtar, &c. χάρις ὡς παράδεισος σὺν εὐλογίαις, καὶ ἐλεημοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα διαμενεῖ. Gratia ſicut paradiſus cum benedictionibus, & eleemoſyna [id eſt miſericordia] in ſeculũ permanet. Paradiſus dicitur hortus à Deo benedictus, cuius ſumma in omni genere fructuũ fertilitas commendatur. Ei comparatur liberalitas & beneficentia quæ bonis ſemper augetur, non diminuitur: quemadmodum etiam ait Pſalmus 111.b.9, Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. 18 Vita hominis ſua ſorte, &c. ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα ὁ εὑρίσκων θησαυρόν. Vita ſatis habentis operarii dulcis erit, & ſuper vtrunque inueniens theſaurũ. Hoc

loco Sapiens tradit ſententias συγκριτικὰς comparatas, quibus oſtendit in bonorum genere alia aliis eſſe meliora aut iucundiora: in quibuſdam autem loquitur ex affectione hominum eorúmque iudicio. Theſaurus repertus eſt gratior quàm res labore acquiſita(aut potius, quæ labore acquiritur)& vita quæ in opere aliquo collocata eſt,& quæ neceſſaria ſunt acquirit. Nã procliuia difficilibus,& non laborioſa laborioſis anteponuntur,vt ait Ariſtoteles,& Cicero in Topicis. Iucundum eſt homini,quum laborem manuum ſuarum manducat,ſed iucundiora quæ ſine labore reperiuntur aut tribuuntur.

tem,ſed vtrunque ſuperat qui theſaurum reperit.		dulcabitur, & in ea inuenies theſaurũ
Liberi & extructio ciuitatis nomen reddunt ſtabile: at potior vtriſque cenſenda eſt vxor inculpata.	19	Filii, ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulier immaculata computabitur.
Vinũ & muſica cor exhilarãt,ſed vtroq; magis ſtudiũ ſapiẽtiæ.	20	Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ.
Fiſtula & pſalterium ſuauem edunt cantum: linguæ verò ſuauitas vtrunque ſuperat.	21	Tibia & pſalterium ſuauem faciũt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis.
Venuſtatem ac pulchritudinem oculus deſiderabit,ſed viride ſemen exiſtet vtroque gratius.	22	Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hoc virides ſationes.
Amicus ad tempus congruit cũ amico: vir tamen & vxor concordes vtrique ſunt præferendi.	23	Amicus & ſodalis in tempore conuenientes, & ſuper vtroſque mulier cum viro.
Fratres & auxilia profuerint tẽpore calamitatis: ſed miſericordia præſtantior vtriſque eſt liberatrix.	24	Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit. D
Aurum quidem & argentum pedem conſtabiliunt: ſed conſilium eſt vtroque commendabilius.	25	Aurum & argentum conſtituet pedem, & ſuper vtrunque conſilium beneplacitum.
Opes atque vires animũ erigũt: ſed timor Dñi vtroq; præſtat.	26	Facultates & virtutes exaltant cor, & ſuper hæc timor Domini.
Timori Domini nihil deeſt, nec eſt cur in eo opem deſideres.	27	Nõ eſt in timore Domini minoratio, & nõ eſt ĩ eo inquirere adiutoriũ.
Timor Domini eſt inſtar horti fortunatiſſimi, in quo colendo atque ornando omnis alia gloria eſt ſuperata.	28	Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum.
Fili, vitam mendicam ne degeris: mors enim mendicitati eſt præferenda.	29	Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas: melius eſt enim mori, quàm indigere.
Viri menſam alienam ſpectantis vita, non eſt pro vita deputanda: animum enim ſuum alienis contriſtat cibis.	30	Vir reſpiciens in mẽſam alienam, nõ eſt vita eius in cogitatione victus: alit enim animam ſuam cibis alienis.

19 Liberi & extructio,&c. τέκνα καὶ οἰκοδομὴ πόλεως στηρίζουσιν ὄνομα, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα γυνὴ ἄμωμος λογίζεται. Filii & ædificatio ciuitatis firmãt nomen,& ſuper vtraque mulier irreprehenſibilis exiſtimatur. Præclarum nomen eſt dici patrem multorum liberorum, aut ciuem celebris ac nobilis alicuius ciuitatis atque vrbis:ſed vxor bene morata omni carens crimine,vtrunque ſuperat. Quemadmodum eiuſdem vitia atque peccata in maiorem mariti infamiam redundant,quàm aut ſterilitas liberorum,aut vrbis obſcuritas.

20 Vinum & muſica,&c. οἶνος καὶ μουσικὴ εὐφραίνουσι καρδίαν, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα ἀγάπησις σοφίας. Vinũ & muſica delectant cor,& ſuper vtrũq; amor ſapientiæ. Hic cõparatur voluptas & delectatio corporea cum delectatione διανοητικῇ intellectuali,qua mens atque animus alitur ac reficitur. Voluptatum enim aliæ ſunt σωματικαὶ corporeæ,aliæ διανοητικαὶ ſpirituales,quæ ſunt puriores ac meliores.

21 Fiſtula & pſalterium,&c. αὐλὸς καὶ ψαλτήριον ἡδύνουσι μέλος, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα γλῶσσα ἡδεῖα. Tibia & pſalterium ſuauem faciunt melodiã, & ſuper vtraque ſuauis vox. Hic cantus qui voce linguáque conficitur,cæteris ſonis muſicis ſuauitate præponitur.

22 Venuſtatem & pulchritudinem,&c. χάριν καὶ κάλλος ἐπιθυμήσει ὀφθαλμός, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην σπόρου. Gratiam & pulchritudinẽ deſiderabit oculus,& ſuper vtraq; viriditatem ſegetis. aut,viridem herbam ſparſi ſeminis. Venuſtas pulchritudóque corporis res eſt amabilis ac deſiderabilis,quæ oculis hominis maximam delectationem affert:ſed herba ſegetis euireſcens ſummam iucunditatem cum vtilitate coniunctam habet. Quæ enim iucunda & vtilia fructuoſaque ſunt,magis expetuntur quàm ea quæ ſolam habent oculorum voluptatem.

23 Amicus ad tempus congruit cum amico,&c. φίλος καὶ ἑταῖρος εἰς καιρὸν ἀπαντῶντες, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα γυνὴ μετ' ἀνδρός. Amicus & ſodalis ad tempus occurrentes,& ſuper vtraque vxor cum viro. Occurſum amicorum ſodaliúmque vocat conuictum in quo viuunt aliquandiu familiariter ac ſuauiter: ſed nulla eſt amicitia aut ſodalitas quæ cum coniugio honeſto,fideli,concordique ſit cõparanda. Eſt hæc vitæ cõiunctio ac cõſuetudo tum iucũditate tum opportunitate omniũ præſtantiſſima,quũ ipſi coniuges inter ſe amanter,cõiunctè,ac concorditer viuunt. 24 Fratres & auxilia,&c. ἀδελφοὶ καὶ βοήθεια εἰς καιρὸν θλίψεως, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα ἐλεημοσύνη ῥύσεται. Fratres & auxiliũ ad tẽpus afflictionis,& ſuper vtraq; eleemoſyna liberabit. Vult ſignificare nullũ eſſe amorẽ fraternũ,aut ſociorũ ac propinquorũ,qui cum affectu miſericordiæ ſit cõferendus. συμπάθεια enim commiſeratióq; cõmota ex calamitate hominis etiam alieniſſimi, ad opem ferendam plus momenti habet quàm fraternus ſanguis,aut omnia auxilia quæ ſine hoc animi motu ab aliis afferri poſſent. Eſt autem maxima vis miſericordiæ,quum grauiſſimum caſum alterius ad aliquem noſtram conditionem,quatenus ſumus homines,atque ad eam cogitationem conferimus,qua eadem nobis quoque poſſe accidere exiſtimemus. 25 Aurum quidem & argentum,&c. χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐπιστήσουσι πόδα, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα βουλὴ εὐδοκιμεῖται. Aurum & argentum ſtatuent pedem,& ſuper vtraque conſilium approbatur. Significat homines in pecuniis maximam fiduciam ponere:(quemadmodum Cicero neruos bellorum appellat)ſed oſtendit conſilium ad res gerendas maiorem vim habere,quàm vllas opes. εὐβουλία igitur,id eſt prudentia conſilii,in hoc genere anteponenda eſt. 26 Sed timor Domini vtroque præſtat. καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα φόβος κυρίου. & ſupra vtrunque timor Domini. id eſt plus poteſt quàm vllæ opes atque vires,quæ expugnari atque ſuperari poſſunt. nulla enim eſt tanta vis,quæ confici non poſſit. Timor autem Domini eſt ἀμάχητος inexpugnabilis atque inuictus. Is autem nihil aliud eſt quàm purus piúſque in Deum affectus, quo homo eius mandata obſeruans,in illius amore atque ope placidiſſimè conquieſcit. Itaque Pſal.112.b.7.8,extat hominis Deum timentis illa commendatio, quòd Ab auditione mala non timebit,*quia* paratum cor eius fidens Domino: Confirmatũ cor eius nõ timebit, donec videat in hoſtibus ſuis *quod optat*. 27 Timori Domini nihil deeſt,&c. ἐν φόβῳ κυρίου οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις, καὶ οὐκ ἔστι ζητῆσαι ἑαυτῷ βοήθειαν. In timore Domini non eſt imminutio, nec eſt deſiderare [aut, requirere] ſibi auxilium. Deſideramus aut requirimus quæ abſunt:itaque ſignificat eos qui Deum timẽt, nulla vnquam re opéque deſtitui, quemadmodum etiam dicitur Pſal.34.b.11, Leunculi indigebunt:qui autem Dominum timent,non deſtituentur vllo bono.

28 Timor Domini eſt inſtar horti,&c. φόβος κυρίου ὡς παράδεισος εὐλογίας, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν ἐκάλυψεν αὐτόν. Timor Domini vt paradiſus benedictionis,& ſuper omnem gloriam cooperuit eum. Significat hortum præclarum atque fructuoſum omni fœcunditate à Deo ornatum & cumulatum,ſiue quem Dominus excoluit atque repleuit,aut omni fructuum genere referſit.

29 Fili,vitam mendicã,&c. τέκνον, ζωὴν ἐπαιτήσεως μὴ βιώσῃς, κρεῖσσον ἀποθανεῖν ἢ ἐπαιτεῖν. Fili,vitam mendicitatis ne viuas: melius eſt mori quàm mendicare. Hæc vitæ ratio turpiſſima & miſerrima fuit ſemper exiſtimata,atque è populo Dei ſublata:itaque ad euitandum hoc tantum malũ admonemur vt iuſtum laborem amplectamur. 30 Viri menſam,&c. ἀνὴρ βλέπων εἰς τράπεζαν ἀλλοτρίαν οὐκ ἔχει βίον ἐν λογισμῷ ζωῆς. Vir qui reſpicit in alienã menſam,non habet vitam in ratione vitæ. id eſt agit(vt Græci dicunt) βίον ἀβίωτον vitã planè non vitalẽ, id eſt acerbam & nullo modo viuendam. Hoc etiam ad mendicitatem referri poteſt: eſt enim miſerrimũ ita omnibus rebus imparatum ac deſtitutum viuere,vt vita tua ex alieno cibo pendeat. Hanc autem tantam vitæ acerbitatem vir prudens ac bene inſtitutus euitabit.

	Vir autem diſciplinatus & eruditus cuſtodiet ſe.	31	Cauebit autem vir prudens & eruditus.
	In ore imprudentis cōdulcatur inopia,& in ventre eius ignis ardebit.	32	. Ori impudentis ſuauis eſt mendicitas,& in ventre eius ignis ardet.
	Cap. XLI.		Cap. XLI.
	O Mors,quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis!	1	Q″Vàm amara eſt,ô mors,memoria tua homini quietè viuēti in bonis ſuis!
	Viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus,& adhuc valenti accipere cibum.	2	″Homini omni cura ſolicitudinéque vacuo, ac per omnia fœlici,valentíque adhuc cibum capere.
	O mors bonū eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus!	3	″Quàm iucundum eſt,ô mors, iudicium tuum homini egenti, defectóque viribus!
	Defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili qui perdit ſapientiam.	4	In extrema ſenectute curis diſtricto omnibus, & qui diffidit,patientiámque perdidit.
	Noli metuere iudiciū mortis: memento quæ ante te fuerunt,& quæ ſuperuentura ſunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni.	5	″Iudiciū mortis ne timeas,ſed ſuperiorum memineris & poſteriorū:″nā hoc quidē à Domino decretū eſt omnibus mortalibus.
B	Et quid ſuperueniet tibi in beneplacito Altiſſimi,ſiue decem,ſiue centum,ſiue mille anni?	6	Quomodo autē recuſes quod placet Altiſſimo,ſiue decē habeas,ſiue centum annos,ſiue mille?
	Non eſt enim in inferno accuſatio vitæ.	7	″Vita nullam habet aduerſus Orcum defenſionem.
	Filii abominationum fiunt filii peccatorū,& qui conuerſantur ſecus domos impiorum.	8	″Liberi execrabiles euadūt liberi ſceleratorum,& quicūque verſantur in vicinia impiorum.
	Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii.	9	Hæreditas liberorum improborum interibit:& opprobrium cū ſemine eorum perpetuò coniunctum eſt.
	De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.	10	″Patrem impium liberi accuſabunt, quoniam propter ipſum in opprobrium incurrunt.
	Væ vobis viri impii, qui dereliquiſtis Legem Domini altiſſimi.	11	Væ vobis,viri impii,Legis ſummi Dei deſertores:nam etiamſi fueritis multiplicati,peribitis.
	Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini:ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra.	12	″Quum fueritis nati,in execrationem naſcemini: quū mortui, in deteſtationem ſeparabimini.
Suprà 40.b.11	‖Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur:ſic impii à maledicto in perditionem.	13	Quæcunque è terra conſtant,in terram abibunt,itémque impii ab execratione ad interitum.
C Prouer.22.a.1	Luctus hominū in corpore ipſorū: ‖nomen autem impiorum delebitur.	14	″Vt corpora ſuorum homines luctu proſequantur,malū tamen

IN CAPVT XLI.

1 Quàm amara eſt,ô mors,memoria,&c.ὦ θάνατε, ὡς πικρόν σου μνημόσυνον ἀνθρώπῳ εἰρηνεύοντι ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ. O mors, quàm acerba
eſt memoria tua homini pacem habenti in bonis ſuis!Proponit Sapiens duo hominum genera:vnum fœlicium in vita, qui quietè ac trāquillè
bonis ſuis perfruuntur,itáque in his conquieſcunt, vt emori nunquā velint : alterum eſt miſerorum atque afflictorum, qui curis,
incōmodis,moleſtiiſque huius vitæ ita afficiūtur ac ſolicitantur,vt mortem quaſi finem malorū omniū expetant.Horū diuerſo contrarióque
iudicio atque affectione oſtendit mortē per ſe non ita eſſe horribilem, neque eam eſſe immoderatius aut fugiendam aut expetendā,
ſed animo æquo ac placido expectandū eſſe tempus moriendi quod vnicuique à Deo eſt aſſignatum. 2 Homini omni cura,&c.
ἀνδρὶ ἀπερισπάστῳ, καὶ εὐοδουμένῳ ἐν πᾶσι.Viro non diſtracto,ac proſperanti in omnibus.Homo ἀπερίσπαστος dicitur ἀμέριμνος,omnis ſolicitudinis
expers,qui curis moleſtiiſque vacuus, quietam tranquillámque vitam agit: cuiuſmodi ſecuritatem ac quietem ille diues in Euangelio
ſibi proponebat,quum diceret animæ ſuæ, Quieſce,bibe,comede.cui nuntiū mortis repentinæ atque inſperatæ cōtinuò allatum eſt.Luc.
12.c.19.20.Huiuſmodi autē homines ita ſuauiter in ſuis bonis ac deliciis acquieſcentes,ad omnē mortis mentionē exhorreſcunt.Quod autē
addit, Valēti adhuc cibum capere,ſignificat hominem commoda & firma tum ætate tum valetudine,in qua cupidius vitam retinere vult.

3 Quàm iucundum,&c.ὦ θάνατε, καλόν σου τὸ κρίμα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἐπιδεομένῳ, καὶ ἐλασσουμένῳ ἰσχύϊ. O mors,bonū iudicium tuum eſt homini
indigenti,ac diminuto viribus.Iudiciū mortis accipitur pro iure mortis,ſiue cōditione ac lege moriēdi impoſita omnibus. Ita vides quàm
iſte mortis aut appetitus aut metus(quē Græci ὄρεξιν καὶ φυγὴν nominát)in hominibus ſit immoderatus. 5 Iudiciū mortis,&c.μὴ εὐλαβοῦ
κρίμα θανάτου, μνήσθητι προτέρων σου καὶ ἐσχάτων.Ne metuas iudiciū mortis,memento priorum te & vltimorū. id eſt eorum qui vixerūt
ante te,& eorum qui te ſequentur.quorū alii iam mortui ſunt, alii morientur: nec quiſquā eſt qui hanc moriendi vel ſortem vel neceſſitatem
poſſit effugere. Nam hoc quidē,&c.τοῦτο γὰρ τὸ κρίμα πάσῃ σαρκὶ παρὰ κυρίου.hoc enim iudiciū omni carni à Domino.id eſt,hoc
fatum ac decretū quoddam Dei eſt,vt quicunque nati ſunt,moriantur.Itaque hæc fatalis diuináque neceſſitas & cōditio cōmunis,nemini
eſt recuſanda,nec immortalitas vitæ poſtulanda. 7 Vita nullā habet,&c.οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ἐλεγμὸς ζωῆς.Non eſt in inferno redargutio
vitæ. id eſt excuſatio,aut recuſatio qua cōmunem moriendi neceſſitatē repellamus ac defugiamus: quaſi quiſquā velit vitam ſuā aduerſus
mortē ſepulchrúmq; tueri,atque ab Orco aſſerere. Nā hoc mihi videtur ſignificare verbū ἐλέγχειν redarguere & nomen ἐλεγμὸς,quod reſpondet
verbo ſuperiori ἀπαναίνεσθαι recuſare ac renuere huiuſmodi ius mortis fatale: ita hoc loco quandam aduerſus infernū redargutionē ac
defenſionem vitæ,aut excuſationem inſtituere.Hoc Diuinum iudicium decretúmque omnibus mortalibus eſt ſubeundum.

8 Liberi execrabiles,&c.τέκνα βδελυκτὰ γίνεται τέκνα ἁμαρτωλῶν, καὶ συναναστρεφόμενα παροικίαις ἀσεβῶν. Liberi abominabiles exiſtunt liberi
peccatorū,& qui conuerſantur in viciniis impiorum.id eſt, qui aliquam cum impiis conſuetudinem vitæ habēt.Hæc ſentētia & quæ ſequūtur,
oſtendunt miſerabilem impiorum conditionem,quanuis in hac vita aliquandiu floreant.Nam ortus vitæ, eiuſque totius curſus atque
exitus eſt execrabilis. 10 Patrem impium,&c.πατρὶ ἀσεβεῖ μέμψεται τέκνα, ὅτι δι' αὐτὸν ὀνειδισθήσονται.Patrem impium accuſabunt filii,
quia propter ipſum erunt in probro. Ita infamia aut culpa improborum parentum redundat in liberos etiam improbos: quòd ab impiis
nati,impiè educati atque inſtituti, in ſimilem patrum & culpam & infamiam delabuntur. Itaque apud tribunal Dei, grauiſſimi eorum accuſatores
erunt:nam tum quidem officium boni patris neglectum,exemplúmque impietatis editum,ante oculos conſtituetur.

12 Quum fueritis nati,in execrationem,&c.καὶ ἐὰν γεννηθῆτε, εἰς κατάραν γεννηθήσεσθε· καὶ ἐὰν ἀποθάνητε, εἰς κατάραν μερισθήσεσθε. Et ſiue
naſcamini,in maledictionem naſcemini: ſiue moriamini,in maledictionem diuidemini.id eſt,à conſortio piorum ac beatorum in numerum
maledictorum ſeparabimini.quorum enim vitæ ratio fuit diuerſa,eorum etiam conditio poſt mortem ſeparata eſſe debet.

14 Vt corpora ſuorum homines luctu proſequantur, &c. πένθος ἀνθρώπων ἐν σώμασιν αὐτῶν, ὄνομα δὲ ἀνθρώπων οὐκ ἀγαθὸν ἐξαλειφθήσεται.
Luctus hominum in corporibus ipſorum,ſed nomen hominum non bonum abolebitur. Mihi non diſplicet vt duo membra huius ſenten-

tiæ comprehendātur antitheſi,vt ſunt reddita.Significat enim homines in morte ac funere ſuorum celebrare memoriam mortuorum,ſed eos nihil efficere:nam nomen impiorum vnà cum ipſis aut paulo pòſt ſepultum iri.

improborum nomen delebitur.

15 Habe curam nominis: hoc enim tibi manebit potius quàm magni theſauri mille auri.

Curam habe de bono nomine:hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni.

16 ʼProba vita dies ſuos habet definitos:bonum autem nomen manet in perpetuum.

Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum.

17 Filii,conſeruate diſciplinam placidè:ʼſapiētia occulta & theſaurus abditus quid proſunt?

Diſciplinā in pace conſeruate filii: ſapientia enim abſcondita, & theſaurus occultus,quæ vtilitas in vtriſque?

18 Homo ſuam celans ſtultitiam, præſtat homini ſuam ſapiētiam occultanti.

[Melior eſt homo qui abſcōdit ſtultitiam ſuam, quàm homo qui abſcōdit ſapientiam ſuam. Suprà 20.d.33

19 ʼQuamobrem verba mea reueremini.

Veruntamē reueremini in his quæ procedunt de ore meo.

20 ʼNeque enim quauis teneri verecundia pulchrum eſt: nec omnia,quum de fide agitur,probanda ſunt in omnibus.

Non eſt enim bonum omnem irreuerentiam obſeruare: & non omnia omnibus bene placent in fide.

21 Pudeat vos coram patre aut matre,ſcortationis: corā verò principe ac poteſtatem gerente,mendacii:

Erubeſcite à patre & à matre de fornicatione: & à præſidente & à potente de mendacio:

22 ʼDelicti, coram iudice & magiſtratu:ʼcorā cœtu & populo,rei aduerſus leges commiſſæ:

A principe & à iudice de delicto: à ſynagoga & plebe de iniquitate: D

23 Coram ſocio atque amico,iniuriæ:

A ſocio & amico de iniuſtitia, & de loco in quo habitas:

24 ʼEt furti,in loco quem incolis:ʼitémque coram Dei veritate,pactóque cubito inniti panibus:ʼne etiam vel dando,vel accipiendo aliquam ſubeas vituperationem.

De furto,de veritate Dei, & teſtamento,de diſcubitu in panibus,& ab obfuſcatione dati & accepti:

25 ʼDeinde pudeat te coram ſalutantibus,ſilētii:ʼtum meretricem aſpicere mulierem:

A ſalutantibus de ſilentio, à reſpectu mulieris fornicariæ,& ab auerſione vultus cognati.

26 ʼFaciem auertere à cognato, ʼparte ſua aut re data defraudare quenquam.

Ne auertas faciē à proximo tuo, & ab auferendo partem & non reſtituendo.

16 Proba vita dies ſuos habet definitos:&c.ἀγαθῆς ζωῆς ἀριθμὸς ἡμερῶν.Bonæ vitæ numerus dierum.id eſt, dies eius ſunt numerati, & ſpatio vel longo vel exiguo definiti: honeſta verò nominis fama nullum habet temporis ſpatium circunſcriptum, ſed omni poſteritatis memoria celebratur.Piorum enim etiam mortuorum,memoria eſt ſempiterna.Itaque hoc loco hortatur Sapiens homines ad nominis cōmendationem conſequendam:ea autem optimis vitæ rationibus artibuſque comparatur. 17 Sapientia occulta & theſaurus,&c. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Quum ſapientia occultatur & theſaurus abditur, quæ eſt vtilitas in vtroque? Hæc ſententia & ſequens fuit poſita antè viceſimo capite:itaque puto nullum locum hic habere. 19 Quamobrem verba mea,&c. τοιγαροῦν ἐντράπητε ἐπὶ τῷ ῥήματί μου.Igitur vereamini in verbo meo.id eſt doctrinam meam cum verecundia aut reuerentia ſuſcipite. Hæc exhortatio eſt inſtituta breuiter propter ſequentem doctrinam,quam de vero pudore ac verecundia ſtatim tradit. itaque poſtulat Sapiens vt audiatur cum ea reuerentia quam authoritas ſapientiáque optimorum præceptorum monitorúmque meretur.

20 Neque enim quauis,&c.οὐ γάρ ἐστι πᾶσαν αἰσχύνην διαφυλάξαι καλόν.Neque enim conſeruare quēuis pudorem pulchrū eſt.Eſt enim vitioſus pudor,verecundiáque non laudabilis: neque omnia in omnibus verenda ſunt, ſed ſunt certa genera vitiorū ac peccatorum quæ pro ratione perſonarum,locorum,temporum,negotiorum,maiorem verecundiam poſtulant: nō quòd non omnia vitia & quæ ſunt turpia pudorem offenſionémq; afferre nō debeant(eſt enim pudor vt cuſtos omniū virtutū,ita omniū vitiorum inimicus)ſed Sapiēs cōmodiſſimè vitiorum genera diſtinguit, eorúmque circunſtantias oſtendit, in quibus monet quomodo homines in ſingulis ſe gerere debeant. Sunt ὑποκείμενα,id eſt res ſubiectæ ſingulis virtutibus aut vitiis,in quibus ea verſantur ac conſiderantur:aut huiuſmodi circunſtantiæ,id eſt rationes perſonarum,locorū,ac temporū,quarum accurata cōſideratio atque animaduerſio vtilem pudoris ac verecundiæ commonitionem habet.Sunt certa vitia quæ homines ſua turpitudine,alia quæ iniuria eos lædunt: vt impudicitia corā parētibus eſt fœdior,mendaciū corā principe,crimē alicuius maleficii corā iudice,aliquid contra legés cōmiſſum coram populo,iniuria ſocio amicóq; illata,fides violata ei qui ſe ſuáque tibi crediderat, mala gratia relata ei qui de te bene meritus fuerat:quæ ſingula ſi ante oculos proponerentur,maior verecūdia reuerentiáque adhiberetur. 22 Delicti,corā iudice,&c.καὶ ἀπὸ κριτοῦ καὶ ἄρχοντος περὶ πλημμελείας.Et à iudice ac magiſtratu de delicto & peccato.quod ſcilicet in crimē iudiciúmq; vocari poteſt. πλημμέλεια enim hìc dicitur aliquid perperā factū quod iudiciis ac legibus corrigi & vindicari poteſt:vt cædes aut aliquid huiuſmodi,animaduerſione ac caſtigatione dignū. Corā cœtu,&c.ἀπὸ συναγωγῆς καὶ λαοῦ περὶ ἀνομίας.à cōgregatione ac populo de iniquitate. repetendum ſemper eſt verbū ſuprà in principio ſententiæ poſitū, Vereamini,aut pudeat vos. ἀνομία hìc dicitur aliquid iniquè factum contra cōmunem populi ſtatum, vt ſit quædam iniuria publica: quemadmodum ea qua ſocius amicúſque afficitur,priuata eſt. 24 Et furti,in loco,&c.καὶ ἀπὸ τόπου οὗ παροικεῖς,περὶ κλοπῆς.Et in loco vbi habitas,de furto.id eſt,quum locus ad habitandum aut verſandum tibi cōmodatus ac creditus eſt,eſt contra fidem quicquam ſurripere ac cōpilare.Locus igitur ipſe debet admonere,ſummam abſtinentiam præſtandam eſſe. Itémque coram Dei,&c. καὶ ἀπὸ ἀληθείας θεοῦ καὶ διαθήκης,καὶ ἀπὸ πήξεως ἀγκῶνος ἐπ᾽ ἄρτοις. & à veritate Dei & teſtamēto,& à fictione cubiti in panibus.videtur aliquid deeſſe in primo membro:vt ſit aliquid quod veritati ac fœderi Dei aduerſetur. Alii cum eo coniungunt, Cubito inniti in panibus: ſed Græca clarè oſtendunt ea ſeparanda eſſe: vt hæc ſit per ſe ſententia,contra officium ac pudorem eſſe,cubitum panibus apponere,atque ita te fulcire. quod videtur vitium eorum eſſe qui cibo ſaturati,nullam aduerſus Deum reuerentiam adhibent,nec vllam præſtāt gratitudinem ac recognitionem. Eſt enim inſolentis ac ingrati, poſtquam cibo potúque refectus fueris, ita in menſam atque epulas incumbere, beneficiáque Dei tanta inſolentia atque impietate cōmaculare. Ne etiam vel dando,&c.ἀπὸ σκορακισμοῦ λήψεως καὶ δόσεως.à vituperio[aut,opprobrio]acceptionis & dationis.ſiue à cōtumelia infamiáque quæ eſt in dando & accipiendo.Neque enim honeſtū eſt quæuis accipere ab omnibus,aut omnibus dare ac impertire,quēadmodū Ariſtoteles præcipit de officio liberalis:itaque homo prudens ac verecundus neque omnia à quouis accipiet,neque cuiuis temere dabit. 25 Deinde pudeat,&c.καὶ ἀπὸ ἀσπαζομένου,περὶ σιωπῆς.Et à ſalutante,ſilentii.id eſt ſalutantem nō reſalutare.Hoc enim eſt inofficioſum & pudendū,ſilentiúmque importunum ac turpe,mores agreſtes,inhumanos,ſuperbóſque ſignificans. Tum meretricem,&c. ἀπὸ ὁράσεως γυναικὸς ἑταίρας.ab aſpectu[aut,inſpectione] mulieris meretricis. Aſpectū intelligit impudicū ac libidinoſum: itaque hæc perſonæ qualitas debet hominē pudoris admonere,eiúſq; oculos cōtinere.Ita Pericles Sophoclem reprehendit in magiſtratu cōmotum pueri formoſiſſimi tranſeuntis aſpectu. 26 Faciem auertere,&c.ἀπὸ ἀποστροφῆς προσώπου ἀνθρώπου συγγενοῦς. Ab auerſione faciei [aut,vultus] hominis propinqui.Hoc vitiū eſt eorū qui cōſtituti in aliqua ampliore dignitate & fortuna,genus ſuū nolunt recognoſcere:itaq; cū maximo faſtu ſuos propinquos conſanguineóſque aſpernantur. Parte ſua aut re data,&c.ἀπὸ ἀφαιρέσεως μερίδος ἢ δόσεως. ab ablatione[aut, ereptione]partis aut dationis.id eſt eripere cuiquam partem ſuam,aut quod ei datum eſt.

Matth.5.d.28

¶Ne reſpicias mulierem alieni viri, & ne ſcruteris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. 27

Suprà 20.b.15

¶Ad amicis de ſermonibus improperii: & quū dederis, ne improperes. 28

Suprà 19.a.7

¶Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi: & eris verè ſine confuſione, & inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum. 29

Cap. XLII.

Leuit.19.c.15 deut.1.c.17, & 16.d.19 prouer.24.c.24 iacob.2.a.2

NE pro his omnibus cōfundaris, ¶& ne accipias perſonam, vt delinquas. 1

De Lege Altiſſimi, & teſtamento, & de iudicio iuſtificare impium: 2

De verbo ſociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorū: 3

De æqualitate ſtateræ & ponderū, de acquiſitione multorum & paucorum: 4

De correptione emptionis & negotiatorum, & de multa diſciplina filiorum, & ſeruo peſſimo latus ſanguinare. 5

Super mulierem nequam bonum eſt ſignum: 6

Vbi manus multæ ſunt, claude: & quodcūq; trades, numera & appēde: datum verò & acceptum omne deſcribe. 7

B De diſciplina inſenſati & fatui, & 8

27 ′Ac de muliere viro iuncta ſecus cogitare, ′adhæc ancillæ cuiuſpiam attentare pudicitiam, & ad lectum eius accedere: ″appetere amicum contumeliis,

28 ″Aut quod donaueris, exprobrare:

29 ′Quódque auditum ab aliis acceperis, enuntiare alteri, & res ſecretas effutire. Ita demum verecundus verè fueris, & gratiam inieris apud omnes homines.

Cap. XLII.

1 I″N his autem ne des locum pudori, nec perſonæ rationem habeas, vt delinquas.

2 Quum agitur de Lege Dei, eiúſq; fœdere, ′aut in eo iudicio, in quo homo pius ſit abſoluendus:

3 ″Quum ſocius & viatores ſunt audiendi, ′aut quū hæreditas cōſortum eſt partienda.

4 ″In adæquanda libra & ponderibus, in poſſidēdis ſiue multis ſiue paucis:

5 ′In æquabili venditione mercium, ′in crebra liberorum caſtigatione, in latere mali ſerui cruentando verberibus:

6 ′In ſera mulieri malæ vtiliter apponenda, & claudēdo vbi manus multæ ſunt:

7 In eo quod cuipiam daturus es, ad numerum pondúſque tribuēdo, ″omniáque dando vel accipiendo obſignata ſyngraphis.

8 Præterea, quum inſipientes ſtultíque ſunt inſtituendi, & quum

27 Ac de muliere, &c. ϗ ἀπὸ κατανοήσεως γυναικὸς ὑπάνδρου. Atque ab animaduerſione [aut, cōſideratione] mulieris ſubuiralis. aut, ſubiectæ viro. ſiue, coniugatæ. Hic reuerentia coniugii & ſanctitas debet omnem impudicum aſpectum animique appetitū comprimere. Notum quid Chriſtus Dominus moneat in Euangelio. Coniugem autem mulierem Paulus etiam ὕπανδρον vocat, Rom.7.a.2. Ad hæc ancillæ, &c. ἀπὸ περιεργίας τῆς παιδίσκης αὐτοῦ. à ſolicitatione ancillæ eius. περιεργία eſt curioſa & non neceſſaria ſedulitas & diligentia in re aliqua: hìc ſignificat improbam cum ancilla alterius familiaritatem & collocutionem nō honeſtam: itaque pro ſolicitatione ad ſtupri cōſuetudinem accipitur. quid enim cauſæ eſt vt aliquis ſatagat cum ancilla alterius? Appetere amicos, &c. ἀπὸ φίλου περὶ λόγων ὀνειδισμοῦ. ab amico de ſermonibus improperii. aut, opprobrii. id eſt, amicum probroſis ac cōtumelioſis verbis infamare, eiuſque exiſtimationem lædere ac deformare. 28 Aut quod donaueris, &c. ϗ μετὰ τὸ δοῦναι, μὴ ὀνείδιζε. Et poſtquam dederis, ne exprobres. hic mutauit genus orationis in παραγγελματικόν. Nihil autem eſt turpius, quàm beneficia data exprobrare: quæ meminiſſe debet qui accepit, non inuidioſè commemorare ac obiicere qui cōtulit. Hæc enim eſt quædam ἀχαριστία qua omnis beneficii gratia amittitur, cuius hominem ingenuum maximè pudere oportet. 29 Quódque auditū ab aliis, &c. ϗ ἀπὸ δευτερώσεως, ϗ λόγου ἀκοῆς. Et ab iteratione, ac ſermone auditus. Antea etiam vſus eſt verbo δευτεροῦν quod ſignificat iterare. id eſt, quod ex alio audiueris, iterum apud alios dicere, atque ita diuulgare atque enuntiare: quod vitium eſt hominum linguacium ac futilium, qui linguam non poſſunt continere. ita adiungit, ϗ ἀποκαλύψεως περὶ λόγων κρυφίων, & à reuelatione ſermonum arcanorum. id eſt efferre atque enuntiare quæ ſecretò tibi dicta fuerint.

IN CAPVT XLII.

1 In his autem ne des, &c. μὴ περὶ τούτων αἰσχυνθῇς, ϗ μὴ λάβῃς πρόσωπον τοῦ ἁμαρτάνειν. In his [aut, de his, quæ ſcilicet ſequuntur] ne verearis, [aut vllo pudore afficiaris] neque perſonam accipias vt pecces. In ſuperiore capite oſtendit quis ſit verus laudabiliſque pudor, & quibus in rebus ſuſcipiendus: in hoc docet quis ſit vitioſus ac pernicioſus, quibúſque in rebus abiiciendus. 2 Aut in eo iudicio, &c. ϗ περὶ κρίματος δικαιῶσαι τὸν ″ἀσεβῆ. & in iudicio iuſtificare pium. Verbum in principio poſitum ex quo ſequentia dependent, eſt repetēdum, Ne verearis, aut ne pudore rationéque perſonæ mouearis, atque impediaris quominus in iudicio ſententiam pronūties ſecundum pium, eiúſque cauſam & innocentiā defendas, & contrà impium condemnes. Qui perſonæ reuerentia & gratia mouentur, ſolent ſecus facere, bonos oppugnare ac opprimere, & improbos defendere. 3 Quū ſocius & viatores, &c. περὶ λόγου κοινωνοῦ ϗ ὁδοιπόρων. In ſermone ſocii ac viatorum. quū eſt cognoſcenda cauſa hominis cōiuncti & alieni, vterq; eſt audiendus: tum perſonæ diuerſa ratio, & gratia alterius & amicitia non debet impedire quominus nos æquos auditores iudicéſque præbeamus, ac vtrunque ex æquo audiamus: nec eſſe debemus ſtudio in hunc quam illum propenſiores: itaque in huiuſmodi cauſa non debes vereri amicum aut ſocium tuum. Aut quum hæreditas, &c. καὶ περὶ δόσεως κληρονομίας ἑταίρων. & in datione hæreditatis amicorum. aut, ſociorum. i. cohæredum, qui eiuſdem hæreditatis ſunt participes. Ad eam diuidendā diſpertiendámque ſumma æquitas ſine vlla gratiæ varietate eſt adhibenda, vt vnicuique tribuatur quod ſuum eſt.

″Legitur & ἀσεβῆ impiū.

4 In adæquanda, &c. ϗ ἀκριβείας ζυγοῦ ϗ σταθμῶν, περὶ κτήσεως πολλῶν ϗ ὀλίγων. Et exacta [ſiue, exquiſita] ratione ſtateræ ac ponderū, in acquiſitione multorum & paucorū. Dimenſio ponderatióque rerum, tum cōparatio atque acquiſitio ſummam æquitatem poſtulat: quæ nullo modo adhiberi poteſt, ſi gratia aliqua perſonæque ratione varietur, vt plus aut minus huic quàm illi tribuatur.

5 In æquabili vēditione, &c. περὶ ἀδιαφόρου πράσεως ἐμπόρων. In indifferēte vēditione mercatorū. id eſt quæ ſit æquabilis nec varia: cuius ratio nō ſit diuerſa, vt res venales pluris minoriſve vendātur. Quædam exēplaria habēt διαφόρου differēte. i. cōtrouerſa, in litéque poſita vēditione: quam lectionem ſi placet, ſequi poteris: vt quum huiuſmodi controuerſiæ inter mercatores de rebus venditis emptiſque exiſtunt, in hoc etiam genere accuratiſſima ratio cōſeruetur omnis expers gratiæ ac verecūdiæ. In crebra liberorum caſtigatione, &c. περὶ παιδείας τέκνων πολλῆς, ϗ οἰκέτῃ πονηρῷ πλευρὰν αἱμάξαι. in diſciplina liberorum multa, & ſeruo prauo latus cruentare. Diſciplina & caſtigatio requirit æquabilem ſeueritatē, quæ adhiberi nō poteſt, ſi gratia, ratione perſonæ, aut verecūdia impediatur. Pudor hic plus obeſſe quàm prodeſſe ſolet. Legimus antea in hoc authore quo iure & cōditione ſerui olim haberentur. 6 In ſera mulieri, &c. ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγὶς, ϗ ὅπου χεῖρες πολλαί, κλεῖσον. Super mulierem nequam bonum ſignaculum: & vbi manus multæ, claude. Hic mutata eſt conſtructio ex infinitiuo in imperatiuū, ne ſimilitudo orationis tædium afferat: nam omnes hæ ſententiæ ſunt referendæ ad verbum initio poſitum, Ne verearis. Significat autē hæc ſententia, improbæ infidelique vxori nihil eſſe credendū, ſed omnia ei claudenda atque obſignanda. Eſt autem hæc miſera vitæ cōſuetudo & cōditio, vt ea quæ ſocia vitæ atque omniū particeps bonorū eſſe debebat, à cōmunione eorū ita excludatur, vt ei omnia claudenda ſint. Huius incōmoditatis, illius improbitas atque infidelitas eſt in cauſa. Per manus multas ſignificat multitudinē eorū qui in aliqua domo & familia prōpti ſunt ad accipiendū furandúmque: cuiuſmodi ſunt ſerui furaces, quibus res etiā clauſæ atq; obſignatæ patent. 7 Omniáque dando, &c. ϗ δόσις ϗ λῆψις, πάντα ἐν γραφῇ. Et datio & acceptio, omnia in ſcriptura. id eſt ſcripto teſtata ad maiorem cautionem ac certitudinem. Ob hanc cauſam ſyngraphæ, chirographa, ſchedulæ, cæteráque teſtimonia aut propria aut alterius manu ſcripta, ſunt inſtituta vt in conſuetudine vitæ res tutius & dari & accipi poſſint. Hic pudor ſæpe & multum officit.

1

homo decrepitus cum iuuenibus in iudicio cõtendit: ita demum eruditus verè fueris, atque omnibus qui viuunt, approbatus.

9 "Filia patri vigilia eſt occulta, ſomnúmq; abigit ſolicitudo ei⁹, "ne aut in iuuẽtute florem ætatis prætereat, "aut in coniugio in odium incurrat:

10 "Ne aut ſtupro polluatur in ſua virginitate, grauidáq; in domo patris deprehendatur: "aut coniuncta viro, adulterio violet fidem coniugii, aut in eo planè ſterileſcat.

11 "Filiæ inuerecundæ firmam adhibe cuſtodiam, ne te ridiculum inimicis faciat, "fabulam ciuitati, ne famoſum in populo, in vulgúſque ignominioſum reddat.

12 "Ne contempleris quẽquam hominem eius pulchritudine allectus, nec inter mulieres conſideas.

13 "Nam vt tinea naſcitur è veſtimentis, ita à muliere nequitia muliebris.

14 Melior eſt nequitia viri, quàm mulier benigna: mulier quæ aliquid probro dignum committit.

15 "Equidem memorabo opera Domini: & quæ vidi, explicabo: in verbo Domini opera illius.

16 Sol lucidus colluſtrat omnia, opúſq; eius gloria Dñi plenũ eſt.

17 Nónne Dominus ſanctis prædicanda conſtituit omnia miracula ſua, quæ fundauit Dominus idem omnipotens, gloriáque ſua cuncta conſtabiliuit?

18 "Abyſſũ & cor perueſtigat, aſtutáq; eorũ conſilia intelligit: tenet

19 enim Dominus omnem ſcientiã, & conſignationẽ æui perſpicit. Præterita annuntiat ſimul & futura, arcanorúmque veſtigia detegit.

20 Nulla cogitatio eum præterit, nec vllus ſermo eum latet.

de ſenioribus, qui iudicantur ab adoleſcentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conſpectu omnium virorum.

Filia patris abſcondita eſt vigilia, & ſolicitudo eius aufert ſomnũ, ne fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat:

Nequando polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur: ne fortè cum viro cõmorata trãſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur.

‖Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiã: nequãdo faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate & obiectione plebis, & cõfũdat te in multitudine populi. Suprà 26.b.13 C

‖Omni homini noli intendere in ſpecie, & in medio mulierum noli cõmorari. Suprà 25.d.28

De veſtimẽtis enim procedit tinea, & ‖à muliere iniquitas viri. Geneſ.3.a.6

Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier cõfundens in opprobrium.

Memor ero igitur operum Domini: & quæ vidi, annuntiabo: in ſermonibus Domini opera eius.

Sol illuminãs per omnia reſpexit, & gloria Domini plenũ eſt opus ei⁹.

Nónne Dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confirmauit Dominus omnipotẽs ſtabiliri in gloria ſua?

Abyſſũ, & cor hominũ inueſtigauit, & in aſtutia eorum excogitauit.

Cognouit enim Dominus omnem ſcientiam, & inſpexit in ſignum æui, annuntians quæ præterierunt & quæ ſuperuentura ſunt, reuelans veſtigia occultorum. D

‖Nõ præterit illũ õnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Iob 41.a.4 Eſa.29.c.15

9 Filia patri vigilia, &c. θυγάτηρ πατρὶ ἀπόκρυφος ἀγρυπνία. Filia patri occulta vigilia. id eſt interior cura & ſolicitudo quæ illũ quieſcere non ſinit. Multiplicem enim & anxiam proponit patris cogitationem, curámque de filia iam grandi ac nubili, ne aut innupta aut nupta aliquid faciat patiatúrve, quod cũ aliqua infamia aut moleſtia coniunctum ſit. Ne aut in iuuẽtute, &c. καὶ ἐν νεότητι αὐτῆς μήποτε παρακμάσῃ. & in iuuentute eius ne fortè excedat florem. ſcilicet ætatis: vt metuendum ſit ne, ſi maneat innupta vltra annos florentis ætatis, forma eius defloreſcat exoleſcátque vnà cum ætate, atque ob hanc cauſam maritum non facilè reperiat. Paulus, 1. Corint. 7. f. 36, vocat etiã virginem ὑπέρακμον, quæ iam eſt egreſſa annos florentis ætatis. Eſt enim ἀκμὴ vigor aut flos ætatis, in quo eſt ſumma pulchritudo, παρακμάζειν aut ὑπερακμάζειν ſignificat illud tempus egredi. Arbitrantur autem homines ἀσχημονεῖν (vt ait ibidem Paulus) id eſt indecorũ eſſe, quum virgines ad eam tam grandẽ ætatem innuptæ aſſeruantur. Aut in coniugio, &c. καὶ συνῳκηκυῖα μήποτε μισηθῇ. & cohabitans [id eſt viuẽs in matrimonio cum marito] ne fortè odioſa ſit. ſiue, viro ſuo ingrata, vt ei non placeat. propter quã cauſam mulieres repudiabantur ſub lege Moſis, quum aliquid videbatur in moribus vxoris quod non placebat. Itaque hæc ſecunda eſt cauſa ſolicitudinis paternæ, filia inuenuſta ingratáque viro in coniugio. 10 Ne aut ſtupro polluatur, &c. ἐν παρθενίᾳ μήποτε βεβηλωθῇ, καὶ ἐν τοῖς πατρικοῖς αὐτῆς ἔγκυος γένηται. Ne in virginitate ſua polluatur, [ſtupróque corrumpatur] & in paternis ſuis grauida fiat. Hæc eſt tertia ſolicitudinis cauſa, flagitium in virginitate cõmiſſum. Aut cõiuncta viro, &c. καὶ μετ᾽ ἀνδρὸς οὖσα μήποτε παραβῇ. & cũ viro exiſtens nequando tranſgrediatur. legem ſcilicet fidémque coniugii adulterando. Eſt enim adulterium tranſgreſſio violatióque coniugii, cuius fidem Deus ſanctiſſimè ſeruari vult. Hæc eſt quarta cauſa maximi periculi ac dedecoris plena, cui ſubiicitur quinta, filiæ ſterilitas cum opprobrio coniuncta.

11 Filiæ inuerecundæ firmam, &c. ἐπὶ θυγατρὶ ἀδιατρέπτῳ στερέωσον φυλακήν, μήποτε ποιήσῃ σε ἐπίχαρμα τοῖς ἐχθροῖς. Super filiam immodeſtam [aut, impudentem] firma cuſtodiam, ne te ludibrium faciat inimicis. Suprà cap. 26. b. 13, hãc ſententiam poſuit, quam nunc non alieno loco repetit. Nam poſtquam propoſuit incommoda & pericula quæ ex filia poſſunt accidere, nunc hortatur patres ad diligentem grauémque educationem ac diſciplinam. Fabulam ciuitati, &c. λαλιὰν ἐν πόλει, καὶ ἔκκλητον λαοῦ, καὶ καταισχύνῃ σε ἐν πλήθει πολλῶν. loquelam [aut, ſermonẽ] in ciuitate, [repete verbum Faciat] & vocatum populi, & confundat te in turba multorum. Vocatus populi dicitur qui infami ac probroſo aliquo nomine conuitióque appellatur à populo: vt pater filiarum impudicarum atque adulterarum, aut alio contumelioſo nomine.

12 Ne contempleris quenquam, &c. παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ ἔμβλεπε ἐν κάλλει, καὶ ἐν μέσῳ γυναικῶν μὴ συνέδρευε. Omnem hominem ne intuearis in pulchritudine, [id eſt propter pulchritudinem] neque in medio mulierũ conſideas. Hic prohibet impudicũ aſpectum, conſeſſúmq; muliebrem, qui γυναικεῖον appellatur. Oculi debent eſſe caſti, atque ab omni libidine puri, tam virorum quàm mulierum: conſuetudo etiam honeſta, quæ omni criminis ſuſpicione careat. 13 Nam vt tinea naſcitur, &c. ἀπὸ γὰρ ἱματίων ἐκπορεύεται σής, καὶ ἀπὸ γυναικὸς πονηρία γυναικός. A veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere prauitas mulieris. Non loquitur abſolutè de omnibus mulieribus, vt in genere eum ſexum vituperet quem Deus vult à nobis diligi, foueri, ornari: ſed de improbis mulieribus, in primíſque de iis quæ commendationem formæ ac venuſtatem habent fallacem: neque forma eſt per ſe ſpectanda, ſed mores conſiderandi probi ac modeſti: cum quibus elegantia formæ coniuncta, eſt amplectenda & amanda. Solomon in Prouerbiis aliquot locis monet vt huiuſmodi mulieres quæ benignitatem ac ſuauitatem præ ſe ferunt, quæ ſermonem ſuum molliunt, caueantur. Sunt enim illectrices ac fallaces. Sed de his plura ſuprà cap. 25.

15 Equidẽ memora. &c. μνησθήσομαι δὴ τὰ ἔργα κυρίου, καὶ ἃ ἑώρακα, ἐκδιηγήσομαι. Cõmemorabo igitur opera Domini, & quæ vidi enarrabo. Eſt μετάβασις, in qua à ſententiis iam traditis ad aliud genus tranſit: in quo docet quæ & quanta ſit Dei tum potentia tum ſapientia, quæ in operibus eius ac rebus conditis cernitur. His enim duobus maieſtas eius diuinitáſque perſpicitur, atque ab omnibus idolis diſcernitur.

18 Abyſſum & cor, &c. ἄβυσσον καὶ καρδίαν ἐξίχνευσε, καὶ ἐν πανουργεύμασιν αὐτῶν διενοήθη. Profundum & cor inueſtigauit, & aſtutias [aut, vafrities] eorũ intellexit. aut, cõſiderauit. Hoc Dei proprium eſt vt ſit καρδιογνώστης cognitor cordiũ: itaque quum ſit duplex vis in Deo maieſtatis eius index, vna δυνάμεως, altera γνώσεως cognitionis ac ſcientiæ: de hac nunc agitur, eáque in tribus temporibus verſatur ac cernitur, præterito, præſenti, & futuro. Perſpicit enim Deus quæ adſunt ac præſentia ſunt: omniáque tum præterita tum ventura, certiſſima ſcientia comprehendit. Itaque Eſaias Deum hac vna Diuinitatis nota ac differentia ab omnibus falſis diis diſtinguit.

Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit 21
qui eſt ante ſeculum vſque in ſeculũ.

Neque adiectum eſt, neque minue- 22
tur, & non eget alicuius conſilio.

Quã deſiderabilia oĩa opera eiꝰ, & 23
tãquam ſcintilla quæ eſt conſiderare!

Omnia hæc viuũt, & manẽt in ſecu 24
lũ, & in oĩ neceſſitate oĩa obaudiũt ei.

Omnia duplicia vnum contra vnũ, 25
& non fecit quicquam deeſſe.

Vniuſcuiuſque confirmauit bona, 26
& quis ſatiabitur videns gloriã eius?

Cap. XLIII.

Altitudinis firmamentum pul- 1
chritudo eius eſt, ſpecies cæli in
viſione gloriæ.

Sol in aſpectu annuntians in exitu, 2
vas admirabile opus Excelſi.

In meridiano exurit terrã, & in cõ-
ſpectu ardoris eiꝰ qs poterit ſuſtinere? 3
fornacẽ cuſtodiẽs in operibs ardoris.

Tripliciter ſol exurens montes, ra- 4
dios igneos exufflans & refulgens, ra
diis ſuis obcæcat oculos.

Magnus Dominus qui fecit illum, 5
& in ſermonibus eius feſtinauit iter.

Geneſ.1.b.16 ‖ Et luna in omnibus in tẽpore ſuo, 6
oſtenſio temporis, & ſignum æui.

Exod.12.a.2 ‖ A luna ſignum diei feſti, luminare 7
quod minuitur in conſummatione.

Menſis ſecundũ nomen eius eſt cre 8
ſcens mirabiliter in conſummatione.

Vas caſtrorum in excelſis, in firma 9
mento cæli reſplendent.

B

Species cæli gloria ſtellarum, mun- 10
dum illuminãs in excelſis Dominus.

In verbis ſanctis ſtabũt ad iudiciũ, 11
& non exardeſcent in vigiliis ſuis.

Gen.9.b.14 Vide arcum, & benedic eum ‖ qui 12

21 Magnifica opera ſua exornauit ſua ſapiẽtia, & quum exiſtat ante *omne* æuum, in æuum ſempiternum:

22 Neque auctus eſt neque diminutꝰ, nec cõſiliarii vllius indiguit.

23 ʹQuàm ſunt opera eius deſiderabilia, atq; ad ſcintillã ſpectãda!

24 ʹVigent hæc omnia, atque per omne æuum permanent ad omnes vſus, cunctáque obediunt.

25 Gemina ſunt omnia, quorum alterum contrariũ eſt alteri, nec quicquam factum quod mancum ſit.

26 Alterum confirmat bona alterius: & quis ſpectando gloriam Dei, ſatietur?

Cap. XLIII.

1 GʹLoria altitudinis, firmamentum puritatis, ſpecies cæli viſu præclara.

2 ʹSol lucem annuntians in ortu *ſuo*, machina admirabilis, opus Altiſſimi.

3 Quũ meridianus torret regiones, quis ardorẽ eius ferre poterit?

4 Ter tanto magis montes exurit, quàm qui fornacem ſufflat accendendis operibus: vaporem igneum exhalat, atque ſplendore radiorum oculos præſtringit.

5 ″Magnus Dominus illius effector, cuius iuſſu iter ſuũ accelerat.

6 ″Lunam idem fecit vt ſuo tempore exiſtat, indicium temporũ & ſignum æui.

7 Luna dies feſtus deſignatur, luce decreſcente donec deficiat.

8 ″Menſis nomen ex ea accipit, & creſcens mutationibus eſt admirabilis.

9 ″Apparatus eſt caſtrenſis in altitudine, in firmamento cæli relucens.

10 Pulchritudo cæli gloria aſtrorum, ornatúſque luminoſus in regione celſa Domini.

11 ″Ad imperium Sancti ſuo cõſiſtunt ordine, nec vnquam defeſſa ſuas ſtationes deſerunt.

12 ʹContemplare arcum ſplendore ſuo perquam elegãtem, atque

23 Quàm ſunt opera eius deſiderabilia, &c. ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητά, καὶ ἕως σπινθῆρός ἐστι θεωρῆσαι. Quàm omnia opera eius deſiderabilia, & vſque ad ſcintillam ſpectare licet! id eſt ſunt ſpectabilia, aut digna quæ ſpectentur conſiderentúrque vſque ad minimam ſcintillam, in qua potentia Dei cerni poteſt. Quæ ſequuntur de operibus Dei, antea dicta ſunt cap.33.

IN CAPVT XLIII.

1 Gloria altitudinis, firmamentum puritatis, &c. γαυρίαμα ὕψους, στερέωμα καθαριότος, εἶδος οὐρανοῦ ἐν ὁράματι δόξης. Superbia altitudinis, firmamentum munditiæ, forma cæli in viſione gloriæ. Paulo antè propoſuit & commendauit Dei potentiã & ſapientiam, eámque γενικῶς in operibus eius demonſtrauit: nunc ἀπὸ τοῦ καθόλου πρὸς τὰ εἰδοποιητὰ ad certa & præclara Dei opera accedit: quorum ἐγκώμιον inſtituit, vt eorum commendatione atque exornatione, quis & quantus ſit opifex eorum, oſtendat. Ita in hoc capite inſtituta eſt laudatio qua magnitudo potentiæ ſapientiæque Diuinæ demonſtratur. Sed quoniam (vt ait Ariſtoteles) ἐγκώμιον eſt propriè τῶν πράξεων καὶ ἔργων, opera Dei hîc exornantur, vt quæ & quanta ſit laus Dei, cognoſcatur. Commemorat autem cæleſtia, meteora, maritima, quorum magnitudinem excellẽtiámque oſtendit. 2 Sol lucem annuntians in ortu *ſuo*, &c. ἥλιος ἐν ὀπτασίᾳ διαγγέλλων ἐν ἐξόδῳ σκεῦος θαυμαστόν. Sol in aſpectu annuntians in exitu, vas mirabile. ſiue, inſtrumentum admirabile. Sol nuntius lucis iucundiſſimæ dicitur, ipſéque φωσφόρος lucifer, cuius vim ardorémque oſtendit, quemadmodum Pſalmus 19.b.6.7. 5 Magnus Dominus illius effector, &c. μέγας κύριος ὁ ποιήσας αὐτόν, καὶ ἐν λόγοις αὐτοῦ κατέσπευσε πορείαν. Magnus Dominus qui fecit ipſum, & in ſermonibus illius accelerauit iter. id eſt curſum ſuum diurnúmque ſpatium ab ortu ad occaſum. Eſt enim ea celeritas tanta, vt ne cogitatione quidem comprehendi poſſit.

6 Lunam idem fecit vt ſuo tempore exiſtat, &c. καὶ σελήνην ἐποίησεν εἰς στάσιν εἰς καιρὸν αὐτῆς. Et lunam fecit ad ſtatum in tempus ſuum. id eſt, vt exiſtat ſuo tempore, tum creſcens tum decreſcens ad opportunitates temporum. eſt etiam creata ad notanda & ſignificanda tempora: quem vſum Moſes commemorat, Geneſ.1.b.14, vbi eius conditionem, naturam, ac vim oſtendit. Pſalm.104.c.19, Fecit luuam in tempora, ſol cognouit occaſum ſuum. Itaque luna eſt index temporum. 8 Menſis nomen ex ea accipit, & creſcens, &c. μὴν κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι. Menſis ſecundum nomen eius eſt. id eſt trahit nomen ab ea. Nam quidam μῆνα menſem volunt appellatum eſſe à μήνῃ à luna, quòd menſis nihil aliud ſit quàm menſum lunæ ſpatium, eiúſque curriculnm confectum. Alii contrà volunt μήνην dictam eſſe ἀπὸ τοῦ μηνός, quòd menſes ipſa conficiat μειουμένη καὶ πάλιν νεουμένη, diminuta & rurſus renouata, aut dum decreſcit & accreſcit.

9 Apparatus eſt caſtrenſis in altitudine, &c. σκεῦος παρεμβολῶν ἐν ὕψει, ἐν στερεώματι οὐρανοῦ ἐκλάμπον. Vas [ſiue, ſuppellex, aut inſtrumentum] caſtrorum in altitudine, in firmamento cæli refulgens. σκεῦος hîc dicitur ἀντὶ σκευῆς pro apparatu, inſtructu, ornatúque cæli. Hinc Hebræi vocant צבא ornatum militarem. 11 Ad imperium Sancti ſuo conſiſtunt, &c. ἐν λόγοις ἁγίου στήσονται κατὰ κρίμα, καὶ οὐ μὴ ἐκλυθῶσιν ἐν φυλακαῖς αὐτῶν. In ſermonibus Sancti conſiſtent ſecundum iudicium, & non fatiſcẽt in cuſtodiis ſuis. Retinet ſimilitudinem militiæ quæ צבא ab Hebræis appellatur, atque diſciplinæ militaris ac caſtrenſis, in qua ſtationes ſingulis militibus aſſignatæ diligenter conſeruantur. A Græcis milites qui ordinem locúmque attributum deſerunt λειποτάκται appellantur, & λειποταξία ordinis deſertio ac derelictio. Cæleſtes naturæ munus à Deo attributum ſingulæ tuẽtur. Eadem propè ſunt Pſalmo 119, verſu 91, Ad iudicia tua perſtant vſque ad hãc diem, quia omnia tibi ſeruiunt. 12 Contemplare arcum ſplendore ſuo, &c. ἴδε τόξον, καὶ εὐλόγησον τὸν ποιήσαντα αὐτόν. Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Hic arcus cæleſtis iris nominatur, cuius admirabilis eſt varietas ex radio ſolis in nubem immiſſo & partibus nubis aliis tenuioribus aliis denſioribus confecta: ſua autem curuatura ſuccingit cælum ab vna pate ad aliam.

ʹLegitur & κατέπαυσε.

″Legitur & ἐκκαυθῶσιν accendẽtur,

Σοφία Ιησοῦ υἱοῦ Σιράχ. 44

effectori eius laudem tribue.

Succingit cælum circulo gloriæ pleno, atque eum Domini ma nus extenderunt. 13

′Idem niuem ſuo accelerat imperio, & fulgetra pro ſuo iudicio celeriter concitat. 14

″Propter hoc theſauris eius recluſis nubes tanquam volucres prouolant. 15

″Corroborat nubes magna ſua potẽtia, vt lapides grãdinis elidat. 16

Eius aſpectu montes cõmouentur, eiuſdẽ volũtate Auſter flat. 17

″Sonitus tonitrui eius terram inſtar parturientis commouet,″& 18
Aquilonaris procella turbóque vẽti, more volucrum deuolãtium 19
locuſtarúmque ſidentium niuem deſcendentem ſpargit.

Pulchritudinẽ candoris eius, miratur oculus: & ad imbrem eius, animus obſtupeſcit. 20

″Idem pruinam ſalis in modum humi effundit, quæ cõglaciata palis imponat apicem. 21

″Frigidus ſpirat ventus Boreas, & in glaciem cogit aquam: in omni aqua collecta commoratur, eámque quaſi thoracem ″induit. 22

′Montes depaſcitur, deſertáque perurit: & herbam velut ignis perimit. 23

′Quorum omnium præſẽs remediũ eſt nubes, & ros vredini occurrens exhilarat. 24

″Profundum conſilio tranquillat ſuo, & inſulas in eo plantat. 25

Nauigantes mare narrant eius pericula, quæ nos noſtris audita auribus miramur. 26

Ac incredibilia ſunt ibi & admirãda opera, omnigena varietas animantium, & natura cetorum. 27

″Omnia per eundem conſequuntur fœlicem finem ſuum, eiúſque verbo ſunt conſtituta. 28

fecit illum: valde ſpecioſus eſt in ſplẽdore ſuo.

Gyrauit cælum in circuitu gloriæ ſuæ: manus excelſi aperuerunt illum. Eſa.40.c.12

Imperio ſuo accelerauit niuem, & accelerat coruſcationes emittere iudicii ſui.

Propterea aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ ſicut aues. Pſal.95

In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis.

In cõſpectu eius cõmouebũtur mõtes, & in volũtate ei⁹ aſpirauit Not⁹.

Vox tonitrui eius verberauit terrã, tẽpeſtas Aquilonis & cõgregatio ſpũs

Et ſicut auis deponens ad ſedẽdum aſpergit niuem, & ſicut locuſta demergens, deſcenſus eius. Pſal.105.

Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & ſuper imbrem eius expaueſcit cor.

Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram: & dum gelauerit, fiet tanquam acumina tribuli. C

Frigidus vẽtus Aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua: ſuper omnẽ cõgregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis.

Et deuorabit mõtes, & exuret deſertum, & extiguet viride ſicut ignẽ.

Medicina omnium in feſtinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. Exod.18.

In ſermone eius ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſũ, & plantauit illum Dominus Ieſus.

Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audiẽtes auribus noſtris admirabimur.

Illic præclara opera, & mirabilia: varia beſtiarum genera, & omnium pecorum, & creatura beluarum.

Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius compoſita ſunt omnia.

14 Idem niuem ſuo accelerat imperio, &c. προστάγματι αὐτοῦ κατέσπευσε χιόνα, καὶ ταχύνει ἀστραπὰς κρίματος αὐτοῦ. Imperio ſuo vrget niuem, & accelerat coruſcationes iudicii ſui. De niue Pſalmus 147.b.16, Qui dat niuem *albam* velut lanam, & pruinam ſicut cinerem ſpargit.

15 Propter hoc theſauris eius recluſis, &c. διὰ τοῦτο ἠνεῴχθησαν θησαυροί, καὶ ἐξέπτησαν νεφέλαι ὡς πετεινά. Propter hoc aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nubes tanquam volatilia. Hic motus nubium in aere, & quaſi quidam volatus, eſt omni admiratione digniſſimus. Itaque Eſaias, cap. 60.b.8, concurſum fidelium in Eccleſiam huic volatili nubium agitationi comparat. Qui ſunt iſti, inquit, qui tanquam nubes volant? 16 Corroborat nubes magna ſua potentia, &c. ἐν μεγαλείῳ αὐτοῦ ἴσχυσεν νεφέλας, καὶ διεθρύβησαν λίθοι χαλάζης. In magnitudine ſua fortificauit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis. Eleganter deſcribit naturam & formã grandinis, quæ nihil aliud eſt quàm nubis in aere condenſatæ ac conglaciatæ diſſolutio confractióque in lapides. Nam imber, nix, pruina, grando, quum eundem ortum habeant, variè immutata diuerſam formam ſuſcipiunt. 18 Sonitus tonitrui eius terram inſtar, &c. φωνὴ βροντῆς αὐτοῦ ὠδίνησε γῆν. Vox tonitrui eius terram parturire fecit. id eſt, ita cõmouit quaſi partum cum terrore & quaſi dolore muliebri ederet. Eſt enim elegantiſſima deſcriptio terroris ex tonitru allati apta ſimilitudine cõfecta. Hæc autẽ deſcriptio ſumpta eſt ex Pſalmo 29.b.8.9, Vox Domini parturire facit deſertũ, parturire facit Dominus deſertum Cades. Vox Domini parturire facit ceruas. Et Aquilonaris procella turbóque vẽ. &c. καὶ καταιγὶς βορέου, καὶ συστροφὴ πνεύματος ὡς πετεινὰ καθιπτάμενα πάσσει χιόνα. Et tempeſtas Boreæ & contorſio venti, quaſi volatilia volantia diſpergit niuem. vis enim eius venti frigidiſſimi niuem non liquefacit, ſed copioſè è cælo cadentem ſpargit. Sequitur alia ſimilitudo, καὶ ὡς ἀκρὶς καταλύουσα ἡ κατάβασις αὐτῆς. & ſicut locuſta ſidens [aut, decidens, ſcilicet in terram] deſcenſus eius. His duobus ſimilibus auium & locuſtarũ crebris denſiſque agminibus deſcendentium, demonſtrat copiam denſitatémque niuis ex aere cadentis. Rectè autem in eadem cõprehenſione ſunt coniuncta quæ in Græco ſeparata leguntur. 21 Idem pruinam ſalis in modum humi effundit, &c. καὶ πάχνην ὡς ἅλα ἐπὶ γῆν χέει, καὶ παγεῖσα γίνεται σκολόπων ἄκρα. Et pruinam vt ſalem in terram fundit, quæ coacta [aut, congelata] fiunt palorum ſumma. id eſt quaſi quædam faſtigia palorum. Humor enim aere refrigeratus congelidúſque factus, ſummis palis adhæret.

22 Frigidus ſpirat ventus Boreas, & in glaciem, &c. ψυχρὸς ἄνεμος βορέας πνεύσει, καὶ παγήσεται κρύσταλλος ἀφ' ὕδατος. Frigidus ventus Aquilo flabit, & coaleſcet [aut, coibit] gelu ab aqua, id eſt aqua congelaſcet, aut conglaciabit. Fit enim glacies ex aqua flante Borea vento frigidiſſimo: à quo aqua cogitur, glaciéſque efficitur. 23 Montes depaſcitur, deſertáque perurit: &c. καταφάγεται ὄρη, καὶ ἔρημον ἐκκαύσει, καὶ ἀποσβέσει χλόην ὡς πῦρ. Deuorabit montes, ac deſertum accendet, [aut, aduret] & extinguet viridem herbam vt ignis. Summa eſt eius venti vis exiccandi omnia & adurendi, ſicut Auſtri humectandi atque diſſoluendi. Pſalm.103.c.15.16, Hominis ſicut herba ſunt dies, ſicut flos agri ſic floret: Quoniam ventus tranſit in illum, & non eſt. 24 Quorum omnium præſens remedium eſt, &c. ἴασις πάντων κατὰ σπουδὴν ὁμίχλη, δρόσος ἀπαντῶσα ἀπὸ καύσωνος ἱλαρώσει. Medicina omnium feſtinans nebula, [aut, nubes celeriter inuecta] ros occurrens ab ardore lætificabit. id eſt, reficiet ac recreabit herbas æſtu propè conſumptas & enectas. 25 Profundum conſilio tranquillat ſuo, &c. ἐν λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον, καὶ ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους. Mente [aut ratione] ſua quieſcere fecit abyſſum, & plantauit in ea inſulas. Sunt qui verbum ἐκόπασεν vertũt Parauit, (nam etiam elaborare ſignificat) qui ſenſus mihi non diſplicet. Nam quum Deus dicitur ſedare fluctus maris, tum potentiam ſuam magis declarare ſolet: nunc ratio conſiliumque eius in eo maris opere proponitur, & inſulas in eo plantaſſe dicitur. Vterque ſenſus non eſt alienus. Huiuſmodi admiranda Dei opera in mari etiam Pſalmus 104.c.25.26, commemorat. Hoc mare magnũ, & latum locis: ibi reptilia quorũ non eſt numerus, beſtiæ puſillæ cum magnis. Ibi naues ambulant, Leuiathan iſte quẽ formaſti. 28 Omnia per eundem, &c. καὶ δι' αὐτὸν εὐοδοῖ τὸ τέλος αὐτῶν. Et per ipſum [ſaubudi, Dominum] proſperè dirigitur [ſiue, proſperatur] finis eorum, καὶ ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκειται τὰ πάντα. & in verbo eius compoſita ſunt omnia. id eſt conſtant, & ſuam naturam ac vim habent. Omnia enim verbo Dei creata ſunt, eiuſque virtute conſiſtunt.

D 29 Multa dicem⁹, & deficiemus in verbis: conſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus.

30 Gloriãtes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua.

Pſal.95.a.4 31 ¶Terribilis Dominus, & magnus vehemẽter: & mirabilis potẽtia ipſius.

32 Glorificantes Dominum quantuncũq; potueritis: ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.

33 Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude.

34 Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis: nõ enim cõprehẽdetis.

Pſal.105.a.2 35 ¶Quis videbit eum, & enarrabit? & qs magnificabit eũ ſicut eſt ab initio?

36 Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.

37 Omnia autẽ Dñs fecit, & piè agentibus dedit ſapientiam.

Cap. XLIIII.

1 LAudemus viros glorioſos, & parẽtes noſtros in generatione ſua.

2 Multam gloriã fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo.

3 Dominantes in potentatibus ſuis homines magni virtute & prudentia ſua præditi, nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum:

Exod.18.d.25 4 ¶Et imperãtes in præſenti populo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba:

5 In peritia ſua requirentes domos muſicos, & narrãtes carmina in ſcriptura:

6 Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis.

7 Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus.

B 8 Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

29 ʹDixerimus multa, nec tamẽ ea aſſequuti erimus: cæterùm ſũma dictorum eſt, ipſum eſſe omnia.

30 Ad laudãdum eum quæ noſtra eſt facultas? ipſe enim maior eſt omnibus ſuis operibus.

31 Terribilis eſt Dominus, & perquam magnus: potentiáque eius

32 mirabilis.

33 Quantum poteſtis, extollite Dominum laudãdo: adhuc enim omni laude maior erit.

34 Extollẽdo eo colligite vires, neque laſſeſcatis: nec enim laudando, eius laudem adæquare poteritis.

35 Quis eum vidit, & de eo loquetur? quis extollat eum ſicuti eſt?

36 Multa occulta ſunt his maiora: nã operũ eius pauca vidimus.

37 Dominus enim creauit omnia, & ſapientiam piis dedit.

Cap. XLIIII.

1 PʺOrrò laudemus viros illuſtres, & quibus prognati ſumus, patres noſtros.

2 Dominus per hos magnam gloriam acquiſiuit iam inde à ſeculò magnificentia ſua.

3 ʹIn regnis ſuis principatum obtinuerunt, viri potentia nobiles, prudẽtiáq; ingenii ſui excellẽtes, ʺqui oracula Diuina annũtiarũt:

4 ʹQui populum conſilio rexerunt, eáque intelligentia quæ literis erudita ad rectionem populi plurimum valet, ʺquorum ſapientes ſermones in eorum doctrina habiti ſunt:

5 ʺQui concentus exquiſiuerunt muſicos, & carmina ſcriptis prodita explicauerunt:

6 ʹViri diuites ac robore inſtructi, qui pacatam domi ſuæ vitam traduxerunt.

7 Omnes hi & ipſi ſuis ætatibus gloriam ſunt adepti, & temporibus ſuis laudi fuerunt.

8 ʺEx his ſunt aliqui qui nomen reliquerunt ad laudes cõmemorandas accommodatum.

29 Dixerimus multa, &c. πολλὰ ἐροῦμεν, καὶ οὐ μὴ ἀφικώμεθα. Multa dicemus, & non aſſequemur. id eſt, nulla eſt vis copiáque orationis tãta quæ magnitudinem, multitudinem, ac varietatem operum Dei comprehendere poſſit. Concludit Sapiens hanc exornationem ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, quod genus ad rem propoſitam amplificandam plurimum valet. Significamus hoc modo omnem orationem rei magnitudini imparem eſſe.

IN CAPVT XLIIII.

1 Porrò laudemus, &c. αἰνέσωμεν δὴ ἄνδρας ἐνδόξους, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν τῇ γενέσει. Laudemus iam viros glorioſos, [ſiue, gloria præſtãtes] & patres noſtros progenie. aut, genere quod ab illis ducimus. Intelligit Sapiens maiores ac patres Iudæorum, à quibus ipſe ortus erat. Eorũ ἐγκώμιον hic inſtituit, in quo primùm generatim eos laudat: deinde ſingulorum laudes κεφαλαιωδῶς ſummatímque cõmemorat. Eſt autem huiuſmodi commemoratio illuſtris commodè ſubiuncta ſuperiori laudationi, in qua Dei laudes complexus eſt.

3 In regnis ſuis, &c. κυριεύοντες ἐν ταῖς βασιλείαις αὐτῶν, καὶ ἄνδρες ὀνομαστοὶ ἐν δυνάμει, βουλεύοντες ἐν συνέσει αὐτῶν. In regnis ſuis dominantes, ac viri nominati [id eſt celebres] in potentia, conſulentes in intelligentia ſua. Hæc eſt καθόλου vniuerſa ac generalis commemoratio laudũ virtutúmque earum quæ in maioribus excelluerunt. Poſtea veniet πρὸς καθ᾽ ἕκαστα ad ſingulorum laudationem, eorum quidem quorum virtutes ac laudes Diuinis literis proditæ, commemorandæ ac prædicandæ videbantur. Qui oracula Diuina, &c. ἀπηγγελκότες ἐν προφητείαις, qui annuntiarũt in prophetiis. id eſt, qui res reuelatas à Spiritu ſancto de Eccleſiæ regimine, ſtatu, conditione, prædixerunt. Excelluerunt enim ſpiritu prophetico ac Diuino, quo etiam de maximis rebus ad ſalutem hominum pertinentibus vaticinati ſunt. Hoc reuelationis donũ ſumma laude digniſſimũ eſt. 4 Qui populum conſilio, &c. ἡγούμενοι λαοῦ ἐν διαβουλίοις, καὶ ἐν συνέσει γραμματείας λαοῦ. Qui præfuerunt populo [ſiue, gubernarunt populum] in cõſiliis, & in intelligentia literaturæ populi. i. ea ſcientia ac prudentia quæ ſacris literis cõprehenſa, ad regendum populum pertinet. γραμματεὺς enim dicitur homo literatus ac doctus qui in Diuinis literis diligenter verſatus eſt, cuiuſmodi Scribæ erant apud Iudæos. Quorũ ſapientes, &c. σοφοὶ λόγοι ἐν παιδείᾳ αὐτῶν. ſapientes ſermones in doctrina eorũ. ſubaudi, extiterũt. Ita enim homines docuerũt, vt eorum doctrina prudentiſſimis conſiliis, præceptis, ac monitis referta fuerit, quibus hominum vitam inſtituerunt. 5 Qui concentus, &c. ἐκζητοῦντες μέλη μουσικῶν, καὶ διηγούμενοι ἔπη ἐν γραφῇ. Exquirentes melodias muſicorum, & enarrantes carmina ſcripta. aut (vt quædam habent exemplaria) ἐν γραφῇ in ſcriptura. id eſt compoſita atque conſcripta. Doctrina & ſapientia eſt multiplex, quæ multas habet partes: alia eſt πολιτικὴ ciuilis, vt συμβουλευτικὴ, καὶ δικαστικὴ, quæ in cõſiliis, iudiciiſque, ac tota rep. verſatur: alia προφητικὴ, quæ reuelationem rerum Diuinarum habet, atque ad religionem moderãdam pertinet: alia γραμματικὴ, quæ doctrina literarum atque eruditione conſtat. Literaturæ autem duplex eſt ratio ac forma: alia, oratione conſtat ſoluta ac libera quæ proſa appellatur: alia certis modis ac numeris adſtricta, quæ in cantu verſuque poſita, muſica poeticáque nominatur. Hæc omnia doctrinæ ſapientiæque genera hîc Sapiens commemorat, atque in patribus commẽdat: quemadmodum Eſaias cap.3.a.2, Prophetam ac Diuinum, iudicem, & cõſiliarium, & diſertum, id eſt oratorem, enumerat. 6 Viri diuites ac robore, &c. ἄνδρες πλούσιοι, κεχορηγημένοι ἐν ἰσχύϊ, εἰρηνεύοντες ἐν παροικίαις αὐτῶν. Viri diuites, inſtructi robore [aut, viribus corporis præditi] pacificè agentes in habitationibus ſuis. Commemorat cætera bona quæ externa corporiſque appellantur, quæ ad vſum moderationémque virtutis accommodata, laudem merentur. Itaque mihi magis placet ἰσχὺν robur aut vires corporis vertere atque intelligere, quàm potentiam quæ δύναμις dicitur, quam ſuprà poſuit. Hic fortitudinẽ eximiámque vim corporis commendat. Scimus enim excellentes homines in eo genere fuiſſe apud patres Iudæorum. 8 Ex his ſunt, &c. εἰσὶν αὐτῶν οἳ κατέλιπον ὄνομα τοῦ ἐκδιηγήσασθαι ἐπαίνους. Sunt eorum qui reliquerũt nomen, vt enarrentur laudes. i. nomẽ illuſtre in quo ampliſſima ſit materia laudũ propoſita. Huiuſmodi autẽ nomen eſt laudabile ac memorabile: itaque duo hominũ qui patrũ memoria fuerũt, genera proponit: vnum præclarum omnique laude digniſſimum, alterum obſcurum atque inglorium quorum nomen vnà cũ ipſis interiit.

ʹLegitur & κατοικίαις.

Sunt rurſum quorum nulla extat memoria, qui quaſi nũquam 9
extitiſſent, ita interierũt: huiuſmodíque euaſerũt homines, quaſi nunquam omnino nati fuiſſent, quorum obſcuritatem liberi ipſorum ſunt ſequuti.

ʹEx priore genere ſunt homines miſericordia præditi, quorum 10
rectè facta obliuioni non ſunt mandata.

″Quorum ſoboli bona aſſeruatur hæreditas, quorúmque ſemen 11
in fœdere comprehẽſum eſt: fœdere comprehenſa eſt progenies eorum, eidémque ſuccedens poſteritas.

Poſteritas eorum manebit in perpetuũ, nec gloria eorum obli- 12
terabitur.

″Corpora eorum placidæ ſepulturæ mãdata ſunt: nomen autem 13
eorum viuit per omnes ætates ſeculorum.

ʹPopuli prædicant ſapientiam eorum, cœtúſque hominum il- 14
lorum laudes celebrant.

″Henoch Domino Deo placuit, tranſlatúſque eſt exemplũ pœ 15
nitentiæ nationibus conſtitutum.

ʹNoe integer ac iuſtus inuentus eſt, cui in tempore iræ præmiũ 17
tributum fuit:

″Ideóque reliquus terræ factus eſt, quum diluuium extitit. 18

Cum eo fœdus eſt inſtitutum ſempiternum, ne diluuio vniuer 19
ſum genus humanum intereat.

Magnus eſt Abraham multarum pater gentium, nec gloria ei 20
par quiſquam extitit.

Is ſeruauit legẽ Altiſſimi, ʹin pactóq; cũ eo permanſit, quod ra- 21
tum effecit in carne ſua, atque in tentatione fidelis inuentus eſt.

Quapropter iureiurãdo ei cõfirmauit, ſe benedicturũ omnes gẽ 22
tes in ipſius ſemine, eúmq; inſtar pulueris terræ multiplicaturũ,

Et quaſi aſtra eius ſemẽ exaltaturum, vt à mari vſque ad mare, 23
& à flumine vſque ad extrema terræ hæredes futuri eſſent.

Idem Iſaaco confirmauit propter Abraham eius patrem, 24

Eam benedictionẽ ad omnes homines peruenturam: ʹpactúm- 25
que ad caput Iacob in quiete ſancitum eſt.

Agnouit eũ in benedictionib⁹ ſuis, atque ei hæreditatẽ tradidit: 26
diſtribuit partes eiuſdem, ac in duodecim tribus diſpertiuit.

″Ex hoc virum produxit miſericordem, qui gratiã apud omnes 27
homines adeptus eſt.

Et ſunt quorum non eſt memoria: |perierũt quaſi qui nõ fuerint, & nati ſunt quaſi nõ nati, & filii ipſorum cũ ipſis. Gen.7.d.21

Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt.

Cum ſemine eorum permanẽt bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorũ.

Et filii eorum propter illos vſque in æternum manent: ſemẽ eorum & gloria eorum non derelinquetur.

Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem.

C

|Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet eccleſia. Suprà 39.b.14

|Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. Gen.5.c.24 heb.11.a.5

|Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio: Geneſ.6.b.9 & 7.a.1 heb.11.b.7

Ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, quum factum eſt diluuium.

|Teſtamẽta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. Gene.9.b.11

|Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit legẽ Excelſi, & fuit in teſtamẽto cũ illo. Gene.12.a.4, & 15.a.5, & 17.a.4

|In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis. Gen.22.d.16 gal.3.b.8

D

|Ideo iureiurando dedit illi ſemen in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumulum, Gen.22.c.16

Et vt ſtellas exaltare ſemen eius, & hæreditare illos à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos terræ.

|Et in Iſaac eodẽ modo fecit propter Abraham patrem eius. Gen.26.a.1

Benedictionẽ omniũ gentium dedit illi Dominus, |& teſtamẽtum cõfirmauit ſuper caput Iacob. Gen.27.d.28 & 28.a.1

|Agnouit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatem: |& diuiſit illi partem in tribubus duodecim. Gen.28.c.14 Ioſue 18.19

Et conſeruauit illi homines miſericordiæ inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

10 Ex priore genere, &c. ἀλλ᾽ οἱ οὗτοι ἄνδρες ἐλέους, ὧν αἱ δικαιοσύναι αὐτῶν οὐκ ἐπελήσθησαν. Sed iſti viri miſericordiæ, quorũ iuſtitiæ ipſorũ obliuioni nõ ſunt traditæ. Viri miſericordiæ ſunt homines benigni ac humani, ad benemerendum benefaciendúmque animo propenſi: iuſtitiæ autẽ dicũtur res cum iuſtitia, liberalitate beneficẽtiáque ab illis factæ. 11 Quorũ ſoboli, &c. μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν διαμενεῖ ἀγαθὴ κληρονομία, ἔκγονα αὐτῶν ἐν ταῖς διαθήκαις. Cum ſemine eorũ manet bona hæreditas, nepotes eorũ in teſtamentis. aut, fœderibus. ſubaudi, Cõtinentur. Deus enim in fœdere promiſit ſe Deũ patrũ eorúmque ſeminis futurũ: ita ad liberos, nepotes, poſteróſq; promiſſio fœderis pertinebat: in quo ſumma erat fœlicitas, quũ cõiuncta cauſa, ſalus, dignitáſq; eorũ eſſet. 13 Corpora eorũ, &c. τὰ σώματα αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ ἐτάφη, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ζῇ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Corpora eorũ in pace ſepulta ſunt, & nomen ipſorũ viuit in generationem ac generationẽ. Eorum enim memoria poſt ipſorũ mortem à ſepultura interitúq; vindicata & cõſeruata, ad omnẽ viget poſteritatẽ. 15 Henoch Domino, &c. Ἐνὼχ εὐηρέστησε κυρίῳ θεῷ, καὶ μετετέθη, ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς. Henoch bene placuit Domino Deo, & trãſlatus eſt, exemplũ pœnitẽtiæ [ſiue reſipiſcẽtiæ] generationibus. i. poſteris omnibus. Hactenus in genere loquutus de patribus, nũc accedit ad ſingulos, ac eos quorum præclara extant in Scriptura ſancta, teſtimonia à Spiritu ſancto poſita. De Henoch Gen.5.c.22, vbi eius pietas in eo cõmendatur, quòd cum Deo ambulauerit. 17 Noe integer, &c. Νῶε εὑρέθη τέλειος, δίκαιος, ἐν καιρῷ ὀργῆς ἐγένετο ἀντάλλαγμα. Noe inuẽtus eſt perfectus, iuſtus, in tẽpore iræ fuit cõpenſatio. ſiue (vt alii vertunt) reconciliatio factus fuit. ἀνταλλάττειν ſignificat cõmutare aut permutare, vt in cõmerciis hominũ in quibus aliud datur pro alio: hinc ἀντάλλαγμα pretiũ dicitur quo aliquid emitur aut redimitur: vt Matt.16.d.26, τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; quid dabit homo quo redimat animã ſuam? Hoc modo Noe dicitur pretiũ redẽptionis qua genus humanũ ab interitu redemptũ eſt, quòd homo fidelis & cũ Deo ambulãs, fide amplectẽs promiſſiones Diuinas, eam gratiã apud Deũ inueniſſet, vt per ipſum, genus humanũ ab interitu aſſereretur. ita mihi magis placet Pretiũ redẽptionis verti, quàm Recõciliatio quæ κατάλλαγμα aut καταλλαγὴ dicitur. Sequens ſentẽtia de fœdere Domini ſatis declarat quemadmodũ Deus per eũ, genus humanũ cõſeruarit. 21 In pactóque, &c. καὶ ἐγένετο ἐν διαθήκῃ μετ᾽ αὐτοῦ, ἐν σαρκὶ αὐτοῦ ἔστησε διαθήκην. & fuit in fœdere cũ eo, in carne ſua cõſtituit [aut, ſanciuit] fœdus. Laudat conſtantiam ac fidem Abrahã, quod in fœdere Dei integrè permanſerit, illudq; in carne ſua ſigno circunciſionis ſanciuerit. De Abraham Gen.12.15.17.

25 Pactúmq; ad caput, &c. καὶ κατέπαυσεν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰακώβ. & quieuit ſuper caput Iacob. id eſt, idem fœdus cõſtituit ac cõfirmauit Deus, quũ apparuit ei in itinere dormienti, innixus ſcalæ erectæ à terra vſq; ad cælũ. de quo Gen.28.c.12. 27 Ex hoc virum produxit, &c. καὶ ἐξήγαγεν ἐξ αὐτοῦ ἄνδρα ἐλέους εὑρίσκοντα χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς πάσης σαρκός. Et eduxit ex eo virum miſericordiæ, inuenientem gratiam in oculis omnis carnis. Ioſephum intelligit, qui venditus à fratribus, ſummam & gratiam & gloriam in AEgypto adeptus eſt.

Cap. XLV.

Exod.11.a.3 act.7.c.22
1 DIlectus Deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in bn̄dictione eſt.

2 Similem illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit.

Exod.6.7.8
3 Glorificauit illum in cōſpectu Regum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam.

Exod.16.c.12 num.12.a.3
4 In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illū, & elegit eum ex omni carne.

5 Audiuit eum & vocem ipſius, & induxit illum in nubem.

Exod.19.b.7
6 Et dedit illis coràm præcepta & Legem vitæ & diſciplinæ, docere Iacob teſtamētū ſuū, & iudicia ſua Iſrael.

Exod.4.g.28
7 Excelſum fecit Aarō fratrem eius, & ſimilem ſibi de tribu Leui.

8 Statuit ei teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gētis, & beatificauit illum in gloria.

9 Et circuncinxit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtutis.

B

Exod.28.f.35
10 Circumpedes, & femoralia, & humerale poſuit ei: & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro,

11 Dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo, in memoriam filiis gentis ſuæ:

12 Stola ſancta, auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapiētis iudicio & veritate præditi.

13 Torto cocco opus artificis, gēmis pretioſis figuratis in ligatura auri & opere lapidarii ſculptis, in memoriā ſecundum numerum tribuum Iſrael.

14 Coronā auream ſuper mitrā eius

Cap. XLV.

1 'DEo ſimul charum & hominibus Moſem, cuius memoria eſt perbeata.

2 Hunc gloriæ ſanctorum æquiparauit, magnúmque fecit terrendis hoſtibus.

3 'Eius oratione ſigna ſedauit, atque eum reddidit glorioſum coram Regibus, mandata dedit huic ad populum ſuum, & ei gloriam ſuam oſtendit.

4 'Sanctum hunc reddidit fide ac manſuetudine, atque ex omnibus elegit mortalibus.

5 Vocem ſuam huic edidit audiendam, atque in nebulam eum induxit.

6 Huic præcepta coràm tradidit, Legem vitæ ſcientiæque, vt pactum edoceret Iacob, & Iſraelem iudicia ſua.

7 'Euexit Aaronem ſanctum, illi conſimilem, fratrémque eiuſdē è tribu Leui.

8 Pactum æternum ſanxit cum eo, ac ſacerdotium populi ei attribuit: ornatu eum beatum reddidit, & habitu induit glorioſo.

9 Perfecta magnificentia veſtiuit eum, 'vaſíſq; virtutis inſtruxit, periſcelide, toga, epomide.

10 'Globulis aureis ſuccinxit eū, crebríſque circūcirca tintinnabulis, quæ ſonos ederēt ipſo incedēte, atque in tēplo tinnitū ederēt
11 in memoriam filiis Iſrael, populo ſuo:

12 'Stola ſancta, auro itē, coloréque hyacinthino, & purpura, 'auguſto habitu varii operis & artificii, pectorali iudicii, ſignis veritatis:

13 Opere coccinis filis artificioſè contexto, 'ac pretioſis lapidibus ſigillorum in modum ſcalptis, operéque ſcalptoris illigatis in auro, cum ſcriptura monumenti cauſa inciſa ſecundum numerum tribuum Iſrael.

14 'Deinde aurea ſupra mitram corona quandam habēte effigiem

IN CAPVT XLV.

1 Deo ſimul charum, &c. ἠγαπημένον ὑπὸ θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων Μωσῆν, οὗ τὸ μνημόσυνον ἐν εὐλογίαις. Dilectum à Deo & hominibus Moſem, cuius memoria in benedictionibus. Oportet repetere verbum, Eduxit ex Iacob Moſem, cuius pater fuit ex familia Leui. Huius ac fratris eius laudes Sapiens pluribus verbis commemorat, propterea quòd Deus maximas res per eos geſſit. 3 Eius oratione ſigna ſedauit, &c. ἐν λόγοις αὐτοῦ σημεῖα κατέπαυσε, καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν κατὰ πρόσωπον βασιλέων. In ſermonibus [aut, verbis] eius ceſſare fecit ſigna, & glorificauit eum in conſpectu Regum. Quæ portenta ac prodigia Deus per Moſem in terra AEgypti excitarit, atque ad eiuſdem preces ſuſtulerit, habes in libro Exod.8.c.12.13, Clamauit Moſes ad Dominum pro ſponſione ranarum, fecitque Dominus iuxta verbum eius, & mortuæ ſunt ranæ de domibus, &c. Eadem vis orationis Moſis declarata eſt in cæteris plagis ſedandis ac tollendis. 4 Sanctum hunc reddidit fide, &c. ἐν πίστει καὶ πραότητι αὐτοῦ ἡγίασεν αὐτόν· ἐξελέξατο αὐτὸν ἐκ πάσης σαρκός. In fide ac lenitate ſanctificauit eum: elegit eum ex omni carne. Verbum ſanctificare ſignificat Moſem à Deo ſanctiſſimis moribus ac virtutibus informatum ornatúmque fuiſſe: cuiuſmodi fuerunt illæ duæ, fides ſingulariſque manſuetudo ac modeſtia, quibus Moſes hoc loco, & Nume.12.a.3, in primis commendatur. Erat (inquit Spiritus) Moſes mitiſſimus omnium mortalium qui morabantur in terra. & paulo pòſt ibidem b.7. Dominus dat illi teſtimonium ſummæ fidelitatis quam in domo Dei præſtitit. 7 Euexit Aaronem ſanctū, &c. Ἀαρὼν ἀνύψωσεν ἅγιον, ὅμοιον αὐτῷ. Aaronem exaltauit ſanctū ſimilē ei. De Aaronis electione, eiuſque ſacerdotio, ornatúque ſacerdotali habes Exod.4. & 28.cap. pluribus verbis ſcripta, quæ hic breuius cōmemorantur. 9 Vaſiſque virtutis, &c. καὶ ἐστερέωσεν αὐτὸν ἐν σκεύεσιν ἰσχύος, περισκελῆ, καὶ ποδήρη, καὶ ἐπωμίδα. & firmauit eum vaſis virtutis, femoralia, veſtem talarem, & humerale. Vaſa virtutis, aut roboris, appellat amictū apparatúmque ſacerdotalem, qui inſtitutus ac conformatus ad illud exemplar quod Moſes in monte viderat, ad ſalutem populi maximā vim habebat. Epomis chlamys eſt, genus veſtis breuioris quod humeris iniicitur: humerale, aut ſuperhumerale à quibuſdam dicitur: ab Hebræis אפוד appellatur. Legendum autē videtur περισκελῖδα, non περισκελῆ. Eſt enim περισκελὶς integumenti genus quo crura femoráque conteguntur: tibiale & femorale à Latinis appellatur. In viris eum habet vſum vt pudenda tegantur: & Deus in ſacerdote adhiberi voluit, vt partes minus honeſtæ tegerentur.

10 Globulis aureis, &c. καὶ ἐκύκλωσεν αὐτὸν ῥοΐσκοις χρυσοῖς, κώδωσι πλείστοις κυκλόθεν. Circūdedit eum ſphærulis [ſiue pomis maliſque] aureis, plurimis tintinnabulis in circuitu. id eſt in extremis fimbriis oriſque ipſius togæ. Hoc autē factum eſt, vt quum ſacerdos in Sanctuariū ingrederetur, aut è Sanctuario egrederetur, ipſo ſonitu tinnitúque ſignificatio fieret. 12 Stola ſancta, στολὴ ἁγία. Repete verbum Induit. Eſt autem στολὴ genus veſtis ad talos vſque demiſſæ, quam quidam tunicam nominant. Auguſto habitu, &c. ἔργῳ ποικιλτοῦ, λογίῳ κρίσεως, δήλοις ἀληθείας. opere polymitarii, [aut, plumarii] rationali iudicii, ſignis veritatis. ποικιλτὴς eſt artifex, qui acu intexit depingitque in puluinaribus plagis. ὑφάντης dicitur textor huiuſmodi qui acu variè intexit. ἔργον ποικιλτοῦ ὑφαντὸν, opus variis filis contextum ac depictum, polymitum aut plumarium appellatur. λόγιον rationale ad verbum, Latinè pectorale appellatur. חושן Hebræi vocant, id eſt rationale, pectoris ornamentum cui inerant אורים vrim, in quibus ſacerdos videbat ſecreta, & recipiebat reſponſa Diuina. Cauſa autem eius videtur demonſtrari verbis Domini, qui iubet in rationali iudicii ponere doctrinam ac veritatem in ipſo pectore Aaron, quādo ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper. Exod.28.e.30.

13 Ac pretioſis lapidibus ſigillorū, &c. λίθοις πολυτελέσι γλύμμασι σφραγῖδος, ἐν δέσει χρυσίου ἔργῳ λιθουργοῦ. lapidibus pretioſis ſculpturis ſignaculi, in ligatura auri, opere gēmarii. Hi lapides duodecim erāt in ipſo pectorali incluſi, quatuor ordinibus diſtincti, habētes nomina duodecim tribuū Iſrael, Exod.28.c.17. Sed hoc ſignificat, quū ſtatim ſubiūgit, Cū ſcriptura monumēti cauſa inciſa ſecundū numerū tribuū Iſrael.

14 Deinde aurea, &c. στέφανον χρυσοῦν ἐπάνω κιδάρεως, ἐκτύπωμα σφραγῖδος ἁγιάσματος. Coronā auream ſuper cidarim, ſculpturā ſignaculi

ſanctitatis.id eſt,in qua eſſet exculpta expreſſáque imago ſanctitatis.ſiue,effigies ſancta exculpta cælatáque modo ſigilli.Repetendum aut ſubaudiendum eſt verbum Inſtruxit,ornauit,aut aliud huiuſmodi. Huiuſmodi autem ornamenta ſtatim appellat ἐπιθυμήματα ὀφθαλμῶν ὡραῖα deſideria oculorum pulchra,aut ſpecioſa,quæ ſua elegantia alliciant oculos,atque retineant.

ſactitatis,ornamento honorifico,& eximio opere, oculorúmque decoro amœnóque oblectamento.

15 Ante eum talia facta non ſunt vllo ſeculo,

16 Nec indutus eſt iis alienigena,ſed filii eius ſoli,nepotéſque perpetuó.

17 ″Solidè conſumi ſolita ſunt horũ ſacrificia, bina videlicet quotidiana aſſiduitate oblata.

18 ″Manus huius Moſes conſecrauit,& eum ſacro inunxit oleo.

19 ″Pacto ſempiterno conceſſum eſt huic ac ſemini eius quoad erit dies cæli,miniſtrare Deo ſimul & ſacrificare,″eiúſque nomine populo ipſius fauſta precari.

20 ″Hũc ex omnibꝰ viuis ad libãda ſibi munera, populũq; ſuffimentis ad commendationẽ gratis odoribus expiãdũ elegit Dominus.

21 ″Eidẽ mãdata ſua tradidit, ac ſecũdũ præſcripta iura poteſtatẽ, vt teſtimonia ſua doceret Iacob,& Iſraelẽ in Lege ſua illuminaret.

22 ″Aduerſus eum coorti ſunt alieni,atque inuidia in eum in deſerto exarſerunt viri Dathan & Abiron ſequuti, factióque Core cũ iracundia & furore.

23 Hoc Dñs vidit, nec probauit: ideóq; ira ſæua conſumpti ſunt.

24 Edidit in eos miracula, quum flamma ignis ſui illos cõſũpſit.

25 ″Aaronem verò auxit gloria,& fructũ ei conſtituit hæreditariũ: primitias primogenitorum ei attribuit, in primíſque panem parauit ad ſatietatem.

26 Sacrificia nanque Domini comedunt, quæ ei ac poſteris eius aſſignauit.

27 Cæterũ in terra populi nullã habuit poſſeſſionẽ, nec in gẽte ſua portionẽ adeptus eſt:nã ipſe Dominus eiꝰ hæreditaria portio eſt.

28 ″Porrò gloria ab his tertius eſt Phinees Eleazari filius, eo quòd flagrarit ſtudio religionis Domini,″populóque deſciſcenti obſtiterit optima animi alacritate,& Iſraelem expiarit.

30 ″Quapropter Dominus pactum firmauit ei pacis,antiſtitem fore ſacrorum in ſuo populo, vt ei ac ſemini ipſius amplitudo ſacerdotii in perpetuum maneret.

expreſſã ſigno ſãctitatis: & gloria honoris,& opus virtutis,deſideria oculorum ornata.

Sic pulchra ante ipſum non fuerũt talia vſque ad originem.

Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantũ filii ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus.

Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne quotidie. C

|Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. Leuit.8.a.11

Factũ eſt illi in teſtamentum æternũ,& ſemini eius ſicut dies cæli, fũgi ſacerdotio,& habere laudẽ,& glorificare populum ſuum in nomine ſuo.

Ipſũ elegit ab oĩ viuente, offerre ſacrificiũ Deo, incenſũ & bonũ odorẽ in memoriã placare pro populo ſuo:

|Dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem,in teſtamentis iudiciorum docere Iacob teſtimonia, & in Lege ſua lucem dare Iſrael. Deu.17.e.10 & 21.a.5

|Quia contra illum ſteterũt alieni, & ꝓpter inuidiã circundederunt illũ homines in deſerto qui erant cũ Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. Num.16.a.1

Vidit Dñs Deꝰ,& non placuit illi: & cõſumpti ſunt in impetu iracũdię.

Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis. D

|Et addidit Aaron gloriam,& dedit illi hæreditatem, & primitias frugũ terræ diuiſit illi. Num.17.c.8

Panem ipſius in primis parauit in ſatietatem:nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi & ſemini eius.

|Cæterũ in terra gentes nõ hæreditabit,& pars non eſt illi in gente:ipſe eſt enim pars eius & hæreditas. Deut.12.b.12 & 18.a.1

|Phinees filius Eleazari tertius in gloria eſt, imitando eum in timore Domini, Num.25.c.13 mach.2.f.54

29 Et ſtare in reuerentia gentis:in bonitate & alacritate animæ ſuæ placuit Deo Iſrael.

Ideo ſtatuit illi teſtamẽtum pacis, principem ſanctorum & gentis ſuæ, vt ſit illi & ſemini eius ſacerdotii dignitas in æternum.

17 Solidè conſumi,&c. θυσίαι αὐτῶν ὁλοκαρπωθήσονται καθημέραν ἐνδελεχῶς δίς.Sacrificia eorum tota integráq; offerẽtur quotidie aſſiduè bis.ὁλοκάρπωμα,dicitur vt ὁλοκαύτωμα,ſiue ὁλοκαυστὸν ſacrificiũ integrũ ac ſolidũ,quod כליל ab Hebræis appellatur. 18 Manus huius,&c. ἐπλήρωσε μωσῆς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.Repleuit Moſes manus eius.i.cõſecrauit ac ſanctificauit,vt ſacerdotio fungeretur & ipſe & eius liberi,quemadmodum ſcriptum eſt Exod.28.g.41,& Leuit.8.b.12. 19 Pacto ſempiterno &c. ἐγενήθη αὐτῷ εἰς διαθήκην αἰῶνος, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ οὐρανοῦ.Factũ eſt ei in pactũ ſeculi,& ſemini eius in die ſeculi.i.in perpetuũ.vt Pſal.89.d.30,Et ponã in ſeculũ ſemen eius,& thronũ eius ſicut dies cæli.Hoc autem verũ fuit in Chriſto vero Sacerdote ac Rege,cuius figura fuit in ſacerdotio Aaronis ac regno Dauidis.

Eiuſque nomine,&c. καὶ εὐλογεῖν τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.& benedicere populo eius in nomine eius.Significat autem Benedicere,bene precari alicui,quod erat officiũ ſacerdotis. 20 Hunc ex omnibus,&c. ἐξελέξατο αὐτὸν ἀπὸ παντὸς ζῶντος, προσαγαγεῖν κάρπωσιν κυρίῳ θυμίαμα, καὶ εὐωδίαν εἰς μνημόσυνον ἐξιλάσκεσθαι περὶ τοῦ λαοῦ. Elegit eũ ex omni viuẽte ad offerendũ libationẽ Domino,incenſum & bonũ odorem in memoriã ad placãdum pro populo.Ea ſacrificia erant ἱλαστικά,quorũ cõmonitione ac recordatione Deus populo propitius reddebatur. 21 Eidem mandata,&c. ἔδωκεν αὐτῷ ἐντολὰς αὐτοῦ ἐξουσίαν ἐν διαθήκαις κριμάτων. Dedit ei mandata ſua,poteſtatem in teſtamentis iudiciorũ i. poteſtatem iudicandi decernendique ſecundum ea iura quæ in Lege teſtatus eſt,aut præſcripſit: eſt enim in lege Domini præſcripta ratio iudiciorum omniũ,ſummæ æquitatis pleniſſima.Hoc autem ad Moſem referri poteſt,vel etiam ad Aaronem ſacerdotẽ,cuius officium fuit non ſolùm orare Deum,eúmque placare populo,verùm etiam legem Dei ipſum populũ docere: ita vt ſacerdos & doctor eſſet. Ita autem Sapiens loquitur de Moſe atque Aarone,vt pronomen αὐτὸς ipſe,aut is,quo ſæpe vtitur,eorum perſonas non ſatis diſtinctè notet. 22 Aduerſus eum coorti ſunt,&c. ἐπισυνέστησαν αὐτῷ ἀλλότριοι, καὶ ἐζήλωσαν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἄνδρες οἱ περὶ Δαθάν.Conſpirarunt in eum alieni,ac zelauerunt eum in deſerto viri circa Dathan.Mihi non diſplicet vt verbum συνίστημι accipiatur pro Cõſpirare & coniurare, aut coire aduerſum aliquem,& ἐπισυνίστημι.Sacra enim hiſtoria cõmemorat illos aduerſus Moſem coiiſſe,Num.16.a.2. 25 Aaronem verò,&c. καὶ προσέθηκεν Ἀαρὼν δόξαν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν.Et addidit Aaroni gloriam, & dedit ei hæreditatem. id eſt ſacerdotalem dignitatẽ iure quodam hæreditario ac perpetua ſucceſſione poſſidendam. 28 Porrò gloria ab his,&c. καὶ Φινεὲς υἱὸς Ἐλεάζαρ τρίτος εἰς δόξαν, ἐν τῷ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐν φόβῳ κυρίου.Et Phinees filius Eleazari tertius in gloriam,eo quòd zelo accenſus fuerit in timore Domini.id eſt ſtudio amoréque religionis ardentiſſimo impium Iſraelitam cum meretrice Madianitide haſta tranſfixerit, atque ita iram Dei & plagam populi ſedauerit. de quo habes Num.25.b.7. Populóq; deſciſcenti obſtiterit optima animi alacritate, καὶ στῆναι αὐτὸν ἐν τροπῇ λαοῦ, ἐν ἀγαθότητι προθυμίας ψυχῆς αὐτοῦ. & conſtiterit in defectione populi,in bonitate prõptitudinis animæ ſuæ.Populus enim deficiebat ad idolum colendum Moabitarum Baal-peor. 30 Quapropter Dominus pactum firmauit ei,&c. διὰ τοῦτο ἔστη αὐτῷ διαθήκην εἰρήνης, προστάτην ἁγίων, καὶ τῷ λαῷ.Propter hoc ſtatuit ei pactum pacis,præſidem ſanctorum,& populo.Ego(inquit Dominus)feriam cum eo fœdus pacis,habebitque tam ipſe,quàm ſemen eius fœdus ſacerdotii perpetui,eo quòd zelum habuit pro Deo ſuo.Num.25.c.12.

Et teſtamentum Dauid Regi filio Ieſſe de tribu Iuda, hæreditas ipſi & ſemini eius: vt daret ſapiẽtiam in cor noſtrum, iudicare gentem ſuam in iuſtitia, ne abolerentur bona ipſorum: & gloriam ipſorum in gentem æternam fecit. 31 32

Cap. XLVI.

Ioſue 12.c.7 Num.27.d.18 deut.34.b.9 ioſ.1.a.2 Fortis in bello Ieſus Naue, ſucceſſor Moiſi in Prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum. 1

Maximus in ſalutem electorũ Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt cõſequeretur hæreditatem Iſrael. 2

Ioſ.8.a.3 Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & iactando cõtra ciuitates romphæas! 3

Quis ante illum ſic reſtitit? nã hoſtes ipſe Dominus perduxit. 4

Ioſ.10.c.12 Aut nõ in iracũdia eius impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duo? 5

Inuocauit Altiſſimum potentem in oppugnãdo inimicos vndique: & audiuit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grandinis virtutis valde fortis. 6

Impetũ fecit cõtra gẽtem hoſtilẽ, & in deſcenſu perdidit contrarios. 7

B Vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia cõtra Deum pugnare non eſt facile: & ſecut⁹ eſt à tergo potẽtes. 8

Num.14.a.6 1.mach.2.f.56 Et in diebus Moiſi miſericordiã fecit ipſe & Caleb filius Iephone, ſtare cõtra hoſtẽ, & ꝓhibere gentẽ à peccatis, & perfrĩgere murmur malitiæ. 9

Num.26.g.65 deut.1.f.35 Et ipſi duo conſtituti, à periculo liberati ſunt à numero ſexcentorũ millium peditum, inducere illos in hæreditatẽ, in terrã quæ manat lac & mel. 10

Ioſue 14.e.11 Et dedit Dñs ipſi Caleb fortitudinẽ, & vſq; in ſenectutẽ permanſit illi virt⁹, vt aſcẽderet in excelſũ terræ locũ, & ſemẽ ipſi⁹ obtinuit hæreditatẽ. 11

C Vt viderent omnes filii Iſrael quia bonum eſt obſequi ſancto Deo. 12

Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non auerſi ſunt à Domino: 13

Infrà 49.c.13 Vt ſit memoria illorũ ĩ benedictione, & oſſa eorũ pullulẽt de loco ſuo. 14

Et nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. 15

31 Et iuxta pactum cum Dauide factum, ius regni hæreditarium ad eius filiũ ex tribu Iuda pertinet: ita ius ſacerdotii hæreditariũ Aaroni eiúſque ſemini promiſſum eſt.

32 Det nobis *Dominus* ſapientiam in corde noſtro, ad populum cũ æquitate iudicandum: ne bona eorum vnquam aboleantur, neq; ipſius gloria eorum ſeculis.

Cap. XLVI.

1 Fortis bello Ieſus Naue filius, Moſis ſucceſſor in munere prophetico.

2 Hic ſecundum nomen ſuum magnus vir fuit ad conſeruandos Dei electos, hoſtes conſurgentes vlciſcendos, & Iſraelitas inducẽdos in poſſeſſionem.

3 Quantam eſt adeptus gloriã! quoties manus ſuas extulit, ac gladium ſuum vibrauit in ciuitates!

4 Quis ante eum talis extitit? is enim bella Domini geſſit.

5 Nónne ſol reſtitit huius manu, & dies vnus ad duos excreuit?

6 Quum hoſtes eum vndique premerent, inuocauit Dominatorẽ altiſſimum: & magnus Dominus eum exaudiuit, vehementi violentáque grandine lapidando.

7 Prælio in gentes irruit, atque obſiſtentes interemit in deſcenſu: vt gẽtes arma eius cognoſcerẽt, & bellum ab eo geri fauẽte Dño.

8 Nã ipſe potentẽ ſequutus eſt, temporibúſque Moſis miſericordiã præſtitit: 9 quũ ipſe & Caleb Iephone filius hoſti ſe opponerẽt, ꝓhiberẽtq; peccare populũ, ac fremitũ malitioſum cõprimerent.

10 Hi duo ſeruati ſunt è ſexcentis peditum millibus: vtpote inducendi in poſſeſſionem, in terram manantem lacte ac melle.

11 Caleb inſuper Dominus dedit fortitudinem, quæ ad ſenectutem vſque ei permanſit: donec conſcendit terram excelſam, eiúſque progenies poſſeſſionem obtinuit:

12 Vt ſcirẽt omnes poſteri Iſraelis quã ſit bonũ ſequi Dominũ.

13 Porrò iudicum quoque nominatim omnium, quorumcunque non ſcortatus eſt animus, & quicunque à Domino non defecerunt, memoria fuerit beata.

14 15 Oſſa eorum locis ſuis reuireſcant, noménque eorũ per ſucceſſiones ad celeberrimos quoſque illorum poſteros traditum.

31 Et iuxta pactum, &c. καὶ κατὰ διαθήκην τῷ Δαβὶδ υἱῷ ἐκ φυλῆς Ἰούδα κληρονομία βασιλέως υἱοῦ ἐξ υἱοῦ μόνου. Et ſecundũ pactum Dauid filio ex tribu Iuda hæreditas Regis filii ex filio ſolo. Id eſt ipſum regnum perpetua ſucceſſione à patribus perueniret ad filios, vt poſteri ex ea tribu hæredes regni futuri eſſent. Eſt enim interpoſita collatio duarum dignitatum, ſacerdotalis & regalis. Fuit enim vtriuſq; hæreditaria ac perpetua quædam ſucceſſio. In Græco non eſt κατὰ præpoſitio, ſed ego deeſſe puto, aut intelligendam.

32 Det nobis *Dominus* ſapientiam in corde noſtro, &c. δώῃ ἡμῖν σοφίαν ἐν καρδίᾳ ἡμῶν, κρίνειν τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν δικαιοσύνῃ. Det ſapientiam nobis in corde noſtro, iudicare populum eius in iuſtitia. Quidam coniungunt cum præcedentibus, ita vt continuent hoc modo, Illud ſacerdotium Aaroni eiúſque poſteris commiſſum eſſe, vt det nobis ſapientiam in corde noſtro, ac iudicet populum eius cum æquitate: ſed ego malo εὐχὴν precationem eſſe ipſius Sapientis, quæ habet commendationem dignitatis vtriuſque, ac gubernationis tum ſpiritualis tum ciuilis quam paulo antè propoſuit. Orat enim Deum vt hæc tanta beneficia conſeruare velit.

IN CAPVT XLVI.

2 Hic ſecundũ nomẽ ſuum, &c. ὃς ἐγένετο κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέγας ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. Qui fuit ſecundũ nomẽ ſuũ magnus in ſalute electorum eius. Ioſue lingua Hebræa dicitur à verbo הושיע quod ſeruare ſignificat, ſicut Ieſus, id eſt ſeruator. Itaque ſignificat Sapiens, Ioſue in conſeruando populo Dei nomini ſuo reſpondiſſe. 4 Is enim bella, &c. τοὺς γὰρ πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγε. nam bella Domini ipſe adduxit. id eſt intulit. aut, geſſit atque adminiſtrauit. Eſt enim ducis vt exercitum ducere, ita bellum gerere.

5 Nónne ſol reſtitit, &c. οὐχὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος, καὶ μία ἡμέρα ἐγενήθη πρὸς δύο; Nónne in manu eius ſol impeditus gradũ ſtitit, [ne ſcilicet ad occaſum progrederetur] & vnus dies factus eſt ad duos? Cõſtitit enim ſol in medio cæli, nec feſtinauit ad occaſum integro die, vt teſtatur hiſtoria Ioſue 10.c.13. Itaque curſus ſolis fuit impeditus retentúſque iuſſu ipſius Ioſue, vt ad occidendos hoſtes ſpatiũ eſſet.

8 Nam ipſe potentem, &c. καὶ γὰρ ἐπηκολούθησεν ὀπίσω δυνάστου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ Μωσέως ἐποίησεν ἔλεος. Etenim ſequutus eſt poſt potentem, ac in die Moſis fecit miſericordiam. id eſt, ſe amicum beneficúmque exhibuit, quum ipſe cum Caleb populum à reuerſione in AEgyptum repreſſit, eorúmque defectioni conſtanter ſe oppoſuit. Fuit hæc virtus præclara Ioſue, ſummæque miſericordiæ plena.

12 Vt ſcirent, &c. ὅπως ἴδωσι πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ὅτι καλὸν τὸ πορεύεσθαι ὀπίσω κυρίου. Vt ſcirent omnes filii Iſrael, quòd bonũ eſt ire poſt Dominum. i. eius mandata ſequi fide, quæ promiſſa propoſitáque præmia ſemper adepta eſt. 13 Porrò iudicũ, &c. καὶ οἱ κριταὶ ἕκαστος τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, ὅσων οὐκ ἐξεπόρνευσεν ἡ καρδία, Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorũcunque non eſt ſcortatum cor. Subiungitur ſtatim τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐν εὐλογίαις, memoria eorũ in benedictionibus. ſubaudiendũ verbũ eſt, aut ſit. vt εὐχὴ optatio ſit qua Sapiẽs ſolet ſignificare huiuſmodi præſtantiũ virorũ memoriã cum beneuolẽtia & charitate vſurpandã & colendam. 14 Oſſa eorũ locis, &c. τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναθάλοι ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἀντικαταλλασσόμενον ἐν υἱοῖς δεδοξασμένων αὐτῶν. Oſſa eorũ repullulẽt in loco ſuo, & nomen eorũ cõmutatum [id eſt per manus traditum quadam ſucceſſione] in filiis glorificatorum eorum. Cõmutari hîc nomen dicitur, quod à patribus ad filios poſteróſq; trãſfertur, & quaſi de manu in manũ traditur. Hoc modo fit vt memoria nominis nunq̃ extinguatur, ſed perpetuò effloreſcat.

″Charus Domino ſuo Samuel Propheta Domini,regna conſtituit,populóque ipſius principes vnxit. 16

ʹLege Dñi gubernauit multitudinẽ,& Dominꝰ Iacob reſpexit. 17

ʹHic fidelis Propheta probatus eſt, fidéque ſua in viſione fidelis cognitus. 18

″Dominum potentem inuocauit,premẽtibus eum vndique hoſtibus ipſius,agnúmque lactentem immolauit. 19

Tum Dominus è cælo tonuit,magnóque tonitrui ſono vocem ſuam audiendam edidit. 20

Ita concidit duces Tyriorum,omnes Palæſthinorum principes. 21

″Denique antequam in perpetuum obdormiret, coram Deo & vncto ipſius teſtatꝰ eſt,ſe nec pecunias ab vllo mortalium, nec ad calceamenta vſque quicquam accepiſſe: ″neque verò quiſquam eum criminatus eſt. 22

ʹEtiam poſt obitum ſuum vaticinatus eſt,& Regi interitum ipſius indicauit:vocem ſuam è terra ſuſtulit,ſcelera populi delenda vaticinans. 23

Cap. XLVII.

POſt hũc exortus eſt Nathan,qui temporibus Dauidis propheta fuit. 1

ʹSicut adeps à pacifica hoſtia,ſic Dauid ſelectꝰ fuit è filiis Iſrael. 2

″Cum leonibus quaſi cum hœdis luſit, & cum vrſis perinde ac cum agnis ouium. 3

Nónne in iuuentute ſua interemit gigantem, & opprobrium è populo ſuſtulit? 4

Quando manum leuauit cum lapide funda emiſſo,ſuperbiámque Goliath deiecit. 5

Nã inuocauit Dominũ altiſſimũ,″qui dexterã ipſius roborauit vt hominẽ tolleret bello potentẽ,ac cornu populi ſui extolleret. 6

″Is ei tribuit gloriam decem millium: Diuiníſq; laudibus eum ornauit,eíque diadema gloriæ detulit. 7

Circumcirca hoſtes attriuit,& Palæſthinos inimicos redegit ad nihilum: adeò vt cornu eorum etiam hodie fractum ſit. 8

16 Dilectꝰ à Domino Deo ſuo Samuel Propheta Domini,|renouauit imperium, & vnxit principes in gente ſua. 1.Reg.10.a.1 & 16.c.13

17 In lege Domini congregationem iudicauit,& vidit Dñs Iacob:& in fide ſua probatus eſt Propheta.

18 Et cognitꝰ eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis.

19 Et inuocauit Dominum omnipotentem in oppugnando hoſtes circũſtantes vndique, in oblatione viri inuiolati.

20 |Et intonuit de cælo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocẽ ſuam. 1.Reg.7.c.11

21 |Et contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philiſthiim. 1.Reg.12.a.3

22 Et ante tempus finis vitæ ſuæ & ſeculi,teſtimonium præbuit in conſpectu Domini & chriſti pecunias & vſque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accuſauit illum homo.

23 |Et poſt hoc dormiuit,& notum fecit Regi,& oſtẽdit illi finẽ vitæ ſuæ: & exaltauit vocẽ eius de terra in prophetia,delere impietatem gentis. 1.Reg.25.a.1 & 28.a.3.c.15

Cap. XLVII.

1 POſt hæc|ſurrexit Nathã Propheta in diebus Dauid. 2.Reg.12.a.1

2 Et quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.

3 |Cum leonibus luſit quaſi cũ agnis, & in vrſis ſimiliter fecit,ſicut cum agnis ouium in iuuentute ſua. 1.Reg.17.d.34

4 |Nunquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? 2.Reg.17.g.49

5 In tollendo manum in ſaxo fundę, deiecit exultationem Goliæ.

6 Vbi inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominẽ fortẽ in bello,& exaltare cornu gentis ſuæ.

7 |Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eũ in benedictionibꝰ Dñi,ĩ offerẽdo illi coronã gloriæ. 1.Reg.18.b.7

8 |Cõtriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philiſthiim contrarios vſq; in hodiernũ diẽ:contriuit cornu ipſorum vſque in æternum. 2.Reg.5.b.7

16 Charus Domino ſuo Samuel Propheta,&c. ἠγαπημένος ὑπὸ κυρίου αὐτοῦ Σαμουὴλ προφήτης κυρίου, κατέστησε βασιλείας, καὶ ἔχρισεν ἄρχοντας ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Dilectus à Domino ſuo Samuel Proheta Domini,cõſtituit regna, & vnxit principes ſuper populũ eius. Huius nomen cùm propter Prophetiam tum propter ſummam æquitatem & iuſtitiam in regendo populo,memorabile eſt. 17 Lege Domini,&c. ἐν νόμῳ κυρίου ἔκρινε συναγωγὴν, καὶ ἐπεσκέψατο κύριος τὸν Ἰακώβ. In Lege Domini iudicauit congregationem,& viſitauit Dominus Iacob. Verbum Iudicare,in lingua Hebraica accipitur pro Regere ac gubernare:propterea quòd iuriſdictione cõſiſtit optima pars gubernationis. Viſitare verò pro Miſericorditer aliquos afflictos reſpicere eóſque liberare:qua miſericordia vſus eſt Deus in populum, quum ante Samuelẽ nulla religione atque æquitate regeretur. Sub Heli enim eiúſque filiis corruptiſſimus erat ſtatus tum Eccleſiæ tum reip.

ʹLegitur & ἐν ῥήματι αὐτοῦ in verbo ſuo.

18 Hic fidelis,&c. ἐν πίστει αὐτοῦ ἠκριβάσθη προφήτης, καὶ ἐγνώσθη ἐν πίστει αὐτοῦ πιστὸς ὁράσεως. In fide ſua examinatus eſt Propheta,& cognitus eſt in fide ſua fidelis viſionis. id eſt certus ac verus Propheta in his quæ viderat,à Deóque reuelata acceperat. Eius veriſſimæ prophetiæ extat teſtimonium 1.Sam.3.d.19.20.21, Creuit autẽ Samuel,& Dominus erat cum eo:& non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus Iſrael,&c. quòd fidelis Samuel Propheta eſſet Domini. Et addidit Dominus vt appareret in Silo.

19 Dominũ potentem,&c. καὶ ἐπεκαλέσατο τὸν κύριον δυνάστην, ἐν τῷ θλίψαι αὐτὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ κυκλόθεν. Et inuocauit Dominum potentem, quum premerent eum hoſtes eius vndique. De hac inuocatione Samuelis,eiúſque ſacrificio integro pro populo oblato habes 1.Sam.7.c.9.

22 Denique antequam,&c. καὶ πρὸ καιροῦ κοιμήσεως αἰῶνος. Et ante tempus dormitionis ſeculi. id eſt antequam obiret tẽpus mortis ſuæ quietíſque perpetuæ. ſiue, priuſquam moreretur. Vocat enim mortẽ dormitionem ſeculi,non quòd ea ſit quidem ſomnus perpetuus à quo mortui nunquam excitentur: ſed quòd in hoc ſeculum vitámque præſentem nunquam reuocentur. De ſumma Samuelis innocentia,integritate,abſtinentia habes 1.Sam.12.a.3.4. Paulus Apoſtolus in prædicatione Euangelii idem ſuæ integritatis teſtimoniũ dat 1.Theſ.2.b.7.8.

Neque verò quiſquam,&c. καὶ οὐκ ἐνεκάλεσεν αὐτῷ ἄνθρωπος. & non accuſauit illum homo. id eſt crimen culpámve rei vllius ei obiecit. itaque fuit ἀνέγκλητος inculpatus,qui omni crimine caruit:quæ ſumma miniſtri ac ſerui Dei eſt cõmẽdatio,quũ ita caſtè atq; integrè in miniſterio ſe geſſit,vt nemo ei quicquã obiiciat. 23 Etiam poſt obitum,&c. καὶ μετὰ τὸ ὑπνῶσαι αὐτὸν προεφήτευσε, καὶ ὑπέδειξε βασιλεῖ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ. Et poſtquã dormiuit ipſe prophetauit,& oſtendit Regi finem eius. De hac euocatione Samuelis mortui,eiuſq; vaticinio,& morte Sauli denuntiata,habes 1.Sam.28.b.11.

IN CAPVT XLVII.

2 Sicut adeps à pacifica,&c. ὥσπερ στέαρ ἀφωρισμένον ἀπὸ σωτηρίου. Sicut pinguedo ſeparata à ſalutari. id eſt ab hoſtia quæ pro delicto offerebatur. Pacifica dicebatur ἱλαστηρικὴ propitiatoria,quæ pro peccato ad placandum Deum offerebatur: ex ea adeps pretioſior certarum animalis partium ſelectus ad incenſum ſuauiſſimi odoris adhibebatur. Hac ſimilitudine oſtẽdit quemadmodum Dauid ex toto populo Iſrael ad regnum delectus fuerit. Fuit enim ſummo Dei iudicio conſilióque electus. 3 Cum leonibus,&c. ἐν λέουσιν ἔπαιζε ὡς ἐν ἐρίφοις. In leonibus ludebat vt in hœdis. Toletanum exemplar legit ἐπεξένωσεν familiariter egit, eóſque ita cicures ac familiares habuit:cæterùm hiſtoria ſacra hoc non ita memorat, ſed leonem vrſúmque,qui arietem de grege rapuerant,ab eo ſuffocatos occiſóſque fuiſſe,eiuſq; hominis fiducia gigantẽ aggreſſum fuiſſe. 6 Qui dexteram,&c. καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ κράτος. & dedit in dextra eius robur. ſcilicet ad occidendum. Armauit enim Dominus maxima vi manus Dauidis,vt vno lapide fortiſſimũ virũ ſuis viribus maximè confidentẽ deiiceret. de quo 1.Sam.17.f.48. 7 Is ei tribuit,&c. οὕτως ἐν μυριάσιν ἐδόξασεν αὐτὸν, καὶ ᾔνεσεν αὐτὸν ἐν εὐλογίαις κυρίου. Sic in decẽ millibus glorificauit,ac laudauit eum in benedictionibus Domini. i. ſummis laudibus atque honoribus affecit & ornauit. Cauſam ſubiungit, ἐν τῷ φέρειν αὐτῷ διάδημα δόξης, in deferendo ei diadema gloriæ.

B In omni opere dedit confeſſionem Sancto & excelſo in verbo gloriæ. 9

De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum: dedit illi contra inimicos potentiã. 10

1.Par.16.a.4 ‖Et ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit modos. 11

Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vſque ad conſummationem vitæ:vt laudarent nomen ſanctũ Domini, & amplificarent mane Dei ſanctitatem. 12

2.Reg.12.d.13 ‖Chriſtus purgauit peccata ipſius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi teſtamentum regni, & ſedem gloriæ in Iſrael. 13

Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. 14

3.Reg.4.c.21 ‖Salomon imperauit in diebus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, vt cõderet domũ in nomine ſuo: & pararet ſanctitatem in ſempiternũ,quẽadmodũ eruditus eſt in iuuẽtute ſua. 15

3.Reg.4.d.29 ‖Et implet⁹ eſt quaſi flumẽ ſapiẽtia, & terram retexit anima tua. 16

C Et repleſti in comparationibus ænigmata, ad inſulas longè diuulgatũ eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua. 17

In cantilenis & prouerbiis & comparationibus, & interpretationibus, miratæ ſunt terræ. 18

Et in nomine Domini Dei tui eſt cognomen,Deus Iſrael. 19

3.Reg.10.d.27 ‖Collegiſti quaſi aurichalcum aurũ, & vt plumbum cõpleſti argentũ. 20

3.Reg.11.a.1 ‖Et inclinaſti femora tua mulieribus : poteſtatem habuiſti in corpore tuo. 21

Dediſti maculam in gloria tua , & profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos , & in cæteris ſtultitiam tuam, 22

Vt faceres imperium bipartitum, 23
3.Reg.12.d.17 ‖& ex Ephraim imperare imperium durum.

2.Reg.7.c.15 ‖Deus autem non derelinquet miſericordiã ſuam, & nõ corrumpet nec delebit opera ſua,neque perdet à ſtirpe nepotes electi ſui: & ſemẽ eius qui diligit Dominum,non corrumpet. 24 D

Dedit autem reliquum Iacob , & Dauid de ipſa ſtirpe. 25

9 ʹIn omni opere ſuo laudem Summo numini honorificis verbis
10 tribuit:toto corde decantauit,dilexítque Creatorem ſuum.

11 ʹCantores inſtituit ante altare qui ſuaues ſono ſuo cantus ederent,ſuíſque laudes carminibus quotidie redderent.

12 ʹDies feſtos ornamentis decorauit,& ad ſummum exornauit tẽpora quibus celebrarent nomen ſanctum Dei, & à matutino tempore ſanctuarium eius perſonarent.

13 Dominus peccata eius aboleuit, cornúque eius erexit ad tẽpus perpetuum,fœdere pactus ei regnũ & ſolium maieſtatis in Iſrael.

14 ʹHuic ſucceſſit filius ſapiens,qui per illum in amplam poſſeſſionem venit.

15 Solomon regnauit tẽpore pacifico,& gloriam adeptus eſt:poſtquam Deus circumiecta loca reddidit pacata,vt nomine ipſius ſtatueret ædem,ac ſanctuarium in perpetuum pararet.

16 ʹQuàm ſapiens in iuuentute tua factus es, & fluminis inſtar repletus intelligentia!

17 Anim⁹ tu⁹ terrã omnẽ operuit,ʹ& allegoriis ænigmaticis ĩpleuit: ʹnomen tuum procul ad inſulas vſque peruagatum eſt, pacéque tua charus fuiſti.

18 ʹTe admiratæ ſunt regiones propter cantica & prouerbia,ſimul & allegorias,interpretationéſque.

19 ʹIn nomine Domini Dei qui Deus Iſraelis cognominatus eſt,

20 Aurum congeſſiſti vt ſtannum, & argentum inſtar plumbi cumulaſti.

21 ʹLumbos tuos mulieribus applicauiſti,téq; tuo corpore in *earum* poteſtatem redigi paſſus es.

22 Maculam gloriæ tuæ aſperſiſti,noménque tuum profanaſti: offenſam tuis importaſti liberis, tuáque ſtultitia tibi dolorem contraxiſti.

23 ʹVnde bipertito diuiſum eſt imperium , regnúmque rebelle ex Ephraim ortum eſt.

24 Neque tamen Dominus miſericordiam ſuam omiſit,nec eam ex operibus ſuis diſperdidit : neque aboleuit nepotes electi ſui, nec progeniem ſuſtulit eius qui ipſum dilexit:

25 Sed Iacob reliquias dedit,& Dauidi radicem ex ipſo.

9 In omni opere ſuo,&c. ἐν παντὶ ἔργῳ αὐτοῦ ἔδωκεν ἐξομολόγησιν ἁγίῳ ὑψίστῳ ῥήματι δόξης. In omni opere ſuo dedit confeſſionem Sancto altiſſimo,verbo gloriæ. Alii vertunt, Oratione honorifica. Significat autem Dauidem omnium rerum præclararum ab ipſo geſtarum, Dominum ſemper authorem confeſſum fuiſſe,eíque libenter laudem cum ſumma animi gratitudine tribuiſſe.

11 Cantores inſtituit ante altare,&c. καὶ ἔστησε ψαλμῳδοὺς κατέναντι θυσιαστηρίου, καὶ ἐξ ἤχους αὐτῶν γλυκαίνειν μέλη. Et conſtituit cantores contra altare,& ex ſono ipſorum dulces facere modulos. Quidam codices habẽt in modo indicatiuo γλυκαίνει, dulces facit concentus, aut modos: vt ſit præſens pro præterito. De hac cantorum inſtitutione,eorúmque ordine habes 1.Par.16.a.4,&c. Fuit autẽ hæc muſica inſtituta ad Deũ Iſraelis recolendum,confitendum,ac laudandum. 12 Dies feſtos ornamentis decor.&c. ἔδωκεν ἐν ταῖς ἑορταῖς εὐπρέπειαν, καὶ ἐκόσμησε καιροὺς μέχρι συντελείας. Dedit in diebus feſtis decentiam,[ſiue,decus]& ornauit tempora vſque ad conſummationem.aut, perfectionem. Significat eundem Dauidem authorem fuiſſe ordinis ac decoris,qui in diebus feſtis ac ſolennibus maxima cum ſanctitate magnificentiáque fuit conſeruatus. 14 Huic ſucceſſit filius ſapiens,&c. μετὰ τοῦτον ἀνέστη υἱὸς ἐπιστήμων, καὶ δι᾽ αὐτὸν κατέλυσεν ἐν πλατυσμῷ. Poſt hunc ſurrexit filius peritus,& propter illum habitauit in latitudine. id eſt,regnum eius fuit amplificatum propter Dauidem quem Deus maximopere dilexerat,eíque amplitudinem regni in eius ſemine promiſerat. Ea enim gratia adeò valuit,vt diuiſo regno, cæteríſque Iſraelitis à vero Dei cultu deficientibus,lucerna tamen in domo ac familia Dauidis retenta conſeruatáque fuerit. 16 Quàm ſapiens in iuuentute tua, &c. ὡς ἐσοφίσθης ἐν νεότητί σου· Quàm ſapiens fuiſti in iuuentute tua! Quædam exemplaria legunt in tertia perſona, ὡς ἐσοφίσθη ἐν νεότητι αὐτοῦ· quàm ſapiens fuit in iuuentute ſua! Sed apoſtrophe ad ipſum Solomonem quam poſtea continuat,maiorem vim & gratiam habet.

17 Et allegoriis ænigmaticis impl. καὶ ἐνέπλησε παραβολαῖς αἰνιγμάτων. & impleuit parabolis ænigmatum. id eſt, obſcuris dictis & ſententiis. Quo in genere ſunt prouerbia,ſimilitudines,aliæque huiuſmodi ſententiæ de vita ac natura aliquem reconditum ſenſum continentes.

Nomen tuum procul ad inſulas,&c. εἰς νήσους πόῤῥω ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου, καὶ ἠγαπήθης ἐν τῇ εἰρήνῃ σου. ad inſulas longè peruenit nomen tuũ, & dilectus es in pace tua. Nomen Solomonis longè latéque fuit peruagatum ad exteros remotiſſimóſque populos: eiúſque regnum nomine pacis qua in primis floruit,omnibus gratiſſimum accidit. 21 Lumbos tuos mulieribus applicauiſti,&c. παρέκλινας τὰς λαγόνας σου γυναιξίν, καὶ ἐνεξουσιάσθης ἐν τῷ σώματί σου. Inclinaſti latera tua mulieribus, ac in poteſtatem redactus es in corpore tuo. id eſt ſubactus victúſque libidine mulierũ,vt illæ tibi dominatæ fuerint. Quàm intemperans fuerit Solomon amore mulierum exterarum atque impiarum, & quemadmodum ab illis deprauatus auerſúſque à Deo,habes 1.Reg.11.a.1. 23 Vnde bipertito diuiſum eſt,&c. γενέσθαι δίχα τυραννίδα, καὶ ἐξ Ἐφραὶμ ἄρξαι βασιλείαν ἀπειθῆ. Vt fieret duplex regnum[aut,imperium duas in partes diuiſum]& ex Ephraim inciperet regnũ inobediens. Hæc fuit pœna iuſta & grauis peccati Solomonis, vt regnum quod à patre in duodecim tribubus cõiunctiſſimum ac firmiſſimum acceperat,ita diuideretur vt vna tantùm tribus cum dimidia in domo Dauidis remaneret.

Cæterùm Solomon cum patribus ſuis requieuit. 26
″Et poſt ſe reliquit ſtultitiam publicam de ſuo ſemine, 27
Inopéq; mentis Roboam qui populum ſuo conſilio alienauit, 28
″Et Ieroboam Nabatis filium, qui in errorem induxit Iſraelem, 29
peccandíque viam Ephraim tradidit.
Itaque multiplicata ſunt eorum peccata, adeò vt terra eos ſua 30
pellerent.
Omnem enim prauitatem expetiuerunt, donec indignatio vl- 31
tióque ſuper ipſos venerit.

Cap. XLVIII.

″Porrò Elias propheta velut ignis eſt exort⁹, cuius ſermo quaſi 1
quædam fax exarſit.
″Is famem grauem immiſit in eos, ardoréque animi Deũ aman 2
tis ad paucos redegit.
″Verbo Domini cælum inhibuit, ignem de cælo ter deduxit. 3
Quantam gloriam miraculis tuis adeptus es Elia, ″& quis paria 4
tecum glorietur?
ʹQui defunctum à morte excitaris, & animã ab Orco verbo Al- 5
tiſſimi:
Qui detraxiſti Reges ad interitum, glorioſóſque de ſede ſua: 6
Qui audiſti in Sina increpationem Domini, & in Horeb iudi- 7
cia vindictæ:
″Qui Reges ad vicem rependendam, & Prophetas tibi ſucceſſu- 8
ros vnxeris:
″Qui procella ſublatus fueris ignea, in curru equorum ardentiũ: 9
ʹQui ad reprehenſiones temporibus certis adhibendas ſcriptus 10
es, ad ſedãdam iram iudicii Diuini priuſquam exardeſceret, ad cor
patris reconciliandum filio, & ad tribus Iacob conſtituendas.
Beati qui te viderunt, & qui in dilectione obierunt. 11
Nam nos vita viuemus. 12
ʹSimulatque Elias turbine tectus eſt, Eliſæus ſpiritu eius reple- 13
tus fuit: ʹis temporibus ſuis non fuit perculſus à principibus, nec

26 Ft finem habuit Salomon cum patribus ſuis.

27 Et dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam,

28 ‖Et imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gẽtem cõſilio ſuo. 3.Reg.12.c.10

29 Et Ieroboã filium Nabat, ‖qui peccare fecit Iſrael, & dedit viam peccãdi Ephraim, & plurima redundauerũt 3.Reg.12.d.28

30 peccata ipſorum.
Valde auerterunt illos à terra ſua.

31 Et quæſiuit omnes nequitias, vſq; dum perueniret ad illos defenſio: & ab omnibus peccatis liberauit eos.

Cap. XLVIII.

1 ET ſurrexit ‖Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi fax ardebat. 3.Reg.17.a.1

2 Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia ſua, pauci facti ſunt: non enĩ poterant ſuſtinere præcepta Domini.

3 Verbo Domini continuit cælum, ‖& deiecit à ſe ignem terræ. 3.Reg.18.f.38 & 4.Reg.1.b.10

4 Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?

5 ‖Qui ſuſtuliſti mortuum ab inferis, de ſorte mortis, in verbo Domini Dei. 3.Reg.17.d.22

6 Qui deiecisti Reges ad perniciem, & confregiſti facilè potentiam ipſorũ, & glorioſos de lecto ſuo.

7 ‖Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defenſionis. 3.Reg.19.c.15

8 ‖Qui vngis Reges ad pœnitentiã, & Prophetas facis ſucceſſores poſt te: 3.Reg.19.c.17

9 ‖Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum: 4.Reg.2.b.11

B

10 ‖Qui inſcriptus es in iudiciis tẽporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob. Malach.4.b.8

11 Beati ſunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt:

12 Nã nos vita viuimus tãtũ, poſt mortẽ autẽ non erit tale nomẽ noſtrum.

13 ‖Elias qui in turbine tectus eſt, & in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius: in diebus ſuis non pertimuit princi- 4.Reg.2.c.11

27 Et poſt ſe reliquit, &c. καὶ κατέλιπε μεθ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ λαοῦ ἀφροσύνην, καὶ ἠλαττωμένον συνέσει Ῥοβοάμ, ὃς ἀπέστησε λαὸν ἐκ βουλῆς αὐτοῦ. Et reliquit poſt ſe ex ſemine ſuo populi ſtultitiam, diminutum intelligẽtia Roboam, qui auertit populum ex conſilio ſuo. Populi ſtultitiam appellat, quòd opinione populi talis haberetur, aut quòd exemplum quoddam ſtultitiæ eſſet, quum Rex ſapientia ſua populo prælucere debeat. De huius ſumma imprudentia acerbitatéque habes 1.Reg.12.b.8, &c. 29 Et Ieroboam Nabatis filium, &c. καὶ Ἱεροβοὰμ υἱὸν Ναβάτ, ὃς ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραήλ. Et Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Repetendum verbum Reliquit Solomon. Fuit enim Ieroboam ſeruus Solomonis, propter præclaram ingenii indolem præfectus ab eo tributis vniuerſæ domus Ioſeph.

IN CAPVT XLVIII.

1 Porrò Elias propheta velut, &c. καὶ ἀνέστη Ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο. Et ſurrexit Elias propheta vt ignis, & ſermo eius tanquam lampas ardebat. Significat hunc Prophetam maximo ſpiritus ardore præditum fuiſſe. Eius enim vis cùm in monendo arguendóque, tum in agendo in primis commendatur. Itaque Iohannes Baptiſta in ſpiritu & virtute Eliæ veniſſe dicitur, Luc.1.b.17.

2 Is famem grauem immiſit in eos, &c. ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς λιμὸν ἰσχυρὸν, καὶ τῷ ζήλῳ αὐτοῦ ὠλιγοποίησεν αὐτούς. Induxit in eos famem fortem, ac zelo ſuo paucos effecit eos. id eſt, ad ſummam redegit paucitatem. De hac fame verbo eius importata habes 1.Reg.17.a.1.

3 Verbo Domini cælum inhibuit, ἐν λόγῳ κυρίου ἀνέσχεν οὐρανὸν, In verbo Domini retinuit cælum. id eſt, impediuit ne plueret. De hac vi cæli impedita, ſummáque terræ ſiccitate faméque habes in eodem loco ſuprà citato. Chriſtus, Luc. 4.d.25, dicit, Cælum tres annos & ſex menſes clauſum fuiſſe. 4 Et quis paria tecum glorietur? καὶ τίς ὅμοιός σοι καυχᾶσθαι; & quis ſimilis tibi gloriari? id eſt, vt glorietur ſe geſſiſſe ea quæ tu in Domino ſumma cum gloria geſſiſti. Eſt enim pia & ſancta quædã gloriatio, in qua Deus author moderatórque præſtantiſſimorum operum agnoſcitur & celebratur. 5 Qui defunctum à morte excitaris, ὁ ἐγείρας νεκρὸν ἐκ θανάτου, Qui ſuſcitaſti mortuum à morte, eiúſque animam in corpus reuocaſti. Quemadmodum Elias filium viduæ Sareptanæ à morte ad vitam reuocarit, ibidem 1.Reg.17.d.21, Sacra hiſtoria commemorat. Hîc Sapiens κεφαλαιωδῶς ſummatim refert quæ ibi copioſius exponuntur.

8 Qui Reges ad vicem repẽdendã, &c. ὁ χρίων βασιλεῖς εἰς ἀνταπόδομα, καὶ προφήτας διαδόχους μετ' αὐτόν. Qui vngis Reges ad retributionẽ, & Prophetas ſucceſſores poſt te. Haſaelẽ & Iehu reges intelligit, & Eliſæum prophetam, qui ab Elia vncti fuerunt ad vlciſcenda ſcelera regis Achaz vxoriſque eius Iezabel. 9 Qui procella ſublatus, &c. ὁ ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι πυρὸς ἐν ἅρματι ἵππων πυρίνων. Qui receptus es in turbine in curru equorum igneorum. Quemadmodum Elias curru ignito equiſque igneis in cælum ſubuectus fuerit, habes 2.Reg.2.b.11.

10 Qui ad reprehenſiones temporibus, &c. ὁ καταγραφεὶς ἐν ἐλεγμοῖς εἰς καιροὺς, κοπάσαι ὀργὴν κρίσεως κυρίου ″πρὸ θυμοῦ. Qui conſcriptus [id eſt deſtinatus ac conſtitutus] es ad correptiones ad tempora, ad placandum iram iudicii Domini ante indignationem. id eſt antequam ad vindictam progrederetur. Quæ ſequuntur de reconciliatione patrum ac filiorum, ſunt ſumpta ex Malachiæ quarto capite, Iohanni Baptiſtæ accommodata, Luc.1.b.17. 13 Simulatque Elias turbine, &c. Ἠλίας ὡς ἐσκεπάσθη ἐν λαίλαπι, Ἐλισσαῖος ἐνεπλήσθη πνεύματος αὐτοῦ. Elias poſtquam tectus eſt in turbine, Eliſæus repletus eſt ſpiritu illius. Hunc locum ita reſtituit Theodorus Beza. Nã in omnibus exemplaribus mendoſè legitur Ἠλίας ὃς ἐσκεπάσθη ἐν λαίλαπι, καὶ Ἐλισσαιὲ ἐνεπλήσθη πνεύματος. Coniungit enim Sapiens ſucceſſionem Eliſæi in munere Prophetico, qui ſimulatque Elias in cælum eſt ſublatus, ſpiritu eius donatus atque inſtructus fuit. Is temporibus ſuis non fuit, &c. καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ἀπὸ ἀρχόντων, καὶ οὐ κατεδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς. & in diebus ſuis non fuit commotus à principibus, & non ſubegit eum quiſquam. Significat Eliſæum fortem, conſtantem, inuictúmque Eliæ ſucceſſorem fuiſſe, nulliſque minis, terroribus, periculis, ab officio veri ac liberi Prophetæ deflexiſſe.

″Legitur & πρὸς θυμόν.

pem,& potentia nemo vicit illum.

4.Reg.13.d.21 ‖Nec ſuperauit,illū verbū aliquod, & mortuum prophetauit corpus ei⁹. 14

4.Reg.5.d.14 ‖In vita ſua fecit monſtra,& in morte mirabilia operatus eſt. 15

C In omnibus iſtis non pœnituit populus , & non receſſerunt à peccatis ſuis,‖vſquedū eiecti ſunt de terra ſua, & diſperſi ſunt in omnem terram. 16 4.Reg.18.c.12

Et relicta eſt gēs perpauca, & princeps in domo Dauid. 17

Quidam ipſorū fecerunt quod placeret Deo: alii autem multa commiſerunt peccata. 18

4.Reg.18.a.2 ‖Ezechias muniuit ciuitatē ſuā, & induxit in mediū ipſis aquā: & fodit ferro rupē,& ædificauit ad aquā puteum. 19

4.Reg.18.c.13 ‖In diebus ipſius aſcendit Sēnacherib,& miſit Rabſacē: & ſuſtulit manū ſuā cōtra illos,& extulit manū ſuā in Siō,& ſuperb⁹ factus eſt potētia ſua. 20

Tunc mota ſunt corda & manus ipſorum,& doluerunt quaſi parturiētes mulieres. 21

D Et inuocauerūt Dominum miſericordem,& expandentes manus ſuas, extulerunt ad cælū: & ſanctus Dominus Deus audiuit citò vocem ipſorū. 22

Non eſt commemoratus peccatorum illorū,neque dedit illos inimicis ſuis, ſed purgauit eos in manu Eſaiæ ſancti Prophetæ. 23

4.Reg.19.g.35 tob.1.d.21 eſa.37.g.36 1.mach.7.f.41 2.mach.8.e.19 ‖Deiecit caſtra Aſſyriorum,& contriuit illos Angelus Domini. 24

Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris ſui, quā mandauit illi Eſaias propheta magnus & fidelis in cōſpectu Dei. 25

4.Reg.20.b.10 eſa.38.a.1 ‖In diebus ipſius retrò rediit ſol, & addidit regi vitam. 26

Spiritu magno vidit vltima,& cōſolatus eſt lugentes in Sion vſque in ſempiternum. 27

Oſtendit futura & abſcondita, antequam euenirent. 28

Cap. XLIX.

4.Reg.22.a.1, & 23.a.2 2.par.34.a.3 Memoria‖Ioſię in compoſitione odoris facta opus pigmentarii. 1

In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria,& vt muſica in conuiuio vini. 2

Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentia gentis,& tulit abominationes impietatis. 3

4.Reg.23.a.4 ‖Et gubernauit ad Dominum cor ipſius , & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. 4

---

in poteſtatem cuiuſquam redactus.

14 ″Nulla res ſuperauit eum , corpúſque eiuſdē Prophetam egit in dormitione.

15 Miracula deſignauit in vita ſua,operáq; defūcti ſunt admirāda.

16 ″Neque tamen ob hæc omnia reſipuit populus , nec à peccatis ſuis receſſit,″donec à terra ſua captiuus eſt abductus:

17 Adeò vt populus in domo Dauidis pauciſſimus cum principe relictus fuerit.

18 Eorum quidem aliqui,quod rectum eſt egerunt: alii verò peccata ſua multiplicarunt.

19 Vrbem ſuam muniuit Ezechias , & aquā in medium eius induxit: effodit rupem ferro,aquarúmque cauſa fontes conſtruxit.

20 Huius temporibus aſcendit Sēnacherib , qui præmiſſo Rabſace contra Sionem manum extulit,atq; in ſuperbia ſua gloriatus eſt.

21 Tum perculſa ſunt corda manúſque eorum, & in modum parturientium indoluerunt.

22 Sed Dominum miſericordem manibus ad eum extentis inuocarūt,″& Sanctus è cælo eos exaudiuit, & redemit eos in manu Eſaiæ.

24 Caſtra Aſſyriorum cecīdit,& Angelus Domini deleuit eos.

25 Ezechias enim,quod gratum erat Domino,fecit:″ſeque fortiter geſſit in viis Dauidis patris ſui, quas Propheta magnus ac vaticinatione ſua fidus,ei commendauerat.

26 ″Temporibus illius retroceſſit ſol,vitámq; Regis prorogauit.

27 ″Ingenti Spiritu nouiſſima præuidit,ac lugētes in Sione eſt cōſolatus.

28 In æuum vſque futura prænūtiauit,arcanáque fata priuſquam euenirent. Cap. XLIX.

1 M″Emoria Ioſiæ eſt quaſi quædam mixtura odoramenti artificio vnguentarii confecta.

2 Omni ori mellis in modum dulcis erit , & vt in conuiuio hilari vino muſica.

3 ″Hic ad conuertendum populum ſummam rectitudinem adhibuit,atque abominandas impietates ſuſtulit.

4 Direxit cor ſuum ad Dominum,temporibúſque impiorū pietatem conſtabiliuit.

---

14 Nulla res ſuperauit eum,&c. πᾶς λόγος οὐχ″ ὑπερῆρεν αὐτόν, καὶ ἐν κοιμήσει προεφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ. Omne verbum nō perculit eum,ac in dormitione prophetauit corpus eius.i.propheticam virtutem exhibuit:quum ſepultum hominis cadauer poſitum in ſepulchro Eliſæi,contactis eius oſſibus ad vitam eſt reuocatum.2.Reg.13.d.21. 16 Neque tamē ob hæc,&c. ἐν πᾶσι τούτοις οὐ μετενόησεν ὁ λαός. In his omnibus non egit pœnitentiam populus.Significat Iudæos in impietate obſtinatos permanſiſſe,neque doctrina excellentium Prophetarum,eorúmque virtute ſingulari ac magnitudine miraculorum ad timorem Dei reuocari potuiſſe. Donec à terra,&c. ἕως προενομεύθησαν ἀπὸ τῆς γῆς αὐτῶν. vſquequo abacta fuerunt à terra ſua. προνομεύειν eſt tanquam oues armentáque abigere,& quaſi pecudes ducere.accipitur pro In captiuitatem ducere:itaque ſignificat eos è patria eiectos,in ſeruitutémque abductos fuiſſe. 22 Et Sanctus è cæ.&c. καὶ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ ἐπήκουσεν αὐτῶν.& Sanctus è cælo exaudiuit eos. Additur aliud membrum quod interpretes omiſerunt, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἡσαΐου,& redemit eos in manu Eſaiæ. Quemadmodū vrbs Ieroſolyma à Sēnacherib obſeſſa fuerit,& ſingulari Dei beneficio liberata,habes Eſa.36.& 37.

25 Séque fortiter geſſit,&c. καὶ ἐνίσχυσεν ἐν ὁδοῖς Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἃς ἐνετείλατο Ἡσαΐας ὁ προφήτης μέγας, καὶ πιστὸς ἐν τῇ ὁράσει αὐτοῦ. & fortis fuit in viis Dauid patris ſui,quas præceperat [aut, mandarat] Eſaias propheta magnus, ac fidelis in viſione ſua. Quidam codices in fine legunt σεπτὸς ἐν ὁράσει αὐτοῦ. venerandus in conſpectu eius.ſcilicet Ezechiæ. Is quidem Eſaiam reueritus eſt. ſed altera lectio quæ fidem ac veritatem Prophetæ oſtendit,magis placet. Venit autem illud σεπτὸς à σέβομαι,quod colere ac venerari ſignificat.

26 Temporibus illius retroceſſit ſol,&c. ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος καὶ προσέθηκε ζωὴν βασιλεῖ. In diebus eius regreſſus eſt ſol,& adiecit vitam Regi.id eſt,fecit acceſſionem annorum quindecim:quemadmodum eſt in prophetia Eſaiæ,cap.38.a.5.

IN CAPVT XLIX.

1 Memoria Ioſiæ eſt quaſi, &c. μνημόσυνον Ἰωσίου εἰς σύνθεσιν θυμιάματος ἐσκευασμένῳ ἔργῳ μυρεψοῦ. Memoria Ioſiæ in cōpoſitionem incenſi confecto opere vnguentarii. Legendum videtur θυμιάματος ἐσκευασμένου,incenſi [id eſt,odoramenti] confecti opere vnguentarii. Hac ſimilitudine ſignificat memoriam eius poſteris gratiſſimam relictam eſſe,& quæ ſuauiſſimum quendam odorem aſpiret. Hæc enim eſt piorum commendatio etiam poſt mortem,iucundiſſima bonis omnibus eorum recordatio. Altera ſimilitudo ſumpta eſt à muſica, quæ ſuauiter in conuiuio feſtiuo hilarique adhibetur. Eſt enim cōmemoratio ac prædicatio de magnis piiſque viris inſtituta,iucundiſſima quædā muſica.

3 Hic ad conuertendum populum,&c. αὐτὸς κατευθύνθη ἐν ἐπιστροφῇ λαοῦ, καὶ ἐξῆρε βδελύγματα ἀνομίας. Ipſe directus fuit [ſiue, rectus] in conuerſione populi,& ſuſtulit abominationes iniquitatis. Hiſtoria ſacra ait eum feciſſe quod rectum eſt in oculis Domini, neque ad dextrā aut ſiniſtram declinaſſe. Hic Sapiens dicit eum κατευθῦναι ἐν ἐπιστροφῇ λαοῦ, id eſt rectitudinem atque integritatem ſummam præſtitiſſe, quum populus emendandus ad verúmque Dei cultum reuocandus eſſet.

″Legitur & ὑπῆρεν.

5 Præter Dauidem, Ezechiam, & Ioſiam, ″omnes ſceleratè deliquerunt.

6 Nam deſeruerunt legem Altiſſimi, Regéſque Iuda defecerunt.

7 Aliis itaque tradidit cornu eorum, & gloriam genti alienæ.

8 Electam ſanctitatis vrbem incēdit, ″vicóſque iuxta vaticinium Ieremiæ deſolauit.

9 ″Hunc enim malè tractauerant, quum ab vtero Propheta ad extirpandum, affligendum, ac perdendum, rurſúmque ad ædificandum & plantandum conſecratus eſſet.

10 ″Ezeciel autem intuitus eſt viſum gloriæ, quod ei in curru Cherubim oſtenſum eſt.

11 Hic ſub imbre meminit inimicorum, rectáque via incedentes direxit.

12 Duodecim quoque Prophetarum oſſa de locis ſuis reuireſcāt, ″memoriáque eorum fauſta ſit atque beata: nam quiſque eorum conſolati ſunt Iacob, eúmque ſpe certa redemerunt.

13 ″Quomodo Zorobabelem extollemus, qui quoddam in manu dextera ſigillum eſt?

14 ″Atque item Ieſus Ioſedec filius, qui temporibus ſuis ædificauerunt domum, templúmque ſanctum ad gloriam ſempiternā Domino paratum erexerunt.

15 ″Inter electos etiam eſt diuturnæ memoriæ Neemias, qui nobis muros collapſos excitauit, portáſque inſtaurauit cum obicibus, ac domuum noſtrarum fundamenta denuò ſubſtruxit.

16 ″Nemo verò in orbe ſimilis Henoch extitit, vt qui de terra ſublimis aſſumptus ſit.

17 Neque Ioſepho par vir quiſquam ortus eſt: fratrum dux, populíque firmamentum, ″cuius oſſa conſeruata fuerunt.

18 19 ″Sem & Seth gloria excelluerunt inter homines: & in creatione rerum, Adam inter cuncta animantia.

Cap. L.

1 ADde & Simonem Oniæ filiū, pōtificem maximū, ″qui ſacrā ædem inſtaurauit in vita ſua, tēplúmque ætate ſua firmauit.

Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam, omnes peccatum commiſerūt.

Nā reliquerūt legē Altiſſimi, Reges Iuda, & contempſerunt timorē Dei.

Dederūt enim regnum ſuum aliis, & gloriam ſuam alienæ genti. B

|Incenderunt electam ſanctitatis ciuitatem, & deſertas fecerūt vias ipſius in manu Ieremiæ. 4.Reg.25.b.9

|Nam malè tractauerunt illum, qui à ventre matris conſecratus eſt Propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare & renouare. Iere.38.b.6 Iere.1.b.5

|Ezechiel qui vidit cōſpectum gloriæ, quam oſtēdit illi in curru Cherubim. Ezech.1.a.2

Nam commemoratus eſt inimicorum in imbre, benefacere illis qui oſtenderunt rectas vias. C

Et duodecim Prophetarū|oſſa pullulent de loco ſuo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt ſe in fide virtutis. Suprà 46.c.14

Quomodo amplificemus|Zorobabel? nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu Iſrael: Agg.2.g.24 1.eſd.3.a.2

|Et Ieſum filium Ioſedec? qui in diebus ſuis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum ſanctum Domino, paratum in gloriam ſempiternā. Zach.3.a.1 1.eſdr.3.a.2 agg.1.d.12 & 2.a.3 D

|Et Nehemias in memoriam multi temporis, |qui erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas & ſeras, qui erexit domos noſtras. Nehem.7.a.1 2.eſd.1.a.1 2.Eſdr.7.a.1

|Nemo natus eſt in terra qualis Henoch: nā & ipſe receptus eſt à terra. Gene.5.c.24 heb.11.a.5

|Et Ioſeph qui nat⁹ eſt homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentū populi: Gen.41.f.44, & 42.a.6, & 44.d.16, & 45.c.8, & 50.c.18

Et oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetauerunt.

|Seth & Sem apud homines gloriā adepti ſunt, & ſuper omnem animā in origine, Adam. Gen.5.a.3.d.32

Cap. L.

SImon Oniæ filius, ſacerdos magn⁹, qui in vita ſua ſuffulſit domū, & in dieb⁹ ſuis corroborauit populū. 2.Mach.3.a.4

5 Omnes ſceleratè deliquerunt. πάντες πλημμέλειαν ἐπλημμέλησαν. omnes errore errauerunt. Alii, perfidioſè deliquerunt. πλημμελεῖν verbum hic mihi videtur ſignificare aliquid impiè ac ſceleratè in Deum committere, iniquè & cum iniuria agere, eúmque offendere: & πλημμέλεια aut πλημμέλημα huiuſmodi iniuria dicitur aduerſus maieſtatem Dei facta: vt piaculum, & aliquid ſecus ac perperam admiſſum aduerſus Deū. Sed cuiuſmodi delictum fuerit, ea quæ ſequuntur ſatis oſtendunt. Dereliquerunt enim legem Altiſſimi, ac Reges eorum deſciuerunt.

8 Vicóſque iuxta vaticinium Ierem. deſol. καὶ ἠρήμωσε τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐν χειρὶ ἱερεμίου. & deſertas fecit vias eius in manu Ieremiæ. i. in virtute prophetiæ eius quem Deus miſerat, eíque poteſtatem dederat ad euellendum & plantandum, ad perdendum ac ſeruandum. Non enim eſt inanis doctrina Prophetarum, ſed maxima cum virtute coniuncta. 9 Hunc enim malè tractauerant, &c. ″ἐκάκωσαν γὰρ αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἐν μήτρᾳ ἡγιάσθη προφήτης ἐκριζοῦν. Afflixerant enim [aut, vexarant] illum, & ipſe in matrice ſanctificatus eſt Propheta ad eradicandum. Verba Domini ſunt, Ierem. 1. b. 10, Ecce ego poſui verba in os tuum, ecce ego conſtitui te hodie ſuper gentes ac ſuper regna, vt conuellas & extirpes, vt perdas ac diſſipes, vt ædifices & plantes. 10 Ezeciel autem intuitus eſt, &c. ἰεζεκιὴλ ὃς εἶδεν ὅρασιν δόξης, Ezeciel qui vidit viſionē gloriæ. De hac viſione habes Ezech. 1. 12 Memoriáque eorū, &c. καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐν εὐλογίαις, & memoria eorū in benedictionibus. id eſt, ſit benedicta. Cauſam ſubiicit, παρεκάλεσαν γὰρ τὸν ἰακὼβ καὶ ἐλυτρώσαντο αὐτοὺς ἐν πίστει ἐλπίδος. Cōſolati enim ſūt Iacob, ac redemerunt in fide ſpei. id eſt in ſpe fida ac certa. veriſſimis enim promiſſionibus populi redemptionem ſemper confirmarunt, eámque re ipſa atque euentu comprobarunt. 13 Quomodo Zorobabelem extollemus, &c. πῶς μεγαλύνωμεν τὸν ζοροβάβελ, καὶ αὐτὸς ὡς σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρός; Quomodo magnificemus Zorobabel, & ipſe quaſi ſignaculum in manu dextera? Cōparat Zorobabel ſigillo quod eſt in manu dextera, propterea quòd Deus redemptionem ſalutémque populi antea promiſſam, tandem Zorobabelis manu atque ductu confirmauit. Eo enim duce populus in patriam reuerſus eſt. 14 Atque item Ieſus Ioſedec filius, οὕτως ἰησοῦς υἱὸς ἰωσεδέκ, Sic Ieſus filius Ioſedec. Hic ſacerdos magnus fuit, cuius inſignem in populo reducendo temploque reficiendo operam ex Aggæi prophetia & Eſdræ hiſtoria cognoſcimus. 15 Inter electos etiā eſt, &c. καὶ ἐν ἐκλεκτοῖς τῶν νεεμίας, οὗ ἐπὶ πολὺ τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ. In electis fuit Neemias, cuius multa memoria eius. Huius nomine liber ſecundus Eſdræ inſcribitur. 16 Nemo verò in orbe ſim. Henoch ext. οὐδεὶς ἐκτίσθη τοιοῦτος ἐπὶ τῆς γῆς, οἷος ἐνώχ, Nullus in terra talis creatus eſt, qualis Henoch. Hoc loco ordo eſt perturbatus ac confuſus: ſurſum enim verſum ad primos parentes reuertitur vſque ad ipſum Adam. Hæc autem ordinis immutatio non eſt iniucunda, nec obliuione aut negligentia, ſed certa ratione facta. 17 Cuius oſſa conſeruata fuerunt. καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἀπεσκέπησαν. & oſſa eius contecta [aſſeruatáque] fuerunt. Ioſephus aromatibus conditus in arcámque repoſitus eſt in AEgypto, atque inde in terram Chanaam tranſlatus. Quædam exemplaria legunt, ἐπεσκέπη ὑπὸ κυρίου viſitata ſunt à Domino, à verbo ἐπισκέπτομαι quod inſpicere aut viſitare ſignificat. Dominus enim eorum curam habuit, quum filios Iſrael eduxit è terra AEgypti. vtraque lectio probari poteſt. 18 Sem & Seth gloria excelluer. &c. σὴμ καὶ σὴθ ἐν ἀνθρώποις ἐδοξάσθησαν, καὶ ὑπὲρ πᾶν ἐν τῇ κτίσει, ἀδάμ. Sem & Seth in hominibus glorificati ſunt, & ſuper omne in creatione, Adam. Fuit enim ſumma dignitate ornatus, & ad imaginem Dei conditus. Hæc naturæ excellentia nulli alii animali tributa eſt.

″Legitur & ἐκάκωσε ſingu. num.

IN CAPVT L.

1 Qui ſacram ædem inſtaurauit in vita ſua, ὃς ἐν ζωῇ αὐτοῦ ὑπέρραψεν οἶκον, qui in vita ſua ſuffulſit domum. ῥάπτω ſignificat Reſarcio, reficio. Hoc loco ſartumtectum curo, ſiue inſtauro.

Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio & excelſa templi.	2	Ab hoc duplex altitudo fundata eſt, excelſum munimen illud templum ambiens.
In diebus ipſius remanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum.	3	"Huius tẽporibus receptacula aquarum diminuta, *inſtaurata fuerunt*, & ænea facta tanquam mare.
Qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à pernicie.	4	"Hic populo ſuo maxima cum cura cauit à ruina, in vrbéque munitionibus includenda elaborauit.
Qui præualuit amplificare ciuitatẽ, qui adeptus eſt gloriã in cõuerſatione gẽtis, & ingreſſum domus & atrii amplificauit.	5	"Quàm ſe gerebat honorificè, quũ verſabatur in populo, quũque è domicilio velo prætento procedebat!
Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet:	6	Quaſi ſtella matutina inter nebulas, & perĩde ac luna plena diebus ſuis:
Et quaſi ſol refulgẽs, ſic ille effulſit in templo Dei:	7	"Veluti ſol irradians templum Altiſſimi, vt arcus illuminãs nubes gloria illuſtres:
Quaſi arc⁹ refulgẽs inter nebulas gliæ, & quaſi flos roſarũ in dieb⁹ vernis, & quaſi lilia quæ ſũt ĩ trãſitu aquæ, & quaſi th⁹ redolẽs in diebus æſtatis:	8	"Vt flos roſarum verno tempore, & quaſi ad aquas profluentes lilia, vt thurifer ſurculus tempore æſtatis:
Quaſi ignis effulgẽs, & thus ardẽs in igne:	9	Et vt ignis aut thus in foco, "vt vas auro ſolidum, omni lapide pretioſo exornatum:
B Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo:	10	
Quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in altitudinẽ ſe extollẽs, in accipiẽdo ipſum ſtolam gloriæ, & veſtiri eum conſummatione virtutis.	11	"Vt olea præclara & fructifera, & quaſi cupreſſus quæ ad nubes vſque exaltatur.
In aſcenſu altaris ſancti, gloriã dedit ſanctitatis amictum.	12	"Quum ſumebat veſtem gloria præſtantem, quũque omni magnificentia induebatur, atque in aſcẽſu ſacri altaris amictum ſanctitatis decorabat:
In accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe ſtãs iuxta arã:	13	Partes item è manibus ſacerdotum accipiebat, ſtãs ad focũ aræ.
Circa illũ corona fratrũ, & quaſi plãtatio cedri in monte Libano, ſic circa illum ſteterũt quaſi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria ſua.	14	Cingebat eum corona fratrum, vt plantæ cedrum in Libano natam, & vt palmarum ſurculi:
Oblatio autẽ Domini in manibus ipſorũ coram omni ſynagoga Iſrael: & conſummationem fungens in ara, amplificare oblationẽ excelſi Regis.	15	"Omnibus ſcilicet qui ab Aarone orti ſunt, cum ſua magnificẽtia circunſtantibus, ſacrificiáque Domini, manu tenentibus corã vniuerſo cœtu Iſraelis.
Porrexit manum ſuam in libatione, & libauit de ſanguine vuæ.	16	"Ita ille miniſtrans ſuper aram vt ſacrũ perageret, ſacrificiúmque ſummi atque omnipotentis Dei decoraret, manum ſuã protendebat ad libamina:
Effudit in fundamento altaris odorem Diuinum excelſo principi.	17	"Liquorémque vuæ ſanguineũ libabat, atque ad baſim aræ ſummo rerum Rectori fragrans odoramentum effundebat.

3 Huius temporibus receptacula aquarum diminu. &c. ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἠλαττώθη ἀποδοχεῖα ὑδάτων. In diebus eius diminuta fuerunt receptacula aquarum. Videtur verbum aliquod deeſſe, Reſtituta, aut inſtaurata. Nam laudat hîc Simonem quòd publica loca vaſáque refecerit. Sequitur in eodem verſu, χαλκὸς ὡσεὶ θαλάσσης τὸ περίμετρον, æs vt maris immenſum. id eſt, magnitudo maris, vaſis in quo aqua continebatur. Significat Simonem vas quoddam æneum curaſſe ea magnitudine quam mare, vas fuſile ita appellatum, habebat. Huius deſcriptionem vide 3. Reg. 7. d. 23. 4 Hic populo ſuo, &c. ὁ φροντίζων τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπὸ πτώσεως, καὶ ἐνισχύσας πόλιν, καὶ πολιορκήσας. Curam habens populi ſui à caſu, & confirmans [aut, fortificans] ciuitatem, & obſidens. id eſt, cingens munitionibus, atque includens. Hîc enim πολιορκεῖν non ſignificat obſidionem hoſtilem ad vrbem oppugnandam, ſed munitionem ad propugnandam. 5 Quàm ſe gerebat honorificè, &c. ὡς ἐδοξάσθης ἐν περιστροφῇ λαοῦ, ἐν ἐξόδῳ οἴκου καταπετάσματος· Quàm glorificatus es in conuerſatione populi, in exitu domus veli! id eſt quũ egredereris è ſanctuario, in quod ſolus ſummus ſacerdos ingrediebatur. Erat autem ſanctuarium velo obtentum.

7 Veluti ſol irradians templum Altiſſ. &c. ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ναὸν ὑψίστου, ὡς τόξον φωτίζον νεφέλας δόξης. Vt ſol refulgens [aut, reſplendeſcens] in templum Altiſſimi, vt arcus illuſtrans nubes gloriæ. Alii vertunt, In ſplendidis refulgẽs nubibus à gloria: ſed nubes gloriæ phraſi Hebraica dici poſſunt proGlorioſæ, ſiue gloria inſignes: vt veſtis gloriæ, pro præclara & magnifica.

8 Vt flos roſarum verno tempore, &c. ὡς ἄνθος ῥόδων ἐν ἡμέραις νέων, ὡσεὶ κρίνα ἐπ' ἐξόδῳ ὕδατος, ὡς βλαστὸς λιβάνου ἐν ἡμέραις θέρους. Quaſi flos roſarum in diebus nouorum, quaſi lilia in exitu aquæ, vt germen Libani in diebus æſtatis. Hæc ſimilia rerum pulcherrimarum ſunt ad habitum amictúmque ſummi ſacerdotis demonſtrandum maximè accommodata. 9 Vt vas auro ſolidum, &c. ὡς σκεῦος χρυσίου ὁλοσφύρητον, κεκοσμημένον παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ. vt vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. Alii vertunt, Omnigena gemma decoratum.

11 Vt olea præclara & fructifera, &c. ὡς ἐλαία ὡραία ἀναθάλλουσα καρπούς, καὶ ὡς κυπάρισσος ὑψουμένη ἐν νεφέλαις. Vt oliua ſpecioſa [aut, decora] germinans fructus, & quaſi cupreſſus exaltata in nubibus. Significat ſummam altitudinem ac proceritatem arboris, cuius faſtigium mirandum in modum extollitur. 12 Quum ſumebat veſtem gloria, &c. ἐν τῷ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν στολὴν δόξης, καὶ ἐνδιδύσκεσθαι συντέλειαν καυχήματος, ἐν ἀναβάσει θυσιαστηρίου ἁγίου ἐδόξασε περιβολὴν ἁγιάσματος. Quum ſumeret ipſe ſtolam gloriæ, ac veſtiret conſummationem gloriationis, in aſcenſu altaris ſancti glorificauit ambitum [ſiue, circuitum] ſanctitatis. Mihi magis placet περιβολὴν verti Veſtitum, cultum, amictum: nam hæc etiam ſignificat. Cõſummatio autem gloriationis Hebraica phraſi dicitur pro Gloria magnificentiáque perfecta quæ in eo veſtitu ornatúque inerat, quem antea deſcripſit quum de Aarone loqueretur. 15 Omnibus ſcilicet qui ab Aarone, &c. καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν ἐν δόξῃ αὐτῶν, καὶ προσφορὰ κυρίου ἐν χερσὶν αὐτῶν ἔναντι πάσης ἐκκλησίας Ἰσραήλ. Et omnes filii Aaron in gloria ſua, & oblatio Domini in manibus eorum coram omni eccleſia Iſrael. Hæc habent explicationem ſuperiorum: oſtendit enim qua corona & frequentia ſummus ſacerdos cingeretur filiorum Aaronis ac Leuitarum circum altare aſtantium. 16 Ita ille miniſtrans ſuper aram, &c. καὶ συντελείᾳ λειτουργῶν ἐπὶ βωμοῦ, κοσμῆσαι προσφορὰν ὑψίστου παντοκράτορος, ἐξέτεινεν ἐπὶ σπονδείου χεῖρας αὐτοῦ. Et conſummationem miniſtrans ſuper aram, vt ornaret oblationem Altiſſimi omnipotentis, porrigebat in libatione manus ſuas. Miniſtrare conſummationem dicit pro Exequi ſacrificiũ, ſacrúmque peragere atque perficere. 17 Liquorémque vuæ ſanguineum libabat, &c. καὶ ἔσπεισεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς, ἐξέχεεν ἐπὶ θεμέλια θυσιαστηρίου ὀσμὴν εὐωδίας ὑψίστῳ παμβασιλεῖ. Et libauit ex ſanguine vuæ, effundebat ad fundamenta altaris odorem ſuaueolentiæ [ſiue, fragrantiæ] altiſſimo omnium Regi. Sanguis vuæ vinum ab Hebræis propter colorem appellatur.

'Tum filii Aaronis exclamare,tubiſq; ductilibus clangere,& co 18
ram Altiſſimo vocem ingentem edere cauſa memoriæ.
'Tum quoque populus omnis cõmuniter in idem incumbere, 19
atque humi procidere pronus in faciem,vt Dominũ ſuum Deum
omnipotentem ac ſummum adorarent.
'Cantores etiam vocibus laudes agere, vt ſuaue plurimo ſono 20
carmen ederetur.
'Interim populus ſummo Domino ſupplicare, precéſque fun- 21
dere coram Miſericordi:donec abſolueretur cultus ipſius, ſacráq;
miniſteria peragerentur.
Deinde quum deſcendiſſet,ille manus ſuas ad omnem cœtum 22
Iſrael extendere,laudes Domino labiis ſuis tribuendo,gloriãdóq;
illius nomine:
'Inde rurſus adorabat, vt benedictionem Altiſſimi perciperet. 23
Nunc quoque laudate Deum qui ſolus vbiq; magna facit, 'qui 24
nobis ab vtero incrementa vitæ dat,ac nobiſcũ pro ſua miſericor-
dia agit.
Is nobis det cordis lætitiam,noſtríſque temporibus pacem cõ- 25
cedat,vt priſcis ſeculis in Iſrael:
'Et miſericordiam ſuam in nobis ratam faciat, nóſque tempo- 26
ribus ſuis redimat.
Duabus gentibus infenſus eſt animus meus, atque tertiæ quæ 27
minimè eſt gens:
Iis videlicet qui tenent montẽ Samariæ, & incolis Palæſthinæ, 28
ſtultóque populo habitanti Sichimis.
'Doctrinam prudentiæ ſcientiæque conſcripſit in hoc libro Ie- 29
ſus filius Sirach Eleazaro nati, Hieroſolymitanus:in quo ſapien-
tiam animi ſui effudit.
Beatus eſt qui verſatus fuerit in his: & qui ea in corde ſuo repo 30
ſuerit,euadet ſapiens.
Nam ſi hæc egerit,valebit ad omnia:quia veſtigiũ ponit in luce 31
Domini qui piis ſapientiam dat. Laudetur Deus in perpetuum.
Fiat,fiat.

Cap. L I.

PRECATIO IESV FILII SIRACH.

C'Elebrabo te Domine Rex, téque ſeruatorem meum collau- 1
dabo:nomen tuum prædicabo.

18 Tunc exclamauerũt filii Aaron, in tubis productilibus ſonuerunt,& auditam fecerunt vocẽ magnam in memoriam coram Deo. C

19 Tunc omnis populus ſimul properauerunt, & ceciderunt in faciẽ ſuper terram adorare Dominũ Deum ſuũ, & dare preces omnipotenti Deo excelſo.

20 Et amplificauerũt pſallentes in vocibus ſuis, & in magna domo auctus eſt ſonus ſuauitatis plenus.

21 Et rogauit populus Dominum excelſum in prece, vſquedum perfectus eſt honor Domini, & munus ſuum perfecerunt.

22 Tunc deſcendens,manus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſrael,dare gloriam Deo à labiis ſuis,& in nomine ipſius gloriari.

23 Et iterauit orationem ſuam, volẽs oſtendere virtutem Dei:

24 Et plus orauit Deum omnium,qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies noſtros à ventre matris noſtræ, & fecit nobiſcum ſecũdum ſuam miſericordiam. D

25 Det nobis iucunditatem cordis,& fieri pacem in diebus noſtris in Iſrael per dies ſempiternos:

26 Credere Iſrael nobiſcum eſſe Dei miſericordiam, vt liberet nos in diebus ſuis.

27 Duas gentes odit anima mea: tertia autem non eſt gens, quã oderim.

28 Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthiim:& ſtultus populus qui habitat in Sichimis.

29 Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſus filius Sirach Ieroſolymita, qui renouauit ſapientiam de corde ſuo.

30 Beatus qui in iſtis verſatur bonis: qui ponet illa in corde ſuo,ſapiens erit ſemper.

31 Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit:quia lux Dei,veſtigiũ eius eſt.

Cap. L I.

ORATIO IESV FILII Sirach.

1 COnfitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum.

18 Tum filii Aaronis,&c. Τότε ἀνέκραγον οἱ υἱοὶ ἀαρὼν, ἐν σάλπιγξιν ἠλαταῖς ἤχησαν. Tum exclamauerunt[aut,exclamabant]filii Aaron,in tubis ductilibus ſonuerũt. Mihi nõ diſplicet hoc loco figura orationis,qua infinitiuus pro præterito imperfecto vſurpatur,vt Exclamare,pro Exclamabant. eſt enim Latinis vſitata atque elegans,quum aliquid narratur. 19 Tum quoque populus,&c. Τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ κατέσπευσε, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν. Tum omnis populus communiter properauit,& ceciderũt in faciem in terram. Verbum κατασπεύδειν ſignificat ſtudium populi ſumma animi alacritate in eundem pietatis cultum incumbentis. 20 Cantores etiam vocibus,&c. καὶ ᾔνεσαν οἱ ψαλμῳδοὶ φωναῖς αὐτῶν,ἐν πλείστῳ ἤχῳ ἐγλυκάνθη μέλος. Et laudauerunt cantores vocibus ſuis, in plurimo ſono dulce factum eſt melos.ſiue,modulatio ſuauis eſt edita.à μέλος μελῳδία,cantus dulcis ſumma iucunditate aures demulcens.

21 Interim populus ſummo,&c.καὶ ἐδεήθη ὁ λαὸς κυρίου ὑψίστου ἐν προσευχῇ κατέναντι τοῦ ἐλεήμονος,ἕως συντελεσθῇ ὁ κόσμος κυρίου. Et rogauit populus Dominum altiſſimum in oratione coram Miſericorde,donec perficeretur ornatus Domini.i. cultus quem Deo ſumma cum pietate tribuebant. 23 Inde rurſus adorabat,&c. καὶ ἐδευτέρωσεν ἐν προσκυνήσει ἐπιδέξασθαι τὴν εὐλογίαν παρὰ ὑψίστου. Et iterauit in adoratione, vt acciperet benedictionem ab Altiſſimo.Quidam codices legunt ἐδευτέρωσαν iterarunt in plurali, vt totum cœtum comprehẽdat:ſed prior lectio propoſito textui videtur melius congruere.Si mauis de toto corpore intelligere,tibi erit liberum.

24 Qui nobis ab vtero,&c.τὸν ὑψοῦντα ἡμέρας ἡμῶν ἐκ μήτρας, qui exaltat dies noſtros à matrice. id eſt,qui dies noſtros facit creſcere ab vtero.In eo enim viuimus,mouemur,ac ſumus,inquit Paulus,Act.17.f.28. 26 Et miſericordiam ſuam,&c. ἐμπιστεῦσαι μεθ' ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ °λυτρώσασθαι ἡμᾶς. Vt cum fide faciat nobiſcũ miſericordiã ſuã,& in diebus ſuis liberet nos. Quædã exemplaria legunt ἐν ἡμέραις ἡμῶν in diebus noſtris:quæ lectio mihi magis probatur.Ex hoc loco intelligere poſſumus,quàm miſera fuerit conditio Iudæorum eo tempore quo author huius libri hæc ſcripſit. 29 Doctrinam prudentiæ,&c. παιδείαν συνέσεως καὶ ἐπιστήμης ἐχάραξεν ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Doctrinam intelligentiæ ac ſcientiæ ſcripſit in hoc libro. Hic locus continet inſcriptionem authoris, librique commendationem.Inſcribitur Ieſu filio Sirach Hieroſolymitano.

°Legitur & λυτρωσάσθω.

IN CAPVT LI.

1 Celebrabo te Domine Rex,&c. ἐξομολογήσομαί σοι κύριε βασιλεῦ, καὶ αἰνέσω σε θεὸν τὸν σωτῆρά μου· ἐξομολογοῦμαι τῷ ὀνόματί σου. Confitebor tibi Domine Rex, & laudabo te Deum ſeruatorem meum:confitebor nomini tuo. Alii hæc verba vertunt in tempus præſens,Celebro te:ego malo futurum retinere,quo author vſus eſt in duobus primis membris:eſt enim in his quædam propoſitio inſtitutæ precationis,ſiue potius gratiarum actionis quæ ἐξομολόγησις appellatur. Commemorat enim duo ſumma Dei beneficia,cùm vitæ ex maximis periculis conſeruatæ,tum ſapientiæ ſibi datæ.

2 Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi:

3 Et liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendaciũ: & in conſpectu aſtãtiũ factus es mihi adiutor:

4 Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam:

5 De manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationũ quæ circundederunt me:

6 A preſſura flammæ quæ circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus.

7 De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mẽdacii, à Rege iniquo, & à lingua iniuſta.

8 Laudabit vſque ad mortem anima mea Dominum.

B 9 Et vita mea appropinquãs erat in inferno deorſum.

10 Circundederunt me vndique, & nõ erat qui adiuuaret: reſpiciẽs eram ad adiutorium hominum, & non erat.

11 Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ, quæ à ſeculo ſunt:

12 Quoniam eruis ſuſtinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.

13 Exaltaſti ſup terrã habitationẽ meã, & pro morte defluẽte deprecat⁹ ſum.

14 Inuocaui Dominum patrẽ Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio.

15 Laudabo nomẽ tuũ aſſiduè, & collaudabo illud in cõfeſſione: & exaudita eſt oratio mea.

16 Et liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de tempore iniquo.

17 Propterea confitebor, & laudẽ dicam tibi, & benedicam nomini Domini.

C 18 Quũ adhuc iunior ſum, prius quàm oberrarem, quæſiui ſapientiam palàm in oratione mea.

19 Ante tempus poſtulabam pro illa, & vſque in nouiſſimis inquiram eã,

2 Qui mihi defẽſor fuiſti & adiutor, quòd ſeruaris corpus meum ab interitu:

3 'Et à laqueo linguæ calũniatricis & mendacio deditæ, contráq; aduerſarios mihi auxilium tuleris:

4 'Méque pro magnitudine miſericordiæ tuæ liberaſti à fremitibus eorum qui ad me deuorandum parati erant:

5 Atque etiam è manu vitam meam quærentiũ, è plurimis quas perpeſſus ſum, afflictionibus:

6 "A ſuffocatione ignis vndique me inuadentis, è medio ignis, ita vt in eo non arſerim:

7 Ex profundo Orci vẽtre, ab impura lingua, 'à falſa apud Regem criminatione, & ab iniuſtæ linguæ calumnia.

8 Ad mortem vſque appropinquarat anima mea,

9 Vitáque deorſum quamproxime Orcum acceſſerat.

10 Comprehenſum me tenebant vndique, nec vllus erat qui opem ferret: ad auxilium hominum reſpiciebam, ſed nullum erat.

11 Tum miſericordiæ tuæ Domine, recordatus ſum, "& huius conſuetudinis qua vſus es à ſeculo:

12 Quoniam tu liberas eos qui te expectãt: atque è manibus gentium vindicas.

13 "Ergo è terra ſuſtuli precationem, & vt à morte liberarer, oraui.

14 'Dominum inuocaui Domini mei patrem, ne me derelĩqueret in diebus afflictionis, "quũ eſſem omni ſuperborũ ope deſtitutus.

15 Laudabo nomen tuum aſſiduè, "& cum gratiarũ actione decantabo: precatio enim mea eſt exaudita.

16 Seruaſti me ab interitu, atque à tempore malo liberaſti.

17 "Propterea gratias tibi agã, laudéſque tribuam: ac nomen tuum celebrabo.

18 "Iuuenis adhuc antequam peregrinarer, palàm precatione mea ſapientiam quæſiui.

19 Hanc petebam ante templum, "& vſque ad extremum exquiram

3 Et à laqueo linguæ, &c. καὶ ἐκ παγίδος διαβολῆς γλώσσης, ἀπὸ χειλέων ἐργαζομένων ψεῦδος. Et à laqueo calumniæ linguæ, à labiis operantiũ mendacium. Aduerſus hoc linguæ periculum orat Dauid Pſalmo 120.a.2, Domine eripe animam meam à labio mendaci, à lingua doloſa.

4 Méque pro magnitudine, &c. καὶ ἐλυτρώσω με κατὰ τὸ πλῆθος ἐλέους σου ἐκ βρυγμῶν ἑτοίμων εἰς βρῶμα. Et redemiſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ à fremitibus paratis ad eſcam. Similitudo ſumpta à ſæuitia rabiéque beſtiarum voracium ad prædam frementium, qua ſignificatur hominum infeſtorum immanitas, 6 A ſuffocatione ignis, &c. ἀπὸ πνιγμοῦ πυρὸς κυκλόθεν, ἐκ μέσου πυρὸς οὗ οὐκ ἐξέκαυσα. A ſuffocatione ignis in circum, è medio ignis quo non ſum combuſtus. Significat ſe conſeruatum fuiſſe à conflagratione ignis ad eius ſupplicium atque interitum conſtructi: ſicut fuerunt tres adoleſcentes Danielis ſocii. Sunt autem hæc beneficia vitæ ſeruatæ, & è maximis periculis ereptæ, quæ grato ac pio animo commemorantur. 7 A falſa apud Regem criminatione, καὶ ἐκ λόγου ψευδοῦς βασιλεῖ, & à falſo ſermone Regi. Hîc videtur deeſſe præpoſitio, παρὰ βασιλεῖ apud Regem: vt ſignificet aliquid falſò de ſe ad Regem delatum eſſe, ſéque crimine eo liberatum. Huic enim calumniæ inuidiǽque ſunt opportuni viri boni Deúmque timẽtes, qui in aulis principum verſantur. verbum autem Redemiſti ſuprà poſitum, in his omnibus eſt repetendum. 11 Et huius conſuetudinis, &c. καὶ τῆς ἐργασίας ταύτης ἀπ' αἰῶνος. & operationis huius à ſeculo. Alii vertunt, Et eorum quæ ab æuo condito geſſiſſes: ſed non ſatis reddunt vim verbi Græci. Significat enim perpetuam Dei conſuetudinem propriúmque eius opus, liberare periculis eos qui ipſum in afflictionibus inuocant atque expectant. Rationem ſtatim ſubiungit. Quoniam tu liberas eos qui te expectant, atque è manibus gentium vindicas. vel, è manibus inimicorum. nam vtrunque legitur. 13 Ergo è terra ſuſtulit precationem, &c. καὶ ἀνύψωσα ἀπὸ γῆς ἱκετίαν μου, καὶ περὶ θανάτου ῥύσεως ἐδεήθην. Et exaltaui à terra ſupplicationem meam, ac pro mortis liberatione oraui. Quum dicit à terra extuliſſe ſupplicationem, ſignificat humilitatem ſuam & afflictionem: quaſi abiectus humi fuerit. Hoc enim ſancti ſæpe teſtantur, ſe terræ puluerique adhæſiſſe: in quo vis fidei atque orationis demonſtratur, quæ ad cælum & ad Deum attollitur. 14 Dominum inuocaui Domini mei patrem, καὶ ἐπεκαλεσάμην κύριον πατέρα κυρίου μου. Et inuocaui Dominum patrem Domini mei. Mihi dubium non videtur, quin intelligat patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti Redemptoris ac Mediatoris, qui ab aliis eo & ab aliis piis eo tẽpore expectabatur. Sic Daniel quũ orat Deum pro ſuis & populi peccatis, addit, Propter Dominum per quem noſtræ preces exaudiuntur. Quum eſſem omni ſuperb. &c. ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων ἀβοηθησίας. in tempore ſuperborum deſtitutionis: id eſt, quum omni auxilio ſuperborum deſtitutus ac deſertus eſſem. 15 Et cum gratiarum, &c. καὶ ὑμνήσω ἐν ἐξομολογήσει. & collaudabo in confeſſione. Confeſſio apud Hebræos accipitur pro laudatione ac celebratione nominis Dei, in qua teſtificatio accepti beneficii gratáque memoria ineſt. 17 Propterea gratias tibi, &c. διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι, καὶ αἰνέσω σε, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου κύριε. Propterea confitebor tibi, & laudabo te, & benedicam nomen tuũ Domine. Verbũ εὐλογεῖν in Scriptura accipitur ſæpe pro Laudare atque prædicare. 18 Iuuenis adhuc anteq. pereg. ἔτι ὢν νεώτερος πρὶν ἢ πλανηθῆναί με, Adhuc exiſtens iuuenis, priuſquam ego errarem. Verbum πλανᾶσθαι ſignificat tũ errare ac peccare, idem quod ἁμαρτεῖν, tum etiam vagari terráſque orbis peragrare, in qua ſignificatione habet aliquando accuſatiuum: vt Plato dixit πλανηθῆναι πολὺν τόπον, multa loca obire & luſtrare: & ſuprà aliquoties in hoc ſignificatu hic author vſus eſt. itaque mihi placet vt hoc quoque loco ita accipiatur. Cõmemorat autem alterum beneficii genus in quo ſapientiam ſibi à Deo tributam teſtatur: cæteróſque ad eam ſummo ſtudio quærendam ſuo exemplo adhortatur.

'Legitur & ἀπὸ ὀργῆς ab ira.

19 Et vſque ad extremum, &c. καὶ ἕως ἐσχάτου ἐκζητήσω αὐτήν, ἐξ ἄνθους ὡς περκαζούσης σταφυλῆς. & vſque ad extremum exquiram eam, ex flore matureſcentis vuæ. Lectio eſt obſcura & dubia: nam ſimilitudo vuæ matureſcentis ita diſtinguitur in omnibus codicibus, vt ſit incertũ an ad præcedentia referri debeat, ſicut nos retulimus, an ad ea quæ ſtatim ſequuntur, Cor meum in ea lætatũ eſt: quaſi diceret, Ex flore eius quaſi vuæ ad maturitatem accedentis lætitiam percepi. Locus mihi videtur eſſe deprauatus.

Σοφία Ιησοῦ υἱοῦ Σιράχ. 50

eam in modum vuæ matureſcentis effloreſcentem.

20 Cor meum in ea lætatū eſt,pes meus rectà ingreſſus,etiam inueſtigaui eam à iuuentute mea.

21 ″Aurem meam admoui modicè,ac didici, multámque mihi doctrinam comparaui.

22 ʹQuum itaque progreſſum in ea fecerim, tribuam gloriam ei
23 qui mihi ſapientiam dedit.

24 ʹDecreui enim eam præſtare,ſectaríque quod bonum eſt:neque vllo pudore afficiar.

25 ʹAnimus meus ſecum conflictatus eſt,meáque perpendi facta:

26 Extēdi manus meas in altū,atque ignorationes eius recognoui.

27 Direxi ad illā animum meū″atque in purificatione eam inueni.

28 Coniunctum cum ea cor adeptus ſum ab initio , propterea non derelinquar.

29 ″Viſcera mea ſunt commota ad quærendam illam, propterea bonam poſſeſſionem nactus ſum.

30 Dominus linguā mihi dedit mercedē meā,eáque ipſū laudabo.

31 ʹAccedite ad me ô imperiti,atq; in domo diſciplinæ verſamini.

32 Quidnam cunctamini? aut quid dicitis ſuper his,quum animæ veſtræ vehementer ſitiant?

33 Aperui os meum,ac loquutus ſum:ſine argēto vobis cōparate.

34 Ceruicem veſtram iugo ſubiicite , & anima veſtra ſuſcipiat diſciplinam:eam inuenire in promptu eſt.

35 ″Veſtris videte oculis me parum laboraſſe , multámque mihi requiem nactum eſſe.

36 Participes eſtote diſciplinæ cū maximo argenti numero : nam cum ea multum auri acquiretis.

37 Anima veſtra lætetur in benignitate eius, neque vos laudis ipſius pudeat.

38 ″Agite maturè opus veſtrum, & ipſe dabit vobis mercedem in ſuo tempore.

& florebit tanquam præcox vua.

Lætatum eſt cor meum in ea , ambulauit pes meus iter rectum:à iuuētute mea inueſtigabam eam.

Inclinaui modicè aurem meā,& excepi illam.

Multam inueni in meipſo ſapientiam,& multum profeci in ea.

Danti mihi ſapientiā, dabo gloriā.

Cōſiliatus ſum enim vt facerem illam:zelatus ſum bonum,& non confundar.

Colluctata eſt anima mea in illa,& in faciēdo eam confirmatus ſum.

Manus meas extendi in altum , & in ſapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.

Animam meam direxi ad illam , & in agnitione inueni eam.

Poſſedi cum ipſa cor ab initio,propter hoc non derelinquar.

Venter meus cōturbatus eſt quærendo illam:propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem. D

Dedit enī mihi Dn̄s linguā mercedem meam,& in ipſa laudabo eum.

Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ.

Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ veſtræ ſitiūt vehementer.

Aperui os meum , & locutus ſum: [comparate vobis ſine argento: Eſaiæ 55.a.1

Et collum veſtrum ſubiicite iugo, &ſuſcipiat anima veſtra diſciplinā:in proximo eſt enim inuenire eam.

[Videte oculis veſtris quia modicū laboraui , & inueni mihi multam requiem. Suprà 6.c.29

Aſſumite diſciplinam in multo numero argēti,& copioſum aurum poſſidete in ea.

Lætetur anima veſtra in miſericordia eius,& non confundemini in laude ipſius.

Operamini opus veſtrum ante tēpus,& dabit vobis mercedem veſtrā in tempore ſuo.

ʹLegitur & δύναμιν,potentiam.

ʹLegitur & λιμοῦ.i.famis.

21 Aurem meam admoui,&c. ἔκλινα τὸ οὖς μου ὀλίγον, καὶ ἐδεξάμην, Inclinaui aurem meam parum,& ſuſcepi.aut,amplexus ſum.Subaudi Sapientiam.Dixit de ſuis precibus in quibus ſapientiam à Deo petiit,nunc ſuum ſtudium diſcendi φιλομαθίαν que oſtendit. Eſt enim etiam adhibenda diligens & ſtudioſa auſcultatio. 22 Quū itaque progreſſum,&c. προκοπὴ ἐγένετό μοι ἐν αὐτῇ, τῷ διδόντι μοι σοφίαν δώσω δόξαν. Profectus factus eſt mihi in ea,danti mihi ſapientiam dabo gloriam. Piè recognoſcit profectum progreſſúmque ſtudii ſui laudē eius Deo tribuens. 24 Decreui enim eā præſtare,&c. διενοήθην γὰρ τοῦ ποιῆσαι αὐτήν, καὶ ἐζήλωσα τὸ ἀγαθόν, καὶ οὐ μὴ αἰσχυνθῶ. Cogitaui enim facere eam,& æmulari bonum,& non confundar. Hæc eſt vera ratio ſapientiæ comparandæ,inſtitutio ac conſuetudo vitæ ad eius præcepta & monita conformatæ,quum ipſa vita doctrinæ reſpondet. 25 Animus meus ſecum,&c. διαμεμάχισται ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν ποιήσει μου διηκριβωσάμην. Colluctata eſt anima mea in ipſa,[.i.ſecum ipſa]& in actione mea diligenter exquiſiui.Idem dicit quod Dauid Pſal.119.verſu 59,Ruputaui vias meas,& reduxi pedes meos ad teſtimonia tua.Nam quandiu homines putabūt ſe rectè incedere ſine verbo Dei,nihil aliud poſſunt quàm errare. 27 Atque in purific.&c. καὶ ἐν καθαρισμῷ εὗρον αὐτήν. & in purificatione inueni eam. Hæc vera eſt ratio ſapientiæ percipiendæ,animi expurgatio,morum vitæque emendatio,ac correctio iuxta doctrinam legis Diuinæ, quemadmodum eſt in Pſal. 119. verſu 9, Quomodo puram efficiet adoleſcēs viam ſuam? in cuſtodiendo *eam* iuxta verbum tuum. Hæc purificatio coniuncta eſt cum mortificatione cupiditatum carnis. 29 Viſcera mea ſunt,&c, καὶ ἡ κοιλία μου ἐταράχθη ἐκζητῆσαι αὐτήν, Et venter meus commotus eſt vt eam quærerem. Quædam exemplaria habent καρδία,cor permotum eſt:ſed nomen ventris mihi non diſplicet,vt ſignificet interiora viſcera ſtudio ſapientiæ commota fuiſſe.Significat enim ardentiſſimam cupiditatem. 31 Accedite ad me ô imperiti, ἐγγίσατέ μοι ἀπαίδευτοι, Appropinquate mihi,[aut, πρός με ad me]imperiti.ſiue,indocti.Propoſito ſuo exemplo,nūc inſtituit exhortationem ad ſtudium ſapientiæ. 35 Veſtris videte oculis,&c. ἴδετε ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν ὅτι ὀλίγον ἐκοπίασα, Videte in oculis veſtris quòd parum laboraui. Quædam exemplaria non legunt Parum, ſed mihi non diſplicet ſi legatur, vt ſit quædam antitheſis ei quod ſtatim ſubiungitur, Et multam mihi requiem inueni:vt ſignificet ſe magis Dei beneficio,quàm proprio ſtudio laboréque ſapientiam conſequutum.

38 Agite maturè opus veſtrum,&c. ἐργάζεσθε τὸ ἔργον ὑμῶν πρὸ καιροῦ, καὶ δώσει τὸν μισθὸν ὑμῶν ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Operamini opus veſtrum ante tempus,& dabit mercedem veſtram in ſuo tempore. Quidam ita reddunt primum membrum, Ante amiſſam occaſionem fungimini officio veſtro: ſed mihi congruentior videtur ea verſio quam ſequutus ſum, vt maturitatem opportunitatémque ſtudii ſuſcipiēdi ſignificet, quam merces ſua à Deo propoſita & promiſſa conſequatur. Duo enim ſunt conſtituenda tempora, vnum ſapientiæ cognoſcendæ ac percipiendæ in quo ſtudium atque labor adhibetur:alterum poſterius in quo fructus laboris ſequitur,à Deóque tributus ſuauiſſimè percipitur: itaque author habens rationem temporis poſterioris,dicit ante tempus officium ſtudiúmque præſtandum,vt in tempore fructum promiſſum percipiamus.

Bb 2341/1

Bb
2341

BIBLIA
ROB. STEPHANI
TOM. I

ELISABETHA SOPHIA MARIA VERWITTWETE HERZOGINN ZU BR·U·LUN·

Doubl

GE Bibliothèque publique et universitaire
1061034947
A

Inſſ 5.b.8

Regn.9.e.29
Gene.19.e.24

Iere.6.e.20
amos 5.f.22

Prophetia Eſaiæ, Hebraicè ישעיה

VETVS.

Cap. I

Viſio Eſaiæ filii Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezeciæ Regum Iuda. 1

Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus eſt, Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. 2

Cognouit bos poſſeſſorē ſuū, & aſinus præſepe dn̄i ſui: Iſrael autē nō cognouit, & popul⁹ meus nō intellexit. 3

B Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. 4

Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationē? omne caput languidum, & omne cor mœrens: 5

A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens: non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. 6

Infrà 5.b.9 |Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: 7

C Et derelīquetur filia Siō vt vmbraculū in vinea, & ſicut tuguriū in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. 8

Rom.9.e.29 Gene.19.c.24 |Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemē, |quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. 9

Iere.6.e.20 amos 5.f.22 |Audite verbum Domini, principes Sodomorū, percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrhæ. 10

Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarū, dicit Dominus? plenus ſum holocauſto arietū, & adipe pin- 11

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Viſio Ieuשׂſayiáhu filii ″אAmoץs, quā vidit ″ſuper Iehudáh, & Ieruשׂſaláim in diebus ″עVziiáhu, Iothám, Anhaz, & Ienhizciiáhu Regum Iehudáh.

Quo tēnore prophetauit Eſaias.

2 Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniā Dominus ″locutus eſt, Filios ″enutriui, ″& exaltaui: ipſi autē ″præuaricati ſunt cōtra me.

3 ″Cognouit bos poſſeſſorem ſuū, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael non cognouit, populus meus non intellexit.

Igratitudo Iudæorum.

4 ″Væ genti peccatrici, populo ″graui iniquitate, ″ſemini malorū, filiis ″corruptoribus: dereliquerunt Iehouam, ″iraſci fecerunt Sanctum Iשׂſraאél, ″alienauerunt ſe retrorſum.

5 ″Propter quid percutiemini adhuc? addetis ″peruerſitatē: omne caput *diſpoſitum eſt* ″ad infirmitatem, & omne cor ″infirmum:

Omni gener flictionum p cuſſi Iudæi, no ſunt reuerſi ad Deum.

6 A planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ″perfectio: *ſed* ″vulnus, ″& liuor, & plaga ″recens: non ſunt ″conſtricta, neque alligata, nec emollita ″oleo.

7 Terra veſtra ″deſolatio, ciuitates veſtræ ″ſuccenſæ igni: terram veſtram coram vobis alieni ″comedūt: deſolatio *inquam erit* ″ſicut ſubuerſio alienorum:

8 ′Et derelinquetur filia צSiión ſicut vmbraculū in vinea, ′velut tugurium in cucumerario, & vt ciuitas ″deſolata.

Deſolatio & ruina Iudæorū vmbraculo & Sodomis comparata.

9 Niſi Iehoua exercituum ″reliquiſſet nobis ſuperſtites ′paucos, ſicut סSedóm fuiſſemus, ipſi עAmoráh ſimiles fuiſſemus.

10 Audite verbum Iehouæ, principes סSedóm, auribus percipite Legem Dei noſtri, populus עAmoráh.

11 ″Vtquid mihi *offertis* multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Iehouáh? ″ſatur ſum: holocauſta arietum, & adipem ″bubalorū,

Cæremonias & ſacrificia in qu bus collocab ſanctitatem, re cit Dominus

IN CAPVT I.

1 Viſio חזון Viſum. Chaldæus paraph. vertit Prophetia. Quòd Dominus per viſum Prophetis appareret, vide Nume.12.b.6. Vnde & Videntes appellabantur, 1.Samu.9.b.9. אAmoץs אמוץ Hic per א in principio, & ץ in fine ſcribitur. Qui verò Propheta Amos dicitur, ſcribitur per ע & ס ſic, עמוס. Super Iehudáh על־יהודה de Iuda. ad Iudam. Sub hac tribu comprehenditur & Beniamin in qua ſita erat Ieruſalem. עVziiahu עזיהו Hìc Ozias, dicitur & Azarias, 2.Reg.15.a.1. 2 Loquutus eſt, דבר Præt.Heb. pro præſenti, vt quidam vertunt. Sunt qui Hebraiſmum eſſe putant, explicantes, Audite verba Dei me interprete: aut, quæ Deo reuelāte dicturus ſum. Enutriui, גדלתי educaui. Ad verbū, magnificaui. vel, creſcere feci. Et exaltaui: ורוממתי & euexi. ſub. ad honores. Præuaricati, &c. פשעו בי : iniquè egerunt contra me. Alii, rebellauerunt in me. Vel, defecerunt à me. 3 Cognouit ידע Præterita Heb. pro præſ. Agnoſcit, &c. *at* Iſrael non intelligit. i. non dat operam vt intelligat. Sic reddi debere verba octauæ coniugationis Hebraicæ, annotant docti quidam.

4 Væ genti peccat. הוי גוי חוטא Heu gentē peccatricē. Vel, O gentem ſceleſtā. הוי particula eſt deplorantis alienam miſeriā & calamitatem. Graui כבד onuſto. Semini mal. זרע מרעים proli malorū. i. quorum patres fuerunt etiā mali. Alii, ſemini noxio. vel, maligno. aut, malitioſo. Corruptoribus: משחיתים corrūpentibus. i. perdentibus ſe, aut rationē ſuam viuendi. Quidā vertunt, corruptorū. aut ſubuerſorum: vel diſſipantium. Iraſci fec. נאצו ad iram prouocauerunt. Alii, probris affecerunt. vel, ſpreuerunt. aut, reiecerunt.

Alienaue. ſe נזורו abalienati ſunt. i. retrocedentes deſtiterunt eū ſequi. Hoc eſt, dereliquerūt eum. 5 Propter quid, &c. על־מה וגו' Quare percutiemini vltrà? Vel, Ad quid percuteremini? q.d. fruſtra certè laborarē. Dictio VLTRA, referri poteſt & ad ſequentia, vltrà addetis, &c. Peruerſitatē: סרה peruerſum factum. Vel, præuaricationem. aut, auerſionē, & apoſtaſiam. Ad infirmitatem, לחלי lāgori. ſub. eſt expoſitum. Vel, morbo. ſub. obnoxiū eſt. Alii, morbidum. q.d. corpora veſtra morbis affeci, & animos moleſtiis: neque propterea rediſtis in bonam viam. Infirmū. : דוי ægrū. mœrens. 6 Perfectio: מתום integritas. i. ſanitas. Quidā Hebræorū, firmitas. aut, bona valetudo. Alii à מתה deducētes, vertūt Viros, ſiue homines. q.d. nō eſt in eo figura, aut aliquid ſit quod hominis. & ſic מ redūdat. Vuln⁹, פצע Hebræi ſubaudiunt רק ſed. Singu. pro plur. vulnera, vnde ſcilicet defluit cruor. Et liuor, וחבורה & vibex. cōtuſio. vnde ſcilicet nō fluit cruor. Alii, tumor. Recens: טריה purulenta, ſanioſa. Alii, putrida. Conſtricta, זורו compreſſa. vel, expreſſa. ſub. hæc omnia. nam premendo extruditur ſanies. Alii, fracta. i. aperta, vel curata, ſub. emplaſtro. Alii, fota. Emollita רוככה lenita. ſiue, delinita. q.d. non fuerunt curata, malagmate ſuperpoſito. 7 Deſolatio, שממה .i. deſolata. Nomen pro verbo Deſolabitur. Quidam, in ſqualorem redigetur. Terrā pro patria, aut regione poſuit. Subauditur TAMEN, q.d. percutiam tamen vos, vt ſitis inexcuſabiles. Futuram deſolationem regni Iſrael prædicit. Succenſæ שרופות & hìc nomen pro verbo, ſuccendentur, vel abſumentur incendio. Comedunt: אוכלים deuorant. pro Deuorabunt. Sicut ſubuerſio, &c. : כמהפכת זרים Iuxta ſubuerſionem alienigenarum. i. ſicut ſubuerſi fuerunt qui alieni fuerūt à Deo, vt Sodomitæ. Alii, ceu ſubuerſio extraneorum. i. ſicut terra quæ ſubuertitur ab extraneis, ſiue ab exercitu hoſtili.

8 Et derelinquetur ונותרה Et remanebit reſidua. Velut tugurium כמלונה velut diuerſoriolum nocturnum. habitaculum eſt in quo pernoctat cuſtos, à לון morari & pernoctare. Deſolata. : נצורה obſeſſa. 9 Reliquiſſet הותיר reſiduos feciſſet. vel, reliquos feciſſet. Paucos, כמעט planè paucos. nam כ eſt affirmantis, vt annotant docti inter Hebræos. Alii, vel tantillos. Alii, citó. breui. extemplo. Nonnulli, ſicut parum. i. ferè. 11 Vtquid, &c. למה לי רוב־זבחיכם Ad verbum, Adquid mihi multitudo ſacrificiorū veſtrorum, &c. Satur ſum: שבעתי plenus ſum. i. faſtidio inſtar hominis pleni & ſaturi. Quidam iungunt huic verbo ſequentia, vertentes, ſatur ſum holocauſtis arietum, & adipe animalium ſaginatorum: etiam ſanguinem, &c. Bubalorum, מריאים pinguium animalium.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE

″& ſanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum″nolui.

12 ″Quum veniretis vt conſpiceremini corã me,quis″quæſiuit hoc de manu veſtra,″vt conculcaretis atria mea?

13 Ne″addatis offerre ſacrificium″mendax: ″ſuffimentum abominatio eſt mihi : calendas & ſabbathum, ″quòd conuocetis conuocationem,″non poſſum *ferre* iniquitatem cum cœtu.

14 Calendas veſtras &ſolennitates veſtras″odio habuit anima mea, ″ſunt mihi oneri,″fatigatus ſum ſuſtinendo.

15 Et quum extẽdetis manus veſtras, occultabo oculos meos à vobis:etiam quum multiplicabitis orationem,non audiam:*nam* manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

ɫos ad pœniten am exhortatur

16 Lauate″*uos*,mũdi eſtote,remouete″malum operum veſtrorum à conſpectu oculorum meorum:deſinite malefacere,

17 Diſcite benefacere,″quærite iudiciũ,″dirigite oppreſſum,″iudicate pupillo,″iudicate viduæ.

urum ollicetur.

18 ″Venite nunc,″& increpemus nos,dicit Iehoua:ſi fuerint peccata veſtra tanquã coccinum, veluti nix albeſcent : ſi fuerint rubra tanquam vermiculus,velut lana alba erunt.

19 ″Si volueritis & audieritis,bonum terræ comedetis:

obedientia ſaafflictionũ.

20 Si autem renueritis,″& irritaueritis, gladio deuorabimini : quia os Iehouæ locutum eſt.

niratur & orat pecca- rufalem.

21 ″Quomodo facta eſt″*ut* meretrix ciuitas fidelis! *erat* plena″iudicii, iuſtitia″morabatur in ea:nunc autem homicidæ.

22 Argentum tuũ verſum eſt in ſcorias,vinũ tuũ miſtũ eſt aqua,

rincipes.

23 Principes tui″declinãtes,& ſocii furum,″omnes diligunt munera,″& ſequuntur retributiones: pupillo non″iudicant, & cauſa viduæ″non ingreditur ad eos.

24 Propterea dicit Dominus Iehoua exercituum,fortis Iſraelis, Heu″cõſolationem capiam de hoſtibus meis, & vindicabo me de inimicis meis:

ngemiſcit ſen- ntiam laturus Iudæos hoſtes ,prædicitq;, uatis piis, am Ieruſa priſtinũ ſtituẽdã.

25 ″Et conuertam manum meam ſuper te,& expurgabo″vt purificatiuum,ſcorias tuas,& auferam omnia ſtanna tua.

Strikel. aus:

26 Et reſtituã iudices tuos vt erant in principio, & cõſiliarios tuos

guium,& ſanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui.

12 Quum veneritis ante conſpectum meum,quis quæſiuit hæc de manibus veſtris,vt ambularetis in atriis meis? D

13 Ne afferatis vltrà ſacrificiũ fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi : neomeniã,& ſabbathum, & feſtiuitates alias non feram : iniqui ſunt cœtus veſtri.

14 Calendas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta,laboraui ſuſtinens.

15 Et quũ extẽderitis manus veſtras, auertã oculos meos à vobis:& quum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam:|manus veſtræ ſanguinæ plenæ ſunt. infra 59.a.3.

16 |Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis:quieſcite agere peruerſé, 1.Petr.3.d.11 E

17 Diſcite benefacere,quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam.

18 Et venite,& arguite me,dicit Dominus:ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum,quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,velut lana erunt.

19 Si volueritis,& audieritis,bona terræ comedetis:

20 Quòd ſi nolueritis,& me ad iracundiam prouocaueritis:gladius deuorabit vos,quia os Domini loquutũ eſt.

21 Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicii! iuſtitia habitauit in ea,nunc autem homicidæ. F

22 Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam,vinum tuum miſtum eſt aqua.

23 Principes tui inobediẽtes,ſocii furum:omnes diligunt munera,ſequũtur retributiones:|pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Iere.5.g.28 zach.7.c.10

24 Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael,Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis:

25 Et conuertam manum meã ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuã, & auferam omne ſtannum tuum.

26 Et reſtituã iudices tuos vt fuerunt pri⁹,& cõſiliarios tuos ſicut antiqui- G

Et ſanguinem ודם etiam ſanguinem. Nolui. : לא חפצתי Præt.Heb.pro præſ.nolo.non amo.non deſidero.
12 Quum veniretis,&c. 'כי תבאו וגו Ad verbum, Quum venietis[ſiue,Quum veneritis]vt conſpiciamini. Quæſiuit בקש Præt. pro fut.quis quæret.aut,quærat. Vt conculcaretis רמוס Ad verbum,calcare,ſiue conculcare.ſub.nimirum,vel nempe.
13 Addatis תוסיפו Fut.Heb.pro imperat.Latinè,Ne vltrà offeratis. Vel,Ne pergatis offerre. Mendax: שוא Ad verbum,mendacii.aut,vanitatis.i.vanum & irritum.acſi dicat,ſacrificia quæ floccipendo. Suffimentũ קטורת thymiama.incenſum. Quòd conuocetis conuoc. קרא מקרא Ad verbum, conuocare conuocationem. Vel(vt alii) congregare[.i.congregatio,ſiue indictio] feſtiuitatis.aut, diei feſti.i.feſtum indictũ,ſiue inſtitutum à vobis certa de cauſa.Vel קרא infinitiuus accipitur pro ſecunda perſona plurali futuri,vocabitis .i.quæ vocatis ſolennitates.Vt ſit per appoſitionem dictum. Non poſſum,&c. 'לא־אוכל וגו Ad verbum,Non poſſum iniquitatem & & cœtũ.Sermo imperfectus,propterea Hebræi ſubaudiunt Ferre.Hebraiſmus autẽ eſt, pro Non poſſum ferre,aut videre cœtus veſtros iniquos.aut ſolennitates veſtras iniquas.Quidam vertunt,non poſſum,vana res eſt,nec cœtum. 14 Odio habuit שנאה Præt.Heb.pro præſ.odio habet anima mea.i.odi ex animo. Sunt mihi oneri, היו עלי לטורח Ad verbum,fuerunt ſuper me in laborem.vel,labori.i.ſunt mihi moleſta. Fatigatus,&c. : נלאיתי נשא laboraui[vel defeci]ferendo.q.d.ferre non poſſum. 16 *Vos*, Alii ſubaudiunt,*corda ueſtra.* Malum רוע malitiam.prauitatem. 17 Quærite iudicium, דרשו משפט .i.diſquirite diligẽter ius cauſæ.Iudices & patronos alloquitur. Dirigite oppreſſum, אשרו חמוץ Id eſt,dirigite negotia oppreſſi. Alii,deducite oppreſſum.ſub. per viam rectam, ferte illi opem. Propriè ſignificat Rectificate.i.ſententiam iniquè latam emendate,ſiue dirigite. Quidam,reſtituite oppreſſum. Iudicate pupillo שפטו יתום ius dicite pupillo.Alii,agite in iudicio *cauſam* pupilli. Iudicate ריבו Ad verbũ,litigate.ſub.cauſam.i.cauſam agite viduæ,vel cauſam viduæ ſuſcipite. 18 Venite nunc, לכו נא Adeſte quæſo.aut,Agite.Eia. Et increpemus nos, ונוכחה & diſceptemus inter nos.i.argumentis mutuis cauſam noſtram tueamur, & videamus veſtráne cauſa ſit melior,an mea.Quidã,& noſtram agamus cauſam. 19 Si volu.& aud. אם־תאבו ושמעת Hebraiſmus,pro Si volueritis audire.vel,obtemperare.Alterũ verbum præcedenti iunctum per coniunctionẽ,quod per infinitiuũ redditur à Latinis. 20 Et irritauer. ומריתם & rebelles fueritis.Vel,& contumaces fueritis. 21 Quomodo איכה Admirantis,vel deplorantis particula eſt,Qua ratione.Quo pacto. *Vt* meretrix לזונה Ad verbum,in meretricem.vel,in ſcortum. Iudicii, משפט æquitatis.i.in qua plures erant æquiſſimi iudices. Morabatur ילין Præt.Heb.pro imperf.manebat,verſabatur. 23 Declinantes, סוררים ſub.ab æquitate. Alii,recedentes.Alii,peruerſi. Omnes diligunt כלו אוהב vnuſquiſque eorum diligit. Et ſequũtur ורודף perſequitur.i.captant retributiones.vel,inhiant retributionibus. Iudicant, ישפוטו Ad verbum,iudicabunt.Fut.Heb.pro præſ.i.non reddunt ius pupillo. Non ingreditur לא־יבוא Fut.Heb.pro præſ.i.non admittitur ab illis. Gallicè,*Ils ne leur baillent point d'audience.* 24 Conſolationẽ capiam אנחם q.d.O gentem miſeram,ego ſumam pœnas acerbas,ac dignas de te:& ita capiam voluptatem & conſolationem. 25 Et conuertam ואשיבה Et reducam.i.frequenter,ſiue identidem te percutiam & affligam. Quidam, Et admoliar manum meam tibi. Vt purificatiuum, כבור .i. vt res quæ vim purificandi & purgandi habet,qualis eſt ſapo.Quidam vertunt,ad purum.vel,ad liquidum.

tus:poſt hæc vocaberis Ciuitas iuſti, vrbs fidelis.

27 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iuſtitia.

28 Et cõteret ſceleſtos, & peccatores ſimul: & qui dereliquerunt Dominũ, conſumentur,

29 Confundẽtur enim ab idolis quib⁹ ſacrificauerũt: & erubeſcetis ſup hortis quos elegeratis,

30 Quum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua.

31 Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcĩtilla: & ſuccendetur vtrunque ſimul, & nõ erit qui extinguat.

Cap. II.

1 VErbum quod vidit Eſaias filius Amos ſuper Iudam & Ieruſalẽ.

Mich.4.a.2

2 ¶Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluẽt ad eum omnes gentes.

3 Et ibunt populi multi, & dicẽt, Venite, & aſcendamus ad montẽ Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ieruſalem.

B

4 Et iudicabit gẽtes, & arguet populos multos: & conflabũt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladiũ, nec exercebũtur vltrà ad præliũ.

5 Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini.

6 Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob: quia repleti ſũt vt olim, & augures habuerũt vt Philiſthiim, & pueris alienis adhæſerunt.

7 Et repleta eſt terra argento eius & auro, & non eſt finis theſaurorũ eius: & repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.

8 Et repleta eſt terra eius idolis: op⁹ manuum ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.

9 Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir: ne ergo dimittas eis.

C

10 Ingredere in petram, & abſcõdere in foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius.

vt erãt initio: poſt hæc "vocaberis Ciuitas iuſtitiæ, ciuitas fidelis.

27 xSiión in iudicio 'redimetur, "& conuerſi eius in iuſtitia.

28 Contritio autem præuaricatorum, "& peccatorum *fiet* pariter, derelinquentéſque Iehouam conſumentur.

29 'Pudore enim afficiemini "propter arbores quas concupiuiſtis, & pudore afficiemini propter hortos quos "elegiſtis,

Ardor impiorũ in ſuperſtitionibus deſcribitur.

30 "Quando eritis velut quercus deflu ẽs foliis ſuis, & velut hortus "cui aqua non eſt.

31 Erítque "fortis vt ſtuppa, & "operator eius vt ſcintilla: & ſuccendentur ambo pariter, & non erit qui extinguat.

Cap. II.

1 VErbũ quod vidit Ieϖſayiáhu fili⁹ Amoxs ſuper Iehudáh & Ieruϖſaláim.

Confirmat quod dixerat de reſtituenda Eccleſia per Chriſtum.

2 Et erit, 'in nouiſſimis diebus præparatus erit mõs domus Iehouæ in vertice montium, "& eleuabit ſe præ collibus, confluẽtque ad eum omnes gentes.

3 Et ibunt populi multi, & dicẽt, Venite, & aſcendamus ad montem Iehouæ, ad domum Dei Iayacób, & docebit nos 'vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de xSiión exibit Lex, & verbũ Iehouæ de Ieruϖſaláim.

Vndiquaque colligẽda Eccleſia.

Ex Siõ doctrina Euangelii proditura.

4 Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos, "& contundent gladios ſuos "in ligones, & lanceas ſuas "in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, & non diſcent vltrà bellum.

Pax, regnante Chriſto.

5 Domus Iayacób "venite, & ambulemus in lumine Iehouæ.

Lumen Dei.

6 'Dimiſiſti enim populũ tuum, domum Iayacób, quia *ſuperſtitione* repleti ſunt "præ Oriente: "& augures fuerunt ſicut Peliϖſthim, "& in ſcientiis alienis fuerunt ſufficientes.

Admirabundus conqueritur de Deo, deſeruiſſe eũ populũ ſuum.

7 Et repleta eſt terra eius argẽto & auro, nec eſt finis theſauris eius: & repleta eſt terra eius "equis, nec eſt finis quadrigis eius.

8 Repleta quoque eſt terra eius idolis: operi "manuum ſuarum "incuruauerunt ſe, quod fecerunt "digiti eorum.

9 "Et incuruauit ſe homo, & humiliauit ſe vir: & non parces eis.

10 "Ingredere in petrã, & abſcõde te in puluere "à facie formidinis Iehouæ, "& à decore altitudinis eius.

Iudiciũ Dei præſens aduerſus impios nihil metuentes illum.

26 Vocaberis יקרא לך Ad verbum, vocabitur tibi. Vel, indetur tibi, ſub. nomen. 27 Redimetur, תפדה .i. liberabitur de manu hoſtium propter iuſtitiam quam fecerint. Et conuerſi eius ושביה id eſt qui in ea conuerſi fuerint, ſiue reſipuerint, liberabuntur etiam ob iuſtitiam quam fecerint. 28 Et peccatorum, וחטאים & ſceleratorum. vel, improborum. 29 Pudore enim aff. כי יבושו Ad verbum, Confundentur. vel, erubeſcent. Confuſio perſonarum, tertiæ pro ſecunda. pro Erubeſcetis, vel Pudebit vos arborum. Propter arbores מאילים propter quercus. vel, vlmos. Quidã, propter deos, vel idola. Elegiſtis. : בחרתם ſub. vt in illis coleretis idola, & faceretis ſacrificia. 30 Quando, &c. כי תהיו כאלה Eritis enim velut vlmus [aut, arbor] cuius folia deciderunt. vel, defluunt. Cui aqua non eſt. : אשר־מים אין לה .i. quem nulla irrigat aqua: hoc eſt, qui propter ariditatẽ nullis holeribus, aut floribus ornatus eſt. q.d. omni honore ſpoliabimini. 31 Fortis החסן fortiſſimus. ſub. idolorum veſtrorum. quem putabatis eſſe fortiſſimum æſtimatione veſtra, aut propter materiã ex qua factũ erat, vel ratione baſium firmarum. Et operator eius ופועלו & artifex eius. vel, opifex, & factor.

IN CAPVT II.

2 In nouiſſ. die. באחרית הימים poſtremis tẽporibus. Et eleuabit ſe præ coll. ונשא מגבעות & eleuabitur ſupra colles. Alii, & editior erit *cunctis* collibus. 3 Vias ſuas, מדרכיו Ad verbum, de viis ſuis. 4 Et contund. וכתתו concident. conterent. i. conflabunt. In ligo. לאתים in vomeres. q.d. mutabũt inſtrumẽta ſua bellica tanquã inutilia, in inſtrumẽta pacis & agriculturæ. In falces, למזמרות nẽpe putatorias, quibus arbores & vites putantur. 5 Venite, לכו agite. eia. 6 Dimiſiſti נטשתה Deſeruiſti. Præ Orien. מקדם præ *filiis* Orientis. i. præ Aramæis, ſiue Chaldæis qui ſunt ad Orientẽ Iſraeli. Alii tranſitiuè exponunt, Quia repleuerunt *terram ſuam maleficiis* præ Oriente. i. Orientalibus, vel Iſmaelitis, vt quidã exponunt. Et augures fuerunt ועוננים & diuini ſunt, &c. Et in ſcient. &c. ובילדי וגו' Ad verbum, & in natis alienorũ contenti erunt. Fut. pro præſ. acquieſcunt. Natos more Hebræorum vocat cogitationes, conſilia, & fœturas. q.d. in libris editis ab exteris de auguriis & maleficiis acquieſcunt. Vel (vt quidam Hebræi exponunt) applauſerunt. vt ſit futurũ pro præt. ſiue præſ. applaudũt. Docti etiã inter Hebræos vertunt, Et in ſcientiis alienorum occupant ſe. ſub. omiſſa lege Diuina, & præceptis. Legitur ישפיקו per ש vel per ס, in eadem tamen ſignificatione. 7 Equis, סוסים ſub. bellatoribus. q.d. valuit arte militari, falcatos habuit currus innumerabiles. 8 Manuum ſuarum ידיו Singul. pronomen pro plur. aut vertendum, manuum eius. ſub. conflatoris, vel fabri: vt ſit relatiuum pro antecedente. Incuruauerũt ſe, ישתחוו Fut. Heb. pro præt. Alii, adorauerunt. Digiti eorum. אצבעותיו : digiti illius. i. cuiuſque ipſorum artificum. 9 Et incuruauit ſe וישח Et inclinatus eſt. ſub. idolis, ideo non parces. Quidã per futurum, Proinde deprimetur. aut, deiicietur. Vel per plurale (vt alii) Quapropter deprimentur homines, & deiicientur viri, &c. q.d. tandem Dominus animaduertet in eos. 10 Ingredere in petrã, &c. בוא בצור וגו' Hebræi ita per imperatiuũ vertunt, vt indignitate rei, & zelo gloriæ Diuinæ commotus Propheta imprecetur, ſeu vaticinetur, peccatũ hoc eorum nulla venia dignum eſſe. Alii, Infinitiuum eſſe volunt pro futuro, vertentes per plurale, *Nam* ingredientur in rupes *urbi propinquas*, & abſcondent ſe in ipſum puluerem. vel, in terram. i. cauernas ſubterraneas, tempore ſcilicet vltionis Domini. Ita etiam Chaldæus paraph. A facie form. מפני פחד Hebraiſmus, pro Præ pauore quem incutient hoſtes immiſſi à Domino. Et à decore, &c. : ומהדר גאונו & à gloria maieſtatis eius. vel ſublimitatis.

11 ″Oculi elati hominis″humiliabũtur,″& incuruabitur altitudo hominum: exaltabitur autem Iehoua ſolus in die illa.

Iudicium generale.

12 Dies enim Iehouæ exercituum *ueniet* ſuper omnem ſuperbum, ″& excelſum,& ſuper omnem elatum,& humiliabitur:

13 Et ſuper omnes cedros Lebanón ſublimes & eleuatas, & ſuper omnes quercus Baשׁſán:

14 Et ſuper õnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos,

15 Et ſuper omnẽ turrim excelſam, & ſuper õnem murũ munitũ:

16 Et ſuper omnes naues″Tharשׁſiשׁs,& ſuper omnes″picturas concupiſcibiles.

17 ″Et incuruabitur elatio hominis,& humiliabitur altitudo hominum,& eleuabitur Dominus ſolus in die illa:

18 Et idôla penitus″concîdet:

19 Et introibunt in ſpeluncas″petrarum,″& in foueas ſubterraneas ″à facie formidinis Iehouæ,& à gloria altitudinis eius,quum ſurrexerit″vt conterat terram.

Coacti,ſuperſtitiones abiecturi.

20 In die illa proiiciet homo idola argentea ſua, & idola aurea ſua, quæ″fecerunt ſibi,″vt incuruarent ſe *imaginibus* talparum & veſpertilionum.

Ne confidant in hominib⁹,dehortatur.

21 ″Vt ingrediatur″in foramina petrarũ,″& in cauernas ſaxorũ à facie formidinis Domini,& à gloria altitudinis eius , quum ſurrexerit vt conterat terram.

22 Deſinite *timere* vobis ab homine″cuius anima in narib⁹ eſt:″quid enim reputationis eſt ipſe?

Cap. III.

Calamitatẽ inſtare prædicit gloriantibus de præſenti rerum ſtatu.

1 Ecce enim dominator Iehoua exercituũ″aufert à Ieruשׁſaláim & à Iehudáh″fulcimentum & fulcimentum, *hoc eſt* omne″fulcimentum panis,& omne fulcimentum aquæ,

2 Fortẽ & virum bellicoſum,iudicem & Prophetam,″& diuinum & ſenem,

3 ″Quinquagẽariũ,″& honorabilẽ vultu, & cõſiliariũ,″& ſapientẽ

---

11 Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt,& incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autẽ Dominus ſolus in die illa.

12 Quia dies Domini exercituum ſup omnem ſuperbũ & excelſum,& ſuper omnem arrogãtem, & humiliabitur:

13 Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes & erectas,& ſuper õnes quercus Baſan:

14 Et ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos:

15 Et ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum:

16 Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt.

17 Et incuruabitur ſublimitas hominũ,& humiliabitur altitudo virorũ,& eleuabitur Dominus ſolus in die illa: D

18 Et idola penitus conterentur:

19 ¶Et introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini,& à gloria maieſtatis eius,quũ ſurrexerit percutere terram.

Luc.23.d.30
oſeæ 10.b.8
apoc. 6.d.16
& 9.b.6

20 In die illa proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri ſui, quæ fecerat ſibi vt adoraret talpas & veſpertiliones.

21 Et ingredietur ſciſſuras petrarum, & in cauernas ſaxorum à facie formidinis Domini , & à gloria maieſtatis eius,quum ſurrexerit pcutere terrã.

22 Quieſcite ergo ab homine cui⁹ ſpiritus in naribus eius eſt:quia excelſus reputatus eſt ipſe.

Cap. III.

1 Ecce enim dominator Deus exercituum auferet à Ieruſalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis,& omne robur aquæ,

2 Fortem,& virum bellatorem,iudicem,& Prophetam,& ariolum,& ſenem,

3 Principem ſuper quinquaginta, & honorabilẽ vultu,& conſiliariũ,& ſa

---

11 Oculi elati עיני גבהות Ad verbum,Oculi ſublimitatis. vel,ſuperbiæ. aut,tumoris.i.Oculi ſublimes & ſuperbi. Quidam, Sublimitas oculorum. Humiliabuntur, שפל Præt.Heb.pro præſ.deiicientur. Et incuruabitur altitudo ושח רום & incuruabitur elatio.Vel, & deprimetur[aut, deiicietur]exaltatio. ſiue, excellentia. 12 Et excelſum.&c. ורם ועל וגו׳ & elatum,& ſuper omnem ſublimem, & deiicietur. 16 Tharשׁſiשׁs, תרשיש Vide Interpretationes nominum Hebraicorum. Naues autem Tharſis intelligit naues onerarias magnas,quibus negotiatores & alii vehebantur in Tharſis,auri cauſa:vt vides 1.Reg.10.d.22. Picturas concupiſcibiles. שכיות החמדה: Ad verbum,picturas deſiderii,ſiue concupiſcentiæ.Chaldæus paraph. ſuper palatia pulchritudinis.Ita & quidam Hebræorum.Alii,ſuper omnia quæ viſu,aut ſpectatione deſiderabilia ſunt.Alii vertunt, naues pulcherrimas.vel,machinamenta pulcherrima & ornatiſſima. Naues elegantes & ſumma arte conſtructas ſic vocat, hoc eſt bellicas: Gallicè dicimus *bien equipees*. tales ſolent eſſe in deliciis & magno pretio regibus.L X X in eundem ſenſum habent,Et ſuper omnem aſpectum nauium pulchritudinis. 17 Et incuru. ושח גבהות Proinde deiicietur arrogantia.vel,ſublimitas.Repetitio eſt præcedentis verſus vndecimi. 18 Concîdet. יחלוף: perdet.deſtruet.exterminabit. Chaldæus paraph.peribunt aut,euaneſcent. 19 Petrarum, צורים rupium.ſaxorum. Et in fou.ſubt. ובמחלות עפר & in cauernas terræ.vel,cauitates.Alii,voragines,aut hiatus. A facie,&c. מפני פחד יהוה Vide eadem ſuprà verſu 10. Vt conterat לערוץ vt concutiat.Chaldæus paraph.vt coterat impios terræ.Alii,vt terreat. 20 Fecerunt ſibi עשו־לו fecerũt ei.ſub.ſtatuarii,ſiue artifices. Vt incuru.&c. להשתחוות וגו׳ vt adoraret *illa*,talpis & veſpertilionibus.ſub.proiiciet fugiendo. Iuxta hanc interpretationẽ vna eſt dictio לחפרפרות.Alii duas eſſe volunt,& vertunt,ad adorandum,in cauernam talparum& veſpertilionum.Alii,*in locum quem faciunt* fodiendo foſſas[.i.in locum plenũ cauernarum]& veſpertilionibus.Doctus quidã inter Hebræos,Ad fodiendũ foſſas.acſi dicat, In die illa proiiciet homo idola ſua,videns quòd eum non ſeruauerint: dabitque operã vt foueas fodiat in quibus lateat, vt faciunt verpertiliones qui interdiu latent in ſuis foraminibus. Alii,in foramen[vel,foſſuram]talparum & veſpertilionum.ſub.proiicient. 21 Vt ingrediatur לבוא .i.vt citra impedimentum citius ſe recipiat in cauernas. In foram.petr. בנקרות הצורים in ſciſſuras petrarum.i.in cauernas & ſpeluncas. Et in cauer.ſax. ובסעפי הסלעים & in cacumina rupium. Vel,& in promontoria.Partes rupium longius excurrentes ſignificat,in quas cõſcendebant. Alii,& in prominentias petrarũ,quæ ſunt velut rami qui egrediuntur è petris. 22 Cuius ani.&c. אשר נשמה באפו Hebraiſmus,altero relatiuo redundante, pro In cuius naribus eſt anima.ſiue ſpiraculum,vel flatus.i.ab hominibus quorũ vita cõſiſtit in aſpiratione & reſpiratione,qui ſpiritum vitalem per nares hauriunt:qui ſi comprimatur,protinus pereunt aeris inopia. Quid enim,&c. כי במה וגו׳ nã in quo æſtimatus eſt? Vel,quanti enim æſtimandus eſt?q.d.nihili.Hic verſus ad ſequentia pertinet,debuítque ab eo ſequens caput incipere:acſi dicat,Deſinite timere homines mortales qui nullarum ſunt virium,ſi cum Deo conferantur:& Deum timete.Babylonios & Aſſyrios timetis:quanto magis Deum timere debetis?nam ecce,niſi reſipueritis,ablaturus eſt,&c.

IN CAPVT III.

1 Aufert מסיר Præſ.Heb.pro fut.auferre paratus eſt.ablaturus eſt.amoturus. Fulcim.& ful. משען ומשענה Ad verbum,baculũ & baculum. vel,fulcrum & fulcrum.aut,ſuſtentaculum & ſuſtentaculum.i.robur & vigorem. Sic mox.Pſal.104.b.15,Panis cor hominis confirmet. 2 Et diuinum וקוסם & præſcium futurorum.i.eos qui ſumma prudentia præuident futura.In bonam partem accipitur. 3 Quinquagenarium, שר־חמשים Ad verbum,Principem *ſuper* quinquaginta. Gallicè,*Capitaine*. Et honorab. vultu, ונשוא פנים Ad verbum,& eleuatum faciebus.i.ſpectabilem vultu,& conſpicuum.Vel(vt alii)& authoritate ſuſpiciendũ.i.qui valent authoritate & gratia,ſuntque in pretio apud populum,quos populus honore proſequitur. Et ſap.artif. וחכם חרשים & ſapientem ſapientum.A cogitatione & inuentione.id eſt,doctiſſimum inter doctos. Alii,acutum acutiſſimorum.i.maximè ingenioſum ad excogitanda omnia inſtrumenta bellica.Alii,& eximium quenque inter architectos.Sunt qui vertant,& ſapientem,architectos,&c.

pientem de architectis, & prudētem eloquii myſtici.

Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

Et irruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſque ad proximum ſuum: tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem.

Apprehendet enim vir fratrem ſuū, domeſticum patris ſui, Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter: ruina autem hæc ſub manu tua.

B Reſpondebit in die illa, dicens, Nō ſum medicus, & in domo mea nō eſt panis, neque veſtimētum: nolite conſtituere me principem populi.

Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum cōtra Dominū, vt prouocarēt oculos maieſtatis eius.

Agnitio vultus eorū reſpondit eis, & peccatum ſuū quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala.

Dicite iuſto quoniā bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.

Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.

Populum meum exactores ſui ſpo-

C liauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis: popule meus, qui beatū te dicūt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.

Stat ad iudicandum Dominus, & ſtat ad iudicandos populos.

Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & prīcipibus eius: vos enim depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra.

Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum.

Et dixit Dn̄s, Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extēto collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebāt, ambulabāt, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant:

Decaluabit Dominus verticē filiarum Sion, & Dominus crinē earum

artificum, ″& intelligentem incantationis.

4 Et dabo pueros principes eorum, & pueri dominabuntur eis.

5 ″Et opprimetur populus, ″vir in virum, & vir in amicum ſuum: ″inualeſcent puer in ſenem, & ignobilis in nobilem.

6 Apprehendet enim quiſque ″fratrem ſuum familiæ patris ſui, dicens, Veſtimentum tibi eſt, princeps ″eris nobis, ″ruináq; hæc ſub manu tua erit.

7 *Et ille* iurabit in die illa, dicens, Non ero ″dominus: ″nam in domo mea non eſt panis, nec veſtimentum: ne *igitur* cōſtituatis me principem populi.

Status adeò deploratus in Iudæa, vt quiſque recuſet principē agere.

8 ″Ruit enim Ieruשſaláim, & Iehudah concidit: quia lingua eorū ″& opera eorum cōtra Iehouam ″ad irritandū oculos gloriæ eius.

9 ″Agnitio vultus eorum teſtificabitur contra eos, & peccatū ſuū ſicut סSedóm ″annuntiauerunt, *&* non abſconderunt: væ animæ eorum, quoniam ″reddiderunt ſibiipſis malum.

Nullus pudor inter eos.

10 Dicite ″iuſto quum *fuerit* bonus, quòd fructum operum ſuorum comedent.

Iuſti ſtatus fœlix, impii infœlix.

11 Væ impio ″*in* malum: retributio enim manuum eius fiet ei.

12 Populi mei ″oppreſſores eius ″paruulus: & mulieres ″dominatæ ſunt ei: popule mi, qui beatum dicunt te, ″errant, & viam ſemitarum tuarum ″perdunt.

De principibus cōqueritur De⁹.

13 Stat ″ad iudicandum Iehoua, & ſtat ad iudicandum populos.

14 Iehoua ″ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus ſuis, *dicetque eis*, Et vos ″depaſti eſtis vineam, rapina pauperis eſt in domibus veſtris.

15 Quid vobis *accidit quod* ″atteritis populum meum, & facies pauperum ″commolitis? dicit Dominus Iehoua exercituum.

16 Et dixit Iehoua, Pro eo quòd ″eleuatæ ſunt filiæ Siión, & ambulauerunt extento ″gutture, ″& innuētes oculis, ambulando, & tripudiando ″iuerūt, & pedibus ſuis ″ſtrepitū crepitaculorū excitant.

Comminatio aduerſus mulierum Ieroſolymitanarum ambitionē & ſuperbiam.

17 ″Et decaluabit Dominus verticem filiarum צSiión, & Iehoua

Et intellig. incant. ונבון לחש: Ad verbum, & peritum eloquii. Vel, ſcientem eloquentiæ. Significat ſermonem modeſtū, ſiue demiſſum. hoc eſt, grauem. Intelligit homines eloquentes, & facundos oratores, qui etiam ſunt vſui reip. q.d. Perdam remp. Ieroſolymitanam. Quidam, intelligentem muſſitationis. ſiue, occultæ loquutionis, ænigmatis, aut conſilii ſecreti. 5 Et oppri. pop. ונגש העם Et expilabitur populus. Alii, Violenter aget populus. Alii, Fiétque exactor populus. i. Plebeii ipſi vēdicabunt ſibi poteſtatē & dominium, authoritatémque exactoris. i. principis. Innuit ſeditionem delecto magiſtratu ſuboriendam in rep. quæ quidem ſeditio, peſtis eſt nocentiſſima ipſius reip.

Vir in virum, &c. איש באיש וגו׳ Hebraiſmus, pro Alter in alterum, & quiſque in proximū ſuum. Vel, & vnus erit exactor alterius, & quiſque proximi ſui. q.d. quiſque volet eſſe dominus alterius. איש enim & virū & quenque ſignificat. Inualeſcent ירהבו ſuperbient. vel, ſuperbè & arroganter agent. 6 Fratrem ſ. &c. באחיו בית אביו fratrem ſuum, *qui fuerit de* familia patris ſui. i. de eadem familia. Siquis (inquit) viderit quempiam de familia ſua egregiè ornatum, dicet illi, &c. Fratrem de eadem familia dicunt Hebræi pro fratre germano, ſiue eo qui eſt eiuſdem gentis aut ſanguinis. Eris תהיה Fut. Heb. pro imperat. ſis, vt quidam vertunt. Ruináque, &c. והמכשלה Hypallage eſt, pro Sitque manus tua ſub hac ruina. i. ſuſtentes patriā, aut ſubuenias patriæ iamiam ruinam minanti, niſi quis illi ſupponat manū.

7 Dominus: חובש curator. Alii, dux. rector. gubernator. Nam in domo mea ובביתי Ad verbum, & in domo mea. Hic ו pro nam ponitur. 8 Ruit כשלה Præt. Heb. pro fut. Corruet enim. Et opera eorum ומעלליהם & conatus eorum. aut, ſtudia & inuentiones. Ad irritandum למרות vt ad iracundiam prouocent. aut, vt exacerbent. Irritare oculos gloriæ Dei, Hebræi exponunt, publicè irritare: quòd poſtea ſequatur, Et peccatū ſuū ſicut Sodoma prædicauerūt, &c. 9 Agnitio, &c. הכרת וגו׳ à נכר agnouit. & in כ ponitur daghes ob defectū נ, vt ait doctus quidam inter Hebræos. Taxat eos impudentiæ: acſi dicat, Ex vultu illorum facilè daprehenditur prauitas eorum. legitur enim, ſiue relucet in facie, conſuetudine ſcilicet peccandi. Alii volunt ה eſſe radicale, duritiam exponentes, Duritia faciei eorum reſpondet eis. nam id etiam ſignificat ענתה quod eſt præteritum pro præſ. Vel, ſuperbia, aut arrogantia vultus eorum, &c. Annuntiauerunt, הגידו Præterita quæ quidam vertunt per præſens, prædicant, nec occultant. Reddiderunt גמלו Præt. Heb. pro præſ. faciunt, aut accerſunt. 10 Iuſto, &c. צדיק כי־טוב כי־פרי iuſto quòd bene *agat*, ſiquidem fructū, &c. Alii volunt כי non eſſe poſitum ſuo loco (vt alias ſæpe apud Hebræos) & vertunt, Dicite quòd iuſti quum fuerint boni, fructum, &c. Singulare pro plur. nam verbum plurale COMEDENT ſequitur. 11 *In* malum: רע malo. i. eſt qui malus eſt. 12 Oppreſſores eius נוגשיו exactores eius. i. principes, ſic dicti quòd habeant ius exigendi à populo. Redundat relatiuum eius: propterea quidam vertunt, Principes populi mei *erunt* paruuli.

Paruulus: מעולל Singul. pro plur. paruuli, ætate ſcilicet & moribus. Dominatæ ſunt משלו Præt. Heb. pro præſ. dominantur. vel imperant. Vel præt. pro futuro, dominabuntur. Errant, מתעים ſeductores ſunt. errare faciunt. Alii, ſeducunt. Perdunt. בלעו: corrumpunt. deprauant. 13 Ad iudicandum לריב ad diſceptandum. vel, litigandum. i. præſto eſt vt diſceptet vobiſcum.

14 Ad iudicium veniet cum ſenibus, &c. במשפט יבוא וגו׳ Hebraiſmus pro Iudicabit ſenes, &c. Depaſti eſtis בערתם perdidiſtis. Vel, ſuccendiſtis. 15 Atteritis תדכאו contunditis. conteritis. Fut. Heb. pro præſ. Commolitis, תטחנו Fut. Heb. pro præſ. commolitis. i. in faciem percutitis, vt ſeſe molæ contundunt. 16 Eleuatæ ſunt גבהו ſuperbierunt. Vel eſt præt. pro præſ. ſuperbiunt.

Gutture, גרון id eſt, collo, vel erecta fronte. Et innuentes ocu. ומשקרות עינים oculiſque vagantibus. Iuerunt, תלכנה Fut. pro præſ. id eſt, more puerorum in publico ac propatulo ſaltitare ſolent. Strepitum. &c. תעכסנה: Gallicè dicimus, *Elles battent les ſonnettes.* Alii, & in pedibus ferunt ornamentum cui affiguntur tintinnabula. Alii, Et in pedibus ornantur ornamentis factis inſtar ſquamarum.

17 Et decaluabit ושפח Et ſcabie inficiet. vel, lepra.

ʹnates earum nudabit.
In die illa auferet Dominus ʹgloriam ornamentorum pedum 18
inſtar ſquamarum,ʺ& vittas inſtar retis,& lunulas,
ʺTorques,& armillas,ʺ& mitras, 19
ʺPileos,ʺ& periſcelides,ʺ& murenulas,ʺ& pectoralia,& inaures, 20
Annulos,& ʺcirculos naris, 21
ʺMutatoria,ʺ& vela,ʺ& linteamina,ʺ& crumenas, 22
Et ſpecula,& ſindones,ʺ& vittas,ʺ& theriſtra. 23
Eueniétque vt pro aromate ʺputredo ſit,& pro cingulo ʺexciſio, 24
& pro *crinium* ʺdiſpoſitione æquali caluitium , & pro ʺfaſcia pectorali cingulum ſacci,ʺaduſtio pro pulchritudine.
Viri tui gladio cadent,ʺ& fortitudo tua in prælio *concidet*. 25
Et plangent,& lugebūt ʺportæ eius:ʺ& mundata,in terra ſedebit. 26

Cap.IIII.

Extrema internecio,vt vix vir nus ſuperſtes eperiatur.

ET apprehendent ʺſeptē mulieres virū vnum in die illa, dicēdo, 1
Panē noſtrū comedemus,ʺ& veſtimētis noſtris induemur:tantūmodo ʺinuocetur nomē tuū ſuper nos,aufer ʺopprobriū noſtrū.

Conſolatur pios Iſraelitas,ne diræ cladis nuntio bſterreantur, gratiam Dei per Chriſtum diffundandā prædicēs.

In die illa erit germen Iehouæ ʺin decorem & gloriam,& fru- 2
ctus terræ ʺin ſublimitatem & gloriam,ʺeuaſori Iשſraאel.
Et erit,qui relictus fuerit in צSiión, & reſiduus in Ieruשſaláim, 3
ſanctus ʺdicetur illi:oīs qui ſcriptꝰ fuerit ʺin vitā,*erit* in Ieruשſaláim.

ffliɛtionibus [illegible] ntur ſordes [illegible] leſiæ.

Quādo abluerit Dn̄s ʺſordē filiarū צSiión,& ſanguinem Ieruשſaláim ʺlauerit de medio eius, in ſpiritu iudicii & ſpiritu ʺexciſionis. 4

iberationem & reſtitutionem Eccleſiæ à tribu tionibus præcit.

Et creabit Iehoua ſuper omnem locum montis צSiión,& ſuper 5
ʹloca conuocationis eius nubē per diē,& fumū,& ſplendorē ignis
ʺflammātis per noctem:ſuper omnem enim gloriā *erit* protectio.
ʺEt tabernaculum erit in vmbrā per diem ab æſtu,& in tegmen 6
ʺ& abſconſionem à turbine & à pluuia.

nudabit.
18 In die illa auferet Dominus ornamētum calceamētorum,& lunulas, D
19 Et torques,& monilia,& armillas,
20 Et mitras,& diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas,& olfactoriola,& inaures,
21 Et annulos , & gemmas in fronte pendentes,
22 Et mutatoria,& palliola, & linteamina,& acus,
23 Et ſpecula,& ſindones,& vittas, & theriſtra.
24 Et erit ꝓ ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus,& pro criſpanti crine caluitiū,& ꝓ faſcia pectorali cilicium.
25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent,& fortes tui in prælio.
26 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius,& deſolata in terra ſedebit.

CAP. IIII.

1 ET apprehendēt ſeptem mulieres virum vnum in die illa,dicentes, Panem noſtrum comedemus,& veſtimentis noſtris operiemur: tantūmodo inuocetur nomē tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.
2 In die illa erit germen Domini in magnificentia,& gloria, & fructus terræ ſublimis,& exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael.
3 Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion,& reſiduus in Ieruſalem,ſanctus vocabitur : omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem:
4 Si abluerit Dn̄s ſordes filiarū Siō,& ſanguinē Ieruſalem lauerit de medio eiꝰ in ſpiritu iudicii & ſpiritu ardoris.
5 Et creabit Dominus ſuper omnē locum mōtis Sion,& vbi inuocatus eſt, nubem per diem,& fumū, & ſplendorem ignis flammātis in nocte : ſuper omnem enim gloriam protectio.
6 Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu,& in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à pluuia.

Nates earum פתחן pudenda. anum eorum.q.d.efficiet vt nudæ abducantur captiuæ. 18 Gloriam ornam.&c. את תפארת העכסים ornamentum monilium pedum.vel,ornamentum crepitaculorum.Aut,ornamentum crurum plenum crepitaculis.Gallicè,*des iambieres*.Alii volunt,ornamentum pedum fuiſſe non abſimile illi quo vtuntur mulieres Hiſpanæ quæ crepidas geſtant cum tintinnabulis dum ſaltant.

Et vittas,&c. והשביסים & vela ocellata.vel,reticulata.quibus capita tegebant. Et lunulas. : והשהרונים monilia formam lunæ præferentia. 19 Torques, הנטפות Hebræi dicunt eſſe torques factos ex bdeliis paruis. Alii putant ſignificare theculas in quibus ponitur & includitur opobalſamum,aut aliquod aliud odoramentum,quas appendunt mulieres collis ſuis. Et armillas, והשרות Gallicè,*des bracelets*. Et mitras. : והרעלות & vela.quibus ſcilicet totam faciem præter oculos tegunt,& à parte inferiore ligantur. Alii dicunt id eſſe quod Gallicè dicimus,*tabourets*. 20 Pileos הפארים Et tiaras. Et periſcelides והצעדות & ornamenta crurum.fortaſſe quod Gallicè dicimus,*des iartieres*. Et murenulas. והקשרים fortaſſe quod Gallicè dicimus,*des carcans*.Quidam Hebræorum dicunt fuiſſe ornamenta quæ mulieres alligabant capitibus,aut gutturi. Et pectoralia, ובתי הנפש Ad verbum,& domos animæ.Sunt monilia quædā dependentia à collo inter vbera ſuper pectus : ſic dicta quòd muniant domum animæ.i.cor. Quidam vittas ſericas quibus mulieres alligant capillos capiti,interpretantur. 21 Et circulos naris. : ונזמי האף & ornamenta narium. Vt ab auribus mulierum Orientalium ornamenta quædam dependebant aurea & argentea,aut gemmea,ita etiam è naribus. 22 Mutatoria, המחלצות Veſtes mutatorias ſignificat.ita dicuntur veſtes pretioſiores,quòd illis non ſemper vtamur. Et vela והמעטפות & operimēta.aut,velamina.quibus ſcilicet ſe mulieres operiebant.palliola.amictus. Et linteamina והמטפחות & chirothecas. Et crumenas. : והחריטים & acus.

23 Et vittas, והצניפות & cidares. tegumenta capitis. Et theriſtra. : והרדידים Dicunt veſtimenta eſſe ſubtilia æſtiua. Alii ſcribunt fuiſſe ſindonem quam mulieres expandebant ſuper caput ob æſtum. 24 Putredo מק diſſolutio.vel,liquefactio.ſub.carnis earum.q.d.putreſcent tandem corpora earum,neque aromatibus aſſerentur à putredine. Exciſio, נקפה cōfractio.ruptūra.i.in ea parte veſtis in qua eſt zona,erit ruptura.acſi dicat,veſtes earum vſque ad nates præcidentur ab hoſtibus. Alii,percuſſura.i.caro percuſſa,vt nō poſſint ſe accingere ſuper eam. *Crinium* diſpoſitione æq. מעשה מקשה cincinnis.id eſt,pro crinibus arte & induſtria compoſitis.

Faſcia pect. פתיגיל Doctus inter Hebræos ſcribit fuiſſe genus veſtis quam mulieres induebant ad gloriam & decorem. Alii, cingulum ſericeum latum quo ſe cingebant.Alii,veſtem tenuem ac ſubtilem quæ cæteris veſtibus ſuperponebatur: veſtem,inquam, breuē quæ ſuperiorem tantùm partem tegebat,nempe vſque ad partem infernè proximā pectori:qua etiam reginæ videntur olim fuiſſe ornatæ. Aduſtio כי .i.deformitas:quòd mulieres aduſtæ ſint deformes.Iuxta hanc interpretationem,כי erit à כויה, quod improbant docti quidam Hebræorum,potius vertentes,Quoniam *omnia illa ſupradicta erunt* vice pulchritudinis.i.eo quòd pulchritudinis & elegantiæ ſtudioſiores erant.

25 Et fortitudo tua וגבורתך Singul.pro plurali,fortitudines tuæ.i.viri tui fortes. Vel ſubauditur איש,vt ſit,viri fortitudinis tuæ. eodem ſenſu. 26 Portæ eius: פתחיה infrequentia ſcilicet populi:nam tū erunt pauci intrantes & exeuntes. Et mundata ונקתה .i.euacuata habitatoribus ſuis,& priuata,more lugentis ſedebit in terra,vt Iob. Quidam,deſolata. Alii,deſtituta.

IN CAPVT IIII.

1 Septem שבע Numerus certus pro incerto,& pro multis. Et veſtim.no. ושמלתנו acſi dicant,Tenētur mariti dare vxoribus ſuis victū,veſtitum,& debitū coniugale:at vnum tantū petimus,nempe debitū:alia ære noſtro cōparabimus. Inuocetur.&c. יקרא וגו׳ Hebraiſmus,pro,dicamur vxores tuæ. Opprob.no. : חרפתנו .i.cælibatum & ſterilitatem. 2 In dec.& glo. לצבי ולכבוד .i.inclytū & glorioſum,ac in magno honore,& gratioſum. In ſublimit. לגאון ad magnificentiā.vel,exaltationē. Euaſori Iשſr. : לפליטת ישראל euaſioni Iſraelis.Phraſis eſt Hebraica,pro iis qui ex Iſraele euaſerint.vel,iis qui euaſerint,Iſraelitis. 3 Dicetur illi: יאמר לו nomē imponetur ei,ſanctus.aut,vocabitur ſanctus. In vita, לחיים ad vitam. Alii,inter viuos. Quidā vertunt,Omnéſque Ieroſolymis inter viuos adſcripti erunt. 4 Sordem צואת ſtercus.excrementum. Lauerit ידיח eluerit.expiauerit.vel,lauando eiecerit. Exciſionis. בער conſumptionis.Alii,eiectionis.Alii,ardoris. 5 Loca conuoc.e. מקראה concilia eius.eccleſias eius.ſub.particulares.vel,cōgregationes.Significat loca in quæ conuocantur homines. Flammantis להבה Ad verbum,flammæ.i.flammantis,aut ardentis.

Et tabernaculum וסוכה Et obumbratio. Et abſcon.à turb. ולמסתור מזרם & in latibulum ab inundatione.vel nimbo.

Cap.V.

Ierem.2.d.21
matth.21.d.33

CAntabo dilecto meo canticũ patruelis mei vineæ ſuæ: vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. 1

Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. 2

Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam: 3

Quid eſt quod debui vltrà facere vineæ meæ, & nõ feci ei? an quòd expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas? 4

B Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ: auferã ſepẽ eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. 5

Et ponam eam deſertam: nõ putabitur, & non fodietur: & aſcẽdent ſuper eam vepres & ſpinæ, & nubibus mãdabo ne pluant ſuper eã imbrem. 6

Vinea enim Domini exercituum, domus Iſrael eſt: & vir Iuda, germen eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiam, & ecce clamor. 7

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? 8

C In auribus meis ſunt hæc Domini exercituum, Niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes & pulchræ, & abſque habitatore. 9

Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modii ſementis facient modios tres. 10

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potãdum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis: 11

Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. 12

Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiã: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. 13

Cap. V.

Parabola de Iudæis aſſũptis in populum Dei.

1 CAntabo nũc dilecto meo cãticum″eius′vineæ ſuæ: vinea″fuit dilecto meo″in colle loco pingui.

2 ″Et ſepiuit eam, & lapides collegit ex ea, & plantauit eam″plantis vitis optimæ, & ædificauit turrim in medio eius, & etiam torcular ″excidit in ea: & expectauit vt faceret vuas, at fecit″labruſcas.

3 Nũc igitur habitator Ieruשׁſaláim, & vir Iehudáh iudicate ″iam inter me & vineam meam:

4 Quid faciendum erat vltrà vineæ meæ, & non feci in ea? cur expectaui vt faceret vuas, & fecit″labruſcas?

Reiectio Iudæorum.

5 ″Et nũc indicabo vobis quid ego facturus ſim vineæ meæ: ″remouebo ſepem eius, & erit″ad paſcẽdum: ″diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.

6 Ponámque eam″in deſolationem: non putabitur, neque fodietur, & aſcendet vepris, & ſpina: nubibus quoq; mandabo ne pluant ſuper eam pluuiam.

Vinea.

Germen

7 Vinea enim Iehouæ exercituum, domus Iשׁraאél eſt: & vir Iehudáh, plãtatio″lætitiarum eius: expectauit autem *Deus ut facerent* iudicium, & ecce″plaga lepræ: iuſtitiam, & ecce″clamor.

Auaritia vineæ Dei.

8 Væ iis qui coniungunt domum domui, agrum agro″appropinquare faciunt, adeò vt non ſit locus pauperi: ″& *putatis quod* habitabitis vos ſoli in medio terræ?

9 ″In auribus meis *ſunt, dicit* Iehoua exercituum, Si non domus″multæ in deſolationem erunt: ″grandes, & pulchræ abſque habitatore.

10 Decem enim iugera vineæ facient″bathum vnum: ″& ſementis corus faciet ephah.

Ebrietas.

11 Væ iis qui ſummo mane ſurgunt *ut*″inebriatiua ſectẽtur, *&* qui immorantur″vſque ad crepuſculũ, *donec* vinum″æſtuare faciat eos:

Conuiuia.

12 Eſtque cithara, ″& nébel, & tympanum, & tibia, & vinum *in* conuiuiis eorum: opus autem Iehouæ non ″reſpiciunt, nec opus manuum eius″vident.

Captiui quare Iudæi.

13 Propterea″captiuus ductus eſt populus meus, ″eo quòd non habuerit ſcientiã, ″& *uiri* gloriæ eius, *ſunt* viri famis: & multitudo eius, arida ſiti.

IN CAPVT V.

1 Eius, דודי Ad verbum, dilecti mei. Antecedens pro relatiuo. Vineæ ſuæ: לכרמו de vinea ſua. Alii, ad vineã ſuã. Alii, propter vineã ſuam. Fuit היה Verti poſſunt præterita perf. per imperfecta, erat, ſepiuerat, &c. In colle, &c. : בקרן בן־שמן Ad verbũ, in cornu filio olei. i. in loco ſublimi & valde pingui. Quidã Hebræorum putant fuiſſe nomen loci. Cornu autẽ, ſiue excelſum, vocat terrã Iſrael, quòd celſior eſſet cæteris terris. Chaldæus paraph. in mõte excelſo, & in terra pingui. 2 Et ſepi. eã ויעזקהו & fodit eã. i. coluit. Plantis vitis opt. שורק Verbale nomen eſt in potentia ſui verbi, quod laudatũ ſignificat: vnde quidã vertunt Laudatiſſima. ſub. planta. Alii putant ſpeciem fuiſſe vitis optimæ carentis acinis. Excidit חצב fodit. vel, fabricauit. conſtruxit. ſiue, conſtruxerat. Labruſcas. : באושים .i. vuas ſimiles vuis labruſcæ. hoc eſt acerbas ac inſuaues. Quidã vertũt, Produxit acerbos. ſub. racemos. Alii, genus ſpinarum fuiſſe ſcribũt.
3 Iam נא nunc. vel, quæſo. 4 Labruſcas. : באושים Vide paulo antè verſu 2. Totum verſum ſic reddunt quidã, Quid vltrà faciendum erat vineæ meæ quod non fecerim ei? cur igitur me ſperante vuas redditurã, labruſcas protulit? 5 Indicabo vo. אודיעה־נא אתכם Ad verbum, ſcire facio nunc vos. Redundat נא, & præſentia ſunt pro fut. oſtendam vobis. Remouebo הסר Infinitiuus pro futuro, auferam. Ad paſcendum: לבער in depaſtionem. id eſt, depaſcentur eam homines, vel animalia. Diruam פרוץ Rurſum infinit. pro fut. rumpam. 6 In deſolat. בתה id eſt, deſolatã. Alii, deſertam. vaſtam. 7 Lætitiarum e. שעשועיו delectationum eius. aut, voluptatum. i. planta gratiſſima. Repetitio eſt. Plaga lepræ: משפח .i. planta illa eſt infecta lepra, hoc eſt iniuſtitia. Elegãs autem paronomaſia, & pulchra vocabulorum alluſio, quam Hebræi vocant politiem vel nitorem linguæ: cõiunxit enim משפט cum משפח, & צדקה cum צעקה. Clamor. : צעקה Sub. eorum qui opprimuntur. 8 Approp. fac. יקריבו copulant. continuant. vi ſcilicet, aut fraude. Et *putatis*, &c. והושבתם וגו׳ Ad verbum, & conſtituamini [vel, ſiamini habitare] ſoli, &c. Mutatio eſt perſonæ, pro, & *donec* cõſtituantur, vel collocentur ſoli, &c. i. vt ſoli poſſideant regionem, ſententia ſcilicet iniqua iudicum iniquorum & impiorum.
9 In auribus, &c. באזני יהוה צבאות In auribus meis *ſunt conſilia ueſtra. ſum enim* Iehoua exercituum. i. audio quæ etiam clàm dicitis. Multæ רבים magnificæ. ſumptuoſæ. Grandes & pulc. גדולים וטובים Ad verbum, magnæ & bonæ. i. amplæ & præclaræ.
10 Bathum בת menſura liquidorum Hebræis, decima pars mẽſuræ illius quæ dicitur חומר, de qua aliis locis. Et ſemen. corus, &c. וזרע חומר וגו׳ Ad verbum, & ſemen חhomer faciet אephi. Homer menſura eſt aridorum vt & ephi. Ephi autem eſt decima pars homer, reſpondens ipſi batho. Magnam vini & tritici famem prædicit. 11 Inebriatiua שכר Significat hæc dictio ſechar, vinum, merum, & quicquid inebriare poteſt. Vſque ad crepuſ. בנשף ſub. nocturnum. Aeſtuare faciet e. : ידליקם incendat eos. i. donec incaluerint vino. Alii, perſequatur eos. acſi dicat, illi ſequuntur vinum, & vinum illos perſequitur, & ruere facit. 12 Et nebel ונבל & lyra. Reſpiciũt, יביטו Fut. Heb. pro præſ. Vidẽt. : ראו Præt. Heb. pro præſ. conſiderant. 13 Captiuus ductus eſt גלה Præt. Heb. pro fut. demigrabit. ducetur captiuus. Eo quòd, &c. מבלי־דעת Ad verbũ, abſque ſciẽtia. vel cognitione. i. per dementiã ſuã. aut, quia nõ fuit præditus ſciẽtia. Et *uiri* glo. וכבודו Hebraiſmus, pro Nobiliores, clariores, ſiue inclyti ei⁹, erũt famelici, & plebeii eius moriẽtur ſiti.

Pœnaebriorum. Propterea″dilatauit infernus″animam ſuam, & aperuit os ſuum præter morem:& deſcendet″decorus eius,& multitudo eius, & turba eius,″& lætus in ea. 14

Deus ſublimis & ſanct⁹ propter iudicium. ″Et incuruabitur homo,& humiliabitur vir,& oculi ſublimium ″humiliabuntur. 15

″Et exaltabitur Iehoua exercituum ″propter iudicium, & Deus ſanctus ″apparebit ſanctus propter iuſtitiam. 16

Paſci verbo. Et paſcētur agni″iuxta morem ſuum, ″& *in* deſertis *terræ* pingues agni incolentes comedent. 17

Perſeuerātes in peccatis. Væ iis qui attrahūt *ad ſe* iniquitatem funibus″mendacii,& veluti funibus plauſtri *trahunt* peccatum. 18

Qui dicunt, Acceleret, feſtinet opus ſuū, vt videamus:& appropinquet, ac veniat conſilium ″Sancti Iשſraאel,″& ſciemus. 19

VerbumDei dānantes. Væ dicentibus malum bonum,& bonum malum: qui ″ponunt tenebras lucem,& lucem tenebras : qui ponunt amarum dulce,& dulce amarum. 20

Sapientes ſibi. Væ ſapientibus″in oculis ſuis, & coram facie ſua prudentibus. 21

Væ iis″qui ſunt potentes ad bibendum vinum,& hominibus robuſtis ad miſcendum inebriatiua. 22

Iniuſtitia propter munera. ″Qui iuſtificāt impium propter munera: iuſtitiam autem iuſtorum″auferunt ab eis. 23

Exterminatio Iudæorū ob abiectionem legis Dei. Propterea ſicut abſumit ſtipulā″lingua ignis,& quiſquilias flamma″debilitat: *ſic* radix eorum veluti putredo erit, ″& germē eorum velut puluis aſcendet:″ſpreuerunt enim legem Iehouæ exercituū, & eloquium Sancti Iשſraאél contempſerunt. 24

Ideo″iratus eſt furor Iehouæ in populum ſuum,& extendit manum ſuam ſuper eum,& percuſſit eū: & contremuerunt montes, & fuit″morticinum eorum exciſum in medio platearum. ″in omni hoc non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta. 25

A Babyloniis Iudæi deſtructi, & quomodo. ″Eleuabit enim vexillum in nationes ″alonge, ″& ſibilabit ei ab extremo terræ,& ecce″cito leuis veniet. 26

Non erit″deficiens, nec erit″laborans in eo:non dormitabit, neque dormiet:neque ſoluetur cingulum lumborum eius,nec rumpetur corrigia calceamentorum eius. 27

14 Propterea dilatauit infernus animam ſuam, &aperuit os ſuum abſq; vllo termino:& deſcendēt fortes ei⁹, & populus eius , & ſublimes glorioſique eius ad eum. D

15 Et incuruabitur homo,& humiliabitur vir , & oculi ſublimium deprimentur.

16 Et exaltabitur Dominus exercituū in iudicio,& Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia.

17 Et paſcentur agni iuxa ordinē ſuū, & deſerta in hubertatem verſa aduenæ comedent.

18 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis , & quaſi vinculum plauſtri peccatum.

19 Qui dicitis, Feſtinet,& citò veniat opus eius,vt videamus: & appropiet & veniat conſilium Sancti Iſrael , & ſciemus illud. E

20 Væ qui dicitis malum bonū, & bonum malū: ponētes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponētes amarum in dulce,& dulce in amarum.

21 ‖Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & corā vobiſmetipſis prudētes. Prouer.3.a.7 rom.12.d.16

22 Væ qui potentes eſtis ad bibendū vinum, & viri fortes ad miſcēdam ebrietatem.

23 Qui iuſtificatis impium pro muneribus,& iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.

24 Propter hoc ſicut deuorat ſtipulā lingua ignis,& calor flammæ exurit: ſic radix eorū quaſi fauilla erit,& germen eorum vt puluis aſcendet: abiecerūt enī legē Domini exercituū,& eloquiū ſancti Iſrael blaſphemauerūt. F

25 Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuā ſuper eum,& percuſſit eum:& cōturbati ſunt montes , & facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearū. in his oībus nō eſt auerſus furor ei⁹,ſed adhuc manus ei⁹ extēta.

26 Et eleuabit ſignū in nationibus ꝓcul,& ſibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce feſtinus velociter veniet.

27 Non eſt deficiens , neque laborans in eo:nō dormitabit,neque dormiet, neque ſoluetur cingulum renum eius,nec rumpetur corrigia calceamēti eius. G

14 Dilatauit הרחיבה Præt.Heb.pro fut.dilatabit ſepulchrum ſeſe.Metaphoricè ſignificat multos morituros.acſi dicat,quia tam multi fame & ſiti peribunt,ſepulchrum,ſiue foſſa in quam mortui coniiciuntur,dilatabit ſeſe vt ſit capacior plurium cadauerum.Quidam vertunt, Dilatauit ſepulchrum ingluuiem ſuam.Alii,habitum ſuum. Animam ſuam, נפשה .i.ſeſe. Decorus e. הדרה decor eius.Singu.pro plur.i.nobiles eius,inclyti & magnifici eius,ſub.Terræ ſanctæ,vel Ieruſalem.Relatiuū ſine antecedente. Et lætus in ea. : ועלז בה Singu. pro plur.& gaudentes,vel læti in ea.i.quotquot in ea deliciis & voluptatibus ſunt dediti. 15 Et incuruab. וישח Deprimetur itaque. Singularia pro pluralibus. Humiliab. : תשפלנה deiicientur. 16 Et exaltabitur ויגבה Præt.Heb.pro fut.Exaltabitur autem. Prop.iud. במשפט quo ſcilicet perdet improbos. Appar.ſan. נקדש Ad verbum,ſanctificatus eſt.pro,Sanctificabitur.

17 Iuxta morem ſ. כדברם iuxta ductum ſuum.ſiue, ducatum.i.iuxta locū ad quem ducuntur & congregantur.hoc eſt ouile. Et *in* deſertis,&c. וחרבות מחים וגו' Prædicit futurū vt domus deſolētur,adeò vt in illis paſcāt agni vt ſolēt in paſcuis.Alii vertūt, Ac deſolationes pinguium aduenæ comedent. Vel, deſolatis medullatorum[.i.diuitū]aduenæ fruētur.q.d.tum pauperes qui patria ſua & agris pulſi fuerunt, reuertētur,& fruentur fructibus agrorum derelictorum à diuitibus,qui tum in captiuitatem abducti fuerint. Pingues & medullatos vocat diuites. 18 Mendacii, השוא vanitatis.i.miſeri ſunt qui rationibus illicitis,aut prætextibus,aut illecebris addunt peccata peccatis,& in illis ſeſe obſtinant. 19 Sancti Iשſraאel, קדוש ישראל .i.Domini Dei qui ſanctificatus eſt in Iſraele, collatis illi tot ac tantis beneficiis. Et ſciemus. : ונדעה vt cognoſcamus.i.vt intelligamus quod euenerit,& ſciamus te eſſe veracē. 20 Ponunt teneb. שמים חושך .i.affirmant tenebras eſſe lucem,&c. 21 In oculis ſuis, בעיניהם Hebraiſmus,pro,Qui ſibi videntur ſapientes & prudentes.

22 Qui ſunt potentes,&c. גבורים לשתות יין Hebraiſmus,acſi dicat,qui putant ſummam fœlicitatem ſitam eſſe in compotationibus,& in illis glorientur. 23 Qui iuſtifi.imp. מצדיקי רשע Phraſis eſt Hebraica,pro Qui pronuntiant ac declarant impium eſſe iuſtum: ſiue,qui dicunt cauſam impii eſſe iuſtam. Auferunt ab eis. : יסירו ממנו Ad verbum,auferent ab eo.Fut.pro præſ.Et Ab eo,pro Ab vnoquoque eorum,poſitum eſt. 24 Lingua ignis, לשון אש .i.flamma:quòd ea ſpeciem linguæ præ ſe fert:nam rubet,& in acutiem tendit. Debilitat, ירפה Fut.Heb.pro præſ.debilitat,quieſcere facit.Vertitur etiam,Quiſquiliæ flamma debilitantur.i.flacceſcunt,& pereunt. Et germen eorū ופרחם & flos eorum. Spreuerunt מאסו abiecerunt. 25 Iratus eſt furor חרה אף Ad verbum, irata eſt ira Iehouæ.pro Exarſit ira,vel incenſa eſt ira Iehouæ.aut, excanduit Iehoua. Morticinum e.exciſ. נבלתם כסוחה cadauer eorum lacerum,*proiectum* in,&c.Alii per plurale,Iacuerúntque cadauera illorum exciſa.i.confecta plagis & vulneribus. In omni,&c. בכל זאת וגו' Hebraiſmū quidam ſic reddunt,Et tamen[vel,nihilominus]necdum ob id conquieuit furor,&c. 26 Eleuabit enim ונשא Fut.pro præt.vt quidam vertunt,Eleuauit enim.i.Eleuato vexillo dedit ſignum. Alonge, מרחוק è longinquo.i.remotas. vel,quæ venturæ ſunt è regione longinqua & remota. Et ſibilabit ei ושרק לו .i.ſibilo aduocabit illum.ſub.Regem,vel Imperatorē gentium. Relatiuum ſine antecedente. Cito leuis מהרה קל confeſtim velox.Duabus dictionibus indicauit maximam celeritatem.

27 Deficiens עיף laſſus.fatigatus.ſub.de via. Labo.in eo:כושל בו corruēs in eo.i.in toto illo exercitu.Alii,impingēs.Vel,infirmus.

28 Sagittæ ei⁹ acutæ, & ōnes arc⁹ ei⁹ extēti: vngulæ equorū eius vt ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis.

29 Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonū: & frēdet, & tenebit prædā, & āplexabitur, & non erit qui eruat.

30 Et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris: aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius.

Cap. V I.

1 IN anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſū & eleuatum: & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum.

2 Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabāt pedes eius, & duabus volabant.

B

Apoc.4.c.8

3 Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, ‖Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus exercituū, plena eſt omnis terra gloria eius

4 Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo.

5 Et dixi, Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regē Dominum exercituum vidi oculis meis.

6 Et volauit ad me vnus de Seraphī, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meū, & dixit,

C

7 Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

8 Et audiui vocem dicentis, Quē mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me.

Matth.13.b.14
marc.4.b.12
luc.8.b.10
iohan.12.f.40
act.28.f.26
rom.11.a.8

9 Et dixit, Vade, & dices populo huic, ‖Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere.

10 Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum.

D

11 Et dixi, Vſquequo Domine? Et dixit, Donec deſolentur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine homine: & terra relinquetur deſerta.

12 Et lōgè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fue-

28 ″Quia ſagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti: vngulæ equorum eius″vt ſilex reputatæ ſunt, & rotæ eius″tāquā tēpeſtas.

29 Rugitus ei vt leonis, rugiétque vt catuli leonū, & fremet, & apprehendet prædam:″& rapiet, & non erit qui eruat.

30 Et fremet″ſuper illū in die illa″ſicut fremit mare:″& aſpiciet in terrā, & ecce tenebræ,″anguſtia, & lux″obtenebrata eſt in cælis eius.

Cap. V I.

1 ANno quo mortuus eſt rex ᵞVziiáhu, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & fimbriæ eius replebant templum.

Viſio qua deſcribit Eſaias mittis ſe authoritatem.

2 ש Seraphim ſtabant″ſuper illud: ſex alæ erant vnicuique, duabus velabat *unuſquiſque* faciem ſuam, & duabus velabat pedes ſuos, & duabus volabat.

3 Et clamabat alter ad alterum, & dicebat, Sanctus, ſanctus, ſanctus Iehoua exercituum:″plena eſt omnis terra gloria eius.

4 ″Et mouerunt ſe″ſuperliminaria poſtium à voce clamātis, & domus repleta eſt fumo.

5 Et dixi,″Væ mihi, quia″tacui: nam vir pollutus labiis ſum, & in medio populi polluti labiis habito: ſiquidem Regem Iehouā exercituum viderunt oculi mei.

Agnoſcit peccatum Propheta.

6 Et volauit ad me vnus de ש Seraphim, & in manu eius erat carbo ignitus, quem forcipibus tulerat de altari.

Signo & verbo remiſſionē peccatorum conſequitur.

7 ″Et tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigit hic *carbo* labia tua,″& auferet iniquitatem tuam, ac peccatum tuum expiabitur.

8 Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Tunc dixi, Ecce ego, mitte me.

Mittitur vt annuntiet cæcitatem & illumina tionem populi

9 Et dixit,″Vade, & dicas populo huic, Audite audiēdo, & ne intelligatis: & videte videndo, & ne cognoſcatis.

10 ″Impingua cor populi huius, & aures eius″aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur,″& ſanet eum.

11 Et dixi,″Vſquequo Domine? Et dixit, Donec″deſolentur ciuitates abſque *ullo* habitatore, & domus ſine homine, & terra″deſoletur deſolatione.

Vaſtati Iudæi à Romanis.

12 ″Et elongauerit Iehoua hominem,″& multiplicauerit *dies eius quæ*

28 Quia ſagittæ eius אשר חציו Ad verbum, Cuius ſagittæ eius. Redundat alterum relatiuum, pro Cuius ſagittæ. vel, Et ſagittæ eius. Vt ſilex reputatæ כצר נחשבו tanquam rupes [vel, ſaxum duriſſimum] reputabuntur. Præt. Heb. pro fut. Tanquam tempeſtas, כסופה: velut turbo. i. tam veloces erunt quàm turbo. 29 Et rapiet ויפליט Ad verbum, & ſaluabit. i. erutam abducet ſaluam in domum ſuam. 30 Super illum עליו aduerſus illum. ſub. populum. Sicut fremit mare, כנהמת־ים Ad verbū, iuxta fremitū maris. Aſpiciet ונבט ſub. populus. i. circunferet oculos, vt videat ſiqui ſint qui veniant ad ferendam opem. aut, aſpiciet ad terram, vt ſolēt triſtes & mœſti. Anguſtia צר & tribulatio. Obteneb. &c. חשך בעריפיה: Præt. Heb. pro fut. obtenebreſcet in cælis eius. ſub. Terræ ſanctæ. Relatiuū fœmineū eſt. i. in ea parte cæli ſub qua ſita eſt Terra ſancta. Quidam Hebræorum, obtenebreſcet in deſolationibus eius. ſiue deſtructionibus.

IN CAPVT VI.

2 Super illud ממעל לו iuxta illū. i. aſtabant illi. vel, supernè imminebant ei. 3 Plena eſt, &c. מלא כל־הארץ כבודו: plenitudo totius terræ *eſt* gloria eius. i. miraculis & prodigiis Dei plena eſt terra. Vel, omnia creata quæ ſunt in terra, teſtantur, ſiue oſtendunt Deum eſſe dignum omni gloria & laude. in illis enim relucet gloria virtutis & omnipotentiæ Dei. 4 Et mouer. ſe וינועו Tunc cōmota ſunt, vel, concuſſa. aut, intremuerunt. Superlim. poſtiū אמות הספים. i. ſuperliminaria cum poſtibus, & poſtes cum ſuperliminaribus. Alii, poſtes liminum. Alii, cubitis *aliquot* poſtes *oſtii*. 5 Væ mihi אוי־לי Hei mihi. Tacui, נדמיתי exciſus ſum. vel, perii. i. actū eſt de me. breui tollar de medio. 7 Et tetigit os meum, ויגע על־פי Et applicuit ori meo. Et auferet, &c. וסר עונך & recedet iniquitas tua. q. d. hoc ſigno, contactu ſcilicet carbonis, indicat Dominus condonata tibi eſſe omnia peccata tua.

9 Vade, & dicas, &c. לך אמרת וגו׳. i. Prædic huic populo futurā cæcitatem & obſtinationem. Sunt autem imperatiua pro futuris: & ita verterunt L X X, iuxta quorū verſionem hæc eadem verba ſic adducit Chriſtus Matth. 13. b. 14, & Paulus, Act. 28. g. 26, Vade ad populum iſtū, & dic, Auribus audietis, & nō intelligetis: & vidētes videbitis, & nō perſpicietis. 10 Impingua השמן Inunge. Obline. ſiue, obthura vnguēto pingui. i. excæca mentē ac intellectū. nimia enim pinguedine ſuffocatur cor, nec poteſt fungi ſuis officiis. q. d. Denūtia ac declara fore vt mens eius ſit excæcata. Imperatiua verterūt L X X, per præteritū, iuxta quos etiā in præterito Chriſtus, Matth. 13. b. 15, & Paulus hoc teſtimonium adducit, Act. 28. g. 27, Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, nequando videant oculis, & auribus audiāt, & corde intelligant, & conuertātur, & ſanem eos. Aggraua, הכבד. i. velut mole aliqua obthura, ſordibus aut re alia imple ne poſſint exaudire. Et ſanet eum ורפא לו medeatur illi. ſub. medicus Deus. i. miſereatur eius. L X X legunt, ſanem eos, vt vides paulo antè ex verbis Chriſti & Pauli. 11 Vſquequo עד־מתי ſub. duratura eſt hæc cæcitas & obſtinatio. Deſolentur שאו Præt. Heb. pro fut. vaſtatæ fuerint, aut deſtruantur. Deſoletur deſ. תשאה שממה: Hebraiſmus, pro, omnino ſit deſolata. 12 Et elongauerit, &c. ורחק יהוה וגו׳ Et longè fecerit Iehoua homines, & magna fuerit deſertio [vel, derelictio] in, &c. i. donec incolas decem tribuum in regiones longinquas ac remotas, & longè diſtantes eiecerit. Loquitur Deus de ſe in ſecunda perſona. Multiplicare dies dicitur deſerta, quæ multo tempore deſeritur. Quidam vertunt, Eritque multo tempore derelictio, &c.

derelicta eſt in medio terræ.

Reliquiæ Iudæorum ſaluandæ.

Verùm adhuc in ea *erit* ″decima:″ & reuertetur,″ & erit in exciſionē, 13
″ſicut terebinth⁹ & ſicut querc⁹,″quib⁹ ſtatio eſt in שSallécheth, ſemen ſanctitatis ſtatio eius.

Cap. VII.

Ieruſalem obſidetur ab Raſin & Phacee.

FVit autem in dieb⁹ Aחház filii Iothám, filii עVziiáhu regis Iehudáh, aſcendit Reצſin rex Aram, & Pecaח filius Remaliáhu, rex Iשraאel, in Ieruשaláim ad prælium contra eā: & non potuit ″expugnare eam. 1

Nuntiatúmq; eſt domui Dauid, ″dicēdo, ″Requieuit אAram cū Ephráim;″ & commouit ſe cor eius, & cor populi eius, ſicut mouētur arbores ſyluæ ″à facie venti. 2

Promittit Deus ſe liberaturum Achaz cū populo ſuo à timore Regū Raſin & Phacee, finem regni Damaſci & Iſrael prædicens.

Dixit autē Iehoua ad Ieשaעiáhu, Egredere nūc in occurſū אAחház tu, & שSeאar Iaשſub filius tuus ″ad extremum aquæductus piſcinæ ſuperioris ad viam Agri fullonis: 3

Et dices ad eum, ″Caue, & quieſce: ne timeas, & cor tuū ne molleſcat à duabus ″caudis titionum fumigantium iſtorum, ″in ira furoris Reצſin, & אAram, & filii Remaliáhu: 4

Eo quòd conſiliū malum inierit contra te אArám, אEphráim, & filius Remaliáhu, ″dicendo, 5

″Aſcendamus in Iehudáh, ″& obſideamus eam, ″& ſcindamus eā nobis: & regnare faciamus regem in medio eius ″filium Tabeal. 6

Sic dixit Dominus Iehoua, ″Non ſtabit, & non erit. 7

Nam caput Arám *eſt* Damméשſec, ″& caput Damméשſec *eſt* Reצſin: ″& adhuc ſexaginta quinque anni, ″frangetur *cum* אEphraim, ne ſit populus. 8

″Et caput אEphráim, שSomrón: & caput שSomrón, filius Remaliáhu: ſi non credatis *verbis meis, id fit* quia non ″eſtis ſtabiles. 9

Adiecit autem Iehoua loqui ad Aחház, dicendo, 10

Admonetur credere in promiſſū à Deo auxiliū, & huius promiſſionis ſignum quærere.

Pete tibi ſignum à Iehoua Deo tuo, ″demitte teipſum petēdo, vel eleua teipſum déſuper. 11

rat in medio terræ.

13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

Cap. VII.

1 ET factum eſt in diebus Achaz filii Ioatham, filii Oziæ regis Iuda, aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, in Ieruſalē ad præliandum contra eam: & nō potuerunt debellare eam. 4.Reg.16.a.5

2 Et nuntiauerūt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria ſuper Ephraim, & commotum eſt cor eius, & cor populi eius: ſicut mouentur ligna ſyluarum à facie venti.

3 Et dixit Dominus ad Eſaiam, Egredere in occurſū Achaz tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremū aquæductus piſcinæ ſuperioris in via Agri fullonis:

4 Et dices ad eum, Vide vt ſileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantiū iſtorum in ira furoris Raſin & Syriȩ, & filii Romeliæ:

5 Eo quòd conſilium inierit cōtra te Syria in malū, Ephráim & filius Romeliæ dicentes,

6 Aſcendamus ad Iudā, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum ad nos: & ponamus Regem in medio eius filiū Tabee. B

7 Hæc dicit Dominus Deus, Non ſtabit, & non erit iſtud:

8 Sed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin: & adhuc ſexaginta & quinq; anni, & deſinet Ephráim eſſe populus:

9 Et caput Ephráim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis.

10 Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens,

11 Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſuprá.

13 Decima, עשיריה decimatio. vel, decimum. ſub. regum. i. poſt Oziam regnabunt adhuc decem reges in Iudæa, & ſub decimo Rege, nempe Sedechia, abducentur in captiuitatem. Quidam vertunt, *ſucceſſio* decem *Regum*. Et reuertetur, & erit in, &c. ושבה והיתה לבער & conuertetur, & erit in exterminium. aut, ablationem. Alii, abiectionem. Hebraiſmum iſtum ſic quidam vertunt, & iterum erit in eiectionē. i. iterū pellentur patria reliquæ tribus. Sicut thereb. כאלה Vide cap. 1. d. 30. Quibus ſta. eſt in שSallecheth בשלכת. i. ſicut vlmus & quercus quæ ſunt plantatæ iuxta, vel ad portam templi quæ dicitur Sallecheth, de qua legis 1. Paral. 26. b. 16. Alii, quæ tempore proiectionis *hyemalis* habent in ſe ſubſiſtentiam, *ſic* ſemē ſanctum in ſua ſubſtantia *permanebit*. Alii dilucidius, Vt vlmus & quercus in quibus in emiſſione *frondium eſt* ſubſiſtentia *quædam, ſic* ſemen ſanctum, planta eius. vel, plantatio eius. nempe regionis. q. d. vt vlmus & quercus arbores ſe habēt, quæ quum abiecerint frondes ac folia ſua, videntur mortuæ, retinent tamē adhuc vigorem ſuum. i. viuunt hyeme: qua tranſacta, iterum frondes ac flores producunt: ſic ſe habebit tribus Iuda: nam iterum reuertentur, & inhabitabunt regionem, vnde tandem proditurus eſt Chriſtus.

IN CAPVT VII.

1 Expugnare eam. להלחם עליה: Ad verbum, bellare contra eam 2 Dicendo, לאמר in hunc modum. Requieuit נחה Requieſcit. Societatem iniit. i. Copiæ Syrorum iunctæ ſunt copiis Regis Iſrael ad obſidendum Ieruſalem. Et commouit ſe וינע commotum eſt itaque. i. contremuit. metu ſcilicet. A facie venti מפני רוח: Hebraiſmus, pro Flante vento. 3 Ad extremum על־קצה ad extremitatem. i. finem. Chaldæus paraphr. vſque ad extremam partem canalis lacunæ ſuperioris: quæ pars extrema reſpondet viæ. i. eſt e regione, vel eſt iuxta viam qua itur ad agrum fullonum, in quo fullones ſiccant pannos quos curauerunt, & purgarunt in canali ipſius lacunæ ſuperioris. Prope Ieruſalem erant duæ lacunæ, quarum altera à ſitu dicitur inferior, altera ſuperior.

4 Caue, & quieſce: השמר והשקט Obſerua vt ſis quieto animo. vel trāquillo. Alii à שמרים. i. fæcibus deriuantes, vertūt, Reſide, & quieſce. vt ſcilicet vinum reſidere ſolet ſuper fæcem ſuam. i. eſto animo ſecuro. Caudis זנבות extremitatibus. in quibus ſcilicet durat ignis. Alluſio ad titiones quibus ſolent coci componere ignem ſuum: qui quum deuenerint ad extremitatem, abiiciunt illos. In ira fur. בחרי־אף ſub. venientium. Alii, præ furore iræ. Comparat iram fumo. i. fumigantium præ furore. 6 Aſcendamus נעלה ſub. cum magno exercitu. i. paremus expeditionem in Ieruſalem. Fut. Heb. pro imperat. Et obſideamus eam, ונקיצנה & expergiſci faciamus illam. Vel (vt alii) excitabimus illam. Fut. pro imperat. Alii, & tædio afficiamus illam. longa ſcilicet obſidione. Et ſcind. e. no. ונבקיענה perrumpamúſque eam ad nos. i. perrupto muro, irrumpamus in eam vi armorum, ita vt hac ratione veniat in poteſtatem noſtram. Alii, diruemúſq; eam, vt ſit noſtra. Filiū Tabeal בן־טבאל: i. vnū ex viris Iſrael. 7 Non ſtabit, לא תקום Non cōſiſtet. i. non erit ratū & ſtabile. Alii, Nō cōſurget. 8 Et caput וראש. i. metropolis. Acſi dicat, Raſin erit Rex Damaſci tantùm, nō etiā Ieruſalē. Damaſcenorū interitū prædicit, quorū vrbs non fuit euerſa tempore quo Ephraim, ſed paulo antè. 2. Reg. 16. b. 9. Et adhuc, &c. ובעוד וגו׳ Hebraiſmus, pro Et ſexageſimo quinto anno. Non eſt à tempore huius prophetiæ numerandum, ſed à prophetia Amos, qui fuit æqualis Eſaiæ. q. d. Veriſſimū eſt quod prædictum fuit ab Amos æquali meo. nam intra L X V annos frangentur vires Aſſyriorum & Iſraelitarum. Amos prophetauit cōtra Damaſcum & Iſraelitas. Cœpit prophetare aduerſus eos anno X V I I Ieroboam filii Ioas. qui à prophetia hac regnauit X X I I I I annos. Quibus ſi addas X Manahem, duos Phaceia, X X Phacee, & Oſee I X, conſtitues L X V annos, præter ſeptē menſes Sellum & Zachariæ. Quū hæc ſcripſit Eſaias, ſupererant è prophetia Amos duodecim anni. i. tres vltimi anni Phacee, & nouem Oſee. Frangetur יחת ſub. Arā. i. frangentur vires Syriæ & regni Iſrael, ambo venient in poteſtatem regni Aſſyriorum. 9 Et caput Ephraim, &c. וראש אפרים וגו׳ q. d. quod dictū eſt de Aram, idem dici debet de Iſrael. Nam Phacee erit Rex Samariæ tantùm, non etiam Ieruſalem. Prædicit captiuitatem Iſrael, cuius caput erat Samaria. Eſtis ſtabiles: תאמינו robuſti. ſub. in fide. Alii, fideles. 11 Demitte te העמק deſcende in imū. q. d. Si non credis, & adhuc hæſitas, pete ſignum in imo, aut ſurſum. i. in terra, vel in cælo. Quidam Hebræorum vertunt, multiplica petendo.

Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. 12

Et dixit, Audite ergo domus Dauid, nunquid parũ vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? 13

Mat.1.d.23. luc.1.c.31.

Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignũ: Ecce, virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Emmanu-el. 14

C

Butyrũ & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. 15

Quia antequam ſciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu deteſtaris à facie duorum Regum ſuorum. 16

Adducet Dominus ſuper te, & ſup populum iſtum tuum, & ſuper domũ patris tui dies qui non venerũt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cũ Rege Aſſyriorum. 17

Et erit, in die illa ſibilabit Domin⁹ muſcæ quæ eſt in extremo fluminum AEgypti, & api quæ eſt in terra Aſſur: 18

Et venient, & requieſcẽt omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuerſis foraminibus. 19

D

4.Reg.19.g.35.

In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his qui trans flumẽ ſunt, in Rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. 20

Et erit, in die illa nutriet homo vaccam boum, & duas oues, 21

Et præ hubertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. 22

Et erit, in die illa omnis locus vbi fuerint mille vites mille argenteis, in ſpinas & in vepres erunt. 23

Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & ſpinæ erunt in vniuerſa terra. 24

12 Et dixit Anház, Non petam, nec tentabo Iehouam.

13 ″Et dixit, Audite nũc domus Dauid, ″nũquid parum eſt vobis ″labore afficere homines, quòd ″labore afficitis & Deum meum? /ſc. nõ cedendo:

ſilla

14 Ideo dabit Dominus ipſe ″vobis ſignũ, Ecce ″virgo *erit* prægnans, &″ pariens filium: ″& vocabit nomen eius yImmanuél.

Promittitur CHRISTVS

15 ″Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

16 Quia antequam ſciat puer ille ″reprobare malum, & eligere bonum, ″derelinquetur terra quam tu deteſtaris à facie duorum Regum ſuorum.

Ante Chriſtum natum, regnum Iſrael deſtructũ.

17 Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuũ, & ſuper domum patris tui, dies qui non venerunt à die qua ſeparauit ſe אEphraim à Iehudah, *nempe* Regem Aw̆ſſur.

18 Et erit, in die illa ſibilabit Iehoua muſcæ quæ eſt in extremo ″fluminum AEgypti, & api quæ eſt in terra Aw̆ſſur:

Regni Iudæ deſtructio ab Aſſyriis.

19 Veniéntque, & requieſcent ″omnes ipſi in torrẽtibus ″deſertorũ, ″& in cauernis petrarum, & in omnibus ſpinetis, & in vniuerſis ″arboribus vilibus.

20 In die illa radet Dominus nouacula ″conductitia ″in *iis qui uenient de regionibus quæ ſunt* trans flumen ″cum Rege Aw̆ſſur, caput, ″& pilos pedum, & etiam ″barba abſumetur.

21 Et erit, in die illa ″nutriet quiſpiã vitulã *filiam* bouis, ″& duas oues.

22 Erítque, præ copia ″lactis quod faciet, comedet butyrũ: butyrũ enim & mel comedet quicunque remanſerit ″in medio terræ.

23 Erit quoque in die illa, erit *inquam, ut* omnis locus in quo fuerant mille vites pro mille ″argenteis, ″in veprem & in ſpinam erit.

Deſcriptio ſolitudinis futuræ.

24 Cum ſagittis & arcu ″ingredietur illuc: ″vepris enim & ſpina erit tota terra.

13 Et dixit, ויאמר ſub.Propheta. Nunquid,&c. המעט מכם an minus quàm vos deceat,videtur eſſe. Labore,&c. הלאות אנשים vos moleſtos eſſe hominibus.vel,afficere tædio & moleſtia homines.i.Prophetas. Labore afficitis תלאו tædio [vel,faſtidio & moleſtia]afficitis. Alii,quòd etiam Deum facitis debilem.vel,infirmum.aut,fatigabilem. Nam quòd Achaz petere noluit, ideo factum eſt quòd credebat Dominum non facturum,ideo perditurum operam. 14 Vobis, לכם .i.nepotibus tuis,ô Achaz.acſi dicat,Tu cogitas Deum non ſatis eſſe potentem vt te liberet à Raſin & Phacee, at falleris: nam longè maius argumentum ſuæ potentiæ daturus eſt tuis nepotibus.faciet enim vt ex virgine naſcatur Meſſias,qui liberabit populum à pernicioſioribus multo hoſtibus,peccato,morte,& Satana.
Virgo העלמה In principio huius dictionis ה haiediah,aut ſignificatiuũ,indicat eum loqui de inſigni quadã ac præclara virgine, nempe Maria. Ab עלם abſcondit,occultauit,deriuatur hæc dictio,ſic appellata quòd eſſet occulta viro. Et pariens וילדת Particip.pro fut. & pariet. Et vocabit וקראת ſub.העלמה virgo. Alii exiſtimant veriorem eſſe lectionem Vocabis, in ſecũda perſona,ſcribentes ita legi in emendatioribus Hebræorum libris,in quibus cames ſupponitur ipſi ת,& de maſculo dici.nam ſi de muliere,pro cames,ſupponeretur ſeua.& ſi eſſet tertia perſona fœminea,legeretur וקראה.Hinc quidam Hebræorum legentes Vocabit,maſculinè,ſubaudiunt Spiritus ſanctus. Subaudiri etiam poſſet(quod frequens eſt Hebræis)participium eiuſdem verbi,vocans.i.qui illi nomen imponet, vocabit eum Immanuel.
15 Butyrum,&c. חמאה His locutionibus declarat eum fore verum hominem,& non habiturum corpus phantaſticum:nam comedet & bibet:ſciet præterea abhorrere à cibo amaro & inſuaui,& proſequi cibum dulcem ac ſuauem:habebit corpus præditum ſenſibus ſicut & nos. 16 Reprobare malum, מאוס ברע Hac periphraſi inculcat nobis Chriſti incarnationem.i.antequam aſſumpſerit humanam naturam in qua edet & bibet. Derelinq.&c. תעזב וגו׳ deſeretur terra à qua *nunc* abhorres, propter duos Reges ſuos.i. Syria & Samaria deſolabuntur,quas tu odio proſequeris propter duos eius Reges qui te obſident. A facie,pro Propter,frequens eſt Hebræis.
18 Fluminum יאורי riuorũ:Abundat enim AEgyptus variis riuulis Nili quibus alluitur. De extrema parte AEgypti loquitur quæ proxima eſt Libyæ. 19 Omnes ipſi כולם omnes.ſub.muſcæ & apes. Deſertorum,הבתות deſolationũ.i.deſolatis Et in cau.pet. ובנקיקי הסלעים & in foraminibus ſaxorũ. Proſequitur metaphoram:nam apes quærunt cauernas. Vrbes autem aut in montibus,aut in ſcopulis ſitas intelligit. Arbor vilib. הנהלולים: dumetis. Pagos intelligit qui ſpinis & dumis cingi ſolent. 20 Conduct. השכירה Ad verbum,conductionis.i.optima & acutiſſima.nam quæ conducimus,optima eſſe ſolent,& ad rem gerendam accõmoda.Chald.paraph. enſe acuto. In *iis qui*,&c. בעברי נהר Ad verbũ,in trans flumen.i.in exercitu qui veniet à regione quæ eſt ad latera Euphratis. Quidã,in accolis Euphratis. Cum Rege במלך Ad verbũ,in *exercitu* Regis. Et pilos pedum, ושער הרגלים Honeſto vocabulo rem turpem ſignificat,nempe pubem & pudenda:vt vrinã vocant aquã pedum. Veteres Hebræi cæſariem radebant, & pubem:barbam non item,idque ex regionis cõſuetudine,ſecundũ quam barba erat in maximo pretio. Capilli capitis,ſunt duces:Pubes,ſunt milites gregarii:Barba,eſt Rex Sennacherib,qui à filiis reuerſus in patriam,fuit occiſus.2.Reg.19.g.38.q.d.tam facilè perdet Dominus Aſſyrios tempore Ezeciæ, quàm facilè nouacula deiicit cæſariem,pubem,& barbam. Barba abſ. : הזקן תספה barbam abſumet.quæ alioqui radi non conſueuit.
21 Nutriet,&c. יחיה־איש עגלת בקר Ad verbum,viuificabit vir vitulam *filiam* bouis.i.iuuencam. Futuram fœlicitatem prædicit poſt liberationem à Rege Aſſyriorum.q.d. exiguo grege facile quis vitam tuebitur, & omnibus cibis delicatis & ſuauibus abundabit. Et duas o. : ושתי־צאן aut duas *oues* gregis. 22 Lactis quod faciet,עשות חלב Ad verbum,faciendi lac.i.quam facient.vel reddent. ſub.vacca illa & duæ oues. In medio terræ. : בקרב הארץ .i.in ipſa terra Iudææ reliquus fuerit. 23 Argenteis, כסף ſub.ſiclis, aut minis.i.pretii mille nummorum argenteorũ. Maximam fœlicitatem ſequitur maxima deſolatio. In veprem,&c. לשמיר,וגו׳ Hebraiſmus,pro Obſitus erit ſpinis & vepribus.q.d.tempore illo omnis locus in quo ante obſidionẽ Sennacherib erant optimæ vites,quæ ſingulæ ſingulis ſiclis argenteis vendi poterant,conſpicietur ſqualidus & ſpinis obſitus ob diutinam obſidionẽ:& tandem illi ſqualori vbertas maxima ſuccedet. 24 Ingredietur יבוא ſub.agricola.q.d.qui adire volet loca illa,ingredietur armatus,metu ferarum,aut ſerpentium.
Vepris enim,&c. כי־שמיר Hebraiſmum ſic quidam reddunt, Quoniam ſpinæ & vepres erunt per vniuerſam terram.vel,occupabunt totam terram.

Et omnes montes″qui ſarculo ſarrientur,non veniet illuc,timor″ 25
vepris & ſpinæ,ſed erunt″in paſcuum bouis,& in conculcationem
pecoris.

Cap. VIII.

Ante natiuitatẽ Chriſti,quẽ prædatorem & redẽptorem noſtrum vocat,Iſraelitæ deſtructi ab Aſſyriis.

ET dixit Iehoua ad me,Sume tibi volumen grande, & ſcribe in 1
eo″ſtylo hominis″ad feſtinandum ſpolium,accelerauit prædã.

″Et teſtificari mihi faciam teſtes fideles,אוVriiáh ſacerdotem,& 2
Zechariáhu filium Ieberechiáhu.

″Acceſſi autem ad Prophetiſſam,quæ cõcepit,& peperit filium: 3
& dixit Iehoua ad me, Voca nomẽ eius, ″Ad feſtinandum ſpoliũ,
accelerauit prædam.

Iudæ deſtructio ab Aſſyriis.

Quia antequam ſciat puer″vocare Pater mi , Mater mea, tollet 4
miles Dammeשſec,& ſpolia שSomrón coram Regẽ Aשſſur.

Et adiecit Iehoua loqui ad me adhuc,dicendo, 5

Eo quòd abiecit″popul⁹ iſte aquas שSiloaח, ″quæ vadũt quie- 6
tè,″& gaudium *eſt illi* cum Reצſin,& filio Remaliáhu:

Ideo ecce Dominus aſcẽdere facit ſuper eos aquas fluminis for 7
tes & multas,regem Aשſſur,& vniuerſam gloriã eius :″aſcendétq;
ſuper omnes riuos ſuos,& ibit ſupra omnes ripas ſuas.

Tranſibítque per Iehudáh,″inundabit,& tranſibit, vſque ad col 8
lum pertinget : & erit extenſio alarum eius plenitudo latitudinis
terræ tuæ,ô עImmanuel.

Interitũ Aſſyriorũ prædicit Propheta ad cõſolationem piorum.

″Confringite populi, & cõteramini: & auribus percipite vniuer 9
ſi″longinqui terræ:accingite vos, & conteramini: accingite *inquam*
vos, & conteramini.

Conſultate conſilium,& diſſipabitur:″loquimini verbum,& nõ 10
″ſtabit:quia nobiſcum Deus.

Fiducia in Deo, non in humano auxilio.

Sic enim dixit Iehoua ad me ″in fortitudine prophetiæ : & eru- 11
diuit me″ne irem in viam populi huius:dicendo,

″Ne dicatis, Cõiuratio *eſt* : ″omnia quæ dicit populus iſte,cõiu- 12
ratio *eſt*: & timorem eius ne timeatis,neque formidetis.

25 Et omnes mõtes qui in ſarculo ſar
rientur, non veniet illuc terror ſpina
rum & veprium,& erit in paſcua bo-
uis,& in conculcationem pecoris.

Cap. VIII.

1 ET dixit Dominus ad me,Sume ti
bi librum grandem , & ſcribe in
eo ſtylo hominis,Velociter ſpolia de
trahe,citò prædare.

2 Et adhibui mihi teſtes fideles Vriã
ſacerdotem,& Zachariam filium Ba-
rachiæ:

3 Et acceſſi ad Prophetiſſam,& con-
cepit,& peperit filium:&dixit Domi
nus ad me,Voca nomen eius Accele
ra ſpolia detrahere, feſtina prædari.

4 Quia antequã ſciat puer vocare pa
trem ſuum & matrem ſuam, aufere-
tur fortitudo Damaſci,&ſpolia Sama
riæ coram rege Aſſyriorum.

5 Et adiecit Dominus loqui adhuc
ad me,dicens,

6 Pro eo quòd abiecit populus iſte
aquas Siloe,quæ vadunt cũ ſilẽtio, & B
aſſũpſit magis Raſin & filiũ Rõeliæ.

7 Propter hoc ecce Dominus addu-
cet ſuper eos aquas fluminis fortes
& multas , Regem Aſſyriorum , &
omnem gloriam eius,& aſcendet ſu-
per omnes riuos eius,& fluet ſuper v
niuerſas ripas eius.

8 Et ibit per Iudam,inundans,& trã
ſiens vſque ad collum veniet : & erit
extenſio alarum eius,implens latitu-
dinem terræ tuæ,ô Emmanuel.

9 Congregamini populi, & vincimi
ni, & audite vniuerſæ procul terræ:
confortamini & vincimini,accingite
vos & vincimini.

10 Inite conſilium, & diſſipabitur:lo-
quimini verbum,& non fiet:quia no
biſcum Deus.

11 Hæc enim ait Dominus ad me ſi- C
cut in manu forti, erudiuit me ne irẽ
in via populi huius, dicens,

12 Non dicatis, Coniuratio:omnia e-
nim quæ loquitur populus iſte, con-
iuratio eſt: & timorem eius ne timea
tis,neque paueatis.

25 Qui ſarc.ſarri. אשר במעדר ועדרון qui ligone excoli ſolent. Hebraiſmus,pro, In omnibus autem montibus qui coli ſolẽt,non naſcẽtur ſpinæ aut vepres. In paſcuum למשלח Ad verbum, in miſſionem *pedis* bouis .i.illuc mittentur boues, & conculcabunt pecora. Idem ſunt ,miſſio pedis & conculcatio.i.illic paſcentur armenta & pecora. q.d.tempore obſidionis tota planities terræ Iudæ (Gallicè , *le plat pais*)deſolata erit,plena ſpinis & vepribus:at montium fertilium vertices non erunt obſiti ſpinis:quum talia loca tempore belli ſoleant coli ab iis qui in ea ſe receperunt metu hoſtium . Propterea obſidione ſoluta, erunt bobus & ouibus in locũ paſcuum,quum in planis locis ali non poterunt ob vaſtitatem.

IN CAPVT VIII.

1 Stilo hominis בחרט אנוש calamo humano.i.literis hominibus tuæ regionis notis,& quibus vtuntur. Chald.paraph.characteribus explicitis.i.notis & manifeſtis. Ad feſtinandum,&c. למהר שלל וגו׳ vt feſtinet *Aſſur* ſpolium,acceleret prædam.i.vt feſtinet ſpoliare, acceleret prædari. Cõfirmatio eſt prophetiæ ſuperioris qua regni Iſrael & Syriæ vaſtationem prædixerat.Alii infinitũ(quod omniũ eſt tẽporum)per imperatiuum vertunt:tanquã adhortetur ipſum Aſſyrium vt acceleret vaſtationem,Accelera *ad* prædam,feſtina *ad* direptionẽ. vel,feſtina *ad* diripiendum,accelera *ad* prædam.Alii ſcribunt למהר eſſe toar vice benoni,vertentes,Acceleranti *diripere* ſpolium, feſtinat præda.Vt ſint hæc verba, Acceleranti ſpolium,vel ſpolia :vice tituli.acſi dicat,Regi Aſſyriorum qui optat deuictis hoſtibus reportare ſpolia in patriam ſuam.Duo autẽ ſequentia,Feſtinat præda: ſint verba epiſtolæ:quibus vocabulis,& iiſdem monoſyllabis,voluit innuere tempus deſolationis inſtare,eſſéque in foribus.Feſtinat præda.i.inſtat tempus prædæ: intra paucos annos ſuperabit hoſtes ſuos,quibus deuictis reportabit ingentem prædam. 2 Et teſtificari mihi faciam t. ואעידה לי עדים Fut.Heb.pro præt. Et adhibui [vel vocaui in teſtimonium] mihi teſtes. 3 Acceſſi,&c.׳ואקרב וגו .i.cognoui vxorem meam. Ad feſtinandũ,&c.׳מהר שלל וגו Quidam hæc verba non interpretantur,ſed tanquã duo tantũ nomina idem ſignificantia,relinquunt,ſcribentes, Maherſalal haſbaz.i.accelerans ſpoliũ. aut, feſtinat præda. 4 Vocare קרוא clamare. 6 Populus iſte העם הזה Iudaicus ſcilicet,ſiue regni Iuda. Prædicit obſidionem vrbis Ieroſolymitanæ. Quæ vadunt quietè ההולכים לאט quæ decurrunt pacificè. vel,defluunt leniter.i.quia populus meus Iuda, cuius regnũ eſt ſimile leni Siloah fonti & innoxio,viréſque ipſius regni ſui ſpernit, quòd exiguæ ſint, vellétque lubens ſubiici ipſi Raſin, & Phacee Regibus potentiſſimis qui velut Euphrates, omnia ſecum rapiunt,qui eum fortius defenderent à periculis,vt exiſtimãt. Et gaudium,&c. ׳ומשוש וגו Hebraiſmus,pro Apud ſemetipſum & in animo ſuo libenter ſubderetur ipſi Raſin.

7 Aſcendétque,&c. ׳ועלה וגו ſub.amnis ille.i.excedet alueos ſuos,& tranſcendet,vel tranſgredietur omnes,&c.

8 Inundabit,& tranſ. שטף ועבר Phraſis Hebraica,pro Inundando tranſgredietur,id eſt,tranſeundo obruet totam eam regionem.

9 Confring.pop.& cont. רועו עמים וחותו Conterite ô populi,& confringamini. vel, confringemini. Imperat. pro fut.q.d. Permittit Dominus vt omnia perdatis in Iuda,licet vobis nunc omnia perdere:at tandem perdemini.initio belli fœliciter vobis cedet,tandem tamẽ corruetis.Alii vertunt,Cõſociate vos ô populi,& contundite vos.i.congregate vos populi cum rege Aſſur,& poſtea eritis contriti. Chald. paraph.Sociate vos pariter exercitus Sennacherib,& conteremini. Longinqui מרחקי־ארץ Ad verbũ,*viri* diſtantiarum terræ.i.incolæ regionũ longinquarum,ſiue qui habitatis in regionibus procul diſtantibus 10 Loquimini verbum דברו דבר .i.decernite decretum. Stabit יקום ſtabilietur.erit firmũ. 11 In fort.prophetiæ בחזקת היד Ad verbum,in roboratione manus.i.in viſione prophetica admirabili,non vulgari,ſed admodum inſigni.Alii,in apprehenſione manus. Ne irem,&c. ׳מלכת בדרך וגו ne incederem per viam populi huius. Hebraiſmus,pro Ne ſectarer ac imitarer ſtudia & mores huius populi cui perſuaſum eſt Regem Aſſyriorũ eſſe multo potentiorẽ Deo Iacob. 12 Ne dicat.Cõiur. לא־תאמרון קשר Ne dixeritis *uerba* cõiurationis i.ſeditioſa in veſtrũ Regẽ & locũ:nam Deus eũ proteget.q.d. Ne cogitetis de deditione faciẽda his Regibus,quaſi à me liberari nõ poſſitis. Omnia quæ dicit לכול אשר־יאמר In omnibus quæ dicere ſolet,&c.i.omnes ſermones huius populi eò pertinẽt vt ſe ſubdant his Regibus. Alii iungunt præcedẽtibus,vertẽtes, Ad omnia *in* quibus populus iſte dicit, Conſpiratio.Vel,in quibuſcunque populus iſte dicit,Conſpiratio.

13 Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter.

Luc.2.e.34
rom.9.g
1.petr.2.b.7

14 Et erit vobis in ſanctificationem, [in lapidem autẽ offenſionis, & in petrã ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitantib' Ieruſalem.

15 Et offendẽt ex eis plurimi, & cadẽt, & conterentur, & irretientur, & capientur.

16 Liga teſtimonium, ſigna Legem in diſcipulis meis.

D

17 Et expectabo Dominum qui abſcõdit faciẽ ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum.

Heb.2.d.13

18 [Ecce, ego & pueri quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſrael à Domino exercituũ, qui habitat in monte Sion.

19 Et quum dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui ſtridẽt in incantationibus ſuis: nunquid non populus à Deo ſuo requiret? pro viuis à mortuis?

20 Ad Legẽ magis, & ad teſtimonium: quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21 Et tranſibit per eam, corruet, & eſuriet: & quũ eſurierit, iraſcetur, & maledicet Regi ſuo & Deo ſuo, & ſuſpiciet ſurſum.

22 Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens: & non poterit auolare de ãguſtia ſua. Cap. I X

1 PRimo tempore alleuiata eſt terra Zabulõ, & terra Nephthali, & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ Gentium.

2 Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitãtibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.

3 Multiplicaſti gentem, nõ magnificaſti lætitiam: lætabuntur coram te ſicut qui lætãtur in meſſe, ſicut exul-

13 Iehouam exercituum 'ſanctificabitis: & ipſe *ſit* timor veſter, & ipſe pauor veſter.

14 Et erit 'in palatium, & in lapidem offenſionis, & in petram ruinæ duabus domibus Iſrael: in laqueum, & in tẽdiculam habitanti Ieruשſaláim:

Iudæorũ ruina ob incredulitatẽ in Chriſtum.

15 Impingẽtque "in ea plurimi, & cadent, & conterentur: irretientúrque, & capientur.

16 'Liga teſtimonium, "obſigna legem '~~in~~ diſcipulis meis.

17 Præſtolabor igitur Iehouã qui abſcondit faciem ſuam à domo Iayacób, & expectabo eum.

18 Ecce ego, & pueri quos dedit mihi Iehoua in ſigna, & portẽta in Iשſraél à Iehoua exercituum, qui habitat in monte ɣSiión.

Auxiliũ à Deo.

19 Quum autem dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui 'garriunt, & loquuntur: *dicite illis*, 'Num populus à Deo ſuo requiret? pro viuis "à mortuis?

Verbum Dei interrogãdũ, quod ſequamur.

20 'Ad Legem, & ad teſtimonium. 'ſi nõ dixerint iuxta verbũ hoc: "quia non eſt ei aurora.

21 "Et tranſibit per *terram* ipſã "induratus, & famelicus: erítque, quũ premetur fame, iraſcetur, & maledicet Regi ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet 'ſurſum. [illegible]

Pœna negligentiũ verbum Dei.

22 Et terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, 'obſcuratio anguſtiæ, "& *ad* caliginem impulſum *ſe uidebit*. Cap. IX.

afflictio

1 QVia non *erit* ei obſcuratio ſecundum anguſtiam quæ fuit ei tempore primo *ab eo qui* "alleuiare fecit terram Zebulún, & terrã Naphthali: & vltimo *ab eo qui* aggrauari fecit, via maris trans Iardén Gelil Gentium.

Gẽtes ſuſcipiũt Euangelium.

2 'Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux 'ſplenduit ſuper eos.

3 Multiplicaſti gentem, 'non magnificaſti lætitiã: lætati *enim* ſunt coram te iuxta lætitiam *quæ eſt* in meſſe, & quemadmodum exul-

13 Sanctificab. אותו תקדישו Ad verbum, ipſum ſanctificate. Redundat Ipſum.i. tribuite ſanctitatem, roboris & virium gloriam huic vni date. Quidam vertunt Imperat.in fut.ſanctificabitis. 14 In palatium למקדש in arcem.vel, vice arcis & aſyli. Alii, in ſanctuarium.vel, ſanctificationem. 15 In ea בם nempe in laqueum & tẽdiculam. Alii, in eis. ſiue inter eos. 16 Liga teſt. צור תעודה Colliga conteſtationem. Complica.i. tege inuolucris & obſcuritatibus, ſub ænigmate. Metaphora ducta à mercatoribus qui cõplicare ſolẽt merces ſuas poſteaquam expoſuerũt eas venales. Quidã Hebræorũ legũt, Cuſtodi teſtimoniũ, vt & Chaldæus paraph. Obſigna חתום .i. tege etiam. Metaphora ducta à ſcribis qui literas quas ſcripſerũt, obſignant ne ab aliis legantur. In diſcip.meis : בלמודי inter diſcipulos meos. Alii, vnà cum diſcipulis meis. vel, apud diſcipulos meos. Alii, cum doctis meis. vel à me.i. adhibitis in teſtimoniũ diſcipulis meis. 19 Garr.& loq. המצפצפים והמהגים muſſitant & demurmurant.i. ſubmiſſa voce loquuntur, vt facilius imponant. Num populus הלא־עם Sing.pro plur. Nónne populi *alii* deos ſuos conſulunt? ſub. non alienos : quantomagis nos qui Dominum habemus pro Deo? A mortuis? : אל־המתים ſub.requiret. vel, mortuos? ſub.cõſulet aliquis. q.d. ne idololatræ quidem id facere ſolent, vt mortuos conſulant pro viuorum negotiis. 20 Ad Legem, & ad teſt. לתורה ולתעודה ſub.reuertendum .in quibus præſcribitur quid agendum nobis, & teſtimonium habemus Diuinæ erga nos bonitatis. Quia non eſt ei aurora : אשר אין־לו שחר .i. ſi idololatræ non idem ſentiunt quod ego, hoc ideo fit quòd nihil ſit in eis lucis. Alii totum verſum ſic vertunt, Per Legem & teſtimonium, *& diſperea*m niſi dicant iuxta hunc ſermonem in quo non eſt aurora. Iurantis eſt ל, iuxta horum verſionem. q.d. Ita res habet vt dixi: tam verum eſt quòd aliqui hortabuntur vos vt conſulatis pythones & diuinos, quàm vera eſt lex Diuina. Addit aliud iuramentum ad maiorem expreſſionem, Non habear verax, aut aliquid ſimile, ſi non futuri ſint aliqui in populo Dei qui alios hortaturi ſint iuxta verbum hoc, nempe conſulere diuinos. qui ſermo, ſiue quæ doctrina nihil habet lucis, aut adhorret à communi ſenſu. 21 Et tranſibit ועבר Singul. Heb. pro plur. i. erunt qui dura ac dira patientur in terra illa Iudææ in qua fuerint homines illi idololatræ ac ſuperſtitioſi. Induratus נקשה ſignificat eum qui difficultatem viuendi patitur, dura & grauia perpeſſus. Surſum. : למעלה ſub.opem expectando à Deo. i. nunc ſurſum, modò deorſum aſpiciet vnde habeat auxilium. 22 Obſcuratio ang. מעוף צוקה caligo & anguſtia. vel, caligo *præ* anguſtia. Alii, obſcuritas tribulationis. Et *ad* calig. : ואפלה מנודח & *in* caliginẽ detrudetur. Alii, & caligo & impulſio. Alii cõiungunt præcedenti, & obſcuritas anguſtiæ & caliginis diſperſa. quòd quæ propelluntur, diſpergantur. Alii, & caliginis diſperſæ, vt concordia ſit in ſenſu, non in voce: nam אפלה eſt fœmineum, & מנודח maſculeum. Nõ deſunt qui vertant, obtenebratus anguſtia, & caligine expulſus: nomen מעוף conuertentes in participium.

IN CAPVT IX.

1 Quia nõ *erit* ei obſcur.&c. כי לא מועף וגו' Quia nõ *erit* obtenebratus, [vel obſcuratus, ſiue tenebris circũfuſus] iuxta anguſtiã, &c. i. (vt docti inter Hebræos ſentiũt) grauior erit iſta obſcuratio & afflictio Iudæorũ quàm quũ à Theglath-phalaſar, aut à Salmanaſar afflicti ſunt. Prior grauem cladem intulit, poſterior longè grauiorẽ, quia decẽ tribus in captiuitatẽ abduxit, & deleuit populi nomen. Grauiorem igitur omniũ cladẽ hîc prædici putãt. Alii diuerſo ſenſu vertũt, Nõ tam ? obſcurabitur cui hæc anguſtia *cõtinget* iuxta tẽpus primũ, &c. conſolationem eſſe exiſtimãtes. Incipit enim tẽperare quæ de horrẽdis illis tenebris & impulſu dixerat, & pœnarũ illarũ acerbitatem mitigat. acſi diceret, Et tamen ln atroci illa clade quã ſuſtinebunt Iudæi, nõ erunt tales tenebræ, quales quũ terra Iſrael primũ à Theglath-phalaſar, deinde aliquãto durius à Salmanaſare afflicta eſt. poterãt enim alioqui fideles in tãtis anguſtiis deficere, niſi cõſolatione erigerẽtur. Alleuiare fecit הקל alleuauit. nã terrã Zabulon leuius afflixit Theglath-phalaſar, quũ populũ demigrare fecit: cõparatione facta cum ea demigratione quæ facta fuit à Salmanaſar, qui mox aggrauaſſe dicitur Galilæã Gentiũ, quòd eã grauius afflixit, vt dictũ eſt. Quidã vertũt, leuius afflixit, & grauius afflixit. 2 Populus, &c. העם וגו' Ad verbũ, Populus ambulãtes in tenebris, viderũt, &c. Splen.ſu.e.: נגה הליהם affulſit. redũdat Super eos. 3 Nõ mag. לא הגדלת nõ auxiſti. Legitur & לו ei. magnificaſti ei lætitiã. vel cumulaſti ei. i. reddidiſti ſubinde maiorẽ.

tant *milites* quando diuidunt ſpolia.
Iugum enim "oneris eius, "& virgam humeri eius, ſceptrum exa 4
ctoris "in eo, confregiſti "ſecundum diem Midián.
"Nam omnis qui pugnat, pugnat cum commotione: & veſtimẽ 5
tum volutatum in ſanguine, erit ad combuſtionem, cibus ignis.
Christus. Paruulus enim nat⁹ eſt nobis, filius datus eſt nobis, "& fuit prin 6
cipatus ſuper humerum eius: "& vocabit nomẽ eius Admirabilis,
Conſiliarius, "Deus fortis, "Pater æternitatis, Princeps pacis.
"Ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis, ſuper 7
ſolium Dauid, & ſuper regnum eius: "vt confirmet illud, & corro
boret in iudicio & iuſtitia, ex hoc tẽpore & vſque in ſeculum: ze-
lus Iehouæ exercituum faciet hoc.
Verbum miſit Dominus in Iaעacob, & cecidit in Iשׂraאel. 8
Et ſcient populus vniuerſus, אEphráim, & qui habitant שׂSom- 9
rón, in ſuperbia "& magnitudine cordis dicentes,
Lateres ceciderunt, "ſed leuigato *lapide* ædificabimus: ſycomori 10
ſucciſæ ſunt, ſed cedros "immutabimus.
Eleuabit autem Iehoua hoſtes Rheצin ſuper eum, & inimicos 11
eius fundet.
Aram "ab Oriente, & Peliשׂthim ab Occidente, & deuorabunt 12
Iשׂraאelem "toto ore. "in omni hoc non eſt auerſus furor eius, ſed
adhuc manus eius *eſt* extenta.
Et populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & Iehouã exer 13
cituum non requiſierunt.
Caput & cauda. "Etxcidétque Iehouah ab Iשׂraאele caput & caudam, ramum & 14
iuncum die vna.
Senex, & honorabilis vultu, ipſe eſt caput: & propheta qui do- 15
cet mendacium, ipſe eſt cauda.
"Et erunt beatificantes populum iſtum, errare facientes: & bea- 16
tificati eius, perditi.
Ideo ſuper adoleſcentulis eius nõ lætabitur Dominus, & vidua 17
rum eius & pupillorum eius non miſerebitur: quia vniuerſi ſunt
"hypocritæ, & maligni, & omne os loquitur ſtultitiã. in toto hoc
non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.
Succenſa eſt enim tanquã ignis impietas, veprem & ſpinã deuo 18
rabit, "ſuccendetúrque in denſitatibus ſyluæ, & eleuauerunt ſe ſi-
cut eleuatur fumus.

tant victores capta præda, quando di
uidunt ſpolia.
4 Iugum enim oneris eius, & virgam
humeri eius, & ſceptrum exactoris e
ius ſuperaſti, ‖ſicut in die Madian. Iudic.7.c.22
5 Quia omnis violenta prædatio cũ
tumultu, & veſtimentum miſtum ſan
guine, erit in combuſtionem & cibus
ignis.
6 Paruulus enim natus eſt nobis, & B
filius ‖datus eſt nobis, & fact⁹ eſt prin Iohan.3.b.16
cipatus ſuper humerum eius: & voca
bitur nomen eius Admirabilis, Con-
ſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſe-
culi, Princeps pacis.
7 Multiplicabitur eius imperium, &
pacis non erit finis, ſuper ſolium Da-
uid, & ſuper regnũ eius: vt confirmet
illud, & corroboret in iudicio & iuſti-
tia ámodo & vſque in ſempiternum:
zelus Domini exercituũ faciet hoc.
8 Verbum miſit Dominus in Iacob,
& cecidit in Iſrael.
9 Et ſciet oĩs popul⁹ Ephráim, & ha
bitãtes Samariam in ſuperbia & ma-
gnitudine cordis, dicentes,
10 Lateres ceciderũt, ſed quadris lapi-
dibus ædificabimus: ſycomoros ſucci
derunt, ſed cedros immutabimus.
11 Et eleuabit Domin⁹ hoſtes Raſin
ſuper eum, & inimicos eius in tumul
tum vertet.
12 Syriam ab Oriente, & Philiſthiim C
ab Occidente: & deuorabunt Iſrael
toto ore. in omnibus his nõ eſt auer-
ſus furor eius, ſed adhuc manus eius
extenta.
13 Et populus non eſt reuerſus ad per
cutientem ſe, & Dominum exercituũ
non inquiſierunt.
14 Et diſperdet Dominus ab Iſrael ca
put & caudam, incuruantem & refræ
nantem die vna.
15 Longæuus & honorabilis, ipſe eſt
caput: & propheta docens mẽdaciũ
ipſe eſt cauda.
16 Et erunt qui beatificant populum
iſtum ſeducentes: & qui beatificãtur,
præcipitati.
17 Propter hoc ſuper adoleſcentulis
eius non lætabitur Dominus: & pu-
pillorum eius, & viduarum non miſe
rebitur: quia omnis hypocrita eſt &
nequã, & vniuerſum os locutum eſt
ſtultitiam. in omnibus his non eſt a-
uerſus furor eius, ſed adhuc manus
eius extenta.
18 Succẽſa eſt enim quaſi ignis impie
tas, veprem & ſpinam vorabit: & ſuc
cendetur in denſitate ſaltus, & con-
uoluetur ſuperbia fumi.

4 Oneris e. סובלו .i.oneroſum. Et virgã hu.e. ואת־מטה שכמו .i.ſeruitutem ipſorũ. In eo, בו eius.i.vices eorũ q exercebãt tyrãnidẽ in eos. Secundũ diem כיום ſicut in die quo,&c. 5 Nã omnis,&c. כי כל־סאון וגו' Nã omnis pugna pugnantiũ *fuit* cũ impetu, veſtéſq; *fuerunt* inquinatæ ſanguine: *ipſa quoque urbs* fuit incenſa & abſumpta igni. q.d. Pugna fuit acris, ſiue pugnatũ eſt acriter cõtra ipſos Iudæos, nec pugna fuit incruẽta: nã tandẽ ipſi cæſi ſunt, & vrbs capta fuit & incẽſa. Alii diuerſo ſenſu vertũt, Omne quidẽ præliũ quod fit per præliantẽ, fit cũ ſtrepitu & volutatione veſtimẽti in ſanguine: *hoc verò bellũ* erit per cõbuſtionem & deuorationẽ ignis. vel, Quanquã omne prælium bellantis fiat cum ſtrepitu & volutatione veſtis in ſanguine: erit tamen hoc in combuſtionem *&* cibum ignis. Opponit Eſaias victoriam quam Deus daturus erat populo, aliis victoriis. Alii enim vincunt edita hoſtium ſtrage: hîc verò Dominus ſola ſua manu vincet. Nam plenius exponit quod dixerat, Sicut in die Madian. Dominus enim multorum opera non vtetur, ſed de cælo ſibi victoriã pariet. Quidam vertunt, Omnis bellator præliatur cum tremore. vel, Omne quidem bellum bellantis eſt cum ſtrepitu. 6 Et fuit ותהי & factus eſt. Alii, & conſtitutus eſt. Et vocabit ויקרא & vocauit. ſub. Spiritus ſanctus. Alii, vocatum eſt. aut, fuit appellatum. Deus fortis אל גבור herus fortis. Pater ætern. אבי־עד pater ſeculi. i. author vitæ æternæ. 7 Ad multipl. princ. למרבה המשׂרה ad proferẽdum imperium. Alii, Multitudinis illius principatus,&c. vel, Multiplicitatis. ſiue, Multiplicationis illius,&c. Alii, Multiplicationis principatus, & pacis,&c. Vt confirmet להכין vt ſtabiliat. fulciat. 9 Et in magn. cor. ובגודל לבב .i. in elatione & arrogantia.
10 Sed leuigato וגזית ſed ſecto. execto. quadro. cæſo. Immut. נחליף Phraſis Hebraica, pro Cedros in locũ earum ſubſtituemus.
11 Eleuabit au. וישׂגב .i. reddet ſuperiores & victores. Alii, & roborabit. Confundet. יסכסך permiſcebit. ſub. populo ipſius. i. efficie vt inimici Regis Syriæ veniant in Damaſcum, & illic habitent, ac in toto regno eius. 12 Ab Oriente,&c. מקדם ופלשתים וגו' à fronte, & Philiſthæi à tergo. vel, Syria erit à priori parte, & Philiſthæi à poſteriori. Toto ore בכל־פה .i. auide, & ſummo affectu, ſtudio & cura. In omni hoc בכל־זואת Hebraiſmus, pro, & tamen necdum. Alii, Nec hoc toto,&c. q.d. Necdũ tamen reſipiſcet Iſrael quũ fuerit ita percuſſus, & ita nondum conquieſcet ira Dei, ſed paratus erit percutere. 14 excidétque ויכרת Excidet itaque. vel, Amputabit igitur. 16 Er erunt ויהיו Hebraiſmus, pro Qui beatũ & fœlicem dicunt ac prædicant populũ iſtum, ſeducũt illum: & qui ex hoc populo beati dicuntur, abſorbebuntur. i. perdentur ab illis. Alii vertunt, Qui dirigunt populum iſtum, [vel, deducunt] errare faciunt illũ: & deducti eius abſorbebũtur. i. abſumẽtur. q.d. & qui regunt, & qui regũtur, ſimul peribunt. 17 Hypocritæ, חנף Singul. Heb. pro plur. ſeductores. fallaces. improbi. acceptores perſonarũ. 18 Succẽdetúrque in denſ. ותצת בסבכי ardebitque in perplexitatibus.

In ira Domini exercituum contur bata eſt terra, & erit populus quaſi eſca ignis: vir fratri ſuo non parcet. 19

Et declinabit ad dexterã, & eſuriet: & comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur: vnuſquiſque carnem brachii ſui vorabit. 20

Manaſſes Ephráim, & Ephràim Manaſſen, ſimul ipſi cõtra Iudã. in omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. 21

Cap. X.

VAE qui cõdunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, 1

Vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. 2

Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis délonge venietis? ad cui⁹ confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam veſtram? 3

Ne incuruemini ſub vinculo, & cũ interfectis cadatis. ſuper omnib⁹ his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. 4

Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt: in manu eorum indignatio mea. 5

B Ad gentem fallacem mittam eũ, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum. 6

Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita exiſtimabit: ſed ad cõterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. 7

Dicet enim, Nũquid non principes mei ſimul Reges ſunt? 8

Nũquid nõ vt Charchamis, ſic Chalano: & vt Arphad, ſic Emath? nunquid non vt Damaſcus, ſic Samaria? 9

Quomodo inuênit manus mea regna idóli, ſic & ſimulachra eorum de Ieruſalem & de Samaria. 10

19 Propter iram Iehouæ exercituum obſcurata eſt terra, & fuit populus tanquam eſca ignis: ″quiſque fratri ſuo non parcet.

20 ′Et ~~retrahet ſe~~ ad dexteram, & eſuriet: ″& comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur: vnuſquiſque carnem ″brachii ſui comedet.

21 Menaשׁſſéh *comedet* אEphráim, & אEphráim Menaשׁſſéh, ſimul ipſi cõtra Iehudáh. in toto hoc *tamen* nõ eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

Cap. X.

1 VAE ′ſcribẽtibus decreta iniqua, ′& *qui* ſcribentes, mendacium ſcribere fecerunt.

Legũ cõditores iniquos alloquitur.

2 ″Vt peruertant iudicium pauperum, ′& rapiãt in iudicio pauperes populi mei: vt ſint viduæ præda eorum, & pupillos diripiant.

3 Et quid facietis in die viſitationis & deſolationis quæ ″à longinquo veniet? ad quem fugietis pro auxilio? & vbi derelinquetis ″gloriam veſtram?

4 *Non euadet quiſpiam,* ′niſi qui incuruauerit ſe inter vinctos, & inter interfectos ſe proſtrauerit. ″in toto hoc non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

5 ″O Aשׁſſur, virga furoris mei: ″& virga quæ eſt in manu eorum, Aſſy: eſt ira mea.

Deus Iudæos interfecturus, miniſterio Aſſyriorũ vtitur.

6 Ad gentem ″impiam mittam eum, ′& ſuper populũ furoris mei mandabo ei ″vt ſpoliet ſpolia, & prædetur prædam, & ponat eum in conculcationem ſicut lutum platearum.

7 Ipſe autem non ſic exiſtimabit, nec cor eius ita reputabit, ſed ad perdendum *ſe miſſum putabit* in corde ſuo, & ad excidendum gentes non paucas.

ſed [illegible] hoc fieri.

8 Dicet enim, Nónne principes mei ″ſimul Reges ſunt?

9 Nónne ſicut Charchemis, ″Chalnó? nónne ſicut Arphád, חHamáth? nónne ſicut Damméשׁſec, שׁSomrón?

10 Quemadmodũ inuenit manus mea regna ″idoli, ′& ſimulachra ſi fortiora eorum, de Ieruשׁſaláim & de שׁSomrón.

19 Quiſque fratri ſuo איש אל־אחיו Hebraiſmus, pro Alter alteri. 20 Et retrahet ſe ויגזור Ad verbum, Et ſeparabit ſe. vel, Et excidet. Præt. Heb. pro fut. Alii, Et rapiet. quòd qui excîdit, aufert rem de loco ſuo. Et comedet ויאכל vorabitque. ſic mox. i. neque labore ſuo, neque furto poterit ſibi comparare victum. Brachii ſui comedet. זרועו יואכלו׃ brachii ſui vorabit. i. priuabit opibus fratrem & proximum ſuum. Plur. pro ſingul.

IN CAPVT X.

1 Scribentibus, &c. החוקקים חקקי־און exarantibus decreta iniquitatis. i. ſententias iniquè latas à iudicibus. Doctus inter Hebræos dicit priorem huius verſus partem aduerſus ſcribas dici, alteram contra iudices iniquos. Alii vertunt, ſtatuentibus ſtatuta mendacia. vel iniqua. Alii, condentibus leges, vel decernentibus decreta iniqua. Et *qui* ſcrib. &c. ומכתבים עמל כתבו׃ & ſcribere facientes, mendacium ſcribere fecerũt. Loquitur (inquiunt Hebræi) contra iudices, & eorũ ſcribas. Alii, & dictantibus mendacium quod dictarũt. vel, dictant. i. qui ſcribendum curant ſententias iniuſtas quas dictare ſolent. עמל ſignificat dolorem. ſignificat & iniuriam, ſiue iniuſtitiam, quòd ſit grauis & laborioſa. Alii, & *qui* dictantes, dictant iniuriã. Alii, & *qui* dictant & iubẽt ſcribere miſeriã. 2 Vt peru. iud pau. להטות מדין דלים Ad verbũ, Vt declinare faciant pauperes à iure. vel, Ad declinandũ à iudicio pauperes. i. vt depellant à iure. Quidã vertunt, Vt arceant pauperes à iudicio. Alii, Vt detrudant tenues à cauſa. Alii, Vt cadere faciant cauſa inopes. Et rap. in iud. paup. ולגזול משפט עניי & furentur ius pauperum. Alii, & eripiant ius pauperibus. i. vt ſpolient pauperes iure ſuo. 3 A longinq. ve. ממרחק תבוא delonge [vel, procul] ventura eſt? id eſt, è regione longinqua, hoc eſt ab Aſſyria. Gloriam veſtram? כבודכם׃ . i. opes ac diuitias veſtras ob quas gloriari ſoletis.

4 Niſi qui incur. &c. בלתי כרע תחת וגו׳ Hebraicè tantum legitur. Niſi incuruauerit ſe ſub vincto. i. inter vinctos. Vt dilucidior eſſet ſenſus, interpres addidit, Non euadet quiſpiam, niſi ſe abſcondat inter vinctos: ne viuus putetur, & ita euadat. Ita quidam Hebræorũ. Alii, Abſque [vel ſine] me corruit inter vinctos. i. Quia populus iſte eſt ſine me [hoc eſt, nõ eſt populus meus, neque obtẽperat mihi] ideo incuruauit ſe ſub vinctis, vt cum illis eſſet. i. curuatus eſt compedibus, & in ſeruitutem abductus. Cauſa interitus eorum eſt, quòd me dereliquerunt. vel, Abſque me incuruabitur, vt ſit præt. pro fut. i. ſi illum non iuuero, illius pars altera abducetur, &c. aut, Abſque me. i. non mea culpa ſed illius, incuruatus eſt, vel incuruabitur. Alii etiam inter Hebræos docti vertunt, Præter *alia mala*, incuruabitur in loco vinctorum. aut, in loco interfectorum cadet. hoc eſt partim coniicietur in vincula, partim interficietur. In toto hoc, בכל־זאת Vide capite præcedẽti, verſu 12. 5 O Aſſur הוי אשור O Aſſyrii, vel, O Rex Aſſyriorum. הוי aduerbium eſt hortandi, vel vocãdi. Prædicit euerſionem Iſrael faciendam ab Aſſyriis. Et virga, &c. ומטה־הוא בידם וגו׳ & virga ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea. Alii, & virga iræ meæ eſt in manu eorum. Alii, Qui & baculus eſt iræ meæ in loco [vel, terra] ipſorum. 6 Impiam חנף hypocritam. ſimulatricem. fallacem.

Et ſuper po. fur. m. mãd. ei ועל־עם עברתי אצונו & cõtra populum indignationis meæ mandabo illi. ſub. vt veniat. Hebraiſmus, pro, & cõtra populũ cui indignatus ſum. Vt ſpoliet ſpolia, לשלול שלל עָ[illegible]t detrahat ſpolia. vel, capiat. 8 Simul Reges ſunt? יחדו מלכים׃ pariter Reges? Alii, vniuerſi Reges? id eſt, ſunt æquales, nõ ſunt inferiores Regibus virtute & opibus. aut, Reges quos ſuperaui ſunt in aula mea. 9 Chalno? כלנו ſub. fuit. q. d. Nónne ſicut Charchamis expugnata fuit viribus meis, ita expugnata fuit Chalno? vrbes ſunt Syriæ ad Euphratẽ ſitæ. 10 Idoli, האליל Sing. pro plur. idolorum. Hebraiſmus, pro, quemadmodum ſuperaui & vici alia regna in quibus colebantur idola. Et ſimulachra, &c. ופסילהם וגו׳ ita *inueniet* ſculptilia eorum *quæ fuerunt allata* è Ieruſaláim & de Somron. De vrbibus Iſrael & Iuda loquitur. Meminit autem Samariæ & Ieruſalem, quòd eſſent vrbes metropoles: ſoleántque vrbes reliquæ colere deos ſuarum metropolium. Alii dicunt מ hoc loco non ſignificare de, ſed eſſe comparatiuum, vertentes, Quum ſimulachra eorum *ſint fortiora*, ipſa Ieruſalem & Samaria. Vel, fortiora ſimulachris Ieruſalem & Samariæ.

Nónne quemadmodum feci שSomrón & idólis eius, ſic faciam Ieruשſaláim, & ſimulachris eius? 11

Aſſyriis, quibus fuerat vſus vt inſtrumẽtis, reddit afflictionem, ne glorietur aliquid ex ſe feciſſe.

Et erit, quum compleuerit Dominus omne opus ſuum in monte צSiión & in Ieruשſaláim, ″viſitabo ſuper fructum ″magnitudinis cordis Regis Aשſſur, & ſuper gloriã altitudinis oculorũ eius. 12

Dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, & in ſapiẽtia mea: quia ″intellexi, ″& amoui terminos populorum, & theſauros eorũ deprædatus ſum, ″& deſcendere feci tanquam potens habitantes. 13

Et inuenit veluti nidum manus mea ″ſubſtantiam populorum: ″& ſicut colliguntur oua derelicta, *ſic* omnem terrã ego congregaui: nec fuit ″qui moueret alam, ″aut aperiret os, & garriret. 14

Nunquid gloriabitur ſecuris cõtra incidentem cum ea? nũquid ſe magnificabit ſerra cõtra eleuantẽ eã? ″perinde acſi eleuaret ſe virga cõtra exaltantes ipſã, vtq; ſi exaltaret ſe virga *quæ* non eſt lignũ. 15

[illegible]

Ideo mittet dominator Iehouah exercituũ in pingues eius maciem, ″& in loco gloriæ ſuæ ardebit ardendo ſecundum combuſtionem ignis. 16

Et erit Lux Iשſraאél in ignem, & Sanctus eius in flãmam: & cõburet, & deuorabit ″ſpinam eius & veprem eius in die vna. 17

Et gloriam ſyluæ eius, ″& Charmeli eius, ″ab anima vſque ad carnem conſumet, & erit ″vt diſſolutio vexilliferi. 18

Et reſiduæ arbores ſyluæ eius ″*paucæ* numero erunt, & puer ſcribet eas. 19

Iudæi poſt percuſſum Aſſyriũ ſoli Deo cõfidentes.

Et erit, in die illa non adiiciet vltrà ″reſiduũ Iשſraאélis, & euaſor domus Iayacób, inniti ſuper percutiẽtem ipſum, ſed innitetur ſuper Iehouam ſanctum Iשſraאelis in veritate. 20

Iudæi pauci ſaluati.

Reſiduum conuertetur, reſiduum Iayacób ad Deum fortem. 21

Quia *etiam* ſi fuerit populus tuus Iשſrael veluti arena maris, *attamen* ″reſiduum conuertetur ex eo. ″conſumptio deciſa inundat iuſtitiam. 22

Quia conſumptionem ″& *quidem* deciſam Dominus Iehouáh exercituum ″facit in medio terræ. 23

11 Nunquid non ſicut feci Samariæ & idólis eius, ſic faciam Ieruſalem & ſimulachris eius?

12 Et erit, quũ impleuerit Dominus cũcta opera ſua in mõte Sion & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis Regis |Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. 4.Reg 19.g.35 infrà 37.g.36

13 Dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, & in ſapiẽtia mea intellexi: & abſtuli terminos populorũ, & principes eorũ deprædatus ſum, & detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.

14 Et inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum: & ſicut colliguntur oua quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. D

15 Nunquid gloriabitur ſecuris cõtra eum qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? quõ ſi eleuetur virga cõtra eleuantẽ ſe, & exaltetur baculus qui vtiq; lignũ eſt.

16 Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & ſubtus gloriã eius ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.

17 Et erit Lumen Iſrael in ignẽ, & Sanctus eius in flammam: & ſuccẽdetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna.

18 Et gloria ſalt⁹ eius, & Charmeli ei⁹ ab anima vſque ad carnem conſumetur, & erit terrore profugus. E

19 Et reliquiæ ligni ſaltus ei⁹ præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet eos.

20 Et erit, in die illa non adiiciet reſiduum Iſrael, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti ſuper eo qui percutit eos: ſed innitetur ſuper Dominum ſanctum Iſrael, in veritate.

21 |Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deum fortem. Rom.9.f.27

22 Si enim fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ conuertẽtur ex eo. conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam.

23 |Conſummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituũ faciet in medio omnis terræ. Infrà 28.f.22 F

12 Viſitabo אפקוד Mutatio perſonæ, pro Viſitabit. nam prius dixit, Quum compleuerit Dominus. Magnitudinis גודל magnificentiæ. Magnitudo cordis, arrogantiam, vt Celſitudo, ſiue elatio oculorum, faſtum & ſupercilium ſignificat. id eſt puniam illum propter arrogantiam. 13 Intellexi, נבונותי prudens fui. i. vſus ſum magna prudentia. Alii, perſpicax fui. Et amoui ואסיר Fut. Heb. pro præt. abſtulique. Et deſcend. feci ואוריד Fut. item Heb. pro præt. ac detraxi tanquam gigas ſedentes. ſub. in ſoliis regiis. Alii, ac deturbaui [ſiue, deieci] eos qui habitabant in locis fortiſſimis. Hi videntur legiſſe ב in, pro כ tanquam. Et eſt ſingulare Heb. pro plur. כאביר. 14 Subſtantiam לחיל opes. Alii, vires. robur. Alii, exercitum. Et ſicut colliguntur וכאסף & ſicut congregat. ſub. quiſpiam, vtpote viator, qui ſibi aufert oua derelicta in nido. Qui moueret alam, נודד כנף qui moueret ſeſe ala. vel, alis. Aut aperiret ופוצה Ad verbum, & aperitet. ו pro Aut. 15 Sicut eleu. &c. כהניף שבט וגו׳ Duo infinitiui ſunt Hebræis, quos variæ interpretes vertunt. Plures (quos hic noſter ſequutus eſt) vertunt per præſens. Quidam ſic, Et ſic agitat *acſi eſſet* virga: *&* ſic eam leuat *acſi leuaret* baculum non arborem. Alii, per nomen verbale, Sicut eleuatio virgæ eſt penes eleuantes illam, ſic eleuatio baculi non *eſt penes* lignum. id eſt vt exaltatio baculi debet tribui eleuanti, ita exaltatio baculi non debet tribui ligno, ſed eleuanti. Vel vt alii, Vt eleuatio virgæ ad eleuantem ipſam: & eleuationes baculi, non *in* ligno. ſub. ſunt. q. d. non ſunt in virtute ligni. Quidam liberius ſic per verbum, ſubauditis pauculis, *Quod perinde eſſet* acſi virga ſeſe eleuaret contra eum qui ipſam fert, & baculus ſeſe extolleret *quaſi* lignum non eſſet

16 Et in loco gloriæ, &c. ותחת כבודו יקד יקוד וגו׳ Ad verbũ, & ſub loco gloriæ ſuæ ardebit ardore iuxta ardorẽ ignis. id eſt ſimili ardoris ignis. Prædicit interitum exercitus Regis Aſſyriorum, quòd milites eius robuſtiſſimi (nam vtplurimum pingues ſunt robuſti) abſumẽdi eſſent igni iuxta muros Ieruſalem quã obſidebat. Alii vertunt, & ſubtus gloriam eius ſuccendet incendium quaſi incendium ignis.

17 Spinam eius & veprem eius, שיתו ושמירו Singul. pro plur. Sic vocat militem gregarium, quòd infinitis moleſtiis afficiat.

18 Et Charmeli eius, וכרמלו Alii omnes interpretantur vocem Hebraicam, vertentes, Et agri eius conſiti arboribus. vel, & frugiferi campi eius. Metaphoricè ſignificat (inquiunt Hebræi) quòd qui excelſi ſunt vt cædri Libani excelſæ, futuri ſint ſicut arbores Charmeli, quæ ſunt humiles. Et Charmel in ſyluam reputabitur, Infrà, 29.f.17. q. dicat, Deus perdet duces ac principes, & magnates, ſiue nobiles exercitus Regis Aſſyriorum. Ab anima, &c. מנפש ועד־בשר יכלה Hebraiſmus, pro, non ſolùm morientur, ſed etiam cadauera eorum vertẽtur in cinerem. Vt diſſolutio vexilliferi. כמסוס נוסס׃ quaſi diſſolutio ſigniferi. Alii, quemadmodum diſſoluitur vexillifer. Alii, ſicut *caſtra quæ* diſſoluit vexillifer. Quum enim (inquit doctus inter Hebræos) diſſoluitur vexillifer, ſiue liqueſcit, aut deficit, omnes milites diſſoluuntur & fugiunt. quaſi dicat, tanta erit clades, quanta eſſe ſolet in exercitu cuius vexillifer cecidit.

19 *Paucæ* numero מספר Ad verbum, numerus. i. numerari poterunt. ſequitur enim, Puer ſcribet eas. 20 Reſiduum Iשſraאelis, שאר ישראל reliquiæ Iſraelis. vel, reliqui Iſraelitæ. 22 Reſiduum, &c. שאר ישוב בו reliquiæ conuertentur ex eo. id eſt reliquiæ eius conuertentur ad te. acſi dicat, Quamuis plurimi perituri ſint, tandem tamen aliquot ſeruabuntur, & conuertentur ad Dominum Deum. Conſumptio, &c. כליון חרוץ שוטף צדקה׃ *nam* cõſumptio certa inundans *erit in* iuſtitia. Alii, conſumptio definita. vel, determinata. i. nam Dominus decreuit, ídque iuſto iudicio, ſumere pœnas de Iſraele, & illũ perdere. Alii, conſummatio perfecta inundat *eos in* iuſtitia. 23 Et *quidem* deciſam ונחרצה & determinatam. aut, decretam. pro Conſumptionem definitam & certam. Repetitio proximè præcedentis ſententiæ. Facit עשה Particip. præſ. Hebr. pro fut. facturus eſt.

24 Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus habitator Sion ab Aſſur, in virga percutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in via AEgypti.

25 Adhuc enim paululum modicũque, & conſummabitur indignatio & furor meus ſuper ſcelus eorum.

26 Et ſuſcitabit ſuper eum Dominus exercituum flagellum, ‖iuxta plagam Madian in Petra-Oreb, & virgam ſuã ſuper Mare, & leuabunt eam in via AEgypti.

Indic.7.g.25

27 Et erit, in die illa auferetur on⁹ eius de humero tuo, & iugum ei⁹ de collo tuo, & cõputreſcet iugũ à facie olei.

G

28 Veniet in Aiath, trãſibit in Magrõ, apud Machmas commendabit vaſa ſua.

29 Trãſierunt curſim, Gaba ſedes noſtra: obſtupuit Rama, Gabaath Saulis fugit.

30 Hinni voce tua filia Gallim, attende Laiſa, paupercula Anathoth.

31 Migrauit Medemena, habitatores Gabim confortamini.

32 Adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur: agitabit manum ſuam ſuper mõtem filiæ Sion, collem Ieruſalem.

33 Ecce, dominator Dominus exercituum confringet laguncula in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur.

34 Et ſubuertentur cõdenſa ſaltus ferro, & Libanus cum excelſis cadet.

Cap. XI.

Act.13.d.23

1 ET ‖egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.

2 Et requieſcet ſuper eũ Spiritus Domini, ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis.

3 Et replebit eũ ſpiritus timoris Domini: non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet:

4 Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: ‖& percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorũ interficiet impium.

2.Theſſ.2.b.8

---

24 Idcirco ſic dixit Dominus Iehouáh exercituum, Ne timeas populus mi habitator צSiión ab Aשſur: virga percutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te ″in via AEgypti.

Conſolatur De⁹ Iudam, quòd breuis futura ſit eius afflictio, perſequutoréſque eius puniendi.

25 Adhuc enim paululum paululũ, & conſummabitur ira, & furor meus ″ad conſumptionem eorum.

26 ″Et ſuſcitabit ſuper eum Iehouáh exercituum flagellũ iuxta plagam Midián ″in Petra עOréb, ″& virgam ſuam *ut ſuſcitauit* ſuper Mare, & eleuabit eam ſuper eum ″in via AEgypti.

27 Et erit, in die illa ″auferetur onus eius ab humero tuo, & iugum eius ″à collo tuo, ″corrumpetúrque iugum à facie olei.

28 ″Venit ad עAiáth, tranſiuit in Migrón, in Michmáשs ″parabit inſtrumenta ſua.

Varii rumores de aduentu Sennacherib in Ieruſalem.

29 ″Tranſierunt vadum, ″*in* Gebáh diuerſorio pernoctarunt, ″obſtupuit Ramáh, Gibעáh שSaאul fugit.

30 ″Exalta vocem tuam filia Gallím, ″attende Laiשſáh, pauper עAnathoth.

31 ″Elongauit ſe Madmenáh, habitatores Gebim ″congregauerunt ſeipſos.

32 ″Adhuc *erit* dies *quum ueniet* in Nob ad ſtandum: ″leuabit manum ſuam contra montem filiæ צSiión, *&* collem Ieruשſaláim.

33 Ecce Dominator Iehouáh exercituum ″excidet ramũ ″cum robore, ″& excelſi ſtatura ſucciſi, ″& ſublimes humiliabuntur.

Interitus Sennacherib.

34 Succidétq; ″arbores perplexas ſyluæ ferro, ″& *arbores* Lebanón *ferro* forti cadent.

Cap. XI.

1 E″T egredietur virga ″de ſemine Iשſai, ″& ſurcul⁹ de radicibus eius ″creſcet.

Chriſtus naſciturus ex radice Ieſſe.

2 Et requieſcet ſuper eum Spiritus Iehouæ, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ″ſcientiæ & timoris Iehouæ.

3 ″Et odorari faciet eum in timore Iehouæ: & non ſecundũ viſionem oculorum ſuorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium ſuarum ″arguet:

Arma Chriſti regis.

4 Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet ″in rectitudine propter manſuetos terræ: percutiétque terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.

Virga. Spiritus. Iuſtitia. Fides.

---

24 In via AEg. : בדרך מצרים Hebraiſmus, pro more, modo, ritu AEgyptiorum. q.d. eo modo quo afflixerunt te AEgyptii, ſic te affligent Aſſyrii. 25 Ad conſumpt.e. :על־תכליתם in perniciem illorum. Alii, in abolitione eorum. vel, ad euerſionem eorum. aut, in perniciem. i. intra breuiſſimum tempus perdam Aſſyrios, & ita iræ meæ finis imponetur. 26 Et ſuſcitabit ועורר Et excitabit. Mutatio perſonæ. ſunt enim verba Prophetæ: vel ipſius Dei loquentis de ſe in tertia perſona. In Petra עOreb, בצור עורב in Rupe עOreb. Quidam vocem Hebræam relinquunt, in צSur-עOreb. In via AEgypti. :בדרך מצרים Hebraiſmus de quo paulo antè, verſu 24, pro Eo modo quo leuauit ſuper AEgyptios. 27 Auferetur יסור recedet. Alii, auferet. A collo tuo, מעל צואריך à ceruice tua. Corrump.q.iu. : וחובל עול מפני־שמן perdetúrque iugum propter oleum. i. in gratiam Ezeciæ vncti Dei. ſiue potius in gratiam Meſſiæ, ſiue Chriſti promiſſi. 28 Venit בא Præterita Heb. pro fut. Deſcribit vrbes tribus Iuda & Beniamin per quas tranſiturus erat rex Aſſyriæ quum venit obſeſſum Ieruſalem. Parabit, &c. : יפקיד כליו deponet vaſa ſua. vel, reponet, ſiue conſtituet inſtrumenta ſua. i. ſupellectilem ſuã, ſiue impedimenta ſua bellica. 29 Tranſierunt עברו Præterita Heb. pro futuris. *In* Gébah diu. pernoct. גבע מלון לנו Gébah *erit* diuerſoriũ *in quo* pernoctabunt. Obſtupuit חרדה intremuit. ſiue, intremet. territa eſt. 30 Exalta vo.t. צהלי קולך vt ſcilicet aliæ vrbes exaudiant. Alii, Hinni. Attende Laiשſah, הקשיבי לישה attendere fac Laiשſam. 31 Elong.ſe נדדה Fugit. Mota eſt. Etiã hic præt. pro futuris. Congreg.ſ. : העיזו vt ſcilicet fugiant. nam id ſignificat verbum Hebraicum.

26 Et vir.&c. ומטהו על־מים & *iuxta* virgã ſuã ſuper mare. i. vt percuſſit AEgyptios in Mari rubro.

32 Adhuc, &c. עוד היום וגו׳ Adhuc die ipſa in Nob ſtare poterit. Alii, Quum adhuc dies *erit*, *deueniet* in Nob, vt *illic* ſubſiſtat. vel, interquieſcat. Leuabit ינופף Agitabit. Mouebit. iuxta illud 2.Reg.19.d.21, Poſt te caput mouit, filia Ieruſaláim. 33 Excidet מסעף Præſ. Heb. pro fut. ad verbũ, deramificat, pro Amputabit. Cũ robore, במערצה .i. magna vi, ſiue potẽter. Alii, cũ terrore. Et excel.&c. ורמי הקומה וגו׳ Particip. paſſiuũ pro fut. & excelſæ ſtatura *arbores* ſuccidẽtur. vel, excelſæ ſtaturæ *arbores* ſuccid. Et ſublim. :והגבוהים ישפלו & ſublimia deiicientur. Alii, & altè deiiciẽtur. aut, altæ, ſub. arbores. 34 Arbores perpl. סבכי perplexa. i. ramos perplexos, vel denſos arborũ. Alii, denſitates illius ſyluæ. i. arbores dẽſas. Et *arb.* Leb. &c. והלבנון וגו׳ Ad verbũ, & Lebanon ille in forti cadet. ſub. ferro. vel angelo. i. opera angeli. Per Libanum, exercitum: & per Arbores, milites intelligit. q.d. perdet omnes milites illius exercitus.

IN CAPVT XI.

1 Et egred. ויצא Prodibit autẽ De ſemine מגזע de trũcõ. גזע propriè ſignificat arborẽ exciſam, cuius radix in terra manet: truncũ appellamus. Accipitur & pro ſemine, vt ſcribit doctus inter Hebræos. Quidã vertũt radicẽ, alii germen. alii ſtirpem. alii ſtipitem. Et ſurculus ונצר & virgultũ. Creſcet. :יפרח germinabit. naſcetur. fruticabit. proueniet. Chaldæus paraph. ſic reddit iſtum verſum, Egredietur autem Rex de filiis Ieſſæ, & Meſſias de filiis filiorũ eius creſcet. 2 Scientiæ דעת cognitionis. 3 Et odor.fa. והריחו ביראת Et odorari faciet eũ timorẽ Iehouæ. i. paruo indicio agnoſcet illũ qui fuerit iuſtus & timens Dei. Alii, Et ſagacẽ illũ reddet in timore Iehouæ. Alii, Et odoratus eius *erit* in timore Iehouæ. Odoratũ, ſiue odorationẽ, vel olfactionẽ, ſiue olfactũ vocat acre iudiciũ. q.d. erit præditus acerrimo ac infallibili iudicio, quod erit coniunctum cum timore Domini, nec recedet ab eo. Arguet: :יוכיח reprehendet. carpet. 4 In rect.&c. במישור וגו׳ in æquitate pro manſuetis terræ. vel, cauſa manſuetorum terræ. i. pauperum & afflictorum ab illis.

Iuſtitia, fides.

Erítque iuſtitia cingulum lumborũ eius, & fides cingulum renum eius. 5

Opera & fructus Euangelii.

Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, 6 & vitulus & catulus leonis ″& bubalus ſimul, & puer paruus ducet eos.

Et vacca & vrſa ″paſcentur, ſimul accubabunt ″nati earum: & leo 7 ſicut bos comedet paleam.

″Delectabitúrque lactens ſuper foramen aſpidis, & ſuper cauernam 8 reguli ablactatus manum ſuam extendet.

Sciẽtia Domini.

Non nocebunt, neque ″perdent in vniuerſo monte ſanctitatis 9 meæ: quia ″repleta eſt terra ″cognitione Iehouæ, ſicut aquæ ″mare operientes.

Vocatio Gẽtiũ.

Et erit, in die illa eũ *qui egredietur de* radice Iשſái, ″qui ſtabit in vexil 10 lum populorum, ipſum Gentes requirent, erítque requies eius *in* gloria.

Vera reductio Iudæ & Iſraelis à captiuitate ad Euangelium.

″Erit denique in die illa, adiiciet Dominus ſecundò *mittere* manum 11 ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui, quod remanebit ab Aשſſur, & ab AEgypto, & á Pathróס, & à Chus, & ab עElam, & à שSinyár, & ab חHamath, & ab inſulis maris.

Et eleuabit vexillum ″in nationibus, congregabítque ″profugos 12 Iשſraאel, ″& diſperſas *animas* Iehudáh congregabit à quatuor ″angulis terræ.

Et recedet ″zel⁹ אEphrāī, & hoſtes Iehudáh excidẽtur: אEphráim 13 ″non æmulabitur Iehudáh, & Iehudáh ″nõ anguſtiabit אEphráim.

Apoſtoli adducẽtes omnes ad Euangelium.

Et volabũt ″in humerũ Peliשſthim ad Occidentem, ſimul prædabuntur 14 ″filios Oriẽtis: אEdom & Moab ″immiſſio manus eorum, filii עAmmon ″obedientia ipſorum.

Et excidet Iehouáh ″ſcopulum ″maris AEgypti, & leuabit manũ 15 ſuam ſuper flumen ″in fortitudine ſpiritus ſui, percutiétque illud *diuidendo* in ſeptem ″flumina, ″ & ambulare faciet *tranſeuntes* in calceamentis.

Erítque ″via reſiduo populi eius qui ″relinquetur ab Aשſſúr, ſi- 16 cut fuit Iשſraאeli in die qua aſcendit è terra AEgypti.

5 Et erit iuſtitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium renum eius. B

6 Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, vitulus, & leo, & ouis ſimul morabũtur, & puer paruulus minabit eos.

7 Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas.

8 Et delectabitur infãs ab hubere ſuper foramine aſpidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit manum ſuam mittet.

9 Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris ſcientia Dñi operientes.

C

Rom. 15. c. 12

10 ‖In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum.

11 Et erit in die illa, adiiciet Dominus ſecundò manum ſuam ad poſſidendũ reſiduũ populi ſui, quod relinquetur ab Aſſyriis, & ab AEgypto, & à Phethros, & ab AEthiopia, & ab AElã, & à Sennaar, & ab Emath, & ab inſulis maris.

12 Et leuabit ſignũ in nationes, & cõgregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.

13 Et auferetur zelus Ephráim, & hoſtes Iuda peribũt. Ephráim non æmulabitur Iudam, & Iudas nõ pugnabit contra Ephraim.

D

14 Et volabunt in humeros Philiſthiim per mare, ſimul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filii Ammõ obedientes erunt.

15 Et deſolabit Dominus linguam maris AEgypti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui: & percutiet eum in ſeptem riuis, ita vt tranſeant per eum calceati.

16 Et erit via reſiduo populo meo qui relinquetur ab Aſſyriis: ſicut fuit Iſraeli ‖in die illa qua aſcendit de terra AEgypti.

Exod. 14. g. 29

6 Et bubalus ומריא & pecus pingue. Vox Hebræa ſignificat pecus pingue, & armenta domi ſaginata, vt ſunt oues & boues pingues. Alii exiſtimant bubali eſſe ſpeciem. 7 Paſcentur, תרעינה ſub. ſimul. nam יחדו quod ſequitur, repeti debet, vt duobus inſeruiat. Nati earum: ילדיהן catuli earum. 8 Delectabitúrque ושעשע Oblectabitúrque. Alii, Ludétque. Phraſis Hebraica, quæ ſignificat futurum vt temporibus Chriſti nemo alterum lædat: quòd homines noxii reddi debeant innoxii, renouati à Spiritu Dei. Seipſum declarat verſu ſequenti. 9 Perdent ישחיתו iniuriam inferent. ſiue, detrimento afficient. Repleta eſt מלאה Præt. Heb. pro fut. replebitur. Cognitione דעה Infinit. pro nomine. ſcire, vel cognoſcere, pro Scientia vel cognitione. Mare operientes. ׃ לים מכסים *quæ* mare tegunt. i. operiunt ſuperficiem maris. Vt numerum magnum per arenam maris ſignificare ſolet Eſaias, ita hîc magnam extenſionem & latitudinem per ſuperficiem maris ſignificat, Hebraico dicendi tropo.

10 Qui ſtabit, &c. אשר עומד לנס עמים quæ ſtabit in ſignum pop. Præſ. Heb. pro fut. 11 Erit denique in die illa והיה ביום ההוא Ad verbum, Et erit in die illa. Quidam vertunt, Porrò eo tempore. Alii, Futurum quoque eſt vt illa die Dominus, &c.

12 In nationibus, לגוים in populis. vel, gentibus. Profugos נדחי eiectos. proſcriptos. Et diſperſas ונפוצות ſubaudiendum, animas. Quidam, diſperſiones. Angulis כנפות alis. 13 Zelus קנאת æmulatio. ſimultas. Non æmulabitur לא־יקנא Declaratio eſt præcedentis partis verſus. Non anguſtiabit לא־יצור non affliget. non exagitabit. Alii, non pugnabit. Alii, non pugnabit contra Ephraim. more ſcilicet hoſtis. 14 In humerum בכתף id eſt in regionem. Accipitur enim pro latere & angulo. Filios Orientis: בני־קדם Phraſis Hebraica pro Orientalibus. Syros intelligit, quos erepturi erant Apoſtoli è manu diaboli. Immiſſio manus eorum, משלוח ידם. i. mittẽt manũ ſuã more hoſtis. Hebraiſmus, pro Idumæos & Moabitas ſpoliabunt opibus & diuitiis. Obediẽtia ipſorum. ׃ משמעתם Ad verbum, auditus eorum. id eſt Ammonitæ erũt audientes ipſis, & obedient. q. d. conuertent multos ex Ammonitis. 15 Scopulum את־לשון Ad verbum, linguam. i. ſinum: quòd ſinus præ ſe ferat figuram linguæ exertæ, excurrendo ſcilicet longius in continentem. hoc eſt, Quemadmodum olim Dominus ſuſtulit omne impedimentum quo tranſire poſſet populus ipſius, ita etiam auferet ille omnia impedimenta vt facilius accedant electi ad Chriſtum. Maris AEgypti, ים־מצרים Mare rubrum dicitur mare AEgypti aut quòd in eo AEgyptii fuerint ſubmerſi, aut quòd pars illa ſit propinqua AEgypto. In fortitudine ſpiritus ſui, בעים רוחו robore venti ſui. i. immittet ventum maximum qui diuidet flumen illud in ſeptem riuos [hoc eſt multos: numerus certus pro incerto] qui vado tranſiri poſſint. Flumina, נחלים torrentes. riuos. id eſt, reddet illud ſimile flumini habenti ſeptem riuos. Et ambulare faciet, &c ׃ והדריך בנעלים & calcare faciet *illud* cum calceamentis. Alii, & deducet *illos ſuos* calceatos. q. d. Quia Euphrates poſſet eſſe impedimento electis venientibus ab Aſſyria in Eccleſiam Ieruſalem, diuidet illum Dominus in tot partes vt etiam à calceatis, citra vllum aquæ periculum tranſmitti poſſit: diuidet, & per eum deducet eos qui ſe recipere voluerint in Ieruſalem.

16 Via מסלה via trita. vel, via lapidibus ſtrata. id ſignificat vox iſta. q. d. & erit in flumine hoc via velut lapidibus ſtrata, aut trita perinde acſi iam diu ibi fuiſſet via, ſine lapidibus aut aliis offendiculis, per quam ſeſe conferre poterunt in Ieruſalem. Relinquetur ישאר reſiduus erit.

Cap. XII.

1 ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniā iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.

Exod.15.a.2
pſal.117.b.14

2 Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & nō timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus Deus, & factus eſt mihi in ſalutem.

3 Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris:

B

1.Par.15.16.a.8
pſal.104.a.1

4 Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelſum eſt nomen eius.

5 Cantate Domino, quoniā magnificè fecit: annuntiate hoc in vniuerſa terra.

6 Exulta, & lauda habitatio Siō: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

Cap. XIII.

1 ONus Babylonis quod vidit Eſaias filius Amos.

2 Super montem caliginoſum leuate ſignum, exaltate vocem, leuate manum, & ingredientur portas duces.

3 Ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4 Vox multitudinis in mōtibꝰ, quaſi populorum frequētium, vox ſonitus regum & gentium congregatarū: Dominus exercituum præcipit militiæ belli,

5 Veniētibus de terra procul, à ſummitate cæli: Dominus & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram.

6 Vlulate, quia propè eſt dies Domini: quaſi vaſtitas à Domino veniet.

7 Propter hoc ōnes manus diſſoluētur, & omne cor hominis cōtabeſcet,

B

8 Et conteretur: torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt, vnuſquiſque ad proximū ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum.

9 Ecce dies Domini venit, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

10 Quoniam ſtellæ cæli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo.

Ezech.32.b.7
ioel.3.c.15
matth.24.c.29
marc.13.c.24
luc.21.c.25

Cap. XII.

1 ET dices in die illa, ʹCōfitebor tibi Iehouáh, ʹquoniā iratus fuiſti contra me, auerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.

Chriſtianorū gr tiarum actio pr Dei miſericordia per Chriſtū eis facta.

2 ʹEcce Deus ſalus mea, confidam, & non pauebo: quia fortitudo mea,″& laus *mea* Deus Iehouáh, fuítque mihi ſalus.

3 Et haurietis aquas in gaudio è fontibus″ſalutis:

4 ʹEt dicetis in die illa,″Confitemini Iehouæ,″inuocate nomen eius: nota facite in populis opera eius,″mementote quòd excelſum eſt nomen eius.

5 Cantate Iehouæ, quoniamʹmagnifica fecit:″notum *eſt* hoc in vniuerſa terra.

6 ʹExalta vocem, & lauda habitatrix ɤSiión: quia magnus in medio tui ſanctus Iωſraℵél.

Cap. XIII.

1 PʹRophetia Babél quam vidit Ieωſaɣiáhu filius ℵAmóχs.

Babylō deſtruenda prædicitur.

2 Super montem excelſum eleuate vexillum, exaltate vocem ″contra eos,″leuate manum, & ingrediantur portas″ducum.

3 Ego præcepi″præparatis à me, etiam vocaui fortes meos″in ira mea, exultantes″*in* gloria mea.

4 Vox multitudinis in montibus *ad* ſimilitudinem populi multi: vox″ſonitus regnorum gentium congregatarum: Iehouáh exercituum numerat exercitum prælii.

5 Veniunt de terra longinqua ab extremo cæli, Iehouáh″& vaſa furoris eius ad diſperdendum vniuerſam terram.

6 Vlulate, quia propè eſt dies Iehouæ: quaſi vaſtitas″ab Omnipotente veniet.

7 Idcirco ōnes manus″debiles erūt, & ōne cor hominis liqueſcet.

8 Et terrebuntur:″anguſtiæ & dolores apprehēdent *eos*, inſtar parturientis dolebunt: vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebunt, ″facies flammarum facies eorum.

9 Ecce dies Iehouæ″venit, crudelis,″& indignatio, & ira furoris: vt ponat terram in ſolitudinem, & peccatores eius″diſperdat ex ea.

10 Quoniam ſtellæ cælorum″& Orion eorum nequaquam ſplendere facient lumen ſuum:″obſcurabitur ſol quando egredietur, & luna nequaquam ſplendere faciet lumen ſuum.

IN CAPAT XII.

1 Confitebor tibi אודך Celebrabo te. Summis laudibus efferam te. Gratias agam tibi. id ſignificat propriè hæc vox quando abſolutè ponitur. Quoniam, &c. כי אנפת וגו׳ quanuis iratus ſis mihi, auertetur furor tuus, & conſolaberis me. vel, *quòd* tametſi iratus fueris mihi, auerſus eſt *tamen* furor tuus, & conſolatus es me. 2 Ecce הנה certé. Et laus, &c. וזמרת יה יהוה & canticum Ia Iehouáh. vel, muſica, ſiue cantio. Ia vnum ex nominibus Dei, pro quo vertunt nonnulli Deus. 3 Salutis: ! הישועה ſaluatoris.

4 Et dicetis ואמרתם Proinde dicetis. Confitemini הודו Vide verſu primo huius capitis. Inuocate nomen eius: קראו בשמו inuocate [vel, clamate] in nomine eius. Alii, implorate nomen eius. Alii, prædicate, &c. Mementote, &c. הזכירו כי נשגב cōmemorate quòd excelſum [vel, ſublime] eſt, &c. Alii, prædicate. ſiue, palàm dicite, aut narrate quòd nobile & clarum ſit nomen eius. id eſt, quòd ſit clarus & inſignis, quòd plurima geſſit vnde clarum nomen ſibi comparauit. 5 Magnifica גאות Ad verbum, magnificentiam. i. res præclaras & magnas geſſit. Notum *eſt* מודעת notum *erit*. vulgatum *erit*. Alii, notum *fiat*. 6 Exalta vocem, & lauda צהלי ורני Hinni & iubila. Alii, Iubila & canta. vel, clama. id eſt, effer laudibus.

IN CAPVT XIII.

1 Prophetia משא Ad verbum, Onus. i. prophetia de futura deſtructione Babyloniorum. Oneris nomine, durior & oneroſior prophetia ſignificatur. Familiare fuit verbum, Dei Prophetis, quoties aliquid aduerſum denuntiare volebāt, vt ſciret populus, nihil accidere aduerſi quod non Dominus ipſe velut onus, hominum humeris imponeret. 2 Contra eos, להם ad eos. Relatiuum pro antecedente. ſub. milites. Leuate הניפו agitate. Metaphoricè (inquit doctus inter Hebræos) dixit, ſuper montem excelſum eleuate vexillum, exaltate vocem ad eos, eleuate ad eos manum, vt citò veniant ad Babel vt perdant eam. ſub. Medi ac Perſæ. Eleuatio autem manus ſignificat aduocationem: vt quum quiſpiam aduocans alterum, quòd propter diſtantiam loci non poſſit exaudiri, manum eleuat, innuens vt veniat.

Ducum. : נדיבים principum. munificorum. ſub. Babyloniorum. Sic vocantur principes à munificentia & liberalitate.

3 Præparatis à me, למקודשי Ad verbum, ſanctificatis meis. i. inſtructis & præparatis à me, ad hanc rem tanquam ſacramento militari aſtrictis. In ira mea, לאפי ad *exequendam* iram meam. In gloria mea. : גאותי Ad verbum, gloriæ meæ. i. ob gloriam meam, quum honore & gloria afficior. 4 Sonitus שאון ſtrepitus. Quidam, Vox fragoris *acſi* regna Gentium coiuiſſent.

5 Et vaſa furoris eius וכלי זעמו .i. cum militibus, qui ipſius irati mandato obſequentur. 6 Ab Omnip. משדי .i. imminet à duce forti & inſuperabili. q. d. quæ nulla ratione vitari poteſt. 7 Debiles e. תרפינה flacceſcent. remittentur.

8 Anguſtiæ צירים tormina. torſiones. Verti poteſt, Anguſtias & dolores apprehendent. Facies, &c. : פני להבים פניהם Hebraiſmus, pro Suffundentur rubore, & erubeſcent. 9 Venit, בא Præt. Heb. pro. præſ. inſtat. Alii in futurum conuertunt, veniet.

Et indign. ועברה & *plena* indignatione. i. in qua oſtendet Dominus ſe maximè iratum eſſe. Diſperdat ישמיד deleat. conterat.

10 Et Orion e. וכסיליהם & ſydus eorum. Alii, & congregatio ſtellarum. q. d. præ ſumma calamitate & miſeria, omnia videbuntur eis obſcura. Per tenebras enim intelligūtur omnia infœlicia, calamitoſa, & triſtia. Obſcurab. &c. חשך השמש וגו׳ Præt. Heb. pro fut. Obtenebrabitur ſol in exortu ſuo.

11 ʹEt viſitabo ſuper orbem terrarum, malum,& ſuper impios iniquitatem eorum:″& ceſſare faciã ſuperbiam ſuperborum, & ſuperbiam ″fortium humiliare faciam.

12 ʹPretioſiorem faciam hominem magis quàm obrizũ, & hominem quàm aurum Ophir.

13 Idcirco cælũ″cõmouere faciã, & mouebitur terra de loco ſuo, ʹpropter iram Iehouæ exercituũ,& propter diem iræ furoris eius.

C

14 ″Et erit″tanquam ceruus eiectus, & ſicut oues *diſperſæ*, & non *eſt* qui congreget: vnuſquiſque ad populum ſuũ″reuertẽtur, & vnuſquiſque ad terram ſuam fugient.

15 Omnis qui inuentus fuerit,confodietur:& omnis ʹadditus cadet gladio.

16 Et paruuli eorum allidentur in oculis eorum:diripientur dom⁹ eorum,& vxores eorum violabuntur.

17 Ecce ego″ſuſcito contra eos Madai, qui argentum″non æſtimabunt,″& aurum non volent:

18 ʹEt arcus *illorum* pueros allident,neque fructui ventris miſerebuntur,neque filiis parcet oculus eorum.

19 Et erit Babél″gloria regnorum, ″decus ſuperbiæ Chaldæorum, ſecundum ſubuerſionem *qua ſubuertit* Deus סSedóm & עAmoráh.

20 ʹNon incoletur in ſeculum,neq; habitabitur vſq; in generationem & generationem:ſed neque tendet tentorium ibi עArabs, & paſtores non accubare facient ibi *pecudes*.

21 Sed accubabunt ibi″beſtiæ ſylueſtres,& replebuntur domus eorũ″furunculis, & habitabunt ibi″filiæ ſtruthionis,″dæmones quoque ſaltabunt ibi.

22 ″Et cantabunt vlulæ″in ædibus eius, & dracones in palatiis ʹdeliciarum. propè eſt autem vt veniat tempus eius, neque dies eius protrahentur.

Cap. XIIII.

Reuerſio Iudæorum ex captiuitate, & Babyloniorum afflictio.

1 MIſerebitur enim Iehouáh Iaעacób, & eliget adhuc Iשׁſraאelem,″& requieſcere faciet eos ſuper humum ſuam, ″& copulabit ſe peregrinus eis,adhærebúntque domui Iaעacób.

---

11 Et viſitabo ſuper orbis mala,& cõtra impios iniquitatẽ eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium,& arrogantiam fortium humiliabo.

12 Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

13 Super hoc,cælum turbabo, & mouebitur cælum de loco ſuo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.

14 Et erit quaſi damula fugiẽs, & quaſi ouis,& non erit qui cõgreget:vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur,& ſinguli ad terram ſuam fugiẽt.

15 Omnis qui inuentus fuerit,occidetur: & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio.

16 Infantes eorum ‖allidentur in oculis eorum:diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur.

Pſal.136.b.9

17 Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos,qui argentum non quærant, nec aurum velint:

18 Sed ſagittis paruulos interficient, & lactentibus vteri nõ miſerebuntur,& ſuper filios nõ parcet oculus eorum.

19 Et erit Babylon illa magna in regnis,inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ‖ſicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham.

Geneſ.19.e.25
Iere.50.f.40

20 Non habitabitur vſque in finem,& non fundabitur vſque ad generationẽ & generationem:nec ponet ibi tentoria Arabs,nec paſtores requieſcẽt ibi.

21 Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus,& habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi.

22 Et reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis:propè eſt ut veniat tempus eius,& dies eius non elongabuntur.

Cap. XIIII

1 MIſerebitur enim Dominus Iacob,& eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humũ ſuam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.

---

11 Et viſitabo,&c. ופקדתי וגו' Viſitabo enim ſuper orbem terrarum malitiam.i.Animaduertam in flagitia orbis terrarum, ſiue in homines propter ſcelera eorum.Quidam vertunt,ob malitiam *eorum*.Seipſum declarat ſequentibus verbis. Et ceſſare faciam והשבתי & quieſcere faciam.id eſt,perdam. Fortium humiliare faciam : עריצים אשפיל tyrannorum humiliabo.vel,deiiciam.

12 Pretioſiorem,&c. אוקיר אנוש מפז Pretioſiorem reddam hominem auro puro. Alii,Reddam chariores viros auro obrizo.q.d.pauci euadent.Vel,propter aurum non parcetur vitæ Babyloniorum:neque parcent milites cuiquam propter pecuniam.

13 Commouere faciam ארגיז concutiam.agitabo.q.d.tunc videbitur cælum tremere,& terra moueri loco ſuo horrore eorum quæ gerentur.Deſcribit acerbitatem illius expugnationis. Propter iram בעברת Ad verbum,in indignatione.vel,in *die* indignationis Iehouæ exercituum,& in *die* caloris furoris eius.Loquitur Deus de ſe in tertia perſona. 14 Et erit והיה ſub.Babylon,& qui in ea habitat,aut miles externus quem conduxerint Babylonii. Tanquam cer.eie. כצבי מודח ſicut caprea acta in fugam.vel profuga.aut fugiens. perſequentibus ſcilicet canibus. Reuertentur, יפנו Ad verbum,reſpicient.vel,conuertent faciem ad regionem ſuam.

15 Additus הנספה ſub.illis. vel,adiectus. ſiue,adiectitius. aut,aduentitius.i.conductitius,aut auxiliarius miles. Quidam Hebræorum exponunt,Quicunque ſe iunxerit filiis vrbis vt euadat cum eis in arce,cadet gladio quum capietur ciuitas.& ſic Chaldæus paraphr. Et omnis qui ingreſſus fuerit munitionem,fugiens interficietur gladio. 17 Suſcito מעיר Præſ.Heb.pro fut.ſuſcitaturus ſum. Nõ æſtimabunt, לא יחשובו .i.paruipendent, aut nihili æſtimabunt.q.d.nemini parcent propter pecuniam. Et aurum,&c. וזהב לא יחפצו בו : & auro non oblectabuntur.vel,nec aurum ipſum appetent.aut,amabunt. 18 Et arcus,&c. וקשתות נערים תרטשנה Chald. paraph.& arcubus *ſuis* paruulos ſcindent. Quidam,Et arcubus *eorum* paruuli allidentur. 19 Gloria צבי decor.inclyta.i.quæ inter cæteras vrbes,primas tenet.Quidam vertunt,deliciæ regnorum. Decus ſup. תפארת גאון gloria ſuperbiæ.vel,decor & magnificentia .i.ob quam gloriari & ſuperbire ſolent Chaldæi. 20 Non incol.&c. לא־תשב לנצח ולא תשכון Ad verbum,Non ſedebit in perpetuum,neque habitabit.i.non ſedebunt,neque habitabunt in ea incolæ.nam hoc pertinet ad incolas.eſt enim metonymia.

21 Beſtiæ ſylueſtres, ציים Quidam relinquunt vocem Hebræam צſiim. Alii exponunt beſtias deſertũ incolentes. Alii,beſtias horrendas. Furunculis, אוחים viuerris.Gallicè,*furets*. Muſtelas quidam eſſe volunt,quas (vt nonnulli exiſtimant) vocamus *belettes*. Alii vertunt Cercopithecis.Quidam Hebræorum dicunt beſtias eſſe,quas qui viderit,obſtupeſcit.Alii dicunt nomen potius eſſe volatilis.Alii vocem Hebræam relinquunt,אoחhim:quã feles marinos alii exponunt. Filiæ ſtruthionis, בנות יענה, filiæ vlulæ.ſiue,vlularũ.filias vocat pullos qui penuria cibi vlulant.vnde Mich.1.b.8,Faciam planctum ſicut draconum,& luctum ſicut filiæ vlulæ.Sirenas LXX vertunt.

Dæmones quoque ושעירים & fauni.vel,ſatyri.ſolent enim ſpectra illa apparere in locis deſertis,apparéntque ceu piloſa.Quidam Hebræorum dicunt ſignificare hircos ſylueſtres. 22 Et cantabunt vlulæ וענה איים & clamabunt[vel,vociferabuntur]feles. vel, muſtelæ ſylueſtres.Alii,picus interpretantur,quas vulgò *Piuerts* dicimus. In ædibus eius, באלמנותיו in magnificis ædibus eorum.vel, in palatiis.Doctus inter Hebræos exponit in viduis eorum.i.in vrbibus deſertis. Deliciarum. ענג voluptatis.

IN CAPVT X.IIII

1 Et requieſcere,&c. והניחם וגו' .i. ſtatuet eos in terra ſua.ſiue,reducet eos ex Aſſyria in Terram ſanctam. Et copul.&c.ונלוה הגר Singul. pro plur.adiungent ſe illis proſelyti.i.religionem familiæ Iacob amplectentur proſelyti multi Chaldæi.

2 Et tenebunt eos populi, & adducēt eos in locum ſuum: & poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram Domini in ſeruos & ancillas: & erunt capientes eos qui ſe ceperant, & ſubiicient exactores ſuos.

3 Et erit in die illa, quum requiē dederit tibi Dominus à labore tuo, & à cōcuſſione tua, & à ſeruitute dura qua antè ſeruiſti:

B 4 Sumes parabolam iſtam cōtra Regem Babylonis, & dices, Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum!

5 Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium,

6 Cædentem populos in indignatione plaga inſanabili, ſubiiciētem in furore gentes, perſequētem crudeliter.

7 Cōquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit.

l.136.b.9

8 Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendit qui ſuccidat nos.

9 Infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum aduentus tui, ſuſcitauit tibi gigantes: omnes principes terræ C ſurrexerunt de ſoliis ſuis, omnes principes nationum.

10 Vniuerſi reſpondebunt, & dicēt tibi, Et tu vulnerat⁹ es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es.

ieſ.19.e.25
.50.f.40

11 Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

12 Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes.

13 Qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſedebo in mōte teſtamenti, in lateribus Aquilonis:

D 14 Aſcendā ſuper altitudinem nubiū, ſimilis ero Altiſſimo.

15 Veruntamen ad infernum detrahēris, in profundum laci.

16 Qui te viderint, ad te inclinabūtur, téque proſpicient, Nūquid iſte eſt vir qui conturbauit terram, qui concuſſit regna?

17 Qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem?

2 ″Et tollent eos populi, & adducent eos ad locum ſuum: ″& hæreditabunt ex eis domus Iſraél ſuper terram Iehouæ in ſeruos & ancillas: & capient eos qui ſe ceperant, dominabuntúrque oppreſſoribus ſuis.

3 Et erit, in die qua requiem dederit Iehouáh tibi ″à labore tuo, & à timore tuo, & à ſeruitute dura ″quam ſeruiiſti:

Nabuchodonoſor ab Iſraele irridetur.

4 Tunc ſumes ″parabolam iſtam cōtra Regē Babel, & dices, Quomodo ceſſauit oppreſſor, quieuit ″cupida auri!

5 Cōtriuit Iehouáh ″baculum impiorum, ″virgam dominantium,

6 Percutientem populos in ira percuſſione ″indeſinente, dominātem in furore gentibus, ″perſequutionem paſſum non prohibuit.

7 Quieuit, requieuit vniuerſa terra, ″cecinerunt laudem.

8 Etiam abietes lætatæ ſunt de te, & cedri Lebanō: ex eo *tempore quo* obdormiſti, non aſcendit ″qui ſuccideret nos.

9 Infernus deorſum ″expauit propter te: in occurſum aduētus tui, ſuſcitauit ″tibi mortuos, omnes principes terræ ſurgere fecit de ſoliis ſuis, omnes Reges gentium.

10 Omnes iſti ″vociferabuntur, & dicent tibi, Etiam tu infirmatus es ſicut nos, nobis ſimilis factus es.

11 ″Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, ″ſonit⁹ nablorum tuorum, ſubter te ″ſternitur vermis, & operit te vermis.

12 Quomodo cecidiſti de cælo ″Lucifer fili auroræ? & ″ſucciſus es ad terram qui debilitabas gentes.

Mors Regis Babylonis ſimilis auroræ de cælo cadenti & obſcuratæ.

13 ″Tu autem dixiſti in corde tuo, Cælum aſcendam, ſuper ſtellas Dei exaltabo ſolium meum, & ſedebo in monte ″congregationis ″in lateribus Aquilonis:

14 Aſcendam ſupra altitudines nubis, ſimilis fiam Altiſſimo.

15 Veruntamen ″ad infernum detrahêris, ad latera ″ſepulchri.

16 Videntes te, ″te proſpicient, te contemplabuntur, *dicentes*, Num hic eſt vir ille qui conturbabat terram, concutiebat regna?

17 Qui poſuit orbem terrarum tanquam deſertum, & vrbes eius deſtruxit, & vinctis ſuis non aperuit ″carcerem?

---

2 Et tollent eos ולקחום Et aſſument eos. hoc eſt, deducent honoris cauſa.i. populi varii ſeſe illis adiungent. Et hæreditabunt ex eis והתנחלום poſſidebúntque ex illis.vel eos,&c.i.aliquot ex gentibus ſeruient in Terra ſancta. 3 A labore tuo,& à tim.t. מעצבך ומרגזך à dolore tuo,& perturbatione tua.vel,à triſtitia tua,& commotione *animi* tui.ſiue,ab indignatione & ira tua. Quam ſeru.&c. אשר עובד־בך: Ad verbum,qua ſeruitum fuit de te.i.quæ fuit exacta à te,ſiue quam exegerunt à te.

4 Parabolam המשל Significat ſermonem obſcurum & figuratum.Aſſumes,ſub.in ore tuo.pronūtiabis,hoc eſt dicere poteris de Rege Babylonis. Cupida auri? שבתה מדהבה: exactrix auri?vel,congregatrix auri?auricupida?q.d.qua ratione fieri potuit vt Rex Aſſyriæ deſierit opprimere Ieruſalem? 5 Baculum מטה virgam.i.imperium. Virgam שבט ſceptrum.q.d.Dominus aſſeruit nos à ſeruitute in libertatem. 6 Indeſinente, בלתי סרה Ad verbum,non recedente.i.iugi & perpetua. Perſeq.paſſ.&c. מורדף בלי חשך: .i.non prohibuit perſequētem ne perſequeretur illum.Ad verbū,perſequutus eſt.paſſiuè,& eſt ſingul.pro plur. perſequutionem paſſi ſunt, nec prohibuit.ſub.ſuos milites ne aliis iniuriam inferrent.vel,perſequutionem patiebātur,non prohibebat. Alii,à perſequutore non prohibuit. 7 Cecin.lau. פצחו רנה: ſub.propter pacem reſtitutam. 8 Qui ſucc.nos. הכורת עלינו: Ad verbum,exciſor contra nos. 9 Expauit רגזה commotus eſt.Metaphoricè hoc dixit,eo quòd ipſo viuente vniuerſus orbis paueret. Tibi mor. לך רפאים propter te gigantes.i.fortiſſimos quoſque mortuos vt tibi reſiſterent. 10 Vocifer. יענו reſpondebunt.vel fut.eſt pro præt.loquuti ſunt,& dixerunt. 11 Detra.eſt,&c. הורד שאול גאונך Depoſita eſt in ſepulchrum magnificentia tua. Sonitus,&c. המית נבליך ſtrepitus lyrarum tuarum. vel,chororum tuorum.i.iam non audiuntur in aula tua inſtrumenta muſica. Sernitur יוצע Fut.Heb.pro præſ.& ſing.pro plur.ſtrati ſunt vermes,& operiūt te vermes.i.plenus es vermibus.Præteritū eſt יצע ſi י eſt radicale.

12 Lucifer fili auroræ? הילל בן־שחר Alludit ad Satanam qui olim decidit de dignitate in qua creatus fuerat, quem vocat luciferum & filium auroræ,quòd creatus fuiſſet in maximo ſplendore & honore. Vocat autē Nabuchodonoſorem Luciferum filium auroræ propter ſummam illam & imperatoriam dignitatem qua imperabat ferè toti orbi. Verti etiam poteſt, Quomodo cecidiſti de cælo [ſub. ó Nabuchodonoſor] *ſicut* Lucifer filius auroræ? .i. ſicut olim corruit Lucifer princeps dæmonum,&c. Luciferum vocat filium auroræ,quòd ſplendere & lucere ſoleat ante auroram. Succiſus es נגרעת .i.ſucciſus corruiſti in terram.Quidam vertunt,detractus es.

13 Tu autem dixiſti ואתה אמרת Tu verò *prius* dixeras.Alii,Atqui tu dicebas.Alii,Quum tamen in corde tuo ſic cogitares.q.d.Tu dicebas te fore dominatorem totius orbis:prius aſpiraueras ad ſummam dignitatem Congregationis מועד Sic dicebatur mons Sion, ſiue Ieruſalem,quòd in eo eſſet templum,ad quod conueniebat pôpulus ter quotannis:vel quòd populus illuc conueniret precationis cauſa.Alii vertunt,teſtimonii.ſiue teſtificationis. Alii, feſtiuitatis. Alii, fœderis.i.vbi Dominus ratum fecit fœdus ſuum. Alii,tabernaculi. ſic Pſal.74.b.8,Incenderunt omnia מועדי־אל tabernacula Dei. In lateribus בירכתי Plur.pro ſingul.in vno è lateribus Aquilonis. Sion ſita eſt ad Aquilonem reſpectu Ieruſalem.Similis deſcriptio & Pſalmo 48.a.3.

15 Ad infernum detrahêris, אל־שאול תורד Fut.Heb.pro præt.in ſepulchrum detractus es.vel,deiectus. Sepulchri. בור: laci.i.foueæ ſepulchralis. 16 Te proſp. אליך ישגיחו intentè aſpicient te. Alii,inclinabunt ſe ad te.mirantes ſcilicet ſortem tuam.

17 Carcerem. ביתה: Ad verbum,domum.eſt enim carcer,domus ſiue locus vinctorum.i.quos ſemel coniecerat in carcerem,nunquā poſtea inde reuocabat. Alii,vinctos ſuos non ſoluit *ut redirent* domum.i.vt fineret reuerti domum ſuam.

Omnes reges gentium,vniuerſi ipſi dormierũt cum gloria,″quiſque in ſepulchro ſuo. 18

Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo tanquam ſtirps abomnabilis,*&* veſtimentum occiſorũ qui confoſſi ſunt gladio, *aut* ″qui deſcenderunt ad lapides ſepulchri,*ac* veluti cadauer″conculcatum. 19

″Nõ vnies te cum eis in ſepultura,quia terrã tuam diſperdidiſti, populũ tuũ occidiſti:″nõ vocabitur in æternũ ſemẽ peſſimorum. 20

Præparate″filios eius occiſioni propter iniquitatem patrum ipſorum:″ne conſurgant, neque hæreditate accipiant terram, atque impleant ſuperficiem orbis″inimicis. 21

″Et conſurgam cõtra eos, dicit Iehouáh exercituũ, &″ſuccidam ipſi Babél nomẽ,″& propinquũ, & filiũ, & nepotẽ,dicit Iehouáh. 22

Ponámque eam in poſſeſſionem″ericii ,″& *in* paludes aquarũ,& ſcopabo eam ſcopis″diſſipationis,dicit Iehouáh exercituum. 23

Iuramento affirmat ſe perditurũ Sennacherib & Aſſyrios.

Iurauit Iehouáh exercituum,dicendo,Si non ſecundũ quod cogitaui,ſic″fiet:& ſecundum quod decreui,″conſurget, 24

Vt conteram Aẇſſur in terra mea,& in montibus meis conculcem eum,recedétque ab illis iugum eius,&onus ipſius″ab humero eorum recedet. 25

Hoc eſt conſilium quod decretum eſt *à me* ſuper vniuerſam terram,& hæc manus illa extenta ſuper omnes gentes. 26

Iehouáh enim exercituũ decreuit,& quis″irritabit?& manus eiꝰ *eſt manus illa* extenta,& quis″redire faciet eam? 27

Excidium Palæſthinorũ ab Ezecia factum,quòd Iudã oppreſiſſet.

In anno quo mortuus eſt Rex Aʜház fuit″prophetia iſta. 28

Ne læteris Peléẇſeth omnis tu,quòd confracta ſit virga″percuſſionis tuæ:de radice enim ſerpentis egredietur regulus, & fructus eius″ceraſtes volans. 29

Et paſcentur″primogeniti pauperum,&mendici cõfidenter accubabunt:& interire faciam fame radicem tuam,& reliquias tuas ″interficiet. 30

Vlula″ô porta,clama ô ciuitas,″defluxit Peléẇſeth omnis tu: ab Aquilone enim fumus″vênit, & non *erit* ″ſolitarius in temporibus illius. 31

18 Omnes Reges gentiũ vniuerſi dormierunt in gloria,vir in domo ſua.

19 Tu autẽ proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfectiſunt gladio,& deſcenderunt ad fundamenta laci,quaſi cadauer putridum.

20 Nõ habebis conſortiũ neque cũ eis in ſepultura: tu enim terrã tuã diſperdidiſti,tu populũ tuũ occidiſti:nõ vocabitur in æternum ſemẽ peſſimorũ. E

21 Præparate filios eius occiſioni in iniquitate patrum ſuorum: non cõſurgent,nec hæreditabũt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

22 Et conſurgam ſuper eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen,& reliquias,& germen, & progeniem,dicit Dominus.

23 Et ponam eam in poſſeſſionem ericii,& in paludes aquarum,&ſcopabo eã in ſcopa terẽs,dicit Dñs exercituũ. F

24 Iurauit Dominus exercituũ,dicẽs, Si non vt putaui,ita erit:&quomodo mente tractaui,ſic eueniet,

25 Vt conteram Aſſyriũ in terra mea, & in mõtibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugũ eius, & onus illius ab humero eorum tolletur.

26 Hoc cõſilium quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes.

27 Dominus enim exercituũ decreuit, & quis poterit infirmare ? & manus eius extenta,& quis auertet eam? G

28 In anno quo mortuus eſt Rex Achaz,factum eſt onus iſtud. 2.Par.28.d.27

29 Ne læteris Philiſthæa õnis tu,quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui:de radice enim colubri egredietur regulus,& ſemen eius abſorbens volucrem.

30 Et paſcẽtur primogeniti pauperũ, & pauperes fiducialiter requieſcent: & interire faciam in fame radicẽ tuã, & reliquias tuas interficiam.

31 Vlula porta,clama ciuitas:proſtrata eſt Philiſthæa omnis:ab Aquilone enim fumus veniet,& non eſt qui effugiet agmen eius.

18 Quiſque,&c. : איש בביתו Ad verbum,vir in domo ſua.eſt enim ſepulchrum domus ſempiterna.q.d.fuerunt hactenus ſepulti cum gloria & honore. 19 Qui deſcenderunt,&c. יורדי־אל־אבני־בור qui deſcendunt ad lapides ſepulchri.i.coniiciuntur in ſepulchrum ſtratum lapide.ſiue,lapide conſtans.Alii vertunt,*aut ut ueſtes* quæ coniiciuntur ad lapides ſepulchri.i.quæ demittuntur in lapideum ſepulchrum vnà cum cadauere conculcato. Videtur ad morem militarem alludere.militum enim interfectorum cadauera vnà cum veſtibus luto fœdatis coniiciuntur in foueam. Conculcatum. : מוטם ab hominibus ſcilicet in cœno volutatum.

20 Non vnies te לא־תחד Hebraiſmus,pro,Non eris ſimilis illis quantum ad ſepulturam attinet:non aſſequeris in ſepultura honorem ſimilem honori illorum. Non vocabitur לא־יקרא ſub.de nomine tuo.q.d.ſemen malignantium quale eſt tuum,peribit in æternum. hoc eſt,breui peribit memoria poſteritatis tuæ.Alii vertunt,non memorabitur perpetuò ſemen impiorum.

21 Fil. eius occiſioni לבניו מטבח filiis eius mactationem.i.præparate vos ô Medi,vt nepotes Nabuchodonoſor interficiatis. Ne conſurgant, בל־יקומו non conſiſtent. Inimicis : ערים oſoribus.Alii,vrbibus.i.non conſiſtent,neque poſſidebunt terram,& tunc replebitur facies terræ vrbibus.Paulo antè verſu 17,dixit,Et vrbes eius deſtruxit.quum autem mortui fuerint ipſe & filii eius,implebitur facies terræ ciuitatibus. 22 Et conſurgam וקמתי *Ego* quoque inſurgam in eos. Et ſuccidam והכרתי לבבל שם & delebo nomen *Regis* Babylonis.i.reddam Babylonios obſcuros & ignobiles. Et propinquum, ושאר .i.propinquos & conſanguineos.Quidam Hebræorum intelligunt patrem,quod ſequatur,& filium.Alii vertunt,& reliquias.

23 Ericii, קפוד erinacii.Alii,teſtudinis.Sing.pro plur.Hebraiſmus,pro,Efficiam vt vbi nunc eſt Babylon,ibi ſint multa ſtagna in quibus ſint teſtudines. Et *in* paludes ואגמי & *in* ſtagna. Diſſipationis, השמד perditionis.i.omnia perdentibus.Alii,euacuatricibus.i.priuabo eam omnibus rebus,reddámque illam omnino vacuam & inanem. 24 Fiet: היתה Præt Heb.pro fut. Conſurget. : תקום ſtabit.i.eueniet. 25 Ab humero e. מעל־שכמו Ad verbum,deſuper humero eius.Singulare pronomen pro plurali.q.d.populus meus poſtea non pendet tributa Aſſyriis,& à ſeruitute in libertatem aſſeretur.

27 Irritabit? יפר diſſoluet? Redire faciet eam? : ישיבנה auertet eam?vel,retrahet.aut,reducet.Alii,reflectet.

28 Prophetia iſta. : המשא הזה onus iſtud. Vide ſuprà cap.13.a.1. 29 Percuſſionis tuæ: מכך percutiens te. Alii, percutientis te. Ceraſtes volans. שרף מעופף ſerpens ignitus volans.i.ſaltitans.videntur enim volare ſerpentes illi dum ſaltitant,magíſque nocent quàm alii. 30 Primog.pau. בכורי דלים .i.homines pauperrimi & miſerrimi ac calamitoſi,quales eſſe ſolent qui ſuccedunt parentibus pauperibus. Interfic. : יהרוג interimet.ſub.hoſtis tuus Ezecias me authore.

31 O porta,clama,ô ci. שער זעקי־עיר *in* porta clama *in* vrbe.ſub.media. in portis enim conueniebant ciues,vbi illis à iudicibus ius dicebatur. Defluxit נמוג liquefacta eſt.Verti poteſt(inquit doctus inter Hebræos)diſſolue te Peleſeth omnis tu.aut,tota tu. Præcedũt enim duo imperatiua, Vlula porta,clama ciuitas,liqueſce aut diſſolue te,&c. Præteritum enim capitur pro imperatiuo in lingua Hebraica. Vênit, בא Præt.Heb.pro fut. Solitarius,&c. : בודד במועדיו *qui* ſolus *remaneat* tempore illius.vel tempore præfixo & ſtatuto ab ipſo.Ezecia ſcilicet.i.omnes venient ad tempus præfixum.q.d.adducet Ezecias militem voluntarium.

Et quid reſpondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipſa ſperabunt pauperes populi eius.

Cap. XV.

ON⁹ Moab, Quia nocte vaſtata eſt Ar Moab, cõticuit: quia nocte vaſtatus eſt Murus Moab, conticuit.

Aſcendit domus & Dibõ ad excelſa in planctum: ſuper Nabo, & ſuper Medaba, Moab vlulabit: |in cũctis capitibus eius caluitiũ, & omnis barba radetur.

Ierem.48.f.37
ezech.7.c.18

B In triuiis eius accincti ſunt ſacco: ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlulat, deſcendit in fletum.

Clamabit Heſebon & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox eorum: ſuper hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit ſibi.

Cor meum ad Moab clamabit: ve- C ctes eius vſque ad Segor vitulam cõternantem: per aſcẽſum enim Luith flens aſcendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.

Aquæ enim Nemrim deſertæ erũt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

Secũdum magnitudinem operis & viſitatio eorum: ad torrentẽ ſalicum D ducent eos.

Quoniã circuibit clamor terminũ Moab, vſq; ad Gallim vlulat⁹ eius, & vſque ad puteum Elim clamor eius.

Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine: ponam enim ſuper Dibõ additamenta: his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

.d.17

Cap. XVI.

EMitte agnum Dominatorẽ terræ, de Petra deſerti ad montem filiæ Sion.

Et erit ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon.

32 Et quid reſpondebit *quiſque* ′nuntiorũ gentis? Quòd Iehouáh ′fundauit צSiión, & in ea ſperabunt pauperes populi eius.

Cap. XV.

Moabitarũ ruina prædicitur.

1 P′Rophetia Moáb, ′Quia nocte vaſtatus eſt עAr Moáb, *&* ′ſucciſus eſt, quia *inquam* nocte vaſtatus eſt Cir Moáb, *&* ſucciſus eſt.

2 ′Aſcendit in ædem, & *in* Dibón, *& ad* excelſa, ′in planctum: ſuper Nebó, & ſuper Medbá, Moáb ′vlulabit, in cunctis ′capitibus eius *erit* caluitium, *&* omnis barba *erit* raſa.

3 In plateis eius accingẽt ſe ſaccis: in tectis eius, & in plateis eius ′tota ipſa vlulabit, deſcendens in fletum.

4 Et vociferabitur חHeſbón & אEleעaléh, vſq; ad Iahaץs exaudietur vox eorum: ideo ′armati Moáb vociferabuntur, ′anima eius vociferabitur ſibi.

5 Cor meum ′ad Moáb vociferabitur, profugi eius *fugient* vſque ad צSoעár ′vitulã triennẽ, quia per aſcẽſum Luחhith in fletu ′aſcẽdẽt, quia in via חHoronáim ′clamorem contritionis ſuſcitabunt.

6 Aquæ enim Nimrim *in* deſolationes erunt: ′quia aruit herba, defecit gramen, viride non fuit.

7 ′Ideo diuitias *quas quiſque* fecit, & ſubſtantias eorum, iuxta torrentem ′ſalicum deferent.

8 Quia ′circuiuit clamor terminum Moáb, vſque ad אEgláim vlulatus eius, & *uſque* Beאer אElim vlulatus eius.

9 Quia aquæ Dimón replebuntur ſanguine: ponam enim ſuper Dimón ′addita: ′euaſori Moáb leonem, ′& reſiduo terræ.

Cap. XVI.

Moab à Deo punitus ob perfidiã immiſericordiã, & arrogantiam ſuam.

1 MIttite agnum ′Dominatoris terræ de Petra deſerti ad montem filiæ צSiión.

2 Et erit *Moab* ſicut auis ′fugiens, *& uelut* nidus dimiſſus erunt filiæ Moáb *ad* vada Arnon.

32 Nuntiorum מלאכי גוי nuntiorum gentium? ſub. exterarum & vicinarũ quæ ſe ad nos conferunt, quum rogabuntur quid rerum nouarum afferãt à Iudæa. q.d. poſt inſignem illam Aſſyriorũ cladem fama peruagabitur, Sion defendi à Domino, & ob id eſſe inuictã. Sic Hebræi. Quidam vertunt, Quid reſpõdebit *quiſque* nuntiis gentis? vel, Quid reſpondebitur nũtiis gentis? Fundauit יסד firmauit. ſtabiliuit. i. protegit ac tuetur, reddidit eam inexpugnabilem & inuictam.

IN CAPVT XV.

1 Prophetia משא Onus, Vide ſuprà cap.31.a.1. Quia no. vaſt. כי בליל שודד Præterita Heb. pro fut. Sanè per noctem vaſtabitur. vel, certũ eſt quòd nocte diripietur. Succiſus eſt, נדמה in ſilentiũ redacta eſt. excidetur. 2 Aſcendit עלה Præt. Heb. pro fut. Aſcẽdet, ſcilicet Moab. i. conferent ſe in ædem dei ſui Chamos ploraturi, & rogaturi illum. 2. Reg. 23. c. 13. In planctum, לבכי ad fletum. vel, propter fletum. aut, fletus cauſa. Vlulabit, יליל eiulabit. Capiti. e. ראשיו ſcilicet Moab. i. Moabitarũ. ſolebant enim homines valde afflicti vellere ſibi crines capitis præ dolore & triſtitia, & ita habebant capita calua. q. d. præ triſtitia ſibi crines vellent, & barbam radent.

3 Tota ipſa, &c. כלה יליל וגו׳ Sing. pro plur. vniuerſi ipſi eiulabunt deſcẽdentes in fletũ. i. cõuerſi in lachrymas. q. d. profuſiſſimè flẽtes.

4 Armati חלוצי accincti armis. Alii, expediti. Alii, qui ad militiam accincti ſunt *in* Moab. i. ad talem vocem, qui parati erãt ſe & patriã tueri, deſpõdebunt animũ. Anima e. &c. נפשו ירעה לו: Phraſis Hebraica, quã nonnulli tranſferũt, Anima cuiuſq; vlulabit ſibi. Alii, anima cuiuſq; vociferabitur apud ſe. Alii, anima eorũ vociferabitur propter ipſos. i. illi vociferabũtur ad imminẽs periculũ, mortẽq; imminentẽ.

5 Ad Moab למואב propter Moab. Verba ſunt Prophetæ: acſi dicat, Me miſeret Moab. Alii, in Moab. vt Propheta loquatur in perſona Moabitarum, hoc modo, Moabitæ iam in corde meo videntur mihi vociferari. i. ſcio & ſentio in corde meo, Moabitas vociferaturos. Vitul. tri. עגלת שלשיה. i. quæ comparari poterat vitulæ trienni formoſæ, forti & in robore ſuo. Aſcendent, יעלה בוי Ad verbũ, aſcẽdet *quiſque eorũ* in eum. ſub. aſcenſum. Poſteriore loco Hebraicè poſita eſt præpoſitio, pro qua interpretes verterũt Per, priore loco, per aſcẽſum. Qui effugerint (inquit) & periculũ euaſerint, recipient ſe partim in Luith, & partim in Horonaim. Cla. cõt. ſuſc. &c. זעקת שבר יעערו clamorẽ fractionis excitabunt. A verbo עור ſuſcitauit, geminata tantùm litera. Alii a רוע contriuit, fregit, geminato ע, vertunt, clamore cõtritionis frangent ſeſe. vel conterent. Clamorẽ contritionis vocat horrẽdum clamorem, & miſerandum. Exprimit extremum luctũ & mœrorem. q. d. euntes in Horonaim flebunt acerbè. 6 Quia aruit, &c. כי יבש וגו׳ Præt. Heb. pro fut. nam areſcet herba, deficiet gramen, nullus viror erit. Alii, vnde & viride exareſcet, &c. Alii in præterito relinquunt, Vnde & gramen exaruit, &c.

7 Ideo, &c. על כן יתרה וגו׳ Propterea opes *quas* peperit, & diuitias eorum [ſcilicet Moabitarum,] deferent *hoſtes* ad torrentem ſalicum. vt ſcilicet inter ſe partiantur. Alii, Itaque quod reſiduum *quiſque* fecit, & opes ſuas. i. ad locũ alium ſuas diuitias deferent. Alii, Propter reſiduum *quod* fecit, *doluit*: & opes illorum ad torrentem ſalicum portauerunt eas. Redundat pronomen EAS. Salicum ערבים Arabum.

8 Circuiuit הקיפה Præt. Heb. pro præſ. cinget. circundabit. i. in tota regione Moabitide exaudietur tumultus ille bellicus.

9 Addita: נוספות additiones. additamenta. i. addam nouos riuos, canaléſque recentes in ipſum Dimon. q. d. augebo Dimon ſanguine interfectorum. Euaſori לפליטת Singul. pro plur. euaſoribus Moab. Alii, iis qui euaſerint de Moab. Et reſid. ולשארית & reliquiis.

IN CAPVT XVI.

1 Dominatoris terræ מושל ארץ Dominatori. Peruicaciam & obſtinationem exprobrat Moabitis Propheta, quòd non reſipuerint: propterea fruſtra miſſuros Deo oblationes & ſacrificia in Ieruſalem. Ironia enim eſt. 2 Fugiens, &c. נודד קן משולח vaga, *& uelut* nidus abiectus. id eſt erunt Moabitæ ſicut auis diſcedens, ſiue recedens è nido ſuo, & velut pulli recens eiecti è nido ſuo, qui neſciunt quò ſe recipiant. Alii legunt totum verſum hoc modo, Erit autem, ſicut auis emiſſa recedens è nido, *ita* erunt filiæ Moab ad tranſitus Arnon. quum ſcilicet captiui ducentur in Aſſyriam, traiecto fluuio Arnon. Alii, Et erit, ſicut auis migrans nido eiecta, erunt filiæ Moab *in* tranſitu Arnon.

″Affer conſilium,fac iudicium,pone ſicut noctem vmbram tuã 3
in medio meridiei, abſconde expulſos *patria*,″fugiẽtem ne prodas.

Habitent in te expulſi mei, Moáb eſto latibulum eis ″à facie po- 4
pulatoris: ″defecit enim expreſſor, defecit populator, ″cõſumpta
ſunt reptilia de terra.

″Et præparabitur in miſericordia ſolium , & ſedebit ſuper illud 5
in veritate in tabernaculo Dauid,iudicãs & quærens iudicium,″&
feſtinans ad iuſtitiam.

″Audiuimus ſuperbiã Moab(ſuperb⁹ *erat* valde)ſuperbiã *inquam* ei⁹ 6
& extollentiã eius,& indignationẽ eius:″non *erant* recta verba eius.

Idcirco vlulabit″Moáb ſuper Moáb,vniuerſus ipſe vlulabit:″ſu- 7
per fundamenta Cir-חharéשſeth loquemini,veruntamẽ percuſſi.

Quia″vites חHeשſbõ″deſolatæ ſũt:*&*″vitis שSibmáh,domini gẽ 8
tiũ″cõtriuerũt″optimas vites ei⁹:vſq; ad Iayazer peruenerũt,″errauc
rũt *in* deſerto,″propagines eius extenderunt ſe,tranſierunt mare.

Idcirco plorabo″in fletu Iayazér,*in fletu* vitis שSibmáh,″inebriabo 9
te lachrymis meis חHeשſbón & אEleyale: quoniam ſuper fructus
tuos æſtiuos, & ſuper meſſem tuam″celeuſma cecidit.

″Et deficiet lætitia & exultatio de agro fertili , & in vineis non 10
cantabitur,neque iubilabitur : vinum in torcularibus nõ calcabit
calcator,″celeuſma ceſſare feci.

Ideo viſcera mea″ad Moáb veluti cithara″reſonabunt,& intima 11
mea″ad Cir-חháreשs.

Et erit,quum apparuerit″quòd fatigatus fuerit Moáb ſuper ex- 12
celſum,tunc ingredietur ſanctuarium ſuum vt oret,& nõ poterit.

Hoc *itaque* eſt verbum quod loquutus eſt Iehouáh de Moáb″ex 13
eo tempore.

3 Ini conſilium,coge cõſilium : pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie,abſconde fugientes,& vagos ne prodas.

4 Habitabunt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis,cõſummatus eſt miſer , defecit qui conculcabat terram.

5 Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid,iudicãs & quærens iudicium , & velociter reddens quod iuſtum eſt. B

6 Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, pluſquam fortitudo eius.

7 ¶Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit: his qui lætãtur ſuper muros cocti lateris , loquimini plagas ſuas. Ierem.48.c.20

8 Quoniã ſuburbana Heſebõ deſerta ſunt , & vineã Sabama domini gẽtiũ exciderunt, flagella eius vſq; ad Iazer puenerũt, errauerũt in deſerto, ppagines eius relictæ ſunt , trãſierũt mare. C

9 Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineã Sabama : inebriabo te lachryma mea Heſebon & Eleale: quoniam ſuper vindemiã tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit.

10 ¶Et auferetur lætitia & exultatio de Charmelo, & in vineis non exultabit neq; iubilabit : vinũ in torculari non calcabit qui calcare conſueuerat: vocem calcantium abſtuli. Ierem.48.e.33.

11 Super hoc venter meus ab Moab quaſi cithara ſonabit , & viſcera mea ad murum cocti lateris. D

12 Et erit, quũ apparuerit quòd laborauit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua vt obſecret, & nõ valebit.

13 Hoc verbum quod loquutus eſt Dominus ad Moab extunc.

3 Affer conſilium,fa. חביאו עצה עש Afferte conſilium, facite. Varia eſt lectio codicum Hebraicorum הביאי fœmineum, Affer : & הביאו afferte. עשי fac,& עשו facite. Reuocat Moabitis in memoriam ſcelera ipſorum, quòd afflictis Iudæis tantum abeſt vt ſuccurrerint, vt etiam ipſos magis afflixerint. Fugientem נודד vagum. profugum. 4 A facie pop. מפני שורד propter vaſtatorem.i.ne veniant in manus hoſtis. Def.e.expr. אפס המץ quoniam ceſſauit emunctor.vel, finitus eſt.aut, eſſe deſiit emulſor. Conſump.&c. תמו רומס מן הארץ : cõſumptus eſt conculcator de terra ipſa. Verbũ plurale nomini ſingulari iunctum.vel, conſumptus eſt *exercitus* conculcans è terra. 5 Et præparab. והוכן Stabilietúrque. Chriſti regnum deſcribit. Et feſt.ad iu. ומהיר צדק : Ad verbũ,& feſtinator iuſtitiæ.vel, feſtinus iuſtitia, ſiue iuſtitiæ.q.d.dirimet litẽ ſibi oblatã, vnicuique ius reddẽdo:& inquiret lites non oblatas, quas quæret etiãſi nulli queri audeant: citóque faciet iuſtitiam. 6 Audiuimus שמענו Hæc ſub perſona Gentium dicuntur, acſi dicat, Tũc dicent multi, Moab meritò pœnas dedit: erat enim arrogantiſſimus. Nõ *erant* recta,&c. לא־כן בדיו : Variè hic locus verſus eſt ab interpretibus.nam quidam ſic, Non erunt veri ſermones illius. Alii, nõ rata erunt mendacia eius.vel.nõ erit veritas mẽdaciorum eius.i.non ſortientur effectũ quæ iactat. Alii, non rectum cogitationes eius. Alii, Superbia eius & arrogãtia eius, atq; dignatio eius, verè non ſunt niſi mendacia eius. Alii, ſuperbia eius,& arrogantia eius,& indignatio eius non ſicut fortitudo eius.i.fortitudo eius non eſt tanta, quãta eſt eius ſuperbia. In iſtũ ſenſum ſic quidam liberius, Arrogantiæ eius, faſtui eius,& furori eius lacerti eius non reſpondent. Nonnulli vertunt, Non ſic filii eius.ſub. facient: quia deſinet regnum eius. 7 Moab ſuper,&c. מואב למואב כולוה ייליל Moab ad Moab, totus ipſe vlulabit. vel, lugebit.id eſt, Moabitæ ſuperſtites lugebunt Moabitas interfectos : vniuerſi ſuperſtites lugebunt. Alii ſic ordinant, Idcirco lugebit Moab , propter Moab vniuerſi lugebunt.vt ſit ſingul.pro plur. Super fund.&c. לאשישי קיר־חרשת וגו׳ propter fundamenta Cir-חhareשſeth gemetis, ſed percuſſi.i.propter euerſionem illius vrbis quæ euerſa fuit à fundamentis. Quidam Hebræorum intelligunt per fundamenta, principes, primores,& magnates. Nõnulli propriũ nomẽ in appellatiuũ cõuertunt, Propter fundamẽta ciuitatis fictilis *dolẽtes* meditabimini: qui tantùm claudi.ſub remãſiſtis.per claudos reliquias inermes intelligentes. Alii, propter dolia Cir-haréſeth gemetis, ſed abiecti.aut, triſtes.vel, dolore affecti.nam ſequitur, Quia vites Heſbon,&c. 8 Vites שדמות arua.campi ſuburbani. Deſolatæ ſunt: אומלל Ad verbum, debilitabuntur.aut, infirmabuntur.aut, erunt exciſæ. Vitis גפן ſub.excidetur inquam. Contriu. הלמו conculcarunt. Quidam in futurum conuertunt, conculcabunt.conterent pedibus.& ſic verba ſequentia. Opti.vi.e. שרוקיה propagines eius.vel palmites eius, ipſius Heſbon ſcilicet & Sibma.i.cuiuſque earũ. Errau. *in* deſ. תעו מדבר errauerũt *uſque ad* deſertũ. Propag.e.&c. שלוחותיה נטשו עברו ים : nobiles eius plantæ proſtratæ ſunt *quæ* tranſibant mare. vel, nobiles ſurculi eius proſtrati ſunt, vt mare tranſierint. Alii, progagines eius extendent ſeſe, tranſibunt mare. 9 In fletu בבכי id eſt, vnà cum ciuibus Iaazer,& ciuibus Sibma, ſub.dicet aliquis Moabita.q.d. Deflebo ſortem Iaazer & vineæ Sibma, quum audiero miſeriam eorum. Quidam vertunt, Propterea plorabo fletu Iaazer.i.pari fletu quo plorauerunt Iaazer, vitem, id eſt ciues Sibma. Inebriabo te אריוך irrigabo te. Celeuſma cecidit. הידד נפל : iubilus *hoſtium* irruit. vel, irruet. κέλευσμα exhortatio nautarum mutua,& aliorum, quum vno iubente, alii vno concentu reſpondent. hîc ſignificat vocem militum exhortantium ſeſe mutuò in expugnatione vrbis. acſi dicat, tempore quo fructus tuos & meſſem tuam colliges, irruẽt in te milites qui ſeſe cohortabuntur mutuò in expugnatione vrbium tuarum. 10 Et deficiet lætitia ונאסף שמחה Ad verbum, Collectum eſt autem gaudium.i.ſublatum, ſiue ablatum.ſic enim vtuntur Hebræi verbo colligendi. Quidam, Auferetúrque vel, Tolletur. ſiue Finietur. Celeuſma הידד canticum. Vide verſu præcedenti. Significat hic calcantiũ vocem adhortãtium ſe ad opus.

11 Ad Moab למואב ſuper Moab. Alii, propter *miſeriam* Moab. Reſonabunt, יהמו Futurum Heb.pro præſ.vt quidam vertunt, reſonant.murmurant.fremitum edunt. Ad Cir-חháreשs. לקיר חרש : ſuper Cir-חháreשs.i.propter euerſionem illius vrbis.

12 Quòd fatigatus faerit,&c. נלאה מואב על־הבמה fatigatum eſſe Moab iuxta excelſum .i. quòd defecerit Moab rogando & plorando iuxta altare conſtructum in honorem dei ſui in colle: tunc conabitur ingredi ſacrarium dei ſui vt oret eum , & non poterit illuc ire præ fatigatione 13 Ex eo tempore. מאז : Ad verbum, extunc.i.à tempore illo.vel, iam olim.aut, iampridem. Prædixerat Deus longè ante hanc euerſionem: nunc autem dicit venturam intra triennium: non præfixerat tempus, nunc autem præfigit.

Et nũc loquutus eſt Dñs, dicẽs, In tribꝰ annis quaſi ãni mercenarii auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo,& reliquetur paruus & modicꝰ,nequaquã multus.Cap. XVII.

ONus Damaſci, Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas , & erit ſicut aceruus lapidum in ruina.

Derelictæ ciuitates Aroer gregibꝰ erunt, & requieſcent ibi , & non erit qui exterreat.

Et ceſſabit adiutoriũ ab Ephraim, & regnum à Damaſco:& reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſrael erunt, dicit Dominus exercituum.

Et erit,in die illa attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eiꝰ marceſcet.

Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit,& brachium eius ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim.

B Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel triũ oliuarum in ſummitate rami , ſiue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructꝰ eius,dicit Dñs Deꝰ Iſrael.

In die illa inclinabitur homo ad Factorem ſuum, & oculi eius ad Sanctũ Iſrael reſpicient.

Et non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius , & quæ operati ſunt digiti eius non reſpiciet,lucos & delubra.

C In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut aratra,& ſegetes quæ derelictæ ſũt à facie filiorum Iſrael,& erit deſerta.

Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata:propterea plantabis plantationem fidelem , & germen alienum ſeminabis.

In die plantationis tuæ labruſca,& mane ſemẽ tuum florebit: ablata eſt

14 Nũc autem loquutus eſt Iehouáh ,dicẽdo,′In tribus annis tanquam annis mercenarii″vilipẽdetur gloria Moab,″in omni populo multo:″& reſiduum paucũ,puſillum,non forte. Cap. XVII.

1 P′Rophetia Damméשſec,Ecce Dãméשſec′remouetur ne ſit ciuitas,erítque″cumulus ruinæ.

Vaſtitas Damaſcenis ab Aſſyriis.

2 Derelictæ ciuitates עAroyér,′gregibus erunt,& accubabunt,neque erit qui exterreat.

3 Et ceſſabit′munitio ab אEphráim, & regnum Damméשſec,″& reſiduũ אArám, ſicut gloria filiorũ Iשſraאelis erũt, dixit Iehouáh exercituum.

4 Et erit, in die illa attenuabitur gloria Iaעacób,& pinguedo carnis eius macreſcet.

Contra decẽ tribꝰ Damaſcenis cõfœderatas prophetat.

5 Et erit,″ſicut colligit meſſor ſegetẽ,& brachio ſuo ſpicas demetit:erit quoque ſicut qui colligit ſpicas in valle Repháאim.

6 Et relinquentur in eo″racemi, *&* ſicut excuſſio oleæ,duo *uel* tria grana in ſummitate′rami:*aut* quatuor *uel* quinque *racemi*′in cacuminibus eius fructus,dixit Iehouáh Deus Iשſraאél.

7 In die illa aſpiciet homo ad Factorem ſuum , & oculi eius ad Sãctum Iשſraאél reſpicient.

Calamitas cogit reuerti ad Deũ.

8 Et non aſpiciet ad altaria,opus manuum eius:& quod fecerunt digiti eius non reſpiciet:″& lucos,& imagines ſolis.

9 In die illa erũt ciuitates″fortitudinis eius ſicut derelictio″virgulti & rami,″*& id* quod dereliquerũt à facie filiorum Iשſuaאél,& erit ′deſolatio.

10 Quia oblita es Dei″ſalutis tuæ,′& petræ fortitudinis tuæ non es recordata: propterea plantabis plantationes′pulchras,″& palmitẽ alieni ſeminabis.

11 In die plantationis tuæ″creſcere facies,& mane ſemen tuũ″germinare facies:″*at* commotio rami in die *plagæ* ægritudinẽ efficien-

1 In trib.an. בשלוש־שנים intra tres annos ſimiles annis,&c.i.intra triennium præfixum, & certum. Mercenariis enim certum tempus
præſtituitur,neque ipſis patiuntur aliquid addi:neque qui conducit,quicquam demi patitur. Vilipend. ונקלה & reddetur contẽptibi-
lis. Alii,in ignominiam vertetur. In om.pop.mul. בכול החמון חרב in omni multitudine multa.i.quæ poſita eſt in magno populi nume
ro quem habet. Alii,in tota multitudine *eius quanuis* multa. Et reſid.&c. ושאר מעט וגו׳ & reliquiæ *erunt* paruæ,*&* modicæ,*&* non for-
tes. Alii,quod reſiduum *manſerit*,*erit* modicum valde,& inualidum.q.d.maxima pars cadet:& qui ſuperuixerint, erunt admodum pauci, nec
recipient vires priſtinas.

IN CAPVT XVII.

1 Prophetia משא Onus.Vide ſuprà cap.13.a.1. Remouetur מוסר ablata eſt.Particip.paſſ.Heb.pro fut.vt quidam vertunt, Ablata
erit. Cumul.ru. מעי מפלה: aceruus ruinæ.i.aceruus lapidum,qualis eſſe ſolet in ruinis. 2 Gregibus erunt, לעדרים תחיינה .i.
in caulas vertentur.ſiue,fient caulæ ouiũ. 3 Munitio מבצר præſidiũ.i.regnũ Iſrael carebit arcibus & propugnaculis capta Samaria,
neque Damaſcus erit poſthac regia regũ Syriæ.q.d.regnũ Syriæ perdetur.meminit autẽ ſimul deſtructionis regni Iſrael,quòd Rex Iſrael &
Rex Syriæ eſſent confœderati. Et reſid.אArã, ושאר ארם & reliqua Syria. Quidã iſtud coniungũt ſequentibus ſic,Et reliquiæ Syriæ ſicut
gloria,&c. 5 Sicut col.כאסף ſub.ſic auferẽt Aſſyrii Iſraelitas pro maxima parte.Quidã ſic,Et erit *hoſtis Aſſyrius* ſicut q colligit meſſẽ
ſegetis,qui brachio ſuo ſpicas metit,ſimiliter vt qui colligit,&c. 6 Racemi,עוללות racematio.Significat racemos qui remanẽt facta
vindemia.Hunc locũ ſic exponit doctus inter Hebræos,Remanebunt habitatores Ieruſalẽ pauci,ſicut racemi vindemia facta(reſpectu ſci-
licet aliorum Iſraelitarum qui ſunt multi) & ſicut excuſſio oleæ. vt enim excuſſa olea remanent pauca grana in vertice ramorum ſuperiorũ
quæ non potuerunt excuti:ita pauci remanebunt in Ieruſalaim,quum illam excuſſerit rex Aſſur. Rami: אמיר ſub.altioris,ſiue excel-
ſi.i.verberis,qui extremus eſt ramus in ſummitate arboris. In cacum.e.fru. בסעיפיה פוריה in expanſis ramis eius fructus.Genitiuus eſt,
fructus. ramos fructus vocat ramos fructiferos.propterea quidam vertũt,ramis eius frugiferis.Alii,in ramis eius *nempe* fructiferæ.ſub.vitis.
8 Et lucos והאשרים neque lucos.ita quidam vertunt ו hoc loco,vt ſubaudias Aſpiciet. 9 Fortitudinis eius מעוזו Hebraiſmus
pro munitiſſimæ,ſiue fortiſſimæ. Virg.& rami, החורש והאמיר virgulti & verberis.ſiue,frondis.i.ſimiles fructibus relictis in ramis in-
ferioribus & ſuperioribus. *Et id* quod,&c. אשר עזבו וגו׳ quando dereliquerũt *ciuitates Chananæi* à facie,&c. Alii,quẽadmodum relique-
runt coram filiis,&c.Alii,*& ſicut urbes* quas deſeruerunt *Chananæi* à facie,&c.Hoc eſt,deſerentur,& pauciſſimæ remanebunt intactæ:deſeren
tur,inquã,non aliter quàm Chananæi deſeruerũt vrbes ſuas ad aduentum filiorũ Iſrael. Deſolatio. שממה: .i.terra erit omnino deſerta.
10 Salutis tuæ, ישעך .i.ſaluatoris tui. Et petræ fort.t. וצור מעזך & rupis fortitudinis tuæ. Alii, Et Dei fort.&c.nam Deus dicitur
petra & rupes,ſiue propugnaculum,quòd ſeruet ſuos.Deũ fortitudinis tuæ dicit,in quo fortitudo tua ſita eſt. Pulchras, נעמנים pul-
chrarum.ſub.plantarum.Alii,elegantes.Alii,amœnas. Et palm.&c. וזמורת זר תזרענו: Ad verbum,& palmitẽ alieni ſeres eum.Quidã,
& palmites *regionis*,*uel uitis* alienæ ſeres.i.vitem optimam allatam è regionibus remotiſſimis plantabis.Vſus eſt his duabus dictionibus,plan-
tabis,& ſeminabis:quòd plantæ proueniant tam ex plantatione,quàm ex ſatione. 11 Creſcere fa. תשגשגי ſub.plantam tuam.i.die
quo plantaueris vitẽ tuam, virgultũ tuũ quod plãtaueris accipiet incrementũ.q.d.initio omnia tibi ſuccedẽt pro voto,erúntque priora fœli
cia ac proſpera:at poſtea incides in ſummas ærumnas & calamitates.Legi poteſt,creſces.vel,valde creſces,propter geminationem literarum
in verbo Hebraico. Germinare fa. תפריחי florere facies.i.tua opera germinabit,ſiue florebit. *At* commotio,&c. נד קציר ביום וגו׳
at agitatio plantæ *erit* in die *plagæ* infirmitatem efficiẽtis,& dolores deſperati. Vel,die *plagæ* doloroſæ[ſiue doloris plenæ]& doloris diſperati.i.
ſummi,ſiue acerbi.Ab חלה ægrotauit.Alii ab נחל hæreditate accepit,ſiue poſſedit,vertunt, *At* aceruus meſſis in die hæreditatis[vel poſſeſ-
ſionis]& dolor afflicti. Alii,ſed recedet meſſis in die fruendi,& dolor deſperatus.Alii,ſed recedit meſſis in die poſſeſſionis, & dolor deſpera-
bilis.Quidam paraphraſticè,At quo die metendus & poſſidendus erit *fructus*,cumulatim *demetes* dolorem deſperatum & ærumnoſum.

tis,& doloris deſperati.

Ruinā Aſſyriorum prædicit. ″Væ multitudini populorum multorum,*qui* velut fremitus marium″ſonabūt: & tumultus populorum ſicut ſonitus aquarū multarum ſonabunt.

″Populi *inquam* ſicut ſonitus aquarum multarū ſonabunt, at increpabit eum *Deus*,& fugiet″delonge, ″& perſequutionem patietur ſicut gluma montium″à facie vēti,& ſicut ſtipula coram turbine.

Tempore veſpertino ecce″turbatio: antequam ſit mane,non erit:hæc eſt″pars prædantium nos,& ſors diripientium nos.

Cap. XVIII.

Vocatio Gentiū. V″AE terræ inumbranti alis quæ *eſt* trans flumina AEthiopiæ, Qui mittit per mare legatos, ″& in nauibus iūceis ſuper faciem aquarum,*dicendo*, Ite nuntii leues ad gētem ″diſtractam & expilatam,ad populum″terribilem″ex quo fuit & vltrà:gentem *inquam* ″lineæ lineæ,& conculcatam,cuius diripuerunt flumina″terram.

Omnes habitatores orbis,& habitatores terræ,quum eleuauerit vexillum″*in* mōtibus, ″videbitis:& quum clanxerit tuba,audietis.

Sic enim dixit Iehouáh ad me, Quieſcam,& conſiderabo″in loco meo, ″ſicut aer ſerenus propter ſolem, ſicut nubes rorida in æſtu meſſis.

Nam ante meſſem″quū conſummatus fuerit flos,″& vua acerba matureſcens fuerit flos eius, præcidet″ramuſculos falcibus, & propagines auferet,*&*″ſuccidet.

″Relinquentur ſimul auibus montium & beſtiis terræ:& æſtiuabit″ſuper eum auis,& omnis beſtia terræ ſuper eum hyemabit.

In tēpore illo deferetur mun⁹ Iehouæ exercituū″*à* populo diſtra

meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter.

11 Væ multitudini populorum multorum,vt multitudo maris ſonantis: & tumultus tubarū, ſicut ſonitus aquarum multarum. D

13 Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundantium, & increpabit eum,& fugiet procul,& rapietur ſicut puluis montiū à facie venti, ſicut turbo coram tempeſtate.

14 In tempore veſperæ,& ecce turbatio:in matutino,& non ſubſiſtet.hæc eſt pars eorum qui vaſtauerūt nos,& ſors diripientium nos.

Cap. XVIII.

1 VAE terræ cymbalo alarum quæ eſt trans flumina AEthiopiæ,

2 Qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas, Ite angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratā: ad populum terribilē poſt quem non eſt alius: ad gentem expectantem,expectantē & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terrā eius. B

3 Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, quum eleuatum fuerit ſignum in montibus,videbitis, & clangorem tubæ audietis.

4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Quieſcā,& conſiderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis. C

5 Ante meſſē enim totus efflorebit, & immatura perfectio germinabit,& præcidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint,abſcindētur, & excutientur.

6 Et relinquentur ſimul auibus montium & beſtiis terræ: & æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſup illū hyemabunt.

7 In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuul- D

11 Væ multit. הוי המון Væ ſtrepitui. Alii,Væ turbæ. Alii, O multitudinem. Vel,Heus multitudo,ſiue Hei multitudo.q.d. O infœlicem multitudinem. Deſcribit Aſſyriorum calamitatem quibus Dominus fuerat vſus in euerſione Iſraelitarum. Sonabūt:& tumul.&c. יהמיון ושאון וגו' fremēt:& ſtrepitus nationum *quæ* inſtar ſtrepitus aquarum validarū frement. Alii,fremēt:& ſtrepitus gentium *quæ* iuxta ſtrepitū aquarum vehementium ſtrepent.ſiue,aquarum magnarum,aut,fortium,ſtrepunt. 13 Populi,&c. לאומים כשאון וגו' Populorum *inquam*,*qui* iuxta ſtrepitum aquarum multarum ſtrepent. Vel,frement. Duplicat ſententiam ad vehementiam ſtrepitus,& vt indicet magnitudinem exercitus. Delonge, ממרחק Procul.i.dum adhuc procul abfuerit à Ieruſalem,fugiet. Ad verbum,deprocul. Quidam vertunt, pluſquam procul. Et perſeq.pat.ſicut glu. ורודף כמוץ fugabitur velut palea. Significat rem leuiſſimam. Montiū dixit,quòd ſupra montes magis vigeant venti. Quidam exponunt, Velociſſimè fugiet, quemadmodum raptatur palea à vento flante. ſiue, flante vento. nam id ſignificat A facie venti. 14 Turbatio: בלהה terror.ſtupor. Quidam vertunt, *Veniens* ad tempus veſpertinum,& ecce,&c. Pars præd. חלק שוסינו portio conculcantium nos.aut, vaſtantium.q.d. hoc eſt quod velut pro ſorte & portione hæreditatis continget hoſtibus noſtris.ſic ſolet Dominus affligere eos qui nos affligunt.

IN CAPVT XVIII.

1 Væ ter.inu.alis, הוי ארץ וגו' O terra vmbræ alarū. Vela nauiū alis cōparat.q.d. O regio maritima quæ abundat nauibus quæ regūtur velis,quæ recipit vmbrā velorū multarū nauiū:ſiue quæ tegitur vmbra velorū,&c. Ob multitudinē enim nauiū in quibus vela obūbrantia tēduntur quū ambulant,ſimilis erat auibus volātibus alis ſuis,inquiunt docti inter Hebræos:qui etiā dicūt,hac loquutione metaphorica ſignificari multitudinē negotiorū & ſpecies varias rerū quæ ad alias terras ex illa egrediebantur. Chald.paraph. Væ terræ ad quā veniunt cū nauibus è terra longinqua,& extendunt vela ſua vt aquila volans alis ſuis. 2 Et in nauibus iunc. ובכלי־גומא Ad verbū,& in vaſis papyri. Iunci ſpecies eſt papyrus, quo nauigia conſtrui ſolere ſcribit Plinius lib. 13. cap. 11. His ſignificat nauiculas velociſſimas quæ in ſuperficie aquarū facillimè moueri poſſunt. Diſtra.ex expil. ממושך ומורט conuulſam & dilaniatā. Vel,diſiectā & dilaceratam.hoc eſt,diſperſam. Alii,diſſipatam & expilatam. Quidam, abſtractam,ſiue extenſam,aut elongatam. i.& euulſam,ſiue depilatam,aut decapillatam. id ſignificant voces Hebrææ.i.maximè afflictam. Terribilem, נורא formidabilē.in cuius ſcilicet gratiam Dominus ſtupenda miracula edidit.

Ex quo fuit מן־הוא Ad verbū, ab ipſo[ſub.populo]& vltrá.i.ex quo cœpit eſſe populus Dei,iam inde ab initio,à ſuo exortu,ab egreſſu videlicet ex AEgypto,& poſtea. Alii,ab eo *tempore* & deinceps. Quidam Hebræorum exponunt,populum longinquū *magis* quàm ille,& vltrá.i.magis longinquum & exulem à patria ſua,quàm diſtent AEthiopes ac qui vltra eos habitāt,à Ieroſoymis,&(vt Moſes dicit)diſperſi ad cardines cæli. Quam expoſitionem doctus inter Hebræos reiicit. Lineæ lineæ,& conc. קו־קו ומבוסה funiculi funiculi,& conculcationis. Metaphora tracta ab architectis qui ordinem vnum poſt ordinem alterum collocare ſolent.i.cui paulatim conculcatio euenit. Quidam Hebraiſmum vertunt,quæ ſenſim afflicta fuit,& tandem conculcata. Alii,vndique conculcatam. acſi quis duceret lineas,iiſque inter ſe cōiunctis nullum locum vacuum relinqueret,vel ſulcos duceret in agro quibus omnes glebas ſubigeret. Quidam vertunt,expectantē, expectantem,& conculcatam. Alii,auidè expectantem. Terram. ארצו: Ad verbum,terram eius. Redundat pronomen eius.

3 *In* montibus, הרים Ad verbū,montium.i.quod collocabitur in vno montium. Videbitis: תראו Quidam futura cōuertunt in imperatiua,videte,audite.vel,videatis,audiatis. 4 In loco m. במכוני ex ſede mea.vel,ex habitaculo meo. Sicut aer,&c. כחום צח וגו' tanquam aerē ſerenum poſt pluuiam. Vel,tanquā ſolem *in terra* poſt imbrem. Clarus enim ſol ſuper terram poſt pluuiam, gratiſſimus eſt,& germinibus optimus. Quidam,ſicut calor ſerenus poſt pluuiam. Alii,ſicut calor ſiccans pluuiam.vel,poſt pluuiam.

5 Quū conſum.fu.flos, כתם־פרח quum conſummata fuerit gēmatio *vitis*. vel,quum perfectū erit germen.i.ante meſſem,& ante vindemiam. Et vua,&c. ובוסר וגו' Inuerſus dictionum ordo ſic conuerti debet,Et flos *eius* fuerit vua acerba matureſcens.i.fuerit verſus in vuam acerbam iam matureſcentem. Admonet doctus inter Hebræos ה in נצה eſſe raphatum,nec habere mappic ſignum pronominis fœminei.vnde fit vt pronomen EIVS ſubauditum ſit. Quidam ſic vertunt, Et ex flore fructus fuerit matureſcens. Ramuſculos הזלזלים palmites.malleolos.ſurculos.falces autem putatorias intelligit. Succidet. התז: Præt.Heb.pro fut.amputabit. Ad meſſem refertur hoc verbum. 6 Relinquentur יעזבו Deſerentur.ſub.interfecti,vel corpora interfectorum in eo bello. Super eum auis, עליו העיט Singul.pro plur.ad[vel iuxta] illos volucres ipſæ.i.tota æſtate & tota hyeme comedent cadauera inſepulta.

7 A Pop.di.& dep. עם ממשך ומורט Subaudiēda fuit præpoſitio proximè ſequēs A populo terribili. Eadē vocabula habes ſuprà verſu 2, A populo cōuulſo & dilacerato,à populo *inquam* terribili,&c. Quidā in nominatiuo vertunt,populus diſtractus,ſiue laceratus,& expilatus.

ſo & dilacerato : à populo terribili, poſt quem non fuit alius,à gente expectãte, expectante & conculcata,cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituũ montem Sion. Cap. XIX.

1 ONus AEgypti. Ecce Dominꝰ aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur AEgyptũ,& cõmouebuntur ſimulachra AEgypti à facie eiꝰ, & cor AEgypti tabeſcet in medio eius.

2 Et concurrere faciã AEgyptios aduerſus AEgyptios,&pugnabit vir cõtra fratrem ſuum,&vir contra amicũ ſuum,ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum.

3 Et dirũpetur ſpiritus AEgypti in viſceribꝰ eius, & cõſiliũ eius præcipitabo: & interrogabũt ſimulachra ſua,& diuinos ſuos,& pythones,& ariolos.

4 Et tradã AEgyptũ in manu dñorũ crudeliũ, & Rex fortis dominabitur eorum,ait Dominus Deus exercituũ.

5 Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur.

B 6 Et deficiẽt flumina,&attenuabuntur,& ſiccabũtur riui aggerum: calamus,& iuncus marceſcet.

7 Nudabitur alueus riui à fonte ſuo, & omnis ſementis irrigua ſiccabitur: areſcet,& non erit.

8 Et mœrebũt piſcatores, & lugebũt oẽs mittẽtes in flumẽ hamũ,& expãdentes rete ſup faciẽ aquarũ emarceſcẽt.

9 Confundentur qui operabantur linum,plectentes & texentes ſubtilia.

10 Et erunt irrigua eius flaccẽtia:omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

11 Stulti principes Taneos,ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens:quomodo dicitis Pharaoni, Filius ſapientiũ ego,filius Regum antiquorum?

12 Vbi nunc ſunt ſapientes tui?annũtient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominꝰ exercituũ ſup AEgyptũ.

13 Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt AEgyptum,angulum populorum eius.

C 14 Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis : & errare fecerunt

cto & depilato, à populo *inquam* terribili ex quo fuit,& vltrà, gente lineæ lineæ & conculcata,cuius terram diripuerunt flumina,ad locum nominis Iehouæ exercituum,montem ɤSiión. Cap. XIX.

1 O″Nnus AEgypti. Ecce Iehouáh″vehitur ſuper nubẽ leuem,& ingredietur AEgyptum,″& mouebunt ſe ſimulachra AEgypti à facie eius,& cor AEgypti liquefiet in medio eius.

2 ″Et confundam AEgyptum cum AEgypto,pugnabúntque″vir in fratrem ſuum & vir in amicum ſuum, ciuitas in ciuitatem,regnum in regnum.

3 ″Et euacuabitur ſpiritus AEgypti″in medio eius,& cõſiliũ eiꝰ deſtruã:″ĩterrogabũtq; ſimulachra,&diuinos,& pythones,& ariolos.

4 Et tradam AEgyptum in manũ dominorum″durorum, & Rex ″fortis dominabitur eis,dixit dominator Iehouáh exercituum.

5 ″Et deperdentur aquæ de mari,& fluuius exiccabitur, & areſcet.

6 ″Et elongabunt ſeſe flumina, ″attenuabuntur, & ſiccabũtur riui ″AEgypti,calamus & iuncus excidentur.

7 ″Gramineta *quæ ſunt* iuxta riuum,″iuxta ripam fluminis,& omnis ſementis riui areſcet:″propulſabitur,& non erit.

8 Mœrebúntq; piſcatores , & lugebunt omnes proiicientes in riuum hamũ:&expandẽtes rete in ſuperficie aquarũ,″infirmabũtur.

9 Et pudore afficientur operantes lina″pectinata,&texentes retia.

10 Erúntque″retia eius cõtrita,omnes facientes″clauſuram ſtagnorum pro piſcibus.

11 ″Veruntamen ſtulti principes″ɤSoyan,″ſapientes conſiliarii Paryóh, *quorum* conſilium infatuatum eſt : quomodo dicetis″pro Paryóh,Filius ſapientum ego ſum,filius Regum″antiquorum?

12 ″Vbi ſunt nunc ſapientes tui? annuntient″nunc tibi, ″& ſcire faciant quid decreuerit Iehouáh exercituum ſuper AEgyptum.

13 ″Infatuati ſunt principes ɤSóyan, ″errauerunt principes Nóph, errare fecerunt AEgyptum″angulus tribuum eius.

14 Iehouáh miſcuit in medio eius ſpiritũ ″peruerſitatum, & errare

AEgyptiorũ vaſtatio ab Aſſyriis.

Conſiliũ humanum contra Dominum nihil poteſt.

In ſapiẽtes AEgyptios.

Spiritus mendaces.

IN CAPVT XIX.

1 Onus משא Prophetia.Vide ſuprà cap.13.a.1. Vehitur ſu.nubem le. רוכב על־עב קל inſidet nubi veloci.Hoc genere dicendi indicat celeritatem exequutionis decreti Diuini. Et moueb.ſe ונעו ſub.loco ſuo,& vertent ſolum.Alii,commouebuntúrque.

2 Et confundam וסכסכתי Et permiſcebo.Alii,Et committam.Alii,Et concurrere faciam AEgyptios in AEgyptios. Vir in fratrẽ,&c. איש באחיו וגו׳ Hebraiſmus,pro Alter in alterum,& quiſque in ſocium ſuum. 3 Et euacuabitur ונבקה Exinanietúrque.vel,foras eiicietur.i.Adimam illis ſapientiam & prudentiam,qua antea maximè commendabantur. In medio e. בקרבו iuxta ipſam.Alii,intra viſcera eius.i.in ipſa. Interrog. ודרשו conſuléntque.q.d.nihil omittent quo auertere poſſint imminentem afflictionem. Quidã, etiamſi quærant *illud* apud idola,&c. 4 Durorum, קשה Singulare plurali iunctum,dominorum duri,pro,dominorum durorum, ſiue moroſorum & ſæuorum. Fortis עז violentus.durus. 5 Et deperdẽtur ונשתו Et deficient. 6 Et elong.ſeſe והאזניחו Et ſubducent ſeſe. vel,Elongabuntur.ne ſcilicet poſtea defluant in AEgyptum. Attenuab. דללו exhaurientur. AEgypti, מצור arcis.Alii,aggeris.Riuos AEgypti vocat per quos aqua Nili deducebatur in varia loca. 7 Gramineta ערות Virentia.ſub.olera.i. herbæ virentes. Iuxta ripam flu. על־פי יאור iuxta litus riui.i.quæ ſunt iuxta riuum.Alii,& ſuper os riui. Propulſabitur,נדף Præt. Heb.pro fut.propelletur.i.tolletur de medio ſementis,ſiue ſeminarium quod creſcebat iuxta fluuium & ad ripas eius.

8 Infirmabuntur. אומללו : debilitabuntur.Alii,excidentur,ſiue exterminabuntur.Præt.Heb.pro fut. 9 Pectinata, שריקות è quibus ſcilicet fiunt retia piſcatoria.Quidam vertunt,reticulata opera.Doctioribus Hebræorum magis placet vt vertatur,optima,ſiue electa.Alii,varia,ſiue multicoloria. 10 Retia eius שתותיה nempe AEgypti. Clauſuram,&c. שכר אגמי־נפש : Ad verbum,clauſuram ſtagnorum animæ.i.qui ſtagna muro claudunt,ſiue viuaria in quibus ſunt animæ,hoc eſt piſces viuentes.Docti quidã inter Hebræos vertunt,Omnes facientes clauſuram erunt anxii animo. vt אגמי accipiatur pro עגמי,& א poſitum ſit pro ע.i. omnes qui concludunt aquas, vt in illis congregatis piſcentur,erunt triſtes animo. 11 Veruntamen אך Iam.Attamen.Atqui.Certé. ɤSoɤan צוען Chaldæus paraph.vertit,Tanes.Vrbs AEgypti celeberrima,quæ eſt ad vnum ex oſtiis Nili:vnde dictus eſt Sinus Taniticus. Sapientes conſil.&c. חכמי יעצי וגו׳ prudentum conſiliariorum Pharaonis conſilium infatuabitur. Alii,ſapientes conſiliarii Pharaonis *&* conſilium inſanum eſt. aut,ſtultũ.ſub.erit illis.Præt.Heb.pro fut.vt quidã vertunt. Pro Parɤóh, אל־פרעה .i.in perſona Pharaonis.Alii,ipſi Pharaoni.ſiue,ad Pharaonem. Antiquorum? קדם : Ad verbum,antiquitatis.vel,prioritatis.i.priorum,ſiue priſcorum.Alii,Oriẽtis,pro Orientalium.i. duco originem à ſapientibus & ab antiquis Regibus. 12 Vbi ſunt nunc אים אפוא Vbi *ſunt* illi nunc.Alii,Vbi ipſi,vbi *inquam ſunt*.

Nunc נא quæſo. Et ſcire fa.&c. וידעו מה־יעץ & cognoſcant quid cõſuluerit.More humano loquitur:ſolent prius homines cõſulere quàm ſtatuere. 13 Infatuati ſunt נואלו Stulti facti ſunt.Inſanierunt.Obtuſi facti ſunt.Alii,Infatuabũtur. Errauerunt נשאו ſeducti ſunt.decepti ſunt.Alii,hallucinabuntur. Angulus trib.e. פנת שבטיה : Subaudiunt quidam,*qui putabantur*:vt legas,errare fecerunt AEgyptum *qui putabantur* angulus tribuum eius.Angulum vocat illos ſapientes,quibus ſe valde munitos gloriabantur AEgyptii,tanquam iis quibus ædificium,ſiue reſpublica illorum fulciretur,velut angulo tota moles ædificii ſuſtinetur. Alii,principes intelligũt,& maiores tribuum.i.populi,ſiue familiarum.Quidam in accuſatiuo legunt,angulum tribuum eius, per appoſitionem.i.optimam partem, regionem ſcilicet celeberrimam totius AEgypti, hoc eſt vrbes capitales & primarias , quòd ſint fulcimentum, robur, & decus patriæ, perinde atque anguli ſuſtinent totam domum. 14 Peruerſitatem, עועים Id eſt,peruerſum,inuerſum,& immutatum.q.d.peruertet Dominus iudicium eorum.

fecerunt AEgyptum in omni opere ſuo, ″ſicut errat ebrius in vomitu ſuo.

15 Nec erit AEgypto opus *ullum* quod″faciat caput″vel cauda, ram⁹ vel iuncus.

16 In die illa erit AEgyptus ſicut mulieres,″& ſtupebit, & timebit à facie″eleuationis manus Iehouæ exercituum quam ipſe eleuaturus eſt ſuper eam.

17 Et erit terra Iehudáh AEgypto″in pauorem: omnis qui″recordatus fuerit illius, ſibi timebit, ″à facie conſilii Iehouæ exercituum quod ipſe decreuit ſuper eum.

AEgyptii cõuerſi ad Chriſtum.

18 In die illa erunt″quinque ciuitates in terra AEgypti loquentes ″labio Chenaעan,″& iurãtes per Iehouam exercituum,″ciuitas הHereס dicetur vni.

19 In die illa erit altare ipſi Iehouæ in medio terræ AEgypti,″& titulus iuxta terminum eius ipſi Iehouæ.

20 ″Et erit in ſignum, & in teſtem ipſi Iehouæ exercituum in terra AEgypti: clamabunt enim ad Iehouam″à facie opprimentium, & mittet eis ſeruatorem,″& magnatem, liberabítque eos.

Laudatur Chriſtus ab AEgyptiis.

21 ″Et cognoſcetur Iehouáh ab AEgypto, & cognoſcent AEgyptii Iehouam in die illa, & faciéntque ſacrificium & oblationem: uouebúntque votum Iehouæ, & reddent.

Crux.

22 Et percutiet Iehouáh AEgyptum″percutiendo & ſanando: & reuertentur ad Iehouam,″& placabitur eis, & ſanabit eos.

• Et in Aſſyria, & in AEgypto Chriſtiani.

23 In die illa erit″via ab AEgypto ad Aשſſur, & intrabit Aשſſur AEgyptum, & AEgyptus in Aשſſur, coléntque AEgyptii″& Aשſſur.

Gentes Iſraeli æquales.

24 In die illa erit Iשſraאél tertius AEgyptio & Aשſſur: benedictio *erit* in medio terræ,

25 ″Cui benedixit Iehouáh exercituum, dicẽdo, Benedictus populus meus AEgypti, & opus manuum mearum Aשſſúr, & hæreditas mea Iשſraאél.

Cap. XX.

AEgyptiorũ & AEthiopũ captiuitas prædicitur. Auctariũ quaſi 18 & 19 capitis.

1 IN anno quo ingreſſus eſt Tharthan in Aשſdód, quum miſiſſet eum″סSargón Rex Aשſſur, & pugnaſſet contra Aשſdód, cepit eã:

2 Tempore *inquã* illo loquutus Iehouáh per manũ Ieשſaעiáhu filii אAmoץs, dicendo, Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamentum tuum ſolue de pedibus tuis. & fecit ſic, eundo nudus & diſcalceatus.

AEgyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens.

15 Et non erit AEgypto opus quod faciat caput & caudam, incuruantem & refrænantem.

16 In die illa erit AEgyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie commotionis man⁹ Domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.

17 Et erit terra Iuda AEgypto in pauorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie cõſilii Domini exercituum, quod ipſe cogitauit ſuper eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra AEgypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas ſolis vocabitur vna.

19 In illa die erit altare Domini in medio terræ AEgypti, & titulus Domini iuxta terminum eius.

20 Et erit in ſignum & teſtimoniũ Domino exercituum in terra AEgypti: D clamabũt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem qui liberet eos.

21 Et cognoſcetur Domin⁹ ab AEgypto, & cognoſcent AEgyptii Dominum in die illa, & colent eum in hoſtiis & in munerib⁹: & vota vouebũt Domino, & ſoluent.

22 Et percutiet Dominus AEgyptum plaga, & ſanabit eam: & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.

23 In die illa erit via de AEgypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius AEgyptũ, & AEgyptius in Aſſyrios, & ſeruient AEgyptii Aſſur.

24 In die illa erit Iſrael tertius AEgyptio & Aſſyrio: benedictio in medio terræ,

25 Cui benedixit Dominus exercituũ dicens, Benedictus populus meus AEgypti, & opus manuum mearum Aſſyrius, hæreditas autẽ mea Iſrael.

Cap. XX.

1 IN anno quo ingreſſus eſt Tharthã in Azôtum, quum miſiſſet eũ Sargon Rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azôtum, & cepiſſet eam:

2 In tempore illo loquutus eſt Dominus in manu Eſaiæ filii Amos, dicẽs, Vade, & ſolue ſaccum de lũbis tuis, & calceamẽta tua tolle de pedibus tuis. & fecit ſic, vadens nudus & diſcalceatus.

Sicut errat כהתעות quemadmodum circumagitur.i.volutat ſeſe,ſiue voluere ſolet. 15 Faciat יעשה facere poſſit.i.neque magnates, neque plebeii agent quicquam quod ſit illis vtile, neque eorum opera aut induſtria liberari poterit AEgyptus ab Aſſyriis. Caput & ramus, homines primi ordinis: cauda & iuncus plebeii & ignobiles. Vel canda, וזנב Hic ו pro Vel,ſiue Aut ponitur.Bis autem idem dicit.nam caput & ramus,idem ſignificant,ſicut cauda & iuncus. 16 Et ſtupebit,& timebit וחרד ופחד nam horrebit,& pauebit. Vel,nam tremet & timebit. id eſt, erunt in maximo metu quum videbunt manum Domini paratam ipſos ferire. Eleuationis תנופת agitationis.Et mox,quam ipſe agitat,ſiue motitat ſuper eam. 17 In pauorem: לחגא in commotionem. vel,in terrorem.ſiue terriculamentum. Recordatus fuerit,&c. יזכיר אותה אליו יפחד meminerit illius,pauebit ſuper eam. Vel,ad eam pauebit. Alii,mentionem fecerit illius,apud ſemetipſum timebit. A facie con. מפני עצת propter conſiliũ.vel,propter decretum.nam mox ſequitur verbũ,Quod decreuit,&c. 18 Quinque ciuit. חמש ערים .i.quinque ex vrbibus præſtantioribus regionis AEgypti.Vel,quinque pro multis,& iis celebrioribus.vt ſit numerus certus pro incerto. Labio Chenaעan, שפת כנען .i.ſermone Chananæorũ.q.d.tẽpore gratiæ erit tantũ cõmercii Iudæis cum AEgyptiis,vt multæ vrbes AEgypti ſint loquuturæ ſermone Hebræo.Labium vocat ſermonẽ,quòd labia ſint organa & inſtrumenta loquutionis. Et iurantes ונשבעות Declarat quod dixerat, nempe,colent Deum,& fidem Chriſtianam recipient. ſolemus enim ſermonem noſttum confirmare per eum quem colimus. Ciuitas הHereס, &c. עיר ההרס וגו׳ .i.vna vocabitur, ſiue nomen vni imponetur,Ciuitas ſolis,Græcè Ἡλιόπολις dicitur,vrbs clariſſima AEgypti.Legitur & חרס per ח, & deſolationem ſignificat: vnde quidã legunt,Ciuitas deſolationis.Vt ſcilicet ex multis ciuitatibus paucæ fuerint quæ Domino exercituum non crediderint poſt ſummam cladem AEgypto illatam. 19 Et titulus ומצבה & ſtatua. 20 Et erit, והיה ſub.hoc quod diximus.q.d.hæc erectio altaris & tituli,ſiue ſtatuæ erit in ſignum & teſtimonium Domino quòd AEgyptii receperint fidem eius. A facie opp. מפני לוחצים Hebraiſmus,propter oppreſſores. Et magnatem, ורב & primatem.ſiue,primarium virum. 21 Et cognoſcetur,&c. ונודע יהוה למצרים Et notus erit Iehouáh AEgyptiis.Vel,Et cognoſcetur Iehouáh in AEgypto. 22 Percutiẽdo & ſanando: נגוף ורפוא .i. infliget vulnera,ſed ſanabilia:hoc eſt,ita percutiet vt non perdat.corripiet enim eos vt reuocet eos ad ſe. Et placabitur eis, ונעתר להם & exorabitur ab eis.id eſt, orationem eorum exaudiet. 23 Via מסלה Significat viam inſignem,propriè ſtratam lapidibus,Gallicè,*une chauſſee.* Et Aשſſur. את־אשור: cum Aſſyriis.ſub.Dominum. 25 Cui benedixit אשר ברכו Ad verbum,Cui benedixit ei.redundat alterum relatiuum. Cui,ſcilicet populo.Quidam vertunt,Nam benedicet illi,&c.

IN CAPVT XX.

1 סSargón סרגון Hebræi interpretantur Sennacherib.

3 Et dixit Dominus, Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nud⁹ & diſcalceatus, trium annorum ſignum & portẽtum erit ſuper AEgyptũ & ſuper AEthiopiam.

B 4 Sic minabit Rex Aſſyriorum captiuitatem AEgypti, & tranſmigrationem AEthiopiæ, iuuenem & ſenem, nudum & diſcalceatum, diſcoopertis natibus ad ignominiam AEgypti.

5 Et timebũt, & confundẽtur ab AEthiopia ſpe ſua, & ab AEgypto gloria ſua.

6 Et dicet habitator inſulæ huius in die illa, Ecce hæc erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxiliũ, vt liberaret nos à facie Regis Aſſyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

Cap. XXI.

1 ON⁹ deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili.

2 Viſio dura nũtiata eſt mihi: Qui incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. aſcende AElam, obſide Mede: omnem gemitum eius ceſſare feci.

3 Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis: corrui quum audirem, conturbatus ſum quum viderem.

4 Emarcuit cor meũ, tenebræ ſtupefecerunt me: Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum.

B 5 Pone menſam, contemplare in ſpecula: comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum.

6 Hæc enim mihi dixit Dominus, Vade, & pone ſpeculatorem: & quodcunque viderit, annuntiet.

7 Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorẽ came-

3 Dixit autem Iehouáh, Quemadmodum ambulauit ſeruus me⁹ Ieẅſayiáhu nudus & diſcalceatus, ″triũ annorum ſignum, & portentum erit ſuper AEgyptum & ſuper AEthiopiam.

4 Sic ducet Rex Aẅſſur captiuitatem AEgypti, ″& tranſmigrationem AEthiopicam, pueros & ſenes, ″nudum & diſcalceatum, ″& diſcoopertos natibus, ″turpitudine AEgypti.

5 ″Et confringentur, & pudore afficientur ″ab AEthiopia aſpectu ſuo, & ab AEgypto gloria ſua.

6 Et dicet habitator ″inſulæ huius in die illa, ″Ecce ſic aſpectus noſter, quò confugimus pro auxilio, vt liberaremur à facie Regis Aẅſſur: quomodo ergo ″euademus nos?

Cap. XXI.

1 P″Rophetia ″deſerti maris. Sicut turbines ″in Auſtro ad tranſeundum, ″*ita* è deſerto venit, è terra formidabili.

Deſtruenda Babylon prædicitur.

2 Viſio dura nuntiata eſt mihi, ″Præuaricatori *erit* præuaricator, & populatori *erit* populator: aſcende yElã, obſide Media, omnẽ ″gemitum eius ceſſare feci.

3 Propterea repleti ſunt ″lumbi mei dolore, ″anguſtiæ apprehẽderunt me, ſicut anguſtiæ parturientis: ″incuruaui me quando audiui, territus fui quando vidi.

4 ″Errauit cor meum, horror terruit me: ″noctem amabilem mihi, poſuit mihi in pauorem.

5 ″Diſpone menſam, ſpeculare *in* ſpecula: comede, bibe: ſurgite principes, vngite clypeum.

6 Sic enim dixit ad me Dominus, Vade, conſtitue ſpeculatorem, *&* quod viderit annuntiet.

7 ″Et vidit currum paris equitum, currum aſini, & currũ cameli:

3 Trium annorum ſignum, שלוש שנים אות ad tres annos *in* ſignum. Quidam præcedentibus hæc coniungunt, tametſi Hebraica diſtinctio athnah aduerſetur, Diſcalceatus tribus annis, *in* ſignũ, &c. 4 Et tranſmi. AEth. יאת גלות כוש .i. AEthiopas captiuos. Captiuitas pro captiuis, & tranſmigratio pro abactis in exilium ponitur. Nudum & diſc. ערום ויחף nudam & diſcalceatã. refert captiuitatẽ.

Et diſcoop. natibus, וחשופי שת aut nudatos natibus. i. ſciſſis veſtibus vſque ad nates. De hac ignominia vide 2. Samu. 10. a. 4. Turpit. AEgyp.: ערות מצרים Appoſitiuè dictũ, vt videantur nates & pudenda, quæ ſunt ignominia & confuſio. q. d. abducet captiuos AEgyptios ita acciſis veſtibus eorum vt pudenda oſtentent. 5 Et confring. וחתו ſub. Iſraelitæ. i. erunt animo fracto, vbi viderint AEgyptios de quorum auxilio gloriabantur, ſic affligi. Quidam vertunt, Tunc timebunt. Alii, Tunc perterreſient. Ab AEthi. aſp. ſuo, מכוש מבטם propter AEthiopiam aſpectum ſuum. i. ſpem ſuam. q. d. Tunc Iſraelitæ fruſtrabuntur ſpe ſua quam conceperant de AEthiopibus & AEgyptiis à quibus ſperabant opem & auxilium contra Aſſyrios, de quo & gloriabantur. Aſpectum autem dicit pro ſpe, quòd cõiicere ſoleamus oculos in eos à quibus expectamus opem. Seipſum declarat verſu ſequenti. 6 Inſulæ האי Inſulam vocat Iudæam, quòd ab Occaſu, mari Mediterraneo: à Meridie, mari Geneſareth cingatur. Ecce ſic הנה־כה Siccine. ſub. eſt, vel habet. Aut, Siccine, ſub. afflicta eſt. Quidam vertunt, Ecce talis eſt aſpectus noſter, &c. Euademus nos?: נמלט אנחנו eripiemur nos? Alii, euaderemus nos?

IN CAPVT XXI.

1 Prophetia משא Vide ſuprà cap. 13. a. 1. Deſerti maris. מדבר־ים Sic vocat Babylonem, quòd magnum ac vaſtum deſertũ, & quidem Auſtrale, ſiue ad Auſtrum intercedebat inter Mediam & Babylonem. In Auſtro, &c. בנגב לחלוף in deſerto ad prætereundum. .i. vt citiſſimè diſcurrunt ac feruntur turbines per deſertũ, ita tanto impetu oppugnaturus eſt hoſtis Babylonem. Copias militares comparat turbinibus, & quidem deſerti. etenim flatus ventorũ vehementior eſt in deſerto, quàm in aliis locis, quòd illic nihil habeat quod remoretur ipſum. Alii vertunt, Sicut tempeſtates in Meridie *excitatæ* quæ tranſeunt *ut ueniant* à deſerto, terra horribili. Alii, Sicut turbines in Auſtrali regione, tranſituræ à deſerto, &c. Alii, Non aliter quàm quum procella ab Africo *lata* à deſerto terra horribili aduenit. *Ita* è deſerto venit, ממדבר בא è deſerto venturus eſt. ſub. hoſtis. Deſertum vocat quod interiacebat inter Mediam & Babylonem.

2 Præuaricatori, &c. הבוגד בוגד וגו׳ .i. qui in alios præuaricari ſolebat, præuaricator veniet contra eum: & iniuria inferetur ei qui iniuriam intulit. Alii, Tranſgreſſor trãſgreſſori, & vaſtator vaſtatori. Alii, Præuaricator præuaricatorem, & vaſtator vaſtatorem. ſub. inueniet. Alii, *Veniat* præuaricator *contra* præuaricatorem, & deuaſtator *contra* deuaſtatorem. Quidam vertunt per verbum, Qui præuaricatur, præuaricabitur *alius in eum*: & qui vaſtat, vaſtabitur *ab alio*. עElam, עילם Perſidis pars, pro Perſia ponitur. Sũt autẽ voces hæ ſummi Dei imperatoris ad milites ſuos quos contra Babylonios excitat. Gemitũ e. אנחתה Sub, Babylonis. habet enim ſignificationem agentem. q. d. Chaldæa illa quæ alios gemere cogebat, propter illatam iniuriam, id deſinet facere poſthac. Quidã codices non habent mappic in ה, notam pronominis fœminei, quod & annotant Hebræi. 3 Lumbi mei מתני Induit Propheta perſonã hominis Babylonii. q. d. dicere poterit quilibet Babylonius. Anguſtiæ צירים dolores. tormina. Incuruaui me, &c. נעויתי וגו׳ contorſi me ab audiendo, conturbatus ſum à viuendo. i. diſtorſi corpus meum, propterea quòd, aut quum audirem tam dura & infœlicia: conturbatus ſum quum viderẽ tantã calamitatem euenire. Quidam, incuruatus ſum audiendo, & videndo obſtupui. Alii, diſtorſi me ne audirẽ, conturbatus ſum ne viderem. i. auerti non tantùm faciem, ſed & totum corpus ne audirem: adeò perturbatus ſum vt ne videre quidẽ poſſim. 4 Errauit cor m. תעה לבבי Concuſſum eſt cor meum. i. factus ſum mentis emotæ, ſiue mens mea non conſtitit ſibi. Noctem, &c. נשף חשקי וגו׳ crepuſculum deſiderii mei poſuit mihi *Deus* in timorem. i. noctem à me deſideratam conuertit in noctem terrificam. q. d. Ea nocte quam antea cõcupieram plurimum videre, cœpi timere maximé. In hunc locum ſic doctus inter Hebræos, Loquitur Propheta in perſona Balſaſar qui noctu magnũ fecit conuiuiũ, quæ nox fuit ei amabilis, quòd confirmatus eſſet Rex, & ob id cum ſeruis lætabatur. Poſuit autem illi Dominus noctẽ illam in pauorẽ, quando ſcripſit manus in pariete palatii: tunc admodum expauit: vt in Daniele, cap. 5, ſcriptũ eſt. 5 Diſpone, &c. ערוך וגו׳ Imperatiua ſunt pro præteritis imperfectis, aut pluſquam perf. & ſingul. pro plur. Diſpoſuerant menſam, *&* ſpeculatus eſt *ſpeculator* è ſpecula: comedebant & bibebant, Surgite, &c. i. Quum iam inſtruxiſſent menſam regiam, dixerunt ſpeculatori vt in ſpeculam aſcẽderet, ſpeculaturque an aduenirẽt hoſtes. antequam autem abſolutum eſſet conuiuiũ, renuntiauit ſpeculator adeſſe hoſtes, & dixit, Surgite. Verti poteſt, ſpeculare, *quod eſt* ſpeculandũ. formidabant enim Medos atque Perſas. 7 Et vidit cur. &c. וראה רכב Conciſa eſt oratio, pro, Et ſtatim renuntiauit mihi ſe videre currus, in quorũ ſingulis duo milites armati vehebantur. Quidã vertunt, Et vidit currũ *quẽ* par equitum *conſcendit*.

″& attendit attentione, multa attentione.

8 ″Et clamauit, Leo ſuper ſpeculam, ″Domine ego ſto iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſto totis noctibus.

9 ″Et ecce iſte venit ″currus vniuſcuiuſque paris equitũ, loquutúſque eſt, & dixit, Cecidit, cecidit Babél, & omnia ſculptilia deorũ eius ″contriuit in terram.

10 ″Tritura mea *erit*, ″& filius areæ meæ, ″quæ audiui à Iehouáh exercituum Deo Iשſraאél annuntiaui vobis.

Idumææ ruina.

11 ″Prophetia Dumáh. ″Ad me clamat è שSeעir, ″Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?

12 ″Dixit cuſtos, ″Venit mane, & etiam nox: ſi ″quæritis, quærite: reuertimini, ″venite.

Arabum ruina.

13 ″Prophetia in עAráb. In nemore in עAráb ″morabimini, ″ô ſemitæ Dedaním.

14 In occurſum ″ſitienti venite aquæ, habitatores terræ Themאa ″cum pane eius præuenite fugientem.

15 ″A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii nudati, à facie arcus extenti, & à facie grauitatis prælii.

16 Sic enim dixit Domin⁹ ad me, ″In termino anni, ſicut anni mercenarii, ″deficiet omnis gloria Cedár.

17 ″Et reliquiæ numeri arcu *iaculantium* fortium filiorum Cedár imminuentur: Iehouáh enim Deus Iשſraאél loquutus eſt.

Cap. XXII.

Obſidio vrbis Ieruſalem à Nabuchodonoſor.

1 P″Rophetia Vallis viſionis. Quid tibi ″nunc, *quòd* aſcẽdiſti vniuerſa tu in tecta?

2 Tumultibus plena vrbs ″tumultuans, ciuitas lætabũda: interfecti tui non *erunt* interfecti gladio: neque mortui, bello.

3 Cuncti principes tui ″fugerunt ſimul, ″à iaculatoribus ligati ſũt:

li: & contemplatus eſt diligenter multo intuitu.

8 ‖Et clamauit leo, Super ſpeculã Domini ego ſum, ſtans iugiter per diẽ: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtãs totis noctibus.

Habac.2.a.1.

9 Ecce, iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum, & reſpõdit, & dixit, ‖Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia deorum eius contrita ſunt in terram.

C

Ierem.51.a.8. apoc.14.b.8.

10 Tritura mea, & fili⁹ areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Iſrael, annuntiaui vobis.

11 On⁹ Duma. Ad me clamat ex Seir, Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?

12 Dixit cuſtos, Venit mane & nox: ſi quæritis, quærite: cõuertimini, venite.

13 Onus in Arabia. In ſaltu ad veſperam dormietis, in ſemitis Dedanim.

14 Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri: cum panibus occurrite fugienti.

D

15 A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii imminentis, à facie arc⁹ extenti, à facie grauis prælii.

16 Quoniã hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno ãno, quaſi in ãno mercenarii, & auferetur oĩs gloria Cedar.

17 Et reliquiæ numeri ſagittariorum fortium de filiis Cedar imminuẽtur: Dominus enim Deus Iſrael loquutus eſt.

Cap. XXII.

1 ONus Vallis viſionis. Quidnã quoque tibi eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta?

2 Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultãs: interfecti tui, nõ interfecti gladio: nec mortui tui, in bello.

3 Cuncti principes tui fugerũt ſimul, duréque ligati ſunt: omnes qui inuẽ-

Et attendit, &c. והקשיב וגו׳ Sic loquuntur Hebræi quum diligentiſſimam & attentiſſimam attentionem ſignificant, aut quid aliud ſumma cura factum: verbo ſuum verbale coniungunt etiam repetitum, vt hîc vides. Quidam per futurum conuertunt, Et contemplabitur contemplatione [.i. multũ contemplans] multus attentione. 8 Et clamauit, &c. ויקרא אריה וגו׳ Tũ clamauit, [vel, Et clamabat] Leo *eſt* ſuper ſpeculam. q.d. Speculator clamauit, Video Leonem ſtantẽ in loco eminẽti, & aſpicit vt prædã capiat. i. Darius Medorũ Rex paratus eſt oppugnare Babylonem. Dan.5.g.31. Quidam vertunt & diſtingunt, Tunc clamauit Leo, In ſpecula Domine mi, &c. Domine, &c. ארוני וגו׳ Quidã admonent, hæc legẽda eſſe per parentheſim, vſque ad medium ſequentis verſus. 9 Et ecce והנה dũ ſcilicet hæc diceret. Currus vni. &c. רכב איש וגו׳ currus virorum, *currus inquam* paris equitum. Alii, currus hominũ cum duobus equitibus. q.d. non currus ferentes impedimenta, ſed currus bellicos. Contriuit שבר confregit. ſub. Deus, vel Perſa, ſiue Medus, aut is qui confringit.

10 Et fi. areæ m. ובן־גרני Hebraiſmus, pro frumento, ſiue palea quæ atteritur in area. Verba Prophetæ in Dei perſona. q.d. Babylon conteretur à me quemadmodum triturari ſolet ſeges & palea in area. Quæ audiui, &c. אשר שמעתי q.d. Hæc prophetia eſt veriſſima, nẽpe quæ à Deo eſt. 11 Proph. Dumáh. משא דומה Onus Dumáh. Vide ſuprà cap.13.a.1. Dumáh, vrbs Iſmaelitarum, quæ fuit deſtructa ab incolis Seir. Vide Nomina Hebræa. Ad me cla. è שSeעir, אלי קורא משעיר ſub. quiſpiã. Alii diſtinguũt, Ad me clamat, Ex שSeעir. q.d. Videor mihi audire vocem Dei aut Angeli, dicentis, De Seir venient propediem qui perdent ac deſtruent Dumáh. Cuſtos, &c. שומר וגו׳ .i. quid accidit ex quo nox eſt? Qui habitant (inquit) timebunt maximè, ſurgéntque nocte, & interrogabunt vigiles, ac dicent, Cuſtos, &c.

12 Dixit אמר Præt. Heb. pro fut. dicet. Venit אתה Præt. pro fut. Veniet mane, vt quidam vertunt. i. idem interrogabitis cras mane, & quũ ſuperuenerit nox, & tamen nihil proficietis. Quæritis, quær. תבעיון בעיו interrogaueritis, interrogate. q.d. facimus vobis poteſtatem frequenter inculcandi hanc interrogationẽ. interrogate quantũ voletis, nihil tamen proficietis. Gallicè dicimus, *Demandez tant que vous vouldrez, vous n'aurez autre choſe.* Venite. אתיו׃ ſub. vt iterum quæratis. 13 Proph. in עAráb, משא בערב Onus ſuper Arab, ſiue Arabiã. vt ſit ב loco על. Alii, Onus de Arab. i. de deſtructione Arabiæ. Morabimini, תלינו pernoctabitis. i. pernoctare cogemini.

O ſemitæ אורחות Hic ſemitæ pro iis qui faciunt iter, accipiuntur. q.d. ô viatores Dedanitæ (ſolebant enim frequenter ire in Arabiã) qui antea ſolebatis pernoctare in tentoriis Arabum, poſthac nulla inuenietis, quoniã Arabia erit deſtructa. 14 Sitienti ve. aq. צמא התיו מים .i. excipite Arabes fugientes ſiti confectos, alioqui perituros. Singul. pro plur. ſitientium. Alii, ſitienti fertè aquam. Alii, ſitienti tulerunt aquam. Cum pane e. &c. בלחמו קדמו נודד׃ Singul. Heb. pro plur. & præt. pro fut. & iterum futurum vice deprecationis, Pane eorum excipiant fugientes. aut, præueniant. q.d. afferant eſcas illis neceſſarias & quibus opus habent. Quidam, pane ſuo ſuccurrite profugo.

15 A facie enim, &c. כי מפני וגו׳ Præt. pro fut. Et à facie, pro Propter, Hebraiſmus frequens. Quidã hæc ſic conuertunt, Propter gladios profugi facti ſunt, propter gladium extentum. Alii, A facie gladiorum fugient, à facie enſis euaginati. vel, politi & terſi, ſiue ſplendentis.

16 In termino anni, בעוד שנה In fine anni. i. exacto anno vno ſimili annis mercenarii, hoc eſt integro & perfecto. nam anni mercenarii ſunt præciſi, neque redundantes, neque diminuti. A die prophetiæ huius vſque ad deſtructionem Arabiæ fuit vnicus annus, integris ſuis diebus conſtans. Quidam, Adhuc eſt annus iuxta annos mercenarii. Ad verbum, Quum adhuc fuerit annus. Deficiet וכלה & finietur. peribit, & euaneſcet. 17 Et reliq. nume. ar. ושאר מספר־קשת Hebraiſmus, pro Sagittarii pauci, iique fortes, qui ſupererũt, in dies fiẽt pauciores numero. Reliquias numeri vocat paucas: quòd quæ pauca ſunt, facilius numero comprehẽdantur. Quidã vertunt, Et reſiduũ arcus *quod* numerabitur fortium filiorum Cedar, imminuetur.

IN CAPVT XXII.

1 Proph. Vallis viſ. משא גיא חזיון Prophetia vallis viſionis. Vide ſuprà cap.13.a.1. Vallem viſionis iuxta Hebræorum interpretes, vocat Ieruſalem, quòd victa & deſtructa, demittenda eſſet in vallem. Viſionis verò propter prophetias. Quidam tribum Iuda ſignificari dicunt, quæ circunquaque montibus cingebatur. Nunc אפוא .i. Quid tibi accidit, quòd ſalutis cauſa aſcendas in tecta?

2 Tumult. הומיה fremens. vociferans. q.d. quæ antea populoſa eras, & ob id plena clamoribus & ſtrepitibus, & lætitia, voluptati dedita, non bello morieris, ſed fame. 3 Fugerunt נדדו profugi facti ſunt. profugerunt. Vertunt quidã hæc omnia præterita per futura, fugient, ligabuntur, vincientur. Prædicit fugam Sedeciæ & nobilium. A iaculatoribus מקשת Ad verbum, ab arcu. i. à ferentibus arcum.

ti ſunt, vincti ſunt pariter, procul fugerunt.

Propterea dixi, recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei.

B Dies enim interfectionis & cõculcationis, & fletuum Domino Deo exercituũ in valle viſionis, ſcrutans murum, & magnificus ſuper montem.

Et AElam ſumpſit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus.

Et erũt electæ tuæ valles plenæ quadrigarũ, & equites ponent ſedes ſuas in porta.

Et reuelabitur operimẽtum Iudæ, & videbis in die illa armamẽtarium domus ſalutis.

Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbi-
C tis, quia multiplicatæ ſunt, & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris:

Et domos Ieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis domos ad muniẽdum murum:

Et lacum feciſtis inter duos muros, ad aquam piſcinæ veteris, & non ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eam, & Operatorem eius délonge, nõ vidiſtis.

Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctũ, ad caluitium, & ad cingulũ ſacci.

Et ecce, gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere
D carnes, & bibere vinum. ‖comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Sapient.2.b.6
1.cor.15.d.32
infrà 56.d.12.

Et reuelata eſt in aurib⁹ meis vox Domini exercituum, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.

Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpoſitum templi, & dices ad eum,

Quid tu hîc? aut quaſi quis hîc, quia excidiſti tibi hîc ſepulchrũ, exci-
E diſti in excelſo memoriale diligẽter,

quotquot inuenti ſunt in te, vincti ſunt pariter, ″*& ſic qui* procul fugerant.

4 Propterea dixi, ″Ceſſate à me, *ut* amaritudine afficiam″*me* fletu: ″ne feſtinetis conſolari me ſuper populatione″filiæ populi mei.

5 Dies enim″contritionis & cõculcationis, ″& coartationis à Domino Iehouáh exercituum in Valle viſionis: ″diruens parietem, ″& clamor ad montem.

6 ″עElãquoq; ″ſumpſit pharetram in curru hominis *&*″equitum, ″& Cir manifeſtabit clypeos.

7 ′Et fuit, electæ valles tuæ repletæ ſunt curribus, & equites′locando locauerunt *ſe* in porta.

8 ″Et diſcooperuit *hoſtis* operimentum Iehudáh, & reſpexiſti in die illa ad arma domus ſaltus.

9 Et fracturas ciuitatis Dauid vidiſtis, quòd multiplicatæ ſint, & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris:

10 Domos quoque Ieruשſaláim numeraſtis, & diruiſtis domos ad muniendum murum:

11 ′Et lacum feciſtis inter duos muros ′aquis piſcinæ veteris, ′nec ſuſpexiſtis ad Factorẽ eius, ″& Formatorẽ eius delonge, nõ vidiſtis.

12 Et vocabit Dominus Iehouáh exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, ″& ad cingulum ſacci.

13 Et ecce gaudiũ & lætitia, ″occidere boues, & iugulare pecudes, comedere carnem, & bibere vinum: comedere *inquam &* bibere: cras enim moriemur.

14 ″Et reuelabitur *id* in auribus meis, *qui ſum* Iehouáh exercituum, ″Si expiabitur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dixit Dominus Iehouáh exercituum.

15 Sic dixit Dominus Iehouáh exercituũ, ″Vade, ingredere ad theſaurarium iſtum, *nempe* ad שSebná″qui eſt ſuper domum, *& dic ei,*

16 Quid tibi *negotij eſt* hîc? ″& quis *eſt* tibi hîc, quòd excidiſti hîc ſepulchrum, *ſicut* qui excîdit″*in* excelſo ſepulchrum ſuum, *&* qui

Et *ſic qui* procul. fug. : מרחוק ברחו *qui* à longinquo fugerant. Alii, *&* longiſſinè aufugerunt. Alii, *& qui* eminus fugient. i. etiam quum procul fuerint ab Ieruſalem, adhuc fugient. q. d. omnes ſiue fugerint, ſiue non, venient in poteſtatem hoſtium. 4 Ceſſate à me, שעו מני ſinite me. Alii, Dimittite me. Alii, auertite *oculos* à me. Me Vel, *animam meam.* Ne feſtinetis אל־תאיצו .i. ne incumbatis in hoc vt me ſolemini. Alii, Ne cõtendatis. Alii, ne vrgeatis vt conſolemini me. Filiæ populi mei. : בת־עמי .i. congregationis hominum gentis meæ. 5 Contritionis מהומה cõmotionis vel, perturbationis. Et coartationis ומבוכה & perplexitatis. vel, confuſionis. Quidam, diſſipationis. Hoc eſt, breui inducturus eſt Dominus diem quo fracturus eſt vires huius populi, & conculcaturus, ac perditurus eam vrbem. Diruens pa. מקרקר קיר Ad verbum, exparietans parietẽ. i. diruet hoſtis parietem. Alii, ſubruet hoſtis murum. ſub. vrbis. Nonnulli iungunt ablatiuo, ſiue datiuo DOMINO, ſic, diruenti vrbem, & clamãti ad montem: ſiue, *à* Domino Iehouáh exercituum in Valle viſionis, diruente vrbem, & clamante, &c. Quidam conuertunt ſingularia hæc in pluralia, Subruent murum, & clamabunt ad montem. q. d. Et interim hoſtes illi qui ſubruunt murum, exhortabuntur alios vt ingrediantur vrbem, quam hìc vocat montem reſpiciẽdo ſitum, quòd eſſet ſita in monte. Alii referunt hoc ad ciues Ieruſalem: acſi dicat, Cum clamore conferent ſeſe in montem. vel, egredientes cohortabuntur ſeſe vt confugiant ad montem tutiſſimum. 6 Sumpſit נשא Præterita ſunt Hebræis. vt & aliis ſequentibus verſibus, quibus rem futuram tanquã iam factam narrat: ea quidã vertunt in futura, tollet: ſumet. q. d. Elamitæ venient oppugnatum Ieruſalem ferentes pharetras. Erant autem milites conductitii, vt plurimum arcubus vtentes. Equitum, פרשים Significat milites tam qui vehuntur equis, quàm qui vehuntur curribus. In curru hominis *&* equitũ dixit, pro in curribus quibus milites vehuntur. Et Cir, &c. וקיר ערה מגן: & Cir manifeſtabit clypeũ. Sing. pro plur. i. depromet & exeret clypeos. q. d. è Cyrene venient qui oppugnabunt Ieruſalẽ. Alii vertunt, & parieti adhæſit clypeus. Vel, & parieti adhærere fecit clypeũ. ad pugnandũ ſcilicet contra ciuitatem, & ſub illis clypeis perfodere murum. Latinius verteris, Et ad murum admouebit teſtudines. Solent enim obſidẽtes admouere teſtudines muro vrbis quã obſident, ne ſcilicet ciues impediant quominus illi murũ ſubruant: & vt interim ipſi defendantur illis teſtudinibus ab iniuriis ciuium. 7 Et fuit, &c. ויהי וגו׳ Ad verbũ, Et erit, electio vallium tuarũ repletæ ſunt curru. Præt. Heb. pro fut. Quidã Hebraiſmum ſic cõuertunt, Optimæ autẽ valles tuæ replebuntur curribus. Alii, Fuitque electiſſima vallium tuarũ plena curribus. Locand. loc. &c. : שות שתו השערה Præt. Heb. pro fut. ponendo ponent verſus portã. ſub. faciem ſuam. i. conuertent ſe vt oppugnent portas tuas. Quidã ſubaudiunt מלחמה pugnã, ſiue bellũ, vertentes, Dirigent aciẽ contra portam. 8 Et diſc. ויגל Præt. Heb. pro fut. Quidam totum verſum ſic conuertunt, Et reuelabit *hoſtis* operimentũ Iehudáh: aſpiciẽtque *Iehudáh* eo tẽpore ad arma domus ſaltus. i. palàm erit Iudã eſſe Dei auxilio deſtitutũ, & ab eo deſertũ: propterea ad armorũ auxilia confugient potius, quàm ad Dei præſidium. 11 Et lacũ ומקוה Ad verbum, Et congregationẽ. i. ſtagnũ, ſiue ſcrobem, ſiue foueã magnam. Contentũ pro continente. Aquis למי propter aquas. i. ad recipiẽdas aquas quæ effluunt ex piſcina illa priſca, vt habeatis aquã neceſſariam ad murum faciendum. Nec ſuſpex. ולא הבטתם Quidam liberius, nõ habita ratione illius qui eam fecit.

Et Format. &c. ויוצרה מרחוק & ad Factorẽ ipſius delõge. vel, eminus. ſiue, ab antiquo. i. ad eũ q olim fecit illã. ſiue, ad priſcũ authorẽ illius piſcinæ. q. d. nõ cõfugietis ad Deũ, ſed ad veſtrã prudẽtiã. 12 Et ad cing. ſac.: ולחגור שק & ad induendũ ſaccũ. 13 Occid. bo. &c. הרוג וגו׳ Infinitiui ſunt Heb. pro futuris & imperat. vt quidã vertũt, Interficietis boues, & occidetis oues, comedetis carnes, & bibetis vinũ: *dicetiſque*, Comedamus, & bibamus: cras, &c. 14 Et reuel. ונגלה Et reuelatũ eſt. q. d. hoc nõ latebit me, nã audiã & intelligã. Hebraiſmus.

Si exp. אם יכופר Si cõdonabitur. Si remittetur. ſub. ne poſthac credatis me veracẽ eſſe. aut quid ſimile. 15 Vade, in. לך־בא Age, vade.

Qui eſt ſu. do. : אשר על־הבית Hebraiſm⁹, præfectũ domui. ſiue regiæ, ſub. Ezeciæ. 16 Et q. s *eſt* t. ומי־לך .i. quos habes hic propinquos, quũ ſis proditor heri tui? Ex obliquo oſtẽdit eũ fuiſſe alienigenã & externũ. *In* exc. מרום Ad verbũ, *in* altitudine. i. loco alto & eminẽti.

″ſculpit in petra tabernaculum ſibi?

Sobnæ interitus prædicitur, qui coniurauit cum Sennacherib cõtra Ezeciam dominum ſuum.

17 Ecce Iehouáh″migrare facit te migratione viri,′& amiciet te amiciendo.

18 Conuoluendo conuoluet te conuolutione *tanquam* pilam in terram″latam locis:ibi morieris,& ibi ″currus gloriæ tuæ *erunt*, ignominia domus domini tui.

19 Et pellam te de ſtatione tua,″de ſtatu quoque tuo diruet te.

Eliacim à Deo vocatus,ſubſtituitur in locum Sobnæ.

20 Et erit,in die illa″vocabo ſeruũ meũ אEliacim filiũ הHilciiáhu.

21 Et induam eum tunica tua,& cingulo tuo roborabo eum:poteſtatem quoque tuam tradam in manum eius,″& erit in patrem habitatori Ieruשׁſaláim,& domui Iehudáh.

22 ″Et ponam clauem domus Dauid ſuper humerum eius: & aperiet,nec erit qui claudat:& claudet,nec erit qui aperiat.

23 Et figam illum″*ut* clauũ in loco ſtabili,erítque in ſolium gloriæ domus patris ſui.

24 ″Et ſuſpendent ſuper illum omnem gloriam domus patris ſui, ″filii & nepotes: omne″vas paruum à vaſis craterarum vſque ad omnia inſtrumenta nebelím.

Paxilli ſiue Sobnæ interitus.

25 In die illa dixit Iehouáh exercituũ,″remouebitur″clauꝰ qui fixus fuerat in loco ſtabili, & excidetur, & corruet, excidetúrque″onus impoſitum illi,quia Iehouáh loquutus eſt.

Cap. XXIII.

Tyri excidium.

1 P″Rophetia″צSór.″Vlulate naues″Tharשׁſiשׁs,quia vaſtatꝰ eſt,″*ita ut* nulla *ſit* domꝰ,nullꝰintroitꝰ:de terra Chithim reuelatꝰ eſt eis.

2 Silete habitatores″inſulæ:negotiator צSidón,tranſfretans mare ″repleuerunt te.

3 ″Et in aquis multis ſemen שׁSinhór,meſſis fluminis,*erat* ″fructus eius: fuítque negotiatio Gentium.

4 Erubeſce צSidón:dixit enim′mare,fortitudo maris,dicẽdo,Nõ parturiui,& nõ peperi,neq; enutriui iuuenes,*neque*″extuli virgines.

in petra tabernaculum tibi.

17 Ecce,Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallꝰ gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſubleuabit te.

18 Coronãs coronabit te tribulatione,quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam:ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui.

19 Et expellã te de ſtatione tua,& de miniſterio tuo deponam te.

20 Et erit in die illa,vocabo ſeruum meum Eliacim filium Helciæ,

21 Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius : & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, & domui Iuda. F

22 Et dabo clauẽ domꝰ Dauid ſup̱ humerũ eius: & aperiet , & non erit qui claudat: & claudet, & non erit q̱ aperiat.

Apoc.3.b.7
iob.12.c.14

23 Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domui patris ſui.

24 Et ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius,vaſorum diuerſa genera, omne vas paruulum à vaſis craterarũ vſque ad omne vas muſicorum. G

25 In die illa,dicit Dominꝰ exercituũ, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frãget, & cadet, & peribit quod pepẽderat in eo,quia Dominus loquutus eſt.

Cap. XXIII.

1 ONus Tyri.Vlulate naues maris, quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant: de terra Cethim reuelatum eſt eis.

2 Tacete qui habitatis in inſula: negotiatio Sidônis tranſfretãtes mare, repleuerunt te.

3 In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges eius: & facta eſt negotiatio Gentium.

4 Erubeſce Sidon:ait enim mare,fortitudo maris,dicens,Nõ parturiui,& nõ peperi,& nõ enutriui iuuenes,nec ad incrementum perduxi virgines.

Sculpit חוקקי inſculpit.cauat. Alii,ſtatuit. 17 Migrar.fa.&c. מטלטלך וגו׳ curabit te tranſportandũ aſportatione viri.i.in regionẽ remotiſſimã.ſolent enim lõgius aſportari viri,quàm mulieres. Alii,aſportatione inſigni. Alii,traducet te in captiuitatẽ ô vir.i.ô tu qui modo fidis viribus tuis,& putas te magnum eſſe. Et amiciet,&c. : ועוטך עטה & operiet te operiendo.i.obruet te confuſione & opprobrio.

18 Latam locis: רחבת ידים Ad verbũ,latam manibus.i.locis. Hebraiſmus,pro Spatioſam & amplã. Alludit ad iactum pilæ ſiue globi qui per locũ planum facilè diſcurrere ſolet. Quidam ſubauditis pauculis vertunt, Cõuoluendo voluet te *Iehouáh* cõuolutione,*& quaſi* globum, in terram longinquã manibus *proiiciet.* Currus glo.t. מרכבות כבדך Hebraiſmus,pro currus,quibus vtebaris quũ eras in gloria Ieroſolymis,erunt tibi ignominioſi,quia domum domini tui voluiſt prodere. Quidam vertunt,*pro* curribus gloriæ tuæ ignominia,&c.

19 De ſtatu,&c. : וממעמדך יהרסך de ſtatione quoque tua deſtruet te.vel,deiiciet. Perſonæ mutatio ſubita,pro deiiciã. nã Deus loquitur de ſe in tertia perſona.i.priuabo te omni honore. Metaphora à domibus,quæ cum diruuntur,lapides deorſum deiiciuntur.

20 Vocabo וקראתי Ad verbũ,& vocabo.redundat ו more Hebræorũ. Vocabo autẽ,pro Efficiam vt Ezecias vocet eũ,& ſufficiat in locum tuum. 21 Et erit in patrem,&c. והיה לאב וגו׳ Hebraiſmus,pro Moderabitur ciues Ieruſalem affectu paterno.

22 Et ponam cla.&c. ונתתי מפתח וגו׳ Hebraiſmus,pro Donabo illũ conſilio quo totã aulã Ezeciæ poſſit regere:quicquid ſtatuerit,fiet: quicquid fieri noluerit,non fiet. 23 *Vt* clauum in loco ſta. יתד במקום נאמן *tanquam* paxillũ in loco fideli.i.firmo & ſtabili. Paxillum intelligit parieti affixum in quo ſuſpenditur ſupellex. Gallicè *cheuille.* acſi dicat,Eliacim plurima negotia domus Ezeciæ ſuſtinebit,& ſors illius erit ſtabilis:reddétque familiam paternam clariſſimam ac nobiliſſimam. 24 Et ſuſpendent,&c. ותלו עליו וגו׳ Perſtat in metaphora ſua,Inferet(inquit)nobilitatem in domum ſuam,illique acceptum referent omnem ſuum ſplendorem & claritatem. Filii & nepotes: הצאצאים והצפעות filii & filiæ. Alii,nepotes & neptes. Chaldæus Paraph. filii,& filii filiorum. id eſt nepotes. Vas paruum כלי הקטן vas parui.ſub.miniſterii,ſiue ignobilioris:hoc eſt dignitatis,ſiue honoris minimi. Alii ſubaudiunt,hominis.id eſt qui fuerint inferioris conditionis.q.d.omnes gradus honoris,& cuiuſcũque generis. Nebelim. : הנבלים melodiarũ. Vel,muſica. Quidã choros vertunt. Alii tympana,alii nabla,alii lyras. Eſt autem genus pro ſpecie.i.tam vaſa quæ pertinent ad menſam,quàm quæ pertinent ad muſicam.

25 Remouebitur תמוש recedet.loco ſuo mouebitur. Clauus היתד paxillus.de quo paulo antè,verſu 23. Onus המשא Id eſt quod dependebat ex eo.q.d.qui pendebant ab eo,corruent.

IN CAPVT XXIII.

1 Prophetia משא Onus. Vide cap.13.a.1. צSór. צור Ita Hebraicè vocatur Tyrus. Vlulate הילילו Quidam per futurum, Vlulabitis. Tarשׁſiשׁs, תרשיש .i. maris mediterranei. q. d. O negotiatores qui Mari mediterraneo importatis merces , Tyrum lugete. Chaldæus paraph. interpretatur Tharſis mare. Aliàs interpretari ſolet Aphricam. Doctus inter Hebræos putat eſſe nomen cuiuſdam vrbis maritimæ quæ nõ procul diſtat à Tyro & Sidone. Alii Tharſum eſſe exiſtimant. Ita *ut* nulla,&c. מבית מבוא וגו׳ Ad verbum,à domo, ab introitu de terra Chithim,reuelatus eſt eis. Quidam vertunt,*Ita ut* non *ſit* domus,non *ſit* commeatus è terra Chithim.reuelatum eſt hoc eis. Alii,*ita ut* ne domus *quidẽ ſuperſit,* non *ultrà* venient de terra Chithim:reuelatũ eſt eis. Alii,*ita ut* non *ſit* domus *quam* ingrediantur *qui ſunt* de terra Chithim:reuelatũ eſt eis *malũ hoc.* Alii,mutata diſtinctione,*Ita ut* nulla ſit domus,*& ut poſthac eò* nullus vẽturus ſit.de terra Chithim reuelatus eſt *hoſtis* illis.i.Chithæi fuerunt,vel erũt cauſa tantæ deſtructionis. Dicunt Chithæos incitaſſe Nabuchodonoſor cõtra Tyrũ. Chithæos quidã Italos exponunt,alii Græcos. 2 Inſulæ: אי Singul.pro plur. Inſularũ. O vos inſulares,præ triſtitia & dolore animi tacete.

Repleu.te. : מלאוך replebãt te.aut,implere ſolebãt te.q.d.ô Tyre,negotiatores Sidonis,& qui nauibus merces vehere ſolent,præ magna frequentia te replebant. 3 Et in aquis,&c. ובמים וגו׳ .i.ſemen iactum in AEgypto quæ alluitur multa irrigatione Nili, ſegentes inquam,quæ multa irrigatione fluminis Nili proueniunt,erant prouentus illius. AEgyptus enim alebat Tyrũ. Sihor vocabatur Nilus à nigrore,quòd aquæ eius eſſent turbidæ ac turbulentæ. Fructus e. תבואתה fruges eius. Alii,prouẽtus eius. 4 Mare, ים .i.vrbs maritima,nempe Tyrus,maritimarum vrbium fortiſſima.id ſignificat Fortitudo maris. Extuli רוממתי euexi.vel,educaui,& ad incrementum perduxi.i.ſum perinde atque ſi nõ parturiiſſem:olim erã populoſa,nunc deſerta:ita ciuibus careo perinde acſi nullos vnquã habuiſſem.

B Quum auditum fuerit in AEgypto, dolebunt quum audierint de Tyro. 5

Tranſite maria, vlulate qui habitatis in inſula. 6

Nunquid non veſtra hæc eſt, quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? ducent eam pedes ſui lōgè ad peregrinandum. 7

Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quōdā coronatā, cuius negotiatores prīcipes, inſtitores eius inclyti terræ? 8

Dominus exercituū cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ. 9

Tranſi terram tuam quaſi flumen, filia maris, non eſt cingulū vltrà tibi. 10

C Manum ſuam extēdit ſuper mare, cōturbauit regna: Dn̄s mādauit aduerſus Chanáan, vt cōtereret fortes ei⁹: 11

Et dixit, Nō adiicies vltr[illegible] glorieris, calumniam ſuſtinēs vi[illegible] filia Sidonis: in Cethim conſurgens trāſfreta, ibi quoque non erit requies tibi. 12

Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Aſſur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robuſtos eius: ſuffoderunt domos eius, poſuerunt eam in ruinam. 13

Vlulate naues maris, quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra. 14

Et erit, in die illa in obliuione eris ô Tyre, ſeptuaginta annis, ſicut dies Regis vnius: poſt ſeptuaginta autem D annos erit Tyro quaſi canticum meretricis. 15

Sume citharā, & circui ciuitatē meretrix obliuiōi tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit. 16

Et erit, poſt ſeptuaginta annos viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces ſuas: & rurſum fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ ſuper faciem terræ. 17

Et erūt negotiatio eius & merces eius ſanctificatæ Domino: non condentur, neque reponētur: quia his qui habitauerint corā Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in ſaturitatem, & veſtiantur vſque ad vetuſtatē. 18

5 ″Simul atque rumor *peruenerit* ad AEgyptios, dolebunt ſecundum rumorem צSor.

6 Tranſite in Tharשׁiשׁs, vlulate habitatores″ inſulæ.

7 Nunquid hæc *eſt*″ vobis *urbs* exultās? à diebus antiquis antiquitas eius: *ſed* ducent eam pedes eius″ longè ad peregrinandum.

8 Quis″ conſuluit hoc ſuper צSor″ coronantem *uiros ſuos*: cuius negotiatores principes, inſtitores eius inclyti terræ?

9 Iehouáh exercituum″ cōſuluit hoc, ″vt prophanaret ſuperbiam ″omnis gloriæ, vt vilipenderet vniuerſos inclytos terræ.

10 ″Tranſi terrā tuam inſtar fluminis *ad* filiā Tharשׁiשׁs, non eſt *tibi* fortitudo vltrá.

11 Manum ſuam extendit *Deus* ſuper mare, ″commouit regna: Iehouáh præcepit ″ſuper Chanaan ad diſperdendum fortitudines eius:

12 Et dixit, Non adiicies vltrà vt exultes, ″oppreſſa virgo filia יצSidon, ″*ad* Chithím ſurge, tranſi, etiam ibi non erit requies tibi.

13 Ecce terra Chaשׁſdím, ″iſte populus non erat *illic olim: nam* Aשׁſſur fundauit eam″ nauibus, erexerūt arces illius: ″contriuerūt ædes ei⁹, ″poſuit eam in ruinam.

14 Vlulate *ergo* naues Tharשׁiשׁs, quia″ vaſtata eſt fortitudo veſtra.

15 Et erit, in die illa obliuioni tradetur צSór ſeptuaginta annis, ſicut dies ″Regis vnius: in fine ſeptuaginta annorum erit ipſi צSor ″veluti canticum meretricis.

16 Sume citharam, circui ciuitatem ô meretrix obliuioni tradita: ″ſtude bene canere, multiplica canticum, ″vt ſis in memoriam.

17 Et erit, in fine ſeptuaginta annorum viſitabit Iehouáh צSor, & illa reuertetur ″ad mercedes ſuas: fornicabitúrque cum vniuerſis regnis terræ *quæ ſunt* ſuper faciem terræ.

18 Et erit negotiatio eius, ″& mercedes eius″ ſanctitas ipſi Iehouæ: non recondetur, neque reponetur: quia habitantibus coram Iehouáh erit negotiatio eius, vt comedant ad ſaturitatem, & in operimentum″ vetus.

Poſt 70 annos Tyri reparatio promittitur, Chriſto creditura.

5 Simul atque, &c. כאשר־שמע וגו׳ Ad verbum, Quum auditus erit AEgyptiis, dolebunt iuxta auditum Sor. ſiue Tyri. i. Quū rumor aduentus Nabuchodonoſor peruenerit vſque ad AEgyptios, dolore afficientur, timentes deſtructionē qualem paſſa fuerit Tyrus. q.d. non ſolū Tyrus, ſed & AEgyptus deſtruetur quæ victū Tyriis ſuppeditabat. AVDITVS nomen eſt pro rumore & fama. Iuxta auditum Tyri, exponi etiam poteſt, quemadmodum timuit vehementer Tyrus quū audiuit aduentum hoſtium. Quidam vertunt, dolebunt de rumore Tyri.
6 Inſulæ. : אי Singul. pro plur. inſularum. 7 Vobis, &c. לכם עליזה veſtra læta? Longè מרחוק eminus. vel (vt alii) in locū remotiſſimum. aut, in terram longinquam. 8 Conſuluit יעץ conſultauit. Alii, decreuit, aut ſtatuit. q.d. Cuius conſilio vel decreto factū eſt hoc? Coron. *uiros ſuos:* המעטירה .i. dantem coronā & gloriam viris ſuis. ſiue (vt Hebræi exponunt) dantē coronā regno & populo eius ob multitudinem diuitiarum. Alii, coronātem *ſe*. i. quæ capiti ſuo coronā imponebat, & ſe reginam eſſe dicebat maritimarū vrbiū.
9 Conſuluit יעצה Vide verſu præcedenti. Vt proph. לחלל vt violaret. i. perderet. Quidā, vt infirmaret. Omnis glo. כל־צבי omnis *regionis* gloriæ. i. glorioſæ & inclytæ. Alii, cuiuſque magnifici. Alii, omnis iucunditatis. Alii, omnium magnificorum.
10 Tranſi, &c. עברי ארצך כיאור Hebraiſmus, pro Fuge aliò velociſſimé, recipe te in Tharſis. 11 Commouit הרגיז concuſſit. cōturbauit. perturbauit. Quidā, *qui antea* terruit, &c. Super Chan. אל־כנען de Chanaען. i. præcepit Iſraelitis vt Chananæos eiicerēt è terra, & expugnarent omnes vrbes & arces eius. 12 Oppreſſa, &c. המעושקה וגו׳ iniuriis affecta virgo filia Sidon. vel, vbi oppreſſa fueris, &c. ſub. à Nabuchodonoſor. Virginē vocat quòd antea nunquā fuiſſet capta. Quidā vertunt, calumnia oppreſſa, aut vim paſſa virgo, &c. *Ad* Chithim ſurge, tranſi, כתיים קומי עבורי Ordo inuerſus, pro Surge & tranſeas Chithim. i. in Græciam, vel Italiam.
13 Iſte pop. nō e. זה העם לא היה .i. iſte populus qui nunc habitat in ea. hoc eſt, Chaldæi olim non incolebant eam regionem. nā Aſſyrii prius eā ædificarant: poſtea illis pulſis, Chaldæi pro illis habitarunt. Argumentatur à maiori ad minus, innuens tralationem regnorum poſſibilem eſſe. Quidam Hebræorum vertunt, iſte populus non fuit. i. populus non fuit ei ſimilis. Nauibus, לציים .i. vt eſſet nauium portus. Alii, deſerti incolis. ſiue, iis qui habitabant in deſertis. i. in ea terra condiderunt vrbes, in quibus cœperunt habitare homines qui antea habitare ſolebant in deſertis. Contriuerunt עוררו fregerunt. deſtruxerunt. ſub. Chaldæi poſtea. Poſuit שמה ſub. Rex Chaldæorum.
14 Vaſtata eſt, &c. : שודד מעוזכן vaſtatum eſt robur veſtrū. i. vrbs Tyri in qua opes & diuitias congregabatis vobis ex negotiatione veſtra. vel, Robur eſt portus: quòd portus ſit robur nauibus. Redit ad deſtructionem Tyri, repetendo quod primo verſu dixerat.
15 Regis vnius: מלך אחד .i. tandiu quandiu homo viuere ſolet, etiā Rex qui delicatè viuit, & optimè alitur. Vita enim humana vtplurimum nō excedit ſeptuageſimum annū. Alii, iuxta dies Dauidis Regis, qui vixit LXX annis, 2. Sam. 5. a. 4: fuitque Salomon & filius ſuus amici Hirā Regis Tyri. Hæc Hebræi. Veluti, &c. : כשירת הזונה Hoc eſt, dabit operā Tyrus vt alliciat ad ſe negotiatores, vt cantu allicit ad ſe amatores meretrix, à quibus neglecta fuerat. 16 Stude be. ca. היטיבי נגן Ad verbū, benefac, cane. aut, pulſa inſtrumenta muſica. nam id propriè ſignificat נגן. Similis loquutio eſt & Pſal. 33. a. 3. Quidā vertunt, bonam fac melodiā. q.d. O Tyre, omni ratione allice mercatores, vt meretrix omnibus modis allicere ſolet amatores. Vt ſis in men. : למען תזכרי Ad verbū, vt memoreris. paſſiuè: quo verbo vtitur Plautus. i. vt in memoriam redeas mercatoribus tuis, & tui recordentur qui tui ſunt obliti. 17 Ad mercedes ſ. לאתננה ad mercedem ſuam. Perſtat in metaphora. Vox Hebræa vtplurimum & propriè accipitur pro dono & quæſtu meretricio, quod datur ſcorto. q.d. reuertetur ad quæſtum ſuum priſtinum: habebitur in pretio, & replebitur mercatoribus. habebit enim commercium cum mercatoribus omnium regionum. 18 Et mercedes e. ואתננה Eadem dictio quæ verſu præcedenti. Sanct. ipſi Ieh. קודש ליהוה .i. futurū eſt vt omnis quæſtus eius, ſiue omnes eius opes conſecrentur Domino. Vetus. : עתיק honeſtum. vel, decorum. Alii, robuſtum. aut, denſum.

Cap. XXIIII.

Euerſio Terræ ſãctæ prædicitur, ob Chriſtum non receptum ab eis.

ECce Dominus′euacuat terram,″& deſolare facit eã,″& ſubuer-
tet faciem eius,″& diſpergere faciet habitatores eius.

Erítque ſicut populus ſic ſacerdos, ſicut ſeruus ſic dominus ei⁹, 2
ſicut ancilla ſic domina eius, ſicut emens ſic vendens, ſicut mutu-
ans ſic accipiens mutuum, ″ſicut qui fœnerat ſic qui fœneratur.

Euacuando euacuabitur terra,& diripiẽdo diripietur: Iehouáh 3
enim loquutus eſt verbum hoc.

″Deſtructa eſt, ruit terra: ″deſolata eſt, ruit orbis: infirmati ſunt 4
excelſi populi terræ.

Et terra″impiè egit propter habitatores ſuos, quia trãſgreſſi ſũt 5
leges, mutauerunt″præceptum, diſſipauerũt″fœdus ſempiternũ.

Ideo periurium″deſolauit terrã,& deſolati ſunt habitãtes in ea: 6
ideo″exuſti ſũt habitatores terræ, ″& relinquẽtur homines pauci.

′Deſolatum eſt vinum,″deſolata eſt vitis, ingemuerunt omnes 7
læti corde.

Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit″ſonitus exultantium, 8
quieuit gaudium citharæ.

Cũ canticis non bibẽt vinũ, amara erit″ϣſechár bibentibus illã. 9

Attrita eſt ciuitas″vanitatis: clauſa eſt omnis domus ′nequis in- 10
grediatur.

Clamor ″propter vinum *erit* in plateis, ″obtenebrata eſt omnis 11
lætitia, migrauit gaudium terræ.

Remanſit in vrbe″ſolitudo,″& deſolatione contereтur porta. 12

Sic enim erit in medio terræ, in medio populorum ″ſicut excuſ- 13
ſio oleæ, *&* ſicut racemi quando finita fuerit vindemia.

Hi eleuabunt vocem ſuam,″*&* laudabũt, propter gloriam Ieho- 14
uæ″exultabunt à Mari.

Ideò in vallibus glorificate Iehouã, in inſulis maris nomen Ie- 15
houæ Dei Iϣraᴥelis.

Ab extremo terræ laudes audiuimus, ′gloriam Iuſto, & dixi, 16

Cap. XXIIII.

ECce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & diſperget habitatores eius.

¶Et′erit, ſicut populus ſic ſacerdos, & ſicut ſeruus ſic Domin⁹ eius, ſicut ancilla ſic domina eius, ſicut emens ſic ille qui vendit, ſicut fœnerator ſic is qui mutuum accipit, ſicut qui repetit ſic qui debet. Oſeæ 4.b.9

Diſſipatione diſſipabitur terra, & direptione prædabitur: Dominus enim loquutus eſt verbum hoc.

Luxit, & defluxit terra, & infirmata eſt: defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi terræ.

Et terra infecta eſt ab habitatorib⁹ ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.

Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideóque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. B

Luxit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

Ceſſauit gaudium tympanorũ, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.

Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

Attrita eſt ciuitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus nullo introeunte.

Clamor erit ſuper vino in plateis: deſerta eſt omnis lætitia, tranſlatum eſt gaudium terræ.

Relicta eſt in vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas.

Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorũ: quo modo ſi paucæ oliuæ quæ remanſerunt, excutiantur ex olea, & racemi quum fuerit finita vindemia.

Hi leuabũt vocem ſuam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. C

Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in inſulis maris nomẽ Domini Dei Iſrael.

A finibus terræ laudes audiuimus, gloriã iuſti, & dixi, Secretum meum

IN CAPVT XXIIII.

1 Euacuat בוקק præſ. pro fut. vacuam habitatoribus reddet. Et deſolare facit eã, ובולקה & deſolat eam. aut, deuaſtat eã. Alii, denudat eam. Alii, aperit eam. ſub. hoſtibus ingreſſuris. id eſt, reddet eam peruiam hoſtibus. Et ſubuertet faciem eius, ועוה פניה id eſt dabit illi aliam faciem, & priorem immutabit. hoc eſt, vrbes eius incendentur, & arces euertentur. Et diſpergere faciet והפיץ & diſperget. ſub. ad aduentum hoſtium. 2 Sicut qui fœ. &c. כנושה כאשר וגו׳ ſicut qui dat ad fœnus, ſic qui accipit ad fœnus. q. d. omnes ex æquo citra vllum reſpectum perimentur: nulli ætati, gradui, aut ſexui parcet hoſtis. non enim pluris faciet ſacerdotem, quàm plebeium, neque hominem liberum quàm ſeruum, &c. 4 Deſtructa eſt, ruit אבלה נבלה Luxit, *&* defluxit. Alii, Periit, *&* cecidit. Alii, Corrupta eſt, *&* decidit terra. Deſolata eſt, &c. אומללה נבלה וגו׳ Ad verbum, infirmatus eſt, defluxit orbis: infirmatæ ſunt altitudo populi. Quidam vertunt, periit, ruit orbis, periit clariſſimus populus terræ. Alii, elanguit, *&* emarcuit orbis, eneruati ſunt populi ſublimes terræ. Alii, elanguit & cecidit orbis, elanguerunt qui erant ſublimis populus terræ. 5 Impiè egit propter habit. ſuos, חנפה תחת יושביה Præt. Heb. pro fut. impiè aget [impia erit] incolis ſuis. i. videbitur eſſe impia erga incolas ſuos: nam deſinet producere fructus ſuos neceſſarios incolis ſuis. Quidam Hebræorum exponunt, impiè aget, propter habitatores ſuos. id eſt, pœnas luet acſi impiè egiſſet. nam erit deſolata. Alii vertunt, inutilis facta eſt [aut, fallax fuit] incolis ſuis. Præceptum, חוק ſtatutum. ius. Fœdus ſempiternum. ׃ ברית עולם Ad verbum, pactum ſeculi: quod ſcilicet inierant cum Deo, & Deus cum illis, perpetuis temporibus obſeruandum.

6 Deſolauit אכלה Præterita Heb. pro futuris, conſumet. q. d. tandem vlciſcetur Dominus iniuriam ſibi illatam ab habitatoribus terræ. Exuſti ſunt חרו exarſerunt. æſtu perierunt. id eſt, perdentur in ira Domini vt res quæ abſumitur igni. Et relinquentur homi. pauci. ׃ ונשאר אנוש מזער Ad verbum, & relinquetur homo paucus. pro, remanebúntque homines pauci. ſub. incolumes.

7 Deſolatum eſt vinum, אבל תירוש Defecit vinum. vel, periit. Alii, Luxit muſtum. Deſolata eſt אומללה eneruata eſt. elanguit. infirmata eſt. id eſt, nõ producet racemos. 8 Sonitus שאון ſtrepitus. 9 ϣSechar שכר ſichera. ſignificat omnẽ potũ inebriantium. 10 Vanitatis: תוהו Ad verbum, inanitatis. hoc eſt, inanis: ita dicta à ſuo fine, quòd expugnata, reddenda eſſet inanis. Quidã vertunt, vanitati *dedita*. Nequis ingrediatur. ׃ מבוא Ad verbũ, ab ingrediendo. vel, ab introeundo. id eſt, nequis ingrediatur in illam.

11 Propter vinum על־היין ſuper vino, id eſt propter vini penuriam. Obtenebrata eſt om. lætitia, ערבה כל־שמחה Vel per futurũ, obſcurabitur omne gaudium. id eſt, vertetur in tenebras & triſtitiam. ſequentibus ſeipſum exponit.

12 Solitudo, שמה vaſtitas. Alii, deſolatio. Et deſolatione ושׁאיה & deuaſtatione. q. d. nullus ingredietur in eam vrbem.

13 Sicut excuſſio oleæ, כנוקף זית Hoc eſt, tam pauci remanebunt in ea regione quæ eſt in medio populorum & in vmbilico orbis terræ, quàm paucæ remanent oliuæ iam excuſſa olea, & racemi facta vindemia. 14 *Et* laudabunt ירונו *&* iubilabunt. aut, vociferabuntur. præ lætitia ſcilicet. Exultabunt à mari. ׃ צהלו מים Præter. Heb. pro fut. vociferabuntur de mari. Alii, prorumpent in laudes ab Occidente. id eſt, ab extrema orbis parte, quum ſcilicet viderint Dominum ſumpſiſſe pœnas de perfidia Iudæorum.

16 Gloriam צבי decus. Alii, iucunditatem. vel, exultationem. id eſt, quæ dicebãtur in gloriam & honorem Chriſti. Alii, gratulationem. Quidam in nominatiuo, ſic, laudes [ſiue, cantiones] audiuimus, *continentes quæ ſequuntur*, Gloria *ſit* Iuſto.

.b.9

mihi,ſecretum meum mihi,væ mihi: præuaricãtes præuaricati ſũt,& præuaricatione tranſgreſſorum præuaricati ſunt.

17 Formido,& fouea,&laqueus ſuper te qui habitator es terræ.

Ierem.48.g.44

18 Et erit,|qui fugerit à voce formidinis,cadet in foueam:& qui ſe explicauerit de fouea,tenebitur laqueo:quia cataractæ de excelſis apertæ ſunt,& concutientur fundamenta terræ.

D

19 Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, cõmotione commouebitur terra:

20 Agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas ſua,& corruet, & non adiiciet vt reſurgat.

21 Et erit,in die illa viſitabit Domin⁹ ſuper militiam cæli in excelſo, & ſup Reges terræ qui ſunt ſuper terram.

22 Et congregabuntur in cõgregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere,& poſt multos dies viſitabuntur.

23 Et erubeſcet luna, & confundetur ſol,quum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion & in Ieruſalẽ, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

Cap. XXV.

1 DOmine Deus meus es tu, exaltabo te,& confitebor nomini tuo: quoniam feciſti mirabilia,cogitationes antiquas fideles,amen.

2 Quia poſuiſti ciuitatem in tumulũ, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum:vt nõ ſit ciuitas,& in ſempiternum non ædificetur.

3 Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robuſtarum timebit te.

4 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua,

B

ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu: ſpiritus enim robuſtorum quaſi turbo impellens parietem.

5 Sicut æſtus in ſiti,tumultũ alienorũ humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrẽte propaginem fortium marceſcere facies.

6 Et faciet Dominus exercituũ omnibus populis in mõte hoc, conuiuiũ pinguium,conuiuium vindemiæ, pin

″Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, væ mihi: præuaricatores præuaricati ſunt, & præuaricatione″præuaricantium præuaricati ſunt.

17 Formido,& fouea,& laqueus *erit* ſuper te,ô habitator terræ.

18 Et erit,qui fugerit à voce formidinis,cadet in foueam:& qui aſcenderit de medio foueæ,capietur laqueo:quia′cataractæ de excelſo aperientur,′& contremiſcent fundamenta terræ.

19 Confringendo cõfracta eſt terra, ′diſſipando diſſipata eſt terra,′ mouendo mouit ſeſe terra:

20 Agitando agitabit ſeſe terra ſicut ebrius,″& mouebitur ſicut tugurium,″& aggrauabitur ſuper eam impietas eius, corruétque, & non adiiciet vt reſurgat.

21 Erit præterea,in die illa viſitabit Iehouáh″exercitum excelſi in excelſo,& Reges terræ ſuper terram.

22 Et congregabuntur″congregatione vinctorum in carcere,claudentúrque in carcere,″& poſt multos dies viſitabuntur.

23 ′Itaque erubeſcet luna, pudoréque afficietur ſol: quia regnauit Dominus exercituum in monte Syiión & in Ieruwſaláim, & corã ſenibus ſuis *erit in* gloria.

Cap. XXV.

1 IEhouáh Deus meus es tu, exaltabo te′confitebo rnomini tuo, quoniã feciſti mirabilia:cõſilia *quæ iniſti*″alõge firma,firma ſunt.

Gratiis actis,vaſtationem Synagogæ & populi Iudaici deſcribit Propheta.

2 Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem munitam in ruinam,″palatium alienorum *feciſti*,vt non ſit ciuitas:in ſempiternum non ædificabitur.

3 Ideo glorificabunt te populus fortis, ciuitas gentium fortium timebunt te.

4 Quia fuiſti fortitudo pauperi,fortitudo *inquam* egeno in tribulatione eius,″tegmẽ à turbine,″vmbraculum ab æſtu:″ſpiritus enim robuſtorum ſicut turbo *ruere faciens* parietem.

5 More æſtus″in loco ſicco ſtrepitum alienorum humiliabis:″*ſicut* æſtus in vmbra nubis, exciſio fortes humiliabit.

6 Faciet quoque Iehouáh exercituũ omnibus populis in monte hoc conuiuium″pinguium, conuiuium″defæcatorum, pinguium

Secretũ m.&c. רזי־לי וגו׳ Ita exponũt quidã Hebræorũ vt vertit noſter:addẽtes ideo bis poſitum eſſe Secretũ, quòd duo ſecreta reuelata ſint ipſi Prophetæ, vltionum nempe & ſalutis. Sic & Chald.paraph.qui totũ verſum ſic transfert, A domo ſanctuarii vnde egreſſura eſt lætitia omnibus habitatoribus terræ, laudes audiuimus iuſtis. Dixit Propheta, Secretũ mercedis iuſti conſpectum eſt mihi: ſecretũ vltionum impiorum reuelatũ eſt mihi,Væ,&c.Doctiores inter Hebræos vertunt, Macies mihi, macies mihi,væ mihi.Et exponunt, quando venturã vidi vltionem in Iſrael tẽpore redemptionis,quãdo conflabuntur, & non remanebũt niſi iuſti,pinguedo carnis meæ macruit:propterea væ mihi:qui multi ſunt inter illos præuaricatores,cõſumendi ſunt vniuerſi. Alii,maciem,ſiue macilentiã accipiunt pro morte,& vertũt,Mors mihi,mors mihi,væ mihi.q.d.perii,perii,heu me,ô me miſerum. Verba Prophetæ in Spiritu videntis ſuos nõ recepturos Chriſtũ. Quidam vertunt,Inteſtina mea,inteſtina mea. Præuaric. בוגדים præuaricatores. 18 Cataractæ ארובות feneſtræ.q.d.demittet Dominus de cælo miſerias plurimas.Alludit ad pluuias diluuii. Et contre. וירעשו & concutientur.vel,& agitabuntur.q.d.terra ipſa metu & formidine quatietur. 19 Diſſip.diſſi.eſt פור התפוררה diſſolutione diſſoluta eſt. 20 Et mouebitur והתנודדה & transferetur. Alii,agitabitur.Alii,dilaniabitur.dilacerabitur. 8 Et aggrau.&c. וכבד וגו׳ & grauis erit ſuper eam tranſgreſſio ſua. vel,iniquitas.i.terra tranſgreſſione ſua grauabitur. 21 Exerc.exc. צבא המרום .i.exercitũ Iſraelis quẽ Dominus cunctis aliis nationibus prætulerat,donatũ Lege,maximiſque beneficiis.q.d.affliget Iſraelitas in excelſo,ſiue in Terra ſancta. 22 Congre.vinct. אספה אסיר congregatione vincti.Sing.pro plur.vinctorũ.Subaudiũt quidã aduerbiũ ſimilitudinis,hoc modo,cõgregatione *inſtar* vinctorũ.i.cõgregabũtur in vnũ locũ perinde atque vincti,vel more vinctorũ. Et poſt mul.dies ומרוב ימים Ad verbũ,Et à multitudine dierum. 23 Itaq; erubeſ.lu. וחפרה הלבנה Hyperbole: acſi dicat,Quum luna & ſol viderint afflictionem huius populi,& Dominum ſumere tam acerbas pœnas de illo, videbuntur quaſi erubeſcere,& pudore ſuffundi.

IN CAPVT XXV.

1 Confit.no.tuo, אודה שמך celebrabo nomen tuum. Alonge מרחוק à *tempore* longinquo.i.iam olim,ſiue ante multa tẽpora.Quidam vertunt hanc verſus partem in accuſatiuum,vt pendeat à verbo præcedenti,feciſti:hoc modo,Cõſilia iam olim *decreta* veritatẽ veritatem.vel,ſtabilitatẽ firmitatẽ.aut,ſtabilia *&* firma.i.tu feciſti vt vera eſſent & ſtabilia.q.d.præſtitiſti quæ iam olim pollicitus fueras patribus. 2 Palatium alie.&c. ארמון זרים מעיר arcem externorum ex vrbe.vel,ex vrbe arcem externorũ *feciſti*.i.ex vrbe clariſſima in qua te colebant,feciſti vt eſſet arx eorum qui alieni ſunt à fide tua. 4 Tegmen à turb. מחסה מזרם refugiũ[vel,protectio]ad inundatione.aut,tẽpeſtate. Vmbr. צל vmbra. Spiritus,&c. כי רוח וגו׳ ira[vel,indignatio]fortiũ vt inundatio parietis.ſiue muri.i.ſimilis eſt inundationi deiicienti parietem obuium. 5 In loco ſicco בציון Ad verbum,in ſiccitate.i.in regione arente. *Sicut* æſtus,&c. חורב בצל וגו׳ æſtus in[vel,cum]vmbra nubis *erit populo tuo,&* fremitus fortiũ humiliabitur.aut,cãtus[ſiue, cantio,vel clamor]fortium humiliabit ſeſe.q.d.Permittes quidẽ populum tuum affligi,interim tamen aderis illis.Poſteriorẽ partem ſic doctus inter Hebræos vertit,Et exciſionem [vel,putationẽ]fortiũ humiliabit.ſub.Deus.Exciſionẽ vocat ferociã & crudelitatem. 6 Pinguium, שמנים ſub.rerũ.i.in quo erunt fercula pinguia.Doctus inter Hebræos aliam affert expoſitionẽ,Faciet quoque.i.præparabit omnibus populis excepto Iſraele, poculum pinguiũ(.i.pingue,hoc eſt liquoris pinguis,à quo ſcilicet natura noſtra maximè abhorret:nocet enim cordi) poculũ fæcis,ſiue fæcũ (.i.fæculentũ & meras fæces)pinguiũ inquam medullatorũ,& fæcis purgatæ à vino. Defæcatorum, שמרים ſub.vinorum.i. vini defæcati & optimi,quod inſideat ſuæ fæci.

item medullatorum,*&* defæcatorum″purgatorum.

7 Et perdet in monte hoc faciẽ″operimenti expanſi ſuper omnes populos,″& tegmen expanſum ſuper omnes gentes.

Fideles, impiis Iudæis mulctatis quanuis inuoluti multis malis, ſeruabuntur per Christum.

8 Perdet mortem in ſempiternũ, & abſterget Dominus Iehouáh lachrymam ab omni facie,& opprobrium populi ſui auferet ab vniuerſa terra,quia Iehouáh loquutus eſt.

9 Et dicet *populus* in die illa,Ecce Deus noſter iſte *eſt*,expectauimus eum,& ſeruabit nos:iſte Iehouáh expectauimus eum, exultabimꝰ & lætabimur in ſalute eius.

10 Quia requieſcet manus Iehouæ in monte iſto, & triturabitur Moáb″ſubter eum,ſicut trituratur palea in ſterquilinio.

11 Extendétque manus ſuas in medio eius, quemadmodum extẽdit natans ad natandum: & humiliabit ſuperbiam eius″cum cubitis manuum ſuarum.

12 Et munitionem ſublimitatis murorum tuorum″incuruabit,humiliabit,*&* peruenire faciet in terram vſque ad puluerem.

Cap. XXVI.

Eccleſia Chriſti deſcribitur.

1 IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iehudáh,Vrbs″fortitudinis nobis:ſalutem″ponet *Deus*″muros & antemurale.

2 Aperite portas,& ingrediatur gens iuſta,cuſtodiens veritates.

3 ″*Eum cuius* deſiderium eſt coniunctum *tibi* cuſtodies *in* pace, *in* pace, quia tibi fidit.

4 Fidite Iehouæ vſque in ſeculum:′quia *fidendum eſt* Deo Iehouæ forti in ſecula.

5 Quia″incuruabit habitatores excelſi, ciuitatem″ſublimem, humiliabit,humiliabit *inquam* eam vſque ad terram, peruenire faciet eam vſque ad puluerem.

6 Conculcabit eam pes,pedes pauperis,greſſus egenorum.

7 ″Semita iuſto recta,″*ô Deus* recte callem iuſti ponderabis.

8 Etiam *in* via iudiciorum tuorum Iehouáh″expectauimus te,′ad nomen tuum,& ad memoriam tui eſt deſiderium animæ *noſtræ*.

9 ″Animo meo deſideraui te in nocte, etiam″ſpiritu meo *qui eſt* in medio mei quæram te:nam′quando iudicia tua fuerunt in terra, iuſtitiam didicerunt habitatores orbis.

guium medullatorum,vindemiæ defæcatæ.

7 Et præcipitabit in monte iſto faciẽ vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes. C

8 Præcipitabit mortem in ſempiternũ:& ‖auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia Dominus loquutus eſt.

Apoc.7.d.17, & 21.a.4

9 Et dicet in die illa, Ecce Deus noſter iſte,expectauimus eum, & ſaluabit nos:iſte Dominꝰ, ſuſtinuimus eũ, exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius.

10 Quia requieſcet manus Domini in monte iſto,& triturabitur Moab ſub eo, ſicuti teruntur paleæ in plauſtro. D

11 Et extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum alliſione manuum eius.

12 Et munimenta ſublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur,& detrahentur in terrã vſque ad puluerem.

Cap. XXVI.

1 IN die illa cantabitur canticũ iſtud in terra Iuda,Vrbs fortitudinis noſtræ ſaluator, ponetur in ea murus & antemurale.

2 Aperite portas, & ingrediatur gẽs iuſta,cuſtodiens veritatem.

3 Vetus error abiit,ſeruabis pacem: pacem,quia in te ſperauimus.

4 Speraſtis in Domino in ſeculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

5 Quia incuruabit habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimẽ humiliabit: humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem.

6 Conculcabit eam pes, pedes pauperis,greſſus egenorum.

7 Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. B

8 Et in ſemita iudiciorũ tuorũ Domine ſuſtinuimus te:nomen tuũ,& memoriale tuum in deſiderio animæ.

9 Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te:quum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis.

Purgatorum. : מזוקקים colatorum.id eſt,puriſſimorum. 7 Operimenti exp. הלוט הלוט Ad verbum,operimenti operti.id eſt, expanſi & extenſi ſuper,&c.Doctus inter Hebræos exponit, Operimenti quo operiunt & occultant ſe gentes quæ fœliciter viuunt.q.d.perdet Deus ipſum operimentum,& manifeſtabuntur,& præparabuntur,diſponentúrque ad malum illis venturum:neque erit illis operimentum ab illo.Et dixit FACIES,quia hactenus fuerint acſi facies eorum non fuiſſent conſpectæ, iuxta illud Iob 3.d. 23, Viro cuius via eſt occulta. Quidam vertunt, inuolucri quo inuoluti ſunt omnes populi. Et tegmen expanſum והמסכה הנסוכה Ad verbum,& velamentum velatum.i.extenſum. 10 Subter eum, תחתיו apud ſe.id eſt in loco ſuo. 11 Cum cubitis manuum ſuarũ. : עם ארבות ידיו .i.brachiis ſuis.Intelligit partẽ illam quæ eſt à cubito ad manũ.ſolet enim natator illis partibus ducere,agitare,proiicere,ac depellere aquã.

12 Incuruabit,&c. השח השפיל הגיע Præt.Heb.pro fut.ſtrauit,humiliauit,deduxit. vel,ſternet,humiliabit,*&* deiiciet in terrã.Hebraiſmus autem eſt,pro Mœnia tua alta & munita deprimet,ſiue ſternet,deiiciet,& peruenire faciet ad terram,ita vt contingant puluerem.

CAPVT XXVI.

1 Fortitudinis עז Subſtant.pro adiect.fortis.De Ieruſalem loquitur. Ponet ישית Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt.i.ſalutis cauſa cinxit eam Deus muro & antemurali.q.d.qui ſunt in Eccleſia,immunes ſunt ab omni periculo. Muros & antemura. : חומות וחל Controuerſia eſt inter Doctores Hebræorum de hac dictione חיל. quidam enim dicunt eam ſignificare murum inferiorem, & חומה ſuperiorem:alii contrà,dicunt חיל ſignificare murum ſuperiorem, & חומה inferiorẽ. Alii verò aſſerunt חיל ſignificare foſſam quæ ducitur ante murum ipſum. 3 *Eum cuius*,&c. יצר סמוך וגו' Cogitationem[vel,figmentum,aut imaginationem.i.animum]innixam *tibi* cuſtodies: pax, pax *erit illi*,quia in te confidit. Doctus inter Hebræos exponit, Deſiderium iuſti qui eſt coniunctus tibi, & inuixus, cuſtodies illum à malo:dabíſque illi pacem,quia ſperat in te. Alii vertunt, Affectu firmo cuſtodis pacem,pacem *inquam*,eo quòd in te ſperatum ſit. Alii, Cogitatio fixa,[ſiue,firmata]cuſtodies pacem,pacem:quoniam in te confiſum eſt. Alii,figmento fulto ſeruabis pacem,&c.

4 Quia,&c. כי ביה וגו' quoniã in Deo Iehouáh robore ſempiterno.ſub.fidendũ eſt.Vel,fortitudine æterna & perpetua. Alii,Quoniã in Deo Iehouáh eſt fortitudo ſeculorum.i.quæ nunquam finem inueniet. 5 Incuru.&c. השח יושבי מרום Præt.Heb.pro fut.Deiiciet habitatores altitudinis.vel,ſublimitatis.i.Deprimet eos qui habitãt in loco ſublimi,qui in ſumma authoritate cõſtituti ſunt. Sublimem, נשגבה exaltatam.eleuatam.i.quæ eſt in magno honore. 7 Semita iu.re. אורח לצדיק מישרים Ad verbũ,Via iuſto rectitudines.i.Via æqua,ſiue æquabilis & plana erit iuſto. Alii,Semita iuſti recta eſt. Alii,Semitam æquitatum *dabis* iuſto. *O Deus* recte,&c. ישר מעגל וגו' *tu qui* rectus *es*, viam iuſti æquabis. Alii,rectã viam iuſti librabis.vel,libratam reddes:ad libellã & perpendiculũ æquabis,ne ſcilicet offendat in ea. 8 Expectauimus te, קוינוך ſperauimus in te. Ad nomen,&c. לשמך ולזכרך in nomine tuo & memoriali erit deſid.i.anima noſtra tenebitur deſiderio nominis ac memorialis tui.Idem ſunt nomen & memoriale. 9 Animo m.deſider.te נפשי אויתיך Anima mea [ablatiuus eſt] concupiui te.Quidam per futurum, Ex animo concupiſcam te. Spiritu meo,&c. רוחי וגו' *quandiu* ſpiritus meus *fuerit* intra me,mane te quæram.vel,ſedulo te quæram.Ad verbum,diluculabo ad te. Quando,&c. כאשר משפטיך Præt. Heb.pro fut.vt ferè omnes vertunt,Quum iudicia tua fuerint in terra,iuſtitiam diſcent,&c.

Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit,& non videbit gloriã Domini.

Domine, exaltetur manus tua,& non videant: videãt & confundantur, zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret.

C Domine,dabis pacẽ nobis: omnia enim opera noſtra operat⁹ es nobis.

Domine Deus noſter poſſederunt nos domini abſque te , tantum in te recordemur nominis tui:

Morientes non viuãt,gigãtes non reſurgant:propterea viſitaſti & contriuiſti eos,& perdidiſti omnem memoriam eorum.

Indulſiſti genti Domine , indulſiſti genti:nunquid glorificatus est? elongaſti omnes terminos terræ.

Domine , in anguſtia requiſierunt te , in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Sicut quæ concepit,quũ appropinquauerit ad partum, dolẽs clamat in doloribus ſuis : ſic facti ſumus à facie tua Domine.

Cõcepim⁹,& quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritũ: ſalutes non fecimus in terra,ideo non ceciderũt habitatores terræ. D

Viuẽt mortui tui, interfecti mei reſurgẽt: expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere: ꝗa ros lucis ros tuus, & terram gigãtum detrahes in ruinam.

Vade populus meus, intra in cubicula tua,claude oſtia tua ſuper te :abſcondere modicũ,ad momentum,donec pertranſeat indignatio.

Mich.1.a.3 ¶Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo,vt viſitet iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum : & reuelabit terra ſanguinẽ ſuum , & non operiet vltrà interfectos ſuos.

10 ′Fiat miſericordia impio, & non diſcet iuſtitiam:in terra rectorum iniquè aget, & non videbit ſublimitatem Iehouæ.

11 Iehouáh,″exaltata eſt manus tua,ne videant:′videbunt,& pudore afficientur inuidẽtes populo *tuo*:etiã″ignis hoſtes tuos cõſumet.

12 Iehouáh,″diſpones pacẽ nobis: quia etiam omnia opera noſtra ′operatus es nobis.

13 Iehouáh Deus noſter′dominati ſũt nobis domini præter te: ″tãtùm in te recordati ſumus nominis tui.

14 Mortui *ſunt*,non viuent:″mortui *ſunt* , non reſurgent: propterea ″viſitaſti & diſſipaſti eos,& perdidiſti omnem memoriam eorum.

15 ″Addidiſti genti ô Iehouáh,addidiſti genti,glorificatus es:elongaſti *uſque ad* omnes terminos terræ.

16 Iehouáh, in anguſtia ′viſitauerũt te, effuderunt orationem″*quum* correctio tua *fuit* eis.

17 Sicut prægnans *quum* appropinquat partui dolet,clamat in doloribus ſuis:ſic fuimus à facie tua,Iehouáh.

18 Concepimus,″parturiuimus, ″tanquam ſi peperiſſemus vẽtum: ″ſalutes non ſunt factæ *in* terra , nec ceciderunt habitatores orbis.

19 Viuẽt mortui tui,″*cum* cadauere meo reſurgent: expergiſcimini, & laudate habitatores pulueris:quia vt′ros olerũ ros tuus, ″& terra mortuos proiiciet.

20 ′Vade popule mi , ingredere cubicula tua , & claude oſtium tuum ″poſt te: abſconde teipſum paululum ″ad momentum, donec tranſeat″ira.

21 Ecce enim Iehouáh egreditur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum , ″& reuelabit terra ſanguines ſuos,& non operiet vltrà″interfectos ſuos.

Impiorum cæcitas flagella non videntium.

Pax fidelibus. Opera bona operatur Deus in nobis.

Tribulationib⁹ compellit Deus iread ſe.

Conſolatio in afflictionibus,& exhortatio ad patientiam.

10 Fiat miſericordia impio,&c. יוחן רשע בל־למד Impius gratiam obtinebit,nec diſcet[præt.Heb .pro fut.]iuſtitiam:in terra rectorum *operum* peruerſè aget,nec videbit magnificentiam Iehouæ.Alii,ſubauditis pauculis, N*unquid* miſericordiam conſequetur improbus,*qui* non didicit iuſtitiam,*ſed* in terra rectorum *operum* iniquè agit,& non conſiderat magnificentiam Iehouæ? Alii,Impius etiam beneficiis affectus, non diſcit iuſtitiam,ſed in terra plana iniquè agit,& non videbit,&c.Nonnulli fut.in præt.conuertunt,Miſericordiam aſſequutus eſt impius, *&* non didicit,&c. 11 Exaltata eſt manus tua,ne vid. רמה ידך בל־יחזיון magnificata eſt manus tua, *&* non vident.id eſt,magnifica feciſti opera,nec aduertunt.Per manum intelligitur opus.Verti poteſt,Quum exaltata fuerit manus tua,non aſpicient. Alii,V*tcunque* exaltata fuerit manus tua,nõ videbunt.Alii,Quũ exaltatur manus tua *ut percutias*,ipſi non vident. Videbunt,&c. יחזו ויבשו וגו' videbũt, & confundentur zelo populi.Alii,videbunt *aliquando* & pudefient æmulatione *quadam* populi *tui*. Alii conuerſo ordine vocum Hebraicarũ; videbũt zelum populi *tui*,& erubeſcẽt. Zelum populi,id eſt æmulationem qua proſequeris populum tuum. Ignis hoſtes tuos conſumet. אש צריך תאכלם: ignis hoſtes tuos abſumet eos.Redundat pronomen EOS. Alii,ignis inimicorum tuorum abſumet eos.Doctus inter Hebræos per ignem intelligit pudorem qui apparet in genis.q.d.pudor quo perfundere ſoles inimicos tuos,abſumet eos.Gallicè dicimus, *ils mourront de honte*. Alii mutato ordine dictionum Hebraicarum, deuorabitque eos ignis *qui* hoſtes tuos *abſumit*. Alii eodem ſenſu, Igne hoſtium tuorum deuorabis eos. 12 Diſpones תשפות ſtabilies.præparabis.ordinabis.Vel,diſpone,vel ſtabili.i.da nobis pacem.

Operatus es פעלת Quidam conuertunt præt.in præſ.operaris.q.d.tu author es omnium rerum quæ nobis accidunt.

13 Dominati ſunt nobis בעלונו ſubiugauerunt nos. Tantùm in te recorda.&c. לבד־בך נזכיר שמך: tantùm in te recordabimur nominis tui. Alii,duntaxat *tamen* tui,nominiſque tui recordabimur. Alii, *ſed nos* recordabimur tantùm tui & nominis tui. Alii,*& tamen* tantùm de te memorabimus nomen tuum.i.in gloriam tuam mentionem faciemus tantũ nominis tui. vel,tibi vni gloriam & honorem dabimus. Quidam ſubaudiunt Sperabimus,hoc modo,Tantùm in te *ſperabimus*,& memorab.&c. 14 Mortui *ſunt* רפאים exanimes *ſunt*.Alii, vita defuncti.Alii,occiſi. Viſitaſti פקדת Præterita ſunt Heb.pro futuris, vt quidam vertunt, Viſitabis,& diſperdes,ſiue exterminabis eos,perdéſque,&c. 15 Addidiſti genti,&c. יספת לגוי יהוה Quidam per futurum vertunt,Augebis genti *tuæ* Iehouáh,augebis *inquam* genti *tuæ beneficia*:glorificaberis *in ea poſteaquam* eieceris *illam* in omnes fines terræ.q.d.multis ac variis beneficiis afficies eos:diſperges quidem illos,ſed tamen aderis illis. 16 Viſitauerunt te, פקדוך recordati ſunt tui. Vel per futurum, memores erunt tui.

Quum correctio tua מוסרך *dum* caſtigatio tua. 18 Parturiuimus, חלנו doluimus. Tanquam ſi,&c. כמו ילדנו רוח *ſed* peperimus tanquam ventum. ordo inuerſus. id eſt, non verum fœtum, ſed rem ſimilem vento. q. d. non verè peperimus: nam mulier quum peperit,ſoluta eſt omnibus doloribus:nos autem quum liberati ſumus ex vna tribulatione,mox incurrimus in aliam. Salutes non ſunt factæ ישועות בל־נעשה *res* ſalutum non eſt facta.id eſt,necdum omnino liberati ſumus. 19 *Cum* cadauere meo reſ. נבלתי יקומון Id eſt cum corpore meo,ſiue vnà mecum. q.d. Viuent vita æterna electi tui qui propter te, & propter gloriam nominis tui morientur: vnáque cum illis ſcio me reſurrecturum. Quidam ſubaudito כ ſimilitudinis,vertunt, *& quemadmodum* corpus meum reſurgent. Ros olerum; טל אורות .i.quo pullulant ac germinant,aluntúrque herbæ:quãto magis virtus tua excitatura eſt mortuos ac ſepultos in terra? Et terra, &c. וארץ רפאים תפיל: .i.eiiciet à ſe,vt mulier abortiuum.Verti poteſt,& terra gigantes proiiciet.Quidã volunt ת eſſe ſignum ſecundæ perſonæ,vertentes, Et *in* terram mortuos deiicies. ſub.ô Deus.i.improbos in infernum detrudes. Doctus inter Hebræos ſic exponit, Tu Deus viuificabis mortuos tuos: ſed impios qui ſunt gigantes,cadere facies in terram: quia non viuificabis eos.quod rectè intelligendum eſt: quia non viuificabit eos vita gloriæ.nam quantum attinet ad corpus,omnes reſurgemus.Chaldæus paraph.ſic totum verſum tranſtulit, Tu es qui viuificas mortuos,corpora cadauerum illorum tu ſuſcitas: viuent,& laudes canent coram te qui fuerunt proiecti in puluerem:quia ros lucis ros tuus,ſeruus Legis tuæ:at impios quibus dediſti robur,& tranſgreſſi ſunt ſermonem tuum,gehennæ trades.

20 Vade לך Veni. Poſt te: בעדך poſt te.ingreſſum ſcilicet in cubiculum tuũ.Quidam vertunt,ante te.Alii,pro te. Ad momentum רגע paulatim.ad breuiſſimum tempus. Ira. זעם: indignatio.id eſt donec deferbuerit ira tyrannorum.

21 Et reuelabit וגלתה & diſcooperiet. Interfectos ſuos. על־הרוגיה: id eſt,occiſos quos continet intra ſe, quorum ſcilicet ſanguis innocens effuſus eſt in ea à tyrannis.

Gens add.a
κυρίου.

Cap. XXVII.

IN die illa viſitabit Iehouáh in gladio ſuo duro,& magno,& forti ſuper Leuiathán ſerpẽtem,″tranſeuntem *mare*, & ſuper Leuiathan ſerpentem″tortuoſum,occidétque cetum qui *eſt* in mari. 1

Regna omnia ſub aduẽtu Chriſti deſtructa à Romanis,&pax per totum orbẽ.

In die illa,Vinea″ruboris cantate ei. 2

Ego Iehouáh cuſtodio eam,per ſingula momenta″rigare faciam eam:ne fortè″viſitet eam *hoſtis*,nocte & die cuſtodiam eam. 3

″Ira non eſt mihi,″quis det mihi *ut contra* ſpinas *&* vepres in præliũ gradiar,ſuccendam eas pariter? 4

Aut″apprehendet fortitudinem meam,*ut* faciat pacem mecum, pacem *inquam* faciat″mecum? 5

″Veniunt *dies quibus* radices aget Iaɣacób, florebit & germinabit Iשſraאél,″implebúntque faciem orbis fructu. 6

An iuxta plagam″percutientis illum percuſſit eum? num ſecundum occiſionem″occiſorum eius occiſus eſt? 7

″In menſura, in plantatione eius iudicabis eam, ′remouebit *Deus* vento ſuo duro tempore *quo flat* Eurus. 8

Idcirco″hoc pacto remouebitur iniquitas Iaɣacób,″& iſte erit vniuerſus fructus,″vt remoueat peccatũ eius: quum poſuerit ipſe omnes lapides″altaris, ſicut lapides calcis″dirutos,″*&* non ſtent luci & idola. 9

′Ciuitas enim munita,′ſolitaria *erit*,′habitaculum,dimiſſum *erit*, & derelictum veluti deſertum:ibi paſcetur vitulus,ibíque accubabit,& conſumet′ramos eius. 10

′Quum aruerint ramuſculi eius,conterentur:mulieres venientes′ſuccendent eos: non enim populus′intelligentiarum eſt, ideo non miſerebitur eius qui fecit eum,″& qui formauit eum nõ miſerebitur eius. 11

Et erit,in die illa′excutiet *ſuos* Iehouáh ab alueo Fluminis vſque 12

Cap. XXVII.

IN die illa,viſitabit Dominꝰ in gladio ſuo duro,& grandi,& forti, ſuper Leuiathan ſerpentem vectem,& ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum,& occidet cetum qui in mari eſt.

In die illa,Vinea meri cantabit ei.

Ego Dominus qui ſeruo eam,repẽtè propinabo ei: ne fortè viſitetur cõtra eam,nocte & die ſeruo eam.

Indignatio non eſt mihi:quis dabit me ſpinam,& veprem in prælio:gradiar ſupra eam,ſuccendam eam pariter?

An potius tenebit fortitudinem meam,faciet pacem mihi,pacem faciet mihi? B

Qui egredientur impetu à Iacob, florebit & germinabit Iſrael , & implebunt faciem orbis ſemine.

Nunquid iuxta plagam percutiẽtis ſe percuſſit eum , aut ſicut occidit interfectos eius,ſic occiſus eſt?

In menſura contra menſuram quũ abiecta fuerit,iudicabit eam:meditata eſt in ſpiritu ſuo duro per diẽ æſtꝰ.

Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob:& iſte omnis fructꝰ vt auferatur peccatum eius:quum poſuerit omnes lapides altaris ſicut lapides cineris alliſos, non ſtabunt luci & delubra. C

Cuitas enim munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur & dimittetur. quaſi deſertum, ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, & conſumet ſummitates eius.

In ſiccitate meſſes illius conterentur: mulieres venientes, & docentes ea:nõ eſt enim populus ſapiens,propterea non miſerebitur eius qui fecit eũ:& qui formauit eũ,non parcet ei. D

Et erit, in die illa percutiet Dominus ab alueo Fluminis vſque ad tor-

IN CAPVT XXVII.

1 Tranſ. ברח penetratorem.i.tranſeuntem & penetrãtem mare ab extremo ad extremũ, vt exponit doctus inter Hebræos. Alii,fugacẽ.
Alii,oblongum inſtar vectis. Tortuoſum, עקלתון flexuoſum. Alii,cõtortum.i.tortuoſè ambulantem in mari,quòd non poſſit ſe extẽ-
dere ob ſuam & magnitudinem & longitudinem. 2 Ruboris חמר .i.vini rubri,ſiue ferens vinum rubrum .erat enim vinum rubrũ
olim commendatiſſimum. Quidam ordinem inuerſum eſſe dicunt,vertentes,in die illa cantate illi, Vinea ruboris.i.cantando vocate illam
vineam optimam quæ vinum optimum afferat. Alii vertunt,vineæ ruboris canite.atque ita redundat pronomen fœmineum לה.
3 Rigare fa.eã: אשקנה irrigabo illam. Viſitet eã יפקוד עליה recordetur illius.ſub.hoſtis. 4 Ira חמה Indignatio.eſt enim
Deus longanimis,tardus ad irã,& multus miſericordia. Quis det,&c. מי־יתנני וגו׳ Quis ponet me *tanquã* ſpinas & vepres(ſing.Heb.pro
plur.)in ipſo conflictu?ingrediar per illam,*&* incendam eam ſimul.i.Vtinã eſſem ſimilis ſpinis & vepribus quæ habent aculeos,&c. q.d.Ca-
reo quidem ira & indignatione:ſed ſi haberem aculeos, quum offenderent me, perderem eos. Alii eodem ſenſu, Quis dabit me veprem *&*
ſpinam in prælium?gradiar in eam, comburam eam ſimul. Vel vt alii, Quis me committat *cum* vepre *&* ſpina in prælium? gradiar per eam,
incendam penitus. 5 Apprehendet יחזק compellet. Mecum? לי mihi.pro mecum. 6 Veniunt *dies quibus* הבאים In
poſterum.Poſthac.Ad verbum,Venturis.ſub.diebus. Impleb.fa.&c. ומלאו פני וגו׳ replebũtúrque ſuperficies orbis germine.Chaldæus
paraph.filiis filiorum.Doctus inter Hebræos ſubaudit כ ſimilitudinis,& vertit,replebúntque ſuperficies orbis *ſicut* germen.aut,fructus.
7 Percut.il. מכהו ſub.Iſraelem.dicit Deũ non percuſſiſſe populũ ſuum,quemadmodũ homines(Sennacherib nẽpe & Pharao)percuſſe-
rant ipſum. Occiſorum e. הרוגיו .i.eorũ qui occiſi ſunt ab ipſo Deo in gratiã eius,populi ſui ſcilicet. 8 In menſ.&c. בסאסאה
וגו׳ In modo in emiſſione eius cõtendes cum illa.i.ſeruato modo punies populum tuũ in hortis,pomariis,agríſque eius frugiferis, (id intel
ligit per emiſſiones,ſiue plantationes)immittendo robiginem,ſiccitatem,locuſtas,bruchos,& huiuſmodi, quibus fruges,fructúſque conſu
mes. Remouebit הגה Præt.Heb. pro fut.& perſonæ mutatio, pro tolles, ſiue decuties ô Deus, fructus vento tuo moleſto & violen-
lento,tempore quo flabit ventus Orientalis maximè noxius fructibus ipſis ac frugibus. 9 Hoc pa.remob. בזאת יכפר Ad verbũ,in
hoc[vel,ad hoc]remittetur.i.hac ratione,ſiue hoc modo expiabitur,aut condonabitur,&c. Et iſte וזה & iſtud.i.hunc fructum reporta-
bit Iſrael, nempe veniam peccatorum, ſi conuerterit ſe à ſua idololatria. Vt remo.pec. הסר חטאתו Infinitiuus eſt,remouere. Quidam
vertunt,quòd Deus auferet peccatum eius,quũ,&c. Alii volunt eſſe verbale,vertentes,ablatio peccati ſui. Altaris, מזבח Singul.pro plur.
altariũ.extructorũ ſcilicet in honorẽ idolorum. Dirutos, מנופצות diſſipatos.in fruſta & in varias partes diſiectos. *Et* nõ ſtent,&c.
לא־יקומו וגו׳ *ut* nõ reſurgãt luci & imagines. Alii,*&* nõ conſiſtãt[.i.inſtaurẽtur]luci,neq; ſimulachra ſolaria.i.in honorẽ Solis facta.hoc eſt,
ſi penitꝰ euerterint omnes aras & omnia ſimulachra,& poſtea nõ extruxerint illa. חמנים ſignificat ſimulachra lignea,præcipuè ſic appellata
(vt ait doctus inter Hebræos)quòd cultores החמה.i.Solis illa facerent. 10 Ciuitas enim כי עיר Alioqui ciuitas. Alii,Ciuitas tamen.
Solitaria בדד Ad verbũ,in ſolitudine.id eſt deſtruetur,& ita carebit ouibus.ſub.niſi reſipiſcat. Habitacu. נוה id eſt regia,vel tẽplũ.
Ramos e.: סעפיה virgulta[ſurculos.palmites]eius. 11 Quũ arue.&c. ביבוש קצירה תשברנה Macor,ſiue infinit. Heb.& ſing.iun
ctum plurali verbo, Quũ exaruerint palmites eius[Synagogæ:fœm.pron.]ſua ſponte frãgentur. Quidã per præſens vertunt,Dum areſcunt
palmites eius,franguntur.Redit ad vineam:aridi(inquit) palmites franguntur de arbore & vite, & proiiciuntur in ignem. Alii,dum areſcet
meſſis,frangent eam.vel,ſecabunt. Succendent eos: מאירות אותה Particip.præſ.Heb.pro fut.à Verbo אור.Quidam ab ארה quod ſigni-
ficat collegit,deducentes,vertunt,Colligunt eam.ſub.Synagogam.pro colligẽt eos ramuſculos,qui Synagogam ſignificabant. Intelli-
gentiarum בינות Hebraiſmus,pro Intelligens & prudens. Et qui formauit eum ויוצרו & formator[vel,fictor]eius.
12 Excutiet יחבוט Id eſt ſeliget ſuos ab aliis,more agricolæ excutientis triticum à palea. Quidam,faciet trituram.

rentem AEgypti,¦& vos congregabimini vnus & vnus filii Iſrael.

13 Et erit, in die illa clangetur in tuba magna, & veniẽt qui perditi fuerant de terra Aſſyriorum, & qui eiecti erãt de terra AEgypti, & adorabũt Dominum in monte ſancto In Ieruſalem.

Cap. XXVIII.

1 VAE coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephráim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erãt in ceruice vallis pinguiſſimæ, errantes à vino.

2 Ecce validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis: turbo cõfringens, ſicut impetus aquarum multarum inundantium, & emiſſarũ ſuper terram ſpatioſam.

3 Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephráim:

4 Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguiũ, quaſi temporaneũ ante maturitatem autumni: quod quũ aſpexerit videns, ſtatim vt manu tenuerit, deuorabit illud.

B

5 In die illa erit Dominus exercituũ corona gloriæ & ſertum exultationis reſiduo populi ſui.

6 Et Spiritus iudicii ſedenti ſuper iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

7 Verum hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt: ſacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntẽ, ignorauerunt iudicium.

8 Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, ita vt non eſſet vltrà locus.

9 Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditũ? ablactatos à lacte, auulſos ab huberibus?

10 Quia manda remanda, manda remãda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi.

1.Cor.14.d.21.

11 ¶In loquela enim labii, & lingua al

---

ad torrẽtem AEgypti: & vos colligemini ″ſigillatim filii Iשſraאél.

13 Et erit, in die illa clangetur tuba magna, & venient qui perierãt in terra Aשſſur, & expulſi fuerant in terrã AEgypti, ″& incuruabũt ſe Iehouæ in monte ″ſanctitatis Ieruשſaláim. Cap. XXVIII.

Prædicatio Euãgelii. Fides Gentium.

1 VAE ″coronæ ſuperbiæ, *&* ″ebriis אEphráim, ″& flori decidenti, gloriæ decoris eius, ″quæ *eſt* ſuper verticẽ vallis pinguium, *qui ſunt* concuſſi vino.

Inuehitur Eſaias in Iſraelitas, qui vino & deliciis & luxuriis vacabant.

2 Ecce ″*dies* validus & fortis ″Domino, tanquam tempeſtas grandinis, *&* ″turbo exciſionis velut tempeſtas aquarum ″multarum inundantium, *quæ* deiicit in terram ″in fortitudine.

3 Pedibus conculcabuntur corona ſuperbiæ, ″*&* ebrii אEphráim:

4 Erítque ″flos decidens gloria decoris eius, quæ *eſt* ſuper verticem vallis pinguiũ, ſicut præcox ficus *quæ uenit* ante fructus æſtatis: quã quũ viderit ″videns, dũ adhuc fuerit in manu eius, ″deglutiet eam.

5 In die illa erit Iehouáh exercituum corona gloriæ ″& cidaris gloriæ reſiduo populi ſui.

6 Et erit Spiritus iudicii ſedenti ſuper thronum iudicii, & fortitudo ″vertentibus prælium vſque ad portam.

7 Et iſti quoque propter vinum errauerunt, ″& propter שechár errauerunt: ſacerdos & propheta errauerunt propter שSechár, abſorpti ſunt præ vino, errauerunt propter שSechár, errauerunt in viſione, impegerunt in iudicio.

In ſacerdotes & prophetas verbi Dei contemptores.

8 Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu *&* ″ſorde, ″ita vt non ſit locus *abſque ſorde*.

9 Quem docebit *ultrà Propheta* ſcientiam, & quem intelligere faciet ″quod audiuit? *ſunt ut pueri* ablactati à lacte, ″auulſi ab huberibus.

10 Nam *ut pueris, datur eis* ″præceptum poſt præceptum, præceptũ poſt præceptũ: ″linea poſt lineã, linea poſt lineã: ″parũ ibi, parum ibi.

In Iudæos Prophetarũ ſubſannatores.

11 ″Quia balbutientibus labiis & lingua altera loquetur *propheta* ad

Euangelii prædicatio.

Sigillatim, לאחד אחד Ad verbum, per vnum vnius. ſub. loci. i. per ſingulos ſingulorum, ſub. locorum. Vnde quidam, ſinguli è ſingulis *locis*. Alii, vnus ad vnum. 13 Et incuruabunt ſe Iehouæ והשתחוו ליהוה & adorabunt Iehouam.

IN CAPVT XXVIII.

1 Coronæ ſuperb. עטרת גאות Hebraiſmus, pro Regibus ſuperbis, vel regno ſuperbo, regno Iſraelitico, quod vocat Ephraim. Inuehitur in mores hominum ſui temporis qui erant mollitiei & ebrietati dediti. Ebriis שכורי temulentorum. Et flori, &c. וציץ וגו׳ Quidam conuerſo ordine ſic vertunt, pauculis ſubauditis, Cuius gloria decoris *eſt uelut* flos deciduus. Gloriam decoris vocat gloriam inclytã & decoram. ſuperbiebant enim propter opes, quas ceu fluxas comparat flori deciduo. Alii, Cuius eximia gloria *eſt ueluti* flos marceſcens. Alii, Quia decor gloriæ eius erit flos deciduus. Alii, præcedẽtibus coniungentes, vertunt, & deciduo flori decoris gloriæ eius. Quæ *eſt*, &c. אשר על־ראש וגו׳ quæ *eſt* ſuper caput vallis pinguiũ oppreſſorũ à vino. ſiue, *& qui* oppreſſi ſunt vino. Alii, ſuper quorum capita *eſt uelut* vallis vnguentorum, *& ſunt* percuſſi vino. Valles vocantur amnes, quòd ſoleant abundare amnibus & fluminibus. q. d. qui in conuiuiis ſuis perfunduntur multo vnguento & vino. aut, in quorum capita deſcendit vt amnis vnguentorum copia, & inebriari ſolent. Quidam dicunt, Prophetam vocare eos vallem pinguedinũ, quòd madentes vnguentis, iugiter vino oppreſſi, in terra iacerent, vomentes, & omnia loca ſuis immunditiis inquinantes. 2 *Dies* Alii ſubaudiunt, exercitus. Domino, לאדוני Hebraiſmus, pro Quem miſſurus eſt Dominus.

Turbo exc. שער קטב Hebraiſmus, pro excidens. Alii, tempeſtas proterens. aut, ſubuertens. Multarum, כבירים fortium. validarum. vehementium. In fortit. ביד׃ Ad verbum, in manu. i. in fortitudine, fortiter, ſiue fortiſſimè & validiſſimé. 3 *Et* ebrii שכורי temulentorum. vel, ebriorum. Vide verſu 1. 4 Flos decidens, &c. ציצת נובל וגו׳ flos deciduus, gloria decoris eius, ſuper quorũ capita *eſt uelut* vallis pinguium. Alii, flos deciduus, decor gloriæ eius qui *eſt* ſuper caput vallis pinguiũ. Alii, flos pulchritudinis *&* decoris eius, qui *eſt* in capite vallis pinguedinum. Vide eadem verba & verſu primo. Videns, הרואה i. quiſpiam. Hebraiſmus. Deglutiet e. יבלענה׃ deuorabit illam. vel, abſumet. Alii, quum adhuc fuerit in ramo. i. ſtatim à ramo, ſiue quumprimum decerpſerit illam, deuorat. q. d. ſtatim legetur, & ſtatim abſumetur. Ita venient qui citò diripiant opes ac diuitias Iſraelitarum. 5 Et cidaris ולצפירת & diadema. Reſiduum populi vocat duas reliquas tribus. 6 Vertentibus מְשיבי propulſantibus. id eſt dabit virtutem ac robur his qui vertent in fugam hoſtes ſuos, fugabúntque eos vſque ad portas vrbium ad quas illi fugient. ſiue, in quas ſe recipere conabuntur.

7 Et prop. שſechar, &c. ובשכר תעו & à temeto [vel, mero] hallucinati ſunt. Alii, & præ ſechar perplexi ſũt. 8 Sorde, צואה ſtercore. Ita vt, &c. בלי מקום׃ Ad verbum, in non loco. vel, abſque loco. 9 Quod aud. שמועה Ad verbum, auditum? ſub. à Deo per Spiritum. Quidam exponunt, verbum propheticũ. Sic infrà cap. 53. a. 1, Quis credidit auditui noſtro? Auulſi עתיקי amoti. abſtracti. Quidã vertunt per accuſatiuũ, Ablactatos à lacte, amotos ab hub. 10 Præc. poſt præc. &c. צו לצו וגו׳ præceptũ ad præceptũ, &c. q. d. adeò rudes & tardi, ac ſtupidi ſunt, vt ſint docẽdi ſicut pueri paulatim & ſenſim: multa illis ſimul tradenda nõ ſunt. Alii per imperatiuũ vertunt, Nam præcipe ad præceptũ, præcipe ad præceptum. vt voces Iudæorum imitetur qui ſannis & cum contẽptu irriſionéve excipiebãt verbũ Dei per Prophetas miſſum. Alii, Manda ad manda, &c. Linea poſt li. &c. קו לקו וגו׳ Metaphora ducta ab iis qui murũ conſtruunt. q. d. pedetentim docendi ſunt. Alii, ædificium ad [vel, poſt] ædificiũ, &c. quia præceptum & ſtatutum eſt velut ædificiũ: ædificium autẽ fit extenſione lineæ cum regula & perpẽdiculo. Alii, inſtructio ad inſtructionem, inſtructio ad inſtructionem. Alii per imperatiuum, vt dictum eſt, Expecta ad expectationem, expecta ad expectationẽ. vel, expecta ad expecta, expecta ad expecta. Parum ibi, &c. זעיר שם זעיר שם׃ q. d. paululum nunc ex vno libro, cras iterum paululum ex altero libro: portio exigua ex vna parte libri tradenda eſt, & portio exigua ex alia parte libri, pro ratione obſcuritatis locorum. 11 Quia balb. lab. כי בלעגי שפה Ad verbum, Certè cum blæſitatibus labii. acſi dicat, Similes inquã erunt pueris rudibus: nam verus Propheta qui eos docebit, videbitur illis loqui lingua balbutiente & peregrina, ignotáve: adeò alienus erit à ſacris ipſe populus propter ebrioſitatem Prophetarum & Sacerdotum ſuorum.

populum iſtum.

12 ″Ad quos dixit *Propheta*,Hæc requies eſt,′requiẽ præſtate laſſo,″& hæc requies:& noluerunt audire.

Perditio illuſorum verbi Dei.

13 Et erit eis verbũ Iehouæ,″præceptũ poſt præceptũ,præceptum poſt præceptũ:linea poſt lineã,linea poſt lineã:parũ ibi,parũ ibi: ″vt vadãt,& corruãt retrorſũ,&cõterãtur,& illaqueẽtur,& capiãtur.

14 Propter hoc audite verbum Iehouæ, viri illuſores,dominatores populi huius qui eſt in Ieruẇſaláim.

Impiorum ſecuritas.

15 Dixiſtis enim, ′Percuſſimus fœdus cum morte , & cum ſepulchro fecimus″pactum:flagellum″inundans quum tranſierit, nõ eueniet nobis:′quia poſuimus mendacium″ſpem noſtrã,& in mẽdacio″occultati erimus.

16 Propterea inquam, ſic dixit Dominus Iehouáh,Ecce ego ′fundo in ẋSiión lapidem,lapidem munitionis,anguli pretioſi,fundamenti fundati:qui credit,′ne feſtinet.

Chriſtus credentibus ſalus.

17 Et ponam iudicium ad lineam,& iuſtitiã′ad trutinam,″& verret grando″ſpem mendacii,″& occultationem aquæ inundabunt.

18 ″Et remouebitur fœd⁹ veſtrũ cũ morte,″& viſio veſtra cũ ſepulchro″nõ ſtabit:flagello inũdãti quũ trãſierit,″eritis in cõculcationẽ.

Afflictio non recipiẽtibus Chriſtum.

19 Ex quo tempore tranſire cœperit,ipſe tollet vos:quoniam″ſingulis diebus trãſibit diu & noctu,″& erit tantum pauor intelligere famam *eorum quæ nobis contigerunt*.

20 ′Breuius enim erit ſtratũ quàm vt poſſint ſe extẽdere *in eo*:″& operimentum erit anguſtius, quàm vt ſeipſos poſſint colligere *ſub eo*.

21 Sicut enim in monte Peraẋſim,cõſurget Iehouáh,ſicut in valle *quæ eſt* inGibyón iraſcetur,vt faciat opus ſuum,′extraneum opus ſuũ:& vt operetur operationẽ ſuam,extraneam operationem ſuã.

22 Nunc igitur″ne illudatis,ne″inualeſcãt vincula veſtra:quia conſumptionem ″ & *quidem* deciſam audiui à Domino Iehouáh exer-

Exhortatio ad pœnitentiam. Saluandi pauci.

tera loquetur ad populum iſtum:

12 Cui dixit,Hæc eſt requies mea,reficite laſſum , & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.

13 Et erit eis verbum Domini, Mãda remanda,manda remãda:expecta reexpecta,expecta reexpecta:modicum ibi,modicum ibi:vt vadant,& cadant retrorſum,& cõterãtur, & illaqueentur,& capiantur. D

14 Propter hoc audite verbum Domini,viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meũ qui eſt in Ieruſalẽ.

15 Dixiſtis enim , Percuſſimus fœdus cum morte , & cum inferno fecimus pactum:flagellum inundãs quum trãſierit,non veniet ſuper nos: quia poſuimus mendacium ſpem noſtram,& mendacio protecti ſumus.

16 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, ‖Ecce,ego mittam in fundamẽtis Siõ lapidem,lapidem probatum,angularem,pretioſum, in fundamento fundatum:‖qui crediderit,non feſtinet.

Pſal.117,c.22
matth.21.d.42
act.4.b.11
1.petr.2.a.6
Rom.10.b.11

17 Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in mẽſura:& ſubuertet grãdo ſpem mendacii , & protectionem aquæ inundabunt. B

18 Et delebitur fœd⁹ veſtrum cũ morte,& pactum veſtrũ cum inferno non ſtabit,flagellum inundãs quum tranſierit,eritis in conculcationem.

19 Quandocunque pertrãſierit, tollet vos:quoniam mane diluculo pertranſibit in die & in nocte,& tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui.

20 Coãguſtatum eſt enim ſtratum,ita vt alter decidat:& palliũ breue vtrũque operire non poteſt.

21 ‖Sicut enim in Monte diuiſionum ſtabit Domin⁹:ſicut in ‖valle quæ eſt inGabaõ iraſcetur:vt faciat opus ſuũ, alienum opus eius:vt operetur opus ſuum,peregrinum opus eius ab eo. F

2.Reg.5.c.20
1.par.14.c.11
Ioſue 10.c.12

22 Et nunc nolite illudere,ne fortè cõſtringantur vincula veſtra:conſũmationẽ enim & abbreuiationẽ audiui à

12 Ad quos di.אשר אמר Ad verbũ,Qui dixit ad eos.vel per præt.pluſquam perfec .dixerat,nẽpe Propheta verus ſacerdotibus & prophe
tis illis falſis. Alii,Quoniã dixit ad eos.vt ſit ratio quare Propheta Dei futurus eſſet tanquã balbus populo.Quidã vertũt,Si dixerit quiſpiã
ad eos,En hæc eſt quies qua poteſtis refocillare laſſum,& hoc eſt refrigeriũ,&c. Requiem præ.laſ. הניחו לעיף q.d.vos ſacerdotes & pſeu
doprophetæ ſinite in pace,& date requiem populo huic feſſo & fatigato,iam multa perpeſſo propter ignorantiã Dei & peccata ſua,quòd mẽ
daciis veſtris crediderit:deſinite fallere ipſum. Et hæc eſt req. וזאת המרגעה & iſtud eſt refrigeriũ.ſub.verum.q.d.ſi verã doctrinã do
cueritis,requiem conſequetur populus,& deſinet affligi:in mea doctrina inuenietis refrigerium:ſi feceritis quæ dico,requiem inuenietis.
13 Præceptum poſt præc. צו לצו Eadẽ verba quæ paulo antè, verſu 10. acſi dicat, propterea erit illis magna penuria verbi Dei & eorũ
quæ pertinent ad ſcientiã & cognitionem rerũ ſacrarum:verbũ Dei erit illis rarum,docebuntur pauca præcepta accepta modò in vno loco,
modò in alio:nõ docebunt libros ſacros integros,ſed proponent tantũmodo fragmenta quædam. Vt vadant,& corr. למען ילכו וכשלו
propterea ibunt,& corruent,&c.i.vt cũ volent procedere,retrocedant. 15 Percuſſ.&c. כרתנו וגו׳ Hebraiſmus eſt,pro Nõ moriemur.
q.d.non terrent nos minæ tuæ:neque enim veniet ſuper nos mors aut interitus quẽ venturũ prædicis. Pactum: חוזה Ad verbũ,viſio-
nem.i.venimus in colloquium pacis cauſa,collocuti ſumus cum illo ne nos abſorbeat. Inundãs שוטף .i.cum magno impetu veniẽs.
Quia poſ. כי שמנו Hoc dicũt ironicè,Nã poſuimus ſpem noſtram non in re mendaci aut fallaci,ſed in diis qui nos eripient de manu ho
ſtium.vel, mendaciũ.i.quod putas,ô Propheta,eſſe mendacium,rem inanem & fallacem. Doctus quidã inter Hebræos vertit,quanuis po-
ſuerimus. Spem n. מחסנו refugium noſtrũ. Occultati erimus. נסתרנו: Fut.pro præt.abdidimus nos.ſalutis ſcilicet cauſa.
16 Fundo,&c. יסד בציון וגו׳ Ad verbum, fundator in Sion lapidis, lapidis munitionis , anguli pretioſitatis , fundamenti fundati. יסד
Toar eſt,ſiue verbale,vice Benoni,ſiue participii præſentis. Quidam hæc vertunt,Fundaturus ſum in Sion lapidem,lapidem *inquam* muni-
tum,angulum pretioſum,fundamentum fundatum.i.ſolidum,firmum,& ſtabile. Angulum pretioſum vocat lapidẽ poſitum in angulo ædi
ficii elegantiſſimo. Alii,Pono pro fundamento in Sion lapidẽ probatum,angulũ pretioſum,fundamentum ſolidum. Ne feſtinet. לא
יחיש: ſub.vt videat hoc.i.ne exiſtimet eam eſſe adimplendã breui & ante multos annos. 17 Ad trut. למשקלת ad perpendiculum.
Alii,ad regulam.i.diſponam,ſiue dirigam iudicium in iuſtitia & rectitudine.q.d.eo tempore vigebit iudiciũ & iuſtitia. Et verret ויעה
.i.& more ſcoparũ eiiciet,ſiue quaſi ſcopa amouebit fiduciam vanam. Spem mend. מחסה כזב fiduciam mendacẽ.hoc eſt idola & alia
in quibus ſpem collocabunt homines. Et occult. וסתר & latibulum.ſub.fallax. Alludit ad id quod dixerat prius verſu 15.ſignificat ſpẽ
fallacem qua ſe protegent. Quidã vertunt,Et latibulum,aquæ inundantes obruent. 18 Et remoueb. וכופר Et auferetur. Alii,Et abo-
lebitur. Alii,Et diluetur. Et viſio ve. וחזותכם .i.pactũ veſtrũ. Vide ſuprà verſu 15. Non ſtabit: לא תקום nõ conſurget.vel,cõſiſtet.
aut,non erit firmum. Eritis והייתם לו Ad verbũ,& eritis ei. Quidã conuertunt,flagellum inundans quũ tranſierit,tunc eritis ei in con
culcationem. 19 Singul.dieb. בבוקר בבוקר Ad verbũ,in mane,in mane. Et erit,&c. והיה וגו׳ Hebraiſmus,pro fama eorũ quæ
vobis accident,incutiet metũ audientibus. Alii vertunt,Et fiet vt duntaxat vexatio faciat intelligere auſcultationẽ.vel,Et erit vt terror[aut
cõmotio]duntaxat intelligere faciat auditum.ſiue,& erit,tantũmodo terror faciet vt intelligãt auditum. 20 Breuius,&c. כי קצר וגו׳
Ad verbũ, Anguſtum enim eſt ſtratum,ne ſuperfluat.vel,vt non ſuperſit.ſub.in quo ſe extendant. Quidã, Quoniam contractus erit lectus
vt nõ ſufficiat. Obſidionem Ieruſalem lecto nimium ſtricto cõparat. Stratũ,vrbs eſt plena populo.q.d. Cinget vos Romanus exercitus ob-
ſidione,& ita conſtringet vt vrbs vix poſſit capere multitudinẽ. Et oper.&c. והמסכה וגו׳ Ad verbum,& anguſta erit ſtragula in colli-
gendo.ſub.ſe,vel mẽbra ſua.i.arctior erit quàm vt qui ſub illo iacebit, eo tegere poſſit membra ſua. 21 Extraneum op.ſ. זר מעשהו
alienum opus eius.i.inſolitum & inſuetum. 22 Ne illudatis אל תתלוצצו ne ſitis illuſores.nolite eſſe irriſores.i.ne irrideatis prophe
tiam iſtam. Inualeſcant יחזקו Ad verbum,fortificentur. ſiue,validiora fiant.i.ne conſtringamini arctioribus vinculis.hoc eſt,ne ſeue-
rius animaduertat in vos Dominus. Pro vinculis, quidam vertunt caſtigationes. Et *quidem* de. ונחרצה & *eam quidẽ* definitam.vel,con-
ſummatam. q.d. Reuelauit mihi Dominus certò euenturam deſtructionem vniuerſæ terræ Iſrael. Verti etiam poteſt, Quia completum &
definitum[ſiue determinatum]audiui.

Domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terram.

Auribus percipite & audite vocem meam: attendite, & audite eloquium meum.

Nunquid totadie arabit arans vt ſerat, proſcindet & ſarriet humũ ſuam?

Nónne quum adæquauerit faciem eius, ſeret gith, & cyminum ſparget, & ponet triticum per ordinẽ, & hordeum & milium, & viciam in finibus ſuis?

G Et erudiet illũ in iudicio, Deus ſuus docebit illum.

Non enĩ in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit: ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.

Panis autem comminuetur, verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eũ rota plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eũ.

Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam.

Cap. XXIX.

VAE Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid: additus eſt annus ad annũ, ſolẽnitates euolutæ ſũt.

Et circumuallabo Ariel, & erit triſtis & mœrẽs, & erit mihi qua Ariel.

Et circũdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerẽ, & munimẽta ponã in obſidionẽ tuã.

Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquiũ tuũ, & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit.

B Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te: & ſicut fauilla pertranſiẽs multitudo eorũ qui cõtra te præualuerũt, eritq; repẽte cõfeſtim.

A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flamma ignis deuorantis.

cituum ſuper vniuerſam terram.

23 Auribus percipite, & audite vocem meam: attendite, & audite eloquium meum.

24 Nunquid tota die ″arabit arans, vt ſerat? ″proſcindet, & contũdet glebas terræ ſuæ?

25 Nónne quum adæquauerit faciem eius, ″tũc diſperget nigellã, & cyminum ſparget, ponétque triticum ″menſuratum, & hordeũ ″ſignatum, atque ſpeltam ″*in* termino ſuo?

26 ″Erudit enim *ſatorem* illum ″ad iudicium, Deus ſuus ″docet eum.

27 Non enim tribula trituratur nigella, nec rota plauſtri ſuper cyminũ ″circũducitur, ſed virga excutitur nigella, & cyminũ baculo.

28 ″Panis ″comminuetur, ſed nõ in perpetuum triturando triturabit illum, ″nec conteret rota ″plauſtri eius, ″& dentibus illius non comminuet eum.

29 Etiam hoc à Iehouáh exercituum egreſſum eſt, *qui* ″mirificauit conſilium, magnificauit ſapientiam.

Cap. XXIX.

1 V″AE Ariél, Ariél ″ciuitas *in qua* manſit Dauid: ″addite annum ſuper annum, ″agni deficient.

2 ″Et coãguſtabo Ariél, erítque *in urbe* ″planctus & luctus: & erit mihi ″tanquam Ariél.

3 Et caſtrametabor *in circuitu tuo* inſtar pilæ *rotundæ* cõtra te, & obſidebo te turri lignea, & erigam contra te munitiones.

4 Et humiliaberis, *& quaſi* ″de terra loquêris, & *uelut* è puluere ″humile erit eloquium tuum: erítque vt pythonis, *quaſi* de terra vox tua, & *acſi exiret* de puluere eloquium tuum ″garriet.

5 Erítq; velut puluis tenuis multitudo ″diſpergentium te, ″& ſicut gluma tranſiens multitudo ″fortium: erítque repentè *ac* ſubitó.

6 A Iehouáh exercituum ″viſitabitur in tonitru, ″& in cõcuſſione, ″& voce magna: turbine, & tempeſtate, & flamma ignis ″conſumente *eam*.

De priori afflictione interquos alii magis. alii min⁹ affligũtur.

Deſtructio Ieruſalem.

24 Arabit a. יחרוש החורש Fut. Heb pro præſ. arat arator. ſiue arare ſolet. Hac parabola ſignificat Deum non ſemper exerere manum ſuam, nec vlciſci aſſiduè hominum flagitia. Nunquid omnibus diebus, ſiue ſemper arare ſolet agricola, vt iaciat ſementem? q. d. non.

Proſcindet, &c. יפתח וגו' Fut. Heb. pro præſ. Quidam vertunt, aperit & confringit glebas agri ſui. Alii. ſoluit *enim boues ſuos* & comminuit glebas terræ ſuæ. 25 Tunc diſp. nig. והפיץ קצח Fut. Heb. pro præſ. & ו pro tunc poſitum. tunc ſerit, ſiue ſeminat nigellam Romanam, ſiue gith. genus leguminis optimi & commendati à ſuaui odore & nigredine. Menſur. שורה in menſura. Quidam, ordine. ſiue, ſerie ſua. Alii, optimum & laudatiſſimum. quaſi principe dignum, aut principem locum obtinens in ſuo genere. Alii, in optima terra.

Signatum, נסמן deſignatum. inſigne. i. optimum. In term. ſ. גבולתו: i. in terra ſpeltæ ſiue zeæ ſuſcipiendæ apta: alioqui perderet operam. q. d. ſingula ſemina ſeminat in terra propria. 26 Erudit e. illum ויסרו Ad verbum, Et erudiet eum. ſub. Deus. Fut. Heb. pro præſ. & ו pro enim. Ad iud. למשפט rectitudinem. Alii, debitè. aptè. ſiue debito more. i. vt omnia aptiſſimè faciat. q. d. hanc ſcientiam ſerẽdi ſingula ſuis locis, habet à Deo. Docet e. יורנו: Fut. Heb. pro præſ. ſub. agriculturam illam. 27 Circund. יוסב Fut. Heb. pro præſ. agitatur. voluitur. agitur in orbem. ad grana eius excutienda ſcilicet. 28 Panis לחם . i. grana vnde fieri ſolet panis, nempe grana tritici, hordei, & zeæ, triturari ſiue excuti ſolent maiore vi & alia ratione. Comminu &c. יודק כי לא וגו' Fut. Heb. pro præſ. comminuitur, quanquam non perpetuò triturando triturabit [ſub. agricola, vel tribula, aut rota] illum. ſcilicet panem. Alii, *Sed ſemen dans* panem trituratur, quanuis non in perpetuum *rota* triturando trituret ipſum. Alii, Triticũ licet trituretur, non in perpetuũ triturat ipſum. Nec conteret והמם גלגל nec contundet. ſub. grana illa. q. d. ſeruatur modus in tritico triturando. Plauſtri eius, עגלתו ſub. agricolæ. Et dent. il. ופרשיו ſub. trahæ, ſiue tribulæ. 29 Mirific. &c. הפליא עצה הגדיל תושיה: Præt. Heb. pro præſ. qui mirificat conſilium, magnificat ſapientiam. vel opus. Hebraiſmus quem quidam ſic reddunt, qui mirificus eſt conſilio, & magnificus opere. Alii, qui miro agit cõſilio, & magnifico inſtituto.

IN CAPVT XXIX.

1 Væ Ariel הוי אריאל O Ariel. הוי enim particula eſt dolentis, ſiue deplorantis miſeriam, ſortem & caſum altaris quod dicatum fuerat in honorem Domini: per quod ſignificabatur templum quod (vt aiũt Hebræi) Ariel ideo vocabatur quòd eſſet extructum in ſimilitudinem leonis, nempe anguſtum retro, & latum anté. Altare verò & templum, pro vrbe Ieroſolymorum poſuit, cuius excidium prædicit, in qua altare ædificatũ erat & templũ. Ciui. *in qua* manſit D. קרית חנה דוד ciuitatis *in qua* manſit Dauid. Chaldæus paraphr. Væ altari, altari quod ædificatũ eſt in ciuitate in qua habitauit Dauid. Verti poteſt, *contra quam* caſtrametatus eſt Dauid. Addite, &c. ספו שנה על־שנה Hebraiſmus, pro, poſt non multos annos. vel, elapſis non pauculis annis. Agni deficient. חגים ינקפו: victimæ excidentur. i, ceſſabunt. tandem deſinẽt ſacrificare & immolare hoſtias ſuper te. Alii vertũt, *quibus* iugulentur agni. q. d. tametſi ſacrificia aſſiduè faciatis, nihilo minus vindictã ſuam exequetur Dominus. Alii eodem ſenſu, agni iugulentur. 2 Et coanguſt. והציקותי Et in anguſtiã redigã. Qui verterunt præcedẽti verſu, iugulentur agni: hîc ו pro nihilominus accipiũt, vertentes, Nihilominus coarctabo. i. obſidione arcta cingã Ieruſalem: opera ſcilicet Aſſyriorum. Præteritum eſt autẽ pro fut. Plan. & lu. תאניה ואניה mœror & triſtitia. Tanq. Ariel. כאריאל: i. inſtar altaris. q. d. vt quum ſacrificium fit, plurima cadauera iacent circũ altare: ita in circuitu Ieruſalẽ, ſiue in vrbibus quæ circum illam ſunt, erunt multa cadauera. 4 De terra loq. מארץ תדברי. i. videberis quaſi ſermo tuus prodeat è terra: hoc eſt, ſummiſſus erit. Humile erit תשח demiſſum erit. Alii. exibit. vel, egredietur. Garriet תצפצף: muſſitabit. 5 Diſperg. te, זריך Ad verbum, peregrinorum tuorum. ſiue extraneorum tuorum. i. hoſtiũ obſidentium te. Et ſicut gluma וכמוץ & quaſi ſtipula. vel minutiſſima palea quæ à vento facilè raptatur & euaneſcit. Fortium: עריצים tyrannorum. robuſtorum. 6 Viſitabitur תפקד Quidam in ſecunda perſona vertunt, neſcio qua ratione. Et in concuſſ. וברעש & commotione. ſub. terræ. Alii, tumultu. Alii, terræmotu.

Et voce magna: וקול גדול ſtrepitúque magno. Conſumente אוכלה: deuorantis. abſumentis.

Erítque ſicut ſomniũ viſionis nocturnæ multitudo omniũ gentiũ quæ dimicabũt contra Ariél, ′& omnes militãtes contra eã,& munitiones extruentes contra eam,& anguſtiis afficientes ipſam. 7

Et erit, ſicut qui″ſomniat eſuriens,& ecce comedit : quúmque expergiſcitur, vacua *eſt* anima eius: & vt ſomniat ſitiẽs, & ecce bibit, expergiſcitur verò,& ecce *eſt* ″laſſus , & anima eius appetit: ſic erit multitudo omnium gentium″quæ dimicabunt contra montem ɤSiión. 8

Excæcatio Iudæorum, nequid intelligerent eorum quæ prædicebãt Prophetæ.

″Tardate,&admiramini: excæcati ſunt *prophetæ*,&*uos* excæcauerũt: inebriati ſunt,& non vino:′nutauerunt,& non ʊſichera. 9

Quoniã operuit vos Iehouáh″ſpiritu ſoporis,& clauſit oculos veſtros:prophetas & principes veſtros qui vident,operuit. 10

Erítq; vobis viſio omnium *uerorum Prophetarum*, ſicut verba″epiſtolæ obſignatæ, quam″dabunt ſcienti literas,dicendo, Lege′nunc iſtam:& dicet,Non poſſum,quia″obſignata eſt. 11

″Et dabitur epiſtola ei qui nouit literas,dicendo, Lege nũc iſtã: & dicet,Non noui literas. 12

Iudæi reiecti,doctrinas hominũ mãdato Dei præferentes.

Dixit itaque Dominus,Propterea quòd″appropinquauit populus iſte ore ſuo,& labiis ſuis′honorauerunt me:″cor autem eius elõgauit ſe à me:fuítque timor eorum *quo timuerunt* me, mandatum hominum″edoctum. 13

Propterea *inquam* ecce ego″addam vt mira faciam in populo iſto: mira *inquam* & miraculum : ″peribítque ſapientia ſapientium eius, ″& intelligentia intelligentium eius abſcondet ſeſe. 14

Væ″iis qui profundi ſunt vt à Iehouáh abſcondant cõſilium, ″& ſunt in tenebris opera eorum, & dixerunt, Quis videt nos? & quinam cognoſcunt nos? 15

In eos qui ſe peccatores non agnoſcunt.

″Subuerſio veſtra verè ſicut lutum figuli ″reputabitur. ″num dicet opus de factore ſuo, Non fecit me? & figmentum dicet de fictore ſuo, Non″intelligit? 16

Regnũ Euangelii a Iudæis ſuperbis ad Gẽtes cæcascõuerſum.

Nónne″adhuc paululum paululum,& conuertetur Lebanón in 17

7 Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium gẽtium, quæ dimicauerunt contra Ariel,& omnes qui militauerunt,& obſederſit, & præualuerunt aduerſus eam.

8 Et ſicut ſomniat eſuriens & comedit,quum autem fuerit expergefact⁹, vacua eſt anima eius : & ſicut ſõniat ſitiens & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus , laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt:ſic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. C

9 Obſtupeſcite & admiramini, fluctuate & vacillate:inebriamini,& nõ à vino:mouemini,& non ab ebrietate.

10 Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis , claudet oculos veſtros: prophetas & principes veſtros qui vident viſiones, operiet.

11 Et erit vobis viſio omniũ ſicut verba libri ſignati:quem quum dederint ſcienti literas,dicẽt,Lege iſtum: & reſpõdebit,Nõ poſſũ,ſignatus eſt enim. D

12 Et dabitur liber neſcienti literas, dicetúrque ei,Lege:& reſpondebit,Neſcio literas.

13 Et dixit Dominus,‖Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo,&labiis ſuis glorificat me,cor autem eius lõgè eſt à me, & timuerunt me mãdato hominum & doctrinis. Matth.15.a.8 marc.7.a.6

14 Ideo ecce ego addam vt admirationem faciã populo huic miraculo grãdi & ſtupendo: ‖peribit enim ſapiẽtia à ſapientibus ei⁹,& intellectus prudẽtium eius abſcondetur. E 1.Cor.1.e.19

15 ‖Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis cõſilium: quorum ſunt in tenebris opera, & dicũt, ‖Quis videt nos,& quis nouit nos? Abdiæ c.8 Eccli 23.c.25

16 Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet,& dicat opus factori ſuo,Non feciſti me: & figmentum dicat fictori ſuo,Non intelligis.

17 Nónne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel, F

7 Et omnes militantes,&c. וכל־צוכיה וגו׳ Verti poſſunt hæc in genitiuo,& omnium militantium,&c. Vel,& omnium oppugnantiũ illam,&c. 8 Sõniat,&c. יחלום הרעב והנה אוכל Futura Heb.pro præſent.Eſt autẽ Hebraiſmus,qui ſic cõuerſis verbis redditur,Qui eſurit,ſomniat ſe comedere.Sic paulo pòſt,Et vt ſomniat ſitiens,& ecce bibit:pro,Et vt qui ſitit,ſomniat ſe bibere. Laſſus,עיף .i.ſitiẽs: quia enim(vt ſcribit doctus inter Hebræos)laſſus ſitit aquam,per tranſlationem vocatur laſſus qui ſitit. Quæ dimic. הצובאים militãtium.i.quæ oppugnabunt. 9 Tardate התמהמהו ſub.in cogitatione veſtra.i.Diu ac multum cogitate quæ cauſa fuerit tantæ miſeriæ.Alii,Immoramini Inſiſtite. Nutauerunt, נעו vacillarunt.more ſcilicet ebrii. Alii,moti ſunt.vel,commoti.Alii,concuſſi ſunt. 10 Spiritu ſop. רוח תרדמה mente ſoporis.i.ſtupore & ſtupiditate. 11 Epiſt.obſig. הספר החתום libri obſignati.Sic & verſu ſequenti. Dabunt יתנו Fut.Heb.pro præſ.vt quidã vertunt.Alii,ſi tradant.vel,ſi offerat quis. Nunc iſtam: נא זה obſecro hanc. ſub.epiſtolã.Vel,hunc.ſub.librũ. Obſignata eſt. : חתום הוא obſignatus eſt.ſub.liber. 12 Et dabitur ונתן הספר Quòd ſi detur liber,&c.tum dicet,&c. 13 Appropinquauit,&c. נגש וגו׳ Præterita Heb.pro præſentibus,Appropinquat populus iſte ore ſuo.Varia eſt lectio Hebræis:nam etiam legitur נגס per ס & נגש per ש ſiniſtrum quod idem valet cum ס,nẽpe arctare, affligere, opprimere.vnde quidam vertunt, Quãdo affligitur populus iſte,ore ſuo & labiis ſuis me honorat.Prior lectio verior eſt:nam ita locum iſtum Chriſtus affert apud Matthæum,cap.15.a.8,Appropinquat mihi populus hic ore ſuo,& labiis me honorat,cor autem eorum longè eſt à me. Vbi præterita Hebraica conuerſa ſunt in præſentia. Cor autem,&c. ולבו רחק ממני cor autem ſuum longe facit à me.ſiue,elongauit.remouit.q.d.non colunt me ex animo. Edoctum. : מלומדה quod docetur.vel,aſſuefactum i.cui aſſueti ſunt homines.hoc eſt humanũ, & ab hominibus inſtitutum. 14 Addam,&c. יוסיף להפליא את־העם־הזה הפלא ופלא Ad verbum,addo vt mirificem cum populo iſto,mirabile & miraculum.vel,mirificare populum iſtum mirificatione & miraculo.i.reddere populum hunc valde mirandum ac mirabilem.q.d.efficiam vt omnes poſthac mirentur ſortem,calamitatem,& infœlicitatem huius populi. Geminatio illa,mirabile & miraculum, frequens Hebræis, pro re maximè miranda & ſtupenda. Chaldæus paraphr. Idcirco ego addo vt deleam populum hunc deletionibus mirabilibus.Quidam Hebræorum exponunt,addam vt abſcondam, ſiue occultem à populo hoc, &c. quia non intelligent. Et idcirco dixit, Et peribit ſapientia,&c. Peribitque ואבדה nam peribit. Et intellig.&c. : ובינת נבוניו תסתתר & prudentia prudentium abdet ſeſe .i.euaneſcet,& de medio tolletur.q.d.immittam magnam ignorantiã in eos inter quos erant antea multi viri ſapientiſſimi & prudẽtiſſimi. 15 Iis qui prof.&c. המעמיקים וגו׳ latitantibus à Iehouáh vt abſcõdãt conſiliũ.i.qui ſtudẽt abſcõdere cõſilia ſua ipſi Iehouæ. Alii,iis qui abdunt cogitatus vt à Iehouáh abſc.cõſil.i.qui ſtudent ac ſtatuunt facere,putántque ſe facturos aliquid quod lateat Dominum. Et ſunt והיה Ad verbum,& erit.Singul.pro plur.i.quorum opera fiunt in tenebris:iuxta opinionem illorum ſcilicet,quaſi fierent Deo ignorante. 16 Subuerſio ve. הפככם אם־כחומר וגו׳ Verſio[vel,Mutatio]veſtra,&c.q.d.nõ tantũmodo nouit Deus opera quæ facitis,ſed vos quoq; perdere poteſt.tã facilè enim poteſt vertere ac mutare ſortem veſtrã in aliã, quàm facilè poteſt figulus ex vno vaſe facere quod vult.Alii, Conuerſio veſtra,an ſicut lutum figuli reputabitur? nempe dicit opus,&c.q.d.An veſtrum vertere (infinitiuus enim eſt pro nomine : aliàs nomen eſſet ſi ה haberet pathah ſuppoſitum).i.conſilia quæ animo agitatis, inſtar luti figulini erunt? ánnon perinde eſt acſi vas diceret figulo,Me non formaſti?miranda ſanè ſuperbia:nam perinde agitis acſi creaſſetis ipſi vos,atque omnia in manu veſtra poſita haberetis. Intelligit? : הכין Præt.Heb.pro præſ.ſub.quid faciat. 17 Adhuc paul.paul. מעט מזער adhuc parum modicum.vel,modicum & exiguum.ſub.tempus. Hebraiſmus,pro,Intra breuiſſimum tempus.q.d.breui omnia immutabuntur.nam futurum eſt vt ſuperbi & qui in ſummo ſunt honore,humilientur ac deprimantur:humiles verò ac depreſſi exaltentur.

& Charmel in ſaltum reputabitur?

Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cęcorum videbunt,

Et addēt mites in Domino lætitiã, & pauperes homines in Sancto Iſrael exultabunt:

Quoniam defecit qui prævalebat, cõſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt õnes qui vigilabant ſuper iniquitatē.

Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta ſupplãtabant, & declinauerũt fruſtrà à iuſto.

G Propter hoc hæc dicit Domin⁹ ad domum Iacob, qui redemit Abrahã, Non modò confundetur Iacob, nec modò vultus eius erubeſcet:

Sed quum viderit filios ſuos, opera manuum mearũ in medio ſui ſanctificantes nomen meũ, & ſanctificabũt Sanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt.

Et ſcient errãtes ſpiritu intellectũ, & muſſitatores diſcent Legem.

Cap. XXX.

VAE filii deſertores, dicit Dominus, vt faceretis cõſilium, & nõ ex me: & ordiremini telam, & non per Spiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum.

Qui ambulatis vt deſcendatis in AEgyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habētes fiduciam in vmbra AEgypti.

Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ AEgypti in ignominiam.

Erant enim in Tani principes tui, & nuntii tui vſque ad Hanes peruenerunt.

Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non potuit: non fuerunt in auxiliũ & in aliquam vtilitatē,
B ſed in cõfuſionē & in opprobriũ.

Onus iumentorum Auſtri. In terra tribulationis & anguſtiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans portantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populũ qui eis prodeſſe non poterit.

Charmel, & Charmel vt ſylua reputabitur?

18 Audiéntque in die illa *qui modò ſunt* ſurdi, verba″libri: & de caligine & tenebris oculi cæcorum videbunt.

19 ′Et addent mites in Iehouáh lætitiam, ″& mendici hominum in Sancto Iשſraאél exultabunt:

20 ′Quum defecerit fortis, & cõſumptus fuerit illuſor, ſuccidētúrque omnes′qui perſeuerant in iniquitate.

21 ″Peccare faciētes hominem in verbo, & ei qui increpat *eos*″in porta″laqueos tendunt, ″declinaréque faciunt fruſtra iuſtum.

22 Idcirco ſic dicit Iehouáh ad domũ Iaעacób, qui″redemit Abrahã, Iã non pudore afficietur Iaעacób, neq; iam facies eius″albeſcet.

23 Quia quum viderit ipſe natos ſuos, opus manuum mearum in medio ſui, ″ſanctificabunt nomen meum, ſanctificabunt inquam Sanctum Iaעacób, & Deum Iשſraאél″timebunt.

24 Sciéntque qui errabant ſpiritu, intelligentiam: ′& qui murmurabant, diſcent″Legem. Cap. XXX.

1 VAE filiis″declinãtibus, dixit Iehouáh, ′vt faciant conſilium, & non ex me: ″& tegant *ſe* tegumento, & non ex Spiritu meo, vt addant peccatum ſuper peccatum.

2 Qui proficiſcũtur vt deſcēdant in AEgyptum, & os meum non interrogauerunt, ″vt *ſeipſos* roborēt in fortitudine Paעóh, & ſperēt in vmbra AEgypti.

3 Erit autem vobis fortitudo Paעóh in pudorem, & ſpes in vmbra AEgypti in ignominiam.

4 Fuerunt enim″in צSoעán principes eius, & nuntii eius in חHaneסs″peruenerunt.

5 Omnes″pudore affecti ſunt ſuper populo *qui* non proderunt eis, nec ad auxilium, neque ad afferendum vtilitatem, ſed in cõfuſionem & etiam in opprobrium.

6 ′Prophetia″animalium″Meridiei. In terra′tribulationis & anguſtiæ, ″leo & tigris *egredientur* ex illis *partibus*, vipera, & ſerpens ignitus volans *ad eos qui* deferent ſuper humerum pullorum diuitias ſuas, & ſuper gibbũ camelorũ theſauros ſuos, populo *qui* nõ proderit.

Gentes prædicãtes gratiam Chriſti.

In Iudæos qui ſpretis Dei conſiliis, ſuæ prudētiæ innitebãtur, in creaturis ſpē habentes; contra Sennacherib.

Iudæi auxilium petētes ab AEgyptiis pereũt à beſtiis in itinere.

18 Libri: ספר epiſtolæ. 19 Et addent, &c. ויספו ענוים ביהוה שמחה Hebraiſmus, pro, magis quàm antea lætabuntur in Domino manſueti. miro gaudio afficientur in Domino. Et mendici ho. ואביוני אדם & pauperes *in* hominibus. vel, pauperes homines.

20 Quum def. for. כי אפס עריץ Præt. Heb. pro fut. vt quidam vertunt, Deficiet enim violentus. vel tyrannus. Singul. pro plural. Deficient violenti. Vel, Quia in nihilum redactus eſt violentus. Qui perſeu. in iniq. : שוקדי און qui mane feſtinant ad iniquitatem. vel, qui vigilant ad iniquitatem. ſiue qui iniquitati inuigilant. Sunt qui vertunt, qui vrgent iniquitatem.

21 Peccare fa. מחטיאי Hebraiſmus, pro Peccatum alicui imponere, iudicare eum peccare. q. d. qui in ſingulis verbis carpere ſolent doctorem Prophetam qui eos corripit, omnia in malã partem accipientes. In porta, בשער .i. in loco publico. Laq. tend. יקושון Fut. Heb. pro præſ. à קוש ſiue יקש. Docti quidam Hebræorum deducunt à קשש collegit, & exponunt, increpantē *eos* in porta, increpant. vel probris afficiunt. Sicut enim (inquiunt) qui colligit ligna, aut ſtipulas, colligit hinc inde, & pariter congregat: itidem qui probris afficit hominem, colligit maculas eius hinc inde, obiicítque illi, dicendo, Nónne tu ſic & ſic feciſti in tali & tali loco, & tali tempore? Declin. fac fruſtra ויטו בתוהו & declinant ad nihilum [vel, vanitatē] *cauſam* iuſti. i. cadere faciunt cauſa ſua, ſiue condemnant iniuſto iudicio (quod hîc vocat vanitatem) iuſtum. Alii vertunt, & iuſtum flexerunt ad nihilum. 22 Redemit פרה eripuit. liberauit. Albeſcet. : יחורו palleſcet. i. neque poſtea erubeſcet. eius enim qui erubeſcit, facies quidem ſolet initio rubore ſuffundi, qui tamen rubor non permanet, ſed illi ſuccedit pallor. Ideo à fine ipſo dicitur albeſcere facies eius qui erubeſcit. Alludit enim ad id quod fecit quando interfecit Aſſyrios.

23 Sanctifi. יקדישו ſub. ipſe Iaעacob cum filiis ſuis. Timebunt. : יעריצו formidabunt. Alii ad verbum, roborabunt. i. fortem prædicabunt, quum hymnos illi dicent, quòd percuſſerit caſtra Aſſur. Chaldæus paraphr. Et de Deo Iſrael dicent quòd fortis eſt.

24 Et qui murmu. ורוגנים & ſuſurrones. nebulones. rabulæ. impoſtores. Vox Hebræa ſignificat eos quorũ cognitio & cogitatio eſt ad maledicendum, & occupatio in murmurationibus. Legem. : לקח Hanc vocem docti inter Hebræos exponunt ſcientiam & dulcedinem ſermonis. i. leporem. Chaldæus paraphr. doctrinam.

IN CAPVT XXX.

1 Declinantib. סוררים recedentibus. Alii, peruerſis. Chaldæus paraph. rebellibus. Alii, contumacibus. Vt fac. conſ. לעשות עצה ita vt exequantur conſilium ſuum, & non quod præceperim. Quidam vertunt, vt capiant conſilium. Et tegant *ſe* teg. ולנסוך מסכה & tegant *ſe* operimento. ſub. AEgyptiorum. i. vt ponant ſuper ſe principes qui non fuerint ſecundum voluntatem meam. cuiuſmodi eſt Pharao, cuius vmbra ſe protegi volebant, vt ſequenti verſu dicit. Alii, & abſcondant ſecretum. vel, operiant arcanum. i. (vt alii vertunt) ineant ſecretũ conſiliũ. aut, vtantur conſilio clanculũ inito. 2 Vt *ſeipſos* rob. in fort. לעוז במעוז פרעה' vt fortificentur robore Pharaonis.

4 In צSoעan בצוען Vrbs maxima in AEgypto, quæ Chaldæis dicitur Tanes, Græcis verò Tanis, quæ quidem dedit nomen oſtio Tanitico. Peruen. : יגיעו Fut. Heb. pro præt. 5 Pudore aff. ſ. הובאיש Præt. Heb. pro fut. vt quidã vertũt, pudefiēt in populo, &c.

6 Prophetia משא Onus. Vide ſuprà cap. 13. a. 1.' Animalium בהמות iumentorum. beſtiarum. Beſtias Auſtri vocat quòd feræ vt plurimum verſari ſoleant in regionibus ſqualidis, vt eſt regio Auſtralis: quódque feræ illæ eſſent in via quæ ducebat in AEgyptũ, quæ quidem eſt ab Auſtro Terræ ſanctæ. Meridiei. נגב deſerti. Prædicit quæ euentura erant Iſraelitis deſcendentibus in AEgyptũ, auxilii habendi cauſa. q. d. Hæc dico euentura iis qui deſcendunt in AEgyptum. Quidam vertunt, Prophetia animalium *AEgypti quæ eſt ad* Meridiem *Iſrael.* Tribulationis צרה arctitudinis. afflictionis. Leo & tigris לביא וליש leunculus & leo.

″Et AEgyptii vanè & inaniter auxiliabũtur: ideo clamaui ad hãc *Ieruſaláim*, Fortitudo eorum ″*eſt* manere. 7

Nũc *ergo* ingredere *ad eos, &* ″ſcribe ipſã in tabula ″apud eos, & in libro ″ſcribe eã: ″vt ſit in die nouiſſimo ″in teſtimoniũ vſq; in ſeculũ. 8

Populus enim rebellis eſt, filii mẽdaces, filii *inquam* qui ″noluerũt audire Legem Iehouæ. 9

Prophetas Iudæi prohibent verbũ Dei annuntiare.

Qui dicunt videntibus, Ne videatis: ″& proſpicientibus, Ne proſpiciatis nobis recta: *ſed* loquimini nobis ″blãda, ″videte illuſiones. 10

Recedite de via *hac*, declinate de ſemita *iſta*, ″ceſſare facite à facie noſtra Sanctum Iſᵕraᵕelis. 11

Pœna in reiiciẽtes verbum Dei, ſperantes ab hominib⁹ auxiliũ:

Propterea ſic dixit Sãctus Iᵕſraᵕelis, Eo quòd ″ſpreuiſtis verbũ hoc, ″& ſperaſtis in calumnia & peruerſitate, & innixi eſtis ei: 12

Propterea erit vobis iniquitas hæc ″velut ruptura cadens, *aut* ″tumor in muro excelſo, cuius ſubitò *&* repentè veniet contritio. 13

″Et conteret eũ contritione lagenæ figulorum, conterendo nõ parcet, nec inuenietur ″de fragmento eius teſta *ulla* ad capiendum ignem ″de incendio, aut ad hauriendam aquam ″è fouea. 14

Sic enim dixit Dominus Iehouáh Sanctus Iᵕſraᵕelis, ″In quiete & requie ſalui eritis: in trãquillitate & ſpe erit fortitudo veſtra: & noluiſtis. 15

Sed dixiſtis, Nequaquam, ſed ″ſuper equũ fugiemus: ″ideo fugietis. Et ſuper ″leuẽ equitabim⁹: ideo leues erũt perſequẽtes vos. 16

″Mille vnum *fugiet* à facie increpationis vnius: à facie increpationis ″quinque, fugietis: donec relinquamini ſicut malus *nauis* in vertice montis, & veluti vexillum ſuper collem. 17

Promittit Deus miſericordiã cõuerſis ad ipſum.

Et propterea ″expectat Iehouáh, vt miſereatur veſtri, & propterea ″exaltabit ſeſe, vt *inquam* miſereatur veſtri: quia Deus ″iudicii Iehouáh: beati omnes qui expectant eum. 18

Populus enim in ᵕSiión habitabit *&* in Ieruᵕſaláim, plorando non plorabis, miſerando miſerebitur tui: ad vocem clamoris tui, ſimulac audierit, ″reſpondebit tibi. 19

″Dabitq; vobis Dominus panem anguſtiæ, & aquam oppreſſionis, ″ſed non elongabitur vltrà doctor tuus: videbúntque oculi tui ″doctorem tuum. 20

Et aures tuæ audiẽt ″verbũ *eius* qui erit poſt te, dicẽdo, Hæc eſt via, 21

7 AEgyptus enim fruſtra & vanè auxiliabitur: ideo clamaui ſuper hoc, Superbia tantum eſt, quieſce.

8 Nunc ergo ingreſſus, ſcribe ei ſuper buxũ, & in libro diligẽter exara illud: & erit in die nouiſſimo in teſtimoniũ vſque in æternum.

9 Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filii mendaces, filii nolẽtes audire Legem Dei.

10 Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſũt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

11 Auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra Sãctus Iſrael.

12 Propterea hæc dicit Sãctus Iſrael, Pró eo quòd reprobaſtis verbũ hoc, & ſperaſtis in calumnia & in tumultu, & innixi eſtis ſuper eo:

13 Propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubitò, dũ non ſperatur, veniet contritio eius.

14 Et comminuetur, ſicut cõteritur lagena figuli contritione perualida: & nõ inuenietur de fragmẽtis ei⁹ teſta in qua portetur igniculus de incẽdio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.

15 Quia hæc dicit Dominus Deus Sãctus Iſrael, Si reuertamini, & quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra: & noluiſtis.

D

16 Et dixiſtis, Nequaquã, ſed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus: ideo velociores erũt qui perſequentur vos.

17 Mille homines à facie terroris vni⁹, & à facie terroris quinque, fugietis: donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis, & quaſi ſignũ ſuper collem.

18 Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicii Dominus: beati omnes qui expectant eum.

19 Populus enim Siõ habitabit in Ieruſalem, plorans nequaquam plorabis, miſerans miſerebitur tui: ad vocẽ clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpõdebit tibi.

20 Et dabit vobis Dominus panem arctũm, & aquam breuem, & nõ faciet auolare à te vltrà doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuum.

E

21 Et aures tuæ audient verbum poſt tergũ monẽtis, Hæc eſt via, ambulate

7 Et AEgyptii ומצרים Certè AEgyptii. Alii, AEgyptii enim. *Eſt* manere.: שבת quieſcere. ſub. in vrbe ipſa Ieruſalem, & non diſcedere, neque demigrare aliò ad opẽ implorandã. Quidã vertunt, mãſio. aut, quies. ſiue, ſeſſio. eodem ſenſu. 8 Scribe ip. כתבה .i. hanc prophetiã. Apud eos, אתם coram ipſis. i. ipſis videntibus. Scribe eam: חוקה inſculpe eam. exara. Vt ſit ותהי Ad verbum, & erit. In teſt. &c.: לעד עד עולם in ſeculũ, atque in æternũ. vel, vſq; in ſecula ſeculorũ. 9 Noluerũt לא־אבו Præt. Heb. pro præſ.
10 Et proſp. &c. ולחוזים וגו׳ Et Prophetis, Nolite prædicere nobis, &c. Blãda, חלקות adulationes. Videte illuſ.: חזו מהתלות prædicite errores. 11 Ceſſare facite, &c. השביתו וגו׳ .i. nolite poſthac nobis verba facere de Sancto Iſraelis. abhorrebãt enim maximè ab hoc ſacroſancto nomine. 12 Spreuiſtis מאסכם reſpuiſtis. reprobaſtis. i. abhorretis ab hoc verbo. Et ſperaſtis in cal. ותבטחו בעושק & cõfiſi eſtis in violẽtia. i. in opibus calũnia & violentia partis. 13 Velut ruptura כפרץ .i. velut murus ruptus, aut ædificiũ. vel, pars muri minantis ruinam. Tumor נבעה Hebræi exponunt Diſquiſita, ſiue requiſita. loquitur (inquiũt) de ruptura, ſeu apertura. nam quãdo eſt apertura in muro excelſo, ingrediuntur, & diſquirũt inde. 14 Et cõteret, &c. ושברה כשבר וגו׳ Franget enim *Dominus* illũ iuxta cõfractionem lagenæ figulinæ contritæ, nõ parcet. Alii, Et contritio eius quaſi cõtritio vaſis figulorũ quod abſque miſericordia comminuitur: nec inuenietur, &c. De fragm. e. במכתתו Sing. pro plur. fragmentis. Alii, in cõminutione eius, vel, conquaſſatione. De incendio, מיקוד è foco. E fouea.: מגבא de ciſterna. Alii, è puteo. 15 In quiete בשובה .i. Si remanſeritis in Ieruſalẽ, & ſperaueritis in Deo, vrbs veſtra non expugnabitur. Alii vertunt, In reſipiſcẽtia. vel, cõuerſione. hoc eſt, ſi ab iſta vana fiducia conuerſi fueritis ad me, & quieti fueritis, de auxilio meo perſuaſi, liberabimini ab hoſtibus veſtris. 16 Super equũ על־סוס Sing. pro plur. ſub. ſi venerit hoſtis. Ideo fug. על כן תנוסון .i. hac ratione fiet vt cogamini fugere. Leuem קל celerem. Sing. pro plur. celeres. ſub. equos.
17 Mille vnum אלף אחד Chilias vna. i. mille homines vertentur in fugam ab vno homine. Quinque, חמשה .i. paucorum.
18 Expectat יחכה Fut. Heb pro præſ. Quidam in futuro relinquunt. Doctus inter Hebræos ſcribit verbum iſtud accipiendum eſſe tranſitiuè: propterea nonnulli vertunt, Iubet vos expectare. Exaltabit ſeſe, ירום quum ſcilicet animaduertet in hoſtes ſuos Aſſyrios. Alii, exaltabitur. Alii hanc partem verſus ſic vertunt, Propterea exaltabitur dum miſerebitur veſtri. Iudicii משפט .i. iuſtiſſimus & æquiſſimus. 19 Reſpond. t.: ענך Præt. Heb. pro fut. 20 Dabitq; ונתן Quidam ו conuertunt in ſi vel quando, vertentes, Si dederit vobis, &c. vel, Vbi dederit vobis, &c. non elongabitur, &c. ſinit enim Dominus ad tẽpus ſuos affligi, ſed poſtea eos eripit. Sed non elong. vl. doct. t. ולא־יכנף עוד מוריך ſed non ſubducet ſeſe longius doctor tuus. q. d. non diu relinquet vos in tribulatione Deus. Alii, ſed non colligetur vltrà pluuia tua. vel, excludetur. aut prohibebitur. Alii, arcebitur. Alii, arctabitur vltrà doctor tuus. & מוריך ſcribitur cum י & legitur ſine י. aut י eſt ſignum plurale, doctores tui. Doctorem tuum.: את־מוריך pluuiam tuam.
21 Verbum *eius* qui erit poſt te, דבר מאחריך verbum à tergo tuo. Alii, verbum poſt te.

in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimētum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam mēſtruatæ, Egredere, dices ei. 22

Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicunque ſeminaueris in terra, & panis frugum terræ erit huberrimus & pinguis: paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpatioſe. 23

Et tauri tui, & pulli aſinorum qui operantur terram, commiſtum migma comedent ſicut in area ventilatū. 24

F Et erunt ſuper omnem montē excelſum, & ſuper omnem collē eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum, quum ceciderint turres. 25

Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. 26

Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta ſūt indignatione, & lĩgua eius quaſi ignis deuorans. 27

Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli, ad perdēdas gentes in nihilum, & frænum erroris quod erat in maxillis populorum. 28

Canticum erit vobis ſicut nox ſanctificatæ ſolēnitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cū tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Iſrael. 29

G Et auditam faciet Dominus gloriā vocis ſuæ, & terrorem brachii ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis. 30

A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus. 31

Et erit trāſitus virgæ fundatus, quā 32

ambulate in ea: ″quando declinabitis ad dexteram, vel ad ſiniſtrā.

22 ″Contaminabitíſque operimentum ſculptilium argenti tui, ″& operimentū pretioſum cōflatilis auri tui: diſperges ea ″ſicut mēſtruum, ″Egredere, dices ei.

23 Et dabit *Deus* pluuiam ſeminis tui, quando ſeminaueris terram, & panem ″fructus terræ: erítque fructus pinguis & huberrimus: paſcet *etiam* pecus tuum ″in die illa paſcuum ſpatioſum.

24 Boues quoque & pulli aſinorum operantes terram ″farraginem mundam comedent, quæ ventilatur pala & ventilabro.

25 ″Et erunt ſuper omnem mōtem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum, ″riui, riui aquarum ″in die interfectionis multitudinis, quum ceciderint turres.

26 Erítq; lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ″ſeptēpliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Iehouáh ″contritionem populi ſui, ″& percuſſuram plagæ eius ſanauerit.

27 Ecce nomen Iehouæ venit è lōginquo, ardens ″furor eius, ″& graue onus eius, labia eius repleta ſunt ira, & lingua eius tanquam ignis conſumens.

28 Eſtque ſpiritus eius velut torrens inundans, *qui* vſque ad collum ″diuidit: ad ventilandum gentes in ″ventilabro vanitatis, & frænum ″errare faciens in maxillis populorum.

29 Canticum erit vobis ″ſicut in nocte *qua* ″ſanctificatur ſolennitas: & lætitia cordis ″ſicut eſt pergenti cum tibia, vt veniat in montem Iehouæ ″ad fortem Iשׁſraאelis.

30 Audiréque faciet Iehouáh ″potentiam vocis ſuæ, ″& deſcenſionem brachii ſui oſtendet in ira furoris, & flamma ignis conſumētis, *cum* ″diſperſione, & turbine, ″& lapide grandinis.

31 Nam à voce Iehouæ ″conteretur Aשׁſſúr, ″*acſi* virga percuteretur.

32 Et erit ″omnis tranſitus virgæ fundatæ quam requieſcere faciet

Aſſyriorum exitiū prædicitur.

22 Argēti tui כספך pronomen ſing. pro plur. argenti veſtri: aut potius verbum plurale præceſſit pro plur.

Quando, &c. 'כי תאמינו וגו Ad verbum, quando dextrabitis, & quando ſiniſtrabitis. Quidam vertunt, ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtrā eatis. Alii, nec diuertetis ad dextram, neque ad ſiniſtram. 22 Contamin. וטמאתם Polluetiſque. Alii, Tunc prophanabitis. i. eiicietis omnino è templo Dei idola quæ ſolebatis operire auro & argento. Et operim. pret. ואת־אפודת & ſuperhumerale. Alii, & pallium. Alii, & cinctorium. Alii, artificium confl. i. idola affabrè facta. Sicut menſt. כמו דוה .i. tanquam pannum menſtruatæ. Alii, tanquam laborantem menſibus. hoc eſt, tanquam mulierem menſtruatam. Egredere, צא Poteſt eſſe nomen, ſignificans egreſſum. i. ſordes, excrementum, ſtercus: vt legas, Sordes *eſtis*, dices ei. nempe ſculptili. Chaldæus paraph. Quemadmodum abominantur immunditiem, ſic abominabimini ea. 23 Fructus תבואת prouentus. i. efficiet vt ex frugibus terræ conficias panem optimum. q. d. perueniet ſeges ad maturitatem, vnde fiat poſtea panis optimus. In die illa ביום ההוא Doctus inter Hebræos hic annotat, quando agitur de tempore futuro, ביום ההוא ſignificare tempus, non diem. 24 Farraginem בליל ſignificat pabulum iumentorum miſtum diuerſis, præter paleam. à בלל quod confundere ſignificat, ſiue miſcere. 25 Et erunt והיה Ad verbum, Et erit. ſub. pluuia. i. tanta erit copia imbrium, vt multi riui aquarum ſint ſuper montes. Riui, riui aq. פלגים יבלי־מים Geminatio iſta multitudinem ſignificat. Quidā vertunt, Et erit *pluuia* ſuper omnem, &c. *in* riuos, riuos *inquam* aquarum. In die interf. mult. ביום הרג רב tēpore cædis magnæ. 26 Septempl. שבעתים ſeptuplum. i. multis vicibus. Seipſum mox declarat, dicendo, Sicut lux ſeptem dierum. acſi dicat, Erit intenſius lumen, quod alioqui conſtaret lumine ſeptem dierum. Per quod intelligit magnitudinem gaudii & lætitiæ quæ per lucem intelligitur. Contritionem את־שבר rupturam. fracturam. Et percuſſuram ומחץ & tranſfoſſionem. 27 Furor e. אפו facies eius. Et gra. onus e. וכובד משאה Ad verbum, & grauitas oneris eius. 28 Diuidit: יחצה Fut. Heb. pro præſ. in duas partes ſecat. i. qui vſque ad collum perueniens, quaſi diuidere hominem in duas partes videtur, ſed tamen inæquales, in partem quæ extat, & aliam quæ in aqua eſt. Metaphoricè (inquiunt Hebræi) loquitur de Rege Aſſyriorum qui perdendus erat penè vſque ad internecionem, & conſumptionem: veluti quū quiſpiam eſt in aqua vſque ad collū, propinquus eſt ſubmerſioni: & ita accidit quū Aſſyriorum caſtra Angelus percuſſit. 28 Ventilabro בנפת Ab attollēdo in altum grana ſic dicitur. Vnde Chaldæus paraph. vertit, ad eleuandum gentes eleuatione vanitatis. Quidam, ad cribrandas gentes cribro vano. i. inutili. Cribrum (inquit doctus inter Hebræos) fit ad purgandum frumentum à palea. ſed hoc cribrum quo cribrabit Deus gētes, erit cribrum vanitatis, quia non remanebit in illo quicquā, ſed omnia ibūt in perditionē. q. d. tum omnes perdet, & nihil relinquet. Errare fa. מתעה errans. i. ſinet gentes errare. nam quemadmodum iumenta fræno regi ſolent, ita homines ratione. Vel, ſiqui ſuperſint, immittet in eos ſpiritum erroris: quæ eſt grauiſſima punitio. 29 Sicut in nocte, &c. כליל .i. ſimile erit cātico quod cani ſolet nocte præcedente ſolennitatē: hoc eſt præcedēte lucem in qua celebratur ſolennitas. incipiebat enim ſolēnitas à nocte, ſiue veſpera præcedente. Solennitatem intelligunt Hebræi Paſcha: dicúntque antiquiores eorum quòd in nocte Paſchatis exciſa fuerunt caſtra Aſſyriorū. Sanctifi. ſolen. התקדש־חג ſanctificata fuit ſolennitas. Sicut eſt perg. cū tib. כהולך בחליל quaſi eius qui ad tibiam incedit. Ad fortem אל־צור ad rupem. 30 Potentiam את־הוד gloriā. magnificentiam. maieſtatem. Tonitru intelligit quod præceſſit cladem Aſſyriorum. Et deſcenſ. ונחת Alludit ad geſtum ferientis. q. d. oſtendet quàm potenter ferire valeat. Alii, extenſionē. Alii, incuſſionē. Diſperſ. & turb. נפץ וזרם *cum* diſſipatione & inundatione. ſub. imbrium. Et lapide ואבן Sing. pro plur. lapidibus. i. cū ingenti grandine 31 Conteretur יחת terrebitur. formidabit. perterrefiet. *Acſi* virga perc. בשבט יכה: virga *ſua* percutit *illum*. ſub. Dominus. Alii, *qui* virga *ſua* percuſſit. vel, percutere ſolebat. ſub. alios. 32 Omnis tranſ. &c. 'כול מעבר מטה וגו Hebraiſmum quidā ſic vertunt, in omni tranſitu baculus fundatus, quem infliget Iehouáh ſuper eum. Alii, quocūque ille trāſierit, erit virga ei affixa, quā Iehouáh imponet illi, cum tympanis, &c. Alii, vniuerſus trāſitus baculi fundati quē incutiet ei Do. Alii, Et erit omnis trāſitus virgæ fundamēti [vel fundationis] ſuper quā requieuerit Iehouáh, *erit* cū tympanis, &c. i. in omnibus locis per quæ tranſierit virga qua decreuit Dominus percutere eum, erūt tympana, &c. nam virga fundamenti, ſiue fundationis, ſignificat decretum firmum. q. d. lætabuntur homines & percutient tympana & citharas propter interitum illorum.

31. 32

Iehouáh ſuper eum, in tympanis & citharis: & præliis″eleuationis pugnabit″contra illam.

Deſcribitur infernus.

33 ″Præparata eſt enim″ab heri″Thophthéh,etiam ipſi Regi præparata eſt, ″profūdam fecit *eam Deus*, dilatauit:″pyra eius ignis,& ligna multa *erunt*: flatus Iehouæ ſicut torrens ſulphuris″ardet in ea.

Cap. XXXI.

Eos qui ſpe in Deum viuum relicta,cōfugiunt ad humanū auxilium,perituros prædicit cū ſuo auxilio.

1 VAE deſcendentibus in AEgyptum pro auxilio:& equis″innituntur, & ſperant in curribus, quòd multi ſint:& in equitibꝰ, quòd ″præualidi ſint valde : & non″reſpexerunt ad Sanctum Iשſraאelis,& Iehouam ipſum non requiſierunt.

2 Atqui ipſe quoque ſapiens eſt,″& adducet malum, & verba ſua non auertet,ſed inſurget contra domum″peſſimorū,& contra auxilium operantium iniquitatem.

3 Porrò AEgyptii homines ſunt,& nonDeus:& equi eorum caro ſunt, & non ſpiritus : Iehouáh autem extendet manum ſuam , & corruet auxiliator,cadétque is cui eſt auxilio,atque ſimul omnes ipſi deficient.

4 Sic enim dixit Iehouáh ad me, Quemadmodum″rugit leo,& catulus leonis ſuper prædam ſuam:contra quem″*ſi* conuocetur congregatio paſtorum,à clamore eorum non reformidat,″neq; à multitudine eorum ″humiliatur: ſic deſcēdet Iehouáh exercituum ad præliandum″pro monte צSiión,& pro colle eius.

5 ″Sicut aues volantes,ſic proteget Iehouáh exercituum Ieruשſaláim,″protegendo & liberando,tranſiliendo & ſeruando.

Exhortatio ad fiduciā in Deum

6 Reuertimini *ad eum* contra quem ″multiplicauerunt peruerſum filii Iשſraאél.

7 In die enim illa abiicient quiſque idôla argenti ſui,&idôla auri ſui,quæ fecerunt vobis manus veſtræ *in* peccatum.

Potentia Dei cadit hoſtis,nō noſtris viribus.

8 Et cadet Aשſſúr gladio,non viri, & gladius nō hominis″conſumet eum,ſed fugiet à facie gladii,& iuuenes eius″tributarii erunt.

9 ″Et ad arcem ſuam præ formidine trāſibit, & pauebunt à vexillo principes eius : dixit Iehouáh cui eſt ignis in צSiión , ″& clibanus in Ieruשſaláim.

Cap. XXXII.

Quale ſit regnū Chriſti, & conditiones regni bene inſtituti.

1 ECce ad iuſtitiam *faciendam* regnabit Rex , & principes ad iudiciū *faciendun* præerunt.

2 Eritq; vir ″ſicut abſconſio *à* vento, & *ut* latibulum ″*à* turbine,vt

requieſcere faciet Dominus ſuper eū in tympanis & citharis , & in bellis præcipuis expugnabit eos.

33 Præparata eſt enim ab heri Thopheth,à Rege præparata,profūda & dilatata:nutrimenta eius, ignis & ligna multa:flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

Cap.XXXI.

1 VAE qui deſcendunt in AEgyptū ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciā ſuper quadrigis, quia multæ ſunt: & ſuper equitibus quia præualidi nimis:& non ſunt cōfiſi ſuper Sanctum Iſrael, & Dominū non requiſierunt.

2 Ipſe autem ſapiens adduxit malū, & verba ſua non abſtulit: & cōſurget contra domum peſſimorum,& cōtra auxilium operantium iniquitatem.

3 AEgyptus,homo,& non Deus: & equi eorum,caro, & non ſpiritus: & Dominꝰ inclinabit manum ſuam, & corruet auxiliator , & cadet cui præſtatur auxilium,ſimúlque omnes cōſumentur. B

4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Quomodo ſi rugiat leo,& catulꝰ leonis ſuper prædā ſuam:quum occurrerit ei multitudo paſtorum,à voce eorum non formidabit,& à multitudine eorum non pauebit:ſic deſcendet Dominus exercituum vt prælietur ſuper mōtem Sion,& ſuper collē eius. C

5 Sicut aues volātes,ſic proteget Dominus exercituum Ieruſalem,protegens & liberās,tranſiens & ſaluās.

6 Conuertimini ſicut in profundum, receſſeratis filii Iſrael.

7 In die enī illa abiiciet vir idôla argēti ſui,& idôla auri ſui,quæ fecerūt vobis manus veſtræ in peccatum.

8 Et cadet Aſſur in gladio nō viri, & gladius non hominis vorabit eum,& fugiet non à facie gladii , & iuuenes eius vectigales erunt: D

9 Et fortitudo eius à terrore tranſibit,& pauebūt fugiētes principes eius:dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion,& caminus eius in Ieruſalem.

Cap. XXXII.

1 ECce,in iuſtitia regnabit Rex, & principes in iudicio præerunt.

2 Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut

Eleuationis תנופה ſub.manuum ad pſallendum.Quidam vertunt, pulſationis inſtrumentorum muſicorum.q.d.non ſerio , ſed ioco videbitur pugnare:non armis pugnabit,& tamen ſuperabit eos. Contra illam. בה nempe Babylonem.relatiuum pro antecedente.Legitur & בם in illos.ſiue,contra illos Aſſyrios. 33 Præparata eſt ערוך Ordinata eſt. Ab heri מאתמול à die heſterna.i.iam olim.

Thophtheh, תפתה Locus erat prope Ieruſalem in Valle Ben-hinnom,infamis,& contaminatus: Gallicè dicimus *Voirie*. per quem ſignificatur Gehenna locus damnatorum:vt per Hortum voluptatis,ſiue paradiſum,deſignatur ſedes beatorum. Profundā,&c. העמיק הרחב.i.profundiorem fecit,& laxiorē Pyra eius מדורתה rogus[incendium]eius.vel,*in* pyra eius *ſunt* ignis,&c Ardet in ea. בוערה בה .i.ſuccendit eam,& excitat.

IN CAPVT XXXI.

1 Innit.& ſper. ישענו ויבטחו Fut.& præt.pro præſ. Præualidi ſunt עצמו multiplicati ſunt.vel,multi. Reſpexerunt ad Sanctum שעו על־קדוש ſperauerunt in Sancto.aut confiſi ſunt.Chald.paraph.& non ſunt innixi verbo Sancti Iſraelis.

2 Et adducet ויבא Præterita Heb.pro futuris,itaque adducet,&c. Peſſim. מרעים malignantium. 4 Rugit יהגה Fut.Heb.pro præſ. *Si* conuocetur יקרא Ad verbum,vocabitur,ſiue inclamabitur.Fut.Heb.pro præſ.cōuocetur. Neq; à multit.ומהמונם לא neque à tumultu eorum.vel,ob eorum tumultum.ſiue ſtrepitum. Humiliatur: יענה Fut.Heb.pro præſ.manſueſcit.mitior redditur.

Pro monte על־הר propter montem. 5 Sicut aues כצפרים quæ ſcilicet volatū celerrimè opem ferre ſolent. Protegendo,&c. גנון והציל פסוח והמליט׃ Hebraiſmum ſic vertunt quidam,protegens liberabit,tranſiliens ſeruabit.

6 Multipl.peru. העמיקו סרה Ad verbum,profundauerunt peruerſum.Hebræi exponunt,multiplicauerūt *facere* peruerſa vt (inquiūt) profundū eſt רב.i.multū præ homine ita vt non attingat illud:ſic res multiplicata vocatur nomine עומק profunditatis:& inde verbū עמק multiplico.Doctus quidam Hebræorum interpretatur,profundè abſconderunt ei peruerſum opus.Alii,contra quem machinati ſunt rebellionem,ô filii,&c.Alii,vt profundam feciſtis defectionem filii Iſrael? Alii,ab ea incredulitate in quam vos demerſiſtis,ô filii Iſrael. Alii, quantum defectione in profundum deſcendiſtis.vel,quemadmodum profundauerunt vt facerent peruerſum . ita doctus inter Hebræos. Chaldæus paraph.Conuertimini ad Legem,quia multiplicauerunt peccare filii Iſrael. 8 Tributarii e. למס יהיו׃ in liquefactionem erunt.vel,diſſolutionem.i.deſtituentur animis. 9 Et ad arcem ſ. וסלעו Et ad rupem ſuam.vel,propugnaculum ſuum.nempe munitiſſimum. Et clibanus. ותנור & fornax.

IN CAPVT XXXII.

2 Sicut abſc.à v. כמחבא רוח ſicut occultatio venti.vel,propter ventum.i.tam gratus hominibus, quàm gratus eſſe ſolet locus in quo abdunt ſeſe homines ad iniuriam venti vehementis vitandam. A turbine, זרם *propter* inundationem.ſub.imbrium.

riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta.

3 Nō caligabūt oculi vidētiū, & aures audientium diligenter auſcultabunt.

4 Et cor ſtultorum intelliget ſciētiā, & lingua balborum velociter loquetur, & plané.

5 Non vocabitur vltrà is qui inſipiēs eſt, princeps: neque fraudulentus appellabitur maior.

6 Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulēter, B & vacuā faciat animā eſurientis, & potū ſitienti auferat.

7 Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes cōcinnauit ad perdēdos mites in ſermone mēdacii, quū loqueretur pauper iudicium.

8 Princeps verò, ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit.

9 Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem meam: filiæ cōfidentes percipite auribus eloquium meum.

10 Poſt dies & annum vos conturbabimini confidentes: conſummata eſt enī vīdemia, collectio vltrà nō veniet.

C 11 Obſtupeſcite opulentæ, cōturbamini confidentes: exuite vos & confundimini, accingite lumbos veſtros.

12 Super hubera plāgite, ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili.

13 Super humum populi mei ſpina & vepres aſcendent: quanto magis ſuper omnes domos gaudii ciuitatis exultantis?

14 Domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt: tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas vſque in æternum, gaudium onagrorū, paſcua gregum.

D 15 Donec effundatur ſuper nos Spiritus de excelſo, & erit deſertū in Charmel, & Charmel in ſaltū reputabitur.

Infrà 29.f.17

16 |Et habitabit in ſolitudine iudiciū, & iuſtitia in Charmel ſedebit.

17 Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum.

18 Et ſedebit populus meꝰ in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

19 Grādo autē in deſcēſione ſaltus, &

riui aquarum ″in deſerto, *&* vt vmbra petræ ″ingentis in terra ſitiēte.

3 Et non ″caligabunt oculi videntium, & aures audientiū attēdēt.

4 Cor quoque ſtultorum ″intentum erit ad ſciētiam, & lingua balborum feſtinabit loqui ″nitida.

5 Nō vocabitur vltrà ″ſtultꝰ liberalis, ″& auarus non dicetur diues.

6 Stultus enim ſtultitiam ″loquitur, & cor eius ″facit iniquitatem: vt faciat impietatem, & loquatur contra Iehouam ″errorem, vt vacuam reddat animam ″eſurientis, & potū ſitientis ″deficere faciat.

7 Porrò auari ″vaſa *menſuræ* mala ſunt, ipſe cogitationes malas ″cogitat, ad perdendum pauperes verbis mendacibus, & loquatur *contra* pauperem *in* iudicio.

8 ″At liberalis liberalia conſulit, & ipſe ″propter liberalitates conſurget.

9 Mulieres ″opulentæ ″ſurgite, audite vocem meam: filiæ ″confidētes, percipite auribus eloquium meum.

10 ″Dies ſuper annū pauebitis, ô confidentes: defecit enim vindemia, *&* collectio *frugum* non veniet.

Iudæorū deſtructio poſt aduentum Chriſti.

11 Pauete opulētæ, ″commouete vos ô confidentes: exuite vos, ac nudate vos, & accingite vos *saccis* ſuper lumbos.

12 ″Super hubera plangent, ſuper agros deſiderabiles, ſuper vitem fructificantem.

13 ″Super humum populi mei ſpina & vepris aſcendet, quia ſuper omnes domos gaudii, *&* ciuitatem exultantem *aſcendent*.

14 Palatium enim ″derelinquetur, ″multitudo vrbis deſeretur: arx & munitio ″erunt in ſpeluncas vſque in ſeculum, gaudiū onagrorum, paſcua gregum.

15 Donec effundatur ſuper nos Spiritus de excelſo, ſítque ″deſertū vt Charmél, & Charmél vt ſylua reputetur.

16 Et habitabit ī ſolitudine iudiciū, & iuſtitia ″ī Charmél habitabit.

17 Et erit opus iuſtitiæ pax, ″& opus iuſtitiæ tranquillitas & ſecuritas vſque in ſeculum.

18 Et habitabit populus meus in tabernaculo pacis, & in tabernaculis ″fiduciarum, ″& in requiebus opulentis.

Regnum Chriſti deſcribitur, regnū ſummæ pacis & ſecuritatis.

19 ″Grandinabit autem grando *in* ſyluam, ″ & in humilitate humi-

In deſerto, בציון in arido loco.ſub·facientibus iter. Ingentis כבר Ad verbum,grauis.i.magnæ & ingentis.
3 Caligabunt תשעינה Ad verbum,occludent ſeſe.i.obſcurabuntur,oblinentur. 4 Inten.e.ad ſcien.יבין לדעת Ad verbum,
intelliget ad intelligendum.vel cognoſcendū. Nitida.:צחות .i.facunda verba.q.d.promptè,expeditè,& facundè loquetur verbū Dei.
5 Stultus lib. לנבלנדיב ſordidus nobilis. Et auarus ולכילי & tenax.parcus. 6 Loquitur, ידבר Fut.Heb.pro præſ. Facit
יעשה Fut.Heb.pro præſ.i.machinatur vt admittat impietatem.nihil aliud cogitat quàm de iniuria inferenda. Errorem, תועה.i.verba
erronea,hoc eſt à veritate aliena.Quidam vertunt,ſubſannationem. Eſurientis, רעב famelici. Defic.fa. יחסיר diminuat.i.
potu ſitientem priuet. 7 Vaſa *menſuræ* כליו arma. Cogitat, יעץ Ad verbum,conſulet.i.meditabitur.Fut.Heb.pro præſ.
8 At liberal.liber.conſul. ונדיב נדיבות יעץ Fut.Heb.pro præſ.At munificus liberalia agitat.i.nihil aliud cogitat quàm liberalitates.
Propter libe.conſ. על־נדיבות יקום: liberaliter agendo progredietur.i.dignitates magnas conſequetur ob munificentias.
9 Opulentæ, שאננות quietæ.tranquillæ. Surgite, קומנה agite.hortantis eſt. Confidentes, בוטחות ſecuræ.i.quæ viuitis in
magna fiducia & ſecuritate animi. 10 Dies ſuper an.pau. ימים על־שנה תרגזנה Anno poſt annum commouebimini.ſub.ira.vel,cōmoueamini.
Aut,cōmouebuntur.i.iræ iuſtā cauſam habituræ ſunt.Verbū iſtud ſignificat cōmoueri aut ira,aut metu,aut alia re.Quidā vertūt,
Diebus *aliquot* poſt annū perturbabimini. Alii,Dies ſuper annū expaueſcetis.i.nō vno anno,ſed multis.Dies pro annis,more Scripturæ.
11 Cōmouete vos רגזה Idem verbū quod præcedēti verſu. 12 Super hubera על־שדים Ob hubera.i.ob penuriā lactis mulierū,&
ob ſterilitatem agrorū qui antea erant fertiles. 13 Super hum.&c. על־אדמת עמי וגו׳ Ob terrā populi mei *quæ tunc* ſpinas & vepres
proferet:nā propter omnes domos gaudii *& propter* ciuitatē lætabundā *lugebunt*. Domos gaudii vocat in quibus gaudere & lætari ſolebāt,&
in quibus omnia plena erant gaudio.Alii,*Nam* in terra populi mei aſcendet ſpina & vepris,etiam in omnibus domibus gaudio *deditis, & in*
ciuitate exultāte.Alii,Super terrā populi mei aſcendet ſpina & vepris,etiam ſuper domos lætitiæ *in* vrbe exultationis. 14 Derelinquetur:
נוטש Præterita Heb.pro futuris. Multitudo המון turba.tumultus. Erunt in &c. היה בעד מערות עד־עולם וגו׳.i.redigētur
in ſpeluncas perpetuas,vbi gaudeant onagri,& paſcātur greges. 15 Deſertum,&c. מדבר לכרמל והכרמל ליער יחשב: Metaphoricè
ſignificat(inquiunt Hebræi)quòd vrbes quæ ſunt vt deſertum abſque arboribus fructiferis,erunt ſicut Charmel,qui eſt mons plenus arboribus
fructiferis & agris.Alii vertunt, Deſertum *quoduis* in agrum feracem, & ager ferax in ſyluam reputetur.i.tandem fiat ſimilis ſyluæ pomiferæ
& horto amœniſſimo. 16 In Charmel בכרמל in agro feraci.Chaldæus paraph.Erunt homines amantes iuris & iuſtitiæ.
17 Et opus ועבודת effectus inquam.plurale. 18 Fiduciarum, מבטחים .i.ſecuris. Et in requiebus opulentis.
ובמנוחות שאננות: & in refrigeriis quietis.vel,in habitationibus tranquillis.nam מנוחה & quietem & habitationem in qua quieſcimus,ſignificat.
19 Grandinabit autem,&c. וברד ברדת היער Grandinabit autem in deſcenſu ſyluæ.i. quando grandinauerit, non
cadet grādo ſuper ciuitatē,nec ſuper ſata, ſed in ſyluis,ne lædat ea. Ita Hebræi. Alii,Et grādo in ſyluā deſcēſu diuertet. Vel,quū deſcēderit.
Et in hu.&c. ובשפלה תשפל .i.permanebit in ſumma humilitate,neq; propter illa erit elatior. Alii vertunt,& in loco humili cōcidet ei

uitas.Alii,& in valle humiliter desidebit ciuitas. Tūc in locis editis & altioribus extruere ciuitates soliti erant quo difficilior ad ipsos adiuus esset. Eam verò tutelā Dei fore dicit erga populū suū,vt solitis munitionibus minimè sit opus,ciuitas tutò poterit cōsidere in vallibus.

liabit se ciuitas ipsa.

Beati estis qui seritis super omnem locū aquosum,″qui immittitis pedem bouis & asini *in agrum uestrum*. 10

Cap. XXXIII.

Esaias prophetat aduersus Sennacherib.

VAE qui prædaris,& tu nō es prædationem passus:& qui præuaricaris,& non sunt præuaricati in te:″quum consummaueris esse prædator,prædationē patieris:quum consummaueris præuaricari,*alij* præuaricabuntur in te. 1

Orat Dei auxilium Propheta.

Iehouáh,miserere nostri,″te expectauimus:esto brachium eorū ″in matutinis,etiam salus nostra in tempore angustiæ. 2

Assyrii vastandi.

″A voce tumultus″fugerūt populi,″ab exaltationibus tuis dispersæ sunt gentes. 3

Colligetúrq; præda vestra vt colliguntur bruchi:″sicut incessus locustarum incedens per illum. 4

Exaltatum Deū prædicat,prædicens regnū Christi.

″Exaltabitur Iehouáh,quoniā habitat in excelso,impleuit xSiiō iudicio *&* iustitia. 5

Erítque″firmitas″temporis tui fortitudo″salutum, sapientia″& scientia:timor Iehouæ ipse est thesaurus eius. 6

Calamitatē Israelis prædicit & liberationem.

Ecce″nūtii eorū clamabūt foris,nūtii *inquam* pacis amarè flebūt. 7

′Desolatæ sunt viæ,cessauit trāsiens semitam: irritum fecit *Deus* pactum,abiecit vrbes,non reputauit hominem. 8

″Destructa est, desolata est terra, pudore affectus est Lebanón, succisus est: erítque″planities sicut desertum,″& excussus est Baשׁsán & Charmél. 9

Nūc surgā,dicit Iehouáh,nūc exaltabo meipsū,nūc″eleuabo me. 10

′Concipietis quisquilias,parietis stipulam: spiritus vester *erit* ignis qui consumet vos. 11

Erúntq; populi *ut*″incēdia calcis,*ut* spinæ excisæ,igni cōburētur. 12

Suam potentiā omnibus notam esse vult Deus.

Audite lōgī qui quæ fecerī,&cognoscite vicini fortitudinē meā. 13

Formidauerunt in xSiión peccatores,apprehendit tremor″impios:*dicunt enim*, Quis habitabit″*ex* nobis cum igne deuorante? quis habitabit *ex* nobis″*cum* ardoribus perpetuis? 14

Qui ambulat *in* iustitiis,& loquitur æquitates: ′qui reprobat auaritiam oppressionum,qui excutit manus suas ne suscipiat munera:qui obthurat aurem suam ne audiat′sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: 15

Is in excelsis habitabit, ″munitiones rupium *erunt* sublimitas illius:panis eius″dabitur *illi*,aquæ eius″stabiles. 16

Regē in decore suo videbūt oculi tui,videbūt terrā″longinquā. 17

humilitate humiliabitur ciuitas.

Beati qui seminatis super omnes aquas,immittentes pedem bouis & asini.

Cap. XXXIII.

VAE qui prædaris, nónne & ipse prædaberis? & qui spernis, nónne & ipse spernēris?quum cōsummaueris deprædationem, deprædaberis: quum fatigatus desieris cōtemnere, contemnēris.

Domine, miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrū in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.

A voce angeli fugerūt populi,& ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.

Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus,velut quū fossæ plenæ fuerint de eo.

Magnificatus est Dominus,quoniā habitauit in excelso:impleuit Sion iudicio & iustitia.

Et erit fides in temporibus tuis,diuitiæ salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.

Ecce,videntes clamabunt foris,angeli pacis amarè flebunt.

Dissipatæ sunt viæ,cessauit transiēs per semitam,irritū factum est pactū, proiecit ciuitates, non reputauit homines. B

Luxit,& elanguit terra: cōfusus est Libanus,& obsurduit: & factus est Saron sicut desertum,& concussa est Basan,& Charmelus.

Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor,nunc subleuabor.

Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos.

Et erūt populi quasi de incendio cinis:spinæ cōgregatæ igni cōburētur:

Audite qui lōgè estis, quæ fecerim: & cognoscite vicini fortitudinē meā.

Cōterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas: quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

¶Qui ambulat in iustitiis,& loquitur veritates: qui proiicit auaritiā ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obthurat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: Psal.14.a.s C

Iste in excelsis habitabit,munimēta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est,aquæ eius fideles sunt.

Regem in decôre suo videbunt oculi eius,cernent terram délonge.

20 Qui immittitis,&c.: משלחי רגל השור והחמור Hebraismus, pro, qui abigitis boues & asinos vestros in segetes vestras, vt illas luxuriantes depascantur.

IN CAPVT XXXIII.

1 Quū cons. כהתמך quū desieris.absolueris. 2 Te expect. לך קוינו in te sperauimus.tibi cōfisi sumus. In matutinis לבקרים per singulos dies.Mane pro die,per synecdochen. 3 A voce tumul. מקול המון Ob tumultū strepitus. Fugerūt נדדו præterita pro fut. Ab exal.t. מרוממתך ob sublimitatē tuā.vel,altitudinē.siue,celsitudinē. 4 Sicut incess.&c. כמשק וגו׳ gressu locustarū gradietur per illū.sub.exercitum Assyriorum.Intellige incessum cōtinuū & assiduū,nō intermissum:vel quasi hominis nihil timētis. Alii, secundū discursum locustarū pergens illuc.Alii,erítq; quasi discursus locustarū qui discurrit in eo loco.i.quemadmodū ambulant locustæ per segetes,illas vastādo,itidem Angelus per castra Assur,illa cōsumendo. 5 Exaltabitur נשגב Exaltatus.sub.erit. 6 Firmitas אמונת stabilitas. Alii,fides.aut,veritas. Tēporis t. עתיך .i.fœlicitatis tuæ. Salutū, ישעות Quidā distinguūt,fortitudo,salutes,&c. Et sciētia: ודעת & cognitio. 7 Nūtii e. אראלם Ad verbū,nūtius eorū.i.singuli nuntii.vel est sing.pro plur. 8 Desolatæ sunt נשמו Præterita Heb.pro fut. 9 Destructa e.desol.e. אבל ארמללה Luxit,infirmata est.vel,emarcuit. Planities השרון שׁSaron.plana regio & ferax. Et excus.est ונער & excussit.sub.fructus suos in terrā. 10 Eleuabo me.: אנשא extollar. 11 Cōcipietis quisq. תהרו חשש Per cōceptionē intelligit cogitationē:& per partū,executionē cōsilii.q.d.Vos conati estis perdere populum meū,sed frustra:conatus enim vester futurus est irritus,nō potiemini voto vestro. 12 Incēdia משרפות .i.similes lapidibus qui incēduntur & excoquūtur in fornace,vt vertātur in calcē. 14 Impios: חנפים hypocritas. Ex nobis לנו nobis.i.propter nos.Chaldæus paraph.vertit,ex nobis. Cū ard.perp.: מוקדי עולם *ad*[siue,*iuxta*]incendia sempiterna? 15 Qui reprobat מואס qui spernit.i.qui spernit opes oppressione aliorū partas. Sang. דמים Ad verbū,sanguines.i.cædē.qui non vult audire eos qui loquūtur de patrāda cæde. 16 Munitiones,&c. מצדות וגו׳ propugnacula petrarū eleuatio eius.i.asylū eius,vel perfugiū. Dabitur נתן Præt.Heb.pro fut. Stabiles.: נאמנים fideles. Alii,certæ,aut perseuerātes.i.nō destituetur aqua. 17 Longinquā.: מרחקים Ad verbū,distantiarū.i.remotā,& multū distantem.q.d.soluta obsidione, quū restitutus fuerit Rex tuus in pristinā dignitatē, tibi licebit securè peregrinari ad regiones multum distātes à Ierusalē.Doctus inter Hebræos dicit futurū esse pro præterito,qui viderūt Regē terræ longinquæ,nēpe Regē Assyriū ad mœnia Ierusalem.

18 Cor tuum meditabitur timorem: ‖vbi eſt literatus? vbi Legis verba pō derans? vbi doctor paruulorum?

1.Cor.1.c.20

19 Populum imprudentem non videbis, populum alti ſermonis, ita vt nō poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius in quo nulla eſt ſapientia.

20 Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ: oculi tui videbunt Ieruſalē D habitationē opulentā, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius nō rumpentur.

21 Quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter, loc⁹ fluuiorum riui latiſſimi, & patentes: non tranſibit per eum nauis remigum, neque trieris magna tranſgredietur eum.

22 Dominus enim iudex noſter, Dominus Legifer noſter, Dominus Rex noſter: ipſe ſaluabit nos.

23 Laxati ſunt funiculi tui, ſed nō prȩualebūt: ſic erit malus tuus, vt dilatare ſinum non queas: tunc diuidentur ſpolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam.

24 Nec dicet vicinus, Elāgui: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Cap. XXXIIII.

1 ACcedite Gentes, & audite, & populi attēdite: audiat terra & plenitudo eius, orbis & ōne germē eius.

2 Quia indignatio Domini ſuper omnes Gentes, & furor ſuper vniuerſam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occiſionem.

3 Interfecti eorū proiiciētur, & de cadaueribus eorū aſcēdet fœtor: tabeſcent montes à ſanguine eorum.

4 Et tabeſcet omnis militia cælorū, & complicabuntur ſicut liber, cæli: & omnis militia eorū defluet ſicut defluit folium de vinea & de ficu.

5 Quoniā inebriatus eſt in cælo gla- B dius meus: ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populū interfectionis meæ ad iudicium.

6 Gladi⁹ Domini repletus eſt ſāguine incraſſatus eſt adipe, de ſāguine agnorum & hircorum, de ſanguine medullatorū arietū: victima enī Dñi in Boſra, & interfectio magna in terra Edō.

7 Et deſcendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorū ſanguine, & humus eorum adipe pinguium.

8 ‖Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicii Sion.

Infrà 63.a.4

18 Cor tuum meditabitur timorem: vbi eſt″ſcriba? vbi″pōderator? vbi numerans″turres?

19 Populum ″fortem non videbis, populum ′profundæ linguæ vt non intelligas, ″blæſum lingua″quem non poſſis intelligere.

20 ″Reſpice ɤSiión ciuitatem ſolennitatis noſtræ: oculi tui videbūt Ieruwſaláim, habitationem quietam, tabernaculum *quod* non trāſferetur, ″nec migrabunt claui eius in ſeculum, & cuncti funes eius non rumpentur.

Ieruſalem protexit Deus, ne à Sennacherib vaſtaretur.

21 Quia verè ibi ′fortis Iehouáh nobis erit *velut* locus fluuiorū, & riuorum″latorum, per quem non poſſit ire nauis remigii, neque nauis″magna tranſibit per eum.

22 Iehouáh enim iudex noſter eſt, Iehouáh Legifer noſter: Iehouáh Rex noſter *eſt*, ipſe ſeruabit nos.

23 ″Laxati ſunt funes tui, non potuerūt bene roborare malum ſuā, nec expanderunt velum: tūc diuiſa eſt″præda, & ſpolia multa: *etiam* claudi diripuerunt prædam.

24 Et non dicet habitator, ″AEgrotus ſum: ′populo qui habitat in ea, remiſſa eſt iniquitas.

In Eccleſia peccati remiſſio.

Cap. XXXIIII.

1 ACcedite Gentes ad audiendum, & populi attēdite: audiat terra ″& plenitudo eius, orbis & omnia germina eius.

2 Quia ira eſt ipſi Iehouæ ſuper omnes gētes, & furor ſuper vniuerſum exercitum eorum: ″interfecit eos, dedit eos iugulationi.

3 Et interfectį eorū proiicientur, & de cadaueribus eorū aſcendet ″fœtor eorum, & liqueſcent mōtes ″propter ſanguinem eorum.

Afflictio Gētiliū omniū, & maxime Idumæo rū à Nabuchodonoſor, quò ᵭ tranſitū Iſraelitis negarint, quū redirēt ex AEgypto.

4 ″Liqueſcet quoque vniuerſus exercitus cæli, complicabuntúrque cæli ſicut liber, & vniuerſus exercitus eorum″decidet ſicut decidit folium de vite, & ſicut decidit de ficu.

5 Quoniā inebriatus eſt″in cælo gladius meus, ecce ſuper אEdóm deſcendet, & ſuper populum″interfectionis meæ ad iudicium.

6 Gladius Iehouæ repletus eſt ſāguine, impingatus eſt adipe, ſanguine agnorum & hircorum, adipe renum arietum: ſacrificium enim Iehouæ in Boɤſráh, & mactatio magna in terra אEdóm.

7 Deſcendéntq; vnicornes cū eis, & iuuēci cū tauris, & inebriabitur terra eorum ſanguine, & puluis eorum adipe impinguabitur.

8 Quia dies vltionis Iehouæ, ann⁹ retributionū″ad iudiciū ɤSiión.

18 Scriba? סופר ſignificat eum qui cōſcribit nomina eorum qui péndere debent tributa. q.d. patieris quidem multa ante illa tempora, ſed tandem liberaberis. tu videberis tibi ſemper videre, & putabis ſemper adeſſe qui exigat tributa. Ponderator? שוקל ſignificat eum cui numerari debent tributa ad pondus. Turres? : המגדלים .i. domos & ædes maiores, pulchriores & clariores: quæ ſcilicet ſolent maius pendere tributum. 19 Fortem נועז Ad verbum, fortificatum .i. robuſtum, multis copiis auctum, aut trahentem ſecū multas copias. Chaldæus paraphr. Dominum populi fortis[.i. Chaldæorum]non videbis. Profundæ, &c. עמקי שפה משמוע Ad verbum, profundæ linguæ ab audiendo .i. cuius ſermo obſcurior eſt quàm vt intelligatur. Blæſum lingua, נלעג לשון balbæ linguæ. Quem non poſ. &c. : אין בינה Ad verbū, non intelligentia .i. vtentē ſermone non intelligibili. q.d. qui non videbitur loqui, ſed potius balbutire. 20 Reſpice חזה Contemplare. Imperat. Heb. pro fut. Aſpicies. mox etiam ſequitur futurum .i. videbis adhuc ſolennitates celebrari in Ieruſalem, quæ futura eſt in ſumma pace & tranquillitate. Nec mig. claui e. בל־יסע יתדותיו nec proficiſcentur paxilli eius .i. nō trāſferentur, aut amouebuntur paxilli ad quos religantur capita funium. 21 Fortis אדיר magnificus. Latorum, רחבי ידים Ad verbum, latorum locis. vel, ſpatiis. Quidam, ſpatiis amplorum. Magna אדיר ingens. Alii, magnifica .i. quem nulla nauis ſiue magna, ſiue parua, tranſmeare poteſt. 23 Laxati ſunt נטשו Præt. Heb. pro fut. Alii, Deſerentur. Derelinquentur. ſub. à nautis. Perſtat in metaphora ſua, & comparat exercitum qui periit, naui & nautis qui patiuntur naufragium. Quando enim deſperant de ſalute ſua, deſerunt funes quibus malus firmatur, & velum extenditur. Præda, & ſpo. m. עד־שלל מרבה præda ſpoliorum multorum.

24 AEgrotus ſum: חליתי Malè habeo. propter afflictiones ſcilicet. Præt. Heb. pro præſ. i. viuent poſtea in ſumma tranquillitate, nec affligentur vltrà. Populo, &c. העם וגו׳ Ad verbum, populus qui habitat in ea, *erit* remiſſus peccato. Quidam, populus habitans in ea, ſolutus *erit* à peccato .i. carebunt omni ægritudine, & corporali & ſpirituali.

IN CAPVT XXXIII.

1 Et plenitudo e. ומלואה .i. qui replent eam, ſiue quotquot habitant in ea. 2 Interfecit e. &c. : החרימם נתנם לטבח Præt. Heb. pro fut. interficiet illas, & dedet neci. Alii, vaſtauit eas, tradidit eas in mactationem. 3 Fœtor e. : באשם Redundat pronomen. Propter ſang. e. : מדמם .i. ob copiam ſanguinis effuſi. 4 Liqueſcet q. ונמקו Diſſoluetur quoque. vel, Corrūpetur .i. peribit. Decidet ſicut dec. &c. יבול כנבול וגו׳ defluet, ſicut defluit folium de vite, & ſicut defluit, &c. Hyperbole eſt, acſi dicat, Omnia illa videbuntur illis quaſi perire, tanta erit afflictio hominum degentium illo tempore. 5 In cælo gla. m. בשמים חרבי Quidā conuerſo ordine vertunt, gladius meus *qui eſt* in cælis. q.d. Dominus is eſt qui excitat corda principum vt interficiant ſe mutuis vulneribus. Interfectionis m. ad iud. : חרמי למשפט occiſionis meæ propter iudicium. vel, in iudicium .i. quem interfecturus ſum vt iudicium exerceam in eos.

8 Ad iudicium ɤSion. : לריב ציון in cauſam Sion. Alii, contentionis[vel, rixæ]cum Sion. aut, ô Sion. q.d. Veniet dies in qua Dominus vlciſcetur ſe de infidelibus, ſumétque pœnas de iis qui iniuſtè contenderint cum Sion, ſiue cum fidelibus ſuis.

9 Et conuertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in ſulphur, vertetúrque terra eius in picem ardentem.

10 Nocte & die non extinguetur, in ſeculum aſcendet fumus eius: à generatione in generationem deſolabitur, in ſeculum ſeculorũ non erit tranſiens per eam.

11 ″Et poſſidebunt eam″pelicanus & ericius, vlula quoque & coruus habitabunt in ea:″extẽdẽtque ſuper eam, lineam″deſolationis ″& lapides vacuitatis.

12 ″Principes eius, & non ibi, *ad* regnum vocabunt: & omnes principes eius erunt nihil.

13 Et aſcendẽt *in* palatiis eius ſpinæ, vrtica″& paliurus in munitionibus eius, erítq; habitaculũ draconũ, atrium″filiabus ſtruthionis.

B

14 Occurrẽtque beſtiæ ſylueſtres″cum vlulis,″& dæmõ ad ſocium ſuum clamabit:″quin ibi quieſcet lamia, & inueniet ſibi requiem.

15 Ibi nidificabit″ericius,″& pariet:″rũpetq; *oua*,″poſtq̃ collegerit in vmbra ſua: quinetiã ibi cõgregabũtur vultures,″alter cum altero.

16 Requirite ex libro Iehouæ,″& legite, vnũ ex eis non defuit,″nulla defuerũt: quia os meũ ipſum *eſt quod* præcepit *ea*,″& ſpiritus eius ipſe *eſt qui* congregabit ea.

17 Et idem proiecit eis ſortem, manúſque eius″diuiſit *eam* illis in linea: vſque in ſeculum poſſidebunt eam, in generatione & generatione habitabunt in ea.

Cap. XXXV.

Lætitia & conſolatio promittitur credentibus in Chriſtum.

1 LAEtabũtur deſertum″& inuia, & exultabit ſolitudo, florebítque veluti roſa.

2 ″Germinando germinabit, & exultabit etiam exultatione″& laude: gloria Lebanón″dabitur ei, decor Charmél″& planitiei: ipſi videbunt gloriam Iehouæ,″decorem Dei noſtri.

3 Confortate manus remiſſas, & genua″debilia roborate.

4 Dicite″feſtinis corde, Confortamini, ne timeatis, ecce Deus veſter cum vltione veniet,″*cum* retributione Dei: ipſe veniet, & ſaluos faciet vos.

Signa aduentus Chriſti.

5 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum″patebunt.

6 Tũc ſaliet vt ceruꝰ, claudꝰ,″& laudabit lingua muti: q̃a″eruperũt

9 Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur: & erit terra eius in picem ardentem.

10 Nocte & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus eius: à generatione in generationem deſolabitur, in ſecula ſeculorũ non erit trãſiens per eam.

C

11 ¶Et poſſidebunt illam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabũt in ea: & extendetur ſuper eã mẽſura, vt redigatur ad nihilum & perpendiculum in deſolationem.

Soph.2.d.14

12 Nobiles eius non erunt ibi: Regẽ potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum.

13 Et orientur in domibus eius ſpinę, & vrticæ, & paliurus in munitionibꝰ eius: & erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum.

14 Et occurrent dæmonia, onocentaurꝰ, & piloſus clamabit alter ad alterũ: ibi cubauit lamia, & ĩuenit ſibi requiẽ.

D

15 Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra illius: illuc congregati ſunt milui, alter ad alterum.

16 Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnũ ex eis non defuit, alter alterum nõ quęſiuit: quia quòd ex ore meo procedit, ille mãdauit, & ſpiritus eius ipſe congregauit ea.

17 Et ipſe miſit eis ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in menſuram: vſque in æternum poſſidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

Cap. XXXV.

1 LAEtabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.

2 Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data eſt ei, decor Charmeli & Saron: ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.

3 Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate.

B

4 Dicite puſilanimis, Confortamini, nolite timere, ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos.

5 ¶Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt.

Matth.15.c.30

6 Tũc ſaliet ſicut ceruꝰ, claudꝰ, & apta erit lingua mutorum: quia ſciſſæ ſunt

11 Et poſſidebunt eam וירשוה Itaque accipient eam in poſſeſſionem.i.habitabunt in ea tanquam in ſua & propria hæreditate. Pelicanus & eric. קאת וקפוד onocrotalus & teſtudo, vel vlula, aut ericius. Onocrotalus auis cygno ſimilis, ſic dicta quòd collum in aqua mergens, ſpiránſque, veluti ruditũ aſini edat. ὄνος aſinus, κρόταλος crepitaculũ, crepitus. Extendẽtq; ונטה ſub. architectus. vel, Deus.i. perdet & deſtruet eam regionem: vt per hoc intelligamus oppoſitum ædificationis. q.d. aliter faciet quàm illi architecti qui ſolent ducere lineã, &c. Deſolationis תוהו Ad verbum, inanitatis.i. inanem. Et lap. vac. ואבני־בוהו: .i. pondera, ſiue perpendicula vacua. q.d. poſtea non inſtaurabitur, neque extruetur. 12 Principes e. &c. חוריה ואין־שם Quidam conuerſo ordine ſic vertunt, Vocabunt principes illius *ad* regnum, & illic nulli erunt.i. ſi aliqui vocauerint principes illius ad regnum ſuſcipiendum, nulli erunt qui adire poſſint dignitatem regiam.. Alii, Nobiles eius vocabũt, & non *erit* ibi regnum. Alii, Nobiles eius ſine regno vocabuntur.i. ſic deſtruentur Idumæi, vt nulla illic futura ſit nobilitas, nullus principatus. Doctus inter Hebræos vertit, Principes clamabũt[.i. alta voce dicent: ו redundat] Non eſt ibi regnũ, [ſub. quia nulli erũt ſubditi] & omnes principes eius nõ extabũt.i. nemo erit qui volet admittere dignitatem regiam. 13 Et paliurus וחוח & vepres. Alii, vrtica. Alii, carduus. Filiabus ſtrut. לבנות יענה: .i. ſtruthionibus, quæ habitare ſolent in locis ſolitariis, deſertis, & non habitatis. 14 Cum vlulis, את־איים cum ſatyris. Alii, & inſulares. Quidam relinquũt vocem Hebræam Niim, Et dæmon ושעיר & ſatyrus, ſiue faunus. à multitudine pilorum. Alii, ſtrix. Quin ibi quieſcet lamia. אך שם הירגיעה לילית Præt. Heb, pro fut. etiam [vel, certè] ibi quieſcet ſtrix. beſtia ſolitaria eſt, ſeu ſolitudinem deſertumque incolens, vocata לילית quòd nocte clamet. Sunt qui dicunt eſſe auem quæ nutritur vento, quemadmodum ſalamandra igne. 15 Ericius, קפוז vultur. Alii, teſtudo. Alii, vlula. Alii relinquunt vocem Hebræã Cipoz. Et pariet: ותמלט & ponet. ſub. oua. q.d. pariet more gallinæ quæ ponit oua. Dictio ſignificat edere in lucẽ fœtus ſuos ſaluos. Rumpẽtque ובכעה .i. ruptis ouis excludet fœtum. Poſtquam coll. in vm. ſ. ודגרה בצלה Ad verbum, & congregabit in vmbra ſua.i. poſteaquam fouerit illa. ו pro Poſtquam. Alter, &c. אשה רעותה: Ad verbum, fœmina *cum* ſocia ſua. vel, vnuſquiſque ad ſocium ſuum. 16 Et legite, וקראו Quidam vertunt, & clamate. accerſite.i. recenſete animalia illa. Nulla defuerũt: אשה רעותה לא פקדו Præt. Heb. pro fut. Ad verbum, fœmina *cum* ſocia ſua nõ deficient. Et ſpiritus e. ורוחו Mutatio perſonæ. pro, & ſpiritus meus, ſiue oris mei.i. flatus. q.d. ego ipſe ore meo præcepi id fieri; & ego ipſe iubebo animalia illa congregari illo tempore.

17 Diuiſit *eam* illis in linea: חלקתה לוום Præt. Heb. pro fut. partietur *eam* illis *animalibus* funiculo. vt ſolent ſcilicet diuidi hæreditates.

IN CAPVT XXXV.

1 Et inuia, וציה & vaſtitas. 2 Germinando germ. פרוח תפרח Florendo florebit. Et laude: ורנן Macor Heb. pro nomine. Dabitur נתן Præt. Heb. pro fut.i. replebitur cedris altiſſimis. Et planitiei: והשרון & ſSaron.i. loci campeſtris feracis. Decorem הדר magnificentiam. maieſtatem. 3 Debilia כושלות labantia. nutantia 4 Feſtinis corde, לנמהרי־לב acceleratis animo. vel, iis qui præcipites ſunt corde.i. leuibus & inconſtantibus. vel, puſillanimis, & qui facilè terrentur & commouentur ad deſperationem in tribulatione, non conſiderantes promiſſiones Dei. *Cum* retrib. Dei: ipſe ve. גמול אלהים הוא יבוא Iungi poteſt ſequentibus, *cum* retributione Deus ipſe veniet. 5 Patebunt. תפתחנה: aperient ſeſe. 6 Et laudabit ותרון & cantabit. Eruperunt נבקעו Præt. Heb. pro fut. rumpent ſeſe.i. exilient rupta terra.

in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine.

C 7 Et quæ erat arida, erit in ſtagnum: & ſitiens in fontes aquarum: in cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.

8 Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutꝰ, & hæc erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam.

D 9 Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint.

10 Et redempti à Domino, conuertẽtur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorũ: gaudium & lætitiam obtinebũt, & fugiet dolor & gemitꝰ. Cap. XXXVI.

4.Reg.18.c.13
2.para.32.a.1

1 ET ‖ factum eſt, in quartodecimo anno Regis Ezeciæ aſcendit Sennacherib Rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas.

2 Et miſit Rex Aſſyriorum Rabſacẽ de Lachis in Ieruſalem, ad Regem Ezeciam in manu graui, & ſtetit in aquæductu piſcinæ ſuperioris in via Agri-fullonis.

3 Et egreſſus eſt ad eum Eliacim filiꝰ Helciæ, qui erat ſuper domũ, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cõmentariis:

4 Et dixit ad eos Rabſaces, Dicite Ezeciæ, Hæc dicit Rex magnus, Rex Aſſyriorum, Quæ eſt iſta fiducia qua confidis?

5 Aut quo cõſilio vel fortitudine rebellare diſponis? ſuper quem habes fiduciam, quia receſſiſti à me?

6 Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum, ſuper AE-
B gyptum: cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eam: ſic Pharao rex AEgypti omnibus qui confidunt in eo.

7 Quòd ſi reſponderis mihi, In Domino Deo noſtro confidimus: nõnne ipſe eſt cuius abſtulit Ezecias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Ieruſalem, Coram altari iſto adorabitis?

8 Et nunc trade te domino meo Regi Aſſyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere aſcenſores eorum.

9 Et quomodo ſuſtinebis faciem iudicis vnius loci ex ſeruis domini mei minoribus? quòd ſi confidis in AEgypto, in quadrigis, & in equitibus:

10 Et nũc nũqd ſine Dño aſcẽdi ad ter-
C rã iſtã vt diſpderẽ eã? Dñs dixit ad me, Aſcende ſuper terrã iſtã, & diſpde eã.

11 Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabſacen, Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua, intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui eſt ſuper murum.

in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine.

7 Erítq; locus aridus in ſtagnũ, ″& ſitiens *terra* in ſcaturigines aquarum: in habitaculo ″draconũ, *in* accubitu eius, locus calamo & iũco.

8 Erit quoque ibi ″ſemita & via, viáq; ſanctitatis vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, ″& hæc erit ipſis: ambulans per viam, & ſtulti non errabunt *in ea*.

Christus, via ad Patrem.

9 Non erit ibi leo, ″& lædens inter beſtias non aſcendet per eam, nec inuenietur ibi: incedent autem per eam redempti.

10 ′Redempti enim à Iehouáh reuertentur, & venient in צSiión cũ laude, lætitia quoq; perpetua erit ſuper caput eorũ: gaudiũ & lætitiam apprehẽdent, fugiéntq; triſtitia & gemitus. Cap. XXXVI.

1 ET ″fuit, quartodecimo anno Regis חHizciiáhu aſcẽdit סSẽחherib Rex Aשſſur contra omnes ciuitates Iehudáh munitas, & cepit eas.

Quia frequenter meminit liberationis Ieruſalẽ, proſequitur hiſtoriã: vt oſtendat vera fuiſſe ſua vaticinia.

2 Miſitque Rex Aשſſur Rabשſacéh de Lachiשs in Ieruשſaláim ad Regẽ חHizciiáhu cum exercitu ′graui, & ſtetit in aquæductu piſcinæ ſuperioris *quæ eſt* in via Agri-fullonis.

3 Et egreſſus eſt ad eum אEliacím filiꝰ חHilciiáhu, ′qui erat ſuper domum, & שSebnáh ″ſcriba, & Ioáחh filius Aסſáph ″à cõmentariis:

4 Et dixit ad eos Rabשſacéh, Dicite nunc ad חHizciiáhu, Sic dixit Rex magnus Rex Aשſſúr, ″Quæ eſt fiducia hæc qua confiſus es?

5 ′Dixi, ″Certè verbum labiorum, ′cõſilium, & fortitudo ad prælium. nunc *igitur* cui fidiſti, quòd rebellaſti contra me?

6 Ecce, confiſus es in baculo arundineo confracto iſto, nẽpe AEgypto: cui ſi innixus fuerit quiſpiam, intrabit in manum eius, & perforabit eam: ſic eſt Parעóh Rex AEgypti omnibus fiduciam habentibus in eo.

7 Quòd ſi dixeris mihi, In Iehouah Deo noſtro cõfidimus: nónne iſte eſt cuius abſtulit חHizciiáhu excelſa & altaria: dixítque ad Iehudáh & Ieruשſaláim, Coram altari iſto ′incuruabitis vos?

8 Nunc igitur ″fideiube obſecro domino meo Regi Aשſſur, & dabo tibi duo millia equorũ, ſi modò poſſis dare ″equitãtes ſuper eos.

9 Et quomodo ″vertere facies faciẽ ducis vniꝰ è ſeruis domini mei minoribus, vt confidas in AEgypto propter currus & equites?

10 Et nũc nũquid abſque Iehouáh aſcendi ad terrã iſtã, vt diſperdã eã? Iehouáh dixit mihi, Aſcende ad terram iſtam, & diſperde eam.

11 Et dixit Eliacím, & שSebná, & Ioáחh ad Rabשſacéh, Loquere obſecro ſeruis tuis ″Syriacè, quia nos intelligimus: & ne loquaris nobis Iehudaicè ″in auribus populi qui eſt ſuper murum.

7 Et ſitiens *terra* וצמאון Ad verbũ, & *locus* ſitis.i.ſiticuloſus & ſquallidus. Draconũ, *in* accubitu e. תנים רבצה & ſerpentum, accubitu earũ, locus, &c. Earum nempe ſerpentũ fœminarum. vel, eius, vt תנים ſit ſingularis numeri. Alii vertũt, cubili eius, locus erit. Alii, ubi draco recubuit, erit locus humectus pro arundine, &c. 8 Semita מסלול ſemita ſtrata. vel, exaltata lapidibus. Et hæc, &c. והוא־למו הולך וגו׳ & hæc illorũ erit: qui peritus eſt viarũ, & qui nõ ſunt periti, non errabũt. Alii, ſed erit illorum: & nõ oberrabunt aſſuetus itineri, & ſtulti. Alii, & erit illis ambulans in via, vt imperiti non errent. vel, & ipſe cum eis incedens in via, vt ſtulti non poſſint errare. q.d. præibit ſuis. 9 Et lædens inter be. ופריץ חיות & diſſipatrix beſtiarum. Alii, & latro beſtiarum.i. & alia beſtia rapax.

10 Redempti e. à Ieh. reu. ופדויי יהוה ישובון Itaque redempti Iehouæ [vel, Redempti inquam Iehouæ] redibunt.

IN CAPVT XXXVI.

1 Et fuit ויהי Totũ iſtud caput habes 2.Reg.18.b.13, vſque ad verſum capitis 38 huius, eiſdem ferè ſcriptum verbis: niſi quòd in paucis locis iſtud caput variat ab illo. 2 Graui, כבד .i. numeroſo, ſiue magno, aut populorũ multorũ. 3 Qui erat ſu.d. אשר על־הבית .i. præfectus regiæ. Scriba, הסופר .i. qui præerat libris ſacris, & verſabatur in illis. Quidã vertunt, cãcellarius. A cõment. המזכיר: Ad verbũ, recordator. cõmonefactor, qui agenda reducebat in memoriã: cuius officium erat (vt ait quidã Hebræorũ) reducere in memoriam agenda ſuo ordine, prout res erat prior vel poſterior. 4 Quæ eſt fiducia, &c. מה הבטחון וגו׳ .i. Quanta eſt fiducia iſta qua niteris? vnde tantum tibi fidis, quòd defeceris à me? 5 Dixi, אמרתי ſub. apud me.i. ita reputaui apud me quòd ita cogites, Certè, &c. In ſecũdo lib. Reg. legitur, Dixiſti. ſub. apud te. Certè verb. lab. אך־דבר שפתים Profectò ſermo labiorum.i. facundia & eloquẽtia eſt mihi ad cõmouendos milites. Quidã exponunt Sermonẽ labiorũ, precationem, ſic, Speras te euaſurũ manus meas precatione ad Deum: at cõſilium in rebus gerendis, & fortitudo, ſiue magnanimitas ad bellum gerendum neceſſaria ſunt. 7 Incuruabitis vos? תשתחוו: adorabitis? 8 Fideiube התערב vadem promitte. vel, da obſides. Equitãtes ſu. eos. : רוכבים עליהם: ſeſſores eorũ. q.d. tu paucos habes in regno tuo equites, & vix poſſes inuenire ducentos. 9 Vertere facies תשיב את reuerti facies.i. & quomodo reſiſtes vel vni è minimis ſeruis domini mei? Quidã, retũdes facies. Alii, auerſaberis. 11 Syriacè, ארמית Aramicè. In aur. po. באזני העם Hebraiſmꝰ, pro Audiẽte populo.

12 Et dixit Rabשſacéh, Nunquid ad dominum tuum & ad te miſit″ me dominus meus, vt loquerer verba iſta? annon *magis* ad homines ſedētes ſuper muro, vt comedant″ſtercora ſua, & bibant″aquas pedum ſuorum vobiſcum?

13 Stans igitur Rabשſacéh, clamauit voce magna Iehudaicè, & dixit, Audite verba Regis magni, Regis Aשſſur.

Sēnacherib probris afficit Deũ viuentem.

14 Sic dixit Rex, Ne ſeducat vos הHizciiáhu: quia nō poterit eruere vos.

15 Neq; cōfidere faciat vos הHizciiáhu in Iehouáh, dicēdo, Eruēdo eruet nos Iehouáh, nec tradetur ciuitas hæc in manu Regis Aשſſur.

16 Ne audiatis הHizciiáhu: ſic enim dixit Rex Aשſſur, ″Facite mecũ benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque de vite ſua, & vnuſquiſque de ficu ſua, & bibite vnuſquiſque aquã ciſternæ ſuæ:

17 Donec veniam, & tollam vos in terram ſimilem terræ veſtræ, in terram frumenti & vini, terram panis & vinearum.

18 Ne fortè″perſuadeat vobis הHizciiáhu, dicendo, Iehouáh eruet nos. nunquid eruerunt dii Gētium vnuſquiſque terram ſuam de manu Regis Aשſſur?

Blaſphemia Sennacherib.

19 Vbi eſt Deus הHamáth, & Arphád? vbi eſt Deus סSepharuáim? ″& num eruerunt שSomrón de manu mea?

20 Quis eſt inter omnes deos terrarum iſtarum qui eruerit terram ſuam de manu mea, ″vt eruat Iehouáh Ieruשſaláim de manu mea?

21 Siluerunt autem, & non reſponderunt ei verbum: præceptum enim Regis erat, qui dixerat, Ne reſpondeatis ei.

22 Venit autem Eliacím filius הHizciiáhu, ″qui erat ſuper domum, & שSebná ſcriba, & Ioáהh filius Aסſáph, à commētariis, ad הHizciiáhu ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabשſacéh.

Cap. XXXVII.

Mittit nuntios Ezecias ad Eſaiā ob Sēnacherib.

1 ET fuit, quum audiſſet Rex הHizciiáhu, ſcidit veſtiméta ſua: & operuit ſe ſacco, intrauítque in domum Iehouæ.

2 Et miſit Eliacím, qui erat ſuper domum, & שSebná ſcribam, atque ſeniores ſacerdotũ opertos ſaccis, ad Ieשſaעiáhu filium אAmóעs Prophetam.

3 Qui dixerunt ad eum, Sic dixit הHizciiáhu, Dies anguſtiæ, & increpationis, atque blaſphemiæ, dies hæc: quia venerunt filii″vſq; ad matricem, & virtus non eſt ad pariendum.

4 Si fortè audiat Iehouáh Deus tuus verba Rabשſacéh, quem miſit Rex Aשſſúr dominus eius, vt probris afficiat Deũ viuentem, ″& arguat verbis, quæ audiuit Iehouáh Deus tuus: ″leua ergo orationem″pro reſiduo quod inuenitur.

5 Venerunt itaque ſerui Regis הHizciiáhu ad Ieשſaעiáhu:

Promittit Deus victoriā Ezeciæ.

6 Et dixit ad eos Ieשſaעiáhu, Sic dicetis domino veſtro, Sic dixit Iehouáh, Ne timeas″à facie verborum quæ audiſti, ″quibus contēpſerunt *me* pueri Regis Aשſſúr.

12 Et dixit ad eos Rabſaces, Nũquid ad dominum tuum & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer ōnia verba iſta: & non potius ad viros qui ſedent in muro, vt comedant ſtercora ſua, & bibant vrinam pedum ſuorum vobiſcum?

13 Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit, Audite verba Regis magni, Regis Aſſyriorum.

14 Hæc dixit Rex, Non ſeducat vos Ezecias: quia nō poterit eruere vos.

15 Et nō vobis tribuat fiduciā Ezecias ſuper Domino, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, nō dabitur ciuitas iſta in manu Regis Aſſyriorum.

16 Nolite audire Ezeciam: hæc enim dicit Rex Aſſyriorum, Facite mecum benedictionē, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam, & bibite vnuſquiſque aquā ciſternæ ſuæ: D

17 Donec veniam & tollā vos ad terram quæ eſt vt terra veſtra, terrā frumenti & vini, terrā panũ & vinearũ.

18 Nec conturbet vos Ezecias, dicēs, Dominus liberabit nos. nunquid liberauerunt dii Gentiũ vnuſquiſque terram ſuam de manu Regis Aſſyriorũ?

19 Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt Deus Sepharuaī? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?

20 Quis eſt ex omnibus diis terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuam de manu mea, vt eruat Dominus Ieruſalem de manu mea?

21 Et ſiluerunt, & non reſponderũt ei verbum: mandauerat enim Rex, dicens, Ne reſpondeatis ei.

22 Et ingreſſus eſt Eliacim filius Helciæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cōmentariis, ad Ezeciam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

Cap. XXXVII.

1 ET factum eſt, quũ audiſſet Ezecias, ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domũ Domini. 4.Reg.19.a.1

2 Et miſit Eliacim qui erat ſuper domum, & Sobnā ſcribam, & ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Eſaiam filium Amos Prophetam,

3 Et dixerunt ad eum, Hæc dicit Ezecias, Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ dies hæc: quia venerunt filii vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.

4 Siquo modo audiat Dominus Deꝰ tuus verba Rabſacis, quē miſit Rex Aſſyriorũ dominus ſuus ad blaſphemandum Deum viuentem, & exprobrandum ſermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationē pro reliquiis quæ repertæ ſunt.

5 Et venerunt ſerui regis Ezeciæ ad Eſaiam: B

6 Et dixit ad eos Eſaias, Hæc dicetis domino veſtro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie verborum quæ audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri Regis Aſſyriorum me.

---

12 Stercora ſua, חוראיהם Annotāt Hebræi ita legi in contextu Hebraico: à foraminibus vnde exeũt. in margine verò ipſius contextus honeſtiori vocabulo ſcriptũ eſſe מוצאותם egeſta ſua. Aquas pe.ſ. מימי רגליהם honeſto hoc vocabulo ſignificant Hebræi vrinā, ſiue lotium, quòd eam deiiciant homines ad pedes. Ad marginē autem cōtextus Hebraici hæc adſcribunt, in contextu ſupponentes fictitiũ vocabulum שיניהם. 16 Facite m. benedict. עשו אתי ברכה Hebraiſmus, pro Percutite mecũ fœdus. recipite leges pacis quas vobis offero, & dedite vos mihi: & ſi hoc feceritis, comedetis quiſque fructũ vitis ſuæ, &c. Imperatiua pro futuris. 18 Perſuad. vo. יסית אתכם decipiat vos. Alii, conturbet. Alii, tentet vos. 19 Et num er. וכי־הצילו An eruerũt. כי pro An, vel Num. 22 Qui erat ſuper do. &c. אשר־על־הבית Vide hæc in principio capitis huius, verſu 3.

IN CAPVT XXXVII.

3 Vſque ad mat. עד משבר vſque ad anguſtias vteri. ſub. parientis: in quibus ſcilicet cōfringitur fœtus ipſe. id eſt multa patitur, multùmque accipit incommodi. 4 Et arguat יהוכיח & increpet. Leua er. orat. ונשאת תפלה Hebraiſmus, pro Ora. Pro reſid. &c. בער השארית הנמצאה: pro reliquiis quæ adhuc ſuperſunt. vel, extāt. 6 A facie verborum מפני הדברים Hebraiſmus, propter verba. Quibus contemp. &c. אשר גדפו quibus probro[vel, conuitiis]me affecerunt ſerui Regis Aſſur.

7 Ecce,ego dabo ei ſpiritum,& audiet nũtium, & reuertetur ad terrã ſuam, & corruere eum faciam gladio in terra ſua.

8 Reuerſus eſt autẽ Rabſaces, & inuenit Regem Aſſyriorum præliantẽ aduerſus Lobnã: audierat enim quia profectus eſſet de Lachis.

4.Reg.19.b.9

9 Et audiuit de Tharaca Rege AEthiopiæ,dicentes, Egreſſus eſt vt pugnet cõtrà te: quod quũ audiſſet,miſit nuntios ad Ezeciam,dicens,

C

10 Hæc dicetis Ezeciæ regi Iudæ, loquentes,Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis,dicens,Non dabitur Ieruſalem in manum Regis Aſſyriorum.

11 Ecce,tu audiſti omnia quæ fecerũt Reges Aſſyriorũ õnibus terris quas ſubuerterunt: & tu poteris liberari?

12 Nũquid eruerũt eos dii Gẽtiũ,quos ſubuerterũt patres mei Gozã & Harã, & Reſeph, & filios Edẽ,q erãt in Thalaſſar?

13 Vbi eſt Rex Emath, & Rex Arphad, & Rex vrbis Sepharuaim, Ana & Aua?

14 Et tulit Ezecias libros de manu nũtiorum, & legit eos, & aſcendit in domũ Domini: & expãdit eos Ezecias coram Domino.

15 Et orauit Ezecias ad Dominum, dicens,

16 Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim: tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cælum & terram.

17 Inclina Domine aurem tuã, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: & audi omnia verba Sẽnacherib, quæ miſit ad blaſphemandum Deum viuentem.

D

18 Verè enĩ Dñe deſertas fecerũt Reges Aſſyriorũ terras, & regiones earũ:

19 Et dederũt deos earũ igni: nõ enim erãt dii, ſed opera manuũ hominum, lignum & lapis, & cõminuerunt eos.

20 Et nũc Domine Deus noſter ſalua nos de manu eius: & cognoſcant omnia regna terræ quia tu es Dñs ſolus.

21 Et miſit Eſaias filius Amos ad Ezeciã, dicens, Hæc dicit Dominus Deꝰ Iſrael, Pro quibus rogaſti me de Sẽnacherib Rege Aſſyriorum.

22 Hoc eſt verbum quod loquutus eſt Dominus ſuper eum, Deſpexit te, & ſubſannauit te, virgo filia Siõ: poſt te caput mouit, filia Ieruſalem.

23 Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem, & leuaſti altitudiuem oculorum tuorum? Ad Sanctum Iſrael.

E

24 In manu ſeruorũ tuorũ exprobraſti Domino: & dixiſti, In multitudine quadrigarum mearũ ego aſcendi altitudinem montiũ, iuga Libani: & ſuccîdã excelſa cedrorũ eius, & electas abietes illiꝰ, & introibo altitudinẽ ſũmitatis eius, ſaltum Carmeli eius.

25 Ego fodi, & bibi aquã, & exiccaui veſtigio pedis mei õnes riuos aggerũ.

---

7 Ecce ego″do in eo ſpiritum,& audiet″rumorem, reuertetúrque in terram ſuam,& cadere faciam eum gladio in terra ſua.

8 Reuerſus autem Rabשׁſacéh,inuenit Regem Aשׁſſur oppugnantem Libnáh:audierat enim quòd profectus erat de Lachiשׁs.

9 Audiuit præterea de Thirhacáh rege″AEthiopiæ,″dicẽdo,Egreſſus eſt vt pugnet tecũ:″audiuit inquam,& miſit nuntios ad הHizciiáhu,dicendo,

10 Sic dicetis ad הHizciiáhu Regem Iehudáh, dicẽtes, Ne ſeducat te Deus tuus,cui tu confidis,dicendo, Nõ dabitur Ieruשׁſaláim in manum regis Aשׁſſur.

Blaſphemia Sennacherib.

11 Ecce audiſti quæ fecerunt Reges Aשׁſſur vniuerſis terris,″delendo eas:& tu eruêris?

12 Nunquid eruerunt eas dii Gẽtium,quos ſubuerterũt patres mei Gozã,& הHarã,& Reצſeph,& filios עEden qui erant in Thelaשׂſar?

13 Vbi *eſt* Rex הHamáth,& Rex Arphád, & Rex ciuitatis סSepharuáim,Henעá,& עIuáh?

14 Et tulit הHizciiáhu literas de manu nuntiorũ, legítq; eas: & aſcendẽs in domum Iehouæ,expãdit illas הHizciiáhu corã Iehouáh.

15 Orauit autem הHizciiáhu ad Iehouam,dicendo,

16 Iehouáh exercituum Deus Iשׁſraאél″ſedens *ſuper* Cherubim,tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ,tu feciſti cælum & terram.

Oratio Ezeciæ.

17 Inclina Iehouáh aurem tuã,& audi:aperi Iehouáh oculos tuos, & vide:& audi omnia verba סSannהherib,qui miſit vt probris afficeret Deum viuentem.

18 Verè Iehouáh vãſtauerũt Reges Aשׁſſur õnes terras,″& terrã eorũ:

19 Et tradidit deos eorum igni: non enim dii erant,ſed opus manuum hominum,lignum & lapis,″ideo perdiderunt eos.

20 Et nũc Iehouáh Deus noſter ſaluos fac nos de manu eius,vt cognoſcant omnia regna terræ quòd tu es Iehouáh ſolus.

Eſaias cõſolatur Ezechiã,victoriã prænuntians.

21 ″Tunc miſit Ieשׁſaעiáhu filius אAmóצs ad הHizciiáhu dicendo, Sic dixit Iehouáh Deus Iשׁſraאl,″Pro quibus precatus es me ſuper סSannהherib Rege Aשׁſſúr, *audiui*.

22 Hoc *eſt* verbũ quod loquutus eſt Iehouáh ſuper eũ, Deſpexit te, ſubſãnauit te,″virgo filia צSiiõ:poſt te caput mouit,filia Ieruשׁſaláĩ.

23 Quẽ probris affeciſti, & cui cõuitiatus es, & cõtra quẽ exaltaſti vocẽ,& eleuaſti in excelſum oculos tuos? cõtra Sãctũ Iשׁſraאelis.

24 ″Per manum ſeruorũ tuorũ probris affeciſti Dominũ,& dixiſti, In multitudine curruũ meorũ aſcendi altitudinẽ mõtiũ,latera Lebanón:& ſuccîdã″altitudinem cedrorũ eius,electas abietes eius,″& introibo altitudinem ſummitatis eius,ſyluam Charmeli eius.

25 Ego″fodi,& bibi aquas″*alienas*, & ſiccaui planta pedum meorum omnes riuos″munitionis.

7 Do נותן pono.Præſ.Heb.pro fut.Quidã,apponam illi ventum.i.daturus ſum illi voluntatẽ reuertẽdi in patriã ſuam,audito rumore belli quod geſturus eſt contra eum Rex AEthiopiæ. Rumorem, שמועה Ad verbum,auditum. 9 AEthiopiæ. כוש Chuשׁs. Dicendo, לאמור à dicente. Audiuit inq.& miſ. וישמע וישלח ex quo audiuit,miſit. 11 Delendo eas: להחרימם quomodo deuaſtauerint eas. 16 Sedens *ſuper* Cher. יושב הכרובים qui habitas *inter* Cherubim. 18 Et terram e. : ואת־ארצם terram inquam eorum. 19 Ideo perdid.e. :ויאבדום Hic ו pro Ideo. 21 Tunc miſit. וישלח Ponitur ו pro Tunc.aut,proinde Pro quibus prec.es אשר התפללת quæ precatus es,&c.ſubaudi ex 2.Reg.19.c.20,audiui,vbi plena eſt locutio. Alii,quoniam precatus es.

22 Virgo filia בתולת בת Virginẽ vocat,quòd antea in nullius poteſtatẽ veniſſet. Filia pro cõgregatione accipitur. 24 Per manũ ſeru.t. ביד עבדיך Hebraiſmus,per ſeruos tuos. Altitudinem. קומת ſumma.i.perdam magnates ac primates eius.q.d.expugnabo illam. Et introibo,&c. ואבוא מרום וגו' tum veniã ad ſummũ extremitatis eius,ad ſyluã[vel,ad planitiem] eius cãpeſtrẽ.Summũ,vel ſummitatẽ extremitatis eius vocat ipſam Ieruſalẽ,quam Rex Aſſur vltimo loco putabat obtinendã, ſubactis omnibus aliis regni Iudææ locis. Vocatúrq; hîc & 2.Reg.19.e.23,מלון קצה habitaculũ finis eius,nẽpe regni Iudææ,quòd ſupremus eſſet locus & metropolis totius illius regni, & qua deuicta nullus alius ſupereſſet locus expugnãdus.Vocat quoq; eam ſyluã cãpeſtrem, ſeu ſyluã optimis conſitã arboribus,quòd campus circa Ieruſalẽ plenus eſſet quaſi ſylua,frugiferis arboribus & vitibus.id enim ſignificat Charmel. 25 Fodi, קרתי .i.fodiendo,venam aquarũ perquirere ſoleo.hoc eſt,in loco in quo eſt maxima penuria aquarũ,inuenio aquas:& bibo aquas externas & peregrinas,ignotas,& antea latentes ſub terra ipſa. Alii exponunt. Tot milites traho mecũ,vt non ſufficiat illis aqua fluuiorum,&c. *Alienas*, Subauditũ eſt ex libro Reg.vbi מים זרים legitur. Munitionis. :מצור .i.qui pro munitione ſunt. Alii,obſidionis.i.omnes fluuios vrbium obſeſſarum,qui eas alluebant.

′Annon audiſti *quòd* à lõginquo *tempore* fecerim eam, à diebus antiquis etiam formauerim ipſam? nunc verò adduxi ipſam′vt ſit in deſolationem, in aceruos ruinarum, ciuitates munitas. 26

Nam habitatores earum′abbreuiati manu,″contriti ſunt, & pudore affecti ſunt: fuerũt *ut* herba agri″& olus germinis, *imò ut* herba tectorum,″& *tanquam* herba percuſſa ariditate antequam ſit ſeges. 27

″Habitationem autem tuam, & egreſſum tuũ, & introitum tuũ noui, & furorem tuum in me. 28

Quoniam iratus es contra me, ″& tumultus tuus aſcendit in aures meas,″ideo ponam hamum meum in naribus tuis, & camum meum in labiis tuis, & redire faciam te per viam qua veniſti. 29

Et hoc tibi ſignum:″comede anno *hoc* per ſe germinãtia, & anno ſecundo″ſponte *etiam* naſcentia: anno verò tertio ſeminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. 30

Et addet″ſuperſtes domus Iehudáh, qui remanſit *mittere* radicem deorſum, & facere fructum ſurſum. 31

Quia de Ieruשſaláim″egredientur reliquiæ,″& ſuperſtes de mõte צSiión: zelus Iehouæ exercituum faciet hoc. 32

Propterea ſic dicit Iehouáh de Rege Aשſſur, Non intrabit ciuitatem iſtam, nec iaciet illuc ſagittam, neque″præoccupabit eam clypeo *munitus*, & non effundet iuxta eam aggerem. 33

Per viam qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dixit Iehouáh. 34

Et protegam ciuitatẽ hanc, vt ſeruem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. 35

Angelus Domini occidit exercitũ Sennacherib.

Egreſſus eſt autẽ Angelus Iehouáh, & percuſſit in caſtris Aשſſur centũ & octoginta quinque milia:″& ſurrexerunt ſummo mane, & ecce omnes *erant* cadauera mortuorum. 36

Tum profectus eſt, & abiit, reuerſúſque eſt Sanחherib Rex Aשſſúr, & habitauit in Nineuéh. 37

Occiditur Sennacherib. Aſarhaddon regnat pro eo.

Et accidit, eo adorante in domo Niסſróch deum ſuum, Adramélech & שSarאeצſer filii eius percuſſerunt eũ gladio, euaſerúntque in terrã Ararát: & regnauit אEסſarחhaddón filius eius pro eo. 38

Cap. XXXVIII.

AEgrotat Ezecias.

1 I′N diebus illis ægrotauit חHizciiáhu vſque ad mortem: & venit ad eũ Ieשſaיiáhu fili⁹ אAmóצs Propheta, dixítq; ad eũ, Sic

26 Nũquid non audiſti quæ olim fecerim ei? ex dieb⁹ antiquis ego plaſmaui illud, & nunc adduxi, & factũ eſt in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum.

27 Habitatores earum breuiata manu, contremuerunt, & confuſi ſunt: facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramẽ paſcuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam matureſceret.

28 Habitationem tuam, & egreſſum tuum, & introitum tuum cognoui, & inſaniam tuam contra me. F

29 Quum fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponã ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.

30 Tibi autem hoc erit ſignum: comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere: in anno autem tertio ſeminate & metite, & plãtate vineas, & comedite fructum earum.

31 Et mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquũ eſt, radicẽ deorſum, & faciet fructũ ſurſum:

32 Quia de Ieruſalẽ exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet iſtud.

33 Propterea hæc dicit Dominus de Rege Aſſyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittã, & non occupabit eam clypeus, & nõ mittet in circuitu eius aggerem. G

34 In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

35 Et protegam ciuitatẽ iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.

36 ‖Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorũ centum octoginta quinque millia: & ſurrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum.

4.Reg.19.g.35.36
tob.1.d.21
eccli 48.d.24
1.mach.7.f.41
2.mach.8.c.19

37 Et egreſſus eſt, & abiit: & reuerſus eſt Sennacherib Rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue.

38 Et factum eſt, quum adoraret in tẽplo Neſroch deum ſuũ, Adramélech & Saráſar filii eius percuſſerunt eum gladio, fugerúntque in terrã Ararat, & regnauit Aſarhaddon filius eius pro eo.

Cap. XXXVIII.

1 I‖N diebus illis ægrotauit Ezecias vſque ad mortẽ: & introiuit ad eũ Eſaias filius Amos Propheta, & dixit

4.Reg.20.a.1
2.par.32.f.24

26 Annõ audiſti *quòd* à long.&c. הלא־שמעת וגו′ His verbis Dominus declarat ſe Ieroſolymæ tutorẽ eſſe, nec Eccleſiæ vnquã defuturũ. Hoc autẽ argumento vtitur, Ego Eccleſiam fundaui: perpetuò igitur mihi curæ futura eſt ſalus ipſius. qui enim cœpit, opus inchoatum nõ relinquet, ſed ad faſtigiũ vſque perducet. Sunt qui exponũt hunc verſum quaſi Dominus nihil ab hoc tyrãno fieri, aut iam factũ eſſe declaret, quod ore Prophetæ nõ prædixerit, atq; ita authorẽ earum rerũ ſe eſſe pronũtiet. propterea vertũt, Annon audiuiſti *quòd* hoc *negotiũ* iam olim fecerim, à diebúſq; antiquis formauerim illud? iam verò adduco illud, nempe vt ſit in deſolationẽ, & *redigam* in aceruos ruinarũ vrbes munitas. vel vt quidã liberius interpretãtur, nempe vt vaſtem vrbes munitas, & redigam eas in aceruos & ruinas. Vt ſit in deſol.&c. ותהי לחשאות וגו′ Ad verbũ, & erit ad deſolandũ in aceruos deſolatos ciuitates munitas. Ordo eſt (vt doctus inter Hebræos ſcribit, poſteriorem expoſitionem ſequutus) erit ad deſolandum ciuitates munitas, quæ erũt deſtructæ & deſolatæ in aceruos. ſiue vt ſint acerui deſolati.

27 Abbreuiati ma. קצרי־יד Hebraiſmus. i. imbelles, ſiue imbecilles facti, & redditi à me infirmi & debiles. Quidã vertunt, manu fuerunt mutilati. Cõtriti ſ. חתו cõtremuerunt. territi ſunt. cõſternati ſunt. Et olus ger. וירק דשא & virens germen. aut, olus viride. ſiue, herba virens. Et *tanquã* herba,&c. ושדמה לפני קמה: Ad verbũ, & *tanquã* ariditas ante ſegetem. i. tanquã herba triticea tacta vredine antequã euadat in ſegetem, & aſſurgat in culmos, ſiue antequã matureſcat. שדמה idem quod שדפה. 2.Reg.19.c.26. מ enim & פ ſunt eiuſdem exitus, vt Hebræi loquũtur. i. inter ſe permutantur, & altera pro altera accipitur. 28 Habitationẽ,&c. ושבתך וצאתך וגו′ Infinitiui ſunt [ad verbũ, Habitare, ſiue ſedere tuũ, & egredi tuũ, & ingredi tuũ noui, & iraſci tuũ contra me] pro nominibus verbalib⁹, Seſſionẽ tuã, & exitũ tuum, & introitũ tuũ ego noui, & iracundiã tuam cõtra me. i. quæ feceris domi quũ habitabas in patria. [quidã, cõſilia domeſtica exponũt] & quid cogitares quũ egreſſus es è patria tua, & quot milites illinc eduxeris: & aduẽtum tuũ in terrã hanc noui, quomodo item cõmoto [ſiue, concitato] animo mihi interminari auſus ſis, nõ aliter quàm idolis tuis. 29 Et tumultus tuus ושאננך ideo tumultus tuus. i. verba tua tumultus plena. Alii, & opulẽtia tua. vel, otium tuum. aut, requiẽs tua. Alii, & fœlicem te putas, aſcendit *id* ad,&c. Ideo ponam ושמתי itaq; ponã. 30 Comede אכול Sing. Heb. pro plur. & Imperat. pro fut. comedetis. Spõte *etiã* naſc. שחיס quæ hinc renata fuerint. i. quæ ex ſpõte ſiue per ſe natis, nulla præcedente ſemẽte, renaſcẽtur. Sing. pro plur. 31 Superſtes,&c. פליטת וגו′ Ad verbũ, euaſio domus Iehudáh, qui relictus eſt. Quidã, quod ſeruatũ erit è domo Iuda, *quodque* reſiduũ erit. 32 Egrediẽtur reliq. תצא שארית egredietur reliquũ. i. multi relinquẽtur & erũt ſuperſtites in Ieruſalem. Et ſuperſtes ופליטה Ad verbum, & euaſio. vel, euaſor.

33 Præoccupabit יקדמנה præueniet. i. milites tecti clypeis ſuis, non inuadent aut oppugnabunt vrbem.

36 Et ſurr. ſummo mane וישכימו בבוקר ſub. qui miſſi erant à Rege. vel famuli eius, & inuenerunt eos mortuos.

IN CAPVT XXXVIII.

1 In dieb. il. חחם בימים Sequenti capite legitur בעת ההיא In tempore illo. Vſque ad mortem: למות Ad verbum, ad moriendum.

ei, Hæc dicit Dñs, Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.

2 Et conuertit Ezecias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum:

3 Et dixit, Obſecro Domine, memẽto quæſo quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonũ eſt in oculis tuis, fecerim. & fleuit Ezecias fletu magno.

4 Et factum eſt verbum Domini ad Eſaiam, dicens,

5 Vade, & dic Ezeciæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam: ecce ego adiiciã ſup dies tuos quindecim annos.

6 Et de manu Regis Aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam, & protegam eam.

B 7 Hoc autem tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod loquutus eſt.

8 Ecce, ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcẽderat in horologio Achaz in ſole, retrorſum decem lineis. & reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus quos deſcenderat.

9 Scriptura Ezeciæ Regis Iuda quũ ægrotaſſet, & conualuiſſet de infirmitate ſua.

10 Ego dixi in dimidio dierum meorũ, Vadam ad portas inferi: quæſiui reſiduum annorum meorum.

11 Dixi, Nõ videbo Dominum Deum in terra viuentium: non aſpiciam hominem vltrà & habitatorem quietis.

C 12 Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me quaſi tabernaculum paſtorum: præciſa eſt velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccîdit me: de mane vſque ad veſperam finies me.

13 Sperabã vſque ad mane, quaſi leo ſic cõtriuit omnia oſſa mea: de mane vſque ad veſperam finies me.

14 Sicut pullus hiruudinis ſic clamabo, meditabor vt columba: attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum: Domine vim patior, ſponde pro me.

15 Quid dicã, aut qui reſpondebit mihi, quũ ipſe fecerim? recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

D 16 Domine, ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei: corripies me, & viuificabis me.

dixit Iehouáh, ′Præcipe domui tuæ, quia′morieris tu, & nõ viues.

2 Et cõuertit nHizciiáhu faciẽ ſuã″ad parietẽ, & orauit ad Iehouã,

3 Et dixit, Obſecro Iehouáh, recordare quæſo quòd ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim. & fleuit nHizciiáhu fletu magno.

4 ′Et fuit verbum Iehouæ ad Iewſayiáhu, dicendo,

5 Vade, & dic ad nHizciiáhu, Sic dixit Iehouáh Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, vidi lachrymas tuas: ecce′addo diebus tuis quindecim annos.

6 Et de manu Regis Awſſur eruam te & ciuitatem hanc, protegãque ciuitatem hanc.

7 Et hoc tibi ſignum à Iehouáh, quòd facturus ſit Iehouáh verbũ hoc quod loquutus eſt.

8 Ecce, reuerti facio vmbram graduum quibus deſcendit″in horologio Anhaz in ſole retrorſum decẽ gradibus. reuerſúſque eſt ſol decem gradibus″quibus iam deſcenderat.

Accipit ſignum ſanitatis in horoſcopo.

9 Scriptura nHizciiáhu Regis Iehudáh, quum ægrotaſſet, & cõualuiſſet ab infirmitate ſua.

10 Ego″dixi″in exciſione dierum meorum, Vadam ad portas ſepulchri:″priuatus ſum reſiduo annorum meorum.

Canticum Ezeciæ.

11 ′Dixi, Non videbo″Iáh Iáh in terra viuentium: non aſpiciã hominem vltrà cum habitatoribus orbis.

12 ″Habitatio mea receſſit, & migrauit à me veluti tabernaculũ paſtoris: præcidi more textoris vitam meam,″ægritudine *Deus* ſuccîdet me:″à die vſque ad noctem″conſummabis me.

13 Tunc′poſui *uitam meam* vſque ad mane: veluti leo, ſic′contriuit omnia oſſa mea:″à die vſque ad noctem conſummabis me.

14 Sicut grus *&* hirundo, ſic″garriebam, gemebam vt columba: eleuabantur oculi mei in excelſum: Domine *infirmitas*″vim facit mihi, quieſcere fac me.

15 Quid loquar? Et dixit mihi *per Prophetam*, & fecit *quod dixit*:′leniter incedam omnibus annis meis″in amaritudine animæ meæ.

16 Domine″vltra eos viuent, & omnibus *dicam quòd* in ipſis eſt vita ſpiritus mei:″itaque ſana me, & viuifica me.

Præcipe do.t. צו לביתך .i.da mãdata de domo tua, vel hominibus domus tuæ, ſiue domeſticis, quæ velis fieri poſt mortem. Morieris מת Præt.Heb.pro fut.i.non conualeſces ex hoc morbo. 2 Ad parietem, אל־הקיר ſub.lecti.Chaldæus paraph.templi.i.verſus templũ, vt ſcilicet cũ maiore attentione animi oraret Deum, auertendo faciem ſuã ad his qui ſibi aſtabant. 4 Et fuit ver Ieh. ויהי דבר־יהוה Hebraiſmus, Loquutus eſt Iehoua ad Eſaiam. Addo יוסף præſ.Heb.pro fut.adiiciam. 8 In horologio במעלות Hæc vox ſignificat gradus.i.aſcenſum ſiue cochleã. Significat & ſolariũ, quadrantem, ſiue horologiũ, quòd lineis ſiue gradibus deſignetur. Significat etiam lineas ipſas ſolarii quæ indicant horas. Quibus iam deſc. במעלות אשר ירדה Ad verbum, in gradibus quibus deſcenderat.

10 Dixi אמרתי dixeram. In exciſ.di.m. בדמי ימי .i.quũ audiui actum eſſe de me, & finem vitæ meæ inſtare, id mihi renuntiãte Propheta. Exciſionem dierũ vocat mortem illam immaturam quæ ſcilicet accidit ante periodum naturalis vitæ.q.d.periiſſem in flore ætatis meæ, niſi miſertus fuiſſet mei Dominus. Priuatus ſum פוקדתי Præt.Heb.pro fut.carebo.vel, priuabor.

11 Dixi אמרתי Dixeram. Iáh Iáh יה יה Idem nomen quod Iehouáh.i.non contemplabor opera Domini in vita mea.

12 Habitatio mea rec. דורי נסע .i.aliò mihi demigrandũ eſt. AEgritudine מדלה Ad verbũ, macie. Quidam, præ morbo. quòd morbus inducere ſoleat maciem. A die vſque ad noctem מיום עד־לילה .i.ab initio diei vſque ad initium noctis.hoc eſt intra ſpatium vnius diei. Conſummabis .me. : תשלימני complebis me.finies me.i.annos meos.hoc eſt, finiam vitam te authore intra hanc noctem. Mutatio perſonæ.q.d.tanta & tam grauis erat ægritudo vt non putarem me ſuperuicturum vſque ad noctem inſequentem.

13 Poſui, &c. שויתי עד־בוקר Cõſtitui rurſum *terminũ* vſq; mane.i.dixi me forſitã victurũ vſq; ad mane. Cõtriuit ישבר Fut.Heb.pro præt.ſub.morbus. A die, &c. מיום עד־לילה וגו׳ Vide præcedentẽ verſum.q.d.ad ſummũ non viuã vltra hanc diem. 14 Garriebã, ge. אצפצף אהגה Fut.Heb.pro præt.imperf.muſſitabam, meditabar.vel, ſuſpirabã, gemebam.q.d.interim non tacebam, ſed gemebam, & voces quaſdam obſcuras emittebã, teſtes grauiſſimi doloris. Vim fa.m. עשקה־לי Præt.Heb.pro præſ.opprimit me. Quidã Hebræorũ, Adde mihi.ſub.dies aliquot. 15 Leniter inc. אדדה pedetentim incedã.more ſcilicet eorũ qui mœrore affecti ſunt, quiq; meminerunt calamitatis & afflictionis præteritæ. Quidã vertunt, Mouebor. In amarit. על־מר propter amaritudinẽ. Doctus inter Hebræos cũ Chaldæo paraph.exponũt, propter liberationẽ ab amaritudine. 16 Vltra eos, &c. עליהם יחיו וגו׳ vltra eos viuẽt, & omnibus *hominibus narrabo quòd* in ipſis *annis habeam* vitã ſpiritus mei, & *quòd* tu me dormire feceris, atq; viuificaueris me. Doctus inter Hebræos exponit, Iam cognoui quòd vltra præſcriptos annos homines viuere poſſunt, ſi tu volueris: id quod in me experior, qui in ſuperadditis annis fruor gratiſſima vita ſpiritus mei: id quod aliis narrare ſoleo. Alii vertũt, Vltra annos ſuos viuẽt *pii*, & omnibus *dicã*, In illis eſt vita ſpiritus mei: itaq; ferua me incolumẽ, ac viuifica me.q.d. Simile beneficiũ quod ego, cõſequentur qui reuertẽtur ad te toto corde, victuri nẽpe diutius: & poſthac dicã omnibus hominibus, In annis beneficio Dei ſpatio vitæ meæ additis viuo. Qui videntur propius ad mentẽ Prophetæ accedere, cõuerſo paululũ ordine dictionũ vertunt, Etiã omnibus *qui* vltra eos viuent, vita ſpiritus mei in illis *nota erit*, & quòd me dormire feceris, & viuificaueris me.i.quicunque vltra iſtos annos viuent, illis etiam ſpiritus mei vita nota erit. ſubauditur relatiuum אשר qui. Itaque ſana me, ותחלימני inpinga itaque me.vel, robora, ſiue confirma.

39.40

17 ″Ecce, *dum eſſem* in pace, amaritudo mihi amara: tu autē ″deſideraſti eruere animam meā à fouea ″cōſumptionis: quia ″proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

18 Non enim ″ſepulchrum ″confitebitur tibi, ″*neque* ″mors laudabit te, ″nec ſperabunt qui deſcendunt in ſepulchrum, in veritate tua.

19 Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20 ″Iehouáh ad ſeruandum me *adfuit*, ideo pſalmos meos ″pſallemus omnibus diebus vitæ noſtræ in domo Iehouæ.

21 Dixerat autem Ieשſaעiáhu, ″Tollant maſſam ficuum, ″& alligēt ſuper vlcus, & ſanabitur.

22 Dixerátque חHizciiahu, Quod ſignum *erit* ″quod aſcendam in domum Iehouæ?

Cap. XXX.IX.

Ezecias recipit munera à rege Merodach.

1 I″N tēpore illo miſit ″Merאodách Baladán filius Baladán Rex Babél literas, & munus ad חHizciiáhu: ″audierat enim quòd ægrotaſſet & conualuiſſet:

2 Lætatus eſt autē חHizciiáhu, & oſtendit eis domum ″aromatum ſuorum, argentum, & aurum, atque aromata ″& vnguentum optimum, & omnem domum ″vaſorum ſuorum, & quicquid inuentum eſt in theſauris ſuis: non fuit quicquam quod non oſtenderet eis חHizciiáhu in domo ſua, & in vniuerſa ditione ſua.

Increpatur ab Eſaia ob oſtētatos theſauros.

3 ″Introiuit autem Ieשſaעiáhu propheta ad Regem חHizciiáhu, & dixit ei, Quid dixerunt viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit חHizciiáhu, De terra longinqua venerunt ad me, de Babél.

4 ″Rurſum ait, Quid viderūt in domo tua? Et dixit חHizciiáhu, Cuncta quæ erant in domo mea, viderunt: non fuit aliquid quod non oſtenderim eis in theſauris meis.

5 Tunc dixit Ieשſaעiáhu ad חHizciiáhu, Audi verbum Iehouæ exercituum:

6 Ecce dies veniūt, & auferetur quicquid eſt in domo tua, & quæ recondiderunt patres tui ad hunc vſque diem, in Babel: non relinquetur aliquid, dixit Iehouáh.

7 De filiis quoque tuis qui egredientur de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babél.

8 Et dixit חHizciiáhu ad Ieשſaעiáhu, Bonum verbū Iehouæ quod loquutus es. ″Et adiecit, Saltem fiat pax & veritas in diebus meis.

Cap. XL.

Lætitia & remiſſio peccatorum per Chriſtum.

1 COnſolamini, ″*ô Prophetæ*, conſolamini populum meum, dixit Deus veſter.

17 Ecce, in pace amaritudo mea amariſſima: tu autē eruiſti animam meā vt non periret, proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.

19 Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notā faciet veritatem tuam.

20 Domine, ſauum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

21 Et iuſſit Eſaias vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.

22 Et dixit Ezecias, Quod erit ſignum quia aſcendam in domum Domini?

Cap. XXXIX.

4.Reg.20.c.12.

1 INtēpore illo miſit Merodach Baldā filius Baladā Rex Babylonis libros & munera ad Ezeciā: audierat enim quòd ægrotaſſet, & conualuiſſet.

2 Lætatus eſt autē ſup eis Ezecias, & oſtendit eis cellā aromatum, & argenti, & auri, & odoromentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas ſuppellectilis ſuæ, & vniuerſa quę inuenta ſunt in theſauris eius: non fuit verbum quod non oſtenderet eis Ezecias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua. B

3 Introiuit autē Eſaias propheta ad Ezeciam Regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezecias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4 Et dixit, Quid viderūt in domo tua? C Et dixit Ezecias, Omnia quæ in domo mea ſunt, viderunt: non fuit res quam non oſtenderim eis in theſauris meis.

5 Et dixit Eſaias ad Ezeciam, Audi verbum Domini exercituum.

6 Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dominus. D

7 Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.

8 Et dixit Ezecias ad Eſaiam, Bonū verbum Domini quod loquutus eſt. Et dixit, Eiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

Cap. XL.

1 COnſolamini cōſolamini popule meus, dicit Deus veſter.

17 Ecce, &c. הנה וגו׳ Ecce pro valetudine *habēda* fuit mihi amara amaritudo Alii, Certè propter pacem *perditā* amaritudo erat mihi amara. Deſideraſti חשקת cōcupiuiſti. voluiſti. Alii, tibi autē placuit, ſiue cōplacitū fuit. Cōſumptionis: בלי׳ corruptionis. i. de ſepulchro in quo corpora cōſumuntur. Proieciſti, &c. השלכת אחרי וגו׳ Phraſis Hebraica, pro, deſiiſti meminiſſe peccatorū meorū, & cōdonaſti mihi omnia peccata mea. 18 Sepulchrū שׁאול .i. corpora quū iacent in ſepulchro. Cōfitebitur tibi, תודך laudabit te. Sic ſequēti verſu. *Neque* Ex præcedenti verſu ſubauditum eſt more Hebraico. Mors מות Mors pro mortuis, ſiue corporibus mortuorū. Nec ſperab. לא ישברו nec expectabunt qui in foueam deſcendūt, veritatem tuam. i. adimpletionem promiſſionum tuarum quæ veriſſimæ ſunt. 20 Iehouáh, &c. יהוה להושיעני Iehouæ eſt vt ſaluet me. Pſallemus נננן cātabimus. propriè ſignificat canere ad inſtrumentū muſicum. 21 Tollant ישאו Fut. Heb. pro imp. Hi duo verſus hîc adiecti videntur vt breuius exprimeret quod fuſius dictum erat in libro Regum. Et alligent ſu. vl. וימרחו על־השחין Ad verbum, & cataplaſment. i. inſtar cataplaſmatis ſuperponant vlceri. 22 Quòd aſcen. כי אעלה .i. quòd aſcendam in templum vt agam gratias Deo de valetudine recepta.

IN CAPVT XXXIX.

1 In tēp. illo בעת ההיא Hoc caput legitur & 2. Reg. 20. c. 12. Merodach מראדך in Regibus legitur Berodach. Audierat e. וישמע ex quo audierat. poſtquā audiuit. 2 Aromat. ſu. נכותות deſiderabiliū ſuorū. ſiue cōcupiſcibiliū. i. locū in quo erant quæcūque chara habebat & pretioſa. Gallicè, *ſon cabinet*. Mox, verſu 4, in fine vocat theſauros. Et vngu. opt. ואת השמן חטוב Singul. pro plur. i. vnguēta odorifera. Quidam dicūt eſſe opobalſamum. Alii, oleum vnctionis. Vaſ. ſuor. כליו armorum ſuorum. hoc eſt, armamentarium ſuum. 3 Introiuit a. ויבא Tum venit. 4 Rurſum ait, ויאמר Ad verbū, Et ait. ו pro Rurſum, vt exigit cōtextus orationis. Verſu ſequēti, pro Tunc accipitur. 8 Et adiecit ויאמר כי יהיה שלום Et dixit *Precor* vt ſit pax, &c. i. tantū peto vt viuā incolumis, & præſtet Dominus quod eſt pollicitus, ne ab hoſtibus arguatur mendacii.

IN CAPVT XL.

1 *O Prophetæ* Hæc ſubaudit Chaldæus paraphr. Verba ſunt Spiritus ſancti aut Eſaiæ. Sermo autem hic conſolatorius ad XLIX vſque caput durat, partim ad abductos, partim ad abducendos habitus. eximia enim cōſolatione opus habebant qui promiſſionibus Dei nō credentes, Deum irritarant, ita vt eos in grauiſſimam captiuitatem abduci ſineret inter Gentes: ne in totum aut deſperarent, aut à Deo ac vera religione exemplo Gentium deficerent.

Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt militia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia ꝑ omnibus peccatis ſuis.

Matt.3.a.3 mar.1.a.3 luc.3.a.4 johan.1.c.23 ¶Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.

Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas.

B Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini loquutum eſt.

Eccli.4.c.18 iacob.1.b.10 1.petr.1.d.24 ¶Vox dicẽtis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.

Exiccatũ eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo: verè fœnum eſt populus.

Iohan.12.e.34 Exiccatum eſt fœnũ, & cecidit flos: ¶verbum autem Dei noſtri manet in æternum.

Super montem excelſum aſcende tu quæ euangelizas Siõ, exalta in fortitudine vocem tuã quæ euangelizas Ieruſalem: exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus veſter.

C Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illi⁹ coram illo.

Ezech.34.f.23, & 37.f.24 iohan.10.b.11 ¶Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo cõgregabit agnos, & ĩ ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.

Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appẽdit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?

Sapien.9.e.13 rom.11.d.34 1.cor.2.d.16 ¶Quis adiuuit Spiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtẽdit illi?

Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientiam, & viam prudentiæ oſtendit illi?

D Ecce Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentũ ſtateræ reputatæ ſũt: ecce inſulæ quaſi puluis exiguus.

Et Libanus non ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia eius non ſufficient ad holocauſtum.

Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt corã eo: & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.

Act.17.f.29 ¶Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

2 ′Loquimini ad cor Ieruwſaláim, & clamate ad eam: quòd″completum eſt tempus eius, quòd″remiſſa eſt iniquitas eius: quòd ſuſcepit de manu Iehouæ″duplicia pro omnibus peccatis ſuis.

3 Vox clamantis in deſerto, ′Repurgate viam Iehouæ, rectã facite in ſolitudine viam Dei noſtri.

4 Omnis vallis″exaltabit ſeſe, & omnis mons & collis humiliabũt ſe: erítque″curuum in directionem,″& excelſa in planitiem

5 Reuelabítque ſe gloria Iehouæ, & videbit omnis caro pariter ꝗ os Iehouæ loquutum ſit.

6 Vox″dicentis, Clama. Et dixit, Quid clamabo? Omnis caro *ut*″herba, & omnis″miſericordia eius tanquam flos agri.

7 ′Exaruit herba, cecidit flos: quia ſpiritus Iehouæ ſufflauit in eum: verè herba eſt populus.

8 Exaruit *inquam* herba, cecidit flos: verbũ autem Dei noſtri ſtabit in ſeculum.

9 Super montem excelſum aſcende′euangelizatrix ɤSiión, exalta cum fortitudine vocem tuam euãgelizatrix Ieruwſaláim, exalta, ne timeas: dic vrbibus Iehudáh, Ecce Deus veſter.

10 Ecce Domin⁹ Iehouáh″cũ forti *exercitu* veniet, & brachiũ ei⁹″dominatur ſibi: ecce merces eius cum eo,″& opus illius coram ipſo.

11 Sicuti paſtor, gregem ſuum paſcet: brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo portabit, fœtas″deducet.

12 Quis menſus eſt pupillo ſuo aquas, & cælos palmo′direxit, mẽſúſque eſt menſura puluerem terræ, & librauit in ſtatera montes & colles in bilance?

13 Quis″direxit Spiritum Iehouæ,′& *quis* vir conſilii eius, indicauítque illi?

14 A quo petiit conſilium, & inſtruxit eum, docuítque eum′ſemitam iudicii, atque erudiuit eum ſcientia, & viam″intelligentiarum oſtendit illi?

15 En Gentes ſicut ſtilla ſitulæ, & vt puluis tenuis ſtateræ′reputantur: en inſulas″tanquam puluerem proiicit.

16 Nec Lebanón ſufficit ad accendendum, & feræ eius non ſufficiunt ad holocauſtum.

17 Omnes gentes tanquam nihilum ſunt′coram eo, minus quàm nihilum & inane″reputantur præ ipſo.

18 Cui igitur aſſimilabitis deũ? & quã ſimilitudinẽ′diſponetis ei?

Iohannes Baptiſta annuntiat Chriſtum.

Hominis fragilitas.

Verbum Dei. Chriſti aduent⁹.

Paſtor Chriſtus.

Dei potentia & benignitas.

Gentium imbecillitas.

In idololatras.

2 Loquimini ad cor דברו על לב Hebraiſmus. Loquimini quæ grata ſunt futura ipſi Ieruſalem. Completum eſt tempus מלאה צבאה id eſt, aduenit tempus viſitationis & auxilii, in quo acceptura eſt conſolationem. Alii vertunt, impleta eſt militia eius. Remiſſa eſt iniquitas eius: נרצה עוונה Id eſt, quòd tempus imminet quo remittentur peccata ipſius. Chaldæus paraph. quòd remiſſa ſunt ei peccata eius. Docti inter Hebræos vertunt, quòd completa eſt pœna iniquitatis eius. vel, miſeria eius. Duplicia כפלים Numerus finitus pro infinito: acſi dicat, Conferet illi Dominus multa beneficia loco pœnarum quas meritò & iuſtè datura erat pro peccatis ſuis: tantum abeſt vt puniturus ſit iam pro ratione delictorum. 3 Repurgate פנו ſub. à lapidibus & luto. id eſt, Parate.

4 Exaltabit ſeſe, ינשא exaltabitur. id eſt, euadet in montem. Curuum in dire. העקוב למישור peruerſum in rectitudinem. Vel, præruptũ & aſperum in rectitudinem. i. via peruerſa (vt exponit doctus inter Hebræos) montoſa, aſpera & difficilis ad aſcendendum per illam, erit recta & plana. Et excelſa והרכסים & confragoſa. aut, prærupta. Alii, quæ aggeribus tument. Alii, altitudines.

6 Dicentis, אומר dicebat. Alii, dictura eſt. Herba, חציר fœnum. quod ſcilicet citò areſcit. Miſericordia eius חסדו pietas eius. Alii, clementia. Alii, gratia. Alii, beneficentia. Quicquid in homine eſt vel præſtantiſſimum, Propheta condemnat vanitatis. q.d. quotquot inter homines ſunt præſtantiſſimi, & commendantur propter clementiam, ſiue miſericordiam & pietatem in alios.

7 Exaruit herba, cecidit יבש חציר נבל Præt. Heb. pro præſ. Areſcit fœnum, marceſcit, &c. vel, areſcere ſolet fœnum, marceſcere flos, &c. Sic & ſequenti verſu. 9 Euangelizatrix מבשרת annuntiatrix. i. quæ prima annuntiatura es Chriſtum in Sion.

10 Cum forti בחזק in robore. Dominatur ſibi: מושלה לו redundat ſ i b i, nonnullis. Alii vertunt, potens ſibi. Alii, ex ſeipſo potens erit. q.d. propria virtute ſua pariet ſibi, ac nanciſcetur dominium, poteſtatem, ac imperium. Et opus, &c. : ופעולתו לפניו .i. præmium operis quod daturus eſt, habet in promptu. 11. Deducet. : ינהל pedetentim ſcilicet, ne fatigentur. 12 Direxit, תיכן Dimenſus eſt. vel, dimetiendo concinnauit. 13 Direxit תיכן .i. inſtruxit, vel erudiuit. Et vir conſilii e. ואיש עצתו .i. conſiliarius eius. Indicauit. il. : יודיענו ſub. quæ facturus eſſet. 14 Semitam iud. בארח משפט in ſemita diſpoſitionis. Iudicium pro diſpoſitione exponunt Hebræi: vt ſit ſenſus, Quis docuit Deum hanc mirabilem diſpoſitionem, & ordinem quem in creatione mundi imitatus eſt?

Intelligentiarum תבונות prudentiæ. 15 Reputantur: נחשבו Præt. Heb. pro præſ. Tanquam pul. proii. : כדק יטול Fut. Heb. pro præſ. tanquam rem minimam tollit. Alii, transfert ſiue, transferre poteſt. q.d. breuiſſimo tempore perdere poteſt.

17 Coram eo, נגדו reſpectu illius. Reputantur præ ipſo. : נחשבו לו Præt. Heb. pro præſ. reputantur illi. i. ſi conferantur cum eo.

18 Diſponetis ei? : תערכו לו ordinabitis illi? Alii, æquabitis ei? i. adſcribetis, & aptè accommodabitis ei?

41.

19 ′Nõne ſculptile′cõflat faber,& aurifaber ex auro′expãdit illud, catenáſque argenteas *conflat pro eo* aurifex?

20 ″Nónne pauper oblationi lignum *quod* non putreſcat″eligit:artificem peritum quærit ſibi ad præparandum ſculptile *quod* non dimoueatur?

21 ′Annon ſcitis?nónne audiſtis?annon vobis annũtiatũ eſt à principio?annon,″annon intellexiſtis fundamenta terræ?

22 ″Is ſedet ſuper ″ſphærã terræ,″& habitatores eius *ſunt* vt locuſtæ: qui extendit ″velut telam cælos, & expandit eos tanquam tabernaculum ad habitandum.

23 Qui ponit principes in nihilum,iudices terræ″velut inane facit.

24 ″Etiam non ſunt plantati,neque ſati ſunt, neque etiam radices egit in terra truncus eorum:″& etiam flat in eos,&areſcunt,turbóque velut ſtipulam auferet eos.

25 Cui inquam aſſimilabitis me, & æquabor *illi*, dicit Sanctus?

26 Leuate in excelſum oculos veſtros,& videte quis creauerit iſta: *Dominus eſt* qui educit in numero″exercitum illarum:″omnes illas ex nomine vocat:″præ multa fortitudine ″& forti potentia ne vnum quidem deeſt.

Increpat eos qui dicũt ſe Deo non eſſe curæ.

27 Vtquid dicis Iayacób,& loqueris Iשׂſraאél,″Abſcondita eſt via mea à Iehouáh,& à Deo meo″iudicium meum tranſiuit?

28 Annon noſti? annõ audiſti *quòd* Deus″æternus Iehouáh″qui creauit terminos terræ,non laſſatur, nec defatigatur, & non eſt inueſtigatio intelligentiæ eius?

29 Qui dat laſſo fortitudinem : & cui non ſunt vires, robur multiplicat.

30 ″Laſſantur quidem adoleſcentes,& fatigantur,& iuuenes cadendo cadunt:

31 ′At ſperantes in Iehouáh′mutabunt robur, ′aſcendent ala ſicut aquilæ : current, & non laſſabuntur : ambulabunt, & non fatigabuntur.

19 Nunquid ſculptile conflauit faber, aut aurifex auro figurabit illud,& laminis argenteis argentarius?

20 Forte lignum & imputribile elegit: artifex ſapiens quærit quomodo ſtatuat ſimulachrum quod non moueatur. E

21 Nunquid non ſcitis?nunquid non audiſtis? nunquid non annuntiatum eſt vobis ab initio?nũquid non intellexiſtis fundamenta terræ?

22 Qui ſedet ſuper gyrum terræ,&habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ:qui extẽdit velut nihilum cælos, & expãdit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum.

23 Qui dat ſecretorũ ſcrutatores quaſi nõ ſint,iudices terrę velut ĩane fecit. F

24 Equidem neque plãtatos,neque ſatos, neque radicato in terra trunco eorum:repentè flauit in eos,& aruerunt,& turbo quaſi ſtipulam auferet eos.

25 Et cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis,dicit Sanctus?

26 Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc:qui educit in numero militiam eorũ, & omnes ex nomine vocat : præ multitudine fortitudinis & roboris,virtutiſq; eiꝰ neque vnum reliquum fuit.

27 Quare dicis Iacob,& loqueris Iſrael, Abſcõdita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudiciũ meum trãſiuit? G

28 Nũquid neſcis?aut nõ audiſti,Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit,nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius?

29 Qui dat laſſo virtutẽ: & his qui nõ ſunt fortitudinem,& robur multiplicat.

30 Deficient pueri, &laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

31 Qui autẽ ſperant in Domino,mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ,current & non laborabunt, & ambulabunt & non deficient.

19 Nónne ſculptile הפסל Alii ſine interrogatione legunt. Conflat נסך Præt. Heb. pro præſ. Expandit illud, ירקענו di-
latat illud.id eſt,laminis aureis tegit illud. 20 Nónne pauper המסוכן Quidam ſine interrogatione legunt,Pauper.qui ad inopiam
redactus eſt.qui pauperior eſt. Eligit: יבחר Fut.Heb.pro præſ.vt & paulo pòſt,quærit,dimoueatur.
21 Annon ſcitis?nónne audiſtis? הלוא תדעו הלוא תשמעו Fut.Heb.pro præſ.annõ ſcitis ex vobiſipſis,& nónne audiſtis qualis ſit Deus?
Annon intellexiſtis fundamenta terræ? : הלוא הבינותם מוסדות הארץ q.d.annon intelligere potuiſtis, vel nunquam conſideraſtis quibus
fundamentis fulciatur terra? Quidam vertunt,annon edocti eſtis à fundamentis terræ? Alii, Annon intelligentiam didiciſtis ex fundamẽ-
tis terræ? 22 Is ſedet היושב *ille eſt qui* ſedet. Sphæram חוג gyrum.circulum.globum. Et habitatores eius ויושביה cuius
habitatores. Velut telam כדוק velut cortinam.vel,tenuiſſimum.Alii,pellem. 23 Velut inane facit. : כתוהו עשה Præt.Heb.
pro præſ.id eſt,redigit eos in nihilum. 24 Etiam non ſunt plantati, אף בל נטעו Neque ſunt plantati. Alii, Vt etiam *de eis dicatur*,
Non fuerunt plantati. Alii, Perinde vt non plantati,&c.q.d.ita pereunt quaſi nunquam fuiſſent plantati.Comparat eos arboribus.
Et etiam flat in eos,&c. וגם נשף וגו' Præt.& fut.Heb.pro præſ.quin quum ſufflat in eos,areſcunt,turbóque,&c.
26 Exercitum illarum: צבאם ſub.ſtellarum.i. qui exoriri facit quotidie multitudinem ſtellarum. Omnes illas ex nom.vo. לכולם
בשם יקרא omnibus nominatim acclamabit. q.d. Deus ſyderibus vtitur pro arbitrio ſuo, acſi quis ſeruo ſuo imperaret nominatim ipſum
ad ſe vocans.Alii,vocátque ea omnia ſigillatim nominibus. Præ multa fortitudine מרוב אונים ſub.hæc facit.Commendatur Dei po-
tentia. q.d. adeò potens & fortis eſt Dominus vt ſimul atque aliquid mandauit, omnes ſyderum exercitus promptum ei obſequium præ-
ſtent:ne vnum quidem deeſt quod non mox pareat acclamanti & iubenti. Et forti potentia ne vnum quidem deeſt. ואמיץ כוח איש וגו'
Quidam hæc ita intelligunt vt ad ſtellas referant quæ forti robore ſint præditæ.vertunt autem ſic, Et *eſt ille exercitus* fortis robore,nulla defi
cit.ſub.ſtella.vel,nullum *ſydus* deficit.ſub.ſuo robore.aut,nulla ſtella priuatur ſua vi.Hoc(inquiunt)in primis dicitur ob ſolẽ & lunam:poſtea
propter ſtellas quarum nulla eſt quæ careat ſua virtute,aut potius officio:nam Lucifer lucem,& Heſperus noctem indicat. Non negant ta-
men poſtremam verſus partem verti poſſe vt iam indicauimus, Nulla [ſiue,nullũ]deeſt.ſub.illi quum illas ſtellas accerſit, omnes illi parẽt,
nulla ſtella non ſiſtit ſe ei vt illi pareat. Non deſunt qui intelligant Dominum ſic nomina indidiſſe ſtellis,vt vim atque officium earum ex-
primeret:propterea vertunt, Vocátque ea omnia ſigillatim nominibus iuxta multiplicem efficaciam & robur virtutis, vt ne vnum deeſſet.
Quæ opinio parum doctioribus probatur. 27 Abſcondita eſt via,&c. נסתרה דרכי מיהוה Hebraiſmum quidam exponunt quòd
Deum lateat quid agerenr. Alii verò, propius ſenſui Prophetæ accedentes,dicunt hîc Abſcondi,ſignificare neglectum eſſe,& ignotam vitæ
rationem & ſtatum: quòd Propheta corripiat Iſraelitas qui putarent ſe negligi à Deo, nec eum curare res ipſorum. Iudicium meum
tranſ. : משפטי יעבור Fut.Heb.pro præt.vel præſ.Hebraiſmus,Iudicium populi ſui à Deo tranſire dicitur, quando cauſam populi ſui negli-
git,nec defendit eum quum affligitur. 28 AEternus עולם ſeculi.Alii,ſempiternus. Qui creauit terminos terræ, בורא קצות
הארץ creator finium terræ.id eſt,totius terræ. 30 Laſſantur quidem adoleſc. ויעפו נערים ויגעו Futura Heb. pro præſ. vt nonnulli
vertunt. 31 At ſperantes in Ieh. וקווי יהוה At expectantes Iehouam. Mutabunt robur, יחליפו כוח innouabunt[vel,renoua-
bunt]vires.i.nouas vires colligent. Aſcendent ala יעלו אבר Id eſt,ſuſtollent alas.ſing.pro plur. Quidam iſtud aſcendere alas,exponũt
renaſci alas,vel proferre alas,ſatis obſcurè,ſi verbum Hebraicum ſpectemus,& vertunt omnia per præſens,proferũt alas.id eſt,renouantur,
ſubinde fiunt iuniores,in illis renouatur iuuentus,iuxta illud Pſalmi 103.a.5,Renouatur vt aquilæ iuuentus tua.

Cap. XLI.

1 TAceant ad me inſulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedãt, & tũc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus.

2 Quis ſuſcitauit ab Oriẽte iuſtum, vocauit eũ vt ſequeretur ſe? dabit in cõſpectu eius Gẽtes, & Rreges obtinebũt: dabit quaſi puluerẽ gladio ei⁹, & ſicut ſtipulã vento raptã arcui eius.

3 Perſequetur eos, tranſibit in pace, ſemita in pedibus eius nõ apparebit.

B

4 Quis hæc operatus eſt & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dñs, ‖primus & nouiſſimus ego ſum.

Infrà 44.a.6 & 48.b.12 apoc.1.d.17, & 22.c.13

5 Viderunt inſulæ, & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt, appropinquauerunt, & acceſſerunt.

6 Vnuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet, Confortare.

7 Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis, dicẽs glutino, Bonum eſt: & confortauit eum clauis, vt nõ moueretur.

Luc.1.e.54

8 ‖Et tu Iſrael ſerue meus, Iacob quẽ elegi, ſemen Abraham amici mei.

C

9 In quo apprehendite ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

10 Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepi te dextera iuſti mei.

11 Ecce confundentur & erubeſcent omnes qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt tibi.

12 Quæres eos, & nõ iuenies, viros rebelles tuos: erũt quaſi nõ ſit, & veluti cõſũptio homines bellãtes aduerſũ te:

13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicénſque tibi, Ne timeas, ego adiuui te.

D

14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus, & Redemptor tuus Sanctus Iſrael.

15 Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ſerrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quaſi puluerem pones.

Cap. XLI.

Diſceptat Deus cum populis, & Gentibus de potentia & miſericordia ſua, tãquã coram iudicibus cauſam agens.

1 T″Acete mihi, ô inſulares, & populi′mutent fortitudinem: accedant, tunc loquantur, pariter ad iudicium accedamus.

2 Quis ſuſcitauit ab Oriente′iuſtitiam, vocauit eum ad pedẽ ſuũ, ″dedit in conſpectu eius Gentes, ″& Regibus dominari fecit, dedit veluti puluerẽ gladio eius, *ac* ″veluti ſtipulam propulſatã arcui ei⁹?

3 Perſequutus eſt illos, ″trãſiuit in pace, *per* ſemitam *quam* pedibus ſuis non ingreſſus fuerat.

4 Quis operat⁹ eſt, & fecit, ′vocans generationes ab exordio? Ego Iehouáh primus, & cum nouiſſimis ego ſum.

5 Viderunt inſulares, & timuerunt: extrema terræ′obſtupuerunt, appropinquauerunt, & venerunt.

Conſpiratio omnium ad fabricãdum idolum.

6 Quiſq; proximo ſuo′auxiliat⁹ eſt, & fratri ſuo dixit, ′Cõfortare.

7 ′Et confortauit faber aurificem″polientem malleum ad percuſſionem incudis, dicens aurifici, ″Ad coniunctionem *bractearum* bonum eſt, ″& corroborauit illud clauis, ne moueatur.

8 At tu Iϣſraѫél ſeruus meus *es*, Iaϒacób quem′elegi, ſemen Abraham′qui dilexit me.

Conſolatur pios vt conſtanter ferãt aduerſa, prædicitque Deum illis in omnibus affuturum.

9 Quia apprehendi te ab extremis terræ, ″& à maioribus eius vocaui te: dixíque tibi, Seruus meus *es* tu: elegi te, & non abieci te.

10 Ne timeas, quoniam tecũ ſum ego: ″ne terrearis, quia ego Deus tuus *ſum*: roboraui te, inſuper auxiliatus ſum tibi, atque ſuſcepi te dextera iuſtitiæ meæ.

11 Ecce pudore afficientur, & erubeſcent omnes qui iraſcuntur cõtra te: erunt tanquam nihilum, & peribunt″viri cõtendentes tecũ.

12 Quæres eos, & non inuenies eos, viros *ſcilicet* qui contendunt tecum: erunt tanquã nihil, & veluti nihilum″viri bellantes cõtra te.

13 Nam ego Iehouáh Deus tuus apprehendens dexteram tuam, dicénſque tibi, Ne timeas, ego″adiuuabo te.

14 Ne timeas vermis Iaϒacób, viri Iϣſraѫél: ego′auxiliabor tibi, dixit Iehouáh, & Redemptor tuus Sanctus Iϣſraѫelis.

15 Ecce ponam te″in traham, *&* tribulam nouam habentem′ora: triturabis montes, & comminues, colles quoque ſicut quiſquilias pones.

IN CAPVT XLI.

1 Tacete mihi, החרישו אלי Tacete ad me. Iudicii ſpeciem deſcribit Eſaias, quod Dominus cum omnibus Gentibus ſubire non recuſat: tantùm poſtulat vt in cauſa ſua audiatur. Ordo nanque iudicii poſtulat vt quiſque ſeorſim audiatur. Mutent forti. יחליפו כוח Idem verbum quod vltimo verſu præcedentis capitis: innouent vires, vel nouas colligant vires. 2 Iuſtitiam, &c. צדק יקראהו לרגלו Fut. Heb. pro præteritis. *uirum* iuſtitiæ, *qui* prædicabat eum ad pedem ſuum. De Abraham loquitur, quem Dominus vocauit de Vr Chaldæorum, ipſéque Deum inuocabat, & prædicabat vbicunque eſſet. Iuſtitiam vocat Abraham Deum colentem. nam vt qui non tribuit aliis quæ ſua ſunt, iniuſtus eſt: ita & qui Deum honore ſuo fraudat. Alii (vt & noſter interpres) iuſtitiam, vocauit eum ad pedem ſuum. ſicque Hebraiſmũ interpretantur, Vocauit Abraham Dominus vt ſequeretur ſe quocunque vellet eum ire, vt prompti & morigeri famuli ſolent qui Domini veſtigia ſequuntur, tametſi incerti ſint quò ipſos ducat. Dedit in con.e. יתן לפניו Hebraiſmus, ſubdidit illi Gentes. Et Regibus, &c. ומלכים וגו' Quidam ſubauditis pauculis, eodẽ ſenſu vertunt, & in Reges dominari fecit, *&* *quis* poſuit *eos* tanquam terram *ante* enſem illius, *ac* veluti paleam propulſatam *ante* arcum ipſius? Verti poteſt, tanquam terram enſem eorum [id eſt, ſingulorum Regum] *&* vt paleam impulſam arcum ipſorum? q.d. quis ademit animum illis Regibus? Vulgatior eſt hæc verſio: altera eſt doctiorum inter Hebræos.

3 Tranſiuit in pace, יעבור שלום Etiam hîc futura Heb. pro præt. Hebraiſmus autem, pro euaſit incolumis.

4 Vocans gen. ab exo. קורא הדורות מראש .i. quis præeſt ſeculis ac generationibus, ſinguliſve hominum ætatibus, eáſque beneficiis afficit ſolo ſuo verbo? Alii vertũt, & fecit *hoc? ille* qui vocauit nationes ab initio. i. qui nouit homines multo ante quàm gignantur & naſcantur.

5 Obſtupuerunt, יחרדו tremuerunt. Fut. Heb. pro præt. ſub. Gentes. quum ſcilicet liberationem populi Iſraelitici tam potẽti manu Dei fieri viderent, vnde & verum eſſe Deum cognoſcere poterant: & tamen idola pro Deo fabricauerunt ſibi.

6 Auxiliatus eſt, יעזורו vt facerent ſcilicet idola. Etiam hîc fut. Heb. pro præt. Confortare. : חזק Fortis eſto. vel, Sis ſtrenuus.

7 Et confortauit ויחזק cohortatus eſt vt eſſet animo bono & forti. Polientem malleum, &c. מחליק וגו' læuigantem malleum ad percuſſionem incudis. vel, ſuper iucundem. Alii vertunt, diuidens [ſiue, incudem percutiens] malleo, contundentem viciſſim. ſub. hortatur. Qui Ad percuſſionem vertunt, את pro ל accipiunt. Ad coniun. לדבק Ad plumbaturam. vel, Coagmentationẽ. Alii iungunt iſtud præcedentibus, Dicens de coniunctione [aut, coagmentatione] Bona eſt. vel, de glutino, Bonum eſt. ſiue Accommodum eſt. Et corroborauit il. ויחזקהו & firmius reddidit. ſub. illud ſculptile. vel, illam coagmentationem. 8 Elegi, בחרתיך Ad verbum, elegi te. Redundat pronomen TE. Qui dilexit me. : אוהבי amantis me. 9 Et à maior.e. ומאציליה de inter maiores eius. Alii, & à principibus eius. i. Regibus qui tibi dominabantur. Alii vertunt, ab eminentiis eius. ſub. terræ. Eminentias vocat eas regiones quæ præ aliis in pretio habebantur. 10 Ne terrearis, אל תשתע ne liqueſias. ne diſſoluaris. nẽpe velut cera. 11 Viri cont. &c. : אנשי ריבך Ad verbum, viri rixæ tuæ. ſiue litis & contentionis. 12 Viri bell. &c. : אנשי מלחמתך Ad verbum, viri belli tui. i. qui tecum belligerantur, vel qui te oppugnant, ſiue oppugnabunt. 13 Adiuuabo te. : עזרתיך Præt. Heb. pro fut. vt & verſu ſequenti.

15 In traham, *&* tribulam למורג חרוץ in traham bene incidentem. vt חרוץ ſit nomen toar ipſius מורג. Ora: פיפיות Quidam aſperitates interpretantur.

16 Ventilabis eos, & ventus tollet eos, turbóque diſperget eos: tu verò exultabis in Iehouáh, in Sancto Iשſraאelis gloriaberis.

17 Egeni & pauperes″quærunt aquas, & non ſunt, lingua eorum ſiti periit: ego Iehouáh exaudiam eos, Deus Iשſraאelis non derelinquam eos.

18 Aperiam″in excelſis flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagnum aquarum, & terram″ſolitudinis in ſcaturigines aquarum.

19 Dabo in deſerto cedrum, *&*″שſittáh, & myrtum,″& arborem pinum: ponam in deſerto abietem,″vlmum & buxum pariter:

20 Vt videant, & cognoſcāt,″& ponant *ſuper cor*, & intelligāt pariter ꝙ manus Iehouæ fecit iſtud, & Sanctus Iשſraאelis creauit ipſum.

Idolorum virtus in annuntiandis futuris, Irridetur à Deo.

21 ″Appropīquare facite litem veſtram, dicit Iehouáh: accedere facite″fortia veſtra, dicit Rex Iaעacób.

22 ″Accedere faciant,″& annuntient nobis″quæ euentura ſunt, priora quæ fuerunt annuntiate:″& ponemus cor noſtrum,″& ſciemus nouiſſima eorum: aut quæ futura ſunt″narrate nobis.

23 Annuntiate quæ vētura ſunt in poſterū,″& cognoſcemus quòd dii eſtis: quinetiam benefaciatis,″aut malefaciatis, & narrabimus,″& videbimus ſimul.

24 Ecce eſtis ex nihilo,″& opus veſtrum ex nihilo:″vir abominabilis eliget vos.

Deus ſolus qui futura prænuntiat, Chriſti aduētū prædicit dæmonibus maximè terribilem.

25 ″Suſcitabo ab Aquilone, & veniet, ab Ortu ſolis″vocabit nomē meum: veniétque *ſuper* principes veluti *ſuper* lutū, & vt figulus″conculcabit lutum.

Omnes ſunt peccatores, & Chriſto iuſtificatore egent.

26 Quis annuntiauit ab initio,″& ſciemus:″& à principio, & dicemus quòd iuſtus ſit? vtique non eſt qui annuntiet, etiam non eſt qui″narret, etiam non eſt qui audiat ſermones veſtros.

27 Primus *qui ueniet*, ad צSiión *dicet*, Ecce,″ecce adſunt: & ipſi Ieruשſaláim″euangeliſtam dabo.

28 ″Videbo autē,″& nō erit quiſpiam: etiā ex illis, & non erit″conſiliarius:″interrogabo præterea eos, & non reſpondebunt quicquā.

29 Ecce omnes ſunt vanitas, nihili ſunt opera eorū, ventus eſt inane conflatilia eorum.

16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exultabis in Domino, in Sācto Iſrael lętaberis.

17 Egeni, & pauperes quęrunt aquas, & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit: ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſrael non derelinquam eos.

18 Aperiam in ſupremis collibus flumina, & in medio camporum fōtes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. B

19 Dabo in ſolitudinē cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietē, vlmum & buxum ſimul:

20 Vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligāt pariter quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Iſrael creauit illud.

21 Propè facite iudicium veſtrum, dicit Dominus: afferte ſiquid fortè habetis, dixit Rex Iacob.

22 Accedant, & nūtient nobis quæcūque vētura ſunt: priora quæ fuerūt nūtiate, & ponemus cor noſtrū, & ſciemus nouiſſima eorum, & quæ vētura ſunt indicate nobis. F

23 Annūtiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dii eſtis vos: bene quoque aut malè, ſi poteſtis, facite: & loquamur, & videamus ſimul.

24 Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt: abominatio eſt qui elegit vos.

25 Suſcitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu ſolis: vocabit nomen meum, & adducet magiſtratus quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans humum. G

26 Quis annuntiauit ab exordio, vt ſciamus: & à principio, vt dicamus, Iuſtus es? non eſt neque annuntians, neque prædicens, neque audiens ſermones veſtros.

27 Primus ad Sion dicet, Ecce adſum, & Ieruſalem euangeliſtam dabo.

28 Et vidi, & non erat neque ex iſtis quiſquam qui iniret conſilium, & interrogatus reſponderet verbum.

29 Ecce omnes iniuſti, & vana opera eorum: ventus & inane ſimulachra eorum.

17 Quærunt מבקשים Quidā vertunt hæc per futura. 18 In excelſis על־שפיים in editiſſimis locis. Solitudinis ציה deſerti. ſiue, ariditatis & ſiccitatis.i.aridam & ſiccam. 19 שSittáh, שטה ſpecies cedri excellentiſſimæ. Et arborē pin. ועץ שמן & arborem pinguedinis.i.pinū. Chaldæus paraph. arborē oliuæ. Vlmum תדהר Quidam Hebræorū ſcribunt ſpeciem eſſe cedri. Alii volūt eſſe בריזיל brezilium. 20 Et ponant וישימו Imperfecta eſt loquutio Hebraica: nam ſubaudiendum, ſuper cor. Plena autem legitur mox, verſu 22, Et ponemus cor noſtrum. Item Ezec. 40.a.4, ושים לבך & pone cor tuum. Et cap. 44.a.5, שים לבך pone cor tuum, & vide, &c. Dicitur & ponere ſuper cor, in iſto Eſaia, cap. 57.a.1, Iuſtus perit, & non eſt quiſquam qui שם על־לב ponat ſuper cor. Et paulo pòſt verſu 11, Neque שמת על־לבך poſuiſti in corde tuo. Ponere autem, ſiue Ponere cor, aut Ponere ſuper cor, eſt Animaduertere, cogitare, conſiderare.

21 Appropinquare facite קרבו Admouete. id eſt, ponite in medium. Conuertit ſermonem ad idololatras. Fortia veſt. עצומותיכם firmamenta veſtra.i. argumenta veſtra quæ putatis eſſe fortiſſima & validiſſima. probationes veſtras fortiſſimas.

22 Accedere fa. יגישו Adducant. ſub. deos ſuos. Et annuntient ויגידו & indicent.i. dicant. Sic mox. Et ponemus cor noſt. ונשימה לבנו Vide paulo antè, verſu 20. id eſt, & conſiderabimus diligentius, & attendemus. Et ſciemus ונדעה vt ſciamus. Narrate no. השמיעונו׃ Ad verbum, facite audire nos. Quidam, docete nos. 23 Et cognoſcemus ונדעה vt ſciamus. vel, cognoſcamus.

Aut maleficiatis, ותרעו Ad verbum, & malefaciatis. ו pro Aut. Et videbimus ונראה poſteaquam viderimus. ו pro Poſtquā. Alii vertunt, vt narremus, & videamus. ſub. miracula veſtra. 24 Et opus ve. ex nih. ופעלכם מאפע .i. vos nihil poteſtis facere, neque bona neque mala. Quidam vertunt, & factura veſtra ex nihilo. Vir abomin. &c. תועבה יבחר בכם׃ Ad verbum, abominatio eliget vos. vel (vt alii vertunt) abominationem elegit in vobis. ſub. homo. acſi dicat quòd homines idola fabricare non poſſunt, quin ſimul abominationem fabricent. 25 Suſcitabo העירותי Præt. Heb. pro fut. Vocabit no. m. יקרא בשמי vocabit in nomine meo. Melius tamen legas, nomen meum, quàm, in nomine meo, vt ב redundet. Hebraiſmus, idem ſignificans quod Nomen meum profitebitur, vel Seipſum commendabit meo nomine, tanquam auſpiciis meis, meáque authoritate militans. Gallicè dicimus, *Il ſe reclamera de moy, ou renommera.* Conculcabit ירמס Fut. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, calcat lutum. 26 Et ſciemus: ונדעה vt cognoſcamus. ſub. illum eſſe verum Deum. Reuertitur ad idola ipſa. q. d. quis ex omnibus diis Gentium vnquam indicauit quod futurum erat longo tempore antequam res fieret?

Et à principio, ומלפנים aut ab antiquo. vel, ab initio. ſiue iam anté. Narret, משמיע Ad verbum, audire faciat. ſub. vocem ſuam. id eſt dicat, ſiue doceat, & narret. vt ſuprà verſu 22. 27 Ecce adſunt: הנם Ad verbum, ecce ipſi. Euangeliſtam מבשר nuntium. Alii, fœlicia nuntiantem. Singul. pro plur. euangeliſtas, qui ſcilicet nuntient, ciues ſuos redire è captiuitate.

28 Videbo au. וארא Aſpiciam autem. vel, Contemplabor. ſub. idola Gentium. id eſt, Quòd ſi contempler. Quidam omnia per præteritum vertunt. Et non erit quiſpiam: ואין איש ſub. indicans futura. Conſiliarius: יועץ .i. nullus dare poterit conſilium.

Interrogabo præterea eos, &c. ואשאלם וישיבו דבר׃ neque ſi interrogauero eos, reſpondebunt quicquam.

Cap. XLII.

Matth.12.b.18 ECce ſeruus meus,ſuſcipiam eum: electus meus,‖complacuit ſibi in illo anima mea:dedi ſpiritum meum ſuper eum,iudicium Gẽtibus ꝓferet. 1

Non clamabit,neque accipiet perſonam,nec audietur vox eius foris. 2

Calamum quaſſatum non conteret, & linũ fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium. 3

Non erit triſtis,neque turbulẽtus, donec ponat in terra iudicium: & Legem eius inſulæ expectabunt. 4

Hæc dicit Dominus Deus creans cælos,& extendens eos: firmans terram & quæ germinant ex ea : dãs flatum populo qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam. 5

Infrà 49.b.6 Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam , & ſeruaui te:&‖dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium. 6

B Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. 7

Infrà 48.b.11 Ego Dominus,hoc eſt nomẽ meũ: ‖gloriam meã alteri non dabo,& laudem meam ſculptilibus. 8

Quæ prima fuerunt, ecce venerũt, noua quoque ego annuntio:antequã oriantur,audita vobis faciam. 9

Cantate Domino canticum nouũ, laus eius ab extremis terræ:qui deſcẽditis in mare,& plenitudo eius: inſulæ,& habitatores earum. 10

Subleuetur deſertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar:laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt. 11

Ponent Domino gloriam,& laudẽ eius in inſulis nuntiabunt. 12

Dominus ſicut fortis egredietur,& ſicut vir præliator ſuſcitabit zelũ:vociferabitur,& clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur. 13

C Tacui ſemper, ſilui , patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo , & abſorbebo ſimul. 14

Deſertos faciam mõtes & colles, & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in inſulas , & ſtagna arefaciam. 15

Et ducam cæcos in viam quam neſciũt: & in ſemitis quas ignorauerũt ambulare eos faciã:ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta: hæc verba feci eis , & non dereliqui eos. 16

Cõuerſi ſunt retrorſũ:confundãtur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili,Vos dii noſtri. 17

Cap. XLII.

1 ECce ſeruus meus,″innitar ei:electus meus,″*in quo ſibi* complacuit anima mea:dedi Spiritum meum ſuper eum, iudicium Gẽtibus proferet.

Christus Patri placet.

2 Non clamabit, neque exaltabit neque audire faciet in platea vocem ſuam.

3 Calamum″quaſſatum non conteret,″& linum ferè extinctũ non extinguet:in veritate proferet iudicium.

Lenitas Chriſti.

4 ″Non remiſſus erit, nec frangetur animo , donec ponat in terra iudicium: & Legem eius inſulares expectabunt.

5 Sic dixit Deus Iehouáh creator cælorum,& extendẽs eos,expãdens terram & germina eius,dans flatum populo *qui eſt* ſuper eam, & ſpiritum ambulantibus per eam,

Deus.

6 Ego Iehouáh vocaui te in iuſtitia,& apprehendam manum tuã, & cuſtodiam te:ac dabo te in fœdus populi,*&* in lucem Gentium.

Chriſtus fœdus noſtrum.

7 Vt aperias oculos cæcorum,vt educas″è carcere vinctum,*&* è domo carceris ſedentes in tenebris.

8 Ego Iehouáh,hoc eſt nomen meum: & gloriã meam alteri non dabo,″nec laudem meam ſculptilibus.

Gloria & laus Dei.

9 Priora ecce venerunt,& noua ego annuntio:antequam″oriãtur, ″nota faciam vobis.

10 Cantate Iehouæ canticum nouum, laudem eius *canant* ab extremo terræ:″deſcendentes in mare,& plenitudo eius,inſulæ,& habitatores earum.

11 ″Attollant *uocem* deſertum & ciuitates eius,*&* villæ *in quibus* habitat Cedar:cantent″habitatores arcium,de vertice montium″clament.

Orientales Chriſto credentes.

12 ″Ponant Iehouæ gloriam,& laudem eius in inſulis annuntient.

13 Iehouáh″ſicut fortis egredietur,*&* vt vir bellicoſus excitabit″zelum, vociferabitur,inſuper, exclamabit:contra inimicos ſuos″roborabit ſe.

14 Tacui″à ſeculo,″ſilui,continui me:*tandem* velut parturiens clamabo,deſolabo,& deglutiam ſimul.

Fidelibus in afflictione etiam ſi nullũ appareat auxilium, tamẽ iuuantur.

15 ″Deſolabo montes & colles,& omnem herbam eorum ſiccabo: ponámque flumina in inſulas,& ſtagna ſiccabo.

16 ″Et ambulare faciam cæcos per viam quam non nouerant , *&* per ſemitas quas non cognouerant ″incedere faciam eos : ponam tenebras coram eis in lucem, & obliqua in rectum : ″hæc faciam eis,& non derelinquam eos.

17 Conuertentur retrorſũ, pudore afficientur qui fidunt ſculptili:qui dicunt″conflatili,Eſtis dii noſtri.

IN CAPVT XLII.

1 Innitar ei: אתמך־בו vt ſcilicet herus ſolet ſeruo fideli. Alii,ſuſcipiam illum.ſiue, apprehendam, & ſuſtentabo. *In quo ſibi* compla. רצתה Subauditur אשר בו,*in quo* bene complacitũ eſt animæ meæ.Hebraiſmus,pro Qui eſt mihi chariſſimus & gratiſſimus, ſiue quem vnicè & ex animo diligo. 3 Quaſſatum רצוץ fragilem.fractum. Et linum ferè extinctum ופשתה כהה linum fumigans.vel,caliginoſum,aut obſcurum & tenebroſum.id eſt,ellychnium ex lino,vel lucernam parum ardentem,& quæ propè ſit vt extinguatur.

4 Non remiſſus e.nec frang. לא יכהה ולא ירוץ Non fatigabitur,nec tædio afficietur.Ita & Chaldæus paraph. Alii,Nõ debilitabitur.ſub. à faciendo iudicio. Alii(neſcio an ex mente Prophetæ)vertunt לא יכהה non obſeruabit. id eſt,non docebit,vel loquetur obſcurè,ſed ad ædificationem,luculenter,planè,& ſimpliciter. Alii,Non obſcurabitur,neque conteretur. aut,conquaſſabitur. id eſt,non tolletur de medio, nec occidetur,donec annuntiauerit Euangelium. 7 E carcere ממסגר Ad verbum,è concluſione.è clauſura.

8 Nec laudem meam ותהלתי Ad verbum,& laudẽ m. Repeti debet præcedens negatio,vt ſit ולא,neque laudem. 9 Oriantur, תצמחנה germinent.i.eueniant. Nota fac.vo. : אשמיע אתכם Ad verbum,audire faciam vos.vt capite præcedenti,verſibus 22 & 26.

10 Deſcendẽtes in ma.&c. יורדי הים ומלואו .i.nautæ qui verſantur in mari cũ nauibus,& inſulæ ipſæ.Seipſũ poſtea declarat quid intelligat per plenitudinẽ maris,quũ dicit,inſulæ,&c. 11 Attollant ישאו Futura Heb.pro imperat. Habitatores ar. יושבי סלע habitatores petræ.Sing.pro plur.in petris,ſiue rupibus.i.in arcibus ædificatis in rupibus. Clament. : יצוחו iubilent.vociferentur.ſub.præ lætitia.Fut.Heb.pro Imperat. 12 Ponant ישימו Hebraiſmus,pro Dent Iehouæ gloriam. 13 Sicut fortis כגבור tanquam potens. vel, ſtrenuus.i.tanquam vir potentiſſimus ac imperator fortis & inuictus. Zelum, קנאה ſub.vltionis ſuæ.i.vindictam ſumet de inimicis. Roborabit ſe. : יתגבר Hebraiſmus,pro Omnes vires colliget.q.d.tandem ſuperior euadet,& ſuperabit hoſtes ſuos.

14 A ſeculo, מעולם id eſt,iam longo tempore. Silui,continui אחריש אתאפק Fut.Heb.pro præt. 15 Deſolabo אחריב In ſolitudinem redigam.Perdam. 16 Et ambulare faciam והולכתי Et deducam. Incedere faciam eos: אדריכם Præterita Heb.pro futuris. Hæc faciam אלה הדברים Ad verbum,hæc verba.ſiue, has res. 17 Conflatili, למסכה Singul.pro plur.conflatilibus.

Increpantur increduli Iudæi.

18 Surdi audite,& cæci'viſum recipite,vt videatis.

19 Quis eſt cæcus, niſi ſeruus meus: aut ſurdus ſicut nuntius meus *quem* mittã? quis cæcus,ſicut *eſt* præfectus:& cæcꝰ,vt ſeruus Iehouæ?

20 "Vidiſti multa,& nõ obſeruaſti:"aperuiſti aures , & nõ audiuiſti.

21 Iehouáh *autem* "voluit propter iuſtitiam ſuam:"magnificabit Legem, & corroborabit:

22 At hic populus direptus,"& expilatus,"quos omnes *eorum inimici* capere facient in ſpeluncis,"& in domibus carcerũ *in quibus* latitabunt, erunt in rapinam,& nõ erit qui eruat:*in* direptionem,nec erit qui dicat,Redde.

23 Quis in vobis auribus percipiet hoc, aduertet, & audiet"in poſterum?

Auulſi à fide,direpti à Deo Iudæi.

24 Quis"dedit in direptionẽ Iayacób,& Iשſraאelẽ prædãtibus? nõne Iehouáh,cui peccauimus?nec voluerunt in viis eius ambulare, "neque paruerunt Legi eius:

25 Itaque effudit ſuper eum iram furoris ſui,& robur belli: inflammauítque illum in circuitu, & non cognouit: ſuccendítque eum, nec"poſuit ſuper cor.

Cap. XLIII.

Promittit Chriſtus ſe liberatorẽ affuturum Eccleſiæ ſuæ quam redemit.

1 ET nunc ſic dixit Iehouáh creator tuus, ô Iayacób, & Formator tuus ô Iשſraאél, Ne timeas,quia redemi te:"vocaui nomen tuũ, meus es tu.

2 Quum tranſieris per aquas,tecum ero,"& flumina non operiẽt te:quum ambulaueris per ignem,non comburêris, neque flamma"ardebit in te:

3 Quia ego Iehouáh Deus tuus,Sãctus Iשſraאelis,Seruator tuus: dedi"pretium tuum AEgyptum,Chuשs,& סSebá pro te.

4 "Ex quo pretioſus fuiſti in oculis meis ,"glorioſus fuiſti, & ego dilexi te:"propterea dabo hominem pro te , & populos pro anima tua.

Gentiũ vocatio in Dei gloriam.

5 Ne timeas *inquam*,quia ego tecũ ſum:ab Oriente adducam ſemen tuum,& ab Occidente congregabo te.

6 Dicam Aquiloni,Da: & Auſtro, Ne prohibeas: adducito filios meos de longinquo,& filias meas ab extremo terræ.

7 "Omnis qui vocatur in nomine meo,& ad gloriam meam crea-

18 Surdi audite , & cæci intuemini ad videndum.

19 Quis cæcus,niſi ſeruus meꝰ? & ſurdus,niſi ad quem nuntios meos miſi? quis cæcꝰ,niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus,niſi ſeruus Domini?

20 Qui vides multa,nõne cuſtodies? q apertas habes aures,nónne audies?

21 Et Dominus voluit vt ſãctificaret eum,& magnificaret Legem,& extolleret: D

22 Ipſe autem populus direptus,& vaſtatus:laqueus iuuenum omnes,& in domibus carcerum abſconditi ſunt: facti ſunt in rapinã,nec eſt qui eruat: in direptionẽ,nec eſt q dicat,Redde.

23 Quis eſt in vobis qui audiat hoc,attendat,& auſcultet futura?

24 Quis dedit in direptionem Iacob, & Iſrael vaſtãtibus? nónne Dominꝰ ipſe,cui peccauimus? & noluerunt in viis eius ambulare,& non audierunt Legem eius:

25 Et effudit ſuper eum indignationẽ furoris ſui,& forte bellum, & cõbuſſit eum in circuitu, & non cognouit: & ſuccendit eum,& non intellexit.

Cap. XLIII.

1 ET nũc hæc dicit Dominus creãs te Iacob,& formãs te Iſrael, Noli timere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo,meus es tu.

2 Quum tranſieris per aquas, tecum ero,& flumina non operient te: cum ambulaueris in igne , non comburéris,& flamma non ardebit in te:

3 Quia ego Dominus Deus tuus Sãctus Iſrael Saluator tuus , dedi propitiationem tuam AEgyptum , AEthiopiam & Saba pro te.

4 Ex quo honorabilis factus es in oculis meis,& glorioſus:ego dilexi te, & dabo homines pro te , & populos pro anima tua.

5 Noli timere , quia ego tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum,& ab Occidente congregabo te.

6 Dicam Aquiloni,Da:& Auſtro,Noli ꝓhibere: affer filios meos de lõginquo,& filias meas ab extremis terrę.

7 Et omnem qui inuocat nomen meum , in gloriam meam creaui eũ, B

---

18 Viſum recip. הביטו intẽti eſtote. 20 Vidiſti,&c. ראית וגו' Infinit.& fut.Heb.pro præt. Alii in gerũdio vertunt,coniungentes præcedenti verſui,Vidẽdo multa quæ non obſeruas,aperiendo aures vt nõ audiat.mutatio perſonæ,pro Audias. Ad verbũ legitur,Videre multa,& nõ ſeruabis:aperire aures & non audiet.i.(vt quidã exponũt,atque etiã vertunt)Nõ prodeſt videre multa, niſi cuſtodias:nec aperire aures,niſi ſit qui audiat. Doctꝰ inter Hebræos,infinitiua pro futuris eſſe ſcribit,exponitq;,Videbitis multa.i.multas afflictiones,& nõ obſeruabitis oculo cordis veſtri ad quid euenerint vobis afflictiones iſtæ:& ecce oculi veſtri vident,& cæci eſtis.quid enim prodeſt videre,niſi cuſtodiatis vias veſtras? Et aures veſtræ apertæ ſunt,& nõ audiet quiſpiã ex vobis increpationẽ:& ſic eſtis vt ſurdi. Et dixit ſingulari numero, cuſtodies,audiet:perinde acſi ne vnus quidẽ ex illis cuſtodiret,ſed nec audiret bonã viam. Aperuiſti,&c. פקוח וגו' apertæ [vel,patulæ] ſunt aures,at nemo audit. 21 Voluit חפץ ſub.illa facere.i.hæc fecit vt ſe iuſtum oſtenderet,& Legem ſuam magnificaret,quòd verax apparere velit animaduertẽdo in Iudæos,quemadmodum ipſis per Legem minatus erat. Quidã vertunt,volens.i.voluntarius ac propenſus ad magnificandam atque extollendam Legem ſuam. Hæc voluntas Domini eſt vt vigeat Lex ipſius ac floreat. Magnificabit, &c. יגדיל וגו' Hoc dicendi genus per futurum quidam ſic conuertunt,vt magnificet Legem ac extollat. Quidam per præſens vertunt, magnificat Legem atque corroborat. 22 Et expilatus, ושסוי & conculcatus. Quos om.&c. הפח בחורים כולם Ad verbũ,capere facere in ſpeluncis omnes ipſos.aut eſt imperatiuus,capere fac,aut illaquea:pro imperfecto indicatiui,capere faciebant,aut illaqueabant omnes ipſos.vel,quibus omnibus laqueos tendebant.vel,potius per futurũ,tendent. Et in do.car. ובבתי כלאים Hebraiſmus,in carceribus.

23 In poſterum? : לאחור .i.vt in poſterum admoneatur. Alii exponunt, Quotuſquiſque veſtrum credet quæ dico ventura?

24 Dedit נתן Quidam per futurum vertunt,daturus eſt.& ſic ſequentem verſum. Neque par.&c. : ולא שמעו בתורתו neque morem geſſerunt *ut ambularent* in Lege ipſius. 25 Poſuit ſuper cor. : ישים על־לב Vide ſuprà capite 41,verſu 20.

IN CAPVT XLIII.

1 Vocaui no.t. קראתי בשמך vocaui *te* in nomine tuo. Vocare nomine,eſt recipere in ius aliquod neceſſitudinis:veluti quũ à Deo in filios adoptamur.q.d.non ſolùm liberaui,ſed & peculiarem mihi populum te feci. 2 Et flumina non op. ובנהרות לא ישטפוך aut per flumina,non inundabunt te. Alii,& in fluminibus [ſub.tecum ero] ne inundent te. Ardebit in te: : תבער־בך ſuccendet te.

3 Pretium tuum כפרך .redemptionem tuam.i.animæ tuæ. Dare pretium alicuius,& Dare in vicem eius,vel pro eo,idem ſignificãt.i.feci vt Sennacherib vires ſuas in AEgyptios, AEthiopes,& סSabbæos conuerterit:id feci parcens vobis,& impetum hoſtis aliò cõuertens. Sequenti verſu exponitur iſtud. 4 Ex quo מאשר Eo quòd. Glorioſus fu. נכבדת honoratus es.i.te magnifacio. Propterea da.hom.&c. ואתן אדם תחתיך Præcedenti verſu dixerat,Dedi redemptionem tuam AEgyptum.ו pro Propterea.id eſt, Quum aliqui oppugnauerint te,efficiam vt bellum conuertatur in alios,& cadant in prælio,non tu. 7 Omnis,&c. כול הנקרא וגו' Quidam iungentes præcedenti verſui iſtum, vertunt in accuſatiuo & in plurali, Omnes *ſcilicet* qui vocantur de nomine meo, & quos in gloriam meam creaui, finxi eos,etiam feci eos.

formaui eum,& feci eum.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: ſurdum,& aures ei ſunt.

Omnes gentes cõgregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribꝰ:quis in vobis annũtiet iſtud,&quæ prima ſũt,audire nos faciet? dent teſtes eorũ, & iuſtificentur,& audiant,& dicant,Verè.

Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſeruus meus quem elegi: vt ſciatis,& credatis mihi,&intelligatis quia ego ipſe ſum: ante me non eſt formatus deus,& poſt me non erit.

‖Ego ſum,ego ſum Dominꝰ,& nõ eſt abſque me ſaluator.

Oſee 13.b.4

Ego annuntiaui, & ſaluaui: auditũ feci, & non fuit in vobis alienus: vos teſtes mei,dicit Dominꝰ,& ego Deꝰ.

Et ab initio ego ipſe, & nõ eſt qui de manu mea eruat:operabor,&quis auertet illud?

Hæc dicit Dominus redemptor veſter,Sanctus Iſrael,Propter vos emiſi in Babylonem,& detraxi vectes vniuerſos,&Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes.

C Ego Dominus Sanctus veſter,creans Iſrael Rex veſter.

Hæc dicit Dominus,qui dedit in mari viã,& in aquis torrentibus ſemitã:

Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robuſtum: ſimul obdormierunt,nec reſurgent: cõtriti ſunt quaſi linum,& extincti ſunt.

Ne memineritis priorum , & antiqua ne intueamini.

2.Cor.5.d.17
apoc.21.b.5

Ecce‖ego facio noua,& nunc orietur,vtique cognoſcetis ea: ponam in deſerto viam,& in inuio flumina.

Glorificabit me beſtia agri , dracones & ſtruthiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo,electo meo.

Populum iſtum formaui mihi,laudem meam narrabit.

Non me inuocaſti Iacob,nec laboraſti in me Iſrael.

Non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui , & victimis tuis non glorificaſti me: non te ſeruire feci in oblatione,nec laborem tibi prębui in thure.

B

D Non emiſti mihi argento calamũ, & adipe victimarum tuarũ non inebriaſti me:veruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis , præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

Ego ſum, ego ſũ ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me , & peccatorum tuorum non recordabor.

Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul: narra ſiquid habes vt

ui eum,formaui eum,etiam feci eum.

8 ″Vt educam populum cæcum,&oculi ſunt ei:& ſurdos,& aures *ſunt* eis.

9 Omnes gentes′congregentur ſimul,& colligantur populi: quis inter illos annuntiabit iſtud,″& priora indicabunt nobis? dent teſtes ſuos, ″& iuſtificentur:ſed audiant,& dicent,Verum eſt.

10 Vos teſtes mei,dicit Iehouáh,& ſeruꝰ meus quem elegi: vt ſciatis, & credatis mihi, ac intelligatis quòd ego ſum: ante me non *eſt* ″formatum *quippiam à* Deo,& poſt me non erit.

11 Ego,ego Iehouáh,& non eſt præter me ſeruator.

12 Ego annuntiaui,& ſeruaui,audire quoque feci,& non fuit in vobis *deus* alienus:vos autem teſtes mei, dixit Iehouáh,& ego Deus.

13 Etiam″à die ego ipſe ſum,& nõ eſt qui de manu mea eruat:operabor,& quis ″reuocabit illud?

14 Sic dixit Iehouáh redemptor veſter, Sãctus Iשׂraאelis: Propter vos miſi in Babél,″& deſcendere feci:fugitiui vniuerſi ipſi,& Chaשׂdim,quorum in nauibus eſt clamor.

15 Ego Iehouáh Sanctus veſter,Creator Iשׂraאelis,Rex veſter.

16 Sic dixit Iehouáh,qui dat in mari viam, & in aquis vehementibus ſemitam.

17 ″*Quũ* educit *populũ ſuum*,currus & equus,exercitus & robuſtus pariter obdormierũt,nec ſurgẽt:extincti ſũt,″ſicut linũ extincti ſunt.

18 Ne memineritis priorum,& antiqua″ne intueamini.

19 Ecce ego facio nouum,′iamiam orietur: annon cognoſcetis illud?″inſuper ponam in deſerto viam,in ſolitudine flumina.

20 Glorificabit me beſtia agri,dracones,″& filiæ ſtruthionis:″quòd dederim in deſerto aquas,flumina in ſolitudine,vt potum darem populo meo,electo meo.

21 Populum iſtum formaui mihi,laudem meam narrabunt.

22 Et me nõ ĩuocaſti,ô Iayacób,″quin fatigatꝰ es in me ô Iשׂraאél.

23 Non adduxiſti mihi pecus holocauſtorum tuorũ , nec victimis tuis glorificaſti me: ″non feci te ſeruire in oblatione, nec fatigaui te in ſuffimento.

24 Non emiſti mihi argento calamum *aromaticum*, nec adipe victimarum tuarum″inebriaſti me: ſed ſeruire feciſti me in peccatis tuis, laborare feciſti me in iniquitatibus tuis.

25 Ego, ego ſũ qui deleo præuaricationes tuas propter me,& peccatorum tuorum non recordabor.

26 ″Fac me recordari,″contendamus iudicio ſimul:narra tu,

Teſtimonio omnium populo. probat Deus ſe Deũ verũ,& idola vana, ideóque ſibi ſoli fidendũ.

Commemoratá reductione Iudæorum ex captiuitate Babylonica, redit ad libertatẽ per Chriſtũ nobis partã,Gentes in vnam Eccleſiam ſuam cõgregãtem.

Cultus externus fide deſtitutus, reiicitur.

Chriſtus factus homo,per quem remittuntur nobis peccata.

Nulla in nobis iuſtitia.

8 Vt educam הוציא Quidam vertunt infinitiuum in futurum,ſine particula ו.Alii vertunt,*Iuſſi* educere. 9 Cõgregentur ſi. & collig. נקבצו יחדו ויאספו Præterita Heb.pro fut.optat.aut præſ.coniunct. Et priora ind.n. וראשנות ישמיענו aut priora audire facient nos?i.aut qui inter illos indicare poterunt nobis talia qualia ſunt illa priora quæ iam prædixi,& iam euenerunt? Et iuſtific. ויצדקו & iuſti pronuntientur. 10 Formatũ *quidp.à* Deo, נוצר אל Ad verbũ,formatũ Dei.Participiũ eſt in regimine,non præteritum.Alii ferè omnes vertunt,formatus Deus. 13 A die מיום .i.ex quo dies eſſe cœpit.Alii,ante diem. Vel,antequam dies eſſet.i.ante diem creatum. Reuocabit illud? ישיבנה : Ad verbum,redire faciet illud?i.irritabit,aut retundere poterit, ſiue reſcindere: vel obſiſtet? Quidam,auertet illud? 14 Et deſcend.&c. והורדתי וגו' & deponam fugitiuos vniuerſos,& Chaldæos,quorum clamor,&c.Deponã,ſub. è ſede ſua.i.dignitate priuabo fugitiuos Babylonios,qui poſtea fugient nauibus. Alii,Et deſcẽdere faciam,[ſub.in naues]fugientes omnes, & Chaldæorum clamor exaudietur in nauibus. 17 *Quum* edu.&c. המוציא וגו' Quidam Participium præſens conuertunt in præteritum, & in accuſatiuum nomina ſequentia, & futura in præterita, ſic, Qui eduxit currus & equos, copias,& *populum* fortem,*qui* pariter obdormierunt,& non ſurrexerunt,&c.vel, nunquam poſtea ſurrexerunt.De Rege Aſſyriorum & eius exercitu intelligunt,quem accerſiuit de loco ſuo Dominus contra Iſraelitas,quémque poſtea deleuit nocte,Angeli miniſterio. Sicut linum כפשתה Vide ſuprà cap.42.a.3.

18 Ne intueamini. אל־תתבוננו : ne conſideretis.i.nolite admirari.Alii,ne memoretis. 19 Inſuper אף vtique.nam.

20 Et filiæ ſtrut. ובנות יענה ſub.fœminæ.i.ſtruthiones.Alii,& pulli ſtruthionis. Quòd dederim כי־נתתי dabo enim in ipſo,&c.

22 Quin,&c. כי־יגעת וגו' quin potius tædio mei affectus es.Alii vertunt,quia laboraſti in me.acſi diceret,cum faſtidio ſuſcepiſti quicquid à me præcipiebatur.quod eodem ferè recidit.Alii,quum tu fatigareris propter me. Alii,tantum abeſt vt laboraueris in me, ô Iſrael.i. feſſus fueris in cultu meo. 23 Non feci,&c. לא העבדתיך במנחה Hebraiſmus,Non oppreſſi te multitudine oblationum,ſiue,non exegi à te multum oblationes.A ſeruis multum operis exigere ſolent. 24 Inebriaſti me: הרויתני irrigaſti me.

26 Fac me recordari, הזכירני Reduc mihi in memoriam.ſub.bona quæ feceris. Contendamus iudicio נשפטה Ad verbum,iudicemur.id eſt,diſceptemus inter nos vter verum dicat.

ʹvt iuſtificeris.ʹ

Pater tuus primus peccauit, ″& interpretes tui præuaricati ſunt contra me: 27

″Ideo contaminaui principes″ſanctitatis,& dedi″occiſioni Iayacób,& Iwſraℵél in opprobria. 28

Cap. XLIIII.

Dimiſſis peccatis, abundantia donorũ ſpiritualiũ promittitur.

ET″ nunc audi Iayacób ſerue mi,& Iwſraℵél quem elegi. 1

Sic dixit Iehouáh factor tuus,formatórque tuus ab vtero,*qui* auxiliabitur tibi,Ne timeas ſerue mi Iayacób, & ô recte quẽ elegi: 2

Quia effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum,& benedictionem meam ſuper germina tua: 3

Et germinabunt *quaſi* inter herbam , *&* ſicut ſalices iuxta riuulos aquarum. 4

Hic dicet, Iehouæ ego ſũ: & ille″inuocabit in nomine Iayacób: & alius ſcribet manu ſua, Iehouæ ſum,& nomine Iwſraℵelis cognominabit ſeipſum. 5

Deus prædicat ſuam potẽtiam.

Sic dixit Iehouáh Rex Iwſraℵelis,& redẽptor eius Iehouáh exercituũ :ego primus,& ego nouiſſimus, & præter me non eſt Deus. 6

Et quis ſicut ego,*qui*″vocet quod præteriit, annuntiétque illud, & ordinet illud mihi,ex quo poſui mihi″populũ mundi,& ea quæ *paulo pòſt* ſunt vẽtura,& quæ futura ſunt *longo pòſt tempore*,nuntient″illis? 7

Ne timeatis,néque formidetis:nónne″ex eo tempore″indicaui tibi,& annuntiaui?″itaque vos teſtes mei an ſit Deus præter me,& *quòd* non ſit″fortis quem non nouerim. 8

Idolorum nulla potentia.

ʹFictores ſculptilis,omnes ipſi vanitas,ʹ& concupiſcibilia corũ non proderunt:″& teſtes eorum ipſi,quòd non″vident,neque cognoſcunt,″vt pudore afficiantur. 9

″Quis formauit Deum,& ſculptile conflauit,vt non proſit? 10

Ecce omnes″ſocii eius pudore ſuffundẽtur,artificéſque ipſi ſunt ex hominibus:congregabuntur omnes ipſi,*&* ſtabunt,pauebunt, *ac* pudore afficientur ſimul. 11

Faber ferrarius″dolabram *faciet*,& operabitur cum prunis & malleis, *qua*″figuret illud:operabitur inquam *illam*″brachio fortitudinis ſuæ, etiam famelicus, ʹita vt deficiant vires , non bibat aquam,″& laſſus ſit. 12

Faber *verò* lignarius extendit″lineã,″delineabit illud″filo phœni- 13

iuſtificeris.

27 Pater tuus primus peccauit,& interpretes tui præuaricati ſunt in me:

28 Et cõtaminaui principes ſanctos, & dedi ad internecionem Iacob,& Iſrael in blaſphemiam

Cap. XLIIII.

1 ET‖nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quem elegi.

Ierem.30.b.10 & 46.g.27

2 Hæc dicit Dominus faciens & formãs te ab vtero,auxiliator tuus, Noli timere ſerue meus Iacob,& rectiſſime quem elegi:

3 ‖Effundam enim aquas ſuper ſitiẽtem,& fluenta ſuper aridam: effundã Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionẽ meã ſup ſtirpẽ tuã:

Ioel.2.g.28 act.2.c.17 iohan.7.f.38

4 Et germinabunt inter herbas,quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas.

5 Iſte dicet,Domini ego ſum : & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcribet manu ſua Domino,& in nomine Iſrael aſſimilabitur.

6 Hæc dicit Dominus Rex Iſrael, & redemptor eius Dominus exercituũ, ‖Ego prim⁹,& ego nouiſſimus,& abſque me non eſt Deus.

Suprà 41.b.4 infrà 48.b.12 apoc.1.d.17 & 23.c.13

7 Quis ſimilis mei? vocet & annuntiet,& ordinẽ exponat mihi, ex quo conſtitui populum antiquum: ventura,& quæ futura ſunt annũtient eis.

8 Nolite timere, neque conturbemini:extunc audire te feci, & annuntiaui: vos eſtis teſtes mei : nunquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego non nouerim?

B

9 Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt,& amantiſſima eorũ non proderunt eis. ipſi ſunt teſtes eorum,quia non vidẽt neque intelligunt,vt confundantur.

10 Quis formauit deũ, & ſculptile cõflauit ad nihil vtile?

11 Ecce, omnes participes eius confundentur : fabri enim ſunt ex hominibus:conuenient omnes, ſtabunt & pauebunt, & confundentur ſimul.

12 ‖Faber ferrarius lima operatus eſt: in prunis & in malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ:eſuriet & deficiet,non bibet aquam,& laſſeſcet.

Sapien.13.e.11 ierem.10.a.3

13 Artifex lignarius extendit normã, formauit illud in rũcina: fecit illud in

Vt iuſtificeris. : למען תצדק .i.vt in hac diſceptatione oſtendas cauſam tuam eſſe iuſtam. 27 Et interpretes tui ומליציך .i.qui erant interpretes inter Deum & populum,Moſes & Aaron. Alii,principes. Alii,rhetores.vel,legati. 28 Ideo contam. ואחלל .i.cõtaminatos oſtendi.Fut.Heb.pro præt.& ו pro illatiua cõiunctione,Ideo vel Propterea.i.permiſi vt magna pars filiorũ Iſrael cũ ducibus ſuis perirent in deſerto propter peccata ſua. Quidam retinere malunt futurum,vt iſtud conferatur in tempus captiuitatis:quòd propriè eos cõpellet qui ſub captiuitate victuri erant. Contaminare,vel polluere , ſiue prophanare ſanctuarium ſiue Eccleſiam dicitur Deus, quum eam ceu rem vilem,contemnit & proſtituit. Sanctitatis, קודש id eſt ſanctos. Alii vertunt,ſanctuarii.id eſt,Eccleſiæ. Occiſioni לחרם internecioni. Alii,excæcationi.

IN CAPVT XLIIII.

1 Et nunc ועתה Nunc tamen. Alii,Nunc igitur. 5 Inuocabit in no. יקרא בשם vocabit ſe de nomine.i.dicet ſe de congregatione Iſraelitarum.Simile ſuprà cap.41.d.25. 7 Vocet יקרא .i.clara & alta voce dicat ac narret. Populum mundi, עם־עולם populum ſeculi.i.ab eo tempore quo creaui hominem in terra.quaſi dicas,poſt homines natos. Illis? : למו id eſt ſuis cultoribus.

8 Ex eo tempore מאז extunc.id eſt prius quàm acciderint. Indicaui tibi, השמעתיך Ad verbum,audire te feci.vt ſuprà cap.41, verſibus 22 & 26,& cap.43.b.9. Itaque vos teſtes ואתם עדי Vide ſuprà cap.43.b.10.12. Fortis, צור Deus.i.qui ſe dicat Deum.

9 Fictores יוצרי Artifices. Et concupiſcibilia e. וחמודיהם & deſiderabilia eorum.id eſt quæ maximè amant,nempe ſculptilia. Et teſtes eorum ipſi, ועדיהם המה teſtes autem ſui ſunt ipſa.id eſt, teſtãtur ſe eſſe vanitatem. Vident, neque cognoſcunt, יראו ובל־ ידעו Fut.Heb.pro præſ. Vt pudore afficiantur. : למען יבושו ſub.cultores eorum,hoc dico. Alii vertunt,ideóque confundentur.

10 Quis formauit Deum,&c. מי־יצר אלוגו' Quis *unquam niſi ſtolidus* finxit Deum aliquem, aut ſculptile conflauit, vt non proſit? Alii, Quis formator Dei & ſculptilis conflator,quod nullam ad rem vſui eſt? Alii, Quis igitur formare audet deum, & ſculptile conflare quod nihil prodeſt?vel,nullam vtilitatem affert? 11 Socii eius חבריו ſub.artificis. 12 Dolabram מעצד aſciam. Alii,ſecurim.

Figuret il. יצרהו fingat illud.ſub.ſculptile faber lignarius.vel,formet. Brachio fortitudinis ſuæ, בזרוע כוחו id eſt,totis viribus ſuis. Ita vt deficiant vires, ואין כוח Ad verbum,& non vires. Et laſſus ſit. : ויעף & ſiti conficiatur. 13 Lineam, קו normam. Alii, filum. Alii,regulam. Delineabit יתארהו deſignabit.figurabit. Quidam,verba huius verſus & ſequentium vſque ad 18, vertunt per præſens,effigiem ei adhibet. Filo phœni. בשרד filo tincto rubrica. Quidam vertunt,in runcina.

ãgularib⁹,& in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quaſi ſpecioſũ hominem habitantem in domo.

Succidit cedros, tulit ilicẽ, & quercum quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit.

C Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt: & ſuccendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus eſt deum, & adorauit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud.

Medium eius combuſſit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & ſaturatus eſt, & calefact⁹ eſt, & dixit, Vah, calefactus ſum, vidi focum.

Reliquum autem eius deum fecit, & ſculptile ſibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat, dicẽs, Libera me: quia deus meus es tu.

Neſcierunt, neque intellexerunt: obliti enim ſunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo.

Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt, vt dicãt, Medietatẽ eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes & comedi: & de reliquo ei⁹ idolum faciam, & ante truncum ligni procidam?

Pars eius cinis eſt: cor inſipiens adorauit illud? & non liberabit animã ſuam, neque dicet? Fortè mendacium eſt in dextera mea.

Memento horum Iacob & Iſrael, quoniam ſeruus meus es tu: formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, non obliſcaris mei.

D Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

Laudate cæli, quoniam fecit Dominus: iubilate extrema terræ: reſonate montes laudationem, ſaltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Iſrael gloriabitur.

Hæc dicit Dominus redẽptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens cælos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum.

Irrita faciens ſigna diuinorum, & ariolos in furorem vertens: conuertens ſapientes retrorſum: & ſcientiã eorum ſtultam faciens.

Suſcitans verbum ſerui ſui, & conſilium nuntiorum ſuorum complẽs: qui dico Ieruſalẽ, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, AEdificabimini, & deſerta eius ſuſcitabo.

Qui dico profũdo, Deſolare, & flumina tua arefaciam.

Qui dico Cyro, Paſtor meus es: & omnem voluntatem meam complebis: qui dico Ieruſalẽ, AEdificaberis: & templo, Fundaberis.

cio, faciet illud ʹdolabris, & circino figurabit illud, faciétque illud ad imaginem viri, ʺiuxta gloriam hominis, vt habitet in domo.

14 *ibit* vt ſuccidat ſibi cedros, & tollet ilicem & quercum, ʺ& roborabit ſe *ut quærat meliora* inter ligna ſyluæ: plãtabit pinum, quam pluuia nutriet.

15 Tum erit homini ad comburẽdum: nam ſumet ex eis, & calefaciet ſe: præterea *furnum* accendet, & coquet panem: etiam effici et deum, & adorabit, faciet illud ſculptile, & incuruabit ſe ei.

16 Dimidiũ eius cõburet igni, ʺ*&* ex altera parte eius carnes comedet: aſſabit aſſaturam, & ſaturabitur: præterea calefaciet ſe, & dicet, Euge, calefeci me, vidi focum.

17 ʹEx reliqua autem eius parte deum faciet, *id eſt* ſculptile ſuum: incuruabit ſe ei, & adorabit, & orabit eum, & dicet, Libera me: nam deus meus es tu.

18 Nihil norunt, neque intellexerunt, quia *Deus* obleuit oculos eorũ ne videant, *&* corda eorum ne intelligant.

19 Et non redit ad cor ſuum, non eſt ſcientia, neque intelligentia, vt dicat, ʹDimidium eius combuſſi igni, & etiam coxi ſuper carbones eius panem, aſſaui carnes, & comedi: & reſiduum eius in abominationem faciam, trunco arboris incuruabo me?

20 ʺPaſcit cinerem, cor ſeductum declinare fecit eum, ʹ& non liberabit animam ſuam, nec dicet, Nónne ʹmendacium *eſt* in dextera mea?

21 Memento horum Iaɣacób & Iשſraℵél, quoniam ſeruus meus es tu: formaui te, ſeruus meus es tu Iשſraℵél, ʺne obliuiſcaris mei.

Populo Dei dimiſſa peccata.

22 Deleui vt nubem præuaricationes tuas, & veluti nubem peccata tua: reuertere ad me, quia redemi te.

23 ʺLaudate cæli, quoniam ʺfecit Iehouáh: iubilate inferiora terræ, ʺedite montes clamorem, ſylua, & omnis arbor quæ *eſt* in ea: ʹquoniam redemit Iehouáh Iaɣacób, & in Iשſraℵél ʺglorificabitur.

Gratiarũ actio.

24 Sic dixit Iehouáh redemptor tuus, & plaſmator tuus ex vtero: Ego Iehouáh faciens omnia, extẽdens cælos ſolus, expandens terram ʺmea potentia.

Potẽtiam ſuam Deus inculcat, & ſua beneficia commemorat.

25 Diſſipat *Deus* ſigna ʹmendacium, ʹ& diuinos inſanire facit: conuertit ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam facit.

26 ʺSuſcitat verbum ſerui ſui, & conſilium nuntiorum ſuorum cõplet: *ille eſt* qui dicit ʺad Ieruשſaláim, Habitaberis: & ad ciuitates Iehudáh, AEdificabimini, & deſolationes eius erigam.

27 Qui dicit profundo, Exſicca te, & flumina tua arefaciam.

28 Qui dicit de Chóreשs, Paſtor meus: & omnem volũtatem meã perficiet: dicendo etiam ʺipſi Ieruשſaláim, AEdificaberis: & templo, Fundaberis.

Dolabris, במקצועות aſciis. Iuxta gloriam hominis כתפארת אדם id eſt dat illi effigiem humanam elegantiſſimam, vt reponat illud in æde. 14 Et roborabit ſe *ut quærat meliora*, &c. ויאמץ־לו בעצי־יער Hebraiſmus, acſi dicas, magno ſtudio, cura, & diligentia deliget ſibi optimam materiam ex lignis ſylueſtribus. 16 *Et* ex altera parte eius carnes על־חציו בשר Ad verbum, & ſuper dimidiũ eius carnes. 17 Ex reliqua, &c. ושאריתו לאל וגו׳ Ad verbum, Et reſiduum eius in deum facit, in ſculptile ſuum.

19 Dimidium e. חציו Alteram partem illius. vel, Partem eius. 20 Paſcit cin. רועה אפר Hebræi dicunt, Paſcere cinerem, vt & apud Oſeam, ca. 12. a. 2, paſcere ventum. q. d. quicunque facit ſculptile, in vanum laborat. Et non liberabit animam ſuam, ולא־יציל את־נפשו vt non liberet animam ſuam, neque dicat. Mendacium *eſt*, &c. : שקר בימיני id eſt fruſtra laboraui quum feci ſimulachrum.

21 Ne obliuiſcaris mei. : לא תנשני non traderis obliuioni à me. vt ſit affixum pro ſeparato. 23 Laudate רונו Exclamate. Vociferamini. Attollite vocem. Fecit עשה ſub. bona Iſraeli. beneficiis affecit Iſraelem, adimpleuit promiſſiones quas pollicitus illi fuerat. Edite montes clamorem פצחו הרים רינה ſub. plenum lætitiæ. id eſt, iucundum & lætum. Alii, erumpite montes in laudem.

Glorificabitur. : יתפאר glorificabit ſeſe. q. d. redimendo Iſraelem pariet ſibi gloriam & honorem. Alii vertunt, gloriabitur. gloriatus eſt.

24 Mea potentia. : מאתי Ad verbum, à meipſo. Legitur & מי אתי quis mecum? id eſt quis me iuuit in condendo mundo?

25 Mendacium, בדים id eſt aſtrologorum. Quidam vertunt, diuinatorum. Et diui. inſa. fa. וקוסמים יהולל & ariolos dementat. fut. Heb. pro præſ. 26 Suſcitat מקים id eſt ſtabilit & confirmat. Ad Ieruשſaláim, &c. לירושלים תושב וגו׳ de Ieruſaláim, Habitabitur: & de vrbibus Iudáh, AEdificabuntur: deſolationéſque illius excitabo. i. inſtaurabo. Sic paulo pòſt, verſu 28.

28 Ipſi Ieruſ. AEdific. לירושלים וגו׳ de Ieruſaláim, AEdificabitur. Vide paulo antè verſu 26.

Cap. XLV.

De reſtituendis Iudæis per Cyrũ ꝓphetat Eſaias.

1 SIc dixit Iehouáh de chriſto ſuo, de Chorews,″cui″apprehẽdi dexteram, vt expandam coram eo Gentes, ″& lumbos Regum diſſoluam, vt aperiam coram eo fores, & portæ non claudentur.

2 Ego ante te ibo, & tortuoſa dirigam: ianuas æreas conteram, & vectes ferreos″concîdam.

3 Dabóque tibi theſauros″*qui ſunt in locis* tenebroſis, ″& theſauros abſconditos: vt ſcias quòd ego *ſum* Iehouáh,″qui voco nomen tuum, Deus Iwſraℵelis.

4 Propter ſeruum meum Iaγacób, & Iwſraℵelẽ electum meum, vocaui te nomine tuo:″cognominaui te, & non noſti me.

5 Ego Iehouáh, & non eſt amplius, præter me non eſt Deus: accinxi te,″& non nouiſti me.

6 Vt ſciant ab Ortu ſolis, & ab Occidente quòd nõ *eſt* præter me: ego Iehouáh, & nullus eſt vltrá:

7 Formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Iehouáh faciens omnia hæc.

Iudæi Chriſtum petunt.

8 Rorate cæli deſuper, & cæli ſtillent iuſtitiam: aperiat ſeſe terra, ″& proueniant ſalus & iuſtitia, *quas*″germinare faciet *terra* ſimul: ego Iehouáh″creaui eum.

Impii offenſi in factis Dei, quòd populus eius affligatur.

9 Væ contẽdenti cũ plaſmatore ſuo,″teſtæ cũ teſtis terræ: nũquid dicet lutum fictori ſuo, Quid facis? & operi tuo″nõ *fuerunt* manus.

10 Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis?

11 Sic dixit Iehouáh Sanctus Iwſraℵelis, & plaſmator eius: quæ ventura ſunt interrogate me: ſuper filios meos, & ſuper opus manuũ mearum″præcipite mihi.

12 Ego feci terram, & hominem ſuper eã creaui:″ego, manus meæ tetenderunt cælos, & omni exercitui eorum″præcepi.

13 Ego ſuſcitaui eum″in iuſtitia, & omnes vias eius″dirigam: ipſe ædificabit vrbem meam, & captiuitatem meam dimittet non pretio, nec munere, dixit Iehouáh exercituum.

Cyro promittitur imperiũ etiã in alias Gentes.

14 Sic dixit Iehouáh,″Labor AEgypti,″& negotiatio Chuws, & ɔSebaℵím, ″viri menſuræ ſuper te tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt, in cõpedibus tranſibunt: tibíque incuruabunt ſe, téque deprecabũtur: tantũ in te *eſt* Deus, & nullus *eſt* vltra,″non *eſt* Deus.

15 Verè tu es Deus″abſcondens te, Deus Iwſraℵél ſaluator.

Iudæi reducẽdi è captiuitate.

16 Pudore afficientur atque etiam erubeſcent omnes ipſi: ſimul abierunt cum ignominia fabricatores ſculptilium.

17 *At* Iwſraℵél ſaluatus eſt in Iehouáh ſalute″æterna: non pudore afficiemini, neque erubeſcetis vſque in ſecula″ſeculi.

Cap. XLV.

HAEc dicit Dominus chriſto meo Cyro, cuius apprehẽdi dexterã, vt ſubiiciam ante faciem eius Gẽtes, & dorſa Regum vertam, & aperiam corã eo ianuas, & portæ non claudentur.

Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas cõteram, & vectes ferreos confringam.

Et dabo tibi theſauros abſcõditos, & arcana ſecretorum: vt ſcias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Iſrael.

Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum, & vocaui te in nomine tuo, aſſimilaui te, & non cognouiſti me.

Ego Dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus: accinxi te, & non cognouiſti me.

Vt ſciant hi qui ab Ortu ſolis, & q̃ ab Occidente quoniã abſque me non eſt: ego Dominus, & non eſt alter:

Formans lucem, & creãs tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

B

Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul: ego Dominus creaui eum.

Ierem.18.a.6
rom.9.d.20

Væ qui contradicit factori ſuo, teſta de ſamiis terræ: nunquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt.

Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis?

Hæc dicit Dominus Sanctus Iſrael plaſtes eius, Vẽtura interrogate me: ſuper filios meos, & ſuper opus manuum mearum mandate mihi.

Ego feci terram, & hominem ſuper eam creaui: ego, manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui.

Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & oẽs vias eius dirigã: ipſe ædificabit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ meã dimittet nõ in pretio neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.

C

Hæc dicit Dominus, Labor AEgypti, & negotiatio AEthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, téque deprecabũtur: tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus.

Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator.

Confuſi ſunt, & erubuerũt omnes: ſimul abierunt in confuſionem fabricatores errorum.

Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna: non confundemini, & non erubeſcetis vſque in ſeculum ſeculi.

IN CAPVT XLV.

1 Cuius appreh.dex. אשר־החזקתי בימינו Loquutio Hebraica, pro, quem præſenti auxilio meo defendo, guberno, ac confirmo in ea vocatione in qua eum cõſtitui. Vide ſimile dicendi genus ſuprà cap.42.a.6. Et lumb.Reg.diſſ. ומתני מלכים אפתח Etiam Hebraica phraſis, pro, faciam vt viribus deficiant, & deſtituantur. 2 Concidam. : אגדע comminuam. 3 *Qui ſunt in lo.* teneb. חושך Ad verbum, tenebrarum.i.deliteſcentes in tenebris. Et theſ.abſc. ומטמוני מסתרים Ad verbum, & abſcondita latibulorum. Alii, arcana latebrarum. Qui voco no.t. הקורא בשמך qui voco *te* nomine tuo. Hebraiſmus, de quo ſuprà cap.43.a.1. Deus nomine vocare dicitur eos quos eligit, atque ad opus aliquod deſtinat: vt ipſum Cyrum conſtituit ac deſignauit ducem ac principem huius liberationis.

4 Cognominaui te אכנך Fut.Heb.pro præt.i.cognomine te appellaui.id eſt aliquando de te loquutus ſum per Prophetas meos nomine proprio, interdum nomine tacito. 5 Et non nouiſti me. : ולא ידעתני vtcunque non noueris me.

8 Et proueniãt ויפרו & fructificent. Alii, creſcant.ſiue ſuccreſcant. Alii, multiplicentur. Germinare faciet תצמיח id eſt proferet ac producet. Creaui eum. בראתיו .i.miſſurus ſum in terram. Quidam vertunt, creaui eam.nempe iuſtitiam & ſalutem.

9 Teſtæ cum te. חרש את־חרשי teſtæ ex teſtis. Non *fue.*ma. : אין־ידים לו .i.opus tuum eſt rude, & tale quale eſt id quod non eſt factum manibus artificis periti. 11 Præcipite mi. : תצווני Fut.Heb.pro imperat.i.Prophetis meis vt dicant vobis futura in gratiam meam: quod idola nequaquam poſſunt. 12 Ego, ma.meæ אני ידי Hebraiſmus, pro ego ſum cuius manus. Præcepi. : צויתי .i.mãdato feci, vel ſolo verbo & iuſſu. 13 In iuſtitia, בצדק propter iuſtitiam. i.vt exerceat iuſtitiam in Babylonios, & remittat populum meum in patriam. Dirigam: אישר rectificabo.rectas efficiam.i.efficiam vt recta eat. 14 Labor יגיע .i.opes labore partæ.

Et negot. וסחר & merces. Viri menſ. אנשי מדה Hebraiſmus.i.ſtaturæ proceræ. Non *eſt* Deus. : אפס אלהים ſub.præter Deũ Iſraelis. 15 Abſcondẽs te מסתתר latens.aut, deliteſcens.i.qui potentiã tuam & vires tuas occultas: quæ potentia tãtummodo nota erat in Iudæa. 17 AEterna: עולמים Ad verbum, ſeculorum. Seculi. : עד perpetuitatis.i.ſempiterna, 18 Quia hæc dicit Dominus, creãs cælos,(ipſe Deus formans terram, & faciens eam:ipſe plaſtes eius, non in vanum creauit eam: vt habitaretur formauit eam) Ego Dominus, & non eſt alius.

19 Non in abſcondito loquutus ſum, in loco terræ tenebroſo: non dixi ſemini Iacob, Fruſtra quærite me: ego Dominus loquens iuſtitiam, annuntians recta.

D 20 Congregamini, & venite, & accedite ſimul qui ſaluati eſtis ex Gentibꝰ: neſcierunt qui leuãt lignum ſculpturæ ſuæ, & rogant deum non ſaluantẽ.

21 Annuntiate, & venite, & cõſiliamini ſimul: quis auditũ fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? nũquid nõ ego Dominus, & non eſt vltrà Deus abſque me? Deus iuſtus & ſaluans nõ eſt præter me.

22 Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt alius.

Rom.14.b.11
philip.2.b.10

23 In memetipſo iuraui, egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum, & non reuertetur: quia ‖ mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

24 Ergo in Domino, dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperium: ad eum venient & confundentur omnes qui repugnant ei.

25 In Domino iuſtificabitur, & laudabitur omne ſemen Iſrael.

Cap. XLVI.

1 CONfractus eſt Bel, contritus eſt Nabo: facta ſunt ſimulachra eorum beſtiis & iumentis: onera veſtra graui põdere vſque ad laſſitudinem.

2 Contabuerunt, & contrita ſunt ſimul: nõ potuerunt ſaluare portantẽ, & anima eorũ in captiuitatem ibit.

3 Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua.

B 4 Vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego ferã: ego portabo, & ſaluabo.

5 Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me, & feciſtis ſimilẽ?

6 Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat deum: & procidunt & adorant.

Baruch 6.c.25

C 7 ‖ Portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur: ſed & quum clamauerint ad eum, non

18 Quia ſic dixit Iehouáh creator cælorum (ipſe Deꝰ formator terræ, & factor eius, ipſe *inquam qui* præparauit eam: non″in vanum creauit eam, *ſed* ad inhabitandũ formauit eam) Ego Iehouáh, & nullus præterea.

19 Non in abſcondito loquutus ſum, in loco terræ″tenebrarũ: non dixi ſemini Iaעacób,″In vanum quærite me: ego Iehouáh loquẽs iuſtitiam, *&* qui annuntio recta.

Inſultatio in Babylonios.

20 Congregate vos, & venite, accedite ſimul″abiecti Gentium: nihil nouerunt qui ferunt lignum ſculptilis ſui, & orant deum qui non ſeruat.

21 Annuntiate, & accedere facite, inſuper conſilium ineant ſimul: quis″audire fecit hoc ab initio, *&*″extunc annũtiauit illud? annon ego Iehouáh, & non eſt vltrà Deus præter me? Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me.

Fidem requirit Deus in ſuas pmiſſiones, promittẽtes ſalutẽ.

22 Reſpicite ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quoniam ego ſum Deus, & non eſt amplius.

23 Per me iuraui, egreſſum eſt de ore meo *in* iuſtitia verbum, & nõ reuertetur, quòd mihi curuabitur omne genu, *per me* iurabit omnis lingua.

24 ″Veruntamẽ per Iehouam mihi (dixit *electus*) iuſtitiæ & fortitudo, vſque ad eum veniet: pudore autem afficiẽtur omnes′qui iraſcuntur in eum.

25 In Iehouáh iuſtificabunt ſeſe,′& laudabunt ſeſe omne ſemen Iשſraאél.

Cap. XLVI.

Idola Babyloniorum deſtructa.

1 C″Vruauit ſe Bel, incuruauit ſe Nebó: fuerunt ſimulachra eorum beſtiis & iumentis:″quæ vos ferebãt, onerata erant onere *nimio* ad laſſitudinem.

2 ″Curuauerũt ſeſe, incuruauerunt ſe ſimul, nec potuerunt′eruere ſe ab onere, & anima eorum in captiuitatem abiit.

Deus ad ſui cognitionẽ filios Iſrael vocat, vt ei omnia accepta ferant, non idolis: promittens per Cyrum liberationem.

3 Audite me domus Iaעacób, & omnes reliquiæ domus Iשſraאelis, qui portamini *à me* ab vtero, *& qui* geſtamini à vulua.

4 Et vſque ad ſenectam″ego ſum *uobiſcum*, & vſque ad canitiem ego portabo: ego feci, & ego feram, ego quoque portabo & eruam.

5 Cui″aſſimilabitis me, & adæquabitis, aut comparabitis me,″& ſimilitudo ero?

6 ″Qui depromunt aurum de loculo, & argentum″in ſtatera″ponderantes, mercede conducent aurifabrũ, faciéntque ex illo deum″*cui* incuruabunt ſeſe, etiam adorabunt.

7 Portabunt illum ſuper humerum, geſtabunt eum, & ponent illum in loco ſuo, & ſtabit, de loco ſuo nõn mouebit ſe: inſuper cla

18 In vanum תוהו vacuam. Alii, inanem. Alii, vt rem vanam. 19 Tenebrarum: חושך id eſt tenebroſæ: in antro obſcuro. In Vanum quær. me: תוהו בקשוני Præt. Heb. pro imperat. Fruſtra quærite me. Quidam iſtud FRVSTRA negationi adiungunt, ſic, Nõ fruſtra dixi ſemini Iaעacób, Quærite me. 20 Abiecti Gentium: פליטי הגוים id eſt qui inter Gentes eſtis abiectiſſimi. Alii intelligunt abiectos qui dignitate, opibus, potentia, & ſcientia inter Gentes præcellebant: quòd in conſpectu Dei nihili ſint, tametſi ab hominibus magni æſtimentur. Vnde quidam vertunt, qui præcipui eſtis in Gentibus. Alii, remoti Gentium. acſi dicas, ab extremis terræ.

21 Audire fecit השמיע id eſt narrauit, ſiue prædixit. Extunc מאז iam olim. id eſt ante multa tempora.

24 Veruntamen אך Vtique. Alii, Tantum. Qui iraſc. in eum. הנחרים בו: qui prouocant eum. Alii, qui repugnant ei.

25 Et laudabunt ſeſe ויתהללו & gloriabuntur.

IN CAPVT XLVI.

1 Curuauit ſe Bel, &c. כרע בל קורס נבו Concidit Bel, concidit Nebo. Alii, Proſtratus eſt Bel, ſuccubuit Nebo. Quæ vos fereb. &c. נשׂואותיכם עמוסות וגו׳ Hebræi vertũt vt vertit noſter interpres, qui volunt נשׂואותיכם eſſe toar animalium geſtantium ſimulachra. Alii, quæ à vobis ſunt grauata & onerata pondere premente ad fatigationẽ. Alii, Oneribus veſtris onerabũtur, pondus *erit illis* feſſis. q. d. vos aliò aſportabimini, & præ pondere auri & argenti onerabuntur admodum feræ & iumenta. Alii, oneribus veſtris grauata, pondus ad laſſitudinem.

2 Curuauerunt ſeſe, &c. קרסו כרעו יחדו Eadem verba quæ primo verſu, Corruerunt, proſtrata ſunt. Verti poſſunt hæc per futurum. Eruere ſe ab o. מלט משא ſubtrahere ſe oneri. 4 Ego ſum אני הוא ego ipſe. vel, ego idem. 5 Aſſimilabitis me, תדמיוני futura Heb. pro præſ. vt quidam vertunt. Et ſimilitudo ero? ונדמה: vt ſimilis ſim? 6 Qui depromunt הזלים Ad verbum, Qui abire faciunt. Alii, Qui vilipẽdunt. id eſt qui temere profundunt. In ſtatera בקנה Hæc vox קנה ſignificat partem illam tranſuerſariam bilancis, in cuius extremitatibus dependent lances. Ponderantes, mer. cond. ישקולו ישׂכרו Fut. Heb. pro præſen. *Cui* incuruabunt ſeſe, &c. יסגדו אף־ישתחוו Fut. Heb. pro præſ. vt quidam volunt, incuruant ſeſe, & adorant. Alii, cui incuruentur, atque etiam adorent.

47.48.

mabit ad eũ, & non reſpõdebit, nec de tribulatione eiꝰ ſeruabit eũ.

8 Mementote huius,″& roborate vos,″reducite præuaricatores ſuper cor.

9 Recordamini priorum quæ à ſeculo *contigerunt:* quoniã ego Deus, ″& non *eſt* vltrà Deus, neque eſt ſicut ego:

10 ″Annuntians ab exordio nouiſſimum,″& ab initio ea quæ nondum facta ſunt,′dicens, Conſilium meum ſtabit, & omnem voluntatem meam faciam.

11 Vocans ab Oriente″auem, de terra longinqua virũ conſilii mei: etiam″loquutus ſum, etiam adducam illud: ″formaui, etiam faciam illud.

Infideles promiſſæ ſaluti non credentes.

12 Audite me″duri corde, qui procul eſtis à iuſtitia:

13 ″Appropinquare faciam iuſtitiam meam, non elongabit ſe, nec ſalus mea moram faciet: & dabo in ɤSiión ſalutem, *&* Iשׂraאeli gloriam meam.

Cap. XLVII.

Regni Babylonici deſtructio.

1 D′Eſcende, & ſede in puluere virgo filia Babél, ſede in terra, nõ eſt *ultrà* ſolium *tibi* ô filia Chaשׂdim, quia″non addes vt vocent te teneram & delicatam.

2 ″Tolle molas, & mole farinam: ″denuda cincinnos tuos, diſcooperi plantas, detege crura,′tranſi flumina.

3 ′Reuelabitur turpitudo tua, etiam videbitur opprobrium tuũ, vltionem capiam,′& non occurram *tibi ſicut* homines.

4 Redemptor noſter, Iehouáh exercituum nomen eius, Sanctus Iשׂraאelis.

5 Sede,′tace, & intra in tenebras filia Chaשׂdím: quia″non addes vt vocent te Dominam regnorum.

Imperium Babylonijs auferetur, quód fuerint immiſericordes aduerſus Iſraelem.

6 Iratus fui contra populum meum,′contaminaui hæreditatem meam: tradidíque eos in manum tuam,″nec præſtitiſti eis miſericordias: ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde:

7 Et dixiſti, In æternum ero domina: adeò vt nõ poſueris hæc ſuper cor tuum, neque recordata fueris″nouiſſimi tui.

8 Nunc ergo audi iſtud ô delicata, quæ habitas cõfidenter: quæ dicis in corde tuo, Ego ſum, & non eſt præter me vltrà: non ſedebo vidua, nec cognoſcam orbitatem.

9 Euenient autem tibi duo hæc ſubitò eodem tempore, orbitas & viduitas,′quum perfecta fuerint ipſa *mala:* venient *inquã* ſuper te propter multitudinẽ″maleficiorum tuorum, propter fortitudinẽ

audiet: de tribulatione non ſaluabit eos.

8 Mementote iſtud, & confundimini: redite præuaricatores ad cor.

9 Recordamini prioris ſeculi, quoniam ego ſum Deus, & non eſt vltrà Deus, nec eſt ſimilis mei,

10 Annuntians ab exordio nouiſſimũ, & ab initio quæ necdũ facta ſunt, dicens, Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. D

11 Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: & loquutus ſum, & adducam illud, creaui, & faciam illud.

12 Audite me duro corde, qui longè eſtis à iuſtitia:

13 Propè feci iuſtitiam meam, non elongabitur: & ſalus mea non morabitur: dabo in Sion ſalutem, & Iſraeli gloriam meam.

Cap. XLVII.

1 DEſcẽde, ſede in puluere virgo filia Babylõ, ſede in terra: non eſt ſolium filiæ Chaldæorum, quia vltrà nõ vocaberis mollis & tenera.

2 Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi flumina.

3 ‖Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo. Nahum 3.a.5

4 Redemptor noſter, Dominus exercituum nomen illius, Sanctus Iſrael.

5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà Domina regnorum.

6 Iratus ſum ſuper populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: nõ poſuiſti eis miſericordias, ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde: B

7 Et dixiſti, In ſempiternum ero domina: non poſuiſti hęc ſuper cor tuũ, eque recordata es nouiſſimi tui.

8 Et nunc audi hæc, delicata & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego ſum, & nõ eſt præter me amplius: non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem.

9 ‖Venient tibi duo hæc ſubitò in die vna, ſterilitas, & viduitas: vniuerſa venerunt ſuper te propter multitudinẽ maleficiorum tuorum, & pro-

Infrà 51.f.19 apoc.18.b.7

C

---

8 Et roborate vos, והתאוששו .i.præſtate vos viros. eſtote viri. Quidam deducunt ab אש ignis: & vertunt, ardete. comburite vos.acſi dicat, erubeſcite de operibus veſtris malis. Sic Hebræi. qui enim pudore ſuffunduntur, videntur quaſi imflammari. Reducite השיבו .i. reducite iſtud in animum. Alii, redite ô tranſgreſſores, ad cor. 9 Et non *eſt* vltrà Deus, &c. ואין עוד אלוהים ואפס כמוני : & nullus *eſt* præterea Deus, & nullus eſt ſimilis mihi. 10 Annuntians ab exordio no. מגיד מראשית אחרית id eſt qui prædico quæ futura ſunt, antequam ſint. Et ab initio ומקדם & à vetuſtate. Alii, & ab antiquo. Dicens, Conſilium meum ſta. אומר עצתי תקום dico, *&* conſilium meum ſtat.i.præcipio, & idem fit: quæ loquor eueniunt. 11 Auem, עיט id eſt, Cyrum qui inſtar auis, leuiter celeritérque contra Babel venit. Loquutus ſum, דברתי id eſt prædixi, & prædictionem meam adimplebo. Formaui, יצרתי finxi. id eſt ſtatui. Alii, cogitaui. 12 Duri corde, אבירי לב Hebraiſmus, præfracti corde, ſiue peruicaci animo, aut contumaci.

13 Appropinquare faciam, קרבתי Admouebo. Accedere faciam.

IN CAPVT XLVII.

1 Deſcende, רדי Omnia iſta imperatiua intelligenda ſunt per futura. plus autem efficaciæ habent imperatiua in narratione, quàm ſi nudis verbis & ſimplicibus idem ſignificaſſet. Non addes vt vocent te, &c. לא תוסיפי וגו' Ad verbum, non addes vocabunt te, &c. pro, non vltrà vocabunt te mollem & delicatam. 2 Tolle molas, קחי רחים id eſt, ſeruies ſeruitutem, & moles in piſtrino.

Denuda גלי detege. more ſcilicet mulierum mœrentium. Alii, diſſolue. Tranſi עברי vt tranſeas. milites enim victores transferent te alió. 3 Reuelabitur תגל Retegetur. Et non occurram, &c. ולא אפגע אדם : ſub. ſed vt leo. Alii, & non occurram *in miſeratione, ſicut* homini. Alii, & non occurram homini. id eſt occurſum hominis non recipiam: quiſquis occurrat, aut intercedat, ei non parcam, nec pœnas remittam, neque mitigabo. Alii, Et non irruã *in te more* hominis. id eſt irruam in te nõ viribus humanis, ſed Diuinis: nam ita irruam, vt non poſſis reſiſtere. Alii, & non ſuſcipiam *preces* hominum. 5 Tace, דומם tacens. vel, tacita. aut, ſilens. Alii, in quiete. vel, ſilentio. Non addes vt vocent, &c. לא תוסיפי יקראו לך non vltrà vocabunt te. Ad verbum, non addes vocabunt te.

6 Contaminaui חיללתי pollui. transferendo ſcilicet eam in terram idololatrarum, vbi ſunt polluti homines & incircunciſi. Nec præſtitiſti לא שמת Ad verbum, non poſuiſti. 7 Nouiſſimi tui. אחריתה : finis eius. Varia lectio, אחריתה & אחריתך.

9 Quum perfecta fuerint ip. כתומם באו עליך Ad verbum, ſecundum perficere ipſorum. id eſt quum completa fuerint illa peccata tua. Quidam vertunt, ad perfectionem ſuam. Alii, ſecundum integritatem ſuam. Maleficiorum tuo. &c. כשפיך בעצמת וגו' diuinationum tuarum, propter vim incãtationum tuarum *magnam* valde. Alii, propter copiã augurum tuorũ. Alii, propter duritiam incantationum tuarũ.

pter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

Et fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti, Non eſt qui videat me: ſapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te: & dixiſti in corde tuo, Ego ſum, & præter me non eſt altera. 10

Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: & irruet ſuper te calamitas quã nõ poteris expiare: veniet ſuper te repente miſeria quam neſcies. 11

D Sta cum incantatoribus tuis, & cũ multitudine maleficiorum tuorum, in quib⁹ laboraſti ab adoleſcẽtia tua: ſi fortè quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior. 12

Defeciſti in multitudine conſiliorũ tuorum: ſtent, & ſaluent te augures cæli, qui contemplabantur ſydera, & ſuppũtabant menſes, vt ex eis annunciarent ventura tibi. 13

Ecce, facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos: non liberabũt animã ſuam de manu flammæ: non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt ſedeant ad eum. 14

Sic facta ſunt tibi in quibuſcunque laboraueras: negotiatores tui ab adoleſcentia tua, vnuſquiſque in via ſua errauerunt, non eſt qui ſaluet te. 15

Cap. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſrael recordamini non in veritate neque in iuſtitia. 1

De ciuitate enim ſancta vocati ſũt, & ſuper Deũ Iſrael conſtabiliti ſunt: Dominus exercituum nomen eius. 2

Priora extunc annũtiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus ſum, & venerunt. 3

Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. 4

Prædixi tibi extunc, antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia mea & conflatilia mandauerunt iſta. 5

B Quæ audiſti, vide omnia: vos autẽ nũ annuntiaſtis? audita feci tibi noua extunc, & cõſeruata ſunt quæ neſcis. 6

Nunc creata ſunt, & non extunc: & ante diem, & non audiſti ea: ne fortè dicas, Ecce ego cognoui ea. 7

Neque audiſti, neque cognouiſti, neque extũc aperta eſt auris tua: ſcio enim quia præuaricans præuaricaberis, & trãſgreſſorẽ ex vtero vocaui te. 8

Propter nomẽ meũ longè faciã fu- 9

incantatorum tuorum vehementem.″

10 Fidiſti quoq; malitiæ tuæ: & dixiſti, Nõ eſt qui videat me: ſapientia tua & ſcientia tua ipſa rebellare fecit te, dixiſtíque in corde tuo, Ego ſum, & nulla eſt præter me vltrá.

11 Propterea veniet ſuper te *dies* mala, neſcies′lucem eius: & cadet ſuper te contritio quam non poteris remouere: veniétque ſuper te repente deſolatio *quam* neſcies.

12 Sta nunc cum incantationibus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laboraſti ab adoleſcẽtia tua: ſi fortè poſſis proficere, ſi fortè″robores te.

13 Fatigata es multitudine conſiliorum tuorum: ſtent nunc, & ſeruent te ſpeculantes cælum,′qui contemplantur ſtellas: quiq; ′cognoſcere faciunt menſes,″ab iis quæ ventura ſunt ſuper te.

14 Ecce erunt tanquam ſtipula, ignis comburet eos: non liberabunt animam ſuam″de manu flãmæ:′non erit pruna ad calefaciendum ſe, nec ignis ad ſedendum coram eo.

15 Sic erunt tibi ii″in quibus laboraſti: negotiatores tui ab adoleſcentia tua: quiſque′ante ſe errabit, non erit qui ſeruet te.

Cap. XLVIII.

1 AVdite hoc domus Iaγacób, qui vocamini ex nomine Iwſraᴎelis: & de aquis Iehudáh″exierũt, qui iurant per nomẽ Iehouæ, & Dei Iwſraᴎelis″recordantur, non in veritate, neque in iuſtitia.

In Iudæos hypocritas, nomine quidẽ in Deo gloriantes, factis autem denegãtes.

2 Quoniã ab vrbe ſancta″vocãtur, & Deo Iwſraᴎelis innixi ſunt: Iehouáh exercituum nomen eius.

3 Priora″extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt,′& audire feci ea: repente feci, & euenerunt.

4 ′Iam noui quòd durus es, & *ut* neruus ferreus ceruix tua, & frons tua vt æs.

Iudæorum gens obſtinata.

5 Annuntiaui inquam tibi″iam olim, antequam eueniret′audire feci te: ne fortè diceres, Idolum meum fecit hæc, & ſculptile meũ, & conflatile meum præcepit ea.

6 Audiſti,″vide totum hoc: & vos nónne annuntiabitis? audire feci te noua extunc, & conſeruata *apud me,*″& non noueras ea.

7 ″Nunc creata ſunt, & non extunc, neque ante diem hunc audiueras ea: ne fortè diceres, Ecce noueram ea.

8 ″Etiam non audiſti, etiam non cognouiſti, etiam extunc non fuit aperta auris tua: ′noui enim quòd præuaricando præuaricareris, quódque præuaricator ab vtero vocatus ſis.

9 Propter nomen meum′differam furorem meum, & *propter* lau-

Expectat nos Deus ad pœnitẽtiam, vt glorificetur ob ſeruatũ populum.

11 Lucem eius, שחרה aurorem eius.i.cuius diem ignorabis. 12 Robores te. ׃תערוצי fortior euadas.aut, vires recipias. 13 Cognoſcere faciunt menſes, מודיעים לחדשים indicant *quæ uentura ſunt* per ſingulos menſes. Ab iis מאשר Hæc referuntur ad illud, Et ſeruent te. 14 De manu flammæ: מיד להבה Hebraiſmus, de incendio. Non erit pruna אין־גחלת Singul.pro plur. nullæ erunt prunæ.id eſt nihil relinquent ab incendio: omnino peribunt, neque vtilitatem aliquam capient homines ex illis.

15 In quibus laboraſti: אשר יגעת Id eſt in quibus congregandis & parandis plurimum inſudaſti. Alii, cum quibus te fatigaſti. Futu. Heb. pro præt. Ante ſe לעברו ad latus ſuum. Alii, ad plagam ſuam. Alludit ad plagas cæli quas aſtrologi diuidunt ac metiuntur, vt ex iis prognoſtica ſua deducant.

IN CAPVT XLVIII.

1 Exierunt, יצאו Mutatio perſonæ, pro Exiſtis. & ſic in ſequẽtibus. Recordantur, יזכירו mentionẽ faciunt. etiã mutatio perſonæ.

2 Vocantur, נקראו Præt. Heb. pro præſ. denominantur. pro denominamini. id eſt dicimini filii Ieruſalem. q.d. Profitemini quidem nomen meum, & religionem meam ſpecie quadam iactatis: vultis videri acſi mihi niteremini, ſed omnia ſunt hypocriſis.

3 Extunc מאז iam olim. id eſt ante multa tempora. Et audire feci ea: ואשמיעם & audita feci ea. id eſt prædixi. Alii, & prædicaui ea. Alii, diuulgans ea. 4 Iam noui מדעתי Ad verbum, Ex ſcientia mea eſt. ſiue, Scientiæ meæ eſt.

5 Iam olim, מאז Ad verbum, extunc. vt paulo antè verſu 3, & ſequenti verſu. Audire feci te: השמעתיך id eſt prædixi tibi.

6 Vide totum hoc: חזה כולה id eſt vniuerſam illam afflictionem iam eueniſſe. Et non noueras ea. ׃ולא ידעתם quæ non noueras.

7 Nunc creata ſunt, & non extunc, עתה נבראו ולא מאז Nuper ſunt creata, & non antea. id eſt decreta & ſtatuta à me. Alii, Nunc primùm creata ſunt, non iam olim. 8 Etiam non, &c. גם לא־שמעת וגו׳ Et tamen neque audiſti *me*, neque cognouiſti, neque iam olim aperuit ſeſe auris tua. Alii, Non vtique audiſti, nec etiam cognouiſti, neque extunc aperta fuit auris tua. Alii, Certè non audieras, certè non noueras, certè non fuit pridem aperta auris tua. Noui enim quòd præuaric. &c. כי ידעתי בגוד וגו׳ quia ſciebam quòd transgrediendo tranſgreſſurus eſſes, ideo rebellem ab vtero vocaui te. 9 Differã אאריך Ad verbũ, elongabo. vel, prolongabo. i. continebo diutius.

dem meam ″prolongabo iram meam tibi, vt non ſuccîdam te.

10 Ecce ″purificaui te, & non tanquam argentum: elegi te in fornace afflictionis.

11 Propter me, propter me *inquam*, faciam: nā quomodo ″eſſet pollutum *nomen meum*? gloriam quoque meam alteri non dabo.

12 Audi me Iaעacób, & Iשſraאél vocatus à me: ego ſum, ego prim⁹, etiam ego nouiſſimus.

13 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea palmo mēſa eſt cælos: voco ego eos, *&* aſtant ſimul.

14 Congregate vos omnes, & audite, quis inter eos annūtiauit iſta? Iehouáh dilexit eum, *&* faciet voluntatem eius in Babél, & brachium eius erit in Chaשſdím.

15 Ego, ego loquutus ſum etiam vocaui eum: adduxi eum, & etiā proſperabitur via eius.

16 Appropinquate ad me, audite hoc: non à principio in abſcondito loquutus ſum: ″à tempore quo fuit ipſa *prophetia*, ibi eram: & nūc Dominus Iehouáh miſit me, & Spiritus eius.

Eſaiæ verba cōſolantis populū in captiuitate.

17 Sic dixit Iehouáh redemptor tuus, Sanctus Iשſraאelis, Ego Iehouáh Deus tuus docens te, ″vt proſim, ″dirigens te per viam per quam ambules.

18 Vtinam attendiſſes ad mandata mea, tunc fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua velut fluctus maris:

19 Fuiſſet quoque velut arena ſemē tuum, ″& germina vteri tui ſicut lapilli eius: ″non excideretur, neque diſſiparetur nomen eius à facie mea.

20 Egredimini de Babél, fugite à Chaשſdím: in voce ″clamoris annūtiate, *&* audire facite hoc, efferte illud vſque ad extremū terræ: dicite, Redemit Iehouáh ſeruum ſuum Iaעacób.

21 Non ſitierunt, per deſerta deduxit eos, aquas de petra profluere fecit eis: ſciditque petram, & fluxerunt aquæ.

22 Non eſt pax (dixit Iehouáh) impiis.

Cap. XLIX.

Eccleſias ex Gētibus congregatas, ſub nomine inſularum alloquitur Chriſtus.

1 AVdite inſulares me, & attendite populi délonge: Iehouáh ab vtero vocauit me, ″de ventre matris meæ ″memorauit nomen meum.

2 Poſuitque os meum tanquam gladium acutum, in vmbra manus ſuæ abſcondit me, & poſuit me in ſagittam terſam: in pharetra ſua abdidit me:

3 Et dixit mihi, Seruus meus *es* tu Iשſraאél, ″quia in te gloriabor.

4 Ego autem dixi, In vacuum laboraui, inaniter & vanè fortitudinem meam cōſumpſi: ″verè iudicium meum eſt cum Iehouáh, & opus meum cum Deo meo.

5 Et nūc dixit Iehouáh qui formauit me ab vtero ſeruū ſibi, vt reducam ad ſe Iaעacób, ″& Iשſraאél ei congregabit ſeſe, & glorioſus

rorem meum, & laude mea infrænabo te, ne intereas.

10 Ecce excoxi te, ſed non quaſi argētum: elegi te in camino paupertatis.

11 Propter me, propter me faciam vt non blaſphemer: ‖ & gloriam meā alteri non dabo.

Supra 42.b.8

12 Audi me Iacob, & Iſrael quem ego voco: ‖ ego ipſe, ego prim⁹, & ego nouiſſimus.

Supra 41.b.4. & 44.a.6.

C

13 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cælos: ego vocabo eos, & ſtabunt ſimul.

14 Cōgregamini omnes vos, & audite: quis de eis annūtiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatē ſuā in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis.

15 Ego, ego loquutus ſum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa eſt via eius.

16 Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abſcondito loquutus ſum: ex tempore antequam fieret, ibi eram, & nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius.

17 Hæc dicit Dominus redēptor tuus Sanctus Iſrael, Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernās te in via qua ambulas.

D

18 Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris:

19 Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius: nō interiſſet, & non fuiſſet attritum nomē eius à facie mea.

20 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annūtiate: auditum facite hoc, & efferte illud vſq; ad extrema terræ: dicite, ‖ Redemit Dominus ſeruū ſuum Iacob.

Exo.17.b.6

21 Non ſitierunt in deſerto, quū educeret eos: ‖ aquam de petra produxit eis, & ſcidit petrā, & fluxerunt aquæ.

Num.20.b.11

22 ‖ Nō eſt pax impiis, dicit Dominus.

Infrà 57.d.21

Cap. XLIX.

1 AVdite inſulæ, & attēdite populi delōge: Domin⁹ ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.

2 Et poſuit os meum quaſi gladium acutum: in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam: in pharetra ſua abſcōdit me:

3 Et dixit mihi, ‖ Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor.

Infrà 51.c.16

4 Et ego dixi, In vacuum laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinem meam conſumpſi: ergo iudicium meum cū Domino, & opus meū cū Deo meo.

5 Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducā Iacob ad eū, & Iſrael nō cōgregabitur:

Prolongabo אחטם prorogabo. Alii, refrænabo. differam. ſub. in aliud tempus. Quidam hanc verſus partem vertunt, & in laudem meā moderabor mihi erga te, vt te non ſuccidam. Alii, erit enim laus mea *ſi* longanimis ero tibi, & non ſuccidero te. 10 Purificaui te, & non tanquam argen. צרפתיך ולא בכסף repurgaui te, ſed non in *fornace* argenti. ſiue, argentaria. id eſt, non ad viuum, exactè, & omnino, quemadmodum examinari ſolet argentum in fornace. 11 Eſſet pollutum יחל violabitur. contaminabitur. ſiue, violaretur. aut, prophanaretur. id eſt, nam quî fieri poſſet vt paterer nomen meum violari? q. d. nunquam patiar. 16 A tempore מעת tempore quo. מעת pro בעת. 17 Vt proſim, להועיל vt proficias. Dirigens מדריכך Ad verbum, ambulare faciens. ſic infrà verſu 21. 19 Et germina וצאצאי .i. & filii. Non excid. neque diſſ. לא־יכרת ולא־ישמד non exterminabitur, neque delebitur. 20 Clamoris רנה exultationis. lætitiæ. id eſt, læta & hilari.

IN CAPVT XLIX.

1 De ventre ממעי ex viſceribus. Memorauit no. m. : הזכיר שמי id eſt memor fuit nominis mei, ſiue habuit in memoria nomen meum. vel, indidit mihi nomen. 3 Quia in te gloriabor. : אשר־בך אתפאר in quo glorioſus apparebo. hoc eſt, qui me glorificaturus es coram mundo. 4 Verè אכן veruntamen. vel, at. 5 Et Iשſraאél ei congregabit ſeſe, וישראל לא יאסף Hic לא pro לו poſitū eſſe, ſcribunt doctores Hebræorum. Alii, atque vt Iſrael non colligatur, tamen glorioſus ero in, &c. Alii, per parentheſim legunt, at Iſrael non congregabit ſeſe. ſub. ad ipſum. Obſerua vt variè vertitur ו pro loco.

&glorificatus ſũ in oculis Domini,& Deus meus factus eſt fortitudo mea.

6 Supra 42.b.6 act.13.g.47 Et dixit, Parum eſt vt ſis mihi ſeru⁹ ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael cõuertendas: ecce ‖dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

7 Hæc dicit Dominus redemptor Iſrael, Sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatã gentem, ad ſeruũ dominorũ, Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabũt propter Dominum, quia fidelis eſt, & ſanctum Iſrael qui elegit te.

8 1.Cor.6.a.2 C Hæc dicit Dominus, ‖In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui: & ſeruaui te, & dedi te in fœd⁹ populi, vt ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas.

9 Vt diceres his qui vincti ſunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini: ſuper vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum.

10 Apoc.7.d.16 ‖Nõ eſuriẽt, neq; ſitiẽt, & nõ pcutiet eos æſtus & ſol: q; a miſerator eorũ reget eos, & ad fõtes aquarũ portabit eos.

11 Et ponam omnes mõtes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur.

12 D Ecce iſti delonge venient, & ecce illi ab Aquilone & Mari, & iſti de terra Auſtrali.

13 Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudem: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſerebitur.

14 Et dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei.

15 Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? etſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.

16 E Ecce, in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.

17 Venerunt ſtructores tui, deſtruentes te, & diſſipantes à te exibunt.

18 Infrà 60.a.4 ‖Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa.

19 Quia deſerta tua, & ſolitudines tuę, & terra ruinæ tuæ nunc anguſta erũt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui abſorbebant te.

20 F Adhuc dicẽt in auribus tuis filii ſterilitatis tuæ, Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi vt habitem.

21 Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariẽs, transmigrata, & captiua, & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta & ſola, & iſti vbi hìc erant?

22 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce leuabo ad Gentes manum meum, & ad populos exaltabo ſignum meum: & afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.

---

ero in oculis Iehouæ, & Deus meus erit fortitudo mea.

6 Dixit inquã, Leue eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iaעcób, ″& ad reducendam deſolationem Iשſraאelis: ″etiam dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

Chriſtus etiã ſalus Gentium.

7 Sic dixit Iehouáh redemptor Iשſraאelis, Sanctus eius, ad contẽptibilem anima, ″ad abominatam gentem, ad ſeruum dominorũ, Reges videbunt, & ſurgent principes: & adorabunt propter Iehouam ″qui fidelis eſt, *propter* Sanctum Iſrael, qui elegit te.

8 Sic dixit Iehouáh, In tempore beneplaciti exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi: atque conſeruabo te, & dabo te in fœd⁹ populi ad ſuſcitandam terram, vtque hæreditate obtineas hæreditates deſolatas.

Tempus aduent⁹ Chriſti à Deo conſtitutum, vt miſereatur populi ſui.

9 ″Vt dicas victis, Exite: & his qui in tenebris ſũt, ″Manifeſtate vos: ″in viis paſcentur, & in omnibus *locis* excelſis erunt paſcua eorum.

10 Non eſurient, neque ſitient, neque percutiet eos æſtus, aut ſol: quia miſerator eorũ diriget eos, ″& ad fontes aquarũ deducet eos.

11 Ponam quoque omnes montes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur.

12 Ecce iſti à longinquo venient, & ecce illi ab Aquilone, & Occidente, alii verò de terra סSiním.

13 ″Laudate cæli, & exulta terra, ″& edite montes clamorẽ: quia cõſolatus eſt Iehouáh populum ſuũ, & pauperũ ſuorũ miſerebitur.

14 Dixit autem צSiión, Dereliquit me Iehouáh, & Dominus oblitus eſt mei.

Conqueritur Eccleſia ſe à Deo derelictam: quã cõſolatur Dominus, promittens Gentium multitudinem.

15 Nunquid obliuiſcetur mulier infantis ſui, ita vt non miſereatur filii vteri ſui? ″etiã iſtæ obliuiſcentur, ſed ego nõ obliuiſcar tui.

16 Ecce in manibus ″deſcripſi te, muri tui coram me ſunt ſemper.

17 Feſtinabunt ″filii tui: ″diſſipantes te, & deſtruentes te, à te exibũt.

18 Leua per circuitum oculos tuos, & vide, omnes iſti ″congregauerunt ſeſe, venerũt tibi: viuo ego, dixit Iehouáh, quòd omnibus illis velut ornamento veſties te, ″& ligabis eos *ut torques collo tuo* tanquam ſponſa.

19 Quia *in* deſertis tuis, & deſolationibus tuis, & terra ″deſtructionis tuæ: quia *inquam* ″nunc arcta eris præ habitatoribus, ″& elongabunt ſe perdentes te.

20 Adhuc dicent ″in auribus tuis filii orbitatum tuarum, Anguſtus eſt mihi locus, ſecede *aliò* propter me, vt habitem.

21 Dicéſque in corde tuo, Quis genuit mihi iſtos, ″quũ ego ſim orbata & ſolitaria? ″captiua & recedens, & iſtos quis educauit? ecce ego remanſeram ſola, *&* iſti vnde ſunt?

22 Sic dixit Dominus Iehouáh, Ecce leuabo ad Gẽtes manũ meã, & ad Populos exaltabo vexillum meum, & afferent filios tuos in vlnis, & filiæ tuæ ſuper humerum portabuntur.

Verba Patris ꝓmittẽtis ſe ex omnibus Gẽtibus electos adductũ rũ in Eccleſiã.

---

6 Et ad reduc. לְהָשִׁיב & ad reſtituendum. Etiã dedi te וּנְתַתִּיךָ Ad verbũ, & dedi te. Variè vertitur iſtud ו ab interpretibus: nã alii vertũt, itaque conſtitui te. Alii, ſed ponã te. Alii, niſi te dedero. Alii, dedi enim te, &c. 7 Ad abom.gen. לִמְתָעֵב גּוֹי ad abominabilem Gentium.i.inter Gentes. Qui fidelis, &c. אֲשֶׁר נֶאֱמָן וגו׳ quia fidelis eſt Sanctus Iſrael, &c. 9 Vt dicas לֵאמֹר Dicendo. Manifeſtate vos: הִגָּלוּ Oſtendite vos. Reuelate vos. In viis עַל־דְּרָכִים ſuper vias. Alii, iuxta vias. 10 Et ad fon. וְעַל־מַבּוּעֵי & ad ſcaturigines. 13 Laudate רָנּוּ Vociferamini. præ lætitia ſcilicet. Alii, Cantate. Idem propè verſus qui ſuprà cap.44, verſu 23. Et edite montes clamorem: וּפִצְחוּ הָרִים רִנָּה id eſt erumpite in vocem lætam. 15 Etiam iſtæ obliuiſc. גַּם־אֵלֶּה תִשְׁכַּחְנָה etiam ſi iſtæ oblitæ fuerint, ego tamen. Alii, ſed eſto obliuiſcantur illæ, &c. 16 Deſcripſi te, חַקֹּתִיךְ ſculpſi te.i.ego ſemper tui ſum memor, túque verſaris mihi ante oculos, quaſi ſcripſiſſem te in manibus meis. 17 Filii tui: בָּנָיִךְ ſtructores tui. ædificatores tui. Diſſipantes te, & deſtr.te, מְהָרְסַיִךְ וּמַחֲרִיבַיִךְ deſtructores tui, & vaſtatores tui. 18 Congregauerunt ſeſe, ven.tibi: נִקְבְּצוּ בָאוּ־לָךְ congregati venient ad te. Alii per præſens, congregant ſeſe vt veniãt ad te. Et ligabis, &c. וּתְקַשְּׁרִים כַּכַּלָּה: & circumligaberis eis tanquam ſponſa. 19 Deſtructionis tuæ: הֲרִיסֻתֵךְ Hebraiſmus, pro, *in* terra tua deſtructa. Nunc arcta eris עַתָּה תֵּצְרִי breui arctaberis. Alii, iamiam anguſtior eris. Et elongabunt ſe וְרָחֲקוּ & procul abſcedent. vel, diſcedent. 20 In auribus tuis filii orbit. בְאָזְנַיִךְ בְּנֵי שִׁכֻּלָיִךְ Hebraiſmus, pro te audiente filii quibus nunc orbaris. 21 Quũ ego ſim וַאֲנִי nam ego ſum. Captiua & reced. גֹּלָה וְסוּרָה exulans & demigrans. vel, demigrans & exulans. Alii, exulans & vaga.

50·51·

23 Et eruntReges nutritii tui,″& reginæ eorum nutrices tuæ: proni in terrã incuruabunt ſeſe tibi, & puluerem pedum tuorum lingent:& ſcies quòd ſũ Iehouáh, ″quia non pudefiẽt ſperãtes in me.

Eccleſia obiicit Deo vim hoſtiũ, à quibus ſe eã liberaturum ipſe promittit.

24 Nũquid tolletur à potẽte præda? & nũ captiuitas″iuſta″euadet?

25 ″Atqui ſic dixit Iehouáh, Etiam captiuitas potentis tolletur, & præda robuſti euadet,″aduerſarium quoque tuum ego iudicabo,& filios tuos ſeruabo.

26 Et comedere faciam ſpoliatores tuos carnem ſuam, & tãquam muſto,ſanguine ſuo inebriabũt ſe: ſciéntq; õnis caro quòd ego Iehouáh ſeruator tuus ſũ, & redẽptor tuus robuſtꝰ Iayacób. Cap. L.

Iudæi reiecti à Deo,quòd Chriſtum non recepiſſent.

1 SIc dixit Iehouáh, ″Quiſnam eſt iſte liber repudii matris veſtræ quam dimiſi? aut″qui ſunt creditores mei quibus vendidi vos? ecce propter iniquitates veſtras venditi eſtis,″& propter ſcelera veſtra dimiſſa eſt mater veſtra.

2 Cur veni,&″nemo adfuit: vocaui, & non fuit qui reſponderet? nunquid abbreuiando abbreuiauit ſe manus mea vt non redimat? annon in me potentia ad eruendum? ecce,increpatione mea ſiccare facio mare,pono flumina in deſertum:ita vt computreſcant piſces eorum eo quòd non eſt aqua,& moriantur ſiti.

Potẽtia Dei nõ minuitur.

3 ″Induo cælos tenebris,&*quaſi* ſaccum pono operimentum eorũ.

Chriſtꝰ diſertus.

4 Dominus Iehouáh dedit mihi linguam eruditorum,vt ſciam *dicere* in tempore″ſitibũdo verbum: excitabit″ſingulis matutinis,excitabit *inquam* mihi aurem ad audiendum,″ſicut doctis.

Chriſti obedientia.

5 Dominus Iehouáh aperuit mihi aurem,& ego non fui rebellis: retrorſum non ſum conuerſus.

Chriſtus conſputus,& alapis cæſus.

6 Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas″vellentibus: faciem meam non abſcondi ab ignominiis & ſputo.

7 Dominus autem Iehouáh″auxiliabatur mihi,ideo non fui confuſus: propterea poſui faciem meam vt ſilicem, & ſcio quòd non pudore afficiar.

Chriſtus innocens,victor.

8 Iuxtà eſt qui iuſtificat me,quis contendet mecum? cõſiſtamus ſimul,quis″aduerſarius meus? accedat ad me.

9 Ecce Dominus Iehouáh auxiliabitur mihi, quis eſt qui″condẽnet me? ecce omnes ipſi tanquam veſtimentum veteraſcent,tinea ″comedet eos.

Inimicis Chriſti pœnitẽtibus venia promittitur.

10 Quis inter vos eſt timẽs Iehouam? audiat vocem ſerui eius: qui ambulauit *in* tenebris, ′nec fuit ſplendor ei, ſperet in nomine Iehouæ,& innitatur Deo ſuo.

11 Ecce omnes vos ſuccenditis ignem,′accincti eſtis ſcintillis:″ambulate in foco ignis veſtri,& in ſcintillis quas ſuccendiſtis:de manu mea fuit hoc vobis,in dolore″moriemini.

23 Et erunt Reges nutritii tui,& reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demiſſo adorabunt te,& puluerem pedum tuorum lingent: & ſcies quia ego Dominus, ſuper quo non confundentur qui expectant eum.

G

24 Nũquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robuſto, ſaluũ eſſe poterit?

25 Quia hæc dicit Dominꝰ, Equidem &captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur: eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo,& filios tuos ego ſaluabo.

26 Et cibabo hoſtes tuos carnibꝰ ſuis, & quaſi muſto,ſanguine ſuo inebriabũtur: & ſciet õnis caro quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Cap. L.

1 HAEc dicit Dominus,Quis eſt hic liber repudii matris veſtræ quo dimiſi eã? aut quis eſt creditor meus cui vendidi vos? ecce, in iniquitatibꝰ veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.

2 Quia veni,& non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret: ‖nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea,vt non poſſim redimere? aut nõ eſt in me virtus ad liberandum? ecce, in increpatione mea deſertum faciã mare,ponam flumina in ſiccum: cõputreſcent piſces ſine aqua,& moriẽtur in ſiti.

Infrà 59.a.8

B

3 Induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.

4 Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum qui laſſus eſt,verbo: erigit mane,mane erigit mihi aurem, vt audiã quaſi magiſtrum.

5 Dominus Deus aperuit mihi aurẽ, ego autẽ non contradico: retrorſum non abii.

6 ‖Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus: faciẽ meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus.

Matth.26.g.67

C

7 Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio quoniam non confundar.

8 ‖Iuxtà eſt qui iuſtificat me,quis cõtradicet mihi? ſtemus ſimul: quis eſt aduerſarius meus? accedat ad me.

Rom.8.e.33

9 Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis eſt qui condemnet me? ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur,tinea comedet eos.

D

10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem ſerui ſui,qui ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.

11 Ecce vos omnes accendentes ignẽ accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri,& in flammis quas ſuccendiſtis: de manu mea factũ eſt hoc vobis,in doloribus dormietis.

23 Et Reginæ e. ושרותיהם Ad verbum,& principes *fœminæ* eorum. Quia non pud.&c. : אשר לא־יבשו קוי *&* quòd non confundentur qui me expectant. Alii,*in* quo qui ſperant,non pudefiunt. 24 Iuſta צדיק iuſti.ſub.militis.i.quam miles, vel imperator.aut, pi nceps iuſtè cepit.hoc eſt, captiui iuſto bello capti. Euadet? : ימלט liberabitur? eripietur? 25 Atqui ſic כי־כה Verùm ſic. Aduerſarium quoque,&c. ואת־יריבך וגו׳ quia cum eo qui contendit tecum ego contendam. vel,cum eo qui litigat tecum ego litigabo.i. cauſam tuam agam.

IN CAPVT L.

1 Quiſnam אי Vbinam. Qui ſunt,&c. מי מנושי אשר quis eſt creditorum meorum[vel,ex creditoribus meis]cui,&c. Quidam vertunt,fœneratorum meorum. Et pro.ſcel.ve. ובפשעיכם & propter tranſgreſſiones veſtras. 2 Nemo adfuit: ואין איש Ad verbum,& non vir.ſub.me recepit,aut mihi occurrit. 3 Induo אלביש Fut.Heb.pro præſ. 4 Sitibundo את־יעף laſſo. Singulis matutinis בבקר בבקר Ad verbum,in mane,in mane.vel,mane,mane. Sicut do. : כלמודים ſicut docti. Alii,vt ſolent doctores. 6 Vellent. למורטים depilãtibus.i.volẽtibus euellere pilos & barbã. 7 Auxiliabatur יעזר futurũ Heb.quod quidã in præteritũ vertũt,adiuuit. 8 Aduerſarius m. בעל משפטי Ad verbũ,magiſter cauſæ[vel,litis]meæ. Quidã,aduerſarius cauſæ meæ? Alii, habet cauſam iudicii cõtra me? Sic vocant Hebræi aduerſariũ in iudicio,& cũ quo corã iudice expoſtulamus.בעל משפט & בעל דין.i.habẽs cauſam corã iudice diſcutiendam. 9 Condemnet me? ירשיעני Ad verbum,impiũ faciet me? vel,præuaricatorem & iniquum. Comedet eos. : יאכלם abſumet eos.deuorabit.corrodet. 10 Nec fuit ſplen.ei, ואין נגה לו fuitque priuatus luce. Alii,& qui caruit luce. 11 Accincti eſtis ſcin. מאזרי זיקות circundati eſtis ſcintillis. Alii,*&* excitatis ſcintillas. Alii,fortificantes ſcintillas.id eſt,augentes:quòd qui accincti ſunt,fortiores ſint. Ambulate לכו Imperat.Heb.pro fut.ambulabitis. Moriemini. : תשכבון dormietis. Alii,iacebitis.id eſt malè peribitis.

Cap. L I.

AVdite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis.

Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum & benedixi ei, & multiplicaui eum.

Cònſolabitur ergo Dominus Siõ, & conſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Do-
B mini: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet.

Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populos iudicabũt: me inſulæ expectabũt, & brachium meum ſuſtinebunt.

Leuate in cælum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum: quia cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitato-
C res eius ſicut hæc interibũt: ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet.

Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus Lex mea in corde eorũ, nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis.

Sicut enim veſtimẽtum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea: ſalus autem mea in ſempiternũ erit, & iuſtitia mea in generationes generationum.

D Conſurge conſurge, induere fortitudinem brachium Domini: conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſeculorũ: nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem?

Exo.14.c.21

‖Nunquid nõ tu ſiccaſti mare, aquã abyſſi vehemẽtis: qui poſuiſti profundum maris viã, vt trãſirent liberati?

Et nũc qui redempti ſunt à Domino, reuertẽtur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

Ego ego ipſe cõſolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, q quaſi fœnũ ita areſcet?

E Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terrã: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc eſt furor tribulantis?

Citò veniet gradiẽs ad aperiendũ, & non interficiet vſque ad internecionem, nec deficiet panis eius.

Ego autẽ ſũ Dñs Deus tuus, qui cõturbo mare, & intumeſcũt fluct⁹ ei⁹, Dominus exercituum nomen meũ.

Cap. L I.

1 AVdite me qui ſectamini iuſtitiam, quærentes Iehouam: aſpicite ad petram *unde* exciſi eſtis, ″& ad perforationem ciſternæ vnde eruti eſtis.

Fideles adhortatur Deus ad fidẽ & patientiam exẽplo Abrahæ, qui putant ſe deſertos.

2 Aſpicite ad Abraham patrem veſtrum, & ad ש Saráh *quæ* ″parturiuit vos: quia vnicum vocaui eũ, & benedixi ei, multiplicauíq; eũ.

3 ″Vtique conſolabitur Iehouáh צ Siión, conſolatus eſt omnes ″deſolationes eius: ponétque deſertum eius ″tanquam delicias, & ſolitudinẽ eius veluti hortum Iehouæ: gaudium & lætitia inuenietur in ea, ″gratiarum actio, & vox laudis.

4 Attendite ad me popule mi, & gẽs mea aures arrige ad me: quia Lex à me exibit, & iudiciũ meũ in lucẽ populorũ ″quieſcere faciã.

5 Propè eſt iuſtitia mea, egreſſa eſt ſalus mea, & brachia mea populos iudicabunt: me inſulares expectabũt, ″& brachium meum præſtolabuntur.

Chriſtus expectatio Gentium.

6 Leuate in cælum oculos veſtros, & aſpicite terram deorſum: cæli enim vt fumus deficient, & terra velut veſtimẽtum veteraſcet, habitatores quoque eius ſimiliter interibunt: ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non ″conteretur.

7 Audite me qui cognoſcitis iuſtitiam, populus in quorum corde Lex mea eſt: ne timeatis opprobrium hominũ, & propter opprobria eorum ne frangamini *animo*.

Aufert timorem humanum à fidelibus.

8 Quia ſicut veſtimentum comedet eos tinea, & velut lanam deuorabit eos vermis: iuſtitia autem mea in ſempiternum erit, & ſalus mea ″in generationem generationum.

9 ″Suſcita te, ſuſcita te, indue te fortitudinem ô brachiũ Iehouæ: ſuſcita te *inquam* ſicut *in* diebus ″antiquis, ſicut in generationibus ″ſeculorum: annon tu es *brachium illud* quod excîdit AEgyptum, *quódque* dolore affecit draconem?

10 Nónne tu es *brachium illud* quod exiccauit mare, *&* aquas voraginis magnæ? quod poſuit profundũ maris viã, vt tranſirent redempti?

11 ″Et redempti Iehouæ reuertantur, & veniant in צ Siión ″cum laude, lætitia quoque ſempiterna ſit ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam aſſequantur, fugiántque dolor & gemitus.

12 Ego ego ſum conſolator veſter: quæ es tu vt timeas ab homine qui morietur, & à filio hominis *qui tanquam* herba ″dabitur?

13 Et oblitus es Iehouæ factoris tui, qui extendit cælos, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris opprimẽtis, qui cõparat ſe vt perdat: ſed vbinam eſt furor *illius* opprimẽtis?

14 ″Feſtinat ligatus vt ſoluatur, & nõ moriatur in fouea, nec deficiat panis eius.

15 Ego autem ſum Iehouáh Deus tuus ″qui diuiſit mare, & perſonuerunt fluctus eius: Iehouáh exercituum nomen eius.

IN CAPVT LI.

1 Et ad perfor. ואל־מקבת בור & ad perforatum lacum. Quidam Hebræorum, & ad malleum. q.d. aſpicite ad petram, id eſt ad Saram vnde exciſi eſtis, quæ eſt patiens: & ad malleum, agens inſtrumentum, id eſt ad Abraham. 2 Parturiuit vos: תחוללכם peperit vos. 3 Vtique conſolabitur כי־נחם Præt. Heb. pro fut. Conſolabitur enim. Deſolationes e. חרבותיה vaſtitates eius. vel, ruinas. Tanquam delic. כעדן tanquam voluptatem. Alii, tanquam hortum voluptatis. Gratiarum act. &c. : תודה וקול זמרה confeſſio, & vox cantici. ſiue, cantus. aut, pſalmi. i. plena lætitiæ. 4 Quieſcere fa. : ארגיע. i. ponã. Alii exponunt, quo requiem dabo. Alii, patefaciam. vel, proferam. 5 Et brachium, &c. : ואל־זרועי ייחלון & in brachium meum ſperabunt. 6 Conteretur : תחת frangetur. Alii, interibit. i. non deſinet eſſe. 8 In generationem gen. : לדור דורים. i. per omnes ætates. ſiue, per omnia ſecula. perpetuó. 9 Suſcita te, ſuſc. te, עורי עורי Excitare, excitare. Sic paulo pòſt verſu 17. Antiquis, קדם Ad verbum, initii. i. priſcis, ſiue priſtinis. Seculorum: עולמים. i. præteritis. 11 Et redempti Ieh. reuer. ופדויי יהוה ישובון Ergo redempti [ſiue, Redempti itaque] Iehouæ reuertentur, & ingredientur, &c. per futurum omnia. Cum laude, ברנה cum exultatione. vel, cum cantico. 12 Dabitur? : יּנתן. i. ponetur. q.d. qui futurus eſt ſimilis fœno. Quidam vertunt, reputabitur? Alii, periturus eſt? 14 Feſtinat lig. מהר צועה Præt. Heb. pro præſ. vel fut. vt alii vertunt, Accelerat incarceratus. ſiue captiuus. Alii, Feſtinat *enim tempus* vt vinctus ſoluatur. 15 Qui diuiſit רוגע qui diuiſi. tunc in fine verſus legendum eſt Nomen meum.

16 Et poſui verba mea in ore tuo,& in vmbra manus meæ protexi te,″vt plãtes cælos,& fundes terram,& dicas ad צSiión,Populus meus es tu.

Docet in quanta miſeria agat Ieruſalem,prædicturus beneficiũ liberationis eiꝰ.

17 Suſcita te,ſuſcita te,ſurge Ieruשׁſalãi,quæ bibiſti de manu Iehouæ calicẽ furoris eius,fæces calicis″tremoris bibiſti, & ″expreſſiſti.

18 Non eſt″ductor ei ex omnibus filiis quos genuit: nec eſt qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit.

19 Duo hæc″acciderunt tibi,quis condolebit tibi? vaſtitas, & contritio,& fames,& gladius,″*in* quo conſolabor te?

20 Filii tui″defecerunt, iacuerũt in capite omniũ platearum, velut bos ſylueſtris in reti,pleni furore Iehouæ,increpatione Dei tui.

21 Idcirco audi nunc hoc paupercula, & ebria *anguſtiis*, & non vino:

22 Sic dixit Dominꝰ tuus Iehouáh, ac Deus tuus ″qui aget cauſam populi ſui, Ecce tuli de manu tua calicem ″tremoris , fæcem calicis furoris mei,non adiicies vt bibas illum vltrà:

23 Sed ponam illum in manu depopulantium te,qui dixerũt animæ tuæ, Incurua te,& tranſibimus *ſuper te*:& poſuiſti vt terram corpus tuum,& velut plateam tranſeuntibus.

Cap. L I I.

Finem tribulationis prænuntiat à falſis doctoribꝰ & Prophetis, ſicut olim à captiuitate Babylonica.

1 SVſcita te,ſuſcita te,indue te fortitudine tua צSiiõ:indue te veſtimentis gloriæ tuæ Ieruשׁſaláim ciuitas ſancta:quia″non adiiciet vt veniat per te vltrà incircunciſus & immundus.

2 Excute te de puluere,ſurge,″ſede Ieruשׁſaláim:ſolue te à vinculis colli tui,captiua filia צSiión.

3 Sic enim dixit Iehouáh,Gratis″venundati eſtis,&abſque argento redimemini.

4 Quia ſic dixit Dominꝰ Iehouáh, In AEgyptũ deſcẽdit populus meꝰ initio,vt peregrinaretur ibi,&Aשׁſſúr″pro nihilo oppreſſit eũ.

5 Et nunc ″quid mihi hîc,dixit Iehouáh? quoniam ablatus eſt populus meus ″gratis,dominatores eius vlulare faciunt *eum*, dixit Iehouáh,& iugiter″tota die nomen meum″ſpernitur.

6 Propterea cognoſcet populus meus nomen meum, ″in die illa, ″quòd ego ipſe qui loquebar,ecce adſum.

De prædicatoribus miſſis ad euangelizãdum.

7 Quàm ſpecioſi ſunt ſuper montes pedes ″euãgelizantis, ″publicantis pacem! euangelizantis bonum,prædicantis ſalutem,dicentis ad צSiión,″Regnat Deus tuus.

8 Vox ſpeculatorum tuorum *tunc audietur*, attollent vocem , ſimul ″clamabũt: quia oculo ad oculum videbunt,″quum reduxerit Iehouáh צSiión.

Laus ob remiſſionem per Chriſtum.

9 ″Cantate,laudate ſimul,deſerta Ieruשׁſaláim:quia cõſolatus eſt Iehouáh populum ſuum,redemit Ieruשׁſaláim.

16 ‖Poſui verba mea in ore tuo , & in vmbra manus meæ protexi te,vt plãtes cælos, & fundes terram, & dicas ad Sion,Populus meus es tu. Suprà 49.a.3

17 Eleuare,eleuare,conſurge Ieruſalẽ, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius : vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti,& potaſti vſq; ad fæces. F

18 Nõ eſt ꝗ ſuſtentet eã ex oĩbus filiis quos genuit:& nõ eſt ꝗ apprehendat manũ eiꝰ ex oĩbꝰ filiis quos enutriuit.

19 ‖Duo ſunt quæ occurrerunt tibi,ꝗs contriſtabitur ſuper te? vaſtitas & cõtritio,& fames,& gladius , quis conſolabitur te? Suprà 47.b.9

20 Filii tui proiecti ſunt , dormierunt in capite omnium viarum,ſicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini,increpatione Dei tui. G

21 Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino:

22 Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnauit pro populo ſuo,Ecce tuli de manu tua calicẽ ſoporis,fundũ calicis indignationis meæ,nõ adiicies vt bibas illũ vltrà:

23 Et ponam illum in manu eorũ qui te humiliauerunt,& dixerunt animæ tuæ,Incuruare,vt tranſeamus:& poſuiſti vt terram corpus tuum,& quaſi viam tranſeuntibus.

Cap. L I I.

1 COnſurge,conſurge,induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas Sancti:quia non adiiciet vltrà vt pertranſeat per te incircunciſus & immundus.

2 Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem:ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.

3 Quia hæc dicit Dominus , Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.

4 Quia hæc dicit Dominꝰ Deus, ‖In AEgyptũ deſcendit populus meus in principio,vt colonꝰ eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eũ. Gen.46.a.6

5 Et nũc quid mihi eſt hîc,dicit Dñs? quoniã ablatus eſt populus meus gratis: dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus,‖& iugiter tota die nomen meum blaſphematur. B Ezech.36.d.20 rom.2.d.24

6 Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa:quia ego ipſe qui loquebar,ecce adſum.

7 ‖Quàm pulchri ſuper mõtes pedes annuntiantis & prædicantis pacem! annuntiantis bonum,prædicantis ſalutem,dicentis Sion,Regnauit Deus tuus. Nahum 1.d.15 rom.10.c.15

8 Vox ſpeculatorum tuorum,leuauerunt vocem,ſimul laudabunt:quia oculo ad oculum videbunt,quum conuerterit Dominus Sion. C

9 Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalem:quia conſolatus eſt Dominus populũ ſuum,redemit Ieruſalẽ.

16 Vt plantes,&c לנטוע שמים וגו' vt plantem cælum,& fundem terram,& dicam ad,&c. Alii,donec plãtetur cælum,& fundetur terra,& dicatur ad,&c. 17 Tremoris התרעלה ſoporis. Alii, veneni mortiferi. Alii,anguſtiæ. Et expreſſ. מצית ſub.ſugendo ſcilicet guttas remanentes.q.d.ebibiſti ad fæces vſque. 18 Ductor מנהל portans. Alii,qui dirigat. 19 Acciderũt tibi, קוראותיך Ad verbum,euentus tui. In quo מי Doctus inter Hebræos dicit ב deficere במי in quo, vel per quem. 20 Defecerunt, עולפו laſſati ſunt. Alii,exanimati ſunt. 22 Qui aget cauſam יריב vindex. Alii,qui vindicat populum ſuum. Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt. Tremoris, התרעלה ſtuporis. Vide paulo antè,verſu 17.

IN CAPVT LII.

1 Non adiic.vt veniat per te לא יוסיף יבא־בך עוד Hebraiſmus,pro Non veniet in te poſthac. 2 Sede שבי ſic vertit & Chaldæus paraph.à ישב. Alii vertunt,captiuitas,à שבה captiuum ducere. 3 Venundati e. נמכרתם. vendidiſtis vos. 4 Pro nihilo oppr.e. : באפס עשקו ſine cauſa occupauit eum .i.eius bona.ita & Chaldæus paraph. 5 Quid mihi hîc? מה־לו־פוה ſub.eſt negotii.q.d.quid moror quin libero populum meum? Gratis, חנם .i.ſine pecunia. Tota die כל־היום omnibus diebus. Spernitur. : מנאץ blaſphematur.Alii,contumeliæ exponitur. 6 In die illa, לכן ביום ההוא Ad verbũ,propterea in die illa.redundat hoc loco לכן propterea. Quòd ego,&c. כי אני וגו' nam ego ipſe ſum qui loquebar:& *dicam*,En adſum. 7 Euangelizantis, מבשר annuntiantis. Publicantis משמיע prædicantis.publicantis. Regnat מלך Præt.Heb.pro præſ.i.iam regnare cœpit,regnat,& regnabit. 8 Clamabunt: ירננו vociferabuntur.ſub.præ lætitia.iubilabunt.i.edent vocem plenam lætitiæ. Quum reduxerit Ieh.צSi. : בשוב יהוה ציון quum reuertetur Iehouáh in Sion. 9 Cantate,laud. פצחו רננו Laudate,exultate.Alii,Erumpite in laudem & iubilate.Alii,Vociferamini,erumpite in vocem.

Pſal.97.a.2 Parauit Dominus brachiũ ſanctũ ſuum in oculis omnium Gentium: ‖& videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. 10

2.Cor.6.d.17 Recedite, recedite, exite inde: ‖pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vaſa Dñi. 11

D Quoniam nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & cõgregabit vos Deus Iſrael. 12

Ecce intelliget ſeruus meꝰ, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. 13

Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum 14

Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum: 15
Rom.15.c.21 ‖quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati ſunt.

Cap. LIII.

Iohan.12.f.28 rom.10.c.16 QVis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? 1

Et aſcendit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum. 2

Marc.9.b.12 ‖Deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. 3

Matth.8.c.17 1.Pet.2.d.24 ‖Verè lãgores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: & nos putauimus eum quaſi leproſum, & 4
B percuſſum à Deo & humiliatum.

2.Cor.15.a.3 ‖Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. 5

Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuã declinauit: & poſuit Dominus in eo iniquitatẽ omnium noſtrum. 6

Iohan.10.c.17 ‖Oblatus eſt quia ipſe voluit, & nõ aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram 7
Matth.26.f.63 act.8.f.32 tondente ſe, obmuteſcet, ‖& non aperiet os ſuum.

C De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationẽ eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum. 8

10 Denudauit Iehouáh brachium″ſanctum ſuum in oculis omniũ Gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutem Dei noſtri.

11 Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite contingere: exite de medio eius, purificate vos qui fertis vaſa Iehouæ. Opera poſt fidẽ in Chriſtum.

12 Non enim cũ feſtinatione exibitis, & cũ fuga non ambulabitis: quoniã″præcedet vos Iehouáh, & congregabit vos Deus Iשſraאél. De Chriſti paſſione & glorificatione.

13 Ecce″intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, ſublimiſque erit valde.

14 Quemadmodũ″admirati ſunt ſuper illũ multi, ″*quòd* adeò corruptus eſſet præ viro aſpectus eius, & forma eius præ filiis hominũ:

15 Sic″aſperget gentes multas, ſuper ipſum claudent Reges os ſuũ: quia quod non fuerat *antea* narratum *ipſis*, videbunt: ″& quod nõ audierant, intelligent.

Cap. LIII.

1 QVis credidit″auditui noſtro? & brachium Iehouæ cui reuelatum eſt? Quòd non õnes obediant Euangelio.

2 ″Et aſcendit ſicut virgultum coram eo, & velut radix de terra″deſerti: non *erat* forma ei, neque decor: aſpeximus autem eũ, & non *erat* ″aſpectus, ″& *non* deſiderauimus eum *uidere*.

3 Deſpectus *fuit*″& reiectꝰ inter viros″vir dolorum, ″& expertus infirmitatem, ″& veluti abſcõſio faciei ab eo: deſpectus *inquam*, & non putauimus eum. Afflictio Chriſti pro peccatorum noſtrorum ſatisfactione.

4 ″Verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portauit, nos autẽ reputauimꝰ eũ″plagis affectũ, percuſſũ à Deo, ″& humiliatũ.

5 Ipſe autẽ″vulneratus eſt propter præuaricationes noſtras, attritus eſt propter iniquitates noſtras: ″caſtigatio pacis noſtræ ſuper eum, ″& liuor eius ſanitas *fuit* nobis.

6 Omnes nos ſicut oues errauimus, vnuſquiſque ad viam ſuã declinauit, & Iehouáh″coniecit in illũ iniquitates omniũ noſtrum. Omnes peccatores, omnibus Chriſto opus.

7 Oppreſſus fuit, & ipſe afflictus, & non aperuit os ſuum: ſicut agnus ad mactationem ductus eſt, & velut ouis coram tondẽte ſe obmutuit, nec″aperuit os ſuum.

8 A carcere″& iudicio ſublatus eſt: ″& generationẽ eius quis″enarrabit? quia abſciſſus eſt è terra viuẽtium: ″propter præuaricationẽ populi mei″plaga *fuit* ei.

10 Sanctũ ſ. קדשו ſanctitatis ſuæ. 12 Præcedet vos הולך לפניכם Præt. Heb. pro fut. ambulans ante faciẽ veſtrã, & colligẽs, &c.
13 Intelliget ישכיל .i. eſt erit præditus intelligentia & prudentia. Alii vertunt, proſperabitur. ſiue, proſperum ſucceſſum habebit.
14 Admirati ſunt ſu. il. שממו עליך Ad verbũ, obſtupuerũt ſuper te. Confuſio perſonarũ, pro, ſuper illum. Q*uòd* adeò corrup. &c. כי משחת מאיש וגו׳ adeò deformata fuit ab hominibus ſpecies eius, & forma eius à filiis hominum: Sic, &c. Alii, *quòd* ſic deformatus eſſet præter humanum morem aſpectus eius, & forma eius *alienata* à filiis hominum: Sic, &c. Sequenti verſu perficitur ſenſus. Quidam ſeparant, & vertunt, Vt obſtupeſcent ſuper illum multi, ita corrumpetur peius quàm cuiuſuis hominis aſpectus eius, & ſpecies ipſius peius quàm reliquorum hominum. Et ita loqui faciet, &c. 15 Aſperget יזה Doctus inter Hebræos vertit, effundet Gentes multas. i. ſanguinem Gentium multarum. Alii, loqui faciet. ſub. de ſe. i. dabit anſam & occaſionem multis loquendi de ſe. Et quod non, &c. ואשר לא וגו׳ .i. cognoſcent rem inſolitam & inauditam. Hic Præt. Heb. pro fut.

IN CAPVT LIII.

1 Auditui noſtro? לשמועתנו Hebraiſmus, pro, rumori & famæ quã ſparſimus de Chriſto. Hæc õnia præterita debẽt intelligi per futurũ.
2 Et aſcendit ויעל Aſcẽdit enim. Alii, Aſcendet tamen. vt ſit præt. pro futuro. Deſerti: ציה ariditatis. i. arida & deſerta. Aſpectus, מראה ſub. talis qualis antea erat. Et *non* deſid. &c. ונחמדהו: vt deſideraremus eũ. ſub. videre. 3 Et reiectus inter vi. וחדל אישים Ad verbum, & reiectus virorum. i. à conſortio virorum: quem homines noluiſſent admittere in conſortium ſuum. Vir dol. איש מכאובות Hebraiſmus, doloribus cõfectus. Et expertus infir. וידוע חולי Singulare pro plur. expertus infirmitates. ſiue ægritudines. ſub. varias. Alii, & attritus infirmitate. Et velut abſc. fa. ab eo: וכמסתר פנים ממנו Hebraiſmns, quem ſic nonnulli vertunt, fuitque quaſi homines tegerent faciem ſuam ne aſpicerent illum. Alii, & quaſi abſcondimus faciem ab eo. Alii, & *quiſque erat* quaſi abſcondens faciem ab eo.
4 Verè אכן Sanè. Certè. Alii, Et tamen. Plagis aff. נגוע tactum tanquã lepra. leproſum. Et humiliatũ. ומעונה: atq; afflictũ.
5 Vulneratus eſt מחולל doloribus affectus. confectus. Caſtigatio, &c. מוסר שלומינו וגו׳ Hebraiſmus, pro, fuit caſtigatus vt haberemus pacem. Et liuor, &c. ובחבורתו וגו׳ & liuore eius medicatum eſt nobis. Vel, ſanatus eſt nobis. ſub. morbus noſter.
6 Coniecit in illum הפגיע בו Ad verbum, occurrere fecit ei. vel, irruere fecit in illum. i. traduxit in eum. 7 Aperuit יפתח Fut. Heb. pro præt. 8 Et iudicio ſubl. וממשפט לוקח & *à* ſententia ſublatus eſt. ſub. de medio. i. ſtatim poſtquam vinctus fuit, & condẽnatus à Pilato, actus fuit in crucem. vel vt alii, in ſummum honoris gradũ euectus poſt reſurrectionem. Et generationẽ e. ואת דורו .i. prauitatem hominum ſui ſeculi: vt ſit exclamatio in prauos Iudæos qui Chriſti tempore vixerunt, & eum ad mortem traxerunt. Alii exponunt ætatem & durationem: vt loquatur de ætate Chriſti permanente & æterna futura poſt reſurrectionem. nam reſurrexit, in æternum victurus, neque iam (inquit Paulus) mori poteſt, nec mors vltra ei dominabitur. Rom.6.b.9. Enarrabit? ישוחח oratione conſequi poterit? Propter præuaric. מפשע à tranſgreſſione. i. falsò accuſatus à populo meo. Plaga *fuit* ei. נגע למו: Quidam hanc poſteriorem verſus partem iungunt præcedenti, ſic, ſucciſus eſt de terra viuentium propter iniquitatem populi mei, quibus plaga *debebatur*.

5 40'5 5

Chriſti innocentia.

9 'Et dedit cũ impiis ſepulturam eius,& cum diuite in morte ſua: 'quanuis iniquitatem non fecerit,nec dolus fuerit in ore eius.

10 Iehouáh autẽ voluit conterere eum,*&* "ægrotare fecit *eum:* quumpoſuerit *ſeipſam* ſacrificium pro delicto anima eius,videbit ſemẽ *quod* prolongabit dies, & volũtas Iehouæ in manu eius proſperabitur.

Iuſtitia noſtra Chriſtus.

11 Propter laborem animæ ſuæ videbit *fructum quo* ſaturabitur:ſcientia ſui iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos,& iniquitates ipſorũ ipſe portabit.

12 Ideo partem dabo ei "cum multis , & cũ fortibus diuidet ſpolia: eo quòd effudit in mortem animam ſuam,& cum præuaricatoribus annumeratus eſt:ipſe quoque peccatum multorũ tulit, & pro præuaricatoribus "orauit.

Cap. LIIII.

Plures ex Gentibus Chriſto credentes,quã ex Iudæis.

1 L'Auda ſterilis,quæ non "pariebas,prorumpe in laudem,*&* exulta,quæ non "parturiebas: quia plures ſunt filii 'deſolatæ quàm filii maritatæ,dixit Iehouáh.

2 Dilata locum tabernaculi tui,& cortinas tabernaculorum tuorum extendant, ne prohibeas: prolonga funiculos tuos, & clauos tuos conſolida.

3 Ad dexteram enim & ſiniſtram 'dilataberis, ſemen quoq; tuum Gentes hæreditate accipiet,& ciuitates deſolatas inhabitabit.

Promiſſionẽ ſuã de regno Chriſti cõfirmat Deus, nequid timeamus.

4 Ne timeas, quia non afficieris pudore,nec erubeſces, quia non afficieris ignominia:pudoris enim adoleſcentiæ tuæ obliuiſcêris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5 Nam maritus tuus, *eſt* factor tuus, Iehouáh exercituum nomen eius:& redemptor tuus, Sanctus Iשׂraאelis, Deus vniuerſæ terræ 'vocatur.

6 Quia ſicut mulierem derelictam "& dolore affectam ſpiritu,vocauit te Iehouáh,& vxorem adoleſcentiæ,quum repudiata fueris, dixit Deus tuus.

7 Momento paruo dereliqui te,at in miſerationibus magnis congregabo te.

8 "In momento iræ abſcondi faciem meam "ad momentũ à te:at in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui , dixit Redemptor tuus Iehouah.

9 'Nam *ut* aquæ Nóaחh "hoc mihi, 'cui iuraui quòd non tranſirent aquæ Nóaחh vltrà ſuper terram:ſic iuraui quòd non iraſcar cõtra te,nec increpabo te.

10 Montes enim mouebunt ſeſe, & colles nutabunt: miſericordia autem mea à te non recedet , & fœdus pacis meæ non 'nutabit,

9 Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: ‖eo quòd iniquitatẽ non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius.

1.Petr.2.d.22
1.iohan.3.a.5

10 Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: ſi poſuerit pro peccato animam ſuam,videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

D

11 Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.

12 Ideo diſpertiam ei plurimos,& fortium diuidet ſpolia,pro eo quòd tradidit in mortem animã ſuam, ‖& cũ ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit,& pro tranſgreſſoribus rogauit.

Marc.15.e.28
luc.22.d.37

Cap. LIIII.

1 L‖AEtare ſterilis quæ nõ paris: decãta laudẽ,& hinni quæ nõ pariebas,quoniã multi filii deſertæ magis quàm eius quæ habet virum,dicit Dominus.

Luc.23.d.29
galat.4.d.27

2 Dilata locum tentorii tui , & pelles tabernaculorum tuorum extende:ne parcas:longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida.

3 Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum Gentes hæreditabit: & ciuitates deſertas inhabitabit.

B

4 Noli timere, quia nõ confundêris, neque erubeſces:nõ enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcẽtiæ tuæ obliuiſcêris: & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5 Qua dominabitur tui qui fecit te, ‖Dominus exercituum nomen eius: & redẽptor tuus ſanctus Iſrael,Deus omnis terræ vocabitur.

Luc.1.e.55
C

6 Quia vt mulierem derelictã,& mœrentem ſpiritu te vocauit Dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam, dixit Deus tuus.

7 Ad punctum in modico dereliqui te,& in miſerationibus magnis congregabo te.

8 In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui:dixit redemptor tuus Dominus.

D

9 Sicut‖in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerẽ aquas Noe vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt nõ iraſcar tibi,& non increpem te.

Geneſ.9.b.11

10 Montes enim commouebuntur,& colles cõtremiſcent:miſericordia autem mea nõ recedet à te,& fœdus pa-

9 Et dedit,&c. ויתן את־רשעים וגו' Et poſuit cum improbis ſepulturam ſuam,& cum diuite in morte ſua. Vel vt ad verbum legitur, in mortibus ſuis. propter multiplices ſcilicet pœnas & dolores. q.d.voluit mori in loco vbi ſumebatur ſuppliciũ de improbis: ſed poſtea fuit delatus in ſepulchrum hominis diuitis; nempe Ioſeph ab Arimathæa. Alii,eodem ſenſu,Et dedit apud impios ſepulchrũ eius,& apud diuitem in mortibus eius. Alii,Et expoſuit impiis ſepulchrũ eius,& diuiti mortẽ eius.Et ſcribũt,Singulare עשיר Diuiti,poni pro plur.Diuitibus:præterea per impios & diuites idem ſignificari:vt ſignificet Propheta Chriſtum obnoxium fuiſſe contumeliis,inſolentiæ, & libidini impiorum,quibus obrutum ac ſepultum quis nõ iudicaſſet?Sic enim ſepulchrum hìc metaphoricè accipiunt, quòd impii ac violenti eum veluti obruerint. Quanuis על. Obſerua על pro aduerſatiua particula poni,quanuis, quum tamen. 10 AEgrotare fecit החלי .i.cruciatibus affecit.Quidam vertunt,infirmitati ſubiecit. 12 Cum multis, ברבים inter multos.Alii,cum magnis.magnatibus, vel primoribus. Orauit. : יפגיע Fut.Heb.pro præt.

IN CAPVT LIIII.

1 Lauda רני Ede vocem lætam.Exulta. Pariebas, ילדה Ad verbum,pariebat.i.quæ es vt mulier quæ non parit. Parturiebas: חלה Ad verbum,parturiebat.i.quæ es velut mulier quæ non parturit. Deſolatæ שוממה deſertæ.i.non habentis virum. 3 Dilataberis, תפרוצי creſces.vel,multiplicaberis. 5 Vocatur. יקרא Fut.Heb.pro præſ. 6 Et dolore aff.ſpir. ועצובת רוח & perturbatam ſpiritu.Quidã SPIRITV iungunt verbo ſequenti VOCAVIT,ſpiritu vocauit te. Alii totũ verſum ſic legunt,Quia vt mulier derelicta *fuiſti*, & afflictã ſpiritu vocauit te Iehoua:*fuiſtique uelut* vxor iuuentutis quum ſpernitur,&c. 8 In momento iræ בשצף קצף Ad verbũ,In modico[vel,paruo]iræ. Ad momentũ רגע pauliſper.vel,ad punctum temporis. 9 Nam *ut* aquæ כי־מי Legitur in quibuſdam codicibus כימי coniunctim,vt vnica ſit dictio ex כ ſimilitudinis,& ימי dies. propterea quidam vertunt, Sicut in diebus Noah.ſub.ſic erit.vt referatur ad tempus exilii Babylonici: nam cõparat illam captiuitatem cũ diluuio quo facies terræ deleta eſt aquis:quoniam Eccleſia prorſus interiiſſe videbatur. Hoc mihi, זאת לי Significat hanc calamitatem inſtar diluuii fore,vt quemadmodum vno diluuio contentus fuit, ne vnquam ipſum iteret,ita hoc vno Eccleſiæ velut interitu contentus ſit,nec vnquam eius faciem deleri ſinat. Cui אשר quandoquidem.vel,quando. 10 Nutabit, תמוט vacillabit.vel,labetur,aut cadet.

E cis meæ non mouebitur : dixit miſerator tuus Dominus.

Paupercula tempeſtate conuulſa, abſque vlla cōſolatione,ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos,& fundabo te in ſapphiris, 11

Et ponā iaſpidē propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles: 12

F

Iohan.6.e.45

Vniuerſos filios tuos‖doctos à Domino: &multitudinē pacis filiis tuis. 13

Et in iuſtitia fūdaberis:recede procul à calumnia,quia non timebis: & à pauore,quia nō appropīquabit tibi. 14

Ecce accola veniet,qui nō erat mecum,aduena quondam tuus adiungetur tibi. 15

Ecce ego creaui fabrum ſufflātem G in igne prunas, & proferētem vas in opus ſuum,& ego creaui interfectorem ad diſperdendum. 16

Omne vas quod fictum eſt contra te,non dirigetur: &omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio, iudicabis. hæc eſt hæreditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit Dominus. 17

Cap. L V.

Eccli 51.d.34

OMnes‖ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentū,properate, emite & comedite: venite, emite abſque argento , & abſque vlla commutatione vinum & lac. 1

Quare appenditis argentum non in panibus & laborem veſtrum non in ſaturitate? audite audientes me, & comedite bonum , & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. 2

Inclinate aurem veſtram,& venite ad me: audite,&viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactū ſempiternū, ‖miſericordias Dauid fideles. 3

Act.13.e.34

B

Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. 4

Ecce gentem quam neſciebas,vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominū Deum tuum,& ſanctum Iſrael,quia glorificauit te. 5

Quærite Dominum dum inueniri poteſt,inuocate eum dum propè eſt. 6

Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas : & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius: & adDeum noſtrum,quoniā multus eſt ad ignoſcendum. 7

C

Non enim cogitationes meæ,cogitationes veſtræ:neque viæ veſtræ,viæ meæ,dicit Dominus. 8

Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſūt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. 9

Et quomodo deſcēdit imber, & nix 10

---

dixit miſerator tuus Iehouáh.

Conſolatio qua magnificentia,ſecuritas,& fælicitas regni Chriſti docetur.

11 Paupercula″in turbine verſans non accepit conſolationem : en ego ″iacere faciam in carbunculis lapides tuos , & fundabo te in ſapphiris,

12 Et ponam *ex* margaritis feneſtras tuas,&portas tuas *ex* lapidibus carbunculi,atque omnem terminum tuum *ex* lapidibus ″deſiderabilibus.

Chriſtiani à Deo docti.

13 Vniuerſi quoque filii tui *erunt* docti à Iehouáh,″& multiplicabit pacem filiorum tuorum.

14 In iuſtitia″fundaberis,″longè aberis ab oppreſſione,quia non timebis *eam*: & à contritione,quia non appropinquabit tibi.

15 En congregando congregabit ſe *populus contra te* ″abſque me: quiſquis congregauerit ſe″tecum,contra te cadet.

16 Ecce ego creaui fabrum ferrarium ſufflantem in igne prunas,& proferentem inſtrumentum in opus ſuum : & ego inquam creaui vaſtatorem ad perdendum.

17 Omne inſtrumentum quod formabitur contra te,″non proſperabitur:& omnem linguam quæ ſurget contra te in iudicium,cōdemnabis. hæc *eſt* hæreditas ſeruorum Iehouæ,& iuſtitia eorum à me eſt,dixit Iehouáh.

Cap. L V.

Exhortatur ad audiendum verbum Domini.

1 OMnes ſitientes venite ad aquas: *etiam* vos quibus non eſt argentum, venite,emite, & comedite : venite inquam,emite abſque argento & abſque *ullo* pretio vinum & lac.

2 Quare appenditis argentum″in nō panē,& laborem veſtrum in *id quod* ſaturare non poteſt? audite audiēdo me,& comedite bonū, delectabitúrque in pinguedine anima veſtra.

3 Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra:feriámque vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid″fideles.

4 Ecce teſtem populis dedi eū,ducem & præceptorem populis.

5 En gentem quam non noſti vocabis *ad te*: & gentes quæ non nouerūt te, ad te currēt propter Iehouam Deum tuum, & Sanctum Iſraëlis,quia″glorificabit te.

Pœnitentia.

6 Quærite Dominū″dū inuenitur,inuocate eū dū eſt propīquus.

Miſericordia.

7 Derelinquat impius viam ſuā,& vir iniquus cogitationes ſuas: reuertatúrque ad Iehouam, & miſerebitur eius : & ad Deum noſtrum,quoniam″multus eſt ad remittendum.

8 Non enim cogitationes meæ,cogitationes veſtræ: nec viæ veſtræ,viæ meæ,dixit Iehouáh.

9 Nā″quāto altiores ſunt cæli quàm terra, tanto altiores ſūt viæ meæ q̃ viæ veſtræ,& cogitationes meæ q̃ cogitationes veſtræ.

Verbū Dei prædicatum fructificans.

10 Certè quemadmodum deſcendit imber & nix de cælo , & illuc

---

11 In turbine verſ. סוערה tempeſtate iactata.vel,obruta. Iacere fac.&c. מרביץ בפוך אבניך Quidam Hebraiſmum iſtum ſic vertunt,ſtruam ſuper carbunculum lapides tuos. Alii, ſubſternam carbunculos lapidibus fundamenti tui. Alii, lapides fundamenti tui erunt lapides carbunculi. 12 Deſiderabilibus. : חפץ Ad verbum,complacentiæ. aut,voluntatis,ſiue beneplaciti.i.qui habentur in pretio.

13 Et multiplicabit,&c. :ורב שלום בניך & multa pax filiis tuis.Docti inter Hebræos dicunt eſſe præteritū quod ו conuertit in futurū.

14 Fundaberis, תכונני præparaberis.Alii,ſtabilieris.i.eris firma,ſtabilis,& cōſtans. Lōgè aberis ab רחקי Ad verbū,procul eſto.Imperat.Heb.pro fut.Quidam,recedes ab oppreſſ.i.non ſenties vllam calumniam. 15 Abſque me:אפס מאותי .i.iniuſſu meo. Tecū, contra,&c. : אתך עליך יפול in te,contra te cadet.Alii,contra te,in te cadet.i.in regione tua peribit. 17 Non proſper. לא יצלח non proſperum erit.Alii,non habebit ſucceſſum.

IN CAPVT LV.

2 In nō panē,&c. בלוא־לחם ויגיעכם וגו׳ Ad verbū,in nō panē,& laborē veſtrū in nō ad ſaturitatē?Hebraiſmi, pro,in id quod panem nō afferet vobis,& laborē ſumere in eo quod ſaturare nō poteſt?In eos inuehitur qui vitā quidē appetūt,nec tamen eius adipiſcendæ rationē aut viam tenēt,ſed incerti per deſerta & inuia loca vagantur. Quidam vertunt,non pro panibus,& laborem veſtrum non pro ſaturitate.

3 Fideles. : הנאמנים .i.ſtabiles & firmas. 5 Glorificabit te. פארך decorauit te.Præt.Heb.pro fut. 6 Dum inuenitur, בהמצאו Ad verbum,in inueniendo eum.i.dum inueniri poteſt ipſe. 7 Multus eſt ירבה Ad verbum,multiplicabit.

9 Quanto alt.ſunt,&c. גבהו שמים מארץ כן גבהו Ad verbum,*ſicut* exaltati ſunt[vel,exaltantur]cæli à terra,ſic exaltatæ ſunt,&c.

non reuertitur,ſed inebriat terram,& gignere facit eam,ac germinare eam facit,″& dabit ſemen ſerenti & panem comedenti:

11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum,″ſed facit quod volo, & proſperatur in his ad quæ miſi ipſum.

Lætitia.

12 ″In lætitia enim egrediemini,& in pace deducemini: montes & colles″cantabũt coram vobis laudem,& omnes arbores agri plaudent manu.

13 Pro″ſpina alba″aſcẽdet abies,& pro″vrtica aſcẽdet myrtus: erítq; Iehouæ in nomen,&″in ſignũ æternũ,non delebitur. Cap. L V I.

Adhortatur ad iudiciũ, & iuſtitiã, & ſabbathiſmũ.

1 SIc dixit Iehouáh,Cuſtodite iudicium,& facite iuſtitiam: nam propè eſt ſalus mea vt veniat,& iuſtitia mea vt reueletur.

2 Beat⁹ homo qui fecerit hoc, & filius hominis qui apprehẽderit iſtud:& qui cuſtodit ſabbathum ne polluat illud, quíque cuſtodit manum ſuam ne faciat vllum malum.

Conſolatur Propheta proſelytos qui in numerum Iudæorum recepti,deſperabant ſe ſaluatum iri, quòd ex ſemine Abrahæno eſſẽt.

3 Et ne dicat filius alienigenæ,qui″adhæret Iehouæ, dicendo, Separando ſeparabit me Iehouáh à populo ſuo:nec dicat eunuchus, Ecce ſum arbor arida.

4 Quia ſic dixit Iehouáh eunuchis,″Qui ſeruauerĩt Sabbatha mea, & elegerint quæ volui,apprehenderíntque fœdus meum:

5 Dabo eis in domo mea,& intra muros meos locũ,& nomẽ melius″quã filiis & filiabus:nomẽ ſẽpiternũ dabo eisquod nõ peribit.

6 Filios autẽ alienigenas qui adhærent Iehouæ vt miniſtrẽt ei, diligántque nomen Iehouæ,vt ſint ei ſerui:quencunque cuſtodientem ſabbathum ne polluat illud,& tenentes fœdus meum:

7 Adducam eos ad montem ſanctum meum,& lætificabo eos″in domo orationis meæ: holocauſta eorum & victimæ eorum erunt *mihi*″grata ſuper altari meo:quia domus mea,domus orationis″vocabitur omnibus populis.

8 Ait Dominus Iehouáh,qui cõgregat″diſperſos Iשׁraאelis, Adhuc congregabo″ſuper eum congregatos eius.

Inuehitur in epiſcoporum impietatem.

9 Omnes beſtiæ agri venite ad deuorãdũ,õnes*quoque* beſtiæ ſyluæ.

10 Speculatores eius cæci, vniuerſi ipſi nihil norunt: vniuerſi ipſi canes muti qui non valent latrare,dormitantes,iacentes,diligentes dormitare.

11 Canes autẽ″fortes anima nõ nouerunt ſaturari, ″& ipſi paſtores non norunt intelligere, vniuerſi in viam ſuam ″reuerſi ſunt,quiſque ad auaritiam ſuam,″in termino ſuo.

12 Venite *inquiunt*,accipiamus vinum,& inebriemur שׁſechár:erítq; ſicut hæc,dies craſtina,″*uel* maior multo *cum* excellentia.

de cælo,& illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram,& infundit eam, & germinare eam facit,& dat ſemen ſerenti,& panem comedenti:

11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo:non reuertetur ad me vacuum,ſed faciet quæcunque volui,& proſperabitur in his ad quę miſi illud. D

12 Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini:mõtes & colles cãtabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13 Pro ſaliunca aſcendet abies,& pro vrtica creſcet myrtus : & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur. Cap. L V I.

1 HAEc dicit Dominus , ‖Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiã : quia iuxta eſt ſalus mea vt veniat,& iuſtitia mea vt reueletur. Sapient.1.a.1

2 Beatus vir qui facit hoc,&fili⁹ hominis qui apprehendet iſtud:cuſtodiens Sabbathum ne polluat illud , cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne malum:

3 Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino,dicens, Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo:& non dicat eunuchus , Ecce ego lignũ aridum.

B

4 Quia hæc dicit Domin⁹ eunuchis, Qui cuſtodierint ſabbatha meá,& elegerint quæ ego volui , & tenuerint fœdus meum:

5 Dabo eis in domo mea,&in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis,quod non peribit.

6 Et filios aduenæ qui adhærẽt Domino vt colãt eũ,&diligãt nomẽ ei⁹, vt ſint ei in ſeruos:omnem cuſtodientem ſabbathum ne polluat illud , & tenentem fœdus meum:

C

7 Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorũ,& victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo:quia‖ domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Matth.21.b.13 marc.11.c.17 luc.16.g.46

8 Ait Dominus Deus qui congregat diſperſos Iſrael,Adhuc cõgregabo ad eum congregatos eius.

9 Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum,vniuerſæ beſtiæ ſaltus.

D

10 Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi:canes muti non valentes latrare,videntes vana,dormiẽtes & amantes ſomnia.

11 Et canes impudẽtiſſimi neſcierũt ſaturitatem,ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam:‖omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam , à ſummo vſque ad nouiſſimum. Ierem.3.6.e.13

12 ‖Venite,ſumamus vinum,& impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras,& multo amplius. Sapien.2.b.6

Et dabit ונתן Præt.Heb.pro futuro vel præſen ti,dátque.Alii vertunt, vt det ſemen ſeminaturo *anno ſequenti*, & panem ad comedendum. 11 Sed facit,&c. כי אם עשה את אשר וגו׳ Præt.Heb.pro præſ.Quidã vertunt,donec faciat quod volo, & ſucceſſum afferat quo miſi ipſum. 12 In lætitia enim כי בשמחה Itaque cum lætitia. Cantabunt coram vo.lau.יפצחו לפניכם רנה prorumpẽt in vocem lætam coram vobis.Alii,erumpent coram vobis in gaudium.Alii,iubilabunt corã vobis exultatione. 13 Spina alba הנעצוץ Quidam Hebræorum dicunt vocem hanc ſignificare genus arboris vilis.Alii,genus eſſe ſpinæ quæ creſcit in deſerto. Aſcendet יעלה id eſt,creſcet. Vrtica הסרפד Doctus inter Hebræos ſcribit genus eſſe germinis vilis & humilis.Alius dicit eſſe genus ſpinæ. In ſignum לאות .i.in monimentum.q.d.propterea laudabitur Dominus,donabitúrque gloria indeſinente.

IN CAPVT LVI.

3 Adhæret הנלוה adiunxit ſe. 4 Qui ſeruauerint,&c. אשר ישמרו Futura Heb.pro præſentibus, vt quidam vertunt,Qui cuſtodiũt,&c. 5 Quã filiis & fil. מבנים ומבנות quam filii & filiæ.i.Patriarchæ,ſub.habuerint.nam plenius effuſa eſt in nos Dei gratia aduentu Chrſti. 7 In domo or·meæ: בבית תפלתי Pronomen tranſpoſitũ eſt,vt nõnulli vertunt,pro,in domo mea orationis.nam mox ſequitur, Domus mea,domus orationis vocabitur. Grata לרצון Ad verbum,in beneplacitum.i.accepta. Vocabitur,&c. יקרא לכל העמים: Hebraiſmus,pro,templũ meum dicetur tẽplum etiam omniũ populorũ in quo illis orare me liceat,& exaudiẽtur:nedum Iudæis,apud quos ſingulari priuilegio cõſtitutũ erat, nec permittebatur aliis nationib⁹ ipſum ingredi.

8 Diſperſos נדחי expulſos.exules. Super eũ,&c.: עליו לנקבציו .i.præter Iſraelẽ,cõgregabo etiã eos quos adiũcturus ſum illi in Eccleſia mea. 11 Fortes ani. עזי נפש ſub.appetente.i.edaces,aut voraces. Et ipſi paſt.no nor.intel.והמה רועים לא ידעו הבין & paſtores ipſi nihil ſciunt,nec intelligunt.Alii,& iidem paſcunt ſeſe,non norunt intelligere. Reuerſi ſunt, פנו declinant.Ad verbum,reſpiciunt. In termino ſ.: מקצהו .i.quilibet in regione ſua,in loco ſuo,& in epiſcopatu.vt ſit מ pro ב. Alii,à fine ſuo.i.à parte ſua.quod Gallicè dicimus,*Chacun a ſon endroict.* 12 *Vel* maior,&c.: גדול יתר מאוד *uel* maior,excellentior multo. vel,multo maior,& excellentior. Ad verbum,magna,& excellens valde.q.d.idem faciemus die craſtina,aut certè fortius compotabimus.

Cap. LVII.

IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt qui intelligat: à facie enim malitiæ collect⁹ eſt iuſtus. 1

Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua. 2

Vos autem accedite huc filii auguratricis, ſemen adulteri & fornicariȩ. 3

Super quem luſiſtis? ſuper quē dilataſtis os, & eieciſtis linguam? nūquid non vos filii ſceleſti, ſemen mendax? 4

Qui conſolamini in diis ſubter omne lignū frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus ſubter eminentes petras. 5

B In partibus torrētis pars tua, hæc eſt ſors tua: & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium: nunquid ſuper his non indignabor? 6

Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti vt immolares hoſtias. 7

Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterū: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus, dilexiſti ſtratum eorū manu aperta. 8

Et ornaſti te regio vnguēto, & multiplicaſti pigmenta tua: miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vſq; ad inferos. 9

C In multitudine viæ tuæ laboraſti: nō dixiſti, Queſcam: vitā manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti. 10

Pro quo ſolicita timuiſti, quia mentita es, & mei nō es recordata, neque cogitaſti in corde tuo? quia ego tacēs & quaſi non videns, & mei oblita es. 11

Ego annuntiabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. 12

Quum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet vētus, tollet aura: qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terrā, & poſſidebit montem ſanctum meum. 13

Infrà 62.d.10 ‖Et dicam, Viā facite, præbete iter, declinate de ſemita: auferte offendicula de via populi mei. 14

Cap. LVII.

1 IVſtus′perit, & non *eſt* quiſquam qui″ponat ſuper cor: ″& viri miſericordes cōgregantur *ad populum ſuum*, nec *eſt* ″qui intelligat quòd propter malum *uenturum* congregatur iuſtus ille.

Iuſtorum finis incognitus.

2 ′Ingredietur *in* pace, requieſcent in cubilibus ſuis, ″qui ambulauerit coram eo.

Pax eorum, & requies.

3 Vos autem accedite huc filii auguratricis, ſemen adulteri, & *quorum mater* fornicata eſt.

Impii vocantur ad iudiciū, quib⁹ multa ſcelera obiiciuntur.

4 Super quo oblectati eſtis, cōtra quem dilataſtis os, ′protraxiſtis linguam? annon eſtis filii præuaricatores, ſemen mendax?

5 ″Incaleſcentes″cum diis ſub omni ligno viridi, immolantes paruulos in torrentibus″ſubter eminentes petras.

6 ′In lenibus petris torrentis *eſt* pars tua, ipſi ſunt ſors tua: etiam ipſis fudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium: nunquid ſuper his″conſolationem accipiam?

7 Super montem excelſum & eleuatum poſuiſti cubile tuum: illuc etiam aſcendiſti ad immolandum victimam:

8 Et poſt oſtium & poſtem poſuiſti″ſuffitum tuum: quia à me *diſcædens* diſcooperuiſti *turpitudinem tuam*, & aſcendiſti *excelſa*, dilataſti cubile tuum, & pepigiſti *pactum* cum eis, dilexiſti cubile eorū, *in omni* loco *quem* vidiſti.

9 ″Munera quoq; detuliſti Regi cū oleo, ″& multiplicaſti pigmēta tua, miſiſtíq; legatos tuos procul, & deieciſti teipſā vſq; ad īferos.

10 ′Multitudine viarum tuarū fatigaſti te, nec dixiſti, ″Deſperatū eſt: ′vitam manus tuæ inueniſti, propterea ″non ægrotaſti.

11 Et quem formidaſti & timuiſti, quòd mētita es ″*mihi*, nec mei es recordata, neque poſuiſti ſuper cor tuum? nónne *quia* ego tacui, & *quidem* à ſeculo, ideo me non timuiſti?

12 Ego″annuntiabo iuſtitiā tuā, & opera tua *quæ* nō proderūt tibi.

13 Quū clamaueris, liberēt te°*milites* cōgregati à te: ″atq; eos omnes tollet ventus, tollet vanitas: qui autem ſperat in me, hæreditate capiet terram, & poſſidebit montem ſanctum meum.

Sperantibus in Domino, vitæ æternæ hæreditas promittitur.

14 ′Dicétque, ″Eleuate, eleuate, mundate viam: tollite offendiculum de via populi mei.

IN CAPVT LVII.

1 Perit אבד Præt. Heb. pro præſ. Ponat ſu. cor: שם על־לב Ponere ſuper cor Hebraiſm⁹, pro aduertere animū, ſiue curare. Et viri miſe. ואנשי־חסד Hebraiſmus, pro pietate inſignibus, ſiue cōſpicuis. Qui intel. מבין qui recogitet. vel, qui animaduertat. 2 Ingredietur יבוא ſub. ad patres ſuos. i. morietur in pace. Alii, Veniet pax. ſub. iuſto. Singul. pro plur. Qui amb. corā eo. הולך נכוחו: nēpe Deo. Relatiuum ſine anteced. & ſingul. pro plur. aut expone, quiſque ambulans corā Deo: aut, ſinguli qui ambulauerint. Alii vertūt, *pax* ambulat ante illū. i. præcedit eum abeuntem & diſcedentē de hoc mūdo. Alii, ambulanti in rectitudine ſua. 4 Protraxiſtis תאריכו exeruiſtis. produxiſtis. lingua pro ſermone. i. cui detrahitis & obloquimini? 5 Incaleſcētes הנחמים Incaleſcitis. ſub. calore venerio. i. coeuntes. q. d. qui idololatriā exercetis. Cū diis, באלים inter quercus. vel, vlmos. Subter emin. pe. תחת סעיפי הסלעים: ſub dētibus [.i. ſcopulis, ſummitatibus, vel cacuminibus] petrarū. Alii, ſub prominētiis rupiū. Vox Hebræa ſignificat ramos arborū, quorū ſimilitudinē referūt ſcopuli & prominētiæ petrarū, ſiue rupiū. 6 In lenibus pe. בחלקי־נחל In politis petris. vel, In politioribus lapidibus. q. d. quum vides pulchrum aliquem & politum lapidem poſitum in torrentibus, viæ aut alterius rei cauſa, illum adoras, & ab eo portionem hæreditatis tuæ expectas. vel, illo tam fidis, quàm portione tua hæreditaria. Quidam vertunt, In partibus torrentis. Conſolationem acci. אנחם: oblectationem capiam? id eſt, ferámne æquo animo talia? Alii, pœnitebit me? ſub. mali quod immiſſurus ſum in mundū contra infideles, ne illud inducam? Ita doctus inter Hebræos. 8 Suffitum tuum: זכרונך odorem tuum. Alii, memoriale tuum. i. aliquid quod reuocet tibi in memoriam deum quem colis. 9 Munera quoque detul. ותשורי למלך בשמן Profecta quoque es ad Regem *Aſſyriorū, tuliſtique ad eum* oleum. q. d. Tu quoque poſuiſti fiduciam tuā in hominibus, non in me. Et multiplicaſti pig. t. ותרבי רקוחיך. i. multa ac varia pigmenta etiam tecum tuliſti. 10 Multitudine vi. tu. ברוב דרכך Multiplici itinere tuo. Deſperatum eſt: נואש Hebræi ſubaudiunt, cor meū. q. d. deficiunt mihi vires. plena loquutio legitur apud Eccleſiaſten, cap. 2. c. 20, Et ego verti me ליאש את־לבי vt deſperare facerem cor meum. vel, vt reuocarem cor meum. aut, vt tæderet animum meū laboris mei. Verti hîc poteſt, Reuocatum eſt cor meū, ne ſcilicet eat vltrà poſt deos alienos. Ita intellexiſſe videtur doctus inter Hebræos. Vitā, &c. חית ידך וגו׳ Quidā pro vita, vertunt victū. acſi diceret, Perinde gratus tibi fuit hic labor, acſi victum tibi manu tua comparares. Alii vertunt, requiem virium tuarum inueniſti. Doctus inter Hebræos, Vitam virium tuarum inueniſti. q. d. inueniſti aliquid quod tam dulce tibi fuit, quàm ſunt eſcæ quæ ſunt vita hominis.

Non ægrotaſti. לא חלית: .i. via illa non fuit tibi moleſta. 11 Nónne *quia* ego, &c. הלא אני מחשה וגו׳ ánnon ego taceo, & *quidem* à ſeculo? & tamen me non times. i. peperci tibi ſemper quum peccaſti, nec alium Deum inuenies clementiorem me: & tamē cultum meum deſeris. Quidam liberius vertunt, An me, quod hactenus feci, perpetuò diſſimulaturum ſperas, vt me nihil metuas?

12 Annuntiabo אגיד Quidam futurum conuertunt in præteritū, annuntiaui, vel indicaui. Ironicè loquitur. q. d. oſtendi qualis ſit tua iuſtitia, & qualia opera, quæ tibi erunt pernicioſa: ex quibus tamen vtilitatem aliquam ſperabas. 13 *Milites* congreg. à te: קבוציך Ad verbum, congregationes tuæ. Quidam, collectitii tui. Atque eos omnes ואת־כולם ſed omnes 14 Dicétque, ואמר Præt. Heb. pro fut. ſub. Dominus. Eleuate, eleu. סולו־סולו ſub. viam lapidibus, aut ingeſta terra. Sternite, ſternite.

15 Quia ſic dixit Excelſus & ſublimis, habitans″ *in* ſeculum,″& cui⁹ nomen *eſt* Sanctus : excelſum *locum* & ſanctum″habito,& cum contrito ″& humili ſpiritu, vt viuificem ſpiritum humilium, & vt viuificem cor contritorum.

16 Non enim in ſempiternum litigabo, nec in ſeculũ iraſcar: quia ſpiritus *qui eſt* à facie mea″induit *corpus*,& animas ego feci.

Quare mali percuſſi.

17 Propter iniquitatẽ ″auaritiæ eius iratus ſũ,& percuſſi eũ abſcõdẽdo faciẽ meã,& indignatus ſum:& abiit ″rebellis per viã cordis ſui.

18 Vias eius vidi,& ſanabo eum: deducámque eum, & reddam cõſolationes ei,& lugentibus eius.

19 Creo″fructum labiorum,pacem,″pacem longinquo & propinquo dixit Iehouáh,& ſano eum.

20 Impii autem ſunt veluti mare ″impulſum : nam quieſcere non poteſt,″propellúntque aquæ eius cœnum & lutum.

21 ″Non *eſt* pax(dixit Deus)impiis.

Cap. LVIII.

Inſtigat prædicatores vt liberè hypocriſim humanorum operũ redarguant.

1 CLama gutture,″ne prohibeas *clamorem*, tanquam tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo præuaricationem ſuam, & domui Iayacób peccatum ſuum.

2 ″Me tamen per ſingulos dies″quærunt,& ſcire vias meas volunt: veluti gẽs quæ iuſtitiã fecerit,& iudiciũ Dei ſui nõ dereliquerit interrogant me iudicia iuſtitiæ,″appropinquationem Dei volunt.

Murmurant hypocritæ. Ieiuniũ impiorũ & ieiunium Dei.

3 Vt quid, *inquiunt*, ieiunauimus,& nõ ″aſpexiſti? affliximus animas noſtras,″& neſciſti? ecce in die ieiunii veſtri inuenitis quod vultis, & omnes″facultates veſtras exigitis.

4 Ecce ad litem & contentionẽ ieiunatis, & vt percutiatis pugno ″impiè: ne ieiunetis *poſthac* ſicut hodie, ″vt audire faciatis in excelſo vocem veſtram.

5 An tale eſt ieiunium quod″elegi, per diem vt affligat homo animam ſuam? an vt incuruet ſicut iuncus caput ſuum, & ſaccum & cinerẽ ſternat? an iſtud vocabis ieiuniũ,& diẽ acceptabilẽ Iehouæ?

6 Nónne hoc eſt ieiuniũ quod elegi, Vt diſſoluas ″ colligationes impietatis, ſoluas faſciculos″graues, & dimittas ″confractos liberos,atque vt omne iugum diſrumpatis?

7 Nõne ″vt frãgas eſuriẽti panẽ tuũ,& pauperes″vagos ĩtroducas ĩ domũ? quũ videris nudũ,operias eũ,″& à carne tua ne abſcõdas te?

8 Tũc″erumpet veluti aurora lumen tuũ,″& ſanitas tua citò germinabit, ibítque coram te iuſtitia tua, gloria Iehouæ colliget te.

9 Tunc inuocabis,& Iehouáh exaudiet te: clamabis,& dicet, Ecce adſum. ſi abſtuleris è medio tui″iugum, *deſieriſq;*″emittere digitum, & loqui iniquitatem:

15 Quia hæc dicit Excelſus,& ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius : in excelſo & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu : vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. D

16 Non enim in ſempiternum litigabo,neq; vſque ad finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur,& flatus ego faciam.

17 Propter iniquitatẽ auaritiæ ei⁹ iratus ſũ,& pcuſſi eũ: abſcõdi,& indignatus ſũ:& abiit vagus in via cordis ſui.

18 Vias eius vidi,& ſanaui eum,& reduxi eum,& reddidi cõſolationes ipſi,& lugentibus eius.

19 Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè eſt, & qui propè, dixit Dominus,& ſanaui eum.

20 Impii autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.

21 Nõ eſt pax,dicit Deus meus,impiis.

Cap. LVIII.

Suprà 48.d.21,28

1 CLama,ne ceſſes,quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum,& domui Iacob peccata eorum.

2 Me etenim de die in diem quærũt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudiciũ Dei ſui non dereliquerit: rogant me iudicia iuſtitiæ,appropĩquare Deo volũt.

3 Quare ieiunauimus,& non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce,in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis.

4 Ecce,ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impiè. nolite ieiunare ſicut vſque ad hãc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter.

Zach.7.b.5. B

5 ‖Nũquid tale eſt ieiuniũ quod elegi, per diẽ affligere hominẽ animã ſuã? nunquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccũ & cinerem ſternere? nunquid iſtud vocabis ieiuniũ, & diem acceptabilem Domino?

6 Nónne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi, Diſſolue colligationes impietatis,ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe?

Ezech.18.b.16 matth.25.e.35

7 ‖Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum. cum videris nudum, operi eũ,& carnem tuam ne deſpexeris.

C

8 Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum,& ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciẽ tuã iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te.

9 Tũc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet,Ecce adſum, ſi abſtuleris de medio tui catenam,& deſieris extendere digitum , & loqui quod non prodeſt.

---

15 *In* ſeculum, עד in æternitate.vel perpetuitate. Et cuius,&c. וקדוש וגו׳ Ad verbum, & ſanctum *eſt* nomen eius. Habito, אשכון Fut.Heb:pro præſ. Et hum.ſp. ושפל וגו׳ & oppreſſo.Sic mox,ſpiritum oppreſſorum. 16 Induit יעטוף Fut.Heb.pro præt. .i.ſpiritus hominis à me profectus ſiue creatus,immiſſus fuit in corpus:ego circundedi corpore ſpiritum.q.d.ego creaui homines,noui igitur eos,& ſcio quòd caro ſunt.Idem mox repetit. 17 Auaritiæ e. בצעו cupiditatis eius, Rebellis שובב aduerſus.Alii,oberrãs. Abire in via cordis ſui,eſt facere,quicquid eſt nobis gratũ. 19 Fructũ lab. נוב שפתים.i.ſermonẽ. Pacem,&c. שלום שלום וגו׳ pax, pax longinquis & propinquis. 20 Impulſum נגרש quod impellitur.ſiue,propellitur. Propellúntque,&c. ויגרשו וגו׳ ſed aquæ eius eiiciunt. Alii intranſitiuè legũt,impulerúntque ſe aquæ eius cœno & luto. 21 Non *eſt* pax אין שלום Idem verſus legitur etiam ſuprà in fine 48 cap.verſu 22.

IN CAPVT LVIII.

1 Ne prohibeas אל־תחשוך ne parcas.ſub.voci tuæ. 2 Me tamen ואותי Me etenim. Ad verbũ,Et me. Quidã ſcribunt ו hoc loco vacare Quærunt, ידרושון Futura Heb.pro præſ. Appropinq.&c. קרבת אלהים יחפצון: acceſſionem ad Deum optant.i.optare videntur vt ſint prope Deum,ſitque Deus illis propinquus. 3 Aſpexiſti? ראית aſpicis? vt ſit præt.pro præſ.ſub.afflictionem noſtram. Et neſciſti? ולא תדע & ignoras? Facultates ve. עצביכם ſub.creditas aut conceſſas aliis. 4 Impiè: רשע Ad verbum, improbitatis.i.improbo,vel impio. Vt audire fa.&c. : להשמיע במרום קולכם .i.vt oretis. 5 Elegi, אבחרהו .i.opto. 6 Colligationes impiet. חרצובות רשע vincula improba.vel impia. Graues מוטה Ad verbum,nutationis.vel iugi.Quidam vertunt deprimentes.i.onera grauiſſima impoſita hominibus. Alii,& iugum. Confractos רציצים oppreſſos,ſub.grauiſſima ſeruitute. 7 Vt frãgas פרוס vt partiaris. Vagos מרודים afflictos.vel,attenuatos.aut abiectos. Et à carne t. ומבשרך .i.à cognatis tuis.propinquus enim,ſiue conſanguineus eſt homini tanquam eius caro. 8 Erumpet יבקע proferetur. Et ſanitas t. וארוכתך & medela tua. 9 Iugum, מוטה .i.quicquid oneri poteſt eſſe fratri.q.d.ſi dimiſeris debita debitoribus. Emittere dig. שלח אצבע exporrigere[vel extendere]digitum.ſub.in proximum tuum.i.ſi digito interminari proximo deſieris.

10 Quum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictã repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuæ erunt ſicut meridies.

11 Et requiẽ tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animã tuam, & oſſa tua liberabit: & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

D

Infrà 61.b.4

12 ‖Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis: & vocaberis AEdificator ſepium, auertẽs ſemitas in quietem.

13 Si auerteris à Sabbatho pedẽ tuũ, facere volũtatem tuam in die ſancto meo, & vocaueris Sabbathum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua vt loquaris ſermonem:

14 Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui: os enim Domini loquutũ eſt.

Cap. LIX.

Nume. 11.e.23
ſuprà 50.a.2

1 ECce, ‖non eſt abbreuiata manus Domini vt ſaluare nequeat, neq; grauata eſt auris eius vt nõ exaudiat.

2 Sed iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

Suprà 1.d 15

3 ‖Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra loquuta ſunt mẽdacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur.

Iob 15.d.35
pſal. 7. d.15

4 Nõ eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet verè: ſed confidunt in nihili, & loquũtur vanitates: ‖cõceperunt laborẽ, & pepererũt iniquitatẽ.

5 Oua aſpidũ ruperunt, & telas araneæ texuerũt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum.

B

6 Telæ eorum non erunt in veſtimẽtum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

Prouerb. 1.c.16
rom. 3.c.15

7 ‖Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem: cogitationes eorum, cogitationes inutiles, vaſtitas & contritio in viis eorum.

8 Viam pacis neſcierunt, & non eſt iudicium in greſſibus eorum: ſemitæ eorum incuruatæ ſunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.

9 Propter hoc elongatum eſt iudiciũ à nobis, & non apprehendet nos iuſtitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendorem, & in tenebris ambulauimus.

10 ′Et *ſi* protuleris famelico animã tuã, & animam afflictam ſaturaueris: orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit ſicut meridies.

11 Deducétq; te Iehouáh ſemper, & ſaturabit″in ſiccitatibus animã tuã, oſſáque tua impinguabit: & eris veluti hortus irriguus, ″ac velut ſcaturigo aquarum, cuius aquæ non deficiunt.

12 ′Et erunt ex te qui ædificabunt deſerta longi temporis, ′fundamenta generationis & generationis ſtare facies: ′vocaberíſque ′Sepiens rupturam, ″reductor ſemitarum ad habitandum.

Sabbathum Dei.

13 ″Si reuerti feceris à Sabbatho pedem tuum, vt non facias voluntatẽ tuã in die ſancto meo, & vocaueris Sabbathum delicias, ″ſanctum Iehouæ glorioſum, & honore affeceris illud vt non facias vias tuas, *neque* inuenias voluntatem tuam, né*ue* loquaris verbum:

14 Tunc delectaberis in Iehouáh, ″& equitare faciam te ſuper excelſa terræ, ″& comedere faciã te hæreditatem Iaɣacób patris tui: quia os Iehouæ loquutum eſt.

Cap. L I X.

Noſtra culpa fit vt neque ſaluet nos Dominus, neque exaudiat.

1 ECce non eſt abbreuiata manus Iehouæ, vt ſaluare non poſſit, nec aggrauata eſt auris eius vt non exaudiat:

2 Sed iniquitates veſtræ ″diuiſerunt inter vos & Deum veſtrũ, & peccata veſtra″abſcondere fecerunt faciem à vobis ne exaudiat.

Iniquitates noſtras recenſet Propheta.

3 Manꝰ enĩ veſtræ pollutæ *ſunt* ſanguine, & digiti veſtri iniquitate, labia veſtra protulerũt mẽdaciũ, lingua veſtra iniquitatẽ loqtur.

4 Non eſt qui″clamet pro iuſtitia, neque eſt″qui iudicet pro veritate, ′confidunt rebus nihili, & loquuntur vanitatem: concipiunt peruerſitatem, & pariunt iniquitatem.

5 Oua aſpidis″rũpunt, & telas araneæ texunt: qui comederit de ouis eorum, ″morietur: ″& quod fractum eſt, erumpet in regulum.

6 Telæ eorũ non erũt pro veſtimẽto, nec tegentur operibus ſuis: opera eorũ, opera″iniquitatis, & opus iniqtatis eſt in manibꝰ eorũ.

7 Pedes eorum ad malum″currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes iniquæ, vaſtitas & contritio in viis eorum.

8 ′Viam pacis non nouerunt, nec eſt iudicium in viis eorum: ſemitas ſuas peruerterũt ſibi: quiſquis graditur per eas′neſciet pacẽ.

Peccata cauſa ſunt excæcatiodis noſtræ.

9 Propterea′elongauit ſeſe iudiciũ à nobis, & nõ apprehẽdit nos iuſtitia: expectauimus lucẽ, & ecce tenebræ: ſplendores, *& ecce* in tenebris′ambulauimus.

10 Et *ſi* protuleris ותפק Et *ſi* effuderis.i.ſi liberaliter & ex animo dederis de bonis tuis. 11 In ſiccitatibus בצחצחות.i.tẽpore famis. Ac velut ſta.וכמוצא Ad verbũ, ac velut exitus. 12 Et erunt, &c. ובנו ממך חרבות עולם Ad verbũ, Et ædificabunt à te deſolata ſeculi.i.vt quidam exponunt, opera quæ à te proficiſcentur, erunt in cauſa vt ob frequentiam tuã cogaris inſtaurare vrbes olim deſtructas & interruptas, vt in illis habites. Deſolata ſeculi vocat loca quæ fuerunt ante multa ſecula deſolata. Fundamẽta ge.מוסדי דור ודור תקומם.i. ædificia quæ remanſerunt imperfecta à multis ſeculis, eriges. Vocaberiſq; וקורא לך Ad verbum, Et vocabitur tibi. Similis loquutio eſt infrà cap.61.a.3. Sepiens rup. גודר פרץ .i.inſtaurator ruinarũ. Reductor, &c. משובב נתיבות לשבת:.i.director viarũ quæ ducũt ad loca antea deſolata, vt in illis habitent homines. 13 Si reuerti fec. אם־תשיב Si reduxeris.aut, retraxeris.auerteris. Sanctum Ieh.glo. לקדוש יהוה מכובד ad conſecrandum Iehouæ, *eo quòd ſit* honorabile. Alii, & *diem* ſanctum Domino conſecratum. Alii, vt ſanctificetur *&* honoretur Dominus. Alii, Sanctum Domini glorificatum. 14 Et equitare faciã te, &c. והרכבתיך וגו׳ .i.imponam te excelſæ terræ. hoc eſt reducam te in Terram ſanctam, vt habites in ea. Et comedere fac.te והאכלתיך נחלת cibabo te hæreditate.vel paſcam.

IN CAPVT LIX.

2 Diuiſerunt היו מבדילים Ad verbum, fuerunt diuidentes. Alii, diſſidium fecerunt. Alii, ſeparauerũt vos à Deo veſtro. Abſcõdere fec. היסתירו effecerunt vt abſconderet. Alii, operuerunt. 4 Clamet pro iuſt. קורא בצדק clamet ad iuſtitiam.i.iuſtè increpet proximum ſuũ errantem. Qui iud.in ver. נשפט באמונה qui diſceptet pro iudicio.vel, qui ſubeat iudiciũ verè.q.d.iudices nõ iudicant iuſté. Confidunt בטוח Infinitiui Heb.pro præſentibus. 5 Rumpunt, בקעו Præt.Heb.pro præſ.rumpũt.vel, excludunt. Qui oua aſpidum frangunt, noxiũ ſibi opus faciunt: nam rupto ouo erumpit aſpis, quæ linguæ vulnere venenũ infligit effractori oui. Iis ſunt ſimiles improbi: illis item qui telas ſimiles telis aranearum texunt, quorum opus eſt inutile: nimia enim tenuitate & fragilitate ſunt, ideo nullius vſus.q.d.opera improborum aut ipſis noxia ſunt, aut inutilia. Seipſum declarat ſequenti verſu. Et quod fra.eſt: והזורה תבקע אפעה & compreſſum[ſub.pedibus]frangetur in regulum. Alii, ſi comprimatur, excludetur vipera.vel, producetur, ſiue egredietur regulus. 6 Iniquitatis, און vana. 7 Currunt, ירוצו Futura Heb.pro præſ. 8 Viã pacis nõ no.דרך שלום לא ידעו Hebraiſmus, pro, inter illos nihil eſt fidei, humanitatis, nec integritatis. Neſciet ידע Quidã vertũt per præſ.ignorat. Hebraiſmus, pro, quicũq; imitãtur ſtudia eorũ, omnino ſunt alieni à pace.i. effræni, in proximos irruũt, atq; iniurias inferũt. Alii exponũt, Qui inciderit in manus ipſorũ, truculẽtos ipſos & immanes ſentiet. 9 Elong.ſe iud. רחק משפט lõgè receſſit iudiciũ. Alii, ſubduxit ſe iudiciũ. Phraſi Hebraica vocat iudicium, quũ Deus vlciſcitur iniurias illatas populo ſuo: ſicut iuſtitiam, quũ eos tuetur. Pronuntiat igitur Deum abieciſſe curam populi ſui, ac deſtituiſſe auxilio & ope ſua, quòd indignus eſſet. Ambulauimus. נהלך: Fut.Heb.pro præt. Quidam vertunt per præſens.

10 ″Palpauimus ſicut cæci parietem, & veluti *ij qui* abſque oculis *ſunt*, attrectauimus: impegimus in meridie, ″vt in crepuſculo, ″in ſepulchris ſicut mortui.

11 Vociferati ſumus velut vrſi omnes nos, & tanquam columbæ ″gemendo gemuimus: expectauimus iudicium, & nō eſt: ſalutem, *&* elongauit ſe à nobis.

Confeſſio peccatorum.

12 Multiplicatæ ſunt enim præuaricationes noſtræ corā te, & peccata noſtra ″teſtificata ſunt contra nos: quia iniquitates noſtræ ″nobiſcum ſunt, & iniquitates noſtras agnouimus.

13 ″Præuaricati ſumus, & mentiti ſumus in Iehouam, & retroceſſimus à Deo noſtro: loquuti ſumus ″calumniam & peruerſitatem, concepimus, ac loquuti ſumus de corde verba mendacia.

Mundo impietatibus abundanti, memor miſericordiæ ſuæ Deꝰ parcit.

14 ″Propterea retroceſſit *à nobis* iudicium, & iuſtitia àlōge ſtetit: quia impegit in platea veritas, & æquitas non potuit ″ingredi.

15 Veritas inquam defecit, & *qui* receſſit à malo, ″prædæ fuit expoſitus: & vidit Iehouáh, & diſplicuit in oculis eiꝰ ꝙ non eſſet iudiciū.

16 Vidit præterea quòd non eſſet vir, & admiratus eſt quòd non eſſet qui ″intercederet: ″itaque ſalutem fecit ipſi brachium eius, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum.

17 Et induit ſeſe iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: induítque ſeſe veſtimento vltionis *tāquā* veſte, ″& tāquā pallio, zelo.

18 ″Quaſi propter retributiones, quaſi ad reddendā vindictā hoſtibꝰ ſuis, retributionē inimicis ſuis, inſularibus retributionem reddet.

19 Et timebūt ab Occidēte nomē Iehouæ, & ab Ortu ſolis gloriā eius, quū venerit ſicut fluuius, hoſtis, Spiritus Iehouæ ″fugabit eū.

20 Veniétque ad ɤSiión redemptor, & redeuntibus ″*ab* iniquitate in Iaɤacób, dixit Iehouáh.

Verbum Dei in ore Eccleſiæ.

21 Hoc autē pactū meū *quod ego pangam* cū eis, dixit Iehouáh, Spiritus meꝰ qui eſt ſuper te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, nō recedēt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dixit Iehouáh, ex hoc tempore & vſque in ſeculum.

Cap. LX.

Sermo ad Eccleſiā quæ per prædicationem Euāgelii in toto orbe cōgregatur, & omnibus bonis abundare incipit.

1 SVrge, ″illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria Iehouæ ſuper te orta eſt.

2 Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Iehouáh, & gloria eius ſuper te videbitur.

3 Et ambulabūt Gētes ad lumē tuū, & Reges ad ſplēdorē ″ortꝰ tui.

4 Leua in circuitu oculos tuos, & vide: ōnes iſti congregauerūt ſe, ″venerūt tibi, filii tui délōge veniēt, & filiæ tuæ ad latus nutriētur.

5 Tunc videbis, ″& illuminaberis, ″timebítque, & dilatabitur cor tuum, quòd conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gētium venerint tibi.

10 Palpauimus ſicut cæci, parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimꝰ meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui.

11 Rugiemus quaſi vrſi ōnes, & quaſi columbæ meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non eſt, ſalutem, & elongata eſt à nobis.

12 Multiplicatæ ſūt enim iniquitates noſtræ corā te, & peccata noſtra reſponderunt nobis: quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognouimus. C

13 Peccare & mentiri contra Dominum: & auerſi ſumus ne iremus poſt tergū Dei noſtri, vt loqueremur calūniam & tranſgreſſionē: cōcepimus, & loquuti ſumꝰ de corde verba mēdacii

14 Et cōuerſū eſt retrorſū iudiciū, & iuſtitia lōgè ſtetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas nō potuit ingredi.

15 Et facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſſit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malū apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium.

16 Et vidit quia non eſt vir: & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat: & ſaluauit ſibi brachiū ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum. D

17 ‖Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli.

Epheſ. 6.c.17
1.theſſ.5.b.8

18 Sicut ad vindictā, quaſi ad retributionē indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis, inſulis vicem reddet.

19 Et timebūt qui ab Occidēte, nomē Domini: & q ab Ortu ſolis, gloriā eiꝰ quū venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit.

20 Et ‖venerit Siō redēptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

Rom.11.d.26

21 Hoc fœdus meū cum eis, dicit Dn̄s, Spiritꝰ meus q eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedēt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus ámodo & vſque in ſempiternum.

Cap. LX.

1 SVrge, illuminare: quia venit lumē tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.

2 Quia ecce tenebræ operient terrā, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

3 Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.

4 ‖Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filii tui délongè venient, & filiæ tuæ de látere ſurgent.

Suprà 49.c.18

5 Tūc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuū, quādo conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi.

10 Palpauimus נגששה Futura Heb. pro præteritis. Vel vt ferè omnes vertunt, pro præſentibus, & ſic verſu ſequenti. Vt increp.
כנשף vt veſperi. In ſepulchris באשמנים .i. verſamur in ſimilibus tenebris quales ſunt illæ in quibus verſantur mortui qui iacent in
ſepulchris. Alii vertunt, in deſolatis. ſub. locis, vbi nulla eſt habitatio. vel, in locis ſolitariis. 11 Gemēdo gem. הגוה נהגה ſuſurrando ſuſurramus. vel, garriēdo garriemus. 12 Teſtificata ſ. ענתה teſtātur. teſtimoniū ferunt. Quidā vertunt, reſponderūt nobis. ſed obſcurius. Nobiſcū ſunt, אתנו Hebraiſmus, ſunt nobis notæ. ſeipſum declarat mox ſequētibus. 13 Præuaricati ſu. & mēt. פשוע וכחש
Infinitiui ſunt Heb. pro præteritis in hoc verſu. Calumniam & peru. עושק וסרה oppreſſionem & defectionem.
14 Propterea retroc. והוסג אחור propterea actum eſt retrorſum. Ingredi. לבוא: ſub. congregationem noſtram. 15 Prædæ
fuit exp. משתולל ablatus fuit. more ſpoliorum ſcilicet. i. ſublatus fuit de medio. 16 Intercederet מפגיע occurreret. Itaq;
ſalutē, &c. ותושע לו וגו' ſalutem itaque peperit ipſi brachiū eius, & iuſtitia eius ipſa ſuſtentauit eū. Alii, itaque ſalutē ſibi fecit brachio ſuo,
& iuſtitia ſua ſtabiliuit ſe. Significat deſperandū nō eſſe, tametſi, nihil auxilii ab hominibus feratur: ſe enim ſibi abūdè ſufficere, ac ſatis potentem eſſe ad ipſos redimēdos. 17 Et tanquā, &c. ויעט וגו' indignationéq; amictus eſt vice pallii. Alii, necnō induit ſeſe æmulatione
tanquā pallio. 18 Quaſi propter ret. כעל גמלות Vt propter retributiones, *&* ſicut *olim fecit, ut* retribueret irā hoſtibus ſuis: *ſic reddet*
retributionē inimicis ſuis, inſularibus retributionē reddet. i. Quemadmodū olim Dominus Deus vltus eſt iniuriā filiorū Iſrael quā acceperāt ab AEgyptiis, ita perdet inimicos Chriſti ſui. Quidā liberius ſic vertūt, Ac omnino talis erat feruor, qualis eſſe ſolet quū redditur ac
repēditur hoſtibus ſuis, & inimicis ſuis, vt viciſſitudinē redderet inſulis. 19 Fugabit e. נוססה בו: A verbo נוס fugit. Alii deducunt à
נס vexillo, vertentes, vexillabit eum. i. exaltabit vexillum contra illum. q. d. inſtruet aciem contra hoſtes Eccleſiæ. Præt. Heb. pro fut.
20 *Ab* iniquitate פשע *à* præuaricatione.

IN CAPVT LX.

1 Illuminare, אורי ſplendeſce. i. da operam vt recipias lucem. 4 Venerunt tibi: באו־לך vt veniant ad te. 5 Et illuminaberis, ונהרת & ſplendebis. i. in magno ſplendore eris. Timebitque ופחד obſtupeſcétque. Alii, diffluétque.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. 6

B Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo, & domum maieſtatis meæ glorificabo. 7

Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? 8

Me enim inſulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos delonge: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & Sācto Iſrael, quia glorificauit te. 9

Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorū miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui. 10

Apoc.21.g.24 ¶Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentiū, & Reges earum adducantur. 11

Gens enim & regnum quod nō ſeruierit tibi, peribit: & Gentes ſolitudine vaſtabuntur. 12

C Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. 13

Et venient ad te curui filii eorū qui humiliauerunt te, & adorabūt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatē Domini, Sion ſancti Iſrael. 14

Pro eo quòd fuiſti derelicta & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorū, gaudium in generationem & generationem. 15

Et ſuges lac Gētiū, & mām̄illa Regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. 16

Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentū: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam. 17

D Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. 18

Apoc.21.g.23, & 22.a.5 ¶Non erit tibi amplius ſol ad lucēdum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. 19

Non óccidet vltrà ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & cōplebuntur dies luctus tui. 20

Populus autem tuus omnes iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plātationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. 21

Minimus erit in mille, & paruulus in gētem fortiſſimam: ego Dominus in tēpore eius ſubitò faciam iſtud. 22

6 Multitudo camelorum operiet te, pulli *camelorum* Midián & עEpháh: omnes ipſi de שSebá venient, aurum & thus deferent, & laudes Iehouæ annuntiabunt.

7 Omnia pecora Cedár congregabūt ſeſe tibi, *&* arietes Nebaióth miniſtrabūt tibi: aſcendent cum beneplacito ſuper altare meum, & domum gloriæ meæ glorificabo.

8 Qui ſunt iſti qui vt nubes aduolant, & ſicut columbæ′ad feneſtras ſuas?

9 Me enim inſulæ expectabunt, & naues′Tharשſiשs *ut* ab initio, vt adducāt filios tuos de longinquo: argentum eorū, & aurū eorū cū eis″nomini Iehouæ Dei tui, & ſancti Iשſraאél, quia glorificauit te.

10 Et ædificabunt filii alienigenæ muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi: in ira enim mea percuſſi te,′& in beneplacito meo miſertus ſum tui.

11 Et aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudētur: vt afferant ad te″fortitudinem Gentium, & Reges earū″adducantur.

12 Gentes enim & regnū quæ non ſeruierint tibi, peribunt: Gentes inquam′vaſtando vaſtabuntur.

13 Gloria Lebanō ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul: ad decorandū locū Sanctuarii mei,′& locū pedum meorū glorificabo.

14 Venient autem ad te′curuando ſe filii affligentium te, & incuruabunt ſeſe″ſuper plantas pedum tuorū omnes qui ſpernebāt te: & vocabunt te ciuitatem Iehouæ, צSiión ſancti Iשſraאél.

15 Pro eo quòd fuiſti derelicta & exoſa, & non erat qui tranſiret *per te*, ponam te in gloriam perpetuam, *&* gaudium′generationis & generationis.

16 Et ſuges lac Gentiū, & mām̄illā Regū ſuges, tūc cognoſces quòd ſum Iehouáh ſaluator tuus, & redemptor tuus, fortis Iaעacób.

17 Pro ære afferam aurum, & pro ferro argentum, & pro arboribus æs, & pro lapidibus ferrum: ponámque *pro*′præfectis tuis pacem, & *pro* exactoribus tuis iuſtitiam.

18 Non audietur vltrà′rapina in terra tua,′vaſtitas & contritio in terminis tuis,″& vocabis Salutē muros tuos, & portas tuas Laudē.

19 Non erit tibi amplius ſol in lucem per diem, & ſplendor lunæ non illuminabit te, ſed erit tibi Iehouáh in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20 Nō óccidet vltrà ſol tuus, & luna tua nō″deficiet: quia Iehouáh erit tibi in lucem ſempiternam, & finientur dies luctus tui.

21 Populus quoque tuus omnes *erunt* iuſti, in ſeculum hæreditate accipient terram: *eritque*′virgultum″plātationis meæ opus manuū mearum, vt glorificer.

22 Parua *familia* erit in mille, & parua *familia* erit in gentem fortem: ego Iehouáh in tempore ſuo accelerare faciam illud.

Docet comparatione malorum quæ paſſa eſt Eccleſia, quanta bona ſit habitura annuntiatio Euangelio.

Sol.
Luna.

8 Ad feneſtras ſuas: אל־ארובותיהם .i.columbarii ſui. 9 Tharשſiשs, תרשיש .i.nautæ venientes ex Tharſis, ſperabunt in me, & veniēt ad te, vt olim faciebāt tēpore Solomonis. Alii, maris. vel marinæ. Nomini לשם ad nomen. ſub. glorificādū. 10 Et in ben. m. וברצוני & in clementia mea. Alii, & in reconciliatione mea. i. quū rediiſti mecū in gratiā. 11 Fortitudinem חיל robur. Alii, opes. Adducātur.: נחוגים ducti. i. qui ſe patiētur duci: feroces alioqui, & qui ſe duci nō patienter ferrent. 12 Vaſtando vaſt. חרוב יחרבו: deſolādo deſolabūtur. i. omnino vaſtabuntur, vel deſolabūtur. 13 Et locū, &c. ומקום רגלי אכבד nam locū pedū, &c. Alii, & *ut* locū pedū meorū glorificem. 14 Curuādo ſe filii affl. te שחוח בני מעניך *cum* incuruatione filii eorū qui te affligebāt. Incuruatione. i. demiſſo ac deiecto vultu in terram. Super plā. על־כפות .i. veſtigia plantarum. Quidam, ad veſtigia. 15 Generationis & ge. דור ודור: .i. duraturā per multas ætates ac ſecula. 17 *Pro* præf. tuis פקודתך *pro* præfectura tua. i. pro illis qui præficiētur tibi vt exigāt à te tributa, dabo tibi homines amantiſſimos pacis, & iuſtitiæ. q. d. pro afflictione dabo tibi ſummā pacem. Doctus inter Hebræos vertit, tributum tuū pacem. i. pro tributo quod præfectis impendis, dabo tibi pacem, non ſolues vltrà tributum. 18 Rapina חמס iniuria. Vaſtitas & contritio שוד ושבר vaſtitas & oppreſſio. vel, cōquaſſatio. Alii, depopulatio & cōtritio. Et vocabis, &c. וקראת ישועה .i. in muris tuis erit ſumma pax, in portis verò canētur laudes Domino. Chaldæus paraph. & eueniēt redemptiones muro tuo, & in portis tuis erūt laudantes. 20 Deficiet יאסף Ad verbū, recolligetur. i. poſtea nō obſcurabitur. 21 Virgultū נצר Significat plantā teneram & nouellā, & etiam ramum. Plantationis m. מטעי plantationum. vel, plantarum. aut plantæ meæ, ſiue eius: nā varia eſt lectio Hebræis, מטעו & מטעי.

61. 62. 63.

Cap. LXI.

Chriſtꝰ ſiue Vnctus miſſus ad prædicationem Euangelii.

1 SPiritus Domini Iehouæ ſuper me, ″eo quòd vnxerit Iehouáh me: ad annuntiandũ manſuetis miſit me, ″vt alligarẽ cõtritos corde, vt prædicarẽ captiuis libertatẽ, & victis ″apertionẽ carceris:

2 Vt prædicarem annũ ″beneplaciti Iehouæ, & diem vltionis Deo noſtro, vt conſolarer omnes lugentes:

3 ″Vt ponerem lugentibus *in* ẍSiión, darémque eis gloriam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, palliũ laudis pro ſpiritu ″cõſtricto: ″& vocabũtur *in* eis ″arbores iuſtitiæ, plantatio Iehouæ, ″vt glorificer.

4 Et ædificabunt deſerta ″longi temporis, deſolationes ″antiquorũ erigent, ″& innouabunt ciuitates deſolationis, deſerta generationis & generationis.

Miniſtri verbi, etiã ex Gentibus.

5 ″Stabúntq; alieni, & paſcẽt pecora veſtra: & filii alienigenæ erunt agricolæ veſtri ac vinitores veſtri.

Sacerdotes doctores.

6 Vos autẽ Sacerdotes Iehouæ vocabimini, Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: ″opes Gẽtiũ comedetis, & in gloria eorũ exaltabimini.

Profectus populi, gaudium miniſtrorũ verbi.

7 Pro pudore veſtro ″duplicia *recipietis*, & *pro* ignominia ″exultabunt *de* portione eorum: ideo in terra eorum ″duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis.

8 Nam ego Iehouáh diligo iudicium, odio habeo rapinã in holocauſtum: & dabo ″opus eorum ″in veritate, & fœdus ſempiternum feriam cum eis.

9 Et notum erit in Gẽtibus ſemen eorum, ″& germina eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcẽt eos quòd ſint ſemen cui benedixit Iehouáh.

Exultatio Eccleſiæ prædicantis dona & beneficia quæ à Deo eſt acceptura per Chriſtum.

10 Gaudendo gaudebo in Iehouáh, exultabit anima mea in Deo meo: quoniã induit me veſtimentis ſalutis, ″pallio iuſtitiæ induit me ″tanquam ſponſus qui magnificat gloriam, ″& tanquam ſponſa quæ ornat ſeſe monilibus ſuis.

11 Quia ſicut terra ″profert germen ſuum, & ſicut hortus ſata ſua germinare facit, ſic Dominus Iehouáh germinare facit iuſtitiam & laudem coram vniuerſis Gentibus.

Cap. LXII

Propheta non ceſſat orare donec veniret Chriſtus ſaluator & iuſtificator.

1 PRopter ẍSiión non tacebo, & propter Ieruẇſaláim nõ ″quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor Iuſtitia eius, & Salus eius vt lampas ardeat.

Cap. LXI.

Luc.4.c.18

1 S‖Piritus Domini ſup me, eo quòd vnxerit me: ad annuntiandũ mãſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem:

Matth.5.a.3

2 Vt prędicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolarer omnes ‖lugentes:

3 Vt ponerem lugẽtibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

B

Suprà 58.d.12

4 ‖Et ædificabunt deſerta à ſeculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem.

5 Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra: & filii peregrinorum, agricolæ & vinitores veſtri erunt.

6 Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum ſuperbietis.

C

7 Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem eorum: propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis.

8 Quia ego Dominus diligẽs iudiciũ, odio habens rapinam in holocauſto, & dabo opus eorũ in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

9 Et ſcietur in Gentibus ſemen eorũ, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcent illos quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

D

10 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me veſtimentis ſalutis: & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.

11 Sicut enim terra profert germẽ ſuũ & ſicut hortus ſemen ſuũ germinat: ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam, & laudem coram vniuerſis Gẽtibus.

Cap. LXII.

1 PRopter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem nõ quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor Iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accẽdatur.

IN CAPVT LXI.

1 Eo quòd vnxerit יען משח nam vnxit. Vt alligarem לחבוש ad obligandum.i.vt illis medear:vt cõſoler,& cõfirmem eos qui tum ob tardum meum aduentum penè de ſalute ſua deſperabunt.Sumpta à chirurgis metaphora, qui faſciolis ſuis fracta & contuſa alligant ſanitatis cauſa. propterea quidam vertunt,vt medelã afferrem contritis corde.vel,mederer. Apertionẽ. : פקח־קוח Duæ ſunt dictiones (inquit doctus inter Hebræos)vna tamen ſignificatio. Alius ſcribit dictionem vnam eſſe geminantem ſecundam & tertiam radicalem. Poteſt etiã vt duæ dictiones exponi,vt קוח ſit macor à לקח accepit:hoc ſenſu,ad aperiẽdum,ad accipiendũ eos è carcere,vel captiuitate.Quidam etiam Hebræorum annotat קוח ſignificare carcerem:ſic dictum quòd capti & clauſi ibi ſint.vnde noſter vertit,apertionem carceris. 2 Beneplaciti רצון placabilem.Alii,acceptabilem. Doctus inter Hebræos vertit,volũtatis.& exponit redemptionis,qui eſt annus beneplaciti,vt ſuprà cap.6.b.10,Et in voluntate mea miſertus ſum tui. 3 Vt ponerẽ,&c. לשום לאבלי ציון לתת להם פאר Ad cõſtituendũ lugẽtibus in Sion vt dem illis decorẽ.vel,vt detur illis decor. Miſerũ populi ſtatũ in libertatẽ reſtituendũ ſignificat. Cõſtricto: כהה deſiciente.ſiue debili & infirmo,aut languido. Et vocabuntur *in* eis וקורא להם Sing.Heb.pro plur.& vocabitur *in* eis.Hebraiſmus,pro,ad vocandũ eos.Aut redũdat להם,pro,& vocabũtur.Similis loquutio ſuprà cap.58.d.12. Arbores אלי fortes.ab איל fortitudo. Vt glorificer. : להתפאר Ad verbũ,ad glorificandum.i.vt glorificem me in illis:vel,gloriam habeam de illis. 4 Longi temp. עולם Ad verbũ, ſeculi. Vide eundem penè verſum ſuprà cap.58.c.12. Antiquorum ראשונים primorum.i.priſcas. Et innouabunt,&c. וחדשו וגו׳ & innouabunt ciuitates deſertas, ſolitudines gener.&c.i.inſtaurabunt. Alii, inſtaurabunt vrbes vaſtitatis, ſolitudines multarum ætatum. vel ſeculorum. 5 Stabuntque ועמדו .i.ſurgent:quòd finis ſurrectionis ſit ſtatio.q.d.venient ex Gentibus,qui,&c.

6 Opes חיל fortitudinem.i.opes.q.d.opibus fruemini quas Gentes in medium afferent,vbi fidem receperint.

7 Duplicia משנה Ad verbum,duplex.i.duplicem mercedem. Exultabunt *de* port.&c. ירונו חלקם וגו׳ Quidam perſonæ mutationem eſſe dicunt,vertentes, Vocẽ lætã edetis *in* parte veſtra:ideo in terra veſtra duplicia poſſidebitis,lætitia ſempiterna erit vobis.

8 Opus eorum פעולתם mercedem eorum.i.mercedem condignam reddam eis. In veritate באמת .i.verè,& ſine fraude.Alii vertunt,firmum. 9 Et germina eorum וצאצאיהם .i.filii,vel nepotes 10 Pallio iuſt.ind.me מעיל צדקה יעטני indumento iuſtitiæ circundedit me. Tanquam ſpon.&c. כחתן יכהן פאר Fut.Heb.pro præſ.Qui volunt verbum referri ad ſponſum qui magnificat gloriam,vertunt vt verſum eſt,nempe,inſtar ſponſi qui elegantiſſimè ac ſplendidiſſimè ornat ſeſe.Alii referunt ad Dominum, vertentes futurum in præt.tanquam ſponſum ornauit decore. Et tanquam ſponſa : וככלה תעדה כליה Ad verbum,& tanquam ſpõſam quæ ornabit ſe vaſis ſuis.i.quæ die nuptiarum ornat ſeſe monilibus ſuis.id hoc loco ſignificant vaſa. 11 Profert תוציא Fut. Heb.pro præſ.

IN CAPVT LXII.

1 Quieſcam אשקוט ſilebo.

2 Et videbunt Gentes iuſtum tuum, & cũcti Reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.

3 Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

4 Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua nõ vocabitur amplius deſo-
B lata: ſed vocaberis Volũtas mea in ea: & terra tua, Inhabitata: quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.

5 Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filii tui: & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus.

6 Super muros tuos, Ieruſalem, conſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt, Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis,

C 7 Et ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalem laudem in terra.

8 Iurauit Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ, Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis: & ſi biberint filii alieni vinum tuum in quo laboraſti.

9 Quia qui congregabũt illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibẽt in atriis ſanctis meis.

Suprà 57.d.14

10 |Tranſite, tranſite per portas, præ-
D parate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate ſignum ad Populos.

Zach.9.b.9
matth.21.a.5

11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, |dicite filiæ Sion, Ecce ſaluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

12 Et vocabũt eos Populus ſanctus, redempti à Domino: tu autem vocaberis, Quæſita ciuitas, & non derelicta.

Cap. LXIII.

1 QVis eſt iſte qui venit de Edõ, tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.

Apoc.19.c.12

2 |Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?

3 Torcular calcaui ſolus, & de Gẽtibus nõ eſt vir mecũ: calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.

4 Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit.

5 Circunſpexi, & nõ erat auxiliator: quæſiui, & non fuit qui adiuuaret: & ſaluauit mihi brachium meum, & in-
B dignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi.

6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terrã virtutẽ eorũ.

---

2 Et videbunt Gentes iuſtitiam tuã, & cuncti Reges gloriam tuã: ′vocabitúrque tibi nomen nouum quod os Domini″imponet.

3 Et eris *tanquam* corona gloriæ in manu Iehouæ, & *ut*″diadema regni inmanu Dei tui.

Eccleſiæ nomẽ nouum, in qua Dei volũtas fit.

4 ′Non dicetur tibi vltrà Derelicta: & terræ tuæ non dicetur amplius″Deſolata: ſed vocaberis, ′Volũtas mea in ea: & terra tua, ′Maritata: quia complacuit Iehouæ in te, & terra tua nubet viro.

5 *Sicut* enim ducit in vxorem iuuenis virginem, *ita quaſi* ducent te in vxorem filii tui: & *ut* eſt gaudium ſponſo ſuper ſponſam, *ſic* gaudebit ſuper te Deus tuus.

Eccleſia dilecta à Deo.

6 Super muros tuos, ô Ieruשׁſaláim, cõſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte iugiter non tacebunt, ″Qui reminiſcimini Iehouæ, ne ſilentium ſit vobis.

Epiſcopi & miniſtri vigilantes in verbo.

7 Neque detis ſilentium ei, donec′ſtabiliat, & donec′ponat Ieruשׁſaláim laudem in terra.

8 Iurauit Iehouáh per dexteram ſuam, & per brachium fortitudinis ſuæ, Si dedero triticum tuum vltrà in cibum inimicis tuis: & ſi biberint filii alieni vinum tuum″in quo laboraſti.

Fructus verbi quod docent miniſtri.

9 Sed qui congregauerint illud, comedẽt ipſum, & laudabũt Iehouã: & qui cõgregauerint hoc, bibẽt illud in atriis″ſanctitatis meæ.

10 Tranſite tranſite per portas, expurgate viã populi, ſternite ſternite viã *lapidibus*, ″purgate *eam* lapidibus, eleuate vexillũ ad populos.

11 Ecce Iehouáh ″audiri fecit ad extremum terræ, Dicite filiæ צSiión, Ecce ſalus tua venit, ecce merces eius cum eo, ″& opus eius coram illo.

Chriſti aduentus.

12 Vocabúntque eos Populum ſanctum, redemptos à Iehouáh: tu autẽ vocaberis, Requiſita ciuitas, non derelicta. Cap. LXIII.

1 QVis iſte qui venit de אEdóm, rubras veſtes habens de Boצſráh? iſte *inquã* decorus in veſte ſua, ′demigrare faciẽs in multitudine potẽtiæ ſuæ? ego qui loquor in iuſtitia, magn⁹ ad ſaluãdũ.

Chriſtũ redeuntẽ in cælos victis hoſtibus admiratur Propheta.

2 Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantis in torculari?

3 Torcular′calcaui ſolus, & de Populis non fuit quiſquam mecũ: ′calcabo enim eos in furore meo, conculcabo inquam eos in ira mea: ſpargetúrque ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea″inquinabo.

Chriſtus reſpondet ſe ſanguine inimicorum aſperſum, quos ſolus vicit.

4 ″Dies enim vltionis in corde meo, ann⁹ redẽptorũ meorũ′venit.

5 Aſpexi itaque, & non erat auxiliator: ″& admiratus ſum, & non erat qui fulciret: ″ſaluauit itaque me brachium meum, & ira mea ipſa fulciuit me.

6 Et cõculcabo populos in ira mea, & inebriabo eos furore meo, ′& deſcendere faciam in terram fortitudinem eorum.

---

2 Vocabitúrque tibi no. nouum וקורא לך שם חדש Hebraiſmus, pro, & vocaberis nomine nouo. Imponet. יקבנו: vocabit. vel, exprimet. 3 Et diadema וצנוף & amictus. i. tegmẽ capitis. 4 Non dic. tibi לא־יאמר לך Hebraiſmus, pro, Nõ vocaberis. Deſolata שממה Ad verbum, Deſolatio. Voluntas mea in ea, חפצי־בה Hebraiſmus pro dilecta à me, & mihi grata. Maritata: בעולה iuncta viro. i. inhabitata. tranſlatione ſumpta ab vxore quæ viro cohabitat. Nubet viro. תבעל: Ad verbum, maritabitur. i. habitura eſt incolas qui erunt illi vice mariti. 6 Qui reminiſcimini המזכירים qui memores eſtis. vel, memoriam celebratis. i. qui prædicatis Dominum. 7 Stabiliat יכונן confirmet. Alii, reparet. Ponat Ieruשׁſ. laudẽ ישים את־ירושלים תהלה Hebraiſmus, reddat eam illuſtrem & laudabilem, vt illinc materia laudis effulgeat. 8 In quo lab. אשר־יגעת בו: Ad verbũ, *in* quo laboraſti in eo. Hebraiſmus. 9 Sanctitatis m. קרשי: . i. ſanctis meis. 10 Purgate *eam* lap. סקלו מאבן Verti poteſt, ſternite *eam* lapidibus. i. facite viam altam magnis lapidibus. Ita Hebræi. 11 Audiri fecit השמיע proclamauit. Et opus e. ופעולתו & præmiũ eius. Alii, & præmiũ operis eius.

IN CAPVT LXIII.

1 Demigrare fa. צועה . i. proficiſci faciens Iſraelem de omnibus locis captiuitatis ſuæ, in quos diſperſus eſt. Ita doctus inter Hebræos. Alii, gradiens præ multitudine, &c. 3 Calcabo e. דרכתי Fut. Heb. pro præt. vt quidam vertunt, Calcaui enim eos in ira mea, conculcaui inquã eos in furore meo, reſperſuſque eſt ſanguis eorũ ſuper veſtes meas, & omnia veſtimenta mea pollui. Inquinabo אגאלתי: Præt. Heb. nam א loco ה ponitur, vt ſcribit doctus inter Hebræos. 4 Dies en. &c. כי יום וגו׳ . i. iam olim ſtatueram vlciſci genus humanum de inimicis ſuis: tempus quo meos redimerem aduenerat. 5 Et admiratus ſ. ואשתומם & ſtupefactus ſum. vel, deſolatus eram. Saluauit it. me ותושע לי ſalutem igitur fecit mihi. vel, præſtitit. 6 Et deſcend. fa. ואוריד & proſternam.

Propheta cõmemorat beneficia Dei erga Iſraelẽ.

7 Miſerationes Iehouæ″memoria repetam, & laudes Iehouæ pro omnibus quæ cõtulit nobis Iehouáh, & multiplex bonum domui Iשſraאél, quod contulit eis ſecundum miſericordiam ſuam, & ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum.

8 Dixit autem, ″Verè populus meus ſunt, filii *qui* non mentientur, ″& fuit eis ſeruator.

9 In omni anguſtia eorum fuit″ei anguſtia, & Angelus″faciei eius ſaluos fecit eos: propter amorem ſuum ″& indulgentiam ſuam redemit eos, portauítque eos, & tulit eos cunctis diebus ſeculi.

10 Ipſi autem rebelles fuerunt, & iraſci fecerũt Spiritum ſanctum eius: ideo cõuerſus eſt eis in inimicũ, & ipſe pugnauit contra eos.

11 Et recordatus eſt dierum″lõgi temporis, Moשſéh & populi ſui: vbinam eſt qui aſcendere fecit eos de mari cũ paſtore gregis ſui? vbi eſt qui poſuit in medio eius Spiritum ſanctum ſuum?

12 ″Qui ambulare fecit ad dexteram″Moשſéh, brachio gloriæ ſuæ: qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum.

13 Qui ambulare fecit eos per voragines: ″ſicut equ⁹ *non impingit* per deſertum, non impegerunt.

14 Veluti iumentũ quod per vallẽ ″deſcendit, Spiritus Iehouæ deduxit eum: ſic deduxiſti populũ tuũ, vt faceres tibi nomen gloriæ.

Conquerũtur Iudæi ſe à Deo derelictos, & traditos in errorem.

15 Aſpice è cælo, & vide de habitaculo ſãctitatis tuæ & gloriæ tuæ: vbinam eſt zelus tuus & fortitudo tua, ″multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? ″mihi continent ſeſe.

16 Tu enim pater noſter es, ″etiamſi Abrahám neſciat nos, & Iשſraאel non agnoſcat nos: tu *tamen* Iehouáh pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo eſt nomen tuum.

Salutem precãtur.

17 Quare errare nos feciſti ô Iehouáh, de viis tuis, ″induraſti cor noſtrum à timore tuo? conuertere propter ſeruos tuos, *qui ſunt*″tribus hæreditatis tuæ.

18 Breui tempore poſſederũt *hæreditatem tuam* populus ſanctitatis tuæ, hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctuarium tuum.

19 ″Fuimus *ut ij* quibus à ſeculo non es dominatus, ſuper quos non eſt inuocatum nomen tuum.

Cap. LXIIII.

In luctu Iudæorum perſeuerat Propheta, quo profundiſſimis deſideriis ſuũ deplorat exilium.

1 V″Tinam dirumperes cælos, ac deſcenderes, & à facie tua montes defluerent,

2 ″Sicut exurit ignis liquefaciẽs, aquam bullire facit ignis, vt notũ facias nomen tuum hoſtibus tuis, à facie tua gentes″formidabunt.

3 Quum faceres terribilia quæ non″ſperabamus, deſcendiſti, à facie tua montes defluxerunt.

---

7 Miſerationũ Domini recordabor, laudum Domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis Domin⁹, & ſuper multitudinem bonorũ domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgentiã ſuam, & ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.

8 Et dixit, Verũtamen populus meus eſt filii non negantes: & factus eſt eis ſaluator.

9 In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, & in indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi.

C

10 Ipſi autem ad iracũdiã prouocauerunt, & afflixerũt Spiritum ſanctum eius: & cõuerſus eſt eis in inimicum, & ipſe debellauit eos.

11 Et recordat⁹ eſt dierũ ſeculi Moyſi, populi ſui: ‖vbi eſt qui eduxit eos de mari cũ paſtorib⁹ gregis ſui? vbi eſt q̃ poſuit in medio eius Spiritũ ſãcti ſui?

Exod.14.e.30

12 Qui duxit ad dexterã Moyſem brachio maieſtatis ſuæ: qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum.

13 Qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingẽtem.

14 Quaſi animal in campo deſcendẽs, Spiritus Domini ductor eius fuit: ſic adduxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.

D

Deut.26.d.15
baruch 2.d.16

15 ‖Attende de cælo, & vide de habitaculo ſancto tuo & gloriæ tuæ: vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationũ tuarum? ſuper me continuerunt ſe.

16 Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos: tu Domine pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.

17 Quare errare nos feciſti Domine, de viis tuis: induraſti cor noſtrum, ne timeremus te? cõuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

18 Quaſi nihilum poſſederũt populũ ſanctum tuum: hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam.

19 Facti ſumus quaſi in principio, quũ non dominareris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

Cap. LXIIII.

1 VTinam dirumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent,

2 Sicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderẽt igni, vt notum fieret nomen tuũ inimicis tuis: à facie tua gẽtes turbarentur.

3 Quum feceris mirabilia, non ſuſtinebimus: deſcẽdiſti, & à facie tua mõtes defluxerunt.

---

7 Memoria rep. אזכיר memorabo. 8 Verè אך Certé. Et fuit eis ויהי להם itaque factus eſt eis. 9 Ei לא Annotant Hebræi hìc ſcribi לא, & legendum eſſe לו ei. i. quum affligebantur, videbatur quodammodo affligi. Faciei eius פניו .i. miſſus ab eo. Hebraiſmus. Et indulgentiam ſ. ובחמלתו & clementiam ſuam. 11 Longi tẽp. עולם ſeculi. i. priſcorũ. 12 Qui ambulare fec. מוליך Qui deduxit. Moשſéh משה Genitiuus eſt. 13 Sicut equus כסוס Quidam præcedentibus iungunt, hoc modo, Qui deduxit eos per abyſſos, velut equos in deſerto, vt non impegerint. vel, quaſi equos *qui currentes* per deſertum, non impingunt.

14 Deſcendit, תרד Fut. Heb. pro præſ. 15 Multitudo viſce. t. המון מעיך Hebraiſmus, Amor ille maximus quo proſequebaris olim populum tuum. Mihi con. ſe. אלי התאפקו: Præt. Heb. pro præſ. i. meo damno cõtinent ſe apud te. Alii, erga me cohibuerunt ſe.

16 Etiamſi Abraham כי אברהם Obſeruandũ כ pro quanuis, aut etiamſi. q. d. tametſi abnegent nos Patres noſtri, tamen nos ô Deus pro filiis habiturus es, téque patrem nobis præſtabis: etiamſi ius patrium ceſſet, cognatióque omnis in terra, tamen pater eſſe non deſines. Alii tamen vertunt, nam Abraham non nouit nos, &c. q. d. non eſt quod inuocemus eos, nam nunquam iuuerunt nos. 17 Induraſti תקשיח remouiſti. vel, recedere feciſti. ita doctus inter Hebræos. Tribus שבטי Quidã ſubaudiũt præpoſitionẽ Ad, alii Propter: vt ſit, ad tribum. vel propter tribum. 19 Fuimus, &c. היינו מעולם וגו׳. i. fuimus vt ii quorũ non fuiſti Dominus, aut qui te non agnouerunt: & qui non fuerunt vocati de nomine tuo, hoc eſt qui non fuerunt populus tuus. Ad verbum legitur, Fuimus, à ſeculo non dominatus es in eis, non inuocatum eſt nomen tuum ſuper eos.

IN CAPVT LXIIII.

1 Vtinã dirũp. לוא קרעת Iſtud eſt finis vltimi verſus præcedẽtis capitis apud Hebræos. 2 Sicut exurit, &c. בקדוח אש המסים וגו׳ Tãquã incẽdio ignis liquefactionũ, ignis aquas ebulire fecit, vt notũ, &c. Vel vt alii, Sicut exarſit ignis diſſoluẽs, & aquas feruere fecit ignis, vt notum faceres, &c. Alludit ad montem Sinai: & pendet hic verſus à præcedenti, Vtinã dirumperes, &c. Formidabunt. ירגזו: formident. timeant ſibi. Quidã ſic liberius vertunt, tres iſtos verſus ſimul iungentes, O ſi cælũ ſcindas, *ac* deſcendas, quo mõtes à facie tua, tanquã ab ignis incendio, colliqueſcãt, ignis inquam qui ebullit violentas aquas, vt innoteſcat nomen tuũ hoſtibus tuis, & Gentes à conſpectu tuo contremiſcant: *Vtinam inquam deſcenderes ut olim* deſcendiſti quum faceres terribilia quæ non expectabamus, & à conſpectu tuo montes colliqueſcebant. 3 Sperabamus נקוה expectabamus.

1.Corin.2.b.9 |A ſeculo non audierunt,neque auribus perceperũt:oculus nõ vidit, Deꝰ abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. 4

B Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabuntur tui: ecce,tu iratus es,& peccauimus:in ipſis fuimus ſemper,& ſaluabimur. 5

Et facti ſumus vt immundus omnes nos,& quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ:&cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates C noſtræ quaſi ventus abſtulerũt nos. 6

Nõ eſt qui inuocet nomen tuũ,qui conſurgat,& teneat te:abſcondiſti faciem tuam à nobis: & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. 7

Et nunc Domine, pater noſter es tu, nos verò lutũ: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarũ omnes nos. 8

Pſal.78.b.8 |Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne vltrà memineris iniquitatis: ecce reſpice,populus tuus omnes nos. 9

D |Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt,Ieruſalem deſolata eſt. 10

Domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te Patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. 11

Nunquid ſuper his continebis te Domine,tacebis & affliges nos vehementer? 12

Cap.LXV.

Rom.10.d.20 1 |QVæſierunt me qui antè non interrogabant,inuenerunt qui nõ quæſierũt me.dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non inuocabat nomen meum.

Expãdi manus meas tota die ad populũ incredulũ,qui graditur in via nõ bona,poſt cogitationes ſuas: 2

Populus qui ad iracũdiã prouocat me ante faciẽ meã ſẽper: q immolãt in hortis,& ſacrificãt ſuper lateres. 3

Qui habitãt in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt:qui comedunt carnem ſuillam, & ius prophanum in vaſis eorum. 4

Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi,quia immũdus es: iſti fumus erunt in furore meo,ignis ardens tota die. 5

Ecce ſcriptum eſt coram me:nõ tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinum eorum. 6

Iniquitates veſtras, & iniquitates patrũ veſtrorũ ſimul,dicit Dominus, qui ſacrificauerũt ſuper mõtes, & ſuper colles exprobrauerũt mihi,& remetiar opꝰ eorũ primũ in ſinũ eorũ. 7

Hæc dicit Dominus, Quomodo ſi inueniatur granum in botro,& dicatur, Ne diſſipes illud,quoniam benedictio eſt: ſic faciam propter ſeruos 8

---

4 Et à ſeculo non audierunt,neque auribus perceperũt:oculus nõ vidit Deum *alium* præter te,qui faciat *ſic* expectanti ipſum.

5 ″Occurriſti gaudenti *in te*, & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabantur tui: ecce *autem* iratus es, ″quia peccauimus: ″in ipſis *fuimus in* ſeculum,& *tamen* ſalui facti ſumus.

6 Eramus autem vt immundus omnes nos,& tanquã veſtimentũ ″inquinatum omnes iuſtitiæ noſtræ: & decidimus veluti folium, omnes nos,& iniquitates noſtræ,tanquam vẽtus, abſtulerũt nos. Omnes peccatores.

7 Et nemo eſt qui inuocet nomen tuum,qui excitet ſeſe vt apprehendat *te*: abſcondiſti enim faciem tuã à nobis, ″& diſſoluiſti nos, ″in manu iniquitatum noſtrarum.

8 Nunc igitur Iehouáh pater noſter es,nos lutum,& tu fictor noſter,opúſque manus tuæ omnes nos. Orat Deũ Propheta,vt populũ ſuũ non abiiciat.

9 Ne iraſcaris Iehouáh ″vſque valde, & ne in ſeculum memineris iniquitatis:en reſpice quæſo,populus tuus omnes nos.

10 Ciuitates ſanctitatis tuæ fuerunt *ut* deſertum, צSiión *ut* deſertũ fuit,Ieruשſaláim deſolata.

11 Domus″ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ, in qua laudauerunt te Patres noſtri,fuit″in exuſtionem ignis,& omne deſiderabile noſtrum fuit in deſolationem.

12 Nunquid ſuper his cõtinebis te Iehouáh,tacebis,& affliges nos ″vſque valde?

Cap. LXV.

1 Q″Væſitus ſum ab iis qui *antea* non″interrogabãt,inuentus ſum ab iis qui non quærebant me:dixi,Ecce ego,ecce ego,ad gẽtem″non vocatam nomine meo. Gentiũ vocatio.

2 Expandi manus meas″tota die ad populum″peruerſum,qui gradiuntur per viam non bonam,poſt cogitationes ſuas: Gentes quales.

3 Ad populum *inquam* qui iraſci faciũt me, in faciem meã ſemper: qui ſacrificant in hortis,& ſuffiunt ſuper lateres.

4 Qui manent in ſepulchris,& in deſertis pernoctant:qui comedunt carnem ſuillam,& ius″prophanatorum *eſt in* vaſis eorum.

5 Qui dicũt,″Mane apud te,″ne appropinques mihi,quia ſanctior ſum te.iſti *ſunt*″fumus in furore meo,ignis ardens tota die.

6 Ecce *peccatum iſtud* ſcriptum eſt coram me, nõ tacebo, ſed reddam & rependam in ſinum eorum. Idololatræ puniendi.

7 Iniquitates veſtræ, & iniquitates patrum veſtrorũ ″ſimul, dixit Iehouáh: qui ſuffierunt ſuper montes, & ſuper colles probris affecerunt me:idcirco remetiar opus eorum″primùm in ſinũ eorum.

8 Sic dixit Iehouáh, Quẽadmodũ″inuenitur muſtũ in botro,& dicit *quis*,Ne perdas illud,nam benedictio eſt in illo:ſic faciã propter Ex Iudæis reliquiæ ſaluatæ, & vehemẽter multiplicatæ.

---

5 Occurriſti gaud. פגעת את־שש ſub.occurſu mortis.i.ſuſtuliſti eos de medio qui gaudebãt,&c.& meminiſſe ſolebãt tui. Alii,Hebraiſmum ſic exponunt, Olim ſolebas occurrere Patribus, eóſque aduentu tuo exhilarare:ecce autem nunc longè abes. Hoc pacto tacita ſubeſt antitheſis. Docti quidam Hebræorum vertunt, Exaudiſti *orationem* eorum qui lætabantur *in te*,& faciebant iuſtitiam,*&* in viis tuis recordabantur tui. Quia pecc. ונחטא & peccauimus. Alii,poſtquam peccauimus. In ipſis,&c. בהם עולם ונושע׃ Seculum hoc loco pro diuturnitate. Referri autem poteſt vel ad peccata, hoc ſenſu,Tametſi obſtinati fuimus in peccatis noſtris, ac digni quo centies perderes,tamen miſericordia tua ſaluati ſumus. Vel ad vias Domini,& erit cauſæ redditio cur non perierit populus, Quia perpetuæ & ſtabiles ſunt viæ Domini,nec vnquam ceſſat miſericordia ipſius. 6 Inquinatum עדים ſordidorum.i.factum ex ſordidis & putidis panniculis. Quidam vertunt,& vt veſtis centonum. 7 Et diſſol. ותמוגנו & tabeſcere feciſti.vel,euaneſcere.aut,liqueſcere. In manu iniq. ביד עוננו׃ Hebraiſmus,propter iniquitates noſtras. 9 Vſque valde, עד־מאוד vltra modum. Sic paulo pòſt verſu vltimo.

11 Sanctificationis no. קדשנו ſanctuarii noſtri. In exuſtionẽ לשריפת in incendiũ.i.correp ta eſt incendio. 12 Vſque valde? עד־מאוד׃ tam vehementer?vltra modum?

IN CAPVT LXV.

1 Quæſitus ſum ab iis qui,&c. נדרשתי וגו׳ Exhibui me quærendũ iis qui,&c. Vel,Effeci vt me quærerent ii. Alii,Obuiam iui. Occurri iis qui,&c. Alii,Pateſeci me iis qui. Interrogabãt, שאלו Præt.perf.Heb.pro imperf.vel plus quàm perf. Non vocatã,&c. לא קורא בשמי׃ quæ nõ vocabatur *antea* de nomine meo.q.d.ad gẽtes,& nõ tantũ ad Iudæos. Alii vertũt,quæ nõ inuocabat nomen meũ. 2 Tota die כל־היום quotidie. Peruerſum, סורר rebellẽ. 4 Prophanatorũ פגולים pollutorũ.vel,abominationũ.i.carnium quæ comedi Lege prohibentur. 5 Mane ap.te, קרב אליך Ad verbum,Accede ad te.vel vt alii,Retrocede illuc apud te.i.Recipe te in locum tuũ.vel,contine te in loco tuo. Ne approp.mihi, אל־תגש־בי ne accedas ad me. Alii,ne cõtingas me. Fumus in fur m. עשן באפי Hebraiſmus,pro,ad iracundiã prouocant me. 7 Simul, יחדו ſub.erũt.ſiue cõiungentur.i.puniã vos propter iniquitates veſtras & propter iniquitates patrum veſtrorum:quia imitati eſtis iniquitates illorũ. Primum ראשונה .i.in primis,ſiue ante omnia. Alii,vetuſtum.

8 Inuenitur,&c. ימצא וגו׳ ſiquis inueniat muſtum in botro,& dicat.

66

ſeruos meos, vt non diſperdam totum.

9 Et educam de Iayacób ſemen,& de Iehudáh qui hæreditate accipiat montes meos, hæreditatéque accipient eam electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi.

10 Erítque″planities habitaculum pecorũ, & vallis yAchor *locus* accubitus armentorum populo meo qui requiſierunt me.

Infidelibus pœnas minatur.

11 Vos autem qui derelinquitis Iehouam,qui obliuiſcimini montis ſanctitatis meæ,qui paratis″exercitui *cæli* menſam, *quíque* adimpletis″numero *ſtellarum* libamen:

12 ″Numerabo certè vos gladio, & omnes vos iugulationi incuruabitis vos:eo quòd vocaui,& non reſpondiſtis:loquutus ſum,& non audiſtis,feciſtíſq;″malũ in oculis meis,″& quæ nolui elegiſtis.

Fideliũ gaudia, & impiorum ſupplicia.

13 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh,Ecce ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis:ecce ſerui mei bibent,& vos ſitietis:ecce ſerui mei lætabuntur,& vos pudore afficiemini:

14 Ecce ſerui mei″lætabuntur præ iucunditate cordis,& vos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione ſpiritus vlulabitis:

15 Et relinquetis nomẽ veſtrũ″in execrationẽ electis meis:interficiétq; te Domin⁹ Iehouáh,ſeruos autẽ ſuos vocabit nomine alio.

16 ″Qui benedicet ſe in terra, benedicet ſeſe in Deo veraci: & qui iurauerit in terra,iurabit in Deo veraci:quoniã obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores,″& abſcondent ſe ab oculis meis.

17 Ecce enim ego creo cælos nouos & terram nouam,& non memorabuntur″priores,″nec aſcendent ſuper cor.

Quantum gaudium in Eccleſia ſpiritibus per Chriſtum regeneratis.

18 Sed″gaudete & exultate in ſeculũ ſeculi in his quæ ego creo: nã ecce ego″creo Ieruשׁſaláim exultationem,& populũ eius gaudiũ.

19 Et exultabo in Ieruשׁſaláim,gaudebóq; in populo meo,nec audietur in ea vltrà vox fletus,& vox clamoris.

20 ″Non erit inde vltrà infans dierum,& ſenex qui non impleuerit dies ſuos: quoniam puer centenarius morietur, & peccator centenarius maledicetur.

21 AEdificabúntque domos,& habitabunt *in illis*: atque plantabũt vineas,& comedent fructum earum.

22 Non ædificabunt *domos*, & alius habitabit *in illis*: non plantabunt, & alius comedet: ″nam iuxta dies arboris erunt dies populi mei, & opus manuum ſuarum ad vetuſtatem perducent electi mei.

23 Non laborabunt in vanum,nec parient″cũ terrore: quia ſemen benedictorum à Iehouáh ſunt,″& germina eorum cum eis *uiuent*.

Inuitatio ad orationem.

24 Erit præterea, antequam clament ego audiam: adhuc ipſis loquentibus ego audiam.

Regnum Chriſti pacatiſſimum.

25 Lupus & agnus paſcentur ſimul,&leo ſicut bos comedet paleã, & cibus ſerpentis erit puluis:nõ affligent,neque″nocebũt in toto

meos,vt non diſperdam totum.

9 Et educam de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentem montes meos, & hæreditabunt eam electi mei,& ſerui mei habitabunt ibi.

10 Et erunt campeſtria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armẽtorum populo meo qui requiſierunt me.

11 Et vos qui dereliquiſtis Dominum, qui obliti eſtis montẽ ſanctum meũ, qui ponitis Fortunæ menſam,& libatis ſuper eam:

12 Numerabo vos in gladio,& omnes in cæde corruetis:‖pro eo quòd vocaui,& non reſpõdiſtis: loquutus ſum, & non audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis,&quæ nolui elegiſtis.

Prouer.1.c.23
ierem.7.c.13
infrà 66.b.4

C

13 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus,Ecce ſerui mei comedẽt,& vos eſurietis:ecce ſerui mei bibẽt, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini.

14 Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis:& vos clamabitis prę dolore cordis,& præ contritione ſpiritus vlulabitis.

15 Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus,& ſeruos ſuos vocabit nomine alio.

16 In quo qui benedict⁹ eſt ſup terrã, benedicetur in Deo amẽ:& q iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores,& quia abſcõditæ ſunt ab oculis noſtris.

17 Ecce enim‖ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erũt in memoria priora,& nõ aſcẽdẽt ſup cor.

2.Pet.3.e.13
apoc.21.a.1

18 Sed gaudebitis &exultabitis vſque in ſempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ieruſalem exultationem,& populum eius gaudium.

19 Et exultabo in Ieruſalẽ,& gaudebo in populo meo:& non audietur in ea vltrà vox fletus & vox clamoris.

D

20 Non erit ibi amplius infans dierũ, & ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

21 Et ædificabunt domos, & habitabunt:& plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22 Nõ ædificabunt,& alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet:ſecundum enim dies ligni, erũt dies populi mei, & opera manuum eorũ inueterabunt electis meis.

23 Non laborabunt fruſtra,neque generabunt in conturbatione: quia ſemen benedictorũ Domini eſt, & nepotes eorum cum eis.

24 ‖Eritque, antequam clament, ego exaudiam:adhuc illis loquentibus, ego audiam.

Pſal.31.b.5

25 ‖Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas:& ſerpenti,puluis panis eius: non nocebunt neque occident in omni monte

Suprà 11.a.6

10 Planities חשרון שׁSaron.Vide Propriorum nominum Hebraicorum interpretationem. 11 Exercitui לגד Fortunæ.Alii, Ioui. Numero *ſtel.* למני .i.ſeptem planetis paratis libamina.Doctus inter Hebræos exponit, Qui adimpletis vaſa eorum ad libamen numeri ſtellarum. 12 Numerabo it.vos,&c. ומניתי אתכם וגו' .i.numeratos vos enſi obiiciam,& omnes vos corruetis in cædem. Malum in oc.m. הרע בעיני .i.quod diſplicebat mihi. Et quæ nolui, ובאשר לא־חפצתי & *id* in quo mihi complacitum nõ fuit.Alii,& in quibus voluptatem non cepi. 14 Lætabuntur præ iucund.cor. ירונו מטוב לב vocem lætam ædẽt præ bonitate cordis.Ita loquũtur Hebræi,ſignificãtes hilaritatẽ cordis. 15 In execrationẽ לשבועה in iuramentũ.q.d.Faciã vt nomen veſtrũ in malis imprecationibus locum habeat: dicántque homines qui ſibi male precabuntur, Ita mihi contingat vt Iudæo idololatræ.vel,Diſpercam vt Iudæus idololatra,ſi non id fecero. 16 Qui benedicet,&c. אשר חמתברך וגו' .i.qui benedictus haberi volet,dicet & aſſeret ſe benedictum in Deo veraci,qui præſtat quod pollicetur. Et abſconden.ſe וכי נסתרו Ad verbum,& quia abſcondent ſe.Redundat כי.

17 Priores, הראשונות ſub.afflictiones.Quidã vertũt,priora. Nec aſc.&c. ולא תעלינה על־לב: Hebraiſmus,pro,tradẽtur obliuioni.

18 Gaudete & ex.שישו וגילו Imperatiua Heb.pro fut.gaudebitis & exultabitis. Creo Ieru.&c.' בורא את־ירושלים וגו Præſ.Heb.pro fut. creaturus ſum Ieruſalẽ *cũ* exultatione,& populũ eius *cũ* gaudio.i.inſtauraturus ſum Ieruſalẽ, hoc eſt redditurus ſum Eccleſiæ & populo fideli gaudiũ & exultationẽ. 20 Nõ erit.&c. לא יהיה וגו .i.non egredietur illinc vltrà paruulus. Hyperbolæ.q.d.diutiſſimè viuent.

22 Nã iuxta dies,&c. כימי העץ וגו' .i.tãdiu viuet populus meus quãdiu viuere ſolet arbor viuaciſſima.q.d.diutiſſimè viuet,nec morietur donec viderit ædes ſuas vetuſtate cõſumptas. 23 Cũ terrore לבהלה ad conturbationẽ.i. vt cõturbẽtur morte filiorũ qui ſtatim morientur.q.d.ſi pepererint filios,filii diutiſſimè viuent. Et germina eorũ וצאצאיהם & filii eorum,aut nepotes.q.d. non morientur ante illos. 25 Nocebunt ישחיתו perdent,vaſtabunt.

ſancto meo,dicit Dominus.

Cap. L X V I.

Act.7.f.48

1 HAEc dicit Dominus,‖ Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellũ pedum meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ?

2 Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus. ad quem autem reſpiciã, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

3 Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virũ: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canẽ: qui offert obla-
B tionem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. hæc omnia elegerunt in viis ſuis, & in abominationib⁹ ſuis anima eorum delectata eſt.

4 Vnde & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: ‖quia vocaui, & non erat qui reſponderet: loquutus ſum, & non audierũt: fecerúntq; malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

Prouer.1.c.23
ierem.7.c.13
ſuprà 65.b.12

5 Audite verbum Domini qui tremitis ad verbũ eius: dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum, Glorificetur Do-
C minus, & videbimus in lætitia veſtra: ipſi autem confundentur.

6 Vox populi de ciuitate, vox de tẽplo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.

7 Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum.

8 Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul, quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos?

9 Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego qui generationẽ cęteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

D 10 Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eã: gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eam:

11 Vt ſugatis, & repleamini ab hubere cõſolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab oĩmoda gloria eius.

12 Quia hęc dicit Dominus, Ecce ego declinabo ſuper eã quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentẽ inũdantẽ gloriã Gentiũ, quã ſugetis: ad hubera portabimini, & ſup genua blãdiẽtur vobis.

13 Quomodo ſicui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini.

14 Videbitis, & gaudebit cor veſtrũ, & oſſa veſtra quaſi herba germina-
E bunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis.

15 Quia ecce Domin⁹ in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis.

monte ſancto meo, dixit Iehouáh.

CAP. L X V I.

1 SIc dixit Iehouáh, Cælum *eſt* ſolium meum, & terra ſcabellum pedum meorum: ″quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi, & quis eſt locus quietis meæ?

Non in manufactis templis habitat Deus.

2 Omnia nanque iſta manus mea fecit, & *uerbo meo* facta ſunt omnia hæc, dixit Iehouáh: ″& cum hoc, reſpiciam ad pauperem & cõtritum ſpiritu, & *ad* trementem ad verba mea.

3 Qui immolat bouem, *perinde peccat atque* qui interficit virũ: qui immolat pecus, *ut qui*″ iugulat canem: qui offert ″oblationem, *eſt ut qui offert* ſanguinem ſuillum: ″qui recordatur thuris, *ut qui*″ benedicit idolo. ″etiam ipſi elegerunt vias ſuas, & abominationes eorum anima ipſorum dilexit.

Sacrificia reiicit quæ abſque miſericordia & fide.

4 Etiam ego eligam″ illuſiones eorum, ″& quæ timent adducã eis, eo quòd vocaui, & nemo reſpondit: loquutus ſum, & non audierunt: ″fecerúntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

5 Audite verbũ Iehouæ, qui tremitis ad verbũ eius: dixerunt fratres veſtri odio habentes vos, repellentes vos *à ſe* propter nomen meum, ″Glorificetur Iehouáh, ″& conſpiciatur in lætitia veſtra: & ipſi pudore afficientur.

Conſolatur De⁹ eos qui propter eũ affliguntur.

6 Vox ″ſonitus ex vrbe *audietur*, vox de templo, vox Iehouæ reddẽtis retributionem inimicis ſuis.

7 ″Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, peperit maſculum.

8 Quis *unquam* audiuit ſimile, & quis vidit ſimile? ″an edita eſt in lucẽ terra die vna? an″ parietur gens vice vna, quòd parturiuit, etiam peperit ẍSiión filios ſuos?

9 An ego venire faciã ad partum, & nõ parere faciam, dixit Iehouáh? aut ego qui generare facio, prohibebo *ne pariãt*, dixit Deus tu⁹?

10 Lætamini cum Ieruשſaláim, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio, vniuerſi qui lugetis ſuper eam:

Exhortatur ſuos ad lætitiam.

11 Vt ſugatis, & ſaturemini vbere conſolationum eius, ″vt mulgeatis, & delectemini ſplendore gloriæ eius.

12 Sic enim dixit Iehouáh, Ecce ego″ declino ad eam tanquam fluuium, pacẽ: & tanquã torrẽtem inundantem, gloriam Gentium, & ſugetis: ſuper latus portabimini, & ſuper genua″ lætificabimini.

Pax in Eccleſia.

13 Sicut vir quem mater ſua conſolatur, ſic ego conſolabor vos, & in Ieruשſaláim conſolationem accipietis.

Cõſolatio in tribulationibus.

14 Videbitíſque, & gaudebit cor veſtrum, oſſáque veſtra tanquam herba germinabunt: & cognoſcetur manus Domini ″cum ſeruis ſuis, & iraſcetur inimicis ſuis.

15 Ecce enim Iehouáh in igne veniet, & tãquam turbo *uenient* quadrigæ eius: ″vt reddat in ira furorem ſuũ, & increpationem ſuam in flammas ignis.

Iudicium Dei extremum.

IN CAPVT LXVI.

1 Quæ eſt iſta, &c. אי־זה בית וגו' vbi iſta domus quã ædificabitis mihi? & vbi hic locus, &c. 2 Et cũ hoc reſp. ואל־זה אביט & ad hunc reſpiciam. Alii, & tamen reſpiciam. Alii, & ad eum *potius* reſpicio qui eſt pauper, &c. 3 Iugulat עורף Ad verbum, deceruicat. Oblationem, מנחה minħha. Qui recor. thuris מזכיר לבונה Hebraiſmus, pro qui adolet, aut ſuffire facit thus. Benedicit ido. מברך און benedicit iniquitati. Alii, qui offert pro munere pecuniam rapto congeſtam. nam ברך etiam offerre munus ſignificat. Etiã ipſi, &c. גם המה בחרו וגו' & ſanè elegerunt vias eorum, & abominationes eorum anima ipſorum deſiderauit. Alii, nam & ipſi elegerunt, &c.

4 Illuſiones e. בתעלוליהם adinuentiones eorum. Et quæ timent ומגורותם Ad verbum, & timores eorum. Feceruntque ma. &c. ויעשו הרע וגו' Hæc eadẽ leguntur capite præcedenti, verſu 12. 5 Glorificetur יכבד .i. glorioſus appareat liberando vos. Ironia. Alii, Grauis eſt. i. præcepta eius grauia ſunt & importabilia. Et conſp. in læ. ve. ונראה בשמחתכם & videamus lætitiã veſtram. Alii referunt hæc ad ſequentia, vertentes, atqui videbitur cum lætitia veſtra, illi autem pudefient. 6 Sonitus שאון tumultus.

7 Antequam part. &c. בטרם תחיל ילדה Antequam parturiat, pariet: antequam veniat dolor ei, pariet, &c.

8 An edita, &c. היוחל Ad verbum, ſi Latine dici poſſet, parturita eſt. Quidã, an nata eſt. Alii, an parietur. Parietur יולד naſcetur.

11 Vt mulg. למען תמוצו vt exprimatis. 12 Declino נוטה extẽdo. Alii, multiplico. augeo ſuper eã. Lætificabimini. תשעשעו .i. ad riſum & luſum prouocabimini. 14 Cum ſeruis ſuis, את־עבדיו erga ſeruos ſuos. 15 Vt reddat in ira, &c. להשיב בחמה אפו וגו' vt conuertat in indignationem iram ſuam, & increpationem ſuam in flammas ignis. i. in iram ardentiſſimam. q. d. vt acrius ac ſeuerius ſolitò puniat inimicos ſuos.

16 Quoniã in igne Iehouáhʹiudicabit,&in gladio ſuo cũ omni carne:ʹmultíque erunt interfecti à Iehouáh.

In hypocritas.

17 Qui ſanctificant ſe,& qui mundant ſeʹin hortis,ʹpoſt *piſcinam* peculiarem *quæ eſt* in medio *horti*: comedentes carnem ſuillam,& abominationem,atque murem,ſimul conſumentur,dixit Iehouáh.

18 Ego autemʹ*ero cum* operibus eorum, & cogitationibus eorũ *quando tempus* veniet vt congregem omnes gentes,& linguas: veniéntque, & videbunt gloriam meam.

VocatioGẽtium per prædicationẽ Apoſtolorũ.

19 Ponámq; in eis ſignum,&mittam ex illisʹeuaſores ad Gentes *in* Tharשiש,Púl,& Lud,*& ad*ʹtrahẽtes arcu,*ad* Iubál,& Iauan,*atque* ad inſulas remotas,quæ non audierunt famã meam, & non viderunt gloriam meam,& annuntiabunt gloriam meam in Gentibus.

20 Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gẽtibus donum Iehouæ in equis, & in quadrigis,& in lecticis,& in mulis,ʹ& in carrucis, ad montem ſanctum meum Ieruשaláim, dixit Iehouáh: quemadmodum inferunt filii Iשraאel oblationem in vaſe mundo,in domum Iehouæ.

21 Et etiã ex eis aſſumã in ſacerdotes,& in Leuitas, dixit Iehouáh.

22 Nam ſicut cæli noui & terra noua , quæ ego facio, ſtant coram me,dixit Iehouáh: ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum.

Perpetuæ feriæ & ſabbatha apud Chriſtianos.

23 Et erit *ut* de menſeʹin menſem eius, & de ſabbatho in ſabbathũ eius,veniat omnis caro,ʹvt incuruet ſe coram me,dixit Iehouáh.

24 Et egredientur, videbúntque cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me:quoniam vermis eorum nõ morietur, & ignis ipſorum non extinguetur:erúntqueʹopprobrium omni carni.

16 Quia in igne Dominus diiudicabit,& in gladio ſuo ad omnem carnẽ, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

17 Qui ſanctificabantur, & mũdos ſe putabant in hortis poſt vnam intrinſecus,qui comedebant carnem ſuillã, & abominationem,& murem: ſimul conſumentur,dicit Dominus.

18 Ego autem opera eorum,&cogitationes eorum venio vt cõgregẽ cum omnibus gentibus & linguis: & venient,& videbunt gloriam meam. B

19 Et ponam in eis ſignum , & mittã ex eis qui ſaluati fuerint,ad Gẽtes in mare,in Africam,& Lydiam,tenẽtes ſagittam: in Italiam & Græciam , ad inſulas longè , ad eos qui non audierũt de me,&nõ viderunt gloriã meã, & annuntiabũt gloriã meãGentibus.

20 Et adducent omnes fratresveſtros de cunctis Gentibus donum Domino,in equis,& in quadrigis,& in lecticis,& in mulis,& in carrucis,ad montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus , quo modo ſi inferant filii Iſrael munus in vaſe mũdo in domũ Domini.

G

21 ‖Et aſſumam ex eis in ſacerdotes & Leuitas,dicit Dominus. Apoc.21.a.1

22 Quia ſicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus:ſic ſtabit ſemẽ veſtrum, & nomen veſtrum.

23 Et erit mẽſis ex menſe,& ſabbathũ ex ſabbatho: veniet omnis caro vt adoret corã facie mea,dicit Dominus.

24 Et egredientur,& videbunt cadauera virorũ qui præuaricati ſunt in me: ‖vermis eorum nõ morietur,& ignis eorum non extinguetur : & erunt vſque ad ſatietatẽ viſionis omni carni. Marc.9.g.44

16 Iudicabit, נשפט Præt.Heb.pro Fut.Alii,diſceptabit. Multique, &c. ורבו חללי יהוה׃ Ad verbum, multiplicabuntúrque interfecti Iehouæ.i.multi peribunt in eo iudicio. 17 In hortis, אל־הגנות .i.in piſcina quæ eſt in horto. Poſt *piſcinam* peculiarem, אחר אחד poſt vnam. i.inſignem & præcipuam quæ in loco peculiari eſt in medio horti. Legitur &,poſt vnum:id eſt peculiarem, & inſignẽ, ac præcipuum fontem. 18 *Ero cum* oper.eorum, &c. מעשיהם וגו׳ Ad verbum, Nam ego opera eorum,& cogitationes eorum: *quia* venit *tempus* vt congregem .Quidam vertunt,Ego autem *noui* opera & cogitationes eorum:venit *tempus* quo congregabo,&c.
19 Euaſores פליטים ſeruatos.ſiue,qui euaſerint,& ſaluati fuerint. Trahentes arcu, מושכי קשת .i.ad Thraces,ſiue Turcas.
20 Et in carrucis, ובכרכרות & in equis velocibus. Alii,camelis. 23 In menſem eius, בחדשו Redundat vtrobique pronomen EIVS,id eſt quotidie, cunctis diebus. Doctus inter Hebræos vertit, de calendis in calendas eius. Vt incuruet ſe coram me, להשתחות לפני vt adoret me. 24 Opprobrium דראון abominationi.contemptui. Alii,nauſea.vt non poſſint eos videre ob multitudinem vermium qui in illis erunt.

Prophetia Ieremiæ, Hebraicè ירמיה

NOVA EX HEBRAEO TRANSLATIO.

Cap. I.

Ieremiæ genus, & quo tempore prophetauerit.

1 ʹVerba Irmeiáhu filii חHilciiáhu de ſacerdotibus ʹqui *erãt* in עAnathóthʹin terra Beniamín.

2 ʹAd quem factum eſt verbum Iehouæ in diebus Iאoשſiiáhu filii Amón Regis Iehudáh,decimotertio annoʹquo regnauit ipſe:

3 ʹFactũ eſt præterea in diebus Iehoiacímʹfilii Iאoשſiiáhu Regis Iehudáh,ʹvſque ad conſummationem vndecimi anni צSidciiáhu ʹfilii Iאoשſiiáhu Regis Iehudáh,ʹvſque ad trãſmigrationem Ieru-

VETVS.

Cap. I.

1 Verba Ieremiæ filii Helciæ,de ſacerdotibꝰ qui fuerunt in Anathoth,in terra Beniamin.

2 Quod factũ eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filii Amõ Regis Iuda,in tertiodecimo anno regni eiꝰ:

3 Et factum eſt in diebus Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda , vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ filii Ioſiæ Regis Iuda,vſque ad trãſmi-

IN CAPVT I.

1 Verba Irmeiáhu דברי ירמיהו ſub.ſunt hæc.q.d.ſequitur Prophetia Ieremiæ. Chaldæus paraph. Verba Prophetiæ Ieremiæ. Qui *erant* in עAnathóth אשר בענתות Id eſt qui habitabant in Anathoth.Vel vt habet Chaldæus paraph.vnus ex ſacerdotibus qui habebant ſuas poſſeſſiones in Anathoth,quanuis alibi habitarent. In terra Ben. בארץ בנימן׃ .i.in ſorte.Chaldæus paraph.in terra tribus Beniamin.
2 Ad quem fa.eſt,&c. אשר היה וגו׳ Ad verbum, Quod fuit verbũ Iehouæ ad eum.ſiue,cui factũ eſt verbũ Iehouæ ad eum..i.quẽ Dominus alloquutus eſt quo tẽpore regnabat Ioſias,&c. Quo regna.ipſe. למלכו׃ Chaldæus paraph.ex quo regnauit.vel regnare cœpit.
3 Factum eſt præt. ויהי ſub.verbum iſtud Propheticum. Ad verbum,Et fuit.pro,fuit etiam. Filii Iאoשſi. בן־יאשיהו Chaldæus paraph.fratris eius filii Ioſiæ. Vſque ad conſ. עד־תום וגו׳ donec compleretur vndecimus annus.vel,donec cõpleti fuerunt vndecim anni. Vſque ad tranſ. עד־גלות donec abducta fuit in captiuitatem.vel,donec trãſmigrauit. Ad verbũ ,donec captiuata fuit. Chaldæus paraph. donec venit Nabuchadnezar Rex Babylonis,& obſedit Ieruſalem tribus annis,& abduxit captiuum populum qui erat in ea,menſe quinto.

grationem Ieruſalẽ, in mẽſe quinto.

4 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

B 5 Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires devulua, ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.

6 Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.

7 Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Puer ſum: quoniam ad omnia quę mittam te ibis, & vniuerſa quæcũque mandauero tibi, loquêris.

8 Ne timeas à facie eorum: quia tecũ ego ſum, vt eruã te, dicit Dominus.

9 Et miſit Domin⁹ manum ſuam, & tetigit os meũ, & dixit Dominus ad
Infrà 18.a.7 me, ‖Ecce, dedi verba mea in ore tuo:

10 Ecce cõſtitui te hodie ſuper Gẽtes, & ſuper regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

C 11 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video.

12 Et dixit Dominus ad me, Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciam illud.

13 Et factum eſt verbum Domini ſecundo ad me, dicẽs, Quid tu vides? & dixi, Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.

Infrà 4.b.6 14 Et dixit Domin⁹ ad me, ‖Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ.

15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponẽt vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda.

D 16 Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum.

17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciã vultum eorum.

Infrà 6.g.27 18 ‖Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferreã & in murum æreum ſuper omnẽ terram, Regibus Iuda, principibus eius & Sacerdotibus, & populo terræ.

19 Et bellabunt aduerſum te, & non præualebũt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

שׁſaláim, menſe quinto.

4 ″Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

5 Priuſquam te formarẽ in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ″ſanctificaui te, Prophetam Gentibus dedi te.

6 Et dixi, Aháh Domine Iehouáh, ″en neſcio loqui, quia puer ſũ.

Ieremias propheta Gentiũ, cauſatur imperitiam.

7 Et dixit Iehouáh ad me, Ne dicas, Puer ſũ: quia ″ad õnia ad quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæ præcipiam tibi, loquêris.

8 Ne timeas ″à facie eorum, quia tecum ſum vt eripiam te, dixit Iehouáh.

Ieremias doctus à Deo, & animoſus factus.

9 ″Et miſit Iehouáh manum ſuam, tetigítque os meum: Iehouáh inquam dixit ad me, Ecce poſui verba mea in os tuum.

10 Vide, ″conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna: ″vt euellas, & diruas, & diſperdas, & demoliaris, vt ædifices, & plantes.

11 Fuit præterea verbum Iehouæ ad me, dicendo, Quid tu vides Irmeiáhu? Et dixi, ″Virgam amygdalinam ego video.

Oſtendit Deus Ieremiæ imminentem Iudæis deſtructionem à Babyloniis.

12 Et dixit Iehouáh ad me, ″Rectè vidiſti, quia ″accelero ego verbũ meum vt faciam illud.

13 Et fuit verbum Iehouæ ad me, ſecundo dicẽdo, Quid tu vides? Et dixi, Ollam bullientẽ ego video: ″& faciẽ eius à facie Aquilonis.

14 Et dixit Iehouáh ad me, Ab Aquilone ″ſoluetur malum ſuper omnes habitatores ″terræ.

15 Quoniam ecce ego ″aduoco omnes familias regnorum Aquilonis, dixit Iehouáh: & venient, & ponent quiſque ſolium ſuum *in* introitu portarum Ieruשׁſaláim, & iuxta omnes muros eius in circuitu, & iuxta vniuerſas vrbes Iehudáh.

16 ″Loquárque iudicia mea cum eis propter omnem malitiam eorum ″qui dereliquerunt me, & thus incenderunt diis alienis, & ″incuruauerunt ſe operibus manuum ſuarum.

17 Tu autem ″accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipiam tibi: ″ne paueas à facie eorum, ne fortè ″cõteram te in conſpectu eorum.

Iubetur Ieremias verba Dei ſine timore nũtiare Iudæis.

18 Ecce enim ego dedi te hodie in ciuitatẽ munitam, & in columnam ferream, & murum æreum ″ſuper omnem terram, ″Regibus Iehudáh, principibus eius, Sacerdotibus eius, & populo terræ.

19 ″Et *ipſi quidem* pugnabunt contra te, ſed nõ præualebunt tibi: quia tecum ſum, dicit Iehouáh, vt liberem te.

---

4 Et fuit, &c. ויחי דבר־יהוה אלי Fuit inquam verbum, &c. i. Loquutus inquam eſt mihi Iehouah. Chaldæus paraph. Et fuit verbum Prophetiæ à conſpectu Iehouæ, &c. 5 Sanctificaui te, הקדשתיך Chaldæus paraph. præparaui te. & ita doctus inter Hebræos. Alii, ſegregaui. aut ſepoſui. quaſi in rem ſanctam. 6 En neſcio loq. הנה לא־ידעתי דבר Chaldæus paraph. non noui futura prædicere.
7 Ad om. ad quæ על־כל־אשר Chaldæus paraph. ad quencunque. 8 A facie e. מפניהם .i. propter eos ad quos te mittam.
9 Et miſit וישלח Tum extendit. id ſignificare שלח quoties ſequitur יד ſcribit quidam Hebræorum. 10 Conſtitui te הפקדתיך Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt. Vt euellas, &c. לנתוש וגו׳ Pluribus verbis vtitur ad declaranda aduerſa, quàm proſpera, quòd diutius immoretur in prædicendis aduerſis, quàm ſecundis. i. vt intermineris hoſtibus meis quos in regionibus ſuis plantaui, collocaui, confirmaui, ædificaui, me captiuitatibus euulſurũ illos, niſi reſipuerint. Id ſignificari, ex cap. 45.a.4, huius, licet intelligere, vbi legimus, Ecce quæ ædificaui ego deſtruo, & quæ plantaui ego euello, & omnem terrã ipſam. Et contrà, dices me ædificaturum rurſus & plantaturũ eos quos deſtruxero & euulſero, ſi peccata ſua agnouerint. Et iſtud intelligimus ex huius cap. 42.b.10, vbi dicitur, Si manendo manſeritis in terra hac, ædificabo vos, & non deſtruam: plantabo vos, & non euellam: quia pœnitet, &c. 11 Virgam amygd. מקל שקד .i. baculum arboris vigilãtis, & feſtinantis præ cæteris arboribus vt ſuos flores prima emittat. à שקד vigilauit, aut feſtinauit deriuatur. Chaldæus paraph. exponit, Regem qui feſtinat malefacere ego video. Baculum dicit, quòd virga illa amygdalina quam vidit, carebat foliis, & floribus.
12 Rectè vidiſti, היטבת לראות Ad verbum, bene feciſti ad videndum. i. exactè vidiſti, aut videndo bene iudicaſti. Accelero, &c. שוקד וגו׳ vigilo ego ſuper verbũ meum. 13 Et faciem e. ופניו cuius facies, eſt, &c. facies ollæ dicitur anterior pars eius quæ igni obuertitur. Chaldæus paraph. exponit, Regem qui feruet ſicut olla, ego video: & diſpoſitionem copiarum eius quæ incedunt & veniunt à facie Septẽtrionis. Babylon reſpectu Terræ ſanctæ eſt in plaga Septentrionali. 14 Soluetur תפתח diſſoluetur. Alii, pandetur. Alii, erũpet. Terræ. הארץ: ſub. ſanctæ. 15 Aduoco קורא Præſ. Heb. pro fut. aduocaturus ſum. i. ſuſcitaturus, & inuitaturus vt mox veniant.
16 Loquárque iud. m. cum eis ודברתי משפטי אותם Hebraiſmus, feram ſententiam meam in illos. q. d. oſtendam illis, me iuſtis de cauſis pœnas de illis ſumere, nempe propter, &c. Chaldæus paraph. Et loquar vindictam iudicii mei ex eis. id eſt condemnabo eos. Incuruauerunt ſe operibus וישתחוו למעשה & adorauerunt opera. Qui אשר quoniam. 17 Accinge תאזור Futura Heb. pro Imperat. vt ſcilicet eas cum feſtinatione. Ne paueas אל־תחת ne frangaris animo. Chaldæus paraph. ne contineas teipſum à corripiendo illos.
Conteram te אחתך frangam te. confringam. 18 Super om. terram, על־כל־הארץ contra vniuerſam regionem. ſub. hanc.
Regibus למלכי contra Reges, contra principes, &c. Declarat quid vocauerit omnem terram. 19 Et *ipſi q.* pugnabunt contra te. ונלחמו אליך Chaldæus paraph. Et litigabunt, & pugnabunt aduerſum te, vt perdant verba Prophetiæ tuæ.

Cap. II.

Commemorat Deus beneficia sua erga Iudæos.

ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,
2 Vade,& clama in auribus Ieruשſaláim,dicendo,Sic dixit Iehouáh, Recordatus ſum″tui,″miſericordiæ adoleſcētiæ tuæ,″charitatis deſponſationis tuæ,″quando ambulabas poſt me in deſerto in terra″non ſata.

3 ′Sanctitas eſt Iשſraאél Iehouæ,primitiæ frugū eius : omnes deuorantes eum delinquēt, malum veniet ſuper eos, dixit Iehouáh.

4 Audite verbum Iehouæ domus Iaעacób,&omnes cognationes domus Iשſraאél.

5 Sic dixit Iehouáh, Quid inuenerunt Patres veſtri iniquitatis in me,quòd″elongauerunt ſe à me,& ambulauerunt′poſt vanitatem, & vani facti ſunt?

6 Nec dixerūt,Vbi eſt Iehouáh qui″aſcendere fecit nos è terra AEgypti,qui″ambulare fecit nos per deſertum,*nempe* per terram deſertam,& deſolatam,per terram aridam,″& vmbræ mortis, per terrā ′per quam non tranſibat vir,neque habitabat homo ibi.

7 Et induxi vos in terrā ″Charmel , vt comederetis fructum eius, ″& bonum eius: & ingreſſi eſtis, cōtaminaſtíſque terram meam,& hæreditatem meam poſuiſtis″in abominationem.

InSacerdotes & Prophetas Dei contemptores.

8 Sacerdotes non dixerunt, Vbinam *eſt* Iehouáh? ″& tenentes Legem non nouerunt me,& paſtores præuaricati ſunt in me,& Prophetæ prophetauerunt ′in Báעal, & ambulauerunt poſt *ea quæ* non ″profuerunt.

Iudæorum malitiam arguit,aliarum gentium cō paratione.

9 Propterea adhuc″iudicabo vos, dixit Iehouáh,& filios filiorum veſtrorum″iudicabo.

10 Sed trāſite *ad* inſulas″Chithiím, & videte:& in Cedár″mittite, & conſiderate″vehementer, & videte″ſi factum ſit ſicut iſtud,

11 Num mutauit gens *ulla* deos , qui tamen non ſunt dii? populus verò meus mutauit″gloriam ſuam in id quod non prodeſt.

Deſtructi Iudæi ob derelictum Deum, & fornicationē eorum cum idolis.

12 ′Admiramini cæli″ſuper hoc, ″& timete: deſolamini vehementer,dixit Iehouáh.

13 Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt venam aquæ viuæ , vt effoderent ſibi ciſternas , ciſternas confractas quæ non continent aquas.

14 Nunquid ſeruus eſt Iשſraאél?num eſt″vernaculus? quare *ergo* fuit

Cap. II.

ET factum eſt verbum Domini ad me,dicens,
Vade,& clama in auribus Ieruſalē, dicēs,Hæc dicit Domin⁹, Recordat⁹ ſum tui , miſerās adoleſcentiā tuam, &charitatē deſponſationis tuæ,quādo ſequuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur.

Sanctus Iſrael Domino , primitiæ frugum eius:omnes qui deuorant eū delinquunt,mala veniēt ſuper eos, dicit Dominus.

Audite verbum Domini domus Iacob , & omnes cognationes domus Iſrael:

Hæc dicit Dominus,Quid inuenerunt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe à me,&ambulauerunt poſt vanitatem , & vani facti ſunt?

Et non dixerunt,Vbi eſt Dominus qui aſcēdere nos fecit de terra AEgypti:qui traduxit nos per deſertū, per terram inhabitabilem & inuiam,per terram ſitis & imaginem mortis,per terram in qua non ambulauit vir,neque habitauit homo? B

Et induxi vos in terram Charmeli, vt comederetis fructū ei⁹,& optima illius:&ingreſſi cōtaminaſtis terram meam,& hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.

Sacerdotes non dixerunt, Vbi eſt Dominus? & tenentes Legem neſcierunt me,& paſtores præuaricati ſunt in me: & Prophetæ prophetauerunt in Baal,& idola ſequuti ſunt.

Propterea adhuc iudicio contendā vobiſcum,ait Dominus: & cum filiis veſtris diſceptabo.

Tranſite ad inſulas Cethim , & videte:& in Cedar mittite,& conſiderate vehementer:& videte ſi factum eſt huiuſcemodi, C

Si mutauit gens deos , & certè ipſi non ſunt dii:populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum.

Obſtupeſcite cæli ſuper hoc,& portæ eius deſolamini vehementer,dicit Dominus.

Duo enim mala fecit popul⁹ me⁹, Me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderūt ſibi ciſternas,ciſternas diſſipatas , quæ continere non valent aquas.

Nūquid ſeruus eſt Iſrael,aut verna-

IN CAPVT II.

1 Et fuit verbum,&c. ויהי דבר־יהוה וגו׳ Id eſt ſic dixit mihi Iehouáh. 2 Tui, לך Quidam volunt pronomen iſtud redundare. Alii ſubaudiunt coniunctionē ET,tui,*&* miſericordiæ. Alii legunt,tibi.i.propter te.vel in gratiam tuam. Miſericordiæ ad.t. חסד נעוריך miſericordiæ iuuētutis tuæ. Chaldæus paraph.miſericordiæ dierum antiquorū.i.memini beneficiorū quæ in te contuli ab initio,quū te eduxi de AEgypto. Quidā vertunt,pietatis[vel bonitatis]iuuentutis tuæ. Charitatis deſp.tuæ אהבת כלולותיך Id eſt amoris quo te proſequebar quando te accepi veluti in vxorem,vt mihi eam fidem ſeruares quam ſponſæ probæ maritis ſuis ſeruare ſolent. Quidā liberius vertunt verſum,ſic,Recordor quòd tu fueris ſuauis adoleſcentula & amata ſponſa,quando,&c. Quando ambul.poſt me לכתך אחרי Hebraiſmus,quum ſequereris me. Non ſata. לא זרועה : id eſt inculta,vbi penuria annonæ erat. 3 Sanctitas,&c. קודש ישראל וגו׳ Hebraiſmus.i. Iſrael eſt velut res ſacra Deo & dicata quæ pollui à Gentibus non debet:& tanquam primitiæ,ſiue oblatio primitiarū,quibus veſci aliis nō licebat,niſi ſacerdotibus. 5 Elongaue.ſe à me, רחקו מעלי receſſerūt à me.vel,lōgius ſeſe ſubduxerūt.i.defecerūt à me. Chaldæus paraph.quòd receſſerūt à timore mei.i.cultu meo. Poſt van. אחרי ההבל Chaldæus paraph.poſt idola ipſa. 6 Aſcēdere fe. המעלה abduxit.vel,eduxit. Ambulare fe. המוליך Hebraiſmus,deduxit. Et vmbræ mor. וצלמות .i.horridā,quæ incutiebat metū mortis. Per quam,&c. לא־עבר וגו׳ Præt.perf.Heb.pro imperf.per quā nemo tranſibat,& vbi non habitabat quiſquā.vel,nemo habitabat. 7 Charmel, הכרמל Hæc dictio ſignificat agrum feracem,& arboribus conſitum.vnde quidam vertunt,cultam & fertilem. Chaldæus paraph.in terram Iſrael quæ erat plantata ſicut Charmel. Et bonum e. וטובה Singul.pro plur.bona.i.optimos fructus eius.

In abomina. לתועבה : Chaldæus paraph.in cultum idolorū.q.d.in hæreditate mea coluiſtis idola. 8 Et tenentes Legem, ותפשי התורה & apprehendentes Legem. Alii,verſantes circa Legem.Alii,qui tractabant Legem.Chaldæus paraph.& qui docebant Legem.

In Baעal בבעל id eſt in nomine Baעal.Dicebant enim,Hæc dicit Baעal.non,Hæc dicit Iehouáh. Profuerunt, יועילו proderunt.i. ſequuti ſunt idola. 9 Iudicabo vos, אריב אתכם contendam vobiſcum.diſceptabo.rixabor.ſic mox.Chaldæus paraph.puniam vos.

10 Chithiim, כתיים .i.ad inſulas maris mediterranei idololatras.Alii,ad inſulas Cypriorum. Mittite, שלחו ſub.legatos, aut exploratores. Vehementer: מאוד valde.id eſt ſumma animi attentione animaduertite. Si factum,&c. חן היתה כזאת : ſi fiant talia. Alii,vtique ſitne res talis? 11 Gloriam ſuam כבודו id eſt Deum verum in quo gloriari poterat. 12 Admira. שומו Obſtupeſcite.Alii,Deſolamini. Super hoc, על־זאת ob id.ſub.quod dicturus ſum. Et timete:deſol. ושערו חרבו tumultuamini,in ſolitudines redigamini.vel,horreſcite,deſolamini. 14 Vernaculus? יליד־בית Ad verbum,natus domi?id eſt éſtne Iſrael ſeruilis conditionis,vt ſic à Deo contemnatur?q.d.non:cur ergo patuit prædæ hoſtium ſuorum?

culus? quare ergo factus eſt in prædã?

15 Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terrã eius in ſolitudinẽ: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis.

D 16 Filii quoque Mempheos & Taphnes cõſtuprauerũt te vſq; ad verticẽ.

17 Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominũ Deũ tuũ eo tempore quo ducebat te per viam?

18 Et nunc quid tibi vís in via AEgypti, vt bibas aquam turbidã? & quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam Fluminis?

19 Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te: ſcito, & vide quia malũ & amarũ eſt reliquiſſe te Dominũ Deũ tuũ, & non eſſe timorẽ mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

20 A ſeculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea: & dixiſti, Nõ ſeruiam: |in omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.

Infrà 3.b.6

E 21 |Ego autem plantaui te vineã electam, omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena?

Eſa.5.a.1 matt.21.d.33

22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbã borith: maculata es in iniquitate tua corã me, dicit Dñs Deꝰ

23 Quomodo dicis, Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias ſuas.

24 Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit vẽtum amoris ſui, nullus auertet eã: omnes qui quærunt eã non deficient: in mẽſtruis eius inuenient eam.

25 Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuũ à ſiti: & dixiſti, Deſperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe

in prædam?

15 Super eum rugierunt catuli leonum, *&* dederunt vocem ſuam, & poſuerũt terram eius in ſolitudinem, ciuitates eius″exuſtæ ſunt abſque habitatore.

16 Etiã″filii Nóph & Thanhaphanenheos″confringent tibi verticẽ.

17 Annon hoc″fecit tibi, eo quòd dereliquiſti Iehouã Deum tuũ tempore *quo*″ambulare faciebat te per viam?

18 Nũc ergo″quid tibi in via AEgypti? vt bibas aquã″Nili? & quid tibi in via Aωſſur? vt bibas aquam″Fluminis?

19 ″Corripiet te malitia tua, & auerſio tua″increpabit te: ſcito autem & vide quòd malum & amarum eſt reliquiſſe te Iehouã Deũ tuũ, & nõ eſſe timorẽ mei in te, dicit Dominꝰ Iehouáh exercituũ.

20 Nam à ſeculo cõfregi iugum tuum, rupi vincula tua: & dixiſti, Non″ſeruiam:″nam ſuper omnem collem ſublimem, & ſub omni ligno viridi tu″diſcurrebas meretrix.

21 Ego autem plantaui te″optimam vitem,″totã ipſam ſemen verum: & quomodo conuerſa es mihi *in* ſarmenta vitis alienæ?

22 Quòd ſi laueris te″nitro,″& multiplicaueris tibi borith,″ſignata eſt iniquitas tua coram me, dixit Dominus Iehouáh.

23 Quomodo dices, Non ſum polluta, *&*″poſt Bayalím non ambulaui? vide viam tuam in valle, agnoſce quid feceris,″dromedaria leuis″circuiens vias ſuas.

24 ″Onager aſſuetus in deſerto″pro deſiderio animæ ſuæ attrahit vẽtum″occaſionis ſuæ, quis auertet eam? omnes quærentes eam nõ″fatigabuntur, in menſe ſuo inuenient eam.

25 ″Prohibe pedem tuum ne *ſit* diſcalceatus, & guttur tuum à ſiti: & dixiſti,″Deſperatum eſt, nequaquam: adamaui quippe alienos,

Iudæos peccatũ ſuũ nõ agnoſcentes, conuincit Deꝰ peccatores eſſe, hypocritas, & fornicatores.

15 Exuſtæ ſunt נצתות deſolatæ ſunt. ſiue deſtructæ. 16 Filii Noph בני־נוף .i. Memphitæ, ad quorum ſcilicet auxilium tu confugis. Confringent tibi ver. ירעוך קרקוד : verticem tuum contundent. vel conterent. Chaldæus paraph. occident fortes tuos, & diripiẽt diuitias tuas. 17 Fecit, &c. תעשה לך וגו' Fut. Heb. pro præt. vt quidam volunt. Ad verbum, faciet tibi, derelinquere tuum Iehouam Deum tuum tempore, &c. pro, derelictio tua Iehouæ Dei tui. aut deſertio. i. ob tuam deſertionem hæc euenient tibi. עזב infinitiuus pro nomine omnis generis. hic verò maſculeum iungitur verbo maſculeo תעשה. Chaldæus paraph. Nónne iſta vindicta ſumetur de te quòd deſerueris, &c. Sũt qui תעשה velint eſſe fœmineum, vertentes, Annon tu tibi id feciſti eo quòd, &c. Ambulare faciebat te מולכך deducebat te. Chaldæus paraph. qui oſtendit tibi viam, & non ambulaſti per eam. 18 Quid tibi in via AEg. מה־לך וגו' Hebraiſmus, Quare vadis in AEgyptum, quum habeas tam præſens auxilium? Totum verſum ſic vertit Chaldæus paraph. Nunc ergo quid vobis, contrahendo ſocietatem cum Pharaone Rege AEgyptiorum? vt proiiciatis *iterum* mares veſtros in amnem? & quid vobis percutiendo fœdus cum Aſſyria? vt transmigrare faciatis vos vltra Euphratem? Nili? שחור ωSinhor? Per Aquam hic ſuppetias intelligit. q.d. quum haberes domi præſens auxilium, cur aliò confugiebas? Fluminis? : נהר Euphratem ſignificat. Quum puniebantur Iudæi ab AEgyptiis, petebant auxilium ab Aſſyriis: quum verò Aſſyrii eos premerẽt, confugiebant ad AEgyptios. 19 Corripiet te תיסרך Caſtigabit te. i. malitia tua erit cauſa correctionis tuæ, & propter eam caſtigaberis. Increpabit te: תוכחוך caſtigabit te. arguet. corripiet. 20 Seruiã: אעבור ſub. idolis vltrá. non colam ea. Legitur & אעבור. vnde quidam vertunt, Non tranſgrediar. ſub. vltrà mandata tua. vel, non præuaricabor. Chaldæus paraph. Non addemus vltrà tranſgredi verbum tuum. Nam ſuper om. collẽ כי על־כל גבעה Sub. & tamen non ſtetiſti promiſſis: nam ſuper omnem collem. Sunt qui כי conuertunt in Tamen. Diſcurrebas mere. : צועה זונה Subaudiendũ כ ſicut meretrix. i. vt ſcorta facere ſolent. Chaldæus paraph. tu colebas idola. 21 Optimam vitem, שורק ωſorec. genus vitis optimæ & laudatiſſimæ in cuius vuis aiunt non inueniri acinos. Chaldæus paraph. ſicut plantam vitis electæ. Totam ipſam ſemen כולוה זרע totum ſemen.

22 Nitro, בנתר Quibuſdã eſt alumẽ. Et multipl. t. bo. ותרבי־לך בורית Hebraiſmus, & frequẽter vtaris borith. i. purgaueris te. Borith quidã dicunt eſſe ſaponem, alii herbã fullonum. Signata eſt נכתם inſignis eſt. vel, nota eſt. Hebræi, deſcripta eſt, vel impreſſa. & vt doctus inter ipſos exponit, מגולה. i. manifeſta, vt illam negare non poſſis. q.d. etiamſi coneris diſſimulare tuam idololatriã, non falles me. Alius noſtra lingua exponit, טאקא, ſcribere voluit *tachee.* Chaldæus paraph. Quoniam ſi putes mũdari à peccatis tuis, quemadmodum lauant ſeſe nitro, & dealbant cum borith, ſanè vt eſt ſignum maculæ quæ non mundatur, ſic multiplicata ſunt delicta tua coram me, &c.

23 Poſt Bayalim non amb. אחרי הבעלים לא הלכתי .i. non ſum ſequuta idola. Dromedaria בכרה chamelus eſt fœmina iuuenis ac parua, quæ maſculo citius currit. Chaldæus paraph. eras ſimilis dromedariæ leui. Circuiens משרכת implicãs. inſtar ſcilicet corrigiæ calcei, quæ iteratis vicibus illi circunligatur. Quidam vertunt, quæ per vias ſuas diſcurrit. Chaldæus paraph. quæ cõfundit [vel, perturbat] vias ſuas. nempe diſcurrẽdo nunc huc nũc illuc. 24 Onager פרה nempe fœmina. Subaudiendũ כ ſimilitudinis, Et tanquã aſina ſylueſtris, quæ cicurari non poteſt. Chaldæus paraph. Sicut onager cuius habitatio eſt in deſerto. Onagri ſunt velociſſimi. ad hoc facit reſpirandi facilitas: nam difficultas reſpirandi, cauſa eſt tardi inceſſus. Tu (inquit) ſimilis es onagro velociſſimo quum tibi eſt iter ad idola tua: quotquot voluerint capere onagram illam, non conabuntur illam aſſequi currendo, ſed expectabunt tempus quo grauida erit, & tunc facilè illam capient: ſic tãdem à me capieris, & punieris quum grauida eris, id eſt quum ad ſummum peruenerit peccatum tuum. Pro deſiderio animæ ſuæ באות נפשו id eſt viuens in ſumma libertate & deliciis, ſine lege & præceptis, haurit ventum. Occaſionis ſuæ, &c. תאנתה מי ישיבנה accepta occaſione, *&* quis reducet eam? ſub. ab hoc appetitu. Alii diſtinguunt poſt VENTVM: & vertunt, impetum eius quis reuocabit? vel, impetu ſuo quis reuocabit illam? Nam תאנה occurſum fortuitum ſignificat. Fatigabuntur, ייעפו deficient. currendo ſcilicet poſt illam. q.d. quum viderint illam ſic currentem, non fatigabunt ſe currendo poſt eam, quia deſperabunt ſe poſſe aſſequi: ſed tempore quo grauida erit, capient illam. 25 Prohibe pedem tuum ne *ſit* diſc. מנעי רגלך מיחף Phraſis eſt Hebraica: acſi dicat, contine te domi, & noli ire in regionem longinquam ad quærendum auxilium. atteruntur enim calcei longo itinere: premuntur etiam ſiti viatores, præſertim in regionibus calidis. Deſperatum eſt, &c. נואש וגו' Deſperauit. ſub. cor meũ, ne eat poſt Dominũ, non ibo poſt illũ. Vide Eſaiam 57.c.10. Alii vertunt, Abhorrens eſt. ſub. cor meum à Domino, nequaquam faciam quod dicis, nõ ſequar conſilium tuum ô Propheta.

& poſt eos ibo.

Vt pudore afficitur fur quando deprehēditur, ſic pudore affecti 26
ſunt domus Iשſraאél,ipſi,Reges eorum,Principes eorũ,& Sacerdotes eorum,atque Prophetæ eorum,

Dicētes ligno,Pater meus es tu:& lapidi,Tu genuiſti me: nam 27
obuerterunt mihi ceruicem, & non faciem : at tempore afflictionis ſuæ dicent,Surge,& ſerua nos.

Et vbinam ſunt dii tui quos feciſti tibi? ſurgant, an liberare te 28
poſſint in tempore afflictionis tuæ:nam *iuxta* numerum ciuitatum tuarum fuerunt dii tui ô Iehudáh.

Vtquid litigatis contra me? omnes vos præuaricati eſtis contra 29
me,dixit Iehouáh.

Fruſtra percuſſi filios veſtros,diſciplinam non receperunt: de- 30
uorauit gladius veſter Prophetas veſtros tanquam leo vaſtator.

O generatio,vos videte verbum Iehouæ: num ſolitudo fui Iשſ- 31
raאeli?num terra tenebroſa? vtquid *ergo* dixerũt populus meus, Dominamur,nec veniemus vltrà ad te?

Nunquid obliuiſcitur virgo ornamenti ſui, & ſponſa murænu- 32
larum ſuarũ?populus verò meus obliti ſunt mei dieb⁹ innumeris.

Cur præparas viam tuam ad quærendum dilectionē?ideo etiam 33
mala docuiſti vias tuas.

Etiam in oris *ueſtimentorum* tuorũ inuenti ſunt ſanguines animarũ 34
pauperum & innocentum,quos non in ſuffoſſione inueniſti, ſed propter omnia iſta.

Et dixiſti, Innocens ſum,certè auerſus eſt furor eius à me: ecce 35
ego iudico te,eo quòd dixeris,Non peccaui.

Cur diſcurſas crebro mutando viam tuam? etiam ab AEgypto 36
pudore afficieris,quemadmodum pudore affecta es ab Aשſſúr.

Etiã hinc egredieris, & manus tuæ *erunt* ſuper caput tuũ:quia cō 37
tēpſit Iehouáh confidentias tuas,neque proſperè cedet *tibi* in eis,

Cap. III.

De⁹ miſericors populum ſuum à ſe reiectam ob fornicationē cũ idolis, reuocat ad pœnitētiam.

DIcēdo,Si dimiſerit vir vxorē ſuã,& abierit ab eo, & fuerit vi- 1

alienos,& poſt eos ambulabo.

F

26 Quo modo confunditur fur quando deprehenditur,ſic confuſi ſunt domus Iſrael,ipſi, & Reges eorũ,Principes & Sacerdotes,& Prophetæ eorum,

27 Dicentes ligno,Pater meus es tu: & lapidi , Tu me genuiſti: verterunt ad me tergum,& non faciem:& in tēpore afflictionis ſuæ dicent,Surge,& libera nos.

28 Vbi ſunt dii tui quos feciſti tibi ? ſurgãt,&liberēt te in tēpore afflictionis tuæ: ‖ſecundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda.

Infrà 11.c.13

29 Quid vultis mecum iudicio contēdere ? omnes dereliquiſtis me , dicit Dominus.

30 Fruſtra percuſſi filios veſtros,diſciplinam non receperũt:deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros , quaſi leo vaſtator.

31 Generatio veſtra, videte verbũ Domini, nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina ? quare ergo dixit populus meus, Receſſimus,nō veniemus vltrà ad te?

G

32 Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui,aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ?populus verò meus oblitus eſt mei diebus innumeris.

33 Quid niteris bonam oſtendere viã tuã ad quærendã dilectionē,quę inſup & malitias tuas docuiſti vias tuas?

34 Et in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocētum: non in foſſis inueni eos, ſed in omnibus quæ ſuprà memoraui.

35 Et dixiſti,Abſque peccato & innocens ego ſum:& propterea auertatur furor tu⁹ à me.ecce,ego iudicio cōtēdã tecũ,eo quòd dixeris,Nō peccaui.

36 Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab AEgypto confunderis,ſicut confuſa es ab Aſſur.

37 Nã & ab iſta egredieris , & manus tuæ erunt ſuper caput tuum : quoniã obtriuit Dominus cōfidentiam tuã, & nihil habebis proſperum.

Cap. III.

1 VVlgo dicitur , Si dimiſerit vir vxorē ſuã, & recedēs ab eo,duxe-

26 Pudore affecti ſunt הובישו Præt.Heb.pro fut.pudore afficientur. 28 Et vbinam,&c. ואיה ſub.Et dicam.Quidam vertunt, Sed vbinam. Surgant,&c. יקומו וגו' ſurgãt,*ut uideamus* an liberare,&c. 29 Litigatis con.me? תריבו אלי diſceptatis mecũ?vel,diſceptabitis.Chaldæus paraph.Quare vos cogitatis iudicare aduerſum verbum meum?Iudicare,pro ferre iudicium.Alii vertunt,expoſtulabitis,vel conquerimini contra me?q.d.quum affligimini,nullam habetis iuſtam cauſam expoſtulãdi mecum:omnes enim à me defeciſtis.

30 Fruſtra לשוא Propter vanitatem.ſiue vaniloquentiam.i.quia filii veſtri didicerunt à pueritia ſua loqui vanitatem & mendacia. Vaſtator. : משחית exterminator.vel,perdens. 31 O generatio הדור O ſeculũ.i.homines huius ſeculi & ætatis. Num ſolitudo המדבר Admirantis eſt ה,vt annotant Hebræi.q.d.non fui Iſraeli tanquam deſertum in quo omnia deſunt:nam ſuppeditaui illi omnia neceſſaria. Tenebroſa? מאפליה Ad verbum,caliginis?in qua ſcilicet omnia ſunt lethifera & infœcunda.nam tellus quæ Soli non eſt expoſita,nihil profert:ſicut neque ea quæ nō eſt ſub cælo libero.Chaldæus paraph.ſic hunc verſum conuertit,Popule ſeculi,vos audite verbum Iehouæ:an ſicut deſertum virgultorum[.i.plenum virgultis]in quo nulla eſt vtilitas,fuit verbum meum Iſraeli?an ſicut terra deſolationis?quare dixit populus meus,Receſſimus,non reuertemur vltrà ad cultum tuum? Dominamur, רדנו Dominium accepimus.q.d habemus Reges & Principes:nec eſt nobis opus alio nunc duce. 32 Murænularum ſuarum? קשוריה torquium ſuorum?vel monilium?Repetitio eiuſdem.Virgo ſponſa nunquam ſuſtineret prodire in publicum abſque ornamento ſuo:ſi non obliuiſcitur ornamenti ſui, multo minus ſponſi ſui obliuiſcetur. 33 Præparas,&c. תיטבי וגו' Ad verbum,bonificas viam tuam,vt quæras amicitiam?i.cur tanto ſtudio apparas profectionem vt ineas amicitiam cum populis externis? Quidam vertunt, Quare tam diligenter huc illuc diſcurris vt quæras amorem?Chaldæus paraph.Quare ornas te in viis tuis,vt facias armatores,vt contrahas ſocietatē cum populis? Mala, את־הרעות malas.ſub.gentes.i.vt aſſequaris quod optas,tu perpetras grauiſſima flagitia,grauiora inquã ipſis Gentibus,vt ipſas docere poſſis malitiam. Chaldæus paraph. mala(vel malas)docuiſti viis tuis. Docuiſti למדתי Legitur & למדת docui.Præt.pro fut.docebo.Vnde quidã vertũt, Ob id docebo vias tuas malas.ſub.eſſe. 34 In oris *ue*.t. בכנפיך Ad verbum,in oris tuis.vel,alis.ſub.veſtimentorũ tuorũ.i.in veſte tua. pars pro toto.q.d.ne à cæde quidē innocētium abſtines, vt ineas gratiam cum exteris gētibus.Chaldæus paraph.Etiã in ſecreto[.i.ſub veſte tua]deprehenſa es quòd effudiſti ſanguinem iuſtum. In ſuff. במחתרת .i.ſuffodientes domum tuam. Alludit ad illud Exo.22.a.2, Si in ſuffoſſione inuentus fuerit fur. Sed propter o.iſta. : כי על־כל־עלה ſub.quæ dicta ſunt, quòd ſcilicet te carperent de ſupradictis, crudelitate,& aliis. 35 Innocens ſum כי נקיתי quia innocens ſum.Redundat כי quia. Iudico te, נשפט אותך condemno iudicio. Alii,iudicio contendam tecum.vel,iudicium ſubibo.Chaldæus paraph.faciam tecũ vindictam hanc. 36 Diſcurſas cre. תזלי מאוד pergis tam ſtudioſé.vel anxiè,tantum diſcurris.Ab אזל.Quidam Hebræorum deducit à זול vel זלל viluit:vertens,quàm vilis facta es valde. id improbant doctiores inter ipſos. Mutando vi.t. לשנות את־דרכך frequentibus ſcilicet,ac variis itineribus modò ad Aſſur,nunc ad AEgyptum diſcurrendo. Etiam ab AEg. גם־ממצרים q.d.fruſtrà petis auxilium ab AEgyptiis,ſicut fruſtra petiſti ab Aſſyriis.

37 Et manus tuæ,&c. וידיך וגו' .i.triſtis & mœrens.ſic enim ſolebant teſtari dolorem ſuum,ac triſtitiam,præſertim mulieres.Chaldæus paraph.peccata tua erunt ſuper caput tuũ.i.recident in caput tuum. Contēpſit מאס abominatus eſt.deſpexit.abhorret à fiduciis tuis.

IN CAPVT III.

1 Dicendo. לאמר Pertinet iſtud ad finem capitis præcedentis,Contempſit confidentias tuas,neque tibi proſperè cedet in eis,dicēdo, &c.Alii vertunt,Dicitur.vel,Aiunt. Et fuerit viri alt. והיתה לאיש־אחר Hebraiſmus,pro nupſerit alteri viro.

rit virum alterũ: nunquid reuertetur ad eam vltrà? nunquid nõ polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autẽ fornicata es cum amatorib⁹ multis, tamẽ reuertere ad me, dicit Domin⁹.

2 Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi non proſtrata ſis: in viis ſedebas, expectans eos quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

3 B Quam ob rem prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber nõ fuit: frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.

4 Ergo ſaltẽ ámodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

5 Nunquid iraſceris in perpetuũ, aut perſeuerabis in finem? ecce loquuta es, & feciſti mala, & potuiſti.

6 Suprà 2.d.20 Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ Regis, ‖Nunquid vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſrael? abiit ſibimet ſuper omnẽ mõtem excelſum, & ſub oĩ ligno frõdoſo, & fornicata eſt ibi.

7 Et dixi quum feciſſet hæc omnia, Ad me reuertere: & nõ eſt reuerſa. & vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda,

8 C Quia pro eo quòd mœchata eſſet auerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudii: & nõ timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius: ſed abiit, & fornicata eſt etiam ipſa.

9 Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt cũ lapide & ligno.

10 Et in omnibus his nõ eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio, ait Dominus.

11 Et dixit Dominus ad me, Iuſtificauit animã ſuam auerſatrix Iſrael, cõparatione præuaricatricis Iudæ.

12 D Vade, & clama ſermones iſtos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus: & nõ auertam faciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuum.

13 Veruntamẽ ſcito iniquitatem tuã, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es: & diſperſiſti vias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo, & vocem meam nõ audiſti, ait Dominus.

14 Conuertimini filii reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

ri alterius: nunquid reuertetur ad eam amplius? (annon″præuaricãdo præuaricata eſt terra ipſa?) tu autem fornicata es *cum*″amatoribus multis,″ſed reuertere ad me, dixit Iehouáh.

2 Leua oculos tuos ad excelſa *loca*, & vide vbi non″fueris conſtuprata:″in viis ſediſti″eis, ſicut עArabs″in deſerto:″& præuaricari feciſti terram fornicationibus tuis, & malitia tua.

3 Itaque prohibiti ſunt″imbres, & ſerotina pluuia nõ fuit: & frõs mulieris meretricis fuit tibi, renuiſti erubeſcere.

4 Nónne″ex hoc tempore vocabis me, Pater mi, dux adoleſcẽtiæ meæ es?

5 Nunquid reſeruabit in ſeculum *iram*? an reſeruabit in æternum? ecce loquuta es, & feciſti mala,″& potuiſti.

6 Dixit autem Iehouáh ad me in diebus Ioשſiiáhu Regis, Vidiſtíne quæ fecit″rebellis Iשſraאél?″abit ipſa ſuper omnem mõtem excelſum, & ſub omnem arborem viridem,″& fornicatur ibi.

7 ″Et dixi, poſtquam″fecit omnia iſta, Ad me reuertere: & non eſt reuerſa.″vidítque præuaricatrix ſoror eius Iehudáh.

8 ″Et vidi *etiam quòd uidit* quòd propter õnes cauſas quibus fornicata eſt rebellis Iשſraאel dimiſi eam, dedíque ei libellum repudiorum eius, & *tamen* non timuit præuaricatrix Iehudáh ſoror eius, ſed abiit, & fornicata eſt etiam ipſa.

9 Et fuit, ob facilitatem fornicationis ſuæ, peccare fecit terram, & mœchata eſt cum lapide & ligno.

10 ″Et tamen in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iehudáh toto corde ſuo, ſed″mendaciter, dixit Iehouáh.

11 Et dixit Iehouáh ad me,″Iuſtificauit animam ſuam rebellis Iשſraאél magis quàm præuaricatrix Iehudáh.

12 Vade, & exclama ſermones iſtos ad Aquilonẽ, & dic,″Reuertere rebellis Iשſraאél, dixit Iehouáh, *&* non faciam cadere iram meã in vos: quia miſericors ſum, dixit Iehouáh, nec reſeruabo″*iram* in ſeculum.

13 Veruntamẽ agnoſce iniquitatem tuam: quia in Iehouam Deũ tuum præuaricata es,″& diſperſiſti vias tuas alienis ſub omni arbore viridi, & vocem meam non audiſtis, ait Iehouáh.

14 Conuertimini filii rebelles, dixit Iehouáh: nam ego″dominatus ſum vobis: & aſſumam vos,″vnum de ciuitate *una*, & duos de familia *una*,″& introducam vos in צSiión.

Decem tribus Iſrael à Deo reiectæ ob fornicationem cum idolis, quas tamen imitat⁹ eſt Iuda.

Adhortatur Iſraelem ad pœnitẽtiam: promittẽs ei paſtores qui veram Dei ſciẽtiam habeant.

Præuaricando præuar. חנוף תחנף pollutione polluta eſt. Chaldæus paraph. peccando peccauit. vel, condemnando condemnata eſt. aut, puniendo punietur. Amatoribus רעים amicis. Chaldæus paraph. tu autẽ erraſti [id eſt in errore verſata es] & ſocietatem iniſti cum populis multis: & tamen reuertere ex nunc ad cultum meum. Sed reuertere ושוב attamen reuertere.

2 Fueris conſt. שוגלת fueris vitiata. Scribitur שוגלת, & honeſtatis gratia legitur שוכבת dormieris. Chaldæus paraph. vbi non inieris ſocietatem tibi ad colendũ idola: in viis domus planitiei eorum [.i. in biuiis] expectabas illos, ſicut Arabes qui habitant in tentoriis in deſerto. In viis על־דרכים iuxta vias. Eis להם propter illos. vel, *expectando* illos. In deſerto, במדבר ſub. ſedere ſolet, expectans mercatores quibus vendat, aut à quibus emat merces. Et præuaricari feciſti ותחניפי & polluiſti. 3 Imbres רבבים pluuiæ temporaneæ, quæ in Octobri, ſiue Autumno decidunt: ea pluuia dicitur etiam יורה vel מורה. at מלקוש ea eſt quæ decidit in Martio, vel Vere.

4 Ex hoc tem. voc. me, מעתה קראתי לי Præt. Heb. pro fut. ex nunc [vel poſthac] clamabis ad me. aut, debebis vocare, ſiue deberes, &c. Doctus inter Hebræos exponit, Nónne ex quo vidiſti quòd prohibuerim pluuias, debuiſti conuerti ad me, & inuocare me, Pater mi? Alii interpretantur, Nónne nuper cœpiſti inuocare me, dicendo, &c. 5 Et potuiſti.[: ותוכל & præualuiſti. id eſt pro virili tua. vel, quando potuiſti. vt ו ſit pro כאשר. Aut, & potuiſti. ſub. implere ea. 6 Rebel. משובה auerſatrix. Abit הולכה ire ſolet. Et fornicatur ותזני vt fornicaretur. Chaldæus paraph. & colunt lignũ pro idolo. Viditque ותראה ſub. quòd fecerit omnia iſta auerſatrix Iſrael, & nõ poſuit in corde ſuo. 7 Et dixi, poſt, &c. ואומר אחרי עשותה וגו' Et cogitaui *apud me*, Poſtquã fecerit hæc omnia, reuertetur ad me.

8 Et vidi *etiam quòd uidit*, &c. וארא כי וגו' Et vidi *etiã quòd non egerit pœnitentiam: uidit inquam* quòd propter, &c. Chaldæus paraph. Et manifeſtum fuit coram me quòd propterea quòd errauerunt [id eſt coluerunt idola] qui continent ſeſe ne reuertantur ad cultum meum, qui ſunt de domo Iſrael, abduxi eos in captiuitatem, &c. 10 Et tamen in omn. his וגם בכל־זאת Et etiam in toto hoc. Mendaciter בשקר in mendacio. id eſt, ſimulatè, & ficté. 11 Iuſtificauit animam ſuam, &c. צדקה נפשה וגו' Hebraiſmus, pro Iuſtiorem præſtitit ſeſe quàm ſit Iuda ſoror eius, ſi conferatur cum ea. 12 Reuertere, &c. שובה וגו' Chaldæus paraph. Quum reuerſi fueritis, non mittam iram meam in vos: quoniam multus in faciendo bona, ſum, dicit Iehouáh: & non reſeruabuntur tibi peccata tua in æternum. *Iram*. Subaudire potes, peccata tua. 13 Et diſperſiſti vias t. al. ותפזרי את־דרכיך לזרים .i. diſcurriſti huc illuc vt coleres varia idola.

14 Dominatus ſum vo. בעלתי בכם .i. dominus & maritus ſum vobis: hoc eſt dilexi vos quemadmodum maritus diligere ſolet vxorem ſibi chariſſimam. Chaldæus paraph. quoniam vnicè vos dilexi. Alii, nam ego ſum vice mariti vobis. Alii per futurum, nam ego futurus ſum ſponſus veſter. Vnum de ciuit. אחד מעיר .i. ſiquis vel vnicus relictus ſit in aliqua vrbe, aſſumam eum. Vel per vnum & duos, intelligit paucos: acſi dicat, Eligã aliquot ex vobis. Hunc verſum & ſequẽtes interpretãtur omnes Hebræi de Meſſia. Et introd. והבאתי & reducã.

15 Dabóque vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & intelligentia.

Conuerſio Gentium.

16 Et erit, quũ multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, dixit Iehouáh: non dicent vltrà, ′Arca fœderis Iehouæ: ″nec aſcẽdet ſuper cor, neque recordabũtur illius, ′neque viſitabũt, nec fiet vltrá.

17 In tempore illo vocabunt Ieruשſaláim Solium Iehouæ: & congregabunt ſe ad eam omnes Gẽtes′ in nomine Iehouæ *habitantis* in Ieruשſaláim: neque ambulabũt vltrà poſt″duritiam cordis ſui mali.

18 In diebus illis ibunt domus Iehudáh″ad domum Iשſraאél, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram quam″dedi in hæreditatem Patribus veſtris.

19 Ego autem dixi, Quomodo ponã te inter filios, & dabo tibi terram″deſiderabilem, hæreditatem′concupiſcibilem exercituum Gẽtium? ″& dixi, Pater mi, vocabis me, ″& à me non recedes.

20 ″Siquidẽ *ut* præuaricata eſt vxor à″ſocio ſuo, ſic præuaricati eſtis contra me, ô domus Iשſraאél, dixit Iehouáh.

21 Vox ſuper excelſa audita eſt, fletus deprecationum filiorũ Iשſraאél: quoniam iniquã fecerũt viã ſuã, obliti ſunt Iehouæ Dei ſui.

Reuerſio Iſraelis ad Deũ, confitẽtis peccatũ ſuũ.

22 Cõuertimini filii rebelles, ſanabo rebelliones veſtras: ″Ecce nos venimus ad te: tu enim es Iehouáh Deus noſter.

23 Verè″mendacium eſt *ut expectemus ſalutem* à collibus, ″*à* multitudine, *à* montibus: verè in Iehouáh Deo noſtro eſt ſalus Iשſraאél.

24 ″Confuſio autem conſumpſit laborem Patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, ″oues eorum, & boues eorum, filios eorum, & filias eorum.

25 ″Dormiemus in cõfuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam Iehouæ Deo noſtro peccauimus, nos & Patres noſtri ab adoleſcentia noſtra, & vſque ad diem hanc, neque obtemperauimus voci Iehouæ Dei noſtri.

Cap. IIII.

Vera pœnitẽtia ſiue cõuerſio ad Deum.

1 S″I reuerſus fueris Iשſraאél, dixit Iehouáh, ad me, quieſces: & ſi abſtuleris abominationes tuas à facie mea, non demigrabis.

2 ′Et iurabis, Viuit Iehouáh, in veritate, *&* in iudicio, & in iuſtitia: ′& benedicent ſeſe in eo Gentes, & in eo gloriabuntur.

3 Sic enim dixit Iehouáh viro Iehudáh & Ieruשſaláim, ″Arate vobis aruum, & ne ſeratis ſuper ſpinas.

15 Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.

16 Quúmque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca Teſtamẽti Domini: neque aſcẽdet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltrá. B

17 In tempore illo vocabunt Ieruſalẽ Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes gẽtes in nomine Domini in Ieruſalem, & non ambulabũt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi.

18 In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & veniẽt ſimul de terra Aquilonis ad terram quã dedi Patribus veſtris.

19 Ego autem dixi, Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilẽ, hęreditatẽ præclarã exercituum Gẽtium? & dixi, Patrem vocabis me, & poſt me ĩgredi nõ ceſſabis. F

20 Sed quo modo ſi cõtemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.

21 Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael: quoniam iniquam fecerũt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui.

22 Conuertimini filii reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter. G

23 Verè mẽdaces erant colles, & multitudo montiũ: verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael.

24 Cõfuſio comedit laborem Patrum noſtrorũ ab adoleſcentia noſtra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum.

25 Dormiemus in cõfuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domino Deo noſtro peccauimus nos, & Patres noſtri ab adoleſcẽtia noſtra vſque ad diem hanc: & non audiuimus vocẽ Domini Dei noſtri.

Cap. IIII.

1 SI reuertêris Iſrael, ait Dominus, ad me conuertere: ſi abſtuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis.

2 Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia: & benedicẽt eũ Gẽtes, ipſúmque laudabũt.

3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & Ieruſalẽ, ‖Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.

Oſee 10.c.12

16 Arca fœd. Ieh. ארון ברית יהוה ſub. ſit nobis propitia, vel egrediatur nobiſcũ ad bellum. Nec aſc. ſuper cor ולא יעלה על־לב ſub. arca. i. non veniet in mentẽ. Hebraiſmus. q.d. nulla amplius bellorũ moleſtia prementur, vt opus ſit deferre arcam ad præliũ, neque amplius pendebunt à ceremoniis & cultu externo. Chaldæus paraph. & non commouebuntur, neque committent cum illa vltrà prælium. Neque viſitabunt, ולא יפקודו neque memores erunt. 17 In nomine Iehouæ לשם יהוה id eſt propter nomen & gloriam Iehouæ. Duritiam שררות id eſt obſtinationem. 18 Ad domum על־בית vnà cum domo. על pro עם cum. Dedi in hæ. &c. הנחלתי את־אבותיכם׃ poſſidere feci Patres veſtros. Chaldæus paraph. in terram quam *quaſi* hæreditariam dedi Patribus veſtris. 19 Deſiderabilem, חמדה Ad verbum, deſiderii. Concupiſcibilem, &c. צבי וגו׳ Ad verbum, concupiſcentiæ[vel deſiderationis] exercitibus Gentium. i. optatam & deſideratam à multis Gentibus. Hebraiſmus. Et dixi, ואומר quum dixerim, ſub. frequenter, Voces me Pater mi. Et à me ומאחרי Ad verbum, & à tergo meo. vel, à poſt me. 20 Siquidem אכן Reuera. Verum. A ſocio ſ. מרעה ab amico ſuo. i. à viro ſuo. Doctus inter Hebræos dicit verbum בגדה conſtrui hoc loco cum מ in מרעה, quòd mulier præuaricãdo in maritum ſuum, diſcedat ab ipſo ad alterum virum. 22 Ecce nos, &c. הננו אתנו לך Quidam Hebræorum dicit Prophetam eos docere vt ſic precentur, Ecce, &c. Chaldæus paraph. ſic totum verſum conuertit, Conuertimini filii qui continetis vos ne reuertamini[.i. qui nõ vultis reuerti] dimittam vobis[ſub. omnia peccata] quando reuertemini. Ecce omni tempore vos dicitis, Reuerſi ſumus ad cultum tuum: ſalua nos, quoniam tu es Iehouáh Deus noſter. 23 Mendacium eſt לשקר fruſtra. in vanũ. A multitudine. המון ſub. ſacerdotũ. מ præpoſitum in מגבעות repetitur in ſubſequentibus. 24 Confuſio au. והבושת. i. Idololatria. Oues, &c. את־צאנם וגו׳ greges eorũ & armenta eorum. 25 Dormiemus נשכבה Chaldæus paraph. Dormiemus in pudore peccatorũ noſtrorũ, &c. Doctus inter Hebræos exponit iſtud Dormiemus, &c. ſicut homo qui eſt in tribulatione magna, & neſcit quid agere debeat, coniicit ſe in ſomnũ, & dormit.

IN CAPVT IIII.

1 Si reuer. &c. אם־תשוב וגו׳ Si reuerti voles, ô Iשſraאél, dicit Iehouáh, ad me reuertere. Illud Quieſces, ſignificat frueris quiete, & tranquillè ages in patria tua. Chaldæus paraph. Si reuertaris Iſrael ad cultum meum, dicit Iehouáh, recipietur pœnitentia tua prius quàm ſigilletur ſententia tua. 2 Et iurabis ונשבעת Quidam ſubaudiunt ſi, Et *ſi* iures. Ita etiam Chaldæus paraph. inquiens, Si iures per nomen meum, Viuit, &c. Et benedicent ſe in eo Gentes, והתברכו בו גוים Hebraiſmus, in quo eſt mutatio perſonæ, pro, in te. q.d. Gentes optabunt ſibi fœlicitatem tuam. Doctus inter Hebræos aliam affert expoſitionẽ, nempe, Adhuc veniet tempus quo etiã reliquæ Gentes benedicentur in eo (ſcilicet Deo) & gloriabuntur in eo, & non in idolis. 3 Arate vo. ar. נירו לכם ניר nouate vobit nouale. Chaldæus paraph. Quia ſic dicit Iehouáh homini Iehudáh & habitantibus Ieruſalem, Facite vobis opera bona, & quæratis liberationem in peccatis.

Circuncidimini Domino,& auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda,& habitatores Ieruſalē: ne fortè egrediatur vt ignis ĩdignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationũ veſtrarum. 4

B Annuntiate in Iuda, & in Ieruſalē, auditum facite:loquimini, & canite tuba in terra:clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas. 5

Suprà 1.c.14 Leuate ſignum in Sion, cõfortamini, nolite ſtare: quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. 6

Aſcendit leo de cubili ſuo,& prędo Gentium ſe leuauit:egreſtus eſt de loco ſuo,vt ponat terram tuam in deſolationem: ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitatore. 7

Super hoc accĩgite vos ciliciis, plãgite & vlulate: quia nõ eſt auerſa ira furoris Domini à nobis. 8 C

Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor Regis,&cor Principum: & obſtupeſcent Sacerdotes, & Prophetæ conſternabuntur. 9

Et dixi,Heu,heu,heu Domine De⁹, ergóne decepiſti populum iſtũ & Ieruſalem, dicẽs,Pax erit vobis:& ecce peruenit gladius vſque ad animam? 10

In tẽpore illo dicetur popũlo huic & Ieruſalē,Ventus vrens in viis quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei: non ad ventilandũ,&ad purgandum. 11

Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nũc ego loquar iudicia mea cũ eis. 12

D Ecce quaſi nubes aſcendet,& quaſi tempeſtas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis, quoniam vaſtati ſumus. 13

Laua à malitia cor tuum Ieruſalē, vt ſalua fias: vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? 14

Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. 15

Concitate Gẽtes,Ecce auditum eſt in Ieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua,& dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. 16

Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracũdiam prouocauit,dicit Dominus. 17

4 ″Circuncidite vos Iehouæ, & auferte præputia cordis veſtri viri Iehudáh & habitatores Ieruwſaláim : ne fortè egrediatur vt ignis ira mea,& ſuccendatur,& non ſit qui extinguat,propter malitiam operum veſtrorum.

5 Annũtiate in Iehudáh,& in Ieruwſaláim″audiri facite,& dicite, Clangite tuba in terra,clamate,″congregate,& dicite,Congregate vos,& ingrediamur ciuitates munitas.

Iudæ vaſtatio prædicitur propter malitiam cordis.

6 Attollite vexillũ in Siión,″congregate vos,ne ſubſiſtatis: quia malum ego adduco ab Aquilone,& contritionem magnam.

7 Aſcendit leo″de vmbraculo ſuo,″& interfector Gentium profectus eſt,& egreſſus eſt de loco ſuo:vt ponat terram tuam in ſolitudinem,ciuitates tuæ deſolabuntur abſque habitatore.

8 ″Super hoc accingite vos ſaccis, plãgite & vlulate: quoniam nõ eſt auerſa ira furoris Iehouæ à nobis.

9 Et erit, in die illa,dixit Iehouáh, ″peribit cor Regis, & cor Principum,& obſtupeſcent Sacerdotes, ″& Prophetæ ″admirabuntur.

10 Et dixi, Aháh, Dñe Iehouah, verè″decipiẽdo decepiſti populũ iſtũ & Ieruwſalãi,dicẽdo,Pax erit vobis,″& peruenit gladi⁹vſq; ad animã.

11 In tempore illo dicetur″populo huic, & Ieruwſaláim, Vẽtus″ſiccus *in* excelſis *locis*,*ſpirans* in deſerto,″via filiæ populi mei:non ad vẽtilandum,neque ad repurgandum.

12 Ventus vehementior″his veniet mihi : nunc etiam ego″loquar iudicia cum illis.

13 Ecce tanquã nubes aſcẽdet, ″& veluti turbo currus eius, leuiores ſunt aquilis equi eius:væ nobis,quoniã″in prædã dati ſumus.

14 Laua à malitia cor tuũ Ieruwſaláim, vt ſalua ſis:vſquequo″morari ſines in medio tui cogitationes″iniquitatis tuæ?

15 Vox enim″annuntiantis *ueniet* à Dan,″& audire facientis *uox* ″iniquitatem de monte Ephráim.

16 ″Memorate de Gentibus, ecce audiri facite de Ieruwſaláim, *quòd* ″cuſtodes veniunt è terra longinqua,″& dabunt ſuper ciuitates Iehudáh vocem ſuam.

17 Veluti cuſtodes agrorum″fuerunt iuxta eã in circuitu: quiá″me irritauit,dixit Iehouáh.

4 Circuncidite,&c. חמולו וגו' Chaldæus paraph.Reuertimini ad cultum Iehouæ,& auferte impietatem cordis veſtri,&c.
5 Audiri fa. השמיעו id eſt efficite vt audiatur.Chaldæus paraph.annuntiate. Congregate, מלאו Quidã non ad modum ex loco vertunt,implete.Quæ hìc dicuntur,fieri ſolent imminente hoſte aliquo crudeli.Prædicuntur autẽ hìc pœnæ quibus afficientur Iudæi quòd pœnitere noluerint. 6 Congregate vos העיזו ſub.ad fugiendum.Alii.fugite.vtrunque ſignificat vox Hebræa.
7 De vmbraculo ſ. מעובכו de latibulo ſuo. סובך Hebræis à perplexitate ramorum ſeu arborum dicitur. Et interfector ומשחית & vaſtator.Alii,expugnator.aut,exterminator. 8 Super hoc על־זאת Ob id.Eam ob rem. 9 Peribit יאבד Chaldæus paraph. frangetur. Et Prophetæ והנביאים Chaldæus paraph.& pſeudoprophetæ. Admirabuntur. : יתמהו conſternabuntur animo.Alii, conſternentur.Alii,terrebuntur. 10 Decipiẽdo dec. חשא השאת Doctus inter Hebræos ita exponit,Ex quo tu prorogas iram,pſeudoprophetis ſeducentibus illos,ac imponentibus eis,dicẽdo,Pax:certè perinde eſt atque tu imponeres illis.exiſtimat enim maior pars populi quòd Dominus loquutus ſit illis. Et peruenit ונגעה tamen pertingit.Chaldæus paraph.nunc autem ecce gladius occidit in populo.i.graſſatur per populum. 11 Populo huic,& Ieruſ. לעם הזה ולירושלם de populo iſto & de Ieruſalē.Chaldæus paraph.Tempore illo dicetur de populo hoc,& de habitatoribus Ieruſalem,Sicut vẽtus mundus ſuper capita riuorum aquarum in deſerto,ſic erit ſemita[vel, in ſemita] ſynagogæ populi mei, non ad diſpergendum, neque ad ſpargendum. id eſt repurgandum. Siccus צח aridus. id eſt in quo nulla eſt vtilitas hominibus.Alii,ſerenus.vel ſudus ac nitidus. Via filiæ po.mei, דרך בת־עמי id eſt veniens recta ad filiam populi mei.
12 His מאלה ſub.ventis quibus repurgare ſolent frumenta. Loquar iud.cum il. : אדבר משפטים אותם Hebraiſmus,acſi dicat,increpabo eos propter ſcelera quibus offenſus Deus hæc intulit.Verba ſunt Prophetæ,vt quidam volunt. 13 Et veluti turbo וכסופה & veluti tempeſtas. In prædam,&c. : שודדנו vaſtati ſumus.vel,direpti.Alii,conſumpti. 14 Morari ſines תלין Singul.Heb.pro plur.morabuntur.permanebunt.vel perſeuerabunt. Iniquitatis tuæ? : אונך id eſt iniuriæ à te illatæ. Chaldæus paraph. opera iniuriæ quæ ſunt in medio tui. 15 Annuntiantis מגיד ſub.aduentum Nabuchodonoſor.Doctus inter Hebræos exponit,Ex Dan veniet qui annuntiabit aduentum hoſtis. Meminit Dan, quia eſt terminus terræ Iſrael, oppidum occurrens primùm venientibus è Babylone Ieroſolymam.Inter vtraque medio ferè itinere eſt mons Ephraim,qui non tantum abeſt ab Ieroſolymis,quantum ipſe Dan. Et audire fac. ומשמיע id eſt annuntiantis.Hebraiſmus. Iniquitatem און calamitatem.afflictionem.Alii,contritionem.
16 Memorate de Gent. הזכירו לגוים Dicite[vel,Narrate]de Gentibus.i.annuntiate Gẽtes nõ procul abeſſe.Alii,Recordamini Gentiũ, .i.intelligite rumorem illum de Gentibus,quæ veniunt de terra longinqua. Cuſtodes נוצרים .i.milites Chaldæi,qui, vt ſolent cuſtodes qui in campo diligenter curant ne vllum pecus de grege amittant,ſic obſeruabunt vrbem Ieruſalem ne vel vnus euadat.Alii vertunt.vaſtatores.id eſt milites regis Nabuchadneſer,quaſi dicas,Nabuchadneſeræi. Et dabunt ſuper ciuita.&c. : ויתנו על־ערי יהודה קולם id eſt inuadent,voce ſublata,vrbes Iuda. 17 Fuerunt iuxta eam in circ. היו עליה מסביב id eſt cinxerunt illam obſidione. Me irritauit, אותי מרתה non obtemperauit mihi.

18 Via tua,& actus tui fecerũt hæc tibi,iſta malitia tua:quia″amarum,quia perueniet vſque ad cor tuum.

Cõpatitur Propheta populo, præuidens eius vaſtationem.

19 Ventrem meum,ventrem meum doleo,& ″parietes cordis mei, ″reſonat in me cor meum:non tacebo,quoniam vocem tubæ″audiſti anima mea,& clamorem belli.

20 ″Contritio poſt contritionem vocata eſt: ſiquidẽ vaſtata eſt″tota terra, repẽtè vaſtata ſũt″tabernacula mea, ſubitò cortinæ meæ.

21 Vſque quo videbo″vexillum,audiam vocem tubæ?

22 ″Quia ſtultus *eſt* populus meus,me non agnouerũt:filii inſipiẽtes ſunt,& non intelligentes ſunt: ſapiẽtes ſunt ad malefaciẽdum, benefacere autem non nouerunt.

23 ″Vidi terram,& ecce erat ″deſolata & vacua: & cælos, & non *erat* ″lux eorum.

24 Aſpexi mõtes,& ecce tremebãt:& õnes colles″deſtructi fuerũt.

25 Vidi,& ″nullus *erat* homo:& omnes aues cæli receſſerant.

26 Vidi , & ecce locus fertilis *erat ut* deſertum , & omnes vrbes eius deſtructæ erant à facie Iehouæ,& à facie iræ furoris eius.

27 Sic enim dixit Iehouáh,Deſerta erit tota terra:″conſummationem tamen non faciam.

28 Propter hoc″deſolabitur terra,& obſcurabũtur cæli deſuper:″eo quòd loquut⁹ ſũ,cogitaui,& non pœnituit me,nec auertar ab eo.

29 A ſtrepitu″equitum & ſagittariorum,fugit omnis *habitator* ciuitatis,ingreſſi ſunt″ſyluas denſas, & in rupes aſcenderunt:″omnes ciuitates derelictæ ſunt,nec habitat in eis quiſquam.

30 Tu autẽ vaſtata quid facies ? quòd *modò* induis te coccino,″quòd ornas te ornamento aureo, quòd ″pingis ſtibio oculos tuos, fruſtra ornas te:contempſerunt te amatores,animam tuam quærẽt.

31 Vocem enim tanquam parturientis audiui,″*uocem inquam* anguſtiæ vt primogenitum parientis:″vox filiæ xSiión ″*quæ* lamentatur,″expandit manus ſuas, *dicendo,* Væ nunc mihi, quia defecit anima mea propter″interfectos.

Cap. V.

In Iudæa nullus iuſtus & fidelis inuentus,tam in populo,quàm in magiſtratu,propter quẽ debuerit Domin⁹ parcere ciuitati.

1 S″Crutamini per plateas Ieruשſaláim,& videte nũc,″& cognoſcite , & quærite in plateis eius, an inueniatis virum , & an ſit

Viæ tuæ , & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi:iſta malitia tua, quia amara,quia tetigit cor tuum.

Sapiẽt.1.b.8

Ventrem meum , ventrem meum doleo,ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo , quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea,clamorem prælii.

E

Contritio ſuper contritionem vocata eſt, & vaſtata eſt omnis terra:repentè vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ.

Vſquequo videbo fugiẽtem, audiã vocem buccinæ?

Quia ſtultus populus meus me nõ cognouit:filii inſipientes ſunt & vecordes:ſapientes ſunt vt faciant mala,bene autem facere neſcierunt.

Aſpexi terrã , & ecce vacua erat & nihili:& cælos,& non erat lux in eis.

Vidi montes,& ecce mouebantur: & omnes colles conturbati ſunt.

F

Intuitus ſum,& non erat homo:& omne volatile cæli receſſit.

Aſpexi,& ecce charmelus deſertus: & omnes vrbes eius deſtructæ ſunt à facie Domini,& à facie irę furoris ei⁹.

Ezech.

Hæc enim dicit Dominus, Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam.

Lugebit terra,& mœrebũt cæli deſuper:eo quòd loquutus ſum,cogitaui,& non pœnitebit me, nec auerſus ſum ab eo.

A voce equitis,& mittentis ſagittã fugit omnis ciuitas : ingreſſi ſunt ardua , & aſcenderunt rupes : vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt , & non habitat in eis homo.

G

Tu autẽ vaſtata quid facies? quum veſtieris te coccino , quũ ornata fueris monili aureo,& pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris : contempſerũt te amatores tui , animam tuam quærent.

Vocem enim quaſi parturientis audiui,anguſtias vt puerperæ: vox filiæ Sion intermorientis, expãdentiſque manus ſuas,væ mihi,quia defecit anima mea propter interfectos.

Cap. V.

CIrcuite vias Ieruſalem , & aſpicite, & conſiderate , & quærite in plateis eius , an inueniatis virum fa-

18 Amarum מר ſub. quod tibi euenturum eſt. q.d. malitia tua in cauſa fuit vt amarum ac durum ſit malum iſtud quod venit ſuper te,adeò vt pertigerit vſque ad cor tuum. 19 Parietes cor m. קירות לבי ſub.doleo.i.præcordia quæ ſunt tanquam parietes cordis, quia ſunt ferè cordi coniuncta. Reſonat הומה tumultuatur. vel fremit, aut obſtrepit. Audiſti שמעת Dicit, Anima mea audiſti (vt annotat doctus inter Hebræos) & non, auris mea: quia nondum audierant aures eius: necdum enim venerat hoſtis: at anima eius audierat per Prophetiam.Legitur & שמעתי audiui. 20 Contritio poſt cont.vo.eſt: שבר על־שבר נקרא Clades ſuper cladẽ accidit.q.d. contritio altera alteri ſucceſſit.i.decem tribus iam abductæ ſunt captiuæ:duæ reliquæ etiam abducentur,niſi reſipuerint. Tota terra כל־הארץ ſub.decem tribuum. Tabernacula mea, אוהלי Vocat vrbes tabernacula ſiue tentoria & cortinas , quòd facillimè captæ ac ſubiugatæ fuerint.Chaldæus paraph.interpretatur terram & vrbes Terræ ſanctæ. 21 Vexillum, נס Singul.pro plur.vexilla.q.d.quouſque videbo cœtus iſtos attollentes vexilla ad congregandum ſeſe vt veniant præliaturi contra me? 22 Quia כי ſub.omnia iſta eueniunt,quia,&c.Aut verte כי Certè. 23 Vidi ראיתי Sub.ſpiritu prophetico.ſunt enim verba Prophetæ quæ ſequuntur. Deſolata & vac. תוהו ובוהו ſub.habitatoribus. Ad verbum,inanitas & vacuitas. Deſcribit acerbitatem calamitatis.q.d. Vidi regionem vaſtatam & deſtructam.Vide eaſdem voces Gene.1.a.2. Lux eorum. ׃ אורם lumen in eis.i.obſcurati erant ac deſtituti lumine ſuo: ſtellæ cæli nõ lucebant.His ſummam afflictionem deſcribit. 24 Deſtructi fue. ׃ התקלקלו corrupti ſunt.aut perditi. Alii,commoti ſunt.vel,agitauerunt ſeſe. Quidam Hebræorum à leuitate deducit verbum,vertẽs,alleuiati ſunt.id eſt præ leuitate ſua tremebant.nam grauitas eorum reddit eos ſtabiles. 25 Nullus *erat* homo, אין האדם Chaldæus paraph.non erat populus eius manens in ea.

27 Conſummationem tamen וכלה conſumptionem tamen.ו pro tamen.id eſt non omnino perdam. 28 Deſolabitur תאבל peribit.Alii,lugebit.Dicitur lugere terra quando non culta,in ſqualorem redigitur. Eo quòd loc.ſum,cog. על כי־דברתי זמותי dixi enim quod cogitaueram.Doctus inter Hebræos exponit,Quia eius quod loquutus ſum Prophetis ſicut cogitaueram,non pœnituit me hactenus: nam quemadmodum cogitaui & dixi,ſic fiet.Alii exponunt,Loquutus ſum & cogitàui,pro,tuli ſententiam poſtquam cogitaui.

29 Equitum & ſagitt. פרש ורומה Singularia.Heb.pro plur.equitis & iaculantis arcu.pro,equitum & ſagittariorum fugerunt omnes vrbes.vel,habitatores vrbium. Syluas den. בעבים denſitates.i.nemora denſa & ſpiſſa.Alii,nubes,à denſitate.i.receperunt ſe in montes altiſſimos,ſuper quos requieſcere videntur nubes. Omnes ci.der. כל־העיר עזובה Sing.Heb.pro plur.omnes vrbes deſertæ. vel,deſolatæ.

30 Quòd ornas,&c. כי־תעדי וגו׳ Quidam hæc ſequentibus coniungunt,vertentes,quum indueris te coccino,quum ornaueris te ornamentis aureis(vel,monilibus) quum pinxeris fuco oculos tuos, in vanum ornabis te,&c. Pingis תקרעי Ad verbum,ſcindis.i.diducis & dilatas.nam præ nimia fucandi aſſiduitate oculi dilatantur. 31 *Vocem inquam* ang. צרה anguſtiam.vel,tribulationem *inquam.*

Vox קול per appoſitionem dictum.Vertere potes in accuſatiuum,vocem,vt à verbo AVDIVI regatur. *Quæ* lament. תתיפח Fut. Heb.pro præſ.loquitur.fremit.Chaldæus paraph.quæ proſtrata eſt.Alii,conqueritur. Expandit תפרש etiam fut.Heb.pro præſ. Quidã Hebræorum,frangit,confringit.aut percutit manus ſuas,alteram ad alteram more lugentium. Interfectos. ׃ להורגים interfectores.

IN CAPVT V.

1 Scrutamini שוטטו Diſcurrite.vel,Diſcurſate quærendo.Explorate.Perluſtrate. Et cognoſcite, ודעו & conſiderate.

cientem iudiciū, & quærētem fidem: & propitius ero ei.

Quòd ſi etiam Viuit Dominus, dixerint: & hoc falſò iurabunt.

Domine oculi tui reſpiciunt fidem: percuſſiſti eos, & non doluerūt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, indurauerūt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.

Ego autem dixi, Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorātes viam Domini, iudicium Dei ſui.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viā Domini, iudicium Dei ſui. & ecce, magis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula

B Idcirco percuſſit eos leo de ſylua, lupus ad veſperam vaſtauit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorum: omnis qui egreſſus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorū, confortatæ ſunt auerſiones eorum.

Super quo propitius tibi eſſe potero? filii tui dereliquerunt me, & iurāt in his qui non ſunt dii: ſaturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

Ezech.22.b.11

Equiamatores & emiſſarii facti ſūt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.

Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? & in Gente tali non vlciſcetur anima mea?

C Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non ſunt Domini.

Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus.

Negauerunt Dominū, & dixerunt, Non eſt ipſe: neque veniet ſuper nos malū, gladiū & famē non videbimus.

Prophetæ fuerūt in ventū, & reſpōſū nō fuit ī eis: hæc ergo eueniēt illis.

Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Quia loquuti eſtis verbū iſtud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos.

Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael, ait D Dominus: gentem robuſtam, gētem antiquam, gentē cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes.

qui faciat iudicium, & qui quærat veritatem, & parcam ″ei.

2 ″Et ſi Viuit Iehouáh, dixerint, ″verè mendacium iurabunt.

3 Iehouáh annon oculi tui *ſunt* ″ad veritatē? percuſſiſti eos, & non doluerunt: conſumpſiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinā, ″duriores fuerunt facies eorum petra, renuerunt reuerti.

4 Ego autem dixi, ″Profectò pauperes ſunt, ″ſtulti facti ſunt: quia non nouerunt viam Iehouæ, & ″iudicium Dei ſui.

5 Ibo *ergo* ad ″maiores, & alloquar eos: ipſi enim nouerūt viam Iehouæ, iudicium Dei ſui. verùm ipſi *omnes* ſimul ″fregerūt iugum, ruperunt vincula.

6 Idcirco ″percutiet eos leo de ſylua, lupus ″deſerta incolens vaſtabit eos, pardus vigilabit ſuper ciuitates eorum: quiſquis egreſſus fuerit ex eis, rapietur, quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorum, multiplicatæ ſunt ″rebelliones eorum.

Quare Iudæa vaſtata ſit ab Aſſyriis.

7 ″O propter hoc parcam tibi? filii tui dereliquerūt me, & iurauerunt per *eos qui* non *ſunt* Deus: ſaturaui eos, & ″adulterium commiſerunt, & *in* domum meretricis ″congregauerunt ſe turmatim.

8 ″*vt* equi ſaturati manè fuerūt: quiſq; ad vxorē ꝓximi ſui ″hinniāt.

9 ″Nūquid ſuper his non viſitabo? ″dixit Iehouáh, annon de Gente quæ eſt ſicut hæc, non vlciſcetur ſe anima mea?

10 Aſcendite muros eius, & diſſipate, ″conſummationem autem ne feceritis: auferte minas murorum eius, quia non ſut Iehouæ.

11 Nam ″præuaricando præuaricati ſunt in me domus Iשſraאél, & domus Iehudáh, ait Iehouáh.

12 Negauerunt Iehouam, & dixerunt, ″Non *eſt* ipſe: neque veniet ſuper nos malum, nec gladium nec famem videbimus.

Prophetæ autē erunt ″in ventū, ″& ſermo non in illis: ſic ″fiet eis.

14 Propterea ″ſic dixit Iehouáh Deus exercituum, Eo quòd loquuti eſtis verbū hoc, ecce ego ″ponam verba mea in ore tuo vt ignē, & populum iſtum vt ligna, deuorabítque eos.

Deſcribit ferocitatē Chaldæorū, à quibus paſſuri ſunt meritò Iudæi.

15 Ecce ego ″adducam ſuper vos gentem de longinquo, ô domus Iשſraאél, ait Iehouáh, ″gens robuſta eſt, gens ″*quæ* à ſeculo *eſt*, gens cuius ignorabis linguam, nec ″intelliges quid loquatur.

16 Pharetra eius ″veluti ſepulchrum patens, vniuerſi *ſunt* fortes.

Ei. : לה nempe ciuitati Ieruſalem. Chaldæus paraph. vertit, illis. nempe ciuibus Ieruſalē. 2 Et ſi ואם .i. Nam ſi iurauerint per nomen meum dicentes, Viuit Iehouáh. &c. Verè, לכן ob id. quia ſcilicet Dei ſtudioſi non ſunt, & nomen eius contemnunt. Chaldæus paraph. Quòd ſi per nomen Iehouæ iurent, propterea in vanum iurant. 3 Ad veritatem? לאמונה .i. ad amatores veritatis. Alii, ad fidem? ſub. intenti ſunt. q.d. nónne oculi tui vident ſiqua ſit in animo hominis iurantis fides? nūquid vides & probè noſti an homo ſit verax? Quidā Hebræorum exponūt, ad ſtabilitatē? vt ſcilicet conſerues omnia in hoc mundo. acſi dicat, Domine prouidentia tua ſolet operā dare vt quæ condita ſunt, ſeruet. at contra morem tuum facere videris, dum Iudæos percutis & perdis. verùm percuſſiſti illos vt reſipiſcerent, non vt perirent: illi tamen noluerunt reſipiſcere. Duriores fuerunt fa. eo. חזקו פניהם indurauerunt facies ſuas ſupra petram. obdurauerunt. id eſt faciem ſuā reddiderunt duriorem petra. 4 Profectò אך Quidā volunt אך poni, pro אולי .i. forſitan. Stulti fa. ſunt: נואלו deſipuerunt. Alii, ſtultè egerunt. Iudiciū משפט Singul. Heb. pro plur. iudicia. vel, iura & leges. 5 Maiores, הגדולים magnates. Fregerunt iu. &c. שברו עול וגו' Vide eundē ſenſum in Pſalmo 2.a.3. 6 Percutiet eos הכם Præt. Heb. pro fut. Chaldæus paraph. Propterea Rex cum exercitu ſuo aſcendet contra eos ſicut leo de ſylua, & interficient eos populi qui fortes ſunt ſicut lupi veſpertini, diripient eos principes qui fortes ſunt ſicut pardi, inſidiantes vrbibus eorum. Deſerta incol. ערבות Ad verbum, veſperarum .i. veſpertinus, quòd veſperi diſcurrere ſoleat liberius. Rebelliones e. : משובותיהם auerſiones eorum. 7 O אי Quomodo. vt אי ſit pro איך, & deſit ך. vel eſt exclamandi & admirandi particula. Alii, Non. vt אי ſit poſitū pro אין. Alii, Quamobrem. Congregauerunt : יתגודדו Fut. Heb. pro præt. turmatim conuenerunt. vel, congregari ſolent tanquam exercitus. 8 Vt equi, &c. סוסים וגו' .i. Mane fuerunt velut equi bene paſti. Quidā vertunt, armati. ſub. inſtrumētis armorū à יזן armauit. Alii autem dicūt זון & זין vel יזן eiuſdē eſſe ſignificationis, & ſignificare bene paſtos. Hinniāt. : יצהלו Fut. Heb. pro præſ. 9 Nūquid ſu. his העל אלה Annon propter hæc. Viſitabo? אפקוד viſitarē? Chaldæus paraph. addit, vt adducā ſuper eos malū? Viſitare aliquē, pro de ipſo ſumere pœnas, dicūt Hebræi quādo פקד iūgitur præpoſitioni על Vide eundem verſum in fine huius capitis, verſu 29. 10 Conſummat. a. וכלה conſumptionē. autem Vide ſuprà præcedēti, verſu 27. i. nolite tamē totā gentē illā perdere. 11 Præuaricando præ. בגוד בגדו Solent Hebræi ad augendā rem & exaggerandā præponere infinitiuū eiuſdē verbi. q.d. ſupra modū præuaricatæ ſunt. 12 Nō *eſt* ip. לא הוא ſub. qui proſpicit nobis, & aſpicit opera noſtra. 13 In ventū, לרוח .i. erūt vani, ſiue euaneſcēt. aut, vaniores erūt vento. Et ſermo, &c. והדבר אין בהם & verbū *Dei* nō eſt in illis. i. nō afflantur Diuino ſpiritu, ſed confingunt ſibi ſomnia. Fiet יעשה ſub. vt dixi. Alii, fiat. i. ita pereant quemadmodū verbū Dei eſt in illis. 14 Sic dixit Iehouáh, כה אמר יהוה Phraſis eſt Hebraica, acſi diceret, Ob id prædices huic populo aduerſa quæ illi euenient. Ponam נותן Præſ. Heb. pro fut. 15 Adducam מביא Præſ. Heb. pro fut. inducam. Gens גוי Vertere potes in accuſatiuo, gentem quæ, &c. *Quæ* à ſeculo *eſt*, מעולם הוא Sic loquuntur Hebræi quum gentem antiquam, & priſcam dicere volunt, & non obſcuram. i. quæ à multo tempore eſt, vt exponit doctus inter Hebræos. Intelliges תשמע Ad verbum, audies. pro intelliges.

16 Veluti ſepul. pa. כקבר פתוח .i. vtetur ſagittis quæ omnes perdant. Comparatur ſepulchro aperto pharetra, quòd viuos deuoret ſicut ſepulchrum mortuos.

17 Et comedet meſſem tuam & panem tuum, ′comedent filios tuos & filias tuas, comedet′oues tuas & boues tuos, comedet vitē tuam & ficum tuam, ad extremam paupertatē rediget vrbes munitas tuas quibus tu fidis, *idque* gladio.

18 ″Et etiam in diebus illis, dixit Iehouáh, ′non faciā vobiſcum cōſummationem.

Iudæos quare af flixerit Deus.

19 Et erit, quū dicetis, Propter quid fecit Iehouáh De⁹ noſter nobis oīa hæc? ′tū dices ad eos, Quēadmodū dereliquiſtis me, & ſeruiſtis diis′peregrinis in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra nō veſtra.

20 Annuntiate iſtud in domo Iayacób, & audiri facite iſtud in Iehudáh, dicendo,

21 Audite nunc iſtud popule ſtulte, & excors, quibus oculi ſunt, & non vident: quibus aures ſunt, & non audiunt.

22 An me non timebitis, ait Iehouáh? annon à facie mea pauebitis? qui poſui arenam terminū mari, ″ſtatutum ſempiternum, nec præteribit illud: ′commouebuntur quidem, & non præualebunt: ″& intumeſcēt fluctus eius, & non tranſibunt illud.

23 Populo autem huic eſt cor declinans, & rebelle, ′declinauerunt, & abierunt:

24 Neque dixerūt in corde ſuo, Metuamus nunc Iehouáh Deū noſtrum, qui dat ″pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo: ′hebdomadas ſtatutorum meſſis cuſtodit nobis.

25 Iniquitates veſtræ″declinare fecerūt hæc, & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.

26 ″Inueniuntur enim in populo meo impii: ″aſpiciēt *ad uias* ″vt qui ponit laqueos, ″ſtatuerunt laqueum, homines capient.

27 Vt cauea plena auibus, ſic domus eorum plenæ ſunt dolo: ′ideo magni facti ſunt, & ditati ſunt.

28 Impinguati ſunt, ′nituerunt, etiam ſuperauerunt″facta mali: iudicium non iudicauerunt, iudicium *inquam* pupilli, & *tamen*″proſperè egerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

29 ″Nunquid ſuper his nō viſitabo dicit Iehouáh? annon de gente quæ eſt ſicut hæc, non vlciſcetur ſe anima mea?

30 ″Stupendum & turpe factum eſt in terra.

31 Prophetæ prophetauerunt″mendaciter, & ſacerdotes′acceperūt *munera* in manus ſuas: ″& populus meus dilexerunt ſic: quid autem facietis″in nouiſſimo eius?

Et comedet ſegetes tuas & panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum & armēta tua, comedet vineam tuam & ficū tuam, & cōteret vrbes munitas tuas in quibus tu habes fiduciam, gladio.

Veruntamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in cōſummationem.

E

Infrà 16.b.10

|Quòd ſi dixeritis, Quare fecit Dominus De⁹ noſter nobis hæc ōnia? dices ad eos, Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis deo alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.

Annūtiate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes,

Eſaiæ 6.c.9

|Audi popule ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos nō videtis: & aures, & non auditis.

Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à facie mea non dolebitis? qui poſui arenā terminū mari, præceptū ſempiternū quod nō pręteribit: & cōmouebūtur, & nō poterūt: & intumeſcēt fluctus eius, & nō trāſibūt illud.

F

Populo autem huic factum eſt cor incredulum & exaſperans: receſſerūt & abierunt.

Et non dixerunt in corde ſuo, Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneā & ſerotinā in tēpore ſuo: plenitudinē annuæ meſſis cuſtodientem nobis.

Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc: & peccata noſtra prohibuerunt bonum à nobis:

Quia inuenti ſunt in populo meo impii, inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiēdos viros.

Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt & ditati.

G

Eſaiæ 1.f.23 zach.7.c.10

Incraſſati ſunt & īpinguati: & præterierūt ſermones meos peſſimè: |cauſam non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentē huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?

Stupor & mirabilia facta ſunt in terra.

Prophetæ prophetabāt mendaciū, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouiſſimo eius?

---

17 C medent יאכלו deuorabunt. interficient. Oues t. & bo. t. צאנך ובקרך Singul. Heb. pro plur. greges tuos & armenta tua.

18 Et etiam וגם Veruntamen. Attamen. Non faciam, &c. לא־אעשה וגו׳ Hebraiſmus, ne tum quidem perdam vos omnino, ſed relinquam aliquos qui abducentur captiui in Babylonem. 19 Tum dices ואמרת ſub. ô Propheta. Peregrinis, נכר Ad verbū, peregrinitatis. 22 Statutū ſemp. חוק־עולם ſtatuto ſempiterno. Ad verbum, æternitatis. Cōmouebuntur q. ויתגעשו agitabūtur quidem. ſub. fluctus eius. Et intumeſ. והמו & frement. vel, perſtrepent. 23 Declina. & ab. סרו וילכו deficiunt *ad alios*, & recedunt. ſub. à Deo vero. Doctus inter Hebræos exponit, declinauerunt à via bona, & abierunt ſibi in cogitationem cordis ſui. Chaldæus verò paraph. quoniā defecerunt à meo cultu, demigrauerunt. vel, captiui facti ſunt. 24 Pluuiā tēp. & ſer. גשם ויורה ומלקוש Aut ו redūdat in ויורה, aut verte, tum tempeſtiuam, tum ſerotinam. Doctus inter Hebræos, ſi legatur ו, exponit, qui dat pluuiā reliquo tempore anni ad neceſſitatem hortorum, & ad bibendum, & ad cæteras neceſſitates tam hominum quàm iumentorū: & dat etiā pluuiam tempeſtiuam & ſerotinam ad neceſſitatē prouentuū, quamlibet tēpore ſuo, nēpe in Autumno & Vere. Hebdomadas, &c. שבועות וגו׳ Fut. Heb. pro præſ. i. tēpus commodū, & aptum ſiue idoneū metēdis ſegetibus reſeruat nobis. q. d. qui tēpore meſſis dat nobis ſerenitatē temporis. Quidam vertunt, Iuramentis ſtatutis meſſem ſeruat nobis. Vt loquatur de iuramento & pacto cuius meminit Gene. 8. d. 22, & Leuit. 26. a. 4.

25 Declinare fec. hæc הטו־אלה. i. euenire vobis hæc mala. ita etiā Chaldæus paraph. Alii, auerterunt iſta. ſub. à vobis. Ita quidā Hebræorū exponēs, declinare fecerūt ſtatuta illa à vobis, vt nō ſeruauerim illa vobis. itaq; vos periiſtis fame. 26 Inueniuntur e. כי־נמצאו Præt. Heb. præſ. Aſpicient ישור Singul. Heb. pro plur. aut, aſpiciet, ſiue aſpicit quiſque. i. inſidiatur hominibus, vt aucupes qui aſpiciunt quādo quieſcant aues vt rete expandant. Vt qui po. laq. כשך יקושים Ad verbū, ſecundum poſitionē (aut expanſionē) laqueorum. i. quū poſuerit laqueos. Statuerunt laq. הציבו משחית collocauerunt exterminatoriū. Ad verbū, perditionē. machina quædam erat. Alii, pedicas vertunt. Vertere potes omnia per præſens. Alii, ſtatuerunt foueā perditionis in qua homines capiant. 27 Ideo ma. &c. על־כן וגו׳ ea ratione magni euadūt, & diteſcunt. Præt. Heb. pro præſ. 28 Nituer. עשתו habuerunt cutē nitidā. eſt enim cutis hominis pinguis nitida. Facta mali: דברי־רע ſub. hominis. i. ſuperarunt facta peſſimi cuiuſque. Proſperè eg. ויצליחו . i. fœliciter & proſperè degunt.

29 Nunquid ſu. his, &c. העל־אלה Idem verſus qui paulo antè, verſu 9. Chaldæus paraph. An de populo cuius talia ſunt opera, non ſumā vindictam pro voluntate mea? 30 Stupendum, &c. שמה ושערורה Admiratio [Stupor. vel, Extaſis] & fœditas facta eſt.

31 Mendaciter, בשקר falſò. i. vana & falſa. Acceperunt, &c. ירדו על־ידיהם accipiunt *munera* manibus ſuis. vt ſcilicet peruertant cauſas. Alii, accipiūt munera per manus illorum. ſub. pſeudoprophetarū. Alii, dominantur [vel dominabantur] per manus illorum. Et populus m. &c. ועמי אהבו כן Hebraiſmus, pro, Hæc placēt populo meo. q. d. delectantur in eo quòd decipiantur. In nouiſſimo e. לאחריתה in fine eius? nempe ſtuporis & fœditatis. Chaldæus paraph. Quid autem facietis in fine? id eſt tandem.

Cap. VI.

1 COnfortamini filii Beīamin in medio Ierusalē, & in Thecua clāgite buccina, & super Bethacārē leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

2 Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion.

3 Ad eam venient pastores & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.

4 Sanctificate super eam bellum: cōsurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi:

5 Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.

B 6 Quia hæc dicit Domin⁹ exercituū, Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

7 Sicut frigidam facit cisterna aquā suam, sic frigidam fecit malitiam suā: iniquitas & vastitas audietur in ea, corā me semper infirmitas & plaga.

8 Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponā te desertam, terram inhabitabilem.

9 Hæc dicit Dominus exercituū, Vsque ad racemum colligēt quasi in vinea, reliquias Israel: cōuerte manum tuam, quasi vindemiator ad cartallū.

C 10 Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? ecce, incircūcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.

11 Idcirco furore Domini plenus sū, laboraui sustinens: effunde super paruulum foris, & super concilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.

12 Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitātes terram, dicit Dominus.

13 |A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & à Pro-

Esaiæ 56.d.11
infrà 8.d.10

Cap. VI.

1 F″Vgite filii Biniamín, de medio Ieruשſaláim, ″& in Thecóya clāgite buccina, & super Beth-hachérem eleuate ″vexillū: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

Ironic a Prophetæ adhortatio ad Iudæos, vt exercitui Chaldæorū occurrant.

2 *Mulieri iugiter* ″habitāti ī tabernaculo, & delicatæ assimilaui filiā xSiiō.

3 Ad eam venient ″pastores, & greges eorum: figent iuxta eam tētoria per circuitum: depascent quisque ″in loco suo.

4 ″Præparate aduersus eam bellum, surgite, & ascendamus meridie: ″væ|nobis, quia declinauit dies, quia ″extenderunt se vmbræ vespertinæ.

5 Surgite, & ascendamus noctu, & demoliamur palatia eius.

6 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, Succidite ligna, & effundite iuxta Ieruשſaláim aggerē: ea *est* ciuitas ″*quæ* visitata est tota ipsa, oppressor est in medio eius.

Peccata propte quæ Ierusalem affligitur.

7 ″Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire facit malitiam suam: iniuria ″& vastitas ″auditur in ea ″in cōspectu meo iugiter, infirmitas & percussio.

8 ″Erudire Ieruשſaláim, ne fortè ″recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam *tanquam* terram non ″habitatam.

9 Sic dixit Iehouáh exercituū, Racemando ″racemabūt tanquam vitem, reliquum Iשſraאelis: ″conuerte manum tuam sicut vindemiator ad canistra.

10 Quem alloquar, ″& *quem* monebo, & audient? ecce ″incircūcisa est auris eorum, neque poterunt attendere: ecce verbum Iehouæ fuit eis opprobrio, ″non amauerunt illud.

Incircuncisæ aures.

11 ″Itaque ira Iehouæ plenus sum, ″defatigatus sum cōtinendo me, ″ad effundendum *illam* super paruulos foris, & super ″congregationem iuuenum pariter: quia etiam maritus cum vxore capientur, senex cum ″pleno dierum.

12 ″Et vertētur domus eorū ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitatores terræ, dicit Iehouáh.

13 ″A paruo enim eorū vsque ad magnum eorū omnes auarè sectā-

Auaritia.

IN CAPVT VI.

1 Fugite, העיזו Congregamini. vt scilicet fugiatis. Chaldæus paraph. Demigrate. Doctus inter Hebræos scribit hæc dici per modū ironiæ, quia non erat eis locus quò fugerent. q.d. si sit vobis locus quò fugiatis, illuc fugite. Prædicit obsidionē Ierusalem. Et in Thecoya clang. ובתקוע תקעו Allusio dictionum. Clangite vt admoneantur aduentus hostium, & se in locum tutum recipiant. Vexillū: משאת facem. incendium, vel, ignem. id est accendite pyram & rogum: vt fugæ signum detis vinitoribus, pastoribus, & agricolis, vt se recipiant in tutum aliquem locum. 2 *Iugiter* habitan. in taber. הנוה והמעונגה id est pulchræ & formosæ. ita & Chaldæus paraph.

3 Pastores, & greg. e. רועים ועדריהם Chaldæus parph. exponit Reges & turmas eorum. In loco suo. : את ידו locum suū. vel, partem suam. q.d. Rex vnus (inquit doctus inter Hebræos) aut princeps destruet vrbem vnā aut plures, & sic alius, donec finierint subigere regionem illam: & tum congregabuntur vniuersi ad oppugnationem Ierusalem. 4 Præparare, &c. קדשו וגו' .i. instruite aciem aduersus eam, vt inuadamus illam. Ita loquuntur pastores illi alter alteri. Væ nobis, אוי לנו q.d. infœlices sumus, quia destituimur die, & iam aduesperascit. Describit magnum desiderium pugnandi, quo tenebantur Chaldæi. Extenderunt se : ינטו Fut. Heb. pro præt. i. maiores solitò factæ sunt. 6 *Quæ* visit. &c. הפקד וגו' cuius *iniquitas* visitabitur, tota eius oppressio est in medio eius. i. quia opprimūtur in ea pauperes omni genere oppressionū. Seipsum declarat sequenti versu. Alii, in ea tota est calumnia, in medio eius. i. visitabitur propter rapinā & oppressionem. 7 Quemadmodū scat. fa. כהקיר Vt fundit. sub. sine intermissione. Et vastitas, ושוד & direptio. Chaldæus paraph. vox direptorum & spoliatorū auditur, &c. Auditur ישמע Fut. Heb. pro præs. In conspectu, &c. על־פני וגו' .i. me vidente occidūt pauperes iniuria affectos à potentioribus. Alii, corā me iugiter est morbus & plaga. q.d. iugiter meditor inducere aduersus illam malū, & plagam. ita Chaldæus paraph. 8 Erudire, הוסרי Cape disciplinam. i. Resipisce. Recedat, &c. תקע וגו' auellatur. separetur. Hebraismus, ne cogar desinere te amare. Anima pro fauore & amore. Habitatā. : נושבה Præteritū. temp. est. i. quæ nunquā fuit habitata.

9 Racemabunt יעוללו racement. q.d. non solùm nobiles & potentes captiui abducentur, sed etiam post illos pauperrimi quique qui relicti fuerint à Nabuchodonosor, quos postea abducet Nabuzardan, vt habetur infrà cap. 57. Conuerte השב reuerti fac. i. crebro percute. Verba sunt mutuò sese cohortantium, Redire fac manum tuam, &c. subinde capiendo nouos quos abducas in Babylonem. Comparat eos qui captiuos abducebant, vindemiatoribus: carcerem autem captiuorū, canistris vindemiatoriis. 10 Et *quē* mo. &c. ואעידה וישמעו & *quem* obtestabor, vt audiant? i. quasi adhibitis testibus denuntiabo, vt acquiescant consiliis meis? Incircuncisa est ערלה .i. obthurata, vt exponunt Hebræi. Chaldæus paraph. infatuata. Dicit eos esse surdos qui nolunt audire, vt qui obstructas habent aures. Non amauerunt illud. : לא יחפצו־בו Fut. Heb. pro præsenti vel præterito. i. non tenentur desiderio illius. Chaldæus paraph. eo quòd non amauerunt illud.

11 Itaque ira ואת־חמת Itaque furore. vel, indignatione. ו pro idcirco. Chaldæus paraph. Et prophetia de ira à conspectu Iehouæ plenus sum, fatigatus sum sustinendo, & non possum. sub. vltrà ferre. Defatigatus s. conti. נלאיתי הכיל Ad verbum, laboraui continendo. id est quam ægrè contineo. Ad effundendum שפוך sub. ira inquam Iehouæ plenus sum, vt effundam illam, &c. Congregationem סוד consilium. vtrunque significat סוד. De adolescentibus loquitur qui iungunt se simul in cœtum vnum & consilium vnum, quibus nihil hoc totū profuerit, neque robur ipsorum. ita doctus inter Hebræos. Pleno di. : מלא ימים .i. decrepito. 12 Et vertentur ונסבו & deuoluentur. i. transferentur. q.d. Alii possidebunt domos eorum. 13 A paruo, &c. מקטנם וגו' Hebraismus, pro, à minimo eorū vsque ad maximū eorum quisque auaritiæ & lucro inhiat. siue mirū in modum intentus est quæstui. Chald. paraph. omnes sunt captores pecuniæ.

tur auaritiam:& à Propheta vſque ad Sacerdotem,omnes″faciunt mendacium.

14 ″Et curabant contritionem filiæ populi mei,″leui *ſermone*, dicendo,Pax,pax:& non *erat* pax.

15 N*um* pudore affecti ſunt,quòd abominationem fecerint? ′ne pudendo quidem pudore affecti ſunt,nec etiam erubeſcere nouerũt: propterea cadent inter corruentes,in tempore quo viſitabo eos, corruent,dicit Iehouáh.

Cura Dei erga populum.

16 Sic dixit Iehouáh, State ſuper vias, & videte,″& interrogate de ſemitis″antiquis,quænam ſit via″bona,& ambulate in ea:″& inuenietis requiem animæ veſtræ.& dixerunt,Non ambulabimus.

Populi contemptus in Deum.

17 Cõſtitui præterea ſuper vos″ſpeculatores,*qui dicerent*,Attendite voci buccinæ.& dixerunt,Non attendemus.

18 Ideo audite gentes: & cognoſce ô congregatio″quæ *ſunt* in eis:

19 Audi terra,Ecce ego adduco malum ſuper populum iſtum,fructum cogitationum eorum:quia verbis meis non attenderunt,″& Legem meam reprobauerunt.

Sacrificia Iudæorum reiicit Dominus.

20 Vtquid *iã* mihi thus de שSebá veniet, & calamus odoratus optimus de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt′ad beneplacitum,nec ſacrificia veſtra″dulcia ſunt mihi.

21 Propterea hæc dixit Iehouáh,Ecce ego″do populo huic″ruinas,& corruẽt in eis patres & filii pariter,vicinus″& amicus eius peribũt.

Rurſum Babyloniorum aduẽtus prænuntiatur.

22 Sic dixit Iehouáh,Ecce populus venit de terra Aquilonis:& gẽs magna″conſurget à lateribus terræ.

23 Arcum & ſcutum arripient,crudeles ſunt,& non miſerebuntur: ″vox eorum tanquam mare ′ſonabit, & ſuper equos equitabunt, ″parati tanquam vir ad prælium aduerſum te filia צSiión.

24 Audiuimus rumorem eius, *&*″debilitatæ ſunt manus noſtræ,tribulatio apprehendit nos,*&* dolor vt parturientis.

25 ′Ne exeatis *ad* agrum, & per viam ne ambuletis : quoniam gladius″inimici,pauor *eſt* in circuitu.

26 Filia populi mei accinge te ſacco,& te voluta in cinere:luctum vnici fac tibi,planctum″amaritudinum:quia repentè veniet vaſtator ſuper nos.

27 ″Propugnaculum poſui te in populo meo,*&* munitionem : cognoſcas itaque″& probes viam eorum.

28 Omnes ipſi″principes declinantium,ambulantes

pheta vſque ad Sacerdotem cũcti fa ciunt dolum.

14 Et curabant contritionem filiæ populi mei cũ ignominia,dicẽtes, Pax, pax: & non erat pax. D

15 Cõfuſi ſunt,quia abominationem fecerunt : quin potius confuſione nõ ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierũt. quam ob rem cadent inter ruẽtes: in tempore viſitationis ſuæ corruent,dicit Dominus.

16 Hæc dicit Dominus,State ſuper vias,& videte,& interrogate de ſemitis antiquis,quæ ſit via bona, & ambulate in ea:‖& inuenietis refrigeriũ animabus veſtris.& dixerunt,Nõ ambulabimus. Matth.11.d.29

E

17 Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores, Audite vocem tubæ.& dixerunt, Nõ audiemus.

18 Ideo audite Gentes,& cognoſce cõgregatio,quanta ego faciam eis.

19 Audi terra, Ecce ego adduco mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius : quia verba mea non audierunt, & Legem meam proiecerunt.

20 ‖Vt quid mihi thus de Saba affertis,& calamum ſuauè olentem de terra lõginqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Eſaiæ 1.c.11 amos 5.f.21

21 Propterea hæc dicit Dominus,Ecce ego dabo in populũ iſtum ruinas, & ruent in eis patres & filii ſimul, vicinus & proximus peribunt. F

22 Hæc dicit Dominus,Ecce populus venit de terra Aquilonis,& gens magna conſurget à finibus terræ.

23 Sagittam & ſcutum arripiet:crudelis eſt, & non miſerebitur: vox eius quaſi mare ſonabit,& ſuper equos aſcendent,præparati quaſi vir ad prælium,aduerſum te filia Sion.

24 Audiuimus famam eius, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehendit nos,dolores vt parturientem.

25 Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis:quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.

26 Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi,planctum amarum, quia repentè veniet vaſtator ſuper nos. G

27 ‖Probatorẽ dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eorum. Suprà 1.d.18

28 Omnes iſti principes declinantes,

Faciunt mend. : עושׂה שׁקר .i.omnes ſunt impoſtores,vel fraudulẽter & perfidè agũt.Chaldæus paraph.omnes ſunt operatores falſitatis.

14 Et curabant contrit. וירפאו את־שׁבר Et medentur fracturæ vel contuſioni. Leui, על נקלה .i.vano,verbis inanibus & vanis.aut, verbis leuiculis,aut leuitate quadam,ſiue leuiter,quaſi iocus eſſet,aut ludus aliquis, nihil ſeriò agentes in re tam ſeria.q.d.pſeudoprophetæ vobis pollicentur pacem:at pace non fruemini. 15 Ne pudendo quidem,&c. גם־בושׁ לא־יבושׁו vtique confuſione non ſunt confuſi,nec etiam,&c. 16 Et interrogate ושׁאלו ſub.alios ſapientiores. Antiquis, עולם Ad verbum ſeculi.Chaldæus paraph.quæ à ſeculo ſunt. Bona, הטוב melior.optima. Hebræi carent comparatiuo & ſuperlatiuo. Chaldæus paraph. quæ recta ſit. Et inuenietis ומצאו Imperat.Heb.pro fut. 17 Speculatores, צופים Chaldæus paraph.doctores. 18 Quæ *ſunt* in eis. : את אשׁר־בם Relatiuum pro anteced.id eſt peccata quæ ſunt in hominibus tuis. 19 Et Legem meam reprob. : ותורתי וימאסו־בה & à Lege mea abhorruerunt.Hoc loco ו tantummodo futurum vertit in præteritum,& relatiuum redundat. Alii tamen vertũt,Neque Legi meæ,ſed abhorruerunt ab ea. 20 Ad beneplacitum, לרצון ad voluntatem.id eſt non ſunt mihi grata. Dulcia ſunt ערבו quaſi dicas,dulcuerunt.id eſt non fuerunt mihi odorata,non placuerunt. 21 Do נותן pono.Præſ.Heb.pro fut. Ruinas, מכשׁולים offendicula.vt ſcilicet in ea impingant. q.d. creabo perniciem Iudæis, quam nulla ratione vitare poterunt. Et amicus eius ורעו & proximus eius. 22 Conſurget à lateribus terræ. : יעור מירכתי־ארץ excitabitur ex angulis terræ. id eſt ab vno ex angulis.q.d. ab vltimis regionibus.Prædicit rurſus aduentum Chaldæorum:quem ſæpe inculcat vt oſtendat contumaciam animi Iudæorum,qui toties admoniti ſuæ calamitatis,reſipiſcere noluerunt. 23 Vox eorum קולם ſtrepitus eorum. Sonabit, יהמה perſtrepet.vel,tumultuabitur.

Parati ערוך Singul.Heb.pro plur.diſpoſiti.præparati. 24 Debilitatæ ſunt רפו diſſolutæ ſunt.remiſſæ ſunt.

25 Ne exeatis,&c. אל־תצאו וכו׳ Ne exeas ad agrũ,& per viã ne ambules.Varia lectio Hebræis:ſcribitur enim תצאי & תלכי. Inimici, לאויב eſt inimico.q.d.omnes agri pleni ſunt hoſtibus,qui omnibus pauorem incutiunt. 26 Amaritudinũ: תמרורים id eſt amarum.

27 Propugnaculum בחון Arcem munitiſſimam.ſub.ô propheta.i.fortem inſtar arcis munitiſſimæ.Chaldæus paraph.Electum poſui te in populo tanquam munitionem fortem. Et probes ובחנת & explores.i.increpes.q.d.& quum cognoueris viam illorum,redargue eos liberè:quia tibi non poterunt nocere:nam firmaui te tanquam arcem fortem. 28 Principes סרי Hebræi ſcribunt ס poſitum eſſe vice שׂ.Alii vertunt vt ſcribitur,Omnes ſunt apoſtatæ,apoſtatæ *inquam*. vel,Omnes ipſi contumaces apoſtatæ ſunt. Principes declinantium vocat declinantes à Lege. Chaldæus paraph. Omnes principes eorum ſunt rebelles. vel, omnes principes declinantium. id eſt Domini ſeruorum declinantium,&c.

ambulantes fraudulẽter: æs & ferrũ, vniuerſi corrupti ſunt.

29 Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ.

30 Argentũ reprobũ vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

Cap. VII.

1 VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens,

2 Sta in porta dom⁹ Domini, & prędica ibi verbũ iſtud, & dic, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominum:

Infrà 16.d.13

3 Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael, ‖Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto.

4 Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.

5 Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximũ eius,

6 Aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calũniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis:

B

7 Habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi Patribus veſtris, à ſeculo vſque in ſeculum.

8 Ecce, vos cõfiditis vobis in ſermonib⁹ mẽdacii, qui nõ proderũt vobis:

9 Furari, occidere, adulterari, iurare mẽdaciter, libare Baalim, & ire poſt deos alienos quos ignoratis.

10 Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meũ, & dixiſtis, Liberati ſumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.

Matth.21.b.13
marc.11.c.17
luc.19.g.46

11 ‖Nũquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatũ eſt nomen meum in oculis veſtris? ego ego ſum: ego vidi, dicit Dominus.

C

12 Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter mali-

'fraudulenter:'chalybs & ferrum, omnes ipſi'corruptores ſunt.

29 "Combuſtum ſufflatorium ab igne, conſumptum eſt plumbũ, fruſtra conflauit conflator,'& mali non ſunt auulſi.

30 Argentum reprobatum"vocate eos, quia reprobauit Iehouáh eos.

Cap. VII.

Iubetur Ieremias annũtiare populo verbũ Domini, cõfidenti in externo templi cultu nihil iuuante.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Iehouáh, dicendo,

2 Sta in porta domus Iehouæ,'& prædica ibi verbum iſtud, & dic, Audite verbũ Iehouæ omnis Iehudáh"qui ingredimini"per portas iſtas, vt adoretis Iehouam:

3 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשׂſraʼél, Bonas facite vias veſtras, & opera veſtra, & habitare faciam vos in loco iſto.

4 Ne fidatis vobis in verbis mendacii, dicendo, Templum Iehouæ, templum Iehouæ, ſunt templum Iehouæ.

5 "Quoniam ſi"emendando emẽdaueritis vias veſtras, & opera veſtra, & faciendo feceritis iudicium"inter virum & amicum eius,

6 Peregrinum, pupillum & viduam non oppreſſeritis, & ſanguinem innocentem non effuderitis in loco iſto: & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobis:

7 Tũc habitare faciam vos in loco iſto, in terra quam dedi Patribus veſtris, à ſeculo vſque in ſeculum.

8 Ecce vos cõfiditis vobis in verbis mendacii,"quod non prodeſt.

9 "Nunquid furabimini, occidetis, & adulterabitis, & iurabitis in vanum, & adolebitis"Báyal, & ambulabitis poſt deos alienos quos non noſtis:

10 'Et venietis, & ſtabitis corã me in domo hac,"ſuper quam inuocatum eſt nomẽ meum: & dicetis, Liberati ſumus:"vt faciatis *poſtea* omnes abominationes iſtas?

11 Nũ *ut* ſpelũca latronũ facta eſt domus hæc, ſuper quã inuocatũ eſt nomẽ meũ"in oculis veſtris? etiã ego ſanè"video, dixit Iehouáh.

12 Sed ite"quæſo ad locum meum qui erat in שׂSiló, vbi habitare feci"nomen meum in principio, & videte quæ fecerim ei propter

Silo.

Fraudulenter: רכיל *in* delatione.aut,obtrectatione. Chalybs &fer. נחושת וברזל q.d.frontis ſunt chalybeæ &ferreæ.i.impudẽtiſſimi. Doctus inter Hebræos exponit,Sicut chalybs miſcetur ferro,quando alterũ ſine altero nõ ſcinderet,ſic ipſi ſunt miſti alter cũ altero vt fraudulẽter malefaciant,noceant & lædant.Et ſic Chaldæus paraph.dicẽs, Ambulantes fraudulenter,quemadmodum miſcetur chalybs cũ ferro. Corruptores משחיתם exterminatores ſunt. 29 Cõbuſtum eſt ſuff. נחר מפוח Cõbuſtus eſt follis.nimia ſcilicet ſufflatione.In hac ſimilitudine Deus eſt conflator.Argentũ repurgandũ,eſt Iuda.Follis eſt Ieremias.Plũbum ſignificat omnia adminicula repurgationis. Vt igitur conflator aliquando operã perdit dũ ſtudet vt conflando repurget argentũ: ſic Deus quũ voluit repurgare ſcoriam Iuda, operã & oleum perdidit.Meminit plũbi,quòd plumbum admiſceatur cõflationi argẽti,vt facilius & minori detrimento cõfletur.Chaldæus paraph. Ecce ſicut follis ſufflatorũ qui combuſtus eſt in medio ignis,ſic abiit vox eorum, ſcilicet Prophetarũ qui prophetabant illis, Cõuertimini ad Legẽ:& non ſunt conuerſi.& ſicut plumbum quod liquatur in medio fornacis, ſic fuerunt otioſa in oculis eorũ,verba Prophetarum qui prophetabant illis ſine vtilitate:docuerunt eos doctores eorum,& opera ſua mala non dereliquerunt. Et mali,&c. ורעים וגו' quum mali non ſint auulſi. Alii,nam mala non fuerunt auulſa. 30 Vocate קראו vocauerunt.ſub.Prophetæ.

IN CAPVT VII.

2 Et prædica וקרעת & clama. Per portas בשערים Portas quæ erant in lateribus intelligit.nam ipſe ſtabat in Orientali. 4 Templũ Ieh.ſunt. : היכל יהוה המה templũ Iehouæ ea *ſunt*.ſub.verba illa mãdacia.vel,ſunt hæc ædificia.Iſta ſunt verba(inquit doctus inter Hebræos)quæ pſeudoprophetæ dicebãt illis,ſeducẽtes eos.q.d.nolite credere verbis pſeudoprophetarũ qui dicere ſolẽt,nunquã futurũ vt Dominus ſinat vrbem veſtrã venire in poteſtatẽ Chaldæorum ob templũ magnificẽtiſſimum quod in ea eſt conſtructũ. Aut verba ſunt quæ ipſi pſeudoprophetæ dicebant Ieremiæ.acſi dicerent,Deus non deſtruet templũ ſuum propter iniquitatẽ, nec deſtruetur ciuitas iſta. Et hæc repetitio(inquit)fit ad exaggerandam rem,pro more Scripturæ.Alii exponunt acſi dicat, Quia tria iſta,אולם veſtibulum,היכל templũ, & דביר adytum,ſunt tẽplum Dei,non ſinet Deus vt deſtruatur à Chaldæis.Et ter repetit,quia templũ ex illis tribus partibus conſtabat.vel ad maiorem expreſſionẽ ter repetiit.Alii exiſtimant eſſe verba Iudæorum digito monſtrantiũ templũ ipſum Salomonis,& omnes partes illius,magnificentiſſimũ & ſanctiſſimũ:quibus reſpõdet Dominus per Ieremiã,Nolite tẽplo magnificẽtiſſimo & ſanctiſſimo fidere:quia neq; tẽplo,neq; vrbi propter templũ parcã,niſi reſipueritis. 5 Quoniã ſi כי־אם Sed ſi. Alii, Quinpotius. Alii, Quòd ſi.hoc pacto,in principio 7 verſus abũdabit ו,niſi vertatur in Tunc. Emendando emẽ. היטיב תיטיבו Ad verbũ,bonas faciendo bonas feceritis.i.corrigendo correxeritis. Inter vi.&c. בין איש וגו' inter hominẽ & ſociũ eius.Hebraiſmus,pro,inter vnũ & alterum. 8 Quod nõ pro. לבלתי הועיל: Ad verbũ,ad non proficiendũ. vel,promouendũ.i.quæ non proderũt.vel,ita vt nemo veſtrũ proficiat. 9 Nũquid,&c. הגנוב רצוח ונאוף Infinitiui Heb.pro futuris,furandũ,adulterandum,occidendũ,&c.vel,furando,occidendo,&c.q.d.An facietis iſta,& proderit tẽplũ vobis? Báyal, לבעל idolo.vel idolis. 10 Et venietis,&c. ובאתם וגו' Præterita Heb.pro fut. Super,&c. אשר־נקרא וגו' Hebraiſmus,quæ dicitur domus mea.vel,quæ appellatur de nomine meo,nẽpe domus Dei. Vt faciatis,&c. למען עשות וגו' .i.cogitãtes facere,vel vt faciatis adhuc abominationes illas quas feciſtis ab initio? Alii,propterea quòd facimus om.&c. vel,ideo facimus,&c. Alii,ãetiſi fecerimus omnes,&c. 11 In oculis ve. בעיניכם .i.iudicio veſtro. q.d.quî fit vt iudicio veſtro ædes hæc mea ſit velut antrũ latronũ,neque pluris eã faciatis quàm antrum graſſatorũ? Nam vt in antra ſua recipiunt ſeſe graſſatores cædibus & latrociniis patratis:ſic vos poſt ſcelera etiam grauiſſima,non erubeſcitis venire in domum meam,quaſi exiſtimetis me peccatorum veſtrorũ eſſe ignarum. Video, ראיתי Præt.Heb.pro præſ.ſub.cogitationes veſtras,& animos veſtros.q.d.non poteſtis me fallere. 12 Quæſo נא nunc. Nomen me. שמי Chaldæus paraph.Diuinitatem meam.vel,maieſtatem.

malitiam populi mei Iשſraאél.

Mala euentura Iudæis ob contemptũ Prophetarum.

13 Nunc ergo quia″feciſtis vos omnia opera hæc,dixit Iehouáh,& loquutus ſum ad vos,manè ſurgendo,& loquendo,& non audiuiſtis:& vocaui vos,& non reſpondiſtis:

14 Faciam & *ego* domui huic, ″ſuper quam inuocatum eſt nomen meum,in qua vos confiditis: & loco huic quem dedi vobis & Patribus veſtris, ſicut feci שSiló:

15 Et proiiciã vos à facie mea,ſicut proieci omnes fratres veſtros, vniuerſum ſemen אEphráim.

Prohibet Dominus orare pro populo.

16 Tu ergo ne ores pro populo iſto,neque″aſſumas pro eis clamorem & orationem,& ne depreceris me:quia non exaudiam te.

17 Nónne vides quid iſti faciant in ciuitatibus Iehudáh , & in plateis Ieruשſaláim?

18 Filii colligunt ligna,& patres ſuccendunt ignem,mulieres verò ſubigunt paſtam,vt faciant placentas″Reginæ cæli,& libent libamina diis alienis,vt me prouocent ad iram.

19 An me ipſi ″iraſci faciunt,dixit Iehouáh ? annon *potius* ſeipſos ″in confuſionem vultuum ſuorum?

20 Propterea ſic dixit Dominꝰ Iehouáh,Ecce furor meꝰ,& ira mea ″effundetur in locũ iſtũ,ſuper homines,& ſuper animalia,& ſuper arbores agri,& ſuper fructꝰ terræ:ſuccẽdetúrq;,& nõ extinguetur.

Sacrificia à Iudæis nõ requirit potiſſimum Dominꝰ,ſed vt obediant verbo ſuo.

21 Sic dixit Iehouáh exercituũ, Deus Iשſraאél, Holocauſta veſtra addite victimis veſtris,& comedite″carnes.

22 Non enim ſum loquutus cum Patribus veſtris,nec præcepi eis die quo eduxi eos è terra AEgypti,″de holocauſtis & victimis:

23 Sed verbum hoc præcepi eis,dicendo,Obtemperate voci meæ, & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum: ″& ambulate in omni via quam præcepero vobis,vt bene ſit vobis.

24 Verùm nõ paruerunt,nec inclinauerũt aurem ſuam: ″ſed abierunt in conſiliis *ſuis,*″in duritia cordis ſui mali,″& retroceſſerunt,& progreſſi non ſunt.

Prophetæ.

25 A die qua egreſſi ſunt Patres veſtri è terra AEgypti vſque ad diẽ hanc,″miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas″per diem ſurgendo manè,& mittendo.

26 Et non audierunt me,nec inclinauerunt aurem ſuam:ſed indurauerunt ceruicem ſuam,& peius egerunt quàm Patres eorum.

27 Et loquêris ad eos omnia verba hæc, nec audient te:″& vocabis eos,nec reſpondebunt tibi.

28 Et dices ad eos,Hæc eſt gens quæ non obtemperauit voci Iehouæ Dei ſui, nec recepit diſciplinam: periit″veritas, & exciſa eſt ab ore ipſorum.

Inuitat populũ ad planctum ob peccata ſua & imminentia mala.

29 Tonde cæſariem tuam & proiice , ″& attolle ſuper loca excelſa

tiam populi mei Iſrael.

13 Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus : & ‖loquutus ſũ ad vos manè conſurgens, & loquẽs, & non audiſtis: & vocaui vos, & non reſpondiſtis:

Prouer.1.c.23 eſa.65.b.12

14 Faciam domui huic in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam : & loco quem dedi vobis, & Patribus veſtris, ‖ſicut feci Silo:

1.Reg.4.c.13

15 Et proiiciam vos à facie mea,ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim.

16 ‖Tu ergo noli orare ꝓ populo hoc, nec aſſumas pro eis laudẽ & orationem,& non obſiſtas mihi : quia non exaudiam te.

Infrà 14.b.12

17 Nónne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda,& in plateis Ieruſalẽ?

D

18 ‖Filii colligunt ligna,& patres ſuccendunt ignem,& mulieres conſpergunt adipem,vt faciant placẽtas Reginæ cæli,& libent diis alienis,& me ad iracundiam prouocent.

Infrà 44.e.19

19 Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nónne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui?

20 Ideo hæc dicit Dominus Deus,Ecce furor meus,& indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum,ſuper viros, & ſuper iumẽta,& ſuper lignũ regionis,& ſuper fruges terræ,& ſuccendetur,& non extinguetur.

21 Hęc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael,Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris,& comedite carnes.

E

22 Quia non ſum loquutus cum Patribus veſtris , & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra AEgypti,de verbo holocauſtomatũ & victimarũ:

23 Sed hoc verbum pręcepi eis,dicẽs, Audite vocẽ meã,& ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis.

24 Et non audierunt, nec inclinauerũt aurem ſuam:ſed abierunt in voluntatibus & in prauitate cordis ſui mali: factique ſũt retrorſum & nõ in ante,

25 A die qua egreſſi ſunt Patres eorũ de terra AEgypti,vſque ad diem hãc: & miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas per diem, conſurgens diluculo,& mittens.

F

26 ‖Et non audierunt me,nec inclinauerunt aurem ſuam : ſed indurauerũt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt quàm patres eorum.

Infrà 16.c.12

27 Et loqueris ad eos õnia verba hæc, & non audient te : & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi.

28 Et dices ad eos , Hæc eſt gens quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam : periit fides, & ablata eſt de ore eorum.

29 Tonde capillum tuum & proiice, & ſume in directum planctum: quia

---

13 Feciſtis vos עשותכם Præt.Heb.pro præſ. 16 Aſſumas תשא attollas.id eſt clara voce roges. 18 Reginæ cæli, למלכת השמים id eſt,ſtellæ præcipuæ,qui eſt ſol:aut ſtellæ cuidam magnæ quæ eſt in cælo. Doctus inter Hebræos exiſtimat deeſſe א,pro למלאכת.id eſt opificio,ſiue operi cæli, aut cæleſti.hoc eſt cælo ipſi. 19 Iraſci faciunt, מכעיסים ad iram prouocant.q.d.non:nam non reſidet in me affectus iracundiæ,neque affectus alius:expers ſum humanorum affectuum. In confuſionem,&c. למען בושת פניהם: vt erubeſcant facies eorum? 20 Effundetur נתכת ſtillabit.Præſ.Heb.pro fut. 21 Carnes. בשר: ſub. illarum victimarum.acſi diceret(vt exponit quidam Hebræorum)quum offertis holocauſta, præſtaret vos adiungere illa pacificis veſtris,& offerre ea vt pacifica.nam comederetis carnes:illa enim non ſunt mihi grata.quare ergo perditis ea? Aut,vertite holocauſta veſtra in victimas,vt earum carnes edatis:hoc tantum commodi ex illis percipietis.nam mihi omnino diſplicent.Holocauſta tota comburebantur,nec aliquid inde comedebatur. 22 De holocauſtis,&c. על־דברי וגו' Ad verbum,ſuper verbis holocauſti & victimæ.i.de his quæ pertinent ad holocauſta & victimas. 24 Sed abierũt.וילכו ſed ambulauerũt.i.ſequuti ſunt cõſilia ſua,&cogitationes cordis ſui mali. In duritia בשררות in prauitate. Alii,viſione. Alii,obſtinatione. Et retroceſſerũt,&c.ויהיו וגו' Ad verbũ,& fuerũt à tergo,& non anté.i.auerſi ſunt,& non proceſſerunt.aut promouerunt.vel,propterea paſſi ſunt aduerſa, nihilque illis ſuccedit:fuit maledictio (inquit doctus inter Hebræos)in operibus manuum ipſorum,& nõ benedictio. Aliter Hebraiſmum exponit Chaldæus paraph.dicens, Et verterũt in cultu meo ceruicem,& non poſuerunt timorem mei eregione faciei ſuæ. 25 Miſi ואשלח & miſi.Redundat hoc loco ו,tantum vertit futurum in præteritum.aut principium huius verſus iungitur fini præcedentis. Per diem,&c. יום השכם quotidie manè conſurgendo. Vide infrà cap.25.a.3 & 4. 27 Et vocabis eos, וקראת אליהם & clamabis ad eos. 28 Veritas, האמונה fides.religio. 29 Et attolle ושאי & eleua.i.alta .voce lamentare. Alii,aſſume. Alii,excita.

14 Super quã, &c. אשר נקרא וגו' Hebraiſmꝰ, quæ de nomine meo appellata eſt,quæ dicitur mea.

proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui.

Quia fecerunt filii Iuda malum in 30 oculis meis, dicit Dominus: poſuerũt G offendicula ſua in domo in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollue-rent eam:

Et ædificauerũt excelſa Thopheth, 31 quæ eſt in valle filii Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni, quæ nõ præcepi, nec cogitaui in corde meo.

Ideo ecce dies venient, dicit Domin⁹, 32 & nõ dicetur ampli⁹, Thopheth, & Vallis filii Ennõ: ſed Vallis interfectionis, & ſepelient in Thopheth, eo quòd non ſit locus.

Et erit morticinum populi huius 33 in cibos volucribus cæli & beſtiis terræ, & non erit qui abigat.

Ezech. 26.c.13 ‖Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, 34 & de plateis Ieruſalem, vocẽ gaudii & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſpõſæ: in deſolatione enim erit terra.

Cap. VIII.

IN illo tempore, ait Dominus, eiicient 1 oſſa Regũ Iuda, & oſſa Principum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarũ, & oſſa eorum qui habitauerũt Ieruſalẽ, de ſepulchris ſuis.

Et expandent ea ad ſolem, & lunã, 2 & omnem militiam cæli quæ dilexerunt, & quibus ſeruierũt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt & adorauerunt: non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt.

Et eligent magis mortem quàm vitam 3 omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis lo-B cis quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum.

Et dices ad eos, Hæc dicit Domin⁹, 4 Nunquid qui cadet, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur?

Quare ergo auerſus eſt popul⁹ iſte 5 in Ieruſalem auerſione contentioſa? apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.

Attendi, & auſcultaui: nemo quod 6 bonũ eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiã ſuper peccato ſuo, dicẽs, Qui feci? omnes conuerſi ſunt ad cur-C ſum ſuum, quaſi equus impetu vadẽs ad prælium.

Miluus in cælo cognouit tẽpus ſuũ: 7 turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudiciũ Domini.

Quomodo dicitis, Sapiẽtes nos ſu- 8 mus, & Lex Domini nobiſcum eſt? verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum.

Cõfuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſũt: verbum enim Domini pro- 9

---

planctum: quia ″proiecit Iehouáh, & dereliquit generationem ″furoris ſui.

30 Fecerunt enim filii Iehudáh malum in oculis meis, dixit Iehouáh, poſuerunt abominationes ſuas in domo ſuper quam inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam:

31 Et ædificauerunt excelſa Thopheth, quæ eſt in Valle ″filii הHinnom, vt comburerent filios ſuos & filias ſuas igni: quod non præcepi, nec aſcendit ſuper cor meum. Thopheth.

32 Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, ″& non dicetur vltrà Thopheth, & Vallis filii הHinnóm, ſed Vallis ″interfectionis: ″& ſepeliẽt in Thopheth, ″donec non ſit locus.

33 Et erit ″morticinum populi huius in cibum volatilibus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui exterreat.

34 Et ceſſare faciã de vrbib⁹ Iehudáh, & de plateis Ieruϖſaláim vocem gaudii & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocẽ ſponſæ: quoniam in deſolationem erit terra.

Cap. VIII.

1 IN tempore illo dixit Iehouáh, ″Educent oſſa Regum Iehudáh, & oſſa Principum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarũ, atque oſſa habitantium Ieruϖſaláim, de ſepulchris ſuis. Iudaici populi deſtructio.

2 Et expãdent ea ad ſolem & lunam, & ad omnem exercitum cæli, ″quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerũt, & quæ ″quæſierunt, & quibus incuruauerunt ſe: non colligentur, nec ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt.

3 Et eligetur mors magis quàm vita, ab omni reſiduo quod reliquum fuerit ″de familia mala hac, ″quod reliquũ *inquam* fuerit in vniuerſis locis ad quæ detruſero eos, dixit Iehouáh exercituum.

4 Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouáh, Nunquid cadent, & nõ reſurgent? ″nunquid auertetur, & non conuertetur? Inuitat eum Dominus ad reſipiſcentiam, peccata eius enumerans.

5 Quare rebellis eſt populus iſte Ieruϖſaláim rebellione ″forti? apprehenderunt dolum, renuerunt reuerti.

6 Attendi, ″& audiui, non rectum ″loquuntur, non eſt quiſquam quem pœniteat mali ſui, dicẽdo, Quid feci? ″omnis conuerſus eſt ″in curſum ſuum, tanquam equus impetu irruens in prælium.

7 Etiam ciconia ″in cælo cognouit tempus ſuũ, & turtur, & grus, & hirundo obſeruant tempus aduentus ſui: populus autem meus non nouit iudicium Iehouæ.

8 Quomodo dicetis, ″Sapientes ſumus, & Lex Iehouæ eſt nobiſcum? verè ecce in vanum adaptauit ſtylum *ſuum ſcriptor*, fruſtra *ſcripſerunt* ſcribæ. Doctrinã Prophetarũ & ſacerdotũ mendacem arguit, & eorum auaritiam.

9 Pudore affecti ſunt ſapientes, perterriti ſunt, & capti ſunt: ecce

---

Proiecit מאס reprobauit. Alii, contempſit. vel, floccifecit. ſub. te. Furoris ſui. עברתו: indignationis ſuæ. Hebraiſmus, pro contra quam indignatus eſt. 31 Filii Hinnom בן־הנום Ben-hinnom. 32 Et non dicetur ולא־יאמר vt non dicatur. Interfectionis ההרגה cædis. ſtragis. Et ſepelient וקברו ſepelient enim. Donec, &c. מאין מקום: Ad verbum, à non loco. i. donec nullus ſuperſit locus in quo aliquis ſepeliri poſſit. 33 Morticinum נבלת cadauer. Singul. Heb. pro plur. cadauera.

IN CAPVT VIII.

1 Educent ויוציאו efferent. extrahent. Solent ferè hoſtes parcere ſepulchris & mortuis: ſed aliter vobis fiet, inquit.

2 Quæ dilex. &c. אשר אהבום ואשר וגו׳ eo quòd dilexerint iſta, & coluerint ea, atque ambulauerint poſt ea, &c. Quæſierunt, דרשום conſuluerunt. requiſierunt. 3 De familia מן־המשפחה de cognatione. generatione. Quod reliquum, &c. בכל־המקומות וגו׳ Ordo inuerſus Heb. in omnibus locis quod ſupererit ad quæ pepulerim eos. vel expulero. Aut per expoſitionem accipiendum eſt, in omnibus locis relictis. i. quæ relicta fuerint intacta ab hoſtibus. Alii vertunt, in quibuſcunque tandem locis in quæ eos impulero, reliqui fuerint. vel, in omnibus locis vbicunque relictos illos impulero. 4 Nunquid auert. &c. אם־ישוב ולא ישוב: .i. an auertetur homo à Deo, & non reuertetur ad Dominum? Alii, an reuertetur *homo ad Deum*, & non reuertetur *ab ira ſua Deus*? .i. non placabitur? שוב enim interdum ſignificat auerti, aliquando reuerti. aliquando in bonã, aliquando in malã partem accipitur. q.d. putántne homines ſibi veniam præcluſam ſi peccauerint? falluntur: nã ſum miſericors. 5 Forti? נצחת .i. perpetua & pertinaci. 6 Et audiui, ואשמע ſub. illos loquentes. Loquuntur, ידברו Fut. Heb. pro præſ. Omnis conuer. כולוה שב Singul. Heb. pro plur. omnes conuertuntur in curſum ſuum. i. ad priorem vitam. In curſum ſ. במרצותם Duplex eſt lectio: nam legitur במרוצותם cum ו in penultima, ſigno pluralis numeri, in curſus ſuos: & במרוצתם ſine ו, in curſum ſuum. 7 In cælo בשמים .i. in aere. nouit ciconia quibus temporibus debeat redire ad nos, & abire.

8 Sapientes, &c. חכמים q.d. Si Lex Iehouæ penes vos eſt, quid proderit ſi non adimpleueritis eam? & poſteaquam vos non adimpletis Legem, perinde eſt acſi ſcripta non eſſet.

verbum Iehouæ reprobauerunt,″& ſapientia cuius rei eſt eis?

10 Propterea dabo vxores eorũ aliis, agros eorũ ″hæredibus: ″quia à paruo vſque ad magnum auarè ſectantur auaritiam, à Propheta vſque ad Sacerdotem omnes faciunt mendacium.

Auaritia. Mendacium.

11 Et ſanabant contritionem filiæ populi mei″leui *uerbo*, dicendo, Pax, pax:& non erat pax.

12 Num pudore affecti ſunt quòd abominationem fecerint? ne pudendo quidem pudore affecti ſunt, nec erubeſcere nouerunt: idcirco cadent inter corruentes in tempore quo viſitabo eos, corruẽt, dicit Iehouáh.

Tẽpus viſitationis prædicitur.

13 ″Conſumendo conſumam eos, dixit Iehouáh, non ſunt vuæ in vite, nec ſunt ficus in ficu, & folium″defluxit,″& *quæ* dedi eis trãſierunt ab eis.

14 ″Vtquid manemus? cõgregate vos, & ingrediamur ciuitates munitas,″& ſilebimus illic: quia Iehouáh Deꝰ noſter″tacere nos fecit, & potum dedit nobis aquam″fellis: peccauimus enim Iehouæ.

15 ″Expectabimus pacem, & non erit bonum: tempus″medelæ, & ecce terror.

16 A Dan exauditus eſt ″fremitus equorum eius, à ſonitu hinnituũ fortium *equorum* eius tremuit omnis terra: & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitantes in ea.

17 Quoniam ecce ego ″mitto in vos ſerpentes regulos,″quibus nõ eſt incantatio, & mordebunt vos, ait Iehouáh.

18 ″*In* fortificatione mea ſuper dolore, in me cor meũ eſt infirmũ.

19 Ecce vox clamoris filiæ populi mei *præ timore inimici uenientis* de terra longinqua, *dicentis*, Nunquid Iehouáh nõ eſt in Siión? an Rex eius non eſt in ea?″Quare iraſci fecerunt me ſculptilibus ſuis, *&*″vanitatibus *dei* alieni?

20 ″Præteriit meſſis, finita eſt æſtas, & nos non ſumus ſaluati.

In afflictione Ieruſalem videtur afflictus Dominus.

21 Propter contritionem filiæ populi mei″contritus ſum,″obtenebratus ſum, ſtupor arripuit me.

22 ″Annon eſt theriaca in Gilyad? annon medicus eſt ibi?″ſed cur nõ eſt curata medicinis filia populi mei?

Cap. IX.

Plãctus Prophetæ ſuper populi malitia.

1 Q″Vis ponat caput meum aquam, & oculũ meum fontem lachrymarũ,″vt defleã die ac nocte ĩterfectos filiæ populi mei?

ìecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.

10 Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorũ hæredibus: ‖quia à minimo vſque ad maximum õnes auaritiam ſequuntur: à Propheta vſque ad Sacerdotẽ cuncti faciunt mẽdacium.

D

Eſa.55.d.10
ſuprà 6.c.13

11 Et ſanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiã, dicentes, Pax, pax: quum non eſſet pax.

12 Cõfuſi ſunt, quia abominationem fecerunt, quinimo cõfuſione non ſũt confuſi, & erubeſcere neſcierũt: idcirco cadent inter corruentes, in tẽpore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus.

E

13 Congregans congregabo eos, ait Dominus: nõ eſt vua in vitibus, & nõ ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit, & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.

14 Quare ſedemus? cõuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Dño.

Infrà 14.d.19

15 ‖Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido.

F

16 A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra, & venerunt, & deuorauerũt terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius.

17 Quia ecce ego mittam vobis ſerpẽtes regulos, quibus nõ eſt incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

18 Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens.

19 Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, Nunquid Dominus non eſt in Sion, aut Rex eius nõ eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis?

20 Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas: & nos ſaluati non ſumus.

21 Super contritione filiæ populi mei contritus ſum & contriſtatus, ſtupor obtinuit me.

22 Nũquid reſina nõ eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? quare igitur nõ eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

Cap. IX.

1 QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fõtem lachrymarũ: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?

9 Et ſapiẽtia, &c. :וחכמת מה להם & ſapiẽtia quid *proderit* eis? Alii, & ſapientiæ quid eſt eis? 10 Hæredibus לוירשים poſſeſſoribus. ſub. nouis. i. iis qui vſurpabunt eos in captiuitate, acſi eſſent veri poſſeſſores, nempe Chaldæis qui eos iure hæreditario poſſeſſuri ſunt. Quia à paruo, &c. מקטון וגו׳ Hæc eadem vſque ad 13 verſum leguntur ſuprà cap. 6. c. 13. 11 Leui על־נקלה id eſt vano ſermone, verbis inanibus. Chaldæus paraphraſtes, verbis mendaciorum ſuorum. 13 Conſumendo conſ. eos, אסוף אסיפם Delendo delebo eos. vel, Perdendo perdam eos. Defluxit, נבל decidet. Et *quæ* dedi, &c. :ואתן להם יעברום & *quæ* dabo eis, præteribunt eos. i. priuabuntur eis. 14 Vt quid manemus? על־מה אנחנו יושבים Vtquid immoramur *hic*? vel, deſidemus? q. d. non habitamus in locis munitis. Alii, Vbinam habitamus? Alii, Super quid deſidemus *hic*? Gallicè dicimus, *Sur quoy nous repoſons nous?* Et ſilebimus illic: ונדמה־שם q. d. non eſt noſtrum (inquit doctus inter Hebræos) murmurare, aut tumultuari quare venerit ſuper nos tribulatio; quia Iehouáh Deus noſter ſilere fecit nos: nam peccauimus in eum: quomodo ergo obfirmabimus vultum noſtrum coram illo? Quidam vertunt, & quieſcemus. i. erimus in magna tranquillitate. Alii, & ſedebimus illic. nempe ſilentes ac lugentes. Tacere nos fe. הדמנו compeſcuit nos. Alii, perdidit nos. vel, excidit. Fellis, ראש veneni. toxici. i. venenata. 15 Expectabimus קוה Infinit. Heb. pro futuro. q. d. ſi expectemus pacem ab initio, non erit bonum. Medelæ, מרפה ſanationis. curationis. ſub. ſi expectemus tempus, &c. 16 Fremitus נחרת ſternutatio. 17 Mitto משלח Præſ. Heb. pro fut. miſſurus ſum. Quibus non, &c. אשר אין־להם לחש. i. cõtra quos nihil efficit incãtatio. 18 *In* fortificatione, &c. מבליגיתי וגו׳ Hebraiſmus: Latinè dixeris, Dũ conor dolorem animi depellere à me, deficit mihi animus. Alii, Roborari *cupiebam* cõtra mœrorem, *ſed* in me cor meũ mœret. Alii, Rictũ flendo diduxi propter mœrorem, cor meũ dolore affectũ eſt in me. 19 Quare, &c. מדוע וגו׳ Reſponſio eſt Dei. q. d. Si habeo in Sion templũ: quare ergo in deſerto cœperunt colere idola? *Et* vanit. *Dei* alie. :בהבלי נכר *&* vanitatibus *populi* alienigenæ? Chaldæus paraph. in cultu idolorum. 20 Præteriit meſſ. עבר קציר Populus loquitur: acſi dicat. Expectabamus auxiliũ ab AEgyptiis, ſed non venit: diximus, Trãſibit meſſis: tũc erunt otioſi, & venient. Et ecce tranſiit meſſis in Martio, & tẽpus æſtatis in Septẽbri, & non venerũt. Ita quidam Hebræorũ. q. d. fraudati ſumus ope AEgyptiorũ quam expectabamus. 21 Cõtritus ſ. השברתי cõfractus ſum. Obtenebratus ſ. קדרתי obſcuratus ſum. denigratus. i. contriſtatus ſum. Verba ſunt Prophetæ miſerantis conditionem popularium ſuorũ. 22 Annon eſt theriaca הצרי Annon eſt balſamum. alii, opobalſamum. Alii, reſina. Sed cur, &c. כי מדוע וגו׳ Ad verbũ, Quoniã quare nõ aſcendit medela, &c. i. cur ergo nõ eſt obducta cicatrix populi mei? Alii, quare ergo non eſt recuperata ſanitas, &c. Alii, cur igitur non eſt curata ſanitas, &c.

IN CAPVT IX

1 Quis ponat, &c. מי־יתן וגו׳ Quoniã Hebræi optatiuo carent, circũloquutione vtũtur, Quis det, quis ponat, &c. i. Vtinã totum caput meum aqua ſit, fluántque per viam oculi mei fletu: & ſic erit oculus meus fons lachrymarũ qui nõ deficiet. Alii, vtinã caput. i. cerebrũ meũ in aquã conuertatur, & oculus meus vertatur in fontẽ iugiter emittentẽ lachrymas. Vt defleam ואבכה Ad verbum, & deflebo. ſic mox.

ſſ.d.11
à 6.c.13

Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum: & derelinquam populum meum, & recedã ab eis? quia omnes adulteri ſunt, cœtus præuaricatorum.

Et extenderũt linguam ſuam quaſi arcum mendacii & non veritatis: cõfortati ſunt in terra: quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me nõ cognouerunt, dicit Dominus.

B Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.

Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerũt ſcire me, dicit Dominus.

frà 14.d.19

Propterea hæc dicit Dñs exercituũ, Ecce ego cõflabo, & probabo eos: qd enĩ aliud faciã à facie filię populi mei?

C Sagitta vulnerãs lingua eorũ, dolũ loquuta eſt: in ore ſuo pacẽ cũ amico ſuo loqtur, & occultè ponit ei iſidias.

Pſal.27.a.3

Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gẽtem huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?

Super montes aſſumam fletum ac lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctum: quoniam incenſa ſunt, eo quòd non ſit vir pertranſiens: & non audierunt vocem poſſidentis: à volucre cæli vſque ad pecora tranſmigrauerunt & receſſerunt.

Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eo quòd non ſit habitator.

D Quis eſt vir ſapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat vt annuntiet iſtud, quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertũ, eo quòd non ſit qui pertranſeat?

Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt Legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea:

Et abierũt poſt prauitatem cordis ſui, & poſt Baalim, quod didicerunt à Patribus ſuis.

Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis.

Infrà 25.d.15

E Et diſpergam eos in gẽtibus, quas nõ nouerunt ipſi & Patres eorum: & mittam poſt eos gladium, donec cõſumantur.

2 'Quis det mihi in ſolitudine diuerſorium viatorum, vt derelinquam populum meum, & recedam ab eis? vniuerſi enim *ſunt* adulteri, *&* cœtus præuaricatorum.

3 'Et iaculari fecerunt linguam ſuam *veluti* arcum ſuum, mendacium, 'neque in veritate roborauerũt ſe in terra: quia de malo ad malum 'egreſſi ſunt, & me non nouerunt, dixit Iehouáh.

4 Quiſque 'ab amico ſuo cauete, neque omni fratri fidatis: nã omnis frater ſupplantando ſupplantabit, & omnis amicus 'fraudulenter incedet.

5 Et quiſque 'amicum ſuum circunueniũt, & veritatẽ non loquũtur: docuerunt *enim* linguam ſuam loqui mendaciũ, "praué agendo laborant.

6 Habitatio tua *eſt* "in medio doli: "præ dolo renuerunt cognoſcere me, dixit Iehouáh.

7 Propterea ſic dixit Iehouáh exercituum, Ecce ego 'excoquã eos, & probabo eos: 'quomodo enim faciam propter filiã populi mei?

8 Sagitta 'extẽſa lingua eorum, dolum loquitur: *quiſque* ore ſuo pacem cũ amico ſuo loquũtur, & in corde ſuo ponunt inſidias ſuas.

9 An ſuper his non viſitabo eos, dixit Iehouáh? an de Gente quæ eſt ſicut hæc, non vlciſcetur ſe anima mea?

10 "Super montes aſſumam fletum & lamentum, & ſuper "habitacula deſerti planctum: quoniam "incenſa ſunt, vt non ſit quiſquã qui tranſeat, neque audiunt vocem pecudum: à volucribus cæli vſque ad iumenta demigrauerunt *&* abierunt.

11 Et ponam Ieruשׁſaláim "in aceruos, habitaculum draconum, & ciuitates Iehudáh ponam *in* deſolationem, vt non ſit habitator.

12 Quis *eſt* vir ſapiens, '& intelliget hoc? & ad quem loquutum eſt os Iehouæ, & renuntiabit illud, 'propter quod *ſcilicet* perierit terra, *&* deſolata ſit veluti deſertum, vt non ſit tranſiens?

Quare Ieruſale ſit deſtructa.

13 Dixit autẽ Iehouáh, Eo quòd dereliquerunt Legẽ meã, quã dedi coram eis, & non paruerunt voci meæ, nec ambulauerũt in ea:

1 Sed abierũt poſt 'duritiem cordis ſui, & poſt Beyalim, 'quos docuerunt Patres eorum.

15 Idcirco ſic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iשׁſraאél, Ecce ego cibabo eos, *nempe* populum hunc abſynthio, & potum dabo eis aquam "fellis.

16 Diſpergam præterea eos in gentes quas non nouerunt ipſi & Patres eorum: & mittam poſt eos gladium, donec cõſumpſero eos.

2 Quis det mihi, &c. מי־יתנני במדבר מלון אורחים Quis ponat me in deſerto *in* diuerſorio viatorum, &c. i. Vtinã eſſem in deſerto, in hoſpitio quò diuertere ſolent viatores. Deſiderat Propheta habitare in deſerti diuerſorio, ne vltrà videat Iſraelem: quòd non poſſit vltrà videre malitiam eorum. 3 Et iaculari fec. &c. וידרכו את־לשו כם וגו' .i. efficiũt vt lingua ipſorum tanquã arcus, iaculetur mendaciũ, non ſagittas. Aut, lingua ſua qua vtuntur vice arcus iaculãtur mendaciũ: hoc eſt falſa loquuntur. Neque in verit. ro ולא לאמונה גברו & non propter veritatem potentes ſunt. i. non propter fidelitatem & probitatem dignitates obtinuerunt. Egreſſi ſunt יצאו egrediuntur. Hebraiſmus, pro, multa flagitia admittunt. 4 Ab amico ſuo cauete, מרעהו השמרו à proximo ſuo [vel, ſocio] ſe cuſtodiat. vel caueat ſibi. Fraudulenter inc. : רכיל יהלוך Vox רכיל propriè mercatorem & negotiatorem ſignificat. Accipitur autẽ pro fraudulento & impoſtore, quòd ferè negotiatores dolis & fraude, etiam proximi iactura negotium ſuum agant. Propterea hîc verſum eſt, fraudulenter, ſiue *in* fraude. Alii vertunt, *in* detractione ambulabit. ſiue ambulat. vt ſit fut. Heb. pro præſ. Alii, ſupplantat. vel, delator eſt. defert. detrahit. Iungitur autem verbo ambulandi (vt annotãt docti inter Hebræos) in Sacris literis, quòd detractor ad aliorum domos vadat, vt quæ ibi audierit, ſuis poſtea narret, detrahendi cauſa. 5 Amicum ſ. cir. ברעהו יהתלו ſocium [vel, proximum] ſuũ circunueniunt. Fut. Heb. pro præſ. circũuenire ſolent. Prauè ag. lab. העוה נלאו: ad prauè agendũ defatigantur. vel, prauè agẽdo laborant ad laſſitudinẽ vſque. 6 In medio doli, בתוך מרמה .i. virorum doloſorum. q. d. inter homines fraudulentos ac doloſos. Præ dolo במרמה præ fraude. i. amore fraudis. 7 Excoquam e. צורפם Præſ. Heb. pro fut. Alii, examinabo eos igne inſtar argẽti ſcilicet & auri. Quomodo e. fa. כי־איך אעשׂה vt ſcilicet me contineam ne eos excoquam, quum ſint populus meus? filia, pro congregatione. 8 Extenſa, שחוט tracta. ſub. ſuper cotẽ, vt exacuetur: i. exacuta, & terſa, & proinde incidẽs. In hac ſignificatione ſcribitur (nã duplex eſt lectio שחוט per ו poſt ח. Legitur & שׁוחט per ו poſt שׁ, & ſignificat occidens, interficiens, ſiue perimens. 10 Super mõtes aſſ. על ההרים אשא Propter mõtes eleuabo. i. propter deſolationem montium flebo magna voce, & lamentabor. Habitacula נאות paſcua. Alii, loca amœna. Incenſa ſ. ניצתו deſolata ſunt. 11 In aceruos, ללים ſub. lapidum. 12 Et intelliget hoc? ויבן את־זאת qui intelligat iſtud? vel, vt conſideret. Sic mox, vt renuntiet. Propter quod על־מה אבדת Poteſt eſſe alia interrogatio quæ præcedentibus non iungatur, ſed verſui ſequenti, in quo Dominus illi reſpõdet, hoc modo, Quare periit terra, &c. Eo quòd dereliquerunt, &c. 14 Duritiem שרירות cõtumaciã. Alii, cogitationẽ. vel, phantaſiam. Quos doc. אשר לימדום quemadmodũ docuerunt eos. אשר pro כאשר. Chaldæus paraph. quæ docuerunt eos. vel, in quibus aſſuefecerunt eos. 15 Fellis. : ראשׁ venenatam. Vide capite præcedenti verſu 14.

Innitat eos Dominus ad planctum.

Sic dixit Iehouáh exercituum,″Contemplamini,&vocate lamētatrices,vt veniant:& ad″ſapientes mittite,vt veniant: 17

Et feſtinent,aſſumántque ſuper nos planctum,″& deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ″defluant aquis. 18

Nam vox lamentationis audita eſt de צSiión, Quomodo vaſtati ſumus,pudore affecti ſumus vehementer! quoniā dereliquimus terram,quoniam″proiecerunt *nos* habitacula noſtra. 19

″Propterea audite mulieres verbum Iehouæ,& excipiat auris veſtra verbum oris eius: atque docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque″amicam ſuam planctum: 20

Aſcendit enī mors per feneſtras noſtras,intrauit palatia noſtra: vt diſperdat paruulum de″vicis,*&* iuuenes de plateis. 21

Loquere,Sic dixit Iehouáh,″Cadet morticinum hominis tanquam ſtercus ſuper faciem agri,&veluti manipulus poſt meſſorē,&non eſt qui colligat. 22

Sic dixit Iehouáh, Ne″iactet ſeſe ſapiens in ſapientia ſua,nec iactet ſeſe potēs in potētia ſua,neque iactet ſeſe diues in diuitiis ſuis: 23

In Dei cognitione ſolum gloriādum.

Sed in hoc iactet ſeſe qui ſe iactat,quòd intelligat & cognoſcat me:quòd ego ſum Iehouáh qui facio miſericordiam,iudicium,& iuſtitiam in terra:hæc enim″volo,dixit Iehouáh. 24

Ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,& viſitabo omnem circunciſum,*& habentem* præputium, 25

AEgyptum,& Iehudáh,& אEdóm,& filios עAmmón,& Moáb,&omnes″habitātes in extremo angulo *orbis*,qui habitāt in deſerto: quia omnes gentes″*ſunt* præputiatæ,& omnis domus Iשſraאél præputiata eſt corde. 26

Incircunciſio cordis.

Cap. X.

Non eſſe metuēdas ſyderū conſtellationes.

AVdite verbum quod loquutus eſt Iehouáh″ſuper vos,domus Iשſraאél. 1

Sic *enim* dixit Iehouáh,″Viam Gentium ne diſcatis,&à ſignis cæli″ne metuatis:ſed metuant Gentes ab eis. 2

Quoniam″ſtatuta populorum vanitas ſunt:nam lignum *eſt quod* de ſylua″præcídit,opus manuum artificis″cum aſcia. 3

Argēto & auro″ornat illud:clauis &malleis firmāt illud,″ne cadat. 4

De idolorū imbecillitate & Dei potentia.

Sicut palma″æqualis ſunt,& non loquuntur:portando portantur,quia non″incedunt: ne *igitur* timeatis ab illis, quia malefacere non poſſunt,nec etiam benefacere″penes eos eſt. 5

″Non eſt ſimilis tui Iehouáh:magnus es,&magnum nomen tuum fortitudine. 6

17 Hæc dicit Dominus exercituum, Contemplamini,& vocate lamētatrices,vt veniāt: & ad eas quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent:

18 Feſtinent,& aſſumant ſuper nos lamentum: deducāt oculi noſtri lachrymas,& palpebrę noſtrę defluāt aquis.

19 Quia vox lamētationis audita eſt de Sion, Quomodo vaſtati ſumus & confuſi vehementer! quia dereliquimus terram, quoniā deiecta ſunt tabernacula noſtra.

20 Audite ergo mulieres verbum Domini,& aſſumat auris veſtra ſermonē oris eius: & docete filias veſtras lamentum: & vnaquæque proximam ſuam planctum: F

21 Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras: diſperdere paruulos deforis,iuuenes de plateis.

22 Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinū hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis,& quaſi fœnum poſt tergum metentis, & nō eſt qui colligat.

23 Hæc dicit Dominus,‖Nō glorietur ſapiens in ſapientia ſua,&non glorietur fortis in fortitudine ſua,& nō glorietur diues in diuitiis ſuis,

1.Cor.1.d.31
2.cor.10.d.17

24 Sed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me:quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiam,& iudicium,& iuſtitiam in terra. hæc enim placent mihi,ait Dominus. G

25 Ecce dies venient, dicit Dominus: & viſitabo ſuper omnem qui circunciſum habet præputium:

26 Super AEgyptum,& ſuper Iudam & ſuper Edom,& ſuper filios Ammō & ſuper Moab,& ſuper omnes qui attonſi ſunt in comā, habitantes in deſerto:quia omnes gentes habēt præputiū,omnis autē domus Iſrael incircunciſi ſunt corde. Cap.X.

1 AVdite verbum quod loquutus eſt Dominus ſuper vos, domus Iſrael.

2 Hæc dicit Dominus,Iuxa vias Gētium nolite diſcere:& à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes:

3 Quia leges populorum vanæ ſunt: quia lignū de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia.

4 Argēto & auro decorauit illud: clauis& malleis cōpegit,vt nō diſſoluat.

5 In ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt,& non loquentur:portata tollētur,quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec male poſſūt facere,nec bene.

6 ‖Non eſt ſimilis tui Domine: magnus es tu,& magnum nomen tuum in fortitudine.

Apoc.15.b.4

17 Contemplamini התבוננו Conſiderate diligenter. Sapientes החכמות peritas.in negotio ſcilicet planctus & lamentationis. 18 Et deducant oc.no.lach. ותרדנה עינינו דמעה & defluant oculi noſtri *per* lachrymas. Ad verbū,deſcendant.i.oculi noſtri præ multo fletu fluant,& deſcendant in lachrymā,vel in lachryma.hoc eſt cum lachrymis.Chaldæus paraph.& emittant oculi noſtri lachrymas. Defluant aquis :יזלו־מים defluant *uerſæ in* aquam. 19 Proiecerunt *nos* השליכו proiecerunt *inimici noſtri in terram* habitacula noſtra. 20 Propterea aud. כי שמענה Sed audite. Amicam ſ. רעותה ſodalem ſuam. 22 Cadet mort. ונפלה נבלת Singul.pro plur.&ו redūdat.Cadent cadauera. 23 Iactet ſeſe יתהלל laudet ſeſe.aut,glorietur. 24 Volo,חפצתי Præt.Heb.pro præſ.Diligo.amo admodum.Alii,in eis complacitum eſt mihi. 26 Habitātes in extr.ang. קצוצי פאה Ad verbum, angulatos anguli. vel,extremificatos angulo.i.redactos & detruſos in angulum orbis terræ, ſiue qui ſiti ſunt in extremitate orbis. Seipſum declarat quum mox dicit,qui habitant in deſerto. *Sunt* præputiatæ, ערלים *ſunt* incircunciſæ:carne ſcilicet.ſic mox.i. contumaces & immorigeræ,peccatores & rebelles Deo:vt per contemptum circunciſionis,totius religionis contemptus intelligatur.

IN CAPVT X.

1 Super vos, עליכם de vobis.propter vos. 2 Viam דרך ritum.vel,mores.Conatur reuocare Iſraelitas ab idololatria cui erāt dediti. Ne metuatis,&c'אל תחתו כי.וגו ne conſternamini,quia cōſternantur Gentes ab illis. vel,ne frāgamini animo, quanuis conſterni ſoleant Gentes ab his. Alii,ſigna cæleſtia ne metuatis,ſicut gentes metuunt ab eis. 3 Statuta חוקות leges.ceremoniæ.ritus. Præcidit כרתו Ad verbum,ſcidit illud.ſub.faber. Cum aſcia. :במעצד cum dolabra.ſub.factum,vel dolatum.i.quod adaptauit dolabra. 4 Ornat ייפהו Ad verbum,Pulchrum faciet.Præt.Heb.pro præſ.vt mox,firmant. Ne cadat. :ולא יפיק Ad verbum,& non cadet.vel,corruet.aut,mouebitur.Chaldæus paraph.vt non moueatur.Quidam,& non egredietur.ſub.loco ſuo. 5 AEqualis מקשה Doctus inter Hebræos exponit השוה והישר æqualis & recta.Alii,teres & procera. Incedunt: יצעדו incedere poſſunt. Penes eos eſt. :אין אותם ponitur אותם pro עתם cum eis,vt ait doctus inter Hebræos. 6 Non eſt ſimilis,&c. מאין כמוך וגו' Quia non eſt ſimilis tui Iehoua,maximus es,&c. Alii, Non eſt itaque ſimilis tibi,Iehoua,tu magnus es,&c. Ad verbum,Ex *eo quòd* non eſt tibi ſimilis,*cognoſcimus quòd* magnus es,&c. Obſerua Hebraiſmum ſic ſequenti verſu.

7 Quis nõ timebit te, ô Rex Gentiũ? tuum eſt enim decus: inter cunctos ſapientes Gentium, & in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.

8 Pariter inſipiẽtes & fatui probabũtur: doctrina vanitatis eorũ lignũ eſt.

B 9 Argẽtum inuolutum de Tharſis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ærarii: hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus artificum vniuerſa hæc.

10 Dominus autem Deus verus eſt ipſe Deus viuens, & Rex ſempiternus: ab indignatione eius commouebitur terra: & non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius.

11 (Sic ergo dicetis eis, Dii qui cęlos & terram non fecerunt, pereãt de terra & de his quæ ſub cælo ſunt.)

Geneſ.1.a.6 infrà 51.b.15. pſal.135.a.6

12 Qui fecit terram in fortitudine ſua, præparat orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cælos.

Pſal.134.b.7

13 Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarũ in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de theſauris ſuis.

C 14 Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam falſum eſt quod cõflauit, & non eſt ſpiritus in eis.

15 Vana ſunt, & opus riſu dignum: in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

16 Non eſt his ſimilis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipſe eſt: & Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.

17 Congrega de terra confuſionẽ tuã, quæ habitas in obſidione:

18 Quia hæc dixit Dñs, Ecce, ego lõgè proiiciã habitatores terræ ĩ hac vice: & tribulabo eos, ita vt inueniantur.

19 Væ mihi ſuper cõtritione mea, peſ-

7 Quis nonʺtimebit te, ô Rex Gẽtium? tibi enim ʹcõuenit *regnum*: nã inter omnes ſapientes Gentium, ʹ& inter omnia regna eorum non eſt ſimilis tui.

8 ʹEt in vnũʺdeſipiũt, & ſtultè agũt: eruditio vanitatum lignũ eſt.

9 Argẽtum ʹexteſum de Tharשׁiשׁsʺaffertur, & aurum de אוVphaz, opus artificis, & manuũʺaurificis, hyacinthus & purpura indumentum eorum: opusʺſapientum vniuerſa ſunt.

10 Iehouáh autem Deus veritas eſt, ipſe Deus viuens, & Rex æternus: ab ira eiusʺcontremiſcet terra, nequeʺſuſtinebunt Gentes indignationem eius.

11 (ʺSic dicetis eis, Dii qui cælum & terram non fecerunt, pereant è terra, & de ſub cælisʹiſtis.)

12 ʹQui facit terram potentia ſua, qui ſtabilit orbem ſapiẽtia ſua, & prudentia ſua extendit cælos.

13 ʺQui voce *ſua* dat multitudinem aquarum in cælo, ʹpoſteaquã aſcendere facit ʹnubes ab extremo terræ, ʺfulgura cum pluuia facit, & educit ventum de theſauris ſuis.

14 ʹVt brutum animal fit omnis homo præ ſciẽtia: ʹpudore afficitur omnis aurifex à ſculptili: quiaʺmendacium eſt conflatile eius, neque eſt ſpiritusʺin eis.

15 Vanitas ſunt, & opus ʺirriſionum, in tempore ʹviſitationis eorum peribunt.

16 Nõ *eſt*ʹſicut illa, pars Iaעacób: quia plaſmator omniumʺipſe *eſt*, & Iשׂraאélʹvirga hæreditatis eius, Iehouáh exercituũ nomẽ eius.

17 ʺCongrega de terra merces tuas, quæ habitasʺin loco munito.

Euerſio Chaldæorum.

18 Quoniam ſic dixit Iehouáh, Ecce *ut* ʺfunda proiiciam habitatores terræ vice hac, ʺ& affligam eos, ʺvt inueniant.

19 Væ mihi ʹſuper contritione mea, doloris plena plaga mea: ego

Ieruſalem culpæ ſuæ tribuit quod patitur.

7 Timebit te, יראך timeat. Cõuenit יאתה competit. ſubauditur regnum. Chaldæus paraph. tuum eſt regnum. Et inter o. reg. &c. ובכל־מלכותם מאין כמוך׃ Singul. Heb. pro plur. in omni regno eorũ ſub. [regnas, vel Rex es] eo quòd non ſit ſimilis tui. 8 Et in vnũ ובאחת .i. vt vno verbo dicã. vel, vt ſemel dicam. Alii, totũ verſum ſic vertunt, In hoc autẽ vno deſipiunt, & ſtulteſcũt, quòd eruditio vanitatũ *eorum eſt* lignum. Alii, At in re vna bruteſcunt, & ſtulti apparent: eruditio vanitatũ & lignum eſt. i. eruditio eorũ vana, eſt ſculptilia eorũ. vel eruditio vana eſt ſimulachrũ ligneũ. Deſipiunt, יבערו Fut. Heb. pro præſ. 9 Extenſum מרוקע .i. quod extendi ſolet. Alii, ductile. dilatatũ. diductum. i. optimum. Affertur, יובא Fut. Heb. pro præſ. Aurificis צורף fuſoris. conflatoris. Sapientum חכמים artificum peritorum. 10 Contremiſcet. תרעש Fut. Heb. pro præſ. quibuſdam, contremiſcit, concutitur. vel quatitur. Suſtinebunt יכילו ſuſtinent. ferre poſſunt. 11 Sic dicetis, &c. כדנה וגו׳ Scribitur verſus iſte Chaldaico ſermone: quo monentur Iudæi qui iam in Babylonia agebant, vt Babyloniis culturam idolorum ſuadentibus, verſum illũ obiiciant, non Hebraico ſermone, quẽ illi non intelligebant, ſed Chaldaico & patrio. Vnde Chaldæus paraphraſtes hunc verſum ſic vertit, Hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſit Irmeiah propheta ad reſiduos ſeniores qui erant in captiuitate Babel, Si dixerint vobis populi inter quos eſtis, Colite idola, domus Iſrael: ſic reſpondebitis, & ſic dicetis eis, Idola quæ vos colitis, ſunt idola, in quibus non eſt vtilitas vlla: de cælo non poſſunt deducere pluuiam, & de terra non poſſunt producere fructus: ipſa & cultores eorum pereant de terra, & deſtruantur de ſub cælis iſtis. Iſtis. אלה׃ Dicit ISTIS, vt annotat doctus inter Hebræos, quòd appareant hominibus, quanuis ſint ſublimes. 12 Qui facit, &c. עושה וגו׳ Subaudienda quædam, cuiuſmodi, Nos adoramus Deum qui, &c. Chaldæus paraph. Et ſic dicetis illis, Nos colimus eum qui, &c.

13 Qui voce *ſua* dat לקול תתו Ad verbum, In voce dare eum. Quidam vertunt, Ad vocem quæ editur. i. tonitru quum dat copiam, &c. vt præcedenti verſui iungatur, hoc modo, & intelligentia ſua extendit (ſiue vt Chaldæus paraph. ſuſpendit) cælum, quando voce dat copiam aquarum. Sic etiam quidam Hebræorum exponit, vtrunque verſum coniungens, Intelligentia ſua extendit cælum tempore quo venit vox qua ipſe dat copiam aquarum, &c. & quando fulgura cum pluuia facit, &c. Alii qui præcedentibus non iungunt, ſubaudito verbo vertunt, Quum ille vocem dat, ingens copia aquarum *erit* in aere. Poſteaquam aſcend. fa. ויעלה. Ad verbum, & aſcendere fecit. i. eduxit, aut eleuauit. Obſerua ו pro poſteaquã. Nubes נשיאים Ad verbũ, eleuationes. i. vapores qui eleuantur. exhalationes. Fulgura ברקים Qui à fine præcedentis verſus dependere iſtum volunt, ſubaudiunt nonnihil, cuiuſmodi, Et quando fulgetra facit cum pluuia. i. permiſta pluuiæ: ſiue vt Chaldæus paraph. tempore pluuiæ: & quando educit. 14 Vt brutum animal, &c. נבער כל־אדם מדעת Bruteſcit [ſiue Bruto ſimilis redditur] omnis homo à ſciendo. vel, præ ſcientia. ſub. Dei. Stultior eſt omnis homo quàm vt hoc cognoſcere poſſit. q. d. nemo aſſequi poteſt prouidentiã Dei in operibus prædictis. Præt. Heb. pro præſ. Pudore affi. &c. הוביש כל־צורף מפסל pudet omnem aurificem ſculptilis ſui. Chaldæus paraph. pudet omnem aurificem facere ſtatuam. Mendacium eſt cõflat. e. שקר נסכו vanitas eſt tectio eius. vel obductio. i. fruſtra obtexit illa. Chaldæus para. quoniã fruſtra fudit illa. In eis. בם׃ .i. in quoquã eorũ. 15 Irriſionũ תעתועים ſubſannationum. i. deridendum, vel ridiculũ. Viſitationis eorum פקודתם ſub. conflatorum ſimulachrorum. Chaldæus paraph. quo tẽpore viſitabo ſuper illos peccata eorum. 16 Sicut illa, כאלה ſub. idola. vel, ſicut illi, ſub. dii. Ipſe eſt, הוא ſub. portio ipſius Iaעacób. Virga שבט ſceptrum. 17 Congrega, &c. אספי מארץ כנעתך Collige [vel, Retrahe] de terra merces tuas. ſub. & aliò transfer. Alii, Contrahe à terra humiliationem tuam, vt actiuè accipiatur. q. d. deſine ſubiicere tibi omnes regiones. Alloquitur Chaldæam.

In loco munito. במצור׃ in munitione. i. quæ videris nunc habitare in loco inexpugnabili. Chaldæus paraph. in fortitudine, *nempe* in ciuitatibus munitis. 18 Funda proiiciam קולע Ad verbum, fundibulo, ſi ſic loqui liceret. Præſ. Heb. pro futuro. i. ſicut iaciunt lapidem funda, ſic ſpargam habitatores huius regionis, inquit Chaldæus paraphr. Et affligam eos, והצרותי להם & tribulatione afficiam eos. vel. coartabo & anguſtiabo. Alii, obſidere faciam eos. aut doloribus, anguſtiiſq; afficere faciã eos. Vt inueniant. למען ימצאו׃ ſub. quæ loquutus ſum aduerſum illos per ſeruos meos Prophetas, vt cognoſcant quòd à meipſo ſunt omnia. Chaldæus paraph. vt recipiant vindictam iniquitatum ſuarum. 19 Super contritione mea. על־שברי ob contritionem meam. vel, contuſionem quæ mihi accidit, aut quam patior. Alii, hei mihi confracto. Queritur de afflictione populi ſui Propheta.

cogitabam,Profectò″hæc infirmitas mea,& portabo eam.

20 ″Tabernaculum meum vaſtatum eſt, & omnes funiculi mei diſrupti ſunt: filii mei″egreſſi ſunt à me,& non ſunt:non eſt qui extēdat vltrà tentorium meum,& qui erigat cortinas meas.

Paſtores.

Grex.

21 Quia″vt bruta animalia facti ſunt paſtores,&Iehouā nō requiſierūt:propterea″non intellexerūt, & omnis paſcua″eorūdiſperſa eſt.

22 Vox″rumoris,ecce venit,″& commotio magna de terra Aquilonis,vt ponat ciuitates Iehudáh *in* ſolitudinem,*in* habitaculum draconum.

Dei eſt,hominis viam dirigere.

23 Noui Iehouáh quòd″nō *eſt* hominis via eius, nec eſt viri ambulantis vt præparet greſſum tuum.

44 Corripe me Iehouáh,verū″in iudicio,non in furore tuo, ne fortè diminuas me.

25 Effunde indignationem tuam ſuper Gentes quæ non nouerunt te,& ſuper nationes quæ nomen tuum non″inuocant:quia″comederūt Iayacób, deuorauerunt inquam eū,& conſumpſerunt eum, habitaculúmque eius deſtruxerunt.

Cap. X I.

Maledictio eorū qui non obediūt verbo pacti Diuini.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh,″dicendo,

2 ″Audite verba pacti huius, ″& loquimini″ad viros Iehudáh, & ad habitatores Ieruϖſaláim,

3 Et dices ad eos, Sic dixit Iehouáh Deus Iϖſraℵél,Maledictus vir ille qui non″paruerit verbis pacti huius,

4 Quod præcepi Patribus veſtris die quo eduxi eos è terra AEgypti,è fornace ferrea , dicendo, Audite vocem meam, ″& facite ea ″iuxta omnia quæ præcepero vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

5 ″Vt ſtatuam iuramētum quod iuraui Patribus veſtris,vt darem eis terram fluentem lacte &melle,″ſecundum diem hanc. Et reſpōdi,& dixi,″Amen Iehouáh.

6 Et dixit Iehouáh ad me,Clama omnia verba hæc in ciuitatibus Iehudáh,& in plateis Ieruϖſaláim,dicēdo,Audite verba pacti huius,& facite ea.

Iubet Dominus pactū ſuū ſæpius populo inculcari

7 Quia conteſtando conteſtatus ſum″Patres veſtros die qua aſcēdere feci eos è terra AEgypti″vſque ad diem hanc,″mane ſurgendo

ſima plaga mea:ego autē dixi,Planè hęc infirmitas mea eſt,& portabo illam.

Tabernaculum meum vaſtatū eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt: filii mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extēdat vltrà tentorium meum,& erigat pelles meas.

D

Quia ſtultè egerūt paſtores,& Dominum non quæſierūt:propterea nō intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt.

Vox auditionis ecce venit,& commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda ſolitudinem, & habitaculum draconum.

Scio Domine quia nō eſt hominis via eius: nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos.

|Corripe me,Domine,veruntamē in iudicio: & non in furore tuo,ne fortè ad nihilum redigas me. Pſal.6.a.1

|Effunde indignationē tuam ſuper Gētes quæ non cognouerunt te,& ſuper prouincias quæ nomē tuū nō inuocauerunt:quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum,& conſumpſerunt illum,&decus eius diſſipauerūt. Pſal.78.b.6

Cap. X I.

VErbum quod factum eſt à Domino ad Ieremiam,dicens,

Audite verba pacti huius,& loquimini ad viros Iuda,& ad habitatores Ieruſalem,

Et dices ad eos,Hæc dicit Domin⁹ Deus Iſrael, Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius,

Quod præcepi Patribus veſtris in die qua eduxi eos de terra AEgypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam,&facite omnia quæ præcipio vobis:& eritis mihi in populū, & ego ero vobis in Deum:

Vt ſuſcitem iuramentum quod iuraui patribus veſtris,daturum me eis terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc.Et reſpondi,& dixi,Amē Domine.

Et dixitDominus ad me,Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda,& foris Ieruſalem, dicens, Audite verba pacti huius,& facite illa:

Quia conteſtans conteſtatus ſum Patres veſtros in die qua|eduxi eos de terra AEgypti vſque ad diem hāc: mane conſurgens conteſtatus ſum,

B

Hæc infirmitas mea,&c. זה חלי ואשאנו : hic morbus meus,& tolerabo illum.q.d.hanc ægritudinem feram patienter. Doctus inter Hebræos iungit hæc cum ſequentibus,Cogitaui quòd hanc infirmitatem ferre poſſim:ſed non potero,quia tentorium meum,&c.

20 Tabernaculum meum אהלי Tentorium meum.Ieruſalem intelligit:vt per funiculos,ſiue vincula quibus extenduntur pelles tabernaculi,ciuitates reliquas Iſrael.Chaldæus paraph. Terra mea deſolata eſt,& omnes ciuitates meæ venerunt in prædam. Egreſſi ſunt à me יצאוני Declarat præcedentia.q.d.populus meus abductus eſt in captiuitatem,nemo eſt qui ſit inſtauraturus Ieruſalem.

21 Vt bruta animalia facti ſunt נבערו deſipuerunt.ſtulti facti ſunt. Non intellexerunt לא השכילו non egerūt prudenter. Alii, miſeri fuerunt.i.rem malè geſſerunt.Chaldæus paraph.propterea non proſperè agent,& vniuerſus populus eorum diſpergetur. Paſcua eorum מרעיתם .i.omnes oues paſcuæ eorum.q.d.omnis grex eorum.quem paſcere debebant.

22 Rumoris שמועה Ad verbum,auditus.in genitiuo. Et commotio magna ורעש גדול & tremor magnus.terræmotus.cōmotio.Chaldæus paraph.contritio magna. 23 Non *eſt* hominis via e. לא לאדם דרכו non homini ſit via ſua.Exponunt de Nabuchodonoſor,qui quum proficiſceretur cōtra Ammonitas, Dominus imprudentem induxit in viam quæ ducebat Ieruſalem,relicta illa quæ ducebat ad Ammonitas,quum non propoſuiſſet illud. Vide Ezech.21.e.21, acſi dicat, ſcio hominem non eſſe authorem itineris ſui,& neſcire quò vadat,neque ad illum pertinet diſponere de greſſibus ſuis. vel,non eſt in manu cuiuſvis hominis virtus vt proſperari faciat viā ſuam.

24 In iudicio: במשפט iure.Hebraiſmus,pro cum modo,& menſura, modicè.q.d.ſeruata æquitate & mediocritate, non pro meritis meis. Vertere potes,remiſſè.leniter.indulgenter. 25 Inuocant: קראו Præt.Heb.pro præſ. Comederunt אכלו Quibuſdam videntur hîc Præt.Heb.pro futuris poni,deuorabunt,ſiue comedent: deſtruent,ſiue perdent & euertent. Chaldæus paraph. quoniam dominati ſunt in eos qui ſunt de domo Iaacob,& diripuerunt facultates eorum,& deſtruxerunr illos,& habitationes illorum deſolauerunt.

IN CAPVT XI.

1 Dicendo, לאמור : vt diceret.ſub.illud viris Iuda. 2 Audite verba שמעו את־דברי Obedite. Alloquitur Ieremiam & alios Prophetas. Et loquimini ודברתם vt loquamini. Ad viros אל־איש Ad verbum,ad virum.ſingul.pro plur.

3 Paruerit,&c. ישמע וגו׳ Verbum שמע non ſolùm ad aures, ſed etiam ad manus pertinet : nam continet auditum cum actione ſiue effectu & perfectione præcepti.Integra loquutio ſequenti verſu & 6,legitur, Audite verba fœderis huius,& facite illa.

4 Et facite ea, ועשיתם אותם ſub.præcepta mea.Non conueniuntverba,ſed res & ſententia ſatis cōueniunt. Iuxta omnia quæ præcep. ככל אשר־אצוה prorſus vt præcepi.vel,omnino ſicut præcepi.Fut.Heb.pro præſ. 5 Vt ſtatuā למען הקים vt adimpleam.confirmem.ſuſcitem.ratificem. Secundū diem hanc כיום הזה ſicut hodie.i.qualis adhuc hodie eſt,ſiue qualem videris hodie. Amen אמן veritas.ſub.ſit.eſt enim nomen,non verbum.i.ita fiat,ita cōtingat vt dicis. 7 Patres veſtros באבותיכם in Patres veſtros.vel,aduerſus pa.ve. Vſque ad diem hanc,עד־היום הזה Subaudiendū nonnihil,hoc pacto,& ſic in ſingulis ætatibus vſque in hunc diem. Mane ſurg.& cont. השכם והעד Phraſis Hebraica,pro quotidie manè proteſtando.q. d.diligenter admonēdo. nā(vt ait doctus inter Hebræos) miſi illis Prophetas vt proteſtarentur ſingulo mane.quotidie. iugiter.

& dixi, Audite vocem meam:

8 Et non audierunt, nec inclinauerũt aurem ſuam: ſed abierunt vnuſquiſq; in prauitate cordis ſui mali: & induxi ſup eos õnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Dominus ad me, Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem.

10 Reuerſi ſunt ad iniquitates Patrũ ſuorum priores, qui noluerunt audire verba mea. & hi ergo abierũt poſt deos alienos, vt ſeruirẽt eis: irritũ fecerũt domus Iſrael, & domus Iuda pactũ meũ quod pepigi cũ Patrib⁹ eorũ.

11 Quam ob rem hęc dicit Dominus, Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

12 Et ibũt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalẽ, & clamabũt ad deos quibus libant, & non ſaluabũt eos in tẽpore affiictionis eorum.

C

Suprà 2.f.28

13 ‖Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda: & ſecundum numerum viarum Ieruſalẽ poſuiſti aras cõfuſionis, aras ad libandum Baalim.

Infrà 14.h.12

14 ‖Tu ergo noli orare ꝓ populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore affiictionis eorum.

15 Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16 Oliuam huberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ grãdis, exarſit ignis in ea, & cõbuſta ſunt fruteta eius.

17 Et Dominus exercituum qui plantauit te, loquutus eſt ſuper te malum pro malis domus Iſrael & domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandũ me, libantes Baalim.

18 Tu autẽ Domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtuſtia eorum.

D

19 Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuẽtium, & nomen eius non memoretur amplius.

1.Par.28.b.9
infrà 17.b.10
& 20.c.12
Pſal.7.b.10

20 Tu autem Domine ſabaoth, qui iudicas iuſtè, ‖& probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam.

& conteſtando, dum dicerem, Audite vocem meam:

8 At non paruerunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt, quiſq; ″in prauitate cordis ſui mali: ″proĩde inducam ſuper eos omnia ″verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Iehouáh ad me, ″Inuẽta eſt cõiuratio ″in viris Iehudáh, & habitatoribus Ieruשſaláim.

10 Reuerſi ſunt ad iniquitates Patrũ ſuorũ priorũ, qui renuerũt obtẽperare verbis meis: ″imò abierũt poſt deos alienos, vt ſeruirẽt eis: diſſipauerunt domus Iשſraאél & domus Iehudáh pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum.

Populus Iuda Patrum veſtigia ſequutus, deos adorat.

11 Quamobrẽ ſic dixit Iehouáh, Ecce ego inducã ſuper eos malũ, de quo non poterunt ″exire: & clamabunt ad me, & non audiã eos.

Dominus ſe nõ exauditurum Iudæos dicit.

12 Ibunt proinde ciuitates Iehudáh & habitatores Ieruשſaláim, & clamabunt ad deos quibus ipſi adolẽt thura: & ſeruando non ſeruabunt eos tempore mali eorum.

13 Siquidem *ſecundum* numerum ciuitatum tuarum fuerunt dii tui Iehudáh, & *ſecundum* numerum plateарũ Ieruשſaláim poſuiſtis aras ′confuſionis, aras *inquam* ad ſuffiendum thus ipſi Báעal.

14 Tu ergo, ne ores pro populo hoc, neque ″aſſumas pro eis clamorem & orationem: quia ego non exaudiam tempore quo clamauerint ad me ″ſuper malo ſuo.

Ieremiã etiam prohibẽs pro eis orare.

15 ′Quid *eſt* dilecto meo *vltrà* in domo mea′ quum faciat abominationes ′*cum* multis?″ & carnes ſanctitatis tranſeunt à te: quia ″*in* malitia tua tunc exultas.

16 Oliuam viridem, pulchrã fructu *&* forma, vocauit Iehouáh nomen tuum: ″ad vocem loquelæ magnæ ſuccendit ignem ″ſuper eã, & confregerunt ″ramos eius.

17 Et Iehouáh exercituũ qui plantat te, loquutus eſt ſuper te malum, propter malitiam domus Iשſraאél & domus Iehudáh ″quæ fecerunt ſibi ad irritandum me, ″ſacrificando Báעal.

18 Iehouáh autem ″indicauit mihi, & cognoui: tunc ″oſtendiſti mihi opera eorum.

Cõmendat Dei miſericordiam, qui ſuos in periculo deſerere nõ ſolet.

19 Ego autem *eram* tanquam agnus, *& tanquam* bos *qui* ducitur vt iugulent *eum*, & non noueram quòd contra me cogitauerant cogitationes, ″Corrumpamus ligno cibum eius, & excidamus eũ è terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

20 ″Sed ô Iehouáh exercituũ qui iudicas ″iuſtè, qui probas renes & cor, videã vltionem tuã de eis: tibi enim reuelaui cauſam meam.

8 In prauitate בשרירות in viſione. vel, imaginatione: aut cogitatione, & adinuentione. i. ſequuti ſunt inuentionem, vel prauitatẽ cordis ſui. Proinde ind. ואביא Præt. Heb. pro fut. & induxi, pro inducam ergo. Verba דברי. i. maledictiones quæ ſunt cõditiones fœderis, ſi nõ audierint. 9 Inuenta eſt cõiu. נמצא־קשר. i. Cõiurauerunt in me homines Iehudáh. Chaldæus para. Inuentũ eſt quòd rebellauerunt verbo meo, &c. In viris באיש Singul. Heb. pro plur. 10 Imò והמה Ad verbũ, & ipſi. 11 Exire: לצאת ſe eximere, Chaldæus para. à quo non poterũt liberari. 13 Cõfuſionis, לבושת. i. idolorũ, quorũ vos pudere deberet. Alii vertunt, in cõfuſionẽ. 14 Aſſumas תשא attollas. Super malo ſuo. בעד רעתם׃ propter afflictionem ſuam. vel, pro calamitate ſua.

15 Quid *eſt* dilecto, &c. מה לידידי וגו׳ Queritur hìc Propheta de idololatria ſuorũ populariũ. Quid cauſæ eſt cur diutius habitet Dominus, quem vnicè diligo, in tẽplo Ieroſolymorũ, quod pro tẽplo Dei habeo? Quum faciat, עשותה Ad verbũ, facere ipſa. Relatiuum pro antecedente, quum faciat ſynagoga, &c. *Cum* multis? הרבים. i. colendo multos deos. Et carnes, &c. ובשר וגו׳ & carnes ſanctæ recedunt [vel, prætereunt] à te. ſub. ô ſynagoga. i. quando non ſanctificas Deo ſed idolis: quũ non cures amplius oblationes facere quas præcepit Iehoua. Quidam per carnem ſanctitatis, ſanctos homines intelligunt: iuxta illud, Omnis caro fœnum. q. d. quum iam deſtituta ſis viris ſanctis. *In* malitia t. &c. רעתכי וגו׳ Præt. Heb. pro præſ. quũ malefeceris. vel, quũ adimpleta fuerit malitia tua, tunc exultare ſoles. Alii, dum patras flagitia, exultas. 16 Ad vocem loq. ma. לקול המולה גדולה. i. cum voce ſtrepitus, ſiue fremitus ingentis militaris accendet Deus ignem ſuper eam. Chaldæus paraph. ſic vertit verſum iſtum, Ecce ſicut arbor oliuæ quæ eſt formoſa viſu, & elegans aſpectu, & rami eius exporrigunt ſeſe inter arbores, ſic multiplicauit Iehoua nomen tuum inter gentes: at quando tranſgreſſa fueris Legem, exercitus populorum qui fortes ſunt ſicut ignis, venient contra te, & aſſociabunt ſeſe illis Arabes. Super eam עליה. i. ſuper te. mutatio perſonæ. Ramos eius. דליותיו׃ ſummos ramos eius. i. etiam tuos altiſſimos ramos fregerunt. Mutatio perſonæ.

17 Quæ fecerunt ſibi אשר עשו להם quam fecerunt ſibi. i. in ſuam perniciem. Sacrificando לקטר cremando thura. adolendo.

18 Indicauit m. הודיעני Ad verbũ, ſcire fecit me. ſub. inſidias quas parabãt mihi. Chaldæus para. docuit me, & didici. Oſtendiſti m. op. e. הראיתני מעלליהם׃ Ad verbũ, videre feciſti me ſtudia eorũ. vel, cogitationes. 19 Corrũpamus lig. &c. נשחיתה עץ וגו׳ Perdamus lignũ in panẽ eius. Genus dicẽdi Hebræis, pro, Iniiciamus perdendi eũ cauſa lignũ lethale. i, toxicũ in panem eius. Legi poteſt, Corrũpamus lignum in pane eius. pro, in ligno panem eius. per tranſpoſitionem. 20 Sed ô Iehouáh ויהוה Ad verbum, Et ô Iehouáh. Alii, Itaque ô Iehouáh. Iuſtè צדק Ad verbum, iuſtitiam. vel ſubaudita præpoſitione, iniuſtitia.

Excidiũ Iudæorum ob Chriſtũ traditum in manus Gentium.

21 Propterea ſic dixit Iehouáh de viris ỿ Anathóth, qui quærũt animam tuam, dicendo, Noli prophetare in nomine Iehouæ, & non morieris manu noſtra.

22 Propterea *inquam* ſic dixit Iehouáh exercituum, Ecce″viſito eos: iuuenes moriẽtur gladio, filii eorum & filiæ eorũ moriẽtur fame.

23 ″Et reſiduum non erit eis: inducã enim malum ſuper viros ỿ Anathóth″anno viſitationis eorum.

Cap. . XII.

Propheta impiorũ proſperitatẽ admiratur, tãẽ:ſi Deũ iuſtũ fateatur.

1 I″Vſtus es Iehouáh, ſi contendam tecum: veruntamen″iudicia loquar tecum: quare via impiorum″proſperè euenit, ″pacẽ habent omnes″præuaricantes præuaricationem.

Terra Iudæorum vaſtata etiam ab amicis.

2 Plantaſti eos, etiam radices egerunt: profecerunt, etiam fecerũt fructum:″propè fuiſti ori eorum, & longè à renibus eorum.

3 Et tu Iehouáh noſti me, ″vidiſti me & probaſti cor meum *quod* tecum eſt: euelle eos ſicut oues ad iugulationẽ, & præpara eos ad diem occiſionis.

4 Quouſque *tandem*″deſolata erit terra, & herba omnis agri areſcet, propter malitiam habitantiũ in ea?″defecerũt animalia & volucres: quoniam dixerunt, Non videbit″nouiſſima noſtra.

Prædicit Deus Ieremiæ grauem afflictionẽ Ieroſolymis.

5 ″Si cum peditibus cucurriſti & fatigauerũt te, quomodo″miſcebis te cum equis? & in terra″pacis tu fidebas, & quomodo facies″in elatione Iardén?

6 Nam etiam fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi præuaricati ſunt in te, etiam ipſi″clamauerunt poſt te congregatio: ne credas eis quum loquuti fuerint tibi bona.

Relinquuntur à Domino Iudæi.

7 Dereliqui domum meam, deſerui hæreditatem meam, dedi″dilectionem animæ meæ in manum inimicorum eius.

8 Fuit mihi hæreditas mea″tanquam leo in ſylua: dedit cõtra me vocem ſuam, ideo odi eam.

9 Nunquid *ut* auis″tincta hæreditas mea mihi? annon aues *circumſtant* per circuitum contra eam? *&* *dicant*, Venite, congregate omnes beſtias agri, venite ad deuorandum eam.

Inuehitur in paſtores populi ſeductores.

10 Paſtores multi demoliti ſunt vineã meã, cõculcauerũt portionẽ meã, poſuerũt portionẽ″deſiderabilẽ meã in deſertũ ſolitudinis.

11 ″Poſuit eã in deſolationẽ, ″luxit cõtra me deſolata: deſolata erit

21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animã tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus noſtris.

22 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filii eorum & filiæ eorũ morientur in fame.

23 Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.

CAP. XII.

1 IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: verũtamen iuſta loquar ad te, ‖Quare via impiorũ proſperatur: bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt?

Iob.21.a.7 hahac.1.a.3

2 Plantaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eorũ, & longè à renib⁹ eorũ.

3 Et tu Domine noſti me, vidiſti me & probaſti cor meum tecum: congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.

4 Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur ꝑpter malitiam habitãtium in ea? conſumptũ eſt animal, & volucre: quoniam dixerunt, Non videbit nouiſſima noſtra.

B

5 Si cum peditibus currẽs laboraſti, quomodo contendere poteris cum equis? quum autem in terra pacis ſecutus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis?

6 Nã & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnauerũt aduerſum te & clamauerunt poſt te plena voce: ne credas eis, quum loquuti fuerint tibi bona.

7 Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manũ inimicorũ eius.

8 Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem, ideo odiui eam.

9 Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandũ.

10 Paſtores multi demoliti ſunt vineã meam, conculcauerunt partem meã: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.

C

11 Poſuerũt eam in diſſipationem, luxítq; ſuper me. deſolatione deſolata

22 Viſito פוקד præſ.Heb.pro fut.viſitaturus ſum. 23 Et reſiduum ושארית Et reliquiæ.i.nullum relinquent ſuperſtitem. Anno viſit.e. :שנת פקודתם .i.tempore quo viſitabo illos.Chaldæus paraph.anno viſitationis peccatorum eorum.

IN CAPVT XII.

1 Iuſtus es,&c. צדיק אתה וגו׳ Iuſtior es Iehoua *quàm* vt contendam tecum.Ita etiam Chaldæus paraph. Iudicia משפטים .i.rationes meas & argumenta.q.d.attamen cupio diſceptare tecum,& expoſtulare.Chaldæus para.quæſtionem iudiciorum ego peto coram te.

Proſperè euenit, צלחה proſperos habet ſucceſſus,eſt fœlix. Pacem habent שלו Præt.Heb.pro præſ.Ad verbum,pacifici ſunt .i.tranquilli ſunt,ſiue in ſumma tranquillitate vitæ viuunt. Præuaricantes præu. :בוגדי בגד Hebraiſmum quidam conuertunt,impudentiſſimè præuaricantur. 2 Propè fuiſti,&c. קרוב אתה בפיהם Pronomen pro verbo ſubſtãtiuo.q.d.habent te frequenter,imò aſſiduè in ore,at longè abes ab animo eorum.Chaldæus paraph.ſic conuertit totum verſum, Plantaſti eos,& roborati ſunt:ditati ſunt,& cõparauerunt ſibi opes:propinqua ſunt verba Legis tuæ in ore ipſorum,& remotus eſt timor tuus à renibus eorum.

3 Vidiſti me,& prob.תראני ובחנת conſideres me,& probes,vel examines cor meum quod te colit. 4 Deſolata erit תאבל deſtruetur.Alii,lugebit.i. Quandiu durabit ſterilitas terræ huius? vel vt Hebræi interpretantur, Quando tandem eueniet illud vt deſtruatur hæc terra? Defecerunt ספתה Singulare iunctum plurali,defecit animalia,pro finierunt, aut eſſe deſierunt animalia. Alii, conſumpta ſunt iumenta. Nouiſſima noſtra. :אחריתנו finem noſtrum.i.non ſumet pœnas de nobis,vt nos prorſus perdat: quia non eſt ei de nobis prouidentia. 5 Si כי Quia.Alii volũt כי poſitũ eſſe pro אם vt nos exponimus. Miſcebis te תתחרה .i.quomodo certabis cũ equis curſu? Alii,cõtendes.vel.pugnabis. Aut vt alii,ad certamẽ prouocabis equos? vel,cũ equis certare cõtendas? Verba Dei ad Ieremiã,quibus illi prædicit grauẽ afflictionẽ quã accepturus erat Ieroſolymis.Ciues eius.i. Anathothitas cõparat hîc peditibus:equis verò celerrimis,ſiue equitibus Ieroſolymitanos. Conatus es(inquit)ciues tuos in viã rectã adducere:quod aſſequi nõ potuiſti,imò fatigauerũt te,& afflixerũt. quòd ſi pedites illi te fatigarunt,longè magis fatigaturi ſunt te Ieroſolymitani,inter quos ſunt Phariſæi & Rex,qui te maiore odio proſequentur,magiſque affligent. Pacis, שלום quietis.i.inter homines patriæ tuæ quibuſcum viuebas in pace & ſecurus. In elatione בגאון in ſuperbia.i.in loco vbi maximè intumeſcunt fluctus Iordanis. 6 Clamauerunt poſt te congreg. קראו אחריך מלא conuocauerunt aduerſum te congregationem.Alii,clamabunt poſt te turmatim.Alii,clamant poſt te plena ſub.voce.

7 Dilectionem ani.m. ידידות נפשי Vrbem ſignificat cum templo & vniuerſo populo,quem vnicè & ex animo diligebat.

8 Tanquam leo,&c. כאריה וגו׳ q.d.vt fugere ſolent qui iter agunt audito rugitu leonis in ſaltu,ita fugi ego.

9 Tincta צבוע colorata.vel picta.Miratur Propheta hæreditatem ſuã eſſe factã ſimilem aui verſicolori,quã aliæ omnes perſequũtur.

10 Deſiderabilem meam.&c. :חמדתי למדבר שממה expetibilem in deſertum deſolatum.vel,ſqualidum.

11 Poſuit eam שמה Quidã vertunt præt.in fut.Ponet eam.ſub.vnus paſtorum illorum,nempe Nabuchodonoſor. Luxit contra me אבלה עלי .i.lugendo,de me conqueſta eſt.

eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet corde.

Super omnes vias deſerti venerũt vaſtatores: quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni. 12

Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt: hæreditatem acceperũt, & non eis proderit: confundemini à fructibus veſtris propter iram furoris Domini. 13

Hæc dicit Dominus aduerſum omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem quam diſtribui populo meo Iſrael, Ecce ego euellã eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum. 14

D

Et quum euulſero eos, cõuertar & miſerebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem ſuam, & virum in terram ſuam. 15

Et erit, ſi eruditi didicerint vias populi mei, vt iurẽt in nomine meo, Viuit Dominus, ſicut docuerũt populũ meum iurare in Baal, ædificabuntur in medio populi mei: 16

Quòd ſi non audierint, euellam gẽtem illam euulſione & perditione, ait Dominus. 17

Cap. XIII.

HAEc dicit Domin⁹ ad me, Vade, & poſſide tibi lumbare lineum, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non inferes illud. 1

Et poſſedi lumbare iuxta verbũ Domini, & poſui circa lumbos meos. 2

Et factus eſt ſermo Domini ad me ſecundò, dicens, 3

Tolle lũbare quod poſſediſti, quod eſt circa lũbos tuos, & ſurgens vade ad Euphráten, & abſcõde ibi illud in foramine petræ. 4

Et abii, & abſcõdi illud in Euphráte, ſicut præceperat mihi Dominus. 5

Et factum eſt poſt dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, vade ad Euphráten: & tolle inde lũbare quod præcepi tibi vt abſconderes illud ibi. 6

Et abii ad Euphráten: & fodi, & tuli lumbare de loco vbi abſconderam illud: & ecce computruerat lumbare ita vt nulli vſui aptum eſſet. 7

B

Et factum eſt verbũ Domini ad me dicens, 8

Hæc dicit Dominus, Sic putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam, 9

Populum iſtum peſſimum qui nolunt audire verba mea, & ambulãt in prauitate cordis ſui, abierúntque poſt deos alienos vt ſeruirent eis, & adorarent eos: & erunt ſicut lũbare iſtud quod nulli vſui aptum eſt. 10

Sicut enim adhæret lumbare ad lũbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum 11

omnis terra *hæc*, quia non eſt quiſquam ″qui ponat ſuper cor.

12 Super omnia loca excelſa ″in deſerto venerunt vaſtatores: quia gladius Iehouæ deuorat ab extremo terræ vſque ad extremũ ″eius: non eſt pax ″vniuerſæ carni.

13 Seminauerunt frumenta, & ſpinas meſſuerunt: ″ægrotauerunt, *quòd* non profecerũt: pudore ſuffuſi ſunt propter fructus veſtros ″ob iram furoris Iehouæ.

Vicinis gentib⁹ Iudæam infeſtãtibus minatur Dominus interitum.

14 ″Sic dixit Iehouáh aduerſũ omnes vicinos meos peſſimos, ″qui attrectant hæreditatem, ″quam hæreditare feci populũ meũ Iשׁſraאelem, Ecce euellam eos è terra ſua: & domum Iehudáh ″euellam è medio eorum.

15 Et erit, Poſtquã euulſero eos, ″conuertar, & miſerebor eorum: & reducã eos, quenque ad hæreditatẽ ſuã, & quenque ad terrã ſuam.

16 Erit præterea, ſi diſcendo didicerint vias populi mei, vt iurent *ſaliæt* in nomine meo, Viuit Iehouáh, ſicut docuerunt populum meum iurare in Bayál, ″ædificabuntur in medio populi mei:

17 Si autem non audierint, euellam gentem illam euellẽdo, & perdendo dixit Iehouáh.

Cap. XIII.

Interitus Iudæorũ præfiguratur & corũ diſperſio.

1 SIc dixit Iehouáh ad me, ″Vade, & eme tibi ″cingulum lineum, & ponas illud ſuper lumbos tuos, ″& in aquam non inferas illud.

2 Emi igitur cingulum illud, iuxta verbũ Iehouæ, & poſui ſuper lumbos meos.

3 Fuítque verbum Iehouæ ad me ſecundò, dicendo,

4 Tolle cingulum quod emiſti, quod eſt ſuper lumbos tuos, ″& ſurge, vade ad Euphrátem, & abſcõde illud ibi in foramine ″petræ.

5 Perrexi itaque, & abſcondi illud in Euphráte, ſicut præceperat Iehouáh mihi.

6 Et fuit, in fine dierum multorum dixit Iehouáh ad me, Surge, vade ad Euphrátem, & tolle inde cingulum quod præcepi tibi vt abſconderes ibi.

7 Perrexi itaque ad Euphrátem, & fodi, tulíque cingulum de loco in quo abſcõderã illud, & ecce computruerat cingulum illud, ′nec vtile erat vlli rei.

8 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

9 Sic dixit Iehouáh, Sic ″putreſcere faciam ſuperbiam Iehudáh, & ſuperbiam Ieruשׁſaláim multam,

10 Populum *inquam* iſtum peſſimum qui renuũt audire verba mea, qui ambulant ″in duritie cordis ſui, abierúntque poſt deos alienos vt ſeruiant eis, & incuruent ſe eis: & erit ſicut cingulum iſtud ″quod nullius eſt vtilitatis.

Quare aſſumpt⁹ Iſrael in populũ Dei & quare rejectus.

11 Sicut enĩ adhæret cingulũ lũbis viri, ſic adhærere feci mihi totã domũ Iשׁſraאél, & vniuerſã domũ Iehudáh, dixit Iehouáh: vt ſint

Qui po. ſuper cor. שׂם על־לב: ſub. timorem meũ, aut verba Prophetarum adhortantium populum ad pœnitentiam. Chaldæus paraph. ſic vertit Hebraiſmũ, Nemo eſt qui attendat Prophetis. 12 In deſerto במדבר Loquitur de deſerto in quo alũtur armenta. Eius, הארץ Ad verbum, terræ. Antecedens Heb. pro relatiuo. Vniuerſæ carn. לכל־בשׂר: .i. omni homini. 13 AEgrotauerunt *quod* nõ prof. נחלו לא־יועילו .i. dolore quodam animi affecti ſunt Prophetæ, quòd non profuerint verba eorum. Ob iram, &c. מחרון וגו׳ Cõuertit ſermonem ad improbos: acſi dicat, Prophetæ iram Dei timẽtes, quã effundit in peccatores, propter ſcelera veſtra pudore cõfuſi ſunt.

14 Sic dixit, &c. כה אמר יהוה De ſe loquitur Dominus in tertia perſona. q. d. Hæc ego Dominus dico. Qui attrectãt הנוגעים Attrectare, ſiue tangere, pro nocere, ſiue damnum inferre. Quam hæred. fe. pop. m. אשׁר־הנחלתי את־עמי quam poſſidendam tradidi populo meo. Euellam אתוש ne ſcilicet eant in exilium cum illis gentibus quæ ſunt vicinæ eorum. 15 Conuertar, אשׁוב .i. redeã cum eis in gratiam. vel, mutem ſententiam. 16 AEdificabuntur ונבנו .i. non transferam eos ad Gentiles, ſed proſperè & fœliciter agent cum populo meo.

IN CAPVT XIII.

1 Vade הלוך Infinit. Heb. pro imperat. Cingulum אזור Quidam intelligunt de baltheo militari. Et in aquam, &c. ובמים וגו׳ Gallicè *ne le mets point a la lexiue.* 4 Et ſurge, vade וקום לך Hebraiſmus, pro, & ſurgens vade. Petræ. הסלע: Loquitur de petra quadam inſigni & nota. 7 Nec vtile, &c. לא יצלח לכל: Ad verbum, non proficiet omnibus. i. nulli proficiet. Fut. Heb. pro Præt. imperf. 9 Putreſcere fa. אשׁחית corrumpam. vel perdam. 10 In duritie בשׁרירות in prauitate. Vide ſuprà cap. 11. b. 8. Quod nullius, &c. אשׁר לא־יצלח לכל: Eadem verba quæ paulo antè verſu 7.

mihi in populum,& in nomẽ,& in laudem,& in gloriam: ″at non audierunt.

12 Dices ergo ad eos verbum iſtud, Sic dixit Iehouáh Deus Iſraël,Omnis″vter implebitur vino.Et dicẽt ad te, ″Nũquid ignoramus quòd omnis vter implebitur vino?

13 Dices autem ad eos,Sic dixit Iehouáh,Ecce ego″impleo omnes habitatores terræ huius,& Reges qui ſedent pro Dauide ſuper ſolio eius,& Sacerdotes,& Prophetas,& omnes habitatores Ieruſalaím,ebrietate.

14 Et collidam eos alter ad alterum, patres & filios pariter, ait Iehouáh:″non parcam, neque vtar miſericordia, nec miſerebor ″vt non deſtruam eos.

Prouocat ad pœnitentiam.

15 Audite & auſcultate,Ne eleuetis vos:quia Iehouáh locutus èſt.

16 Date Iehouæ Deo veſtro gloriam antequam ″contenebreſcere faciat, & antequam offendant pedes veſtri ad mõtes ″caliginoſos: & expectetis lucem,& ponat eam in vmbrã mortis & in caliginẽ.

17 Quòd ſi nõ audieritis iſtud,″in occultis plorabit anima mea propter ſuperbiam *ueſtram*:& lachrymando lachrymabitur,″deducétque oculus meus lachrymas,quòd captus ſit grex Iehouæ.

18 Dic Regi & Reginæ, Humiliate vos,ſedete *humi*:quoniam″deſcẽdit″de capitibus veſtris corona gloriæ veſtræ.

19 ″Ciuitates *quæ ſunt* ad Meridiem clauſæ ſunt,& nõ eſt qui aperiat: tranſlata eſt Iehudáh tota,″tranſlata eſt omnino.

20 ″Leuate oculos veſtros, & videte eos qui veniunt ab Aquilone, vbinam eſt grex qui datus eſt tibi,pecus gloriæ tuæ?

21 Quid dices″quum viſitauerit te? ″tu enim aſſuefeciſti eos ſuper te principes & in caput: nónne dolores apprehendẽt te vt mulierem parturientem?

22 Quúmq; dixeris in corde tuo, Quare euenerũt mihi iſta? ″Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ diſcoopertæ ſunt ″fimbriæ tuæ, diſcoopertæ ſunt″plantæ tuæ.

Conſuetudo mali indelebilis.

23 Nunquid mutabit AEthiops pellem ſuam, ″& pardus maculas ſuas? vos quoque poteritis benefacere,″aſſueti malefacere?

24 Idcirco diſpergam eos tãquam ſtipulam″tranſeuntem ad ventum deſerti.

25 ″Hæc ſors tua,& portio ″mẽſurarum tuarũ à me, dixit Iehouáh, quæ oblita es mei,″& fidiſti mendacio.

26 ″Et etiam ego nudaui fimbrias tuas contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua.

Iuda, dicit Dominus:vt eſſẽt mihi in populum,& in nomen,& in laudem, & in gloriam:& non audierunt.

12 Dices ergo ad eos ſermonem iſtũ, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Omnis laguncula implebitur vino. Et dicẽt ad te, Nũquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino?

13 Et dices ad eos,Hæc dicit Domin⁹, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius,& Reges qui ſedẽt de ſtirpe Dauid ſuper thronum eius, & Sacerdotes,& Prophetas, & omnes habitatores Ieruſalem,ebrietate:

C

14 Et diſpergã eos,virum à fratre ſuo, & patres & filios pariter, ait Dominus:non parcã,& non cõcedam,neq; miſerebor vt non diſperdam eos.

15 Audite & aurib⁹ percipite,Nolite eleuari:quia Dominus locutus eſt.

16 Date Domino Deo veſtro gloriã, antequã cõtenebreſcat,& antequam offendãt pedes veſtri ad mõtes caliginoſos: expectabitis lucẽ,& ponet eã in vmbram mortis & in caliginem.

17 Quòd ſi hoc non audieritis,in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ: ‖plorans plorabit,& deducet oculus meus lachrymam,quia captus eſt grex Domini.

Thren.1.a.2.

18 Dic Regi & dominatrici,Humiliamini,ſedete:quoniã deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.

19 Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & nõ eſt qui aperiat:trãſlata eſt omnis Iuda tranſmigratione perfecta.

20 Leuate oculos veſtros, & videte q̄ venitis ab Aquilone, vbi eſt grex qui datus eſt tibi,pecus inclytum tuum?

D

21 Quid dices quum viſitauerit te?tu enim docuiſti eos aduerſum te,& erudiſti in caput tuum.nunquid non dolores apprehendent te quaſi mulierẽ parturientem?

22 Quòd ſi dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ.

23 ‖Si mutare poteſt AEthiops pellem ſuam,aut pardus varietates ſuas? & vos poteritis benefacere, quum didiceritis malum?

Supra 30.c.

24 Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in deſerto.

25 Hæc ſors tua párſque menſuræ tuæ à me, dicit Dominus: quia oblita es mei,& confiſa es in mendacio.

26 Vnde & ego nudaui femora tua cõtra faciem tuam,& apparuit ignominia tua.

11 At non audi. ולא שמעו: at non obtemperauerunt.ſub.mihi,vel voci meæ. 12 Vter נבל laguncula.Indicat eos replendos eſſe ebrietate ſpirituali.id eſt omni cæcitate. Nunquid ignoramus הידוע לא נרע Ad verbum, an ſciendo non ſcimus.i.an non certò ſcimus 13 Impleo ממלא Præſ.Heb.pro fut. 14 Non parcam,&c. לא־אחמול וגו׳ Hæc tria verba ſunt eiuſdem ſignificationis. Vt non deſtruam eos מהשחיתם à perdendo eos.i.quum,ſiue quominus eos perdam. 16 Contenebreſcere fa. יחשיך obtenebreſcat.obſcuretur.in tenebras vertatur.ſub. Sol:i.priuſquam veniãt tribulationes nubilæ. Caliginoſos נשף obſcuros.Ad verbum,crepuſculi .ſub.noctis. 17 In occultis במסתרים in abditis.vel ſecretò.i.in animo. Deducétque,&c. ותרד וגו׳ Ad verbum,& deſcẽdet oculus meus *in* lachrymã.i.defluet,verſus in lachrymas. 18 Deſcendit ירד Præt.Heb.pro fut. De capitibus v. מראשותיכם Ad verbũ,principalitates veſtræ..i.principatus veſter,magnificentia regiáque dignitas veſtra. 19 Ciuitates *quæ ſunt ad* Mer. ערי הנגב Ciuitates auſtri.Intelligit ciuitates Iuda: quòd Terra ſancta ſita ſit ad Meridiem reſpectu Babylonis. Dicit autem clauſas eſſe ab effectu,acſi dicat quòd claudentur,& deſertæ erunt. Tranſlata eſt om. הגלת שלומים: Ad verbum,emigrauit[vel,emigrare facta eſt] *in* perfectionibus.i.perfectè,ſiue in perfectione.q.d. Abiit in captiuitatem cum vniuerſis,ſiue vniuerſaliter,aut omnino,ſiue tota.

20 Leuate,&c. שאו עיניכם וגו׳ Explicat verſum præcedentem,perſtátque in metaphora paſtoris.Nam populi ſubditi Regibus,dicũtur greges,quum Reges dicantur paſtores.Principio autem verſiculi alloquitur Iudæos omnes:deinde mutat numerum & genus,& alloquitur ſynagogam ſiue congregationem. 21 Quum viſit.te? כי־יפקוד עליך ſub.hoſtis.i.quum opprimet te hoſtis.Alii ſubaudiunt Deus. q.d.quum affliget te Deus propter iniquitatẽ tuam. Tu enim,&c. ואת וגו׳ quum tu docueris eos *eſſe* ſuper te principes & in caput.i.duces. Alludit ad hiſtoriam qua Achaz petiuit auxilium à Chaldæis. 22 Propter mult. ברוב ſub.reſpondebit aliquis. Fimbriæ tuæ שוליך.i.veſtis tua.hoc eſt,pudenda tua nudata ſunt. Plantæ t. עקביך calces tui.veſtigia tua.i.pudenda tua.bis idem dicit. 23 Et pardus ונמר aut pardus. Aſſueti לימודי docti. 24 Tranſeuntem ad ven.deſ. עובר לרוח מדבר: .i.quæ vento rapitur.

25 Hæc ſors tua, זה גורלך Iſta erit ſors tua.Mutatio numeri & generis. Menſuram tu.à me, מדיך מאתי .i.hæreditatis tuæ quam à me accipies.q.d.conſequêris hæc à me,& tibi euenient. Et fidiſti,&c. ותבטחי בשקר: & ſperaſti in mendacio.i.re vana & fallaci.

26 Et etiã ego nu. וגם־אני חשפתי Præt.Heb.pro fut.vt quidam vertunt,Vnde & ego denudabo.vel,Ego quoque reuelabo.i.nudando reiiciam ſuper faciem tuam veſtes tuas,& apparebit,ſiue conſpicietur ab omnibus ignominia tua.

27 Adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcel⁹ fornicationis tuæ: ſuper colles in agro vidi abominationes tuas. væ tibi Ieruſalem, non mūdaberis poſt me: vſquequo adhuc?

Cap. XIIII.

1 QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam de ſermonibus ſiccitatis.

2 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerūt, & obſcuratæ ſunt in terra, & clamor Ieruſalem aſcendit.

3 Maiores miſerūt minores ſuos ad aquam, venerunt ad hauriendum, nō inuenerunt aquam, reportauerūt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt & afflicti, & operuerunt capita ſua

4 Propter terræ vaſtitatem: quia nō venit pluuia in terram, confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua.

5 Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba.

6 Et onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi dracones, defecerūt oculi eorū: quia nō erat herba.

7 Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis, Domine fac ꝓpter nomē tuū: quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi peccauimus.

8 Expectatio Iſrael, ſaluator eius in tēpore tribulationis, quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum?

9 Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos.

B

10 Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit, nūc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum.

11 Et dixit Dominus ad me, ‖Noli orare pro populo iſto in bonum.

Suprà 7.c.14

12 Quum ieiunauerint, nō exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holocauſtomata & victimas, non ſuſcipiā ea: quoniam gladio & fame & peſte conſumam eos.

13 ‖Et dixi, A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, ſed pacem verā dabit vobis in loco iſto.

Infra 23.d.15, & 27.c.21, & 29.b.8

C

14 Et dixit Dominus ad me, Falſò prophetæ vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.

---

27 Adulteria tua, ʹ& exultationes tuæ, ʹfœditas fornicationis tuæ ſuper colles: in ipſo agro vidi abominationes tuas. væ tibi Ieruŵſaláim, ʹnon mundaberis, poſt quando adhuc?

Cap. XIIII.

Deſiccitate futura in Iudæa.

1 VʹErbum Iehouæ quod fuit ad Irmeiáhu ʹſuper verba prohibitionum *pluuiarum*.

2 ʹDeſolata eſt Iehudáh, & portæ eius deſolatæ ſunt, ʹobſcuratæ ſunt in terram, & clamor Ieruŵſaláim aſcendit.

3 ʹEt maiores eorū miſerūt ʹminores ſuos ad aquā: *qui* venerunt ʹad foſſas, *&* non inuenerunt aquam *ullam*: reuerſi *autem cum* vaſis ſuis ʹvacui, pudore affecti ſunt, erubuerunt, & obtexerunt ʹcaput ſuum.

4 Eò quòd terra ʹerat contrita: quia non fuit pluuia in terra, pudore affecti ſunt agricolæ, *&* obtexerunt caput ſuum

5 Quin cerua in agro peperit, & ʹdereliquit: quia non erat herba.

6 Et onagri ſteterunt in excelſis, attraxerunt ventum tanquā dracones, ʹdefecerunt oculi eorum: quia non erat herba.

Oratio populi petentis miſericordiā à Domino.

7 Si iniquitates noſtræ teſtificantur contra nos, Iehouáh fac ʹpropter nomen tuum: quia multæ ſunt rebelliones noſtræ, tibi peccauimus.

8 ʹExpectatio Iŵſraél, ſeruator eius in tēpore afflictionis, quare futurus es veluti peregrinus in terra, & tanquam viator qui declinat ad pernoctandum?

9 Quare futurus es veluti vir attonitus, *&* ʹtanquam fortis qui nō poteſt ſaluum facere? tu autem in medio noſtri *es* Iehouáh, ʹ& nomen tuum ſuper nos inuocatum eſt, ne derelinquas nos.

Non exauditur popul⁹ infidelis.

10 Sic dixit Iehouáh populo huic, Ita expetiuerunt ʹmouere ſe, pedes ſuos non prohibuerūt: ʹideo Iehouáh noluit eos, ʹnunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccatum eorum.

11 Et dixit Iehouáh ad me, Ne ores pro populo iſto ʹin bonum.

Oratio. Ieiunia.

12 Quum ieiunauerint, ego non exaudiam clamorem eorum: & quum obtulerint holocauſtum, & oblationem, nō acceptabo ea: ʹquia gladio, & fame, & peſte conſumam eos.

13 Et dixi, Aháh Domine Iehouáh, ecce prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, nec fames erit vobis: ſed pacē ʹveram dabo vobis in loco iſto.

Falſi prophetæ ſeducentes populum.

14 Et dixit Iehouáh ad me, Falſum vates vaticinantur in nomine meo: non *enim* miſi eos, neque præcepi eis, nec loquutus ſum ad eos: *ſed* viſionem mendacem, & diuinationem ʹ& nihilum & ſeductionem cordis ſui vaticinantur vobis.

---

27 Et exultationes t. ומצהלותיך & hinnitus tui. Fœditas זמת ſcelus. ſub. conſpicua erunt. Pluribus verbis figuratè notat idololatriam illorum. Non mundaberis, &c. לא תטהרי וגו' non mūdaberis tandem? quouſque vltra? Alii, non mundaberis poſthac aliquandiu. Alii, non mundaberis, *aut* poſt quando adhuc. i. aut id fiet quando reliqueris idololatriam tuam, & abducta fueris in captiuitatem. Alii ſimiliter vertunt, ſed interrogatiuè, Non mundaberis: *aut* poſt quando adhuc? vel, rurſus? ſub. mundaberis. Gallicè, *apres quel temps*. i. non dabis operam vt munda ſis: aut ſi id facias, quando tandem id erit? q. d. non prius id fiet quàm abducta fueris in captiuitatem.

IN CAPVT XIIII.

1 Verbū Iehouæ, &c. אשר היה דבר־יהוה Ad verbū, Quod fuit verbū Iehouæ. Super verba prohi. על־דברי הבצרות: de negotiis prohibitionum. Alii, de rebus retentionum. ſub. imbrium. cauſa pro effectu. nam retentionem aquarum ſequitur ſterilitas: ſterilitatem, annonæ caritas & fames. Gallicè dicimus, *Sur l'affaire de la charté*. Prædicit hìc Ieremias inſignem famem & annonæ penuriam.

2 Deſolata eſt אבלה Luxit. Obſcuratæ ſunt קדרו. i. quæ prius erant claræ, erunt nominis obſcuri & nullius pretii. Alii vertūt mœrore affectæ ſunt. 3 Et maiores e. ואדיריהם Et fortes eorū. i. magnates, vel magnifici. Minores ſuos צעיריהם. i. inferioris dignitatis. refertur enim ad conditionē, non ad ætatem. Ad foſſas על־גבים ad ciſternas. Alii, lacunas. in quibus ſolet aqua pluuia aſſeruari. Gallicè, *aux mares*. Vacui, ריקם Ad verbum, *in* vacuitate. Caput ſuum. ראשם: more ſcilicet lugentium. 4 Erat contr. חתה erat deuaſtata. Alii, ruperat ſeſe. 5 Et dereliquit ועזוב deſeruit. ſub. fœtus ſuos, quos alioqui maximè amare ſolet.

6 Defecerunt ocu. e. כלו עיניהם conſumpti ſunt oculi eorum. huc illuc aſpiciendo ſcilicet, ſi fortè alicubi conſpicerent herbam.

7 Propter no. t. למען שמך. i. age nobiſcum ſecundum miſericordiam tuā, vt celebretur nomē tuum ob clementiam tuam erga nos.

8 Expectatio מקוה Spes. i. in quo ſperat. 9 Tanquam fort. &c. כגבור לא־יוכל להושיע *&* ſicut gigas qui non poteſt ferre opem? Et nomen, &c. ושמך עלינו נקרא Hebraiſmus, pro, dicimur tui. 10 Mouere ſe, לנוע vagari. vel, diſcurſare. ſub. ad opem quærēdam. Ideo, &c. ויהוה לא רצם ideo non placuit Iehouæ in eis. i. non placent ipſi Iehouæ. Nunc עתה mox.

11 In bonum. לטובה: Hebraiſmus, pro, noli bona imprecari populo huic. 12 Quia gladio כי בחרב ſed gladio.

13 Veram אמת firmam. ſtabilem. 14 Et nihilum ואליל & vanitatem. i. mera ſomnia.

Idcirco ſic dixit Iehouáh ſuper vates qui vaticinantur in nomine meo,& ego non miſi eos,quíque dicunt,Gladius & fames non erit in terra iſta:gladio & fame conſumentur vates illi. 15

Et populus quibus vaticinãtur, proiecti erũt in plateis Ieruשׁsaláim præ fame & gladio, nec erit qui ſepeliat eos:ipſi *inquam*, vxores eorũ,& filii eorũ,& filiæ eorum,& effundã ſuper eos″malũ ſuũ. 16

Dices itaque ad eos verbum iſtud,″Deducant oculi mei lachrymas nocte ac die,& ne quieſcant:quoniam contritione magna cõtrita eſt virgo filia populi mei,plaga″dura valde. 17

Si egreſſus fuero in agrum,ecce occiſi gladio:& ſi introiero in ciuitatem,ecce″ægrotantes fame:quoniam tum Vates,tũ Sacerdos ″circuierunt in terram,& non cognouerunt. 18

Rurſum orat popul⁹,peccata ſua agnoſcẽs,& Deũ cõmemoratione pacti ſui ad parcẽdum inuitans.

Nunquid abiiciendo abiecisti Iehudáh? ″num צSiión abominata eſt anima tua? quare percutere feciſti nos, & non eſt nobis″ſanitas? expectauimus pacem,& nullum fuit bonum:tempus″ſanitatis,& ecce turbatio. 19

Agnoſcimus Iehouáh impietatem noſtram,iniquitatem Patrũ noſtrorum,nam peccauimus tibi: 20

Ne″reprobes propter nomẽ tuum, & ne deiicias ſolium gloriæ tuæ:recordare,ne irritum facias pactum tuum nobiſcum *initum*. 21

Nunquid ſunt in vanitatibus Gentium qui pluere faciãt, & nũ cæli dabunt imbres? ánnon tu es Iehouáh Deus noſter? ″te igitur expectamus:tu enim feciſti omnia hæc. 22

Cap. X V.

Oſtendit Deus quantopere ſibi diſpliceat idololatria,& animus à pœnitentia alienus.

ET dixit Iehouáh ad me, Si ſteterĩt Moשׁséh & שׁSemuאél corã me,non erit″anima mea ad populum iſtum:″eiice à facie mea, & egrediatur. 1

Et erit,quũ dixerint ad te,Quò egrediemur? dices ad eos,Sic dixit Iehouáh,″Qui ad mortem,ad mortem:& qui ad gladiũ,ad gladium:& qui ad famem,ad famem: & qui ad captiuitatem,ad captiuitatem. 2

″Et præficiam eis quatuor gentes,dixit Iehouáh,″gladium ad occidendum,& canes″ad diſtrahendum,& volatilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum″& diſſipandum. 3

″Et dabo eos in commotionem vniuerſis regnis terræ propter Menaשׁſéh filium Ieחhizciiáhu″Regis Iehudah,propterea quæ fecit in Ieruשׁsaláim. 4

Quis enim miſerebitur tui Ieruשׁsaláim? & quis condolebit tibi? & quis″diſcedet″ad petendum *de* pace tua? 5

Cauſa tantorum malorum.

Tu dereliquiſti me, dicit Iehouáh, retrorſum abiiſti : ob id extendam manum meam ſuper te vt diſperdam te, ″fatigatus ſum *toties* pœnitere. 6

15 Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis q̃ prophetãt in nomine meo, quos ego non miſi,dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac:in gladio & fame conſumentur Prophetæ illi.

16 Et populi quibus prophetant,erũt proiecti in viis Ieruſalem præ fame & gladio , & nõ erit qui ſepeliat eos: ipſi & vxores eorum,filii & filiæ eorũ, & effundam ſuper eos malum ſuum.

17 Et dices ad eos verbum iſtud,‖ Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant:quoniã contritione magna cõtrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Thren.1.f.16, & 2.f.18

D

18 Si egreſſus fuero ad agros,ecce occiſi gladio: & ſi introiero in ciuitatẽ, ecce attenuati fame: Propheta namque & Sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.

19 Nunquid proiiciens abiecisti Iudã? aut Siõ abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas?‖expectauimus pacem, & nõ eſt bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Suprà 8.c.15.

20 Cognouimus Domine impietates noſtras,iniquitatem Patrum noſtrorum,quia peccauimus tibi:

21 Ne des nos in opprobriũ propter nomen tuum,neque facias nobis cõtumeliam ſolii gloriæ tuę:recordare, ne irritum facias fœdus tuũ nobiſcũ.

22 Nunquid ſunt in ſculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli poſſunt dare imbres? nónne tu es Domin⁹ De⁹ noſter quem expectauimus? tu enim feciſti omnia hæc.

Cap. X V.

1 ET dixit Dominus ad me,Si ſtetеrint Moyſes & Samuel corã me, non eſt anima mea ad populum iſtũ: eiice illos à facie mea, & egrediãtur.

2 Quòd ſi dixerint ad te , Quò egrediemur? dices ad eos, Hæc dicit Dominus,‖Qui ad mortem,ad mortem: & qui ad gladium,ad gladium: & qui ad famem,ad famem: & qui ad captiuitatem,ad captiuitatem. Zach.11.b.9

3 Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus , gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum.

4 Et dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ , ‖propter Manaſſem filium Ezeciæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem. 4.Reg.21.b.11

5 Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem ? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

6 Tu reliquiſti me, dicit Dominus: retrorſum abiiſti: & extendam manũ meam ſuper te , & interficiam te, laboraui rogans. B

16 Malum ſuum. ! רעתם malitiam ipſorum. 17 Deducãt oc.mei lach. תרדנה עיני דמעה Deſcendãt oculi mei *in* lachrymas .i.vertantur. Dura נחלה infirma.ægrotante. 18 AEgrotantes תחלואי cõfecti.laborantes. Circuierunt in ter.סחרו אל־ארץ .i. vagando venerunt in terram imprudentes. 19 Num צSiión abom.eſt ani.t.אם־בציון געלה נפשך num à Sion abhorret anima tua? Sanitas? מרפא curatio? medela? nẽpe ab hoſte & fame. Sanitatis, מרפא curationis.medelæ. 21 Reprobes תנאץ execreris. Alii,floccifacias.vel ſpernas. 22 Te igitur expect.ונקוה־לך Quidam per futurum,te autem expectabimus.i.opem à te expectabimus.pendebimus à te.

IN CAPVT XV.

1 Anima mea נפשי animus meus.voluntas mea.i.non afficiar erga populum iſtum,etiamſi rogent Moſes & Samuel pro eo. Eiice שלח ſub.eum.i.vaticinare illis quòd eiiciam illos in exilium. 2 Qui ad mortẽ,&c.אשר למות למות .i.qui deſtinati ſunt ad mortẽ, ad mortẽ ipſam egrediantur:& qui ad enſem,ad enſem exeant:&c. 3 Et præficiam eis qua.g. ופקדתי עליהם ארבע משפחות: Et conſtituam ſuper eos quatuor familias.ſiue cognationes.i.quatuor ſpecies & genera animantiũ. Gladiũ החרב ſic vocat homines accinctos gladio. Ad diſtrahendũ לסחוב ad dilacerandum. Et diſſipandũ. ולהשחית: & perdendũ.coniunxit duo nomina & duo verba:prius verbũ refertur ad prius nomen,ſecundũ ad poſterius. 4 Et dabo eos,&c.ונתתים לזועה.i.Cogã ac cõpellam eos ſe cõferre ad omnia regna terræ,vertẽtes ſolũ. Regis מלך Regẽ,nẽpe Menaſſéh. 5 Diſcedet יסור ſecedet.ſub.è loco ſuo. Ad petendũ,&c. לשאול וגו׳ vt interroget te de incolumitate tua.i.quomodo valeas. Alii,ad poſtulandũ pacem *pro* te. 6 Fatigatus ſ. *toties* pœ.נלאיתי הנחם.i.non ſuſtinui agere pœnitentiã,hoc eſt mutare ſententiã de te perdẽdo ob ſcelera tua.q.d.toties pœnituit me mali quod loquutus fuerã vt facerem eis,& nõ feci:laboraui, propterea non poſſum vltrà pœnitere,ſed vlciſcar de illis.Quidã vertunt,laboraui vt conſolationem accipiam.

7 Et diſpergã eos ventilabro in portis terræ: interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à viis ſuis non ſunt reuerſi.

8 Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrẽ adoleſcẽtis vaſtatorẽ meridie: miſi ſuper ciuitates repẽtè terrorem.

Amos 8.c.9

9 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius: ‖ óccidit ei ſol quũ adhuc eſſet dies, confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos eius in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum, ait Dominus.

C

10 Væ mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? non fœnerauì, nec fœnerauit mihi quiſquã: omnes maledicunt mihi.

11 Dicit Dñs, Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi nõ occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduerſus inimicum.

12 Nũquid fœderabitur fefrum ferro ab Aquilone, & æs?

13 Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionẽ dabo gratis: in õnibus peccatis tuis, & in õnibus terminis tuis.

Deut.32.c.21
rom.10.d.19

14 ‖ Et adducã inimicos tuos de terra quã neſcis: quia ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, & ſuper vos ardebit.

15 Tu ſcis Domine, recordare mei, & viſita me, & tuere me ab iis qui perſequuntur me: noli in patiẽtia tua ſuſcipere me: ſcito quoniã ſuſtinui propter te opprobrium.

16 Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me Domine Deus exercituum.

D

17 Nõ ſedi in cõcilio ludentium, & gloriat⁹ ſũ à facie man⁹ tuæ: ſolus ſedebã quoniã comminatione repleſti me.

Infrà 30.c.15.

18 ‖ Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.

19 Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciẽ meã ſtabis: & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris: cõuertentur ipſi ad te, & tu non conuertêris ad eos.

7 ″Et ventilaui eos ventilabro ″in portis terræ: orbaui *&* perdidi populum meum, *& tamen* à viis ſuis non ſunt reuerſi.

8 Multiplicatæ ſunt ″mihi viduæ eius præ arena maris: adduxi ″illis contra ″congregationem iuuenum vaſtatorem ipſo meridie, ruere feci ſuper eam repentè ″ciuitatem, & feſtinanter.

9 ″Eneruata eſt ″quæ peperit ſeptem, dolore affecta eſt anima ei⁹: óccidit ſol eius quum adhuc eſſet dies, pudore affecta eſt & erubuit: reſiduum verò earum in gladium dabo coram inimicis eorum, dixit Iehouáh.

Cõqueritur ſe occaſionem fuiſſe diſcordiæ.

10 Væ mihi mater mea quòd genuiſti me ″virum rixæ & virum diſcordiæ toti terræ: non fœnerauì eis, nec fœnerati ſunt mihi: omnes maledicunt mihi.

Promittitur ei auxilium.

11 Dixit Iehouah, ″Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi nõ occurrere fecero tibi in tempore malo & in tempore afflictionis inimicum.

12 ″Nunquid ferrum cõteret ferrum quod eſt ab Aquilone, & æs?

Rurſus annũtiat Iudæorum vaſtationem.

13 Opes tuas & theſauros in direptionem dabo ″abſque pretio, ídque propter omnia peccata tua: ″& in omnibus terminis tuis.

14 Et tranſire faciam te ad inimicos tuos, in terram quam non noſti: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit.

Iterũ veluti cõquerendo petit liberationem à ſua afflictione.

15 Tu ″noſti Iehouáh, recordare mei & viſita me, & vindica me de inimicis meis: ne in longanimitate furoris tui ″ſuſcipias me, ſcito quòd ſuſtineam propter te opprobrium.

16 ″Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos: & fuit verbum tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei: quia ″inuocatũ eſt nomen tuum ſuper me Iehouáh Deus exercituum.

17 Nõ ſedi in cœtu ″ludentium, nec exultaui: ″propter plagam tuã ſolus ſedi, quoniam ira repleſti me.

18 Vt quid fuit dolor meus ″fortis, & plaga mea ″deſperata, *quæ* renuit curari? ″futurus es mihi veluti ″*uena* mendax, *ueluti* aquæ quæ ″nõ ſunt fideles.

Reſpõdens Dominus Prophetæ, oſtendit fructum laboris.

19 Propterea ſic dixit Iehouáh, Si cõuerſus fueris, ″tũc cõuertã te, *&* ″corã me ſtabis: & ſi eduxeris pretioſum à vili, ″tanquã os meum eris: ″conuertentur ipſi ad te, & tu non conuertêris ad eos.

7 Et ventilaui, &c. ואזרם וגו׳.i.eieci eos in captiuitatẽ vt repurgarẽ eos ventilabro afflictionis. In portis terræ, בשערי הארץ Portæ pro oſtiis, aut finibus, ingreſſibus terrarũ ac regionũ, ſiue pro ipſis vrbibus. 8 Mihi לי.i.à me. me authore. Illis לחם.i.in perniciem illorũ. Cõgregationẽ iu. אם בחור Ad verbũ, matrem adoleſcentũ. ſed אם capitur hîc pro קהלה: in quo ſenſu intellexit & Chaldæus para. exponẽs per סיעת. Dicit hoſtem meridie & clara luce irruiſſe in eos, vt oſtẽdat illius crudelitatem. Et quãdo ſubditur, Feci ruere ſuper eam ciuitatem, vult oſtẽdere ciuitates dirutas & ſubuerſas ab hoſte antequã abducti eſſent in captiuitatem. Ciuitatẽ & feſtin. עיר ובהלות: ipſam vrbem, & in feſtinationibus. vel, præcipitationibus. i. vrbs fuit ſubitò expugnata, cuius ruina intercepti ſunt & oppreſſi omnes fortes. Alii, hoſtem & terrores. 9 Eneruata eſt אומללה Anhelauit. flatu ſcilicet emiſſo. præ dolore ſufflauit. Quæ peperit ſeptem, יולדת השבעה Senſus eſt, Populus multus redactus eſt in exiguum numerum: & qui ſuperſtites manſerunt, tam acerbè afflicti ſunt vt pene efflauerint animam, & dies illis viſus fuit commutatus in noctem. 10 Virum rixæ, איש ריב Phraſis Hebraica, acſi diceret, omnium iniuriis & cõtumeliis expoſitum propter verbum Dei. Quia (inquit) cogor illis denuntiare increpationes & cõminationes Diuinas, quocunque me verto inuenio contradictores qui mecum rixantur, & innocentem calumniantur.

11 Si nõ, &c. אם־לא שריתיך לטוב ſub. non habear poſthac verax. Reliquias vocat reliquum vitæ tempus. Promittit Deus Ieremiæ reliquo vitæ ſuæ tempore fœlicia omnia. q.d. Non habear verax, niſi viuas in fœlicitate, niſi rogare fecero te tempore afflictionis & tempore anguſtiæ inimicum tuum. i. niſi effecero vt Nabuchodonoſor & ſui te rogent. Chaldæus paraph. Si non finis tuus in bonum. Quidam Hebræorum deducunt à שרה, & exponunt, Si non ſolutiones tuæ in bonum. i. ſi non ſoluero te à vinculis tuis. 12 Nunquid ferrum cont. הירוע ברזל Num ferrum franget, &c. Vires Iudæorum comparat ferro puro, & vires Chaldæorum ferro quod habet multũ chalybem admiſtum, & propterea validiori. q.d. Enſis Iudaicus ferreus franget enſem Chaldæum ferro & chalybe conſtantem? Non. Ferrum & æs vocat ferrũ æri admiſtũ. i. chalybẽ. 13 Abſque pretio. לא במחיר .i. non redimentur vllo pretio. Et in omnib. term. t. ובכל־גבוליך: ſub. id accidet. 15 Noſti ידעת ſub. quæ faciant mihi. Suſcipias me, תקחני tollas me. ſub. de medio. vel, aſſumas. i. ne dum differs vindictam, prius moriar quàm ſumpſeris pœnas de hoſtibus meis. 16 Inuenti ſunt, &c. נמצאו דבריך ואוכלם Inuenta ſunt *à me* verba tua, & deuoraui ea. i. quum inuenta ſunt à me, deuoraui illa. Comparat recipientem verbum Dei, comedenti cibum ſuauiſſimum.

Inuocatum eſt no. t. ſuper me נקרא שמך עלי Hebraiſmus, Vocatus ſum propheta Domini, ſiue tuus. 17 Ludentium, משחקים iocantium. Alii, deriſorum. Propter pla. t. מפני ידך propter prophetiam tuam. i. quam mihi inſpiraſti. q.d. credidiſti mihi prophetiã plenam indignatione tua erga populum tuum. 18 Fortis, נצח *in* æternum. Deſperata, אנושה inſanabilis. Alii, grauis. Alii, doloris plena. Futurus es היו תהיה Ad verbum, eſſendo eris. *Vena* mendax, אכזב *fons* fallax. Quidam nihil ſubaudiunt, vertentes, quaſi mendax. Non ſunt fideles. לא נאמנו: Aquæ non perpetuò fluentes, ſed aliquando ceſſantes, dicuntur infideles. ſic fons mendax, & venæ aquarum. q.d. quum ſperarem te laturũ mihi auxiliũ, deſeruiſti me. 19 Tunc conu. te, ואשיבך .i. remittam ac condonabo tibi peccata tua. Quidam vertunt, reſtituam te vt ſtes coram me. Alii, & conuerti fecero te, coram me ſtabis. Coram me ſtabis: לפני תעמוד Hoc tantùm dicitur de Prophetis, & electis, vt annotat doctus inter Hebræos. q.d. proſequar te omni fauore & gratia.

Tanquam os meum. e. כפי תהיה iuxta os meum eris. i. accidet tibi vt ego tibi prædixero. Conuertẽtur, &c. ישובו וגו׳ conuertantur ipſi ad te, & tu ne conuertaris ad eos. i. fac vt qui receſſerint à Legibus Dei, tibi acquieſcant, & ne acquieſcas illis.

20 Et dabo te populo huic murum æneū,munitum,pugnabúntq; contra te,&non præualebunt tibi:quia tecum ſum vt ſeruem te, & eruam te,dixit Iehouáh:

21 Et eruam inquam te de manu peſſimorum, & redimā te de manu fortium.

Cap. XVI.

Iudæorum calamitatē prædicit

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Non accipies tibi vxorē,nec erūt tibi filii & filiæ in loco iſto.

3 Quoniam ſic dixit Iehouáh de filiis & filiabus qui nati fuerint in loco iſto,& de matribus eorum quæ genuerint eos,atque de patribus eorum qui procreauerint eos in terra iſta,

4 Mortibus″ægrotationum morientur, non plangentur,neque ſepelientur,*ſed* in ſterquilinium ſuper faciem terræ erūt, gladióque & fame conſumentur:″& erunt cadauera eorum in eſcam volatilibus cæli,& beſtiis terræ.

5 Sic enim dixit Iehouáh,Ne ingrediaris domum luctus,nec vadas ad plangendum,″neque condoleas eis: quia″abſtuli pacē meā à populo iſto,dixit Iehouáh,miſericordiam & miſerationes.

6 Et morientur magni & parui in terra hac: non ſepelientur, nec plangent eos,″neque ſe incídent,″nec decaluabunt ſe propter eos.

7 ″Et non expandent *manus ſuas* ob luctum vt conſolētur eos ſuper mortuo,neque potabunt eos calice conſolationū ſuper patre ſuo & ſuper matre ſua.

8 Domum quoque conuiuii ne ingrediaris,vt ſedeas cum eis ad comedendum & bibendum:

9 Sic enim dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél,Ecce ego ceſſare faciam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocē gaudii & vocem lætitiæ,vocem ſponſi & vocem ſponſæ.

Idolorū cultum & Legis Dei cōtēptum, tātæ calamitatis cauſam eſſe oſtendit.

10 Erítque,quum renuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi,Propter quid loquutus eſt Iehouáh ſuper nos omne malum grande hoc? & quæ *eſt* iniquitas noſtra, & quod peccatum noſtrum quod peccauimus Domino Deo noſtro?

11 Tūc dices ad eos,Propterea ꝙ dereliquerūt Patres veſtri me,ait Iehouáh, & ambulauerūt poſt deos alienos,&ſeruierūt eis,& īcuruauerūt ſe eis,me autē dereliquerūt,& Legē meā nō cuſtodierūt.

12 Et vos″peius feciſtis faciēdo q̃ Patres veſtri:ecce enim vos ambulatis vnuſquiſque poſt″duritiē cordis ſui mali, vt nō audiatis me.

Captiuitatē Babylonicam prædicit,&populi liberationē ab ea.

13 Idcirco eiiciam vos de terra hac ad terram quam nec vos nouiſtis,neque Patres veſtri: ibíque ſeruietis diis alienis die ac nocte, quia″non dabo vobis miſericordiam.

14 Propterea ecce dies veniūt,dixit Iehouáh,&nō dicetur vltrà, Viuit Iehouáh qui aſcendere fecit filios Iשſraאél è terra AEgypti:

15 Sed, Viuit Iehouáh qui aſcēdere fecit filios Iשſraאél de terra Aquilonis,& de vniuerſis terris ad quas expulerat eos : & reducam eos in terram ſuam quam dedi Patribus eorum.

16 Ecce ego″mitto ad piſcatores multos,dixit Iehouáh,&piſcabū-

20 Et dabo te populo huic in murum æreum,fortem: & bellabunt aduerſū te,& nō præualebunt : quia ego tecū ſum vt saluē te,& eruam te,dicit Dominus:

21 Et liberabo te de manu peſſimorū, & redimam te de manu fortium.

Cap. XVI.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

2 Nō accipies vxorem, & non erunt tibi filii & filiæ in loco iſto.

3 Quia hæc dicit Dominus ſuper filios & filias qui generantur in loco iſto,& ſuper matres eorum quę genuerūt eos, & ſuper patres eorū de quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac,

4 Mortibus ægrotationum morientur,non plangentur,& non ſepelientur,in ſterquiliniū ſuper faciem terrę erunt: & gladio & fame conſumētur: & erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cæli,& beſtiis terræ.

5 Hæc enī dicit Dominus,Ne ingrediaris domum conuiuii,neque vadas ad plangendum,neque cōſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto,dicit Dominus,miſericordiam & miſerationes.

6 Et morietur grādes & parui in terra iſta: non ſepeliētur,neq; plāgētur, & nō ſe incidēt,neq; caluitiū fiet pro eis.

7 Et nō frangēt inter eos lugenti panē ad conſolandū ſuper mortuo:& nō dabunt eis potum calicis ad conſolādum ſuper patre ſuo & matre.

B

8 Et domum conuiuii non ingrediaris,vt ſedeas cum eis, & comedas & bibas:

9 Quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Iſrael, Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris , & in diebus veſtris vocem gaudii & vocem lætitiæ,vocem ſponſi & vocem ſponſæ.

10 Et quū annuntiaueris populo huic ōnia verba hæc,&dixerint tibi,|Quare loquutus eſt Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ iniquitas noſtra, & quod peccatum noſtrū quod peccauimus Domino Deo noſtro?

Suprà 5,e.19

11 Dices ad eos , Quia dereliquerunt me Patres veſtri,ait Dominus: & abierunt poſt deos alienos, & ſeruierūt eis,& adorauerunt eos: & me dereliquerūt,& Legē meā nō cuſtodierūt.

C

12 |Sed & vos pei⁹ operati eſtis quàm Patres veſtri,ecce enim ambulat vnuſquiſque poſt prauitatem cordis ſui mali,vt me non audiat.

Suprà 7.f.26

13 |Et eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos,&Patres veſtri: & ſeruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiē.

Infrà 23.b.8

14 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur vltrà,Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra AEgypti:

15 Sed , Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis,& de vniuerſis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram ſuam quam dedi Patribus eorum.

16 Ecce ego mittam piſcatores multos,dicit Domin⁹, & piſcabūtur eos:

IN CAPVT XVI.

4 AEgrotationū תחלואים ægritudinū.Alii,ægrotantiū.i.morte confectorum fame.ſic exponit Chaldæus para.& docti inter Hebræos. Et erunt,&c. והיתה נבלתם Singularia Heb.pro pluralibus. 5 Neque cond.eis: ואל־תנוד להם neque commoueare propter eos. q.d.non dolebitis cum dolentibus,neque gaudebitis cū gaudentibus. Abſtuli אספתי abſtraxi. 6 Neque ſe incidēt ולא יתגודד .i.non laniabunt vultum ſuū. Nec decaluabūt,&c.: ולא יקרח להם neque caluitiū erit pro eis.vel,fiet ſuper eis. 7 Et non expan. ולא־יפרסו.i.nō expandent manus in luctu propter illos mortuos, luctus indicādi gratia, ad cōſolandū vnūquemq; ſuperſtitum,conſolandū inquā ob mortuū.Alii,Et nō frangēt.ſub.panē inter eos lugēti. 12 Peius fe.fa. הרעותם לעשות Ad verbū,deterioraſtis facere.i.deteriora feciſtis illis. Duritiē שרירות prauitatē.i.ſectamini quiſq; prauā libidinē cordis ſui mali quo minus me audiatis. 13 Nō dabo, &c. לא־אתן וגו׳ .i.faciā vt hoſtes nō miſereātur veſtri,ſed cogāt vos ad idola colēda. 16 Mitto שולח Præſ.Heb.pro fut.miſſurus ſum. ſub.legatos,vel nuntios.piſcatores,Chaldæi:piſces,ciues Ieruſalem.acſi dicat, Excitabo Chaldæos aduerſus vrbem, & cingent illam obſidione,quaſi reti,& ciues illius capient.Comparantur etiam hîc Chaldæi venatoribus : Sedecias autem & milites eius in fugam verſi,feris quæ metu venatorum fugiunt,& ſe huc atque illuc recipiunt.

& poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni mōte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.

D Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum, non ſunt abſconditæ à facie mea: & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis eius.

Et reddam primùm duplices iniquitates & peccata eorum: quia cōtaminauerunt terram meā in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam.

C Domine fortitudo mea, & robur meū & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium poſſederunt Patres noſtri, vanitatem quæ eis non profuit.

Nunquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dii?

Idcirco ecce ego oſtendam eis per vicem hāc, oſtendā eis manum meā, & virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi Dominus.

Cap. XVII.

PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorū, & in cornibus ararum eorum.

Quū recordati fuerint filii eorū ararū ſuarum, & lucorum ſuorū, lignorūque frondētium in mōtibus excelſis.

Sacrificantes in agro, fortitudinem tuam & omnes theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis.

Et relinquêris ſola ab hæreditate tua quam dedi tibi, & ſeruire te faciā inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniā ignem ſuccendiſtis in furore meo, vſque in æternum ardebit.

Hæc dicit Dominus, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.

Infrà 48.a.6

|Erit enim quaſi myrice in deſerto, & nō videbit quum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili.

Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.

Pſal.1.a.3

B |Et erit quaſi lignū quod tranſplātatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cū venerit æſtus: & erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.

omnium

Prauum eſt cor|hominis. & inſcrutabile: quis cognoſcet illud?

1.Reg.16.b.7
pſal.7.c.10
apoc.2.f.23

|Ego Dominus ſcrutās cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuētionum ſuarum.

Perdix fouit quæ nō peperit: fecit di

tur eos: & poſtea mittam ad multos venatores, & venabuntur eos ″ex omni monte, & omni colle, & de cauernis″petrarum.

17 Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum, & non ſunt occultatæ à facie mea: neque eſt abſcondita iniquitas eorum à conſpectu oculorum meorum.

18 Et reddam primùm′duplum iniquitatis eorum, & peccatū eorum: eo quòd contaminauerunt terrā meā cadaueribus abominationū ſuarū, & abominationib⁹ ſuis impleuerūt hæreditatē meā.

19 Iehouáh fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die afflictionis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium poſſederūt Patres noſtri, vanitatem,′& non eſt in eis vtilitas.

Vocatio Gētiū.

20 Nunquid faciet ſibi homo deos,″& ipſi non *ſunt* dii?

21 Idcirco ecce oſtendam eis vice hac, oſtendam *inquam* eis manum meam, & fortitudinem meam: & ſcient quòd nomen meum *eſt* Iehouáh.

Cap. XVII.

1 PEccatum Iehudáh ſcriptum eſt′ſtylo ferreo, &″vngue adamātino, ſculptū in tabula cordis eorū, & in cornib⁹ ararū veſtrarū.

Iudæorum pertinacitas.

2 ′Recordantur enim filii eorum ararum ipſorum, & lucorum ipſorum *quæ ſunt* iuxta arbores virides, & in collibus excelſis.

3 ″Mōtane, in agro opes tuas & omnes theſauros tuos in direptionem dabo,″propter peccatum excelſorum tuorum *quæ ſunt* in vniuerſis finibus tuis.

4 ′Et remiſſio erit in te ab hæreditate tua quam dedi tibi, & ſeruire te faciam inimicis tuis in terra quam non noſti: quoniam ignē ſuccendiſtis in furore meo *qui* vſque in æternum ardebit.

5 Sic dixit Iehouáh, Maledictus vir qui fidit homini, & ponit carnem brachium ſuum, & à Iehouáh recedit cor eius.

Maledicti cōfidētes in homine.

6 Erit enim tāquam myrica in deſerto, ′neque videbit quum venerit bonum, ſed habitabit″*in* ſiccitatibus in deſerto, terra deſolata, & *quæ* non habitatur.

7 Benedictus vir qui fidit Iehouæ, & eſt Iehouáh fiducia eius.

Benedicti, quorū Dominus eſt fiducia.

8 Erit enim″tanquam arbor plantata ſecus aquas, & *quæ* iuxta riuum″mittit radices ſuas, & non videbit quum venerit æſtus, erítq; folium eius viride, & anno′prohibitionis *pluuiæ* nō′timebit, nec deſinet facere fructum.

9 ′Fraudulentum eſt cor præ omnibus *rebus* & peruerſum, quis cognoſcet illud?

Cor hominis prauum.

10 Ego Iehouáh ſcrutans cor, probās renes, ′vt dem vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum operum ſuorum.

Deus ſcrutator cordium.

11 *Sicut* perdix *quæ*″colligit *oua aliena* quæ nō peperit, *ſic* qui facit diuitias

Ex omni mō. מעל כל־הר Sing. Heb. pro plur. ex omnibus mōtibus ad quos ſcilicet cōfugerint ſalutis cauſa. Petrarū. :הסלעים rupiū. i. ſaxorū ingentiū. 18 Duplū iniq. e. משנה עונם duplicē iniquitatē eorū. i. ſumā primū pœnas de illis propter iniquitatē eorū & Patrū ipſorum. 19 Et non eſt, &c. :ואין־בם מועיל & *eos* in quibus nulla eſt vtilitas. Alii, Et non eſt in eis iuuās. ſub. tempore tribulationis. 20 Et ipſi והמה quū *tamen* ipſi non ſint dii?

IN CAPVT XVII.

1 Stylo ferreo, בעט ברזל ſub. in re dura, quæ requirat ſtylū ferreū. q. d. peccata Iudæ ſunt indelebilia. nā cor eorū eſt duriſſimū. Vngue בצפורן Gallicè dicimus, *Auec une pointe de diamant.* 2 Recordātur en. fi. e. כזכור בניהם Vt filii eorū monimenta habeāt ararū eorū, &c. Alii, Sicut recordātur filiorum ſuorū, *ita recordātur* ararū ſuarū. q. d. tā grata eſt illis memoria ararū, quàm grata eſſe ſolet memoria liberorū. 3 Montane, הררי. i. ô Iuda qui verſaris in mōtibus vt illic colas idola. Alii, O mōs mi. Propter pec. exc. במותיך בחטאת Ordo inuerſus Hebræis, excelſorū tuorū propter peccatū. 4 Et remiſſio erit in te ושמטתה ובך Ad verbū, Et facies remiſſionē, & *remiſſio illa erit in te*. i. quieſces, ſiue ceſſabis à colēda terra tua, quā ſcilicet nō ſiuiſti quieſcere ſeptimo quoq; anno iuxta præceptū meū: & erit remiſſio illa in te. q. d. nō erit ſpōtanea, ſed coacta: priuaberis enim hæreditate tua, & abducêris captiuus. 6 Tanquā my. כערער tāquā iuniperus. Neque videbit. &c. ולא יראה וגו׳. i. nō fruetur bono, hoc eſt imbre & pluuia. *In* ſiccitatib. חררים in ardoribus. i. locis aridis. 8 Mittit ישלח Fut. Heb. pro præſ. Prohibitionis בצרת carentiæ. ſub. imbriū. i. caritatis, ſiue penuriæ annonæ. Vide ſuprà cap. 14. a. 1. Timebit, ידאג dolebit. Alii, erit ſolicita. 9 Fraudulentū עקוב Doloſum. Poteſt enim homo verbis, factiſq; bonū præſeferre corde prauo. 10 Vt dem ולתת Quidam ſubaudiunt לשלם, propter ו in ולתת, & legunt, vt retribuam & dem. 11 Colligit דגר Præt. Heb. pro præſ. Sicut perdix colligit alterius auis oua, & cubat ſuper ea acſi ſua eſſent: ſic qui parat ſibi diuitias nulla ſua induſtria. Comparantur diuites qui diuitias fraude & rapina congerunt, perdici aui malitioſæ. hæc enim aliena oua cōgregat, & cum ſuis excubat: & poſtquam nati pulli matri diſſimiles inueniuntur, relinquūtur à matre: aut (vt alii) pulli deſerunt matrem. Idem euenire ſolet diuitibus, qui citius quàm putauerant, coguntur relinquere congregatas opes.

″& non in iudicio, in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens.

vt ſoliũ gloriæ″altitudo à principio: *ſic* loc″″ſãctificationis noſtræ. 12

Orat Ieremias auxilium à Deo.

O ſpes Iϖſraël Iehouáh, omnes qui derelinquũt te pudore ſuf- 13 fundentur: *&* ″recedentes à me in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt venam″aquarum viuentium′Iehouam.

Derelinquere Deum.
Aquæ viuæ.
A Domino vera ſalus petenda.

Sana me Iehouáh, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quo- 14 niam″laus mea tu es.

Ecce ipſi dicunt ad me, Vbi eſt verbum Iehouæ? veniat nunc. 15

Et ego″nõ ſũ abominatus ne eſſẽ paſtor poſt te: & diẽ″cõtritio- 16 nis non deſideraui, tu noſti: quod exiuit de labiis meis″corã te fuit.

Ne ſis mihi formidini,′ſpes mea tu in die mala. 17

Pudore afficiantur perſequẽtes me, & ne pudore afficiar:′paueãt 18 ipſi, & ne paueam ego: induc ſuper eos diem malã, ″& duplici cõtritione contere eos.

Sic dixit Iehouáh ad me, Vade, & ſta in porta″filiorum populi, 19 per quam ingrediuntur Reges Iehudáh, & per quam egrediuntur, & in omnibus portis Ieruϖſaláim,

Et dices ad eos, Audite verbũ Iehouæ Reges Iehudáh & omnis 20 Iehudáh, omnéſq; habitatores Ieruϖſaláim, qui ingredimini per portas iſtas.

Sanctificationẽ ſabbathi præcipit.

Sic dixit Iehouáh,″Cauete propter animas veſtras, & ne portetis 21 onus die ſabbathi,″neque inferatis per portas Ieruϖſaláim,

Neque efferatis onus de domibus veſtris die ſabbathi, nec vl- 22 lum opus faciatis: ſed ſanctificate diem ſabbathi quemadmodum præcepi Patribus veſtris.

At *illi* non audierunt, nec inclinauerũt aurẽ ſuã: ſed indurauerũt 23 ceruicem ſuam ne audirent, & ne acciperent diſciplinam.

Erit enim ſi audiendo audieritis me, dixit Iehouáh, vt non infe- 24 ratis onus per portas ciuitatis huius die ſabbathi, ſed ſanctificaueritis diem ſabbathi, vt non faciatis in eo vllum opus:

Ingredientur per portas ciuitatis huius Reges & principes, ſedẽ- 25 tes ſuper ſoliũ Dauid,′vecti curru & equis, ipſi & principes eorũ, ′viri Iehudáh & habitatores Ieruϖſaláim, habitabitúrque ciuitas hæc in ſeculum.

Et veniẽt de ciuitatibus Iehudáh & de circuitibus Ieruϖſaláim, 26 & de terra Biniamin, & de campeſtribus,″& de mõte, & ab Auſtro adducentes holocauſtum, & ſacrificium, & oblationem, & thus, adducentes inquam″laudem *in*″domum Iehouæ.

uitias, & nõ in iudicio: in dimidio dierum ſuorum dereliquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens.

12 Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ.

13 Expectatio Iſrael Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra deſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.

14 Sana me Domine, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es.

15 Ecce ipſi dicunt ad me, Vbi eſt verbum Domini? veniat. C

16 Et ego non ſum turbatus te paſtorẽ ſequẽs: & diẽ hominis non deſideraui: tu ſcis quod egreſſũ eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit.

17 Nõ ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis.

18 Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & nõ paueam ego: induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici cõtritione contere eos.

19 Hęc dicit Dominus ad me, Vade, & ſta in porta filiorum populi per quã ingrediuntur Reges Iuda & egrediũtur, & in cunctis portis Ieruſalem,

20 Et dices ad eos, Audite verbũ Domini Reges Iuda, & omnis Iudæa, cũctique habitatores Ieruſalem qui ingredimini per portas iſtas.

21 Hæc dicit Dominus, Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbathi: nec inferatis per portas Ieruſalem.

22 Et nolite eiicere onera de domibus veſtris in die ſabbathi, & omne opus non facietis: ſanctificate diem ſabbathi, ſicut præcepi Patribus veſtris.

23 Et non audierunt, nec inclinauerũt aurem ſuam: ſed indurauerũt ceruicẽ ſuam ne audirent me, & ne acciperẽt diſciplinam. D

24 Et erit ſi audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbathi: & ſi ſanctificaueritis diem ſabbathi, ne faciatis in eo omne opus:

25 Ingrediẽtur per portas ciuitatis huius reges & principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorũ, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem, & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum.

26 Et veniẽt de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalem, & de terra Beniamin, & de campeſtribus, & de montuoſis, & ab Auſtro portantes holocauſtum, & victimam, & ſacrificium, & thus, & inferẽt oblationem in domum Domini.

Et non in iud. ולא במשפט Hebraiſmus, pro præter æquum. 12 Altitudo מרום *eſt in* excelſo.i.in cælo. Vt (inquit) ſoliũ Dei glorioſi fuit ab æterno, ſiue, Quemadmodum Deus ab æterno habitauit in cælo, ita nunc habitat in hoc templo, nempe per oſtenſionem gloriæ ſuæ. acſi dicat, Quum Deus habitet in templo noſtro vt in cælo, quî fit ergo vt quis audeat dicere illum aut non videre, aut non curare quæ in mundo patrantur? Sanctificationis no. מקדשנו: ſanctuarii noſtri. 13 Recedentes à me יסורי apoſtatæ mei.i.qui defecerint à Deo quem colo. Legi poteſt ſimpliciter, apoſtatæ.i.qui receſſerint à te, in terra ſcribentur, & non in cælo.i.delebuntur nomina eorum de libro vitæ. Aquarum viuentium מים־חיים .i.quæ ſemper ſcaturiunt, & nunquam deficiunt. 14 Laus mea תהלתי .i.de te ſolo glorior, & à te vno pendeo. 16 Nõ ſum abominatus לא־אצתי non ſum affectus angore quo minus paſtor eſſem, &c. q.d. non fui rebellis quum mihi delegares munus prophetiæ, ſed humiliter ſum te ſequutus, pro viribus populum paſcens. Alii, non elongaui meipſum ne eſſem, &c. Vel moram non traxi, &c. Alii, Non formidaui ne, &c. Alii, non feſtinaui à te paſtore, ſed ſequutus ſum te. Alii, non impuli me vt eſſem paſtor poſt te.i.non intruſi me, nec arrogaui mihi prouinciam. Poſt Deum eſſe Prophetam, eſt Dei eſſe Prophetam. nam Prophetæ ſunt ſecundi à Deo paſtores. Hæc poſterior verſio, magis loco conuenire videtur, propter mox ſequentia, nec diem contritionis ego deſideraui. Contritionis אנוש doloris. aut, grauis infirmitatis. Alii, durum.i.grauem, infœlicem, calamitoſum, quo mirum in modum affligentur populares mei. Coram te fuit. נכח פניך היה: .i.ſermo meus non fuit tibi ignotus. 17 Spes mea מחסי fiducia mea. vel, refugiũ meum. 18 Paueant. &c. יחתו המה ואל אחתה אני terreantur ipſi, & ne terrear. Et duplici ומשנה Doctus inter Hebræos exponit, ſecunda & repetita contritione.i.multiplici. 19 Filiorum populi, בני־עם .i.in qua frequenter verſantur ciues Ieruſalem. vel, ſta in porta Ieruſalem frequentiſſima, nimirum in ea ad quam præcipuè conuenire ſolent ciues Ieruſalem iuris cauſa. Sic deſcribit portam Regiam, primariam, & præcipuam. Hic increpat Propheta Iudæos quòd non obſeruarent ſabbathum. 21 Cauete השמרו Ad verbum, Sitis cuſtoditi. Neque inferatis והבאתם vt inferatis 25 Vecti curru & eq. רוכבים ברכב ובסוסים inſidentes currui & equis. Viri איש Singul. Heb. pro plur. 26 Et de monte ומן־ההר Singul. Heb pro plur. & de montibus.i.regione montana. q.d. ex omni parte. Laudem תודה gratiarũ actionem. confeſſionem. Domum בית Quidam nonnulla ſubaudientes, vertunt, & adducentes confeſſionem venient inquam *in* domum Iehouæ.

27 Si autem non audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbathi, & ne portetis on⁹, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die ſabbathi: ſuccendam ignẽ in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem, & non extinguetur.

Cap. XVIII.

1 VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens,

2 Surge, & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3 Et deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam.

4 Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis: cõuerſúſque fecit illud, vas alterum, ſicut placuerat in oculis eius vt faceret.

5 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

Rom.9.d.20 eſa.45.b.9

6 ‖Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael.

Suprà 1.b.10

7 ‖Repentè loquar aduerſum gẽtem & aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruam & diſperdam illud.

B 8 Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod loquutus ſum aduerſus eã, agã & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei.

9 Et ſubitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud.

10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono quod loquutus ſum vt facerem ei.

Infrà 25.a.5, & 35.c.15 ionæ 3.d.9.

11 Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, ‖Ecce ego fingo cõtra vos malũ, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnuſquiſqꝫ à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra.

12 Qui dixerunt, Deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatẽ cordis ſui mali faciemus.

13 Ideo hæc dicit Dominus, Interrogate Gentes, Quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Iſrael?

C 14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli poſſunt aquæ erũpentes, frigidæ & defluentes?

15 Quia oblitus eſt mei popul⁹ meus, fruſtra libãtes, & impingẽtes in viis ſuis, in ſemitis ſeculi, vt ambularent per eas in itinere non trito:

27 Si autem nõ obedieritis mihi, vt ſanctificetis diem ſabbathi, nec portetis onus, nec ingrediamini *cum onere* per portas Ieruשſalãĩ die ſabbathi, ſuccendam ignem in portis eius, qui deuorabit ″domos Ieruשſaláim, nec extinguetur.

Cap. XVIII.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, vt diceret,

2 Surge, & deſcende in domum ″figuli, & ibi audire faciam te verba mea.

Exemplo figuli oſtendit Deus in manu ſua eſſe, cõtemptores verbi ſui poſſe perdere, eoſdẽ autem reſipiſcentes reædificare.

3 Deſcẽdi igitur in domũ figuli, & ecce faciebat opus ſuper ″rotã.

4 Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat ex luto in manu ″figuli: & conuerſus ″fecit illud, vas alterum, ″ſecundum quòd rectum viſũ eſt in oculis figuli vt faceret.

5 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

6 Nunquid ſicut figulus iſte non potero facere ″vobis, domus Iשſraאél, ait Iehouáh? ecce, ſicut eſt lutum in manu figuli, ſic eſtis in manu mea, ô domus Iשſraאél.

7 Repẽtè loquar aduerſus Gentem *aliquam*, ″& aduerſus regnum, vt euellam, ″& confringam, & perdam.

8 ″Sinautem cõuertatur gens ipſa à malo ſuo *contra* quod loquutus ſum, ″pœnitebit me mali quod cogitaueram facere ei.

Cõuerſis miſericordia promittitur.

9 ″Repentè quoque vt loquutus fuero de Gente *aliqua*, & de regno, vt ædificem & plantem,

10 Et fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitebit me illius boni ″quo conſtitui illi benefacere.

11 Nunc ergo dic ″quæſo viro Iehudáh, & habitatoribus Ieruשſaláim, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Ecce ego ″fingo contra vos malum, & cogito cõtra vos cogitationem: reuertimini ″nunc quiſque à via ſua mala, & bonas facite vias veſtras, & opera veſtra.

Iudæis obſtinatis parat Dominus exitium.

12 Et dixerũt, ″Deſperatum eſt: ″ſed poſt cogitationes noſtras ibimus, & ſinguli ″cogitationem cordis ſui mali faciemus.

13 Ideo ſic dixit Iehouáh, Interrogate nũc Gentes, Quis audiuit ſimilia? rem valde fœdam fecit virgo Iשſraאél.

14 Nunquid ″relinquet *aliquis* de petra agri niuem Lebanón? num relinquentur aquæ alienæ, frigidæ, defluentes?

15 Quòd oblitus eſt mei populus meus, fruſtra ″adolent, & impingere faciunt eos *falſi prophetæ* in viis ſuis, *ut deſerant* ſemitas ″longi temporis, vt ambulent per ſemitas, *id eſt*, per viam ″non calcatam.

---

27 Domos ארמנות palatia. ædes magnificas & egregias.

IN CAPVT XVIII.

2 Figuli, היוצר figuli illius. nempe inſignis, aut noti, quòd fortè ſolus eſſet in eo vico, aut vrbe. Id ſignificat ה emphaticum.

3 Rotam. :האבנים Dualis numeri eſt dictio, ſignificans inſtrumẽtum non ſuper quo ſedet figulus, ſed ſuper quo facit opus, quod vtplurimum fit è ligno, rotundum: quibuſdam autem in locis eſt inſtar duarum molarum, idcirco dualem habet formam.

4 Figuli: היוצר antecedens pro relatiuo, eius, vt & mox. Fecit illud ויעשהו Ad verbum, & fecit illud. profecit ex illo. omiſſa coniunctione. Secundum q.&c. כאשר ישר וגו' Hebraiſmus, Latinè dixeris, vt illi placuit. 6 Vobis לכם de vobis.

7 Et aduerſus ועל aut contra. Et confringam ולנתוץ & diſſipem. Alii, & extirpem. 8 Sinautem conu. ושב Ad verbũ, Et conuertetur. Pœnitebit me mali ונחמתי על־הרעה id eſt mutabo ſententiam ne affligam eos vt conſtitueram.

9 Repentè quoque vt loq.f. ורגע אדבר Ad verbum, Et repentè loquar aduerſus, &c. 10 Quo conſtitui illi benefacere. אשר אמרתי להיטיב אותו: Ad verbum, quod dixi vt benefacerem ei. 11 Quæſo viro נא אל־איש Singul. Heb. pro plur. nunc viris. Fingo יוצר id eſt machinor. Alludit ad figulum. Nunc נא nonnulli conuertunt iſtud נא in Igitur.

12 Deſperatum eſt: נואש deſperatione affectum eſt. ſub. cor noſtrum. faſtidio & cõtemptu affectum eſt cor noſtrum. Verbum Hebraicum complectitur faſtidium, contemptum, & negligentiam. Gallicè, *nonchallance & meſpris*. Animus noſter abiecit ſpem in Deum. Ita doctus inter Hebræos. Vide Eſaiam 57.b.10, & ſuprà cap.2.d.25. Quidam vertunt, Actum eſt. Sed poſt cogitatio. noſt. כי־אחרי מחשבותינו quia poſt cogitationes noſtras. Alii, nam poſt cogit. vel, poſt cogitationes enim noſtras, &c. Cogitationem שרירות prauitatem.

14 Relinquet היעזוב Fut. Heb. pro præſ. deſerit. Sic mox in plurali, deſeruntur. i. An deſerere ſolet homo aquas manantes è rupe quæ eſt in agro, aquas inquam quæ proueniunt è niue Libani, quæ per montium rimas percolantur? an aliquis relinquere ſolet aquas viuas, & fluentes, quæ canalibus deducantur in vrbem? q.d. non. vel vt alii, Nunquid deſerit aliquis aquam manantem de petra agri. id eſt ſibi proximam, vt ſcilicet aliò ac longius ſe conferat, vt bibat niuem Libani? ſiue aquam prouenientẽ à niue montis Libani? an deſeruntur aquæ peregrinæ & aduentitiæ, hoc eſt deductæ per canales in vrbem? acſi dicat, Nemo petit aquam à remotis, quum in propinquo habeat fontem, aquam viuã & frigentem euomentem: nemo quoque contẽnit aquas quæ extra vrbem oriuntur, & per canales ſubterraneos in vrbem introducuntur. Quod quum ita ſit, tamen Iſrael & Iuda deſeruerunt me, fontem aquarum viuentium. 15 Adolent & imping.fa. יקטרו ויכשילום Fut. & præt. Heb. pro præſentibus, thus accendunt, faciúntque eos corrruere, &c. Longi temp. עולם Ad verbum, ſeculi. vel ſempiternas. i. antiquas, ſiue Maiorũ ſuorũ fideliũ, vt relicta regia via, irent per vias nouas & non tritas. Non cal. :לא סלולה ſub. à iuſtis.

vt ponant terram ſuam ′in admirationem, ′ſibilóſq; perpetuos: omnis qui tranſierit iuxta eã admirabitur,& mouebit caput ſuũ. 16

17 ′Sicut ventus Oriẽtalis diſpergam eos coram inimico: ′ceruicẽ, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum.

Conſpiratio Iudæorum in Ieremiam.

18 Et dixerunt, Venite,& excogitemus contra Irmeiáhu *malas* cogitationes: non enim peribit Lex à Sacerdote,& conſilium à ſapiente,& verbum à Propheta. venite,& ″percutiamus eum lingua,& ne attendamus ad vlla verba eius.

Oratio Ieremiæ contra aduerſarios, quibus mala non tam imprecatur, quàm prædicit.

19 Attẽde Iehouáh ad me,& audi vocem ′litigantium mecum.

20 ′Nunquid redditur pro bono malum, quòd foderunt foueã animæ meæ? recordare quòd ′ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, ″vt auerterem iram tuam ab eis.

21 ′Propterea trade filios eorum in famẽ,& fluere fac eos per manus gladii:& ſint vxores eorum orbatæ,& viduæ,& viri earum ſint occiſi morte, iuuenes eorum ſint percuſſi gladio in prælio.

22 Audiatur clamor de domibus eorũ, quum adduxeris ſuper eos exercitum repẽtè: quia foderunt foueã, vt caperent me,& laqueos abſconderunt pedibus meis.

23 Tu autem Iehouáh noſti omne cõſilium eorum aduerſum me ′in mortem: ″ne propitieris iniquitati eorum,& peccatum eorum à facie tua ne deleas: ſintque ″impingentes in conſpectu tuo, tempore furoris tui fac ′cum eis.

Cap. XIX.

Prædicit Ieroſolymitanum excidiũ ob cõtemptum verbi Dei: cuius rei ſymbolum eſt diſſipatio lagenæ fictilis, quæ ſemel fracta, inſtaurari non poteſt.

1 SIc dixit Iehouáh, Vade,& eme ′œnophorum à figulo teſtaceũ, & *duc tecum* de ſenioribus populi,& de ſenioribus ſacerdotum:

2 Et egredere ad Vallem filii Hinnóm, quæ eſt *in* oſtio portæ fictilis, ′& prædica ibi verba *hæc* quæ loquar ad te.

3 Dic autem, Audite verbum Iehouæ Reges Iehudáh,& habitatores Ieruשsaláim, ſic dicit Iehouáh exercituum, Deus Iשraאél, Ecce ′adduco malum ſuper locum iſtum, ′ita vt quicunque audierit illud, tinniant aures eius:

4 Eo quòd dereliquerunt me, ′& alienum reddiderũt locum iſtũ, & adoleuerunt in eo diis alienis, quos non nouerant ipſi,& Patres eorum, & Reges Iehudáh, & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum.

5 AEdificauerunt quoque excelſa Báyal, ad comburendum filios ſuos igni in holocauſta ipſi Báyal, quod non præcepi, nec loquutus ſum, ″*ſed* nec aſcendit ſuper cor meum.

6 Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouáh,& non vocabitur locus iſte amplius Thopheth, & Vallis filii Hinnóm, ſed Vallis occiſionis.

16 Vt fieret terra eorum in deſolationem,& in ſibilum ſempiternum: omnis qui præterierit per eam, obſtupeſcet,& mouebit caput ſuum.

Infrà 19.c.8 49.c.13,& 50.c.16

17 Sicut ventus vrens diſpergam eos coram inimico: dorſum, & non faciẽ oſtendã eis in die perditionis eorum.

18 Et dixerunt, Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: (non enim peribit Lex à Sacerdote, neque cõſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta:) venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius.

19 Attende Domine ad me,& audi vocem aduerſariorum meorum.

D

20 Nunquid reddetur pro bono malũ, quia foderũt foueam animæ meæ? recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum,& auerterẽ indignationem tuam ab eis.

21 Propterea da filios eorum in famẽ, & deduc eos in manus gladii: fiant vxores eorũ abſque liberis,& viduę: & viri earũ interficiãtur morte: iuuenes eorum cõfodiantur gladio in prælio.

22 Audiatur clamor de domibus eorũ: adduces enim ſuper eos latronem repentè: quia foderunt foueam vt caperent me,& laqueos abſconderunt pedibus meis.

F

23 Tu autem Domine ſcis omne conſilium eorũ aduerſum me in mortẽ, ne propitieris iniquitati eorũ,& peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in cõſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

Cap. XIX.

1 HAEc dicit Dominus, Vade,& accipe lagunculam figuli teſteam à ſenioribus populi,& à ſenioribus ſacerdotum:

2 Et egredere ad vallem filii Ennom, quæ eſt iuxta introitũ portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te.

3 Et dices, Audite verbũ Domini Reges Iuda, & habitatores Ieruſalem: hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Iſrael, Ecce ego inducam afflictionẽ ſuper locum iſtum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius:

4 Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum iſtum: & libauerint in eo diis alienis, quos neſcierũt ipſi,& Patres eorum,& Reges Iuda: & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum.

5 Et ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtum Baalim: quæ non præcepi, nec loquutus ſum, nec aſcẽderunt in cor meum.

B

6 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iſte, Thopheth, & Vallis filii Ennom, ſed Vallis occiſionis.

16 In admirationem. לשמה in deſolationem. Vide eadem infrà cap.25.b.9. Sibilóſque perpetuos: שריקות עולם Ad verbum, ſibilos ſeculi.i.duraturos per longum tempus. ſolent enim qui mirantur, edere ſibilum. 17 Sicut vẽtus Orien. כרוח־קדים De Orientali vento æſtiuali qui proximus eſt Septentrioni intelligit, qui nubes diſpergere ſolet.i.vertam eos in fugam. Alii, Per ventum Orientalẽ, Legentes ב pro כ. Ceruicem,&c. עורף ולא־פנים וגו׳ ceruice,& non facie aſpiciam eos in die calamitatis eorũ.vel, ærumnæ: hoc eſt, obuertã illis dorſum,& non faciẽ.q.d.nõ liberabo eos. 18 Percutiamus eum lin. ונכהו בלשון .i.deferamus eũ apud Iudicem, vt perdat eum. 19 Litigantium mecum. : יריבי rixantium mecũ.vel, aduerſariorum meorum. 20 Nunquid redd. הישולם nunquid reddi ſolet.aut debet. Steterim in conſp.tuo עמדי לפניך id eſt orauerim te pro eis. Vt auerterem, &c. להשיב וגו׳ Exponit quid intelligat per præcedens, Loquerer pro eis bonum. 21 Propterea,&c. לכן תן בניהם וגו׳ Hebraiſmus, Latinè dixeris, perime eos fame,& effunde ſanguinem eorum fame. 23 In mortem: למות id eſt quo volunt me perdere. Ne propitieris iniq.e. אל־תכפר על־עונם ne condones illis iniquitatem eorum. Impingentes מוכשלים corruentes. Cum eis. : בחם in eis.id eſt vt facere ſoles quũ es iratus iis qui deficiunt à te.q.d.perde illos.

IN CAPVT XIX.

1 OEnophorum בקבוק lagenam. Vas teſtaceum eſt (inquit doctus inter Hebræos) vel vitreum, aut ligneum, cuius os eſt anguſtum: ſic appellatum quòd bibente vel propinante, aut fundente homine facit bacbuc: vt eſt œnophorum vas vinarium quod Gallicè vocamus *flacon*, vel phiala ſtricti orificii. 2 Et prædica ואמרת & clama.i.clara & alta voce dicito. 3 Adduco מביא Præſ.Heb.pro fut. adducturus ſum. Sic infrà verſu vltimo. Ita vt,&c. אשר כל־שומעה quòd quicunque audierit illud. duplex relatiuum pro vno. 4 Et alienum reddiderunt ויגכרו id eſt profanauerunt. 5 *Sed* nec aſcendit,&c. : ולא עלתה על־לבי Hebraiſmus, pro, imò ne vnquam cogitaueram quidem.

7 Et diſſipabo conſilium Iuda & Ieruſalẽ in loco iſto: & ſubuertam eos gladio in conſpectu inimicorum ſuorum & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadauera eorum eſcã volatilibus cæli, & beſtiis terræ.

Suprà 18.c.16, infrà 49.c.13, & 50.c.13

8 ‖Et ponam ciuitatem hanc in ſtuporem & in ſibilum: omnis qui præterierit per eã, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vniuerſas plagas eius.

C 9 Et cibabo eos carnibus filiorũ ſuorum, & carnibus filiarum ſuarum: & vnuſquiſque carnem amici ſui comedet in obſidione & in anguſtia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

10 Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum,

11 Et dices ad eos, Hæc dicit Domin⁹ exercituum, Sic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli quod non poteſt vltrà inſtaurari: & in Thopheth ſepeliẽtur, eo quòd nõ ſit alius locus ad ſepeliendum.

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem iſtam ſicut Thopheth.

D 13 Et erunt domus Ieruſalẽ & domus Regum Iuda ſicut locus Thopheth, immundæ: omnes domus in quarum domatibus ſacrificauerũt oĩ militiæ cęli, & libauerũt libamina diis alienis.

14 Venit autẽ Ieremias de Thopheth, quò miſerat eum Dominus ad prophetandum: & ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populũ,

15 Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael, Ecce, ego inducam ſuper ciuitatem hanc & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ loquutus ſum aduerſum eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

Cap. XX.

1 ET audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui cõſtitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiã prophetantem ſermones iſtos.

2 Et percuſſit Phaſſur Ieremiã prophetã, & miſit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin ſuperiori, in domo Domini.

3 Quúmque illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo: & dixit ad eum Ieremias, Non Phaſſur vocauit Dominus nomen tuum, ſed Pauorem vndique:

4 Quia hæc dicit Domin⁹, Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruẽt gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum Regis

B Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omnéque pretium, & cũctos theſauros Regũ Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem.

7 ʹEt diſſipabo conſilium Iehudáh & Ieruשſaláim in loco iſto, & cadere faciam eos gladio coram inimicis ſuis & in manu″quærentium animas eorum: tradámque cadauera eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ.

8 Et ponã ciuitatẽ hanc″in ſtuporem & ſibilum: omnis qui tranſierit per eã, obſtupeſcet, & ſibilabit propter vniuerſas plagas ei⁹.

9 Et comedere faciam eos carnem filiorum ſuorum & carnem filiarum ſuarum, & vnuſquiſque carnem amici ſui comedet in obſidione & anguſtia qua anguſtiis afficient eos inimici eorũ & quærentes animam eorum.

10 Conteres autem œnophorum in oculis virorum″qui eunt tecũ,

11 Dicéſque ad eos, Sic dixit Iehouáh exercituum, Sic coterã populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conterit quiſpiam vas figuli quod non poteſt″inſtaurari vltrà, & in Thopheth ſepelientur, eo quòd non erit locus *alius* ad ſepeliendum.

12 Sic faciam *inquam* loco huic, ait Iehouáh: & habitatoribus eius, vt ponam ciuitatem iſtam ſicut Thopheth.

13 Et erũt dom⁹ Ieruשſaláĩ, atq; domus Regũ Iehudáh ſicut locus Thopheth, immũdæ:″propter õnes domos ſuper quarũ tectis adoleuerũt vniuerſæ militiæ cæli,″& libauerũt libamina diis alienis.

14 ʹVenit autem Irmeiáhu de Thópheth quò miſerat eum Iehouáh vt prophetaret: & ſtetit in atrio domus Iehouæ, dixítque ad omnem populum,

15 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iשſraאél, Ecce adduco ſuper ciuitatem iſtam & ſuper omnes vrbes eius omne malũ quod loquutus ſum contra eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuã, ne audirent verba mea.

Cap. XX.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcerem conijcitur.

1 ET audiuit Paשſחhúr filius אImmér ſacerdos (is autem erat præpoſitus″*&* dux in domo Iehouæ) Irmeiáhu prophetantem verba iſta.

2 Et percuſſit Paשſחhúr Irmeiáhu prophetã, & poſuit eũ″in carcerẽ qui erat in porta Biniamín ſuperiore, quæ erat″ĩ domo Iehouæ.

Prædicit exiliũ Babylonicum.

3 ʹEt fuit in craſtino vt educeret Paשſחhúr Irmeiáhu de carcere: & dixit ad eum Irmeiáhu, Non Paשſחhúr vocauit Iehouáh nomẽ tuum,″ſed Magór Miסſſabíb, *id eſt pauorem undique:*

4 Quia ſic dixit Iehouáh, Ecce ego ponam te in pauorem tibi, & omnibus diligentibus te: & corruẽt gladio inimicorum ſuorum, ʹvidentibus oculis tuis: & omnem Iehudáh dabo in manum Regis Babél,″& traducet eos in Babél, percutiétque eos gladio.

5 Dabo præterea omnes opes ciuitatis huius, & omnem laborem eius,″& omne pretioſum eius: ſed & cunctos theſauros Regum Iehudáh dabo in manum inimicorum ſuorum, & deripient eos, tolléntque eos, & deducent eos in Babél.

---

7 Et diſſipabo ובקותי Ad verbum, Et euacuabo.i.irritum faciam. Alludit ad בקבוק verſu primo. Quærentium ani.eo. מבקשי נפשם quærere animam alicuius dicuntur qui ſtudent & conantur perdere illum. Sic mox verſu 9. 8 In ſtuporem לשמה in deſolationem. vel ſolitudinem. 10 Qui eunt ההולכים qui ituri ſunt.aut, iuerint. 11 Inſtaurari להרפה Ad verbum, ſanari.reparari.

13 Propter om.domos לכול הבתים cum omnibus domibus. Alii ſubaudiunt, *idem accidet* omnibus domibus. Et libauerunt והסך libando. 14 Venit autem ויבא Rediit itaque.

IN CAPVT XX.

1 Præpoſitus *&* dux פקיד נגיד præpoſitus *&* princeps.vel, cõſtitutus dux.i.princeps ſacerdotũ, ſecũdus à ſummo ſacerdote. 2 In carcerẽ, המהפכת in neruo. Alii, in cippo: ſic dicto Hebraicè, quòd cõſtaret variis lignis ex aduerſo coeũtibus. In eo erãt tria foramina: vnũ in quod collũ immittebatur: & duo in quæ manus ſingulæ. Græci verterũt καταῤῥάκτην, quod ſignificat foſſam profundã, in quã vincti demitti ſolẽt.

In domo Ieh. בבית יהוה: .i.in ſeptis, ſiue ædificio quod pertinebat ad templum ipſum. Non enim hic locus debet intelligi de primo atrii popularis ædificio, ſed de appendicibus atrio populari adiectis poſt tempora Salomonis. Dicit fortaſſe portam ſuperiorem, quòd appendices iſtæ eſſent in loco vrbis accliui. 3 Et fuit in cra.vt ed. ויהי ממחרת ויוצא Poſtridie autẽ eduxit. Sed Magór, &c. כי אם־מגור מסביב: ſed Magor[.i.pauor] *qui imminebit tibi* per circuitũ. 4 Vidẽtibus oc.t. ועיניך רואות Ad verbũ, & oculi tui vidẽtes. Et traducet.eos והגלם & abducet.vel, transferet eos. 5 Et omne pret.e. ואת־כל־יקרה & quicquid pretioſũ habet.vel, & pretioſa eius quæq;.

Tu autẽ Paẇſħhúr, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & Babél ingredieris, ibíque morieris: & ibi ſepelieris tu & omnes diligentes te, quibus vaticinatus es″mendaciter. 6

Conqueritur ſe eſſe in deriſum ob verbum Dei.

″Seduxiſti me Iehouáh, & ſeduct⁹ ſum, fortior me fuiſti, ″& præualuiſti: fui in deriſum″omni die, vniuerſus *Iuda* ſubſannat me. 7

Quia″omni tempore *quo* loquor, ″vociferor, ″iniquitatem & vaſtitatem clamo: ″quia fuit verbũ Domini mihi in opprobriũ & ſubſannationem″tota die. 8

Nolens cogitur prædicare verbũ Dei

″Et dixi, Non recordabor illius, neque loquar vltrà in nomine eius: & fuit in corde meo *uerbum Dei* tanquam ignis ardens, *&* clauſus in oſſibus meis, & fatigatus fui ferendo, nec″potui. 9

″Audiui enim obtrectationem multorũ, pauor *eſt* vndique, ″Annuntiate, & renuntiabimus illud. Omnes viri″pacis meæ obſeruãt ″an claudicem *in aliquo, dicentes*, Fortè decipietur, & præualebimus ei, & ſumemus vltionem noſtram de eo. 10

Fiducia Prophetæ in Deum.

Iehouáh autem″mecum *eſt* tanquam potens″fortis: idcirco perſequentes me″impingent nec præualebũt *mihi*, pudore afficientur vehementer: quia″non proſperè agent, ignominia perpetua erit illis quæ obliuioni non tradetur. 11

O Iehouáh exercituum qui probas iuſtũ, qui vides renes & cor, videam vltionem tuam de eis: quia tibi reuelaui cauſam meam. 12

Gratiarum actio ob liberationem ſuam: poſt quam rurſum à tentatione impetitur.

Cantate Iehouæ, laudate″Iehouam, quia liberauit animã pauperis de manu″malorum. 13

Maledicta ſit dies illa in qua natus ſum: dies in qua peperit me mater mea, ne ſit benedicta. 14

Maledictus ſit vir ille qui annuntiauit patri meo, dicendo, Natus eſt tibi filius maſculus, *&* lætificando lætificauit eum. 15

Et ſit vir ille ſicut ciuitates quas ſubuertit Iehouáh, ″& non pœnituit eum: audiat præterea″clamorem manè, & vociferationem tempore meridiano, 16

Quòd nõ interfecerit me″à vulua, & fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum meum, ″& vulua eius *fuiſſet* conceptus in ſeculum. 17

Vt quid hoc *quòd* de vulua egreſſus ſum vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur″in pudore dies mei? 18

Cap. XXI.

Vaticinatur Sedeciam capiendum, & vrbem exurendam.

VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, quando miſit ad eum Rex ẋSidciiáhu, Paẇſħhúr filiũ Malciiáh, & ẋSephaniáh 1

6 Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris: ibiq; ſepelieris tu & omnes amici tui qb⁹ prophetaſti mendaciũ.

7 Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti & inualuiſti: factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me.

8 Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſtitatem clamito: & factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium & in deriſum tota die.

C

9 Et dixi, Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius. & fact⁹ eſt ĩ corde meo quaſi ignis exæſtuãs, clauſúſque in oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinens.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorẽ in circuitu, Perſequimini, & perſequamur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meum, Siquo modo decipiatur, & præualeamus aduerſus eum, & cõſequamur vltionem ex eo.

11 Dominus autem mecum eſt tãquã bellator fortis: idcirco qui perſequũtur me cadent & infirmi erunt, confundentur vehementer: ‖quia non intellexerunt opprobrium ſempiternũ quod nunquam delebitur.

Infrà 23.g.40

D

12 ″Et tu Domine exercituum probator iuſti, qui vides renes & cor, videã quæſo vltionem tuã ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam.

1.Para.28.b.9
pſal.7.c.10
ſuprà 11.d.20, & 17.b.10

13 Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

14 ‖Maledicta dies in qua natus ſum: dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta.

Iob 3.a.3

15 Maledictus vir qui annuntiauit patri meo, dicẽs, Natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lætificauit eũ.

16 Sit homo ille vt ſũt ciuitates quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano,

17 Quia non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus.

18 Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?

Cap. X XI.

1 VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, quando miſit ad eũ Rex Sedecias Phaſſur filiũ Mel

6 Mendaciter. : בשקר fallaciter. Ad verbum, in mendacio. 7 Seduxiſti me פתיתני Impoſuiſti mihi. q.d. quũ munus prophetandi commiſiſti mihi, fucum mihi feciſſe videris. pollicitus enim fuiſti, te nunquam permiſſurum me libidini hoſtium meorum, quod tamen feciſti. Verba Ieremiæ deplorãtis ſortem ſuam poſt cruciatũ in cippo. Hæc humano ſpiritu dicit, non Diuino. Alludere videtur ad illud capitis primi, Ne formides, &c. Vox Hebræa propriè ſignificat verbis perſuadere, & ſimplicem ad aliquid inducere. Quidam exponunt Illexiſti. Alii ſubauditis nonnullis exponunt, Si eſt aliquid ſeductionis in verbis meis, vt iſti clamant contra me, quod non puto, profectò tu me decepiſti: non enim ſponte mea cucurri, ſed tu vocaſti me detrectantem. Et præualuiſti: ותוכל id eſt viciſti me verbis tuis & argumẽtis. Omni die, כל־היום tota die. vel, quotidie. 8 Omni tempore מדי ex *quo* tempore. Vociferor, אזעק id eſt cogor vociferari & inclamare iniuriam mihi fieri. Iniquitatem חמס violentiam. iniuriam. Gallicè dicimus, *Ie crie au meurtre & aux larrons.*

Quia fuit כי־היה nam eſt. Ratio eſt quare cogatur vaſtitatem & violentiam inclamare, quòd probris afficiatur & ſubſannetur. Alii vertunt, verùm. q.d. nihil aliud vociferor quàm ob violentiam, ipſorum ſubitam vaſtitatem: verùm probris afficior quòd ex verbo tuo & iuſſu hæc annuntio. Alii, propterea: eodem ſenſu. Nonnulli iſtud ſequenti verſui coniungunt, hoc modo, Quandoquidem ergo verbum Domini mihi probro vertitur, & omnibus diebus vitupero r, ideo ſtatui, me eius mentionem vltrà non facturum. Tota die. : כל־היום quotidie. 9 Et dixi, ואמרתי Qui verſum iſtum præcedenti iungunt, conuertunt, Propterea dixi. Alii ad ſequentia referentes, vertunt in futuro, Si dixero, Non recordabor, &c. tũc erit in corde meo, &c. fatigabor ſuſtinendo, nec potero. ſub. ferre illud. Potui. : אוכל ſub. ferre. 10 Audiui enim כי שמעתי Non reddit rationem proximè præcedentis verſus, ſed alterius qui præceſſit ante illum.

Annuntiate & renuntiab. illud הגידו ונגידנו .i. dicunt inter ſe, Indicate nobis verbum aliquod falſum contra eum, & renuntiabimus illud Regi, vt coniiciatur in carcerem, & moriatur. Pacis meæ, שלומי Hebraiſmus, qui antè mihi erant amici. An claudicem *in ali.* צלעי Ad verbum, claudicationem meam. i. ſicubi claudicem, aut titubem lingua. Alii, ſunt cuſtodes coſtæ meæ. i. lateris mei, dicentes, Fortè, &c. 11 Mecum *eſt* tan. potens אותי כגבור *poſuit* me tanquã gigantem fortem. ita doctus inter Hebræos. Fortis עריץ gigas. robuſtus. Impingent, יכשלו corruent. Non proſperè ag. השכילו id eſt ſua ſpe fruſtrabuntur. 13 Iehouam את־יהוה Antecedens pro relatiuo, eum. Malorum. : מרעים affligentium. vel, mala infligentium. Alii, malignorum.

16 Et non pœn. e. ולא נחם & non mutauit ſententiam. Clamorem זעקה ſub. cæſorum, vel pereuntiũ. per manè & meridiẽ intelligit totũ diem. i. totis diebus ſit in ea animi perturbatione in qua ii ſolent eſſe qui vrbem incolunt obſidione hoſtili cinctã: terreatur tota die.

17 A vulua, מרחם ab vtero. id eſt cum primùm editus ſum in lucem. Et vulua, &c. : ורחמה הרת עולם & vulua eius prægnans perpetuò. id eſt quæ nunquam edit fœtum. acſi dicat, Quare non perii? 18 In pudore בבשת in ignominia.

chiæ, & Sophoniam filiũ Maaſiæ Sacerdotem, dicens,

2 Interroga pro nobis Dominũ, quia Nabuchodonoſor Rex Babylonis præliatur aduerſum nos: ſi fortè faciat Dominus nobiſcum ſecundũ omnia mirabilia ſua, & recedat à nobis.

3 Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ,

4 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego conuertam vaſa belli quæ in manibus veſtris ſunt, & quib⁹ vos pugnatis aduerſum Regem Babylonis, & Chaldæos qui obſident vos in circuitu murorum, & congregabo ea in medio ciuitatis huius.

B

5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi.

6 Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & beſtiæ peſtilentia magna morientur.

7 Et poſt hoc, ait Dominus, dabo Sedeciam Regem Iuda, & ſeruos eius, & populum eius, & qui derelicti ſunt in ciuitate hac à peſte, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manu inimicorũ eorum, & in manu quærentium animã eorum: & percutiet eos in ore gladii & non*mouebitur, neque parcet, nec miſerebitur.

*flectetur.

C

8 Et ad populum hunc dices, Hæc dicit Domin⁹, ‖Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

Infrà 38.a.2

9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peſte: qui autem egreſſus fuerit, & tranſfugerit ad Chaldæos qui obſident vos, viuet, & erit ei anima ſua quaſi ſpolium.

10 Poſui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonũ, ait Dominus: in manu Regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni.

11 Et domui Regis Iuda, Audite verbum Domini:

12 Domus Dauid, hęc dicit Dominus, ‖Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & nõ ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.

Infrà 22.a.3

D

13 Ecce ego ad te habitatricem vallis ſolidæ atque campeſtris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos noſtras?

14 Et viſitabo ſuper vos iuxta fructũ ſtudiorum veſtrorũ, dicit Dominus: & ſuccendam ignem in ſaltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

Cap. XXII.

1 HAEc dicit Dominus, Deſcende in domum Regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc,

2 Et dices, Audi verbũ Domini Rex Iuda qui ſedes ſuper ſolium Dauid: tu & ſerui tui, & populus tuus qui ingredimini per portas iſtas.

Suprà 23.d.12

3 Hæc dicit Dominus, ‖Facite iudicium & iuſtitiam: & liberate vi op-

filium Mayaẇſeiáh Sacerdotem, vt dicerent,

2 ″Interroga nunc pro nobis Iehouã: quia Nebuchadrℵexſár Rex Babél præliatur aduerſum nos: ſi fortè faciat Iehouáh nobiſcum ſecundum omnia mirabilia ſua, ″& aſcendat à nobis.

3 Et dixit Irmeiáhu ad eos, Sic dicetis ad xSidciiáhu,

4 Sic dixit Iehouáh Deus Iẇſraℵél, Ecce ego″conuerto inſtrumenta bellica quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis cũ Rege Babél, & Chaẇſdím qui obſident vos extra murum, & congregabo illos in medium ciuitatis huius.

5 Et pugnabo contra vos manu extenta, & brachio forti, & furore, & indignatione, & ira magna.

6 Percutiámque habitatores ciuitatis huius: & homines, & animalia, peſtilentia magna morientur.

7 Et poſtea (ſic dixit Iehouáh) Dabo xSidciiáhu Regẽ Iehudáh, & ſeruos eius, & populũ, ″& qui remanſerint in ciuitate hac à peſte, & à gladio, & à fame in manum Nebuchadrℵexſár Regis Babél, & in manum inimicorũ eorum, atque in manum quærẽtium animam eorum: & percutiet eos″acie gladii, nõ ignoſcet eis, nec parcet, neque miſerebitur.

8 Ad populum verò iſtum dices, Sic dixit Iehouáh, Ecce″propono vobis viam vitæ & viam mortis.

9 ″Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame, & peſte: qui autem egreſſus fuerit, & tranſfugerit ad Chaẇſdím qui obſident vos, viuet, & erit ei anima ſua″in ſpolium.

10 Poſui enim faciem meam contra ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Iehouáh: in manum Regis Babél tradetur, & exuret eam igni.

11 Et domui Regis Iehudáh dic, Audite verbum Iehouæ:

12 Domus Dauid ſic dixit Iehouáh, ″Iudicate manè iudicium, & eruite″oppreſſum de manu opprimentis: ne egrediatur tanquam ignis ira mea, ″& ſuccendatur, & nõ ſit qui extinguat propter malitiam″operum ſuorum.

13 Ecce *uenio* ad te″habitatrix vallis petræ campeſtris, ait Iehouáh: qui dicitis, Quis″deſcendet contra nos, & quis ingredietur habitacula noſtra?

14 Et viſitabo vos iuxta fructum operum veſtrorũ, dixit Iehouáh: & ſuccendam ignem in ſylua eius, & abſumet omnia in circuitu eius.

Cap. XXII.

1 SIc dixit Iehouáh, Deſcende in domum Regis Iehudáh, & loquere ibi verbum hoc,

Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iuſtitiã.

2 Et dic, Audi verbum Iehouæ Rex Iehudáh qui ſedes ſuper ſolium Dauid, tu & ſerui tui, & populus tuus qui ingrediuntur per portas iſtas.

3 Sic dixit Iehouáh, Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate op-

IN CAPVT XXI.

2 Interroga nunc דרש־נא Conſule quæſo. Roga. Require. Et aſcendat ויעלה & aſcendet. id eſt recedet, ſoluta obſidione.
4 Conuerto מסב Præſ. Heb. pro fut. conuertam. ſub. in viſcera veſtra. 7 Et qui remanſ. ואת־הנשארים Et pro id eſt, vt quidam
vertunt. i. qui immunes fuerint à peſte illa quam immittam, nequis putet illam temerè accidiſſe. Acie לפי Ad verbum, ore. Hebræi tribuunt gladio os, quod Latini vocant aciem: ob id etiam gladius dicitur comedere. 8 Propono נותן לפניכם Ad verbum, do coram
vobis. 9 Qui habitauerit היושב Qui reſederit. vel, remanſerit. Hinc colligere licet, Benoni non ſolùm eſſe præſentis temporis, ſed
etiam futuri ſignificatiuum, aliquando etiam præteriti. In ſpolium. לשלל: id eſt inſtar ſpoliorum multorum.
12 Iudicate manè iud. דינו לבוקר משפט Reddite manè ius. Oppreſſum, גזול deſpoliatum. Et ſuccendatur ובערה & exardeſcat. ſiue ardeat. Operum ſ. מעלליהם: operum veſtrorum. Pronomen tertiæ perſonæ pro ſecundæ.
13 Habitatrix val. pet. cam. יושבת העמק צור המישור quæ habitas *in* valle, *in* petra, *in* planitie. Ieruſalẽ erat ſita in rupe, iuxta quam erat vallis, circùm erant planities, poſt planities erant montes. & hic erat ſitus vrbis natura munitiſſimæ: acſi dicat, Ne fidas huic loco quanquã natura munito: nam mittam hoſtes qui te perdent. Deſcendet contra nos, מי יחת עלינו aſcendet cõtra nos. id eſt caſtrametabitur. q. d. quis auderet nos oppugnare? Quidam vertunt, conteretur ſuper nos.

″preſſum de manu opprimentis, & aduenam[″& pupillum & viduam″ne fraudetis, neque rapiatis: & ſanguinem innocentem ne effundatis in loco iſto.

″Si enim faciendo feceritis verbum iſtud, ingredientur per portas″domus huius Reges ſedẽtes″ex Dauid ſuper ſolium eius, inſidentes currui & equis, ipſe & ſerui eius & populus eius.

Quòd ſi non audieritis verba hæc, per me iuraui, dixit Iehouáh, quòd in ſolitudinem erit″domus hæc.

Quia ſic dixit Iehouáh ſuper domum Regis Iehudáh, ″Gilyád tu *fuiſti* mihi, *&* caput Lebanón: ″ſi nõ poſuero te in ſolitudinem, *& ut* vrbes quæ″non habitantur.

Et præparabo aduerſum te″interfectores, vnũquenque″cum armis ſuis, & ſuccident electas cedros tuas, ″& coniicient in ignem.

Tranſibúntque Gentes multæ iuxta ciuitatem iſtam, & dicent quiſque″ad ſocium ſuũ, Cur fecit Iehouáh ſic ciuitati grãdi huic?

Quare ſit Ieruſalem in captiuitatem ducta.

Et dicent, Propterea quòd dereliquerunt pactum Iehouæ Dei ſui, & incuruauerunt ſe diis alienis, ſeruierúntque eis.

Mors Sellum filii Ioſiæ prædicitur.

Ne defleatis mortuum, & ne condoleatis ei: *ſed* flendo flete″pro abeũte: quia nõ reuertetur vltrà, nec videbit terrã natiuitatis ſuæ.

Quoniã ſic dixit Iehouáh de שSallũ Iאoשſiiáhu filio Rege Iehudáh, qui regnat pro Iאoשſiiáhu patre ſuo, Qui″egreſſus eſt de loco iſto, non reuertetur huc amplius.

Sed in loco ad quem trãſtulerint eum, morietur, & terram iſtã non videbit amplius.

Prophetat contra Ioacim.

Væ ædificanti domum ſuam″ſine iuſtitia, & cœnacula ſua ″ſine iudicio: proximo ſuo ″operatur gratis, ″& mercedem operis ſui non dat ei.

Qui dicit, AEdificabo mihi domum *magnarum*″menſurarum, & cœnacula″ſpatioſa:″& apertas facit ei feneſtras,″& tectam *domum* cedrinis *tabulis*,″& pictam ſinopide.

Nũquid regnabis quòd tu miſces te″cum cedrino ædificio? an non pater tuus″comedit & bibit, & fecit iudicium & iuſtitiam, *&* tunc bonum *fuit* ei?

Iudicauit″iudicium pauperis & egeni, *&* tunc bonum *fuit ei:* nónne hoc eſt″noſſe me, dixit Iehouáh?

Sed non *ſunt* oculi tui & cor tuum niſi ad auaritiam tuam, & ad ſanguinem innocentem vt effundas, & ad oppreſſionem, & ad″contritionem vt facias *illa*.

preſſum de medio calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè: & ſanguinem innocentem ne effundatis in loco iſto.

4 Si enim facientes feceritis verbum iſtud: ingredientur per portas domus huius Reges ſedentes de genere Dauid ſuper thronum eius, & aſcendentes curr⁹ & equos, ipſi & ſerui & populus eorum. B

5 Quòd ſi non audieritis verba hæc, in memetipſo iuraui, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.

6 Quia hæc dicit Dominus ſuper domum Regis Iuda, Galaad, tu mihi caput Libani: ſi non poſuero te ſolitudinem, vrbes inhabitabiles.

7 Et ſanctificabo ſuper te interficiẽtem virum & arma eius: & ſuccident electas cedros tuas, & præcipitabũt in ignem.

8 Et pertranſibunt gẽtes multæ per ciuitatem hanc, & dicet vnuſquiſque proximo ſuo, Quare fecit Dominus ſic ciuitati huic grandi?

Deut.19.d.14
3.Reg.9.b.8
C

9 Et reſpondebunt, Eo quòd dereliquerint pactũ Domini Dei ſui, & adorauerint deos alienos, & ſeruierĩt eis.

10 Nolite flere mortuum, neq; lugeatis ſuper eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis ſuæ.

11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellũ filiũ Ioſiæ regis Iuda, qui regnauit ꝓ Ioſia patre ſuo, Qui egreſſus eſt de loco iſto, non reuertetur huc amplius:

12 Sed in loco ad quem tranſtuli eum, ibi morietur, & terram iſtam non videbit amplius.

13 Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem eius non reddet ei. D

14 Qui dicit, AEdificabo mihi domũ latam, & cœnacula ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide.

15 Nunquid regnabis quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid nõ comedit & bibit, & fecit iudicium & iuſtitiam tunc quum bene erat ei?

16 Iudicauit cauſam pauperis & egeni in bonum ſuum: nũquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus?

17 Tui verò oculi & cor ad auaritiam & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis.

IN CAPVT XXII.

3 Oppreſſum גזול Vide capite præcedenti, verſu.12. Ne fraudetis neque rap. אל־תונו אל־תחמוסו ne contriſtetis, neque iniuria afficiatis. 4 Si enim faciendo fec. כי אם־עשו תעשו Sed faciendo facite verbum iſtud, & ingredientur, &c. Domus hu. הבית הזה id eſt ciuitatis huius. Ex Dauid לדוד pro Dauid. 5 Domus hæc. הבית הזה׃ Domum pro ciuitate vſurpauit, vt verſu præcedenti. 6 Gilyad tu, &c. גלעד אתה וגו׳ q.d. vt quondam regioni Galaad ſitæ vltra Iordanem, vrbs primaria fuit Galaad: ſic tu Ieruſalem metropolis fuiſti regni Iuda, & fuiſti vt caput Libani, hoc eſt totius Iudææ. Libanus, mons Iudææ pro tota Iudæa per ſynecdochen.

Si non poſ.te. אם־לוא אשיתך ſub. ne credas mihi poſthac. Non habitantur. לא נושבו׃ non fuerunt habitatæ.

7 Interfectores משחיתים exterminatores. Alii, deuaſtatores. Cum armis ſ. וכליו Ad verbum, & arma eius. Et coniicient, &c. והפילו על־האש׃ Ad verbum, & cadere facient ſuper ignem. 8 Ad ſocium ſ. אל־רעהו ad proximum ſuum. vel amicum.

10 Pro abeunte להולך ſub. in exilium. Alii, ipſum abeuntem. q.d. ne proſequamini lachrymis funera vulgi, ſed calamitatem Regis veſtri multo miſerabiliorem. Hæc non cohærent cum præcedentibus: prædicit enim exilium Ioachin, qui alio nomine Sellum dicebatur, qui fuit filius Ioacim filii Ioſiæ. 11 Egreſſus eſt יצא Præt. Heb. pro fut. emigraturus eſt. 13 Sine iuſtitia, בלא־צדק Ad verbum, in non iuſtitia. i. iniuſtè. Loquitur de Ioacim patre Ioachin, qui Eliacim aliàs dicebatur: qui ſumptuoſa ædificia extruxerat, mercede pauperũ retenta: quod Lege cauetur. Sine iudicio, בלא משפט Ad verbum, in non iudicio. i. abſque æquitate. Operatur gratis, יעבד חנם Fut. Heb. pro præſ. id eſt abutitur proximo ſuo ſine mercede. Et mercedem ope. ſui ופעלו Ad verbum, & opus ſuum.

14 Menſurarum, מדות Subaudire potes multarũ. i. maximam. Spatioſa, מרווחים vento expoſita. Alii, refrigerantia. i. æſtiua. Alii, perflata. Et apertas fa. ei וקרע לו & aperit ſibi. vel, perforat. Alii, aperiet. Et tectam, &c. וספון בארז & tecta eſt cedro. i. obducta eſt tabulis cedrinis. Et pictam ſinop. ומשוח בששר׃ & vncta eſt minio. Ita ad verbum. 15 Cum cedrino ædif. בארז Ad verbum, cũ cedro? i. quòd habites in ædibus cedrinis? Conuertit ſermonem ſuum ad Ioacim. Comedit & bibit, &c. אכל ושתה וגו׳ . i. nónne longitudinem vitæ ſibi peperit exercendo iuſtitiam? Hebraiſmus. 16 Iudicium דין cauſam. Noſſe me, הדעת אותי Exponitur hic locus ſuprà cap.9.d.24, In hoc glorietur, &c. 17 Contritionem המרוצה ſub. corporis. vel, afflictionẽ. Quidam dicunt vocem Hebræã ſignificare oppreſſionem, quum tyrannus exigit à ſuis immoderatas operas. abutebatur enim opera ſuorum ſubditorum Ioacim.

E Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filiũ Ioſiæ Regem Iuda, Non plangẽt eũ, Væ frater & væ ſoror: nõ concrepabunt ei, Væ Domine, & væ inclyte. 18

Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ieruſalem. 19

Aſcende Libanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes: quia cõtriti ſunt omnes amatores tui. 20

Loquutus ſum ad te in abũdantia tua: dixiſti, Non audiam. hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua: quia non audiſti vocem meam. 21

22 F Omnes paſtores tuos paſcet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubeſces ab omni malitia tua.

Quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuiſti quum veniſſent tibi dolores, quaſi dolores parturientis? 23

Viuo ego, dicit Domin⁹: quia ſi fuerit Iechonias filius Ioacim Regis Iuda, anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. 24

Et dabo te in manu quærentium animam tuã, & in manu quorum tu formidas faciẽ, & in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. 25

G Et mittam te & matrem tuam quę genuit te, in terrã alienam, in qua nati non eſtis, ibi que moriemini. 26

Et in terram ad quam ipſi leuant animam ſuam, vt reuertantur illuc, nõ reuertentur. 27

Nunquid vas fictile atque contritũ vir iſte Iechonias? nũquid vas abſque omni voluptate? quare abiecti ſunt ipſe & ſemen eius, & proiecti in terrã quam ignorauerunt? 28

Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini, 29

Hæc dicit Dominus, Scribe virum iſtum ſterilẽ, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iuda. 30

Cap. XXIII.

Ezech.34.a.2 VAE paſtoribus qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. 1

Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad paſtores qui paſcunt populũ meum, Vos diſperſiſtis gregem meũ, & eieciſtis eos, & nõ viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiã ſtu- 2

18 Propterea ſic dixit Iehouáh de Iehoiacím filio Iℵoſiiáhu Rege Iehudáh, Non plangent eũ, "Heu frater mi, & Heu ſoror: non plangent eum, Heu Domine, & Heu "gloria eius.

19 "Sepultura aſini ſepelietur, "tractus & proiectus vltra portas Ieruשſaláim.

20 "Conſcende *montem* Lebanón, & clama, & in *monte* Baשſán da vocẽ tuam, & clama "vndique: quia contriti ſunt omnes amatores tui.

21 Locutus ſum ad te "in fœlicitatibus tuis: dixiſti, Non audiã. "hæc via tua ab adoleſcentia tua, quòd non audieris vocem meam.

22 Omnes paſtores tuos "depaſcet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: tunc pudore afficieris, & erubeſces propter vniuerſam malitiam tuam.

23 "Habitas in Lebanón, nidificas in cedrís, quàm "gratioſa eris quũ venerint tibi dolores, *&* dolor tanquam parturientis?

24 Viuo ego, dixit Iehouáh, quòd ſi eſſet "Choniáhu filius Iehoiacim regis Iehudáh *tanquam* anulus in manu dextera mea, quòd *inquam* inde euellam te.

Captiuitatem Iechoniæ, qui & Ioacim, prædicit.

25 Et dabo te in manum quærẽtium animam tuam, & in manum eorũ à quorum conſpectu formidas, & in manũ Nebuchadrℵezſar Regis Babél, & in manum Chaשſdím.

26 "Et aſportari faciam te, & matrẽ tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua non eſtis nati, ibíque moriemini.

27 Et ad terram ad quam ipſi "eleuant animam ſuam vt reuertantur illuc, illuc non reuertentur.

28 Num *ut* ſculptile "contemptibile *&* contritum eſt vir iſte Choniáhu, aut *ut* vas in quo non eſt "volũtas? vtquid "proiecti ſunt ipſe & ſemẽ eius, proiecti *inquam* ſunt ſuper terram quam non nouerũt?

29 Terra, terra, terra, audi verbum Iehouæ,

30 Sic dixit Iehouáh, "Scribite virum iſtum "orbum, virum cui nihil proſperè cedet in diebus ſuis: non enim proſperè aget de ſemine eius vir ſedens ſuper ſolium Dauid, & qui dominetur vltrà in Iehudáh.

Cap. XXIII.

1 V"AE paſtoribus qui perdunt & diſpergunt oues paſcuæ meæ, dixit Iehouáh.

In principes, põtifices, & alios populi præfectos.

2 Ideo ſic dixit Iehouáh Deus Iשſraℵél ad paſtores qui paſcunt populum meum, Vos diſperſiſtis oues meas, "& eieciſtis eas, & nõ viſitaſtis eas: ecce "viſito ſuper vos malitiam operum veſtrorum,

18 Heu frater mi, &c. 'הויאחי וגו sub. luctu in quo dici ſolet, Heu. vel, O frater, aut, Heu ſoror: hoc eſt planctu priuatorum. neque eo planctu quo dicebant, Heu here, ſiue domine. quo planctum publicum intelligit. q.d. non plangent eum neque planctu priuato, neque planctu regio & publico, quo ſcilicet ſubditi ſolent plangere principes ſuos. Gloria eius. הודה magnificentia eius. vel decus, ſiue decor.

19 Sepultura aſini ſep. קבורת חמור יקבר .i. non ſepelietur. Tractus & proie. סחוב והשלך trahendo illum, & proiiciendo.

20 Conſcende, &c. עלי הלבנון vt ſcilicet implores opem aliunde. Vndique, מעברים ab lateribus. ſub. omnibus. i. vndequaque. acſi dicat, O congregatio Iuda, impendet tibi periculum maximum: ideo conſcende Libanũ: & quum in vertice eius fueris, implora clara voce opem amicorum tuorum, ſiquos habes. Ironia eſt: acſi dicat, fruſtra conſcendes: euerſi enim ſunt & fracti amici tui AEgyptii & Aſſyrii.

21 In fœlicitatibus tuis, בשלותיך in tranquillitatibus tuis. i. quum eſſes in proſperitate tua, rebus tuis adhuc integris, à pueritia tua: hoc eſt ex quo eduxi te de terra AEgypti, monui te vt reſipiſceres. Hæc via tua זה דרכך hic fuit mos tuus. vel, conſuetudo tua.

22 Depaſcet תרעה paſcetur. i. abſumet. q.d. euaneſcent & peribunt paſtores tui. 23 Habitas in Leb. יושבת בלבנון Sedes in Lebanón. vel, Habitaſti. ſub. antea, dudũ, vel hactenus in ipſo Libano, hoc eſt in ædibus eximiis & ſumptuoſis, nempe ex cedris ædificatis, quæ quidem cedri deportatæ fuerant è Libano. Gratioſa e. נחנת chara eris. Quidã legunt, Quam gratiam habuiſti. vel, quomodo precata es. aut, quid gratiæ relictum eſt tibi, ſcilicet ex omnibus quæ ædificaſti & poſſediſti in cedris, quum venerint tibi dolores, &c.

24 Choniáhu כניהו triſyllabum eſt. Hic & verſu 28, Iechoniam vocat Choniam, detracta prima litera per contemptum.

26 Et aſportari fa. te. והטלתי אותך Et tollam te. Alii, Et proiiciam te. 27 Eleuant ani. ſ. &c. 'מנשאים את־נפשם וגו .i. animo eriguntur in ſpem reuertendi illuc: ſiue ad quam ſperant ſe reuerſuros. 28 Contemptibile נבוה contẽptum. vile. Voluntas? חפץ deſiderium? vel, beneplacitum? Alii, ad quod nemo animum habet. i. neglectum, tanquam inutile. Proiecti ſunt הוטלו abiecti ſunt. abducti. traducti. tranſlati. vel per futura, abducentur. 30 Scribite כתבו Vos ſcilicet Angeli, vel Prophetæ, quorum intereſt ſcribere decreta Diuina. Orbum, ערירי id eſt ſine liberis, & toto vitæ tempore infœlicem.

IN CAPVT XXIII.

1 Væ paſtoribus הוי רועים O paſtores. vel, O infœlices & miſeros paſtores & principes quorum culpa, incuria ac negligentia periit, & abductus eſt in captiuitatem populus à me vobis commiſſus ac concreditus. 2 Et eieciſtis eas, ותדיחום & expuliſtis eas. i. feciſtis vt abirent in captiuitatem. Viſito פוקד Præſ. Heb. pro fut. viſitaturus ſum. i. ſumam pœnas de vobis, condignas & reſpondentes malis operibus veſtris.

dixit Iehouáh.

De conuerſione reliquiarum populi Iudaici ad fidem.

Et congregabo reſiduum ouium mearum de omnibus terris ad 3
quas eieci eas, & redire faciam eas″ad habitacula ſua: & creſcent,
& multiplicabuntur.

Et conſtituam ſuper eas paſtores,& paſcent eas, & nõ timebũt 4
vltrà,nec formidabunt,″neque deficient,dixit Iehouáh.

Chriſti veri paſtoris aduentus prædicitur.

Ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,& ſuſcitabo Dauidi germẽ iu- 5
ſtum,″& regnabit Rex,″& proſperè aget,& faciet iudicium & iuſti
tiam in terra.

In diebus eius ſaluus erit Iehudáh,& Iשſraאél habitabit cõfiden 6
ter: & hoc eſt nomẽ eius quod vocabũt *eum*,Iehouáh″iuſtus noſter.

Ideo ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,& non dicent vltrà,Viuit 7
Iehouáh qui aſcendere fecit filios Iשſraאél è terra AEgypti:

Sed,Viuit Iehouáh qui″aſcendere fecit,& qui adduxit ſemẽ do- 8
mus Iשſraאél de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas″eie-
ci eos:& habitabunt in terra ſua.

Contra pſeudoprophetas aſſerit Iudææ captiuitatẽ futuram.

″Propter Prophetas cõtritum eſt cor meũ in medio mei,″cõmo 9
ta ſunt omnia oſſa mea,fui tanquã vir ebrius,& veluti vir *quem*″per-
trãſiuit vinum,″à facie Iehouæ,& à facie verborum ſanctorũ eius.

Quia adulteris repleta eſt terra,quia propter *falſum* iuramentum 10
″deſolata eſt terra, aruerunt″paſcua deſerti : éſtque curſus eorum
ad malum,″& fortitudo eorum non recta.

Quia tam Propheta,quàm Sacerdos″peccauerunt:etiam″in do- 11
mo mea inueni malum eorum,ait Iehouáh.

Eorum pœna.

Idcirco erit via eorum eis tanquam lubrica *itinera*,in caligine im 12
pellentur,& corruent in ea:adducam enim ſuper eos malum, an-
num viſitationis eorum,ait Iehouáh.

Et in Prophetis שSomrõ vidi″inſulſa,″prophetauerũt in Bayál, 13
& errare fecerunt populum meum Iשſraאél.

Et in Prophetis Ieruשſaláim vidi fœda:adulteria committunt, 14
& ambulant in mendacio :″& confortauerunt manus malorum,
ita vt non conuertantur vnuſquiſque à malitia ſua:*&* fuerunt mi-
hi vniuerſi ipſi vt habitatores סSedóm,& habitatores eius vt *habita-
tores* עAmoráh.

Propterea ſic dixit Iehouáh exercituum″ad Prophetas illos,Ec- 15
ce ego″comedere facio eos abſinthium,″& propinare faciam eis a-
quam fellis:à Prophetis enim Ieruשſaláim egreſſa eſt″iniquitas in
omnem terram.

Admonetur populus,ne pſeudo prophetis credat

Sic dixit Iehouáh exercituum,Ne audiatis verba Prophetarum 16
illorum qui prophetant vobis:″vaneſcere faciunt vos, viſionem
cordis ſui loquuntur,non de ore Iehouæ.

″Dicunt dicendo,″ſpernentibus me,Loquutus eſt Iehouáh,pax 17

diorum veſtrorum,ait Dominus.

3 ‖Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura ſua,& creſcent,& multiplicabũtur. Ezech.34.c.11

4 Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos: & nõ formidabunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero,dicit Dominus.

5 ‖Ecce dies veniunt,dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: & regnabit Rex,& ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Eſa.4.a.2, & 45.b.8 intrà 33.c.14 dan.9.f.24 iohan.1.g.45

6 ‖In diebus illius ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit cõfidenter:& hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Deut.33.d.28

B

7 Propter hoc ecce dies veniũt,dicit Dominus: & non dicent vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra AEgypti:

8 Sed,‖Viuit Dominus qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cũctis terris ad quas eieceram eos illuc: & habitabunt in terra ſua. Suprà 16.c.15

9 Ad Prophetas. contritum eſt cor meum in medio mei,contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino, à facie Domini & à facie verborum ſanctorum eius.

10 Quia adulteris repleta eſt terra, qa à facie maledictionis luxit terra arefacta ſunt arua deſerti : factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum diſſimilis.

C

11 Propheta nanque & Sacerdos polluti ſunt: & in domo mea inueni malum eorum,ait Dominus.

12 Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellẽtur enim & corruẽt in ea:afferam enim ſuper eos mala,annũ viſitationis eorũ, ait Dominus.

13 Et in Prophetis Samariç vidi fatuitatem:prophetabant in Baal,& decipiebant populum meum Iſrael.

14 Et in Prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem,adulterium,& iter mendacii: & confortauerunt manus peſſimorum,vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua : facti ſunt mihi omnes vt Sodoma,& habitatores eius quaſi Gomorrha.

15 Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad Prophetas, ‖Ecce ego cibabo eos abſinthio, & potabo eos felle: à Prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. Suprà 9.c.15

16 Hæc dicit Dominus exercituum, Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini.

D

17 Dicunt his qui blaſphemant me, Loquutus eſt Dominus,Pax erit vo-

---

3 Ad habitacula ſua: על־נויהן ad caulas ſuas. 4 Neque defic. ולא יפקדו neque deſiderabuntur.i.ne vlla quidem earum deſiderabitur.q.d.nullæ peribunt,non requirentur vt oues perditæ requiri ſolent à paſtoribus. 5 Et regnabit Rex, ומלך מלך q.d.erit verus Rex,non tyrannus.Hebraiſmus. Et proſperè get, והשכיל & fœlix erit. Alii,& ſapiens erit. 6 Iuſtus noſter.: צרקנו iuſtitia noſtra. 8 Aſcendere fecit העלה eduxit. Eieci eos, הרחתים שם expuli [vel per futurum, expulero] eos illuc. ſiue,pepulero.Redundat aduerbium loci. 9 Propter Prophetas לנביאים ſub.falſos.i.propter impoſturas illorum. Alii,ad Prophetas.vt ſit tituli vice. Commota ſunt רחפו contremiſcunt.metu ſcilicet futuri iudicii. Pertranſiuit vi. עברו יין Quidam præteritum conuertunt in præſens,tranſgreditur vinum.i.quem vincit & ſuperat vinũ,hoc eſt temulentus. A facie Ieh. מפני יהוה .i.propter Iehouam,ſiue propter honorẽ Iehouæ,& propter verba ſua ſancta quæ iſti cõtemnunt ac blaſphemant. 10 Deſolata eſt אבלה luxit.ſiue luget.ob ſterilitatem. Paſcua נאות habitacula.i.caulæ adiacentes locis paſcuoſis. Alii,ſpecioſa. Et fortitudo e. וגבורתם & robur eorum.i.fauor.potius fauent falſitati quàm veritati. 11 Peccauerũt: חנפו Præt.Heb.pro præſ.impiè agunt. vel,ſunt ſimulatores & hypocritæ. In domo m. בביתי .i.in templo mihi dicato reperi idololatriam. 13 Inſulſa, תפלה fatuitatẽ,rem inſulſam.i.omni ratione carentem,& abſurdã admodum. Prophetauerunt הנבאו prophetabant.i.proponebant populo prophetias quas dicebãt eſſe de Baal.Nomine Samariæ decẽ tribus intelligit quæ abierant in captiuitatem propter idololatriam. 14 Et confortauerunt וחזקו Præt.Heb.pro præſ. confirmant.i.fauent hominibus facinoroſis. 15 Ad Prophetas il. על־הנביאים aduerſus Prophetas illos. Comedere facio מאכיל Præſ.Heb.pro fut.cibabo.cibaturus ſum. Et propinare fa.&c. והשקיתים מי־ראש & potabo eos aquis fellis. Iniquitas חנופה impietas,hypocriſis. 16 Vaneſcere fa.vos מהבלים המה אתכם .i.reddunt vos vanos,hoc eſt verbis vanis & fallacibus ſeducunt vos.

17 Dicunt dic. אומרים אמור Conſtanter loquuntur.Hebraiſmus. Spernentibus me, למנאצי ad eos qui me irritant.

	bis: & omni qui ambulat in prauitate cordis ſui, dixerunt, Non veniet ſuper vos malum.		erit vobis: & omni ambulanti″in duritia cordis ſui″dixerunt, Non veniet ſuper vos malum.	
	Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit & audiuit ſermonem eius? qs cõſiderauit verbũ illi⁹ & audiuit?	18	Quis enim ſtetit″in ſecreto Iehouæ, & vidit & audiuit verbum illius?″quis attendit verbo eius & audiuit?	
	Ecce, turbo Dominicæ indignationis egreditur: & tempeſtas erumpẽs ſuper caput impiorum veniet.	19	Ecce turbo Iehouæ *cum* furore egredietur: & turbo″imminens ſuper caput impiorum″cadet.	Contra pſeudoprophetas aſſerit Iudææ captiuitatem futuram.
	Non reuertetur furor Domini vſq; dũ faciat & vſq; dum cõpleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimis dieb⁹ intelligetis conſilium eius.	20	Non auertetur furor Iehouæ donec fecerit, & donec ″ſtatuerit cogitationes cordis ſui: in nouiſſimo dierum intelligetis″eam intelligentia.	
E Suprà 14.e.13 Infrà 27.c.21 & 29.b.8	Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.	21	Non miſi prophetas illos, & ipſi currebant: non ſum loquutus ad eos, & ipſi prophetabant.	
	Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo: auertiſſent vtique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis.	22	Et ſi ſtetiſſent″in ſecreto meo,″& audire feciſſent verba mea populum meum:″& auerti feciſſent eos à via ſua mala, & à malitia operum eorum.	Propheta prædicãte verbũ Dei, conuertit Deus corda audientiũ
	Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus, & non Deus délonge?	23	Nũquid Deus″de propinquo ego ſum, dixit Iehouáh, & nõ De⁹ de longinquo?	Deus vbique.
	Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?	24	Num occultabit ſe quiſpiam″in occultis, & ego nõ videbo eum, dixit Iehouáh? annon cælum & terram ego impleo, dixit Iehouáh?	
	Audiui quæ dixerunt prophetæ ꝓphetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Sõniaui, ſõniaui.	25	Audiui quæ dixerunt prophetæ illi, prophetãtes in nomine meo mendacium, dicendo, Somniaui, ſomniaui.	In prophetas ſub nomine Domini mẽdacia prophetantes.
	Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarũ vaticinantium mendaciũ, & prophetantiũ ſeductiones cordis ſui?	26	″Vſquequo?″annon eſt in corde prophetarum prophetantium mendacium, & prophetantium dolum cordis ſui?	
F	Qui volunt facere vt obliuiſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum, quæ narrat vnuſquiſque ad proximum ſuum: ſicut obliti ſunt Patres eorum nominis mei propter Baal.	27	Annon *inquam* cogitant quomodo obliuiſci faciant populũ meũ nominis mei ſomniis ſuis quæ narrant quiſque proximo ſuo? ſicut obliti ſunt *&* Patres eorum nominis mei propter Báyal?	
	Propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meũ, loquatur ſermonem meũ verè: quid paleis ad triticũ, dicit Dominus?	28	Propheta apud quem eſt ſomnium, narret ſomniũ: & apud quẽ eſt verbum meum, loquatur verbum meum″verè: quid paleæ ad triticum, dixit Iehouáh?	
	Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus: & quaſi malleus conterens petram?	29	Nónne ſic eſt verbum meum tanquam ignis, dixit Iehouáh: & veluti malleus *qui* conterit petram?	
	Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo.	30	Propterea ecce ego″ad prophetas, ait Iehouáh,″qui furantur verba mea quiſque à proximo ſuo.	
	Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui aſſumũt linguas ſuas, & aiũt Dicit Dominus.	31	Ecce ego ad prophetas, ait Iehouáh,″qui lenificant linguam ſuã, & dicunt, Dixit.	
	Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendaciũ, ait Dominus, qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis: quũ ego nõ miſiſſem eos, nec mandaſſem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.	32	Ecce ego ad prophetantes ſomnia mẽdacia, ait Iehouáh,″& narrant ea, & errare faciunt populum meum mendaciis ſuis″& blanditiis ſuis: & ego non miſi eos, nec præcepi eis:″& proficiendo nõ profuerunt populo huic, dixit Iehouáh.	Miracula pſeudoprophetarũ.
	Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicẽs,	33	Quũ autẽ interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacer	Ironicæ populi & pſeudoprophetarum interrogatiõi de onere Domini, reſpondet grauitatem viſionis ad eos pertinere.

In duritia בשרירות in prauitate. Alii, in cogitatione. id eſt omnibus qui viuunt pro libitu ſuo. Dixerũt אמרו Præt. Heb. pro præſ. dicunt. 18 In ſecreto בסוד in arcano. i. in loco in quo arcana ſua conſilia tractat Dominus. Gallicè, *en l'eſtroict conſeil d'iceluy*. q. d. cui ex pſeudoprophetis reuelata ſunt arcana Dei? Quis attendit, &c. מי־הקשיב וגו' id eſt quis attentè conſiderauit verbum illius poſteaquam audiuit illud ab eo? 19 Imminens, מתחולל immanans. vel impendens. Cadet. יחול: manebit.

20 Statuerit הקימו id eſt donec opere compleuerit id quod ſtatuit & decreuit. Eam בה id eſt hanc prophetiam. Quidam vertũt, in ea intelligentiam. In ea, ſub. prophetia. relatiuum pro antecedente. id eſt, tum demum intelligetis hanc prophetiam quum impleta fuerit. vel, tandem conſiderabitis prophetiam de captiuitate, quum, &c. Alii, percipietis de hac re intelligentiam.

22 In ſecreto m. בסודי id eſt, ſi admiſſi fuiſſent in locum in quo tracto conſilia mea & arcana: hoc eſt, ſi fuiſſent afflati Spiritu meo, aliter docuiſſent. Et audire fe. וישמיעו Aut redundat ו, aut per certè vertendum eſt: certè narraſſent. aut, expoſuiſſent verba mea populo meo. Et auerti fec. וישיבום & conuertiſſent. vel, reduxiſſent eos. 23 De propinquo מקרוב ſub. tempore. q. d. an ſum Deus nouus & recẽs, & nõ potius Deus æternus? nõ ſum ſimilis idolis nuper inuentis. Gallicè, *nouuellement forgez*. 24 In occultis במסתרים in latebris. vel, in ipſis latibulis. q. d. nihil me latet. 26 Vſquequo? עד־מתי ſub. hæc dicturi ſunt. Annon eſt in corde, &c. היש בלבונו' Eſſe in corde pro cogitare. q. d. habéntne in animo, vel éſtne ſcopus illorũ imponere populo meo, &c. 28 Verè, אמת *uerbum inquam* veritatis. i. verum. 30 Ad prophetas, על־הנביאים aduerſus prophetas. Qui furantur ver. me. מגנבי דברי .i. qui vtũtur aliena prophetia, quam audierunt ab aliis, cui tamen affingunt ſua ſomnia. 31 Qui lenificant ling. ſ. הלוקחים לשונם qui mollificant *ſermonem* lingua ſua. id eſt blandis ſermonibus vtuntur, vt illiciant plebem, & vtuntur dictione vſitata veris Prophetis, nẽpe Dixit Iehouáh.

32 Et narrant ea, &c. ויספרום ויתעו Præt. Heb. pro præſ. & narrant ea, & ſeducunt. Et blanditiis ſ. ובפחזותם atque in leuitatibus ſuis. id eſt leuibus & ſtultis ſuis cogitationibus & inuentis. Leuitates animi dicuntur quum modò hoc, modò illud inconſtanter ſentiunt.

Et proficiendo non profuerunt, &c. והועיל לא־יועילו לעם־הזה Infinitiuus cum futuro pro præſenti, ad amplificationem rei. Alii, & iuuãdo non iuuant populum iſtum. id eſt nihil vtilitatis afferunt populo iſti. Alii eodem ſenſu nulla vtilitate proſunt populo iſti.

dos,dicendo,'Quod eſt onus Iehouæ? Dices ad eos, Quodnam ſit onus? derelinquam vos,dixit Iehouáh.

34 Et Propheta,'aut Sacerdos, vel popul⁹ qui dixerit,Prophetia Iehouæ:'viſitabo ſuper virum illum,& ſuper domum eius.

35 Sic dicetis vnuſquiſque ad ſocium ſuum,& vnuſquiſque ad fratrem ſuũ, Quid reſpondit Iehouáh,'&quid loquutus eſt Iehouáh?

36 'Et,Onus Iehouæ nõ memorabitis vltrà,quia on⁹ erit vnicuiq; 'verbum ſuum:'& peruertiſtis verba Dei viuentis, Iehouæ exercituum,Dei noſtri.

37 Sic dices'ad Prophetam, Quid reſpõdit tibi Iehouáh,& quid loquutus eſt Iehouáh?

38 Et ſi,Onus Iehouæ,dixeritis,propterea ſic dixit,Iehouáh: Quia dixiſtis verbum iſtud, Onus Iehouæ,'& miſi ad vos,dicendo,Ne dicatis,Onus Iehouæ:

39 Propterea *inquam* ecce ego'obliuiſcar veſtri obliuiſcendo, & euellam vos,& ciuitatem quam dedi vobis & Patribus veſtris *abiiciendo* à facie mea:

40 Et dabo ſuper vos opprobrium ſempiternũ,& ignominias ſempiternas,quod obliuioni non tradetur.

Cap. XXIIII.

Viſio duorũ calathorum ficis plenorum.

1 V'Idere fecit me Iehouáh,& ecce duo caniſtra ficuum collocata ante templum Iehouæ:poſtquam trãſtulerat Nebuchadrɴeʒſár Rex Babél Iechoniáh filium Iehoiacím Regem Iehudáh, & principes Iehudáh,'& artifices,'& incluſores de Ieruשſaláim, & adduxit eos in Babél.

2 Caniſtrum vnum *habebat* ficus bonas valde, ſicut ficus'præcoces: & caniſtrum alterum *habebat* ficus malas valde quæ non poterant comedi'propter malitiam.

3 Et dixit Iehouáh ad me, Quid tu vides Irmeiáhu? Et dixi, Ficus, ficus bonas bonas valde, & malas malas valde, quæ non poſſunt comedi propter malitiam.

Prima viſio ſignificat partẽ populi à captiuitate reducendam.

4 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

5 Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraɴél, Sicut ficus iſtæ bonæ:ſic'agnoſcam tranſmigrationem Iehudáh quam emiſi de loco iſto in terram Chaשſdím in bonum:

6 'Ponam enim oculum meum ſuper eos in bonum, & redùcam eos in terram hãc:'& ædificabo eos, neque deſtruam,plãtabóque

Quod eſt on⁹ Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proiiciam quippe vos,dicit Dominus.

34 Et Propheta,& Sacerdos, & populus qui dicit,Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. G

35 Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum & ad fratrem ſuũ,Quid reſpondit Dñs,& quid loquut⁹ eſt Domin⁹?

36 Et onus Domini vltrà non memorabitur:quia onus erit vnicuique ſermo ſuus:& peruertiſtis verba Dei viuẽtis Domini exercituum Dei noſtri.

37 Hæc dices ad Prophetam,Quid reſpondit tibi Dominus? & quid loquutus eſt Dominus?

38 Si autẽ,On⁹ Domini, dixeritis,propter hoc hęc dicit Dominus,Quia dixiſtis ſermonem iſtum,Onus Domini,& miſi ad vos,dicens, Nolite dicere,Onus Domini:

39 Propterea ecce ego tollã vos portans,& derelinquam vos,& ciuitatẽ quam dedi vobis,& Patribus veſtris à facie mea:

40 ‖Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternã, quæ nunquam obliuione delebitur. Suprà 20.c.18

Cap. XXIIII.

1 OStendit mihi Dominus,& ecce duo calathi pleni ficis,poſiti ante templum Domini:poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim Regẽ Iuda,& principes eius, & fabrum, & incluſorem de Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem.

2 (Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis : vt ſolent ficus eſſe primi temporis: & calathus vnus, ficus habebat malas nimis quæ comedi non poterant,eo quòd eſſent malæ.)

3 Et dixit Dominus ad me , Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Ficus,ficus bonas bonas valde, & malas malas valde, quæ comedi non poſſunt eo quòd ſint malæ. B

4 Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

5 Hęc dicit Dominus Deus Iſrael,Sicut ficus hæ bonæ:ſic cognoſcã tranſmigrationem Iuda quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum,in bonum:

6 Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandum,& reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos , & non C

---

33 Quod eſt onus מה־משא .i.Cuiuſmodi eſt prophetia quam à Deo proximè accepiſti? quodnam onus habes quod nobis pronunties nomine Domini? De משא vide Eſa.13.a.1. 34 Aut Sacerdos vel po. והכהן והעם & Sacerdos & populus.Copulatiua particula pro diſiunctiua,aut Sacerdos,aut populus,vt apparet ex prædecẽti verſu. Viſitabo ſu.vi. ופקדתי על־האיש Hic ו cõuertit præteritũ in futurũ,& non copulat.i.ſumã pœnas de illo & familia eius. 35 Et quid ומה aut quid. 36 Et,Onus &c. ומשׂא וגו' Et oneris Iehouæ nõ recordabimini.vel,nõ memineritis.i.nõ vtemini hac formula dicẽdi,Onus Domini.nã qui ita vſus fuerit,punietur.aliter enim interpretamini verbũ illud quàm debeatis exponere:quaſi nũquã Dominus velit proſpera prædici,ſed ſẽper mala.Itaque irridẽtes dicitis,Quod eſt onus Domini?i.quæ aduerſa eſt prædictio? quũ tamẽ omnes Diuinæ prophetiæ nõ ſint de aduerſis reb⁹:ſed aliæ de aduerſis,aliæ de rebus proſperis.Iudæi impii vtebantur hac dictione æquiuoca משא pro prophetia: quæ tamen vtplurimum accipitur in malam partẽ,quum ſcilicet denuntiatur aliquid aduerſum:per hoc oſtendentes ſe malè ſentire de Deo,& verbo ipſius, quod ſemper accipiebant in malam partẽ, & Prophetas nunquã prædicere ex ore Domini niſi aduerſa. Verbum ſ. דברו ſub.verum.q.d.vt exiſtimant prædici ſibi exitium,ita illis eueniet: quicunque ita loquutus fuerit, punietur. Et peruertiſtis,&c. והפכתם וגו' Præt.Heb.pro præſ.& peruertitis.i.accipitis in malam partem omnes prophetias Domini. 37 Ad Prophetam אל־הנביא ſub.verum. 38 Et miſi ואשלח quum miſerim.

39 Obliuiſcar ve.obl. ונשיתי אתכם נשוא Hoc loco ו non copulat,ſed præteritum mutat in futurũ.Vtrunque autẽ verbum à נשה oblitus eſt. Obliuiſci obliuiſcẽdo,tropo Hebraico eſt omnino obliuiſci.Quidam ſubauditis pauculis propter ו,vertunt,Ecce enim *accinctus ſum contra uos*,& obliuiſcar veſtri *ne* feram *uos*. נשוא à נשא tulit deriuantes.vel tollam vos tollendo.quod docti inter Hebræos à נשה deducunt,vt dictum eſt.

IN CAPVT XXIIII.

1 Videre fecit me הראני Oſtendit mihi.nempe in viſione prophetica. Et artifices, ואת־החרש .i.architectos qui cõficiebant arietes & turres ad oppugnandas vrbes. Et incluſores ואת־המסגר ſub.caſtrorum.i. peritos caſtrametandi . Hic enim Nabuchodonoſor abduxit viros ingenio præſtantes & excellentes in rebus bellicis. Vide 2.Reg.24.d.16. 2 Præcoces הבכורות .i.primi temporis.Quidam,Vt ſunt ficus arborum ferentium ficus præcoces. Propter malitiam. מרוע .i.præ inſuauitate & inamœnitate.

5 Agnoſcam tranſ. אכיר את גלות Cõparat Dominus partem populi Iudaici ficubus bonis:alteram verò partẽ malis,ſymbolo nempe ficuũ. Agnoſcere autem aliquem in bonũ, eſt illi fauere & beneuolentia ſiue miſericordia proſequi.q.d. vt ficus iſtæ ſuaues ſunt, & illas pro talibus habeo: ſic agnoſco pro bonis captiuos qui cũ Iechonia abducti ſunt in Chaldæã:eos verò qui Ieroſolymis ſunt,pro peruerſis habeo.

6 Ponam enim,&c. ושמתי עיני וגו' id eſt aſpiciam eos oculo clementi & miſericordi.Hebraiſmus. Et ædificabo eos ובניתים id eſt dabo illis ſedes ſtabiles,& augebo illos liberis & opibus.

deſtruam: & plantabo eos, & non euellam.

7 Et dabo eis cor, vt ſciant me quia ego ſum Dominus: ‖& erūt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde ſuo.

Infrà 31.f.33

8 ‖Et ſicut ficus peſſimæ quæ comedi non poſſunt, eo quòd ſunt malæ: hæc dicit Dominus, ſic dabo Sedeciā Regē Iuda, & Principes eius, & reliquos de Ieruſalē qui remanſerunt in vrbe hac, & qui habitāt in terra AEgypti:

Infrà 29.d.17

D

9 Et dabo eos in vexationē afflictionémque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuerſis locis ad quæ eieci eos.

10 Et mittam in eis gladium, & famē & peſtem: donec conſumantur de terra quam dedi eis & Patribus eorum.

Cap. XXV.

1 VErbum quod factum eſt ad Ieremiam de omni populo Iudæ in āno quarto Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, (ipſe eſt ānus primus Nabuchodonoſor Regis Babylonis.)

2 Quod loquutus eſt Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalem, dicens,

3 A tertiodecimo āno Ioſiæ filii Amō Regis Iuda vſq; ad diē hāc (iſte tertius & viceſimus annus) factum eſt verbū Domini ad me, & locutus ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens: & non audiſtis.

4 Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas, cōſurgens diluculo mittēnſque: & nō audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis,

5 Quum diceret, ‖Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra quā dedit Dn̄s vobis‖ & Patribus veſtris, à ſeculo & vſq; in ſeculū.

4 Reg.17.b.13
Supra 18.b.11
Infrà 35.c.15
ionæ 3.c.8

B

6 Et nolite ire poſt deos alienos vt ſeruiatis eis, adoretiſq; eos: neq; me ad iracūdiam prouocetis in operibus manuū veſtrarū, & nō affligam vos:

7 Et nō audiſtis me, dicit Dn̄s: vt me ad iracundiā prouocaretis in operibus manuum veſtrarum, in malū veſtrū.

8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quòd non audiſtis verba mea,

9 Ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor Regē Babylonis ſeruum meum: & adducā eos ſuper terrā iſtā, & ſuper habitatores eius, & ſuper ōnes nationes quæ in circuitu illius ſūt: & interficiā eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.

C

10 Perdámq; ex eis vocē gaudii & vocem lætitiæ, vocē ſponſi & vocē ſpōſæ, vocem molæ & lumen lucernæ.

eos, neque euellam.

7 Et dabo eis cor, vt ſciant me quòd ſum Iehouáh: erúntque mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me toto corde ſuo.

8 Et ſicut ficus malæ quæ comedi non poſſunt propter malitiam: ſic dabo צSidciiáhu Regem Iehudáh, & principes eius, & reſiduum Ieruשſaláim qui remanſerunt in terra iſta, & qui habitant in terra AEgypti:

Altera, Sedeciā & reliquos populi perdendos.

9 Dabo inquam eos ″in commotionem, *&* malū omnibus regnis terræ: ″in opprobriū, ″& parabolam, *&* prouerbium, & maledictionem in omnibus locis ad quæ eiecero eos.

10 Et mittam in eos gladium, famem, & peſtem, donec cōſumantur ipſi è terra quam dedi eis & patribus eorum.

Cap. XXV.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu de vniuerſo populo Iehudáh, āno quarto Iehoiacím filii Iאoשſiiáhu Regis Iehudáh (ipſe eſt annus primus Nebuchadrאeצſár Regis Babél.)

Captiuitatē LXX ānorū prædicit Ieremias ob verbi Dei contemptum.

2 Quod *inquam* loquutus eſt Irmeiáhu propheta ad omnem populum Iehudáh, & ad vniuerſos habitatores Ieruשſaláim, dicendo,

3 A tertiodecimo anno Iאoשſiiáhu filii Amō Regis Iehudáh vſq; ad diem hanc (ipſe eſt tertius & viceſimus annus) factum eſt verbum Iehouæ ad me, ″& locutus ſum ad vos ″manè ſurgendo & loquendo: & non audiſtis.

4 Et miſit Iehouáh ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas ″manè ſurgendo & mittendo, (& non audiſtis, neque inclinaſtis aurem veſtram vt audiretis)

5 Dicendo, Cōuertimini nunc à via veſtra mala, & à malitia operum veſtrorum, ″& habitabitis ſuper terram quam dedit Iehouáh vobis & Patribus veſtris à ſeculo & vſque in ſeculum.

6 Et ne āmbuletis poſt deos alienos vt ſeruiatis eis, & incuruetis vos eis: neq; irritetis me opere manuū veſtrarū, & nō ″malefaciā vobis.

7 Et nō obtemperaſtis mihi, dixit Iehouáh, vt ad iracundiam prouocaretis me opere manuum veſtrarum, in malum vobis.

8 Propterea ſic dixit Iehouáh exercituum, Eo quòd non paruiſtis verbis meis,

9 Ecce ″mittam & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Iehouáh, & Nebuchadrאeצſár Regem Babél ſeruū meum, & adducam eos ″ad terram iſtam, & ad habitatores eius, & ad omnes nationes iſtas per circuitum, & interficiam eos, ponámq; eos ″in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudines ″ſempiternas.

10 ″Perdámque ab eis vocem gaudii & vocem lætitiæ, vocē ſponſi & vocem ſponſæ, ″vocem molarum, & lumen lucernæ.

9 In commotionem, *&* ma. לזעוה לרעה in terrorem *&* in afflictionem. i. omnes Reges externorum regnorum concutientur metu, quū audierint quæ Iudæis illis acciderint: veriti ne talia ipſis, eorúmque populis aliqua ratione contingant. Vide infrà cap. 29.d.18. In opprobrium, לחרפה .i. malè audient ab externis populis quòd Deum ſuum deſeruerint. Et parabolam, &c. ולמשל לשנינה וגו׳ & parabolam *&* fabulam. Prædixerat illis hæc eadem Moſes, Deut. 28.d.37. In parabolam. i. exteri comparabunt Iudæis infœlices & calamitoſos. In fabulam. i. omnes quotidianis ſermonibus vſurpabunt calamitatem & improbitatem Iudæorum. In maledictionem. i. quū exteri volent malè precari alicui, dicent, Contingat illi vt contigit Sedeciæ Regi Iuda & ſuis. vide infrà, cap. 29.e.2.

IN CAPVT XXV.

3 Et loquutus ſum ואדבר ſub. verbum illud. Manè ſurg. & loq. אשכים ודבר .i. ſumma diligentia ac ſummo ſtudio hortando vos ad reſipiſcentiam. Hebraiſmus. 4 Manè ſurg. & mitt. השכם ושלוח Eadem phraſis Hebraica quæ & præcedenti verſu. i. ſumma cura & diligentia, aſſiduè & ſine intermiſſione mittendo. 5 Et habitabitis ושבו Imperat. Heb. pro fut. 6 Malefaciam vo. ארע לכם: affligam vos. vel, inferam vobis mala. 9 Mittam & aſſu. שולח ולקחתי Miſſurus ſum vt aſſumam. ſub. ad me. i. mouebo & excitabo corda vniuerſorum. Ad terram על הארץ הזאת contra terram iſtā. aduerſus. ſic in ſequentibus. In ſtuporem לשמה Vide eadē ſuprà cap. 18.c.16. i. reddam homines propter calamitatem eorum ſtupentes & attonitos, adeò vt præ admiratione edant ſibila. Sempiternas. עולם: perpetuas vocat quæ durauerunt LXX annorum ſpatium. nam tot annis captiui fuerunt Iudæi in Chaldæa, vt mox ſequitur verſu 11. 10 Perdámque, &c. והאבדתי וגו׳ Similia leguntur & ſuprà, cap. 7.g.34, & 16.b.9. Vocem molarū, &c. קול רחים וגו׳ ſtrepitum [vel, ſonum] molarum, & lumen faculæ. Molas vocat quæ agitabantur ad conficienda condimenta quæ apparari ſolebant in cōuiuiis opiparis. Lumen autem lucernæ, ſiue lucernarum (ſingul. pro plur.) aut facularum quæ adhiberi ſolent in conuiuiis illis lautis.

Et erit vniuerſa terra hæc″in ſolitudinem, & in ſtuporem:& ſeruient gentes iſtæ Regi Babél ſeptuaginta annis. 11

Oſtēdit poſt LXX annos Babylonios deſtruendos

Erit autē quū impleti fuerint ſeptuaginta anni viſitabo ſuper Regē Babél & ſuper gentem illam, dixit Iehouáh, iniquitatē eorū, & ſuper terrā Chaשdím: ponāq; illā in ſolitudines ſempiternas. 12

Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea quæ locutus ſum contra eam,″omne quod ſcriptum eſt in libro hoc quod prophetauit Irmeiáhu aduerſum omnes gentes. 13

Omnium gētiū deſtructio prædicitur.

Nam″vtentur eis etiam ipſis gentes″multæ & Reges magni: reddámque eis″ſecundum opus ſuum & iuxta opus manuū ſuarum. 14

Quia ſic dixit Iehouáh Deus Iשraאél ad me, Sume calicem vini″furoris huius de manu mea,″& propina illum omnibus gentibus ad quas ego mitto te. 15

Et bibent,″& trement,& inſanient à facie gladii quem ego mitto inter eos. 16

Accepi itaque calicem de manu Iehouæ,& propinaui omnibus gentibus″ad quas miſit me Iehouáh: 17

Ieruשalàim,& ciuitatibus Iehudáh,& Regibus eius,& principibus eius:″vt ponerem eas in ſolitudinem, in ſtuporem, & in ſibilum,& in maledictionem″ſecundum diem hanc: 18

Parעóh Regi AEgypti,& ſeruis eius,& principibus eius, & omni populo eius: 19

″Et omnibus populis miſtis,& omnibus Regibus terræ עVץs, & omnib⁹ Regib⁹ terræ Peliשthím, Aשcelón, & עAzáh,& עEcrón, & reſiduo Aשdód, 20

אEdóm,& Moáb,& filiis עAmmón, 21

Et omnibus Regibus צSór,& vniuerſis Regibus צSidón, & omnibus Regibus inſularum qui ſunt trans″mare: 22

Et Dedán,& Themá,& Buz,& vniuerſis″terminis anguli *mundi:* 23

Et cūctis Regibus עArabiæ,″hoc eſt omnibus Regibus עArabiæ qui habitant in deſerto: 24

Et cunctis Regibus Zimrí,& vniuerſis Regibus עElám, & omnibus Regibus Madái: 25

Sed & cūctis Regibus Aquilonis propinquis,& remotis″aliis ab aliis,& omnibus regnis terræ quæ ſunt in ſuperficie terræ: Rex verò″שSeשách bibet poſt eos. 26

Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשraאél, Bibite,″& inebriamini:& vomite, & corruite, neque ſurgatis à 27

11 Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſeruiēt omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis.

12 ‖Quúmque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper Regem Babylonis,& ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatē eorum,& ſuper terram Chaldæorum:& ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

Infrà 29.c.10
2.par.36.d.22
1.eſdr.1.a.1
dan.9.a.2

13 Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea quæ loquutus ſū cōtra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcunque prophetauit Ieremias aduerſum omnes gentes.

14 Quia ſeruierūt eis quū eſſent gentes multæ & Reges magni: & reddā eis ſecundum opera eorum & ſecundum facta manuum ſuarum.

15 Quia ſic dicit Dominus exercituū Deus Iſrael, ‖Sume calicem vini furoris hui⁹ de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.

D
Apoc.16.d.19

16 Et bibent, & turbabuntur & inſaniēt à facie gladii quem ego mittam inter eos.

17 Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis Gentibus ad quas miſit me Dominus:

18 Ieruſalē & ciuitatibus Iuda, & Regibus eius,& principibus eius: vt darem eos in ſolitudinem,& in ſtuporē, & in ſibilum,& in maledictionem, ſicut eſt dies iſta:

19 Et Pharaoni Regi AEgypti,& ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo eius:

20 Et vniuerſis generaliter: cūctis Regibus terræ Auſitidis, & cūctis Regib⁹ terræ Philiſthiim,& Aſcalonis, & Gazæ,& Accaron,& reliquiis Azoti:

21 Et Idumææ,& Moab,& filiis Ammon:

22 Et cunctis Regibus Tyri,& vniuerſis Regibus Sidōnis: & Regibus terræ inſularum qui ſunt trans mare:

E

23 Et Dedan,& Thema,& Buz,& vniuerſis qui attonſi ſunt in comam:

24 Et cūctis Regibus Arabiæ,& cūctis Regibus Occidentis qui habitant in deſerto,

25 Et cunctis Regibus Zambri,& cunctis Regibus Elam, & cunctis Regibus Medorum;

26 Cūctis quoque Regib⁹ Aquilonis déprope & délonge, vnicuique cōtra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciē eius ſunt: & Rex Seſach bibet poſt eos.

27 Et dices ad eos, Hæc dicit Domin⁹ exercituum Deus Iſrael, Bibite & inebriamini,& vomite: & cadite, neque

11 In ſolitudinem,&c. לחרבה לשמה in deſolationē & ſolitudinem.i.deſolata & ſolitaria. 13 Omne quod ſcri. תא־כל־הכתוב cū omni eo quod ſcriptū eſt.i.& quicquid ſcriptum eſt. 14 Vtentur eis,&c. עבדו־בם וגו׳ vtentur opera eorū etiam ipſorum.ſub.tanquā opera ſeruorum.i.redigent eos in ſeruitutem, ſubiiciéntque illos ſibi: qui ſcilicet antea erant domini, dominabantúrque toti orbi. עבר enim quando conſtruitur cum ב, ſignificat vti opera alicuius tanquam ſerui. Gallicè, *ſe ſeruir de luy*.& illud eſt domini. Vide idem infrà cap.27.b.7. Multæ, רבים fortes. Secundū opus ſ. כפעלם Iſtud refertur ad 8 & 9 verſus paulo antè præcedentes. 15 Furoris, החמה *uini inquā* furoris. Et propina il. והשקיתה אותו & potes illo omnes gentes. Per calicē intelligit afflictionem. 16 Et tremēt, והתגועשו & commouebuntur.vel, per Imperatiuum,& bibant & tremant,&c.i.quum biberint, incipiant tremere & ſimiles eſſe furioſis.

17 Ad quas,&c. : אשר שלחני יהוה אליהם Ad verbū, quas miſit me Iehouáh ad eas. Alterū relatiuū redundat. 18 Vt ponerē לתת vt ponā. Alii, vt tradam. Alii, ad ponendū eas. Secundum diē hanc. : כיום הזה .i.vt hodie videre eſt. ſiue, vt hodie videmus, aut, vt res habet. Hæc verba adiecta ſunt à Ieremia poſt captiuitatem Babylonicā, hoc eſt prophetia captiuitatis impleta,& quum in vnū volumen redacti ſunt hi ſacri libri. Nā quum prædicebat hāc captiuitatē, hæc locum habere non poterant. 20 Et omni.popu.miſtis, ואת־כל־הער & vniuerſæ miſcellaneæ. Intelligit populum quendam miſcellaneum ex diuerſis ac variis gentibus conflatum, habitantem in deſertis finitimis Ieruſalem. 22 Mare. : הים Intelligit Mediterraneum. Reges inſularum ſitarum in mari Mediterraneo, Cyprum, Rhodum & Cretam vocat, & alias maris Mediterranei inſulas. Trans mare autem, ſiue vltra mare, ſiue vltra litora maris Mediterranei, id eſt in medio mari. Gallicè, *fort auant dedens la mer*.non enim omnino vltra mare dicit, ſed vltra litora eius.

23 Terminis ang. : קצוצי פאה Ad verbū, extremificatis anguli.i. ſitis & poſitis in extrema parte mundi. 24 Hoc eſt om.&c. ואת כל מלכי הערב Aut ו, pro id eſt accipitur, vt de vna ſola Arabia loquatur: aut vertēdum,& omnibus Regibus Arabiæ: vt per iſtam Arabiam intelligat Arabiam deſertam: quum ſit duplex. 26 Aliis ab aliis, איש אל־אחיו à ſeinuicem. Ad verbū, viro à fratre ſuo. Hebraiſmus.

שSeשách ששך .i. Babylonis, vt vertit Chaldæus paraph. q.d. vbi Rex Babylonis alios Reges ſubiugauerit aut afflixerit, tādem ſubiugabitur à Rege Perſarum. Vide infrà cap.51.e.41. 27 Et inebriamini:& vom.&c. ושכרו וקיו ונפלו Multiplicatio coniunctionum, pro, Bibite vſque ad ebrietatē & vomitū, atque ita vt corruatis,& poſtea non reſurgatis. q.d. temulenti poſtea redeunt ad ſe, ſed vos ita corruetis vt nunquam reſtituamini in priſtinum ſtatum. vel, vt de ſolis Iudæis intelligatur hic verſus, Cadetis & non reſurgetis, niſi poſt longū tempus, nempe poſt LXX annos.

ſurgatis à facie gladii quem ego mittam inter vos.

28 Quúmque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibentes bibetis:

29 Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? nõ eritis immunes. gladiũ enim ego voco ſuper omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. 1.Pet.4.d.17.

30 Et tu prophetabis ad eos õnia verba hæc, & dices ad illos, Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſãcto ſuo dabit vocem ſuam: rugiens rugiet ſuper decôrem ſuum: celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ. Ioel 3.d.16 amos 1.a.2.

31 Peruenit ſonitus vſque ad extrema terræ: quia iudicium Domino cũ gentibus: iudicatur ipſe cũ omni carne, impios tradidi gladio, dicit Domin⁹.

32 Hæc dicit Dominus exercituũ, Ecce afflictio egredietur de gente in gẽtẽ: & turbo magnus egredietur à ſummitatibus terræ.

G 33 Et erunt interfecti Domini in die illa à ſummo terræ vſque ad ſummũ eius: non plangentur, & non colligẽtur, neque ſepelientur: in ſterquiliniũ ſuper faciem terræ iacebunt.

34 Vlulate paſtores & clamate, & aſpergite vos cinere optimates gregis: quia completi ſunt dies veſtri vt interficiamini: & diſſipationes veſtræ, & cadetis quaſi vaſa pretioſa.

35 Et peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis.

36 Vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vaſtauit Dominus paſcua eorum.

37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini.

38 Dereliquit quaſi leo vmbraculum ſuum, facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

Cap. XXVI.

1 IN principio regni Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbũ iſtud à Domino, dicens,

2 Hæc dicit Dominus, Sta in atrio dom⁹ Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo Domini vniuerſos ſermones quos ego mãdaui tibi vt loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbũ:

facie gladii quem ego ′mitto inter vos.

28 Et erit, ſi renuerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Sic dixit Iehouáh exercituum, Bibendo ″bibetis:

29 Quoniã ecce ciuitati ″ſuper quã inuocatum eſt nomen meum, ego incipio malefacere, & vos ″penitus eritis innoxii? nõ eritis innoxii: gladiũ enim ′aduoco ſuper omnes habitatores terræ, dixit Iehouáh exercituum.

30 Tu ergo prophetabis ad eos omnia verba hæc, dicéſq; ad illos, Iehouáh de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocẽ ſuam, rugiendo rugiet ſuper habitaculum ſuum: ′celeuſma ′veluti calcantium concinetur ″omnibus habitatoribus terræ.

31 ′Peruenit ſonitus vſque ad extremum terræ, quia ′ iudicium eſt ipſi Iehouæ cum Gentibus, iudex eſt ipſe omnis carnis, impios tradet gladio, dixit Iehouáh.

32 Sic dixit Iehouáh exercituum, Ecce malum egreditur à gente in gentem, & turbo magnus ſuſcitabitur ′à lateribus terræ.

33 Et erunt interfecti à Iehouáh in die illa ab extremo terræ vſque ad extremum ′eius: non plãgentur, ′nec colligentur, neque ſepeliẽtur: veluti ſterquilinium in ſuperficie terræ erunt.

34 ′Vlulate paſtores, & clamate, ′& volutate vos in puluere ′maiores gregis: quia completi ſunt dies veſtri ′vt iugulet *alter alterum,* & *completæ ſunt* diſperſiones veſtræ, cadetíſque veluti vas deſiderabile.

35 ′Et peribit fuga à paſtoribus, & euaſio à maioribus gregis.

36 ′Vox clamoris paſtorum, & vlulatus maiorum gregis: quoniã vaſtauit Iehouáh paſcua eorum.

37 ′Et ſuccisa ſunt ″paſcua pacifica propter iram furoris Domini.

38 ′Dereliquit tanquam leunculus tabernaculum ſuum: quia fuit terra eorum in deſolationem propter iram ′opprimentis & propter iram furoris eius.

Cap. XXVI.

1 IN principio regni Iehoiacím filii Iאoשׁſiiáhu Regis Iehudáh, ″fuit verbum iſtud à Iehouáh, vt diceret,

2 Sic dixit Iehouáh, Sta in atrio domus Iehouæ, & loquere ″ad oẽs ciuitates Iehudáh qui veniunt vt adorẽt in domo Iehouæ, vniuerſa verba quæ præcepi tibi vt loquaris ad eos: ′ne prohibeas verbũ:

Inuitat paſtores Gentium ad plãctum.

Ieremias inuitat populum ad reſipiſcentiam.

Mitto שׁולח Præſ.Heb.pro fut.miſſurus ſum.vel, paratus ſum mittere. 28 Bibetis.: תשתו bibatis. 29 Super quã inuo.&c. אשר־נקרא וגו׳ .i.quæ dicitur vrbs Domini.1.Pet.4.d.17, Tẽpus eſt vt incipiat iudiciũ à domo Dei: quòd ſi primũ incipit à nobis, quis erit finis eorũ qui non credunt Dei Euangelio? Penitus,&c. הנקה וגו׳ Ad verbũ, abſoluendo abſoluemini? non abſoluemini. Alii, immunes exiſtendo, immunes eritis? aut, innoxii?.i.& vos impunè abiretis? nõ impunè feretis. Aduoco קורא Præſ.Heb.pro fut.aduocabo.i.accerſam exercitũ bellicum. 30 Celeuſma הידד Hæc dictio ſignificat vocem quam edere ſolẽt qui hortãtur ſeſe mutuò ad opus aliquod. celeuſma, autẽ Græca vox, *κέλευσμα* exhortationẽ ſignificat. Veluti calc. כדורכים .i.inſtar eorũ qui intẽdunt prælũ ad exprimendũ vinũ ex vuis. Gallicè, *qui bandent le preſſoir*. nõ enim tantũmodo ſignificat vuas pedibus exprimere. Omnibus hab. אל כל־יושבי ad omnes habitatores.i.maiorẽ partẽ. Alii, aduerſus omnes habitatores eius regionis. 31 Peruenit בא Præt.Heb.pro fut.perueniet ſtrepitus [ſiue tumultus] vſque ad extremũ terræ. aut hyperbole eſt. aut certè intelligit de regione illa tantum. Iudicium eſt ipſi כי ריב ליהוה iudicio contendet Iehouáh. Alii, habet Iehouáh diſceptationẽ. 32 A lateribus מירכתי .i.à finibus. Prædicit deſolationẽ ſecundi tẽpli: priùs de primo egit. Orientur grauiſſima bella in mundo, veniétque magnus exercitus oppugnatum Ieruſalem ex longinquiſſima regione.

33 Eius: הארץ Antecedens Heb.pro relatiuo. Nec collig.neq.ſep. ולא יאספו וגו׳ .i.non recolligentur in vnum vt ſepeliantur.

34 Vlulate הילילו Lugete.vel, Gemite. Et volutate vos in pu. והתפלשו Id totũ ſignificat verbum Hebraicũ. Aliquãdo אפר.i.cinis ſiue puluis, ei adiungitur: vt Iechez.27.d.30, באפר יתפלשו in cinere volutabunt ſe. Maiores אדירי optimates.vel, inſigniores in grege.i. vos qui in populo primum locum tenetis. Vt iugulet,&c. לטבוח וגו׳ Ad verbum, ad iugulandũ, & diſperſionum veſtrarũ: & corruetis vos tanquã vas pretioſum.i.Venit tẽpus quo conficietis vos mutuis vulneribus (quod impletũ fuit in deſtructione Ieruſalẽ) venit inquã tempus quo diſpergemini in exiliũ & captiuitatẽ, & frangemini inſtar vaſis pretioſi quod excidit manibus alicuius. Vos ſcilicet qui antea eratis in magno pretio habiti. 35 Et peribit,&c. ואבד וגו׳ q.d.Ne principes quidem aut optimates gregis, habebunt quò fugiant, neque poterunt fuga ſaluti ſuæ cõſulere. 36 Vox clam. קול צעקת ſub.exaudietur. 37 Et ſuccisa ſunt ונדמו Et defecerunt. Alii, Et excidẽtur.i.perdẽtur. vt ſit præteritũ pro fut. Paſcua pacif. נאות השלום vbi ſcilicet pacificè & ſine incurſione beſtiarũ greges antea paſcebãtur. Significant autẽ ciuitates & prouincias quæ in pace & ſecuritate fuerãt. Alii legũt, habitacula pacis.i.caulæ paſtorales in quibus erat ſumma pax & trãquillitas. 38 Dereliquit,&c. עזב וגו׳ Præt.Heb.pro fut. Derelinquet.i.deſeret eos Deus more leonis qui penitus deſerit latibulũ ſuũ. vix enim deſerit illud niſi ad paucũ tẽpus pro captanda præda. Opprimentis, היונה depopulantis. vel, vim inferentis. Quidã interpretantur pro columba, referentes hæc ad Deũ qui eſt natura clementiſſimus, ſed ſuperatur iniquitate hominum vt recedat à genuina ſua bonitate ad iram & vindictam. Chaldæus verò paraph. vertit, à facie gladii odio habentis [vel inimici] qui eſt ſicut vinum inebrians. Ita deducit à יין vinum. Doctus inter Hebræos deriuat à ינה quod vim inferre ſignificat, vertens vt nos vertimus.

IN CAPVT XXVI.

1 Fuit היה factũ eſt.i.habitus eſt hic ſermo ad Ieremiam. 2 Ad om.ciu. על־כל־ערי ad omnes *viros* vrbium. Ne prohib. ver.: אל־תגרע דבר noli ſubtrahere quicquam.i.ſubticere, ſiue ſupprimere. Alii, noli diminuere verbum.

3 (″Si fortè audiāt, & conuertantur quiſque à via ſua mala,″& pœniteat me mali quod cogito facere eis ꝑpter malitiā operū eorū.)

4 Dices *inquam* ad eos, Sic dixit Iehouáh, Si non parueritis mihi vt ambuletis in Lege mea quam″dedi coram vobis,

5 *Et* vt obtemperetis verbis ſeruorum meorum Prophetarū quos mitto ad vos″manè ſurgendo & mittendo:& non paruiſtis illis:

6 Certè dabo domum iſtam ſicut שSilóh,& vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

Comprehenſus à Sacerdotibus & Prophetis, adducitur in iudiciū.

7 Audierunt autem Sacerdotes & Prophetæ,atque vniuerſus populus Irmeiáhu loquentem verba hæc in domo Iehouæ.

8 Et fuit,quum finem loquēdi feciſſet Irmeiáhu omnia quæ præceperat Iehouáh vt loqueretur ad vniuerſum populum,apprehēderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & vniuerſus populus,dicendo,″Moriendo morieris:

9 Quare prophetaſti in nomine Iehouæ,dicēdo,Sicut שSilóh erit domus iſta, & vrbs iſta deſolabitur ita vt non ſit habitator? Et congregatus eſt omnis populus aduerſus Irmeiáhu in domo Iehouæ.

10 Audierunt autē principes Iehudáh hæc,″& aſcenderūt de domo Regis in domū Iehouæ,″& ſederunt in oſtio portæ Iehouæ″nouæ.

11 Et dixerūt Sacerdotes & Prophetæ ad principes & ad omnem populum, dicendo,″Iudicium mortis eſt viro huic: quia prophetauit contra ciuitatem iſtam,ſicut audiſtis auribus veſtris.

Accuſatus corā principibus, reſpondet ſe verba Dei tantùm nuntiaſſe.

12 Et ait Irmeiáhu ad cunctos principes, & ad vniuerſum populū, dicēdo,Iehouáh miſit me vt prophetarem contra domum iſtam, & contra ciuitatem hanc omnia verba quæ audiſtis.

13 Nunc igitur bonas facite vias veſtras″& opera veſtra, & obedite voci Iehouæ Dei veſtri,″& pœnitebit Iehouā mali quod loquutus eſt aduerſum vos.

14 Ego autem ecce ſum in manibus veſtris,facite mihi ſicut bonū & ſicut rectum eſt in oculis veſtris:

15 Veruntamen″ſciendo ſciatis quòd ſi occideritis me, ſanguinem innocentem″tradetis ſuper vos, & ſuper ciuitatem iſtam, & ſuper habitatores eius: in veritate enim miſit me Iehouáh ad vos vt loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc.

Principes & populus abſoluunt Ieremiam inuitis Sacerdotibus & Prophetis,exēplo Ezechiæ qui Michæā eadem prædicātem abſoluerat.

16 Et dixerunt principes atque cunctus populus ad Sacerdotes & Prophetas,Non eſt viro huic″iudicium mortis:quia in nomine Iehouæ Dei noſtri loquutus eſt ad nos.

17 Surrexerúntque viri de ſenioribus terræ, & dixerūt ad omnem cœtum populi, dicendo,

18 Micháh Moraשſtites prophetauit in diebus חHizciiáhu Regis Iehudáh,& ait ad vniuerſum populum Iehudáh,dicendo,Sic dixit Iehouáh exercituum,צSiión *ut* ager arabitur,& Ieruשſaláim″*ut* deſertum erit,″& mons domus in excelſa ſyluæ.

19 Nunquid *ob id* interficiendo interfecerunt eum חHizciiáhu Rex

3 (Si fortè audiāt & conuertantur vnuſquiſq; à via ſua mala:& pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.)

4 Et dices ad eos,Hæc dicit Domin⁹, Si non audieritis me vt ambuletis in Lege mea quam dedi vobis,

B

5 Vt audiatis ſermones ſeruorū meorum Prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens,& dirigens,& non audiſtis:

6 Dabo domum iſtam ‖ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

1.Reg.4.c.14

7 Et audierūt Sacerdotes & Prophetæ & omnis populus Ieremiam loquentē verba hæc in domo Domini.

8 Quúmque compleſſet Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuerſum populum,apprehēderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & omnis populus,dicens,Morte moriatur:

C

9 Quare prophetauit ī nomine Dn̄i, dicens, Sicut Silo erit domus hæc,& vrbs iſta deſolabitur eo quòd non ſit habitator? Et cōgregatus eſt ōnis popul⁹ aduerſus Ieremiā in domo Dn̄i.

10 Et audierunt principes Iuda verba hæc:& aſcēderunt de domo Regis in domū Domini,& ſederunt in introitu portæ domus Domini nouæ.

11 Et locuti ſūt Sacerdotes & Prophetæ ad principes, & ad omnē populū, dicētes, Iudiciū mortis eſt viro huic: quia prophetauit aduerſus ciuitatē iſtam,ſicut audiſtis auribus veſtris.

D

12 Et ait Ieremias ad ōnes principes & ad vniuerſum populum,dicēs,Dominus miſit me vt prophetarem ad domum iſtam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audiſtis.

13 ‖Nunc ergo bonas facite vias veſtras,& ſtudia veſtra,& audite vocem Domini Dei veſtri,& pœnitebit Dominum mali quod locutus eſt aduerſum vos:

Suprà 7.a.3

14 Ego autem ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi quod bonum & rectum eſt in oculis veſtris.

15 Veruntamen ſcitote & cognoſcito quòd ſi occideritis me,ſanguinem innocentem tradetis contra voſmetipſos,& contra ciuitatem iſtam,& habitatores eius:in veritate enim miſit me Dominus ad vos vt loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc.

E

16 Et dixerunt principes, & omnis popul⁹ ad Sacerdotes & ad Prophetas, Non eſt viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei noſtri loquutus eſt ad nos.

17 Surrexerunt ergo viri de Senioribus terræ:& dixerunt ad omnem cœtum populi,loquentes,

18 Michæas de Moraſthi fuit Propheta in dieb⁹ Ezechiæ Regis Iuda:& ait ad omnem populū Iudæ,dicens,Hæc dicit Dominus exercituū, ‖Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in aceruum lapidum erit,& mons domus in excelſa ſyluarum.

Mich.3.d.10

19 Nūquid morte cōdemnauit eū Eze

3 Si fortè aud.& conu. אולי ישמעו וישובו Fortè audiēt,& conuertentur. Et pœniteat me mali ונחמתי אל־הרעה id eſt mutabo ſententiā afflictionis quā,&c. 4 Dedi co.vo. נתתי לפניכם: poſui in conſpectu veſtri. Alii,propoſui vobis. 5 Manè ſurgen.& mit. והשכם ושלוח .i.manè conſurgēs.q.d.magna cura & diligētia mittēdo. Vide eadē capite præcedēti,verſu 4. 6 Certe dabo ונתתי Ad verbū, Et dabo. 8 Moriendo mo. מות תמות Morte morieris. Hebr.certò morieris. 10 Et aſcenderunt ויעלו Tēplum enim erat ſitū in vertice montis Sion:regia verò in loco inferiore. Et ſederūt in oſtio וישבו בפתח & ſederunt in veſtibulo. Chaldæus paraph.in ingreſſu.vel, introitu.more ſcilicet iudicū,vt melius cognoſcerent de cauſa. Nouæ. החדש: Chaldæus paraph. Orientalis,quæ omniū maxima erat, & quæ fortaſſe inſtaurata fuerat,vnde noua dicebatur,2.Reg.15.g.35. 11 Iudiciū mor.eſt,&c. משפט־מות וגו' Hebraiſmus,pro Obnoxius eſt iudicio mortis,aut dignus eſt morte,ſiue,mori debet. 13 Et opera ve. ומעלליכם & ſtudia veſtra. Et pœnitebit,&c. וינחם יהוה Vide eandem loquutionem paulo antè,verſu 3. 15 Sciendo ſci. ידוע תדעו Hebraiſmus,pro certè ſcitote. Tradetis נותנים Præſ.Heb.pro fut.ponetis.i.cum occidetis,propter cuius mortem daturi eſtis pœnas:neque ſolùm vos,ſed etiam hæc vrbs & ciues eius. 16 Iudicium mortis, משפט־מות Vt ſuprà verſu 11. 18 Vt deſertum erit, עיים תהיה *in* aceruos *lapidum* erit. vel,tumulos.i.plena erit ruinarum. Et mons do.in exc.ſyl.: והר הבית לבמות יער id eſt mons Moria vbi eſt templum erit plenus arboribus. Hebraiſmus.

chias Rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid nō timuerunt Dominum, & deprecati ſunt faciem Domini, & pœnituit Dominū mali quod locutus fuerat aduerſum eos? Itaq; nos facimus malū grande contra animas noſtras.

Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariath-iarim: & prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſus terrā hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. 20

G Et audiuit rex Ioacim, & ōnes potentes, & principes eius verba hæc: & quæſiuit Rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque, & ingreſſus eſt AEgyptum. 21

Et miſit Rex Ioacim viros in AEgyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in AEgyptum. 22

Et eduxerunt Vriam de AEgypto: & adduxerūt eum ad Regem Ioacim: & percuſſit eum gladio, & proiecit cadauer eius in ſepulchris vulgi ignobilis. 23

Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eū. 24

Cap. XXVII.

IN principio regni Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiā à Domino, dicens, 1

Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo: 2

Et mittes eas ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sidonis: in manu nuntiorum qui venerunt Ieruſalem ad Sedeciam Regem Iuda. 3

Et pręcipies eis vt ad dominos ſuos loquantur, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Hæc dicetis ad dominos veſtros, 4

Ego feci terram, & homines, & iumenta quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. 5

Et nūc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei vt ſeruiant illi. 6

B Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius, donec veniat tēpus terræ eius & ipſius: & ſeruient ei gentes multæ & Reges magni. 7

Gens autē & regnū quod nō ſeruierit Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & quicunque nō curuauerit collū ſuum ſub iugo Regis Babylonis: in gladio & in fame & in peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait Dominus: donec conſumam eos in manu eius. 8

Vos ergo nolite audire prophetas 9

Iehudáh, & omnis Iehudáh? annō timuit Iehouam, & precatus eſt faciem Iehouæ, & pœnituit Iehoūā mali quod locutus fuerat aduerſus eos? Et nos "facimus malum grande contra animas noſtras.

20 'Fuit præterea vir *qui* prophetauit in nomine Iehouæ, אVriiáhu filius שSemaעaiáhu, de Ciriáth-ieעarim, prophetauit inquam aduerſus ciuitatem iſtam & aduerſus terram hanc iuxta omnia verba Irmeiáhu.

21 Et audiuit Rex Iehoiacím, omnéſque 'potentes eius, & omnes principes verba eius: quæſiuit autē Rex interficere eum. quod audiens אVriiáhu, timuit, fugítque, & ingreſſus eſt AEgyptum.

22 Miſit itaque Rex Iehoiacím viros *in* AEgyptum, אElnathán filium עAcbór, "& viros cum eo in AEgyptum.

23 Qui eduxerunt אVriiáhu de AEgypto, adduxerúntque eum ad Regem Iehoiacím: & percuſſit eum gladio, proiecítque cadauer eius in ſepulchra "filiorum populi.

24 Veruntamen 'manus Aחhicám filii שSaphán erat cum Irmeiáhu, ne traderent eum in manum populi vt interficerent eum.

Cap. XXVII.

1 IN prīcipio regni Iehoiacím filii Iאoשſiiáhu Regis Iehudáh fuit verbum iſtud ad Irmeiáh à Iehouáh, dicendo,

2 Sic dixit Iehouáh ad me, Fac tibi "vincula & vectes, '& pones ea ſuper collum tuum:

3 Et mittes ea ad Regem אEdom, & ad Regem Moáb, & ad Regē filiorum עAmmon, & ad Regē צSor, & ad Regē צSidón per manū nūtiorū "qui veniūt in Ieruשſaláim ad צSidciiáhu Regē Iehudáh.

4 'Et præcipies eis vt dominis ſuis dicant, Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iשraאél, Sic dicetis dominis veſtris,

5 Ego feci terram, hominē, & animalia quæ ſunt in ſuperficie terræ potentia mea magna & brachio meo extento: "& dedi eam cui rectum fuit in oculis meis.

6 Nunc ergo dedi omnes terras has in manu Nebuchadnאeצſár Regis Babél ſerui mei: & etiam beſtias agri dedi ei vt ſeruiant ei.

7 Et ſeruient ei omnes gentes, '& filio eius, '& filio filii eius, donec venerit 'tempus terræ eius etiam ipſius, '& in ſeruitutem redigent eam gentes multæ & Reges magni.

8 Et erit, gens & regnum quæ non ſeruierint illi, *nempe* 'Nebuchadnאeצſár Regi Babel, & qui non poſuerit collum ſuum ſub iugo Regis Babél, gladio, & fame, & peſte viſitabo gētem illam, ait Iehouáh: 'donec compleuerim *tradere* eos in manum eius.

9 Vos itaque 'ne audiatis prophetas veſtros, & diuinos veſtros,

Vrias propheta ab Ioacim occiſus contra Dei voluntatem.

Iuſſu Domini Ieremias Regi Iudæ & vicinis Regib⁹ mittit vincula, quibus monentur, ſubiici Nabuchodonoſor.

Admonet populum & Reges, ne pſeudoprophetis credant.

---

19 Facimus, &c. 'עושים וגו Quidam interrogatiuè, ſiue potius indignanter, aut commiſeranter vertunt per futurum, Et nos faceremus ſcelus hoc nefandum contra animas noſtras? 20 Fuit præt. &c. 'וגם־איש וגו Ad verbum, Et etiam vir erat vaticinans. 21 Potentes e. 'גבוריו fortes. heroes. i. duces. q. d. rei militaris inſignes. 22 Et viros, &c. 'ואנשים וגו Repetitio Hebraica, pro, emiſit inquam quoſdam cum eo in AEgyptum. 23 Filiorum populi. : בני העם .i. vulgi ignobilis. q. d. cadauer eius non fuit ſepultum more aliorum Prophetarum. Chaldæus paraph. ſepulchra publica. funus ſcilicet Prophetæ contumelia afficiens, quominus putaretur Propheta fuiſſe Domini. 24 Manus יד .i. fauor. q. d. impii illi infirmare non potuerunt ſententiam principum. Ahicam enim qui inter eos erat nominis magni, fauebat Ieremiæ: vnde à concilio principum, libidini vulgi non fuit permiſſus.

IN CAPVT XXVII.

2 Vincula & ve. מוסרות ומוטות cingula [vel, lora] & iuga. Et pones ea ונתתם ſub. tempore Sedeciæ. vel, & pone. Hoc fecit Ieremias initio regni Sedeciæ. nam capite ſequenti traditur, iugum quod è collo Ieremiæ pendebat, fuiſſe detractum ab Hanania pſeudopropheta, & fractum. 3 Qui veniunt הבאים Præſ. Heb. pro fut. venturi ſunt. 4 Et præcipies, &c. 'וצוית אותם וגו Et mandata dabis illis ad heros ſuos, vt dicant. 5 Et dedi eam, &c. 'ונתתיה לאשר וגו & trado eam cui placuerit, &c. Alii, Proinde dabo eam cui rectū fuerit mihi. vel, proinde optimo iure eam dare poſſum cui libuerit mihi. 7 Et filio eius, ואת־בנו nempe Euilmerodach. Et filio filii e. ואת־בן־בנו .i. nepoti, qui fuit Belſaſar. Tempus עת ſub. vltionis, in quo me vlciſcar etiam de ipſo Nabuchodonoſor. Et in ſeruit. red. eam, ועבדו בו & ſubiicient ſibi eam. i. reddent eam tributariam. q. d. vtentur opera illius, quod pertinet ad dominium. id enim ſignificat hæc radix iuncta cum ב, hoc eſt ſeruiet gentibus multis. Relatiuum in בו refert ארץ, quod hîc eſt generis maſculini. Vide idem ſuprà cap. 25. b. 14. 8 Donec compleu. &c. : עד־תומי אותם בידו donec finiero *tradere* eos, &c. id eſt donec prorſus ſubiecero eos illi. 9 Ne audiatis proph. veſt. אל תשמעו אל־נביאיכם ne auſcultetis [vel, acquieſcatis] prophetis veſtris.

"& ſomnia veſtra,& augures veſtros,&maleficos veſtros,qui dicũt vobis,dicendo,Non ſeruietis Regi Babél.

10 Quia mendacium ipſi vaticinantur vobis,"vt elongẽt vos à terra veſtra,& vt eiiciam vos,& pereatis.

11 Gens autem quæ"introduxerit collum ſuum in iugum Regis Babél,& ſeruierit ei,dimitti faciam illam in terra ſua,dixit Iehouáh: & colet eam,habitabítque in ea.

12 "Quin & ad צSidciiáhu Regẽ Iehudáh loquutus ſum iuxta omnia verba hæc,dicendo,Introducite colla veſtra in iugũ Regis Babél,& ſeruite ei,atque populo eius,"& viuite:

13 Vt q̃d moriemini tu & populus tu⁹ gladio,fame,& peſte quẽadmodũ loquut⁹ eſt Iehouáh ad gentẽ quæ nõ ſeruierit Regi Babél?

14 "Ne inquam audiatis verba prophetarum dicentium vobis dicẽdo,Non ſeruietis Regi Babél: quia mendacium prophetãt vobis.

15 Siquidem non miſi eos, ait Iehouáh : & *tamen* ipſi prophetant in nomine meo mendaciter,vt eiiciam vos,& pereatis vos & prophetæ qui vaticinantur vobis.

16 Ad Sacerdotes quoque & ad vniuerſum populũ iſtũ loquutus ſum,dicendo,Sic dixit Iehouáh,Ne audiatis verba prophetarũ veſtrorũ qui prophetãt vobis,dicẽdo,Ecce vaſa dom⁹ Iehouæ reuertentur de Babél"nunc citò:quia mendacium prophetant vobis.

17 Ne *ergo* audiatis eos,ſeruite Regi Babél,"& viuite:vtquid erit ciuitas hæc ſolitudo?

18 Quòd ſi "prophetæ ſunt, & eſt verbum Iehouæ cum eis, orent nunc Iehouã exercituũ ne vaſa "quæ reſidua ſunt in domo Iehouæ,& in domo Regis Iehudáh,& in Ieruשſaláim,veniãt in Babél.

19 Quoniã ſic dixit Iehouáh exercituũ de colũnis illis, & de mari, atque de baſibus,ac de reſiduis vaſorũ quæ remanent in vrbe hac,

20 Quæ non abſtulit Nebuchadnאeצſár Rex Babél, quum transferret Iechoniáh filium Iehoiacím Regem Iehudáh de Ieruשſaláim in Babél,& omnes"optimates Iehudáh & Ieruשſaláim.

21 Sic enim *inquam* dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél de vaſis quæ relicta ſunt in domo Iehouæ,& in domo Regis Iehudáh& Ieruשſaláim:

22 In Babél"adducentur,& illic erunt vſque in illum diem quo viſitabo ea,dixit Iehouáh: poſtea & aſcendere faciam ea : reducámque ea in locum iſtum.

Cap. XXVIII.

Hananiæ prophetæ falſa prophetia,

1 FVit autem " in anno ipſo, in principio regni צSidciiáhu Regis Iehudáh, anno quarto, menſe quinto, dixit ad me חHananiáh (filius עAzur propheta qui erat de Gibyón)in domo Iehouæ,in oculis Sacerdotum,& totius populi,dicendo,

2 Sic dixit Iehouáh exercituum,Deus Iשſraאél, dicendo, "Cõfregi iugum Regis Babél.

veſtros,& diuinos,& ſõniatores,& augures,& maleficos qui dicunt vobis,Non ſeruietis Regi Babylonis.

Quia mendacium prophetant vobis,vt longè vos faciant de terra veſtra,& eiiciant vos,& pereatis.

Porrò gens quæ ſubiecerit ceruicẽ ſuã ſub iugo Regis Babylonis & ſeruierit ei: dimittam eam in terra ſua, dicit Dominus,& colet eam, & habitabit in ea.

Et ad Sedeciã Regem Iuda loquutus ſum ſecundum omnia verba hæc, dicens,Subiicite colla veſtra ſub iugo Regis Babylonis,& ſeruite ei,& populo eius,& viuetis. C

Quare moriemini tu & populus tuus gladio,& fame,& peſte,ſicut loquutus eſt Dominus ad gentem quæ ſeruire noluerit Regi Babylonis?

Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis,Non ſeruietis Regi Babylonis : quia mendacium ipſi loquuntur vobis.

¶Quia non miſi eos,ait Dominus, & ipſi prophetãt in nomine meo mẽdaciter: vt eiiciant vos,& pereatis tã vos quàm prophetæ qui vaticinãtur vobis.

Suprà 14.c.15, & 23.d.21 infrà 29.b.8

Et ad Sacerdotes,& ad populũ iſtũ loquutus ſum,dicens, Hæc dicit Dominus , Nolite audire verba prophetarũ veſtrorũ qui prophetant vobis, dicentes, Ecce vaſa domus Domini reuertentur de Babylone nunc citò: mendacium enim prophetant vobis.

Nolite ergo audire eos , ſed ſeruite Regi Babylonis vt viuatis : quare datur hæc ciuitas in ſolitudinem?

Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis , occurrant Domino exercituum vt non veniant vaſa quæ derelicta fuerãt in domo Domini & in domo Regis Iuda & in Ieruſalem in Babylonem. D

¶Quia hęc dicit Dominus exercituũ ad columnas,& ad mare,& ad baſes, & ad reliqua vaſorum quæ remanſerunt in ciuitate hac,

4.Reg.25.e.13

Quæ non tulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis,quum transferret Iechoniam filium Ioacim Regem Iuda de Ieruſalem in Babylonem , & omnes optimates Iuda & Ieruſalem.

Quia hęc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael ad vaſa quæ derelicta ſũt in domo Domini, & in domo Regis Iuda & Ieruſalem:

In Babylonem transferentur,& ibi erunt vſque ad diem viſitationis ſuæ, dicit Dominus : & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

Cap. XXVIII.

ET factum eſt in anno illo,in principio regni Sedeciæ Regis Iuda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Hananias (filius Azur propheta de Gabaon) in domo Domini coram Sacerdotibus & omni populo,dicens,

Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael , Contriui iugum Regis Babylonis.

Et ſomnia ve. ואל חלומותיכם hoc eſt,ſomniatores veſtros qui exponũt vobis ſua ſomnia. 10 Vt elõgent vos למען הרחיק אתכם vt vos longiſſimè abducant.vt ſummoueant vos.vel,procul abducant. 11 Introduxerit יביא indiderit.immiſerit.iniecerit.Ad verbũ,fecerit venire.Sic ſequenti verſu. 12 Quin & ad ואל Itaque ad. Et viuite.: וחיו Imper.Heb.pro fut.viuetis.i.ſalua erunt vobis omnia.Hebraiſmus. 14 Ne inquam,&c. ואל תשמעו וגו' Ne inquã auſcultetis[vel,acquieſcatis] verbis.i.dictis.vt ſuprà verſu 9. 16 Nunc citò, עתה מהרה .i.breui,ſiue intra paucos dies. 17 Et viuite: וחיו Vide paulo antè verſu 12. 18 Prophetæ ſunt, נביאים הם ſub.veri. Quæ reſid.ſ. הנותרים quæ remanſerunt. 20 Optimates חורי nobiles.Ita dicti à candore animi quo in primis ornari debent. 22 Adducentur, יובאו transferentur.aſportabuntur.

IN CAPVT XXVIII.

1 In anno ipſo בשנה ההיא Id eſt eo anno quo Ieremias geſtare cœpit in collo iugum ligneum & lora iugalia, nimirũ anno primo Sedeciæ,qui incidit in quartum annum hebdomadis haſemita.i.quietis[ſiue ceſſationis]terræ. Deut.15.a.1,& Leuit.25.a.1.Anno quarto hebdomadis cœpit regnare Sedecias,regnauitque annis vndecim,quæ eſt ſeptima hebdomada in qua templũ fuit deſtructum.nã anno vndecimo Sedeciæ fuit deſtructum templum, qui principium eſt hebdomadis ſeptimæ quæ dicitur annus remiſſionis: quod ſignificabat terram ſabbathizaturam ſabbatha Dei,vt prius minatus erat Propheta. 2 Confregi שברתי Præt. Heb.pro fut.q.d.ſtatui,ſiue decreui me breui erepturum populum meum è manu Babyloniorum.

3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locũ iſtum omnia vaſa dom⁹ Domini, quæ tulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis de loco iſto, & tranſtulit ea in Babylonem.

4 Et Iechoniam filium Ioacim Regem Iuda, & omnem tranſmigrationem Iudæ, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego cõuertam ad locũ iſtum, ait Dominus: conteram enim iugum Regis Babylonis.

B 5 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiã prophetam in oculis Sacerdotũ, & in oculis omnis populi qui ſtabat in domo Domini,

6 Et ait Ieremias propheta, Amen, ſic faciat Dominus, ſuſcitet Domin⁹ verba tua quæ prophetaſti, vt referãtur vaſa in domũ Dñi, & omnis trãſmigratio de Babylone ad locũ iſtũ.

7 Verũtamen audi verbũ hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuerſi populi.

8 Prophetæ qui fuerũt ante me & ãte te ab initio, & ꝓphetauerũt ſup terras multas, & ſuper regna magna, de prælio & de affictione, & de fame:

C 9 Propheta q̃ vaticinat⁹ eſt pacẽ, quũ venerit verbũ eius, tũc ſcietur ꝓpheta quẽ miſit Dominus in veritate.

10 Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam.

11 Et ait Hananias in conſpectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic cõfringam iugum Nabuchodonoſor Regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abiit Ieremias propheta in viam ſuam.

12 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam (poſtquam confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ) dicens,

D 13 Vade, & dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas contriuiſti: & facies pro eis catenas ferreas.

14 Quia hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Iugum ferreum poſui ſuper collum cũctarũ gentium iſtarũ vt ſeruiant Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & ſeruient ei: ″inſuper & beſtias terræ dedi ei.

15 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam, Audi Hanania, Non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mẽdacio.

16 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego mittã te à facie terræ, hoc anno morieris: aduerſum enim Dominum loquutus es.

17 Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

Cap. XXIX.

1 ET hæc ſunt verba libri quẽ miſit Ieremias ꝓpheta de Ieruſalẽ ad reliquias ſeniorũ tranſmigrationis,

3 ″Quum adhuc duo *fuerint* anni dierum, reducam ad locum hunc omnia vaſa domus Iehouæ, quæ tulit Nebuchadnאexſár Rex Babél de loco iſto, & intulit ea in Babél.

4 Et Iechoniáh filium Iehoiacím Regem Iehudáh, & omnẽ″tranſmigrationem Iehudáh qui ingreſſi ſunt in Babél, ego reducam ad locum iſtum, ait Iehouáh: conteram enim iugum Regis Babél.

5 Et dixit Irmeiáh Propheta ad חHananiáh prophetam, in oculis Sacerdotũ, & in oculis totius populi qui ſtabãt in domo Iehouæ,

6 Ait inquam Irmeiáh propheta, ″Amen, ſic faciat Iehouáh, ″ſuſcitet Iehouáh verba tua quibus prophetaſti quòd reducerẽtur vaſa domus Iehouæ, & vniuerſa″tranſmigratio de Babél ad locũ iſtũ.

7 Veruntamen audi nunc verbum iſtud quod ego loquor″in auribus tuis, & in auribus vniuerſi populi.

8 Prophetæ qui fuerũt ante me & ãte te à ſeculo, ″prophetauerũt ſuper terras multas, & regna magna de bello, & afflictione, & peſte:

9 Propheta qui vaticinatus eſt de pace, quum euenerit verbũ Prophetæ, cognoſcetur Propheta ꝙ miſerit eum Iehouáh in veritate.

10 Et tulit חHananiáh propheta ″vectẽ de collo Irmeiáhu prophetæ, & confregit eum.

11 Et ait חHananiáh in oculis totius populi, dicẽdo, Sic dixit Iehouáh, Sic confringam iugum Nebuchadnאexſár Regis Babél ″poſt duos annos dierum, de collo omnium gentium. Et abiit Irmeiáh propheta in viam ſuam.

12 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáh (poſtquam confregit חHananiáh propheta vectem de collo Irmeiáh prophetæ) dicendo,

13 Vade, & dic ad Hananiáh, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Vectes ligneos confregiſti: & facies pro eis vectes ferreos.

14 Quoniam ſic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, ″Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiant Nebuchadnאexſar Regi Babél, ″& *quidem* ſeruient ei: inſuper & beſtias agri dedi ei.

15 Tunc dixit Irmeiáh propheta ad חHananiáh prophetam, Audi ″nunc חHananiáh, Non miſit te Iehouáh, tu tamẽ″fidere feciſti populum iſtum mendacio.

16 Idcirco ſic dixit Iehouáh, Ecce″emittam te de ſuperficie terræ: ″hoc anno morieris, quia *uerbum*″declinãs loquutus es cõtra Iehouã.

17 Mortuus eſt itaque חHananiáh propheta anno ipſo, menſe ſeptimo.

Cap. XXIX.

1 HAEc autem ſunt verba epiſtolæ quam miſit Irmeiáh propheta de Ieruשſaláim ″ad reſiduum ſeniorum tranſmigrationis,

Oſtendit Ieremias falſam Hananiæ prophetiã exẽplo aliorũ ꝓphetarũ.

Inſpiratus à Domino Ieremias increpat Hananiam, mortem ei prænuncians.

Epiſtola Ieremiæ miſſa ad captiuos in Babylonem.

3 Quum adhuc, &c. בעוד וגו׳ .i. Exacto biennio integro. Chaldæus paraph. In fine duorum annorum. Annum dierum vocat annum perfectum & ſuis diebus conſtantem. 4 Tranſmigrationem גלות captiuitatem. i. omnes captiuos. 6 Amen אמן .i. ſit veritas, aut verum quod dicis: ita contingat vt dicis. Suſcitet, &c. יקם וגו׳ ſtabiliat. Seipſum declarat. q.d. ratam habeat, ſiue firmam faciat prophetiam tuam: eſt enim veritas firma. Tranſmigratio הגולה captiuitas. i. omnes captiui & exules Iudæi.

7 In auribus t. & in aur. &c. באזניך ובאזני וגו׳ .i. te audiente & vniuerſo populo. 8 Prophetauerũt וינבאו Non copulat ו hoc loco, ſed tantũ cõuertit futurũ in præteritum. i. prædixerunt fore vt euenirẽt bella, afflictiones & peſtes, nec ſemper accidit: quia Deus mutauit ſententiã, quòd pœnitentiã egiſſent. Euentus cõprobat Prophetã. q.d. Duo ſunt Prophetarũ genera: alii enim prædicũt aduerſa, alii proſpera. Qui prædicũt aduerſa, non ſemper eueniunt quæ prædixerunt: eſt enim Deus ſummè miſericors, qui ſæpe mutat ſententiam ſuper afflictione quam interminatus eſt. At qui prædicũt proſpera, neceſſariò oportet vt eueniant quæ prædixerunt: alioqui ſunt pſeudoprophetæ: nunquã enim pœnitet Deum boni quod pollicitus eſt. Ita Hebræi: quod tamen ita intelligendũ eſt, nẽpe quòd frequentius eueniãt promiſſiones Dei quàm interminationes. eſt enim Dominus Deus pronior ac procliuior ad parcendũ, quàm ad perdendũ: & ad miſericordiam, quàm ad vindictam. 10 Vectem המוטה iugum. Sic infrà ad finem capitis. 11 Poſt בעוד Ad verbum, in vltrá.

14 Iugum עול Pro hac voce paulo antè verſu 10, poſuit המוטה vectẽ. Et *quidẽ* ſeruient ei: ועבדהו q.d. & ita eueniet. 15 Nunc נא quæſo. Fidere fe. הבטחת ſecurũ reddidiſti. vel, fiduciã dediſti populo iſti, &c. 16 Emittam te משלחך Præſ. Heb. pro fut. En ego eiiciam te. vel expellam. aut eiecturus ſum te. q.d. tollam te de medio. Hoc anno השנה non anno currẽte, ſed computando à tempore quo hæc prædixit Ieremias. i. intra vnum annum. Declinans סרה recedens. i. alienum à veritate, & abſurdum. q.d. abſurdè loquutus es contra Dominum: adſcripſiſti enim illi falſitatem loco veritatis.

CAPVT XXIX.

1 Ad reſiduum ſen. tranſ. אל־יתר זקני הגולה ad reliquos ſeniores captiuitatis. i. ad ſeniores captiuos qui adhuc ſuperſtites erant. multi enim perierant in itinere.

29

& ad Sacerdotes,& adProphetas,& ad vniuerſum populum quem
captiuum abduxerat Nebuchadnאeצſár de Ieruſaláim in Babél,
Poſteaquam egreſſus eſt Iechoniáh Rex,″& regina,″& eunuchi, 2
& principes Iehudah & Ieruשſaláim,″ & artifices & incluſores de
Ieruשſaláim.
Per manū אElyaשſáh filii שSaphan,& Gemariáh filii חHilciiáh, 3
quos miſit צSidciiáh Rex Iehudáh ad Nebuchadnאeצſár Regē Ba-
bél in Babél,dicendo,
Sic″dicit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, omni trāſmigra- 4
tioni quam″tranſmigrare feci de Ieruשſaláim in Babél.
AEdificate domos,& inhabitate: plantate præterea hortos,& co 5
medite fructum eorum.
Accipite vxores,& generate filios & filias:accipite″quoque filiis 6
veſtris vxores , & filias veſtras date viris, vt pariant filios & filias:
& multiplicate vos illic,″neque imminuamini.
Et quærite pacem ciuitatis ad quam demigrare feci vos, & ora- 7
te pro ea ad Iehouam:quoniam″in pace illius erit vobis pax.
Sic enim dixit Iehouáh exercituum,Deus Iשſraאél,Ne ſeducāt 8
vos prophetæ veſtri qui *ſunt* in medio veſtri, & diuini veſtri, neq;
attendatis″ad ſomnia veſtra quæ ſomniare facitis:
Quia″falſò ipſi prophetant vobis in nomine meo:non *enim* miſi 9
eos,dixit Iehouáh.

Prophetat reductionem à captiuitate post L X X annos.

Sic enim dixit Iehouáh,″Vt impleti fuerint in Babél ſeptua- 10
ginta anni,viſitabo vos,″& ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bo
num,vt reducam vos ad locum iſtum.
Ego enim noui cogitationes quas cogito ſuper vos,dixit Ieho- 11
uáh:ogitationes pacis,&nō mali,vt dē vobis″finē &expectationē.
Tuc inuocabitis me,″& incedetis:orabitíſq; me,&exaudiā vos. 12
Et quæretis me, & inuenietis,″quum quæſieritis me toto cor- 13
de veſtro.
Inueniar inquam à vobis,dixit Iehouáh, & reducam captiuita- 14
tem veſtram,congregabóque vos de vniuerſis gentibus,& de cū-
ctis locis ad quæ expuli vos,dixit Iehouáh:reuertíque faciam vos
ad locum vnde″tranſmigrare feci vos.
Quoniā dixiſtis, Suſcitauit nobis Iehouáh″prophetas in Babél. 15

Prædicit Regis & populi qui remanſerat in Ieruſalem,exitiū.

″Quia ſic dixit Iehouáh de Rege qui ſedet ſuper ſolium Dauid, 16
& de omnipopulo qui habitat in vrbe iſta,*de* fratribus *ſcilicet* veſtris
qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem:
Sic *inquam* dixit Iehouáh exercituum , Ecce mitto in eos gladiū, 17
famem,& peſtem:dabóque eos veluti ficus″turpes quæ non poſ-
ſunt comedi præ malitia:

& adSacerdotes,& ad Prophetas, & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem in Babylonem.

Poſtquam egreſſus eſt Iechonias Rex,& domina,& eunuchi,& principes Iuda& Ieruſalem, & faber & incluſor de Ieruſalem,

In manu Elaſa filii Saphan , & Gamariæ filii Helciæ , quos miſit Sedecias Rex Iuda ad Nabuchodonoſor.regem Babylonis in Babylonē,dicens,

Hæc dicit Dominus exercituū Deꝰ Iſrael, omni trāſmigrationi quā trāſtuli de Ieruſalem in Babylonem,

AEdificate domos,& habitate: & plantate hortos , & comedite fructū eorum.

B

Accipite vxores, & generate filios & filias : & date filiis veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariant filios & filias : & multiplicamini ibi, & nolite eſſe pauci numero.

Et quærite pacē ciuitatis ad quam trāſmigrare vos feci: & orate ꝓ ea ad Dn̄m: qa in pace illiꝰ erit pax vobis.

Hæc enim dicit Dominꝰ exercituū Deus Iſrael, ¦Non vos ſeducant prophetæ veſtri qui ſūt in medio veſtrū, & diuini veſtri : & ne attēdatis ad ſomnia veſtra quæ vos ſomniatis:

Suprà 14.c.13, & 23.d.21.

Quia falſò ipſi prophetant vobis in nomine meo : non miſi eos, dicit Dominus.

¦Quia hæc dicit Dominus, Quum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum vt reducam vos ad locum iſtum.

Suprà 25.c.10
2.paral.36.d.22.
1.eſd.1.a.1
dan.9.a.2

C

Ego enim ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos,dicit Dominꝰ: cogitationes pacis,& nō afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.

Et inuocabitis me,& ibitis: & orabitis me,& ego exaudiam vos.

Quæretis me, & inuenietis , quum quæſieritis me in toto corde veſtro.

Et inueniar à vobis,ait Dominꝰ: & reducam captiuitatem veſtram: & cōgregabo vos de vniuerſis gentibus,& de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus : & reuerti vos faciā de loco ad quem tranſmigrare vos feci.

D

Quia dixiſtis,Suſcitauit nobis Dominus prophetas in Babylone.

Quia hæc dicit Dominus ad Regē qui ſedet ſuper ſolium Dauid,& ad omnem populum habitatorem vrbis huius,ad fratres veſtros qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationē:

Hæc dicit Dominus exercituū, ¦Ecce mittam in eos gladium,& famem, & peſtem : & ponam eos quaſi ficus malas quæ comedi non poſſunt , eo quòd peſſimæ ſint:

Suprà 24.a.8

---

2 Et regina והגבירה & domina.mater ſcilicet Regis.Significat mulierem principem. Gallicè *imperatrice,ou regente.* Et eunuchi, והסריסים & aulici.i.qui grati erant principi,vt grati,ſiue gratioſi eſſe ſolent eunuchi in aulis principum.Chaldæus paraph.magnates. vel, optimates. Et artifices & incluſ. והחרש והמסגר & architecti,& caſtrametatores. Vide ſuprà cap.24.a.1. 4 Dicit אמר præt.Heb.pro præſ. Tranſmigrare fe. הגליתי tranſtuli.pro tranſtulit.confuſio perſonarū. 6 Neque imminuamini. ולא תמעטו: & nolite eſſe pauci. 7 In pace il. בשלומה in tranquillitate eius.i.optate ſtatū tranquillū vrbis eius in qua exulatis:nā ſi fruatur pace,vos etiam agetis in pace. 8 Ad ſomnia ve.quæ,&c. אל־חלומותיכם אשר אתם מחלמים: .i.ad ſomnia quibus imponitur vobis,& quæ vos facitis ſomniare pſeudoprophetas:nam admittitis eorum ſomnia quæ accommodantur rebus optatis à vobis. 9 Falſò בשקר mendaciter.Ad verbum,in mendacio,vel falſitate. 10 Vt impleti כי לפי מלאת Ad verbum, Quòd vt impleri.Redundat כי quia,ſiue quòd Elapſis(inquit)L X X annis(quot annos durabit captiuitas illa Babylonica) tum demum incipiam miſereri veſtri.tum enim permittet vobis Cyrus reditum in patriam.q.d.non reuertemini ante L X X annos. Et ſuſcitabo ſuper vos verbum,&c. והקמותי עליכם את־דברי הטוב להשיב אתכם Hebraiſmus,præſtabo promiſſionem bonam quam feci vobis,de reducendis vobis,&c.

11 Finem & expectationē .: אחרית ותקוה, id eſt finem à vobis optatum. Ad verbum,nouiſſimum & expectationem:pro quo Chaldæus paraph.vertit, finem.q.d.perficiam captiuitatem veſtram bono fine:id quod vos expectatis atque ſperatis. 12 Et incedetis, והלכתם ſub.in viis meis. 14 Tranſmigrare feci vos. הגליתי אתכם tranſtuli vos.vel,abduxi vos captiuos. 15 Prophetas נביאים Intelligit falſos prophetas.q.d.quibus vos creditis, & non veris.non tamen euenient quæ illi prædicunt vobis,ſed quæ iſti.Chaldæus para. vertit doctores.qui ſcilicet ſpe vana ſeducebant populum,quòd breui Ieroſolymam eſſent reuerſuri. 16 Quia כי Redundat.aut in Profectò vertendum,aut ſubaudienda nonnulla,ſic, Quia *inquam talia dixiſtis*.vel,*Scitote* quòd,&c. Poteſt eſſe apoſiopeſis. iraſcitur enim pſeudophetas impoſuiſſe illis. 17 Turpes השוערים ſordidas.fœdas.inquinatas.

18 Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilẽtia, & dabo eos in vexationẽ vniuerſis regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos:

19 Eo quòd non audierint verba mea dicit Dominus, quæ miſi ad eos per ſeruos meos Prophetas de nocte cõſurgens & mittens: & non audiſtis, dicit Dominus.

E

20 Vos ergo audite verbum Domini, omnis tranſmigratio, quam emiſi de Ieruſalem in Babylonem.

21 Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael ad Achab filiũ Coliæ, & ad Sedeciam filium Maaſiæ, qui prophetãt vobis in nomine meo mẽdaciter, Ecce ego tradã eos in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & percutiet eos in oculis veſtris.

22 Et aſſumetur ex eis maledictio omni trãſmigrationi Iudæ quæ eſt in Babylone, dicentium, Ponat te Domin⁹ ſicut Sedeciã, & ſicut Achab quos frixit Rex Babylonis in igne:

F

23 Pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſũt in vxores amicorum ſuorum, & loquuti ſunt verbũ in nomine meo mendaciter quod nõ mandaui eis: ego ſum iudex & teſtis, dicit Dominus.

24 Et ad Semeiam Nehelamitẽ dices,

25 Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael, Pro eo quòd miſiſti in nomine tuo libros ad omnem populum qui eſt in Ieruſalem, & ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotẽ, & ad vniuerſos Sacerdotes, dicens,

26 Dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiade ſacerdote: vt ſis dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitiũ & prophetantem, vt mittas eum in neruum & in carcerem:

27 Et nunc quare non increpaſti Ieremiam Anathothiten qui prophetat vobis?

G

28 Quia ſuper hoc miſit in Babylonẽ ad nos, dicens, Longum eſt, ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum.

29 Legit ergo Sophonias ſacerdos librum iſtum in auribus Ieremiæ prophetæ.

30 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens,

31 Mitte ad omnem tranſmigrationẽ, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeiã Nehelamiten, Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eũ, & fecit vos confidere in mẽdacio:

32 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Nehelamiten, & ſuper ſemen eius: non erit ei vir ſedens in medio populi huius, & nõ videbit bonum quod ego faciã populo meo, ait Dominus: quia præuaricationẽ locutus eſt aduerſus Do-

18 Et perſequar eos gladio, & fame, & peſte, ′daboque eos in cõmotionem vniuerſis regnis terræ, ″in maledictionem, & in ſtuporẽ, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus ad quas eieci eos:

19 Eo quòd non audierunt verba mea, dixit Iehouah, ′quæ miſi ad eos per ſeruos meos Prophetas ″manè ſurgendo & mittendo: & nõ ″audiſtis, dixit Iehouáh.

20 Vos itaque audite verbum Iehouæ, ″omnis tranſmigratio quam emiſi de Ieruשſaláim in Babél.

Minatur duobus pſeudoprophetis ſeducentibus populum.

21 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél de Aחháb filio Colaiáh, & de xSidciiáhu filio Mayaשſeiáh, qui prophetãt vobis in nomine meo mẽdaciter, ″Ecce ego trado eos in manu Nebuchadnאexſar Regis Babél, & percutiet eos in oculis veſtris.

22 Et aſſumetur ab eis ″maledictio ab omni tranſmigratione Iehudáh quæ eſt in Babél, dicendo, Ponat te Iehouah ſicut xSidciiahu, & ſicut Aחháb ′quos combuſſit Rex Babél igni:

23 Eo quòd fecerunt nefas in Iשſraאél, & adulterium commiſerũt cum vxoribus proximorum ſuorum, & loquuti ſunt verbũ in nomine meo mendaciter, quod non præcepi eis: ″ego autem ſum is qui noui *illud*, teſtíſque *ſum*, dixit Iehouáh.

24 Et ad שSemayaiáhu ″Neחhelamiten dices his verbis,

Semeiæ Nehelamitæ mors prædicitur.

25 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, dicens, Eo quòd miſiſti nomine tuo literas ad vniuerſum populum qui eſt in Ieruשſaláim, & ad xSephaniáh filium Mayaשſeiáh ſacerdotem, & ad vniuerſos Sacerdotes, dicendo,

26 Iehouáh dedit te ſacerdotem pro Iehoiadáy ſacerdote, vt ſitis præfecti in domo Iehouæ ſuper omnem virum ″furioſum, ′& prophetantem: vt ponas eum ″in carcerem & in neruum.

27 Et nunc vtquid non increpaſti Irmeiáhu yAnathothiten ′prophetantem vobis?

28 Quia ″idcirco miſit ad nos in Babél, dicendo, ′Longum eſt, ædificate domos, & habitate: plantate item hortos, & comedite fructum eorum.

29 ′Et legit xSephaniáh ſacerdos epiſtolam hanc in auribus Irmeiáhu prophetæ.

30 Fuítque verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicendo,

31 Mitte ″ad vniuerſam tranſmigrationem, dicendo, Sic dixit Iehouáh de שSemayaiáh Neחhelemite, Eo quòd prophetauit vobis שSemayaiáh, ″& ego nõ miſi eum, & cõfidere fecit vos mendacio:

32 Idcirco ſic dixit Iehouáh, Ecce ego viſito ſuper שSemayaiáh Neחhelemitẽ, & ſuper ſemẽ eius, ″Nõ erit ei vir habitãs in medio populi huius, neque videbit bonũ illud quod ″facio populo meo, dixit Iehouáh, quia *uerbum* ″declinans loquutus eſt aduerſus Iehouáh.

18 Dabóque, &c. ונתתים וגו׳ .i. diſpergam eos per omnia regna. Vide aliam expoſitionem Hebraiſmi huius ſuprà cap.24.d 9. In maledictionem לאלה in execrationem. 19 Quæ miſi, &c. אשר שלחתי וגו׳ quum miſi ad eos ſeruos, &c. Manè ſurg. & mitt. חשכם ושלוח Hebraiſmus .i. quotidie, ſiue aſſiduè & ſine intermiſſione mittendo. Vide ſuprà cap.25.a.4, & 26.a.5. Audiſtis, שמעתם Secunda perſona Heb. pro tertia .i. non obediuerunt illis. 20 Omnis tranſ. כל־הגולה i. vniuerſi captiui, ſiue exules. 21 Ecce ego tra. הנני נותן Præſ. Heb. pro fut. ego quidem tradam. vel, traditurus ſum. 22 Maledictio קללה .i. formula maledictionis. Quos combuſſit אשר קלם Ad verbũ, quos combuſſit eos. Hebraiſmus, redũdante altero relatiuo. Alii, frixit. tanquã in ſartagine. Alii, vſtulauit. 23 Ego autẽ ſum is qui ואנוכי היודע וגו׳ id quod ego ſcio, & teſtis ſum. 24 Neחhelamitẽ. הנחלמי quòd eſſet ex Nehelam, vt quibuſdam placet. Chaldæus paraph. ex Halem. Doctus inter Hebræos, ſomniatorem exponit, quòd ſomniaſſet reditũ populi eſſe propinquũ. 26 Furioſum, משוגע arreptitium. vel maniacum. Ita dicebantur Prophetæ quum acti eſſent Spiritu ſancto. Et prophetantem ומתנבא & eum qui fingit ſe prophetam .i. qui præ ſe fert munus propheticũ. id ſignificat verbum in coniugatione Hithpahal. In carcerẽ & in ner. אל־המהפכת ואל־הצינוק: Vide ſup. cap.20. verſ.2. in cippũ & truncũ. prior vox ſignificat inſtrumentũ quo conſtringitur collũ: altera verò quo manus conſtringuntur, vt ait doctus inter Hebræos. 27 Prophetantẽ המתנבא Idem verbum quod præcedenti verſu. qui falſò ſibi prophetiã vendicat. 28 Idcirco על־כן ſub. vt ſibi prophetiam vendicet. Longum eſt, ארוכה היא Longa vel diuturna, ſub. futura eſt captiuitas iſta. 29 Et legit ויקרא Legerat autem. 31 Ad vniuerſam tranſ. על־כל־הגולה ad vniuerſam captiuitatem .i. ad omnes captiuos. Et ego non miſi e. ואני לא שלחתיו quum ego non miſerim eum. 32 Non erit ei vir לא יהיה לו איש Neminem habiturus eſt qui habitet. Facio עושה Præſ. Heb. pro fut. facturus ſum. Declinans, סרה abhorrens. alienum. ſub. à veritate. Vide præcedenti capite, verſu 16. Alii, auerſionem.

30·31

Cap. XXX.

De regno Chriſti, cuius figura erat liberatio à captiuitate Babylonica.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Domino′ dicendo.

2 Sic dixit Iehouáh Deus Iſraél, dicendo, Scribe tibi omnia verba quæ loquutus ſum ad te, in libro *quodam*.

3 Ecce enim dies veniũt, dixit Iehouáh, & reducam captiuitatem populi mei Iſraél & Iehudáh, dixit Iehouáh, & redire faciã eos ad terram quam dedi Patribus eorum, & poſſidebunt eam.

4 Hæc ſunt autem verba quæ locutus eſt Dominus de Iſraél & Iehudáh,

5 Quoniam ſic dixit Iehouáh, ′Vocem terroris audiuimus, formidinis, nec eſt pax.

6 Interrogate nunc, & videte an pariat maſculus: quare *ergo* vidi omnem virum habentem manus ſuper lumbos ſuos tanquam parturiens: & verſæ ſunt omnes facies′ in pallorem?

7 ′Væ, quia magna eſt dies illa, ita vt nõ ſit ſimilis illi: tempúſque afflictionis eſt ipſi Iayacób, & ex ipſa ſeruabitur.

8 Et erit in die illa, dixit Iehouáh exercituum, ′conteram iugum eius de collo tuo, & vincula tua dirumpam, ′& non redigent illum vltrà in ſeruitutem alieni:

9 Sed ſeruient Iehouæ Deo ſuo, ′& Dauid Regi ſuo quem ſuſcitabo eis.

10 Tu ergo ne timeas ſerue mi Iayacób, dixit Iehouáh, neque ′paueas Iſraél: quia ecce ego ſaluans te ′à *loco* longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorum: reuertetúrque Iayacób & requieſcet, ′& pacatus erit, nec erit qui exterreat:

11 Quoniam tecum ego ſum, ait Iehouáh, vt ſaluum faciam te. ′faciam autem conſummationem in cunctis gẽtibus in quas diſperſi te: veruntamen ex te non faciam conſummationem, ſed caſtigabo te′ in iudicio, ′nec ſuccidendo ſuccidam te.

12 Sic enĩ dixit Iehouáh, ′Deſperata fractura tua, difficilis plaga tua.

Caſtigatione ſua oſtẽdit Deus populũ peccatorẽ.

13 Non eſt qui iudicet′ iudicium tuum ad ſanitatem, medicinæ & curatio non ſunt tibi.

14 Omnes ′amatores tui obliti ſunt tui, te nõ ′quærent: plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione′ crudelis′ propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, *& quòd* multiplicata ſunt peccata tua.

15 Quid clamas ſuper ′contritione tua? ′deſperatus dolor tuus: *nam* propter multitudinem iniquitatis tuæ, *&* quia multiplicata ſunt

Cap. XXX.

1 HOc verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens,

2 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, dicens, Scribe tibi omnia verba quæ locutus ſum ad te, in libro.

3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & conuertam conuerſionem populi mei Iſrael & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terram quã dedi Patribus eorũ, & poſſidebũt eã.

4 Et hæc verba quæ locutus eſt Dominus ad Iſrael & ad Iudam,

5 Quoniam hæc dicit Dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & non eſt pax.

6 Interrogate, & videte ſi generat maſculus: quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbũ ſuum quaſi parturientis: & conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auruginem?

7 ‖Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius: tempúſque tribulationis eſt Iacob, & ex ipſa ſaluabitur.

Ioel.2.c.11.
amos 5.c.18.
ſoph.1.d.15.

B

8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conterã iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam: & non dominabũtur ei amplius alieni:

9 Sed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo quẽ ſuſcitabo eis.

10 ‖Tu ergo non timeas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen tuũ de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob & quieſcet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet:

Eſa.44.a.2
luc.1.g.70.

11 Quoniam tecum ego ſum, ait Dominus, vt ſaluem te. faciam enim cõſummationem in cunctis gentibus in quibus diſperſi te: te autem non faciam in conſummationem: ſed caſtigabo te in iudicio, vt nõ videaris tibi innoxius.

12 Quia hæc dicit Dominus, Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua.

13 Non eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non eſt tibi.

C

14 Omnes amatores tui obliti ſunt tui, téque non quærent: ‖plaga enim inimici percuſſi te caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua.

Suprà 23.d.

15 ‖Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus: ꝓpter multitudinem iniquitatis tuæ, & pro

Suprà 15.d.18

IN CAPVT XXX.

1 Dicendo. לאמור dicente. 5 Vocem terroris, &c. קול חרדה שמענו פחד ואין שלום : Sub. Gentes dicturæ ſunt, Vocem horroris audiuimus, *uocem inquam* timoris, & *in qua* nulla eſt pax. vel, & non *uocem* pacis. 6 In pallorem? לירקון : q.d. viri non ſolent parere: cur igitur ſunt habitu mulierum parturientium, vt vſqueadeo timeant, mutatæque ſint præ timore facies eorum in pallorem? 7 Væ הוי Heu, dolentis. 8 Conteram אשבור frangam. confringam. Et non redig. &c. ולא יעבדו בו Tertia perſona pro ſecunda, te. q.d. non tenebunt te in ſeruitute, ſiue non vtentur opera tua tãquam ſerui, nec dominabuntur tibi externi tanquã ſeruo. Idem verbum quod ſuprà cap. 25.c.14. 9 Et Dauid Re. ſ. ואת דוד מלכם Chaldæus paraph. Et obedient Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo. 10 Paueas, תחת formides. frãgaris metu, aut formidine. A *loco* lõginquo מרחוק à remoto. i. reducendo te è regione longinqua, qui priùs eras procul à me. Vide eadem infrà cap. 46.d.27. Et pacatus e. ושאנן & erit in tranquillitate. aut otio, vel ſecuritate. 11 Faciam au. conſ. כי אעשה כלה Conſummationẽ facere more Hebraico dicitur pro totũ perdere, excindere funditus, & in vniuerſum tollere. q.d. perdam gentes inter quas diſperſus fueris: at te non perdam vt illas. In iudicio, למשפט i. modo adhibito quem in caſtigando ſeruare ſoleo. Siue in iudicio. i. pro more meo, nempe moderaté. In iudicio punire, eſt non ſummo iure agere & exacta iuſtitia, ſed modo quodam & æquitate, non furore. Chaldæus paraph. iudicio remiſſo. i. indulgenter. Hebraiſmus. Nec ſuccid. ſuc. te ונקה לא אנקך: i. non tollam te prorſus de medio. Alii, Verũtamen neutiquam te ad purum putum excoquam. vel, mundãdo non mundabo te. i. non exactè excoquam te, vt nihil vltrà in te ſit ſordium. nam ſi hoc tentem, ferre haudquaquam poſſes, & ſimul peſſum ires.

12 Deſperata אנוש Deplorata. Doloris plena. 13 Iudicium t. &c. דינך וגו′ cauſam tuam ad medelam *inueniendam*. medicinæ & curatio non eſt tibi. Alii, cauſam tuam *adhibendo* emplaſtrum, medicamen, &c. i. nullus inueniri poteſt medicus qui ſciat quo medicamento, emplaſtro, ſiue cataplaſmate ſanari poſſis. q.d. hæc plaga videtur incurabilis. מזור dicitur ab exprimẽdo, quòd adhiberi ſoleat expreſſione ſanei facta. תעלה ab imponendo. 14 Amatores tui מאהביך amici tui. qui ſcilicet prius præ ſe ferebant te amare. Quærent, ידרשו Quidam per præſens vertunt, te non requirunt. i. non inuiſunt, nec quærunt quomodo valeas. Crudelis אכזרי ſub. hominis. quam infligere ſolent hoſtes & homines crudeles. Propter multit. iniq. t. על רוב עונך propterea quòd multiplicata eſt iniquitas tua.

15 Contritione t. שברך conquaſſatione tua? Alii, ob afflictionem tuã? q.d. non eſt quod conqueraris: nam iuſtè affligeris. Deſperatus אנוש doloris plenus. i. pars illa quæ tibi dolet, eſt plena doloris, vt paulo antè verſu 12.

pter dura peccata tua feci hæc tibi.

Propterea omnes qui comedūt te deuorabuntur: & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur: & qui te vaſtant, vaſtabuntur: cunctóſque prædatores tuos dabo in prædam.

Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus: quia eiectam vocauerunt te, Sion hæc eſt, quæ non habebat requirentem.

Hæc dicit Dominus, Ecce ego cõuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor:

D

& ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur.

Et egredietur de eis laus, vôxqꝫ ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur.

Et erunt filii eius ſicut à principio, & cœtus eius corã me permanebit: & viſitabo aduerſum omnes qui tribulant eum.

Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iſte eſt qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi, ait Dominus?

Et eritis mihi in populum: & ego ero vobis in Deum.

Ecce turbo Domini furor egrediẽs procella ruens: in capite impiorũ cõquieſcet.

Nõ auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimo dierum intelligetis ea.

Cap. XXXI.

IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erunt mihi in populum.

Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio: vadet ad requiem ſuam Iſrael.

Lõgè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.

Rursũmque ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

B

Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabũt plantãtes, & donec tẽpus veniat nõ vindemiabũt.

---

peccata tua, feci hæc tibi.

16 Propterea omnes deuorantes te deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui, vniuerſi inquam in captiuitatem ibunt: erúntque ″diripiẽtes te in direptionem, & cunctos prædantes te dabo in prædam.

Deſtructio inimicorum Iſraelis.

17 ″Adducã enim ſanitatem tibi, & à plagis tuis ſanabo te, dixit Iehouáh: quia ″eiectam vocauerunt te, צSiión ipſa eſt, non eſt requirens ipſam.

Reducẽdũ Iſraelem à captiuitate prædicit.

18 Sic dixit Iehouáh, Ecce reduco captiuitatem tabernaculorum Iayacób, & tabernaculorum eius miſerebor: ædificabitúrque ciuitas ″ſuper cumulum ſuum, & palatium ″ſecundum cõſuetudinem ſuam manebit.

19 Et egredietur ab eis gratiarum actio & vox gaudẽtium: multiplicabóque eos, & non imminuentur: ″multiplicabo inquam eos, nec minuentur.

20 Et erunt ″filii eius ſicut prius, & cœtus eius corã me ″firmabitur: & viſitabo omnes qui oppreſſerunt illum.

21 Et erit ″fortis eius ex eo, & dominator eius de medio eius egredietur: & appropinquare faciam eum, & accedet ad me: quis enim eſt iſte ″*qui* illexit cor ſuum vt appropinquet mihi, dixit Iehouáh?

22 Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

23 Ecce turbo Iehouæ cum furore egreſſus eſt, *&* ″turbo imminens ſuper caput impiorum ″manebit.

Dies iudicii terribilis improbis.

24 ″Non reuertetur ira furoris Iehouæ, donec fecerit, & donec ″ſtatuerit cogitationes cordis ſui: ″in nouiſſimo dierum intelligetis iſtud.

Cap. XXXI.

1 IN tempore illo, dixit Iehouáh, ″ero in Deum vniuerſis cognationibus Iשſraאél, & ipſi erunt mihi in populum.

De aduẽtu Chriſti, per quẽ oſtendit Deus ſe eſſe Deũ Iſraelis ſaluatorem & protectorem.

2 Sic dixit Iehouáh, ″Inuenit gratiam in deſerto populus ″euaſores gladii: ″ambulauit *Deus ante eum* vt requieſcere faceret eum, *nempe* ″Iשſraאelem.

3 ″A longinquo *tempore, inquit populus*, Iehouáh apparuit mihi. *Et Iehouáh ait*, Charitate ″perpetua dilexi te: ideò ″attraxi te miſericordia.

4 Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Iשſraאél: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris cum thoro ludentium:

5 Adhuc plantabitis vineas in montibus שSomrón: plantabunt ″plantantes, ″& profanabunt.

---

16 Diripientes, &c. שאסיך למשיסה conculcatores tui in conculcationem. 17 Adducam, &c. כי אעלה וגו׳ Admouebo enim medicinam tibi. vel, medicamentum. Eiectam voc. te נדחה קראו לך expulſam vocant te. ſub. dicentes, Sion, &c. Præt. Heb. pro præſ. Expulſam, vt eiicitur vxor à marito ſuo. 18 Super cu. ſ. על־תילה in colle ſuo, Secundũ conſue. ſ. ma. על־משפטו ישב׃ Ad verbũ, ſecundum ius ſuum ſedebit. i. vt decet illud, inſtauratum ſubſiſtet, hoc eſt in dignitate in qua prius erat. Quidam vertunt, in loco ſuo reſidebit. Alii, & templum ſtabit more ſuo. 19 Multiplicabo, &c. והכבדתים וגו׳ honorabóque eos, nec fient pauciores. vel, & non attenuabuntur. 20 Filii eius בניו ſub. Iacob. i. Eccleſiæ vniuerſalis. Firmabitur, תכון ſtabilietur. vel, dirigetur. i. confirmabo fideles ipſos: ſiue adero & fauebo illis. 21 Fortis e. אדירו clarus eius. inclytus. vel admirabilis. q. d. Rex Chriſtus naſcetur ex genere Iſrael ſecũdum carnẽ. *Qui* illexit ערב. i. quaſi blanditiis & illecebris pellexit. q. d. quis ille qui tanto ſtudio adhæſerit, vel qui adeò ſtuduerit placere mihi, vt ille? ſub. Chriſtus. ſunt enim verba Dei Patris, vt quidam volunt. Alii vertunt, direxit cor ſuum. Alii, deſpõdit cor ſuum ne accedat ad me? 23 Turbo imminens, סער מתגורר procella impendens Manebit. יחול׃ reſidebit. quieſcet.

24 Non reuer. ira fu. לא ישוב חרון אף Non conuertetur furor iræ. i. nõ ſedabitur, aut conquieſcet. Iram furoris, vel furorem iræ dixit more Hebraico, pro ira vehementi. Statuerit הקימו adimpleuerit. exequutus fuerit. In nouiſſimo dierum באחרית הימים nouiſſimum dierum vocat finem ſeculi.

IN CAPVT XXXI.

1 Ero in Deũ אהיה לאלהים Hebraiſmus eſt, ſicut Erit mihi in populũ, pro Ero illis Deus, & Erit mihi populus. 2 Inuenit gr. מצא חן ſub. apud me populus: cur ergo non erit nũc mihi charus? Euaſores glad. שרידי חרב qui reliqui facti ſunt à gladio. ſub. AEgyptiorum. i. quos eripui de manibus AEgyptiorum. Quidam, ſuperſtites gladii. Ambulauit הלוך Infinit. Heb. pro præterito, eundo, pro iuit, vel ambulauit. Deus præcedebat Iſraelem interdiu per nubem, & noctu per columnã ignis, donec perduceret eum ad locum quietis. Iשſraאelem, ישראל Iſtud additum vt exprimeretur quid ſignificaret pronomen ו in להרגיעו. 3 A longinquo מרחוק Iam olim. Dialogus eſt Synagogæ, ſiue Eccleſiæ afflictæ, & Domini Dei. acſi dicat Synagoga, Vera dicit Dominus, iam olim adfuit ac fauit mihi: verũ nunc ſum derelicta. Reſpondet Dominus, Charitate ſempiterna, &c. q. d. non prorſus dereliqui te. Perpetua עולם ſempiterna. Attraxi te miſericordia. משכתיך חסד׃ protraxi tibi miſericordiam. i. vſus ſum erga te magna miſericordia, ne perderem te.

5 Plantantes, נוטעים plantatores. Et profanabunt. וחיללו׃ ſub. anno quinto. Fructus, tribus prioribus annis à plantatione arborum, immundi erant, nec eis veſci licebat: quarto anno conſecrabantur Domino: quinto verò anno profanabantur, id eſt communes fiebant, ſiue illis veſci licebat. Leuit. 19. c. 23.

6 Quia″erit dies in qua clamabunt cuſtodes in monte אEphráim, Surgite & aſcendamus in צSiión ad Iehouam Deum noſtrum.

7 Sic enim dixit Iehouáh, Exultate″in Iaעacób cũ lætitia, ″& exultate in capite Gentium:″auditũ facite, laudate, & dicite, Saluum fac Iehouáh populum tuum″reſiduum Iשsraאél.

8 Ecce″reducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos″de lateribus terræ: inter′eos erunt″cæcus & claudus, & prægnans″& pariens ſimul:″cœtus magnus reuertentur huc.

9 ″Cum fletu venient, ″& cũ miſericordiis reducã eos: ′ambulare faciã eos ad torrentes aquarũ per viam rectam, nõ impingẽt in ea: quia ero Iשsraאeli in patrẽ, & אEphráim′primogenitus meus eſt.

Vocatio Gentiũ, incolarũ, cõtinentis, & inſularum

10 Audite verbum Iehouæ Gentes, & annũtiate in inſulis quæ procul ſunt, & dicite, Qui diſperſit Iשsraאél, congregabit eum, & cuſtodiet eum, ſicut paſtor gregem ſuum.

11 ′Redemit enĩ Iehouáh Iaעacób, redẽit ĩquã eũ de manu fortioris eo.

12 Et venient, & laudabunt″in excelſo ipſius צSiión, & confluent ″ad bonitatem Iehouæ″ad frumentum, & ad vinum, & ad oleum, & ad filios pecorum, & boum: erítque anima eorum quaſi hortus irriguus,″nec addent vt doleant vltrá.

13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes″ſimul: conuertámque luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos″lætificabóque eos à dolore ſuo.

14 Et inebriabo animam Sacerdotũ pinguedine, & populus meus bonitate mea ſaturabitur, dixit Iehouáh.

15 Sic dixit Iehouáh, Vox in excelſo *colle* audita eſt,′ploratus, *&* fletus″amaritudinum: Raחhél plorans ſuper filiis ſuis, renuit conſolari ſuper filiis ſuis quia″non ſunt.

16 Sic dixit Iehouáh,′Prohibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos à lachrymis: quia eſt merces″operi tuo, ait Iehouáh, reuertentúrque de terra inimici.

17 Eſt quoque ſpes″nouiſſimo tuo, ait Iehouáh, & reuertentur filii *tui* ad terminum ſuum.

18 ″Audiendo audiui אEphráim″plangentem, Caſtigaſti me, & caſtigatus ſum vt vitulus″non aſſuetus *ferre iugum*:″fac me conuerti, & conuertar: quia tu es Iehouáh Deus meus.

Conuerti à peccatis, eſt Dei donum.

19 Poſteaquam enim cõuerſus ſum, pœnituit me, & poſteaquam ″oſtenſum eſt mihi, percuſſi femur: cõfuſus ſum & erubui: quoniã ″ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.

6 Quia erit dies in qua clamabũt cuſtodes in mõte Ephráim, Surgite & aſcendamus in Sion ad Dominum Deum noſtrum.

7 Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: perſonate, & canite, & dicite, Salua Domine populum tuum reliquias Iſrael.

B

8 Ecce, ego adducam eos de terra Aquilonis, & cõgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnãs & pariens ſimul: cœtus magnus reuertentium huc.

9 In fletu venient, & in miſericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingẽt in ea: quia factus ſum Iſraeli pater, & Ephráim primogenitus meus eſt.

10 Audite verbum Domini Gentes, & annuntiate in inſulis quæ procul ſũt, & dicite, Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.

11 Redemit enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris.

12 Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluẽt ad bona Domini ſuper frumento, & vino & oleo, & fœtu pecorum, & armentorum: eritque anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltrà non eſurient.

C

13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul: & cõuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos & lætificabo à dolore ſuo.

14 Et inebriabo animam Sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

Matth.2.d.18

15 Hæc dicit Dominus, ‖Vox in excelſo audita eſt, lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis quia nõ ſunt.

16 Hæc dicit Dominus, Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici.

17 Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filii ad terminos ſuos.

18 Audiens audiui Ephráim tranſmigrantem, Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus: cõuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus.

D

19 Poſtquam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam: & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. Cõfuſus ſum & erubui, quoniã ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.

---

6 Erit יש Præſ.Heb.pro fut.futurus eſt. 7 In Iaעacób *cum* læt. ליעקב שמחה Quidam ordinem dictionum ſcribunt eſſe inuerſum, & legunt, Dixit Iehouáh ipſi Iaעacób. Aut ל pro ב poſitum, Iubilate in lætitia in Iaעacób.i.edite vocem teſtem lætitiæ. Et exultate in cap. וצהלו בראש & iubilate in capite. Alii, & hinnite in capite, &c.i.erumpite in vocem præ gaudio, in præcipua turba Gentium. hoc eſt vbi Gentes præcipuæ conueniunt, ad quas etiam pertinet ſalus. Auditum fa. השמיעו annuntiate.vel potius, clara & alta voce dicite. Reſiduum שארית reliquias. 8 Reducam מביא Præſ.Heb.pro fut. De lateribus מירכתי .i.de finibus extremis. extremitatibus.quòd latera ſint fines. Cæcus & claud.&c. עור ופסח וגו′ q.d.nulla erit acceptio perſonarum. Et pariens וילדת &enixa. aut parturiens Cœtus ma. קהל גדול *cum* cœtu magno. Quidam, vt huc magno numero reuertantur.

9 Cum fletu בבכי .i.Flentes, præ gaudio ſcilicet. Alii, Cum fletu ibant.ſub.ad terram hoſtium. Et cum miſer. ובתחנונים .i.clementiſſimé. Ambul.fa.eos ad torr. אוליכם אל־נחלי deducam eos iuxta torrentes. Primogenitus m.eſt. בכורי הוא׃ .i.eo amore illum proſequor quo pater aliquis primogenitum ſuum. 11 Redemit פדה Præterita Heb.pro fut.Redimet, vt nonnulli vertunt.

12 In excelſo במרום.i.in colle. Ad bonitatẽ אל־טוב.i.ad bona. Ad frumentũ, &c.′אל דגן וגו Quidã ſubaudiunt nõnihil, & vertũt, *quam oſtendit* in frumento, & in vino, & in oleo, & in fœtibus pecorum & armentorum. Filios pecorum vocat pecora, ſiue fœtum pecorum.

Nec addent, &c. ′ולא־יוסיפו וגו Hebraiſmus, pro, nec vltrà dolebunt.aut pauebunt.i.vltrà non afficientur mœrore aut ſolicitudine.

13 Simul: יחדו ſub.erunt in choro. Lætificabóq; e.ושמחתים lætari faciam eos.vel, conſolabor. 15 Ploratus נהי lamentatio. Locus iſte explicatur in Annotationibus in Matthæũ, cap.2.c.17, vbi citatur. Amaritudinũ תמרורים .i.amarus.Hebraiſmus.

Non ſunt. איננו׃ non ipſe.q.d.ne vnus quidem eorum extat, ſiue ſupereſt.ſublati enim ſunt de mundo.

16 Prohibe מנעי Arce.Contine. Operi tuo, לפעולתך .i.filiis tuis ob Chriſtum occiſis.vel, labori quem tui ſuſtinuerunt in Chaldæa. 17 Nouiſſimo tuo, לאחריתך fini tuo.i.de reliquis filiis tuis.q.d.eſt bene ſperandum de illis.

18 Audiendo aud. שמוע שמעתי Hebraiſmus, Certè audiui.aut, Planè audiui. Plangentem מתנודד lamentantem.conquerentem. ſub.& dicentem mihi in captiuitate, Caſtigaſti, &c. Non aſſuetus לא לומד ſub.ferre iugum, vel trahere aratrum.i.indomitus. Fac me con. השיבני conuerte me. 19 Oſtenſum eſt mihi הודעי cognitus ſum.ſub.mihimetipſi.i.cognoui meipſum. Suſtinui נשאתי tuli.i.lui pœnas ſcelerum probroſorum quæ olim admiſi.

Si fili⁹ honorabilis mihi Ephráim, ſi puer delicatus? quia ex quo loquut⁹ ſum de eo, adhuc recordabor eius: idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerans miſerebor eius, ait Dominus.

Statue tibi ſpeculā, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulaſti: reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas.

Vſquequo deliciis diſſoluêris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum.

E Hæc dicit Dominus exercituū De⁹ Iſrael, Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius: quū cōuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus.

Et habitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ & minantes greges.

Quia inebriaui animam laſſam, & omnem animam eſurientē ſaturaui.

Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſū & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſeminabo domum Iſrael & domū Iuda ſemine hominum & ſemine iumentorum.

Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſſiparem, & diſperderem, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem & plantem, ait Dominus.

Ezech.18.a.3 ¶In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt:

Sed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius.

Heb.8.b.8 ¶Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda F fœdus nouum.

Non ſecundum pactum quod pepigi cū Patribus eorū in die qua apprehendi manū eorum vt educerem eos de terra AEgypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.

Sed hæc erit pactum quod feriā cū domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: ¶Dabo Legem meam in viſce

Supra 24.c.7 Iuc.1.g.37 heb.8.c.10

20 Nunquid filius pretioſus ″*eſt* mihi אEphráim? nunquid puer′delectabilis? tamē ex quo″loquutus ſum de eo, recordādo recordabor *eius* adhuc: idcirco″ſonuerunt viſcera mea ſuper eum, miſerādo miſerebor eius, ait Iehouáh.

21 Statue tibi″ſigna, pone tibi′cumulos altos, pone cor tuum″ad ſemitam, viam *per quam* ambulaſti: reuertere virgo Iשraאél, reuertere ad ciuitates tuas iſtas.

22 Vſquequo″vertes te huc illuc ô filia″rebellis? Quia creabit Iehouáh nouum in terra: fœmina′circundabit virum.

Natiuitas Chriſti prædicitur.

23 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשraאél, Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iehudáh & in vrbibus eius:′quū conuertero captiuitatem eorū, Benedicat tibi Iehouáh ô habitaculum iuſtitiæ, mons ſancte.

24 Et habitabunt in ea Iehudáh, & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ *item*,″& proficiſcentur cum grege *ſuo*.

25 Quia′inebriaui animam laſſam, & omnē animā triſtē impleui.

26 Propter hoc″expergefactus ſum″& vidi, & ſomnus meus″dulcis fuit mihi.

27 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh,″& ſeminabo domum Iשraאél & domum Iehudáh ſemine hominis & ſemine animalis.

28 Et erit″quemadmodum ſollicitus fui ſuper eos ad euellēdum & diruendum,″& deſtruendum, & perdendum,′& affligendum: ſic″ſollicitus ero ſuper eos″ad ædificandū & plātandū, dixit Iehouáh.

29 In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt′vuam acerbam, & dentes filiorum″obſtupuerunt:

30 Sed vnuſquiſque propter iniquitatem ſuā morietur: omnis hominis qui comederit vuam acerbam obſtupeſcent dentes.

Omnes in peccato ſuo morietur

31 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & feriam cum domo Iשraאél & cum domo Iehudáh fœdus nouum:

32 Non ſecundum fœdus quod pepigi cum Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos è terra AEgypti: quia ipſi irritum fecerunt pactū meum,″& ego dominatus ſum eis, dixit Iehouáh.

Teſtamentum nouum.

33 Sed iſtud eſt fœdus quod feriam cum domo Iשraאél poſt dies ipſos, dixit Iehouáh: Dabo Legem meam″in medio eorum,″& in

20 *Eſt* mihi לי *fuit* mihi.q.d.non.peccauit enim: ideo eieci illum. Delectabilis? שעשועים Ad verbum, delectationū? deliciarū? Alii, lætitiarū? Alii, luſuum? Alii, ſolatiorū, ſub.meorum? .i.cum quo iocari debeam vt ſolent patres iocari cum filiis morigeris, & qui in omnibus ſtudent ſeruare iuſſa paterna? q.d.non. Loquutus ſum de eo, דברי בו Infinit.Heb.& ב pro מן de.attamen quum illi ſim loquutus, adhuc illius meminero. Quidam per præſens vertunt, Tamen ex quo loquor, &c.i.ex quo tempore loqui incipio, ſiue ſermonem facio de illo, ſoleo adhuc recordari amoris quo antea ſolitus ſum illum proſequi. Sonuerunt המו infremuerunt.commota ſunt.

21 Signa, ציונים titulos.i.lapides erectos quales ſolent erigi in agris ad indicandam viam. Cumulos alt. תמרורים aceruos. ſub. lapidum. Ad ſemitā למסילה Propriè ſignificat viam ſtratā lapidibus. Gallicè *chauſſee*.q.d.adhibe animū & mentē ad conſiderandas vias per quas in captiuitatem profecta es: nam per eaſdem reuertêris. 22 Vertes te, &c. תתחמקין וגו׳ vagaberis. Alii, diuertes.aut declinabis.i.viues ſine certa lege.q.d.diu quidem, ſed non ſemper. Rebellis? השובבה immorigera? auerſatrix? Circundabit תסובב cinget.amplectetur. 23 Quum conuertero cap.eo. בשובי את־שבותם .i.quum reduxero eos qui iam captiui ſunt: ſiue quum aſſeruero eos in libertatem veram. 24 Et proficiſcentur ונסעו .i.vagabuntur huc illuc.q.d.non tantùm vrbani, ſed & ruſtici. Quidam ſeparant agricolas à proficiſcentibus cum grege, vertentes, Et agricolæ & qui mutant loca cum grege ſuo.i.paſtores quibus ſæpe diſſidium eſt cum agricolis. 25 Inebriaui הרויתי Præt.Heb.pro fut.inebriabo, implebo. Inebriare pro reficere, & ſatiare.more Hebraico poſitum eſt. 26 Expergefactus ſ. הקיצותי euigilaui. Verba ſunt Prophetæ. Et vidi, ואראה poſteaquam vidi.ſic vertendū ו hoc loco, vt quidam volunt.q.d.poſteaquam vidi per ſomnium prophetiam illam de Chriſto venturo, euigilaui protinus: & recordatio talis ſomnii in quo talē prophetiā viderā, fuit mihi gratiſſima. Dulcis fuit mi. ערבה לי: ſub.quia plena gaudii erāt verba illa. Liberius quidā totum verſum ſic conuertunt, idcirco euigilaui, & ſuſpexi, vbi ſuauiter dormieram. 27 Et ſeminabo, &c. וזרעתי וגו׳ Hebraiſmum ſic exponunt nonnulli, futurum eſt vt impleam Iudam & Iſraelem hominibus & opibus quæ olim erant in gregibus & pecoribus.

28 Quemadmodum ſolicit.f. כאשר שקדתי Ad verbum, Quemadmodum vigilaui ſuper eos vt euellerem *eos*, &c.i.vt omnem curā & diligentiam poſui in illis euertendis, &c.q.d.vt olim ſeuerè cum illis egi, animaduertendo in illos, ſic illis omnia flagitia condonabo, eóſque in integrum reſtituam. Et deſtruendū ולהרוס & euertendum.vel, vt contererem. Et affligendum ולהרע & vt confringerē. Solicitus ero אשקוד Ad verbum, vigilabo. Idem verbum quod paulo antè. Ad ædificandum & plant. לבנות ולנטוע vt ædificem & plantem.ſub eos. 29 Vuam acer. בוסר fructum immaturum. Obſtupuerunt: תקהינה: Fut.Heb.pro præſ.vt quidam vertunt, obſtupeſcunt.hebetantur.infirmantur.debilitantur. Prouerbium Hebraicum, acſi dicas, Filii luunt pœnas propter peccata parentum.

32 Et ego dominatus ſ.eis ואנוכי בעלתי בם quanuis dominatus ſim in eis.i.quanuis fuerim eis in Deum. Alii, & fui maritus eis. Aut, egi maritum erga illos.i.ego verò ſemper functus ſum erga illos officio boni ac fidelis mariti. 33 In medio e. בקרבם in intimis eorum.vel interiora.i.in viſceribus eorum. Et in cor e. ועל־לבם Hîc ו pro Id eſt ponitur. Exponit enim quid vocet interiora, ſiue medium eorum.

corde eorum deſcribam eam:& ero eis in Deum,& ipſi erunt mihi in populum.

Docti à Deo Christiani.

34 Nec docebunt vltrà vnuſquiſque proximũ ſuũ, & vnuſquiſque fratrẽ ſuũ,dicẽdo,Cognoſcite Iehouã:omnes enim cognoſcẽt me à minimo eorũ vſque ad maximũ eorũ,dixit Iehouáh: quia″propitiabor iniquitati eorũ,& peccati eorũ non recordabor amplius.

Remiſſio peccatorum.

35 ″Sic dixit Iehouáh,″qui dedit ſolem in lucẽ diei, & ″ſtatuta lunæ & ſtellarum in lucem noctis:″qui rupit mare,& ſonuerunt fluctus eius,Iehouáh exercituum nomen eius.

36 ″Si amoueri poſſunt ſtatuta iſta à facie mea, dixit Iehouáh, etiã ſemẽ Iשſraאél ʹamoueri poterit vt nõ ſit gẽs corã me cũctis dieb⁹.

Promittit Deus ſe non omnino abiecturũ populũ ſuũ Iudaicum.

37 Sic dixit Iehouáh, ″Si mẽſurari poſſint cæli ſurſum,& ĩueſtigari fundamenta terræ deorſum , etiam ego abiiciã vniuerſum ſemen Iשſraאél propter omnia quæ fecerunt,dixit Iehouáh.

De reædificatione Ieruſalem.

38 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & ædificabitur ciuitas ipſi Iehouæ à turre חHananאél vſque ad portam″anguli.

39 ″Et exibit vltrà filum menſuræ coram eo ſuper collem Garéb, ″& circuibit Goyáth,

40 Et totam vallem″cadauerum,& cineris *locum*,″& vniuerſas regiones vſque ad torrentem Cidrón, & vſque ad angulum portæ″equorum ad Orientem, ″ſanctitas ipſi Iehouæ *erunt*:″nõ euelletur neque deſtruetur vltrà in ſeculum.

Cap. XXXII.

Coniicitur Ieremias in carcerẽ, quòd ciuitatem capiendam à Rege Babylonis prophetaſſet.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh anno decimo צSidciiáhu Regis Iehudáh : ipſe eſt annus decimuſoctauus Nebuchadrאeצſár.

2 Tunc autem exercitus Regis Babél obſidebat Ieruשſaláim, & Irmeiáhu propheta erat incluſus″in atrio cuſtodiæ,quæ erat in domo Regis Iehudáh:

3 Incluſerat enim eum צSidciiáhu Rex Iehudáh, dicendo, Quare tu″vaticinaris,dicendo,Sic dixit Iehouáh , Ecce ego trado ciuitatem iſtam in manum Regis Babél,& capiet eam?

4 Et,צSidciiáhu Rex Iehudáh non euadet de manu Chaשſdím:ſed tradendo tradetur in manum Regis Babél,″loquetúrque os eius cum ore illius,& oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et *in* Babél ″ire faciet צSidciiáhu, ibíque erit ″donec viſitauero eum,dixit Iehouáh. ſi dimicaueritis cum Chaשſdím , non proſperè vobis cedet.

6 Et dixit Irmeiáhu,Fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

ribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam:& ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

34 ‖Et non docebit vltrà vir proximũ ſuum,& vir fratrem ſuum,dicẽs,Cognoſcite Dominum:omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximũ,ait Dominus:‖quia propitiabor iniquitati eorum,& peccati eorum non memorabor amplius.

Eſa.54.f.13 amos 6.e.45 & 14

Act.10.g.43

35 Hæc dicit Dominus qui dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ & ſtellarũ in lumine noctis: qui turbat mare,& ſonãt fluctus eius,Dominus exercituum nomen illi.

36 Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Dominus,tũc & ſemẽ Iſrael deficiet,vt non ſit gens coram me cunctis diebus.

G

37 Hæc dicit Domin⁹,Si mẽſurari potuerint cæli ſurſum,& inueſtigari fundamenta terræ deorſum : & ego abiiciam vniuerſum ſemẽ Iſrael propter omnia quæ fecerunt,dicit Dominus.

38 Ecce dies veniunt,dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vſque ad portã anguli.

39 Et exibit vltrà norma menſuræ in conſpectu eius ſuper collẽ Gareb, & circuibit Goátha,

40 Et omnem vallem cadauerũ, & cineres , & vniuerſam regionẽ mortis vſque ac torrẽtem Cedron, & vſque ad angulum portæ equorum Orientalis,ſanctum Domini: non euelletur & nõ deſtruetur vltrà in perpetuum.

Cap.XXXII.

1 VErbũ quod factũ eſt ad Ieremiã à Domino in anno decimo Sedeciæ Regis Iuda:ipſe eſt ãnus decimuſoctauus Nabuchodonoſor.

2 Tunc exercitus Regis Babylonis obſidebat Ieruſalẽ , & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo Regis Iuda :

3 Clauſerat enim eum Sedecias Rex Iuda,dicens,Quare vaticinaris,dicẽs, Hæc dicit Dominus , Ecce ego dabo ciuitatem iſtam in manu Regis Babylonis,& capiet eam?

4 Et,Sedecias Rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum : ſed tradetur in manus Regis Babylonis,& loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et in Babylonem ducet Sedeciam, & ibi erit donec viſitem eum,ait Dominus.ſi autem dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperum habebitis.

6 Et dixit Ieremias,Factum eſt verbũ Domini ad me,dicens,

34 Propitiabor iniqui.e. אסלח לעוונם condonabo eis ſcelera eorum. 35 Qui dedit נותן Præſ.Heb.qui dat Statuta חוקות leges.i.qui dedit,ſiue dat lunæ & ſtellis leges ortus & occaſus. vel,qui præfecit & præpoſuit lunam & ſtellas nocti, vt illam illuſtrent. Qui rupit רוגע Præſ.Heb.rumpit.vertere potes per præteritum,ſcidit mare *rubrum*, & fremuerunt,vel fremebant, aut tumultũ faciebãt.

36 Si amoueri poſſ.&c.אם ימושו החוקים האלה Si recedãt leges iſtæ.Si deſinãt eſſe. Alii,Si ablatæ fuerint leges iſtæ.vel ordinationes.ſub. ſolis,lunæ,& ſtellarum.q.d.vt ſol,luna, & ſtellæ quandiu mundus erit,ſuam lucem & ſua officia non poſſunt non ſeruare : ſic nec populus Dei deſinet eſſe Dei populus. Amoueri po. ישבתו recedet.ceſſabit. deficiet.id eſt deſinet eſſe gens. 37 Si menſurari poſſ. &c.'אם ימדו וגו q.d.ſiquis agere poſſit menſuram à terra ipſa vſque ad ſupremum cælum:& à ſuperficie terræ vſque ad ce trum eius.

38 Anguli. הפנה: Id eſt angulorum,vt habes in Zacharia,cap.14.c.10, vbi eadem prædicuntur.

39 Et exibit,&c. ויצא עוד קו המידה נגדו Et exibit vltrà funiculus menſuræ *à* conſpectu eius.ſub.portæ. Quidam liberius,Et inde latius regula menſuræ exibit vſque ad,&c. Alii,Hinc vltrà ducetur funis mẽſuræ ante ipſam. Et circuibit ונסב & vertet ſe.ſub.funis illinc.Hæc loca,vicina ſunt ipſi Ieruſalem.q.d. Ieruſalem amplioribus finibus extruetur quàm antea.

40 Cadauerum, הפגרים quòd ſcilicet illic interfecti fuiſſent Aſſyrii ab Angelo. Quidam in nominatiuo vertunt verſum iſtum , Et tota vallis cadauerum,& cineris *locus*,& vniuerſi agri vſque ad torrentem Cidron,&c.vt ad ſequentia referatur, nempe erunt ſanctitas Iehouæ.Cinerem,ſiue locum cineris vocat in quem cineres ſacrificiorum effundebantur. Et vniuerſas reg. וכל השרמות & vniuerſa cãpeſtria.aut,& vniuerſi agri. Equorum, הסוסים quòd illic exercerẽtur equi Regii. Sanctitas ipſi Iehouæ קודש ליהוה.i.conſecrabuntur Domino. Non euelletur לא ינתש .i.non euertetur.ſub.quod conſecratum fuerit Domino.q.d.perpetuò ſacra erit Domino Eccleſia.

IN CAPVT XXXII.

2 In atrio בחצר in veſtibulo.Chaldæus paraph.in habitaculo domus vinctorum.Cuſtodiam vocat carcerem.Quidam annotant inuerſionem eſſe verborum Hebræis,in atrio cuſtodiæ quæ erat in domo:pro,in cuſtodia[ſiue carcere]quæ erat in atrio palatii,&c.

3 Vaticinaris ניבא .i.quare vaticinatus es fore vt hæc vrbs veniat in poteſtatem Regis Babylonis,& expugnetur ab eo?

4 Loquetúrque,&c. ודבר־פיו עם־פיו ועינו את־עיניו תראינה: .i.alloquetur eum coràm,ac videbit.Hebraiſmus.

5 Ire fa. יוליך deducet. Donec viſit.e. עד־פקדי אותו .i.donec tollam animam eius ab eo,& moriatur.Hebraiſmus.

7 Ecce Hanameel filius Sellũ patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meum qui eſt in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas.

B 8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei, ſecundum verbum Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me, Poſſide agrum meum qui eſt in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi cõpetit hæreditas, & tu propinquus es vt poſſideas. intellexi autẽ quòd verbum Domini eſſet.

9 Et emi agrũ ab Hanameel filio patrui mei q̃ eſt in Anathoth: & appẽdi ei argẽtũ ſeptẽ ſtateres, & decẽ argẽteos:

10 Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes, & appendi argentum in ſtatera:

11 Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus.

12 Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri filii Maaſiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis teſtiũ qui ſcripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorum qui ſedebant in atrio carceris.

13 Et præcepi Baruch corã eis, dicẽs,

14 Hæc dicit Dominus exercituũ, Deꝰ Iſrael, Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librũ hunc qui apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis.

C

15 Hæc enim dicit Dominꝰ exercituũ, Deus Iſrael, Adhuc poſſidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta.

16 Et oraui ad Dominum poſtquam tradidi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens,

17 Heu, heu, heu, Domine Deus, ecce tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extẽto: nõ erit tibi difficile õne verbũ.

Exod.34.a.7 deut.5.a.9.

18 ‖Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos fortiſſime, magne, & potẽs, Dominus exercituum nomen tibi.

19 Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſũt ſuper omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique ſecundũ vias ſuas, & ſecundum fructũ adinuentionũ eius.

20 Qui poſuiſti ſigna & portenta in terra AEgypti vſque ad diem hãc, & in Iſrael, & in hominibus: & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc.

7 Ecce חHanameאél filius שSallúm patrui tui venit ad te, dicendo, Eme tibi ″agrum meum, qui eſt in עAnathóth: quia tuũ eſt ″iure redemptionis, vt emas.

8 Venit ergo ad me חHanameאél filiꝰ patrui mei ″iuxta verbũ Iehouæ ″ad atrium cuſtodiæ, & ait ad me, Eme quæſo agrũ meũ qui eſt in עAnathóth, quæ eſt in terra Biniamĩ: quia tuus eſt iure hæreditario, & tua eſt redẽptio, eme tibi. ″tũc cognouiq́ verbũ Iehouæ eſſet.

9 Emi itaque agrum ab חHanameאél filio patrui mei qui erat in עAnathóth, & appẽdi ei argentũ ſeptẽ ″שſecalím, & decẽ ″argẽteos:

10 Et ſcripſi ″in libro, & ſignaui, ″teſtificaríque feci teſtes, & appẽdi argentum in ſtatera:

11 ″Accepi poſthæc librum emptionis *illius* ſignatum ″*ſecundum* præceptum & conueſtudines *Legis*, & *librum* ″apertum.

12 Et dedi librũ emptionis Barúch filio Neriiáh filio Maחhסſeiáh in oculis חHanameאél patruelis mei, & in oculis teſtiũ qui ″ſcripti erant in libro emptionis, in oculis *inquam* omniũ Iehudæorum qui manebant in atrio ″cuſtodiæ.

13 Et præcepi Barúch in oculis eorum, dicendo,

14 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iשſraél, Tolle libros iſtos, librum emptionis hunc, ″& ſignatum, & librum apertũ hunc: & pone eos in vaſe fictili, vt ſtent diebus multis.

15 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, Deus Iשſraאél, Adhuc ″poſſidebuntur domus, & agri, atque vineæ in terra iſta.

16 Et oraui Iehouam, poſtquam dedi librum emptionis Barúch filio Neriiáh, dicendo,

17 Aháh Domine Iehouáh, ecce tu feciſti cælum & terram potentia tua magna, & brachio tuo extẽto: nec eſt abſcõditũ à te quicq̃.

18 Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis ″iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos, *tu es* Deus magnus, potẽs, Iehouáh exercituum ″nomen eius.

19 ″Magnus conſilio, & multus opere: quia oculi tui aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum hominum, vt des vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum operum ſuorum.

20 Qui ″poſuiſti ſigna & portẽta in terra AEgypti vſque ad diẽ hãc, & in Iשſraאél, ″& in homine, & feciſti tibi nomẽ ″ſecũdũ diẽ hanc.

Per agrum emptum à Ieremia iuſſu Domini, ſignificatur populũ reuerſurũ in poſſeſſionem terræ ſuæ.

7 Agrum m. שדי agellum meũ. prædiũ. Agrum hic intelligit prædiũ vrbanum. i. ædificium in vrbe cum horto olitorio ſatis amplo. Erat enim Leuita Hanameel, vnde non licuiſſet illi agrum arabilem poſſidere, nec Ieremiæ illũ emere. nam etiã Ieremias erat Leuita. Iuræ red. vt emas, משפט הגאלה לקנות׃ eius propinquitatis. i. tibi competit vt emas illud ratione propinquitatis. q. d. etiam ſi alteri venderem agrum, tibi competeret illum redimere, ne ad aliam trãſferretur tribum: quantomagis igitur teneris emere eum? De hoc vide Leuit. 25. e. 32. 8 Iuxta ver. Ieh. כדבר יהוה. i. vt prædixerat mihi Dominus. Ad atrium cuſt. אל־חצר המטרה Vide ſuprà verſu 2. Tunc cog. ואדע Hic ו pro Tũc accipitur. Hebraiſmus autẽ eſt, cognoui quòd ille miſſus eſſet à Domino. 9 שSecalim שקלים ſiclos ſacros intelligit: vt per decẽ argenteos, mediũ ſicli. Conſtabat autem ſiclus ſacer, ſiue ſanctuarii, viginti obolis, vt liquet Exod. 30. b. 13, Leuit. 27. c. 25, & Num. 3. g. 47. Rectè verò ſacer ſiclus hic intelligitur: quia Leuita à Leuita emebat: ad quos ſacri ſicli pertinebant. Siclus ſacer opponitur profano, quem quadraginta obolos valuiſſe ſcribunt nonnulli. Argenteos. הכסף׃ ſub. nummos. 10 In libro, בספר in libello. i. curaui id ſcribendũ in libello, ſiue charta, & obſignandũ, idque præſentibus teſtibus. De inſtrumẽto publico loquitur. Primùm enim cõſcribebatur inſtrumentũ, in quo exprimebatur pretium rei venditæ. Dein teſtes contractus adhibebantur, qui iſtrumento nomina ſua adhibebant. Tertio loco inſtrumentũ obſignabatur publico annulo. Poſtremò pecunia numerabatur & appendebatur. In contractu autem venditionis duo fiebant inſtrumenta: quorũ alterum annulo publico obſignabatur, quo carebat alterum: vnde minus authoritatis & fidei habebat. Nam ſiquando emptor ob rem emptam vocabatur in ius, obſignato inſtrumento locus erat apud iudices, non aperto illi & reſignato. Præcipui ergo inſtrumenti primo loco hic fit mentio, dein alterius, idque in fine ſequentis verſus. Hoc ſecundum vocant *copiam*, aut *duplum*. Teſtificaríque fe. te. ואעד עדים atteſtatus ſum teſtes. i. adhibui teſtes. 11 Accepi poſt hæc ואקח Ad verbum, Et accepi. *Secundum* præcep. & conſ. המצוה והחקים Ad verbum, præcepti & conſuetudinum. i. in quibus cum re empta & eius pretio ſcribebantur leges illæ quæ ad redemptionem fundorũ pertinent, quarũ mentio fit Leuit. 25. c. 23 e. 32. ſiue in quo deſcribebatur Lex Dei de emendo & vendẽdo, & conditiones emptionis & venditionis. Quidam vertunt, obſignatum *pro* more ac ritu. Alii, obſignatum *iuxta* præceptum & ritus *Legis*. Apertum. הגלוי׃ patens. vulgò vocant *copiam*, vt præcedenti verſu dictum eſt. 12 Scripti erant הכותבים ſcripſerant. i. adſcripſerant, ſiue ſubſcripſerant ſua nomina vel ſigilla. Cuſtodiæ. המטרה׃ . i. in quo erat cuſtodia, ſiue carcer. 14 Et ſignatũ ואת החתום Hic ו pro Id eſt ponitur: aut geminatur vt ſæpe fit in ſermone Latino. 15 Poſſidebuntur יקנו ementur. comparabuntur. 18 Iniquitatem עון . i. punis poſteros impiorũ ſi imitẽtur rationem vitæ, ſiue ſcelera ac flagitia maiorum ſuorum. Nomen e. שמו׃ Phraſis Hebraica, pro, cuius nomen eſt Iehoua exercituum. 19 Magnus גדול Comparatiuo & ſuperlatiuo nomine carent Hebræi, quorum alterum circũloquũtur per יותר מן magis quàm: alterum per מאד ſemel poſitũ, vel repetitum. Vertere hic potes maximus. q. d. qui maximè vales conſilio, & id opere perficere ſoles. 20 Poſuiſti שמת ponere pro facere, more Hebræorum. Et in homine ובאדם . i. in reliquis hominibus. Secundum diem hanc, כיום הזה׃ . i. qualis eſt etiam hodie.

21 Et eduxiſti populum tuum Iשſraאél è terra AEgypti ſignis, & portentis,& manu robuſta, & brachio extento, & terrore magno.

22 Et dediſti eis terram hanc ſuper quam iuraſti Patribus eorum quòd dares eis,terram fluentem lacte & melle.

23 Et ingreſſi ſunt,& poſſederunt eam:& *tamen* non obedierunt voci tuæ,nec in Lege tua ambulauerunt:cũcta quæ præcepiſti eis vt facerent ,non fecerunt : ʹpropterea euenire feciſti eis vniuerſum malum hoc.

24 ʹEcce arietibus ingreſſi ſunt ciuitatem ad capiendũ eam,& vrbs data eſt in manu Chaשſdím pugnãtiũ aduerſus eã: ″propter gladiũ & famẽ & peſtilentiã:& quod″loquutus es,fuit,& ecce tu cernis.

25 Tu autẽ dixiſti mihi Domine Iehouáh,Eme tibi agrum argẽto, ʹ&teſtificari fac teſtes:& *tamen* vrbs tradita eſt in manũ Chaשſdím.

26 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu,dicendo,

27 Ecce ſum Iehouáh Deus vniuerſæ carnis:nunquid à meʹcelabitur quicquam?

28 Propterea ſic dixit Iehouáh, Ecce trado ciuitatem iſtam in manum Chaשſdím , atque in manũ Nebuchadrאeצſár Regis Babél, & capiet eam:

29 Et venient Chaשſdím ʹqui præliantur aduerſum vrbem hanc, & ſuccendent ciuitatem iſtã igni , & comburent eam : & domos ſuper quarum tecta adoleuerunt ipſi Báyal, & libauerunt libamina diis alienis vt ad iracundiam prouocarent me:

30 Quia fecerunt filii Iשſraאél & filii Iehudáhʹprofectò malum in oculis meis″ab adoleſcẽtia ſua:quia *inquam* filii Iשſraאél profectò ad iracundiã prouocauerũt me opere manuũ ſuarum,dixit Iehouáh.

31 Quia″in furore meo & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerũt eã,vſq; ad diẽ hancʹvt auferre faciã eam à facie mea:

32 Propter omnem malitiam filiorum Iשſraאél, & filiorum Iehudáh quam fecerunt vt irritarent me,ipſi, Reges eorum, principes eorum,Sacerdotes eorum & Prophetæ eorum, & viri Iehudáh, & habitatores Ieruשſaláim:

33 ″Et verterũt mihi ceruicẽ,& nõ faciem:& quũ docerẽ eos″manè ſurgendo,& docendo,″non audiebant vt reciperent diſciplinam,

34 Sed poſuerunt abominationes ſuas in domo″ſuper quam inuocatum eſt nomen meum,vt polluerent eam.

35 Et ædificauerunt ʹexcelſa Báyal, quæ ſunt in valle filii Hinnóm, ʹvt tranſire facerent filios ſuos & filias ſuas ipſi Mólech: quod non præcepi eis, ″nec aſcẽdit in cor meũ, vt facerent abominationem hanc,vt peccare facerent Iehudáh.

36 Nũc autem ″propterea ſic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél ad ciui-

D 21 Et eduxiſti populum tuũ Iſrael de terra AEgypti,in ſignis,& in portentis,& in manu robuſta, & in brachio extento,& in terrore magno.

22 Et dediſti eis terram hãc quam iuraſti Patribus eorum vt dares eis,terram fluentem lacte & melle.

23 Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eã: & non obedierunt voci tuæ,& in Lege tua non ambulauerũt,omnia quæ mãdaſti eis vt facerent , non fecerũt: & euenerunt eis omnia mala hæc.

24 Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatẽ vt capiatur: & vrbs data eſt in manus Chaldæorum qui præliantur aduerſus eã:à facie gladii, & famis,& peſtilentiæ: & quæcũque locutꝰ es,acciderũt vt tu ipſe cernis.

25 Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrũ argẽto,& adhibe teſtes:quũ vrbs data ſit in manus Chaldæorum.

26 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam,dicens,

27 Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis : nunquid mihi difficile erit omne verbum?

E 28 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatẽ iſtam in manus Chaldæorum,& in manus Regis Babylonis,& capient eam:

29 Et venient Chaldæi præliantes aduerſum vrbem hanc,& ſuccendent eã igni,& comburent eam:& domos in quarũ domatibus ſacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me:

30 Erãt enim filii Iſrael & filii Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua:filii Iſrael qui vſque nunc exacerbãt me in opere manuum ſuarum,dicit Dominus.

31 Quia in furore,& in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam , vſque ad diẽ iſtã qua auferetur de conſpectu meo:

32 Propter malitiam filiorum Iſrael & filiorum Iuda quã fecerunt,ad iracundiam me prouocãtes, ipſi,& Reges eorũ,principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum,viri Iuda & habitatores Ieruſalem:

F 33 Et verterunt ad me terga & nõ facies quũ docerẽ eos diluculò , & erudirem,& nollent audire vt acciperẽt diſciplinam,

34 ¶Et poſuerunt idola ſua in domo in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam. 4.Reg.21.a.4

35 Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filii Ennom:vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch:quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meũ vt facerẽt abominationẽ hanc, & in peccatum deducerent Iudam.

36 Et nunc propter iſta,hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hãc

---

23 Propterea eue.fe.e. ותקראאותם Hîc ו pro Propterea poſitum. 24 Ecce ariet.ing.ſ.ciu. הנה הסוללות וגו׳ Certè catapultæ venerunt *ad murũ* vrbis. סוללות ſignificat tormẽta illa quibus cõiicere ſiue iaculari ſolent ſaxa ingẽtia in mœnia vrbis vt illa deiiciant.q.d.Certè baliſtæ, aut catapultæ iam admotæ ſunt muro huius vrbis ad capiendam eam.Præt.Heb.pro futuris. Propter gla. מפני החרב Ad verbum,à facie gladii.i.tradetur vi gladii,famis & peſtis.q.d.capietur hæc vrbs à Chaldæis,ſed fame & peſte prius afflicta. Obſidionem longã comitari ſolet fames,& famem peſtis.vnde famis & peſtis hîc commodè fit mentio. Loquutus es דברת ſub.per Prophetas.q.d.quod autem prædixiſti eueniet,& tu quidẽ iam vides illud. 25 Et teſtificare fa.te. והעד עדים & atteſtare teſtes.i.adhibe teſtes huius emptionis. 27 Celabitur יפלא occultabitur.Phraſis Hebræa,pro,Méne latebit[ſiue latere poteſt]quicquã? Quidam vertunt,Nunquid mihi difficile eſſe poteſt quicquã? 29 Qui præl. הנלחמים .i qui oppugnãt. 30 Profectò אך tantùm.vel tantũmodo. Ab adoleſcentia ſ. מנעורותיהם à pueritia ſua.Per pueritiã intelligit tẽpus quo populus ille habitabat in deſerto. 31 In furore meo & in ira m. על־אפי ועל־חמתי .i.ira ac indignatio mea fuit aduerſum vrbẽ iſtam,ſiue iratus ſum vrbi iſti,&c.vel,vrbs iſta prouocauit me ad iram.ratio etiam eſt quare tradenda ſit ciuitas Babyloniis. Vt auferre fa.e. להסירה vt auferã eam,vel tollã eam. 33 Et verterũt mihi cer. ויפנו אלי עורף .i.deſeruerunt me. Manè ſur. השכם Vide eadem & ſuprà cap.11.b.7,&25.a.3.& 26.a.5,& 29.c.19. Non audiebant ואינם שומעים Ad verbum, & nõ audiebãt.Redũdat ו,hoc loco.i.nõ paruerũt monitis meis vt reſipiſcerẽt. 34 Super quam,&c. אשר־נקרא וגו׳ .i.quæ dicebatur mea,ſiue de nomine meo,& mihi cõſecrata. 35 Excelſa במות Ita dicuntur altaria quòd attollantur ſurſum. Vt tranſire facerent להעביר vt traducerent.ſub.per ignem.Plenam locutionẽ lege 2.Reg.21.a.6,& Ezech.20.e.31.i.vt conſecrarent ipſi Molech. Hæc autem initiandi ratio erat,Extruebantur duæ pyræ, & initiandus nudis pedibus eas pertranſibat. Nec aſcendit,&c. ולא עלתה על־לבי .i.ne cogitaui quidem vt præciperem illis vt facerent,&c. 36 Propterea לכן .i.ne deſperent,aut deſpondeant animum.

de qua vos dicitis quòd tradatur in manus Regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte:

37 Ecce ego congregabo eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum iſtũ, & habitare eos faciã cõfidenter.

Ezech.11.c.19

38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis dieb⁹: vt bene ſit eis & filiis eorũ poſt eos.

G

40 Et feriam eis pactum ſempiternũ, & non deſinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me.

41 Et lætabor ſuper eis, quũ bene eis fecero: & plãtabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo & in tota anima mea.

42 Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic adducã ſuper eos omne bonũ quod ego loquor ad eos.

43 Et poſſidebuntur agri in terra iſta de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eo quòd non remanſerit homo & iumẽtum, & data ſit in manus Chaldæorũ:

44 Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtis adhibebitur in terra Beniamin & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatib⁹ Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia cõuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

Cap. XXXIII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecundò (quum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris) dicens,

2 Hæc dicit Dominus qui factur⁹ eſt: Dominus formaturus illud & paraturus, Dominus nomen eius.

3 Clama ad me, & exaudiã te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ neſcis:

4 Quia hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos Regis Iuda quæ deſtructæ ſunt, & ad munitiones, & ad gladium

5 Venientium vt dimicent cũ Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſſi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum.

6 Ecce ego obducam ei cicatricẽ & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationẽ pacis & veritatis.

---

tatem hanc de qua vos dicitis, Tradetur in manũ Regis Babél gladio, & fame, & peſte:

37 Ecce ego ˊcõgrego eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: rediréque faciã eos ad locum iſtum, & habitare faciam eos ˝confidenter.

38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

Populus Dei.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me cũctis diebus: vt bene ſit eis & filiis eorum poſt eos.

40 Feriam quoque cum eis pactum ſempiternum, quòd ˝non reuertar à tergo eorum vt benefaciam eis: & timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me.

Dei donum, timor ſui, vt fugẽtur peccata.

41 Et lætabor ſuper eos benefaciendo eis, plãtabóque eos in terra hac in veritate, toto corde meo, & tota anima mea.

42 Quoniam ſic dixit Iehouáh, Sicut induxi ſuper populum iſtum omne malum grande hoc: ſic inducã ſuper eos omne bonũ quod loquor ſuper eos.

43 Et poſſidebitur ager in terra iſta, de qua vos dicitis, Deſerta eſt abſque homine & iumento, tradita eſt in manum Chaשſdím:

44 Agros argento ement, & ˝ſcribent in libro, & ſignabunt, ˝& teſtificari faciẽt teſtes in terra Beniamín, & in circuitu Ieruשſaláim, & in ciuitatibus Iehudáh, & in ciuitatibus mõtanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ſunt ad Auſtrum: quia redire faciam captiuitatem eorum, dixit Iehouáh.

Cap. XXXIII.

1 E˝T fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu ſecundò, (ipſe autem adhuc erat clauſus ˝in atrio cuſtodiæ) dicendo,

Monetur Propheta orare pro populi liberatione quam promittit Dominus.

2 Sic dixit Iehouáh ˝qui facit eam, Iehouáh qui format eam ˝vt ſtabiliat illam, Iehouáh nomen eius.

3 Clama ad me, & reſpondebo tibi, ˝& annuntiabo tibi grandia ˝& fortia quæ non noſti:

4 Sic enim dixit Iehouáh Deus Iשſraאél ˝ad domos vrbis huius, & ad domos Regũ Iehudáh, ˝quæ deſtructæ ſũt arietib⁹ & ſecuribus:

5 Eo quòd *habitatores earum* ˝venerunt vt dimicarent cũ Chaשſdím ˝ad implendum eas *domos* cadaueribus hominum quos ˝percutere feci in furore meo & ira mea: ˝& quia abſcondi faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum.

6 Ecce ego ˝curo ipſi *Ieruſaláim* ſanitatem, & medicinam, & curabo eos: & reuelabo eis ˝multitudinem pacis & veritatis.

37 Congrego eos מקבצם Præſ.Heb.pro fut. Confidenter. : לבטח .i.in magna fiducia, & abſque metu & formidine.
40 Non reuer.à tergo, &c. לא־אשוב מאחריהם וגו׳ non retrò ab eis abſcedã quominus benefaciã eis.i.non deſinã amore proſequi illos, benefaciendo illis. 44 Et ſcribent, &c. וכתוב בספר וחתום Infinitiui ſunt Heb.quos quidam per ſingularem vertunt, quum exponi debeant per pluralem, quòd præceſſerit plurale verbum, ement. Scribent, inquit, contractum emptionis in libello, id eſt inſtrumento publico, inſtrumento inquam emptionis, & adiecto ſigillo diligenter claudent inſtrumentum illud: & adhibebunt teſtes qui ſubſcribent nomina ſua. Vide 10 verſum huius capitis. Et teſtificari fa.teſtes והעד עדים & atteſtabuntur teſtes.i.adhibebunt teſtes.

IN CAPVT XXXIII.

1 Et fuit ויהי Et factum eſt. In atrio cuſtodiæ בחצר המטרה Vide caput præcedens, verſu primo. 2 Qui facit eam, עושה Præſ.Heb.pro fut.facturus eſt eam.i.magnificaturus & amplificaturus eſt eam, aucturus dignitatibus & honoribus. Vt ſtabiliat illam להכינה vt confirmet eam.vel diſponat.præparet. 3 Et annuntiabo ואגידה & indicabo. Et fortia ובצרות Ad verbum, & munita. Quidam, recondita. Alii, ardua & difficilia, exponunt. 4 Ad domos על־בתי de domibus. Mox domos Regum appellat pluraliter, quòd Reges domũ æſtiuam haberent, & domũ hybernam: alteram in vrbe, alterã extra vrbem. vel, domos dicit quòd in regia eſſet multiplex ædificiũ. Quæ deſtructæ, &c. הנתוצים וגו׳: quæ deſtruentur [vel, deſtruẽdæ ſunt] balliſtis & gladio. vel, aggeribus & bipenni.aut, malleo. vt אל pro ב ponatur. Chaldæus paraph.interpretatur, quas demolìti ſunt vt accumularent aggeres ad firmamentũ murorum aduerſus eos qui gladio trucidabant. Quidam dicunt סוללות fuiſſe inſtrumenta ferrea quibus deiiciebant muros. Vide præcedenti capite, verſu 24 5 Venerunt vt dimi. באים להלחם .i.ſtatuerunt, aut conati, ſiue auſi ſunt dimicare. Ad implendũ eas ולמלאם Abũdat ו hoc loco.niſi vertas, & vt implerent eas.ſub.domos. Relatiuũ pro antecedente.i.& ita efficerent vt implerent, vel replere facerẽt domos cadaueribus. ſiue in cauſa ſint vt multis Iudæis cæſis, Chaldæi cadaueribus humanis domos Iuda repleant. Percutere feci הכיתי percuſſi. Et quia abſcondi ואשר הסתרתי Alia eſt ratio. Quidam vertunt, & quibus abdidi.i.propter quos. Quidam per gerundium vertunt, abſcondendo faciem, &c. 6 Curo ipſi, &c. מעלה לה ארוכה Præſ.Heb.pro fut. Ad verbum, aſcendere facio, pro imponã, [vel adhibebo] ipſi Ieruſalem medelam. vel, cataplaſma.i.adhibito cataplaſmate & medicina, curabo eos. Quæ ſit hæc medicina, mox ſequentibus declarat, nempe pacem & veritatem Multitudinẽ pacis, &c. : עתרת שלום ואמת .i.depromam eis multiplicem pacẽ, & ſtabo promiſſis. Hìc declarat quæ eſſet illa ſanitas. vt hìc accipias ו ſiue &, pro id eſt. Sequẽti verſu exponit quid per veritatẽ intelligat.

7 ʹEt redire faciam captiuitatem Iehudáh,& captiuitatẽ Iẇſraℵél: & ædificabo eos ſicut in principio.

Remittit Deus peccata,& benefacit populo,ad gloriam ſuam.

8 Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua qua peccauerunt cõtra me:& parcam omnibus iniquitatibus eorum quibus peccauerunt contra me,& quibus præuaricati ſunt in me.

9 Et erit mihi in nomen,ʺgaudium, laudem & gloriam apud omnes gentes terræ, quæ audierint omne bonum quod egoʹfaciã eis: ʹ& pauebunt,& contremiſcẽt ſuper omni bono,& ſuper omni pace quam ego faciamʹei.

10 Sic dixit Iehouáh,Adhuc exaudietur in loco hoc (de quo dicitis quòd deſertus eſtʹabſque homine, & abſque animali)ʺin ciuitatib⁹ Iehudáh,& in plateis Ieruẇſaláim , quæ deſolatæ ſunt, abſque homine & abſque habitatore,& abſque animali,

11 Vox gaudii & vox lætitiæ,vox ſponſi & vox ſponſæ,vox dicentium,ʹConfitemini Iehouæ exercituũ, quoniam bonus Iehouáh, quoniam in ſeculum miſericordia eius:ʺofferentiumʺconfeſſionẽ in domum Iehouæ:quia reducam captiuitatem terræ ſicut in prĩcipio,dixit Iehouáh.

12 Sic dixit Iehouáh exercituum , Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque homine vſque ad animal , & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum paſtorumʺaccubare facientium gregem *ſuum*.

13 In ciuitatibus *quoque* mõtanis,in ciuitatibus ʺcampeſtribus, & in ciuitatibus quæ ſunt ad Auſtrũ,& in terra Biniamín,& in circuitu Ieruẇſaláim,atque in ciuitatibus Iehudáh adhuc tranſibunt pecoraʺad manus numerantis,dixit Iehouáh.

De CHRISTO naſcituro.

14 Ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,ʺ& confirmabo verbum bonũ quod loquutus ſum ad domum Iẇſraℵél, & ad domum Iehudáh.

15 In diebus illis & in tẽpore illo germinare faciam ipſi Dauidʺgermen iuſtitiæ:& faciet iudicium atque iuſtitiam in terra.

16 In diebus illis ſeruabitur Iehudáh,& Ieruẇſaláim habitabitʹcõfidenter:ʺ& iſte qui vocabit eam,eſt Iehouáhʺiuſtus noſter.

17 Quia ſic dixit Iehouáh,Non excidetur ipſi Dauid vir qui ſedeat ſuper ſolium domus Iẇſraℵél:

18 Et Sacerdotib⁹ Leuitis,Nõ excidetur vir à facie mea qui offerat holocauſtũ,& incẽdat oblationẽ,& faciẽs ſacrificiũ õnibus dieb⁹.

De regno Chriſti in Eccleſia nũquam finituro.

19 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu,dicendo,

20 Sic dixit Iehouáh, Siʺirritũ facere poteſtis pactũ meũ cũ die,& pactum meum cum nocte,ita vt nõ ſit dies & nox tempore ſuo:

21 Etiam pactum meum irritum fiet cum Dauid ſeruo meo vt nõ ſit ei filius regnans ſuper thronum eius,& cum Leuitis ſacerdotibus,miniſtris meis.

7 Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Iſrael: & ædificabo eos ſicut à principio.

8 Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerũt mihi, & ſpreuerunt me.

9 Et erit mihi in nomẽ,& in gaudiũ, & in laudem,& in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona quę ego facturus ſum eis: & pauebunt , & turbabuntur in vniuerſis bonis , & in omni pace quam ego faciam eis. B

10 Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco iſto(quem vos dicitis eſſe deſertum,eo quòd non ſit homo nec iumentum)in ciuitatibus Iuda,& foris Ieruſalem(quæ deſolatæ ſunt abſque homine & abſque habitatore & abſque pecore,)

11 Vox gaudii & vox lætitiæ, vox ſpõſi & vox ſponſæ,vox dicentium,Confitemini Domino exercituum, quoniambonusDominus,quoniam in æternum miſericordia eius: & portantium vota in domum Domini: reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio,dicitDominus.

12 Hæc dicit Dominus exercituũ,Adhuc erit in loco iſto deſerto abſq; homine, & abſque iumento , & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum paſtorum accubantium greges.

13 In ciuitatibus montuoſis , & in ciuitatibus campeſtribus,& in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Beniamin , & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. C

14 ¶Ecce dies venient,dicit Dominus, & ſuſcitabo verbum bonũ quod loquutus ſum ad domũ Iſrael & ad domum Iuda. Suprà 23.a.5

15 In diebus illis , & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.

16 In diebus illis ſaluabitur Iuda,¶& Ieruſalẽ habitabit cõfidenter: & hoc eſt quod vocabit eã,Dñs iuſt⁹ noſter. Deut.33.d.28

17 Quia hæc dicit Dominus,Non interibit de Dauid vir qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael:

18 Et de ſacerdotibus & de Leuitis nõ interibit vir à facie mea qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificiũ,& cædat victimas omnib⁹ dieb⁹ .

19 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam,dicens,

20 Hæc dicit Dominus,Si irritũ poteſt fieri pactum meum cum die,& pactũ meum cum nocte , vt non ſit dies & nox in tempore ſuo: D

21 Et pactũ meũ irritũ eſſe poterit cũ Dauid ſeruo meo vt non ſit ex eo filius,qui regnet in throno eius,& Leuitæ & Sacerdotes miniſtri mei.

---

6 Ei: לה nempe captiuitati.

7 Et redire fa. והשיבותי Hîc ו per Nam nonnulli vertũt,Nam reducam.vt declaret quid vocet veritatem,nempe impletionem promiſſionum. 9 Gaudium, ששון gaudii.i.hac ratione cõparabo mihi famam gratiſſimã. Faciam עושה אותם Præſ.Heb.pro fut.quæ audituræ ſunt omne bonum quod facturus ſum eis.vel,collaturus in eos. Et pauebunt & cõtre. ופחדו ורגזו & timebunt, conturbabũturque.vel,trepidabunt.aut,commouebuntur. 10 Abſque homine מאין אדם Ad verbum,à non homine.i.eo quòd nulli ſint homines,neque animalia,qui in eo habitent.mox ſeipſum amplius exponit. In ciuitatibus בערי Subaudienda coniunctio,nempe,in ciuitatibus. 11 Confitemini Ieh. הודו את־יהוה Laudate Iehouam. Offerentium מביאים Ad verbum,adducẽtium.vel,venire faciẽtium. Confeſſionem תודה *ſacrificium* laudis.Dicunt Hebræi quòd omnia ſacrificia habitura ſint finem,excepto ſacrificio laudis.

12 Accubare fac.gre. : מרביצים צאן *ubi* facient accubare gregem.i.adhuc erunt paſtores paſcentes gregem ſuum.

13 Campeſtribus השפלה planitiei.i.ſitis in regione plana ac demiſſa.Topographia eſt terræ Iuda, quæ partim eſt montana,partim plana,& partim verſa ad Auſtrum. Ad manus nume. על־ידי מונה Solent paſtores veſperi quum reducunt oues ad caulas,numerare eas. q.d.adhuc erunt paſtores qui curam habebunt ouium ſuarum & gregis ſui. 14 Et confirmabo והקימותי & ſuſcitabo·ſtabiliam.i. futurum eſt vt adimpleam promiſſionem illam optimam,& omnium excellentiſſimam quam feci ipſis electis.

15 Germen iuſt. צמח צדקה .i.filium iuſtum. 16 Confidenter לבטח ſecuré.i.in magna fiducia,& ſine metu,nihil ſibi timens ab hoſtibus. Et iſte qui vocabit eam וזה אשר־יקרא־לה .i.Iſte Chriſtus qui vocabit ipſam Ieruſalem,eſt,&c. Alii, Et hoc eſt *nomen* quo vocabit *eum* illi.i.in gratiam illius Ieruſalẽ, ſiue Eccleſiæ .q.d.Pater in gratiã Eccleſiæ ſuæ indet nomen Chriſto , Iehouáh iuſtitia noſtra.

Iuſtus noſter. : צדקנו iuſtitia noſtra. 20 Irritum facere poteſtis תפרו diſſoluere poteſtis.

Sicuti enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. 22

Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, 23

Nunquid non vidiſti quid populus hic loquutus ſit, dicens, Duæ cognationes quas elegerat Dominus, abiectæ ſunt, & populum meum deſpexerũt: eo quòd nõ ſit vltrà gẽs corã eis? 24

Hæc dicit Dominus, Si pactũ meũ inter diem & noctem, & leges cæli & terræ non poſui: 25

Equidem & ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob: reducã enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis. 26

Cap. XXXIIII.

Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino (quãdo Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & õnis exercitus eius, vniuerſáq; regna terrę quæ erant ſub poteſtate man⁹ eius, & omnes populi bellabant cõtra Ieruſalẽ, & contra omnes vrbes eius) dicẽs, 1

Hæc dicit Dominus De⁹ Iſrael, Vade, & loquere ad Sedeciam Regẽ Iuda, & dices ad eũ, Hæc dicit Domin⁹, Ecce ego tradã ciuitatẽ hãc in manus Regis Babylonis, & ſuccẽdet eã igni. 2

Et tu nõ effugies de manu eius: ſed comprehẽſione capiêris, & in manu eius tradêris: & oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt, & os eius cũ ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. 3

Attamen audi verbum Domini Sedecia Rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Non morieris in gladio: 4

Sed in pace morieris, & ſecundum combuſtiones Patrum tuorum Regũ priorum, qui fuerunt ante te, ſic comburent te: & Væ domine, plangẽt te: quia verbum ego loquutus ſum, dicit Dominus. 5

B Et loquutus eſt Ieremias propheta ad Sedeciam Regẽ Iuda vniuerſa verba hæc in Ieruſalem. 6

Et exercitus Regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem, & cõtra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erãt contra Lachis, & contra Azeca: hæ enim ſupererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. 7

Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam percuſſit Rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ieruſalem, prædicans: 8

Vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominarentur eis, id eſt in Iudæo & fratre ſuo. 9

---

22 ′Quemadmodum non poteſt numerari exercitus cæli, ′nec menſurari poteſt arena maris: ſic multiplicabo ſemẽ Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtrantes mihi.

23 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicendo,

24 ′Nónne vidiſti quid populus iſte loquutus ſit, dicendo, Duas familias quas elegerat Iehouáh ′abiecit, ″& populum meum deſpexerunt: vt non ſit vltrà gens coram eis?

25 Sic dixit Iehouáh, ″Si non *erit* pactum meum cũ die & nocte, *& ſi* ſtatuta cæli & terræ non poſui:

26 Etiam ſemen Iayacób, & Daúid ſerui mei abiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius qui dominentur ſemini Abrahám, Iשſnhác, & Iayacób: reducam enim captiuitatem eorum, & miſerebor eorum.

Cap. XXXIIII.

1 Verbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh (quũ Nebuchadrאexſár Rex Babél, & omnis exercitus eius, vniuerſáq; regna terræ ″poteſtatis manus eius, & omnes populi ″pugnarent contra Ieruשſaláim, & contra omnes vrbes eius) dicendo,

Minatur ciuitatẽ tradendã in manus Regis Babylonis.

2 Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, Vade, & dic ad xSidciiáhu Regẽ Iehudáh, dic inquam ad eum, Sic dixit Iehouáh, Ecce ″do ciuitatẽ hanc in manum Regis Babél, & ſuccendet eam igni.

3 Et tu ″non euades de manu eius, ſed comprehendendo comprehendêris, & in manum eius tradêris: ″& oculi tui oculos Regis Babél videbunt, & os eius os tuum alloquetur, & Babél ingrediêris.

Sedecias tradendus Regi Babel.

4 Attamen audi verbum Iehouæ xSidciiáhu Rex Iehudáh, Sic dixit Iehouáh de te, Non morieris gladio:

5 In pace morieris, & ſecundum combuſtiones Patrum tuorũ Regum priorum, qui fuerũt ante te, ſic ′cõburent tibi, ″& Væ domine plangent te: quia verbum loquutus ſum, dixit Iehouáh.

Cremabantur corpora.

6 Et loquutus eſt Irmeiáhu propheta ad xSidciiáhu Regem Iehudáh vniuerſa verba hæc in Ieruשſaláim.

7 Exercitus autem Regis Babél pugnabat contra Ieruשſaláim, & contra omnes ciuitates Iehudáh quæ remanſerant, *nempe* contra Lachiשs & contra yAzecáh: iſtæ enim remanſerant de ciuitatibus Iehudáh, vrbes munitæ.

8 Verbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, poſtquam percuſſit Rex xSidciiáhu fœdus cum omni populo in Ieruשſaláim ″vt prædicaret eis libertatem:

Increpat eos qui fratres libertate donatos retrahebãt in ſeruitutẽ.

9 Vt *ſcilicet* emitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam Hebræum & Hebræã, liberos: ′ne vllus vteretur eis tanquam ſeruis, Iehudæo *ſcilicet* fratre ſuo.

---

22 Quemadmodum אשר Obſerua אשר pro כאשר aduerbio ſimilitudinis. Nec menſurari poteſt ימד .i. nullis menſuris capi. 24 Nónne vid. הלוא ראית Conſideraſtine? Abiecit, וימאסם Ad verbum, & abiecit eas. ו conuertit tantùm præt. in fut. pronoménque redundat. Et populum meum deſp. ואת עמי ינאצון Fut. Heb. pro præt. tanquam ſcilicet prorſus abiecerim illos. Alii, & populo meo exprobrarunt. ſub. Chaldæi, aut potius Iudæi increduli, non exiſtimantes populum Iudaicum amplius eſſe populũ Dei, tanquam actum ſit de eo, nec ſit habendus pro gente vlla. 25 Si non אם־לא ſub. non eſt firmum. i. ſi non ſit amplius dies & nox, & cæli non moueantur, terráque non producat fructum ſuum.

IN CAPVT XXXIIII.

1 Poteſtatis ma. e. ממשלת ידו imperii manus eius. i. regionis poteſtati eius ſubditæ: hoc eſt regna terræ quæ parebant eius imperio. Pugnarent con. Ieru. נלחמים על ירושלם oppugnarent Ieruſalem, & omnes, &c. 2 Do נותן Præſ. Heb. pro fut. traditurus ſum. 3 Nõ euades, &c. לא תמלט מידו Ad verbum, non eripies te, &c. Et oculi tui, &c. ועיניך וגו׳ Phraſis eſt Hebraica, pro, venies in conſpectum Regis, & te coràm alloquetur. 5 Comburent tibi, ישרפו־לך adurent tibi. ſub. aromata odorata, ſiue res odoriferas ac ſuauis odoris, in gratiam tuam, honoris cauſa, vt factum fuit in honorem eorum Regum qui te præceſſerunt. In funeribus Regum Iudæorum ſolebant comburere aromata. Vide 2. Paral. 16. d. 14. Et Væ dom. והוי אדון In funere dicebant, Hei adon. q. d. plangent te, vociferantes, O domine: proſequentur te Iudæi captiui planctu regio, quo plangere ſolent dominos ſuos. 8 Vt prædicaret eis לקרוא להם vt indiceret illis. voce ſcilicet præconis publicè denuntiaret, vt quiſque ſeruos ſuos manumitteret, iuxta Legem Domini, Exod. 21. a. 2. Deut. 15. c. 12. Seipſum declarat verſu ſequenti. Alii, proclamãdo eis, nempe ſeruis libertatem. Alii, vt denuntiaretur eis libertas, vel manumiſſio: vt vides paulo pòſt verſu 15 & 16. 9 Ne vllus, &c. לבלתי עבד־בם ביהודי אחיהו איש׃ Ad verbum, vt non vteretur eis tanquam ſeruis, Iudæo fratre ſuo vnuſquiſque. i. vt nemo vteretur opera Iudæi fratris ſui tanquam ſerui: néve haberet eos vltrà pro ſeruis. Quidam liberius ſic vertunt, ne amplius premeret eos ſeruitute Iudæum ſcilicet fratrem ſuum. Alii, ne ſcilicet quis ex eis ſeruiret Iudæo fratri ſuo. Sic etiã ſequẽti verſu verterunt. Verba Hebraica non ſanè videntur id ſonare quod verterunt, licet idem ſit ſenſus.

uid. Kirchman. vide. [illegible]

Et audierunt omnes principes,& vniuerſus populus,″qui venerant in pactum,vt emitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam,liberos, vt ne *quis* vteretur eis amplius tanquam ſeruis:audierunt inquam,& dimiſerunt.

″Conuerſi autē ſunt poſtea, & reduxerūt ſeruos & ancillas quos dimiſerant liberos, ″& ſubiugauerunt eos in ſeruos & in ancillas.

Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu à Iehouáh,dicendo,

Sic dixit Iehouáh Deus Iשsraél,Ego percuſſi fœdus cum Patribus veſtris die qua eduxi eos è terra AEgypti, ″de domo ſeruorū, dicendo,

″A fine ſeptem annorum dimittetis vnuſquiſque fratrem ſuum Hebræum qui venditus fuerit tibi, & ſeruiet tibi ſex annis,dimitteſque eum liberum à te: ″ſed non audierunt Patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam.

″Et conuerſi eratis hodie, & feceratis rectum in oculis meis,″vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque proximo ſuo:& feceratis pactum in conſpectu meo in domo ″ſuper quam inuocatum eſt nomen meum.

″Sed reuerſi eſtis,& maculaſtis nomen meū, ″& reduxiſtis vnuſquiſque ſeruum ſuum,& vnuſquiſque ancillam ſuam,quos emiſeratis liberos ″in animam ſuam: ″& ſubiugaſtis eos vt ſint vobis in ſeruos & ancillas.

Propterea ſic dixit Iehouáh,Vos non obediſtis mihi vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo,& vnuſquiſque ″proximo ſuo:ecce ego″prædico vobis″libertatem,dixit Iehouáh,″ad gladiū, & ad peſtem,& ad famem:dabóque vos ″in commotionem cunctis regnis terræ.

Et tradā viros iſtos qui tranſgreſſi ſunt pactum meum, *id eſt* qui non cōfirmarunt verba fœderis quod pepigerāt in cōſpectu meo, ″vitulo quē cōciderūt in duas partes, & trāſierūt inter partes eius,

Principes Iehudáh,& principes Ieruשſaláim,eunuchos,& Sacerdotes,atque vniuerſum populum terræ,qui tranſierunt inter partes vituli:

Tradam inquam eos in manum inimicorum ſuorum,& in manum quærentium animam eorum:erítque cadauer eorum in eſcā volatilibus cæli & animalibus terræ.

ɤSidciiáhu quoq; Regē Iehudáh & principes eiꝰ tradā in manū

10 Audierunt ergo omnes principes & vniuerſus populus,qui inierant pactum, vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum & vnuſquiſque ancillam ſuam,liberos,& vltrà non dominarētur eis:audierunt igitur & dimiſerūt.

11 Et conuerſi ſunt deinceps, & retraxerunt ſeruos & ancillas quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt in famulos & famulas.

12 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam à Domino,dicens, C

13 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego percuſſi fœdus cum Patribus veſtris in die qua eduxi eos de terra AEgypti,de domo ſeruitutis,dicens,

14 ¶Quum completi fuerint ſeptē anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuū Hebræum qui venditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis, & dimittes eum à te liberum:& non audierūt Patres veſtri me, nec inclinauerūt aurē ſuam.

Exod.21.a.2
deut.15.c.12

15 Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis,vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque ad amicum ſuum: &iniſtis pactum in conſpectu meo,in domo in qua inuocatum eſt nomen meum ſuper eam.

16 Et reuerſi eſtis,& cōmaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis vnuſquiſqꝫ ſeruum ſuum,& vnuſquiſque ancillā ſuam,quos dimiſeratis vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ.

17 Propterea hæc dicit Dominꝰ,Vos non audiſtis me vt prædicaretis libertatē vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo: ecce ego prædico vobis libertatē, ait Dominus,ad gladium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18 Et dabo viros qui præuaricātur fœdus meum,& non obſeruauerūt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in cōſpectu meo, vitulū quum conciderūt in duas partes,& tranſierunt inter diuiſiones eius,

19 Principes Iuda & principes Ieruſalem,eunuchi & Sacerdotes, & omnis populus terræ qui tranſierunt inter diuiſiones vituli:

20 Et dabo eos in manus inimicorum ſuorum,& in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cæli & beſtiis terræ.

21 Et Sedeciā Regē Iuda & principes

---

10 Qui venerant in pa. אשר־באו בברית Hebraiſmus,pro,qui pactum inierant cum Rege.Neque hîc rectè vertiſſe videntur qui transferunt,Qui venerant propter fœdus. 11 Conuerſi autem ſ.&c.וישובו אחרי־כן וישיבו Conuerſi ſunt autem poſtea,& reuocarūt.i.pœnitentia ducti ſunt,ſiue mutauerunt ſententiam.q.d.mutata ſententia,reduxerunt, ſiue reuocarunt eos.i.redegerunt eos in ſeruitutem priſtinam. Et ſubiugauerunt eos ויכבשום & ſubiecerunt eos.vel ſubegerunt.vi & violentia ceperunt.

13 De domo ſer. מבית עבדים .i. de loco vbi erant ſerui,ſiue ſeruitutem ſeruiebant. 14 A fine מקץ .i.ineunte ſeptimo anno, ſiue initio ſeptimi anni.in termino ſeptimi anni:hoc eſt anno ſeptimo. eſt enim duplex terminus cuiuſque rei:nempe terminus à quo.i.incipiēs: & terminus ad quem,vt vocant.i.finiens.Ne autem interpreteris,quum exacti fuerint ſeptem anni.Nam Exod.21.a.2,ſcriptum eſt,Si emeris ſeruum Hebræum,ſex annis ſeruiet tibi,& ſeptimo anno egredietur liber gratis.Iſtorum verborum hîc mentionem facit. Sed non ולא Hîc ו pro ſed. 15 Et conuerſi eratis ותשובו .i.pœnitentiam egeratis,ſiue pœnituerat vos. Vt prædicaretis לקרא prædicando.vel,quum prædicaſtis.vide paulo ſuprà verſu 8. Super quam,&c. אשר־נקרא שמי עליו : Ad verbum,*in* qua inuocatum eſt nomē meum ſuper eam.i.quæ dicitur mea,vel de nomine meo:hoc eſt in templo mihi dicato. 16 Sed reuerſi,&c.ותשובו ותחללו Sed mutata ſententia profanaſtis,aut, polluiſtis, &c. Et reduxiſtis ותשיבו & reuocaſtis. In animam ſuam, לנפשם .i.pro arbitrio ſuo aut,ſibi:vt ſcilicet abirent quò vellent.Hebraiſmus. Et ſubiugaſtis eos ותכבשו אותם Vide paulo antè,verſu 11.

17 Proximo ſ.לרעהו ſocio ſuo.ſodali ſuo.i.fratri ſuo Hebræo. Prædico vobis. קורא לכם Præſ.Heb.pro fut.prædicaturus ſum[vel, prædicabo]vobis.i.in perniciem veſtram. Libertatem דרור facultatem.q.d.denuntiaturus ſum in perniciem veſtram liberam facultatem inuadendi vos,gladio hoſtili,peſti,& fami vt perdant vos. Ad gladium,&c. אל־החרב אל־הדבר ואל־הרעב gladio,& peſti & fami. In commotionem לזעוה Verbum זוע ſignificat mouere ſe ſubinde de loco ad locum, quum præ metu diffugimus. atque ita cōmotio hoc loco ſignificabit motum ad locum.q.d.qui ex vobis euaſerint gladium,famem,& peſtem,diſpergentur per alias nationes. Significat & commoueri,& contremiſcere:iuxta quam ſignificationem,commotio hîc ſignificabit metum,cuiuſmodi eſt quum animo fluctuamus,& quid agendum nobis ſit,¦neſcimus.q.d. efficiam vt omnium aliorum regnorum homines, audita calamitate veſtra, commoueantur & contremiſcant. 18 Vitulo העגל ſub.mactato. Alii in genitiuo vertunt,repetitis præcedentibus verbis, Verba fœderis inquam vituli.i.icti mactato vitulo.In fœdere pangendo diuidebant vitulum,& per medium tranſibant,ſignificantes ſe optare emori vt ille vitulus erat cæſus,ſi fœdus frangerent.Idem fecit Abraham,Gene.15.b.9.

eius dabo in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærẽtium animas eorum, & in manus exercituũ Regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis.

Ecce ego præcipio, dicit Dominꝰ, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduerſus eam, & capiẽt eam, & incendẽt igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quòd non ſit habitator.

Cap. XXXV.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, dicens,

A Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram theſaurorum, & dabis eis bibere vinum.

Et aſſumpſi Iezoniam filium Ieremiæ filii Habſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eiꝰ, & vniuerſam domũ Rechabitarum.

Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylaciũ filiorum Hanã, filii Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylaciũ principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filii Sellum qui erat cuſtos veſtibuli.

Et poſui corã filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum.

B Qui reſponderunt, Nõ bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter præcepit nobis, dicẽs, Nõ bibetis vinum vos & filii veſtri vſque in ſempiternum.

Et domũ non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciẽ terræ in qua vos peregrinamini.

Obediuimus ergo voci Ionadab firii Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris, nos & mulieres noſtræ, filii & filiæ noſtræ:

Et non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum & ſementem non habuimus:

Sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fecimus iuxta omnia quę præcepit nobis Ionadab pater noſter.

Quum autẽ aſcendiſſet Nabuchodonoſor Rex Babylonis ad terrã noſtram, diximus, Venite, & ingrediamur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem.

C Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens,

Hęc dicit Dominus exercituũ Deꝰ Iſrael, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem, Nũquid non recipietis diſciplinam vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?

Præualuerũt ſermones Ionadab filii Rechab, quos præcepit filiis ſuis vt non biberent vinum: & non bibe-

inimicorum ſuorum, & in manum quærentium animam eorum, ʹ& in manum exercitus Regis Babél, ʺqui aſcenderunt à vobis.

22 Eccé ʹpræcipio, dixit Iehouáh, & reducam eos ad ciuitatem hãc, & præliabuntur aduerſus eam, & capient eam, incendéntque eam igni: & ciuitates Iehudáh dabo in ſolitudinem, adeò vt non ſit habitator.

Cap. XXXV.

Propoſita Iudæis Rechabitarum obediẽtia, docet humana præcepta diligẽtius obſeruari quàm Diuina.

1 VErbũ quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, in diebus Iehoiacím filii Iאoשſiiáhu Regis Iehudáh, dicendo,

2 Vade ad domum ʹRechabitarum, & loquere cum eis, atque introduc eos in domum Iehouæ *in* vnum ʺè cubiculis, & propinabis eis vinum.

3 Aſſumpſi itaque Iaazaniáh filium Irmeiáhu filii חHabaצſiniáh, & fratres eius, omnéſq; filios eius, & vniuerſã domũ Rechabitarũ.

4 Et introduxi eos in domũ Iehouæ in cubiculum filiorũ חHanã, filii Igdaliáhu ʹviri Dei, quod erat iuxta cubiculũ principũ, quod erat ſupra cubiculũ Maעaשſciáhu filii שSallum cuſtodis ʹliminis.

5 Poſui itaque coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos, Bibite vinum.

Præceptũ Ionadab patris Rechabitarum.

6 ʹEt dixerunt, ʹNõ bibemus vinum: quia Ionadáb filius Rechāb ʹpater noſter præcepit nobis, dicendo, Non bibetis vinum vos & filii veſtri vſque in ſeculum.

7 Nec domum ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineam non plantabitis, ʺnec erit vobis: ʺſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis in ſuperficie terræ ʹ*in* qua peregrinamini.

8 Obediuimus igitur voci Iehonadáb filii Recháb patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis, vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris, nos, vxores noſtræ, filii noſtri & filiæ noſtræ:

9 Neque ædificaremus domos pro habitatione noſtra: neque vinea, & ager & ſementis eſſent nobis:

10 Sed habitauimus in tabernaculis, ʺatque obediuimus, & fecimus ʹiuxta omnia quæ præceperat nobis Ionadáb pater noſter.

11 Fuit autem, ʺquum aſcenderet Nebuchadrאeצſár Rex Babél ad terram, diximus, ʺVenite, & ingrediamur Ieruשſaláim ʺà facie exercitus Chaשſdím, & à facie exercitus Arám, ʺ& manſimus in Ieruשſaláim.

12 Fuit itaque verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicendo,

13 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, Vade, & dic viris Iehudáh, & habitatoribus Ieruשſaláim, Nunquid non recipietis diſciplinam vt obediatis verbis meis, dixit Iehouáh?

14 ʹConfirmatum eſt verbum Iehonadáb filii Recháb, ʹquod præcepit filiis ſuis vt non biberent vinum: & non biberunt vſque ad

---

21 Et in manum וביד Hîc ו pro Id eſt ponitur. Qui aſcenderunt העולים .i. qui receſſerunt à vobis audito aduentu Regis AEgypti. 22 Præcipio מצוה Præſ. Heb. pro fut. præcipiam. mandabo.

IN CAPVT XXXV.

2 Rechabitarum, הרכבים Rechabitæ à Recháb qui genus duxit ab Hobab, qui aliter dicitur Iethro, ſocero Moſis. Ionadab autem filius Rechab hæc præcepta filiis dederat, qui amicus Iehu Regis Iſraelis fuit. 2. Reg. 10. c. 15. E cubiculis, הלשכות cellarum. cubiculorum. Erant parua cubicula extructa in appendicibus templi. i. in locum publicum, & ſacrum, ſaltem qui adiunctus eſt loco ſacro.

4 Viri Dei, איש האלהים .i. Prophetæ. Liminis. הסף: vaſorum. Sing. pro plurali. i. qui præerat ſeruandis vaſis templi Domini.

6 Et dixerunt, ויאמרו Qui reſponderunt. Non bibe. vi. לא נשתה־יין Non bibimus vinum. i. non ſoliti ſumus bibere vinum. q. d. ſumus abſtemii. Pater noſter אבינו aui noſtri. vt referatur ad Rechab. à tempore Ionadab filii Rechab vſque ad regnum Ioacim fluxerunt ferè trecenti anni. 7 Nec erit vo. ולא יהיה לכם .i. neque domus, neque agri, neque vineæ erunt vobis, neque emptione, neque dono. Sed in tabernaculis כי באהלים ſed in tẽtoriis. Obſerua כי pro Sed. *In* qua pereg. אשר אתם גרים שם Ad verbũ, *in* qua vos peregrinamini ibi. Redundat IBI. Erant iſti peregrini, non ex genere Iacob. 10 Atq; obediuimus ונשמע paruimus itaque. Iuxta omnia quæ præcep. ככל אשר־צונו Hebraiſmus, prorſus vt præceperat. 11 Quum aſcenderet בעלות .i. quum cœpiſſet oppugnare. Occurrit tacitæ obiectioni, Cur igitur vrbem incolitis contra legem patris? Nunc quidem (inquiunt) habitamus in Ieruſalem, ſed coacti neceſſitate, ne ſcilicet perderet nos exercitus Babylonius, ſi permanſiſſemus in tentoriis. Venite בואו Agite. A facie exerc. מפני חיל .i. propter exercitum. aut, metu aduentus exercitus. 14 Confirmatum eſt הוקם Ratificatum, Executioni mandatum eſt. vel, Exequutum eſt mandatum. Quod præcep. אשר־צוה qui præcepit.

diem hanc,quia paruerunt præcepto patris ſui: ego autem loquutus ſum ad vos″manè ſurgendo & loquendo, & nō obediſtis mihi.

15 Miſique ad vos,ōnes ſeruos meos Prophetas,manè ſurgendo & mittēdo,dicēdo,Cōuertimini″obſecro vnuſquiſq; à via ſua mala, & bona facite opera veſtra, neque ambuletis poſt deos alienos vt ſeruiatis eis,″& habitabitis in terra quā dedi vobis & Patribus veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram,nec obediſtis mihi.

16 ″Quia confirmauerunt filii Iehonadáb filii Rechább præceptū patris ſui quod præceperat eis: popul⁹ autē iſte nō obediuerūt mihi:

Iudæis rebellib⁹ pœnā minatur.

17 Idcirco ſic dixit Iehouáh Deus exercituum, Deus Iẇſraẋél, Ecce adduco ſuper Iehudáh & omnes habitatores Ieruẇſaláim omne malum quod loquutus ſum ſuper illos: eo quòd loquutus ſum ad eos,& non audierunt: vocaui illos,& non reſponderunt.

Rechabitis obedientibus fœlicitatē promittit.

18 Domui autem Rechabitarum dixit Irmeiáhu, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iẇſraẋél, Eo quòd obediſtis præcepto Iehonadáb patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius,feciſtíſque iuxta omnia quæ præcepit vobis:

19 Propterea ſic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iẇſraẋél, Non excidetur vir de Ionadáb filio Rechább″ſtans in conſpectu meo cūctis diebus.

Cap. XXXVI.

Scribit Baruch dictāte Ieremia, volumen maledictionum aduerſus Iudam & Iſrael.

1 ET fuit,″anno quarto Iehoiacím filii Iẋoẇiiáhu Regis Iehudáh, fuit verbum iſtud ad Irmeiáhu à Iehouáh,dicendo,

2 Tolle tibi″volumen libri,& deſcribe in eo omnia verba quæ″loquutus ſum tibi aduerſum Iẇſraẋél & Iehudáh,& aduerſum omnes gentes, à die qua″loquutus ſum ad te,à diebus Iẋoẇſiiáhu vſque ad diem hanc:

3 ″Si fortè audiant domus Iehudáh omne malum quod cogito facere eis: vt reuertantur vnuſquiſq; à via ſua mala,″& propitius ſim iniquitati eorum & peccato eorum.

4 Accerſiuit ergo Irmeiáhu Barúch filium Neriiáh: & ſcripſit Barúch ex ore Irmeiáhu omnia verba Iehouæ quæ loquutus eſt ad eum,in volumine libri.

Mittitur cū volumine ad populum.

5 Et præcepit Irmeiáhu Barúch,dicendo,″Ego ſum clauſus, non poſſum ingredi domum Iehouæ:

6 Ingredere ergo tu,& lege″ī volumine *in* quo ſcripſiſti″ex ore meo

runt vſque ad diem hāc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem loquutus ſum ad vos,de manè cōſurgēs & loquēs,& non obediſtis mihi.

15 Miſique ad vos,ōnes ſeruos meos Prophetas,conſurgens diluculò,mittēnſque & dicens, ‖Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima,& bona facite ſtudia veſtra,& nolite ſeq deos alienos,neque colatis eos,& habitabitis in terra quam dedi vobis & Patribus veſtris,& non inclinaſtis aurē veſtram,neque audiſtis me.

Suprà 18.b.11, & 25.a.5 ionæ 3.c.8

16 Firmauerūt igitur filii Ionadab filii Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte non obediuit mihi:

17 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Ecce ego adduco ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Ieruſalē vniuerſā afflictionēquā loquut⁹ ſum aduerſum illos: eo quòd loquutus ſum ad illos,& nō audierūt: vocaui illos,& nō reſpōderūt mihi.

18 Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias,Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis:

19 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Nō deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

Cap. XXXVI.

1 ET factum eſt, in anno quarto Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda factū eſt verbum hoc ad Ieremiam à Domino,dicens,

2 Tolle volumē libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ loquutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes,à die qua loquut⁹ ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc:

3 Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum.

4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Domini, quos loquutus eſt ad eum, in volumine libri.

5 Et præcepit Ieremias Baruch, dicēs,Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini:

6 Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo ver

Manè ſurg.& loq. השכם ודבר Iſtud dicendi genus,cum eo quod ſequenti verſu ponitur, Manè ſurgendo & mittendo: habes ſuprà cap.25.a.4,& 26.a.5,& 29.c.19. 15 Obſecro נא nunc. Et habitabitis ושבו Imperat.Heb.pro fut.q.d.hac ratione fiet vt habitetis. 16 Quia כי Aut ad ſequentia refertur כי,vel pro Certè accipitur. Quidam redundare exiſtimant, propterea non vertunt. Confirmauerunt הקימו adimpleuerunt.vt paulo antè verſu 14 19 Stans in conſpectu.m. עומד לפני .i.non deerit de ſtirpe Ionadab filio Rechab miniſtrans mihi, vt interpretatur Chaldæus paraph.Exiſtimant Hebræi filias Rechabitarum nupſiſſe Leuitis,& liberos ex illis natos miniſtraſſe Domino in templo. Verùm doctioribus magis probatur vt interpretemur, Poſteros Ionadab gratia & fauore ſum proſequuturus quandiu illi vixerint,nunquam deſinam memor eſſe nepotum Ionadab.Eos quos amamus,non ſinimus à conſpectu noſtro recedere,propterea dicunt,Stans coram me:acſi dicat,Vt non poſſunt homines non meminiſſe eorum qui ſemper obuerſantur oculis ipſorum, ſic ſemper Rechabitarum memor ero,præ oculis illos ſemper habens.

IN CAPVT XXXVI.

1 Anno quarto בשנה הרביעית Sub finem anni tertii Ioacim Regis Iudæ, cœpit Nabuchodonoſor cōparare & conſcribere exercitum contra Ieruſalem,quam poſt nonum menſem quinti anni regni Ioacim.i.in fine quinti anni,aut initio ſexti (tēpus enim primæ expugnationis incertum eſt)expugnauit,& Ioacim abduxit captiuum, & ſimul cum eo Danielem, & æquales eius. Eodem anno quo abductus eſt captiuus Ioacim, rediit Ieroſolymam pacto tributo, quod tribus annis tantùm pependit, id eſt ſexto,ſeptimo, & octauo regni ſui. Poſtea tributum negauit Nabuchodonoſori: vnde ille rurſus duxit copias contra Ieruſalem,quam iterum cepit, & Ioacim vinxit catenis vt Babylonem perduceretur: ad quā non peruenit,ſed in ipſo itinere obiit,& ſepultura caruit. Anno quarto Ioacim ſcripta fuit epitome prophetiarum à Baruch, & menſe nono anni quinti regni Ioacim recitata fuit in cœtu populi qui conuenerat in templum,ieiunii indicendi cauſa,ob aduentum Chaldæorum,quos fama erat aduenire contra Ieruſalem. Indictum fuit ieiunium,& recitata fuit prophetia ante obſidionem vrbis.nam infrà traditur crematam fuiſſe epitomen à Ioacim,quòd cōtineret prædictionē aduentus Chaldæorum. His cōciliantur inter ſe Daniel,cap.1,& locus 2.Reg.24,& hoc caput 36.Nabuchodonoſor in primo aduentu duos ferè annos conſumpſit.Babylon abeſt ab Ieruſalem itinere quatuor menſium.nam totidem menſibus reuerſus eſt Eſdras à Babylone in Ieruſalem,vt ſcriptum eſt 1.Eſd.7.a.8.

2 Volumen libri, מגילת־ספר volumen vocat librum à fine,poſtquā ſcilicet deſcriptū fuerit. Volumen libri dicit.i.membranā in qua cōmodè ſcribere poſſis,hoc eſt librū volubilē,Gallicè *un rolle de parchemin*.מגילה ſignificat corticem aut membranā in qua ſcribere ſolebāt. ספר autē membrana eſt cōſcripta. Loquutus ſum ad te,דברתי אליך .i.cœpi loqui tibi. 3 Si fortè aud.do.אולי ישמעו בית Verbum plurale nomini ſingulari iunctū tanquā collectiuo. Quidam,fortè audient.i attendent.ſiue attentius cōſiderabunt. Et propit.ſim,&c. וסלחתי וגו׳ & condonē eis iniquitatem ipſorum,& peccatū ipſorum.vel,ignoſcam eis. 5 Ego ſum clau. אני עצור .i.Ego vinctus detineor in carcere.Alii,Ego prohibitus.Ego prohibeor. 6 In volumine במגילה de volumine. Ex ore meo מפי .i.me dictante.

B ba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunii: inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis:

7 Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniã magnus furor & indignatio eſt quàm lòquutus eſt Dominus aduerſus populum hunc.

8 Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta õnia quę præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini.

9 Factum eſt autem, in anno quinto Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, in menſe nono, prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalẽ, & vniuerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem:

C 10 Legitque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filii Saphan Scribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo.

11 Quúmque audiſſet Michæas filius Gamariæ filii Saphan omnes ſermones Domini ex libro,

12 Deſcendit in domum Regis ad gazophylacium Scribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant, Eliſama Scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes,

13 Et nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, legente Baruch ex volumine, in auribus populi.

14 Miſerunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filii Selemiæ filii Chuſi, dicentes, Volumen ex quo legiſti audiente populo, D ſume in manu tua & veni. tulit ergó Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos.

15 Et dixerunt ad eũ, Sede, & lege hæc in auribus noſtris: & legit Baruch in auribus eorum.

16 Igitur quum audiſſent omnia verba, obſtupuerũt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debemus Regi omnes ſermores iſtos.

17 Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius.

18 Dixit autem eis Baruch, Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos, & ego ſcribebam in volumine, atramento.

19 Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis.

20 Et ingreſſi ſunt ad Regem in atriũ: (porrò volumen commendauerũt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ) & nũtiauerunt audiente Rege omnes ſermones. E

21 Miſitque Rex, Iudi vt ſumeret volumen: qui tolens illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente

verba Iehouæ in auribus populi, in domo Iehouæ in die ieiunii: & etiam in auribus vniuerſi Iehudáh ʺqui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges ea:

7 ʺSi fortè cadat deprecatio eorum in conſpectu Iehouæ, & reuertãtur vnuſquiſq; à via ſua mala: quia magnus eſt furor & iraʺ quam loquutus eſt Iehouáh aduerſus populum iſtum.

8 Fecit autem Barúch filius Neriiáh iuxta omnia quæ præceperat ei Irmeiáhu propheta, ʺlegendo in libroʺ verba Iehouæ in domo Iehouæ.

9 Et fuit, anno quinto Iehoiacím filii Iאoשſiáhu Regis Iehudáh, menſe nono, ʺprædicauerunt ieiunium in conſpectu Iehouæ vniuerſo populo in Ieruשſaláim, & vniuerſo populo qui veniebat de vrbibus Iehudáh in Ieruשſaláim:

10 ʺLegítque Barúch in libroʺ verba Irmeiáhu *in* domo Iehouæ in cubiculo Gemariáhu filii שSaphánʺ ſcribæ, in atrio ſuperioreʺ *ad* oſtium portæ domus Iehouæ nouæ, in auribus totius populi.

11 ʺEt audiuit Micháiehu filius Gemariáhu filii שSaphán õnia verba Iehouæ ex libro,

12 Deſcendítque *in* domum Regis, ʺad cubiculũ Scribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant, אEliשſamáע ſcriba, & Delaiáhu filius שSemaעiáhu, & אElnathán filius עAchbór, & Gemariáhu filius שSaphán, & צSidciiáhu filius חHananiáhu, & vniuerſi principes.

13 Et nuntiauit eis Micháiehu omnia verba quæ audierat legente Barúch in libro, in auribus populi.

14 Miſerúntque omnes principes ad Barúch, Iehudí filiũ Nethaniáhu filii שSelemiáhu filii Chuשſi, vt diceret, Volumen ex quo legiſti in auribus populi, ſume in manu tua & veni. & tulit Barúch filius Neriiáh volumen in manu ſua, & venit ad eos.

15 Et dixerunt ad eum, Sedeʺ nunc, & lege illud in auribus noſtris. & legit Barúch in auribus eorum.

16 ʺFuit autem, quum audiſſent omnia verba, expauerũtʺ vnuſquiſque ad proximum ſuum: & dixerunt ad Barúch, ʺNuntiando nuntiabimus Regi omnia verba iſta.

17 Et ipſum Barúch interrogauerunt, dicẽdo, ʺNuntia nunc nobis quomodo ſcripſeris omnia verba iſta ex ore eius.

18 Dixit autem eis Barúch, Ore ſuoʺ legebat mihi omnia verba iſta, & ego ſcribebam in libro, atramento.

19 Dixerũt autem principes ad Barúch, Vade abſconde te, tu & Irmeiáhu, & nemo ſciat vbinam ſitis.

20 Ingreſſíque ſunt ad Regem in atrium (volumen autemʺ cõmendauerunt in cubiculo אEliשſamáע ſcribæ)ʺ & nuntiauerunt in auribus Regis omnia verba hæc.

21 Miſit itaque Rex, Iehudí ʺvt caperet volumen: tulit ergo illud de cubiculo אEliשſamáע ſcribæ, & legit in ipſo, Iehudí in auribus

Legit Baruch volumen coram omni populo.

Accerſit⁹ ad principes, verba eadẽ legit coram eis.

Nuntiant principes Regi verba voluminis.

A Iudi accepto volumine, & paucis in eo lectis, illud in ignẽ proiicit Rex.

Qui veniunt הבאים qui venerint. aut, venturi ſunt, ſub. ad templum indicto publico ieiunio. nã epitome non fuit recitata eo anno quo deſcripta fuit, ſed ſequẽte. i. quinto Ioacim. 7 Si fortè cadat, &c. אולי תפול וגו׳ Hebraiſmus, pro, Si fortè precentur Iudæi ex animo Dominum. Quam loquutus eſt Ieho. אשר־דבר יהוה id eſt in qua interminatus eſt Iehouáh dira huic populo.

8 Legendo לקרא vt legeret. Alii, legens ſcilicet. Verba Iehouæ דברי יהוה id eſt prophetias Ieremiæ.

9 Prædicauerunt ieiu. &c. קראו צום וגו׳ indixerunt ieiunium coram Iehouáh. i. in templo, publicè ad placandum Dominũ. Subaudiendum ו &, vel אשר vt prædicarẽt. 10 Legitque ויקרא tũc legit. Verba דברי id eſt prophetias, paulo antè vocauit Verba Iehouæ. Scribæ הסופר ſub. regii. i. cancellarii regii. *Ad* oſtium portæ פתח שער *in* introitu. Iſta erat porta Orientalis.

11 Et audiuit וישמע Quúmque audiuiſſet. 12 Ad cubiculum לשכת in cellam. exedram. 15 Nunc נא quæſo.

16 Fuit autem ויהי Contigit autem. Vnuſquiſque ad prox. ſ. איש אל־רעהו .i. inter ſe. Hebraiſmus. Nuntiando nunt. הגיד נגיד Indicando indicabimus. i. indubiè indicabimus. Hebraiſmus. 17 Nuntia nunc הגד־נא Indica quæſo. Expone.

18 Legebat יקרא Fut. Heb. pro præt. imperf. i. quaſi legeret, loquebatur. Alii, dictabat. 20 Commẽdauerunt, הפקידו depoſuerunt. i. tanquam depoſitum reliquerunt. Et nuntiauerunt, &c. ויגידו וגו׳ & renuntiauerunt in auribus Regis. i. audiente Rege. aut vt alii, & expoſuerunt Regi. Hebraiſmus. 21 Vt caperet לקחת vt tolleret. Alii, vt afferret.

Regis, & in auribus omnium principum qui ſtabāt iuxta Regem.

22 Rex autem ″ſedebat ″in domo hyemali menſe nono, ″& foculus coram eo ardebat.

23 Et fuit, quum legiſſet Iehudi ″tres pagellas, aut quatuor, ſcidit illud ″cultello ſcribæ, & proiecit in ignē qui erat in foculo, donec cōſumeretur totum iſtud volumen ſuper ignem qui erat in foculo.

24 Nec timuerunt, nec ″ſciderunt veſtimenta ſua Rex, & omnes ſerui eius qui audiebant omnia verba iſta.

25 Et etiam אElnathán & Delaiáhu, & Gemariáhu deprecati ſunt Regem ne combureret volumen illud: & non audiuit eos:

26 Sed præcepit Rex Ieraחhmeאél filio Hāmélech, & שSeraiáhu filio עAzriאél, & שSelemiáhu filio Abdeאél vt tollerent Barúch ſcribā & Irmeiáhu prophetam: ″abſcondit autem eos Iehouáh.

Iuſſu Domini aliud volumen ſcribitur.

27 Fuit autē verbū Iehouæ ad Irmeiáhu poſtquā combuſſerat Rex ″volumen & verba quæ ſcripſerat Barúch ex ore Irmeiáhu, dicēdo,

28 ″Reuertere, tolle tibi volumē aliud, & ſcribe in eo omnia verba priora quæ erant in volumine priori quod combuſſit Iehoiácim Rex Iehudáh.

29 Et ad Iehoiacím Regem Iehudáh dices, Sic dixit Iehouáh, Tu combuſſiſti volumen iſtud, dicendo, Quare ſcripſiſti in eo ″in hūc modum, ″Veniendo veniet Rex Babél, & vaſtabit terram hanc, ″& ceſſare faciet ex ea homines & animalia?

30 Propterea ſic dixit Iehouáh ad Iehoiacim Regem Iehudáh, Nō erit ei ″qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, cadauérque eius proiectum erit ad æſtum in die, & ad gelu in nocte.

31 ″Et viſitabo ſuper eum & ſuper ſemē eius, & ſeruos eius iniquitatem eorum: & inducam ″ſuper eos, & ſuper habitatores Ieruשſaláim, & ſuper viros Iehudah omne malum quod loquutus ſum ad eos, ″& non audierunt.

32 Irmeiáhu ergo tulit volumen aliud, & dedit illud Barúch filio Neriiáhu ſcribæ: & ſcripſit in eo ex ore Irmeiahu omnia verba ″libri quem cōbuſſerat Iehoiacim Rex Iehudah igni, & præterea addita ſunt ſuper ea, verba multa ″ſimilia. Cap. XXXVII.

Succedit Sedecias Iechoniæ.

1 REgnauit autem Rex צSidciiáhu filius Iאoשſiiahu pro Choniáhu filio Iehoiacím, quem Regem conſtituit Nebucadrאeצſár Rex Babél in terra Iehudah.

2 Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, neque populus terræ, verbis Iehouæ quæ dixerat per Irmeiáhu prophetam.

3 ″Et miſit Rex צSidciiáhu Iehucál filium שSelemiáh, & צSephāiáhu filium Maעaשſeiáh Sacerdotem ad Irmeiáhu prophetam, vt dicerent, Ora quæſo pro nobis ad Iehouam Deum noſtrum.

Rege, & vniuerſis principibus qui ſtabant circa Regem.

22 Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis.

23 Quúmque legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem qui erat ſuper arulam, donec cōſumeretur omne volumen igni qui erat in arula.

24 Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimēta ſua Rex, & omnes ſerui eius qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos.

25 Veruntamē Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt Regi ne combureret librū: & nō audiuit eos:

B

26 Et præcepit Rex Ieremiel filio Amélech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderēt Baruch ſcribā, & Ieremiam prophetam: abſcondit autem eos Dominus.

27 Et factum eſt verbū Domini ad Ieremiam (poſtquā combuſſerat Rex volumē, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ,) dicens,

28 Rurſum tolle volumē aliud: & ſcribe in eo ōnes ſermones priores qui erant in primo volumine quod combuſſit Ioacim Rex Iuda.

29 Et ad Ioacim Regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combuſſiſti volumen illud, dicens, Quare ſcripſiſti in eo annuntians, Feſtinus veniet Rex Babylonis, & vaſtabit terrā hāc: & ceſſare faciet ex illa hominē & iumentum?

C

30 Propterea hæc dicit Dominus cōtra Ioacim Regem Iuda, non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.

31 Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & contra ſeruos eius iniquitates ſuas: & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem & ſuper viros Iuda omne malū quod loquutus ſum ad eos, & non audierunt.

32 Ieremias autē tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioacim Rex Iuda igni: & inſuper additi ſūt ſermones multo plures quā antea fuerāt. Cap. XXXVII.

4.Reg.24.d.17
2.par.36.b.10

1 ET regnauit Rex Sedecias fili⁹ Ioſiæ ꝓ Iechonia filio Ioacim: quē conſtituit Regem Nabuchodonoſor Rex Babylonis in terra Iuda.

2 Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis Domini quæ loquut⁹ eſt in manu Ieremiæ ꝓphetę.

3 Et miſit Rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniā filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiā prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominū Deum noſtrum.

---

22 Sedebat יושב habitabat. In domo hy. בית החורף id eſt in regia hyberna. Et foculus ואת־האח Docti inter Hebræos foculū exponunt, vel ignem, vt & Chaldæus paraph. Quidam vertunt arulam & receptaculum in quo fouetur ignis. Obſerua autem hoc loco את, articulum eſſe nominatiui, quod rariſſimum eſt. 23 Tres pagellas, שלוש דלתות Impropriè loquitur: nullæ enim ſunt pagellæ in volumine. i. quantum tres aut quatuor pagellæ continere poſſunt. Dicuntur pagellæ דלתות, quòd claudantur aut aperiantur vt fores. Cultello ſcribæ, בתער הסופר ſcalpello quo vtitur ſcriba. תער eſt quod nunc vocant cultellum pennarium, Gallicè, *un ganiuet*.
24 Sciderunt veſtimenta ſua קרעו את־בגדיהם in ſignum ſcilicet mœroris quòd Dominus minaretur eis exitium.
26 Abſcondit au. ויסתירם verùm abſconderat eos. i. no potuerunt eos inuenire. 27 Volumen & verba את־המגילה ואת־הדברים .i. volumen in quo deſcripta erant verba, &c. Hebraiſmus. 28 Reuertere, tolle tibi שוב קח־לך Hebraiſmus, in quo imperatiua duo conſequuntur ſine copula, quorum prius Latini per aduerbium efferunt, ſic, Rurſum tolle. 29 In hunc modū, לאמור in hanc ſententiam. Ad verbum, dicendo. Veniendo ve. בא־יבוא geminatione verbi celeritatem, aut certò aliquid futurum indicant Hebræi. Propterea quidam verterunt, Certiſſimè veniet. Et ceſſare fa. ex ea והשבית ממנה Hebraiſmus, pro, priuabit ac ſpoliabit eā hominibus & iumētis.
30 Qui ſedeat יושב .i. qui diu obtineat regnū Iuda, neque cadauer eius ſepelietur. 31 Et viſitabo ופקדתי .i. ſumam pœnas de eo & ſeruis eius propter iniquitates eorum. Super eos אליהם aduerſus eos. Omne malū, &c. כל־הרעה וגו׳ .i. vniuerſam afflictionē quā præ dixi eis. Et non aud.: ולא שמעו .i. & non paruerunt Prophetis meis prædicētibus & monētibus. 32 Libri הספר .i. voluminis conſcripti. non enim dicitur liber niſi deſcriptus fuerit, vt dictum eſt in principio huius capitis, verſu 2. Similia. כהמה: Ad verbum, ſicut illa. i. ſimilia illis.

IN CAPVT XXXVII.

3 Et miſit וישלח Miſit ergo. audito ſcilicet rumore aduentus Chaldæorum.

Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi: non enim miſerant eum in cuſtodiam carceris.	4	Irmeiáhu autem″ingrediebatur & egrediebatur in medio populi: nec *enim* poſuerant eum in domum carceris.	
Igitur exercitus Pharaonis egreſſꝰ eſt de AEgypto: & audiẽtes Chaldęi qui obſidebant Ieruſalẽ huiuſcemodi nuntium, receſſerũt ab Ieruſalem.	5	Exercitus autem Paryóh″egreſſus eſt de AEgypto:″audierúntque Chaשſdím qui obſidebant Ieruשſaláim auditum eorum, & aſcenderunt ab Ieruשſaláim.	
Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam prophetam, dicens,	6	Tunc fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu prophetam, dicendo,	Prædicit Deus vrbis excidium.
B Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Sic dicetis Regi Iuda qui miſit vos ad me interrogandum, Ecce exercitꝰ Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam, in AEgyptum:	7	Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, Sic dicetis ad Regẽ Iehudáh qui miſit vos ad me″ad interrogãdum me, Ecce exercitus Paryóh qui egreſſus erat vobis in auxilium, ′reuerſus eſt in terram ſuam in AEgyptum.	
Et redient Chaldæi, & bellabũt cõtra ciuitatem hãc: & capient eam, & ſuccendent eam igni.	8	Et redibunt Chaשſdím, oppugnabúntque ciuitatem hanc, & capient eam, & ſuccendent eam igni.	
Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas veſtras, dicẽtes, Eũtes abibunt & recedent à nobis Chaldæi: quia non abibunt:	9	Sic dixit Iehouáh, Ne decipiatis″animas veſtras, dicendo, Abeũdo″abibunt à nobis Chaשſdím: non enim″abituri ſunt.	
Sed etſi percuſſeritis omnem exercitum Chaldæorum qui præliantur aduerſum vos, & derelicti fuerit ex eis aliq vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo cõſurgẽt, & incẽdẽt ciuitatẽ hãc igni.	10	Nam etiamſi percuſſeritis vniuerſum exercitũ Chaשſdím qui ″oppugnant vos, & remanſerint ex eis viri″tranſfixi, *tamen* quiſque è tentorio ſuo conſurget, & incendent ciuitatem hanc igni.	
Ergo quũ receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis,	11	Fuit autem, quũ aſcẽdiſſet exercitus Chaשſdím ab Ieruשſaláim, propter exercitum Paryóh,	Proficiſcẽs Ieremias in terrã Bẽiamin comprehenditur.
Egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium. C	12	Egreſſus eſt Irmeiáhu de Ieruשſaláim vt iret in terrã Biniamín ″vt ſegregaret ſe inde: *quia erat* in medio populi.	
Quúmque perueniſſet ad portam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Ierias filius Selemiæ filii Hananiæ: & apprehendit Ieremiã prophetã, dicẽs, Ad Chaldæos ꝑfugis.	13	″Quum autem eſſet in porta Biniamín, ibíque eſſet præpoſitus cuius nomen erat Irאiiáh, filius שSelemiáh filii חHananiáh, ille apprehẽdit Irmeiáhu prophetã, dicendo, Ad Chaשſdím tu″trãſfugis.	
Et reſpondit Ieremias, Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. & non audiuit eum, ſed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eũ ad principes.	14	Dixítque Irmeiáhu, ″Falſum eſt, non tranſfugio ad Chaשſdím. at non audiuit eum, ſed cõprehendit Irאiiáh ipſum, Irmeiáhu adduxítque eum ad principes.	
Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, cæſum eum miſerunt in carcerem qui erat in domo Ionathan ſcribæ: ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem.	15	Iratíque ſunt principes contra Irmeiáhu, ″& percutere fecerũt eum, poſuerúntque eum in domum carceris, in domum Iehonathán ſcribæ: ipſam enim fecerant domum carceris.	Cæſus in carcerem mittitur.
Itaque ingreſſus eſt Ieremias in domum laci & in ergaſtulũ: & ſedit ibi Ieremias diebus multis.	16	Quum ingreſſus eſſet Irmeiáhu in domũ laci, ″& in locum vbi detinebantur vincti, & manſiſſet ibi Irmeiáhu diebus multis:	
Mittens autem Sedecias Rex tulit eum: & interrogauit eũ in domo ſua abſcõditè, & dixit, Putáſne eſt ſermo à Dño? Et Dixit Ieremias, Eſt. Et ait, In manus Regis Babylonis tradêris. D	17	Tandẽ miſit Rex xSidciiáhu, & tulit eum, interrogauítque eum Rex in domo ſua abſconditè, & dixit, ″Nũ eſt verbũ à Iehouáh? Et dixit Irmeiáhu, Eſt: ″præterea dixit, In manũ Regis Babél tradêris.	Liberatur à Rege Sedecias.
Et dixit Ieremias ad Regem Sedeciam, Quid peccaui tibi & ſeruis tuis & populo tuo quia miſiſti me in domum carceris?	18	Et dixit Irmeiáhu ad Regem xSidciiáhu, Quid peccaui in te, & in ſeruos tuos, & in populum iſtum, quòd poſuiſtis me in domũ carceris?	

4 Ingrediebatur & egred. בא ויוצא .i.liberè verſabatur, licebat ei liberè verſari cum populo. 5 Egreſſus eſt יצא egreſſus erat. ſub. vt ſuppetias ferret Ieroſolymitanis. Audierúntque Chaשſdím וישמעו הכשדים Hebraiſmus, pro, quum autem audiſſent, ſiue intellexiſſent rumorem aduentus eius, receſſerunt ab Ieruſalem, relicta obſidione. Auditus, pro fama & rumore.

7 Ad interrogandum me, לדרשני vt conſuleretis me. Reuerſus eſt שב reuertetur. ſub. re infecta.

9 Animas veſt. נפשותיכם id eſt voſmetipſos. q.d. nolite ponere fiduciam in receſſu Chaldæorum, tanquam non ſint reuerſuri: nam etiam ſi ex iis qui pugnant aduerſum vos, confoſſi fuerint aliquot, & acceperint vulnera mortalia, adhuc tamen conſurgent, & ſuccendẽt, &c. Abibũt ילכו Fut. Heb. pro præt. abierũt. Quidã vertũt, indubiè recedẽt à nobis. Abituri ſunt. ילכו : ſub. non reuerſuri. 10 Oppugnãt vos, הנלחמים אתכם Ad verbũ, qui præliantur vobiſcũ. Tranſfixi מדוקרים confoſſi. id eſt etiãſi aliquot ex eis acceperint à vobis vulnera lethalia. vt præcedenti verſu. 12 Vt ſegregaret ſe inde, &c. לחליק משם וגו' Ad verbũ, vt diuideret *ſeipſum* inde in medio populi. Quidam, quo ſe illinc ſegregaret de medio populi. & ב pro מן ponitur. Nolebat manere in medio populi, timens ne denuo eum coniicerent in carcerem, præſertim quum dixiſſet, Etiamſi percuſſeritis Chaldæos, perfoſſi & ſemimortui reſurgent, & incendent ciuitatem veſtrã. Alii, vt elaberetur illinc in medio populi. q.d. vt lubrificaret ſeipſum inſtar rei lubricæ, quæ manibus teneri non poteſt: id eſt vt ſubduceret ſeſe ex vrbe, admiſtus turbæ egredienti ſoluta obſidione. tunc enim maximè elabi & eripere ſeſe ſolent homines. Chaldæus paraph. quem ſequutus eſt vetus interpres, vertit, quòd abierit inde vt diuideret poſſeſſionem quam habebat in Anathoth Beniamin in medio populi.

13 Quum autem eſſet, &c. ויהי הוא וגו' .i.quum deueniſſet ad portam vbi erat præfectus cuſtodum illius portæ, nomine Irאiiáh, apprehendit eum, &c. Porta Beniamin dicebatur vna ex portis Ieruſalem, quòd illac irent in terram Beniamin: vel quòd porta illa ſita eſſet in tribu Beniamin. Tranſfugis. נופל : Ad verbum, cadis. i. tu vis deficere à nobis ad Chaldæos. Quidam vertunt, dilaberis. Sequenti verſu idem verbum repetitur. 14 Falſum eſt, שקר mendacium eſt. q.d. non eſt verum me deficere à vobis ad Chaldæos.

15 Et percutere fec. והכו & percuſſerunt. 16 Et in locum, &c. ואל־החנויות & in ergaſtulis. ſiue hoſpitiolis. i. in locum horrendæ foueæ & atræ, & ad cellulas vbi detinebantur vincti. Hæc arguunt carcerem domus Ionathan fuiſſe tetrum atque horrendum.

17 Num eſt verbum, &c. חיש דבר מאת יהוה éſtne verbum Iehouæ? id eſt, éſtne prophetia quam prædixiſti, vera? Præterea dixit, ויאמר addiditque. Ad verbũ, Et dixit.

19 Et vbinam ſunt prophetæ veſtri qui prophetabant vobis,dicēdo,Non veniet Rex Babél contra vos, & contra terram iſtam?

20 Nunc itaque audi obſecro domine mi Rex,″cadat obſecro deprecatio mea in conſpectu tuo,″& ne redire facias me in domū Iehonathán ſcribæ,ne moriar ibi.

21 Et præcepit rex צSidciiáhu,″& poſuerūt Irmeiáhu in atrio cuſtodiæ,″& dedit ei″tortam panis per diem ex platea piſtorum donec conſumeretur omnis panis de ciuitate:″māſit itaque Irmeiáhu in atrio cuſtodiæ.

Cap. XXXVIII.

Principum ſuaſu demittitur Ieremias in lacū.

1 AVdiuit autem שSephatiáh filius Matthán,&Gedaliáhu filius Paשſhnur,& Iuchál filiꝰ שSelemiáhu,& Paשſhnur filius Malchiiáh verba quæ Irmeiáhu loquebatur ad vniuerſum populum, dicendo,

2 Sic dixit Iehouáh, Qui manſerit in ciuitate iſta, morietur gladio,″& fame,& peſte: qui autem exierit ad Chaשſdím, viuet,eritq; anima eius in ſpolium,& viuet.

3 Sic dixit Iehouáh,Tradendo tradetur ciuitas hæc in manū exercitus Regis Babél,& capiet eam.

4 Dixerunt itaque principes ad Regem,″Moriatur quæſumus vir iſte: quia″idcirco″debilitat manus virorum bellicoſorum qui remanſerunt in ciuitate hac,& manus vniuerſi populi,quòd loquatur ad eos″talia verba:vir enim iſte nō quærit pacem populo huic, ſed malum.

5 Et dixit rex צSidciiáhu, Ecce eſt″in manibus veſtris:″non enim Rex poteſt vobis *denegare* quicquam.

6 Tulerunt itaque Irmeiáhu,& proiecerunt eum in lacum Malchiiáhu filii Hamélech qui *erat*″in atrio cuſtodiæ,& demiſerunt Irmeiáhu funibus:in lacu autem nō erat aqua,ſed cœnum, defixúſque eſt Irmeiáhu in cœnum.

Abde-mélech eunuchi rogatu,iubet Rex Ieremiā educi è lacu.

7 Quod quū audiſſet עEbed-mélech AEthiops,vir eunuchus(ipſe autem erat in domo Regis) quòd poſuiſſent Irmeiáhu in lacum: ″tunc Rex ſedebat in porta Biniamín.

8 Egreſſus eſt itaque עEbed-mélech de domo Regis,& loquutus eſt ad Regem,dicendo,

9 Domine mi Rex,″malè fecerunt viri iſti in omnibus quæ fecerunt ipſi Irmeiáhu prophetæ,″quem proiicere fecerunt in lacum: ″morietur enim in loco ipſo propter famem : quia non eſt panis vltrà in ciuitate.

10 Præcepit itaque Rex ipſi עEbed-mélech AEthiopi,dicēdo,Tolle″in manu tua hinc triginta viros,″& aſcendere fac Irmeiáhu pro-

19 Vbi ſunt prophetæ veſtri qui prophetabant vobis, & dicebant,Nō veniet Rex Babylonis ſuper vos & ſuper terram hanc?

20 Nunc ergo audi obſecro domine mi Rex,valeat deprecatio mea in cōſpectu tuo , & ne me remittas in domum Ionathā ſcribæ,ne moriar ibi.

21 Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in veſtibulo carceris, &daretur ei torta panisquotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur ōnes panes de ciuitate: & māſit Ieremias in veſtibulo carceris.

Cap. XXXVIII.

1 AVdiuit autē Saphatias filius Mathan,& Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ ſermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens,

2 Hæc dicit Dominus , Quicunque māſerit in ciuitate hac,morietur gladio & fame & peſte:qui autem profugerit ad Chaldæos,viuet , & erit anima eius ſoſpes & viuens. Suprà 21.a.8

3 Hæc dicit Dominus,Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus Regis Babylonis,& capiet eam.

4 Et dixerunt principes Regi, Rogamus vt occidatur homo iſte : deinduſtria enim diſſoluit manus virorū bellantium qui remanſerunt in ciuitate hac,& manus vniuerſi populi,loquēs ad eos iuxta verba hæc: ſiquidem homo iſte non quærit pacem populo huic,ſed malum. B

5 Et dixit rex Sedecias , Ecce ipſe in manibus veſtris eſt : nec enim fas eſt, Regem vobis quicquam negare.

6 Tulerunt ergo Ieremiam,& proiecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amélech qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerunt Ieremiam in funibus: & in lacu nō erat aqua,ſed lutum, deſcendit itaque Ieremias in cœnum.

7 Audiuit autem Abde-mélech AEthiops , vir eunuchus qui erat in domo Regis,quòd miſiſſent Ieremiam in lacum: porrò Rex ſedebat in porta Beniamin.

8 Et egreſſus eſt Abde-mélech de domo Regis , & loquutus eſt ad Regē, dicens,

9 Domine mi Rex, malè fecerunt viri iſti omnia quæcunque perpetrarūt contra Ieremiam prophetam,mittētes eum in lacum vt moriatur ibi fame : non ſunt enim panes vltrà in ciuitate. C

10 Præcepit itaque Rex Abde-mélech AEthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros,& leua Ieremiam pro-

---

20 Cadat obſec.depre. תפל־נא וגו' Hoc genere dicendi vſus eſt capite præcedenti,verſu 7.Latini dicerent, Sine vt impetrem quæ peto, ſine te exorem. At in actiua voce, Proſternere orationem,aut facere cadere orationem,eſt humiliter ſupplicare:vt capite ſequenti,verſu 26.

Et ne redire facias me ואל־תשיבני Coniunctio &, aut redundat, aut per v т vertenda, vt ne præcipias me reduci.vel,exaudi orationem meam quæ eſt vt ne reuertar,&c. 21 Et poſuerunt ויפקידו tanquam depoſitum ſcilicet. Idem verbum quod præcedenti capite, verſu 20. Et dedit ונתון id eſt curauit dandum. Alii,dantes. Tortam ככר bucellam.aut fruſtum.& ita Chaldæus paraph.i.portionem aliquam. Manſit itaque וישב ſub.vſque ad expugnationem vrbis,durante obſidione.

IN CAPVT XXXVIII.

2 *Et* fame,& pe. ברעב ובדבר *aut* fame,aut peſte. 4 Moriatur quæſ. יומת נא Age,occidatur.ſiue interficiatur. Idcirco על־כן propterea.id eſt hac ratione.ſiue hoc modo. Debilitat מרפא remittit.diſſoluit.id eſt frangit animos:quòd vires corporis pendeāt à virtute animi. Talia verba,כדברים האלה Ad verbum,ſecundum verba iſta. 5 In manibus veſtris: בידכם .i.licet vobis per me eum interficere. Non enim Rex,&c. כי־אין המלך וגו' Fut.Heb.pro præſ.quia nō eſt Rex qui prævaleat vobis *in* quoquā. Alii,Rex non poteſt contra vos quicquam. id eſt non poſſum vobis obſiſtere.de ſe loquitur in tertia perſona. Quum hoc promiſit Sedecias,non erat in regia,ſed in porta Beniamin,vt ſequentia docent. 6 In atrio cuſtodiæ, בחצר המטרה Vide ſuprà cap.32.a.1.

7 Tunc Rex,&c. והמלך יושב וגו' Ad verbum,& Rex. Quidam hæc iungunt ſequenti verſui,Quum autem eſſet Rex in porta Beniamin, Egreſſus eſt Ebed-mélech,&c. 9 Malè fece. הרעו perperam egerunt. Quidam per præſens,peſſimè agunt. Quē proii.fec. את אשר־השליכו *nempe* quòd proiecerunt eum. Morietur,&c. וימת תחתיו Ad verbū,& mortuus eſt ſubtus ſe. Quidam vertūt,moritúrque in loco ſuo. Alii,mortuus eſt in loco ſuo.q.d.actum eſt de illo,ſiue breui morietur in loco vbi nunc eſt. 10 In manu tua בידך .i.tecum,vt vertit Chaldæus paraph.vel in poteſtate tua,ſiue dominio tuo.q.d. facio tibi poteſtatem tollendi hinc triginta viros. Sequenti verſu idem Hebraiſmus repetitur. Et aſcendere fac והעלית & educ.vel,extrahe.id eſt vt educas.

	phetam de lacu,antequã moriatur.	phetam de lacu,antequam moriatur.
11	Aſſumptis ergo Abde-mélech ſecũ viris , ingreſſus eſt domũ Regis quæ erat ſub cellario:& tulit inde veteres pannos , & antiqua quæ computruerãt: & ſubmiſit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.	Aſſumpſit ergo yEbed-mélech viros in manu ſua,& ĩgreſſus eſt domũ Regis ad *locum qui erat* ſub theſauro:tulítque indeʹveteres *pannos* putridos , & veteres corruptos : & demiſit eos ad Irmeiáhu in lacum,funibus.
12	Dixitque Abdemélech AEthiops ad Ieremiam , Pone veteres pannos & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum , & ſubter funes . fecit ergo Ieremias ſic.	Et dixit yEbed-mélech AEthiops ad Irmeiáhu, Pone nuncʹveteres *pannos* putridos & corruptos ſub axillis ʹmanuũ tuarum, ſubter funes.& fecit Irmeiáhu ſic.
13	D Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu:manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris.	Extraxerũt itaque Irmeiáhu funibus,& aſcẽdere fecerunt eum è lacu:manſítque Irmeiáhuʹin atrio cuſtodiæ.
14	Et miſit rex Sedecias , & tulit ad ſe Ieremiam prophetã ad oſtium tertiũ quod erat in domo Domini, & dixit Rex ad Ieremiã,Interrogo ego te ſermonem,ne abſcõdas à me aliquid	Miſit autem rex xSidciiáhu & tulit Irmeiáhu prophetam ad ſe, ʹad introitum tertium qui erat in domo Iehouæ,dixítque Rex ad Irmeiáhu,ʹInterrogo te aliquid,ʹne abſcondas à me quicquam.
15	Dixit autẽ Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, nũquid non interficies me? & ſi cõſilium dedero tibi,non me audies.	Dixit autẽ Irmeiáhu ad xSidciiáhu,ʹSi annũtiauero tibi, annõ ĩterficiẽdo interficies me?& ſi cõſiliũ dedero tibi,nõ parebis mihi.
16	Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm,dicens,Viuit Dominus qui fecit nobis animam hãc,ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorũ iſtorũ qui quærunt animam tuam.	Et iurauit rex xSidciiáhu ipſi Irmeiáhu clàm,dicendo, Viuit Iehouáh qui fecit nobis animam hanc,ſi occidero te,& ſi tradidero te in manum virorum iſtorum qui quærunt animam tuam.
17	Et dixit Ieremias ad Sedeciã, Hæc dicit Dominus exercituum,Deus Iſrael , Si profectus exieris ad prĩcipes Regis Babylonis,viuet anima tua,& ciuitas hæc non ſuccendetur igni, & ſaluus eris tu & domus tua:	Et dixit Irmeiáhu ad xSidciiáhu, Sic dixit Iehouáh Deus exercituum,Deus Iwſraxél, Siʹexeũdo exieris ad principes Regis Babél, ʹ& viuet anima tua, & ciuitas hæc nõ ſuccendetur igni, & viues tu & familia tua:
18	Si autem non exieris ad principes Regis Babylonis , tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorũ, & ſuccendent eam igni : & tu non effugies de manu eorum.	Si autem non exieris ad principes Regis Babél,tradetur ciuitas hæc in manum Chawſdím,& ſuccendent eam igni,neque effugies de manu eorum.
19	Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus ſum propter Iudæos qui tranſfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum , & illudant mihi.	Dixit autẽ rex xSidciiáhu ad Irmeiáhu,ʹTimeo mihi propter Iehudæos qui tranſfugerunt ad Chawſdím , ne fortè ʹtradant me in manum eorum,& illudant mihi.
20	Reſpondit autem Ieremias , Non te tradent: audi quæſo vocem Domini quam ego loquor ad te,& bene tibi erit,& viuet anima tua:	Et dixit Irmeiáhu, Non tradent:audi ʹquæſo vocẽ Domini qua loquor ad te,& bene erit tibi,& viuet anima tua:
21	E Quòd ſi nolueris egredi: iſte eſt ſermo quem oſtendit mihi Dominus,	Si autem renueris exire,hoc eſt verbum quod oſtendit mihi Iehouáh,
22	Ecce omnes mulieres quæ remanſerunt in domo Regis Iuda, educẽtur ad principes Regis Babylonis: & ipſæ dicent,Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui: demerſerunt in cœnum, & in lubricũ pedes tuos,& receſſerunt à te.	ʹEcce omnes mulieres quæ ʹremanſerunt in domo Regis Iehudáh,ʹeducentur ad principes Regis Babél:eædémque dicent,ʹSuaſerunt tibi,& præualuerunt tibiʹviri pacis tuæ: infixi ſunt ʹin cœno pedes tui,ʹconuerſi ſunt retrorſum.
23	Et omnes vxores tuæ , & filii tui educentur ad Chaldæos:& nõ effugies manus eorum:ſed in manu Regis Babylonis capieris , & ciuitatem hanc comburet igni.	Et omnes vxores tuas & filios tuos educent ad Chawſdím , tu quoque non euades de manu eorum : ſed manu Regis Babél capieris,& ciuitatem hancʹcombures igni.
24	Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam, Nullus ſciat verba hæc, & non morieris.	Dixit autem xSidciiáhu ad Irmeiáhu,Nemo ſciat verba iſta,ʹ& non morieris.

Oſtendit Ieremias qua ratione poſſit euadere mortem Rex qui ipſũ conſulebat.

11 Veteres,&c. בלוי הסחבות וגו׳ Ad verbum,veterationes putridorum,*&* veterationes corruptorum. vel,vetera tractionum,*&* vetera conſumptionum.i.pannos veteres,pedibus calcantium huc & illuc tractos, ſparſos & diſiectos: putrida item,lacera & corrupta. Gallicè, *des uieulx haillons.* 12 Veteres,&c. בלואי וגו׳ Eadem verba quæ præcedenti verſu. Manuum t. ידיך .i.brachiorum tuorũ.pars pro toto. 13 In atrio בחצר in veſtibulo. 14 Ad introitum ter.&c. אל־מבוא השלישי ad ingreſſũ tertium.i.portã tertiã quæ erat ex portis templi tertia,quæ reſpiciebat regiam.per illam enim de regia ingrediebantur templum. Interrogo שואל Præſ.Heb.pro fut. Interrogaturus ſum. Ne abſc.&c. אל תכחד וגו׳ Ad verbum,ne abſcondas à me verbum.i.rem aliquam.Latinè,ne me celes quicquam.

15 Si annuntiauero,&c. כי אגיד וגו׳ quum indicauero tibi, annon occidendo occides me? & quum conſilium dedero, non audies me.i. Etiamſi dixero tibi veritatem,curabis me interficiendum:præterea tu nõ credes mihi. 17 Exeundo exi. יצוא תצא egreſſus exieris. vt ſcilicet facias imperata illorum. Et viuet ani.t. וחיתה נפשך .i.tu viues.ſeipſum mox exponit,dicens,Et viues tu.i.non morieris.

19 Timeo mi. אני דואג Anxius ſum.vel ſolicitus. Tradant יתנו ſub.ipſi Chaldæi in manũ Iudæorũ. 20 Quæſo נא nunc.

22 Ecce והנה Ad verbum,Et ecce.Redundat coniunctio. Remanſerunt נשארו reliquæ ſunt.quũ ſcilicet abductus fuit captiuus Ioachin vnà cum matre ſua.Chaldæi contenti illis,pepercerunt aliis mulieribus. Educentur מוצאות Præſ.Heb.pro fut. Suaſerunt tibi הסיתוך Impoſuerunt tibi.Seduxerunt te. Viri pa.tuæ, אנשי שלומך .i.viri pacifici tui,hoc eſt familiares,ac domeſtici tui:nempe pſeudoprophetæ & principes qui credunt illis. Quidam, viri qui pacem tibi pollicebãtur. Alii,viri cum quibus fuit tibi pax. In cœno, בבוץ Falſas perſuaſiones comparat cœno ſiue luto.q.d.non poteras egredi.dũ fuga tentaſti conſulere vitæ tuæ,captus es à Chaldæis,& quaſi in lutum tenaciſſimum incidiſſes, coactus es referre pedem. Conuerſi ſunt ret. נסוגו אחור׃ .i.te deſerto abierunt.te dereliquerunt.

23 Combures תשרף .i.eris author & cauſa comburendæ vrbis. 24 Et non mor. ולא תמות׃ Phraſis Hebraica,pro,ne moriaris.

39·40·

25 Quòd ſi audierint principes quòd loquutus ſum tecum, & venerint ad te, dixeríntque tibi, Indica nunc nobis quid loquutus ſis ad Regem, ne celes nos, & non interficiemus te: & quid loquutus ſit ad te Rex.

26 Dices ad eos, "Cadere feci ego deprecationem meam coram Rege, ne reducere faceret me in domũ Iehonathán, vt morerer ibi.

27 Venerũt ergo omnes principes ad Irmeiáhu, & interrogauerũt eũ: nuntiauítque eis "iuxta omnia verba illa quæ præceperat Rex, "& ſiluerunt ab eo: quia non fuerat exauditum verbum.

28 Et manſit Irmeiáhu in atrio cuſtodiæ vſque ad diem quo capta eſt Ieruשſaláim: "erátque *ibi* quum capta fuit Ieruשſaláim.

Cap. XXXIX.

Nabuchodonoſor obſidet Ieruſalem.

1 ANno nono צSidciiáhu Regis Iehudáh, menſe decimo, venit Nebuchadrאeצſár Rex Babél, & vniuerſus exercitus eius cõtra Ieruשſaláim, & obſederunt eam.

2 Vndecimo autem anno צSidciiáhu, menſe quarto, nona "menſis "rupta eſt ciuitas.

3 Ingreſſiq; ſunt õnes prĩcipes Regis Babél, & ſederũt in porta media, Nergal שſarאéצſer, סSamgar-nebo, שSarסſechím, Rab-ſariס, Nergal שſarאéצſer, Rab-mag, & oẽs reliqui principes Regis Babél.

Fugit Sedecias.

4 Et fuit, quum vidiſſet eos צSidciiáhu Rex Iehudáh, omnéſque viri bellatores, fugerunt, & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, "per portam *quæ erat* inter duos muros, "egreſſúſque eſt per viam deſerti.

Comprehẽditur à Chaldæis.

5 Perſequutus eſt autẽ eos exercitus Chaשſdím, & aſſequuti ſunt צSidciiáhu "in deſertis Iereחhó, tulerúntque eum, atque aſcendere fecerunt eum ad Nebuchadnאeצſár Regem Babél in Ribláh, *quæ eſt* in terra חHamáth, "& loquutus eſt cum eo iudicia.

Occiduntur filii eius.

6 "Et iugulauit Rex Babél filios צSidciiáhu in Ribláh in oculis ei⁹: omnes item "nobiles Iehudáh iugulauit Rex Babél.

Exoculatur.

7 Oculos verò צSidciiáhu excæcauit: & vinxit eum "compedibus vt adduceret eum in Babél.

8 "Domum autem Regis & domos populi ſuccenderunt Chaשſdím igni: & muros Ieruשſaláim diruerunt.

9 Reſiduum autem populi qui remanſerat in vrbe, & tranſfugas qui tranſfugerant "ad eum, & reſiduum populi qui remanſerat, trãſtulit Nebuzar-adán princeps "militum in Babél.

10 "De plebe verò pauperum quibus non erat quicquam, "reliquit Nebuzar-adán magiſter militum in terra Iehudáh, & dedit eis vineas & agros in die illa.

25 Si autem audierint principes quia loquutus ſum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid loquut⁹ ſis cum Rege, ne celes nos, & nõ te interficiemus: & quid loquutus eſt tecum Rex. G

26 Dices ad eos, Proſtraui ego preces meas coram Rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathã, & ibi morerer.

27 Venerũt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & loquut⁹ eſt eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei Rex, & ceſſauerũt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

28 Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris, vſque ad diem quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

Cap. XXXIX.

4. Reg. 25. a. 1 infrà 52. a. 4

1 ANno nono Sedeciæ Regis Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalẽ, & obſidebant eam.

2 Vndecimo autẽ anno Sedeciæ, mẽſe quarto, nona menſis aperta eſt ciuitas:

3 Et ingreſſi ſunt omnes principes Regis Babylonis, & ſederunt in porta media: Neregel Seréſer, Semegarnabu, Sar-ſachim, Rab-ſares, Neregel Seréſer, Reb-mag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis.

4 Qũque vidiſſet eos Sedecias Rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti.

5 Perſequutus eſt autẽ eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor Regem Babylonis in Reblátha, quæ eſt in terra Emath: & loquutus eſt ad eum iudicia. B

6 Et occîdit Rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblátha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occîdit Rex Babylonis.

7 Oculos quoq; Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus vt duceretur in Babylonem.

8 Domum quoque Regis, & domũ vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni: & murum Ieruſalem ſubuerterunt.

9 Et reliquias populi, qui remanſerãt in ciuitate, & perfugas qui tranſfugerant ad eum, & ſuperfluos vulgi qui remanſerant, tranſtulit Nabuzardan magiſter militum in Babylonem.

10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardan magiſter militum in terra Iuda: & dedit eis vineas & ciſternas in die illa. C

26 Cadere fe. ego dep. meam מפיל־אני תחנתי Hebraiſmus, pro obnixè precatus ſum Regem. Vide præcedenti capite, verſu 20. Quidã, Ego ſupplex procubui orans coram Rege. Alii, proſtraui ego orationem meam coram Rege. Alii, fudi preces ad Regem.

27 Iuxta omnia, &c. ככל־הדברים וגו׳ .i. prorſus vt præceperat ei Rex. Et ſiluerunt ab eo, ויחרשו ממנו .i. deſierunt, ſiue deſtiterũt interrogare eum. 28 Erátque, &c. והיה כאשר וגו׳ Quidam hæc verba referunt ad ſequentia, Factum eſt autem quum capta eſſet Ieruſalem, anno nono, &c.

IN CAPVT XXXIX.

2 Menſis, לחדש Antecedens pro relatiuo, nona eiuſdẽ. Rupta eſt הבקעה .i. perruptus fuit murus vrbis. Gallicè, *la breche fut faicte.*

4 Per portam, &c. בשער וגו׳ Portam intelligit orificium cuniculi cuiuſdam habentis vtrinque murum. q.d. per os cuniculi qui erat in horto Regis, qui ita factus erat vt vtrinque murum haberet, vt fit in fornicibus. Os autẽ habebat in horto Regis, ne omnibus pateret, & vt illinc, nemine conſcio liceret Regi fugere. De Vrbis porta quæ inter murum & antemurale ſita erat, intelligi non poteſt hic locus, quòd ea omnibus pateret. Egreſſuſque eſt ויצא ſub. Rex. qui per campeſtria aufugit. 5 In deſertis בערבות in campeſtribus. Et loquutus eſt, &c. וידבר אתו משפטים: Chaldæus paraph. & loquutus eſt cum eo verba iudiciorum. hoc eſt, corripuit, ſiue increpauit eum. vel, iudicauit. Gallicè, *il luy remonſtra ſes faultes. ou, il luy feit ſon procez.* Acriter increpauit eum quòd fregiſſet fœdus cum eo initum adhibito iureiurando per nomen Dei. 6 Et iugulauit וישחט Et occidit. vel, interfecit. i. interficiendos curauit. Idem verbum mox. Nobiles חורי principes. ſic Hebraicè dicuntur à candore animi quo pollere debent. 7 Compedibus, בנחושתים geminis compedibus, ferreis. vel chalybeis. Duale nomen eſt Hebræis, quòd fierent vtrique pedi. 8 Domum au. ואת־בית Quidam vertunt per plurale, domos autẽ. æſtiuã ſcilicet & hybernã. Vide ſuprà cap. 33. a. 4. 9 Ad eũ, עליו Imperatorẽ exercitus Regis Babylonis intelligit. Militũ טבחים Hæc vox à radice טבח quod mactare, iugulare, & occidere eſt, deriuata, ſignificat coquum. Vnde quidam transferunt, præfecto coquorum. Per tranſlationem autẽ ſignificat militẽ à cæde: nam & occiſionem illam quæ fit in bello, Gallicè vocamus, *Belle boucherie.* Et Chaldæus paraph. vertit, princeps occiſionis. Vertendũ igitur, præfectus militiæ. Vide Gene. 37. d. 36 10 De plebe verò paupe. ומן־העם הדלים De populo verò paupere. i. tenuis fortunæ hominibus, quibus nullæ erant facultates. Reliquit השאיר Ad verbum, remanere fecit.

11 Prçceperat autē Nabuchodonoſor Rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magiſtro militum, dicens,

12 Tolle illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: ſed vt voluerit, ſic facias ei.

13 Miſit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Nabuſezbaz & Rab-ſares, & Neregel, & Seréſer, & Reb-mag, & omnes optimates Regis Babylonis,

14 Miſerunt & tulerunt Ieremiam de veſtibulo carceris, & tradiderunt eũ Godoliæ filio Ahicam filii Saphan, vt intraret in domũ, & habitaret in populo.

D 15 Ad Ieremiam autem factus fuerat ſermo Domini, quum clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicens,

16 Vade, & dic Abdemélech AEthiopi, dicens, Hęc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Ecce ego inducā ſermones meos ſuper ciuitatem hāc in malũ, & non in bonum: & erunt in conſpectu tuo in die illa,

17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradêris in manus virorũ quos tu formidas:

18 Sed eruēs liberabo te, & gladio nõ cades: ſed erit tibi anima tua in ſalutem: quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

Cup X L.

1 SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebātur in Babylonem.

2 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiā, dixit ad eum, Dominus Deus tuus loquutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum,

3 Et adduxit, & fecit Dominus ſicut loquutus eſt: quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic:

4 Nũc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos ſuper te: ſi autem diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide: ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt: quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge.

---

11 Præceperat autē Nebuchadrℵexſár Rex Babél de Irmeiáhu, ʼper manum Nabuzaradán magiſtri militum, dicendo, *Ieremias prçcegitur.*

12 Tolle illum, ʺ& oculos tuos pone ſuper illum, neque feceris ei quicquam mali: ſed ʼvt loquetur ad te, ſic facies cum eo.

13 ʼMiſit itaq; Nabuzaradán prīceps militũ & Nabuשׁſazbán, Rab-ɒſaríɒs, & Neregálשׁ Sarℵexér, Rab-mág, & oēsʼ prīcipes regis Babél,

14 ʺMiſerunt inquam, & tulerunt Irmeiáhu de atrio cuſtodiæ, & tradiderũt eum Gedaliáhu filio Anhicāʼ filii שׁSaphán, ʼvt educeret eũ ad domum: ʼ& habitauit in medio populi.

15 Ad Irmeiáhu quoque factũ fuerat verbum Iehouæ quum eſſet ʺclauſus in atrio cuſtodiæ, dicendo, *Abde mélech ob fiduciam in Deum, liberatur à captiuitate.*

16 Vade, & dic ʼad ʏEbed-mélech AEthiopem, dicendo, Sic dixit Iehouáh exercituũ Deus Iשׁraℵél, Ecce ʺadducturus ſum verba mea ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ʼ& erũt in conſpectu tuo in die illa,

17 Et eripiam te in die illa, dixit Iehouáh, & nõ tradêris in manum virorum à quorum facie tu formidas:

18 ʺSed eruendo eruam te, & gladio non cades: erítque tibi anima tuaʼ in prædam: quiaʺ fidiſti mihi, ait Iehouáh.

Cap. X L.

1 VʺErbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, poſtquam dimiſerat eum Nebuzaradán magiſter militum ʼ de Ramáh: quando tulit eum, quum is eſſet tum vinctusʼ catenis in medio vniuerſæ transmigrationis Ieruשׁſaláim & Iehudáh, ʼqui captiui deducebantur in Babél. *Datur Ieremiæ facultas proficiſcendi quò velit.*

2 Tulit autem ʼprinceps militũ Irmeiáhu, & dixit ad eum, Iehouáh Deus tuusʼ loquutus eſt malum hoc contra locum iſtum,

3 Et adduxit, fecítque Iehouáh quemadmodum ʼloquutus eſt: quia peccaſtis Iehouæ, & non paruiſtis voci eius, ʼpropterea fuit vobis verbum hoc.

4 Nũc ergo ecce ſolui te hodieʼ à catenis quæ *erāt* in manibus tuis: ʼſi bonũ *eſt* in oculis tuis vt venias mecum *in* Babél, veni, & ponam oculum meum ſuper te: ſin autem malum *eſt* in oculis tuis vt venias mecũ *in* Babél, deſine: vide, omnis terra in cõſpectu tuo eſt: ʼad *locum qui* bonus & rectus eſt in oculis tuis vt vadas illuc, vade.

---

11 Per manũ ביר in manu. Hebraiſmus pro, per Nebuzaradán, vel ipſi Nebuzaradán. 12 Et oculos t. pone ſu. illũ ועיניך שים עליו Hebraiſmus, Gere[vel habe]curam illius, ſiue proſpice illi. nam ab illis ſolemus oculos auertere quos contemnimus. Vt loquetur, &c. כאשר ידבר וגו׳ quēadmodum dicet tibi, ſic age cum illo. aut, facito ei. id eſt facito illi vt petierit. 13 Miſit itaque וישלח Iam autem miſerat. pro, Iam autem miſerant, ſub. in atrium cuſtodiæ, expugnata vrbe. Singul. pro plur. Principes רבי optimates. magnates.

14 Miſerunt inquam וישלחו Miſerant inquam. Iam inquam miſerant. Filii שׁSaphán, בן־שפן filio Saphan. Vt educeret eum להוצאהו id eſt vt eductum è medio captiuorum, deduceret in domum. Et habitauit in medio po. וישב בתוך העם: Hebraiſmus, factus eſt liber. ſiue licuit ei habitare in medio populi in ſumma libertate. 15 Clauſus in atrio cuſt. עצור בחצר המטרה id eſt vinctus in atrio carceris regii. Nõ ſemper ſeruatur ſeries hiſtoriæ in Literis ſacris. 16 Ad ʏEbed-mélech AEthiopē, לעבד־מלך הכושי Quidā vertunt, ad ſeruũ Regis AEthiopem. Adducturus ſum מביא Præſ. Heb. pro fut. Eſt autem Hebraiſmus, acſi dicat, Efficiam vt eueniant mala, & non bona, quæ prædixi aduerſus hanc vrbem, quorum tu eris ſpectator tempore quo euenient.

18 Sed eruendo eruam te כי מלט אמלטך Quia certiſſimè eruā, vel liberabo te, ne gladio cadas. In prædam, לשלל in ſpolium. id eſt, lætaberis pro vita tua conſeruata. perinde atque milites lætari ſolēt quũ incidũt in ſpolia multa. Vide ſuprà cap. 21. c. 9, & 38. a. 2. & 45. b. 5. Fidiſti mihi בטחת בי fiduciam habuiſti in me. vel, ſperaſti in me.

IN CAPVT XL.

1 Verbum quod fuit, &c. הדבר אשר היה וגו׳ q. d. Prophetauit quoque Ieremias poſt expugnatam vrbem. Ab hoc loco vſque ad prophetiam qua Dominus admonet per Ieremiam reliquias Iuda, ne fugiant in AEgyptum, interſeritur longa hiſtoria per parētheſin: qua narrata, exponitur prophetia reuelata Ieremiæ à Deo, cuius mentio fit primo verſu huius capitis. De Ramah, מן־הרמה Vbi ſcilicet ſubſtiterat dum expugnaretur Ieruſalem, & vbi captiuos abducendos congregabat. Catenis באזיקים compedibus. vel potius, manicis ferreis. vt ex quarto verſu apparet. Qui captiui, &c. המוגלים בבלה: qui captiui deducendi erant. vel, demigrabant.

2 Princeps militum רב־טבחים Vide capite præcedenti, verſu 9. Initium eſt longæ parentheſis quæ durat vſque ad XLII caput, circiter principium, verſu 7, ante hoc verbum, Et fuit in fine decem dierum. Loquutus eſt malum hoc דבר את־הרעה הזאת id eſt prædixit afflictionem hanc, quam & fecit vt eueniret. 3 Loquutus eſt: דבר id eſt prædixit, ſiue prædixerat. Propterea, &c. היהו לכם הדבר הזה: Ad verbum, & fuit vobis verbum iſtud. pro, idcirco euenit vobis iſta calamitas. 4 A catenis מן האזיקים è manicis ferreis. i. reſtitui te priſtinæ libertati. Si bonum eſt, &c. אם־טוב וגו׳ Hebraiſmus, ſi tibi placet, aut gratum eſt venire mecum in Babylonem, veni, tui enim curam geram (vt capite præcedenti, verſu 12) ſin autem non placuerit venire mecum, &c. Ad *locum*, &c. אל טוב וגו׳ Hebraiſmus, pro, vniuerſa regio tibi proponitur, Gallicè, *eſt a ton commandement*: proficiſcere ad locũ qui tibi magis placuerit, & quem potius delegeris. Similis loquutio eſt etiā Gene. 13. b. 9, Nunquid non omnis terra coram te? Et 20. d. 15, Ecce terra mea coram te: in *loco* bono coram oculis tuis habita. Item, 34. b. 10, Et nobiſcum habitabitis, & terra erit coram vobis, habitate.

ʹAdhuc autem ille non *dixerat quòd non* reuerteretur: & *dixit*, Reuer- 5
tere ad Gedaliáh filiũ Aחhicám filii שSaphán, quẽ præpoſuit Rex
Babél ciuitatibus Iehudáh,& habita cum eo in medio populi: vel
ad omnẽ *locum*ʺ *qui* rectus fuerit in oculis tuis vt vadas, vade. Et de-
dit ei princeps militiæʺviaticum & munus,& dimiſit eum.

*Habitat Ieremias cum populo relicto in Ieruſalẽ, cui præerat Godolias.

Venit igitur Irmeiáhu ad Gedeliáh filium Aחhicám inMixſpáh, 6
& habitauit cum eo in medio populi ʹqui remanſerat in terra.

Audierũt autem omnesʺprincipes exercituum qui in agro *erant*, 7
ipſiʺ& viri eorũ,quòd præfeciſſet Rex Babél Gedaliáhu filiũ Aחhi-
cám terræ,quódque commendaſſet ei viros,& mulieres,& paruu-
los,ʺ& pauperes terræ,eos qui non fuerant tranſlati in Babél:

Et venerunt ad Gedaliáhu in Mixſpáh ,ʺnempe Iשſmayאél filius
Nethaniáhu, & Ioחhanán,& Ionathã filii Caréaחh,& שSeraiáh fili⁹ 8
Thanחhúmeth , & filii yEphái Netophathitæ , & Iezaniáhu filius
Mayachathí,ipſi,& viri eorum:

ʹEt iurauit eis Gedaliáhu filius Aחhicám filii שSaphã,& viris eo- 9
rum, dicendo,Ne timeatis ſeruire Chaשſdím: habitate in terra, &
ſeruite Regi Babél,& bene erit vobis.

Et ego ecceʺhabito in Mixſpáh , ʹvt ſtem coram Chaשſdím qui 10
veniẽt ad nos: vos autemʹcolligite vinum,ʺ& fructum, & oleũ,&
poniteʺin vaſis veſtris,& manete in vrbibus veſtrisʹquas cepiſtis.

Quinetiã omnes Iehudæi qui erãt in Moáb,& inter filios yAm- 11
món,& in אEdóm, & qui erant in õnibus *aliis* terris, audierũt quòd
dediſſet Rex Babél ʺreſiduum Iehudáh , & quòd præfeciſſet eis eos
Gedaliáhu filium Aחhicám filii שSaphán:

Et reuerſi ſunt omnes Iehudæi de vniuerſis locis ad quæ expulſi 12
fuerant:& venerunt in terram Iehudáh ad Gedaliáhu in Mixſpáh:
collegerúntque vinum,ʹ& fructus multos valde.

Iohanan prædicit Godoliæ duci mortem ſuã.

Ioחhanán autẽ filius Caréaחh,& omnes principes exercituũʹqui 13
erant in agro ,venerunt ad Gedaliáhu in Mixſpáh,

Dixerúntque ei , Nonne cognoſcendo ʺcognoſcis quòd Baya- 14
líos Rex filiorum yAmmón miſit Iשſmayאél filium Nethaniáhʺvt
percutiat te *in* animã? ſed nõ credidit eis Gedaliáhu filius Aחhicám.

Ioחhanán autem filius Caréaחh loquutus eſt ad Gedaliáhu clàm 15
in Mixſpáh, dicendo,ʹIbo nunc,&percutiam Iשſmayאél filiũ Ne-
thaniáh,ʺ& nemo ſciet: cur *enim* percutiet te

5 Et mecum noli venire: ſed habita apud Godoliam filium Ahicã filii Saphan,quem præpoſuit Rex Babylo- B
nis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cũ eo in medio populi:vel quocũque placuerit tibi vt vadas, vade. dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria & munuſcula,& dimiſit eum.

6 Venit autem Ieremias ad Godoliã filium Ahicam in Maſphath:& habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

7 Quúmque audiſſent omnes principes exercitus qui diſperſi fuerant per regiones,ipſi & ſocii eorũ,quòd præfeciſſet Rex Babylonis Godoliã filiũ Ahicam terræ: & quòd cõmendaſſet ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant tranſlati in Babylonem,

8 Venerũt ad Godoliã in Maſphath C
& Iſmahel fili⁹ Nathaniæ,& Iohanã & Ionathã filii Caree,& Sareas filius Thanehumeth , & filii Ophi qui erãt Netophathi , & Iezonias filius Maachathi,ipſi,& viri eorum.

9 Et iurauit eis Godolias fili⁹ Ahicã filii Saphan,& comitibus eorum, dicẽs,¦Nolite timere ſeruire Chaldæis: 4.Reg.25.f.24
habitate in terra,& ſeruite Regi Babylonis,& bene erit vobis.

10 Ecce ego habito in Maſphath, vt reſpondeam pręcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam,&meſſem,& oleũ, & condite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas tenetis:

11 Sed & õnes Iudæi qui erant in Moab,& in filiis Ammõ,& in Idumæa,& in vniuerſis regionibus, audito quòd dediſſet Rex Babylonis reliquias in Iudæa , & quòd præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan:

12 Reuerſi ſunt inquã omnes Iudæi D
de vniuerſis locis ad quæ profugerãt: & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Maſphath : & collegerunt vinum,& meſſem multam nimis.

13 ¦ Iohanan autem filius Caree,& omnes principes exercitus qui diſperſi fuerant in regionibus,venerũt ad Godoliam in Maſphath.

14 Et dixerunt ei , Scito quòd Baalis Rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filium Nathaniæ percutere animam tuam . & non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15 Iohanã autem filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath, loquens , Ibo, & percutiam Iſmahel filium Nathaniæ nullo ſciẽte: ne inter-

5 Adhuc autem,&c. ועודנו וגו׳ Ad verbũ, Et adhuc ille non reuerteretur. pro adhuc enim ille non reſponderat ſe velle reuerti in terram ſanctam, quum ille iuſſit vt Ieruſalem rediret. voluntatem enim Ieremiæ ex vultu deprehenderat, aut è mora. *Qui* rectus fuerit in oc.t. הישר בעיניך Hebraiſmus qualis præcedenti verſu,id eſt habita apud eũ in libertate, vel ito quocunque tibi ire libuerit. Viaticum & munus, ארוחה ומשאת Doctus inter Hebræos dicit vtranque dictionem hoc loco ſignificare munus, vt ſit ſenſus,Duo genera munerum dedit ei. Alii,ארוחה dicunt ſignificare quidem munus,ſed propriè de his quæ pertinent ad victum. Chaldæus paraph. munera & cõmeatum.
6 Qui remanſerat הנשארים qui relictus fuerat.aut reliquus erat. 7 Principes exer. שרי החילים Quum Chaldæi obtinuiſſent vrbẽ,fugerunt noctu bellatores quicunque fuerant intra ciuitatem,in campum: & conſtituerunt ſuper ſe duces & gubernatores:& ii vocãtur hìc principes exercituum,ſeu cateruarũ. In agro autem dicit,id eſt extra vrbem. Et viri e. ואנשיהם .i.milites. Et pauperes,&c. ומדלת וגו׳ Ad verbum,& de paupertate terræ[vel penuria terræ]& iis qui,&c. pro quo Chaldæus paraph. vertit,de pauperibus populi terræ. Quidam vertunt,aliquot ex pauperibus regionis, ex iis qui captiui abducti non fuerant.vel,non demigrauerant in Babylonem.
8 Nempe Iשſm. וישמעאל Hic ו &,pro nẽpe poſitum eſt.nã hi ſunt principes qui venerunt. 9 Et iurauit וישבע .i.promiſit illis iureiurãdo adhibito,ſalutẽ,& militibus eorũ. Verba iureiurãdi hìc omittũtur breuitatis cauſa,vt 2.Reg.25.f.24. 10 Habito יושב Præſ. Heb.pro fut.habitaturus ſum. Vt ſtem co.Ch. לעמוד לפני הכשדים vt aſtẽ Chaldæis. Hebraiſmus,pro excipiã Chaldæos qui è Chaldæa vẽturi ſunt ad nos:quibus fideiubebo pro vobis,ponámque animã meã pro vobis,vt ſecuri viuatis,& locupletes efficiamini in ciuitatibus veſtris. Colligite אספו congregate.recõdite. Et fructũ וקיץ ſub.æſtatis,ſiue fructus autumnales.nã קיץ accipitur pro æſtate ſimpliciter.i.pro quarta parte anni:interdum pro æſtate & autumno.fructus æſtiuos ſignificat qui deſiccari ſolent in ſole,tempore æſtiuo,vt ficus,& idgenus. Chaldæus paraph.vertit caricas.i.maſſas ficuum compreſſarum & ſiccatarum. In vaſis veſtris, לכליכם in penuariis veſtris. Quas cepiſtis.: אשר־תפשתם quas apprehendiſtis.ſub.ad inhabitandum. Quidã,quas occupaſtis. Alii,quas tenetis.ſub.vt in illis habitetis.
11 Reſiduum שארית reliquias.i.reliquiſſet aliquot Iudæos in Iuda,quibus præfeciſſet Godoliam. 12 Et fructus וקיץ Eadẽ vox quæ præcedenti verſu 10. 13 Qui *erant* in agro, אשר בשדה .i.agebant in agro.ſub.Ieroſolymitano,vel Iudaico:non in vrbe, quando fuit expugnata.ſiue qui aufugerant vrbe expugnata. Gallicè,*qui tenoyent les champs*. Hoc autem verſu repetit quæ prius dicta fuerunt verſu 7,expreſſo tamen nomine ducis,vt narret factum ipſius, quo ſcilicet detexit inſidias quas ſtruebat Iſmael contra Godoliam, inuidens præfecturæ eius. 14 Cognoſcis ידע Fut.Heb.pro præſ. Vt percutiat te *in* a. להכותך נפש vt percutiat te *percuſſione* animæ.i.plaga animæ,qua ſcilicet anima ſeparatur [ſiue ſeiũgitur] à corpore,hoc eſt vulnere lethali.q.d.vt occîdat te. Alii,vt percutiat animàm tuam.hoc modo pronomen affixum verbo,referri debet ad nomen. 15 Ibo nunc, אלכה נא Vadam quæſo.i. Age vadam.q.d.per te mihi liceat ire.fac mihi poteſtatem eundi. Et nemo ſciet: ואיש לא ידע Ad verbum,& vir non ſciet,id eſt nemine ſciente.

ficiat animam tuam, & diſſipentur omnes Iudæi qui congregati ſunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda.

Et ait Godolias filius Ahicã ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

Cap. XLI.

ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ filii Eliſama de ſemine regali, & optimates Regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & comederũt ibi panes ſimul in Maſphath.

Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ, & decẽ viri qui cum eo erãt, & percuſſerunt Godoliam filiũ Ahicã filii Saphan gladio: & interfecerũt eũ quẽ præfecerat Rex Babylonis terrę:

Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi: & viros bellatores percuſſit Iſmahel.

Secundo autem die poſtquam occiderat Godoliam nullo adhuc ſciente,

Venerũt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri, raſi barba & ſciſſis veſtibus, & ſqualentes: & munera & thus habebãt in manu, vt offerrent in domo Domini.

B Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorũ de Maſphath, incedens & plorans ibat: quum autẽ occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam.

Qui quum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ, circa medium laci, ipſe & viri qui erant cum eo.

Decem autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habemus theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis: & ceſſauit, & non interfecit eos cum fratribus ſuis.

Lacus autem in quem proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorũ quos percuſſit propter Godoliam, ipſe eſt quem fecit Rex Aſa propter Baaſa Regem Iſrael: ipſum repleuit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis.

C Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erant in Maſphath: filias Regis, & vniuerſum populum qui remanſerat in Maſphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam: & cepit eos Iſmahel filius Na-

″*in* anima, & diſpergẽtur omnes Iehudæi qui cõgregati ſunt ad te, & peribit reſiduum Iehudáh.

16 Et dixit Gedaliáh filius Anhicám ad Ionhanán filium Caréanh, ″Ne feceris verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iɷſmayℵél.

Cap. XLI.

1 ET fuit menſe ſeptimo, venit Iɷſmayℵél filius Nethaniáh filii ℵEliɷſamáy de ſemine regio, ″& optimates Regis, & decem viri cum eo ad Gedaliáhu filium Anhicám in Mixſpáh: ″& comederunt ibi panem ſimul, *nempe* in Mixſpáh.

Iſmahel dolo occidit Godoliã & alios cõplures.

2 Surrexit autẽ Iɷſmayℵél filius Nethaniáh, & decẽ viri qui erant cum eo, & percuſſerunt Gedaliáhu filium Anhicám filii ɷSaphán gladio: & interfecit eum ″quem præfecerat Rex Babél ipſi terræ:

3 Et omnes Iehudæos qui erant cum eo, *nempe* cum Gedaliáhu in Mixſpáh, & Chaɷſdím qui inuenti ſunt ibi: viros *inquam* bellatores percuſſit Iɷſmayℵél.

4 Fuit autem die poſtero quo occîdit Gedaliáhu, ″ídque nemine ſciente,

5 Venerunt viri de ɷSechém, de ɷSiló, & de ɷSomrón, octoginta *nempe* viri″, raſa barba, & ſciſſis veſtibus, & laniata *facie*: in quorũ manibus erant ″munera, & thus, vt adducerent in domum Iehouæ.

6 Et egreſſus eſt Iɷſmayℵél filius Nethaniáh in occurſum eorum de Mixſpáh, ″vadens eundo & flens: fuit autem, quum occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Gedaliáhu filium Anhicám.

7 Fuit itaque quum veniſſent in mediũ vrbis, iugulauit eos Iɷſmayℵél filius Nethaniáh ″ad medium ciſtérnæ, ipſe & viri qui erãt cum eo.

8 Decem autem viri reperti ſunt inter eos, ″qui dixerunt ad Iɷſmayℵél, Ne occidas nos: quia ſũt nobis theſauri in agro, ″*theſauri* frumẽtorum, & hordeorum, & olei, & mellis: ″deſtitit igitur, nec interfecit eos in medio fratrum eorum.

9 Ciſterna autem in quam proiecit Iɷſmayℵél omnia cadauera virorum quos percuſſerat ″propter Gedaliáhu, ipſa eſt quam fecerat Rex Aɒſá ″propter Bayɷſá Regem Iɷſraℵél: ipſam repleuit Iɷſmayℵél filius Nethaniáh ″occiſis.

10 Et captiuum abduxit Iɷſmayℵél omne reſiduum populi qui erat in Mixſpáh, filias Regis, & vniuerſum populum ″qui remanſerat in Mixſpáh: ″quos cõmendauerat Nebuzar-adán princeps militiæ *apud* Gedaliáhu filiũ Anhicám: & captiuos abduxit eos Iɷſma

---

In anima נפש *percuſſione* animæ. vt verſu præcedenti. 16 Ne feceris verbum hoc: אל תעשה את־הדבר הזה Ne facias rem hanc.

IN CAPVT XLI.

1 Et optimates ורבי & principes. id eſt aliquot ex principibus Sedeciæ. Et comederunt ibi panem ויאכלו שם לחם q.d. admiſit Godolias Iſmahelem ad menſam ſuam, nihil ſibi timens ab eo. Nomine panis, omnem cibum intelligunt Hebræi.

2 Quem אשר quia illum, &c. 4 Idque nemine ſciente, ואיש לא ידע׃ Ad verbum, & vir neſciuit. id eſt nemine illorum qui in vrbe erant, ſciente. 5 Raſa barba, & ſciſſis veſtibus, &c. מגולחי זקן וקרועי בגדים ומתגודדים וגו׳ Ad verbum, raſi barba, & ſciſſi veſtibus, & inciſi: & munera & thus in manibus eorum. Sciſſos, vel laniatos, aut dilaceratos facie vocat, cultris videlicet, aut vnguibus: quæ erant indicium luctus & mœroris. Hi octoginta viri hæc ſigna luctus edere cœperunt in itinere ipſo, quando audiuerunt templũ ipſum direptum & exuſtum fuiſſe à Chaldæis. Vrbs enim capta fuit menſe quarto, vt vides ſuprà, cap. 39. a. 2: & templum cõbuſtum fuit menſe quinto. 2. Reg. 25. b. 9. Quãdo ergo hi octoginta viri accinxerũt ſe itineri, poterãt audiſſe famã vrbis captæ: at de tẽplo vaſtato nihil audierãt: alioqui non detuliſſent ſecum munera & thus ad oblationem: intellexerunt autem in ipſo itinere, vnde tantus illis obortus eſt luctus. Munera ומנחה & cibarium ſacrificium. aut, oblationem. 6 Vadẽs eundo & fl. הולך הלוך ובוכה incedens incedendo, & flens. vel, incedens eundo, & plorans. i. flens inter eundum: aut properãs flendo, hoc eſt ſimulans ſe triſtem ob ea quæ acciderant ipſi Ieruſalem & templo, vt hac via facilius imponeret incautis hominibus. 7 Ad medium ci. אל־תוך הבור iuxta medium laci. Alii, *&* in medium laci *coniecit*. Quòd hi occiſi non fuerint in fouea ipſa, ſed occiſi, & pòſt in illã coniecti, clarũ eſt ex 9 verſu ſequenti. 8 Qui dixerunt ויאמרו Ad verbum, & dixerunt. *Theſauri* fru. &c. חטים ושעורים וגו׳ *theſauri inquam* frumẽti, & hordei, & olei & mellis. Alii, *nẽpe* triticum, hordeũ, oleũ & mel. Deſtitit ig. ויחדל Ad verbũ, & ceſſauit. 9 Propter Ged. ביד־גדליהו Ad verbũ, in manu Gedaliáhu. Hìc ſignificat, cauſa Gedaliáhu. Doctus inter Hebræos vertit, *uirorum inquam qui fuerant* ad manum [vel conſilium] ipſi Gedaliáh. id eſt qui erãt illi à cõſiliis dum viueret. Manus pro conſilio. Sic 2. Samu. 14. d. 19, Nunquid manus Ioab tecum eſt in omnibus iſtis? Quidam vertunt, in loco.

Propter Ba. מפני בעשא Ad verbum, à facie Baaſa. Quidam, metu Baaſæ. Alii, contra Baaſa. Occiſis. ׃ חללים interfectis. id eſt cadaueribus interfectorum. 10 Qui remanſerat הנשארים qui relictus fuerat. relictum. Quos commenda. אשר הפקיד quem depoſuerat. vel, ceu depoſitum reliquerat. Alii, quibus præfecerat Nabuzar-adán princeps militiæ, ipſum Gedaliáhu.

yאél filius Nethaniáh:& abiit vt tranſiret ad filios yAmmón.

Iohanã perſequitur Iſmahelem.

11 Et audiuit Ioחhanán filius Caréaחh, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iשׁſmayאél filius Nethaniáh.

12 Aſſumpſerunt igitur omnes 'viros,& abierunt vt pugnaret cum Iשׁſmayאél filio Nethaniáh, '& inuenerũt eũ ad aquas multas quæ ſunt in Gibyón.

13 Fuit autem, quum audiſſet vniuerſus populus qui erat cum Iשׁſmayאél, Ioחhanán filium Caréaחh,& vniuerſos prĩcipes exercituũ qui erant cum eo, lætati ſunt.

14 Et conuerterunt ſe vniuerſus populus quem captiuum duxerat Iשׁſmayאél de Mixſpáh: reuerſique ſunt,& iuerunt ad Ioחhanán filium Caréaחh.

15 Iשׁſmayאél autem filius Nethaniáh euaſit cum octo viris à facie Ioחhanán,& abiit ad filios yAmmón.

16 Tulit autem Ioחhanán filius Caréaחh,& omnes principes exercituum qui erant cum eo, vniuerſas reliquias populi quem reduxerat ab Iשׁſmayאél filio Nethaniáh de Mixſpáh, poſtquam percuſſit Gedaliáh filium Aחhicã viros bellatores, & mulieres,& paruulos, & eunuchos quos reduxerat de Gibyón.

17 "Et abierunt,& habitauerunt "in Gerúth Chimhám, quæ eſt iuxta Beth-léחhem, vt proficiſcerentur & ingrederentur Mixſráim,

18 'A facie Chaשׁſdím: timebant enim à facie eorum: quia percuſſerat Iשׁſmayאél filius Nethaniáh, Gedaliáhu filium Aחhicám, quẽ terræ præfecerat Rex Babél.

Cap. XLII.

Conſulunt principes Ieremiam quid facere debeant.

1 Acceſſerunt autem omnes principes exercituum, nempe Ioחhanán filius Caréaחh,& Iezaniáh filius Hoשׁſayiáh,& vniuerſus populus "à paruo vſque ad magnum,

2 Et dixerunt ad Irmeiáhu prophetam, 'Cadat quæſumus oratio noſtra in conſpectu tuo, & ora pro nobis ad Iehouam Deum tuũ 'pro omni reſiduo iſto: quia relicti ſumus "pauci ex multis, ſicut oculi tui intuentur nos.

3 'Et annuntiet nobis Iehouáh Deus tuus viam per quam pergamus, "& verbum quod faciamus.

4 Dixit autem ad eos Irmeiáhu propheta, Audiui: ecce 'orabo ad Iehouã Deum veſtrum "ſecundum verba veſtra: 'quicquid autem reſponderit Iehouáh vobis, indicabo vobis: 'non prohibebo à vobis verbum.

5 Ipſi autem dixerũt ad Irmeiáhu, 'Sit Iehouáh inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum propter quod miſerit te Iehouáh Deus tuus ad nos, ſic faciamus.

thaniæ: & abiit vt tranſiret ad filios Ammon.

Audiuit autẽ Iohanan filius Caree & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ.

Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarent aduerſum Iſmahelem filium Nathaniæ: & inuenerũt eum ad aquas multas quæ ſunt in Gabaon.

Quúmque vidiſſet omnis populus qui erat cum Iſmahel, Iohanan filiũ Caree, & vniuerſos prĩcipes bellatorum qui erant cum eo, lætati ſunt:

Et reuerſus eſt omnis populus quẽ ceperat Iſmahel, in Maſphath, reuerſúſque abiit ad Iohanã filium Caree. D

Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan,& abiit ad filios Ammon.

Tulit ergo Iohanan filius Caree,& omnes principes bellatorũ qui erant cũ eo, vniuerſas reliquias vulgi quas reduxerãt ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath, poſtquam percuſſit Godoliam filium Ahicã: fortes viros ad prælium,& mulieres,& pueros,& eunuchos quos reduxerat de Gabaon.

Et abierunt,& ſederunt peregrinãtes in Chamaam, quæ eſt iuxta Bethlehem, vt pergerẽt, & introirent AEgyptum,

A facie Chaldæorũ: timebant enim eos: quia percuſſerat Iſmahel fili⁹ Nathanię Godoliam filium Ahicam, quẽ præpoſuerat Rex Babylonis in terra Iuda.

Cap. XLII.

Et acceſſerunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Oſaiæ, & reliquum vulgus à paruo vſque ad magnum:

Dixerúntque ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo: & ora pro nobis ad Dominũ Deum tuum pro vniuerſis reliquiis iſtis: quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur.

Et annũtiet nobis Dominus Deus tuus viam per quã pergamus, & verbum quod faciamus.

Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum veſtrum ſecundum verba veſtra: omne verbum quodcũque reſponderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam.

Et illi dixerunt ad Ieremiã, Sit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi nõ iuxta omne verbum in quo miſerit te Domin⁹ Deus tuus ad nos, ſic faciemus:

---

12 Viros האנשים Id eſt milites ſuos. Et inuenerunt eum וימצאו אותו & offenderunt eum. aut, aſſequuti ſunt.
17 Et abierunt וילכו exactis ſcilicet aliquot diebus. In Gerúth Chim. בגרות כמהם Id eſt in loco vbi peregrinatus fuit Chimham filius Berzellai. ſonat enim גרות peregrinationem. Chaldæus paraph. locum hunc ſic vertit, in Gerúth quam dedit Dauid ipſi Chimham Berzellai Galaaditæ. De hoc Chimham Galaadita vide 2.Samu.19.g.38. 18 A facie Chaשׁſdim מפני הכשרים Propter Chaldæos. Alii, Metu Chaldæorum.

IN CAPVT XLII.

1 A paruo vſque ad ma. מקטון ועד־גדול: Hebraiſmus, paruus & magnus, ſecundum ordinem, non ætatem. id eſt cuiuſcunque ordinis, infimi ſcilicet & ſummi. 2 Cadat quæſumus,&c. תפל־נא תחינתנו לפניך Hebraiſmus, qui Latinè ſic redditur, Age quæſo exaudiatur deprecatio noſtra à te, ſiue acquieſce precibus noſtris quæ ſunt vt ores pro nobis. Precamur te vt ores pro nobis. Similis loquendi modus legitur & ſuprà cap.36.a.7. Pro omni reſi. iſto: בעד כל־השארית הזאת *nempe* pro omnibus reliquiis iſtis. Pauci ex multis,&c. בעט מהרבה וגו' Ad verbum, paucũ quid de multo, quemadmodũ oculi tui vidẽt nos. id eſt ex multo numero hominum, vt vides nos eſſe. 3 Et annuntiet ויגד Vt indicet. Et verbũ quod fac. ואת־הדבר אשר נעשה: Hebraiſmus, pro,& quid faciamus. aut, facturi ſumus. 4 Orabo מתפלל Præſ. Heb. pro fut. Secundum verba ve. כדבריכם Hebraiſmus, vt petiiſtis. Quicquid autem,&c. והיה כל־הדבר וגו' Ad verbum,& erit, omne verbum quod reſponderit,&c. Non prohibebo,&c. לא־אמנע וגו' Hebraiſmus, pro, non celabo vobis quicquam, ſed bona fide renuntiabo. 5 Sit Iehouáh,&c. יהי יהוה וגו' Hebraiſmus, Teſtamur Dominum, teſtem verum & fidelem nos velle turpiter & crudeliter vitam hanc finire, niſi fecerimus quicquid per te iuſſerit nos facere. Loquutio conciſa.

6 Siue bonũ eſt ſiue malũ, voci Domini Dei noſtri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene ſit nobis quũ audierimus vocem Domini Dei noſtri.

B 7 Quum autem completi eſſent decẽ dies, factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam,

8 Vocauitque Iohanan filium Caree & omnes principes bellatorum qui erant eum eo, & vniuerſum populũ à minimo vſque ad magnum.

9 Et dixit ad eos, Hæc dicit Domin⁹ Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerem preces veſtras in conſpectu eius,

10 Si quieſcentes mãſeritis in terra hac, ædificabo vos, & non deſtruam: plantabo, & non euellam: iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis.

11 Nolite timere à facie Regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eũ, dicit Domin⁹: quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos faciam, & eruam de manu eius.

12 Et dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciã in terra veſtra.

C 13 Si autem dixeritis vos, Nõ habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocem Domini Dei noſtri:

14 Dicentes, Nequaquam, ſed ad terrã AEgypti pergemus, vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus: & famem non ſuſtinebimus, & ibi habitabimus.

15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda, hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Si poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini AEgyptum, & intraueritis vt ibi habitetis:

16 Gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra AEgypti: & fames pro qua eſtis ſoliciti, adhærebit vobis in AEgypto, & ibi moriemini.

17 Omnéſque viri, qui poſuerint faciẽ ſuam vt ingrediantur AEgyptum vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peſte: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam ſuper eos.

18 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Sicut conflatus eſt furor meus, & indignatio mea ſuper

6 'Siue bonum ſiue malum, voci Iehouæ Dei noſtri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene ſit nobis quum obediuerimus voci Iehouæ Dei noſtri.

7 'Fuit autẽ in fine decẽ dierum, fuit verbũ Iehouæ ad Irmeiáhu,

8 Vocauítque Iohanán filiũ Caréanh, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, atque vniuerſum populum 'à paruo vſq; ad magnum.

9 Et dixit ad eos, Sic dixit Iehouáh Deus Iשſraאél, ad quem miſiſtis me 'vt cadere facerem preces veſtras in conſpectu eius,

10 Si 'manendo manſeritis in terra hac, 'ædificabo vos, & non deſtruam: plantabo vos, & nõ euellam: quia 'pœnitet me mali quod feci vobis.

11 Ne timeatis à facie Regis Babél, à cuius facie vos timetis: ne timeatis à facie eius, dixit Iehouáh: quia vobiſcum ſum, vt ſaluos faciam vos, & eruam vos de manu eius.

12 'Dabo enim vobis miſericordias, & miſerebitur veſtri, & habitare faciet vos in terra veſtra.

13 Quòd ſi dixeritis, 'Non habitabimus in terra hac, 'nõ obediẽdo voci Iehouæ Dei veſtri:

14 'Dicẽdo, Nequaquam, ſed terrã Mixſráim ingrediemur, in qua non videbimus bellum, nec ſonum tubæ audiemus: '& pane non eſuriemus, & ibi habitabimus.

15 Nũc ergo propterea audite verbum Iehouæ, reliquiæ Iehudáh, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, Si vos 'ponendo poſueritis facies veſtras vt ingrediamini Mixſráim, & intraueritis 'ad peregrinandum ibi:

16 'Erit, gladius à quo formidatis, ibi comprehendet vos in terra Mixſráim: & fames à qua timetis, ibi adhærebit vobis in Mixſráim, ibíque moriemini.

17 'Erit enim, omnes viri qui poſuerint facies ſuas vt ingrediantur Mixſráim, ad peregrinãdum ibi, morientur gladio, fame, & peſte: 'nec erit eis ſuperſtes & euaſor à facie mali quod ego adduco ſuper eos.

18 Sic enim dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, Sicut 'effuſus eſt furor meus, & ira mea ſuper habitatores Ieruשſaláim, ſic

Monet reliquias populi ne proficiſcanur in AEgyptum.

6 Siue bonum ſiue malũ, &c. אם־טוב ואם־רע וגו' Siue bona, ſiue mala, voci, &c. id eſt ſiue commodum, ſiue incommodum fuerit, voluntati Dei parebimus. Hic verſus finis eſt longiſſimæ illius parentheſis quæ incœpit circiter principium capitis 40.

7 Fuit autem, &c. ויהי מקץ עשרת ימים Hebraiſmus, Contigit autem, quum aduenifſet decimus dies, ſiue exactis decem diebus, alloquutus eſt Iehouáh Ieremiam. קץ ſignificat terminum. Eſt autem cuiuſque rei duplex terminus: incipiens, id eſt à quo res incipit: & terminus finiens, id eſt in quem ipſa deſinit. Hìc autem accipitur pro termino incipiente, quem vocant terminum à quo. q. d. Quum autem numeraretur decimus dies, à precatione ſcilicet. Vide ſuprà cap. 34. c. 14. 8 A paruo vſque ad ma. למקטון ועד־גדול: à minimo vſque ad maximum. id eſt cuiuſcunque ordinis, vt paulo antè verſu 1. 9 Vt cadere facerem להפיל vt poſternerem. Hebraiſmus, vt orarem eum pro vobis. Sic paulo antè verſu 2. & cap. 39. d. 26. 10 Manendo manſeritis שוב תשבו Hebraiſmus, permanſeritis.

AEdificabo vos ובניתי אתכם Ad verbum, & ædificabo vos. Redundat coniunctio. Terra ſancta confertur hìc ſolo in quo ædificatur, & horto in quo pulchræ conſeruntur arbores: populus verò Iudaicus comparatur ædificio, & arboribus in horto conſitis. q. d. non ſinam poſthac vllos è vobis in Chaldæam abduci. Pœnitet me, &c. נחמתי אל־הרעה reſipui à malo. i. mutaui ſententiã ſuper afflictione qua afflixi vos. Dicit adeſſe finem pœnarum & calamitatis, & quòd amplius timere non debeant ſi obedientes fuerint. Chaldæus paraph. Quoniam reuerſus ſum à malis quæ feci vobis. 12 Dabo enim vo. miſ. ואתן לכם רחמים Hebraiſmus, Miſerebor veſtri, miſerebitur etiã veſtri Rex Nabuchodonoſor. vel, efficiam vt gratia & fauore vos Rex Babyloniæ complectatur, & vobis benefaciat: tantũ abeſt vt eũ metuere debeatis: & permittet vobis habitare in terra veſtra. 13 Non habitab. לא נשב ſub. diutius. Non obediendo, &c. לבלתי וגו' Ad verbum legitur Hebraicè vt vertimus: quod quidam per verbum ſic vertunt, nec audiemus vocem, &c. Alii, vt non audiatis vocem, &c.

14 Dicendo, לאמור Id eſt, Dicentes. Et pane non eſ. וללחם לא־נרעב Hebraiſmus, neque panis penuria laborabimus. Quidam, nec cibi penuria erit. 15 Ponendo poſ. fa. ve. שום תשימון פניכם .i. conuerteritis faciem veſtram, aut verteritis voſipſos vt pergatis, ſiue proficiſcamini in AEgyptum. Hebraica hac loquutione ponere vel firmare faciem ſuam, ſignificat firmum & fixum habere propoſitum aliquid faciendi. Similis loquutio & Luc. 9. f. 51, legitur de Chriſto, Dum complerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauerat vt iret Ieroſolymam. Ad peregrinandum ibi: לגור שם: .i. vt illic habitetis tanquam peregrini. 16 Erit והיתה Ad verbũ, Et erit. Hìc videtur coniunctio quæ alioqui redundaret, certitudinem denotare: acſi dicat, Profectò futurum eſt vt gladius, &c. Alii coniungunt ſequentibus, pauculis ſubauditis, Erit gladius *ſuper uos.* 17 Erit enim ויהיו Ad verbum, Et erunt. Confirmatio eſt præcedentis verſus: proptèrea E T per Enim redditũ eſt. Quidam ſubaudiunt, in malum. i. in interitum. Et erunt in malum omnes viri, &c. Nec erit, &c. ולא־יהיה וגו' Hebraiſmus, nec erit quiſquã ex eis reliquus, neque euadet quiſquã à malo quod ego inducturus ſum ſuper eos. Præſ. Heb. pro fut. 18 Effuſus eſt fu. m. נתך אפי fuſus eſt furor meus. more ſcilicet metalli quod liquefactum, repentè ac ſubitò decidit: aut, ſicut aqua nubis quæ ſoluta, ſubitò concreſcit in aquam ac pluuiam.

effundetur ira mea ſuper vos quum ingreſſi fueritis AEgyptum: & eritis″in iuſiurandum,& in ſtuporem,& in maledictionem,& in opprobrium,nec videbitis vltrà locum iſtum.

19 ″Loquutꝰ eſt Iehouáh ſuper vos ô reliquiæ Iehudáh, Ne intretis Mixſráim:″ſciendo ſciatis quia monuerim vos hodie.

20 ″Equidem errare feciſtis animas veſtras:vos enim miſiſtis me ad Iehouam Deum veſtrum,dicendo,Ora pro nobis ad Iehouã Deũ noſtrum,& iuxta omnia quæ dixerit Iehouáh Deus noſter,″ſic annuntia nobis,& faciemus:

21 ″Et annũtiaui vobis hodie,″ſed non audiſtis vocem Iehouæ Dei veſtri,& vniuerſa pro quibus miſit me ad vos.

22 Nunc ergo ſciendo ſciatis quòd gladio,& fame,& peſte moriemini in loco *illo* in quem concupiſtis intrare″ad peregrinandũ ibi.

Cap. XLIII.

Reclamante Ieremia,Iohanan abducit reliquias populi in AEgyptum.

1 ET fuit,quum compleſſet Irmeiáhu loqui ad omnem populũ vniuerſa verba Iehouæ Dei eorũ,pro quibus miſerat eum Iehouáh Deus eorum ad ipſos,omnia *inquam* verba iſta,

2 Dixit y Azariáh filius Howſayiáh & Ioħanán filius Careáħ, & omnes viri″ſuperbi,″dicẽtes ad Irmeiáhu,Mendaciũ loqueris:non miſit te Iehouáh Deus noſter,″dicẽdo,Ne ingrediamini Mixſráim ″ad peregrinandum ibi:

3 Sed Barúch filius Neriiáh incitat te aduerſus nos,″vt tradas nos in manum Chawſdím,″vt interficere facias nos,migraréque facias nos in Babél.

4 Et non paruit Ioħanán filius Careáħ,& omnes″principes exercituum,& vniuerſus populus voci Domini , vt manerent in terra Iehudáh:

5 ″Sed tulit Ioħanán filius Careáħ , & omnes principes exercituum″omne reſiduũ Iehudáh, *eorum* qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus ad quas expulſi fuerant,vt habitarent in terra Iehudáh,

6 Viros,& mulieres, & paruulos,& filias Regis,″& omnem animã quam dimiſerat Nebuzar-adán præfectus militum cum Gedaliáhu filio Aħicám filio ש Saphán, & Irmeiáhu prophetã , & Barúch filium Neriiáhu:

7 Et profecti ſunt in terram Mixſráim: quia non obedierunt voci Iehouæ,& venerunt vſque ad Thaħpanħéos.

Ieremias prædicit vaſtitatem AEgypti.

8 Fuit autẽ verbũ Iehouæ ad Irmeiáhu in Thaħpanħéos,dicẽdo,

habitatores Ieruſalem: ſic cõflabitur indignatio mea ſuper vos quum ingreſſi fueritis AEgyptum:& eritis in iuſiurãdum,& in ſtuporem,& in maledictum,& in opprobrium:& nequaquam vltrà videbitis locum iſtum. D

19 Verbũ Domini ſuper vos reliquiæ Iuda,Nolite intrare AEgyptũ:ſciẽtes ſcietis quia obteſtatꝰ ſum vos hodie.

20 Quia decepiſtis animas veſtras: vos enim miſiſtis me ad Dominum Deum veſtrum,dicentes,Ora pro nobis ad Dominum Deum noſtrum: & iuxta omnia quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noſter, ſic annuntia nobis,& faciemus:

21 Et annuntiaui vobis hodie,& non audiſtis vocẽ Domini Dei veſtri ſuper vniuerſis pro quibꝰ miſit me ad vos.

22 Nunc ergo ſcientes ſcietis quia gladio,& fame,& peſte moriemini,in loco ad quem voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

Cap. XLIII.

1 FActum eſt autem quum cõpleſſet Ieremias loquens ad populum vniuerſos ſermones Domini Dei eorũ pro quibus miſerat eũ Dñs Deus eorum ad illos, omnia verba hæc,

2 Dixit Azarias filius Oſaiæ, & Iohanan filius Caree,& omnes viri ſuperbi,dicẽtes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: non miſit te Dominus Deus noſter dicens,Ne ingrediamini AEgyptum vt habitetis illic:

3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſũ nos , vt tradat nos in manus Chaldæorũ,vt interficiat nos , & traduci faciat in Babylonem.

4 Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuerſus populus vocem Domini vt manerent in terra Iuda: B

5 Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda , qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant antè diſperſi,vt habitarent in terra Iuda,

6 Viros & mulieres, & paruulos , & filias Regis: & omnem animam quã reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam , filii Saphan:& Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ.

7 Et ingreſſi ſunt in terram AEgypti: quia non obedierunt voci Domini:& venerunt vſque ad Thaphnis. C

8 Et factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam in Thaphnis,dicens,

In iuſiurandum, לאלה Hæc dictio execrationem, ſiue maledictionem & iuſiurandum ſignificat. Quoniam autem ſtatim ſequitur, In maledictionem & in opprobrium : hoc loco iuſiurandum pro imprecatione mala accipi exiſtimo (propterea quidam verterunt execrationem) vt qui malè alicui velint imprecari,dicturos ſignificet,Sic tibi contingat vt Iſraelitis qui ab AEgyptiis petierunt auxilium præter Dei mandatum.Sic in frà cap.44.b.12, & Daniel 9.b.11, vbi voce non ambigua legitur, האלה והשבועה maledictio & iuſiurandum. Huic contrarium eſt,In te benedicent ſe Iſrael, Gene.48.d.20. 19 Loquutus eſt Iehouáh ſuper vos דיבר יהוה אליכם Edicit vobis Iehouáh, &c.Alii,Loquutus eſt Iehouáh ad vos per me.id eſt exhortatur hunc in modum. Sciendo ſciatis,&c. ידוע תדעו וגו׳ Hebraiſmus,Certò ſciatis quòd monuerim vos quaſi adhibitis teſtibus. id eſt publicé. Verbum עוד in coniugatione hiphil, præſertim quando conſtruitur cum ב,ſignificat monere:quòd qui admonebant,ſolerent adhibere teſtes. 20 Equidem errare feciſtis ani.ve. כי התעיתם בנפשותיכם Siquidem veſtras ipſorum animas ſeducitis.Alii,Decepiſtis[vel,Seduxiſtis,ſub.me] cogitationibus veſtris. q.d. per id quod erat in animabus veſtris,ſiue mentibus.hoc eſt,cogitationes veſtræ non reſponderunt verbis veſtris:ſiue,aliter loquuti eſtis quàm eſſet in animis veſtris: quum ſcilicet petiiſtis à me vt Dominum veſtro nomine orarem.Hîc obſerua, animam pro cogitatione & voluntate. Sic annuntia כן הגד ſic indica.Quidam annotant SIC redundare:exponentes,prorſus vt præceperit renuntia nobis vt faciamus.

21 Et annuntiaui ואגיד Et indicaui.ſub.voluntatem Diuinam, & tamen non vultis parere præcepto. Sed non audiſtis ולא שמעתם & non obediſtis voci. 22 Ad peregrinandum ibi. : לגור שם ad habitandum illic.tanquam peregrini ſcilicet.

IN CAPVT XLIII.

2 Superbi, הזדים arrogantes.impudentes. Dicentes אומרים id eſt hunc in modum. Dicendo לאמור ad dicendum. id eſt vt diceres. Ad peregrinandum לגור vt habitetis.tanquam peregrini. 3 Vt tradas למען תת Ad verbum,vt tradere.infinitiuus,quem quidam per tertiam perſonam vertunt,vt tradat.nempe Baruch. Vt interficere fac. &c. להמית אותנו וגו׳ Ad verbum, ad interficiendum nos,& migrare faciendum.Quidam per tertiam perſonam vertunt,vt interficere faciat,& migrare faciat.nempe Baruch.Alii per plurale,referentes ad Chaldæos,vt interficiant nos,& traducant.vel,captiuos abducant. 4 Principes שרי duces.

5 Sed tulit ויקח Ad verbum,Et tulit.Et pro Sed. Omne reſiduum את כל שארית vniuerſas reliquias.

6 Et omnem animam ואת כל הנפש id eſt omnem perſonam.

9 Sume lapides grãdes in manu tua, & abſcõdes eos in crypta quæ eſt ſub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taphnis: cernentibus viris Iudæis:

10 Et dices ad eos, Hæc dicit Domin⁹ exercituum De⁹ Iſrael, Ecce ego mittã & aſſumam Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum: & ponam thronũ eius ſuper lapides iſtos quos abſcõdi, & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos.

D 11 Veniénſque percutiet terram AEgypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium.

12 Et ſuccẽdet ignem in delubris deorum AEgypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur terra AEgypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace.

13 Et cõteret ſtatuas domus Solis quę ſunt in terra AEgypti: & delubra deorum AEgypti comburet igni.

Cap. X;LIIII.

1 VErbum quod factum eſt ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in terra AEgypti, habitãtes in Magdalo, & in Taphnis, & in Mẽphis, & in terra Phathures, dicẽs,

2 Hæc dixit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael, Vos vidiſtis omne malũ iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalẽ, & ſuper omnes vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſũt hodie, & non eſt in eis habitator,

3 Propter malitiam quam fecerunt vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & ſacrificarent, & colerẽt deos alienos quos neſciebant & illi & vos & Patres veſtri.

4 Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas de nocte conſurgens, mitténſque, & dicens, Nolite facere verbum abominationis huius quam odi.

5 Et non audierunt, nec inclinauerũt aurẽ ſuam vt conuerterentur à malis ſuis, & non ſacrificarent diis alienis.

B 6 Et conflata eſt indignatio mea & furor meus: & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & verſæ ſunt in ſolitudinem & vaſtitatẽ ſecundum diem hanc.

7 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Quare vos facitis malum grande cõtra animas veſtras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam reſiduũ?

8 Prouocantes me in operibus manuum veſtrarum, ſacrificando diis a-

9 Sume in manu tua lapides grandes, & abſconde eos ʺin luto, ʺin fornace laterũ quæ *eſt* ʺ in porta domus Paryóh in Thaнhpanнhéos ʺin oculis virorum Iehudæorum:

10 Et dic ad eos, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iẇſraẍél, Ecce ego mitto, & aſſumã Nebuchadrẍeẋſár Regem Babél ʺſeruũ meũ & ponam thronum eius ʺſuper lapides iſtos quos abſcondi, & tendet ʺtentorium ſuum ſuper eos.

11 Veniétque & percutiet terram Miẋſráim: ʺqui ad mortem, ad mortem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem: & qui ad gladium, ad gladium.

12 Et ſuccendam ignem in domibus deorum Miẋſráim, & comburet eas, & captiuos abducet eos: ʺ& induet terrã Miẋſráim, quemadmodum induit ſe paſtor pallio ſuo: egredietúrq; inde ʺin pace.

13 ʺCõteret quoq; ſtatuas Beth-ẇſémeẇs, quæ *eſt* in terra Miẋſráim, & domos deorum Miẋſráim comburet igni.

Cap. XLIIII.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu de omnibus Iehudæis qui habitabant in terra Miſẋráim, qui habitabãt *inquam* in Migdól, & in Thaнhpanнhéos, & in Nóph, & in terra Pathróos, dicendo,

Arguit populum idololatriæ.

2 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iẇſraẍél, Vos vidiſtis omne malum quod adduxi ſuper Ieruẇſaláim, & ſuper cunctas vrbes Iehudáh, & ecce ipſæ ſunt deſolatæ hodie, nec eſt in eis habitator,

3 Propter malitiam eorum quam fecerunt ʺad iram me prouocãdo, dum abierunt vt offerrẽt incenſum, *&* coluerunt deos alienos quos non cognoſcebant ipſi, vos, *&* Patres veſtri.

4 Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas, ʺmanè ſurgendo, & mittendo, dicendo, Ne quæſo faciatis ʺverbum abominationis huius quam odi.

5 Et non obtemperauerunt, nec inclinauerunt aurem ſuã vt conuerterentur à malitia ſua ʺne ſuffirent diis alienis.

6 ʺEt effuſa eſt ira mea, & furor meus, & ſuccenſa eſt in vrbibus Iehudáh, & in platéis Ieruẇſaláim, & fuerunt in ſolitudinem & vaſtitatem ʺſecundum diem hanc.

7 Nunc igitur ſic dixit Iehouáh exercituum Deus Iẇſraẍél, Quare facitis malum *hoc* grande ʺcontra animas veſtras, ʺvt excidatis *ex* vobis virum & mulierem, paruulum & lactentem de medio Iehudáh, vt non relinquatis vobis reliquias?

8 Vt iraſci faciatis me per opera manuum veſtrarum, ſuffiendo

---

9 In luto במלט Doctus inter Hebræos exponit lutum ex quo fiunt lateres. q.d. & abde illos in luto lateritio, ſuperſtruẽdo alios aliis ope luti lateritii. In fornace laterũ, במלבן in loco in quo fiunt [vel, excoquuntur] lateres. Gallicè, *en la tuillerie.* In porta בפתח in introitu. vel, ad introitum. id eſt non procul ab introitu Regiæ. In oculis vir. לעיני אנשים id eſt, cernentibus, ſiue ſpectantibus viris Iudæ: vel præſentibus, hoc eſt adhibitis teſtibus Iudæis aliquot. 10 Seruum meum, עבדי Id eſt, cuius opera vtar tanquam opera ſerui. fuit enim flagellum Dei, fecítque ipſius imperata. Hic verſus continet ſuperioris expoſitionem. Super lapides iſtos, ממעל לאבנים האלה id eſt in loco eminentiore quàm ſint lapides iſti. Tentoriũ ſ. שפרירו Sic vocauit tentoriũ regiũ à שפר *ſapher* pulchritudine. q.d. elegans & magni pretii. 11 Qui ad mortem, &c. אשר למות למות Phraſis eſt Hebraica, acſi diceret, Qui ad mortem deſtinati fuerint, morti tradentur, id eſt morientur, fame ſcilicet & peſte: & qui captiuitati deſtinati fuerint, in captiuitatem ibũt: & qui gladio deſtinati fuerint, gladio tradentur. i. peribunt gladio, ſiue interficientur. Verti poteſt per ſingulare. 12 Et induet terrã ועטה את־ארץ & amiciet ſeſe terra. id eſt redibit in patriam onuſtus ſpoliis AEgyptiorum. In pace. בשלום: .i. incolumis.

13 Conteret quo. ושבר Confringet quoque.

IN CAPVT XLIIII.

3 Ad iram me prouocando, &c. להכעיסני ללכת וגו' Ad verbum, iraſci me faciendo, eundo, ſuffiendo, ſeruiendo. vel, ad iraſci me faciendum, ad eundum, ad ſuffiendum, ad ſeruiendum diis, &c. 4 Manè ſurgendo, & mittendo, השכם ושלוח Hebraiſmum iſtum habes ſuprà cap. 7.c.25, & 25.2.3.4, & 26.a.5, & 29.c.19, & 32.d.33. Verbum abominat. huius דבר־התועבה הזאת Hebraiſmus, hanc rem abominandam. 5 Ne ſuffir. לבלתי קטר ne offerrent incenſum. vel, cremarent thura in honorẽ deorũ alienorũ: hoc eſt, ne colerent deos alienos. Per ſuffitũ enim intelligit idololatriam. 6 Et effuſa eſt ira m. ותתך חמתי Eadẽ verba habes ſuprà cap. 42.d.18. Secundum diem hanc. ביום הזה: ſicut *in* die hac. id eſt vt hodie res habet. 7 Contra animas veſtras, אל־נפשותכם Id eſt in perniciẽ veſtram. Vt excidatis *ex* vobis להכרית לכם Ad verbum, ad excidendum [ad exterminandum] *in* vobis. q.d. quare efficitis ſceleribus veſtris vt pereat vniuerſus populus?

diis alienis in terra AEgypti ad quã ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: ʹvt exterminetis vobis, & ſitis in maledictionem & in opprobriũ in cunctis gentibus terræ?

9 Num obliti eſtis″malorum Patrum veſtrorum, & malorum Regum Iehudáh, & malorumʹvxorum eius, & malorum veſtrorum, & malorum vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in terra Iehudáh, & in plateis Ieruשſaláim?

10 ″Non ſunt attriti vſque ad diem hanc, necʹtimuerũt, nec ambulauerunt in Lege mea, ʹ& in ſtatutis meis quæ ʹ dedi coram vobis, & coram Patribus veſtris.

Minãtur eis exitium.

11 Ideo ſic dixit Iehouáh exercituũ Deᵘ Iשſraxél, Ecce egoʹpono faciem meã in vobis in malũ: ″& ad exterminãdum omnẽ Iehudáh.

12 Et tollam reſiduos Iehudáh qui″poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur terram Mixſráim ad habitandum ibi, & conſumẽtur omnes in terra Mixſráim, cadent gladio, fame conſumentur, ″à paruo vſque ad maximum gladio & fame morientur, & erũt″in iuſiurandum, & in ſtuporem, & in maledictionem, & in opprobrium.

13 Et viſitabo habitantes in terra Mixſráim, quemadmodum viſitaui Ieruשſaláim, gladio, & fame, & peſte.

14 Nec erit euaſor, & ſuperſtes reſiduo Iehudáh qui ingreſſi fuerũt ad habitandum ibi: *nempe* in terra Mixſráim, ″ad reuertendum in terram Iehudáh, ″ad quam ipſi eleuant animam ſuam vt reuertantur ad habitandum ibi: quia non reuertentur niſi″qui euaſerint.

Comminationẽ Domini vilipendentes, caſtigantur.

15 Et reſponderunt ipſi Irmeiáhu omnes viri qui ſciebãt quòd ſuffirent vxores eorũ diis alienis, & vniuerſæ mulieres quæ aſtabant, ″cœtus magnus, & vniuerſus populus qui habitabat in terra Mixſráim in Pathróס, dicendo,

16 ʹVerbum quod loquutus es ad nos in nomine Iehouæ non audimus à te:

17 Sed faciendo faciemus ʹomne verbum quod egreſſum eſt de ore noſtro, ſuffiendo ʹreginæ cæli, & libando ei libamina, ſicut fecimus nos, & Patres noſtri, Reges noſtri, & Principes noſtri in vrbibus Iehudáh, & in plateis Ieruשſaláim: ″& ſaturati ſumus pane, & fuimus iucundi, & malum non vidimus:

18 Ex eo autem tempore quo ceſſauimus ſuffire reginæ cæli, & libare ei libamina, ʹcaruimus omnibus, gladióque & fame conſumpti ſumus.

19 Quum verò nos ʹſuffimus reginæ cæli, & libamus ei libamina,

lienis in terra AEgypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionem & in opprobrium cunctis gentibus terræ?

9 Nunquid obliti eſtis mala Patrum veſtrorum, & mala Regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala vxorum veſtrarũ, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ieruſalem?

10 Non ſunt mundati vſque ad diem hanc: & non timuerunt, & nõ ambulauerunt in Lege Domini, & in præceptis meis quæ dedi coram vobis & coram Patribus veſtris:

11 Ideo hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, ‖Ecce ego ponam faciẽ meam in vobis in malum, & diſperdam omnem Iudam. Amos 9.a.4

12 Et aſſumam reliquias Iudæ qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur terram AEgypti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes in terra AEgypti, cadent in gladio, & in fame: & cõſumentur à minimo vſque ad maximũ, in gladio & in fame moriẽtur: & erunt in iuſiurandũ, & in miraculũ, & in maledictionẽ, & in opprobrium.

13 Et viſitabo ſuper habitaores terræ AEgypti, ſicut viſitaui ſuper Ieruſalem in gladio, & fame, & peſte.

14 Et non erit qui effugiat, & ſit reſiduus de reliquiis Iudæorũ qui vadunt vt peregrinentur in terram AEgypti: & reuertantur in terram Iuda ad quã ipſi eleuant animas ſuas, vt reuertantur & habitent ibi: non reuertentur niſi qui fugerint.

D

15 Reſponderunt autem Ieremiæ omnes viri, ſcientes quòd ſacrificarẽt vxores eorum diis alienis, & vniuerſæ mulieres quarum ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra AEgypti in Phatures, dicentes,

16 Sermonem quem loquutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te:

17 Sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus reginæ cæli, & libemᵘ ei libamina, ſicut fecimus nos & Patres noſtri, Reges noſtri & Principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malúmque non vidimus:

18 Ex eo autem tempore quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus: & gladio & fame conſumpti ſumus.

19 ‖Quòd ſi nos ſacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid Suprà 7.d.18

8 Vt exterminetis vo. למען הכרית לכם vt excidatis vobis. ſub. viros ac mulieres, &c. vt verſu præcedenti. Ad verbum verò, ad exterminandum. Quidam vertunt in tertia perſona, vt exterminare faciat vos. ſub. Deus. Alii, in prima, vt excindam vos. Alii, vt excidamini vos. 9 Malorum רעות ſcelerum. vel, flagitiorum. Vxorum e. נשיו .i. vxorum cuiuſque eorum. 10 Non ſunt att. לא דוכאו .i. humiliati: hoc eſt, non pœnituit eos ſcelerum ſuorum. Timuerunt יראו ſub. ſibi à me. Et in ſtatutis m. ובחוקותי & in ceremoniis meis. vel, in iuribus meis. Dedi coram vo. נתתי לפניכם propoſui vobis. 11 Pono fac. &c. שם פני וגו׳ Hebraiſmus, Non aſpiciam vos vltrà benigno vultu ac fauorabili, ſed perdam vos. Præſ. Heb. pro fut. Et ad exterm. ולהכרית & ad extirpandum. vel, vt excidatur vniuerſus Iuda. 12 Poſuerunt facies ſuas שמו פניהם Hebraiſmus iſte explicatus eſt ſuprà cap. 42.b.15. A paruo, &c. מקטון ועד־גדול Vide ſuprà cap. 42.a.1. In iuſiurandum לאלה Vide ſuprà cap. 42.d.11. 14 Ad reuertendum ולשוב Ad verbũ, & ad reuertendum. Redundat coniunctio &. i. qui ingreſſi ſunt in AEgyptum eo animo vt aliquando reuerterentur. Ad quã ipſi, &c. אשר־המה וגו׳ Ad verbum, qui ſunt eleuantes animam ſuam vt, &c. Hebraiſmus, qui eriguntur in ſpem repetendæ aliquãdo terræ Iuda. Qui euaſerint.: פליטים Ad verbum, euaſores. q.d. aliquot, & ii quidem pauci. 15 Cœtus mag. קהל גדול Per appoſitionem dictum. 16 Verbũ, &c. הדבר וגו׳ Ad verbũ, Res quã loquutus es nobis in nomine Iehouáh, non parebimus *illi* tibi. i. in gratiam tuã. hoc eſt, in re quã loquutus es nobis in nomine Domini, nõ parebimus tibi. aut, Rei quã loquutus es nobis nomine Domini, non parebimus *illi* in tuã gratiam. Alii, *In* re quam loquutus es ad nos in nomine Domini, non paremus tibi. 17 Omne verbum, &c. כל־הדבר וגו׳ Hebraiſmus, Omne votum quod vouerimus. i. quotieſcunque vouerimus nos thura incenſuros ſtellis, vel reginæ cæli, hoc eſt Soli qui tenet primas inter ſidera. Verbum egreſſum de ore, pro voto accipi, vides in ſequẽtibus, verſu 25. Reginæ cæli, למלכת השמים .i. Soli. à verbo מלך regnauit. Abſurdum videri nõ debet quòd hîc per Reginam cæli Sol intelligatur: nam שמש, quod Solem ſignificat, eſt fœmin. gen. Hebraicè. Chaldæus paraph. ſtellæ cæli. Quidam exiſtimãt nomẽ eſſe inſignis cuiuſdã ſtellæ quæ tanquã regina ſit inter alia ſidera. Sũt qui à לאך deducũt, vt deficiat א, & ſit למלכת pro למלאכת: & vertũt, opificio vel machinæ, aut operi cæli. i. ſideribus. Doctus inter Hebræos exiſtimat nomẽ quatuor literarũ, vt & ם & א ſint radicales literæ. Et ſaturati, &c. ונשבע־לחם וגו׳ Hebraiſmus, tũ enim & alimẽto abũdabamus, & læti ac hilares viuebamᵘ, neque aduerſi quicquã nobis accidebat. pro, fuimus iucũdi: Hebraicè ad verbũ legitur, & eramus boni. Bonũ autẽ accipiũt pro læto, hilari, ſũmo otio & ſũma pace fruẽte. 18 Caruimus o. חסרנו כל indiguimus omnibus. Alii, defecerũt nobis omnia. 19 Suffimus מקטרים ſub. nos fœminæ. abutitur maſculeo pro fœmineo, quòd mulieres id feciſſent facta ſibi poteſtate à viris ſuis.

ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendũ eam, & libandum ei libamina?

20 Et dixit Ieremias ad omnem populũ, aduerſum viros, & aduerſum mulieres, & aduerſum vniuerſam plebẽ, qui reſponderant ei verbum, dicens,

21 Nunquid non ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatib⁹ Iuda, & in plateis Ieruſalẽ, vos & Patres veſtri, Reges veſtri & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius?

22 Et nõ poterat Dominus vltrà portare propter malitiã ſtudiorũ veſtrorũ, & ꝓpter abominationes quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra ĩ deſolationẽ, & in ſtuporẽ, & in maledictũ: eo
F quòd nõ ſit habitator ſicut dies hæc.

23 Propterea quòd ſacrificaueritis idôlis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocẽ Domini, & in Lege, & in pręceptis & in teſtimoniis eius nõ ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc.

24 Dixit autem Ieremias ad omnem populũ, & ad vniuerſas mulieres, Audite verbum Domini omnis Iuda q̃ eſtis in terra AEgypti,

25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Iſrael, dicens, Vos, & vxores veſtræ loquuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes, Faciamus vota noſtra quæ vouimus vt ſacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina: impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea.

26 Ideo audite verbum Domini omnis Iuda qui habitatis in terra AEgypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequequã vltrà vocabitur nomen meum ex ore
G omnis viri Iudæi, dicentis, Viuit Dominus Deus, in omni terra AEgypti.

27 Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum & non in bonum: & conſumentur omnes viri Iuda qui ſunt in terra AEgypti gladio & fame, donec penitus conſumantur.

28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de terra AEgypti in terram Iuda, viri pauci: & ſcient omnes reliquiæ Iuda ingrediẽtium terram AEgypti, vt habitẽt ibi, cuius ſermo compleatur, meus, an illorum.

29 Et hoc vobis ſignum (ait Dominus) quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto: vt ſciatis quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum.

30 Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree Regẽ AEgypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam Regem Iuda in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis inimici ſui, & quærentis animam eius.

nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad exhilarandam eam, & ad libandum ei libamina?

20 Loquutus eſt igitur Irmeiáhu ad omnem populũ, ad viros, & ad mulieres, vniuerſámque plebẽ qui reſponderant ei verbũ, dicẽdo,

21 ʹNónne ſuffitus quẽ ſuffiuiſtis in ciuitatibus Iehudáh, & in plateis Ieruשſaláim, vos & Patres veſtri, Reges veſtri, & principes veſtri atque populus terræ, recordatus eſt Iehouáh, ʹ& aſcendit ſuper cor eius?

22 Non potuit autem Iehouáh vltrà ferre propter malitiam operum veſtrorũ, propter abominationes quas feciſtis: ideo fuit terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictionem, vt non ſit habitator ſecundum diem hanc.

23 Propterea quòd ſuffiuiſtis, & peccauiſtis Iehouæ, & non paruiſtis voci Iehouæ, & in Lege eius, & in præceptis eius, & in teſtimoniis eius non ambulaſtis: idcirco euenit vobis malum hoc ſecundum diem hanc.

24 Dixit autem Irmeiáhu ad omnem populũ, & ad vniuerſas mulieres, Audite verbum Iehouæ omnis Iehudáh qui eſtis in terra Miצſráim,

25 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél, dicendo, Vos, & vxores veſtræ, ʹ& loquutæ eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicendo, ʹFaciendo faciemus vota noſtra quæ vouimus, vt ſuffiamus reginæ cæli, & libemus ei libamina: confirmando ʹcõfirmaſtis vota veſtra, & faciendo feciſtis vota veſtra.

26 Ideo audite verbum Iehouæ omnis Iehudáh qui habitatis in terra Miצſráim, Ecce iuraui in nomine meo magno, dixit Iehouáh: ʹſi erit vltrà nomen meum inuocatum in ore vllius viri Iehudæi (dicentis, Viuit Dominus Deus) in tota terra Miצſráim.

27 Ecce ego ʹvigilo ſuper eos in malum, & non in bonum: & conſumentur omnes viri Iehudáh qui ſunt in terra Miצſráim, gladio & fame, donec conſumantur.

28 ʹEt euaſores gladii reuertentur è terra Miצſráim in terram Iehudáh, ʹviri pauci admodũ: ſciéntque vniuerſæ reliquiæ Iehudáh quæ ingreſſæ ſunt terram Miצſráim vt illic habitarent, cuius verbum ʹcomplebitur, meum, an ipſorum.

29 Et hoc vobis ſignum, (ait Iehouáh) quòd ʹviſitaturus ſum vos in loco iſto: vt ſciatis quòd ʹconfirmando confirmabũtur verba mea ſuper vos in malum.

30 Sic dixit Iehouáh, Ecce ego trado Parעóh ʹחHophráע Regem Miצſráim in manum inimicorum eius, & in manum quærentium animam eius: ſicut tradidi צSidciiáhu Regem Iehudáh in manum Nebuchadrאeצſár Regis Babél inimici ſui, & quærentis animam eius.

21 Nónne ſuffitus quẽ ſuffiuiſtis הלא את־הקטר אשר קטרתם An incenſi quod incendiſtis, &c. q.d. Dominus meminit eorum ſuffituum quos feciſtis in honorem idolorum, neque illius iniuriæ eſt oblitus. Et aſcendit ſuper cor e. ותעלה על־לבו: id eſt venit illi in mentẽ. 22 Secundum diẽ hanc. כהיום הזה: Vide ſuprà verſu 7. 25 Et loquutæ eſtis ותדברנה Abutitur Propheta genere fœminino pro maſculino, vt indicet peccatum vxorum imputari maritis, ſi modò ipſi authores fuerint illis peccandi. Quidã ſcribunt fœmininũ pro maſculino poſitum eſſe. Vertere potes, Ita vt loquutæ eſtis ore veſtro, ita manibus, &c. Faciendo faciemus עשה נעשה Hebraiſmus, Summa cura & diligentia, ac ſedulitate adimplebimus. vel certiſſimè faciemus vel inuitis omnibus. Cõfirmaſtis תקימנה Fut. Heb. pro præt. vel pro præſenti. i. perſoluitis vota veſtra, rata facitis & executioni mandatis. eſt enim hìc eadem verbi geminatio ad auxeſin quæ & ſuprà, Faciẽdo faciemus. 26 Si erit vltrà, &c. אם־יהיה וגו׳ Hebraiſmus, acſi dicat, Diſpereã ſi poſthac permiſero vt quiſquã è Iudæis iuret per nomen meũ in tota regione AEgypti. omnes enim morientur. 27 Vigilo ſuper, &c. שוקד עליהם וגו׳ Hebraiſmus, Apparo mala & calamitates contra eos, non bona. 28 Et euaſores gladii ופליטי חרב Hebraiſmus, Et ii qui effugerint gladium. quibus gladius pepercerit. Viri pauci admodum: מתי מספר Ad verbum, viri numeri. q.d. tam pauci vt facillimè numerari poſſint. Complebitur, יקום Ad verbum, conſurget. vel conſiſtet. ſtabit. i. eueniet. adimplebitur. verificabitur: meúſne ſermo, quo prædico illis calamitatem: an illorum, quo ſibi iniquitatẽ permittunt. 29 Viſitaturus ſum פוקד Præſ. Heb. pro fut. Confirmando cõfir. קום יקומו Ad verbum, ſtando ſtabunt. i. reuera adimplebuntur quæ prædixi vobis aduerſa. 30 חHophráע חפרע Cognomen eſt Pharaonis, quem quidam exiſtimant alium fuiſſe à Nechó. Chaldæus paraph. interpretatur contritum & fractum.

Cap. XLV.

Dolētē Baruch ſibi propheticū ſpiritum non dari, præſertim quum Ieremias eſſet in carcere, cōſolatur Deus.

1 V″Erbum quod loquutus eſt Irmeiáhu Propheta ad Baruch filium Neriiáh, quum ſcripſiſſet ′verba hæc in libro, ex ore Irmeiáhu, anno quarto Iehoiacím filii Iℵoⱳſiiáhu Regis Iehudáh, dicendo,

2 Sic dixit Iehouáh Deus Iⱳſraℵél ad te Barúch,

3 ′Dixiſti, Væ nunc mihi: quoniam″addidit Iehouáh triſtitiam ſuper dolorem meū:″laboraui in gemitu meo, & requiē non inueni.

4 Sic dices ad eū, Sic dixit Iehouáh, Ecce quos ædificaui ego ′deſtruā, & quos plātaui ego euellam, & vniuerſam terram″*quæ mea* eſt:

5 ″Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego″adducā malum ſuper omnem carnem, dixit Iehouáh: ″& dabo tibi animam tuam in prædam in omnibus locis ad quæ perrexeris.

Cap. XLVI.

Prædicit cladē AEgypti à Nabuchodonoſore.

1 Q″Vod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu Prophetam contra *omnes* Gentes.

2 ″Ad Mixſráim aduerſum exercitum Paryóh Nechó Regis Mixſráim, ″qui erat iuxta flumē Peráth in Charchemiⱳs, quem percuſſit Nebuchadrℵexſár Rex Babél anno quarto Iehoiacím filii Iℵoⱳſiiáhu Regis Iehudáh.

3 ′Præparate ſcutum & clypeum, & accedite ad bellum.

4 ″Iungite equos, & conſcendite equites: & conſiſtite cum galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

5 Cur vidi eos″pauidos?″conuerſi ſunt retrorſum, & fortes eorum ″contriti ſunt, ″& fuga fugerunt, nec reſpexerunt: terror vndique, dixit Iehouáh.

6 ″Ne fugiat leuis, nec euadat fortis: ′ad Aquilonem iuxta ripam fluminis Peráth impegerunt & ceciderunt.

7 Quis *eſt* iſte *qui* tanquam fluuius″ aſcendit, veluti flumina commouentur aquæ eius?

8 Mixſráim tanquam fluuius′aſcendit, & velut flumina mouentur aquæ *eius*, & dixit, Aſcendam, operiam terram: perdam vrbem,

Cap. XLV.

1 VErbum quod loquutus eſt Ieremias Propheta ad Baruch filium Neriæ, quum ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda, dicens,

2 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad te Baruch,

3 Dixiſti, Væ miſero mihi: quoniam addidit Dominus dolorē dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni.

4 Hæc dicit Domin⁹, Sic dices ad eū, Ecce, quos ædificaui ego deſtruo, & quos plantaui ego euello, & vniuerſam terram hanc: B

5 Et tu quæris tibi grādia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutē, in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

Cap. XLVI.

1 QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiā Prophetam contra Gentes.

2 Ad AEgyptum, aduerſum exercitū Pharaonis Nechao Regis AEgypti qui erat iuxta fluuium Euphráten in Charcamis, quē percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filii Ioſiæ Regis Iuda.

3 Præparate ſcutum & clypeum, & procedite ad bellum.

4 Iungite equos, & aſcēdite equites: ſtate in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

5 Quid igitur? vidi ipſos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæſos: fugerunt conciti, nec reſpexerunt: terror vndique, ait Dominus. B

6 Non fugiat velox, nec ſaluari ſe putet fortis: ad Aquilonem iuxta flumē Euphāten victi ſunt & ruerunt.

7 Quis eſt iſte qui quaſi flumen aſcēdit: & veluti fluuiorum, intumeſcunt gurgites eius?

8 AEgyptus fluminis inſtar aſcēdit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius: & dicet, Aſcendens operiam ter-

IN CAPVT XLV.

1 Verbum quod loquu. eſt הדבר אשר דבר id eſt prophetia quam prophetauit. Ordo hiſtoriæ non ſeruatur. nam quæ hîc narrantur, octodecim annis antequam vrbs caperetur, prædicta fuere, anno videlicet quarto Ioacim qui quadraginta annis regnauit. nam ſi vndecim annis regni Sedeciæ adieceris ſeptem ex annis Ioacim, conſtitues octodecim. Verba hæc, הדברים האלה id eſt, has prophetias quæ ſcilicet continentur in hoc libro ab initio eius vſque ad annum quartum regni Ioacim. 3 Dixiſti, Væ nunc mihi: אמרת אוי־נא לי id eſt cogitaſti apud te, Væ miſero mihi, vel, heu me miſerum. Addidit יסף Duplici enim nomine conquerebatur Baruch: primo quòd Ieremias coniectus eſſet in carcerem: ſecundo, quòd nulla ratione, nulliſque precibus, nec lachrymis conſequi poſſet Spiritum prophetiæ.

Laboraui in gemitu meo, יגעתי באנחתי fatigatus ſum flendo. vel, fleui ad laſſitudinem vſque. Alii, Defatigatus ſum gemitu meo. ſiue ſuſpiriis meis. Vide eadē verba Pſalmo 6.b.7. 4 Deſtruā: &c. הורס וגו׳ Præſ. Heb. pro fut. Duplici metaphora hîc vtitur: altera ſumpta ab ædificiis elegantibus & ſumptuoſis: altera ab arboribus quæ in hortis egregiis ſumma cura ac diligentia conſeruantur. q.d. alii morientur, alii exulabunt. Nam domus non transferuntur vt arbores. *Quæ mea* eſt. : היא *ut ea* eſt. id eſt talis qualis eſt, ſiue quanta eſt.

5 Et tu quæris tibi grandia? ואתה תבקש־לך גדולות Tu ergo quæres tibi grandia? ſiue, tu ergo quærere debes tibi grandia? id eſt munus propheticum. ne cures ſi non poſſis conſequi illud: nihil enim prædicere illis poſſes niſi aduerſa. Adducam מביא Præſ. Heb. pro fut. adducturus ſum afflictionem ſuper omnes homines huius regionis. Et dabo tibi animam t. &c. ונתתי לך את נפשך לשלל Similis Hebraiſmus legitur & ſuprà cap. 21.b.9, & 39.c.18. q.d. aliud cōſequêris à me, nimirum vitam incolumem, aliis Iudæis pereuntibus: quæ vita erit tibi tam grata, quàm militibus grata eſſe ſolent ſpolia.

IN CAPVT XLVI.

1 Quod fuit verbum Ieh. אשר היה דבר־יהוה Ordo dictionum præpoſterus, Verbum Iehouæ quod fuit, &c.

2 Ad Mixſráim למצרים q.d. primo loquitur ad AEgyptum. vel, contra AEgyptum vaticinatur. Qui erat אשר־היה qui fuit. qui, nempe exercitus, oppugnabat vrbem Charchamis quæ ſita erat in ripa fluminis Euphratis. fuerat autem antea ditionis illius: ſed poſtea ceperat illam Rex Aſſur, & Rex Aram, vt aiunt Hebræi. Chaldæus paraph. pro Necho, vertit claudum. 3 Præparate ſcutū, ערכו מגן Claſſicum canit Propheta AEgyptiis: in quo oſtendit quid faciant, & in quo fiduciam ponant: acſi dicat, inſtruite aciem eorum qui clypeos & peltas geſtant, ô AEgyptii, & eſtote parati: bellum enim, & quidem cruentum imminet. Mox verò vt ad congreſſum ventum eſt, metum eorum oſtendit. 4 Iungite אסרו Ligate. ſub. curribus falcatis. 5 Pauidos, חתים fractos. ſub. corpore & animo. hoc eſt eos trepidare & pauidos eſſe. Vertere potes omnia per futurū. Conuerſi ſ. retr. נסוגים אחור *&* retrocedētes. retrogradiētes. Contriti ſunt, יוכתו Fut. Heb. pro præt. cæſi ſunt. Et fuga fug. &c. ומנוס נסו ולא הפנו Significat tam trepidā fuiſſe fugā, vt ne aſpicerent quidē eos qui perſequebantur ipſos. 6 Ne fugiat le. &c. אל־ינוס וגו׳ q.d. ne ſperet fuga ſeruare ſe poſſe miles leuis armaturæ, aut alacritate pedum valens: neque arbitretur ſtrenuus euadere ſe poſſe ſua fortitudine, pugnando, aut reſiſtendo. Ad Aquilonem צפונה ſub. ipſius vrbis. in parte Septentrionali, reſpectu AEgypti. 7 Aſcendit יעלה Futura Heb. pro præſentibus, aſcendit, *& cuius* aquæ commouentur [vel agitantur] veluti flumina? Seipſum declarat verſu ſequenti. Animoſi (inquit) & inſtructi veniunt AEgyptii, inſoleſcunt & gloriantur de victoria nupera: ſed mox metu concuſſi fugiunt. Eſt autem ironia. q.d. etiam ſi ſocios equos feroces multo plures congregaueritis vobis, nunquam euadetis. 8 Aſcendit יעלה Rurſum futura Heb. pro præſ.

ram: perdam ciuitatem & habitatores eius.

Aſcēdite equos, & exultate in curribus, & procedāt fortes, AEthiopia & Libyes tenentes ſcutum, & Lydii arripientes, & iacientes ſagittas.

C Dies autem ille Domini Dei exercituum dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis: deuorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſā guine eorum: victima enim Domini Dei exercituū in terra Aquilonis iuxta flumen Euphráten.

Aſcēde in Galaad, & tolle reſinam, virgo filia AEgypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas nō erit tibi.

Audierunt Gentes ignominiā tuā, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortē: & ambo pariter conciderunt.

Verbū quod loquutus eſt Domin⁹ ad Ieremiā Prophetā ſuper eo quòd vēturus eſſet Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & pcuſſur⁹ terrā AEgypti.

D Annūtiate AEgypto, & auditū facite in Magdalo, & reſonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum ſunt.

Quare computruit fortis tuus? nō ſtetit: quoniam Dominus ſubuertit eum.

Multiplicauit ruentes, cecidit q; vir ad proximum ſuum: & dicent, Surge, & reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ, à facie gladii columbæ.

Vocate nomen Pharaonis Regis AEgypti, tumultum, adduxit tēpus.

Viuo ego (inquit Rex, Domin⁹ exercituum nomen eius) quoniam ſicut Thabor in montibus, & ſicut Charmelus in mari, veniet.

E Vaſa transmigrationis fac tibi habitatrix filia AEgypti: quia Memphis in ſolitudinem erit, & deſeretur, & inhabitabilis erit.

Vitula elegans atque formoſa AEgyptus: ſtimulator ab Aquilone veniet ei.

Mercenarii quoque eius qui verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſaginati, verſi ſunt, & fugerūt ſimul, nec ſtare potuerūt: quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.

& habitantes in ea.

9 Aſcēdite equi, ′& inſanite currus, & egrediantur fortes, ″Chúשׁs, & Pút″apprehendentes ſcutum, & Ludím apprehendentes *&* tendentes arcum.

10 Dies autem illa ′Domini Iehouæ exercituum dies vltionis, vt vlciſcatur ſe de hoſtibus ſuis: & vorabit gladius, & ſaturabitur, inebriabitúrque ſanguine eorum: ″cædes enim Domino Iehouæ exercituum in terra Aquilonis ad flumen Peráth.

11 Aſcēde in Gilyád, & tolle *tibi* ″balſamū, ″virgo filia Mixſráim: fruſtra″multiplicabis medicamina, ′ſanitas non erit tibi.

12 Audierunt Gentes ignominiam tuam, & clamor tuus repleuit terram: quia fortis in fortem impegerūt, pariter ceciderūt ambo.

13 Verbū quod loquut⁹ eſt Iehouáh ad Irmeiáhu prophetā, ′de aduētu Nebuchadrnexſár Regis Babél″ad percutiēdā terrā Mixſráim.

14 Annuntiate in Mixſráim, ″& prædicate in Migdól: prædicate item in Nóph, & in Thanhpannhéos: dicite, Conſiſte, & præpara te: quia deuorabit gladius′circuitum tuum.

15 Quare″propulſatus eſt fortis tuus? non conſtitit: quoniam Iehouáh impulit eum.

16 ″Multiplicauit corruentem, ″etiam ruit quiſque in proximum ſuum: & dixerunt, Surge, & reuertamur ad populum noſtrum & ad terram natiuitatis noſtræ à facie gladii″opprimentis.

17 ″Clamauerūt ibi, Paryóh Rex Mixſráim″*&* tumultus: tranſire fecit tempus ſtatutum.

18 Viuo ego (inquit Rex, Iehouáh exercituū nomen eius) quoniā ſicut Thabór″in montibus, & ſicut Charmél″in mari, ″veniet.

19 ′Vaſa tranſmigrationis fac tibi ″habitatrix filia Mixſráim: quia Nóph in ſolitudinem erit, & deſolabitur vt non ſit habitator.

20 *vt* ″vitula formoſa Mixſráim, ″exciſio ab Aquilone venit, venit *illi inquam.*

21 ″Etiam *milites* eius mercede conducti, *ſunt* in medio eius veluti vituli ſaginati: ″quia etiam ipſi verterunt ſe, fugerunt ſimul, nec cōſtiterunt: nam dies ″contritionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.

Alia Nabuchodonoſoris victoria contra AEgyptios.

9 Et inſanite והתהוללו Id eſt huc illuc ſine ratione & modo currite.ſub.ad conflictum, more amentiū. Chuשׁs & Put כוש ופוט .i.AEthiopes & Libyes. Apprehendentes, &c. תפשׂי וגו'.i.ferentes ſcutū, ſiue qui in bello vti ſolent clypeis: & Lydies qui arcu intento vtuntur.i.ſagittarii periti. 10 Domini Ieh. לאדני יהוה Domino Iehouæ.i.in gratiam Domini.vel, authore Domino. Cædes זבח ſtrages.occiſio *erit* Domino, &c. Quidam, victimā habet Dominus Iehouah, &c. ſiue mactationem. 11 Balſamum, צרי opobalſamū. In Galaad magna eſt copia balſami quod adhiberi ſolet plagis recentibus. Deſcribit grauitatem afflictionis AEgyptiorum: acſi dicat, Fruſtra ibis in Galaad pro comparanda reſina, ſiue balſamo: tanta enim erit ſtrages in tuo exercitu, vt nulla medicina iuuare poſſit: Seipſum mox exponit. Virgo בתולת Virginem vocat, quòd inuiolati & intacti fuiſſent, & non appetiti ab hoſtibus. Multiplicabis הרבית Præt. Heb. pro fut.i.fruſtra vtēris multis medicaminibus. Sanitas תעלה curatio.ab aſcendendo ſuper vulnus, & imponendo dicitur. Hebraicé. q.d.vulnera incurabilia accipies. 13 De aduentu לבוא· Ad verbum, de veniendo.i.quòd venturus eſſet. Ad percutiendam לחכות .i.vt ſubiugaret, ſiue expugnaret. 14 Et prædicate והשמיעו Ad verbum, & auditum facite. Circuitū t. סביביך: .i.vrbes tibi vicinas. 15 Propulſatus eſt נסחף repulſus eſt.i.Quare cogetur cedere hoſtibus vnuſquiſque fortiū tuorum? Præterita Heb. pro futuris, vt & ſequenti verſu. 16 Multiplicauit corru. הרבה כושל .q.d.efficiet Dominus vt multi in eo conflictu perituri ſint.

Etiam ruit, &c. גם נפל וגו' Præterea quum incident alter in alterum, dicent. i.ſeſe mutuò cohortabuntur vt deſertis caſtris, dilabantur & abeant. Opprimentis. היונה: vim inferentis.i.cuius vi reſiſtere non valemus. Alii, contriſtantis. 17 Clamauerunt קראו Præt.Heb.pro fut. Clamabunt.ſub, AEgyptii.i.publicè dicent. *Et* tumultus, שאון genitiuus eſt, *&* perturbationis.q.d. AEgyptii nouo titulo ornabunt Regem: vocabunt enim eum Regem tumultus & perturbationis: cauſa huius erit, quia condictum pugnæ tempus de quo cum Rege Babel antehac illi cōuenerat, iis præteriit. Alii hāc partē verſus ſic legūt, Pharao Rex AEgypti, *&* turbæ multæ, tranſgreſſus eſt tempus condictum.q.d.Chaldæi publicè dicturi ſunt, ridendo Pharaonem, Permiſit Pharao labi tempus quod conſtituerat Regi Babylonis ad cōfligendum cum eo. Quidam Hebræorum exponunt, Vocauerūt per præconem illuc in prælium Paróh Regē AEgypti, qui ſe iactabat de multitudine exercitus ſui: tranſire fecit tempus quod conſtituerat.i.diem determinatum vt egrederetur ad prælium. 18 In montibus; בהרים *eſt* inter montes.vel, in regione montoſa. In mari, בים *eſt* ad mare.imò excurrit in mare.

Veniet. יבוא: ſub.hæc calamitas AEgyptiis. Vt(inquit) verum eſt Thabor montem altiſſimū ſitum eſſe in regione montana, & Charmelum montem excurrere in mare: ſic verè hæc AEgyptiis euenient. 19 Vaſa tranſ. כלי גולה Inſtrumenta tranſmigrationis.i. Præpara tibi quæcunque apta & neceſſaria ſunt ad tranſmigrandum. Habitatrix יושבת quæ ſedes.i.quæ deſides otioſa, in otio & tranquillitate. Filiam vocat congregationem. 20 Vitula form. עגלה יפה־פיה Bucula elegantiſſima.i.regnum AEgypti fœliciſſimum & opulentiſſimum. Buculam, ſiue vitulam vocat, quòd impinguata laſciuiret in locis paſcuoſis vnà cum mercenariis, ſiue cōductitiis militibus, qui magis ad delicias, quàm ad militiā hîc referuntur enutriti: atque ideo impendente exitio fugerunt. Exciſio קרץ excidium.exterminium. 21 Etiam *milites* eius merc.cond. גם שכיריה Ad verbum, Etiam mercenarii eius Quia כי Aut redundat iſtud כי, aut per Propterea vertendum. Contritionis eorum אידם calamitatis eorum.

47-48.

22 ″Vox eius quaſi ſerpentis procedet: quoniam cum exercitu *magno*″pergent,& cum ſecuribus″venient ei,tãquam cæſores″lignorũ.

23 ″Succident ſyluam eius,ait Iehouáh,quia″non poterit inueſtigari *numerus*:″multiplicabuntur enim magis quàm locuſtæ,nec erit eis numerus.

24 ″Pudore afficietur filia Mixſráim,tradetur in manum populi Aquilonis.

25 Dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél,Ecce ego viſito″populum de Nóא, & Paryóh,& Mixſráim,& deos eius,&Reges ei⁹:Paryóh inquam & fidentes ei.

26 Et dabo eos in manum quærentium animam eorum,″& in manum Nebuchadrאexſár Regis Babél,& in manum ſeruorum eius: & poſt hæc″habitabitur″ſecundum dies antiquos,dixit Iehouáh.

Promittitur Iſraeli liberatio.

27 Et tu ne timeas ſerue mi Iayacób,″& ne paueas Iשſraאél: quia ecce ego ″ſaluũ facio te de longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorũ:& reuertetur Iayacób,& requieſcet,″& fœlix erit,nec erit qui exterreat.

28 Tu *inquam* ne timeas ſerue mi Iayacób, ait Iehouáh , quia″tecum ſum: quia faciam ″conſummationem in cunctis gentibus ad quas ″eieci te:tecum autem non faciam conſummationem,ſed caſtigabo te″in iudicio,″& excidendo non excidam te.

Cap. X L V I I.

Palæſthinorum deſtructio.

1 Q″Vod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu prophetam″ſuper Peliשſthím, antequam percuteret Paryóh″yAzáh:

2 Sic dixit Iehouáh,Ecce″aquæ aſcendunt ab Aquilone,″& erunt in torrentem, inundabúntque terram,″& plenitudinem eius, *id eſt* ″vrbem & habitantes in ea:clamabúntque homines,& vlulabit omnis habitator terræ

3 ″A ſonitu inceſſus vngularum″equorum eius, ″à cõmotione curruum eius, ″multitudine rotarum *eius*: non reſpexerunt patres ad filios″propter debilitatem manuum:

4 ″Propter diem venientem ad vaſtandum omnes Peliשſthím,″ad ſuccidendum xSor,& xSidon ″omnẽ ſuperſtitẽ auxiliatorẽ:″vaſtat

F

22 Vox eius quaſi æris ſonabit:quoniam cum exercitu properabunt, & cũ ſecuribus venient ei , quaſi cædentes ligna.

23 Succiderunt ſaltum eius, ait Dominus,qui ſupputari non poteſt:multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus.

24 Confuſa eſt filia AEgypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25 Dixit Dominus exercituum Deus Iſrael,Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ,& ſuper Pharaonẽ, & ſuper AEgyptũ,& ſuper deos eius, & ſuper Reges ei⁹ : & ſuper Pharaonem,& ſuper eos qui cõfidunt in eo.

26 Et dabo eos in manus quærẽtium animam eorum , & in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis , & in manus ſeruorũ eius: & poſt hæc habitabitur ſicut dieb⁹ priſtinis, ait Dñs.

G

Eſa.44.a.1
ſuprà 30.b.10

27 ‖Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne paueas Iſrael:quia ecce ego ſaluum te faciam de longinquo,& ſemẽ tuũ de terra captiuitatis ſuæ: & reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſperabitur, & non erit qui exterreat eũ.

28 Et tu noli timere ſerue me⁹ Iacob, ait Dominus,quia tecũ ego ſum:quia ego conſumã cunctas gẽtes ad quas eieci te:te verò non cõſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

Cap. XLVII.

1 QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæſthinos,antequam percuteret Pharao Gazam:

2 Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone,& erunt quaſi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius,vrbem & habitatores eius:clamabunt homines, & vlulabit omnis habitator terræ

B

3 A ſtrepitu pompæ armorũ & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius : non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis:

4 Pro aduentu diei in quo vaſtabuntur omnes Philiſthiim , & diſſipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis ſuis : depopulatus eſt

C

22 Vox eius קולה ſub.AEgypti.i.inſtar vocis ſerpentis vociferabitur. Serpentium ſibila eminus exaudiuntur.q.d. AEgyptii incipient exclamare quum aduenient contra illos Chaldæi. Pergent ילכו venient.venturi ſunt.ſub.Chaldæi contra AEgyptum. Venient ei, באו לה Præt.Heb.pro fut.venient contra illam. Lignorum. עצים: .i.arborum. 23 Succident כרתו Præt.Heb.pro fut.vt etiã ex doctioribus Hebræorũ nonnulli exponũt. Syluã vocat arbores ſaltus.q.d.delebunt exercitum. Alii legunt in imperatiuo, Succidite. Nõ poterit inueſt.לא יחקר nõ ſupputabitur.i.ſupputari nõ poterit.ſub.exercitus Nabuchodonoſor,præ multitudine.Quidã,nõ finietur.vel,terminabitur.i.non poterit inueniri finis exercitus.ſeipſum mox exponit. Multiplicabuntur e.mag.&c.רבו מארבה וגו׳ numero enim ſuperabunt locuſtas,nec poterunt numero comprehendi. 24 Pudore aff. הובישה Præt.Heb.pro fut.vt & mox.

25 Populum de Noא אמון־מנוא Vulgum de Alexandria,ſiue Alexandriæ.Chaldæus paraph.interpretatur Amon Regem Alexãdriæ, quem ſequũtur qui vertunt, Amon de No.i.qui regnat, ſiue dominatur in No.hoc eſt regnum Alexandriæ. 26 Et in manum וביד Et,pro Id eſt poſitum. Habitabitur תשכון habitabit.ſub.filia AEgypti. Secundum dies antiq. כימי־קדם .i.vt olim,vel vt antea.

27 Et ne paueas ואל־תחת & ne frangaris animo.ſub.præ metu. Saluũ facio te de lõ.מושיעך מרחוק Præſ.Heb.pro fut.i.ſaluum ac incolumem reducã te in patriam tuam,ex terra iſta longinqua.Hæc eadem verba habes ſuprà cap.30.b.10 Et fœlix erit, ושאנן & fœliciter aget.vel,& ditabitur.aut abundabit.In tranquillitate aget. 28 Tecum ſum, אתך אני, tecum ero.i.tibi adero,tibi fauebo.

Conſummationẽ כלה conſumptionem.i.perfectam ac conſummatam deletionem:hoc eſt prorſus delebo,&c.te autem non prorſus delebo. Eieci te: הדחתיך eiecero te.aut,expulero,ſiue propulero. In iudicio, למשפט Hebraiſmus,moderatè,ſiue ſeruato modo. Et excidendo non exc. ונקה לא־אנקך: nec tollendo tollam te de medio.i.non te prorſus perdam. Alii,& expurgando te,non expurgabo.i.non tollam te prorſus de medio,vt ſolent abiici recrementa expurgato tritico. Alii,& abſoluendo non abſoluam te.i.tanquã innocenti non parcam.

IN CAPVT XLVII.

1 Quod fuit ver. אשר היה דבר Ordo dictionum immutatus,vt præcedenti capite,verſu 1. Super Pel. אל־פלשתים de Philiſthæis.vel, aduerſus Palæſthinos. yAzáh. עזה: Dicunt Hebræorum ſcriptores quòd hæc prophetia impleta fuerit decimo anno Ezechiæ Regis Iuda,quando Pharao venit ad pugnandum contra Chaldæos Ieroſolymam oppugnantes:tunc Pharao deuaſtans Gazam Philiſthæorum metropolin,reduxit exercitum domum. 2 Aquæ aſcendunt מים עולים .i.exercitus maximus aſcenſurus eſt à Chaldæa. Et erũt in torr.והיו לנחל .i.euadent,aut vertentur in torrentem. Et plenitudinem eius ומלואה Seipſum declarat mox,quum dicit,vrbem,pro vrbes,& habitantes in ea. Vrbem עיר Sing.Heb.pro plur. 3 A ſonitu inceſſ.מקול תעטת Præ clamore ſtrepitus. Equorum e. אבידיו Ad verbum,fortium eius.i.equorum fortium. A commotione מרעש à ſtrepitu.vel tumultu. Multitudine המון à tumultu. fragore. Propter debilitatem מרפיון præ diſſolutione.remiſſione.q.d.adeò erunt exterriti, vt ne patres quidem de ſalute liberorum futuri ſint ſoliciti, pro quibus tamen bella ſuſcipiuntur& geruntur. 4 Propter diem על־היום Refertur iſtud ad verſum ſecundũ: aut ſubaudiendum ו. Ad ſuccidendum להכרית ad delendum. Omnem ſuperſtitem aux. כל שריד עוזר Sing.Heb.pro plur. omnes reliquias auxiliatrices. Palæſthini ferebant opem laborantibus Tyriis,vnde hic dicit,defuturos qui opem ferrent illis. Vaſtat שודד Præſ.Heb.pro fut.vaſtaturus eſt.

enim Dominus Palæſthinos, reliquias inſulæ Cappadociæ.

5 Venit caluitium ſuper Gazam, conticuit Aſcalon, & reliquiæ vallis earũ: D vſquequo concidêris?

6 O mucro Domini, vſquequo non quieſcis? ingredere in vaginam tuã: refrigerare, & ſile.

7 Quomodo quieſcet quum Dominus præceperit ei aduerſus Aſcalonẽ, & aduerſũ maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

Cap. XLVIII.

1 AD Moab, Hęc dicit Domin⁹ exercituum Deus Iſrael, Væ ſuper Nabo: quoniam vaſtata eſt & confuſa: capta eſt Cariatháim: confuſa eſt fortis, & tremuit.

2 Non eſt vltrà exultatio in Moab cõtra Heſebon: cogitauerunt malũ, Venite, & diſperdamus eam de gente: ergo ſilens conticeſces, ſequetúrque te gladius.

3 Vox clamoris de Oronáim: vaſtitas, & contritio magna.

4 Contrita eſt Moab: annuntiate clamorem paruulis eius.

5 Per aſcẽſum enĩ Luith plorãs aſcẽdet in fletu: quoniã ĩ deſcẽſu Oronaĩ hoſtes vlulatũ cõtritionis audierunt.

Suprà 17.a.6

6 ‖Fugite, ſaluate animas veſtras: & eritis quaſi myrice in deſerto.

7 Pro eo enim quòd habuiſti fiduciã in munitionibus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capiêris: & ibit Chamos in trãſmigrationem, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul.

8 Et veniet prædo ad omnem vrbẽ, & vrbs nulla ſaluabitur: & peribunt B valles, & diſſipabuntur campeſtria, quoniam dixit Dominus.

9 Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius deſertæ erunt & inhabitabiles.

10 Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

11 Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit ĩ fæcib⁹ ſuis: nec trãſ-

enim Dominus Peliẇſthím, reliquias″inſulæ Chaphthór.

5 ″Venit caluitium ad yAzáh: ſucciſa eſt Aẇſcelón, ″& reſiduũ vallis earum: vſquequo″incîdes te?

6 O mucro Iehouæ, vſquequo non quieſces? ″collige te in vaginã tuam, quieſce, & ſile.

7 Quomodo″quieſces? nam Iehouáh ″præcepit ei *ut eat* in Aẇſcelõ & ad littus maris: ibi *enim*″conſtituit eum.

Cap. XLVIII.

Excidium Moabitarum.

1 A″D Moáb. Sic dixit Iehouáh exercituũ Deus Iẇſraxél: ″Væ ſuper Nebó: quoniam vaſtata eſt, pudore affecta eſt: capta eſt Ciriatháim, pudore affecta eſt ″Miẇſgáb, ″& expauit.

2 Non erit vltrà″gloriatio Moáb de nHeẇſbón: ″cogitauerunt *enim* malum, Venite, & diſperdamus eam″de gente, etiam Madmén″ſuccidêris, poſt te ibit gladius.

3 Vox clamoris″de Horonáim, vaſtitas, & cõtritio magna *erit illic*.

4 ″Contrita eſt Moáb, ″audire fecerunt clamorem paruuli eius.

5 Quia in aſcenſu″Lunhíth cum fletu″aſcendet flens: nam in deſcenſu nHoronáim hoſtes clamorem″contritionis audituri ſunt,

6 Fugite, eripite animam veſtrã, ″& ſitis veluti myrica in deſerto.

7 Nam propterea quòd habuiſti fiduciam″in pecudibus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capiêris: egredietúrq; Chemóẇs ″in trãſmigrationem, ſacerdotes eius, ″& principes eius ſimul.

8 Veniétque vaſtator″ad ſingulas vrbes, & nulla vrbs euadet: peribítque vallis, & diſſipabitur planities, quẽadmodũ dixit Iehouáh.

9 Date alas Moáb, ″quia volando volabit: & ciuitates eius in deſolationem erunt, ita vt non ſit habitator in eis.

10 ″Maledictus qui facit opus Iehouæ fraudulẽter, & maledict⁹ qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

11 ″Quietus fuit Moáb ab adoleſcẽtia ſua, ″& requieuit ipſe in fæ-

Inſulæ Cha. אי כפתור: inſulæ Cappadociæ, quæ hîc dicitur inſula: quanquam ſit in continente, quia eſt maritima. erant autem fratres, Cappadoces & Palæſthini, vnde & auxilio venerunt Palæſthinis, qui vnà cum ipſis Palæſthinis victi & cæſi ſunt, quod hîc dicit. 5 Venit calu. באה קרחה Præſ. Heb. pro futu. Venturum eſt caluitium. Maximum luctum futurum ſignificat, vt quidam exponunt. Alii direptionem interpretantur, Futurum eſt vt diripiantur omnia bona illius, primùm à Pharaone, deinde à Nabuchodonoſor Rege Babel. q.d. depilabitur. *Et* reſiduum vall. e. שארית וגו׳ *&* reliquiæ vallis eorum. ſiue earum. ſub. vrbium. i. reliquiæ ciuium earum vrbium quæ ſe in valles receperint, perdentur. Gaza & Aſcalon erant ſitæ in locis editis. Quidam Hebræorum vertunt, Et reliquiæ magnarum & immenſarum opum eorum, ſub. Palæſthinorum. Incides te? תתגודדי. i. carnem tuam: præ mœrore ac triſtitia. 6 Collige te האספי. i. recipe & recondc te. 7 Quieſces? תשקוטי. i. quieſcere poteris? Præcepit ei צוה לה Aut mutatio eſt perſonæ in pronomine, pro, præcepit, ſiue mandata dedit tibi *ut deſæuias* aduerſus Aſcalon, & aduerſus littus maris: ibi *enim* conſtituit te. Aut refert Aſcalon, vt ſcribit doctus inter Hebræos, atque ita vertit Chaldæus paraph. nam præcepit *gladio* de ea, *ut eat* contra Aſcalon, &c. Conſtituit eum. יערה: conſtituit ei. ſub. tempus, & ita Chaldæus paraph. Alii, ſtatuit eum. vt ſcilicet graſſetur in ea regione.

IN CAPVT XLVIII.

1 Ad Moab למואב De Moab. Cõtra ⌊vel aduerſum⌉ Moab. Væ ſuper Nebó, הוי אל־נבו q.d. O miſerã & infœlicem Nebo: vaſtabitur enim, &c. Præt. Heb. pro fut. vt & in ſequẽtibus. Miẇſgab, המשגב Sic dicta vrbs, quòd in excelſo loco ſita ſit. propterea quidã trãſtulerũt *ciuitas* in excelſo ſita. Ad verbũ, exaltatio. Doctioribus Hebræorũ magis placet vt ſit nomen vrbis. Et expauit. וחתה: & cõſternata eſt. i. fracta eſt animo. 2 Gloriatio תהלת Ad verbũ, laus. q.d. Iam non gloriabitur, ſiue gloriari poterit Moab de Heſbon quòd eſſet vrbs inſignis, celeberrima ac nobiliſſima. Cogitauerũt חשבו excogitauerunt. machinati ſunt. De gente, מגוי vt non ſit gens. ſub. in ea. i. vt nemo poſthac habitet in ea. vel, vt poſthac non numeretur inter populos. Succidêris, תדומי deleberis. eradicaberis. Alii, ad ſilentiũ redigêris. 3 De nHoronáim, מחורונים ſub. egreditur. i. exaudietur in vtraque Horon. erat enim duplex Horon, ſuperior & inferior. 4 Contrita eſt, &c. נשברה וגו׳ Quidã hîc annotãt, hoc loco Moab non pro gente tantùm, ſed & pro ciuitate, quam putant Areopolin fuiſſe, accipi. Alii vertunt per futurum, Contereretur ⌊vel frangetur⌉ Moab. & exponunt principes ſuperioris ſiue ſummi ordinis, & dignitatis. Audire, &c. השמיעו וגו׳ auditum facient (.i. edent) clamorem minores eius. i. principes ac nobiles inferioris ordinis. 5 Luhith הלוחית Erat locus editus ac ſublimis in quem ſe recipere ſolebant qui fuga ſaluti ſuæ conſulere volebant vt illic eſſent tuti. q.d. qui vertentur in fugam à Chaldæis, illuc cum fletu ſe recipient. Contritionis aud. שבר שמעו: deſtructionem ⌊vel vaſtationem⌉ audituri ſunt. Præt. Heb. pro fut. 6 Et ſitis ותהינה & ſint. ſub. animæ veſtræ. q.d. fugite à conſortio hominum, & concedite in loca deſerta, vt illic viuatis ſolitarié. Alii, & ſint. ſub. vrbes è quibus egreſſi fueritis, deſertæ ac ſolitariæ. Alii, & ſitis, ſub. ó vos vrbes. i. congregationes vrbiũ. Sunt qui velint ערוער nomen eſſe arcis. 7 In pecudibus t. במעשיך Ad verbum, in operibus tuis. ſic dicuntur pecudes, oues, boues, greges, & armenta: quòd opus hominis tunc eſſet in educandis ouibus & bobus. Sic 1. Samuel. 25. a. 2, Vir erat in Mahon, & opus eius in Charmel, & erat vir magnus valde, & ei erãt oues tria millia, & mille capræ, &c. vbi poſterioribus verbis explicat quid vocarit opus: pecudes ſcilicet. Quidam vertunt, in munitionibus. In tranſmigrationem בגולה in captiuitatem. Et principes e. ושריו ſic vocat illos qui eum colebant, tuebantur ac defendebant cultum eius. 8 Ad ſingulas vr. אל־כל־עיר Singul. Heb. pro plur. vt & mox. 9 Quia vol. volab. כי נצוא תצא vt volando volet. Sic quidam vertunt כי. i. vt ociſſimè auolet. 10 Maledictus ארור Execratus. Præſ. Heb. pro fut. Opus Domini erat deuaſtare Moabitas: & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur. Gallicè dicimus, *Mauldict ſoit celuy qui ſe feindra de tuer.* 11 Quietus fuit שאנן Fuit ⌊vel Vixit⌉ in otio & tranquillitate. trãquillus fuit. Et requieuit in fæcib. ſ. ושוקט הוא וגו׳ q.d. Ad hunc vſque diem Moab fuit ſimilis vino intra doliũ quieto, & non agitato, & quod nõ fuit tranſfuſum de vaſe vno vinario in alterum. q.d. nunquam fuit eiectus ſuis ſedibus. Otium & tranquillitatem Moab vocat fæces, quòd vt ſapor germanus vini conſeruatur optimè ſubſidio fæcis, ita in otio & tranquillitate dignitas & ſtatus Moab bellè fuit cõſeruatus. Chaldæus paraph. per fæces intelligit opes: nam vt vinum fæce, ita regna ſeruantur diuitiis.

5 Aſcendet flẽs יעלה בכי: adverbũ, aſcendet *uir* fletus. i. aſcendent flentes.

48.

cibus ſuis, neq; fuit trãſfuſus de vaſe in vas,ʹ& in trãſmigrationẽ nõ iuit,ideo remanſit ſapor eius in eo,& odor eius nõ eſt immutatus.

12 Propterea ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,& mittã eiʺtranſmigratores, & tranſmigrare facient eum,& vaſa eiusʺexhauriẽt, & vtres eorum collident.

13 Et pudore afficietur Moáb à Chemóשs,ʹquẽadmodum pudore affecti ſunt domus Iשſraאél à Beth-אél fiducia ſua.

14 Quomodoʺdicitis,Fortes ſumus,& viri robuſti ad bellum?

15 Vaſtatus eſt Moáb,ʺ& ciuitates illius excîdit,& electi iuuenes eiꝰ deſcenderũtʹad iugulationẽ,ait Rex,Iehouáh exercituũ nomẽ eiꝰ.

16 ʹPropinqua eſt cõtritio Moáb vt veniat, & malum eius feſtinat valde.

17 ʹCõdolete ei omnes qui eſtis in circuitu eius: & vniuerſiʹqui ſcitis nomen eius,dicite, Quomodo confracta eſt virga fortis,ʺbaculus gloriæ?

18 Deſcende de gloria,ſedeʹin ſitiʹhabitatrix filia Dibón:quoniam ʹvaſtator Moáb aſcendit contra te,diſſipauit munitiones tuas.

19 In via ſta,& aſpiceʺhabitatrix yAroyér, interroga fugientem, & eam quæ euaſit,dic,ʹQuidnam factum eſt?

20 Pudore affectus eſt Moáb,quoniã contrita eſt:vlulate,& clamate ,annuntiate in Arnón quòd vaſtata eſt Moáb.

21 Et iudiciumʹvenit ſuper terram campeſtrem,ſuper חHolón, & Iahxſáh, & Mepháyath,

22 Et Dibón, & Nebó,& domum Diblatháim,

23 Et Ciriatháim,& Beth-gamúl,& Beth-meyón,

24 Et ſuper Ceriióth,& Boxſráh,& omnes vrbes *reliquas* terræ Moáb, longinquas & propinquas.

25 ʹAbſciſſum eſt cornu Moáb,&brachium eius contritũ eſt,dixit Iehouáh.

26 ʹInebriate eum,quoniam contra Iehouãʺmagnificauit *os ſuum*,ʹ& volutet ſeſe Moáb in vomitu ſuo,& ſit in deriſum,etiam ipſe.

27 Et annon riſui fuit tibi Iשſraאél, acſi inter furesʹinuentus eſſet? nam ex quoʹloquutus es de eo,commouiſti te.

fuſus eſt de vaſe in vas,& in tranſmigrationem non abiit:idcirco permãſit guſtus eius in eo,& odor eius non eſt immutatus.

12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & ſtratores laguncularum, & ſternẽt eum:& vaſa eius exhaurient,& lagũculas eorum collident.

13 Et confundetur Moab à Chamos, ‖ſicut cõfuſa eſt domus Iſrael à Bethel,in qua habebat fiduciam. 3.Reg.12.g.29

14 Quomodo dicitis , ‖Fortes ſumus, & viri robuſti ad præliandum? Eſaiæ 16.b.7

C

15 Vaſtata eſt Moab, & ciuitates illiꝰ ſucciderunt:& electi iuuenes eius deſcenderũt in occiſionem,ait Rex,Dominus exercituum nomen eius.

16 Propè eſt interitus Moab,vt veniat,& malum eius velociter accurret nimis.

17 Cõſolamini eum omnes qui eſtis in circuitu eius , & vniuerſi qui ſcitis nomen eius,dicite,Quomodo cõfracta eſt virga fortis, baculꝰ glorioſus?

18 Deſcẽde de gloria, & ſede in ſiti habitatio filiæ Dibõ:quoniam vaſtator Moab aſcendit ad te,diſſipabit munitiones tuas.

19 In via ſta, & proſpice habitatio Aroer:interroga fugientem,& ei qui euaſit,dic,Quid accidit?

20 Cõfuſus eſt Moab,quoniam victus eſt:vlulate,& clamate, annuntiate in Arnon quoniam vaſtata eſt Moab.

21 Et iudicium venit ad terram campeſtrem,ſuper Helon,& ſuper Iaſa,& ſuper Mepháath,

22 Et ſuper Dibõ,& ſuper Nabo,& ſuper domum Deblatháim, D

23 Et ſuper Cariatháim,& ſuper Bethgamul,& ſuper Beth-maon,

24 Et ſuper Carioth,& ſuper Boſra,& ſuper omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè & propè ſunt.

25 Abſciſſum eſt cornu Moab: & brachium eius contritũ eſt,ait Dominus.

26 Inebriate eum,quoniam cõtra Dominum erectus eſt: & allidet manum Moab in vomitu ſuo , & erit in deriſum etiam ipſe.

27 Fuit enim in deriſũ tibi Iſrael,quaſi inter fures reperiſſes eũ. propter verba ergo tua quæ aduerſum illum loquutus es,captiuus duceris.

Et in tranſmig. ובגולה & in captiuitatem.ו ſiue &,pro Id eſt poſitum:nam declarat metaphoram tranſfuſionis vini.

12 Tranſmigratores,& tranſm. צועים וצעוהו tranſlatores,qui demigrare facient.i.hoſtes qui facient eum tranſmigrare, transferéntque eum alió. Exhaur.& vtres וריקו ונבליהם euacuabunt,& vaſa.vel,laguncular. 13 Quemadmodum pud.aff.כאשר־בושו.q.d. quemadmodum fiducia vituli aurei adorati in Beth-el à decem tribubus Iſrael non impediuit quominus illæ abducerentur captiuæ in Aſſyriam:ita Chamos non eſt liberaturus Moabitas à calamitate ipſis imminente:propterea pudefient,fruſtrati ſpe ſua.

14 Dicitis תאמרו dicetis.q.d.qua fronte audebitis dicere, Quis vincet nos? 15 Et ciuitates il.ex. ועריה עלה & ciuitates eius exterminauit,cõſumpſit.ſub.hoſtis.Alii,& ciuitates eius aſcenderũt *per ignem*.vt ſit præt.Heb. pro fut.& ſing.pro plur.aſcendẽt.Alii melius ex commentariis Hebræorum,Et *populus* ciuitatũ eius aſcendit.i.euanuit in auras.Vel,& *multitudo* vrbium eius aſcẽdet ſurſum.i.euaneſcet. tolletur de medio,& peribit. Ad iugulationem לטבח ad mactationem.ad cædem.ad occiſionem. 16 Propinqua eſt contr. קרוב איד Feſtinat calamitas.Accelerat interitus,&c.i.breui venturus eſt interitus. 17 Condolete ei נודו לו Commouemini ei.vel, eius gratia. Qui ſcitis no.e.יודעי שמו nẽpe Moab.i.quibus illa nota eſt.vel,ii ad quos peruenit fama,ſiue rumor eius. Baculus gloriæ? מקל תפארה baculus decorus? Alii,ſceptrum gloriæ?i.qua ratione factum eſt vt regnum Moab tam potens & glorioſum ſit deletum?

18 In ſiti, בצמא id eſt in loco arido & ſiticuloſo,in quo ſitias & perducaris ad extremam paupertatem. Sitim opponit gloriæ,augendo afflictionem.q.d.non tantùm eris ignominioſa,ſed egebis rebus neceſſariis in captiuitate. Habitatrix,&c.יושבת בת־דיבון Vide ſuprà cap.46,verſu 19,Habitatrix filia AEgypti. Vaſtator,שודד מואב Genitiuus eſt Moab,pro Moabitarum,qui vaſtaturus eſt Moab.vel vaſtatores Moabitarum,aut,qui vaſtaturus eſt Moab.Præterita in hoc verſu pro futuris. 19 Habitatrix יושבת .i.ô congregatio ciuium Aroer.q.d.Egredere,& ſta iuxta viam publicã,& interroga viros ac mulieres fuga ſaluti ſuæ cõſulentes,ſuis vrbibus iam captis. Quidnam fa.eſt?מה־נהיתה ſub.vrbibus veſtris,quòd fugiatis? 21 Venit בא Præt.Heb.pro fut.venturũ eſt.Iudicium Diuinum intelligit. q.d.non ſolùm regio montana Moab eſt peritura,ſed etiam plana & cãpeſtris,idque ob idololatriam. 25 Abſciſſum eſt cornu,&c. נגדעה קרן וגו׳ Excidetur cornu Moab,& brachium eius frangetur.vel cõteretur.i.peribit regnum, ſiue regia dignitas Moab,robur item ac vires confringentur.Alii,principes, ac nobiles. Regnum vocat cornu, quòd cornua ſint in ſublimiori parte,nempe in fronte animantis cornigeri,& quòd illis ſeſe tueatur ac defendat.Chaldæus paraph.Amputatum eſt regnum Moab. 26 Inebriate eum, השכירוהו .i. efficite vt Moab vi iræ & afflictionis incidat in amentiã.Alloquitur Angelos vel Nabuchodonoſor,& Chaldæos. Magnificauit הגדיל ſub.os ſuum.i.verba plena arrogantiæ protulit,aut effutiuit contra honorem Domini, tribuendo ſibiipſi quæ Domino tribuere debebat. Alii,magnificauit ſeſe.i.extulit ſeſe Et volutet ſeſe וספק Metaphora ab immodicè ebriis,qui poſtquam vomuerint, volutant ſeſe in vomitu,poſtea ridentur à ſobriis.Alii,& concutiat ſeſe.i.terram corpore ſuo,concutiendo ſeſe,vt ſolent ebrii.Alii,& plaudat *manibus ſuis*.

27 Inuentus eſſet? נמצא deprehenſus eſſet? q.d.Cur riſiſti Iſraelem dum captiuus abduceretur,idque non aliter quàm ſi eum in furto deprehendiſſes?nam quoties de calamitate ipſius Iſraelis verba facis,præ gaudio vehementi exilis. Loquutus es,&c.דבריך וגו׳ Ad verbum,verba tua de eo,commouiſti te.i.quoties de afflictione eius verba facis,videris geſtire & exultare præ gaudio.

28 Relinquite ciuitates,& habitate in petra habitatores Moab:. & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.

29 Audiuimus ſuperbiã Moab,ſuperb⁹ eſt valde: ſublimitatẽ eius,& arrogãtiã,& ſupbiã,& altitudinẽ cordis ei⁹.

E 30 Ego ſcio,ait Dñs,iactantiã eius, & quòd non ſit iuxta eã virtus eius,nec iuxta quod poterat conata ſit facere.

g.12.g.29

31 Ideo ſup Moab eiulabo, & ad Moab vniuerſam clamabo,ad viros Muri fictilis lamentantes.

æ 16.b.7

32 De plãctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ tranſierunt mare, vſque ad mare Iazer peruenerunt:ſuper meſſem tuam & vindemiã tuam prædo irruit.

Eſaiæ 16.c.10

33 ¦Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab:& vinum de torcularibus ſuſtuli:nequaquã calcator vuæ ſolitum celeuſma cãtabit.

34 De clamore Heſebon vſque Eleale & Iaſa,dederũt vocem ſuam, à Segor vſque ad Oronáim vitulam釋 conternã tem: aquæ quoque Nemrim peſſimæ erunt.

F 35 Et auferam de Moab,ait Domin⁹, offerentem in excelſis, & ſacrificantẽ diis eius.

36 Propterea cor meũ ad Moab quaſi tibia reſonabit: & cor meum ad viros Muri fictilis dabit ſonitũ tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt.

Eſa.15.a.3 ezech.7.c.18

37 ¦Omne enim caput caluitium,& omnis barba raſa erit: in cunctis manibus colligatio,& ſuper omne dorſum cilicium.

38 Super omnia tecta Moab,& in platéis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus.

39 Quomodo victa eſt(& vlulauerũt) quomodo deiecit ceruicem Moab, &

28 Relinquite ciuitates,& habitate″in petra, habitatores Moáb: & eſtote veluti columba *quæ* nidificat″in lateribus oris foueæ.

29 Audiuimus ſuperbiam Moáb,ſuperbus eſt valde:elationẽ eius, & ſuperbiam eius,& arrogantiam eius,″& exaltationẽ cordis eius.

30 Ego noui, dixit Iehouáh,″iram eius,′non ſtabilietur : mendacia eius non ſic facient.

31 Ideo″ſuper Moáb eiulabo,& ſuper Moáb vniuerſam clamabo,ſuper viros″Cir-חhéreשs″gemet.

32 ″Fletu Iayazér flebo propter te vitis שSibmáh :′propagines tuæ tranſierunt mare , *uerum* vſque ad mare′Iayazér peruenient:″ſuper fructus tuos æſtiuos & ſuper vindemiam tuam′prædo irruet.

33 ′Et deficiet lætitia & exultatio de agris cultis , & de terra Moáb: & vinum de torcularibus ceſſare faciam , non calcabit *calcator cum* celeuſmate,′celeuſma non *erit* celeuſma.

34 A clamore חHeשſbón vſque ad אElyaléh, *&* vſque ad Iáhaγs″dederunt vocem ſuam : à צSoyár vſque ad חHoronáim″vitula triennis: quia etiam aquæ Nimrím″in deſolationes erunt.

35 Et ceſſare faciam″de Moáb ait Iehouáh,offerentem in excelſo,& ſuffientem diis ſuis.

36 Propterea cor meũ″ad Moáb,′veluti tibiæ reſonabit,& cor meũ ad viros Cir-חhéreשs tanquã tibiæ,reſonabit:eo quòd diuitiæ quas fecit,″perierunt.

37 Quia *ſuper* omne caput *erit* caluitium , & omnis barba *erit*′diminuta , ſuper omnes manus inciſiones , & ſuper omnes lumbos ſaccus.

38 Super omnia tecta Moáb , & in platéis eius′vniuerſus *Moab erit in* planctu:quoniam contriui Moáb ſicut vas″in quo non eſt complacentia,dixit Iehouáh.

39 Quomodo′expauit (vlulabunt) quomodo′vertit ceruicem

28 In petrà, בסלע in rupe,q.d.deſertis vrbibus concedite in loca altiſſima,vt illic ſitis tuti. In lateribus,&c. בעברי פי־פחת: Ad verbum,in trans os foueæ . Quidam,in prominentiis orificii cauernæ.i.in rupium foraminibus.q.d.cogemini morari in cauernis vt colũbæ. Alii,vltra hiatum foueæ. Alii,in vlterioribus lateribus foueæ. 29 Et exaltationẽ cordis eius. ורום לבו: & altitudinem cordis eius.vel,celſitudinem.Multis deſcribit extremam arrogantiam Moabitarum. 30 Iram eius עברתו iracundiam eius.Gallicè,*ſa felonnie.* Non ſtabilietur,&c. ולא־כן וגו′ Ad verbum,& non veritas[vel,& non *erit* ſtabilitas:ſub.iræ eius,noui inquam]mendacia eius, *&* non ita facturi ſunt. Præt.Heb.pro fut.q.d.ſuperbia eius non ſortietur euentum:non efficiet Moab quod per faſtum minatur ſe facturum: noui inquam mendacia ipſius Moab.Gallicè,*ſes bourdes & baueries.* & non ita facturi ſunt ciues Moab,ſub. vt decreuerunt ſe facturos contra vicinas gentes. Quidam totum verſum ſic vertunt,Ego noui,inquit Dominus,indignationem eius,non rectè *agit*,mendacia eius ſunt,non rectè agunt.Indignationem eius,qua ſcilicet ſine cauſa ſæuiit contra quaſlibet vicinas gentes: ſed & ex ſuperbia ſua,multa præſumpſit facere,in quibus tamen mendax inuenietur,quum illa ob irruentem calamitatem perficere non poterit. Alii exponunt בדיו pro vectibus. Vectes hominis,ſunt vires eius.& tunc idem cum præcedente erit ſenſus, Plus ſibi præſumunt Moabitæ quàm præſtare poſſint. Doctus inter Hebræos admonet quoſdam exponere,filii eius non ſic facient:quia regnũ eius deficiet. 31 Super Moab eiul. על־מואב איליל propter Moab vociferabor. Cir-חhéreשs. קיר־חרש Hæc vrbs dicitur in Ieſa.16.b.7,Cir-חhareשſeth,ſic dicta fortè,quòd eius mœnia eſſent fictilia.Lege caput illud,in quo etiam calamitas Moab prædicitur,multáque habet quæ ad hanc prophetiam Ieremiæ pertinẽt. Gemet. יהגה: ſub.cor meum.Vel,ingemiſcet. 32 Fletu Iayazér, מבכי יעזר Id eſt,conſimili fletu quo fleui Iaazer,quæ iam victa & abducta fuit. Propagines tuæ, נטישותיך rami tui.i.ciues tui.q.d. O Sibma deterius tibi continget quàm ipſi Iazer.nam ciues tui trans mare abducentur,idque tempore æſtiuo,quum ciues Iaazer ad litus quidem maris peruenerint, ſed trans mare abducti non fuerint.Præt. Heb.pro futuris. Iayazér יעזר .i.ciues Iaazer. Super fructus tuos æſt. על־קיצך Ad verbum,in æſtatem tuam.i.in fructus tuos æſtiuos.q.d.eo tempore quo fructus erunt in agris tuis,inuadet te hoſtis qui totam regionem tuam depopulabitur. Prædo שורד vaſtator.depopulator.Ieſaias cap.16.b.9,habet celeuſma.vide locum. 33 Et deficiet ונאספה Et auferetur.i.tolletur de medio.Alii,finẽ habebit. Celeuſma non,&c. הידד לא הידד: .i.celeuſma quo tunc vtentur,nempe vt adhortentur ſeſe mutuò ad fugam,non erit celeuſma,quo vti ſolent calcandis vuis.De quo fuſius Ieſa.16.b.9. 34 Dederunt vo.ſ. נתנו קולם Hebraiſmus,pro edent vocẽ.q.d.qui capta Heſebon vrbe celeberrima Moab, fugam capeſſent , fugientes continuabunt vociferationem vſque ad vrbes vicinas Eleale & Iahas.

Vitula tri. עגלת שלישיה ſub.eiulans ibit.Comparat Moab, ſiue reliquos Moabitas vitulæ trienni, quòd ſit formoſa & in flore ætatis, atque ob voluptuoſam vitam quam vixerat. In deſolationes erũt. למשמות יהיו: .i.acſi eſſent deſolatæ.q d.nemini erunt vtiles,quòd perituri ſint qui illic habitant. 35 De Moab למואב ipſi Moab.q.d.perdam idololatras qui ſunt in regione Moab.

36 Ad Moab למואב propter Moab. Veluti tibiæ reſo. כחלילים יהמה inſtar tibiarum perſtrepet. Tibias lugubres intelligit,quibus canebatur carmen lugubre in funeribus , vt habes Matth.9.c.23.q.d.ob calamitatem Moab quæ grauiſſima erit, cor meum edet vocem lugubrem, inſtar tibiarum quibus funebria carmina canuntur. Perierunt. אבדו: perituræ ſunt. 37 Diminuta,גרועה truncata.Deſcribitur habitus lugentium,ſimúlque maximus luctus ſignificatur.Omnes,inquit,præ luctu vellent ſibi capillos, barbam ſibi truncabunt,incident ſibi manus,ſiue lacerabunt ac dilaniabunt vnguibus aut cultris,& cilicium aſperum induent,depoſitis ſolitis veſtibus.

38 Vniuerſus *Mo.e.in* planctu: כלה מספד omnibus planctus. In quo non *eſt* compl. אין־חפץ בו in quo non *eſt* beneplacitum .i.non gratum figulo.vel quo nemo delectatur. 39 Expauit,vlul. חתה הילילו contritus[vel,fractus] eſt *animo*,vlulabunt. Præt.Heb. pro fut.Legendum hoc ordine,Eiulabunt,quomodo fractum eſt.i.Eiulando dicẽt,Quomodo fractũ eſt regnum Moab?q.d.Quum Moabitæ videbunt calamitatem ſuæ regionis,vociferabuntur, dicentes, Quomodo factum eſt vt regni Moab potentiſſimi,tam citò vires fractæ ſint? Verti poteſt,Eiulando dicite,Quomodo,&c. Vertit ceruicem הפנה־עורף dedit terga.

Moáb,*&* pudore affectus eſt?fuítq; Moáb in deriſum,ʹ& in formidinem omnibus qui ſunt in circuitibus eius.

40 Sic enim dixit Iehouáh,Ecce tanquam aquila aduolabit *hoſtis*,& extendet alas ſuas ad Moáb.

41 ʹCaptæ ſunt vrbes,& munitiones captæ ſunt:erítque cor fortiũ Moáb in die illa ſicut cor mulierisʹafflictæ.

42 ʹEt perdetur Moáb,vt non ſit populus: quoniam cõtra Iehouã ʹmagnificauit *os ſuum*.

43 ʹPauor,& fouea,& laqueus ſuper te,ô habitator Moáb, dixit Iehouáh.

44 Qui fugeritʹà facie pauoris, cadet in foueam : & qui aſcenderit de fouea,capietur laqueo adducã enim ſuper eam,*nempe* ad Moáb, annum viſitationis eorum,ait Iehouáh.

45 In vmbra חHeשſbón ſteterunt ʹpropter potentiam fugientes, quia ʹignis egreſſus fuerat de חHeſbón, & flãma ex סSinחón,& deuorauerat angulum Moáb,& verticemʹfiliorum tumultuantium.

46 Væ tibi Moáb, periit populusʹChemóשs : quiaʹcõprehenſi ſunt filii tui in captiuitatem,& filiæ tuæ in captiuitatem.

47 ʹEt conuertam captiuitatem Moáb,in nouiſſimo dierum,ait Iehouáh.ʹhucuſque iudicium Moáb.

Cap. XLIX.

Contra Ammonitas qui occupauerãt regionẽ Gad & Ruben.

1 AʹD filios עAmmón ſic dixit Iehouáh, Num filii nõ ſunt ipſi Iשſraאél?an hæres non eſt ei?cur *igitur*ʹhæreditate accepit Rex eorum ipſum Gád,& populus eius in vrbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies veniunt,dixit Iehouáh,& audire faciamʹin Rabbáth filiorum עAmmón ʹclamorem prælii: & erit in aceruum deſolationis,ʹ& filiæ eius igni ſuccendentur, & hæreditate accipiet Iשſraאél eos qui hæreditate acceperunt ipſos,dixit Iehouáh.

3 ʹVlula חHeשſbón , quia vaſtata eſt עAi : clamate filiæ Rabbáth, accingite vos ſaccis,plangite,ʹ& circuite per ſepes: quiaʹRex eorũ in trãſmigrationemʹabiit,ſacerdotes eius,& principes eius ſimul.

4 Quid gloriarisʹin vallibus? ʹdefluxit vallis tua, filia rebellis quæ fidit theſauris ſuis,quæ dicit, Quis accedet ad me?

5 Ecce egoʹadduco ſuper te terrorẽ,ait Dñs Iehouáh exercituũ,ab omnibus circuitibus tuis, & expellemini vnuſquiſq; ʹante faciem

confuſus eſt?eritque Moab in deriſũ, & in exemplum omnibus in circuitu ſuo.

40 Hæc dicit Dominus , Ecce quaſi aquila volabit, & extẽdet alas ſuas ad Moab.

41 Capta eſt Carioth , & munitiones comprehenſæ ſunt: & erit cor fortiũ Moab in die illa, ſicut cor mulieris parturientis. G

42 Et ceſſabit Moab eſſe populus:quoniam cõtra Dominum gloriatus eſt.

43 Pauor & fouea,& laqueus ſuper te ô habitator Moab,dicit Dominus.

44 Qui fugerit à facie pauoris , cadet in foueã:& qui conſcẽderit de fouea, capietur laqueo: adducã enim ſuper Moab annum viſitationis eorum,ait Dominus.

Eſaiæ 24.c.17

45 In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugiẽtes: quia ignis egreſſus eſt de Heſebõ, & flãma de medio Siehõ, & deuorauit partem Moab,& verticem filiorum tumultus.

46 Væ tibi Moab, periſti popule Chamos:quia comprehẽſi ſunt filii tui,& filiæ tuæ in captiuitatem.

47 Et cõuertam captiuitatem Moab in nouiſſimis diebus , ait Dominus. hucuſq; iudicia Moab.

Cap. XLIX.

1 AD filios Ammon hæc dicit Dominus,Nũquid non filii ſunt Iſrael?aut hæres non eſt ei ? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchom,Gad,& populus eius in vrbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies veniunt dicit Dominus,& auditũ faciam ſuper Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii:& erit in tumulũ diſſipata, filiæque eius igne ſuccendẽtur,& poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos,ait Dominus.

3 Vlula Heſebõ,quoniam vaſtata eſt Hai : clamate filiæ Rabbath,accingite vos ciliciis: plãgite,& circuite per ſepes:quoniam Melchom in tranſmigrationem ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul.

4 Quid gloriaris in vallibus?defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in theſauris tuis,& dicebas,Quis veniet ad me?

5 Ecce ego inducam ſuper te terrorẽ, ait Dominus Deus exercituum,ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo:& di. B

Et in formidinem ולמחיתה & in terrorem. 41 Captæ,&c. נלכדה וגו׳ Præt.Heb.pro fut.Capientur vrbes,munitionéſque capientur.i.capientur vrbes in loco plano ſitæ, & illæ quæ ſitæ ſunt in locis arduis ac ſublimibus . verba ſunt ſingularia.q.d.quo tempore capientur omnes vrbes perinde atque eſſent vnica vrbs. Afflictæ. מצרה: anguſtiatæ.i.quæ ſentit anguſtias partus.

42 Et perdetur ונשמד Et delebitur.Et excindetur. Magnificauit *os ſuum*. הגדיל: .i.contumelioſè in Deum eſt loquutus.Vide ſuprà verſu 26. 43 Pauor,&c. פחד ופחת ופח His varia calamitatum genera intellige.Per pauorem,ſiue terrorem intelligit hoſtes terrificos. 44 A facie pau. מפני הפחד .i.propter hoſtes qui metum & terrores incutiunt.

45 Propter potentiam מכוח propter fortitudinem.vires.ſub.ciuiũ eius.Quidã vertũt,abſque fortitudine.Præt.Heb.pro fut. Ignis egreſſ.fuerat אש יצאה ignis exibat,ſub.antea:quando ſcilicet Heſebon erat in ditione Amorrhæorum.acſi dicas Gallicè, *Elle faiſoit feu en guerre*. Virtutem militum ſignificat igni. Cur fugerent, quum Heſebon olim fuerit potentiſſima,quum teneretur ab Amorrhæis,& egreſſi ſint olim ex ea,& ex Sihon alia Amorrhæorũ,vrbe milites ardentiſſimi & alacritate & celeritate certantes cum ipſo igni,qui vſque ad angulum totam Moabitidem deuorarunt,ita vt ne exigua quidem terræ portio relicta ſit Moabitis habitanda? Filiorum tumul.:בני שאון filiorum tumultuoſorum.i.duces & principes populi ſuperbi & arrogantis. 46 Chemóשs כמוש .i.qui colit Chamos. Comprehenſi ſ. לוקחו capti ſunt.ablati ſunt.Præt.Heb.pro fut.i.capti.ducentur in captiuitatem. 47 Et conuertam cap. ושבתי שבות Hebraiſmus,pro,Reſtituam libertatem Moabitis captiuis in fine dierum,ſiue poſtero tempore.i.tempore Chriſti,vt etiam ipſi Iudæi interpretantur. Hucuſque,&c. עד־הנה וגו׳ q.d.Hactenus deſcriptum ac recitatum eſt iuſtum decretum, iuſtáque Dei ſententia de Moabitis.Hæc adiecit ob prophetiæ prolixitatem.

IN CAPVT XLIX.

1 Ad filios עAmmón לבני עמון De Ammonitis.vel,Contra Ammonitas.q.d. Hæc prophetia eſt de Ammonitis,qui quũ Gaditæ abducti fuiſſent in captiuitatem,inuaſerunt patriam eorum. Hæreditate accep. ירש .i.quaſi iure hæreditario inuaſit & poſſedit.

2 In Rabbáth אל־רבת contra Rabbath. Clamorẽ præl. תרועת מלחמה clangorẽ belli. claſſicum prælii.clamorẽ bellicum,qualem edunt milites ſub conflictum. Et filiæ eius ובנותיה .i.vicinæ vrbes minores ſubditæ illi. 3 Vlula הילילי eiula.i.inter eiulandum voces querulas ede.q.d.Time tibi Heſbon:iam enim Hai capta eſt,vrbs tibi vicina,& breui tota terra Ammonitarũ capietur:qua capta inuadêris à Nabuchodonoſor. Et circuite והתשוטטנה & diſcurrite.i.vagamini,aut recipite vos iuxta ſepes agrorum ac villarum.Hoc dicitur quòd villæ ſepibus, & non muris,vt ciuitates,cinguntur. Rex eorum מלכם ſub.Ammonitarum.i.Rex veſter.Mutatio perſonæ. Abiit ילך Præt.Heb.pro fut. 4 In vallibus, בעמקים.i.propter fertilitatem tuæ patriæ.nam valles ſunt fertiles,aptæ frumento ferendo. Defluxit זב ſub.ſanguine occiſorum.Præt.Heb.pro fut. 5 Adduco מביא Præſ.Heb.pro fut.inducturus ſum.Terrorem vocat milites terribiles & terrorem incutientes. Ante fac.ſuam,לפניו Hebraiſmus,& verſi in fugam,fugietis ſinguli in regionem vobis oppoſitam:& non erit qui vagos vos & diſcurrentes huc illuc, hoſpitio excipiat. Alii,ante faciem ſuam,hoc eſt,quiſque fugiet quò ſibi commodum viſum fuerit.vel,fugiet ad incertum locum quocunque ſors illum tulerit.

ſpergemini ſinguli à cõſpectu veſtro, nec erit qui congreget fugientes.

6 Et poſt hæc reuerti faciã captiuos filiorum Ammon, ait Dominus.

7 Ad Idumæam. Hęc dicit Dominus, exercituum, Nunquid non vltrà eſt ſapientia in Theman? periit conſilium à filiis, inutilis facta ſapiẽtia eorum?

8 Fugite, & terga vertite, deſcendite in voraginẽ habitatores Dedan: quoniam perditionem Eſau adduxi ſuper eum, tempus viſitationis eius.

Abd.a.5

9 |Si vĩdemiatores veniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi.

10 Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit: vaſtatum eſt ſemẽ eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit.

11 Relinque pupillos tuos, ego faciã eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt.

C

12 Quia hæc dicit Domin⁹, Ecce, quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinquêris? non eris innocẽs ſed bibens bibes.

13 Quia per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quòd in ſolitudinem, & in opprobriũ, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra: & õnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas.

Abd.a.8

14 |Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes miſſus eſt, Congregamini, & venite contra eam, & conſurgamus in prælium.

15 Ecce enim paruulum dedi te in Gẽtibus, contemptibilẽ inter homines.

16 Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. cũ exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

D

17 Et erit Idumæa deſerta: omnis qui tranſibit per eam, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes plagas eius.

Gen.19.e.25

18 |Sicut ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius (ait Dominus) non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

19 Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia

ſuam, & non erit′qui congreget vagantem.

6 Et poſt hæc reuerti faciam captiuitatem filiorum עAmmón, dixit Iehouáh.

7 ′Ad אEdom. Sic dixit Iehouáh exercituum, Non eſt vltrà ſapiẽtia′in Themán, periit conſiliũ à filiis,′corrupta eſt ſapientia eorũ?

8 ′Fugite (conuerſi ſunt,′callidum conſilium inierũt vt habitent) habitatores Dedán: quoniam′cõtritionẽ עEשſáu adducturus ſum ſuper eum, tempore *quo* viſitabo eum.

9 Si vindemiatores″venerint tibi, non relinquent racemos: ſi fures in nocte, vaſtabunt quod opus fuerit eis.

10 Quia ego″diſcooperui עEשſáu, reuelaui abſcondita eius, & abſcõdere ſe non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius,″& non erit *qui dicat*,

11 Relinque pupillos tuos, ego′viuificabo, & viduæ tuæ in me ſperabunt.

12 Quia ſic dixit Iehouáh, Ecce,′quorum non *erat* iudicium vt biberent″calicem, bibendo bibent: & tu′immunis exiſtendo, immunis eris? non eris immunis, ſed bibendo bibes.

13 Quia per me″iuraui, dixit Iehouáh, quòd′in ſolitudinem, in opprobrium,″in deſertum, & in maledictionem erit Boצſráh, & omnes vrbes eius erunt in deſolationes″ſeculi.

14 ′Auditum audiui à Iehouáh, & legatus in Gentes miſſus eſt qui dicat, Cõgregate vos, & venite contra eam, & cõſurgite ad præliũ.

15 Ecce enim″abiectum dabo te inter Gentes, contemptum inter homines.

16 ″Simulachrum tuum decepit te, *&* ſuperbia cordis tui, qui habitas′in cauernis petræ,″qui apprehendis altitudinem collis: quum exaltaueris inſtar aquilæ nidum tuum, illinc″deſcendere faciã te, dixit Iehouáh.

17 Et erit אEdóm′in ſolitudinem: omnis qui trãſierit per eam, ſtupebit,″& ſibilabit ſuper omnes plagas eius.

18 ′Secundũ ſubuerſionẽ סSedóm & עAmoráh, & vicinas eius (ait Iehouáh) non habitabit ibi quiſquã, nec incolet eã filius hominis.

19 Ecce tanquam leo aſcendet″à tumore Iardén ad habitaculum

Contra Idumæã hæc eadem ferẽ verba habet Abdias in ſua Prophetia contra Idumæam.

In Abdia legitur interrogatiuẽ.

Qui congr. מקבץ qui recolligat. 7 Ad אEdóm. לאדום De Idumæa, ſiue Idumæis. vel, Contra Idumæos. In Themán בתימן .i. in Idumæa, à Theman filio Eliphaz nepote Eſau. q.d. quî fit vt Idumæi pereant, ſ intq; nunc deſtituti conſilio virorum prudentiũ qui prius tam ſapientes fuerũt? acſi dicat, nihil profuerit eis ſapientia eorũ. Corrupta eſt נסרחה nihili facta eſt. fœtuit. 8 Fugite, (cõuerſi ſ. נוסו הפנו Imperatiuũ & præt. Heb. pro fut. fugietis, conuertent ſe. q. d. vos cogemini terga dare ô habitatores Dedan: nam hoſtes veſtri cõuertent ſeſe contra vos, poſteaquam ſimulauerint fugam. Callidum cõſ. ini. העמיקו Ad verbum, profundauerunt. ſub. conſilium. i. hac ratione callidum, ſubtile, & aſtutum ac vafrum conſilium inibunt aduerſum vos vt habitent in terra veſtra. Contritionẽ, &c. איד וגו׳ calamitatem [interitum concuſſionem. perditionem] עEſáu inducturus ſum, &c. Eſáu vocant Idumæam. Præt. Heb. pro fut. 9 Venerint. &c. באו לך וגו׳ veniſſent cõtra te, nõ reliquiſſent racemos: ſi fures in nocte, vaſtaſſent quod ſatis fuiſſet illis. i. quantũ voluiſſent. Ad verbũ, ſufficientiã ſuã. Gallicè, *tout leur ſaoul*. Quidã אם pro כי accipiũt. Quũ vindemiatores venerint, &c. quũ fures. &c. 10 Diſcooperui חשפתי nudaui. Præt. Heb. pro fut. Nudabo ſiue denudabo. id eſt detrahã Idumææ õnia ornamẽta ſua, & ſpoliabo illã. Et nõ erit: ואיננו & nullus erit. ſub. qui dicat moribũdo, & ei qui lethale vuln⁹ acceperit, Relinque, &c. hic verſus ſequẽti iũgitur. 11 Viuificabo אחיה Hebraiſm⁹, nutriam, reficiã, dabo illis victũ. q. d. Eſto bono animo, te mortuo curam pupillorũ tuorum & viduarũ tuarũ geram. 12 Quorum non *erat* iudiciũ אשר־אין משפטם quorum non *eſt* iudicium. vel, quibus non *conuenit* iudicium. q. d. qui non peccauerunt vnde iudicari, ſiue affligi debeant, aliquando ſolent à me affligi: multo magis à me punieris. Quidam interpretantur, Qui ſuo iudicio indignum iudicabant vt biberent calicem, ſcilicet Iudæi, illi biberunt. nam Iudæi reputabant, quòd Dei eſſent populus non eſſe affligendos, ſed iram Dei effundẽdam in Gentes tantúm. Calicem הכוס ſub. iræ Dei. ſic vocat magnam calamitatem quæ à Deo velut irato immittitur. Immunis exi. imm. e. נקוה תנקה abſoluendo abſoluêris? Alii, innoxius exiſtendo, innoxius eris? Simile habes ſuprà cap. 25. f. 29. 13 Iuraui נשבעתי Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt. In ſolitudinem לשמה in deſolationem. In deſertũ לחורב in ſolitudinem. Alii, in vaſtitatem. Seculi. עולם: .i. ſempiternas. q. d. deſolabuntur deſolatione perpetua. 14 Auditum audiui שמועה שמעתי Hebraiſmus, pro famam ac rumorem intellexi Domino reuelante: hoc eſt, Reuelauit mihi Dominus, fore vt Boſrah vnà cũ vrbibus illi ſubditis deſtruatur ac deſoletur. 15 Abiectum קטון Ad verbum, paruum. q. d. decreui te humiliare, & ſumma illa dignitate (ob quam hodie ſuperbis) ſpoliare te, ô Edom. 16 Simulachrum t. תפלצתך Terror [vel, metus] tui. i. quem ſolebas aliis incutere præ nimia arrogantia. Alii, ſuperſtitio tua. quòd ſuperſtitioſi ſemper ſint timidi. Alii, arrogantia tua. Chaldæus paraph. hebetudo tua, ſiue ſtultitia. In cauernis pe. בחגוי הסלע in gyris [vel, circuitu] rupis. i. in vertice, ſiue cacumine rupis, hoc eſt in locis inexpugnabilibus & inacceſſis. Qui apprehendis תופשי qui tenes. vel occupas. Iod in fine huius benoni & præcedentis, abundat. Deſcendere fa. te, אורידך deiiciam te. depellam. deturbabo. 17 In ſolitudinem לשמה in deſolationem. Et ſibilabit, &c. וישרוק וגו׳ .i. edet ſibilum præ admiratione.

18 Secundum ſubu. סSedom, כמהפכת סדום Hebraiſmus, quemadmodum euenit poſtquam ſubuerſa fuit Sodoma.

19 A tumore Iarden, מגאון הירדן .i. à Iordane ſuperbo, hoc eſt maximo. vel, à loco in quo Iordanis magnam vim aquarum ſecum trahit: hoc eſt à Iudæa veniet Nabuchodonoſor contra domos robuſtas montis Seir.

″robuſtum, quum″quieſcere faciam, ″currere faciam eum ab illa: ″& quis electus *quem* aduerſus eã præficiã? quis enim eſt ſimilis mei? & quis″cõſtituet mihi tẽpus? & quiſnã *eſt* ille′paſtor qui ſtet corã me?

10 Propterea audite conſilium Iehouæ quod conſultauit ſuper אEdóm, & cogitationes eius quas cogitauit ſuper habitatores Themán: ″ſi non traxerint eos paruuli gregis, ſi non″deſolauerit cũ eis habitacula eorum.

21 ″A voce caſus eorum cõmota eſt terra, ′clamor in Mari rubro, audita eſt vox eorum.

22 Ecce tanquam aquila aſcendet *hoſtis*, & volabit, & expandet alas ſuas ſuper Boצſráh: erítque cor fortiũ אEdóm in die illa ſicut cor mulieris′afflictæ.

Contra Damaſcum.

23 ″Ad Damméשſec. Pudore affecta eſt הHamáth & Arphád: quoniam′rumorem malũ audierũt, *&* ″liquefacti ſunt, ″*ſicut qui eſt* in mari, præ pauore quieſcere non poteſt.

24 ″Diſſoluta eſt Damméשſec, conuertit ſe ad fugiendum, tremórque apprehendit *eam*: anguſtia & dolores tenuerunt eam, ″tanquam parturientis.

25 Quomodo non″eſt derelicta vrbs′laudis, vrbs′gaudii mei?

26 ″Ideo cadent iuuenes eius in platéis eius: & omnes viri bellatores″excidentur in die illa, ait Iehouáh exercituum.

27 Et ſuccendere faciam ignem in muro Damméשſec, & abſumet ædes Ben-hadád.

Contra Cedar.

28 Ad Cedár, & ad regna הHaצſór quæ percuſſit Nebuchad-rאeצſár Rex Babél, ſic dixit Iehouáh, Surgite, aſcendite contra Cedár, & vaſtate″filios Cédem.

29 Tabernacula eorum, & greges eorum′capient: cortinas eorum & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt aduerſus eos″formidinem in circuitu.

30 Fugite, ″elongate vos multùm (″callidum conſilium inierunt vt habitent) habitatores הHaצſór, dixit Iehouáh: quia conſilium iniit contra vos Nebuchad-rאeצſár Rex Babél, & cogitauit aduerſus vos cogitationem.

31 Surgite, aſcendite ad gentem″fœlicem, habitantem′cõfidenter, ait Iehouáh: non portæ nec vectis ſunt eis, ″ſoli habitant.

32 Et erũt cameli eorum in direptionẽ, & multitudo pecorũ eorũ

Iordanis ad pulchritudinem robuſtã: quia ſubitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus quem præponam ei? quis enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? ‖ & quis eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo? Iob 41.a.1

10 Propterea audite conſilium Domini quod iniit de Edom, & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman: ſi non deiecerint eos paruuli gregis, niſi diſſipauerint cum eis habitaculum eorum.

21 A voce ruinæ eorum commota eſt terra, clamor in mari rubro auditus eſt vocis eius.

22 Ecce quaſi aquila aſcendet & auolabit: & expandet alas ſuas ſuper Boſram: & erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. B

23 Ad Damaſcum, Cõfuſa eſt Emath, & Arphad: quia auditum peſſimum audierunt, turbati ſunt in mari, præ ſolicitudine quieſcere non potuit.

24 Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor apprehendit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam, quaſi parturientem.

25 Quomodo dereliquerũt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ?

26 Ideo cadent iuuenes eius in platéis eius: & omnes viri prælii conticeſcẽt in die illa, ait Dominus exercituum.

27 Et ſuccẽdam ignẽ in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Ben-adad.

28 Ad Cedar, & ad regna Aſor, quæ percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, hæc dicit Dominus, Surgite & aſcẽdite ad Cedar, & vaſtate filios Orientis.

29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollẽt ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinẽ in circuitu. F

30 Fugite, abite vehementer: in voraginibus ſedete qui habitatis Aſor, ait Dominus: iniit enim contra vos Nabuchodonoſor Rex Babylonis conſilium, & cogitauit aduerſum vos cogitationes.

31 Conſurgite, & aſcendite ad gẽtem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: nõ oſtia, nec vectes eis, ſoli habitant.

32 Eterunt cameli eorũ in direptionẽ, & multitudo iumentorum in prædã,

Robuſtũ איתן *loci* robuſti. vel fortis. i. ad loca munitiſſima. Quieſcere fa. ארגיעה ſub. Iſraelẽ. Currere fa. eũ ab illa אריצנו מעליה Sing. Heb. pro plur. i. celerrimè liberabo captiuos Iſraelitas qui ſunt in Idumæa, efficiámq; vt curſu celerrimo reuertantur in patriam ſuam. Et quis, &c. ומי בחור. i. & quis eſt ad bellũ aptus, vt cõtra illam Idumæã conſtituã eũ ducẽ & imperatorẽ? Conſtituet &c. יועידני tẽpus pugnæ intelligit. Gallicè, *Qui m'aſſignera iour de combat?* Paſtor, &c. רועה וגו' Hebraiſmus, pro Quiſnam Rex ille fuerit qui poterit mihi reſiſtere? 20 Si non traxerint, &c. אם־לא־יסחבום Hebraiſmus, Diſpereã, vel Ne poſthac credatis mihi, niſi cadauera eorum traxerint, ſiue raptauerint per terrã, ignominiæ cauſa, viliſſimi exercitus Chaldæorũ. Deſolauerit, &c. ישים וגו' deſtruxerit *hoſtis* ſuper eos tentoria eorũ. 21 A voce caſus e. &c. מקול נפלם וגו' Præ ſtrepitu ruinæ eorũ cõcutietur. vel, tremet. i. ob ſtrepitũ qui cõmittetur quũ ipſi cõcident in terram mortui, cõcutietur, vel tremet terra, quæ ad ingentẽ quendam ſtrepitũ cõcuti ſolet. Clamor, &c. צעקה וגו' clamor *exaudietur*, in Mari Suph [.i. carectoſo] audietur vox eorũ. Mare Suph, ſiue rubrũ adiacet Idumææ. q. d. in loco remoto. 22 Afflictæ. מצרה: anguſtiatæ. i. in anguſtiis partus comprehenſæ. 23 Ad Damméשſech. לדמשק De Damaſco. vel, Contra Damaſcum. Rumorem שמועה Ad verbum, auditum. i. famam, nuntium. Liquefacti ſunt, נמוגו diſſoluti ſunt. ſub. animo & viribus. *Sicut qui eſt* in ma. &c. בים וגו' *ut qui eſt* in mari in angore, quietũ reddere *cor ſuũ* non poteſt. i. vt qui ſunt in mari (inquit) nõ poſſunt metu liberari, qui naufragiũ ſunt facturi: ſic ciues Arphad & Hamath bono eſſe animo non poſſunt audito rumore belli. Legitur & כים per caph כ, quod Sicut ſignificat. vnde quidam legunt, ſicut mare pauoris quieſcere nõ poterit. i. ſicut mare pauendũ quod quieſcere nõ poteſt, ſub. ſic erit Damméſec & vrbes eius. 24 Diſſoluta eſt רפתה remiſſo eſt animo. Exanimata eſt. Tanquã par. כיולדה: tanquã parturientẽ. 25 Eſt derelicta עזבה. i. nõ mãſit intacta, ne pugnarent cõtra eam? quare tam celebris vrbs nõ eſt dimiſſa à pugnatoribus? quis cogitaſſet tam glorioſam vrbẽ bello petendã? Vidẽtur eſſe verba Regis Damaſci. Laudis, תהלה. i. laudatiſſima & celeberrima. Gaudii m. משושי: i. quæ erat mihi gaudio & lætitiæ ſummæ. ſiue, quæ mihi maximè placebat. 26 Ideo לכן quia ſcilicet Syri fiduciã ſuã habebãt in hac vrbe, & non in Deo. Excidentur ידמו Ad verbũ, cõticeſcent. ſilebunt. i. interficientur, & de medio tollentur. 28 Filios Cédem. בני־קדם: Chaldæus para. filios Oriẽtis. Sors filiorũ Cedẽ ſiue Cedma vergebat magis ad Orientẽ, q̃ Cedar. 29 Capiẽt, יקחו Verti poſſũt futura per imperatiua. Formidinẽ, מגור. i. homines terribiles ac formidabiles milites, qui illis terrorẽ maximũ incutiant. 30 Elongate vos m. נודו מאוד Hebraiſmus, demigrate in regionẽ longinquã, migrate quãlongiſſimé. Callidũ, &c. העמיקו וגו' Vide ſuprà verſu 8, idem verbũ. 31 Fœlicem, שליו fortunatã. Alii, opulentã. vel proſperitate affluentem. Alii, pacificã. i. in ſummo otio agentẽ. Cõfidenter. לבטח ſecura. vel, in magna fiducia. Soli בדד ſolitarii. q. d. ite ad populũ qui nullas ædes habet, quíque in ſolitudinibus & deſertis habitare ſolet, neglectis vrbibus & ædibus, tanquam ſibi nihil timeat. Periphraſis eſt Arabum Nomadum. vel qui nullos habent milites præſidii cauſa, & ſinguli ſeorſum habitant, non oppidatim, quia nihil timent.

& diſpergam eos in omnem vētum, qui ſunt attonſi in comā: & ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos, ait Dominus.

33 Et erit Aſor in habitaculum draconum, deſerta vſque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam fili⁹ hominis.

G 34 Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiā Prophetam aduerſus AElam in principio regni Sedeciæ Regis Iuda, dicens,

35 Hæc dicit Dominus exercituū, Ecce ego confringam arcum AElam, & ſumam fortitudinem eorum.

36 Et inducā ſup AElā quatuor vētos â quatuor plagis cæli, & vētilabo eos in omnes ventos iſtos, & nō erit gēs ad quā non perueniāt profugi AElā.

37 Et pauere faciā AElam coram inimicis ſuis, & in conſpectu quærentiū animā eorū: & adducā ſup eos malū, iram furoris mei, dicit Dn̄s: & mittā poſt eos gladium, donec cōſumā eos.

38 Et ponam ſolium meū in AElam, & perdam inde Reges & Principes, ait Dominus.

39 In nouiſſimis autem diebus reuerti faciam captiuos AElam, dicit Dominus.

Cap. L.

1 VErbū quod loquutus eſt Domin⁹ de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ prophetæ.

2 Annuntiate in Gentibus, & auditū facite, leuate ſignum: prædicate, & nolite celare: dicite, Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idola eorum:

3 Quoniā aſcendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in ſolitudinem, & nō erit qui habitet in ea ab homine vſque ad pecus: & moti ſunt, & abierunt.

4 In diebus illis & in tempore illo ait Dominus, veniēt filii Iſrael, ipſi & filii Iuda ſimul: ambulātes & flētes properabunt, & Dominum Deum ſuum quærent.

5 In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum: venient, & apponētur ad Dominum fœdere ſempiterno quod nulla obliuione delebitur.

6 Grex perditus, factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerūt eos, fecerūntque vagari in montibus, de

in prædam, & diſpergam eos in omnem ventum, ″eiectos *in* extremum angulum: & ex omnibus ″lateribus eius adducam interitum eorum, dixit Iehouáh.

33 Et erit חHaצſór habitaculum draconum, ſolitudo vſque in ſeculum: non habitabit ibi quiſquam, nec incolet eam filius hominis.

34 Quod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu prophetam ″ſuper עElā in principio regni צSidciiáhu Regis Iehudáh, vt diceret,

35 Sic dixit Iehouáh exercituum, Ecce confringo arcum עElám, ′principium fortitudinis eorum.

36 Et adducam ſuper עElám quatuor ventos à quatuor extremitatibus cæli, ″& ventilabo eos in omnes ventos iſtos, neque erit gēs ad quam non veniant profugi עElám.

37 Et pauere faciam עElám à conſpectu inimicorum ſuorum, & à conſpectu quærentium animam eorum, & adducā ſuper eos malum, *nempe* iram furoris mei, dixit Iehouáh: mittāque poſt eos ″gladium, donec conſumpſero eos.

38 Et ponam ſolium meum in עElám, ″& perdam inde Regem & Principes, dixit Iehouáh.

39 ′Erit autem in nouiſſimo dierū, reuerti faciam captiuitatē עElám, dixit Iehouáh.

Cap. L.

1 VErbum quod loquutus eſt Iehouáh contra Babél, *&* contra terram Chaשſdím ′per manum Irmeiáhu prophetæ.

2 ′Annuntiate in Gētibus, & audiri facite, ″eleuate quoque ſignū, audire facite *inquā &* ne celetis: dicite, Capta eſt Babél, ′pudore affectus eſt Bél, confractus eſt Merodách, pudore affecta ſunt ſculptilia eius, contrita ſunt idola eius:

3 Quoniam ′aſcendit contra eam gens ab Aquilone, ea ponet terram eius ″in ſolitudinē, & non erit qui habitet in ea ab homine vſque ad animal: ′moti ſunt, abierunt.

4 ′In diebus illis & in tēpore illo, ait Iehouáh, veniēt filii Iשſraאél ipſi & filii Iehudáh ſimul: eundo ′& flendo ″ibunt, & Iehouā Deum ſuum quærent.

5 ″צSiion interrogabūt viam, ″huc *conuerſæ* facies eorum, Venite, ′& copulate vos Iehouæ fœdere ſempiterno *quod* nunquam obliuioni tradetur.

6 *vt* oues ″perditæ, fuerunt populus meus, paſtores eorum ′errare fecerunt eos, ″*in* montibus vagari fecerunt eos, de monte ad collē

Contra AElamitas, id eſt *Perſas*.

Prædicit deſtructionē Babylonis, & captiui Iſraelis liberationem.

Eiectos in extr. ang. קצוצי פאה Ad verbū, extremificatos orbis. vel, angulatos anguli. i. diſpergā eos in omnes partes mūdi, ita vt ſint habitaturi in extremis mūdi regionibus. Chaldæus paraph. reiectos in extremū angulū mūdi. Lateribus e. עבריו partibus eius, nēpe Haſor. Quidā, ab omnibus qui vltra eos ſunt. 34 Super אElā, אל־עילם cōtra Elam. Cōtra Perſas prophetat qui Elamitæ dicūtur ab Elam filio Sem. Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 14. Ieſa. 22, b. 6. Iungūtur autē Elamitæ & Medi, vt Act. 2. b. 9. Docti quidam putant, Elam nō ſignificare totam Perſidem, ſed illius regionis partem quandam tantúm. Meminit arcus, quia Elamitæ erant optimi & exercitatiſſimi ſagittarii.

35 Principiū for. e. ראשית גבורתם: caput roboris eorum. i. in quo vires regni ſui in primis poſitas eſſe cenſent: hoc eſt ſtrenuos duces eorū, baliſtas, currus falcatos, aut aliud eiuſdem generis. Quidam exiſtimant ideo principiū fortitudinis dicere, quòd Cyrus primus fuerit Perſarū Rex, qui & ipſis Medis præfuit. 36 Et vētilabo וזריתים & diſpergā. 37 Gladiū החרב. i. homines armatos tenētes gladiū.

38 Et perdā, &c. והאבדתי וגו׳. i. Imperator ille quē mittam cōtra Elamitas, collocabit ſoliū ſuum in Elam, efficiámq; vt poſthac nullus futurus ſit Rex aut Princeps in Elam. 39 Erit au. &. והיה וגו׳ Hebraiſmus. Tandem autē. q. d. exacto tēpore à me cōſtituto, nēpe ſub Chriſto meo, aſſeram eos à tyrannide Satanæ.

IN CAPVT L.

1 Per manū ביד in manu. Gallicè, *par le moyen*. 2 Annuntiate הגידו Significate. auribus inculcate. ſub quæ ſequuntur. Eleuate q. ſig. ושאו נס. Attollite quoque vexillū. in ſignū ſcilicet victoriæ. Pudore aff. eſt הוביש quia ſcilicet non poterit ſuis ferre opem. Duo præcipua Babyloniorum idola fuerunt, Bel & Merodách, per quæ reliqua intelligūtur. 3 Aſcendit עלה Præt. Heb. pro fut. In ſolitudinē לשמה in deſolationē. Moti ſ. נדו migrarūt. ſub. alió. 4 In diebus il. &c. בימים וגו׳. i. quū expugnata fuerit Babél, liberabitur populus Iuda. Et flēdo, ובכו præ lætitia ſcilicet. Ibūt, ילכו venient. ſub. in Ieruſalē. Aliquot Iſraelitæ ex decem illis tribubus quæ abductæ fuerāt in Aſſyriā, remanſerāt in Iudæa, qui poſtea abducti fuerūt in Babylonē vnà cum Iudæis. 5 צSiión ציון Genitiuus eſt, Sionis viā interrogabūt. Vertere potes, *De* via Sion interrogabūt. i. in qua parte ſita ſit: & quà ad illam ſit eundum, interrogabūt ſeſe mutuó. Huc *cōuerſæ* fa. e. Venite, הנה פניהם בואו *uerſiſque* huc vultibus ſuis, *dicent*, Venite. Et copulate, &c. ונלוו אל־יהוה & cōiūgimini *ut eatis* ad Iehouā. i. inita ſocietate ite ad Dominū. Chaldæus paraph. imperatiua iſta vertit in futura, Veniēt, & apponētur [ſiue adiūgentur, ſub. aduenæ ad eos] ad Dominū. 6 Perditæ אובדות pereuntes. i. ſimiles ſunt gregi errāti per mōtes. Prius meminit liberationis: hìc verò cauſæ captiuitatis. Captiuus autē abductus fuit Iuda, quòd totus eſſet vitiis deditus, & idololatriæ: quod malum accidit culpa Regū eius idololatrarū. Errare fe. e. התעום ſeduxerunt eos. *In* mōtibus vag. fec. e. הרים שובבום ad mōtes expulerūt eos. vel, eiecerūt. q. d. Perdita inſtitutio Regū Iuda fecit vt populus Iudaicus tādem abductus ſit in captiuitatē. Alii, in mōtibus eos cōtriuerunt. i. cauſa fuerunt captiuitatis & calamitatis eorum: traducēdi enim fuerūt per mōtes altos. Ita Chaldæus paraph. vel, in mōtibus fregerunt eos. i. maximè afflixerunt eos in itinere ipſo, quum deducerent eos per montes & colles.

abierunt, obliti ſuntʹaccubitus ſui.

7 Omnes qui inuenerunt eos, comederunt eos: hoſtéſque eorum dixerunt, ʹNon deliquimus: propterea quòd peccauerunt Iehouæ ʹhabitaculo iuſtitiæ, & expectationi patrum eorum Iehouæ.

Explicata cauſa captiuitatis, redit ad liberationem.

8 ʹRecedite de medio Babél, & de terra Chaשdím egredimini, & eſtoteʹtanquam hirci ante gregem.

9 Quoniam ecce egoʹſuſcito, & aſcendere facio cõtra Babél congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis, ʹ& ordinabunt *bellum* contra eam, ʹinde capietur: ſagittæ eius tanquam fortis ʹorbantis, non reuertetur *ulla*ʹvacua.

10 Et erit terra Chaשdím in prædam, omnes qui prædabuntur eã ʹſaturabuntur, dixit Iehouáh:

11 Quoniam læti eſtis, quoniã exultaſtisʹdiripientes hæreditatem meam: quoniamʹmultiplicati eſtis ſicut vitula ʹquæ paſcit germina, ʹ& mugiſtis ſicut tauri *parta victoria*.

12 *Idcirco* pudore affecta eſt mater veſtra valde, erubuit genitrix veſtra: ecceʹnouiſſima Gentium *erunt* deſertũ, ʹterra arida, & ſolitudo.

13 Propter iram Iehouæ non habitabitur, ſed erit ſolitudo tota: omnis qui pertrãſierit per Babél, ſtupebit, ʹ& ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius.

14 ʹPræparate *bellum* contra Babél per circuitum: omnes qui tenditis arcum, iacite contra eam, ne parcatisʹiaculo, quia contra Iehouam peccauit.

15 ʹClamate aduerſus eam per circuitum, tradidit manum ſuam, ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quia vltio Iehouæ eſt, ſumite vindictam de ea: ſicut fecit, facite ei.

16 Succidite ſatorem de Babél & tenentem falcem tempore meſſis: à facie gladii opprimentis, quiſque ad populum ſuum ſe vertet, & quilibet ad terram ſuam fugiet.

17 Vt pecus diſperſum fuit Iשraאél, leones eiecerunt eos: primus deuorauit eum Rex Aשſúr: & iſte nouiſſimus exoſſauit eum, Nebuchadrאexſár Rex Babél.

18 Propterea ſic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשraאél, Ecce ego viſito Regem Babél, & terram eius, ſicut viſitaui Regẽ Aשſúr,

19 Et reducam Iשraאél ad habitaculum ſuum, & paſcetur Charmél, & Baשſán, & in monte אEphráim, & *in* Gilyád ſaturabiturʹanima eius.

20 In diebus illis & in tempore illo, dixit Iehouáh, ʹquæretur iniquitas Iשraאél, & non erit: & peccata Iehudáh, & non inuenietur: quoniam parcam eis quosʹrelinquam.

monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui.

7 Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt, Non peccauimus: pro eo quòd peccauerunt Domino decori iuſtitiæ, & expectationi patrum eorum Domino.

B

8 Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: & eſtote quaſi hœdi ante gregem.

9 Quoniam ecce ego ſuſcito, & adducam in Babylonem cõgregationem gentium magnarum de terra Aquilonis, & præparabuntur aduerſus eam, & inde capietur: ſagitta eius quaſi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua.

10 Et erit Chaldęa in prædam: omnes vaſtantes eam replebuntur, ait Dominus.

11 Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hęreditatẽ meã: quoniam effuſi eſtis ſicut vitulus ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri.

12 Confuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouiſſima erit in Gẽtibus, deſerta, inuia, & arens.

13 Ab ira Domini nõ habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudinem: omnis qui tranſibit per Babylonẽ, ſtupebit, & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis ei⁹.

C

14 Præparamini contra Babylonem per circuitum: omnes qui intẽditis arcum, debellate eam: nõ parcatis iaculis, quia Domino peccauit.

15 Clamate aduerſus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius: quoniã vltio Domini eſt: vltionem accipite de ea: ſicut fecit, facite ei.

16 Diſperdite ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis: à facie gladii colũbæ vnuſquiſq; ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient.

17 Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerunt eum: primus comedit eum Rex Aſſur: iſte nouiſſimus exoſſauit eum, Nabuchodonoſor Rex Babylonis.

18 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego viſitabo Regem Babylonis, & terrã eius, ſicut viſitaui Regem Aſſur,

D

19 Et reducam Iſrael ad habitaculum ſuum, & paſcetur Charmelum & Baſan, & in monte Ephraim & Galaad ſaturabitur anima eius.

20 In diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Iſrael, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero.

Accubitus ſui. רבצם׃ .i. caularum ſuarũ in quibus accubare ſolebant. q. d. dum per montes in Chaldæã abducebantur, non habuerunt locũ in quo accubarẽt ac requieſcerent. q. d. duxerũt noctes inſomnes. 7 Non deliquimus לא נאשם Fut. Heb. Non peccabimus. i. erimus innoxii, ſub. perdendo & affligendo illos. Inimici eorẽ quum perderent eos, promittebant ſibi impunitatẽ. Habitaculo, &c. נוה־ומקוה *qui erat eis* habitaculũ iuſtitiæ, vt *antea fuerat* ſpes, &c. i. in quo erãt antequã peccaſſent, ſemper tuti, vt ſub tutela legum & iuſto iudice, ſiqui eos afflixiſſent: quemadmodum antea fuerat ſpes & columen Patrum ſuorum. ו ſiue &, pro vt, aut quemadmodum.

8 Recedite נודו Fugite. Reuertitur ad liberationem illorum, explicata cauſa captiuitatis. Tanquam hirci. כעתודים .i. alieni à metu, vt hirci gregem præcedentes. q. d. Nemo ex vobis refugiat tenere primas in agmine ipſo cum fiducia, nihílque timens.

9 Suſcito & aſc. fa. מעיר ומעלה Præſentia Heb. pro fut. excitabo & adducam. Et ordinabunt וערכו & inſtruent. ſub aciem. Inde משם illinc. i. ex eo loco in quo primùm caſtra poſuerint, non recedent antequam vrbs capta ſit. q. d. primo conflictu, ſiue prima oppugnatione capietur. Orbantis: משכיל ſub. mulieres viris. Quidam vertunt, viri prudenter agentis. Vacua. ריקם׃ .i. nulla mittetur ſagitta quæ non conficiat aliquem. 10 Saturabuntur, ישבעו ſatiabuntur. i. euadent diuites ex eius oppugnatione.

11 Diripientes hæred. m. שוסי נחלתי prædatores hæreditatis meæ. aut vaſtatores. Multiplicati e. תפושו increuiſtis. ſumpſiſtis incrementum. i. incraſſati eſtis: pinguiores, corpulentiores, & ſucculentiores facti eſtis. Quæ paſc. ger. דשא Ad verbum, herbificata, ſiue herbaria. Gallicè, *qui eſt miſe aux herbages*. Legitur & דשה per ה, vt legas triturans: quæ ſcilicet tẽpore triturationis fit pinguior ac ſucculentior. comedit enim tota die de frugibus areæ: & opponitur vitulæ aranti quæ eſt macra. Et mugiſtis ſicut tau. ותצהלו כאבירים׃ & hinniſtis velut equi. ſub. fortes parta victoria. habẽt enim equi ſenſum victoriæ. 12 Nouiſſima אחרית finis. poſtremũ. Gentes vocat Chaldæos. Terra arida, ציה vaſtitas. 13 Et ſibilabit, &c. וישרוק וגו׳ Sic ſuprà cap. 49. d. 17, 14 Præparate *bel.* ערכו Inſtruite. ſub. aciem. Gallicè, *Donnez luy l'aſſault de tous coſtez*. Iaculo אל־חץ Sing. pro plur. ſagittis. telis. 15 Clamate הריעו Vociferamini. i. edite ingentem clamorem, vt ſolent mulieres ſub conflictum. 19 Anima e. נפשו׃ .i. appetentia eius. 20 Quæretur יבוקש requiretur. i. ſi requiratur, aut ſiquis requirat. Relinquam אשאיר׃ ſub. ſuperſtites, vel in vitam. i. qui mortui non fuerint.

Super terram dominantium aſcēde, & ſuper habitatores eiꝰ viſita, diſſipa, & interfice quę poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac iuxta õnia quæ præcepi tibi.

Vox belli in terra, & contritio magna.

Quomodo confractus eſt, & cõtritus malleus vniuerſæ terræ? quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus?

Illaqueaui te, & capta es Babylõ, & neſciebas: inuenta es & apprehenſa, quoniam Dominum prouocaſti.

Aperuit Dñs theſaurũ ſuũ, & ꝑtulit vaſa iræ ſuæ: quoniã opꝰ eſt Domino Deo exercituum in terra Chaldęorũ.

Venite ad eam ab extremis finibꝰ, aperite vt exeant qui conculcent eã: tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam, nec ſit quicquam reliquum.

E

Diſſipate vniuerſos fortes eius, deſcendant in occiſionẽ: væ eis, quia venit dies eorũ, tẽpus viſitationis eorũ.

Vox fugientiũ & eorũ qui euaſerũt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem Domini Dei noſtri, vltionem templi eius.

Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus qui tendunt arcum: cõſiſtite aduerſus eam per gyrũ, & nullus euadat: reddite ei ſecũdũ opus ſuũ, iuxta oĩa quæ fecit facite illi: quia cõtra Dñm erecta eſt, aduerſũ Sãctũ Iſrael.

Idcirco cadẽt iuuenes eiꝰ in platéis eius: & omnes viri bellatores eius cõticeſcent in die illa, ait Dominus.

Ecce ego ad te ſuperbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus viſitationis tuæ.

Et cadet ſuperbus, & corruet, & nõ erit qui ſuſcitet eũ: & ſuccendam ignẽ in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

F

Hæc dicit Dominus exercituũ, Calumniam ſuſtinent filii Iſrael, & filii Iuda ſimul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet cauſam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.

Gladius ad Chaldæos, ait Dominꝰ: & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad ſapientes eius.

Gladius ad diuinos eius, qui ſtulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod eſt in medio eius, & erunt quaſi mulieres: gladiꝰ ad theſauros eiꝰ, qui diripiẽtur

Siccitas ſuper aquas eius erit, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur.

Rurſum prædicitur ruina Chaldæorum.

21 Aduerſus terram rebellantium aſcende *Dari*, & contra habitatores'viſitationis: diſſipa, & interfice'poſt eos, dixit Iehouáh: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.

22 'Sonitus belli in terra, & contritio magna.

23 Quomodo abſciſſus & cõtritus eſt malleꝰ vniuerſæ terræ? quomodo'fuit in deſertum Babél inter Gentes?

24 'Illaqueaui te, & etiam capta es Babél, tu verò neſciuiſti: inuenta es, & etiam comprehenſa, quoniam'contra Iehouam litigaſti.

25 Aperuit Iehouáh'theſaurũ ſuum, & protulit'vaſa iræ ſuæ: quoniam hoc opus eſt Domini Iehouæ exercituũ in terra Chaשſdím.

26 Venite aduerſus eam'ab extremo, aperite horrea eius, calcate eã ſicut'aceruos, & perdite eam, ne ſint ei reliquiæ.

27 Occidite vniuerſos'vitulos eius, deſcendant'ad occiſionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus viſitationis eorum.

28 Vox fugientium "& euaſorum de terra Babél, vt annuntient in צSiión vltionem Iehouæ Dei noſtri, vltionem templi eius.

29 Congregate contra Babél'iaculatores: omnes tendentes arcum caſtrametamini aduerſus eam per circuitum,'ne ſit ei euaſor: reddite ei ſecundum opus ſuũ, iuxta omnia quæ fecit facite illi: quia contra Iehouam "ſuperbiuit, aduerſum Sanctum Iשſraאél.

30 Idcirco cadent iuuenes eius in platéis eius: & omnes viri bellatores eius ſuccidentur in die illa, ait Iehouáh.

31 Ecce ego ad te, ô ſuperbe, dixit Dominus Iehouáh exercituum, quia venit Dies tuus, tempus quo viſitem te.

32 Et impinget ſuperbus, & cadet, nec erit'ei qui ſuſcitet: & ſuccẽdã ignẽ in vrbibus eius, & cõſumet"omnes qui ſunt in circuitu eius.

33 Sic dixit Iehouáh exercituum, Oppreſſi fuerunt filii Iשſraאél, & filii Iehudáh ſimul: & omnes qui ceperũt eos captiuos,'retinẽt eos, renuunt dimittere eos.

34 *Sed* Redemptor eorum fortis, Iehouáh exercituum nomen eius, "iudicãdo iudicabit iudicium eorum, 'vt quieſcere faciat terram, & commoueat habitatores Babél.

35 "Gladius ad Chaשſdím, dixit Iehouáh, & ad habitatores Babél, & ad principes eius, & ad ſapientes eius.

36 Gladius'ad mendaces, "& inſanient: gladius ad fortes eius, '& timebunt.

37 Gladiꝰ ad equos eius, & ad currus eiꝰ, & ad õne'vulgus quod eſt ĩ medio eiꝰ, & erũt vt mulieres: gladiꝰ ad theſauros eiꝰ, & diripiẽtur.

38 "Siccitas ſuper aquas eius, & exareſcent: quia terra ſculptilium eſt,"& in ſimulachris'inſaniunt.

---

21 Viſitationis: פקוד vltionis. vindictæ. i. Babylonis, quæ ſic dicitur quòd aduenerit tempus vt viſitetur, hoc eſt puniatur eius iniquitas. Scribit doctus inter Hebræos, Chaldæum paraph. tanquam proprium nomen reliquiſſe Pecod, vt etiam Ezech. 23. c. 23. Poſt eos, אחריהם hoc eſt fugientes. Alii vertunt, *eundo* poſt eos. 22 Sonitus קול Vox. fama. 23 Fuit in deſer. היתה לשמה verſa eſt in ſolitudinem. i. prorſus deſolata eſt. 24 Illaqueaui te יקשתי לך Laqueos tetẽdi tibi. Cõtra Ieh. litig.: ביהוה התגרית Iehouã offendiſti. vel prouocaſti. 25 Theſaurũ ſ. אוצרו Intelligit armariũ: per armariũ Perſidem & Mediã, è quibus tanquã ex armario deprõpſit Dariũ & Cyrum, cõtra Babylonẽ. Vaſa iræ ſ. כלי זעמו inſtrumẽta indignationis ſuæ. i. quæ mittere ſolet quãdo eſt iratus. 26 Ab extremo מקץ à fine. i. in fine. q. d. Dari & Cyre inuadite Babylonẽ: quia inſtat finis imperii eius. Aceruos ערמים ſub. tritici calcare ſolẽt in area. 27 Vitulos e. פריה iuuencos eius. i. potẽtes ac robuſtos: nobiles ac principes. Ad occiſionẽ: לטבח ad mactationẽ. i. deducantur ad necem, hoc eſt interimãtur. 28 Et euaſorum, ופליטים & euadentium. ſub. Iudæorum. q. d. è Iudæis profugi narrabũt vltionem Dei in Chaldæos propter euerſum tẽplum. 29 Iaculatores רבים. i. ſagittarios. Alii, quãplurimos. i. exercitũ maximũ. Ne ſit ei euaſ. אל יהי לה פליטה nemo ex ea euadat. Superbiuit, זדה arrogans fuit. 32 Ei qui ſuſcitet: לו מקים qui eum erigat. i. nunquã reſurget. Omnes, &c.: כל־סביבותיו omnia quæ per circuitũ eius ſunt. 33 Retinent eos החזיקו בם Præt. Heb. pro præſ. 34 Iudicãdo &c. ריב יריב diſceptãdo diſceptabit diſceptationẽ eorũ. i. patrocinabitur cauſæ Iſraelitarũ aduerſus Chaldæos. Vt quieſcere fa. למען הרגיע. i. vt quietã ac tranquillã reddat terrã. 35 Gladius חרב ſub. venturus eſt ad Chaldæos, vel cõtra Chaldæos. q. d. perituri ſunt gladio Perſico. 36 Ad mendaces הבדים Chaldæus paraph. ad diuinos. nam diuini mentiri ſolent. Et inſanient: ונואלו & deſipient. Et timebunt.: וחתו & cõterentur. cõfringentur. 37 Vulgus הערב ſub. promiſcuũ. ſignificat turbã miſcellaneã. Alii, ad mercaturã. vel mercatores qui ſunt, &c. 38 Siccitas חורב Hoc dicit in primis propter Euphratẽ, qui in oppugnatione diuiſus eſt in multos alueos, qui facilè traiici poterãt ſine ſcaphis: quo ſtratagemate reddidit Cyrus vrbẽ expugnabilẽ, quæ alioqui vix expugnari potuiſſet. Et in ſimu. באימים Quidã vocẽ Hebræã nõ vertũt, & in אEmim. ſignificat ſimulachra, ſiue idola, ſic dicta à terrore, ꝙ ea colẽtibus terrorem incutiãt: nam אימה eſt terror. formido Inſaniũt.: יתהוללו Fut. He. pro præſ. vel præt. inſanierũt. i. adeò dediti ſũt ſimulachris vt videãtur ĩſanire. Alii, gloriãtur.

Prop'rea habitabunt "beſtiæ ſyluestres cum vlulis, habitabunt 39
etia' in ea'filiæ ſtruthionis,nec habitabitur vltrà in ſeculum, nõ
habitabitur inquam"vſque in generationem & generationem.
"Quemadmodum ſubuertit Deus סSedóm & עAmoráh,& vici- 40
nas eius, dixit Iehouáh, non habitabit ibi quiſquam , nec incolet
eam filius hominis.
Ecce populus venit'ab Aquilone,& gens magna,& Reges'mul- 41
ti excitabuntur"à lateribus terræ.
Arcum"& ſcutum"apprehendent, crudeles erunt , & non miſere 42
bũtur:ſonitus eorum veluti mare ſonabit, '& ſuper equos equita-
bunt,parati erũt tanquã vir ad *ſingulare* certamẽ cõtra te filia Babél.
Audiuit Rex Babél rumorem eorũ,& diſſolutæ ſũt manus eius: 43
anguſtia apprehendit eum,'dolor tanquam parturientis.
"Ecce tãquam leo aſcendet de tumore Iardén ad habitaculum 44
robuſtum, quum quieſcere faciam , currere faciam eos ab illa: &
quis electus *quem* aduerſus eã præficiã ? quis enim eſt ſimilis mei? &
quis cõſtituet tẽpus mihi? & quiſnã eſt ille paſtor qui ſtet corã me?
Propterea audite conſilium Iehouæ quod conſultauit cõtra Ba 45
bél,& cogitationes ei⁹ quas cogitauit cõtra *habitatores* terræ Chaשׂſ-
dím,Si non traxerint eos paruuli gregis,ſi nõ deſolauerit cum eis
habitaculum.
'A voce captæ Babél commota eſt terra , & clamor in gentibus 46
auditus eſt.

Cap. L I.

Quomodo Babylon euertenda.

SIc dixit Iehouáh,Ecce ego"ſuſcito contra Babél,"& contra cor 1
inimicorũ meorũ qui inhabitãt *terrã Caſdím* ventũ"corrũpentẽ.
Et mittã in Babél"vẽtilatores,& ventilabũt eã: 'euacuabúntq; 2
terram eius,quoniam"erunt aduerſus eam vndique in die mali.
"Ad tendentem qui tendit arcum ſuum, & ad extollentem ſe in 3
lorica ſua, *dicturus ſum*, Ne parcatis iuuenibus eius, "interficite vni-
uerſum exercitum eius.
Et cadẽt interfecti in terra Chaשׂſdím,& cõfoſſi in platéis eius. 4
Quoniã nõ"viduat⁹ *eſt* Iשׂſraאél & Iehudáh Deo ſuo,*id eſt* Iehouáh 5
exercituũ:quia'terra eorũ repleta eſt delicto'propter Sanctũ Iשׂſraאél.
'Fugite de medio Babel,"& eruite quiſque animam veſtram,ne 6
'perdamini propter iniquitatem eius : quoniam tempus vltionis

39 Propterea habitabũt dracones cũ fa
tuis ſicariis, & habitabunt in ea ſtru-
thiones,& nõ inhabitabitur vltrà vſ-
que in ſempiternum , nec extruetur
vſq; ad generationẽ & generationẽ.

40 ‖Sicut ſubuertit Deus Sodomã &
Gomorrham,& vicinas eius, ait Do-
minus, non habitabit ibi vir , & non
incolet eam filius hominis.

Geneſ.19.c.25
eſaiæ 13.d.19
G

41 Ecce populus venit ab Aquilone, &
gens magna,& Reges multi conſur-
gent à finibus terræ.

42 Arcum & ſcutũ apprehendent, cru
deles ſunt & immiſericordes: vox eo-
rum quaſi mare ſonabit , & ſuper e-
quos aſcendent , ſicut vir paratus ad
prælium contra te filia Babylon.

43 Audiuit Rex Babylonis famã eo-
rum,& diſſolutæ ſunt manus eius:an
guſtia apprehendit eum , dolor qua-
ſi parturientem.

44 Ecce quaſi leo aſcẽdet de ſuperbia
Iordanis ad pulchritudinem robuſtã:
quia ſubitò currere faciã eum ad illã:
& quis erit electus quem præponam
ei? ‖quis eſt enim ſimilis mei? & quis
ſuſtinebit me ? & quis eſt iſte paſtor
qui reſiſtat vultui meo?

Iob 41.a.1

45 Propterea audite conſilium Domi
ni quod mente cõcepit aduerſum Ba-
bylonem , & cogitationes eius quas
cogitauit ſuper terram Chaldæorũ,
niſi detraxerint eos paruuli gregum,
Niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habi-
taculum eorum.

46 A voce captiuitatis Babylonis cõ-
mota eſt terra,& clamor inter gẽtes
auditus eſt.

Cap.LI.

1 HAEc dicit Dominus,Ecce ego ſu
ſcitabo ſuper Babylonem & ſup
habitatores eius , qui cor ſuũ leuaue-
runt cõtra me,quaſi ventũ peſtilẽtẽ.

2 Et mittam in Babylonem ventila-
tores, & ventilabunt eam,&demoliẽ
tur terram eius:quoniã venerunt ſup
eam vndique in die afflictionis eius.

3 Non tendat qui tendit arcũ ſuum,
& non aſcendat loricatus:nolite par-
cere iuuenibus eius,interficite omnẽ
militiam eius.

4 Et cadẽt interfecti in terra Chaldæ
orum, & vulnerati in regionibus ei⁹.

5 Quoniam non fuit viduatus Iſrael
& Iuda à Deo ſuo Domino exercituũ:
terra autem eorũ repleta eſt delicto à
ſancto Iſrael.

6 Fugite de medio Babylonis, & ſal-
uet vnuſquiſque animam ſuam. noli-
te tacere ſuper iniquitatem eius :

---

39 Beſtiæ ſyl.cũ vl. צ ציים את־איים ſiiim cũ Niiim.Quidã vertũt,Satyri cũ Faunis.Alii,beſtias deſertũ incolentes,& feles.Vide eaſdẽ voces Ieſa.13.d.21. Filiæ ſtruth.בנות יענה Vide Ieſa.13.d.21. Vſq; in gen.& gen.:עד־דור ודור.i.lõgo,ſiue lõgiſſimo tẽpore. 40 Quẽadmodũ ſub. כמהפכת Vide ſuprà cap. 49.d.18. 41 Ab Aquilone, מצפון .i.à Perſide & Media regionibus,ſitis ad Aquilonẽ reſpectu Babylonis. Multi, רבים magni.fortes & inuicti. A lateribus מירכתי.i.ab vno è lateribus,à fine orbis. 42 Et ſcutũ וכידון & lanceam.haſtã. Apprehendẽt יחזיקו accipiẽt.firmiter tenebũt.Verti poteſt futurũ in præteritũ. Et ſuper eq.equit. ועל־סוסים ירכבו & equis inſidebũt.i.inſidẽtes equis pugnabũt. 43 Dolor tan.par.:חיל כיולדה Vide eadẽ ſuprà 6.c.24,& 48.g.41,& 49.e.24. 44 Ecce tanquam leo,&c.חנה כאריה Tres iſti verſus poſteriores leguntur & ſuprà cap.49.d.19,mutatis tãtùm propriis nominibus 46 A voce captæ Babél'מקול נתפשה וגו.i.ob ſtrepitum quem edent in expugnatione vrbis Babél.

IN CAPVT LI.

1 Suſcito מעיר Præſ.Heb.pro fut.ſuſcitaturus ſum.ſiue excitaturus. Et cõtra cor,&c. ואל־ישבי וגו' Ad verbũ,& ſuper habitatores cordis inſurgentiũ contra me.vel inimicorũ meorum.Quidã conuertunt,& contra habitatores *terræ qui* corde cõſurgunt aduerſum me.Alii,& aduerſus habitatores *eius,& contra* cor hoſtiũ meorum.Alii,& aduerſus habitatores *eius* qui eleuauerunt cor *ſuum* contra me.Alii,& ſuper habitatores corde repugnantium mihi. Corrumpentẽ. :משחית exterminantem.i.Boreã, ventũ Aquilonarem omnia perdentẽ. Alii vertunt,ſpiritum exterminatoris.i.Darii. 2 Ventilatores,& ventil.e. זרים וזרוה diſperſores,& diſpergent eam.Alii,alienos,& alienabũt eam.i.quicunque alienam & extraneam facient eam in cunctis quæ fuerint ei : quia tollent omnes, & diripient eam, ſiue prædabuntur.ita doctus inter Hebræos. Euacuabũtq; ויבוקקו exinaniéntq;.i.vacuã & inanem reddent. Erũt aduerſus,&c.היו עליה מסביב.i.inuadent ac oppugnabunt eam omni ex parte. 3 Ad tendentem,&c. אל־ידרוך וגו'.i.Ad ſagittarios qui in bello vtuntur arcu,hoc eſt ad milites leuioris armaturæ:& ad eũ qui gloriatur & ſibi placet in lorica ſua, ſiue propter loricã ſuam.i.quòd ſit bene armatus, hoc eſt ad milites grauioris armaturæ,ſub.dicturus ſum,Nolite parcere.Quidã legẽtes אל per pathah ſubſcriptũ, quod ſignificat Ne,verterũt,Ne tendat tendẽs arcũ ſuũ,& ne extollat ſe in lorica ſua:& ne parcatis,&c.Omnia tamen exẽplaria Hebræa legũt אל cũ ſegol ſubſcripto. Interficite החרימו exterminate.excindite funditus. 5 Viduatus אלמן viduus.i.(inquit doctus inter Hebræos)non fuit ſicut vidua, cuius maritus mortuus eſt,quia ipſa eſt derelicta ab eo ſemper.nõ ſic Iſrael,quia vir eius Dominus Deus,viuit & permanet:quòd ſi derelicta eſt in trãſmigratione,adhuc viſitabit eã,& reuertetur ad eam.Viduatũ,ſiue viduũ Deo dicit vt orbũ liberis dicimus.Hebraicè legitur,viduatus à Deo ſuo,& à Iehouáh. Terra e.ארצם ſub.Chaldæorũ.Quidã referũt ad Iudæos,vertẽtes,Quãuis terra eorũ repleta fuerit,&c. Propter San.Iשׂſ.:מקדוש ישראל Ad verbũ, à Sancto Iſraelis.i.ob iniuriã illatã Sancto Iſraelis.Qui pronomen EORVM dicunt referre Chaldæos, exponunt ſanctum Iſraelis,ipſum Iudaicum populum quem afflixerunt Chaldæi.q.d.ob populum eius indigniſſimè afflictũ & tractatum. nam Deus videbatur affici iniuria quãdo grauius affligebantur Iudæi. 6 Fugite נוסו Sic capite præcedenti,b.8, alloquitur externos qui erãt in Babylone. Et eruite ומלטו Vide cap.48.a.6,& ſeruate. Perdamini תדמו extirpemini.excidamini funditus.vt verſu 3.

quoniam tẽpus vltionis eſt à Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei.

7 Calix aureus Babylõ in manu Domini, inebriãs omnem terram: de vino eiꝰ biberũt Gẽtes, & ideo cõmotæ ſunt.

Eſaiæ 21.c.9
apoc.14.b.8

8 Subitò cecidit Babylon, & contrita eſt: vlulate ſuper eã, tollite reſinã ad dolorem eius, ſi fortè ſanetur.

9 Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eã, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniã peruenit vſque ad cælos iudiciũ eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes.

B 10 Protulit Dominꝰ iuſtitias noſtras: venite & narremus in Sion opus Domini Dei noſtri.

11 Acuite ſagittas, implete pharetras: ſuſcitauit Dominus ſpiritum Regũ Medorum: & cõtra Babylonem mẽs eius eſt vt perdat eam, quoniã vltio Domini eſt, vltio templi ſui.

12 Super muros Babylonis leuate ſignum, augete cuſtodiã, leuate cuſtodes, præparate inſidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcunque loquutus eſt cõtra habitatores Babylonis.

13 Quæ habitas ſuper aquas multas, locuples in theſauris: venit finis tuus pedalis præciſionis tuæ.

Amos 6.b.8

14 Iurauit Dominus exercituum per animam ſuam, Quoniam replebo te hominibus quaſi brucho, & ſuper te celeuſma cantabitur.

Gen.1.a.6
pſal. 135.a.6
ſuprà 10.b.12

15 Qui fecit terrã in fortitudine ſua, & præparauit orbem in ſapiẽtia ſua, & prudentia ſua extendit cælos.

16 Dante eo vocem multiplicantur aquæ in cælo, qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, & producit ventum de theſauris ſuis.

17 Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia: confuſus eſt omnis conflator in ſculptili: quia mendax eſt conflatio eius, nec eſt ſpiritus in eis.

18 Vana ſunt opera, & riſu digna, in tẽpore viſitationis ſuæ peribunt.

19 Non ſicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrũ hæreditatis eius: Dominus exercituũ nomen eius.

C 20 Collidis tu mihi vaſa belli, & ego collidam in te Gẽtes, & diſperdam in te regna,

21 Et collidam in te equum, & equitẽ eius: & collidam in te currum, & aſcenſorem eius:

22 Et collidam in te virum & mulierem, & collidã in te ſenem & puerũ,

eius eſt ipſi Iehouæ, 'retributionem reddet ei.

7 'Calix auri eſt Babél in manu Iehouæ, inebrians vniuerſam terrã: 'de vino eius 'bibent Gentes, ideo inſanient Gentes.

8 Subitò cecidit Babél, & contrita eſt, vlulate ſuper eã: 'tollite balſamum ad dolorem eius, 'ſi fortè ſanetur.

9 'Curauimus Babél, & non eſt ſanata: derelinquite eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam peruenit ad cælos 'iudiciũ eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes.

10 'Eduxit Iehouáh iuſtitias noſtras: 'venite, & narremus in Siión opus Iehouæ Dei noſtri.

11 'Extergite ſagittas, 'congregate ſcuta, ſuſcitauit Iehouáh ſpiritum Regũ Madái, quia contra Babél *eſt* cogitatio eius vt perdat eã, quoniam 'vltio Iehouæ eſt, vltio templi ſui.

12 Super muros Babél 'leuate vexillum, 'fortificate cuſtodiam, ſtatuite cuſtodes, apparate inſidias: quia 'etiam cogitauit Iehouáh, etiam fecit quæ loquutus eſt ſuper habitatores Babél.

13 O quæ habitas 'iuxta aquas multas, locuples theſaurorum, venit finis tuus, 'finis oppreſſionis tuæ.

14 Iurauit Iehouáh exercituum per animam ſuã, Niſi repleuero te 'hominibus veluti bruchis, '& cantabunt contra te celeuſma.

15 'Qui facit terram fortitudine ſua, qui firmat orbem ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cælos.

16 Qui voce *ſua* dat multitudinem aquarum in cælo, poſteaquam aſcendere fecit nubes ab extremo terræ, fulgura cum pluuia fecit, & eduxit ventum de theſauris ſuis.

17 Vt bellua fit omnis homo præ ſcientia: pudore afficitur omnis aurifex à ſculptili, quia mendacium eſt conflatile eius, nec eſt ſpiritus in eis.

18 Vanitas ſunt, *&* opus irriſionum, in tempore viſitationis eorum peribunt.

19 Nõ *eſt* ſicut illa pars Iayacób, quia plaſmator omnium ipſe eſt, & ſceptrum hæreditatis eius: Iehouáh exercituum nomen eius.

20 Malleus es mihi, inſtrumenta bellica: '& conteram per te Gẽtes, & diſperdam per te regna,

21 Et conteram per te equum, & aſcenſorem eius: cõteram inquã per te currum, & aſcenſorem eius.

22 Conterã præterea per te virũ & mulierẽ, conteram inquã per te

Retributionem, &c. גמול הוא משלם לה: Ad verbum, retributionem ipſe reddit ei. Præſ. Heb. pro fut. vices ei rependet.

7 Calix auri כוס זהב Aurum pro vino puriſſimo vt eſt aurum. Calicem vini intellige pœnam acrem. q. d. Dominus acres pœnas ſumet de omnibus gentibus per Babylonios, tandem acerrimè eos perditurus. Propinatrix calamitatum omnibus gentibus fuit Babylon.

De vino eius, מיינה ſub. calicis. Bibent שתו Præt. Heb. pro fut. i. quem porriget bibendum gentibus impiis, adeò vt præ nimia afflictione redigantur ad inſaniam & amentiam. 8 Tollite balſamum קחו צרי Vide ſuprà cap. 46.b.11. Si fortè ſanetur. אולי תרפא: fortè ſanabitur. Ironicè dictum. 9 Curauimus רפאנו ſub. dicet alter ad alterum, dedimus operam vt curaremus, ſiue ſanaremus. Iudicium eius משפטה .i. pœna iuſtè ei inflicta eſt ſumma & immenſa. 10 Eduxit הוציא Protulit. Emiſit in lucem. q. d. Babylonios pœna maxima afficiet Deus: contrà, ſua ſententia nos tanquam iuſtos abſoluet, opere externo comprobabit fiduciam quam in eo habemus: hoc eſt, reſtituendo nos in libertatem priſtinam, oſtendet quòd nos pro iuſtis & innocentibus habet. Opponit iudicio, id eſt pœnæ, iuſtitiam, id eſt remiſſionem pœnæ. Venite באו Agite. Adeſte. 11 Extergite הברו Expolite. Quidam Hebræorum ab אבר deducunt, & exponunt, Ponite pennas in ſagittis. Congregate ſcuta מלאו השלטים implete clypeos. i. tegite corpora veſtra clypeis. Vltio Iehouæ נקמת יהוה Sic cap. 50.c.28. q. d. quia Dominus conſtituit apud ſe ſumere pœnas de Babyloniis ob violatum ſuum templum ab illis. 12 Leuate vex. שאו נס Verba Dei aut Prophetæ, Date operam ô Medi, vt vexilla veſtra collocetis ſuper mœnia Babylonis in argumentum victoriæ partæ. Aut, erecto & explicato vexillo inuadite Babylonem. Fortificate cuſt. החזיקו המשמר roborate cuſtodias. Alii, augete excubias. Etiam cog. Ieh. etiam fe. גם זמם יהוה גם עשה Geminatio iſta augmentum habet, vt annotat doctus inter Hebræos: quaſi Latinè dicas, nõ modò cogitauit, ſed etiam perfecit quod cogitauit. aut, etiam perfecit quod cogitauit. 13 Iuxta aquas multas, אל מים רבים id eſt ad Euphraten amnem celeberrimum. Finis oppreſſionis tuæ. אמת בצעך: finis deſiderii tui. vel auaritiæ tuæ. 14 Hominibus. אדם id eſt militibus. Et cantabunt וענו & clamabunt. q. d. non habear poſthac pro ſummo Deo niſi impleuero te militibus, qui æquabunt numerum bruchorum: & niſi illi milites cohortaturi ſint ſe mutuò ad te perdendum, vt tempore vindemiæ ſe mutuò hortari ſolent calcatores ad vuas exprimendas.

15 Qui facit, &c. עושה וגו' Hic verſus cum quatuor ſequentibus, vſque ad 20, legitur & ſuprà capite 10.b.12.

20 Et conteram ונפצתי Et contundam. Poſſunt hi verſus aut per præſens verti, aut per futurum, aut etiam per præteritum. Deus impiorum & idololatrarum opera aliquando vtitur ad ſumendam vindictam.

ſenem,& puerum,conteram inquam per te iuuenem & virginem.
Conteram item per te paſtorem & gregem eius, conterā per te 23
agricolā″& iugū boum eius, & cōteram per te duces″& principes.
Et reddam Babél & cūctis habitatoribus Chaשſdím omne ma- 24
lum eorū quod fecerunt in צSiión in oculis veſtris,dixit Iehouáh.
En ego ad te,mons ″corrumpens dixit Iehouáh, qui corrupiſti 25
omnem terram, & extendam manum meam ſuper te, & deuoluā
te″de petris,″& ponam te montem combuſtionis.
Et non tollent de te″lapidem pro angulo,& lapidem pro funda- 26
mentis,quoniam in deſolationes ſempiternas eris,dixit Iehouáh.
Leuate ſignum in terra,clangite buccina in Gentibus:præpara- 27
te aduerſus eam Gentes,congregate cōtra illam regna″Ararát,Min
ní,& Aשſchenáz,præficite contra eam″principem,″aſcendere faci-
te equos tanquam bruchos horripilantes.
Præparate contra eam Gentes, *nempe* Reges Madái, duces eius,& 28
vniuerſos principes eius,cunctámque terram″poteſtatis eius.
″Et contremiſcet terra,& dolebit,quia″firmata eſt contra Babél 29
″omnis cogitatio Iehouæ, vt ponat terram Babél in ſolitudinem,
eo quòd non ſit habitator.
Ceſſauerunt fortes Babél pugnare,″habitauerunt in munitioni- 30
bus:defecit fortitudo eorum,fuerunt vt mulieres,incenderūt″ha-
bitacula eius,contriti ſunt vectes eius.
Curſor in occurſum curſoris curret,& nuntius in occurſum nū- 31
tii ad nūtiandū Regi Babél,quòd capta ſit ciuitas eius,″à termino,
″Et vada occupata ſunt, ″& arundines combuſſerunt igni,& viri 32
bellatores conterriti ſunt.
Quia ſic dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraאél,Filia Babél eſt 33
″tanquam area,tempus eſt calcandi eam: adhuc paululum, & ve-
niet tempus meſſis ei.
Deuorauit me,& cōtriuit me Nebuchadrאecצsár Rex Babél,ſta- 34
tuit me *ut* vas inane, abſorpſit me veluti draco, repleuit ventrem
ſuum deliciis meis, *atque* eiecit me.
″Rapina mei,& caro mea ſūt ſuper Babél,dicet habitatrix צSiión: 35
& ſanguis meus ſuper habitatores Chaשſdím,dicet Ieruſaláim.
Propterea ſic dixit Iehouáh, Ecce ego″iudico cauſā tuā,″& vlci- 36

& collidam in te iuuenem & virginē. B

23 Et collidam in te paſtorem & gregem eius, & collidam in te agricolā & iugales eius, & collidam in te duces & magiſtratus.

24 Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum ſuum quod fecerunt in Sion in oculis veſtris,ait Dominus.

25 Ecce,ego ad te mōs peſtifer,ait Dominus, qui corrumpis vniuerſam terram, & extēdam manum meā ſuper te,& euoluam te de petris,& dabo te in montem combuſtionis.

26 Et non tollent de te lapidem in angulum,& lapidem in fundamēta, ſed perditus in æternū eris, ait Domin⁹.

27 Leuate ſignū in terra, clangite buccina in Gentibus,ſanctificate ſuper eā Gentes:annuntiate contra illam Regibus Ararat,Menni,& Aſcenez: numerate contra eam Taphſar,adducite equum quaſi bruchum aculeatum.

28 Sanctificate contra eam Gētes Reges Mediæ ,duces eius, & vniuerſos magiſtratus eius, cūctámque terram poteſtatis eius.

29 Et commouebitur terra,& conturbabitur:quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terram Babylonis deſertam & inhabitabilem.

30 Ceſſauerūt fortes Babylonis à pręlio,habitauerūt in pręſidiis:deuoratū eſt robur eorum, & facti ſunt quaſi mulieres:incenſa ſunt tabernacula eius,contriti ſunt vectes eius. D

31 Currens obuiam currenti veniet: & nuntius obuius nuntianti vt annūtiet Regi Babylonis quia capta eſt ciuitas eius à ſummo vſque ad ſummū,

32 Et vada præoccupata ſunt,& paludes incenſæ ſunt igni, & viri bellatores conturbati ſunt.

33 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael,Filia Babylonis quaſi area,tēpus trituræ eius: adhuc modicum , & veniet tempus meſſionis eius.

34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonoſor Rex Babylonis:reddidit me quaſi vas inane:abſorbuit me quaſi draco,repleuit ventrem ſuum teneritudine mea,& eiecit me.

35 Iniquitas aduerſū me , & caro mea ſuper Babylonē, dicit habitatio Siō: & ſanguis meus ſuper habitatores Chaldææ,dicit Ieruſalem.

36 Propterea hæc dicit Dominus,Ecce ego iudicabo cauſā tuā, & vlciſcar

---

23 Et iugum boum eius ומדו & par equorum eius. Et principes. וסגנים & tyrannos. 25 Corrumpens, המשחית Perdens. Ego quidem[vel certè]miſſurus ſum contra te milites meos,Dariū ſcilicet,& ſuos. Vocatur hîc Babylon mons,non quòd eſſet ſita in mōte(ſita enim erat in loco humili)ſed quòd eſſet fortis & inexpugnabilis.Chaldæus paraph.vertit vrbem. De petris, מן־הסלעים de rupibus. Vt per montem ſignificat vrbem munitam,ſic per petras ſiue rupes denotat munitiones ſiue præſidia.i. loca inexpugnabilia,quemadmodum & montes & rupes natura ſunt loca inacceſſa. Et ponā te,&c. ונתתיך וגו׳ Hebraiſmus,reddā te ſimilē vrbi quæ cōflagrauit.

26 Lapidem pro angulo אבן לפנה .i.quem ponant ac collocent in præcipua & excellentiore parte ædificii . Per lapidem pro angulo, intelligitur regnum:& per lapidem pro fundamentis,Rex.q.d.nunquam naſcetur in te qui ſit Rex aut Imperator. 27 Ararát,Mi. & Aשſch. אררט מני ואשכנז Ararat,Armenia maior,ſeu montoſa dicitur:Minní verò,Armenia inferior.De Armenia montoſa fit mentio Gen.8.a.4.Per Aſchenaz,tota regio Gothica intelligitur,quæ eſt Septentrionalis, & accedit ad Scythiam. Iudæi huius ætatis per Aſchenaz etiam Germaniam intelligunt. Principem, טפסר ducem.ad eam ſcilicet expugnandam. Aſcendere fa. העלו educite.

28 Poteſtatis e. ממשלתו: ditionis eius.dominii eius. 29 Et contremiſcet t.& dol. ותרעש הארץ ותחול Et cōmota eſt terra,& dolore afficitur inſtar parturientis.q.d.Iam incipiunt timere,nec audent cōſerere manus cum hoſtibus,ſed continent ſeſe in munitionibus ſuis. Firmata eſt קמה .i.effectū ſortitur,adimpletur quod Dominus cogitarat cōtra Babél. Omnis cogitatio מחשבות plurale eſt Hebræis,iunctum verbo ſingulari,acſi dicas,vnaquæque cogitatio firmata eſt,ſiue quæcunque cogitauit. 30 Habitauerunt in mu. ישבו במצדות ſederūt[cōtinuerūt ſeſe] in præſidiis.vel arcibus.q.d.nō audent milites qui tuentur Babylonios egredi vt conſerant manus.

Habitacula e. משכנותיה ſub.Babylonis.Relatiuum eſt fœmineum. 31 A termino מקצה: ab angulo,ſub.vno qui pertinet ad Euphraten. Per alueum Euphratis capta fuit Babylon, qui per medium eius fluebat. 32 Et vada והמעברות Et tranſitus.Gallicè,*les paſſages*.ſub.ex Euphrate in vrbem,quos aliò deriuās Perſa,exuſtis carectis ex alueis fluminū,vt expeditior eſſet via ad vrbem,occupauit eā. Apud Euphraten & Nilum creſcunt arundines magnitudine arborum. Et arundines ואת־האגמים & iuncos.ſignificat & paludes.

33 Tanquā area: כגורן .i.Nūc quidem opulenta eſt & plena diuitiis Babylon:at breui ſpoliabitur illis,nō aliter quàm agri ſegetibus tēpore meſſis. 35 Rapina mei,& ca.m. חמסי ושארי .i.rapina opum mearū,& caro interfectorū meorū,ſiue qui ex meis ſunt occiſi,debent imputari Babyloni. Alii,Iniuria[vel violētia]mihi illata,[accipitur paſſiuè:]& caro mea.i.cædes facta de incolis meis. Alii,Subſtantia mea direpta,& caro mea *clamant* cōtra Babél.vel,præda mea,reliquiæ meæ quas ſcilicet per vim abduxerūt.vt ſit ſenſus,Subſtātia quā diripuerunt Chaldæi in terra mea,& homines quos abduxerūt de Iudæa,clamāt vindictā contra Babylonios. 36 Iudico רב Præſ.Heb. pro fut.iudicaturus ſum pro te. Alii,cōtendo in cauſa tua. Alii,litigabo cū litigantibus tecū. Alii,defendā cauſam tuā. Alii,cauſam tuā agā.

Et vlciſcar vlt. ונקמתי את־נקמתך .i.ſumam pœnas.ſiue vindictam de Babyloniis,ob iniuriā tibi illatam ab eis. Alii,vindicabo pro te, vltionem tuam:& deſertum faciã mare eius,& ſiccabo venam eius.

Et erit Babylõ in tumulos, habitatio draconũ,ſtupor,&,ſibil⁹:eo quòd non ſit habitator.

Simul vt leones rugient,excutient comas,veluti catuli leonum.

In calore eorũ ponam potus eorũ, & inebriabo eos vt ſopiantur,& dormiant ſomnum ſempiternum, & nõ conſurgant,dicit Dominus.

E Deducã eos quaſi agnos ad victimam,& quaſi arietes cum hœdis.

Quomodo capta eſt Seſach, & cõprehenſa eſt inclyta vniuerſæ terræ? quomodo facta eſt in ſtuporẽ Babylon inter Gentes?

Aſcendit ſuper Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta eſt.

Factæ ſunt ciuitates ei⁹ in ſtuporẽ,terra inhabitabilis & deſerta,terra in qua null⁹ habitet,nec trãſiet p eã fili⁹ hominis.

Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eiiciã quod abſorbuerat de ore ei⁹: & non confluẽt ad eum vltrà Gẽtes: ſiquidẽ & murus Babylonis corruet.

Egredimini de medio eius popul⁹ meus,vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab ira furoris Domini.

Et ne fortè molleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum qui audietur in terra:& veniet in ãno auditio,& poſt hunc annũ auditio:& iniquitas in terra,& dominator ſuper dominatorẽ.

Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur,& vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius.

Et laudabunt ſuper Babylonem cæli & terra , & omnia quæ in eis ſunt: quia ab Aquilone venient ei prædones,ait Dominus.

Et quomodo fecit Babylon vt caderent occiſi in Iſrael : ſic de Babylone cadent occiſi in vniuerſa terra.

F Qui fugiſtis gladium,venite,nolite ſtare,recordamini procul Domini:& Ieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrũ.

Cõfuſi ſumus,quoniam audiuimus opprobrium, operuit ignominia facies noſtras: quia venerunt alieni ſuper ſanctificationẽ domus Domini.

Propterea ecce dies veniũt,ait Dominus:& viſitabo ſuper ſculptilia ei⁹,

ſcar vltionẽ tuã:& ſiccabo 'mare eius,& areſcere faciam 'venã eius.

37 Et erit Babél in aceruos,habitatio draconum,'ſtupor,& ſibilus: eo quòd non ſit habitator.

38 Simul vt leones rugient,'rugient veluti catuli leonum.

39 'In calore eorum ponam conuiuia eorum , & inebriare faciam eos,vt exultent,& dormiant ſomnum ſempiternum,'& non euigilent,dixit Iehouáh.

40 'Deſcendere faciam eos tanquam agnos ad occiſionem,& tanquam arietes cum hircis.

41 Quomodo capta eſt 'שSeשſác,& comprehenſa eſt 'laus vniuerſæ terræ? quomodo fuit in ſtuporem Babél inter Gentes?

42 Aſcẽdit cõtra Babél 'mare, multitudine fluctuũ eius obruta eſt.

43 Fuerũt ciuitates eius in deſolationem, terra arida, & deſertum, terra *in qua* 'nõ habitabit quiſquã,nec trãſibit per eã filius hominis.

44 Viſitabo quoq; ipſũ Bél in Babél:& educã 'quod deglutiuit, de ore eius:& nõ confluẽt ad eũ vltrà Gẽtes:etiã mur⁹ Babél corruet.

45 Egredimini de medio eius,popule meus, & eruite vnuſquiſque animam ſuam ab ira furoris Iehouæ.

Iubet Iſraelitas linquere Babylonem,& periculo ſe ſubducere.

46 'Et ne fortè molleſcat cor veſtrum,& timeatis 'propter rumorẽ qui audietur in terra:veniet 'in anno rumor, & poſtea in anno rumor:'& *fiet* rapina in terra,& dominator 'ſuper dominatorem *veniet*.

47 Propterea 'ecce dies veniũt,& viſitabo ſculptilia Babél: '& vniuerſa terra eius pudore afficietur,& vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius.

48 'Et laudes dicent ſuper Babél cæli & terra,& quicquid in eis eſt: 'quia ab Aquilone venient ei 'prædones,ait Iehouáh.

49 'Siquidem Babél *fuit cauſa* vt caderent interfecti Iשraél: etiam propter Babél ceciderunt occiſi vniuerſæ terræ.

50 'Euaſores à gladio abite, ne ſubſiſtatis: recordamini 'alõge Iehouæ,& Ieruשſaláim 'aſcendat ſuper cor veſtrum.

51 Pudore affecti ſumus,quoniam audiuimus 'opprobriũ, operuit ignominia facies noſtras, quòd venerunt alieni cõtra 'ſanctuaria domus Iehouæ.

52 Propterea ecce dies veniunt dixit Iehouáh,& viſitabo ſculptilia

Mare e. ימה Mare,pro affluentia omnium bonorum.q.d.exhauriam & deprædabor opes ac diuitias eius immenſas, & quæ magnitudine æquant mare.i.maximas & infinitas.Quod immenſum eſt comparat mari. Venam e. מקורה: fontem eius.ſcaturiginem eius.

37 Stupor שמה Admiratio.Alii,deſolatio.Vide ſuprà cap.25.b.9,& 49.d.17.f.33,& 50.c.13,& 40. 38 Rugiẽt נערו Præt.Heb.pro fut.Si referatur ad Babylonios,pertinebit ad dolorẽ ac triſtitiã:ſi verò ad Medos ac Perſas, ſignificabit alacritatẽ inuadendi & aggrediẽdi.

39 In calore e.&c. בחומם וגו' Quũ incaluerint *vino*, ponam. ſub.in malum .i.in conuiuio quod celebraturus eſt Balſaſar ſuis nobilibus,vt ſcribitur Dan.5.a.1,efficiam vt conuiuium eorum ſit illis pernicioſum,vertatúrque gaudium eorum in triſtitiam.Vtitur plurali Cõuiuia:quòd conuiuium Balſaſar eſſet inſtar multorum conuiuiorum,ob rerum copiam. Et non euigilent, ולא יקיצו vnde non expergiſcantur. 40 Deſcendere faciã e.&c. אורידם וגו' Similis locus ſuprà 48.c.15,& 50.e.27.i.deducam eos tanquam agnos adiugulationẽ,hoc eſt ad locũ vbi iugulentur. 41 שSeשſác ששך Babylonem eſſe,ſuprà cap.25.e.26,dictũ eſt.Miratur in ſpiritu euerſionem Babylonis,quia humanis viribus expugnari poſſe non videbatur. Laus תהילת gloria.i.omniũ vrbium terræ celeberrima & clariſſima.

42 Mare, הים .i.immenſus exercitus Medorum & Perſarum. 43 Non habitabit,&c. לא־ישב וגו' Vide ſuprà cap.49.e.33.

44 Quod deglutiuit את־בלעו quod deuorauit.i.donaria & munera quæ obtulerũt ei cultores ipſius.is enim religioſiſſimè colebatur.

46 Et ne fortè moll. ופן־ירך Subaudi, Ego autem dico vobis.aut ו coniunctio vacat. Propter rumorem, בשמועה Ad verbum,in auditu. In anno rumor,&c. בשנה השמועה .i.alio atque alio anno veniet rumor.vel,rumorem belli ſubſequetur alius maior rumor. Obſcurè docet tempus expugnandæ Babylonis,quod accidit tertio anno Balſaſar,qui tribus annis regnauit.Primo,belli rumor ſparſus eſt: ſecundo,aduenerũt Perſæ:tertio,expugnata fuit Babylon Et *fiet* rapina וחמס iniquitas.iniuſtitia.oppreſſio. Super dominatorẽ על מושל: poſt dominatorem.ſub.veniet.Cyrus enim Dario ſucceſſit. 47 Ecce dies ven.& viſit. הנה ימים באים ופקדתי Hebraiſmus, futurum eſt vt viſitem. Et vniuerſa ter.&c. וכל־ארצה וגו' .i.incolæ totius agri Babylonici pudore afficientur quũ viderint deos ſuos confractos & contritos,& nihil poſſe. 48 Et laudes di. ורננו Et iubilabũt. Quia כי quum. Prædones השודדים vaſtatores.

49 Siquidem,&c. גם וגו' Ad verbum,Etiam Babel vt caderent interfecti Iſrael,etiam in Babel ceciderunt,&c. Præt.Heb.pro fut.& ל in לכבל ſignificat Propter,vel In.Quidam vertunt,Nam Babél *fuit cauſa* vt caderent interfecti Iſraelis: etiam propter Babél ceciderunt interfecti totius terræ. Alii,Siquidem Babél *effecit* vt caderent interfecti Iſrael, & ob id Babyloniorum interfecti ceciderũt *in* vniuerſa terra. Alii,Sicut Babylon proſtrauit in Iſrael interfectos,proſternentur interfecti Babylonis in tota terra. Alii,Etiam ex Babél *eſt* vt caderent interfecti Iſraelis,etiam ex Babél eſt vt caderent interfecti omnis terræ. Geminatum גם nonnihil obſcurat locum.Item infinitiuus hãc numerorũ & perſonarũ varietatẽ efficit 50 Euaſores à gl. פלטים מחרב .i. Qui fugiſtis gladium in excidio Ieroſolymitano. Alõnge מרחוק .i.poſt multos annos,ſiue multa tempora,nempe poſt L X X annos. Aſcendat ſup.&c. תעלה על־לבבכם: Hebraiſmus,Ieruſalem vobis redeat in memoriam, in qua colitur Deus. Alii,Ieruſalem vobis ſit cordi.Subaudi,Et dicite,Puduit nos. 51 Opprobrium, חרפה .i.iniuriam illatam Deo & templo eius. Sanctuaria מקדשי Plurali numero vtitur propter veſtibulum,templum,& adytum.Vide Pſal.68.g.36.

eius & in vniuerſa terra eiusʹgemet occiſus.
ʹSi aſcenderit Babél in cælum, ʹ& ſi munierit excelſum roboris 53
ſui,ʹà me *tamen* venient prædatores ei,dixit Iehouáh.
ʹVox clamoris de Babél,ʹ& cõtritio magna de terra Chaשſdím: 54
Quoniãʹvaſtat Iehouáh Babél,& perdet ex eaʹvocem magnam, 55
ʹ& ſonabunt fluctus eorum,tanquam aquæ multæʹedetur ſonitus
vocis eorum:
Quiaʹvenit contraʹeam,contra Babél vaſtator , & comprehenſi 56
ſunt fortes eius,confractus eſt arcus eorũ : quia Deus retributionum Iehouáh reddendo reddet.
ʹEt inebriabo principes eius,& ſapientes eius,duces eius,& nobi 57
les eius, & fortes eius: & dormient ſomnũ ſempiternum, nec expergiſcentur,ait Rex,Iehouáh exercituum nomen eius.
Sic dixit Iehouáh exercituum, Murus Babél latusʹconfringẽdo 58
confringetur, & portæ eius excelſæ igni comburentur:ʹ& laborabunt populi inaniter, ʹ& gentes in igne,ʹ& laſſabuntur.

Librum ſuũ Ieremias dat Saraiæ.

ʹVerbũ quod præcepit Irmeiáhu propheta שSeraiáh filio Neri 59
iáh Maחheסſeiáh, quũ pergeret cum צSidciiáhu Rege Iehudáh in
Babél anno quarto regni eius:שSeraiáh autẽ erat princepsʹquietis.
Et ſcripſit Irmeiáhu omne malum quod venturũ erat ſuper Ba 60
bél in libro vno,õnia *ſcilicet* verba *hæc* quæ ſcripta ſunt cõtra Babél.
Dixítque Irmeiáhu ad שSeraiáh, Quum perueneris in Babél, &
videris,& legeris omnia verbaʹhæc, 61
Dices,Iehouáh tu loquutus es contra locum iſtum quòd ſucci- 62
deres eum, itavt non ſit in eo habitator ab homine vſque ad animal,ſed in ſolitudines perpetuas futura ſit.
ʹEt erit,quum compleueris legere librum hunc,ligabis ſuper eũ 63
lapidem,& proiicies *illum* in medium Peráth.
Et dices,Sic ſubmergetur Babél,ʹ&non conſurget à facie mali 64
quod ego induco ſuper eam,ʹ& laſſabũtur.Hucuſqueʹverba Irmeiáhu.

Cap. LII.

Repetit captionẽ Sedeciæ,vt veritatẽ diuinarũ promiſſionum oſtendat.

VIginti & vnius anni erat צSidciiáhu,ʹquando regnauit,& vn- 1
decim annis regnauit in Ieruשſaláim: & nomen matris eius
חHamutál filia Irmeiáhu de Libnáh.
Fecítq; malũ in oculis Iehouæ,iuxta ea quæ fecerat Iehoiacím: 2
ʹQuia propter furorẽ Iehouæ quiʹfuit cõtra Ieruשſaláim & Ie- 3

& in omni terra eius mugiet vulneratus.
53 Si aſcenderit Babylon in cælum,& firmauerit in excelſo robur ſuum, à me veniẽt vaſtatores eius, ait Dominus.
54 Vox clamoris de Babylone,& contritio magna de terra Chaldæorum:
55 Quoniam vaſtauit Dominus Babylonem , & perdidit ex ea vocem magnam:& ſonabunt fluctus eorũ,quaſi aquæ multę dedit ſonitum vox eorũ:
56 Quia venit ſuper eam, id eſt ſuper Babylonem prædo,& apprehenſi ſũt fortes eius , & emarcuit arcꝰ eorum: quia fortis vltor Dominus,reddẽs retribuet.
57 Et inebriabo principes eius , & ſapiẽtes eius,& duces eius,& magiſtratus eius,& fortes eius:& dormiẽt ſõnum ſempiternũ,& non expergiſcentur,ait Rex,Dominus exercituũ nomen eius.

1740

58 Hæc dicit Dominus exercituũ,Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur , & portæ eius excelſæ igne comburẽtur:& labores populorum ad nihilum, & gẽtium in ignem erunt,& diſperibunt.

G

59 Verbum quod præcepit Ieremias propheta Saraię filio Nerię filii Maaſiæ, quũ pergeret cum Sedecia Rege in Babylonẽ,in ãno quarto regni eiꝰ: Saraias autem erat prĩceps ꝓphetiæ.
60 Et ſcripſit Ieremias omne malum quod vẽturũ erat ſuper Babylonẽ in libro vno:omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babylonem .
61 Et dixit Ieremias ad Saraiam,Quũ veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc,
62 Dices,Domine tu loquutus es contra locum iſtum vt diſperderes eum, ne ſit qui in eo habitet ab homine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo.
63 Quũmque cõpleueris legere librũ iſtum,ligabis ad eũ lapidem,& proiicies illum in medium Euphráten,
64 Et dices, Sic ſubmergetur Babylon,& non conſurget à facie afflictionis quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur. Hucuſq; verba Ieremiæ.

Cap. LII.

4.Reg.24.d.17
2.paral.36.b.11

1 FIlius viginti & vnius anni erat Sedecias quum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalẽ: & nomen matris eius Amital,filia Ieremiæ de Lobna.
2 Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim:
3 Quoniã furor Dñi erat in Ieruſalẽ

Gemet occiſus יאנק חלל: .i.qui interficientur,moriendo edent gemitus, ac ſuſpiria,efflendo ſcilicet animam. 53 Si כי Quum. Et ſi munierit exc. וכי תבצר מרום עוזה & quum roborauerit altitudinem fortitudinis ſuæ.i. cinxerit ſe muris craſſiſſimis & altiſſimis. Quidam,& ſi munierit in excelſo fortitudinem ſuam. Alii, & ſi munierit per altitudinem robur ſuum. A me *tamen* venient מאתי יבואו vt paulo antè verſu 48. 54 Vox clamoris קול זעקה Hebraiſmus,Ingens clamor.ſub.audietur. Et contritio mag. ושבר גדול .i. clamor qui excitari ſolet in oppreſſione,exaudietur. 55 Vaſtat שודד Præſ.Heb.pro fut.vaſtaturus eſt quod indicat verbum mox ſequens Vocem mag. קול גדול Quia magna turba magnum tumultũ facit,idcirco vocem pro turba accipit.q.d.vbi nunc eſt magnus tumultus,erit magnum ſilentium,occiſis ciuibus. Et ſonabunt והמו poſteaquam ſonuerint. Edetur ניתן Præt. Heb.pro fut.datus eſt,pro dabitur. 56 Venit בא Præt. Heb.pro fut.vt ex poſteriore verbo huius verſus apparet,quod eſt fut.tẽp. 57 Et inebriabo והשכרתי ſub.calice iræ meæ.i.ſumã pœnas de illis.vel,auferam illis mentem. 58 Cõfringendo cõfrin. ערער תתערער deſtruendo deſtructur.euertendo euertetur. Et laborabũt ויגעו & fatigabũtur.ſub.in igne extinguendo.Alii exponũt,fruſtra extruẽt Babylonii ædes magnificas:quia igne abſumẽtur. Et gẽtes in ig. ולאומים בדי־אש & nationes in igne,ſub.reſtinguẽdo. Et laſſabuntur. ויעפו: q.d.prius laſſabũtur,quàm vt illũ extinguere poſſint. 59 Verbũ,&c. הדבר וגו׳ Sing.pro plur.acſi dicat,Hæc ſunt verba quæ,&c. Quietis. מנוחה: .i.recreationis.Hic locus non eſt intelligendus de captiuitate Sedeciæ,ſed de profectione quã ſuſcepit in Babylonẽ anno quarto regni ſui,vt Nabuchodonoſorem inuiſeret,illúmque ſalutaret . Huius autẽ profectionis comitẽ ſibi aſciuit Semeiã principẽ,cuius cõmercio vti ſolebat quoties animũ remittere volebat & recreare,à ſeriis negotiis reſpirãdo.Chaldæus paraph.vertit,princeps muneris.pro munerũ.i.præerat muneribus offerendis Regi.q.d.quũ quis offerre vellet munera quædã Regi,ille excipiebat ea,& offerebat Regi.Videtur legiſſe מנחה. 61 Hæc.האלה: quæ ſcilicet ſcripta ſunt in hoc libro quẽ tibi trado. 63 Et erit,quũ cõpl.leg. והיה ככלותך לקרא Hebraiſmus,Quúmq; finem feceris legendi. 64 Et non cõſur.&c. ולא־תקום מפני הרעה & non cõſiſtet propter afflictionẽ quam inducturus ſum,&c.i.non poterit reſiſtere aduerſariis. Et laſſabũtur. ויעפו ſub.ciues Babél.i.erũt ſimiles hominibus laſſis,qui aduerſariis reſiſtere nõ poſſũt. Verba דברי ſub.de euerſione Babél.q.d. Hactenus Ieremias vaticinatus eſt de euerſione Babél.

IN CAPVT LII.

1 Quando reg. במלכו quum regnum eſſet adeptus.vel,quum regnare cœpiſſet.Principium iſtud capitis habetur 2.Reg.24.d.18.
3 Quia propter.&c. כי על־אף וגו׳ .i.nam tantam iram conceperat Dominus contra Ieruſalem & Iudam,vt permiſerit rebellare Sedeciã, quo fieret vt abducerẽtur à terra ſua in captiuitatẽ.Quidã vertunt, Quia ira Iehouæ *cõmota* fuit contra Ieruſalẽ & Iehudã, donec proiiceret eos à facie ſua,rebelliſq; fuit.&c. Alii,Eo ꝙ ira Iehouæ fuit *cõmota* cõtra Ieruſalẽ & Iudam,donec eos abiiceret è cõſpectu ſuo.defecit autem

Sedecias à Rege Babylonis. Alii, Etenim iuxta furorē Domini actū eſt cōtra Ieruſalē & Iehudáh, donec proiiceret eos à cōſpectu ſuo: & rebellis fuit, &c. Alii, Nam cum ira Domini erat *congregatio* in Ieruſalem & Iudam, donec proiecit eos à facie ſua: tum rebellauit, &c. id eſt, Nā inuito & ægreferente Domino, congregatio eorum qui euaſerant, nec abducti fuerant in captiuitatem, erat in Ieruſalem & Iuda: donec eiecit eos è Terra ſancta in qua erat templum Domini, in quo facies ipſius Domini erat, ſiue in quo præſentiam ſuam exhibebat. Proinde rebellauit Sedecias. hoc eſt ita volente Domino vt rebellaret, abducti fuerunt.

& in Iuda, vſquequo proiiceret eos à facie ſua, & receſſit Sedecias à Rege Babylonis.

4.Reg.25.a.1
ſuprà 9.a.13

¶Factum eſt autem in anno nono, regni eius, in menſe decimo, decima menſis, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, ipſe, & omnis exercitus eius aduerſus Ieruſalem: & obſederūt eam, & ædificauerunt cōtra eam munitiones in circuitu.

Et fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ.

Menſe autem quarto, nona menſis, obtinuit fames ciuitatē: & non erant alimenta populo terræ.

B Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exierúntque de ciuitate nocte, per viam portæ quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum Regis (Chaldæis obſidētibus vrbem in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in eremum.

Perſequutus eſt autem Chaldæorū exercitus Regem, & apprehenderūt Sedeciā in deſerto, quod eſt iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo.

Qumque cōprehēdiſſent Regē, adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Reblátha quæ eſt in terra Emath: & loquutus eſt ad eum iudicia.

Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: ſed & omnes principes Iuda occîdit in Reblátha.

Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eū Rex Babylonis in Babylonem: & poſuit eum in domo carceris vſque ad diem mortis eius.

C In menſe autē quinto, decima menſis (ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabuchodonoſor Regis Babylonis) venit Nabuzardā princeps militiæ, q ſtabat corāRege Babylonis in Ieruſalē,

Et incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igne combuſſit.

Et totū murū Ieruſalē per circuitū deſtruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magiſtro militiæ.

De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanſerat in ciuitate, & de perfugis qui tranſfugerant ad Regem Babylonis, & cæteros de multitudine, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.

De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in vinitores & agricolas.

Columnas quoque æreas quæ erāt in domo Domini, & baſes, & mare D æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi: & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

Et lebetes, & creagras, & pſalteria, & phialas, & mortariola, & oīa vaſa ærea quæ in miniſterio fuerāt, tulerūt.

huda, donec proiiceret eos à facie ſua, rebellauit xSidciiáhu cōtra Regem Babél.

4 ʹFuit autem anno nono regni eius, menſe decimo, decima menſis, venit Nebuchadrℵexſár Rex Babél, ipſe & vniuerſus exercitus eius aduerſus Ieruϣſaláim: & caſtrametati ſunt contra eam, & ædificauerunt contra eam munitionem vndique.

Ieruſalē capitur à Chaldæis.

5 ʹVenítque ciuitas in obſidionem vſque ad vndecimum annum Regis xSidciiáhu.

6 Menſe quarto, nona mēſis, inualuit fames in vrbe: *adeò* vt non eſſet panis populo terræ.

7 Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores fugerūt, exierūtque de vrbe nocte, ʹper viā portæ *quæ erat* inter duos murosʹ qui *erant* iuxta hortum Regis (Chaϣſdím autem erant iuxta ciuitatem per circuitum) abierúntque per viam ſolitudinis.

8 Perſequuti verò ſunt exercitus Chaϣſdím Regem, apprehenderúntque xSidciiáhu in deſertis Ierinhó: & omnis exercitus eiusʹ diſperſus eſt ab eo.

9 Comprehenderunt igitur Regem, & aſcēdere fecerunt eum ad Regem Babél in Ribláh, in terram nHamáth: ʹ& loquutus eſt cum eo iudicia.

10 Et iugulauit Rex Babél filios xSidciiáhu in oculis eius: & etiam omnes principes Iehudáh iugulauit in Ribláh.

Occiſis filiis Sedeciæ coram eo, ipſe excæcatur.

11 Oculos autem xSidciiáhu excæcauit, & vinxit compedibus, aducíque fecit eū Rex Babél in Babél: & poſuit eum in domo carceris vſque ad diem quo mortuus eſt.

12 Menſe autem quinto, decima menſis (is annus, erat decimuſnonus annus Regis Nebuchadrℵexſár Regis Babél) venit Nebuzaradán prīceps militū, ʹqui ſtabat corā Rege Babél, in Ieruϣſaláim,

Incenditur ciuitas.

13 Et incendit domum Iehouæ, & domum Regis, atque cunctas domos Ieruϣſaláim, ʹ& omnem domum magnam cōbuſſit igni.

14 Omnéſque muros Ieruϣſaláim vndique deſtruxerūt omnis exercitus Chaϣſdím, qui erat cum magiſtro militum.

15 De pauperibus autem populi, & de reliquo populo qui remanſerāt in ciuitate, & de tranſfugis qui tranſfugerant ad Regem Babel, & de reliquiis multitudinis, ʹtrāſmigrare fecit Nebuzar-adán magiſter militum.

16 ʹDe pauperibus verò terræ reliquit Nebuzar-adán magiſter militum, ʹvinitores & agricolas.

17 Et columnas æreas quæ erant in domo Iehouæ, & baſes, & mare æreum quod erat in domo Iehouæ, confregerunt Chaϣſdím, & detulerunt omne æs eorum in Babél.

Templum ſpoliatur.

18 Lebetes quoque, & ſcopas, ʹ& pſalteria, & pelues, & cochlearia, & omnia vaſa ærea quibus miniſtrabant, tulerunt.

4 Fuit autem, &c. ויהי וגו' Hæc ſequentia ſcribuntur etiam ad verbum ferè 2.Reg.25.a.1, vbi fuſius omnia explicantur, & ſuprà 39.a.1.
5 Venítque ciuitas, &c. ותבא העיר במצור Hypallage, pro Obſidio venit in vrbem. id eſt obſeſſa eſt vrbs.
7 Per viam portæ, &c. דרך שער וגו' Vide ſuprà, cap.39.a.4. Qui אשר ſub. muri. Alii vertunt, quæ, nempe via.
8 Diſperſus, &c. נפוצו מעליו : dilapſus erat ab eo. i. eū reliquerat. 9 Et loquutus eſt, &c. וידבר אתו משפטים : Hebraiſmus iſte explicatus eſt ſuprà cap.39.b.5. 12 Qui ſtabat co. Re. אשר עמד לפני מלך .i. qui aſtare ſolebat Regi Babylonis. Gallicè *le Cōneſtable*. pro hoc, 2.Reg.25.b.8, legitur, ſeruus Regis Babél. 13 Et omnem do. mag. ואת־כל־בית הגדול & omnem domum magnificam. id eſt omnes domos magnatum. 15 Tranſmigrare fecit הגלה tranſtulit. tranſportauit. 16 De pauperibus verò ter. ומדלות הארץ q.d. quoſdam ex pauperibus reliquit, & quoſdam tranſtulit Babylonem. Vinitores & agric. לכורמים וליוגבים : in vinitores & agricolas. i. qui vineas & agros colerent. 18 Et pſalteria, ואת־המזמרות Doctus inter Hebræos dicit ſignificare inſtrumenta quibus pſallebant, aut cantabant. Alia nomina huius verſus, & ſequentium, vide Exod.27.a.3, & 2.Reg.25.a.1.

19 ʹEt hydrias,& thuribula,& pelues,& ollas,& cādelabra, ʹ& mortariola, & cyathos:ʹquæ aurea,aurea:&quæ argētea,argentea,tulit magiſter militum:

20 Columnas duas,mare vnum,& boues duodecim æreosʹqui erāt ſub baſibus quas fecerat Rex שSelomóh in domo Iehouæ: non erat pondus æris eorum omnium,*ſcilicet* vaſorum iſtorum.

21 ʹEt colūnarum , octodecim cubitorum erat altitudo columnæ vnius:ʹ& filum duodecim cubitorum circuibat eam, cuius craſſitudo,*quæ* erat quatuor digitorum,*erat*ʹvacua.

22 Capitellum autem quod erat ſuper eam,æreū:altitudo verò capitelli vnius,quinque cubitorum erat:& retiaculum, & malogranata ſuper capitellum per circuitum,omnia ærea:ʹ& ſimilia erant columnæ ſecundæ,& malogranata.

23 Fuerunt autem malogranataʹnonaginta & ſex, ʹad plagam *unam*: omnia malogranata,ʹcentum ſuper retiaculum per circuitum.

Qui in Ieruſalē relicti,trāſferuntur in Babylonē.

24 ʹTulit quoque magiſter militum שSeraiáh Sacerdotemʹprimū, & שSephaniáh Sacerdotemʹſecundum,& tres cuſtodes liminis:

25 Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui eratʹpræpoſitus ſuper viros bellatores:& ſeptem viros ex iisʹqui videbant faciem Regis, qui inuēti ſunt in ciuitate:ʹ&Scribam principem militiæ qui colligebat ad militiam populum terræ : & ſexagintaʹviros de populo terræ,qui inuenti ſunt in medio ciuitatis:

26 Tulit inquam eos Nebuzar-adán magiſter militum,ʹ& deduxit eos ad Regem Babél in Ribláh:

27 Et percuſſit eos Rex Babél , & interfecit eos in Ribláh in terra חHamáth:ʹ& tranſlatus eſt Iehudáh de terra ſua.

28 Iſte eſt populus quem tranſferre fecit Nebuchadrאeצſár ʹanno ſeptimo,Iehudæos tria millia,& viginti tres.

29 Annoʹdecimooctauo Nebuchadrאeצſár tranſferre fecit de Ieruשſaláim animas octingentas triginta duas.

30 Anno ʹtertio & viceſimo Nebucadrאeצſár ʹtranſferre fecit Nebuzar-adán magiſter militum Iehudæorum animas ſeptingentas quadragintaquinque:omnes animæ,quatuor millia,& ſexcentæ.

Rex Ioachin captiuus è carcere educitur,conſtituunturque ei cibaria regia.

31 Fuit autem triceſimo ſeptimo anno ʹtranſmigrationis Iehoiáchin Regis Iehudáh,duodecimo menſe, ʹviceſimaquinta menſis, ʹeleuauit אEuil-merodách Rex Babél,ʹanno regni ſui,caput Iehoiachín Regis Iehudáh,& eduxit eum de domo carceris.

19 Et hydrias,& thymiamateria,& vrceos,& pelues, & cādelabra, & mortaria,& cyathos: quotquot aurea,aurea : & quotquot argentea,argentea, tulit magiſter militiæ:

20 Columnas duas,& mare vnum,vitulos duodecim æreos , qui erant ſub baſibus quas fecerat Rex Salomō in domo Domini: non erat pōdus æris omnium horum vaſorum.

21 De columnis autē , decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna: & funiculus duodecim cubitorū circuibat eā:porrò groſſitudo eiꝰ quatuor digitorū,& intrīſecus caua erat. E

22 Et capitella ſuper vtrāque,ærea:altitudo capitelli vnius, quinque cubitorum:& retiacula, & malogranata, ſupra coronam in circuitu, omnia ærea: ſimiliter columnæ ſecūdæ & malogranata.

23 Et fuerunt malogranata nonaginta ſex dependētia: & omnia malogranata centū,retiaculis circundabātur.

24 Et tulit magiſter militiæ Saraiā Sacerdotem primum, & Sophoniā Sacerdotem ſecundum:& tres cuſtodes veſtibuli:

25 Et de ciuitate tulit eunuchū vnū, qui erat præpoſitus ſuper viros bellatores:& ſeptem viros de his qui videbant faciem Regis , qui inuenti ſunt in ciuitate: & Scribam principem militum, qui probabat tyrones:& ſexaginta viros de populo terræ,qui inuēti ſunt in medio ciuitatis: F

26 Tulit autem eos Nabuzardan magiſter militiæ:& duxit eos ad Regem Babylonis in Reblátha:

27 Et percuſſit eos Rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in terra Emath:& trāſlatꝰ eſt Iuda de terra ſua.

28 Iſte eſt populus quem trāſtulit Nabuchodonoſor, in anno ſeptimo: Iudæos tria millia & vigintitres:

29 In anno octauodecimo Nabuchodonoſor, de Ieruſalem animas octingentas trigintaduas.

30 In anno viceſimotertio Nabuchodonoſor, tranſtulit Nabuzardan magiſter militiæ animas Iudæorum ſeptingentas quadraginta quinque:oēs ergo animæ,quatuor millia ſexcētæ.

31 Et factum eſt in triceſimoſeptimo anno tranſmigrationis Ioachin Regis Iuda,duodecimo menſe,viceſima quinta menſis, eleuauit Euil-merodach Rex Babylonis ipſo anno regni ſui,caput Ioachin Regis Iudæ,& eduxit eum de domo carceris. G

---

19 Et hydrias ואת־הסיפים ad purificationem ſcilicet. Alii,crateres. Et mortariola, ואת־הכפות & cochlearia. Quæ aurea,&c. אשר זהב זהב וגו' Hebraiſmus.i.tam aurea,quàm argentea tulit,&c. 20 Qui erant ſub baſ. אשר־תחת המכונות qui erant ſub *mari,&* baſes.quæ ſcilicet ſuppoſitæ erant conchis. 21 Et columnarum, והעמודים Columnæ autem.i.quod ad columnas duas attinet. Et filum וחוט & funis.i.peripheria quæ erat duodecim cubitorum. Vacua, נבוב inanis.Alii,concaua. 22 Et ſimilia וכאלה & talia.Ad verbum,Et ſicut hæc. 23 Nonaginta & ſex, תשעים וששה q. d. videbantur tantummodo nonaginta ſex malogranata: quatuor autem reliqua latebant viſum.nam corpus ſphæricū aſpici vndique non poteſt vno obtutu. Loquitur igitur de viſis. Ad plagā רוחה ad latus *unum*.vel,in latere.apparenti ſcilicet.i.qui videri poterat ab eo qui nō circuibat totum corpus illud columnæ:is enim tum nō videbat quatuor reliqua malogranata. Centū, מאה Intellige, in vno ordine. nam duo erant ordines malorumgranatorū:in vnoquoque ordine erāt centum. 24 Tulit quo. ויקח ſub.è tēplo. Primū, הראש primariū.principem.capitalem.i.præcipuum. Secundū, המשנה ſub.ab eo.q.d.vicarium ſummi pontificis,ſecundæ dignitatis ab illo. 25 Præpoſitus ſuper viros bel. פקיד על־אנשי המלחמה Id eſt præfectus militum. Qui videbant faciem Re. מרואי פני־המלך Hebraiſmus,ex illis qui aſſiſtebant Regi,aut qui coram Rege ſtabāt.i.ex domeſticis Regis,familiaribus,intimis,& aſſiduis apud Regem. Et Scribam,&c. ואת סופר וגו' Id eſt & Scribam principē exercitus, qui habebat poteſtatem conſcribendi exercitum ex populo eius terræ. Quidam vertunt,& Scribam exercitus ex populo in militiam conſcribendi officio præfectum. Alii,& Sopher principem exercitus,qui experitur militaturos. Viros de pop.terræ, איש מעם הארץ Id eſt plebeios eius regionis. 26 Et deduxit ויולך Ad verbū,& ire fecit. 27 Et tranſlatus eſt ויגל itaque demigrauit.vel tranſmigrauit.q.d.atque ita cōpleta fuit prophetia,& quæ illis interminatus fuerat Deus per Prophetas. 28 Anno ſept. בשנת־שבע hoc eſt partim circa finem anni ſeptimi,& partim circa initium anni octaui. Alibi enim ſcribitur,anno octauo,2.Reg.24.c.12.

29 Decimooctauo שמונה עשרה Id eſt in fine decimioctaui,& initio deciminoni.Nam 2.Reg.25.b.8,ſcribitur decimonono.

30 Tertio & viceſ. שלוש ועשרים quo ſcilicet cepit Tyrū & Sidonem. Trāſferre fe. הגלה tranſtulit.Animas pro perſonis ponit, more Hebræorū. 31 Tranſmigrat. לגלות captiuitatis.i.à captiuitate,ſiue à quo captiuus ductus eſt. Viceſima quinta בעשרים וחמישה 2.Reg.25.g.27,ſcribitur viceſimaſeptima. Aiunt Hebræi obiiſſe Nabuchodonoſor x x v,ſed inhumatum x x v i i. Aut dicendū Regem cœpiſſe hoc dicere x x v,& id adimpleuiſſe x x v i i. Eleuauit נשא Calamitoſi ſunt capite demiſſo. Vnde Eleuare alicuius caput,eſt anſam lætitiæ præbere,& eum honore afficere,ſiue priſtinæ dignitati reſtituere. Chaldæus paraph.magnificauit. Anno בשנת in anno.ſub.primo.

32 Et loquutus eſt cum eo bona: & poſuit thronum eius ſuper thronos Regum qui erant poſt ſe in Babylone.

33 Et mutauit veſtimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſemper cunctis diebus vitæ ſuæ.

34 Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à Rege Babylonis ſtatuta per ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ, cunctis diebus vitæ eius.

32 Loquutúſque eſt cum eo ʹbona, & poſuit thronū eius ʹſuper thronum Regum qui erant ſecum in Babél.

33 Et mutauit veſtimenta ʺcarceris eius, ʺ& comedebat panem coram eo ſemper omnibus diebus vitæ ſuæ.

34 ʺEt portio eius portio perpetua dabatur ei à Rege Babél ʹper ſingulos dies eius, vſque ad diem quo mortuus eſt, omnibus diebus vitæ eius.

32 Bona, טובות ſub. verba. i. conſolatus eſt eum blandis verbis, & affatus amicé. Super thronum לכסא Id eſt in loco eminentiore & altiore quàm eſſet thronus Regum qui cum eo erant in Babél. 33 Carceris eius, כלאו Id eſt quibus vtebatur dum eſſet clauſus in carcere. q. d. dedit ei veſtes dignas Rege. Et comedebat, &c. ואכל לחם לפניו cibum quoque ſumebat apud eum. id eſt an aula eius. ſiue in menſa. 34 Et portio e. port. perp. וארוחתו ארוחת תמיד Et cibus eius, cibus aſſiduitatis. id eſt annona, & cibus conſtitutus, aſſiduus dabatur ei, & ſine intermiſſione. Gallicè, *Il auoit bouche a court.* Per ſingulos dies eius, דבר־יום ביומו Ad verbum, rem diei in die ſuo. Hebraiſmus, pro Quotidie, ſiue per ſingulos dies eius.

Lamētationes Ieremiæ, Heb. איכה vel קינות

Hic liber apud Hebræos eſt ſine nomine: niſi quòd à prima ipſius dictione nominant איכה, id eſt Quomodo. In commentariis tamen appellant eum קינות lamentationes. A LXX autem dicitur θρῆνοι, quod etiam lamentationes ſiue fletus ſignificat. Exiſtimant Hebræi hunc fuiſſe librum quē Rex Iuda ab initio legit, & mox in ignem abiecit, vt Iere. 36. c. 23, legimus. cui opinioni contradicunt doctiores inter ipſos. Scribitur autem hoc ordine in Hebræo, vt primus verſus incipiat ab א, ſecundus à ב, & ita reliqui, ſeruata literarum alphabeti Hebraici ſerie. In tertio autē capite tres primi verſus incipiunt, ſinguli ab א: tres verò ſequentes à tribus ב, ſeruato ternario numero, vſque ad finem alphabeti. In cuius rei memoriam Latini ſingulis verſibus nomina, aut etiā notas literarum Hebraicarum aſcripſerunt: ne putes aliud ſubeſſe myſteriū. Fortaſſe id factum fuit ab ipſo authore, vt facilius diſceretur, & memoria teneretur. Vide primam annotationem Pſalmi 25, & 119.

Apud LXX hæc leguntur, Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamētatione hac ſuper Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans, dixit,

VETVS. Cap. I.

1 Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina Gentium, princeps prouīciarū facta eſt ſub tributo?

2 ¶Plorās plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: ōnes amici eius ſpreuerūt eam, & facti ſunt ei inimici.

Ierem. 13. c. 17

3 Migrauit Iuda propter afflictionē, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes perſequutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

B

4 Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui veniāt ad ſolēnitatē: omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

5 Facti ſūt hoſtes eiꝰ in capite, inimici eiꝰ locupletati ſūt: qa Dn̄s locutus eſt ſup eā propter multitudinē iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem, ante faciem tribulantis.

6 Et egreſſus eſt à filia Siō omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes non inueniētes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

C

7 Recordata eſt Ieruſalem dierū afflictionis ſuæ, & præuaricationis: omnium deſiderabilium ſuorum quę ha-

NOVA EX HEBRAEO TRANSLATIO. Cap. I.

א Quomodo ʹSedet ſola ciuitas copioſa *quondā* populo, facta eſt ʹveluti vidua ʹcopioſa in Gētibus, domina in prouinciis facta eſt tributaria?

ב ʹPlorando plorat in nocte, & lachrymæ eius *defluunt* in maxillas eius, non eſt ei conſolator ex omnibus amatoribus eius: omnes amici eius ʹſpreuerunt eam, facti ſunt ei in inimicos.

ג Trāſmigrauit Iehudáh ʹpropter afflictionem, & propter multitudinē ſeruitutis: ipſa habitat inter Gentes, non inueniens requiē: omnes perſequutores eius apprehenderunt eam ʹinter anguſtias.

ד Viæ ẋSiión lugent, eo quòd non ſint qui veniant ʹ*ad* ſolēnitatē: omnes portæ eius deſolatæ, ſacerdotes eius ʹſuſpirātes, virgines eiꝰ afflictæ, & ipſi eſt amaritudo.

ה Fuerunt hoſtes eius ʹin caput, inimici eius ʹproſperè egerunt, quia Iehouáh ʹdolore affecit eam propter multitudinem præuaricationum eius: paruuli eius abierunt in captiuitatem ʹante hoſtē.

ו Et egreſſus eſt ʹà filia ẋSiión omnis decor eius: fuerūt principes eius veluti cerui qui non ʹinuenerūt paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante perſequutorem.

ז Recordata eſt Ieruwſaláim dierum afflictionis ſuæ, ʺ& indigentiarum ſuarum, omnium ʹdeſiderabilium ſuorum quæ fuerunt à

IN CAPVT I.

1 Sedet ישבה Præt. Heb. pro præſ. vt & verſu 3. Veluti vidua, כאלמנה tanquam vidua. nam (inquiunt Hebræi) quum ciuitas eſt plena populo, eſt veluti mulier habens maritum: ſed deſtructa, eſt inſtar viduæ. Copioſa רבתי Magna.

2 Plorando plorat בכה תבכה Hebraiſmus, Huberrimè plorat. Fut. Heb. pro præſ. quidam per futurum legunt. Spreuerunt ei בגדו בה præuaricati ſunt in eam. iniquè egerunt in eam. Alii, oderunt eam. 3 Propter afflictionem, &c. מעוני ומרוב וגו׳ Chaldæus paraph. eo quòd ipſa afflixit pupillos & viduas, & cum duritia tractauerunt ſeruos Hebræos. Alii vertunt, præ afflictione, & præ graui ſeruitute. ſub. à Chaldæis perpeſſa. Inter ang.: בין המצרים inter duas macerias. vnam hinc, & alteram inde, vnde nequeas effugere. Propriè angiportum ſignificat vnde quis euadere nequit. 4 Ad ſolennitatem: מועד ad ſtatas ferias. deeſt ל vel אל. Suſpirantes, נאנחים ingemiſcunt. 5 In caput, לראש Eſſe in caput, eſt ſuperiorem eſſe, & dominari alicui. hoc eſt dominari illis cœperunt hoſtes eorum. Proſperè egerunt, שלו Ad verbū, habitauerunt in pace. pacifici fuerunt. id eſt fœliciter habuerunt. fœliciter ſucceſſit inimicis. Dolore affecit eam הוגה afflixit eam. Ante hoſtem.: לפני צר Id eſt ſequentibus hoſtibus qui eos abducebant captiuos.

6 A filia ẋSiión מן בת־ציון Ieruſalem vocat Sion. q. d. Regnum à Ieruſalem ad Chaldæos tranſlatum eſt. Inuenerunt מצאו Præt. Heb. pro præſ. inueniunt. ſic vocat ceruos timidos. 7 Et indigentiarum ſua. ומרודיה & præuaricationum ſuarum. vel, & rebellionum ſuarum. Deſiderabilium ſuorum מחמודיה expetibiliū ſuorum. nempe pacis, tranquillitatis, victoriarum, benedictionis fructuū, Prophetiarum, & aliorum huiuſmodi, quibus retro temporibus potita fuerat.

diebus antiquis , dum caderet populus eius manu hoſtis, nec eſſet auxiliator ei:viderunt eam hoſtes,deriſerunt'ſabbathum eius.

ח 'Peccatum peccauit Ieruwſaláim,propterea'in deriſionem fuit: 8 omnes qui honorabant eam,ſpreuerunt eam,quia viderunt turpitudinem eius:etiam ipſa ſuſpirauit,& conuerſa eſt retrorſum.

ט "Sordes eius in fimbriis eius:non eſt recordata nouiſſimi ſui,'& 9 deſcendit mirabiliter:non eſt cõſolator ei.vide Iehouáh afflictionem meam,quoniam 'magnificè fecit inimicus.

י Manum ſuam extendit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius : vi- 10 dit enim Gentes ingredi Sanctuarium ſuum:de quibus præcepiſti vt non ingrederentur in eccleſiam tuam.

כ Omnis populus eius 'ſuſpirantes, quærentes panem: dederũt 11 deſiderabilia ſua pro cibo,'vt refocillarẽt animam. vide Iehouáh, & aſpice'quòd ſim vilis.

ל 'Ne ſit vobis *graue*,omnes qui trãſitis per viam, aſpicite, & vide- 12 te an ſit dolor ſicut dolor meus qui factus eſt mihi:quoniam dolore affecit *me* Iehouáh in die iræ furoris ſui.

מ De excelſo miſit'ignem in oſſa mea,'& dominatus eſt vnicuiq; 13 ipſorum:expandit rete pedibus meis,cõuertit me retrorſum:'poſuit me deſolatam,tota die mœrentem.

נ "Ligatum eſt iugum iniquitatum mearum manu eius:'implexæ 14 ſunt, aſcenderunt ſuper collũ meũ ,'corruere fecit vires meas, tradidit me Dominus in manus"*hoſtium à quibus* non potero ſurgere.

ס Conculcauit omnes'validos meos Dominus in medio mei:vo 15 cauit aduerſum me'cõgregationem ad conterendũ 'electos meos: 'torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iehudáh.

ע Propter hæc ploro,"*ex* oculo meo,*ex* oculo *inquam* meo deſcendit 16 aqua:quia longè receſſit à me conſolator,'recreans animam meã: filii mei deſolati ſunt,quia præualuit inimicus.

פ 'Frangit *Siión manibus ſuis,non eſt conſolator ei:'præcepit Ie 17 houáh contra Iayacób,*ut eſſent in* circuitu eius hoſtes eius,fuit Ieruwſaláim'in abominationem inter eos.

buerat à diebus antiquis quum caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eã hoſtes,& deriſerunt ſabbatha eius.

8 Peccatum peccauit Ieruſalem,propterea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius;ipſa autem gemẽs,& cõuerſa eſt retrorſũ.

9 Sordes eius in pedibus eius,nec recordata eſt finis ſui:depoſita eſt vehementer , non habens conſolatorem. vide Domine afflictionem meã,quoniam erectus eſt inimicus.

10 Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas Sanctuarium ſuũ,de quibus præceperas ne intrarẽt in eccleſiam tuam. D

11 Omnis populus eius gemens, & quærens panem : dederunt pretioſa quęque pro cibo ad refocillandam animam.vide Domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis.

12 O vos omnes qui tranſitis per viã, attẽdite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt loquutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

13 De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me:expãdit rete pedibus meis,conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam. E

14 Vigilauit iugum iniquitatum mearum : in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo , infirmata eſt virtus mea,dedit me Dominus in manum de qua non potero ſurgere.

15 Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei : vocauit aduerſum me tempus vt contereret electos meos:torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

16 ‖Idcirco ego plorãs,& oculus meus deducens aquas:quia longè factus eſt à me conſolator conuertens animam meam:facti ſunt filii mei perditi,quoniam inualuit inimicus. Ierem.14.c.17 F

17 Expandit Sion manus ſuas,non eſt qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob, in circuitu eius hoſtes eius : facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

Sabbathum eius. : משבתה Nomine ſabbathi,intelligit quencunque ritum cultus Domini, ac veræ religionis . Quidam Hebræorũ vertunt,riſerunt ſuper ceſſatione eius.id eſt quòd ceſſaret lætitia eius. 8 Peccatum pec. חטא חטאה Hebraiſmus,Grauiſſimè peccauit.

In deriſionem לנידה in commotionem.ſub.capitis Gentibus,quæ deridentes eam,commouerunt caput. Alii,in tranſmigrationem facta eſt.vel,inſtabilis & vaga facta eſt.q.d.variè iactata eſt,abducta ſcilicet in captiuitatem. 9 Sordes e.&c. טומאתה בשוליה Immunditia eius,&c. id eſt ſine omni verecundia peccauit, ſimilis facta mulieri impudenti quæ non veretur menſtruum ſanguinem in fimbriis publicè circunferre. Et deſcendit mirab. ותרד פלאים propterea deſcendit *in* mirabilibus.id eſt admirabili deſcenſu.Multi enim mirati ſunt lamentabilem caſum tam florentis vrbis & regni.vel,mirabiliter,id eſt mirabili & ſumma deiectione ac depreſſione: hoc eſt ſummam rerum ſuarum paſſa eſt iacturam. Magnificè fe. הגדיל magnificauit.ſub.ſe.id eſt immenſa patrauit. vel,magnificat ſe,hoc eſt temerè iactat ſe inimicus,quaſi hoc ſua virtute factum ſit. 11 Suſpirantes,quær. נאנחים מבקשים cum gemitu quærunt. Vt refocillarent a.להשיב Ad verbum,ad faciendum quieſcere animam. Quidam,vt reuocarent *deficientem* animam. Alii,ad retinendam animam.

Quòd ſim vilis. : כי חייתי זוללה quòd vilis habita ſim. Alii,nam abiecta[vel,ignominioſa]ſum.Præt.Heb.pro præſ.

12 Ne ſit vobis *graue*, לא אליכם Ne ad vos.ſub. veniat quod accidit mihi.q.d.abſit vt talia vobis contingant. Formula eſt deprecantis malum.Facit autem loquentem Ieruſalem,ac querentem ſuas calamitates,cui nulla par ſit. 13 Ignem אש Per ignem intelligit furorem.Chaldæus paraph.De cælis miſit ignem in caſtella mea fortiora,& ſubegit ea.Exprimit verò grauitatem iræ Diuinæ variis ſimilitudinibus:dicit illam eſſe immiſſionem ignis,illaqueationem,impoſitionem iugi,& calcationẽ torcularis. Et dominatus eſt vni.ip. וירדנה Ad verbum,& dominatus eſt ipſi.ſub.oſſi.i.vnicuique ipſorum oſſium. Quidam,& deſæuiit in ea.vel,vim ſuam exeruit in ea. Poteſt etiam legi,dominatus eſt ipſe.ſub.ignis, vt ex Hebræorum doctis nonnulli exponunt. Alii,& contriuit ipſum.id eſt vnunquodque ipſorum.

Poſuit me נתנני Ad verbum,dedit me.i.reddidit deſolatam.Hebraiſmus. 14 Ligatum eſt נשקד Tractum eſt.vel,acceleratum eſt,vt doctus inter Hebræos vertit. Alius,Punctis quibuſdam deſignatum eſt.q.d. Deus quibuſdam notis peccata mea in manibus ſuis deſignauit vt illorum recordetur. Nuſquam alibi in Sacris literis legitur hæc dictio. Implexæ ſunt,aſcen. ישתרגו עלו Id eſt inuolutæ veluti ramuſculi arborum, aſcenderunt,&c. Corruere fecit הכשיל deiecit.depreſſit.ſub. iugum illud. *Hoſtium* Subaudiri poteſt, *earum* tranſgreſſionum à quibus,vel cũ quibus non,&c. 15 Validos m. אבירי robuſtos meos. Alii,magnificos. Congregationẽ מועד concionem. Quidam,Indixit aduerſum me tempus. Electos meos: בחורי iuuenes meos. Torcular,&c. גת דרך וגו' Id eſt tradidit Dominus populum ſuum hoſtibus vt interficiant eum,torqueant & conculcent haud ſecus quàm vuæ in torculari calcantur. Quidam vertunt,tanquam in torculari calcauit Dominus virginem filiam Iuda.id eſt Ieruſalem quæ eſt vrbs præcipua tribus Iuda.

16 Ex oculo m.&c. עיני עיני וגו' oculus meus,oculus *inquam* meus deſcendit *in* aquam. Recreans משיב Ad verbũ,quieſcere faciẽs.

17 Frangit פרשה ſub.panem.q.d.ipſa ſibimet frangit panem,quum nullum habeat qui ſibi frangat. ſolet enim frangi panis mœrentibus. Vt ergo indicet neminem eſſe qui eam conſoletur,hoc dicit. Nomine autem panis Hebræi quencunque cibum intelligunt. Chaldæus paraph.ſine ב in בידיה legit,hoc modo, Frangit Sion manus ſuas more lugentium. Sic etiam quidam ex doctis Hebræorum. Alii,Expandit Sion manus ſuas. Præcepit,&c. צוה יהוה ליעקב Id eſt mandato conuocauit Iehouáh contra Iaacób vt eſſent,&c. In abominationem לנידה in menſtruatam.i.vt mulier menſtruis polluta,ſeparata erat à viro ſuo,& à templo,vt ſcribitur Leuit.15.c.19.vel,in ſeparationem.

Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiã prouocaui. audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorẽ meum: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

G Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: Sacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe cõſumpti ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi vt refocillarent animam ſuam.

Vide Domine quoniã tribulor, cõturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniã amaritudine plena ſum: foris interſicit gladius, & domi mors ſimilis eſt.

Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lętati ſunt, quoniã tu feciſti: adduxiſti diẽ conſolationis, & fiẽt ſimiles mei.

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

Cap. II.

QVomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion, proiecit de cęlo in terram inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui?

Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit in furore ſuo, munitiones virginis Iuda, deiecit in terram, polluit regnum & principes eius.

Confregit in ira furoris omne cornu Iſrael, auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici, & ſuccẽdit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

B Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexterã ſuam quaſi hoſtis, & occîdit omne quod pulchrũ erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuã.

Fact⁹ eſt Dominus velut inimicus, præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia ei⁹, diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.

Et diſſipauit quaſi hortum tentoriũ ſuum, demolitus eſt tabernaculũ ſuũ: obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbathum, & in opprobrium & in indignationem furoris ſui Regem & Sacerdotem.

C Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici muros turriũ eius: vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolenni.

18 צ Iuſtus eſt Iehouáh, quia ori eius rebellaui. audite quæſo omnes populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

19 ק ″Vocaui amicos meos, *at* ipſi deceperunt me: Sacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe″conſumpti ſunt quum quærerent cibum ſibi vt refocillarent animam ſuam.

20 ר Vide Iehouáh quòd tribulatio *eſt* mihi, viſcera mea″intumuerunt, inuerſum eſt cor meum in medio mei, quia″rebellãdo rebellaui: foris orbauit gladius, domi″tanquam mors *eſt*.

21 ש Audierunt quòd ingemiſco, nec eſt conſolator mihi: omnes inimici mei″audito malo meo gauiſi ſunt quòd tu *hoc* feciſti:″adduxiſti diem *quem* indixiſti, ſed erunt ſicut ego ſum.

22 ת Ingrediatur omne malum eorum coram te,″& fac illis quẽadmodũ feciſti mihi propter omnes iniquitates meas: multa enim ſunt ſuſpiria mea, & cor meum mœret.

Cap. II.

1 א QVomodo″obſcurauit in furore ſuo Dominus filiam צSiiõ,″proiecit è cælo in terram decorem Iשſraאél, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui!

2 ב Perdidit Dominus, & nõ pepercit, omnia tabernacula Iayacób deſtruxit in furore ſuo, munitiones filiæ Iehudáh″deiecit in terrã, polluit regnum & principes eius.

3 ג ″Cõcîdit″in ira furoris omne cornu Iשſraאél,″redire fecit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici,″& accenſa eſt in Iayacób″veluti ignis flammæ conſumpſit in circuitu.

4 ד Tetendit arcum ſuum veluti inimicus, ſtetit dextera eius tanquam hoſtis, & occîdit omnia″deſiderabilia oculi, in tabernaculo filiæ צSiión, effudit tanquam ignem indignationem ſuam.

5 ה Fuit Dominus veluti inimicus, perdidit Iשſraאelem, perdidit omnia palatia eius, diſſipauit munitiones eius, & multiplicauit in filia Iehudáh″planctum & luctum.

6 ו ″Et tranſtulit veluti hortum tentorium ſuum, ſubuertit″congregationem ſuam: obliuiſci fecit Iehouáh in צSiión ſolennitatẽ & ſabbathum,″& ſpreuit in ira furoris ſui Regem & Sacerdotem.

7 ז Repulit Dominus altare ſuum,″abominatus eſt Sãctuariũ ſuũ: tradidit in manum inimici muros palatiorum eius,″vocem dederunt in domo Iehouæ, ſicut in die ſolennitatis.

19 Vocaui amicos meos, קראתי למאהבי Clamaui ad amatores meos. qui ſcilicet antea quærebant amicitiam meam, vel quorum amicitiam quærebam. Conſumpti ſunt, גועו expirarunt. langore perierunt. 20 Intumuerunt, חמרמרו conturbata ſunt. Alii, aſtricta ſunt. Rebellando rebell. מרו מריתי Hebraiſmus, pertinaciter rebellaui. Tanquam mors. : כמות *eſt aliquid* ſimile morti. nempe fames. 21 Audito malo meo gauiſi ſunt, שמעו רעתי ששו Ad verbum, audiuerunt malum meum, gauiſi ſunt, hoc eſt intellecta calamitate mea gauiſi ſunt. Malum pro afflictione. Adduxiſti, &c. הבאת וגו' Ad verbum, Adduxiſti diem, vocaſti, & fuerunt[vel erunt]ſicut ego. i. induxiſti [aut inducis] contra me diem *quem* indixiſti: erunt igitur. id eſt eadem ratione & argumento aliquando ſimiles mei futuri ſunt. tu enim indixiſti quoque diem per Prophetas tuos contra illos, vt ſcilicet eos punias. Quidam couertunt per futurum, Adduces diem à te vocatum, & erunt ſimiles mei. Alii, inducas ergo[vel, vtinam induceres]diem *quem* indixiſti[ſub. per Prophetas tuos]vt ſint ſimiles mei, id eſt puniantur quemadmodum ego punior. 22 Et fac illis, &c. ועולל למו וגו' & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me. Quidam Hebræorum vertit, & cauſa ſis[ſub. ruinæ] eis, ſicut cauſa fuiſti mihi. Verti etiam poſſet, & dolore affice eos vt dolore affeciſti me. vt infrà, cap. 3. verſu 51.

IN CAPVT II.

1 Quomodo obſc. איכה יעיב Quàm obſcuram reddidit. vel, Quomodo obnubilauit. Quidam Hebræorum vertunt, Quomodo vſque ad nubes exaltauit. nam ſequitur, & proiecit, ſiue deiecit eam ab alto in ira ſua. Proiecit השליך deiecit.

2 Deiecit in terram הגיע לארץ Ad verbũ, attingere fecit terram. 3 Concidit in ira, &c. גדע בחרי אף כל קרן Confregit in furore iræ omne cornu. id eſt, Confregit ira furente ac æſtuante omne robur Iſrael, hoc eſt duo regna. Redire fec. ret. &c. השיב אחור וגו' conuertit retrò, &c. id eſt retraxit. Hebraiſmus, negauit[vel ſubduxit ab eis]auxilium, quum ventũ eſſet in hoſtes. Et accenſus eſt ויבער exarſit itaque. Veluti ignis, &c. כאש להבה וגו' veluti ignis flammantis qui circunquaque abſumit. Alii, velut ignis inflammatus, conſumpſit per circuitum. Alii, velut ignis, flamma deuorauit per circuitum. 4 Deſiderabilia oculi, מחמדי עין Id eſt quæcunque expetere poteſt oculus. 5 Planctum & lu. : תאניה ואניה mœrorem & triſtitiam. 6 Et tranſtulit, &c. ויחמוס כגן שוכו Et diſſipauit velut *tugurium* horti tabernaculum ſuum. id eſt templum, vel Sionem quæ eſt illi velut tabernaculum & tugurium. Congregationem ſuam: מועדו Id eſt locum vbi congregantur, quod eſt Sanctuarium. Alii, perdidit Sanctuarium ſuum. ita docti Hebræorum.

Et ſpreuit וינאץ abiecitque. cum contemptu ſcilicet. Alii, & flocci fecit. 7 Abominatus eſt נאר neglexit. Vocem dederunt קול נתנו ſub. hoſtes, facto ſtrepitu, vt populus clamitare ſolet præ gaudio in ſolennitate.

ח Cogitauit Iehouáh vaſtare murum filiæ xSiión, extendit′regulam,non retraxit manum ſuam à perdēdo, ′deſolauítque antemurale & murum,pariter deſolata ſunt. 8

ט Demerſæ ſunt in terram portæ eius,perdidit, & cōtriuit vectes eius,″Regem eius, & principes eius in Gētibus : non eſt Lex, prophetæ quoque eius ′non inuenerunt viſionem à Iehouáh. 9

י Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ xSiión,″impoſuerūt puluerem ſuper caput ſuū,accinxerunt ſe ſaccis,demittunt in terram caput ſuum filiæ Ieruϖſaláim. 10

כ Defecerunt præ lachrymis oculi mei,″intumuerūt viſcera mea, effuſum eſt in terram iecur meum propter contritionem filiæ populi mei,″quum deficeret paruulus & lactens in platéis ciuitatis. 11

ל Matribus ſuis dixerunt, Vbi eſt triticum & vinum? quum ſcilicet deficerent″ tanquam occiſus in platéis ciuitatis,″quū effunderetur anima eorum in ſinu matrum ſuarum. 12

מ ″Quid teſtificabor tibi, quídve aſſimilabo tibi filia Ieruϖſaláim? quid æquabo tibi vt cōſoler te, virgo filia xSiión? magna eſt enim velut mare,contritio tua:quis medebitur tibi? 13

נ Prophetæ tui viderunt tibi vanum & inſulſum , & non aperuerunt iniquitatem tuam ′ vt conuerterent auerſionem tuam: viderunt inquam tibi prophetias vanas″& expulſiones. 14

ס Complauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Ieruϖſaláim, *dicentes*, Hæccine *eſt* vrbs quam dicebant ″perfecti eſſe decoris, gaudium vniuerſæ terræ? 15

פ ′Aperuerunt ſuper te os ſuū omnes inimici tui,& ſibilauerunt, & frenduerunt dente: dixerunt ,″Perdamus:equidem hæc eſt dies quam expectabamus,inuenimus,vidimus. 16

ע Fecit Iehouáh quæ cogitauit,cōpleuit ſermonem ſuum quem ′mandauerat à diebus antiquis:deſtruxit,& non pepercit, lætificauítque ſuper te inimicum,exaltauit cornu hoſtium tuorum. 17

צ ′Clamauit cor eorum ad Dominū,O mure filiæ xSiión,″deſcendere fac lachrymam veluti torrentem per diem & noctem, ne des requiem tibi,nec″quieſcat pupilla oculi tui. 18

ק Surge,clama in nocte in principio vigiliarum, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectū Domini:leua ad eum manus tuas propter animā paruulorum tuorum deficientium præ fame in capite omnium platearum. 19

ר Vide Iehouáh,& aſpice″cuinam ſic feceris:″num comedunt mulieres fructum ſuum, paruulos″qui educantur? ′num occiditur in Sanctuario Domini Sacerdos & Propheta? 20

8 Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion,tetendit funiculū ſuū, & non auertit manum ſuam à perditione,luxitque antemurale,& murus pariter diſſipatus eſt.

9 Defixę ſunt in terra portæ eius:perdidit & contriuit vectes eius,Regem ei⁹ & principes eius in Gētibus: non eſt Lex,& Prophetæ eius non inuenerunt viſionem à Domino.

10 Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion , conſperſerunt cinere capita ſua,accincti ſunt ciliciis,abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

11 Defecerūt prę lachrymis oculi mei, cōturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritionē filiæ populi mei , quū deficeret paruulus & lactens in platéis oppidi. D

12 Matribus ſuis dixerunt,Vbi eſt triticum &vinū? quum deficerent quaſi vulnerati in platéis ciuitatis , quū exhalarēt animas ſuas in ſinum matrū ſuarum.

13 Cui comparabo te ,vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem ? cui exæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare, cōtritio tua:quis medebitur tibi?

14 Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta,nec aperiebant iniquitatē tuā vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones. E

15 Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam:ſibilauerūt & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem,Hæccine eſt vrbs, dicētes, perfecti decoris , gaudium vniuerſæ terræ?

16 Aperuerūt ſuper te os ſuum omnes inimici tui:ſibilauerunt & fremuerūt dentibus,dixerunt,Deuorauimus: en iſta eſt dies quam expectabamus , inuenimus,vidimus.

17 ¦Fecit Dominus quæ cogitauit,cōpleuit ſermonē ſuum quē præceperat à diebus antiquis:deſtruxit,& non pepercit,& lætificauit ſuper te inimicū, & exultauit cornu hoſtium tuorum. Leuit.26.b.14 deut.28.b.15 F

18 ¦Clamauit cor eorum ad Dominū ſuper muros filiæ Sion , Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem:non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Ierem.14.c.17 ſuprà 1.f.16

19 Conſurge,lauda in nocte in principio vigiliarum : effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

20 Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris ita: ergóne comedent mulieres fructum ſuum , paruulos ad menſuram palmæ? ſi occidetur in Sanctuario Dñi Sacerdos & Propheta? G

---

8 Regulam, קו funiculū.ſub.vaſtationis.Alii,perpendiculum. Deſolauitque,&c. ויאבל־חל וחומה luxítque antemurale & murus.
9 Regem eius,&c. מלכה ושריה בגוים Rex eius & principes eius[ſub.abducti ſunt]inter Gentes. Non inuenerunt viſ.à Iehouáh. לא־מצאו חזון מיהוה׃ .i.non prophetant quæ Domini ſunt. 10 Impoſuerunt העלו Ad verbum,aſcendere fecerunt.id eſt conſperſerunt puluere caput. 11 Intumuerunt חמרמרו conturbata ſunt. Quum deficeret, בעטף Id eſt quum viderem deficere,ſiue animi deliquium pati paruulos,&c. 12 Tanquam occiſ. כחלל Id eſt vt ſolent qui cæſi ſunt gladio. Quum effunder.&c. בהשתפך נפשם וגו׳ quum efflarent animam ſuam.vel,poſteaquam effuderant animum ſuum.i.votum ac deſiderium in ſinum matrum ſuarum.
13 Quid teſtificabor,&c. מה־אעידך וגו׳ Id eſt, Quid teſtibus probabo,quenquā accepiſſe tantā cladē quantā accepiſti? aut quē populum adducam qui tam duro affectus ſit ſupplicio vt tu? 14 Vt conuerterent auer.t. הלשיב שביתך vt reducerent captiuitatem tuā. Et expulſiones. ומדוחים׃ Id eſt ea quæ te expellebant à me:hoc eſt rationes quibus expellerent te à via recta.
15 Perfecti eſſe dec. כלילת יופי conſummata pulchritudine præditam? 16 Aperuerunt,&c. פצו עליך וגו׳ Hebraiſmus, diducto ore irrident te. Perdamus: בלענו Præt.Heb.pro fut.& fut.pro imperat.Deuorauimus,vel perdidimus:pro deuoremus.
17 Mandauerat צוה ſub.per Prophetas ſuos. 18 Clamauit צעק Clamabat,id eſt,Clamabant Ieroſolymitani animo quidem intento ad Deum,ſed conuertentes ſermonem ſuum ad murum. Deſcendere fac הורידי deduc.emitte.demitte. Quieſcat תדום Ad verbum,taceat. 20 Cuinam ſic fec. למי עוללת כה quem ſic racemaueris.vel,ad quid vindemiaſti? Num comedunt אם־תאכלנה Admiratiuè dictum.q.d.an hoc vnquam fando auditum,vt matres ederent fœtus ſuos? Alii,an comedent? Qui educantur? טפוחים educationum? Ita dicuntur quòd ſtatura eorum ſit aliquot palmorum:vel quòd à nutricibus palmis contrectari ſoleant. Num occiditur אם־יהרג an occidatur.id eſt occidi ſoleat. Alii,an occidetur.

Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui,percuſſiſti,nec miſertꝰ es.	21	ש	Iacuerūt humi in platéis puer & ſenex,virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt gladio: interfeciſti in die furoris tui,iugulaſti,nō pepercisti.
Vocaſti quaſi ad diem ſolennē qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui & enutriui,inimicus meus conſumpſit eos.	22	ת	Vocaſti tanquam ad diem ſolennem ′timores meos′ de circuitu,nec fuit in die furoris Iehouæ euaſor & ſuperſtes: quos educaui″ & euexi,inimicus meus conſumpſit.
Cap. III.			Cap. III.
EGo vir videns paupertatem meā in virga indignationis eius.	1	א	EGo ſum vir ille′ *qui* vidi afflictionē″ in virga indignationis eius.
Me minauit, & abduxit in tenebras, & non in lucem.	2	א	Me duxit,′ & deduxit in tenebras, & non in lucem.
Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.	3	א	Profectò contra me conuerſus eſt, vertit manum ſuam *contra me* tota die.
Vetuſtam fecit pellem meā & carnem meam,contriuit oſſa mea.	4	ב	Vetuſtam reddidit carnē meam & pellem meam,confregit oſſa mea.
AEdificauit in gyro meo,& circundedit me felle & labore.	5	ב	AEdificauit aduerſum me,& circundedit′ felle & labore.
In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.	6	ב	In tenebroſis *locis*′ manere fecit me, veluti mortuos *in* ſeculum.
Circūædificauit aduerſū me, vt nō egrediar: aggrauauit cōpedem meū.	7	ג	″Circunſepiuit me,& non egrediar: aggrauauit′ cōpedem meū.
Sed & quum clamarem & rogarē, excluſit orationem meam.	8	ג	Etiam quando clamabam & vociferabar, ′occluſit *aures ad* orationem meam.
Concluſit vias meas lapidibꝰ quadris,ſemitas meas ſubuertit.	9	ג	Circunſepſit vias meas″ exciſo lapide,ſemitas meas″ peruertit.
B Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis.	10	ד	vt vrſus inſidians fuit mihi, *vt* leo in latibulis.
Semitas meas ſubuertit, & confregit me,poſuit me deſolatam.	11	ד	Vias meas″ peruertit, & concîdit me in fruſta, poſuit me deſolatam.
Tetendit arcum ſuum,& poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.	12	ד	Tetendit arcum ſuum,& ſtatuit me tanquam ſcopum ſagittæ.
Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.	13	ה	′Ingredi fecit renes meos ſagittas ſuas.
Factus ſum in deriſum omni populo meo,canticum eorum tota die.	14	ה	Fui riſui omni populo meo,canticum eorum tota die.
Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio.	15	ה	Satiauit me amaritudinibus,inebriauit me abſynthio.
Et fregit ad numerū dentes meos, cibauit me cinere.	16	ו	′Et confregit lapillis dentes meos,″ operuit me puluere.
Et repulſa à pace eſt anima mea, oblitus ſum bonorum.	17	ו	′Et elongauit ſe à pace anima mea,oblitus ſum″ boni.
C Et dixi, Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.	18	ו	Dixi ergo,′ Periit fortitúdo mea,& ſpes mea à Iehouáh:
Recordare paupertatis & trāſgreſſionis meæ,abſynthii & fellis.	19	ז	′Dum recordor afflictionis meæ & planctus mei, abſynthii & fellis.
Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.	20	ז	Recordando *enim*′ recordatur,& humiliatur in me anima mea.
Hoc recolens in corde meo, ideo ſperabo.	21	ז	Hoc′ reduco ad cor meum,idcirco ſpero.
Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius.	22	ח	′Miſericordiæ Iehouæ *ſunt* quòd non ſumus conſumpti,quia nō defecerunt miſericordiæ eius.
Nouæ diluculo,multa eſt fides tua.	23	ח	Nouæ ſunt′ quolibet mane *miſericordiæ eius*,magna eſt fides tua.

22 Timores meos מגורי Id eſt eos à quibus mihi maximè timebam. De circuitu, מסביב vndique.omni ex parte. Et euexi, וריביתי & enutriui.

IN CAPVT III.

1 *Qui* vidi afflict. ראה עני Phraſis Hebræa,afflictus ſum,afflictionem expertus ſum.Iſtud caput intelligunt Hebræi de Ieremia coniecto in carcerem,Ierem.20.a.1.Poteſt etiam ad Iudæos referri in exilium actos. In virga,&c. : בשבט עברתו .i.vehementi furore eius.

2 Et deduxit ויולך Ad verbum,ire fecit. 5 Felle & labore. : ראש ותלאה toxico & moleſtia. ſiue fatigatione.à לאה.Alii,caput *meum*,& ſuſpendit *ipſum*.à תלה ſuſpendit.Chaldæus paraph.& circundedit ciuitatem,& eradicauit capita.id eſt duces populorum.

6 Manere fecit me, הושיבני collocauit me. 7 Circunſepiuit me גדר בעדי Sepem[vel maceriam,aut parietem]ſtruxit circum me.id eſt quaſi ſepe obiecta viam intercluſit ne egrediar. Compedem meum. : נחשתי pedicas æreas meas.

8 Occluſit, &c. : שתם תפלתי Ad verbū,clauſit orationem meam.ne ſcilicet perueniret ante illum.q.d. non audiuit orationem meam.

9 Exciſo lapide, בגזית lapidibus quadris. Hoc dicitur propter biennalem obſidionem, qua intra vrbis mœnia ab exercitu Chaldæorū veluti capti tenebantur,vt exire non poſſent niſi per deuias & obliquas vias. Peruertit. : עוה deprauauit.i.mutauit à conſuetudine.Sic paulo pòſt verſu 11. 11 Peruertit, סורר diſſipauit.abalienauit.vagas reddidit. 13 Ingredi,&c. הביא וגו′ Ad verbum,Intrare fecit in renes meos filios pharetræ ſuæ.i.Confixit me ſagittis ſuis. 16 Et confregit,&c. ויגרס וגו′ .i.immiſcuerunt lapillos panibus meis,quorum eſu attriti ſunt dentes mei.nam Ieremiæ datus eſt panis miſtus lapillis. Operuit,&c. : הכפישני באפר verſauit me in cinere.i.partem ſummā verterunt ad imum,vt caput ad locum pedum.Ita Hebræi. Alii,inquinauit me cinere. Alii,cibauit me cinere.

17 Et elongauit ſe ותזנח Et ſubduxit ſe.Et diſceſſit.q.d.deturbauit me Dominus à tranquillitate ſtatus mentis meæ. Boni. : טובה Id eſt bonorum,ſiue fœlicitatum. 18 Periit fortitudo m. אבד נצחי Quidam Hebræorum,Periit ſtatio mea in fortitudine quæ erat mihi.Ita ſolent homines conturbari,varia cogitare ac dicere: iam deſperant,putantes ſe à Deo non exaudiri:iam iterum in ſpem eriguntur, & precando,ad Dominum accurrunt.Gradum igitur iam ſtruit cōſolationi.Hoc dum cogito,ſcilicet quod ſequitur Miſerationes Domini non defecerunt,iterum ſpem concipio. 19 Dum recordor זכר Infinit.Heb.Recordando.Verti poteſt in Imperatiuo,Recordare.

20 Recordatur,&c. תזכור וגו′ Fut.Heb.pro præſ.recordatur,atque incuruatur,vel deiicit ſeſe.q.d.recenti memoria recolit,&c.

21 Reduco אשיב Fut.Heb.pro præſ.id eſt dum hoc reduco in animum,hócque intelligo,reſumo ſpem meam in Deum. Cor pro animo,ſiue mente & intellectu. 22 Miſericordiæ,&c. חסדי יהוה וגו′ Conuerſo ordine particulæ כי,nonnulli legunt,Quòd miſericordiæ Iehouæ non deficiunt[vel,defecerunt,]neque pereunt[vel,conſumptæ ſunt]miſerationes eius.vt præcedenti verſui iungatur. In hac lectione תמנו pro תממו ponitur,נ loco מ literæ geminandæ.Vtraque lectio conſtat.

23 Quolibet mane לבקרים ſingulis matutinis.pars pro toto.Nouæ,inquit,prodeunt ſingulis diebus miſerationes Dei. Fides tua. : אמונתך fidelitas tua.id eſt veraciſſimus es in præſtandis promiſſionibus. Quidam Hebræorum vertunt, promiſſio tua.q.d. magna res eſt promiſſio tua,magnum eſt credere in te quòd tu impleas & obſerues quod nobis promiſiſti.

ח Pars mea Iehouáh, dixit anima mea: propterea 'expectabo eum. 14
ט Bonus eſt Iehouáh 'expectantibus eum, animæ quæ quæſierit eum. 15
ט 'Bonum eſt *quòd* & expectet *homo*, & ſit ſilens in ſalute Iehouæ. 16

Iugum Dei ferendum.

ט Bonum eſt viro 'quum portauerit iugum 'in adoleſcentia ſua. 27
י 'Manebit ſolitarius, & tacebit, quia portauit ſuper ſe *iugum*. 28
י 'Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. 29
י Dabit percutienti ſe maxillam, ſatiabitur probro: 30
כ Quia non 'deſeret in ſeculum Dominus. 31
כ 'Nam ſi dolore affecerit, & miſerebitur ſecundum multitudinẽ miſericordiarum ſuarum. 32
כ Non enim affligit ex corde ſuo, nec dolore affecit filios viri, 33
ל Vt conterat ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ, 34
ל 'Vt declinare faciat iudicium viri coram vultu 'Altiſſimi: 35
ל 'Vt peruertat hominem in iudicio ſuo, Dominus 'non vidit. 36

Proſpera & aduerſa à Deo.

מ 'Quis *igitur eſt* qui dixit, & fuit, & Dominus non præcepit? 37
מ '*Aut ſi* ex ore Altiſſimi non egredientur mala & bona? 38
מ Cur *inquam* 'dolet homo viuens, vir ſuper peccato ſuo? 39
נ Scrutemur *potius* vias noſtras, ac inquiramus, & reuertamur ad Iehouam. 40
נ Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cælos. 41
נ Nos præuaricati ſumꝰ, & rebelles fuimus: *idcirco* tu nõ pepercisti. 42
ס 'Oppoſuiſti furorẽ, & perſequutus es nos: occidiſti, '*&* non pepercisti. 43
ס 'Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſiret oratio. 44
ס 'Abraſionem & abiectionem poſuiſti nos in medio populorũ. 45
פ 'Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri. 46
פ 'Formido & laqueus fuit nobis, 'vaſtatio & contritio. 47
פ 'Riui aquarum deſcendunt ex oculo meo propter cõtritionem filiæ populi mei: 48
ע Oculꝰ meus 'defluit, nec ceſſat, eo quòd nõ ſint 'intermiſſiones: 49
ע Donec aſpiciat & videat Iehouáh de cælis. 50
ע 'Oculus meus dolore afficit animum meum propter cunctas filias vrbis meæ. 51
צ 'Venando venati ſunt me veluti auem inimici mei immeritó. 52

14 Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.
15 Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.
16 Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.
27 Bonum eſt viro quum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. D
28 Sedebit ſolitariꝰ, & tacebit, quia leuauit ſuper ſe.
29 Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.
30 Dabit percutienti ſe maxillã, ſaturabitur opprobriis:
31 Quia nõ repellet in ſẽpiternũ Dñs.
32 Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecũdum multitudinem miſericordiarum ſuarum.
33 Nõ enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum,
34 Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ,
35 Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi:
36 Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit. E
37 Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, Domino non iubente?
38 Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala nec bona? Amos 3.b.6
39 Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?
40 Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum:
41 Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos.
42 Nos iniquè egimus, & ad iracũdiã prouocauimꝰ: idcirco tu inexorabilis es.
43 Operuiſti ĩ furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercisti.
44 Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio.
45 Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum. F
46 Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.
47 Formido & laqueus facta eſt nobis, vaticinatio & contritio.
48 Diuiſiones aquarũ deduxit oculus meus in contritione filię populi mei:
49 Oculus meus afflictꝰ eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies:
50 Donec reſpiceret & videret Dominus de cælis.
51 Oculus meus deprædatus eſt animã meã in cũctis filiabus vrbis meæ.
52 Venatione ceperũt me quaſi auem inimici mei gratis.

---

24 Expectabo eum. : אוחיל לו expecto eum. vel, ſpero in eum. ſuſpicio eum. id eſt totus ab eo pendeo.

25 Expectantibus eum, לקוו ſperantibus in ipſo. 26 Bonum eſt, &c. 'טוב ויחיל וגו Bonum eſt *tales* ſperare, [vel, expectare] & in ſilentio *expectare* ſalutem Iehouæ. Alii, Bonus *uir eſt* qui expectat & ſilet ad ſalutem Domini. vel, qui ſperat, & in ſilentio *expectat* ſalutem Iehouæ. 27 Quum port. כי ישא ſi portauerit. In adoleſcentia ſ.: בנעוריו ab adoleſcentia ſua. vt ſit ב pro מן.

28 Manebit, &c. ישב בדד Fut. Heb. pro præſ. vt quidã vertunt, manet ſolitarius [vel, *in* ſolitudine, & ſilentio] quòd portauerit ſuper ſe. ſub. illud iugum Domini. Portauerit, ſiue ſolitus ſit portare. Alii, Solus ſedet, & tacet: quia proiecit ſuper ipſum. ſub. Dominus iugum. Non ſignificat deſperantem animum, ſed proiicientem ſe in iudicium & voluntatem Dei, paratum ſemper ad maiora ferenda.

29 Ponet, &c. יתן בעפר פיהו ponit in puluere, &c. Ponere os in puluere, eſt ſubmiſſè loqui, de ſe ſubmiſſè ſentire, quaſi terrã deoſculari.

31 Deſeret יזנח repellet. 32 Nam ſi dol. aff. כי אם הוגה Quin ſi afflixerit. 35 Vt declinare fac. להטות Vt peruertat. Altiſſimi. : עליון Id eſt ſuo. 36 Vt peruertat לעות Vt iniquè tractet. Non vidit. : לא ראה Præt. Heb. pro præſ. i. ne cogitat quidem. Alii, non nouit. i. non probat. 37 Quis *igitur* &c. 'מי זה אמר וגו Quiſnam *ergo* iubet aliquid fieri, ſi Dominus non iubet? Alii, Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod Dominus non præcipiat? Alii, Quis eſt qui dixit, & factum eſt, & Dominus non præcepit?

39 Dolet יתאונן triſtatur. Alii, conqueritur, expoſtulat. 43 Oppoſuiſti fu. סכותה באף Ad verbum, Poſuiſti veluti tentorium iram. vel, feciſti tentorium ex ira. ſub. contra nos. q.d. poſuiſti tentorium furoris tui ne videremus quò iremus. aut, poſuiſti iram tuam veluti interſtitium inter nos & te, vt non licuerit in noſtris afflictionibus ad te confugere. *Et* non pep. : לא חמלת nec miſertus es.

44 Oppoſuiſti nu. t. סכותה בענן לך Obtexiſti te nube. Ad verbum, poſuiſti tentorium nubem tibi. 45 Abraſionem סחי Sic vocat ſordes quæ abraduntur à pauimento, ſiue ſuperflua quæ à re aliqua abraduntur. q.d. ſordidos ac contemptibiles reddidiſti nos.

46 Aperuerunt, &c. פצו עלינו פיהם. i. riſerunt nos aperto ore. 47 Formido, &c. 'פחד וגו Pauor & fouea euenit nobis. i. more timentium fugientes incidimus in foueam nobis paratam. Vaſtatio השאת Vetus interpres ſequutus eſt alteram dictionis Hebraicæ ſignificationem, quum tranſtulit, vaticinatio. niſi Librariorum vitio poſitum ſit pro vaſtatio. 48 Riui, &c. 'פלגי מים וגו Ad verbum, *in* riuos aquarum deſcendit oculus meus. 49 Defluit, &c. נגרה ולא תדמה Præt. Heb. pro præſ. & ſingul. pro plur. Oculi mei defluũt nec quieſcunt. Ad verbum, nec tacent. Intermiſſiones: הפוגות Requies, pluraliter: id eſt relaxationes, aut ceſſationes.

51 Oculus meus dolore, &c. 'עיני עוללה לנפשי וגו Chaldæus paraph. Fletus oculi mei aſcendit vt noceat animæ meæ, propter deſolationem populi mei, & deturpationem filiarum Ieruſalem vrbis meæ. Alii, Oculi mei negotium mihi fecerunt ſupra cunctas, &c. id eſt plus fleui quàm omnes filiæ. 52 Venando, &c. 'צוד צדוני וגו Hebraiſmus, ſumma cura ac diligentia inſectati ſunt me.

53 Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.

54 Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi, Perii.

55 Inuocaui nomen tuum Domine, de lacis nouiſſimis.

G 56 Vocem meã audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus.

57 Appropinquaſti in die quãdo inuocaui te: dixi, Ne timeas.

58 Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

59 Vidiſti Domine iniquitatem illorũ aduerſum me, iudica iudicium meũ.

60 Vidiſti omnem furorẽ, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me.

61 Audiſti opprobrium eorum Domine, õnes cogitationes eorum aduerſum me.

62 Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorũ aduerſum me tota die.

63 Seſſionem eorum & reſurrectionẽ eorum vide, ego ſum pſalmus eorum.

64 Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum ſuarum.

65 Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum:

66 Perſequêris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine.

Cap. IIII.

1 QVomodo obſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarii in capite omnium platearum?

2 Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?

3 Sed & lamiæ nudauerunt mammã, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio ĩ deſerto.

4 Adhæſit lingua lactentis in palatũ eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

5 Qui veſcebãtur voluptuoſè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

53 צ 'Strinxerunt in carcere vitam meam, & proiecerunt lapidem contra me.

54 צ Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: 'dixi, Exciſus ſum.

55 ק "Inuocaui nomen tuum ô Iehouáh è carcere "infimo.

56 ק Vocem meam 'audiſti, ne abſcondas aurem tuam, "propter reſpirationem meam ad clamorem meum.

57 ק "Appropinquaſti die quo inuocaui te: dixiſti, Ne timeas.

58 ר "Iudicaſti Domine iudiciũ animæ meæ, "redemiſti vitam meã.

59 ר 'Vidiſti Iehouáh ô peruerſitatem meã, "iudica iudicium meũ.

60 ר 'Vidiſti omnem vltionem eorum, omnes cogitationes eorum contra me.

61 ש 'Audiſti opprobriũ eorum ô Iehouáh, omnes cogitationes eorum aduerſum me:

62 ש "Labia inſurgentium contra me, & meditationem eorum aduerſum me tota die.

63 ש "Seſſionem eorum & ſurrectionem eorum aſpice, ego canticum eorum.

64 ת Redde eis retributionem Iehouáh, ſecundum opus manuum ſuarum.

65 ת 'Da eis dolorem cordis, maledictionem tuam eis.

66 ת Perſequere in furore, "& contere eos de ſub cælis "Iehouæ.

Cap. IIII.

1 א QVomodo "obſcuratum eſt aurum, immutauit ſe aurum illud optimum, "diſiecti ſunt lapides Sanctuarii in capite omnium platearum?

2 ב Filii x Siión "pretioſi, "æſtimati auro puro, quomodo reputati ſunt vt lagenæ teſtaceæ, opus manuum figuli?

3 ג Etiam ſerpentes "educunt mammam, lactant catulos ſuos: filia *verò* populi mei crudelis "veluti ſtruthiones in deſerto.

4 ד Adhæſit lingua lactentis palato eius præ ſiti: paruuli petierunt panem, qui frangeret non fuit eis.

5 ה Qui veſcebantur "delicatis cibis, "perierunt in platéis: qui alebãtur "in coccino, amplexati ſunt ſtercora.

53 Strinxerunt in carcere צמתו בבור Succiderunt in fouea. vel, Perdiderũt in lacu. aut, Exciſa eſt in carcere vita mea. Vide Iere. 37. d. 16.
54 Dixi, Exciſus ſum. אמרתי נגזרתי׃ dicebam *apud me*, Abſciſſus ſum. id eſt perii. q. d. putabam actum eſſe de me.
55 Inuocaui קראתי Inuocabam. Infimo. תחתיות׃ Ad verbum, inferiorum. i. profundiſſimo & altiſſimo.
56 Audiſti, שמעת Præt. Heb. pro præſ. audis, vel audire ſoles. Propter reſpirat. m. לרוחתי Ad verbũ, propter flatum meũ. vel propter dilatationem meam. ſiue pro dilatatione mea. id eſt reſpiratione. Ordo dictionum inuerſus, Ne abſcondas aurem tuam ad clamorem meum propter reſpirationem. id eſt, vt reſpirare me ſinas. Chaldæus paraph, Ne abſcondas aurem tuam à receptione orationis meæ ad reſpirationem meam, propter petitionem meam. 57 Appropinquaſti קרבת Etiam præt. Heb. pro præſ. Accedis. Appropinquas die quo te inuoco, dicens, &c. 58 Iudicaſti Domine iudicium, &c. רבת אדני ריבי וגו' Litigaſti Domine lites animæ meæ. Redemiſti vitam meam. גאלת חיי׃ Præt. Heb. pro præſ. Agere ſoles Domine cauſam meam, méque defendere à morte.
59 Vidiſti ô Ieh. peru. ראיתה יהוה עותתי Præt. Heb. pro præſ. Vides ô Iehouáh calumniam meam. id eſt peruerſitatem iuris mei quam mihi ſtruunt. Nonnulli ita præcedenti verſui iungunt, Quum tu Domine vides iniuriam mihi inferri. Iudica iudicium meum. שפטה משפטי׃ Id eſt tuere ergo ius meum. vindica ergo me. 60 Vidiſti omnem, &c. ראיתה כל־נקמתם Præt. Heb. pro præſ. Perſpectum habes omne eorum ſtudium nocendi mihi. 61 Audiſti oppr. e. שמעת חרפתם Intellexiſti ô Iehouáh quibus me probris affecerint.
62 Labia inſurg. &c. שפתי קמי וגו' Id eſt quæ garriunt aduerſarii mei, ac demurmurant aduerſum me iugiter.
63 Seſſionem, &c. שבתם וקימתם וגו' Hebraiſmus, Contemplare tum quando ſedent, tum quando ſtant, me eſſe canticum eorum.
65 Da eis dolorem cordis, תתן להם מגנת־לב Fut. Heb. pro imperat. Da eis tegumentum cordis. id eſt ignorantiam. Alii, clypeum cordis. id eſt obſtinatum cor. 66 Et contere eos, ותשמידם Futura Heb. pro imperat. Alii, & dele eos. Iehouæ. יהוה׃ Id eſt tuis. Alii, ô Iehouáh. Antecedens pro relatiuo.

IN CAPVT IIII.

1 Obſcuratum eſt יועם obtectum eſt. Ad verbum, tegetur, abſcondetur, pro abſconditum eſt. Diſiecti ſunt תשתפכנה Ad verbum, diffuſi ſunt. Per aurum intelligit Principes: per lapides, Sacerdotes & Leuitas. 2 Pretioſi, היקרים nobiles. inclyti. AEſtimati auro puro, המסולאים בפז æquiparati [vel, comparati] auro optimo. Significat aurum puriſſimum, & purgatiſſimum ac defæcatiſſimum.
3 Educunt mammam, lactant, &c. חלצו שד הניקו Præt. Heb. pro præſ. Hebraiſmus, nudatis mammis lactant, &c. Amplificat malum per comparationem, Crudeles feræ alunt catulos ſuos, ſola Ieruſalem non alit. Dicuntur ſerpentes nudare ſiue educere mammas, quòd eas habeant ſub ſquamis. Aut certè habent thecam quandam ſiue operimentum quo mammas includunt. Alii dicunt eos educere mammas vaccarum & ouium: hoc enim facere ſolent ſerpentes. Veluti ſtruthiones כיענים Struthiones animalia partim terreſtria, partim volatilia, quæ agunt in deſertis, & pedibus iaciunt lapides. Quidam dicunt ſtruthiones ideo dici crudeles, quòd ſtatim vbi poſuerint oua ſua, ea relinquant: ita & mulieres Iudææ relinquunt filios ſuos. 5 Delicatis cibis, למעדנים Ad verbũ, ad delicias. Perierunt, נשמו deſolati ſunt. id eſt qui voluptuoſè viuebant, perierunt publicè ac ſub dio. In coccino, עלי תולע in ſerico. vel, in vermiculo. id eſt, in veſtibus vermiculatis, aut coccineis.

ו Maior itaque *reputata* eſt iniquitas filiæ populi mei peccato quaſi Sedóm, quæ ſubuerſa eſt in momento,″& non caſtrametata ſunt contra eam caſtra.

ז ″Mundiores erant Nazaræi eius niue, nitidiores erant lacte, rubicundiores erant corpore quàm gemmæ, ″ſapphirus *erat* exciſio eorum.

ח *At nunc*″obſcurior eſt nigredine forma eorum, ″non ſunt agniti in platéis: adhæret cutis eorum oſſibus eorum,″aret tanquam lignũ.

ט Fœliciores fuerunt interfecti gladio, interfectis fame: quòd iſti ″fluxerunt perfoſſi propter defectum fructuum agrorum.

י Manus mulierum miſericordium coxerunt natos ſuos, *qui* fuerunt eis in eſcam″in contritione filiæ populi mei.

כ Compleuit Iehouáh indignationem ſuam, effudit″furorem iræ ſuæ: & ſuccendit ignem in Siión,″qui cõſumpſit fundamẽta eius.

ל ″Non credebãt Reges terræ, vniuerſíque habitatores orbis, quòd ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſaláim.

מ Propter peccata prophetarum eius, *&* iniquitates ſacerdotum eius qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum,

נ ″Vacillarunt *ut* cæci in platéis, polluti ſunt ſanguine, vt non poſſent *accedentes* contingere veſtimenta eorum.

ס Diſcedite, ″immũdus ſum, clamauerũt ad eos: Recedite, recedite, ne tangatis:″quia inquinati erant, etiam commoti: dixerunt in Gentibus,″Non vltrà inuolent.

פ ″Ira Iehouæ diuiſit eos, non vltrà aſpiciet eos: quòd faciem ſacerdotum″non ſint reueriti, ſenum non ſunt miſerti.

ע Adhuc nobis *expectantibus* defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, ″in expectatione noſtra *qua* expectauimus gentem *quæ* ſeruare non poteſt.

צ Venati ſunt greſſus noſtros ne incederemus per platéas noſtras: appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, venit enim finis noſter.

ק Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli: ſuper mõtes perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

ר Spiritus narium noſtrarũ Chriſtus Iehouæ captus eſt″in foueis eorum: in cuius, diximus, vmbra viuemus inter Gentes.

6 Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ: ‖quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. Gen.19.c.25

7 Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. B

8 Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & nõ ſunt cogniti in platéis: adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

9 Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

10 Manus mulierum miſericordiũ coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.

11 Compleuit Dominus furorẽ ſuum, effudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fũdamenta eius.

12 Non crediderunt Reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis quoniã ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem.

13 Propter peccata prophetarũ eius, & iniquitates ſacerdotũ eius, qui effuderũt in medio eius ſanguinẽ iuſtorũ, C

14 Errauerunt cæci in platéis, polluti ſunt ſanguine: quũmque non poſſent, tenuerunt laſcinias ſuas.

15 Recedite polluti, clamauerunt eis, Recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt & commoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis.

16 Facies Domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos: facies ſacerdotũ non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

17 Quum adhuc ſubſiſteremus, defecerũt oculi noſtri in auxilium noſtrum vanum, quũ reſpiceremus attenti ad Gentem quæ ſaluare non poterat.

18 Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter, completi ſũt dies noſtri, quia venit finis noſter. D

19 Velociores fuerunt perſequutores noſtri aquilis cæli: ſuper montes perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

20 Spiritus oris noſtri Chriſtꝰ Dñs captꝰ eſt in peccatis noſtris: cui diximꝰ, In vmbra tua viuemus in Gentibus.

---

6 Et non caſtrametata ſunt, &c. : ולא־חלו בה ידים Ad verbum, & non manſerunt [vel, reſederunt] in ea manus. id eſt vires, robur hoſtium, caſtrametantium ſcilicet. q.d. non fuit vi hoſtili diu agitata, aut oppreſſa. 7 Mundiores erant זכו Candidiores erãt. Puriores. Sapphirus *erat* exciſio eo. : ספיר גזרתם Id eſt, acſi fuiſſent exciſi ex ſapphiro, ob multam eorum politiem. Quidam, ſapphiro *ſimilis erat* polities eorum. 8 Obſcurior eſt nig. חשך משחור Ad verbũ, obſcura magis quàm nigredo, vel carbo. Nõ ſunt ag. לא נכרו nõ agnoſcuntur. Aret tanquam lig. : יבש היה כעץ Præt. Heb. pro præſ. arida eſt vt lignum. ſub. aridum ac ſiccum. vel riget. aut rigida eſt.

9 Fluxerunt perfoſſi, יזובו מדוקרים .i. perinde acſi ipſis confoſſis fluxiſſet ſanguis eorum, extabuerunt conſumpti ob ſterilitatem terræ. Qui fame moriuntur, perinde eſt acſi enſibus confoſſi eſſent, & fluerent ſanguine: niſi quòd lenta tabe, & diutina morte animam efflãt, quum perempti gladio ſemel ponant animam. 10 In contritione: בשבר Id eſt ſæuiente calamitoſa clade vrbis noſtræ.

11 Furorem iræ ſuæ, חרון אפו æſtum. id eſt iram ſuam furentem & æſtuantem. Qui conſumpſit ותאכל Ad verbum, & deuorauit. conſumpſit. 12 Non credebant לא האמינו Nunquam crediđiſſent, &c. quòd ingreſſurus eſſet. 14 Vacillarunt נעו Oberrarunt. Mouerunt ſe. 15 Immundus ſum, טמא *gens* polluta. Singul. pro plur. immũdi. q.d. ô cæci immundi, diſcedite, ne veſtimẽta veſtra polluta cõtingamus. Alii volunt eſſe verba cæcorũ pollutorũ, adhortantiũ alios ne ſe cõtingant, quòd ſint immundi. Quia inquinati, &c. כי נצו גם־נעו inquinati quippe erant, & cõmoti. Alii, euolarant enim, & vagabantur. i. celerrimè & cum maxima feſtinatione abſceſſerant, adeò vt viderentur habere alas. Hebræi hunc locum ſic intelligunt, Cæci oberrantes in platéis, polluti fuerunt ſanguine occiſorum, ita vt dedignarentur accedentes contingere veſtes illorum: ſed dicerent, Diſcedite à nobis qui polluti eſtis ſanguine. quo dicto auolarunt, & amoti ſunt ab eis. Non vltrà inuolent. : לא יוסיפו לגור Ad verbum, non addent ad incolendum. id eſt nunquam redibunt ad ſua. 16 Ira Iehouæ diuiſit eos, פני יהוה חלקם Vultus Iehouæ ſeparauit illos. id eſt diſiecit eos Iehouáh, & diſperſit in varias ac diuerſas regiones. Non ſunt reueriti, לא נשאו Ad verbum, non ſuſceperint. id eſt non acquieuerint illis rogantibus.

17 In expectatione noſtra *qua* expectauimus בצפייתנו צפינו Id eſt dum anxiè expectauimus.

20 In foueis eorum: בשחיתותם in retibus eorum. Chaldæus paraph. Hebræorumquoque doctores intelligunt hunc verſum de Ioſia Rege piiſſimo, ſub quo Iudæi pacem & quietem habere ſperabant: ſed capto eo & occiſo ab hoſtibus, fruſtrati ſunt ſpe ſua. Appellant eum Meſſiam, id eſt vnctum, ſicut & omnes alios Reges. Præterea ſpiritum ſiue vitam narium ſuarum: quòd eos tueretur & conſeruaret in pace ne ab hoſtibus occiderentur. Hic autem Ioſias Chriſtum adumbrabat, qui his verbis promittebatur pro conſolatione. ſunt igitur hæc verba piorum Iudæorum in Chriſtum credentium, eiúſque aduentum toleranter expectantium. Spiritus (inquiebant) narium noſtrarum. i. vita noſtra, ſiue is per quem viuimus, Chriſtus Domini capietur retibus eorum: de quo dicimus, ſiue ſolemus dicere, Sub vmbra, &c.

Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. 21

Cōpleta eſt iniquitas tua filia Siō, non addet vltrà vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua. 22

Cap. V.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum. 1

Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos, 2

Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ. 3

Aquam noſtram pecunia bibimus, ligna noſtra pretio comparauimus. 4

Ceruicib⁹ noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies. 5

B AEgypto dedimus manum, & Aſſyriis, vt ſaturaremur pane. 6

Patres noſtri peccauerūt, & nō ſūt, & nos iniquitates eorū portauimus. 7

Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum. 8

In animab⁹ noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladii in deſerto. 9

Pellis noſtra quaſi clybanus, exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. 10

Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. 11

Principes manu ſuſpēſi ſunt: facies ſenum non erubuerunt. 12

C Adoleſcētibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt. 13

Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro pſallentium. 14

Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter. 15

Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus. 16

Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum, ideo contenebrati ſunt oculi noſtri. 17

Propter montem Sion quia diſperiit: vulpes ambulauerunt in eo. 18

D Tu autem Domine in æternū permanebis, ſolium tuum in generatione & generationem. 19

Quare in perpetuum obliuiſcêris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum? 20

---

21 ש 'Gaude & lætare filia אEdóm, quæ habitas in terra עVצs: etiam ſuper te tranſibit calix, inebriaberis, "& eris vomens.

22 ח Completa eſt 'iniquitas tua, filia צSiión, 'non addet vt tranſmigrare faciat te: *ſed* 'viſitabit iniquitatem tuam filia אEdóm, diſcooperiet peccata tua.

Cap. V.

1 Recordare Iehouáh quid acciderit nobis, aſpice, & vide opprobrium noſtrum.

2 Hæreditas noſtra "verſa eſt ad extraneos, domus noſtræ ad alienigenas.

3 Pupilli fuimus abſque patre: matres noſtræ *ſunt* veluti viduæ.

4 Aquam noſtrā pecunia bibimus, ligna noſtra pretio 'venerunt.

5 'Super collum noſtrum perſequutionem paſſi ſum⁹: "laborauimus, non dabatur requies nobis.

6 AEgypto 'dedimus manum, *&* Aſſyrio, vt ſaturaremur pane.

7 Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, nos pœnas iniquitatum eorum "portauimus.

8 Serui dominati ſunt nobis, non fuit qui liberaret è manu eorū.

9 'Cum diſcrimine vitæ noſtræ afferebamus panem noſtrum propter gladium deſerti.

10 Pelles noſtræ tanquam clybanus 'denigratæ ſunt propter 'exuſtiones famis.

11 Mulieres in צSiión 'afflixerūt, *&* virgines in ciuitatib' Iehudáh.

12 Principes 'manu eorum ſuſpenſi fuerunt, facies ſenum 'non honorauerunt.

13 Iuuenes ad molendum tulerunt, & pueri in ligno 'corruerunt.

14 Senes de porta 'ceſſauerunt, iuuenes "à cantico ſuo.

15 Ceſſauit gaudiū cordis noſtri, verſus eſt in luctū 'chorus noſter.

16 Cecidit corona capitis noſtri: væ nunc nobis, quia peccauimus.

17 Propterea mœſtum fuit cor noſtrum, propter iſta 'obtenebrati ſunt oculi noſtri.

18 Propter montem צSiión, quòd deſolatus ſit, *ita vt* vulpes 'ambulent in eo.

19 Tu Iehouáh in ſeculum 'permanebis, ſolium tuū in generatione & generatione.

20 Vtquid in perpetuum obliuiſcêris noſtri, derelinques nos "in lōgitudinem dierum?

21 Gaude & lætare, &c. 'שישי ושמחי וגו Ironia eſt, ſicut & in Eccleſiaſte, cap. 11. d. 9, Lætare iuuenis, &c. Et eris vomens. : ותתערי Ad verbum, & tete euacuabis. q. d. eris ebria vſque ad immodicum vomitum. Doctus inter Hebræos etiā exponit, & diſcooperieris. ſiue diſcooperies te. vt ſolēt ebrii, quod legimus de Noe. 22 Iniquitas tua, עונך Id eſt pœna iniquitati tuæ debita. Non addet, &c. לא יוסיף להגלותך non vltrà te abducet in captiuitatem. vel, non vltrà ſinet *Dominus* te abduci captiuam. Viſitabit &c. פקד עונך Præt. Heb. pro fut. Quidam vertunt, & recordabitur iniquitatis tuæ.

IN CAPVT V.

2 Verſa eſt נהפכה deuoluta eſt. 4 Venerunt. : יבואו ſub. ad nos. id eſt emimus nobis pretio. Futurum Heb. pro præterito vt quidam vertunt. 5 Super collū, &c. על צוארנו נרדפנו Super ceruicem noſtram perſequutionem patimur. Præt. Heb. pro præſ. Hebraiſmum quidam ſic reddunt, Ceruicibus noſtris vis infertur. Alii, Imminet ceruici noſtræ perſecutio. q. d. durum captiuitatis & ſeruitutis iugū impoſitū eſt ceruicibus noſtris. Laborauimus, &c. 'יגענו וגו laſſi eramus, *&* non dabatur nobis requies. à נוח. Alii vertūt, Laboramus *quidem, ſed* nihil reliquum fit nobis. ſub. eorum quæ noſtro labore paramus: omnia enim nobis vi hoſtium auferūtur. à ינח reliquit. 6 Dedimus ma. נתנו יד Id eſt pepigimus fœdus cū AEgyptiis, ſiue illis ſupplices facti ſumus, vt pane ſaturaremur. nā ex agris noſtris nō licuit nobis ſine mortis diſcrimine, auferre ea quibus ventrē expleremus. 7 Portauimus. : סבלנו Præt. Heb. pro præſ. portamus. 9 Cum diſcrimine vitæ, &c. 'בנפשנו נביא וגו Ad verbum, In anima noſtra attulimus panem noſtrum, à facie gladii deſerti. id eſt, Cum vitæ periculo ob hoſtem nos gladiis inſequentem, cogebamur quærere nobis victū in terra noſtra quæ nunc eſt velut deſertum. Alii poſteriorem partem vertunt, Præ ſiccitate deſerti. 10 Denigratæ ſunt, נכמרו exuſtæ ſunt. vel, incaluerunt. Exuſtiones זלעפות horrores. terrores. tremores. 11 Afflixerunt, ענו ſtuprauerunt. vel, vi oppreſſerunt. 12 Manu eorum בידם ſub. hoſtium. Non honorauerunt. : לא נהדרו non fuerunt honoratæ. id eſt non detulerunt honorē ſenibus. 13 Corruerunt. : כשלו q. d. fortiores venūdati ſunt in molas vt eas agitarēt: quin & pueros ipſos vſqueadeo aggrauarūt lignis, vt deficientibus viribus, ſub illis corruerint. 14 Ceſſauerunt, שבתו ſub. ab exercendis iudiciis in portis. A cantico ſuo. : מנגינתם à pulſatione ſua. id eſt, à pulſandis inſtrumentis ſuis muſicis. 15 Chorus noſter. : מחולנו tripudium noſtrum. 17 Obtenebrati ſunt חשכו hebetes facti ſunt. 18 Ambulent הלכו Hebraiſmus, pro verſentur. 19 Permanebis, תשב permanes. Fut. Heb. pro præſ. 20 In longitudinem dierum? : לאורך ימים Id eſt longiſſimo tempore.

Reſipiſcētia donum Dei.

21 Conuerte nos Iehouáh ad te, & conuertemur, ʹinnoua dies noſtros ſicut ab initio.

22 ʹSed reprobando reprobaſti nos, iratus es contra nos vehementiſſimé.

Conuerte nos Domine ad te, & cōuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio.

Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

21 Innoua חדש inſtaura. 22 Sed reprobando, &c. כי אם־מאוס וגו׳ Quòd ſi reprobaſti nos, *&* ira tus es vehemēter contra nos. Pendet ſententia, propterea repeti debet verſus præcedens, vt annotant Hebræi, ad abſoluendam ſententiam, Conuerte nos, ô Domine. Alii, Quòd ſi durius repuliſti nos, *id feciſti quòd* contra nos vehementer iratus eſſes.

Prophetia Baruch. Βαρoῦχ

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap. I.

Baruch tempore quo deuaſtata eſt Ieruſalē, ſcripſit librū, quem legit coram Rege Iechonia, & vniuerſo populo.

1 Et hi Sunt ſermones libri ʹquem Baruch natus Neria filio Maaſiæ filii Sedeciæ nati ex Aſodia Helciæ filio, ſcripſit Babylone,

2 Anno quinto, ſeptima die, eo tempore quo Chaldæi ceperunt Ieroſolymam, ignique ſuccenderunt.

3 Et legit Baruch ſermones huius libri, ʹaudiente Iechonia Ioacimi Regis Iuda filio, omníque populo, qui ad audiendum librum conuenerat,

4 Audientibus item proceribus, Regúmque filiis atque ſenioribus, audiēte denique omni populo, ʹab infimo vſque ad ſummū eorum omnium qui Babylone habitabant ad fluuium Sud,

5 Qui plorabāt ac ieiunabāt, ʹ& preces adhibebant corā Domino.

Mittūt Iudæi librum cum pecunia in Ieruſalē ad reliquos fratres, vt pro ipſis orent.

6 ʹConferebant autem pecuniā provt facultas vniuſcuiuſque patiebatur:

7 Quam miſerunt Ieroſolymam ad Ioacim ſacerdotem filium Helciæ filii Salomi, & ad Sacerdotes, omnémque populum qui inuentus fuit cum eo Ieroſolymis:

8 (ʹQuum is quidem vaſa domus Domini, quæ ex templo exportata fuerant, vaſa argentea, quæ faciēda curauerat Ioſiæ filius Rex Iudææ Sedecias, in Iudæam reſtituenda recepiſſet decima die menſis Siuan,)

9 Poſteaquam Nabuchodonoſor Rex Babylonis Ieroſolymis ʹabduxit Iechoniam, & Principes, ac potentes vinctos, populúmque, atque eos Babylonem traduxit:

10 Et dixerunt, Ecce miſimus ad vos pecunias, quibus holocau-

VETVS.

Cap. I.

Et hæc Verba libri quę ſcripſit Baruch filius Neriæ, filii Maaſiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ in Babylonia,

In anno quinto, in ſeptimo die mēſis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ieruſalē, & ſuccenderunt eā igni.

Et legit Baruch verba libri huius, ad aures Iechoniæ filii Ioacim Regis Iuda, & ad aures vnuerſi populi venientis ad librum,

Et ad aures potētium filiorum Regum, & ad aures presbyterorū, & ad aures populi, à minimo vſque ad maximum eorum omnium habitātium in Babylonia,

Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabāt in cōſpectu Domini.

B

Et collegerunt pecuniam ſecūdum quod potuit vniuſcuiuſque manus:

Et miſerūt in Ieruſalem ad Ioacim filium Helciæ, filii Salom ſacerdotē, & ad ſacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti ſunt cum eo in Ieruſalem:

(Quum acciperet vaſa templi Domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terrā Iuda decima die mēſis Siban, vaſa argentea quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ Rex Iuda,)

Poſteaquam cepiſſet Nabuchodonoſor Rex Babylonis Iechoniam, & Principes, & vinctos, & potentes, & populum terrę ab Ieruſalem, & duxit eos in Babylonem:

Et dixerunt, Ecce, miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocau-

---

IN CAPVT I.

1 Et hi ſunt ſerm. ἐπιγραφὴ ſiue inſcriptio huius libri, in qua & authoris nomen, & tēporis notatio continetur: vtrunque frequens in reliquis Prophetis, valet tum ad commendationem, tum ad docilitatem. Quem Baruch ὅυς ἔγραψε βαροῦχ, quos ſcripſit Baruch. ita enim legitur in omnibus Græcis codicibus, quos legerim. referunt enim articulum ad ſermones, non ad librum, ad quem ſi tu vis referre, legendum erit οὗ in ſingulari numero: ſed ad ſenſum non magni refert quocunque modo legas. 3 Audiente Iechonia ἐν ὠσὶν ἰεχονίου, in auribus Iechoniæ: quæ phraſis etiam retinetur in his quæ ſequuntur. Significat autem librum publicè recitatum fuiſſe in maxima frequentia totius populi tum Babylone exulantis. Sed Regis nomen quidam referunt ad Iechoniam, non ad patrem eius Ioacim: vtrunque eſt genitiui caſus apud Græcos, vt cum vtroque Regis nomen poſſit coniungi. Mihi placet vt cum propinquiore coniungatur.

4 Ab infimo, &c. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. à paruo vſque ad magnum. qua loquutione cōprehendit omnes homines cuiuſcunque fortunæ & ætatis. Nam & Ioel propheta (2.d.16) pueros infantéſque in templum ad faciendum luctū afferri iubet. 5 Et preces adhi. &c. καὶ ηὔχοντο εὐχὰς ἐναντίον κυρίου. & orabant preces corā Domino. ſiue precabantur preces. loquutio eſt Græca, vt gaudium gaudere. Significat autem eos fudiſſe ſuas moleſtias & miſerias in ſinum Domini, eúmque oraſſe atque obſecraſſe. 6 Conferebant, &c. καὶ συνήγαγον ἀργύριον, καθὰ ἑκάστου ἠδύνατο ἡ χείρ. & colligebant argentum, prout vniuſcuiuſque poterat manus. Quoniam manus adminiſtra eſt pecuniæ erogandæ aut conferendæ, eius nomine μετωνυμικῶς facultatem ſignificat, qua vna omnis benefaciendi aut contribuendi ratio iudicari debet. 8 Quum is quidem, &c. ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν τὰ σκεύη οἴκου κυρίου ἀποστρέψαι εἰς γῆν ἰούδα. Quū is accepiſſet vaſa domus Domini reducenda [ſiue referenda] in terram Iuda. Fuerant elata ex templo atque vrbe: in eam fuerunt reportata. Hoc enim ſignificat verbum ἀποστρέφειν, imitatione verbi Hebræi השיב reducere. Reducere vaſa להשיב כלי ſæpe apud Ieremiam cap. 28.a.6, & aliis in locis.

9 Abduxit Iechoniam, μετὰ τὸ ἀποικίσαι, poſtquam tranſtulit, aut ex domo migrare fecit. Hoc enim ſignificat ἀποικίζειν demouere domo, atque alium in locum relegare. Itaque ego duobus verbis expreſſi, abduxit atque traduxit. Hebræi vno verbo גלה vtrunque ſignificāt, quo ſæpe vtitur Ieremias, capitib. 26 & 27. Sed ſequitur verbum εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς βαβυλῶνα induxit eos Babylonem. Hinc גולה dicitur huiuſmodi ἀποικισμὸς tranſmigratio.

	ſtomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei noſtri:		ſta pro peccatis expiandis comparetis, & thusʼ munúſque cõficiatis, atque ad aram Domini Dei noſtri offeratis:
	Et orate ꝑ vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filii eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram:	11	Atque oretis ʼpro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonii, eiúſque filii Balthaſar, ʼvt dies eorum in terra diuturnitate diebus cæli reſpondeant:
C	Et vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filii eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eorum.	12	Et dabit Dominus nobis fortitudinem, ʼoculóſque noſtros illuminabit, ʼ& viuemus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonii, ac ſub vmbra Balthaſar eius filii, & ſeruiemus eis diebus multis, ʼgratiámque apud ipſos conſequemur.
	Et pro nobiſipſis orate ad Dominũ Deũ noſtrum, quia peccauimus Domino Deo noſtro, & non eſt auerſus furor eius à nobis vſque in hũc diem.	13	Deinde pro nobiſipſis Dominũ Deũ noſtrum orate, propterea quòd Domino Deo noſtro peccauimus, necdum ad hunc vſque diem auerſa eſt à nobis indignatio eius atque iracundia.
	Et legite librum iſtum, quem miſimus ad vos recitari in templo Domini, in die ſolẽni & in die opportuno.	14	Legetis præterea librum iſtum, quẽ ad vos miſimus, ʼdiebus feſtis ſolennibúſque recitandum in æde Domini.
Suprà 2.b.6	‖Et dicetis, Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem confuſio faciei noſtræ, ſicut eſt dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ieruſalem,	15	Et dicetis, ʼDomino Deo noſtro iuſtitia debetur: nobis verò vultus confuſio, qualis eſt hodie ʼin homine Iudæo, atque iis qui degunt Ieroſolymis,
	Regibus noſtris, & Principibus noſtris, & Sacerdotibus noſtris, & Prophetis noſtris, & Patribus noſtris.	16	In Regibus noſtris, in Principibus, in Sacerdotibus, in Prophetis ac Patribus noſtris.
D Dan.9.a.5	‖Peccauimus ante Dominum Deũ noſtrum, & non credidimus, diffidentes in eum,	17	Quoniam peccauimus coram Domino, neque ei credidimus,
	Et non fuimus ſubiectibiles illi, & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis.	18	Nec vocem eius audiuimus, ʼvt in iis præceptis, quæ coram nobis palámque dederat, ambularemus.
	A die qua eduxit Patres noſtros de terra AEgypti, vſque ad diem hãc eramus incredibiles ad Dominum Deũ noſtrum: & diſſipati receſſimus ne audiremus vocem ipſius.	19	Ab eo die quo Dominus eduxit Patres noſtros è terra AEgypti, vſque ad hunc diem, ʼrebelles fuimus Domino Deo noſtro, ʼeiúſque vocem audire pro nihilo duximus.
Deut.28.b.15	Et adhæſerunt nobis multa mala, & maledictiones, ‖quæ conſtituit Dominus Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit Patres noſtros de terra AEgypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, ſicut hodierna die.	20	ʼQuamobrem impacta ſunt nobis mala & maledictioʼ quã Dominus per Moſen ſeruũ ſuum propoſuerat, eo tẽpore quo Patres noſtros eduxit è terra AEgypti, vt terram lacte melléque fluẽtem nobis daret, quemadmodum conſtat hodierno die.
	Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri ſecundũ omnia verba Prophetarum quos miſit ad nos:	21	ʼNeque enim audiuimus vocẽ Domini Dei noſtri in iis omnibus quæ ſunt dicta à Prophetis quos ad nos miſit.

10 Munúſque confi.] Omnia exemplaria Græca quæ ego viderim, legunt manna, ſed puto cum Theodoro Beza legẽdum eſſe minha ab Hebræo מנח, aut מנחה, quod ſacrificium, munus, oblationémque ſignificat. Huiuſmodi autẽ ſacrificium matutino tempore & veſpertino offerebatur. Dan.9.f.21, dicitur מנחת־ערב, ſic dicitur etiam מנחה בקר. Sunt enim apud Hebræos hæc tria, עולה holocauſtũ, מנחה oblatio, & זבח ſacrificium, ex quibus minha dicitur munus oblatum ſiue ſacrificium quod cum precatione veſpertina & matutina offerebatur.

11 Pro vita, &c. περὶ τῆς ζωῆς ναβουχοδονόσωρ, καὶ εἰς ζωὴν βαλτάσαρ, pro vita Nabuchodonoſor, & pro vita Balthaſar. Duæ ſunt præpoſitiones in Græco codice, quæ reſpondent Hebraicæ על Inſuper, aut Pro. Sed ei εἰς magis reſpondet. Iere.29.b.7, Quærite pacem eius ciuitatis ad quã ego vos transtuli, & orate Dominũ pro ea, quoniam cũ pace eius erit pax veſtra. Vt dies eo.&c. ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. vt ſint dies eorũ ſicut dies cæli in terra. Eadẽ loquẽdi forma poſita eſt in Pſalmo 89.c.30, qua æternitas regni Dauidis ſignificatur.

12 Oculóſq; n.il. καὶ φωτίσει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, & illuminabit oculos noſtros. i. teſtificatiõe gratiæ nos recreabit atq; exhilarabit. Homines enĩ quãdiu in huiuſmodi afflictionibus ac calamitatibus verſantur, nihil aliud videre poſſũt quã tenebras ſignáque iræ Diuinæ. Quũ verò Deo reconciliantur, atque his miſeriis liberantur, tũ quaſi lux quædã beneuolentiæ, ac benignitatis Dei eorũ oculis oboritur. Eſt enim gratiæ beneuolentiæq; Diuinæ quædã lux mẽti animóque optatiſſima & ſuauiſſima. Pſal.34.a.6, Aſpiciẽt ad eũ, & illuminabuntur. Et viuemus, &c. καὶ ζησόμεθα ὑπὸ τὴν σκιὰν ναβουχοδονόσωρ. vmbrã appellat tutelam & quietẽ quam præſtat Deus ſuis beneficio Regũ ac Principũ. Itaque apud Danielẽ regnũ Nabuchodonoſor cõparatur arbori ingẽti, & patulis diffuſæ ramis, cuius ſub opacitate multa animalia degãt. Itaque Ieremias Propheta Iudæos admonet, vt pro eo Rege preces ad Deum adhibeant. Gratiámque, &c. καὶ εὑρήσομεν χάριν ἐναντίον αὐτῶν, & inueniemus gratiam coram ipſis. Phraſis eſt Hebræa, pro Inire, & Obtinere.

14 Diebus feſtis, &c. ἐν ἡμέραις ἑορτῆς, καὶ ἐν ἡμέραις καιροῦ, in diebus feſtiuitatis, & diebus temporis. i. ſtatis ac ſolennibus. Huiuſmodi tẽpora indicta & conſtituta ad orandũ colendumque Deum, aut publicè aliquid agendũ, Hebræi appellant מועדים.

15 Domino Deo, &c. τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν δὲ ἡ αἰσχύνη τῶν προσώπων, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autẽ pudor [aut cõfuſio] faciei. Hæc iiſdẽ verbis ſunt apud Danielẽ, 9.b.7.8, vnde tota hæc oratio videtur deſumpta eſſe. Verba Danielis, לך אדוני הצדקה ולנו בושת הפנים כיום הזה, tibi Domine iuſtitia: nobis autẽ cõfuſio vultus, ſicut hic dies. Eſt enim ibi humilis peccatorũ cõfeſſio à Propheta, tũ ſuo tũ populi nomine ſuſcepta. In homine Iu.&c. ἀνθρώπῳ ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλήμ. Eadẽ ſunt Hebraicè apud Danielẽ, לאיש יהודה וליושבי ירושלם omni viro Iuda & habitantibus Ieruſalẽ. Eodẽ modo ibi habentur quæ hîc ſequuntur de Regibus, Principibus ac Patribus.

18 Vt in his, &c. πορεύεσθαι τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ. Hebræus ללכת בתורותיו אשר נתן לפנינו Ambulare in legibꝰ eius, quas corã nobis dederat, οἷς ἔδωκεν κατὰ πρόσωπον ἡμῶν, quas dedit in cõſpectu noſtro. Hebræus adiũgit, In manu Moſis ſerui eius & Prophetarũ.

19 Rebelles fuimus, &c. ἤμεθα ἀπειθοῦντες πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, Fuimus increduli aduerſus Dominũ Deum noſtrũ. Apud Danielẽ ita habetur, 9.b.9, כי מרדנו בו, Quoniã rebelles fuerũt in eũ. Hoc enim ſignificat verbũ Hebræum מרד quod Græcũ ἀπειθεῖν, contumaciã videlicet eorũ qui nullã verbo Dei fidẽ habent. Eiuſque vocẽ, &c. καὶ ἐσχεδιάζομεν πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, leue duximus audire vocẽ eius. σχεδιάζειν enim ſignificat leuiter ac negligẽter aliquid tractare. cui opponitur σπουδάζειν, ſeriò & cũ ſtudio agere. Huius verbi vim videtur habere apud Hebræos קלל vilipẽdit, quod ſignificat & leuem eſſe.

20 Quamobrẽ, &c. καὶ ἐκολλήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακὰ, καὶ ἡ ἀρὰ, Et adhæſerũt [aut agglutinata ſũt] in nos mala, & execratio. Dan.9.c.11, ita habet ותתך עלינו האלה, & adhæſit in nos execratio. aut maledictio. aut applicata impactáq; eſt. hoc enim ſignificat verbũ נתך, quod Græcũ κολλᾶσθαι. Porrò ו hoc loco habet vim inferendi. Quam Dom.&c. ἣν συνέταξε κύριος τῷ μωυσῇ παιδὶ αὐτοῦ. quam ordinauit Dominus Moſi ſeruo ſuo. Dan.9.c.11, Quæ ſcripta eſt in Lege Moſis ſerui Dei. Adiũgit autẽ ad maledictionẽ iurationẽ השבועה, quæ eſt vehemẽs pœnæ cõminatio iureiurãdo cõfirmata.

21 Neque enim, &c. καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Apud Danielẽ ſæpe legitur hæc forma ſentẽtiæ ולא שמענו בקול יהוה אלהנו & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, Dan.9.b.10, d.14, & aliis in locis.

22 ʼSed quiſque cordis ſui praui cogitationē ſequutus eſt, ʼvt alienos coleremus deos, maláque in oculis Domini Dei noſtri committeremus

Cap. II.

Propter peccata iuſtè ſe pati fatētur Iudæi.

1 QʼVapropter re comprobauit Dominus ſermonem ſuū ʼquē aduerſum nos, iudicéſque noſtros qui iudicauerunt Iſrael, tū aduerſum Reges ac Principes noſtros, omnes denique Iſraelitas ac Iudæos pronuntiauit:

2 ʼVt nobis magna importaret mala ʼcuiuſmodi nulla in regione quæ ſit ſub cælo, vnquam euenerunt, quemadmodum deſignata ſunt Ieroſolymis, ʼquæ planè reſponderunt iis quæ ſcripta fuerant in Lege Moſis,

3 ʼVt carnem filiorum ſuorum, & carnem filiarum ſuarum quidā ex noſtris hominibus comederent.

4 ʼPræterea dedit eos in manum, ſeruitutémque regnorū omniū ʼvndique nobis conterminorum, ʼad opprobrii turpitudinem, atque deſolationem in omnibus populis in circuitu noſtro poſitis ʼin quibus eos diſperſit Dominus.

5 ʼAtque *ita* depreſſi ſunt, ac non euecti: quoniam peccauimus Domino Deo noſtro, eo quòd vocem eius non audiuimus.

6 ʼDomino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem vultus confuſio debetur, qualis apparet hoc die.

7 Quæ in nos Dominus mala denuntiauit, ea nobis euenerūt oīa.

8 ʼNeque tamen faciem Domini deprecati ſumus, ʼvt à ſui quiſque cordis praui cogitationibus recederet.

9 ʼEt propterea euigilauit Dominus in hiſce malis quæ induxit ſuper nos: ʼquoniā iuſtus eſt Dominus in omnibus ſuis operibus quorum nobis mandata dedit.

22 Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſū cordis noſtri maligni, operari diis alienis, faciētes mala ante oculos Domini Dei noſtri.

Cap. II.

1 PRopter quod ſtatuit Dominus Deus noſter verbum ſuum quod loquutus eſt ad nos, & ad iudices noſtros qui iudicauerunt in Iſrael, & ad Reges noſtros, & ad Principes noſtros, & ad omnem Iſrael & Iuda:

2 Vt adduceret Dominus ſuper nos mala magna quæ non ſunt facta ſub cælo, quemadmodum facta ſunt in Ieruſalem, ‖ ſecundum quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, Deut.28.f.53

3 Vt manducaret homo carnes filii ſui, & carnes filiæ ſuæ.

4 Et dedit eos ſub manu Regum omniū qui ſunt in circuitu noſtro in improperium & in deſolationem, & in omnibus populis in quibus nos diſperſit Dominus.

5 Et facti ſumus ſubtus, & non ſuprà: quia peccauimus Domino Deo noſtro, non obaudiendo voci ipſius. B

6 ‖Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem & Patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc. Suprà 1.c.15

7 Quia loquutus eſt Dominus ſuper nos oīa mala hęc quę venerūt ſup nos.

8 Et non ſumus deprecati faciem Domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſquiſque noſtrū à viis noſtris peſſimis.

9 Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis quæ mandauit nobis:

22 Sed quiſque, &c. ϗ ᾠχόμεθα ἕκαστος ἐν διανοίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ πονηρᾶς, Et ambulauimus [aut iuimus] vnuſquiſque in cogitatione cordis ſui mali. Hæc forma loquendi frequēs eſt in Scriptura, qua cōtumacia temeritáſque hominis ſua ipſius prudentia nitentis ac confidētis demonſtratur, quū ex ſententia ac voluntate vnius Dei pendere debeat. Pſal.81.c.12, At non paruit populus voci meæ, & Iſrael noluit mihi obtemperare. Permiſi igitur eos fortitudini cordis eorū, & ambularunt in cōſiliis ſuis. Vt alienos, &c. ἐργάζεσθαι θεοῖς ἑτέροις. Ad verbū, operari diis alienis: ſed accipitur pro ſeruire & colere, quemadmodū Hebræū עבד cui reſpōdet, ad cultū Dei & ad cultū terræ accōmodatur. Nam & Gene.4.a.2, pro terram colere accipitur, & multis in locis cultū Dei ſignificat. Confitetur igitur ſe relicta vera pietate ac religione, ad ſuperſtitiones declinaſſe.

IN CAPVT II.

1 Quapropter re, &c. ϗ ἔστησε κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ, & ſtatuit Dominus ſermonem ſuum. Apud Danielē eſt (9.c.12) ויקם את־דבריו, & excitauit Dominus verba ſua. i. ipſo euentu confirmauit & cōprobauit quū nos ea pœna affecit quā nobis antè fuerat cōminatus. Nā tum minas, tū promiſſa ſua rata facit. Quē aduerſum, &c. ὃν ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς ϗ ἐπὶ τοὺς δικαστὰς ἡμῶν, quem loquutus eſt cōtra nos, & cōtra iudices noſtros. Et addit, Qui iudicauerunt Iſrael. Daniel 9.c.12, etiā ita habet, In iudices noſtros qui iudicauerūt nos. Porrò verbū שפט iudicauit apud Hebræos accipitur pro gubernare ac regere, & שופטים iudices pro rectoribus populi. 2 Vt nobis, &c. τοῦ ἀγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ μεγάλα, vt adduceret in nos mala magna. Ibidem להביא עלינו רעה גדלה in nos malum magnum. Cuiuſmodi nulla, &c. οὐκ ἐποιήθη ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ quæ nō facta ſunt ſub cælo. Ibidē, אשר לא נעשתה תחת כל השמים, quæ non ſūt facta [aut patrata] ſub toto cælo. Sequitur deinde quemadmodū deſignata ſunt Ieruſalem. Quæ planè reſpō. &c. κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ μωυσῆ, ſecundū ea quæ ſcripta in Lege Moſis. Dan.9.c.13, כאשר כתוב בתורת משה, ſicut ſcriptum eſt in Lege Moſis hæc omnia mala in nos venerūt. Significat iuſtiſſimā grauiſſimámq; pœnā propoſitæ antea admonitioni ac cōminationi reſpōdiſſe. Man' enim Domini cū ipſius ore cōiuncta eſt, & opus verbū eius comitatur. 3 Vt carnem, &c.] Huius tantæ atrocitatis nulla fit mentio apud Danielem, nec in Scriptura, quod meminerim. Ioſephus quidem ſcribit Iudæos poſtea obſeſſos à Veſpaſiano, fame ad hāc neceſſitatem cōpulſos eſſe. 4 Præterea, &c. ϗ ἔδωκεν αὐτοὺς ὑποχειρίους πάσαις ταῖς βασιλείαις, Ac dedit eos ſubiectos obnoxióſque omnibus regnis. ὑποχείριοι dicuntur qui in poteſtatē aliorū, ſeruitutémque redacti ſunt, quaſi ſub manū alterius traditi, ac ſubditi, aut mancipati. Cuiuſmodi fuit illorū miſerrima captiuitas. Vndique no. &c. ταῖς κύκλῳ ἡμῶν, quæ ſunt in noſtro circuitu. aut nobis circuniecta, aut circūadiacentia. Iudæa enim, regna finitima ac contermina habebat, quaſi ouis quædā inter lupos collocata, ad prædámque eorū expoſita. Ad opprobrii, &c. εἰς ὀνειδισμὸν ϗ εἰς ἄβατον, ad opprobriū, & ad deſolationē, aut vaſtationē, in qua nullus aditus acceſſuſque hominibus relictus ſit. Daniel hæc duo etiam cōmemorat חרפה & שממה opprobriū & vaſtitatē. In quibus, &c. οὗ διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ἐκεῖ, quò diſperſit eos Dominus ibi. Hebraiſmus eſt expreſſus ex Daniele, qui ita loquitur, Pudor vultus omnibus tum propè, tum longè degētibus in terris, אשר הדחתם שם, ad quas eos diſpuliſti ibi. aut diſſipaſti. Hinc נדחי ישראל, diſperſi Iſrael. 5 Atque *ita* depreſſi, &c. καὶ ἐγενήθησαν ὑποκάτω, καὶ οὐκ ἐπάνω. & facti fuerunt ſubter & non ſuper. i. è ſumma regni dignitate, in humilliimam conditionem delapſi: ex altiſſimo honoris loco in infimū ſtatū deciderunt: Deus enim extulerat eos ſupra cæteros terræ populos, eoſdem ingratos, atque immemores infra omnes deiecit, atque ita humiliauit, quemadmodum promiſerat per Moſen, Deu.28.c.25. 6 Domino Deo, &c.] Hæc cōfeſſio culpæ propriæ cum laude Dei coniuncta, bis in Danielis oratione ponitur iiſdem verbis quibus hic refertur. Habet autē eandē vim quam illa concluſio Paulina, Rom.3.c.19 poſita, Vt omne os obturetur, totúſque mundus fiat Deo ὑπόδικος. i. reus ad condēnationémque paratus: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. 8 Neque tamen, &c. ϗ οὐκ ἐδεήθημεν τοῦ προσώπου τοῦ κυρίου. Eadem ſententia eſt apud Danielem, 9.c.13, qua magnitudo peccatorū oſtenditur à continuatione peccandi, obſtinatáque malitia ſine vlla pœnitentia. Verba Danielis ſunt ולא חלינו את־פני יהוה & non deprecati ſumus faciem Domini Dei noſtri. quæ loquendi forma eſt in Pſalmo 119, verſu 58, Deprecatus ſum faciem tuā toto corde. Vt à ſui, &c. τοῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν νοημάτων, τῆς καρδίας αὐτοῦ πονηρᾶς, Vt recederet vnuſquiſque à cogitationibus, &c. Daniel 9.c.13, ita habet לשוב מעונינו vt auerteremur ab iniquitatibus noſtris. Ac addit, Ac perpenderemus eius veritatem. Significat igitur ipſorū ἀμετανοίαν impœnitentiā diuturnam fuiſſe. 9 Et propterea, &c. καὶ ἐγρηγόρησεν κύριος ἐπὶ τοῖς κακοῖς. Hæc etiā ſūt in Daniele 9.d.14, וישקד יהוה על־הרעה, & vigilauit Domin' in malo. Vigilare Deus dicitur in hominib' tū conſeruādis tū pūniendis, quū eorum vel ſalutē vel pœnā nō negligit, ſed reipſa conſeruatorē ſe ac vindicē eſſe oſtēdit. Quoniā iuſt. &c. ὅτι δίκαιος ὁ κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα. Eadem Dan.9.d.14, niſi quòd nonnihil variat: nam pro, In omnibus operibus quæ nobis mandauit, ille, In omnibus operibus ſuis quæ fecit, כי־צדיק יהוה על־כל־מעשיו אשר עשה, quoniam iuſtus Dominus in omnibus operibus ſuis quæ fecit.

	Et nõ audiuimus vocem ipſius, vt iremus in pręceptis Domini quæ dedit ante faciem noſtram.	10	ʹNeque vocem eius audiuimus,vt ambularemꝰ in præceptis ipſius,quæ nobis ante oculos propoſuit.
Dan.9.d.15	Et nunc Domine Deus Iſrael,qui eduxiſti populum tuum de terra AEgypti in manu valida , & in ſignis, & in prodigiis,& in virtute tua magna, & in brachio excelſo,&feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte:	11	ʹEt nũc Domine Deus Iſrael,ʹqui populum tuũ eduxiſti è terra AEgypti in manu valida,in ſignis & prodigiis, magna cũ potẽtia, ac brachio excelſo,ʹnoménq; tibi, quale hodie apparet, peperiſti:
C	Peccauimus,impiè egimus,iniquè geſſimus Domine Deus noſter, in omnibus iuſtitiis tuis.	12	Et nos quidem Domine Deus noſter peccauimus,& impiè egimus,atque in tuis omnibus iudiciis ſceleratè verſati ſumus.
	Auertatur ira tua à nobis,quia derelicti ſumus pauci inter Gentes vbi diſperſiſti nos.	13	Sed tua à nobis ʹauertatur indignatio , quoniam reliqui ſumus perpauci inter Gentes ad quas tu nos diſperſiſti.
	Exaudi Domine preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos ꝑpter te,& da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt:	14	ʹExaudi Domine orationem atque deprecationem noſtram,ʹ& propter te nos libera ,ʹgratiámque nobis cõcilia apud eos qui nos è patria abduxerunt:
	Vt ſciat omnis terra quia tu es Dominꝰ Deus noſter, & quia nomẽ tuũ inuocatum eſt ſuper Iſrael , & ſuper genus ipſius.	15	Vt vniuerſa terra cognoſcat te Dominum Deum eſſe noſtrum, ʹnoménque tuum fuiſſe inuocatũ ſuper Iſrael, ac ſuper genus eiꝰ.
Deut.26.d.15 eſa.63.d.15	Reſpice Domine de domo ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos.	16	ʹReſpice nos Domine ex æde Sanctuarii tui, ʹatque ad nos attẽde,inclina aurem tuam,& exaudi.
D Pſal.113.d.17	Aperi oculos tuos,& vide:quia nõ mortui qui ſunt in inferno , quorum ſpiritus acceptꝰ eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorẽ & iuſtificationẽ Domino:	17	ʹAperi oculos tuos Domine:quoniã non mortui qui ſunt apud inferos,ʹquorum viſceribus ablatus eſt ſpiritus,ʹgloriam laudémque iuſtitiæ Domino tribuent:
	Sed anima quæ triſts eſt ſuper magnitudine,&incedit curua &infirma, &oculi deficientes,& anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſtitiã Domino.	18	ʹSed ſuper magnitudine *corporis* quæ incurua debilitatáq; incedit, animus mœſtus, & oculi deficientes, animáque eſuriens gloriam & iuſtitiam Domine tibi dabunt.
	Quia non ſecundũ iuſtitias Patrũ noſtrorum nos fundimus miſericordiam ante conſpectum tuum Domine Deus noſter:	19	ʹNeque enim rectè factis Patrum,Regúmque noſtrorum freti, Domineʹapud te ſupplices miſerabiléſq; preces noſtras effũdimus:
	Sed quia miſiſti iram tuam & furorem tuum ſuper nos , ſicut loquutus es in manu puerorum tuorum Prophetarum,	20	Sed quoniam indignationem atque iram tuam in nos immiſiſti,quemadmodum in manu ſeruorum tuorum Prophetarum loquutus fueras,

10 Neque vocem eius aud. καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Sic Dan.9.b.10, ולא שמענו בקלו & non audiuimus in vocem eius.i.verbo eius non paruimus. 11 Et nunc Do.Deus Iſ. καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς ἰσραήλ. Dan.9.d.15, ועתה אדני אלהינו Et nunc Domine Deus noſter.

Qui pop.t.&c. ὃς ἐξήγαγες τὸν λαόν σου ἐκ γῆς αἰγύπτου ἐν χειρὶ κραταιᾷ Dan.9.d.15, אשר הוצאת את־עמך מארץ מצרים ביד חזקה. Noménque tibi,&c. καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ὄνομα ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, & feciſti tibiipſi nomen vt hæc dies.Daniel 9.d.15, ותעש־לך שם כיום הזה.

12 Et nos quidem,&c. ἡμάρτομεν, ἠσεβήσαμεν, ἠδικήσαμεν, Peccauimus,impiè fecimus,iniquè egimus.Daniel hæc eadem tria verba poſuit cap.9.a.5, חטאנו ועוינו והרשענו peccauimus,iniqui fuimus[aut iniquitatẽ admiſimus]impiè[aut improbè]egimus.Eadẽ verborum exaggeratio eſt in Pſalmo 106.a.6,Peccauimus cũ Patribus noſtris,praua fecimus,impiè egimus.Nõ enim contenti ſunt vno verbo ad dolorẽ animi declarandũ,ſed congerie vtuntur. 13 Auertatur,&c. ἀποστραφήτω ὁ θυμός σου ἀφ᾽ ἡμῶν, auertatur ira tua à nobis.Dan.9.d.16 etiã ita deprecatur, ישב־נא אפך וחמתך מעירך ירושלים Auertatur quæſo ira tua,atque indignatio à ciuitate tua Ieruſalẽ.Præpoſuit cauſã,Iuxta iuſtitiã tuam. 14 Exaudi Do.&c. εἰσάκουσον κύριε τῆς προσευχῆς ἡμῶν, καὶ τῆς δεήσεως ἡμῶν. Daniel etiam poſt humilẽ confeſſionem ita concludit, ועתה שמע אלהינו אל־תפלת עבדך ואל־תחנוניו &nunc audi Deus noſter ad orationẽ ſerui tui & ad preces eius. Et propter,&c. καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς ἕνεκέν σου. Daniel aliis ac pluribus verbis vtitur,Audi Domine,propitius ſis Domine,attende,fac,& ne retardes propter te,למענך. Addit autem,Quoniã nomen tuũ inuocatum eſt ſuper vrbẽ tuam & populũ tuum. Gratiámque,&c. καὶ δὸς ἡμῖν χάριν κατὰ πρόσωπον τῶν ἀποικισάντων ἡμᾶς, & da nobis gratiã in conſpectu eorũ qui nos domo abduxerunt.Scriptura ſæpe teſtatur Deum habere corda hominũ in manu etiam hoſtium, eáque ita flectere ac conuertere vt apud eos illuſtri in gratia ponat eos qui antè in ſumma offenſione odióque verſabantur. Hanc voluntatum commutationem in hoſtibus ſuis experti ſunt Iudæi cum in AEgypto, tum etiã Babylone, vbi admirabilẽ gratiam beneuolentiámque Regũ nacti ſunt. 15 Noménque,&c. ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπεκλήθη ἐπὶ ἰσραήλ.Dan.9.d.19,etiã hãc cauſam affert כי שמך נקרא על־עירך quoniã nomẽ tuum inuocatũ eſt ſuper ciuitatem tuã & populum tuũ. Hæc autem cõſideratio,ac relatio Dei & populi ipſius, maximam habet vim ad miſericordiam. 16 Reſpice nos,&c. κάτιδε κύριε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου, ex domo ſancta tua.Articulus τοῦ repetitus facit vt exiſtimẽ τὸ ἅγιον accipiendũ eſſe pro ἁγιάσματος Sãctuario,quod Hebraicè dicitur מקדש,quo Dan.9.d.17,vſus eſt,ſed in aliã ſententiam,Fac lucere faciem tuã ſuper Sanctuarium vaſtatum. Et addit, Propter Dominũ,quem Chriſtũ promiſſum ſine dubio intelligit.

Atque ad nos att. καὶ ἔννοησον εἰς ἡμᾶς.i.ſuſcipe curam aut cogitationem.Daniel vſus eſt verbo הקשיבה,attende,conſidera,quod reſpondet Græco ἐννοεῖν. Inclina aurem tuam,&c. κλῖνον τὸ οὖς σου καὶ ἄκουσον. Dan.9.e.18, הטה אלהי אזנך ושמע. 17 Aperi oculos,&c. καὶ ἄνοιξον κύριε τοὺς ὀφθαλμούς σου. Etiam Dan.9.e.18,hac orandi forma vſus eſt, פקח עיניך aperi oculos tuos,ac vide deſolationes, aut vaſtitates noſtras.

Quorum viſcer.&c. ὧν ἐλήφθη τὸ πνεῦμα αὐτῶν, quorũ aſſumptus eſt ſpiritus ipſorũ.Hebraiſmus illis vſitatus, qui relatiuum אשר cũ pronominibus cæteris frequenter coniungunt.Eſt autẽ hoc loco perelegans deſcriptio hominum mortuorum, quorũ è viſceribus euocatus eſt ſpiritus.Hæc autẽ apud Danielem non leguntur. Gloriam laud.&c. δόξαν καὶ δικαίωμα τῷ κυρίῳ δώσουσιν,dabunt gloriã & iuſtitiã Domino. Hæc ſententia in Pſalmis aliquoties ponitur,etiam à Rege Ezecia in ipſo periculo mortis vſurpata. 18 Sed ſuper,&c. ἀλλ᾽ ἡ ψυχὴ λυπουμένη ἐπὶ τὸ μέγεθος,Sed anima quæ dolet[aut angitur]propter magnitudinẽ. Quidã magnitudinẽ cõiungunt cum ſequẽtibus, eámque volunt eſſe quæ declinans & labaſcens abit ac euaneſcit:& certè constructio tũ articuli ſequentis,tũ verborũ non poteſt ad aliud accõmodari. Nã ita legitur in omnibus Græcis codicibus, ἐπὶ τὸ μέγεθος ὃ βαδίζει κύπτον, καὶ ἀσθενοῦν.Sed quũ ego bene omnia conſidero, participia iſta, κύπτον, καὶ ἀσθενοῦν non ſignificant tam declinationẽ magnitudinis pereuntis,quã miſerabilem habitũ hominis incurui, ipſáque malorũ magnitudine oppreſſi.Quare aut locus corruptus eſt,aut hæc magnitudo referenda eſt ad ſtaturã corporis ingentis,quod non iam erectũ firmúmque,ſed incuruum & debilitatũ inceſſum ingreſſúmque habet: vt hac ſimilitudine & conformatione corporis, quandã formæ deformitatẽ ſignificet.Ita magnitudo etiã accipi poteſt pro ſtatura figuráque corporis hoc modo incedentis. 19 Neque enim,&c. ὅτι οὐκ ἐπὶ τὰ δικαιώματα τῶν πατέρων ἡμῶν, Quoniã non in iuſtitiis Patrum noſtrorũ. Hæc ſententia eſt etiã in Daniele, כי לא על־צדקתינו quoniã non in iuſtitiis noſtris. Apud te ſuppli.&c. καταβάλλομεν τὸν ἔλεον ἡμῶν κατὰ πρόσωπόν σου, qui proiicimus[aut abiicimus]miſerationẽ noſtrã in conſpectũ tuum.Dan.9.e.18,iiſdẽ vtitur verbis, אנחנו מפילים תחנונינו לפניך nos abiicimus preces noſtras in conſpectũ tuũ. Verbum Hebræũ הפיל habet eandẽ vim quod Græcum καταβάλλειν:vtrũque enim ſignificat humilẽ habitum eorũ qui ſe ad aliorum pedes proiiciunt ac proſternunt. Itaque quoniã durior videtur eſſe hæc loquẽdi forma, Abiicere,aut proiicere ſupplicationes,quidã voluerunt mitigare,vertentes,Preces effuderunt: quod mihi non diſplicet, modò addamus aliquid quod eius verbi vim exprimat, Vt nos ſupplices, ac proiecti proſtratique corã te. Habent ipſi aliud verbum שפך quod ſignificat Effundere, quo vſa eſt Anna, 1.Sam.1.c.15, quum dicit ſe cor ſuum coram Domino effudiſſe.

21 Dicens, Sic ait Dominus, "Inclinate humerum veſtrum, ac Regi Babylonio ſeruite: & ſedem retinebitis in terra, quam Patribus veſtris dedi.

Vult Dominus nos etiam principibus malis obtemperare.

22 Quòd ſi vocem Domini audire nolueritis vt ſeruiatis Regi Babylonio, faciam "vt ex vrbibus Iuda atque Ieroſolymis

23 Vox lætitiæ & vox gaudii, vox ſponſi & ſponſæ profligetur, terráque tota ſit ab habitatoribus planè deſerta.

24 Nos autem non audiuimus vocem tuam, "vt obſequium ſeruitiúmque Regi Babylonio præſtaremus: "itaq; reipſa verba tua cõprobaſti quæ loquutus fueras per manũ ſeruorũ tuorũ Prophetarum, videlicet vt oſſa Regum Patrúmque noſtrorũ "ſuo ex loco tranſlata aliò deportarentur:

25 "En eadem ad ardorem Solis, glaciémque noctis proiecta iacẽt: illíque acerbiſſimis doloribus, fame, gladio, atq; exilio interierũt.

26 Domum autem tuam, in qua inuocatum eſt nomen tuum, "redegiſti eum in ſtatum quem hæc dies oſtẽdit, propter prauitatem domus Iſrael & domus Iuda.

27 Et tu Domine Deus noſter egiſti nobiſcum ſecundũ benignitatem tuam, ſummámque miſericordiam,

28 "Quemadmodum per Moſen ſeruum tuum teſtatus es eo die quo Legem tuam iuſſiſti coram filiis Iſrael perſcribere,

29 Dicens, Niſi vocem meam audiueritis, "hæc tanta hominum multitudo, quæ quaſi examen apum bombat, "ad ſummam paucitatem redigetur inter Gentes, ad quas ego vos diſpergam:

30 Scio enim quòd me quidem non audient, quoniam ſunt "populus duræ ceruicis, ſed "in terra captiuitatis ſuæ ad cor ſuum reuertentur:

Populũ à captiuitate ſe reuocaturũ promittit Dominus, illique teſtamentũ nouũ & æternum daturum.

31 Et *tum denique* cognoſcent quòd ego ſum Dominus Deus ipſorũ: "& dabo eis cor *ut intelligant*, & aures vt audiant.

32 Et laudabunt me, meíque nominis recordabuntur.

33 "Atque illud ſuum contumax deponẽt dorſum, improbáque fa

21 Dicẽs, Sic dicit Dominus, Inclinate humerum veſtrum, & ceruicem veſtram, & opera facite Regi Babylonis: & ſedebitis in terra quam dedi Patribus veſtris.

22 ‖Quòd ſi nõ audieritis vocem Dñi Dei veſtri operari Regi Babyloniæ, defectionem veſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & áforis Ieruſalem: Ierem.29.d.17

23 Et auferã à vobis vocẽ iucũditatis, & vocem gaudii, & vocem ſponſi & vocem ſponſæ, & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam.

24 Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur Regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua quæ loquut⁹ es in manibus puerorum tuorũ Prophetarũ, vt transferrentur oſſa Regum noſtrorum, & oſſa Patrum noſtrorũ de loco ſuo:

25 Et ecce proiecta ſũt in calore Solis, & in gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus peſſimis, in fame & in gladio, & in emiſſione. B

26 Et poſuiſti templũ, in quo inuocatũ eſt nomẽ tuũ in ipſo, ſicut hęc dies propter iniquitatem domus Iſrael & domus Iuda.

27 Et feciſti in nobis Domine Deus noſter ſecundum omnem bonitatem tuam, & ſecundum omnẽ miſerationem tuam illam magnam,

28 ‖Sicut loquutus es in manu' pueri tui Moyſi in die qua præcepiſti ei ſcribere Legem tuam coram filiis Iſrael, Leuit.26.b.14 deut.28.b.15

29 Dicens, Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna cõuertetur in minimam inter Gentes, quò ego eos diſpergam:

30 Quia ſcio quòd me non audiet populus, populus eſt enim dura ceruice, & conuertetur ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ:

31 Et ſciẽt quia ego ſũ Dominus Deus eorum: & dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient. C

32 Et laudabũt me ĩ terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei.

33 Et auertent ſe à dorſo ſuo duro, & à

21 Inclinate humerum, &c. κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν, καὶ ἐργάσασθε τῷ βασιλεῖ. i. Inclinate humerum, & ſeruite Regi Babylonio. Hæc exhortatio Dei ad populum, vt ſe ſubiiciat Nabuchodonoſor, eſt apud Ieremiã, 27.c.12. Hortatur enim eos Propheta להביא בעול מלך בבל & לתת ad dandum, aut ſubmittendum, & inducendum collum, ceruicémque ſub iugum Regis Babél. Subiũgit deinde promiſſionem quam Baruch etiam proponit, Se effecturum vt quietè degant in terra ſua, eámque colãt. ἐργάζεσθαι dicit quod Ieremias עבד, ſed verbum Hebræum accipitur pro ſeruire, non ſolùm pro terram colere, quemadmodum ſuprà ad cultum alienorum deorum relatum eſt.

22 Vt ex vrbibus Iuda, &c. ἔκλειψιν ποιήσω ἐκ πόλεως Ἰούδα φωνὴν εὐφροσύνης, Ad verbum, defectionem faciam vocis lætitiæ. id eſt faciam deficere, aut ceſſare, vt nullus ſit ei locus, ſed lamentationi & luctui. Ea comminatio eſt vſitata in Prophetis.

24 Vt obſequium, ſeruit. &c. ἐργάζεσθαι τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. vt ſeruiremus Regi Babyloni. Dixi antè verbum עבד cultum ſeruitiúmque ſignificare quod ſuperiori debetur. Hinc etiam עבודה pro ipſo ſeruitio accipitur. Itaque reipſa, &c. καὶ ἔστησας τοὺς λόγους σου. & ſtatuiſti, aut confirmaſti verba tua. Ieremias ſæpe vtitur verbo חקים, de quo antea. Itaque Hebraicè diceretur והקימות & excitaſti, aut rata feciſti: vbi ו illatiua eſt particula. Suo ex loco, &c. τοῦ ἐξενεχθῆναι, vt exportarentur. Ego huiuſmodi tranſlationem duobus verbis expreſſi, vt plenior eſſet oratio. 25 En eadem ad ardo. &c. ἰδοὺ εἰσὶν ἐῤῥιμμένα τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός, Ecce ſunt iacta calori, aut æſtui diei, & glaciei noctis. i. ſunt inſepulta. Eſt enim deſcriptio inſepulti corporis, quod eſt diſiectũ, cælóque aperto expoſitũ. Eſt autẽ hæc miſerrima cõditio, carere iure atque honore ſepulturæ, quũ ea calamitas, infamiáque impietatis pœna, etiam mortẽ comitatur.

26 Redegiſti eum, &c. ἔθηκας τὸν οἶκόν σου ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, poſuiſti domũ tuam vt hæc dies. Verbũ Ponere vſurpatur quemadmodũ נתן dare apud Hebræos: vtrũque enim ſignificat huius cõmutationem, qua templum magnificẽtiſſimum & auguſtiſſimum in ſummã vaſtitatem redactum eſt. 28 Quemadmodum, &c. καθὰ ἐλάλησας ἐν χειρὶ τοῦ παιδός σου. Sicut loquutus es in manu ſerui tui Moſis. ביד in manu apud Hebræos dicitur pro miniſterio: qua loquendi forma ſignificatur vis Prophetiæ eorũ qui ex verbo Domini loquuti ſunt. Nihil enim fruſtra ab illis aut minando, aut promittendo dicitur. Hæc autem Moſis admonitio populum adhortãtis ad cultum vnius Dei, eúmque dehortãtis à ſuperſtitionibus, habetur Deut.4.c.15, & Leuit.26.a.1. 29 Hæc tanta, &c. ἡ μὴν ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη, ἡ πολλὴ αὕτη, profectò turba hæc magna, & multa. βόμβησις propriè dicitur examen apum. & βόμβος, & βομβέω, verbum factum à ſonitu qui editur ab apibus, vt bõbare, aut vt Gaza fecit, bóbulare. Moſes Deu.28.g.62, alia ſimilitudine vſus eſt ſtellarũ, quarũ numero infinito multitudinẽ Iſraelitarum cõparat. Ad ſummã, &c. ἀποστρέψει εἰς μικρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, reuertetur in exiguam in Gentibus. Deut.28.g.62, ונשארתם במתי מעט & reliqui eritis in mortalibus pauci, pro eo quòd fuiſtis ſicut ſtellæ cæli. Eandẽ paucitatẽ minatur cap.4.d.27, eiuſdẽ libri, Et diſperget vos Dominus inter populos, & reliqui eritis pauci numero in gentibus ad quas Dominus vos abiget. Verbũ שאר apud Hebræos, ſignificat exiguum reliquiarum numerũ ex tanta multitudine reſeruatum. 30 Populus duræ cer. λαὸς σκληροτράχηλός ἐστιν. עם קשה עורף הוא populus duræ ceruicis ipſe, Deut 9.c.13. quod contumaciæ crimen ab Stephano, Act.7.f.51, obiicitur. In terra, &c. ἐν γῇ ἀποικισμοῦ in terra tranſmigrationis. aut exilii, גולה Hebraicè dicitur. Hæc autem promiſſio de reſipiſcentia conuerſionéque ad Dominum facta in calamitate, eſt apud Moſen multis in locis, Leuit.26.g.42. Deu.4.c.31, & aliis, in quibus Deus calamitoſis hominibus ad mentem ſanam redeuntibus opem ſalutémque promittit. 31 Et dabo eis cor, &c. καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν, καὶ ὦτα ἀκούοντα, & dabo eis cor, & aures audiẽtes. aut vt habẽt quidã codices, καὶ ἀκούσονται, & audiẽt. 33 Atque illud, &c. καὶ ἀποστρέψουσιν ἀπὸ τοῦ νώτου αὐτῶν σκληροῦ, καὶ ἀπὸ τῶν πονηρῶν πραγμάτων αὐτῶν. & recedẽt à dorſo ſuo duro, & à prauis ſuis factis aut operibus. cuiuſmodi peruerſa impiáque ſtudia atque inſtituta ab Hebræis appellãtur.

malignitatibus ſuis, quia reminiſcentur viam Patrum ſuorū qui peccauerunt in me.

34 Et reuocabo illos in terrā quam iuraui Patribus eorū Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabūtur eius, & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35 Et ſtatuam illis teſtamentum alterū ſempiternum, vt ſim illis in Deū, & ipſi erunt mihi in populum: & nō mouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra quam dedi illis.

Cap. III.

1 ET nunc Domine omnipotens, Deus Iſrael, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te.

2 Audi Domine, & miſerere, q̄a Deꝰ es miſericors: & miſerere noſtri, quia peccauimus ante te.

3 Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in æuum?

4 Domine omnipotens, Deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum Iſrael, & filiorū ipſorum qui peccauerunt ante te, & non audierūt vocem Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala.

5 Noli meminiſſe iniquitatum Patrū noſtrorum, ſed memento manus tuæ & nominis tui in tempore iſto:

6 Quia tu es Dominus Deus noſter, & laudabimus te Domine.

7 Quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate noſtra, quia conuertimur ab iniquitate Patrū noſtrorum qui peccauerunt ante te.

8 Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua nos diſperſiſti in improperium, & in maledictū, & in peccatum, ſecundum omnes iniquitates Patrum noſtrorum qui diſceſſerunt à te Domine Deus noſter.

B 9 Audi Iſrael mandata vitæ, auribus percipe, vt ſciatis prudentiam.

10 Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorum es?

11 Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in infernum.

12 Dereliquiſti fontem ſapientiæ.

13 Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram.

14 Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas vitæ & victus, vbi

cinora abiicient, quum in memoriam reuocabunt viam Patrum ſuorum qui coram Domino peccauerunt.

Et reducam eos in terram quam iureiurando promiſi Patribus eorum Abraham, Iſaac, & Iacob, vt ea potiātur, tum etiā eos multiplicabo, nec diminuentur.

Fœdúſque cum eis perpetuum cōſtituam, vt ſim eis in Deum, ipſíque viciſſim ſint mihi in populum: neque amplius populum Iſrael è terra quam eis dedi, amouebo. Cap. III.

DOmine omnipotens Deus Iſrael, ʼanima in anguſtiis poſita, & ſpiritus angore afflictus ad te clamat.

Audi Domine, & miſerere, quoniam tu miſericors es: miſerere inquam, quoniam peccauimus aduerſum te.

ʼTu enim in æternū permanes, nos verò perimus in perpetuū.

Domine omnipotens Deus Iſrael audi quæſo preces mortuorū Iſrael, filiorúmque qui peccauerūt in te, nec vocem Domini Dei ſui audiuerunt, ʼpropterea nobis hæc mala adhæſerunt.

Iniquitates Patrum noſtrorum in memoriā ne reuoces, ſed memor ſis manus tuæ, nominíſque tui in hoc tempore:

Quoniā tu es Dominus Deus noſter, & laudabimꝰ te Domine.

Nam ideo timorem tui cordibus noſtris inieciſti, vt nomen inuocemus tuum, ac te in exilio noſtro collaudemus, vt qui Patrum noſtrorum qui coram te peccauerunt, omnem iuſtitiam ʼin memoriam & cogitationem noſtram reduximus.

Ecce nos hodie in exilio noſtro, ſumus ʼopprobrio, execrationi, exactioníque obnoxii, iuxta omnes iniquitates Patrum noſtrorū, qui à Domino Deo noſtro defecerunt.

ʼAudi Iſraél præcepta vitæ, atque ad prudentiam cognoſcendam aures præbete.

ʼQuid eſt Iſraél quòd in terra inimicorum degis?

In aliena terra inueteraſti, ʼcum mortuis pollutus es, ʼatque inter eos numeratus qui deſcendunt in infernum.

ʼFontem Sapientiæ reliquiſti.

Nam ſi viam Dei tenuiſſes, in pace vixiſſes ſempiterna.

ʼDiſce vbinam prudētia ſit, vbi fortitudo, vbi ſit intelligentia: vt cognoſcas ſimul vbi longinquitas vitæ, atque adeò vita ipſa &

Pergit populus in oratione iam incœpta, pro ſua liberatione.

Cōmēdat populo prudentiam, oſtendens ob neglectum eius, tāta mala illi obtigiſſe.

IN CAPVT III.

1 Anima in anguſtiis poſita, &c. ψυχὴ ἐν στενοῖς, ϗ πνεῦμα ἀκηδιῶν. anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius. aut laborans, ſiue angore & ſolicitudine affectus. Marcus cap. 14. d. 33, dicit Chriſtum ἀδημονῆσαι, maximo animi angore affectum fuiſſe. 3 Tu enim in æternum perm. &c. ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα. Quoniam tu ſedes in æternum, aut habitas. ישב Hebraicè, quod pro עמד ſtare maneréque accipitur. Hæc autem ratio fragilitatis humanæ, mortalitate cum æternitate Dei comparata, maximam ad orandum habet vim. Itaque in Pſalmis atque aliis locis Scripturæ ea ſæpe adhibetur. Habet enim humilem confeſſionem humanæ conditionis.

4 Propterea nobis hæc mala, &c. καὶ ἐκολλήθη ἡμῖν τὰ κακά. & adglutinata ſunt nobis mala. Phraſis eſt Hebraica: nam verbum דבק adhæreſcit, apud Moſen ſæpe in hac ſentētiæ forma vſurpatur: & actiuè, Adglutinabit Dominus tibi has maledictiones. 7 In memoriā & cogitationē noſtram, &c. ὅτι ἀπεστρέψαμεν ἐπὶ καρδίαν ἡμῶν. quoniam reduximus, aut reuocauimus in cor noſtrū omnem iniuſtitiā Patrum noſtrorum. Hæc cogitatio ac recordatio peccatorum à Patribus commiſſorū adiuncta ad propria peccata, plurimùm valet ad humilem cōfeſſionem, eáque ſæpe in Scriptura à ſanctis hominibus ſuſcipitur. 8 Opprobrio, execrationi, &c. εἰς ὀνειδισμὸν ϗ εἰς ἀρὰν, ϗ εἰς ὄφλησιν. in exilio ſumus ad opprobrium, & ad maledictionem, & debitum. ὄφλημα, ϗ ὄφλησις propriè debitum ſignificat. Sed ego correlatiuo eius vſus ſum, nomine exactionis, quæ in captiuos erat acerbiſſima. Erant enim expoſiti planè ad cupiditatem ac libidinem eorum à quibus captiui ac oppreſſi tenebantur. 9 Audi Iſrael præcepta, &c. Abſoluta ad Deū precatione, nunc inſtituit παραίνεσιν admonitionem, in qua populum tum ad recolendam memoriam admiſſorum peccatorum, tum ad vitam in timore Dei inſtituendam adhortatur. Eſt autem hæc commonitio aptiſſimè ad ſuperiorem orationem adiuncta. Hoc in verſu eſt mutatio numeri Hebræis familiaris. 10 Quid eſt Iſrael, quòd, &c. Hæc eſt ἀνάμνησις, in qua Propheta populum reuocat ad memoriam priſtinorum delictorum: qui locus μετανοητικὸς ad pœnitentiam eſt accommodatus. tum enim homines ex animo ſanitatē expetunt quum priſtinam morbi offenſionem, ſuámque culpam recognoſcūt. 11 Cum mortuis pol. &c. συνεμιάνθης τοῖς νεκροῖς. coinquinatus [aut contaminatus] cū mortuis. Fuit enim in illa captiuitate quaſi mortuus, & Babylone quaſi quodam in ſepulchro poſitus. Itaque eorum preces, antea mortuorum, Iſrael appellauit. Atque inter eos numeratus, &c. προσελογίσθης μετὰ τῶν εἰς ᾅδου. reputatus es cum iis qui in infernū, ſubaudiendū eſt, Deſcenderunt. Porrò Reputatus es dixit, verbum Hebræum נחשבת imitatus, id eſt exiſtimatus es è numero eorum qui deſcendunt in ſepulchrum. Hac autem forma Hebræi ſalutē alicuius deſperatā ſignificant. 12 Fontem ſapientiæ reliq. Reſpōſio eſt ſuperiori interrogationi ſubiuncta, cui apponit rationem à contrario euentu, fructúque obedientiæ. Similis ſententia poſita eſt Pſal. 81. c. 14, Vtinam populus meus obtemperaſſet mihi, Iſrael in viis meis ambulaſſet: Breui tempore inimicos eorum humiliaſſem, & fuiſſet tempus ipſorum in ſeculum, &c. 14 Diſce vbinā prud. ſit. μάθε ποῦ ἐστι φρόνησις. Huiuſmodi diſciplina ex malis præteritis ſuſcepta, in Sacris literis à Spiritu ſancto commendatur, quum ſenſu præſentium calamitatum in memoriam reuocamus ea bona quæ noſtra culpa amiſimus, eáque toto animo recuperare cupimus.

lux oculorum,ac pax ſita ſit.
'Quis inuenit ſedem eius,aut in illius theſauro quis vnquam intro- 15
iuit?
'Vbi ſunt Principes Gentiũ, & hi qui beſtiis terræ dominantur, 16
'Qui auibus cæli ad ludos iocóſque ſuos abutũtur,qui recõdunt 17
theſauros argenti,atque auri quo homines maximè cõfidunt, nec
vllum acquirendi finem faciunt?
'Argenti enim pecuniæque fabricatores,qui ea ſumma cura ſollicitudinéque 18
parãt, 'quæ ne cogitatione quidẽ cõprehẽdi poſſũt,
Iam euanuerunt, ad inferóſque deſcenderũt, 'aliíque in eorum 19
locum ſucceſſerunt.
'Iuuenes quidem hanc lucem aſpexerunt, atque habitauerũt ſuper 20
terram:viam verò ſcientiæ non cognouerunt,
Neque intellexerunt ſemitas eius,nec filii eorum eam ſunt amplexi, 21
longè ab ea abfuerunt.
Neque verò in terra Chanaan audita eſt, neque in Themã viſa: 22
Nec etiam filii Agar prudentiam in terra exquirentes, nec Meran, 23
Themánque negotiatores, 'nec fabularum interpretes, cæteríque
prudentiæ conquiſitores viam ſapientiæ cognouerunt, nec
in memoria ſemitas eius habuerunt.
'O Iſrael quàm ampla eſt domus Dei, quàm longè patens locus 24
habitationis eius!
Locus magnus eſt & infinitus,excelſus atque immenſus. 25
'Ibi fuerunt gigantes homines iam inde ab initio nobiles,'ingẽti 26
corporis magnitudine præditi,reíque bellicæ ſcientiſſimi:
'Veruntamen Dominus eos non elegit,neque viam ſcientiæ eis 27
dedit:itaque perierunt.
Quoniã prudẽtia caruerunt,'ſua inquã imprudentia perierunt. 28

ſit lumen oculorum,& pax.

Quis inuenit locũ eius? & quis intrauit in theſauros eius?

Vbi ſũt Prĩcipes Gẽtiũ,& q̃ dominãtur ſuper beſtias quæ ſunt ſup terrã,

Qui in auibus cæli ludunt,qui argẽtum thezaurizãt,& aurum in quo cõfidunt homines,& nõ eſt finis acquiſitionis eorum?

Qui argentum fabricant & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operũ illorũ,

Exterminati ſunt,ad inferos deſcenderunt,& alii loco eorũ exurrexerũt.

Iuuenes viderũt lumen, & habitauerunt ſuper terram:viam autem diſciplinæ ignorauerunt,

Neque intellexerunt ſemitas eius, neque filii eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum longè facta eſt.

Non eſt audita in terra Chanáan, neque viſa eſt in Theman:

Filii quoq; Agar qui exquirũt prudentiã quæ de terra eſt,negotiatores terrę & Themã,& fabulatores,& exquiſitores intelligentiæ:viam autẽ ſapientiæ neſcierunt, neque cõmemorati ſunt ſemitas eius.

O Iſrael quàm magna eſt domus Dei,& ingẽs locus poſſeſſionis eius?

Magnus eſt, & non habet finẽ, excelſus & immenſus.

Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum:

Non hos elegit Dominus, neque viam diſciplinæ dedit illis: propterea perierunt.

Et quoniã non habuerũt ſapientiã, interierunt propter ſuam inſipientiã.

15 Quis inuenit ſedem eius, τίς εὗρε τὸν τόπον αὐτῆς. Quis nactus eſt locum eius.Hæc eſt commendatio Sapientiæ à raritate, paucitatéque eorum qui illam adipiſcuntur.Eſt enim donum Dei rarum & ſingulare. Sic Moſes Deut.4.a.6,doctrinam Legis Diuinæ commendat,vt excellentiſſimam quandam ſapientiam,quæ cæteris omnibus populis non fuerit impertita & communicata: quo maiore ſtudio,quum Deus eam eſt largitus,amplectenda. 16 Vbi ſunt Principes Gent.&c. Cõmemorat hoc loco potentiſſimos Reges,ac populos hominéſque cæteris artibus ac ſcientiis huius vitæ præſtantiſſimos,quibus dicit hanc Diuinam ſapientiam,ſalutarémque doctrinam verbi Dei defuiſſe. 17 Qui auibus cæli ad ludos,&c.οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες. Qui auibus cæli illudunt.i.ad ſuas luſiones ac voluptates abutuntur. Eſt enim ſumma copia facultáſque parata rerum omnium quæ in terra,mari,aeréque verſantur.

18 Argenti enim pecuniæque fabricatores.&c. ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον τεκταίνοντες. Quoniam argentum fabricantes, i. qui argentum omni ratione cõparant & cumulant,aut etiam cudunt,propterea quòd pecuniam cõficiendã curant. Nam verbum τεκταίνειν eſt fabrorum qui ligna parant.Sed quadam ſimilitudine ad alios artifices,rerúmque aliarum inuentores non ineptè transfertur. Quæ ne cogitatione quidem comprehẽdi poſſunt. καὶ οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων αὐτῶν.& non inuentio,aut excogitatio operũ ipſorum. Quidam ita vertunt,quaſi ea opera tanta cura ac ſolicitudine comparata perierint:ſed hunc interitum melius ſignificat verbum quod mox ſequitur ἠφανίσθησαν, euanuerunt. Hoc autem coniungendum eſt cum præcedentibus,atque ad eam infinitam bonorum copiam referenda. Quemadmodum antè dixit,nullum finem eſſe quærendæ rei:ita nunc dicit eam magnitudinem eſſe diuitiarũ,opúmque, quam nemo animo ſuo cõplecti poſſit.Hoc enim ſignificat ἐξεύρεσις excogitatio,atque animi comprehenſio. 19 Aliíque in eorum locum,&c. καὶ ἄλλοι ἀνέστησαν ἀντ' αὐτῶν.aliiq; ſurrexerunt pro ipſis,id eſt in eorũ loco ſunt collocati,aut ſubſtituti. Hæc enim doctrina ſæpe eſt in Scriptura,maximéq; apud Iobũ,qua mutatio regnorum ac poteſtatum,& quædam ſucceſſio Diuinitus facta demonſtratur. Neque enim ſunt ita ſtabiles diuitiæ atque opes,vt certos eoſdémque poſſeſſores ſemper habeant. 20 Iuuenes quidem hanc lucem aſpex.&c.νεώτεροι ἴδον φῶς,Iuuenes viderunt lucem. Aliud genus hominum commemorat,qui ſuauiter hac vita perfruuntur,ſed ſapientia,iucundiſſima animi luce deſtituuntur.

23 Nec fabularum interpretes,&c.καὶ οἱ μυθολόγοι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως. Et fabulatores,& inueſtigatores intelligentiæ. Hoc genus hominum commemorat;qui aut negotiantes,maximáque negotia tum terra tum mari obeuntes,multa vident & cognoſcunt, aut etiam in rebus inquirendis ponentes plurima,non indigna illa quidem cognitione reperiunt,ſed quæ veram ſapientiam nulla ex parte attingũt. μυθολόγοι ſunt interpretes atque explicatores fabularum,quas Poetæ doctiſſimi homines confinxerunt,ſub earúmque integumentis ſapiẽtiam quandam occultarunt.Fuerunt philoſophi,qui quæ fabuloſè erant dicta, ea conati ſunt ad aliquem vitæ vſum aut rationem veritatis explicare.Per ἐκζητηταὶ συνέσεως mihi videtur intelligere philoſophos,qui omne ſuum ſtudium in inueſtigatione rerum poſuerunt.

24 O Iſrael quàm ampla eſt Domus Dei,&c. ἐκφώνησις. exclamatio qua vult oſtendere theſauros ſapientiæ Diuinæ eſſe humano ingenio incomprehenſibiles.Hac enim magnitudine amplitudinéque domus Dei,in qua ſapientia ſuam habet ſedem,nihil aliud vult ſignificare,quàm hominem ſine Spiritu Dei non poſſe ad illam pertingere. ea enim in cælo ſuum habet domicilium:homines in terra reptantes eò non poſſunt euolare. 26 Ibi fuerunt gigantes homines,&c.ἐκεῖ ἐγεννήθησαν γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ ἀπ' ἀρχῆς, Ibi fuerunt gigantes nominati ab initio.Gene.6.a.4,dicuntur הנפלים homines robuſti ac valentes,& מעולם אנשי השם à ſeculo viri nominis, id eſt celebres ac nobiles.Nam quod Baruch dicit Ab initio,Moſes, A ſeculo. Ingenti corporis magnitudine,&c.γενόμενοι εὐμεγέθεις,ſublimes ac proceri. De ſtatura corporis eorum ac proceritate,Moſes in Geneſi non loquitur:ſed tantùm de eorum potentia ac nobilitate.Sed Num.13.g.33,magnitudinis illorum mentionẽ facit,quos appellat הנפלים filios Anach אנשי מדות viros ſublimis atque ingentis ſtaturæ,quibus Iudæi exploratores comparati,locuſtæ viderentur. 27 Veruntamen Dominus eos,&c.οὐ τούτους ἐξελέξατο ὁ θεός. Non hos Deus elegit.Ita commendat hanc ſingularem Dei gratiam,quemadmodum Moſes in Deuteronomio gratuitam eius electionem eſſe oſtendit,non quòd populus iuſtitia,potentiáve aliis præſtaret:ſed quia Dominus Patres illorum dilexit 28 Sua inquã,&c.ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν. Perierunt propter vacuitatẽ [aut deſtitutionẽ] prudentiæ.aut,quia deſtituti fuerunt prudẽtia.Scimus quomodo gigãtes illi perierint in diluuio,quoniã nullũ Dei timorẽ,quæ vera eſt Dei ſapiẽtia,habuerũt.Huiuſmodi eſt exitus omniũ qui cognitionis Diuinæ ſunt expertes.

Quis aſcendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus?

D Quis tranſfretauit mare, & inuenit illã, & attulit illam ſuper aurum electum?

Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemitas eius.

Sed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia ſua, qui pręparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus.

Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi cũ tremore.

Stellæ autem dederũt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt.

Vocatæ ſunt, & dixerunt, Adſumꝰ: & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas.

Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum.

Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.

Poſthæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

Cap. IIII.

HIc liber mãdatorum Dei, & Lex quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortẽ.

Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad ſplendorẽ eius contra lumen eius.

Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.

Beati ſumus Iſrael, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis.

Animæquior eſto populꝰ Dei, memorabilis Iſrael.

Venundati eſtis Gentibus, non in perditionẽ, ſed propterea quòd in ira Dei ad iracundiam prouocaſtis Dominum, traditi eſtis aduerſariis.

B Exacerbaſtis enim eũ qui fecit vos,

29 ʹQuis aſcendit in cælum, eámque adeptus eſt, aut eam è nubibus deduxit?

30 ʹQuis traiecit mare, atque eam inuenit, ʹvt inde eam potius quã aurum puriſſimum apportet?

31 Nullus eſt qui cognoſcat viam eius, ʹnec qui animo ſemitam illius comprehendat.

32 ʹCui nota ſunt omnia, is eam cognoſcit, ſuáque intelligẽtia illã inuenit, qui terram ſtabiliuit in tempus ſempiternũ, eámque ʹiumentis quadrupedibus impleuit.

33 Qui quum lucem emittit, ea progreditur: quum reuocat eandem, cum tremore ei obſequitur.

34 Stellæ verò ʹſuis in ſtationibus luxerunt, lætatæque ſunt.

35 Simulatque ab eo ſunt vocatæ, dixerunt, Præſto ſumus: ac cum lætitia ſuo luxerunt creatori.

36 Hic eſt Deus noſter, neque eſt alius qui cum ipſo comparetur.

37 Is inuenit omnem viam ſcientiæ, ʹeámque ſeruo ſuo Iacob, & Iſrael dilecto ſuo dedit.

38 ʹEa poſtea in terra viſa eſt, atque inter homines verſata.

Cap. IIII.

1 HIc eſt liber præceptorum Dei, & ʹLex in æternum duratura: quicunque eam apprehendunt, vitam ingredientur: qui verò dereliquerint eandem, morientur.

2 Conuertere Iacob, & apprehende eam, atque ad ſplendorem in lumine eius ambula.

3 Gloriam tuam alteri ne dederis, nec cõmoda tua genti alienæ.

4 Beati ſumus ô Iſrael: quoniam ʹquæ placent Deo, fuerunt nobis declarata.

5 Bono animo eſto popule mi, ʹmonumentum Iſrael.

6 ʹNon eſtis venundati vt pereatis, ſed quoniam Deũ ad iracundiam prouocaſtis, idcirco in poteſtatem hoſtium traditi eſtis.

7 ʹExacerbaſtis enim eum qui vos creauit, ʹdæmoniis ſacrifican-

Solus Deus ſapientiæ adinuentor.

De Chriſto incarnato.

Legem tenẽtiũ merces, & ſpernentium pœna.

Conſolatio populi captiui.

29 Quis aſcendit in cælum, &c. Hæc ſentẽtia ſumpta eſt ex Deutero. 30.c.12, ad alium vſum accommodata, quàm in quo Moſes illic vtitur: Moſes enim dicit, doctrinam Legis non ita longè eſſe poſitam, vt in cælo ſitam aut vltra mare, vt apprehendi non poſſit: ſed propè in ore ac corde vniuſcuiuſque. Ibi enim vult populo adimere omnem recuſandæ doctrinæ occaſionem, quòd ea eſſet difficilior & obſcurior: aut remotior quàm vt eam aſſequi poſſit. Baruch verò hoc loco aliud agit, oſtendit non eſſe in facultate cuiuſquam vt ſapientiã verbi Dei conſequatur. Non enim eſt volentis aut currentis, ſed Dei miſerentis, ac cui voluerit, largientis. 30 Quis traiecit mare, &c. Τίς διέβη πέραν τῆς θαλάσσης. Quis traiecit vltra mare. Moſes ita effert per futurum tempus, מי יעבר עבר הים, quis trãſibit vltra mare, & afferet nobis eam? Sed forma orationis mutata eſt, & ad propoſitum accommodata. Et inde potius quàm aurum puriſſimum, &c. καὶ οἴσει αὐτὴν χρυσίου ἐκλεκτοῦ; & feret, [aut afferet] eam auri electi, ſubaudiẽda eſt præpoſitio Præ, ʹquæ habet vim Hebraicæ מן, quæ comparationi ſeruit.

31 Nec qui animo ſemitam illius comprehendit, &c. οὐδὲ ἐνθυμούμενος τὴν τρίβον αὐτῆς. nec qui conſideret ſemitam eius. ἐνθυμεῖσθαι ſignificat animo agitare aut concipere. 32 Cui nota ſunt omnia, &c. ἀλλὰ ὁ εἰδὼς τὰ πάντα γινώσκει αὐτήν, Sed qui nouit omnia cognoſcit eã. Poſtquam per ἀφαίρεσιν oſtendit omnes homines inopes, expertéſque eſſe ſapientiæ, nunc docet vbi eſt fons eius vnde haurienda ſit. A creatione mundi ac gubernatione Deum authorem eſſe oſtendit. Verbo enim Dei omnia creata ſunt, eóque gubernantur & conſiſtunt, Pſal. 119.91, Ad iudicia tua ad hunc vſque diem omnia perſtant, quoniam omnia tibi ſeruiunt. Iumentis quadrup. &c. κτηνῶν τετραπόδων. quæ בהמות Hebraicè nominantur, & ab aliis beſtiarum generibus diſtinguũtur. 34 Suis in ſtationibus. ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, in cuſtodiis ſuis. id eſt locis vnicuique tanquam militi aſſignatis. Sunt enim à Deo ordinatæ, & quaſi milites in ſtatione ita collocatæ vt ad imperiũ Dei præſto ſint. Itaque צבא השמים exercitus cælorum appellantur, Ieſa. 40.f.26, Producens in numero exercitum eorum, ſingula ſuis vocans nominibus. 37 Eámque ſeruo ſ. Iacob, &c. Poſtquã docuit Deũ ſapientiæ authorem eſſe, nunc oſtendit populum quem ſingulari ſua ſciẽtia, beneficióque ſapientiæ dignatus eſt. Hæc autẽ beneficii præſtãtia debet homines in omnis grati ac pii animi memoria retinere.

38 Ea poſtea in terra viſa eſt, &c. Ego non dubito quin Chriſtũ Filium Dei in carne reuelatum intelligat. Is enim eſt æterna Dei ſapientia, per quam omnia creata ſunt, quæ poſtea carne induta cum hominibus eſt conuerſata, ab eiſque viſa, & contrectata, Iohan. 1.a.1.

IN CAPVT IIII.

1 Lex in æternum durat. καὶ ὁ νόμος ὑπάρχων εἰς τὸν αἰῶνα. Lex exiſtens in æternum, id eſt permanens in perpetuum. Hæc enim æternitas ſoli verbo Dei tribuitur: cætera omnia vt fluxa & caduca intereunt. Pſal. 119.96, Omnis conſummationis finem vidi, præceptum verò tuũ valde eſt latum. 4 Quæ placent Deo, fuerunt nobis, &c. τὰ ἀρεστὰ τῷ θεῷ, ἡμῖν γνωστά ἐστι. placita [aut grata] Deo, nobis nota ſunt, aut cognita. Eſt enim cognitio voluntatis Diuinæ, ſumma fœlicitas & vita æterna. 5 Monumentum Iſrael, &c. μνημόσυνον ἰσραήλ, memoriale Iſrael. id eſt cuius incolumitate ac ſalute memoria conſeruatur, alioqui funditus interiret. Niſi enim Dominus ex tanta multitudine reliquias aliquas ſaluas eſſe voluiſſet, inquit Ieſa. 1.c.9, ſicut Sodoma & Gomorrha facti fuiſſemus. 6 Non eſtis venũdati, &c. ἐπράθητε τοῖς ἔθνεσιν οὐκ εἰς ἀπώλειαν. Venditi eſtis Gentibus non in exitium, aut interitum. Ieſa. 50.a.1, Ecce propter iniquitates veſtras venundati eſtis, propter tranſgreſſiones veſtras dimiſſa eſt mater veſtra. Cauſam iuſtam oſtendit calamitatis eorum, culpam, & cõtumaciam aduerſus Dominum ſuſceptam, Deique miſericordiam eos hac caſtigatione ad ſalutem reuocantis. Sunt huiuſmodi flagella, quaſi ſalutaria quædã remedia. 7 Exacerbaſtis enim, &c. παρωξύνατε γὰρ τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς. Ad irã [aut indignationẽ] prouocaſtis. Hæc ſumpta ſunt ex cãtico Moſis, Deu. 32.c.15, vbi ita Moſes queritur de populo, quòd dereliquerit Deũ עשהו factorem aut creatorem ſuũ [ſiue qui ipſum fecit] eúmq; ſuis abominationibus ad iracundiã concitarit. Dæmoniis ſacrificantes, θύσαντες δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ. Eadem ſunt apud Moſen,

Deut.32.c.17,יזבחו לשדים לא אלוה sacrificarunt dæmonibus, & non Deo. Eadem sunt etiã 2.Reg.17.b.12: nisi quòd גלולים idola abominanda fœdissimáque nominat,quibus Israelitæ inseruierunt.

tes,& non Deo.

Obliti estis eius qui vos genuit Dei æterni, ″& Ierusalẽ quæ vos 8 nutriuit,dolore affecistis.

Vidit enim vindictam à Deo vobis importatam , ac dixit,″Au- 9 dite finitimæ Sion,maximum in me luctum Deus induxit.

Querimonia Ierusalẽ,& sub ei⁹ typo Ecclesiæ.

Vidi enim captiuitatem filiorum meorum ac filiarũ,″in quam 10 AEternus eos coniecit.

″Quos enim nutriui cum lætitia, eos cum fletu luctúq; dimisi. 11

″Nemo insultet mihi viduæ,à multísque desertæ:″quoniã deso- 12 lata sũ propter peccata filiorũ meorũ qui à Lege Dei deflexerũt.

Iudicia autem ipsius non cognouerunt, neque in viis mandato- 13 rum eius ambulauerunt, nec institerunt semitis iustitiæ eius.

″Finitimæ Sion adeste,ac memorate captiuitatem filiorum ac 14 filiarum mearum,in quam AEternus eos induxit.

″Adduxit enim in eos gentem è longinquo,″gentem impuden- 15 tem″ac barbaram:

″Homines qui neq; senes reueriti sunt,neq; puerorũ miserti,qui 16 à vidua dilectos ipsius abduxerunt,& desolatã filiabus orbauerũt.

″Ego autem quid opis vobis possum afferre? 17

Qui enim induxit in vos hæc mala, is vos è manu inimicorum 18 vestrorum eripiet.

Ite filii,ite:nam ego sola derelicta sum. 19

Eiusdem consolatio ob futurã ciuium suorum liberationem, quibus & salutis spem addit.

″Exui autem vestem pacis : saccũ verò deprecationis meæ in- 20 dui, in his temporibus meis ad AEternum clamatura.

Bono animo estote filii , ac clamores vestros ad Deum tollite, 21 qui vos è dominatu,manúque inimicorum vestrorum liberabit.

Ego enim iam à Deo sempiterno salutem vestram speraui, læ- 22 titiáque mihi à Sancto allata est propter misericordiam quæ ab æterno Seruatore nostro quamprimum vobis obueniet.

Deum æternum,immolantes dæmoniis,& non Deo.

8 Obliti enim estis eum qui nutriuit vos, & cõtristastis nutricem vestram Ierusalem.

9 Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis,& dixit,Audite confines Sion,adduxit enim mihi Deus luctum magnum.

10 Vidi enim captiuitatẽ populi mei, filiorum meorum & filiarum , quam superduxit illis AEternus.

11 Nutriui enim illos cum iucunditate, dimisi autẽ illos cũ fletu & luctu.

12 Nemo gaudeat super me viduam & desolatam , à multis derelicta sum ꝑpter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à Lege Dei.

13 Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei,neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. C

14 Veniant confines Siõ, & memorẽtur captiuitatem filiorum & filiarum mearũ,quã superduxit illis AEtern⁹.

15 Adduxit enim super illos gentem de longinquo,gentem improbam,& alterius linguæ.

16 Qui nõ sunt reueriti senem,neque puerorum miserti sunt: & adduxerũt dilectos viduæ,& à filiis vnicam desolauerunt.

17 Ego autem quid possum adiuuare vos?

18 Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum.

19 Ambulate filii,ambulate:ego enim derelicta sum sola. D

20 Exui me stola pacis: indui autẽ me sacco obsecrationis,& clamabo ad Altissimum in diebus meis.

21 Animæquiores estote filii, clamate ad Dominum , & eripiet vos de manu principum inimicorum.

22 Ego enim speraui in æternum salutem vestram : & venit mihi gaudium à Sancto,super misericordia quæ veniet vobis ab AEterno salutari nostro.

8 Et Ierusalem quæ vos,&c. ἐλυπήσατε δὲ ϗ τὴν ἐθρέψασαν ὑμᾶς ἱερουσαλήμ. Contristatis eam quæ vos aluit Ierusalem.Scriptura comparat Ecclesiam matri nutrici, in cuius vtero concipimur,& sinu gremióque alimur & fouemur . Itaque Propheta institutam conquestionem auget ab Ecclesiæ orbitate,ac mœrore quem ex filiorum suorũ miserrima captiuitate ceperat,Iesaias cap.54.a.1,hoc in loco multùm immoratur vt Ecclesiã viduam & suis filiis orbatã cõsoletur. 9 Audite finitimæ Sion,&c. ἀκούσατε πάροικοι σιών. Audite cõfines,[aut vicinæ ciuitates & vrbes]ipsi Siõ.Est enim prosopopœia,qua Ecclesia Ierosolymitana de sua orbitate cõquerens inducitur.Est autẽ genus orationis ἐλεεινὸν ϗ παθητικὸν ad pium dolorem populo commouendum accommodatum. 10 In quã AEternus eos,&c. ἣν ἐπήγαγεν αὐτοῖς ὁ αἰώνιος.quam induxit eis AEternus.Deus enim iudex vindéxque eorum impietatis, eos in acerbissimam seruitutem induxit, eósque iusta & merita pœna affecit.Hæc calamitatis causa ad augendum dolorem plurimùm valet. 11 Quos enim nutriui,&c. Hæc antithesis.i.contentio atque oppositio contrariorum,ad magnitudinem doloris demonstrandam magnam vim habet.locus est αὐξητικὸς in conquestionibus plurimùm vsitatus. 12 Nemo insultet mihi.&c. μηδεὶς ἐπιχαιρέτω μοι τῇ χήρᾳ.Nullus gaudeat de me vidua.Forma orationis est ἀπαγορευτικὴ,ad miserationem accommodata, in qua voluptatem hominum maleuolorum suæ calamitati insultantium deprecatur atque auersatur. Quoniam desolata sum,&c.] αἰτιολογία causæ redditio ad præcedentem ἀπαγόρευσιν cõmodè adiuncta.quo loco præcipuam sui mœroris causam esse dicit,filiorum suorum contumaciam,qui à Deo defecerunt,aut à Lege eius declinarunt.

14 Finitimæ Sion,&c. ἐλθέτωσαν αἱ πάροικοι σιών, ϗ μνήσθητε.Veniant confines Sion,& memorate captiuitatem. Heterosis est personæ Hebræis vsitata,sicut enallage numeri. Est autem πρόσκλησις qua appellat &hortatur vicinas ciuitates ad deplorãdam calamitatem suam.forma orationis superiori cõtraria. 15 Adduxit enim in eos,&c. Locus iste sumptus est ex Deut.28.e.49,Et excitabit Dominus in te gentem è longinquo,quæ inuolabit vt aquila,gentem cuius linguam tu non capies,gentem impudentem facie, quæ faciem senis non reuerebitur,nec miserebitur adolescentis. Gentem impudentem,&c. גוי עז פנים gentem impudẽtem,procacem facie,id est duram,crudelem,sæuam,quæ nullius ætatis rationem habebit. Ac barbarã,&c. ϗ ἀλλόγλωσσον,& alterius linguæ,siue quæ à te lingua differat,cuiusmodi populi Barbari appellantur,quorum lingua nobis est incognita.Paulus 1.Corinth.14.c.11,Ero ei barbarus,& ipse mihi,si id quod legitur ac recitatur,non intelligatur.Itaque homines ἀλλόγλωσσοι,siue ἑτερόγλωσσοι alieno peregrinóque sermonis genere vtentes, non nostro, pro Barbaris accipiũtur.Moses huiusmodi peregrinitatem, barbariémque his verbis exprimit,Cuius linguam tu non percipies aut intelliges.Huiusmodi autem homines remotissimis in locis degentes,institutis,lingua,moribus maximè à nobis differentes,minus humanitatis plerunque habẽt,quàm qui iisdem societatis vinculis sunt nobis cõiunctiores. 16 Homines qui neque senes,&c. οὐκ ᾐσχύνθησαν πρεσβύτην,non veriti sunt senem.Moses, Quæ non accipiet faciem senis,nec pueri miserebitur.id est quæ nulli parcet ætati. Quæ autem Moses futura prædicit ac denuntiat,ea Baruch iam euenisse commemorat,atque ita comminationes multo ante ad casus,euentúsque rerum aptissimè accommodat. 17 Ego autem quid opus,&c.] Post deplorationem instituit hoc loco παράκλησιν,in qua fideles ac pios ad optimam spem salutis in Dei misericordia positam hortatur cum humili testificatione suæ inopiæ.Itaque huiusmodi forma orationis superiori conquestioni subiuncta,grauissimam piorum & calamitosorum consolationem,confirmationémque continet.

20 Exui autem vestẽ,&c. ἐξεδυσάμην τὴν στολὴν τῆς εἰρήνης.Deposui stolam pacis.Stola,vestis erat talaris ac muliebris,quam Paulus nominat καταστολὴν 1.Timoth.2.c.9:genus vestis pretiosæ & honorificæ mulieribus conuenientis. Huic opponit saccum insigne temporis calamitosi ac luctuosi indumentum.Itaque hac vestitus mutatione,suam calamitatem,humilitatémque significat:postea tamen vtitur pro veste lugubri.

Emiſi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Domin⁹ cum gaudio & iucunditate in ſempiternum.

B Sicut enim viderũt vicinæ Sion captiuitatem veſtrã à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtrã à Deo, quæ ſuperuenit vobis cũ honore magno & ſplendore æterno.

Filii, patienter ſuſtinete iram quæ ſuperuenit vobis: perſecutus eſt enim te inimicus tu⁹, ſed citò videbitis perditionẽ ipſius, & ſuper ceruices ipſius aſcendes.

Delicati mei ambulauerũt vias aſperas: ducti ſunt enim vt grex direptus ab inimicis.

Animęquiores eſtote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria veſtra ab eo qui duxit vos.

F Sicut enim fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.

Qui enim induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet vobis ſempiternã iucunditatem cum ſalute veſtra.

Animæquior eſto Ieruſalem, exhortatur enim te qui te nominauit.

Nocentes peribunt, qui te vexauerũt: & qui gratulati ſunt in tua ruina, punientur.

Ciuitates quibus ſeruierunt filii tui punientur, & quæ accepit filios tuos.

Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina, & lætata eſt in caſu tuo: ſic contriſtabitur in ſua deſolatione.

G Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.

Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno in lõgiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis ĩ multitudine tẽporis.

23 'Nam vos quidem emiſi cum luctu ac fletu, ſed Deus vos mihi cum gaudio & lætitia in perpetuum reſtituet.

24 'Vt enim vicinæ Sion modò viderunt captiuitatem veſtram, ita breui videbunt ſalutem veſtram à Deo allatam, quæ ſumma cũ gloria atque ſplendore ſempiterno vobis obueniet.

25 'Filii, patiẽter ferte vindictam à Deo vobis illatam: 'te quidem inimicus tuus eſt perſequutus, ſed tu breui eius exitium videbis, 'atque impoſitus ceruici eius inſultabis.

26 'Delicati mei per vias aſperas abierũt, quaſi grex direptus ab inimicis ſublati ſunt.

27 Confidite filii, ad Deúmque clamate: 'qui enim vos in hanc fortunã cõditionẽque adduxit, is veſtri quoque memoriã ſuſcipiet.

28 'Nam quemadmodum eò intentum habuiſtis animũ, vt à Deo declinaretis, ita ad eũdẽ 'cõuerſi, decies tãto magis ipſum quærite.

29 Qui enim hæc mala vobis importauit, is quoque lætitiam ſempiternam cum veſtra ſalute coniunctam afferet.

30 Bono animo eſto Ieruſalem: 'is enim à quo es nominata, conſolabitur te.

31 Miſeros homines qui te vexauerũt, 'quíq; caſu tuo lætati ſunt.

32 Miſeras atque infœlices ciuitates quibus filii tui ſeruierunt: miſeram illam, quæ filios tuos accepit.

33 Vt enim in ruina tua gauiſa eſt, & in caſu tuo lætata: ſic in ſua ſolitudine mœrebit.

34 'Atque exultãtem eius frequentiam circuncidam, & in luctum ipſius gloriationem conuertam.

35 'Ignis enim à Deo æterno in eam ad multa tempora immittetur, 'diúque à dæmoniis habitabitur.

23 Nam vos quidem emiſ.&c. ἐξαπέστειλα γὰρ ὑμᾶς. Locus conſolationis ab euentu contrario ac fœlici, ἀντιθετικῶς per cõtentionem inductus. Opponit enim reditum celerem ac fœlicem priori eorum tranſmigrationi. 24 Vt enim vicinæ Sion.] Adiungit ad locum conſolationis propoſitum, contrariam affectionem atque opinionem hominum glorioſum fidelium reditum admirantium, ac Dei bonitatem ac virtutem laudibus celebrantium. Hic locus etiam per contentionem tractatur. 25 Filii patienter ferte vindictam à, &c. τέκνα μακροθυμήσατε τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπελθοῦσαν ὑμῖν ὀργήν. Filii, æquo animo tolerate iram à Deo in vos profectam. μακροθυμία ſignificat moderationem atque æquitatem animi, aut iniurias aliorum leniter placidéque ferentis, aut res aduerſas fortiter ac conſtanter ſuſtinentis. Hîc μακροθυμεῖν ſignificat firmam & conſtantem malorum perpeſſionem cum optima ſpe coniunctam. Te quidem inimicus, &c.] Alius ἀπὸ τῆς ἀμοιβῆς, id eſt viciſſitudine, ſiue gratiæ relatione, quæ hoſtium vindicta appellatur, quibus par gratia referetur. Locus frequẽs apud propheta Ieſaiam, 26.a.6, qui ait, Pedẽ pauperis afflictique ſuperbã Babylonem calcaturã. Atque impoſitus ceruici, &c. καὶ ἐπὶ τραχήλους αὐτῶν ἐπιβήσῃ. & ſuper colla eius aſcendes. id eſt pede ceruicem eius conculcabis: & quemadmodum is antea te crudeliſſimè vexauit & oppreſſit, ita tu pedibus collum eius preſſum teneas, aut victor victo, afflictóque ei inſultes. 26 Delicati mei per vias, &c.] ἀνάμνησις qua reuocat in memoriam calamitatem filiorum ſuorum, duriſſimámque conditionem, qua in exilium abierunt. Eſt autem locus auctus atque illuſtratus tum perſonæ qualitate, tũ ſimilitudine: vocat enim filios ſuos delicatos, quibus hæc tam dura, támque inexpectata tranſmigratio, locique tam familiaris cum alieno hoſtilique commutatio maximopere moleſta fuit. Sed ſubaudienda eſt antitheſis, quòd ſicut illa è patria domóque expulſio fuit acerba: ita ipſa in patriam reuerſio iucunda erit & optata. 27 Qui enim vos in hãc fortunam, &c. ἔσται γὰρ ὑμῶν ὑπὸ τοῦ ἐπάγοντος μνεία. Erit enim ab inducente veſtri memoria. id eſt, is qui hæc vobis induxit tãta mala, veſtri recordabitur. Locus conſolationis eſt ab vna eadem cauſa efficiente rerum cõtrariarum calamitatis atque incolumitatis ſiue ſalutis, Vt Deus qui fuit huius miſerrimæ veſtræ ſeruitutis, idem erit author libertatis ac ſalutis. 28 Nam quemadmodum eò intentum, &c.] Iſti omnes loci tractantur ἀντιθετικῶς, id eſt per contentionem: ſed iſte habet huiuſmodi ἀντικατάλλαξιν compenſationem, qua vult priſtinam eorum perfidiam in Deum inſigni quadam pœnitudine, conuerſionéque ad Deum reſarciri. Conuerſi, decies tantomagis ipſum, &c. δεκαπλασιάσατε ἐπιστραφέντες ζητῆσαι αὐτόν. decuplate cõuerſi eum quærere. aut, decuplo amplius, ſiue decem partibus amplius, ipſum quærite. id eſt maiore ſtudio & diligentia eum quærite, quàm antè reliquiſtis: vt maior ſit veſtra ad ipſum conuerſio, quàm priſtina ab eo defectio.

30 Is enim à quo es nominata, conſolabitur, &c. παρακαλέσει σε ὁ ὀνομάσας σε. Conſolabitur te, qui nominauit te. id eſt qui in hac reſtitutione ac reſtauratione tua tibi nomen celebre illuſtréque impoſuit. Propheta enim Eccleſiã alloquitur, quæ in illo exilio planè extincta ac deleta videbatur. In tanta calamitate ac deformitate nulla erit Eccleſiæ facies. Poſteaquam eſt à Deo reſtituta, nouum (vt ait Ieſaias) nomen ab eo accepit. Itaque videtur ſumptus hic locus ex Ieſaiæ capite 62.a.2, Et vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nuncupabit.

31 Quique caſu tuo lætati ſunt, &c. καὶ ἐπιχαρέντες τῇ σῇ πτώσει. ἐπιχαίρειν eſt lætari malis alienis, aliorúmque calamitati inſultare: quæ affectio, eſt maleuolorum alienis incommodis gaudentium, quæ etiam ἐπιχαιρεκακία maleuolentia voluptatem capiens ex incommodis alterius. Itaque in Prophetis ſæpe minatur Deus ſe huiuſmodi maleuolentiam vindicaturum. 34 Atque exultãtem eius frequentiam circ. &c. καὶ περιελῶ αὐτῆς τὸ ἀγαλλίαμα τῆς πολυοχλίας. Et amputabo [aut reſcindam] exultationem eius multitudinis. id eſt, auferam ei eam lætitiam & voluptatem, quam ex ſumma ſua frequentia capit: diminuam enim eam, eámque ad interitum deducam. Hæc autem calamitatis denuntiatio facta Babyloni inimicæ ciuitati, non mediocrem conſolationem piis affert, qui ab ea crudeliſſimè accepti & tractati fuerant. Itaque ſignificat Baruch eam iniuriarum acerbitatem in eius exitium redundaturam. 35 Ignis enim à Deo æterno in eam ad multa tempora, &c. πῦρ γὰρ ἐπελεύσεται αὐτῇ παρὰ τοῦ αἰωνίου εἰς ἡμέρας 'πολλάς. ignis enim ſuperueniet in eã ab Aeterno ad multos dies. Hæc cõminatio ſumpta eſt ex Ieſaiæ 13.b.9, vbi Propheta prædicit, deſcribitque Babylonis vaſtitatẽ, quæ inſtar ſubuerſionis Dei in Sodoma & Gomorrha futura ſit. Fuerunt enim hæ ciuitates igni vaſtatæ. Diúque à dæmoniis hab. &c. καὶ κατοικηθήσεται ὑπὸ δαιμονίων πλείονα χρόνον. Ieſaias eodem in loco איים appellat, quos Baruch dæmones nominat. Alii Satyros ac Faunos eſſe dicunt: ſed quoniam eorum præſtigiis diabolus ad terrẽdos fallendóſque homines abutitur, hoc nomen איים ad ipſum quoque diabolum tranſlatum eſt. Hoc nomen deducitur à verbo אים quod terrere ſignificat.

'Legitur & μακρὰς longos

36 ʹReſpice ad Oriētem Ieruſalem, atq; aſpice lætitiā ab ipſo Deo tibi venientem.

37 Ecce filii tui quos dimiſeras, adueniunt ab ortu vſque ad occaſum congregati, lætantes verbo ſancti cum Dei gloria. Cap. V.

Inuitatur Ieruſalem ad lætitiam ob reditum ſui populi, & ſub illius typo, Eccleſia.

1 E″Xue veſtem luctus, atque afflictionis tuæ ô Ieruſalem, & indue decorem gloriæ quam Deus ſempiternam tibi tribuit.

2 ʹVeſti te diploide iuſtitiæ tibi à Deo datæ, capiti tuo imponeʹmitram eius honoris quo Deus æternus te ornare voluit.

3 Deus enim ſplendorem tuum ʹomni nationi quæ ſit ſub cælo, declarabit.

4 ʹNam nomen tibi ab eo tribuetur ſempiternū, Pax iuſtitiæ, pietatíſque gloria.

5 ″Excitare Ieruſalé, atque in excelſo conſiſte loco, reſpice ad Orienté, ac vide filios tuos collectos ab ortu ſolis vſque ad occaſum, ″gaudentes in verbo Dei, memoriámque Sancti celebrantes.

6 ʹEgreſſi enim ſunt abs te pedibus ducti ab hoſtibus: Deus autem eos cū gloria dignitatéq; euectos, quaſi regios filios ad te reducet.

7 ʹConſtituit enim Deus montes, perennéſque ſcopulos deiicere, ac valles ʹcomplere in æquabilem planitiem, ʹvt Iſrael tutum iter cum gloria Dei habeat.

8 Syluæ etiam ″arboréſque odore ſuauiſſimo fragrantes, ″ſuam Iſraeli vmbram præbebunt à Deo iuſſæ.

9 Deducet enim Deus Iſraelem cū lætitia in lumine gloriæ ſuæ, cum miſericordia, ″& ea iuſtitia cuius ipſe author cognoſcatur.

Circunſpice Ieruſalem ad Orientē, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. Infra.5.b.8

Ecce enī veniūt filii tui quos dimiſiſti diſperſos: veniūt collecti tibi ab Oriente vſque ad Occidētem, in verbo ſācti gaudētes in honore Dei. Cap. V.

EXue te Ieruſalē ſtola luctus & vexationis tuę, & indue te decore & honore, quæ à Deo tibi eſt ſempiterna gloria.

Circundato te diploide à Deo iuſtitiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æterni.

Deus enim oſtēdet ſplendorem ſuū in te, qui ſub cælo eſt.

Nomínabitur enim tibi nomē tuū à Deo in ſempiternum, Pax iuſtitiæ, & honor pietatis. B

Exurge Ieruſalem, & ſta in excelſo, & circunſpice ad Orientē, & vide collectos filios tuos ab Oriente ſole vſque ad Occidentem, in verbo ſancti gaudentes Dei memoria. C

Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autē illos Dominus ad te portatos in honorem ſicut flos regni. Suprà 4.g.36

Cōſtituit enim Deus humiliare omnem montē excelſum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Iſrael diligenter in honorem Dei.

Obumbrauerunt autem & ſyluę, & omne lignum ſuauitatis Iſrael mandato Dei. D

Adducet enim Deus Iſrael cum iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ cum miſericordia & iuſtitia quæ eſt ex ipſo.

36 Reſpice ad Orientem Ieruſ. &c. περίβλεψαι πρὸς ἀνατολὰς ἱερουσαλήμ. Circunſpice ad Orien. &c. Hæc hypotypoſis eſt qua res futura, quaſi præſens ante oculos ponitur ad maiorem confirmationem. Sic Ieſaias cap. 60.a.4, Attolle oculos tuos per circuitum, & vide, omnes iſti congregantur venientes tibi.

IN CAPVT V.

1 Exue veſtem luctus, atque, &c. ἔκδυσαι ἱερουσαλὴμ τὴν στολὴν τοῦ πένθους, καὶ τῆς κακώσεώς σου. Exhortatio eſt hoc capite inſtituta, in qua Propheta Eccleſiam afflictam & lugentem conſolatur, eámque ad lætitiam cohortatur. quod argumentum ab Ieſaia, cap. 60.c.15, & 61, copioſiſſimè tractatur. Veſtitus autem mutatione melior atque optabilior eius conditio & fortuna demonſtratur. Hæc ſumpta ſunt ex Ieſaiæ. 62. 2 Veſti te diploide, &c. περιβαλοῦ τὴν διπλοΐδα τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης. Indue diploidem [ſiue pallium] iuſtitiæ à Deo in te collatæ. Iuſtitia hoc loco accipitur pro miſericordia, qua Deus Eccleſiam ſuam eſt proſequutus. Quum enim Deus ſuos ab oppreſſione aſſerit cum pernicie inimicorum atque oppreſſorum, in eo ſe iuſtum, miſericordémque oſtendit. Mitram.] Mitra ornamentum eſt capitis muliebre, ex qua faſciolæ dependebant. Itaque pro diademate coronáque accipitur. & hoc loco μίτρα τῆς δόξης à Deo capiti impoſita dicitur. 3 Omni nationi quæ, &c. τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ, omni ſub cælo. ſubaudias terræ aut genti, ſplendorem tuū oſtendet. Sic Ieſaias 60.a.1, his verbis eam hortatur, Splendeſce, quoniam venit lux tua, & gloria Domini ſuper te oritur. 4 Nam nomen tibi ab eo trib. &c. κληθήσεται γάρ σου τὸ ὄνομα παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Nomen enim tuum vocabitur à Deo in æternum. εἰρήνη δικαιοσύνης, καὶ δόξα θεοσεβείας, pax iuſtitiæ, & gloria pietatis. Nomine pacis videtur ſignificare incolumitatem, ſalutémque Eccleſiæ miſericordia Dei reſtitutæ, cui adiūgit illuſtrē Dei cultum, qui pietas & religio aut timor Dei appellatur. Hinc enim eſt finis Eccleſiæ liberatæ ac cōſeruatæ, vt ſaluti ac paci reſtituta, Deū piè colat: ſicut dicit Zacharias Luc. 1.g.74, Vt redempti de manu inimicorū, ſine timore ſeruiamus ei in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus vitæ noſtræ. Hæc promiſſio eſt ampliſſima. 5 Excitare Ieruſalem &c. ἀνάστηθι ἱερουσαλὴμ, καὶ στῆθι ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ. Surge Ieruſalem, & ſta in alto, aut edito: ſubaudias loco. Hæc oratio eſt προτρεπτικὴ, καὶ παρακλητική, ſumpta ex Ieſaia 52.a.2, vbi Propheta populū afflictum & iacentem in illo exilio, excitat atque erigit, vocans illum è miſerrimo ſtatu ad beatum ac fœlicem. Exurge, exurge (inquit) Sion, & indue veſtem fortitudinis tuæ & pulchritudinis, excute te de puluere, conſurge ac ſede, explica te de vinculis colli tui ô captiua. Gaudentes in verbo Dei, memoriámque ſancti cel. τῷ ῥήματι τοῦ θεοῦ χαίροντας, τῇ μνείᾳ τοῦ ἁγίου. Verbo Dei lætātes memoria Sancti. Ablatiuus prior poteſt coniungi cum participio Cōgregati ſiue collecti, quemadmodum quidam coniungunt. Poſterior Memoria Dei, cum participio Gaudentes coniungitur. Significat enim cauſam veri gaudii nomen Domini, eiúſque memoriam, cuius gratiæ ac miſericordiæ memores, pia ſanctáque lætitia afficiebantur. 6 Egreſſi enim ſunt abs te, &c. ἐξῆλθον παρὰ σοῦ πεζοί. Hæc eſt antitheſis, in qua ita confert calamitoſam ipſorū migrationem cum glorioſa reuerſione, vt diſſimilem conditionē fortunámque oſtēdat. Itaque αἰρομένους mihi videtur intelligere quaſi ſublatos euectóſque in equis, aut curribus, cum ſumma dignitate & gloria, quæ filios Regum, Principúmque deceat. Ita ſi abducti ſunt ab hoſtibus captiui cum ignominia, à Deo cum maximo honore reducentur. 7 Conſtituit enim Deus mon. &c.] Vaſtū erat deſertum inter Iudæam & Babylonem, ſummáque itineris aſperitas ac difficultas, quæ intercludere reditū populi videbatur: itaque vt omnis dubitatio ex piorum animis tollatur, dicit Deum omnia impedimenta ſublaturum, omniáque quæ aſpera eſſe videbantur, ita commutaturum, vt ad eorum iter plana, expedita & accommodata ſint. Hæc autem promiſſio de itineris commoditate, ſummáq; facultate reditus, videtur ſumpta eſſe ex Ieſa. 40.a.3, vbi Deus iubet hanc conſolationem ad populum ſuum afferri, Vox clamātis in deſerto, Parate viā Domino, planam facite ſemitam Deo noſtro, Exaltetur omnis vallis: omnis verò mons & collis deiiciatur: quod curuum eſt fiat rectum, & prærupta aut confragoſa complanentur. Quanuis enim Propheta alias difficultates reſpiciat, tamen non dubium eſt quin etiam ad illam intermediæ ſolitudinis vaſtitatem prophetiam ſuam accommodet. Complere in æquabilem, &c. πληροῦσθαι εἰς ὁμαλισμὸν τῆς γῆς, implere valles ad æquādam terram. Inæquabilem enim & præruptā terram faciunt montium altitudo, & ſummiſſio deiectióque vallium: itaque illa tum in planitiem exæquantur quum montes deprimuntur, & valles complentur atque extolluntur. Vt Iſrael tutum iter cum gloria Dei ha. ἵνα βαδίσῃ ἰσραὴλ ἀσφαλῶς τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ. vt eat Iſrael tuto gloria Dei. id eſt ſine vllo periculo, in quo gloria Dei conſpicietur, ſiue (vt ait Ieſaias) reuelabitur. 8 Arboréſque odore ſuauiſſimo, &c. καὶ πᾶν ξύλον εὐωδίας. Et omne lignum fragrantiæ, id eſt ſuauem ſpirans odorem. Lignum autem dicit more Hebræorum, à quibus עץ pro arbore accipitur & dicitur. Quidam codices legunt ξύλον εὐῶδες omnis arbor ſuaue olens. Suam Iſraeli vmbram præbebunt à Deo, &c. ἐσκίασαν δὲ τῷ ἰσραὴλ προστάγματι τοῦ θεοῦ, obumbrarūt Iſraelē mādato Dei. Quidam codices legunt ἐσκίρτησαν exultarūt, quemadmodum Pſal. 114.a.4, dicit montes ſubſiliiſſe tanquam arietes, quum populus ex AEgypto educeretur. Sed altera lectio de vmbra ſyluarum mihi magis placet. Nam in prima illa redemptione nubes opaca populo aduerſus Solis ardorem commodum iter præbuit, ita ſyluæ & arbores eandem itineris cōmoditatē exhibuerunt. 9 Et ea iuſtitia cuius, &c. καὶ δικαιοσύνῃ τῇ παρ' αὐτοῦ. & iuſtitia quæ eſt ab ipſo. i. quæ ab eo profecta erga populum ſuum cognoſcatur, in quo iuſtitia & miſericordia, vt idem propè ſignificantia, coniunguntur.

Cap. VI.

EXEMPLVM EPISTOLÆ quam miſit Ieremias ad abducēdos captiuos in Babyloniā à Rege Babyloniorū,vt annūtiaret illis ſecūdū quod præceptū eſt illi à Deo.

PRopter peccata quæ peccaſtis ante Deum,abducemini in Babyloniā captiui à Nabuchodonoſor Rege Babyloniorum. 1

Ingreſſi itaque in Babylonē, eritis ibi annis plurimis & temporibus lōgis vſque ad generationes ſeptē: poſt hoc autem educam vos inde cū pace. 2

Eſaia 44.b.10

¦Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos,& lapideos & ligneos in humeris portari,oſtentantes metum Gentibus. 3

Videte ergo ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis. 4

Viſa itaque turba de retro & ab ante adorātes, dicite in cordib⁹ veſtris, Te oportet adorari Domine. 5

Angelus autē meus vobiſcum eſt, ipſe autem exquiram animas veſtras. 6

Nā lingua ipſorum polita à fabro, ipſa etiam inaurata & inargētata falſa ſunt,& non poſſunt loqui. 7

Et ſicut virgini amanti ornamēta: ita accepto auro fabricati ſunt. 8

Coronas certè aureas habent ſuper capita ſua dii illorum : vnde ſubtrahūt ſacerdotes ab eis aurum & argentū,& erogant illud in ſemetipſis. 9

Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant : & iterum quū 10

Cap. VI.

ʺEXEMPLVM EPISTOLAE QVAM IEREMIAS miſit ad captiuos Babylonem à Rege Babyloniorū abducendos,ʺvt ipſis exponeret quæ à Deo mandata habuit.

1 PRopter peccata quæ in Deum cōmiſiſtis, captiui Babylonem abducemini à Nabuchodonoſor Babyloniorum Rege.

2 Itaque Babylonem ingreſſi,eritis ibi multis annis multóque tēporeʺad ſeptimam vſque progeniē:poſtea verò inde cum pace vos educam.

3 Hoc quidem tēpore videbitis deos aureos,argenteos,ac ligneos,ʺqui in humeris portentur,intentantes metum Gentibus.

4 ʺCauete igitur ne ſimilitudine vos ad exterarum Gentium mores,ritúſque conformetis,ʺeorúmque deorum metu terreamini.

5 Quum videbitis turbam antè & pòſt eos adorantem,ʺmente potius ac cogitatione veſtra dicite,Te Domine oportet adorare.

6 Nam angelus quidem meus vobiſcum eſt,ʺveſtrarū vindex animarum.

7 Lingua enim illorum à fabro polita eſt,ipſáque idolaʺauro argētóque obductaʺvana ſunt,loquendi facultate deſtituta.

8 ʺEt ſicut virgini ornamentum appetenti aurum ſumunt,

9 Coronáſque conficiunt,quas ſuorum deorū capiti imponunt. euenit autem aliquando, vt ſacerdotes aurum à ſuis diis ablatum ʺin vſus ſuos conſumant,

10 Aut etiāʺmeretricibus domeſticis impertiāt:ipſos rurſum deos

IN CAPVT VI.

Exemplum epiſtolæ,ἀντίγραφον ἐπιστολῆς.Ita autem appellatur quod eſt reſcriptum, aut deſcriptum à primo exemplari quod ἀρχέτυπον dicitur,quaſi primogenia princépſque forma.vnde aliqua figura ſcripturáve dicitur,in quo propoſita eſt imitatio ac ſimilitudo vnius eiuſdémque rei antè perſcriptæ. Vbi autem ſit hæc epiſtola Ieremiæ, non memini me vſquā legiſſe.Extat quidem epiſtola cap.29.a.1,quā miſit ad captiuos Babylonem:ſed ea nullam huiuſmodi admonitionem de idolis fugiendis, eorumque deſcriptionem continet: decimo tamen capite multa dicit de falſorum fictorúmque deorum vanitate, quæ cum hac cōmonitione deſcriptionéque conueniunt,quemadmodum poſtea videbimus. Vt ipſis exponeret quæ à Deo mandata,&c. ἀναγγεῖλαι αὐτοῖς καθότι ὑπετάγη αὐτῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. vt annuntiaret eis ſicut mandatum ei erat à Deo,vt ſcriberet ac exponeret mandata quæ à Deo acceperat,aut ſicut mandatum erat,eos admoneret.

2 Ad ſeptimam vſque progeniem,&c. ἕως γενεῶν ἑπτά. vſque ad ſeptem generationes.id eſt ſeptuaginta annos, quod tempus captiuitatis eorum à Deo conſtitutum fuerat,& ab Ieremia propheta prædictum. 3 Qui in humeris portentur,&c. ἐπ' ὤμοις αἰρομένους.In humeris portari aut geſtari.Portando portabuntur(inquit Ieremias 10.a.5.) neque enim poſſunt incedere.Ieſaias quoque,46.a.2, dicit eos plauſtris iumentiſque portari ac baiulari.Ita Prophetæ huiuſmodi falſorum deorum geſtationem,vectionémque irrident,in qua imbecillitas illorum demonſtratur. 4 Cauete igitur ne ſimilitudine vos ad exter.&c.εὐλαβήθητε οὖν,μὴ καὶ ὑμεῖς ἀφομοιωθέντες τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε.Cauete igitur ne & vos aſſimilati alienigenis,ſimiles efficiamini. id eſt ne vos accommodantes & conformantes ad eorum ſuperſtitiones,eis ſimiles exiſtatis.Eſt enim hæc κακοζηλία, id eſt praua morum ſtudiorúmque alienorum imitatio, atque æmulatio cauſa malorum omnium. Itaque Ieremias initio capitis 10.a.2.priuſquam demonſtret idolorum vanitatem, admonet Iudæos ne viam Gētium diſcant. Siquidem ceremoniæ ritúſque Gentium vanitas ſunt.Deinde ſubiungit εἰδωλοποιΐαν idolorum effectionem atque effictionem,eorúmque imbecillam originem à manu artificis profectam oſtendit.Eandem ſuperſtitionem inſectatur Ieſaias cap.44.b.9, pluribuſq; verbis totum illum idolorum & ortum & cultum perſequitur.εὐλαβεῖσθαι autem accipitur pro φυλάττεσθαι cauere res malas, & pernicioſas. Eorúmque deorum metu terr.καὶ φόβος ὑμᾶς λάβῃ ἐπ' αὐτοῖς. & metus vos capiat propter eos,id eſt ne metu illorum afficiamini.Sic Ieremias 10.a.5,Ne metuatis quicquam ab eis:quia non malefaciunt,quin ne benefacere quidem poſſunt.

5 Mente potius,ac cogitatione veſtra dicite,&c. εἴπατε δὴ τῇ διανοίᾳ. Dicite igitur mente veſtra.Quidam codices habent δὲ autem, aut verò,vt ſit aduerſatiua,ſed potius dicite in animo veſtro . Non vult autem hanc cogitationem de vno vero Deo adorando & colendo in animis eorum ita ſuſcipi ac retineri, vt interea ſe ad externos atque impios illorum ritus cultúſque accommodent(quemadmodum plerique ſentiunt,iſtúmque locum ad excuſandam ſimulationem ſuam adducunt)ſed ita vult eos ſentire & cogitare, vt nulla in re externa ſe polluant:ſed contineant ſe in ea ſanctitate tum animi tum corporis quam Deus à ſuis requirit.

6 Veſtrarum vindex animarum.αὐτός τε ἐκζητῶν τὰς ψυχὰς ὑμῶν.Et ipſe requirens animas veſtras.Requirit Deus animas ſuorum,quum curam earum ſuſcipit,neque iniurias eis illatas, impunitas patitur, ſicut dicit Pſal.9.c.13, Quoniam requirens ſanguinem eius recordatus eſt,non oblitus eſt clamoris pauperum.Porrò in eo ſumma Dei in ſuos beneuolentia declaratur, quòd Angelos cuſtodes ac vindices ſalutis eorum conſtituit,vt in AEgypto eum amorem declarauit.Itaque Spiritus adminiſtri ad ſalutem ſanctorum cōſtituti,ad Heb.1.b.7, appellantur. 7 Auro argentóque obducta.περίχρυσα καὶ περιάργυρα.inaurata,& inargentata,quemadmodum Ieremias 10.a.4.dicit ab artificibus auro argētóque ornari.Sūt enim huiuſmodi ſimulachra,aut ipſa maſſa,totáque materia aurea & argētea,quæ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ dicuntur,alia ex materia auro argentóque obducta & ornata. Vana ſunt,loquendi facultate,&c. ψευδῆ δ' ἐστί, καὶ οὐ δύνανται λαλεῖν. ſunt autem falſa,nec poſſunt loqui.Ieremias in capite ſuprà citato dicit diſciplinam vanitatum lignum eſſe.Ieſaias verò 44.b.9,ait tam ipſos authores atque effectores ſculptilium,quàm deos effictos eſſe vanos,vel potius vanitatem ac mendaciū. Spiritus autem ſanctus multis Scripturæ locis eos irridet,quòd figuram oris,linguámque habeant ſine vlla orationis ac ſermonis facultate.

8 Et ſicut virgini ornamentum,&c.καὶ ὥσπερ παρθένῳ φιλοκόσμῳ.Et tanquam virgini aut puellæ ornatum adamanti,atque affectanti:ita cultum ornatūque aſciſcunt huiuſmodi diis ſuis,quaſi hac venuſtate pulchritudinéque delectentur,ſtudiúmque puellarū imitentur. Hæc autem venuſtatis affectatio atque appetitio,καλλωπισμὸς à Græcis appellatur,& καλλωπισταὶ,qui venuſti politique videri volunt.

9 In vſus ſuos conſumant.εἰς ἑαυτοὺς καταναλώσουσι.in ſemetipſos conſumant. id eſt pro ſeipſis,ſiue ad ſuas neceſſitates conferant. quæ res oſtendit imbecillitatem eorum qui patiūtur ſua ſibi ornamenta detrahi, & cum hominibus communicari, & profanari.Itaque hæc ſacerdotum compilatio,ac profanatio ſatis oſtendit quales ſint dii. 10 Meretricibus domeſticis,&c.δώσουσι δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν ταῖς ἐπὶ τοῦ τέγους πόρναις.Dabunt etiam ex illis meretricibus quæ ſunt ſub tecto.id eſt ſcortis quæ intra domeſticos habent parietes. Hic cōtemptus contumelioſus ſatis oſtendit quo loco ſint habendi illi dii.

argenteos, aureos, ligneóſque ″veſtimētis quaſi homines exornāt.

Hi autem ab ærugine″& tinea″ne vendicare quidem ſe poſſunt:

Quanuis veſte purpurea eos induant, eorúmque faciē extergāt propter puluerem qui è domo copioſus ſuper eos excitatur.

Sceptrum etiam habet in manu ″vt quidā regionis gubernator, qui tamen in ſe peccantem non occidit.

Præterea pugionem geſtat in dextera atque ſecurim, qui ſe à bello latronibúſque non eripiat. quibus ex rebus facilè intelligitur, illos non eſſe deos,

Ne ergo timueritis eos: queādmodum enim ″vas hominis cōminutum inutile efficitur, ita iſtorum dii exiſtunt

In ædibus collocati, quorum oculi opplentur obſiti puluere pedibus ingredientium excitato.

Et ſicut cuipiā ″qui Regem læſit atria circunſepta claudi ſolēt, aut ei qui ad ſuppliciū capitis ducendus eſt: ita ſacerdotes ædes eorū oſtiis, clauſtris ac vectib⁹ muniūt, ne à latronib⁹ expoliētur.

″Lucernas eis accendunt, & quidem plures quàm ſibiipſis, quarū nullā videre poſſunt: ″quippe qui inſtar trabis ſunt in domo.

″Corda verò illorum aiunt elingi à ſerpentibus qui è terra exiſtunt, à quibus cum veſtimentis ſuis exeduntur, nec ſentiunt.

Facies eorum nigreſcunt fumo in ædibus orto obfuſcatæ.

″Supra corpus illorum & caput noctuæ atque hirundines, cæteræque aues volitant, eodémque aditum etiam feles habent.

Vnde cognoſcetis non eſſe deos: ne ergo illos timueritis.

Neque verò ″auro, quo ad ſpeciem ornatúmq; ſunt veſtiti, vnquam fulgebūt, niſi quis ſitum abſterſerit: ″neque enim tum quū conflarentur, vllum ſenſum habebant.

″Ea omni pretio empta ſunt, ″quibus nullus ineſt ſpiritus.

″Pedibus deſtituti portātur humeris hominum, ſuā ipſorū ignomi-

receperint illud à meretricib⁹, ornāt deos ſuos.

11 Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea B

12 Opertis autē illis veſte purpurea, extergunt faciē ipſorum propter puluerem domus, qui eſt plurimus inter eos.

13 Sceptrum autem habet vt homo, ſicut iudex regionis qui in ſe peccantē non interficit.

14 Habet etiam in manu gladium & ſecurim: ſe autem de bello & à latronibus non liberat. vnde vobis notum ſit quia non ſunt dii.

15 Nō ergo timueritis eos: ſicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales ſunt & dii illorum.

16 Conſtitutis illis in domo, oculi eorum pleni ſunt puluere à pedibus introeuntium.

17 Et ſicut alicui qui Regem offendit circūſeptæ ſunt ianuæ, aut ſicut ad ſepulchrum adductum mortuū: ita tutātur ſacerdotes oſtia clauſuris & ſeris, ne à latronibus expolientur.

18 Lucernas accendūt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt: ſunt autē ſicut trabes in domo.

19 Corda verò eorum dicunt elingere ſerpentes qui de terra ſunt, dum comedunt eos & veſtimētum ipſorum, & non ſentiunt.

20 Nigræ fiunt facies eorū à fumo qui in domo fit.

21 Supra corpus eorum & ſupra caput eorum volāt noctuæ & hirundines, & aues etiam, ſimiliter & cattæ.

22 Vnde ſciatis quia non ſunt dii: ne ergo timueritis eos.

23 Aurum etiam quod habent, ad ſpeciem eſt. niſi aliquis exterſerit æruginem, non fulgebunt: neque enim dū conflarentur, ſentiebant. C

24 ‖Ex omni pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus non ineſt ipſis. Eſa.46.b.7

25 Sine pedibus in humeris portātur,

Veſtimentis quaſi homines, &c. κοσμοῦσι αὐτοὺς ὡς ἀνθρώπους ἐνδύμασι. & ornant eos tanquam homines indumentis. Dixit de auro & argento, cæteriſque ornamentis: nunc dicit de cultu, habitúque quem humano more illis affingunt. Hæc autem veſtimentorum conformatio ad hominum ſimilitudinem ſuſcepta, eorum vanitatem oſtendit. Nulla enim ſimilitudo naturæ formæque Deo cū homine eſſe debet aut poteſt. Ieremias etiam in allegato capite dicit hyacinthum & purpuram eſſe illorum indumentum, eáque omnia eſſe opera ſapientum, id eſt artificum, qui in huiuſmodi ornamentis elaborarunt. 11 Et tinea ne vendicare quidem ſe, &c. οὐ διασώζονται ἀπὸ τῶν βρωμάτων. Non conſeruantur à tineis. non tuentur ſe aduerſus corruptionem huiuſmodi. Sunt enim φθαρτὰ corruptioni obnoxia: Deus autem eſt æternus, & immortalis. Hæc vermium iniuria, cæteræque incommoditates facilè oſtendunt non eſſe deos.

13 Vt quidam regionis, &c. ὡσεὶ ἄνθρωπος κριτὴς χώρας. Vt homo iudex regionis. Iudex apud Hebræos accipitur pro rectore ac gubernatore συνεκδοχικῶς, vt pars præcipua gubernandi pro tota gubernatione accipiatur. 15 Vas hominis comminutū. τὸ σκεῦος ἀνθρώπου συντριβέν. vas hominis contritum, aut confractum. Hac ſimilitudine & aliis adhibitis poſtea, oſtendit ſummum contemptum idolorum, quæ ſunt planè inutilia. Duo autem ſunt, aut tria quæ eorum deorum imbecillitatem oſtendūt: primùm φύσεως: non enim ſunt φύσει natura, vt ait Paulus, Galat. 4.a.8: ſed τέχνῃ, vt quæ ab arte manúque artificis ſuam habeant originem, taléſque ſunt quales ab artifice effecti. Itaque ſequitur eorum ἀχρηστία, καὶ ἀδυναμία, qui nullam habent aut vtilitatem opportunam aut virtutem. Sunt enim idola inutilia planè atque imbecilla, à vaniſſimis ingeniis fabrefacta. 17 Qui Regem læſit, ἠδικηκότι βασιλέα, qui Regem iniuria affecit. Eſt & hæc ſumma irriſio fictorum falſorúmque eorum, qui in templis ſuis, ſacriſque ædibus tenentur incluſi, quaſi malefici homines, qui ſunt aut rei læſæ maieſtatis, aut propter alia crimina mortis damnati. 18 Lucernas eis accendunt, &c. λύχνους καίουσι, Hæc eſt perridicula λατρεία: id eſt idolorum veneratio, quibus huiuſmodi res adhibentur quarum nullum ſenſum habent. Sunt planè ἀναίσθητα, ac mortua, quorū vanitas, Pſal. 115.a.4, elegantiſſimè demonſtratur & irridetur. Quippe qui inſtar trabis ſunt in. &c. ἐστι μὲν ὥσπερ δοκὸς τῶν ἐκ οἰκίας. eſt quidem ſicut trabs ex domo. id eſt ſunt ſtolidi & ſtupidi, omníque ſenſu carentes, ſine vllo motu, qui (vt ait Ieremias 17.b.8.) rigent inſtar palmæ. 19 Corda verò illorum elingi à ſerp. τὰς καρδίας αὐτῶν φασὶν ἐκλείχεσθαι ἀπὸ τῆς γῆς ἑρπετῶν. nomine cordis ſignificat interiores ſimulachrorum partes, quæ à ſerpentibus eroduntur, aut elinguntur. Et quoniam principium vitæ (vt ait Ariſtoteles) in corde eſt, non paterentur ſe ita indignè tractari, nec optimam præſtantiſſimámque partem attrectari à fœdiſſimis beſtiis, ſi vllum ſenſum vitæ haberent. 21 Supra corpus illorum & caput noct. ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐφίπτανται. Super corpus illorum & caput aduolant noctuæ. Perſequitur cæteras iniurias & cōtumelias maieſtate deorum indignas: quibus quoniam impunè afficiuntur, ſatis oſtendunt ſe nihil aliud eſſe quàm vanitatem & mendacium. 23 Neque verò auro, quo ad ſpeciem ornatúmque, τὸ γὰρ χρυσόν, ὃ περίκειται εἰς κάλλος. Nam aurum quod circumpoſitum eſt ad pulchritudinem aut ſpeciem. Sunt enim auro obducti aut veſtiti, quo tamen non poſſent refulgere niſi rubigo abſtergatur, ſcalórque inductus ac contractus remoueatur. Neque enim tum quum confl. οὐδὲ γὰρ ὅτε ἐχωνεύοντο. Sunt enim fuſa & conflata ſimulachra, quorum vt primus ortus fuit ſine ſenſu: ita etiam eorum progreſſus atque exitus futurus eſt. Itaque non eſt mirum ſi idola mortua & ſtolida tantam turpitudinem atque indignitatem patiantur.

24 Ea omni pretio empta ſunt, ἐκ πάσης τιμῆς ἠγορασμένα εἰσίν, Ex omni pretio ſunt empta. Significat cariſſimè empta fuiſſe, neque homines eorum cultores vlli pecuniæ peperciſſe, vt huiuſmodi muta ſimulachra haberent & colerent. Tanta eſt εἰδωλομανία, inſania, furor eorum qui idola amplectuntur ac venerantur. Hæc autem nota, quòd ſint dii venales maximo empti pretio, ipſorum indignitatem vanitatémq; oſtendit. Quibus nullus ineſt, &c. ἐν οἷς οὐκ ἔστι πνεῦμα. in quibus nō eſt ſpiritus. Iere. 10.c.14, Pudefit omnis cōflator ab ſculptili: nam mendacium eſt fuſile eius, quum non ſit in eis ſpiritus. 25 Pedibus deſtituti portantur, &c. ἄνευ ποδῶν ἐπ' ὤμοις φέρονται, ſine pedibus in humeris geſtantur. id eſt quum non habeant pedes ad ingrediendum aptos, feruntur humeris hominum, quoniam (vt inquit Ieremias, 10.a.5) non poſſunt incedere. Alioquin pedes habent, ſed non ambulant, vt ait Pſal. 115.a.7. Ieſaias autem, 46.b.6, eadem dicit

de idolis Babyloniorum, Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis, conducentes aurificem, vt faciat deum, procidunt, & adorant, portant illum humeris Gentes.

oſtẽtantes ignobilitatẽ ſuã hominibus: confundãtur etiam qui colũt ea.

Propterea ſi ceciderint in terram, à ſemetipſis non cõſurgunt: neque ſiquis quum ſtatuerit rectũ, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mortuis humeri illis apponentur.

Hoſtias illorum vendunt ſacerdotes ipſorum, & abutũtur: ſimiliter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mẽdicanti aliquid impertiunt.

De ſacrificiis eorum fœtæ & menſtruatæ contingunt: ſcientes itaque ex his quia non ſunt dii, ne timeatis eos.

Vnde enim vocãtur dii? quia mulieres apponunt diis argẽteis, & aureis, & ligneis?

Et in domibus eorũ ſacerdotes ſedent, habentes tunicas ſciſſas: & capita, & barbam raſam, quorum capita nuda ſunt?

Rugiunt autem clamantes contra deos ſuos, ſicut in cœna mortui?

D Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & veſtiunt vxores ſuas & filios ſuos.

Neque ſiquid mali patiuntur ab aliquo, neque ſiquid boni, poterũt retribuere, neque Regem conſtituere poſſunt, neque auferre.

Similiter neque dare diuitias poſſunt, neque malum retribuere. Siquis illis votũ vouerit & non reddiderit, neque hoc requirunt.

Hominem à morte non liberãt, neque infirmum à potentiori eripiunt.

Hominem cæcum, ad viſum nõ reſtituunt, de neceſſitate hominem nõ liberabunt.

Viduæ non miſerebuntur, neque orphanis benefacient.

niã hominibus oſtentãtes: ʺcultores etiã illorũ pudore afficiuntur.

26 Ne ſi fortè aliquod eorum ceciderit, reſurgere non queat: aut ſi rectum fuerit, ſeipſum commouere: aut ſi inclinatum, ſeipſum erigere non poſſit: ʺplanè tanquã mortuis donaria eis apponũtur.

27 Sacrificiis autem illorum venditis ſacerdotes abutũtur, eodẽq; modo ʺmulieres ab iiſdem in penum recondentes atque aſſeruantes, nihil inde inopi infirmóque impertiunt.

28 Sacrificia denique illorum ʺmenſtruata mulier & puerpera contingũt. quamobrem quum ex his intellexeritis non eſſe deos, non eſt cur illos timeatis.

29 Nam vnde vocentur dii? an quia mulieres ʺad deos aureos, argẽteos, & ligneos donaria deponunt?

30 Sacerdotes autẽ tunicas ſciſſas habẽtes, & caput barbámque raſam in ædibus ipſorum ſedeãt, quorũ capita detecta nudáq; ſunt?

31 Coram autem diis ſuis, quaſi hi ʺqui in conuiuio epulóque lamẽtantur funebri, vociferantes rugiunt?

32 Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & vxores ſuas inde liberóſque veſtiunt.

33 ʹNeque verò ſiquid mali ab aliquo eis infertur, aut aliquid boni confertur, poſſunt rependere, ʺnec Regem conſtituere, aut eum regno abdicare.

34 Neque item diuitias cuiquam, aut æs etiam dare poſſunt. Quòd ſiquis ʺvotum eis nuncuparit, nec reddiderit, illud quidem nunquam requirent.

35 ʺPericulo mortis hominem nunquam liberabunt, neque imbecillum à potentiore eripient.

36 Homini cæco viſum non reſtituent, nec in neceſſitate cõſtituto opem ferent.

37 Viduæ non miſerebuntur, nec in pupillum, vllum beneficium conferent.

Cultores etiam illorum pudore, &c. αἰσχύνονται δὲ καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτά, Verecundantur autem etiam hi qui obſeruant aut colunt ea. Hic pudor & timor de imbecillitate deorum ſuſceptus, ſatis oſtendit quæ natura & vis Diuina in illis ſit. Nam quum tres ſint corporis poſitiones, proſtratio humi facta, ſtatio, atque inclinatio, in eorum nulla aliquam vim ſe commouendi habent vt aut collapſi ſe ex terra excitare poſſint, aut per ſe recti ſtare, aut inclinata ſe erigere. rigent enim inſtar palmæ, ſicut dicit Ieremias, 17.b.8.

26 Planè tãquam mortuis donaria eis, &c. ἀλλ' ὥσπερ νεκροῖς τὰ δῶρα αὐτοῖς παρατίθεται. Sed quaſi mortuis dona aut munera eis apponũt. Sunt autẽ ἀναθήματα, & ἀφιερώματα, ornamenta, muneráque diis dicata & conſecrata, quæ in parietibus, & columnis templorum ſuſpendũtur, aut oblata (vt hîc dicit) illis apponuntur. 27 Mulieres ab iiſdem in penum recondentes, αἱ γυναῖκες ἀπ' αὐτῶν ταριχεύουσαι. Mulieres ex illis, ſubaudi donariis rebuſque oblatis, in penum cõdentes reponentéſque nihil inde pauperibus elargiuntur, ſed aliorum liberalitate abutuntur. Hic abuſus iniuſtus oſtendit deos illos fictitios habere ſacerdotes miniſtróſque ipſis dignos. 28 Menſtruata mulier, &c. ἀποκαθημένη, καὶ λεχώ. quæ menſtrua patitur, & puerpera. Huiuſmodi ſacrorum contrectatio ac pollutio prohibetur Leuit. 12.a.2. Itaque ex iſtorum immũditie oſtendit quæ religionis illorum fuerit puritas & ſanctitas. 29 Ad deos aureos, &c. τοῖς θεοῖς ἀργυροῖς παρατιθέασι. Diis argenteis apponunt, ſubaudi donaria, & ornamẽta cætera apud eos deferunt atque deponunt. Sunt enim mulieres magis quã viri ſuperſtitioſæ, & propterea in hoc genere donorum diligentiores ac ſtudioſiores. 31 Qui in conuiuio, &c. ὥσπερ τινὲς ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ. Quaſi quidam in cœna mortui, id eſt, quæ ad memoriam mortuorũ adhibetur, aut ad conſolationẽ propinquorũ celebrabatur. Ieremias 16.b.8, huiuſmodi conuentũ cõuiuarum ad conſolandũ inſtitutũ, duobus nominibus deſignat. Nam domũ מרזח cõuiuii & משתה cõpotationis appellat, poculũ etiam cõſolationis, ſiue conſolatoriũ nominat. Græci σύνδειπνον vocant cõcœnationem, quemadmodum συμπόσιον compotationem. Sed hoc epulum erat funebre cum ad memoriam mortuorum, tum ad conſolationem propinquorum inſtitutum. Cœna feralis à Latinis dicebatur. 33 Neque verò ſiquid mali, &c. οὔτε ἐὰν κακὸν πάθωσιν ὑπό τινος, οὔτε ἐὰν ἀγαθόν. Neque ſiue malũ paſſi fuerint ab aliquo, ſiue bonum, id eſt, aliquo aut maleficio aut beneficio ab aliquo affecti. Sequitur ſtatim nullam gratiam ab iis referri, tam iniuriæ quàm beneficentiæ. Nullam enim habent facultatem nec benefaciendi, nec malefaciendi. id eſt, puniendi atque affligendi eos à quibus læſi fuerunt. Nec Regem cõſtituere, aut eum, &c. οὔτε καταστῆσαι βασιλέα δύνανται, οὔτε ἀφελεῖν. Nec cõſtituere Regẽ poſſunt, nec tollere, id eſt abrogare, aut abdicare poteſtate regia. Hoc enim eſt vnius veri Dei, accingere Reges baltheo, eóſque diſcingere. i. eos ornare authoritate & exauthorare. Sic Deus dicit ſe Cyrum accincturum, regnúmque Babyloniorum ei traditurum. Iob 12.c.18, Qui cingulũ Regum diſſoluit, & vinculo aut zona lumbos eorum accingit. Eſt autem hæc altera ratio quæ demonſtrat illos non eſſe veros deos, ſumpta ἀπὸ τῆς δυνάμεως, à poteſtate eorum. Duo enim præcipuè hîc ſpectanda ſunt: primum deorum falſorum γένεσις, quòd ſunt orti effectiq; induſtria ac opera artificis: deinde δύναμις, vel potius eorũ ἀδυναμία imbecillitas, qua nihil poſſunt nec in cælo nec in terra. Itaque Prophetæ, vt verũ Deum à fictis falſiſque diſcernãt, nõ ſolùm Deum æternũ eſſe dicunt primum & nouiſſimum, ſed ei etiã creationem mundi, & gubernationẽ tribuunt. Deus noſter (inquit Pſalmus 115.a.3.) eſt in cælo, omnia quæ vult facit. Mox ſubiungit feſtiuã idolorum irriſionem. Sic Ieſaias & Ieremias in his locis quos ſuprà citauimus. Itaque hîc cõmemorãtur certa beneficia atque opera, quorum ſolus Deus eſt author. Falſi dii nullam eorum, ne minimam quidem facultatem habent. 34 Votum eis nuncuparit. &c. ἐάν τις εὐχὴν εὐξάμενος μὴ ἀποδῷ. Siquis votum eis vouens aut faciens non reddiderit, aut exoluerit. Sequitur, οὐ μὴ ἐπιζητήσωσι non repoſcent. 35 Periculo mortis hominem nunquam libe. ἐκ τοῦ θανάτου ἄνθρωπον οὐ μὴ ῥύσωνται. Ex morte hominem non liberauerint, aut eripuerint. Hæc ſunt ampliſſima beneficia quæ ſolus Deus in humanum genus confert, quæ & Scriptura verè prædicat, & multi reipſa experiuntur.

38 ʹLapidibus erutis è monte ſimilia ſunt iſta lignea,aurata,argēta táque idola:ʹqui verò ea colunt,pudore afficientur.

39 Quomodo igitur illi aut habendi ſunt dii,aut appellandi?

40 ʹQuū ipſi quoque Chaldæi dedecus illis cōciliēt, qui ſi viderint ʹmutum loquendi facultate deſtitutum,ʹadhibito Belo,vt loquatur,poſtulant,

41 Quaſi ille vllum ſenſum habeat: atque hæc quū ipſi animaduertāt,nō tamē poſſunt miſſa facere,ʹvt qui ſenſu quoq; ipſi careāt.

42 Iā mulieres funiculis accinctæ ad vias ſedentʹfurfures adolētes.

43 Ac quum quæpiam ipſaʹab aliquo prætereunte ad ſtupri cōſuetudinem adducta attractáq; fuerit, alteri exprobrat quòd non digna,ſicut ipſa,habita ſit,nec funiculus eius fuerit diruptus.

44 Omnia autem quæ fiūt in illis,ʹfalſa ſunt:quomodo igitur exiſtimandum aut dicendum illos eſſe deos?

45 ʹA fabris autem atque aurificibus effecta ſunt, neque aliud eſſe poſſunt quàm quod artifices ea eſſe voluerunt.

46 Ipſíque illorum effectoresʹvitā minimè diuturnam obtinebūt. quomodo igitur ea quæ ab illis ſunt effecta, dii eſſe poſſunt?

47 ʹEtenim mendacium poſteris opprobriúmque reliquerunt.

48 Nam ſimulatque bellum, maláque aliqua fuerint illata, conſultant ſacerdotes apud ſe, vbinam cum idolis ſuis abdantur.

49 Quid eſt igitur cur nō exiſtimemꝰ ʹeos nullo modo eſſe deos,ꝗ neq; in bello,nec in malis cæteris tueri ſe ac conſeruare poſſunt?

50 Nam lignea quum ſint,& auro argētóque obducta, ea falſa eſſe poſthac facilè intelligetur. ʹOmnibus Gentibus ac Regibus notū erit non eſſe deos, ʹſed opera manibus hominū effecta, nec vllum Dei opus in his eſſe.

38 Lapidibus de mōte ſimiles ſunt dii illorum, lignei, & lapidei, & aurei,& argētei:qui autē colūt ea,cōfundētur.

39 Quomodo ergo æſtimandū eſt,aut dicendum illos eſſe deos?

40 Adhuc enim ipſis Chaldęis non honorantibus ea,qui quū audierint mutum non poſſe loqui,offerunt illud ad Bel,poſtulantes ab eo loqui,

41 Quaſi poſſint ſentire qui non habent motum: & ipſi quum intellexerint,relinquent ea, ſenſum enim non habent ipſi dii illorum.

42 Mulieres autē circundatæ funibus, in viis ſedēt,ſuccendētes oſſa oliuarū.

43 Quum autem aliqua ex ipſis attracta ab aliquo trāſeunte dormierit cū eo, proximæ ſuæ exprobrat quòd ea non ſit digna habita ſicut ipſa, neque funis eius diruptus ſit. B

44 Omnia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt:quomodo æſtimandum aut dicēdum eſt illos eſſe deos?

45 A fabris autem & ab aurificibus facta ſunt,nihil aliud erunt,niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes.

46 Aurifices etiam ipſi qui ea faciunt, non ſunt multi temporis.nunquid ergo poſſunt ea quę fabricata ſunt ab ipſis,eſſe dii?

47 Reliquerunt autem falſa & opprobrium poſtea futuris.

48 Nam quum ſuperuenerit illis prælium,& mala,cogitāt ſacerdotes poſt ſe,vbi ſe abſcondant cum illis.

49 Quomodo ergo ſētiri debeāt quoniam dii ſunt,qui nec de bello ſe liberant,neque de malis ſe eripiunt?

50 Nam quum ſint lignea,& inaurata,& inargentata,ſcietur poſtea quia falſa ſunt,ab vniuerſis Gentibus & Regibus: quæ manifeſta ſunt quia non ſunt dii, ſed opera manuum hominū, & nullum Dei opus cum illis.

38 Lapidibus erutis è monte ſimilia ſunt,τοῖς ἀπὸ τοῦ ὄρους λίθοις ὡμοιωμένοι εἰσίν. Lapidibus à monte ſimiles ſunt,id eſt,ſaxis duriſſimis è monte aliquo petitis,in quibus nulla eſt voluntas facultáſque bene merendi. Qui verò ea colunt,&c.οἱ δὲ θεραπεύοντες αὐτὰ,καταισχυνθήσονται.Colentes verò ea,ſiue cultores eorū confundentur,aut pudefient.θεραπεύοντες dicuntur pro λατρεύοντες.Significat enim vtrunque verbum,Colere,atque obſeruare:& hic pro veneratione quæ idolis exhibetur,accipitur.Ieſaias 44.c.15, eleganter huiuſmodi cultores ſuperſtitioſos deformat,ac propriis notat coloribus,In ſculptile,inquit,ſuum incuruat ſe coram eo,adorat,& precatur illud,dicens,Libera me,quia Deus meus es. 40 Quū ipſi quoque,&c.ἔτι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν χαλδαίων ἀτιμαζόντων αὐτά.Adhuc autē ipſis Chaldæis inhonorantibus ea, id eſt,ignominia afficientibus.Particula ἔτι eſt αὐξητικὴ habens vim augendi:vt quū præſertim ipſi Chaldæi eorū infamiam prodāt. Mutum loquēdi facultate,&c. ἐνεὸν μὴ δυνάμενον λαλῆσαι.mutum qui non poſſit loqui.ἐνεὸς καὶ κωφὸς, tum mutū tum ſurdū ſignificat.Qui enim natura ſurdi ſunt,hi viuunt:etiam ἄλαλοι muti. Adhibito Belo,&c.προσενεγκάμενοι τὸν βῆλον ἀξιοῦσι φωνῆσαι.admouentes Belū[aut admoto]Belo,poſtulant vt loquatur.Quidam vertūt,Offerentes Belo,quaſi mutus ad eum adducatur,eique præſentetur:ſed prior interpretatio mihi magis probatur.De Belo autem Babyloniorū deo habes Ieſa.cap.46.a.1. 41 Vt qui ſenſu quoque,&c.αἴσθησιν γὰρ οὐκ ἔχουσι. Senſum enim non habent. Hoc quidam ad deos fictitios referunt:ſed melius ad eorum cultores refertur, quos etiam Ieremias 10.b.8,dicit obruteſcere,fierique ſtultos & inſanos:quoniam vanitatis diſciplina lignum eſt. Sic Ieſa.44.c.19,Nō redit ad cor ſuum,nō eſt ſenſus nec intelligentia,vt dicat partem eius combuſſi igni.Idem dicit noſter author. 42 Furfures adolentes.θυμιῶσαι τὰ πίτυρα.Succendentes paleas.τὰ πίτυρα ſunt ſordes,& excrementa quædam,ſiue farinæ purgamenta, quæ meretrices ſuis diis adolebant.Hunc enim furfuraceum odorem illis ſuauiſſimum eſſe putabant:perdignum maieſtate deorum incenſum. 43 Ab aliquo prætereunte,&c.ἐπελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ.Quum attracta ab aliquo prætereuntiū dormierit,aut concubuerit,id eſt,ſtupri conſuetudinem habuerit. Hæc eſt caſtitas Veſtalium quæ ad ſtuprum viatoribus ſunt proſtitutæ. 44 Falſa ſunt:ἐστὶ ψευδῆ ſunt falſa,& vana,aut,vt dicunt Ieſaias & Ieremias,Vanitas,ac mendacium. Sunt enim omnia ſuperſtitionis,erroriſque plena,à vaniſſimis ingeniis profecta & inſtituta.

45 A fabris autem,atque aurificibus effecta ſunt.ὑπὸ τεκτόνων,καὶ χρυσοχόων κατεσκευασμένα εἰσί.à fabris,& aurificibus ſunt fabrefacta. Ieſaias fabrum tum ferrarium,tum lignarium nominat,eóſque dicit in hac εἰδωλοποιΐα idolorum effictione omni induſtria diligentiáque elaborare. Itaque Paulus,Act.17.g.29,vocat huiuſmodi effícta ſimulachra χάραγμα τῆς τέχνης,καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου,effigiem expreſſam artéque & ingenio effectam hominis,cui numen non eſt ſimile.Sunt enim φυτὰ τεχνοποιητὰ, ſunt nata ortáque,atque ab arte profecta.Nō ſunt igitur natura dii,ſed arte opinionéque hominum vaniſſima,tales quales artifices eos eſſe voluerunt. 46 Vitam minimè diuturnā obtin.οὐ μὴ γένωνται πολυχρόνιοι,non erunt longæui,aut,non ſunt vitæ diuturnæ,id eſt,non habent eam naturam & vim vt diu viuant.Sunt enim homines nati ea lege & conditione,vt ſingulas in horas mortem impendentem habeant. Itaque à natura & vi cauſæ efficientis,id eſt, hominis mortalis,oſtendit imbecillitatem ipſius effectus.Qui enim ſibi præſtare vitam diuturnam non poteſt,alteri dare nō poterit: præſertim ligno,aut lapidi vitæ minimè capaci. 47 Etenim mendacium poſteris opprobriúmque,&c. κατέλιπον γὰρ ψευδῆ,καὶ ὀνείδη τοῖς ἐπιγινομένοις.Reliquerunt enim vana,& opprobria futuris hominibus,id eſt,res vanas & fallaces,dignáſque confuſione ac dedecore.Hoc autem probat ab experientia hominum,qui in periculis ac malis ope falſorum deorum deſtituuntur. Nullam enim aut fiduciam aut opem, ſalutémque in periculis hominibus afferre poſſunt.Itaque Ieſaias 44.c.17,irridet illum qui idolum adorat,eiq; dicit, Libera me,Deus meus es tu. 50 Omnibus Gētibus ac Regibus notum erit.] Videtur ſignificare eam lucem cognitionémque ex verbo Dei atque Euangelio ad Gentes Regéſque venturam, vt eorum vanitatem facilè intelligant atque abiiciant.Sunt enim multæ ac illuſtres tum promiſſiones,tum comminationes in Prophetis,quæ grauiſſimum caſum idolorum & interitum denuntiant. Gētes verò ad puriſſimū vnius Dei cultum peruenturas.Pſal.86.b.9, Omnes Gētes quas feciſti,venient & genu flectent coram te Domine,& glorificabunt nomen tuū,Quoniam magnus es tu,& facis mirabilia,tu ſolus es Deus. Sed opera manibus hominum,&c.ἀλλὰ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.Sed opera manuum hominum:ita enim vocantur in Scriptura ſæpe מעשה ידי אדם Pſal.115.a.4,& à Moſe in Deut.27.c.15,& Prophetis.Sunt enim ſimulachra χειροποιητὰ καὶ τεχναστὰ artificioſa:cuiuſmodi omnia ortum interitúmque habent:in hoc deteriora,quàm cæteræ res ab arte profectæ,quòd aliquam vtilitatem afferunt:iſtorum nullus eſt vſus,imo verò ſummus abuſus,cultúſque hominibus pernicioſiſſimus.

Vnde ergo notum eſt quia nõ ſunt dii, ſed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipſis eſt.

Regem regioni non ſuſcitant, neque pluuiam hominibus dabunt.

Iudicium quoque non diſcernent, neque regiones liberabũt ab iniuria, quia nihil poſſunt: ſicut corniculæ inter medium cæli & terræ.

F Etenim quum inciderit ignis in domum deorum ligneorũ, & argenteorum, & aureorũ: ſacerdotes quidem ipſorum fugient, & liberabuntur: ipſi verò ſicut trabes ĩ medio cõburẽtur.

Regi autem & bello non reſiſtent: quomodo ergo æſtimandum eſt, aut recipiendum quia dii ſunt?

Non à furibus, neque à latronibus ſe liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores ſunt.

Aurum & argentum, & veſtimentũ quo operti ſunt, auferent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent.

Itaque melius eſt eſſe Regem oſtẽtantem virtutem ſuam, aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui poſſidet illud: vel oſtium in domo, quod cuſtodit quę in pace ſunt, quàm falſi dii.

Sol quidem & luna, ac ſydera, quũ ſint ſplendida & emiſſa ad vtilitates, obaudiunt.

Similiter & fulgur quum apparuerit, perſpicuum eſt: idipſum autem & ſpiritus in omni regione ſpirat.

Et nubes quibus quum imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuerſum orbem, perficiunt quod imperatum eſt eis.

Ignis etiam miſſus déſuper vt conſumat montes & ſyluas, facit quod præceptum eſt ei: hæc autem, neque G ſpeciebus, neque virtutibus vni eorũ ſimilia ſunt.

Vnde neque exiſtimandum eſt, neque dicendum illos eſſe deos, quando nõ poſſunt neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus.

Scientes itaque quia non ſunt dii, ne ergo timueritis eos.

Neque enim Regibus maledicent, neque benedicent.

Signa etiã in cælo Gẽtibus nõ oſtẽ-

51 Qua re igitur cognoſcentur quòd non ſunt dii.

52 Neque enimʹRegem regioni alicui præficient, nec hominibus pluuiam dabunt.

53 Nec iudicium inter eos conſtituent, nec quum ſint imbecilles, iniuriam propulſabunt: ſunt enim quaſi corniculæ inter cælum & terram pendentes.

54 Etenim quum ignis in domũ deorum ligneorum, auratorum, aut argentatorum illatus fuerit, ſacerdotes quidem fugiẽt, atque incendiũ euadent, ʹipſi verò in medio quaſi trabes conflagrabũt.

55 Nec verò Regi aut hoſtibus vnquam reſiſtent: quomodo igitur exiſtimandi, ʹaut recipiendi quaſi ſint dii?

56 ʹNec fures quidem & latrones effugere ſalui poterũt dii lignei, & auro argentóque inducti: quum illi iſtis potentiores,

57 Aurum, argentum, veſtitúmque quo ſunt amicti, ablatum habentes ſecum abeant, nec iſti ſibiipſi opem ferant.

58 Potior itaque eſt Rex ſuam declarans fortitudinẽ, aut vas in domo vtileʹquod domino ſit vſui, quàm falſi fictíque dii: potior domus ianua, quæ in ea ſunt cuſtodiẽs, aut columna lignea regiarũ, quàm dii falſi.

59 Nam ſol quidem & luna, reliquáque ſydera ʹquum ſint luminoſa & ſplendida, & quæ ad vſus neceſſarios emittuntur, facilè obediunt.

60 Similiter & fulgur, ʹquum *emiſſum* emicarit, conſpicuum eſt & aſpectabile: eodémque modoʹventus qui omnem perflat regionẽ.

61 Et nubes totum orbem permeare iuſſæ, ipſum mandatum obeunt atque perficiunt.

62 Ignis etiam ad conſumendos montes, ſyluáſque déſuper emiſſus, facit quod mandatum eſt: ʹhæc verò nullam neque formam, nec vim habent, vt illis ſimilia videantur.

63 Ex quo dii nec habendi ſunt, neque appellandi, quum nec iudicium exercere poſſint, nec vllum in homines beneficiũ conferre.

64 Itaque ne metuatis ipſos quum cognoueritis non eſſe deos.

65 Nec enim Regibus vnquamʹaut benedicent, aut maledicent.

66 ʹNeq; in Gẽtibus ſigna dabũt, neq; in cælo, neq; vt ſol lucebũt,

52 Regem regioni alicui, &c. βασιλέα γὰρ χώρας οὐ μὴ ἀναστήσωσιν. Regem enim regionis non ſuſcitabunt, Hebraiſmus eſt, הקים ſuſcitare aut erigere, pro conſtituere, atque in ſummo dignitatis gradu collocare. Enumerat autem rurſum opera vnius Dei propria, quæ adimit fictitiis diis, vt his notis eos à vero Deo diſcernat. Sic Ieremias 10. b. 11, Sic dicetis eis, dii qui cælum & terram non condiderunt, perdentur de terra, ac de ſub cælis ipſis. Poſtea ornat Deum verum ſuis operibus, Qui terram condit ſua virtute, ſapientia ſúa orbem diſponit, prudentia ſua cælos extẽdit, Quum ille vocem dat, ingens aquarum vis in aere colligitur. 54 Ipſi verò in medio quaſi trabes conf. &c. αὐτοὶ δὲ ὥσπερ δοκοὶ μέσοι κατακαυθήσονται. Ipſi verò quaſi trabes medii comburentnr & ſuccidentur. 55 Aut recipiendi quaſi ſint dii ἢ δεκτέον ὅτι εἰσὶ θεοί. aut accipiendum quòd ſunt dii. Quædam exemplaria legunt λεκτέον dicendum, quemadmodum in ſuperioribus concluſionibus, in quibus propoſitis notis mendacii ac vanitatis, Diuinitatem illis ademit. Si legas δεκτέον, poteris accipere pro Approbare aut recipere, atque amplecti quaſi veros deos colendos & venerandos. 56 Ne fures quidem & latrones effugere ſalui, &c. οὔτε ἀπὸ κλεπτῶν, οὔτε ἀπὸ λῃστῶν διασωθῶσι. Neque à furibus, neque à latronibus ſeruabuntur, id eſt, euadent illorum manus furaces ac rapaces, ex quo eorum ἀδυναμία impotentia, atque infirmitas cognoſcitur. Qui autem ſibiipſi opem ferre non poſſunt, ab iis quod auxilium eſt expectãdum? 58 Quod domino ſit vſ. &c. ἐφ᾽ ᾧ χρήσεται ὁ κεκτημένος. Quo vtetur, qui poſſidet, id eſt, quod erit vtile & commodum domino, Paulus 2. Timoth. 2. d. 21, vocat pium hominem σκεῦος εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ. Noſter autem author comparatione oſtendit τὴν ἀχρηστίαν ſimulachrorum, eáque deteriora eſſe cæteris rebus omnibus, quarum aliquis in vita, aut in natura vſus eſt. Suprà oſtendit eorum ἀδυναμίας imbecillitatem, ac deſtitutionem in iuuandis non ſolùm cæteris hominibus verùm etiam ſeipſis. 59 Quum ſint luminoſa, &c. ὄντα λαμπρὰ, ſplẽdida, aut ſplendeſcẽtia, quæ Propheta ita ordinata à Deo collocatáque in cælo ſignificat, vt eius verbo mãdatóque ſemper pareant, quum tanquam milites ad officia, muniáque ſua emittuntur. 60 Quum *emiſſum* emicarit, ὅταν ἐπιφανῇ. quum apparuerit, aut extiterit, eſt εὔοπτος. i. facilè cadit ſub aſpectum, prænuntium ſequuturi ſtatim tonitrui. Ventus, qui omnem perflat, &c. πνεῦμα ἐν πάσῃ χώρᾳ πνεῖ. ventus in omni regione ſpirat, aut flat. Sunt etiam hi miniſtri, ſatellites, nuntiique Dei, Pſal. 104. a. 4, Qui facit nuntios ſuos ſpiritus. 62 Hæc verò nullam neque formam, neque &c. ταῦτα δὲ οὔτε ταῖς ἰδέαις, οὔτε ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν ἀφωμοιωμένα εἰσίν. Hæc verò nec formis, nec potentiis, aut facultatibus eis ſunt ſimilia. Sunt enim idola ſtolida & inutilia, quæ nullam aut formam naturalem habent, aut facultatem efficacem. Itaque deteriora ſunt his rebus, quæ aut ab arte, aut à Deo naturæ authore profectæ, aliquam commoditatem opportunam vtilémque continent. 65 Aut benedicent, aut maledicent. οὐ μὴ καταράσωνται οὔτε μὴ εὐλογήσωσι. Ieremias 10. a. 5, dicit eos nullam habere facultatem aut benefaciendi, aut malefaciendi, id eſt, affligendi ac puniendi eos à quibus offenſi fuerint. Eſt autem propè idem: nam benedictionem & maledictionem ſuum certũ opus ſequitur, habens vim alicuius aut beneficii, aut contrarii ſupplicii. Sed Reges nominat, vt perſonæ dignitate vim illam Diuinam benedicendi aut maledicendi maiorem oſtendat. 66 Neque in Gẽtibus, &c. σημεῖά τε ἐν ἔθνεσιν ἐν οὐρανῷ, οὐ μὴ δείξωσι. Signa in Gentibus, ac in cælo non oſtendent. Ieremias in eodem capite Gentes à ſignis cæli formidare quidem ſignificat. Sed idola nullam huiuſmodi vim habent, vt ſigna aliqua φοβερὰ, maximarúmque prænuntia calamitatum dare poſſint. Hoc enim vnius Dei proprium eſt, qui cælum & terram condidit.

neque vt luna illuminabunt.

Beſtiæ illis ſunt præſtantiores, quæ ſub tectum poſſunt cōfugere, ac ſibiipſæ prodeſſe. 67

Manifeſtum eſt igitur nobis, eos nullo modo eſſe deos, quare ipſos ne timueritis. 68

Nam quod eſt in cucumerario ʹterriculamentū nihil defendēs, hoc ſunt iſtorum lignei, inaurati atque inargentati dii. 69

Inſtar ſpinæ hortenſis, cui quæuis auicula inſidet. denique cadaueri in tenebris proiecto ſimiles ſunt dii eorum lignei aurati & argentati. 70

A purpura autem & ſplēdore ſuper illos marceſcēte cognoſcetis non eſſe deos, ipſi etiam poſtremò exedentur ʺomníque regioni opprobrium afferent. 71

Præſtat igitur homo iuſtus ʹqui caret ſimulachris: longiſſimè enim ab ignominia & dedecore aberit. 72

dunt, neque vt ſol lucebūt, neque illuminabunt vt luna.

67 Beſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe ſibi.

68 Nullo itaque modo nobis eſt manifeſtum quia ſunt dii: propter quòd ne timeatis eos.

69 Nam ſicut in cucumerario formido nihil cuſtodit: ita ſunt dii illorū lignei, & argentei, & inaurati.

70 Eodem modo & in horto ſpina alba, ſupra quam omnis auis ſedet. ſimiliter & mortuo proiecto in tenebris ſimiles ſunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati.

71 A purpura quoq; & marmore, quæ ſupra illos teneāt, ſcietis itaque quia non ſunt dii. ipſi etiam poſtremò comeduntur, & erunt opprobrium in regione.

72 Melior eſt homo iuſtus qui non habet ſimulachra: nam erit longè ab opprobriis.

69 Terriculamentnm nihil defen. προβασκάνιον οὐδὲν φυλάσσον. Territamētum, aut terriculum nihil cuſtodiens. Eſt εἰκὼν imago qua ſimilitudine aptiſſima vanitatem falſorum deorum notat. 71 Omníque regioni opprob. affer. καὶ ἔσται ὄνειδος ἐν τῇ χώρᾳ. Et erit opprobrium in regione, id eſt pudor & dedecus, quod τὰ φθαρτὰ res corrùptibiles, ac fallaces pro diis habuerint, atque venerati fuerint. Hîc enim fructus, turpiſſimúſque exitus idololatriæ, ac ſuperſtitionis ſemper ſequitur. 72 Qui caret ſimulach. &c. οὐκ ἔχων εἴδωλα. Non habens idola. Concluſio eſt epiſtolæ in qua contrarium ac verum Dei cultum approbat, melioremque exitum oſtendens, cultui idolorum anteponit. Itaque continet hic locus commendationem veræ religionis breuiter cum ſuperſtitione comparatæ.

Prophetia Ezechielis, Hebraicè יחזקאל

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Quo tēpore prophetauerit Ezechiel, & quo loco.

1 Et fuit, ʹTriceſimo anno, ʹquarto *menſe*, quinta die menſis (ego autem eram ʹin medio tranſmigrationis iuxta fluuium ʹChebár,) aperti ſunt cæli, & vidi ʺviſiones Dei:

2 Quinta *inquam* menſis (ipſe eſt annus quintus ʹtrāſmigrationis Regis Ioiachín)

Ezechielis gen⁹, & officium.

3 Factum eſt verbū Iehouæ ad Ieחhezcאél filium Buzí Sacerdotem in terra ʺChaשׂdím, iuxta flumen Chebár: & fuit ſuper eū ibi ʺmanus Iehouæ.

4 ʺEt vidi, & ecce vētus turbinis veniebat ab Aquilone, nubes magna, ʺ& ignis *in medio nubis* inuoluens ſe, & ſplendor erat ei per circuitum, & de medio eius *apparebat* ʹveluti aſpectus electri, de medio *inquam* ignis.

5 Et de medio eius *apparuit* ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis erat eis.

VETVS.

Cap. I.

1 Et Factum eſt in triceſimo anno, in quarto, in quinta mēſis (quum eſſem in medio captiuorum iuxta fluuiū Chobar) aperti ſunt cæli, & vidi viſiones Dei.

2 In quinta mēſis (ipſe eſt ann⁹ quintus tranſmigrationis Regis Ioachin)

3 Factum eſt verbū Domini ad Ezechielem filiū Buzi Sacerdotem in terra Chaldæorum, iuxa fluuium Chobar: & facta eſt ſuper eum ibi manus Domini.

4 Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna & ignis inuoluēs, & ſplendor in circuitu eius: & de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis: B

5 Et ex medio eius quaſi ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis.

IN CAPVT I.

1 Et fuit ויהי In principiis librorū ו appoſita, tātū cōuertit futura in præt. Triceſimo בשלושים ſub. ab inuēto libro Legis. Chald. para.
ſic explicat locum iſtum, Factum eſt in triceſimo anno ab eo tēpore quo liber Legis repertus fuit ab Helcia ſummo pōtifice. Anno nempe
XVIII Ioſiæ filii Amon. Alii, triceſimo à iubileo. Quarto *mēſe*, quinta, &c. ברביעי בחמישה לחדש Hebraiſmus, quem quidā ſic reddūt,
Quarto menſe, quinta die eiuſdem. Quartū menſem Chaldæus paraph. exponit Iunium. In medio tranſm. בתוך הגולה Hebraiſmus, pro,
inter captiuos. Chebár, כבר Pro hoc, Eupraten quidam vertunt. Viſiones Dei. מראות אלהים: .i. inſignes, eximias. mirabiles.
maximas. Vide Pſal. 36.b.7. Vel Dei ſimpliciter, quòd prophetia eius eſſet Diuina, nō ſomnium humanum. Dicit autem pluraliter viſiones,
quòd viſio illa eſſet multiplex, multáſque haberet partes, réſque inclytas contineret. 2 Tranſmigrationis Regis לגלות המלך .i. quo abduct⁹ eſt Rex. Hic Ioachin dicitur à Matthæo, 1.b.11, Iechonias, vt & à Ieremia. ca. 29.a.2. ordine literarum immutato. 3 Chaשׂdím,
כשדים Chaldæorū. Manus יד Quidam interpretantur virtutē, ſiue potentiam & fortitudinē. Alii, prophetiam .i. cœpit agi ſpiritu prophetiæ Domini. Chaldæus paraph. manſit ſuper eum Spiritus prophetiæ. Hebræorum doctores ſcribūt ſic vocari prophetiam quæ venit cū
fortitudine. 4 Et vidi, & ecce, &c. וארא והנה רוח סערה Hebraiſmum iſtum ſic conuertunt quidam, Et videbar videre turbinem venti [ſiue ventum tempeſtuoſum] venientem. Alii, Et ecce vidi ventum turbinis. Et ignis *in medio nubis* inuoluens ſe, ואש מתלקחת
ignis reciprocans ſeſe. Alii, ignis implicatus. vel admiſtus. Alii, conceptus, ſiue correptus. i. incenſus, ſiue accenſus in medio eius. q.d. nubes
illa correpta erat igni & accenſa, flagrabátque & ardebat. i. quæ conceperat ignem, erátque tota lucida ac fulgida. Veluti aſpectus electri. כעין החשמל veluti ſpecies ח Haשׂmál. Quidam vertunt, velut ſpecies Angeli, ſequuti veteres Iudæos. Alii volunt eſſe ſpeciem coloris ſimilis colori ignis, q.d. Apparebat aliquid ſimile colori igneo. 5 Aſpectus eorum, מראיהן effigies eorum. ſiue forma.
aut ſpecies, id eſt color.



A Nubes denſa & procelloſa.
B Ignis nubi implicitus.
C Splendor in circuitu nubis.
D Haſmál in nube, in lateribus ſolii, & circum animalia.
E Quatuor animalia.
F Similitudo humanæ ſtaturæ in medio corpore animalium.
G Pedes vitulini & ſcintillis micantes.
H Man⁹ humanæ ſub alis.
I Facieshominis.
K Facies leonis.
L Facies vituli.
M Facies aquilæ.
N Alæ ſuperiores inter ſe cõtiguę.
O Alæ deorſũ inclinatæ, quibus tegitur corpus.
P Color animaliũ ſimilis carbonibus ignitis, vel facibus ardentibus.
Q Rotæ.
R Interior rota alteri inſerta.
S Oculi in circunferentia rotarũ.
T Cryſtallin⁹ color ſupra capita animalium, ſolium verſus.
V Solium.
X Homo ſolio inſidens.
Y Iris vel arcus cęleſtis.
Z Color igneus ſubter renes vel lumbos.

Et quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. 6

Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli: & ſcintillæ quaſi aſpectus æris cãdentis. 7

Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebãt. 8

C Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: non reuertebantur quum incederent, ſed vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur 9

6 Et quatuor facies erant vni: & quatuor alæ vnicuique.

7 Et pedes eorum pes″rectus,″& planta pedis eorum veluti planta pedis vituli:″& ſcintillantes tanquam aſpectus″æris politi.

8 ′Porrò manus hominis ſub alis eorum″in quatuor partibus eorum: facies autem eorum, & alæ eorum″in quatuor ipſis.

9 ′Iuncta erant vnum ad alterum alis ſuis: ″non conuertebantur quando ambulabant, vnumquodque″contra faciem ſuam gradiebatur.

7 Rectus, ישרה planus. Quidã volunt ſingulare eſſe pro plurali. Et planta, וכף & veſtigium. Et ſcintillantes ונוצצים Ad verbũ & ſcintillæ. à נצץ, vel נוץ. Quidã, & ſcintillabãt. i. præ fulgore videbantur emittere ſcintillas. Alii, & ſcintillas vibrabãt. Chaldæus paraph. & ſcintillantes. AEris politi. נחשת קלל: chalybis terſi. limati. mundi. leuigati. 8 Porrò manus ho. וידי ארם. i. brachia humana, ſiue ſimilia brachiis hominis ſita erãt, ſiue apparebant ſub, &c. Hebræi annotãt cõciſam eſſe loquutionẽ, pro, & manus eius, manus hominis. ideo Hebraicè ſcribitur וידו cum ו, & legitur וידי cũ י. Chaldæus para. ſic habet, & manus eorũ, manus hominis. In quatuor על ארבעת רבעיהם Ad verbũ, in quartis eorum. i. in quatuor partibus, vel in quatuor quadrangulis eorum. Chaldæus paraph. in quatuor extremitatibus, ſiue lateribus eorum. In quatuor ipſis. לארבעתם ad quatuor partes eorum. ſiue, ad quatuor latera. Alii, erant facies & alæ ipſis quatuor. Alii, & quatuor ipſis erant ſuæ facies, & ſuæ alæ. 9 Iuncta erant vnum, &c. חוברות אשה וגו׳ Aliud alii iunctum erat alis ſuis. Alii, iunctæ erant vna ad aliam alæ eorum. Ad verbum, Iunctæ erant vira [ſiue mulier] ad ſociam ſuã pennæ eorum. Non conuertebantur לא יסבו non conuertebant ſe. i. non aſpiciebant retro. Alii, nõ circuibant. nõ gyrabant. Seipſum exponit, quum mox dicit, Vnúmquodque, &c. Contra faciem ſ. gra. אל עבר פניו ילכו׃ Ad verbum, ad latus faciei ſuæ gradiebatur. Alii, antrorſum incedebat. Alii, in proſpectũ [ſiue, e regione] faciei ſuæ ibat. i. ante ſe. Fut. Heb. pro præt. imperf. Vide infrà cap. 10. d. 22.

10 Similitudo autem facierum eorum *hæc erat*, facies hominis & facies leonis ad dexterã ″ipſis quatuor: facies autẽ bouis *erat* à ſiniſtra ipſis quatuor, & *erat* facies ″aquilæ quatuor ipſis.

11 Et *hæ* ″facies eorũ: alæ autẽ eorũ extẽtæ deſuper: vnicuiq; duæ *alæ* ″iunctæ erant ″vnaquæque *alteri*, duæ autẽ tegebãt corpora eorum.

12 Et vnunquodque ″contra faciem ſuam ambulabat: ″quocunque erat ſpiritus vt ambularent, ambulabant: ″non cõuertebantur quũ ambularent.

13 Et ſimilitudo animalium ″aſpectus eorũ, ″veluti prunarũ ignis ardentium, tanquã aſpectus ″lampadarũ: ipſe *ignis* diſcurrebat inter animalia, ″& ſplendor *erat* ipſi igni, & de igne ″egrediebatur fulgur.

14 Et animalia currebant, & redibant ″ſecũdum aſpectum fulguris.

Viſio rotarum.

15 Et quum vidiſſem animalia, & ecce rota vna in terra iuxta animalia cum quatuor faciebus ſuis.

16 Aſpectus rotarum, & opus earum tanquã aſpectus lapidis ″tharשſiשs: & ſimilitudo vna quatuor ipſis: aſpectus earũ & opus earũ acſi eſſet rota in medio rotæ.

17 Ad quatuor latera ſua, dum irent ipſa, ibãt: ″non conuertebãtur quando ambulabant.

18 ″Et canti erant eis, & altitudo erat eis, ″& pauor erat propter eas: & dorſa earum plena erant oculis per circuitum, quatuor ipſis.

19 Quúmque ambularent animalia, ambulabant rotæ iuxta ea: & quum eleuabant ſe animalia à terra, eleuabant ſe rotæ.

20 ″Quocũque erat ſpiritus vt irent, ibant, & illuc ſpiritus *rotarum erat* vt irent: & rotæ eleuabant ſe eregione eorum: ſpiritus enim ″animalis erat in rotis.

21 Quum ambularent ipſa, ibant *rotæ*: & quum ſtabant ipſa, ſtabãt: & quum eleuabant ſe à terra, eleuabãt ſe rotæ eregione ipſorum: quia ſpiritus animalis *erat* in rotis.

22 ″Et ſimilitudo ſuper capita *uniuſcuiuſque* animalis erat ″firmamẽti, tãquã aſpectꝰ cryſtalli ″terribilis, expãſa ſuper capita eorũ ſupernè.

23 Sub firmamẽto autem alæ eorum *erant* ″rectæ, altera alteri ″vnicuique duæ, quibus tegebant ſe, ″vnicuique inquam duæ *erant quibus tegebant* corpora ſua.

24 Et audiui ſonum alarum ipſorum tãquam ſonum aquarũ multarum, & tãquam vocem Omnipotentis quando ambulabãt, vocem *inquam* loquelæ tanquam vocem caſtrorum: quando ſtabant, remittebant alas ſuas.

10 Similitudo autem vultus eorũ, facies hominis: & facies leonis à dextris ipſorũ quatuor: facies autẽ bouis à ſiniſtris ipſorũ quatuor: & facies aquilæ ipſorum quatuor.

11 Et facies eorum, & pennæ eorũ extentæ déſuper: duæ pẽnæ ſingulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum.

12 Et vnunquodque eorum coram facie ſua ambulabat: vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur quum ambularent.

13 Et ſimilitudo animaliũ, & aſpectus eorũ quaſi carbonũ ignis ardentiũ, & quaſi aſpectꝰ lãpadarũ: hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium ſplẽdor ignis, & de igne fulgur egrediens. D

14 Et animalia ibant, & reuertebãtur in ſimilitudinem fulguris coruſcãtis.

15 Quúmque aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terrã iuxta animalia, habens quatuor facies.

16 Et aſpectus rotarum, & opus earũ, quaſi viſio maris: & vna ſimilitudo ipſarum quatuor: & aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ.

17 Per quatuor partes earum euntes ibant: & non reuertebãtur quum ambularent.

18 Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus: & totũ corpus oculis plenum in circuitu ipſarũ quatuor. E

19 Quúmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ.

20 Quocunque ibat ſpiritus, illuc eũte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum: ſpiritus enim vitæ erat in rotis.

21 Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cũ eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, ſequentes ea: quia ſpiritus vitæ erat in rotis.

F

22 Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum déſuper.

23 Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: vnũquodque duabus alis velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur.

24 Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei cum ambularent: quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonꝰ caſtrorum: quúmque ſtarent, demittebantur pennæ eorum.

10 Quatuor ipſis לארבעתם ſub. ad ſiniſtram. facies hominis & facies aquilæ opponebantur. 11 Et facies eorum: ופניהם ſub. tales erant, & eo modo diſpoſitæ. Iunctæ erãt v. חוברות correſpõdentes. vel, ex aduerſo poſitæ. Vnaquæque איש Integram loquutionem legis paulo antè verſu 9, אשה אל אחותה, vnaquæque ad ſororem ſuam, vel ad alteram. 12 Contra faciem ſuam אל־עבר פניו Ad verbum, ad latus faciei ſuæ. i. coram facie ſua. eregione faciei ſuæ, ante ſe. Sic ſuprà verſu 9. Quocunque erat, &c. אל אשר וגו' Chaldæus paraph. quò erat voluntas ambulandi, ambulabant. Spiritus pro voluntate. ſic Prouerb. 1. c. 23, Proferam vobis ſpiritum meũ. Alii, ad *locum* quò impellebat ſpiritus [aut, ventus] ibant. Non cõuertebantur לא יסבו vide paulo antè verſu 9. 13 Aſpectus e. מראיהם Subaudiunt nonnihil interpretes, Sic, aſpectus ſcilicet eorum. vel, quod ad aſpectum eorum attinet. Veluti prunar. ignis ard. כגחלי אש בוערות inſtar carbonum ignitorum, *ac* ardentium. Alii, velut prunæ ignitæ, qui [nempe oculi] ardebant. Nonnulli referunt ARDENTIVM, ad prunarum, ſiue carbonum, poſt illud diſtinguentes, & vertentes, Inſtar carbonum, ſiue prunarum ignis rutilantiũ, & quaſi, &c. Lampadarum: הלפידים titionum. facium. facularum. Et ſplendor *erat* ipſi igni ונגה לאש Ad verbum, & ſplendor ignis. Quidam, ignisque ſplendebat. Egrediebatur יוצא emicabat. 14 Secundum aſp. ful. כמראה וגו' Hebraiſmus, pro inſtar fulguris. 16 Tharשſiשs: תרשיש ſub. lapidis, ex capite 10. b. 9, vbi legitur אבן תרשיש, lapidis tharſis. i. carbunculi. aut (vt alii) chryſolithi. alii hyacinthi. 18 Et canti *erant* eis, וגביהן Et terga erant eis. Alii, cacumina, vel circuitus, aut canti. Summas partes rotarum ſignificat. vnde quidam ſic vertunt, Terga erant eis, erátque illis altitudo *tanta, ut* metum afferrent *aſpicientibus*: ſummæque earum partes erant, &c. vel, canti earum erant pleni, &c. Et pauor erat prop. e. ויראה להם Ad verbum, & pauor eis. i. erant formidabiles ac horribiles, metúmque ac terrorem incutiebant. 20 Quocunque, &c. על אשר וגו' Vide ſuprà verſu 12. Animalis החיה Singulare prò plur. .i. rotæ illæ agebantur ac impellebantur eodem ſpiritu quo animalia, nempe Spiritu diuino. 22 Et ſimilitudo, &c. ודמות וגו' Ordo turbatus, pro Et ſimilitudo firmamenti erat ſuper capita, &c. vel, Et ſuper capita animalium erat ſimilitudo firmamenti. Firmamenti, רקיע expanſionis. extenſionis. Terribilis, הנורא admirandæ. i. eximii ſplendoris.

23 Rectæ, altera alteri ישרות אשה אל אחותה Ad verbum, rectæ, vira ad ſororem ſuam. Hebraiſmus. i. correſpondentes ſibi mutuò, vel inuicem. Vnicuique, &c. לאיש שתים וגו' Ad verbum vnicuique *erant* duæ quæ tegebant illis, vnicuique inquam duæ quæ tegebant illis corpora eorum. Redundat ILLIS.

25 Nam quum fieret vox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorũ, ſtabant,& ſubmittebant alas ſuas.

G 26 Et ſuper firmamentũ quod erat imminens capiti eorum , quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni:& ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis déſuper.

27 Et vidi quaſi ſpeciem electri,velut aſpectũ ignis intrinſecus eius per circuitum:à lumbis eius & déſuper, & à lumbis eius vſque deorſum,vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.

28 Velut aſpectum arcus quum fuerit in nube in die pluuiæ,hic erat aſpect⁹ ſplendoris per gyrum.

Cap. II.

1 HAEc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini,& vidi, &cecidi in faciẽ meam, & audiui vocem loquentis.& dixit ad me,Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos,& loquar tecum.

2 Et ingreſſus eſt in me Spiritus poſtquam loquutus eſt mihi,&ſtatuit me ſupra pedes meos : & audiui loquẽtẽ ad me,

3 Et dicentẽ, Fili hominis,mitto ego te ad filios Iſrael,ad gentes apoſtatrices, B quæ receſſerunt à me : ipſi & Patres eorum prꝑuaricati ſunt pactum meum vſquead diem hanc.

4 Et filii dura facie & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos,Hæc dicit Domin⁹ Deus:

5 Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant:quoniã domus exaſperans eſt: & ſcient quia Propheta fuerit in medio eorum.

6 Tu ergo fili hominis,ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas:quoniã increduli &ſubuerſores ſunt tecũ, & cũ ſcorpionibus habitas.verba eorum ne timeas,& vultus eorũ ne formides:quia domus exaſperans eſt.

7 Loquêris ergo verba mea ad eos,ſi fortè audiant, & quieſcant: quoniam irritatores ſunt.

8 Tu autẽ fili hominis audi quæcũq; loquor ad te : & noli eſſe exaſperans, D ſicut domus exaſperatrix eſt:aperi os tuũ,& comede quæcũq; ego do tibi.

9 Et vidi,& ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber:

10 Et expãdit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris: & ſcriptæ erant in eo lamentationes,& carmẽ, & væ.

Cap. III.

1 ET dixit ad me,Fili hominis,quodcunque inueneris comede, comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael.

2 Et aperui os meum , & cibauit me volumine illo,

25 Et facta eſt vox è firmamento quod erat ſuper caput eorũ, quãdo ſtabant illa,& remittebant alas ſuas.

26 Et ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum,erat tanquam aſpectus lapidis ″ſapphiri″ſimilitudo throni:& ſuper ſimilitudinem throni erat ſimilitudo tanquam aſpectus hominis ſuper eum ſuperné.

27 Et vidi″tãquã ſpeciẽ electri,″tãquã aſpectũ ignis intra ipſam per circuitũ ″ab aſpectu lũborũ eius, & ſuprà:&″ab aſpectu lũborũ ei⁹, & infrà vidi tanquam ſpeciẽ ignis , & ſplendor *erat* ei per circuitũ.

28 ″Velut aſpectus arcus qui fit in nube in die pluuiæ, ſic erat aſpectus ſplendoris per circuitum.

Cap. II.

1 HAEc *erat* viſio ſimilitudinis gloriæ Iehouæ: & vidi , & cecidi ſuper faciem meam,& audiui vocẽ loquentis,

Et dixit ad me,Fili hominis,ſta ſuper pedes tuos,& loquar tecũ.

2 Et ingreſſus eſt in me Spiritus , poſtquam loquutus eſt mihi, ſtatuítque me ſuper pedes meos:& audiui″loquentem ad me,

3 Dixítque ad me,Fili hominis,mitto ego te ad filios Iשſraאél,ad gentes rebelles quæ rebellauerunt contra me,ipſi & Patres eorum ″præuaricati ſunt in me vſque ad hunc ipſum diem.

4 ″Et filii″duri facie,″& duri corde ſunt,*ad quos* ego mitto te:″dicéſq; ad eos,Sic dixit Dominus Iehouáh:

5 ″Et ipſi ſi audierint , & ſi ceſſauerint : quia domus rebellis ſunt: & ſcient quòd Propheta fuerit in medio eorum.

6 Et tu fili hominis, ne timeas ab eis,& à verbis eorũ ne metuas: quoniam ″rebelles & ſpinæ tecum *ſunt*,″& cum tribulis tu habitas: à verbis *inquam* eorum ne timeas,& à facie eorum″ne formides:quia domus rebellis ſunt.

7 Loqueríſque verba mea ad eos,ſi audiant,& ſi″ceſſent:quoniam rebelles ſunt.

8 Tu autẽ fili hominiis,aud quæ ego loquor ad te : Ne ſis rebellis ſicut eſt domus rebellis: aperi os tuũ,& comede quæ ego do tibi.

9 ″Et vidi, & ecce manus miſſa eſt ad me , & ecce in ea erat ″volumen libri.

10 ″Et expandit illud coram me , & ecce erat ſcriptum antè & retro,& ſcripta erant in eo lamentationes,gemitus,&″veh.

Cap. III.

1 DIxit autẽ ad me , Fili hominis , quicquid inueneris comede, comede *inquã* volumẽ iſtud,& vade,loquere ad domũ Iשſraאél.

2 Aperui igitur os meum,″& comedere fecit me volumen illud.

Viſio throni & imaginis ſuper thronum.

Mittitur Propheta ad Iſraelitas, & oſtenditur verſus viſionis,

Propheta paſtus verbo Dei,& cõſtãtia Spiritus accepta, ad Iſraelẽ in tranſmigrationem mittitur.

26 Similitudo דמות effigies.Ordo præpoſterus ſic collocandus erat,ſimilitudo throni tãquam aſpectus[ſiue ſpecies]lapidis ſapphiri. 27 Tanquam ſpeciem electri כעין חשמל tanquam ſpeciem coloris ſimilis colori ignis. Vide ſuprà,verſu 4. Tanquam aſpectum ig.intra ip. כמראה־אש בית־לה Hebraiſmus, intra quam erat velut aſpectus ignis.i.intra quam apparebat ignis. Ab aſpectu,&c.ממראה מתניו ולמעלה Hebraiſmus,pro,à lumbis eius ſurſum verſus:& à lumbis eius deorſum verſus,&c. 28 Velut aſpectus,&c.′כמראה וגו Velut forma arcus qui fit.vel,Sicut color iridis qui eſt tempore,&c.i.Sicut apparet arcus,&c.

IN CAPVT II.

2 Loquentem את מדבר Ad verbum,dictum. 3 Præuaricati ſ.in me,פשעו בי perfidè mecum egerunt.peccauerunt contra me. 4 Et filii, ′והבנים וגו Et *ad* filios qui ſunt dura,&c. filios vocat, quòd prius meminerit Maiorum ipſorum. Duri facie, קשי פנים dura facie.vel indurata.Hebraiſmus,pro impudentibus,qui non nouerunt erubeſcere. Et duri corde, וחזקי־לב & fortes corde. Alii,obſtinato corde.Alii,pertinaci corde.Hebraiſmus.i.induratis & impœnitentibus,quorum corda non emolliuntur. Dicéſque ad eos,Sic,&c.′ואמרת אליהם כה וגו Genus dicendi Hebraicum, acſi dicat, Ego conſtituo te Prophetam , vt poſthac iure ac meritò vti poſſis, hac formula loquendi qua vti ſolent Prophetæ prædicendo futura,Sic dicit Dominus. 5 Et ipſi ſi,&c. ′והמה אם וגו Genus dicẽdi Hebraicum,quo affirmat neque eos audituros,neque ceſſaturos ab iniquitatibus . Quidam vertunt, Et ſiue audierint, ſiue quieuerint. vel,deſtiterint.ſub.ab audiendo. 6 Rebelles סרבים irritatores.renuentes.nolentes. Et cum trib. ואל־עקרבים & iuxta ſpinas pũgentes admodũ.Alii,& cum ſcorpionibus.q.d.ſunt erga te velut ſpinæ pungentes,& velut ſcorpiones qui te pungent. Ne formides, אל־תחת ne frangaris.ne expaueſcas. 7 Ceſſent: יחדלו quieſcant.Alii,deſtiterint.Eadem verba quæ & ſuprà,verſu.5. 9 Et vidi,&ecce,&c.′ואראה והנה וגו Hebraiſmus,Quúmque aſpicerem,apparebat manus porrecta ad me,quæ tenebat librum. Volumen libri: מגלת־ספר: Vide Pſal.40.b.8. 10 Antè & retro,פנים ואחור .i.ex vtraque parte,externa & interna. Veh. :והי Vox eſt doloris, planctus,& luctus.Propterea quidam vertunt,& planctus.Significat ſermones in quibus hæc dictio frequenter repetitur.

IN CAPVT III.

1 Et comedere fecit me volumen illud. ויאכלני את המגלה הזאת : & cibauit me volumine illo.

3 Dixítque ad me, Fili hominis, ″ventrem tuum comedere fac, & viſcera tua imple volumine iſto quod do tibi. & comedi illud, & fuit in ore meo ſicuti mel præ dulcedine.

4 Et dixit ad me, Fili hominis, vade, ingredere ad domũ Iẅſraɴél, & loquere″in verbo meo ad eos.

5 Non enim ad populum″profundi labii″ & grauis linguæ″mitteris, *ſed* ad domum Iẅſraél:

6 Non *inquam* ad populos ″multos ″profundi labii & grauis linguæ, quorum non″intelligas verba:″profectò ſi ad eos mitterem te, ipſi audirent te.

7 Domus autem Iẅſraɴél nolunt audire te, quia nolũt audire me: vniuerſa enim domus Iẅſraɴél″dura fronte, & duro corde eſt.

8 Ecce dedi faciem tuam fortem″contra facies eorum, & frõtem tuam fortem contra frontem eorum.

9 Vt adamantem fortiorem ſilice″dedi frontem tuam:″ne *igitur* timeas eos,″neque metuas à facie eorum:″quia domus rebellis eſt.

10 Et dixit ad me, Fili hominis, omnia verba mea quæ loquar ad te ″excipe in cor tuum, & auribus tuis audi.

11 Et vade, ingredere″ad tranſmigrationem, ad filios *ſaliæ* populi tui, & loquere ad eos, & dic eis, Sic dixit Dominus Deus,″ſi audierint, & ſi ceſſauerint.

12 Et ſuſtulit me ſpiritus, & audiui poſt me ″vocem cõmotionis magnæ, *dicentem*, Benedicta gloria Iehouæ″*diſcedentis*″de loco ſuo.

13 ″Et vocem alarum animalium″mutuò ſe ſe contingentiũ, & vocem rotarum″contra ea,″& vocem commotionis magnæ.

14 ″Et ſpiritus ſuſtulit me, & aſſumpſit me, & abii″amarus in ira ſpiritus mei,″& manus Iehouæ ſuper me″fortis.

15 Veni itaque″ad tranſmigrationem Thel-abíb, habitantes iuxta flumen Chebár, & ſedi,″ipſis ſedẽtibus ibi, ſedi inquam ibi ſeptem diebus,″admirans in medio eorum.

3 Et dixit ad me, Fili hominis, venter tuus comedet, & viſcera tua complebuntur volumine iſto quod ego do tibi. & comedi illud, & factũ eſt in ore meo ſicut mel dulce.

4 Et dixit ad me, Fili hominis, vade ad domũ Iſrael, & loquêris verba mea ad eos.

5 Non enim ad populũ profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Iſrael:

6 Neque ad populos multos profundi ſermonis, & ignotæ linguæ quorũ non poſſis audire ſermones: & ſi ad illos mittereris, ipſi audirent te. B

7 Domus autem Iſrael nolunt audire te: quia nolũt audire me: omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde.

8 Ecce, dedi faciem tuam valentiorẽ faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

9 Vt adamãtem, & vt ſilicẽ dedi faciẽ tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorũ: quia domus exaſperãs eſt.

10 Et dixit ad me, Fili hominis, omnes ſermones meos quos loquor ad te, aſſume in corde tuo, & aurib⁹ tuis audi. C

11 Et vade, ingredere ad trãſmigrationẽ ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis, Hæc dicit Dominus Deus, ſi fortè audiant & quieſcant.

12 Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem cõmotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco ſuo.

13 Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum ſequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.

14 Spiritus quoque leuauit me, & aſſumpſit me: & abii amarus in indignatione ſpiritus mei: manus enim Dñi erat mecum, confortans me. D

15 Et veni ad trãſmigrationẽ ad aceruum nouarũ frugũ, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: & ſedi vbi illi ſedebant: & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum.

3 Ventrem t.&c. ′בטנך תאכל וגו Fut.Heb.pro imperat. Venter tuus comedet, & viſcera tua implebuntur. Verbum ſingul. vt poſterius verbum ſit, &c. pro plurali. 4 In verbo m. בדברי Ad verbum, in verbis meis. id eſt, ſermone quo ego loquor tibi, ſic loquêris ad eos. Alii, verba mea, vel ſermones meos. 5 Profundi labii, &c. עמקי שפה Ad verbum, profundi labio. Hebraiſmus, pro Magnæ eruditionis: vel potius alterius, aut alienæ linguæ. i. qui lingua alia vtatur atq; tu, hoc eſt quàm Hebræa: vt poſſis queri te nõ intelligere: quia eiuſdem linguæ es cum illis, ipſi intelligẽt te, & tu intelliges eos. Omnis res (inquit doctus inter Hebræos) & omne verbum multiplex, dicitur profundum. Et grauis ling. וכבדי לשון Ad verbum, & graues lingua. difficilis & ignoti ſermonis: hoc eſt ad populũ Barbarum. Mitteris, &c. ′שלוח וגו Ad verbum, miſſus *es*. Quidam conuerſo dictionũ ordine vertunt, Non enim mitteris ad domum Iſrael, *tanquam ad* populum, &c. 6 Multos רבים .i. numeroſos, vel fortes. Quidã ex cõmentariis Hebræorũ exponunt, longinquos, multúmque diſtantes qui ſint de terra longinqua valde, quorum nunquã audieris linguam. Profundi la. & gra. lin. עמקי שפה וכבדי לשון Eadem verba quæ præcedenti verſu. Intelligas תשמע Ad verbum, audieris. Iſtud videtur explicari quod præcedit Profundi labii. Profectò, &c. ′אם לא וגו Ad verbum, ſi non ad eos miſi te, ipſi audient te. Si non, iurantis & confirmantis ſermo. aut ſubaudiendum, Diſperream, niſi te audiſſent. Quidam vertunt, Omnino ſi miſiſſem te ad eos, ipſi te audiſſent. Alii, Si non miſiſſem te, ipſi te audiſſent. Dicit hîc Kimhi אם לא vocem eſſe iurantis, & capi pro באמת in veritate, vt ſit ſenſus, Reuera ſi miſiſſem te ad populos multos, & qui profundum habent labium, illi te audiſſent: populus verò meus noluit te audire. Alii exponunt, Quanuis te ad populos Barbaros, aut Græcos mitterem, acquieſcerent tuæ prædicationi, quemadmodum Niniuitæ, Ionæ: quibus tamen deteriores ſunt Iſraelitæ. 7 Dura fronte, & duro, &c. ′חזקי מצח וקשי וגו robuſta fronte, & intractabili corde. Vide ſimilia præcedenti cap. verſu 4. mutatis paulùm verbis. 8 Cõtra fa.e. לעומת פניהם eregione facierũ eorum. i. fortiorem reddã facie eorum. q.d. Dabo tibi fortitudinem & conſtantiam vt reſiſtere poſſis minis eorum.

9 Dedi נתתי Præteritũ quod quidam per futurum reddunt, ponam. reddã. efficiam. Ne *igitur* timeas e. לא תירא אותם non igitur timebis eos. Neque metuas ולא תחת neque frangaris animo. vel, neque terrearis. Quia domus re. eſt. כי בית מרי המה: licet [vel, quantumuis] domus exaſperans ſit. aut contumax. 10 Excipe, &c. ′קח וגו Tranſpoſitio verborum Hebræis frequens, pro, auribus tuis audi, & excipe in corde tuo. Quidam Hebræorum dicunt ו &, accipiendum pro Poſtquam, ſic, poſtquam audieris auribus tuis, aſſume in cor tuum. Ita & illud Ieſaiæ 64. b. 5, Ecce tu iratus es, & peccauimus. pro Poſtquã peccauimus. 11 Ad tranſmigrationẽ אל הגולה pro captiuis & abductis in captiuitatem accipitur. vnde quidam vertunt, ad captiuos. Si audierint, & ſi ceſſ. אם ישמעו ואם יחדלו: Eadem verba quæ ſuprà cap. 2. b. 5 12 Vocem com. ma. קול רעש גדול ſonitum ſtrepitus magni. *Diſcedentis* [*aut mox diſceſſuri*. Hæc verba non leguntur Hebraicè, ſed ad perficiendum ſenſum ſubaudienda ſunt, aut ſimilia. De loco ſuo. ממקומו: .i. tẽplo, vbi exhibebat præſentiã ſuã, dabat reſponſa, & exaudiebat preces populi ſui. quo breuiter, ſed obſcurè innuit fore breui excidium vrbis Ieroſolymitanæ & tẽpli, & captiuitatẽ populi Iudaici. 13 Et vocẽ וקול Ex præcedenti verſu ſubaudiendũ, Audiui. Mutuò ſeſe cõt. &c. ′משיקות וגו Ad verbũ, adhærentiũ [vel attingentiũ, more oſculantiũ] vira ad ſororem ſuã. Cõtra ea לעומתם eregione eorũ. Et vocem com. m. וקול רעש גדול: & vox ſtrepitus magni. ſub. facta eſt. 14 Et ſpiritus ורוח Quidã conuertũt ו &, in Rurſum. q.d. Rurſum mihi viſus ſum agi vento quodã, qui me aliò trãſferret. Amarus in ira ſp. m מר בחמת רוחי Hebraiſmus. i. amaro & irato animo. Et manus ויד &, pro Nã, vt quidã vertũt. Manũ interpretatur prophetiã. Fortis. חזקה: vehemẽs. Alii exiſtimãtes eſſe verbũ, vertũt præualuit. vel, roborata eſt. vehemẽs facta eſt. q.d. tũc afflatus magno illo ſpiritu, parui Domino. 15 Ad trãſmigrationẽ Thel-abib אל הגולה תל אביב Ordo inuerſus, pro, in Tel-abib, ad tranſmigrationẽ. i. ad captiuos. Quidã conuertũt propriũ nomen Thel-abib, ſic, Ad aceruũ nouarum frugum. Ipſis ſedẽtib. ibi, המה יושבים שם vbi ipſi ſedebãt. Alii, ipſi *autem* habitabant ibi. Doctus inter Hebræos exponit, Quãdo vidi eos ſedentes, ſedi ibi. vel, ſedi ſicut ipſi erant ſedentes. Admirans משמים ſtupefactus. deſolatus. Chaldæus paraph. quieſcens. ſiue tacens.

Quum autem pertranſiſſent ſeptē dies, factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

Infrà 33.b.7

‖Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.

Si dicente me ad impiū, Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque loquutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

E

Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidē in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.

Sed etſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum corā ipſo, ipſe morietur: quia nō annūtiaſti ei in peccato ſuo morietur, & nō erūt in memoria iuſtitię eius quas fecit: ſanguinē verò eius de manu tua requiram.

F

Si autem tu annuntiaueris iuſto vt non peccet iuſtus, & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.

Et facta eſt ſuper me manus Domini, & dixit ad me, Surgēs egredere in campum, & ibi loquar tecum.

Et ſurgens egreſſus ſum in campū, & ecce ibi gloria Domini ſtabat, quaſi gloria‖quā vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam.

Suprà 1.a.1

Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos: & loquutus eſt mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includere in medio domus tuæ.

G

Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum.

Et linguam tuam adhęrere faciam palato tuo, & eris mut⁹, nec quaſi vir obiurgās: quia domus exaſperans eſt.

Quum autem loquutus fuero tibi, aperiam os tuū, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit audiat: & qui quieſcit quieſcat: quia domus exaſperans eſt. Cap. IIII.

ET tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pones eum corā te: & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.

Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & cōportabis aggerem, & dabis contra eā

16 Et fuit, in fine ſeptem dierum factum eſt verbum Iehouæ ad me, dicendo,

17 Fili hominis, ſpeculatorem″dedi te domui Iiſraél: audies igitur de ore meo verbum, ″& admonebis eos″nomine meo.

18 Quum dixero ego impio, Moriendo morieris: & non″admonueris eum, nec loquutus fueris″vt caueat impius, *ut recedat* à via ſua impia, ″vt viuat: ipſe impius ″in iniquitate ſua morietur: ″ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

19 Quod ſi″admonueris impium, & non fuerit cōuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe in iniquitate ſua morietur, ſed tu ″animam tuam liberaſti.

20 Et quum auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, ″dabo offendiculū coram eo: ipſe morietur, quia non admonuiſti eū, in peccato ſuo morietur, nec memorabūtur iuſtitiæ eius quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requiram.

21 Quòd ſi admonueris illum iuſtum vt non peccet iuſtus, & nō peccauerit: viuēdo viuet, quia admonitus eſt, & tu animam tuam liberaſti.

22 Fuit autem ſuper me ibi manus Iehouæ, & dixit ad me, Surge, egredere″in campum, & ibi loquar tecum.

23 Surrexi igitur & egreſſus ſum in campum: & ecce ibi gloria Iehouæ ſtabat ″ſimilis gloriæ quam videram iuxta fluuium Chebár: & cecidi in faciem meam.

24 Tūc ingreſſus eſt in me ſpirit⁹, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & alloquutus eſt me, dixítque ad me, ″Ingredere, & include te in medio domus tuæ.

25 Tu autem fili hominis, ecce″ponent ſuper te funes, & ligabunt te eis, ″& non egredieris in medium eorum.

26 Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, eríſque mutus, ″& non eris eis vt vir obiurgans: quia domus rebellis ſunt.

27 ″Quando autem loquutus fuero tecum, aperiam os tuum, & dices ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, Qui audit audiat, ″& qui ceſſat ceſſet: quia domus rebellis ſunt. Cap. IIII.

1 ET tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pone eum″coram te, ″& deſcribe ſuper eum ciuitatem Ieruiſaláim.

Vrbis Ieruſalem obſidio ſignificatur.

2 Pone deinde aduerſum eam″obſidionem, & ædifica contra eam munitionem, ″& funde contra eam aggerem: pone item contra eā

17 Dedi te, נתתיך poſui te. conſtitui te. Et admonebis eos והזהרת אותם & cōmonefacies eos. vel, & cautos reddes eos. ſiue circunſpectos. Alii, docebis. Alii, diſertè monebis eos. Nomine meo. ממני: ex me. verbis meis. 18 Admonueris eum, הזהרתו Idem verbum quod verſu præcedenti. Vt caueat imp. *ut recedat* à via ſ. להזהיר רשע מדרכו ad dehortandum impium à via, &c. vel, commonefaciendo impium *ut recedat* à via, &c. Vt viuat: להיותו vt viuifices eum. i. vt reuoces à peccatis in quibus eſt mors. Qui hominem à peccatis reuocat, videtur eum viuificare. retrahit enim eum à morte. In iniquitate ſua, בעונו propter iniquitatem ſuam. Sanguinem, &c. ודמו מידך אבקש: Hebraiſmus, tibi imputabitur mors eius. vel, ſumam pœnas de te, quòd fueris cauſa interitus & perditionis eius.

19 Admonueris הזהרת Idem verbum quod præcedenti verſu. Animam t. lib. את־נפשך הצלת: Id eſt, non requiram ſanguinem de manu tua. 20 Dabo offendic. co. eo. ונתתי מכשול לפניו & poſuero offendiculum coram eo. Ponit Deus offendiculum corā peccatore, quando non reuocat eum afflictionibus, calamitatibus, & conſolationibus, ſe facilem præbens eius conuerſioni, & iens obuiam. Per ſcādalum ſiue offendiculum, quidā intelligunt fœlicitatem, ſiue proſperitatem: alii, mortem ipſam. 22 In campum, הבקעה in planitiem. in vallem. q. d. in locum ſolitarium & procul ab hominibus flagitioſis ac ſceleratis. Hæc vox ſignificat locum planum & æqualem, ſitum inter montes: erat enim vallis illa inſignis & amœna admodum, in qua Babylonem extructam fuiſſe dicunt.

23 Similis gloriæ ככבוד ſecundum gloriam. i. talis ac ſimilis gloriæ quam videram, &c. 24 Ingredere, &c. בוא Videtur indicare ac taxare duritiam cordis & obſtinationem, atque incredulitatem populi Iudaici: acſi dicat, Tantum proficies tacendo, quantum loquendo. 25 Ponent נתנו Præt. Heb. pro fut. coniicient te in vincula. Et non egredieris ולא תצא Hebraiſmus, ita vt non poſſis egredi domo tua, & inter illos verſari. 26 Et non eris, &c. ולא־תהיה וגו ne ſis eis, &c.

27 Quando autem, &c. ובדברי וגו׳ Quum autem finem loquendi fecero tecum. quod fiet in fine capitis vndecimi. loquitur enim Dominus cum Propheta vſque ad finem illius capitis. Et qui ceſſat ceſſet, והחדל יחדל & qui quieſcit quieſcat. vel, deſiſtit [ſub. audire]. Quidam, qui audit, audiet: & qui deſiſtit *audire*, deſiſtet. Alii, qui audiet, audiet: & qui deſiſtet, deſiſtet.

IN CAPVT IIII.

1 Coram te לפניך more ſcilicet eius qui aliquid eſt deſcripturus. Et deſcribe וחקות & pinge. inſculpe. Fut. Heb. pro imperat.

2 Obſidionem, דיק munitionem. Docti inter Hebræos ſcribunt vocem Hebræam ſignificare turrim ligneam, qua hoſtes tutò ad mœnia vſque propinquabant, ex eáque proſpiciebant qua parte vrbem caperent. Et funde ושפכת & comporta. coacerua. Hæc vox effundere ſignificat, quòd effunderent terrā in foſſas, quæ erant per circuitum ciuitatis vt complerent eas, ſicque tumulum excelſum erigerent vnde murum conſcenderent.

caſtra,& pone aduerſus eamʹarietes in circuitu.

3 Et tu ſume tibiʺſartaginem ferreã,& pone eam in parietem ferreum inter te & ciuitatem:ʺ& obfirmabis faciem tuã contra eam, & erit in obſidionem,& obſidebis eam: ſignũ eſt domui Iẇſraℵél.

4 Et tu dormi ſuper latus tuum ſiniſtrum, & poneʹiniquitatẽ domus Iẇſraℵél ſuper illud:iuxta numerum dierum quibus dormies ſuper illud, portabis iniquitatem eorum.

5 Ego autẽʺdedi tibi annos iniquitatis eorũ iuxta numerũ dierũ, trecẽtos & nonaginta dies,& portabis iniquitatẽ domus Iẇſraℵél.

6 Et expletis his dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundò, & portabis iniquitatem domus Iehudáh quadraginta diebus: ʹdiem pro anno,diem *inquam* pro anno dedi illud tibi.

7 Et ad obſidionem Ieruẇſaláimʹobfirmabis faciem tuam,& brachium tuum erit diſcoopertum,ʺ& prophetabis aduerſus eam.

8 Et ecceʹpoſui ſuper te funes, ʹ& non vertes te à latere tuo *uno*,in latus tuum *alterum*,donec compleueris diesʹobſidionum tuarum.

Prædicitur fames futura in captiuitate.

9 Et tu cape tibi triticũ, & hordeum, & fabas,& lẽtes,& miliũ,ʺ& viciam:& pone ea in vaſe vno,& fac ex eis tibi panẽ: iuxta numerum dierum quibus dormies ſuper latus tuum,*id eſt* trecentis & nonaginta diebus comedes illum.

10 Cibus autem tuus ʹquo veſcêris, *erit* ʹin pondere, viginti ſiclorũ in diem:ʺà tempore vſque ad tempus comedes illum.

11 Et aquam in menſura bibes, ſextam *partem* hín: à tempore vſque ad tempus bibes *illa*.

12 ʺEt *tanquam* panem ſubcinericium hordeaceum comedes illum,& ſtercoribusʺexcrementi humani coques illum in oculis eorum.

13 Et dixit Iehouáh, Sic comedent filii Iẇſraℵél panem ſuum pollutum inter Gentes ad quasʹeiiciam eos.

14 Et dixi, ʹAháh Domine Iehouáh, ecce anima mea non eſt polluta,& morticinum , ʺ& raptum non comedi ab adoleſcentia mea vſque ad hoc tempus,nec eſt ingreſſa os meum caroʺ*rei* immũdæ.

15 Et dixit ad me, Vide, ʹdedi tibi ſtercora boum pro ſtercoribus humanis,& facies panem tuumʹcum eis.

16 Dixítque ad me,Fili hominis, ecceʹcontero baculũ panis in Ieruẇſaláim, & comedent panem in pondere, ʹ& pauore, & aquam

caſtra,& pones arietes in gyro.

3 Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem:& obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidionem, & circundabis eam : ſignum eſt domui Iſrael.

4 Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum,& pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo,numero dierum quibꝰ dormies ſuper illud,& aſſumes iniquitatem eorum.

5 Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies:& portabis iniquitatem domus Iſrael.

6 Et quum cõpleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundò: & aſſumes ‖iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus: diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi.

B

Num.14.f.34

7 Et ad obſidionem Ieruſalem cõuertes faciem tuam,& brachium tuũ erit exertũ : & prophetabis aduerſus eã.

8 Ecce,circundedi te vinculis:& non te cõuertes à latere tuo in latꝰ aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ.

9 Et tu ſume tibi frumentum, & hordeum,& fabam, & lẽtem, & milium, & viciam : & mittes ea in vas vnum: &facies tibi panes numero dierũ quibus dormies ſuper latus tuum:trecẽtis & nonaginta diebꝰ comedes illud.

C

10 Cibus autem tuꝰ quo veſceris, erit in pondere viginti ſtateres in die: à tẽpore vſque ad tempus comedes illud.

11 Et aquam in menſura bibes , ſextã partem hin : à tempore vſque ad tempus bibes illud.

12 Et quaſi ſubcineritium hordeaceũ comedes illud:& ſtercore quod egreditur de homine,operies illud in oculis eorum.

13 Et dixit Dominus,Sic comedent filii Iſrael panem ſuum pollutum inter Gentes ad quas eiiciam eos.

14 Et dixi,Ha, ha,ha, Domine Deus, ecce anima mea non eſt polluta , & morticinum & laceratum à beſtiis nõ comedi ab infantia mea vſque nunc, & nõ eſt ingreſſa in os meum omnis caro immunda.

D

15 Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimũ boum pro ſtercoribus humanis : & facies panem tuum in eo.

16 Et dixit ad me, Fili hominis, ‖ecce ego conterã baculũ panis in Ieruſalẽ: & comedent panem in pondere,& in

Infrà 5.d.17. & 14.d.13.

Arietes כרים ferreos ſcilicet,ad eam oppugnandum. 3 Sartaginem מחבת Aut per ſartaginẽ ferream intelligit crates illas ferreas quibus commouentur tormenta bellica:aut(vt ait doctus inter Hebræos)duritiam cordis Iſraelitarum & nigrorem iniquitatum quo cõſpurcatæ erant mentes eorum. Et obfirmabis fac.&c. והכינותה וגו' Id eſt,eris animo obfirmato in obſidenda vrbe. Quidam vertunt,& obfirmabis faciem tuam,& erit in *ea* obſidione.Infrà verſu 7 dicit,Et ad obſidionem Ieruſaláim obfirmabis faciem tuam.

4 Iniquitatem עון Id eſt pœnas, dolores & afflictiones iniquitati eorum debitas. q. d. hac ratione videberis quaſi portare iniquitatem Iſraelitarum:non vt expies illam,ſed vt eam repræſentes.Iubet Dominus Prophetam dormire, ſiue iacere primùm in latus ſiniſtrum, quòd prius peccauerint decem illæ tribus,& prius abductæ fuerint in captiuitatem.eſt enim latus ſiniſtrum debilius dextro,quódque Samaria caput illarum ſita ſit ad ſiniſtram,reſpectu Iudææ ac Ieruſalem.Grauiſſimè autem peccauerunt tempore Iudicum & Regum Iſrael.

5 Dedi tibi,&c. נתתי לך Id eſt,verti tibi annos quibus illi peccauerunt,in dies:hoc eſt,tot diebus decumbes,quot annis illi peccauerunt, ad repræſentandam pœnam iniquitati Iſraelis debitam. 6 Diem pro anno,&c. יום לשנה וגו' Hebraiſmus. i. ſingulos dies pro ſingulis annis. 7 Obfirmabis תכין diſpones.præparabis. diriges.i.videberis eſſe animo obfirmato vt obſideas Ieruſalem. Alacritatem eorum qui oppugnaturi erant Ieruſalem,deſcribit. Et prophetabis aduer.eam. : ונבאת עליה Id eſt,prædices illi omnia mala quæ euentura ſunt illi. 8 Poſui נתתי Ad verbum,dedi.id eſt poſui,vel inieci. Et non vertes te ולא־תהפך ne vertaris.vel,vt non poſſis te vertere. Obſidionum tuarum. : מצוריך Plurali numero vtitur, quòd obſidio illa futura eſſet diuturna. vel quòd ſoluenda eſſet circiter tres menſes.Toties prædictus numerus conficit plus minus quatuordecim menſes. tot enim tantùm menſibus fuit in grauiſſima obſidione:nam ſoluta fuit obſidio aliquot menſibus ob rumorem Regis AEgypti.Legitur & ſingulari numero,obſidionis tuæ.Sunt qui velint hìc Prophetam gerere perſonam obſeſſorum & obſidentium. 9 Et viciam וכוסמים & far.Alii,& ſpeltas.Alii,zeam.Prædicit famẽ futuram tempore obſidionis. 10 Quo veſcêris אשר תאכלנו Ad verbum,quo veſcêris eo.Relatiuum E O vacat.Hebraiſmus.

In pondere, במשקול ad pondus. ſub.determinatum & finitum, A tempore,&c. מעת עד־עת Hebraicum dicendi genus,pro,à tempore determinato vnius diei vſque ad tempus determinatũ alterius diei.q.d.toto die naturali comedes tantummodo x x ſiclos panis. Hi x x ſicli panis libram nõ efficiunt. 12 Et *tanquam* panem ſubc. ועגת Et *quaſi* placentam,&c.i.vt antea ſolebas veſci placentis purè hordeaceis. Excrementi צאת Ad verbum,exitus.genit.caſus. Excrementa humana retorrida ſunt,figura & forma cylindri. ſignificat penuriam lignorum quæ accidere ſolet obſeſſis. 13 Eiiciam eos. : אדיחם שם Ad verbum,expulero eos illuc.Aduerbium ad locum redundat. 14 Aháh אהה Conquerentis eſt ac deplorantis ſortem ſuam. Et raptum, וטרפה diſcerptum. *Rei* immundæ, פגול: corrupta.rancida.rei abominabilis. 15 Dedi נתתי Præt.Heb.pro præſ.do.q.d.permitto tibi decoquere illas ſtercoribus,&c.

Cum eis. : עליהם ſuper illa.ſub.incenſa. 16 Contero שובר confringo.vel fracturus ſum.i. efficiam vt Ieroſolymitani penuria panis laborent,quo confortantur vires hominis. Et pauore, ובדאגה & ſolicitudine.vel anxietate.i.ſolicitì de cibo temporis futuri.

ſolicitudine: & aquam in menſura, & in anguſtia bibent.

17 Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnuſquiſque ad fratrem ſuum, & contabeſcant in iniquitatibus ſuis.

Cap. V.

1 ET tu fili hominis, ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: & aſſumes eum, & duces per caput tuũ, & per barbam tuam: & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides eos.

2 Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierũ obſidionis: & aſſumes tertiam partem, & cõcides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam diſperges in vẽtum, & gladium nudabo poſt eos.

3 Et ſumes inde paruum numerum, & ligabis eos in ſummitate pallii tui.

4 Et ex eis rurſum tolles, & proiicies eos in medio ignis, & combures eos igni, & ex eo egredietur ignis in omnem domum Iſrael.

5 Hæc dicit Dominus Deꝰ, Iſta eſt Ieruſalem, in medio Gentium poſui eã, & in circuitu eius terras.

6 Et contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm Gentes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eiꝰ ſunt: iudicia enim mea proie-

B cerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt.

7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia ſuperaſtis Gentes quæ in circuito veſtro ſũt, & in præceptis meis nõ ambulaſtis, & iudicia mea nõ feciſtis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu veſtro ſunt, non eſtis operati:

8 Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipſe ego faciã in medio tui iudicia in oculis Gentium:

9 Et faciã in te quod non feci, & quibus ſimilia vltrà non faciam, propter omnes abominationes tuas.

10 Ideo patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres ſuos: & faciam in te iudicia, & ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnem ventum.

C 11 Idcirco viuo ego dicit Dñs Deus, Niſi pro eo quòd ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miſerebor.

12 Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu

in menſuraʹ & ſtupore bibent.

17 ʹVt careant pane & aqua: ʹ& obſtupeſcãt alter ad alterum, & deficiant propter iniquitatem ſuam.

Cap. V.

1 ET tu fili hominis, tolle tibi gladium acutum, nouaculam *ſcilicet* ʹtonſoriam hanc cape tibi, ʹ& tranſire fac ſuper caput tuum, & barbam tuam: cape item tibi ʹſtateram ponderis, ʹ& diuide eos.

AEnigma pilorum quo ſignificatur vaſtatio populi.

2 Tertiam partem igni cõbureʹ in medio ciuitatisʹ iuxta adimpletionem dierum obſidionis: deinde aſſume tertiam partem, & percute *eam* gladio in circuitu eius: & tertiam partem diſperge in ventum, & gladium euaginabo poſt eos.

3 Et ſume inde paucos numero, & liga eosʹ in oris *veſtimenti* tui.

4 Et ex eis rurſum tolle, & proiice eos in medium ignis, comburéque eos igni: ʹex eo egredietur ignis in omnem domũ Iɷſraél.

Cauſa iræ Dei in populum ſuum.

5 Sic dixit Dominus Iehouáh, Iſta eſt Ieruɷſaláim, ʹin medio Gẽtium poſui eam, & in circuitu eiusʹ terras.

6 Et mutauit iudicia mea in impietatemʹ præ Gentibus, & ſtatuta mea præ terris quæ ſunt in circuitu eius: quia iudicia meaʹ ſpreuerunt, & præcepta mea, nec ambulauerunt in eis.

7 Idcirco ſic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòdʹ multitudo veſtra *fuit* præ Gentibus quæ in circuitu veſtro ſunt, in præceptis meis nõ ambulaſtis, neque iudicia mea feciſtis, quin iuxta iudicia Gẽtium quæ in circuitu veſtro ſuntʹ non feciſtis:

8 Ideo ſic dixit Dominus Iehouáh, ʹEcce ego ad te, etiam ego, ʹ& faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium.

9 Et faciam in te quod non feci, neque facturus ſum ſimile vltrà, propter omnes abominationes tuas.

10 Siquidem patres comedent filios in medio tui, & filii comedẽt patres ſuos, faciámque in te iudicia, ʹ& ventilabo omne reſiduum tuum in omne latus.

11 Idcirco ʹviuo ego, dixit Dominus Iehouáh, Si ʹ non propterea quòd Sanctuarium meum violaſti omnibus ʹcontaminationibus tuis, & cunctisʹ abominationibus tuis: & etiamʹ confringam, & nõ parcet oculus meus, nec etiam ego miſerebor.

12 Nam tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars gladio cadet in circuitu tuo: & tertiam par-

AEnigma pilorũ ediſſerit Dominus.

Et ſtupore ובשממון ſub. cordis. Alii, & cum admiratione. 17 Vt careant למען יחסרו Vt indigeant. Eo quòd indigebunt. Iſtud refertur ad initium præcedentis verſus. Et obſtupeſcant al. ad alt. ונשמו איש ואחיו & obſtupeſcant inter ſe. Alii, deuaſtabunturque vir & frater eius. nam legi poteſt & in plurali, mutatis punctis.

IN CAPVT V.

1 Tonſoriam, הגלבים Ad verbum, tonſorum. Et tranſire fac, &c. והעברת וגו׳ .i. ducta nouacula abrade tibi pilos capitis, & barbã. Stateram pond. מאזני משקל Id eſt qua vtuntur in rebus ponderandis. Quidam vertunt, lances libræ. Et diuide eos. וחלקתם׃ & partire illos. Relatiuum ſine antecedente: ſubaudiendum pilos nouacula decuſſos.

2 In medio ciuit. בתוך העיר intra vrbem. ſub. à te in latere deſcriptam ac depictam. Per ignem, famẽ, & peſtem intelligit quibus periit pars Ieroſolymitanorum, durante obſidione. Per gladium, Sedeciam cum comitatu ſuo, quos perſequuti ſunt Chaldæi, & interfecerunt maximam partem eorum in campeſtribus Iericho. Per ventilationem autem eos qui fugerunt in AEgyptum cum Iohanan, eóſque qui in alias terras dilapſi ſunt. Per paucos verò, eos qui ſe receperunt in Babylonem. Iuxta adimplet. &c. כמלאת ימי המצור Hebraiſmus, ſecundum quod adimplebuntur dies obſidionis: hoc eſt toto tempore quo durabit illa obſidio. 3 In oris *veſt.* tui. בכנפיך׃ Ad verbum, in alis tuis. i. in ora veſtis tuæ. 4 Ex eo egred. ignis ממנו תצא־אש Hebraiſmus, ignis ille quem ſuccendes, portendet futurum excidium, ſiue maxima damna & detrimenta quibus afficientur Iſraelitæ. 5 In medio Gen. בתוך הגוים q.d. collocaui eam in loco omnium optimo, amœniſſimo, ac ſaluberrimo. Terras. ארצות׃ regiones. ſub. omnium aliarum Gentium. 6 Præ Gentibus, מן־הגוים pluſquam Gentes. Sic mox, præ terris, pluſquam nationes. Spreuerunt, מאסו reiecerunt. reprobauerunt.

7 Multitudo veſt. *fuit* præ Gen. המנכם מן־הגוים populoſiores fuiſtis Gentibus. nomen ab המן. Alii dicunt eſſe macor, ſiue infinitiuũ ab eadem radice, & vertunt, Multiplicati eſtis præ Gentibus. id eſt pluribus ac maioribus beneficiis ac gratiis affecti eſtis à me, quàm quæuis gens. Alii, turbulentiores eſtis Gentibus. copia ſcilicet, ferocia, ſtrepitu, fremitu, luxu, faſtu, opibus, &c. à verbo המה quod tumultuari ſignificat. Non feciſtis. לא עשיתם׃ id eſt iuxta mores Gentium non feciſtis, quæ non mutant deos ſuos. aut, quæ viuunt iuxta legem, ſiue præſcriptũ legis quam in cordibus habent. 8 Ecce ego ad te, e. ego, הנני עליך גם־אני En ego aduerſum te, etiam ego. Alii, Ecce me tibi, ego quidem. Et faciam, &c. ועשיתי וגו׳ Hebraiſmus, ſumam de te pœnas grauiſſimas videntibus ac cernentibus Gentibus.

10 Et ventilabo, &c. וזריתי וגו׳ & diſpergam omnes reliquias tuas in omnem ventum. Metaphora ducta à tritico, quod exponitur vento vt repurgetur. 11 Viuo ego, חי־אני q.d. Tã verum eſt id quod prædico vobis, quàm verum eſt me eſſe. Si non propterea, &c. אם־לא וגו׳ Iurantis forma, Non habear à vobis poſthac Deus, niſi, &c. Contaminationibus t. שיקוציך abominationibus tuis. Abominationibus t. תועבותיך execrationibus tuis. i. idolis tuis. Confringam, אגרע extirpaturus ſum. ſub. te. vel, ſuccidam. Alii, ſubtrahã, ſiue diminuam. ſub. gloriam, honorem ac dignitatem tuam.

tem in omnem vẽtum diſpergam,″& gladiũ euaginabo poſt eos.

13 ″Et ceſſabit furor meus, & quieſcere faciã indignationem meã in eis,″& cõſolationem accipiam:ſciéntque quòd ego Iehouáh loquutus ſim″in zelo meo,quũ impleuero indignationẽ meã in eis.

14 Et dabo te″in deſertum, & in opprobrium in Gẽtibus quæ ſunt in circuitu tuo,″in oculis omnis tranſeuntis.

15 Et eris opprobrium ″& contemptus, ″diſciplina, & ſtupor Gentibus quæ in circuitu tuo ſunt,quum fecero in te iudicia in furore,& ira,& increpationibus iræ:ego Iehouáh″loquutus ſum:

16 Quando miſero ″ſagittas famis malas in eos, quæ erunt″in deſtructionem, quas immittam vt perdam vos, & famem ″congregabo ſuper vos,″& conteram in vobis baculum panis.

17 Et mittam ſuper vos famem, & beſtias malas quæ orbabunt te: & peſtilentia,″& ſanguis tranſibit per te,atque gladium inducam ſuper te:″ego Iehouáh loquutus ſum.

Cap. VI.

Propter peccatũ idololatriæ, populum percutiẽdum prædicit.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis, ″pone faciem tuam ad montes Iŵſraɴél, & propheta contra eos,

3 Et dic,Montes Iŵſraɴél,audite verbum Domini Iehouæ:ſic dixit Dominus Iehouáh montibus & collibus, ′torrentibus & vallibus, Ecce ego, ego *inquam* ″adduco ſuper vos gladium, & perdam excelſa veſtra.

4 ′Et deſolabuntur aræ veſtræ, & confringentur ″ſimulachra veſtra Solis,″& cadere faciam interfectos veſtros ante idola veſtra.

5 Et ponam cadauera filiorum Iŵſraɴél ante idola eorum, & diſpergam oſſa veſtra circum aras veſtras.

6 ″In cunctis habitationibus veſtris ciuitates″deſertæ erunt,& excelſa deuaſtabuntur,″ita vt deſolentur,& deſertæ fiant aræ veſtræ: & confringentur, ″& ceſſabunt idola veſtra,& ſuccidentur″ſimulachra veſtra Solis,& delebuntur opera veſtra.

7 ″Et cadet interfect⁹ in medio veſtri:& ſcietis quòd ſũ Iehouáh.

Pœnitentiã reliquiarum populi prophetat, & liberationem.

8 ′Et reliquum faciam *aliquid* vt ſint ex vobis euaſores à gladio inter Gentes,quum diſperſi fueritis in terras.

9 Et recordabuntur mei euaſores veſtri interGentes inter quas captiui erunt,quòd″contriui me propter cor eorum fornicans quod ′declinauit à me, & propter oculos eorum fornicantes poſt idola ſua:″& ſuccidentur à facie eorum propter mala quæ fecerunt in

tuo: tertiã verò partem tuam in omnem ventum diſpergã, & gladiũ euaginabo poſt eos.

13 Et complebo furorem meũ, & requieſcere faciam indignationem meã in eis,& conſolabor:& ſciẽt quia ego Dñs loquutus ſum in zelo meo, quũ impleuero indignationẽ meã in eis. D

14 Et dabo te in deſertum,& in opprobriũ Gẽtibus quæ in circuitu tuo ſũt, in conſpectu omnis prætereuntis.

15 Et eris opprobriũ & blaſphemia, exemplum, & ſtupor in Gẽtibus quæ in circuitu tuo ſunt, quũ fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ:ego Dominus loquutus ſum:

16 Quãdo miſero ſagittas famis peſſimas in eosque erũt mortiferę, & quas mittam vt diſperdam vos: & famem congregabo ſuper vos, & conterã in vobis baculum panis.

17 |Et immittam in vos famem,& beſtias peſſimas vſque ad internecionẽ: & peſtilẽtia & ſanguis trãſibunt per te, & gladium inducam ſuper te: ego Dominus loquutus ſum.

Suprà 5.c.17 infrà 14.d.13

Cap. VI.

1 ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, |pone faciem tuã ad mõtes Iſrael, & prophetabis ad eos.

Infrà 36.a.1

3 Et dices, Montes Iſrael,audite verbum Domini Dei:hæc dicit Domin⁹ Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce,ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdam excelſa veſtra,

4 Et demoliar aras veſtras,& confringentur ſimulachra veſtra:& deiiciam interfectos veſtros ante idola veſtra.

5 Et dabo cadauera filiorũ Iſrael ante faciem ſimulachrorũ veſtrorũ:& diſpergam oſſa veſtra circũ aras veſtras.

6 In omnibus habitationibus veſtris vrbes deſertæ erunt,& excelſa demolientur & diſſipabuntur:& interibunt aræ veſtræ,& confringentur: & ceſſabunt idola veſtra, & conterentur delubra veſtra, & delebuntur opera veſtra. B

7 Et cadet interfect⁹ in medio veſtri: & ſcietis quia ego ſum Dominus.

8 Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in Gentibus,quũ diſperſero vos in terris.

9 Et recordabuntur mei liberati veſtri in Gentibus ad quas captiui ducti ſunt:quia contriui cor eorũ fornicans & recedens à me, & oculos eorũ fornicantes poſt idola ſua:& diſplicebũt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in C

---

12 Et gladium,&c. : וחרב אריק אחריהם Id eſt euaginato enſe perſequar illos,& perdam eos, etiã in regionibus illis ad quas aufugerint.

13 Et ceſſabit וכלה Et conſummabitur.Et finietur.i.explebo animum meum in gentem iſtam,grauiſſimè puniendo illam. Et cõſolationem acc. והניחותי Id eſt afficiar maximo ſolatio poſteaquã grauiſſimè puniero illos. In zelo m. בקנאתי in indignatione mea.

14 In deſertum, לחרבה in deſolationem.Hebraiſmus,quem quidam conuertunt, Reddam te deſolatam. Nã dare,vel ponere, frequẽs Hebræis in huiuſmodi loquutionibus,pro reddere,& efficere. In oculis,&c. : לעיני כל־עובר .i.cernentibus omnibus qui per te iter facturi ſunt.

15 Et contemptus, וגדופה & blaſphemia. Alii,conuitium.vt idem repetat,exaggerandi gratia. Diſciplina מוסר caſtigatio.correptio.vel,caſtigationi,ſiue correptioni. Alii,exemplo.aut diſciplinæ.q.d. Gentes agnoſcent iuſtitiam Dei ex pœna Iſraelis, diſcentque inde non peccare. Loquutus ſum דברתי q.d.& ita faciam vt loquutus ſum:ita decreui,& ita eueniet.

16 Sagittas famis חצי הרעב tela famis.ſic vocat robiginem,locuſtas, & idgenus ſegetum ac frugum peſtes. In deſtruct. למשחית in vaſtationem. Congregabo אוסף adiiciam.augebo.ob penuriam ſcilicet pluuiæ.q.d.cælum non dabit pluuiam tempore ſuo. Et conteram,&c. ושברתי לכם וגו׳ Vide præcedenti capite,verſu 16.

17 Et ſanguis ודם Sanguinem pro cæde ponit. Ego Iehouáh אני יהוה Eadem quæ paulo antè verſu 15.

IN CAPVT VI.

2 Pone faciem tuam שים פניך Hebraiſmus,Conuerte te ad,&c.

3 Torrentibus לאפיקים decurſibus aquarum fortium.riuis impetuoſis. Adduco מביא venire facio.Præſ.Heb.pro fut.inducam, vel inducturus ſum.

4 Et deſolabuntur ונשמו Et deuaſtabuntur. Simulachra ve.Solis חמניכם. Hæc vox ab חמה Sole deriuatur,quòd ea ſimulachra Soli eſſent dedicata. Alii exiſtimant ſic dicta ab incaleſcendo,quòd ſolatia eſſent amoris eorum qui colebant ea. Verti poſſet,ſolaria veſtra.à Sole,in honorem Solis ædificata. Et cadere faciam והפלתי & proſternam.i.efficiam vt loca in quibus nunc colunt idola,polluantur ſuis ipſorum cadaueribus.

6 In cunctis habit.ve. בכל מושבותיכם Id eſt,in tota regione veſtra. Deſertæ erunt, תחרבנה vaſtabuntur. deſolabuntur. Ita vt deſolentur למען יחרבו propterea deſolabuntur,& vaſtabuntur.i.peribunt. Et ceſſabunt ונשבתו & abolebuntur. Simulachra ve.So. חמניכם Eadem dictio quæ paulo antè verſu 4.

7 Et cadet interf. ונפל חלל Et corruet ſaucius.vulneratus.

8 Et reliquum, &c. והותרתי וגו׳ Reſiduum tamen *aliquid* faciam ex vobis qui euadant, &c.i. relinquam tamen ex vobis aliquot inter Gentes,qui effugerint gladiũ.

9 Contriui me נשברתי fractus fuerim.i.dolore affectus fuerim. Declinauit סר receſſit.defecit. Et ſuccid.&c. ונקוטו בפניהם & excidẽtur coram illis. Alii,& nauſea afficiẽtur in faciebus ſuis. Alii,pudore & mœſtitia afficientur in fac.ſ.

vniuerſis abominationibus ſuis.

Et ſcient quia ego Dominus non frustra loquutus ſum vt facerẽ eis malum hoc. 10

Hæc dicit Dominus Deus,Percute manu tua,& allide pedem tuũ, & dic, Heu, ad omnes abominationes malorum dom⁹ Iſrael: qui gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. 11

Qui longè eſt, peſte morietur: qui autem propè,gladio corruet:& qui relictus fuerit & obſeſſus, fame morietur:& complebo indignationem meã in eis. 12

D Et ſcietis quia ego Dominus, quũ fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum in circuitu ararum veſtrarum,in omni colle excelſo,&in cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum,& ſubtus vniuerſam quercũ frõdoſam, locum vbi accenderunt thura redolẽtia vniuerſis idolis ſuis. 13

Et extendam manum meam ſuper eos:&faciam terram deſolatã & deſtitutam à deſerto Deblátha in omnib⁹ habitationibus eorum: & ſcient quia ego Dominus. 14

Cap. VII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me,dicens, 1

Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Iſrael, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. 2

Nũc finis ſuper te,& immittam furorem meum in te:& iudicabo te iuxta vias tuas:& ponam contra te omnes abominationes tuas. 3

Et nõ parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor: ſed vias tuas ponã ſuper te, & abominatiões tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego Dominus. 4

B Hęc dicit Dominus Deus,Afflictio vna,afflictio ecce venit: 5

Finis venit,venit finis:euigilauit aduerſum te,ecce venit. 6

Venit cõfractio ſuper te ꝗ habitas in terra: venit tempus, propè eſt dies occiſionis,& non gloriæ montium. 7

Nũc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorẽ meum in te: & iudicabo te iuxta vias 8

---

cunctis abominationibus ſuis.

10 Et ſcient quòd ſum Iehouáh, *& quòd* non fruſtrà″loquutus ſim me facturum eis malum hoc.

11 Sic dixit Dominus Iehouáh,Percute manu tua″*femur tuum*,″& extẽde pede tuo *lutum*,& dic,Heu,″propter omnes abominationes malorum domus Iשׁſraאél:″quia gladio,fame,& peſte corruent.

Obſtinatorum interitus prædicitur.

12 Qui lõgè abfuerit peſte morietur: & qui propè erit, gladio corruet:& qui relictus fuerit″& obſeſſus,fame morietur:″cõplebóque indignationem meam in eos.

13 ″Et ſcietis quòd ſum Iehouáh quum fuerint interfecti eorum in medio idolorum ſuorum,in circuitu ararum eorum, in omni colle excelſo,in cunctis ſummitatibus montium,& ſub omni arbore ″viridi,& ſub omni″quercu″frondoſa, ″*in* loco vbi dederũt odorem ″ſuauiſſimum vniuerſis idolis ſuis.

14 Extendam itaque manum meam ſuper eos,″& dabo terram deſolatam, ″& derelictã à deſerto″vſq; Dibláth in cunctis habitationibus eorum:& ſcient quòd ſum Iehouáh.

Cap. VII.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Et tu fili hominis,ſic dixit Dominus Iehouáh terræ Iשׁſraאél, ″Finis,venit finis ſuper quatuor angulos terræ.

Finis totius terræ Iſrael repẽtè venturus.

3 Nũc finis ſuper te,& mittam furorem meum in te,″& iudicabo te iuxta vias tuas,″ponámq; ſuper te omnes abominationes tuas.

4 Et non parcet oculus meus tibi, neque miſerebor: ſed vias tuas ſuper te ponam,& abominationes tuæ″in medio tui erunt: & ſcietis quòd ego Iehouáh.

5 Sic dixit Dominus Iehouáh,Malum,″vnum malum ecce venit:

6 Finis venit,venit finis:″euigilauit aduerſum te,ecce venit.

7 Venit″matutina *ſententia* tibi habitatori terræ:venit tempus,propè eſt dies″occiſionis,& non″echo montium.

8 Nunc″è proximo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te,″& iudicabo te ſecundum vias tuas, & ponã

---

10 Loquutus ſim דברתי Id eſt prædixi me immiſſurum illis hanc calamitatem. 11 *Femur* Subaudire potes,manum alteram, in ſignum ſcilicet mœroris ac triſtitiæ.i.plaude manibus, vt ſolent irati in malis inopinatis. Et extende pe.t. ורקע ברגלך & calca pede tuo.extendẽdo ſcilicet puluerem,ſiue lutũ quod eſt ſub pede tuo.quum ẽnim aliquis pede terram percutit,velut extendit & expandit terram ſub pedibus,vt ſolent ii quibus ſubitò accidit quidpiam mali. Propter omnes abom.mal. אל כל־תועבות רעות Hebraiſmus, ſuper omnia mala abominanda quæ committunt Iſraelitæ. Quia אשר qui. 12 Et obſeſſus והנצור & ſeruatus. vel cuſtoditus, aut clauſus.ſub.in vrbe tempore obſidionis. Complebóque וכליתי explebóque.conſumámque. 13 Et ſcietis וידעתם Secunda perſ.pro tertia,& ſcient. Viridi, רענן frondoſa. ramoſa.denſa. Quercu אלה propriè ſignificat arborem quam quidam interpretãtur quercum,vel terebinthum.Alii,caſtaneam,vel vlmum. Frondoſa, עבותה denſa.perplexa.intricatos,ſiue perplexos habens ramos. *In* loco vbi deder. מקום אשר נתנו־שם Ad verbum, loco *in* quo dederunt ibi.Vacat IBI.Quidam vertunt,Qui eſt locus in quo,&c. Suauiſſi. ניחוח Ad verbum,quietis.i.gratiſſimum,ac ſuauiſſimum:quòd ſoleamus quieſcere in rebus ſuauibus ac nobis gratis. 14 Et dabo ונתתי & ponam.i.reddã.Sic capite præcedenti 5.d.14. Et deſertam ומשמה & vaſtam. Vſque Dibláth, דבלתה Hebraicè legitur דבלתה pro אל דבלת in Diblath,ſiue vſque Diblath.nã ה in fine nominũ milel,ponitur loco אל vel ל in principio, quod ſignificat In,ad,vſque.Quidã Hebræorum exiſtimant eundem eſſe locum de quo in Ieremia cap.39.b.5, In Reblath,quæ eſt in terra Hemath: & ob viciniam,imò ſimilitudinem ד & ר Hebraicarum literarum,quæ paruo apice diſtinguntur vel Diblath vel Reblath appellari.Quidam vertunt,Et deſertam pluſquam deſertum Diblath.

IN CAPVT VII.

2 Finis: קץ ſubaudi ex verſu 6,venit,vel imminet. 3 Et iudicabo,&c. ושפטתיך כדרכיך Hebraiſmus,pro,animaduertã in te pro ratione ſcelerũ tuorũ,ſiue iuxta ſcelera tua abominãda:vt mox in ſequentibus declarat. Ponámque,&c. ונתתי עליך וגו׳ Hebraiſmus, pro afficiã pœnis quas merẽtur omnes abominationes tuæ:idem ſignificat,Iudicabo te iuxta vias tuas: &,Ponã ſuper te omnes abominationes tuas,ſiue vt ſequenti verſu habetur,Vias tuas ponã ſuper te.i.affligã te pro ratione ſcelerũ tuorum. 4 In medio t.e. בתוכך תהיין in te erũt.Hebraiſmus, Affligã te pro meritis,& pœna debita ſceleribus tuis erit in te. 5 Vnum אחת .i.malũ eximium & ſingulare, quale antea non fuit,nec erit.Sic ſuprà cap.5.b.9,Et faciam in te quod non feci,neque facturus ſum ſimile vltrà,propter,&c.Quædam exemplaria legunt אחר alterum,aliud:& ita legiſſe videtur Chaldæus paraph.quum vertit,Multa mala tibi aduenient.Sic etiam quidam vertunt, Malum poſt malũ venit.vel,Calamitas calamitatem excipit. 6 Euigilauit הקיץ expergefacta eſt.ſub.afflictio.i.rupto ſomno venit. Alii,finem attulit[vel fecit]tibi.aut,finem impoſuit tibi.ſub.Deus. Videtur eſſe battologia, ſed tamẽ multùm neceſſaria eſt,vt magis commoueat populum ad reſipiſcentiam,vtque auocet à cultu idolorum. 7 Matutina הצפירה Matutinam ſententiam Dei vocat breui venturam in perniciem eorum.Theodotio vertit,Ordo,contextúſque malorum.Aquila,contemplatio,&proſpectio.Quidam Hebræorum, ſuccisio.Alii,cauſa.q.d.in cauſa eſt Deus vt veniat contra te inimicus. Alii,corona, ſiue diadema. Vnde Chaldæus paraph.habet,Venit regnum ad te.i.imperator Nabuchodonoſor.& ita deducit à צפירה pro cidari,ſiue corona.Alii,venit mané.Alii,venit *excidium tuũ* mané.Hieronymus,Contractio,exponens contractam eſſe diem & abbreuiatam. Occiſionis, מהומה clamoris.Alii,fractionis.calamitatis.Symmachus,feſtinationis.Theodotio,Famis. Echo הד reſonantia.repercuſſio.q.d.inſtat clamor,& tumultus verus,nõ autem fictus,vt qui editur repercuſſu loci concaui. Alii,celeuſma.i.vox lætitiæ quã referunt montes vitiferi clamantibus vindemiatoribus.q.d.exaudietur vox triſtitiæ,non lætitiæ.Qui verterunt,gloriæ:putauerunt הד eſſe ab הוד quod gloriam ſignificat. 8 E proximo eff. מקרוב אשפוך in propinquo eſt[vel,propè eſt]vt effundam.Alii,breui effundam. Et iudicabo,&c. ושפטתיך וגו׳ Vide eadem paulo antè verſu 3.

ſuper te omnes abominationes tuas.
'Et non parcet oculus meus,neque miſerebor,*ſed* iuxta vias tuas 9
ſuper te dabo , & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis
quòd ſum Iehouáh qui percutio.
Ecce dies,ecce venit,'egreſſa eſt matutina *ſententia*, floruit'virga, 10
'germinauit ſuperbia.
'Iniquitas ſurrexit in virgā impietatis: non *remanebit reſiduum* ex eis, 11
neque ex diuitiis eorum , 'neque ex eorum *ſemine* , nec *erit* ' lamentum in eis.
Venit tempus,'adeſt dies: qui emit, ne lætetur, & qui vendit,ne 12
lugeat:quia ira *uenit* ſuper omnem'populum eius.
Quoniam qui vendit,ad venditionem'non reuertetur , 'etiamſi 13
in vita *extiterit* anima eorum:'viſio enim ad omnem multitudinem
eius non reuertetur: '& vniuſcuiuſque vita in iniquitate ſua *demerſa erit*,non confortabuntur.
'Clangite tuba,& præparate omnia,& non *erit* qui vadat ad præ- 14
lium: ira enim mea ſuper vniuerſum populum eius.
Gladius foris,peſtis & fames intrinſecus: qui in agro fuerit,gla- 15
dio morietur:& eū qui fuerit in ciuitate,fames & peſtis cōſumet.
Et euadent'euaſores eorum,& erunt ſuper mōtes veluti colum- 16
bæ valliū,vniuerſi'gemētes, vnuſquiſque propter iniquitatē ſuā.
Omnes manus'debilitabūtur,& omnia genua'ibūt *tanquam* aquæ. 17
Et accingent ſe ſaccis, & operiet eos'formido, & in omni facie 18
pudor,& in vniuerſis capitibus eorum'caluitium.
Argentum ſuum in platéas proiicient, & aurum eorum 'elōga- 19
bitur: argentum eorum,& aurum eorum non poterit liberare eos
in die furoris Iehouæ:'animam ſuam non ſaturabunt, '& ventres
ſuos non implebunt:quia'ruina hæc propter iniquitatē eorū erit.
'Et gloriam ornamenti eius *quod* in ſuperbiam poſuerant,& ima 20

tuas, & imponam tibi omnia ſcelera
tua.
Et non parcet oculus meus,nec mi-
ſerebor:ſed vias tuas imponam tibi,
& abominationes tuę in medio tui e-
runt:& ſcietis quia ego ſum Domin⁹
percutiens.
Ecce dies,ecce venit:egreſſa eſt con-
fractio , floruit virga , germinauit ſu-
perbia.
Iniquitas ſurrexit in virga impie-
tatis:non ex eis,& nō ex populo, ne-
que ex ſonitu eorum : & non erit re-
quies in eis.
Venit tēpus, appropinquauit dies:
qui emit,non lætetur,& qui vēdit,nō
lugeat:quia ira ſuper omnem populū
eius.
Quia qui vendit,ad id quod vendi- D
dit non reuertetur,& adhuc in viuen-
tibus vita eorum: viſio enim ad om-
nem multitudinem eius nō regredie-
tur,& vir in iniquitate vitæ ſuæ non
confortabitur.
Canite tuba,præparētur omnes: &
nō eſt qui vadat ad prælium:ira enim
mea ſuper omnem multitudinē eius.
Gladius foris,& peſtis & fames in-
trinſecus:qui in agro eſt, gladio mo-
rietur:& qui in ciuitate , peſtilētia &
fame deuorabuntur.
Et ſaluabuntur qui fugerint ex eis:
& erunt in montibus quaſi columbæ
conuallium omnes trepidi, vnuſquiſ-
que in iniquitate ſua.
Omnes manus diſſoluentur,& ōnia E
genua fluent aquis.
|Et accingent ſe ciliciis , & operiet Eſa.15.a.3
eos formido:& in omni facie cōfuſio, ierem.48.f.37
& in vniuerſis capitib⁹ eorū caluitiū.
Argentū eorum foras proiicietur,
& aurū eorum in ſterquiliniū erit:|ar Prou.11.a.4
gentum eorū & aurum eorū non va- eccli.5.c.13
lebit liberare eos in die furoris Domi ſoph.1.d.18
ni:animā ſuam non ſaturabunt,& vē
tres eorū non implebuntur:quia ſcan
dalum iniquitatis eorum factum eſt.
Et ornamētum monilium ſuorum
in ſuperbiam poſuerunt,& imagines

9 Et non parcet,&c. ולא־תחוס וגו' Eadem dixit paulo ſuprà verſu 4. 10 Egreſſa eſt matut. יצאה הצפירה progreſſum eſt manè. Eadem dictio quæ ſuprà verſu 7. Virga, המטה baculus. flagellum.ſub. quod immittam. q.d. iam adeſt afflictio quam toties interminatus ſum per Nabuchodonoſor. Germinauit ſuperbia. פרח הזדון floruit ſuperbia.vel,*uir* ſuperbiæ.i.ſuperbus. nempe Nabuchodonoſor,qui iam accepit ſummum imperium,& eſt in magna authoritate, qui iam ſe apparauit vt te oppugnet.

11 Iniquitas ſurre. החמס קם Violentia excreuit. Alii, Afflictio [vel oppreſſio] euaſit.i.fuit cauſa flagelli quo percutientur impii.q.d. Iniquitas Iſraelis excitauit illud flagellū quo percutiet illos Deus. Neque ex eo.ſc. לא מהמהם neque *aliquis* ex ipſis.i.de iis qui ad eos pertinent,nō afflictus.Hebræi exponūt מהמהם pro מהם ex ipſis:dicūntque ם & ה geminari acſi dixiſſet bis מהם ex eis ipſis.q.d.nihil prorſus ex eis remanebit.Alii deducunt ab המה tumultum & ſtrepitū facere, & vertunt,de ſtrepitu eorum.i. de re ſuper quam homo ſe conturbat,& tumultuatur,hoc eſt de filiis. Vnde Chaldæus paraph.vertit,Ex filiis eorum.Alii,Ex multitudine,vel cœtu eorum. Lamētum in eis. : נוה כהם luctus ex eis.vel,propter eos.i.propter multitudinem anguſtiarū viuentes non flebunt ſuper mortuos,vt Ieremias dixit,cap. 15.g.33,Non plangentur,neque ſepelientur. 12 Adeſt dies: הגיע היום attigit dies.ſub.afflictionis.vel venit. Populū e. : המונה ſub.regionis. 13 Non reuertetur: לא ישוב ſub.in anno iubilei : quia in alienam terram tranſmigrabunt.q.d. omnes ſunt abducendi, ob id non fruentur Legis priuilegio quæ Leuit.25.b.13 ſcribitur. Etiamſi in vita,&c. ועוד בחיים חיתם Ad verbum,& adhuc in viuentibus vita eorum.Pro quo Latinè quidem,Etiamſi adhuc viui ſupereſſent. Viſio enim ad om.&c. כי חזון וגו' nam prophetia *fiet* ſuper vniuerſum populum [ſiue turbam & vulgum]eius,& tamen non reſipiſcet.Prophetæ enim conabantur reuocare populum à ſceleribus ſuis ad reſipiſcentiam. Alii, Quoniam quum viſio eſſet ad vniuerſum vulgum eius, nemo reuertebatur. Alii, Quoniam viſio ſuper omnem opulentiam eius non reuertetur.i. quod minatur prophetia ex reuelatione Dei,quòd opulentia eorum ſit perdenda, non redibit vacua,'non erit inanis,ſed perficietur:non erunt verba dūtaxat,ſed res ſequetur: nec erit vt quiſquam putet ſe vitam ſuam tueri poſſe opibus, aut iniquitate.

Et vniuſcuiuſque,&c. ואיש בעונו וגו' Ad verbum,& vnuſquiſque in iniquitate ſua vitæ ſuæ,[vel,animæ ſuæ]non confortabuntur.Latinè,Sed vniuſcuiuſque anima in iniquitate ſua demerſa erit: non roborabunt ſe.ſub.vt reuertātur ad rectitudinē.q.d.ſinguli pertinaciter retinebunt ſua,nec dabunt operam(id ſignificat roborare ſe)vt reſipiſcant.Alii vertunt,Neque vllus propter iniquitatem ſuam pro anima ſua ſe roborabit. 14 Clangite תקעו Præt.Heb.Clanxerunt. Alii,Clangant.Alii,Clangunt tuba vt præparentur omnia.ſub.ad certamen.Quidam Hebræorum ſcribunt quòd tuba clangebant vt fugarent eos qui erant extra ciuitatem ipſam: vt ſic præpararent omnia quæ erant in agro,& conueherent in medium ciuitatis. 16 Euaſores eorum, פליטיהם qui euaſerint ex eis.aut, ſaluati fuerint. Alii,qui reliqui facti fuerint ex eis,euadentes ſcilicet, erunt in,&c. Hebraiſmus, pro, Euadent ex eis aliquot, ſed pauci. Gementes, הומות Ad verbum,ſonantes,vel reſonantes. 17 Debilitabuntur, תרפינה diſſoluentur.infirmabuntur.flacceſcent.id eſt imbelles erunt,vt pugnare non poſſint,neque conſiſtere præ metu. Ibunt תלכנה fluent.diffluent. Alii,vertentur in aquam.i.præ ſudore videbuntur reſolui in aquam.timor enim ſudorem elicit.Liqueſient,vt non ſit in eis fortitudo præ terroris multitudine. 18 Formido, פלצות tremor. terror. Caluitium. : קרחה Id eſt præ mœrore curabunt omnes radenda ſua capita. 19 Elongabitur: לנדה Ad verbum,in elongationem.i.abiicient à ſe,vt expeditius fugiant.Alii,in abiectionem.Alii,in ſterquilinium,vel in immunditiem:& propriè menſtruatæ.

Animam ſuam נפשם Pro appetitu poſuit animam. Et ventres ſ. ומעיהם & viſcera ſua. Ruina hæc,&c. מכשול וגו' Ad verbum,ſcandalum iniquitatis eorum fuit.vel erit. Scandalum vocat id in quod impingent.i.ruinam.q.d.incident in talem calamitatem propter iniquitates ſuas. 20 Et gloriam,&c. וצבי עדיו וגו' Id eſt domum Sanctuarii,ſiue templum,quod erat gloria decoris gloriæ Dei, & quo ornabatur tanquam ſponſa pretioſis veſtibus ac monilibus ſuis,propter quod ſuperbiebāt & extollebant ſe.Alii vertunt,& gloriam ornamenti ſui in ſuperbiam[vel,decus eximium]poſuerat *Deus* eis.i. Dederat illis Deus templum pulcherrimum,& celeberrimum, de quo ipſi gloriabantur:& tamen contaminauerunt. Alii,Et pulchritudinem ornamenti ſui ad ſuperbiam conuertit. Alii, Et elegans ornamentum ſuum quod *Deus* poſuerat in magnificentiam, ipſi fecerunt in eo abominationes ſuas pro idolis ſuis.

abominationũ ſuarum & ſimulachrorum fecerunt ex eo:propter hoc dedi eis illud in immunditiam.

11 Et dabo illud in man⁹ alienorum, ad diripiẽdum, & impiis terræ in prędam, & contaminabunt illud.

22 Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emiſſarii, & contaminabunt illud.

23 Fac concluſionem : quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinũ , & ciuitas plena iniquitate.

24 Et adducam peſſimos de Gentibus, & poſſidebunt domos eorum: & quieſcere faciam ſuperbiam potẽtium, & poſſidebunt ſanctuaria eorum. G

25 Anguſtia ſupèrueniẽte requirẽt pacem, & non erit.

26 Conturbatio ſuper conturbationẽ veniet , & auditus ſuper auditum : & quærẽt viſiones de Propheta, & Lex peribit à Sacerdote, & conſilium à Senioribus.

27 Rex lugebit , & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur: ſecundum viam eorum faciam eis , & ſecundum iudicia eorũ iudicabo eos : & ſcient quia ego Dominus. Cap. VIII.

1 ET factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta mẽſis, ego ſedebam in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant coram me, & cecidit ibi ſuper me manus Domini Dei.

2 Et vidi , & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis : ab aſpectu lumborum eius & deorſum, ignis: & à lũbis eius & ſurſum , quaſi aſpectus ſplendoris, vt viſio electri.

3 Dan.15.c.25 B ¦Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terram & cælum: & adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei, iuxta oſtiũ interius quod reſpiciebat ad Aquilonem , vbi erat ſtatutum idolum zeli ad prouocandã æmulationem.

4 Et ecce ibi gloria Dei Iſrael ſecundum viſionem quam videram in campo.

5 Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis: & leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portę altaris idolum zeli, in ipſo introitu. C

gines abominationum ſuarum , *&* ′idolorum ſuorum fecerunt in ea:propter hoc dedi eam ipſis′in elongationem.

11 ′Et dabo eam in manum alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in ſpolia, & contaminabunt eam.

22 Auertam quoque faciem meã ab eis, & violabũt′adytum meũ, & introibunt′in illam′diruentes, & polluent illam.

23 Fac′catenam :quoniam terra plena eſt′iudicio ſanguinum, & ciuitas plena eſt′iniquitate.

Iubetur Propheta ſummam imminentium malorũ annuntiare.

24 Et adducam peſſimos Gentium,′& poſſidebunt domos eorum, & ceſſare faciam′ſuperbiam fortiũ, & polluentur′ſanctuaria eorũ.

25 ′Exciſio venit, & quærent pacem, & non erit.

26 ′Contritio ſuper cõtritionem veniet,′& auditus ſuper auditum erit: & quærent ′viſionem à Propheta, *& non erit*: & Lex peribit à Sacerdote, & conſilium à Senioribus.

27 Rex′lugebit, & princeps′induetur deſolatione,′& manus populi terræ conturbabuntur: ſecundum viam eorum faciam eis,′& iudiciis eorum iudicabo eos: & ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. VIII.

1 ET fuit,′anno ſexto,′*menſe* ſexto, quinta *die* menſis, ego ſedebam in domo mea, & Seniores Iehudáh ſedebant coram me, & cecidit ſuper me illic′manus Domini Iehouæ.

Apparitio ſimilitudinis Dei.

2 Et vidi, & ecce ſimilitudo′tanquã aſpectus ignis: ab aſpectu lũborum eius, & infrà, erat ignis: & à lumbis eius, & ſuprà, tanquam aſpectus ſplendoris, tanquam viſio electri.

3 ′Et miſit ſimilitudinem manus, & tulit me per cincinnos capitis mei , & eleuauit me Spiritus inter cælum & terram, & adduxit me in Ieruשּׁſaláim′in viſionibus Dei, ad oſtiũ portæ ′*atrij* interioris, quod reſpiciebat ad Aquilonem : vbi *erat* habitatio idoli zeli, ′zelare facientis *Deum*.

Ezechiel in ſpiritu adductus eſt in Ieruſalem.

4 Et ecce ibi erat gloria Dei Iשּׂſraél, iuxta viſionem quam videram′in campo.

5 Et dixit ad me, Fili hominis, leua nunc oculos tuos ′*ad* viam Aquilonis. leuaui igitur oculos meos ′*ad* viam Aquilonis, & ecce ad Aquilonẽ,′iuxta portam altaris *erat* idolum illud zeli, in introitu.

Oſtendit Dominus Prophetæ, abominationes idololatriæ domus Iſrael, & maximè ſacerdotũ.

Idolorum ſuorum שיקוציהם ſpurcitiarum ſuarum. In elongationem. : לנידה Id eſt abducam eos longius à meo templo. Alii, in
abiectionem. Alii, in diſiectionem. id eſt diſieci illos, & abſtuli illis templum. Alii, in immunditiam.
21 Et dabo eam ונתתיו Et tradidi eam. nempe gloriam, hoc eſt templum, habitationem, ſiue domum.
22 Adytum meum, את־צפוני arcanum meum. abditum. abſconditum. ſiue reconditum. Significat locum ſecretiorẽ in templo, id eſt Oraculum, ſiue Sanctum ſanctorum. In illam בה ſub. ciuitatem. Aut, in illud, ſub. adytum, & polluent illud. Pronomen fœmineum eſt
Hebraicé. Diruentes, פריצים deſtructores. diſſipatores. latrones. corruptores. nebulones. 23 Catenam: הרתוק admonent
Hebræi, ſignificari quòd catenis ferreis colligati, à Chaldæis abducendi eſſent in captiuitatem. Hieronymus ſequutus Aquilam, vertit Cõcluſionem, vt ſit ſenſus, Collige omnia in breuem ſummam. Iudicio ſang. משפט דמים Hebraiſmus, pro peccatis quæ morte ſunt digna.
Iniquitate. : חמס rapina. violentia. 24 Et poſſid. וירשו & hæreditabũt. Superbiã fort. גאון עזים magnificentiã potentiũ.
Sanctuaria e. : מקדשיהם .i. templum: ſic dictum quòd eſſet diuiſum in tres partes, vt dictum eſt Pſal.68.g.36, & Ierem.51.g.51.
25 Exciſio קפדה Succiſio. Exterminium. i. breui ventura eſt ſucciſio. 26 Contritio ſu. cõt. הוה על־הוה Calamitas poſt calamitatem. q.d. crebræ contritiones & calamitates venturæ ſunt ſuper populũ. Vox Hebræa ſignificat contritionem, accidens, ſiue euentũ malum.
Et auditus ſu. auditũ ושמועה אל־שמועה rumor poſt rumorem. i. crebri rumores ſpargentur de aduentu hoſtis. Hebraiſmus. Viſionem
חזון .i. prophetiam, ſub. de ſalute ſua, interrogabunt quomodo poſſint euadere. 27 Lugebit, יתאבל mœrore ſe conficiet. Alii, ſumet
planctum. Induetur deſol. ילבש שממה induetur ſtupore. Hebraiſmus, obſtupeſcet, & ſpe deſtituetur. Et manus וידי & vires. virtutes. conſilia. Et iudiciis e. ובמשפטיהם Hebraiſmus, id eſt, pro ratione delictorum pro quibus morte digni ſunt.

IN CAPVT VIII.

1 Anno ſexto בשנה הששית ſub. Regis Ioacim capti. *Menſe* ſexto, בששי Auguſtum ſignificat. Manus יד Id eſt, prophetia, ſiue Spiritus prophetiæ: quẽ ſic dici ſcribũt Hebræi quòd cum vehementia veniat(יד enim ſignificat manum, virtutem, & fortitudinem)
quódque confortare ac vegetare ſoleat mentem ſiue animum hominis. 2 Tanquam aſpectus כמראה viſio. Vide eadem cap.1.d.27.
3 Et miſit, &c. וישלח וגו׳ .i. gloria illa quæ apparebat, viſa eſt mihi porrigere manum. Quidam vertunt, Et miſit ſimilitudo. In viſionibus Dei, במראות אלהים Hebraiſmus, pro In viſione Diuina, hoc eſt non corpore, ſed ſpiritu. vel, in viſione magna. inſigni. clara. nobili, & mirabili. *Atrii*] Iſtud ſubauditum eſt vt dilucidior eſſet ſenſus. In id atrium interius conueniebat populus, quòd eſſet extra peribolon, id eſt ambitũ, ſiue cincturam montis Sion, primam ſcilicet: atrium verò Sacerdotũ intra ſecundam. paulo pòſt dicit, Adduxit me ad
oſtium atrii. Zelare fac. : המקנה prouocantis. ſiue, ad iram prouocantis: aut, iraſci facientis: iuxta illud Deut.32.c.21, Ipſi zelare fecerunt me in *re quæ* non eſt Deus, iraſci fecerunt me in vanitatibus ſuis: & ego zelare faciam eos, &c. 4 In campo. : בבקעה in valle. planitie. Suprà cap.3.f.22. 5 *Ad* viam Aquil. דרך צפונה via[ablatiuus] Aquilonis. i. verſus Aquilonem. Iuxta portam alt. לשער
המזבח Paulo antè vocauit portam atrii interioris. In atrio immundorum, id eſt populi, in quo orabat populus & audiebat verbum Domini, extruxerant altare Baal, & ipſum idolum in medio portæ Septentrionalis ſtatuerant: quæ ex ea re, porta altaris dicebatur.

6 Et dixit ad me, Fili hominis, nónne vides quid iſti faciant, *id eſt* abominationes magnas, quas domus Iשſraאél faciunt hîc, ″vt procul recedam à Sanctuario meo? ″ſed adhuc cõuerte te, *&* videbis abominationes maiores.

7 Et adduxit me ad ″oſtium atrii, & vidi, & ecce foramen vnum erat in pariete.

8 Et dixit ad me, Fili hominis, fode ″nunc in pariete. & fodi in pariete, & ecce oſtium vnum.

9 Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes malas quas iſti faciunt ibi.

10 Ingreſſus ſum igitur, & aſpexi, ″& ecce omnis ſimilitudo reptilis, & animalis, abominatio, & vniuerſa idôla domus Iשſraאél, depicta erant in pariete per circuitum.

Iezonias.

11 Et ſeptuaginta viri de Seniorib⁹ domus Iשſraאél, & Iaazaniáhu filius שSaphán ſtabat in medio eorum qui ſtabãt coram illis *idolis*, & vnuſquiſque thuribulum ſuũ in manu ſua *habebat*, & ″vapor nebulæ ſuffimenti aſcendebat.

Vox infidelium.

12 Et dixit ad me, Vidiſtíne fili hominis, quæ ſeniores domus Iשſraאél faciunt ″in tenebris, vnuſquiſque ″in cubiculis picturæ ſuæ? dicunt enim, Non videt nos Iehouáh, dereliquit Iehouáh terram.

13 Et dixit ad me, Adhuc ″cõuerte te, *&* videbis abominationes maiores quas iſti faciunt.

14 Et adduxit me ad oſtium portæ ″domus Iehouæ, quod eſt ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes ″Thammúz.

15 Et dixit ad me, ″Nónne vides fili hominis? adhuc conuerte te, *&* videbis abominationes maiores his.

16 Introduxit igitur me in atriũ dom⁹ Iehouæ interius, & ecce iuxta oſtiũ templi Iehouæ inter veſtibulũ ″& altare, *erant* circiter viginti quinque viri, quorũ poſteriora *verſa* erant ad templum Iehouæ, & facies eorum ad Orientem, & incuruabant ſe ad ortum Solis.

17 Et dixit ad me, Annon vidiſti, fili hominis? ″nunquid leue eſt domui Iehudáh quòd faciat *omnes* abominationes quas ″faciunt hîc? ſiquidem repleuerunt terram ″iniquitate, ″& conuerſi ſunt ad irritandum me, & ecce ″mittunt fœtorem ad nares ſuas.

18 ″Et etiam ego faciam in furore, non parcet oculus meus *illis*, neque miſerebor: ″& clamabũnt in aures meas voce magna, ″& non exaudiam eos.

Cap. IX.

Deſtructio vrbis, & ciuiũ cædes.

1 ET clamauit ″in auribus meis voce magna, dicendo, Appropinquauerunt ″viſitationes ciuitatis:

6 Et dixit ad me, Fili hominis, putáſne vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hîc, vt procul recedam à Sanctuario meo? & adhuc conuerſus videbis abominationes maiores.

7 Et introduxit me ad oſtium atrii, & vidi, & ecce foramẽ vnum in pariete.

8 Et dixit ad me, Fili hominis, fode parietem: & quum fodiſſem parietẽ, apparuit oſtium vnum. D

9 Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes peſſimas quas iſti faciunt hîc.

10 Et ingreſſus vidi, & ecce õnis ſimilitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuerſa idôla domus Iſrael depicta erãt in pariete in circuitu per totum.

11 Et ſeptuaginta viri de Seniorib⁹ domus Iſrael, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum ſtãtium ante picturas: & vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua, & vapor nebulæ de thure conſurgebat. E

12 Et dixit ad me, Certè vidiſti, fili hominis, quę Seniores dom⁹ Iſrael faciũt in tenebris, vnuſquiſque in abſcõdito cubilis ſui: dicũt enim, Non videt Dominus nos, dereliquit Domin⁹ terrã.

13 Et dixit ad me, Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores quas iſti faciunt.

14 Et introduxit me per oſtium portæ domus Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. F

15 Et dixit ad me, Certè vidiſti, fili hominis: adhuc conuerſus videbis abominationes maiores his.

16 Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce, in oſtio tẽpli Domini inter veſtibulum & altare, quaſi vigintiquinque viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis. G

17 Et dixit ad me, Certè vidiſti, fili hominis: nũquid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerent abominationes iſtas quas fecerunt hîc? quia replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritandum me, & ecce applicant ramũ ad nares ſuas.

18 Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miſerebor: & quũ clamauerint ad aures meas voce magna, non audiam eos.

Cap. IX.

1 ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt viſitationes vrbis, & vnuſquiſ-

6 Vt procul rec. לרחקה vt longius recedãt. vel abeãt. ſub. Iſraelitæ. eſt infinitiuus. Sed adhuc cõ. te, ועוד תשוב Fut. Heb. pro imperat. 8 Nunc נא quæſo. 10 Et ecce, &c. והנה כל־תבנית וגו' & ecce forma omnium reptilium & iumentorum abominandorum. vel, quæ erant abominationes. i. vice abominationum. 11 Vapor nebu. ועתר ענן denſitas nebulæ. i. denſa nubes ex fumo incenſi exhalata erat. 12 In tenebris, בחושך .i. in hoc thalamo obſcuro. In cubiculis, &c. בחדרי משכיתו in thalamis picturæ ſuæ. i. in cubiculis & penetralibus interioribus egregiè pictis. Hebraiſmus. 13 Conuerte te, תשוב Fut. Heb. pro imperat. 14 Domus בית .i. appendicis quæ adiuncta erat templo. nam circum templum ædes erant in quibus ſacerdotes qui vices ſuas peragerent, habitabant. Hæ ſanctæ erant, & in eas ingredi non licebat mulieribus. Appendices templi dicuntur tẽplum, ſiue domus Iehouæ, vt & Atriũ habet nomen tẽpli, per ſynecdochen. nã totum illud ædificium tẽpli cum appendicibus dicitur templum. Thammúz. : התמוז Idoli nomen, Adonidẽ amaſiũ Veneris fuiſſe dicunt. 15 Nónne vi. הראית Præt. Heb. pro præſ. ſubaudi, has ſuperſtitioſas mulieres? 16 Et altare, ובין המזבח ſub. holocauſti. Ioel 2. c. 17, Inter templum & altare plorabunt Sacerdotes. i. citra veſtibulum & vltra altare holocauſti, vbi ſcilicet ſtare ſolebãt Sacerdotes. 17 Nũquid leue eſt הנקל nunquid leue fuit. i. an parũ videtur. q. d. an putat Iuda non eſſe ſcelus iſthæc facere? aut nõ magni facit relinquere cultum meum? Faciunt עשו Præt. Heb. pro præſ. facere ſolent. Iniquitate, חמס violentia. rapina. oppreſſione. Et conuerſi ſunt, &c. וישובו וגו' .i. & denuo huc redeunt vt me ad iracundiã prouocent. vel, poſtea cœperunt prouocare me. Mittunt fœ. שולחים את הזמורה adhibent malũ odorem [.i. malũ crepitum ventris] in faciem meam. Nam docti inter Hebræos dicunt, Ad nares ſuas, ſiue ad naſum ſuum, poſitum eſſe, pro Ad naſum meum: & ita ſcriptum fuiſſe, ſed immutatũ pronomẽ ob Dei reuerentiam. q. d. videntur mihi oppedere in faciem. 18 Et etiam ego fa. וגם־אני אעשה Vnde & ego agã. ſub. erga illos pro meritis. Et clamabũt, &c. וקראו וגו' & quum clamauerint, me audiente, voce magna, non exaudiam eos.

IN CAPVT IX.

1 Et clamauit ויקרא ſub. gloria Dei Iſrael. i. Angelus loquens in perſona Dei. paulo pòſt verſu 4, vocat Iehouam. In auribus meis, באזני Hebraiſmus, me audiente. Viſitationes פקודות .i. iam propè ſunt qui deſtructuri ſunt vrbem. Verti poteſt, *viri* viſitationũ. i. præcipui duces exercitus Nabuchodonoſor, qui ab Ieremia recenſentur, cap. 39. a. 3. Alii vertunt, præfecturæ. i. duces præcipui qui præfecti ſunt vt deſtruant vrbem, qui fuerunt octo, vt in prædicto loco Ieremiæ narratur.

que vas interfectionis habet in manu ſua.

Et ecce ſex viri veniebãt de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem: & vniuſcuiuſq; vas interitus in manu ſua: vir quoque vnus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramẽtariũ ſcriptoris ad renes eius: & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æreũ.

B Et gloria Dei Iſrael aſſumpta eſt de Cherub, quæ erat ſuper eum ad limẽ domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis.

Et dixit Dominus ad eum, Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna thau ſuper frontes virorum gementium & dolentiũ ſuper cunctis abominationibus quæ ſiũt in medio eius.

Exod.12.d.22 apoc.7.a.3

Et illis dixit audiẽte me, Trãſite per ciuitatẽ ſequentes eũ, & percutite: nõ parcat oculus veſter, neque misereamini:

C Senem, adoleſcentulum, & virginẽ, paruulos & mulieres interficite vſq; ad internecionem: omnem autem ſuper quẽ videritis thau, ne occidatis, & à Sanctuario meo incipite. cœperũt ergo à viris Senioribus, qui erãt ante faciem domus.

Et dixit ad eos, Cõtaminate domũ, & implete atria interfectis, egredimini. & egreſſi ſunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate.

Et cæde completa remanſi ego, ruique ſuper faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne diſperdes õnes reliquias Iſrael,

D effundẽs furorẽ tuum ſuper Ieruſalẽ?

Et dixit ad me, Iniquitas domus Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.

Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor: viam eorum ſuper caput eorum reddam.

Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum, dicens, Feci ſicut præcepiſti mihi.

″& ſinguli *habent*″inſtrumentum ad perdendum in manu ſua.″

2 Et ecce ſex viri veniebant de via portæ″ſuperioris verſæ ad Aquilonẽ: ′& ſinguli *habebant* inſtrumẽtum ſuũ ad perdendũ in manu ſua: & vir vnus erat in medio eorum veſtitus″lineis, ″& atramentariũ ſcribæ *erat* ad renes eius: qui ingreſſi ſteterũt iuxta ′altare æreũ.

3 Et gloria Dei Iẇſraℵél″receſſit à ″Cherúb′ſuper quem fuerat, ′ad limen domus: ″& vocauit virum qui indutus erat lineis, qui *habebat* atramentarium ſcribæ in lumbis ſuis.

4 Et dixit Iehouáh ad eum, Tranſi per medium ciuitatis, *nempe* per medium Ieruẇſaláim, ′& ſigna tháu ſuper frontes virorum gemẽtium, ″& clamãtium propter cunctas abominationes quæ fiunt in medio eius.

Seruandi ſignantur.

5 ′Et illis dixit in auribus meis, Trãſite per ciuitatem poſt eum, ′& percutite, non parcat oculus veſter, nec miſereamini:

Occidũtur non ſignati.

6 Senes, adoleſcẽtes, & virgines, paruulos, & mulieres occidite″ad perditionem: ad omnem autem virum ſuper quem fuerit″tháu, ne accedatis, ″& à Sanctuario meo incipite. & inceperũt à viris Senioribus qui erant″coram domo.

7 Et dixit ad eos, ′Contaminate domum, & implete″atria interfectis, ′egredimini. egreſſi ſunt itaque, & percuſſerunt″in ciuitate.

8 Et fuit, quum percuſſiſſent eos, ″remanſi ego, & corrui ſuper faciem meã, clamauíq;, ac dixi, Aháh Domine Iehouáh, ″an perdes omne reſiduũ Iẇſraℵél, dũ effundis furorẽ tuũ ſuper Ieruẇſaláim?

Querimonia ꝓphetæ ob cædẽ populi, cuius cauſam reddit ei Dominus.

9 Et dixit ad me, Iniquitas domus Iẇſraℵél & Iehudáh magna eſt ′admodũ, & repleta eſt terra ″ſanguinibus, & ciuitas plena eſt peruerſo *iudicio:* dixerunt enim, ″Dereliquit Iehouáh terrã, & Iehouáh non videt.

10 ″Et ego quoque, non parcet oculus meus, neque miſerebor: *ſed* viam eorum in caput illorum″reddam.

11 ″Et ecce vir indutus lineis, qui *habebat* atramentariũ in lũbis ſuis, reſpondit verbum, dicendo, Feci″iuxta id quod præcepiſti mihi.

Et ſinguli ואיש ſub. qui viſitaturi ſunt vrbem. Inſtrumentũ ad per. משחיתו arma perditionis ſuæ. actiuè. i. quibus perditurus eſt ciues. Alii, inſtrumentum interfectionis ſuæ. vel demolitionis. aut deuaſtationis. 2 Superioris העליון Hæc erat inter portã Orientalem & Septentrionalẽ. Dicitur ſuperior reſpectu portæ Septentrionalis. Deſcribit autẽ diligenter hanc portã, vt doceat vnde hoſtes eſſent venturi vrbẽ obſeſſum, nẽpe è Babylonia. Hæc porta ducebat in atriũ Sacerdotum. Et ſinguli, &c. ואיש כלי וגו׳ Ad verbum, & vniuſcuiuſque vas interitus ſui in manu ſua. actiuè vt præcedẽti verſu: pro, vnuſquiſque habebat in manu ſua inſtrumentũ quo diſperderet, ſiue deſtrueret. Alii, Et vnuſquiſque *habebat* inſtrumentũ mallei ſui, &c. i. arma malleis ſimilia. Gallicè, *ſa hache d'arme*. Prior verſio, melior, quòd verſu præcedẽti dictũ ſit voce nõ ambigua, Inſtrumẽtũ משחיתו perditionis ſuæ. Lineis, בדים ſub. veſtibus. Et atramentariũ ſcr. וקסת הסופר .i. quo vti ſolẽt [aut quod geſtare ſolẽt] ſcribæ. Vox Hebræa קסת ſignificat etiã pugillares & tabellas in quibus ſcribitur. vnde Chaldæus paraph. habet פנקס. Hìc tamẽ potius accipiendũ pro atramentario. nã ſequitur, Et ſigna thau in frontibus eorũ. Altare æreũ. ׃ מזבח הנחשת .i. holocauſti. 3 Receſſit נעלה *iam* receſſerat. Ad verbũ, aſcẽderat. Cherúb הכרוב Singul. Heb. pro plur. i. qui tegebant alis ſuis Propitiatoriũ. Super quẽ fue. אשר היה עליו ſub. antea. vnde dicitur Pſal. 80. a. 2, Qui ſedes ſuper Cherubim. Ad limen do. אל מפתן הבית ſub. & conceſſit, vel recepit ſeſe ad limen. Domum vocat Sanctum ſanctorum. Et vocauit vi. ויקרא אל־האיש & clamauit ad virum. 4 Et ſigna thau והתוית תו Fut. Heb. pro imper. i. ſignũ quod vocatur thau, vt exponunt doctores Hebræorũ. Doctiores inter eos vertũt, ſigna ſignũ & ſcripturã. ſic & Aquila & Symmachus. Et clamã. והנאנקים & vociferantiũ. 5 Et illis ולאלה Et aliis. ſub. ſex viris me audiente. id ſignificat In auribus meis. Et percutite, &c. והכו ונו׳ Legitur אל, vt nos vertimus: & ſcribitur על, pro על־אשר Super quo, vnde quidã ſcripturã hãc ſequẽtes vertũt, & percutite *eos* ſuper quibꝰ *alioqui* parceret oculus veſter. i. fœminas. 6 Ad perdit. למשחית ad necem. vaſtationem. aut melius, ad internecionem. Alii, ad exterminationem. Thau, התו ſignum illud, Vide paulo antè verſu 4. Et à Sanct. m. וממקדשי .i. ab iis qui verſantur in templo meo, nempe à Sacerdotibus & Leuitis. Coram domo. ׃ לפני הבית ante tẽplum. i. qui adorabant idola in prima exedra atrii interioris, quod erat iuxta tẽplum. 7 Contaminate do. טמאו את־הבית Contaminate templum. i. Interficite eos in tẽplo qui iam contaminauerunt illud idololatria ſua. Atria החצרות Plurali numero vtitur, quòd eſſet atrium interius & atrium exterius. Atriũ autẽ interius erat diuiſum in atriũ plebis & atriũ Sacerdotũ. Porrò atriũ plebis iterũ erat diuiſum in atriũ virorũ & atriũ mulierũ. Egredimini. צאו Vrget eos: acſi dicat, Adimplete præceptũ meum citra vllã moram. In ciuit. ׃ בעיר ſub. ciues quos offenderũt nõ ſignatos ſigno illo ab Angelo. 8 Remãſi, ונאשאר relictus ſum ſuperſtes. Dictio cõpoſita ex tertia præteriti niphal נשאר, & prima futuri cal אשאר. q. d. cõſideraui quiſnã remãſiſſet, & deprehẽdi me ſolũ remãſiſſe. Alii dicunt tertiã per ſonã poſitã pro prima, & א redundare: acſi dicat, is qui remãſit, ego ipſe fui. An perdes o. &c. המשחית וגו׳ Ad verbũ, An perdis [vel, perdere facis] omnes reliquias Iſrael, effundendo furorem tuũ, &c. præſ. pro fut. An perditurus es reliquias Iſraelis, effundendo indignationem tuam, &c. Metaphora ab aqua quæ tota ſimul effunditur. 9 Admodum, במאוד מאוד Ad verbum, valde valde. nam ב redundat. pro, maxima eſt. Superlatiuo carent Hebræi, quod exprimunt geminato aduerbio. Sanguinibus, דמים .i. effuſoribus ſanguinum, vt exponit doctus inter Hebræos, qui legit & חמס iniquitate, vel rapina. Dereliquit, &c. עזב יהוה וגו׳ Hebraiſmus, Nõ curat hæc mortalia, nec conſiderat quæ gerimus, ſiue facta noſtra. 10 Et ego quoque, וגם אני ſub. agam cum illis in iracundia mea pro meritis ſuis. Reticentia eſt. vel, ſicut ipſi non pepercerunt, nec parcam. Reddam. ׃ נתתי Præt. Heb. pro fut. dedi. i. ſumam de illis pœnas pro meritis. Hebraiſmus. 11 Et ecce vir, &c. והנה האיש וגו׳ Hebraiſmus, His dictis ille vir, &c. vide in principio huius capitis, verſu 2. Iuxta id quod כאשר Legitur & ככל אשר iuxta omnia quæ. i. prorſus [ſiue omnino] vt præcepiſti mihi.

Cap. X.

De virο è medio rotarum & Cherubim prunas accipiente in ſignũ exuſtionis vrbis Ieruſalem.

1 ET vidi, & ecce ″ſuper firmamentum quod *erat* ſuper caput Cherubím tãquam lapis″ↄſapphirus,′veluti ſpecies ſimilitudinis ſolii apparuit″ſuper eos.

″Et dixit ad virum illum indutum lineis,dixit inquam,Ingredere in medium rotarum *quæ ſunt* ſub Cherubím , & imple man⁹ tuas prunis″ignis de medio Cherubím,& ſparge ſuper vrbẽ. ″ingreſſúſque eſt in conſpectu meo. 2

(″Cherubím autem ſtabãt à dextera domus,quum ingrederetur vir iſte:& nubes implebat atrium interius. 3

Et receſſit gloria Iehouæ à Cherúb″ad limen domus: & repleta eſt domus″nube, ″& atrium repletum eſt ſplẽdore gloriæ Iehouæ. 4

Sonitus quoque alarum Cherubím auditus eſt vſque ad atrium exterius,tanquam vox Dei omnipotentis″quando loquitur.) 5

″Et fuit quum præcepiſſet viro induto lineis,dicẽdo,Tolle ignẽ de medio rotarum *&* de medio Cherubím : ingreſſus eſt , & ſtetit in medio rotarum. 6

Et miſit″Cherúb manum ſuam de medio Cherubím ad ignẽ qui *erat* inter Cherubim , ″& ſumpſit, poſuítque in volas induti lineis: ″qui accepit,& egreſſus eſt. 7

Repetitio viſionis rotarum.

Et apparuit in Cherubím illis ſimilitudo ″manus hominis ſub alis eorum. 8

Et vidi,& ecce quatuor rotæ iuxta Cherubím:″rota vna erat iuxta Cherúb vnum,& rota altera iuxta Cherúb alterum: aſpectus autem rotarum *erat*″tanquam color lapidis tharשיש. 9

″Et aſpectus earum (ſimilitudo″vna quatuor ipſis)acſi fuiſſet rota″in medio rotæ. 10

Quum ambulabant,″in quatuor lateribus ſuis ambulabant:″nõ reuertebantur dum ambularent,ſed ad locum ad quem conuertebat ſe″primus *cherúb*,poſt illũ ibãt,nec reuertebãtur dũ ambularẽt. 11

Et omnis ″caro earum, ″& dorſa earum, ″& manus earum, & alæ earum,atque rotæ plena erant oculis per circuitum″quatuor ipſarum rotarum. 12

Ipſis rotis″acclamatum eſt *à cherúb*,O rota,in auribus meis. 13

Cap. X.

1 ET vidi,& ecce in firmamẽto quod erat ſuper caput Cherubim,quaſi lapis ſapphir⁹, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolii apparuit ſuper ea.

2 Et dixit ad virum qui indutus erat lineis,& ait,Ingredere in medio rotarũ quæ ſunt ſubtus Cherub , & imple manum tuam prunis ignis quæ ſunt inter Cherubim,& effunde ſuper ciuitatem : ingreſſúſque eſt in conſpectu meo.

3 (Cherubim autem ſtabãt à dextris domus quum ingrederetur vir:& nubes impleuit atrium interius.

4 Et eleuata eſt gloria Domini déſuper Cherub ad limen domus:& repleta eſt domus nube, & atrium repletũ eſt ſplendore gloriæ Domini.

5 Et ſonitus alarũ Cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius,quaſi vox Dei omnipotentis loquentis.)

6 Quũmque præcepiſſet viro qui indutus erat lineis,dicens,Sume ignem de medio rotarũ quæ ſunt inter Cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotã. B

7 Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignẽ qui erat inter Cherubim:& ſumpſit,& dedit in manus eius qui indutus erat lineis:q accipiens egreſſus eſt.

8 Et apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pẽnas eorum.

9 Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnum , & rota alia iuxta Cherub vnũ: ſpecies autem rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſolithi.

10 Et aſpectus earum (ſimilitudo vna quatuor)quaſi ſit rota in medio rotę.

11 Quũmque ambularent,in quatuor partes gradiebantur:non reuertebantur ambulantes,ſed ad locum ad quẽ ire declinabat quæ prima erat,ſequebantur & cæteræ,nec cõuertebantur.

12 ¶Et omne corpus earum,& colla,& manus,& pennę,& circuli plena erãt oculis in circuitu quatuor rotarum. C

Suprà 1.b.8, & c.18

13 Et rotas iſtas vocauit volubiles,audiente me.

IN CAPVT X.

1 Super fir.quod אלהרקיע אשר in extenſione quæ *erat*.ſiue imminebat,aut incumbebat.Deſcribit ſolium quod videbatur conſtare lapide ſapphirino, de quo in fine capitis primi,verſu 26.Cherubim hîc appellat quæ primo capite animalia. ↄSapphirus, ספיר ſapphirinus.hoc eſt apparebat ſolium quod videbatur conſtare lapide ſapphirino. Veluti ſpec.ſimil. כמראה דמות Hebraiſmus, pro,id quod referebat ſolium,ſiue ſpeciem ſolii. Super eos. ׃ עליהם ſuper ea.i.ſuper firmamentum & Cherubim.Rectius tamen,ſuper eos,nẽpe Cherubim.

2 Et dixit ויאמר ſub.ille qui ſedebat in ſolio ſapphirino. Ignis, אש ignitis.i.ardentibus.Prædicitur futurũ incendium vrbis Ieroſolymitanæ. Ingreſſúſq; eſt ויבוא ingreſſus eſt igitur. 3 Cherubim a. והכרובים Iſte verſus cũ 4 & 5,legi debẽt & parentheſin.

4 Ad limen do. על מפתן הבית Vide ſuprà cap. 9.a.3. Deſcribit diſceſſum gloriæ Domini à templo. Nube, הענן Per nubem intellige caliginem, ſiue tenebras quæ comitabantur lucem illam inacceſſam quam inhabitare dicitur Dominus Deus. Et atrium והחצר ſub.interius illud. 5 Quando loquitur. ׃ כדברו quando loquebatur.ſub.in monte Sinai. Recedente gloria Dei à Sancto ſanctorum factus eſt iſte ſtrepitus maximus. Vide eadem ſuprà cap.1,verſu 24. 6 Et fuit quum præcepiſſet ויהי בצותו Quum ergo ille præcepiſſet, &c. Redit ad id quod cœperat. 7 Cherúb הכרוב .i.vnus ex illis Cherubim. Et ſumpſit, וישא & tulit.ſub.de prunis illis. Qui accepit, ויקח Ad verbum,& accepit.ו pro relatiuo,vt Pſal.89.f.38. 8 Manus hominis יד אדם Vide cap.1.b.8.

9 Rota vna,&c. אופן אחד וגו' periſſologia non eſt , ſed Hebraiſmus: acſi dicat, Singulæ rotæ erant iuxta ſingulos Cherubim: tot erant rotæ quot Cherubim. Tanquam color,&c. ׃ כעין אבן תרשיש Ad verbum,tanquam aſpectus lapidis tharſis.i.tanquam color,vel nitor lapidis carbunculi.vel vt alii,hyacinthi,alii chryſolithi. Vide ſuprà,cap.1.d.16. 10 Et aſpectus earum, ומראיהם Id eſt, Quod ad facturam,ſiue fabricam aut architecturam illarum attinet.vel ſubaudiatur ומעשיהם & opus earum:vt exprimitur ſuprà cap.1.d.16. Vna אחד vnica.eadem. In medio rotæ. ׃ בתוך האופן Id eſt intra alteram rotam,acſi rota vna ſecaſſet alteram.

11 In quatuor lateribus ſuis אל ארבעת רבעיהם ſucceſſiuè ſcilicet,& viciſſim.id eſt per vnum ex quatuor.q.d.moueri poterãt in omnem partem,anteriorem,poſteriorem,dextram,& ſiniſtram. Non reuertebantur לא יסבו Ad verbum,non conuertebant ſeſe.id eſt non intermittebant greſſum ſuum,ſiue iter cœptum,ſed recta progrediebantur. q.d.prõptiſſimè exequebantur voluntatem Diuinam. Vide ſuprà cap.1.c.9. Primus *Cherúb*,poſt il.ib. הראש אחריו prima *rota*,poſt illam ibant.Ita Chaldæus paraph.Doctus inter Hebræos exponit, primus Cherub, & rota ibat poſt Cherub. 12 Caro earum, בשרם Pro corpore poſuit carnem,quòd corpus carne conſtet.q.d.totũ corpus earum rotarum.id eſt ipſæ totæ rotæ. Et dorſa וגביהם Vide ſuprà cap.1.c.18. Et manus e. וידיהם radii.qui ſcilicet infixi ſunt modiolo. Quatuor ipſarum rotarum. ׃ לארבעתם אופניהם in ipſis quatuor rotis eorum.ſub.Cherubim.Ad verbum,in quatuor eorum rotis ipſis. 13 Acclamatum eſt קורא acclamauit.q.d.me audiente.Cherub nominatim appellauit rotas,& iuſſit neſcio quid, O rotæ agite,facite hoc aut illud.ſubticet formam dati præcepti,quo excitabat eas ad parendum imperio præcipientis.

14 Quatuor autem facies habebat vnū: facies vna, facies Cherub: & facies ſecūda, facies hominis: & in tertio, facies leonis: & in quarto, facies Aquilæ.

15 Et eleuata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal quod videram iuxta fluuiū Chobar.

16 Quûmque ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & quū eleuarēt Cherubim alas ſuas vt exaltarentur de terra, non reſidebāt rotæ, ſed & ipſæ iuxta erant.

17 Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis eleuabantur: ſpiritus enim vitæ erat in eis.

D 18 Et egreſſa eſt gloria Domini à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim.

19 Et eleuātia Cherubim alas ſuas, exaltata ſunt à terra coram me: & illis egrediētibus, rotæ quoque ſubſequutæ ſunt, & ſtetit in introitu portæ domus Domini Oriētalis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper eos.

Suprà 1.b.14 C 20 Ipſum eſt animal quod vidi ſubter Deū Iſrael iuxta fluuium Chobar, & intellexi quia Cherubim eſſent.

21 Quatuor, quatuor vult⁹ vni, & quatuor alæ vni: & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum.

22 Et ſimilitudo vultuum eorum, ipſi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar: & intuitus eorum, & impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

Cap. XI.

1 ET eleuauit me Spirit⁹, & introduxit me ad portam domus Domini Orientalē, quæ reſpicit ad Solis ortum: & ecce, in introitu portæ vigintiquinque viri: & vidi in medio eorū Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ Principes populi.

2 Dixitque ad me, Fili hominis, hi ſūt viri qui cogitāt iniquitatē, & tractāt conſilium peſſimum in vrbe iſta,

3 Dicentes, Nónne dudum ædificatæ ſunt domus? hæc eſt lebes, nos autem carnes.

4 Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis.

5 Et irruit in me Spiritus Domini, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dominus, Sic loquuti eſtis dom⁹ Iſrael, & cogitatiōes cordis veſtri ego noui.

B 6 Plurimos occidiſtis in vrbe hac, & impleſtis vias eius interfectis:

7 Propterea hęc dicit Dominus De⁹, Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt le-

14 Et quatuor facies erant vnicuique 'cherúb: facies prima, facies Cherúb: & facies ſecunda, facies hominis: & tertia, facies leonis: & quarta, facies aquilæ.

15 Et eleuati ſunt Cherubím: 'hoc eſt animal quod vidi in flumine Chebár.

16 Et quū ambularent Cherubím, ambulabant rotæ iuxta eos: quū verò eleuarent Cherubím alas ſuas vt attollerent ſeſe à terra, non reuertebantur rotæ etiam ipſæ 'ab illis.

17 'Dum ſtarent illi, ſtabant: & dum eleuabant ſe illi, eleuabant ſe cum illis: quia 'voluntas animalis *erat* in eis.

18 Et egreſſa eſt gloria Iehouæ à limine domus, & ſtetit 'ſuper Cherubím.

19 Et eleuātes Cherubím illi alas ſuas, eleuati ſunt à terra in oculis meis: dum egrederentur ipſi, & rotæ erant eregione ipſorum, 'ſtetítque in introitu 'portæ domus Iehouæ Orientalis, & gloria Dei Iωſraℵél ſuper eos déſuper.

Cherubim.

20 'Hoc eſt animal quod viderā ſub Deo Iωſraℵél in flumine Chebár, & cognoui *tandem* quòd Cherubím eſſent.

21 Quatuor facies erant vnicuique, & quatuor alæ vnicuique: atq; ſimilitudo manuum hominis ſub alis eorum.

22 Similitudo autem facierum eorum 'erat vt facierum quas vidi iuxta fluuium Chebár: aſpectus earum, '& ipſæmet: 'vnuſquiſque contra faciem ſuam ibat.

Cap. XI.

1 E'T eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portā domus Iehouæ Orientalem, quæ reſpicit ad Orientem: & ecce in oſtio portæ vigintiquinque viri 'inter quos, vidi Iaazaniáh filium γAzúr, & Pelatiáhu filium Benaiáhu Principes populi.

Qui populū Ieruſalē ſeducebant.

2 Dixítque ad me, Fili hominis, iſti ſunt viri qui cogitant 'iniquitatem, & conſulunt conſilium malum in vrbe iſta:

3 Dicunt *enim*, Nō in propinquo *eſt contritio*, ædificemus *igitur* domos: 'hæc *Ieruſaláim eſt ut* lebes, & nos *ut* caro.

4 Idcirco vaticinare contra eos, vaticinare fili hominis.

5 Cecidit ergo ſuper me Spiritus Iehouæ, & dixit ad me, Dic, Sic dixit Iehouáh, 'Sic *quidem* dixiſtis domus Iωſraℵél, '& quæ aſcendūt in ſpiritu veſtro ego noui.

Contra hos vaticinatur, prædicens eorum diſperſionem.

6 Multiplicaſtis 'interfectos veſtros in hac vrbe, & impleſtis plateas eius interfectis:

7 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio ei⁹, ipſi ſūt caro: 'ipſa autē eſt lebes: vos verò educā

---

14 *Cherúb*] ſubaudire potes, animali: nam quæ primo capite, verſu 5, & aliis, vocantur animalia, in hoc capite appellantur Cherubim: neque etiā reuera erant animalia. vide paulo pòſt verſu 21. 15 Hoc eſt animal, &c. היא החיה וגו' Singul. pro plur. Hæc ſunt animalia, quæ videram iuxta fluuium Chebar. 16 Ab illis. : מאצלם Ad verbum, de prope illos. i. comitabantur ſemper illos, ac ſequebantur.

17 Dum ſtarent illi, בעמדם Dum conſiſtebant illi, *& rotæ* conſiſtebant. Fut. Heb. pro præt. imperf. Eadem cum iſto verſu & præcedente vide ſuprà cap. 1. e. 19. 20. & 21. Voluntas, &c. : רוח החיה בהם animus [ſpiritus] animalis erat in eis. Singul. Heb. pro plur. animalium. Hebraiſmus, erat maximus conſenſus inter rotas illas & animalia, ſiue Cherubim: agebantur enim eodem Spiritu Diuino.

18 Super Cher. : על הכרובים De iam deſcriptis Cherubim intelligit. 19 Stetitque ויעמוד Quidā per plurale vertunt, ſteterúntque, ſub. Cherubim. Portæ do. Ieh. שער בית יהוה Porta iſta Oriētalis, erat porta atrii in quo orabat popul⁹ qui orabat ad Occidentē, vnde ingreſſus erat ad Orientē. 20 Hoc eſt ani. היא החיה אשר Singul. pro plur. Hæc ſunt animalia quæ. 22 Erat vt fac. דמות הפנים erant facies illæ. vel eædem. Et ipſæmet: ואותם & ſubſtantia eorum. vel eſſentia. q. d. eadem prorſus erant quæ vidi in hac ſecunda viſione cum his quæ vidi in prima illa viſione. Vnuſquiſque, &c. איש אל וגו' quiſque ante faciē ſuā incedebat. vel progrediebatur. i. recta ante ſe motu recto & non circulari, aut obliquo. Vide ſuprà cap. 1. c. 9.

IN CAPVT XI.

1 Et eleuauit, &c. ותשא וגו' Iam verò ſuſtulerat me Spiritus, & adduxerat, &c. Quæ enim hîc narrantur, geſta fuerunt ante ea quæ deſcribuntur capite præcedenti. Inter quos vi. ואראה בתוכם Ad verbū, & vidi in medio eorum. 2 Iniquitatē, און prauitatem. vanitatem: nam iſti adhortabantur populū ad extruenda ædificia ſumptuoſa, quaſi nunquā ex vrbe migraturum. 3 Hæc, &c. היא הסיר וגו' q. d. ne ceſſemus extruere ædificia, &c. nā vrbs ipſa eſt vt lebes, ſiue vice ollæ: nā permanebimus in hac vrbe donec moriamur. non enim auferre ſolent carnes ab olla, donec perfectè elixentur: ſic nec egrediemur de Ieruſalē donec veniat tempus noſtrum vt moriamur in ea. Hæc doctus inter Hebræos. Notandū autem בנות infinitiuū pro futuro, vel imperatiuo. 5 Sic כן Veré. Veritatē. Et quæ aſc. &c. ומעלות וגו' Ad verbum, & aſcenſiones ſpiritus veſtri ego noui eam. i. vnanquanque illarū, ſiue ſingulas. hóc eſt, quæ aſcendunt in mentem veſtram, hoc eſt cogitationes veſtras ego noui. 6 Interfectos veſt. חלליכם Hebraiſmus, quamplurimos dolo & faude interemiſtis: quare meritò hæc vrbs dicitur lebes. Seipſum explicat in ſequentibus, Et impleſtis, &c. 7 Ipſa autem והיא ſub. vrbs.

de medio eius.

Gladium metuiſtis,& gladium inducam ſuper vos,dixit Dominus Iehouáh. 8

Et educam vos de medio eius , dadóque vos in manum alienorum,″& faciam in vobis iudicia. 9

Gladio cadetis,″in termino Iשſraאél iudicabo vos:& ſcietis quòd ego ſum Iehouáh. 10

Hæc nõ erit vobis vt lebes, nec vos eritis in medio eius vt caro, in termino Iשſraאél iudicabo vos, 11

Et ſcietis quòd ego ſum Iehouáh: quoniam in ſtatutis meis non ambulaſtis,& iudicia mea non feciſtis,″ſed iuxta iudicia Gentium quæ ſunt in circuitu veſtro,feciſtis. 12

Mors Pheltiæ, ob quã reliqui populi timet exitium.

″Et fuit,quum prophetarem,Pelathiáhu filius Benaiáh mortuus eſt:& cecidi ſuper faciem meam,clamauíque voce magna,& dixi, Aháh Domine Iehouáh,″túne cõſũmationẽ facis reſidui Iשſraאél? 13

Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo, 14

Futurã captiuorũ eductionẽ audit à Domino.

Fili hominis,fratres tui,fratres tui,viri″propinqui tui,& omnis domus Iשſraאél,vniuerſa *inquam* ipſa *ſunt* quibus dixerunt habitatores Ieruשſaláim, ′Elõgate vos à Iehouáh , *quia* nobis data eſt terra in poſſeſſionem. 15

Propterea dic,Sic dixit Dominus Iehouáh,′Etiamſi procul eiecerim eos in Gẽtes ,& diſperſerim eos per terras,″ero tamen eis″in Sanctuarium paruum in terris ad quas venerint. 16

Propterea dic, Sic dixit Dominus Iehouáh, Cõgregabo vos de populis,& adunabo vos de terris in quas diſperſi eſtis,& dabo vobis terram Iשſraאél. 17

′Et ingredientur illuc,& remouebunt omnes contaminationes eius,cunctáſque abominationes eius de illa. 18

Cordis innouatio à Deo, vt in præceptis eius ambulemus.

Et dabo eis′cor vnum , & Spiritum nouum tribuam in viſceribus eorum : auferámque ″cor lapideum ′de carne eorum, & dabo eis cor carneum: 19

Vt in ſtatutis meis ambulent,& iudicia mea cuſtodiãt,faciántque ea:& ſint mihi in populum,& ego ſim eis in Deum. 20

Propriis conſiliis innitentibus minatur.

″Et quorũ cor ambulat ad cor cõtaminationũ eorũ,& abominationũ eorũ,viã eorũ in caput eorũ dabo,dixit Dominus Iehouáh. 21

Recedit gloria Dei de Ieruſalẽ, & ꝓpheta in ſpiritu reuertitur in Chaldæam.

Eleuauerunt itaque Cherubím alas ſuas, & rotæ eregione ipſorum,& gloria Dei Iשſraאél erat ſuper eos deſuper. 22

Et receſſit gloria Iehouæ è medio vrbis, ſtetítque ſuper montẽ qui eſt ab Oriente vrbis. 23

Et Spiritus ſuſtulit me , reduxítque me in terram Chaשſdím 24

bes: & educam ſuper vos de medio eius.

8 Gladium metuiſtis , & gladiũ inducam ſuper vos,ait Dominus Deus.

9 Et eiiciam vos de medio eius,dabóque vos in manum hoſtium , & faciã in vobis iudicia.

10 Gladio cadetis, in finibus Iſrael iudicabo vos: & ſcietis quia ego Dominus.

11 Hæc non erit vobis in lebetem, & vos nõ eritis in medio ei⁹ in carnes: in finibus Iſrael iudicabo vos,

12 Et ſcietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, ſed iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu veſtro ſunt,eſtis operati.

13 Et factũ eſt, Quum prophetarem, Pheltias filius Banaię mortuus eſt: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi,Heu,heu,heu Domine Deus: conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael?

14 Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicens,

15 Fili hominis,fratres tui,fratres tui, viri propinqui tui , & omnis domus Iſrael, & vniuerſi quibus dixerunt habitatores Ieruſalem,Longè recedite à Domino: nobis data eſt terra in poſſeſſionem.

16 Propterea hęc dicit Domin⁹ Deus, Quia longè feci eos in Gentibus, & quia diſperſi eos in terris , ero eis in ſanctificationem modicam in terris ad quas venerunt.

17 Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus,Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus diſperſi eſtis, dabóque vobis humum Iſrael.

18 Et ingredientur illuc,& auferent omnes offenſiones, cunctáſque abominationes eius de illa.

19 ¶Et dabo eis cor vnum,& Spiritum nouum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum:

Ierem. 32.f.39 infrà 36.f.27

20 Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant,faciántque ea: & ſint mihi in populũ, & ego ſim eis in Deum.

21 Quorũ cor poſt offẽdicula & abominationes ſuas ambulat, horum viã in capite ſuo ponã,dicit Domin⁹ Deus.

22 Et eleuauerũt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea.

23 Et aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis,ſtetitque ſuper montem qui eſt ad Orientem vrbis.

24 Et Spiritus leuauit me: adduxitque me in Chaldæã ad tranſmigrationẽ,

9 Et faciam,&c. ועשיתי בכם שפטים: Hebraiſmus,ſumam iudicium de vobis,hoc eſt animaduertam in vos.

10 In termino Iשſr.&c. על־גבול ישראל וגו׳ Hebraiſmus, adiudicabo vos morti,curabóque vos interficiendos in finibus Iſrael, hoc eſt in Rebláh,quæ erat in Hemath,ibi Nabuchodonoſor iuſſit interfici Principes,& Regem excæcari. 12 Sed iuxta iudicia וכמשפטי & ſecundum mores. vel conſuetudinem,colendo ſcilicet idola, & effundendo ſanguinem innoxium. Iudicium pro more & conſuetudine, vt ſuprà cap.5.b.7. 13 Et fuit,quum prophetarem ויהי כהנבאי Hebraiſmus,Quum autem prophetarem.Interea dum vaticinarer. Tunc conſum.fa.&c. כלה אתה עושה וגו׳ túne perfectam conſumptionem facturus es de reliquo Iſraelis? q.d.decreuiſtine prorſus delere reliquias Iſraelis? Hæc interrogatiuè legenda eſſe docet doctus inter Hebræos,etſi nullum ſit ſignum interrogationis in contextu.

15 Propinqui tui, גאולתך Ad verbum, propinquitatis tuæ. vel, affinitatis.i. qui tibi ſunt affines. ita Chaldæus paraph. Elongate vos רחקו Recedite. Procul diſcedite.q. d.Illi quidem eiiciendi erant ab hac Terra ſancta, quòd reprobi eſſent: nos verò hîc perpetuò ſumus manſuri. 16 Etiamſi procul eiecerim,&c. כי הרחקתים וגו׳ Ad verbum, quòd elongaui eos in Gentes, & quòd diſperſi,&c. Obſerua כי pro Quanuis,ſiue etiamſi. Ero tamen ואהי Ad verbum,& fui. Præt.Heb.pro fut. In Sanctuarium par. למקדש מעט id eſt non deſeram eos,ſed adero illis,& exaudiam preces eorum, vt ſolebam exaudire in templo illo magno. Hebræi referunt ad Synagogas.q.d. quoties congregati fuerint in nomine meo. 18 Et ingredientur,&c. ובאו שמה וגו׳ Et venient illuc,auferéntque omnes contaminationes eius.ſub.terræ. 19 Cor vnum, לב אחד cor vnicum.i.non erunt duplici corde. Alii,eundem animum.i.erunt vnanimes.

Cor lapideum לב האבן Sic vocat cor immorigerum & indocile,quod non admittit correptionem,ſicuti non admittit impreſſionem lapis,ſed reſiſtit.Huic opponitur cor carneum, aptum recipiendæ diſciplinæ. De carne e. מבשרם Id eſt de corpore eorum.

21 Et quorum cor,&c. ואל לב וגו׳ Ad verbum,Et ad cor cõtaminationum ſuarum & abominationum ſuarum cor eorum ambulat, viã, &c.i. Et quorum cor vergit ad cor[.i.affectum]ſpurcitiarum eorum,& abominationum eorum, viam eorum, &c.q.d.animaduertam in eos quorum animus eſt magis propenſus ad colenda idola, quàm Deum. Loquitur hîc de duplici corde.i.affectu. Tria hominum genera facit: vnum quod Deum ſolum colit,alterum quod idola,tertium quod cum Deo idola vel aliud colit. Chaldæus paraph. Qui ſunt præditi affectu ad affectum eorum qui colunt idola, plectentur à me.

in viſione in Spiritu Dei: & ſublata eſt à me viſio quam videram.

25 Et loquutus ſum ad transmigrationem omnia verba Domini quę oſtenderat mihi. Cap. XII.

1 ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, in medio domus exaſperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndū, & non vident: & aures ad audiendū, & non audiunt: quia domus exaſperans eſt.

3 Tu ergo fili hominis, fac tibi vaſa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: trāſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi fortè aſpiciant: quia domus exaſperans eſt.

4 Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa transmigrationis per diē in cōſpectu eorū: tu autem egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans. B

5 Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum:

6 In conſpectu eorū in humeris portaberis, in caligine effereris: faciē tuā velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Iſrael.

7 Feci ergo ſicut præceperat mihi: vaſa mea protuli quaſi vaſa transmigrationis per diē, & veſpere perfodi mihi parietē manu: & in caligine egreſſus ſum, & in humeris portatus in cōſpectu eorum.

C 8 Et factus eſt ſermo Domini manè ad me, dicens,

9 Fili hominis, nunquid non dixerūt ad te domus Iſrael, domus aſperans, Quid tu facis?

10 Dic ad eos, Hæc dicit Domin⁹ De⁹, Super ducem onus iſtud, qui eſt in Ieruſalem: & ſuper omnem domum Iſrael quæ eſt in medio eorum.

11 Dic, Ego portentum veſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis: in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt.

12 Et dux qui eſt in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietē perfodient vt educant eum: facies eius operietur, vt non videat oculo terram. D

Infrà 17.f.20, & 32.a.3

13 Et extendam rete meum ſuper eū, & capietur in ſagena mea: & adducā eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipſam non videbit, ibique morietur.

14 Et omnes qui circa eū ſūt, præſidiū eius, & agmina ei⁹ diſpergā in omnē ventū, & gladiū euaginabo poſt eos.

15 Et ſcient quia ego Dominus, quando diſperſero illos in Gentibus, &

′ad transmigrationem in viſione in Spiritu Dei: ′& receſſit à me viſio *illa* quam vidi.

25 Et loquutus ſum ad transmigrationem omnia verba Iehouæ, quæ oſtenderat mihi. Cap. XII.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, in medio domus ′rebellis habitas: quibus ′oculi ſunt ′vt videant, & non ′vident: aures eis ſunt ad audiēdum, & non audiunt: quia domus rebellis ſunt.

Parabola vaſorū trāſmigrationis

3 Et tu fili hominis, fac tibi ′vaſa transmigrationis, & transmigra per diem in oculis eorum: trāſmigrabis autem de loco tuo ad locū alterū in oculis eorū, ſi fortè videant: quia domus rebellis ſunt.

4 Efferes autē vaſa tua ′tanquā vaſa trāſmigrationis per diē in oculis eorum: tu autem egredieris veſperi in oculis eorum, ′ſecūdum exitus transmigrationis.

5 In oculis eorum perfode ′parietem, ′& educ per eum:

6 In oculis eorum ſuper humerum ′porta, in tenebris effer, faciem tuam vela, neque aſpicias terram: quia ′portentum dedi te domui Iשſraℵél.

7 Feci igitur ſic, quemadmodum præceptū fuerat mihi: vaſa mea protuli tanquam vaſa transmigrationis per diem, & veſperi perfodi parietem ′manu: in caligine protuli, ſuper humerum portaui, in oculis eorum.

8 Et fuit verbum Iehouæ ad me manè, dicendo,

Expoſitio parabolæ qua Sedeciæ Regis captiuitas ſignificatur

9 Fili hominis, annon dixerunt ad te domus Iשſraℵél, domus rebellis, ′Quid tu facis?

10 Dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, ′*ſuper* ducem eſt prophetia hæc in Ieruשſaláim, ′& *ſuper* omnem domum Iשſraℵél quæ eſt in medio eorum.

11 Dic *illis*, Ego portentum veſtrum: ſicut feci, ſic fiet eis: in transmigrationem, ″*&* in captiuitatem abibunt.

12 Et dux qui eſt in medio eorum, ſuper humerū portabit ′*veſtimenta ſua* in caligine, & egredietur: parietem *ſerui eius* perfodient vt educant illum per ipſum: faciē ſuam operiet, ne videat oculo terram.

13 ′Et expandam rete meum ſuper eum, capietúrque ſagena mea: & adducam eum in Babél, terrā Chaשſdím, ″ipſam tamen non videbit, & ibi morietur.

14 Et oēs qui in circuitu eius ſunt ′*ad* auxiliū eius, omniáq; agmina eius diſpergam in omnē vētum, ′& gladium euaginabo poſt eos.

15 Et ſcient quòd ego ſum Iehouáh, quando diſperſero eos in Gen

---

24 Ad tranſ. אל־הגולה ad captiuitatē.i.ad captiuos. Et receſſit à me ויעל מעלי Ad verbū, & aſcendit de ſuper me.i.euanuit à me.

IN CAPVT XII.

2 Rebellis המרי Ad verbum, rebellionis. Vt videant, לראות Videre & audire, eſt per ſenſus in animū inducere, & ſibi perſuadere. Hæc dicit propter contemptū verbi Dei. nā captiui non credebāt Ezechieli: nam pſeudoprophetæ dicebāt melius fore his qui in Ieruſalē remāſerant, quàm captiuis. Vident: ראו Præt. Heb. pro præſ. ſub. quæ facies, & credāt, & pœniteat eos. 3 Vaſa tranſ. כלי גולה Hebraiſmus. i. quæ neceſſaria ſunt, & quibus vti ſolent qui aliò ſunt demigraturi. 4 Tanquā vaſa trāſ. ככלי גולה ſub. veræ, & nō fictæ. i. perinde acſi reuera eſſes aliò demigraturus. Secundum exit. tranſ.: כמוצאי גולה Hebraiſmus, vt fieri ſolet in demigratione. aut, vt ſolēt egredi qui aliò demigrant, ſiue more eorū qui fugam adornant. Fortaſſe his verbis habitū ſiue geſtum demigrantis ſignificat: acſi dicat, Tu egredieris mœſtus & indignabūdus. 5 Parietem, בקיר ſub. domus in qua habitas: ea enim ſignificabat Ieruſalē. Et educ per eū.: והוצאת בו & effer [exporta, ſub. ſupellectilē tuam] per eū: nempe parietē perfoſſum. 6 Porta, תשא Futura pro Imperat. quæ tamen quidā vertūt per præteritum. Portentū dedi te מופת נתתיך portentū poſui te. i. typū & figurā eorū quæ breui euentura ſunt ipſis Ieroſolymitanis. per ea quæ facturus es, ſignificabis ac indicabis illis quòd breui demigraturi ſint. 7 Manu: ביד. i. manibus meis: præ nimia ſcilicet feſtinatione. 9 Quid tu fa.: מה אתה עושה q.d. Quid ſibi volunt hæc? 10 *Super* ducē, &c. הנשיא וגו׳ Hîc deeſt præpoſitio על quam habet Chaldæ⁹ paraph. Alii vertūt, De principe *qui nūc habitat* in Ieruſalē *intelligitur* prophetia iſta. Et *ſuper*, &c. וכל־בית ישראל & vniuerſam familiā Iſrael. Intelligit eos qui è decē illis tribubus cōmiſti erant inter Iudæos & Beniaminitas. 11 *Et* in captiui. בשבי Iſtud addidit, quòd qui aliò migrant, nō ſemper abeunt in captiuitatem. 12 *Veſtimenta ſua*,] Iſtud ſubaudit doctus inter Hebræos, & exponit, Portabit veſtimēta ſua velut is qui fugiens veſtimentū ſuū in humerū reiicit vt leuius, ac citius ambulet. 13 Et expan. &c. ופרשתי וגו׳ .i. mittam qui eum inſequantur & comprehendant. Ipſam ta. ואותה Ad verbū, & ipſam. Variè vertitur ו vt locus poſtulat. 14 *Ad* auxilium eius, עזרה in præſidium eius, omnéſque alas eius. ſub. militares. id eſt copias & exercitū patrium. Videtur alludere ad Reges ſocios eius qui polliciti erant auxilia aduerſus Chaldæos. q.d. omnes milites eius tā externos, quàm indigenas diſpergā. Poteſt & hoc ordine legi, Omne auxilium eius, copiæ eius. i. omnes copiæ auxiliares eius quæ ſunt circum illū, &c. Et gladium, &c. וחרב וגו׳ .i. mittam poſt eos qui exerto gladio interimant ipſos.

tes, & ſparſero eos in terra.

16 ʹEt relinquam ex eisʹviros paucos à gladio, à fame,& à peſte:ʹvt enarrent omnes abominationes ſuas in Gentibus ad quas deuenerint:& ſcient quòd ego Iehouáh.

Alia parabola qua anguſtia famis & ſitis ſignificatur.

17 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

18 Fili hominis,panem tuum cum tremore comede, & aquas tuas ″cum commotione & tremore bibe.

19 Et dic ad populum terræ, Sic dixit Dominus Iehouáh ſuper habitatores Ieruשſaláim ſuper terram Iשſraאél,Panem ſuumʹcum timore comedent, & aquas ſuas″in deſolatione bibent : ʹvt deſoletur terra eius″à plenitudine ſua, ″propter iniquitatem omnium habitantium in ea.

Prædictorũ malorum acceleratio prædicitur.

20 Et vrbes habitatæ deſolabuntur, & terra deſerta erit: & ſcietis quòd ſum Iehouáh.

21 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

22 Fili hominis,quod eſtʹprouerbium iſtud vobis in terra Iשſraאél, dicendo,ʹProlongabuntur dies,& peribit omnis viſio?

23 Ideo dic ad eos,Sic dixit Dominꝰ Iehouáh,ʹFaciã ceſſare prouerbium iſtud,necʹdicent prouerbium iſtud vltrà in Iשſraאél, ſed loquere ad eos,Appropinquauerũt dies illi,″& verbũ omnis viſionis.

24 Non enim erit vltrà vlla viſio vana,nec erit diuinatio ʹblandiẽtis *prophetæ* in medio domus Iשſraאél:

25 Quia ego Iehouáh loquar: quod loquar verbum, fiet, non protrahetur vltrà,ſed in diebus veſtris, domus rebellis,loquar verbũ, & faciam illud,dixit Dominus Iehouáh.

26 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

27 Fili hominis,ecce domus Iשſraאél dicũt, Viſio quam hicʹvidet, *eſt* ad dies multos,″& in tempora longa iſte prophetat.

28 Propterea dic ad eos,Sic dixit Dominus Iehouáh,Non protrahetur vltrà ″omne verbum meum : quod loquar verbum, fiet, dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XIII.

Sermo Domini cõtra pſeudoprophetas,populum docentes cõſilia cordis ſui.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis, vaticinare contra prophetas Iשſraאél,ʹqui vaticinantur, & dic ″prophetantibus de corde ſuo, Audite verbum Iehouæ,

3 Sic dixit Dominus Iehouáh,Væ prophetis inſipiẽtibus qui ambulantʹpoſt ſpiritum ſuum,″& nihil viderunt.

4 ″Tanquam vulpes in deſertis,prophetæ tui Iשſraאél fuerunt.

diſſeminauero eos in terris.

16 Et relinquam ex eis viros paucos à gladio,& fame,& peſtilentia: vt enarrent omnia ſcelera eorum in Gentibꝰ ad quas ingredientur: & ſcient quia ego Dominus.

E

17 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

18 Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede:ſed & aquam tuã in feſtinatione & mœrore bibe.

19 Et dices ad populum terræ,Hæc dicit Dominus Deꝰ ad eos qui habitãt in Ieruſalem,in terra Iſrael,Panẽ ſuũ in ſolicitudine comedent,& aquã ſuã in deſolatione bibẽt:vt deſoletur terra à multitudine ſua,propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.

F

20 Et ciuitates quæ nunc habitãtur, deſolatæ erũt,terrâque deſerta:& ſcietis quia ego Dominus.

21 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

22 Fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud vobis in terra Iſrael, dicentium, In longum differentur dies,& peribit omnis viſio?

23 Ideo dic ad eos, Hæc dicit Dominꝰ Deus,Quieſcere faciam prouerbium iſtud, neque vulgò dicetur vltrà in Iſrael,&loquere ad eos quòd appropinquauerit dies, & ſermo õnis viſionis.

24 Nõ enim erit vltrà omnis viſio caſſa , neque diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael:

G

25 Quia ego Dominus loquar : quodcunque loquutus fuero verbum , fiet,&non prolongabitur amplius: ſed in diebus veſtris,domus exaſperans, loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.

26 Et factꝰ eſt ſermo Dñi ad me,dicẽs,

27 Fili hominis, ecce domus Iſrael dicẽtium,Viſio quam hic videt, in dies multos,& ĩ tẽpora lõga iſte ꝓphetat.

28 Propterea dic ad eos,Hæc dicit Dominus Deus , Non prolongabitur vltrà omnis ſermo meus:verbum quod loquutus fuero,cõplebitur,dicit Dominus Deus.

Cap. XIII.

1 ET factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

Infrà 14.c.9

2 Fili hominis, vaticinare ad prophetas Iſrael , qui prophetantꝰ, & dices prophetantibus de corde ſuo,Audite verbum Domini,

3 Hæc dicit Dominus Deus,Væ prophetis inſipientibus qui ſequũtur ſpiritum ſuum,& nihil vident.

4 Quaſi vulpes in deſertis,prophetæ tui Iſrael erant.

16 Et relinquam והותרתי Et reliquos faciam. Viros paucos אנשי מספר Ad verbum,viros numeri. Significat paucos:quòd quæ pauca ſunt,numero facilè cõprehendi poſſint. Vt enarrent,&c. למען יספרו וגו׳ propter quas ſcilicet eiecero eos:hoc eſt,vt commendetur iuſtitia mea in Gentibus. 18 Cum cõmot.& trem. ברגזה ובדאגה cum fremitu & formidine.q.d.exprime,& facto doce futuram Iſraelis trepidationem propter demigrationem Ieroſolymitanorum. 19 Cum timore בדאגה cum pauore.Alii,cum ſolicitudine. In deſolatione בשממון ſub.animi.i.ſtupore. admiratione. Vt deſoletur למען תשם .i. vt intelligant fore breui vt deſoletur regio ipſius Ieruſalem,hoc eſt in aqua ipſa Ieruſalẽ ſita eſt. Quidã,eo quòd deſoletur,&c. A plenitudine ſua, ממלואה .i.iis quibus plena eſt. q.d.priuabitur incolarũ & opũ multitudine. Propter iniq. מחמס ob iniuſtitiam.iniuriam. Alii,rapinam. 22 Prouerbium המשל Significat ſententiam tritam,& verbum quod eſt in ore omnium.q.d.quid ſibi vult quod ſemper habetis in ore,dicẽtes,&c. Prolongabuntur יארכו producentur.i.longi ac prolixi erunt,antequã ſcilicet eueniant quæ iſti prædicunt nobis.q.d.non euenient ante multos annos, & interim peribit,ſiue caſſa & irrita erit omnis viſio,lapſu ac diuturnitate temporis. 23 Faciã ceſſ. השבתי Præt.Heb.pro fut.Quieſcere faciam. Dicent prouerb. ימשלו Ad verbum,parabolizabunt.prouerbiabunt.i.non vltrà his verbis tanquam prouerbio vtentur. Et verbum ודבר & res.i.euentus eorũ quæ per Prophetas prædicuntur. 24 Blandientis, חלק aſſentatoris.poteſt legi,diuinatio blanda,aut aſſentatrix,vt prophetia mendax. 27 Videt, חוזה .i.quam iſte narrat ſe vidiſſe. Et in temp.longa, ולעתים רחוקות & de tempore longo.i.quod procul diſtat à tempore inſtante. 28 Omne verbum m. כל־דברי *euentus* omnium verborum meorum.

IN CAPVT XIII.

2 Qui vaticinantur הנבאים qui prophetant,ſub.grata populo. Prophetantibus de corde ſuo, לנביאי מלבם Ad verbum,prophetis de corde ſuo.pro cordis ſui.i.ex libidine ſua prophetantibus,& non ex ſententia Domini:hoc eſt qui obtrudũt ſua ſomnia pro veris propheriis. 3 Poſt ſpiritum ſuum, אחר רוחם Id eſt qui ſectantur ſuas cogitationes,& phantaſias ſuas. Doctus inter Hebræos exponit, poſt propriam voluntatem. Et nihil vider. ולבלתי ראו : Quidam repetunt præpoſitionem,vertentes,& non *poſt illa quæ* viderunt.id eſt quum nihil oſtenderit eis Deus quod per eos populo ſuo annuntiari velit. 4 Tanquam vulpes in deſ. כשועלים בחרבות ſub.delteſcentes in ruinis maceriarum quibus ſepiuntur vineæ,vt illinc facilius erumpant in vineas,& perdant eas.

5 Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque expetiuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.

6 Vident vana, & diuinãt mẽdacium, dicentes, Ait Dominus: quum Dominus nõ miſerit eos: & perſeuerauerũt confirmare ſermonem.

7 Nunquid nõ viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationẽ mendacem loquuti eſtis? & dicitis, Ait Dominus, quum ego non ſim loquutus.

8 Propterea hæc dicit Domin⁹ De⁹, Quia loquuti eſtis vana, & vidiſtis mẽdaciũ, ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus.

9 Et erit manus mea ſuper prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium, B in concilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael nõ ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus Deus:

10 Eo quòd deceperint populum meũ, dicẽtes, Pax, & non eſt pax: & ipſe ædificabat parietem, illi autẽ liniebant eum luto abſque paleis.

11 Dic ad eos qui liniunt abſque temperatura, quòd caſurus ſit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes déſuper irruentes, & vẽtum procellæ diſſipantem.

12 Siquidẽ ecce cecidit paries: nũquid nõ dicetur vobis, Vbi eſt litura quam liniſtis?

13 Propterea hęc dicit Dominus De⁹, Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatũ in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in conſumptionẽ.

14 Et deſtruam parietem quẽ liniſtis abſque temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentũ eius: & cadet, & conſumetur in medio eius, & ſcietis quia ego ſum Dominus.

15 C Et complebo indignationem meã in pariete, & in his qui liniunt eum abſque temperamento: dicámque vobis, Non eſt paries, & non ſunt qui liniunt eum.

5 ʹNon aſcendiſtis ad fracturas, neque ſepiuiſtis ſepem ʹſuper domum Iψſraℵél, vt ſtaretis in prælio in die *furoris* Iehouæ.

6 Viderunt ʹvanum, & diuinationem ʹmendacem: dicunt, Dixit Iehouáh, & Iehouáh non miſit eos, ʹ& *populum* ſperare fecerunt, vt cõfirment *ſuæ prophetiæ* verbum.

7 Annon viſionem ʹcaſſam vidiſtis, & diuinationem mẽdacem dixiſtis? & *tamen* dicitis, Dixit Iehouáh, quum ego non ſim loquutus.

8 Propterea ſic dixit Dñs Iehouáh, Quia loquuti eſtis vanũ, & vidiſtis mẽdaciũ, ideo *inquam* ecce ego ʹ*uenio* ad vos, dixit Dñs Iehouáh.

9 Et erit ʹmanus mea contra prophetas qui vident vanum, & diuinant mendacium: ʹin cœtu populi mei non erũt, ʹ& in ſcriptura domus Iψſraℵél non ſcribẽtur, ʺ& terram Iψſraℵél non ingrediẽtur: & ſcietis quòd ego Dominus Iehouáh:

10 ʹPropterea propterea quòd ʺerrare fecerunt populum meum, dicẽdo, Pax, & non fuit páx: ʺ& ipſe ædificabat parietem, & ecce ipſi ʺcomplanabant eum luto infirmo.

11 Dic ʺad cõplanatores luto infirmo, ʹCaſurus eſt *paries*, ʺerit imber inundans, ʺ& dabo lapides grandinis qui corruere facient *parietem*, & ventus ʺturbinum ſcindet *illum*.

12 ʺEt ecce cecidit paries: annon dicetur vobis, Vbi eſt ʺcomplanatio qua complanaſtis?

13 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, ʹEt erumpere faciam ſpiritum turbinum in ira mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandinis in ira *mea* ʹad conſumendum.

14 Et diruam parietem illum, quem complanaſtis luto infirmo, ʺ& pertingere faciam eum ad terram: ʹdiſcooperietúrque fundamentum eius, & corruet: ʺ& conſumemini in medio eius, ſcietíſque quòd ego Iehouáh.

15 ʺEt complebo furorem meum in parietem, ʺ& in complanantibus eum luto infirmo, dicámque vobis, Non exiſtit paries, ʺneque extant complanantes eum.

5 Non aſcendiſtis ad fracturas, לא עליתם בפרצות Non aſcendiſtis ad rupturas. Alii, per interruptiones. ſub. muri perfoſſi ac rupti. vel, maceriarum. nam videtur Propheta confundere duas metaphoras: alteram ab expugnatione vrbium, & alteram à munitione vinearum. Hic verſiculus propriè pertinet ad principes populi Iſraelitici, quorum erat arcere pſeudoprophetas, ne ſuis vanis ac falſis prophetiis imponerent populo Dei. q.d. vt ſtrenuè occurreretis, & voſipſos opponeretis murum, aut vice muri, hoſti aduentanti & inuadenti, & acerrimè pugnaretis contra hoſtes Eccleſiæ, tempore quo Dominus iratus voluit perdere populum ſuum. Super domum על־בית circum domũ.

6 Vanum, שוא vanitatem. id eſt, prophetiam vanam & falſam. Mendacem, כזב ſub. diuinarunt. vel, dixerunt. Et *populum* ſperare fecerunt, ויחלו & *populo* ſpem dederunt. vel, iniecerunt. ſub. quòd futura ſit eorum prophetia. 7 Caſſam שוא vanam.

8 *Venio*] venturus ſum. cum ira mea, ſubauditum eſt. nam eſt apoſiopeſis Hebraicé. Chaldæus paraph. miſſurus ſum iram meam aduerſum vos. id eſt, iratus venturus ſum contra vos vt vos perdam. 9 Manus mea ידי manus pro percuſſione, ſiue plaga, vltione & vindicta. In cœtu populi mei בסוד עמי in concilio populi mei. i. non cenſebuntur inter populum meum. Et in ſcriptura ובכתב & in catalogo. id eſt, in libro vitæ in quo deſcripti ſunt omnes veri Iſraelitæ. Et terram Iψſraℵél non ingred. ואל־אדמת ישראל לא יבואו & ad terram Iſrael non reuertentur. id eſt reduces non reuertentur cum aliis in patriam exilio peracto. vel, non intrabũt in requiem Sanctorum. 10 Propterea propterea, &c. יען וביען הטעו Ideo, ideo inquam quòd ſeduxerunt, &c. Geminatio ad exaggerationem rei. Et ipſe והוא Relatiuum ſine antecedente, ſub. princeps pſeudoprophetarum. id eſt, qui inter pſeudoprophetas principem locum tenebat, videbatur ſimilis ei qui extruit parietem. nam quum diceret, Pax: volebat ædificare Ieruſalem ædificium firmum. Complanabant eum luto infirmo. טחים אותו תפל׃ incruſtabãt [liniebant] eum incruſtatione friabili, vel ſoluta. i. luto ſimplici ac nudo, cui ſcilicet non eſſet admiſta palea, ſtramen, aut aliquid ſimile, ad ſolidandam incruſtationem. Alii, luto mero, vel ſolubili, & non tenaci. Ad verbum legitur, liniebant inſulſo. De pſeudoprophetis inferioribus intelligit, qui approbabant verba illius qui inter ipſos principem locum tenebat. 11 Ad complanatores luto infirmo, אל־טחי תפל ad incruſtatores luto friabili. Alii, ad eos qui inutili cruſta obliniunt.

Caſurus eſt ויפול Ad verbum, Et corruet. Doctiores inter Hebræos volunt ו hoc loco accipi pro אז Tunc. Alii exponunt per אחר Poſtea. Alii dicunt tantùm eſſe coniunctionem. Erit היה Præt. Heb. pro fut. Et dabo, &c. ואתנה אבני וגו׳ & dabo lapides grandinis, & ruere facite. ſub. ó vos lapides. nam illos alloquitur, vt ſcribit doctus inter Hebræos. Et ואתנה eſt ſicut ואתן. Lapides prægrandes, ideo vocat lapides grandinis duabus dictionibus, quòd eſſent ſimiles lapidi pretioſo qui dicitur גביש. Alii, volũt ואתנה idem eſſe quod ואתן à maſculino אתם vos, vt referat אבנים quod eſt fœmineum, & vertunt, Et vos lapides grandinis cadetis. ſub. ſuper parietem. Turbinum ſcindet. סערות תבקע׃ turbulentus franget. vel, procelloſus perrumpet. i. deiiciet. deturbabit. 12 Et ecce cecidit paries: והנה נפל הקיר Hebraiſmus, Quum autem ceciderit paries ille, meritò dicetur vobis, &c. Complanatio qua complanaſtis? הטיח אשר טחתם׃ incruſtatio illa qua incruſtaſtis? Alii, vbi eſt litura quam obduxiſtis? Sic vocat approbationem illam de qua paulo antè verſu 10.

13 Et erumpere faciam ובקעתי Id eſt, efficiam vt perrumpat [ſiue erumpat] ventus procelloſus. vt verſu 11. Ad conſumendũ. לכלה׃ ad conſumptionem. id eſt vt deleant & perdant illum parietem. 14 Et pertingere faciam eum והגעתיהו & tangere faciam eum terram. Ita ad verbũ. Latinè, vt affligam eum ad terram. vel deiiciam eum in terram, aut æquabo eum ſolo. Diſcooperietúrque ונגלה reuelabitúrque. nudabitúrque. q.d. imò funditus euertam illum. Et conſumemini וכליתם & conficiemini.

15 Et complebo וכליתי Hebraiſmus, effundam omnem iram meam in parietem. Et in complanantibus eum ובטחים אותו & in iis qui eum incruſtant tectorio inutili. vel cemento inſulſo. Vide paulo ſuprà verſu 10. Neque extant compl. eum ואין הטחים אותו׃ neque *iam* extant qui incruſtabant eum, id eſt iam deſierunt eſſe.

″*Nempe* prophetæ Iꞷſraɴél qui prophetant Ieruꞷſaláim,& vident 16
ei viſionem pacis,″& non eſt pax,dixit Dominus Iehouáh.

Sermo Domini cõtra prophetiſſas mendaces.

Et tu fili hominis,″pone faciem tuam ad filias populi tui,quæ 17
prophetant″de corde ſuo,& vaticinare contra eas:

Et dic,Sic dixit Dominus Iehouáh, Væ iis quæ conſuunt″pului 18
naria omnibus″axillis manuum,& faciunt vela ſuper caput cuiuſ-
cunque″ſtaturæ″ad venãdum animas. Nunquid animas″venabimi
ni populi mei,& animas″*quæ ſunt* vobis″viuificabitis,

Et cõtaminabitis me in populo meo″pro pugillis hordei,& fra- 19
gmentis panis ,vt interficiatis animas,″quæ non morientur,& vi-
uificetis animas quæ non viuent,mentientes populo meo audien
ti mendacium?

Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh,″Ecce ego ad pugillos ve 20
ſtros quibus ibi venamini animas,″vt auolent *è corpore*,″& dirum-
pam eos è brachiis veſtris:″& dimittã *liberas* animas″quas venami-
ni,animas vt auolent.

Et dirũpam vela veſtra , & liberabo populum meum de manu 21
veſtra,& non erunt vltrà in manu veſtra in venationem: & ſcietis
quòd ego Iehouáh.

Propterea quòd″dolore affeciſtis cor iuſti″mẽdaciter,″& ego nõ 22
affeci illud dolore:″& *propterea quòd* roboraſtis manus impii, vt nõ a-
uertatur à via ſua mala,″viuificando eum:

Propterea *inquam*″vanum non videbitis,& diuinationem non di- 23
uinabitis vltrà,eruámque populum meum de manu veſtra:& ſcie
tis quòd ego Iehouáh.

Cap. XIIII.

Propter peccata Dominus populo verbum ſuum denegat.

ET venerunt ad me″viri de Senioribus Iꞷſraɴél, & ſederunt co- 1
ram me.

Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo, 2

Fili hominis, viri iſti″aſcẽdere fecerunt idola ſua ſuper cor ſuũ, 3

16 Prophetæ Iſrael qui prophetãt ad Ieruſalem , & vident ei viſionem pacis: & non eſt pax,ait Dominus De⁹.

17 Et tu fili hominis,pone faciem tuã contra filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo: & vaticinare ſuper eas:

18 Et dic , Hæc dicit Dominus Deus, Væ quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus , & faciũt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas: & quum caperẽt animas populi mei , viuificabant animas eorum.

19 Et violabant me ad populum meũ, propter pugillum hordei & fragmen panis,vt interficerent animas quę nõ moriuntur,& viuificarẽt animas quę non viuunt: mentientes populo meo credenti mendaciis.

20 Propter hoc , hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad puluillos veſtros quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachiis veſtris & emittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. D

21 Et dirumpam ceruicalia veſtra , & liberabo populum meũ de manu veſtra,neque erunt vltrà in manibus veſtris ad prædandum : & ſcietis quia ego Dominus.

22 Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quem ego non contriſtaui: & confortaſtis manus impii, vt non reuerteretur à via ſua mala, & viueret:

23 Propterea vana non videbitis , & diuinationes nõ diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu veſtra: & ſcietis quia ego Dominus.

Cap. XIIII.

1 ET venerunt ad me viri Seniorum Iſrael, & ſederunt coram me.

2 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

3 Fili hominis,viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis , &

16 *Nempe* proph.&c. נביאי ישראל וגו׳ Seipſum explicat quid per incruſtatores intelligat: nempe prophetas prophetãtes falſa. Alii vertunt,Prophetæ Iſrael prophetabant ipſi Ieruſalem[vel,ſuper Ieruſalem] & videbant in gratiam eius viſionem pacis.i.prædicebant illi omnia fœlicia ac proſpera. Et non eſt pax, ואין שלום quum non ſit pax. 17 Pone faciem t. שים פניך Hebraiſmus, Verte te,ſiue conuerte te, omiſſis viris prophetis,ad filias, &c. Filias populi ſui vocat mulieres quæ erant de populo ſuo. Non ſolùm autem erant viri in populo Dei qui falſa doctrina ſeducebant,ſed & fœminæ, quas hîc taxare videtur. niſi fortè vt maior ſit contemptus, per mulieres intelligat viros nihili & molles,qui lingua tantùm valerent. De corde ſuo, מלבהן Hebraiſmus,quæ ipſæ ſomniarunt,non quæ reuelauerim eis.Prius dixit in eodem ſenſu,de prophetis,verſu 3, Væ prophetis inſipientibus qui ambulant poſt ſpiritum ſuum,& nihil viderunt.

18 Puluinaria כסתות puluinos.puluillos. Axillis manuum, אצילי ידי cubitis manuum.i.brachiorum:hoc eſt quæ aſſuere ſolent puluillos brachiis eorum qui conſulunt ipſas,& velare peplis capita hominum cuiuſcunque ætatis. Staturæ קומה id eſt ætatis.mutatur enim ſtatura pro ætate cuiuſque. Doctus inter Hebræos dicit ideo hîc poſitum eſſe STATVRAE, quòd illæ iuberent eos ſtare qui ipſas interrogabant. Deſcribit ſuperſtitionem qua vtebantur mulieres illæ fatidicæ in prædicendis futuris. conſuebant namque puluillos , & ſciſcitantium virorum axillis inducebant,& pepla imponebant capitibus eorum,quaſi per hæc indumenta apti fierent ad ſuſcipiendum ſacrum oraculum. Quin & ipſæ interim quæ commentæ erant,inſipientium ingerebant auribus,quòd nempe hæc vel illa eis futura eſſent. Ad venandum an. לצודד נפשות .i.vt perdant. iuſtorum enim animas interficiebant tanquam eſſent captæ in retibus illarum. Venabimini, תצודדנה .i.perdetis.q.d.nunquid permittam vt perdatis,hoc eſt imponatis populo meo,prædicendo illis omnia aduerſa ac infœlicia? *Quæ ſunt* vobis לכנה Scribitur לכנה pro שהן לכן quæ ſunt vobis,quæ ad vos pertinent,hoc eſt veſtras. Quidã,quæ veſtræ ſunt.i.credunt vobis. Alii,quæ ad vos.ſub.veniunt. Viuificabitis: תחיינה Promittendo ſcilicet illis omnia fœlicia.q.d.res aliter continget, quàm ſperetis:nam proſpera impiis non euenient,vt denuntiatis,ſed vobis & veſtris auditoribus infœlicia omnia. Vide paulo pòſt,verſu 22.

19 Pro pugillis hor. בשעלי שעורים .i.pro minima mercede. Quæ non moriẽ. אשר לא תמותנה Sub.propter prædictionem veſtrã. vel,quæ ſunt immortales. 20 Ecce ego,&c. הנני אל כסתותיכנה Apoſiopœſis:ſubaudi,miſſurus ſum iram meam. q.d.breui perdam omnia inſtrumenta quibus eluditis populum meum. Vt auolent לפורחות Chaldæus paraph. vt pereant. Et dirumpam וקרעתי & auellam. Alii,& conſcindam, vel lacerabo. Et dimittam ושלחתי & amandabo.id eſt eripiam. Quas venamini, &c. אשר אתם וגו׳ Ordo inuerſus,animas *inquam* quas venamini vt auolent. Alii vertunt,animas *inquam* vt ſint auolantes. ſub. è manibus veſtris.q.d. liberabo eas è manibus veſtris. 22 Dolore affeciſtis הכאות mœrore affeciſtis. Mendaciter, שקר mendacio.id eſt prophetia vana, prædicendo ſcilicet illis aduerſa & infœlicia nomine meo,idque falſó. Et ego,&c. ואני לא הכאבתיו Hebraiſmus,cuius doloris ego nõ fui cauſa. Et *propterea*,&c. ולחזק & *propterea quòd* confirmaſtis.confortaſtis. Alii volunt hoc loco vacare ET,vertentes,ad confirmandas manus impii. Sunt qui alteram partem ſubintelligunt,hoc modo,vt errare faceretis iuſtum,& confirmaretis manus impii. Viuificando eum: להחיותו Id eſt, dicentes quòd viueret,vt exponit doctus inter Hebræos.q.d.promittendo illi omnimodam fœlicitatem.

23 Vanum non vid. שוא לא תחזינה Id eſt prophetiam falſam non prædicetis.

IN CAPVT XIIII.

1 Viri אנשים Pro Quidam poſitum eſt,more Hebræorum. 3 Aſcendere fec.idola,&c. העלו גלוליהם וגו׳ Hebraiſmus,in animum induxerunt cultum idolorum,ſiue ex animo colunt idola,& iniquitatem ſuam in quam impingunt,propoſuerunt ſibi.q.d.viri qui ſedent coram te,ſunt idololatræ ex animo,magnam tamen præ ſe ferentes religionem: nam idololatriam habent non tantùm in corde,ſed etiã in oculis:hoc eſt,cultu etiam externo colunt idola:hoc enim pertinet ad cultum externum,prius verò ad cultum internum. Eſt autem idolum quod colitur,offendiculum in quod idololatræ peccando impingunt.idola vocat immunditias.nam id ſignificat גילולים,& ita quidam vertunt, Agnoſcit autem impoſtores reuelante Spiritu.

ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam: nunquid interrogatus reſpondebo eis?

4 Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hęc dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Iſrael q̃ poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit cõtra faciem ſuam, & venerit ad Prophetã interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum.

5 Vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerũt à me in cunctis idolis ſuis.

6 Propterea dic ad domũ Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini, & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis contaminationib⁹ veſtris auertite facies veſtras:

7 Quia homo homo de domo Iſrael & de proſelytis quicũque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcãdalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit cõtra faciem ſuam, & venerit ad Prophetã vt interroget per eum me: ego Dominus reſpondebo ei per me.

8 Et ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & diſperdam eum de medio populi mei: & ſcietis quia ego Dominus.

Suprà 12.a.3

9 ‖Et Propheta quum errauerit, & loquutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendã manum meam ſuper illum, & delebo eum de medio populi mei Iſrael:

10 Et portabunt iniquitatem ſuam: iuxta iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas Prophetæ erit:

D

11 Vt non erret vltrà domus Iſrael à me, neque polluatur in vniuerſis præuaricationibus ſuis: ſed ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

12 Et factus eſt ſermo Domini ad me dicens,

Suprà 4.d.16, & & 5.d.17

13 Fili hominis, terra quum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricãs, extendam manum meam ſuper eam, ‖& conteram virgã panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum.

14 Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipſi iuſtitia

---

& offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerũt ante faciem ſuã: ′num interrogatus ′reſpondebo eis?

Contemptores verbi ſui decipit interdũ Dominus per pſeudoprophetas.

4 Propterea alloquere eos, & dic illis, Sic dixit Domin⁹ Iehouáh, ′Quicunque de domo Iשſraאél ′aſcendere fecerit idola ſua in cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciẽ ſuam, & venerit ′ad Prophetam: ego Iehouáh ′reſpõdebo ipſi venienti ′in multitudine idolorum ſuorum:

5 Vt ′capiam domũ Iשſraאél in corde ſuo, ′quòd ſeparauerint ſe à me in idolis ſuis vniuerſi ipſi.

6 Propterea dic ad domum Iשſraאél, Sic dixit Dominus Iehouáh, Conuertimini, & conuerti facite ′*alios* ab idolis veſtris, & ab vniuerſis abominationibus veſtris ′conuerti facite facies veſtras.

7 ′Si quiſpiam de domo Iשſraאél, & de peregrinis qui peregrinãtur in Iשſraאél, ′ſeparauerit ſe ne eat poſt me, ′& aſcendere fecerit idola ſua in cor ſuum, & offẽdiculum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, venerítque ad Prophetã ′vt inquirat eum propter me: ego Iehouáh ′reſpondebo ei propter me.

8 ′Et dabo faciem meam contra virum ipſum, & ponam eum ′in ſignum & prouerbia, ſuccidámque eum è medio populi mei: & ſcietis quòd ego Iehouáh.

9 Et Propheta quum ſeductus fuerit, & loquutus fuerit ′verbum, ego Iehouáh ſeduxi Prophetam illum: & extendam manum meã ſuper eum, delebóque eum è medio populi mei Iשſraאél:

10 Et ferent iniquitatem ſuam: ′ſicut *eſt* iniquitas quærẽtis, ſic iniquitas Prophetæ erit:

11 Ne errent vltrà domus Iשſraאél, ′non eundo poſt me, nec polluantur vltrà in vllis præuaricationibus ſuis: ſíntque mihi in populum, & ego ſim eis in Deum, dixit Dominus Iehouáh.

12 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

Iuſti non liberabunt impios à malis immiſſis, ſed ipſi iuſti tantùm propter iuſtitiam ſuam liberabantur.

13 Fili hominis, terra ′quum peccauerit mihi præuaricando præuaricationem, ′extendam manum meam ſuper eam, & conteram ei virgam panis, ′& mittam in eam famem, ′& ſuccidere faciam ex ea homines, & iumenta.

14 ′Et *ſi* fuerint tres viri illi in medio ei⁹ Nóanh, Daniאél, & אIiób:

Num interrog. &c. האדרוש וגו' Num rogatus reſpõdebo eis? q.d. non reſpõdebo eis pro voto ſuo, ſed vt reuelem ſecretas cogitationes eorũ. Verbũ enim דרש in cõiugatione niphal ſignificat reſpõdere quod ab alio cõſulitur: nam qui reſpondet, videtur quaſi pati & affici ab interrogãte. Quidã vertũt, Num requiſitus, cõſultationi eorũ adero? Alii, Num interrogãdo interrogabor eis? vel, nũ quærẽdo quærar eis? Geminatio iſta verbi, ad rem corroborandã ſiue cõfirmandã poſita eſt, vt ait doctus inter Hebræos. 4 Quicunque איש איש Ad verbũ, Vir vir. Aſcendere fecerit, &c. יעלה וגו' Vide verſu præcedenti. Ad Prophetã אל־הנביא ſub. verum, interrogaturus eum. Reſpondebo, &c. נעניתי לו וגו' Præt. Heb. pro fut. Alii, exorabilis ero ei. vel exorabilem me faciam ei. Vt ſcilicet reuelem ſecretũ cordis eius, nõ vt dem ei petitiones cordis eius, vt ſequẽti verſu exponit. Varia eſt lectio Hebræis in בה: ſcribitur enim בה cũ ה, & legitur בא cũ א. Vnde quidã verũt, eo quòd venit, &c. In multitudine ido. ſ. ברב גלוליו. i. tametſi fuerit maximus idololatra. 5 Capiã תפוש deprehendã. i. carpã. Hebraiſmus, vt reuelem cogitationes ipſorũ. Quòd ſeparauerint, &c. אשר נזרו מעלי qui ſeparauerunt ſe de ſuper me. i. ne ſequantur me. ſubduxerunt ſeſe à me. à נזר ſeparauit. Alii à זור alienauit, vertunt, nam abalienati ſunt à me. ſiue, alienauerunt ſe vniuerſi per idola ſua. 6 *Alios* Alii ſubaudiunt, oculos veſtros. Alii, vxores veſtras. Conuerti facere, pro ad reſipiſcentiam inuitare poſitum eſt.

Conuerti fa. fac. ve. השיבו פניכם: auertite facies veſtras. i. reipſa deſiſtite colere idola. Hebraiſmus. 7 Si quiſpiam כי־איש איש Ad verbum, Quia vir vir. Latinè, Nam quicunque. Separauerit ſe, &c. וינזר וגו' ſubduxerit ſeſe à me. idem verbum quod paulo antè verſu 5. Et aſcendere fec. &c. ויעל גלוליו וגו' Vide iſta in principio capitis verſu 3. Vt inquirat eum prop. me, לדרש־לו בי vt conſulat eum de me. Quidam, vt conſulat me per eum. Reſpondebo ei prop. me. נענה־לו בי: Vide ſuprà verſu 4, idem verbum.

8 Et dabo ונתתי Dare pro Ponere poſitum, more Hebræo. i. animaduertam in eum. Chaldæus paraph. Et ponam iram meam in eum hominem. In ſignum, & in prou. לאות ולמשלים Hebraiſmus, efficiam vt ſit aliis exemplo, & vice fabulæ. 9 Verbum, דבר ſub. aliquod falſum. 10 Sicut *eſt* iniquitas, &. כעון הדורש וגו' Ad verbum, Sicut iniquitas quærentis, ſicut iniquitas Prophetæ *erit*. Modus loquendi, quem ſic exponunt quidã ex doctioribus Hebræorum, Iniquitas quærentis erit ſicut iniquitas prophetæ, & iniquitas prophetæ erit ſicut iniquitas quærẽtis. i. vt puniẽtur qui fictè conſulunt Prophetã, ita Propheta ipſe punietur: & contrà. Iniquitatem vocat pœnã iniquitatis: & quærentem, conſulentem Prophetam. 11 Non eundo poſt me, מאחרי Ad verbum, de poſt me. i. recedendo à me.

13 Quum peccauerit mihi כי תחטא־לי ſi peccauerit contra me. i. Quum regio aliqua peccauerit in me grauiſſimé. Extendam, &c. ונטיתי וגו' & extendero manum meã ſuper eam, & contriuero ei virgam panis. vel ſuſtentaculum, ſiue fulcimentum. Metaphora ſumpta à ſcipione, quem ſi detrahas homini infirmo, aut ſenio confecto, corruet: ita perit homo, detracto illi cibo. Pendet ſententia, vſque ad 16 verſum, in quo perficitur. Quidam ו &, quod eſt ante EXTENDAM, vacare volunt: quorum ſententiam ſequutus eſt noſter interpres.

Et mittam ושלחתי Hîc ו &, pro Id eſt poſitum. Et ſuccidere faciam והכרתי quum ſuccidero, vel excidero. i. interfecero & extermĩnauero. 14 Et *ſi* fuerint והיו Doctus inter Hebræos annotat ו poſitum eſſe pro אם Si.

″ipſi iuſtitia ſua liberabunt animã ſuam,dixit Dominus Iehouáh.

15 Si beſtiam malam trãſire fecero″per terram, ′& orbauerit eam, & fuerit″deſolata abſque tranſeunte propter beſtiam,

16 Et tres viri illi fuerint in medio eius:viuo ego, dixit Dominus Iehouáh,′*quòd* neque filios,neque filias liberabũt,ipſi ſoli liberabũtur:terra autem′erit deſolatio.

17 ″Vel *ſi* gladium induxero ſuper terram ipſam,& dixero, ′Gladie, tranſi per terrã *illam*, & ſuccidere fecero ex ea homines & iumenta,

18 Et tres viri illi fuerint in medio eius:viuo ego,dixit Dominꝰ Iehouáh,non liberabunt filios & filias,ipſi ſoli liberabuntur.

19 Vel *ſi* peſtilentiam immiſero ſuper terrã ipſam,& effudero iram meã ſuper eam″in ſanguine,′vt ſuccidã ex ea homines & iumenta,

20 Et Noáחh,& Daniאél,& אIiób fuerint in medio eiꝰ viuo ego, dixit Dominus Iehouáh,′ſi filium,ſi filiam liberabunt,″ipſi iuſtitia ſua liberabunt animam ſuam.

Conſolatio eorũ qui in Babylonẽ tráſmigrauerãt.

21 Sic enim dixit Dominus Iehouáh,′Quãto magis *ſi* quatuor″iudicia mea mala, gladium, & famem, & beſtiam malam, & peſtilentiã miſero cõtra Ieruשſaláim,vt ſuccidã ex ea homines & iumẽta?

22 ″Attamẽ remanebit in ea euaſio,′qui abducentur captiui,filii & filiæ:ecce ipſi egreſſuri ſunt ad vos,& videbitis″viam eorum,& opera eorum,& cõſolationem accipietis ſuper malo quod″induxero ſuper Ieruשſaláim,de omnibus *inquam* quæ induxero ſuper eam.

23 ′Et conſolabũtur vos quum videritis viam eorũ, & opera eorũ: ″& ſcietis quòd non ſine cauſa″feci omnia quæ feci in ea,dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XV.

Vt lignum vitis inutile igni traditur,ſic Ieruſalẽ exurẽdã dicit.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis , quid erit lignũ vitis præ omni ligno, palmite *inquam*″qui eſt inter ligna ſyluæ?

3 Num capietur ex eo lignum″ad faciendum opus ? num capient ex eo paxillum,vt dependeat in illo vllum vas?

4 ″Ecce igni datum eſt ′vt conſumatur, ambas ″extremitates eius conſumpſit ignis,& media pars eius exuſta eſt: ″nunquid profuerit ad opus?

ſua liberabunt animas ſuas,ait Dominus exercituum.

Quòd ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram,vt vaſtem eam,&fuerit inuia, eo quòd non ſit pertranſiens propter beſtias, E

Tres viri iſti ſi fuerint in ea:[viuo ego,dicit Dominus Deus,quia nec filios nec filias liberabunt,ſed ipſi ſoli liberabuntur: terra autem deſolabitur.

Vel ſi gladium induxero ſuper terrã illam,& dixero gladio, Trãſi per terram:& interfecero de ea hominem & iumentum,

Et tres viri iſti fuerint in medio eiꝰ: viuo ego,dicit Dominus Deus,nõ liberabũt filios neque filias,ſed ipſi ſoli liberabuntur. F

Si autem & peſtilentiam immiſero ſuper terram illã, & effudero indignationem meã ſuper eam in ſanguine, vt auferã ex ea hominem & iumẽtũ,

Et Noe,& Daniel,& Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus,quia filium & filiam non liberabunt,ſed ipſi ſua iuſtitia liberabũt animas ſuas.

Quoniã hæc dicit Dñs Deus,Quòd & ſi quatuor iudicia mea peſſima,gladium,& famem , ac beſtias malas , & peſtilentiam immiſero in Ieruſalem, vt interficiam de ea hominẽ & pecus: G

Tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium filios & filias:ecce ipſi egredientur ad vos , & videbitis viam eorum & adinuentiones eorum:&cõſolabimini ſuper malo quod induxi in Ieruſalem,in omnibus quæ importaui ſuper eam.

Et cõſolabuntur vos, quũ videritis viã eorũ & adinuẽtiones eorũ: & cognoſcetis quòd nõ fruſtra fecerim omnia quæ feci in ea,ait Dñs Deus.

Cap.XV

ET factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

Fili hominis,quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum , quæ ſunt inter ligna ſyluarum?

Nunquid tolletur de ea lignum , vt fiat opus? aut fabricabitur de ea paxillus , vt dependeat in eo quodcunque vas?

Ecce,igni datum eſt in eſcam,vtrãque partem eius conſumpſit ignis,& medietas eius redacta eſt in fauillam: nunquid vtile erit ad opus?

Ipſi iuſtitia ſua המה בצדקתם ipſi per iuſtitiam ſuam.i.ipſi ſoli propter pietatem ſuam liberabuntur. nam paulo pòſt verſu 17 additum eſt,ſoli liberabuntur. 15 Per terram,בארץ .i.per regionem illam quæ peccauerit in me. Et orbauerit eam ושיכלתה .i.priuauerit eam incolis.Seipſum declarat verbis ſequentibus. Deſolata abſque tranſ.שממה מבלי עובר Ad verbum deſolatio à non trãſeunte.i.ita deſolata vt nemo per eam iter faciat.Ieremias,cap.51.e.43,ſic extulit,Terra in qua non habitabit quiſquam, nec tranſibit per eã filius hominis.Quidam vertunt,ita vt deſolata ſit propterea quòd nemo per eam tranſeat,propter illas beſtias.Singul.Heb.pro plur.

16 *Quòd* neque filios,&c. אם־בנים וגו׳ Ad verbum,ſi filios,& ſi filias liberabuat.q.d.iuro ego,ne paruulis quidem eius regionis cuiuſcũque ætatis fuerint me parciturũ propter eos. Erit deſolatio. תהיה שממה: Hebraiſmus,pro,deſolabitur,ſiue deſtruetur terra illa quæ in me peccauit. 17 Vel *ſi* gladium או חרב Aut gladium.Alii,Quum gladium.Intellige maximum militum armatorum exercitũ.q.d.milites armatos. Gladie,tranſi חרב תעבור ô enſis tranſi.Fut.Heb.pro imperat. 19 In ſanguine, בדם ſub.corrupto.propter ſanguinem corruptum.i.effecero vt ſanguis humanus corrumpatur propter aeris corruptionem. Vt ſuccidam והכרתי vt exterminem.

20 Si filium,&c. אם־בן אם־בת Vide paulo antè,verſu 17. Ipſi iuſtitia ſua המה בצדקתם Vide paulo antè verſu 14.

21 Quantomagis אף כי Hîc אף־כי pro כל שכן,hoc ſenſu, Vnaquæque ex dictis plagis perdidit nationem totã: quanto magis delebunt ipſæ quatuor immiſſæ?Ipſas autem quatuor in vrbem Ieruſalem mittã:& tamen mitius agam cum ea:nã non redigetur ad internecionem, &c.vt verſu ſequenti docet. Iudicia m.שפטי׳ id eſt flagella quibus orbem punio. 22 Attamen rema.והנה נותרה Ad verbum, Et ecce remanens.i.remanebunt ex ea aliquot qui euadent:nempe qui abducentur,&c. Qui abducentur המוצאים Ad verbum,abductorum.q.d.aliter agam cum populo meo,quàm cum alieno.nam etſi immiſero omnia flagella in populum meum,erunt tamen aliqui ſuperſtites,idque ad gloriam nominis mei.nam videbuntur opera eorum mala, vnde cognoſcetur eos ſola Dei miſericordia ſeruatos. Viã eorum, את־דרכם .i.viuendi rationem eorum malam. Induxero הבאתי Ad verbum,venire feci.Præt.Heb.pro fut.

23 Et conſolabuntur vos ונחמו אתכם Et conſolationem afferent vobis. Et ſcietis וידעתם tunc demum cognoſcetis. Feci, &c. עשיתי את כל־אשר־עשיתי Præt.Heb.pro fut.fecero omnia quæ fecero.

IN CAPVT XV.

2 Qui eſt אשר היה Præt.Heb.pro præſ.i.annumeratur,ſiue annumerari debet inter arbores nemorum.Eſſe inter ligna ſyluæ, phraſi Hebraica dicitur,pro annumerari inter ſteriles & infructuoſas arbores, hoc eſt,non ferre fructũ.q.d.qua re præſtantius erit[vel, eſt] lignũ vitis cæteris arboribus,ſi fructum non fert? 3 Ad faciendum opus? לעשות למלאכה .i.ad apparandum illud ad aliquod opus?ſiue, vt ex eo fiat opus?ne paxillus quidem ex eo fieri poteſt in quo ſuſpendatur vel minimum vas,ſiue inſtrumentum aliquod.

4 Ecce igni datum eſt הנה לאש נתן Præt.Heb.pro præſ.vel futuro,Certè igni tradetur. Vt conſumatur, לאכלה vt deuoretur.vt comburatur. Extremitates e. קצותיו ſummitates eius.Per duas extremitates intelligunt afflictiones quas paſſi ſunt Iſraelitæ ab Aramæis,ab Oriente,& à Palæſthinis ab Occidente:per medium verò intelligunt Ieruſalem. Nunquid profu.היצלח.i.Num vtile erit ad opus aliquod faciendum ex eo?

B 5 Etiam quum eſſet integrum,non erat aptum ad opus: quãto magis quũ illud ignis deuorauerit & cõbuſſerit nihil ex eo fiet operis?

6 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum quod dedi igni ad deuorandum: ſic tradidi habitatores Ieruſalẽ.

7 Et ponam faciem meam in eos:de igne egredientur, & ignis conſumet eos: & ſcietis quia ego Dominus,quũ poſuero faciem meam in eos,

8 Et dedero terram inuiam & deſolatam, eo quòd præuaricatores extiterunt,dicit Dominus Deus.

Cap. XVI.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me,dicens,

2 Fili hominis,notas fac Ieruſalẽ abominationes ſuas,

3 Et dices,Hæc dicit Dominus Deus Ieruſalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus,& mater tua Chethæa.

4 Et quando nata es, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus,& aqua nõ es lota in ſalutem,nec ſale ſalita,nec inuoluta pannis.

5 Non pepercit ſuper te oculus vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es.

6 Tranſiens autem per te, vidi te cõculcari in ſãguine tuo,& dixi tibi quũ eſſes in ſanguine tuo,Viue:dixi inquã tibi,In ſanguine tuo viue.

7 Multiplicatam quaſi germen agri dedi te:&multiplicata es,& grãdis effecta, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundum muliebrem:vbera tua intumuerunt,& pilus tuus germinauit:& eras nuda,& confuſione plena.

8 Et tranſiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum,tempus amantium: & expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecũ,ait Dominus Deus,& facta es mihi.

5 Ecce quum fuerit integrum,″non apparabitur ad opus:′quanto minus quum ignis deuorauerit illud,& combuſtum fuerit apparabitur vltrà ad opus?

6 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Quẽadmodum lignum vitis″inter ligna ſyluæ quod tradidi igni″vt conſumatur: ſic″tradidi habitatores Ieruשׁſaláim.

7 ″Ponam enim faciem meam contra eos:′de igne *uno* egreſſi ſunt, & ignis *alius* cõſumet eos:ſcietíſque quòd ſum Iehouáh,′quum poſuero faciem meam contra eos.

8 ″Et dabo terram *in* deſolationem,eo quòd″præuaricati ſunt præuaricationem,dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XVI.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis,notas fac *urbi* Ieruשׁſaláim abominationes ſuas,

3 Et dic, Sic dixit Dominꝰ Iehouáh ſuper Ieruשׁſaláim,″Habitatio tua & cognatio tua *uidentur eſſe* de terra Chenayanæa: pater tuus *eſt* אEmorræus,& mater tua חHitthæa.

4 ″Natiuitas autem tua *talis eſt, acſi* in die qua nata es non fuiſſet præciſus vmbilicus tuus,& aqua non fuiſſes lota″ad lenimẽ,″& ſale nõ fuiſſes ſalita,& inuoluendo non″fuiſſes inuoluta.

5 Non miſertus eſt tui oculus *ullius* vt faceret tibi vnum ex his, vt miſereretur tui:& proiecta es ſuper faciem agri″cũ abiectione animæ tuæ die qua nata fuiſti.

6 Et tranſiui iuxta te,& vidi te′conculcatam in ſanguine tuo:& dixi tibi,″In ſãguine tuo viues:dixi inquã tibi,In ſãguine tuo viues.

7 ″Decẽ millia veluti germen agri dedi te,& multiplicata es,& magnificata es,″& ingreſſa es ornamentum ornamẽtorum,vbera ′intumuerũt,″& pilus tuꝰ germinauit:″tu autẽ *eras* nuda & diſcooperta.

8 Et tranſiui iuxta te, & vidi te,& ecce″tempus tuum *erat* tempus amorum:″expandi autem amictum meum ſuper te,operui″ignominiam tuam,& iuraui tibi,″& ingreſſus ſum pactũ tecum,ait Dominus Iehouáh,& fuiſti mea.

Abominationes Ieruſalem enarraturus,primùm beneficia Dei erga eam commemorat.

5 Non apparabitur לא יעשה Ad verbum, non fiet.i.non apparabitur ad aliquod opus faciendum, ſiue non erit aptum alicui operi faciundo. Quanto minus,&c. אף כי־אש וגו׳ Ad verbum,quanto magis ignis deuorabit illum,& comburet,& fiet vltrà opus? Subauditur negatio præcedens,& non fiet. 6 Inter ligna ſyluæ בעץ היער .i. quod annumerari debet inter arbores infructiferas & ſteriles,vt verſu 2. Explicat parabolam, Quia,inquit,ciues Ieruſalem tantopere abhorrent à reſipiſcentia & operibus bonis. Vt conſumatur, לאכלה vt cõſumat illud.ſub.ignis. Tradidi נתתי .i.ſtatui me traditurum igni afflictionum & tribulationum.

7 Ponam enim fa.&c. ונתתי את וגו׳ Ad verbum, Et ponam faciem meam,&c.i.conuertam faciem meam cõtra eos.q.d.aſpiciam eos toruo vultu,& in eos incũbam vt perdam eos. De igne,&c. מהאש וגו׳ .i.ex vna afflictione tranſibunt in aliam:&quia non reſipuerũt, conficientur calamitatibus. Quum poſuero,&c. בשומי וגו׳ Quod prius dare,ſiue tradere dixerat,nunc Ponere dicit:vt videas נתן Dare,poni pro שום Ponere.Eſt autem ſchema Hebraicum acſi dicat, Quum iratus afflixerim eos. 8 Et dabo ונתתי Et ponã. Præuaricati ſunt præu. מעלו מעל Hebraiſmus,grauiſſimè peccauerunt.

IN CAPVT XVI.

3 Habitatio t.& cognat.t. מכורותיך ומולדותיך Habitatio tua & natales tui.i.tu videris habitaſſe inter homines infideles & impios,vt erant Chananæi,quos Dominus expulit à facie filiorum Iſrael.q.d.opera tua ſimilia ſunt operibus illorum:nempe infidelia & impia.

4 Natiuitas,&c. ומולדותיך וגו׳ Natiuitas autem tua *talis eſt*,Die quo nata es, nõ fuit præciſus vmbilicus tuus,& aqua non fuiſti lota ad lenimentum,& faſciis non fuiſti inuoluta. Ad lenimen, למשעי ad lenimentum.i.ad leniendam ac molliendam cutem tuam,& remollienda oſſa tua.à radice שעע leniuit.& ſic י eſt vice literæ geminandæ ע. Quidam Hebræorum deducunt à שעה liniuit,& vertunt, Ad linimentum. Et ſale והמלח Habet etiam ſal vim purgãdi ac detergendi & arcendi putrefactionẽ. Fuiſſes inuoluta. חתלת: ſub. faſciis,panniſque,vt conſolidentur,dirigantúrque tenera mẽbra. 5 Cũ abiectione ani.tuæ בגועל נפשך cũ abominatione perſonæ tuæ, ſiue corporis tui.i.vt eras adhuc cõtaminata ſanguine partus.Hebraiſmus.q.d.deſtituta fuiſti omni ope & auxilio humano,ac prorſus neglecta. 6 Conculcatam מתבוססת contaminatam.inquinatam. Quũ autem,inquit,illac iter facerem, vidi te adhuc contaminatam ſanguine matris tuæ,quo adhuc fœdata eras in partu ipſo.Induit formam viatoris, ac hominis tranſeuntis per agrum quendam. In ſanguine t.viues, בדמיך חיי Imperat.Heb.pro fut.in ſanguine tuo viue.q.d. etſi nunc prorſus neglecta ſis,ac deſtituta omni ope,& auxilio humano,adhuc tamen viues. 7 Decem millia,&c. רבבה כצמח וגו׳ Hebraiſmus,Mirum in modum,inſtar germinis agri feracis multiplicatam reddidi te. Et ingreſſa es orn. ותבואי בעדי עדיים Hebraiſmus,& ornaſti te ornamento vario,pulcherrimo ac elegantiſſimo, vel aptè diſpoſito. Facta es ſtudioſa mundi muliebris. Intumuerunt, נכונו decentem formam & figuram nacta ſunt. à כון formare,præparare,firmare.Vnde quidam,firma facta ſunt. Alii,prominuerunt. Et pilus t.ger. ושׂערך צמח & pilus tuus creuit.ortus eſt,ſub.valde.Intelligit partes illas quas natura veſtire ſolet pilis. Tu autem ואת tu tamen. 8 Tempus t.*erat*,&c. עתך עת דודים .i.tempus aptum viro ac nuptiis,in quo eras nubilis & matura viro. Expandi au.ami.m. ואפרוש כנפי Ad verbum,& expandi oram meam.i.oram veſtimenti mei,hoc eſt veſtimentum meum.more ſcilicet eorum qui deſpondebant vxorẽ.q.d.deſpondi te. Ignominiam t. ערותך nuditatem tuam.partem illam corporis ſignificat quam natura tegi vult. Dicitur autem per antiphraſin nuditas, quòd minimè nuda eſſe debeat. Et ingreſſus ſ.pa.t. ואבוא בברית אותך Hebraiſmus,inii fœdus tecum.

9 Et laui te aqua,laui inquã″ſanguinem tuum à te,&vnxi te oleo.

10 Veſtiui te præterea′diſcoloribus,& calceaui te′taxo,cinxíque te ″byſſo,& operui te ſerico.

11 ′Ornaui te inſuper ′ornamẽto,′& dedi armillas ′in manibus tuis, torquem″in gutture tuo.

12 Dedi etiam′circulum in naribus tuis,& inaures in aurib⁹ tuis,″& coronam gloriæ in capite tuo.

13 ′Ornata itaque es auro,& argento,& veſtis tua fuit byſſus,& ſericum″& polymitum:ſimilam &mel,& oleum comediſti,& decora facta es″vehementer valde,′& profeciſti in regnum.

14 Egreſſum eſt igitur tibi nomen inter Gẽtes propter pulchritudinem tuam : abſoluta enim erat ob decorẽ meum quem poſueram ſuper te,dixit Dominus Iehouáh.

Arguitur ingratitudinis ob fornicationem ſuam cum idolis.

15 Fidiſti autem pulchritudini tuæ, & fornicata es′propter nomen tuú:″& effudiſti fornicationes tuas ad omnem tranſeuntem: ′erga eum erat *deſiderium tuum.*

16 Et accepiſti de veſtimẽtis tuis,feciſtíque tibi excelſa′diſcoloria, & fornicata es in eis:′non futura ſunt *ſimilia*,neque erit *unquam* populus qui talia faciat.

17 Tuliſti præterea vaſa′gloriæ tuæ de auro meo &de argẽto meo, quæ dederam tibi,& feciſti tibi imagines maſculinas,& fornicata es cum eis.

18 Tuliſti quoque veſtimenta tua diſcoloria, & operuiſti illas: & oleum meum,& ſuffimentum meum′dediſti coram eis.

19 Et panem meum quem dederam tibi, ſimilam &oleum & mel ′*quibus* cibaui te,poſuiſti coram eis,″in odorem quietis,′&*ita* fuit,ait Dominus Iehouáh.

20 Tuliſti inſuper filios tuos & filias tuas ′quos generaſti mihi, & immolaſti illos eis ′ad conſumendum: ′nunquid parum eſt *tibi* de fornicationibus tuis?

21 ′Et immolaſti filios meos,dediſtíque eos ′vt trãſire faceres eos ″*per ignem*″illis.

22 Et cum omnibus abominationibus tuis &fornicationibus tuis non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda , & diſcooperta,*&*″conculcata″in ſanguine tuo.

9 Et laui te aqua, & emũdaui ſanguinem tuum ex te,& vnxi te oleo.

10 Et veſtiui te diſcoloribus,& calceaui te hyacintho:& cinxi te byſſo,& indui te ſubtilibus.

11 Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis,& torquẽ circa collum tuum.

12 Et dedi inaurem ſuper os tuum , & circulos auribus tuis,& coronam decoris in capite tuo.

13 Et ornata es auro& argento,& veſtita es byſſo & polymito , & multis coloribus:ſimilam & mel & oleũ comediſti, & decora facta es vehemẽter nimis,& profeciſti in regnum.

14 Et egreſſum eſt nomen tuum in Gẽtes propter ſpeciem tuam:quia perfecta erat in decore meo quem poſuerã ſuper te,dicit Dominus Deus. B

15 Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti,vt eius fieres.

16 Et ſumens de veſtimẽtis tuis,feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis,ſicut non eſt factũ, neque futurum eſt.

17 Et tuliſti vaſa decoris tui , de auro meo atque argento meo,quæ dedi tibi:& feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.

18 Et ſumpſiſti veſtimẽta tua multicoloria,& operuiſti illas:& oleum meũ &thymiama meum poſuiſti corã eis.

19 Et panem meum quem dedi tibi,ſimilam & oleum &mel quibus enutriui te , poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis , & factum eſt, ait Dominus Deus.

20 Et tuliſti filios tuos & filias tuas quas generaſti mihi, & immolaſti eis ad deuorandũ: nunquid parua eſt fornicatio tua? C

21 Immolaſti filios meos, & dediſti illos conſecrans eis.

22 Et poſt õnes abominationes tuas & fornicationes tuas nõ es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ , quando eras nuda & confuſione plena, cõculcata in ſanguine tuo.

9 Sanguinem tuum à te, דמיך מעליך Ad verbum,ſanguinem tuum deſuper te.i.abluendo detraxi ſanguinem illum quo adhuc fœdata eras ab vtero matris. 10 Diſcoloribus, רקמה veſte acupicta.i.arte phrygionica facta.Gallicè,*de broderie.* Taxo, תחש corio taxeo. תחשׁ Animal quoddam erat ex cuius pelle tegumentum vnum factum fuit ſuper tabernaculum.Exod.26.b.14. Byſſo,&c. בשש ואכסך משי: .i.veſte byſſina,& ornaui te veſte facta ex ſerico. 11 Ornaui te,&c. ואעדך עדי .i. variis,ac diuerſis,pulcherrimiſque ornamentis ornaui te. Et dedi ואתנה Dare,pro Ponere,vt & mox. In manibus t.על־ידיך in brachiis tuis. In gutture tuo. על־גרונך: Guttur pro collo.cinxi ac ornaui collum tuum torque. 12 Circulum in nar.t.נזם על־אפך annulum in naribus tuis: ſolebant enim aurei circuli in os ex fronte pendere,& naribus imminere. Et coronam glo. ועטרת תפארת & diadema decoris.i.eximium ac pulcherrimum. 13 Ornata es ותעדי Ornaſti te itaque. Et polymitũ ורקמה & acupictum.vt ſuprà verſu 10.veſtes tuæ fuerunt ex byſſo,ſerico,& acupicto. Vehementer valde,במאוד מאוד vehementiſſimé. Et profeciſti,&c.׳ותצלחי וגו & proſperè tibi ſucceſſit vſque ad regnum.i.facta es apta & idonea regno ſuſcipiendo.nam ex populo Iſraelitico deſignati ſunt Reges.

15 Propter nomen t. על־שמך propter famam tuam. Et effudiſti ותשפכי Doctus inter Hebræos exponit, Tot fuerunt fornicationes tuæ vt eas effunderes omnibus tranſeuntibus.q.d.effuſè proſtituiſti te ac pudorem tuum omnibus tranſeuntibus. hoc eſt quæcũque idola tibi oblata ſunt,coluiſti. Erga eum erat לו־יהי: ſub.voluntas tua,ſiue deſiderium tuum. Fut.Heb.pro imperfecto.i.ferebaris deſiderio erga quoſcunque. Quidam vertunt,vt eius fieret.ſub.amplexus tuus. 16 Diſcoloria, טלואות .i.quibus præparaſti tibi aras diuerſorum colorum,in quibus coluiſti idola. Non futura,&c. ׳לא באות וגו Ad verbum,non veniunt,& non erit. Doctus inter Hebræos exponit, Non veniunt במות כמוהן excelſa ſicut ipſa.i.ſimilia:acſi dicat,nõ ſunt futura vt veniant:nec erit homo vel populus qui facturus ſit in tanta multitudine aras. 17 Gloriæ tuæ, תפארתך Hebraiſmus,vaſa tua inſigniora & elegantiora,facta ex auro meo.

18 Dediſti coram eis. נתת לפניהם: Hebraiſmus poſuiſti coram eis,pro obtuliſti eis. 19 *Quibus* cibaui te, האכלתיך Ad verbum, ſubaudito אשר,quæ comedere feci te.i.quæ dederam tibi in cibum. In odorem quietis, לריח ניחוח .i.ad excitãdum odorem ſuauiſſimum. Et *ita* fuit, ויהי & ita factum eſt.q.d.ita feciſti tu,non potes negare:nam teſtis ſum oculatus. 20 Quos generaſti mihi, אשר ילדת לי quos genueras mihi.vel pepereras.i.qui ex lege matrimoniali debebant eſſe mei. Ad conſumendum: לאכול ad deuorandum.i.vt in gratiam illorum ignis abſumeret eos. Nunquid parũ,&c. המעט מתזנותיך: nunquid modicum eſt[vel,parua res eſt]quòd *ſic* fornicata ſis?q.d.parúmne tibi videtur quòd ſic dedita fueris idololatriæ, niſi etiam iugulares filios meos,&c. acſi dicat,ſatis id tibi eſſe debebat. 21 Et immolaſti ותשחטי Sed immolaſti.Etiam immolaſti. Quidam iungunt hæc fini præcedentis verſus,Nunquid parua res tibi viſa eſt quòd fornicata ſis,*niſi* etiam filios meos,&c. Vt tranſire faceres בהעביר אותם vt eos tranſire facerent.vt eos traducerent.ſub.ſacerdotes. Illis. להם: .i.in gratiam illorum idolorum. 22 Conculcata מתבוססת fœdata. volutata. inquinata. vel polluta adhuc ſanguine tuo. In ſanguine tuo. בדמך היית: Ad verbum,in ſanguine tuo eras. verbum ſubſtantiuum iſtud poſteriore loco iungitur participio præcedenti.

Et accidit poſt omnem malitiam, tuam,(Væ vę tibi,ait Domin⁹ Deus)

Et ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis.

Ad omne caput viæ ædificaſti ſignũ proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuũ: & diuiſiſti pedes tuos omni trãſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas.

Et fornicata es cum filiis AEgypti, vicinis tuis magnarũ carnium,& multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandum me.

Ecce ego extendam manum meam per te,& auferam ius tuum:& dabo te in animas odiẽtium te filiarum Palæſthinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata.

Et fornicata es in filiis Aſſyriorum, eo quòd necdum fueris expleta: & poſtquam fornicata es, nec ſic es ſatiata.

Et multiplicaſti fornicationem tuã in terra Chanaan cum Chaldæis, & nec ſic ſatiata es.

In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus,quum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & ꝓcacis?

D Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni platéa,nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium:

Sed quaſi mulier adultera quæ ſuper virum ſuum inducit alienos.

Omnibus meretricibus dantur mercedes:tu autem dediſti mercedes cunctis amatorib⁹ tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum.

Factúmque eſt in te contra conſuetudinem mulierũ in fornicationibus tuis,& poſt te nõ erit fornicatio:ĩ eo enĩ quòd dediſti mercedes, & mercedes nõ accepiſti,factũ eſt ĩ te cõtrariũ.

Propterea meretrix, audi verbum Domini.

Hæc dicit Dominus Deus, Quia effuſum eſt æs tuũ, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſup

23 ʹEt fuit,poſt omnem malitiã tuam,(Væ væ tibi,dixit Dominus Iehouáh)

24 AEdificaſti tibiʹexcelſum,& feciſti tibiʹexcelſũ in omni platea.

25 ″Ad omne caput viæ ædificaſti excelſum tuum,″& abominatum reddidiſti decorem tuum,″& aperuiſti pedes tuos omni tranſeũti,″& multiplicaſti fornicationes tuas.

26 ʹEt fornicata es cum filiis AEgypti,vicinis tuis magnorum mẽbrorum,multiplicaſtíque fornicationem tuam ad irritandũ me.

27 Propterea ecce extendi manum meam ſuper te,&diminuiʹſtatutum *cibum* tibi,″&dedi te in animam odio habentium te filiarum Peliשſthím,″quæ erubeſcunt de via tua turpi.

28 Fornicata es præterea cum filiis Aשſſúr,ʹeo quòd non eſſet ſaturitas tibi:fornicata es inquam cum eis,eo quòd nonʹeſſes ſatiata.

29 ʹEt multiplicaſti fornicationem tuam″in terra Chenáyan,ʹ*terræ* Chaשſdím *aſſimilata*,nec etiam in hoc es ſatiata.

30 Quàmʹinfirmũ eſt cor tuũ, dixit Dominus Iehouáh,″quòd feceris omnia iſta, opus mulieris meretricisʹdominium ſui habentis!

31 ″Quòd ædificaueris excelſum tuum in capite omnis viæ,ʹ& excelſum tuum feceris in omni platea: & non fuiſti ſimilis meretriciʹſpernendo mercedem.

32 Mulierʹadultera pro viro ſuo ſuſcipiet alienos.

33 Omnibus meretricibus *ſcortatores*″dantʹmercedem:tu verò dediſti dona tua cunctis amatoribus tuis, & munera dediſti illis vt intrarent ad teʹvndique,propter fornicationes tuas.

34 Et fuit in te contrarium mulierum in fornicationibus tuis,″nec poſt te *erit ſimilis* fornicatio:quum enim dederis mercedem,& merces non ſit data tibi,″fuiſti aliis contraria.

35 Propterea meretrix, audi verbum Iehouæ.

36 Sic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòd″effuſa eſt turpitudo tua, & reuelata eſt turpitudo tua in fornicationibus tuisʹſuper amato-

Minatur ei pœnam.

23 Et fuit, ויהי .i.vltra omnem malitiam tuam prædictam factum eſt vt ædificaris,&c. Hoc modo ſequenti verſui iungitur iſte verſus,interpoſita parẽtheſi per exclamationem,Væ, væ tibi.q.d.ô miſerrima & infœliciſſima,dicit Dominus.Alii non iungunt ſequẽti verſui,vertentes,Et factum eſt, poſt omne malum tuum Væ væ tibi.vel,Vnde poſt omnem malitiam tuam accidit tibi Væ væ.i.maledictio & infœlicitas.Alii ex commentariis doctiſſ. Hebræorum vertunt, Et ita fuit, poſt omne malum tuum. vel, erit. vt ſit præteritum pro præſenti.i.eueniet quod tibi fuit prius:nempe vt ſis adhuc nuda & diſcooperta,poſtquam admiſeris omnia flagitia tua, expleuerìſque deſiderium tuum.Pòſt ſequitur exclamatio,ô miſerrimam ac infœliciſſimam.i.tu es miſerrima & infœliciſſima.

24 Excelſum, גב Singul. Heb.pro plural.excelſa, ſiue aras. Quidam, proſtibulum vertunt,ſequuti L X X interpretes. Excelſum רמה Quidam vertunt,altare ſublime. 25 Ad omne ca.viæ אל־כל־ראש דרך Iuxta omne caput viæ.Alii, In omni capite viæ.i.initio viarum.q.d.in omnibus triuiis,aut quadriuiis extruxiſti tibi,non mihi aram quandam. Et abominatum redd.dec.t.ותתעבי אתיפיך & abominabilem reddidiſti *Gentibus* pulchritudinem tuam.i.dignitatem ac maieſtatem illam regni tui, quod antea habebatur ab omnibus in ſummo honore ac pretio. Et aperuiſti pedes t.ותפשקי את וגו' & diuaricaſti pedes tuos.i.femora tua. Rem alioqui inhoneſtã, honeſta expreſſit oratione.q.d.proſtituiſti te,ac pudorem tuum omnibus tranſeuntibus. hoc eſt,omnia omnium gentium idola,quotquot ſcilicet illæ tibi offerebant, coluiſti.Innuit ingens ſtudium Iſraelitarum circa idololatriam. Et multiplicaſti ותרבי & auxiſti.Hebraiſmus,ſupra modum dedita fuiſti cultui peregrino idolorũ. 26 Et fornicata es,&c.ותזני וגו' Hebraiſmus,coluiſti deos AEgyptiorũ.

27 Statutum *cibum* tibi, חוקך Ad verbum,ſtatutum tuum.Quidam vertunt,annonam tuam. vel,demenſum tuum.i.cibum tibi ſtatutum ac conſtitutum,& tibi neceſſarium.q.d.effeci vt laborares inedia cibi. Et dedi,&c. ואתנך וגו' Hebraiſmus, tradidi te deſiderio ac voluntati vrbiũ Palæſthinorũ quæ te odio habebant.id eſt,effeci vt te vincerent,agerẽtque in te pro voto.Filias vocat villas & oppida. Quæ erubeſcunt,&c. הנכלמות וגו' quas etiam pudebat viæ tuæ ſceleratæ.Ad verbum,viæ tuæ *quæ eſt* ſcelus. Hebræi ſubaudiunt,שהיא דרך זימה quæ eſt via ſceleris. 28 Eo quòd,&c. מבלתי וגו' Ad verbum,ſine ſaturitate tua.vel,propter non ſaturitatem tuã. Eſſes ſatiata. שבעת ſub.cultu idolorum aliarũ gentium. 29 Et multiplicaſti ותרבי Sed multiplicaſti.Vt paulo antè verſu 25. In terra Chen. אל־ארץ כנען præ terra Chanaan. Alii,cum terra Chanaan. vel,ad terrã Chanaan.& ita Chaldæus paraph.dicens, vt coniungeres te ad populum[vel,populo]Chanaan. *Terræ* Chaשſd.*aſſim.* כשדימה Ad verbum,in Chaldæam.ſub.mittendo nuntios qui diſcerent ritus quibus colendi eſſent dii Chaldæorum. Vel pergendo animo vſque in Chaldæam. Alii,vſque in Chaldæã.ſub.extendiſti vel protraxiſti fornicationẽ tuam. 30 Infirmũ eſt אמולה debile.imbecille.Alii,exciſum.i.quàm demens facta es,ſiue in quã dementiã incidiſti. Quòd feceris בעשותך quòd feciſti.quòd faciebas. Dominiũ,&c. שלטת: vt ſcilicet faciat omnia quæ deſiderat.Chald. paraph.quæ dominatur ſibiipſi in animo ſuo.Alii,imperioſæ.vel,omnia pro arbitrio ſuo facientis. Quidã Hebræorũ exponũt,præualentis fornicationibus poſt eã. 31 Quod ædific.בבנותיך Infinit.cũ ' pluralem indicãte more nominũ.q.d.Quòd multa ædificia extruxeris.

Et excelſum t.ורמתך Paulo pòſt verſu 39,plurali numero ponit,diruet excelſa tua. Spernẽdo לקלס deridẽdo.ſubſannãdo.q.d.tu es lõgè diuerſa ab aliis ſcortis, quæ ſpernũt præmia ab amatoribus ſibi oblata vt maiora ambiant: ſuſcipis enim quoduis præmiũ,etiam viliſſima mercede cõtenta. 32 Adultera המנאפת ſub.ita & tu. Significat eam quæ allexit alios in amorem ſui. 33 Dant יתנו Fut.Heb. pro præſ. Mercedem נידה Eſt merces,ſiue præmium quod datur ſcorto. Vndique,&c.'מסביב וגו per circuitum in fornicationibus tuis. 34 Nec poſt,&c.ואחריך nec poſt te *fuit ſic* fornicatũ. Fuiſti,&c.'ותהי וגו Ad verbũ,& fuit *tibi* in contrariũ.Redundat.

36 Effuſa eſt tur.t.חשפך'נחושתך Ad verbũ, effuſum eſt æs tuũ.ſignificat etiã imũ cuiuſque rei. Metaphora ſumpta à vaſis,quorũ imũ[ſiue inferiorẽ partem]munire ſolent ære. Quidã vertunt,effuſum eſt imũ tuũ[.i.expoſita eſt cõſpectui & oculis hominũ]inferior pars vẽtris tui.circũloquitur pudẽda.Chal.para.diſcooperta eſt cõfuſio tua. Super ama.t.על־מאהביך cũ amatorib⁹ tuis.i.illis quos deperibas.

res tuos,'& ſuper omnia idola abominationum tuarũ,'&iuxta ſanguinem filiorum tuorum quos dediſti eis.

37 Ideo ecce ego'congrego omnes amatores tuos'cũ quibus oblectata es te, & õnes quos dilexiſti cũ vniuerſis quos odio habebas: congregabo inquam eos aduerſum te vndique, & reuelabo turpitudinem tuam eis,videbúntque omnem turpitudinem tuam.

38 'Et iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium ſanguinẽ, 'dabóque te ſanguinem iræ & zeli.

39 Dabo te præterea in manũ eorũ,deſtruéntque'excelſum tuũ,'& confringent excelſa tua,itẽ nudare:faciam te veſtimẽtis tuis,& auferent vaſa'gloriæ tuæ, & dimittent te nudam & diſcoopertam.

40 'Et aſcendere facient ſuper te cœtum,'& lapidabunt te lapide,& confodient te gladiis ſuis.

41 Atque cõburent domos tuas igni,'&faciẽt in te iudicia in oculis mulierum plurimarum,& ceſſare faciam te ne ſis meretrix, & etiã mercedem non dabis vltrá.

42 'Ita requieſcere faciam iram meam in te,&recedet zelus meus à te,& conquieſcam,nec iraſcar amplius.

43 Eo quòd non fueris recordata dierum adoleſcẽtiæ tuæ, ſed prouocaſti me in omnibus his:'& etiam ego ecce viam tuam in caput dedi,dixit Dominus Iehouáh,'nec *tamen* feciſti cogitationem ſuper omnibus abominationibus tuis.

44 Ecce'quicunque parabolicè loquitur, de te loquetur parabolicè,dicendo,Sicut mater,*ſic* filia eius.

45 Filia matris tuæ es tu, quæ'abominata eſt virum ſuum & filios ſuos:& ſoror ſororis tuæ es tu, quæ abominatæ ſunt viros ſuos & filios ſuos:mater veſtra,חHitthæa,& pater veſter אEmoræus.

Scelera aliarum gentium iuſtificat comparatione peccatorum Ieruſalem.

46 Soror autem tua maior,שSomerón ipſa eſt,'&filiæ eius,quæ habitat ad ſiniſtram tuam:ſoror autem minor te, quæ habitat à dextris tuis,eſt סSedóm & villæ eius.

47 Et *quidem* in viis earum'non ambulaſti, nec ſecundum abominationes earum feciſti,'veluti paululum pauxillúmq; *foret*, ſed corrupta es præ illis in omnibus viis tuis.

48 Viuo ego,dixit Dominus Iehouáh,ſi fecit סSedóm ſoror tua & filiæ eius,ſicut feciſti tu & filiæ tuæ.

Cauſa abominationum in quas inciderunt Sodomitæ.

49 Ecce iſta fuit iniquitas סSedõ ſororis tuæ,ſuperbia,'ſaturitas pa-

amatores tuos,& ſuper idola abominationum tuarum in ſanguine filiorũ tuorum quos dediſti eis.

37 Ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commiſta es, & omnes quos dilexiſti cũ vniuerſis quos oderas: & cõgregabo eos ſuper te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis,& videbunt omnem turpitudinem tuam.

38 ¦Et iudicabo te iudiciis adulterarũ & effundentium ſanguinem, & dabo te in ſanguinem furoris & zeli. Infrà 23.b.10

39 Et dabo te in manus eorum, & deſtruent lupanar tuum, & demoliẽtur proſtibulum tuum, & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferẽt vaſa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenámque ignominia. B

40 Et adducẽt ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis ſuis,

41 ¦Et comburent domos tuas igni,& facient in te iudicia in oculis mulierũ plurimarum, & deſines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. 4.Reg.25.b.9

42 Et requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quieſcam,nec iraſcar amplius.

43 Eo quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & prouocaſti me in omnibus his:quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi,ait Dominus Deus,& non feci iuxta ſcelera tua in õnibus abominationibus tuis.

44 Ecce,omnis qui dicit vulgò prouerbium,in te aſſumet illud, dicẽs, Sicut mater,ita & filia eius.

45 ¦ Filia matris tuæ es tu,quæ proiecit virum ſuum & filios ſuos: & ſoror ſororum tuarum es tu,quæ proiecerunt viros ſuos & filios ſuos: mater veſtra Chetæa,& pater veſter Amorrhæus.

46 Et ſoror tua maior Samaria,ipſa & filiæ eius quæ habitant ad ſiniſtram tuam:ſoror autem tua minor te,quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius.

47 Sed nec in viis earũ ambulaſti, neque ſecundũ ſcelera earum feciſti pauxillum minus: pene ſceleratiora feciſti illis in omnibus viis tuis. B

48 Viuo ego,dicit Dominus Deus,quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ.

49 Ecce¦hæc fuit iniquitas Sodomæ ſo Gen.19.f.24

Et ſuper omnia idola ועל כל גלולי prope omnia idola.Redundat ו Et. Idola abominationum vocat idola abominanda,à quibus maximè abhorret Dominus. Et iuxta ſang. ובדמי & in ſanguinibus.Alii,& cum ſanguinibus.Sanguis pro morte, quòd qui efflant animam,ſoleant eam emittere vnà cum ſanguine.i.quando effuſus eſt ſanguis liberorum tuorum.Quædam exemplaria legunt per caph: וכדמי & ſecundum ſanguinem. Duobus (inquit) modis reuelata fuit turpitudo tua, ſiue deprehenſa es meretrix: primùm quando colebas idola abominanda:ſecundò,quũ in honorẽ idolorũ immolaſti liberos tuos,& ſanguinem eorum fudiſti. 37 Cõgrego מקבץ Præſ.Heb. pro fut. Cum quibus oblect.es te. אשר ערבת עליהם Ad verbum,quibus delectata es ſuper eos:redundat Super eos.i.quorum conſuetudo & familiaritas antè fuit tibi admodum grata. Turpitudinem tuam ערותך Eadem vox quæ continuò ſequitur. Quidam vertunt, ignominiam. 38 Et iudicabo te iud.&c. ושפטתיך וגו' Hebraiſmus,afficiam te ſuppliciis quibus ſubiacent adulteræ & homicidæ. Dabóque te ſang. &c. ונתתיך דם וגו' Hebraiſmus,curabo te interficiendam:vt ſolent qui perciti ſunt ira,& laborant zelotypia, qui parcere non ſolent deprehenſis. 39 Excelſum tuum, גבך fornicem tuum.Alii,locum proſtitutionis tuæ.Vt ſuprà verſu 31. Et cõfringẽt exce.t. ונתצו רמותיך & diruẽt excelſa tua.i.aras tuas.hîc plurali numero poſuit quod verſu 31,paulo ãtè,in ſingulari dixerat. Gloriæ tuæ, תפארתך Hebraiſmus,elegantia & pretioſa. 40 Et aſcendere fac.&c. והעלו עליך וגו' Et adducent ſuper te congregationẽ.i.ingentem exercitum.Quidam,Poſteaquam adduxerint ſuper,&c. Et lapidabũt te lap. ורגמו אותך באבן Alludit ad lapides quos catapultis proiiciunt in vrbem.Hoc pertinet ad oppugnationem. 41 Et facient in te iud. ועשו בך שפטים Hebraiſmus,afficient te variis ſuppliciis,videntibus multis aliis nationibus.Mulieres pro nationibus & gentibus. 42 Et requieſcere,&c. והניחותי וגו' Hebraiſmus,Extremis ſuppliciis afficiam te,animum meum explendo, & deſinã te proſequi amore illo quo antea te proſequebar ob zelotypiã tui.

43 Et etiam ego,&c. וגם אני וגו' ego quoque ecce viam tuam,&c. Quidam volunt ECCE hoc loco redundare. Hebraiſmus,puniam te pro ratione ſcelerũ tuorũ. Nec *tamẽ* feciſti cogitationẽ ולא עשית את הזימה Hebraiſmus,Nec cogitaſti qua ratione reſipiſceres:vel,nõ iniiſti conſilium vt reſipiſceres. 44 Quicunque,&c. כל המושל וגו' Ad verbum,omnis parabolizans,ſuper te parabolizabit.Latinè, Quicũque adagiis gaudet,ſiue prouerbiis vti ſolet,de te parabolicè loquetur. 45 Abominata eſt געלת reſpuit.ſpreuit.eſt benoni,abominatur.euomit.reiicit. 46 Et filiæ eius, ובנותיה Vrbes & oppida intelligit ſubdita ac ſubiecta ipſi Samariæ tanquã metropoli.Sic in ſequentibus accipiendũ.quod creberrimum eſt in libro Ioſue. 47 Non ambulaſti, הלכת ſub.ſed in multo deterioribus,vt mox declarat. Veluti paul.&c. כמעט קט וגו' ſecundum paruulum,paucum *tempus*,& corrupiſti te.vel feciſti peiora illis.i.nam paruo admodum tempore permanſiſti in officio poſt illam tranſmigrationẽ[ſiue captiuitatem]Samariæ,hoc eſt decem tribuum:ſed ſtatim multo deteriora ac ſceleratiora admiſiſti quàm illa. 49 Saturitas panis, שבעת לחם ſatietas cibi.vel,copia ciborum.Intelligit luxum,ſiue abundantiam omnium bonorum.

roris tuæ, Superbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarũ eius: & manum egeno & pauperi nõ porrigebant.

Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes corã me, & abſtuli eas ſicut vidi.

Et Samaria dimidium peccatorum orũ non peccauit: ſed viciſti eas ſce 1c ribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in õnibus abominationib⁹ tuis quas operata es.

Ergo & tu porta confuſionem tuã, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agẽs ab eis, iuſtificatæ ſunt enim à te: ergo & tu cõfundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas.

Et conuertam reſtituens eas cõuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, & conuerſione Samariæ & filiarũ ei⁹, & conuertã reuerſionem tuam in medio eius,

Vt portes ignominiam tuam, & cõfundaris in omnibus quæ feciſti, conſolans eas.

G Et ſoror tua Sodoma, & filiæ ei⁹ reuertentur ad antiquitatem ſuã: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem veſtram.

Non fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo, in die ſuperbiæ tuę:

Antequam reuelaretur malitia tua, ſicut hoc tẽpore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo, filiarum Palæſthinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

Scelus tuum, & ignominiã tuã portaſti, ait Dominus Deus.

Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, vt irritum faceres pactum:

Et recordabor ego pacti mei tecũ in diebus adoleſcentiæ tuæ: & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum.

Et recordaberis viarum tuarum, & confundêris quum receperis ſorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed non ex pacto tuo.

Et ſuſcitabo ego pactum meum tecum: & ſcies quia ego Dominus.

nis, ″& abundantia otii fuit ei, & filiabus eius: & manũ egeni, & pauperis′non apprehendit.

50 ′Eleuatæ ſunt autẽ, fecerúntque abominationẽ corã me: ′& abſtuli eas ſicut vidi.

51 Porrò שSomerón′ſecũdum dimidium peccatorum tuorum nõ peccauit, ″& multiplicaſti abominationes tuas præ illis, ′& iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas feciſti.

52 ′Etiam tu porta pudorem tuum, quæ ″iudicaſti ſororem tuã: in peccatis tuis quib⁹″abominationes feciſti præ eis, ′iuſtificatæ ſunt præ te: tu inquam etiã erubeſce, & porta ignominiam tuam, quũ iuſtifices ſorores tuas.

53 ′Conuertam igitur captiuitatem earum, *id eſt* captiuitatem סSedóm & filiarum eius, & captiuitatem שSomerón & filiarum eius, ″& captiuitatem captiuitatum tuarum in medio earum,

54 ″Vt portes ignominiam tuam, & erubeſcas de omnibus quæ feciſti, ′dum tu eris conſolationi illis.

55 Et ſorores tuæ, סSedóm & filiæ eius reuertẽtur ′ad antiquitatem ſuã: & Somerón & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: tu quoque & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem veſtram.

56 Non fuit autem סSedóm ″ſoror tua in rumorẽ in ore tuo, in die ſuperbiarum tuarum:

57 Antequam *ſcilicet* reuelaretur malitia tua, ″ſicut tempore opprobrii filiarum Arám & cũctarum filiarum Peliשsthím quæ ſunt in circuitu eius, ′quæ te ſpernunt circunquaque.

58 Scelus tuum, & abominationes tuas′portaſti, dixit Iehouáh.

59 Quia ſic dixit Dominus Iehouáh, ′Faciam tecum ſicut feciſti, ′quæ contempſiſti iuramentum, vt irritum faceres pactum:

60 ″Recordabor tamẽ pacti mei quod pepigi tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ, & confirmabo tibi pactum ſempiternum.

61 ′Et recordaberis viarum tuarum, & erubeſces ′quum ſuſceperis ſorores tuas maiores te cum minoribus te: & dabo eas tibi in filias, ″at non ex pacto tuo.

62 Et cõfirmabo pactum meum tecũ: ſciéſque quòd ego Iehouáh.

Conuerſio Ammonitarum & Moabitarum.

Iuſtitia Dei.

Miſericordia eiuſdem per Chriſtum.

Et abũdantia otii, ושלות השקט altum otium. ſiue ſummum. Alii, quies otii. Vel, otium quietis. Intelligit eos in proſperitate & fœlicitate omniũ rerum ſecuros & otioſos fuiſſe. Non apprehendit. לא החזיקה: non roborauit. Alii, non firmauit. i. non ſubuenit inopiæ pauperum. 50 Eleuatæ ſunt, a. ותגבהינה .i. fuerunt animo elato & ſuperbo. Et abſtuli, &c. ואסיר וגו′ propterea amoui eas [ſub. à conſpectu meo] ſicut vidi. ſub. iuſtum eſſe. i. ita vt apud me ſtatui ac decreui. Alii, quando vidi. ſub. ita oportere fieri. Vel, quando vidi. ſub. abominationem eius. 51 Secundum dimid. pec. t. כחצי חטאתיך iuxta mediam partem peccatorum. i. dimidium ſcelerum tuorũ non admiſit. Et multiplicaſti abo. t. ותרבי את־תועבותיך Hebraiſmus, quin, vel nã tu plures abominationes feciſti quàm illæ. Et iuſtificaſti ותצדקי Hebraiſmus, iuſtiores oſtendiſti. q. d. collatione operum illarum facta cum operibus tuis, viſæ ſunt iuſtiores. Abuſiuè dictum eſt, Iuſtificare hoc loco. 52 Etiam tu porta גם־את שאי Ergo & tu ſuſtine confuſionem tuam. vel, ignominiã tuam. Imperat. Heb. pro fut. i. confundêris. Iudicaſti פללת condemnaſti, Samariam ſcilicet, quum vidiſti decem tribus in captiuitatem abduci. dixiſti enim meritò id eam pati. Verbum פלל ſignificat in alios ſententiam proferre tanquam iuſtè mulctatos. Abominationes fe. התעבת magis abominanda feciſti. Alii, quibus abominabilem [vel, abominandam] reddidiſti te præ illis. i. deterius te geſſiſti illis. Iuſtificatæ ſunt præ te: תצדקנה ממך iuſtificabuntur præ te. i. iuſtiores apparebunt te, ſi ſcilicet conferantur opera earum cum tuis operibus.

53 Conuertam igitur ושבתי Reuerti igitur faciam captiuos earum. i. aſſeram eos in libertatem. intelligit de libertate ſpirituali quam aſſequuturæ erãt gentes illæ per Chriſtum. Et per Sodomã & villas eius, intelligit Idumæos & Moabitas, qui originem duxerant à Lot, qui habitabat in Sodomis. Et captiuitatem, &c. ושבות וגו′ Hebraiſmus, quẽ ſic quidam reddunt, captiuitatẽ qua tu captiua teneris inter eas. Dum tu eris, &c. בנחמך אתן: Ad verbum, in conſolando te eas. quum ſcilicet viderint afflictionem tuam: nam conſolatio miſerorum eſt habeo 54 Vt portes igno. t. למען תשאי וגו′ vt feras confuſionem tuam. Hebraiſmus, vt pudeat te, ac pœniteat ſcelerum tuorum. Dum tu eris, &c. בנחמך אתן: Ad verbum, in conſolando te eas. quum ſcilicet viderint afflictionem tuam: nam conſolatio miſerorum eſt habere pares. 55 Ad antiquitatem ſ. לקדמתן ad priora ſua. i. ad fidem illam Maiorum, quã habebant in Meſſiam, ad priſtinam libertatẽ. Sic in ſequentibus. 56 Soror tua, &c. אחותך וגו′ Ad verbũ, ſoror tua in auditũ in ore tuo. Quidã, ſororis tuæ fama in ore tuo. Alii, ſoror tua in ſermonẽ in ore tuo. Ita per auditũ, ſignificat ſermonẽ, quòd ſermo audiatur. Eſt autẽ Hebraiſmus acſi dicat, tempore quo degebas in ſummo otio ac tranquillitate, ob quæ ſuperbiebas admodũ, non recordabaris, neque vllũ faciebas ſermonẽ Sodomæ ſororis tuæ, quòd olim euerſa fuiſſet propter ſcelera ſua. 57 Sicut tẽpore opprob. כמו עת חרפת Actiuè accipiendũ, id eſt quo te affecerunt Syri. Quæ te ſpernũt השאטות אותי quæ te prædãtur. diripiũt. 58 Portaſti, נשאתים Ad verbũ, portaſti eas. vel ea. Pronomen redundãs. Quidã vertunt per futurum, portabis. i. affligeris pro ratione ſcelerum tuorum. 59 Faciam ועשיתי Ad verbum, Et faciam. Redundat ו quibuſdam. Alii vertunt, vt ſequenti verſui iungatur, *Ego* quidẽ agerem tecum, &c. Sed recordabor, &c. Alii, Faciam etiam. Quæ contẽp. אשר־בזית quia ſpreuiſti. vel, quæ deſpexiſti. 60 Recordabor tamen וזכרתי Ad verbum, Et recordabor. Quidam, Recordabor autẽ.

61 Et recordaberis וזכרת Tunc recordaberis. Quum ſuſceperis בקחתך quando accipies. vel recipies. i. quum adiungentur tibi ſorores tuæ decem tribus & reliquæ gentes, maiores & minores, quæ in maioribus & minoribus fuerunt peccatis, quæ omnes inueniẽt redemptionem in Chriſto meo. At non ex pacto tuo. ולא מבריתך: Ad verbum, & non ex pacto tuo. Quidam, non autem ex pacto tuo. i. non propter pactum illud vetus tecum initum, ſed per gratiam quam aſſequuturæ ſunt per Chriſtum meum.

Vt recorderis,'& pudefias,neq; ſit tibi vltrà'apertio oris,'propter pudorem tuũ, 'quum placatus fuero tibi in omnibus quæ feciſti, dixit Dominus Iehouáh. 63

Cap. XVII.

Parabola duarũ aquilarũ ſignificat Sedeciã cõtra iuſiurãdũ, relicta amicitia Nabuchodonoſor ſed Regem Aegypti tranſtuliſſe,& ideo periiſſe.

ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo, 1

Fili hominis,'ænigmaticè loquere ænigma,& parabolicè loquere parabolam ad domum Iẇſraél. 2

Et dic,Sic dixit Dominus Iehouáh,Aquila grandis grandiũ alarum,lõgis alis,plena plumis,'cui ineſt varietas,venit ad Lebanón,& tulit'ſummitatem cedri. 3

Summitatem'nouellarum plantationum eius auulſit,& adduxit illam ad terram'mercatorũ,in vrbẽ negotiatorũ poſuit illam. 4

Poſtea tulit de ſemine terræ,& poſuit illud in agro'ſeminis: tulit *illud* iuxta aquas multas,'*inſtar* ſalicis poſuit illud. 5

'Et germinauit,& effectum eſt vitis luxurians humilis ſtaturæ,vt reſpiciant rami eius'ad illam, & radices eius ſub ea ſint: & effecta eſt vitis,fecítque palmites,& emiſit propagines. 6

Et fuit aquila'vna grãdis magnarũ alarum,& multarum plumarum:& ecce vitis iſta congregauit radices ſuas iuxta eam,& ramos ſuos extendit ad eam, vt irrigaret eam'lineis plantationis ſuæ. 7

In agro bono iuxta aquas multas plantata eſt,vt faciat ramos,& ferat fructum,& efficiatur vitis grandis. 8

Dic, Sic dixit Dominus Iehouáh,'*Num* proſperè cedet? nónne radices eius'euellet, & fructũ eius'excindet & ſiccabit,omnes frõdes germinis eius ſiccabit, & non 'cum brachio grandi,& populo multo,'ad euellendum eam à radicibus ſuis? 9

Et ecce'plantata eſt:'nunquid proſperè cedet? annon quum attigerit eam ventus Orientalis,ſiccabitur ſiccando,*&*'in lineis germinis ſui areſcet? 10

Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo, 11

Dic nũc ad domũ rebellem, Annon 'cognouiſtis quid hæc *ſint*? Dic,'Ecce venit Rex Babél in Ieruẇſaláim:& tulit Regem eius,& Principes eius,& adduxit eos ad ſe in Babél. 12

Tulit quoque de ſemine'regni,& iniit cum eo fœdus,'& adduxit eum in iuſiurandum,& fortes terræ tulit. 13

63 Vt recorderis & confundaris,& nõ ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua, quum placatus tibi fuero in omnibus quę feciſti,ait Domin⁹ Deus.

Cap. XVII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis,propone ænigma, & narra parabolam ad domum Iſrael,

3 Et dices,Hęc dicit Dominus Deus, Aquila grãdis magnarum alarum,lõgo membrorum ductu, plena plumis & varietate,venit ad Libanum,& tulit medullam cedri.

4 Summitatem frõdium eius auulſit: & tranſportauit eam in terram Chanáan,in vrbẽ negotiatorũ poſuit illã.

5 Et tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine vt firmaret radicem ſuper aquas multas,in ſuperficie poſuit illud.

6 Quúmque germinaſſet,creuit in vineam latiorem,humili ſtatura,reſpicientibus ramis eius ad eam: & radices eius ſub illa erãt: facta eſt ergo vinea,& fructificauit in palmites, & emiſit propagines. B

7 Et facta eſt aquila altera grãdis,magnis alis,multiſque plumis: & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam,palmites ſuos extendit ad illã,vt irrigaret eã de areolis germinis ſui.

8 In terra bona ſuper aquas multas plantata eſt vt faciat frondes,& portet fructum,vt ſit in vineam grandẽ.

9 Dic,Hæc dicit Dominus Deus,Ergóne proſperabitur? nónne radices eius euellet, & fructũ eius diſtringet, & ſiccabit omnes palmites germinis eius,& areſcet,& non in brachio grãdi, neque in populo multo vt euelleret eam radicitus? C

10 Ecce plantata eſt:ergóne proſperabitur? nónne quum tetigerit eam vẽtus vrens,ſiccabitur,& in areis germinis ſui areſcet?

11 Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

12 Dic ad domum exaſperantem,Neſcitis quid iſta ſignificent? Dic,Ecce, venit Rex Babylonis in Ieruſalem: & aſſumet Regẽ,& Principes eius,& adducet eos ad ſemetipſũ i Babylonẽ. D

13 Et tollet de ſemine regni,feriétq; cũ eo fœdus, & ab eo accipiet iuſiurandum,ſed & fortes terræ tollet.

63 Et pudefias, ובושת & confundaris. Apertio oris, פתחון פה ſub.contra me.Hebraiſmus, pro expoſtulatione,vel excuſatione.i. vt vltrà non habeas quo poſſis iuſtè cõqueri de me.vel,quo excuſare te poſſis. Propter pud.t. מפני כלמתך præ ignominia tua. Quũ placatus fuero,&c. ככפרי וגו' quum expiauero te omnibus.vel,dum ego propitius ero tibi in omnibus.

IN CAPVT XVII.

2 AEnigmaticè loq.&c. חוד חידה וגו' Ad verbum,AEnigmatiza ænigma, & paraboliza parabolã.Hebraiſmus, pro quo quidam vertunt,Propone ænigma,& narra parabolam,vel loquere parabolam. 3 Cui ineſt var. אשר לו הרקמה Ad verbum, cui ei *ineſt* varietas. ſub.colorũ.Redundat Latinis לו Ei.Vox רקמה propriè ſignificat opus plumariũ,ſiue variegatum, quod variis coloribus conſtat. Per aquilam magnam,intelligit Imperatorem totius Orientis Nabuchodonoſorem. Per magnas & prolixas alas, magnitudinem & amplitudinẽ regni eius.Per plumas,immenſas opes.Per varietatem colorum,dignitatem ac maieſtatem regni. Seipſum exponit paulo pòſt,verſu 12.

Summitatem את־צמרת.i.ſummam partem cedrorum.ſignificat ſummum ramum cedri, & altiorem quarũcunque arborũ partem.Singul.pro plur.Libanus,hîc eſt Ieruſalem.Aliàs accipitur pro terra ipſa ſancta.Cedri,Rex & viri clari.De Iechoniæ trãſmigratione loquitur, quem ſignificat per ſummitatem,ſiue cacumen cedrorum. 4 Nouellarum plan.e. יניקותיו propaginum eius.ramorum teneriorum. Significat plantas nouellas & teneras.Declarat quod præcedenti verſu dixerat. Mercatorum, כנען Singul.Heb.pro plur.i.vbi degit multitudo mercatorum.Seipſum mox declarat,dicens,In vrbe negotiatorum.i.in Babylone. erant enim mercatores Babylonii,& negotiatores. 5 Seminis: זרע apto ſementi.i.feraci ac fertili.Semen terræ,Sedechias,qui erat de ſtirpe regia quem Nabuchodonoſor ſuffecit in locum Iechoniæ. Ager aptus ſementi excipiendæ,terra Iuda. *Inſtar* ſalicis צפצפה Subauditur Hebraicè כ ſimilitudinis,ſicut ſalicis,vel vlmi,vt quidam interpretantur.vt ſolent(inquit)ſalices gaudere loco humente,non ſicco,ſiue ſiticuloſo.q.d.citò floruit.

6 Et germinauit, ויצמח Et floruit. Ad illam, אליו Vide verſum 14 ſequentem.i.vt non altius aſcendant,ſed hæreant illi.

7 Vna אחד Pro Altera poſitum.Regem AEgypti intelligit non adeò potentem vt erat Rex Babylonis. Lineis ערוגות ex ſulcis.vel areolis:ſiue ex elicibus.Videtur alludere ad Nilũ qui AEgyptũ irrigat immiſſus in agros per foſſas.Quidam vertunt,in lineis plãtationis ſuæ.i.in loco vbi plãtata erat. 9 *Num* proſperè cedet? תצלח Admiratiuè legẽdum eſſe admonet doctus inter Hebræos, ſubintellecto ה:ſubaudiendum autem relatiuũ EI, nempe viti. Quidã vertunt, *Num* proſperabitur? vt ſit verbũ deponens, quo frequenter vtuntur Eccleſiaſtici ſcriptores. Euellet, ינתק nempe aquila illa prior,vt ſcilicet aliò transferat. Excindet יקוסס diſtringet.decerpet.euellet.

Cum brachio gr. בזרוע גדולה .i.cum potentia magna. Ad euellendum,&c. למשאות וגו' vt radicitus euellat eam. 10 Plantata eſt: שתולה ſub.opinione ſua.q.d.videtur ſibi bene eſſe plantata. Nunquid proſperè cedet? התצלח vt verſu præcedenti. In lineis,&c. על־ערוגות צמחה תיבש: in areolis[ſulcis]germinationis ſuæ areſcet?i.in ipſomet loco vbi plãtata eſt,& irrigari debet. Venti Oriẽtalis meminit quòd Babylon ſita ſit ad Orientem Aquilonarem reſpectu Iudææ. 12 Cognouiſtis ידעתם Præt.Heb.pro præſ.ſcitis. cognoſcitis.Exponit ænigma,ſiue parabolam. Ecce venit הנה־בא Præterita iſta quidam conuertunt in futurum.

13 Regni המלוכה .i.regio. Et adduxit,&c. ויבא וגו' Hebraiſmus,venire fecit,pro coegit eum iurare.

14 Vt ſit regnum humile, & non eleuetur, ſed cuſtodiat pactũ eius, & ſeruet illud.

15 Qui recedens ab eo, miſit nuntios ad AEgyptum vt daret ſibi equos & populum multum. nunquid proſperabitur vel cõſequetur ſalutẽ qui fecit hæc? & qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet?

E 16 Viuo ego, dicit Domin⁹ Deus, quoniam in loco Regis qui conſtituit eũ Regem, cuius fecit irritum iuramentum, & ſoluit pactum quod habebat cũ eo, in medio Babylonis morietur.

17 Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas.

18 Spreuerat enim iuramẽtum, vt ſolueret fœdus, & ecce dedit manũ ſuã. & quum omnia hæc fecerit, non effugiet.

F 19 Propterea hæc dicit Domin⁹ De⁹, Viuo ego, quoniam iuramentũ quod ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius.

Suprà 12.d.13 infrà 32.a.3

20 ¶Et expandam ſuper eum rete meũ, & comprehendetur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi prẹuaricatione qua deſpexit me.

21 Et omnes profugi eius cum vniuerſo agmine ſuo, gladio cadent: reſidui autem in omnem ventum diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus loquutus ſum.

22 Hæc dicit Dominus Deus, Et ſumã ego de medulla cedri ſublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum diſtringã, & plantabo ſuper mõtem excelſum & eminentem.

G 23 In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabũt ſub ea omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frõdium eius nidificabit.

24 Et ſciẽt omnia ligna regionis quia ego Dominus humiliaui lignũ ſublime, & exaltaui lignum humile: & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. ego Dominus loquutus ſum, & feci.

14 Vt eſſet regnum humile, ne eleuaret ſe, ſed cuſtodiret pactum eius, vt ſtaret in eo.

15 'Rebellauit verò contra eum, mittendo nuntios ſuos ad Mixſráim, vt daret ei "equos, & populum multum. an proſperè cederet *ei*? an euaderet qui facit hæc? 'aut, qui irritũ fecit pactũ, effugeret?

16 Viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, 'ſi non in loco Regis 'qui regnare facit eum, cuius ſpreuit iuramentum, & cuius irritum fecit pactum cum eo, in medio Babél moriatur.

17 Neque cum exercitu magno, atque cum cœtu multo 'faciet cũ eo Parעóh in prælio, "quum effuderit aggerem, & extruxerit 'vallũ, 'vt ſuccidant animas multas.

18 "Spreuit inquam iuramẽtum, vt irritum faceret pactum, & ecce dedit manum ſuam, & omnia hæc fecit, nõ euadet.

19 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Viuo ego, 'niſi 'iuramentũ meum quod ſpreuit, & fœdus meum quod irritũ fecit, 'dedero in caput eius.

20 "Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur ſagena mea: "& adducere faciam eum in Babél, "& iudicio contendam cum eo ibi, "*propter* præuaricationem ſuam qua præuaricatus eſt contra me.

21 Et omnes 'fugitiui eius cũ vniuerſis exercitibus eius gladio cadent: "reſidui autẽ in omnem ventũ diſpergentur: & ſcietis quòd ego Iehouáh loquutus ſum.

22 Sic dixit Dominus Iehouáh, 'Et tollã ego "de ſummitate cedri illius ſublimis, "& ponã: de vertice *inquam* "nouellarum plantationũ eius "tenerum excidam, & plantabo ego ſuper montem excelſum, "& inſtar cumuli eleuatum.

23 In monte *inquam* ſublimi Iשׂſraאél plantabo illum, "& eleuabit ramum, & faciet fructum, & efficietur cedrus "magna: habitabúntq; ſub ea omnes aues, omne alatũ in vmbra ramorũ eius habitabũt.

24 Sciéntq; omnes arbores agri quòd ego Iehouáh humiliauerim arborem ſublimem, & exaltauerim arborem humilem: "exiccare fecerim arborem virentem, & florere fecerim arborem aridam. ego Iehouáh loquutus ſum, & feci.

Zorobabel nepos Iechoniæ, regnaturus in Ieruſalem.

15 Rebellauit verò וימרד־בו At rebellis fuit ei. Equos, & pop. m. סוסים ועם רב .i. equites & pedites multos. Aut qui irritũ, &c. והפר ברית ונמלט: Ad verbum, & irritauit pactũ, & euadet? i. quũ fregerit pactũ, effugiétne? 16 Si non אם־לא niſi. iurantis eſt. Qui regnare fa. &c. הממליך אותו qui eum Regem cõſtituit, quòd iuramentũ eius ſpreuit, & quòd pactum eius irritum fecit, *ob id inquam* apud eũ in medio, &c. Ad verbum, cuius ſpreuit iuramentũ eius, & cuius diſſipauit [diſſoluit] pactũ eius cum eo, in medio, &c. Vacãt relatiua EIVS more Hebræorũ. Cum eo. i. apud eũ in Babylone. 17 Faciet cũ eo Parעóh in præl. יעשה אותו פרעה במלחמה Hebraiſmus, non faciet cũ eo in prælio. i. non iuuabit Pharao ipſum Sedeciã ſuo magno exercitu, quãdo mittet Rex Babel exercitũ cõtra Ieruſalem. In iſtum ſenſum quidã vertunt, Neque Pharao cũ magnis iſtis copiis, & ingenti multitudine in bello quicquam ei efficiet, dum Nabuchodonoſor aggeſta terra excitarit aggerem, & extruxerit machinã bellicam vt perdat Ieruſalẽ. Alii exponũt, Nõ faciet in prælio. i. nõ præliabitur, ſiue certabit, aut pugnabit cũ eo aduerſus Nabuchodonoſorẽ. Quũ effud. agg. &c. בשפך סוללה וגו׳ Infinitiui Hebræis, in effundere, & extruere. Quidã vertũt in ſingulari, quũ effuderit, & extruxerit. Alii in plur. effuderint & extruxerint, eodẽ ſenſu. Vallũ דיק munitionẽ, ſiue turrim, per quã reſpiciant in vrbem vt capiãt eã. Vide ſuprà cap. 4. a. 2. Vt ſuccidãt להכרית Ad verbũ, ad excidendũ. Animas pro perſonis poſuit. i. vt perdant quã plurimos in vrbe ipſa. 18 Spreuit inquã, &c. ובזה אלה וגו׳ Ad verbũ, Et ſpreuit iuramentũ, vt irritum faceret [vel diſſiparet] fœdus, & ecce dederat manum. in cõfirmationem ſcilicet fidei. i. quũ illum cõfirmaſſet data manu ipſi Nabuchodonoſor. Solemus enim datis dextris, manuúmq; cõtactu confirmare fœdus. Quidã per futurum vertunt, Spernet nãque iuramentũ, vt diſſoluat fœdus quòd cũ Nabuchodonoſore iniit, & dabit manũ Pharaoni. 19 Niſi אם לא Certè. Duplex formula iuramẽti ad maiorẽ cõfirmationẽ. Iuramentũ m. אלתי .i. nomine meo interpoſito factũ, vt exponit doctus inter Hebræos. Dedero, &c. ונתתיו וגו׳ Ad verbũ, & dabo illud in caput eius. Quidã per apoſiopeſin explicãt quod præceſſit, ſubaudiẽtes verbũ, vlciſcar, Niſi iuramẽtũ meũ & fœd⁹ meũ irritũ factũ vlciſcar, & retorquebo illud. i. iniquitatẽ illam in caput eius. Alii volunt coniunctionem ET, cũ relatiuo vacare, cõiungentes poſteriora præcedentibus, vt vertimus. 20 Et expandã, &c. ופרשתי וגו׳ .i. Mittã in animum Chaldæorum vt perſequantur eum, quẽ tandem aſſequentur, vt exponit doctus inter Hebræos. Et adducere fa. e. והביאותיהו & venire faciã eum. vel, & adducã eum. Et iudicio cõt. cum eo ונשפטתי אתו .i. ſtabo ad iudicium cum illo. Alii, vt iudicer illic cum eo. Alii, & intrabo in iudicium cum illo. i. diſceptabo cum illo, oſtendãq; ſe iuſtè affligi. Chaldæus para. & de eo iudiciũ, ſiue vindicta ſumetur. vel (vt alii vertunt) vlciſcar de eo. *Propter* præu. ſ. מעלו Subauditur ב, pro præuaricatione ſua. 21 Fugitiui e. מברחיו .i. qui cum eo, aut ſine eo fugerint. Reſidui a. והנשארים qui autẽ remanſerint. aut reliqui fuerint. 22 Et tollam ולקחתי Aut redundat ו &, aut ſubaudi, ita faciã, & tollam. De ſummitate ced. il. ſubl. מצמרת וגו׳ Quidã vertunt, de ſummitate ſublimi, ſiue de ſummo cacumine cedri illius. de qua ſuprà verſu 3. Doctus inter Hebræos cum Chaldæo paraphraſte, vertunt, de ſummitate cædri illius altæ. Et ponam: ונתתי Seipſum mox declarat. Nouellarum plant. e. יניקותיו De his ſuprà verſu 4. Tenerum רך ſub. ramum, vel ſurculum. Et inſtar cu. ele. ותלול: Ad verbũ, Et cumulatum, vel tumulatum. i. inſtar cumuli eleuatum. ſummitas enim montis ſimilis eſt cumulo, ſiue tumulo. Quidam, eleuatum. Alii, faſtigiatum. 23 Et eleuabit ונשא .i. fiet arbor, producens ramos. Magna: אדיר potens. fortis. magnifica. nobilis, vt Pſal. 8. a. 1. 24 Exiccare fe. הובשתי arefecerim.

Cap. XVIII.

Ab vnoquoque pœnã peccati ſui eſſe portandam denunciat.

ET fuit verbum Iehouæ ad me,″dicendo, 1

Quid vobis″vt parabolicè loquamini parabolã hãc″ſuper terram Iϖſraxél,dicendo,Patres″comederunt vuam acerbam,& dentes filiorum″obſtupeſcunt? 2

Viuo ego,dixit Dominus Iehouáh,ſi erit vobis vltrà vt parabolicè loquamini parabolam iſtam in Iϖſraxél. 3

Ecce omnes animæ,meæ ſunt: ſicut anima patris, ſic & anima filii,meæ ſunt:anima quæ peccauerit,ipſa morietur. 4

Et vir″ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſtitiam: 5

Super montes″non comederit,& oculos ſuos non eleuauerit ad idola domus Iϖſraxél: & vxorem proximi ſui non″violauerit, & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: 6

Et quenquam non oppreſſerit:″pignus debitori reddiderit:″aliena non rapuerit:panem ſuum eſurienti dederit,& nudum operuerit veſtimento: 7

Cum vſura non dederit,″& amplius non acceperit:ab iniquitate ″retraxerit manũ ſuam,″iudicium verũ fecerit inter vnũ & alterũ: 8

″In præceptis meis ambulauerit,& iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatem:iuſtus eſt,viuendo viuet,dixit Dominus Iehouáh. 9

Et ſi genuerit filium″latronem effundentem ſanguinem, & fecerit″vnum aliquod ex iſtis: 10

Et omnia hæc non fecerit, ″ſed etiam ſuper montes comederit, ″& vxorem proximi ſui violauerit: 11

Egenum,& pauperem oppreſſerit,″aliena rapuerit,& pignus nõ reddiderit:&ad idola leuauerit oculos ſuos,″abominationẽ fecerit: 12

Cum vſura dederit ,″& amplius acceperit: & viuet? non viuet: ″omnes abominationes iſtas fecit , moriendo ″morietur,″ſanguis eius in ipſo erit. 13

Quòd ſi genuerit filiũ , & viderit omnia peccata patris ſui quæ fecit,viderit inquam,& non fecerit″ſimilia: 14

Super montes non comederit , & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iϖſraxél:vxorem proximi ſui non violauerit: 15

Nec quenquam oppreſſerit,″pignus nõ acceperit in pignus,″& aliena non rapuerit:panem ſuum eſurienti dederit,& nudum operuerit veſtimento: 16

A paupere″retraxerit manum ſuam:vſuram ″& amplius non acceperit,iudicia mea fecerit,in præceptis meis ambulauerit:hic nõ morietur propter iniquitatem patris ſui,*ſed* viuendo viuet. 17

Pater eius,quia″oppreſſit oppreſſione,rapuerit″rapinã fratris, & quod nõ eſt bonũ,fecit in medio populi ſui:″& ecce mortuus eſt, 18

Cap. XVIII.

1 ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Quid eſt quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſrael,dicentes, Patres comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt?

3 ‖Viuo ego, dicit Dominus Deus, ſi erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbium in Iſrael. Ierem.31.e.29

4 Ecce omnes animæ,meæ ſunt:vt anima patris,ita & anima filii,mea eſt: anima quę peccauerit,ipſa morietur.

5 Et vir ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſtitiam:

6 In montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael:& vxorem proximi ſui nõ violauerit,& ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: B

7 Et hominem non contriſtauerit:pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: ‖panẽ ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimẽto: Eſa.58.b.7 matth.25.c.35

8 Ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam , & iudicium verum fecerit inter virum & virum:

9 In præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatem:hic iuſtus eſt,vita viuet,ait Dominus Deus.

10 Quòd ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem , & fecerit vnum de iſtis: C

11 Et hæc quidem omnia non facientem,ſed in mõtibus comedentem, & vxorem proximi ſui polluentem:

12 Egenũ & pauperem contriſtãtem, rapientem rapinas , pignus non reddentem:& ad idola leuantem oculos ſuos,abominationem facientem:

13 Ad vſuram dantem,& amplius accipientem : nunquid viuet? non viuet: quum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit.

14 Quòd ſi genuerit filium,qui videns omnia peccata partis ſui quæ fecit,timuerit,& non fecerit ſimile eis:

15 Super mõtes nõ comederit, & oculos ſuos nõ leuauerit ad idola domus Iſrael:& vxorem proximi ſui nõ violauerit: D

16 Et virum non cõtriſtauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit:panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento:

17 A pauperis iniuria auerterit manũ ſuã: vſurã & ſuperabundantiam non acceperit,iudicia mea fecerit,& ĩ præceptis meis ambulauerit: hic nõ morietur in iniquitate patris ſui,ſed vita viuet.

18 Pater eius quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri,& malũ operatus eſt,

IN CAPVT XVIII.

1 Dicẽdo, לאמור: .i.huiuſmodi.Doctus inter Hebræos exponit,vt dicerẽ,ſub.Iſraelitis. 2 Vt parabolicè loq.&c.אתם מושלים וגו׳ Ad verbum,vos parabolizãtes parabolã iſtam.i.quũ dicitis parabolam iſtam,aut Cur vtimini hoc prouerbio,ſiue adagio. Super terram על־אדמת de terra.i.de futura deſolatione terræ Iſrael. Comederũt vuam acer. יאכלו בוסר comederunt omphacem.Fut.Heb.pro præt.i. Maiores peccauerunt,& nepotes luunt pœnas pro peccatis Maiorum. Obſtupeſcunt? תקהינה: Fut.Heb.pro præſ.ſtupidi ſunt. 5 Si fuerit כי־יהיה quũ fuerit. 6 Violauerit, טמא polluerit.cõtaminauerit. 7 Pignus חבלתו Ad verbũ,pignus eius,nẽpe debitoris.Relatiuũ redundans Aliena גזלה Ad verbum,rapinam. 8 Et amplius ותרבית Quidam vertunt,exceſſum lucri.Alii, alii,augmentum. Retraxerit ישיב Ad verbum,redire fecerit. Iudicium,&c. משפט וגו׳ Ad verbum,iudicium veritatis fecerit inter virum & virum.i.iuſtè iudicarit.De iudicibus loquitur. 9 In præcep.m. בחוקותי In ſtatutis.Quidam exponũt,in ceremoniis vel Legibus. 10 Latronem,פריץ nebulonem.effractorẽ. Vnum,&c.את Ad verbũ,vnum de vno ex iſtis. Doctus inter Hebræos exponit,iniquitatẽ vnã,& hæc fuerit vna ex iſtis ſuprà memoratis.Eſt autẽ את idẽ quod אחר,vt אני & אנכי. Chaldæus para.deducit ab אחח vertẽs,& fecerit fratri ſuo de vno ex iſtis. 11 Sed etiam כי גם quin potius. Et vxorem ואת־אשת Hîc,& in ſequentibus ו pro או vel,ſiue aut,poſitũ eſt. 12 Aliena גזלות rapinas.A fine dictum,vt ſuprà verſu 7.& paulo infrà verſu 18. Abominationẽ fec.תועבה עשה: Quidã intelligunt de congreſſu cũ menſtruata:alii de idololatria. 13 Et amplius ותרבית Vt ſuprà,verſu 8. Omnes abom.&c. את כל־ וגו׳ Hebraiſmus,pro,quũ aliquot,vel quum aliquã ex abominationibus iſtis fecerit. Morietur, יומת interficietur. Sanguis,&c. דמיו וגו׳ Hebraiſmus,pro peribit.ſiue morietur:& eſt repetitio aliis verbis. 14 Similia, כהן: ſub.illis. Ad verbũ,ſecundum illa.i.talia.

6 Nõ comederit לא אכל ſub.immolata idolis.

16 Pignus,&c. חבול וגו׳ Ad verbũ,pignus nõ pignerauit.i. nõ retinuerit vltra tẽpus.Exod. 22.d.26. Et aliena וגזלה vt ſuprà verſu 7,& rapinã non rapuit. 17 Retraxerit השיב ne ſcilicet eũ læderet. Et amplius ותרבית vt ſuprà verſu 8 & 13. 18 Oppreſſit oppr. עשק עושק calumniando calũniatus eſt. Rapinã fr.גזל אח.i.rem fratris,quæ rapta,appellatur rapina,à fine:hoc eſt abſtulerit quod eſt proximi. Chal.par.deducẽs אח ab אחד,vertit,rapuerit rapinã vni ex fratrib⁹. Et ecce mo.e. והנה־מת certè morietur.Redũdat ו,&præt.Heb.pro fut.

in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua.

19 Et dicitis,Quare non portabit fili⁹ iniquitatē patris? videlicet quia filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt,omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa,viuet vita. E

Deut.24.c.16 4.reg.4.b.6 2.par.25.a.4 20 ¶Anima quæ peccauerit,ipſa morietur:filius non portabit iniquitatē patris,& pater non portabit iniquitatē filii:iuſtitia iuſti ſuper eum erit,& impietas impii erit ſuper eum.

21 Si autem impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt,&cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet,& non morietur.

22 Omniū iniquitatum eius quas operatus nō eſt,recordabor:in iuſtitia ſua quam operatus eſt,viuet.

23 Nūquid voluntatis meæ eſt mors impii,dicit Dominus Deus,& non vt conuertatur à viis ſuis,& viuat?

F 24 Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius,nūquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur:in præuaricatione qua prǣuaricatus eſt,&in peccato ſuo quod peccauit,in ipſis morietur.

Iufra 33.d.20 25 Et dixiſtis,¶Nō eſt æqua via Domini.Audite ergo domus Iſrael,Nūquid via mea nō eſt æqua, & nō magis viæ veſtræ prauæ ſunt?

26 Quū enī auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, morietur in eis:in iniuſtitia quā opat⁹ eſt morietͨ.

27 Et quū auerterit ſe īpius ab īpietate ſua quā operatus eſt, & fecerit iudiciū & iuſtitiā,ipſe animā ſuā viuificabit.

28 Conſiderās enim,& auertens ſe ab G omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt,vita viuet, & non morietur.

29 Et dicunt filii Iſrael, Non eſt æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non ſunt æquæ,Domus Iſrael,& non magis viæ veſtræ prauæ?

30 Idcirco vnūquenq; iuxta vias ſuas iudicabo,domus Iſrael,ait Dñs Deus. Matth.3.a.2 ¶Cōuertimini, & agite pœnitētiā ab omnibus iniquitatibus veſtris,& non erit vobis in ruinam iniquitas.

31 Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras in quib⁹ præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritū nouum: & quare moriemini domus Iſrael?

2.Reg.14.c.14 infrà 33.c.11 32 ¶Quia nolo mortem morientis,dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

propter iniquitatem ſuam.

19 ″Et dicitis,Cur nō portabit filius pœnam patris?″filius iudicium & iuſtitiam fecit,omnia præcepta mea cuſtodiuit,fecítque ea: viuendo viuet.

20 ″Anima quæ peccauerit,ipſa morietur:filius″nō portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filii: iuſtitia iuſti ſuper eum erit,& impietas impii ſuper eum erit.

21 Impius autem ſi auerſus fuerit ab omnibus peccatis ſuis quæ fecit,& cuſtodierit omnia præcepta mea,fecerítque iudicium & iuſtitiam,viuendo viuet,non morietur. Reſipiſcenti ſal⁹ promittitur.

22 Omnes præuaricationes eius quas fecit′non commemorabuntur ei:propter iuſtitiam ſuam quam fecit,viuet.

23 Nunquid″deſiderando deſidero vt moriatur impius, dixit Dominus Iehouáh? Annon″ſi auerſus fuerit à viis ſuis,viuet?

24 Si autem auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatē ſecundum omnes abominationes quas fecit impius,fecerit,& viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecit non commemorabuntur: propter præuaricationem ſuam qua præuaricatus eſt, & propter peccatum ſuum quo peccauit,propter ipſa *inquam* morietur. Iuſto ſe à via recta auertenti mors prædicitur.

25 ″Et dicitis, Non eſt″æqua via Domini. Audite nūc domus Iωſraℵél,Nū via mea nō eſt æqua? annō *potius* viæ veſtræ nō ſūt æquæ?

26 Quū *enim* auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatem, ″morietur propter illa:propter iniquitatē ſuā quā fecit,morietur.

27 Et quum auerterit ſe impius ab impietate ſua quam fecit, & fecerit iudicium & iuſtitiam,ipſe animam ſuam″viuificabit.

28 ″Vidit nāque,& auerſus eſt ab omnibus præuaricationibus ſuis quas fecit: viuendo viuet,non morietur.

29 ″Et dicūt dom⁹ Iωſraℵél,″Nō eſt æqua via Domini. Nū viæ meæ nō ſūt æquæ,domus Iωſraℵél? annō *potius* viæ veſtræ nō ſunt æquæ? Viæ Dei. Viæ hominis.

30 Idcirco,vnūquenque iuxta vias ſuas,″iudicabo vos,domus Iωſraℵél,dixit Dominus Iehouáh:cōuertimini,″& conuerti facite ab ōnibus iniquitatibus veſtris,& nō erit vobis″in offēdiculū iniqtas. Ad pœnitentiā hortatur.

31 Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: & vtquid moriemini domus Iωſraℵél?

32 ′Quia nolo mortem mortui, dixit Dominus Iehouáh. ″reuerti facite igitur,& viuetis. Benignitas Dei in peccatores.

19 Et dicitis ואמרתם Ad verbū,Et dixiſtis.Præt.Heb.pro præſ.aut verte,Quòd ſi dixeritis. Filius ובן Ad verbū,Et filius.Aut ו omnino redūdat:aut verte,eo ꝙ filius. 20 Anima הנפש More Hebræo pro homine ſiue perſona ponitur: vt capite præcedenti,verſu 17. Nō portabit,&c. לא־ישא וגו׳ Hebraiſmus,filius iuſt⁹ nō dabit pœnas pro iniquitate patris iniqui,neq; pater iuſtus luet pœnas ratione ſcelerū filii iniuſti: ſed iuſtus referet fructū iuſtitiæ ſuæ, hoc eſt viuet propter iuſtitiā ſuā:& impius dabit pœnas propter iniquitatē propriam, non alienam. 22 Nō cōmemorabūtur לא יזכרו non venient in recordationē.vel omnium præuaricationū eius nulla erit recordatio. 23 Deſiderando deſ.החפוץ אחפוץ volendo volo[.i.opto vel beneplacitū eſt mihi]in morte,&c.q.d.nunquid mors impii eſt mihi grata? annon potius cōuerſio ipſius & vita? De חפץ vide Pſal.1.a.2 Si auerſus fue. בשובו Ad verbum,in auertendo ſe.i.quū auertet ſe,vel,ſi reſipiſcat.Sic ſequēti verſu,Quū auerterit ſe iuſtus. 25 Et dicitis,ואמרתם Vide paulo antè verſu 19. AEqua יתכן recta.Alii,librata,vel parata,acſi diceres,æquata ad æquilibriū iuſtitiæ.i.nō agit iuſtè cū illis Dominus,nec oſtendit ſe æquū illis. 26 Morietur,&c.ומת וגו׳ Ad verbum,& morietur in illis. ſub.peccatis.Quidā,mortuúſq; fuerit in illis.vel,per illa,aut propter illa.plurale eſt pronomē. 27 Viuificabit. יחיה: viuere faciet.i.ſeruabit viuā.q.d.nō peribit,ſed viuet.ſeipſum ſequenti verſu exponit. 28 Vidit nanque ויראה Ad verbum,Et vidit.Quidam,cōtemplans nāque,ſub.impietatem ſuā.Alii,Videns enim,ſub.malefacta ſua. Alii præcedentibus iungunt,Quū inquā viderit,& auerterit ſe.i.diligentius perpenderit.Repetitio eſt. 29 Et dicunt ואמרו Præt.Heb.pro præſ.vel,Quòd ſi dicant,vt ſuprà verſu 19. Nō eſt æqua לא יתכן Vt paulo antè verſu 25. 30 Iudicabo v. אשפוט אתכם Ordo præpoſterus,pro, iudicabo eos, vnumquenque iuxta,&c. Et cōuerti fa.והשיבו & auertite.ſub.quiſque fratrē ſuum à cultu idolorum. Alii,reducite quiſque alterum.q.d. cohortamini vos mutuò ad reſipiſcentiā. Alii,date operā,ſiue ſatagite vt reſipiſcatis.Ita etiam quidam exponunt in poſteriore verſu.Chaldæus paraph.Cōuertimini ad cultum meum,& auertite à vobis cultū vanitatis. In offendiculū למכשול in ruinā.i.non peribitis propter peccata veſtra,cōdonabuntur vobis omnia.Doctus inter Hebræos vertit,Et nō erit[vel,& ne ſit impœnitentia veſtra]in ruinā iniquitatis .i.cauete ne impœnitentia veſtra pereatis propter ſcelera veſtra. 32 Quia nolo,&c. כי לא אחפוץ במות המת Ad verbum, Quia non complacebo mihi in morte mortui.Quod quidam vertunt,Quia non expeto mortem mortui.vel,Non enim delector morte mortui. Mortuum vocat,à fine, vt ait doctus inter Hebræos, id eſt qui niſi reſipiſcat, moriturus eſt. Alii, Quandoquidem non opto mortem morientis. Reuerti facite igitur, והשיבו Idem verbum quod paulo antè,verſu 30.i.hortamini igitur vos mutuò ad reſipiſcentiam. Alii vertunt,Conuertimini igitur.vt ſit verbum neutrum, ſiue intranſitiuum in hiphil.Chaldæus paraph.Reuertimini ad cultum meum.

Cap. XIX.

Captiuitas Ioachas & Ioacim per leunculos & leonem ſignificatur.

1 ET tu aſſume″planctum ſuper principes Iωſraℵél,

2 Et dic,″Cur mater tua leæna inter leones accubuit? in medio leunculorum″multiplicauit catulos ſuos.

3 ″Et aſcendere fecit vnum de catulis ſuis: leunculus″fuit,& didicit rapere rapinam,homines comedere.

4 Et audierunt de eo Gentes,′reti eorum captus eſt,& adduxerũt eum′catenis ad terram Miẍſráim.

5 ″Quum autem vidiſſet″ſe diu expectaſſe, & periiſſe expectationẽ ſuam,tulit vnum de catulis ſuis,″leunculum poſuit eum.

6 ″Et incedebat in medio leonum,& leũculus factus eſt, & didicit rapere rapinam,homines comedit,

7 ′Cognouit quoque viduas eorum,& ciuitates eorum deſolauit, deſolatáque eſt terra,& plenitudo eius à voce rugitus eius.

8 ″Et ediderunt *uocem* ſuper eũ Gentes per circuitum de prouinciis, & expanderunt ſuper eum rete ſuum,″reti earum captus eſt.

9 Et poſuerunt eum in carcere″in catenis,& adduxerunt eũ ad Regẽ Babél,& induxerunt eum in munitiones, ne audiretur vox eius vltrà ſuper montes Iωſraℵél.

Sub metaphora vineæ euulſæ docetur calamitas Synagogæ,quæ ſua culpa ſpoliata fuit Regibus.

10 Mater tua fuit tanquam vitis″in ſanguine tuo,iuxta aquas plantata,fructificans & producens ramos propter aquas multas.

11 Fuerúntque ei virgæ fortes″pro ſceptris dominantium:& exaltata eſt ſtatura eius″ſuprà, inter ramos,″& conſpecta eſt in altitudine ſua in multitudine ramorum ſuorum.

12 Euulſa autem eſt in ira,in terrã deiecta,& ventus Orientalis″ſiccauit fructum eius,″confracti ſunt *rami eius* & aruerunt, virgam roboris eius ignis abſumpſit.

13 Nunc autem plãtata eſt in deſerto, in terra′arida & ſitibunda.

14 Et egreſſus eſt ignis″de virga ramorum eius, fructum eius conſumpſit,′& non fuit in ea virga fortis,ſceptrum ad dominãdum: ′planctus eſt,& erit in planctum.

Cap. XX.

Dominus negat ſe reſponſurum rogantibus, ob peccatũ ingratitudinis quod hic obiicit.

1 ET fuit,anno ſeptimo,quinto *mẽſe*,decima *die* menſis: venerunt viri de Senioribus Iωſraℵél″ad interrogandum Iehouáh,& ſederunt coram me.

2 Et fuit verbum Iehouæ ad me′vt dicerem,

3 Fili hominis,alloquere Seniores Iωſraℵél,& dic ad eos,Sic dixit Dominus Iehouáh, Num ad interrogãdum me venitis? viuo ego

Cap. XIX.

1 ET tu aſſume plãctum ſuper principes Iſrael,

2 Et dices,Quare mater tua leęna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos?

3 Et eduxit vnũ de leunculis ſuis: leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominémque comedere.

4 Et audierunt de eo Gentes, & non abſque vulneribus ſuis ceperũt eum: &adduxerunt eum in catenis in terrã AEgypti.

5 Quæ quum vidiſſet quoniam infirmata eſt,& periit expectatio eius,tulit vnum de leunculis ſuis,leonem cõſtituit eum.

6 Qui incedebat inter leones,& fact⁹ eſt leo,& didicit prædã capere,& homines deuorare, B

7 Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in deſertum adducere,& deſolata eſt terra & plenitudo eius à voce rugitus illius.

8 Et cõuenerũt aduerſus eũ Gẽtes vndiq; de ꝓuinciis,& expãderunt ſuꝑ eũ rete ſuũ,in vulneribus earũ capt⁹ eſt.

9 Et miſerunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad Regem Babylonis, miſerũtque eum in carcerẽ, C ne audiretur vox eius vltrà ſuper mõtes Iſrael.

10 Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt:fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis.

11 Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominantium,& exaltata eſt ſtatura eius inter frondes, & vidit altitudinem ſuam in multitudine palmitũ ſuorum.

12 Et euulſa eſt in ira,in terrãque proiecta: ‖& ventus vrens ſiccauit fructũ D Oſee 13.d.15 eius:marcuerũt, & arefactæ ſunt virgæ roboris eius,ignis comedit eam.

13 Et nunc tranſplantata eſt in deſertum,in terra inuia & ſitienti.

14 Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, in ſceptrum dominantium.Planctus eſt,& erit in planctum.

Cap.XX.

1 ET factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima mẽſis: venerũt viri de Senioribus Iſrael vt interrogarent Dominum, & ſederunt coram me.

2 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

3 Fili hominis,loquere Senioribus Iſrael,& dices ad eos,Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandũ

IN CAPVT XIX.

1 Planctũ קינה lamentationem.querimoniã.i.plange vicem Regũ Iſrael. 2 Cur מה Quomodo.Heu.Hîc particula eſt plangentis & lamentãtis:vt ſuprà cap.16.d.30,Quàm infirmatũ eſt cor tuum. Multiplicauit רבתה enutriuit.vel educauit.ita doctus inter Hebræos. 3 Et aſcẽdere fe. ותעל Et euexit.De Iehoahaz loquitur. Fuit,היה euaſit.effectus eſt. 4 Reti eorum בשחתם laqueo eorum. ita & Chaldæus paraph.Alii,in fouea vel ſcrobe. Catenis בחחים compedibus. 5 Quum autem vid. ותרא ſub.mater eius.Ad verbum,Et vidit ſe diu expectaſſe,& quòd periiſſet expectatio eius,[vel ſpes]& tulit,&c.Redundat ו in ותקח. Se diu expectaſſe כי נוחלה ſub.aduentum filii in patriam. Alii,ſpe ſua fruſtratam: nam vtrunque ſignificat verbum Hebræum. Hoc pacto bis idem diceret, & poſterius exponeret præcedens. Leunculum poſuit eum. : כפיר שמתהו Hebraiſmus, conſtituit eum Regem, ſuffectum quidem à Nabuchodonoſor in locum Iehoahaz,conſentiente tamen populo. 6 Et incedebat,&c. ויתהלך וגו׳ Hebraiſmus,Qui verſatus inter leones, factus eſt leunculus. 7 Cognouit q.vid.e. וידע אלמנותיו Singulare,viduas eius,pro eorũ.i.rẽ habuis cũ viduis eorũ quos occiderat. Alii,Contriuit viduas eorũ.i.vrbes.Chaldæus paraph.vertit,& demolitus eſt palatia eius.ſub. אדם hominis,pro hominum. tanquam legerit ארמנותיו. 8 Et ediderunt *uocẽ* ſu.e. ויתנו עליו Hebraiſmus,Sublato clamore irruerunt in eũ, vt ſolent ſimul cõgregatæ. Reti earum. בשחתם in fouea eorũ.vt paulo antè verſu 4. 9 In catenis, בחחים in cõpedibus.Chaldæus paraph.in collari ferreo. 10 In ſanguine tuo, בדמך .i.in ſanguine regio.Intelligit ſtirpem regiã. 11 Pro ſceptris dom. אל־שבטי מושלים in ſceptra dominantium. Alii,cũ ſceptris dominantiũ.i.Regũ:nati ſunt enim in Iſraele multi de ſtirpe regia. Suprà,inter ramos על־בין עבותים vltra *ramum qui eſt* inter ramos perplexos.vel intricatos,& denſos.Tenet autẽ ramus ille mediũ in arboribus,éſtque altiſſimus omniũ:rami verò perplexi ſunt circa mediũ arboris. Et cõſpecta eſt וירא & apparuit.viſa eſt.i.euaſit altiſſima inter omnes alias arbores. 12 Siccauit הוביש arefecit. Cõfracti ſunt,&c. התפרקו .i.liberi Sedeciæ perierũt,ipſe præterea Sedecias,qui per virgã roboris ſignificatur,abſumptus fuit. Pronomen הו affixum in אכלתהו redundat. Alii vertũt, cõuulſæ atque arefactæ ſunt virgæ fortitudinis eius,ignis abſumpſit eas.Hoc pacto ſingulare מטה poſitum erit pro plurali,quod referet pronomen הו. 13 Arida & ſitib. ציה וצמא: Ad verbum,ſiccitatis & ſitis.i. regione ſicca,arente,& ſitiente,ſiue ſiticuloſa. 14 De virga ram.e. ממטה בדיה .i.de trunco vnde prodibant rami. Et nõ fuit ולא היה .i.ita vt non remanſerit vlla virga. Planctus eſt,&c. קינה היא וגו׳ ſub.in hac prophetia.q.d.hæc prophetia continet plãctum, & ita eueniet vt hîc prædicitur.

IN CAPVT XX.

1 Ad interrogandum לדרוש .i.ad conſulendum.Sic verſu 3. 2 Vt dicerem, לאמור: ſub.Iſraelitis.Sic cap.18.a.1.

me vos veniſtis? viuo ego quia non reſpõdebo vobis, ait Dominꝰ Deus.

4 Si iudicas eos, ſi iudicas, fili hominis? abominationes Patrum eorum oſtende eis.

5 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominꝰ Deus, In die qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob: & apparui eis in terra AEgypti, & leuaui manum meam pro eis, dicẽs, Ego Dominus Deus veſter:

6 In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerẽ eos de terra AEgypti, in terram quam prouideram eis, fluẽtem lacte & melle, quę eſt egregia inter omnes terras.

7 Et dixi ad eos, Vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abiiciat, & in idolis AEgypti nolite pollui: ego Dominus Deus veſter.

8 Et irritauerũt me, noluerũtque me
B audire: vnuſquiſque abominationes oculorũ ſuorum non proiecit, nec idola AEgypti reliquerunt: & dixi vt effũderem indignationẽ meam ſuper eos, & implerem iram meã in eis, in medio terræ AEgypti.

9 Et feci propter nomẽ meum, vt nõ violaretur coram Gentibus, in quarũ medio erãt, & inter quas apparui eis vt educerem eos de terra AEgypti.

10 Eieci ergo eos de terra AEgypti, & eduxi eos in deſertum.

Leuit.18.a.5 rom.10.a.5
11 ‖Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtẽdi eis: quę faciens homo, viuet in eis.

Exod.20.b.8, & 31.c.13.d.17 deut.5.b.12
12 Inſuper & ſabbatha mea ‖ dedi eis, vt eſſẽt ſignũ inter me & eos: & ſcirẽt quia ego Dominus ſanctificans eos.

13 Et irritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciẽs homo viuet in eis:
Exod.16.f.28 ‖& ſabbatha mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderẽ furorem meũ ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos.

14 Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus de quibus eieci eos in conſpectu earum.

C 15 Ego igitur leuaui manum meã ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium:

16 Quia iudicia mea proiecerũt, & in præceptis meis nõ ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerunt: poſt idola

ſi conſultus reſpondero vobis, dixit Dominus Iehouáh.

4 ″Num iudicabis eos? num iudicabis, fili hominis? abominationes Patrum eorum indica illis.

5 Et dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, In die″qua elegi Iẇſraℵél, ″& leuaui manum meam″pro ſemine domus Iayacób, ″& cognitus ſum illis in terra Mixſráim, leuaui *inquam* manum meam eis, dicendo, Ego Iehouáh Deus veſter:

6 In die *inquam* illa leuaui manum meam eis quòd educerem eos de terra Mixſráim ad terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle:″deſiderabilis eſt omnibus terris.

7 Et dixi ad eos, Singuli ″abominationes oculorũ ſuorum abiicite, & in idolis Mixſráim ne polluatis vos: ego Iehouáh Deꝰ veſter.

8 Rebellauerunt autem contra me, & noluerunt parere mihi: abominationes oculorum ſuorum non abiecit quiſquam, nec idola Mixſráim reliquerũt: ″dixi igitur me effuſurum iram meam ſuper eos, ″vt implerem iram meam in eos in medio terræ Mixſráim.

9 ″At feci propter nomen meum, ne pollueretur in oculis Gentiũ in quarum medio erant, ″in quarum oculis innotui eis vt educerẽ illos è terra Mixſráim.

10 Eduxi ergo eos è terra Mixſráim, & adduxi eos in deſertum.

11 Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea″indicaui eis: quæ ſi fecerit homo, viuet″propter ea.

12 Et inſuper″ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent″in ſignum inter me & eos, vt ſcirent quòd ſum Iehouáh qui ſanctifico eos. Sabbathum.

13 ″Rebellauerunt autem contra me domus Iẇſraℵél in deſerto, ″in præceptis meis non ambulauerũt: & iudicia mea abiecerunt, ″quæ ſi fecerit homo, viuet propter ea: & ſabbatha mea″violauerunt vehementer. ″& dixi me effuſurum iram meam ſuper eos in deſerto, vt conſumerem eos:

14 ″At feci propter nomẽ meum, ne pollueretur in oculis Gentiũ, in quarum oculis eduxi eos.

15 ″Et etiam ego leuaui manum meam eis in deſerto, me nõ inducturum eos in terram quam dedi, fluẽtem lacte & melle, quæ deſiderabilis eſt omnibus terris:

16 Eo quòd″iudicia mea abiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerunt: quia ″poſt idola ſua cor

4 Num iudicabis, &c. החשפוט וגו' q.d. præſtat eos inuitare ad reſipiſcentiã, quàm eos condemnare. Notanda autem geminatio quæ ad maiorem expreſſionẽ ponitur. 5 Qua elegi בחרי Infinit. pro præt. ſub. in populũ mihi, vt Deut.7.b.6 Et leuaui ma.m. ואשא ידי' More ſcilicet iurantis. i. iuramento interpoſito confirmaui promiſſiones meas, vt etiam Chaldæus paraph. exponit. Poteſt item eſſe geſtus eius qui potentiã & robur ſuũ exerit. Adhæc, leuat manum quum percutit & punit: retrahit autem, quum punire ceſſat. Hæc tria ſignificata in hoc capite reperiuntur. Pro ſemine לזרע ſemini. Et cognitus ſum illis, ואודע להם & innotui illis. i. effeci vt cognoſcerent me, quum miſi ad eos Moſen & Aharon. 6 Deſiderabilis צבי decus. decor. deſiderium. Chaldæus paraph. gloria. i. laudatur ab incolis omnium aliarum regionũ. 7 Abominationes ocul. ſ. שיקוצי עיניו Sic vocat idola ad quæ oculos conuertebant, hoc eſt quæ diligebant & colebant: quòd oculi adducant & alliciant homines. Suprà cap.6.c.9, dicit, Et propter oculos eorum fornicantes poſt idola ſua. Et cap.18.b.6, Et oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael. 8 Dixi igitur ואומר Hebraiſmus, Statui ergo effundere. refertur enim iſtud dixi, ad animum, ſiue cogitationem, non ad ſermonem. Vt implerem לכלות vt abſumerem. vel inſumerem. aut explerẽ. Vide ſuprà cap.5.b.13, & cap.6.b.12, & cap.7.b.8. 9 At feci ואעש At egi. ſub. cum illis clementer ac miſericorditer, ne gloria nominis mei malè audiret apud Gentes. In quorum oc. innot. vt edu. &c. אשר נודעתי אליהם וגו' Ad verbum, quibus cognitus ſum illis in oculis earũ ad faciendum, &c. i. quibus Iſraelitis manifeſtaui me per Prophetas meos in oculis earum Gentiũ. q.d. Prophetæ mei annuntiauerũt ſalutẽ Iſraeli palàm & ſpectãtibus Gẽtibus. Ne ergo viderer meos liberare non potuiſſe, ſuſtinui eos, vſuſque ſum miſericordia erga eos. Quidã vtrunque pronomen Gentes referre volunt, & primũ redundare, hoc ſenſu, Quibus Gentibus audientibus & ſpectantibus annũtiauerã libertatẽ ipſi populo meo rebelli. Eandem ſententiã vide paulo infrà verſu 14. 11 Indicaui eis: הודעתי אותם manifeſtaui eis. Ad verbũ, ſcire [vel cognoſcere] feci eos. Propter ea בהם per ea. in eis. 12 Sabbatha mea שבתותי Annotat in hũc locũ quidã Hebræorum, ideo plurali numero vſum Ezechielem, vt comprehenderet ſabbathũ ſeptimi diei, remiſſionis anno ſeptimo, & iubilei. præterea, ſiue ſit ſabbathũ dierum, ſiue annorum, ſignum fuiſſe innouationis ſeculi & vitæ æternæ in qua quies futura eſt perpetua. In ſignum לאות ſub. tanti mei amoris & recõciliationis. Sabbathum igitur ſignum eſt, vt quieto animo, & à peccatorum tumultu alieno, cognoſcamus nos redẽptos eſſe à Domino, ſanctificatos, & libertate Spiritꝰ donatos. Externa vocatio ab opere, huius quietis in Domino nos debet admonere. 13 Rebellauerũt au. cõ. me וימרו בי Exacerbauerũt autẽ cõtra me. In præceptis m. בחוקותי in ſtatutis meis. Hebraiſmus, Statuta mea non obſeruarunt. Quæ ſi fecerit, &c. אשר יעשה וגו' Vt paulo antè verſu 11. Violauerunt חללו profanarunt. polluerunt. contaminarunt. Et dixi ואומר Vide eadem verba paulo ſuprà, verſu 8. 14 At feci ואעשה Idem dicit quod & paulo antè verſu 9. 15 Et etiã וגם Quinetiã. Alii, Ego itaq;. Vide hæc verſu 6 huius capitis, paucis mutatis. 16 Iudicia mea, &c. במשפטי וגו' vt paulo antè, verſu 13. Poſt idol. ſ. &c. אחר גילוליהם Hebraiſmus, quia ex animo colebãt idola. vel, coluerũt idola quorũ ſtudio & amore tenebãtur.

eorum gradiebatur.

17 ʼPepercit tamē oculus meus eis ne interficerem eos, ʼnec feci cū eis conſummationem in deſerto.

18 Dixi autem ad filios eorum in deſerto,ʼIn præceptis Patrum veſtrorum ne incedatis,ʺ& iudicia eorum ne cuſtodiatis, & in idolis eorum ne polluatis vos.

19 Ego Iehouáh Deus veſter:in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite,& facite ea.

20 Et ſabbatha mea ſanctificate, ʼ& erunt in ſignū inter me & vos: vt ſciatis quòd ſum Iehouáh Deus veſter.

21 ʺRebellauerunt autem cōtra me filii:in præceptis meis non ambulauerunt,& iudicia mea non cuſtodierunt vt facerent ea: quæ ſi fecerit homo,viuet propter ea : ſabbatha mea polluerunt. & dixi me effuſurum iram meam ſuper eos , vt cōplerem iram meam in eos in deſerto.

22 Verùm retraxi manum meam , ʼ& feci propter nomē meum ne violaretur in oculis Gentium,in quarum oculis eduxi eos.

23 ʼEtiam ego leuaui manum meam eis in deſerto,me diſperſurum eos in Gentes,& ventilaturum eos per terras:

24 Eo ꝙ iudicia mea nō fecerant,& præcepta mea abiecerāt, & ſabbatha mea violauerāt,& poſt idola Patrū ſuorū fuerātʺoculi eorū.

Præcepta non bona.

25 ʼEt etiam dedi eis præcepta non bona , & iudicia propter quæ non viuent.

26 ʼEt pollui eos in muneribus ſuis , ʼita vt tranſire fecerint *per ignem* omne primogenitum,vt deſolare facerem eos:vt ſcirent quòd ego ſum Iehouáh.

27 Quāobrē loquere ad domū Iשׂraאél, filii hominis,& dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, Adhuc *in* hoc probris affecerūt me Patres veſtri,quum *antea* præuaricati eſſent in me præuaricationem:

28 ʺIntroduxi enim eos in terrā ʺſuper quā leuaui manū meam,me daturū eam illis:& viderunt omnem collem excelſum,& omnem arboremʺdenſam,& ſacrificauerunt ibi ſacrificia ſua,dederúntque ibiʺiram oblationis ſuæ : & poſuerunt ibi odorem ʺſuauitatis ſuæ, libauerúntque ibi libamina ſua.

Excelſum.

29 Et dixi ad eos,ʼQuid eſt excelſum ad quod vos cōuenitis?Et vocatum eſt nomen eius Excelſum,vſque ad diem hanc.

30 Propterea dic ad domum Iשׂraאél,Sic dixit Dominus Iehouáh, Annon more Patrum veſtrorū polluitis vos, & poſt abominationes eorum fornicamini?

enim cor eorum gradiebatur.

17 Et pepercit oculus meus ſuper eos, vt non interficerem eos,nec conſumpſi eos in deſerto.

18 Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine,In præceptis Patrum veſtrorū nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini.

19 Ego Dominus Deus veſter:in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite,& facite ea.

20 Et ſabbatha mea ſāctificate,vt ſint ſignum inter me & vos: & ſciatis quia ego ſum Dominus Deus veſter.

21 Et exacerbauerunt me filii:in pręceptis meis non ambulauerunt,& iudicia mea non cuſtodierunt vt facerēt ea: quæ quum fecerit homo, viuet in eis : & ſabbatha mea violauerunt. & comminatus ſum vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto.

22 Auerti autē manū meam,& feci ꝓpter nomen meum vt nō violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. D

23 Iterum leuaui manū meam in eos in ſolitudine , vt diſpergerem illos in nationes,& ventilarem in terras:

24 Eo quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent,& ſabbatha mea violaſſent,& poſt idola Patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum.

25 Ergo & ego dedi eis præcepta non bona,& iudicia in quibus non viuēt.

26 Et pollui eos in muneribus ſuis quū offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta ſua: & ſcient quia ego Dominus.

27 Quamobrem loquere ad domū Iſrael fili hominis,& dices ad eos,Hæc dicit Domin⁹ Deus, Adhuc & in hoc blaſphemauerūt me Patres veſtri,quū ſpreuiſſent me contemnentes:

28 Et induxiſſem eos in terrā ſuper quā leuaui manum meam vt darem illam eis: viderunt omnem collem excelſum,& omne lignum nemoroſum,& immolauerunt ibi victimas ſuas : & dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ,& poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas.

29 Et dixi ad eos,Quid eſt excelſum ad quod vos ingredimini ? Et vocatū eſt nomen eius Excelſum,vſque ad hanc diem. E

30 Propterea dic ad domū Iſrael,Hæc dicit Dominus Deus,Certè in via Patrum veſtrorū vos polluimini,& poſt offendicula eorum vos fornicamini.

---

17 Pepercit tamen ותחם Ad verbum,Et pepercit. Nec feci cum eis conſ.ולא־עשותי אותם כלה nec feci cū eis conſumptionem.vel
finem.Hebraiſmus,nō deleui eos prorſus.Significat integram,abſolutam,ac perfectam deletionem ac perditionem. 18 In præceptis
בחוקי in ſtatutis.i.veſtigiis Maiorum veſtrorum nolite inſiſtere. Et iudicia e.ואת־משפטיהם.i.mores,& inſtituta eorum nolite ſequi.
20 Et erunt והיו & ſint. 21 Rebellauerūt a. וימרו Vide eadem ſuprà,verſu 8,& 13,paucis mutatis. 22 Et feci propter,&c.
ואעש וגו׳ Vide ſuprà verſu 9 & 14. 23 Etiam ego leuaui,&c. גם־אני נשאתי וגו׳ Hebraiſmus,Interminatus[ſiue cōminatus]ſum me,&c.
Vide in principio huius capitis,verſu 5. 24 Oculi e. עיניהם .i.magno ſtudio tenebātur idolorū quæ coluerāt Patres eorū.Vide verſ.7.
25 Et etiam dedi eis præc.non bona, וגם־אני נתתי להם חוקים לא טובים Idcirco dedi eis leges nō bonas.Hoc genus loquēdi ſimile eſt illi
Pauli,Rom.1.c.21,Propterea quòd quū Deum cognouerint,nō vt Deum glorificauerūt,&c.tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in
immunditiā,vt cōtumeliis afficiant corpora ſua,&c. Dicit igitur, Quia noluerunt legibus meis parêre, abieci eos, permiſiſque vt legibus
iniquiſſimis inſeruirent,quarū obſeruatio mortē eis afferret æternā, tradidi eos vt Gentiū ſtatuta non bona cuſtodirent,cuiuſmodi cultus
idolorū,traductio filiorum per ignem in honorem Moloch,& alia nefanda.Circiter finem huius capitis verſu 39 dicit,Singuli poſt idola ſua
ambulate & ſeruite,&c. 26 Et pollui eos in mu.ואטמא אותם במתנותם .i.Permiſi vt laberētur in ſcelus inhumanitatis,propter quod
pollueretur,ac cōtaminarentur,ita vt traduxerint,&c. Ita vt trāſire fecerint,&c.בהעביר כל־פטר רחם Ad verbū,in trāſire faciēdo omne
adaperiēs vuluā.vel,omnē apertionē vuluæ.i.omnia primogenita. 28 Introduxi enī e.ואביאם Ad verbū,Et introduxi eos. Quidā ſcribūt
hoc loco ו redundare. Alii,Quū enim introduxiſſem eos. Super quā,&c.אשר נשאתי וגו׳ de qua[vel,pro qua]leuaui manū meam.i.iuraui,
ſiue iurauerā:vt ſuprà verſu 5. Denſam,עבות intricatā.i.habentē multos ramos inter ſe implicatos. Iram oblat.ſ.כעס קרבנם Hebraiſmus,oblationem ſuā qua Deū ad iram prouocabāt. Suauitatis ſ.ניחוחיהם ſuauеolentiæ ſuæ. Plurale Heb.ſuauitatū ſuarū.i.ſuauiſſimū.
29 Quid eſt,&c. מה הבמה וגו׳ Ad verbū, Quid excelſum ad quod eſtis illi qui veniunt illuc?Redundat aduerbiū loci.Quid eſt excel-
ſum.i.Quid ſibi vult excelſum.vel,Quare extruxiſtis excelſum iſtud,quum ego vobis locum vbi ſacrificaretis nomini meo,conſtituerim
vbi altare terreum mihi fieri præcepi?הבמה ſignificat excelſum:eſt autem altare valde excelſum,ad quod per gradus aſcendebatur: aut ſic dicebatur,quòd talia altaria in montibus excelſis extruerentur contra præceptum Domini.

Et in oblatione donorum veſtrorũ, quũ traducitis filios veſtros per ignẽ, vos polluimini in omnibus idolis veſtris vſque hodie: & ego reſpondebo vobis dom⁹ Iſrael? viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non reſpõdebo vobis.

Neque cogitatio mẽtis veſtræ fiet, dicentium, Erimus ſicut Gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides.

Viuo ego, dicit Domins Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extẽto, & in furore effuſo regnabo ſuper vos.

Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris ĩ quib⁹ diſperſi eſtis, in manu valida, & ĩ brachio extẽto, & ĩ furore effuſo regnabo ſup vos.

Et adducã vos in deſertum populorum, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem.

F Sicut iudicio cõtendi aduerſum Patres veſtros in deſerto terrę AEgypti, ſic iudicabo vos, dicit Dominus De⁹.

Et ſubiiciã vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.

Et eligam de vobis tranſgreſſores, & impios, & de terra incolatus eorũ educã eos, & in terram Iſrael non ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus.

Et vos domus Iſrael, hæc dicit Dominus Deus, Singuli poſt idôla veſtra ambulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc nõ audieritis me, & nomen meũ ſanctum pollueritis vltrà in muneribus veſtris & in idolis veſtris:

In monte ſancto meo, in mõte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis dom⁹ Iſrael, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi: & ibi quærã primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris:

In odorẽ ſuauitatis ſuſcipiam vos, quum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas diſpſi eſtis: & ſanctificabor in vobis in oculis nationum.

G Et ſcietis quia ego Dominus, quũ induxero vos ad terram Iſrael, in terram pro qua leuaui manum meam vt darem eam Patribus veſtris.

Et recordabimini ibi viarũ veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorũ, quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris quas feciſtis.

Et ſcietis quia ego Dñs, quũ benefecero vobis propter nomen meũ, & nõ ſecundũ vias veſtras malas, neque

31 Quum enim offertis dona veſtra traducendo filios veſtros per ignem, polluitis vos in omnibus idolis veſtris vſque hodie: & ego conſultus reſpondebo vobis, domus Iשׂſraאél? viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, ſi conſultus reſpondero vobis.

32 'Et quod aſcendit ſuper ſpiritũ veſtrum, "penitus nõ erit: dicitis enim, 'Erimus ſicut Gentes, "ſicut cognationes terrarum 'miniſtrã do ligno & lapidi.

33 Viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, niſi in manu forti, & brachio extento, "& furore effuſo regnauero ſuper vos.

Reditũ à captiuitate ꝓmittit Dominus populo.

34 Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris in quas diſperſi eſtis, manu valida, & brachio extento, & furore effuſo.

35 Et adducam vos "ad deſertum populorum, '& iudicio cõtendam vobiſcum ibi facie ad faciem.

36 Sicut iudicio cõtendi cũ Patribus veſtris in deſerto terræ Miשׂſráim, ſic iudicio contendam vobiſcum, dixit Dominus Iehouáh.

37 Et trãſire faciam vos "ſub virgam, "& adducam vos in vinculum fœderis.

38 Et ſeligam ex vobis rebelles, '& præuaricantes in me, è terra 'incolatus eorum educam eos, & ad terram Iשׂſraאél non venient: & ſcietis quia ego Iehouáh.

39 Et vos dom⁹ Iשׂſraאél, ſic dixit Dominus Iehouáh, Singuli poſt idola ſua ambulate, & ſeruite, poſteaquã nõ paretis mihi, & nomẽ ſanctũ meũ "ne polluatis vltrà muneribus veſtris, & idolis veſtris:

40 'Quia in monte ſancto meo, *id eſt* in monte excelſo Iשׂſraאél, dixit Dominus Iehouáh, ibi ſeruiet mihi tota domus Iשׂſraאél, vniuerſa ipſa in terra: ibi "volã eos, & ibi requirã "oblationes veſtras, & primitias munerum veſtrorũ in omnibus "ſanctificationibus veſtris:

41 In odore quietis 'volam vos, 'quum eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris in quas diſperſi eſtis: "& ſanctificabor in vobis in oculis Gentium.

42 Et ſcietis quòd ego Iehouáh, quum induxero vos in terram Iשׂſraאél, *id eſt* in terram "pro qua leuaui manum meã, me daturum eam Patribus veſtris.

43 Et recordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium 'operũ veſtrorũ quibus polluiſtis vos, "& ſucciſione dignos reputabitis vos in conſpectu veſtro propter omnia mala veſtra quæ feciſtis.

44 Et ſcietis quòd ego Iehouáh, "quũ fecero vobiſcũ propter nomẽ meum, non ſecundũ vias veſtras malas, & ſecundum opera veſtra

32 Et quod aſcendit per ſpiritũ ve. והעולה על־רוחכם Et quod aſcendit in animũ [vel, cor] veſtrũ. Hebraiſmus, Quod autẽ cogitatis, vel animo concipitis. Penitus non erit: היו לא תהיה Ad verbum, eſſendo non erit. Erimus נהיה Simus. i. viuamus ritu Gentium, vt bene ſit nobis. Sicut cognationes terr. כמשפחות הארצות ſicut familiæ nationum. vel prouinciarum. i. ſicut aliæ nationes. Miniſtrando לשרת famulando. i. colendo deos ligneos & lapideos. 33 Et furore eff. ובחמה שפוכה. i. indignatione maxima. Metaphora à vaſis plenis, quæ vbertim & ſemel exinaniũtur. q. d. Tamen non permittam vt deficiatis à me, ſed vi, & vobis volẽtibus nolentibus, ero Rex veſter. 35 Ad deſertum pop. אל־מדבר העמים Deſertum iſtud non procul diſtabat à Babylone, in qua Imperator ſibi ſedem delegerat. Et iudicio contendã ונשפטתי & diſceptabo. expoſtulabo. litem intendam. Chaldæus paraph. vlciſcar de vobis. 37 Sub virgã, תחת השבט. i. ſub ſceptrum. Hebraiſmus, reddam vos mihi ſubiectos ac ſubditos. Metaphora à paſtore qui cum virga numerare ſolet oues. Et adducam, &c. והבאתי וגו׳ Hebraiſmus, feriam vobiſcum fœdus quemadmodum feci cũ Patribus veſtris. 38 Et præuaricantes והפושעים & ſceleratos. vel, qui præuaricati fuerint in me. Incolatus e. מגוריהם habitationis eorum. i. vbi nunc ſunt captiui. 39 Ne polluatis vltrà לא תחללו עוד Ironia eſt. q. d. malo vt manifeſti ſitis idololatræ, ꝙ iſta ſimulatione veſtra mihi iniuriam inuratis, dona mihi offerendo, & ſimul idola colendo: nolo vt me colatis vnà cum idolis. 40 Quia כי Subaudiendum aliquid, Tandem certè fiet vt me purè ac ſyncerè colatis: nam in monte, &c. Volam eos, ארצם beneplacitum erit mihi in illis. Sic ſuprà, cap. 18. c. 23. i. fauore ac beneuolentia proſequar. benigniter eos cõplectar. Oblationes ve. את־תרומותיכם Mutatio perſonæ. i. oblationes veſtræ tam gratæ mihi erunt vt videar requirere illas. Sanctificationibus ve. קדשיכם ſanctificatis veſtris. i. in omnibus rebus quas ſanctificaueritis ſiue conſecraueritis mihi. 41 Volam vos, ארצה אתכם complacebo mihi in vobis. aut, complectar vos fauore, ac beneuolentia proſequar. Eadem dictio quæ & verſu præcedenti. Propter odorem ſuauiſſimum oblatum mihi, voluptatem capiam in vobis. de odore quietis dixit etiam ſuprà cap. 16. b. 19. Quum eduxero בהוציאי Vt paulo antè, verſu 34. Et ſanctificabor, &c. ונקדשתי בכם Hebraiſmus, Gentes cenſebunt me iuſtum, efferéntque laudibus propter liberationem veſtram. 42 Pro qua leuaui, &c. אשר נשאתי את־ידי Vide eadem ſuprà verſu 28. 43 Operum ve. עלילותיכם ſtudiorum veſtrorũ. adinuentionũ. cogitationum. Et ſucciſione dig. rep. vos ונקטתם Ad verbum, & ſuccidemini. vel eritis ſucciſi. aut vt alii, excidetis vos. id eſt, vt doctus inter Hebræos exponit, quũ malo veſtrorum recordabimini, in oculis veſtris dignos vos reputabitis vt è mundo excidamini. 44 Quum fecero vo. בעשותי אתכם Vide ſuprà verſu 9 & 14.

corrupta, domus Iשſraℵél, dixit Dominus Iehouáh.

45 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

46 Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, ʹ& ſtilla ad Meridiem, atque propheta ʺad ſyluam agri Meridiani.

Per ſaltum exurendum, incendium vrbis ſignificatur.

47 Et dices ſyluæ Meridianæ, Audi verbũ Iehouæ, Sic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego ʺſuccendo in te ignẽ, & abſumet in te omnẽ arborem viridem, & omnem arborẽ aridã: non extinguetur ʺflãma flãmæ, cõburentúrque in ea omnes facies ab Auſtro ad Aquilonẽ.

48 Et videbit oĩs caro ꝙ ego Iehouáh ſuccẽdi illũ, ʺnõ extinguetur.

49 Et dixi, Aháh Domine Iehouáh: ipſi dicũt ʺmihi, ʹAnnon parabolicè loquitur parabolas iſte?

Cap. XXI.

Minatur gladiũ, hoc eſt cladẽ vrbi Ieroſolymitanæ.

1 ET fuit verbum Domini ad me, ʺdicendo,

2 Fili hominis, pone faciem tuam ad Ieruשſaláim, ʺ& ſtilla ſuper ʹSanctuaria, & propheta ſuper terram Iשſraℵél.

3 Et dic terræ Iשſraℵél, Sic dixit Iehouáh, Ecce *uenturus ſum* ad te, & educam gladiũ meum è vagina ſua, & excidã ex te iuſtũ & impiũ.

4 Propterea ꝙ ʺſucciderim ex te iuſtũ & impiũ: idcirco egredietur gladiꝰ meꝰ de vagina ſua ad omnem carnẽ ab Auſtro ad Aquilonẽ.

5 Et ſciet omnis caro quòd ego Iehouáh eduxi gladiũ meum de vagina ſua: ʺnon reuertetur vltrá.

6 Et tu fili hominis ʺingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudine ʺingemiſce in oculis eorum.

7 Et erit, quum dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Propter ʹrumorem: quia venit, ʺ& liquefiet omne cor, & debilitabuntur vniuerſæ manus, ʺanguſtiíſq; afficietur omnis ſpiritus, & õnia genua ʹibunt *tanquam* aquæ: ecce venit, & fiet, dixit Dominus Iehouáh.

8 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

9 Fili hominis propheta, & dic, Sic dixit Dominus Iehouáh: dic *inquam*, ʹGladius gladius exacutus eſt, & etiam ʺlima terſus.

10 ʹVt iugulet victimas exacutus eſt, ʺvt ſit ei ſplendor limatus eſt: ʹquomodo gaudebimus *de hoc gladio* tribum filii mei ſpernente, *&* omne lignum?

ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait Dominus Deus.

45 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

46 Fili hominis, pone faciem tuam cõtra viam Auſtri, & ſtilla ad Africum, & propheta ad ſaltum agri Meridiani.

47 Et dices ſaltui Meridiano, Audi verbũ Domini: hæc dicit Dominus Deꝰ, Ecce ego ſuccendã in te ignem, & cõburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: nõ extinguetur flamma ſuccenſionis, & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſque ad Aquilonem.

48 Et videbit vniuerſa caro quia ego Dñs ſuccendi eam, nec extinguetur.

49 Et dixi, Ha, ha, ha, Domine Deus: ipſi dicunt de me, Nũquid non per parabolas loquitur iſte?

Cap. XXI.

1 ET factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad Sanctuaria, & ꝓpheta contra humum Iſrael.

3 Et dices terræ Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eiiciã gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impium.

4 Pro eo autem quòd occîdi in te iuſtum & impiũ: idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnẽ carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonem,

5 Vt ſciat oĩs caro q̃a ego Dñs eduxi gladiũ meũ de vagina ſua irreuocabilẽ.

B

6 Et tu fili hominis ingemiſce in cõtritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis.

7 Quúmque dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluẽt aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus.

8 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

9 Fili hominis, ꝓpheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus: loquere, Gladius gladius exacutus eſt & limatus.

C

10 Vt cædat victimas exacutus eſt, vt ſplendeat limatus eſt: qui moues ſceptrum filii mei, ſuccidiſti omne lignũ.

46 Et ſtilla והטף Stillare pro Loqui. Vnde Chaldæus paraph. vertit Vaticinare. nam ſermo ſimilis eſt pluuiæ. Verba enim ſeinuicẽ ſubſequuntur, vnde Moſes ait, Deut. 32. a. 2, Stillabit vt pluuia doctrina mea. Iubetur autem faciem ſuam vertere verſus Meridiem, quòd terra Iuda ferè ad Meridiem ſit, reſpectu Chaldææ in qua erat Propheta. Ad ſyluam אל־יער contra ſaltum. vel, de ſylua. Ieruſalem ſignificat quæ ſita erat ad Meridiem reſpectu Babylonis: quam vocat ſyluam: quòd vt in ſylua ſunt arbores fructiferæ & infructiferæ: ita boni & mali permiſti in ipſa Ieruſalem. Syluam autem agri vocat, quòd ſita eſſet in regione celeberrima, feraciſſima: & optima nempe in terra Iuda. 47 Succendo מצית Præſ. Heb. pro fut. i. paratus ſum immittere afflictionem maximam. Flãma flãmæ, להבת שלהבת Hebraiſmus, pro flamma cõtinua & perpetua, quum ſuccedit vni flãmæ alia flamma. Igne iſto cõtinuo ſignificat afflictionem diuturnam. Doctus inter Hebræos vertit, flamma flamma. dicítque geminari dictionem, ad rem corroborandam: acſi dicat, ignem nõ extinguendum, ſed omni tempore aſcenſuram flammam, veluti ſi altera alteram excipiat, donec conſumantur omnes aut captiuitate, aut gladio. Comburentúrq; in ea ונצבו־בה .i. videbuntur comburi pudore & ignominia. 48 Non extinguetur. :לא תרבה Subaudi Et, vel Qui, Et non extinguetur, ſiue, Qui non extinguetur, donec prorſus perdiderim eam. 49 Mihi לי de me. Dicere ſolent me. Annon parb. &c. הלוא וגו׳ ſub. & non prophetias. q. d. obſcurè loquitur: nihil enim aliud habet in ore quàm parabolas. Propheta his verbis velut cõqueritur Domino, Quare ô Domine proponis parabolam? eos enim malè habet quum loquor ipſis parabolicè: quæſo igitur explica parabolam.

IN CAPVT XXI.

1 Dicendo, :לאמור .i. in hunc modũ, vel in hanc ſententiã. 2 Et ſtilla והטף Vide præcedẽti capite, verſu 46. Explicat parabolã præcedentem, qua calamitatem Ieruſalem prædicebat. Sanctuaria, מקדשים· Quare plurali numero dicat Sanctuaria, vide Pſal. 68. g. 36. 4 Succiderim, &c. הכרתי וגו׳ ſub. vicini lætati ſunt, idcirco & illos quoq; affligã. 5 Nõ reuertetur לא תשוב ſub. in vaginã ſuã donec fecerit volũtatem meã. 6 Ingemiſce, האנח ſuſpira. Ingemiſce תאנח Fut. Heb. pro imp. ſuſpira. 7 Rumorem, שמועה Ad verbum, auditũ. ſub. aduentus maximi exercitus cõtra hanc vrbẽ. Et liquefiet, &c. ונמס כל־לב וגו׳ & diſſoluetur animus omniũ, & remiſſæ erũt. vel, debiles erũt. Anguſtiiſque affic. וכהתה cõcidétque. vel, debilitabitur. aut lãgueſcet. Ad verbũ, rugabitur. Ibunt *tan.* aquæ, תלכנה מים .i. tremẽt inſtar aquæ exagitatæ vẽto. Alii, fluent aquis. i. perfundentur ſudore, vel lotio præ metu & trepidatione. Alii, vertẽtur in aquã: præ ſudore ſcilicet, ex trepidatione prouenĩẽte. 9 Gladius חרב ſub. hoſtilis. Lima terſus. :מרוטה deterſus. expolitus. 10 Vt iugulet vict. למען טבוח טבח Ad verbum, Vt victimet victimã. vel, vt cædat cædem. i. ad cædẽ faciendam. Verbo adiũxit ſuũ verbale, ad rem vehemẽtius exprimendã: vt ieiunare ieiuniũ, præuaricari præuaricationẽ, auarè ſectari auaritiã. Vt ſit ei ſplendor למען־היה־לה ברק .i. vt ſplendore ſuo ac fulgore perſtringat: ſolet enim ſplẽdor enſis politi terrere hoſtes. Quomodo, &c. א׳ וגו׳ Locus cõciſus, ideo obſcurus: quem nõnulli ſic vertunt, Quomodo gaudebimus? *quandoquidem gladius iſte exacutus, paratus eſt ut cædat & exterminet* tribum filii mei [.i. Iſraelis,] & ſpernat [aſpernetur] omnem *aliam* arborem. i. omnes alias arbores. hoc eſt parcat aliis gentibus. Verba ſunt hominis animo perturbati. ideo oratio eſt conciſa ac imperfecta. Vocat autem Propheta Iſraëlem filium ſuum, quòd ageret doctorem apud eos. Diſcipuli enim dicuntur filii doctoris ſui. Alii, lætabimur igitur? *contra* tribum filii mei *egreſſus eſt*, reprobãs omne lignum. Senſus eſt, Nequaquam gaudẽdum, quaſi gladius ſtringendus ſit in hoſtes, quum magis in tribum Iuda filii mei ſæuiturus ſit. Poteſt etiam שבט verti pro ſceptro & virga regia: refertúrque מאסת ad חרב etiam fœmininum. Alii, an gaudebimus? contra virgam filii mei eſt, quæ ſpernit omne lignũ. Hoc modo או pro Si poſitum, & שבט maſculeum erit fœmineum, quòd pro מלכות fœmineo ponatur, hoc eſt regno: vt virgam vocet regnum Iudæ. Hinc alii vertunt interrogatiuè, Virga filii mei ſpernet omne lignum? i. tribus Iuda ſpernet alios?

11 Et dedi eum ad læuigandũ, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis.

12 Clama, & vlula fili hominis, quia hic factꝰ eſt in populo meo, hic in cũctis ducibus Iſrael qui fugerãt: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper femur.

13 Quia probatus eſt: & hoc quum ſceptrũ ſubuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus.

14 Tu ergo fili hominis, propheta, & percute manum ad manum, & duplicetur gladiꝰ, ac triplicetur gladius interfectorum: hic eſt gladiꝰ occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit,

D 15 Et corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. in omnibus portis eorum dedi conturbationẽ gladii acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

16 Exacuere, vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocũque faciei tuæ eſt appetitus.

17 Quin & ego plaudã manum ad manũ, & implebo indignationem meã: ego Dominus loquutus ſum.

18 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

19 Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, vt veniat gladiꝰ Regis Babylonis: de terra vna egrediẽtur ambæ: & manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis coniiciet.

E 20 Viam pones vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſſimam.

21 Stetit enim Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas, interrogauit idola, exta cõſuluit.

22 Ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cęde, & eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes cõtra portas, vt comportet aggerem, vt ædifi-

11 "Et tradidit eum "ad tergendum, "ad tenendum manu: hic exacutus eſt gladius, & hic terſus eſt, vt tradat eũ in manũ interfectoris.

12 Clama, & vlula fili hominis, quia iſte erit in populũ meum, "iſte in cunctos duces Iשraél: terrores gladii erunt populo meo, idcirco percute femur.

13 Quoniam "probatio *erit*: "quid ſi etiam tribum reprobans non erit, dixit Dominus Iehouáh?

14 Tu ergo fili hominis, propheta, & percute manum ad manum, duplicetúrque gladius "tertiò, gladius "interfectorũ: hic eſt gladius "occiſorum magnorum, "qui percutiet eos in penetralibus,

15 "Vt liquefiat cor, & multiplicentur "offendicula, in omnibus portis eorum dedi terrorem gladii: heu "factus eſt "ad fulgorem, "amictus eſt ad iugulationem.

16 "Seorſum eſto *in aliquo loco*, pone te ad dexterã, pone *faciem tuam ad Aquilonem*, pone te ad ſiniſtram, quò facies tua parata eſt.

17 Et etiam ego "percutiam manum meam ad manum meã: & requieſcere faciam iram meam: ego Iehouáh loquutus ſum.

18 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

19 Et tu fili hominis, "pone tibi duas vias, "vt veniat gladius Regis Babylonis: è terra vna egrediãtur ambæ, & locum elige, "in capite viæ ciuitatis elige *inquam*.

De diuinatione Regis Babylonis.

20 Viam *alteram* ponas "vt veniat gladius ad Rabbáth filiorum yAmmón, "& *alteram qua* ad Iehudáh in Ieruשaláim munita.

21 Stetit enim Rex Babél in biuio, *id eſt* in capite duarum viarum, "vt diuinet diuinationem, "terſit ſagittas, "interrogauit imagines, inſpexit iecur.

22 "In dextera eius fuit diuinatio ſuper Ieruשaláim, vt conſtitueret "duces, "vt aperiant os ad cædem, "vt eleuent vocem in vociferatione, vt ponant arietes contra portas, "vt fundant aggerem, & æ-

11 Et tradidit ויתן ſub. Deus. Ad tergendum, למרטה ad poliendum. Ad tenendum manu לתפוש בכף vt manu teneatur. ſub. ab hoſte. id eſt, vt paratus ſit ad feriendum. 12 Iſte היא ſub. ſtringetur. 13 Probatio בוחן *in* probationem. ſub. erit iſte gladius. id eſt Deus mittet gladium iſtum ad probandum ſuum populum an malis iſtis reſipiſcat. q. d. immittet gladium populo ſuo, vt hac ratione eum probet. Quid ſi etiam, &c. ומה אם־גם־שבט וגו׳ Doctus inter Hebræos exponit, Et quid erit hæc probatio, ſi etiam tribum filiorum meorum reprobaueris, excidendo illam, quemadmodum reprobatur omne lignum? Alii, Et quid *accidet*, ſi etiam tribum *Iſrael* ſpernat *gladius*? [id eſt, non feriat] non erit *ulla tunc probatio*? dicit Dominus Iehouáh. Quid ſi (inquit) Dominus nolet affligere populũ ſuũ gladio, vt nec alias gentes? hoc pacto nulla re probaret populum ſuum, nec inuitaret ad reſipiſcentiam. Omnino autem accidet vt percutiatur populus iſte, vt hoc pacto probetur an velit reſipiſcere, ſimúlque inuitetur ad reſipiſcentiam. Alii, & quid ſi virga reprobans non eſſet, dicit, &c. Alii, & qualis eſſet *populus* ſi virga reprobantis *gladii* non eſſet, dicit Dominus? Alii, & quid ſi reiiciens virgam *ſit*? non erit *ultrà*, dicit Dominus Iehouáh. 14 Tertio, שלישיתה Ad verbum, tertia. ſub. vice. i. tribus vicibus. Interfectorum: חללים Id eſt quo multi interficientur. Occiſorũ mag. הלל הגדול Ad verbum, occiſi magni. Singul. pro plur. occiſorum magnorum. i. quo interficientur magnates, & viri Principes. quia (inquit doctus inter Hebræos) per eum Nabuchodonoſorem ceciderunt Reges & Principes. Alii, occiſorũ multorum. Qui percutiet eos in penetr.: החודרת להם Ad verbum, penetrans eos, ſi Latinè dici poſſet: ab חדר, quod cubiculum, adytum, & penetrale domus ſignificat. q. d. qui cædet, ſiue interficiet eos etiam deliteſcentes in penetralibus & cubiculis domorum ſuarum. Alii vertũt, qui delituit illis. i. fuit illis hactenus incognitus. 15 Vt liquefiat למען למוג diſſoluatur. i. vt tabeſcat animus. Offendicula, המכשולים ruinæ. Factus eſt עשויה Id eſt aptatus & præparatus gladius iſte. Ad fulgorem, לברק Id eſt vt ſplendore ſuo terreat. Amictus eſt ad iug.: מעוטה לטבח Id eſt inſertus & conditus capulo aut manubrio, vt teneri poſſit. Vel amictus. i. occultatus hactenus, retectus autem & prolatus ad iugulationem. Doctus inter Hebræos exponẽs Exacutus, dicit hoc tãtùm loco in Bibliis reperiri in hac ſignificatione. 16 Seorſum eſto, &c. התאחדי הימיני וגו׳ Ad verbum, Vni te (ſi dici poſſet) dextra te, pone, ſiniſtra te, quò facies tua conſtituta eſt. i. Verte te ad locũ vnum ſeorſum [ſiue vno in latere cõſiſte] ad dexteram concede, pone *faciem tuam ad Aquilonem, aut* ad ſiniſtram concede, quò facies tua conſtituta, ſiue præparata eſt. Propheta videtur videre enſem ſeſe modò ad dexteram, modò ad ſiniſtrã partem mouentem: propterea dicit, Conſiſte vno in latere ſiue dextro, ſiue ſiniſtro: quare facies tua modò ad ſiniſtram, modò ad dextram conuertitur? 17 Percutiam, &c. אכה כפי אל־כפי Id eſt, complodam manus meas, vt te antea iuſſeram complodere in ſignum triſtitiæ & planctus. video enim faciem gladii conuerſam eſſe ad Ieruſalem. 19 Pone שים Id eſt deſigna, deſcribe, cõſtitue. ſub. in vna tabella, lapide, aut terra. Vt veniat לבוא Id eſt per quas veniat exercitus armatus. Explicat parabolam præcedentem de excidio Ieruſalem ſub Sedecia. In capite, &c.: בראש דרך־עיר ברא Singul. Heb. pro plur. initio viarũ vrbium. i. quæ ducunt ad vrbes, Rabbath ſcilicet metropolin Ammonitarum, & Ieruſalem. Seipſum ſequenti verſu declarat. 20 Vt veniat לבוא qua veniat. gladius. i. exercitus Regis Babylonis. Et ad Iehudáh, &c. ואת יהודה וגו׳ & ad Iehudáh. i. Iudæos qui habitant in Ieruſaláim vrbe munita. 21 Vt diuinet diui. לקסם־קסם . i. vt diuinando exquirat, vel vt ſortiatur quanam via ſit ſibi veniendum. Terſit ſag. קלקל בחיצים poliuit [expoliuit] tela. i. ferrum telorum vt ſplendeant, in eóque ſplendore tanquam in ſpeculo, cernant diuinatores: vt aſpicere ſolent in vngue pollicis manus ſplendente. Alii vertũt, iecit ſagittas: ac volare fecit in aere, vt videret in quam partem caderent, vt verſus eam dirigeret exercitum. Ita & Chaldæus paraph. tranſtulit. Interrogauit imag. שאל בתרפים conſuluit Theraphim. i. idola. erant imagines, quarum opera videbant futura. 22 In dextera, &c. בימינו היה הקסם Id eſt, ſors cecidit ad dexteram partem eius, qua quidem parte ſita erat Ieruſalem. hoc eſt, diuinationibus ſuis deprehendit ſibi veniendum eſſe in Ieruſalem, ita diſponente Domino, & conuertente animum eius. Duces, כרים Quidam vertunt arietes. quod minus loco congruit: nam mox ſequitur, vt ponant arietes. Vt aperiant os, &c. לפתוח פה וגו׳ Hebraiſmus, vt hortentur ſuos ad cædendum hoſtes. Vt eleuent, &c. להרים קול בתרועה Hebraiſmus, vt excitent clamorem, ac tumultum magnum vt terreant hoſtes ſuos. Vt fundant agg. &c. לשפוך סוללה וגו׳ Vide ſuprà cap. 4. a. 2, & 17. c. 17.

dificent munitionem.

Et erit eis ′quaſi qui falſa diuinat in oculis eorũ, *quòd* iurarint iuramenta eis, & id in memoriam reducit″iniquitatem vt capiatur. 23

Idcirco ſic dixit Dominus Deus, Eo quòd in memoriam reduxiſtis iniquitatem veſtram, dum manifeſtæ ſunt præuaricationes veſtræ, ″*&* conſpecta ſunt peccata veſtra in omnibus operibus veſtris, propterea *inquam* quòd″in memoriã veniſtis, ″manu capiemini. 24

Cladem regni prædicens, ſceptrum ſeruandũ oſtendit donec veniat Chriſtus cuius eſt.

Tu autem″profanè, impiè dux Iſraél, cuius venit dies″tempore iniquitatis *propter quam uenit* finis, 25

Sic dixit Dominus Iehouáh, ″Auferam″cidarim, ″& tollam coronam: ″hæc *quæ modo eſt*, non *erit* iſta, ″humilem ſubleuabo, ″& ſuperbum humiliabo. 26

″Subuerſionẽ, ſubuerſionẽ, ſubuerſionẽ ponã eam: hocquoq; ′nõ fuit, donec veniret is cuius *erat* iudicium, & traderẽ *illud in manus* eius. 27

Deſtructio Ammonitarum.

Et tu fili hominis, propheta, & dic, Sic dixit Dominus Iehouáh ′ad filios yAmmón, ″& opprobrium eorum: dic inquam, ′Gladius, gladius euaginatus eſt, ad iugulationem politus, ″vt cõſumat propter fulgorem: 28

″Interim dum vident tibi vanum, dum diuinãt tibi mẽdacium vt dent te *gladio* cum collo interfectorum impiorum, ″quorum venit dies, in tempore iniquitatis *propter quam uenit* finis. 29

Poſt aliorum cædem, tãdem ipſi Nabuchodonoſor minatur Dominus interitũ.

N*unquid*″reducam *gladium* in vaginam ſuam? ″in loco in quo creatus es, in terra habitationum tuarum iudicabo te: 30

Et effundam ſuper te iram meam, ′ignem furoris mei ſufflare faciam in te: tradámque te in manum virorum″inſipientium, ″artificum deſtructionis. 31

′Igni eris ad deuorandum, ſanguis tuus erit in medio terræ, non 32

cet munitiones.

23 Eritque quaſi conſulens fruſtrà oraculum in oculis eorum, & ſabbathorũ otium imitans: ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.

24 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerũt peccata veſtra in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo, inquam, quòd recordati eſtis, manu capiemini. B

25 Tu autem profane, impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita,

26 Hæc dicit Dominus Deus, Aufer cidarim, tolle coronam: nónne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimẽ humiliauit?

27 Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, & tradam ei.

28 Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit Domin⁹ Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices, Mucro, mucro euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas: C

29 Quum tibi viderẽtur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris ſuper colla vulneratorũ impiorum, quorũ veniet dies in tempore iniquitatis præfinita.

30 Reuertere ad vaginam tuam: in loco in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te:

31 Et effundam ſuper te indignationẽ meam: in igne furoris mei ſufflabo in te, dabóque te in manus hominũ inſipientium & fabricantium interitũ.

32 Igni eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuio ni tradêris: quia

23 Quaſi qui falſa, &c. כקסום שוא Ad verbum, ſecundum diuinare mendacium [vel falſum,] &c. iurantes iuramenta eis. Quidam vertunt, quaſi qui in vanum diuinet, coram oculis eorum, *ut quibus* iuramenta multa *fecerint*. Alii, Et iſtis fuit velut vana quædam diuinatio: nam iuramenta iuramentorũ eis. id eſt (vt exponit doctus inter Hebræos) In oculis Iſrael erit diuinatio Nabuchodonoſor tanquã diuinatio fruſtratoria: quia ſperant in verbis Prophetarum mendacium, ſpem eis facientium, in ſpémque eos erigentium, ciuitatem non tradendã in manus Regis Babel. q.d. Ieroſolymitani non credent Chaldæos venturos vt ſe oppugnent, cum quibus adhibito iuramento iam inierint fœdus. vel, Chaldæi non putabunt, neque credent ſe debere oppugnare Ieroſolymitanos, cum quibus inierint fœdus cum confirmatione iuramenti. Iudæi per falſos Prophetas ſeducti, contempſerunt conatum Babyloniorum, dicentes auguria iſta eſſe vana, quódque Chaldæi eis eſſent iuramento aſtricti, quibus tamen ipſi fidem non ſeruauerant. Quapropter Nabuchodonoſor in memoriam reuocans violatam fidem, extimulatus eſt in perniciem eorum: præſertim quum Deus iam conſtituiſſet eos punire, quòd omnem pudorem peccandi abieciſſent. Iniquitatem עון Significat perfidiam Sedeciæ, qui fidẽ datam Nabuchodonoſori, nomine Domini interpoſito, violarat: quod periuriũ cauſa fuit expugnationis vrbis Ieruſalẽ. 24 *Et* cõſpecta ſ. להראות innotuerũt. cõſpicua facta ſunt. infinitiui pro præteritis. In mem. ve. הזכרכם ſub. mihi Deo veſtro. q.d. quia non feciſtis finem peccandi, efficiam vt veniatis in poteſtatem hoſtium veſtrorum. Manu cap. בכף תתפשו: ſub. Regis Nabuchodonoſor. vt præcedenti verſu. 25 Profane, חלל interficiende. i. dignus qui interficiaris. Hanc dictionem habes ſuprà verſu 14. Docet quæ mala acciderint Sedeciæ, quòd violaſſet nomen Domini per quod iurauerat. Tempore, &c. בעת עון קץ: Ad verbum, tempore iniquitatis finis. Hebraiſmus, tempore quo iniquitas tua erit cauſa finis [ſiue interitus] regni tui & vitæ. 26 Auferam הסיר Infinit. Heb. pro fut. ſub. tibi & populo tuo. Quidam per imperatiuum vertunt, Aufer. Tolle. obſcurius tamen. Cidarim, המצנפת Significat dignitatem ſacerdotalem ac pontificalem. Ioſedec enim abiit in captiuitatem cum Sedecia. Male Chaldæus paraph. intelligit de Saraia. Et tollam coro. והרים העטרה Infinit. ſimiliter Heb. pro fut. i. priuabo te dignitate regia. Hæc *quæ modò eſt*, &c. זאת לא זאת Ad verbum, Hæc, non iſta. id eſt hæc dignitas regia quæ nunc eſt, non erit ſemper eadem. hoc eſt, regnum transferetur à te & tuis ad alios. Humilem ſubl. השפלה הגבה depreſſum exaltabo. vel, abiectum extollam. Ad verbum, exaltare. Infinit. pro fut. Quidam, exaltabit. Humilem, Iechoniam intelligit qui tunc depreſſus eſt. Et ſuperbum hum. והגבוה השפיל: & altum deprimã. vel, & ſublimem deiiciam. Sedeciam intelligit. 27 Subuerſionem, &c. עוה עוה וגו׳ Hebraiſmus, efficiam vt hæc dignitas regia longo tempore imminuatur. nempe per tres generationes, vſque ad quartam generationem. in qua reuerſa eſt ad priorem dignitatẽ. Alii vertunt, Peruerſionem, peruerſionem. peruerſionem ponam eam. vel vt alii, Obliquam, obliquam, obliquam ponam eam. quaſi nõ ſit in ſua rectitudine, hoc eſt in ſuo ac debito ſtatu, ac priſtino ſplendore. Non fuit לא היה Id eſt non accidit. non euenit. q.d. hæc dignitas regia non fuit vſqueadeò imminuta, donec venit is cui competebat iuſto Dei iudicio exercere iudicium in Iſraelem, & illum affligere. hoc eſt, donec venit Nabuchodonoſor. Alii melius de Chriſto intelligunt, vſque ad cuius aduentum, ſeptrum Iudæorum quantunuis ſæpius confractum penitus videretur, conſeruatum fuit vt illi traderetur. Vide Gene. 49. b. 10. 28 Ad filios אל־בני de filiis. vel, ſuper filios. i. ſuper Ammonitas. Et opprobrium eorum: ואל־חרפתם & de ignominia eorum. qua ſcilicet affecerunt Iſraelem, quum affligeretur à Nabuchodonoſor. Gladius, gladius חרב חרב Ideſt, multiplex gladius, quo ſcilicet percuſſi Iſraelem. Vt conſumat, &c. להכיל למען ברק: vt deuoret, propterea quòd *ſit ei* fulgor. ad terrendos ſcilicet hoſtes. In hac ſignificatione eſt à radice אכל. Alii à radice כול vertunt, ad ſuſtinendum. vel, vt ferre poſſit. i. vt ſufficiat multis interficiendis. 29 Interim dum vi. &c. בחזות לך שוא Ad verbum, In videndo tibi, & Quidã vertunt, Quum viderint tibi vanũ, quum diuinarint tibi mendacium, &c. i. quum vaticinati fuerint in gratiam tuam prophetias vanas, & falſas. q.d. quum vixeritis in maximo otio, & ſumma ſecuritate animi, tunc puniemini vos quoque propter peccata veſtra, vt Iſrael punitus eſt propter ſua. Quorũ venit, &c. אשר־בא וגו׳ Eadẽ verba quæ ſuprà verſu 25. 30 Reducã השב Infinit. Heb. pro fut. vt annotat doctus inter Hebræos, & cum interrogatione, ſiue admiratione legendum. In loco in quo, &c. במקום וגו׳. i. in loco in quo videmini creati, & in regione in qua ſemper habitaſtis, iuſto iudicio ſumã pœnas de vobis. 31 Ignem fur. m. &c. באש עברתי וגו׳ ignẽ indignationis meæ ſufflabo in te. i. ſuccẽdam, vt ſufflant ignem ad ſuccendendum eum. Ignem furoris vocat, furorem ſimilem igni. Inſipientium, בוערים ſtultorum. Alii, temerariorum. Alii, vrentium. i. perdentium omnia. Artificum deſt. חרשי משחית: fabricatorum interitus, vel perditionis. id eſt, peritorum perdendi. Alii, fabricantium perditionem. 32 Igni eris, &c. לאש תהיה לאכלה Id eſt, abſumêris incendio, peribis & gladio, nec vlli vltrà venies in mentem: peribit enim tui memoria.

ego Dominus loquutus ſum.

Cap. XXII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

2 Et tu fili hominis, nónne iudicas? nõne iudicas ciuitatẽ ſanguinũ, & oſtẽdes ei omnes abominationes ſuas?

3 Et dices, Hæc dicit Dominus Deꝰ, Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra ſemetipſam, vt pollueretur.

4 In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt, deliquiſti: & in idolis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorũ: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irriſionem vniuerſis terris.

5 Quæ iuxta ſunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te, ſordida, nobilis, grandis interitu.

6 Ecce principes Iſrael, ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effundẽdum ſanguinem.

B

7 Patrem & matrem cõtumeliis affecerũt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum & viduam cõtriſtauerunt apud te:

8 Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis.

9 Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper mõtes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui.

10 Verecundiora patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te.

Ierem. 5. b. 8

11 ❡Et vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te.

C

12 Munera acceperuut apud te ad effũdendum ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus.

13 Ecce, comploſi manus meas ſuper auaritiã tuã quã feciſti, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt in medio tui.

14 Nũquid ſuſtinebit cor tuũ, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciã tibi? ego Dominus loquutus ſum, & faciam.

---

venies in memoriam, quia ego Iehouáh loquutus ſum.

Cap. XXII.

Taxatur Ieroſolymitani crudelitatis, aliorúmque ſcelerum.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Et tu fili hominis, ″iudicabíſne? iudicabíſne ciuitatem effundẽtem ſanguinem innoxium, & indicabis ei abominationes eius?

3 Et dic, Sic dixit Dominus Iehouáh, Vrbs quæ effundit ſanguinẽ in medio ſui, vt veniat ″tempus eius: & quæ fecit idola ʹcontra ſeipſam vt pollueret ſe.

4 Sanguine tuo quem effudiſti, deliquiſti: & idolis tuis quæ feciſti, polluiſti te, ʹ& appropinquare feciſti dies tuos, & veniſti ″vſque ad annos tuos: propterea ″dedi te opprobrium Gentibus, & irriſionem omnibus terris.

5 Quæ propè ſunt, & quæ longè ſunt à te, ridebunt te, ʹſordidam nomine, ″multæ contritionis.

Exponit crimina ſigillatim.

6 Ecce duces Iẘſraẍél, ″ſinguli ſecũdum brachium ſuum fuerunt in te vt effunderent ſanguinem.

7 Patrem & matrem ſpreuerunt ″in te, ʹperegrino fecerunt cũ oppreſſione in medio tui, pupillum & viduam ″oppreſſerunt in te.

8 ʹSancta mea ſpreuiſti, & ſabbatha mea polluiſti.

9 Viri ″fraudulenti fuerunt in te vt effunderent ſanguinem, ʹ& ſuper montes comederunt in te, ″fœda fecerunt in medio tui.

10 ʹTurpitudinem patris reuelauerunt in te, immũdam menſtruo ″afflixerunt in te.

11 Et vnuſquiſque cum vxore proximi ſui fecit abominationem, & vnuſquiſque nurum ſuam polluit ″turpiter, & vnuſquiſque ſororem ſuam ″filiam patris ſui ʹafflixit in te.

12 Munera acceperunt in te vt effunderent ſanguinem, vſuram ″& ſuperabundantiam ″accepiſti, ʹfraudaſtíque proximos tuos per oppreſſionem: & mei oblita es, dixit Dominus Iehouáh.

13 Et ecce, ″percuſſi manum meam ″propter auaritiam tuam quam feciſti, ″& propter ſanguinem tuum qui fuit in medio tui.

14 ʹNunquid cõſiſtet cor tuum? ″num fortificabuntur manus tuæ in diebus quos facio tecum? ego Iehouáh loquutus ſum, & faciã.

IN CAPVT XXII.

2 Iudicabíſne? iud. התשפוט התשפוט Iudicare, pro corripere hoc loco poſitum, vt etiam vertit Chaldæus paraph. q. d. auderéſne carpere & condemnare homicidã iſtam ciuitatẽ? ex te non auderes, niſi mittereris à me, & à me adiuuareris. Hac autẽ geminatione (vt annotat doctus inter Hebræos) indicat Dominus crudelitatem Ieroſolymitanorum in effundendo ſanguine innoxio Prophetarum & iuſtorum. Alii vertunt, Annon iudicabis? annon iudicabis, &c. 3 Tempus eius, עיתה Id eſt tempus deſolationis eius. Confuſio perſonarum, pro, O vrbs quæ effundis, &c. Cõtra ſeipſam, עליה Id eſt in perniciem ſuam. Doctus inter Hebræos exponit, iuxta ſe, vel ſupra ſe. i. in montibus & collibus adiacentibus illi. 4 Et appropinquare fec. ותקריבי & adduxiſti. vel, acceleraſti dies tuos. id eſt tempus captiuitatis & deſolationis tuæ. Vſque ad annos tuos: עד שנותיך In quibus ſcilicet ducaris in captiuitatẽ. Dedi te נתתיך Præt. Heb. pro fut. dabo. efficiam vt omnes gentes afficiant te probris, & omnes nationes derideant te. 5 Sordidã nomine, טמאת השם pollutam famã. i. cuius fama polluta eſt & contaminata. Legi poteſt per vocatiuum, ô polluta. Multæ contritionis.: רבת המהומה Hebraiſmus, quæ multa mala perpeſſa es. 6 Singuli ſecundum, &c. איש לזרועו היו בך Ad verbum, vir in robore ſuo [vel, in brachio ſuo, ſiue, pro brachio ſuo] fuerunt in te. Hebraiſmus, quiſque pro virili ſua egit, ſiue nixus eſt, deditque operam vt effunderet ſanguinem.

7 In te, בך ſub. qui habitant. i. ciues tui. Sic infrá. Peregrino, &c. לגר עשו בעושק cum aduena egerunt cum calumnia. id eſt aduenas calumniati ſunt. Oppreſſerunt הונו ſpoliauerunt. ſub. opibus. Alii, afflixerunt. Alii, calumniati ſunt.

8 Sancta mea ſpre. קדשי בזית Sanctificata mea violaſti. vel profanaſti. q. d. Sancta, hoſtias ac victimas mihi ſacratas, aut claudas, aut vitioſas, aut furto ablatas, contra Legis præceptum mihi offers. 9 Fraudulenti רכיל Ad verbum, fraudis. aut delationis. id eſt, fraudulenti & delatores. Et ſuper montes, &c. ואל ההרים וגו׳ in quibus ſcilicet ſacrificauerunt idolis, comederunt idolothyta ciues tui qui habitant in te. Fœda fec. זמה עשו ſcelus admiſerunt. vel abominanda perpetrarunt. 10 Turpitudinem pat. reuel. ערות־אב גלה Nuditatem patris diſcooperuit. Singulari numero dixit, quòd pauciores fuerint. q. d. Inuenitur etiam qui concubuerit cum vxore patris ſui. Afflixerunt ענו compreſſerunt. oppreſſerunt. ſignificat vim afferre virgini, aut mulieri nolenti.

Turpiter, בזמה ſceleſté. vel, cum abominatione. aut, abominando ſcelere. Filiam patris ſui, בת־אביו. i. eodem patre genitã, & germanam. Afflixit ענה Idem verbum quod verſu præcedenti. 12 Et ſuperabundantiam ותרבית Eadem dictio quæ ſuprà, cap. 18, verſu 8, & 13. Accepiſti, לקחת ſub. ô ciuitas. nam eſt verbum fœmineum. i. acceperunt ciues tui. continens pro contento. Fraudaſtique, &c. ותבצעי וגו׳ ditaſti amicos tuos per calumniã. i. tibi fœderatos, opibus ac diuitiis cumulaſti, oppreſſione & calumnia extortis. eorum amicitiam ingenti pecunia comparaſti tibi. Alii, oppreſſiſti amicos tuos oppreſſione. vel vi, ſiue violentia. Alii, commodũ [vel, emolumentum] tuum auxiſti cum iniuria proximi tui. 13 Percuſſi manum m. הכיתי כפי more ſcilicet dolentis, vt exponerem dolorem meum. Propter auarit. t. אל בצעך propter calumniam tuam. iniuriam, fraudem, violentiam. i. propter pecuniam quam calumnia, vi, & oppreſſione extorſiſti. Et propter ſang. &c. ועל־דמך וגו׳. i. propter ſanguinem ciuium tuorum qui effuſus eſt in medio tui.

14 Nunquid conſiſtet היעמוד Conſiſtétne. i. ſuſtinerene poteris tot ac tantas afflictiones quas immiſſurus ſum in te vt puniam te?

Num fortificabũtur אם־תחזקנה Nunquid corroborabuntur. q. d. Cõcidéntne manus tuæ in diebus afflictionis, id eſt deſolationis, ac deſtructionis tuæ quos facturus ſum tecum, hoc eſt adducturus ſuper te. Præſ. Heb. pro fut.

15 ′Et diſpergam te in Gentes, & ventilabo te in terras,″& deficere faciam immunditiam tuam à te.

16 ″Et capies hæreditatem in te in oculis Gentium : & ſcies quòd ego Iehouáh.

17 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

Deprauationem populi Iſrael oſtendit.

18 Fili hominis, ″fuerunt mihi domus Iשׂraאél in ſcoriam: omnes ſunt vt æs,& ſtannum,& ferrum,& plumbum in medio fornacis, ″*ut* ſcoriæ argenti fuerunt.

19 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Quia facti eſtis õnes vos ′vt ſcoriæ, idcirco″ecce ego congrego vos in mediũ IeruשׂſaIáim

20 ″Congregatione argenti,&æris,& ferri,& plũbi, & ſtanni ad medium fornacis,″vt ſufflent in ea ignem″ad conflandum: ſic congregabo in furore meo & ira mea,″& requieſcere faciã,″& fundã vos.

21 Congregabo inquã vos,&ſufflabo ſuper vos in igne furoris mei, ″& fundemini in medio eius.

22 ′Vt funditur argentũ in medio fornacis, ſic fuſi eritis in medio eius:& ſcietis quòd ego Iehouáh effuderim ″iram meã ſuper vos.

De impia pſeudoprophetarum & ſacerdotũ doctrina, & eorum inexplebili auaritia.

23 Rurſum fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

24 Fili hominis, dic ad eam, Tu terra es non″munda,″nec compluta in die furoris.

25 Coniuratio prophetarum eius in medio eius: ſicut leo rugiens, rapiens rapinam,″animam comederunt,″opes & gloriam acceperunt, viduas eius″multiplicauerunt in medio eius.

26 Sacerdotes eius″ſurripuerunt Legem meam, & polluerunt″ſancta mea: inter ſanctum & profanum non poſuerunt diſcrimen,& inter immundum & mundum ″non indicauerunt : & à ſabbathis meis″abſcõderunt oculos ſuos,& coinquinabar in medio eorum.

Principum tyrannis.

27 Principes eius in medio eius tanquã lupi″rapientes rapinã, effundẽdo ſanguinem ,″ad perdendũ animas,″vt auarè ſectẽtur auaritiã.

28 Prophetæ autem eius ″complanabant eos luto infirmo, videntes″vanum,& diuinantes eis mendacium,dicẽtes,Sic dixit Dominus Iehouáh:& Iehouáh non erat loquutus,

29 ″Populus terræ opprimebãt oppreſſione,& rapiebant rapinam,

15 Et diſpergam te in nationes, & vẽtilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.

16 Et poſſidebo te in conſpectu Gentium:& ſcies quia ego Dominus.

D

17 Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

18 Fili hominis, verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam:omnes iſti æs,& ſtãnum, & ferrum, & plũbum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt.

19 Propterea hæc dicit Dominus Deꝰ, Eo quòd verſi eſtis omnes in ſcoriã, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ieruſalem

20 Congregatione argenti, & æris, & ſtanni , & ferri, & plumbi in medio fornacis , vt ſuccendam in ea ignem ad conflandum: ſic congregabo in furore meo,& in ira mea, & requieſcã, & conflabo vos.

E

21 Et congregabo vos , & ſuccendam vos in igne furoris mei,& cõflabimini in medio eius.

22 Vt conflatur argẽtum in medio fornacis,ſic eritis in medio eius:&ſcietis quia ego Dominus , quum effuderim indignationem meam ſuper vos.

23 Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

24 Fili hominis,dic ei,Tu es terra immunda,& non cõpluta in die furoris.

25 Cõiuratio prophetarum in medio eius: ſicut leo rugiẽs rapiénſque prædam , animas deuorauerunt , opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius.

F

26 Sacerdotes eius contempſerunt Legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea:inter ſanctum & profanum non habuerunt diſtantiam:& inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à ſabbathis meis auerterũt oculos ſuos,& coinquinabar in medio eorũ.

Mich.3.d.11 ſoph.3.a.3

27 ‖Prĩcipes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam : ad effundẽdũ ſanguinem, & ad perdendas animas, & auarè ſectanda lucra.

G

28 Prophetæ autẽ eius leniebant eos abſque temperamento, videntes vana,& diuinantes eis mendacium,dicẽtes,Hæc dicit Dominus Deus: quum Dominus non ſit loquutus.

29 Populi terrę calumniabantur calũniam,& rapiebant violenter:egenum

---

15 Et diſpergam,&c. והפיצותי וגו׳ Et diſſipabo te per Gentes,& diſpergam te. Et deficere faciã,&c. והתמותי וגו׳ & finem imponam pollutioni tuæ à te.i.efficiam vt ciues tui poſthac non polluant ſe in te.q.d.priuabo te ciuibus tuis.

16 Et capies hæred.in te, ונחלת בך ſub.& non in meipſo.q.d. olim fuiſti hæreditas mea:at vbi peccaſti, non es amplius hæreditas mea, ſed tibiipſi eris hæreditas. videberis igitur Gentibus deſerta & derelicta à me,nec amplius hæreditatem meam eſſe,quum ſis captiua.à נחל. Quidam ab חלל deducentes,vertunt, polluta es in te. 18 Fuerunt היו facti ſunt.vel,facta eſt.aut verſa eſt.Comparat eos vilioribus metallis,qui prius erant vt pretioſa metalla. *Vt* ſcoriæ argenti fue. סגים כסף היו׃ *in* ſcoriam argenti verſi ſunt.

19 Vt ſcoriæ לסגים in ſcorias.i.verſi eſtis omnes in ſcoriam. Ecce ego congre. הנני קובץ Præſ.Heb.pro fut.ego quidem congregabo. 20 Cõgregatione arg. קבוצת כסף .i.ſicut coaceruatur[vel coaceruari ſolet]argentũ. Vt ſufflent in ea ig. לפחת־עליו אש .i.vt ſufflent,& accendant in ea *fornace* ignem. Quidam,vt flatu excitent ſuper eam ignem. quòd metalla in fornace operiantur lignis. Ad conflan. להנתיך ad liquefaciendũ. Et requieſcere fa. והנחתי ſub.vos in medio fornacis. Alii,& deſeram.vel derelinquã.ſub.vos in manu gladii,& famis,& peſtis. Et fundã והתכתי & cõflabo. 21 Et funde. ונתכתם & liquefiemini.colliqueſcetis.cõflabimini. Duplicat eandem ſententiã ad rei corroborationem, vt ait doctus inter Hebræos. 22 Vt funditur כהתוך Vt conflatur. Vt liquatur. Iram m. חמתי æſtũ meum.vel furorẽ. 24 Nõ mun. לא מטוהרה nõ mundata.nõ purgata.i.contaminata. Nec compl. לא גושמה Id eſt ſuper quam non decidit pluuia,claudente cælum Domino irato. Hoc pacto ה cum mappic ad ornatum poſitum eſt. Quidam volunt eſſe nomen,vertentes,non pluuia eius.vel cuius pluuia non *decidit*.à quo tempore ſcilicet Dominus iratus clauſit cælum ne plueret.i. quæ non recipit pluuiam tempore ſuo. 25 Animam comed. נפש אכלו Singul.nomen Heb.pro plur. animas deuorauerunt. i.perdiderunt veros Prophetas,vel alios homines. Pſeudoprophetæ conſpirationem fecerant de prædicendo omnia proſpera: qua ratione populum ad cædem vera denuntiantium incitabant. Opes & gloriam חוסן ויקר theſaurum & pretioſum. Multiplicauerunt in medio eius. הרבו בתוכה׃ nempe vrbis. Hebraiſmus,fuerunt cauſa necis multorum virorum,vt paulo antè dicit, Animas deuorarunt. His verſiculis arguit omnes ordines virorum eius vrbis. 26 Surripuerunt חמסו furati ſunt.ſub. plebi. quia tenebantur docere Legem, & id prætermittebant,dicuntur furtum feciſſe Legi. Sancta mea: קדשי Vide ſuprà verſu 8. Non indicauerunt: לא הודיעו ſub.plebi quid intereſſet.id eſt non docuerunt plebem quæ eſſet differentia puri & immundi. Abſconderunt העלימו Id eſt à violatione ſabbathorum meorum auerterunt oculos ſuos,ne viderentur eam videre & intelligere.videbant enim filios Iſrael portantes onera in die ſabbathi, vt ſcriptum eſt in Ieremia,cap.17.d.27,& tacuerunt.q.d.neglexerunt obſeruationem ſabbathi mei.

27 Rapientes rap. טורפי טרף Vide ſuprà cap.18,verſu 7,12 & 18. Ad perdendum animas, לאבד נפשות Id eſt ad perdendos quamplurimos homines pios & iuſtos. Vt auarè,&c. למען בצוע בצע׃ Hebraiſmus,vt inhient lucro,ſiue vt quæſtum & lucrum magnum faciant. Vide Ierem.6.c.13,& 8.d.10. 28 Complanabant eos,&c. טחו להם תפל incruſtabant eos luto ſolubili.vel friabili.i.imponebant plebi ſuas falſas prophetias. Vide ſuprà cap.13.c.10 & 11. Vanum, שוא vanitatem.id eſt viſiones vanas.

29 Populus terræ עם הארץ Id eſt Plebs,ſiue Vulgus.qui potentiores erant in plebe,opprimebant infirmiores.

& pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia abſque iudicio.

Et quæſiui de eis virũ qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam: & non inueni.

Et effudi ſuper eos indignationem meã, in igne iræ meæ conſumpſi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus. Cap. XXIII.

ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.

Et fornicatæ ſunt in AEgypto, in adoleſcẽtia ſua fornicatæ ſunt: ibi ſubacta ſunt hubera earum, & fractę ſunt mammæ pubertatis earum.

Nomina autẽ earũ, Oola maior, & Ooliba ſoror eius: & habui eas, & pepererunt filios & filias: porrò earum nomina, Samaria, Oola: & Ieruſalem, Ooliba.

Fornicata eſt igitur ſuper me Oola, & inſaniuit in amatores ſuos, in Aſſyrios propinquantes:

Veſtitos hyacintho, prĩcipes, & magiſtrat⁹, iuuenes cupidinis vniuerſos, equites, aſcenſores equorum.

Et dedit fornicationes ſuas ſup eos (electos filios Aſſyriorum vniuerſos) & in omnibus in quos inſaniuit, in immunditiis eorum polluta eſt.

B Inſuper & fornicationes ſuas quas habuerat in AEgypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adoleſcentia eius, & illi confregerunt hubera pubertatis eius, & effuderũt fornicationem ſuam ſuper eam.

Propterea tradidi eã in man⁹ amatorum ſuorũ, in manus filiorũ Aſſur, ſuper quorum inſaniuit libidine.

Supra 16.d.38

Ipſi diſcooperuerũt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipſam occiderunt gladio: & factæ ſunt famoſæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea.

Quod quum vidiſſet ſoror eius Ooliba, plus quàm illa inſaniuit libidine: & fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ:

Ad filios Aſſyriorum prębuit impudẽter, ducibus & magiſtratibus ad ſe venientibus indutis veſte varia, equitibus qui vectabantur equis, & adoleſcentibus forma cunctis egregia.

& egenum & pauperem opprimebant, aduenam item opprimebant″abſque iudicio.

30 Et quæſiui ex eis virum″qui ſepiret ſepem, & ſtantem″in fractura coram me pro terra, ne diſſiparem eam: & non inueni.

31 Propterea effudi ſuper eos iram meã, igne iræ meæ conſumpſi eos:″viam eorum in caput eorum dedi, dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XXIII.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.

3 Fornicatæ autem ſunt in Mixſráim, in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt: ibi compreſſa ſunt hubera earum, & ibi″contuderũt mammas virginitatis ipſarum.

4 Porrò nomina earũ,″Aholáh maior, & Aholibáh ſoror eius: fuerunt autem″meæ, & pepererunt filios & filias: nomina inquam earum, ש Somrón, Aholáh: & Ieruשſaláim, Aholibáh.

5 Fornicata eſt Aholáh″ſub me,″& adamauit amatores ſuos, *nempe* Aשſſúr″propinquos:

6 Induti hyacintho, duces,″& principes, iuuenes″deſiderabiles vniuerſi *erant*, equites equitantes equos.

7 ″Dedit itaque fornicationes ſuas cum eis, (″*cum* electis filiorum Aשſſúr vniuerſis) & in omnes quos″adamauit, in cunctis idolis eorum polluit ſe.

8 *sed* & fornicationes ſuas quas didicit ab Mixſráim, non dereliquit: nam cum ea″dormierunt in adoleſcentia eius, & ipſi compreſſerunt hubera virginitatis eius,″& effuderunt fornicationem ſuam ſuper eam.

9 Propterea tradidi eam in manum amatorum ſuorum, in manũ filiorum Aשſſúr quos adamauit.

10 Ipſi″diſcooperuerunt ignominiam eius, filios eius, & filias eius tulerunt, & ipſam gladio occiderunt,″& fuit nomen mulieribus,″& iudicia fecerunt in ea.

11 Et vidit ſoror eius Aholibáh,″& corrupit amorem ſuum præ illa, & fornicationes ſuas præ fornicationibus ſororis ſuæ.

12 Filios Aשſſúr″adamauit, duces & principes, propinquos indutos″omni genere *pretioſarum ueſtium*, equites equitantes ſuper equos, adoleſcentes deſiderabiles vniuerſos ipſos.

De fornicatione, id eſt idololatria Samariæ & Ieruſalẽ ſub nomine Oolæ & Oolibæ.

Comparatione Samariæ, fornicationem Ieruſalem impudentiorem oſtẽdit.

Abſque iudicio. : בלא משפט Ad verbum, in non iudicio. i. iniuſtè. 30 Qui ſepiret ſepem, גודר־גדר De hoc genere dicendi habes ſuprà cap. 13, verſu 5. i. tunc expectaui num aliquis opponeret ſe mihi, hoc eſt rogaret pro populo iſto ne iraſceret illi, nec perderem eum. In fractura co. me בפרץ לפני in ruptura coram me. Simile habes ſuprà cap. 13. a. 5, & Pſal. 106. c. 25.

31 Viam eorum, &c. דרכם בראשם נתתי Vide ſuprà cap. 9. b. 10, & 11. d. 21. i. affeci eos pœnis condignis ipſorum peccatis.

IN CAPVT XXIII.

3 Contuderunt עישו compreſſerunt. ſuppreſſerunt. ſub. AEgyptii, quum adhuc eſſent virgines, quum pertraxerunt illas ad cultum deorum ſuorum. 4 Aholáh אהלה Ita dicitur quòd habitaculum eſſet in ipſa, & non in Deo. is enim non dicitur habitaſſe in Samaria, vt in Ieruſalem: ideo hæc dicitur Aholiba, id eſt habitaculum meum in ea, propter templum. Continuo ſeipſum declarat. Meæ, לי ſub. vxores. id eſt, initiò coluerunt me. 5 Sub me, תחתי Id eſt quum me ſponſum haberet. Et adamauit ותעגב & deperiit. ſignificat inſano amore deperire. Propinquos. : קרובים Id eſt, quos dilexit acſi fuiſſent eius propinqui. non enim vicini fuerunt Aſſyrii Samaritis loco, ſed ingenio & moribus. 6 Et principes, וסגנים & ſatrapas. Quidam, præſides. Significat principes magnos. Vide hæc eadem paulo pòſt, verſu 12. Deſiderabiles חמד Ad verbum, concupiſcentiæ. vel deſiderii. i. nobiles, & egregia forma, delectiſſimi & expetibiles, qui alios in amorem ſui pertrahunt. 7 Dedit ita. &c. ותתן וגו׳ Dare pro ponere. poſuit fornicationes ſuas ſuper ipſos. Hebraiſmus, fornicata eſt cum ipſis: hoc eſt poſuit ſpem ac fiduciam ſuam in viribus eorum, & in diis ipſorum, non in Deo. Seipſum mox declarat. *Cum* electis fil. &c. מבחר בני וגו׳ *qui omnes* electiſſimi filii erant Aſſyriæ. vel vt alii, *nempe cum* delectiſſimis omnibus Aſſyriis. Adamauit עגבה Idem verbum quod paulo antè, verſu 5. 8 Dormierunt שכבו Id eſt cõcubuerunt. ſub. AEgyptii, vel dii eorum, vt ſuprà verſu 2. Et effuderunt, &c. וישפכו וגו׳ Id eſt nimia pollutione contaminauerunt eam.

10 Diſcooperuerunt ign. eius, גלו ערותה . i. ſummo dedecore eam affecerunt. Et fuit nomen ותהי־שם ſub. malum. vel, & facta eſt nomen. i. inuſſit notam aliis mulieribus ſimilibus, amori illicito pariter deditis. Et iudicia, &c. : ושפוטים עשו בה & iudicia exercuerunt in ea. vel vt alii, ediderunt iudicia in eam. ſub. Samariam: occidendo ſceleſtos qui in ea erant. q. d. pœnas luit propter peccata ſua.

11 Et corrupit am. ſ. ותשחת עגבתה . i. inſaniore amore capta eſt quàm ſoror ſua maior, multóque magis dedita fuit idololatriæ.

12 Adamauit. &c. עגבה פחות וגו׳ Vide hæc eadẽ paulo ſuprà verſu 5, & 6. Omni gen. &c. מכלול Ad verbũ, perfectione. vel vniuerſitate. ſub. veſtium. ſignificat apparatum completum & perfectum. Eadem vox quæ & Pſal. 50. a. 2. Quidam vertunt in nominatiuo. induti omni genere pretioſarum veſtium, equites, &c. vniuerſi erant. vt is ſit ordo, omnes autem erant induti, &c. Paulo antè verſu 6. dixit, Induti hyacintho.

13 Et vidi″quòd polluta eſſet,via vna ambabus.

14 ″Addidit verò ſuper fornicationes ſuas:″nam vt vidit viros depictos ″in pariete,imagines Chaẅſdím depictas″ſinopide:

15 Accinctos ″balteo lumbos ſuos,″& tiaras tinctas in capitibus ſuis *habentes*,″(aſpectus ducum vniuerſis ipſis,&″ſimilitudo filiorum Babél,Chaẅſdím terra natiuitatis eorum.)

16 ″Adamauit eos ad aſpectum oculorum ſuorum , miſitque nuntios ad eos in terram Chaẅſdím.

17 Et ingreſſi ſunt ad eam filii Babél″ad cubile amorum,& polluerunt eam fornicatione ſua : ′polluit quoque ſe cum eis, & receſſit anima eius ab eis.

18 Et denudauit fornicationes ſuas,″diſcooperuítque ignominiam ſuã:propterea receſſit anima mea ab ea,ſicut receſſerat anima mea à ſorore eius.

19 Multiplicauit itẽ fornicationes ſuas,″ita vt in memoriã reduxerit dies adoleſcẽtiæ eiꝰ quibus fornicata fuerat in terra Miẋſráim.

20 Et adamauit″ſeruos eorum quorum ″ caro vt caro aſinorum eſt: ″& *ut* fluxus equorum, fluxus eorum.

21 ′Et recordata es fœditatis adoleſcentiæ tuæ,″quãdo compreſſerunt in Miẋſráim hubera tua,″propter *compreſſionem* huberũ adoleſcentiæ tuæ.

Vaſtatio Ieruſalem prædicitur.

22 Propterea Aholibáh,ſic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego ſuſcito amatores tuos contra te , ″eos à quibus receſſit anima tua , & venire faciam eos aduerſum te vndique,

23 Filios Babél,& omnes Chaẅſdím,″præfectos,& principes,& duces,& omnes filios Aẅſſúr cum eis:iuuenes″deſiderabiles,duces,& principes,vniuerſi ipſi *erunt* ″heroes, ″& maiores,″aſcenſores equorum vniuerſi ipſi.

24 Et venient ſuper te″*cum* rhedis, curribus, & rotis, & multitudine populorum:ſcutum,& clypeum,& galeam ″ponent contra te vn-

Et vidi quòd polluta eſſet via vna ambarum.

Et auxit fornicationes ſuas , quũq; vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus: C

Et accinctos balteis renes,& tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinem filiorum Babylonis,terræque Chaldæorũ in qua orti ſunt.

Inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nũtios ad eos in Chaldæam.

Quúmque veniſſent ad eam filii Babylonis ad cubile mãmarum, polluerũt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis,& ſaturata eſt anima eius ab illis.

Denudauit quoque fornicationes ſuas , & diſcooperuit ignominiã ſuã, & receſſit anima mea ab ea , ſicut receſſerat anima mea à ſorore eius.

Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordãs dies adoleſcentiæ ſuæ, quibꝰ fornicata eſt in terra AEgypti.

Et inſaniuit libidine ſuper cõcubitũ eorum,quorum carnes ſunt vt carnes aſinorum:& ſicut fluxus equorum,fluxus eorum.

Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quando ſubacta ſunt in AEgypto hubera tua, & confractæ ſunt mãmæ pubertatis tuæ.

Propterea Ooliba,hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos cõtra te,de quibus ſatiata eſt anima tua,& cõgregabo eos aduerſum te in circuitu, D

Filios Babylonis,& vniuerſos Chaldæos,nobiles,tyrannóſque, & principes omnes filios Aſſyriorum,iuuenes forma egregia , duces & magiſtratus vniuerſos , principes principum , & nominatos aſcenſores equorum.

Et venient ſuper te inſtructi curru & rota,& multitudo populorũ:lorica & clypeo & galea armabuntur cõtra

13 Quòd polluta eſſet,&c. ′כי נטמאה וגו quòd polluiſſet ſeſe,vnus *enim* modus ambabus illis.i.idem modus,ſiue eadem ratio pollutionis fuit ambabus.ſiue,eodem modo polluerant ſe. 14 Addidit verò ותוסף Ad verbum,Et addidit. Taxat pronitatem & procliuitatem ipſius Ieruſalem ad idololatriam,& confidentiam in hominibus, relicto Deo. Adiecit verò vltra fornicationes ſuas. Nam vt vidit ותרא Ad verbum,& vidit.id eſt, nam quumprimum ipſa vidiſſet homines quoſdam,&c. In pariete, על־הקיר ſub.quodam inſigni,regio fortaſſe. Sinopide: בששר: minio. 15 Balteo lumbos ſ. אזור במתניהם cinctorio ad renes ſuos. Quidam, Accincti enim [vel accinctæ] erant balteis *militaribus* ad lumbos ſuos. *Et* tiaras tinctas in cap.ſ. סרוחי טבולים בראשיהם & tiaræ prolixè à tergo depẽdentes,tinctæ *coloribus pretioſis,erant* in capitibus eorũ. Doctus inter Hebræos ſic ait,Filii Babél ponebãt in capitibus ſuis צניפים tiaras tinctas diuerſis colorum ſpeciebus. Et ipſæ tiaræ redundabant,& pendebant illis à tergo: quod non erat ſecundum morem filiorum terræ Iſrael. vel סרוחי ad homines Chaldæos refertur , vt vertas,nimios vel ſuperabundantes & ſuperfluos ex parte tiararum tinctarum, quæ erant סרוחים excedentes & ſuperfluæ. Aſpectus,&c. ′מראה וגו aſpectus magnatum *erat* omnibus illis.id eſt videbantur ſimiles principibus,aut præ ſe ferebant principes. Similitudo,&c. ′דמות בני־בבל וגו ſimilitudo filiorum Babél,*quorum locus* natiuitatis eſt terra Chaldæorum. Alii, ſimilitudo Babyloniorum,*id eſt* Chaldæorum,*in* terra natiuitatis ſuæ.i.omnes ita erant ornati vt ornantur in Chaldæa.

16 Adamauit e. ותעגבה עליהם Idem verbũ quod paulo antè verſu 5. Eſt autẽ Hebraiſmus, Adamauit eos ad aſpectũ oculorum ſuorũ, pro, Inſano amore deamauit quumprimum vidit imagines eorum. 17 Ad cubile amorum,&c. ′למשכב דודים וגו Id eſt vt concũberent cum ea,hoc eſt inierunt ſocietatem cum ea,& docuerunt eam cultum idolorum ſuorum. Polluit,&c. ′ותטמא־בם וגו polluit quoque ſeſe in eis,&c.i.poſuit fiduciam ſuam in viribus eorum,& cœpit colere deos ipſorum,& tamen poſtea receſſit animus eius ab eis,deſiitque eos amare. Rebellauerunt enim in eos Ioacim & Sedecias. 18 Diſcooperuitque igno.&c. ′ותגל את־ערותה וגו & reuelauit turpitudinem[vel nuditatem]ſuã, & amouit ſeſe animus meus ab ea.i.proſtituit ſe omnibus[vel ignominia eius innotuit omnibus]propterea deſii eam amare,abominatúſque ſum eam. 19 Ita vt in mem.red. לזכור ſub.Deus. Ad verbum,ad commemorandum.ſiue,ad reducendum in memoriam. Deus videtur obliuiſci ſcelerum noſtrorum quando non percutit nos:quum autem punit,recordari videtur.

20 Seruos eorum, על פלגשיהם concubinas eorum.intelligit alias nationes quas illi in ſuam illexerant ſuperſtitionem. Quidam exponunt על pro עם Cum,vertentes, Adamauítque *AEgyptios* cum concubinis eorum. Alii exponunt, Adeò eos adamaſti,vt facta ſis illis vt pellices eorum. Caro, בשר Ita dicitur membrum virile,& turpitudo mulieris,vt annotat doctus inter Hebræos. Obſcurè dicit Chaldæos fuiſſe valde idololatras,ſub perſona libidinoſorum. Et *ut* fluxus וזרמת ſub.ſeminis. 21 Et recordata es fœ.&c. ותפקדי את Et reuocaſti in memoriam ſcelus,&c.quo ſcilicet oblectata es,& rediiſti quaſi ad vomitum. Quando compr. בעשות quum ſubigerent. confringerent. Propter *compreſſionẽ* hube.&c. :למען שדי נעוריך propter hubera *inquam* adoleſcentiæ tuæ. Alii,vt *contunderent* hubera adoleſcentiæ tuæ.id eſt,quæ habebas dum adhuc eſſes virgo. Alii,vt *fractionis* mammarum adoleſcentiæ tuæ.

22 Eos à quibus,&c. ′את אשר־נקעה וגו Hebraiſmus,eos quos amare deſiiſti. 23 Præfectos,&c. פקוד ושוע וקוע Singul.Heb.pro plur.duces,principes magnos[aut viros honorabiles & prædiuites,]& munificos. Chaldæus paraph.vertit tanquam gẽtilia nomina,Pecudaitas,Soÿitas,& Coÿitas. Deſiderabiles, חמד Vide ſuprà verſu 6. Heroes, שלישים Hæc vox ſignificat viros heroicos robore corporis,fortitudine animi,& prudentia in rebus agendis præſtantes. Et maiores, וקרואים primores.ſenatores. Significat eos qui ad res arduas reip.aduocantur à Rege:quales ſunt periti literarũ,& docti homines,ſiue conſiliarii. Aſcenſores equo. רוכבי סוסים qui vehũtur equis

24 *Cum* rhedis, הוצן Deficit ב,in,vel cum. Eſt autem ſpecies quadrigarum,ſiue currus. Alii dicunt fuiſſe genus quoddam bellici inſtrumenti.aut vniuerſale nomen armorum bellicorum,& ita Chaldæus paraph.venient contra te cum inſtrumentis armaturæ. Ponent cõtra te vn. ישימו עליך סביב Hebraiſmus,circundabunt te ſcuto,clypeo,& galea.i.armabuntur contra te.

tẽ vndique:& dabo coram eis iudiciũ, & iudicabunt te iudiciis ſuis.

25 Et ponam zelum meum in te, quẽ exercent tecum in furore: naſum tuũ & aures tuas præcident:& quę remanſerint, gladio cõcident:ipſi filios tuos & filias tuas capient,& nouiſſimũ tuũ deuorabitur igni.

26 Et denudabunt te veſtimẽtis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ.

27 Et requieſcere faciã ſcelus tuum de te, & fornicationẽ tuã de terra AEgypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & AEgypti nõ recordaberis ampli⁹.

E 28 Quia hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego tradã te in manus eorũ quos odiſti,in manus de quib⁹ ſatiata eſt anima tua.

29 Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam,& ignominia plenam,& reuelabitur ignominia fornicationũ tuarum,ſcelus tuũ, & fornicationes tuæ.

30 Fecerunt hæc tibi quia fornicata es poſt Gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

31 In via ſororis tuæ ambulaſti, & dabo calicem eius in manu tua.

32 Hæc dicit Dominus Deus, Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latũ: eris in deriſum & in ſubſannationem quæ eſt capaciſſima.

33 Ebrietate & dolore repleberis:calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ.

34 Et bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis,& hubera tua lacerabis: quia ego loquutus ſum,ait Dominus Deus.

35 Propterea hęc dicit Domin⁹ Deus, Quia oblita es mei, & proieciſti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum,& fornicationes tuas.

F 36 Et ait Dominus ad me, dicens, Fili hominis, nunquid iudicas Oolam & Oolibã,& annuntias eis ſcelera earũ?

37 Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus earum, & cũ idolis ſuis fornicatæ ſũt:inſuper & filios ſuos,quos genuerunt mihi, obtulerũt eis ad deuorandum.

38 Sed & hoc fecerunt mihi, Polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbatha mea profanauerunt.

39 Quúmque immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa vt polluerent illud:etiam hæc fecerunt in medio domus meæ

dique:′dabóque coram eis iudicium,& iudicabunt te iudiciis ſuis.

25 ′Et dabo zelum meum contra te,′& facient tecum in furore:′naſũ tuũ & aures tuas remouebũt,& nouiſſimũ tuũ gladio cadet:ipſi filios tuos & filias tuas capiẽt, & nouiſſimũ tuũ deuorabitur igni.

26 Et exuent te veſtimentis tuis,& tollent vaſa′gloriæ tuæ.

27 Et ceſſare faciam′fœditatem tuam à te, & fornicationem tuam ′de terra Mizſráim,nec attolles oculos tuos′ad eos,&Mizſráim′nõ recordaberis amplius.

28 Sic enim dixit Dominus Iehouáh,′Ecce ego trado te in manum eorum quos odiſti,in manum eorum à quibus′receſſit anima tua.

29 Et agent tecum′cum odio, & tollent′omnem laborem tuum,& dimittent te nudam & diſcoopertã:′& reuelabitur turpitudo fornicationum tuarum,& fœditas tua,& fornicationes tuæ.

30 ″Faciam iſta tibi quòd fornicata ſis poſt Gẽtes,′cum quibus polluiſti te in idolis earum.

31 In via ſororis tuæ ambulaſti, ″& dabo calicem eius in manu tua.

32 Sic dixit Dominus Iehouáh, Calicem ſororis tuæ bibes′profundũ & latum:″erit *cauſa* vt derideant & ſubſannẽt te Gentes,′magnus *erit* vt multum capiat *vini*.

33 Ebrietate & dolore repleberis:′calice ſolitudinis & deſolationis,calice ſororis tuæ ש Somrón.

34 ″Bibes inquam illũ, & exhauries, ″& teſtas eius confringes,& hubera tua″euelles:quia ego loquutus ſum,dixit Dominus Iehouáh.

35 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòd oblita es mei, & proieciſti me poſt″corpus tuum, ″& etiam tu porta fœditatem tuam,& fornicationes tuas.

36 Et dixit Iehouáh ad me, Fili hominis″nónne iudicabis Aholáh & Aholibáh?″& annuntia eis abominationes ſuas.

Vtriuſque meretricis adulteriũ repetitur.

37 Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis eſt in manibus earum:& cum idolis ſuis fornicatæ ſunt: atque etiam filios ſuos quos genuerant mihi,tranſire fecerunt *per ignem*″illis,ad conſumendum.

38 ″Amplius hoc fecerũt mihi, ′polluerunt ſanctuarium meum in die illa,& ſabbatha mea profanarunt.

39 Et quum immolaſſent filios ſuos idolis ſuis,ingrediebantur ſanctuarium meum in ipſa die,vt′polluerent illud:& ecce ſic fecerũt in medio domus meæ.

Dabóque coram eis,&c. ונתתי לפניהם וגו' Hebraiſmus,permittam te poteſtati ac libidini eorum vt ſumant de te pœnas iuxta leges ſuas. vel,dabo illis poteſtatem puniendi te. 25 Et dabo zelum,&c. ונתתי קנאתי וגו' Hebraiſmus,Puniam te opera eorũ,non aliter quàm qui deprehenderunt vxores ſuas in adulterio,irati facere ſolent. Tale ſupplicium decebat eos qui defecerant à ſuo principe. Et facient tecum in furore ועשו אותך בחמה Hebraiſmus, tractabunt te tanquam irati tibi. Naſum tuũ, &c. אפך ואזניך יסירו Per naſum intelligunt dignitatem regiam,& per aures dignitatem ſacerdotalem.Sacerdotum enim eſt intendere verbo Dei,& docere illud.Per nouiſſimum intelligunt vltimum ordinem in populo.i.plebem,cuius initium & caput eſt Rex. 26 Gloriæ tuæ. תפארתך: Id eſt de quibus gloriabaris.Quidam intelligunt de veſtibus ac vaſis templi. 27 Fœditatem t. זמתך ſcelus tuum.ſic vocat idololatriam eorum.

De terra Mizſ. מארץ מצרים terræ AEgypti.i. idololatriã quam commiſiſti in AEgypto. Ad eos, אליהם ſub.concupiſcendos more ſcortorum. Non record. לא תזכרי vt ſcilicet colas deos eius. 28 Ecce ego trado te הנני נותנך Equidem traditurus ſum te. præſens pro fut. Receſſit ani.t. נקעה נפשך Vt ſuprà verſu 17 & 18.i.quos tandem deſiiſti amare,& ab illis defeciſti.

29 Cum odio, בשנאה Id eſt,tanquam tibi infenſi. Omnem lab.t. כל־יגיעך Id eſt omnes opes tuas tuo labore partas,& ſpoliabunt te bonis omnibus. Et reuelabitur,&c. ונגלה וגו' Id eſt manifeſtum erit omnibus, te per idololatriam defeciſſe à Deo tuo.

30 Faciam עשה Infinit.Heb.propterea quidam vertunt,facient. Cum quibus על־אשר propterea quòd.

31 Et dabo ונתתי propterea ponam.i.eodem ſupplicio afficiam te quo affeci ſororem tuam. 32 Profundum & latum: העמוקה והרחבה Id eſt ampliſſimum.innuit grauitatem ſupplicii. Erit תהיה ſub.calix. Magnus,&c. מרבה להכיל: Ad verbum,magnus ad capiendum,vel,facere capere. Quidam,*quòd* magnus *ſit* ad capiendum.id eſt,quòd capaciſſimus ſit.

33 Calice ſolitudinis,&c. כוס שמה וגו calix *enim* deſolationis & ſolitudinis *erit*, *nempe* calix, &c. Alii, calicem ſtuporis & deſolationis *bibes*,calicem,&c. 34 Bibes inq.il. ושתית אותה Quem bibes. Et teſtas,&c. ואת־חרשיה תגרמי Hebraiſmus, pro, franges illum in teſtas & fragmẽta multa teſtacea. q.d.adeò ebibes illum ſcyphum terreum[ſiue teſtaceum]vt præ auiditate fractura ſis eum in multas partes.

Euelles: תנתקי quaſi ſcilicet aliò transferas.hoc eſt,præ ſumma macie contabeſcet corpus tuum,præſertim hubera tua.

35 Corpus tuum, גוך Id eſt tergum. Et etiam,&c. וגם־את וגו' tu quoque portabis ſcelus,&c.i.pœnam ſceleri tuo debitam.

36 Nónne iudic. התשפוט Vide ſuprà cap.22.a.2. Et annuntia והגד Subaudi iudica,ex ipſo verſu,ſic,iudica & annuntia. Alii vertũt,Nũquid iudicabis,vt annũties eis,&c. 37 Illis להן ſub.idolis ſuis.i. in gratiam idolorum ſuorum. Quidam vertunt,ſibi. Alii, vt illis eſſent in cibum. 38 Amplius עוד Adhuc.Inſuper.Alii,Quin & hoc. Polluerent,&c. טמאו וגו' Pollutio illa fiebat aut per ingreſſum in templum,etiã in ſabbatho,quũ illi polluti eſſent:aut per oblationẽ earum hoſtiarũ ac ſacrificiorũ quæ illi immolaſſent idolis.

40 Et quanto magis″quòd miſerunt ad viros venientes delōge,ad quos nuntius″miſſus fuerat,& ecce venerūt? propter quos te lauiſti,″ſtibio fucaſti oculos tuos,& ornaſti te ornamento.

41 Et ſediſti″ſuper lectum honorabilem : menſáque præparata eſt ″ante ipſum:& thymiama meum,″& vnguentum meum poſuiſti ſuper eum.

42 Et vox turbæ″pacificæ exaudita eſt″in ea:& cū viris″vt multiplicarent homines,adducti ſunt″ↄSabæi è deſerto,& poſuerunt armillas ſuper manus earum,& coronam″gloriæ ſuper capita earum.

43 ″Et dixi inueteratæ *in* adulteriis,″Nunc egredientur fornicationes eius,& ipſa.

44 Et ingreſſi ſunt ad eam ſicut ingreditur quiſpiam ad mulierem meretricē:ſic ingreſſi ſūt ad Aholáh,& Aholibáh mulieres″fœdas.

45 Et viri iuſti″iudicabunt eas iudicio adulterarū, & iudicio effundentium ſanguinem : quia adulteræ ſunt,″& ſanguis eſt in manibus earum.

Earum exitium.

46 Sic enim dixit Dominus Iehouáh,″Aſcendere faciam aduerſum eas cœtum,& dabo eas in commotionem,& rapinam:

47 Et lapidabūt eas″lapidib⁹ multitudo,& ſuccidēt eas gladiis ſuis, filios earū & filias earū interficiēt,& domos earum igni cōburent.

48 Et ceſſare faciam″fœditatem à terra:erudientúrque omnes mulieres,″& non facient ſecundum fœditatem veſtram.

49 Et ponent″fœditatem veſtram ſuper vos, & peccata idolorum veſtrorum portabitis:& ſcietis quòd ego Dominus Iehouáh.

Cap. XXIIII.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me anno illo nono, menſe decimo, decima *die* eiuſdem menſis,dicendo,

2 Fili hominis,″deſcribe tibi nomen huius diei,″hunc ipſum diem: ″appropinquauit *enim* Rex Babél Ieruwſaláim hoc ipſo die.

Per ollam lique factam incendiū Ieruſalē probat.

3 ″Et parabolicè loquere ad domum rebellionis,atque dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh,″Pone ollam,pone *inquam*,& etiā funde in eam aquam.

4 Congere″fruſta eius in eam, omne fruſtum bonum,femur,& armum,electis″oſſibus imple.

5 Electū pecus aſſume,& etiā″incende oſſa ſub ea:″bullire fac bullitiones eius,etiam coquite″oſſa eius in medio eius.

40 Miſerunt ad viros venientes délonge, ad quos nūtium miſerant, itaque ecce venerunt:quibus te lauiſti, & circūliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.

41 Sediſti in lecto pulcherrimo, & mēſa ornata eſt ante te:thymiama meū, & vnguentum meum poſuiſti ſuper eam.

42 Et vox multitudinis exultātis erat in ea, & in viris qui de multitudine hominum adducebantur,& veniebāt de deſerto,poſuerunt armillas in manibus eorum,& coronas ſpecioſas in capitibus eorum.

43 Et dixi ei quæ attrita eſt in adulteriis,Nūc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc. G

44 Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierē meretricē,ſic ingrediebantur ad Oolā & ad Oolibā mulieres nefarias.

45 Viri ergo iuſti ſunt:hi iudicabūt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinē:quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum.

46 Hæc enim dicit Domin⁹ Deus, Adduc ad eas multitudinem,& trade eas in tumultum,& in rapinam:

47 Et lapidentur lapidibus populorū, & confodiantur gladiis eorum:filios & filias earum interficient,& domos earum igne ſuccendent.

48 Et auferam ſcelus de terra,& diſcēt omnes mulieres ne faciant ſecundum ſcelus earum.

49 Et dabūt ſcelus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum veſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego Dominus Deus.

Cap. XXIIII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me in anno nono, in menſe decimo,decima menſis,dicens,

2 Fili hominis,ſcribe tibi nomen diei huius,in qua confirmatus eſt Rex Babylonis aduerſum Ieruſalem hodie.

3 Et dices per prouerbium ad domū irritatricem parabolam, & loqueris ad eos,Hæc dicit Dominus Deus,Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquam.

4 Congere fruſta eius in eam, omnē partem bonam, femur,& armum, electa & oſſibus plena.

5 Pinguiſſimum pecus aſſume, compone quoque ſtrues oſſium ſub ea:efferbuit coctio eius,& diſcocta ſunt oſſa illius in medio eius. B

40 Quòd miſerunt כי תשלחנה quū miſiſtis. Miſſus fuerat, שלוח ſub.à vobis. Stibio fucaſti כחלת fuco ornaſti.ſtibio pinxiſti.Deſcribit mores,& habitum ſcortorum,quæ humaniſſimè & lautiſſimè excipere ſolent ſuos amaſios,& cum magno apparatu.

41 Super le.hon. על־מטה כבודה in thoro egregio.vel,pulchro,bene ornato,& inclyto. Ante ip. לפניה iuxta ipſū.ſub.lectū. Et vnguē.m. ושמני & oleum meū.q.d.perfudiſti[ſiue reddidiſti bene olentē]lectum tuū aromatibus. Vocat autē Dominus ſua,odores illos & vnguenta:quòd illis vti debeamus in gloriā eius cum gratiarū actione. 42 Pacificæ שלו quietæ.tranquillæ.opulentæ,& fortunatæ. Quidā,iucundæ.q.d.qui inuitati fuerant,excepti ſunt cum magno applauſu ciuium. venerant enim illi pacis cauſa, non belli. In ea: בה ſub.audita eſt. Vt multiplic.&c. ברוב אדם מובאים Ad verbū,propter multiplicare homines,introducti ſunt.i.vt hominū inuitatorum creſceret numerus. Quidā vertunt,propter multitudinem hominū. Alii,præ multitudine hominum. ↄSabæi, סבאים .i.doctorū Sabæorum qui docerent eas religionē ac cultum deorū externorum. Gloriæ תפארת decoris.i.coronas egregias & elegantiſſimas.q.d.illexerunt eas ad fornicationē:hoc eſt,docuerunt eas colere deos ſuos. 43 Et dixi inuet. ואומר לבלה tunc cœpi *ego Deus* dicere de inueterata illa. Nunc egred. עתה יזנו Iamiam migrabunt alió.diſcedent.i.peribunt idola eorum quum abducti fuerint in captiuitatem.

44 Fœdas. : זמה ſceleris.i.ſceleſtas,vel fœdatas.i.docuerunt eas idololatriam,quæ iam maximè deditæ erant ſceleri idololatriæ.

45 Iudicabunt eas,&c. ישפטו וגו׳ Vide eadē ſuprà cap.16.d.38. Et ſanguis,&c. : ודם בידיהן Hebraiſmus,habent manus cōſpurcatas & contaminatas ſanguine innocentū,quòd plurimos innocētes occiderint. 46 Aſcēdere,&c. ונתון וגו׳ Infinitiui Heb.pro fut.& tradā eas in diuexationē.Exilium ſignificat.q.d.Mittā aduerſum illas exercitū magnum, qui expugnabit illas,& ciues earum abducet captiuos, ſpoliabitque eos facultatibus,ſiue opibus. 47 Lapidibus mul. אבן קהל Singul.Heb.pro plur.lapide cœtus.vel cōgregatio .i.magnus ille exercitus. 48 Fœditatem זמה ſcelus.crimen.i.efficiā vt poſthac in ea regione non admittant talia ſcelera. Et non fa.&c. ולא תעשינה כזמתכנה : vt nō faciant[vel,ne faciant]iuxta ſcelus veſtrum. 49 Fœditatē ve. זמתכנה ſcelus veſtrū.Hebraiſmus,Sument pœnas de vobis propter flagitia ac ſcelera quæ admiſiſtis.

IN CAPVT XXIIII.

2 Hunc ipſum diē: את עצם היום הזה Ad verbū,ſubſtātiam[ſiue corpus]diei huius.vt & mox,in ſubſtantia[ſiue corpore]diei huius,pro,hoc ipſo die. Appropinquauit סמך ſub.vnà cum exercitu ſuo.i.admouit exercitum ſuum vrbi Ieruſalē vt eam oppugnet.Deſcribit & prædicit diē qua obſeſſa fuit Ieruſalem.Prophetæ abſentes præſentia prædicunt & futura.nam quum eſſet in Chaldæa, quæ gerebantur tūc in Iudæa,ſuis denuntiabat Ezechiel,vt vetus vates crederetur. 3 Et parabolicè loq. ומשול vt ſuprà cap.27.a.2. Pone שפת ſub. ſuper ignē.Diſpone.Colloca. 4 Fruſta e. נתחיה .i.fruſta quæ coniicienda ſunt in eā,nempe femora & armos. Oſſibus עצמים .i.membris:quia ſecundum oſſa ſecantur membra & partes animalium. 5 Incende,&c. דור העצמים תחתיה .i.accēde ignem ex oſſibus illis iam exiccatis hominum innocentium,quorum ſanguinem effudiſti. Bullire fac,&c. רתח רתחיה .i.fac vt olla illa bulliat. Oſſa eius עצמיה .i.oſſa coniecta in eam,& non tantum carnes.

6 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Væ ciuitati ſanguinum, ollæ cuius rubigo in ea eſt, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes ſuas eiice eam, nõ cecidit ſuper eam ſors.

7 Sãguis enim eius in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimam petram effudit illum: non effudit illum ſuper terram, vt poſſit operiri puluere:

8 Vt ſuperinducerem indignationem meam, & vindicta vlciſcerer: dedi ſanguinẽ eius ſuper petrã limpidiſſimã, ne operiretur.

C

Nahum 3.a.1. habac.2.c.12

9 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Væ ciuitati ſanguinũ, cuius ego grãdem faciam pyram.

10 Congere oſſa quæ igne ſuccendam: conſumẽtur carnes, & coquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent.

11 Pone quoque eam ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat & liquefiat æs eiꝰ: & cõfletur in medio eius inquinamẽtum eius, & conſumatur rubigo eius.

12 Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.

D

13 Immũditia tua execrabilis: quia mũdare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis, ſed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationẽ meam in te.

14 Ego Dominꝰ loquutus ſum, venit, & faciam: non tranſeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus.

15 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

E

16 Fili hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ.

17 Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circunligata ſit tibi, & calceamenta tua erũt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18 Loquutus ſum ergo ad populũ mane, & mortua eſt vxor mea veſpere: fecique mane ſicut præceperat mihi.

19 Et dixit ad me populus, Quare nõ indicas nobis quid iſta ſignificẽt quæ tu facis?

6 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Væ ciuitati ſanguinum, ollæ″cuius ſpuma eſt in ea, & ſpuma eius non exiuit ab ea: ″fruſtatim, fruſtatim educ eam, non″cadat ſuper illam ſors.

7 ″Sanguis enim eius in medio eius fuit, ″ſuper eminentem petram poſuit eũ: non effudit illũ ſuper terrã ″ad operiẽdum illũ puluere:

8 ″Vt aſcendere faceret iram ad vlciſcendum vltionem: *ita* poſui ″ſanguinem eius ſuper locum eminentem petræ ne operiatur.

9 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Væ ciuitati ſanguinum, & etiam ego″grandem faciam pyram.

10 ″Multiplicabo ligna, ſuccẽdam ignem, cõſumam carnẽ, ″& condiam condimentum aromatibus, ″& oſſa adurentur.

11 ″Et ſtatuam eam ſuper prunas eius ″vacuam, vt incaleſcat, & cõburatur″fundum eius: & fundetur in medio eius″inquinamentum eius, conſumetur ſpuma eius.

12 ″Mendaciis fatigarũt ſeſe, nec exiuit de ea multa ſpuma eius: *ideò* igni conſumetur ſpuma eius.

13 ″In immũditia tua *adhuc es, hoc eſt* ſcelere: propterea quòd″mũdaui te, & non mundaſti te ab immunditia tua, non mundabis te amplius, donec quieſcere faciam iram meam in te.

14 Ego Iehouáh loquutus ſum: ″venit, & feci, ″nõ retrocedã, neque parcam, neque pœnitebit me, iuxta vias tuas & opera tua ″iudicabunt te, dixit Dominus Iehouáh.

15 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

Parabola de vxore Ezechielis mortua.

16 Fili hominis, en ego tollo à te ″deſiderium oculorum tuorum ″percuſſione: ne plãgas *eam*, nec plores, neq; ″veniat lachryma tua.

17 ″Ab eiulando tace, mortuorum luctum″ne facias, ″tiaram tuam circumliga″ſuper te, & calceamẽta tua pone in pedibus tuis, & ne operias″labrum ſuperius, & panem″hominum ne comedas.

18 Loquutus ſum itaque ad populũ mane, & mortua eſt vxor mea veſperi, fecíque mane ſicut iuſſum fuit mihi.

19 Et dixit ad me populus, Annon indicabis nobis quid iſta *portendãt* nobis? tu enim facis″*illa propter nos.*

6 Cuius ſpuma eſt in ea, אשר חלאתה בה .i. quæ non eſt deſpumata. Alii vertunt Hebraiſmum, in qua eſt ſpuma. ſub. multa. Per ſpumam intelligit crimina ac ſcelera manifeſta, & omnibus cõſpicua. q.d. nõ reſipuit, ſed fuit indurata in ſceleribus ſuis. Fruſtatim, fru. לנתחיה לנתחיה per partes eius, per partes eius. vel, per fruſta eius. q.d. perdam ciues eius, non ſimul, ſed ſenſim, hoc eſt alterum poſt alterum.

Cadat נפל Præt. Heb. pro fut. vel imperat. i. idque ſine delectu, quod fieri ſolet miſſis ſortibus. q.d. nemini parcam, nulli ordini, nulli ſexui, aut ætati. 7 Sanguis, &c. כי דמה וגו׳ Hebraiſmus, In loco eminentiore vrbis effuſus fuit ſanguis. Seipſum declarat poſtea. Super eminẽ. pe. על־צחיח סלע ſuper locũ eminentẽ petræ. i. quaſi in eminentiſſimo loco petræ. צחיח ſignificat locũ altũ & eleuatũ in petra, ſic dictum quòd ſit aridus & ſiccus. Sãguis effuſus ſuper petrã, nõ tã citò ebibitur, quàm qui effuſus eſt ſuper terrã. Ad operiendũ ill. pul. לכסות עליו עפר׃ vt tegeret eũ puluis. q.d. peccauit impudẽter, apertè, & manifeſté. 8 Vt aſcendere fac. iram להעלות חמה Ad ſuſcitãdam iram. ſub. meã. i. ad prouocandũ me ad iram. Sanguinẽ e. את־דמה .i. ſanguinẽ quem ipſa effudit ponam in conſpectu meo vt veniat mihi in memoriam. 9 Grandem faciam py. אגדיל המדורה׃ Ad verbum, magnificabo incendium illum. i. congeram magnã ſtruem lignorum & oſſium ſub olla illa. q.d. atteram illos magnis afflictionibus & calamitatibus. Acerbam oppugnationem ſignificat.

10 Multiplicabo, &c. הרבה וגו׳ Infinit. Heb. pro imperat. vel potius futuris. Quidã per gerundium vertunt, coniungentes hæc fini præcedentis verſus, hoc pacto, Grandẽ faciam pyram, multiplicando ligna, ſuccendẽdo ignem, &c. Et condiã cond. arom. והקרח המרקחה vt ſcilicet ſuauiores ſint & aptiores ad edendum. q.d. addam illis animos ad oppugnandos Ieroſolymitanos, quos conficiam peſte & gladio. Et oſſa adurentur. והעצמות יחרו׃ Id eſt vt etiam oſſa ipſa adurantur in ea olla. 11 Et ſtatuam והעמידה Infinit. Heb. vt præcedenti verſu pro imperat. vel futuris. Vacuam, רקה inanem. i. carnibus euacuatam. Fundum eius: נחושתה æs eius. Quidam, ardore æs eius ſoluatur. Doctus inter Hebræos exponit תחתיה partem inferiorem. Inquinamentũ eius, טומאתה inquinatio eius. ſordes eius. i. ita vt teſtæ eius præ calore abſumant ſordes ipſius. ſolent enim ſordes præ calore deſcendere in imas partes.

12 Mendaciis תאונים Deeſt ב. i. inferendo aliis iniuriã. q.d. Magno ſtudio intulit aliis iniuriam, nec pœnituit eam, ideo dabit pœnas cõdignas ſceleribus. 13 In immunditia, &c. בטומאתך זמה Ad verbum, In immunditia, ſcelus. vel, fœditas, aut abominatio. q.d. Tu adhuc polluta es ſceleribus ac criminibus tuis. Mundaui te, טהרתיך .i. conatus ſum mundare te miſſis Prophetis meis, qui te ad reſipiſcentiam inuitarent. 14 Venit באה, euenit. ſub. ſententia mea & decretũ: & faciã quod prædixi. eſt præteritũ. Non retroc. לא־אפרע Doctus inter Hebræos exponit, Non reuertar retrorſum ab eo quod conſtitui. i. non retractabo ſententiã meam. Iudicabũt te, שפטוך Præt. Heb. pro fut. ſub. iudices, Deus per Angelos ſuos. 16 Deſiderium ocu. t. את־מחמד עיניך .i. vxorẽ tuam chariſſimã. Seipſum declarat verſu 18. Percuſſione: במגפה plaga. i. morte repentina, quã nullus præcedet morbus. Veniat תבוא ſub. ſuper genas tuas. Prohibet Dominus Prophetæ lugere vxorẽ ſuam in ſignũ quòd illi præ nimia animi cõſternatione ac perturbatione, non eſſent lucturi excidiũ Ieruſalẽ, templi, & liberorũ ſuorum. 17 Ab eiulando ta. האנק דום Deeſt præpoſ. מ, pro מהאנק à vociferãdo tempera. more lugentiũ mortuos. Ne facias, לא־תעשה ſub. illi. Luctum mortuorũ vocat, qui fieri ſolet pro mortuis. Tiaram t. פארך pileum tuum, galerũ. ſic dictum exiſtimat doctus inter Hebræos, quòd gloriæ & decori ſit homini quando eſt ſuper caput eius. Super te, עליך .i. capiti tuo, vt infrà exponit, verſu 23. q.d. noli incedere capite aperto, & nudis pedibus, vt facere ſolẽt in luctu. Labrũ ſup. על־שפם .i. barbam labri ſuperioris. Quidã mentum dici putant. q.d. noli amictu velare os tuum. Hominũ אנשים ſub. aliorũ. ſolebant enim lugentes veſci cibo miſſo ab aliis, nẽpe à vicinis ſuis. 19 *Illa propter nos.*] Vel ſubaudi, illa in portentũ nobis. ſiue vt portendãt nobis aliquid.

20 Et dixi ad eos, Verbum Iehouæ fuit ad me, dicendo,

Parabolam ediſſerit Propheta.

21 Dic domui Iשׂraאél, Sic dixit Dominus Deus, Ecce″polluo ſanctuarium meum,″ſuperbiam fortitudinis veſtræ,″deſiderabile oculorum veſtrorum,″& indulgentiã animæ veſtræ: filii veſtri, & filiæ veſtræ, quas reliquiſtis, gladio cadent.

22 Et facietis quemadmodum feci:″labrum ſuperius non operietis, & panem hominum non comedetis.

23 Et tiaræ veſtræ erunt ſuper capita veſtra, & calceamenta veſtra in pedibus veſtris: non plangetis, neque flebitis, ſed tabeſcetis propter iniquitates veſtras,″& gemetis alter cum altero.

24 Erítque Ieחhezcéאl vobis in portẽtũ: iuxta omnia quæ fecit, facietis:″quũ venerit iſtud, tũc ſcietis quòd ſum Dominus Iehouáh.

25 Et tu fili hominis, annon in die qua tollam ab eis″fortitudinem eorum,″gaudium gloriæ eorum,″deſiderium oculorum ipſorum,″& eleuationem animæ eorum, filios eorum & filias eorum,

26 In die *inquam* ipſa veniet″euaſor ad te″ad auditum aurium?

27 In die illa″aperietur os tuũ cum euaſore, & loqueris, nec obmuteſces vltrá: & eris illis″in portentum: & ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXV.

Quæ euentura ſint Gentibus, prædicit.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,″dicendo,

2 Fili hominis,″pone faciem tuam verſus filios yAmmón, & propheta aduerſum eos.

Contra Ammonitas qui ſuper ruina Ieruſalem fuerant lætati.

3 Et dic filiis yAmmón, Audite verbum Domini Iehouæ, Sic dixit Dominus Iehouáh,″Propterea quòd dixiſti, Euge, ſuper Sanctuarium meũ, quia pollutũ eſt: & ſuper terram Iשׂraאél, quia deſolata eſt: & ſuper domũ Iehudáh, quoniã abierũt in captiuitatẽ:

4 Idcirco ego″trado te filiis Orientis in hæreditatem, & collocabunt″palatia ſua in te, & ponent in te″habitacula ſua: ipſi comedẽt fruges tuas, & bibent lac tuum.

5 ″Dabóque Rabbáh in habitaculum camelorum,″& filios yAmmón in cubile pecorum: & ſcietis quòd ego Iehouáh.

6 Quia ſic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòd plauſiſti manu,″& percuſſiſti pede, & gauiſus es″in omni contemptu tuo ex animo

20 Et dixi ad eos, Sermo Domini fact⁹ eſt ad me, dicens, F

21 Loquere domui Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego polluã Sanctuariũ meum, ſuperbiã imperii veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima veſtra: & filii veſtri & filiæ veſtræ quas reliquiſtis, gladio cadent.

22 Et facietis ſicut feci: ora amictu nõ velabitis, & cibos lugentium non comedetis.

23 Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus: non plãgetis neque flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſq; gemet ad fratrem ſuum.

24 G Eritque Ezechiel vobis in portẽtũ: iuxta omnia quæ fecit, facietis: quum venerit iſtud. & ſcietis quia ego Dominus Deus.

25 Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorũ, & gaudium dignitatis, & deſiderium oculorũ eorũ ſuper quo requieſcũt animæ eorum, filios & filias eorum:

26 In die illa quum venerit fugiens ad te, vt annuntiet tibi:

27 In die, inquam illa aperietur os tuũ cum eo qui fugit, & loquêris, & non ſilebis vltrà: eriſque eis in portẽtum: & ſcietis quia ego Dominus.

Cap. XXV.

1 ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, pone faciem tuam cõtra filios Ammon: & prophetabis de eis.

3 Et dices filiis Ammon, Audite verbum Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixiſti, Euge euge, ſuper Sanctuarium meum, quia pollutũ eſt: & ſuper terrã Iſrael, quoniam deſolata eſt: & ſuper domum Iuda, quoniam ducti ſũt in captiuitatẽ:

4 Idcirco ecce ego tradã te filiis Oriẽtalibus in hæreditatem, & collocabũt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas: & ipſi bibent lac tuum.

5 Dabóque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorũ: & ſcietis qa ego Dominus. B

6 Quia hęc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pedẽ, & gauiſa es ex toto affectu ſu-

---

21 Polluo מחלל Præſ. Heb. pro fut. contaminaturus. aut violaturus ſum. i. adducturus Chaldæos, qui illud ingredientur & polluent, vt ſuprà cap. 7. f. 22, exponit. Sanctuarium ſuum vocat templum ſibi dicatum, in quo præſentiam ſuam exhibere ſolebat. Superbiam גאון gloriationem. i. de quo ſuperbitis, ſiue in quo vobis nimium placetis, & in quo fiduciam veſtram, ſiue robur veſtrum ponitis. Deſiderabile, &c. מחמד עיניכם Hebraiſmus, quod libentiſſimè aſpicitis tanquã rem vobis gratiſſimam. Et indulgentiã ani. ve. ומחמל נפשכם Hebraiſmus. i. rem quam tantum amatis quantum indulgentes patres liberos ſuos. ſiue, rem quam miro affectu proſequitur animus veſter. Alii vertunt, miſericordiam [vel miſerationem] animæ veſtræ. i. cuius miſereri ex animo ſoletis. q. d. vobis chariſſimam. Quidam dicunt tẽplum, miſerationem animæ vocari, quòd vehementer miſerebat Iudæos deſtructionis tam ſumptuoſi ædificii.

22 Labrum ſuperius, &c. על שפם וגו' Vide hæc paulo antè, verſibus 16 & 17. 23 Et gemetis ונהמתם & rugietis. vel, fremetis, vt qui ducũtur pœnitentia anteactæ vitæ. 24 Quum venerit, &c. בבואה וגו' Ad verbũ, in veniendo iſtud, & ſcietis, &c. Iſtud. i. iſta prophetia, vel hæc calamitas, vel hæc fama, ſiue rumor excidii templi. Alii iungunt præcedentibus hæc verba, quum venerit iſtud, hoc modo, Iuxta omnia quæ fecit, facietis, quum venerit iſtud: & ſcietis, &c. 25 Fortitudinem e. את־מעוזם .i. id in quo fiduciam & ſpem ſuã ponunt ac collocant. Hoc verſu multis verbis circunloquitur templum ipſum. Gaudium glo. e. משוש תפארתם gaudium decoris eorũ. .i. de quo maximè gloriantur ac ſuperbiunt. Deſiderium ocul. ipſ. מחמד עיניהם Vide paulo antè, verſu 21. Et eleuationẽ, &c. ואת־משא נפשם Hebraiſmus, id in quod eleuatur animus eorũ. Alii vertunt, onus animæ ipſorũ. hoc eſt quod potiſſimum animum ipſorũ vrgebat, vt relicti liberi, aut templum ipſum. Alii, curam. vel ſolicitudinẽ. quòd cura & ſolicitudo ſit vice oneris. i. id de quo ex animo ſunt ſoliciti, & curam habent, vt liberi, ſiue tẽplum. 26 Euaſor הפליט effugiens. qui effugerit. i. ſaluus fuerit expugnata vrbe. Ad auditũ au. : להשמעות אזנים ad auditionem auriũ. Alii, in auditu aurium. i. qui narret tibi quæ audierit, ſiue vt audierit, nõ quæ viderit. Alii, vt audire faciat aures. i. qui narret te audiente [ſiue in auribus tuis] rem omnem. Hebraiſmus. 27 Aperietur, &c. יפתח וגו' Hebraiſmus. Tẽpore illo licebit tibi liberè loqui cum eo qui euaſerit: tum demum cognoſcent te verum eſſe Prophetam, téque vera illis prædixiſſe. Suprà cap. 3. g. 26, dixerat, Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec eris eis, &c. Infrà cap. 29. d. 21, idem promittitur. Capite verò 33. e. 22, fit quod hîc pollicetur, Et manus Iehouæ fuit ad me veſperi antequam veniret euaſor, aperuitque os meum. In portentum: למופת in ſignum.

IN CAPVT XXV.

1 Dicendo, : לאמור .i. dicentis. 2 Pone faciem t. &c. שים פניך וגו' Hebraiſmus, conuerte te ad Ammonitas, relictis Iudæis. 3 Propterea, &c. יען אמרך האח .i. quia affecta es magna & incomparabili lætitia, propterea quòd templum meum deſtructum ſit. Alloquitur congregationem Ammonitarum. 4 Trado te fil. Ori. נותנך לבני־קדם Præſens pro futuro, traditurus ſum te Orientalibus. id eſt, Perſis & Medis: vel vt alii, Chaldæis. Palatia ſua טירותיהם ædes ſumptuoſas ſignificat. id eſt te depulſa incolent regionem tuam. Habitacula ſua: משכניהם tentoria ſua. vel, tabernacula. Habitationem vulgi ſignificat. 5 Dabóque ונתתי Id eſt ponam. q. d. ita deſolabitur metropolis Rabbáh vt cameli in ea habitent. Et filios ואת־בני .i. vrbem. 6 Et percuſſiſti ורקעך & calcaſti. ſub. terram. Signum hîc eſt lætitiæ. ſuprà verò, cap. 6. 11, mœroris. In omni, &c. בכל־שאטך בנפש Id eſt quando riſiſti calamitatem & afflictionem Iſraelitarum, vehementer contemnens eos in corde tuo. vel, & id ex animo.

per terram Iſrael:

Idcirco ecce ego extendam manum meam ſuper te, & tradã te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conterã: & ſcies quia ego Dominus Deus. 7

Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce ſicut omnes Gentes, domus Iuda: 8

Idcirco ecce ego aperiam humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquã eius, & de finibus eius inclytas terræ Beth-ieſimóth, & Béel-meon, & Cariatháim. 9

C Filios Orientis cum filiis Ammon, & dabo eam in hæreditatem: vt non ſit vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. 10

Et in Moab faciam iudicia: & ſcient quia ego Dominus. 11

Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumęa vltionem vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauítque delinquens, & vindictã expetiuit de eis: 12

Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Extendam manum meam ſuper Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam deſertã ab Auſtro: & qui ſunt in Dedan, gladio cadent. 13

D Et dabo vltionem meam ſuper Idumęam per manum populi mei Iſrael: & facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum: & ſciẽt vindictam meam, dicit Dominus Deus. 14

Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecerunt Palæſthini vindictam, & vlti ſe ſunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres: 15

Propterea hęc dicit Dominꝰ Deus, Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſthinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: 16

Faciámque in eis vltiones magnas arguens in furore: & ſcient quia ego Dominus, cũ dedero vindictam meã ſuper eos. 17

Cap. XXVI.

ET factum eſt, in vndecimo anno, prima mẽſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, 1

″Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ieruſalem, Euge, cõfractæ ſunt portæ populorum, cõuerſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt 2

ſuper terram Iשſraאél:

7 Idcirco ecce ego extendi manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem Gentibus, & ſuccidam te è populis, & perdam te è terris, & ″delebo te: & ſcies quòd ego Iehouáh.

Contra Moab & Seir.

8 Sic dixit Dominꝰ Iehouáh, Propterea quòd dixit Moáb & שSeyír, Ecce ſicut omnes gentes, domus Iehouah:

9 Idcirco ecce ego ′aperio latus Moáb, ′ab vrbibus, ab vrbibꝰ *inquam* eius″ *quæ ſunt* in extremo eius, ″deſiderabiles terras Beth-ieשſimóth, Báyal-meyón, & Ciriatháim.

10 ″Filios Oriẽtis *uocabo ut ueniant* contra filios yAmmón, & dabo eam in hæreditatẽ, ″ita vt non memorentur filii yAmmón inter Gẽtes.

11 ″In Moáb quoque faciam iudicia, & ſcient quòd ego Iehouáh.

Cõtra Idumæã.

12 Sic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòd ″fecit אEdóm, quando ″vlta eſt vltionem contra domum Iehudáh, ″& deliquerunt delinquendo, & vlti ſunt ſeſe de eis:

13 Idcirco ſic dixit Dominus Iehouáh, ′Extendam manum meam ſuper אEdóm, & ſuccîdam ex ea homines & iumenta, ponámque eam in deſolationem à Themán, & *incolæ* Dedán gladio cadent.

14 Et dabo vltionem meam in אEdóm per manũ populi mei Iשſraאél, faciéntque in אEdóm iuxta furorem meũ & iuxta iram meã, ″& ſcient vindictam meam, dixit Dominus Iehouáh.

Contra Palæſthinos.

15 Sic dixit Dominus Iehouáh, Propterea quòd ′ fecerunt Peliשſthím ″propter vindictam, ″& vlti ſunt vltionem ′cum cõtemptu in animo ′ad vaſtationem inimicitiis perpetuis:

16 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego extendo manum meam ſuper Peliשſthím, ″& ſuccîdam Cherethæos, & perdã reſiduum litoris maris:

17 ″Faciámque in eis vltiones magnas cum increpationibus iræ: ſciéntq; quòd ego Iehouáh, ″quum dedero vindictam meã in eis.

Cap. XXVI.

Tyrum euertendam prædicit, quòd inſultauerit deſtructæ Ieruſalem.

1 E″T fuit, vndecimo anno, ′prima menſis, fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, propterea quòd dixit צSór ſuper Ieruשſaláim, ″Euge, ′cõfracta eſt porta populorum, ′conuertit ſeſe ad me, ′replebo me, deſerta eſt:

7 Delebo te: אשמידך Id eſt prorſus exterminabo te. 9 Aperio פותח Præſ. Heb. pro fut. id eſt faciam viam per regionem Moab. Chaldæus paraph. Ecce ego confringo robur Moab à ciuitatibus eorum, &c. Ab vrbibus, &c. מהערים מעריו Id eſt ex parte vrbiũ eius munitiſſimarum. q.d. non quidẽ latus debile aut infirmum, ſed fortiſſimum ac firmiſſimum aperiam, nempe in quo ſitæ ſunt vrbes munitiſſimæ. *Quæ ſunt* in extremo eius, מקצהו Ad verbum, ab extremo eius. ſolent enim tales vrbes eſſe munitiores aliis. Deſiderabiles terras צבי־ארץ inclytam terræ. vel gloriam. Quidam ſubaudita præpoſitione מ, vertunt, à deſiderio [vel gloria, aut decore] terræ. id eſt, ab vrbibus deſiderabilibus eius, quæ ſunt Beth-ieשſimoth, &c. 10 Filios Orientis לבני־קדם Orientalibus *qui uenturi ſunt* contra, &c. ſub. aperio. Ita vt non memorentur למען לא תזכר ita vt nulla ſit memoria filiorum, &c. Ad verbum, vt non memoretur. ſub. congregatio filiorum, &c. 11 In Moab quoque faciam iud. ובמואב אעשה שפטים Hebraiſmus, In Moabitas animaduertam. vel ſumã pœnas de Moabitis, puniam eos, ídque iuſto iudicio. 12 Fecit עשות Infinit. pro præt. ſub. malum. ſiue multa mala. Vlta eſt vltio. בנקום נקם vlti ſunt ſeſe vltione. id eſt, quando ſumma iniuria affecerunt Iudæos. Et deliquerunt delin. ויאשמו אשום Id eſt grauiſſimè deliquerunt. 13 Extendam ונטיתי Ad verbum, Et extendam. Redundat ET. 14 Et ſcient וידעו .i. agnoſcent me ſumpſiſſe pœnas de ipſis. 15 Fecerunt עשות Infinit. pro præt. ſub. indigna familiæ Iſrael. vt paulo antè verſu 12. Propter vindictam, בנקמה .i. animo vlciſcendi ſe. Alii, cum vindicta. vel, per vindictam. Et vlti ſunt vlt. וינקמו נקם Vt paulo antè, verſu 12, Cum contemptu in ani. בשאט בנפש ſub. ſuo. id eſt, quum contemnerent eos in corde ſuo, vel ex animo. Ad vaſtationem, &c. למשחית איבת עולם׃ ad interitum [vel, internecionem] odio ſempiterno. vel perpetuo. id eſt, quæ futura eſt, vel erat cauſa odii ſempiterni inter eos. Verti poteſt, & odio ſempiterno. 16 Et ſuccidam והכרתי & exterminabo. 17 Faciámque in eis, &c. ועשיתי בם וגו׳ Hebraiſmus, Sumam de illis pœnas grauiſſimas, tanquam vehementer iratus in eos. Quũ dedero, &c. בתתי את־נקמתי בם׃ Id eſt quum ſumpſero vindictam de eis. Hebraiſmus.

IN CAPVT XXVI.

1 Et fuit, ויהי Hebraiſmus, pro, Accidit autem vt vndecimo anno, prima menſis factum ſit verbum, &c. Prima men. באחד לחדש Ad verbũ, Vna mẽſis, pro prima. Menſem intelligit illum à quo deſolata fuit vrbs Ieruſalẽ. Prædicit expugnationem Tyri vrbis maritimæ. 2 Euge האח particula eſt quæ ſignificat gaudium ac lætitiam. id eſt, quòd mirum in modum lætata ſit ob excidium Ieruſalem, & riſerit calamitatem eius. Vide præcedenti capite, verſu 3. Confracta eſt porta נשברה דלתות Ad verbum, fracta eſt portæ, pluraliter. Vnde quidam vertunt, fracta eſt *urbs* portarum. Alii, fracta eſt *urbs quæ erat* portæ populorum. Alii, confractæ ſunt portæ. id eſt vrbs ad quam tanquã ad portas, omni ex parte conueniebant populi inſignes, præſertim mercatores. Conuertit ſeſe נסבה conuerſa eſt. ſub. negotiatio quæ fiebat in ea. Replebo me, &c. אמלאה החרבה׃ replebor, deſolata eſt. vel, deſtructa. q.d. replebor mercibus: iam enim actum eſt de ea. Ita reputabant apud ſe ciues Tyri ob diuturnitatem obſidionis Ieruſalem.

3 Idcirco ſic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego contra te ẓSór, aſcenderéque faciam contra te gentes multas, ″ſicut aſcendit mare fluctibus ſuis.

4 ″Et diſſipabunt muros ẓSór, & deſtruẽt turres eius, & detraham ″puluerem eius ex ea, ponámque eam ″in ſummitatem petræ.

5 ″Expanſio ſagenarũ erit in medio maris, quia ego loquut⁹ ſum, dixit Dominus Iehouáh, & erit in direptionem Gentibus.

6 ″Et filiæ eius quæ ſunt in agro, gladio occidentur, & ſcient quòd ego Iehouáh.

7 Sic enim dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego adduco aduerſum ẓSór Nebuchadrℵeẓſár Regem Babél ab Aquilone, Regem Regũ, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populóque multo.

8 ″Filias tuas quæ ſunt in agro, gladio interficiet, & ponet cõtra te ″munitionem ligneam, effundétque cõtra te aggerem, ″& conſurgere faciet contra te ſcutum.

9 ″Et baliſtas contra eam ponet, contra muros tuos, & turres tuas deſtruet ″malleis ſuis.

10 Præ multitudine equorum eius operiet te puluis eorum: præ tumultu equitũ, & rotarũ, & curruũ mouebũtur muri tui, quũ ingreſſus fuerit per portas tuas tãquam per introitus ciuitatis diſſipatæ.

11 Vngulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio occidet, ″& ſtatuæ fortitudinis tuæ in terram ″deſcendent.

12 Et prædabuntur opes tuas, & diripient ″negotiationem tuam, & deſtruent muros tuos, & domos ″deſiderabiles tuas deſtruent, & lapides tuos, & ligna tua, & puluerẽ tuũ in medio aquarũ ponent.

13 Et ceſſare faciam ″multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus cithararum tuarum non audietur amplius.

14 Et ponam te ″vt ſummitatem petræ, ″expanſio ſagenarum eris, nec ædificaberis vltrà, quia ego Iehouáh loquutus ſum, dixit Dominus Iehouáh.

Admiratio & ſtupor negotiatorũ ſuper vaſtatione Tyri.

15 Sic dixit Dominus Iehouáh ipſi ẓSór, Annõ ″à ſonitu ruinæ tuæ, quum vociferabitur vulneratus, quũ occidetur occiſione in medio tui, ″commouebuntur inſulæ?

16 Et deſcendent de ſoliis ſuis cuncti principes maris, & remouebunt pallia ſua, & veſtimẽta diſcoloria ſua exuent, ſtuporibus induentur, ſuper terram ſedebunt, & pauebunt ″ad *ſingula* momenta, & obſtupeſcent ſuper te.

17 ″Et aſſument ſuper te lamentum, dicéntque ſuper te, Quomodo periſti ″quæ habitata eras *à negotiatoribus uenientibus* à maribus, vrbs

3 Propterea hęc dicit Dominus De⁹, Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcẽdere faciam ad te Gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans.

4 Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres eius, & radam puluerẽ eius de ea, & dabo eam in limpidiſſimam petram.

5 Siccatio ſagenarũ erit in medio maris, quia ego loquutus ſum, ait Dominus De⁹: & erit in direptionẽ Gẽtib⁹.

6 Filiæ quoq; eius quæ ſunt in agro, gladio interficientur: & ſcient quia ego Dominus.

7 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducã ad Tyrũ Nabuchodonoſor Regẽ Babylonis ab Aquilone Regem Regum, cum equis, & curribus equitibus, & cœtu, populóque magno.

B

8 Filias tuas quæ ſunt in agro, gladio interficiet: & circundabit te munitionibus, & cõportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum.

9 Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas deſtruet in armatura ſua.

10 Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à ſonitu equitum & rotarum & curruum mouebũtur muri tui, quũ egreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitum vrbis diſſipatæ.

11 Vngulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in terram corruent.

12 Vaſtabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & deſtruent muros tuos, & domos tuas pręclaras ſubuertẽt: & lapides tuos, & ligna tua & puluerẽ tuũ in medio aquarũ ponent.

13 Et quieſcere faciam multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus cithararum tuarum nõ audietur amplius.

Ierem.7.d.34

C

14 Et dabo te in limpidiſſimam petrã, ſiccatio ſagenarum eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego Dominus loquutus ſum, ait Dominus Deus.

15 Hæc dicit Dominus Deus Tyro, Nunquid non à ſonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum cum occiſi fuerint in medio tui, commouebuntur inſulæ?

16 Et deſcendent de ſedibus ſuis omnes principes maris: & auferent exuuias ſuas, & veſtimenta ſua varia abiicient, & induẽtur ſtupore, in terra ſedebunt, & attoniti ſuper repentino caſu tuo admirabuntur.

17 Et aſſumentes ſuper te lamentum, dicent tibi, Quomodo periſti quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fui-

3 Sicut aſcendit, &c. כהעלות וגו' ſicut aſcendere facit mare *procelloſum* fluctus ſuos. 4 Et diſſipabunt ושחתו Et perdent. Et demolientur. Puluerem eius עפרה terram [vel humum] eius. quam ſcilicet comportauerunt in eam, vt ſolent in vrbibus ac locis in rupe ſitis, vt illic inhabitent, ſerant, & plantent. In ſummitatem pet. לצחיח סלע: .i. reddam ſimilem ſummitati & cacumini petræ. Vide capite 24.a.7. q.d. remanebit in ea, ſola petra nuda & ſine terra. 5 Expãſio ſagen. משטח חרמים q.d. in ea nautæ, ſiue piſcatores extẽdent, ſiue exponent Soli retia ſua vt ſiccentur. 6 Et filiæ, &c. ובנותיה אשר בשדה Hebraiſmus, Incolæ villarum eius quæ ſunt in agro illo Tyrio, in regione maritima ſcilicet, hoc eſt inter Tyrum & continentem. q.d. vaſtabit agrum tuũ, poſtea oppugnabit te, & expugnabit.

8 Filias tuas בנותיך .i. Incolas villarum tuarum, vt paulo antè verſu 6. Munitionem lign. &c. דיק ושפך וגו' Vide ſuprà cap.4.a.2. Et conſurgere fac. והקים & ſtatuet .i. inſtruet aciem militũ ſcutatorũ ad te oppugnandam. 9 Et baliſtas con. eã, ומחי קבלו Doctus inter Hebræos dicit מחי eſſe tormentum bellicum quo ſaxorum móles proiicitur in muros vt concutiantur & deiiciantur, à מחה deleuit. קבלו autẽ exponit נגדו contra eam. Alii vertunt, Et ictũ catapultæ ſuæ [vel baliſtæ] ponet, &c. i. ictibus catapultarũ ſuarum quatiet muros tuos. קבל videtur nomen eſſe generale machinarum bellicarum, quòd ex aduerſo, ſiue eregione ponantur. Malleis ſuis. בחרבותיו: Sunt inſtrumenta ferrea quibus deiicere ſolẽt muros ædificiorum. 11 Et ſtatuæ fort. t. ומצבות עזך .i. trophæa quæ erexiſti parta victoria. vel ſtatuæ quas erexiſti in honorem ciuium tuorum fortium. Doctus inter Hebræos turres præaltas & muniſsſſimas interpretatur.

Deſcendent. תרד: Verbum ſingulare Heb. pro, vnaquæque deſcendet. 12 Negotiationẽ t. רכולתך merces tuas. Gallicè, *ta marchandiſe.* Deſiderabiles t. חמדתך amœniores tuas. Ad verbum, deſiderii tui. 13 Multitudinem המון ſtrepitum.

14 Vt ſummitatem pe. לצחיח סלע Vt ſuprà verſu 4, & cap.24.b.7. Expanſio ſagen. משטח חרמים Vide circiter principium huius capitis, verſu 5. 15 A ſonitu מקול ad ſonitum. vel, ob ſtrepitum. Commouebuntur ירעשו contremiſcent. trement.

16 Ad *ſingula* mo. לרגעים .i. iugiter & aſſiduè. 17 Et aſſument, &c. ונשאו וגו' Et leuabunt ſuper te planctum. Hebraiſmus, lamentabuntur te. Quæ habitata, &c. נושבת מימים .i. quæ habitata eras à populis maritimis, hoc eſt à mercatoribus qui veniebant ad te è regionibus maritimis, nempe à Mari rubro, Perſico, & aliis. Alii vertunt, quæ habitabas [.i. ſita eras] in mari.

ſti fortis in mari cum habitatoribus tuis,quos formidabant vniuerſi?

D Nunc ſtupebunt naues in die pauoris tui:turbabuntur inſulæ in mari,eo quòd nullus egrediatur ex te. 18

Quia hæc dicit Dominꝰ Deus,Quũ dedero te vrbem deſolatam ſicut ciuitates quæ non habitantur: & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ: 19

Et detraxero te cum his qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum,& collocauero te in terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum,vt non habiteris: porrò quum dedero gloriam in terra viuentium: 20

In nihilum redigam te,& non eris: &requiſita nõ inuenieris vltrà in ſempiternum,dicit Dominus Deus. 21

Cap. XXVII.

ET factum eſt verbum Domini ad me,dicens, 1

Tu ergo fili hominis , aſſume ſuper Tyrum lamentum: 2

Et dices Tyro,quę habitat in introitu maris,negotiationipopulorum ad inſulas multas , Hæc dicit Dominus Deus,O Tyre,tu dixiſti, Perfecti decôris ego ſum, 3

Et in corde maris ſita : finitimi tui qui te ædificauerunt,impleuerunt decôrem tuum: 4

Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrũ de Libano tulerũt,vt facerẽt tibi malũ: 5

Quercus de Baſan dolauerũt in remos tuos: & tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico , & prætoriola de inſulis Italiæ. 6

Byſſus varia de AEgypto texta eſt tibi in velum , vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa,facta ſunt operimentum tuum. 7

B Habitatores Sidonis & Aradii fuerunt remiges tui:ſapientes tui,Tyre, facti ſunt gubernatores tui. 8

″quæ eras laudata? quæ fuit fortis in mari, ipſa″& habitatores eius, qui dabant terrorem ſuum omnibus″habitatoribus eius.

18 Nunc pauebunt″inſulæ *in* die ruinæ tuæ , terrebũtur inquam inſulares qui *ſunt* in mari″ab exitu tuo.

19 Quia ſic dixit Dominus Iehouáh, Quum poſuero te vrbem deſolatam,ſicut ciuitates quæ non habitantur,″quũ aſcendere fecero ſuper te voraginem,& operuerint te″aquæ multæ:

20 ″Et deſcendere fecero te cum deſcẽdentibus in ſepulchrum, ″ad populum ſeculi,& collocauero te″in terra inferiore, ſicut ſolitudines *quæ fuerunt* à ſeculo,cum deſcendẽtibus *inquam*″*in* ſepulchrũ, ita vt non habiteris,″& dedero gloriam in terra viuentium:

21 ″Cõſummationem ponam te, ″& nõ eris:″requireriſque, & non inuenieris vltrà in ſeculum,dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XXVII.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Et tu,fili hominis, ″aſſume ſuper צSór lamentum,

3 Et dic ipſi צSór quæ habitat in oſtiis maris, ″negotiatrici populorũ ad inſulas multas,Sic dixit Dominꝰ Iehouáh,צSór,tu dixiſti, Ego ſum″perfecti decôris.

4 ″In corde marium ſunt termini tui: ædificatores tui ″perfecerũt decorem tuum.

5 Ex abietibus de monte שSenír ædificauerunt tibi″omnes naues: cedros de Lebanón tulerunt,vt facerent mâlum″tibi.

6 ″E pinis Baשſán fecerunt remos tuos: ″tabulatum tuum fecerũt ex ebore″congregatio Aשſurím,″de inſulis Chithím.

7 E byſſo opere phrygionico texta, ex Miצſráim fuit″expãſio tua, vt eſſet tibi in velum,″*ex* hyacintho & purpura de inſulis אEliשſáh fuit″operimentum tuum.

8 Habitatores צSidón & Aruád fuerunt remiges tibi : ″ſapientes tui צSór,fuerunt in te,ipſi *erant*″nautæ tui.

Inuitatur ꝓpheta ad planctũ ob Tyri deſolationem.

Tyri celebritatẽ ex frequentia,& varietate negotiatorum deſcribit.

Quæ eras laud. ההוללה inclyta.celeberrima.commendata ab omnibus. Et habitatores e. ויושביה & ciues eius.vel incolæ.ſub.fortes erant. Habitatoribus e. יושביה: ſub.maris. Hic nomine ים quod mare ſignificat,vtitur fœmineo genere.Dare terrorem vel metum ſuum alicui,more Hebraico dictum,pro incutere illi timorem. 18 Inſulæ, האין inſulares. Ab exitu tuo. מצאתך: .i.ob captiuitatem tuam,quòd ſcilicet ciues tui ducantur captiui. 19 Quum aſcend.&c. בהעלות וגו׳ quum induxero ſuper te,&c.i.quum miſero aduerſum te ingentem ac copioſiſſimum exercitum qui te perdat. Aquæ multæ: המים הרבים: aquæ illæ fortes.i.voragines.

20 Et deſcendere fec.te והורדתיך Tunc deſcendere faciam te,&c.i.tollam te prorſus de medio. Ad populum ſeculi, אל־עם עולם Populum ſeculi vocat eos qui olim & ante multa ſecula mortui ſunt. In terra infer. בארץ תחתיות Terram inferiorem vocat viſcera terræ,intelligens ſepulchrum.& eſt repetitio. *In* ſepulchrum, בור *in* lacum.*in* foueam,vel ſcrobem.id eſt ſepulchrum. Et dedero,&c. ונתתי וגו׳ & poſuero decus in terra viuentium. Alii,& poſuero beneplacitum.i.fauorem.hoc eſt,quum affecero gloria & honore, vel ſingulari fauore proſequutus fuero terram viuentium,Iudæam ſcilicet, quum eam reſtituero in priſtinum ſtatum,ſplendorem,& honorem.tunc enim videbũtur incolæ eius quaſi reuiuiſcere. Iudæa dicebatur terra viuentium,quòd illic Deus verus & viuẽs coleretur,aut quòd Deus ſuis illic habitantibus daturus eſſet vitam æternam. 21 Conſummationem בלהות conſumptiones.i.prorſus conſumptam reddam te. Alii, perturbationes. vel Terrores.i. reddam te maximè turbatam & attonitam. Et non eris: ואינך Id eſt nunquam poſthac erunt,neque vſquam inuenientur vlla veſtigia tui. Requireriſque,&c. ותבוקשי ולא־תמצאי & *ſi* requiraris,non inuenieris.

IN CAPVT XXVII.

2 Aſſume,&c. שא על־צור קינה: eleua ſuper Tyrũ lamentationem. vel,attolle,&c.i.lamentare. luge.deplora ſortem ac calamitatẽ, hoc eſt excidium & deformationẽ Tyri. 3 Negotiatrici po.&c. רוכלת העמים וגו׳ .i.quæ ſuppeditat populis merces multas,quæ deferuntur ad varias inſulas.Quidam vertunt,vnà cum inſulis multis.i.tam iis qui habitant in continenti,quàm qui in inſulis. Perfecti decô. כלילת יופי: Id eſt elegantiſſima,& omnium aliarum vrbium pulcherrima. 4 In corde marium בלבימים Id eſt in medio.nam cor ſedem habet in medio.tu habitas in medio marium.Plurali vtitur,quòd omni ex parte allueretur mari,& ex omnibus maribus venirent ad eam. Perfecerunt decorem tuum. כללו יפיך: abſoluerunt pulchritudinem tuam.id eſt,fecerunt te pulcherrimam & elegantiſſimam: fuerunt tibi maximo ornamento,& abſolutam reddiderunt.

5 Omnes naues: כל־לוחותים Ad verbum,omnes tabulas.multas quidem & eas duplici ordine diſpoſitas,in duobus lateribus.Conſtant enim naues duobus lateribus,in quibus diſpoſitæ ſunt multæ tabulæ.vel quòd tabulæ illæ eſſent geminæ pro maiori parte.לוח eſt tabula.cuius plurale לוחות.at לוחותים duale eſt,ſignificans duas tabulas: quo hîc vſus eſt propter prædictas rationes. Quidam Hebræorum dicunt naues Tyriorum factas fuiſſe duabus tabulis. Tibi. עליך: Id eſt propter te.aut,nauibus tuis. 6 E pinis אלונים E caſtaneis arboribus.eſt enim lignum iſtud rigidum & leue,nec facile putreſit. Sic & Chaldæus paraph. Tabulatum tuum קרשך Id eſt tranſtra. Doctus inter Hebræos exponit caſtrum, ſiue caſtellum nauis. Congregatio Aשſurím, בת־אשורים Ad verbum, filia Aſſurim.i. fabri optimi ac peritiſſimi quos vocaſti ad te ex Aſſyria,vt,&c. De inſulis Chithim. מאיי כתים: ſub.allato. Chithim inſulares erant maris Ionici, ſiue Græcanici. 7 Expanſio tua, מפרשך Ita dicitur velum quòd explicetur vento.ſeipſum mox declarat. Ex hyacintho,&c. תכלת וארגמן וגו׳ hyacinthus & purpura *allata* ex inſulis Eliſáh.id eſt ex Italia. Operimentum tuum. מכסך: .i.operimentum tabernaculi quod fieri ſolet in puppi.aut veſtes intelligit. 8 Sapientes t. חכמיך q.d.non fuit tibi opus accerſere,neque conducere peritos artis nauticæ externos. Nautæ tui. חובליך: gubernatores tui.Ita dicuntur Hebraicè rectores,ſiue gubernatores nauium,à contrahendis,aut laxandis funibus veli.ad ſuſcipiendum ventum.nam חבל funem ſignificat.Solent etiam regere temonem nauis Gallicè,*pilotes*.

Senes Gebál,″& ſapientes eius,″inſtaurauerunt in te rimas tuas: 9 omnes naues maris, & remiges earũ fuerunt in te′ad negotiãdum negotiationem tuam.

Paráס,&Lud,& Put′fuerunt in exercitu tuo viri bellatores tui: 10 ſcutũ & galeã″ſuſpenderunt in te, ipſi″ dederunt decorem tuum.

Filii Aruád cũ exercitu tuo *illo* ſuper muros tuos per circuitũ, & 11 Pygmæi in turribus tuis fuerunt:ſcuta ſua ſuſpenderunt ſuper muros tuos per circuitum, ipſi″perfecerunt pulchritudinem tuam.

″Tharשſiשs negotiatrix tua ob multitudinem cunctarum diuitiarum in argento,ferro, ſtanno, & plũbo,*quæ*″dederunt *in* nundinis tuis. 12

Iauán,Thubál,& Méשſech,ipſi inſtitores tui:″cũ animabus hominum,& vaſa ærea dederunt *in* nundinis tuis. 13

De domo Thogarmáh,equos″& equites, & mulos dederunt *in* 14 foro tuo.

Filii Dedán negotiatores tui, inſulæ multæ″negotiatio manus 15 tuæ:″cornua eburnea, & pauones″reddiderunt *in* munus tuum.

Arám″negotiatrix tua propter multitudinem″operum tuorum, 16 ″cum carbũculo,purpura,& veſtibus diuerſorum colorũ, & byſſo, & coraliis,& vnionibus″*quæ* dederunt in nundinis tuis.

Iehudáh & terra Iשſraאél ipſi inſtitores tui, cum frumentis *terræ* 17 ″Minníth & Pannág,& melle & oleo,″& theriaca,*quæ* dederũt″*in* mercatu tuo.

Damméשſec negotiatrix tua in multitudine″operum tuorum, 18 ″propter multitudinem vniuerſarum opum, in vino *loci* חHelbón, & lana candida.

Dan autem, ″& Iauán Meאuzál in nundinis tuis dederunt: ferrum″purum,caſia,& calamus *aromaticus*″in mercatu tuo fuit. 19

Dedán″inſtitrix tua in pannis″pretioſis pro curribus. 20

עAráb, & vniuerſi principes Cedár, ipſi′negotiatores manus 21 tuæ:″cum agnis,& arietibus,& hircis,″in his *inquam* inſtitores tui.

9 Senes Giblii & prudentes eius habuerunt nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ.

10 Perſæ, & Lydii, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam ſuſpenderunt in te, pro ornatu tuo.

11 Filii Aradii cum exercitu tuo erant ſup muros tuos in circuitu:ſed &Pygmæi qui erant in turribus tuis,pharetras ſuas ſuſpenderũt in muris tuis p gyrum:ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam.

12 Carthaginenſes negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum: argento,ferro,ſtanno,plumbóque repleuerunt nundinas tuas. C

13 Græcia,Thubal,& Moſoch,ipſi inſtitores tui:mancipia,& vaſa ęrea adduxerunt populo tuo.

14 De domo Thogormæ, equos,& equites,&mulos adduxerunt ad forum tuum.

15 Filii Dedan negotiatores tui:inſulę multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo.

16 Syrꝰ negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gẽmam, & purpuram,& ſcutulata, & byſſum, & ſericum,& chodchod propoſuerũt in mercatu tuo.

17 Iuda & terra Iſrael ipſi inſtitores D tui in frumento primo: balſamum & mel,& oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis.

18 Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuerſarum opum, in vino pingui,in lanis coloris optimi.

19 Dan,& Græcia,& Mozel in nundinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactum:ſtacte,& calamus in negotiatione tua.

20 Dedã inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum.

21 Arabia & vniuerſi principes Cedar, ipſi negotiatores manus tuæ: cum agnis,& arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui.

9 Et ſapientes eius, וחכמיח ſub.regionis.i.peritiſſimi architecti.Gebalii in extruẽdo templo Salomonis erant fabri peritiſſimi. Inſtaurauerunt in te rimas tuas: היו בך מחזיקי בדקך Rimas murorum & ædificiorum intelligit. Ad negotiandum negot.t. : לערוב מערבך ad diſtrahendas merces tuas.vel mercimonia tua.Ab ערב fideiubere.fit enim in venditione fideiuſſio.nam qui vendunt,fideiubent:vt dicere ſolemus Gallicè,*Ie la uous pleuui loyale & marchande*. Alii, ad mercandum in mercatu tuo. ſiue foro & emporio. ſignificat enim מערב merces,ſiue mercaturam,& locum in quo exponuntur merces venales. 10 Fuerunt in exerc. tuo, היו בחילך q.d.habuiſti quidem & conduxiſti externum militem,ſed generoſum.tu enim feciſti tibi exercitum ex Perſis,Lydiis ſiue Græcis,& Libyis ſiue Aphris. Suſpenderunt תלו ſub.tempore pacis. Dederunt decorem tuum. : נתנו הדרך Hebraiſmus,Fuerunt tibi ornamento.

11 Perfecerunt pulchritudinem t. כללו יפיך Vide in principio capitis, verſu 4. 12 Tharשſiשs negot.t. תרשיש סוחרתך q.d. Carthagine veniebant ad emporium tuum negotiationis gratia. Sic infrà verſibus 16 & 18. Dederunt *in* nund.t. : נתנו עזבוניך Id eſt, expoſuerunt venalia in mercatu tuo. Alii,dederunt in mercibus tuis.i.inter merces tuas. 13 Cum animabus hom. בנפש אדם cum perſonis hominum.i.mancipia & vaſa ærea expoſuerunt venalia in mercatu tuo. vel inter merces tuas, vt verſu præcedenti.

14 Et equites, ופרשים Quidam exponunt equos militares,hoc eſt aptos bello gerendo.Gallicè,*Cheuaulx d'armes*.Alii,mancipia generoſa,& apta bello gerendo,non vilia vt erant alia. 15 Negotiatio manus tuæ: סחורת ידך merces manus tuæ.i.multæ inſulæ quarum merces importantur in te,opera & miniſterio tuo diuendendas. Gallicè,*leſquelles paſſent par tes mains*. Alii exponunt, & merces quas manibus tuis paras,in multis inſulis diſtrahuntur. Alii,multæ inſulæ merces exercent in medio tui,ſiue in loco tuo: vt יד locum ſignificet. Quidam liberius vertunt,multæ inſulæ negotiantur tecum. Alii,habuerunt commercia tecum. Cornua eburnea, קרנות שן Id eſt dentes eburneos ſimiles cornibus. Alii,cornua *ibicum,&* ebur. Chaldæus paraph. cornua vnicornium,& dentẽ elephanti. Reddiderunt in munus t. : השיבו אשכרך Id eſt attulerunt tibi quotãnis vice muneris⌊ſiue dono⌉pauones.vel vt alii,hebenum. 16 Negotiatrix tua, סוחרתך Vide ſuprà verſu 12,& infrà verſu 18. Operum tuorum, מעשיך opificiorum tuorum.hoc eſt rerum pretioſarum quæ miro artificio fiebant in te. Cum carbunculo, בנופך in carbunculo.Singularia Heb.pro plural. *Quæ* dederunt נתנו Vt ſuprà verſu 12.

17 Minnith & Pannág, מנית ופנג Loca ſiue regiones terræ Iſrael in quibus optimum triticum naſcitur. Quidam poſtremum vertunt balſamo. Et theriaca, וצורי & opobalſamo. *In* mercatu tuo.: מערבך in foro tuo.vel,nundinis tuis.eadem dictio quæ ſuprà in fine verſus 9. 18 Operum tuorum, מעשיך vt paulo antè verſu 16. Propter multit.&c. מרוב כל־הון præ abundantia omnium opum. ſub.ſuarum. Alii, ex multitudine vniuerſarum opum.i. inter omnimodas opes tuas, hoc eſt inter cæteras res tuas pretioſas & eximias quas comparare ſolebas. 19 Et Iauán Me. ויון מאוזל Græcus vagabundus inter merces tuas dederunt.i.expoſuerunt merces venales.vel, Græcia vaga,&c. Dicit frequentiam migrationis,innuítque conſuetudinem Græcorum qui ſolebant huc illuc lucri cauſa diſcurſare.

Purum, עשות nitidum.purgatum.chalybæum dicimus,vt quidam volunt. In mercatu tuo במערבך Vt paulo antè verſu 17.

20 Inſtitrix tua רוכלתך negotiatrix tua.q.d.Dedanitæ veniebant ad emporium tuum. Pretioſis, חופש Ad verbum,ingenuitatis. libertatis.i.dignis hominibus ingenuis ac liberis.vel,quibus vti ſolẽt liberi ac filii nobilium. ſiue qui decent ingenuos, ad ornandos currus.

21 Negotiatores manus tuæ. סוחרי ידך Vide paulo antè verſu 15. Cum agnis בכרים in agnis. In his בם his inquam⌊fuerunt,vel erant⌉negotiatores tui.i.negotiabantur. Alii,fuerunt inquam,&c.

E Vēditores Saba & Reema ipſi negotiatores tui: cū vniuerſis primis aromatibus:& lapide pretioſo & auro, quod propoſuerunt in mercatu tuo.

Haran, & Chēne,& Eden,negotiatores tui:Saba, Aſſur & Chelmad venditores tui:

Ipſi negotiatores tui multipharia̅, ſinuolucris hyacinthi,& polymitorū, gazarūque pretioſarū, quæ obuolutæ & aſtrictæ erant funibus,cedros quoque habebāt in negotiationibus tuis.

Naues maris,principes tui in negotiatione tua:& repleta es,& glorificata nimis in corde maris.

In aquis multis adduxerūt te remiges tui: ventus Auſter contriuit te in F corde maris.

Diuitiæ tuæ,& theſauri tui,& multiplex inſtrumētum tuum,nautæ tui, & gubernatores tui qui tenebant ſupellectilem tuam,& populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui qui erant,in te,cum vniuerſa multitudine tua quæ eſt in medio tui,cadēt in corde maris in die ruinæ tuæ.

A ſonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur claſſes.

Et deſcendent de nauibus ſuis omnes qui tenebant remum:nautæ & vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt.

Et eiulabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amarè : & ſuperiacient puluerem capitibus ſuis,& cinere cōſpergentur.

Et radent ſuper te caluitium,& accingentur ciliciis : & plorabunt te in G amaritudine aīæ ploratu amariſſimo.

Et aſſument ſuper te carmen lugubre,& plangent te,Quę eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?

Quæ in exitu negotiationum tuarū de mari,impleſti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarū, & populorum tuorū ditaſti Reges terræ:

Nunc contrita es à mari,in profundis aquarū opes tuæ,& ōnis multitudo tua quę erat ī medio tui,ceciderūt.

22 Mercatores שSebá & Raymáh fuerunt inſtitores tui :'præcipua inter vniuerſa aromata, & omnem lapidem pretioſum,& aurum dederunt in nundinis tuis.

23 "חHarán & Chãnéh,& עEdén negotiatores שSebá: Aשſſúr,' & Chilmád inſtitrix tua:

24 Ipſi'inſtitores tui"in omnibus generibus,"in palliis hyacinthinis, & polymitis, '& in capſis pretioſarum veſtium funibus iūctarum, '& torquibus in negotiatione tua.

25 Naues'Tharשſíשs pariter euntes ad te in negotiatione tua:& repleta es,"& multiplicata es valde"in medio marium.

Subita Tyri deſtructio.

26 In aquas multas adduxerunt te "remiges tui:ventus'Oriētalis cōtriuit te in medio marium.

27 Opes tuæ,'& nundinæ tuæ,negotiatio tua, 'remiges tui, &'nautæ tui,'inſtauratores fiſſurarum tuarum,"& negotiatores negotiationum tuarum, & omnes viri bellatores tui qui *erant* in te , & vniuerſus cœtus tuus qui *eſt* in medio tui, cadent in medio marium, in die ruinæ tuæ.

28 'Ad ſonitum clamoris nautarū tuorū contremiſcēt ſuburbana.

Planctus ſuper eandem.

29 Et deſcendent de nauibus ſuis omnes'tenentes remum: "remiges,omnes nautæ"maris ſuper terram ſtabunt.

30 'Et audire facient ſuper te vocem ſuam,& clamabunt amarè:"& aſcendere facient puluerem ſuper capita ſua , in cinere volutabunt ſeſe.

31 'Et decaluabunt ſuper te caluitium,& accingent ſe ſaccis,& plāgent ſuper te in amaritudine animæ,planctu amaro.

32 Et aſſument ſuper te 'in lamentationibus ſuis lamentum, & lamentabuntur ſuper te, *dicentes*, 'Quæ *fuit* ſicut צSór , & vt ſucciſa in medio maris?

33 'Quādo egrediebantur merces tuæ de maribus , ſaturabas populos multos: multitudine opum tuarum , & negotiationum tuarū ditaſti Reges terræ.

34 "Tempore quo eris cōtrita à maribus in profunditatibus aquarum,'negotiatio tua,& omnis cœtus tuus"in medio tui cadent.

22 Præcipua inter om.&c. בראש כל־בושם וגו' Ad verbum, in capite vniuerſi aromatis,& omni lapide pretioſo,& auro dederunt *in* nundinis tuis. Quidam vertunt,in omni præcipuo aromate, atque in omni lapide pretioſo, & auro negotiando egerunt tecum. Alii,in præſtantiſſimis omnis generis odoribus,& in omni lapide pretioſo,deinde & aurū repoſuerūt in emporio tuo. Alii,cū ſpecimine omnium aromatū [.i.cum omnibus præcipuis ac pretioſis aromatibus] & omnium lapidum pretioſorum,& auro, *quæ* expoſuerunt venalia in nundinis tuis. i. tempore nundinarum. vel,inter merces tuas,vt verſu 12. 23 חHarán,& Channéh,&c. חרן וכנה וגו' Hic verſus iungitur ſequenti. 24 Inſtitores tui, רוכליך inſtitrices tuæ. In omnibus generibus, במכלולים in omnibus ſpeciebus. ſub. mercium, rerum pretioſarum ac eximiarum. Alii,in omnis generis mercibus. Alii,in omnigenis. In palliis hyac.& poly. בגלומי תכלת ורקמה in veſtibus hyacinthinis & diſcoloribus. vel,in inuolucris hyacinthinis,& opere plumario factis,ſiue textis. Et in capſis ובגנזי & in arcis.ſiue arculis. Et torquibus in negot.tua. וארוזים במרכלתך : & torques *fuerunt* in nundinis tuis. Alii,& cedro munitarum [vel tabulis cedrinis incluſarum]in negotiatione tua. Alii,ligno myrtino. Ad arcendam ſcilicet putredinem,& conciliandum bonum odorem. Ita Chaldæus paraph. Dicunt Hebræi myrtum eſſe ſpeciem quandam cedri. 25 Tharשſiשs pariter e.ad te, תרשיש שרותיך Carthaginenſes turmæ tuæ.id eſt,turmatim ibant ad te negotiandi gratia. Quidam vertunt,Naues Tharſis excellentiores.vel præcipuæ. Et multiplicata es ותכבדי Ad verbum, & grauis [ſiue grauida] facta es. hoc eſt onuſta , aut potius plena ac referta mercibus. In medio marium בלב ימים : Sic in principio huius capitis,verſu 4. 26 Remiges tui: השטים אותך ſic vertunt qui à שוט deducunt. Alii à שאט,vt deficiat א,exponunt, diripientes te. qui te prædati ſunt. diripuerunt.ſpoliauerunt. id eſt magnis afflictionibus affecerunt. Orientalis, הקדים Id eſt, vehemens,nempe Nabuchodonoſor.nam Chaldæa ſpectat ad Orientem Tyri. 27 Et nundinæ tuæ, ועזבוניך & merces tuæ. Remiges tui מלחיך Ita dicuntur à commiſcenda & turbanda aqua. Et nautæ tui וחובליך Vide ſuprà verſu 8. Inſtauratores fiſſ.tuarū, מחזיקי בדקך Architectos intelligit,de quibus ſuprà verſu 9. Et negotiatores negot.tuarum, ועורבי מערבך Id eſt diſtractores mercium tuarum. 28 Ad ſonitum לקול Propter ſtrepitum.vel tumultum,quem edent nautæ tui ob ruinam tuam. 29 Tenentes remum: תופשי משוט apprehendentes remū.i.remiges. Remiges,om.nautæ מלחים כל חובלי Vide paulo antè, verſu 27. Maris, הים maris illius.in quo ſcilicet ſita es. 30 Et audire fac.&c. והשמיעו עליך בקולם Et edent propter te vocem ſuā. Alii,Et clamabunt propter te voce ſua. Alii,Et reſonabunt ſuper te voce ſua. Et aſcendere fac.&c. ויעלו עפר וגו' Hebraiſmus, ſpargēt puluere capita ſua,more lugentium. 31 Et decaluabunt,&c. והקריחו אליך קרחא Hebraiſmus,propter te pilos radent more lugentiū. 32 In lamentationibus ſ. בניהם in lamentatione ſua.à נחה lamentari.plangere. Quæ *fuit* ſicut צSor,&c. מי כצור וגו' Id eſt Quæ vnquam fuit vrbs ſimilis Tyro,& ſimilis vrbi quæ periit etiam ſita in loco natura inexpugnabili? 33 Quando egred.&c. בצאת עזבוניך מימים Quum egreſſæ eſſent merces tuæ è mari.i. Quum merces tuæ eductæ è nauibus,expoſitæ eſſent in littore,ſatiabas illis continentem ipſam. 34 Tempore,&c. עת נשברת Tempus[ſub.aduenit]quo eris fracta.ſiue confracta.i.quo fluctibus maris confracta, euertêris,& ſubmergeris in profundum eius. Negotiatio tua מערבך Id eſt homines negotiationis tuæ, ſiue mercatores tui. In medio tui cadent. בתוכך נפלו : Præt.Heb.pro fut.i.tecum ſubmergentur & peribunt.

35 Vniuerſi habitatores inſularum′obſtupuerũt ſuper te, & Reges earum″formidauerunt formidine,″indignati ſunt vultu.

36 ″Negotiatores in populis″ſibilauerũt ſuper te:terrores fuiſti,nec eris″vſque in ſeculum.

Cap. XXVIII.

Sermo Domini cõtra Regẽ Tyri ob eius ſuperbiã.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis,dic principi צSór,Sic dixit Dominus Iehouáh, Eo quòd exaltatum eſt cor tuũ,′dixiſtíque,′Deus ego ſum,in throno Dei ſedi, in medio marium : quum tu homo ſis, & non Deus: ′& poſuiſti cor tuum tanquam cor Dei.

Daniel.

3 Ecce″ſapientior es Daniאéle: nihil eſt abſconditum quod ſit abſconditum tibi.

4 Sapientia tua,″& intelligẽtia tua″congregaſti tibi opes,& acquiſiſti aurum & argentum in theſauris tuis.

5 Multitudine ſapientiæ tuæ in negotiatione tua multiplicaſti opes tuas,exaltatúmque eſt cor tuum propter opes tuas.

6 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh,Eo quòd″poſuiſti cor tuũ ſicut cor Dei:

7 Idcirco ecce ego adduco ſuper te alienos,′robuſtos Gentium,& euaginabunt gladios ſuos″contra pulchritudinẽ ſapientiæ tuæ , ″& polluent pulchritudinem tuam.

8 In foueam″deſcendere facient te,& morieris mortibus ′occiſorum in medio marium.

9 Nunquid dicendo dices,Deus ſum,coram″interfectore tuo?″tu autem homo *es*,& non Deus,in manu interfectoris tui.

10 ′Morte incircũciſorum morieris manu alienorum:quia ego loquutus ſum,ait Dominus Iehouáh.

11 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

Inuitatur Propheta ad plãgendum Regẽ Tyri.

12 Filihominis,′leua planctum ſuper Regem צSór,& dic ei,Sic dixit Dominus Iehouáh,′Tu ſigillas ſummam , plenus ſapientia, & perfectus decore.

13 ′In עEden horti Dei fuiſti,omnis lapis pretioſus″operimentum tuũ,ſardius,topaſius,″& iaſpis,chryſolithus ,onyx,& beryllus,ſapphirus,carbũculus,& ſmaragdus,′& aurũ:opus tympanorũ tuorũ

35 Vniuerſi habitatores inſularũ obſtupuerunt ſuper te : & Reges earum omnes tempeſtate percuſſi mutauerunt vultus.

36 Negotiatores populorũ ſibilauerũt ſup te:ad nihilũ deducta es,& nõ eris vſq; in perpetuũ. Cap. XXVIII.

1 ET factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis dic principi Tyri, Hęc dicit Dominus Deus,Eo quòd eleuatum eſt cor tuum,& dixiſti,Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris:quum ſis homo, & non Deus: & dediſti cor tuum quaſi cor Dei.

3 Ecce ſapiẽtior es tu Daniele: omne ſecretum non eſt abſconditum à te.

4 In ſapiẽtia tua & prudẽtia tua feciſti tibi fortitudinem: & acquiſiſti aurum & argentum in theſauris tuis.

B

5 In multitudine ſapientiæ tuæ,& in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem: & eleuaſti cor tuum in robore tuo.

6 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Eo quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor Dei:

7 Idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos Gentium,& nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ,& polluẽt decorem tuum.

8 Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occiſorum in corde maris.

9 Nunquid dicẽs loqueris, Deus ego ſum,coram interficientibus te, quum ſis homo,& non Deus, in manu occidentium te?

C

10 Morte incircunciſorum morieris in manu alienorum : quia ego loquutus ſum,ait Dominus Deus.

11 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

12 Fili hominis , leua planctum ſuper Regẽ Tyri: & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus,Tu ſignaculum ſimilitudinis,plenus ſapiẽtia,& perfectus decôre.

13 In deliciis paradiſi Dei fuiſti:omnis lapis pretioſus operimentum tuum: ſardius, topazius, & iaſpis, chryſolithus, & onyx, & beryllus, ſapphirus & carbunculus,& ſmaragdus: aurum

35 Obſtupuerunt שממו Præterita Heb.pro fut.in hoc & ſequenti verſu,vt quidam vertunt, obſtu peſcent,&c. Formidauerunt formidine, שערו שער horreſcent horrore. Indignati ſunt vul.: רעמו פנים *&* turbabuntur vultu.ſiue vultu turbato & iracundo erunt.

36 Negotiatores in pop. סוחרים בעמים Hebraiſmus,inſtitores aliarum gentiũ,ſiue populorum. Sibilauerunt שרקו ſibilabunt.vt ſolent qui ducuntur admiratione. Vſque in ſeculum. : עד־עולם Hebraiſmus,manebis lõgo tempore deſolata,ac deſtructa,nẽpe LXX annis,vt ait Eſaias,cap.23.c.15.

IN CAPVT XXVIII.

2 Dixiſtique ותאמר Dicere,pro cogitare:nam nemo hoc manifeſtè dicit,Ego ſum Deus, ſed cogitationibus ſibi tribuit. Deus ego ſum, אל אני Quidam Hebræorum ſubaudiunt ſicut, vel tanquam, Sum *tanquam* Deus.q.d. ſum ſimilis Deo. nam quemadmodũ Deus habitat in loco inacceſſo,nempe in cælo,quò nemo mortalium peruenire,ſiue attingere poteſt,neque nocere illi: ita neque mihi qui ſedeo, & habito in loco inacceſſibili,nempe omnino cincto & munito mari. Et poſuiſti,&c. ותתן לבך וגו׳ Ad verbum,& dediſti,&c.Hebraiſmus,exiſtimaſti tamen in corde tuo te eſſe Deũ,aut Deo parem. 3 Sapientior es,&c. חכם אתה וגו׳ ſub.opinione tua.Daniel ſapientiæ ſuæ ſpecimen exhibuit in Chaldæa,vbi hæc prædixit Propheta.Per ironiam autem hæc dicit. 4 Et intellig.tua ובתבונתך & prudentia tua. Congregaſti עשית Ad verbũ,feciſti.i.peperiſti. 6 Poſuiſti,&c. תתך את־לבבך וגו׳ Vt ſuprà verſu 2.Infinit.pro præt.

7 Robuſtos Gen. עריצי גוים .i.optimos & fortiſſimos bellatores qui ſunt in Gentibus,nempe Babylonios. Contra pulch.&c. על־יפי חכמתך Id eſt perdent quæcunque videris tibi propria ſapientia peperiſſe ac comparaſſe, præſertim ingentem illum, ac illuſtrem & elegantem exercitum tuum. Et polluent pulch.tuã : וחללו יפעתך Ad verbum,& contaminabunt ſplendorem tuum.i.polluendo obſcurabunt ſplendorem tuum.q.d.priuabunt te dignitate regia. 8 Deſcendere fac.te, יורידוך .i.deducent te,vel deiicient. poſtquã ſcilicet fueris mortuus. Occiſorum חלל Singul.Heb.pro plur.interfectorum,gladio ſcilicet.i.morte vulneribus confectorum, & cõfoſſorum. q.d.poſtquam multis vulneribus fueris confoſſus,proiicieris in mare. 9 Interfectore tuo? הורגך Singul. Heb.pro plur. coram illis qui interfecturi ſunt te?Sic mox. Tu autẽ ho.*es*, ואתה אדם quũ *ſis* homo. 10 Morte incir. מותי ערלים Mortibus incircunciſorum.ſub.corde.i.quorũ cor non eſt repurgatũ,ſed ſcatet ſceleribus.q.d.impiorũ. 12 Leua plan. שא קינה Hebraiſmus,Lamentare, [plãge,aut luge] Regẽ Tyri.Solemus lamentari,ac magno luctu proſequi calamitatẽ magnorũ. Tu ſigillas ſum. אתה חותם תכנית tu perficis ſummã, vel numerũ. Alii,Tu ſigillas diſpoſitionẽ.vel,Tu es ſigillũ[.i.perfectio]diſpoſitionis.hoc eſt,tu es omnibus numeris abſolutus. Solemus enim ſigillo munire quæ abſoluta ac perfecta ſunt. q.d. tu nunc es clariſſimus, illuſtriſſimus, ac fœliciſſimus:ſed breui eris infœliciſſimus. 13 In עEden horti Dei fu. בעדן גן אלהים היית Eden, locus, ſiue regio in qua eſt paradiſus terreſtris.q.d. tu abundaſti omnibus rebus ac bonis,& videbaris quaſi verſari in paradiſo Dei.Quidã legunt,In Eden *in* horto Dei fuiſti. Operimentum t. מסוכתך A סכך deducitur in hac ſignificatione. q.d.tu ornaſti veſtes tuas lapidibus pretioſis.Quidam deducentes à שוך,vt ס ſit loco ש vertunt, ſæpes tua.q.d.ex omnibus lapidibus pretioſis tu extruxiſti & ornaſti ædificia tua.Hyperbole.Tantum luxũ aſſerit fuiſſe apud Tyrios, vt Rex, & magnates ſederint in palatiis omnigenis coruſcantibus gemmis:aut quòd lapides illos pretioſos auro incluſos in veſtibus geſtauerint.

Et iaſpis,chryſ. ויהלום תרשיש & adamas, hyacinthus. Et aurum: וזהב annumerat aurum lapillis pretioſis, quòd lapilli ſoleant ornari,ſiue includi auro.

opus decôris tui: & foramina tua in die qua conditus es,præparata ſunt.

D 14 Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in mõte ſancto Dei,in medio lapidum ignitorum ambulaſti.

15 Perfectus in viis tuis â die cõditionis tuæ:donec inuenta eſt iniquitas in te.

16 In multitudine negotiationis tuę repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: & eieci te de monte Dei, & perdidi te ô Cherub protegẽs,de medio lapidum ignitorum.

17 Et eleuatum eſt cor tuum in decôre tuo: perdidiſti ſapientiã tuã in decôre tuo, in terram proieci te,ante faciem E Regum dedi te, vt cernerent te.

18 In multitudine iniquitatũ tuarum, & iniquitate negotiationis tuę polluiſti ſanctificationem tuam: producam ergo ignẽ de medio tui qui comedat te,& dabo te in cinerem ſuper terrã, in conſpectu omnium videntium te.

19 Omnes qui nouerint te in Gentibꝰ, obſtupeſcent ſuper te:nihil factus es, & non eris in perpetuum.

20 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

21 F Fili hominis,pone faciem tuã contra Sidonem,& prophetabis de ea,

22 Et dices,Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui: & ſcient quia ego Dominus quum fecero in ea iudicia,& ſãctificatus fuero in ea.

23 Et immittam ei peſtilẽtiam & ſanguinem in plateis eius: & corruẽt interfecti in medio eius gladio per circuitum:& ſcient quia ego Dominus.

24 Et non erit vltrà domui Iſrael offendiculum amaritudinis,& ſpina dolorem inferens vndique per circuitũ eorum qui aduerſantur eis: & ſcient quia ego Dominus Deus.

25 G Hæc dicit Dominus Deus, Quãdo congregauero domũ Iſrael de populis in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor in eis coram Gentibus: & habitabunt in terra ſua quã dedi ſeruo meo Iacob.

26 Et habitabunt in ea ſecuri: & ædificabunt domos,& plantabunt vineas, & habitabũt confidenter, quũ fecero

& tibiarũ tuarũ in te,″in die qua creatus fuiſti præparata fuerunt.

14 Tu Cherúb″magnus,″tegens:& poſui te *in tali dignitate:* in mõte ſancto Dei fuiſti,″in medio lapidum ignitorum ambulaſti.

15 ′Perfectus fuiſti in viis tuis,à die qua creatus es,donec inuẽta eſt iniquitas in te.

16 Multitudine negotiationis tuæ″repleuerũt mediũ tui iniquitate, ″& peccaſti: ″& profanabo te de monte Dei, & perdã te ô″Cherúb tegens,de medio lapidum ignitorum.

17 ′Eleuatum eſt cor tuum propter decorem tuum, ′perdidiſti ſapientiam tuam propter ſplẽdorem tuum,in terram proiiciam te, ante Reges ponam te,″vt videant te.

18 Præ multitudine iniquitatum tuarum , ′*&* ob iniquitatẽ negotiationis tuæ polluiſti′ſanctificationem tuam : & producã ignem de medio tui ″qui conſumet te,& ponam te in cinerem ſuper terram in oculis omnium aſpicientium te.

19 Omnes qui nouerunt te in populis,obſtupeſcent propter te:terrores″eris,nec eris vſque in ſeculum.

20 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

21 Fili hominis, pone faciem tuam ſuper xSidón: & propheta aduerſus eam,

Sermo Domini cõtra Sidonem.

22 ′Et dic, Sic dixit Dominꝰ Iehouáh,″Ecce ego *uenio* ad te xSidón, ′& glorificabor in medio tui: & ſcient quòd ego Iehouáh″quũ fecero in ea iudicia,′& ſanctificauero me in ea.

23 ″Et mittã in eã peſtilentiã,″& ſanguinem in plateas eius,″& corruent interfecti in medio eius:cum gladio aduerſus eam vndique *uenturus eſt hoſtis*:& ſcient quòd ſum Iehouáh.

24 Et non erit vltrà domui Iשſraxél ſpina pungens, & ſpina dolorẽ inferens ex omnibus′circuitibus eorũ qui ſpernunt eos:ſciéntque quòd ego Dominus Iehouáh.

25 Sic dixit Dominus Iehouáh , Quando congregauero domum Iשſraxél de populis inter quos diſperſi ſunt, ″& ſanctificauero me in eis in oculis Gentium:habitabunt ſuper terram ſuam quam dedi ſeruo meo Iayacób.

Promittit Dominus filios Iſrael ſe congregaturum.

26 Et habitabunt ſuper eam′confidenter,& ædificabunt domos, & plantabunt vineas,habitabunt inquam confidenter,quum fecero

(In die qua crea.&c. ביום וגו׳ Hîc ב pro מ,vt infrà verſu 15.à die qua creatus fuiſti,concinnata fuerunt.vel,diſpoſita.i.tempore quo cœpiſti florere,& eſſe in fœlicitate ac proſperitate vſus es tympanis,in domibus tuis.Solent enim in proſperitate vti tympanis & aliis inſtrumentis muſicis. 14 Magnus, ממשח vnctus. pro claro, nobili, & viro magno ponitur:quia magni, vt Rex, & Pontifex magnus vngebantur.Regem vocat Cherub,propter multitudinem excellentiæ eius. Tegens: הסוכך protegens. quaſi alis ſuis, populum multum ſubditũ. Alludit ad Cherubim, qui alis ſuis tegebant arcam fœderis.Intelligit autem Regem,non eum qui mortuus eſt vrbe expugnata,ſed eos qui præceſſerũt eum.Miſit enim Hiram Salomoni quædam neceſſaria ædificio templi. In medio lap.ignit.amb. בתוך אבני־אש התהלכת: .i.in medio lapillorum pretioſorum præſeferentium fulgorem igneum.i.verſatus es inter Iſraelitas qui ſplendori igneo comparantur. 15 Perfectus fuiſti,&c.׳תמים אתה וגו Perfectus eras in omnibus viis tuis.i.in omni ratione vitæ tuæ à die natiuitatis tuæ. 16 Repleuerũt med.t.מלו תוכך repleuerunt[ſub.ciues tui]mediũ tui.i.vrbis tuæ.q.d.vrbs tua iniquitate propter frequentiã mercatorũ qui veniebant ad emporium tuum,repleta eſt iniquitate. Et peccaſti:ותחטא .i.non reddidiſti ius mercatoribus externis,neque ſubleuaſti eos iniuria ipſis illata à tuis. Et profanabo te ואחללך itaque profanaui te. Præt. Heb. pro fut.i.tanquam profanum eiiciam & expellam de templo meo. Cherúb,&c. כרוב Vide paulo antè verſu 14. 17 Eleuatum eſt גבה Exaltatum eſt.Eleuauit ſeſe. Perdidiſti שׁחת corrupiſti.Decorem ac ſplendorem vocat dignitatem regiam,vt ſuprà verſu 7. Vt videant te.:לראות־בך Ad verbum,vt videant in te.ſub.ſubuerſionem quæ erit in te,propter multitudinem ſuperbiæ cordis tui.Alii vertunt, vt deſpiciant te.propterea quòd verbum ראה conſtruatur hîc cum ב.i.tradam te captiuum,& efficiam vt venias in manus ac poteſtatem hoſtium tuorum. 18 *Et* ob iniquitatem בעול Ad verbum,in iniquitate.Quidam vertunt,*& maximè* præ iniquitate. Sanctificationem t. מקדשיך ſanctuarium tuum.i.palatium tuum:ideo ſic dictum,vt ait doctus inter Hebræos,quòd ſit ſicut ſanctuarium, eo quòd non congregentur ibi niſi noti. Qui conſumet te, היא אכלתך Ad verbum,ipſe comedit te.i.excitabo aliquot ex ciuibus tuis qui deficiant à te ad Nabuchodonoſorem. 19 Eris היית Præt.Heb.pro fut.vt verſu vltimo præcedentis capitis,vbi hæc pars verſus legitur. 22 Et dic, ואמרת Fut Heb.pro imperat. Ecce ego הנני ſub.venio,aut venturus ſum.i.miſſurus ſum iram meam contra te. Et glorificabor ונכבדתי glorificabo me .i. gloria dignum me oſtendam . vel dabis mihi gloriam quum egregiè te afflixero. nam gloria Dei relucet in eis quos affligit. Quum fecero,&c.׳בעשותי וגו.i.quum iuſtè afflixero eam.Hebraiſmus. Et ſanctificauero me. ונקדשתי .i.quum ſanctum ac iuſtum iudicem oſtendero me. 23 Et mittã ושלחתי aut redundat ו,aut conuertendũ in nanque,vel enim.mittã enim. Et ſanguinem, ודם.i.cædem,vel gladium,quòd gladio fundatur ſanguis. Et corruent interf. ונפלל חלל Singul.Heb.pro plur. 24 Circuitibus e. סביבותם qui in circuitu eorum ſunt.i.vicinis. 25 Et ſanctificauero me ונקדשתי & ſanctificatus fuero. vt paulo antè antè verſu 22. 26 Confidenter, לבטח .i.in magna fiducia ac confidentia,& ſine metu.

iudicia in omnibus″qui ſpernunt eos in circuitibus eorũ, & ſcient quòd ego Iehouáh Deus eorum. Cap. XXIX.

Prophetat contra Pharaonem.

1 ANno decimo,menſe decimo,duodecima menſis,fuit verbũ Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis,pone faciem tuam cõtra Paryóh Regẽ Mixſráim, & propheta contra eum,& contra Mixſráim vniuerſam.

3 Loquere,& dic,Sic dixit Dominus Iehouáh,Ecce ego contra te Paryóh Rex Mixſráim,″cete magne qui cubas in medio″fluminum ſuorum:qui dixit,Meus eſt fluuius meus,& ego″feci mihi.

4 Et ponam hamos in maxillis tuis,″& agglutinabo piſces″fluminum tuorum ſquamis tuis,″& aſcẽdere faciam te de medio fluminum tuorum, atque omnes piſces fluminum tuorũ ſquamis tuis adhærebunt.

5 ″Et derelinquam te in deſerto, te *inquám* & omnes piſces fluminũ tuorum:in ſuperficie agri″cades,non recolligeris,nec congregaberis:beſtiis terræ & volatilibus cæli dedi te pro eſca.

6 Et ſcient omnes habitatores Mixſráim quòd ego Iehouáh, eo ꝙ fuerunt″baculus arundineus domui Iשſraxél.

7 Quum apprehenderint te manu, confringeris, & lacerabis eis ″totum humerum:& quũ innixi fuerint tibi,″contereris,″& ſtare facies eis totos renes.

AEgypti deſolationẽ prædicit & AEgyptiorũ diſperſionem.

8 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh,Ecce ego adduco aduerſum te gladium,″& excidam ex te hominem & iumentum.

9 Erítque terra Mixſráim″in deſertum & ſolitudinẽ: & ſciẽt quòd ego Iehouáh,eo quòd dixit,″Fluuius meus *eſt*, & ego feci.

10 Idcirco ecce ego *uenturus ſum* contra te, & ad flumina tua, dabóque terram Mixſráim″in ſolitudines ſolitudinis deſerti à turre סSeuenéh vſque ad terminum Chúשs.

11 Non tranſibit per eam pes hominis, neque pes iumenti tranſibit per eam,″nec habitabitur quadraginta annis.

12 ″Dabóque terrã Mixſráim in deſolationem in medio terrarum deſolatarum, & vrbes eius in medio vrbium deſtructarum erunt in deſolationem quadraginta annis, diſpergámque Mixſráim in Gentes,″& ventilabo eos in terras.

Poſt 40 annos ſe reſtituturum AEgyptũ pollicetur dominus.

13 Sic enim dixit Dominus Iehouáh, In fine quadraginta annorũ congregabo Mixſráim de populis inter quos diſperſi fuerint.

14 Et reducã″captiuitatem Mixſráim,reducam inquã eos *in* terram Pathróסs,in terrã habitationis ſuæ:erúntque ibi regnum″humile.

15 Præ *aliis* regnis erit humile, nec eleuabit ſe vltrà ſuper Gentes:

iudicia in õnibus qui aduerſantur eis per circuitum: & ſcient quia ego Dominus Deus eorum. Cap. XXIX.

1 IN anno decimo, decimo menſe duodecima die mẽſis,factũ eſt verbum Domini ad me,dicens,

2 Fili hominis, pone faciem tuã contra Pharaonem Regem AEgypti, & prophetabis de eo & de AEgypto vniuerſa.

3 Loquere,& dices, Hæc dicit Dominus Deꝰ, Ecce ego ad te Pharao Rex AEgypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorũ, & dicis, Meus eſt fluuius,& ego feci memetipſum.

4 Et ponam frenum in maxillis tuis, & agglutinabo piſces fluminum tuorum ſquamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorum,& vniuerſi piſces tui ſquamis tuis adhærebunt.

B

5 Et proiiciam te in deſertum,& omnes piſces fluminis tui : ſuper faciem terræ cades,nõ colligêris,neque congregaberis:beſtiis terræ & volatilibꝰ cæli dedi te ad deuorandum.

6 Et ſcient omnes habitatores AEgypti quia ego Dominus,ꝓ eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael.

7 Quando apprehenderũt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum:& innitentibus eis ſuper te,comminutus es,& diſſoluiſti omnes renes eorum.

8 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Ecce ego adducam ſuper te gladium: & interficiam de te hominem & iumentum.

9 Et erit terra AEgypti in deſertum & in ſolitudinem: & ſcient quia ego Dominus,pro eo quòd dixerit,Fluuiꝰ meus eſt,& ego feci eum.

10 Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua : dabóque terram AEgypti in ſolitudines gladio diſſipatam, à turre Syenes,vſq; ad terminos AEthiopiæ.

C

11 Nõ ꝑtrãſibit eam pes hominis,neque pes iumenti gradietur in ea: & nõ habitabitur quadraginta annis.

12 Dabóque terram AEgypti deſertã in medio terrarum deſertarum, & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum,& erunt deſolatæ quadraginta annis: & diſpergam AEgyptios in nationes,& ventilabo eos in terras.

13 Quia hæc dicit Dominꝰ Deus, Poſt finem quadraginta annorum congregabo AEgyptum de populis in quibus diſperſi fuerant.

14 Et reducã captiuitatẽ AEgypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis ſuæ, & erunt ibi in regnum humile.

15 Inter cætera regna erit humilima,&

Qui ſpernũt eos,חשאטים אותם qui diripiunt eos.vel ſpoliant.Hebraiſmus,quum ſumpſero pœnas de omnibus qui affligunt eos vndiq;.

IN CAPVT XXIX.

3 Cete התנים draco.ſignificat piſcem ingentis magnitudinis. Comparat cete Regem AEgypti. Fluminum ſuorum יאוריו Pronomen tertiæ perſonæ pro ſecundæ,tuorum.יאור propriè ſignificat riuũ,ſiue riuulũ,qui deriuatur ab alio magno. Per יאורים autem intelligit Nilũ,quòd aquæ eius per foſſas huc illuc deductæ diſtribuerẽtur in multas partes. Et per Nilũ hic intelligit AEgyptũ, quòd tota allueretur,ac irrigaretur Nilo. Feci mihi עשיתני: ſub.illum fluuiũ.Pronomẽ iunctũ pro ſeparato עשיתני pro עשיתי לי Feci ſcilicet vt allueret,ac irrigaret totam regionem meam,idque mea induſtria,prudentia,ac ſapientia. Alii vertunt,feci me.ſub.Regem magnum mea induſtria.

4 Et agglutinabo והדבקתי & adhærere faciam. Per hamos intelligit potentiam ingentis exercitus quem immiſſurus erat Dominus contra AEgyptum. Fluminum t. יאוריך vt præcedenti verſu. Et aſcendere fa.te והעליתיך & extraham te.

5 Et derelinquam te ונטשתיך Et deſeram te. Cades,non recol.neque congr. תפול לא תאסף ולא תקבץ.i.concides mortuus in terram,neque ſepelieris. 6 Baculus arund. משענת קנה fulcrum arundineum. ſcipio arundineus.ſub.fractus.i.qui non potuerunt iuuare Iſraelitas,quum tamen ipſi toti penderent ab eis. eſt enim calamus fractus infirmior quàm vt poſſit quempiam ſuſtinere ac ſuſtentare.

7 Totum humerum: כל־כתף Fragmenta, ſiue partes fractæ calami,quæ vtplurimum ſunt acutæ,dum ſeſe inſinuant in humerum, vel vlnas,vulnerant.Iſraelitæ autem præ nimia confidentia in AEgyptiis,defecerunt à Rege Babyloniorum, & ob id perierunt. Nam AEgyptii qui polliciti fuerant ferre illis opem & auxilium,fefellerunt eos.id enim non potuerunt præſtare. Contereris, תשבר confringeris.

Et ſtare fac.&c. והעמדת להם כל־מתנים: Hebraiſmus,coges eos ſeſe erigere in pedes.qui enim innituntur, ſolent habere renes incuruos.q.d.recti,& ſine ſcipione incedent. 8 Et excidam והכרתי & exterminabo. 9 In deſertum לשממה in deſolationem.

Fluuius meus יאור לי Vt ſuprà verſu 3. 10 In ſolitudines ſolit.deſerti, לחרבות חורב שממה in deſolationes ſolitudinis deſerti.Hebraiſmus,reddam prorſus deſolatam ac deſertam. 11 Nec habitabitur ולא תשב nec habitabilis erit. 12 Dabóque ונתתי ponámque.i.reddam deſolatam vt ſunt aliæ regiones deſolatæ. Et ventilabo eos וזריתים Vt ſuprà cap.5.b.10. 14 Captiuitatem את־שבות Significat multitudinem captiuorum.i.reducam AEgyptios qui captiui fuerint. Humile שפלה .i.paruum.

non eleuabitur vltrà ſuper nationes, & imminuã eos ne imperent.Gẽtibꝰ.

16 Neque erunt vltrà domui Iſrael in confidentia,docentes iniquitatem,vt fugiant & ſequãtur eos:& ſcient quia ego Dominus Deus

D 17 Et factũ eſt in viceſimo & ſeptimo anno,in primo,in vna mẽſis: factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

18 Fili hominis , Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrũ: omne caput decaluatũ, & omnis humerus depilatus eſt : & merces nõ eſt reddita ei, neque exercitui eius de Tyro,pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eam.

19 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Ecce ego dabo Nabuchodonoſor Regem Babylonis in terra AEgypti , & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius,&diripiet ſpolia eius,& erit merces exercitui illius.

20 Et operi quoſeruiuit aduerſus eam, dedi ei terram AEgypti, pro eo quòd laborauerũt mihi,ait Dominꝰ Deus.

21 In die illo pullulabit cornu domui Iſrael,&tibi dabo apertum os in medio eorũ:& ſcient quia ego Dominꝰ.

Cap. XXX.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

2 Fili hominis,propheta,& dic,Hæc dicit Dominus Deus, Vlulate,væ væ diei:

3 Quia iuxtà eſt dies,& appropĩquat dies Domini,dies nubis: tempus Gẽtium erit,

4 Et veniet gladius in AEgyptum:& erit pauor in AEthiopia, quũ ceciderint vulnerati in AEgypto, & ablata fuerit multitudo illius , & deſtructa fundamenta eius.

5 AEthiopia, & Libya, & Lydi,& omne reliquum vulgus,&Chub,& filii terræ fœderis,cum eis gladio cadent.

B 6 Hæc dicit Dominus Deus, Et corruent fulciẽtes AEgyptũ, & deſtruetur ſuperbia imperii eius: à turre Syenes gladio cadent in ea,ait Dominus Deus exercituum.

7 Et diſſipabuntur in medio terrarũ deſolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum deſolatarum erunt.

8 Et ſcient quia ego Dominus,quum dedero ignem in AEgypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

9 In die illa egredientur nuntii à facie mea in trieribus ad conterendã AEthiopiæ cõfidentiam, & erit pauor in

imminuam enim eos ne dominenturʹGentibus.

16 Et non erit vltrà domui Iϣſraℵélʹin confidentiamʹquæ recordari facit iniquitatis, quum reſpexerint poſt eos : & ſcient quòd ego Dominus Iehouáh.

17 Et fuit viceſimo ſeptimo anno , primo *menſe*, prima *die* menſis, fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

AEgyptus,merces Regis Nabuchodonoſor ob laborem quem ſubiit aduerſus Tyrum.

18 Fili hominis , Nebuchadrℵeẋſár Rex Babél ʹſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitutem magnam aduerſus ẋSór: omne caput decaluatum eſt ,& omnis humerus depilatus eſt : merces autem non fuit ei,& exercitui eius de ẋSór pro ſeruitute quam ſeruiuit aduerſus eam.

19 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh , Ecce ego do Nebuchadrℵeẋſár Regi Babél terram Miẋſráim, & accipietʹmultitudinẽ eius,ʹ& ſpoliabit ſpolia eius,& prædabitur prædam eius,& erit merces exercitui eius.

20 *Propter* opus eius quo ſeruiuit″in ea , dedi ei terrã Miẋſráim, quia *malum* fecerunt contra me, dixit Dominus Iehouáh.

21 In die illaʹgerminare faciam cornu domui Iϣſraℵél:& tibi dabo ʹapertionem oris in medio eorum:& ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXX.

Plãgitur deſtructio AEgypti,& vrbium eius.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis propheta, & dic, Sic dixit Dominus Iehouáh, Vlulate,*dicentes*,″Væ diei:

3 Quia propè eſt dies , propè inquã eſt dies Domini, ʹdies nubis: *&* tempus Gentiumʹerit,

4 Veniétque gladius in Miẋſráim, ʹ& erit dolor in Chuϣs quum ceciderint vulnerati in Miẋſráim: ″& tollent multitudinem eius, & deſtruentur fundamenta eius.

5 Chuϣs,& Put,& Lud,& omne vulgus,& Chub,ʹ& filii terræ fœderis,cum eis gladio cadent.

6 Sic dixit Iehouáh,Cadent ʹfulcientes Miẋſráim,ʹ& deſcendet ſuperbia fortitudinis eius:ʹà turre ɒSeuenéh gladio cadent in ea, dixit Dominus Iehouáh.

7 Et deſolabuntur ″in medio terrarum deſolatarum, & vrbes eius in medio vrbium deſertarum erunt.

8 Et ſcient quòd ego Iehouáhʹquum dedero ignem in Miẋſráim, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

9 In die illa egredientur nuntii ″à facie mea in nauibus ad terrendum Chuϣs *habitantem*ʹconfidenter : erítque ″dolor in eis ſicut *in* die

16 In confidentiam, למבטח in ſpem.in fiduciam.i.non ponent poſthac Iſraelitæ fiduciam ſuam in AEgyptiis. Quæ recordari fa. iniq. מזכיר עון reducentem iniquitatem in memoriam,vt,&c.i.quæ cauſa eſt vt aliorum ſcelerum Iſraelitarum ſit memor Deus,qui deficientes ab ipſo,poſuerunt omnẽ ſpem ac fiduciam ſuã in virtute,potentia,ac viribus AEgyptiorũ. 18 Seruire fecit,&c.׳העביד וגו .i. fatigauit exercitum ſuum valde,in oppugnanda Tyro , ita vt præ nimio labore defluuium capillorum paſſi ſint, & humeri eorum depilati geſtatione onerum crebra:(deferebant enim lapides & ligna in obſidione Tyri quæ durauit multo tempore) nec mercedem reportauit ſufficientem de opibus Tyri,pro labore quem mea cauſa impendit in expugnatione illius. 19 Multitudinem eius, המונה .i.promiſcuam plebem:ſub.in ſeruos. Et ſpoliabit,&c. ׳ושלל וגו Hebraiſmus,ſpoliabit eam,ac prædabitur pro mercede qua ſeruiuit mihi.

20 In ea,בה ſub.Tyro demolienda. 21 Germinare fa.cornu אצמיח קרן.i.circa illa tempora reſtituã Iſraelem in priſtinum ſtatum,hoc eſt reſtituam illi robur,fœlicitatem,libertatem,regnum,&c. Apertionem oris,פתחון־פה Hebraiſmus,libertatem loquendi,vt ſuprà cap.24.d.27.

IN CAPVT XXX.

2 Væ diei. הה ליום: Ah diei.ſub.afflictionis & calamitatis.Quidam,O diem infœlicem. 3 Die nubis: יום ענן .i.tempus nebuloſum ac turbulentum,quo Gentes ſuperaturæ & afflicturæ ſunt AEgyptios. Erit. יהיה: fut.Heb.pro præſ.inſtat.

4 Et erit dolor והיתה חלחלה & erit formido. vel pauor.vt infra,verſu 9.Eſt enim Chus ſiue AEthiopia ſubiecta AEgypto.i.AEthiopes audita vaſtatione AEgypti,formidabunt,ac timebũt ſibi. Et tollent multitudinẽ eius, ולקחו המונה Vt præcedenti capite,verſu 19.

5 Et filii terræ fœd. ובני ארץ הברית Hebraiſmus,qui cum hac terra fœdus inierunt. 6 Fulcientes Miẋſ. סומכי מצרים .i.fauentes AEgyptiis. Et deſcendet ſuperb. וירד גאון & corruet faſtus.Poſtea verſu 18,dicit,Et ceſſabit in ea ſuperbia fortitudinis eius.

A turre ɒSeuenéh ממגדול סונה Subaudi ex præcedenti capite,verſu 10,vſque ad terminum AEthiopiæ. 7 In medio בתוך .i.erunt de numero.q.d.Regiones AEgypti erunt deſolatæ perinde atque aliæ regiones quas iam deuaſtauit exercitus ille Regis Babyloniorum.Eadem habet verſus 12 præcedentis capitis. 8 Quum dedero בתתי quum poſuero.Per ignẽ intelligit afflictionẽ.vel hoſtẽ.

9 A facie mea מלפני Hebraiſmus,à me miſſi. Confidenter: בטח .i.degentem in otio. Dolor חלחלה formido.pauor. quòd ſit coniunctus dolori.i.timebunt ſibiipſis,quemadmodum timebant quum vaſtaretur AEgyptus.

Mixſráim:quia ecce venit *tempus uiſitationis eorum.*

Sic dixit Dominus Iehouáh , Et ceſſare faciā″multitudinē Mixſ 10
ráim per manum Nebuchadrℵexſár Regis Babél.

Ipſe,& populus eius cum eo,fortiſſimi Gentium ″adducētur ad 11
diſperdendum terram : euaginabúntque gladios ſuos ſuper Mixſráim,& implebunt terram interfectis.

″Et ponam flumina in ſiccitatem,″& vendam terrã in manu ma 12
lorum, & diſſipabo terram,″& plenitudinem eius per manum alienigenarum.ego Iehouáh loquutus ſum.

Sic dixit Dominus Iehouáh,Et perdam ſimulachra,& ceſſare fa 13
ciam idola de Nóph,&dux de terra Mixſráim non erit vltrà,dabóque timorem in terra Mixſráim.

Et deſolabo Pathróɒs,″dabóque ignem in xSóyan,″& faciam iu- 14
dicia in Noℵ.

Et effundam iram meam ſuper ɒSín robur Mixſráim,″& ſuccidã 15
multitudinem Noℵ.

Et dabo ignem in Mixſráim,dolendo dolebit ɒSín , & Noℵ erit 16
″vt ſcindatur,& ipſi Nóph *uenient* anguſtiæ″interdiu.

Iuuenes Auen & Phi-béwſeth gladio cadent,″& illæ in captiuita 17
tem ibunt.

Porrò inThenhaphnenhéɒs″prohibebit dies *lucem ſuam* dum contri 18
uero ibi ″vectes Mixſráim , ″& ceſſabit in ea ſuperbia fortitudinis ſuæ: ″ipſam nubes operiet , & habitatores villarum eius in captiuitatem ibunt.

Faciámque iudicia in Mixſráim,& ſcient quòd ego Iehouáh. 19

Fuit præterea, vndecimo″anno,primo *menſe*, ſeptima *die* menſis 20
factum eſt verbum Iehouæ ad me,dicendo,

Fili hominis,brachium Paryóh Regis Mixſráim″confregi,& ec- 21
ce non fuit alligatum″vt ponantur medicamina, vt apponatur faſcia ad obligandum illud,ad roborandum illud vt teneat gladiũ.

Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Ecce venio ad Paryóh 22
Regem Mixſráim,& conteram brachia eius *ac*″fortitudinem, & *iam* confractum eſt,& cadere faciam gladium de manu eius.

″Et diſpergam Mixſráim in Gentes,& ventilabo eos in terras. 23

Et roborabo brachia Regis Babél , dabóque gladium meum in 24
manu eius,& confringam brachia Paryóh, & vociferabitur ″vociferatione interfecti coram eo:

Roborabo inquam brachia Regis Babél, & brachia Paryóh cón- 25
cident: ſciéntque quòd ego Iehouáh,quum dedero gladiũ meum

eis in die AEgypti: quia abſq; dubio veniet.

10 Hæc dicit Dominus Deus, Et ceſſare faciam multitudinē AEgypti in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis. C

11 Ipſe & populus eius cum eo fortiſſimi Gentium adducētur ad diſperdendam terram: & euaginabunt gladios ſuos ſuper AEgyptum, & implebunt terram interfectis.

12 Et faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus peſſimorum: & diſſipabo terram,& plenitudinem eius in manus alienorũ. ego Dominus loquutus ſum.

13 Hæc dicit Dominus Deus,Et diſꝑdam ſimulachra,& ceſſare faciam idola de Memphis: & dux de terra AEgypti nõ erit amplius: & dabo terrorem in terra AEgypti. Zachar.13.a.2 D

14 Et diſperdam terram Phathures,& dabo ignem in Thaphnis , & faciam iudicia in Alexandria.

15 Et effundam indignationem meam ſuper Peluſium robur AEgypti,& interficiam multitudinem Alexandriæ.

16 Et dabo ignem in AEgypto : quaſi parturiens dolebit Peluſiũ,& Alexandria erit diſſipata,& in Memphis anguſtiæ quotidianæ. E

17 Iuuenes Heliopoleos & Pubáſti gladio cadent,& ipſæ captiuę educentur.

18 Et in Taphnis nigreſcet dies,quum contriuero ibi ſceptra AEgypti,& defecerit in ea ſuperbia potentiæ eius: ipſam nubes operiet , filiæ autē eius in captiuitatem ducentur.

19 Et iudicia faciam in AEgypto : & ſcient quia ego Dominus.

20 Et factum eſt in vndecimo anno,in primo mēſe,in ſeptima menſis,factũ eſt verbum Domini ad me, dicens,

21 Fili hominis, brachium Pharaonis Regis AEgypti confregi:& ecce non eſt obuolutum , vt reſtitueretur ei ſanitas , vt ligaretur pannis, & faſciretur linteolis,& recepto robore poſſit tenere gladium. F

22 Propterea hæc dicit Dominus Deꝰ, Ecce ego ad Pharaonem Regem AEgypti:& comminuam brachium eius forte,ſed confractum:& deiiciam gladium de manu eius.

23 Et diſpergam AEgyptum in Gentibus,& ventilabo eos in terris.

24 Et confortabo brachia regis Babylonis,dabóque gladium meum in manu eius: & confringam brachia Pharaonis,& gement gemitibus interfecti coram facie eius: G

25 Et cõfortabo brachia Regis Babylonis,&brachia Pharaonis cóncidēt: & ſcient quia ego Dominus,quũ de-

---

10 Multitudinem המון ſtrepitum.q.d.antea AEgyptus populis & vrbibus multis frequēs erat:verum Nabuchodonoſor omnia perdet,AEgyptióſque ita affliget vt poſtea deſerta videri poſſit AEgyptus.Paulo pòſt verſu 15,dicit,Et ſuccidam multitudinem.

11 Adducentur מובאים ſub.à me.Præſ.Heb.pro fut. 12 Et ponam ונתתי Ad verbum,Et dabo.i.reddam flumina parua,acſi eſſent omnino ſicca.Alii referunt ad ſiccitatem Nili,qui alluit & irrigat totam AEgyptum. Et vendam ומכרתי & tradam.more ſcilicet vendentis. Et plenitudinem eius ומלואה .i.quicquid ea continet,aut eſt in ea. 14 Dabóque ignem ונתתי אש Et iniiciam ignem.Ignis pro afflictione.i.grauiſſimè affligam. Et faciam iud. ועשיתי שפטים Hebraiſmus,iuſto iudicio puniam,& caſtigabo.Idem quod,dabo,vel ponam ignem. 15 Et ſuccidam multitud. והכרתי את־המון Paulo ſuprà,verſu 10,dixit, & ceſſare faciam.

16 Vt ſcindatur, להבקע ad rumpendum.i.perrumpentur muri Alexandriæ. Interdiu. יומם: Ad verbum,diei.q.d.in die venient inimici eius,non in nocte. Alii exponunt diurnæ,vel quotidianæ. 17 Et illæ והנה & ipſæ.ſub.vrbes,vel mulieres.

18 Prohibebit חשך Præt.Heb.pro fut.arcebit.i.retinebit apud ſe.q.d.dies vertetur in noctem,vel obſcurabitur præ nimio luctu.

Vectes מוטות catenas.Alii,vincula,ſub.iugorum.i.iuga AEgypti:hoc eſt quum aſſeruero in libertatem quos AEgyptii tenent in ſeruitute.donantur enim libertate captiui,vrbe expugnata. Infrà cap.34.f.27,plena locutio legitur מוטות עולם vincula iugi eorum. Et ceſſabit ונשבת Suprà verſu 6,dixit,Et deſcendet ſuperbia,&c. Ipſam nubes oper. היא ענן יכסנה eam nubes teget.vel obruet.i.reddetur obſcura. 20 Anno שנה regni ſcilicet Sedeciæ,vel captiuitatis Ioachin. 21 Confregi, שברתי Præt.Heb.pro fut.eſt enim alia prophetia in AEgyptios. Quidam malunt per præteritum omnia vertere,quòd alludere videatur ad inſignem illam victoriam quam reportauerat Rex Babylonis de Pharaone Necho apud Charchamis.i.iam fregi. Vt ponantur med.לתת רפאות.i.ſic affligam AEgyptios,vt reſurgere,aut priſtinas vires recuperare non poſſint.Metaphora à chirurgia.q.d.nulla medicina aut curatione vltrà ſanari poterit.

22 Fortitudinem,&c.את־החזקה ואת־הנשברת forte illud[vel robuſtum,ſub.regnum,]& *illud quod iam* fractũ eſt.i.regionem illam quã detraxit illi Rex Babylonis. 23 Et diſpergam והפיצותי Vide ſuprà cap.5.b.10,& 29.c.12. 24 Vociferatione interf. נאקות חלל .i.edet gemitus hominis agentis animam dum interficitur:hoc eſt interficietur ab eo.

dero gladiũ meũ in manũ Regis Babylonis, & extẽderit eũ ſup terrã AEgypti.

Et diſpergam AEgyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & ſcient quia ego Dominus.

Cap. XXXI.

ET factum eſt in anno vndecimo, tertio menſe, vna mẽſis, factũ eſt verbum Domini ad me, dicens,

Fili hominis dic Pharaoni Regi AEgypti, & populo eiꝰ, Cui ſimilis factus es in magnitudine tua?

Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano pulcher ramis, & frõdibꝰ nemoroſus, excelſúſque altitudine, & inter condẽſas frõdes eleuatum eſt cacumen eiꝰ.

Aquæ nutrierunt illum, abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis.

B Propterea eleuata eſt altitudo eius ſuper omnia ligna regionis: & multiplicata ſunt arbuſta eiꝰ, & eleuati ſũt rami eius præ aquis multis.

Quúmque extẽdiſſet vmbrã ſuam, in ramis eius fecerũt nidos omnia volatilia cæli, & ſub frõdibus eius genuerũt omnes beſtiæ ſaltuum, & ſub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium plurimarum.

Erátq; pulcherrimꝰ in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorũ ſuorũ: erat enĩ radix illiꝰ iuxta aquas multas,

C Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerunt ſummitatẽ eius, & platani non fuerũt æquæ frondibus illius: omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatũ illi, & pulchritudini eius:

Quoniã ſpecioſum feci eum, & multis condenſiſque frondibus: & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis quæ erant in paradiſo Dei.

Propterea hæc dicit Dominꝰ Deꝰ, Pro eo quòd ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virẽtem atque cõdenſam, & eleuatum eſt D cor eius in altitudine ſua:

Tradidi eũ in manus fortiſſimi Gentium, faciens faciet ei iuxa impietatẽ eius: eieci eum.

Et ſuccident eum alieni & crudeliſſimi nationum, & proiicient eum ſuper montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus terræ, & recedẽt de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum.

E In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in ramis eius fuerũt vniuerſæ beſtiæ regionis.

in manu Regis Babél, & extenderit eum ſuper terram Mixſráim.

26 Et diſpergam Mixſráim in Gentes, ventilabóque eos in terras: & ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXXI.

1 ET fuit′vndecimo anno, tertio *menſe*, prima *die* mẽſis, fuit verbũ Iehouæ ad me, dicendo,

Cõparatio fœlicitatis Pharaonicæ cũ fœlicitate Aſſyriorum.

2 Fili hominis dic ad Paryóh Regem Mixſráim, ′& ad multitudinem eius, Cuinam ſimilis es″in magnitudine tua?

3 Ecce Aψſſúr *erat tanquã* cedrus in Lebanón, pulchra ramis, & ramis denſis inumbrans, & excelſa altitudine, ″& inter condenſa fuit cacumen eius.

4 Aquæ″creſcere fecerunt eum, ′vorago exaltauit illum: ′flumina eius ibant per circuitus ″plantationis eius, & riuulos ſuos miſit ad vniuerſas arbores agri.

5 Propterea exaltata eſt′altitudo eius præ omnibꝰ arboribus′agri: & multiplicati ſunt rami eius, & prolõgati ſunt rami eius propter aquas multas″quum illa mittebat *eas*.

6 In ramis eius nidificauerunt omnia volatilia cæli, & ſub ramis eius pepererunt cunctæ beſtiæ agri, & in vmbra illius″habitauerũt omnes Gentes multæ.

7 Pulchra itaque facta eſt magnitudine ſua, longitudine ramorum ſuorum, quòd radix eius fuerit iuxta aquas multas.

8 Cedri″non abſconderunt eam in horto Dei, abietes non fuerũt ſimiles ramis eius, ″& caſtaneæ non fuerunt ſicut rami eius: nulla arbor in horto Dei fuit ſimilis ei in pulchritudine ſua.

9 Pulchram feci eam″multitudine ramorum eius: ″& æmulatæ ſunt eam omnes arbores yEdén quæ erant in horto Dei.

10 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Quandoquidem eleuatus es″ſtatura, ″& dedit ſummitatem ſuam inter cõdenſa, & eleuatum eſt cor eius″in celſitudine ſua:

Vt excellẽtiam Pharaonis cũ Aſſyriorũ ſublimitate contulit, ita ſimilẽ eius interitum prædicit.

11 ′Tradidi eum in manum″fortiſſimi Gentium, faciẽdo″faciet ei: propter impietatem eius eieci eum.

12 ′Et ſuccident eum alieni, ′fortes Gẽtium, ′& dimittent eum: ſuper montes & in cunctis vallibus corruent rami eius, & confringẽtur rami eius in vniuerſis torrẽtibus terræ: ″deſcendéntque ab vmbra eius omnes populi terræ, & relinquent eum.

13 ″Super ruinam eius habitabũt omnia volatilia cæli, & ſuper ramos eius′erunt omnes beſtiæ agri.

IN CAPVT XXXI.

1 Vndecimo anno באחת עשרה שנה ſub.regni Sedeciæ. 2 Et ad multitudinẽ e. ואל־המונו .i.ad populum degentem in AEgypto. erat enim populoſa admodũ. In magnitudine tua? בגדלך: Argumẽtatur à maiore ad minus.q.d.Cuinam venis comparandus, ſi ſpectetur magnitudo, magnificentia, excellentia tua, id eſt vires & opes tuæ? an Regi Aſſyriorum? acſi dicat, non. fuit enim ille multo maior te, & tamẽ me authore cecidit dignitate ſua, nec potuit reſiſtere potentiæ meæ: quanto minus tu? 3 Et inter cond.&c. ובין עבותים וגו׳ inter cuius condenſa ſummus ramus.i.inter cuius ramos condenſos, implicatos, ac perplexos. De hoc ramo excelſiore vide ſuprà cap.17.a.3. Cedrus, Rex Aſſyriorum. Rami, & condenſa, populi AEgyptiaci & exteræ gentes illi ſubditæ. 4 Creſcere fec.e. גדלוהו Ad verbum, magnificauerunt eum.i.educauerunt & nutriuerunt. Pronomen affixum הו refertur ad Regem Aſſur, quem ſignificat ארז cedrus, quæ eſt fœminini gen. Vorago תהום abyſſus.abundantia aquarum. Flumina eius נהרותיה ſub.abyſſi. Plantationis eius, מטעה plãtæ eius, ſub.cedri. 5 Altitudo e.קומתו ſtatura eius. Agri: השבה campi.i.regionis illius cui imperabat. Quum illa, &c. :בשלחו quas ipſa[ſub.abyſſus]miſit. 6 Habitauerunt, &c. ישבו וגו׳ ſederunt omnes gentes fortes. 8 Non abſconderunt e. לא־עממוהו non operuerunt eam.i.nõ obũbrauerunt.q.d.nullæ cedri eam ſuperauerũt, ne eæ quidem quæ fuerũt in paradiſo terreſtri. Et caſtaneæ ערמונים arborem intelligit. 9 Multitudine ramorum e. ברוב דליותיו vt paulo antè, verſu 7. Et æmulatæ ſunt eam ויקנאוהו ita vt inuiderent ei. Hebraiſmus. 10 Statura, בקומה proceritate. Et dedit ſumm.ſ.inter condenſa, ויתן צמרתו אל־בין עבותים Partim hæc oratio ad cedrũ refertur, partim ad rem ſignificatã per cedrum: vnde mutatio eſt perſonarũ, quũ præcedens verbũ ſit ſecũdæ perſ. poſuit ſummũ ramum ſuũ inter condenſa: vt paulo antè verſu 3.q.d.nimiũ tibi placuiſti quòd ſtipatus eſſes magno ac frequenti ſatellitio.

11 Fortiſſimi איל Quum nomina Hebræa non inflectantur ad notãdam comparationem, more Latinorum, propterea interpretes pro ratione loci nunc per comparatiuum vertunt nomina ipſa, nunc per ſuperlatiuum, vt hoc loco, fortiſſimi Gentium.i.Nabuchodonoſoris. Chaldæos vocat fortiſſimos Gentium, quia imperauerunt poſtea Orienti. Faciet ei: יעשה לו ſub.quicquid volet: tractabit eum pro voto. 12 Et ſuccident eum ויכרתוהו Quidam per præteritũ vertunt hæc verba, Et ſucciderunt, &c. vt præcedenti verſui reſpondeant, Tradidi. Fortes Gentiũ, עריצי גוים robuſti[vel timendi]in Gentibus.i.latronibus & prædonibus. Et dimittent e.ויטשוהו poſteaquam ſcilicet amputauerint. Deſcẽdéntque וירדו .i.recedent, vel deficient ab eo populi quibus imperabat. 13 Super ruinam eius על־מפלתו Intelligit truncum humi iacentem, vel cadauera. Erunt היו Præt.Heb.fuerunt.i.incederunt.q.d. conculcatus fuit pedibus beſtiarum.

11 Tradidi eũ ואת נתו Fut. Heb. pro præt. & ו verti non debet.

14 Quamobrem″non eleuabūtur ſtatura ſua omnes arbores aquarum, nec dabunt″ſublimitatem ſuam inter condenſa, ″neque ſtabunt″vlmi eorum in ſublimitate ſua,″omnes potatores aquarum: quia omnes traditi ſunt morti, ″terræ inferiori in medio filiorum hominum cum deſcendentibus in ſepulchrum.

Omnes caſum Aſſyrii Regis grauiter tulerūt.

15 Sic dixit Dominus Iehouáh, Eo die quo deſcendit ad infernum, lugere feci, *&*″operire feci propter eum voraginem *ſacco*, prohibuíque″flumina eius, & prohibitæ ſunt aquæ multæ, ″& tenebreſcere feci propter eum Lebanō, & omnes arbores agri *illius*″fatigatæ ſunt.

16 ″A fragore ruinæ eius″commoui Gentes, ″dum deſcendere feci eum ad infernum cum deſcendentibus in ſepulchrum, & conſolationē acceperunt in terra inferiores omnes arbores yEdén″electæ, & bonum Lebanón,″omnes bibentes aquas.

17 Etiam″ipſi cum eo deſcenderunt ad infernū″ad interfectos gladio,″& brachium eius,*& qui*″ſedebāt in vmbra eius in medio Gētiū.

18 Cuinam ſimilis factus es″ſic in gloria″& magnitudine inter arbores yEdén? ″& deiicieris cum lignis yEdén in terram inferiorē, in medio″incircunciſorum dormies cum interfectis gladio. Is eſt Paryóh, & vniuerſa multitudo eius, dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XXXII.

Iubetur Propheta plangere Pharaonem Regem AEgypti.

1 ET fuit,″duodecimo anno, duodecimo mēſe, prima *die* menſis, fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis″leua lamentum ſuper Paryóh Regem Mixſráim, & dic ad eum, Catulo leonis″Gentium ſimilis factus es, tu quoque *fuiſti* tanquam cetus in maribus,″& educebas flumina tua, & turbabas *cæteras* aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum.

3 Sic dixit Dominus Iehouáh,″Expandam ſuper te rete meum in cœtu populorum multorum,″& extrahent te ſagena mea.

4 ″Et relinquam te in terra, ſuper faciem agri proiiciam te:″& habitare faciam ſuper te omnia volatilia cæli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ.

5 Dabóq;″carnē tuā ſuper mōtes: & cōplebo valles″celſitudine tua.

14 Quamobrem non eleuabuntur in altitudine ſua omnia ligna aquarum, nec ponent ſublimitatem ſuam inter nemoroſa atque frondoſa, nec ſtabūt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram vltimā, in medio filiorum hominum ad eos qui deſcendunt in lacum.

15 Hæc dicit Dominus Deus, In die quando deſcendit ad inferos induxi luctum, operui eum abyſſo: & prohibui flumina ei⁹, & coercui aquas multas: contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, & omnia ligna agri cōcuſſa ſunt. F

16 A ſonitu ruinę eius commoui Gentes, quum deducerem eum ad infernū cum his qui deſcendebant in lacum: & conſolata ſunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, vniuerſa quæ irrigantur aquis.

17 Nam & ipſi cum eo deſcendent ad infernum ad interfectos gladio: & brachium vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius in medio nationum. G

18 Cui aſſimilatus es ô inclyte atque ſublimis inter ligna voluptatis? ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in medio incircunciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio. ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius, dicit Dominus.

Cap. XXXII.

1 ET factum eſt, duodecimo anno, in menſe duodecimo, in vna mēſis, factū eſt verbū Domini ad me, dicēs,

2 Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem Regem AEgypti, & dices ad eum, Leoni Gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & cōturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum.

3 Propterea hæc dicit Domin⁹ De⁹, |Expandam ſuper te rete meū in multitudine populorum multorū, & extraham te in ſagena mea.

Suprà 12.d.13, & 17.f.20

4 Et proiiciam te in terram, ſuper faciem agri abiiciam te: & habitare faciam ſuper te omnia volatilia cæli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ.

5 Et dabo carnes tuas ſuper mōtes, & implebo colles tuos ſanie tua.

---

14 Non eleuabuntur לא יגבהו ne efferant ſe. ne exaltent ſe. Sic mox, nec ponant, neque ſtent, &c. Staturam vocat dignitatem & excellentiam. arbores item aquarum, eas quæ irrigantur aquis. Sublimitatem ſuam צמרתם ſummitatem ſuam. vt paulo antè verſu 10.

Neque ſtabunt ולא־יעמדו neque conſiſtent. vel, neque ſtent, aut conſiſtant. i. ne putent ſe permanſuros in tanta excellentia & dignitate. Vlmi eorum אליהם Generale nomen eſt arborum: aut ſignificat vlmum. Omnes pota. aquarum: כל־שותי מים omnes potatrices aquarum. i. arbores quæ gaudent magno humore. Diuitiis affluentes intelligit. Per appoſitionem autem poſitum, vlmi potatrices aquarum. Terræ inferiori, &c. אל־ארץ וגו׳ .i. ſepulchro inter alios homines, ſiue inter plebeios. 15 Operire feci, &c. כסיתי עליו וגו׳ feci vt operiret *ſe* abyſſus. ſub. ſacco, more lugentium. Alludit ad illud quod verſu 4 dixit, Vorago [ſiue abyſſus] exaltauit eam. q. d. abyſſus illa quæ cedrum illam eduxerat, mœſta fuit eius cauſa. hoc eſt, opes illæ deſtitutæ eo Rege, videbantur lugere. Flumina eius, נהרותיה ſub. abyſſi, ne poſtea irrigarent eam cedrum. Et tenebreſcere feci ואקדר & tenebris offudi. i. nigris, ſiue pullis veſtibus indui. Fatigatæ ſunt. : עולפה deliquium animi paſſæ ſunt. vt accidit feſſis ac fatigatis ex itinere aut alio labore. Significat autem, emortuas penè fuiſſe arbores: per quas intelligit alios viros principes ac nobiles, vel incolas Aſſyriæ. 16 A fragore מקול Ad verbū, A voce. i. ob ſtrepitum. Meminit fragoris ruinæ, quòd comparauerit eum cedro altiſſimæ. cadunt enim Reges è ſublimi & alto. Commoui הרעשתי tremere feci. vel intremiſcere. i. reddidi attonitas. Dum deſcendere fe. &c. בהורידי אותו וגו׳ .i. dum deieci eum in ſepulchrum cum ſepultis. Electæ, & bonum מבחר וטוב electio & bonum Libani. i. omnes arbores pulchræ, quales proueniunt in Libano. Omnes bib. aquas. כל שותי מים Appoſitiuè dictum, potatrices aquarum arbores, vt paulo antè verſu 14. 17 Ipſi הם ſubaudi, principes ac nobiles Aſſyriæ. Ad interfectos gladio, אל חללי־חרב cum interfectis gladio. i. cum aliis militibus eius. Et brachium eius וזרועו .i. qui erant illi vice brachii, nempe ſocii & adiutores, qui ſecuri inter alias gentes habitabant, quòd illis faueret aſſyrius. Sedebant ישבו Præt. perf. pro imperf. 18 Sic ככה adeò. q. d. nulli. Alloquitur Pharaonem. q. d. tu nunquam aſſequutus es dignitetem & excellentiam Regis Aſſyriorum, qui tamen cecidit: tu quoque caſurus es. Et magnitudine ובגודל, & magnificentia. excellentia Et deiiciēris והורדת Ad verbum, & deſcendere factus es. Quidam, ſed depriméris. detruderis. Incircunciſorū ערלים Vide ſuprá cap. 28. b. 10.

IN CAPVT XXXII.

1 Duodecimo anno, בשתי עשרה ſub. regni Sedeciæ Regis Iudæ, qui fuit primus annus captiuítatis poſt deſtructionem Ieruſalem & templi. Infrà cap. 33. e. 21, dicit, Duodecimo anno, *menſe* decimo, *die* quinta menſis tranſmigrationis noſtræ. 2 Leua lamentum שא קינה attolle lamentationem. Vide ſuprà cap. 26. c. 17, & 27. a. 2. Gentium גוים .i. verſanti inter Gentes. q. d. Quod eſt leo inter animātia, hoc fuiſti inter Gentes, nempe Rex maximus ac tyrannus. Et educebas flu. t. ותגח בנהרותיך Et reducebas [ſub. aquas] per flumina tua. Per aquas & flumina, intelligit copias militares & ingentem exercitum. Et per turbationem aquarum, motus bellicos quos ille ſuo exercitu excitabat contra alias Gentes. Alii vertunt, & exibas cum fluminibus tuis. Alii, inſolens fuiſti in fluminibus tuis.

3 Expandam, &c. ופרשתי וגו׳ Sic ſuprà cap. 12. d. 13. & 17. d. 20. i. Incitabo contra te Regem maximum qui adducet contra te ingentem exercitum quo ſuperaberis ac vincēris. Et extrahent te והעלוך Ad verbum, & aſcēdere facient te. 4 Et relinquam te ונטשתיך Similia dixit ſuprà cap. 29. a. 5. Et habitare faciam והשכנתי Vide capite præcedenti, verſu 13. 5 Carnem tuam בשרך Singul. pro plur. carnes tuas. i. tuorum militum. q. d. Etiam qui confugerint ad montes, illic cadent & interficientur. Celſitudine tua. רמותך altitudine tua. i. magno aceruo cadauerum exercitus tui. vel, cadaueribus copiarum tuarum, de quibus ſuperbiebas, ſiue in quibus nimium tibi placebas. Poteſt enim hic celſitudo, ſiue altitudo referri ad externa, vel ad animum.

B Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui ſuper montes, & valles implebuntur ex te. 6

Eſaiæ 13.b.10 joel 2.g.31, & 3.c.15 matth.24.c.29

|Et operiam, quũ extinctus fueris, cælos: & nigreſcere faciam ſtellas eiꝰ, ſolem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum. 7

Omnia luminaria cæli mœrere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit Dominus Deus. 8

Et irritabo cor populorum multorum, quũ induxero contritionẽ tuam in Gentibus ſuper terras quas neſcis. 9

Et ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos, & Reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te, quũ volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent repentè ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ. 10

C Quia hæc dicit Dominus Deus, Gladius Regis Babylonis veniet tibi, 11

In gladiis fortium deiiciam multitudinẽ tuam, inexpugnabiles omnes Gentes hæ: & vaſtabunt ſuperbiã AEgypti, & diſſipabitur multitudo eius. 12

Et perdam omnia iumẽta eius quæ erant ſuper aquas plurimas: & nõ cõturbabit eas pes hominis vltrá, neq; vngula iumentorum turbabit eas. 13

Tunc puriſſimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quaſi oleũ adducam, ait Dominus Deus, 14

Quum dedero terram AEgypti deſolatam: deſeretur autem terra à plenitudine ſua, quando percuſſero omnes habitatores eius: & ſcient quia ego Dominus. 15

prá 12.d.13, 17.f.20

Planctus eſt, & plangent eum, filiæ Gentium plangent eum: ſuper AEgyptum, & ſuper multitudinẽ eius plã-
D gent eum, ait Dominus Deus. 16

Et factum eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens, 17

Fili hominis, cane lugubre ſup multitudinẽ AEgypti: & detrahe eam ipſam, & filias Gentium robuſtarum ad terram vltimam cum his qui deſcendunt in lacum. 18

Quo pulchrior es? deſcende, & dormi cum incircunciſis. 19

In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus eſt, attraxerunt eam, & omnes populos eius. 20

---

6 Et irrigabo terrã″natationis tuæ ſanguine tuo vſque ad montes,⌉ & torrentes replebuntur′ex te.

7 ′Et operiam, quum extinxero te, cælos: & obtenebreſcere faciã ſtellas eorum, Solem ″nube tegam, & Luna non lucere faciet lumen ſuum.

8 Omnia *alia* luminaria″lucis in cælo ″obteneſcere faciam propter te, dabóque tenebras ſuper terrã tuam, dixit Dominus Iehouáh.

9 ″Et iraſci faciam cor populorum multorũ, quum adduxero′contritionem tuam in Gentes, *&* ſuper terras quas non noſti.

10 Et obſtupeſcere faciã propter te populos multos, & Reges eorũ horreſcent propter te horrore, quum coruſcare fecero gladium meum ante facies eorum, & exterrebuntur ad ſingula momenta quiſque in animo ſuo, in die ruinæ tuæ.

11 Quia ſic dixit Dominus Iehouáh, Gladius Regis Babél veniet tibi.

Vaſtationẽ AEgypto à Rege Babylonis vẽturam prædicit.

12 Gladiis ′fortium cadere faciam multitudinem tuam, ′fortes Gẽtium omnes ipſi, & vaſtabunt″ſuperbiam Mixſráim, diſperdetúrque vniuerſa multitudo eius.

13 Perdã omnia iumenta eius′vt deſinant eſſe iuxta aquas multas, neque″turbabit eas pes hominis vltrà, & vngulæ iumentorum non turbabunt eas.

14 Tunc″immergi faciam aquas eorum, ″& flumina eorũ velut oleum″deducam, dixit Dominus Iehouáh,

15 Quum dedero terrã Mixſráim in deſolationem, & deſolata fuerit terra ″à plenitudine ſua, quando percutiam omnes habitantes in ea: & ſcient quòd ego Iehouáh.

16 ″Planctus eſt, & plangent eam, ″filiæ *inquam* Gentium plangent eam: ″ſuper Mixſráim & ſuper omnem multitudinem eius plangent, dixit Dominus Iehouáh.

Planctus ſuper deſcenſu eius ad inferos.

17 Et fuit, duodecimo anno, decimaquinta *die* menſis fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

18 Fili hominis plãge ſuper multitudinem Mixſráim, ″& deiice ipſam, ipſam *inquam* & villas Gẽtium″robuſtarum ad terram″inferiorum, cum deſcendentibus″*in* ſepulchrum.

19 ″Quonam iucundior es?″deſcende, & dormi cum incircunciſis.

20 In medio interfectorum gladio″cadent: gladio″data eſt, ′trahite eam & omnes populos eius.

6 Natationis tuæ, צפתך .i.terrã tuam quæ alluitur & irrigatur Nilo in qua videris quaſi natare. Alii, natantem tibi. vt ſit pronomen affixum pro ſeparato.i.in vtilitatem tuam. Tota enim vtilitas AEgypti pendet ex irrigatione Nili. Intelligit de terra plana.q.d.loca ſuper quibus natabãt aquæ, irrigabo ſanguine tuo, natabitque ſanguis ſuper illis, vſqueadeo vt aſcendat montes. Per hyperbolen dictum. Quidam vertunt, inundantem tuam, ſiue inundationis tuæ.i.ſuper quam inundant aquæ. Ex te. :ממך .i.ſanguine ipſorum militũ tuorum.

7 Et operiam, &c. וכסיתי וגו′ Et tegam, quando extingam te, cælos. Deſcribit luctum maximum qui excitandus erat ob interitum & exitium Regis AEgyptiorum, quem comparat lucernæ maximæ & lucidiſſimæ, quæ quum extinguitur, mox ſuboritur fumus ingens qui offuſcat totum aerem. Qui autem ſunt in mœrore, videntur quaſi verſari in mediis tenebris. Nube בענן ſub. illa atra.

8 Lucis אור luminis.i.lucida & luminoſa hoc eſt reliquos planetas. Obtenebreſcere fa. אקדירם Ad verbũ, obtenebreſcere faciam ea. Redundat pronomen. obſcurabo: tenebris perfundam. 9 Et iraſci fac. והכעסתי Et ad indignationem prouocabo.i.efficiam vt indignentur. Contritionem tuam in Gentes, שברך בגוים.i.milites tuos fractos, ſuperatos, & fugientes in Gentes tibi notas.

12 Fortium, &c. גבורים וגו′ .i.gladiis hominum bellicoſorum, ſiue animoſorum ac ſtrenuorum militum proſternam exercitum tuum numeroſum. Superbiam גאון faſtum.i.elegantiam, pulchritudinem ac dignitatem. 13 Vt deſinant eſſe, &c. מעל מים רבים.i. ne poſthac paſcantur in pratis irriguis. Turbabit eas תדלחם conculcando ſcilicet.q.d.nulli homines, neque vlla iumenta tranſibunt per riuulos Nili. 14 Immergi fa. אשקיע Ad verbũ, profundabo.i.altiſſimas ac profundiſſimas faciam aquas: hoc eſt tranquillas, quietas ac limpidas reddam. ſunt enim aquæ profundæ, limpidæ. Et flumina e. ונהרותם & riuulos eorum. Deducam, אוליך Ad verbum, ire faciam. 15 A plenitudine ſua, ממלואה.i.omnibus incolis ſuis priuata fuerit. 16 Planctus eſt קינה היא .i.hæc eſt lamentatio & planctus cuius memini. Filiæ בנות .i.incolæ vrbium ſubditarum Gentibus. vel mulieres. aut congregationes vrbiũ.

Super Mixſráim על־מצרים propter AEgyptum, & propter omnem, &c. 18 Et deiice ipſam והורידהו & præcipita illam. ſub. per prophetiam tuam.i.prædicito fore vt pereant gladio AEgyptii, præcipita inquam eam è dignitate & excellentia maxima. Robuſtarum, אדירים magnificarum. illuſtrium. honorabilium. Inferiorum, תחתיות ſub. fouearum. *In* ſepulchrũ. :בור lacum. ciſternam. Sũt enim ſepulchra magna ſimilia lacubus ac ſpeluncis. 19 Quonã iucundior es? ממי נעמת Quonam ſuauior es? pulchrior. elegantior.i.quanam dignitate, excellentia, ac maieſtate excellis? q.d. multi fuerunt ante te pulchriores ac elegantiores, qui tamen perierunt.

Deſcende, & dormi רדה והשכבה Poſſunt eſſe imperat. pro fut. deſcendes & dormies. Deſcendes, ſub. de dignitate ad ſepulchrum.

20 Cadent, יפולו ſub. AEgyptii.i.interibunt vt & alii interfecti gladio. Data eſt, נתנה ſub. AEgyptiis. Trahite משכו ſub. ad mortem. vel, in ſepulchrum.

21 Loquẽtur ei″fortes potentium de medio inferni, cum auxiliatoribus eius, qui deſcẽderunt, *&* dormierunt *cum* incircunciſis interfectis gladio.

Qui cum AEgypto deſcẽderint ad inferos.

22 Ibi Aשׁſſúr, & vniuerſus cœtus eius, in circuitibus eius erunt″ſepulchra eius: omnes ipſi interfecti gladio:

23 ″Cuius ſepulchra *iam* poſita ſunt in laterib⁹ ſepulchri, éſtque″cœtus eius per circuitus″ſepulchri eius: ″omnes ipſi interfecti ceciderunt gladio, ″qui dederunt formidinem in terra viuentium.

24 Ibi yElám, & vniuerſa multitudo eius per circuitus″ſepulchri illius. omnes hi interfecti ceciderũt gladio, qui deſcẽderunt″incircunciſi ad terram″inferiorum: ″qui dederunt terrorẽ ſuum in terra viuentium, ″& portauerũt ignominiam ſuam cum deſcendentibus in ſepulchrum.

25 In medio interfectorum poſuerunt cubile ei, ″cum vniuerſo populo eius, ″per circuit⁹ eius ſepulchra eius. ″omnes ii incircunciſi, interfecti gladio, quia datus eſt terror eorum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum deſcendentibus in ſepulchrum, in medio interfectorum poſitus eſt.

26 Ibi Méשׁſech, Thubál, & omnis multitudo eius, in circuitibus ei⁹ ſepulchra illius: omnes ii incircunciſi, interfecti gladio, quia dederunt formidinem ſuam in terra viuentium.

27 Et non″dormient cum fortibus qui ceciderunt ″de incircunciſis qui deſcenderunt ad infernum cum armis bellicis ſuis, ″& poſuerũt gladios ſuos ſub capitibus ſuis: ″ſed erũt iniquitates eorum ſuper oſſa ipſorum: ″quia terror fortium *illorum fuit* in terra viuẽtium.

28 ″Tu verò in medio incircunciſorum contereris, & dormies cum interfectis gladio.

29 Ibi אEdóm *&* Reges eius & omnes″duces eius, qui″poſiti ſunt cũ fortitudine ſua cũ interfectis gladio: ipſi cum incircunciſis dormient, & cum deſcendentibus in ſepulchrum.

30 Ibi″principes Aquilonis omnes & vniuerſi xSidonii, qui″deſcenderũt cum interfectis, ″in terrore ſuo à fortitudine ſua pudore affecti ſunt, ″& dormierunt incircunciſi cũ interfectis gladio, & portauerunt pudorem ſuum cum deſcendentibus in ſepulchrum.

31 ″Illos videbit Paryóh, & conſolationem accipiet ſuper vniuerſa

Loquentur ei potentiſſimi robuſtorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius deſcenderũt, & dormierũt incircunciſi, interfectique gladio.

E Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius: in circuitu illi⁹ ſepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio:

Quorum data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci, & facta eſt multitudo ei⁹ per gyrum ſepulchri eius: vniuerſi interfecti, cadentéſque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viuentium.

Ibi AElã, & omnis multitudo eius per gyrũ ſepulchri ſui. õnes hi interfecti, ruẽtéſque gladio, qui deſcenderũt incircũciſi ad terrã vltimã: qui poſuerũt terrorem ſuum in terra viuentiũ, & portauerunt ignominiam ſuam cũ his qui deſcenderunt in lacum.

F In medio interfectorum poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius: in circuitu eius ſepulchrum illius. omnes hi incircunciſi interfectique gladio: dederũt enim terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendũt in lacum, in medio interfectorum poſiti ſunt.

Ibi Moſoch, & Thubal, & õnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi incircunciſi interfectiqȝ, & cadẽtes gladio: quia dederũt formidinem ſuam in terra viuentium.

Et nõ dormient cũ fortibus, cadentibúſque, & incircunciſis qui deſcẽderunt ad infernũ cum armis ſuis: & poſuerũt gladios ſuos ſub capitib⁹ ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum: quia terror fortium facti ſunt in terra viuentium.

G Et tu ergo in medio incircunciſorum contererîs, & dormies cum interfectis gladio.

Ibi Idumæa, & Reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cum exercitu ſuo cum interfectis gladio: & qui cum incircunciſis dormierunt, & cũ his qui deſcendunt in lacum.

Ibi Principes Aquilonis omnes & vniuerſi venatores: qui deducti ſunt cum interfectis, pauẽtes, & in ſua fortitudine confuſi: qui dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt in lacum.

Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt

21 Fortes potentium, אלי גבורים potentiſſimi fortium. i. qui inter fortes ſunt potentiſſimi. Alii, Reges & principes. 22 Sepulchra eius: קברותיו ſub. AEgypti. q. d. vt Aſſyrii mortui ſunt, ita AEgyptii morientur. Sic loquitur (vt ait quidam Hebræorum) non quòd eodem loco eſſent ſepeliendi, ſed quòd ſimili morte perdendi. 23 Cuius ſepul. &c. אשר וגו׳ Ad verbũ, Cuius data ſunt ſepulchra eius. Pronomen fœmineũ redundãs, quod refert congregationem Aſſyriam. acſi dicat, Iam enim Aſſyrii mortui ſunt ac ſepulti in infima parte ſepulchri, ſiue foueæ ſepulchralis. Cœtus eius קהלה congregatio eius. ſub. AEgypti. declaratio eſt præcedentis partis verſus. Sepulchri eius, קבורתה ſub. congregationis Aſſyriæ. Omnes ipſi כולם omnes ſunt. vel erunt. Relatiuũ pro verbo ſubſtantiuo. Qui dederunt form. אשר נתנו חתית quia poſuerunt terrorem. i. qui terruerũt mortales dum adhuc viuerent. Vel vt Chaldæus paraph. vertit, qui incuſſerunt metum in terra Iſrael. Terrã viuentium vocat terrã Iſrael, quòd Iſraelitæ Deũ viuentẽ colerent, victuríque eſſent cũ Deo vita æterna. 24 Sepulchri illius: קבורתה nempe AEgypti, vel Aſſyriæ. Incircunciſi ערלים. i. qui mortui ſunt in impietate ſua. Alii ſubaudiũt præpoſitionem, cum incircunciſis. Inferiorum: תחתיות vt paulo antè, verſu 18, ſub. ſepulchrorum. i. in ſepulchra ſubterranea. in regionẽ ſubterraneam. Qui dederunt terr. ſ. אשר נתנו חתיתם vt præcedenti verſu. Et portauerunt, &c. וישאו וגו׳ Hebraiſmus, morientur cum ignominia & pudore. vel, pleni pudore & ignominia. 25 Cum vniuerſo pop. e. בכל־המונה pro vniuerſa multitudine eius. Per circuitus e. &c. סביבותיו וגו׳ Vide paulo antè verſu 22. Omnes ii incirc. כולם ערלים Vide paulo antè, verſibus 23 & 24. 27 Dormient ישכבו ſub. in ſepulchro. De incircunciſis. מערלים. i. qui ex incircunciſis ceciderunt, ſiue mortui ſunt morte propria naturali, & non violenta. Vel, ex incircunciſis ceciderunt gladio. vel, Qui ceciderunt ab incircunciſis. pro, inferiores gradu aut dignitate incircunciſis. q. d. non morientur vt viri illi ſtrenui ac nobiles qui moriuntur morte ſua, & efferuntur ad ſepulchrum vnà cum inſtrumentis ſuis bellicis, ſiue armis. Et poſuerunt ויתנו Ad verbum, & dederunt. Varius eſt vſus verbi נתן Poſuerunt, pro mandauerunt ſupponenda. Sic paulo pòſt verſu 29. Sed erunt, &c. ותהי וגו׳ Ad verbum, & erit iniquitates eorum. Verbum ſingulare nomini plurali iunctum, frequens Hebræis. i. oſſa eorum ferent ac portabunt pœnam ac mulctam debitam iniquitatibus quas ipſi admiſerunt: nam oſſa eorum perfodientur ac conterentur hoc eſt ipſi occidentur & peribunt propter ſcelera ſua. Quia terror, &c. כי־חתית וגו׳ Vt paulo antè verſu 23. 28 Tu verò ואתה Sub. ô Pharao, periturus es gladio, morieríſque in impietate tua. 29 Duces e. נשיאיה principes eius. Poſiti ſunt cum fortit. ſ. נתנו בגבורתם traditi ſunt in fortitudine ſua. i. quum pollerent viribus, vel cum copiis ſuis militaribus. 30 Principes Aquilonis נסיכי צפון Reges Aquilonis. i. Reges Babél. Multis inculcat Propheta ſortem ac conditionem mortalium, nempe omnes eandem ſortem manere, & ad eandem ſedem properare, hoc eſt morti obnoxios eſſe. Deſcenderunt ירדו Verti poteſt per futurum, deſcendent. In terrore ſ. &c. בחתיתם וגו׳. i. dum terrerent mortales, interim puduit eos virium ſuarum ac roboris. nam in medio conatu prorſus deſtituti ſunt viribus. Et dormierunt וישכבו Vide eadem ſuprà verſu 21 & 24. 31 Illos videbit אותם יראה. i. Tandem morietur Pharao vt & illi mortui ſunt.

ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio, Pharao & õnis exercitus eius, ait Dominus Deus.

32 Quia dedi terrorem meum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircũciſorũ cũ interfectis gladio, Pharao, & omnis multitudo eius, ait Dominus Deus. Cap. XXXIII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra quum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & cõſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem:

3 Et ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo:

4 Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & nõ ſe obſeruauerit, veneritque gladi⁹, & tulerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit.

5 Sonũ buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autẽ ſe cuſtodierit, animã ſuam ſaluauit.

B

6 Quòd ſi ſpeculator viderit gladiũ veniẽtem, & non inſonuerit buccina: & populus ſe nõ cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram.

Suprà 3.d.17

7 ¶Et tu fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael: audiẽs ergo ex ore meo ſermonẽ, annũtiabis eis ex me.

8 Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris loquutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſãguinẽ autẽ eius de manu tua requirã.

9 Si autem annuntiante te ad impiũ vt à viis ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberaſti.

C

10 Tu ergo fili hominis dic ad domũ Iſrael, Sic loquuti eſtis, dicentes, Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcim⁹: quomodo ergo viuere poterim⁹?

2.Reg.14.c.14
ſuprà 18.g.32

11 ¶Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, ſed vt cõuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini, cõuertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſrael?

12 Tu itaq; fili hominis dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti non liberabit eũ in quacunq; die peccauerit: & impietas impii non nocebit ei in quacũque die cõuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua in quacunque die peccauerit.

13 Etiãſi dixero iuſto quòd vita viuat, & cõfiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatẽ: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur.

D

multitudine ſua: interfecti gladio *erunt* Paryóh & vniuerſus exercitus eius, dixit Dominus Iehouáh.

32 Quia″dedi terrorem meum in terra viuentiũ: & dormiet in medio incircunciſorum cum interfectis gladio, Paryóh, & vniuerſa multitudo eius, dixit Dominus Iehouáh. Cap. XXXIII.

Admonet ſuos vt vatib⁹ credãt, docens interim quod ſit officium epiſcopi & ſubditi, cũ exhortatione ad reſipiſcentiam.

1 ET fuit verbum Iehouáh ad me, dicendo,

2 Fili hominis, loquere″ad filios populi tui, & dic ad eos,″Quũ induxero ſuper terram gladium, & tulerint″populus terræ virum″vnum″de nouiſſimis ſuis, & poſuerint eum ſibi ſpeculatorem:

3 Et *ille* viderit gladium venientem″ſuper terrã, clanxerítque″buccina, & præmonuerit populum:

4 ″Quicunque audierit ſonitum buccinæ,″& non obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum,″ſanguis eius in caput eius erit.

5 Sonitum buccinæ audiuit,″& non ſe obſeruauit:″ſanguis eius in ipſo erit:″qui autem obſeruauerit ſe, animam ſuam eruit.

6 Speculator verò ſi viderit gladium venientem, & non clanxerit buccina, & populus non cuſtodierit ſe, venerítque gladius, & tulerit ex eis″animam: ipſe propter iniquitatem ſuam″captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris illius requiram.

7 Tu autem fili hominis, ſpeculatorem″dedi te domui Iשſraאél,″& audies de ore meo verbum, & præmonebis eos ex me.

8 Quum dixero impio, Impie, moriendo morieris: & non fueris loquutus,″vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius propter iniquitatẽ ſuã morietur, ſanguinẽ autem eius de manu tua requirã.

9 Quòd ſi tu admonueris impium de via ſua vt auertatur ab ea, & non fuerit auerſus à via ſua: ipſe propter iniquitatem ſuam morietur, & tu animam tuam liberaſti.

Deſperantes cõfirmat, & promiſſione miſericordiæ Dei erigit.

10 Tu autem fili hominis dic ad domũ Iשſraאél,″Sic dixiſtis dicendo,″Scelera noſtra, & peccata noſtra ſunt ſuper nos, & propter ipſa tabeſcimus,″& quomodo viuemus?

11 Dic ad eos, Viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, Si″volo mortem impii, ſed vt auertatur impi⁹ à via ſua, & viuat. cõuertimini, cõuertimini *igitur* à viis veſtris malis,″& vtq́d moriemini dom⁹ Iשſraאél?

12 Tu autem fili hominis dic″ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti″non eruet eum die quo præuaricatus fuerit: & impietas impii non *faciet ut* corruat″in eam die quo conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere″propter eam die quo peccauerit.

Vt iuſto ſi ad peccandũ ſe adduxerit, nihil proſunt priores iuſtitiæ, ita impio reſipiſcẽti anteacta peccata non imputantur.

13 Quũ ergo dixero iuſto, Viuendo viuet: & confiſus iuſtitiæ ſuæ, fecerit iniquitatem: omnes iuſtitiæ eius″non memorabuntur,″ſed propter iniquitatem ſuam quam fecit morietur.

32 Dedi terr. meum נתתי־את־חתיתי Præt. Heb. pro fut. & חתיתו ſcribitur, terrorem eius. i. faciam vt terrori ſit. & legitur cum iod, חתיתי terrorem meum. q. d. Poſteaquam illi terruerint alios, ego tandem terrebo eos.

IN CAPVT XXXIII.

2 Ad filios pop. t. אל־בני־עמך. i. ad populares tuos. Quũ induxero, &c. ארץ כי־אבי׳א וגו׳ Ad verbum, Terra quum induxero ſuper eam gladium. Antecedens cum ſuo relatiuo redundante. Hoc eſt, quum inducere decreuero, ſiue quũ interminatus fuero excidium alicui regioni. Populus terræ עם־הארץ. i. populus eius regionis. Vnum, אחד quẽdam. De nouiſſimis ſuis, מקציהם de extremis *finibus* ſuis. i. de regione ſua: quòd certis quibuſdam terminis ac finibus diſterminetur. 3 Super terram, על־הארץ contra regionem illam. Buccina, בשופר cornu tuba. 4 Quicunque aud. ושמע השומע Ad verbum, Et audiens audierit. Quidam, Quicunque audire potuerit. Et non obſeruauerit ולא נזהר & non cauerit ſibi. admonitus ſcilicet. Sanguis, &c. דמו וגו׳ Hebraiſmus, cauſa erit ſuæ mortis, ſiue mors eius imputabitur illi, non epiſcopo & ſpeculatori. 5 Et non ſe obſeruauit ולא נזהר & non cauit ſibi, vt præcedenti verſu. i. noluit acquieſcere. Sanguis, &c. דמו וגו׳ Vt præcedenti verſu. Qui autem, &c והוא וגו׳ quòd ſi cauerit ſibi. 6 Animã: נפש. i. quempiam. Captus eſt, נלקח Præt. pro fut. capietur. i. peribit. 7 Dedi te נתתיך poſui te. i. conſtitui te. Et audies ושמעת vt audias. 8 Vt ſe cuſtodiat להזהיר vt ſibi caueat. 10 Sic dixiſtis, &c. כן אמרתם וגו׳ Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, Sic dicitis. vel, dicere ſoletis. Alii, Bene [vel Rectè] dicitis. vel, cogitaſtis. Scelera noſtra כי־פשעינו Ad verbum, Quia tranſgreſſiones noſtræ. Redundat QVIA. i. Multitudine ac mole ſua opprimunt nos peccata noſtra, & ipſis obruimur. Et quomodo viu. ואיך נחיה: quomodo ergo viueremus? 11 Volo אחפוץ cupio. deſidero. Quidam, Non delector morte impii. Vide ſuprà cap. 18. f. 20. Et vtquid ולמה cur enim. 12 Ad filios pop. tui, אל־בני־עמך ſic ſuprà verſu 2. Non eruet e. in die, &c. לא תצילנו וגו׳, nõ eripiet [ſeruabit] eum tempore quo ſcelera admiſerit. In eam, בה propter eam. vt mox. Propter eam, בה ſub. iuſtitiam. Relatiuum ſine antecedente. 13 Non memorabuntur, לא תזכרן non venient in recordationem. Alii, omnium iuſtitiarum ipſius nulla erit memoria. Sed propter iniq. ſ. ובעולו ſed in peruerſitate ſua.

14 Rurſum quum dixero impio, Moriendo morieris: & auerſus fuerit à peccato ſuo, feceríque iudicium & iuſtitiam.

15 *Nempe* pignus reſtituerit impius, quod rapuit reddiderit, ″in mandatis vitæ ambulauerit, ne faciat iniquitatẽ: viuendo viuet, & non morietur.

16 Omnia peccata eius quæ peccauit ″non commemorabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, viuendo viuet,

17 ″Et dixerunt filii populi tui, ′Non eſt æqua via Domini: ′quum potius via eorum non ſit æqua.

18 ′Quum auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatẽ, morietur propter illa.

19 Et quum auerſus fuerit impius ab impietate ſua, & fecerit iudicium & iuſtitiam, propter ipſa viuet.

20 Et dixiſtis, Non eſt æqua via Domini: vnũquenque iuxta viam ſuam iudicabo vos, domus Iשſraאél.

Excidiũ Ieruſalẽ factum nũtiatur.

21 Fuit præterea duodecimo anno, *menſe* decimo, *die* quinta menſis ′trãſmigrationis noſtræ, venit ad me ″euaſor de Ieruשſaláim, dicẽdo, Percuſſa eſt ciuitas.

22 ″Et manus Iehouæ fuit ad me veſperi antequã veniret euaſor, ″aperuítque os meum, donec veniret ad me mane, aperuit inquam os meum, & non ſilui amplius.

Sermo Domini contra reliquias populi.

23 Fuit item verbum Iehouæ ad me, dicendo,

24 Fili hominis, habitatores ″ſolitudinũ iſti in terra Iשſraאél dicũt ′dicendo, ″vnus erat Abrahám, & poſſedit terram: nos autem multi, ″nobis tradita eſt terra in poſſeſſionem.

25 Idcirco dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, ″Cum ſanguine ′comedetis, & oculos veſtros attolletis ad idola veſtra, & ſanguinẽ effundetis, & terram hanc poſſideretis?

26 ′Stetiſtis in gladiis veſtris, feciſtis abominationem, & quiſque vxorem proximi ſui polluiſtis, & terram hanc poſſideretis?

27 Sic dices ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, ″Viuo ego, niſi qui ″in ſolitudinibus ſunt gladio ceciderint, ″& eum qui in ſuperficie agri, beſtiæ tradiderim, vt deuoret eum: & qui ″in præſidiis & in ſpeluncis ſunt, peſte morientur.

28 Et dabo terram *in* ſolitudinem & deſertum, ′ceſſabítque ſuperbia fortitudinis eius, & deſolabuntur montes Iשſraאél, ′ita vt nõ ſit qui tranſeat *illac*.

29 Et ſcient quòd ego Iehouáh, quũ dedero terrã in ſolitudinem &

D

14 Si autem dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſtitiã,

15 Et pignus reſtituerit ille impius, rapinámque reddiderit, in mandatis vitę ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet, & non morietur.

16 Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet.

17 Et dixerunt filii populi tui, Non eſt æqui ponderis via Domini: & ipſorũ via iniuſta eſt.

18 Quũ enim receſſerit iuſtꝰ à iuſtitia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis.

19 Et quũ receſſerit impius ab impietate ſua, feceritque iudicium & iuſtitiam, viuet in eis.

Suprà 18 f.25

20 Et dicitis, Non eſt recta via Domini: vnũquenque iuxta vias ſuas iudicabo de vobis, domus Iſrael.

E

21 Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo mẽſe, in quinta mẽſis trãſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Ieruſalem, dicens, Vaſtata eſt ciuitas.

22 Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere antequam veniret qui fugerat: aperuitque os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non ſilui amplius.

23 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

24 Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his, ſuper humum Iſrael, loquentes aiunt, Vnus erat Abraham, & hæreditate poſſedit terram: nos autem multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſſionem.

F

25 Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immũditias veſtras, & ſanguinẽ fũditis: nũquid terrã hæreditate poſſidebitis?

26 Stetiſtis in gladiis veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſque vxorẽ proximi ſui polluit: & terram hæreditate poſſidebitis?

27 Hæc dices ad eos, Sic dicit Dominꝰ Deus, Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadẽt: & qui in agro eſt, beſtiis tradetur ad deuorandum: qui autẽ in præſidiis & ſpeluncis ſũt, peſte morientur.

28 Et dabo terram in ſolitudinem & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo eius: & deſolabuntur montes Iſrael, eo quòd nullus ſit qui per eos tranſeat.

29 Et ſciẽt quia ego Dominus, quum dedero terram eorum deſolatam &

15 In mandatis בחוקות in ſtatutis. 16 Non commemorabuntur ei, לא תזכרנה לו.i.non imputabũtur ei. 17 Et dixerunt ואמרו Diceréne ergo poterunt. Ergóne dicunt. Non eſt æqua לא יתכן Vt ſuprà cap.18.f.25. Quum potius via eorum והמה דרכם Ad verbum, & ipſi via eorum. Alterum relatiuum redundat, pro, & ipſorum via. 18 Quum auerterit ſe, בשוב Vide hæc eadem vſque ad 21 verſum, ſuprà cap.18.f.26. 21 Tranſmigrationis no. לגלותינו à tranſmigratione noſtra. vel à captiuitate noſtra. à die quo demigrauimus Babylonem vnà cum Ioachin. Euaſor הפליט qui effugerat. expugnata ſcilicet vrbe Ieruſalem. 22 Et manus Iehouæ ויד יהוה Vide ſuprà cap.8.a.2. i. fui afflatus Spiritu prophetico initio eius diei. nam Hebræi diem à noctis crepuſculo incipiunt. Aperuitque os meũ, ויפתח את פי Hebraiſmus, deditque vt liberè abſque vllo metu loquerer. Similis locutio legitur & ſuprà cap.24.g.27, In die illo aperietur os tuum cum euaſore, & loqueris. Et cap.29.d.21, In die illa germinare faciam cornu domus Iſrael, & tibi dabo apertionem oris in medio eorum. Iſto genere dicendi vtitur & Paulus Epheſ.6.d.19, Orantes pro me vt mihi detur ſermo in apertione oris mei cum libertate, vt notum faciam myſteriũ Euangelii. Hic Apertioni oris, iunxit cum libertate, quo tropus magis explicatur. 24 Solitudinũ החרבות deſertorum. ſignificat loca, ſiue ædificia ruinoſa. His inuehitur Propheta in ſuperbiam & arrogantiam eorum qui ſuperſtites remanſerunt in Iudæa, prædicens illis certiſſimum interitum & exitium eorum, propter impœnitentiam ipſorum. Dicendo, לאמר. i. in hunc modũ. Vnus אחד vnicus. qui ſcilicet Deum coleret. Nobis tradita eſt, &c. לנו נתנה הארץ למורשה: *quapropter* nobis tradetur terra iſta in hæreditatem. i. iure perpetuo ſumus habitaturi in ea. 25 Cum ſanguine comedetis, על־הדם תאכלו Futura Heb. pro præſ. Quidã vertunt, Iuxta ſanguinem comeditis. q.d. Poſteaquam vos ſacrificaſtis idolis, vos comeditis carnes ſacrificiorum veſtrorum iuxta ſanguinem victimarum illis immolatarum. Cum ſanguine comedere, id eſt priuſquam affuſus ſit ſanguis altari. quod eſt contra præceptum Domini. Leuit.17.d.14. 26 Stetiſtis in gladiis veſtris עמדתם על־חרבכם .i. Incubuiſtis in enſes veſtros. vel innixi eſtis enſibus veſtris, more eorum qui parati ſunt effundere ſanguinẽ. 27 Viuo ego, niſi חי־אני אם לא Duæ formulæ iurandi: ac ſi dicat, Quàm verum eſt me viuere, tam verum erit eos perituros: non habeárque poſthac pro Deo, ſi non ita futurum eſt. In ſolitudinibus בחרבות in deſertis. Vide paulo antè, verſu 24. Et eum qui in, &c. ואשר על־פני השדה וגו׳ .i. eos qui in agro, ſiue ruri degunt, non in vrbibus. Singularia, pro plur. In præſidiis, במצדות in munitionibus. in arcibus. 28 Ceſſabitq;, &c. ונשבת וגו׳ Simile genus dicendi habes ſuprà cap.7.d.24. & 24.e.21, & 30.a.6.18. Ita vt non ſit, &c. מאין עובר: Ad verbum, à non tranſeunte. i. eo quòd non ſit tranſiens.

deſertã propter vniuerſas abominationes ſuas quas operati ſunt.

G 30 Et tu fili hominis, filii populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in oſtiis domorum: & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum, loquentes, Venite, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Domino.

31 Et veniũt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus: & audiũt ſermones tuos, & nõ faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertũt illos, & auaritiam ſuam ſequitur cor eorum.

32 Et es eis quaſi carmẽ muſicũ, quod ſuaui dulcique ſono canitur: & audiũt verba tua, & non faciunt ea.

33 Et quũ venerit quod prædictũ eſt, (ecce enim venit) tũc ſciẽt quòd Prophetes fuerit inter eos.

Cap. XXXIIII.

Ierem. 23. a. 1

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

2 ¶Fili hominis, propheta de paſtoribus Iſrael: propheta, & dices paſtoribꝰ, Hæc dicit Dñs Deus, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcũtur?

3 Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſũ erat, occidebatis: gregem autẽ meum non paſcebatis.

4 Quod infirmum fuit non cõſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt nõ reduxiſtis, & quod perierat nõ quæſiſtis: ſed cũ auſteritate ĩperabatis eis, & cũ potẽtia.

5 Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.

B 6 Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnẽ faciem terrę diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, nõ erat inquã qui requireret.

7 Propterea paſtores audite verbum Domini,

8 Viuo ego, Dicit Dominus Deus, quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationẽ omniũ beſtiarũ agri, eo quòd nõ eſſet paſtor (neque enim quæſierũt paſtores mei gregem meũ: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant.)

9 Propterea paſtores audite verbum Domini,

C 10 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciã eos vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcãt amplius paſtores ſemetipſos: & liberabo gregẽ meũ de ore eorum, & non erit eis in eſcam.

11 Quia hæc dicit Dominꝰ Deus, Ecce

deſertum, propter vniuerſas abominationes eorum quas fecerũt.

In deriſores verborũ Prophetæ

30 Et tu fili hominis, filii populi tui qui obloquuntur tibi iuxta parietes illos & in oſtiis domorũ: ″loquitúrque alter cũ altero, quiſque cum fratre ſuo, dicendo, Venite quæſo, & audite″quodnam *ſit* verbum quod egreditúr à Iehouáh:

31 ″Et veniunt ad te ″ſecundum ingreſſum populi, & ſedent coram te populus meus, & audiunt verba tua, ″quæ tamen nõ faciũt: quia ″ſubſannationes ore ſuo faciunt, ″poſt auaritiam ſuam cor eorum ambulat.

32 ″Et ecce tu es illis veluti canticum amorum pulchræ vocis, & bene ſcientis canere: ″nam audient verba tua, ſed non facient ea.

33 ″Quum autem euenerit illud, (ecce venit) ſcient quòd Propheta fuit in medio eorum.

Cap. XXXIIII.

In paſtores qui neglecto grege Chriſti quæ ſua ſunt quærunt.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, propheta cõtra paſtores Iשׂraאél, propheta *inquã* & dic ad illos, *nempe* paſtores, Sic dixit Dñs Iehouáh, Væ paſtoribus Iשׂraאél, qui″pauerũt ſemetipſos: annõ gregem″paſcunt paſtores?

3 ″Adipem comediſtis, & lana induitis vos: ″craſſum iugulaſtis, *&* *tamen* oues non pauiſtis.

4 ″Infirmas non conſolidaſtis, & ægrotam non ſanaſtis, & confractam non obligaſtis, ″& abiectam non reduxiſtis, & perditam non quæſiſtis: ″ſed durè dominati eſtis eis, & tyrannicé.

5 ″Et diſperſæ ſunt, quòd *ſint* abſque paſtore, & fuerunt ″in deuorationem omni beſtiæ agri, diſperſæ ſunt inquam.

6 Errauerunt oues meæ in cunctis montibus, & in omni colle excelſo, & in omni ſuperficie terræ diſperſæ ſunt oues meæ, nec fuit qui quæreret, neque qui requireret.

Dicit Dominus ſe viſitaturum oues ſuas diſſipatas, & eas cõgregaturum.

7 Propterea ô Paſtores, audite verbum Iehouæ,

8 Viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, ſi nõ eo quòd fuit grex meꝰ in direptionem, & fuerunt oues meæ in deuorationem omni beſtiæ agri, *quòd eſſent* abſque paſtore, nec quæſierunt paſtores mei oues meas, ſed pauerunt paſtores ſemetipſos, & oues meas non pauerunt:

9 Propterea *inquam* ô paſtores, audite verbum Iehouæ,

10 Sic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego venturus ſum ad paſtores illos, & requiram oues meas de manu eorum, & ceſſare faciam eos ne paſcant oues *meas*, neque paſcent vltrà paſtores ſemetipſos: & eruam oues meas de ore eorum, nec erunt eis″in eſcam.

11 Quia ſic dixit Dominus Iehouáh, ″Ecce egoipſe requiram oues

---

30 Loquitúrque ודבר Fut. Heb. pro præſ. Quodnam *ſit* verbum מה הדבר quidnam *ſibi uelit* verbum quod prodit à Iehouáh. ſub. per Prophetam. 31 Et veniũt ויבואו Futura Heb. pro præſ. veniunt. Secundum ingreſ. pop. כמבוא־עם. i. vt ingredi & irrumpere ſolet populus, confertim nẽpe, & multi ſimul. Quæ tamen nõ fa. ואותם לא יעשו Ad verbũ, & ea non facient. Subſannationes, &c. עגבים וגו׳. i. rident ac ſubſannant prophetiam tuam. Poſt auaritiam, &c. אחרי וגו׳. i. auaritiam cordis ſui ſectantur. aut, auaritiæ ſtudent.

32 Et ecce tu, &c. והנך וגו׳ Ad verbum, Et ecce tu *es* illis ſicut canticum amorum [vel, verborum luſus, aut iocularium] pulcher voce, & bene faciens cantum, vel canere. i. tu es inſtar eius qui nouit canere carmina amatoria, id eſt delectabilia & amœna, aut ridicula, quique quòd peritus ſit artis muſices nouit ſcitè, bene, ac rectè pulſare inſtrumentum aliquod muſicum. Tales enim libenter audiuntur. Chaldæus paraph. vertit, canticum organorũ. Alii, carmen ludibriorum. Nam audiunt ושמעו Ad verbum, & audient. Noſter vertit, per præſens audiunt inquam, & non faciunt. 33 Quum autem euenerit illud, ובבואה ſub. quod prædictum eſt. vel, Quum venerit illa, ſub. prophetia tua. q. d. Quum quod prophetas euenerit (vẽturum eſt enim, & quidem propediem) tunc cognoſcent te fuiſſe verum Prophetam.

IN CAPVT XXXIIII.

2 Pauerunt היו רועים Ad verbũ, fuerunt paſcentes. Quidã per præſens vertunt, paſcunt. deeſt altera pars, nẽpe, Et non gregem meum. i. ſui tantum curam & rationem habent, neglecto populo ſibi concredito. Vide paulo pòſt verſu 8, plenam ſentẽtiam. Paſcunt ירעו Fut. Heb. pro præſ. paſcere ſolent. 3 Adipem comed. את־החלב תאכלו Fut. Heb pro præſ. i. opes ac diuitias comeditis. Craſſum הבריאה quod pingue eſt. vel, pinguẽ. ſub. ouẽ. 4 Infirmas, &c. את־הנחלות וגו׳ Infirmas nõ confortaſtis [vel, roboraſtis] & ægrotã, &c. Infirmas vocat quarum membrũ aliquod dolet: ægrotas verò, quarum totum corpus morbo comprehẽſum eſt. Et abiectam ואת־הנדחת & deiectam. vel propulſam, ſiue impulſam, nempe in ſpeluncam, ſcrobem, aut cauitatem quandam. Alii, & vagam, vel vagabundam, aut errantem. Sed durè, ובחזקה Ad verbum, & in duritia. Quidam, ſed cum auſteritate quadam imperaſtis illis, & cum rigore. vel rigidé.

5 Et diſperſæ ſunt, ותפוצינה Quidã per præſens vertunt vt præcedentia, Et diſpergũtur. In deuorationem לאכלה ad deuorandũ. vel, in cibum. nam poteſt eſſe nomen, vt infrà, verſu 10. 10 In eſcam. : לאכלה Vide paulo antè, verſu 5. 11 Ecce egoip. הנני־אני Ecce ego, ego *inquam*.

meas,″& quæram eas.

12 ″Quemadmodum inquirit paſtor gregẽ ſuum die qua eſt in medio ouium ſuarum diſperſarũ, ſic requirã oues meas, & eruam eas ex omnibus locis in quæ diſperſæ fuerãt,″in die nubis & caliginis.

13 Et educam eas è populis, congregabóque eas è terris, & inducã eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus Iꞷſraℵél ″in riuis & in cunctis habitationibus terræ.

14 In paſcuis bonis paſcam eas, & in montibus excelſis Iꞷſraℵél erit caula earum: ibi accubabunt in caula bona, & paſcua pinguia paſcentur in montibus Iꞷſraℵél.

15 Ego paſcam oues meas, & ego accubare eas faciam, dixit Dominus Iehouáh.

16 Perditam requiram,″& abiectam reducam, & confractam obligabo,″& ægrotam cõſolidabo: pinguem verò & fortem ″diſperdã, & paſcam illas ″in iudicio.

Arguit quorundam ex grege malitiam

17 Vos autem oues meæ, ſic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego ″iudico inter pecudem & pecudem, *inter* arietes & hircos.

18 An parùm vobis eſt quòd paſcua bona ″paſcimini,″niſi *etiam* reſiduum paſcuorum veſtrorum conculcetis pedibus veſtris?″& profundas aquas bibatis, niſi *etiam* reſiduas pedibus veſtris ″cõculcetis?

19 Et oues meæ ″conculcationem pedum veſtrorum paſcuntur, & conculcationem pedum veſtrorum bibunt.

20 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh ad eos, Ecce ego, ego iudicabo inter pecudem pinguem & pecudem macilentam,

21 Eo quòd latere & humero pepuliſtis, & cornibus veſtris ″cornupetiſtis omnes infirmas, donec ″diſpergeretis eas foras.

22 ″Seruabo pecudes meas, ″& non erunt vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecudem & pecudem.

Veram paſtorẽ Chriſtum promittit, & cũ eo pacem.

23 Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, & paſcet eas, ſeruũ meũ ″Dauid, ipſe paſcet eas, ipſéque erit eis in paſtorem.

24 Ego autẽ Iehouáh ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Iehouáh loquutus ſum.

25 Et feriam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias malas de terra, habitabúntq; in deſerto ″cõfidenter, & dormiẽt in ſyluis.

26 Et ponam ″eas & *quæ ſunt in* circuitu collis mei benedictionem, & deſcendere faciam pluuiam tempore ſuo, ″pluuiæ benedictionis erunt.

27 Et dabit arbor agri fructum ſuum, & terra dabit fructum ſuum: erúntque ſuper terram ſuam ″confidenter: & ſcient quòd ego Ie-

ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas.

12 Sicut viſitat paſtor gregẽ ſuum in die quãdo fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum, ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quos diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis.

13 Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducã eas in terram ſuam: & paſcam eas in mõtibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terræ.

14 In paſcuis huberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erũt paſcua earum: ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. D

Iohan.10.b.

15 Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciã, dicit Dominus Deus.

16 Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, cõſolidabo: & quod pingue & forte, cuſtodiam: & paſcam illas in iudicio.

17 Vos autẽ greges mei, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum.

18 Nõne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris: & quum puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbabatis. E

19 Et oues meæ his quæ cõculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur: & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant.

20 Propterea hæc dicit Dominus Deꝰ ad vos, Ecce, ego ipſe iudico inter pecus pingue, & macilentum,

21 Pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras.

22 Saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. F

Eſa.40.c.11
dan.9.g
iehan.10.b.11

23 ‖Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorẽ vnũ, qui paſcat eas, ſeruũ meũ Dauid: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorẽ.

24 Ego autẽ Dominus ero eis in Deũ: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dñs loquutus ſum.

25 Et faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra: & qui habitant in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus.

26 Et ponã eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore ſuo, pluuiæ benedictionis erunt.

27 Et dabit lignum agri fructum ſuum & terra dabit germen ſuum, & erunt in terra ſua abſque timore: & ſcient

Et quærã e.: ובקרתים Ad verbũ, & ſcrutabor eas. Sũt qui vertũt, & viſitabo eas. vel, contẽplabor. & cõſiderabo eas. 12 Quẽadmodũ inquirit. כבקרת Ad verbũ, Sicut diſquiſitio. i. quẽadmodũ ſcrutatur, viſitat, contẽplatur diligẽter & exacté. In die nubis & calig. ביום ענן וערפל: Hebraiſmus, tempore extremæ calamitatis & infortunii. 13 In riuis, באפיקים Riuos, ſiue locum per quem decurrit aqua, ſignificat hæc dictio. quia verò aqua per decliuem locum labitur, accipitur pro valle. 16 Et abiectam ואת־הנדחת Vt paulo antè, verſu 4. Et ægrotam conſolidabo: ואת־החולה אחזק & ægrotam confirmabo. i. medicamine curabo, donec reualeant. vel, ad valetudinem firmam perduxero. Diſperdam, אשמיד diſſipabo. exterminabo. Alii, compeſcam. Pingues & fortes, quæ quòd ſint pinguiores, lædunt alias, debiles & infirmiores. intelligit opulentos qui propter diuitias alios iniuria afficiunt. In iudicio. במשפט: Hebraiſmus, vt par eſt, & decet. aut iuſté. 17 Iudico שופט ne ſcilicet vna lædat, vel opprimat aliam. i. puniam, ne poſthac lædant alias. Præſ. Heb. pro fut. iudicabo inter pecudem pinguem & pecudem macilentam, vt paulo pòſt dicit, verſu 20. 18 Paſcimini. תרעו Fut. Heb. pro præſ. vel præt. paueritis. Niſi *etiam* reſiduum ויתר Ad verbum, & reſiduum. Quidam vertunt, quòd reſiduum, &c. conculcatis. Et profundas aquas ומשקע מים Ad verbũ, & profunditatẽ aquarũ. i. aquas profundas, hoc eſt limpidas ac puriores: quòd aquæ profundæ ſint limpidæ ac puræ. Vide ſuprà cap. 32. c. 14. Conculcetis? תרפשון: i. conculcando turbetis? 19 Conculcationem ped. ve. מרמס רגליכם i. paſcua quæ pedibus veſtris conculcata ſunt: & aquas quæ pedibus veſtris conculcando turbatæ ſunt, id eſt impuras & turbidas. 21 Cornupetiſtis תנגחו fut. Heb. pro præt. vel præſ. percuſſiſtis. Diſpergeretis eas הפיצותם diſperſiſtis eas. i. diſpergendo eieciſtis, ſiue expuliſtis è caula, vel grege. 22 Seruabo והושעתי Ad verbũ, Et ſeruabo. ו tantũ cõuertit præt. in fut. Et non erunt ולא־תהיינה ne ſint. 23 Dauid דויד Subaudiunt quidã filiũ, ſic, filiũ Dauidis. i. mittã illis Meſſiam filium meũ qui futurus eſt de ſemine Dauid. 25 Confidenter, לבטח tutó. 26 Eas, & *quæ ſunt in* circ. col. m. אותם וגו׳ eos, & *qui habitabunt in* circuitu collis mei. i. templi. omnes enim optabunt habitare in planis. q. d. reddam eos fœliciſſimos ac beatiſſimos. vel, omnes reputabunt, & habebunt eos pro beatis ac fœlicibus. Pluuiæ bened. e. גשמי ברכה יהיו: imbres benedictionis erunt. i. quæ maximè proſunt frugibus, & nulli rei nocent. Quidã vertunt, pluuiæ benedictæ erunt. 27 Confidenter: לבטח ſecuré. i. nihil ſibi timentes à quoquam. Infrà cap. 39. g. 26, velut exponens addit, Et non eſſet qui exterreret.

quia ego Dominus, quũ contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium ſibi.

28 Et non erunt vltrà in rapinã in Gẽtibus, neque beſtiæ terræ deuorabunt eos: ſed habitabunt confidenter abſq; vllo terrore.

29 Et ſuſcitabo eis germen nominatũ: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium Gentium.

30 Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipſi populus meus domus Iſrael: ait Dominus Deus.

Iohan.16.b.11

31 ¶Vos autem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis: & ego Dominus Deꝰ veſter, dicit Dominus Deus.

Cap. XXXV.

1 ET factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, pone faciẽ tuam aduerſum montem Seir, & prophetabis de eo,

3 Et dices illi, Hęc dicit Dominꝰ Deꝰ, Ecce ego ad te mons Seir, & extendã manũ meam ſuper te, & dabo te deſolatum atque deſertum,

4 Vrbes tuas demoliar, & tu deſertus eris: & ſcies quia ego Dominus,

5 Eo quòd fueris inimicus ſempiternus, & concluſeris filios Iſrael in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tẽpore iniquitatis extremæ.

B

6 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam ſanguini tradam te, & ſanguis te perſequetur, & cum ſanguinẽ oderis, ſanguis perſequetur te:

7 Et dabo montem Seir deſolatũ atque deſertum: & auferam de eo euntem & redeuntem:

8 Et implebo mõtes eius occiſorum ſuorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

C

9 In ſolitudines ſempiternas tradã te, & ciuitates tuæ non habitabũtur: & ſcietis quia ego Dominus Deus.

10 Eo quòd dixeris, Duæ gẽtes, & duæ terræ, meæ erunt, & hæreditate poſſidebo eas, quum Dominus eſſet ibi:

11 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta irã tuã, & ſecũdum zelum tuum quem feciſti odio habens eos: & notus efficiar per eos quum te iudicauero.

D

12 Et ſcies quia ego Dominus audiui vniuerſa opprobria tua quæ loquutꝰ es de montibus Iſrael, dicens, Deſerti, nobis ad deuorandum dati ſunt.

13 Et inſurrexiſtis ſup me ore veſtro, &

houáh, quum contriuero vincula iugi eorũ, & eruero eos de manu″operantium in eis.

28 Et non erunt vltrà *in* prædam Gentibus, & beſtiæ terræ non deuorabunt eas, habitabúntque confidenter, nec erit qui exterreat.

29 Et ſuſcitabo eis″plantam in nomen, nec erunt vltrà conſumpti fame in terra, nec portabunt vltrà″ignominiam Gentium.

30 Et ſcient *Gentes* quòd ego Iehouáh Deus eorum *ſum* cum eis,″& ipſi *ſunt* populus meus, domus Iשſraאél, dixit Dominus Iehouáh:

31 Vos autẽ oues meæ, oues″paſcuæ meæ, ″homines eſtis: ego Deꝰ veſter, dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XXXV.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis pone faciem tuam ad montẽ שSeyír, & propheta aduerſus eum,

Futura montis Seir, hoc eſt Idumæorum deſtructio, quód populum Domini afflixerit.

3 Et dic ei, Sic dixit Dominꝰ Iehouáh, ″En ego ad te mõs שSeyír, & extendam manum meam contra te, ponámque te *in* deſolationem & ſolitudinem,

4 Vrbes tuas *in* deſolationem ponam, & tu *in* deſolationem eris: ſciéſque quòd ego Iehouáh,

5 Eo quòd″fuerint tibi inimicitiæ perpetuæ, ″& effuderis *ſanguinem* filiorum Iשſraאél acie gladii tempore calamitatis eorum,″tempore *quo propter* iniquitatem *eorum uenit* finis.

6 Propterea viuo ego, dixit Dominus Iehouáh, quòd″ſanguini præparabo te,″& ſanguis perſequetur te:″niſi ſanguinem odio habueris, ſanguis perſequetur te:

7 Et dabo mõtem שSeyír in deſolationem & ſolitudinem, & ſuccidam de eo tranſeuntem & reuertentem:

8 Et implebo montes eius occiſis ipſius in collibus tuis, & vallibus tuis, & õnibus torrẽtibus tuis, interfecti gladio corruẽt in eis.

9 *in* ſolitudines perpetuas tradam te, & vrbes tuæ non″reuertentur: & ſcietis quòd ego Iehouáh.

10 Propterea quòd dixiſti, Duæ iſtæ gentes, & hæ duæ terræ, meæ erunt, & poſſidebimus eas, quum Iehouáh ibi eſſet:

11 Idcirco viuo ego, dixit Dominus Iehouáh,″Faciam ſecundum iram tuã, & ſecundum zelum tuum quem feciſti propter odia tua in eos: & notus ero in eis″quum iudicauero te.

12 Et ſcies quòd ego Iehouáh audiui omnia probra tua quæ dixiſti contra montes Iשſraאél, dicendo,″Deſolati ſunt, nobis traditi ſunt″ad deuorandum.

13 ″Et magnificaſtis aduerſũ me ore veſtro,″& multiplicaſtis ad-

---

Operantium in eis. :העובדים בהם .i. de manu eorum qui vtuntur opera ipſorum, tanquam opera ſeruorum. Gallicè, *qui ſe ſeruent d'eulx*. Alii vertunt, de manu eorum quibus ſeruierunt. Alii, abutentium ipſis. Alii, eorum qui eos premunt ſeruitute. 29 Plantam in nomẽ, מטע לשם .i. virgam quæ egredietur de radice Ieſſe, quæ pariet illis nomen celebre, famam & gloriam. Ignominiã Gent. :כלמת הגוים ignominiam à Gentibus. i. non dicent vltrà illis Gẽtes Deum eos deſeruiſſe. 30 Et ipſi *ſunt* populus m. &c. והמה עמי בית ישראל. Ordo inuerſus, pro, & ipſi, domus Iſrael, *ſunt* populus meus. 31 Paſcuæ meæ, מרעיתי .i. quas alo. Homines eſtis: אדם אתם homines vos. ſub. eſtis, & non iumenta. Pronomen pro verbo ſubſtantiuo. Alii, homines eritis. q. d. tandem ſapietis & intelligetis vos eſſe homines, tunc digni eritis appellatione hominis, non bruti animalis. deſinetis enim voluptates ſectari, totique mihi adhærebitis.

IN CAPVT XXXV.

3 En ego ad te. הנני אליך ſub. venio. vel venturus ſum. Chaldæus paraph. mittam iram meam contra te. 5 Fuerint tibi היות לך ſub. cum filiis Iſrael. Et effuderis, &c. ותגר וגו׳ Ad verbum, & effuderis filios Iſrael in manu gladii. i. gladio. vel, per gladium, aut opera gladii. Alii, & fluere feceris filios, &c. quoſdam enim occiderũt, alios riſerunt, & contumeliis affecerunt. Alii, & diſperſiſti filios Iſrael gladio. Alii, & terrueris eos gladio. Tempore *quo*, &c. :בעת עון קץ Ad verbum, in tempore iniquitatis finis. Quidam exponunt vt vertimus. Alii, tempore quo finem *accepit* iniquitas. Alii vertũt, tempore iniquitatis extremæ. vel finalis. i. quam vltrà tolerare nõ poteram. Chaldæus paraph. tẽpore cõſummationis peccatorũ ſuorũ. 6 Sanguini præp. te. לדם אעשך Ad verbũ, ſanguini faciã te. i. viro ſanguinis, hoc eſt ſanguinario tradã te. q. d. gladio tradam te. Quidã vertunt, ad ſanguinem faciã te. Alii, in ſanguinẽ redigã te. Et ſanguis ודם & *uir* ſanguinis. i. ſanguinarii, effuſores ſanguinis. Niſi ſang. od. hab. אם־לא דם שנאת Hebraiſmus, niſi caueris, ſiue abſtinueris ab effundendo ſanguine, ſanguis quoque tuus effundetur. 9 Reuertentur: תשובנה ſub. in priſtinũ ſtatũ. i. nõ reſtituentur, ſiue inſtaurabuntur vltrá. 11 Faciam ועשיתי Hic ו tantũ cõuertit præt. in fut. Sub. tecum, vel tibi. i. tractabo te vt tu ira ac furore percitus, tractaſti filios Iſrael. q. d. grauiſſimè animaduertam in te, ac ſeuerè. Quũ iudicauero t. :כאשר אשפטך .i. quũ exercuero iuſtitiam meã in te, ſiuę pœnas de te ſumpſero. 12 Deſolati ſunt, שממו deuaſtati ſunt. Ad deuorandũ. :לאכלה in cibũ. in eſcã. 13 Et magnificaſtis ותגדילו ſub. voſipſos. i. arrogãter iactaſtis vos, iactantes vires & opes veſtras. Quidã, magnifica iactaſtis. Et mult. והעתרתם .i. effutiuiſtis.

uerſum me verba veſtra,ego audiui:

14 Sic dixit Dominus Iehouáh,″Sic lætabitur vniuerſa terra *ob* deſolationem *quam* faciam tibi:

15 Sicut lætatus es ſuper hæreditatem domus Iשſraאél, propterea quòd deſolata eſt, ſic faciã tibi: deſolatus ′erit mõs שSeyír, & õnis אEdóm vniuerſus:& ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXXVI.

Promittit Iſraeli liberationem à Gentibus.

1 ET tu fili hominis,vaticinare″ſuper montes Iשſraאél, & dic,Mõtes Iſשraאél audite verbum Iehouæ,

2 Sic dixit Dominus Iehouáh , Eo quòd dixit″inimicus ille ſuper vos,Euge,″etiam excelſa perpetua in hæreditatem fuerunt nobis:

3 Propterea vaticinare, & dic, Sic dixit Dominus Iehouáh Eo ꝙ, eõ quòd inquam deſolauerunt, & abſorbuerunt vos ′vndique , vt eſſetis″hæreditas reliquis Gentibus, ″& aſcẽdiſtis ſuper labium linguæ,& oblocutionem populi:

4 Propterea montes Iשſraאél, audite verbũ Domini Iehouæ, Sic dixit Dominus Iehouáh montibus,& collibus,torrentibus & vallibus,″*&* deſertis deſolatis, & vrbibus derelictis quæ fuerunt in direptionem *&* ſubſannationẽ reſiduis Gentibus quæ erãt vndique:

5 Propterea *inquam* ſic dixit Domin⁹ Iehouáh,″Niſi in igne zeli mei loquutus ſum contra reſiduas Gentiũ,& cõtra אEdóm vniuerſam ′quæ poſuerũt terram meam ſibi in hæreditatem cum lætitia totius cordis,*&*″cum contẽptu animi,″vt eiicerent eã in direptionẽ.

6 Idcirco vaticinare″ſuper humũ Iשſraאél, & dic montibus & collibus,torrentibus &vallibus,Sic dixit Dominus Iehouáh,Ecce″in zelo meo & furore meo loquutus ſum, eo quòd ignominiã Gentium″portaſtis:

7 Idcirco ſic dixit Dominus Iehouáh, Ego″leuaui manum meã, ″niſi gentes″quæ vobis vndique ſunt,ignominiã ſuã portauerint.

8 Vos autem montes Iשſraאél,ramos veſtros″dabitis,& fructũ veſtrum afferetis populo meo Iשſraאél:quoniam appropinquauerunt vt veniant.

9 Quia ecce ego *uenio* ad vos, ″& conuertar ad vos: & colemini, & ſeremini.

10 Et multiplicabo″ſuper vos homines,totam domũ Iשſraאél,totam:& inhabitabuntur vrbes,″& deſerta ædificabuntur.

11 Et multiplicabo ſuper vos homines,& iumenta, & multiplicabuntur,creſcéntque:& habitare faciam vos″ſecundum antiquitates veſtras , ″& benefaciam *nouiſſimis ueſtris* magis quàm prioribus veſtris:ſcietíſque quòd ego Iehouáh.

derogaſtis aduerſũ me verba veſtra, ego audiui.

14 Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuerſa terra,in ſolitudinem te redigam.

15 Sicuti gauiſus es ſuper hæreditatẽ dom⁹ Iſrael, eo quòd fuerit diſſipata, ſic faciã tibi: diſſipatus eris mõs Seir, & Idumæa omnis : & ſcient quia ego Dominus.

Cap. XXXVI.

Suprà 6.a.2

1 TV autem fili hominis,propheta ſuper mõtes Iſrael,& dices,Mõtes Iſrael audite verbum Domini,

2 Hæc dicit Domin⁹ Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines ſempiternæ in hæreditatem datæ ſunt nobis:

3 Propterea vaticinare,& dic,Hęc dicit DominusDeus,Pro eo quòd deſolati eſtis,& conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gentibus, & aſcendiſtis ſuper labium linguæ,& opprobrium populi:

4 Propterea mõtes Iſrael audite verbum Domini Dei , Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus,torrẽtibus,vallibúſque,& deſertis, parietinis,& vrbibus derelictis,quæ depopulatæ ſunt & ſubſannatæ à reliquis Gentibus per circuitum:

B

5 Propterea hæc dicit Domin⁹ De⁹, Quoniam in igne zeli mei loquutus ſum de reliquis Gẽtibus,& de Idumęa vniuerſa : quæ dederũt terram meam ſibi in hæreditatem cũ gaudio , & toto corde,& ex animo:& eiecerunt eã vt vaſtarent.

6 Idcirco vaticinare ſuper humum Iſrael,& dices montibus & collibus,iugis & vallibus , Hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego in zelo meo,& in furore meo loquutus ſum, eo quòd cõfuſionem Gentium ſuſtinueritis:

7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam,vt Gentes quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portent.

C

8 Vos autẽ montes Iſrael ramos veſtros germinetis, & fructum veſtrum afferatis populo meo Iſrael:prope enim eſt vt veniat.

9 Quia ecce ego ad vos,& conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem.

10 Et multiplicabo in vobis homines, omnémque domum Iſrael:& habitabuntur ciuitates,& ruinoſa inſtaurabuntur.

11 Et replebo vos hominibus & iumẽtis: & multiplicabuntur,& creſcent: & habitare vos faciam ſicut à principio,boniſq; donabo maiorib⁹ quàm habuiſtis ab initio:& ſcietis quia ego Dominus.

---

14 Sic lætabitur כשמוח Quidam legentes ב pro כ,verterunt,Cum exultatione vniuerſæ terræ ego redigam te in deſolationem.

15 Erit תהיה ſub.עדת cœtus.aut,deſolatus eris ô mons.

IN CAPVT XXXVI.

1 Super montes אל־הרי contra montes.vel,de montibus.Intelligit terram Iuda quæ abundabat montibus.éſtque metonymia:accipitur enim cõtinens pro cõtento.i.incolas. 2 Inimicus ille האויב q.d.inimicus ille capitalis,Idumæus. Etiã excelſa,&c. ובמות וגו' & excelſa ſempiterna in poſſeſſionem facta ſunt nobis.i.ceſſerunt,ſiue noſtra ſunt. De mõtibus Iudææ loquitur qui in perpetuũ duraturi erant.Doctus inter Hebræos vertit,altitudines mundi:quòd terra Iſraél ſublimior ſit omnibus aliis regionibus. 3 Vndique, מסביב per circuitũ.i.qui ſunt in circuitu veſtro,gentes vobis vicinæ per circuitum. Hæreditas מורשה *in* poſſeſſionem.i.vt iure hæreditario poſſiderẽt vos reliquæ gentes. Et aſcendiſtis,&c. ותעלו וגו' Hebraiſmus,pro fabula facti eſtis Gẽtibus quæ poſt graſſationem Regis Babylonis reſiduæ remanſerunt per circuitum terræ veſtræ. דבה(quod à דבב deducitur quod loqui & detrahere ſignificat) ſemper in malam partem accipitur pro oblocutione,detractione,& irriſione. 4 *Et* deſertis deſ. לחרבות השוממות *&* ruinis deſertis,vel,ruinoſis deſertis.

5 Niſi אם־לא Iurantis eſt,Nolite poſthac credere mihi,niſi zelo meo ardente,[ſiue ira percitus & vehemẽter iratus]interminatus ſim interitum reliquis Gentibus & ipſi Edom,&c.q.d.Seuerè & grauiſſimè animaduertam in gentes illas quæ vos iniuria affecerunt. Quæ poſuerunt,&c. אשר נתנו וגו' Hebraiſmus, vendicauerũt ſibi terram meam tanquam ſua eſſet.ſuã dicit,quod in ea habitaret eius maieſtas ac gloria. Cũ contemptu animi, בשאט נפש Suprà cap.25.b.6,& c.15,dixit בשאט בנפש cum cõtemptu in animo.vbi plena eſt locutio. Chaldæus paraph.cum cõtemptu,cũ gaudio animi. Vt eiicerẽt,&c. למען וגו' vt expellerẽt,&c. Hebraiſmus,vt eam prædæ exponerẽt.

6 Super humũ על־אדמת de terra. In zelo meo & fur.m. בקנאתי ובחמתי Verſu præcedenti dixit,In igne zeli mei. Portaſtis: נשאתם ſuſtinuiſtis.i.à Gentibus iniuria ac contumelia affecti eſtis. 7 Leuaui manũ m. נשאתי את־ידי Vide ſuprà cap.20.a.5. Niſi אם־לא vt paulo antè verſu 5. Quæ vobis,&c אשר־לכם וגו' Hebraiſmus,vobis vicinas per circuitum,ea ignominia afficiã qua vos affecerunt.vel,quæ vobis moleſtæ ſunt vndiq;[aut,quæ vos vndiq; ſpoliauerũt & afflixerũt]probris afficiã. 8 Dabitis, תתנו .i.producetis.

9 Et cõuertar ad v. ופניתי אליכם & cõuertã me ad vos. Alii,& reſpiciã vos.vt ſcilicet ſolẽt qui aliorũ miſerẽtur. 10 Super v. עליכם .i. in vobis. Et deſerta והחרבות & ruinæ.vel,deſolationes. 11 Secũdũ antiquit.v. כקדמותיכם .i.ſicut fuiſtis à principio,vel iuxta priſtinũ ſtatũ veſtrũ. Et benefaciã,&c. והטיבותי וגו' Ad verbũ,& bonificabo à priorib⁹ veſtris.i.plus beneficiorũ vobis cõferã quàm ab initio.

12 Et adducam ſuper vos homines,populum meũ Iſrael,& hæreditate poſſidebunt te,& eris eis in hæreditatem: & non addes vltrà vt abſque eis ſis.

13 Hæc dicit Dominus Deus , Pro eo quòp dicunt de vobis,Deuoratrix hominnm es,& ſuffocans gẽtem tuam:

14 Propterea homines non comedes amplius,& gentem tuam non necabis vltrà,ait Dominus Deus:

D 15 Nec auditam faciam in te amplius confuſionem Gentium, & opprobriũ populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus.

16 Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens,

17 Fili hominis, domus Iſrael habitauerunt in humo ſua,&polluerũt eam in viis ſuis,& in ſtudiis ſuis:iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum coram me.

18 Et effudi indignationem meam ſuper eos pro ſanguine quem fuderunt ſuper terram, & in idolis ſuis polluerunt eam.

19 Et diſperſi eos in Gentes,& ventilati ſunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos.

Eſa.52.b.5 rom.2.d.24

20 Et ingreſſi ſunt ad Gentes ad quas introierunt,& polluerunt nomen ſanctum meum,quũ diceretur de eis,Populus Domini iſte eſt,& de terra eius egreſſi ſunt.

21 Et peperci nomini ſãcto meo,quod polluerat domus Iſrael in Gentibus ad quas ingreſſi ſunt.

E 22 Idcirco dices domui Iſrael,Hæc dicit Dominus Deus,Non propter vos ego faciã , domus Iſrael: ſed propter nomen ſanctum meum quod polluiſtis in Gentibus ad quas intraſtis.

Rom.2.d.24

23 Et ſanctificabo nomen meũ magnũ quod pollutum eſt inter Gẽtes,quod polluiſtis in medio earum: vt ſciãt Gẽtes quia ego Dominus,ait Dominus exercituum, quum ſanctificatus fuero in vobis coram eis.

24 Tollam quippe vos de Gentibus,& congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram.

25 Et effundam ſuper vos aquam mũdam , & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris,&ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.

Supra 11.d.19

F 26 Et dabo vobis cor nouũ,& ſpiritũ nouũ ponã in medio veſtri:& auferã cor lapideum de carne veſtra,& dabo vobis cor carneum.

27 Et Spiritũ meũ ponã in medio veveſtri:& faciam vt in præceptis meis ambuletis,& iudicia mea cuſtodiatis & operemini.

28 Et habitabitis in terra quã dedi Patribus veſtris : & eritis mihi in populum,& ego ero vobis in Deum.

12 ʹEt ambulare faciam ſuper vos homines, populum meum Iשſraאél,ʹ& poſſidebunt te, & eris eis in hæreditatem,ʺnec addes vltrà orbare eos.

13 Sic dixit Dominus Iehouáh,Eo quòdʺdicunt vobis, *Terra* deuoratrix hominum es,& orbatrix gentium tuarum fuiſti:

14 Propterea homines non deuorabis amplius , & gentes tuas non orbabis vltrà,dixit Dominus Iehouáh:

15 ʺNec audire faciam in te amplius ignominiam Gentium,& probra populorũ non portabis vltrà , neque gentes tuasʹcadere facies amplius,dixit Dominus Iehouáh.

16 Et fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

17 Fili hominis, domus Iשſraאél habitantes ſuper terrã ſuam,ʹpolluerunt eam moribus ſuis,& operibus ſuis:tanquam immunditia menſtruatæ fuerunt mores eorum coram me.

18 Et effudi iram meam ſuper eos propter ſanguinem quem effuderunt ſuper terram,& *quia* idolis ſuis polluerunt eam:

19 Et diſperſi eosʺin Gẽtes,ʺ& ventilati ſunt in terras:ʺiuxta mores eorum,& iuxta opera eorum iudicaui eos.

20 ʺEt ingreſſi ad Gentes,ʹad quas venerunt,polluerũt nomen ſanctum meum,dum diceretursʺeis,ʺPopulus Iehouæ ſunt, & de terra eius egreſſi ſunt.

21 ʹEt peperci nomini ſancto meo, quod polluerunt domus Iשſraאél in Gentibus ad quas egreſſi ſunt.

22 Idcirco dic domui Iשſraאél, Sic dixit Dominus Iehouáh, Non propter vosʺfacio,domus Iשſraאél,ſed propter nomẽ ſanctũ meũ quod polluiſtis in Gentibusʺad quas veniſtis.

23 Et ſanctificabo nomẽ meum magnũ pollutũ in Gẽtibus, quod polluiſtis in medio earũ : & ſciẽt Gẽtes quòd ego Iehouáh,ait Dominus Iehouáh,ʺquũ ſanctificatus fuero in vobis in oculis veſtris.

24 Tollámque vos de Gentibus , congregabóque vos de vniuerſis terris,ʺ& venire faciam vos in terram veſtram.

25 Et ſpargã ſuper vos aquã mundã, & mundabimini:ab omnibus inquinamẽtis veſtris,& ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.

26 Dabóque vobis cor nouũ,& ſpiritum nouũʺdabo in medio veſtri:& auferãʺcor lapideũ è carne veſtra, dabóq; vobis cor carneũ.

27 Et Spiritũ meum ʺdabo in medio veſtri,efficiámque vt in præceptis meis ambuletis,& iudicia mea cuſtodiatis,& faciatis illa.

28 Et habitabitis in terra quam dedi Patribus veſtris: eritiſq; mihi in populum,& ego ero vobis in Deum.

Cauſa afflictionis Iſraelis.

Beneficia in Iudæos collata,miſericordiæ Dei tribuenda,non eorum meritis.

Innouat Deus cor noſtrum, vt in præceptis eiꝰ poſſimus ambulare.

12 Et ambulare fac.&c. והולכתי וגו׳ .i. Adducam populum meum ex captiuitate,ô montes Iſrael,vt habitet in vobis. Et poſſidebũt te,& eris וירשוך והיית ſub.ô mons. Mutatio numeri eſt,pro,tanquam iure hæreditario incolent vos,ô montes. Nec addes ולא־תוסיף ſub.terra. Mutatio generis.i.non reddes eos vltrà orbos & abſque filiis.q.d.non peribunt vltrà in te homines incolæ tui.

13 Dicunt vobis, אומרים לכם .i.inimici de vobis dicunt. 15 Nec audire faciam in te,&c. ולא אשמיע אליך וגו׳ Hebraiſmus,Efficiam vt poſthac nõ afficiant te ignominia ac probris Gẽtes & populi. Cadere facies תכשלי facies impingere.vel corruere.ſub.ô terra. 17 Polluerunt,&c. ויטמאו וגו׳ Ad verbum,& polluerunt eam via ſua. Redundat ו &. Quidam vertunt participium præcedẽs יושבים in verbũ præteritũ,habitauerunt ſuper terrã,& polluerũt.hoc pacto nõ redundat &. 19 In Gentes,בגוים ſub.illas quas immiſi in eos. Et ventilati ſunt ויזרו & diſperſi fuerunt.vel,diſſipatique ſunt. Iuxta mo.e. כדרכם iuxta vias eorũ.i.pro ratione ſcelerũ ac flagitiorum ſuorũ animaduerti in eos. 20 Et ingreſſi ויבוא Sing.Heb.pro plur.Et ingreſſus eſt. Ad quas venerunt, אשר־באו שם Ad verbum, *ad* quas venerunt illuc.pro,quò venerunt.ſic in fine verſus ſequentis. Eis, להם de illis. Populus,&c. עם וגו׳ His verbis taxabant Dominum:acſi dicerent,Si is fuiſſet Deus eorum qualem prædicant,omnipotens: non permiſiſſet eos expelli terra ſua.Hinc apparet quid ſit polluere nomen Dei,nempe occaſionem dare malè ſentiendi de omnipotentia Dei. 21 Et peperci,&c. ואחמול וגו׳ q.d. miſertus ſum autẽ nominis mei ſanctiſſimi: vindicaui enim eum à pollutione & iniuria qua afficiebatur:conſului honori ac gloriæ nominis mei. 22 Facio, עשה Præſens Heb.pro fut.faciam.ſub.quæ facturus ſum. Ad quas veniſtis. אשר־באתם שם: ad quas ingreſſi eſtis.Ad verbum,quas ingreſſi eſtis illuc. 23 Quum ſanctificatus fue.&c. בהקדשי וגו׳ Hebraiſmus,quum vindicauero,ac purgauero nomen meum ab omni pollutione ac contaminatione, reddideróque illud celeberrimum,oſtendendo ſcilicet omnipotentiã meã, & clementiam. 24 Et venire fac.והבאתי & adducã. 26 Dabo in med.ve.אתן בקרבכם ponã intra vos.Sic verſu ſequẽti. Cor lap.&c. לב האבן וגו׳ .i.durũ inſtar lapidis,hoc eſt duriſſimũ(nullã enim impreſſionẽ admittit lapis)mentem ſiue animũ obſtinatũ,qui nullam quantũcunque piam admittit admonitionẽ.Chald.para.vertit,cor impiũ,durũ vt lapis.Huic contrariũ eſt cor carneũ[.i.mole]hoc eſt animus aptus ad ſuſcipiendas pias ac ſanctas admonitiones. 27 Dabo in med.v.אתן בקרבכם ponam in viſceribus veſtris. Alii,inſeram in interiora veſtra.

14 Orbabis תכשלי ſcribitur.i.impingere facies:& legitur תשכלי orbabis.

29 Seruabo vos quoque ab vniuerſis inquinamentis veſtris,″& vocabo frumētum,″multiplicabóque illud,neque dabo vobis famē.

30 Multiplicabo inſuper fructum arborum,& fructum agrorū: ″ne accipiatis vltrà probrum famis in Gentibus.

31 Et recordamini viarum veſtrarum malarum, operūque veſtrorum quæ non ſunt bona : ″& excidemini vos in conſpectu veſtro propter iniquitates veſtras,& propter abominationes veſtras.

32 Nō propter vos ego facio,dixit Dn̄s Iehouáh,notū ſit vobis:pudeat *ergo* vos, & erubeſcite de iniquitatib⁹ veſtris, domus Iשſraאél.

33 Sic dixit Dn̄s Iehouáh, Die qua mūdabo vos ab omnibus iniquitatibus veſtris,″habitare faciam vrbes, & ædificabuntur deſolatæ.

34 Et terra illa deſolata,erit culta,″vice eius quòd fuit in deſolationem in oculis omnis tranſeuntis.

35 ″Et dixerunt,Terra iſta deſolata,fuit ſicut hortus yEdén:& ciuitates iſtæ deſertæ & deſolatæ & dirutæ,munitæ ″habitabantur.

36 ″Et ſciēt Gētes quæ derelictæ fuerint in circuitibus veſtris quòd ego Iehouáh ædificaui″diruta, ″plantaui deſolatam *terram:* ego Iehouáh loquutus ſum,″& feci.

37 Sic dixit Domin⁹ Iehouáh , Adhuc″*in* hoc ero requiſitus domui Iשſraאél″vt faciā eis,multiplicabo eos ″hominibus ſicut gregibus,

38 Vt oues″ſanctæ, *id eſt* vt pecudes Ieruשſaláim in ſolennitatibus eius,ſic erunt ciuitates deſertæ plenæ″gregibus hominū: & ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXXVII.

Aſtruitur fides promiſſioni ſuperiori,ducto argumēto à reſurrectione corporū,vt à re certiſſima. Deinde oſtēdit Iſraelem reducendū in terram ſuam cū acceſſione Gentiū.

1 FVit ſuper me″manus Iehouæ,″& eduxit me in Spiritu Iehouæ, & quieſcere fecit me in medio″campi qui erat plenus oſſibus.

2 Tranſire autem fecit me iuxta ea″circuncirca:& en erant quamplurima in ſuperficie agri,& certè ſicca valde.

3 Et dixit ad me,Fili hominis, num viuent oſſa iſta? Et dixi, Domine Iehouáh tu noſti.

4 Et dixit ad me,Vaticinare ſuper oſſibus iſtis,& dic eis,Oſſa ſicca audite verbum Iehouæ,

5 Sic dixit Dominus Iehouáh oſſibus iſtis, Ecce ego″introire facio in vos ſpiritum,& viuetis.

6 ″Et ponam ſuper vos neruos,& aſcendere faciam ſuper vos carnem, atque operiā vos pelle : ponam præterea in vobis ſpiritū, & viuetis:ſcietíſque quòd ego Iehouáh.

7 Prophetaui itaque ſicut præceptum fuerat mihi : & fuit ″ſonitus,me prophetāte,& ecce″commotio:& appropinquauerūt oſſa,

29 Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris: & vocabo frumētum, & multiplicabo illud,& non imponā vobis famem.

30 Et multiplicabo fructū ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus.

31 Et recordabimini viarum veſtrarū peſſimarum, ſtudiorūque non bonorum: & diſplicebūt vobis iniquitates veſtræ & ſcelera veſtra.

32 Non propter vos ego faciā,ait Dominus Deus,notum ſit vobis:confundimini &erubeſcite ſuper viis veſtris, domus Iſrael.

33 Hæc dicit Dominus Deus , In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitare fecero vrbes,& inſtaurauero ruinoſa: G

34 Et terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris:

35 Dicēt,Terra illa inculta,facta eſt vt hortus voluptatis: & ciuitates deſertæ, &deſtructæ atque ſubfoſſæ,munitæ ſederunt.

36 Et ſcient Gentes quæcunque derelictę fuerint in circuitu veſtro,quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauiq; inculta, ego Dominus loquutus ſim & fecerim.

37 Hæc dicit Dominus Deus , Adhuc in hoc inueniēt me Domus Iſrael, vt faciā eis: multiplicabo eos ſicut gregem hominum,

38 Vt gregem ſanctum,vt gregem Ieruſalem in ſolennitatibus eius: ſic erūt ciuitates deſertæ, plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego Dominus.

Cap. XXXVII.

1 FActa eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in Spiritu Domini: & dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus.

2 Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde ſuper faciē campi,ſiccáque vehementer.

3 Et dixit ad me, Fili hominis putáſne viuent oſſa iſta ? Et dixi , Domine Deus tu noſti.

4 Et dixit ad me , Vaticinare de oſſibus iſtis:& dices eis, Oſſa arida audite verbum Domini,

5 Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Ecce ego intromittam in vos ſpiritum,& viuetis.

6 Et dabo ſuper vos neruos , & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendā in vobis cutem : & dabo vobis ſpiritum, & viuetis:& ſcietis quia ego Dominus. B

7 Et prophetaui ſicut præceperat mihi: factus eſt autē ſonitus prophetāte me,& ecce cōmotio: & acceſſerunt

29 Et vocabo וקראתי Hebraiſmus.i.vel verbo efficiā vt veniat.q.d.efficiam vt abundetis magna copia frumenti. Alludit ad iuſſa herorum,ad quorum nutum concurrere ſolent ſerui. Multiplicabóque והרביתי Hîc ו &,pro id eſt ponitur.nā exponit quod dixit,aduocabo frumentū. 30 Ne accipiatis vltrà,&c. למען אשר וגו' Hebraiſmus,ne ſuſtineatis vltrà probrū.i.vt poſthac non male audiatis apud Gētes ob penuriā panis 31 Et excidemini vos ונקוטותם & ſuccidemini vos.i.ſuccifione[ſiue excidio,aut exterminatione]dignos reputabitis voſipſos.Deſcribit mentē & habitū verè pœnitentis. 33 Habitare faciam והושבתי Ad verbum,& habitare faciam. Aut redundat ו &:aut verte,ſimul habitare faciā ſiue,etiam faciā:i.reddam habitabiles. 34 Vice eius,&c. תחת וגו' pro eo quòd fuit deſolatio.vel,Vbi *antea* erat deſolata. Aut,quum antea fuiſſet deſolata ac deſerta,videntibus omnibus tranſeuntibus. 35 Et dixerunt, ואמרו Quidā præterita huius verſus cōuertunt per futurū & per præſens,vertentes,Et dicent,Terra iſta deſolata fuit,& *nunc eſt* ſicut hortus Eden:& ciuitates deſolatas,deuaſtatas,& euerſas,*ipſi* inhabitant munitas. Habitabātur ישבו Ad verbum,ſederunt.i.erant munitæ & habitatæ. 36 Et ſcient וידעו Iuxta præcedentium verſionem,verſus iſte reſpicit initium 34. Diruta, הנהרסות *urbes* deſtructas. Plantaui נטעתי .i.plantis repleui. Et feci. ועשיתי: Præt.Heb.pro fut.faciam,vt alii vertunt. 37 *In* hoc ero requiſitus,&c. זאת אדרש לבית *in* hac re requirar à domo.i.quærent me, & quærendo inuenient,impetrabunt hoc à me,ſiue gratiam hanc eis impertiar. Vt faciam לעשות ſub.quod pollicitus ſum eis,nempe quòd multiplicabo eos,&c. Hominibus,&c. כצאן וגו' Ad verbum,ſicut gregibus hominibus. Quidam vertunt,hominibus tanquam gregibus. Sic ſequenti verſu. 38 Sanctæ, קדשים Ad verbum,ſanctorū. vel ſanctificationum.i.conſecratæ Deo,quæ adducuntur in Ieruſalem tempore ſolennitatum, nempe ter in anno. vel, quæ inueniuntur in Ieruſalem,vt ex illis fiant ſacrificia. Gregibus ho. צאן אדם .i.gregibus humanis,hoc eſt hominibus.

IN CAPVT XXXVII.

1 Manus יד .i.prophetia. Et eduxit,&c. ויוציאני וגו' .i.ductus fui à Spiritu Domini. Campi qui erat הבקעה והיא Ad verbū, vallis,& ipſa.pro,vallis illius quæ erat.vallem inſignem intelligit, cuius meminit ſuprà cap.3.f.22. Hac imaginaria viſione,prædicit futuram liberationem populi Iſraelitici, quem mortuorū oſſibus cōparat. vt enim nulla reliqua ſpes eſſe ſolet futuræ vitæ in oſſibus aridis,ſic nec Iſraelitæ ſperabant futurum vt in terram ſuam Chanaan reuerterentur:vt paulo pòſt dicunt,verſu 11, Periit ſpes noſtra,ſucciſi ſumus.
2 Circuncirca, סביב סביב per circuitum. 5 Introire facio מביא inducam.vel,adducam. Sic per præſens quidam vertunt.
6 Et ponam ונתתי Ad verbum,Et dabo.i.tegam vos neruis,tegam etiam carne,veſtiámque cute. 7 Sonitus,קול vox.vel ſtrepitus.i.auditum eſt tonitruum. Commotio רעש tremor.terræmotum ſignificat.

oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iunctu ram ſuam.

Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & car nes aſcenderũt, & extenta eſt in eis cu
C tis deſuper: & ſpiritum non habebãt.

Et dixit ad me, Vaticinare ad ſpiritũ, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum, Hæc dicit Dominus Deus, A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant.

Et prophetaui, ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerũt, ſteterũntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde.

Et dixit ad me, Fili hominis, oſſa hęc vniuerſa, domus Iſrael eſt: ipſi dicũt, Aruerũt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus.

Propterea vaticinare, & dices ad
D eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educã vos de ſepulchris veſtris populus meus, & inducam vos in terrã Iſrael.

Et ſcietis quia ego Dominus, quum aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris popule meus:

Et dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram: & ſcietis quia ego Dominus loquutus ſum, & feci, ait Dominus Deus.

Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

Et tu fili hominis ſume tibi lignum vnum: & ſcribe ſuper illud, Iudæ & filiorum Iſrael ſociorum eius. & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud, Ioſeph lignum Ephraim, & cũctæ domus Iſrael, ſociorũmque eius.

E Et adiũge illa, vnũ ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in vnionẽ in manu tua.

Quum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes, Nônne indicas nobis quid in his tibi velis?

Loquêris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſrael quæ ſunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnũ, & erunt vnum in manu eius.

Erunt autem ligna ſuper quæ ſcripſeris, in manu tua, in oculis eorum.

Et dices ad eos, Hęc dicit Dominus Deus, Ecce ego aſſumam filios Iſrael
F de medio nationum ad quas abierũt: & cõgregabo eos vndique, & adducã eos ad humum ſuam.

Et faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna.

Iohan.10.c.16

Neque polluẽtur vltrà in idolis ſuis & abominationib⁹ ſuis, & cũctis ini-

os ad os ſuum.

8 'Et vidi, & ecce ſuper ea *erant* nerui, & caro aſcenderat, & obducta erat ſuper illa pellis deſuper: ſpiritus verò non erat in eis.

9 Dixit præterea ad me, Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare *inquam* fili hominis, & dic ad ſpiritũ, Sic dixit Dominus Iehouáh, A quatuor ventis veni ô ſpiritus, & ſpira in interfectos iſtos, '& viuent.

10 Prophetaui itaque ſicut præceperat mihi, ingreſſúſque eſt in ea ſpiritus & vixerunt, ſteterúntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis 'valde valde.

11 Et dixit ad me, Fili hominis, oſſa iſta vniuerſa, domus Iשׂſraאél ſunt: en dicunt, Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, 'ſucciſi ſumus nobis.

12 Propterea vaticinare, & dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, Ecce ego aperio tumulos veſtros, '& educã vos è tumulis veſtris, populus mi, & adducam in terram Iשׂſraאél.

13 Et ſcietis quòd ego Iehouáh quum aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos è tumulis veſtris populus mi.

14 Ponámque ſpiritũ meum in vobis, & viuetis, & requieſcere faciam vos ſuper terram veſtrã: & ſcietis quòd ego Iehouáh 'loquutus ſum, & feci, dixit Iehouáh.

15 Rurſus fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

16 Et tu fili hominis cape tibi 'lignum vnum, & ſcribe in eo, Iehudæ, '& filiis Iשׂſraאél ſociis eius. Deinde tolle lignum alterum, & ſcribe in eo, Ipſi Ioסéph 'arbori אEphráim, & cũctæ domui Iשׂſraאél 'ſociorum eius.

Decem tribuũ cũ duabus vnionem oſtendit.

17 'Et adiũge ea alterum ad alterum, 'vt ſint lignum vnum: erúntque vnum in manibus tuis.

18 Et quum dixerint tibi filii populi tui, dicendo, Annõ indicabis nobis 'quid iſta tibi?

19 Loquere ad eos, Sic dixit Dominus Iehouáh, 'Ecce ego aſſumo lignũ Ioסéph, quod eſt in manu אEphráim, & tribus Iשׂſraאél ſocias eius, & ponam eas 'cum eo, cum ligno Iehudáh, & faciam eas in lignum vnum, erúntque vnum in manu mea.

20 'Sint autem ligna in quibus ſcribes, in manu tua in oculis eorũ.

21 Et loquere ad eos, Sic dixit Domin⁹ Iehouáh, 'Ecce ego aſſumo filios Iשׂſraאél 'è Gentibus ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, 'veniréque faciam eos in terram ſuam.

22 Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Iשׂſraאél: atque Rex vnus erit vniuerſis ipſis in Regem, nec erunt vltrà duæ gentes, neque diuidentur amplius in duo regna 'amplius.

23 Nec polluent ſe vltrà idolis ſuis, & abominationibus ſuis, & cũ-

---

8 Et vidi, &c. ואראית׳ וגו׳ Latinè Hebræa ſic verteris, Quúmque aſpexiſſem, vidi ſtatim illa inducta neruis, carne, & cute.
9 Et viuent. ויחיו: Id eſt vt viuant. ſiue reuiuiſcant. 10 Valde, valde. מאוד מאוד: Hebraiſmus, ſupra modum, vel quammaximus. 11 Succiſi ſumus no. נגזרנו לנו: exterminati ſumus nobis. i. malo, ſiue damno noſtro. q. d. iam actũ eſt de nobis. periimus.
12 Et educam vos è tum. ve. והעליתי אתכם מקברותיכם Ad verbũ, & aſcendere faciam vos è ſepulchris veſtris. Per ſepulchra, ſiue tumulos, intelligit vrbes & carceres in quibus ipſi detinebantur captiui. 14 Loquutus ſ. & feci, דברתי ועשיתי .i. promiſi, & ſteti promiſſis.
16 Lignum vnum, עץ אחד Id eſt tabellam vnam ligneam. Et filiis Iשׂſr. ולבני ישראל Per filios Iſrael, intelligit eos qui erant de tribu Beniamin, & viros pios ac religioſos, qui à decem tribubus confugerant ad tribũ Iuda, quando diuiſum fuit regnum. Arbori אEphráim, עץ אפרים Ioſeph ſignificat decem tribus: quæ lignum Ephraim dicuntur, quia diuiſo imperio Ieroboã qui ex tribu Ephraim erat, imperauit Iſraeli. Sociorum eius. חבריו: ſociis eius. id eſt ſociæ eius, nempe ipſius Ephraim.
17 Et adiunge ea וקרב אותם Ad verbum, Et appropinquare fac ea. i. admoue, ſiue adiunge illas duas tabellas ſimul vt ſint vna tabella. Vt ſint lignum vnum: והיו לאחדים Ad verbum, & erunt in vna. Plurali numero v n a. i. coaleſcent in vnum lignum, efficiéntque vnicã tabellam. 18 Quid iſta tibi? מה אלה לך: Id eſt, quid his ſignificare velis? 19 Ecce ego aſſ. הנה אני לוקח Præſ. Heb. pro fut. Equidem aſſumpturus ſum. Cum eo, עליו ſub. ligno Ephraim. Quidam, cum ea. nempe tribu Ephraim. Alii, ad illud. nempe ad lignum Ephraim. 20 Sint autem ligna, &c. והיו העצים וגו׳ Id eſt oſtendes illis duas illas tabellas in quibus ſcripturus es.
21 Ecce ego aſſumo הנני לוקח Vt paulo antè, verſu 19. E Gentibus מבין הגוים Ad verbum, de inter Gentes. Veniréque fa. eos והבאתי אותם adducámque eos. vel, introducam. 22 Amplius. עוד: Geminatur ad maiorem expreſſionem.

ctis præuaricationibus ſuis:″ſaluóſque faciam eos de vniuerſis habitationibus ſuis in quibus peccauerunt,& emundabo eos,erúntque mihi in populum,ego verò ero eis in Deum.

Chriſtus vnius populi Chriſtiani Rex,& paſtor vnus,iſque æternus.

24 ″Et ſeruus meus Dauid erit Rex ſuper eos,& paſtor vnus erit vniuerſis ipſis:& in iudiciis meis ambulabunt,″& mandata mea cuſtodient,faciéntque ea.

25 Et habitabunt ſuper terram quã dedi ſeruo meo Iayacób,in qua habitauerunt Patres veſtri,habitabũt inquam ſuper eam ipſi & filii eorum,& filii filiorum eorum vſque in ſeculũ : & Dauid ſeruus meus erit princeps eis in ſeculum.

26 Percutiam inſuper cum eis fœdus pacis, fœdus perpetuum erit *mihi* cum eis:″& ponam eos *in terra mea*,& multiplicabo eos,″ponámque Sanctuarium meum in medio eorum in ſeculum.

27 Et erit tabernaculum meum in eis,″& ero eis in Deum,& ipſi erunt mihi in populum.

28 Et ſcient Gentes quòd ego Iehouáh ″ſanctifico Iשſraאél, quum fuerit″Sanctuarium meum in medio eorum in perpetuum.

Cap. XXXVIII.

Vaticinatur Gog & Magog venturos cũ inſtructo exercitu in terrã promiſſionis.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis,pone faciem tuam contra Gog ″*& ſuper* terrã Magóg,″principẽ capitis Méשſech & Thubál, & vaticinare″ſuper eũ,

3 Et dic,Sic dixit Dominus Iehouáh,″Ecce ego ad te,Gog principem capitis Méשſech,& Thubál:

4 ′Et conteram te,ponámque hamos in maxillis tuis,″& exire faciam te,& vniuerſum exercitum tuum,equos & equites,indutos ′omni armorum genere omnes,multitudinem magnam cum clypeis & ſcutis,tenentes gladios omnes erunt.

5 ″Paráסs,Chuשs,& Put cum eis:omnes erunt cũ ſcutis & galeis.

6 Gómer,″& vniuerſa agmina eius : domus Thogarmáh incolens latera Aquilonis,& omnia agmina eius,populi multi tecum.

7 Præpara teipſum,″& præpara tibi omnẽ multitudinem tuam quæ congregauerunt ſe ad te,& ſis eis in cuſtodiam.

8 Poſt dies multos ″viſitaberis : in nouiſſimo annorum venies ad terram attritam gladio , congregatam è populis multis, ad montes Iשſraאél qui fuerunt″in deſolationem ſemper:ipſa autem è populis educta eſt,& habitabunt confidenter omnes ipſi.

9 Et aſcendes, ″tanquam multitudo *aquarum* venies, *&* vt nubes, vt

---

quitatibus ſuis : & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedib⁹ ſuis in quibus peccauerunt,& emundabo eos: & erunt mihi populus,& ego ero eis Deus.

24 ¶Et ſeru⁹ meus Dauid Rex ſup eos, & paſtor vnus erit omnium eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mãdata mea cuſtodient,& facient ea.

Eſa.40.c.11
iere.23.a.5
dan.9.f.24
ſuprà 34.f.23
iohan.1.g.45
& 10.b.11

G

25 Et habitabunt ſuper terram quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerunt Patres veſtri:& habitabunt ſuper eam ipſi,& filii eorum,& filii filiorum eorum vſque in ſempiternum:& Dauid ſeruus meus princeps eorũ in perpetuum.

26 ¶Et percutiã cum illis fœdus pacis, pactum ſempiternum erit eis: & fundabo eos,& multiplicabo,& dabo Sãctificationem meã in medio eorum in perpetuum.

Pſal.109.b.4
&116.a.2
iohan.18.e.34

27 Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus,& ipſi erunt mihi populus.

28 Et ſcient Gẽtes quia ego Dominus, ſanctificator Iſrael quum fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Cap. XXXVIII.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me,dicens,

2 ¶Fili hominis pone faciem tuam cõtra Gog terram Magog,principem capitis Moſoch & Thubal: & vaticinare de eo,

Apoc.20.c.8

3 Et dices,Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Gog principem capitis Moſoch & Thubal:

4 Et circumagam te,& ponam frenũ in maxillis tuis : & educam te & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis vniuerſos , multitudinem magnam,haſtam & clypeũ arripientium,& gladium.

5 Perſæ, AEthiopes , & Libyes cum eis:omnes ſcutati & galeati.

B

6 Gomer,& vniuerſa agmina eius domus Thogorma latera Aquilonis, & totum robur eius : populique multi tecum.

7 Præpara & inſtrue te & omnẽ multitudinem tuam quæ coaceruata eſt ad te:& eſto eis in præceptum.

8 Poſt dies multos viſitaberis:in nouiſſimis annorum venies ad terram quæ reuerſa eſt à gladio,& congregata eſt de populis multis , ad montes Iſrael,qui fuerunt deſerti iugiter:hæc de populis educta eſt, & habitabũt in ea confidenter vniuerſi.

9 Aſcendens autem quaſi tempeſtas venies & quaſi nubes,vt operias ter-

---

23 Saluóſque faciam והושעתי eruámque eos.vel,eripiámque. 24 Et ſeruus m.Dauid,&c. ועבדי דוד וגו' Luc.1.c.32,Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris ipſius , regnabítque ſuper domum Iacob in æternum,&c. Et mandata m. וחוקותי & ſtatuta mea. vel,& Leges meas. 26 Et ponam eos ונתתים Ad verbum,& dabo eos. Ponámque Sanct.m. ונתתי את־מקדשי Ad verbum,dabóque Sanctificationẽ meam.i.perpetuo habitabo cum eis ſicut habitare ſolebam cum Iſraelitis in tẽplo mihi ſanctificato,ſiue in honorem meum extructo. 27 Et ero eis in Deum,&c. והיתי להם לאלהים וגו' vt paulo antè verſu 23. 28 Sanctifico מקדש .i.tueor & protego,defendóque vt rem ſanctam. Sanctuarium meum מקדשי ſanctificatio mea.i. quando videbunt me perpetuo manere cum illis. id eſt,quòd illi nunquam deſtituantur fauore & auxilio meo.

IN CAPVT XXXVIII.

2 *Et ſuper* terram Mag. ארץ המגוג *& ſuper Regem* terræ Magog. vel,*qui habitat* in regione Magog. Hebræi per Gog intelligunt Regem quendam qui regnaturus eſſet in regione Magog, quam Ioſephus Scythiam eſſe putat: cuius incolas,Scythas vocamus, quibus nunc imperat Turca,qui & Magogi dicti ſunt.Fuerunt autem Magog,Meſech,& Thubal filii Iapheth filii Noe, Gene.10.a.2.Hîc verò Magog,eſt nomẽ gentis,propter ה denotatiuum,ſiue ſignificatiuum,& notificatiuum. Principem capitis,&c. נשיא־ראש וגו' Hebraiſmus.id eſt principẽ capitalem.i.præcipuum & primarium, ſiue ſummum. Alii vertunt,principem *&* caput Cappadociæ & Iberiæ. Alii,Italiæ. Super eum. עליו: contra eum. Alii,de eo. 3 Ecce ego ad te, הנני אליך En ego *venturus ſum* ad te.vt ſcilicet te perdam.Vide ſuprà cap.35.a.3.

4 Et conteram te, ושובבתיך Et frangam te.i.cor tuum.q.d.efficiam vt inclines animum ad ea ad quæ ego pertraham te.Chaldæus paraph.& ſeducam te. Et exire faciam te, והוצאתי אותך & educam te. Omni armorum genere מכלול Ad verbum,vniuerſitate.Græcè,*πανοπλία*.i.omnino armati erunt. Gallicè,*de pied en cap.* 5 Paráסs,Chuשs,& Put פרס כוש ופוט .i.Perſæ,AEthiopes,& Aphri.

6 Et vniuerſa ag.e. וכל־אגפיה & omnes copiæ eius militares, & auxiliares. Alii,omnes exercitus eius. Ad verbum, omnes alæ eius. Vide ſuprà cap.12.d.14. 7 Et præpara tibi omnem,&c. והכן לך אתה וגו' Ad verbum,& appara tibi,tu,& vniuerſa multitudo tua. Appara(inquit)tibi quæcunque neceſſaria ſunt ad bellum gerendum,tu inquam,& omnes copiæ quas collegiſti.

8 Viſitaberis: תפקד memoraberis.venies in memoriam. In deſolationem ſem. לחרבה תמיד Id eſt ſemper deſolati. vel qui longo tempore vaſtati fuerunt. 9 Tanquam multitudo כשואה tanquam tempeſtas.ſub.maxima. Alii de inundatione & tumultu aquarum multarum venientium cum impetu & vehementia,intelligunt.

C ram tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum.

Hæc dicit Dominus Deus, In die illa aſcendent ſermones ſuper cor tuũ, & cogitabis cogitationem peſſimam:

Et dices, Aſcendam ad terrã abſque muro: veniam ad quieſcentes habitãtéſque ſecurè: hi omnes habitant ſine muro, vectes & portæ non ſunt eis:

Vt diripias ſpolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam ſuper D eos qui deſerti fuerant & poſtea reſtituti, & ſuper populum qui eſt congregatus ex Gentibus, qui poſſidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terræ.

Saba, & Dedan, & negotiatores Tharſis, & õnes leones eius dicẽt tibi, Nunquid ad ſumenda ſpolia tu venis? ecce ad diripiendã prædã congregaſti multitudinẽm tuam, vt tollas argentũ & aurũ, & auferas ſupellectilẽ atque ſubſtãtiã, & diripias manubias ĩfinitas.

Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hæc dicit Dominus E Deus, Nunquid non in die illo, quum habitauerit populus meus Iſrael confidenter, ſcies?

Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecum, aſcenſores equorum vniuerſi, cœtus magnus, & exercitus vehemens.

Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael quaſi nubes, vt operias terram: in nouiſſimis diebus eris, & adducam te ſuper terram meam: vt ſciant Gentes me, quũ ſanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog.

Hæc dicit Dominus Deus, Tu ergo F ille es de quo loquutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorum Prophetarum Iſrael, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te ſuper eos.

Et erit in die illa, in die aduentus Gog ſuper terrã Iſrael (ait Dominus Deus) aſcendet indignatio mea in furore meo,

Et in zelo meo, in igne iræ meæ loquutus ſum: quia in die illa erit commotio magna ſuper terram Iſrael.

Matth.24.e.29 luc.21.c.26.

‖Et commouebũtur à facie mea piſces maris, & volucres cæli, & beſtiæ agri, & omne reptile quod mouetur ſuper humum, cũctique homines qui ſunt ſuper faciẽ terræ: & ſubuertẽtur G mõtes, & cadent ſepes, & omnis murus corruet in terram.

Et cõuocabo aduerſus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirigetur.

operias terram, eris tu & omnia agmina tua, & populi multi tecũ.

10 Sic dixit Dominus Iehouáh, Et erit in die illa, ″aſcendent verba ſuper cor tuum, ′cogitabíſque cogitationem malam.

Eorum conatus.

11 Et dices, Aſcendam ′contra terram villarũ, veniam ″*ad* quieſcentes, *&* habitantes confidenter: omnes hi habitant abſque muro, & vectes, ″& portæ non ſunt eis:

12 ″Vt ſpolies ſpolia, & præderis prædã, ′vt reducas manum tuam ſuper deſolata habitabilia facta, & ſuper populum collectum è Gẽtibus, ″facientem pecudes & opes, habitantes ′in vmbilico terræ.

13 שSebá, & Dedán, & negotiatores ″Tharשſíש, & omnes ′leunculi eius dicent tibi, Annon ad ſpoliandum ſpolia venis? annõ ad prædandum prædam congregaſti multitudinem tuam, vt auferas argentũ, & aurũ, vt tollas ″pecudes & opes, vt ſpolies ſpolia magna?

14 Propterea vaticinare fili hominis, & dic ad Gog, Sic dixit Dominus Iehouáh, Annon in die illa, quũ habitauerit populus meus Iשſraאél confidenter, ſcies?

Repetit Gog aduẽtum, à prophetis iã olim prænuntiatum.

15 Et venies è loco tuo, *nempe* ″è laterib⁹ Aquilonis, tu & populi multi tecũ? ′equitabũt equos vniuerſi, cœt⁹ magn⁹ & exercitus mult⁹.

16 Et aſcendes contra populum meum Iשſraאél ſicut nubes, vt operias terrã ipſam: in nouiſſimo dierum eris, ″& adducam te ſuper terram meam: vt cognoſcant Gentes me, ′quum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog.

17 Sic dixit Dominus Iehouáh, Nũ tu es ille de quo loquutus ſum ″in diebus antiquis per manum ſeruorum meorum Prophetarum Iשſraאél, qui prophetauerunt ″in diebus illorum annorum, quòd adducerem te ſuper eos?

18 Et erit in die illa, die qua venerit Gog contra terram Iשſraאél, dixit Dominus Iehouáh, ″aſcendet ira mea in furore meo,

19 Et in zelo meo, in igne iræ meæ loquutus ſum, ″Si non in die illa fuerit ″commotio magna ſuper terram Iשſraאél.

20 ″Et contremiſcẽt à facie mea piſces maris, & volucres cæli, & beſtiæ agri, & omne reptile quod reptat ſuper terram, & omnes homines qui ſunt in ſuperficie terræ: diruentúrque montes, & corruent ″gradus, & omnis murus in terram corruet.

21 ″Et aduocabo aduerſus eum in cunctis mõtibus meis gladium, dixit Dominus Iehouáh: gladius cuiuſque in fratrem ſuum erit.

Eiuſdem interitus.

10 Aſcendent verba ſuper cor t. יעלו דברים על־לבבך Hebraiſmus, pro conſilium inibis. Seipſum mox declarat. q.d. Eueniet autem eo tempore vt aſcendant conſilia in animum tuum de affligenda Eccleſia: cui quidem Eccleſiam oppugnare & affligere permiſſum eſt, non autem expugnare. Cogitabiſque cog. ma. : וחשבת מחשבת רעה Hebraiſmus, Multum ac frequenter cogitabis apud te qua ratione nocere, inuadere, & perdere poſſis pios. 11 Contra terram vil. אל־ארץ פרזות .i. Inuadã regionem in qua vrbes carent muris. Seipſum declarat mox. Ad quieſcẽtes, &c. השוקטים וגו׳ His ſummã ſecuritatem, confidentiã & tranquillitatem indicat: quibus innuit candorem ac ſimplicitatem piorum. Et portæ ודלתים Hæc vox ſignificat fores geminas, id eſt quæ conſtant duabus partibus: ſoléntque vectibus occludi & obſerari. 12 Vt ſpolies ſpolia לשלול שלל Verti poteſt, vt ſpoliẽ ſpolia. eſt enim infinitiuus. Et ſic erit mutatio modi loquendi. Spoliare ſpolia, & prædam prædari, Hebræorum phraſis, verbo ſuum nomen vnde formatur, adiungentium. ſic Eſa.10.b.6, & ſuprà, cap.29.d.19.i. diripere ſpolia, & manubias inuadere. Vt reducas ma.t. להשיב ידך .i. vt frequenter ac crebris vicibus iniicias manum in ruinoſa reædificata & reſtituta poſt reductos ex Babylonia captiuos. q.d. vt iterum eos perdas. Facientem pec. & opes, עושה מקנה וקנין Hebraiſmus, qui parat ſibi peculium & facultates. ſiue, vt quidam vertunt, qui rei pecuariæ & poſſeſſionibus colendis operam dant. מקנה ſignificat opes ac diuitias in re pecuaria: קנין autẽ in omni alia re quæ poſſideri ſolet. In vmbilico terræ. : על־טבור הארץ .i. in loco excelſiore & eminentiore orbis. vt enim vmbilicus eſt in medio corporis, ſic Ieruſalaim eſt in medio mũdi, vt annotat doctus inter Hebræos.

13 Tharשſiש, תרשיש Chaldæus paraph. maris. Leunculi e. כפיריה Id eſt Reges ac principes, ſic à vi & violentia dicti. vel à dominio. Pecudes & opes, מקנה וקנין Vt verſu præcedenti. 15 E lateribus מירכתי Id eſt ab extremitatibus, ſiue ab extremis regionibus quæ ſitæ ſunt ad Septentrionem. Equitabunt equos vniu. רוכבי סוסים כולם Ad verbum, aſcenſores equorum vniuerſi ipſi.

16 Et adducam te והביאותיך Ad verbum, & venire faciam te. i. accerſam te, vocatus à me venies. introducam te. Quum ſanctificatus fu. in te בהקדשי בך Vide ſuprà cap.36.e.23. 17 In diebus antiq. בימים קדמונים Id eſt temporibus priſcis, aut ſuperioribus diebus.

In diebus illorum annorum בימים ההם שנים in diebus illis *ante multos* annos. i. olim. Alii, *per* annos. Alii, in diebus illis, annis *aliquot*.

18 Aſcendet ira, &c. : תעלה חמתי באפי Hebraiſmus, Iraſcar vehementiſſimé. 19 Si non אם לא Iurantis particula, vt ſuprà cap. 26.a.5. Commotio ma. רעש גדול tremor magnus. 20 Et contremiſcent ורעשו Et cõmouebuntur. Hyperbole eſt. Gradus, המדרגות Per quos ſcilicet aſcendi ſolet in arces & ædificia ſumptuoſa. Docti inter Hebræos hac voce munitiones, turres & arces ſignificari annotant: atque ita Chaldæus quoque paraphraſtes. 21 Et aduocabo, &c. וקראתי וגו׳ Hebraiſmus, Commouebo aduerſus illũ viros armatos qui eũ occidant. q.d. Cõficiam ac perdam eum, partim copiis meis, partim militibus ipſius qui ſcilicet mutuò ſeſe trucidabũt.

22 ʹEt iudicio contendam cum eo peſte & ſanguine:& imbrē inundantem,ʹ& lapides grādinis ignem & ſulphur pluere faciam ſuper eum ,ʹ& ſuper exercitus eius , & ſuper populos multos qui erunt cum eo.

23 ʹEt magnificabor,& ſanctificabor,& notus ero in oculis Gentiū multarum:& ſcient quòd ego Iehouáh.

Cap. XXXIX.

Rurſum oſtēdit deſtructionem Gog & Magog. Hæc antichriſti interitum & caſum prædicunt.

1 TV autem fili hominis vaticinare contra Gog, & dic, Sic dixit Dominus Iehouáh , Ecce ego ad te, ô Gog ʹprinceps capitis Méשſech,& Thubál.

2 ʹEt conteram te,ʹ& ſextam partem relinquā ex te,aſcenderéque faciā te è lateribus Aquilonis,& adducā te ſuper mōtes Iשſraאél.

3 ʹEt excutiam arcū tuum de manu tua ſiniſtra,& ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.ʹ

4 Super montes Iשſraאél cades tu, & omnia agmina tua,& populi qui fuerint tecum: ʹvolucribus, volatilibus, omni alato, & beſtiis agri dedi teʹad deuorandum.

5 Super faciem agri cades:quia ego loquutus ſum, dixit Dominꝰ Iehouáh.

6 Et mittam ignem in Magóg,atque in eos qui habitant in inſulisʹconfidenter:& ſcient quòd ego Iehouáh.

7 Et nomen ſanctum meum notum efficiā in medio populi mei Iשſraאél,ʹ& non ſinam polluere nomen ſanctum meum vltrà:ſciéntque Gentes quòd ego Iehouáh ſanctus in Iשſraאél.

8 Ecceʹvenit,& factum eſt,dixit Dominus Iehouáh:hic eſt dies de quo loquutus ſum.

9 ʹEt egredientur habitatores vrbium Iשſraאél,& ſuccendent,atque comburent arma,& ſcuta & clypeos,arcus & ſagittas,ʹ& baculos manus,& lanceas,ʹ& ſuccendent ea igni ſeptem annis.

10 ʹEt non portabūt ligna de agro,nec ſuccidēt de ſyluis, ʹquoniā arma ſuccendent igni,& ſpoliabunt ſpoliatores ſuos,& prædabuntur prædatores ſuos,dixit Dominus Iehouáh.

Sepulchrū Gog & eiꝰ exercitus.

11 Et erit in die illo,dabo ipſi Gog locum ſepulchri ibi,*nempe* in Iשſraאél,ʹvallem trāſeuntium ad Orientemʹmaris,ʹhæcque obthurare faciet tranſeuntibus *nares*:& ſepelient ibi Gog,& vniuerſam multitudinem eius:& vocabunt *eam*ʹVallem Hamón Gog.

12 Et ſepelient eos domus Iשſraאél , vt mundent terram , ʹſeptem menſibus.

22 Et iudicabo eum peſte,& ſanguine, & imbre vehementi , & lapidibus immēſis: ignem,&ſulphur pluam ſuper eum,& ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos qui ſunt cum eo.

23 Et magnificabor,& ſanctificabor,& notus ero in oculis multarū Gentiū: & ſcient quia ego Dominus.

Cap. XXXIX.

1 TV autem fili hominis,vaticinare aduerſum Gog, & dices,Hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal.

2 Et circumagam te, | & ſeducam te, & aſcendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te ſuper mōtes Iſrael. Apoc.20.b.7

3 Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua: & ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.

4 Super montes Iſrael cades tu,& omnia agmina tua , & populi tui qui ſunt tecum:feris,auibus,omnique volatili , & beſtiis terræ dedi te ad deuorandum.

B

5 Super faciē agri cades: quia ego loquutus ſum,ait Dominus Deus.

6 Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in inſulis cōfidenter:& ſcient quia ego Dominus.

7 Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſrael,& non polluam nomen ſanctum meum amplius: & ſcient Gētes quia ego Dominus ſanctus Iſrael.

8 Ecce venit,& factum eſt, ait Dominus Deus : hæc eſt dies de qua loquutus ſum.

9 Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccendent & comburent arma,clypeum & haſtas,arcū & ſagittas,& baculos manuū,& contos:& ſuccendēt ea igni ſeptē annis.

C

10 Et non portabūt ligna de regionibus,neque ſuccident de ſaltibus:quoniam arma ſuccendent igne, & deprędabūtur eos quibus prædæ fuerāt , & diripiēt vaſtatores ſuos,ait Dn̄s Deꝰ.

11 Et erit in die illa:dabo Gog locū nominatum ſepulchrum in Iſrael, vallē viatorum ad Orientem maris , quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes : & ſepelient ibi Gog & omnem multitudinem eius, & vocabitur Vallis multitudinis Gog.

12 Et ſepelient eos domus Iſrael , vt mundent terram ſeptem menſibus.

22 Et iudicio cont.cum eo ונשפטתי אתו Et iudicium ſubibo cum eo.Vide idem genus dicendi ſuprà cap.17.c.19,& 20.e.35.Ad verbum, Et iudicabor. Et lapides grand. ואבני אלגביש Vide ſuprà cap. 13.c.11. Et ſuper exer.e. ועל־אגפיו & ſuper exercitus eius.vel turmas.aut copias militares.Ad verbum,& ſuper alas eius. 23 Et magnificabor,& ſanctif. והתגדלתי והתקדשתי Hebraiſmus, magnum & ſanctum me oſtendam ac reddam.q.d.reddam nomen meum celeberrimum. Vide paulo antè,verſu 16,& ſuprà cap.36.e.23.

IN CAPVT XXXIX.

1 Princeps cap. נשיא ראש Vide præcedenti capite,verſu 2. 2 Et conteram te, ושובבתיך Vide præcedenti capite,verſu 3. Et ſextam par.rel.ex te וששאתיך Ad verbum,& ſextabo te.i.ad ſextam partem redigam te: hoc eſt ſextam partem tui perdam, reliquis ſex intactis.Quidam Hebræorum exponunt,iudicabo te ſex iudiciis,peſte,ſanguine,imbre inundante,lapidibus grandinis,igne,& ſulphure:quæ ſunt ſex,de quibus præcedenti capite,verſu 22. Alii,ſuccidam te.vel deſolabo te.Chaldæus paraph.conſumam,perdámque te.

3 Et excutiam והכיתי Ad verbum,& percutiam.donec ſcilicet cadere fecero.q.d.percutiendo cadere faciā. 4 Volucribus,&c. לעיט צפור כל־כנף Ad verbum,Volucri volatilis omnis alæ.i.prædıti alis,ſiue alato.Singul.pro plur.volucribus volatilium omnis alæ.i.alati. His innuit quid euenire ſoleat interfectis,nempe vt cadauera eorum maneant inſepulta. Ad deuorandum. : לאכלה in eſcam.vel cibum.

6 Confidenter: לבטח in confidentia.vel ſecuritate. 7 Et non ſinam poll. ולא־אחל Ad verbum,& non polluam.id eſt non patiar vt vltrà profanetur & violetur nomen meum,hoc eſt vt exiſtiment me homines non eſſe omnipotentem. Vide ſuprà cap.36.d.20.21.

8 Venit,& factum eſt, באה ונהיתה Præt.Heb.pro præſ.& fut.adeſt & fiet.ſub.tēpus illud ſalutis. vel hæc prophetia.i.id quod prædicitur per prophetiam iſtam inſtat,& propè eſt vt fiat. 9 Et egredientur ויצאו ſub.domibus ſuis in plateas.q.d.Tanta erit pax ac tranquillitas,vt poſtea non ſit opus inſtrumentis bellicis,ſed ea omnia in ignem coniicient. Et baculos manus, ובמקל יד .i.ſcipiones qui manu geſtantur.Singul.pro plur. Et ſuccendent ea igni ובערו בהם אש accendent inquam illis ignem.

10 Et non por. ולא־ישאו Neque ferent.comportabunt.ſub.in vrbem. Quoniā arma ſucc.igni כי בנשק יבערו־אש ſed armis ſuccendent ignem.Nomine armorū intelligit & omnia alia inſtrumenta bellica prius enumerata. 11 Vallem tranſ. גי העוברים *in* valle qua tranſitur. Maris, הים nempe Cinereth. Hæcque obthurare fa. וחוסמת היא Ad verbum,& obthurabit ipſa.q.d. illic è cadaueribus excitabitur graueolentia & odor fœtidus, qui coget tranſeuntes obthurare nares. Vallem Hamón גיא המון Id eſt vallem in qua ingens multitudo bellatorum Gog cecidit,atque ibi ſepulta fuit. 12 Septem menſ. : שבעה חדשים Ordo, ſepelient ſeptem mēſibus.q.d.maximus erit numerus interficiendorum,ita vt ſeptem menſes conſumant ſepeliendis illis.

13 Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus ſum, ait Dominus Deus.

14 Et viros iugiter conſtituent luſtrantes terram qui ſepeliant, &
D
requirant eos qui remanſerãt ſuper faciẽ terræ, vt emundent eam: poſt menſes autẽ ſeptem quærere incipient.

15 Et circuibunt peragrantes terram: quúmque viderint os hominis, ſtatuẽt iuxta illud titulum, donec ſepeliant illud pollinctores in Valle multitudinis Gog.

16 Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram.

17 Tu ergo fili hominis hæc dicit Dominus Deus, Dic omni volucri, & vniuerſis auibus, cũctiſque beſtiis agri, Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam quam ego
E
immolo vobis, victimam grãdem ſuper montes Iſrael: vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.

18 Carnes fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis: arietum, agnorum, & hircorum, taurorũque, & altilium, & pinguium omniũ.

19 Et cõmedetis adipẽ in ſaturitatẽ, & bibetis ſanguinem in ebrietatem de victima quã ego immolaui vobis.

20 Et ſaturabimini ſuper mẽſam meã de equo, & equite forti, & de vniuerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

21 Et ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes Gentes iudicium meum quod fecerim, & manum
F
meam quam poſuerim ſuper eos.

22 Et ſciẽt domus Iſrael quia ego Dominus Deus eorum à die illa & deinceps.

23 Et ſcient Gentes quoniã in iniquitate ſua capta ſit dom9 Iſrael: & quòd dereliquerint me, & abſconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hoſtiũ, & ceciderint in gladio vniuerſi.

24 Iuxta immunditiam eorum & ſcelus feci eis, & abſcondi faciem meam ab illis.

25 Propterea hęc dicit Domin9 Deus, Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis domus Iſrael: & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo.

G
26 Et portabunt confuſionem ſuam, & omnem præuaricationẽ qua præuaricati ſũt in me, cum habitauerint in terra ſua confidenter neminem formidantes,

27 Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum ſuorum, & ſanctificatus fuero in eis in oculis Gentium plurimarum.

13 Sepelient inquã *eos* cunctus populus terræ: ″erítque eis in nomen die quo glorificatus fuero, dixit Dominus Iehouáh.

14 Et viros″quotidianos ″ſegregabũt, qui tranſeunt per terram, ſepelientes, cum iter facientibus, remanentes in ſuperficie terræ, vt emundent eam: in fine ſeptem menſium″inquirent.

15 Tranſibunt autem ″tranſeuntes per terrã, ″& *quum quis* viderit oſſa hominis, ædificabit iuxta illa″ſignum, donec ſepeliant ea ſepultores illi Gog, in Valle Hamón-Gog.

16 Et etiam nomen ciuitatis *erit* Hamonáh: mũdabúntque terram.

17 Et tu fili hominis ſic dixit Dominus Iehouáh, Dic volucribus, omni alato, & omni beſtiæ agri, Congregamini, & venite: colligite vos vndique″ad ſacrificium meum quod ſacrifico vobis, ſacrificium grande ſuper montes Iωſraɴél, & comedetis carnem, & bibetis ſanguinem.

Ipſum cum ſuis à volucribus & beſtiis deuorandum prædicit.

18 Carnem *inquam* fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis, ″arietum, agnorum, & hircorum, boum, bubalorũ *qui in* Baωſán omnes *ſaginati* ſunt.

19 Et comedetis adipem ad ſaturitatem, & bibetis ſanguinem ad ebrietatem vſque de ſacrificio meo″quod ſacrificaui vobis.

20 Et ſaturabimini″ſuper menſam meã, equis, ″& curribus fortibus, & omnibus viris bellatoribus, dixit Dominus Iehouáh.

21 ″Et dabo gloriam meam in Gentibus, videbúntque omnes Gẽtes illæ iudicium meũ quod feci, ′& manũ meam quã poſui in eis.

22 Et ſcient domus Iωſraɴél quòd ego Iehouáh Deus eorum, à die illa & deinceps.

23 Scient quoque Gentes quòd propter iniquitatem ſuam captiui ducti ſunt domus Iωſraɴél, propterea *inquam* quòd præuaricati ſunt in me: ″& abſcondi faciem meam ab eis, tradidíque eos in manum hoſtium ſuorum, & ceciderunt gladio omnes.

Quare domus Iſrael vaſtata.

24 Secundum immunditiam eorum, & ſecũdum præuaricationes eorum feci cum eis, & abſcondi faciem meam ab eis.

Reductio à captiuitate promititur.

25 Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, Nunc reducam captiuitatem Iayacób, & miſerebor totius domus Iωſraɴél, ″& zelabo pro nomine ſancto meo:

26 ′Poſteaquã portauerint ignominiam ſuam, & omnem præuaricationem ſuam qua præuaricati ſunt in me quum habitarent in terra ſua confidenter, & non eſſet qui exterreret:

27 Quum reduxero eos è populis, & congregauero eos è terris inimicorum ſuorum, ″& ſanctificatus fuero in eis in oculis Gẽtium plurimarum.

13 Erítque eis, &c. והיה להם וגו' Id eſt cedet illis in gloriam & honorem, pariet illis nomen celebre & inclytum. vocabuntur enim miſericordes. Nam populi (inquit doctus inter Hebræos) recordabuntur eorum in bonum, ac dicent, Videte quàm bonus eſt populus iſte, qui ſepeliuit inimicos ſuos qui contra eos venerant. Quidam vertunt, Eáque dies qua ego glorificatus fuero, celebris erit eis.

14 Quotidianos תמיד Ad verbũ, perpetuitatis. i. aſſiduos. Segregabũt יבדילו. i. conſtituent. nẽpe Iſraelitæ. Inquirent. יחקורו : finem inquirendi facient exactis ſeptem menſibus. 15 Tranſeuntes העוברים. i. viatores illi conſtituti vt inquirant cadauera per regionem, vt ſepeliant ea. Et *quum quis* vid. oſſa וראה עצם וגו' Ad verbum, & videbit os hominis, & ædificabit. Singul. Heb. pro plur. oſſa. Signum ציון titulum. ex vno ſcilicet lapide, vel pluribus pariter congregatis, vt cognoſcatur locus in quo iacebunt oſſa humana.

17 Ad ſacrificium, &c. על־זבחי וגו' propter victimam meam: quandoquidem ego mactaturus ſum: vt ſit præſ. Heb. pro fut.

18 Arietum, &c. אילים כרים וגו' *ſicut* arietes, agni, & hirci, tauri, bubali, *qui nutriuntur in* Baſan, omnes erunt.

19 Quod ſacrifi. vo. אשר־זבחתי לכם : quod ſacrificauerim vobis. vel ſacrificabo. Præt. Heb. pro fut. 20 Super men. m. על־שולחני in menſa mea. id eſt, in conuiuio meo apparato ſuper montes Iſrael. Et curribus, ורכב . i. equis trahentibus currus, vt ſunt muli & aſini. Vox Hebræa ſignificat currum, & omnia animalia, præter equum quibus homo vehitur, 21 Et dabo ונתתי Et ponam. i. Apparebo glorioſus & illuſtris inter Gentes inter quas male audiebam vt impotens, infirmus, & inualidus. Et manum m. ואת־ידי . i. vires, ac potentiam. 23 Et abſcondi, &c. ואסתר פני וגו' & *quòd* abſconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manum hoſtium ſuorum, & ceciderint gladio omnes. 25 Et zelabo, &c. וקנאתי לשם קדשי : & aſſumam zelum propter nomen ſanctum meum. i. efficiã vt nomen meum quod ſanctiſſimum eſſe debet, poſthac non malè audiat, ſed reddatur celebre & illuſtre.

26 Poſteaquam portau. ונשו Ad verbum, Et portabunt. i. poſtquam ſuſtinuerint ignominiam qua affecti ſunt à Gentibus apud quas exularunt, & pœnas propter præuaricationem, &c. 27 Et ſanctificatus fuero ונקדשתי Vide ſuprà cap. 36. c. 23.

28 Sciéntque quòd ego Iehouáh Deus eorum quum tranſmigrare fecero eos in Gentes, & congregauero eos ſuper terram ſuam, nec ″relinquam vltrà ex eis″ibi.

29 Neque abſcondam vltrà faciem meam ab eis,quia″effudi Spiritum meum ſuper domum Iſraël,dixit Dominus Iehouáh.

Cap. X L.

Prophetæ oſtenditur futura reſtauratio ciuitatis & templi.

1 VIceſimo quinto anno tranſmigrationis noſtræ, ″in exordio anni,decima menſis,decimoquarto anno poſtquam percuſſa fuit vrbs,″in hac ipſa die, fuit ſuper me manus Iehouæ,& adduxit me illuc.

2 ″In viſionibus Dei adduxit me in terram Iſraël,″& dimiſit me ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat tanquam ædificium ciuitatis à Meridie.

3 Adduxit inquam me illuc, ″& ecce vir cuius aſpectꝰ erat tanquā aſpectus″æris,″& filum lineum erat in manu eius,″calamúſque mē ſuræ,& *is* ſtabat″in porta.

4 Alloquutus eſt autem me vir ille *dicens*, Fili hominis, ″vide oculis tuis,& auribus tuis audi,& pone cor tuum ad omnia quæ oſtēdo tibi:quia vt oſtenderem *illa* tibi adductus es huc:annuntia omnia quæ″vides, domui Iſraël.

5 ″Et ecce murus″extra domum per circuitum:calamus autē menſuræ *qui erat* in manu viri illius,ſex cubitorum erat″in cubito & palmo.menſus verò eſt latitudinem ædificii″calamo vno,& altitudinem″calamo vno.

6 Et venit″ad portam″cuius facies *erat* ad viam Orientalem, ″& aſcendit per gradus eius,menſúſque eſt″poſtem portæ calamo vno in latitudinem,& poſtem alterum calamo vno in latitudinem.

7 ″Et thalamum calamo vno in longitudinem , & calamo vno in latitudinem:& *parietem qui erat* inter thalamos,quinque cubitis in latitudinem:& poſtem portæ *qui erat* iuxta″veſtibulum portæ,″internè calamo vno.

8 Menſus eſt &″veſtibulum eius portæ internum calamo vno.

9 Et menſus eſt ″veſtibulū portæ illius octo cubitis,& poſtes eius

Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, eo quòd tranſtulerim eos in nationes, & cōgregauerim eos ſuper terrā ſuam,& non dereliquerim quēquam ex eis ibi.

Et nō abſcōdam vltrà faciem meā ab eis,eo quòd effuderim Spiritū meū ſuper omnem domum Iſrael,ait Dominus Deus.

Cap. X L.

IN viceſimo quinto anno tranſmigrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis, quartodecimo anno, poſtquam percuſſa eſt ciuitas : in ipſa hac die facta eſt ſuper me manus Domini,& adduxit me illuc.

In viſionibus Dei adduxit me in terram Iſrael, & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis,ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergētis ad Auſtrum.

Et introduxit me illuc : & ecce vir cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris & funiculꝰ lineus in manu eius:& calamus menſuræ in manu eius : ſtabat autem in porta.

Et loquutus eſt ad me idem vir,Fili hominis,vide oculis tuis , & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego oſtendam tibi: quia vt oſtendātur tibi adductus es huc:annūtia omnia quæ tu vides,domui Iſrael.

Et ecce murus forinſecus in circuitu domus vndique,& in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo: & menſus eſt latitudinem ædificii calamo vno , altitudinem quoque calamo vno.

Et venit ad portā quæ reſpiciebat viam Orientalem, & aſcēdit per gradus eius:& menſus eſt limen portę calamo vno latitudinem,id eſt limen vnum calamo vno in latitudine. B

Et thalamum vno calamo in longum , & vno calamo in latū : & inter thalamos,quinque cubitos: & limen portæ iuxta veſtibulum portæ intrinſecus,calamo vno.

Et menſus eſt veſtibulum portæ octo cubitorum , & frontem eius duo-

28 Relinquam אותיר remanere ſinam. Ibi. : שם nēpe in captiuitate. 29 Effudi שפכתי Præt.Heb.pro fut.Promittit enim Spiritum ſanctū. Prophetæ ferè ſemper præteritis pro futuris vtuntur,quum volunt oſtendere rem tam certāeſſe atque ſi iam peracta eſſet.

IN CAPVT XL.

1 In exordio anni בראש השנה non quidem prima die anni,ſed prima parte,ſiue primo menſe anni, nēpe Septembri,decima die ipſius primi menſis. In hac ipſa die, בעצם היום הזה Vide ſuprà,cap.24.a.2. 2 In viſion.Dei במראות אלהים Vide ſuprà ca.1. a.1,&8.a.3.Declarat quod dixerat,Fuit ſuper me manus Domini. Et dimi.me ויניחני Ad verbū,requieſcere fecit me.pro,ſtatuit,& collocauit me.

3 Et ecce vir,והנה־איש ſub.apparuit mihi.q.d.viſus ſum mihi videre virum quendam,nempe Angelum Domini,in ſpecie humana, & in forma architecti mox capturi menſuram noui ædificii cōſtruendi ac inſtaurandi. AEris, נחושת ſub.terſi ac politi.q.d.facie fulgida ac ſplendida. Et filum lin. ופתיל פשתים & funiculus lineus.ſub.ad metiendū.Nos *cordellum* vocamus. Calamúſque menſ. וקנה המדה canna menſuræ.vel menſoria. Hebraiſmus,pro menſura cannea. Nos *reſam* vocamus. In porta. : בשער ſub.illius ambitus qui cingebat totum montem illum. 4 Vide oculis tuis,&c. ראה בעיניך וגו׳ Phraſi hac Hebraica,vt diligentiſſimè aſpiceret, & attenderet, exhortabatur,quòd dicturus eſſet illi rem animaduerſione digniſſimam. Vides רואה Præſ.Heb.pro fut.viſurus es.

5 Et ecce murus והנה חומה Hebraiſmus,Tunc apparuit mihi murus.vel,viſus ſum mihi videre murum.imperfectum quidē. Extra domū מחוץ לבית Id eſt citra.q.d.qui ambiebat totum montem illum Sion,in cuius cacumine ædificatum erat templum. In cubito & palmo, באמה וטופח in cubito,& palmus *erat*.i. cubitus de quo loquor continebat palmum vltra vulgarem cubitum. Vnde quidam verterunt,adiecto palmo ſingulis cubitis vulgaribus.q.d.quæ menſura continebat ſex cubitos,loquendo de cubitis ſacris,quorum quilibet continet cubitum vulgarem, ſiue profanum, præterea & palmum vnum,id eſt ſex palmos. Palmus autem continet quatuor digitos. Excedit ergo cubitus ſacer,cubitum profanum palmo vno.Profanus enim continet tantum quinque palmos.Vide infrà cap.43.d.13.

Calamo vno, קנה אחד Id eſt aſſignauit muro illi(quod vocat ædificium)ſex cubitos,ſiue x x I I I I palmos.

6 Ad portam, אל־שער .i.ad vnam ex portis illius ambitus montis. Cuius facies אשר פניו Ad verbum,cuius facies eius.Redundat EIVS.Per faciem intelligunt Hebræi partem anteriorem quæ aperiebatur.q.d.quæ reſpiciebat,aut vergebat ad Orientem. Et aſcendit, &c. ויעל במעלותיו Locus erat accliuis, à quo per gradus quoſdam aſcendebatur ad portam illam ſeptem gradibus,vt infrà dicit,verſu 22.

Poſtem את־סף Intellige eum qui erat in facie illius portæ, quem quidam Hebræorum rotundum fuiſſe dicunt. q. d. aſſignauit vtrique poſti externo illius portæ ſex cubitos in latitudine. 7 Et thalamum ותתא Singul.Heb.pro plur.thalamos.Erant cubicula,ſiue māſiunculæ,& cellulæ ædificatæ iuxta portam ex vtroque latere, ternæ & ternæ. Veſtibulum אולם porticū.Vide 1.Reg.6.a.3. Internè, מהבית parte interna. Porta illa adiuncta erat veſtibulo, & veſtibulum admotum portæ, parte interna ſcilicet.i. erat internum veſtibulum, adyto templi vicinius.præter morem ac conſuetudinem aliorum veſtibulorum quæ ſita erant à parte externa,vt extra templum,porticus tēpli:& porticus virorum,extra portam atrii virorum. 8 Veſtibulum אולם .i.craſſitiem parietis,ſiue muri ipſius veſtibuli.q.d.veſtibulum illud cuius meminerat verſu ſuperiore,erat craſſum cubitos ſenos.

9 Veſtibulum אולם Id eſt longitudinem veſtibuli,ſiue porticus.

bus cubitis:veſtibulum autem portæ erat intrinſecus.

Porrò thalami portæ ad viam Orientalem,tres hinc & tres inde:menſura vna trium, & menſura vna frontium ex vtraque parte.

Et menſus eſt latitudinem liminis portæ decem cubitorum: & longitudinem portæ tredecim cubitorum.

Et marginem ante thalamos cubiti vnius,& cubitus vnus finis vtrinq;: thalami autem ſex cubitorum erant hinc & inde.

Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad tectũ eius,latitudinem vigintiquinque cubitorum: oſtium contra oſtium.

Et fecit frontes per ſexaginta cubitos: & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum.

Et ante faciẽ portæ quæ pertingebat vſque ad faciem veſtibuli portæ interioris,quinquaginta cubitos.

C Et feneſtras obliquas in thalamis & in frontibus eorũ quæ erant intra portam vndique per circuitum:ſimiliter autem erant & in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus, & ante frontes pictura palmarum.

Et eduxit me ad atrium exterius,& ecce gazophylacia, & pauimentum ſtratum lapide in atrio per circuitũ: triginta gazophylacia in circuitu pauimenti.

Et pauimentum in fronte portarũ ſecundum longitudinem portarum erat inferius.

Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrii interioris extrinſecus,centum cubitos ad Orientem & ad Aquilonem.

Portã quoque quæ reſpiciebat viã Aquilonis atrii exterioris,menſus eſt tã in longitudine quàm in latitudine.

Et thalamos eius tres hinc & tres inde: & frontem eius & veſtibulum

'duobus cubitis: veſtibulum autem illius portæ *erat*"intrinſecus.

10 Thalami verò portæ ad viam Orientalem, tres hinc & tres inde *erant*:menſura vna *erat* tribus ipſis: menſura præterea vna poſtibus 'hinc & inde.

11 Et menſus eſt latitudinem'oſtii illius portæ decem cubitis:*&* 'lõgitudinem portæ eius tredecim cubitis.

12 'Et terminum ante thalamos cubito vno *hinc*, & cubito vno terminum inde:"thalami autem illi *erant* ſex cubitorum hinc,& ſex cubitorum inde.

13 Menſus eſt igitur portam illam *totam*"à tecto thalami vſque ad tectum ipſius *portæ* latitudinem vigintiquinque cubitis: oſtium *autem erat*"contra oſtium.

14 Et fecit'poſtes"ſexaginta cubitorum,'& vnicuique poſti atrii,& portæ per circuitum *eadem erat menſura.*

15 Et à fronte'illius portæ introitus vſque ad frontem veſtibuli portæ interioris,*erant*'quinquaginta cubiti.

16 Et feneſtræ'anguſtæ *erant* in thalamis,'& in poſtib⁹ eorum 'intra portam"per circuitum,&ſic"in veſtibulis:"feneſtræ autẽ iſtæ per circuitum *erant* intrinſecus:& *vnicuique* poſti palmæ *inſculptæ*.

17 Et adduxit me"in atriũ exterius,& ecce *erant* cubicula & pauimẽtum factum atrio illi circuncirca: triginta *autem* cubicula *erant* in pauimento illo.

18 Et pauimentum *erat*"ad latus portarum eregione longitudinis "portarum illarum,pauimentum *inquam*"infernum.

19 Menſus eſt autẽ latitudinẽ"à limine portæ'inferioris vſq; limen atrii"interioris'extrinſecus,centũ cubitos ad Orientẽ & Aquilonẽ.

20 Portæ autem,cuius facies erat ad viam Aquilonis'atrio illi exteriori,menſus eſt"longitudinem & latitudinem.

21 Et thalami eius tres hinc,& tres illinc, poſtéſque eius,'& veſti-

Duobus cubitis: שתים אמות Vel quòd ſinguli poſtes habeãt duos cubitos, vel quòd ſinguli ſingulos cubitos haberent. Intrinſecus: מהבית: internè. A parte interna,vt præcedenti verſu. 10 Hinc & inde: מפה ומפו .i.ex vtroque latere. Poſtes veſtibuli quidã intelligunt,alii thalamorum. 11 Oſtii פתח Hic oſtiũ vocat ſpatium illud muri portæ interiacens apertum. Longitudinẽ אורך Longitudinẽ portæ vocat à poſtibus interioribus ad exteriores, hoc eſt ab Oriente ad Occidentem. 12 Et terminũ וגבול .i.ſpatiũ & interuallũ.reiecit enim intrò thalamos ex vtraque parte cubito vno.Retrocedebant thalami à recta linea in qua ſita & collocata erant veſtibulũ & porta ipſa cubito vno.Erat ergo ſpatiũ quod erat inter duos ordines thalamorũ laxus duobus cubitis. Thalami autẽ il. והתא Ad verbũ,& thalamus.Singul.Heb.pro plur.Thalami hinc.i.in latitudinẽ,erãt ſex cubitorum:& inde.i.in longitudinem,erãt ſimiliter ſex cubitorum.q.d.latitudo æquabat longitudinẽ,erántque quadrati. 13 A tecto thalami,&c. מגג התא לגגו .i.à fine,ſiue extremitate thalamorum,vſque ad finem tectorum eorundem, hoc eſt alterius ordinis thalamorum, ſiue aliorum ternorum thalamorum. Deſcribit dimenſionem totius portæ Orientalis à latitudine thalamorum ſumpta à tecto in tectum.nam inter duos ordines thalamorum intercedebãt duodecim cubiti:decem ſecundum latitudinem veſtibuli & introitus portæ: & duo quibus retrocedebant à recta linea illius latitudinis.Duo autem illi ordines thalamorum erant lati alios duodecim cubitos.Tectum autem vtriuſque ordinis,hinc & inde,per dimidium cubitum.Et ita habes x x v illos cubitos. Contra oſtium: נגד פתח eregione,vel,ex oppoſito oſtii,ſub.portæ atrii exterioris.omnia enim oſtia portarum ſibiinuicem reſpondebant,& ſe mutuo reſpiciebant. 14 Poſtes אילים ſuperliminaria. Alii,columnas. ſub.anteriores illius portæ. Sexaginta ששים intellige ſecundum altitudinem. Et vnicuique,&c. ואל איל החצר וגו׳ Ad verbũ,& ad poſtem atrii portæ circuncirca. Quidam vertunt,& poſtes *poſteriores* atrii *&* portæ per circuitum.id eſt qui ſeruiebant tam atrio quàm portæ.vel,atrii,*atrii inquam* portæ.id eſt,quod adiacebat portæ.q.d. Idem ſentiendum eſt de aliis portis quæ erant in primo illo muro qui ambiebat ac cingebat totum montem Sion. 15 Illius portæ introi. השער האיתון portæ ingreſſus.id eſt à parte anteriore illius portæ qua intrare ſolebat Iſrael adoraturus Deum, vſque ad frontem ſiue conſpectum veſtibuli portæ interioris atrii exterioris, hoc eſt vſque ad finem exedrarum. Quidam vertunt,mediæ: & ſic Chaldæus Paraph. Quinquaginta cubiti: חמשים אמה Porta erat longa tredecim cubitis. Veſtibulũ cum poſtibus ſuis,decem cubitis. Et ſinguli ordines thalamorũ vnà cum parietibus ſuis,viginti octo cubitis.Totus autẽ ille numerus aſcendit ad quinquaginta & vnũ:ſed non propterea falſus eſt numerus Ezechielis.nam eſt numerus impar qui in duo æqualia diuidi non poteſt.

16 Anguſtæ אטומות arctæ. ſtrictæ. ſub.erant externè,vt mox dicit. Ad verbũ,occultæ.vel clauſæ.Vide 1.Reg.6.a.4,& infrà cap.41.c.16. Et in poſti. ואל אליחמה & in frontibus. Alii,columnis.vel pylis. vt paulo antè verſu 14.& ה finale redundat,additũ ad ם plurale. Intra portam, לפנימה לשער ſub.erant feneſtræ.Inde coniiciunt portam illam fuiſſe altã quinquaginta cubitos:& columnas illas ſuperaſſe altitudinẽ ipſius portæ decẽ cubitis,vt fieri ſolet in ædificiis turrium. Per circuitũ, סביב סביב .i.idque in ſingulis portis illius ambitus muri mõtis. In veſtibulis: לאלמות in teſtudinibus. Ad verbũ,in fornicibus.habebant enim veſtibula ſpeciẽ teſtudinis ſiue fornicis. Gallicè *une voulte*. Feneſtræ autẽ,&c. וחלונות וגו׳ Quidã exponunt, Et feneſtræ erant in omnibus aliis thalamis illius ambitus cingentis montem, eránt que intrinſecus. 17 In atrium exter. אל החצר החיצונה .i.in atrium mulierum,ſic dictum quòd eſſet extra atrium virorum.

18 Ad latus אל כתף Singul.pro plur.latera. Portarũ il. השערים Plurali vtitur reſpiciendo ad portam,& veſtibulũ quod erat adiunctum illi parte externa. Infernum: התחתונה .i.humi ſitũ ac impoſitum. 19 A limine מלפני à fronte.vel facie. Inferioris התחתונה .i.atrii mulierũ,quòd eſſet inferius atrio virorum. Interioris הפנימי .i.atrii virorũ,quod interius erat reſpectu atrii mulierum intra quod erat atrium virorum. Extrinſecus, מחוץ .i.citrà,vel extrà,ſecus à porta:hoc eſt ſemota porta atrii virorum & veſtibulo illi adiuncto & gradibus. 20 Atrio illi exter. לחצר החיצונה in atrio illo exteriori.vel,atrii illius exterioris.i.atrii mulierum. Longitudinem & latit: ארכו ורחבו Ad verbum,longitudinem eius,& latitudinem eius.Redundant pronomina.

21 Et veſtibula eius ואילמו & frontes eius.aut columnæ,ſiue pylæ eius.

bula eius erant ſecundum menſuram portæ″primæ: quinquaginta″cubitorū lōgitudo ei⁹,& latitudo quinque & viginti cubitorū.

Feneſtræ verò eius,″& veſtibula eius, & palmæ eius *erant* ſecundum menſuram illius portæ cuius″facies eſt ad viam Orientis, & per gradus ſeptem″aſcendebāt per eam, & ″veſtibula eius *erant* ante ipſos gradus. 22

ʼPortáque atrii interioris *erat* contra portā Aquilonarē & Orientalem:″& menſus eſt à porta ad portam centum cubitos. 23

Et deduxit me ad viam Meridianam, mēſúſque eſt poſtes eius, 24
& veſtibula eius iuxta menſuras iſtas.

Feneſtræ autem *erant*″ei,& veſtibulis eius per circuitum,″ſicut feneſtræ illæ: quinquaginta cubitorum *erat*″longitudo, & latitudo quinque & viginti cubitorum. 25

Gradus verò eius,ſeptem″gradus *erant*,&veſtibula eius ante eos: palmæque″ei *erant*, vna hinc & altera inde,in poſte eius. 26

Et porta *erat* atrio interiori ad viam Meridianam:″& menſus eſt à porta ad portam ad viam Meridianam centum cubitos. 27

Et introduxit me in atrium interius″portæ Meridianæ,menſúſque eſt portam illam Meridianam″iuxta menſuras iſtas. 28

Thalami autem eius,& veſtibula eius *erant* ſecundum menſuras iſtas:& feneſtræ *erant* ei,& veſtibulis eius″per circuitum: quinquaginta cubitorum *erat*″longitudo *illius*, & latitudo vigintiquinque cubitorum. 29

Veſtibula autem *erant*ʼper circuitum: ʼlongitudo *eorum erat* quinque & viginti cubitorum,& latitudo quinque cubitorum. 30

Et veſtibula eius *erāt*″atrio exteriori, & palmæ *vnicuique* poſti eius: ʼgradus verò eius,octo *erant* gradus. 31

Duxit me præterea in atrium interius″à parte Orientali, mēſúſque eſt portam illam ſecundum menſuras iſtas. 32

Et thalamos eius,& poſtes eius,& veſtibula eius ſecundum mēſuras iſtas: ʼfeneſtræ autem *erant* ei, & veſtibulis eius per circuitū: ʼlongitudo *illius erat* quinquaginta cubitorum, & latitudo quinque & viginti cubitorum. 33

Et veſtibula eius *erant*ʼatrio exteriori,& palmæ *unicuique* poſti eius hinc & inde:″& octo gradus,*erant* gradus eius. 34

ʼDeduxit me etiam ad portam Aquilonarem, mēſúſque eſt *eam* ſecundum menſuras iſtas. 35

eius ſecundum mēſuram portæ prioris:quinquaginta cubitorum longitudinem eius,& latitudinē vigintiquinque cubitorum.

22 Feneſtræ autem eius,&veſtibulum, & ſculpturæ ſecundum mēſuram portæ quæ reſpiciebat ad Orientem:& ſeptem graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eam. D

23 Et porta atrii interioris cōtra portam Aquilonis,& Orientalē: & menſus eſt à porta vſque ad portā cētum cubitos.

24 Et eduxit me ad viam Auſtralem,& ecce porta quæ reſpiciebat ad Auſtrū, & menſus eſt frontē eius, & veſtibulum eius, iuxta menſuras ſuperiores.

25 Et feneſtras eius,& veſtibula in circuitu,ſicut feneſtras cæteras:quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine vigintiquinque cubitorum.

26 Et in gradibus ſeptem aſcēdebatur ad eam: & veſtibulum ante fores ei⁹: & cælatæ palmæ erant,vna hinc,& altera inde in fronte eius.

27 Et porta atrii interioris in via Auſtrali: & menſus eſt à porta vſque ad portam in via Auſtrali,centū cubitos.

28 Et introduxit me in atrium interi⁹ ad portam Auſtralem: & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores.

29 Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius hiſdem menſuris: & feneſtras eius, & veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis vigintiquinque cubitos.

30 Et veſtibulum per gyrum longitudine vigintiquinque cubitorum,& latitudine quinque cubitorum. E

31 Et veſtibulum eius ad atrium exterius,& palmas eius in fronte: & octo gradus erant quibus aſcēdebatur per eam.

32 Et introduxit me in atrium interius per viam Orientalem: & menſus eſt portā ſecundū menſuras ſuperiores.

33 Thalamum eius,& frontem eius,& veſtibulum eius, ſicut ſuprà: & feneſtras eius, & veſtibula eius in circuitu,longitudine quinquaginta cubitorum,& latitudine vigintiquinque cubitorum.

34 Et veſtibulum eius, id eſt atrii exterioris:& palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde:& in octo gradibus aſcēſus eius.

35 Et introduxit me ad portā quæ reſpiciebat ad Aquilonē: & menſus eſt ſecundum menſuras ſuperiores.

Primæ: הראשון Id eſt primo loco deſcriptæ,hoc eſt portæ Orientali.vt verſu ſequenti declarat. Cubitorum. באמה Ad verbum, in cubito.i.in menſura & ratione cubitali. 22 Et veſtibula ואילמו Vt ſuprà, verſu 16,& 21. Facies פניו Vt ſuprà verſu 6.Ad verbum,facies eius.Redundat pronomen. Aſcendebant יעלו Fut.Heb.pro præt.imperf. Alii,aſcendebant ad eam.i.prius aſcendebant, quàm peruenirent ad teſtudines illas,ſiue veſtibula. Vide ſuprà verſu 6. 23 Portáque,&c.׳ושער לחצר וגו Singul.pro plur.& conciſa valde oratio.Portæ erant atrio[vel,in atrio]interiori virorum eregione portarum atrii mulierum ad Aquilonem & Oriētem. q.d.porta Orientalis atrii virorum reſpondebat portæ Orientali atrii mulierum:ſimiliter porta Septentrionalis,portæ Septētrionali. Et menſus eſt, &c. ׳וימד משער וגו .i.ſpatium & interuallum quod erat ab vna porta vſque ad alteram centenis cubitis.q.d. porta vna atrii mulierum diſtabat ab altera porta atrii virorum ſibi reſpondēte centū cubitis. 25 Ei,& veſtibulis e. לו ולאילמו in ea *porta*,& in veſtibulo eius. Sicut feneſt.illæ בהחלונות האלה .i.iuxta magnitudinem feneſtrarū prædictarū in portis & veſtibulis prædictis. Longitudo, אורך ſub portæ iſtius,vt & aliarū portarum. 26 Gradus,&c. ׳ומעלות וגו Ad verbum,Et gradus,ſeptem gradus eius.i.per ſeptē gradus aſcendebatur ad eam portam.vt ſuprà verſu 22. Ei *erant*, לו in ea.ſub.porta,hoc eſt in poſtibus portæ erant inſculptæ,vt mox dicit,vbi ſingul.eſt pro plur. 27 Et menſus eſt.&c. ׳וימד משער וגו .i.ſpatium quod erat à porta Meridionali atrii exterioris,vſque ad portam Meridionalem atrii interioris centum cubitis,vt ſuprà verſu 23. 28 Portæ Merid. בשער הדרום per portam Meridionalem,ſiue Auſtralem. Iuxta menſ.iſt. כמדות האלה Vide paulo antè verſu 24. 29 Per circui. סביב סביב ſub.ſicut feneſtræ illæ,vt paulo antè verſu 25. Longitudo אורך ſub.portæ illius.vt paulo antè verſu 21. 30 Per circuitum: סביב סביב ſub.illius portæ. Longitudo אורך q.d.occupabant omnia ſimul ſpatiū x x v.cubitorum in longitudine, vel ſecundū longitudinē. aut cauo,vel cauitate parietis,ſiue muri eius portæ:ſingula autem eorum veſtibulorum habebant in latitudine quinque cubitos. Quòd ſi veſtibula illa,aut teſtudines illæ, ſiue fornices illi(de quibus ſuprà verſu 16)fuerint quadrati,erant quinque numero.ſubticuit tamen Propheta numerum eorum.

31 Atrio exteriori: אל חצר החיצונה in atriū interius.ſub.extabant,vel prominebant.vel ſimpliciter,erant in atrio exteriori. Gradus,&c. ׳ומעלות וגו Ad verbum,& gradus,octo gradus eius.vt paulo antè verſu 26. 32 A parte Orient. דרך הקדים verſus Orientē. Alii,ad portā Orientalem. 33 Feneſtræ au.*erāt* ei וחלונות לו Vt ſuprà verſu 25. Longitudo,&c.׳אורך וגו Vt ſuprà verſu 21.& 29.

34 Atrio exter. לחצר החיצונה Vide paulo antè verſu 31. Et octo grad.&c. ׳ושמונה וגו Verſu 31,Hebraicè legitur,& gradus octo, *erant* gradus eius.mutato dictionum ordine. 35 Deduxit me etiam ויביאני Vt ſuprà verſu 28.& 32.

36 Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius, & feneſtras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

37 Veſtibulũ eius reſpiciebat ad atriũ exterius: & cælatura palmarũ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius.

38 Et per ſingula gazophylacia oſtiũ in frontibus portarum: ibi lauabant F holocauſtum.

39 Et in veſtibulo portæ duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immolaretur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto.

40 Et ad latus exterius quod aſcendit ad oſtium portæ quę pergit ad Aquilonem, duæ menſæ: & ad latus alterũ ante veſtibulum portæ, duæ menſæ.

41 Quatuor menſæ hinc, & quatuor mēſæ inde: per latera portæ octo mēſæ erant ſuper quas immolabant.

42 Quatuor autem mēſæ ad holocauſtum, de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti vnius & dimidii, & latitudine cubiti vnius & dimidii, & altitudine cubiti vnius: ſuper quas ponēt vaſa in quibus immolatur holocauſtum & victima.

43 Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper mēſas autem, carnes oblationis.

44 Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad Aquilonem: & facies eorum cō G tra viam Auſtralē, vna ex latere portæ Orientalis quæ reſpiciebat ad viã Aquilonis.

45 Et dixit ad me, Hoc eſt gazophylacium quod reſpicit viam Meridianã, ſacerdotum erit qui excubant in cuſtodiis templi.

46 Porrò gazophylacium quod reſpicit ad viam Aquilonis, ſacerdotum erit qui excubant ad miniſterium altaris: iſti ſunt filii Sadoc, qui accedũt de filiis Leui ad Dominũ, vt miniſtrēt ei.

47 Et menſus eſt atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi.

48 Et introduxit me in veſtibulum tēpli: & menſus eſt veſtibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorũ hinc, & trium cubitorum inde.

49 Longitudinem autem veſtibuli, viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus

36 ʺThalamos eius, poſtes eius, & veſtibula eius: & feneſtræ *erant* ei per circuitum: longitudo *eorum erat* quinquaginta cubitorum, & latitudo quinque & viginti cubitorum.

37 ʺPoſtéſque eius *erant* atrio exteriori, & palmæ vnicuique poſti eius hinc & inde: & octo gradus *erant* gradus eius.

38 ʺCubiculum autem *unum erat*, ʺ& oſtium eius ad poſtes ʺportarum: ibi ʺlauabant ʺholocauſtum.

39 In veſtibulo verò portæ *erant* duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde, ad immolandum ſuper eas ʺholocauſtũ, & ſacrificium pro peccato, & victimam pro delicto.

40 Et ad lat⁹ *ipſum* ʺextra gradũ, ʺad oſtiũ portæ Aquilonaris, duæ *erãt* menſæ: & ad latus alterũ quod erat in veſtibulo portæ, duæ mēſæ.

41 Quatuor mēſæ hinc, & quatuor menſæ inde ad latus portæ iſti⁹, octo *erant illæ* menſæ: ſuper eas ʺimmolabant.

42 Porrò quatuor mēſæ pro holocauſto *erant* ex lapidibus ʺleuigatis: lõgitudine cubiti vnius & dimidii, & latitudine cubiti vnius & dimidii, & altitudine cubiti vnius: ſuper eas ʺponebant inſtrumenta quibus immolabant holocauſtum & ſacrificium.

43 ʺEt tripodes palmi vnius præparati intrinſecus circuncirca: ſuper menſas autem caro oblationis.

44 ʺEt extra portam illam interiorem *erant* cubicula cantorum in atrio illo interiori quæ *erant* ad latus portæ Aquilonaris: ʺquorum facies *erat* ad viam Meridianam: vnum *autem erat* ad latus portæ Orientalis, cuius facies *erat* ad viam Aquilonarem.

45 Et loquutus eſt ad me, Hoc cubiculum cuius facies eſt ad viam Meridianam, *erit* ſacerdotum ʺcuſtodientium cuſtodiam domus.

46 Cubiculum verò cuius facies eſt ad viam Aquilonarē, *erit* ſacerdotum cuſtodiētium cuſtodiam altaris: iſti ſunt ʺfilii x Sadóc, ʺqui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt miniſtrent ei.

47 Et menſus eſt atrium: longitudo *erat* centum cubitorum, & latitudo centum cubitorum: quadratũ *enim* erat: altare quoque menſus eſt *quod erat* ante domum.

48 ʺEt adduxit me in veſtibulum domus, menſúſque eſt ʺpoſtem ipſius veſtibuli, quinque cubitorum *erat* hinc, & quinque cubitorum inde: latitudo autem ʺportæ *erat* trium cubitorum hinc, & triũ cubitorum inde.

49 ʺLongitudo ipſius veſtibuli *erat* viginti cubitorũ, & latitudo vndecim cubitorũ, ʺ& per gradus quibus ʺaſcēdebãt ad illud: colũnæ

36 Thalamos eius, תאיו Similis verſus ſuperiori 29. 37 Poſtéſque e. ואיליו Singul. Heb. pro plur. Similis verſui 31.

38 Cubiculũ autem ולשכה Et exedra *una*. vel, Et triclinium. Et oſtium eius ופתחה & apertura eius. Portarum: השערים ſub. partis Aquilonaris, in qua erat porta muri, porticus, & veſtibuli. Lauabant ידיחו Fut. Heb. pro imperf. Holocauſtum. את־העולה: .i. partes intimas victimæ quæ offeretur in holocauſtum. 39 Holocauſtum, העולה .i. victimam pro holocauſto.

40 Extra gradum, מחוצה לעולה .i. citra gradus illos. Ad oſtium לפתח ad introitum. ad ingreſſum.

41 Immolabant. ישחטו: Fut. Heb. pro præt. imperf.

42 Leuigatis: גזית pollitis. tonſis. Gallicè, *pierres de taille*. Ponebant ויניחו Fut. Heb. pro præt. imperf. Alii, dimittebant. Alii, reponebant. 43 Et tripodes והשפתים Significat inſtrumenta illa ferrea quibus ſuperponuntur ollæ, ſiue lebetes. Chaldæus paraph, vertit vncos ſiue vncinos qui infigi ſolēt parietibus, extántque ac prominēt extra parietem palmo vno, ad quos ſuſpendũt carnes, aut aliud quidpiam. 44 Et extra ומחוצה Ad verbum, Et ab extra .i. citrá. Quorum facies *erat* ופניהם Ad verbum, & facies eorum .i. quæ reſpiciebant, aut vergebant ad Auſtrum, ſiue Meridiem: hoc eſt quæ erant aperta verſus Meridiem. & ſic mox.

45 Cuſtodientium, &c. שומרי משמרת הבית: Hebraiſmus, ſacerdotum qui curam habebunt templi.

46 Filii בני .i. nepotes. Qui accedunt &c. הקרבים וגו׳ Hebraiſmus, acſi dicat, quum ſint de genere Leuitico.

48 Et adduxit me in veſtibulum domus, ויביאני אל־אולם הבית Adduxit me tandem in veſtibulum ipſius domus, id eſt templi. Poſtem אל ſub. vtrunque. aut eſt ſingul. pro plur. Intelligit illos duos poſtes qui adiacebant oſtio portæ ipſius veſtibuli hinc & inde. Portæ השער ſub. veſtibuli. 49 Longitudo אורך quæ ſcilicet ſumebatur ſecundum latitudinem portæ ipſius templi, puta à Septentrione ad Meridiē. Non enim ſemper ſumitur longitudo iuxta eundem ſitum, ſiue in eodem ſitu. nam quod lõgius eſt in qualibet re, cenſetur longitudo eius. Quòd ſi demas ab ea longitudine veſtibuli ſenos cubitos prædictos, remanebunt tantum quatuordecim cubiti.

Et per gradus ובמעלות Subaudiendum verbũ præcedens, Adduxit inquã me per gradus illos per quos aſcendebant ad illud veſtibulum, vel ad eam portam. Doctus inter Hebræos ſubaudit, & vidi illum vagantem, ſiue mouentem ſeſe per gradus illos quibus, &c. Alii, & in gradibus illis erat via per quam, &c. Aſcendebant יעלו Fut. Heb. pro præt. imperf.

4.

autẽ *erant* iuxta illos poſtes,vna hinc,& altera inde.

Cap. X L I.

Diſpoſitio reædificãdi tẽpli, & ad illud pertinẽtium.

1 INtroduxit me quoque″in templum, & menſus eſt poſtes *portæ templi*,ſex cubitorum erat latitudo″hinc,& ſex cubitorũ latitudo ″inde,*quanta erat*″latitudo veſtibuli.

2 ″Latitudo verò portæ , decem cubitorum erat ,″& latera portæ quinque cubitorum hinc,& quinque cubitorum inde: menſus eſt & longitudinem eius quadraginta cubitis , & latitudinem *totam* viginti cubitis.

3 Ingreſſus eſt autem″intrinſecus,& mẽſus eſt″poſtem portæ duobus cubitis,″& portam ſex cubitis,″& latitudinẽ oſtii ſeptẽ cubitis.

4 Menſus eſt inquam″longitudinem eius viginti cubitis,& latitudinem viginti cubitis ante templũ.Et dixit ad me,Hoc eſt″ſanctitas ſanctitatum.

5 Et menſus eſt murum″domus ſex cubitis : latitudinem quoque ″thalami quatuor cubitis per circuitum domus vndique.

6 ″Thalami autem,thalamus ſuper thalamũ,trium & triginta pedum *altitudinis: capita* verò *trabium* ingrediebãtur″parietem domus *factum* propter thalamos per circuitũ, ″vt inniterentur *ei*,non autem inniterentur parieti domus.

7 Et dilatabatur *thalamus*,circuibátq; ″ſurſum ſurſum verſus ad thalamos:nã cochlea″domus ſurſum ſurſum verſus *aſcendebat*″per circuitum domus:idcirco″latitudo domus *creſcebat* ſurſum:& ita″inferior aſcendebat ad ſuperiorem per medium.

8 Et vidi domus altitudinem per circuitum: fundamenta autem thalamorũ *erant*″plenitudinis calamo ſex cubitorũ magnitudinis.

9 Latitudo autem″parietis qui *erat*″thalamo forinſecus, quinque cubitorum erat: ″& interſtitium derelictum domus thalamorum quod erat intrinſecus.

10 ″Inter cubicula verò erat latitudo viginti cubitorum per circuitum domus

aſcẽdebatur ad eum.Et columnę erãt in frontibus,vna hinc, & altera inde.

Cap. X L I.

1 ET introduxit me in templum , & menſus eſt frontes ſex cubitos latitudinis hinc,& ſex cubitos latitudinis inde,latitudinem tabernaculi.

2 Et latitudo portæ,decem cubitorũ erat: & latera portæ quinque cubitis hinc,& quinq; cubitis inde: & mẽſus eſt lõgitudinẽ eius quadraginta cubitorum,&latitudinem viginti cubitorum.

3 Et introgreſſus intrinſecus,menſus eſt in fronte portæ duos cubitos , & portam,ſex cubitorum : & latitudinem portæ,ſeptem cubitorum.

4 Et mẽſus eſt longitudinem eius viginti cubitorum,& latitudinẽ viginti cubitorum,ante faciem templi.Et dixit ad me , Hoc eſt ſanctum ſanctorum.

5 Et menſus eſt parietem domus ſex cubitorũ:& latitudinem lateris,quatuor cubitorum vndique per circuitũ domus.

6 Latera autẽ,latus ad latus, bis triginta tria:& erãt eminẽtia quæ ingrederentur per parietem domus,in lateribus per circuitum,vt continerẽt,& non attingerent parietem templi.

B

7 Et platea erat in rotundum,aſcendens ſurſum per cochleam , & in cœnaculum templi deferebat per gyrũ: idcirco latius erat templum in ſuperioribus: & ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora in medium.

8 Et vidi in domo altitudinẽ per circuitum, fundata latera ad menſuram calami ſex cubitorum ſpatio:

9 Et latitudinem per parietẽ lateris forinſecus quinque cubitorũ : & erat interior domus in lateribus domus.

10 Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique.

IN CAPVT XLI.

1 In templum אל־ההיכל Id eſt in partem illam ſecundam quæ alio nomine dicitur קודש ſanctuarium. Deſcribit ſecundam & tertiam
partem templi cum appendicibus,nempe היכל & דביר. Hinc מפו .i.vnius lateris portæ,hoc eſt vnius poſtis. Inde מפה Id eſt al-
terius poſtis. Latitudo veſtibuli. רוחב האוהל: Subaudiendum eſt aliquid,cuiuſmodi,talis erat latitudo veſtibuli.id eſt fornicis.vel,la-
titudo inquam fornicis:hoc eſt,latitudo vtriuſque illorum erat ſex cubitorum,quanta ſcilicet erat latitudo veſtibuli portæ.Latitudinem ve-
ſtibuli vocat craſſitiem muri veſtibuli.atque ita quidam vertunt.Gallicè dicimus,*largeur*,vel *eſpeſſeur*.
2 Latitudo verò portæ, ורוחב הפתח Latitudinem portæ,ſeu ingreſſus vocat diſtantiam vnius poſtis ab altero.Id quod patet inter vtrũ-
que poſtem, medium eſt & interhiat, dicitur פתח. Et latera portæ וכתפות הפתח Per latera oſtii intelligit quod eſt inter portam ſeu
ingreſſum,& poſtremum angulum faciei,à duobus lateribus recedens quinque cubitis hinc & inde.Hinc colligitur,totam faciem fuiſſe la-
titudinis viginti cubitorum. 3 Intrinſecus, לפנימה intró.id eſt in partem magis internam,in intimum templi,quod eſt Sanctum
ſanctorum. Poſtem איל Singul.pro plur.poſtes. Et portam והפתח Id eſt craſſitudinem ingreſſus. Craſſities intelligitur totum
id quod occurrit ingredientibus à principio ad finem ſecundum longitudinem.vnde eadem eſt craſſitudo & longitudo portæ. Et lati-
tudinem ורוחב A poſte ſcilicet ad poſtem.
4 Longitudinem eius את־ארכו ſub.adyti,ſiue Sancti ſanctorum.Latitudo adyti erat eadem cum latitudine templi, nempe x x cubito-
rum.quare latitudo laterum quæ hic omiſſa eſt,erat tredecim cubitorum. nam ingreſſus erat v i i cubitorum:& vtrunque latus,ſex cubito-
rum cum dimidio:quæ pro duobus lateribus ſimul efficiunt x i i i. quæ coniuncta illis ſeptem,efficiunt x x. Sanctitas ſanctitatum. קודש
הקדשים: Sanctum ſanctorum.
5 Domus הבית .i.ſecundæ partis templi. Thalami הצלע Singul.pro plur.thalamorum. Tranſit ad deſcriptionem appendicum &
thalamorum adiectorum templo parte exteriore,circumpoſitorum & adiectitiorum ad tria latera tẽpli,Occidentale,Septentrionale,& Me-
ridionale.nam primus ingreſſus erat ad Orientalẽ,qua parte nulla erant cubicula.Latitudo thalamorum,ſiue cubiculorum templi Salomo-
nis erat ſex cubitorum. 6 Thalami autem,&c. והצלעות וגו׳ Hebraiſmus,Erãt autem thalami tribus ordinibus diſpoſiti,& alii aliis
ſuperpoſiti.Vide 1.Reg.6.a.5. Parietem בקיר Paries enim eorum erat geminus:internus,qui communis erat eis cũ templo: & exter-
nus,qui propius thalamis erat.Significat prominentias in pariete templi, quas vulgari ſermone *retractiones* vocamus, quibus incumbebant
capita trabium: & tres erant pro tribus tabulatis trium ordinum. Vt inniterentur להיות אחוזים Ad verbum, vt eſſent tenentia.ſub.lo-
cum poſitum in pariete.vel,vt ſe tenerent.aut tenerentur,ſub.in loco poſito pro ipſis.ita doctus inter Hebræos.
7 Surſum,ſurſum verſus למעלה למעלה Hebraiſmus, magis magiſque in altum tendendo ad thalamos. Domus הבית .i.ædificii,
ſiue ſtructuræ & appendicis. Per circuitum domus: סביב סביב לבית .i.circumeundo parte interna domus ad omnia cubicula. Lati-
tudo domus רוחב לבית q.d.ordo ſuperior erat inferiore latior:nam trabium capita erant collocata in partibus muri extantibus: ſurſum au-
tem murus erat contractior,ob id latitudo erat ſurſum. Inferior,&c. התחתונה וגו׳ ſub.thalamus. Alii,ab inferiore *thalamo* aſcendebat
qui uolebat aſcendere,ad ſuperiorem,vel ſupremum.ſub.thalamum.
8 Plenitudinis,&c. מלו הקנה וגו׳ Hebraiſmus,Latitudo fundamentorum parietis externi thalamorum erat vnius calami menſorii in-
tegri,qui continebat ſex magnos cubitos.
9 Thalamo לצלע Singul. pro plur. thalamis. i.parietis thalamorum qui erat ſupra fundamenta , parietis inquam externi,vt differat à
pariete templi. Et interſtitium derel. ואשר מונח & id quod relictum erat.ſpatium derelictum.ſub.erat etiam quinque cubitorum:ſi-
ue tantæ quantitatis erat,quantæ erant reliquæ partes. 10 Inter cubicula verò ובין הלשכות ſub.& domum,ſiue templum.

11 Et oſtium lateris ad orationem: oſtium vnum ad viam Aquilonis, & oſtium vnum ad viam Auſtralem: & latitudinem loci ad orationem quinque cubitorum in circuitu.

12 Et ædificium quod erat ſeparatū, verſúmque ad viam reſpicientem ad mare, latitudinis ſeptuaginta cubitorum: paries autē ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorū.

C 13 Et menſus eſt domus longitudinē, centum cubitorum: & quod ſeparatū erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum.

14 Latitudo autē ante faciem dom⁹, & eius quod erat ſeparatum contra Orientem, centum cubitorum.

15 Et menſus eſt longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat ſeparatum ad dorſum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & veſtibula atrii.

16 Limina & feneſtras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, cōtra vniuſcuiuſque limen, ſtratúmque ligno per gyrum in circuitu: terra autē vſq; ad feneſtras, & feneſtrę clauſę

17 Super oſtia, & vſque ad domū interiorem, & forinſecus: & omnem parietē in circuitu intrinſecus, & forinſecus, ad menſuram.

18 Et fabrefacta Cherubím & palmæ: & palma inter Cherub & Cherub, duáſque facies habebat Cherub.

19 Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expreſſam per omnem domum in circuitu.

D 20 De terra vſque ad ſuperiora portę, Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi.

21 Limen, quadrāgulum: & facies ſanctuarii, aſpectus contra aſpectum.

22 Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & lōgitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et loquutus eſt ad me, Hæc eſt menſa coram Domino.

23 Et duo oſtia erant in templo & in ſanctuario.

24 Et in duobus oſtiis ex vtraq; parte bina erant oſtiola, quæ in ſeinuicem plicabantur: bina enim oſtia erant ex vtraque parte oſtiorum.

11 Præterea oſtium thalami *erat, quod uergebat* ″ad locum relictum: oſtium vnum ad viam Aquilonis, & oſtium alterum ad Meridiem: latitudo autem loci relicti, quinque cubitorum *erat* circumcirca.

12 AEdificium verò quod *erat* ″coram ſolario *in* angulo viæ Occidentis, *erat* latitudinis ſeptuaginta cubitorum: paries autem ″ædificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & lōgitudo eius ″nonaginta cubitorum.

13 Menſus eſt & ipſam domum; longitudo *erat* centum cubitorum: ″ſolarium item & ædificium, & parietes eius, longitudinis *erant* cētum cubitorum.

14 Latitudo autem faciei domus, & ſolarii ad Orientem, *erat* cētum cubitorum.

15 Menſus eſt denique longitudinem ædificii quod *erat* contra ſolarium, *& ædificium* quod erat ″poſt ipſum, & thalamos ″hinc & inde, centum cubitis, ″templum item interius, & veſtibula ipſius ″atrii.

16 Limina, & feneſtras ″anguſtas *externè*, & thalamos in circuitu ″ad tres *plagas* ipſorum ″contra poſtem opertum ligneis *tabulis* per circuitum, & *à* terra vſque ad feneſtras, ″& feneſtræ erant opertæ.

17 ″Vſque *ad id quod erat* ſuper oſtium, & vſque ad domū interiorem, & forinſecus, & totum parietem per gyrum in interiore & in exteriore *domo* menſuris *menſus eſt.*

18 ″Et *paries* erat factus cum pictura Cherubím & palmarū, erátque palma *una* inter Cherúb & Cherúb, binæq; facies erāt ipſi Cherúb.

19 Facies autem hominis *uerſa erat* ad palmam hinc, & facies leonis ad *aliam* palmam inde: *hoc* erat factum in tota domo per circuitum.

20 A terra vſque ad *id quod erat* ſupra oſtium, erant Cherubím & palmæ factæ, & *ſic in* pariete ″templi.

21 ″Templi *utérque* poſtis *oſtij erat* quadrangulus: & aſpectus *utriuſque poſtis oſtij* ſanctitatis *erat* ſicut aſpectus *poſtis templi.*

22 Altaris lignei trium cubitorum *erat* altitudo, & longitudo eius duorum cubirorum: ″& anguli eius *erant* ei, longitudóque eius, parietes quoque eius *erant* lignei. Et loquutus eſt ad me, Hæc eſt mēſa quæ eſt coram Iehouáh.

23 ″Duo autem oſtia *erant* in templo & ſanctuario.

24 Et geminæ fores *in ſingulis* oſtiis *portæ templi & ſanctuarij, id eſt* ″duo verſatilia oſtia: duæ *inquam* fores *erant* oſtio vni, & duæ fores alteri.

---

11 Ad locum relictum: למונח Id eſt interuallum relictum ante thalamos ipſos.

12 Coram ſolario אל־פני הגזרה ante tabulatum. ſub. templi. Redit enim ad dimēſiones templi, incipiens à ſuperiore ipſius tēpli parte. q.d. templum qua parte Occidentem ſpectabat, erat latum L X X cubitos. AEdificii, הבנין .i. partis ſuperioris templi. Suprà verſu 5, dixit murum fuiſſe latū ſenos cubitos, quòd de parte inferiore intelligeret & fundamentis proxima: hìc verò quinos, quòd de parte ſuperiore loquatur. Nonaginta תשעים ſub. parte ſuperna, vſque ad domum mutatoriarum veſtium: quæ duæ erant in veſtibulo latæ denos cubitos. Tota vero domus erat centum cubitorum. reuera tamen centenorum quinorum cubitorū erat: ſed omiſit quinos, vt eſſet præciſus numerus. præterea verum eſt centum fuiſſe, quia erant centeni quini.

13 Solarium item, & ædi. והגזרה והבניה tabulatum item, & ædificium. quod ſcilicet erat coram tabulato.

15 Poſt ipſum, אחריה ſub. ſolarium, ſiue tabulatum ad Occidentem. Hinc & inde, מפו ומפו .i. ad Septentrionem & Meridiem.

Templum item interius, והחיכל הפנימי .i. Sanctum ſanctorum. Atrii. : החצר nempe ſacerdotum.

16 Anguſtas האטומות Vide capite præcedenti, verſu 16, & 1. Reg. 6. a. 4, vbi plena eſt loquutio. Ad tres *plagas* לשלשתם ſub. mundi ſpectantes, Septentrionem, Meridiem, & Occidentem. Contra poſtem, &c. נגד הסף וגו׳ eregione poſtis operti ligno. Singul. pro plur. q.d. qui thalami erāt eregione poſtium opertorum lignis. i. tabulis cedrinis, vt vertit Chaldæus paraph. Et feneſtræ והחלונות Cōiunctio &, vice relatiui, quæ feneſtræ. 17 Vſque *ad id*, &c. על־מעל הפתח Ad verbum, Super deſuper oſtium. Quidam totum verſum ſic conuertunt, A ſuperiori parte oſtii vſque ad domum interiorem, & foris, & ad omnem parietem per circuitum ab intra & ab extra menſuras *accepit*. Alii, Ab eo ſuper oſtio, & vſque ad domum interiorem, & foris, & ad omnem parietem circūquaque in interna & in externa *ſunt* menſuræ. Alii, Supra oſtium & vſque ad domum interiorem, & foris, poſtremo in omnibus vbique parietibus, interius & exterius menſuræ *monſtratæ ſunt*. 18 Et *paries* erat, &c. ועשוי וגו׳ Et efformatus erat *paries in* Cherubim & palmas. i. Cherubim & palmæ erant cælata & inſculpta in ipſo pariete. 20 Templi. : החיכל Intellige de parte templi ſecunda.

21 Templi, &c. החיכל וגו׳ Templi poſtis quadratus, & facies ſanctuarii, aſpectus ſicut aſpectus. i. poſtes oſtii ſanctuarii, erant ſimiles poſtibus oſtii templi. i. היכל: hoc eſt, erant quadrati vt templi poſtes: eadem facies vtrique.

22 Et anguli, &c. ומקצועותיו לו וארכו Id eſt habebat angulos ſuos & longitudinem ſuam quæ computabantur cum illa menſura.

23 Duo autem oſtia ושתים דלתות Quidam ſic vertunt iſtum verſum & ſequentem, Fuerunt autem aulæ & ſanctuario geminæ fores: iterúmque geminæ fores ipſis foribus, nempe valuatæ fores in vtraque ala forium.

24 Duo verſatilia oſtia שתים מוסבות דלתות duo oſtia complicatilia. vel, duæ valuæ plicatiles.

25 ʹFactæ item erant in oſtiis templi *figuræ* Cherubím & palmarum, quemadmodum factæ erant parietibus: trabs quoque lignea *poſita erat* ante faciem veſtibuli forinſecus.

26 Feneſtræ præterea ʹanguſtæ *extrinſecus*, & palmæ hinc & inde ſuper latera *portæ* veſtibuli, ʹ& latera domus, ʹ& tigna.

Cap. X L I I.

De gazophylaciis, cæteriſque ad vſum ſacrorũ ſeparandis.

1 ET eduxit me ad atriũ exterius *per* viam, viam *inquam* Aquilonis, & adduxit me ʹad cubiculũ quod *erat* eregione ʹſolarii, quódque *erat* eregione ædificii ad Aquilonem.

2 ʹAnte longitudinem cubitorum centum *erat* oſtium Aquilonare, ʹ& latitudinis *erat* quinquaginta cubitorum.

3 Eregione viginti *illorum cubitorum* qui *erant* in atrio interiori, & eregione pauimenti illius quod *erat* in atrio exteriori ʹcubiculum contra faciem cubiculi ʹin triplici *ordine*.

4 Porrò ante ʹcubicula *erat* ʹdeambulatorium decem cubitorum latitudinis ʹad interiora: ʹvia cubiti vnius: ʹ& aperturæ eorum ad Aquilonem.

5 Cubicula autẽ illa ſuperiora erãt arctiora *aliis*: ʹquia abſumebant cubicula magis quam iſta, *hoc eſt* quàm inferiora, & media ædificia.

6 Quia triplici *ordine ædificata erant*, (non *erant* autem eis colũnæ ſicut columnæ atriorũ) propterea ʹanguſtiora erant inferioribus, & mediis à terra.

7 Et murus qui *erat* forinſecus eregione cubiculorum *ad* viam atrii exterioris eregione cubiculorum, longitudinis *erat* quinquaginta cubitorum.

8 Nam longitudo cubiculorum quæ *erant* atrio exteriori, quinquaginta cubitorum *erat*: & ecce ante faciem templi centum cubitorum *erat longitudo*.

9 ʹSubter cubicula autem illa *erat* introitus ab Oriẽte, ʹquum quis ingrediebatur in ea ab atrio illo exteriore.

10 In latitudine muri illius atrii ʹverſus Orientem coram ſolario, ʹ& coram ædificio *erant* cubicula.

11 Porrò via *quæ erat* ante ea, ſimilis erat *viæ* cubiculorum quæ *erant* verſus Aquilonem, ʹſecundum longitudinem illorum *erat lon-*

25 Et cælata erant in ipſis oſtiis templi Cherubim, & ſculptura palmarũ, ſicut in parietibus quoque expreſſa erant: quamobrem & groſſiora erãt ligna in veſtibuli fronte forinſecus.

26 Super quæ feneſtræ obliquæ, & ſimilitudo palmarum hinc atque inde in humerulis veſtibuli: ſecũdũ latera domus, latitudinemque parietum.

Cap. X L V I.

1 ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylaciũ quod erat cõtra ſeparatũ ædificiũ & cõtra ædẽ vergẽtẽ ad Aquilonem.

2 In facie longitudinis, centum cubitos oſtii Aquilonis: & latitudinis, quinquaginta cubitos.

3 Contra viginti cubitos atrii interioris, & contra pauimentum ſtratũ lapide atrii exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici.

4 Et ante gazophylacia, deãbulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora reſpiciẽs viæ cubiti vnius: & oſtia eorum ad Aquilonem.

5 Vbi erãt gazophylacia in ſuperioribus humiliora: quia ſupportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis ædificii.

6 Triſtega enim erant, & non habebant colũnas, ſicut erãt colũnæ atriorũ: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta. B

7 Et peribolus exterior, ſecũdum gazophylacia, quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum.

8 Quia lõgitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem tẽpli, centum cubitorum.

9 Et erat ſubter gazophylacia hæc, introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori:

10 In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem, in faciẽ ædificii ſeparati, & erant ante ędificiũ gazophylacia.

11 Et via ante faciem eorum iuxta ſimilitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: ſecundum lon

25 Factæ item erant ועשויה Celatæ item. vel ſculptæ erant.

26 Anguſtæ אטומות vt ſuprà cap. 40. b. 16. Et latera וצלעות & coſtæ. vel, & laquearia. Intelligit ordinem quẽdam lignorum quibus ſuperponuntur capita trabium ne immittantur parietibus. Gallicè, *ſablieres*. Et tigna. : והעובים & trabes. intelligit capita trabium excurrentia, & extantia extra murum. lacunaria. vel prominentiæ. Gallicè, *corbeaux*.

IN CAPVT XLII.

1 Ad cubiculũ אל־הלשכה Singul. Heb. pro plur. ad cubicula vel cellas, ſiue exedras. Solarii הגזרה tabulati, de quo præcedenti capite, verſu 15. 2 Ante longitudinem אל־פני אורך Ante faciem longitudinis. q. d. Porta illa Aquilonaris reſpiciebat longitudinẽ, ſiue reſpondebat lateri longitudinis. Et latitudinis והרוחב Latitudinem interualli intelligit quod erat à porta iſta vſque ad ædificiũ.

3 Cubiculum contra fac. cub. אתיק אל־פני־אתיק Singul. Heb. pro plur. cubicula *erant* eregione cubiculorum. id eſt vtrinque erant cubicula, ſiue cellulæ. Meminit duorum ordinum cellularum qui erant inter atrium mulierum & virorũ, mutuo ſeſe reſpicientiũ. In triplici *ordine*. : בשלשים Ad verbum, in triplicibus. i. iuxta triplicem ordinem. q. d. triplicem ordinẽ cellularum habentes in altum aſcendentẽ.

4 Cubicula הלשכות Sic vocat cubicula, quæ prius אתיקים. nã אתיקים generale eſt ad לשכות exedras, & צלעות thalamos. Deambulatorium מהלך iter. id eſt interuallum. Ad interiora, אל־הפנימית verſus interiora. ſub. cubicula pergendo. Interiora cubicula vocat quæ proxima erant atrio virorum, quod dicebatur atrium interius. Via דרך *per* viam. id eſt, via recta quæ fieri ac deſignari ſolet linea perpendiculari, hoc eſt via breuiſſima, non excedendo ſcilicet vnum cubitum, quæ vtrinque facit angulos rectos. Et aperturæ eorum, ופתחיהן & oſtia eorum. 5 Quia abſumebant cubicula ma. &c. כי־יוכלו אתיקים וגו׳ nam manſiunculæ detrahebant nonnihil ab iſtis *nempe* ab inferioribus, & à mediis *habitaculis* ædificii. Clarius vt nos vertimus: propter verbum abſumebant. & ædificium vocat murum ædificii. Iſtud autem intelligi debet ſecundum partem exteriorem ædificii: nam parte interna erat ædificatum ipſum ædificium ad perpendiculum. Erant ergo parte interiore æqualis capacitatis. Solet autem murus ædificiorum parte exteriore denſior eſſe ac craſſior parte infima quàm ſuperiore, aut ſuprema. 6 Anguſtiora erant נאצל Ad verbum, retractus erat. vel arctatus & conſtrictus, ſub. locus ſupremorum cubiculorum. i. arctior erat loco imorum & mediorum, vergendo ad terram, ſiue reſpectu terræ. Nos vocamus *Retraictes*.

9 Subter, &c. ומתחת Et ſub. id eſt in parte humiliore & depreſſiore. q. d. ab ima parte exedrarum erat introitus templi. nam ingreſſus erat ab Oriente in pede ipſius montis in quo ædificatum erat templum: & mons aſcendebat ab Oriente in Occidentem. Quũ quis ing. בבואו Ad verbum, in ingrediendo ipſum. quod doctus inter Hebræos exponit, בבוא מי שיבוא dum ingreditur quiſquis ingreditur.

10 Verſus Orientem דרך הקדים Ad verbum, via Orientis. Et coram ædificio ואל־פני הבנין Latinè dixeris, quod quidem erat ante ædificium ipſum, ſiue templum, vt præcedenti capite, verſu 15. Inter atrium exterius & ſolarium templi poſita erant cubicula Septentrionalia. 11 Secundum longitudinem illorum, &c. כארכן כן רחבן וגו׳ Ad verbũ, ſicut longitudo eorũ ſicut latitudo eorũ, &c. Hebraiſmus, acſi dicat, ſecundum longitudinem illorum cubiculorum Septentrionalium, ſic erat longitudo iſtorum Orientalium: talis erat & latitudo vtrorunque: omnéſque egreſſus iſtorum cubiculorum, ſimiles erant introitibus cubiculorum Orientalium: eadem iſtorum omnium ratio, ac etiam oſtia ſimilia erant oſtiis Orientalium cubiculorum.

C gitudinem eorum, ſic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & ſimilitudines, & oſtia eorum.

12 Secũdum oſtia gazophylaciorum quę erant in via reſpiciente ad Notũ: oſtiũ in capite viæ, quæ via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam Orientalem ingredientibus.

13 Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Auſtri, quæ ſũt ante ædificium ſeparatũ: hæc ſunt gazophylacia ſancta, in quibus veſcuntur ſacerdotes qui appropinquant ad Dominum in ſancta ſanctorũ: ibi ponẽt ſancta ſanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enĩ ſanctus eſt.

14 Quum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atrium exterius: & ibi reponent veſtimenta ſua in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtientúrque veſtimẽtis aliis, & ſic procedent ad populum.

15 Quúmque compleſſet mẽſuras domus interioris, eduxit me per viam
D portæ quæ reſpiciebat ad viam Orientalem: & mẽſus eſt eam vndique per circuitum.

16 Menſus eſt autem contra ventum Orientalem calamo menſurę: quingẽtos calamos in calamo menſuræ per circuitum.

17 Et menſus eſt contra ventum Aquilonis quingentos calamos, in calamo menſuræ per gyrum.

18 Et ad vẽtum Auſtralem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ

19 Per circuitum. & ad ventum Occidentalem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ.

20 Per quatuor ventos menſus eſt murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorũ, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidẽtem inter ſanctuarium & vulgi locum.

Cap. XLIII.

1 ET duxit me ad portam quæ reſpiciebat ad viam Orientalem:

2 Et ecce gloria Dei Iſrael ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei quaſi vox aquarum multarũ, & terra ſplendebat à maieſtate eius.

Suprà 9.a.1

3 Et vidi viſionem [ſecundum ſpeciẽ quam videram, quando venit vt diſperderet ciuitatem: & ſpecies ſe-

gitudo iſtorum, ſic latitudo iſtorum: & omnes exitus iſtorum, iuxta rationem illorum,″ & ſecundum oſtia illorum.

12 ″Et ſecũdum oſtia cubiculorum quæ *erant ad* viam Meridianam, *erat* oſtium ad caput viæ, viæ *inquam quæ erat* eregione illius muri″elegantis, ad viam Orientalem″ingredientibus.

13 ″Et dixit ad me, Cubicula Aquilonaria *&* cubicula Meridionalia, quæ *ſunt* ante ſolarium illud, ſunt cubicula″ ſanctitatis, in quibus comedent ſacerdotes″qui appropinquant Iehouæ, ″ſanctificationes ſanctificationum: ibi deponent ſanctificationes ſanctificationum,″& oblationẽ, & ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro delicto: locus enim ille ſanctus eſt.

14 ″Quum ingreſſi fuerint *ipſa* ſacerdotes,″non egredientur de ſanctitate in atrium exterius, ſed ibi deponent veſtimenta ſua″ *cũ* quibus miniſtrauerint, quia ſanctitas ſunt: induéntque veſtes alias,″& accedent ad ea quæ ſunt populi.

15 Compleuit itaque dimenſiones″domus interioris, & eduxt me per viam portæ cuius facies erat ad viam Orientalem,″menſúſque eſt eam circumcirca.

16 ″Menſus eſt angulum Orientalem″calamo menſuræ quingentis calamis,″calamo menſuræ″per circuitum.

17 Menſus eſt *&* angulum Aquilonarem quingentis calamis, calamo menſuræ per circuitum.

18 Angulum *quoque* Meridianum menſus eſt quingentis calamis, calamo menſuræ.

19 Circuiuit *etiam* ad angulum Occidẽtalem, *&* menſus eſt *illud* quingentis calamis, calamo menſuræ.

20 Ad quatuor angulos″menſus eſt illam: murus *erat* ei circumcirca longitudinis quingentorum calamorum, & latitudinis quingentorum calamorum″ad diuidendum inter ſanctum & profanum.

Cap. XLIII.

Videt gloriam Dei intra templum, à quo antè receſſerat.

1 ET deduxit me ad portam, portam *inquam* quæ reſpiciebat ad viã Orientalem:

2 Et ecce″gloria Dei Iωſraél veniebat″de via Orientali: ″vóxque eius tanquam vox aquarum multarum, & terra ipſa ſplendebat propter gloriam eius.

3 Et viſio quam vidi *erat* ſecundum viſionem, ſecũdum viſionem *inquam* quam vidi″ dum veni ad perdendum ciuitatem: viſiones

Et ſecundum oſtia illorum. וכפתחיהן: & ſecundum ingreſſus[vel introitus]illorum.

12 Et ſecundũ oſtia וכפתחי Et ſicut ingreſſus. vel, introitus. Elegantis, הגינה politi. ex lapidibus politis facti. Ingredientibus. בבואן: Ad verbum, in ingrediendo illos. i. quum aliqui ingrediuntur. 13 Et dixit ויאמר Sub. vir ille qui ante apparuit mihi. Sanctitatis, הקודש .i. ſancta, quia attribuentur ſacerdotibus qui per vices fungentur officio ſacerdotali. Qui appropin. Ieh. אשר־קרובים ליהוה qui accedunt ad Iehouam. i. qui funguntur munere ſacerdotali. Hebraiſmus. Plena eſt loquutio capite ſequenti, verſu 19. Sãctificationes ſanctific. קדשי הקדשים ſanctitates ſanctitatum. i. carnes victimarum conſecratarum & immolatarum in honorẽ Domini, quas illic reſeruabunt, nec exportabunt alió. Et oblationem, והמנחה Hic ו &, pro id eſt accipitur. nam declarat ſpeciatim quid vocarit ſanctificationes. 14 Quum ingr. fue. *ipſa* בבואם ſub. cubicula. Non egredientur de ſan. ולא־יצאו מהקודש Ad verbũ, & non egrediẽtur Redundat coniunctio. Sanctitatẽ autem vocat locum illum ſanctum, ſiue cubicula illa ſancta. Non egredientur, ſub. cum veſtibus ſacerdotalibus, vt apertè declarat infrà cap. 44. e. 19. *Cum* quibus miniſt. אשר־ישרתו בהן Ad verbum, *cum* quibus miniſtrabũt in eis. Redundat in eis. Et accedent, &c. וקרבו וגו' .i. accedẽt ad veſtes vulgares quibus vtitur vulgus: hoc eſt contingent veſtes nõ ſacras. 15 Domus interioris, הבית הפנימי .i. templi, nempe היכל. Menſuſque eſt eam ומדדו .i. domum illam. Relatiuum pro antecedente q. d. totum templum cum appendicibus menſus eſt. 16 Menſus eſt, &c. מדד רוח הקדים Declarat poſteriora verba præcedẽtis verſus. Angulum Orientalem vocat partem ſiue latus templi Orientale. Calamo menſuræ בקנה המדה Vide ſuprà cap. 40. a. 3. Calamo menſuræ בקנה המדה ad calamum menſuræ. i. ad menſuram calami ſacri. Per circuitum. סביב: ſub. eius lateris. 20 Menſus eſt illam מדדו ſub. domum. i. templum illud. Ad diuidendum, &c. להבדיל וגו' ad ſeparandum inter, &c. hoc eſt ad diſtinguendum inter templum & vrbem, quæ collata ipſi templo, quod erat ſanctiſſimum, cenſebatur velut profana.

IN CAPVT XLIII.

2 Gloria כבוד maieſtas. Deſcribit reditum gloriæ[ſiue maieſtatis]Diuinæ in templum, à quo prius abſceſſerat propter peccata populi, vt ſcribitur cap. 9. a. 3. q. d. Tunc apparuit mihi quidpiam inſigne ac magnificum quod præ ſe ferebat præſentiã Domini Dei. De via Orientali: מדרך הקדים per viam Orientalem. per quam ſcilicet prius abſceſſerat. Vóxque eius tanquam vox וקולו כקול ciúſque ſonus velut ſonus. vel, ſtrepitus, velut ſtrepitus. id eſt, ſimilis ſtrepitui aquarum multarum, vel magnarum, quæ ſcilicet magno impetu defluũt, & ingentem edunt ſtrepitum. 3 Dum veni ad perdendum ciuitatem: בבואי לשחת את־העיר Id eſt quando vaticinatus ſum futuram euerſionem vrbis Ieroſolymorum à Chaldæis.

quoque *erant* ſecundum viſionem quam viderã iuxta fluuium Chebár,& cecidi in faciem meam.

Gloria inquam Iehouæ ingreſſa eſt domũ *per* viam portæ cuius facies *erat ad* viam Orientalem. 4

Et eleuauit me″Spiritus,introduxítque me in atrium ″interius: ″& ecce repleuerat gloria Iehouæ domum. 5

Idololatriam filiorum Iſrael cõmemorat,ꝑpter quam cõſumpti ſunt.

Et audiui *Deũ* loquẽtẽ mihi de domo,& quidam ſtabat iuxta me. 6

Et dixit ad me,Fili hominis,″*vide* locum ſolii mei, & locum plãtarum pedum meorum, ″in quo habitabo in medio filiorum Iשſraאél in ſeculum:& non polluẽt vltrà domus Iשſraאél nomen ſanctum meum ipſi & Reges eorum fornicatione ſua,″& cadaueribus Regum ſuorum, *&* excelſis ſuis. 7

″Quum poſuerint limen ſuum iuxta limẽ meum,& poſtẽ ſuum iuxta poſtem meum(*unicus* enim paries *erat* inter me & eos:)″polluerunt tamen nomen ſanctum meum abominationibus ſuis quas fecerunt:″ideo conſumpſi eos furore meo. 8

Iubetur eos reuocare ad pœnitentiam.

Nunc *verò*″longè faciant fornicationem ſuam , & cadauera Regum ſuorum à me,& habitabo in medio eorum in ſeculum. 9

Tu fili hominis,annuntia domui Iשſraאél″domum iſtam,&″erubeſcant propter iniquitates ſuas,″& metiantur exemplar. 10

″Quòd ſi erubuerint de omnibus quæ fecerũt, figuram domus, & diſpoſitionem eius,& exitus eius,& introitus eius, & omnes″figuras eius,& omnes″deſcriptiones eius,& omnes ″picturas eius,″& omnes leges eius″indica eis:& deſcribe in oculis eorum, ″cuſtodiántq; omnẽ formã eius,& omnes deſcriptiones eius,& faciãt eas. 11

Deſcriptio altaris.

Iſta eſt″lex domus,Super verticem montis *erit:*″omnis terminus eius circũcirca,ſanctitas ſanctitatũ erit.en iſta eſt lex illius dom⁹. 12

Iſtæ autem *ſunt* menſuræ altaris ″in cubitis: cubitus *de quo loquor,eſt* cubitus *cõmunis* & quatuor digiti:″*in* medio *altaris erat altitudo* cubiti *unius* & cubiti *unius* latitudo : clauſura autem illius quæ erat ad labium eius per circuitum,erat *alta* palmum vnũ:hæc eſt altitudo altaris. 13

A medio autem ″terræ vſque ad locum ″inferiorem *erant in longi-* 14

cundum aſpectum‖ quẽ videram iuxta fluuium Chobár:& cecidi ſuper faciem meam. Suprà 1.a.1

4 Et maieſtas Domini ingreſſa eſt tẽplum per viam portæ quæ reſpiciebat ad Orientem.

5 Et eleuauit me Spiritus,& introduxit me in atriũ interius:& ecce repleta eſt gloria Domini,domus.

B

6 Et audiui loquentem ad me de domo,& vir ſtabat iuxta me.

7 Et dixit ad me, Fili hominis, locus ſolii mei,&locus veſtigiorum pedum meorum,vbi habito in medio filiorũ Iſrael in æternum:& non polluent vltrà domus Iſrael nomẽ ſanctũ meum, ipſi,& Reges eorum in fornicationibus ſuis,& in ruinis Regum ſuorum, & in excelſis.

8 Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum , & poſtes ſuos iuxta poſtes meos: & murus erat inter me & eos:& polluerũt nomẽ ſanctũ meũ in abominationibus quas fecerunt: propter quod conſumpſi eos in ira mea.

9 Nunc ergo repellant procul fornicationẽ ſuam, & ruinas Regum ſuorum à me,& habitabo in medio eorũ ſemper. C

10 Tu autem fili hominis,oſtende domui Iſrael templum, & confundãtur ab iniquitatibus ſuis: & metiantur fabricam.

11 Et erubeſcãt ex omnibus quæ fecerunt: figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnem deſcriptionem eius , & vniuerſa præcepta eius, cunctúmque ordinẽ eius, & oẽs leges eius oſtẽde eis:& ſcribes in oculis eorũ, vt cuſtodiãt oẽs deſcriptiões eius,& præcepta illius,& faciant ea.

12 Iſta eſt lex domus,In ſũmitate mõtis omnis finis eius,in circuitu ſanctũ ſanctorũ eſt. hæc eſt ergo lex domus.

D

13 Iſtæ autem menſuræ altaris in cubito veriſſimo,qui habebat cubitum & palmum: in ſinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vſque ad labium eius, in circuitu palmus vnus : hæc quoque erat foſſa altaris.

14 Et de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti,& latitu-

---

5 Spiritus, רוח ſub.Dei,Spiritus propheticus. Interius: הפנימי .i.ſacerdotum. Et ecce repleuerat והנה מלא .i.& mox repletum fuit templum ipſum gloria & maieſtate Dei.

7 *Vide* locum את־מקום Verbum omiſit Propheta quòd eſſet turbatus. Quidam particulam את redundare dicunt:aut nominatiuo ſeruire,ſicut etiam nonnunquam ſeruit,& ſubauditur EST,vt vertas,Locus ſolii mei eſt,&c. In quo habit. אשר אשכן־שם Ad verbum,in quo habitabo ibi. Redundat IBI. Expoſitio autem eſt illius quod dixerat, Et locum plantarum pedum meorum. Et cadaueribus, &c. ובפגרי מלכיהם במותם : Loca ſacra contactu cadauerum polluebantur. Alludit autem ad Amon & Manaſſen qui ſepulti fuerũt in hortis ſuis prope templum.Excelſa vocat quæ extruxerant in honorem deorum,vel ad ſepulchra Regum ſuorum.

8 Quum poſuerint, &c. בתתם ספם את־ספי Id eſt licet domos regias & palatia ſua iuxta templum meum conſtruxerint, non tamen eo puriores fuerunt,ſed omnibus abominationibus ſtuduerunt,me & templum meum contemnentes. Polluerunt tamen וטמאו Ad verbũ & polluerunt. Ideo cõſum. ואכל Ad verbũ,Et cõſumpſi.eſt coniug.piel à כלה. 9 Lõgè fac. ירחקו repellant procul.ſub.à ſe.

10 Domum iſtam, את־הבית Id eſt futurum templum extruendum & nunquam deſtruendum,quòd in ea perpetuo habitaturus ſit. Et erubeſcant prop.&c. ויכלמו מעונותיהם & pudeat eos iniquitatum ſuarum. Et metiantur exem. ומדדו את־תכנית : .i.nitantur intelligere,& diſcant figuram ac ſtructuram illius ædis. Quidam vertunt,& metiantur ſummam. Alii,numerum. Alii,diſpoſitionem,ſub.domus.vt verſu ſequenti. 11 Quòd ſi erubuerint, &c. ואם־נכלמו וגו׳ Id eſt,Si videris eos reſipiſcere. Si pudeat eos malorum quæ admiſerunt. Figuras e. צורותיו ſculpturas eius.vel cælaturas eius.eadẽ vox quæ verſu præcedẽti.Pronomen refert templũ ſimpliciter. Deſcriptiones e. חוקותיו Hoc pertinet ad thalamos,cellulas,menſas,& cætera neceſſaria. Picturas e. צורותיו cherubimorum ſcilicet & palmarum. Et omnes leges e. וכל־תורותיו & totam rationem eius. Alii,& omnem ritum eius. Iſtud pertinet ad diuiſionem atriorum. Indica eis: הודע אותם Ad verbum,ſcire fac eos. Alii,oſtende eis. Cuſtodiántque omnem for.e. וישמרו את־כל־צורתו ſub.in corde ſuo.i.teneant memoria vniuerſam figuram eius. Alii,vertunt per futurum,& cuſtodient,& facient.

12 Lex domus: תורת הבית .i.ratio ipſius templi. Omnis terminus,&c. כל־גבולו וגו׳ Id eſt totus ille mons per circuitum erit ſacroſanctus. 13 In cubitis: באמות Id eſt ad rationem cubitorum illorum ſacrorum. Vide ſimilia ſuprà cap. 40. a.5. *In* medio וחיק Ad verbum,& ſinus. Quia verò ſinus eſt corporis medium,pro medio accipitur. Hebræi pro fundamento accipiunt. In medio(inquit) altaris erat eminentia,ſiue altitudo quædam cubiti vnius,hoc eſt pars quædam extabat ac eminebat,longa cubitum vnum,& lata itidem cubitum vnum. Dicitur autem pars illa מקום המערכה locus diſpoſitionis : quòd illic diſponerentur ligna ad cremandas hoſtias quæ offerebantur Domino. 14 Terræ הארץ Id eſt ſpatii illius ac interualli interiecti inter atrium inferius & atriũ ſuperius. Atrium ſacerdotum erat diuiſum in duo atria ,nempe in atrium inferius,id eſt ſpatium illud quod vergebat ab altari verſus atrium virorum Orientem verſus:& in atrium ſuperius, quod vergebat ab eo altari verſus veſtibulum: ita dictũ quòd eſſet loco eminentiore propter accliuitatem montis. Fortè atrium iſtud ſuperius,dicebatur atrium maius,dignitate ſcilicet. Vtrum autem eorum fuerit maius aut minus quantitate, ignoratur. Porrò inter duo illa atria erat locus , ſiue ſitus illius altaris. Doctiores exiſtimant atrium inferius fuiſſe atrium paruum. Inferiorem התחתונה Id eſt vſque ad atrium inferius.

do cubiti vnius: & à crepidine minore vſque ad crepidinem maiorẽ quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.

Ipſe autem ariel quatuor cubitorũ: & ab ariel vſque ad ſurſum, cornua quatuor.

E Et ariel duodecim cubitorum in lõgitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrãgulatum æquis laterib⁹.

Et crepido quatuordecim cubitorũ, longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ei⁹: & corona in circuitu eius dimidii cubiti, & ſinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus autem eius verſi ad Orientem.

Et dixit ad me, Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Hi ſunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatũ, vt offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanguis.

F Et dabis ſacerdotib⁹ & Leuitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedũt ad me, ait Dominus Deus, vt offerãt mihi vitulum de armento pro peccato.

Et aſſumẽs de ſanguine eius pones ſuper quatuor cornua eius, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu: & mundabis illud & expiabis.

Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & combures eum in ſeparato loco domus, extra ſãctuariũ.

Et in die ſecunda offeres hircum caprarum immaculatum, pro peccato: & expiabunt altare, ſicut expiauerũt in vitulo.

G Quúmque cõpleueris expiãs illud, offeres vitulum de armento immaculatũ, & arietẽ de grege immaculatũ.

Et offeres eos in cõſpectu Domini: & mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent eos holocauſtum Domino.

Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armẽto, & arietem de pecoribus immaculatos offerent.

Septem diebus expiabũt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius.

Expletis autem diebus, in die octaua & vltrà, facient ſacerdotes ſuper

tudine duo cubiti,ʹlatitudo autem *erat* cubiti vnius: à loco verò illo minore vſque ad locum maiorem *erant in longitudine* quatuor cubiti, & latitudo *erat unius* cubiti.

15 ″Altare autem″quatuor *erat* cubitorum: & ab eo altari & ſurſum, cornua quatuor erant.

16 ʹPorrò altare ipſum duodecim *cubitorum erat* in lõgitudine, cũ duodecim latitudinis: quadratum erat in quatuor ″quadrangulis ſuis.

17 ″Atrium autẽ illud quatuordecim cubitorum lõgitudinis cum quatuordecim latitudinis, in quatuor quadrangulis eius:″clauſura verò quæ erat in circuitu eius, erat dimidii cubiti *in altitudine*,″mediũ quoque ei erat cubiti *unius* per circuitum: gradus autem eius″erant verſus Orientem.

18 Et dixit ad me, Fili hominis, Sic dixit Domin⁹ Deus,″Hæc ſunt ſtatuta altaris die quo factum fuerit ipſum: ad offerendum ſuper illud holocauſtum,″& ad ſpargendum ſuper illud ſanguinem. ʹRit⁹ ſacrificãdi.

19 ″Et dabis ſacerdotibus ʹLeuitis, qui ſunt de ſemine ″ẋSadóc, ″qui accedunt ad me, ait Dominus Iehouáh, vt miniſtrent mihi, vitulũ filium vaccæ in victimam pro peccato.

20 Et capies de ſanguine eius, ponéſq; in quatuor ″cornibus illius, & in quatuor angulis ʹeius atrii, ″& in clauſura quæ eſt in circuitu, mundabíſque illud, atque expiabis illud.

21 Tolles quoque vitulum *oblatum* pro peccato, ″& comburet eum ″ſecundum præceptum domus,″extra ſanctuarium.

22 ʹDie verò ſecunda offeres hircum caprarum ʹperfectum *in hoſtiam* pro peccato,″& expiabunt altare ſicut expiauerunt vitulo.

23 Quum compleueris expiare, offeres vitulum″filium vaccæ perfectum, & arietem de grege perfectum.

24 ʹEt offeres eos coram Iehouáh, & iniicient ſacerdotes ſuper eos ſal, offeréntque eos in holocauſtum Iehouæ.

25 Septem diebus″facies hircum pro peccato″per diem, vitulum etiam filium bouis, & arietem de grege perfectos facient.

26 Septem diebus expiabunt altare, ac mundabunt illud,ʹ& conſecrabunt manus ſuas.

27 Cæterũ″cõpletis illis diebus, die octauo & deinceps faciẽt ſacer

Latitudo autem ורוחב Id eſt ſpatium illud, ſiue pars illa quæ erat ex vtraque parte altaris, & ſupererat ac remanebat ex quatuordecim cubitis ipſius atrii inferioris, in quorum ſpatio ſitum erat altare illud duodecim cubitorum, erat latum ex vtraque parte ipſius altaris cubitum vnum. 15 Altare autem וההראל Baſis autem altaris. Dicta eſt baſis altaris הראל, id eſt mons Dei, quòd ſolerent extruere aras ſuas, & colere idola in montibus. Aiunt & altare dictum fuiſſe אריאל leo Dei, quòd ignis de cælo demiſſus, videretur illis vt leo recumbere: vel quòd inſtar leonis, pars eius anterior eſſet latior ſiue laxior poſteriore. Quatuor *erat* cubitorum, ארבע אמות ſub. in longitudine, latitudine, & altitudine. 16 Porro altare ip. והאריאל Id eſt anterior ac ſuperior pars altaris quæ impoſita erat ipſi baſi. Quadrangulis ſuis. רבעיו Significat latera quadranguli: vnde quidam vertunt, in quatuor lateribus ſuis.

17 Atrium autem illud והעזרה De inferiore atrio paruo loquitur. Clauſura verò והגבול Ad verbum, Terminus verò. vel limes, id eſt corona ambiens atrium ipſum, erat dimidii cubiti in altitudine. Medium quoque והחיק meditullium quoque. In medio illius atrii erat aliquid altum cubitum vnum per circuitum. ignorant Hebræi quidnam fuerit. Erant verſus Orientem. : פנות קדים Ad verbum, aſpiciebant Orientem. 18 Hæc ſunt ſtatuta אלה חוקות Hi ſunt ritus. Hæ ſunt leges. ſub. obſeruandæ circa altare illud. Et ad ſpargendum ולזרוק & ad effundendum. 19 Et dabis ונתתה q.d. Primò trades &c. Leuitis הלוים Id eſt Leuitici generis, de tribu Leui. ẋSadóc צדוק Hic primus functus eſt munere ac officio ſummi ſacerdotis in templo Salomonico. Qui accedunt ad me, הקרובים אלי Vide præcedenti capite, verſu 13. 20 Cornibus illius, קרנותיו ſub. altaris. Eius atrii, העזרה ſubaudi, inferioris. de quo paulo antè, verſu 17. Et in clauſura ואל־הגבול Vide paulo antè verſu 17.

21 Et comburet eum ושרפו ſub. ille cui munus illud demandatum fuerit. Secundum præceptum domus, במפקד הבית in præcepto ædis. id eſt, in parte, ſiue loco ædis ad id iuſſu ac præcepto Domini deſtinato cremandis carnibus hoſtiarum oblatarum in honorem Domini. Extra ſanctuarium. : מחוץ למקדש citra ſanctuarium. i. atrium illud inferius quod ſanctificatum erat ſanguine vituli.

22 Die verò ſecunda וביום השני Poſtero autem die. vel, Poſtridie autem. Perfectum תמים immaculatum. vel, integrum. id eſt, in quo nullum ſit vitium. Et expiabunt וחיטאו ſub. ſacerdotes. Alii, & mundabunt.

23 Filium vaccæ perfectum, בן־בקר תמים filium bouis [ſiue vitulum] integrum. id eſt qui careat omni vitio.

24 Et offeres eos והקרבתם Et offeres illa. 25 Facies תעשה .i. ſacrificabis. ſic Exo.10.d.25 Per diem, ליום per dies ſingulos.

26 Et conſecrabunt ma. ſuas. : ומלאו ידיו Ad verbum, & replebunt manus eius. i. ſacerdotes replebunt carnibus victimarum manus ſacerdotis offerentis ac fungentis officio ſacerdotali. vel replebunt manus ſuas. ſub. munere offerẽtis. Chaldæus paraph. & offerent oblationes ſuas. Doctus inter Hebræos vertit, & replebunt loca eius. i. ſuperficiem eius altaris. q.d. offerent oblationes eius quæ in illo offerri debent.

27 Completis illis, &c. ויכלו את־הימים וגו׳ Exactis autem illis diebus, die octauo atque in poſterum. Ad verbum, Et complebunt dies illos *ſeptem*, & erit, in die octauo, & vltrà facient, &c.

dotes ſuper altare ipſum holocauſta veſtra,&pacifica veſtra:″& placatus ero vobis,ait Dominus Iehouáh.

Cap. XLIIII.

Quæ porta tẽpli ſit clauſa,oſtẽdit.

1 ET reduxit me ad viam portæ″ſanctuarii exterioris reſpiciẽtem ád Orientem:& ea *erat* clauſa.

2 Et dixit ad me Iehouáh, Porta hæc′clauſa erit, nõ aperietur,neque quiſquam ingredietur per eam:quoniam Iehouáh Deus Iשſraאél ingreſſus eſt per eam,erítque clauſa.

3 Principis erit, princeps ipſe manebit in ea′vt comedat panem corã Iehouáh:per viam veſtibuli portæ *eius* ingredietur,*&* per viam eius egredietur.

4 ″Et adduxit me *per*viam portæ Aquilonaris″coram domo,& vidi,& ecce repleuerat gloria Iehouæ domum Iehouæ, & cecidi ſuper faciem meam.

Reddit Domin⁹ prophetam attẽtum.

5 ″Et dixit ad me Iehouáh,Fili hominis,″pone cor tuum,& aſpice oculis tuis,& auribus tuis audi quæcunque ego loquor tecum de omnibus″ſtatutis domus Iehouæ,& de cũctis Legib⁹ eius:″ponas itẽ cor tuum ad ingreſſum domus,per omnes egreſſus ſanctuarii.

Iubetur populo exprobrare ſua ſcelera.

6 Et dices ad rebellem, ad domum Iשſraאél, Sic dixit Dominus Iehouáh,″Sufficiat vobis de omnib⁹ abominationibus veſtris,domus Iשſraאél.

Incircuncifus corde & carne.

7 Quòd induxeritis alienigenas incircunciſos corde & incircunciſos carne,″vt eſſent in ſanctuario meo ad polluendum ipſam domum meam:dum obtuliſtis″panem meum,*id eſt* adipem & ſanguinẽ:″& diſſoluerunt pactũ meũ per omnes abominationes veſtras:

8 Et nõ ſeruaſtis cuſtodiam ″ſanctitatum mearum, ″ſed poſuiſtis ″cuſtodes cuſtodiæ meæ in ſanctuario meo vobis:

Qui admittendi ad miniſterium templi,& qui ab illo reiciendi.

9 Sic dixit Dominus Iehouáh, Nullus filius alienigenæ incircunciſus corde & incircũciſus carne ingredietur ſanctuarium meum, ex omnibus filiis alienigenarũ qui ſunt in medio filiorũ Iשſraאél.

10 Et Leuitæ illi qui longè receſſerunt à me quando errauit Iשſraאél,″qui errauerunt à me″*euntes* poſt idola ſua,portabunt″iniquitatem ſuam:

11 Erúntque in ſanctuario meo miniſtri, præpoſiti portis domus, & miniſtrantes in domo: ipſi mactabunt holocauſtum & victimã populo,ipſíque″ſtabunt in conſpectu eorũ vt miniſtrent eis.

12 Eo quòd miniſtrauerunt illis in conſpectu idolorum ſuorum, fuerúntque domui Iשſraאél″in offendiculum iniquitatis, idcirco

altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

Cap XLIIII.

1 ET cõuertit me ad viam portæ ſanctuarii exterioris,quę reſpiciebat ad Orientem:& erat clauſa.

2 Et dixit Domin⁹ ad me, Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam,eeritque clauſa

3 Principi: prĩceps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem coram Domino: per viam portę veſtibuli ingredietur, & per viam eius egredietur.

4 Et adduxit me per viã portæ Aquilonis in conſpectu domus, & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Domini,& cecidi in faciem meam.

5 Et dixit ad me Dominus,Fili hominis, pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ád te de vniuerſis ceremoniis domus Domini & de cunctis Legib⁹ ei⁹: & pones cor tuum in viis templi, per omnes exitus ſanctuarii. B

6 Et dices ad exaſperãtem me domũ Iſrael, Hæc dicit Domin⁹ Deus,Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra, domus Iſrael.

7 Eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircũciſos carne vt ſint in ſãctuario meo,& polluãt domum meã: & offertis panes meos, adipem & ſanguinem: & diſſoluitis pactum meum in omnibus ſceleribus veſtris:

8 Et non ſeruaſtis præcepta ſanctuarii mei: & poſuiſtis cuſtodes obſeruationum mearum in ſanctuario meo vobiſmetipſis: C

9 Hæc dicit Dominus Deus, Omnis alienigena incircunciſus corde & incircunciſus carne nõ ingredietur ſanctuarium meum,omnis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael.

10 Sed & Leuitæ qui longè receſſerũt à me in errore filiorum Iſrael, & errauerunt à me poſt idola ſua,& portauerunt iniquitatem ſuam:

11 Erunt in ſanctuario meo æditui & ianitores portarum domus, & miniſtri domus: ipſi mactabunt holocauſta, & victimas populi: & ipſi ſtabunt D in conſpectu eorum vt miniſtrẽt eis.

12 Pro eo quòd miniſtrauerunt illis in conſpectu idolorum ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael in offendiculum

---

Et placatus ero ורצאתי & delectabor in vobis.id eſt,Singulari vos proſequar amore.deamabo vos.

IN CAPVT XLIIII.

1 Sanctuarii exter. המקדש החיצון Per atrium exterius Hebræi intelligunt היכל.id eſt templum:quòd ſit exterius reſpectu דביר,hoc eſt adyti.Latini vero intelligunt atrium ſacerdotum,ſanctificatum quidem propter altare quod in eo erat,& ſacrificia quæ illic fiebant,ſed minus ſanctum templo ipſo,& exterius reſpectu illius. 2 Clauſa erit, סגור יהיה ſub.populo, ſiue plebi,non autem ſacerdotibus,aut principi. 3 Vt comedat panem coram Ieho. לאכול־לחם לפני יהוה Id eſt vt veſcatur parte ſua victimarum pacificarum ad portam templi.vel iuxta templum in quo Dominus exhibiturus eſt ſuam præſentiam. 4 Et ad duxit me, ויביאני Et introduxit me.

Coram domo, אל־פני הבית Id eſt, ante templum. 5 Et dixit ויאמר ſub. de templo. Pone cor tuum, שים לבך appone cor tuum.Hebraiſmus, Aduerte.aduerte animum ſiue attende diligenter. Statutis domus חוקות בית ritibus domus.vel circa domum.

Ponas item cor tuum,&c. ושמת לבך וגו׳ Hebraiſmus,conſideres,& attendas diligenter omnes ingreſſus & egreſſus ædis ſiue templi.

6 Sufficiat vobis רב לכם Satis ſit vobis. q. d. ſat vobis ſit omnes iſtas abominationes perpetraſſe.ſatis ſupérque peccaſtis in me. Vide infrà cap.45.b.9. 7 Vt eſſent in ſanctuario meo להיות במקדשי Id eſt vt fungerentur officio ſacerdotali in templo meo.

Panem meum, את־לחמי Id eſt,eſcam meam. Et diſſoluerunt ויפרו & diſſipauerunt.irritum fecerunt.

8 Sanctitatum mearum, קדשי ſanctificationum mearum. Alii, ſacrorum meorum. Sanctificationes vocat ſacrificia in honorem Dei facta.q. d. non obſeruaſtis quæ præceperam ſeruari circa ſacrificia mea ſancta, conſtituentes ſacerdotes in templo meo pro arbitrio veſtro, non ex Legibus à me latis. Sed poſuiſtis ותשימון Ad verbum,& poſuiſtis.pro,ſed conſtituiſtis. Cuſtodes cuſtodiæ,&c. לשומרי משמרתי וגו׳ Hebraiſmus, pro,qui obſeruarent quæ obſeruanda iuſſeram in templo meo, pro arbitrio & nutu veſtro, non iuxta præceptum meum. Id ſignificat VOBIS. 10 Qui errauerunt à me אשר תעו מעלי qui *Iſraelitæ* errando defecerunt [vel errando receſſerunt] à me. *Euntes* poſt אחרי ſectando. Iniquitatem ſuam. עוונם: Id eſt pœnam iniquitati eorum debitam.Hebraiſmus,dabunt pœnas propter iniquitatem ſuam. 11 Stabunt in conſpectu eorum יעמדו לפניהם more ſcilicet miniſtrorum.Iſta videtur eſſe plena loquutio quæ conciſa legitur Gene.2.c.18, Adiutorium quod ſit coram eo.De muliere. 12 In offendiculum iniq. למכשול עון Hebraiſmus,fuerunt cauſa vt Iſraelitæ admiſerint iniquitatem grauiſſimam.

iniquitatis : idcirco leuaui manum meam ſuper eos,ait Dominus Deus, & portauerunt iniquitatem ſuam.

Et non appropinquabũt ad me vt ſacerdotio fungantur mihi,neque accedent ad omne ſanctuarium meum iuxta ſancta ſanctorum: ſed portabũt confuſionem ſuam,& ſcelera ſua quæ fecerunt.

Et dabo eos ianitores domus in omni miniſterio ei⁹,&in vniuerſis quę fient in ea.

E Sacerdotes autem Leuitæ filii Sadoc,qui cuſtodierunt ceremonias ſanctuarii mei quum errarent filii Iſrael à me,ipſi accedẽt ad me vt miniſtrẽt mihi:& ſtabunt in conſpectu meo, vt offerant mihi adipem & ſanguinem, ait Dominus Deus.

Ipſi ingrediẽtur ſanctuarium meũ, & ipſi accedent ad menſam meam vt miniſtrent mihi, & cuſtodiãt ceremonias meas.

Quúmque ingrediẽtur portas atrii interioris,veſtibus lineis induentur, nec aſcendet ſuper eos quicquam laneum , quando miniſtrãt in portis atrii interioris & intrinſecus.

Vittæ lineæ erũt in capitibus eorũ, & feminalia linea erũt in lumbis eorum,& non accingentur in ſudore.

Quúmque egrediẽtur atrium exterius ad populum,exuent ſe veſtimentis ſuis in quibus miniſtrauerant , & F reponẽt ea in gazophylacio ſanctuarii,& veſtient ſe veſtimentis aliis : & non ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis.

Caput autem ſuum nõ radent, neque comam nutrient: ſed tondentes attondent capita ſua.

Et vinum non bibet omnis ſacerdos, quando ingreſſurus eſt atriũ interius.

Leuit.21.c.13 ‖Et viduam, & repudiatam non accipient vxores : ſed virgines de ſemine domus Iſrael, ſed & viduam quæ fuerit vidua à ſacerdote,accipient.

Et populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutũ, & inter mũdum & immundum oſtendẽt eis.

Et quũ fuerit controuerſia,ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt:Leges meas , & præcepta mea in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodiẽt,& ſabbatha mea ſanctificabunt.

Et ad mortuum hominẽ non ingredientur,ne polluantur:niſi ad patrem & matrem , & filium & filiam, & fratrem & ſororem quæ alterum virum habuerit:in quibus cõtaminabũtur.

G Et poſtquam fuerit emundatus,ſeptem dies numerabuntur ei.

'leuaui manum meam ſuper eos,dixit Dominus Iehouáh, & portabunt iniquitatem ſuam.

13 Nec appropinquabunt mihi vt ſacerdotio fungantur mihi, "& accedẽt ad omnes ſanctificationes meas,*id eſt* ad ſanctitates ſanctitatum: "ſed portabunt ignominiam ſuam , & abominationes ſuas quas fecerunt.

14 Et ponã eos cuſtodes"cuſtodiæ domus in omni miniſterio eius, atque in omnibus quæ fient in ea.

15 Sacerdotes autem Leuitæ"filii ẍSadóc,qui cuſtodierunt cuſtodiam ſanctuarii mei quum errarẽt filii Iשׂraẍél à me, ipſi accedẽt ad me vt miniſtrent mihi, ſtabúntque in cõſpectu meo vt offerãt mihi adipem & ſanguinem,ait Dominus Iehouáh.

Quos ex ſacerdotib⁹ velit admitti in ſanctuarium ſuum præſcribit ſimul & eorum officium.

16 Ipſi ingredientur ſanctuarium meum,ipſíque accedent ad menſam meam vt miniſtrent mihi,& cuſtodient"cuſtodiam meam.

17 Erit autem, quum ingredientur portas atrii interioris,veſtibus lineis induent ſeſe,nec aſcendet ſuper eos lana, quando miniſtrauerint in portis *eius* atrii interioris,"& intrinſecus.

18 Cidares lineæ erunt in capite eorum,& feminalia linea erunt in lumbis eorum,non accingent ſe "in *locis* ſudoris.

19 'Quum autem egredientur in atrium exterius,in atrium *inquam* exterius,ad populum,exuent ſeſe veſtimentis ſuis cum quibus miniſtrauerant,& deponent ea in cubiculis ſanctuarii,veſtient autem ſe veſtimentis aliis: '& non ſanctificabunt populum veſtibus ſuis.

20 Neque caput ſuum radent,& cæſariem "non demittent:attondendo attondent capita ſua.

21 Vinum item non bibent vlli ſacerdotes quando ingreſſuri ſunt 'atrium illud interius.

Vinum.

22 Viduam præterea, "aut repudiatam nõ accipient ſibi in vxores: ſed virgines de ſemine domus Iשׂraẍél,aut viduam quæ fuerit vidua *relicta* à ſacerdote,accipient.

Vxores

23 Et populum meum docebunt diſcernere inter ſanctum & profanum,& inter immundum & mundum docebũt eos diſcernere.

Inſtructuri populũ ſacerdotes, & lites compoſituri.

24 "Et in cõtrouerſia ipſi ſtabunt ad iudicandũ, "iuxta iudicia mea iudicabũt eam:Legéſque meas & decreta mea in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodient,& ſabbatha mea"ſanctificabunt.

25 Ad mortuum autem hominem nõ ingredietur ſacerdos vt polluat ſe: ſed ſuper patrem '& matrem,& filium & filiam,fratrem & ſororem quæ non fuerit viro,"contaminabit ſe.

26 'Poſtquam verò mundatus fuerit ipſe,ſeptẽ dies numerabũt ei.

Leuaui manum meam נשאתי ידי Vide ſuprà cap.20.a.5. 13 Et accedent,&c. ולגשת וגו' .i.vt miniſtrẽt mihi in ſacrificiis quæ ſacroſancta ſunt. Sed port.ign.ſ. ונשאו כלמתם ſed ferent cõfuſionẽ ſuã. vt præcedenti verſu,portabunt iniquitatem ſuã. 14 Cuſtodiæ domus משמרת הבית Cuſtodiam vocat ea quæ Deus præcepit obſeruari in ſuo templo. 15 Filii ẍSadóc, בני צדוק.i.nepotes Sadoc qui functus eſt officio ac munere ſacerdotali primus in templo Salomonis:vt dictum eſt præcedenti capite,verſu 19. 16 Cuſtodiam meam. משמרתי: .i.quæ cuſtodienda & obſeruanda iuſſi. 17 Et intrinſecus. וביתה: & parte interna.vel,parte penitiore, ſub.templi. 18 In *locis* ſudoris. ביזע: .i.in partibus corporis in quibus excitatur ſudor.q.d. Non accingent ſeſe in parte corporis.inferiore.i.ſubterlumbos:neque in parte ſuperiore,puta ſub axillis,ſed in parte media corporis.

19 Quum autem egredientur ובצאתם Vide eadem ſuprà cap.42.c.14. Et non ſanctific. ולא־יקדשו ne ſanctificent populum, id eſt veſtes plebeiorum contactu veſtium ſuarum:hoc eſt ne videantur veſtes populi reddi ſanctiores contactu veſtium ſacrarũ. Videntur enim profana reddi ſacra contactu ſacrorum. 20 Non demittent: לא ישלחו .i.non geſtabunt comam demiſſam.non nutrient comam. 21 Atrium illud interius. אל־החצר הפנימית: Per atrium interius partem poſteriorem atrii ſacerdotũ intelligit,quam prius vocauit atrium ſuperius,nempe ſpatium illud quod erat ab altari verſus veſtibulum. nã atrium inferius erat pars anterior ipſius atrii ſacerdotum,ideò quòd primùm ſe offerebat introeuntibus. 22 Aut repudiatam וגרושה Hic ו pro aut poſitum,vt etiam mox,aut viduam quæ,&c.vbi ו Hebraicè legitur. 24 Et in controuerſia ועל־ריב Et ſuper litem.vel controuerſiam.Alii,Et oborta lite ipſi ſtabunt,&c. Iuxta iudicia mea כמשפטי per Leges meas.Legibus meis. Sanctificabunt. יקדשו: .i.obſeruabunt diligenter,& obſeruanda curabunt. 25 Et matrem, ולאם Hic & ſequentibus,ו pro aut poſitum. Contaminabit ſe. יטמא: .i.accedet & ingredietur,& ſepeliet eum officii gratia:& ita polluet ſe. 26 Poſtquam,&c. ואחרי וגו' Et poſt purificationem ſuam,ſeptem *alii* dies numerabuntur ei.vel numerabunt illi.i.Poſteaquam expiauerit ſeſe ſpatio ſeptem dierum à pollutione illa quam contraxerat propter contactum, vel præſentiam cadaueris,alii ſacerdotes numerabunt ei ſeptem alios dies, ne ſcilicet ille obliuiſcatur numeri dierum quatuordecim quibus expiabit ſeſe,antequam admittant eum in atrium.Vel iuxta aliorum opinionem, Et poſt purificationem ſuam,ſeptem dies nume-

rabunt illi.i.poſteaquam receſſerit ac ſeparauerit ſeſe à cadauere illo(nam vt præſentia illius polluerat ſeſe, ita abſentia eius videtur,ſeſe purificare)ſeptem dies numerabunt illi quibus expiet ſeſe.

17 Et die quo ingredietur″Sãctitatem,*id eſt* ad atriũ interius,vt miniſtret in ſanctitate,offeret oblationem *pro* peccato ſuo,ait Dominus Iehouáh.

Hæreditas ſanctorum.

28 Erit autem *ſacerdotium* eis″in hæreditatem,ego hæreditas eorum: & poſſeſſionem non dabitis eis in Iωſraél,ego poſſeſſio eorum.

29 Oblationem & ſacrificium pro peccato,& ſacrificium pro delicto comedẽt:″& quicquid dedicatum erit in Iωſraél,ipſorũ erit.

30 Et primitiæ omnium primitiuorũ omnis *fructus*,″& omnis oblatio omnium oblationum ex omnibus oblationibus veſtris,ſacerdotum erit: primitias quoque″paſtarum veſtrarum dabitis ſacerdoti,″vt ponat benedictionem in domo tua.

31 ″Nullum morticinum & raptũ tam de auibus quàm de animalibus,comedent ſacerdotes.

Cap. XLV.

Ex tota terra ꝑmiſſionis ſeparãtur quatuor portiones,quarũ prima ſacerdotibus & templo deputatur.

1 QVando autem diuidetis terrã ipſam in hæreditatem,″offeretis oblationem Iehouæ,″ſanctitatem de terra: longitudo *eius erit* quinque & viginti″milium, & latitudo decẽ milium:″ſanctitas erit in omni termino eius per circuitum.

2 ″Erunt ex hoc″pro Sanctitate, quingenti *in longitudinem cum* quingentis *in latitudinem*,quadratum *per* circuitum:quinquaginta autem″cubitorum″ſuburbanum ei per circuitum.

3 ″Ex menſura inquam iſta″menſurabis *id eſt ex* longitudine quinque & viginti milium,& latitudine decem milium:″& in ipſo erit″Sanctuarium,ſanctitas ſanctitatum.

4 ″Sanctitas de terra ipſa, ſacerdotibus miniſtris Sanctuarii erit, qui accedunt ad miniſtrãdum Iehouæ: & erit eis locus pro domibus,″& ſanctuarium pro ſanctuario.

Altera Leuitis.

5 Præterea *offeretis oblationem* vigintiquinque milium *calamorum* longitudinis, & decem miliũ latitudinis: eritque Leuitis miniſtris domus in poſſeſſionem″viginti cubiculorum.

Tertia ciuitati.

6 Poſſeſſionem quoque vrbis dabitis, quinque milium *calamorum erit* latitudo, & longitudo quinque & viginti milium eregione oblationis″illius ſanctitatis,vniuerſæ domui Iωſraél erit.

Quarta principi

7 Principis autem hinc & inde *erit portio*″iuxta oblationem ſanctita-

Et in die introitus ſui in ſanctuariũ ad atrium interius vt miniſtret mihi in ſanctuario,offeret pro peccato ſuo, ait Dominus Deus.

¶Erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum:& poſſeſſionem nõ dabitis eis in Iſrael, ego enim poſſeſſio eorum.

Deut.18.a.2 num.18.c.20

Victimã & pro peccato & pro delicto ipſi comedent:& omne votum in Iſrael,ipſorum erit.

¶Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur,ſacerdotum erũt: & primitiua ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti,vt reponat benedictionem domui tuæ.

Exod.13.a.2.b.13, & 22.d.29, & 34.c.19

¶Omne morticinũ, & captum à beſtia de auibus & de pecoribus,non comedent ſacerdotes.

Leuit.22.a.8

Cap. XLV.

QVúmque cœperitis terram diuidere ſortito,ſeparate primitias Domino ſanctificatũ de terra: longitudine viginti quinque milia, & latitudine decem milia: ſanctificatum erit in omni termino eius per circuitum.

Et erit ex omni parte ſanctificatũ quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitũ: & quinquaginta cubitis in ſuburbana eius per gyrum.

Et à menſura iſta menſurabis lõgitudinem vigintiquinque milium, & latitudinem decem miliũ: & in ipſo erit Templum,ſanctúmque ſanctorũ.

B

Sanctificatum de terra,erit ſacerdotibus miniſtris Sanctuarii,qui accedunt ad miniſterium Domini: & erit eis locus in domos,& in ſanctuarium ſanctitatis.

Vigintiquinque autem milia lõgitudinis,& decem milia latitudinis erũt Leuitis qui miniſtrãt domui:ipſi poſſidebunt viginti gazophylacia.

Et poſſeſſionẽ ciuitatis dabitis quinque milia latitudinis,& longitudinis vigintiquinque milia,ſecundum ſeparationem ſanctuarii, omni domui Iſrael.

Principi quoque hinc & inde,in ſeparationẽ ſanctuarii,&in poſſeſſionẽ

C

---

27 Sanctitatem, אל־הקודש Sanctuarium. 28 In hæreditatẽ, לנחלה vice hæreditatis.ſeipſum mox declarat. 29 Et quicquid dedic.e. וכל־חרם Ad verbum, & omnis dedicatio.vel conſecratio.i.quicquid conſecratum fuerit Domino ab Iſraelitis.

30 Et omnis oblatio וכל תרומת, à רום quod eleuare,ſiue exaltare ſignificat,deriuatur:vnde leuationem quidam vertũt,quòd ſurſum ac deorſum leuaretur aut moueretur.Alii vertunt,ſeparationem.i.oblationem ſeparatam. Paſtarum ve.עריסותיכם conſperſionum veſtrarum.i.panum veſtrorum. Vt ponat להניח Ad verbum,Vt requieſcere faciat.i.vt benedicatur à Domino domus tua. 31 Nullum morticinũ כל־נבלה Ad verbum,Omne morticinum,&c.non comedent.

IN CAPVT XLV.

1 Quãdo autem diuidetis ובהפילכם Ad verbum,Et in facere cadere vos.i.quum ſortito diuidetis terram vniuerſo Iſraeli, ſiue duodecim tribubus. Offeretis oblationem תרימו תרומה Vide in fine capitis præcedentis, verſu 30. Quidam vertunt, ſeparabitis ſeparationem.Alii,leuabitis leuationem. Sanctitatem קודש .i.portionem quandam eius terræ,eámque ſanctiſſimam dedicabitis ac conſecrabitis Domino.Longitudo illa ſumetur ab Oriente in Occidentem,& latitudo à Septentrione ad Meridiẽ:& in medio ſitus erit mons Sion, in cuius faſtigio collocabitur templum ipſum. Porro in diſtributione portionum aliarum tribuum non expreſſit longitudinem vt in iſta, ſed latitudinem tantummodo.Sumebatur autem etiam longitudo illarum ab Oriente in Occidentem. Fuitque portio Regis, decimatertia portio,media inter ſeptimam & octauam.i.ſita inter portionem Iuda & portionem Beniamin,in qua,ſiue intra quam ſita erat hæc oblatio ſancta. Milium, אלף ſub.calamorum menſoriorum. Sanctitas,&c. הקודש וגו׳.i.ea portio terræ erit ſacroſancta,toto ſuo ambitu.

2 Erunt ex hoc יהיה מזה Seipſum declarat ſequenti mox verſu.i. ex hac prima portione terræ, ſiue ex hac prima parte illius oblationis ſanctæ ſumetur locus in quo ſitus erit mons ille ædis, ſiue templi, qui continebit tam in longitudine, quàm in latitudine,quingentos calamos,vt dictum eſt ſuprà cap.42.d.16 Pro Sanctitate, אל־הקודש pro Sanctuario. Cubitorum אמה ſub.latitudinis. Suburbanum ei מגרש לו area illi.ſub.quadrato,circum illud quadratum. Area illa erat ſpatium quoddam circum mõtem illum,quod vacuum erat, hoc eſt non conſitum arboribus,neque occupatum domibus. 3 Ex menſura inquam iſta ומן־המדה הזאת Præcedentia repetit.

Menſurabis, תמוד metieris.ſub.quingentos illos cubitos eius montis,tam in longitudine,quàm in latitudine. Et in ipſo ובו ſub. monte. Sanctuarium המקדש .i. templum illic collocabitur,quod erit ſanctiſſimum. 4 Sanctitas de terra ipſa, קודש מן־הארץ .i.pars illa prima eius oblationis ſanctæ attribuetur ipſis ſacerdotibus, partim pro domibus ſuis, partim pro monte illo qui cedet in vſum ipſius templi,& in quo ſacerdotes ipſi miniſtrabunt Domino. Et ſanctuarium pro ſan. ומקדש למקדש: .i.etiam ille locus ſacer erit pro extruendo ſacro templo.Quidam exponunt,locus in quo templũ erit,ſanctus erit. 5 Viginti cub. עשרים לשכות: .i.in qua extruent viginti cubicula. 6 Illius ſanctitatis הקודש .i.illã ſanctum.Sic ſequenti verſu. 7 Iuxta oblationem ſanct. &iuxta,&c. לתרומת הקודש ולאחוזת ante oblationem ſanctam illam,& ante poſſeſſionem.i.ante portiones ſacerdotum, Leuitarum,& vrbis. q.d.in portione Regis erit portio ſacerdotum,& Leuitarum,& templum cum vrbe.

ciuitatis, contra faciem ſeparationis ſanctuarii, & contra faciem poſſeſſionis vrbis: à latere maris vſq; ad mare, & à latere Oriētis vſque ad Oriētem: longitudinem autem iuxta vnamquãque partem à termino Occidētali vſque ad terminum Orientalem.

De terra erit ei poſſeſſio in Iſrael: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: ſed terram dabunt domui Iſrael ſecũdum tribus eorum.

D Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis, principes Iſrael: iniquitatē & rapinas intermittite, & iudicium & iuſtitiam facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Domin⁹ Deus.

Statera iuſta, & ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis.

Ephi & batus æqualia, & vnius mēſuræ erũt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta menſuram cori erit æqua libratio eorum.

Exod. 30.b.13 leuit.27.c.25, num.3.g.47

‖Siclus autē, viginti obolos habet: porrò viginti ſicli, & vigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli, mnam faciũt.

E Et hæ ſunt primitiæ quas tolletis: ſextam partem ephi de coro frumenti, & ſextã partē ephi de coro hordei.

Mēſura quoque olei (batus, olei) decima pars cori eſt, & decem bati corum faciunt: quia decem bati implēt corum.

Et arietem vnũ de grege ducentorum de his quæ nutriunt Iſrael in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Iſrael.

Et ſuper principem erunt holocauſta, & ſacrificium, & libamina in ſolēnitatibus, & in calendis, & in ſabbathis, in vniuerſis ſolēnitatibus dom⁹ F Iſrael: ipſe faciet pro peccato ſacrificium, & holocauſtum, & pacifica ad expiandum pro domo Iſrael.

Hæc dicit Domin⁹ Deus, In primo menſe, vna menſis ſumes vitulum de armento immaculatum: & expiabis ſanctuarium.

tis, & iuxta poſſeſſionem ciuitatis, ante oblationem ſanctitatis & ante poſſeſſionem vrbis, "ab angulo Occidētali vſque ad Occidentem, & ab angulo Orientali vſque ad Orientem: "longitudo autem erit" contra vnam è partibus, à termino Occidentali vſque ad terminum Orientalem.

8 "In terra illa erit ei *portio illa* in poſſeſſionē, in Iשſraאél: & non oppriment vltrà principes mei populũ meum, *& reliquum* terræ dabunt Iשſraאél per tribus eorum.

9 Sic dixit Dominus Iehouáh, "Sufficiat vobis ô principes Iשſraאél: "iniquitatem & vaſtationē declinate, iudicium & iuſtitiã facite: auferte" angarias veſtras à populo meo, dixit Domin⁹ Iehouáh.

Exhortatio ad principes Iſrael.

10 Statera iuſta, "& 'אepháh iuſtum, & bathus iuſtus" erit vobis.

De æquitate pōderis & mēſuræ.

11 "'אEpháh & bathus" menſuræ eiuſdem erunt, "vt capiat decimam partem חhómer, bathus: & decimam partem חhómer, 'אepháh: "in חhómer erit æqualitas eius.

12 שSécel autem *eſt* viginti obolorum: "viginti שſecalím, quinque & viginti שſecalím, quindecim שſécel mina erit vobis.

Siclus.

13 Iſta *eſt* "oblatio quam offeretis, ſextam partem "'אepháh de חhómer frumenti, ſextámque partem 'אepháh de חhómer hordei.

De primitiis.

14 "Statutum verò olei (bathus autem *eſt menſura* olei) decimam partē bathi "de choro *offeretis*: decem bathi" *erunt* חhómer: quia decem bathi "*ſunt* חhómer.

15 "Et agnam vnam de grege è ducentis, "è pinguibus Iשſraאél in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiãdum" eos, ait Dominus Iehouáh.

16 Vniuerſus populus terræ "erit ad oblationē iſtam "propter principem in Iשſraאél.

17 Principis autem erit *dare* holocauſta, "& ſacrificium, & libamen in ſolennitatibus & calendis & ſabbathis, in vniuerſis ſolennitatibus domus Iשſraאél: ipſe" faciet oblationem pro peccato, "& ſacrificium & holocauſtũ & pacifica, ad expiandum domum Iשſraאél.

18 Sic dixit Dominus Iehouáh, Primo *menſe*, prima *die* menſis ſumes vitulũ filium "bouis "immaculatum, & mũdabis" ſanctuariũ.

De oblationib' primi menſis.

Ab angulo מפאת .i. à termino Occidentali oblationis ſanctitatis, ſiue ſacræ, vſque ad Occaſum terræ ſanctæ: & à termino Orientali oblationis ſacræ vſque ad terminum Orientalem terræ ſanctæ, id totũ erit principis. Longitudo a. ואורך ſub. illius partis, ſiue portionis regiæ. Contra vnam è partibus, לעומות אחד החלקים eregione aliarum partium. i. reſpondebit longitudini portionum harum. hoc eſt incipiet à primo terræ limite, vſque ad finem eius terræ. 8 In terra il. לארץ Mox declarat quã terram intelligat, quum dicit, In Iſrael.

9 Sufficiat vobis רב־לכם Ad verbum, Multum vobis. vel, Magnum. Hortatur principes ad reſipiſcentiam. q. d. Satis ſupérque hactenus à vobis peccatum eſt, deſinite poſthac peccare, & reſipiſcite. Sic ſuprà cap. 43. b. 6. Iniquitatem & vaſt. declin. חמס ושוד הסירו rapinam & oppreſſionem auferte. vel, iniuriam & contritionem remouete. ſub. à vobis. i. reddite ius omnibus ex æquo, bono & iuſto. Seipſum mox ſequentibus declarat. Angarias ve. גרושותיכם Ad verbum, proiectiones veſtras. i. tributa quæ vos proiiciebatis ſuper eum. Exactiones alii vertunt. 10 Et 'אephàh ואיפת Alii ephi. eſt autem epha, menſura aridorum. Erit יהי ſit.

11 'אEpháh & bathus האיפה והבת Hæ menſuræ differũt in rerum menſuratione: eadem tamen eſt vtriuſque amplitudo. Epha, menſura aridorum. vt dictum eſt: bathus, liquidorum. Menſuræ eiuſ. erũt תוכן אחד יהיה Ad verbũ, diſpoſitio vna erit. ſub illis in menſura earum. i. erũt vnius ac eiuſdem & æqualis menſuræ ac capacitatis. Vt capiat לשאת vt ſumat [ſub. qui capere volet] decimam cori bathũ. i. bathum pro decima chori. q. d. qui habebit chorum vnum, dabit pro decima eius bathum: & ita de epha. חומר homer, menſura indifferēs ad liquida & arida. In חhòmer erit æq. e. אל־החומר יהיה מתכונתו: ad חhomer [ſiue chorũ] erit diſpoſitio eius. i. ad rationem hómer ſumetur ratio menſuræ eius. i. vtriuſque: nam vterque eſt decima pars homer.

12 Viginti שSecalim, &c. עשרים שקלים וגו׳ .i. mna, ſiue mina continebit ſexaginta ſiclos. fortè mnam diſtribuit in tria, quòd eſſent tres ſpecies numiſmatum: acſi diceret, omnes hi numeri, faciũt mnam. De profana mna loquitur, vt ſcribũt doctores Hebræorum. ſacra continebat duplum. 13 Oblatio התרומה Vide præcedenti capite, 44. g. 30. ſub. in dedicatione templi. 'אEpháh de חhómer fr. האיפה מחומר החטים Epha eſt decima pars homer ſiue chori: & ex epha dant ſextam partem. ergo ſexies decē faciũt ſexaginta.

14 Statutum verò olei וחוק השמן præceptum verò olei. ſub. capiendi. Vel, de oleo capiendo. i. & quod decet ſumere de oleo, eſt. De choro מן־הכור Chorus & homer, idem ſignificant Hebræis. Similē loquutionē vide præcedenti verſu. *Erunt* חhómer חומר ſub. tunc, nempe in templo nouo. i. efficient chorum. *Sunt* Sub. nunc. q. d. tanta, vel ſimilis tunc erit menſura bathorum quanta nunc eſt.

15 Et agnam vnam ושה־אחת Et agnum vnum. E pinguibus ממשקה Ad verbum, de irriguo. vel irrigatione. i. de pinguibus & ſucculentis, & non macilentis. Præcipit Deus vt è ducentis vna tantum ouis offeratur, quòd maiori labore parentur oues quàm oleum & reliqua. Eos, עליהם Ad verbum, ſuper eis. vel, pro eis. id eſt vos.

16 Erit ad oblationem iſtam יהיו אל־התרומה הזאת .i. tenebitur offerre oblationem ſuprà dictam. Propter princip. in Iשſ. לנשיא בישראל: propter principem Iſraelis. De principe ſacerdotum loquitur. q. d. offerent pontifici. Doctus inter Hebræos, pro Principe & Rege accipit. 17 Et ſacrificium, & libamē והמנחה והנסך Singul. Heb. pro plur. Faciet יעשה .i. mactabit, immolabit victimam pro peccato. Et ſacrificiũ & holoc. ואת־המנחה ואת־העולה Singul. Heb. pro plur. Sacrificium veſpertinum intelligit.

18 Bouis בקר vel vaccæ. Immaculatum, תמים inculpatum. integrum. Sanctuarium. את־המקדש: ſignificat templum.

19 Tollet autem ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, ponétque″ſuper poſtem domus,& ſuper quatuor angulos″atrii *quod coniunctum eſt* altari,& ſuper poſtem portæ atrii″interioris.

20 Sic facies & ſeptima menſis″pro vnoquoque ignorante & decepto:& expiabitis domum.

De oblationibꝰ paſchæ.

21 Primo *menſe*,quartadecima die mēſis erit vobis″péסſaחh : ſolēnitas ſeptem dierum *in qua*″infermentata comedentur.

22 ″Faciétque princeps die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ ″vitulum pro peccato.

23 Septem verò diebus ſolennitatis faciet holocauſtum ipſi Iehouæ,*nempe* ſeptem vitulos & ſeptē arietes immaculatos″in dies,ſeptē diebus,& *in ſacrificium* pro peccato hircum caprarum in dies.

Scenopegiæ.

24 ″Et oblationem איephah″in vitulū, & איephah in arietem faciet: ″& olei hin in איepháh.

25 ″Septimo *menſe*,quintadecima die menſis″in ſolénitate faciet ſimilia ſeptem diebus ,″tam pro peccato quàm pro holocauſto , & ſacrificio,& oleo.

Cap. XLVI.

Sacrificia ſabbathi & calēdarū.

1 SIc dixit Dominus Iehouáh, Porta atrii interioris quæ reſpicit Oriētem erit clauſa ſex diebus″operis : die autem שſabbathi aperietur,″& die calendarum aperietur.

2 Et ingredietur princeps per viam veſtibuli illius portæ *ueniendo* déforis,ſtabítque ad poſtes eius portæ:& facient ſacerdotes holocauſtū eius & pacifica eius,″incuruabítque ſe ad limen ipſius portæ,& egredietur:porta autē illa non claudetur vſque ad veſperā.

3 ″Et incuruabit ſe populus terræ″ad introitum portæ ipſius in שſabbathis,& in calendis,coram Iehouáh.

4 Holocauſtū autem quod offeret princeps ipſi Iehouæ,die שſabbathi *offeret* ſex agnos immaculatos, & arietem immaculatum.

Obltio principis.

5 ″Et *in* oblationē איepháh in arietem:″& in agnos oblationem donum manus ſuæ:″& olei hin per איepháh.

6 Die autem calendarum *erit* vitulus″filius bouis immaculatus, & ſex agni,& aries,ímmaculati erunt.

7 ″Et איepham in vitulum,& איepham in arietem faciet *in* oblationem:″in agnos verò ſicut apprehenderit manus eius ,″& olei hin per איephah.

19 Et tollet ſacerdos de ſāguíne quod erit pro peccato:& ponet in poſtibus domus,& in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrii interioris.

20 Et ſic facies in ſeptima menſis pro vnoquoque qui ignorauit & errore deceptus eſt,& expiabitis pro domo.

G

21 In primo menſe,quartadecima die menſis erit vobis paſchæ ſolennitas: ſeptem diebus azyma comedentur.

22 Et faciet princeps in die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ , vitulū pro peccato.

23 Et in ſeptem dierum ſolennitate faciet holocauſtum Domino,ſeptem vitulos,& ſeptem arietesimmaculatos quotidie ſeptem diebus, & pro peccato hircum caprarum.

24 Et ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietē faciet: & olei hin per ſingula ephi.

25 Septimo menſe, quintadecima die mēſis in ſolēnitate faciet ſicut ſuprà dicta ſunt per ſeptē dies: tam pro peccato, quàm pro holocauſto , & in ſacrificio,& in oleo. Cap. XLVI.

1 HAEc dicit Dominus Deus , Porta atrii interioris quæ reſpicit ad Orientē,erit clauſa ſex diebus in quibus opus ſit: die autem ſabbathi aperietur , ſed & in die calendarum aperietur.

2 Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ déforis, & ſtabit in limine portæ: & facient ſacerdotes holocauſtum eius,& pacifica eius :& adorabit ſuper limen portæ,& egredietur:porta autem nō claudetur vſque ad veſperam.

3 Et adorabit populus terræ ad oſtiū portæ illius in ſabbathis & in calendis coram Domino.

B

4 Holocauſtum autē hoc offeret princeps Dño: in die ſabbathi ſex agnos immaculatos,& arietē immaculatū.

5 Et ſacrificiū ephi p arietē: in agnis autem ſacrificium quod dederit manus eius:& olei hin,per ſingula ephi.

6 In die autem calendarum vitulum de armento immaculatum: & ſex agni,& arietes immaculati erunt.

7 Et ephi per vitulum , ephi quoque per arietem faciet ſacrificiū: de agnis autem,ſicut inuenerit manus eius: & olei hin ,per ſingula ephi.

---

19 Super poſtem אל־מזוזת Singul.Heb.pro plur. Atrii העזרה Atrium erat in quo congregabatur Iſrael in domo Domini ad orandum:quod ideo ſic vocabatur,quoniam quicunque illuc ad orandum ingrediebantur corde perfecto, à Deo ſuo iuuabantur. Quidam vertunt crepidinis altaris. Interioris. :הפנימית .i.virorum Iſraelitarum,vel ſacerdotum.

20 Pro vnoquoque מאיש Ad verbum,pro viro. 21 Péסſaחh הפסח Paſcha.i.mactatio agni paſchalis.nam debebat mactari agnus ſub veſperam decimaquarta luna:comedi autem decimaquinta die. Infermentata comed. :מצות יאכל Nomini plurali iungitur hìc verbum ſingulare:vnde quidam vertunt,*in qua panis* infermentatorum comedetur.i.panis infermentatus.

22 Faciétq; ועשה .i.Et immolabit. Vitulum pro pecc. :פר חטאת Ad verbum,vitulum peccati.i.vitulum in ſacrificium pro peccato,ſiue expiatione peccati. 23 In dies,ſeptem dieb. ליום שבעת הימים quotidie per ſeptem dies.Per ſingulos dies ſpatio ſeptem dierū. 24 Et oblationem ומנחה Oblatio autem,epham,&c.acſi dicat,Oblatio autem eius principis talis erit, Epham.i.mēſuram ephæ, ſimilæ ſcilicet. Alii,Et in oblationem.vel,pro oblatione. In vitulum,לפר .i.per ſingulos vitulos.q.d.dabit toties epham quot erunt vituli,aut arietes. Et olei,&c. :ושמן הין לאיפה & de oleo,hin in ephah.i.menſuram hin per ſingulas ephas.

25 Septimo בשביעי .i.menſe Septembri. In ſolennitate, בחג quæ ſcilicet celebrari ſolet eo menſe.i.in feſto tabernaculorum, talia ſacrificia quæ ſupra dicta ſunt,& tales oblationes faciet. q.d. eadem de feſto tabernaculorum ſunt intelligenda quæ de feſto Paſchæ.

Tam pro peccato,&c. כחטאת וגו׳ Ad verbum,ſecundum ſacrificium illud pro peccato , & ſecundum holocauſtum,& ſecundū oblationem,& oleum.i.olei menſuram:quæ ſuprà dicta ſunt. Alii,ſiue fuerit ſacrificium pro peccato,ſiue holocauſtum,&c. Alii,tum hoſtiam pro peccato,tum holocauſtum,tum oblationem,tum oleum.

IN CAPVT XLVI.

1 Operis: המעשה ſub.licitis.i.ſex diebus hebdomadæ in quibus licet operari,hoc eſt ſex diebus profanis. Deſcribit loca quæ adeunda erant pro ratione feſtorum dierum. Et die calend. וביום החודש Ad verbum,& in die menſis.i.die prima menſis,hoc eſt calendis.

2 Incuruabitque ſe והשתחוה inclinabitque ſe.adorando ſcilicet. Alii,adorabitque.

3 Et incuruabit ſe והשתחוו vt præcedenti verſu. Ad introitum פתח ad portam.a dingreſſum.

5 Et in oblat.&c. איephāh,&c.ומנחה איפה לאיל Et pro oblatione ſingulas ephas pro ſingulis arietibus. Et in agnos obl.&c.ולכבשים מנחה מתת ידו & per ſingulos agnos *offeret* oblationem donum manus ſuæ.vel,& pro ſingulis agnis *dabit* in oblationem munus manus ſuæ.i. quantum dare poterit,ſiue pro ratione facultatum ſuarum. Et olei ושמן & ex oleo *menſuram* hin. 6 Filius bouis בן בקר filius vaccæ.

7 Et איepham ואיפה vt paulo antè verſu 5. In agnos verò,&c. ולכבשים וגו׳ per ſingulos verò agnos [vel, pro ſingulis agnis]ſicut aſſequetur manus eius.i.quantum poterit,ſiue pro facultatum ſuarum ratione dabit,vt verſu 5,mutato Hebraiſmo. Et olei hin per איepháh. :ושמן הין לאיפה vt verſu 5.

8 Quúmque ingreſſurus eſt princeps, per viam veſtibuli portę ingrediatur, & per eandem viam exeat.

9 Et quum intrabit populus terræ in conſpectu Domini in ſolennitatibus qui ingreditur per portā Aquilonis vt adoret,egrediatur per viam portæ Meridianæ: porrò qui ingreditur per viā portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertatur per viam portæ per quam ingreſſus eſt,ſed eregione illius egredietur.

10 Princeps autem in medio eorum cum ingrediētibus ingredietur, & cū egredientibus egredietur.

D 11 Et in nundinis,& in ſolennitatibus erit ſacrificium ephi per vitulum,& ephi per arietem: de agnis autem erit ſacrificiū ſicut inuenerit manus eius, & olei hin per ſingula ephi.

12 Quum autem fecerit princeps ſpōtaneum holocauſtum,aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ reſpicit ad Oriētem,& faciet holocauſtum ſuum,& pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbathi: & egredietur,claudetúrque porta poſtquam exierit.

E 13 Et agnum eiuſdem anni immaculatum faciet holocauſtū quotidie Domino:ſemper mane faciet illud.

14 Et faciet ſacrificium ſuper eo cata mane mane ſextam partem ephi: & de oleo tertiā partem hin,vt miſceatur ſimilę:ſacrificium Domino legitimum,iuge atque perpetuum.

15 Faciet agnum & ſacrificium, & oleum cata mane mane: holocauſtum ſempiternum.

16 Hæc dicit Dominus Deus,Si dederit princeps donū alicui de filiis ſuis: hæreditas eius,filiorum ſuorum erit, poſſidebunt eam hæreditarié.

17 Si autem dederit legatum de hæreditate ſua vni ſeruorum ſuorum: erit illius vſque ad annum remiſſionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autem eius filiis eius erit.

F 18 Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorum: ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis: vt non diſpergatur populus meus vnuſquiſque à poſſeſſione ſua.

19 Et introduxit me per ingreſſum q erat ex latere portę in gazophylacia ſanctuarii ad ſacerdotes, quæ reſpiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem.

G 20 Et dixit ad me,Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdotes pro peccato & pro delicto:vbi coquēt ſacrificiū,vt nō efferant in atrium exterius, & ſanctificetur populus.

8 Quūque ingredietur princeps, per viam veſtibuli portæ ingredietur,″& per viam eius exibit.

9 Quando verò ingredietur populus terræ″in conſpectū Iehouæ, ″in ſolennitatibus: qui ingreſſus fuerit *per* viam portæ Aquilonaris, ′vt ſe incuruet *Iehouæ*, egredietur *per* viam portæ Meridianæ: qui autem ingreſſus fuerit *per* viam portæ Meridianæ, egredietur *per* viam portæ Aquilonaris: non reuertetur *per* viam portæ *per* quam ingreſſus fuerit, ſed eregione illius egredietur.

10 Princeps autem in medio eorum,quando ingredientur ipſi,ingredietur:quum verò illi egreſſi fuerint,egredietur.

11 Et in feſtiuitatibus atque in ſolennitatibus′erit oblatio 'אepháh in vitulum,& 'אepháh in arietem,& in agnos donum manus eius, & olei hin per 'אepháh.

12 Porrò quum faciet princeps′liberaliter holocauſtum,aut pacifica liberaliter Iehouæ: ′aperiet ei portam illam reſpicientem Oriētem,& faciet holocauſtum ſuum & pacifica ſua,ſicut faciet in die ʋſabbathi: poſtea egredietur, & claudet illam portam″poſtquam egreſſus fuerit.

13 Et agnum″anniculum immaculatum facies in holocauſtum in die,ipſi Iehouæ,″ſingulis matutinis facies illum.

14 Oblationem verò facies cum eo ſingulis matutinis ſextam partem 'אepháh,& olei tertiam partem hin,′ad miſcendam ſimilam, oblationem *inquam* Iehouæ ſtatutis perpetuis iugiter.

15 ″Facient *itaque* agnum, & oblationem, & oleum ſingulis matutinis,holocauſtum″iuge.

16 Sic dixit Dominus Iehouáh, ′Si dederit princeps donum *aliquod* alicui de filiis ſuis″*de* hæreditate ſua, ″ipſum *erit* filiorum eius: ″*nam* poſſeſſio eorum *eſt* in hæreditate.

17 Si autem dederit donū de hæreditate ſua vni de ſeruis ſuis, erit illius vſque ad annum″libertatis, & reuertetur ad principem: verum hæreditas illius,*hæreditas* filiorum eius *eſt*, *&*″eorum erit.

18 Præterea nō accipiet prīceps de hæreditate populi,′opprimēdo eos de poſſeſſione ipſorum:de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis,ne diſpergatur populus meus,quiſque à poſſeſſione ſua.

19 Et introduxit me per ingreſſum qui *erat* ex latere portæ,in cubicula″ſancta *quæ erant* Sacerdotum, quæ reſpiciebant ad Aquilonē, ecce autem ibi *erat* locus″in lateribus ad Occidentem.

20 Et dixit ad me, Iſte eſt locus in quo coquēt ſacerdotes victimā pro delicto & pro peccato, *&* in quo coquent oblationem :ne *illa* efferant″in atrium exterius,ad ſanctificandum populum.

Per quas portas templum ingredi,& ex eo egredi oporteat.

De ſpontaneo principis holocauſto.

De donis eiuſdē hæreditariis.

Coquinæ Sacerdotum.

Et per viam eius ובדרכו .i.per eandem viam. 9 In conſpectū Iehouæ לפני יהוה coram Iehoua.i.vt adoret Dominum.q.d.Licebit principi per eandem viam egredi per quam ingreſſus fuerit ipſe:populo verò non licebit per eandem portam egredi per quam ingreſſus fuerit,ſed tenebitur egredi per aliam portam illi oppoſitam. In ſolennitatibus: במועדים vt in feſto Paſchæ & Tabernaculorum.

11 Erit oblatio,&c. תהיה וגו׳ Vide in verſu 5,& 7 eadem. 12 Liberaliter נדבה Ad verbum,*cum* liberalitate.i.diebus liberis,ſiue non feſtis,non autem ſabbathis,aut calendis.Alii exponunt,ſua ſponte & liberaliter,non coactus,in honorem Domini. Aperiet ופתח Ad verbum,& aperiet.ſub.ianitor.Hic ו tantum conuertit præt.in fut. Poſtquā egreſſus fuerit. אחרי צאתו: Ad verbū,poſt egredi illū.i.dū egreſſus fuerit.ſub.princeps. 13 Anniculum בן־שנתו Ad verbum,filium anni ſui. Singulis mat. בבוקר בבוקר Ad verbum,in mane,in mane. 14 Ad miſcendam ſimilam לרום את־הסולת ex oleo ſcilicet vnde fiat oblatio in honorem Iehouæ.

15 Facient *itaque*,&c. יעשו את־הכבש Hebraiſmū quidam ſic reddunt, Itaque agnum ſacrificabunt quotidie tempore matutino vnà cū oblatione ex oleo in iuge ſacrificium. Alii,Itaque ex illo agno, ex illa oblatione, & oleo facient ſingulis diebus holocauſtum ſtatuto perpetuo. Iuge. תמיד: Ad verbum,perpetuitatis.i.ſacrificii perpetui.

16 Si dederit כי־יתן Quū dederit. *De* hæreditate ſua,נחלתו Deeſt præpoſitio quæ ſequenti verſu ponitur מנחלתו. Ipſum היא ſub.donum.vel,ipſa hæreditas. N*am* poſſeſſio e. אחוזתם .i.ius poſſidendi eorū.q.d.habent enim liberi ius quoddā in hæreditate paterna.

17 Libertatis, הדרור remiſſionis.i.vſque ad annum iubileum. Eorum erit. להם תהיה: .q.d.non reuertetur donatio ad donantem.

18 Opprimendo,&c. להונותם וגו׳ .i.vt per oppreſſionem ac calumniam priuet,ac ſpoliet eos poſſeſſione ſua.

19 Sancta הקודש Ad verbum,ſanctitatis. In lateribus בירכתים .i.in extremitate,ſiue extremo.ſub.illorum.

20 In atrium,&c. אל־החצר וגו׳ .i.ad atrium virorum Iſrael, ne videatur populus ſanctificari præſentia aut contactu illarum carnium ſacrarum. Quidam Hebraiſmum ſic conuertunt,ne ad atrium exterius efferendo,ſanctificent populum. Doctus inter Hebræos in hunc locum,Iubentur(inquit)carnes ſanctæ à ſacerdotibus comedi in loco ſancto:nec permittuntur eas portare foras,ne populus ſanctificetur:hoc eſt,ne populus exiſtimet eas carnes ſibi quoque eſſe licitas.

21 Eduxit me deinde in atrium exterius, deduxítque me per quatuor angulos illius atrii,& ecce″in ſingulis angulis *erat* atrium.

22 In quatuor angulis atrii *erant* atria″alligata, quadraginta cubitorum in longitudine,& triginta in latitudine: menſura vna *erat* ipſis quatuor″angulatis.

23 ″Paries autem *erat*″in circuitu ipſorum, in circuitu *inquam* ipſorum quatuor:″& culinæ factæ erant″ſubter parietes per circuitum.

24 Et dixit ad me, Iſtæ ſunt″domus coquẽtium,″in quibus coquẽt miniſtri domus victimam populi.

Cap. XLVII.

Viſio aquarũ è tẽplo manãtiũ.

1 ET reuerti fecit me ad oſtium domus,&ecce aquæ egrediebande *loco qui erat* ſub limine *eius* domus ad Orientem: facies enim domus *erat* ad Orientem:″aquæ verò deſcendebant de *loco qui erat* ſub latere domus dextro à Meridie altaris.

2 Et eduxit me per viã portæ Aquilonaris, & circuire fecit me per viam″extra portã extrinſecus, *&* ad viam *portæ* reſpiciẽtis Oriẽtem: & ecce aquæ egrediebantur à latere″dextro.

3 Quum egrederetur vir ille *ad* Orientem, linea *erat* in manu ei⁹:& menſus eſt mille″cubitos,″& traduxit me per aquas,″aquas *inquam pertingentes* ad talos.

4 Menſus item eſt mille *alios*,& traduxit me per aquas,″aquas *uſque ad* genua *pertingentes*: menſus eſt præterea mille, & tranſduxit me per ″aquas *uſque ad* renes.

5 Et mẽſ⁹ eſt″mille, *& erat*″torrẽs quẽ nõ potui trãſire, quoniã eleuarãt ſeſe aquæ,″aquæ natationis, torrẽtis qui trãſuadari nõ poteſt.

6 Et dixit ad me,″Vidiſtíne fili hominis? Et deduxit me,&reduxit me ad ripam ipſius torrentis.

7 Quum reuerſus eſſem, *uidi* & ecce in ripa ipſius torrentis *erãt* arbores multæ valde hinc & inde.

8 Et dixit ad me, Aquæ iſtæ egrediũtur ad Gelilãh, Orientalem,″& deſcendunt″in planitiem,″ingredientúrque mare *orientale*,″in mare *inquam* eductarum *aquarum*,″& ſanabuntur aquæ.

Baptiſmi gratia.

9 Erit autem, omnis anima viuens quæ reptat, quocũque″ingreſſi fuerint ii duo torrentes, viuet:″erúntque piſces multi valde, quia

21 Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me ꝑ quatuor angulos atrii:& ecce, atriolum erat in angulo atrii, atriola ſingula per ãgulos atrii.

22 In quatuor angulis atrii atriola diſpoſita: quadraginta cubitorum per longum,& triginta per latum: menſuræ vnius quatuor erant.

23 Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum.

24 Et dixit ad me, Hæc eſt domus culinarum in qua coquent miniſtri dom⁹ Domini victimas populi.

Cap. XLVII.

1 ET cõuertit me ad portã domus, & ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem: facies enim domus reſpiciebat ad Orientẽ: aquæ autem deſcẽdebant in latus tẽpli dextrum ad Meridiem altaris.

2 Et eduxit me per viam portæ Aquilonis,& conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ reſpiciebat ad Orientem:& ecce aquæ redundantes à latere dextro.

3 Quum egrederetur vir ad Orientẽ, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos,& traduxit me per aquam vſque ad talos.

4 Rurſúmque mẽſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua: & mẽſus eſt mille,& traduxit me per aquam vſque ad renes.

5 Et menſus eſt mille, torrẽtem quẽ non potui pertranſire: quoniam intumuerãt aquæ profundi torrentis qui non poteſt tranſuadari.

6 Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. B

7 Quúmque me conuertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte.

8 Et ait ad me, Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli Oriẽtalis, & deſcendunt ad plana deſerti, intrabunt mare,& exibunt,& ſanabuntur aquæ.

9 Et omnis anima viuens quæ ſerpit quocunque venerit torrens, viuet: & erunt piſces multi ſatis poſtquam ve-

21 In ſingulis,&c.′חצר במקצוע וגו Ad verbum, atrium in angulo atrii, atrium in angulo atrii.i.ſingula atria parua erant in ſingulis angulis illius atrii magni. Seipſum declarat ſequenti verſu. 22 Alligata, קטורות.i.adiuncta. Angulatis. מחוקצעות .i.conſtitutis in angulis. 23 Paries autem וטור Doctus inter Hebræos exponit murum, ſiue ſtructuram quandam lapideam. Et culinæ ומבשלות Chaldæus paraph.& locus præparatus ad coquendum. Subter מתחת.i.in ima parte illorum parietum, ſiue murorum.

24 Domus coquentiũ בית המבשלים Singu. Heb. בית pro plur. בתי domus culinarum. vel ollarum. Poteſt enim eſſe participium actiuum plur. nume. maſcul. gen. i.′ האנשים המבשלים virorum coquentium, ſiue qui ſunt coqui. Aut eſt nomen locorum in quibus coquũt. Aut eſt nomen ollarum, ſiue lebetum. In quibus coquent אשר יבשלו שם Ad verbum, *in* quibus coquent ibi. Redũdat alterutrum, אשר vel שם. vertere potes, vbi coquent.

IN CAPVT XLVII.

1 Et reuerti fecit me וישיבני Et reduxit me. Aquæ verò deſcen. והמים יורדים Et aquæ illæ deſcendebant.i. Poſtea vidi aquas illas deſcendere[ſiue decurrere]è templo per atrium ſacerdotum à parte Meridionali ipſius altaris. Quidam enim Hebræorum dicunt, Prophetam primò vidiſſe aquam exorientem è limine: poſtea ex loco qui ſuberat lateri domus. quod doctioribus probatur. Alii(quod minus probatur)ſcribunt vidiſſe ſcaturientes aquas ab eodem loco, nempe à parte liminis proxima muro illi qui erat ad latus ipſius oſtii.

2 Extra portã extrinſ. חוץ אל שער.i.quæ foras tendebat, hoc eſt externam, ad portam exteriorem montis ipſius ædis, Septentrionalẽ ſcilicet. Dextro. הימנית: .i.Meridionali. 3 Cubitos, באמה Ad verbum, in cubito.i.in ratione cubitali.q.d.menſus eſt longitudinem mille cubitorum. Et traduxit me ויעבירני .i.iuſſit vt tranſirem aquam. Aquas *inquam*,&c. : מי אפסים Ad verbum, aquas talorum.i.talares: hoc eſt quæ non ſuperabant talos.q.d.fluuius ille adhuc erat paruus.

4 Aquas *uſque ad* genua *pert*. מים ברכים Ad verbum, aquas genuum.i.genua contingentes.q.d.tunc creuerant aquæ illæ. Aquas *uſque ad* re. : מי מתנים Ad verbum, aquas lumborum. id eſt, lumbos attingentes.

5 Mille, אלף ſub. cubitos, vt verſu 3, vbi integra eſt loquutio. Torrens נחל amnis. ſub. erat.i.fluuius ille euaſerat maximus ac profundus. Aquæ natationis, מי שחו .i.quæ ita intumuerant, vt nonniſi natando tranſuadari poſſent. Ita doctus inter Hebræos.

6 Vidiſtine הראית ſub. torrentem illum.q.d. Contemplare omnia diligenter.

8 Et deſcendunt וירדו Quidam volunt hoc loco ו nõ copulare, ſed tantum mutare præteritũ in futurum: vertentes, Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad Gelilãh Orientalem, deſcendent,&c. In planitiẽ, על־הערבה .i.in mare Tyberiadis, vt Hebræi interpretantur, quòd eſſet in loco plano & campeſtri. Ingredientúrque mare ובאו הימה ſub. parte altera, Mare mortuum intelligit. In mare *inquã* educt. אל־הימה המוצאים .i.ſeiunctarum à toto orbe, hoc eſt ab ipſo continente. Mare Oceanum intelligit. Dicunt Hebræi fluuium illum fuiſſe diuiſum in duas partes: alteram quæ procedebat ad Orientem,& alteram quæ contendebat ad Occidentem. Zach.14.b.8, Exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem, mediũ earũ ad mare Oriẽtale,& mediũ earũ ad mare nouiſſimum. Et ſanabũtur ונרפאו.i.dulceſcent quæ prius erant ſalſæ, ex amaris fient dulces. 9 Ingreſſi fuerint,&c.′יבוא וגו ingredietur *alter horum* torrentium.i.quicquid præditum eſt anima viuente, in omni loco in quem ingredietur alter horum riuulorum, Eruntque piſces והיה הדגה Significat multitudinem ſiue congregationem piſcium.

nerint illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur: & viuent õnia ad quæ venerit torrẽs.

10 Et ſtabunt ſuper illa piſcatores, ab En-gaddi vſque ad En-gallim ſiccatio ſagenarum erit: plurimæ ſpecies erũt piſciũ eius, ſicut piſces Maris magni, multitudinis nimiæ.

11 In littoribus autem eius, & in paluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur.

12 Et ſup torrentẽ orietur in ripis ei⁹, ex vtraq; parte õne lignũ fructiferũ: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per ſingulos menſes afferet primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur: & erunt fruct⁹ eius in cibum, & folia eius ad medicinam.

C

13 Hæc dicit Dominus Deus, Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terram in duodecim tribubus Iſrael: quia Ioſeph duplicem funiculum habet.

Geneſ.48.d.22

14 Poſſidebitis autem eam ſinguli æquè vt frater ſuus, ſuper quem leuaui manum meam vt darem Patribus veſtris: & cadet terra hęc vobis in poſſeſſionem.

15 Hic eſt autẽ terminus terræ: ad plagam Septẽtrionalem, à Mari magno via Hethalon, venientibus Sedáda.

16 Emath, Berotha, Sabarim, quæ eſt inter terminum Damaſci & confiniũ Emath, domus Thichon quæ eſt iuxta terminum Auran.

17 Et erit terminus à Mari vſq; ad atrium Enon terminus Damaſci, & ab Aquilone ad Aquilonem, & terminus Emath: plaga Septentrionalis.

D

18 Porrò plaga Orientalis de medio Aurã, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſrael, Iordanis diſterminans ad mare Oriẽtale, metiemini etiã plagã Orientalẽ.

19 Plaga autem Auſtralis Meridiana, à Thamar vſque ad Aquas contradictionis Cades: & torrẽs vſque ad mare magnum: & hæc eſt plaga ad Meridiem Auſtralis.

20 Et plaga Maris, Mare magnũ à cõfinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga Maris.

21 Et diuidetis terram iſtam vobis per tribus Iſrael.

22 Et mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui acceſſerint ad vos, qui genuerint filios in medio veſtrũ: & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael: vobiſcum diuident poſſeſſionem in medio tribuum Iſrael.

intrauerunt aquæ iſtæ illuc,″& ſanabũtur, & viuet quicquid intrauerit illuc *ubi erit* torrens ille.

10 Erit præterea, ſtabunt iuxta illum piſcatores: ab עEn-gédi vſq; ad עEn-yegláim expanſio retium erunt: ″in ſpecie ſua erũt″piſces eorum, ſicut piſces Maris magni, multi valde.

11 Cœnoſa eius & paludes eius non ſanabũtur, in ſalinas dabũtur.

12 Cæterùm iuxta torrentem illum aſcendet ad ripam eius hinc & inde″omnis arbor cibi *comeſtibilis*: non defluet foliũ eius, nec deficiet fructus eius: ″menſibus ſuis afferet primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egrediuntur: erítque fructus eius in cibum: & folium eius″ad fractionem *ſanandam utile*.

13 Et dixit Domin⁹ Iehouáh, Iſte eſt terminus in quo hæredes cõſtituemini terræ per duodecim tribus Iſrael:″Ioſéph, ſortes *duæ erũt*.

Diuiſio terræ Iſraeliticæ abſoluitur, quæ cap. 45. fuit inchoata paulò alia eſt ab ea, quam Moſes num. 34. deſcribit.

14 Et hæreditario iure accipietis eam,″quiſque ſicut frater ſuus,″*ſuper* quam leuaui manum meam quòd darem eam Patribus veſtris: ″cadétque terra hæc vobis in hæreditatem.

15 Hic autem eſt terminus terræ ad plagam Aquilonarem, ″à Mari magno via חHethlón″veniendo in צSedád.

16 ″חHamáth, Beróthah, סSibráim quæ eſt inter terminum Dãméשſec & terminum חHamáth, חHaצſér hathichõ quæ eſt in termino חHaurán.

17 Erit itaque″terminus à Mari חHaצſár עEnón, terminus Dãméשſec, & *reſiduum partis* Aquilonaris *terræ Iſrael, &* ad Aquilonem *mundi*, & terminus חHamáth,″& plaga Aquilonaris.

18 ″Et plagam Oriẽtalem″inter חHaurán & inter Damméשſec, & inter Gilyád, & à medio terræ Iשſraאél, *à* Iardén, à termino *qui eſt* ad mare Orientale, metiemini.

19 ″Plagam autem Meridianam ad Auſtrum, ″à Thamár, vſque ad aquas″Meribóth *in* Cadéשs, *&* ″torrẽtem *qui decurrit uſque* ad Mare magnum:″& hæc eſt plaga Meridiana Auſtralis.

20 Plaga autem Occidentalis *erit* Mare magnum à termino *iſto* vſque eregione ingreſſus חHamáth: hæc eſt plaga Occidentalis.

21 Diuidetis ergo terram hanc vobis per tribus Iשſraאél.

22 Et erit,″ſortiemini eam in hæreditatem vobis, & peregrinis qui peregrinãtur in medio veſtri, qui genuerint filios in medio veſtri: erúntque vobis tanquam indigenæ inter filios Iשſraאél, ″vobiſcũ cadent in hæreditatem in medio tribuum Iשſraאél.

Et ſanabuntur, וירפאו ſub. aquæ illorum marium, vt verſu præcedenti. Quidam vertunt, eo quòd venerint illuc aquæ iſtæ, & ſanatæ fuerint, vnde viuat omne ad quod peruenerit torrens iſte.

10 In ſpecie ſua למינה ſecundum ſpeciem ſuam. i. ſecundum omnem ſpeciem piſcium, erit piſcatio eorum in illis torrentibus. Ita doctus inter Hebræos. Piſces eorum דגתם ſub. torrentium. tanta erit (inquit) in illis duobus amnibus piſcium copia, quanta eſt in Mari magno, hoc eſt Mediterraneo. eſt enim maximum mare reſpectu Terræ ſanctæ.

12 Omnis arbor כל־עץ Singul. Heb. pro plural. omnes arbores pomiferæ, quarum folia non defluent. Menſibus ſuis affer. primi. לחדשיו יבכר Ad verbũ, menſibus ſuis primitiabit. ſub. arbor. q. d. ſingulis mẽſibus proferent primitiua, ſiue edent nouos fructus. Ad fractionẽ לתרופה: ad contritionẽ. vel, ad *ſanitatem* contritionis. Chaldæus para. & docti Hebræorũ, ad medicinã. q. d. nõ ſolum delectabit aſpicientes, ſed etiã ſanabit. 13 Ioſeph, &c. יוסף וגו' Ad verbum, Ioſeph funes. Alii, Ioſeph funiculi. ſub. duo. i. Ioſeph accipiet duas portiones. Chaldæus paraph. Ioſeph accipiet duas partes. Funiculi pro partibus: nam menſores agrorum, vel pertica, vel extento fune per agros, modum definiebant. Vult autem vt Ephraim & Manaſſe accipiant ſingulas portiones.

14 Quiſque ſicut fra. ſ. איש כאחיו. i. æquis portionibus, ſiue partibus diuidetis eam. *Super* quam אשר *propter* quam. Leuatio manus ſignũ eſt iuriſiurandi. ſolent enim qui iurant, attollere manũ. Cadétque ונפלה. i. quaſi miſſis ſortibus iure hæreditario poſſidebitis eã.

15 A Mari magno, מן הים הגדול Mare mediterraneũ vocatur mare magnũ, quòd ſit maximũ eius regionis. ſunt enim alia velut ſtagna. Erat autẽ mare illud in parte occidentali terræ, ſed proxima lateri Septẽtrionali. Vide paulo antè, verſ. 10. Veniendo לבוא ad ingreſſum: ſiue introitum. i. pergentibus in Sedad. 16 חHamáth חמת Subaudiẽdũ, Et in tractu illo erant vrbes iſtæ, ſiue regiones, Hamath, &c.

17 Terminus גבול ſub. Septentrionalis qui incipit à Mari. Et plaga Aquilonaris. ואת פאת צפון: .i. reſiduum, ſiue pars reliqua plagæ, ſiue lateris Septentrionalis. 18 Et plagam ופאת Et angulum, vel latus. Sic ſequenti verſu.

19 Plagã autem ופאת Angulũ autẽ. ſub. metiemini. A Thamár מתמר. i. ab Iericho quæ dicta eſt עיר התמרים Vrbs palmarũ. Meribóth מריבות .i. contentionum, vel contradictionum, de quibus Nume. 20. b. 13. d. 24, & Pſal. 95. 8. Torrentem נחלה ſub. AEgypti. Et hæc eſt, &c. ואת פאת תימנה נגבה: & plagam Meridionalem ad Auſtrum. i. reliquam partem plagæ, ſiue lateris Meridionalis.

22 Sortiemini eam in hær. vo. תפילו אותה בנחלה לכם Ad verbum, cadere facietis eam in hæreditatem vobis. i. miſſis ſortibus diuidetis eam inter vos vt ipſam poſſideatis Vobiſcum cad. in hæred. אתכם יפלו בנחלה .i. quaſi miſſis ſortibus partem ſuam terræ poſſidebunt vobiſcum inter tribus Iſrael.

23 Et erit,in tribu in qua peregrinatur peregrinus , ibi dabitis illi hæreditatem eius,dixit Dominus Iehouáh.

Cap. XLVIII.

Sortes ſeptem tribuum.

1 ET hæc″nomina tribuũ:″à fine Aquilonis ad latus viæ חHethlón veniẽdo חHamáth,חHaצsár,עEnán,& terminum Damméשsec ad Aquilonem,ad latus חHamáth(erunt ei *limites iſti à*″plaga Orientali vſque ad Occidentem)Dan″vna.

2 Et iuxta terminum Dán à plaga Orientali vſque ad plagam Maris,Aשsér vna.

3 Et iuxta terminum Aשsér,à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem,Naphthalí vna.

4 Et iuxta terminum Naphthalí à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem,Menaשsseh vna.

5 Et iuxta terminum Menaשsséh, à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem,אEphráim vna.

6 Et iuxta terminũ אEphráim , à plaga Oriẽtali vſque ad plagam Occidentalem,Reאubén vna.

7 Et iuxta terminum Reאubén, à plaga Oriẽtali vſque ad plagam Occidentalem,Iehudáh vna.

8 Et iuxta terminum Iehudáh,à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalẽ , erit″oblatio ſpõtanea quam offeretis quinque & viginti milium *calamorum* latitudinis,&longitudinis ſicut vnaquæque partium,à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem:erítq; ſanctuarium in medio eius.

Repetuntur partes poſſeſſionis ſacerdotum & templi.

9 Oblatio illa quam offeretis Iehouæ , *erit* longitudinis quinque & viginti milium,& latitudinis decem milium *calamorum.*

10 Et iſtorum erit oblatio ſancta,nempe ſacerdotibus:ad Aquilonem,quinque & viginti milia *calamorum longitudinis*:& ad Occidentẽ, latitudinis decem milia:& ad Orientem,latitudinis decem milia: ad Meridiẽ præterea longitudinis quinque & viginti milia.& erit ſanctuarium Iehouæ in medio eius.

11 Sacerdotibus *inquam* ſanctificatis de filiis צSadóc,qui′cuſtodierunt cuſtodiam meã, qui non errauerunt quum errarent filii Iשsraél,ſicut errauerunt *alij* Leuitæ.

12 Erit *itaque* eis oblata *terra* de oblatione terræ, ſanctitas ſanctitatũ iuxta terminum Leuitarum.

Leuitarum.

13 Leuitarum autem *portio* iuxta″terminum ſacerdotum , quinque & viginti milium lõgitudinis & latitudinis decẽ milium.tota longitudo, quinque & viginti milium,& latitudo decem milium.

14 Non vendent autem ″ex eo,nec commutabunt, neque transferent″primitias terræ,quia″ſanctitas *eſt* ipſi Iehouæ.

15 Porrò quinque milia quæ ſuperſunt in latitudine ſuper quinq; & viginti milia,″erunt profana ciuitati *ædificandæ* in habitationem, ″& in ſuburbanum,& erit vrbs ipſa″in medio eius.

Ciuitatis.

16 ″Hæ *ſunt* autem dimenſiones eius:ad plagam Aquilonarem *erat*

In tribu autem quacũque fuerit aduena,ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus.

Cap. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath , atriũ Enan terminus Damaſci:ad Aquilonem iuxta viam Emath: (& erit ei plaga Orientalis mare,)Dan vna.

Et ad terminum Dan,à plaga Oriẽtali vſq; ad plagam Maris , Aſer vna.

Et ſuper terminum Aſer,à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Nephthali vna.

Et ſuper terminũ Nephthali,à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Manaſſe vna.

Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga Oriẽtali vſque ad plagam Maris, Ephráim vna.

Et ſuper terminum Ephráim,à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Ruben vna.

Et ſuper terminum Ruben, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Iuda vna.

Et ſuper terminũ Iuda , à plaga Orientali vſque ad plagam Maris,erũt primitiæ quas ſeparabitis,vigĩtiquinque milibus latitudinis,& longitudinis ſicuti ſingulæ partes,à plaga Oriẽtali vſque ad plagã Maris,& erit ſanctuarium in medio eius.

Primitiæ quas ſeparabitis Domino, longitudo vigintiquinque milibus, & latitudo decem milibus.

Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarii ſacerdotum :ad Aquilonem longitudinis vigintiquinque milia ,& ad Mare latitudinis decem milia , ſed & ad Oriẽtem latitudinis decem milia, & ad Meridiem longitudinis vigintiquinque milia. & erit ſanctuariũ Domini in medio eius.

B

Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt ceremonias meas , & non errauerunt quum errarent filii Iſrael , ſicut errauerũt & Leuitæ.

Et erunt eis primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum Leuitarum.

Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum, vigintiquinque milia lõgitudinis,& latitudinis decem milia. omnis longitudo, viginti & quinque milium,& latitudo decem milium.

Et non venundabunt ex eo, neque mutabũt,neque transferentur primitiæ terræ,quia ſanctificatæ ſunt Dño.

Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque milia , profana erunt vrbis in habitaculum,& in ſuburbana:& erit ciuitas in medio eius.

Et hæ menſuræ eius: ad plagam Septẽtrionalẽ,quingẽta & quatuor mi-

---

IN CAPVT XLVIII.

1 Nomina tribuum: שמות השבטים .i.hæc ſunt nomina partium[ſiue portionum]quæ ſumuntur à tribubus ipſis. A fine Aquil.ad latus מקצה צפונה אל־יד In fine[vel extremo]Septentrionis iuxta locũ. Plaga פאת limite.angulo.termino.parte. Vna. אחד: ſub.erit tribus.vel portio. 8 Oblatio ſpont.quam off. התרומה אשר־תרימו ſeparatio quam ſeparabitis.i.conſecrabitis.Intelligit de tota illa oblatione,id eſt portione illa terræ quæ dicanda erat Domino,quæ ſcilicet continebat tres partes,nempe portionem ſacerdotum, portionem Leuitarum,& portionem[ſiue poſſeſſionem]vrbis:quas poſtea particulariter declarat.

11 Cuſtodierunt cuſt.m. שמרו משמרתי Vide ſimilia ſuprà cap.44.d.15. 13 Terminum גבול .i.portionem.

14 Ex eo, ממנו .i.ex ſua portione. Primitias ראשית Vocat hic primitias, quod paulo antè verſu 12,vocauerat oblationem,quòd ſolerent ſeparare primitias,& eas offerre Domino. Sanctitas *eſt*,&c. קודש ליהוה: Hebraiſmus,Deo ſunt dicatæ,& conſecratæ.

15 Erunt profana חול־הוא nam vrbs collata portionibus ſacerdotum & Leuitarum,erat velut profana. Et in ſuburbanum,ולמגרש Vide ſuprà cap.45.a.2. In medio eius. בתוכה: ſub.partis,ſiue portionis.

16 Hæ *ſunt* autem &c. ואלה מדותיה וגו' Id eſt,vrbs ipſa ſiue locus vrbis habebit in quatuor ſuis lateribus tam in longitudine quàm in latitudine quatuor milia cum quingentis calamis. Erit ergo latitudo æqualis longitudini,& contrá.Latitudo autem ſumitur à Septentrione ad Meridiem:& longitudo ab Oriente ad Occidentem,idqu e per latera oppoſita.

lia:& ad plagam Meridianam, quingenta & quatuor milia:& ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor milia:& ad plagam Occidẽtalẽ,quingenta & quatuor milia.

C 17 Erunt autem ſuburbana ciuitatis, ad Aquilonẽ ducenta quinquaginta, & ad Meridiẽ ducenta quinquaginta, & ad Oriẽtẽ ducẽta quinquagĩta milia,& ad Mare ducẽta quinquaginta.

18 Quod autẽ reliquum fuerit in longitudine ſecũdum primitias ſanctuarii,decem milia in Orientem,& decẽ milia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarii: & erunt fruges eius in panes his qui ſeruiunt ciuitati.

19 Seruiẽtes autem ciuitati,operabũtur ex omnibus tribubus Iſrael.

20 Omnes primitiæ, vigintiquinque milium, per viginti quinque milia in quadrum, ſeparabuntur in primitias ſanctuarii, & in poſſeſſionẽ ciuitatis.

21 Quod autem reliquum fuerit,principis erit ex omniparte primitiarum ſanctuarii, & poſſeſſionis ciuitatis eregione vigintiquinque millium primitiarum vſque ad terminum Orientalem:ſed & ad mare eregione vigintiquinque milium vſque ad terminũ Maris,ſimiliter in partibus principis erit: & erunt primitiæ ſanctuarii, & ſanctuarium templi in medio eius.

22 De poſſeſſione autem Leuitarum, & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis erit,inter terminũ Iuda & inter terminum Beniamin,& ad principem pertinebit.

23 Et reliquis tribubus, A plaga Oriẽtali vſque ad plagam Occidentalem, Beniamin vna.

D 24 Et contra terminum Beniamin, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem,Simeon vna.

25 Et ſuper terminum Simeonis à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem,Iſſachar vna.

26 Et ſuper terminum Iſſachar, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem,Zabulon vna.

27 Et ſuper terminum Zabulon, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Gad vna.

28 Et ſuper terminumGad, ad plagam Auſtri in Meridiẽ: & erit finis de Thamar, vſque ad Aquas contradictionis Cades,hæreditas cõtra mare magnũ.

29 Hæc eſt terra quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael: & hæ partitiones earum,ait Dominus Deus.

30 Et hi egreſſus ciuitatis:A plaga Septentrionali quingentos & quatuor milia menſurabis.

quingentorũ & quatuor miliũ: & ad plagã Auſtralẽ quingentorũ & quatuor miliũ:& ad plagã Orientalẽ, quingẽtorũ & quatuor miliũ: & ad plagam Occidentalem,quingentorũ & quatuor milium.

17 Suburbanũ verò vrbi,erit ad Aquilonẽ″ quinquaginta & ducentorum,& ad Occidentem quinquaginta & ducentorum.

18 Quod autem reliquum fuerit in ipſa lõgitudine,eregione″oblationis ſanctæ, *erunt* decem milia ad Orientem, & decem milia ad Occidentem,″erítque eregione illius oblationis ſanctæ: fructus autem eius erit in panem″ſeruientibus vrbi.

19 ″Hi autẽ qui ſeruiẽt vrbi,ſeruiẽt ei ex omnibus tribub⁹ Iשׂraאél.

20 Tota oblatio iſta *erit* quinque & viginti milium ″cum quinque & viginti milibus: ″quadratã offeretis oblationem ſanctam cum poſſeſſione vrbis.

21 Quod autem reliquum fuerit,principis erit, *reliquum inquam* hinc & inde″ ad oblationem ſanctam, & ad poſſeſſionem vrbis eregione quinque & viginti milium *totius* oblationis, vſque ad terminum Orientalem:& ad Occidentem eregione quinque & viginti milium vſque ad terminumOccidentalẽ,eregione partium,principis erit: erítque″oblatio ſancta,& ſanctuarium domus″in medio eius. Principis.

22 ″A poſſeſſione enim Leuitarũ, & à poſſeſſione vrbis, *quæ* in medio *eius ſunt* quod principis erit,inter terminum Iehudáh & terminum Biniamín principis erit.

23 Porrò reſiduũ tribuum *ſic ſe habebit*:à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem,Biniamín″vna. Sortes reliquarũ tribuum.

24 Et iuxta terminum Biniamín, à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem,שׂSimעyón vna.

25 Et iuxta terminum שׂSimעyón,à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem, Iשׂſachár vna.

26 Et iuxta terminum Iשׂſachár, à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem,Zebulún vna.

27 Et iuxta terminum Zebulún,à plaga Oriẽtali vſque ad plagam Occidentalem,Gad vna.

28 Et iuxta terminum Gad, ad plagã Meridionalem ad Auſtrum, *erit limes regionis Meridionalis*, & erit terminus *ille Meridionalis*″à Thamár *uſque ad* Aquas Meribáh *in* Cadéשׂ *&*″torrẽtem *qui decurrit* in mare magnũ.

29 Hæc eſt terra quam″ſortiemini in hæreditatẽ tribubus Iשׂraאél, & hæ″portiones earum,dixit Dominus Iehouáh.

30 Hi autem *erunt* exitus vrbis,ad plagam Aquilonarem,quatuor milia & quingenti *calami* in menſura:

---

17 Quinquaginta & ducentorum. חמשים ומאתים ſub. calamorum in latitudine. nam longitudo eius ſumebatur ſecundum longitudinem vrbis. Erat ergo vrbs tota,nempe cum ſuo ſuburbano,lata quinque milia calamorum, & longa totidem. nam ſuburbanum illud habebat ad Septentrionem & Meridiem ſimul quingentos cubitos pro latitudine totius vrbis:& ad Orientem & Occidentem totidem pro lõgitudine illius vrbis. 18 Oblationis ſanctæ תרומת הקודש .i.portionis Leuitarum & Sacerdotum:ſic dictæ quòd portionem vrbis vocaſſet profanam. Erítque eregione,&c. 'והיה לעומת וגו .i.id quod reliquum fuerit ad Occidentem,erit etiam eregione,&c. Seruientibus vrbi. לעובדי העיר: .i.agricolis,vinitoribus,patribuſfamiliâs,& his qui curabant ac parabant cibum & neceſſaria vrbi.colent enim agros illos vtrinque. 19 Hi autem,&c. 'והעובד וגו Iſti enim erunt qui ſeruient vrbi, *&* ſeruient,&c.

20 Cum quinque & vig.mil. בחמשה ועשרים אלף ſuper vigintiquinque milia. Quadratam רביעית q.d.tota illa oblatio complectens portionem Sacerdotum & Leuitarum,& poſſeſſionem vrbis,erit quadrata.

21 Ad oblationem לתרומת iuxta oblationem.i.ex vtroque latere oblationis ſanctæ, & poſſeſſionis vrbis. Epilogus eſt. Vide ſuprà eadem,cap.45.a.6. Oblatio ſancta, תרומת הקודש .i.portio Sacerdotum & Leuitarum,vt verſu 18. In medio e. בתוכה: portionis ſcilicet principis. 22 A poſſeſſione,&c. 'ומאחוזת וגו Eadem dicere videtur quæ præcedenti verſu 21.nam limites deſcribit. Aut dicit quòd portio illa principis in cuius medio erit poſſeſſio ſacerdotum,Leuitarũ,& vrbis,erit inter portionem Iuda & inter portionem Beniamin,habebit enim Iudam à Septentrione,& Beniamin à Meridie. 23 Vna. אחד: Vt ſuprà, verſu 2.

28 A Thamár,&c. 'מתמר וגו Capite præcedenti, verſu 19,plena eſt locutio, A Thamar vſque ad Aquas Meriboth,&c.i.portio Gad erit in limite Meridionali Terræ ſanctæ,qui incipiet à Iericho,& contendet ad Aquas contentionis Cades,& ad torrentẽ AEgypti qui influit in Mare mediterraneum.vide præcedenti capite,verſu 19. Torrentem,&c. נחלה על־הים hæreditatem quæ eſt iuxta mare.

29 Sortiemini in hæred. תפילו מנחלה Ad verbum, cadere facietis de hæreditate.i.eam miſſis ſortibus diuidetis iure hæreditario poſſidendam. Vide capite præcedenti,verſu 22. Portiones e. מחלקותם Ad verbum,diuiſiones earum.

Portæ ciuitatis.

Et portæ illæ vrbis *erunt* ſecundum nomina tribuum Iשſraאél: portæ tres ad Aquilonem, porta Rאeubē vna, porta Iehudáh vna, porta Leui vna. 31

Et ad plagam Orientalem, quatuor milia & quingenti *calami:* portæq; tres, ″porta Ioסſéph vna, porta Biniamin vna, porta Dā vna. 32

Ad plagam etiam Meridianam, quatuor milia & quingenti *calami* in menſura: & portæ tres, porta שSimעón vna, porta Iשſſachár vna, porta Zebulún vna. 33

Ad plagam verò Occidentalem, quatuor milia & quingenti *calami:* *&* portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aשſér vna, porta Naphthalí vna. 34

″Per circuitum, octo & decem milia *calamorum:* & nomen vrbis ex eo die, Iehouáh illic. 35

31 Et portæ ciuitatis in nominibus tribuū Iſrael: portæ tres à Septentrione, porta Rubē vna, porta Iuda vna, porta Leui vna.

32 Et ad plagam Orientalem, quingētos & quatuor milia: & portæ tres, porta Ioſeph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna.

33 Et ad plagam Meridianam, quingētos & quatuor milia metieris: & portæ tres, porta Simeonis vna, porta Iſſachar vna, porta Zabulon vna.

34 Et ad plagam Occidentalē, quingētos & quatuor milia: & portæ eorū tres, porta Gad vna, porta Aſer vna, porta Nephthali vna.

35 Per circuitum, decē & octo milia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

Prophetia Danielis, Hebraicè דניאל

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

Cap. I.

Captiuitatē Ioacim Regis Iuda refert Propheta.

″ANNO Tertio regni Iehoiacím Regis Iehudáh, venit Nebuchadneצſár Rex Babél Ieruשſaláĩ, & obſedit eā. 1

Dedítque Dominus in manū eius ipſum Iehoiacím Regem Iehudáh, & partem vaſorū domus Dei, ″& deduxit eos in terrā שSinעár, indomum dei ſui, & vaſa intulit″in domum theſauri dei ſui. 2

De filiis captiuis iubet Rex eligi, qui doceantur literas & linguam Chaldæorum.

″Dixítque Rex ad Aשſpenáz principem ″eunuchorum ſuorum, ″vt adduceret de filiis Iשſraאél, *&* de ſemine″regni, & de″principibꝰ, 3

Pueros ″in quibus non eſſet vlla ″macula, ″& decoros aſpectu, ″& eruditos in omni ſapientia, ″& ſcientes ſcientiam, ″& intelligentes cogitationem, & in quibus eſſent vires″vt ſtarent in palatio Regis: & vt doceret eos literas, & linguam Chaשſdím. 4

Annona regia eis conſtituitur.

Et conſtituit eis Rex″demenſum per ſingulos dies, de portione cibi regii, & de vino ″potus ſui, & vt enutriat eos annis tribus, ″vt exactis illis″ſtarent coram Rege. 5

Fuerunt autem inter eos de filiis Iehudáh, Daniél, חHananiáh, Miשſaאél & עAzariáh. 6

Quibus impoſuit princeps eunuchorum nomina, impoſuit enim Daniéli *nomen* ″Belteשſaצſár, & חHananiáh שSadrách, & Miשſaאéli Meשſách & עAzariáh עAbed-negó. 7

VETVS. Cap. I.

4.Reg.24.b.10

1 ANNO Tertio regni Ioacim Regis Iuda, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eam.

2 Et tradidit Dominus in manu eius Ioacim Regem Iudæ, & partem vaſorum domꝰ Dei, & aſportauit ea in terram Sennaar, in domū dei ſui, & vaſa intulit in domū theſauri dei ſui.

3 Et ait Rex Aſphenez prępoſito eunuchorum, vt introduceret de filiis Iſrael, & de ſemine regio, & tyrannorū,

4 Pueros in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum.

5 Et cōſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu Regis.

B

6 Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias.

7 Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorum, nomina: Danieli, Baltaſſar: Ananiæ, Sidrach: Miſaeli, Miſach: & Azariæ, Abdenago.

32 Porta Ioſeph ושער יוסף Ad verbum, & porta Ioſeph. Redundat ו. 35 Per circuitum סביב ſub. vrbis. q.d. totus ambitus vrbis erit, &c.

IN CAPVT I.

1 Anno tertio בשנת שלוש. i. ſub finem anni tertii. Ieremias cap. 25. a. 1, Anno, inquit, quarto Iehoiacim filii Ioſiiáhu Regis Iehudáh, ipſe eſt annus primus Nebuchadneſar Regis Babel. Annus primus Nabuchodonoſor incurrit in annum tertium Ioacim & quartum: fuitque Rex creatus ſub finem tertii anni Ioacim. Dicitur autem annus quartus Ioacim fuiſſe primus Nabuchodonoſor, à maiori parte.

2 Et deduxit eos ויביאם Relatiuum ſine antecedente. i. Ioacim & ſocios Iudæos concaptiuos. In domum theſauri dei ſui. בית אוצר אלהיו: Hæc domus cōtinebatur in palatio ipſius Nabuchodonoſor. ſic intelligendū vt cōcordet cū eo quod dicitur 2. Paral 36. b. 7, Poſuit ea in palatio ſuo in Babel. 3 Dixitque ויאמר Dixerat autem. vel, Præceperat autem. Eunuchorum ſ. סריסיו. nobilium ſuorum. Princeps eunuchorum, vel aulicorum, ſiue nobilium is videtur fuiſſe qui ſeculis poſterioribus fuit magiſter palatii vel aulæ apud Romanos principes. Vt adduceret להביא ſub. è Ieruſalem. Regni המלוכה regio. i. de ſtirpe regia. Principibus, הפרתמים: ducibus, nobilibus. Hæc vox ſignificat magnos principes.

4 In quibus non eſſet אשר אין־בהם Ad verbum, *in* quibus non *eſſet* in eis. Redundat, in eis, more Hebræorum. Macula, מאום. i. defectus. q.d. non mutilos neque deformes. Seipſum mox declarat, quum dicit, decoros aſpectu. Et decoros aſp. וטובי מראה Ad verbum, & bonos aſpectu. i. decoros forma. Et eruditos in omni ſap. ומשׂכילים בכל־חכמה induſtrióſque in omni ſapiētia. Alii, & qui ingenioſi eſſent in, &c. Et ſcientes ſci. ויודעי דעת & peritos ſcientiarum. Alii, cautos ſcientia. Alii, præditi ſcientia. i. facundos & elegantes, vt alios docere poſſent. Et intelligentes cogit. ומביני מדע & intelligentes eruditionē. Alii, pollentes intellectu. Alii, intelligentes cognitionem. i. ſagaci ingenio & perſpicaci. Vt ſtarent, &c. לעמוד וגו׳. i. qui per ætatem apti eſſent miniſterio Regis.

5 Demenſum per ſing. dies, דבר־יום ביומו Ad verbum, rem diei in die ſuo. i. quotidianum victum. Potus ſui, משתיו Ad verbum, potuum ſuorum. i. variis vini generibus quibus vti ſolebat. Vt exactis illis, ומקצתם Ad verbum, & à fine illorum. ſub. trium annorum. Starent coram Rege. עמדו לפני המלך: Hebraiſmus, pro, apti eſſent miniſterio Regis. Integrā locutionem habes Ezec. 44. c. 11.

7 Belteשſaצſar] Nomina ſunt Chaldæa, quòd eſſent ipſis Chaldæis magis familiaria.

8 Propoſuit autem Daniel in corde ſuo ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præpoſitum ne contaminaretur.

9 (Dedit autem Deus Danieli gratiā & miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum.)

10 Etait princeps eunuchorū ad Danielem, Timeo ego dominum meum Regem qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput meum Regi.

C 11 Et dixit Daniel ad Malaſar, quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelē, & Azariam,

12 Tēta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibēdū.

13 Et contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio: & ſicut videris, facies cum ſeruis tuis.

14 Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decem.

15 Poſt dies autē decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio.

Reg.14.b.10

16 Porrò Malaſar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabátque eis legumina.

17 Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & D ſapientia: Danieli autem intelligentiam omniū viſionum & ſomniorū.

18 Cōpletis itaque diebus, poſt quos dixerat Rex vt introducerentur, introduxit eos præpoſitus eunuchorū in conſpectu Nabuchodonoſor.

19 Quúmq; eis loquutus fuiſſet Rex, non ſunt inuenti tales de vniuerſis vt Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias: & ſteterunt in conſpectu Regis.

20 Et omne verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis Rex, inuenit in eis decuplum ſuper cunctos ariolos & magos qui erāt in vniuerſo regno eius.

Infrà 6 g.28 21 ¶Fuit autem Daniel vſque ad annū primum Cyri Regis.

Cap. II.

1 IN anno ſecundo regni Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo.

8 Propoſuit verò Daniél in corde ſuo ne pollueret ſe in portione cibi regii, & in vino″potus eius, petiuítque à principe eunuchorum ne pollueret ſe.

9 ″(Dederat autem Deus Danielē in miſericordiā & in miſericordias coram principe eunuchorum.)

10 Dixítque princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo dominū meum Regem qui conſtituit eſcam veſtram ″& potum veſtrum: ″qui ſi viderit vultus veſtros″macilentiores pueris qui ſunt″ſimiles vobis,″condemnabitis caput meum Regi.

11 Et dixit Daniél″ad Melצſár quē conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Daniél, חHananiáh, Miשſaאél, & עAzariáh,

12 ″Tenta obſecro ſeruos tuos diebus decem,″déntque nobis de leguminibus ″vt comedamus: & aquam vt bibamus.

13 ″Et videātur coram te vultus noſtri, & vultus puerorum qui veſcuntur parte cibi regii: & vt videris, fac cum ſeruis tuis.

14 Morem igitur geſſit eis in hoc, & tentauit eos diebus decem.

15 In fine autem dierum decem viſus eſt vultus eorum melior, & pinguiores carne *vſi ſunt* præ cæteris pueris qui veſcebantur portione cibi Regii.

16 ″Quare Melצſár tollebat portionē cibi eorum, & vinum potus eorum, & dabat eis legumina.

17 Porrò pueris iſtis″quatuor dedit Deus cognitionem, & intelligētiam″in omnibus literis & ſapientia: ″at Daniél intellexit *ultra illos* omnem viſionem & ſomnia.

18 Elapſis autē diebus, poſt quos dixerat Rex vt introduceret eos, introduxit eos princeps eunuchorum coram Nebuchadneצſár.

19 Et loquutus eſt cum eis Rex,″& non eſt inuentus de vniuerſis illis ſicut Daniél, חHananiáh, Miשſaאél, & עAzariáh:″& ſteterunt coram Rege.

20 ″Et *in* omni verbo ſapientiæ *&* intelligentiæ quod ſciſcitatus eſt ab eis Rex, inuenit eos″decē partibus ſupra omnes″genethliacos, *&* aſtrologos qui erant in toto regno eius.

21 ″Fuítque Daniel″vſque ad annum primum Chóreשs Regis.

Cap. II.

1 ANno autem ſecundo regni Nebuchadneצſár, ſomniauit Nebuchadneצſár ſomnia, ″& contritus eſt ſpiritus eius, & ſomnus eius fractus eſt ei.

Daniel abſtinet à cibis Regis Babyloniorum.

Horum puerorū ſcientia & diſciplina.

Somniū Nabuchodonoſor.

8 Potus e. משתיו vt paulo antè verſu 5. 9 Dederat autem Deus,&c. ויתן האלהים וגו׳ Hebraiſmus, Effecerat Deus vt eſſet gratioſus & charus illi principi, vt id peteret ab ipſo.

10 Et potū veſtrū: ואת־משתיכם Vt paulo antè, verſu 5. Qui ſi,&c. אשר למה וגו׳ Ad verbū, qui quamobrē videbit vultus veſtros pallid os præ adoleſcentibus qui ſunt iuxta ſimilitudinem veſtrā, & condemnabitis caput meum Regi? q.d. Cur cōmittam vt ſi videat vos pallidos, triſtes & mœſtos, macilentóſque vultus veſtros, plectar capite? Macilentiores pueris זועפים וגו׳ triſtiores pueris. ſub. vultibus. turbulentiores. magis tetricos. Similes vobis, כגלכם Ad verbum, ſecundum ſimilitudinem veſtram. i. vobis ſimiles conditione & ætate, Quidā legunt cū ב, בגלכם in captiuitate veſtra. Condemnabitis,&c. וחיבתם וגו׳. i. efficietis vt Rex curet caput meum tollendum. q.d. accuſabor læſæ maieſtatis. 11 Ad Melצſar אל־המלצר Quidam ſcribunt, ה in hoc proprio nomine eſſe eſſentiale, & legēdum Hamelſar. 12 Tenta נס Proba. Alii, Periculum fac de ſeruis tuis. Déntque no. ויתנו־לנו ſub. miniſtri tui. Vt comedamus: ונאכלה Ad verbum, & comedemus. ו pro vt, & ſic mox.

13 Et videantur ויראו Et videbuntur. vel, apparebūt. i. Quum præbebunt ſe viſendos vultus noſtri. q.d. Quūque ſpectatæ fuerint abs te formæ noſtræ. 16 Quare Melצſar tollebat ויהי וגו׳ Ad verbum, Et fuit, Melſar auferebat. i. curabat aſportandū domum ſuam.

17 Quatuor dedit ארבעתם נתן להם Ad verbum, quatuor ipſis dedit ipſis. Redundant duo relatiua, more Hebræorum. In omnibus literis, בכל־ספר in omni literatura. i. in omnibus ſcientiis, quibus vtebantur homines cum quibus verſabantur. Intelligit omne genus doctrinæ ac eruditionis. At Daniél,&c. ודניאל וגו׳ at Daniel intelligentiam habuit in omni viſione. Alii, Danielem autem intelligēre fecit omnem viſionem & ſomnia. immiſſa ſcilicet à ſe, non vana ſomnia.

19 Et non eſt inuentus de vniu. il. ולא נמצא מכולם & non ſunt inuenti ex omnibus illis. ſub. adoleſcētibus qui alebātur cibo regio. Et ſteterunt coram Rege. ויעמדו לפני המלך: Hebraiſmus vt ſuprà verſu 5. facti ſunt miniſtri Regis.

20 Et *in* omni,&c. וכל וגו׳ Et *in* omni re ſapientiæ, intelligentiæ. i. in omni ſcientia ardua ac profunda, in qua ſcilicet opus eſt acuto ac ſubtili ingenio. Decem partibus עשר ידות. i. decuplo doctiores. Geneth. *&* aſtrol. החרטומים האשפים phyſiologos, *&* aſtrologos. vel *doctiores* omnibus ariolis & magis. Vide capite ſequenti, verſu 2. 21 Fuitque ויהי ſub. ſtans. i. ſtetit coram Regibus,&c. hoc eſt, Miniſtrauitque Daniel Regibus Babylonis vſque,&c. Vſque ad annum pr. עד־שנת אחת Ad verbum, vſque ad annum primi. i. qui numerabatur primus.

IN CAPVT II.

1 Et contritus eſt ותתפעם & fractus eſt. i. cœpit animo eſſe turbato ac perterrito, & interruptus eſt ſomnus eius, ita vt non poſſet vltrà dormire.

Accerſitis magis quærit ab eis & ſomniũ & ſomnii interpretationem.

2 ″Iuſſit ergo Rex conuocari ″genethliacos, aſtrologos, ″& maleficos, ″& chaשſdím, vt indicarent Regi ſomnia ſua: venerũt itaque, & ſteterunt coram Rege.

3 Dixítque ad eos Rex, Somnium ſomniaui, ″& contritus eſt ſpiritus meus vt ſcirem ſomnium.

4 Et loquuti ſunt chaשſdím ad Regem ″Syriacè, ″Rex, in æternum viue. Dic ſomnium ſeruis tuis, & interpretationem indicabimus.

5 Reſpondit Rex, & dixit ad chaldæos, ″Res à me receſſit: niſi indicaueritis mihi ſomnium, & interpretationem eius, in fruſta ″efficiemini, & domus veſtræ in ſterquilinium ponentur.

6 Quòd ſi ſomnium & interpretationem eius indicaueritis, dona & munera, & honorem magnum recipietis ″à conſpectu meo: propterea ſomnium & interpretationem eius indicate mihi.

7 Reſponderunt ſecundò, & dixerunt, Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationem eius indicabimus.

8 Reſpõdit Rex, & dixit, Certè cognoſco quòd tempus redimitis, propterea quòd videatis quòd receſſerit à me ″res.

9 Quòd ſi ſomnium non indicaueritis mihi, vnica eſt ″ſententia *de* vobis: certè ſermonem ″mendacem ″& corruptum præparaſtis vos vt dicatis coram me, ″donec tempus mutetur. quamobrem ſomnium dicite mihi, & intelligam quòd interpretationem eius ″indicare poſſitis mihi.

Reſpondẽt ſe nõ poſſe indicare.

10 Reſponderunt chaldæi coram Rege, atque dixerunt, Non eſt homo ſuper terram qui verbum Regis poſſit indicare: præterea, nullus *antea* ″Rex, Princeps, aut Poteſtas tale quid interrogauit ″vllum genethliacum, & aſtrologum, & chaldæum.

11 Porrò verbũ quod Rex poſtulat, ″graue eſt, nec alius eſt qui indicet corã Rege, præter ″Deos quorũ habitatio ″cum carne nõ eſt.

Iubet Rex omnes ſapientes Babylonis interfici.

12 Ob id Rex *fuit* in ira & furore magno: ″& iuſſit vt perderent omnes ſapientes Babél.

13 ″Itaque lex egreſſa eſt, & ſapientes interficiebantur: & quæſiuerunt Danielem, & ſocios eius vt interficerentur.

14 Tũc Daniél ″reſpondit ſapientiã & prudẽtiã ad Arióch principẽ carnificũ Regis, qui egreſſus fuerat vt interficeret ſapiẽtes Babél.

15 Reſpondit *inquam*, & dixit ipſi Arióch præfecto Regis, Quamobrem decretum ″feſtinauit à facie Regis? Tunc rem *omnem* indicauit Arióch Danieli.

Petit Daniel tẽpus ſibi dari ad quæſtionem diſſoluendam.

16 Et Daniél ″ingreſſus eſt, & petiit à Rege vt tempus daret ſibi, & interpretationem indicaret Regi.

17 Tunc Daniél domum ſuam ″perrexit: & חHananiáh, Miשſaאél, & עAzariáh ſociis ſuis rem ipſam indicauit.

2 Præcepit ergo Rex vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & chaldæi, vt indicarent Regi ſomnia ſua: qui quum veniſſent, ſteterunt coram Rege.

3 Et dixit ad eos Rex, Vidi ſomniũ, & mente confuſus ignoro quid viderim.

4 Reſponderúntque chaldæi Regi Syriacè, Rex in ſempiternum viue: dic ſomnium ſeruis tuis, & interpretationem eius indicabimus.

5 Et reſpondens Rex, ait chaldæis, Sermo receſſit à me: niſi indicaueritis mihi ſomnium & coniecturam eius, peribitis vos, & domus veſtræ publicabuntur.

6 Si autem ſomnium & cõiecturam eius narraueritis, præmia & dona, & honorem multum accipietis à me: ſõnium igitur, & interpretationem ei⁹ indicate mihi.

7 Reſponderunt ſecũdò, atque dixerunt, Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationẽ illius indicabim⁹.

8 Reſpondit Rex, & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, ſciẽtes quòd receſſerit à me ſermo. B

9 Si ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam compoſueritis, vt loquamini mihi donec tẽpus pertranſeat. ſomnium itaque dicite mihi, vt ſciam quòd interpretationem quoq; eius verã loquamini.

10 Reſpondentes ergo chaldæi coram Rege, dixerunt, Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuũ, Rex, poſſit implere: ſed neq; Regum quiſquã magnus & potens, verbum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni ariolo, & mago, & chaldæo.

11 Sermo enĩ quẽ tu quæris, Rex, grauis eſt: nec reperietur quiſquã qui indicet illum in conſpectu Regis: exceptis Diis quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.

12 Quo audito, Rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent omnes ſapientes Babylonis.

13 Et egreſſa ſententia, ſapientes interficiebantur: quærebantúrque Daniel & ſocii eius vt perirent.

14 Tũc Daniel requiſiuit de lege atque ſententia ab Arioch principe militiæ Regis, qui egreſſus fuerat ad interficiendos ſapientes Babylonis. C

15 Et interrogauit eũ qui à Rege poteſtatem acceperat, quam ob cauſam tam crudelis ſententia à facie Regis eſſet egreſſa. Quum ergo rem indicaſſet Arioch Danieli,

16 Daniel ingreſſus, rogauit Regem vt tempus daret ſibi ad ſolutionem indicandam Regi.

17 Et ingreſſus eſt domum ſuam: Ananiæque, & Miſaeli, & Azariæ ſociis ſuis indicauit negotium:

---

2 Iuſſit ergo ויאמר Ad verbum, Et dixit. Genethliacos לחרטומים phyſicos.i.peritos rerum & cauſarum naturalium. Et maleficos ולמכשפים & incantatores.diuinos. Et chaשſdim ולכשדים & chaldæos.intelligit homines ſuperſtitioni deditos, qui ſolebant ſe totos dedere vanis artibus ac ſcientiis. 3 Et contritus eſt &c. ותפעם רוחי וגו׳ Vt primo verſu, cõturbatus eſt ſpiritus meus vt ſcirem, &c.q.d. cœpi eſſe animo conturbato dum conabar reminiſci [ſiue recordari] ſomnii mei.

4 Syriacè, ארמית.i.lingua Aramæa ſiue Chaldæa. Rex מלכא Hinc vſque ad initiũ octaui capitis Daniel Chaldaico vtitur ſermone.

5 Res à me receſſit: מלתה מני אזדא .i.Iam nõ memini eius quod ſomniaui. Efficiemini, תתעבדון.i.cõcidemini.ſiue diſcerpemini.

6 A conſpectu meo: מן־קדמי .i.à me. 8 Res.: מלתא .i.ſomnium. 9 Sententia דתכון lex *de* vobis.i.quæ feretur cõtra vos.q.d.omnes moriemini. Mendacem כדבה fallacem.i.vanum. Et corruptum ושחיתה .i.inutilem. Donec tempus mutetur. עד די־עדנא ישתנא .i.donec negotia aliò me pertrahant. Indicare poſſ.mihi. : תהחוונני Ad verbum, indicabitis mihi.

10 Rex, princeps מלך רב Rex *quantumuis* magnus. Vllũ geneth.&c. לכל חרטום וגו׳ vllum phyſicũ, aut aſtrologum, aut chaldæum.

11 Graue eſt, יקירה rarum eſt.i.difficile.nam quæ pretioſa ſunt, rara & inuentu difficilia ſunt. Deos אלהין Angelos. Alii, ſpiritus ipſos. Cum carne עם־בשרא .i.cum hominibus. 12 Et iuſſit ואמר Ad verbum, & dixit.

13 Itaque lex egreſſa eſt, ודתא נפקת Et decretum egreſſum eſt.ſub.ab ore Regis, ſiue à Rege.i.Rex tulit ſententiam.

14 Reſpõdit ſap.& prud. התיב עטה וטעם reſpõdit conſiliũ & prudentiã.i.ſapientiã & prudentiã.hoc eſt, ſapienter ac prudenter reſpondit. Ita doctus ex Hebræis. Quidã, reſpondit *ſuper* cõſilio & edicto. Alii, interceſſit cõſilio atque decreto apud Arióch. fortaſſe quia התיב redire fecit ſignificat. 15 Feſtinauit מהחצפה.i.qua de cauſa decretũ hoc adeò feſtinãter ac præcipitanter edictũ eſt & latũ à Rege? Alii, publicatũ eſt. 16 Ingreſſus eſt, &c. על ובעא וגו׳ .i.ingreſſus eſt ad Regẽ, & petiit ab eo. 17 Perrexit: אזל, nẽpe impetrata licẽtia.

18 Vt quæreret̃ miſericordiam à facie Dei cæli ſuper ſacramẽto iſto, & non perirent Daniel & ſocii eius, cum cæteris ſapientibus Babylonis.

19 Tunc Danieli myſterium per viſionem nocte reuelatum eſt: & benedixit Daniel Deum cæli.

Pſal.112.a.2, & 113.d.18

20 Et loquutus ait, Sit nomẽ Domini benedictum à ſeculo & vſque in ſeculum: quia ſapientia & fortitudo ei⁹ ſunt.

21 Et ipſe mutat tempora & ætates: transfert regna atque conſtituit: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam.

D

22 Ipſe reuelat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt.

23 Tibi Deus Patrũ meorũ cõfiteor, téque laudo quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi: & nunc oſtendiſti mihi quæ rogauimus te, quia ſermonem Regis aperuiſti nobis.

24 Poſt hæc Daniel ingreſſ⁹ ad Arioch quem conſtituerat Rex vt perderet ſapientes Babylonis, ſic ei loquutus eſt, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conſpectũ Regis, & ſolutionem Regi narrabo.

25 Tũc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad Regem, & dixit ei, Inueni hominẽ de filiis trãſmigrationis Iudæ, qui ſolutionem Regi annuntiet.

26 Reſpondit Rex, & dixit Danieli cuius nomen erat Baltaſar, Putáſne verè potes mihi indicare ſõniũ quod vidi, & interpretationem eius?

E

27 Et reſpondens Daniel coram Rege, ait, Myſterium quod Rex interrogat, ſapientes, magi, & arioli, & aruſpices nequeunt indicare Regi:

28 Sed eſt Deus in cælo reuelans myſteria, qui indicauit tibi Rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporibus. Somnium tuũ, & viſiones capitis tui in cubili tuo, huiuſcemodi ſunt,

29 Tu Rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quid eſſet futurũ poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi quæ ventura ſunt.

30 Mihi quoque nõ in ſapientia quæ eſt in me plus quàm in cunctis viuentibus, ſacramentum hoc reuelatũ eſt: ſed vt interpretatio Regi manifeſta fieret, & cogitatiões mẽtis tuæ ſcires.

31 Tu Rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis: ſtatua illa magna & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis.

32 Hui⁹ ſtatuæ caput, ex auro optimo erat: pectus autem & brachia, de argẽto: porrò venter & femora, ex ære.

18 Et miſericordias ″petiuerunt à facie Dei cæli ſuper ſecreto iſto, ne″perirent Daniél & ſocii eius, cum aliis ſapientibus Babél.

Danieli reuelat myſterium Dominus.

19 Tunc Danieli in viſione noctis ſecretum reuelatum eſt: quamobrem Daniél″benedixit Deo cæli.

Gratiarũ actio.

20 Loquutus eſt *autem* Daniél, & dixit, ″Sit nomen Dei benedictum à ſeculo & vſque in ſeculum, ″quia ſapientia & fortitudo eius eſt.

21 Et ipſe mutat tempora, ″& ætates: aufert Reges, & conſtituit Reges: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiã″ſcientibus intelligẽtiã.

22 Idem reuelat″profunda & abſcondita: nouit id quod eſt in tenebris: ″& lux cum eo manet.

Confiteri & laudare.

23 Tibi ô Deus Patrũ meorum confiteor, téque laudo quòd ſapiẽtiam & fortitudinem dediſti mihi: nunc autem indicaſti mihi id quod petiuimus à te: nam negotium Regis indicaſti nobis.

Introducitur Daniel ad Regem.

24 Quapropter Daniél ingreſſus eſt ad Arióch, quem conſtituerat Rex vt perderet ſapientes Babél: ″perrexit, & ſic dixit ei, Sapientes Babél ne perdas, introduc me coram Rege, & interpretationẽ Regi indicabo.

25 Tunc Arióch cum feſtinatione introduxit Danielem in conſpectum Regis, & ſic dixit ei, Inueni virum de filiis″captiuitatis Iehudáh, qui interpretationem Regi notam faciet.

26 Reſpondit Rex, & dixit Danieli, cuius nomẽ erat Belteſ̌aẋſár, ″Nunquid eſt tibi facultas notum faciendi mihi ſomnium quod vidi, & interpretationem eius?

27 Reſpondit Daniél coram Rege, & dixit, Secretũ quod Rex″interrogat, nequaquam ſapientes, aſtrologi, ″genethliaci, diuinatores poſſunt indicare Regi:

Regi ſomnium indicat Daniel, & eius interpretationem.

28 Profectò eſt Deus in cælo qui reuelat ſecreta, ″& notum fecit Regi Nebuchad-neẋſár quid futurum ſit in nouiſſimo dierum. Somnium tuum, & viſio capitis tui″in cubili tuo, hoc eſt.

29 ″Tuæ ô Rex cogitationes in cubili tuo aſcenderunt *ſuper cor tuum*, vt ſcires quid eſſet futurum poſthac: & qui reuelat ſecreta, indicauit tibi quod futurum eſt.

30 Mihi autem non propter ſapientiam quæ ſit in me præ omnibus viuentibus, ſecretum hoc reuelatum eſt, ſed vt interpretationem Regi″notã faciant, & cogitationes cordis tui cognoſceres.

31 Tu Rex″videbas, & ecce ſtatua quædam grandis: ſtatua hæc quæ adeò erat magna, ″& cuius gloria erat ſublimis, ſtabat eregione tui, ″& forma eius terribilis.

32 ″Huius ſtatuæ caput *erat* ex auro optimo, pectus eius & brachia eius argentea, venter eius & femora″eius ærea.

18 Petiuerunt למבעא Ad verbum, vt peterent. vel, quærerent. q.d. dederunt operam vt quærerent. hoc eſt, interim orauerunt Deum vt reuelaret eis illud ſomniũ. Quidam omiſſo ו in ורחמין, & conuerſo ordine vertunt, Vt quærerent miſericordias à facie, &c. Alii, Miſericordiam quoque à Deo cæli petendam eſſe, &c. Perirent Dan. & ſoc. e. יהובדון דניאל וחברוהי perderent Danielem & ſocios eius.

19 Benedixit ברך .i. gratias Deo egit. q.d. faſſus eſt hanc viſionem ab eo accepiſſe: propterea in laudes eius erupit.

20 Sit להוא וגו' Ad verbũ, Vt ſit nomen eius Dei, &c. q.d. Par eſt [vel opto, ſiue precor] vt ſit nomen eius, nempe Dei benedictũ. eſt enim relatiuum cum antecedente. Quia ſapientia, &c. די חכמתא וגו' cuius ſapientia & potentia eſt. i. qui eſt author & largitor ſapientiæ & prudentiæ. 21 Et ætates: וזמניא & occaſiones. Quidam vertunt, Qui temporum viciſſitudini moderatur. Scientibus intelligentiam. לידעי בינה: pollentibus intelligentia. hoc eſt doctis.

22 Profunda & abſcõ. עמיקתא ומסתרתא .i. res difficiles, arduas & abſtruſas. Et lux cũ eo ma. ונהירא עמה שרא: .i. author eſt lucis.

24 Perrexit אזל q.d. ingreſſus eſt inquam. 25 Captiuitatis Iehudáh גלותא די יהוד transſmigrationis Ieh. i. ex Iudæis captiuis.

26 Nunquid &c. האיתך וגו' Potéſne indicare mihi. Túne potes. 27 Interrogat, שאל petit. requirit. Genethliaci חרטומין phyſici, vt ſuprà verſu 2. 28 Et notũ fecit והודע qui indicauit. vel, & *ille quidem* indicauit. In cubili t. על משכבך ſuper lectũ tuũ.

29 Tuæ &c. אנתה וגו' Ad verbum, Tu Rex, cogitationes tuæ ſuper lectum tuum aſcenderunt. ſub. in mentem tuam. Id eſt, Tu ô Rex dum iaceres in cubili tuo cœpiſti cogitare quidnam futurum eſſet poſtea. 30 Notam faciant, יהודעון indicent. nempe Angeli aut homines. vel Deus per Angelos, aut homines. Alii, indicarent. i. vt interpretatio Regi indicetur, ſiue manifeſtetur. aut indicaretur.

31 Videbas, חזה הוית Ad verbum, videns eras. i. videbaris videre ſtatuam. Et cuius glo. erat ſubl. וזיוה יתיר & cuius ſplẽdor erat eximius. Verti poteſt per parentheſin ſic, Et ecce ſtatua quædam grandis (ſtatua hæc magna erat, & ſplendor eius eximius) ſtabat eregione tui. Et forma eius terr. ורוה דחיל: & aſpectus eius formidabilis. i. aſpectu plena erat terrorum.

32 Huius ſtatuæ caput הוא צלמא ראשה Hæc *eſt* ſtatua, *cuius* caput erat, &c. vel, eius ſtatuæ caput erat, &c.

33 Crura eius ferrea, pedes eiꝰ partim *erant* ferrei, & partim fictiles.

34 ″Aſpiciebas, donec abſciſſus eſt″lapis, qui nõ manibus *abſciſſus erat*: & percuſſit ſtatuã in pedibꝰ eius ferreis & fictilibꝰ, cõtriuítq; eos.

35 Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurũ, factáque ſunt tanquã quiſquiliæ″de areis æſtatis,″quas eleuat ventus, & nullus locus inuentus eſt eis: lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, effectus eſt mons magnus, & repleuit totam terram.

36 Hoc *eſt*″ſomnium: interpretationem quoque eius dicemus coram Rege.

37 Tu Rex, es″Rex Regum: quia Deus cæli regnum,″potentiam, & fortitudinem, & gloriam dedit tibi.

38 Et in omni *loco* in quo habitant filii hominũ, beſtiæ agri, & volucres cæli, *ea* tradidit in manu tua,″& dominium tuum *eſt* in omnibus ipſis. tu es caput illud aureum.

39 Et poſt te ſurget regnum aliud″minus te: & regnũ tertium aliud æreum, quod dominabitur vniuerſæ terræ.

40 Et regnum quartum erit″forte ſicut ferrum: quomodo autem ferrum comminuit & domat omnia, & vt ferrum quod″conterit omnia iſta: *ita* comminuet & conteret.

41 Quòd autem vidiſti pedes & digitos partim fictiles″figuli, & partim ferreos,″regnum diuiſum erit, & de plantario ferri erit in eo, quemadmodum vidiſti ferrum miſtum cum teſta lutea.

42 Porrò digiti pedum partim ferrei & partim fictiles, *ſignificant quòd* ex parte regnum erit forte, & ex parte erit″contritum.

43 Quòd autem vidiſti ferrum miſtum cum teſta lutea,″miſcebũtur ſemine hominis, ſed non adhærebunt ſibi alter cum altero, ſicut ferrum″non miſcetur cum teſta.

De regno Chriſti æterno.

44 Porrò tempore″Regũ iſtorũ, ſuſcitabit Deus cæli regnũ, quod in æternum non corrumpetur, & regnum iſtud populo alteri non relinquetur: comminuet,″& conſummabit omnia iſta regna: & ipſum ſtabit in æternum.

Lapis Chriſtus.

45 Quemadmodũ vidiſti quòd de mõte abſciſſus eſt lapis, qui manibus *abſciſſus* non eſt, & comminuit ferrũ, æs, teſtam, argẽtum, & aurum, *ita* Deus magnus indicauit Regi illud quod futurum eſſet poſthac.″& verum eſt ſomnium, & fidelis eſt interpretatio eius.

Daniel à Rege exaltatur.

46 Tũc Rex Nebuchadnezſár corruit in faciẽ ſuã, & Danieli incuruauit ſe, & ſacrificium″ſuffitúmque dixit vt ſacrificarent″ei.

47 Loquutus eſt Rex ad Danielẽ, & dixit, Verè *noui* quòd Deus veſter eſt Deus deorum, & Dominus Regum, atque reuelator ſecretorum, quòd potuiſti reuelare ſecretum hoc.

48 Tunc Rex Danielem magnificauit, & munera multa & magna dedit ei, præfecítque eũ vniuerſæ prouinciæ Babél, & principem

33 Tibiæ autẽ, ferreæ: pedũ quædam pars erat ferrea, quędã autem fictilis.

34 Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis ſine manibus: & percuſſit ſtatuã in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos.

35 Tunc cõtrita ſunt pariter & ferrũ, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quę rapta ſunt vento: nullúſque locus inuentus eſt eis: lapis autem qui percuſſerat ſtatuã, factus eſt mõs magnus, & impleuit vniuerſam terram.

36 Hoc eſt ſomnium: interpretationẽ quoque eius dicemus coram te, Rex. F

37 Tu Rex Regum es: & Deus cæli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi.

38 Et omnia in quibus habitãt filii hominũ & beſtiæ agri, volucres quoq; cæli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit. tu es ergo caput aureum.

39 Et poſt te cõſurget regnũ aliud minꝰ te: & regnum tertium aliud æreũ, quod imperabit vniuerſæ terræ.

40 Et regnum quartum erit velut ferrum. quomodo ferrum comminuit & domat omnia: ſic comminuet & conteret omnia hæc.

41 Porrò quia vidiſti pedum & digitorum partẽ teſtæ figuli, & partem ferream: regnũ diuiſum erit, quod tamẽ de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrũ miſtũ teſtæ ex luto.

42 Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte contritum.

43 Quòd autem vidiſti ferrũ miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidẽ humano ſemine, ſed non adhærebũt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſtæ.

44 In diebus autem regnorum illorũ ſuſcitabit Deus cæli regnum quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo nõ tradetur: comminuet cutem, & conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternũ. G

45 Secũdum quod vidiſti quòd de mõte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtã, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtẽdit Regi quæ vẽtura ſunt poſtea. & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius.

46 Tunc Rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias, & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei.

47 Loquens ergo Rex, ait Danieli, Verè Deus veſter, Deus deorũ eſt, & Dominus Regum, & reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.

48 Tũc Rex Danielẽ in ſublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper

34 Aſpiciebas, חזה הוית Ad verbum, Aſpiciens eras. Lapis, אבן ſub. de monte, vt vides infrà, verſu 45.
35 De areis æſtatis, מן־אדרי־קיט .i. in quibus repurgari ſolet triticum tempore æſtatis. Quas eleuat, &c. ונשׂא המון וגו׳ & abſtulit illas ventus, neque vllus locus inuentus eſt illis. i. nullibi poſtea inuentæ ſunt. q. d. diſparuerunt & euanuerunt.
36 Somniũ: חלמא ſub. quod vidiſti. 37 Rex Regũ מלך מלכיא .i. imperator & dominus totius orbis. Seipſum poſtea declarat. Potentiam, & fortitudinem, חסנא ותקפא opes & robur. 38 Et dominiũ, &c. והשלטך וגו׳ .i. dominũ omniũ illorũ cõſtituit te.
39 Minus te: ארע מנך inferius te. aut, demiſſius te. i. regno tuo. Inferius, qualis ſcilicet eſt proportio argenti ad aurum.
40 Forte ſicut ferrum: תקפא כפרזלא robuſtum tanquam ferrum. Conterit מרעע confringit.
41 Figuli, די־פחר .i. ex terra fictili. Regnum, &c. מלכו וגו׳ .i. id ſignificat regnum fore diuidendum, quódque radix eius erit ferrea, hoc eſt erit potens armis. Per hæc autem innuit fore in ea Repub. ſiue imperio Romano duo hominum genera, nempe homines fortes ac bellicoſos, qui quidem deſignantur per ferrum: & homines factioſos ac ſeditioſos, qui per teſtam ſignificantur.
42 Contritum. תבירה: fractum. i. fragile. 43 Miſcebuntur ſem. ho. מתערבין לחון בזרע אנשא cõmiſti erunt ſemine humano. Per ſemen humanum intelligit multas ac varias nationes hominũ. acſi dicat, Imperium illud Romanũ admittet ſecum homines multarũ ac variarum nationũ, ſed nulla erit firma inter eos amicitia. Alii, cõmiſcebuntur ſemine humano: per connubia ſcilicet & affinitates. Nõ miſcetur לא מתערב .i. non cohærer: vt ſtet ſcilicet. 44 Regum iſt. די מלכיא אינון .i. imperii Romani. Et cõſummabit ותסף & ad finẽ perducet. 45 Et verum eſt ſomnium. ויציב חלמא ומהימן פשרה: ſubaudiendum aliquid, quale, hoc eſt ſomniũ, & verum eſt.
46 Suffitumque וניחוחין Ad verbum, ſuauitates. vel, fragrantias. Ei. לה: .i. in honorem eius.

omnes prouincias Babylonis: & præfectum magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis.

Daniel autem poſtulauit à Rege: & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: ipſe autem Daniel erat in foribus Regis.

Cap. III.

NAbuchodonoſor Rex fecit ſtatuam aureã altitudine cubitorũ ſexaginta, latitudine cubitorũ ſex, & ſtatuit eam in cãpo Dura prouinciæ Babylonis.

Itaque Nabuchodonoſor Rex miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus & iudices, duces & tyrannos, & præfectos, omnéſque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor Rex.

Tunc congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in poteſtatibus cõſtituti, & vniuerſi principes regionũ, vt cõuenirẽt ad dedicationem ſtatuæ quã erexerat Nabuchodonoſor Rex: ſtabãt autẽ in cõſpectu ſtatuę quã poſuerat Nabuchodonoſor Rex,

Et præco clamabat valẽter, Vobis dicitur populis, tribubus & linguis,

In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam auream quam cõſtituit Nabuchodonoſor Rex.

Siquis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorũ: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerũt ſtatuam auream quã conſtituerat Nabuchodonoſor Rex.

Statimque in ipſo tempore accedẽtes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos:

Dixerúntq; Nabuchodonoſor Regi, Rex in æternum viue.

Tu Rex, poſuiſti decretum vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, proſternat ſe, & adoret ſtatuam auream:

Siquis autem non prócidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

B Sunt ergo viri Iudæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti contempſerunt, Rex, decretũ tuum: deos tuos non colunt, & ſtatuã auream quam erexiſti non adorant.

″præfectorum vltra omnes ſapientes Babél.

49 Daniℵél autem poſtulauit à Rege, & præfecit ″operi prouinciæ Babél, שSadrách, Meשſách, & עAbed-négo: Daniℵél autem *erat* ″in porta Regis.

Cap. III.

1 NEbuchadneℵſár Rex fecit ſtatuã auream: altitudo eius erat cubitorum ſexaginta, latitudo eius cubitorum ſex: ſtatuit eam in campo Durá, in prouincia Babél.

2 Porrò Nebuchadneℵſár Rex miſit ad congregandum ″Satrapas, ″Præfectos, & Duces, ″Adargazeræos, Gedabraæos, Dethabraæos, Thiphthaæos, & omnes præfectos prouinciarum vt venirẽt ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nebuchadneℵſár Rex.

3 Tunc cõgregati ſunt Satrapæ, Præfecti, & Duces, Adargazeraæi, Gedabraæi, Dethabraæi, Tiphthaæi, & omnes præfecti prouinciarum, ad dedicationem ſtatuæ quã erexerat Nebuchadneℵſár Rex: & ſtabant coram ſtatua quam erexerat Nebuchadneℵſár:

4 Præco autem clamabat ″valẽter, Vobis ″dicitur populis, tribubꝰ, & linguis,

5 ″Quo tempore audieritis ſonitũ ″cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, ſymphoniæ, & omnis *generis* ″inſtrumenti muſici, cadetis, & adorabitis ſtatuã aureã quam erexit Nebuchadneℵſár Rex.

6 Et quiſquis non conciderit & adorauerit, eadem hora proiicietur intra fornacem ignis ardentem.

7 Quamobrem ″cumprimum audierunt omnes populi ſonitum cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, & omnis *generis* muſici inſtrumenti, conciderunt omnes populi, tribus, & linguæ, & adorauerunt ſtatuam auream, quam erexerat Nebuchadneℵſár Rex.

8 Propterea in ipſo tempore acceſſerunt viri Chaשſdaín, ″& detulerunt Iehudæos:

9 Loquuti ſunt *autem*, & dixerunt ad Nebuchadneℵſár Regem, Rex in æternum viue.

10 Tu Rex ″poſuiſti decretũ vt omnis homo qui audito ſono cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, & ſymphoniæ, & omnis *generis* inſtrumenti muſici cadat, & adoret ſtatuam auream:

11 Qui autem non conciderit, & adorauerit, proiiciatur intra fornacem ignis ardentem.

12 Sunt viri Iehudæi, quos conſtituiſti ″ſuper opera prouinciæ Babél, שSadrách, Meשſách, & עAbed-negó: viri iſti ʹnon poſuerunt ſuper te, ô Rex, rationem: deos tuos non colunt, ſtatuam auream quam erexiſti non adorant.

Erigitur à Rege aurea ſtatua, quã adorari præcipit.

Accuſantur Sidrach, Miſach, & Abdenago, quód decretum regiũ contempſerint.

---

48 Præfectorum סגנין׃ magiſtratuum.tyrannorum. 49 Operi על־עבידתא .i.negotiis. Quidam vertunt, adminiſtrationi. In porta בתרע vbi ſcilicet ſeniores ſolebant reddere ius populo.

IN CAPVT III.

2 Satrapas לאחשדרפניא magnates.principes magnos, qui ſemper vident faciem principis. Præfectos סגניא magiſtratus.vt capite præcedenti, verſu 48. Adargazeræos, &c. אדרגזריא גדבריא דתבריא תפתיא Quidam hæc quatuor nomina ſic vertunt, nomóphylacas, quæſtores, iuriſconſultos, iuſtitiæ executores. Alii, magiſtratus, exactores, optimates, præfectos. Alii, iudices, [vel præſides] tyrannos, optimates, præfectos. Vox pro qua Iudices vertunt quidam, ſignificat primarios iudices, & quaſi cuſtodes legum: quorum officium erat proſpicere vt decreta ſeruarentur à cæteris magiſtratibus.

4 Valenter, בחיל Ad verbum, in fortitudine.cum robore. Dicitur אמרין .i.præcipitur. Ad verbum, dicunt.ſub.iudices, ſiue magiſtratus, ô populi diuerſarum nationum

5 Quo tempore בעדנא די Cumprimum. Cornu, קרנא tubæ. Inſtrumenti muſici זני זמרא muſices.i.inſtrumentorum muſicorum. 7 Cumprimum בה זמנא כדי Ad verbum, eodem tempore quando.

8 Et detulerunt Iehud. ואכלו קרציהון די יהודיא׃ Ad verbum, & accuſauerunt accuſationes eorũ Iudæorum. Quoties enim verbum אכל apud Chaldæos iungitur nomini קרץ ſignificat accuſare: quòd qui falſò accuſat aliquem, videtur quaſi eum abſumere ac vorare.optat enim illum perire. Accuſarunt igitur accuſationem Iudæorum, id eſt detulerunt, ſiue criminati ſunt Iudæos apud Regem. Quidam, Et accuſantes prodiderunt Iudæos. Vide ſimilem loquutionem infrà cap.6.f.24.

10 Poſuiſti decretũ שמת טעם .i.tuliſti legem, vel feciſti edictũ, quòd quicunque [ſub.conuocatus ad dedicationem ſtatuæ] audito, &c.

12 Super opera על־עבידת Vt ſuprà, cap.2.g.49. Non poſuerunt, &c. לא־שמו עליך מלכא טעם Phraſis Chaldæa, pro non habuerunt rationem tui.ſiue edicti tui, q.d.neglexerunt edictum tuum.

Hi ad Regem adducti, ſtatuã adorare iubentur.

Tunc Nebuchadneȥſár "cum furore & ira dixit vt adducerent שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó: tum viri iſti adducti ſunt coram Rege. 13

Loquutus eſt Nebuchadneȥſár, & dixit ad eos, Verũne eſt שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó, quòd deum meum nõ colitis, atque ſtatuam auream quam erexi, non adoratis? 14

Nunc ergo, eſtíſne parati vt tempore quo audieritis ſonitũ cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, & ſymphoniæ, & omnis generis inſtrumenti muſici, cadatis, & adoretis ſtatuam quam feci? ꝙ ſi non adoraueritis, in ipſa hora coniiciemini in medium fornacis ignis ardentis: & quis ille deus qui eruat vos de manibus meis? 15

Recuſant.

Reſponderunt שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó, & dixerunt Regi Nebuchadneȥſár, "Non oportet nos ſuper hac re reſpondere tibi: 16

"Ecce Deus noſter quem colimus, poteſt eruere nos de fornace ignis ardente: & de manu tua, ô Rex, eruet. 17

Quòd ſi nõ *eruat nos* notum ſit tibi ô Rex, quòd deum tuum non adoramus, & ſtatuam quam erexiſti non colemus. 18

Mittuntur in fornacem.

Tunc Nebuchadneȥſár repletus eſt furore, & imago vultus eius immutata eſt ſuper שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó: loquutus eſt, & iuſſit ſuccendere fornacem *pro* vna *vice* ſeptuplo magis quàm conſueuerant ſuccendere eam. 19

Et viris fortibus robore qui erãt in exercitu ſuo, præcepit vt ligarent שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó, vt coniicerent in fornacem ignis ardentem. 20

Tunc viri iſti vincti ſunt, "cum femoralibus ſuis, & tiaris ſuis, & operimentis ſuis, & *aliis* veſtibus ſuis: proiectíque ſunt intra fornacem ignis ardentem. 21

Quapropter eo quòd verbum Regis vrgebat, & fornacem curauerat accendendam valde, viros illos qui "extulerant שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó, occidit flamma ignis. 22

Porrò iſti tres viri, שSadrách, Meשſách, & yAbed-negó, corruerunt intra fornacem ignis ardentem ligati. 23

Quæ ſequuntur, in Hebraicis codicibus non leguntur, ſed tantùm apud LXX.

Azariæ oratio, fidei & humilitatis plena.

Et incedebant in medio flammæ, "laudantes Deum, ac Dominum benedicentes. 24

Stans autẽ Azarias, ita orauit, oréq; aperto in medio igne dixit, 25

"Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, laudabile nomen tuum, atque in ſecula glorioſum: 26

Quoniam iuſtus es omnibus in rebus quas nobiſcum egiſti: & omnia opera tua ſunt vera, ac rectæ viæ tuæ, omniáq; iudicia tua veracia. 27

"Vera enim iudicia exercuiſti in omnibus quæ in noſipſos, ſan- 28

13 Tunc Nabuchodonoſor in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in cõſpectum Regis.

14 Pronuntiánſque Nabuchodonoſor Rex, ait eis, Veréne Sidrach, Miſach, & Abdenago deos meos non colitis, & ſtatuam auream quam erexi non adoratis?

15 Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunq; hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulę, citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphonię, omniſque generis muſicorũ, proſternite vos, & adorate ſtatuam quam feci: quòd ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea?

16 Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt Regi Nabuchodonoſor, Non oportet nos de hac re reſpondere tibi:

17 Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare.

18 Quòd ſi noluerit, notũ ſit tibi, Rex, quia deos tuos nõ colimꝰ, & ſtatuam auream quã erexiſti, non adoramus.

19 Tũc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatꝰ eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago, & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quam ſuccendi cõſueuerat.

20 Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.

21 Et confeſtim viri illi vincti cũ braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis. C

22 Nam iuſſio Regis vrgebat: fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porrò viros illos qui miſerãt Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flãma ignis.

23 Viri autem hi tres, id eſt Sidrach, Miſach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis argẽtis colligati.

24 Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.

25 Stans autẽ Azarias orauit ſic, aperiénſque os ſuum in medio ignis ait,

26 Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula:

27 Quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera.

28 Iudicia enim vera feciſti iuxta om

13 Cum furore & ira ברגז וחמא cum ira & indignatione. i. vehementer iratus ac indignatus iuſſit, &c.

16 Non oportet nos, &c. לא־חשחין וגו' Non curamus nos. vel, Non eſt nobis curæ. q. d. Interrogatio tua non poſtulat, neque requirit reſponſionem: eſt enim inciuilis.

17 Ecce הן Certé.

21 Cum femoralibus ſ. בסרבליהון cum ſarabalis ſuis. id eſt palliis, ſiue chlamydibus: hoc eſt vt erant induti palliis ſuis. Alii femoralia, ſiue ſubligacula interpretantur.

22 Extulerant חסיקו ſub. vſque ad orificium fornacis, vt illinc deiicerent eos extra ipſam. Deſcribit geſtum hominis deiicientis aliquid ex alto.

24 Laudantes Deum, &c. Hæc non extant in Hebræis, quemadmodum etiam indicat exemplar Toletanum, in quo hæc ſeparantur à contextu Hebraico, ac in Græco tantùm leguntur. Daniel ſcribit eos tres cecidiſſe in fornacem ignis ardentem, viſóſque quatuor à Rege ſolutos ambulantes in igne.

26 Benedictus es Domine, &c. εὐλογητὸς εἶ κύριος, id eſt Laudatus, aut prædicandus. Hebræi ברוך dicunt. Paulus ad Epheſ. 1. a. 3, εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατήρ. Itaque ſi poſthac hoc verbum nos vertamus Prædicare aut laudare, habes hic initio annotatum, vt πρὸς τὸ εὐλογεῖν referas.

28 Vera enim iudicia exerc. &c. καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας κατὰ πάντα, Ad verbum, Et iudicia veritatis feciſti ſecundum omnia. & vim habet particulæ rationalis vt ſæpe ו apud Hebræos.

nia quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatẽ ſanctã Patrum noſtrorũ Ieruſalem: quia in veritate & in iudicio induxiſti oĩa hæc ꝓpter peccata noſtra.		ctámque ciuitatẽ Patrum noſtrorum Ieruſalem intuliſti: quoniã in veritate ac iudicio induxiſti hæc õnia propter peccata noſtra.
Peccauimus enim, & iniquè egim⁹ recedentes à te: & deliquimus in omnibus.	29	Peccauimus enim, ″& iniquè egimus, qui defecerimus à te, atq; in omnibus deliquimus.
Et præcepta tua nõ audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut prę ceperas nobis vt bene nobis eſſet.	30	Qui nec audiuimus præcepta tua, nec conſeruauimus, nec quæ præceperas, vt nobis bene eſſet, præſtitimus.
Omnia ergo quæ induxiſti ſup nos & vniuerſa quæ feciſti nobis, vero iudicio feciſti.	31	Quæcunque ergo intuliſti nobis, & feciſti, vero iudicio feciſti.
Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorũ & peſſimorũ, præuaricatorúmque, & Regi iniuſto & peſſimo vltra omnẽ terrã.	32	Ac tradidiſti nos in manus hoſtium iniquorum, ″deſertorúmq; *Dei*, infeſtiſſimorũ, tum Regi iniuſto,″ atque omnium qui ſunt in vniuerſa terra peſſimo.
Et nunc non poſſumus aperire os, confuſio, & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his qui colunt te.	33	Et nunc quidem os aperire nobis nõ licet: ″dedecus, opprobriũque ſeruis tuis, cæteríſque qui te colunt, facti fuimus.
D Ne, quæſumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum:	34	″Ne igitur prorſus abiicias nos propter nomẽ tuum,″ nec fœdus tuum diſſipes:
Neque auferas miſericordiã tuã à nobis ꝓpter Abrahã dilectũ tuũ, & Iſaac ſeruũ tuũ, & Iſrael ſanctũ tuum:	35	Nec tuam à nobis miſericordiam remoueas propter Abrahám à te dilectũ, & propter Iſaác ſeruũ tuum, ſanctúmq; tuum Iſraél:
Quibus loquutus es, pollicẽs quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris:	36	Quibus loquutus es, eis promittens te ſemen eorum inſtar ſtellarum cæli, & arenæ quæ eſt in ora maris, multiplicaturum:
Quia Domine imminuti ſumus pl⁹ quàm omnes Gentes, ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie ꝓpter peccata noſtra.	37	Quoniam Domine omnium populorum qui ſunt in orbe, maximè ſumus diminuti, hodiéq; in omni terra propter peccata noſtra humiliati.
Et non eſt in tẽpore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te,	38	Non eſt nobis Princeps hoc tempore, non Propheta, non Dux, non holocauſtum, non ſacrificium, non oblatio, non incenſum, ″non *denique* locus ſacrificandi coram te,
Vt poſſimus inuenire miſericordiã tuam: ſed in anima contrita, & in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.	39	Vt miſericordiam tuam cõſequamur: ″veruntamen quum animo ſimus contrito afflictóque ſpiritu, ſuſcipiamur abs te.
Sicut in holocauſto arietum & taurorum, & ſicut in milibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrũ in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te.	40	Et quaſi arietum taurorúmque holocauſta, ac multa milia agnorum pinguium tibi offerrentur, ita ſit hodie coram te ſacrificium noſtrum, ″atque in conſpectu tuo perlitetur: quoniam non pudefiunt ii qui fiduciam ſuam in te locarunt.
Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.	41	Et nunc te toto corde ſequimur, atque timemus, faciémque tuam quærimus.
Ne cõfundas nos: ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordię tuę.	42	Ne pudore nos afficias, ″ſed pro tua benignitate, ac magnitudine miſericordiæ tuæ age nobiſcum.
Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine.	43	Secundum miracula tua libera nos, ac nomini tuo gloriam Domine concilia.
Et confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum cõteratur:	44	Pudore verò afficiantur ″qui male tractauerunt ſeruos tuos,″ atque tota cum ſua poteſtate confundantur, omníſque vis ipſorum conteratur:
Et ſciãt quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarum.	45	Et cognoſcant te Dominum ſolum eſſe Deũ, atque in vniuerſo terrarum orbe glorioſum.

32 Deſertorúmque *Dei* infeſtiſſ. ἐχθίστων ἀποστατῶν inimiciſſimorum defectorũ.i.apoſtatarum, qui Deo vero derelicto ad impium idolorum cultum deſciuerant. Itaque vt quæ ſit eorum apoſtaſia intelligatur, addidi nomen Dei. Atque omnium, &c. καὶ πονηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ad verbum, & improbiſſimo vltra omnem terram.i.omnium hominum qui ſunt in terra.

33 Dedecus, αἰσχύνη, pudor, & confuſio, propter turpitudinem ac indignitatem noſtram. eſt enim hæc miſerrima conditio noſtra probroſa τοῖς σεβομένοις σε cultoribus tuis. 34 Ne igitur prorſ. abiic. &c. μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος ne igitur tradas nos in finem. id eſt in perpetuum. Hebraiſmus eſt. Nec fœdus, &c. καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου. .i.ne dirumpas, ac reſcindas teſtamentum, aut fœdus tuum. 38 Non *denique* lo. &c. οὐ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, non locus offerendis primitiis coram te.

39 Verũt. quũ animo &c. ἀλλ' ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν, ſed in anima contrita, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. vt videlicet hæc humilitas noſtra, atque animi mœror ſummæ calamitatis teſtis, apud te ſit loco opimi ſacrificii, quo nunc nos deſtituimur. Neque enim Deus cor contritum ac humiliatum deſpicit.

40 Atque in conſpectu tuo perlit. καὶ ἐκτελέσαι ὄπισθέν σου· perficiatur [aut compleatur] poſt te. ita enim legitur in omnibus Græcis codicibus. ſed aſſentior Theodoro Bezæ qui exiſtimat legendum ἔμπροσθέν σου ante [aut coram] te. Porrò ἐκτελέσαι dicitur quod Latinè litare aut perlitáre, quum ſacrificium ita rite & oblatum, & acceptum eſt vt venia à Deo impetretur.

42 Sed pro tua benignit. &c. κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου. ſecundum manſuetudinem [aut clementiam] tuã, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. 44 Qui malè tract. &c. οἱ ἐνδεικνύμενοι τοῖς δούλοις σου κακά, qui oſtẽderunt [.i.exhibuerunt] ſeruis tuis mala.i.qui eos iniuriis affecerunt, ac afflixerunt. Atque tota cum ſua poteſt, &c. καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης δυναστείας & pudefiant ab omni potentia. id eſt, ab ea excidant cum dedecore, ac ignominia: qui nunc ita inſolenter atque intemperanter ſe efferunt, eam turpiter amittant.

Interim non ceſſabant,qui coniecerant eos miniſtri regii,fornacem naphtha,pice, ſtupa,ſarmentóque ſuccendere,

″Adeò vt flamma,quum erupit, fornacem ad quadraginta nouem cubitos exuperaret:

Et quos circa eam Chaldæos offendit,concremauit.

Ab igni intacti Deum laudant.

Angelus autem Domini ″qui vnà cum Azariæ ſociis in fornacẽ deſcenderat,

Diſcuſſa è fornace ignea flamma,″ſuſurrantem quaſi roſcidum flatũ in medio eius excitauit, ″vt ignis prorſus eos relinqueret intactos & illæſos,nec vlla moleſtia afficeret.

Tum illi tres,″quaſi vno ore Deum in fornace decantabant,gloriáque ac laude ita celebrabant,

Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, laudandus atque in perpetuum extollendus, benedictum eſt nomẽ gloriæ tuæ ſanctum ″ſupra modúmque laudandum,atque″ad æternitatem ſeculorum efferendum.

In templo ſanctæ maieſtatis tuæ es prædicandus,ſummíſque ac ſempiternis celebrandus laudibus perquam glorioſus.

Prædicandus es in ſolio regni tui glorioſo, atque in omnia ſecula omni ſumma laude gloriáque decorandus.

Prædicandus es,″qui profunda abyſſorũ perſpicias,ac ſuper Cherubim ſedeas,æternis ſeculis percelebrandus,ac extollendus.

Prædicandus es in firmamento cæli,ſupráque modum celebrãdus,glorioſus in ſecula.

Omnia Domini opera prædicate Dominum, eúmque in ſecula decantate atque extollite.

Angeli Domini prædicate Dominum,laudate eum,ac exaltate in ſecula.

Prædicate cæli Dominum,laudate eum & exaltate in ſecula.

″Omnes aquæ ſupra cælos poſitæ prædicate Dominum, laudate eum,ac exaltate in ſecula.

″Omnes Domini virtutes Dominum prædicate, eum laudate, atque extollite in ſecula.

Sol & luna Dominum prædicate: eum laudate, atque extollite in ſecula.

Stellæ cæli Dominum prædicate: eum laudate, ac exaltate in ſecula.

Omnis imber,& ros prædicate Dominum:laudate eum, ac exaltate in ſecula.

″Omnes ſpiritus prædicate Dominum : laudate eum, atque exaltate in ſecula.

46 Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri Regis ſuccẽdere fornacem naphtha, & ſtupa,& pice,& maleolis.

47 Et effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem:

48 Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.

49 Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſociis eius in fornacẽ: & excuſſit flãmam ignis de fornace,

50 Et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem,& non tetigit eos omnino ignis,neque cõtriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. E

51 Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant,& glorificabant,& benedicebant Deum in fornace,dicentes,

52 Benedict⁹ es Domine Deus Patrũ noſtrorum,& laudabilis,& ſuperexaltatus in ſecula, & benedictum nomẽ gloriæ tuæ ſanctum & laudabile & ſuperexaltatum in omnibus ſeculis.

53 Benedictus es in tẽplo ſancto gloriæ tuę,& ſuperlaudabilis & ſupergloriosus in ſecula.

54 Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis, & ſupergloriosus in ſecula.

55 Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim,& laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.

56 Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & glorioſus in ſecula.

57 Benedicite omnia opera Domini Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.

58 Benedicite Angeli Domini Dño,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

59 Benedicite cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Pſal.148.a.4

60 Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt Domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

61 Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

62 Benedicite ſol & luna Domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

63 Benedicite ſtellæ cæli Domino,laudate,& ſuperexaltate eum in ſecula.

64 Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

65 Benedicite omnis ſpiritus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

---

47 Adeò vt flam.&c. καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπάνω τῆς καμίνου ἐπὶ πήχεις τεσσαράκοντα ἐννέα. ac diffundebatur flamma ſupra fornacem ad cubitos quadraginta nouem,& perrumpebat. 49 Qui vnà cum Azariæ ſociis ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν. qui ſimul cum iis qui circa Azariam.Phraſis eſt Græca,pro ipſo Azaria:aut quod magis loco conuenit,pro iis qui cum Azaria vna in fornace erant.

50 Suſurrantem quaſi roſc.&c. ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον. fecit medium fornacis quaſi ſpiritum roris ſibilantem,ac leniter ſpirantem.Hæc erat refrigeratio ad tollendum ardorem ignis peropportuna. Vt ignis pror.eos,&c. καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἐλύπησεν.& non attigit omnino eos ignis,neque læſit:οὐδὲ παρηνώχλησεν αὐτοῖς,neque conturbauit eos vel,nihil moleſtiæ illis exhibuit. 51 Quaſi vno ore,&c. ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, quaſi ex vno ore laudabant Deum.Eſt enim ὑμνὸς laus Dei propria, quæ à veteribus olim cithara canebatur.Marc.14.c.26,diſcipuli Domini dicuntur ὑμνήσαντες, quũ cœna confecta hymnum dixiſſent,in mõtem oliuarum egreſſi. 52 Supra modúmque laudandum, ὑπεραινετὸν perquam laudabile.vtitur enim ſæpe hac præpoſitione ὑπὲρ vt ſignificet ſummas laudes quibus Deus ornandus & celebrandus eſt. Ad æternitatem,&c. ὑπερυψούμενον εἰς τοὺς αἰῶνας. ſuperexaltatũ in ſecula. 55 Qui pro funda ab y.&c.ὁ βλέπων ἀβύσσους, ui vides abyſſos. Omnia enim patẽt oculis Dei,etiã occultiſſima.

60 Omnes aquæ ſupra cælos ὕδατα πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ, Aquæ omnes ſupra cælos.Intelligit aquas, quas Moſes dicit diuiſas eſſe ab aquis quæ ſunt ſub firmamento,aut expanſione.Aquæ autem illæ ſunt nubes atque exhalationes quæ è terra & mari in ſuperiorem aeris regionem excitantur.

61 Omnes Domini virtutes πᾶσαι αἱ δυνάμεις κυρίου Omnes potentiæ[ſiue poteſtates]Domini. Intelligit Spiritus cæleſtes & Angelos, per quos Deus ſuam virtutem exerit.Sic Paulus aliquot locis δυνάμεις nominat.

65 Omnes ſpiritus πάντα τὰ πνεύματα Ventos uidetur intelligere,& flatus qui è terra excitantur.

Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & ſuper exaltate eũ in ſecula.	66	Ignis & æſtus Dñm prædicate, laudate eum & exaltate in ſecula.
Benedicite frigus & æſt⁹ Domino, laudate & ſuper exaltate eũ in ſecula.	67	Frigus & æſtus Dñm prædicate, laudate eũ & exaltate in ſecula.
Benedicite rores & pruina Domino laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	68	Prædicate Dominum rores ″pluuiæq; niuales, laudate eum exaltatéque in ſecula.
Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	69	Gelu ac frigus Dñm prædicate, eũ laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicite glacies & niues Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	70	Pruinæ ac niues Dominum prædicate, eum laudate atque exaltate in ſecula.
Benedicite noctes & dies Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	71	Prædicate Dominum noctes & dies, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	72	Lux & tenebræ Dominum prædicate, eum laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	73	Fulgura & nubes Dominum prædicate, eum laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicat terra Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.	74	Dominũ prædicet terra, eúmque laudet atq; extollat in ſecula.
Benedicite montes & colles Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	75	Mõtes & colles Dominum prædicate, eum laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicite vniuerſa germinãtia in terra Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	76	″Cuncta terræ germina prædicate Dominum, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite fontes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	77	Prædicate fontes Dominũ, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite maria & flumina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	78	Maria fluminá que prædicate Dominum, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	79	Ceti″ & omnia in aquis natantia prædicate Dominum, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite omnes volucres cęli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	80	Omnes cæli volucres Dominum prædicate, eum laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	81	Prædicate Dominum beſtiæ cunctæque pecudes, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite filii hominum Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	82	″Filii hominum prædicate Dominum, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicat Iſrael Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.	83	Iſrael prædicet Dominũ, eúmq; laudet atque extollat in ſecula.
Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	84	Sacerdotes Domini prædicate Dominum, laudate eum ac exaltate in ſecula.
Benedicite ſerui Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	85	Serui Domini prædicate Dominum, laudate eum atque exaltate in ſecula.
Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.	86	Spiritus & animæ iuſtorum Dominum prædicate, eúmque laudate ac exaltate in ſecula.
Benedicite ſancti & humiles corde Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.	87	Prædicate Dominum ſancti atque humiles corde, laudate eũ ac exaltate in ſecula.
Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula: quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammę, & de medio ignis eruit nos.	88	Anania, Azaria, Miſaélque Dominum prædicate, eúmque laudate ac exaltate in ſecula: quoniam eripuit nos ab inferis, mortíſque à poteſtate nos vindicauit, atque è media fornace flammis ardente, è medio inquam igne nos liberauit.
Confitemini Domino quoniã bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.	89	Confitemini Domino quoniam bonus eſt, quoniam in ſeculũ miſericordia eius.
Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum, laudate, & confitemini ei, quoniam in omnia ſecula miſericordia eius.	90	Cuncti cultores Domini Deum deorum prædicate, laudate, ac recognoſcite, quoniã miſericordia eius ad omnia ſecula pertinet.

Hucuſque in Hebræo non habetur: & quæ poſuimus, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

68 Pluuiæque niuales, καὶ νιφετοί. Eſt autem νιφὰς καὶ νιφετὸς vehemens niuis defluxus. imber niualis confertim deſcendens.

76 Cuncta terræ ger. πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ omnia germinãtia in terra. i. omnes plantæ, ac ſtirpes arboréſque. ſunt enim hæc omnia φυτά, aut φυόμενα. 79 Et omnia in aquis nat. &c. καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι, Omnia quæ mouentur in aquis. id eſt, animalia aquatilia, ἔνυδρα. Hebræi appellant הרמשת reptile, ſiue quod repit in aquis, Gene. 1. c. 21. 28.

82 Filii hominum Poſtquam appellauit cætera omnia rerum ac creaturarum genera quæ ſunt in cælo, aere, terra, marique, nunc venit ad homines quorum officium præcipuum eſt Deum laudare. In hac autem hominum προσφωνήσει eum ſeruat ordinem, vt ab vniuerſo hominum genere ad populum Dei peculiarem deſcendat, ab eóque ad certos homines ex populo Dei, eius cultores.

Fide in Deum liberātur Sidrach, Miſach, & Abdenago ab igne.

Tũc Nebuchad-nexſár Rex obſtupuit,& ſurrexit properè:loquutus eſt,& dixit″optimatibus ſuis,Nónne viros tres proiecimus intra ignem ligatos? Reſponderunt,& dixerunt Regi,″Verè Rex.

Reſpondit,& ait,Ecce video viros quatuor ſolutos deambulãtes in medio ignis,″& nulla corruptio eſt in eis:″& aſpectꝰ quarti ſimilis eſt″Filio Dei.

Tunc acceſſit Nebuchad-nexſár ad oſtium fornacis ignis ardentis,loquutúſque eſt,& dixit,ẇSadrách, Meẇſách, & yAbed-negó, ſerui Dei excelſi egredimini,& venite.Tũc egreſſi ſunt ẇSadrách, Meẇſách,& yAbed-negó,de medio ignis.

Cõgregati ſunt igitur″Satrapæ, Præfecti,& Duces,″& Optimates Regis, contẽplaturi viros iſtos,quòd nõ dominatꝰ fuiſſet ignis corporibus eorum, neque capillus capitis eorum aduſtꝰ eſſet, nec veſtes eorum eſſent mutatæ,& odor ignis non tranſiſſet″per illa.

Nabuchodonoſor cõfitetur potentiam Dei viſo miraculo.

Loquutus eſt *autem* Nebuchad-nexſár,& dixit, Benedictus Deus eorum,*nempe* ẇSadrách,Meẇſách & yAbed-negó, qui miſit Angelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos qui ſperauerunt in ipſo, ″& verbum Regis mutauerunt,tradiderúntque corpora ſua″ne ſeruirent, néve adorarent vllum deum,præter Deum ſuum.

A me ergo poſitum eſt decretum,vt omnis populus,′tribus,″& lingua quæ dixerit blaſphemiam contra Deũ ẇSadrách,Meẇſách, & yAbed-negó,″in fruſta fiat,& domuſ eius″in latrinam ponatur: eo quòd non ſit Deus *alius* qui poſſit″eruere ſicut hic.

Tunc Rex magnificauit ẇSadrách,Meẇſách, & yAbed-negó in prouincia Babél.

Nebuchad-nexſár Rex omnibus populis,′tribubus, & linguis qui habitant in vniuerſa terra,pax vobis multiplicetur.

Signa″& mirabilia quæ fecit mecum Deus excelſus,′decorum eſt coram me vt narrem.

Signa eius″quàm magna ſũt! & mirabilia eius quàm fortia ſunt! regnum eius regnum ſempiternum,& dominium eius *erit* cum generatione & generatione.

Cap. IIII.

Rurſum ſomniat Nabuchodonoſor.

EGo Nebuchad-nexſár quietus eram in domo mea,& florens in palatio meo.

Somnium vidi, & terruit me,″& cogitationes in cubili meo, & viſiones capitis mei turbauerunt me.

Proin à me poſitum eſt decretum,vt introducerent coram me õnes ſapientes Babél,qui interpretationẽ ſomnii indicarẽt mihi.

Tunc ingreſſi ſunt *ad me*′genethliaci, aſtrologi,chaldæi, & diuini:& ſomnium dixi coram eis,attamen interpretationem eius nõ indicauerunt mihi.

91 Tũc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit,& ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis,Nõnne tres viros miſimus in medium ignis cõpeditos? Qui reſpondentes Regi, dixerunt, Verè Rex.

92 Reſpondit, & ait, Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulãtes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.

G

93 Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis,& ait, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi,egredimini,& venite.Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis.

94 Et cõgregati Satrapæ,& Magiſtratus,& Iudices,& Potentes Regis,cõtemplabantur viros illos: quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibꝰ eorum,& capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, etiam ſarabalIa eorum nõ fuiſſent immutata, & odor ignis non tranſiſſet per eos.

95 Et erũpens Nabuchodonoſor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet,Miſach,& Abdenago,qui miſit Angelum ſuũ, & eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum:& verbũ Regis immutauerũt,& tradiderunt corpora ſua ne ſeruirent & ne adorarent omnem deum,excepto Deo ſuo.

96 A me ergo poſitum eſt hoc decretũ, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque loquuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur: neq; enim eſt alius deus qui poſſit ita ſaluare.

97 Tunc Rex promouit Sidrach, Miſach,& Abdenago in prouincia Babylonis.

98 Nabuchodonoſor Rex, omnibus populis,gentibus & linguis,qui habitant in vniuerſa terra,pax vobis multiplicetur.

99 Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus,placuit ergo mihi prędicare

100 Signa eius,quia magna ſunt:& mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, regnum ſempiternum, ‖& poteſtas eius in generatione & generationem.

Infrà 7.d.14

Cap. IIII.

1 EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.

2 Somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meę in ſtratu meo,& viſiões capitis mei cõturbauerũt me.

3 Et per me propoſitum eſt decretũ, vt introducerentur in cõſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis, & vt ſolutionem ſomnii indicarent mihi.

4 Tunc ingrediebantur arioli, magi, chaldæi, & aruſpices, & ſomniũ narraui in conſpectu eorum:& ſolutionẽ eius non indicauerunt mihi.

---

91 Optimatibus ſ. להדברוהי conſiliariis ſuis. Verè יציבא Veritas.ſub.eſt.i.res ſic ſe habet.

92 Et nulla corrup.eſt in eis: וחבל לא־איתי בהון .i.nulla læſio,aut noxa.hoc eſt,nullum detrimentũ acceperunt ab igne. Et aſpectus ורוח & forma. Filio Dei. : לבר־אלהין .i.Angelo.non enim intelligitur de Chriſto,ſed Angelo,vt ſtatim exponitur quum dicitur verſu 95, Qui miſit Angelum ſuum,&c.Conſpectus eſt Angelus Domini homini impio,vt is agnoſceret id non fieri arte magica, ſed Diuina virtute. 94 Satrapæ,præf. אחשדרפניא סגניא Vide ſuprà verſu 2. Et optimates והדברי & conſiliarii.vt paulo antè,verſu 24.

Per illa. : בהון ſub.corpora & veſtes.i.non imbiberant odorem ignis.ſolent enim malè olere veſtes aduſtæ.

95 Et verbum Regis mut. ומלת מלכא שניו Id eſt,præcepto Regis non paruerunt.maluerunt enim obedire Deo quàm hominibus.

Ne ſeruirent,néve ador. די לא־יפלחון ולא־יסגדון potius quàm ſeruirent,aut adorarent.

96 Tribus אומה natio. Et lingua ולישן pro natione ponitur,quòd diuerſæ nationes variis ac variis idiomatibus vtantur.Eſt autem lingua inſtrumentum ſermonis. In fruſta fiat, הדמין יתעבד Id eſt,fruſtilàtim,ſiue in varia fruſta concidatur,hoc eſt diſcerpatur.

In latrinam נולי in ſterquilinium. Eruere ſicut hic. : להצלה כרנה ita eruere.id eſt tali liberatione.& tunc רנה erit fœmininum.

98 Tribubus אומיא nationibus. 99 Et mirabilia quæ fecit mecum ותמהיא די עבד עמי & miracula[prodigia]quæ fecit apud me. .i.me præſente & vidente. Initium eſt literarum quas ſcripſit Nabuchodonoſor. Decorum eſt שפר pulchrum eſt.i.congruum.

100 Quàm magna ſunt! כמה רברבין Admiratiuè legendum.q.d.ſunt maxima.

IN CAPVT IIII.

2 Et cogitationes והרהורין ſub.aſcenderunt ſuper cor meum quum eſſem in cubili meo.

4 Genethliaci,aſtrologi, חרטומיא אשפיא Vide ſuprà cap.1.d.20,& 2.a.2.

Donec collega ingreſſus eſt in cõſpectu meo Daniel: cui nomẽ Baltaſſar, ſecundũ nomẽ dei mei, qui habet ſpiritũm Deorũ ſanctorũ in ſemetipſo: ſomnium coram ipſo loquut⁹ ſum.

Baltaſſar princeps ariolorum, quẽ ego ſcio quòd ſpiritũ ſanctorũ Deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorum meorum quas vidi, & ſolutionem earum narra.

Viſio capitis mei in cubili meo, Vi
B debam, & ecce arbor in medio terræ,
& altitudo eius nimia.

Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingẽs cælũ: aſpectus illi⁹ erat vſq; ad terminos vniuerſæ terrę.

Folia ei⁹ pulcherrima, & fruct⁹ eius nimi⁹: & eſca vniuerſorũ in ea. ſubter eã habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius cõuerſabãtur volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro.

Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratũ meum, & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcendit:

Clamauit fortiter, & ſic ait, Succidite arborem, & pręcidite ramos ei⁹: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius: fugiãt beſtiæ quæ ſubter eã ſunt, & volucres de ramis eius.

Veruntamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur, & cũ feris pars eius in herba terræ.

Cor eius ab humano commutetur,
C & cor feræ detur ei: & ſeptem tempo-
ra mutentur ſuper eum.

In ſententia Vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum, & petitio: donec cognoſcant viuentes quoniam dominatur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem cõſtituet ſuper ipſum.

Hoc ſomnium vidi ego Nabuchodonoſor Rex: tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus: quia omnes ſapientes regni mei non queunt ſolutionem edicere mihi: tu autẽ potes, quia ſpiritus Deorum ſanctorum in te eſt.

Tunc Daniel, cuius nomen Baltaſ-
ſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus
cogitare quaſi vna hora: & cogitatio-
nes eius conturbabant eum. Reſpon
dens autem Rex, ait, Baltaſſar, ſom-
nium & interpretatio eius non con-
turbẽt te. Reſpõdit Baltaſſar, & dixit,
D Dñe mi, ſomniũ, his qui te oderunt, &
interpretatio eius, hoſtibus tuis ſit.

Arborem quam vidiſti ſublimem atque robuſtam, cuius altitudo per-

5 Donec tandem introductus eſt coram me Daniél cuius nomẽ eſt Belteϣſaxſár ″ſecundum nomen dei mei, ″& in quo eſt ſpiritus Deorum ſanctorum, & ſomnium coram ipſo dixi.

6 Belteϣſaxſár princeps ″genethliacorũ, noui quòd ſpiritus Deorum ſanctorum ſit in te, & *quòd* nullum ſecretum ″ſit abſconditum tibi: viſiones ſomnii mei quod vidi, & interpretationem eius dic.

7 ″Viſiones autem capitis mei in cubili meo, ″Videbam, & ecce arbor ″in medio terræ, ″& altitudo eius magna.

8 ″Magna *erat* arbor & fortis: & altitudo eius pertingebat ad cælũ, ″aſpectus verò eius ad finem vniuerſæ terræ.

9 ″Ramus eius pulcher, & fructus eius multus: ″& eſca vniuerſis *erat* in ea: ″ſub ſe ″vmbram faciebat beſtiis agri, & in ramis eius habitabant volucres cæli, & ex ea ″veſcebatur omnis caro.

10 Videbam in viſionibus capitis mei, in cubili meo, & ecce ″Vigil & ſanctus de cælo deſcendit:

11 Clamauit ″fortiter, & ſic dixit, Succidite arborẽ, & præcidite ramos eius, decutite ramos eius, & diſpergite fructum eius: ſecedãt beſtiæ quæ ſub ea ſunt, & volucres à ramis eius.

12 Veruntamen ſtirpem radicum eius in terra relinquite, ″& vinculo ferreo & æreo *ligatus maneat* in herba agri: rore cæli ″tingatur, & cũ beſtiis ſit pars eius in herba terræ.

13 Cor eius ab homine ″mutent, & cor beſtiæ detur ei: & ſeptem ″tẽpora mutentur ſuper eum.

14 ″Decreto Vigilum *fiet* hoc, ″& in ſermone ſanctorũ petitio: *reſpondebitur*, Vt cognoſcãt viuẽtes quòd dominatur Altiſſimus in regno hominum, & cui voluerit ″dabit illud, ″& humilem inter homines conſtituet ſuper illud.

15 Hoc eſt ſomnium *quod* vidi ego Rex Nebuchad-nexſár, tu autem Belteϣſaxſár interpretationem eius dicito: quia omnes ſapientes regni mei non potuerunt interpretationem indicare mihi: tu verò *id* potes, quia ſpiritus Deorum ſanctorum in te eſt.

16 Tunc Daniél, cuius nomen erat Belteϣſaxſár ″ſiluit circiter horam vnam, & cogitationes eius ″terrebant eum. Loquutus eſt *autem* Rex, & dixit, Belteϣſaxſár, ſomnium & interpretatio eius nõ terreant te. Reſpondit Belteϣſaxſár, & dixit, Domine mi, ſomnium ſit inimicis tuis, & interpretatio eius hoſtibus tuis.

17 Arbor quam vidiſti, quæ ″erat magna & fortis, altitudóque eius

Somnium Regis Daniel interpretatur, de amiſſione regni, & habitatione eius cũ beſtiis, ac tandẽ eius in regnum reſtitutione.

---

5 Secundum nomen כשום quod eſt nomen. Et in quo &c. ודי רוח־אלהין קדישין .i. qui plenus eſt Spiritu ſancto.

6 Genethliacorum, חרטומיא phyſicorum. vt cap. 2. a. 2. Sit abſconditum tibi, אנס לך faciat [vel faceſſat] tibi negotium. i. nullum eſt ſecretum quod reuelare non poſſis.

7 Viſiones &c. וחזוי ראשי וגו׳ ſub. hæ ſunt. i. Somnium autem quod ſomniaui quum adhuc eſſem in lecto, iſtud eſt. Illud enim vocat viſiones, quòd fuerit multiplex, hoc eſt longum & prolixum. Capitis, quòd in capite ſiue cerebro ſit ſedes imaginationum. Videbam, &c. חזה הוית ואלו אילן Phraſis eadem quæ ſuprà cap. 2. c. 31, Videbar mihi videre arborẽ altiſſimã. Similia infrà verſu 10. In medio terræ, בגו ארעא intra terram. Et altitudo e. ורומה Phraſis Hebræa & Chaldæa, pro, cuius altitudo.

8 Magna *erat* arbor & for. רבה אילנא ותקף Procera erat arbor & robuſta. Alii per verbum vertunt, Creuit arbor, & fortificata eſt. i. vires acquiſiuit. Vide infrà, verſu 17. Aſpectus verò e. וחזותה & viſio eius. i. quæ conſpicua erat in extremis partibus totius terræ.

9 Ramus eius עפיה Ad verbum, Perplexitas eius. id eſt rami eius, ſiue ramoſitas. aut ramificatio. id eſt denſitas ramorum eius: quòd rami ſint inter ſe cõplexi. Et eſca, &c. ומזון לכולא־בה & cibus omnium *erat* in ea. i. omnia animantia alebantur fructu eius. Sub ſe תחותוהי .i. in imo. Vmbram fa. beſt. ag. תטלל חיות ברא obumbrabat beſtias agri. Alii, Sub ea vmbram captabant beſtiæ, &c. id eſt habitabant ſub ea. Veſcebatur om. caro. יתזין כל־בשרא : Id eſt alebantur omnia animantia.

10 Vigil עיר .i. Angelus quidam. Angeli enim ſic dicuntur, quòd non obruantur ſomno, more hominum, quum careãt natura noſtra corporali. 11 Fortiter, בחיל Ad verbum, in fortitudine. id eſt, alta voce ac valida.

12 Et vinculo, &c. ובאסור די־פרזל וגו׳ .i. maneat ſub dio longo tempore. Tingatur, יצטבע aſpergatur.

13 Mutent, ישנון commutent ſub. Angeli. i. priuetur mente ac intellectu humano. Tranſit à re ſignificante ad rem ſignificatam. Tempora mutentur עדנין יחלפון tempora tranſeant. i. ita maneat ſeptem annis: vel vt alii, hebdomadibus: alii, longo tempore.

14 Decreto, &c. בגזרת וגו׳ .i. Angeli hoc decernunt, ita iubente Deo. Et in ſermone, &c. ובמאמר וגו׳ & edictum ſanctorum eſt interrogatio. i. Angeli inferiores quærunt quare id acciderit illi. Reſpondetur, Vt cognoſcant, &c. Vel ſecundum aliam lectionem, In edicto ſanctorum eſt petitio. q. d. Poſſet quis interrogare, Curnam id accidet illi? Reſpondebitur, Vt cognoſcant, &c. Dabit illud, יתננה daturus eſt illud. Vel eſt fut. pro præſ. dat illud. Et humilem ושפל & humilimum. i. abiectiſſimum & contemptiſſimum.

16 Siluit אשתומם conticuit. vel, obſtupefactus eſt. i. manſit attonitus. Terrebant eum. יבהלונה turbabant eum.

17 Erat magna & for. רבה ותקף creuerat, & fortificata erat. i. vires acquiſierat. aucta erat. Vide ſuprà verſu 8.

pertingebat ad cælum, & aſpectus eius in omnem terram:

18 ″Et rami eius pulchri, & fructus eius multus, & eſca omnib⁹ in ea: ſubter eam habitabãt beſtiæ agri, & in ramis eius habitabant volucres cæli.

19 Tu ipſe es ô Rex, qui ″magnificatus es, & roboratus es, ″& magnitudo tua creuit, & peruenit ad cælum, ″& potẽtia tua ad finẽ terræ.

20 Quòd autem vidit Rex Vigilem, & ſanctum deſcendentem è cælo, & dixit, Succidite arborem, ″& diſſipate illam, attamẽ ſtirpem radicum ei⁹ in terra dimittite, & vinculo ferreo & æreo *ligatus, maneat* in herba agri, & rore cæli aſpergatur, & cũ beſtiis agri ſit pars eius, donec ſeptem tempora tranſeant ſuper eum:

21 Hæc eſt interpretatio ô Rex, ″& decretũ Altiſſimi eſt, ″quod peruenit ſuper dominum meum Regem.

22 ″Te enim eiiciẽt ab hominibus, & cum beſtiis agri erit habitatio tua, & herbæ inſtar boum ″te paſcent, & rore cæli te tingent, & ſeptem tempora tranſibunt ſuper te, donec ſcias quòd dominetur Altiſſimus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.

23 Quòd autem ″dixerunt vt dimitterent ſtirpem radicum eius, *nempe* arboris: regnum tuum ″tibi manebit, ″donec cognoueris quòd Domini ſunt cæli.

24 Quamobrem, ô Rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua iuſtitia redime, & iniquitates tuas ″miſeratione pauperum, ecce erit ″medela delicti tui.

25 Omnia *hæc* venerunt ſuper Nebuchad-nezſár Regem.

Nabuchodonoſor è regno eiicitur, & cũ beſtiis comedit.

26 In fine mẽſium duodecim, ″in palatio regni Babél deãbulabat.

27 Loquutus eſt Rex, & ait, Nónne hæc eſt Babél magna, quam ego ædificaui ″in domum regni, ″in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei?

28 Adhuc ſermo erat in ore Regis, *&* vox è cælo ruit, Tibi ″dicunt Nebuchad-nezſár Rex, regnum ″tranſiuit à te,

29 ″Et ab hominibus te eiicient, & cũ beſtiis agri erit habitatio tua: herba inſtar boum te paſcent, ſeptémque tempora ″tranſibunt ſuper te, donec agnoſcas quòd dominetur Altiſſimus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.

30 Eadem hora ″ſermo completus eſt ſuper Nebuchad-nezſár, & ex hominum *conſortio* abiectus eſt, & herbam vt boues comedebat, rore cæli corpus eius tingebatur, donec capillus eius ſicut *plumæ* aquilæ creuit, & vngues eius ſicut auium.

Nabuchodonoſor cõfitetur potentiã ſoli⁹ Dei, & in regnum reſtituitur.

31 ″In fine autẽ dierum ego Nebuchad-nezſár oculos meos ad cælos leuaui, ″& intellectus meus ad me reuerſus eſt, Altiſſimúmque

tingit ad cælum, & aſpectus illius in omnem terram:

18 Et rami eius pulcherrimi, & fruct⁹ eius nimius, & eſca omniũ in ea: ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli.

19 Tu es Rex, qui magnificatus es, & inualuiſti, & magnitudo tua creuit, & peruenit vſque ad cælum, & poteſtas tua in terminos vniuerſæ terræ.

20 Quòd autem vidit Rex Vigilem & ſanctum deſcẽdere de cælo, & dicere, Succidite arborem, & diſſipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite: & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli cõſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius donec ſeptem tempora mutẽtur ſuper eum:

21 Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ peruenit ſuper dominũ meum Regem.

E

22 Eiicient te ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, | & fœnum vt bos comedes, & rore cæli infunderis: ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias ꝙ dominetur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud.' Infrà 5.f.21

23 Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicum eius, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit, poſtquam cognoueris poteſtatẽ eſſe cæleſtem.

24 Quamobrem Rex, conſilium meũ placeat tibi, | & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis. Eccli. 3.d 33

25 Omnia venerunt ſuper Nabuchodonoſor Regem.

26 Poſt finem menſium duodecim, in aula Babylonis deambulabat.

27 Reſponditque Rex, & ait, Nónne hæc eſt Babylõ magna quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

F

28 Quúmque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex, Regnum tranſiit à te,

29 Et ab hominibus eiicient te, & cũ beſtiis erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabũtur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud.

30 Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarũ creſcerent, & vngues eius quaſi auium.

31 Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælũ leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mi

G

18 Et rami eius ועפיה Vide ſuprà verſu 9.
19 Magnificatus es, רבת creuiſti. Et magnitudo t. ורבותך & magnificentia tua. Et potentia t. ושלטנך & dominium tuum.
20 Et diſſipate il. וחבלוהי Ad verbum, & corrumpite illam. perdite. ſuprà verſu 11, & diſpergite fructum eius. vbi quidã legunt diperdite.
21 Et decretum וגזרת Redundat ו &. Quod peruenit די מטת .i. quod Deus tulit in dominum meum Regem.
22 Te enim ולך Ad verbum, Et te. Te paſcent, לך יטעמון te cibabunt.
23 Dixerunt אמרו ſub. Angeli. Tibi manebit לך קימא erit tibi firmum. vel, permanens. Donec cogn. &c. מן די תנדע וגו' vt intelligas quòd dominatus [plur. nume.] ſunt cæli. i. cæleſtes. q. d. Deum dominari in cælo & in terra.
24 Miſeratione pau. במחן ענין miſerando pauperũ. i. ſubueniendo pauperibus. Medela del. tui. ארכה לשלותך: curatio delictorũ tuorum. vt ſit ſingul. pro plur. q. d. hac enim ratione condonabuntur tibi peccata tua. Docti inter Hebræos exponunt, productio [vel prolongatio] pacis tuæ. id eſt proſperitatis & fœlicitatis tuæ.
26 In palatio regni, על היכל מלכותא Ad verbũ, ſuper palatium regni. q. d. in tecto palatii vnde poterat cõtemplari totã vrbem Babel.
27 In domum regni, &c. לבית מלכו וגו' .i. vt eſſet Regia vrbs, quam extruxi meis opibus, vt compararem mihi gloriam ſempiternam. Quidam paraphraſticè ſic vertunt, quam ædificaui excellenti mea potentia, vt exiſtat regia & decus magnificentiæ meæ.
28 Dicunt אמרין ſub. qui habitant in cælis. id eſt, Tibi dicitur. Tranſiuit עדת receſſit. ſub. ad tempus. q. d. iamiam adminiſtratione regni priuaberis. iamiam Dominus ſtatuit regnum tuum ad alios transferendum.
29 Et ab hominibus ומן אנשא .i. à commercio hominum. Tranſibunt יחלפון .i. eris mente captus ſeptem annis. Vide ſuprà, verſu 20 & 22. 30 Sermo completus eſt מלתא ספת Id eſt, hæc acciderunt ipſi Nabuchodonoſor.
31 In fine autem dierum ולקצת יומיא .i. poſt aliquot dies, Tandẽ autem. Exacto certo tempore. q. d. quando Deus voluit, quando oculis miſericordiæ ſuæ illum reſpexit. Et intellectus, &c. ומנדעי עלי יתוב & ſenſus meus reſtitutus eſt mihi. vel, mens mea. aut cognitio mea.

hi: & Altiſſimo benedixi, & viuentem in ſempiternum laudaui, & glorificaui: ‖quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generatione & generationem.

Infrà 7.d.14

Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt: iuxta voluntatem enim ſuam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribꝰ terræ: & nõ eſt qui reſiſtat manui eiꝰ, & dicat ei, Quare feciſti?

In ipſo tẽpore ſenſus meus reuerſus eſt ad me, & ad honorẽ regni mei, decorémque perueni: & figura mea reuerſa eſt ad me: & optimates mei & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutꝰ ſum: & magnificentia amplior addita eſt mihi.

Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico Regẽ cæli: quia õnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare. Cap. V.

BAlſaſar Rex fecit grande cõuiuiũ optimatibus ſuis mille: & vnuſquiſque ſecundũ ſuam bibebat, ętatẽ.

Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea & argentea quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in Ieruſalem: vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxoréſque eius & concubinæ.

Tunc allata ſunt vaſa aurea quæ aſportauerat de templo quod fuerat in Ieruſalem: & biberunt in eis Rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius.

Bibebant vinum, & laudabãt deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneóſque & lapideos.

In eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra cãdelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.

B Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius cõturbabant eũ: & compages renũ eius ſoluebantur, & genua eius ad ſeinuicem collidebantur.

Exclamauit itaque Rex fortiter vt introducerent magos, chaldæos, & aruſpices: & proloquẽs Rex, ait ſapiẽtibus Babylonis, Quicunque legerit ſcripturam hanc, & interpretationẽ eius manifeſtam mihi fecerit, purpura veſtietur, & torquẽ aureã habebit in collo, & tertius in regno meo erit.

Tunc ingreſſi omnes ſapientes Regis, nõ potuerũt nec ſcripturã legere, nec interpretationẽ indicare Regi.

Vnde Rex Balſaſar ſatis conturbatus eſt, & vultus illius immutatus eſt:

′benedixi, & viuentem in ſecula laudaui, ′atque glorificaui: ″quia poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, & regnum eius ′cum generatione & generatione.

32 Et omnes habitatores terræ, tanquam nihilum ′reputati ſunt: & iuxta voluntatem ſuam facit in exercitu cæli & habitatoribus terræ: nec eſt qui ″percutiat manu ſua, & dicat ei, Quid feciſti?

33 Eodem tempore ″intellectꝰ meus reuerſus eſt ad me, & ad gloriam regni mei *reuerſus ſum*: decor meus ″& ſplendor meus reuerſus eſt ad me: præterea ″optimates mei, & principes mei requiſierunt me, ″& in regno meo confirmatus ſum, ″& magnificentia amplior addita eſt mihi.

34 Nunc *ergo* ego Nebuchadneצſár laudo, extollo, & glorifico Regem cæli, ″quia omnia opera eius veritas, & ſemitæ eius ″iudicium, & eos qui gradiuntur in ſuperbia poteſt humiliare. Cap. V.

1 BElשſaצſár Rex ′fecit conuiuium grande principibus ſuis mille, & coram mille vinum ″bibebat.

Balſaſar Rex Babylonis, abutens vaſis tẽpli, videt manũ ſcribẽtem ad parietem.

2 ″Is *autem* præcepit ″in guſtu vini vt afferrent vaſa aurea & argentea quæ ″aſportauerat Nebuchadneצſár ″pater eius de templo quod *erat* in Ieruשſaláim: & biberẽt in eis Rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius.

3 ″Tunc allata ſunt vaſa aurea quæ aſportauerãt è templo domus Dei quod *erat* in Ieruשſaláim: & biberunt in eis Rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius.

4 Biberunt *inquam* vinum, & laudauerũt deos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.

5 In ipſa hora ″egreſſi ſunt digiti manus hominis, & ſcribebant e regione candelabri ″in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & Rex aſpiciebat palmam manus quæ ſcribebat.

6 ″Tunc Regis facies mutata eſt, & cogitationes eius turbauerunt eum, & cingula lumborum eius ″ſoluta ſunt, atque genua eius alterum ad alterum colliſa ſunt.

7 Clamauit Rex ″fortiter vt introducerent *ad ſe* ′genethliacos, chaldæos, & diuinos: *atque ſic* loquutus eſt Rex, & dixit ſapiẽtibus Babél, Quicunque legerit ſcripturam hanc, & interpretationem eius indicauerit mihi, ′purpura veſtietur, & torques aurea erit in collo eius, tertiúſque in regno imperabit.

Accerſiti à Rege magi, non valẽt ſcripturam ediſſerere.

8 Tunc ingreſſi ſunt omnes ſapientes Regis, & non potuerũt ſcripturam legere, nec interpretationem eius indicare Regi.

9 Tunc Rex Belשſaצſár ſatis conturbatus fuit, ″& vultus eius mu-

Benedixi, ברכת .i. laudaui, ſiue gratias egi. Atque glorific. והדרת & honore proſequutus ſum. Quia poteſtas, &c. דישלטנה וגו׳ cuius dominium, dominium æternum eſt. Cum generatione & gener. עם־דר ודר׃ .i. durat per omnes ætates. q.d. æternum eſt.

32 Reputati ſunt: חשיבין reputantur. exiſtimantur. Percutiat manu ſua, ימחא בידה .i. ceſſare faciat eum, vt ſolemus quũ manuum cõtactu & complauſu vetamus, ſiue prohibemus aliquid fieri. Ita quidam Hebræorũ exponunt. Alii vertunt, nec eſt qui prohibeat manum eius. Alii, nec eſt qui reſiſtere poſſit manui [.i. viribus] eius. non eſt qui cohibere manum eius poſſit quin feriat quum ferire decreuerit.

33 Intellectus meus מנדעי Vt paulo antè verſu 31. Et ſplendor m. &c. וזיוי יתוב עלי .i. dignitas vultus mei, reuerſa eſt ad me. i. reſtituta eſt mihi. Optimates mei, &c. הדברי ורברבני conſiliarii [vel præfecti] mei, & magnates mei. Et in regno m. confi. ſum, ועל־מלכותי התקנת & in regnum meum reſtitutus ſum. Et magnifi. ורבו & magnitudo. maieſtas. i. in maiori honore habitus ſum quàm antea.

34 Quia omnia, &c. די כל־מעבדוהי קשוט cuius omnia opera ſunt veritas. i. vera. Iudicium, דין iuſtitia. i. iuſtæ.

IN CAPVT V.

1 Fecit עבד Apparauit. Bibebat. שתה׃ q.d. aderat conuiuio, & inuitabat illos principes ad bibendum.

2 Is *autem* præcepit בלשאצר אמר Ad verbum, Belשſaצſár dixit. In guſtu בטעם .i. quum guſtaſſet vinum, hoc eſt quum incaluiſſet mero: poſtquam exhilaratum eſt cor eius vino, vt vertũt Hebræi. Aſportauerat הנפק extulerat. Pater eius אבוהי .i. auus eius.

3 Tunc באדין .i. Mox. 5 Egreſſi ſunt נפקה .i. viſi ſunt quaſi egredi è muro, & apparuerunt. In ſuperficie על־גירא in calce. i. in tectorio. hoc eſt, in opere albario parietis palatii Regii, vbi hoc conuiuium celebrabatur. Rex autem videbat particulam manus ſcribẽtis. 6 Tunc Regis, &c. אדין מלכא וגו׳ Ad verbũ, Tũc Rex ſplendores eius mutati ſunt. i. gratiæ vultus Regis mutatæ ſunt. hoc eſt, vultus Regis immutatus fuit. Vide paulo pòſt verſu 9. Soluta ſunt, משתרין diſſoluebantur. i. vires eius fuerunt diſſolutæ.

7 Fortiter בחיל Ad verbum, cum virtute. i. fortiter, & alta voce. Genethliacos: לאשפיא Vide ſuprà cap. 2. a. 2. Purpura veſtietur, ארגונא ילבש Id eſt donabitur à me veſte purpurea.

9 Et vultus eius וזיוהי Ad verbum, & ſplendores eius mutauerunt ſeſe. i. gratiæ & charites vultus eius commutatæ ſunt. q.d. præ metu & conturbatione, vultus eius fuit immutatus, dignitate illa ac maieſtate oris amiſſa. Vide paulo antè, verſu 6.

tati ſunt in eo,& principes eius conturbati ſunt.

10 Regina″propter verba Regis & principum eius,domum conuiuii ingreſſa eſt:″loquutáque eſt ipſa, & dixit, Rex, in æternũ viue, non terreant te cogitationes tuæ,& vultus tui ne mutentur.

11 Eſt vir *quidam* in regno tuo in quo *eſt* ſpiritus Deorum ſanctorũ: & in diebus patris tui,″illuminatio,& intelligentia, & ſapiẽtia, ″ſicut ſapientia deorum inuenta eſt in eo, quem Rex Nebuchadneʒſár pater tuꝰ, principem″genethliacorũ,aſtrologorum, chaldæorum,diuinorum conſtituit,pater tuus *inquam* Rex.

12 Eo quòd ſpiritus″amplior,& ſcientia,& intelligentia,(interpretabatur *enim* ſomnia,& indicatio problematũ *erat in eo*,″& ſolutio ligatorum)inuẽta eſt in eo,in Daniele *videlicet* cui Rex impoſuit nomen Beltevvſaʒſár. nũc igitur Daniel vocetur, & interpretationem indicabit-

Accerſitur Daniel.

13 Tunc Daniel adductus eſt coram Rege. loquutus eſt Rex,& dixit Danieli,Tuné es ille Daniél,qui es de filiis captiuitatis Iehudáh,″quem adduxit Rex pater meus de Iehudáh.

14 ″Et audiui de te quòd ſpiritus Deorum ſanctorum eſt in te, ″& illuminatio,& intellectus,& ſapientia″amplior inuenta eſt in te.

15 Nunc autem adducti ſunt coram me ſapientes & aſtrologi qui ſcripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi,& non potuerunt interpretationem″ſermonis indicare.

16 Et ego audiui de te quòd poſſis″interpretationes interpretari,″& ligata ſoluere:nunc *igitur* ſi potueris ſcripturam legere,& interpretationẽ eius indicare mihi, purpura veſtieris, & torques aurea *erit* in collo tuo,& tertius in regno *meo* dominaberis.

Scripturã legit, & interpretatur: Regem videlicet e regno deturbandum.

17 Tunc reſpondit Daniél,& dixit corã Rege,Munera tua″tibi ſint, & dona tua alteri da:verũtamen ſcripturam legam Regi,& interpretationem indicabo ei.

18 Tu Rex *audi*, Deus altiſſimus regnum,& magnificentiam,& gloriam,& decorem dedit Nebuchad-neʒſár patri tuo.

19 Et propter magnificentiam quam dedit ei, omnes populi, tribus,& linguæ tremuerunt,& timuerunt à facie eius:quos volebat occidebat,& quos volebat″percutiebat:& quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat.

20 Quando autem eleuatum fuit cor eius, & ſpiritus eius″induratus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui,& gloriã″abſtulerunt ab eo.

21 Et à filiis hominum abiectus eſt, ″& cor eius cum beſtiis poſitũ eſt,& cum onagris habitatio eius, & ″herba tanquam bouem cibauerunt eum,& rore cæli corpus eius tinctum fuit,donec cognouit quòd dominaretur Deus altiſſimus in regno hominum, & eum quem voluerit conſtituet ſuper illud.

ſed & optimates eius turbabantur.

10 Regina autem pro re quæ acciderat Regi, & optimatibus eius,domũ cõuiuii ingreſſa eſt, & proloquẽs ait, Rex in æternũ viue: non te cõturbẽt cogitationes tuæ,neq; facies tua immutetur. C

11 Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum Deorum ſanctorum habet in ſe:& in diebus patris tui ſcientia & ſapientia inuẽtæ ſunt in eo: nam & Rex Nabuchodonoſor pater tuus principẽ magorum,incantatorum, chaldæorum, & aruſpicum conſtituit eum, pater inquam tuus ô Rex:

12 Quia ſpiritus amplior, & prudentia, intelligentiáque, interpretatio ſomniorum, & oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum inuẽtæ ſunt in eo,hoc eſt in Daniele:cui Rex poſuit nomen Baltaſſar.nunc itaque Daniel vocetur,& interpretationẽ narrabit.

13 Igitur introductus eſt Daniel corã Rege.ad quem præfatus Rex ait,Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxit pater meus Rex de Iudæa? D

14 Audiui de te quoniam ſpiritũ Deorum habeas:& ſcientia,intelligentiáque ac ſapientia ampliores inuentæ ſunt in te.

15 Et nunc introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes, magi vt ſcripturã hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi:& nequiuerunt ſenſum huius ſermonis edicere.

16 Porrò ego audiui de te quòd poſſis obſcura interpretari, & ligata diſſoluere: ſi ergo vales ſcripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.

17 Ad quæ reſpondens Daniel, ait coram Rege,Munera tua ſint tibi,& dona domus tuæ alteri da: ſcripturam autem legam tibi,Rex,& interpretationem eius oſtendam tibi. E

18 O Rex, Deus altiſſimus regnum & magnificẽtiam,gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo.

19 Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuerſi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eũ: quos volebat interficiebat: & quos volebat percutiebat:& quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat.

20 Quando autem eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiã, depoſitus eſt de ſolio regni ſui,& gloria eius ablata eſt:

21 Et à filiis hominũ eiectus eſt, ſed & cor eius cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio eius:‖fœnum quoque vt bos comedebat,& rore cæli corpus eius infectũ eſt: donec cognoſceret quòd poteſtatem haberet Altiſſimus in regno hominum, & quencunque voluerit ſuſcitabit ſuper illud.

Suprà 4.c.22 b

---

10 Propter verba Re. לקבל מלי מלכא .i.propter ea quæ acciderant Regi.Hæc regina,vxor fuit Nabuchodonoſor,& auia huius Balſaſar. Loquutáque,&c. ענת מלכתא ואמרת Ad verbum,Loquuta eſt Regina,& dixit.

11 Illuminatio, נהירו .i.lumen cognitionis,hoc eſt ingeniũ,ſolertia,& ſcientia. Sicut ſapientia Deo. כחכמת־אלהין .i.ſimilis ſapientiæ Deorum. Genethliacorum, חרטומין Vide ſuprà cap.2.a.2. 12 Amplior יתירא magna.excellens. Et ſolutio ligatorum ומשרא קטרין & ſoluebat vincula.q.d.nodos. ænigmata atque problemata intelligit. 13 Quem די quam.nempe captiuitatem.

14 Et audiui ושמעת Audiui equidem. Et illuminatio, ונהירו Vt paulo antè verſu 11. Amplior יתירה Vt verſu 12.

15 Sermonis מלתא rei. 16 Interpretationes פשרין .i.obſcura quæque. Et ligata וקטרין Vt paulo antè,verſu 11.

17 Tibi ſint, לך להוין q.d.munera tua ſerua tibi:nolo ea accipere abs te:nam gratis interpretari volo.

19 Percutiebat: הוה מחא Quidam dicunt הוה מחא idem ſignificare quod הוה מחיה.i.ſeruabat viuos.Verti poſſunt hæc per ſingulare.

20 Induratus eſt תקפת Ad verbum,fortificauit ſeſe. Abſtulerunt העדיו tranſtulerunt.ſub.Angeli volente Deo.

21 Et cor eius,&c. ולבבה וגו׳ & cor eius cum beſtiis poſuit.ſub. Deus.i. Fecit Deus vt ille cuperet verſari cum beſtiis. hoc èſt priuatus eſt mente & intellectu, & fecit eum ſimilem iumentis. Herba tanquam bouem cibauit eum, עשבא כתורין יטעמונה Ad verbum, herbam more boum,fecerunt illum guſtare.id eſt,porrexerunt illi hèrbam tanquam boui.

22 Tu quoque filius eius Balſaſar, non humiliaſti cor tuum quum ſcires hæc omnia.

23 Sed aduerſum dominatorē cæli eleuat⁹ es: & vaſa dom⁹ eius allata ſunt corā te: & tu, & optimates, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneóſque, & lapideos qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porrò Deum qui habet flatū tuum in manu ſua, & ōnes vias tuas, non glorificaſti:

24 Idcirco ab eo miſſus eſt articul⁹ manus qui ſcripſit hoc quod exaratū eſt:

G 25 Hæc eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt: MANE, THECEL, PHARES.

26 Et hæc eſt interpretatio ſermonis, MANE: numerauit Deus regnū tuum, & compleuit illud.

27 THECEL: appēſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens.

28 PHARES: diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.

29 Tūc iubēte Rege indut⁹ eſt Daniel purpura, & circūdata eſt torques aurea collo eius, & prædicatū eſt de eo quòd haberet poteſtatem tertius in regno.

30 Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar Rex Chaldæus.

31 Et Darius Medus ſucceſſit in regnū, annos natus ſexagintaduos.

Cap. VI.

1 PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo.

2 Et ſuper eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt ſatrapæ illis redderent rationem, & Rex non ſuſtineret moleſtiam.

3 Igitur Daniel ſuperabat ōnes principes & ſatrapas, quia Spiritus Dei amplior erat in illo. porrò Rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum:

4 Vnde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem vt inuenirent Danieli ex latere regni: nullámque cauſam, & ſuſpicionē reperire potuerūt, eo quòd fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo.

B 5 Dixerunt ergo viri illi, Nō inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in Lege Dei ſui.

6 Tūc principes & ſatrapæ ſurrepſerunt Regi, & ſic loquuti ſunt ei, Dari Rex, in æternum viue:

7 Conſilium inierūt omnes principes regni, magiſtratus & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, Vt omnis qui petierit aliquā petitionē à quocūque deo & homine vſq; ad triginta dies, niſi à te, Rex, mittatur in lacū leonū.

22 Et tu ″filius eius Belωſaxſár, non humiliaſti cor tuum, ′quum totum hoc ſcires.

23 Et aduerſus Dominū cæli eleuatus es, & vaſa domus eius attulerunt corā te: túque, & principes tui, vxores tuæ, & cōcubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis: deos præterea argēteos, & aureos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos, qui non vidēt, neq; audiūt, laudaſti: *ſed* & Deū in cui⁹ manu eſt anima tua, & oēs viæ tuæ ſunt, nō honoraſti.

24 Tunc à conſpectu eius miſſa eſt ″palma manus, ″& ſcriptura hæc exarata eſt:

25 Et hæc *eſt* ſcriptura ′quæ exarata eſt, ′MENE MENE THECEL VPHARɒSIN.

26 Hæc *eſt* interpretatio ſermonis, MENE, Numerauit Deus ′regnū tuum, & compleuit illud.

27 THECEL, Appenſus es in ſtatera, & inuentus es ′deficiens.

28 Peráɒs, ″Diuiſum eſt regnum tuum, & datū eſt Madái & Paráɒs.

29 Tunc ″iubente Belωſaxſár induerūt Danielē purpura, & torques aurea poſita eſt in collo eius, prædicauerúntque ″de eo quòd dominaretur tertius in regno.

30 In ipſa nocte interfectus fuit Belωſaxſár Rex Chaldæus.

31 Porrò Dariáueωs Medus ſuſcepit regnum iam annorum ſexaginta & duorum.

Interfecto Balſaſar, ſuccedit Darius Medus.

Cap. VI.

1 P′Lacuit ipſi Dariáueωs vt conſtitueret ſuper regnum ″ſatrapas centum & viginti, qui eſſent in toto regno.

Daniel cōſtituitur à Rege princeps ſuper ſatrapas.

2 Supra eos verò, præfectos tres, ex quibus Daniél vnus *erat*, quibus ſatrapæ iſti redderent rationem, ′ne Rex moleſtia afficeretur.

3 Tunc Daniél iſte ″ſuperabat ipſos præfectos & ſatrapas, eo quòd Spiritus amplior *eſſet* in eo: & Rex cogitabat de cōſtituendo eo ſuper totum regnum.

4 Tū præfecti & ſatrapæ ′quærebant occaſionē contra Danielē ″ex parte regni: at nullā occaſionē ″aut corruptelā potuerūt inuenire, quòd fidelis eſſet, & nullū delictū aut corruptela inuēta eſt in eo.

5 Tunc viri iſti dixerunt, ′Nunquam inueniemus contra Danielē hunc vllam occaſionē, ″niſi inueniamus cōtra eū in Lege Dei ſui.

Edicti excogitatio aduerſus Danielem.

6 Tunc præfecti & ſatrapæ iſti ″congregauerunt ſeſe apud Regem, atque ita dixerunt ei, Dariáueωs Rex, in æternum viue.

7 Conſiliū inierunt præfecti regni, magiſtratus, ſatrapæ, optimates, & duces ′ſtatuere ſtatutum regium, & roborare pactum, Quòd quicunque petierit petitionem à quocunque Deo aut homine vſque ad triginta dies, niſi à te Rex, proiiciatur in ſpeluncā leonum.

---

22 Filius eius ברה Id eſt nepos. Quum totum hoc, &c. כל־קבל וגו׳ quanuis hæc omnia noueris.

24 Palma manus, פסא די ידא particula manus.i.manus abſciſſa & ſeparata à reliquo corpore. Et ſcriptura, &c. וכתבא וגו׳ & ſcripturam hanc exarauit.vel, ſcripſit. 25 Quæ exarata eſt, דירשים quam exarauit. MENE, &c. מנא מנא וגו׳ .i.numerauit, numerauit, appendit, [vel, ponderauit] & diuidentes *ſunt* .i.ſcindunt. Alluſio eſt ad Perſas qui dicuntur פרסין. nam hæc dictio eſt æquiuoca. Geminatio autem iſta מנא מנא facta eſt ad maiorem exaggerationem. vel vt alii volunt, prius ſignificat finem regni, ſecūdum mortem Regis, & finem vitæ eius. 26 Regnum, &c. : מלכותך והשלמה Id eſt, annos regni tui, & deprehendit illos eſſe completos.

27 Deficiens.: חסיר imminutus.i.leuior iuſto.q.d.indignus regno. 28 Diuiſum eſt פריסת Sciſſum eſt. Fractum eſt.

29 Iubente, &c. אמר בלשאצר והלבישו Ad verbum, dixit Belſaſar, & induerunt. De eo עלוהי ante eum.i.præconis voce pronuntiauerunt ante eum. vel, proclamauerunt quòd futurus eſſet dominus tertius à Rege in regno.

IN CAPVT VI.

1 Placuit, &c. שפר קדם וגו׳ Ad verbum, Placuit coram Dariáues, & conſtituit. Satrapas לאחשדרפניא .i.principes prouinciarum qui diſperſi per omnes prouincias imperii, continerent illas in officio, nequis ſcilicet deficeret ab imperatore.

2 Ne Rex, &c. ומלכא וגו׳ & Rex non eſſet damno affectus.i.ne vllum damnum acciperet in vlla regione.

3 Superabat ipſos præf. הוא מתנצח על־סרכיא Ad verbum, fortificabat ſe ſupra præfectos. vel, robuſtior erat, aut potentior principibus. .i.antecellebat ipſos. 4 Quærebant occaſionem הוו בעין וגו׳ Ad verbum, erant quærentes occaſionē vt inuenirent.i.dabant operā vt inuenirent occaſionem. Ex parte regni: מצד מלכותא .i.adminiſtrationis reipub. quòd ſcilicet malè adminiſtraſſet regnum, hóc eſt vt accuſarent eum læſæ maieſtatis. Aut corruptelam ושחיתה aut prauitatem. Alii, culpam.

5 Nunquam די לא Ad verbum, Quia non. Niſi inueniamus להן השכחנא ſed inueniemus.

6 Congregauerunt ſeſe apud Re. הרגישו על־מלכא collecti ſunt ſimul apud Regem. Alii, perſuaſerunt Regi.

7 Statuere ſtatutum reg. &c. לקימה קים וגו׳ ſtatuere ſtatutum, ô Rex, & confirmare edictum. id eſt edere edictum inuiolabile. Alii, vouere votum *in honorem* Regis, & confirmare edicto.

8 Nunc *ergo* Rex confirma edictum, ʹ& ſcribe ſcripturam, vt non mutetur iuxta legem Madái & Paráɔs, ″quæ non tranſit.

9 Propterea Rex Dariáueẅs ſcripſit ſcripturam, & edictum.

Edicti promulgātio, cuius tāquā violatór Daniel accuſatur apud Regem.

10 Daniél autē quū intellexiſſet quòd ſcripta eſſet ſcriptura, ingreſſus eſt domū ſuā, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo verſus Ieruẅſaláim, ʹtēporibus tribus in die incuruabat ſe ſuper genua ſua, & orabat, ″& confitebatur corā Deo ſuo, quēadmodū faciebat antea.

11 Tunc viri illi congregauerunt ſeſe, & inuenerunt Danielem orantem & deprecantem coram Deo ſuo.

12 Tum acceſſerunt, & verba fecerūt coram Rege de edicto regio, Nónne edictum ″ſcripſiſti, quòd quicunque petierit à quocunque deo aut homine vſque ad dies triginta, niſi à te, Rex, proiiceretur in ſpeluncam leonum? Reſpondit Rex, & dixit, ʹVerus *eſt* ſermo, iuxta legem Madái & Paráɔs, ″quæ non tranſit.

13 Tunc reſponderunt & dixerunt coram Rege, Daniél qui eſt ″de filiis captiuitatis Iudæorum ʹnon poſuit ſuper te, ô Rex, rationē, & edictum quod ſcripſiſti: ſed temporib⁹ tribus in die ″petit petitionem ſuam.

14 Tunc Rex quum verbū audiſſet, ʹvehementer diſplicuit ei, & ſuper Danielē ″poſuit Rex cor *ſuum* vt erueret eum, & vſque ad Occaſum ſolis ″ſatagebat eruere eum.

15 ″Verùm viri illi cōgregauerunt ſeſe apud Regem, dixerúntque Regi, Scito Rex quòd lex Madái & Paráɔs *eſt* vt nullum decretum, aut ſtatutum quod Rex ″ſtatuerit, immutetur.

Iuſſu Regis mittitur in lacū leonum.

16 Tunc Rex ″iuſſit, & adduxerunt Danielē, proiecerúntque in ſpeluncam leonum. Loquutus autem Rex, dixit ad Danielem, Deus tuus cui tu ſeruis iugiter, ipſe ″eripiet te.

17 Et allatus eſt lapis vnus, poſitúſque eſt ſuper os laci, quem obſignauit Rex anulo ſuo & anulo principum ſuorum, ″ne mutaretur voluntas in Daniele.

18 Tunc abiit Rex in palatium ſuum, & permanſit ʹincœnatus, ʹneque menſa appoſita eſt coram eo, ″& ſomnus eius fugit ab eo.

19 Tunc Rex diluculo ſurrexit ʹdum ſplendeſceret, & cum feſtinatione ad ſpeluncam leonum perrexit.

20 Quúmque appropinquaſſet ſpeluncæ, Danielem voce ʹtriſti inclamauit: & loquutus Rex dixit ad Danielē, Daniél ſerue Dei viuētis, Deus tu⁹ ″cui tu ſeruis iugiter, potuítne liberare te à leonib⁹?

Eius liberatio, quæ fidei in Deū tribuitur.

21 Tunc Daniél cum Rege loquutus eſt, Rex in æternum viue.

22 Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit os leonum, ʹ& nō perdiderunt me: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me, ″& etiā

8 Nunc itaque Rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: vt non immutetur quod ſtatutū eſt à Medis & Perſis, nec præuaricari cuiquā liceat.

9 Porrò Rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit. C

10 Quòd quum Daniel comperiſſet id eſt conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo, cōtra Ieruſalem trib⁹ tēporib⁹ in die flectebat genua ſua, & adorabat, cōfitebatúrq; corā Deo ſuo ſicut & antè facere conſueuerat.

11 Viri ergo illi curioſius inquirentes, inuenerunt Danielem orantē, & obſecrantem Deum ſuum.

12 Et accedētes loquuti ſunt Regi ſuper edicto, Rex, nunquid non conſtituiſti vt ōnis homo qui rogaret quēquam de diis & hominibus vſque ad dies triginta, niſi te, Rex, mitteretur in lacum leonū? Ad quos reſpondens Rex, ait, Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorum atque Perſarū, quod præuaricari non licet. D

13 Tunc reſpondentes dixerunt corā Rege, Daniel de filiis captiuitatis Iudę, nō curauit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua.

14 Quod verbum quum audiſſet Rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor vt liberaret eum, & vſque ad occaſum ſolis laborabat vt erueret illum.

15 Viri autem illi intelligentes Regē, dixerunt ei, Scito Rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, vt omne decretum quod conſtituerit Rex, nō liceat immutari.

16 Tunc Rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque Rex Danieli, Deus tuus quem colis ſemper ipſe liberabit te. E

17 Allatúſq; eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quē obſignauit Rex annulo ſuo, & annulo optimatū ſuorum, nequid fieret contra Danielem.

18 Et abiit Rex in domū ſuā, & dormiuit incœnat⁹, cibique nō ſūt allati corā eo, inſuper & ſōnus receſſit ab eo.

19 Tunc Rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit:

20 Appropinquánſque lacui, Danielē voce lachrymabili inclamauit, & affatus eſt eū, Daniel ſerue Dei viuentis, Deus tuus cui tu ſeruis ſemper, putáſne valuit te liberare à leonibus?

21 Et Daniel Regi reſpōdens ait, Rex in æternum viue, F

22 ¶Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonū, & nō nocuerūt mihi: quia coram eo iuſtitia inuen- 1.Mach.2.f.60

8 Et ſcribe ſcript. ותרשום כתבא .i.cura ſcribendum diploma. ſic mox. Quæ non tranſit. : דִּי־לָא תֶעְדֵּא .i.quæ manet inuiolabilis: vt paulo pòſt dicitur, verſu 15, his verbis, Scito Rex, quòd lex Medorum & Perſarum eſt, quòd nullum decretum aut ſtatutū quod Rex ſtatuerit, eſt immutandum. 10 Temporibus tribus וזמנין תלתה .i.tribus vicibus, ſiue ter interdiu. Et confit. corā Deo ſuo, ומודא קדם אלהה .i.laudabat Deum ſuum. 12 Scripſiſti, רשמת .i.diplomate tuo approbaſti. Verus *eſt* ſermo, יציבא מלתא Ad verbum, veritas *eſt* ſermo. i. verum eſt quod dicitis, verum erit quod cautum eſt edicto meo, ſeruabitur vt lex quæ abrogari non poteſt, neque ſolet. Quæ non tranſit. : די־לא תעדא Vt paulo antè, verſu 8.

13 De filiis captiu. Iudæorū מן־בני גלותא די יהוד .i.de captiuis abductis ex Iudæa in Babylonem. Non poſuit, &c. לא שם עליך וגו׳ Chaldaica phraſis, vt ſuprà, cap. 3.b.12. id eſt non curat te, neque edictum tuum: vel, nullam tui rationem habuit, neque edicti tui. Petit petitionem ſ. : בעא בעותה .i.orat Deū ſuum, vt antea. 14 Vehementer diſp. ei, שגיא באש עלוהי vehementer indoluit. vel, contriſtatus eſt, aut, admodū grauatè tulit. Alii, multùm turbatus eſt intra ſe. Poſuit, &c. שם בל וגו׳ Phraſis Chaldæa vt & Hebræa, pro In hoc incubuit, & pro virili conabatur vt eum erueret. Peruerſæ literæ in בל pro לב. Satagebat משתדר dedit operam. ſategit. ſolicitus fuit.

15 Verùm בארין Ad verbum, Tunc. 16 Iuſſit, אמר Ad verbū, dixit, ſub. vt adducerent Danielem. Eripiet te. : ישזבנך eripiat te. liberet te. 17 Ne mutaretur, &c. די לא תשנא Id eſt mutata ſententia, Rex eum extraheret.

18 Incœnatus ובת טות in ieiunio. i. ieiunus, hoc eſt incœnatus. Quidā vertunt, in cœnaculo. Neque mēſa, &c. ודחון וגו׳ & menſam nō attulit in conſpectū eius. ſub. aliquis miniſtrorum. Menſam vocat cibaria. Et ſomnus e. &c. ושנתה נדת וגו׳ & ſomnus eius receſſit. i. non potuit dormire tota ea nocte. Pſal. 139. c. 16, legitur, Et rapitur ſomnus eorum niſi ruere fecerint. i. non dormiunt.

19 Dum ſplendeſc. בנגהא .i.ad lucem matutinam.

20 Triſti עציב amara. lugubri. i. quæ dolorem animi teſtabatur. Cui tu ſeruis iug. די־אנת וגו׳ quem tu colis aſſiduè.

21 Et non perdiderunt me: ולא חבלוני׳ vt non læſerint me. vel, non nocuerint mihi. Et etiam ואף inſuper.

ta eſt in me,ſed & contra te Rex,delictum nõ feci.

23 Tunc vehementer Rex gauiſus eſt ſuper eo,& Danielem pręcepit educi de lacu:eductúſq; eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo.

24 Iubente autem Rege adducti ſunt viri illi qui accuſauerunt Danielem: & in lacum leonum miſſi ſunt,ipſi & filii,& vxores eorum: & nõ peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

G 25 Tunc Darius Rex ſcripſit,Vniuerſis populis,tribubus,& linguis habitantibus in vniuerſa terra,pax vobis multiplicetur.

26 A me conſtitutum eſt decretum,vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcant,& paueant Deum Danielis: ipſe eſt enim Deus viuens & ęternus in ſecula:& regnum eius non diſſipabitur,& poteſtas eius vſq; in æternũ.

27 Ipſe liberator atq; ſaluator, faciẽs ſigna & mirabilia in cælo & in terra: q liberauit Danielẽ de manu leonũ.

Suprà 1.d.21

28 ‖Porrò Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Darii, regnúmque Cyri Perſæ.

Cap. VII

1 ANno primo Balſaſar Regis Babylonis,Daniel ſomnium vidit: viſio autem capitis eius in cubili ſuo: & ſomnium ſcribens, breui ſermone cõprehendit,ſummatimque perſtringens,ait,

2 Videbam in viſione mea,nocte, & ecce quatuor venti cęli pugnabant in mari magno.

3 Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſæ inter ſe.

4 Prima quaſi leæna,& alas habebat aquilę:aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ eius, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi homo ſtetit: & cor hominis datum eſt ei.

5 Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit:& tres ordines erãt in ore eius,& in dentibus eius,& ſic dicebãt ei, Surge,comede carnes plurimas.

B 6 Poſt hæc aſpiciebam, & ecce alia quaſi pardus,& alas habebat quaſi auis,quatuor ſuper ſe: & quatuor capita erãt ĩ beſtia,& poteſtas data eſt ei.

7 Poſt hęc aſpiciebã in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis atque

coram te,Rex,″corruptelam non feci.

23 Tunc Rex vehementer iucundus fuit ſuper eo,& Danielem iuſſit educi è ſpelunca:eductúſque eſt Daniél de fouea,& nulla læſio inuenta eſt in eo,quia″credidit Deo ſuo.

24 Iubente quoque Rege adducti ſunt viri illi″qui accuſauerãt Danielem,& in ſpeluncã leonũ proiecti ſunt ipſi,filii eorum, & vxores eorum:″& nõdum peruenerant ad pauimentũ ſpelũcæ,quum dominati ſunt eorum leones, & omnia oſſa eorum contriuerunt.

Accuſatores Danielis exponuntur leonibus dilaniandi.

25 Tunc Dariauéws Rex ſcripſit,Omnibus populis,″tribubꝰ,& linguis qui habitabant in vniuerſa terra,pax vobis multiplicetur.

Darius decreti publicatione Deum Danielis prædicat.

26 ′A conſpectu meo poſitum eſt decretum,vt in vniuerſo″imperio regni mei tremant & paueant à cõſpectu Dei Danielis: ″ipſe *enim* eſt Deus viuens & permanens in ſecula, & regnum eius *eſt regnum* quod non diſſipabitur,& poteſtas eius *durabit* vſque in finem.

27 Eruens,& liberans,& faciens ſigna & mirabilia in cælo & in terra,qui eripuit Danielem de poteſtate leonum.

28 Porrò Daniél iſte″proſperè egit in regno Dariauéws & in regno Chórews Perſæ.

Cap. VII.

1 ANno primo Belwſaxſár Regis Babél,Daniél ſomniũ vidit:″viſiones autẽ capitis eius *factæ ſunt* in cubili eius:″tũc ſomniũ *illud* ſcripſit:″initio ſermonum dixit,

Viſio quatuor beſtiarũ Danieli oſtenditur.

2 Loquutus eſt Daniél, & dixit, Videbã in viſione mea in nocte, & ecce quatuor venti″cæli″pugnabant in mari magno.

3 Et quatuor beſtiæ grãdes aſcendebãt è mari diuerſæ″ab inuicẽ.

4 ′Prima *erat* ſicut leo, & alæ aquilæ *erant* ei: ″ſpectabam *verò* donec euulſæ ſunt alæ eius,& ablata eſt è terra, atque in pedes″more hominum ſtetit,″córque hominis datum eſt ei.

5 Ecce autem alia beſtia ſecũda″ſimilis erat vrſo, ′& ad latus vnũ ſtetit, ′tres quoque coſtæ *erant* in ore eius inter dentes ipſius: ſícq; dicebant ei,Surge,″vora carnem plurimam.

6 Poſthæc videbam, & ecce alia ſimilis pardo: & ei *erant* alæ quatuor volucris ſuper dorſum eius:quatuor quoque capita *erant* beſtiæ,″& poteſtas data eſt ei.

7 Poſtea vidi″in viſionibus noctis,& en beſtia′quarta formidoloſa

Corruptelam חבולה Vt ſuprà,verſu 4.Quidam vertunt,prauitatem.Alii,ſcelus.

23 Credidit,&c. הימן באלהה׃ ſperauit in Deo ſuo.ita Hebræi exponunt.

24 Qui accuſauerant Dan. די־אכלו קרצוהי די דניאל Ad verbum,qui accuſauerant accuſationes eius,*nempe* Danielis.Similem loquutionem vide ſuprà,cap.3.b.8, vbi pro ea verſum eſt, Detulerunt Iehudæos. Et nondum,&c. ולא מטו וגו′ & non peruenerant ad fundum [imum.i.ſolum] ſpeluncæ adhuc,quum dominati ſunt,&c. 25 Tribubus, אומיא nationibus.

26 A conſpectu m. מן־קדמי .i.à facie mea.q.d.hanc fero legẽ. Imperio שלטן ditione.dominio. Ipſe *enim* eſt די־הוא quũ ſit.

28 Proſperè egit הצלח Id eſt floruit.aut fuit in pretio,imperantibus Dario Medo,& Cyro Perſa.

IN CAPVT VII.

1 Viſiones autem cap.&c. וחזוי ראשה וגו′ Vt ſuprà cap.4.b.7.i.Vidit autem hoc ſomnium noctu dum adhuc iaceret in lecto. Tũc באדין .i.Statim.Protinus. Initio, &c. ראש מלין אמר׃ .i.cuius initium fuit tale. Alii, Summam verborum ſcripſit.i.rem ipſam paucis perſtrinxit. 2 Cæli שמיא .i.aeris,hoc eſt venti primarii flantes à quatuor mundi partibus. Pugnabant, &c. מגיחן לימא רבא׃ agitabant mare magnum.Alii,irruebant in mare magnum.& quaſi loco pellebãt mare.Venti cæli:Dei voluntas.Mare magnũ: mundus,vt & Dauid appellat.nam Dei permiſſu variis tumultibus agitatur mundus, vt mare motibus. Significat autẽ motus magnos qui exorti ſunt initio quatuor monarchiarum. 3 Ab inuicem. דא מן־דא׃ inter ſe.Ad verbum,hæc ab illa.

4 Prima *erat* ſicut leo, קדמיתא כאריה Prima erat ſimilis leoni.Beſtiæ ſiue animalia:ſunt aut Reges,aut imperia,aut monarchiæ.Primũ regnum de Babylonia eſt intelligendum.nam fuit leo Nabuchodonoſor, id eſt bellicoſus, qui celeriter totas vicinas gentes vicit: quod per alas ſignificatur.Fuit autem ea celeritas illi ablata,& priuatus eſt regno.Poſtea rediit ad mentem.i.cor hominis,non leonis redditum eſt illi.Dicitur & leoni fuiſſe ſimilis.i.excellentiſſimus:vt antea comparatus eſt auro,quod vt cæteris præſtat metallis,ita leo cæteris animantibus. Spectabam חזה הוית Ad verbum,aſpiciens eram.q.d.conſideraui beſtiam illam. More hominum כאנש Ad verbum,ſicut homo.i.more hominum rexit ſeſe. Córque hominis ולבב אנש .i.humanum,& non ferinum,hoc eſt mite.

5 Similis e.vrſo, דמיה לדוב ſub.aſcẽdebat è mari magno.Secunda monarchia quæ fuit Perſarũ. Et ad latus,&c. ולשטר־חד הקימת quod ad latus vnũ ſeſe erexit.i. irruit tantũ in Babylonios, quibus ſuperatis potiti ſunt imperio Perſæ. Tres quoque coſtæ ותלת עלעין Imperia tria ſignificat,Babylonicum,Perſicũ,Medicum:quæ ſimul confuſa ſunt. Vora,&c. אכולי וגו′ .i.age,interfice multos. Per hæc enim innuit crudelitatẽ Perſarum & effuſionẽ ſanguinis. 6 Et poteſtas da.eſt ושלטן יהיב & dominiũ [ſub.totius orbis] traditũ eſt.

7 In viſionibus no. בחזוי ליליא .i.in ſomnio multiplici quod videbã noctu,hoc eſt inter ſomniandũ. Vide ſuprà cap.4.b.7. Quarta formid.& terr. רביעאה דחילה ואמתני quarta terribilis & horrida. Quartum imperium Romanorum quod terrori fuit toti orbi.fortiſſimũ præterea,quod per dentes ferreos ſignificatur.Decem capita,plurima regna in quæ diuiſum eſt.Sub hoc imperio exoritur paruum cornu.i. gens ignobilis, & obſcura Turcarum,quæ iam vicit duo cornua, nempe imperium Conſtantinopolitanum & Sultanum AEgypti. Supereſt tertium cornu ſuperandum:quod quia factum nondum eſt,ignoramus.

& terribilis, & fortis valde: cui dentes *erant* ferrei magni, vorans, & comminuens, reſiduum autem pedibus ſuis conculcans, erátque diuerſa ab ōnibus beſtiis quæ fuere ante eā, & cornua decē erāt ei

8 ″Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruum″aſcendebat inter ea ,tria autē ex cornibus prioribꝰeuulſa ſunt à facie eius, & ecce″oculi velut oculi hominis *erāt* in cornu iſto, &″os loquēs grādia.

9 Videbā *certè* donec throni ablati ſunt,″& Antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius *erat* vt nix candidum , & pilus capitis eius vt lana munda: thronus eius flammæ ignis:″rotæ illius, ignis ardens.

10 Fluuius igneus procedebat, egrediebatúrque à cōſpectu eius: milies mille miniſtrabant ei,″& decies milies cētena milia coram eo ſtabant: *poſtea*″iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.

11 ʹSpectabam tūcʹpropter vocem ſermonum grādium quos cornu loquebatur: ſpectabam *inquam tandiu* donec interfecta fuit beſtia, & perditum fuit corpus eius, & tradita incendio ignis.

12 Reliquarum quoque beſtiarum″abſtulerant poteſtatem: & longitudo *temporis* in vita data fuerat illis vſque ad tempus″& tempus.

13 Videbam in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli tanquam Filius hominis veniebat, & vſque ad Antiquum dierum″peruenit, & in conſpectum eius″appropinquare fecerunt illum.

14 ʹDedítque ei poteſtatem, & gloriam, atqueʹregnum: omnéſque populi,″tribus, & linguæ″ei ſeruiēt: poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non″auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

15 ″Contritus fui ſpiritu meo ego Daniél in medio corporis, & viſiones capitis mei″turbauerunt me.

Viſionem interpretatur de quatuor mundi regnis.

16 Acceſſi ad vnum de aſtantibus, & veritatem quæſiui ab eo ſuper toto hoc: ʹ& dixit mihi, interpretationémque ſermonum indicauit mihi:

17 Hæ beſtiæ magnæ quæ ſunt quatuor, quatuor ſunt Reges qui ʹconſurgent è terra:

18 Et ſuſcipient regnum Sancti Altiſſimi, poſſidebúntque regnū vſque in ſeculum & vſque in ſeculum ſeculorum.

19 Tunc volui *ſcire* veritatem beſtiæ quartæ quæ erat diuerſa à cunctis aliis,″formidoloſa valdè: cui dentes erāt ferrei, & vngues eius ærei: deuorabat *&* cōminuebat, & reſiduū pedibꝰ ſuis cōculcabat:

De potētia & incremento Antichriſti.

20 De cornibus quoque decem quæ erant in capite eius, & altero quod″aſcenderat,″& ceciderant à cōſpectu eius tria, & cornu huic oculi erant, & os loquens grandia,″& aſpectus maior ſociis ſuis.

mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcās: diſſimilis autem erat cæteris beſtiis quas videram ante eā, & habebat cornua decem.

8 Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum: & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius: & ecce oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto, & os loquens ingentia.

C

9 Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierū ſedit: veſtimētum eius candidū quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana mūda: thronꝰ eiꝰ, flāmæ ignis: rotę eiꝰ, ignis accēſꝰ.

10 Fluuius igneus rapidúſque egrediebatur à facie eius ‖ milia milium miniſtrabant ei, & decies milies centena milia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.

Apoc.5.c.11

D

11 Aſpiciebam propter vocem ſermonum grandium quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus eius, & traditum eſſet ad comburēdum igni.

12 Aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet poteſtas: & tempora vitæ conſtituta eſſent eis vſque ad tēpꝰ & tēpus.

13 Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad Antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum.

14 Et dedit ei poteſtatem, & honorē, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient: ‖ poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod nō corrūpetur.

Suprà 3.g.33. & 4.g.31
mich.4.e.7
luc.1.c.33

E

15 Horruit ſpiritus meus, ego Daniel territus ſum in his, & viſiones capitis mei conturbauerunt me.

16 Acceſſi ad vnum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his: qui dixit mihi interpretationem ſermonum, & docuit me:

17 Hę quatuor beſtię magnæ: quatuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra.

18 Suſcipient autem regnū Sancti Dei altiſſimi: & obtinebunt regnum vſque in ſeculum & ſeculū ſeculorum.

19 Poſt hoc volui diligenter diſcere de beſtia quarta, quæ erat diſſimilis valdè ab omnibus, & terribilis nimis: dētes & vngues eius ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus ſuis conculcabat.

20 Et de cornibus decem quę habebat in capite: & de alio quod ortū fuerat ante quod ceciderāt tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquēs grādia, & maiꝰ erat cęteris.

F

8 Conſiderabam משתכל חוית Contemplabar.i.Dum attentius conſiderarē cornua illa, vidi aliud, &c. Aſcendebat inter ea, סלקת ביניהן exortum eſt in medio illorum. Oculi velut, &c. עינין כעיני אנשא Per oculos, prudentia Turcæ ſignificatur in rebus agendis. Os loquens grandia, ſiue ingentia, ſignificat os iactabundum & blaſphemum contra Deum & homines.

9 Et Antiquus die.ſe. ועתיק יומין יתיב & Prouectus ætate ſedit.ſub.in ſolio illarum quatuor monarchiarum.Dicitur autem ſic Deus pater quòd ſit æternus.Licet autem perſona Filii ſit apparitura, non deerit tamen Pater & Spiritus ſanctus: ſicuti dicitur, Sedentē à dextris Virtutis.i.Dei Patris omnipotentis, Matth.26.f.64. Rotæ illius, גלגלוהי Solia Regum olim erāt verſatilia, & vti currus triumphales extruebantur tranſlatiles.vnde hîc dicitur ſolium rotas habuiſſe.

10 Et decies mil.cent.mil. ורבו רבבן Dictio רבו ſignificat decies mille, ſiue decem milia: רבבן verò plurale eſt à רבו & ſignificat decem milia multiplicata, id eſt centum milia. Iudicium דינא Id eſt iudex.

11 Spectabam חזה הוית Ad verbum, Videns eram. Propter vocem מן־קל à voce.i.ab eo tempore quo quarta beſtia cœpit loqui blaſphemias in Deum. 12 Abſtulerant העדיו ſub.Angeli. Et tempus. ׃ ועדן & definitam periodum.i. vſque ad certum tempus. Tres primæ monarchiæ certo tempore, at paruo quidem durarunt: quarta autem longo durabit.vel, Deus abbreuiauit tempus quartæ beſtiæ propter electos, vt Matth. 24.b.22, dicitur. 13 Peruenit, מטה ſub ad iudicium. Appropinquare fec.illum. ׃ הקרבוהי adduxerunt eum.ſub.Angeli. 14 Dedítque ei ולה יהיב ſub.Pater.Quidam, Datúmque eſt ei dominium & honor, &c. Tribus, אומיא nationes. Ei ſeruient: לה יפלחון ei ſeruierunt. Auferetur, יעדה tranſibit.i.non finietur.q.d.dominium eius eſt æternum.

15 Contritus fui, &c. אתכרית וגו׳ Territus fuit ſpiritus meus, ego Daniel in medio corporis.vel vt ad verbum habetur, intra vaginam. Corpus vocat vaginam ſpiritus. Alii, Succiſus eſt ſpiritus meus, mei Danielis intra corpus. Ita אנה aliquando vertitur, vt ſequēti capite, verſu 1. Alii, abbreuiatus eſt ſpiritus meus.i. penè defecit in me ſpiritus.q.d.paſſus ſum deliquium animi. Turbauerunt me. ׃ יבהלונני terruerunt me.i.reddiderunt me attonitum. 16 Et dixit mihi, ואמר־לי ſub.veritatem.vel, quod quærebam.

17 Conſurgent יקומון Id eſt orientur. 19 Formidoloſa דחילא Vide ſuprà, verſu 7.

20 Aſcenderat, סלקת .i.ſuccreuerat. Et ceciderant ונפלו Vide ſuprà, verſu 8. Et aſpectus, &c. ׃ וחזוה רב מן־חברתה & dignitas eius excellentior ſuis conſortibus.i.maius erat aliis cornibus.

21 Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus Sanctos, & præualebat eis.

22 Donec venit Antiquus dierum, & iudicium dedit Sãctis excelſi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt Sancti.

23 Et ſic ait, Beſtia quarta, regnũ quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſã terrã, & cõculcabit, & cõminuet eã.

24 Porrò cornua decem ipſius regni, decem Reges erunt: & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.

G 25 Et ſermones cõtra Excelſum loquetur, & Sanctos Altiſſimi conteret: & putabit quòd poſſit mutare tempora & Leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus & tempora & dimidium temporis.

26 Et iudiciũ ſedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & diſpereat vſque in finem.

Luc.1.c.33

27 ‖Regnum autẽ, & poteſtas, & magnitudo regni quæ eſt ſubter omne cælum, detur populo Sãctorũ Altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiternum eſt, & omnes Reges ſeruient ei & obedient.

28 Hucuſque finis verbi. ego Daniel multũ cogitationibus meis cõturbabar, & facies mea mutata eſt in me, verbum autem in corde meo conſeruaui.

Cap. VIII.

1 ANno tertio regni Balſaſſar Regis, viſio apparuit mihi, ego Daniel, poſt id quod viderã in principio.

2 Vidi in viſione mea, quum eſſem in Suſan caſtro quod eſt in AElã regione: vidi autem in viſione eſſe me ſuper portam Vlai.

3 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus ſtabat ante paludem, habens cornua excelſa, & vnũ excelſius altero atque ſuccreſcens.

4 Poſtea vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentẽ, & contra Aquilonẽ, & cõtra Meridiẽ: & omnes beſtiæ nõ poterãt reſiſtere ei, neq; liberari de manu eius: fecitq; ſecũdum voluntatẽ ſuam, & magnificatus eſt.

B 5 Et ego intelligebam: ecce autẽ hircus caprarum veniebat ab Occidẽte ſuper faciẽ totius terræ, & non tãge-

21 Videbámque cornu iſtud gerere bellũ aduerſus Sanctos, & præualebat eis.

22 Donec venit Antiquus dierum, ″& iudicium datum eſt Sanctis Altiſſimi, & tempus aduenit, & regnum poſſederunt Sancti.

23 Sic *autem* ait, Beſtia quarta *ſignificat quòd* regnum quartum erit in terra, quod ″maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram, ″eámque conculcabit, & comminuet eam.

24 Cornua verò decem *indicant quòd* ex ipſo regno decem Reges conſurgẽt, & alius ſurget poſt eos, & ipſe ″maior erit prioribus, tréſque Reges ″humiliabit.

25 Verba etiam faciet ex parte Altiſſimi, & Sanctos Altiſſimi ′conteret, ″& exiſtimabit ſe poſſe mutare tẽpora & Legem: ′tradentúrque in manu eius ″vſque ad tẽpus, & tẽpora, & dimidium tẽporis.

26 ′Et iudicium ſedebit, & poteſtatẽ illius transferẽt, ″vt diſſipent, & diſperdant ″vſque in finem.

De regno Chriſti æterno.

27 Regnum autem, ″& poteſtas, & magnitudo regni *quod eſt* ſub toto cælo, detur populo Sancto Altiſſimi: ″regnum eius, regnũ æternũ: & omnes poteſtates ei ſeruient, & obedient ei.

28 Hucuſque finis ″verbi. ego Daniel multũ cogitationes meæ ′terruerunt me, & vultus meus mutatus eſt in me: ſermonem autẽ in corde meo conſeruaui.

Cap. VIII.

Viſio pugnæ inter arietẽ & hircum.

1 ANno tertio regni Belשſaxſár Regis, viſio apparuit mihi ″ipſi Danieli poſt eam quæ apparuerat mihi in principio.

2 Vidi in viſione, fuítque quum viderem *eam*, ″eram in שSuשſán regia quæ eſt in עElám prouincia: vidi inquã in viſione illa, ″quũ eſſem iuxta flumen אVlái.

3 ′Quúmque ſuſtuliſſem oculos meos, vidi, & ecce aries vnus ſtabat ante fluuium, & ei erant duo cornua, & illa excelſa, & vnũ excelſius altero, & illud excelſius aſcendebat ″in nouiſſimo.

4 Vidi arietẽ illũ cornupetentẽ, ad Occidentẽ, & Aquilonẽ, & Meridiẽ, ″& nullæ beſtiæ reſiſtere poterãt illi, nec erat qui erueret de manu eius: fecerátque ſecundũ volũtatem ſuã, ″& magnus euaſit.

5 ″Quũ autẽ ego *hæc* cõſiderarem, ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente ″ſuper faciem totius terræ, qui non attingebat ter-

22 Et iudicium ודינא. i. dedit Sanctis poteſtatem iudicãdi vnà cum Chriſto. Alii, & iudicauit *impios in gratiam* Sanctorum. vel, & iudiciũ datum eſt Sanctis. Iudicium enim poteſt ſignificare aut iudices, aut ſententiam. 23 Maius erit תשנא מן excellentius erit. i. dignitate excellet, aut ſuperabit omnia alia regna. Alii, diuerſum erit ab, &c. Eámq; cõculcabit, ותדושׁנה eámque triturabit. vel, cõteret. 24 Maior ישנה מן excellentior. Alii, diuerſus erit à præcedentibus. Humiliabit. יהשפיל: deprimet. deiiciet. 25 Conteret, יבלא conſumet. i. perdet. Et exiſtimabit ſe poſſe, &c. ויסבר להשניה & cogitabit mutare, &c. dabit operam vt inueniat rationem qua mutare poſſit, &c. Per tempora quidam intelligunt ceremonias, ſiue ſtatuta. Alii, ſolennitates. Per Legem autem, Legẽ Euangelicam, aut ipſum decalogũ: vt intelligamus omnem externũ & internũ Dei cultum. Tradentúrque ויתיהבון ſub. Sancti. Vſque ad tempus, &c. עד־עדן וגו׳ . i. annum, duos annos, & dimidium anni. Id probatur ex Apocalypſi, vbi cap. 12. d. 14, ſcribitur, Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ vt volaret in deſertum in locum ſuum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis. Itẽ cap. 13. b. 5, Et data eſt ei poteſtas faciendi menſes quadraginta duos. Quod planè idem eſt quod tempus, tempora, & dimidium temporis: nam tres annos cũ dimidio efficiunt quadraginta duo menſes. Rurſum cap. 12. b. 6, Vt ibi paſcant eam diebus mille ducẽtis ſexaginta. Qui dies eandem ſummã temporis efficiunt: quo tempore plenè aiunt Antichriſtum regnaturũ. Alii volunt eſſe tẽpus definitum pro incerto: dicúntque Danielẽ alluſiſſe ad numerum ſeptenariũ, qui quidem eſt numerus perfectus, & cuius dimidium conſtat tribus cum ſemiſſe: intelligũtque per hoc, tempus abbreuiatum regni Antichriſti, quod quidem Dominus Deus abbreuiaturus eſt propter ſalutem electorum, Matth. 24. b. 22. 26 Et iudicium ſede. ודינא יתיב Vt ſuprà verſu 10. Vt diſſipent, להשמדה vt deleant. Vſque in finem. עד־סופא: . i. vſque ad extremum, prorſus & omnino. 27 Et poteſtas, &c. ושלטנא וגו׳ & dominiũ & maieſtas regnorum. vt ſit ſingul. pro plur. Regnũ eius, מלכותה ſub. populi ſancti. 28 Verbi. די מלתא ſermonis. ſub. Angeli. q. d. hic finem dicendi fecit Angelus. Terruerunt me, &c. יבהלונני וזיוי ישתנון turbauerunt me: & ſplendores mei mutati ſunt. i. gratiæ vultus mei.

IN CAPVT VIII.

1 Ipſi Danieli אני דניאל . i. mihi ipſi qui ſum Daniel. Ita vertitur aliquando אני, vt præcedenti capite, verſu 15, אנה Chaldaicum. 2 Eram ואני Ad verbũ, & ego. i. videbar mihi eſſe in Suſis. Quũ eſſem ואני הייתי Ad verbũ, & ego erã. i. quũ viderer mihi eſſe ad riuũ ſiue flumẽ Vlai. Quidã dicunt, Danielẽ tunc fuiſſe Suſis. Alii verò aſſerunt, eũ ipſo anno petiiſſe eã vrbẽ, poſtea eodẽ fuiſſe reuerſum in Babylonem, ante mortem ipſius Balſaſar. 3 Quúmque, &c. ואשא עיני וגו׳ Ad verbũ, Et leuaui oculos meos, & vidi. In nouiſſimo. באחרונה: poſtremo. i. ſecundo loco ſiue poſteriore tempore. Primũ cornu, regnum Medorum ſignificat: ſecundum altero celſius, Regnũ Perſarum. Sic ipſe exponit infrà verſu 20. 4 Et nullæ beſt. &c. וכל־חיות וגו׳ Ad verbum, & omnes beſtiæ non ſtabunt corã eo. Fut. Heb. pro præſ. imperf. nullæ beſtiæ ſtabant coram illo, pro non reſiſtebant illi. Et magnus euaſit. והגדיל: Ad verbum, & magnificatus eſt. 5 Quum autem ego *hæc* conſid. ואני הייתי מבין Ad verbum, Et ego eram intelligens, & ecce, &c. i. quum attentè conſiderarem & contemplarer. Super fac. to. terræ על־פני כל־הארץ Quidam liberius vertunt, qui omnes regiones peruagabatur.

ram:hirco verò illi *erat* cornu″inſigne inter oculos eius.

6 Et venit vſque ad arietẽ illũ habẽtem illa duo cornua,quẽ videram ſtãtem ante fluuiũ,& cucurrit ad eum′in ira fortitudinis ſuæ.

7 Vidi eum præterea accedẽtem ad arietem illum, ′& eleuatus eſt cõtra eum,percuſſítque eum, ′& cõminuit duo cornua eius,quòd non eſſet fortitudo in ariete″ad reſiſtẽdum ei:deiecítq; eũ in terrã, & conculcauit eum, nec erat qui liberaret arietem de manu eius.

8 Hircus igitur caprarũ magnus euaſit valde: ′quum verò eſſet in ſummo virtutis ſuæ,fractum eſt′cornu illud magnum, & aſcẽderunt′inſignia *cornua* quatuor pro eo ad quatuor ventos cæli.

9 Ex vno autem illorum egreſſum″cornu vnum paruum,& creuit valde ad Meridiem,& ad Orientem,′& ad *terram* deſiderabilem.

10 ′Creuítque′vſque ad exercitum cæli,& deiecit in terram de exercitu,″& de ſtellis,& conculcauit eas.

11 ″Denique vſque ad Principem exercitus magnificatum eſt, & ab eo ablatum eſt″iuge ſacrificium,& proiectus eſt locus′ſanctificationis eius.

12 Et exercitus′tradetur propter iuge ſacrificiũ,ob præuaricationẽ, ′& proiiciet veritatem in terrã,″& faciet,& proſperè ſuccedet illi.

13 Et audiui vnum ſanctum loquentem, dixítque alter è ſanctis ′cuidã loquenti,Vſquequo viſio iugis ſacrificii *ablati*,& præuaricatio″deſolans,vt ponat & ſanctuariũ & exercitum in cõculcationẽ?

14 Et dixit mihi,″Vſque ad veſperam *&* mane bis mille & trecẽtos, ′&expiabitur ſanctuarium.

Viſionis intelligentia de conflictu Regis Perſarũ & Regis Græcorum.

15 Fuit autem dum ſpectarem ego Daniél viſionem, & quærerem intelligentiam,ecce ſtetit coram me tanquam forma viri.

16 Audiui etiam vocẽ hominis′inter או Vlái, qui exclamauit & dixit, Gabriℵél doce iſtum viſionem.

17 Et venit iuxta″ſtationẽ meam,quúmque veniſſet,territus ſum, &.corrui in faciem meam, & dixit ad me, Intellige fili hominis, quòd″ad tempus finis viſio.

18 Quúmque loqueretur mecum, ſopore correptus cecidi in faciẽ meã in terram:tetigit autem me,& conſtituit me in ſtatione mea.

bat terrã: porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos.

6 Et venit vſque ad arietem illum cornutum, quem viderã ſtantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſuæ.

7 Quúmque appropinquaſſet prope arietem,efferatus eſt in eum, & percuſſit arietem: & comminuit duo cornua eius,& non poterat aries reſiſtere ei: quúmque eum miſiſſet in terrã, conculcauit,& nemo quibat liberare arietem de manu eius.

8 Hircus autem caprarum magnus factus eſt nimis:quũque creuiſſet, fractum eſt cornu magnum,&orta ſunt quatuor cornua ſubter illud per quatuor ventos cæli. C

9 De vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum: & factum eſt grande contra Meridiem, & contra Orientem,& contra fortitudinem.

10 Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cæli:& deiecit de fortitudine & de ſtellis,& conculcauit eas.

11 Et vſque ad Principemfortitudinis magnificatum eſt: & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius.

12 Robur autem datũ eſt contra iuge ſacrificium propter peccata: & proſternetur veritas in terra,& faciet,& proſperabitur. D

13 Et audiui vnum de ſanctis loquentẽ: & dixit vnus ſanctus alteri neſcio cui loquenti,Vſquequo viſio, & iuge ſacrificium,& peccatum deſolationis quæ facta eſt:& ſanctuarium,& fortitudo conculcabitur?

14 Et dixit ei, Vſque ad veſperã & mane,duo milia trecenti:& mundabitur ſanctuarium.

15 Factum eſt autem cum viderẽ ego Daniel viſionem,& quærerem intelligentiam: ecce ſtetit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri. E

16 Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit,& ait,‖Gabriel fac intelligere iſtum viſionem.

Infrà 9.f.21

17 Et venit, & ſtetit iuxtà vbi ego ſtabam: quúmque veniſſet, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me, Intellige fili hominis,quoniam in tempore finis complebitur.

18 Quúmque loqueretur ad me,collapſus ſum pronus in terram: & tetigit me,& ſtatuit me in gradu meo.

Inſigne חזות Ad verbum,viſibile,viſendum ſiue viſendæ magnitudinis.Hebræi exponunt,magnum viſu.Doctus inter eos exponit ramoſum ſiue multos habens ramos,hoc eſt magnum. 6 In ira fortit.ſuæ. בחמת כחו: .i.magno impetu cum ira cucurrit.

7 Et eleuatus eſt cõtra e. ויתמרמר אליו & inſurrexit in eum. Alii,& irritatus eſt aduerſus illum.i.ira percitus inuaſit illum. Alii,efferatus eſt. Et comminuit וישבר & fregit. Ad reſiſtendum ei: לעמוד לפניו Ad verbum,ad ſtandum coram eo.

8 Quum verò &c. וכעצמו Ad verbum, Et quum roboratus eſſet. vel,magnificatus fuiſſet. Cornu illud magnum, הקרן הגדולה Significat potentiam Alexandri cuius morte fracta eſt. Inſignia חזות Eadem dictio quæ paulo antè verſu 5.

9 Cornu vnum,&c. קרן אחת וגו׳ Antiochum Epiphanẽ ſignificat,quia fuit Romæ obſes. Et ad *terram* deſide. ואל הצבי & ad inclytam.ſub.terram Iſrael. Alii,decoram & glorioſam. Alii,& ad *locum* amœnum. Ad verbum legitur,& ad gloriam.vel decus.

10 Creuítque ותגדל Magnificatum eſt etiam.q.d.Adeò creuit Antiochus vt auſus ſit etiam inuadere pios. Vſque ad exer.cæ. עד־צבא השמים vſque ad militiam cæleſtem.Sic vocat pios qui colũt Deum cæli.Comparauit,inquit,copias quas duxit contra pios Iſraelitas. Et de ſtellis, ומן־הכוכבים Intelligit ſanctiores,aut duces,aut ſacerdotes. 11 Denique,&c. ועד שר הצבא Et vſque ad imperatorẽ militiæ.i.Deum qui eſt dux Iſraelis.q.d.auſus eſt Deum prouocare ad bellũ.nam polluit templum Dei ſanctum. Iuge התמיד perenne.Intelligit omnes ceremonias & ſacrificia quæ fiebãt mane & veſperi.q.d.adeò afflixit Iudæos,vt coacti fuerint intermittere ſacrificia. Sãctificationis e. מקדשו: ſanctuarii eius.i.templi,quod pollutum fuit imagine Iouis Olympici.

12 Tradetur הנתן traditus eſt.id eſt populus Iudaicus venit in poteſtatem hoſtium,propter tranſgreſſionem quam admiſerãt circa illud iuge ſacrificium. Et proiiciet ver. ותשלך וגו׳ & proiecit veritatem.i.pios ac fideles Iudæos.aut per veritatem,intelligit Legem Dei. Et faciet, ועשתה ſub.pro arbitrio ſuo. 13 Cuidam לפלמוני tali.cuius ſcilicet nomen ignoro. Deſolans שומם *erit* deleta.i. Quanto tempore intermittetur hoc ſacrificium iuge,quando iniquitas propter quam tollitur ſacrificium,& templum, exercitúſque Dei cõculcatur,delebitur? Aut expone poſtremam particulam, Quandiu dabit cornu illud exercitum & templum in conculcationem? Alii,tranſgreſſio ſtupenda.aut,admiranda. Quidam totum ſic vertunt,Vſquequo durabit hæc viſio de iugi ſacrificio,& permittetur graſſari iniquitas,& ſanctuarium atque exercitus erit in conculcationẽ? Alii,Quandiu durabit viſum perennis ſacri,& ſceleris vaſtationis,vt permittantur proculcationi & ſanctum & exercitus? 14 Vſque ad veſp.*&* mane עד־ערב בוקר Sic vocat dies naturales qui nocte & die cõſtant. Bis mille trecenti dies efficiunt annos ſex,menſes tres,dies octodecim & decem horas cum aliquot minutis.Intellige de annis ſolaribus:nã iſte numerus efficit lunares annos circiter ſex cum dimidio. Et expiabitur ונצדק Ad verbum,& iuſtificabitur.i.mundabitur. Quidã vertunt,reducetur ſanctum ad iuſtũ atque legitimum vſum. 16 Inter אוVlái בין אולי .i.inter ripas Vlai fluminis,de quo ſuprà verſu 3.hoc eſt in medio amnis. 17 Stationem meam, עמדי Ad verbum,ſtare meum.i.locum in quo ſtabam. Ad tempus finis לעת קץ poſt tempus finis.Subſtantiuum more Hebræorum,pro adiectiuo,finitum.q.d.tempore tandem finito quod Deus præſtituit,adimplebitur iſta viſio.Simile dicendi genus cum eo quo & Paulus vtitur,ad Galat.4.a.4,At vbi venit plenitudo tẽporis. Doctus inter Hebræos ſubaudit nonnihil,ſic,poſt tempus finis multorum dierum.i.poſt longum tempus.nam circiter finem dicitur, Tu autem claude viſionem,quia erit ad dies multos.

19 Dixitque mihi, Ego oſtendam tibi quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis: quoniam habet tempus finẽ ſuum.

F 20 Aries quem vidiſti habere cornua, Rex Medorum eſt, atque Perſarum.

21 Porrò hircus caprarum, Rex Græcorum eſt: & cornu grãde quod erat inter oculos eius, ipſe eſt Rex prim⁹.

22 Quòd autem fracto illo ſurrexerũt quatuor pro eo, quatuor Reges de Gente eius conſurgent, ſed nõ in fortitudine eius.

23 Et poſt regnum eorum quum creuerint iniquitates, cõſurget Rex impudens facie, & intelligens propoſitiones.

24 Et roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis: & ſuprà quàm credi poteſt, vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur, & faciet, & interficiet robuſtos, & populum ſanctorum

G 25 Secundum voluntatem ſuam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor ſuũ magnificabit, & in copia rerum omniũ occidet plurimos: & contra Principem principum conſurget, & ſine manu conteretur.

26 Et viſio veſpere & manè quæ dicta eſt, vera eſt: tu ergo viſionem ſigna, poſt multos dies erit.

27 Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: quúmque ſurrexiſſem, faciebam opera Regis, & ſtupebam ad viſionem, & non erat qui interpretaretur.

Cap. IX.

Iere.25.c.12, & 29.c.10

1 IN ãno primo ‖Darii filii Aſſueri de ſemine Medorũ, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum,

2 Anno vno regni ei⁹, ego Daniel intellexi in Libris numerum annorũ de quo factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam prophetã, vt cõplerentur deſolationes Ieruſalem ſeptuaginta annis.

3 Et poſui faciem meam ad Dominũ Deũ rogare & deprecari in ieiuniis, ſacco & cinere.

2.Eſd.1.b.5

4 Et oraui Dominum Deum meũ, & cõfeſſus ſum, & dixi, ‖Obſecro Domine De⁹ magne & terribilis, cuſtodiẽs pactum & miſericordiã diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua:

Baruch 1.c.17

5 ‖Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſſimus: & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis.

B 6 Nõ obediuimus ſeruis tuis Prophetis qui loquuti ſũt in nomine tuo Regibus noſtris, Principibus noſtris, Pa

---

19 Atque dixit, Ecce docebo te quid futurum ſit ″in nouiſſimo iræ, ″quia ad tempus finis.

20 Aries ille quem vidiſti habentem cornua, Reges Madái & Parás *ſunt*.

21 ″Hircus verò, hircus *inquam*, Rex *eſt* Græciæ: & cornu grande quod erat inter oculos eius, ″eſt Rex primus.

22 Quòd autem contritũ eſt, ″& ſteterunt quatuor pro eo, quatuor regna de *ea* Gente ſtabunt, ″ſed non iuxta fortitudinem eius.

23 In nouiſſimo verò ″regni eorum, ″quum conſumpti fuerint præuaricatores, ″ſtabit Rex ″fortis facie, & intelligens ænigmata.

24 Et roborabitur fortitudo eius, ″ſed non fortitudine ipſius, & mirabiliter vaſtabit, & proſperè illi ſuccedet, ″& faciet, & vaſtabit robuſtos, & populum ″ſanctorum.

De Rege impudenti Antichriſto.

25 ″Et per intellectum ſuum proſperabit dolum in manu ſua, & in corde ſuo: magnificabit ſeſe, ″& in pace vaſtabit multos, quinetiã cõtra Principẽ principũ conſurget, & abſq; ″fortitudine cõteretur.

26 ″Et viſio veſpere & mane quæ dicta eſt, veritas eſt: tu autẽ ″claude viſionem, quia *erit* ″ad dies multos.

27 Et ego Daniél cõtritus ſum, & ægrotaui diebus *aliquot*: ″poſtquam *verò* conualui, feci opus Regis, & ſtupebã ſuper viſione, ″& non erat qui intelligeret.

Cap. IX.

1 ANno ″primo Dariáueϖs filii Anhaϖſueróϖs, de ſemine Madái, qui conſtitutus fuerat Rex ſuper regnum Chaϖſdím,

Daniel poſtulat impleri à Deo quod ꝑmiſit de reditu populi ab exilio Babylonico.

2 Anno primo *inquam*, ego Daniél ″intellexi ″in Libris numerum annorum, de quo factum eſt verbum Iehouæ ad Irmeiáh Prophetã ″quòd impleret deſolationibus Ieruϖſaláim ſeptuaginta annos.

3 ″Et poſui faciem meam ad Dominum Iehouam vt quærerem orationem, & deprecationem, in ieiunio, & ſacco, & cinere.

4 Et oraui Iehouam Deum meum, & confeſſus ſum, dixíque, Obſecro Domine ″Deus, magne, & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam erga diligentes te & cuſtodientes mandata tua:

Vera confeſſio.

5 Peccauimus & iniquitatem fecimus, impiè egimus, ″& rebellauimus, & receſſimus à mandatis tuis, & iudiciis tuis.

6 Neque obediuimus ſeruis tuis Prophetis, qui loquuti ſunt nomine tuo Regibus noſtris, Principibus noſtris, & Patribus noſtris,

---

19 In nouiſſimo iræ, באחרית הזעם in fine iræ.i.quum diu continuerit Deus iram ſuam. Quia ad tempus finis. : כי למועד קץ quòd poſt tempus finis.i.poſtquam finitum erit tempus à Deo conſtitutum, vt præcedenti verſu, adimplebitur viſio.

21 Hircus verò, hircus והצפיר השעיר Duæ dictiones idem ſignificantes: quarum prior, Chaldæa eſt: ſequens eſt Hebræa quæ Chaldæã præcedentem exponit. Eſt Rex primus. : הוא המלך הראשון ſignificat primum Regem, nempe Alexandrum.

22 Et ſteterunt ותעמודנה & extiterunt.vel ſubſtiterunt.ſiue enata ſunt. Sed non, &c. : ולא בכוחו Ad verbum, & non in fortitudine eius.i.quæ nunquam aſſequẽtur fortitudinẽ [aut vires] illius, Alexandri ſcilicet. Alii, non in fortitudine eius.i.non ex eius ſemine: nec enim ſuſcepit filios regni hæredes. 23 Regni eorũ, מלכותם imperii eorum, nempe Græcorum.hoc eſt, circa finẽ imperii. Quũ conſump.&c. כהתם הפושעים quum conſumet *Deus* præuaricatores. Alii, quum conſummatæ fuerint præuaricationes. Stabit יעמוד .i. conſurget. Fortis facie, &c. עז־פנים וגו׳ Hebraiſmus, pro impudente ore, & perfrictæ frontis homine, aſtuto item & callido.

24 Sed nõ fort.ip. ולא בכוחו .i.non propria induſtria, ſed Deo dante. Et faciet, ועשה ſub.pro voluntate ſua. Sanctorũ : קדושים .i.ſanctum. 25 Et per intell.&c. ועל־שכלו וגו׳ .i.per ſolertiam ſuam proſperari faciet dolum quẽ parauerit.hoc eſt, multos decipiet. Et in pa.vaſtabit ובשלוה ישחית & in tranquillitate perdet.i.homines degentes in pace, & nihil tale cogitantes. hoc eſt opprimet incautos. Quidam vertunt, & propter fœlicitatem *ſuam* vaſtabit plurimos. Fortitudine יד manu [ſub.hoſtis] frangetur. De Antiocho etiã hæc dicit. 26 Et viſio, &c. ומראה וגו׳ .i.viſio illa in qua fiebat mentio de veſpera & tempore matutino: hoc eſt, numerus ille dierum qui definitus eſt ab Angelo in viſione. Claude סתום abſconde.ſub.in corde tuo, & ne exponas, & explices: quia poſt longum tempus eueniet. Ad dies לימים poſt dies. 27 Poſtquã *verò* conualui, feci ואקום ואעשה Ad verbũ, & ſurrexi, & feci.i.vbi cõualui, functus ſum officio meo apud Regem. Et non erat, &c. : ואין מבין quam nemo intelligeret. Alii, quum nemo eſſet qui intelligeret.tã diu duratura erat afflictio populi.

IN CAPVT IX.

1 Primo אחת Ad verbum, vno. 2 Intellexi בינותי attentiſſimè conſideraui. In libris בספרים ſub. ſacris. Quum Daniel legeret Ieremiam, incidit in locum in quo Deus pollicebatur reditum Iudæis: veritus autem ne eam promiſſionẽ retardarẽt peccata populi, conuertit ſe ad orationem. Locus Ieremiæ legitur cap.29.b.10, Quũ cœperint impleri ſeptuaginta anni, &c. Quòd impleret, &c. למלאות לחרבות ירושלם .i.ſe permiſſurum vrbem Ieroſolymitanam fore deſolatam L X X annis, quibus tamen elapſis Dominus ipſe pollicitus fuerat ſe reducturum populum Iudaicum à captiuitate Babylonica.

3 Et poſui faciem m. ואתנה את־פני Ad verbum, Et dedi faciem meam, &c.i.verti faciem meam verſus Ieruſalem vbi colitur Deus, vt cõpararem [ſiue diſponerem] me ad orandum. Quidam vertunt, vt ſupplicatione & precibus vterer.

4 Deus, magne, &c. האל הגדול והנורא שומר *qui es* Deus ille maximus & tremendus, qui cuſtodit.vel, reuerendus.i.quem omnes timere debent, qui cuſtodit, &c. 5 Et rebellauimus, ומרדנו & rebelles fuimus.ſub.tibi.deſciuimus à te.defecimus.

″& toti populo terræ.

″Tibi Domine iuſtitia,nobis autē pudor faciei,ſicut *apparet* hodie 7
viro Iehudáh & habitatoribus Ieruẇſaláim,& omni Iẇſraẋéli,pro-
pinquis & remotis in vniuerſis terris ad quas eieciſti eos, propter
præuaricationem eorum qua præuaricati ſunt in te.

O Iehouáh,″nobis *inquam* pudor faciei,Regibus noſtris,Principibꝰ 8
noſtris,& Patribus noſtris:quia peccauimus tibi.

Domino *autem* Deo noſtro miſericordiæ″& propitiationes:″quia 9
receſſimus ab eo.

Neque obediuimus voci Iehouæ Dei noſtri, vt ambularemus 10
in Legibus eius quas″poſuit corā nobis,″per ſeruos ſuos Prophetas.

Vniuerſus etiam Iẇſraẋél tranſgreſſi ſunt Legem tuam,″& decli- 11
nauerunt non obtemperando voci tuæ:″propterea ſtillauit ſuper
nos maledictio,″& iuſiurandum quod ſcriptum eſt in Lege Mo-
ẇſéh ſerui Dei,quia peccauimus illi.

″Statuítq; verbū ſuū″quod loquutus fuerat ſuper nos & ſuper Iu 12
dices noſtros qui″iudicauerunt nos,inducēdo malum grāde″quod
non fuit factum ſub toto cælo,ſicut factum eſt in Ieruẇſaláim.

Quemadmodū ſcriptum eſt in Lege Moẇſéh, omne malū hoc 13
venit ſuper nos:neque rogauimus faciē Iehouæ Dei noſtri,vt cō-
uerteremur ab iniquitatibꝰ noſtris,& intelligeremus″veritatē tuā.

″Et feſtinauit Iehouáh ſuper malum,& adduxit illud ſuper nos: 14
quia iuſtus eſt Iehouáh Deus noſter in omnibus operibꝰ ſuis quæ
fecit:non enim paruimus voci eius.

Nūc autem Domine Deus noſter,qui eduxiſti populum tuum 15
de terra Miẋſráim manu forti,& feciſti tibi nomen, vt hodie *videre
eſt*,peccauimus,impiè egimus.

Domine *inquam*,″pro omnibus iuſtitiis tuis auertatur obſecro fu 16
ror tuus & ira tua ab vrbe tua Ieruẇſaláim mōte ſancto tuo: pro-
pter peccata enim noſtra, & ob iniquitates Patrum noſtrorum,
Ieruẇſaláim & populus tuus in opprobrium *ſunt* cunctis *qui ſunt in*
circuitu noſtro.

Nunc igitur exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & depre- 17
cationes eius,″& illuſtra faciem tuam ſuper ſanctuarium tuū de-
ſolatum,′propter Dominum.

Inclina Deus meus aurē tuam, & audi:aperi oculos tuos, & vi- 18
de″deſolationes noſtras,& vrbem ′ſuper quam inuocatum eſt no-
men tuū:non enim″in iuſtitiis noſtris nos proſternimus depreca-
tiones noſtras in cōſpectu tuo,ſed″in miſerationibus tuis multis.

tribus noſtris, omniqꝫ populo terrę.

7 Tibi Domine iuſtitia:nobis autem
confuſio faciei,ſicut eſt hodie viro Iu
da & habitatoribus Ieruſalem & om
ni Iſrael, his qui ꝓpè ſunt, & his qui
procul in vniuerſis terris,ad quas eie
ciſti eos propter iniquitates eorum,
in quibus peccauerunt in te.

8 Domine,nobis confuſio faciei,Re
gibus noſtris, Principibus noſtris,&
Patribus noſtris qui peccauerunt.

9 Tibi autem Domino Deo noſtro
miſericordia & propitiatio: quia re-
ceſſimus à te.

10 Et non audiuimus vocem Domini
Dei noſtri vt ambularemus in Lege
eius quam poſuit nobis per ſeruos
ſuos Prophetas.

11 Et omnis Iſrael præuaricati ſunt C
Legem tuam,& declinauerunt ne au-
dirent vocem tuam: & ſtillauit ſuper
nos maledictio & deteſtatio] quæ ſcri Deut.27.c.14
pta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia
peccauimus ei.

12 Et ſtatuit ſermones ſuos quos lo-
quutus eſt ſuper nos & ſuper princi-
pes noſtros qui iudicauerunt nos, vt
ſuperinduceret in nos magnum ma-
lum quale nunquam fuit ſub omni cę
lo ſecundū quod factū eſt in Ieruſalē.

13 Sicut ſcriptum eſt in Lege Moyſi,
omne malum hoc venit ſuper nos: &
nō rogauimus faciē tuam Dñe Deus
noſter, vt reuerteremur ab iniquitati
bus nr̄is, & cogitaremus veritatē tuā.

14 Et vigilauit Dominus ſuper mali- D
tiam,& adduxit eam ſuper nos:iuſtus
Dominus Deus noſter in omnibus o-
peribus ſuis quę fecit:non enim audi-
uimus vocem eius.

15 [Et nūc Domine Deus noſter] qui Baruch 2.b.11
eduxiſti populum tuum de terra AE- Exo.14.g.28
gypti in manu forti,& feciſti tibi no-
men ſecundum diem hanc, peccaui-
mus,iniquitatem fecimus.

16 Domine, in omnem iuſtitiam tuam
auertatur obſecro ira tua, & furor
tuus à ciuitate tua Ieruſalem,& à mō
te ſancto tuo: propter peccata enim
noſtra,& iniquitates Patrum noſtro-
rum,Ieruſalem & populus tuus in op
probrium ſunt omnibus per circuitū
noſtrum.

17 Nunc ergo exaudi Deus noſter ora E
tionem ſerui tui & preces eius: & o-
ſtende faciem tuam ſuper ſanctuariū
tuum quod deſertum eſt, propter te-
metipſum.

18 Inclina Deus meus aurem tuam,&
audi:aperi oculos tuos,& vide deſola
tionem noſtram, & ciuitatem ſuper
quam inuocatum eſt nomen tuum.
neque em̄ in iuſtificationibus noſtris
proſternimus preces ante faciē tuā,
ſed in miſerationibus tuis multis.

Et toti pop.ter. ואל כל עם וגו׳ .i.vniuerſæ plebi.Nam per populum terræ intelligit plebeios.

7 Tibi Do.iuſtitia, לך אדני הצדקה ſub. tribui debet.vel, Tua eſt ô Domine iuſtitia.q.d.Tu es iuſtiſſimus,nos verò erubeſcere debemus coram te,propter ſcelera noſtra. 8 Nobis *inquam* pudor לנו בושת .i.nos decet pudor,& Reges noſtros.

9 Et propitiationes: והסליחות &remiſſiones.ſub.tribui debent. Quia receſſimus כי מרדנו quia defecimus.ſub.& tamen miſeretur noſtri,& parcit nobis. Alii,Opus eſt vt ſint illi miſericordiæ vt miſereatur noſtri,qui peccauimus. Alii exponunt כי per quāquam,ſic,quanuis defecerimus ab eo. 10 Poſuit coram no. נתן לפינו Ad verbum,dedit coram nobis.i.propoſuit nobis. Per ſeruos ſ. ביד עבדיו Ad verbum,in manu ſeruorum,&c. 11 Et declinauerunt וסור Infinitiuus pro præterito,& receſſerunt.ſub.à præceptis tuis & iuſtitiis tuis,vt paulo antè,verſu 5. Propterea ſtillauit ותתך propterea effuſa eſt.vel,peruenit,vt quidam Hebræorum exponunt. Et iuſiurandum והשבועה Vide Ierem.cap.42.c.18,& 44.b.12,quorum locorum iſta eſt explicatio.

12 Statuítque verbum ſ. ויקם את־דברו Et ſuſcitauit[vel,ſtabiliuit.i.adimpleuit] verbū ſuum.Legitur enim דברו,& ſcribitur דבריו verba ſua. Quod loquutus &c. אשר־דבר עלינו .i.quæ interminatus fuerat. Iudicauerunt nos, שפטונו .i.iudiciis inter nos præfuerunt, ſiue qui rexerunt nos. Quod non fuit,&c. אשר לא־נעשתה וגו׳ Tale non fuit factum ſub vniuerſo cælo quale factum eſt,&c. Alii,non enim factum eſt ſub vniuerſo cælo ſicut factum eſt,&c. 13 Veritatem tuam. באמתך: .i.promiſſiones tuas veriſſimas.

14 Et feſtinauit,&c. וישקוד וגו׳ Hebraiſmus, Accelerauit adducere hoc malum ſuper nos.vel,Dedit operam vt affligeremur.

16 Pro omnibus iuſtitiis t. ככל־צדקותיך ſecundum omnes iuſtitias tuas. Conciſa eſt hæc ſententia quæ ſic impletur, Domine vt iuſtè punis ſcelera,quòd ſis iuſtus:ſic etiam auerte iram tuam à nobis ſecundum multitudinem miſericordiarum tuarum:vt iuſtus es,ſis etiā clemens.Relinquit alteram partem comparationis,quam ſuprà poſuerat.

17 Et illuſtra fa.t. והאר פניך & lucere fac faciem tuam,&c.Illuſtrare faciem,eſt vultu benigno & hilari intueri: nam quos odimus, obſcuro & infeſto vultu intuemur.Illuſtra igitur faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum,ſiue templum.i.fauore proſequere. Propter Do. למען אדני: Mutatio perſonæ,propter te. 18 Deſolationes noſtras, שוממותינו ruinas noſtras.i.reſpice ædes noſtras deſolatas. Super quam, &c. אשר־נקרא וגו׳ Hebraiſmus, quæ appellatur de nomine tuo,hoc eſt quæ dicitur tua,Hæc eſt vrbs Domini. In iuſtitiis no. על־צדקותינו propter iuſtitias noſtras.i.freti iuſtitiis noſtris. In miſerationibus t. על־רחמיך propter miſericordias tuas.

19 Exaudi Domine, placare Domine, attẽde & fac, ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem & ſuper populum tuum.

20 Quũmque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael, vt proſternerẽ preces meas in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei:

Suprà 8.c.16

F

21 Adhuc me loquẽte in oratione, ecce vir Gabriel quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificii veſpertini:

22 Et docuit me, & loquut⁹ eſt mihi, dixitque, Daniel, nũc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres.

23 Ab exordio precũ tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergo animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.

Matth.24.b.15 Iohan.1.g.45

24 Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſẽpiterna, & impleatur viſio, & prophetes: & vngatur Sãctus ſanctorum.

25 Scito ergo, & animaduerte: ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia tẽporum.

26 Et poſt hebdomades ſexagintaduas occidetur Chriſtus: & nõ erit eius populus qui eum negaturus eſt: & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.

27 Cõfirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium:

19 Domine exaudi, Domine parce, Domine attẽde, ″& fac, ″ne moreris, propter temetipſum Deus meus: ″quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem tuam, & ſuper populum tuum.

20 Adhuc autem loquebar & orabam, & confitebar peccatũ meũ & peccatum populi mei Iשׂſraאél, & proſternebam deprecationẽ meam coram Iehouáh Deo meo, ″pro monte ſancto Dei mei:

Exaudiur Danielis oratio.

21 Adhuc inquam loquebar in oratione, & vir ille Gabriאél quem videram in viſione in principio ″volantem volatu, tetigit me ″tempore ſacrificii veſpertini:

Gabriel.

22 ″Et intelligere fecit *me*, loquutúſque eſt mecum, & dixit, Daniél, modò ″egreſſus ſum ″vt intelligere faciam te ĩntelligentiam.

Viſionem L X X. hebdomadũ edisſerit ei Angelus.

23 In principio deprecationum tuarum ″egreſſum eſt verbum: & ego veni ″vt indicarem, quia *uir* ″deſideriorum es: ″intellige ergo verbum, & intellige viſionem.

24 Hebdomadæ ſeptuaginta ″deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, ″ad finiendam præuaricationem, ″& ad conſumendum peccatum, & expiãdam iniquitatem, & ad iuſtitiam ″ſeculorum adducendam, ″& finiendum viſionem & Prophetam, & vngendum Sanctitatem ſanctitatum.

Vnctio Chriſti.

25 Scias ergo & intelligas *quòd* ab exitu ″ſermonis de reducẽdo *populo*, & ædificãda Ieruשׂſaláim vſque ad Chriſtum ducem, hebdomadæ ſeptem hebdomadæ ſexaginta duæ: *&* ″redibit reædificabitur ″platea, ″& murus, *idque* ″in anguſtia temporum.

Reædificatio Ieruſalem ſub Nehemia.

26 Poſt ″hebdomadas verò ſexagintaduas ″excidetur Chriſtus, ″& non *erit* ei *opem ferens*, & *poſtea* vrbem illam & ſanctuarium ″diſſipabit populus ″ducis venturi, ″& finis eius cum inundatione, & vſque ad finem belli ″excidetur deſolationibus.

Chriſti mors.

Abiectio impiorum Iudæorum.

27 ″Et roborabit pactũ multis hebdomada ″vna, & *in* dimidia hebdomada ceſſare faciet ″ſacrificiũ & oblationẽ, ″& propter extenſionẽ

19 Et fac, ועשה ſub. quod opto. Ne moreris, אל־תאחר ne differas. ſub. quin illuſtres faciem tuam ſuper vrbem. Quia nomen tuum, &c. כי־שמך וגו׳ Hebraiſmus, quia Ieruſalem dicitur vrbs tua, & Iſrael, populus tuus. Sic verſu præcedenti.

20 Pro monte, &c. על־הר וגו׳ Hoc eſt, pro monte dicato & conſecrato Deo meo. i. pro vrbe Ieroſolyma vel templo.

21 Volantem volatu, מועף ביעף ab עוף volare. & י in ביעף redundat. Alii à יעף deficere, laſſari, defatigari deducentes, vertunt, volantem cum laſſitudine vel fatigatione, id eſt citò volantem. Tempore כעת circiter tempus.

22 Et intelligere fecit *me*, ויבן .i. docuit & inſtruxit. Egreſſus ſum יצאתי ſub. à conſpectu Domini. Vt intelligere fa. te intel. להשכילך בינה: .i. vt doceam te myſteria & ſecreta. 23 Egreſſum eſt יצא ſub. à Deo. q.d. Deus præcepit mihi vt indicarem tibi myſteria magna. Vt indicarem, להגיד ſub. tibi illud. Deſideriorum חמודות Hebraiſmus, tu es Deo gratiſſimus & chariſſimus. Intellige ergo, &c. בין בדבר וגו׳ .i. intellige quæ à me audies de hac viſione.

24 Deciſæ ſunt נחתך definitæ. i. præfixæ. i. intra L X X hebdomadas mittet Deus Filium ſuum in mundum, qui delebit & expiabit omnia peccata, & donabit ſuos iuſtitia ſempiterna. q.d. Populus tuus non tantũmodo liberabitur à captiuitate illa Babylonica, ſed etiam à captiuitate diaboli, peccati, & mortis per ipſum. Intelligit autem de hebdomadibus, id eſt ſeptenariis annorum, non dierum. L X X autem hebdomades efficiunt quadringentos & nonaginta annos. Quidam incipiunt ab anno quarto regni Sedeciæ, qui erat annus duodecimus regni Nabuchodonoſor. Ad finiendam לכלא ad ceſſare faciendum. Et ad conſumendum ולהתם & ad conſummandum. ſub. à Deo. Seculorum עולמים .i. ſempiternam. Et finiendum viſ. ולחתום חזון & ad obſignandam viſionem. ſub. de Chriſto. Res quæ non ſunt vſui, ſolemus recludere & obſignare. q.d. non erit vltrà opus prophetia de aduentu Chriſti: veniet enim. nam vſque ad Iohannem Lex & Prophetæ durauerunt. 25 Sermonis דבר ſub. ad Ieremiam, nempe cap.29.b.10, cuius meminit Daniel initio huius capitis. q.d. ſcito quòd ab eo tẽpore quo Ieremias prædixit fore vt liberaretur populus Iudaicus à captiuitate Babylonica, & inſtauraretur Ieruſalem. Hoc verſu declarat L X X illas hebdomadas, diuiditque eas in tres partes, propter res diuerſis temporibus factas. Primo in V I I hebdomadas. nam per id tempus manſerunt adhuc Iudæi in captiuitate ſua Babylonica. Deinde in L X I I hebdomadibus ſequentibus inſtaurata fuit Ieruſalem, manſitque populus illic. Poſtremo hebdomada vltima Chriſtus baptizatus fuit, prædicauit, miracula edidit, & tandem paſſus eſt pro nobis. Redibit תשוב ſub. ad ſtatum & honorem priſtinum. Quidam volunt eſſe hebraiſmum, redibit & ædificabitur. pro rurſus ædificabitur. Platea, רחוב .i. Ieruſalem. nam lata erat, vt dicit Nehemias. Verti poteſt, inſtaurabitur enim & ædificabitur ſub. Ieruſalem cum platea. Et murus, וחרוץ Sing. Heb. pro plur. & muri eius. Alii vertunt, & foſſa. ſub. circum muros. *Idque* in anguſtia temp. ובצוק העתים: Ad verbum, & in anguſtia temporum. i. breui. vel, non ſine anguſtiis. ſiue tempore calamitoſo. quòd tum multa paſſi ſint Iudæi. 26 Hebdomadas, &c. השבועים וגו׳ quæ ſcilicet ſeptem hebdomadas ſequebantur, id eſt hebdomadæ L X X. nã ſeptem illas hebdomadas omiſiſſe videtur breuitatis cauſa. Excidetur יכרת interficietur. vel, tolletur de medio. Et non *erit* ei ואין לו & nullus *erit* pro eo. i. nullus ſtabit à parte eius. nemo feret auxilium, ſed deſtituetur omni ope. Diſſipabit ישחית vaſtabit. perdet. Ducis נגיד principis. nempe Titi. Et finis eius, &c. וקצו בשטף Relatiuum refert Titum. q.d. ac tandem poſtremo certamine ſumma vi ſummóque impetu expugnabit illam. Acerrimam oppugnationem comparat inundationi, quòd inũdatio ſecum trahat omnia.

Excidetur deſol. נחרצת שוממות: deſtruetur deſolationibus. ſiue ſeditionibus, & cædibus. q.d. Toto tamen obſidionis tempore vires eius erunt labefactatæ propter ciuilia bella. nam Iohannes & Simon duces ſeditionis, quamplurimos in vrbe confecerunt.

27 Et roborabit והגביר Et confirmabit. Vna אחד Id eſt vltima. Chriſtus antè quàm tollatur de medio, dabit Legem [Euangeliũ .i. fœdus nouum] quam confirmabit prædicatione & ſignis. vel, confirmabit per ſe & Iohannem præconem. Lex dicitur fœdus. Sacrificium זבח Singul. Heb. pro plur. Et propter extenſ. abom. deſol. ועל כנף שקוצים משומם Propterque alam abominationum deſtruet vel perdet. Hoc eſt, propter Iudæorum magnas abominationes, quas erant admiſſuri crucifigendo Chriſtum. Alam, ſiue extenſionem abominationum vocat longam ſeriem abominationum, ſiue multiplices abominationes. Quidam pro perdet vel deſtruet, vertunt, admirari faciet, vel ſtupere. ſub. videntes deſolationem.

abominationum deſolabit, ″donec conſummatio, & *quidem* deciſa effuderit ſeſe ſuper admirantem.

Cap. X.

Apparet Danieli vir lineis veſtibus indutus.

1 ANno tertio Choréשs Regis Paráɒs, verbum reuelatum eſt Danieli, cuius vocabatur nomen Belteשsaxsár: & verum *erat* verbum ipſum, ″tempúſque magnum, ″& intellexit verbum illud, & intelligentia illi in viſione.

2 In diebus *inquam* illis, ego Daniel ″lugebam tribus hebdomadibus dierum.

3 Panẽ ″deſideriorum nõ comedi, nec caro nec vinũ introierunt in os meum, nec vngendo vnctus ſum, donec complerentur tres hebdomades dierum.

4 Die autem viceſima quarta mẽſis primi, ego ″eram ad ripam fluminis illius magni חHiddecél.

5 ″Quúmq; ſuſtuliſſem oculos meos, vidi, & ecce vir ″quidam veſtitus lineis, & lumbi eius accincti ″auro obrizo.

6 Corpus autem eius ″ſicut tharשsîשs: & facies eius velut aſpectus fulguris: oculi verò eius vt lãpades ignis, & brachia eius, ″& pedes eius ſicut color ″æris candentis: vox item verborum eius vt vox multitudinis.

7 Cæterùm vidi ego Daniél ſolus viſionem illam: viri autem qui erant mecum non viderunt hanc viſionem, ſed terror magnus irruit ſuper eos, ″ita vt fugerent vt abderent ſeſe.

8 Itaque ego relictus ſum ſolus, & vidi viſionem magnam hanc, neque remanſit in me *ulla* fortitudo, ″& vis mea mutata eſt in me in corruptionem, nec retinui fortitudinem *ullam*.

9 Et audiui vocem verborum eius: quum autem audiſſem vocem verborum eius, fui ″ſoporatus ſuper faciem meam, & facies mea ad terram.

10 Ecce autem manus tetigit me, ″& mouere fecit me ſuper genua mea, & palmas manuum mearum.

Quare ad eũ miſſus ſit declarat.

11 Dixítque ad me, Daniél ″vir deſideriorum intellige verba quæ tibi loquar, ″& ſta in gradu tuo: quia nũc miſſus ſum ad te. ″quúmque loqueretur mecum verbum hoc, ″ſteti tremens.

12 Et ait ad me, Ne timeas Daniél, quia à primo die quo dediſti cor tuum ″ad intelligẽdum & affligendum te coram Deo tuo, exaudita ſunt verba tua, & ego veni ″propter verba tua.

13 ″Princeps autem regni Paráɒs ″ſtetit contra me viginti & vno

[& erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationẽ & finem perſeuerabit deſolatio. Matth.24.b·15

Cap. X.

1 ANno tertio Cyri Regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli cognomento Baltaſſar, & verbũ verũ, & fortitudo magna: intellexitq; ſermonem, intelligentia enim eſt opus in viſione.

2 In diebus illis ego Daniel lugebã trium hebdomadarum diebus.

3 Panem deſiderabilem nõ comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctꝰ ſum donec complerentur trium hebdomadarum dies.

4 Die autem viceſima & quarta mẽſis primi eram iuxta fluuiũ magnũ, q eſt Tigris.

5 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo.

6 Et corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lãpas ardens: & brachia eiꝰ, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. B

7 Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem: porrò viri qui erant mecum nõ viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum.

8 Ego autem relictus ſolus, vidi viſionem grãdem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea im mutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium.

9 Et audiui vocem ſermonum eius: & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.

10 Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum.

11 Et dixit ad me, Daniel vir deſideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Quúmq; dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. C

12 Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in cõſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos.

13 Princeps autẽ regni Perſarũ reſtitit

Donec ועד Ad verbum, & donec. Redundat ET, aut ſubaudiendum erit verbum præcedens, deſtruet inquã donec, &c. Quidam vertunt, donec conſummatio, & *quidem* certa [vel definita] deciderit ſuper ſtupentem. ſub. populum. vel, ſuper attonitum. i. donec populus ille reddatur attonitus propter tantam deſolationem.

IN CAPVT X.

1 Tempúſque magnum וצבא גדול .i. longo pòſt tempore implendum. Quidam ex doctis Hebræorum vertunt, & exercitus magnus, ſub. Angelorum apparuit Danieli. Et intellexit, &c. ובין וגו' Bis idem dicit, pro, Intellexit quid vellet ea viſio.

2 Lugebam הייתי מתאבל Ad verbum, fui lugens. ſub. propter peccata populi.

3 Deſideriorũ חמודות .i. deſiderabilem, & delicatũ, ex adorea farina factũ, panem candidum & regiũ. opponitur atro pani. nam candidus gratior nobis eſt atro: vnde vocatur panis deſideriorum ſiue deſiderabilis. 4 Eram הייתי videbar mihi eſſe. Vide ſuprà, cap.8.a.2.

5 Quúmque, &c. ואשא וגו' Ad verbũ, Et leuaui oculos meos, & vidi. Quidã אחד Ad verbũ, vnus. Auro obrizo. בכתם אופז: .i. zona ex auro puriſſimo facta. 6 Sicut tarשsiשs: כתרשיש ſimilis chryſolitho. Alii, hyacintho. Alii accipiunt pro mari. q. d. cæruleis aquis, hoc eſt colori cæleſti erat ſimilis cutis eius. talis eſt coloris chryſolithus: habet tamen ſparſas maculas. Et pedes eius ומרגלותיו Quidam dicunt ſignificare partes inferiores quæ ſcilicet vergunt vſque ad pedes. AEris candentis: נחושת קלל chalybis politi. vel terſi.

7 Ita vt fugerent, &c. ויברחו בהחבא: Ad verbum, & fugerunt in abſcondi ſe. i. & abdiderunt ſeſe.

8 Et vis mea והודי & robur meum. Vel vt alii, & decus meum, ſiue pulchritudo mea. aut, gloria mea.

9 Soporatus נרדם ſopitus. Alii, velut graui ſomno deiectus ſum in faciem meam, ita vt attingeret terram facies mea.

10 Et mouere fecit me ותניעני .i. reptare. 11 Vir deſid. איש־חמודות Vt ſuprà cap.9.f.23. Quidam vertunt, rerum expetibilium cupide. Et ſta in gradu tuo ועמוד על־עמדך .i. ſta erectus vt antea ſtabas. Quúmque loqueretur ובדברו quúmque loqui vellet. Steti tremens. עמדתי מרעיד: conſtiti pauidus. Alii, erexi me tremebundus.

12 Ad intelligendum & afflig. להבין ולהתענות vt intelligeres & affligeres. Intelligeres. ſub. viſionem. Hoc videtur referre ad viſionem capitis octaui. Propter verba tua. בדבריך: ſub. exaudita à Deo.

13 Princeps autem, &c. ושר וגו' .i. Angelus qui præſidet regioni Perſidi. Occurrit obiectioni. q. d. Si oratio mea fuit exaudita, quomodo illico non aduenisti? Fui (inquit) præpeditus: quia reſtiti Angelo præſidi Perſarũ. Singulæ regiones habent præſides Angelos, & noſtrum ſinguli, vt eſt in Euãgelio, Angeli eorum ſemper vident faciem Patris qui in cælis eſt. Matt.18.b.10. Stetit cõtra me עומד לנגדי .i. reſtitit mihi.

mihi viginti & vno dieb⁹:& ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meum,& ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum.

Veni autem vt docerem te quæ vẽtura ſũt populo tuo in nouiſſimis diebus:quoniam adhuc viſio in dies.

Quũque loqueretur mihi huiuſcemodi verbis,deieci vultum meum ad terram,& tacui.

Et ecce quaſi ſimilitudo filii hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum loquutus ſum, & dixi ad eum qui ſtabat contra me,Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages

D meæ,& nihil in me remanſit virium:

Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo? nihil in me remanſit virium, ſed & halitus meus intercluditur.

Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis,& confortauit me,

Et dixit, Noli timere vir deſideriorum,pax tibi : confortare, & eſto robuſt⁹. quúmque loqueretur mecum, cõualui,& dixi, Loquere domine mi, quia confortaſti me.

Et ait, Nũquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar vt prælier aduerſum principem Perſarum: quum ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.

Veruntamen annũtiabo tibi quod expreſſum eſt in Scriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnib⁹ his,niſi Michael princeps veſter.

Cap. XI.

EGo autem ab anno primo Darii Medi ſtabam vt confortaretur & roboraretur.

Et nunc veritatem annuntiabo tibi:Ecce adhuc tres Reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes: & cum inualuerit diuitiis ſuis,concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ.

Surget verò Rex fortis,& dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei.

Et quum ſteterit,conteretur regnũ eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt.lacerabitur enim regnum eius etiam in externos,exceptis his.

dieb⁹, & ecce Michaél vnus è principibus primis venit vt auxiliaretur mihi,remanſíque illic apud Reges Parás.

Michael.

14 Adueni autem vt intelligere facerem te quid euenturum ſit ″populo tuo in nouiſſimo dierum:quoniam ″adhuc viſio in dies *illos*.

15 Quúmque loqueretur mecum ″eiuſmodi verba, poſui vultum meum ad terram,& obmutui.

16 Et ecce, ″tanquam ſimilitudo filiorũ hominis tetigit labia mea: & aperui os meum,loquutúſque ſum, & dixi ei qui ſtabat coram me,Domine mi,in ea viſione ″cõuerſi ſunt dolores mei ſuper me, nec retinui fortitudinem *ullam*:

17 Et quomodo poſſet ſeruus domini mei iſtius loqui cum domino meo ″iſto? ″nam extempore non ſtabit in me fortitudo *ulla*, & *iam* halitus non remanſit in me.

18 Itaque addidit tangere me ″tãquam ſimilitudo hominis,& corroborauit me,

19 Dixítque,Ne timeas vir deſideriorum, ″pax tibi:fortis eſto,& robora te. quúmque loqueretur mecum, corroboratus ſum,& dixi, Loquatur dominus meus,quia corroboraſti me.

20 Et ait, Noſtíne quare venerim ad te? ″iam autem reuertar vt prælier cum principe Parás: ″quúmque egreſſus fuero,ecce princeps Iauán veniet.

21 Verùm indicabo tibi *prius* ″quod expreſſum eſt in Scriptura veritatis:& non *eſt* vnus ″qui cõfirmet ſe mecum in iſtis,niſi Michaél princeps veſter.

Cap. XI.

1 EGo quoque anno primo Dariáueſs Medi ſtet ′ad confirmandum & roborandum illum.

Vaticiniũ de Regibus Perſarum.

2 Nunc igitur veritatem indicabo tibi: Ecce adhuc tres Reges ſtabunt in Parás, ″& quartus diteſcet opibus magnis præ omnibus: ″quúmque præualuerit opibus ſuis, ″excitabit omnes contra regnum Iauán.

1. Syrus.
2. Coret.
3. Darius
4. Xerxes.

3 ″Stabit autem Rex fortis ′qui dominabitur dominio multo, & faciet ſecundum voluntatem ſuam.

De regno Græciæ.

4 ″Quúmque ſteterit,cõteretur regnum eius,& diuidetur in quatuor ventos cæli:non autẽ poſteritati eius,*erit* ″neque iuxta dominationem eius qua dominatus eſt:quia ″euelletur regnum eius, ″& aliis præter iſtos.

---

14 Populo tuo in nouiſſ.dierũ: ′לעמך וגו .i.popularibus tuis nouiſſimis temporibus. Adhuc viſio,&c.′עוד חזון וגו.i.adhuc ſuperſunt viſiones de his quæ euentura ſunt illis nouiſſimis diebus. nondum finitæ ſunt viſiones. Quidam vertunt, nam viſum *extenditur* per multa tempora. Alii,adhuc eſt viſio ad dies. 15 Eiuſmodi verba, כדברים האלה Ad verbum,ſecundum verba hæc.

16 Tanquam ſimil.&c. ′כדמות וגו .i.quidam Angelus in ſpecie[ſiue forma]humana. Conuerſi ſunt,&c. ′נהפכו וגו .i.doloribus perfuſus ſum,ſiue obrutus. Videtur eſſe metaphora à vaſe aquam continente,quo ſubuerſo,aqua perfundimur.

17 Iſto? זה .i.tali ac tanto. Nam extempore ואני מעתה q.d.actum eſt de me,vidi Angelũ. Ad verbum, Et ego,extempore[vel extunc.i.mox enim]non remanebit in me virtus vlla.vel,Et ego quomodo potero?ilico enim me deficient,&c.

18 Tanquam ſimilit.ho. כמראה אדם .i.Rurſum tetigit me Angelus ille qui apparuit mihi in ſpecie humana.

19 Pax tibi: שלום לך q.d.ſaluus es,non peribis,ſiue morieris.

20 Iam au. ועתה mox autẽ. Quũq; egreſſ.&c.′ואני וגו Ad verbũ,& ego egredior,& ecce princeps Græciæ venit. Præt.Heb.pro fut.

21 Quod expreſſum,&c. ′את־הרשום וגו quod exaratum eſt[.i.deſcriptum eſt]in Scriptura veritatis. Scripturam veritatis vocat prouidentiam Diuinam,librum in quo ſunt decreta Diuina, qui nonniſi certa & vera continet. Tametſi, inquit, negotium mihi eſt alibi, prius quàm tamẽ diſcedam,indicabo tibi quæ Deus ſtatuit ac decreuit ſe facturum. Qui confir.ſe mecum מתחזק עמי.i.qui ferat mihi opem.

IN CAPVT XI.

1 Ad confirm.&c. :למחזיק ולמעוז לו Ad verbũ,in cõfirmantẽ,&in auxiliũ illi.i.tuli illi opẽ &auxiliũ.Hic verſus pertinet ad præcedentia,vt iuuit me, ita eũ Michaelẽ iuui in transferẽdo imperio à Chaldæis ad Medos:quia mitius egerunt Perſæ cũ Iudæis,quàm Babylonii.

2 Et quartus והרביעי nempe Xerxes. Quúmque præualuerit opibus ſuis, וכחזקתו בעשרו Ad verbum,& in fortitudine ſua propter opes ſuas. Excitabit omnes יעיר הכל excitabit omnia.i.omnes copias ſuas,vel omnes vires ſuas.q.d.totis viribus & copiis inuadet regnum Græcorum.Id autem fuit in cauſa quòd tranſlatum fuit imperium Perſarum ad Græcos.

3 Stabit autem ועמד .i.Surget De Alexandro magno loquitur,quem ſignificat fore monarchã,& neminem fore qui ei reſiſtat. Qui dominabitur,&c. ומשל ממשל רב & dominabitur dominatione multa.i.obtinebit maximum imperium.

4 Quũq; ſteterit וכעמדו ſub.in fortitudine ſua.i.quũ ſubiugauerit totũ orbẽ,euaſeritque monarcha. Neque iuxta,&c.′ולא כמשלו וגו .i.qui Alexandro ſuccedent,non imperabunt tam latè,neque eo modo: nam & ab illis auferentur regna accepta.q.d.tandem iſtud imperiũ omnino delebitur. Euelletur reg.e. תנתש מלכותו extirpabitur[eradicabitur]imperiũ eius,i. Alii ab iſtis quatuor accipient multa regna eius imperii,& tandem omnino peribit. Et aliis præter iſtos. :ולאחרים מלבד־אלה ſub.diſtribuetur eius imperium.

De regno AEgypti, & fœdere ei⁹, & bello cum regno Syriæ.

5 'Roboravitur autem Rex Auſtri,& è"principibus illius,"& præualebit illi,& dominabitur:"dominatio multa *erit* dominatio eius.

6 'In fine autem annorum"coniungentur:"nam filia Regis Auſtri veniet ad Regem Aquilonis vt faciat"rectitudines:"ſed non retinebit fortitudinem brachii,"neque ſtabit ille &brachium eius."tradetur enim ipſa,& qui adduxerint eam,& genitor eius, & qui cõfortabat eam temporibus illis.

7 'Stabit autem de germine radicũ eius ſuper baſim eius,veniétq; ad exercitum, & ingredietur munitionem Regis Aquilonis, & faciet de eis *pro uoluntate*,"& corroborabit ſeſe.

8 Sed & deos eorum cum principibus eorum,cum vaſis"concupiſcibilibus eorũ argenteis & aureis in *ea* captiuitate,adducet in Miʒráim: ipſéque annis *aliquot*"ſtabit *tutus* à Rege Aquilonis.

9 "Veniétque in regnũ *ſuum* Rex Auſtri,&reuertetur in terrã ſuam.

10 'Filii autem eius irritabuntur,& colligent multitudinem exercituum multorum,'veniétque veniendo, & inundabit, & tranſibit: poſtea reuertetur,& irritabitur,*deueniétque*"vſque ad munitionẽ eius.

11 Vnde exacerbabitur Rex Auſtri,& egredietur,pugnabítque'cum Rege Aquilonis,'& ſtare faciet multitudinem magnam, tradetúrque"multitudo illa in manum eius.

12 Vnde extollet ſeſe"multitudo,eleuabitur cor eius,& proſternet "viginti milia,"& non præualebit.

13 Et reuertetur Rex Aquilonis, "ſtaréque faciet multitudinẽ maiorem"quàm prius,"&poſt aliquot annos veniet veniendo cũ exercitu magno"& ſubſtantia multa.

De Iudæis ad Regem AEgypti cõfugiẽtibus quos Rex Syriæ Antiochus perſequitur, nobis Antichriſtum præfigurans.

14 Temporibus autem illis multi inſurgent in Regem Auſtri,"filii quoque diſſipatorum populi tui extollent ſeſe, vt ſtatuant viſionem,& corruent.

15 Et veniet Rex Aquilonis,'effundétq; aggerem, & capiet"vrbem munitam:"& brachia Auſtri non conſiſtent,nec populus electionum eius,nulláque erit *illis* fortitudo ad reſiſtendum.

16 Faciétque"qui veniet contra eum, ſecundum voluntatem ſuam, nec erit "qui conſiſtat coram eo, ſtabítque *uictor* in terra

5 Et confortabitur Rex Auſtri,& de principib⁹ eius: præualebit ſuper eũ, & dominabitur ditione: multa enim dominatio eius.

6 Et poſt finem annorum fœderabũtur,filiáq; Regis Auſtri veniet ad Regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachii, nec ſtabit ſemẽ eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius,& qui confortabant eam in temporibus.

7 Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam Regis Aquilonis:& abutetur eis,& obtinebit. B

8 Inſuper & deos eorum, & ſculptilia,vaſa quoque pretioſa argenti & auri, captiua ducet in AEgyptum: ipſe præualebit aduerſus Regẽ Aquilonis.

9 Et intrabit in regnum Rex Auſtri, & reuertetur ad terram ſuam.

10 Filii autem eius prouocabuntur,& congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans & inundãs: & reuertetur,& cõcitabitur,& cõgredietur cũ robore ei⁹.

11 Et prouocatus Rex Auſtri egredietur,& pugnabit aduerſus Regem Aquilonis, & præparabit multitudinẽ nimiam,& dabitur multitudo in manus eius.

12 Et capiet multitudinem,& exaltabitur cor eius,& deiiciet multa milia: ſed non præualebit.

13 Conuertetur enim Rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius: & in fine temporum annorúmque veniet properãs cũ exercitu magno & opibus nimiis. C

14 ¶In temporibus illis multi conſurgẽt aduerſus Regem Auſtri: filii quoque præuaricatorum populi tui extollentur vt impleant viſionem, & corruent. Eſa.19.c.

15 Et veniet rex Aquilonis, & cõportabit aggerem, & capiet vrbes munitiſſimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtendum, & non erit fortitudo.

16 Et faciet veniens ſuper eum iuxta placitum ſuum, & non erit qui ſtet cõtra faciẽ eius: & ſtabit in terra incly-

5 Roborabitur autem ויחזק Euadet autem fortis.Incipit declarare bella gerenda inter Reges Syriæ & AEgypti, quòd terra Sancta ſita ſit inter eas duas prouincias:& Iudæi modo ab his,modo ab illis opprimerentur. Auſtrum vocat AEgyptum. Principibus illius שריו ſub.egredietur.Illius,videlicet Alexandri,nẽpe Antiochus. Et præualebit illi ויחזק עליו nempe Regi Auſtri. Ad verbum,& roborabitur ſuper illum.q.d.Rex Antiochus qui erit ex principibus Alexandri euadet fortior Ptolemæo Philadelphi,potietúrque magno imperio. Dominatio multa ממשל רב poteſtas magna.

6 In fine autem ann. ולקץ שנים Hebraiſmus,pro,Exactis autem aliquot annis. Coniungentur: יתחברו ſociabuntur.i.fœderabũtur. Nam filia ובת Ad verbum,& filia.nempe Berenice quæ tunc nupſit Antiocho Theo quum Ptolemæus ſe inferiorem videret ipſo Antiocho. Rectitudines: מישרים æquitatem.i.vt inter illos duos Reges componat pacem æquis conditionibus. Sed non retinebit,&c.'ולא תעצור וגו .i.non manebit diu in ea authoritate. Neque ſtabit,&c. 'ולא יעמוד וגו ſub.in vita.i.pater eius morietur,& filia eius,quam hîc vocat brachium ipſius.dederat enim eam in vxorem Antiocho, hac ratione ſperans ſe tandem potiturum regno Syriæ: ſed falſus eſt ſpe ſua:nam Laodice prior vxor Antiochi poſtea rediit in gratiam cum ipſo,quæ curauit illam interficiendam. Tradetur enim ותנתן ſub.in mortem vnà cum iis qui adduxerint eam in Syriam.

7 Stabit autem,&c. 'ועמד וגו .i.Surget autem de ſtirpe eius,ſiue de cognatione,nempe frater germanus Ptolemæus Euergetes Et corroborabit ſeſe. :והחזיק & inualeſcet.i.euadet victor.q.d.interficiet Seleucum Callinicum cum matre.

8 Concupiſcibilibus eorum חמדתם deſiderii eorum.i.pretioſis,& quæ illis erant in magno pretio. Stabit יעמוד ſub.in pace.

9 Veniétque ובא ſub.cum ſpoliis. 10 Filii autem eius ובניו nempe Regis Aquilonis Seleuci Callinici, id eſt Antiochus magnus & Seleucus Ceraunius. Veniétque ובא ſub.Rex Aquilonis in AEgyptum. Vſque ad mu.e. :עד־מעוזו q.d.initio tranſibit per regionem AEgypti, vaſtando omnia:poſtea reuertetur,& ira percitus deueniet vſque ad vrbem omnium munitiſſimam illius.i. vſque ad Regiam. 11 Cum Rege עמו עם־מלך Ad verbum,cum eo,cum Rege Aquilonis. Et ſtare fa.mul.ma. והעמיד המון רב.i.collocabit in acie multitudinem magnã.vel ex multitudine maxima inſtruet aciem. Multitudo illa ההמון .i.ingens ille exercitus Antiochi Regis Aquilonis. 12 Multitudo, ההמון ſub.Regis Aquilonis.i.Syriæ. Viginti mi. רבואות plurale eſt nominis רבו quod ſignificat decẽ milia. Viginti milia,pro multis,vel aliquot milibus poſitũ. Non præualebit. :ולא יעוז Ad verbũ,& non roborabitur.nam Antiochus ille aufugiet,& non capietur,ſed euadet. 13 Staréque faciet והעמיד Vide paulo antè verſu 11.i.ex multitudine maiore inſtruet aciem. Quàm prius, מן־הראשון priore.i.ex multitudine maiore inſtruet aciem. Et poſt aliquot annos ולקץ העתים שנים Ad verbum,& in fine temporum annorum. Et ſubſtantia multa. :וברכוש רב & opibus multis.

14 Filii quoque diſſ.&c. 'ובני פריצי וגו .i. quidã etiam nebulones,præuaricatores & diſſipatores è popularibus tuis(alloquitur Danielẽ) exurgent,& extollent ſeſe,vt impleant prophetiã Eſaiæ,cap.19,vbi prædicitur onus AEgypti.vel vt alii,dicẽtes ſe adimpleturos viſionẽ,&c.

15 Effundétque וישפוך Vide Ezech.4.b.2. Vrbem mun. עיר מבצרות Ad verbum,vrbem munitionum.pro vrbibus munitis. Et brachia,&c.'וזרועות וגו .i.fortiſſimi & robuſtiſſimi quique nõ poterũt reſiſtere,neq; milites electi ab eo,nulláque erit illis virtus reſiſtendi.

16 Qui ven. הבא.i.Rex Syriæ vel exercitus eius veniet & faciet pro arbitrio & libidine. Qui conſiſtat עומד.i qui reſiſtere illi poſſit.

ta,& conſumetur in manu eius.

Et ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei,vt euertat illud: & nõ ſtabit,nec illius erit.

D Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principẽ opprobrii ſui, & opprobriũ eius conuertetur in eum.

Et conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ, & impinget, & corruet,& non inuenietur.

Et ſtabit in loco eius viliſſimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio.

Et ſtabit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clàm,& obtinebit regnũ in fraudulentia.

Et brachia pugnantis expugnabũtur à facie eius, & conterentur: inſuper & dux fœderis.

Et poſt amicitias,cum eo faciet dolum: & aſcendet,& ſuperabit in modico populo.

Et abundãtes & huberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius,& patres patrum eius: rapinas & prædam,& diuitias eorũ diſſipabit,& contra firmiſſimas cogitationes inibit: & hoc,vſque ad tẽpus.

Et cõcitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſum Regem Auſtri in exercitu magno: & Rex Auſtri prouocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia.

Et comedentes panem cum eo,cõterent illum, exercitúſque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi.

Duorum quoque Regum cor erit vt malefaciant, & ad menſam vnam mendacium loquentur, & non profi-

″deſiderabili,″& deficiet in manu eius.

17 Ponet etiam faciem ſuam vt veniat *in AEgyptum* ″cum fortitudine totũ regnum eius,″& recti *quidem erunt* cum eo,″& faciet:″filiámq; fœminarũ dabit illi,″vt euertat illã:″ſed nõ ſtabit *illa*,nec erit pro eo.

18 Cõuertet præterea faciem ſuam″ad inſulas,& capiet multas: ceſſaréque faciet ″princeps ″opprobrium eius illi, ″præterquam quòd ignominiam eius reddet ei.

19 Exin cõuertet faciem ſuam ad munitiones terræ ſuæ,impingétque,& corruet,″nec inuenietur.

20 ″Stabit autem loco eius″qui trãſferet exactorem,″gloria regni,& diebus paucis″conteretur,non in furore,neque in prælio.

21 Stabit verò loco eius″deſpectus,cui non″dabũt honorem regni: ſed veniet″cum dolo,obtinebítque regnum blanditiis.

22 ″Et brachia inundatione inundabuntur à conſpectu eius, & conterentur,& etiam″dux fœderis.

23 ″Poſteaquam ſocietatem inierit cum eo, faciet dolum,″& aſcẽdet,& præualebit cum modica gente.

24 ″In otio & contra pingues regionis ingredietur,& faciet quæ nõ fecerunt patres eius,neque patres patrum: prædã,& ſpolia, & ſubſtantiam″illis diſperget,& contra munitiones″cogitabit cogitationibus ſuis,ídque vſque ad tempus.

25 Et excitabit″fortitudinem ſuam & cor ſuum aduerſum Regem Auſtri cum exercitu magno,Réxque Auſtri irritabitur ad bellum cum exercitu *etiam* magno & fortiſſimo: ſed non ſtabit, quia″cogitabunt aduerſus eum cogitationes.

26 Et comedentes buccellam eſcæ eius conterent eum,& exercitũ eius″inundabit,& cadent interfecti multi.

27 Et horum duorũ Regum cor erit ad malefaciendũ, & in menſa eadem″mendacium loquẽtur,″ſed non proſperè cedet,quia adhuc

Deſiderabili, חצבי Ad verbum, deſiderii. Quidam,inclyta. Vide ſuprà,cap.8.b.9. Et deficiet וכלה ſub.terra,vel regio. Alii,& conſumptio *erit* in manu eius.i.mirum in modum affliget Iudæos.

17 Cum fortitudine to.reg.e. בתוקף כל־מלכותו cum robore totius regni ſui. Et recti וישרים .i.Iudæi quidam colentes Deũ. Et faciet: ועשה.i.reuera veniet. Filiãq; fœmi. ובת הנשים ſub.formoſarum.i.filiam ſuam formoſiſſimam vel nobiliſſimam. Sic vocat Cleopatram filiam Antiochi quam ipſe Antiochus dedit in vxorem Ptolemæo Epiphani. Vt euertat illam: להשחיתה nempe filiam ſuã vnà cum viro. vel, vt perdat illud, ſub. regnum: vt ſit relatiuum ſine antecedente. Putabat enim Antiochus hac ratione inuadere regnum AEgypti,ſed falſus eſt ſpe ſua ac opinione. Sed non ſtabit,&c. ולא תעמוד וגו' .i.non ſtabit à partibus patris ſui,neque illi fauebit. Cleopatra enim fauebat partibus mariti,non patris affectantis regnum AEgypti.

18 Ad inſulas, לאיים nempe ſubditas Romanis.vel habitatas à ſociis Romanorum. Princeps קצין dux.nempe Scipio Africanus. Opprobrium e.illi, חרפתו לו Actiuè ſumitur.i.ignominiam ab eo Romanis illatam,ídque in dedecus ipſius.aut vacat לו. Præterquam,&c. בלתי חרפתו ישיב לו: .i.vltrà quòd ignominiam quam conabitur inferre,reddet in caput eius.q.d.non tãtùm coget illum incœpto deſiſtere,ſed conuertet eum in fugam cum magno ipſius dedecore. Quidã poſteriores,huius verſus partes ſic vertunt,Et faciet princeps ceſſare apud illum opprobrium ſuum,vt non vertat ad ſe opprobrium ſuum. Quum enim Antiochus multa opprobria obieciſſet Romanis quorum inſulas inuaſerat,ab ipſis victus,omnia opprobria in ſuum reciderunt caput: & reuerſus cum ignominia in terram ſuam,à ſubditis interfectus eſt. Alii vertunt,Et ceſſare faciet [ſub.Deus]principem opprobrii ſui.i. Antiochum qui illi ingerebat probra multa, & etiam in populum ſuum Iſraelem inferebat,ne quiſpiam probrum ſuum inferat ei. 19 Nec inuenietur. ולא ימצא: .i.morietur.

20 Stabit autem ועמד .i.Sufficietur in locum eius Seleucus Philopatoris filius, qui hoc præclari geret,quòd tributa è regno ſuo tollet. Qui tranſf.exact. מעביר נוגש .i.auferet exactores,hoc eſt exactiones à populo ſuo.q.d.alienus erit à bello cuius nerui ſunt pecunia. Gloria regni, הדר מלכות Appoſitiuè dictum.vel ſubaudi,& erit.i.ad quem iure hæreditario pertinebit regnũ. Conteretur, ישבר frangetur.rumpetur. 21 Deſpectus, נבזה contemptus.vilis. Dabunt נתנו ſub.homines eius regionis.ad eum enim nõ pertinebit ius regni,ſed ad nepotem ipſius ex fratre. Præt.Heb.pro præſ. Cum dolo, בשלוה q.d.inuadet regnum fraude & dolo. Vertendum potius,in pace.vel,otio & tranquillitate.i.nihil tale cogitantibus eius regionis hominibus.tempore pacis.

22 Et brachia וזרועות ſub.illius.i.Magni exercitus. Duces AEgypti. Vide ſuprà,verſu 15.q.d. Multi duces & potentes opponent ſe illi,ſed nihil proficient: conterentur enim. Dux fœderis. נגיד ברית: Intelligit Ptolemæum Philometorem.

23 Poſteaquam,&c. ומן־התחברות אליו Propterea quòd ſocietatem inibit cum eo. Et aſcendet, ועלה ſub.in AEgyptum.

24 In otio,&c. בשלוה וגו' .i.tempore pacis inuadet optimam AEgypti partem,vt præda ditet militem. Quidam vertunt,Quietam & pinguem prouinciam ingredietur. Alii,Quum fuerit prouincia in fœlicitate & deliciis,intrabit in eam. Illis diſperget, להם יבזור Relatiuum ſine antecedente,illis,nempe militibus ſuis diuidet ſiue partietur. Cogitabit cogit.ſ. יחשב מחשבותיו .i.ſtatuet breui ſe inuaſurum loca munita, reputans ſe milites ea præda paratiores habiturum. Quidam,& machinabitur etiam technas, vt tempore idoneo muniſſima loca inuadat. 25 Fortitudinem ſuam כוחו robur ſuum.vires ſuas. Quidam,Etenim vires ſuas intendet, ac animum ſuum. Cogitabunt יחשבו ſub.proceres eius.i.deficient ab eo.

26 Inundabit, ישטוף ſub. Antiochus.i.obruet & vincet.q.d.ſumentes eundem cibum in eadem menſa cum eo,erunt in cauſa quòd ſuperabitur: vincétque Antiochus Syriæ Rex in eo conflictu.

27 Mendacium loq. כזב ידברו .i.alter alteri imponet. Sed non proſp.cedet,&c. ולא תצלח וגו' ſed non ſuccedet[ſub.conſilium eorum]quia adhuc *erit* finis temporis conſtituti.i.elabetur adhuc tempus aliquod conſtitutum.q.d.necdum enim aduenit tempus quo alter alteri nocere poſſit. Quidam vertunt poſteriorem partem,quia negotium in aliud tempus extendetur.

erit finis ad tempus conſtitutum.

Reuertetur igitur in terram ſuam cum diuitiis multis,& cor eiꝰ *erit*″contra *homines* fœderis ſancti,″& faciet: poſtea reuertetur in terram ſuam.

″Ad tempus reuertetur,& veniet in Auſtrum,″ſed non erit poſterior *aduentus* ſimilis priori.

″Nã veniẽt ad eũ naues Chithím ″vnde dolebit : ſed reuertetur, & iraſcetur″contra *homines* fœderis ſancti,″& faciet : ″poſtea reuertetur,″& animum adiiciet ad deſertores fœderis ſancti.

″Et brachia *illic* ab eo ſtabunt , & polluent ſanctuarium ″fortitudinis,& auferent iuge ſacrificium,ponéntque″abominationẽ ſtupere facientem.

″Et impiè agentes in pactum,peccare faciet blãditiis:at populus cognoſcens Deum ſuum,″fortificabit *cor ſuum*,& faciet.

Intelligentes autem populi″docebunt multos:″& *ex illis* corruent gladio,& flamma,captiuitate,″& præda diebus multis.

Quúmque corruent,iuuabuntur auxilio paruo,& adiungẽt ſeſe illis multi″fraudulenter.

De peritioribꝰ autem illis corruent″ad repurgandũ per eos,& ad mũdandum,& ad dealbandum″vſque ad tempus finis,″quia adhuc *erit finis* temporis conſtituti.

Antiochi elatio

Faciet autem iuxta volũtatem ſuam Rex,& extollet ſeſe,atque magnificabit ſe ″ſuper omnem deum , & contra Deum deorum loquetur miranda,&proſperè euenient *ei omnia*,″donec finita fuerit ira:nam″deciſio facta eſt.

″Et ad deum patrum ſuorum non adiiciet animum, nec ad concupiſcentiam mulierum,nec ad vllum deum adiiciet animum :nã ſuper omnia magnificabit ſeſe.

Et deum ″fortitudinum in loco ſuo venerabitur, deum quoque quem non nouerunt maiores eius,venerabitur auro & argento, & lapide pretioſo,″& deſiderabilibus.

Faciétque *hæc omnia*″in munitionibus fortitudinum cum deo alie-

cient:quia adhuc finis in aliud tẽpus.

28 Et reuertetur in terram ſuam cum opibus multis: & cor eius aduerſum teſtamentum ſanctum,& faciet:& reuertetur in terram ſuam.

29 Statuto tempore reuertetur,& veniet ad Auſtrum:& non erit priori ſimile nouiſſimum.

30 Et veniẽt ſuper eum trieres,& Romani,& percutietur,& reuertetur,& indignabitur contra teſtamẽtum ſanctuarii,& faciet:reuertetúrque,& cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarii.

31 Et brachia ex eo ſtabũt, & polluẽt ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium:& dabunt abominationem in deſolationem.

32 Et impii in teſtamẽtum ſimulabũt fraudulenter: populus autem ſciens Deum ſuum,obtinebit & faciet. F

33 Et docti in populo docebunt plurimos: & ruẽt in gladio, & in flamma, & in captiuitate,& in rapina dierũ.

34 Quúmque corruerint,ſubleuabuntur auxilio paruulo,& applicabuntur eis plurimi fraudulenter.

35 Et de eruditis ruent,vt conflentur, & eligantur , & dealbentur vſque ad tempus præfinitum:quia adhuc aliud tempus erit.

36 Et faciet iuxta volũtatem ſuã Rex, & eleuabitur & magnificabitur aduerſus omnem deum: & aduerſus Deum deorum loquetur magnifica,& dirigetur donec compleatur iracundia:perpetrata quippe eſt definitio.

37 Et deum patrum ſuorum non reputabit,& erit in concupiſcentiis fœminarum,nec quenquam deorum curabit:quia aduerſum vniuerſa conſurget.

38 Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur : & deum quem ignorauerunt patres eius colet auro , & argento , & lapide pretioſo , rebúſque pretioſis. G

39 Et faciet vt muniat Maozim cum

28 Contra *hom.* fœd.ſancti, על ברית קודש .i.vt noceat Iudæis qui colunt Deũ verũ & viuum iuxta Legem ipſius.Senſus huius verſus e , Accinget ſeſe itineri vt reuertatur in patriam ſuam onuſtus ſpoliis ampliſſimis:tranſiénſque per Iudæam, affliget Iudæos ipſos: poſtea reuertetur in patriam ſuam. Et faciet: ועשה .i.nocebit illis. affliget eos.Sic non multo antè,verſu 17.

29 Ad tempus למועד Poſt tempus conſtitutum.i.Poſt aliquot annos iterum veniet in AEgyptum. Sed non erit,&c. ולא־תהיה וגו׳ Ad verbum,& non erit ſicut prior & ſicut poſterior.i.prior ſicut poſterior, & poſterior ſicut prior. Hebraicum dicendi genus.q.d.Aduentus eius poſterior non erit ſimilis priori.nam in ſecundo aduentu diſcedet re infecta.miſit enim populus Romanus legatum qui iuberet eum omittere AEgyptum, & reuerti in ſuum regnum, vt ſequenti verſu dicit.

30 Nã ve.ad eũ naues Chit.ובאו בו צים כתים.i.venient in eum locũ ad quem ille appellet,naues Romanorum,hoc eſt legatio Romana. De Chithim vide Num.24.d.24. Vnde dolebit: ונכאה Ad verbum,& dolebit·vel, dolore afficietur,nempe ſe reuocari à Romano populo per legatum. Contra,&c. על־ברית וגו׳ Vt paulo antè,verſu 28. Et faciet: ועשה Vt ſuprà,verſu 17 & 28. Poſtea reuert.ושב Ad verbum,& reuertetur.ſub.in Iudæã. Et animũ.ad.ויבן & cogitabit.q.d.poſt afflictos pios Iudæos,animaduertet in trãſfugas Iudæorũ.

31 Et brachia *illic* ab eo ſta. וזרועים ממנו יעמודו .i.collocabit illic, in Ieruſalem, præſidium fortiſſimũ militum. Fortitudinis, המעוז .i.templum in quo Deus fortiſſimus habitat,& oſtendit virtutem ſuam. Alii referunt ad ſtabilitatem ædificii. Abominationẽ ſtup.fa. השקוץ משומם: .i.erigent ſimulachrum, ſiue idolum Iouis quod reddet populum illum ſtupentem,ſtupidum & attonitum.

32 Et impiè ag.&c.׳ומרשיעי וגו Ad verbũ,Et improbè agẽtes in fœdus,peccare faciet ſermonibus blãdis.i.multos trahet ad idololatriã. relicta Lege Dei. Quidam liberius vertunt,Et impii deſerentes fœdus ,inducet vt ſubdolè agant per hypocriſin. Alii, Et impiè agentes in pactum,ſimulare faciet blanditiis. Fortificabit,&c.׳יחזיקו וגו Plur.pro ſing.i.erit forti animo,& viriliter aget.q.d.ad vltimum retinebit religionem. 33 Docebunt יבינו Ad verbum,intelligere facient.i.Doctiores in populo dabunt intelligentiam Legis & præceptorum Dei multitudini. Et *ex il.*corruẽt ונכשלו ſub.in illa perſecutione,tempore ſcilicet Machabæorũ,à quibus adiuti fuerũt. Et præda ובבזה .i.direptione bonorum. 34 Fraudulenter. בחלקלקות: Ad verbum,in blanditiis.i.fictè.

35 Ad repurgandum.per eos, לצרוף בהם .i.vt repurgent mentes vulgi per ignem examinandas, quas confirmabunt ſuo exemplo.q.d.ad repurgandum Iſraelem ſcoriis,hoc eſt falſis opinionibus.Metaphora à metallis. Vſque ad tempus finis,עד עת קץ Vide ſuprà,cap.8.c.17.& paulo pòſt,verſu 40.i.vſque ad certum tempus & præfinitum:quia tunc finis afflictionis nondum venerit.Ignorantia nigrore & tenebris ſignificatur:Scientia autem,albore & luce. Quia adhuc,&c.׳כי־עוד וגו Plena locutio ſuprà,verſu 27 legitur כי עוד קץ למועד quia adhuc *erit* finis temporis conſtituti.i.nam adhuc expectabitur tempus quo Deus finem faciat perſecutioni illi.

36 Super omnem deum, על־כל־אל præ omnibus diis.De Romanorum regno loquitur. Donec,&c.׳עד כלה וגו vſque ad conſummationem iræ.ſub.Dei contra populum ſuum. Deciſio facta eſt. נחרצה עשתה: .i.ſententia certa ac deciſa lata eſt.

37 Et ad deum patrum,&c. ׳ועל־אלהי וגו .i.non curabit deum maiorum ſuorum,nec delicias muliebres,nequedeum vllum:nam præ ſe omnia contemnet. 38 Fortitudinum מעוזים .i.cui tribuet acceptam omnem virtutem ſuam,dignitatem,potentiam,ac vires. Quidam exiſtimant Maעuzim eſſe nomen idoli. Et deſiderabilibus. ובחמודות:.i.aliis rebus pretioſis.

39 In munitionibus fortit. למבצרי מעוזים .i.in locis munitiſſimis ac fortiſſimis.q.d.colet nouum iſtum deum in munitiſſimis locis.

deo alieno quem cognouit, & multiplicabit gloriã, & dabit eis poteſtatẽ in multis, & terram diuidet gratuitò.

40 Et in tempore præfinito præliabitur aduerſus eum Rex Auſtri: & quaſi tempeſtas veniet contra illum Rex Aquilonis in curribus, & in equitib⁹, & in claſſe magna: & ingredietur terras, & conteret, & pertranſiet.

41 Et introibit in terram glorioſam, & multi corruent: hæ autem ſolæ ſaluabũtur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.

42 Et mittet manum ſuam in terras: & terra AEgypti non effugiet.

43 Et dominabitur theſaurorum auri & argẽti, & in omnibus pretioſis AEgypti: per Libyã quoque, & AEthiopiam tranſibit.

44 Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos.

45 Et figet tabernaculum ſuum Apadno inter maria, ſuper montem inclytũ & ſanctum: & veniet vſq; ad ſummitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

Cap. XII.

1 IN tempore autẽ illo conſurget Michael princeps magnus qui ſtat ꝓ filiis populi tui: & veniet tẽpus quale nõ fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperũt vſque ad tempus illud. Et in tẽpore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in Libro.

2 Et multi de his qui dormiũt in terræ puluere, euigilabunt: ‖alii in vitam æternam, & alii in opprobrium vt videant ſemper.

Matth.25.d.46

3 Qui autem docti fuerint, ‖fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Sapien.3.a.7 matth.13.f.43.

B

4 Tu autẽ Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutũ: plurimi pertrãſibunt, & multiplex erit ſcientia.

5 Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alii ſtabant: vnus hinc ſuper ripã fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.

6 Et dixit viro qui erat indut⁹ lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, ‖Vſquequo finis horum mirabilium?

Apoc.10.a.5

7 Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, quũ eleuaſſet dexterã & ſiniſtram ſuã in cælum, & iuraſſet per viuentẽ in æ-

C

no quem agnoſcet, & multiplicabit *illi* gloriam, ʹdominaríque faciet eos in multis, & terram diuidet pretio.

40 ʹIn tempore autem finis ʺcornupetet illum Rex Auſtri, ʹ& inſtar turbinis veniet contra eum Rex Aquilonis cum curribus & equitib⁹, & nauib⁹ multis: ingredietúrq; terras, ʺ& inũdabit, & tranſibit.

41 Veniet etiam in terram ʺdeſiderabilem, & multæ *urbes* corruent: iſti autem euadẽt de manu eius, אEdóm & Moáb, ʺ& primitiæ filiorum yAmmón.

42 ʹMittet quoque manum ſuam in terras: & terra Mixſráim nõ erit in euaſionem.

43 Sed dominabitur theſauris auri & argẽti, omnibúſque ʹconcupiſcibilibus Mixſráim: & Lubím & Chuwſím ʺin greſſibus eius *erunt*.

44 ʺRumores autem terrebunt eum ab Oriẽte & ab Aquilone: egredietúrque *è loco ſuo* cum ira magna vt perdat & interficiat ʺmultos.

45 ʺEt plantabit tabernacula palatii ſui ʺinter maria, in mõte ʺinclyto ſanctitatis, & veniet ʺvſque ad ſummitatem eius, & non *erit* adiutor ei.

Cap. XII.

1 IN tempore autem illo ʺſtabit Michaʼél princeps magn⁹ ʺqui ſtat pro filiis populi tui, erítque tempus anguſtiæ, qualis non eſt facta ex eo tẽpore quo fuit gens vſque ad tempus illud. eo autẽ tẽpore euadet populus tuus quicũque inuẽtus fuerit ſcriptus in Libro.

Prophetat mortuorũ reſurrectionem.

2 Multíque dormientium ʺ*in* terra pulueris expergiſcentur, hi ad vitam æternã, & illi ad opprobria, & ʺad cõtemptum ſempiternũ.

3 ʺIntelligentes autẽ fulgebunt vt ſplendor firmamenti: ʺ& iuſtificantes multos, tanquam ſtellæ in ſeculum & in æternum.

4 Tu autem Daniél ʺclaude verba, & obſigna librum vſque ad tẽpus ʺfinis: *quo tempore* diſcurrent multi, ʺ& multiplicabitur ſcientia.

Prophetiæ huius obſcuritas.

5 Porrò aſpexi ego Daniél, & ecce ʺduo alii ſtantes, alter hinc ʺad ripam ʺfluminis, & alter inde ad *alteram* ripam fluminis.

6 Et dixit viro illi induto lineis *ueſtibus* ʺqui *erat* ſupra aquas fluminis, Vſquequo finis mirabilium?

7 ʺEt audiui virum illum indutũ lineis *ueſtibus* qui *erat* ſupra aquas fluminis, ʹ& eleuauit dexteram ſuam & ſiniſtram ſuam ad cælum, & iurauit per viuentem in ſecula, quòd ʹad tempus, tempora, &

Dominaríque, &c. ׳והמשילם וגו & dominari faciet illos ſuper multos, & terram partietur pretio.i.dominos conſtituet illos miniſtros ac ſacerdotes (relatiuũ ſine antecedente) ſuper multos, ſiue multis, hoc eſt multitudini ipſi, ſiue vulgo, & agros regionis illis pro pretio [hoc eſt mercede] miniſterii illorum. Alii, & terram partietur in tributum.i.vt hac ratione pendant illi tributum.

40 In tempore au.finis ובעת קץ .i.præfinito. Vide paulo antè, verſu 35. Cornu petet illum יתנגח עמו cornu feriet illum.i.congredietur cum eo. Et inſtar turb.ve.contra eum וישתער עליו Ad verbũ, & turbinabit cõtra illũ. ש eſt loco ס.i.tanquam tempeſtas irruet in eum. Et inundabit, & tranſ. : ושטף ועבר i.tranſeundo per AEgyptum vaſtabit ac perdet omnia. Vide ſuprà, verſu 26.

41 Deſiderabilem, הצבי Vide ſuprà, verſu 16, & cap.8.b.9. Et primitiæ וראשית .i.præcipui Ammonitæ.vel, melior & optima pars Ammonitarũ. 42 Mittet quoq;, &c. וישלח i.iniiciet manus in regiones [vel inuadet regiones aliquot] nec AEgypti regio liberabitur.

43 Concupiſcibilib. חמודות deſideriis.i.omnibus rebus ingentis pretii. In greſſibus eius :במצעדיו .i.ſibi ſubiiciet, & tanquã victor & dominus liberè gradietur in illis locis.q.d.Per Libyam.i.Africam, & per AEthiopiam tranſibit liberè, & illas ſibi ſubiiciet.

44 Rumores autẽ terrebunt e. ושמועות יבהלוהו Rumores autem *bellorum* conturbabunt eum. Multos. :רבים ſub.ex illis regionibus, quos ſciet ſibi fuiſſe rebelles.

45 Et plantabit tab.pal.ſui ויטע אהלי אפדנו Et figet tentoria prætorii ſui. Inter maria, בין ימים .i.inter duo maria, nempe Mare mortuum & Mare mediterraneum. Inclyto ſanct. צבי־קודש deſiderii ſanctitatis.i.in monte inclyto & ſancto. Alii, eximiæ ſanctitatis. Vide ſuprà, cap.8.b.9. Vſque ad ſummit.eius, עד־קצו vſque ad faſtigium eius.ſub.montis Moria. Alii, vſque ad finem ſuum, nec erit ei adiutor.i.illic morietur.

IN CAPVT XII.

1 Stabit יעמוד conſurget. Qui ſtat pro filiis pop.t. העומד על־בני עמך .i.fauet popularibus tuis.

2 *In* terra pulueris אדמת־עפר .i.in terra puluerulenta, hoc eſt in puluere, & ſepulchris. Ad contemptũ ſemp. :לדראון עולם ad abominationem ſempiternam. 3 Intelligentes autem והמשכילים Porrò docti.ſub.in Lege Dei. Et iuſtificantes multos, ומצדיקי הרבים Hebraiſmus, pro ad iuſtitiam erudientes multitudinem, ſiue vulgus.

4 Claude סתום .i.tege, & abſconde, hoc eſt efferas hæc ænigmaticè, vt audientes non intelligãt.q.d.hæc nõ planè cognoſcentur antequam aduenerint. Finis: קץ .i.præfinitum, ſiue definitum à Deo. Vide ſuprà, verſu 35. Et multiplicabitur ſci. :ותרבה הדעת & multiplicabitur cognitio.ſub.fidei & rerum ſacrarũ.q.d.ſub aduentum Chriſti erunt homines doctiores quàm antea fuerint, & res diligentius rimabuntur. 5 Duo alii שנים אחרים ſub.Angeli, Perſidis & Græciæ. Fluminis, היאור Tigrim intelligit.

6 Qui *erat*, &c. ׳אשר ממעל וגו .i.qui videbatur ſtare inter ripas amnis.

7 Et audiui ואשמע .i.Qui reſpondit me audiente. Et eleuauit וירם tanquam ſcilicet Deum teſtem inuocans. Ad tempus, temp.& dim. למועד מועדים וחצי in tempus & tempora, & dimidium. ſub. temporis.i.tribulatio iſta duratura eſt per tres annos cum dimidio.quod ita intelligi debere, probatur per id quod in fine ſequitur, Dies mille trecentos. Dimidium ergo non intelligit certum aut præfixum. Poteſt intelligi de tempore certo, aut indefinito.

dimidium *temporis*:″quúmque compleuerit diſpergere manus populi ſancti,conſummabuntur vniuerſa hæc.

8 Ego quidẽ audiui,ſed non intellexi,& dixi,Domine″quid in nouiſſimo horum?

9 Et dixit,″Abi Daniél,quia″clauſa & obſignata ſunt verba vſque ad tempus finis.

10 Mũdabũtur,& dealbabũtur,& repurgabũtur multi: impiè autẽ agẽt impii, nec″intelligẽt oẽs impii:″ſed intelligentes intelligent.

11 A tẽpore autem quo ablatum fuerit iuge ſacrificium,″ad ponendam abominationẽ ſtupendã,*erunt* dies mille ducẽti & nonaginta.

12 Beatus qui expectauerit,& peruenerit vſque ad dies mille″trecẽtos triginta & quinque.

13 Tu autem″vade ad finem *tuum*,″& requieſces,ſtabíſq;″in ſorte tua in fine dierum.

Hucuſque Danielem in Hebraico codice legimus.

ternum,quia in tempus & tẽpora,& dimidium temporis. & quũ completa fuerit diſperſio manus populi ſancti,complebuntur vniuerſa hæc.

8 Et ego audiui,& non intellexi,& dixi,Domine mi,quid erit poſthæc?

9 Et ait,Vade Daniel:quia clauſi ſũt,ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus.

10 Eligentur & dealbabuntur,& quaſi ignis probabuntur multi: & impiè agent impii, neque intelligẽt omnes impii:porrò docti intelligent.

D

11 Et à tẽpore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium,& poſita fuerit abominatio in deſolationem:dies mille,ducenti nonaginta.

12 Beatus qui expectat & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque.

13 Tu autem vade ad præfinitum:& requieſces,& ſtabis in ſorte tua,in finem dierum.

Quæ ſequuntur vſque ad finem libri,de Theodotionis volumine tranſlata ſunt.

Cap. XIII.

Ioacim ducit vxorem Suſannã filiam Helciæ.

1 VIr quidam Babylone habitabat,nomine Ioacim.

2 Qui vxorem duxerat″Suſannam nominatam, Helciæ filiam″egregia forma,ac timore Domini præditam.

3 Parentes etiam eius erant iuſti,″filiámque ſuam in lege Moyſis inſtituerant.

4 Ioacim autem erat homo prædiues″hortum habens ſuis ædibus propinquum,ad quem Iudæi,″quoniam honore cæteris omnibus præſtabat,accedebant.

5 Porrò eo anno duo ſenes ex populo″creati ſunt iudices, de quibus dixit Dominus,″è Babylone profectam eſſe iniquitatem à ſenibus iudicibus qui populum gubernare videbantur.

6 ″Hi frequentes erant domi ipſius Ioacim, ad quos″qui controuerſiam aliquam habebant,accedebant.

7 Fiebat autem,vt quum″populus ipſo meridie digreſſus eſſet,Suſanna ingrederetur ambulans in horto viri ſui.

Eã concupiſcũt duo illi ſenes.

8 Hanc duo ſenes conſpiciebant quotidie ingredientem atque

Cap. XIII.

1 ET erat vir habitans in Babylone,& nomen eius Ioacim.

2 Et accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helciæ,pulchram nimis,& timentem Deum.

3 Parentes enim illius quum eſſent iuſti,erudierunt filiam ſuam ſecundum Legem Moyſi.

4 Erat autem Ioacim diues valde,& erat ei pomarium vicinũ domui ſuæ:& ad ipſum confluebant Iudæi,eo quòd eſſet honorabilior omnium.

5 Et cõſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno(de quibus loquutus eſt Dominus,Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus,qui videbantur regere populum.)

6 Iſti frequentabant domũ Ioacim,& veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.

7 Quũ autem populus reuertiſſet per meridiẽ,ingrediebatur Suſãna,& deambulabat in pomario viri ſui.

8 Et videbãt eã ſenes quotidie ingre-

Quúmque compleuerit,&c. וככלות וגו' quum autem conſummata fuerit diſperſio roboris populi ſancti.i. quũ planè infirmata fuerit virtus populi mei. 8 Quid in nouiſſ.h. מה אחרית אלה: quid *erit in* fine horum?vel,quis erit finis?

9 Abi לך q.d.nihil dicturus ſum aliud,ne cures. Clauſa,&c. סתמים וגו' q.d.hæc nõ planè neq; plenè intelligẽtur donec cõpleãtur.

10 Intelligent יבינו ſub.has prophetias. Sed intelligentes והמשכילים ſed periti.ſub rerum ſacrarum, dabunt operam vt intelligant hoc tempus. 11 Ad ponendam abo.ſtup. ולתת שקוץ שומם ad ſufficiendam *in locum eius* abominationem deſolantẽ ſub.cultũ Dei.

12 Trecentos,&c. שלש מאות וגו Addit ſuperiori ſummæ X L V dies in quibus erit refrigeriũ electis,vt & Matt.24.b.30,Statim poſt tribulationem illorum temporũ apparebit ſignum Filii hominis.Igitur poſt perſecutionẽ iſtã erit pauxilla requies ſanctis ab illa calamitate.

13 Vade לך Imper.Heb.pro fut.vades.q.d.interim morieris,neque hæc videbis. Et requieſces ותנוח ſub in ſinu Abrahæ. In ſorte tua,&c. לגורלך וגו' .i.in hæreditate tua cæleſti & æterna vſque ad finem illius temporis de quo iam dictum eſt ſuprà,verſu 2.

IN CAPVT XIII.

2 Suſannam nominatam,ᾗ ὄνομα σωσάννα,cui nomen Soſanna,aut quæ Suſanna appellabatur. Egregia for.&c. καλὴν σφόδρα, καὶ φοβουμένην τὸν κύριον,formoſam valde,ac timentem Dominum.Hæc mulieris venuſtas cum timore Dei pudoréque coniuncta,ſummam cõmendationem habet.Eſt autem timor Dei verecundiæ modeſtiǽque magiſter & cuſtos.

3 Filiámque ſuam,&c. καὶ ἐδίδαξαν τὴν θυγατέρα αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον μωυσῆ.& docuerant filiam ſuam iuxta Legem Moyſis. Quibus verbis ſignificat eos veram Dei religionem coluiſſe,in eáque liberos ſuos inſtituiſſe. 4 Hortum.Græci παράδεισον à nomine Hebræo פרדס,de quo in Eccleſiaſte,cap.2.a.5,appellant hortum amœniorem atque elegantiorem,tum herbis,tum etiam arboribus conſitum:itaque pro pomario ac viridario accipitur. Quoniam honore,&c. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων.quoniam erat honoratiſſimus omnium. Sunt enim ἔνδοξοι homines honorati,dignitatéque illuſtres.Itaque ſignificat illum honore atque exiſtimatione primũ fuiſſe inter Iudæos.

5 Creati ſunt iud.ἀπεδείχθησαν κριταὶ,deſignati [aut cõſtituti] ſunt iudices.Dicitur enim de magiſtratu declarando,eligendo,ac faciendo. E Babylone profectam eſſe,&c. ὅτι ἐξῆλθεν ἀνομία ἐκ βαβυλῶνος ἐκ πρεσβυτέρων, quòd egreſſa eſt iniquitas ex Babylone à ſenibus. Auget eorum crimen non ſolum perſonæ dignitas,atque authoritas,ſed etiam locus ipſe in quo exulabant,vbi exemplum continentiæ ac ſanctimoniæ cæteris omnibus tum Iudæis,tum Babyloniis dare debebant.

6 Hi frequentes erant,&c. οὗτοι προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἰωακείμ,Frequentabant domũ Ioacim.aut aſſiduè frequentérque in ea verſabantur.προσκαρτερεῖν ἔν τινι. propriè ſignificat perſeuerantem eſſe in re aliqua.hìc ad loci frequentationem ac conſuetudinem refertur. Erat enim ibi locus iudicii,in quo verſabantur. Qui controuerſiam aliquam,&c.οἱ κρινόμενοι.litigantes,aut qui litem habebant.Significat enim κρίνεσθαι ciuiliter ac iudicio contendere,iure ac legibus de re aliqua diſceptare.

7 Populus ipſo meridie digreſſus eſſet,ἀπέτρεχεν ὁ λαὸς μέσον ἡμέρας. diſceſſerat [aut abierat] populus medio diei.id eſt μεσημβρία meridie,vt vertimus:ita enim dicitur quaſi medium diei.

dientem,& deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius.

9 Et euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum,neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.

B

10 Erant ergo ambo vulnerati amore eius,nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum:

11 Erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam,volentes concumbere cum ea.

12 Et obſeruabant quotidie ſolicitius videre eam: dixitque alter ad alterũ,

13 Eamus domum, quia hora prandii eſt. & egreſſi,receſſerunt à ſe.

14 Qúmque reuertiſſent,venerunt in vnum: & ſciſcitantes abinuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam.& tunc in communi ſtatuerunt tempus quando eam poſſent inuenire ſolam.

15 Factum eſt ergo, quum obſeruarẽt diem aptum, ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri & nudiuſtertius, cum duab⁹ ſolis puellis: voluítq; lauari in pomario,æſtus quippe erat.

16 Et non erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſconditos,& contẽplantes eam.

17 Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum,& ſmegmata: & oſtia pomarii claudite,vt lauer.

18 Et fecerunt ſicut præceperat: clauſerúntque oſtia pomarii, & egreſſæ ſunt per poſticũ vt afferrent quæ iuſſerat: neſciebántque ſenes intus eſſe abſconditos.

C

19 Quum autem egreſſæ eſſent puellæ,ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam,& dixerunt,

20 Ecce,oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt: & nos in concupiſcẽtia tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum:

21 Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimoniũ,quòd fuerit tecum iuuenis,& ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.

22 Ingemuit Suſanna,& ait, Anguſtiæ ſunt mihi vndique:ſi enim hoc egero, mors mihi eſt:ſi autem non egero,nõ effugiam manus veſtras.

23 Sed melius eſt mihi, abſque opere incidere in manus veſtras quàm peccare in conſpectu Domini.

24 Et exclamauit voce magna Suſãna:

deambulantem,″adeò vt eius amore libidinoſè exarſerint.

9 Ac mentem ſuam peruerterint,oculos deflectẽtes ſuos, ne in cælum intuerentur,atque iudicia æqua recordarentur.

10 Qúmque eſſent″amore eius vulnerati,neuter tamẽ alteri ſignificabat dolorem ſuum:

11 Propterea quòd pudebat ipſos libidinem ſuam declarare,″quòd conſuetudinem eius appeterent.

12 ″Obſeruabant autem ſtudioſè vt eam quotidie viderent: altérq; alteri,

13 Abeamus(inquiũt)″domum,quoniam iam adeſt tẽpus prandii: ″egreſſíque,alius ab alio digreſſus eſt.

14 Reuerſi autem,eundem in locum conuenerunt, ac quum inter ſe cauſam quærerẽt,tandem libidinem ſuam confeſſi ſunt.″communi verò conſilio tempus conſtituerunt quo illam poſſent ſolam deprehendere.

15 Accidit autem,vt quum illi diem commodum obſeruarent,Suſanna″pro more ſuo quotidiano cum duabus puellis in hortũ ingrederetur:& quoniam″æſtus erat,lauare cuperet.

16 Nec verò quiſquam ibi erat,præter duos ſenes qui latebant, atque eam obſeruabant.

17 Tum Suſanna puellis, Afferte (inquit) mihi oleũ″ſmegmáque vt lauem:& oſtia pomarii claudite.

18 Quæ vt illa imperauerat,fecerunt:ianuíſque pomarii occluſis, ipſæ foribus obliquis egreſſæ ſunt vt afferrent quæ mandata ipſis erant:nec ſenes(quoniam ſe abdiderant)viderunt.

19 Factum eſt vt poſtquam puellæ eſſent egreſſæ,duo ſenes ſurrexerint,ad Suſannámque accurrerint,dicentes,

Ab eis inuaditur.

20 Ecce,oſtia pomarii clauſa ſunt, neque eſt quiſquam qui nos videat: nos autem amore tui capti ſumus: quapropter″morem geras nobis,copiámque tui facias:

21 Si minus, teſtimonium dicemus cõtra te, quòd iuuenis tecum fuerit,eámque ob cauſam puellas abs te dimiſeris.

22 Tum ingemuit Suſanna,ac dixit,″Anguſtiæ me premũt vndiq;: ſiue enim hoc fecero,mors mihi parata eſt:ſiue non fecero,manus veſtras non euadam.

Oppreſſa ingemiſcit & exclamat.

23 ″Veruntamen mihi melius eſt,″hoc flagitio nõ admiſſo, incidere in manus veſtras,quàm in conſpectu Domini delinquere.

24 Simúlque Suſanna voce magna exclamauit : duo etiam ſenes

---

8 Adeò vt eius,&c. καὶ ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτῆς. & fuerunt in concupiſcentia eius. ἐπιθυμίαν accipit pro amore libidinoſo quo ſenes improbè affecti fuerunt.Eſt enim amor(vt ait Plato)appetitio fruendæ pulchritudinis alterius.

10 Amore eius,&c. κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς. compuncti de ea.aut propter eam, id eſt ſaucii eius amore,vt Vergilius de Didone amore, AEneæ correpta,& ſauciata, At regina graui iamdudum ſaucia cura Vulnus alit venis.

11 Quòd conſuetudinem e.&c. ὅτι ἤθελον συγγενέσθαι αὐτῇ. quòd vellent cum ea coire,ac concumbere.id eſt ſtupri conſuetudinem habere,hoc enim ſignificat συγγένεσθαι,idem quod συμμίγνυσθαι commiſceri.

12 Obſeruabant autem ſtud. παρετήρουν φιλοτίμως obſeruabant cupidè. aut diligenter. φιλοτιμία enim ſignificat vehemens animi ſtudium ad rem aliquam.Itaque hoc aduerbium notat improbam eorum curam, & diligẽtiam in perfruendo aſpectu pulchritudinis alterius.

13 Egreſſique alius,&c. καὶ ἐξελθόντες διεχωρίσθησαν ἀπ᾽ ἀλλήλων & quũ egreſſi eſſent,ſunt ſeparati à ſe inuicem. id eſt alius ab alio diſceſſit.

14 Cõmuni verò conſilio κοινῇ cõmuniter. aut ſimul.hoc enim aduerbium ſignificat cõſenſum eorum ac conſilium improbum in deprehendenda Suſanna ſola. 15 Pro more ſuo,&c. καθὼς χθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας.ſicut heri,& tertio die .Significat conſuetudinem eius quotidianã ambulandi in pomario. AEſtus erat,καῦμα,ardor ſolis.qui maximus in ea regione Orientali:itaq; lotio ac refrigeratio illis erat opportuna. 17 Smegmáque καὶ σμῆγμα,Medicamentũ eſt exterſorium,id eſt ad abſtergendum accommodatum, vt eſt ſapo,aut aliud quid,facultatem extergendi habens.à verbo σμέω,aut σμήχω abſtergo.

20 Morem geras nobis, συγκατάθου ἡμῖν,cõſentias[& acquieſcas] nobis.aut obſequere.συγκατάθεσις enim ſignificat conſenſum,& hoc loco obſequium.itaque verti,morem geras.

22 Anguſtiæ me premunt,&c.στενά μοι πάντοθεν Anguſtiæ mihi vndique.Cauſam tantarum difficultatum ſtatim ſubiicit.pericula omni ex parte propoſita,ſiue obſequatur,ſiue eorum libidini obſequium recuſet.

23 Veruntamen mihi melius,&c. αἱρετόν μοι ἐστὶ μὴ πράξασαν. Eligibilius[aut potius]mihi eſt,non faciẽtẽ [aut quum non fecerim] incidere in manus veſtras.αἱρετὸν dicitur in comparatione duorum quæ ad agendum ſunt propoſita,quorum alterum eſt anteponendum alteri in ratione boni & expetendi.itaque verti,melius:quod Græci ſæpe dicunt ἄμεινον. Hoc flagitio non admiſ.μὴ πράξασαν.ſi non fecero.aut commiſero.Eſt enim participium præteriti temporis.Ego rem adiunxi vt apertior eſſet oratio.

aduerſus eam clamauerunt.

Quorum vnus quum cucurriſſet, fores pomarii aperuit.

Quum autem ″clamorem editũ in horto, ″domeſtici audiuiſſent, per ianuam obliquam ″irruerunt, vt viderent quidnã ei accidiſſet.

Accuſatur adulterii à ſenibus.

Poſtquam verò ſenes ″verba ſua expoſuerunt, ſerui ″ſunt maximoperè verecundati: quoniam nihil vnquam tale de Suſanna dictum fuerat.

Quum autem poſtridie populus ad Ioacim maritum illius conueniſſet, duo quoque ſenes acceſſerunt pleni iniquæ cogitationis aduerſus Suſannam ſuſceptæ, vt eam morti addicerent.

Iuſſu eorũ adducitur coram populo.

Ac coram populo dixerũt, Mittite ad Suſannam Helciæ filiam vxorémque Ioacim.

Tum accerſita venit ipſa, & parentes eius ac liberi, omnéſque eius propinqui.

Erat autem Suſanna valde delicata ″& formoſa.

Itaque iniqui eam (quoniam erat velata) iuſſerunt detegi, vt pulchritudine eius ſatiarentur.

Deinde quum propinqui eius flerent, omnéſque qui illam nouerant:

Falſum ſenũ teſtimonium in Suſannam.

Iidem duo ſenes ſurrexerunt in medio populi, manúſque capiti eius impoſuerunt.

Ea verò flẽs in cælum ſuſpiciebat, propterea quòd ″animus eius fiduciam habebat ſuam in Domino.

Dixerunt autem ſenes, Deambulãtibus nobis in pomario ſolis, hæc cum duabus ancillis ingreſſa eſt. quúmque occluſis pomarii foribus ancillas à ſe dimiſiſſet,

Iuuenis qui latuerat, ad eam venit, cum ipſáque concubuit.

Porrò nos in angulo pomarii quum eſſemus, atque huiuſmodi ſcelus vidiſſemus, ad eos accurrimus.

″Deprehẽſíſque in coitu, illum comprehendere non potuimus quòd robuſtior nobis eſſet, ac foribus apertis ″effugiſſet.

Hanc autem comprehenſam quum interrogaſſemus quis eſſet ille iuuenis, nobis indicare noluit. ″horum nos teſtes ſumus.

Morti adiudicatur.

″Quibus cœtus ille fidem habuit, vt & ſenibus, & iudicibus populi, eámque mortis condemnauit.

Oratio eius ad Deum.

Tum verò Suſanna voce magna exclamauit, ac dixit, Deus æterne, ″occultorum cognitor qui noſti omnia, etiam priuſquam fiãt:

Tu ſcis iſtos teſtimonium contra me falſum dixiſſe: en ego morior, quum nihil commiſerim eorum quæ iſti aduerſum me ″malitioſè improbéque ſunt machinati.

Et exaudiuit Deus vocem eius.

exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam.

25 Et cucurrit vnus ad oſtia pomarii, & aperuit.

26 Quum ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerũt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet.

27 Poſtquam autẽ ſenes loquuti ſunt, erubuerũt ſerui vehementer: quia nũquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſãna. & facta eſt dies craſtina.

28 Quúmque veniſſet populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo preſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerẽt eã. D

29 Et dixerunt coram populo, Mittite ad Suſannam filiam Helciæ vxorem Ioacim. & ſtatim miſerunt.

30 Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.

31 Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie.

32 At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decôre eius.

33 Flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant eam.

34 Conſurgentes autem duo preſbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.

35 Quæ flens ſuſpexit ad cælum, erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.

36 Et dixerunt preſbyteri, Quum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarii, & dimiſit à ſe puellas.

37 Venitque ad eam adoleſcens qui erat abſconditus, & cõcubuit cum ea.

38 Porrò nos quum eſſemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri.

39 Et illum quidem non quiuimus cõprehendere, quia fortior erat, nobis & apertis oſtiis exiliuit. E

40 Hãc autẽ quũ apprehẽdiſſemus, interrogauimꝰ quiſnã eſſet adoleſcẽs, & noluit indicare nobis. huius rei teſtes ſumus.

41 Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.

42 Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit, Deus æterne, qui abſcõditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant:

43 Tu ſcis quoniã falſum teſtimoniũ tulerunt contra me: & ecce morior, quum nihil horũ fecerim quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me.

44 Exaudiuit autem Dominus vocem eius.

26 Clamorem editum in hor. τὴν κραυγὴν ἐν τῷ παραδείσῳ. clamorem in horto, ſubaudiendum participium verbi ſubſtãtiui οὖσαν, qui erat in horto. aut excitatum in pomario. Domeſtici οἱ ἐκ τῆς οἰκίας, hi qui erant ex domo. vt ſunt ſerui, & cæteri ex familia. Irruerunt, ἐνεπήδησαν, inſilierunt, aut irruperunt in hortum. vel potius è domo eruperunt cum magno impetu ad clamorem heræ exauditum.

27 Verba ſua expoſuer. εἶπον τοὺς λόγους αὐτῶν, dixerunt verba ſua. id eſt crimina quæ de muliere in adulterio deprehenſa deferebant. Sunt maximopere verecun. κατῃσχύνθησαν σφόδρα. erubuerunt vehementer. id eſt maximo pudore ſunt affecti in huiuſmodi criminatione quæ à moribus & vita pudiciſſimæ fœminæ vehementer abhorret.

31 Et formoſa καὶ καλὴ τῷ εἴδει. & pulchra ſpecie, ſiue forma. Hæc teneritudo mulieris delicatæ, ac pulchritudo in ſupplicio propoſito, erat miſerabilis. 35 Animus eius, &c. ἦν ἡ καρδία αὐτῆς πεποιθυῖα ἐπὶ τῷ κυρίῳ. erat cor eius cõfidens in Domino. aut fretũ cõfiſumque erat Domino. 39 Deprehenſiſque in coitu, καὶ ἰδόντες συγγινομένους αὐτούς. quũ vidiſſemus eos congreſſos. aut coeuntes. de quo verbo antè diximus. Effugiſſet. ἐκπεπηδηκέναι. exiliuiſſet. atque ita elapſus nobis eſſet.

40 Horum nos teſtes ſumus. ταῦτα μαρτυροῦμεν hæc teſtamur. aut teſtificamur.

41 Quibus cœtus, &c. καὶ ἐπίστευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγή. & credidit eis congregatio. ſiue conuentus populi congregati ad iudicium. Eſt enim συναγωγή multitudo populi congregata. 42 Occultorum cognitor ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης. id eſt, qui noſti ea quæ ſunt hominibus abſcondita, atque ignota. Sic dicitur καρδιογνώστης cordium cognitor. Bene autem Suſanna in falſo ſenum teſtimonio, & iudicio iniquo, cauſáque hominibus incognita, ad Deum iudicem ac teſtem occulta cognoſcentem prouocat, eúmque in auxilium appellat.

43 Malitioſè impr. &c. ἐπονηρεύσαντο κατ' ἐμοῦ. malitioſè excogitauerunt [aut conflauerunt] contra me. πονηρεύεσθαι enim dicitur falſus & iniquus teſtis qui crimen fingit ad opprimendum alterum, ἀπὸ τῆς πονηρίας quæ malitia Latinè dicitur.

45 Quúmque duceretur ad mortē, ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel.

46 Ex exclamauit voce magna, Mundus ego ſum à ſanguine huius.

47 Et cōuerſus omnis populus ad eū, dixit, Quis eſt iſte ſermo quem tu loquutus es?

48 Qui quum ſtaret in medio eorum, ait, Sic fatui filii Iſrael, non iudicātes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael?

49 Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium loquuti ſunt aduerſus eam.

F 50 Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes, Veni, & ſede in medio noſtrū, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.

51 Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.

52 Quum ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorū, nūc venerunt peccata tua quę operabaris prius,

Exod.23.a.7

53 Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens & dimittens noxios: dicente Domino, Innocētem & iuſtum non interficies.

54 Nūc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait, Sub ſchino.

55 Dixit autem Daniel, Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim Angelus Dei accepta ſentētia ab eo, ſcindet te medium.

56 Et amoto eo iuſſit venire alterum, & dixit ei, Semen Chanáan, & nō Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.

57 Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatē veſtrā.

58 Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait, Sub prino.

G 59 Dixit autem ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladiū habēs vt ſecet te medium, & interficiat vos.

60 Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna, & benedixerūt Deum qui ſaluat ſperantes in ſe.

Suſcitatur ſpiritus Danielis qui Suſannā liberat.

45 ʹQuúmque ad ſupplicium duceretur, excitauit Deus ſpiritum ſanctumʹpueri ætate minimi, cui nomen erat Daniél.

46 Vocéque magna clamauit, Purus ſum ego ab huius ſanguine.

47 Ad quem ſe populus conuertit, ac dixit, Quis eſt iſte ſermo quē tu loquutus es?

48 Tum ille ſtans in medio eorum, Adeóne (inquit) ſtulti eſtis Iſraelitæ, vt filiam Iſraelisʺnon diſquiſita cauſa, nec apertè cognita, cōdemnetis?

49 Reuertimini ad iudicium: nam falſum iſti contra hanc teſtimonium dixerunt.

50 Itaque tum populus eſt reuerſus, dixerūtque illi ſenes, Huc ades, ac inter nos conſide, nobíſque demonſtra quòd Deusʹad te hoc munus ſenile detulerit.

51 Et Daniél, ʹSeparate (inquit) eos longo interuallo inter ſe, vt ipſos examinem.

52 Poſtquam autem alius ab alio fuit ſeparatus, tum Daniel eorū alterum vocauit, eíque dixit, ʹInueterate in diebus malis, nunc venerunt peccata tua quæ antea committebas,

53 Iniuſta exercens iudicia quum innocentes condēnares, nocentes verò abſolueres: quū Dominus præceperit ne inſontem ac iuſtum occidas.

54 Nunc igitur hanc ſi quidem vidiſti, dic ſub qua arboreʹcongreſſos eos vidiſti. Ille autem reſpondit, ʹSub lentiſco.

55 Cui Daniel, Rectè (inquit) in tuum ipſius caput mētitus es: iam enim Angelus Deiʹaccepta ab eo ſententia te medium diſſecabit.

56 Tum eo ſemoto iuſſit adduci alterum: cui dixit, ʹSemen Chanaan potius quàm Iuda, pulchritudo decepit te, libidóque animū tuum peruertit.

57 Sic agebatis cum filiabus Iſrael: atqueʹillæ metu adductæ vobiſcum conſuetudinem habebant: at verò filia Iuda iniquitatem veſtram nullo modo perpeſſa eſt.

58 Nunc ergo dic mihi, ſub quanam arbore eos coeuntes deprehendiſti? At ille, Sub prino, inquit.

59 Cui Daniel, Rectè tu quoque in tuum ipſius caput mentitus es: ʹiam enim te expectat Angelus Dei gladium gerens, vt te diſcindat medium, vóſque ambos exterminet.

60 Tum vniuerſa cōcio magna voce exclamauit, Deúmque benedixitʹconſeruatorem eorum qui in ipſo ſpem ſuam poſuerunt.

Suſannæ calumniatores à Daniele conuicti, lege talionis plectuntur.

45 Quúmque ad ſupplicium, &c. καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέσθαι. Quum abduceretur, vt periret. id eſt vt lapidaretur, atque ea pœna afficeretur quæ in Lege Moſis in adulteras conſtituta erat. Pueri ætate min. &c. παιδαρίου νεωτέρου puelli iunioris, id eſt admodum pueri, qui in ea ætate nō admodum progreſſus erat: quo mirabilius eſt iudicium Dei per puerum, fœminam innocentem iniquiſſimo iudicio liberantis. 48 Non diſquiſita cauſa, &c. οὐκ ἀνακρίναντες, οὐδὲ τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες. quum non examinaueritis, nec apertū cognoueritis. id eſt cauſa, réque non diiudicata, nec planè cognita, mulierem innocentem capitis damnetis.

50 Ad te hoc munus ſenile, &c. σοὶ ἔδωκεν ὁ θεὸς τὸ πρεσβυτεῖον, tibi dedit Deus munus [aut honorem] ſeniorum. id eſt poteſtatem atque authoritatem iudicandi. quod munus ſenibus committebatur, non pueris & adoleſcentibus, in quibus nulla prudentia iudicio digna eſſe ſolet. In Nouo teſtamento πρεσβυτεῖον accipitur pro authoritate ſacerdotii, atque ipſo ſacerdotio, vt ſenatus Romæ, & γερουσία apud Lacedæmonios, conuentus & conſeſſus ſenum appellabatur. Hic pro officio ac munere iudicandi ac populum gubernandi accipitur.

51 Separate, (inquit) eos longo interuallo, διαχωρίσατε αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων μακράν, Separate eos alium ab alio procul. id eſt vt ſint diſſiti atque inter ſe remoti, vt hoc modo interrogentur.

52 Inueterate in diebus, &c. πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, Inueterate dierum malorū. qui conſenuiſti in diebus malis, id eſt qui omne vitæ tuæ tempus in peccatis, ac maleficiis conſumpſiſti. alludit enim ad ætatem ſenilem, quæ conſumenda erat in rebus bonis ac honeſtis.

54 Congreſſos ὁμιλοῦντας conuerſantes, id eſt συγγινομένους coeuntes, ſignificat conſuetudinem habere. Hic pro congreſſu flagitioſo, & coitu accipiendum eſt. Sub lentiſco. ὑπὸ σχῖνον. Eſt autem lentiſcus arbor perpetuò vireſcens, ac frequens in Gallia Narbonenſi, & Italia, ad purgandos dentes accommodata, viriditate ramorum ac frondium vmbram efficiens peramœnam.

55 Accepta ab, &c. λαβὼν φάσιν παρὰ τοῦ θεοῦ, qui accepit ſententiam à Deo φάσις dicitur ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod aliquando ſignificat τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι ſententiam dicere, aliquid decernere ac ſtatuere, itaque pro decreto iudicis, & ſententia pronuntiata accipitur.

56 Semen Chanaan, &c. σπέρμα χαναὰν καὶ οὐχὶ ἰούδα, ſemen Chanaan, & non Iuda. Ego particula cōparatiua vſus ſum, quæ eandem vim habet quā negatiua. 57 Illæ metu, &c. κἀκεῖναι φοβούμεναι ὡμίλουν ὑμῖν. & illæ metuentes conuerſabantur vobiſcum. id eſt rem, aut conſuetudinem habebant. Significat eas metu ſuperioris poteſtatis ad ſtuprum adductas fuiſſe.

59 Iam e. te, &c. μένει γὰρ ὁ ἄγγελος θεοῦ, Manet enim Angelus Dei. id eſt præſto ac paratus eſt, gladium habens ad tollendum te.

60 Conſeruatorem, &c. τῷ σώζοντι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν. ſeruantem ſperantes in ipſo.

Simul in duos ſenes conſurrexerũt,propterea quòd Daniel eos 61
falſum teſtimonium dixiſſe,ſuo ipſorum ore″conuiciſſet.

″Eos autem affecerunt eo genere ſupplicii, iuxta Moſis Legem, 62
quòd malitioſè in proximum excogitauerant, atque illos morte
mulctauerunt:eo autem die ſanguis innocens fuit conſeruatus.

Et Helcias vxórque eius pro ſua filia Suſanna, cũ Ioacim viro 63
illius,atque omnibus propinquis Deum laudauerunt, ″quòd flagitium in ea deprehenſum minimè fuiſſet.

Daniel verò apud populum ab eo die atque in poſterum ſummus vir habitus fuit. 64

″Quum Rex Aſtyages″conceſſiſſet ad maiores ſuos,Cyrus Perſa 65
regnum eius excepit.

Cap. XIIII.

De idolo Bel & cibo eius,quẽ ſacerdotes vorabant.

V″Iuebat autem vnà cum Rege Daniel, ″ſumma inter omnes 1
eius amicos gloria præditus.

Porrò ſimulachrum Babyloniis erat nomine Bel, in quod ſingu 2
lis diebus duodenas ſimilæ″artabas,ouéſque quadragenas,& ſenas
vini″metretas impendebant.

Ac Rex″colebat illud, atq; vt adoraret, ſingulis dieb⁹ accedebat. 3
Daniel verò Deum adorabat ſuum. Cui Rex dixit, Quare non adoras Belum?

Quoniam(inquit)non veneror ſimulachra″manu facta,ſed Deũ 4
viuum qui cælum & terram cõdidit, ″omniáque animantia in ſua
habet poteſtate.

Monitus à Daniele Rex, pactũ init cum ſacerdotibus,eorúmque dolũ deprehendit.

Cui Rex rurſum, Annõ(inquit)Bel viuus tibi videtur eſſe deus? 5
annon vides quàm multa comedat & bibat?

Tũ Daniél ridens, Ne erres (inquit) Rex, iſte quidẽ intrinſecus 6
eſt″luteus,extrinſecus verò æreus,neque vnquã comedit,ac bibit.

Itaque Rex iratus, ſacerdotes ſuos vocauit,eíſque dixit, Niſi mi 7
hi dixeritis,quis″hoc impendium comedat,moriemini.

61 Et cõſurrexerſit aduerſ⁹ duos preſbyteros (cõuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) fecerúntque eis ſicut malè egerant aduerſus proximum.

62 Vt facerent ſecundum Legẽ Moyſi,& interfecerunt eos: & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

Deut.19.d.19 prouer.19.a.5

63 Helcias autẽ, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus:quia non eſſet inuenta in ea res turpis.

64 Daniel autem factus eſt magnus in cõſpectu populi à die illa & deinceps.

65 Et Rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

Cap. XIIII.

1 ERat autem Daniel conuiua Regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius.

2 Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies ſingulos,ſimilæ artabæ duodecim,& oues quadraginta,viníque amphoræ ſex.

3 Rex quoque colebat eũ,& ibat per ſingulos dies adorare eum:porrò Daniel adorabat Deum ſuum. Dixítque ei Rex,Quare non adoras Bel?

4 Qui reſpõdens ait ei,Quia non colo idola manufacta, ſed viuẽtem Deũ qui creauit cælum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis.

5 Et dixit Rex ad eum, Non videtur tibi eſſe Bel viuens deus?an non vides quanta comedat & bibat quotidie?

B

6 Et ait Daniel arridẽs, Ne erres Rex, iſte eſt enim intrinſecus luteus,& forinſecus æreus, neque comedit aliquando.

7 Et iratus Rex, vocauit ſacerdotes eius, & ait eis, Niſi dixeritis mihi qs eſt qui comedat impenſas has, moriemini.

61 Conuiciſſet. συνέστησεν αὐτοὺς ψευδομαρτυρήσαντας. coegiſſet.id eſt coarguiſſet ipſorum ore falſum teſtimonium dixiſſe. aut eos falſi teſtimonii conuiciſſet. Expreſſit enim ex ipſorum ore ſi non confeſſionem, ſaltem ſignificationem non obſcuram falſi teſtimonii,propter variam eorum reſponſionem. 62 Eos autem affecerunt,&c. καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὃν τρόπον ἐπονηρεύσαντο τῷ πλησίον ποιῆσαι. Et fecerũt eis quomodo malitioſè voluerant facere proximo . id eſt ſtatuerunt in eos eam pœnam quam in proximum improbè machinati fuerant, atque in eius locum ſunt ſubſtituti. 63 Quòd flagitium,&c. ὅτι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα. quod in ea non reperta fuiſſet res inhoneſta,aut turpis & flagitioſa.

65 Quum Rex Aſtyages] Exemplar Toletanum hæc quæ hìc dicuntur de Aſtyage mortuo eiúſque ſucceſſore Cyro, coniungit cum extrema parte hiſtoriæ de Suſanna ſuprà inſtitutæ. Mihi autem hæc videntur potius ſeparanda, & cum hac hiſtoria de Bele ac dracone cõiungenda. Nam Suſanna puero Daniele fuit à ſupplicio vindicata. Hæc verò tum geſta, quum Daniel in ætate multò iam plus prouectus eſſet. Puer enim fuit in aula Regis Nabuchodonoſor educatus cum cæteris pueris : multi autem anni interceſſerunt antequam familiaris conuictor Regis Cyri fuerit. Itaque non malè illi(mea quidem ſententia) ſentiunt, qui hiſtoriam Suſannæ ad initium libri Danielis referunt:hanc verò quam nunc annotamus,ab vltima eius libri parte reſectam dicunt. Conceſſiſſet ad maiores ſuos, προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Appoſitus eſt ad patres ſuos. Scriptura loquens de morte eorum qui fuerunt ex populo Dei, ait eos eſſe collectos ad patres ſuos,vt Geneſ.25.a.8,Vixit Abraham in ſenectute bona,ſatur dierum,& collectus eſt ad populos ſuos. Significat autem hac loquutione alium ſtatum poſt hanc vitam, piis quidem beatum & optatum, impiis verò miſerum atque horrendum. Ita hæc è corpore migratio collectióque ad patres,non ſignificat interitum totius hominis,ſed reliquum vitæ ſtatum. Verbum Hebræum נאסף melius hoc exprimit quàm Græcum προσετέθη,quanquam ſignificat aggregatum.

IN CAPVT XIIII.

1 Viuebat autem vnà cum Rege,&c. καὶ ἦν συμβιώτης τοῦ βασιλέως, erat conuictor Regis. ſignificat autem perfamiliarem illi fuiſſe: hanc enim vitæ interioris coniunctionem ſignificat συμβίωσις conuictus. Summa inter omnes eius amicos gloria præditus. καὶ ἔνδοξος ὑπὲρ πάντας τοὺς φίλους αὐτοῦ.& glorioſus ſupra omnes eius amicos.id eſt præſtans gloria & honore apud Regem cæteris eius amicis omnibus.Erat enim maxima Danielis authoritas magnitudine ſapientiæ Diuinæ comparata.

2 Artabas,ἀρτάβαι,Artaba menſura erat frumentaria apud Perſas,capiens medimnum Atticum & chenicas tres,aut etiam menſura illa capacior. Metretas μετρηταί, ἀπὸ τοῦ μετρεῖν quod metiri ſignificat. Eſt autem menſura liquidorum,quam quidam vertunt amphoram. Sic Iohan.2.a.6.b.8,hydriæ lapideæ capiebant ſingulæ binas aut ternas metretas.

3 Colebat ἐσέβετο venerabatur vt Deum. Ab hoc verbo fit εὐσέβεια pietas,& θεοσέβεια cultus Dei ac veneratio,& σέβασμα numen colendum ac venerandum.

4 Manu facta,&c. χειροποίητα. id eſt arte ac opera artificis effecta: atque ita huiuſmodi dii ſunt γενητοί orti ac nati ex ingenio manúque artificis. Verus autem Deus eſt ἀγένητος & æternus,author effectórque rerum omnium quæ in natura ſunt. Act. 17. f. 24. 26, Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt,hic cæli & terræ quum ſit dominus,non in manufactis tẽplis habitat,nec humanis manibus colitur indigens aliquo,quun ipſe det omnibus vitam & ſpiritum per omnia. Omniáque animantia,&c. καὶ ἔχοντα πάσης σαρκὸς κυρείαν. habentem omnis carnis poteſtatem. Nomine carnis, Hebræi animalia ſignificant quibus Deus quum vult, ſpiritum & impertit vt viuant,& adimit vt expirent ac deficiant. Pſal.104.c.29.30.

6 Luteus,extrinſecus verò æreus, πηλός, & χαλκός, lutum & æs.id eſt,vt ſimulachrum conſtet intus ex terra & argilla:foris verò ex alia materia magis ſolida,& firma.

7 Hoc impendium comedit,τὴν δαπάνην,hanc impenſam,id eſt quod impenditur cibi ac potus pro Bele. Eſt enim δαπανᾶν impendere. Hinc δαπάνη καὶ δαπάνημα ſumptus & impenſa.

Siautem oſtenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et dixit Daniel Regi, Fiat iuxta verbum tuum. 8

Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta, exceptis vxoribus, & paruulis, & filiis. & venit Rex cum Daniele in templum Belis. 9

Et dixerunt ſacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu Rex pone eſcas, & vinum miſce, & claude oſtiũ, & ſigna annulo tuo: 10

Et quum ingreſſus fueris manè, niſi inueneris omnia comeſta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mẽtitus eſt aduerſum nos. 11

C Contemnebant autem, quia fecerant ſub menſa abſconditum introitum, & per illum ingrediebantur ſemper, & deuorabant ea. 12

Factum eſt igitur, poſtquam egreſſi ſunt illi, & Rex poſuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris ſuis, & attulerunt cinerẽ, & cribrauit per totum templum coram Rege, & egreſſi clauſerũt oſtium: & ſignantes annulo Regis abierunt. 13

Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam, & vxores, & filii eorum: & comederunt omnia, & biberunt. 14

Surrexit autem Rex primo diluculo, & Daniel cum eo. 15

D Et ait Rex, Saluáne ſunt ſignacula Daniel? Qui reſpondit, Salua, Rex. 16

Statìmque quũ aperuiſſet oſtiũ, intuitus Rex mẽſam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam. 17

Et riſit Daniel: & tenuit Regem ne ingrederet̃ itrò, & dixit, Ecce pauimẽtũ, animaduerte cuiꝰ veſtigia ſint hæc. 18

Et dixit Rex, Video veſtigia virorũ & mulierum, & infantium. Et iratus eſt Rex. 19

Tunc apprehendit ſacerdotes, & vxores & filios eorum: & oſtenderunt ei abſcõdita oſtiola per quæ ingrediebantur, & conſumebant quæ erant ſuper menſam. 20

Occidit ergo illos Rex: & tradidit Bel in poteſtatẽ Danielis, qui ſubuertit eum, & templum eius. 21

Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonii. 22

E Et dixit Rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere quia iſte nõ ſit deus viuens: adora ergo eum. 23

Dixitque Daniel, Dominum Deũ meũ adoro: quia ipſe eſt Deus viuẽs. 24

Tu autem Rex da mihi poteſtatẽ, & interficiam draconem abſque gladio & fuſte. Et ait Rex, Do tibi. 25

Tulit ergo Daniel picem, & adipẽ, 26

8 Quòd ſi oſtenderitis Belem comedere, Daniel morietur, propterea quòd "in Belem blaſphemus fuit. Et "Daniel Regi, "Fiat vt iubes, inquit.

9 Erant autem ſeptuaginta Belis ſacerdotes, præter vxores eorum & liberos. quúmque Rex cum Daniele in ædem Belis veniſſet,

10 Iidem ſacerdotes Belis dixerũt, Ecce nos foras egredimur, tu verò Rex, appone cibos, vinúmque infuſum ſtatue, clauſámque ianuam "annulo obſigna tuo:

11 Quòd niſi manè reuerſus, omnia à Bele comeſta repereris, moriamur nos, aut aduerſus nos mentitus Daniel.

12 Illi autem "*ſecuri* contemnebant, propterea quòd clandeſtinũ ſub menſa introitum fecerant, per quem ſemper ingrediebãtur, atque ea quæ in menſa poſita erant "auferebant.

13 Egreſſis igitur illis, Rex Beli "cibos appoſuit: ſeruíque Danielis, (vt iuſſi fuerant ab eo) cineres attulerunt, totúmque templum coram Rege conſperſerunt: & egreſſi, ianua clauſa, atque "annulo Regis obſignata, diſceſſerunt.

14 Sacerdotes autem noctu "(quemadmodũ conſueuerãt,) ingreſſi cum ſuis vxoribus ac liberis, comederunt omnia, & biberunt.

15 Quum verò Rex vnà cum Daniele primo diluculo ſurrexiſſet,

16 Saluáne ſunt ô Daniel, ſigilla, inquit? Cui ille, Salua ſunt, ô Rex.

17 Vbi verò primum Rex aperuit ianuam, intuitus menſam, magna voce exclamauit, Magnus es ô Bel, "nec vllus dolus apud te eſt.

18 At Daniél ridens, Regem ne introiret retinuit, ac dixit, Intuere pauimentum, & cuius hæc ſint veſtigia "conſidera.

19 Tum Rex, Veſtigia (inquit) video virorum, mulierum ac puerorum.

Detecta eorum fraude, occiduntur cum vxoribus & filiis.

20 Iratúſque, ſacerdotes cum vxoribus ipſorum ac liberis comprehendit: qui quum ianuas clandeſtinas, quibus ingreſſi, quæ appoſita erant in menſa conſumebant, oſtendiſſent,

21 A Rege ſunt interfecti: "ab eodémque Bel Danieli in poteſtatẽ traditus, qui & ipſum & templum eius ſubuertit.

Daniel Bel euertit, & draconem interficit.

22 Erat autem eodem in loco ingens draco quem colebant Babylonii.

23 Dicítque Rex Danieli, Num etiam hunc dices eſſe æreum? ecce viuit, comedit ac bibit. "non potes negare quin viuus ſit iſte deus: hunc igitur adora.

24 At Daniel, Dominũ (inquit) Deum meum adorabo, quoniam ipſe Deus eſt viuus.

25 Tu verò Rex da mihi poteſtatem: & Draconem iſtum abſque gladio aut fuſte interficiam. Cui Rex, Do tibi, inquit.

26 Daniel ergo picem, ſeuum, & pilos vnà coxit: quúmque ex his

---

8 In Belem blaſphemus fuit. ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν βὴλ. blaſphemauit in Belem, id eſt, eius maieſtatem ac numen contumelia & iniuria affecit, læſit, violauit. Eſt enim blaſphemia maledictum quo maieſtas Dei contumelioſè læditur ac violatur.

Fiat vt iubes, γινέσθω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Fiat iuxta verbum tuum, quibus verbis ſignificat ſe conſentire cum mandato Regis, eiúſque conditionem accipere. 10 Annulo obſigna tuo: σφράγισον ἐν τῷ δακτυλίῳ σου. Signa in annulo tuo, vt videlicet ianuæ à nemine aperiantur, quin apertio cognoſcatur ſublatis ſignaculis. Ita enim res conſignare ſolemus quas conſeruari volumus. Erat autem ſumma authoritas huius conſignationis annulo regio confectæ.

12 *Securi* contemnebant, κατεφρόνουν deſpiciebant, non magnopere curabant, periculum euentúmque rei, ſecuri ac freti illo occulto aditu, quem ſub menſa parauerant, quem nunquam putabant deprehenſum iri. Auferebant. ἀνήλουν tollebant per occultum aditum. Quidam vertunt, conſumebant, quod Græcè eſt ἀναλίσκειν.

14 Quemadmodum conſueuerant κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν, iuxta conſuetudinem ſuam, aut pro more ſuo, vt ſoliti antè erant.

17 Nec vllus dolus, &c. καὶ οὐκ ἔστι παρὰ σοὶ δόλος οὐδὲ εἷς. & nõ eſt apud te dolus, ne vnus quidẽ. id eſt, nulla fraus, & fallacia, quæ tamen eſt in omnibus idolis ac diis fictitiis quorum diſciplina & ſchola, vanitatis ac mendacii omníſque erroris eſt magiſtra.

18 Conſidera. γνῶθι. cognoſce, animaduerte impreſſa veſtigia quorúmne ſint.

21 Ab eodémque Bel Danieli, &c. καὶ ἔδωκε τὸν βὴλ ἔκδοτον δανιήλ. & tradidit Bel dedititiũ Danieli, vt conſtitueret in eum quod vellet.

23 Non potes negare &c. οὐ δύνασαι εἰπεῖν &c. Non potes dicere quòd iſte non ſit Deus viuens. aut, quin iſte ſit Deus viuus.

maſſas confeciſſet, in os draconis iniecit, atque is diruptus eſt. Daniel autem, ´Ecce (inquit) numina veſtra *quæ colitis*.

27 Hoc quum audiſſent Babylonii, vehementer ſunt indignati, cōuerſíque contra Regem, dixerunt, Rex *ſanè* Iudæus factus eſt: qui Belem ſubuertit, & draconem interemit, ſacerdotéſque occidit.

28 Atque etiam ad Regē quum veniſſent, Da (inquiunt) nobis Danielem, aut te domúmque tuam interficiemus.

29 Itaque Rex quum videret ſe ab illis vehementer vrgeri, neceſſitate compulſus, Danielem eis tradidit.

Conîicitur in lacum leonum

30 Atque illi eum in foueam leonum cōiecerunt, vbi ſex dies fuit.

31 Erant autem in fouea ſeptem leones, quibus bina quotidie corpora, ouéſque binæ pro cibo dabantur: eo verò die nihil planè datum eſt vt Danielem deuorarent.

Paſcit eum Habacuc.

32 Porrò erat in Iudæa Habacuc Propheta, qui ´pultē coxerat, & panem intriuerat ´in alueolū, ibátque in agrū vt meſſoribus afferret.

33 Huic dixit Angelus, Defer prādium quod habes, Babylonem, ad Danielem in foueam leonum.

34 Cui reſpondit Habacuc, Babylonem nūquam vidi Domine, foueáque vbi ſit, ignoro.

35 Tum Angelus verticem eius apprehēdit, comáque capitis arreptum atque aſportatum impetu ſpiritus ſui, ´Babylone ſuper foueam leonum conſtituit.

36 Ibi quum Habacuc clamaſſet, Daniel, Daniel (inquiens) accipe prandium quod tibi Deus miſit.

37 Tum Daniel, ´Etiam (inquit) mei meminiſti Deus, nec eos qui te quærunt, diligúntque, deſeruiſti.

38 Simul ſurrexit, & comedit. Angelus autem Domini Habacuc confeſtim in locum ſuum reſtituit.

Rex inueniēs eū à leonibus intactum iubet è lacu educi.

39 Rex verò die ſeptimo venit ad lugendum Danielem. quúmque ad foueam acceſſiſſet, atque introſpexiſſet, ecce Daniel ſedebat *inter leones*.

40 Tum Rex magna exclamans voce, Magnus es (inquit) Domine Deus Danielis, nec eſt alius præter te.

41 Eum autem ex fouea extraxit, in eandémque eos ´qui eius exitii authores fuerant, cōiecit, qui ſubitò coram ipſo ſunt deuorati.

& pilos, & coxit pariter: fecitque maſſas, & dedit in os draconis, & diruptꝰ eſt draco.

27 Et dixit, Ecce quē colebatis. quod quum audiſſent Babylonii, indignati ſunt vehementer: & cōgregati aduerſum Regem, dixerunt, Iudæus factus eſt Rex: Bel deſtruxit, dracone interfecit, & ſacerdotes occîdit.

28 Et dixerunt quum veniſſent ad Regem, Trade nobis Danielē, alioquin interficiemus te & domum tuam.

29 Vidit ergo Rex quòd irruerent in eum vehementer, & neceſſitate compulſus tradidit eis Danielem. B

30 Qui miſerunt eum in lacum leonū, & erat ibi diebus ſex.

31 Porrò in lacu erant leones ſeptem, & dabātur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc nō data ſunt eis vt deuorarent Danielem.

32 Erat autem Habacuc propheta, in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſoribus.

33 Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Babylonē Danieli q̄ eſt in lacu leonū.

34 Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio.

35 |Et apprehēdit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylonem ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui. Ezech. 8.a.3 G

36 Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel, tolle prandium quod miſit tibi Deus.

37 Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquiſti quærentes te.

38 Surgénſque Daniel comedit. Porrò Angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo.

39 Venit ergo Rex die ſeptimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introſpexit, & ecce Daniel ſedens.

40 Et exclamauit voce magna Rex, dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum.

41 Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerāt, intromiſit in lacū, & deuorati ſunt in momento coram eo.

26 Ecce (inquit) numina veſtra, &c. ἴδε τὰ σεβάσματα ὑμῶν. Ecce culturæ veſtræ, aut religiones. σέβασμα eſt à verbo σέβομαι, de quo ſuprà, verſu 3. accipitur autem tum pro cultu ac religione tum pro re cui cultus honóſque diuinus tribuitur, id eſt numine ac maieſtate diuina quæ veneratione mereatur. Sic Paulus 2. Theſſ. 2. b. 4, θεὸν Deum, & σέβασμα coniungit, loquens de Antichriſto qui ſe effert ſupra omnem Diuinam maieſtatem cui cultus religióque debetur ita σέβασμα idem eſt quod θεῖον.

32 Pultem coxerat, ἥψησεν ἕψημα coxerat pulmentum. Eſt enim ἕψημα edulium obſoniúmque aqua coctum. polenta. In alueolum, εἰς σκάφην. Eſt autem σκάφη vas ligneum concauum quod quidam interpretantur peluim. Liuius alueum nominat.

35 Babylone ſuper foueam leonum conſtituit. ἔθηκεν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα ἐπάνω τοῦ λάκκου. poſuit eum in Babylonem ſupra lacum. id eſt aſportatum depoſuit, atque conſtituit.

37 Etiam (inquit) mei meminiſti, &c. ἐμνήσθης γάρ μου. recordatus enim es mei. Mihi non diſplicet vt γὰρ particula pro affirmatiua hoc loco accipiatur, ſanè, certé.

41 Qui eius exitii auth. &c. τοὺς αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. authores perditionis eius. id eſt qui illud periculum exitiúmque ei creauerant, inciderunt in foueam quam parauerant, in quo ſumma Dei iuſtitia, & vt ad Rom. 2. a. 5, Paulus appellat, δικαιοκρισία apparuit.

Prophetia Oſee, Hebraicè הושע

VETVS.

Cap. I.

Verbũ Dñi quod factũ eſt ad Oſee filiũ Beri in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, Ezeciæ regum Iuda, & in dieb⁹ Ieroboã filii Ioas regis Iſrael. 1

Principium loquendi Domino in Oſee: & dixit Dominus ad Oſee, Vade, ſume tibi vxorem fornicationũ, & filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. 2

Et abiit, & accepit Gomer filiam Debeláim: & concepit, & peperit ei filium. 3

B Et dixit Domin⁹ ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael. 4

Et in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel. 5

Et concepit adhuc, & peperit filiã: & dixit ei, Voca nomẽ eius Abſque-miſericordia: quia non addam vltrà miſereri domui Iſrael; ſed obliuione obliuiſcar eorum. 6

C Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Dño Deo ſuo; & non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis & in equitibus. 7

Et ablactauit eã quæ erat Abſq; miſericordia: & cõcepit, & peperit filiũ. 8

Et dixit, Voca nomen eius, Non-populus-me⁹: quia vos nõ populus me⁹, & ego non ero veſter. 9

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Verbum Iehouæ quod fuit ad Howſéay filiũ Beℵerí, in diebus yVziiáh, Iothám, Anház, & Ienhizciiáh Regũ Iehudá, & in diebus Iarobeã filii Ioáws Regis Iwſraℵél.

Quo tempore Oſee pphetauerit.

Principium ſermonis Iehouæ in Howſéay: & dixit Iehouáh ad Howſéay, Vade, accipe tibi vxorem fornicationũ, & filios fornicationum: quia fornicando fornicabitur terra ne *eat* poſt Iehouáh.

Oſee, accepta vxore fornicaria, idololatriam populi ſignificat.

Abiit itaque, & accepit Gómer filiam Dibláim: quæ concepit, & peperit ei filium.

Dixítque Iehouáh ad eum, Voca nomẽ eius Izreyℵél: quoniam adhuc paululũ, & viſitabo ſanguinem Izreyℵél ſuper domum Iehúℵ, ceſſaréque faciam regnum domus Iwſraℵél.

Iehu poſteritatis, & Iſraelitarũ exitium prædicitur.

Erítque in die illa, cõteram arcum Iwſraℵél in valle Izreyℵél.

Et concepit adhuc, peperítque filiam, & dixit ei, Voca nomen eius Lo-runhámah *id eſt conſequuta miſericordiam*: quia non addam vltrà vt miſerear domus Iwſraℵél, ſed obliuiſcendo obliuiſcar eorum.

At domus Iehudáh miſerebor, & ſeruabo eos in Iehouáh Deo ſuo, at non ſeruabo eos arcu & gladio & bello, equis & equitibus.

Ablactauit autẽ Lo-runhámah: & cõcepit *iterum*, peperítque filiũ.

Et dixit, Voca nomen eius, Lo yammí, *id eſt non populus meus*: quandoquidem vos non *eritis* populus meus, & ego non ero veſter *Deus*.

Iudæ abiectio.

IN CAPVT I.

1 Verbum, &c. דבר־וגו׳ Sermo Iehouæ qui factus eſt ad Hoſeam. i. ſermo quem habuit Iehoua cum Oſea: hoc eſt Prophetia Oſeæ. Hebraiſmus. Annotant Hebræi, quia dicitur hîc, Verbũ Domini, &c. ſignificari Oſeã fuiſſe Prophetam Dei, ac verũ Prophetam, nõ pſeudoprophetã. Beℵeri, בארי Aſſerũt Hebræi (tãetſi pluribus nõ probetur) hũc Beeri eũ fuiſſe qui alio nomine dictus eſt Beera, princeps Rubenitarũ, quẽ captiuũ abduxit in Aſſyriã Thilgath-phalnaſar, 1. Paralip. 5. a. 6. Dicunt præterea, quoties Scriptura meminit patris alicuius Prophetæ, innui etiã ipſum patrem fuiſſe verum Prophetã. In diebus בימי Quia tempora cõſtant diebus, idcirco dies accipiuntur pro tempore. 2 Principiũ ſerm. &c. תחלת דבר־וגו׳ Initium locutionis Iehouæ per Hoſeam: dixit enim Iehoua, &c. i. prima prophetia quam inſpirauit Dominus Deus in animũ Hoſee, eſt hæc quæ ſequitur. Poteſt דבר verbum eſſe præteritum, & ſubauditur אשר, propterea quidam vertũt, Initio *quo* loquutus eſt Iehouáh per Hoſeam, dixit ad ipſum Hoſeã. hoc modo redundabit ו in ויאמר. Alii, Quãdo primùm loquutus eſt Iehoua per Hoſeam, tunc, &c. Fornicationum, &c. זנונים וגו׳ . i. fornicariam, & ſuſcipe ex ea filios fornicarios. hoc eſt, natos ex illa matre fornicaria, non quòd fornicata ſit poſt matrimonium. Chaldæus paraph. dicit hoc dictum fuiſſe ipſi Oſee in viſione prophetica tantum, nempe in ſomnio, non reipſa: quem ſequuntur doctiſſimi Hebræorum. Solent autem Prophetæ carpere populum aliquando verbis, aliquando ſymbolis & ſignis. id quod fit initio huius prophetiæ, Propheta refert Deum. Vxor fornicaria, Synagogam. Filii fornicariæ, eos quos docuit Synagoga. hoc ergo ſigno & ſymbolo voluit oſtendere Synagogam Iſraeliticam defeciſſe à ſponſo ſuo Deo per idololatriam quam Scriptura fornicationem vocat. Summopere enim deteſtatur idololatriam. Notandum poſtremò, Prophetas circa duo potiſſimùm verſari: circa terrorem, dum ponunt nobis ob oculos peccata noſtra: & circa conſolationẽ, propoſito nobis Chriſto: vt in hac prophetia perſpicitur, in qua inuehitur Propheta in idololatriam Iſraelitarum: ob quam prædicit illis ac interminatur futuram captiuitatem. Simul tamen conſolatur eos aduentu Chriſti. Fornicabitur תזנה Fut. Heb. pro præt. vt quidam vertunt, fornicata eſt hæc regio ne ſequeretur Dominũ. Ne *eat* poſt Iehouáh. מאחרי יהוה: Ad verbũ, de poſt Iehouáh. i. deſtitit ſequi & colere Iehouam: dereliquit eum, & coluit deos alienos. 3 Abiit itaque, וילך q. d. In oſtenſione illa prophetica viſus eſt ſibi iuiſſe, & accepiſſe. Gómer filiã Dibláim: את־גומר בת־דבלים Dicunt Hebræi, hæc nomina eſſe fictitia, & Gómer ſignificare conſumptionem: & Dibláim, palathas duas quibus animi & corporis voluptates intelliguntur, quæ pariunt conſumptionem & interitum.

4 Adhuc paululum, & viſit. עוד מעט ופקדתי Hebraiſmus, breui viſitaturus ſum, hoc eſt vlturus ſanguinem fuſum, ſiue cædem factã in Iezrahel, & ceſſare faciam, &c. Hac re Propheta oſtẽdebat futurum vt decem tribus irent in captiuitatem, & deſtrueretur regnum Iſrael propter idololatriã. Sanguinẽ Iezr. את־דמי יזרעאל Ad verbũ, ſanguines. i. cædem, hoc eſt ſanguinem Naboth in illo loco effuſum, quem vltus eſt Iehu, qui iuſſu Domini occidit filios Achab. 2. Reg. 10. b. 7. Iezrahelis ideo meminit quòd Samaria & Iezrahel erant ſedes regia regni Iſraelis. 5 Conteram ושברתי Ad verbum, & conteram. vel confringam. ו tantum conuertit Præt. in Fut. Arcũ את־קשת Hoc vno inſtrumento, reliqua omnia bellica inſtrumenta intelligit. q. d. robur regni Iſrael. In valle Iez. בעמק יזרעאל: Quidã Samariã intelligunt.

6 Obliuiſcendo, &c. : נשא אשא להם à נשה obliuiſci, & א eſt loco ה. Alii à נשא deducunt, vt Chaldæus paraph. ſed ſi conuerſi fuerint [aut reſipuerint] remittendo remittam eis. ſiue, parcendo parcam eis. Doctus inter Hebræos exponit, ſed eleuando eleuabo ſuper eos, nẽpe את־האויב inimicũ qui illos ducat captiuos, & illorum deſtruat terram. Alii להם pro אותם poſitum eſſe volunt, vertentes, ſed tollendo tollam eos. ſub. à conſpectu meo. vt ſignificet regnum Iſraelis nunquam inſtaurandum. nam Iſraelitæ qui abierant in captiuitatem Aſſyriorũ, nunquam reuerſi ſunt, aut certè pauciſſimi. vel, portando portabo eos. ſub. ad terram inimicorum ſuorum. Alii, quia parcendo peperci eis. vt ſit fut. pro præt. q. d. hucuſque peperci eis, quia illorum miſertus ſum: ſed non addam vt amplius miſerear.

7 In Iehouáh Deo ſuo, ביהוה אלהיהם per Iehouam Deum ſuum. i. me authore, ope mea, non ope humana. loquitur de ſe in tertia perſona. q. d. Mitius tamen agam cum regno Iuda. per hoc ſignificat inſtaurationem regni Iuda ſub Cyro. At non ſeruabo eos ולא אושיעם Iſtud intelligitur de illa liberatione qua liberati ſunt ab obſidione Sennacherib. Hîc non ſeruatur ordo hiſtoriæ: aut vertendum. poſtquam ſeruauero. Et bello, ובמלחמה id eſt inſtrumentis bellicis.

9 Et dixit ויאמר nempe Deus ad eum. Lo-yammi לא עמי Vaticinatur hîc dura contra regnum decem tribuum: prædicit enim fore vt deſtituantur Iſraelitæ verbo Dei, prophetiis, & gratiis. id ablactatio ſignificat: nam lac, verbum Dei ſignificat, promiſſiones & prophetias.

″Erit autẽ numerus filiorum Iשּׂraאél ſicut arena maris quæ nec 10
Gẽtiũ vocatio.
menſuratur, neque numeratur. & erit, pro eo quod″dicebatur eis,
Non populusmeus vos:″dicetur eis, Filii Dei viuentis.

Vtriuſque populi coniunctio ad caput vnũ, Chriſtum.

Et congregabũtur filii Iehudáh & filii Iשּׂraאél pariter, ponént- 11
que ſibi caput vnũ, & aſcẽdent″è terra: quia″magnus dies Izreyאél.

Cap. II.

Cõuerſo populo præcipit vt impiam Synagogã ad pœnitentiam vocet.

DIcite fratribus veſtris, Populus mi: & ſororibus veſtris, Ru- 1
nhámah.

ʹExpoſtulate cum matre veſtra, expoſtulate: quoniam ipſa non 2
eſt vxor mea. & ego″non *ſum* vir eius: vt auferat″fornicationes ſuas
à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum:

Ne fortè″expoliem eam nudam, ″& ſtatuam eam ſecundũ diem 3
natiuitatis ſuæ, ponámque eam″tanquã ſolitudinem, ponam *inquam*
eam velut terram ″inuiam, & enecem eam ſiti.

Fornicationes eius recenſet, additis minis.

Filiorũ quoq; illius nõ miſerebor: quia filii ″fornicationũ ſunt. 4

Fornicata eſt enim mater eorum, ″pudore affecta eſt, quæ conce 5
pit eos: dixit nãq;, ″Vadã poſt amatores meos dantes panẽ meum,
& aquas meas, lanã meam″& linũ meũ, oleum meũ, & potũ meũ.

Propterea en ego″ſepiam viam tuã ſpinis, & ſepiam ſepem, ″& 6
″ſemitas ſuas non inueniet.

Sequetur enim amatores ſuos, ″& non apprehendet eos: quæret 7
quoque eos, & non inueniet: tunc dicet, Vadam, & reuertar ad vi-
rum meum″priorem: quia bene mihi fuit tunc magis quàm nũc.

Et ipſa neſciebat quòd ego dediſſem ei frumentũ & vinum, & 8
oleũ: imò argentũ *quod* multiplicauerã ei, & aurũ″fecerũt in Báyal.

Idcirco″conuertar, & ſumam frumentum meum tempore ſuo, 9
& vinum meum tempore ſuo: auferámque lanam meam & linũ
meum, quæ dederam ad tegendam ″ignominiam eius.

″Nunc autem reuelabo ſtultitiã eius″in oculis amatorum eius, 10
& nemo eripiet eam de manu mea.

Ceſſare quoque faciã vniuerſum gaudiũ eius, ſolennitatẽ eius, 11
neomeniã eius, & שּׂabbathum eius, & omnem feſtiuitatem eius.

Deſolabo item vineas eius & ficus eius, eo quòd dixit, ″Merces 12
ſunt mihi, quam dederunt mihi amatores mei, ″& ponam eas in ſyl
uam, & comedent eas beſtiæ agri.

10 Et erit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur.‖ & erit, in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filii Dei viuentis. Rom.9.f.26

11 Et congregabuntur filii Iuda & filii Iſrael pariter, & ponẽt ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

Cap. II.

1 DIcite fratribus veſtris, Populus meus: & ſorori veſtræ, Miſericordiam conſequuta.

2 Iudicate matrem veſtrã, iudicate: quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum:

3 Ne fortè expoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ: & ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam ſiti.

4 Et filiorum illius non miſerebor: quoniam filii fornicationum ſunt.

5 Quia fornicata eſt mater eorũ, cõfuſa eſt quæ cõcepit eos, quia dixit, Vadam poſt amatores meos qui dãt panes mihi, & aquas meas, lanã meã & linũ meum, oleũ meum, & potũ meũ.

6 Propter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet.

7 Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & nõ inueniet: & dicet, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc, magis quàm nunc.

8 Et hæc neſciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum: & argẽtum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.

9 Idcirco cõuertar, & ſumam frumẽtum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.

10 Et nũc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir nõ eruet eam de manu mea.

11 Et ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolennitatem eius, neomeniam eius, ſabbathum eius, & omnia feſta tempora eius.

C

12 Et corrumpam vineam eius, & ficũ eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei. & ponam eam in ſaltũ, & comedet eam beſtia agri.

10 Erit autem והיה Solent Prophetæ poſteaquam interminati fuerint, mox ſubiungere conſolationem. Iſtud igitur intelligi debet de Iſraele fideli, & vero Abrahæ filio. q.d. hoc quod dixi, intelligi debet de iis qui permanſuri ſunt in incredulitate. nam alioqui numerus, &c. acſi dicat, Non ſunt autem omnes perituri, imò numerus filiorum Eccleſiæ erit maximus. Dicebatur יאמר Fut. Heb. pro præt. imp. & ſub. à Domino, vel ab omnibus. Gentium vocationem prædicit. Dicetur יאמר ſub. à Deo.

11 E terra: מן־הארץ ſub. captiuitatis. i. liberabuntur à captiuitate. qui enim redibant è captiuitate, dicebantur aſcendere è terra captiuitatis ſuæ. Magnus גדול. i. celeberrimus & maximus.

IN CAPVT II.

2 Expoſtulate, &c. ריבו וגו׳ Increpate matrem veſtram, increpate. Alloquitur fideles credentes Chriſto, qui deſcenderunt ex Synagoga, vt Apoſtoli, & Iudæi alii. Inuitat Synagogam ad reſipiſcẽtiam. q.d. Arguite eam quòd deſierit eſſe vxor mihi, non ſeruãdo mihi fidem, quando conuertit ſe ad idola: non gerit ſe pro vxore erga me, ob id non debeo illi præſtare quæ fideli vxori maritus præſtare ſolet. Nõ *ſum* לא non *ero*. Fornicationes ſ. &c. זנוניה וגו׳ Alludit ad ritũ ſcortorũ quæ nimio ornatu allicere ſolent amatores ſuos. q.d. deponat à ſe mundũ muliebrem, & ornatũ meretriciũ allicientem & inuitantẽ ſcortatores ad fornicationem & adulteria, ornatũ ſcilicet faciei. i. capitis, & pectoris. 3 Expoliem eam nudam, אפשיטנה ערומה. i. ita ſpoliem vt remaneat nuda. Et ſtatuam, &c. והצגתיה וגו׳. i. reſtituam eam in eum ſtatum in quo erat die quo nata fuit: hoc eſt reddam eam nudam. Tanquam ſolit. כמדבר tanquam deſertum. Inuiam, ציה Ad verbum, ſiticuloſam, vel arentem. 4 Fornicationum ſunt. זנונים המה׃. i. nati matre fornicaria.

5 Pudore aff. eſt, הובישה ignominioſa admiſit. Vadam poſt amat. m. אלכה אחרי מאהבי. Sequar amatores meos. i. adhærebo idolis, & colam ea, quòd largiantur mihi neceſſaria omnia.

6 Sepiam שך Præſ Heb. pro fut. Et ſemitas ſuas, &c. ונתיבותיה וגו׳ Mutatio perſonæ. i. ita vt non poſſit egredi, nec exire quò velit.

7 Et non appreh. e. ולא־תשיג אותם. i. & non aſſequetur eos. q.d. non fruetur illis, non fruetur ope idolorum quæ ſequetur. Priorem; הראשון nempe Deum. 8 Fecerunt in Baal. עשו לבעל׃ fecerunt pro Baal. i. inſumpſerunt in conflando & ornando Baal.

9 Couertar, אשוב auertar. reuertar. i. quaſi pœnitudine, ſiue pœnitentia ductus, & mutata ſententia detraham illi quod tempore ſtatuto dare ſolebam. Ignominiam e. ערותה׃ nuditatem eius. id eſt pudenda.

10 Nunc autem reuelabo ועתה אגלה Nunc autem manifeſtabo. vel notam faciam. Nunc autẽ. i. breui. In oculis amat. e. לעיני מאהביה. i. ſpectantibus amatoribus eius, AEgyptiis & Aſſyriis cum quibus fornicabatur relicto Deo ſponſo & marito.

12 Merces אתנה. i. ſunt merces mea. Significat propriè mercedem ſiue præmium quod datur ſcorto. Et ponam eas in ſyluam, námque eos [nempe filios Synagogæ] in ſaltum. i. reddam eos ſimiles ſaltui, in quo verſantur, & ſæuiunt feræ & animalia noxia. vel, & ponam eos in ſaltu, ſiue loco ſaltus. i. in regione hoſtium ſuorum. vt Beſtias vocet hoſtes. ושמתים ליער

Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accẽdebat incenſum, & ornabatur inaure ſua & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus.

Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius.

Et dabo ei vinitores eius ex eodẽ loco, & vallem Achor ad aperiẽdam ſpẽ: & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcẽſionis ſuæ de terra AEgypti.

Et erit in die illa (ait Dominus) vocabit me Vir meus: & nõ vocabit me vltrà Baali.

Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum.

D Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cũ volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcũ, & gladium, & bellum cõteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

Et ſpõſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus.

Et ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus.

Et erit in die illa, exaudiã (dicit Dominus) exaudiam cælos, & illi exaudient terram:

Et terra exaudiet triticum, & vinũ, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel.

Rom.9.e.25 1.pet.2.b.10

Et ſeminabo eam mihi in terram, & miſerebor eius quæ fuit Abſque-miſericordia: & dicam Non-populomeo, Populus meus es tu: & ipſe dicet, Deus meus es tu. Cap. III.

ET dixit Dominus ad me, Adhuc vade, dilige mulierem dilectam amico & adulteram, ſicut diligit Dominus filios Iſrael: & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum.

Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

13 Et viſitabo ſuper eam″dies Bayalím quibus adolebat *thus*, & ornabat ſeſe inaure ſua & monili ſuo, ibátque poſt amatores ſuos, mei autem oblita eſt, ait Iehouáh.

14 Propterea en ego ″ſeducam eam, & deducam eam″in deſertum, loquárque″ad cor eius.

Vltimã eiuſdem conuerſionem prænuntiat.

15 Et dabo ei vineas ſuas″inde,″& vallem yAchór, in oſtium ſpei: canétque ibi″iuxta dies iuuentutis ſuæ,″& iuxta diem quo illa aſcendit è terra Mixſráim.

16 Et erit, in die illo (ait Iehouáh) vocabis *me* אIשſí, nec vocabis me vltrà″Bayalí.

17 Auferam enim nomina″Bayalím de ore eius, nec memorabuntur vltrà nomine ſuo.

Pax in regno Chriſti.

18 Et percutiam″eis fœdus in die illa cum beſtiis agri, & cum volucribus cæli, & reptilibus terræ: & arcum, & gladium,″& bellum″cõteram de terra, dormiréque faciam eos ſecuré.

Iuſtitia, Iudicium, Miſericordia, Fides.

19 Et deſponſabo te mihi in ſempiternum, deſponſabo te mihi inquam in iuſtitia, & iudicio, & miſericordia, & miſerationibus.

20 Et deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces Iehouam.

21 Erit autem in die illa, exaudiam (dicit Iehouáh)″exaudiam *inquam* cælos, & ipſi exaudient terram:

22 Terra verò ″exaudiet triticum & vinum & oleum: & hæc″exaudient ipſum Izreyאél.

Gentium cõuerſionem reperit.

23 ″Et ſeminabo eã mihi in terra, ″miſerebórque ipſius Lo-ruhnámah: & dicã ad Lo-yammi, Populus meus *es* tu: & ipſe dicet *mihi*, Deus meus *es*.

Cap. III.

Dei erga Iſraelitas peccatores, amor.

1 ET dixit Iehouáh ad me, Rurſum vade, ama mulierem dilectam″amico, & adulteram,″ſicut diligit Iehouáh filios Iשſraאél: ipſi autem reſpiciunt ad deos alienos, & amant″lagenas vuarum.

2 Comparaui itaque eam mihi quindecim″argenteis, & coro hordei, atque dimidio coro hordei.

13 Dies Baעalim ימי הבעלים .i.flagitia quæ admiſit tempore quo coluit idola. Seipſum mox declarat.

14 Seducam eam, מפתיה Præſ.Heb.pro fut.in quo י eſt loco ה radicalis literæ. Alii, lactabo eam. ſiue lactaturus ſum.i.ſuaſurus ſum illi. In deſertum, המדבר in ipſum deſertum. vbi ſcilicet aberit ab idolis. Ad cor eius. על־לבה׃ iuxta cor eius. Hebraiſmus, pro, illic alloquar eam blandis verbis, & plenis conſolatione, vt ſcilicet ad me reuertatur: annuntiabo illi Euangelium meum.

15 Inde, משם illinc.i.ab eo deſerto.q.d. vineæ ipſius incipient ab ipſo deſerto. Reſpicit quod antè dixerat, verſu 11, vineas & ficus. acſi dicat, Si voluerit acquieſcere verbis meis, dabo illi copiam bonorum temporalium, per quæ & ſpiritualia intelligũtur. Et vallẽ עAchór, ואת־עמק עכור Achor turbationem ſignificat. Vallis ita dicta fuit quòd in ingreſſu Terræ ſanctæ, populus Iſraeliticus propter ſcelus Achan turbatus ſit.q.d. Non erit in iſta mutatione tale initium quale fuit in ingreſſu Terræ ſanctæ. illic fuit turbatio: hic, nempe initio Eccleſiæ, læta & proſpera omnia. Dixit autem, In oſtium, ſiue ingreſſum, & introitum ſpei & expectationis, vt Latini loquuntur, fores amicitiæ aperire, hoc eſt occaſionem dare amicitiæ ineundæ: ſic ſpei. Iuxta dies iuuent.ſ. כימי נעוריה vt tempore iuuentutis ſuæ, in qua ætate præ lætitia canitur & ſaltatur. Et iuxta diem, &c. וכיום עלותה וגו׳ .i.& vt tempore quo liberata fuit è ſeruitute AEgyptiaca. alludit ad canticum Moſis.

16 אIשſí, אישי .i.vir, vel maritus meus. Baעali. בעלי׃ Hæc vox Dominum, vel maritum meum ſignificat.q.d. quando vocabis me poſthac, non vteris hoc vocabulo Baal, nam hoc nomen malè audit & ſonat, quòd eo nomine vocent idolum ſuum. idcirco in deteſtationem idololatriæ, deſines me vocare Baali.

17 Baעalim הבעלים Id eſt idolorum quæ domini dicebantur.

18 Eis להם .i.in gratiam illorum, fidelium ſcilicet.q.d. præcipiam illis ne noceant fidelibus. Hæc dicuntur iuxta id quod apud Dauidẽ legitur, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, Pſal.91.d.13. Et, Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Marc.16.d.18, Promittit fidelibus tranquillitatem & pacem ſummam tempore Euangelii, nec aliquid illis nociturum. Et bellum ומלחמה .i.reliqua inſtrumenta bellica, vt cap.1.c.7. Summam pacem promittit, adumbrantem pacem internam. Luc.2.b.14, Et in terra pax. Conteram אשבור confringam.i.confringendo auferam è regionibus in quibus habitauerint.

21 Exaudiam *inquam* cælos, אענה את־השמים Id eſt ſinam vt cælum, quod antea clauſum erat, tunc fundat ac demittat rorem ſuum, imbrem & pluuiam ſuper terram: quaſi id petat cælum. Cæli præterea reſpondebunt votis terræ quæ humorem deſiderat.

22 Exaudiet trit. תענה את־הדגן tanquam triticum poſtularet vt terra produceret ipſum.i. proferet terra triticum, &c. deſiderant enim hæc humorem terræ. Exaudient ipſum Izreעאel. יענו את־יזרעאל .i.reſpondebunt votis fidelium, qui Izreעאel.i.ſemen Dei dicuntur.

23 Et ſeminabo, &c. וזרעתיה לי בארץ Hebraiſmus, pro, ſpargam eam inſtar ſementis ſuper terram. Miſerebórque, &c. ורחמתי וגו׳ Id eſt miſerebor eius quæ antea miſericordiam non erat conſequuta.q.d. ego illos qui antea non erant populus meus, agnoſcam pro filiis, & ipſi viciſſim agnoſcent me pro Deo ſuo.

IN CAPVT III.

1 Amico, רע ſocio. vel ſodali.i.mulierem quæ quum vnicè adamatur à marito ſuo, adulterium tamen committit. Hæc facta ſunt in viſione prophetica. Mulier iſta Synagogam Iudæ repræſentat, quam fauore ſuo proſequutus eſt Deus, reiecto Iſraele. Hic perſonã Dei ſuſtinuit Propheta. Sicut diligit Ieh, &c. כאהבת יהוה וגו׳ Ad verbum, ſecundum dilectionem Iehouæ ad filios Iſrael. Lagenas vuarũ. אשישי ענבים׃ Id eſt lagenas plenas vino expreſſo ex vuis. His rebus deſcribitur adulterium Synagogæ quæ non ſolum coluit deos alienos, ſed & voluptatibus dedita fuit & deliciis, quæ per cados & lagenas ſignificantur.

2 Argenteis, כסף ſub. nummis. Hæc doctiores referunt ad dotem quam illi dedit, quum eam accepit. Per hanc autem dotem beneficia illa innumera ſignificat quæ Deus contulit in Synagogam à tempore liberationis AEgyptiacæ.

Eorum abiectio.

3 Et dixi ad eam, Diebus multis'manebis mihi: non fornicaberis, nec eris viro alteri:& etiam ego non ingrediar ad te.

4 Nã diebꝰ multis manebũt filii Iѡſraɴél'abſq; Rege & abſq; principe, & ſine *ullo* ſacrificio"& ſine ſtatua,'&ſine ɴephód &theraphim.

Eorũdẽ ad Chriſtum reuerſio.

5 Poſtea reuertẽtur filii Iѡſraɴél, & requirent Iehouã Deum ſuũ, "& Dauid Regem ſuum,"& pauebũt ad Iehouam,"& ad bonum eiꝰ "in nouiſſimo dierum.

Cap. IIII.

Peccata populi Iſraelitici recenſentur.

1 AVdite verbum Iehouæ, filii Iѡſraɴél, quia"diſceptatio ipſi Iehouæ cum habitatoribus huius terræ: nulla enim *eſt*"veritas, nulla miſericordia, nulla cognitio Dei in terra *hac*.

2 *sed*"peierare, & mentiri, & occidere, & furari, & adulterari, fregerunt *ſeptum Legis*,"& ſanguis ſanguinem contigit.

3 Propterea'lugebit terra, '& infirmabitur quicunque habitat in eã,'cũ beſtiis agri, & volucribꝰ cæli, quin & piſces maris'colligẽtur.

4 Veruntamen,' nemo cõtendat, nemo arguat, quũ populus tuus "ſimilis *ſit* contendentibus *cum* ſacerdote.

5 Corrues igitur"hoc tempore, & corruet etiam propheta tecum, *ut corruit quis* nocte,'ſuccidámque matrem tuam.

6 'Succidetur populus meus, eo quòd *ſit* abſque ſcientia: quia tu ô *ſacerdos* ſciẽtiam'ſpreuiſti, ſpernã te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & quia oblitus es Legis Dei tui, obliuiſcar'filiorũ tuorũ etiã ego.

7 'Secundum multitudinem eorum, ita peccauerũt mihi: *propterea* "gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8 'Peccatum populi mei"comederunt,"&ad iniquitatem eorũ attollunt animum ſuum.

9 'Erítque vt populus, ita ſacerdos:& viſitabo 'ſuper eũ vias eius,

3 Et dixi ad eam, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego expectabo te. B

4 Quia dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege & ſine principe, & ſine ſacrificio & ſine altari, & ſine ephod & ſine theraphim.

5 Et poſt hęc reuertentur filii Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum: & pauebunt ad Dominũ, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

Cap. IIII.

1 AVdite verbũ Domini filii Iſrael, quia iudicium Domino cũ habitatoribus terræ: nõ eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & nõ eſt ſciẽtia Dei in terra.

2 Maledictum & mendacium & homicidium, & furtum & adulteriũ inũdauerunt, & ſanguis ſanguinẽ tetigit.

3 Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cęli: ſed & piſces maris congregabuntur.

4 Veruntamen vnuſquiſque non iudicet, & nõ arguatur vir: populus enĩ tuus ſicut hi qui cõtradicũt ſacerdoti.

5 Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecũ: nocte tacere feci matrem tuam.

6 Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fũgaris mihi: & oblita es Legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorũ & ego

7 Secũdum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8 Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.

9 Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias eius, & co- Eſa.24.a.2

3 Manebis mihi: תשבי לי ſedebis mihi.ſub.vidua.i.multo tempore ſedebis tanquam vidua derelicta à me ad tempus:nõ tamen interim coles idola:ego dimittam te ſicut vir dimittere ſolet vxorem ſuam adulteram.Prædicit abiectionem Synagogæ à Domino Deo.Hæc autem acciderunt Iudæis ſub aduentum Chriſti:ab eo enim tempore non coluerunt idola,& tamen Deus deſtituit illos.

4 Abſque Rege אין מלך ſub.de genere ſuo. fuerunt enim à tempore Chriſti ſubditi Regibus & Principibus alienigenis. Et ſine ſtatua, ואין מצבה Singul.Heb.pro plur.ſine ſtatuis.ſub.idolorum.i.non colent deos alienos.q.d.Neque Deo,neque idolis ſacrificabunt.

Et ſine ɴephód & theraphim. : ואין אפוד ותרפים Doctus inter Hebræos exponit,Sine ephod Dei,quo annũtiabantur futura per ſacerdotes:& ſine theraphim idolorum,per quæ etiam nuntiabantur futura.nam theraphim ſimulachra erant quæ reſponſa dare ſolebant.

5 Et Dauid ואת דויד .i.filium Dauidis,Chriſtum.Hìc nomen aui ponitur vice nepotis:quod frequens eſt in prophetiis de Chriſto.

Et pauebunt ad Iehouam, ופחדו אל־יהוה .i.reuerebuntur Iehouam audito nomine eius. Et ad bonum eius ואל־טובו .i. Chriſtum per quem ſumus experti bonitatem & beneficentiam eius. Alii bonitatem interpretantur,gloriam & maieſtatem Dei. In nouiſſimo dierum. : באחרית הימים nouiſſimum,ſiue finis dierum in Sacris literis ſignificat tempus aduentus Meſſiæ, aliquando etiam finem mundi,& tempus illud proximum vltimo iudicio.

IN CAPVT IIII.

1 Diſceptatio ריב contentio.expoſtulatio. rixa.q.d.Audite ſermonem quo increpaturus eſt vos Dominus per me.iuſtè enim expoſtulaturus eſt cum incolis huius terræ,habet quod expoſtulet cum Iſraelitis. In libris Prophetarum non ſolum vaticinia & prophetiæ continentur, ſed etiam increpationes & comminationes. Initio huius capitis commendat iuſtitiam Dei in puniendis peccatis: arguens ſimul Iſraelitas quòd peccarent in proximum ſuum. Veritas, אמת Veritatem intelligit conſtantiam in dictis, factiſque.q.d.nemo eſt qui ſeruet fidem proximo.nullus pauperum miſeretur. 2 Peierare,&c. אלה וכחש וגו׳ Infinitiui Heb.pro præſentibus,vt quidam vertunt,Maledicunt,& mentiuntur,& cædem faciunt,& furantur,& adulterium committunt,effringũt. ſub.ſepta,vel clauſtra mandatorũ Dei. Alii,Peierare,&c.erumpunt, inſtar ſcilicet diluuii. Alii,Periurium & mendacium & homicidium,& furtum,& adulterium creuerunt.Chaldæus paraph.Peierant incolæ huius terræ,mentiuntur,&c.perfringunt,ſub.ſepem mandatorum Dei. Et ſanguis,&c. ודמים וגו׳ & cædes cædem contingit.vel attingit.cædes cædi continua eſt.Hebraiſmus,multæ ac crebræ cædes fiunt.

3 Lugebit תאבל .i.deſolabitur:quòd qui deſolatur,videatur quaſi lugere. Et infirmabitur ואומלל & debilitabitur.imbecillis erit.Alii,ſuccidetur. Cum beſtiis בחית Notandum ב pro עם cum. Colligentur. : יאספו .i.tollentur de medio,& morientur.

4 Nemo contendat איש אל־ירב nemo diſceptet.aut expoſtulet.i.conetur contendere cum populo huius regionis.nam id fruſtra facturus eſt:quum nullam correptionem admittant. Similis *ſit* contend. כמריבי Ad verbum,ſicut cõtendentes.q.d.fruſtra corripiat quis homines huius regionis,quum etiam [vel certè,nam כ interdum certitudinem rei notat] in ipſos ſacerdotes(quorum eſt officium Legem docere,& carpere vitia)inſurgant. 5 Hoc tempore, היום Id eſt breui,ſiue propediem.Quidã vertunt,interdiu:& exponunt,rebus adhuc integris. Succidámque matrem tuam. : ודמיתי אמך Id eſt,perdam generationem iſtam.

6 Succidetur נדמו Excidẽtur.i.Perdẽtur. Spreuiſti,ſper.te, מאסת ואמאסאך abieciſti,abiiciam te. Filiorum tuorum בנך Appellat filios,ſubditos ſacerdotum.Hebræi filios intelligunt,eruditione vel natura.i.populares.Summum ſacerdotem alloquitur.

7 Secundum multitudinem eo. כרובם Id eſt, Vt creuerunt,ampliúſque aucti ſunt,magis peccauerunt.Vt multo plures cœperunt eſſe,ita multo magis cœperunt peccare contra me. Gloriam e. כבודם honorem eorum.Subobſcure indicat captiuitatem in qua ſacerdotes fuerunt inglorii. 8 Peccatum חטאת Id eſt,Sacrificium.ſiue hoſtiam oblatã pro peccato. Comederunt, יאכלו Fut.Heb. pro præt.vel præſenti. Et ad iniq.&c. ואל־עונם וגו׳ & ad iniquitatem eorum [pro,eius,nempe populi] ſubleuant animum ſuum.i.ſunt animo attento.quia ex ea iniquitate ſperant lucrum, nẽpe hoſtias quæ offeruntur pro illo peccato. Vel potius, ad iniquitatem.i.ad hoſtias quas pro iniquitate offerũt,attollunt animũ.q.d.illud tantũ curant vt populus hoſtias offerat.Ita & doctus inter Hebræos exponere videtur.

9 Eritque,&c. והיה וגו׳ Ad verbum,Et erit [Erit igitur] ſicut populus ſicut ſacerdos. Hebraiſmus, populus erit ſicut ſacerdos, & ſacerdos ſicut populus.Prædicit punitionem populi & ſacerdotum.q.d.nulla erit differentia inter ſacerdotes & plebeios,nam omnes erũt captiui citra delectum. Super eum vias eius, עליו דרכיו וגו׳ Singul.Heb.pro plur.ſuper eos vias ſuas,& opera eorum reddam eis. Dicitur Deus viſitare vias noſtras quando punit nos propter peccata noſtra. Et bis idem dicit, mutato genere dicendi. Vias autem intelligit noſtrã viuendi rationem in hoc ſeculo.

gitationes eius reddam ei.

C Et comedent,& non ſaturabuntur: fornicati ſunt,& non ceſſauerũt:quoniam Dominum dereliquerunt in nõ cuſtodiendo.

Fornicatio,& vinum,& ebrietas auferunt cor.

Populus meus,in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos,& fornicati ſunt à Deo ſuo.

Super capita mõtium ſacrificabãt, & ſuper colles accendebant thymiama:ſubtus quercum & populũ & terebinthum,quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabũtur filiæ veſtræ,& ſpõſæ veſtræ adulteræ erunt.

D Non viſitabo ſup filias veſtras quũ fuerint fornicatæ,& ſuper ſponſas veſtras quum adulterauerint: quoniam ipſi cum meretricibus cõuerſabãtur, & cum effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

Si fornicaris tu Iſrael,nõ delinquat ſaltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala,& ne aſcenderitis in Beth-áuen, neque iuraueritis, Viuit Dominus.

Quoniam ſicut vacca laſciuiẽs declinauit Iſrael:nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine.

Particeps idolorum Ephráim, dimitte eum.

Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt:dilexerũt afferre ignominiã protectores eius.

Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificiis ſuis.

Cap. V.

Audite hoc Sacerdotes,& attendite domus Iſrael,& domus Regis auſcultate: quia vobis iudiciũ eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi,& rete expãſum ſuper Thabor.

Et victimas declinaſtis in profundũ:

& opera eius reddam ei.

10 Comedent enim,& non ſaturabũtur:″fornicabũtur,& non multiplicabuntur:quoniam Iehouam dereliquerunt′cuſtodire.

11 Fornicatio & vinum & muſtum′auferunt cor.

12 Populus meus″lignum ſuum″interrogat,& baculus eius″indicat ei:″ſpiritus enim fornicationum errare fecit eos,″& fornicati ſunt à Deo ſuo.

13 ″Super capita montium ″immolauerũt, & ſuper colles adolent, ſub quercu,& populo, & terebintho , quòd′bona *ſit* vmbra eius:″ideo fornicãtur filiæ veſtræ,″& ſpõſæ veſtræ adulteria cõmittunt.

14 ″Non viſitabo ſuper filias veſtras quum fuerint fornicatæ,& ſuper ſponſas veſtras quum adulteria commiſerint : quoniam dum ″ipſi *ſunt* cum meretricibus,diuidũt ſe *ab uxoribus*,& cum ſcortis ſacrificant:populus autem qui″non intelligit,″corruet.

15 Si fornicaris Iשſraאél,*ſaltem* ne delinquat Iehudáh,& ne″ingrediamini″Gilgál,nec aſcẽdatis *in*″Beth-áuẽ,nec iuretis,″Viuit Iehouáh.

16 Quoniã ſicut vitula″rebellis rebellauit Iשſraאél:″nunc paſcet eos Iehouáh tanquam agnum″in latitudine.

17 ″Particeps ſimulachrorum אEphráim,″dimitte eum.

18 ″Putidum eſt vinum eorum , fornicando fornicati ſunt: ″amant *dicere*,Date *nobis munera*,″*ad* ignominiam,″principes eius.

19 ″Ligabit ventus eam in alis ſuis, ″& pudore afficientur à ſacrificiis ſuis.

Cap. V.

1 Audite hoc Sacerdotes, & attẽdite domus Iשſraאél, & domus Regis auſcultate,quia veſtrum eſt *facere* iudicium: quoniam *ut* ″laqueus fuiſtis *collocatus* ſuper montem Mixſpáh , & *ut* rete expanſum ſuper Thabór.

2 Et ad immolandum qui declinant *à uia recta*,″callidũ inierunt cõ-

Fornicatio. Vinum. Cor.

Adhortatur Iudã,ne vitia Iſraelis ſequatur.

Iſraelitas increpat, & maximè Sacerdotes & Principes.

10 Fornicabuntur, הזנו Præt.Heb.pro fut.ſub.toto ſtudio ac diligentia.q.d.dedent ſe fornicationi,nec tamen numerus liberorũ illorũ augebitur. Cuſtodire. : לשמור .i.deſierũt obſeruare Dominũ.vel quominus cuſtodirent,ſub.vias eius.q.d.deſeruerũt Dominũ & vias eius. 11 Auferunt cor. :יקח לב Fut.Heb.pro præſ.& verbũ ſing.quod ad ſingula refertur.reddũt homines amẽtes,auertũntque eos à vero Dei cultu. 12 Lignũ ſ. בעצו baculũ ſuũ.vel ſcipionẽ. Interrogat, ישאל cõſulit.Fut.Heb.pro præſ. Indicat ei: יגיד לו ſub.quæ ſcire cupit,aut facturus eſt:ſed falluntur.Deſcribit ignorantiã & cæcitatẽ populi Iudaici qui pendebat à pſeudoprophetis,quorũ cõſilio regebatur,non aliter quàm cæcus pendet à ſcipione ſuo,& videtur quaſi conſilio eius regi quũ illo viã prætentat:ſed ſæpe fallitur,nam frequenter impingit,& corruit in rem duram. Spiritus enim fornicationũ כי רוח זנונים .i.ſpiritus impellens ad fornicationem, hoc eſt idololatriam,qualis eſt ſpiritus pſeudoprophetarum. Et fornic.&c. : ויזנו מתחת אלהיהם .i.per fornicationem, hoc eſt idololatriã,defecerunt à Deo ſuo. 13 Super capita על־ראשי In cacumine. Immolauerunt, יזבחו Futura.Heb. pro præſentibus.ſub.ſummo ſtudio & religione.Alii per præteritum vertunt iſta futura. Bona. טוב amœna. Ideo על כן Occaſione ſcilicet accepta propter abſentiam veſtram à domibus veſtris:interim dum conceditis in montes illos. Et ſponſæ veſtræ וכלותיכם & nurus veſtræ.

14 Non viſitabo לא־אפקוד .i.Non adeo ſeuerè puniã.Hoc intelligi poteſt de vtraque fornicatione. Ipſi *ſunt* הם Mutatio perſonæ,pro eſtis. Quidam vertunt, nam dum *proficiſcuntur* cum ſcortis *ut eant ad loca in quibus colere ſolent idola*, ſubtrahunt ſeſe[ſub.ab vxoribus]& cum ſcortis immolant: vt ita cum eis edant & bibant. Non intelligit לא־יבין caret intellectu. Corruet. : ילבט concidet.i.punietur. Alii,corruere ſolet. Alii,ſtupore afficietur.quum ſcilicet ſentiet Dei flagella.vel,anceps & dubius erit.nempe in ſua ſcientia & cognitione: vt homo ignorans quid agendum ſit,perplexus eſt.Ita doctus inter Hebræos.

15 Ingrediamini תבאו ſub.ó viri Iuda. Gilgál, הגלגל Locus eſt in quo tabernaculum Domini fuit poſitum poſt ingreſſum Terræ ſanctæ:quo loco poſtea incolæ eius loci adorauerunt idola in honorẽ ipſius Domini. Beth-áuen, בית און Quã appellare debuit Bethel,propter ignominiam appellauit Beth-áuen.Bethel dicta, quòd illic Dominus apparuerit ipſi Iaacob, id eſt domus Dei.Beth-áuen autẽ, id eſt domus iniquitatis.quòd illic incolæ eius erectum à Ieroboam vitulum adorauerint in honorem Domini. Erat autẽ locus editus: propterea dixit,Ne aſcendatis. Viuit Ieh. : חי־יהוה Formula iuramenti qua colentes verum Deum,iurabant. quo iuramento eos vti non vult,quòd in idololatriam prolapſi eſſent. 16 Rebellis סוררה .i.Similis eſt iuuencæ quæ non admittit iugũ,aut admiſſum citò excutit. Nunc עתה .i.breui. In latitudine. : במרחב .i.in loco,ſiue cãpo lato ac ſpatioſo,vt ſcilicet illic citò pingueſcat,& mactetur.

17 Particeps ſimula. חבור עצבים Socius ſimulachrorum. Alii, Addictus eſt idolis.Verba Dei ſunt ad Prophetam.q.d.Luſeris operam ſi ad pœnitentiam inuitaris Ephráim.Grauiſſima pœna eſt relinqui à Deo.Meminit Ephráim,quòd Ieroboam qui vitulos erexit, de tribu Ephráim fuerit:& per hanc Iſraelitas intelligit. Dimitte eum. : הנח לו miſſum facito eum.

18 Putidum eſt vinum eo. סר סבאם Fœtuit[Putruit]potus eorum. Amant אהבו Præt.Heb.pro præſ. *Ad* ignominiam קלון Ad verbum,ignominia.i.quod valde eſt ignominioſum.q.d.principes eius corrumpuntur muneribus,quod eſt illis ignominioſiſſimum.

Principes eius. : מגניה Ad verbum,clypei eius.hoc eſt protectores.ſic dicuntur principes,quòd ſint populo vice clypei.Nominatiuus eſt verbi præcedentis,atque talis debet eſſe ordo, Principes eius amant,Date quod eſt ignominioſum.

19 Ligabit צרר Præt.Heb. pro fut.i. ventus conſtrictam tenebit illam congregationem Iſraelitarum in alis ſuis, & ita eos aliò transferet.Hic prædicit captiuitatem decem tribuũm. Et pudore,&c. : ויבושו מזבחותם & pudefient propter ſacrificia ſua,quum ſcilicet videbunt ea nihil profuiſſe illis,imò maximè obfuiſſe.vel,ſacrificia quæ nunc idolis faciunt,non proderunt tunc illis.

IN CAPVT V.

1 Laqueus פח q.d.fuiſtis ſcandalo ipſi populo,malo veſtro exemplo.

2 Callidum inierunt conſ. העמיקו Ad verbum,*dicere* profundauerunt.i.profundum fecerunt conſilium. q.d. Apoſtatæ ſubtili ingenio inuenerunt rationem immolandi idolis:interim non deſtiti increpare & arguere illos.Cõſilium autem callidum erat,quòd dicerẽt ſe idolis immolare in honorem Dei. Gallicè dicimus, *Voyla ung homme profond*, de eo qui callidè aliquid facit,& ingenioſé. Hoc idem verbum vide in Ieremia,capite 49.b.8.

ſilium:ego autemʹ*vir* correctionis ſum omnibus.

3 Ego nouiʹאEphráim,& Iשſraאél non eſt abſconditus à me, quòd iam fornicatus eſt אEphráim, polluit ſeſe Iשſraאél.

4 ʹNon permittent opera eorum vt reuertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationis eſt in medio eorum, & Iehouam non cognouerunt.

Eorum punitio.

5 ʹTeſtificabitur autem ſuperbia Iשſraאél a in faciem eius:nā Iשſraאél & אEphráimʹruent propter iniquitatem ſuam:corruet etiam Iehudáh cum eis.

Carnalium ſacrificia ſubſannat.

6 Cum ouibus ſuis,& bobus ſuis ibunt ad quærendum Iehouáh, & non inuenient:ʹſubtraxit *enim* ſe ab eis.

7 In Iehouam præuaricati ſunt, quiaʹfilios alienos genuerũt:ʹnũc conſumet eos menſisʹcum partibus eorum.

Iſraelis deſtructio.

8 Clangite ʹbuccina in Gibyáh, tuba in Ramáh, ʹtaratantarizate *in* Beth-auen,ʹpoſt te ô Biniamín.

9 אEphráim in deſolationem eritʹin die correptionis:in tribubus Iשſraאél oſtendi ʹfidem.

10 ʹFuerunt principes Iehudáh ſicut hi qui transferunt terminum: ſuper eos effundam tanquam aquam,furorem meum.

11 ʹOppreſſus erit אEphraim,ʹfractus iudicio,quoniãʹvoluit *&* ambulauit poſt præceptum.

12 Ero itaqueʹtanquam tinea ipſi אEphráim,ʹ& tanquam putredo domui Iehudáh.

Auxilia hominũ vana aduerſus manum Dei.

13 ʹVidebit autem אEphráim languorem ſuum, & Iehudáh plagã ſuam,ʹ& ibit אEphráim ad Aשſſur, mittétque ad Regẽ Iaréb,ʹqui tamen non poterit ſanare vos,necueʹſanabit à vobis plagam.

14 Quia ero ʹtanquam leo ipſi אEphráim, & veluti catulus leonis domui Iehudáh: ego ego rapiam,& abibo,tollam *prædam*,& nõ erit qui eruat.

15 Ibo,& reuertar ad locum meum, ʹdonec deficiant, & requirant faciem meam. In tribulatione ſua quærãt me,*dicentes*,

Cap. VI.

Afflictio ducit ad Deum.

1 VEnite,& reuertamur ad Iehouam:quia ipſeʹrapuit,& ſanabit nos:percuſſit,ʹ&alligabit nos.

& ego eruditor omnium eorum.

3 Ego ſcio Ephráim,& Iſrael non eſt abſconditus a me: quia nunc fornicatus eſt Ephráim,contaminatus eſt Iſrael.

4 Non dabũt cogitationes ſuas vt reuertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. B

5 Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eiꝰ: & Iſrael & Ephráim ruẽt in iniquitate ſua, ruet etiam Iudas cũ eis.

6 In gregibus ſuis &in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum,& non inuenient:ablatus eſt ab eis.

7 In Dominũ præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt:nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

8 Clãgite buccina in Gabaa, tuba in Rama:vlulate in Beth-áuen,poſt tergum tuum Beniamin. C

9 Ephraim in deſolatione erit in die correptionis:in tribubus Iſrael oſtendi fidem.

10 Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum:ſuper eos effundã quaſi aquam,iram meam.

11 Calumniam patiens eſt Ephráim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes.

12 Et ego quaſi tinea Ephráim:& quaſi putredo domui Iuda.

13 Et vidit Ephráim languorẽ ſuum, & Iudas vinculum ſuum: & abiit Ephráim ad Aſſur, & miſit ad Regem vltorem, & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum. D

14 Quoniã ego quaſi leæna Ephráim, & quaſi catulus leonis domui Iuda:ego ego capiam & vadam : tollam, & non eſt qui eruat.

15 Vadens reuertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam

Cap. VI.

1 IN tribulatione ſua mane conſurgent ad me,Venite,& reuertamur ad Dominum:quia ipſe cepit, & ſanabit nos:percutiet,& curabit nos.

Vir correctionis מוסר Ad verbum,correctio. vel diſciplina. i. tanquam vir corripiens & admonens, docénſque proximum. Ego autem (inquit)non deſtiti vos reuocare ab eo cultu per meos Prophetas.

3 אEphráim,& IשſraאéI אפרים וישראל Ephraim & Iſrael idem ſunt repetitio eſt. Non me latet(inquit)quòd Iſrael ſit propenſus ad idololatriam. 4 Non permittet,&c. לא יתנו וגו׳ Non *in hoc* ſtudia ſua ponunt vt reuertantur,&c. Ad verbum,Non dabunt ſtudia eorum.&c. 5 Teſtificabitur autem ſuperbia וענה גאון Teſtificabitur igitur faſtus.i.Iſrael palàm arguetur ſuperbiæ & faſtus.

Ruent יכשלו impingent.q.d.tandem luent pœnas propter idololatriam ſuam:corruet & Iuda,quia ſimilem admiſit iniquitatem.

6 Subtraxit *enim* ſe חלץ Ad verbum diuiſit ſe.ſeparauit.id eſt receſſit. Vide infrà,cap.10.a.2.

7 Filios alienos בנים זרים Quidam intelligunt filios carnales. non enim licebat Iudæis accipere vxores Gentiles. Alii,ſpirituales intelligunt, quòd diſcipulos docuerint colere deos alienos q.d.non ſolũ fuerunt idololatræ,ſed & alios idololatriam docuerunt. Nunc עתה Id eſt breui. Prædicit tranſmigrationem futuram. Declaratur iſtud NVNC, per id quod mox dicit MENSIS.q.d.poſt menſtruum tempus, hoc eſt breuiſſimum,perituri ſunt cum ſuis facultatibus. Chaldæus paraph. Nunc venient ſuper eos populi de menſe in menſem, & prædabuntur fructus terræ eorum. Cum partibus eo. את חלקיהם׃ .i.cum facultatibus eorum,& hæreditatibus.

8 Buccina שופר cornu.vt ſcilicet fieri ſolet in aduentu hoſtium. Taratantarizate הריעו clangite tuba. Poſt te אחריך ſub.imminet hoſtis.Decem tribubus in captiuitatem abductis,in te conuertent ſe hoſtes,ô Beniamin.

9 In die corrept. ביום תוכחה tempore reprehenſionis. Quidam,quo tempore redarguentur. id eſt quo tẽpore ſumã de illis pœnas pro peccatis. Quando Deus affligit nos propter peccata,dicitur nos arguere & corripere. Fidem. נאמנה׃ veritatem. Alii,verbum fidele. acſi dicat, Sæpius admonuì decem tribus,ideo ſe excuſare non poſſunt:notam veram feci & fidelem admonitionem meam.

10 Fuerunt princip.&c. היו שרי וגו׳ .i.Principes Iuda transferre ſolent terminos ſuos in agros vicinos, idcirco grauiſſimo ſupplicio illos afficiam. Vetitum iſtud fuit in Lege, Deut.19 c.18. Vide Ezech.45.c.8. Quidã nolunt כ in כמסיגי eſſe aduerbium ſimilitudinis,ſed ſignificare veré. 11 Oppreſſus e. עשוק Partic.Heb.pro fut.Opprimetur. Fractus iu. רצוץ משפט ſub. erit.i.frãgetur iudiciis apud Gẽtes inter quas erit captiuus. Voluit,&c. הואיל וגו׳ Hebraiſmus,volẽs & vltrò ſequutus eſt præcepũ Ieroboã de vitulis adorãdis quos adorauit. 12 Tanquã tinea כעש quæ ſcilicet rodit & perdit veſtes.q.d.perdentur decẽ tribus,& reliquæ,me authore. Et tanquã put. וכרקב & tanquã caries. Alii,teredo. 13 Videbit autẽ,&c. וירא אפרים וגו׳ Præt.Heb.pro fut. Quúmque animaduertet Ephraim infirmitatem ſuam.vel morbum ſuum. Et ibit וילך q.d. Affligam Iſraelem & Iudam,tamen non recurrent ad auxiliũ meum pœnitendo.ſed ad humanum. Qui tamen והוא Ad verbum,& ipſe. Sanabit יגהה curabit.i.tollet.q.d.non poterit vobis ferre opem,& de manibus meis eripere. 14 Tanquam leo כשחל ſub.adultus. Quidam pantheram tranſtulerunt.

15 Donec deficiant, עד אשר־יאשמו donec delinquant.i.agnoſcant & fateantur ſe peccaſſe.

IN CAPVT VI.

1 Rapuit, טרף Præt.Heb.pro fut.vt quidam vertunt,vel præſenti.i.more feræ rapientis,vulnus infligere poteſt. Reſpicit præcedens. Et alligabit nos. ויחבשנו׃ Id eſt quaſi faſciis vulnera noſtra alligabit,& curabit nos.

1.cor.15.a.4 ‖Viuificabit nos poſt duos dies:in die tertia ſuſcitabit nos,& viuemus in conſpectu eius. 2

B Sciemus, ſequemúrque, vt cognoſcamus Dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius: & veniet quaſi imber nobis tẽporaneus & ſerotinus terræ. 3

Quid faciam tibi Ephráim? quid faciã tibi Iuda? miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. 4

C Propter hoc dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quaſi lux egredientur. 5

Matth.9.b.17 12.a.7. Eccles.4.d.17 1.reg.15.d.22 Quia‖miſericordiam volui, & non ſacrificium:‖& ſcientiam Dei pluſquã holocauſta. 6

Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactũ,ibi prçuaricati ſunt in me. 7

Galaad ciuitas operantium idolum
D ſupplantata ſanguine. 8

Et quaſi fauces virorum latronum, particeps ſacerdotũ, in via interficiẽtium pergẽtes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt. 9

In domo Iſrael vidi horrendum:ibi fornicationes Ephráim,cõtaminatus eſt Iſrael. 10

Sed & Iuda, pone meſſem tibi quũ cõuertero captiuitatem populi mei. 11

Cap. VII.

QVum ſanare vellem Iſrael,reuelata eſt iniquitas Ephráim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium: & fur ingreſſus eſt ſpolians,latrunculus foris. 1

Et ne fortè dicant in cordibus ſuis omnem malitiam eorum me recordatũ: nunc circundederunt eos adinuẽtiones ſuæ,corã facie mea factæ ſunt. 2

In malitia ſua lætificauerunt Regẽ: & mendaciis ſuis Principes. 3

Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte:quieuit pau-
B lulum ciuitas à commiſtione fermenti,donec fermentaretur totum. 4

2 'Viuificabit nos poſt biduũ,die tertia ſuſcitabit nos,& viuemus in conſpectu eius.

3 Cognoſcemúſque eum, "*ut* ſequamur ad cognoſcendum Iehouam: tanquam aurora 'præparatus eſt egreſſus eius: & veniet tanquã imber nobis,*&* veluti pluuia ſerotina *&* tẽporanea *uenit* "terræ.

4 Quid faciã tibi אEphráim? quid faciam tibi Iehudáh? "quũ miſericordia veſtra *ſit* vt nubes matutina, & tanquã ros manè abiẽs. Cõqueritur Deus quòd Iſrael plagis non emendetur.

5 Propterea "ſuccídi Prophetas, *ac propè* enecaui eos verbis oris mei, 'vt iudicia tua *eſſent* vt lux *quæ* egreditur.

6 Quia miſericordiam "volo,& non ſacrificium : & cognitionem Dei "præ holocauſtis. Miſericordia. Scire Deum.

7 Ipſi autem 'tanquam hominis,tranſgreſſi ſunt pactum: "ibi præuaricati ſunt in me.

8 Gilyád *eſt* ciuitas operantium iniquitatem, 'fœdata ſanguine.

9 'Et vt expectãt virum latrones, *ſic* "collegium ſacerdotum in via "interficiunt "conſenſu *uno*:quia abominationem "faciunt.

10 In domo Iשraאél vidi "fœditatẽ : "ibi eſt fornicatio אEphráim, contaminauit ſe Iשraאél.

11 Etiam ô Iehudáh, "póſuit plantarium tibi, quum conuerterem captiuitatem populi mei. Cap. VII.

1 Q"Vum ſanarẽ Iשraאél, diſcooperuit ſe iniquitas אEphráim, "& malitiæ שSomerón,quia 'operãtur mendacium:fur quoque ingreditur,ſpoliat latro foris. Iſraelis peccata.

2 Et nõ cogitãt in corde ſuo *quòd* totius malitiæ eorum recordor: "nunc circundabunt eos opera ſua *quæ* coram facie mea ſunt.

3 Malitia ſua "exhilarant Regem,& mendaciis ſuis Principes. Mendacia.

4 Omnes adulteria committunt tanquam clibanus accenſus "à coquente, *quum* ceſſat "ab excitando *mulieres* à ſubactione paſtæ,donec ipſa fermentetur. Adulteria.

---

2 Viuificabit nos יחיינו Id eſt per Chriſtum ~~reſtituet~~ vitam nobis qui mortui eramus per peccatum.

3 Vt ſequamur ad cognoſc. נרדפה לדעת Doctus inter Hebræos ſubaudit אשר. Alii ſubaudiunt ו,& ſequemur ad cognoſcendum.vel,& pergemus in cognoſcendo Iehouam. Alii,& ſequemur,id eſt imitabimur eum,Chriſtum,vt per eum veniamus in cognitionem Dei Patris. Præparatus eſt נכון .i.pulcher,elegans,& concinnus eſt. Terræ. : ארץ ſub.ſitienti.ea enim maximè deſiderat imbrem ac pluuiam. Eſt autem מלקוש pluuia ſerotina quæ decidit tempore Verno: יורה temporanea,quæ in Autumno.

4 Quum miſericordia ve. וחסדכם quum pietas veſtra. Nomine miſericordiæ intelligit bonitatem,& omnem iuſtitiam.nubes matutina facile euaneſcit ad aduentum & calorem ſolis:propterea pro re inſtabili & euanida accipitur.q.d. Qua ratione ſanabo vos? nõ enim verè reſipuiſtis, quia non perſtitiſtis in reſipiſcentia veſtra. eſt itaque reſipiſcentia veſtra non firma & ſtabilis, imò euanida eſt. Sequentibus ſeipſum declarat. 5 Succídi Proph. חצבתי בנביאים dedolaui in Prophetis. Solent latomi qui incidunt lapides, tundere ac contundere illos. Alii,obtudi Prophetas.ſub.meos, vt incitarem vos ad veram reſipiſcentiam.Seipſum mox declarat. Vt iudicia tua,&c. ומשפטיך וגו' Ad verbum,& iuſtitia tua lux *quæ* egredietur.i.exoritur. Quidam vertũt,& *tamen* iudicia tua *fuerunt ut* lux *quæ* egreditur.& exponunt,& tamen interim res tuæ fœliciter tibi ac proſperè ceſſerunt.q.d.præter miſſos Prophetas cumulaui te beneficiis.Sed hæc verſio parum ſequenti verſui conuenit.Iudicia vocat miſericordias in proximum præſtandas,vt mox dicet,Miſericordiam volo.

6 Volo, & non ſacrif. חפצתי ולא־זבח .i.amo[ſiue opto] potius quàm ſacrificia. Præt. Heb.pro præſ. Eſt autem Hebraiſmus qui verbis mox ſequentibus explicatur,Et cognitionem Dei præ holocauſtis. Præ holocauſtis. : מעולות pluſquam holocauſta.

7 Tanquam hominis, כאדם ſub.pactum.i.Non pluris fecerũt pactum quod pepigi cum eis, quàm pactum cum quouis homine initũ. Ibi שם nempe in patria ſua,vbi tot ac tanta beneficia à me acceperunt.

8 Fœdata עקובה polluta.contaminata.q.d.Galaaditæ ſunt facinoroſi & ſanguinarii homines. Alii vertunt,callida & aſtuta ſanguine.i. ſanguini fundendo. 9 Et vt exp.virum וכחכי איש Ad verbum,Et ſecundum expectare virum.Infinitiuus.vbi י eſt loco ה. Collegium חבר congregatio.ſocietas. Interficiunt ירצחו Fut.Heb.pro præterito,vel præſenti. Conſenſu *uno*: שכמה Ad verbum,humero.ſub.vno.id eſt conſenſu vnanimi:quia dixerat,congregatio,ſiue turma ſacerdotum.q.d.Sacerdotes idolorum obſeruant tranſeuntes,& in viis occidunt. Faciunt. : עשו Præt.Heb.pro præſ.

10 Fœditatem: שערוריה contaminationem.i.idololatriam. Ibi שם In Iſraele ſcilicet,nempe in Beth-el,& Dan.

11 Poſuit שת ſub.is cuius opera vſus ſum.i.quum aſſerui populum meum in libertatẽ, qui antea captiuus erat in Damaſco & Hamath (quas Ieroboam filius Ioas Rex Iſrael,reſtituit regno Iuda) is cuius opera vſus ſum in hoc facto, poſuit incolas in Damaſco & Hemath, hoc eſt effecit vt Iudæi habitarent in Damaſco & Hemath,& tamen fuit ingratus.

IN CAPVT VII.

1 Quum ſanarem Iשſr. כרפאי לישראל Ad verbum,Secundum ſanare me Iſrael.i.Quum inuitarem Iſraelem ad reſipiſcentiam, & vellem mederi peccatis eius. Et malitiæ ורעות & mala.vel ſcelera. Operantur mend. פעלו שקר Præterita Heb.pro præſentibus.i.non ſeruant ſibi mutuò fidem. 2 Nunc circund. עתה סבבום Præt.Heb.pro Fut.nunc[.i.breui]circunſtabunt.

3 Exhilarant ישמחו Fut.Heb.pro præt.vel præſ.

4 A coquente, מאופה Id eſt à piſtore. Ab excitando,&c. מעיר מלוש Id eſt à tempore quo ſubegerunt paſtam, donec ipſa fermentetur. nam tãtiſper ſolet calefieri clibanus à ſubactione paſtæ vſque ad fermentationem eius. Quibus in locis furni ſunt publici, ſolent furnarii noctu vicatim inclamare mulieres & excitare vt paſtam ſubigant. quas poſtquam excitare quieuerunt, furnum interim accendunt, tandiúque vehementer calefaciunt,donec fermentatam paſtam,& in panes conformatam ipſæ afferant vt coquantur in furno vehementiſſimè calido.Cuius calori comparat hic Propheta feruentiſſimum idololatrarum ſtudium in adorandis idolis. Sunt(inquit)vt fornax à furnario accenſa quam accendere ſolet ſtatim poſtquam ceſſauit mulieres excitare ſubigendæ paſtæ cauſa,vt dictum eſt.

Ebrietas. ″Die Regis noſtri ægrotare fecerunt *eum* principes″vtre vini:″pro- 5
trahit manum ſuam cum illuſoribus.

′Certè applicant *quod eſt*′inſtar *ardentis* clibani cor ſuum, quum ipſi 6
inſidiantur, tota nocte dormit′coquens illa: manè ipſum ſuccen-
ſum eſt tanquam ignis flammæ.

Omnes′æſtuant veluti clibanus *feruens*,′& deuorant iudices ſuos, 7
omnes Reges eorũ ceciderunt, nec eſt inter eos qui clamet ad me.

Punitio. ℵEphráim ipſis populis commiſcuit ſeſe, ℵEphráim″erit *ut* panis 8
ſubcineritius non verſatus.

′Comedunt alieni′robur eius, ′& ipſe neſcit: præterea canities 9
ſparſit ſeſe in eo, & non nouit.

Iſraelis deſtructio. ′Et teſtificabitur ſuperbia Iשſraℵél in facie eius, & *tamen* non ſunt 10
reuerſi ad Iehouã Deũ ſuum, nec quæſierũt eum″in vniuerſo hoc.

Erítque ℵEphráim veluti columba″ſtolida abſque corde, Mixſ- 11
ráim″inuocabunt, *& in* Aשſſúr abibunt.

Quũ *autem* abibũt, expãdã ſuper eos rete meũ, tanquã auẽ cæli de- 12
ſcẽdere faciã eos, caſtigabo eos iuxta id quod audiuit cœtus eorũ.

Væ eis, quoniam receſſerunt à me: *propterea*″vaſtitas *erit* eis, quo- 13
niam præuaricati ſunt in me: ′& ego redemi eos, ipſi autẽ loqu-
ti ſunt contra me mendacia.

Et non clamauerunt ad me in corde ſuo′ quando ingemuerunt 14
in cubilibus ſuis: propter triticum & muſtum congregabunt ſeſe,
& tamen′rebellabunt contra me.

Ego enim ′erudiui, roboraui brachia eorum, & *tamen* contra me 15
′cogitauerunt malum.

′Reuertentur″non *ad* Altiſſimum, ′ſunt tanquam arcus′doloſus: 16
cadẽt gladio principes eorum ′propter furorẽ linguæ ſuæ: ′iſta *erit*
ſubſannatio eorum in terra Mixſraim.

5 Die Regis noſtri cœperunt princi- B
pes furere à vino: extendit manum
ſuam cum illuſoribus.

6 Quia applicauerũt quaſi clibanum
cor ſuum, quum inſidiaretur eis: tota
nocte dormiuit coquens eos, manè i-
pſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.

7 Omnes calefacti ſunt quaſi clibanꝰ,
& deuorauerunt iudices ſuos: omnes
Reges eorum ceciderunt, non eſt qui
clamet in eis ad me.

8 Ephráim in populis ipſe commiſce-
batur: Ephráim factus eſt ſubcineritiꝰ
panis qui non reuerſatur.

9 Comederunt alieni robur eius, & i- C
pſe neſciuit: ſed & caniẽ effuſi ſũt in eo,
& ipſe ignorauit.

10 Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in
facie eius: nec reuerſi ſunt ad Dominũ
Deum ſuum, & non quæſierunt eum
in omnibus his.

11 Et factus eſt Ephráim quaſi colum-
ba ſeducta, non habens cor: AEgyptũ
inuocabant, ad Aſſyrios abierunt.

12 Et quum profecti fuerint, expandã
ſuper eos rete meum: quaſi volucrem
cæli detraham eos, cædam eos ſecun-
dum auditionem cœtus eorum.

13 Væ eis, quoniam receſſerunt à me: D
vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in
me: & ego redemi eos, & ipſi loquuti
ſunt contra me mendacia.

14 Et nõ clamauerunt ad me in corde
ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſu-
per triticum & vinum ruminabant,
receſſerunt à me.

15 Et ego erudiui eos, & confortaui
brachia eorum: & in me cogitauerũt
malitiam.

16 Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo:
facti ſunt quaſi arcus doloſus: cadent
in gladio principes eorum, à furore
linguę ſuæ: iſta ſubſannatio eorum in
terra AEgypti.

5 Die Regis noſtri, יום מלכנו Inuehitur in principes vino deditos. Dederunt (inquit) operam vino vſque ad ebrietatem & morbum. Diẽ Regis, vocat natalem Regis: aut in quo factus eſt Rex. Vtre vini: חמת מיין .i. nimia potatione. Aliquibus in locis aſſeruatur vinum in vtribus, & transfertur. Vide Matth. 9. b. 17. Protrahit משך Præt. Heb. pro præſ. extendit. i. interim vacat nugis, neglectis negotiis publicis. Metaphora ab otioſis qui membra extendunt oſcitantes.

6 Certè applic. כי קרבו Præt. Heb. pro præſ. Carpit eos vates quòd inſidiis eſſent dediti. Excogitant (inquit) tota nocte quomodo nocere poſſint proximo, corde feruenti inſtar clibani diligenter accenſi à piſtore. Dormit cor eorum nocte, quando non perpetrant quod cogitarunt. Dormiens concoquit illa, ſiue illas cogitationes: hoc eſt tota nocte nihil aliud cogitat & meditatur cor eorum quàm vt poſtero die noceat proximo. Ignem flammæ vocat ignem flammam mittentem. Coquens illa: אופהם relatiuum pro antecedente, illas prauas cogitationes. 7 AEſtuant יחמו feruent. Futurum Heb. pro præſenti. Et deuorant iud. ſuos ואכלו את־שופטיהם & abſumunt iudices ſuos quum ſcilicet ſupprimunt authoritatem eorum qui eos iudicare deberent: aut quando ſpoliant eos, vel occidunt.

8 Erit *ut* panis, &c.: היה עוגה בלי הפוכה Præt. Heb. pro fut. erit vt placenta nõ verſa. Loquitur de placẽta quæ coquitur ſubiectis prunis, quæque abſumitur prius quàm in alteram partem verſa ſit. q. d. Iſrael citò abductus fuit in captiuitatem. Sequenti verſu ſeipſum declarat.

9 Comedunt אכלו Præt. Heb pro præſ. Deuorant. Robur eius, כוחו .i. opes & facultates magno labore partas. Obſcurè declarat tranſmigrationem decem tribuum. Et ipſe neſcit: והוא לא ידע .i. non ſentit ſe peccaſſe, ne in ſenio quidem cauſam tanti mali intelligit. Cæcitas idololatrarum deſcribitur. 10 Et teſtificabitur וענה & teſtimonium feret. ſub. contra eum. Vide ſuprà, cap. 5. b. 5. In vniuerſo hoc.: בכל־זאת Id eſt in omnibus his calamitatibus. vel, quanuis vniuerſa hæc illis euenerint.

11 Stolida פותה ſtulta. quæ ſcilicet facilè ſeſe conicit in rete. Alii, declinans. ſub. ad eſcam: non eſt autem ei cor vt intelligat & conſideret quòd ad capiendum illam rete expanſum eſt quum declinauerit ad cibum. Sic Ephráim declinauit ad illos ad quos trahebat eius deſiderium, ad AEgyptum, ad Aſſur, vt quæreret auxilium: non erat autem ei cor ad intelligẽdum, ſciendúmque, quòd omnium Creator ruere faceret eos, ſi ab alio auxiliũ quæreret. Ita doctus inter Hebræos. Inuocabunt, &c.: קראו אשור הלכו: Præt. Heb. pro fut. vt ex ſequẽti verſus futuro apparet. 12 Caſtigabo eos, &c. איסירם וגו' .i. corripiam eos vt me facturum audierunt in cœtu ipſorum, hoc eſt iuxta admonitionem factam eis in deſerto, ſi à me deficerent. 13 Vaſtitas *erit* eis שוד להם vaſtatio eis. ſub. imminet. i. deſtruetur patria eorum, quòd grauiter peccauerint in me. Et ego, &c. ואנוכי וגו' ego quidem liberaſſem [vel liberarem] eos *hac uice*, ſed ipſi loquuti ſunt contra me mendacia. q. d. ſiquando liberaui eos, dixerunt ſe ſeruatos ope humana, ſua, aut ſociorum, AEgyptiorum, aut Aſſyriorum.

14 Quando ingem. כי יילילו .i. quum afflictione preſſi, ingemuerunt noctu in lectis ſuis. Alii, ſed vlulauerunt. Rebellabunt contra me.: יסורו בי deficient à me. q. d. tempore inopiæ congregabuntur ad triticum emendum quod allatum fuerit: quum autem habuerint, non ferent mihi acceptum. ſed tribuent hoc fortunæ potius quàm meæ prouidentiæ. hoc eſt, deficient tamen à me.

15 Erudiui, roboraui brachia eorũ יסרתי חזקתי זרועותם caſtigaui, *&* firmaui brachia eorum. Alii præterita conuertunt in futurum, Ego quoque accingam *eos, &* corroborabo brachia eorum. Accingam, ſub. balteo & enſe. q. d. dabo illis robur aduerſus hoſtes. Cogitauerunt malum.: יחשבו־רע: cogitauerunt malitiam. tribuendo ſcilicet hoc aliis.

16 Reuertentur ישובו ſub. ad idola ſua, vel ad AEgyptios, aut Aſſyrios. vel, Reuertentur, ſub. ad vociferandum. Non *ad* Altiſſ. לא על Doctus inter Hebræos dicit על eſſe adiectiuum, propterea quòd ſit cum cames, acſi dictum eſſet עליון .i. altiſſimus. q. d. quum venerit illis afflictio reuertentur vt clament ad idola ſua, non ad me qui ſum excelſus ſuper omnia. Idem tamen alio loco dicit, לא על non ſuper, vel propter: oratio eſt defectiua quæ ſic exponi debet, non propter anguſtiam, nec propter verbum. Sunt היו Præt. Heb. pro præſ. Doloſus: רמיה qui ſcilicet quum ſagittam ſuam videatur mittere in vnam partem, mittit in alteram. q. d. fallunt homines ſua hypocriſi. Propter furorem מזעם propter indignationem. qua ſcilicet concitauerunt, vel concitare ſolent me. Iſta זו ſub. profectio in AEgyptum. q. d. propter iſtam eorum profectionem in AEgyptum, ridebuntur ab ipſis AEgyptiis.

Cap. VIII.

1 IN gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini: pro eo quòd tranſgreſſi ſunt fœdus meum, & Legem meam præuaricati ſunt.

2 Me inuocabant, Deus meus cognouimus te, Iſrael.

3 Proiecit Iſrael bonū, inimicus perſequetur eum.

4 Ipſi regnauerunt, & nō ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum ſuum & aurum ſuum fecerūt ſibi idola, vt interirent.

B 5 Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meꝰ in eos: vſquequo non poterunt emundari?

6 Quia ex Iſrael & ipſe eſt: artifex fecit illum, & nō eſt deus: quoniam in aranearū telas erit vitulus Samariæ.

7 Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent: culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam: quod etſi fecerit, alieni comedent eam.

8 Deuoratus eſt Iſrael: nūc factus eſt C in nationibus quaſi vas immundum.

9 Quia ipſi aſcenderūt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi: Ephráim munera dederunt amatoribus.

10 Sed & quum mercede conduxerint nationes, nūc cōgregabo eos: & quieſcent pauliſper ab onere Regis & Principum:

11 Quia multiplicauit Ephráim altaria ad peccandum: factæ ſunt ei aræ in delictum.

12 Scribam ei multiplices Leges meas quæ velut alienæ computatæ ſunt.

13 Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus nō ſuſcipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum, ipſi in AEgyptum conuertētur. D

14 Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignē in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

Cap. VIII.

Iſrael & Iuda deſtruendi propter idolorum cultū.

1 P″Alato tuo *adhibe* tubam, tanquam Aquila *ueniet hoſtis* contra domum Iehouæ: eo quòd tranſgreſſi ſunt″pactū meum, & in Legem meam præuaricati ſunt.

2 Ad me Iשſraאél″clamabunt, Deus mi, nouimus te.

3 Repulit à ſe Iשſraאél″bonum, inimicus perſequetur eum.

4 Ipſi″regnare fecerunt,″& non ex me: principes conſtituerunt, & non noui:″argento ſuo & auro ſuo fecerunt ſibi imagines,″vt ſuccideretur.

5 ′Elongare fecit *te de terra tua* vitulus tuus ô Samaria, excanduit furor meus″in eos. ″quouſque non poterūt innocentiam *ſibi comparare?*

6 Quia″ex Iשſraאél & iſte vitulus *fuit*, artifex fecit illum, proinde non eſt deus: quoniam ″in fruſta diſcerpetur vitulus שSomerón.

7 Quia ventum″ſeminauerunt, & turbinē metent: ſeges nulla *erit* illi germen non faciet farinam: ſi fortè fecerit, alieni″deglutiēt eā.

8 ′Deuorabitur Iשſraאél, nunc erunt in nationibus tanquā vas″in quo non eſt complacentia.

9 Quia ipſi aſcenderunt *ad* Aשſſúr, vt onager″ſolitarius ſibi: אEphráim conduxerunt mercede″amatores.

10 Etiam quòd conduxerint mercede Gentes, *non proderit*; nūc enim ″congregabo eas:″& dolebunt paululum propter onus Regis, *&* Principum:

11 Quoniam multiplicauit אEphráim altaria ad peccandum,″fuerunt ei altaria ad peccandum.

12 Scripſi ei″honorabilia Legis meæ, *ſed*″tanquā aliena reputata ſūt.

13 ″Sacrificia donorum meorum″ſacrificauerūt carnem,″& comederunt, *at* Iehouáh″non vult ea: nunc *igitur* recordabitur iniquitatis eorū, & viſitabit peccatum eorū, ipſi *autem* in Mixſráim″reuertētur.

14 Oblitus eſt autem Iשſraאél factoris ſui,″& ædificauit delubra, & Iehudáh multiplicauit vrbes munitas: mittam igitur ignem in ciuitates eius,″& conſumet ædes eius.

IN CAPVT VIII.

1 Palato tuo אל־חנך .i. Ori tuo. q.d. Clāge tuba ad cōmonefaciendum populū: iamiā enim imminet periculum, éſtque in foribus hoſtis. Omittit aliquot verba in hoc ſermone, vt exprimat magnam trepidationem quæ hic ſignificatur. Oſtēdit præterea non modo vrbē, ſed etiā ipſum templum deſtruendum. Pactū m. בריתי fœdus meum, quod ſcilicet pepigerunt mecū, vel cum aliis, nomine meo interpoſito.

2 Clamabunt, יזעקו clament. Sunt verba Dei ad Prophetam, vt admoneat Iſraelitas reuerti ad eum, implorarē que auxilium eius.

3 Bonum, טוב pro Deo Opt. Max. poſuit.

4 Regnare fecer. המליכו Regem [vel Reges] inſtituerunt. Et non ex me: ולא ממני .i. non de ſententia mea, vel me inconſultò Regem conſtituerunt Ieroboam. Seipſum poſtea declarat quum dicit, & non noui. Argento ſuo, &c. כספם וגו׳ argentum ſuum & aurum ſuum inſumpſerunt ſibi in ſculptilia. Vt ſucccideretur. למען יכרת: ſub. nomen eorū. i. vt ipſi perirent vnà cum nomine ſuo. vel, vt ſuccideretur ipſum argentum & aurum. 5 Elongare fe. זנח Ita exponit doctus inter Hebræos, vt nos vertimus: tanquam dicat, propter ipſum elongata es à terra tua. Poteſt etiam verti, Elongatus eſt à te. vel potius (vt quidam vertunt) per futurum, Deſeret [vel Relinquet] te vitulus tuus. transferetur enim ab Aſſyriis, & demigrabit aliò. Vitulus ſingul. eſt pro plur. In eos. בם ſub. vitulos, vel Iſraelitas cultores eorum. Quouſque עד־מתי .i. Quandiu erunt impuris & immundis animis propter idololatriam?

6 Ex IשſraאEl מישראל Id eſt ab Iſraele inuentus fuit, vt & ille quem coluerunt Patres eorū in deſerto. *In* fruſta diſc. כי־שבבים יהיה Ad verbum, *in* contritiones erit. 7 Seminauerunt, יזרעו fut. Heb. pro præſ. ſeminare ſolent. Arare, ſiue Seminare, ſignificat operari, Metere autē, mercedem operum recipere. dicit igitur, Quia opera eorum ſunt vana & inutilia, nulla erit illis merces. Deglutient eam. יבלעוהו: deuorabunt eam. 8 Deuorabitur נבלע Præterita Heb. pro futuris. id eſt deuorabuntur opes & facultates eorum. In quo non eſt complacentia. אין חפץ בו: Ad verbum, non beneplacitum [ſub. hominis] in eo. id eſt abiectum & contemptum.

9 Solitarius ſibi: בודד לו Id eſt qui ſolus per deſertum vagatur paſcua quærendo. Amatores. אהבים: Ad verbum, amores. id eſt, Iſraelitæ pecunia ambierunt amicitiam ac ſocietatem cum Aſſyriis & aliis Gentibus.

10 Congregabo eas: אקבצם ſub. Gentes contra ipſos Iſraelitas. Quidā totū verſum ſic vertunt, Et licet conduxerint ex Gentibus, ego tamen modò congregabo illas, & incipient paululum eos onerare tam Rex quàm Principes. Et dolebunt ויחלו à verbo חול. Alii, ab חלל deducunt, & vertunt, & cœperunt paululum [ſub. conqueri] propter onus, &c. i. propter tributū. q.d. imò iam cœperunt obloqui, & cōqueri aliquantulum, quòd ſint tributarii. Paululum dicit, quòd tributum parua res eſſet, reſpectu captiuitatis.

11 Fuerūt ei, &c.: היו־לו מזבחות לחטוא Repetitio, vt intelligamus quòd graue peccatum ſit idololatria. Doctus inter Hebræos exponit, Quum *prius* eſſent ei altaria ad peccandum, non erat quod multiplicarent. Ratio tamen & cauſa tributi impoſiti eſſe videtur.

12 Honorabilia רובי excellentia. vel excellentiora. Quidam vertunt, Dedi eis ſcripto excellentiorem Legis meæ partem. i. præcepta, & tamen contempſerunt illa. Tanquam aliena כמו־זר tanquam peregrina.

13 Sacrificia זבחי *In* ſacrificiis munerum meorum. i. quæ vice donorum offeruntur mihi. Sacrificauerunt יזבחו Fut. Heb. pro præt. vel præſ. Et comederunt, ויאכלו ſub. eam carnem. Siquando (inquit) ſacrificarunt, hoc fecerūt vt veſcerentur ſacrificatis, nō ad me placandum. Nō vult ea: לא רצם nō optat ea. vel amat. i. nō delectatur illis. Reuertētur.: ישובו .i. cogētur reuerti propter afflictiones.

14 Et ædific. del. ויבן היכלות & extruxit templa. ſub. in honorē idolorū. Et conſumet, &c.: ואכלה ארמותיה qui deuorabit palatia eius.

Cap. IX.

Famem Iſraeli prædicit & captiuitatem.

NE læteris Iשſraאél″ad exultationem ſicut *alij* populi: quia fornicatus es à Deo tuo: dilexiſti″mercedem *meretriciam* ſuper omnes areas tritici. 1

Propterea″area & torcular non alet eos: & muſtum′mentietur eis. 2

Nõ habitabũt in terra Iehouæ,″ſed reuertetur אEphráim in Mixſráim, & in Aשſſúr, vbi polluta comedent. 3

′Non libabunt Iehouæ vinum,″neque grata erũt ei ſacrificia eorum, tanquam panis lugentium *reputabuntur* eis,″quem quicũque comedunt, contaminant ſeſe:′quia panis eorum pro anima eorum, non intrabit in domum Iehouæ. 4

Quid facietis″in die ſolennitatis, & in die feſtiuitatis Iehouæ? 5

Quia ecce′abituri ſunt propter vaſtitatem, Mixſráim congregabit eos, Móph ſepeliet eos: ′*domos* deſiderabiles argenti ſui vrtica ″hæreditario iure accipiet,′lappa in tabernaculis eorum. 6

″Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis, *tunc* cognoſcet Iשſraאél″ſtultum *fuiſſe* prophetam, furioſum, ′virum ventoſum propter multitudinem iniquitatis tuæ,″& multum odium. 7

″Speculatorem אEphráim *poſuit ſibi* cum Deo meo, prophetam *qui eſt illi tanquam* laqueus aucupis in omnibus viis eius,′odium in domo Dei eius. 8

″Callidum inierunt conſilium: ′corruperunt ſe ſecundum dies Gibyáh: ″*breui* recordabitur iniquitatis eorũ, viſitabit peccata eorũ. 9

Tanquam vuas′in deſerto inueni Iשſraאél, *&* tanquam primitiuum in ficu ″initio eius vidi Patres veſtros: ipſi tamen ingreſſi ſũt ad Bayal-peyór, ſeparauerúntque ſeſe *à me*′pudori,″& fuerunt abominationes ſecundum amorem eorum. 10

אEphráim tanquam auis auolabit,′gloria eorum, à partu, aut ab 11

Cap. IX.

1 NOli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.

2 Area & torcular non paſcet eos: & vinum mentietur eis.

3 Non habitabunt in terra Domini: reuerſus eſt Ephráim in AEgyptum, & in Aſſyriis pollutum comedit.

4 Non libabunt Domino vinum, & non placebũt ei: ſacrificia eorũ quaſi panis lugẽtium, omnes qui comedẽt eum, contaminabũtur: quia panis eorum, animæ ipſorum, non intrabit in domum Domini.

5 Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis Domini? B

6 Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate: AEgyptus congregabit eos, Mẽphis ſepeliet eos: deſiderabile argentũ eorũ vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum.

7 Venerunt dies viſitationis, venerũt dies retributionis: ſcitote Iſrael ſtultũ prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudo amentiæ.

8 Speculator Ephráim cũ Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius.

9 Profundè peccauerũt, ſicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum. Iudic.19.d.16 C

10 Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneę in cacumine eius vidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in cõfuſionem, & facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerũt.

11 Ephráim quaſi auis auolauit, gloria

IN CAPVT IX.

1 Ad exultationem, אל־גיל ad lætitiam.i.tẽpore lætitiæ, ſiquid læti ſeſe offerat, aut etiam in gaudio publico.q.d.Deberes lugere perpetuò, & nunquam lætari, etiam in gaudio publico, quia per fornicationem defeciſti à Deo tuo, adhærendo idolis, & illa colendo. Mercedem אתנן ſub.meretriciam. Diligere mercedem meretriciam, eſt fornicari. Quoties(inquit)dedi tibi abundatiam tritici, tunc, me deſerto, coluiſti idola. vel, in ipſis areis coluiſti ea, acceptum eis ferens triticum, non mihi.

2 Area גורן Horreum. Mentietur eis. : יכחש בה Hebraiſmus, non reſpondebit votis eorum.q.d. ſperabunt ſe habituros magnã vim tritici & vuarum, ſed fruſtrabuntur ſua ſpe. 3 Sed reuertetur ושב acſi dicat, Non ſunt diu habitaturi in regione quam Dominus dederat eis, nempe in Terra ſancta: ſed afflictionibus preſſi, cogentur reuerti in AEgyptum. quod factum fuiſſe cum Iohanan, ſcribitur 2.Reg.25, & Iere.20. 4 Non libabunt לא־יסכו Id eſt non poterunt libare, etiam ſi velint, vinum Domino in AEgypto aut Aſſyria: quia non licebat libare extra Terram ſanctam. Neque grata erunt ei ולא יערבו־לו Ad verbum, neque dulceſcent ei. Hebraiſmus, non placebunt, neque grata erunt. Quem quicunque, &c. כל־אוכליו וגו׳ Ad verbum, omnes comedentes eum, polluent ſeſe.i.reddentur eſu illius, impuri & immundi. Cibus lugentium pollutus dicitur ob contactum aut præſentiam mortui.q.d.ſiquid Deo offerent, erit pollutum. Quia panis, &c. כי־לחמם וגו׳ Hebraiſmus, Sacrificia quæ offerunt, caro ſacrificii eorum quam offerunt pro expiatione animæ ſuæ, non erit grata Deo. hoc ſignificat, Non venire in domum Dei.

5 In die ſolennitatis, &c. ליום מועד וגו׳ Id eſt tempore quo Dominus ſumet pœnas de vobis, & animaduertet in vos? His oſtendit Dominum eſſe iuſtum, & hominem iuſtè affligi pro peccatis.

6 Abituri ſunt, הלכו Præt.Heb.pro fut.magna(inquit)pars eorum propter patriam vaſtatam, recipiet ſeſe in AEgyptum, qui morientur in regione Memphitide. *Domos* deſiderabiles מחמד Ad verbum, deſiderabile. i. ædes ſumptuoſas & magnificas in quibus reponebant pecuniam ſuam, & conſeruabant. Hæreditario iure accip. יירשם Ad verbum, hæreditabit eas, i. perpetuò poſſidebit. Lappa חוח ſpina. 7 Venerunt, &c. באו ימי וגו׳ Præterita pro fut. Venient dies viſitationis, venient.q.d.Iamiam venturi ſunt. Hoc dicit, quòd nonnulli exiſtimabant nunquam futurum vt Deus percuteret populum ſuum. Stultum *fuiſſe* proph. אויל הנביא ſubaudiendum nonnihil, quale, Prophetam illum quem putabat eſſe verum Prophetam & ſummum, fuiſſe ſtultum. Virũ ventoſum איש הרוח Ad verbum, virum ſpiritus. Et multum odium. : ורבה משטמה Doctus inter Hebræos, proin multum odium, nempe Dei erit.

8 Speculatorem, &c. צופה אפרים וגו׳ Speculator *eſt ipſi* Ephráim cum Deo meo propheta.q.d. vult ſimul Deum verum & deos alienos colere. Odium משטמה ſub.Dei veri.

9 Callidum, &c. העמיקו וגו׳ Ad verbum, Profundauerunt, vel Profundum fecerunt. quidam ſubaudiunt, conſilium, aut auerſionem.i. ſubtiliter & callidè auerterũt ſe à vera religione, & cultu Dei. dicunt enim ſe id facere in honorem Dei. Alii ſubaudiũt, peccatum.q.d.in profundiſſimam foueam peccatorum ceciderunt, haud ſecus quàm olim Beniaminitæ in Gabaa impudẽter peccauerunt. Vide ſuprà, cap.5.a.2.

Corruperunt ſe שיחתו Id eſt corruperunt mores ſuos.q.d.non ſolum peccauerunt in Deum, ſed & in proximũ, contra vitæ honeſtatem.

Breui] Hebræi ſubaudiunt עתה nunc. id eſt breui.

10 In deſerto, במדבר ſub.vaſto, vbi nihil creſcit. Genus loquendi Hebraicum, Tam charus(inquit) fuit mihi Iſrael, quàm ſunt vuæ iis qui inueniunt illas in deſerto vbi eſt penuria rerum omnium: tam libenter vidi Patres Iſraelitatũ, quàm libenter videt homo primos fructus in ficu quum incipit ferre fructum. Initio eius, בראשיתה .i.quum primum incipit ferre fructum. Pudori, לבושת Id eſt adhærendo idolo pudendo: quòd idoli nos pudere debeat. Quidam dicunt fuiſſe idolum Priapi. Et fuerunt, &c. : ויהיו שקוצים כאהבם Id eſt tot habuerunt idola, quot habuerunt mulieres atque vxores diuerſarum nationum.

11 Gloria eorum, כבודם Relatiuum cum antecedente, pro gloria Ephráim tanquam auis auolabit. Gloriam Ephráim vocat filios.q.d. filii Ephráim morituri ſunt quamprimum prodierint in lucem, aut abortient vxores, aut non retinebunt ſemen.

eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu.

12 Quòd & ſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus: ſed & væ eis, quũ receſſero ab eis.

13 Ephráim (vt vidi) Tyrꝰ erat fundata in pulchritudine: & Ephráim educet ad interfectorem filios ſuos.

D 14 Da eis Domine. quid dabis eis? da eis vuluam ſine liberis, & hubera arentia.

1.Reg.8.a.5

15 Omnes nequitiæ eorum‖in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: ꝓpter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciã eos: non addã vt diligã eos, omnes principes eorũ recedẽtes.

16 Percuſſus eſt Ephráim, radix eorũ exiccata eſt, fructum nequaquam facient: quòd etſi genuerint, interficiã amantiſſima vteri eorum.

17 Abiiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erũt vagi in nationibus.

Cap. X.

1 VItis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ ſuæ exhuberauit ſimulachris.

2 Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt: ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum.

3 Quia nunc dicent, Non eſt Rex nobis: non enim timemus Dominum: & Rex quid faciet nobis?

B 4 Loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quaſi amaritudo iudiciũ ſuper ſulcos agri.

5 Vaceas Beth-áuen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eũ populus eius, & ęditui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo.

6 Siquidẽ & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus Regi vltori: cõfuſio Ephráim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua.

7 Tranſire fecit Samaria Regem ſuũ quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.

C 8 Et diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſrael: lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorũ:‖& dicẽt mõtibus, Operite nos: & collibꝰ, Cadite ſuꝑ nos.

Iudic.10.a.b
eſa.2.d.19
luc.23.d.30
apoc.9.b.16

vtero, aut à conceptu.

12 Quòd ſi educauerint filios ſuos, orbabo eos″vt nõ *ſint* homines: quia etiam væ eis quum receſſero ab eis.

13 ″אEphráim *uidi* vt vidi צSór plantatam in habitaculo: & *tamen* אEphráim educturus eſt″ad interfectorem filios ſuos.

14 Da eis Iehouáh.″quid dabis? da eis ″vuluam orbantem: & vbera arentia.

15 ″Omnis malitia eorum *fuit* in Gilgál: quia ibi odio habui eos propter malitiam operum eorũ, è domo mea eiiciam eos: nõ addam vt diligam eos, omnes principes eorum deſertores.

16 Percuſſus eſt אEphráim, radix eorum aruit, fructum non faciẽt: etiam ſi genuerint, interficiam″deſiderabilia vteri eorum.

17 ″Abiiciet eos Deus meus, quia non paruerunt ei, erúntque vagi ″inter Gentes.

Cap. X.

1 V″Itis vacua Iשſraאél, ″fructum ponet ſibi? ſecũdum multitudinem″fructus ſui multiplicauit altaria: ″ſecundum bonitatẽ terræ ſuæ pulchras poſuerunt ſtatuas.

Ingratitudo Iſraelis.

2 ″Diuiſit ſe cor eorum, *propterea* nunc deſolabuntur, ipſe cõfringet aras eorum, *&* vaſtabit ſtatuas eorum.

Eius interitus.

3 ″Nunc enim dicturi ſunt, Non eſt Rex vobis: nõ enim timemus Iehouam: proinde Rex quid faceret vobis?

Plagis non emẽdatur.

4 Loquuti ſunt verba *inter ſe* deierando ″mendaciter, ″feriendo pactum: propterea germinabit″ſicut venenum iudiciũ in ſulcis agri.

5 ″Ad vitulas Beth-áuen pauebunt habitatores שSomerón, quia ″lugebit″ſuper eũ populus eius, & ſacerdotes eius *qui* ſuper eo ″exultant, ″ob gloriam eius, quòd migratura ſit ab eo.

Vitulus quẽ colebat, in Aſſyrios tranſlatus.

6 Etiam ipſe in Aשſſúr ducetur *in* munus Regi Iareb: ″pudorẽ אEphráim capiet, & pudore afficietur Iשſraאél″à conſilio ſuo.

7 ″Succiſus eſt *in* שSomerõ Rex eiꝰ, ſicut ſpuma ĩ ſuperficie aquæ.

8 Diſperdentur quoque excelſa″Auen, ″peccatum Iשſraאél: ſpina ″& tribulus″aſcendet ſuper aras eorum: dicéntque montibus, Operite nos: & collibus, Cadite ſuper nos.

---

12 Vt non *ſint* hom. מארם .i. vt non cenſeantur inter homines, hoc eſt vt non perueniant ad ætatem virilem.

13 אEphráim, &c. אפרים וגו׳ Ephráim (vt vidi, vel video) *ſimilis eſt* Tyro plantatæ in amœnitate. Alii, Ephráim *fuit* ſicut vidi Tyrum plantatam in habitaculo pulcherrimo. id eſt, Vt Tyrus fuit vrbs florentiſſima & inexpugnabilis: ita Ephráim, id eſt decem tribus. Alii, Vidi Ephraim ſicut vidi Tyrũ. q.d. Ephráim, vt & Tyrus, propter idololatriã affligetur. Ad interfect. אל־הורג .i. ad bellũ vbi ipſi occidentur.

14 Quid dabis? מה־תתן quod daturus es. id eſt quod interminatus es te daturum illis. Vuluam orbantem: רחם משכיל Id eſt perde filios eius antequam edantur in lucem, aut poſtquam editi fuerint, præ lactis inopia in mammis.

15 Omnis malitia eo. כל־רעתם Per omnem malitiam intellige duo illa mala quæ admiſerunt in Galgal, vbi Regem petierunt reiecto Domino: deinde coluerunt idola. 16 Deſiderabilia vteri e. : מחמדי בטנם .i. chariſſima pignora, hoc eſt natos.

17 Abiiciet eos ימאסם Repellet eos. Reiiciet. ſub. à ſe. Inter Gentes. : בגוים. Intelligit illas à quibus expugnandi erant.

IN CAPVT X.

1 Vitis vacua גפן בוקק *Tanquam* vitis inanis. i. quæ caret ſucco, ſiue humido radicali. Fructum ponet ſibi? פרי ישוה־לו ferétne *ergo* fructum? q.d. nequaquam. Fructus ſui לפריו .i. fructuum terræ ſuæ. iuxta (inquit) copiam & abundantiam annonæ, plura erexit altaria idolis. Secundũ boni. &c. כטוב לארצו וגו׳ Repetitio eſt aliis verbis. iuxta fœlicitatem [proſperitatem, atque vbertatem] terræ ſuæ concinnauerunt ſtatuas: vel elegantes, inſignes & affabrè factas poſuerunt ſtatuas ſimulachris & idolis.

2 Diuiſit ſe cor eorum חלק לבם Subduxit ſeſe animus eorum. ſub. à me. i. ipſi deſeruerunt me. Vide ſuprà cap. 5. b. 6

3 Nunc enim כי עתה Breui enim. quum ſcilicet punientur, dicent, Sumus perinde acſi Regem non haberemus: non enim poteſt nos eripere ab inimicis noſtris. 4 Mendaciter, שוא fruſtrà, *in* vanum. more ſcilicet eorum qui coniurant inter ſe. Feriendo pa. כרות ברית de relinquendo ſcilicet Domino. Sicut vene. כראש .i. tanquam herba venenata. Quidã vertunt abſynthiũ. Prædicit fore vt citò iudicẽtur à Domino. Cõparat autẽ iudiciũ illud herbæ venenatæ quæ citò creſcit in terra culta. q.d. Breui accepturi ſũt ſententiã ſuã à Domino: imò iam lata eſt ſententia. 5 Ad vit. לעגלות Propter vitulas. Fœminino genere dixit, & mox relatiuũ maſculinũ poſuit, quòd imagines careãt ſexu. Præterea numero plurali, quòd vitulus qui colebatur in Beth-el, eſſet præcipuus. Rurſum Beth-auen pro Beth-el, ignominiæ cauſa dixit. Verti etiam poſſet, Vitulis Beth-auen timebunt. Lugebit אבל Præt. Heb. pro fut. Super eum populus eius, עליו עמו propter eum populus eius. id eſt qui colit eum. Exultant, יגילו Fut. Heb. pro præſ. lætantur. lætari ſolent, vel ſolebant: quòd ſcilicet illi victimis oblatis veſcerentur. Ob gloriam eius, על־כבודו Per gloriam intelligit cultum eius: vel hoc dicit quòd ille in fruſta diſcerpendus eſſet, & ita aliò transferendus.

6 Pudorẽ אEphráim capiet, בשנה אפרים יקח pudore Ephráim afficietur. quòd ſcilicet Deo ſuo priuabitur. A conſilio ſ. : מעצתו quod ſanè erat de conſtituendis vitulis, vt hac ratione impedirent profectionem in Ieruſalem: & ita magis confirmarent regnum ſuum.

7 Succiſus eſt נדמה Præt. Heb. pro fut. Excidetur. id eſt Rex Samariæ occidetur in eã. Deſcribitur pœna illorum idololatrarum: & propterea iuſtitia Dei commendatur. 8 Auen און Pro Beth-el (quã verſu 5. vocat Beth-auen) Auen dixit ad maiorem ignominiam. Peccatũ Iשſraאél: חטאת ישראל Appoſitiuè dictum. i. ad quæ peccauit Iſrael. Et tribulus, ודרדר & carduus. Aſcendet יעלה pro creſcet, Hebraiſmus.

A diebus Gibyáh'peccaſti Iשſraאél:ibi'ſteterunt,non apprehendet eos in Gibyáh prælium *ſuſceptum* contra filios iniquitatis. 9

'In deſiderio meo *eſt*,'& corripiam eos:congregabuntur enim ſuper eos populi,'dum ligauerint ſeſe in duobus ſulcis ſuis. 10

אEphráim autem vitula aſſueta *&* diligens'triturare:& ego'tranſiui ſuper pulchrum collum eius:'imponā *ergo* ipſi אEphráim *iugum*, arabit Iehudáh,confringet glebas ſibi Iayacób. 11

Dixíque,'Seminate vobis in iuſtitia,'metite iuxta miſericordiam, 'arate vobis arationem : nam tempus requirendi Iehouam donec veniat,& doceat vos iuſtitiam. 12

Exitiū decē tribuum repetit.

Sed araſtis impietatem,*ideo* iniquitatem'metetis: comedetis fructū'mendacē,quia'fiſus es viæ tuæ,*&* multitudini fortium tuorū. 13

Propterea conſurget tumultus in populis tuis,& omnes munitiones tuæ vaſtabūtur,ſicut vaſtauit'שSalmán Beth-Arbאél in die belli,mater cum filiis'allidetur. 14

Sic'faciet vobis Beth-אél propter malitiam malitiæ veſtræ:'in aurora ſuccidendo ſuccidetur Rex Iשſraאél. 15

Cap. XI.

Deus beneficia ſua erga Iſraelē commemorat.

Q'Vum puer Iשſraאél *eſſet*, dilexi eum, & ex Mixſráim'vocaui filium meum. 1

'Clamauerunt ad eos,'ſic abierunt à facie eorū, Beyalím ſacrificauerunt,& ſculptilibus ſuffiuerunt. 2

Ego autem'ambulare feci pedibus ipſum אEphráim,*&*'portauit eos in brachiis ſuis,& non agnouerunt quòd'ſanauerim eos. 3

'Funibus hominum'traxi eos, funibus charitatis: & fui eis'tanquam exaltantes iugum'in maxillis eorum ,'& declinare feci ad eum cibum. 4

Ingrati populi captiuitas.

Non reuertetur *quidem* ad terram Mixſráim , ſed Aשſſúr ipſe erit Rex eius:quoniam noluerunt conuerti *ad me*. 5

Et irruet gladius in vrbes eius, conſumétque villas eius propter conſilia eorum. 6

---

9 Ex dieb⁹ Gabaa peccauit Iſrael,ibi ſteterunt: non comprehendet eos in Gabaa præliū ſuper filios iniquitatis.

10 Iuxta deſiderium meum corripiam eos:congregabuntur ſuper eos populi,quū corripientur propter duas iniquitates ſuas.

11 Ephráim vitula docta diligere trituram:& ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius : aſcendam ſuper Ephráim, arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob.

12 ‖Seminate vobis iuſtitiam,& metite in ore miſericordiæ , innouate vobis nouale:tempus autem requirendi Dominum , quū venerit qui docebit vos iuſtitiam. Ierem.4.a.3

13 Araſtis impietatem, iniquitatē meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacii, quia confiſus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum. D

14 Cōſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuę vaſtabūtur, ſicut vaſtat⁹ eſt Salmana à domo eius ‖qui vindicauit Baal in die prælii,matre ſuper filios alliſa. Iudic.8.e.11

15 Sic fecit vobis Beth-el à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.

Cap. XI.

1 SIcut mane tranſit, pertrāſiit Rex Iſrael, Quia puer Iſrael , & dilexi eū:& ‖ex AEgypto vocaui filium meū. Matth.2.e.15

2 Vocauerunt eos, ſic abierūt à facie eorum:Baalim immolabant,& ſimulachris ſacrificabant.

3 Et ego quaſi nutritius Ephráim, portabam eos in brachiis meis:& neſcierunt quòd curarem eos.

4 In funiculis Adam traham eos , in vinculis charitatis:& ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum: & declinaui ad eum vt veſceretur. B

5 Nō reuertetur in terram AEgypti, & Aſſur ipſe Rex eius : quoniam noluerunt conuerti.

6 Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & conſumet electos eius, & comedet capita eorum.

---

9 Peccaſti חטאת peccator es. Steterunt, עמדו ſub.Iſraelitæ pugnaturi contra ciues,dicentes,Non,&c.Tranſit à ſecunda perſona in tertiam, O Iſraelitæ, à tempore quo commiſſum illud nefandum ſcelus vltus eſt Dominus in Gabaa(vide Iudicum cap.19. & 20) fuiſtis peccatores:ſimiles illis qui tum in bello contra Gabaonitas ceciderunt,præter ſpem ſuam tamen,qui dicerent ſe in eo bello,ab eis iuſtiſſimè ſuſcepto contra huiuſmodi facinoroſos,& ſceleſtos, non caſuros: & tamen ceciderunt plurimi iuſtè:nam Deus eſt iuſtus. Oſtendit iuſtitiam Dei in puniendo Iſraele,& eius longanimitatem.

10 In deſiderio meo *eſt*, באותי In votis habeo. Et corripiam eos: ואסרם & caſtigabo eos.i.& euadam voti compos. Dum ligauerint,&c. כאסרם וגו׳ Id eſt quum contraxerint inter ſe affinitatem Iuda & Iſrael, & coniunxerint ſeſe. q.d. quum Iuda & Iſrael vnanimi conſenſu cœperint colere vitulos.Metaphora ſumpta à iuuencis quæ ſimul arant.

11 Triturare: לדוש ſub.potius quàm arare.eſt enim admodum pinguis.q.d. Olim Ephráim erat cōſtitutus in magna fœlicitate,pinguis & opulentus. Hìc etiam accuſat Iſraelē idololatriæ. Tranſiui ſuper,&c. עברתי על׳ טוב צוארה Ad verbū,tranſiui ſuper bonitatem colli eius.Hebraiſmus,pro conſideraui pulchritudinem colli eius,id eſt collum eius pingue & obeſum. Imponam ארכיב Ad verbum,vehere faciam,aut ferre.Hic obſcurè dicit Deus ſe diuiſiſſe regnum in duo,vt vtrunque ei ſeruiret. verùm contrà fecerunt.Imponam (inquit) ipſi Ephráim iugum Regum.i.decem tribuum:vtrunque regnum ſuo fungetur officio in mihi ſeruiendo.

12 Seminate זרעו Sub.Et dixi illis,Seminate,&c.& tamen non paruiſtis.Seminare in iuſtitia,eſt dare operam bonis & iuſtis operibus. Metite iuxta miſericor. קצרו לפי חסד metite in miſericordia.Imperat.Heb.pro fut.q.d. & reportabitis mercedem ampliſſimam quam Deus ſua miſericordia dabit vobis. Arate vobis arat. נירו לכם ניר Doctus inter Hebræos dicit hoc loco, Arare pro cogitare poni parabolicè:acſi dicat,cogitate vobis cogitationem,vt mox verſu 13, Araſtis impietatē.Exhortatio eſſe videtur ad præparationem cordis ob aduentum Chriſti. 13 Metetis: קצרתם Præt.Heb.pro fut.vt & mox.i.metetis mercedem iniquitatis. Mendacem, כחש Ad verbum,mendacii. Fiſus es בטחת Mutatio perſonæ & numeri.

14 שSalmán שלמן Sunt qui de Salmanaſare intelligunt:is enim primo anno Oſee irruit, & Beth-arbeel trans Iordanem vaſtauit crudeliſſimé.Citat ergo domeſticum & recens exemplum.De Arbel,1.Mach.9.a.2.Alii dicunt hanc hiſtoriam non extare:erat tamen tunc omnibus nota. Allidetur. רוטשה׃ Præt.Heb.pro fut.

15 Faciet עשה Præt.Heb.pro fut.id eſt eorundem vobis erit author Beth-el in qua coluiſtis vnum ex vitulis. In aurora בשחר Id eſt initio regni Oſee filii Ela.

IN CAPVT XI.

1 Quum puer IשſraאÉl כי נער ישראל Id eſt Quum adhuc ageret in AEgypto. Vocaui קראתי præ aliis populis ſcilicet, vt eſſet mihi vice filii.Hunc locum citat Matthæus cap.2.c.15 de Chriſto: illic vide interpretationem in noua Gloſſa ordinaria à nobis impreſſa AN.M.D.LIII. 2 Clamauerunt קראו ſub.Prophetæ miſſi à me,vt ſubinde ad reſipiſcentiam inuitarent. Sic abierunt כן הלכו Hebraiſmus,vt illi clamabant,ita iſti obuertebant illis terga.

3 Ambulare fe.pe. תרגלתי Doctus inter Hebræos exponit,Quia cōparauit ipſum puero,vſus eſt hoc verbo:acſi dicat,ſicut puerū aſſuefaciunt & docent ambulare ſenſim ac pedetentim ſine fatigatione,ſic quando eduxi eos ex AEgypto per profectiones,ſine vlla itineris moleſtia deduxi eos. Portauit eos קחם tulit eos.ſub.Moſes.i.ſubleuauit eos laſſos in itinere quantū potuit. Sanauerim eos. רפאתים׃ .i. eduxerim eos è ſeruitute,laboribus,& moleſtiis. 4 Funibus ho. בחבלי ארם .i.humanis,nō quibus trahi ſolent boues,ac deduci. Seipſū exponit mox quū dicit.funibus charitatis.q.d.clemētiſſimè eduxi eos ex AEgypto per deſertū in Terrā ſanctā. Traxi eos, אמשכם Fut.Heb.pro præt. Tanquam exalt. כמרימי .i.vt qui detrahunt iugum à collo & pectore in caput ipſum. In maxillis eorum, על׳ לחיהם nempe boum. Et declinare,&c. ואט אליו אוכיל׃ Hebraiſmus,refocillaui populum hunc in deſerto quum eſſet feſſus.

Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. 7

C Quomodo dabo te Ephráim, protegam te Iſrael? quomodo dabo te ‖ ſicut Adama, ponam te vt Seboim? cōuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea. 8
Geneſ.10.e.24
amos 4.d.11

Non faciam furorem iræ meæ: non conuertam vt diſperdam Ephráim: quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem. 9

D Poſt Dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet, & formidabunt filii Maris. 10

Et auolabunt quaſi auis ex AEgypto, & quaſi colūba de terra Aſſyriorū, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus. 11

Circūdedit me in negatione Ephráī, & in dolo domus Iſrael: Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum Sanctis fidelis. 12

Cap. XII.

Ephráim paſcit ventū & ſequitur æſtum: tota die mēdacium & vaſtitatem multiplicat: & fœdus cū Aſſyriis iniit, & oleū in AEgyptū ferebat. 1

Iudicium ergo Domini cum Iuda, & viſitatio ſup Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuētiones eius reddet ei. 2

‖In vtero ſupplantauit fratrem ſuū: & ‖ in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo: 3
Gene.25.d.25
Geneſ.32.f.24.

B Et inualuit ad Angelum, & confortatus eſt: fleuit, & rogauit eū: in Bethel iuenit eū, & ibi loquut⁹ eſt nobiſcū. 4

Et Dominus Deus exercituū, Dominus memoriale eius. 5

Et tu ad Deum tuum conuerteris: miſericordiam & iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper 6

7 Populus autem meus ″ſuſpēſus erit *animo* propter rebellionē *ſuam*, in me: ″& *quanuis* ad excelſum inuitarint eum *Prophetæ*, nemo tamen exaltauit *Deum*.
Eiuſdem liberatio.

8 ″Quomodo dedam te אEphráim *hoſtibus*, tradam te ″Iשsraאél! quomodo ponam te ſicut Admáh, ponā te ſicut צSeboאím! ″inuerſum eſt in me cor meum, pariter ″incaluerunt pœnitudines meæ.

9 ″Non faciam ſecundum iram furoris mei, nō reuertar ad diſperdendum אEphráim, quoniam ″Deus ſum, ″& non vir: ″in medio tui Sanctus, neque ingrediar ciuitatem.

10 Poſt Iehouam ambulabūt *qui* veluti leo rugiet: ipſe enim rugiet ″& pauebunt filii ab Occidente.

11 ″Pauebunt vt aues ex Miצsráim, & veluti columba ex terra Aשſſúr, collocabóque eos in domibus ſuis, dixit Iehouáh.

12 ″Circūdederūt me mēdacio, אEphráim, & dolo domus Iשsraאél: Iehudáh autem adhuc ″dominatur cū Deo, ″& cū Sanctis fidelis eſt.

Cap. XII.

1 Ephráim ″paſcit ventum, & perſequitur Eurum, mendacium ″& vaſtitatem multiplicat, & fœdus cum Aשſſúr percuſſerūt, & oleum in Miצsráim ″deportatur.
Vanā Iſraelis fiduciā deſcribit.

2 ″Diſceptatio autē ipſi Iehouæ cū Iehudáh, ″& vt viſitet Iayacób iuxta vias eius, iuxta opera eius reddet ei.

3 In vtero ″ſupplantauit fratrem ſuum, & fortitudine ſua ″præualuit Angelo:
Exemplū Iacob proponit vt conuertantur.

4 Præualuit inquam Angelo, & ſuperior fuit, ″fleuit, & rogauit eū: in Beth-אél ″inuenit eum, & ibi ″loquutus eſt ″nobiſcum.

5 Iehouáh autem *eſt* Deus exercituum, Iehouáh ″memoriale eius.

6 Tu ergo ad Deum tuum reuertere, miſericordiam ″& iudicium cuſtodi, ″& fide Deo tuo ſemper.

7 Suſpenſus erit תלואים Ad verbū, ſuſpenſi erūt *animis* propter rebellionē meā. Affixum in משובתי, pro למשובה בי, rebellionē cōtra me. .i. ſemper ſibi timebit, neque vnquam erit animo ſecuro, quòd rebellarit contra me. Et *quanuis* ad, &c. ואל־עלוגו׳ Ad verbum, Et ad Altiſſimum vocabunt eum, pariter non exaltabit. Futura pro præteritis, aut præſentibus. q.d. Prophetæ increpant eos, & vocant vt conuertantur ad Deum Excelſum: at ne vnus quidem ex illis omnibus reperitur qui Deum exaltet laudibus. vel qui exaltet, ſub. caput, ſiue aures, vt ſcilicet auſcultet Prophetis. 8 Quomodo איך Inducit Deum loquentem more eorum qui inuiti puniunt: acſi dicat, Non ſine animi dolore, neque lubens hoc ſum facturus. Inuitat autem eos hoc modo ad pœnitentiam. IשsraאéI! ישראל Repetitio eſt: nā Ephráim & Iſrael pro decem tribubus ponuntur. Inuerſum eſt, &c. נהפך עלי לבי .i. ſum animo conturbato, ac perturbato. Alii, conuerſum eſt, &c. i. ducor pœnitentia. Incaluerunt pœn.m. נכמרו ניחומי׃ commotæ ſunt pœnitudines meæ. i. paratus ſum mutare ſententiam, pœnitet me ſuper malo quod cogitaui facere eis. Ita doctus inter Hebræos. Seipſum declarat verſu ſequenti, Non faciam, &c.

9 Non faciam, &c. לא אעשה וגו׳ .i. non affligam eos pro ratione iræ meæ. q.d. non puniam eos pro ratione delictorum ſuorum quibus prouocauerunt me ad iram. Deus ſum, אל אנכי qui ſcilicet continere poſſum iram meam. ſolent enim homines ſæuire in alios pro quātitate & qualitate iræ ſuæ. Et non vir: ולא־איש ſub. vt mētiar, vel vt me pœniteat. In medio, &c. בקרבך קדוש .i. inter vos ego Deus qui ſum ſanctiſſimus, habito, non ingrediar ciuitatem aliam quàm Ieruſalem. vel, non ingrediar ciuitatem, vt eam perdam.

10 Et pauebunt ויחרדו & formidabunt. Alii, & properabunt. Prophetia de Chriſto.

11 Pauebunt יחרדו Properabunt. i. celeriter venient, ſiue recipient ſeſe ad eum inſtar volucris celeriter volantis, & inſtar columbæ citò redeuntis ad pullos ſuos. Per AEgyptum & Aſſyriam intelligit omnes alias regiones.

12 Circundederunt, &c. סבבוני וגו׳ ſub. hactenus. Ego (inquit) habitabam inter Iſraelem & Ephráim, & tamē pleni ſunt ſceleribus. Nam & hoc poteſt referri ad mores præter idololatriam. q.d. Dicunt ſe colere Deum, ſed mentiuntur: ſimul enim vitulos colunt, & eos quidem in honorem mei. Dominatur cum Deo, רד עם־אל dominium agit cum Deo. i. adhuc veram Dei religionem retinet, & Deo adhæret. Seipſum mox declarat. Et cum Sanctis fidelis eſt. ועם־קדושים נאמן׃ .i. cum Deo ipſo ſanctiſſimo. Doctus inter Hebræos annotat hîc repetitionem eſſe eiuſdem ſententiæ diuerſis verbis, & קדושים eſſe loco אל. & numero plurali dici, vt Ioſue 24.c.19, אלהים קדושים הוא Dii ſancti ipſe. & dictionem Fidelis eſt, ad Iehudam referri, acſi dicat quòd Iehudáh fidelis eſt cum Deo & cum ſanctis. i. cum ipſo Deo, qui eſt ſanctus ſanctorum, retinendo cultum eius. Quidam ex illis, refert נאמן ad Deum, ſic, cum ſanctis fideli. hoc eſt Deo qui eſt fidelis.

IN CAPVT XII.

1 Paſcit ventum, &c. רועה רוח וגו׳ .i. perdit operam ſuam dum colit ſimulachra & idola. Doctus inter Hebræos ſic ait, Ephráim colens vitulos ſimilis eſt aperienti os ſuum vento, & paſcenti illum, ex quo non viuit: & ſequenti Subſolanum, ſiue Eurum, vehementiſſimum & homines lædentem: nā tantū abeſt vt inde cōmodum reportet, vt potius maximū damnū ex eo cultu ſibi cōtrahat. Et vaſtitatē mult. ושוד ירבה Fut. Heb. pro præſ. i. multiplicat idola quæ ſunt cauſa vaſtationis prouinciarū. Deportatur. יובל׃ ſub. à Terra ſancta, vbi eſt optimū oleū. Fut. Heb. pro præſ. 2 Diſceptatio a. וריב Vide ſuprà, cap. 1.a.1. Et vt viſitet Iaעa. ולפקוד על־יעקב Hebraiſmus, pro, & cū Iaacob vt viſitet eū. i. puniat pro ratione ſcelerum. q.d. vtrunque regnum peccauit contra Deum. Hic quodammodo prædicitur tranſmigratio duarum tribuum, & decem. 3 Supplantauit fra.ſ. עקב את־אחיו apprehendit [arripuit] calcaneū fratris ſui. His Dominus oſtendebat fore, vt Iaacob vinceret fratrem opibus. Taxat autem ingratitudinem Iſraelis, commemorādo ſua in illum beneficia. Præualuit Angelo. שרה את־אלהים׃ dominatus eſt Deo. id eſt Angelo. Seipſum ſequenti verſu exponit.

4 Fleuit, בכה ſub. Angelus. i. quaſi fleuit, & ſuppliciter rogauit ipſum Iaacobū, vt ſe fineret abire. Alii referunt ad ipſum Iaacob, quòd fleuerit, & rogauerit Angelum. Vide Gene.32.f.26.g.28. Inuenit eū, ימצאנו ſub. Angelus ipſum Iaacob. Fut. Heb. pro præt. Loquutus eſt ידבר ſub. Angelus. Fut. Heb. pro præt. Nobiſcum. עמנו׃ .i. mecum, & cum Amos, vt ſcilicet prædicatione noſtra inuitaremus populum Iſraeliticum ad pœnitentiam. Verba ſunt Prophetæ. 5 Memoriale eius. זכרו׃ .i. Iehouáh eſt nomen eius perpetuum.

6 Et iudicium ומשפט & iuſtitiam. i. eſto miſericors in proximum, & illi redde quæ ſua ſunt. Et fide, &c. וקוה וגו׳ & ſpera in Deo tuo iugiter. vel, omnem ſpem & fiduciam colloca in Deo tuo.

″*Inſtar* mercatoris in cui⁹ manu ſtatera doloſa, opprimere dilexit. 7

Iniquitatẽ eorũ damnat.

Aítque ẋEphráim, Profectò ditatus ſum, inueni″diuitias mihi: 8
in omnibus′laboribus meis′non inuenient in me iniquitatem &
peccatum.

Pacẽ promittit.

Ego autem Iehouáh Deus tuus″è terra Miẋſráim, adhuc habita- 9
re faciam te in tabernaculis″ſecundum dies feſtiuitatis.

Idololatriã Galaad & Galgal carpit.

″Et loquutus ſum ad Prophetas, & ego viſionem multiplicaui, & 10
per manum Prophetarum propoſui ſimilitudines.

″Nónne Gilẏád *incœpit* iniquitatem? profectò vanitas fuerunt: in 11
Gilgál boues immolauerũt: etiam altaria eorum *fuerunt* ſicut acer-
ui *lapidum* in ſulcis agrorum.

Beneficia in Iacob collata.

Fugit autem Iaẏacób″*in* regionẽ Arám, & ſeruiuit Iwſraẋél pro- 12
pter vxorem *unam*, & propter vxorem *alteram*″cuſtodiuit *greges*.

″Et per Prophetam aſcendere fecit Iehouáh Iwſraẋélem ex Miẋſ- 13
ráim, per Prophetam quoque″cuſtoditus eſt.

Impietatẽ eorũ repetit & pœnã.

Sed iraſci fecit *Deum*″amaritudinibus,″ideo ſanguis eius ſuper eum 14
diffundetur,″& opprobrium eius reddet ei Dominus ſuus.

Cap. XIII.

Abominationes Iſraelis oſtẽdit.

QVũ loqueretur Ephráim,″tremor *erat*,″extulit *caput ſuum* in Iwſ- 1
raẋél: ſed deliquit in Báẏal, & mortuus eſt.

Nunc verò addiderunt vt peccarent, fecerúntque ſibi conflatile 2
ex argẽto ſuo iuxta intelligentiam ſuam, *&* idôla, ″opus artificum
totus ipſe *uitulus*: de eis ipſi *ſacerdotes* dicũt,″Immolatores hominum
vitulos oſculentur.

Idcirco erũt″veluti nubes matutina, & ſicut ros matutinus abi- 3
ens, ſicut gluma″*quæ* turbine propellitur ab area, & ſicut fumus qui
egreditur″de feneſtra.

Exitium minatur ob ingratitudinem.

Ego autem ſum Iehouáh Deus tuus ″è terra Miẋſráim,″& deum 4
præter me neſcies, neque ſeruator *erit tibi* præter me.

Ego″noui te in deſerto, in terra″ſitibunda. 5

″Iuxta paſcua ſua ſaturati ſunt, ſaturati ſunt *inquam*, & eleuatum 6
eſt cor eorum, idcirco obliti ſunt mei.

Fui itaque eis tanquam leo, ſicut pardus iuxta viam″tritam. 7

7 Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.

8 Et dixit Ephráim, Veruntamen diues effectus ſum, inueni idolum mihi, omnes labores mei non inueniẽt mihi iniquitatem quam peccaui. C

9 Et ego Dominus Deus tuus ex terra AEgypti, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis.

10 Et loquutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionẽ multiplicaui, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum.

11 Si in Galaad idolum, ergo fruſtrà erãt in Galgal bobus immolãtes: nam & altaria eorum quaſi acerui ſuper ſulcos agri. D

12 ‖Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in vxorem, & in vxorẽ ″ſeruauit.

Geneſ.28.a.9

″ſub.gregem.

13 ‖In Propheta autem eduxit Dominus Iſrael de AEgypto, & in Propheta ſeruatus eſt.

Exod.14.e.21

14 Ad iracundiam me prouocauit Ephráim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet, & opprobrium eius reſtituet ei Domin⁹ ſuus.

Cap. XIII.

1 LOquente Ephrâim, horror inuaſit Iſrael, & deliquit in Baal, & mortuus eſt.

2 Et nunc addiderunt ad peccandum, fecerúntque ſibi cõflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt. his ipſi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes.

3 Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.

4 ‖Ego autem Dominus Deus tuus ex terra AEgypti: & deum abſque me neſcies, & ſaluator nõ eſt præter me.

Eſa.43.b.11
B

5 Ego cognoui te in deſerto, in terra ſolitudinis.

6 Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: & eleuauerũt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

7 Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum.

7 *Inſtar* mercatoris כנען Mercator *eſt*. 8 Diuitias און fortitudinem. Laboribus meis יגיעי Id eſt opibus labore meo partis. Non inuenient לא ימצאו ſub. qui ſcrutabuntur opera mea.

9 E terra Miẋſráim, מארץ מצרים ſub. à tempore quo eduxi te è terra AEgypti. Secundum dies feſtiuitatis. : כימי מועד ſicut in tempore ſolennitatis. Tempus liberationis ex AEgypto vocat dies ſolennitatis. q.d. ſicut feci tempore quo eduxi te de terra AEgypti. Quidam referunt hæc ad futuram captiuitatem. q.d. oblitus liberationis ex AEgypto, faciam te reminiſci non præteritæ liberationis, ſed venturæ. nam te in captiuitatem abducam, ex qua te retraham, & liberabo, vnde memor eris, & feſtum tabernaculorum reſtitues in memoriam huius liberationis venturæ. prædicit & captiuitatem & liberationem.

10 Et loquutus ſum, &c. ודברתי וגו׳ Quidam per futurum, Et loquar cum Prophetis ipſis, viſionéſque ego multiplicabo, & per manum Prophetarum proponam ſimilitudines. ſub. tibi, inuitando te ſcilicet ad pœnitentiam, & multa bona tibi promittendo.

11 Nonne Gilẏád, &c. אם־גלעד און Annon *in* Galaad iniquitas? q.d. propter peccata ſua aliò demigrarunt. vel, demigrabunt.

12 *In* regionem שדה Ad verbum, *in* agrum. Cuſtodiuit : שמר ſub. greges Laban, & tamen euexi eum ad tantam dignitatem. q.d. Videte quantum beneficii contulerim in Patrem veſtrum Iaacob.

13 Et per Prophetam ובנביא ſub. Moſen. Cuſtoditus eſt. : נשמר ſub. in deſerto, & tamen ingratus fuit.

14 Amaritudinibus, תמרורים Id eſt ira amariſſima. Alii, excelſis. id eſt altaribus quæ extruxerat in honorem deorum. Ideo ſanguis eius, &c. ודמיו עליו וגו׳ ideo ſanguis eius ſuper eum requieſcet. vel, ſanguinem eius ſuper eum requieſcere faciet. id eſt, ſumet de illo pœnas propter ſanguinem innocentem ab illo effuſum. Et opprobrium eius וחרפתו Id eſt, quo affecit Dominum relinquendo illum, & ſequendo idola.

IN CAPVT XIII.

1 Tremor רתת ſub. erat audientibus. i. quando colebat Dominum, imperabat omnibus, & omnes qui audiebant tremebant. Extulit *caput ſuum* נשא Hebraiſmus, obtinuit Regiam dignitatem. primus enim Rex Iſraelis fuit ex tribu Ephráim. Quidam vertunt, ſublimis erat in Iſrael. i. inter omnes Iſraelitas. 2 Opus artificum totus ipſe מעשה חרשים כלה opus artificũ *eſt* totum hoc. Immolatores hom. זבחי אדם Immolantes homines. i. filios ſuos. ſub. vitulis. non erat cultus eorum perfectus niſi prius vitulos oſcularentur. Alii vertunt, De eis *uitulis* dicunt ſacrificantes homines [.i. ſacrificuli] Vitulos. &c.

3 Veluti nubes mat. כענן־בקר quæ ſcilicet cito abit, & euaneſcit orto ſole. *Quæ* turbine propell. יסער quæ exturbatur. eiicitur. De feneſtra. : מארבה de fumario. 4 E terra Miẋſráim, מארץ מצרים Vt præcedenti capite, verſu 9. Et deũ, &c. ואלהים וגו׳ deum itaque alium à me non agnoſces, & ſeruator *alius* nullus *erit tibi* præter me. i. nullum reputabis ſeruatorem præter me.

5 Noui te ידעתיך Agnoui te. i. paui, vt ſequẽti verſu dicit. Vide Amos 3.a.2. Sitibunda. : תלאובות Ad verbũ, ſiccitatum. i. ſiticuloſa & arida. acſi dicat, in horrẽda ſolitudine in qua nullus erat cibus, in qua tamẽ foui & alui te. 6 Iuxta paſcua ſua כמרעיתם Poſtquam (inquit) peruenerunt in terram illam fluentẽ lacte & melle, hoc eſt in qua erat copia omnium bonorũ, nimia ſaturitate cœperunt ſuperbire.

7 Tritã. : אשור cõculcatã. à radice אשר. Alii à radice שור, vertũt, inſidiatus ſũ. vt ſit fut. pro præt. Alii, paratus. vel, accinctus, ſub. ad prædã.

8 Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis,&dirūpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.

C 9 Perditio tua Iſrael: tātummodo in me auxilium tuum.

10 Vbi eſt Rex tuus? maximè nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, ‖de quibus dixiſti, Da mihi Regem & principes.

1.Reg.8.a.5

11 Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

12 Colligata eſt iniquitas Ephráim, abſconditum peccatum eius.

13 Dolores parturientis venient ei: ipſe filius non ſapiens, nunc enim nō ſtabit in contritione filiorum.

D 14 De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ‖ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne, conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.

1.Cor.15.g.55 hebr.2.d.14

15 Quia ipſe inter fratres diuidet, ‖adducet vrentem ventum Dominus de deſerto aſcendentem: & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius; & ipſe diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.

Ezech.19.d.12

Cap. XIIII.

1 PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuū: in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius diſcidantur.

2 Conuertere Iſrael ad Dominū Deū tuum: quoniam corruiſti in iniquitate tua.

3 Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum: & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorū noſtrorum.

B 4 Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equū non aſcendemus: nec dicemus vltrà, Dii noſtri, opera manuum noſtrarū: quia eius qui in te eſt, miſereberis pupilli.

5 Sanabo contritiones eorum, diligā eos ſpontanee: quia auerſus eſt furor meus ab eis.

C 6 Ero quaſi ros Iſraeli, germinabit ſicut lilium: & erumpet radix eius vt Libani.

---

8 'Occurram eis tanquam vrſus orbatus, & dirumpam "clauſuram cordis eorū, & cōſumā eos ibi veluti leo, beſtia agri diſcindet eos.

9 'Perdidit te, Iשraאél: ſed in me auxilium tuum.

10 Ero *in perpetuum, ſed* Rex tuus "nunc ſeruet te "in omnibus vrbibus tuis, & iudices tui "de quibus dixiſti, 'Da mihi Regem & principes.

Auxiliū à Deo.

Rex.

Dedi *quidem* tibi Regem in furore meo, & abſtuli *eum* in ira mea.

11 "Ligata eſt *apud me* iniquitas אEphráim, "reconditum eſt peccatum eius.

13 Dolores parturientis venient ei, ipſe "filius non ſapiens, alioqui tempore *paruo* ſtetiſſet in vulua filiorum.

14 E poteſtate inferorum redimam eos, à morte redimam eos: ero "mors tua ô mors, ero "morſus tuus inferne: "pœnitudo abſcondetur ab oculis meis.

Victoria mortis & inferni per Chriſtum.

15 'Quia ipſe inter fratres creſcet: veniet Auſter 'ventus Iehouæ è deſerto aſcendens, "& ſiccabit venam eius, ſiccabitúrque fons eius: "ipſe diripiet theſaurum "omnium vaſorum expetibilium.

Cap. XIIII.

1 DEſolabitur שSomerón, quia rebellauit in Deū ſuū, gladio cadēt *ciues eius*, paruuli eorū "allidētur, '& fœtæ eius diſcindētur.

Samariæ interitus.

2 Reuertere Iשraאél ad Iehouam Deum tuum, quoniam corruiſti per iniquitatem tuam.

Ad reſipiſcentiā vocat.

3 "Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Iehouam, & dicite ei, Omnem "aufer iniquitatem, & accipe "bonum, & reddemus 'vitulos labiorum noſtrorum.

Vituli labiorū.

4 Aשſſúr non liberabit nos, "*&* ſuper equum non aſcendemus: neque dicemus vltrà, Dii noſtri, operi manuum noſtrarum: quia per te miſericordiam conſequetur "pupillus.

5 "Sanabo rebellionem eorum, diligam eos "ſpontanee: quia 'auerſus eſt furor meus ab eo.

6 Ero tanquam ros Iשraאél, germinabit tanquam lilium, '& pertingent radices eius, "veluti Lebanón.

Miſericordiam promittit Dominus.

8 Occurram eis אפגשם Futura, quæ alii per præteritum vertunt, Occurri, diſcerpſi, cōnſumpſi, vel comedi, & diſcidit vel diſcerpſit eos. Clauſuram cordis eorum, סגור לבם clauſtrum cordis eorum. ſolet enim vrſus diſcerpere vſque ad cor ipſum.

9 Perdidit te שחתך id eſt, Vitulus quem coluiſti fuit cauſa perditionis tuæ: alioqui in me erat auxilium tuum. hoc eſt, niſi hoc obſtitiſſet, ego tuliſſem tibi opem. Quidam vertunt, Perditio tua. ſub. fuit vitulus.

10 Nunc ſeruet te אפוא ויושיעך vbinam eſt, vt ferat tibi opem, &c. q.d. non extat. In omnibus vrbibus t. בכל־עריך ſub. iam obſeſſis ab hoſtibus. De quibus dixiſti, אשר אמרת q.d. quos conſtituiſti de ſententia tua, non pro voluntate mea.

12 Ligata eſt צרור Colligata eſt. id eſt quaſi in crumena & loculis aſſeruata. q.d. maximè memor ſum iniquitatis Ephraim. Reconditum צפונה reſeruatum. q.d. futurus ſum memor.

13 Filius non ſapiens, &c. בן לא חכם וגו׳ fœtus ſtolidus, alioqui tempore [paruo, id eſt momento] ſtetiſſet in confractione fœtuū. Fœtum ſtolidum vocat qui non ſtatim conatur eximere ſe anguſtiis maternis, egredi & prodire in lucem, ſed diu moratur illic, vbi confringitur ac conteritur. Per confractionem, intelligit anguſtiam vteri materni: ab effectu, quòd illic fœtus confringantur. q.d. grauiſſimas de eo ſumam pœnas: & tamen non reſipiſcet: nam eſt tanquam fœtus inſipiens, qui non conatur ſtatim egredi ex anguſtiis vteri materni.

14 Mors tua דבריך peſtis tua. i. tibi vice peſtis: hoc eſt interimam te. Morſus tuus קטבך exciſio tua. vel, pernicies tua. i. excidam te, & perimam. Pœnitudo, &c. נוחם יסתר מעיני׃ pœnitentia abſcondetur ab oculis meis. i. non veniet in conſpectum: hoc eſt, nō mutabo ſententiam meam pœnitentia ductus: nam hoc fiet citra vllum dubium.

15 Quia ipſe inter fratres creſcet: כי הוא בין אחים יפריא Certè inter fratres multiplicabitur. De Chriſto loquitur qui multos fratres ad ſe adducturus erat. Ventus Iehouæ רוח יהוה Id eſt ventus vehementiſſimus. Et ſiccabit venam eius, ויבוש מקורו & areſcet vena [vel fons] eius. ſub. deſerti. Ipſe הוא ſcilicet ventus. Omnium vaſorum expet. כל־כלי חמדה׃ omnis ſupellectilis deſiderabilis. vel, expetibilis. i. perdet omnia pretioſa huius mundi.

IN CAPVT XIIII.

1 Allidentur, ירוטשו ſub. ſaxis, parieti, aut muro, à militibus. Et fœtæ eius. והריותיו & prægnantes eius. pro eorum. id eſt ſciſſo ventre earum extrahetur fœtus. Hæc pertinent ad crudelitatem hoſtium.

3 Tollite vobiſcum verba, קחו עמכם דברים Hebraiſmus, Precemini Deum. Aufer תשא Fut. Heb. auferes, pro aufer. id eſt condona nobis omnia peccata noſtra. Bonum, טוב ſub. verbum. id eſt bona verba noſtra: hoc eſt ſuſcipe veram confeſſionem peccatorum noſtrorum. vel, bonum, animum, aut cor. id eſt pœnitentiam noſtram, aut precationem quam facimus ex animo. Vitulos labiorum noſtrorum. פרים שפתינו׃ Hebraiſmus, Loco vitulorum, ſiue iuuencorum, ſacrificabimus, ſiue offeremus tibi precationes & laudes, gratiarúmve actiones. 4 *Et* ſuper equum על־סוס Singul. pro plur. id eſt poſthac non ſperabimus in Aſſyriis, nec in equis.

Pupillus. יתום׃ Homines infirmiſſimæ ſortis intelligit.

5 Sanabo rebellionē e. ארפא משובתם Curabo defectionem eorū. i. condonabo eis. Si ita (inquit Propheta) fecerint vt modo monui, ita tibi dicturus eſt Dominus, Curabo, &c. ne igitur deſperet peccator. Spontanee: נדבה vltró. vel, libera animi voluntate. non coactus.

Auerſus eſt שב Præt. pro fut. auertetur. 6 Et pertingent ילך ſub. huc illuc. id eſt ſeſe latè diffundent radices eius. Veluti Lebanon. כלבנון׃ veluti *radices arborum* Libani.

1.2.

″Ibunt rami eius, & erit tanquam *gloria* oleæ gloria eius, & odor ei tanquam *odor* Lebanón. 7

″Reuertentur ſedentes in vmbra eius, ″viuificabunt ſeipſos *ut* triticum, & germinabunt tanquam vitis, odor eius ſicut *odor* vini Lebanón. 8

אEphráim *tunc dicet*, Quid mihi vltrà cum idolis? ego exaudiam, & reſpiciam eum, ego *ero ei* ″vt abies virens, ex me fructus tuus inuentus eſt. 9

Quis ſapiens, ″& intelliget iſta? intelligens, & ſciet ea? quia rectæ viæ Iehouæ, & iuſti ″ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis. 10

7 Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani.

8 Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt D quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinum Libani.

9 Ephráim, Quid mihi vltrà idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt.

10 Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

7 Ibunt ילכו Promouebunt. Propagabuut ſeſe. Excurrent. id eſt Creſcent, ac diffundent ſeſe.
8 Reuertentur ישובו ſub. in terram ſuam. Alii, Conquieſcent. i. otio fruentur. Viuificabunt ſeip. *ut* triticum יחיו דגן ſub. viuificat hominem. i. reuiuiſcent. 9 Vt abies virens, כברוש רענן q.d. nunquam illi deero, omnia neceſſaria illi ſuppeditabo. Abies ſemper viret: & quia non fert fructum, ideo addit, Et fructus tuus, quo ſcilicet indigebis, erit ex me. Per fructum omnia neceſſaria intelligit.
10 Et intelliget, &c. ויבן אלה וגו׳ vt intelligat iſta? prudens, vt cognoſcat ea? Ambulabunt, &c. ילכו בם וגו׳ ambulabunt per eas; impii verò corruent per eas. id eſt Iuſti probant vias & opera Domini, & obſeruant ea: impii verò non obſeruant vias Domini, quia non approbant eas, & ita corruunt in eis & per eas.

Prophetia Ioelis, Hebraicè יואל

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Ioel parabola propoſita, deſtructionem Ieruſalem prædicit.

V″erbum Iehouæ quod fuit ad Ioאél filium Pethuאél. 1

Audite ″iſtud ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: an fuit hoc in diebꝰ veſtris? ″& an in diebus Patrum veſtrorum? 2

″Super hoc filiis veſtris narrate, & filii veſtri filiis ſuis, & filii eorum ″generationi alteræ. 3

″Reſiduum erucæ comedit ″locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit ″bruchus, & reſiduum bruchi comedit ″חhaסſíl. 4

Expergiſcimini ebrii, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinū ″propter muſtum: quoniam ″ſubſtractum eſt ab ore veſtro. 5

″Gens enim aſcendit ſuper terram meam, fortis, ″& innumerabilis: dentes eius *ut* dentes leonis, & molares ei *ut molares* leonis. 6

″Poſuit vitem meam in deſolationem, & ficum meam ″in decorticationē: nudādo nudauit eā, ″& proiecit, ″albi facti ſunt rami eiꝰ. 7

″Plange ″tanquam virgo accincta ″ſacco ″ob maritum 8

VETVS.

Cap. I.

1 Verbū Dn̄i quod factum eſt ad Ioel filium Phatuel.

2 Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: Si factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus Patrum veſtrorum?

3 Super hoc filiis veſtris narrate, & filii veſtri filiis ſuis, & filii eorum generationi alteræ.

4 Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchꝰ, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

5 Expergiſcimini ebrii, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro.

6 Gens enim aſcendit ſuper terram B meam, fortis & innumerabilis: dētes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis.

7 Poſuit vineā meam in deſertū, & ficum meā decorticauit: nudās ſpoliauit eā, & ꝓiecit, albi facti ſūt rami eiꝰ.

8 Plāge quaſi virgo accincta ſacco ſu

IN CAPVT I.

1 Verbum Iehouæ, &c, דבר־יהוה וגו׳ Hebraiſmus, Prophetia quam Dominus reuelauit Ioeli. aut, Verba quæ fecit Deus cum Ioele. quibus admoneri voluit populum. Quidam Hebræorum dicunt Ioelem prophetaſſe tempore Ioram filii Achab. Alii dicunt fuiſſe tempore Manaſſe: ſed nullam eius feciſſe mentionem, quòd impius fuerit, & prædixiſſe famem. Initio terret, poſtea conſolatur de aduentu Meſſiæ, & Spiritus ſancti miſſione. 2 Iſtud זאת ſub. quod dicturus ſum. q.d. hoc decretum Dei. Et an in diebus ואם בימי aut ſi temporibus. 3 Super hoc עליה ſub. excidio. id eſt de hoc excidio, ſiue decreto verba facite cum filiis veſtris. Alii, Ea de cauſa. Generationi alteræ. ׃ לדור אחר poſteritati ſequenti. Per generationem intelligitur ætas in Sacris literis.
4 Reſiduum erucæ comedit יתר הגזם אכל Quod reliquum fecerit locuſta, comedet, &c. Præterita Heb. pro futuris, & ſingularia pro pluralibus. גזם eruca, à גזז totondit, excidit dicitur Hebræis, quòd herbas ſoleat abrodere. Prædicit futuram famem in Terra ſancta, propter peccata incolarum illius regionis: quæ quidem fames prædicta tantum fuerat ab Eliſæo, ſed hìc deſcribitur eius ratio & modus. Septem annis durauit, quam primo anno aduexit eruca, ſecundo locuſta, tertio bruchus, quarto haſil: tribus reliquis penuria pluuiæ. Locuſta, הארבה Sic Hebræis dicitur, quòd omnium ſpecierum locuſtarum hæc ſit copioſiſſima. Bruchus, הילק Sic dicitur à לקק lambendo, quòd herbas lambat. חHaסſil. ׃ החסיל Species eſt locuſtæ, à חסל conſumpſit dicta. rubigo.
5 Propter muſtum: על־עסיס Significat omne id quod vi exprimitur. Subſtractum eſt נכרת Ad verbum, exciſum eſt.
6 Gens גוי Hac voce multitudinem locuſtarum intelligit. Et innumerabilis: ואין מספר Ad verbum, & non numerus.
7 Poſuit שם Præterita Heb. pro futuris. ponet in deſolationem. In decorticationem: לקצפה præ nimia ſcilicet ſiccitate, & ariditate: vel quòd locuſta decorticauit & comedit eam. Alii, in iram. vel indignationem. Ex doctis Hebræorum quidam, in ſpumam: quòd nihil habebat intra ſe. Et proiecit, והשליך deiiciet. ſub. in terram frondes, vel ramos eius. Albi facti ſunt rami eius. ׃ הלבינו שריגיה dealbabuntur propagines eius. detracto ſcilicet cortice.
8 Plange אלי Lamentare. Tanquam virgo כבתולה Ex hoc loco intelligimus בתולה ſignificare etiam eam quæ corrupta eſt. Sacco שק Significat genus indumenti apud Hebræos quo vtebantur in luctu & lamentatione propter alicuius mortem, aut aliam calamitatem. Vertunt modò ſaccum, modò cilicium. Ob maritum על־בעל Ad verbum, ſuper poſſeſſorem.

per virum pubertatis ſuæ.

9 Periit ſacrificium & libatio de domo Domini: luxerunt Sacerdotes miniſtri Domini.

10 Depopulata eſt regio, luxit hum⁹: quoniam deuaſtatum eſt triticum, cōfuſum eſt vinum, elanguit oleum.

C 11 Confuſi ſunt agricolæ, vlulauerunt vinitores ſuper frumento, & hordeo: quia periit meſſis agri.

12 Vinea confuſa eſt, & ficus elãguit: malogranatum & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia cōfuſum eſt gaudium à filiis hominum

13 Accingite vos, & plangite Sacerdotes, vlulate miniſtri altaris: ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio.

Infrà 2.d.15

14 |Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domū Domini Dei veſtri: & clamate ad Dominum,

D 15 A, a, a diei, quia propè eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à Potente veniet.

16 Nunquid nō coram oculis veſtris alimenta perierunt, de domo Dei noſtri lætitia & exultatio?

17 Computruerūt iumenta in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ: quoniam cōfuſum eſt triticum.

18 Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? quia non eſt paſcua eis: ſed & greges pecorū diſperierūt.

19 Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis.

20 Sed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te: quoniam exiccati ſunt fōtes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

Cap. II.

1 CAnite tuba in Siō, vlulate in mōte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: quia venit dies Domini, quia propè eſt.

2 Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis: quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus & fortis: ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis & generationis.

″adoleſcentiæ ſuæ.

9 ″Exciſum eſt ſacrificium, & libatio à domo Iehouæ, ″luxerūt Sacerdotes illi ″miniſtri Iehouæ.

10 ″Vaſtatus eſt ager, ″deſolata eſt terra: quia deuaſtatum eſt triticum, aruit muſtum, ″exciſum eſt oleum.

11 Erubeſcite agricolæ, vlulate vinitores propter triticum & hordeum: ″periit enim meſſis agri.

12 Vitis aruit, & ficus ″deſolata eſt, malogranatum etiam, palma & malus, omnes arbores agri aruerunt: quia ″aruit gaudium à filiis hominum.

13 Accingite vos *ſaccis*, & plãgite ô Sacerdotes, vlulate miniſtri altaris, venite, ″manete in ſaccis miniſtri Dei mei: quoniam prohibitū eſt à domo Dei veſtri ſacrificium & libatio.

Adhortatur Sacerdotes ad orationem & ieiunium ob inſtantem calamitatē.

14 ″Præparate ieiuniū, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domū Iehouæ Dei veſtri, & clamate ad Iehouã,

15 ″Aháh diei; quia propinquus *eſt* dies Iehouæ, & tanquam vaſtitas ″ab Omnipotente veniet.

16 Nónne coram oculis noſtris eſca ″exciſa eſt, à domo Dei veſtri lætitia & exultatio?

17 Computruerunt grana ″ſub pulueribus ſuis, ″deſolati ſunt theſauri, deſtructa ſunt horrea: quoniam aruit triticum.

18 ″Cur ingemuit beſtia, perplexa ſunt armēta boū? quia non ſunt paſcua eis: etiam greges pecorum deſolati ſunt.

19 Ad te Iehouáh clamabo, quia ignis abſumpſit ″paſcua deſerti, & flamma ſuccendit omnes arbores agri.

Planctus Prophetæ.

20 Etiam beſtiæ agri vociferabuntur ad te, quòd exiccati ſint riui aquarum, & ignis conſumpſit paſcua deſerti.

Cap. II.

1 C″Langite tuba in ẋSiión, ″& taratantarizate in monte ſancto meo, contremiſcant omnes habitatores terræ: quia venit dies Iehouæ, quia propè eſt.

Aduentum locuſtarum prædicit & crudelitatem.

2 Dies tenebrarū & caliginis, dies nubis ″& tenebroſitatis: ″veluti aurora *quæ eſt* expanſa ſuper montes, populus multus & fortis, ſimilis illi non fuit à ſeculo, & poſt eum non addet *eſſe* vſque ad annos ″generationis & generationis.

Adoleſcentiæ ſuæ. נעוריה: iuuentutis ſuæ. vel pubertatis.i. vt lamentari ſolet mulier quæ luget maritum ſuum cui nupſerat iuuenis. Solent enim tales mulieres magis ægrè ferre immaturam illam maritorum ſuorum mortem.

9 Exciſum eſt ſacrif. הכרת מנחה Præt. Heb. pro fut. Excidetur oblatio ſacrificii. Ita doctus inter Hebræos exponit. id eſt, Peribit, ſiue Reuulſum erit. q.d. his quatuor annis nullū in templo Domini offeretur ſacrificium, ſiue matutinū, ſiue veſpertinum, neque vllum libamē. Luxerunt אבלו lugebunt. duabus ſanè de cauſis, ob cultum Domini intermiſſum, & quòd careant cibo ſuo. Miniſtri Ieho. משרתי יהוה: Exponit quos intelligat per Sacerdotes, nempe eos qui miniſtrant Domino, offerendo ſacrificia & libamina.

10 Vaſtatus eſt ager, שודד שדה in quo ſcilicet erant vires. id eſt Vaſtabitur fructus agrorum. Præterita Heb. pro futuris. Deſolata eſt אבלה Id eſt peribit fructus terræ. Alii, Luxit. Videtur enim terra ridere quando veſtita eſt herbis, floribus, & fructu: quum verò priuata eſt illis, lugere dicitur. Exciſum eſt אומלל .i. prorſus interiit. Alii, infirmatum eſt.

11 Periit, &c. כי אבד קציר שדה: Id eſt his quatuor annis nulla futura eſt meſſis.

12 Deſolata eſt, אומללה exciſa eſt. vel præciſa. id eſt periit. Gallicè, *elle eſt affoiblie*. Aruit הוביש exaruit. id eſt prorſus periit gaudium hominibus, quòd vini & frumenti copia perierit.

13 Manete לינו pernoctate. q.d. Agite, manete tota nocte in templo accincti ſaccis illis quibus vti ſoletis in luctu.

14 Præparate קדשו Ad verbū, Sanctificate. Chaldæus paraph. Decernite. i. Indicite ieiunium. alloquitur Sacerdotes.

15 Aháh diei, אהה ליום O diem. ſub. infœlicem. vel, Heu diei. Ab Omnipotente משדי q.d. à forti cui reſiſti non poteſt.

16 Exciſa eſt, נכרת ſub. niſi egerimus pœnitentiam.

17 Sub pulueribus ſ. תחת מגרפותיהם ſub glebis ſuis. Deſolati ſunt theſauri, נשמו אוצרות deſolatæ ſunt apothecæ, quia nihil reponetur in eis. 18 Cur ingemuit מה נאנחה Quàm ſuſpirat. ingemiſcit. Præt. Heb. pro præſ. Prædicit ſummam rerum omnium penuriam, quam ipſa etiam animalia ſentient.

19 Paſcua נאות caulas. vel, habitacula paſtorum. Alii, loca herbifera. In locis herboſis fieri ſolent habitacula paſtorum.

IN CAPVT II.

1 Clangite תקעו ſub. propterea. q.d. Idcirco inuitandus eſt populus ad pœnitentiam, quòd venturus ſit dies Domini, & quidem breui. Qualis futura eſſet illa dies, poſtea declarat, quum dicit, Dies tenebroſa. Et taratantarizare והריעו & vociferamini.

2 Et tenebroſitatis: וערפל & obſcuritatis. vel opacitatis. i. obſcura & opaca. Veluti aurora כשחר q.d. quàm cito aurora expanditur mane ſuper montes, tam cito populus locuſtarum multus & fortis expandetur ſuper terram. Generationis & generationis. דור ודור: ætatis & ætatis. id eſt multorum ſeculorum. nunquam vltrà.

3 Ante faciem eius cõſumet ignis,& poſt ipſum exuret flamma: tanquam hortus [y]Edén *erat* terra ante eum, & poſt eum *erit* deſertũ ſolitudinis, præterea euaſor non erit ei.

4 Tanquam aſpectus equorum *eſt* aſpectus eius: & tanquam equites,ſic current.

5 Sicut ſtrepitus quadrigarum ſuper faſtigia montium ſubſiliẽt, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulã, velut populus fortis diſpoſitus ad prælium.

6 A facie eius dolebunt populi, omnes vultus contrahẽt nigrorẽ.

7 Sicut fortes current, tanquam viri bellatores aſcendent murũ: & ſinguli in viis ſuis ambulabũt, neque retardabunt itinera ſua.

8 Nemóque ſocium ſuum impellet, quiſque in calle ſuo ibit: & ſuper gladium ipſum decident, *&* non vulnerabuntur.

9 Per vrbem gradientur,per mœnia diſcurrent,in domos conſcẽdent,per feneſtras intrabunt more furis.

10 Ante ipſum commouebitur terra, tremebunt cæli, ſol & luna obtenebrabuntur,ſtellæque retrahent ſplendorem ſuum.

11 Iehouáh autem dabit vocem ſuam coram exercitu ſuo,quia admodum multa ſunt caſtra eius, quia fortia *&* faciẽtia verbũ eius. magnus enim dies Iehouæ,& terribilis valde,& quis ſuſtinebit eũ?

12 Et etiam nunc,dixit Iehouáh,Conuertimini ad me toto corde veſtro,& in ieiunio,& fletu,& planctu.

Adhortatio ad conuerſionem.

13 Et ſcindite cor veſtrum,non autem veſtimenta veſtra,& conuertimini ad Iehouã Deum veſtrum,quia miſericors & miſerator eſt, lõganimis,& multæ miſericordiæ, & pœnitẽs ſuper malum.

14 Quis ſcit *ſi* conuertatur, & pœniteat eum *mali*, & relinquat poſt eum benedictionem,ſacrificium,& libamen Iehouæ Deo veſtro?

15 Clangite buccina in [x]Siión, ſanctificate ieiunium, proclamate cœtum.

16 Cõgregate populum, ſanctificate congregationem, coadunate ſenes,congregate paruulos & ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo,& ſponſa de thalamo ſuo.

Oratio.

17 Inter veſtibulum, & altare plorẽt Sacerdotes miniſtri Iehouæ, & dicant, Parce Iehouáh populo tuo,& ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. quare dicent in populis,Vbi eſt Deus eorum?

18 Et *tunc* zelabitur Iehouáh terram ſuam,& parcet populo ſuo.

Amor Dei In populum ſuum.

19 Et reſpondit Iehouáh, & dixit populo ſuo, En ego mitto vobis frumẽtum,& muſtum,& oleum, & ſaturabimini eo,neque da

3 Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurẽs flãma: quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eũ ſolitudo deſerti: neq; eſt qui effugiat eum.

B

4 Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum: & quaſi equites,ſic current.

5 Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulã, velut populus fortis præparatus ad prælium.

6 A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam.

7 Sicut fortes current, quaſi viri bellatores aſcendent murum: viri in viis ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis.

8 Vnuſquiſque fratrẽ ſuum non coartabit, ſinguli in calle ſuo ambulabũt: ſed & per feneſtras cadent,& non demolientur.

9 Vrbem ingredientur,in muro current: domos cõſcendẽt, per feneſtras intrabunt quaſi fur.

10 ‖A facie eius contremuit terra, moti ſunt cæli, ſol & luna obtenebrati ſunt,& ſtellę retraxerũt ſplẽdorẽ ſuũ.

Eſa.13.b.10
ezec.32.b.7
matth.24.c.29
mar.13.c.24
luc.21.c.25

11 Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciẽ exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra eius,quia fortia, & faciẽtia verbum eius. ‖ magnus enim dies Domini,& terribilis valde,& quis ſuſtinebit eum?

C

Ierem.30.a.7
amos 5.c.18
ſoph.1.d.15

12 Nunc ergo,dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio,& in fletu,& in planctu.

13 Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrũ, ‖quia benignus & miſericors eſt,patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia.

Pſal.85.a.5
ionæ 4.a.2

14 ‖Quis ſcit ſi cõuertatur,& ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictionẽ, ſacrificium & libamẽ Dño Deo veſtro?

Ionæ 3.d.9

15 ‖Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium,vocate cœtum,

Suprà 1.c.14

D

16 Congregate populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes: congregate paruulos,& ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.

17 Inter veſtibulũ & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini: & dicẽt, Parce Domine,parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. quare dicunt in populis,Vbi eſt Deus eorum?

18 Zelatus eſt Dominus ſuper terram ſuam, & pepercit populo ſuo.

19 Et reſpondit Dominus,& dixit populo ſuo,Ecce ego mittam vobis frumentum,& vinum,& oleum,& reple

E

3 Ante faciem eius לפניו Ante eum. ſub. populum locuſtarum. Conſumet אכלה Præt. Heb. pro fut. deuorabit. Hoc dicitur comparatiuè, Locuſtæ deuorabunt omnia ante ſe & poſt ſe,non aliter atque ignis. Solitudinis, שממה deſolationis.i.vaſtiſſimum. Præterea וגם Ad verbum,& etiam. Ei. : לו ſub.populo locuſtarum.q.d.nemo illum effugiet.
4 Et tanquam equites, וכפרשים ſub.parati ad prælium.
6 A facie e. מפניו .i.præ metu eius. Dolebunt יחילו cruciabuntur.timebunt. 7 Neque retard.&c.: ולא יעבטון אורחותם neque peruertunt itinera ſua.q.d.non calcitrabũt in ſemitis ſuis. Alii,neque deflectẽt de viis ſuis. Alii,& nõ interrogabũt *ſte ab illo* de ſemitis ſuis.
8 Nemóque,&c. ואיש אחיו וגו׳ Ad verbum,Et vir fratrem ſuum non vrgebunt.Præt.Heb.pro futuris.q.d.non confundent ordinem in acie ſua inſtructa,nullus alteri erit impedimento. Decident, יפולו ſeſe demittent. q.d.non timebunt ſibi à gladiis,ſed audacter in illos ſe conicient. Non vulnerab. : לא יבצעו non vulnerabunt ſeſe. Alii,non ſtudebunt auaritiæ.i.nemini ratione pecuniæ parcent. Chaldæus paraph.& non ſuſcipient diuitias. 10 Ante ipſum לפניו ſub.populum locuſtarum. Commouebitur terra,&c. רגזה ארץ רעשו שמים Præterita Heb.pro futuris,conturbabitur terra,agitabuntur cæli.
11 Dabit vocem ſ. נתן קולו Præt.Heb.pro fut.edet ſonitum,ſiue ſtrepitum.q.d. Ad aduentum eius populi locuſtarum audietur magnus ſtrepitus tonitru,tonabitque Dominus. Suſtinebit eum? : יכילנו feret eum?
12 Et etiam nunc, וגם עתה Vel nunc.priuſquam ſcilicet venerit populus locuſtarum.
13 Et ſcindite cor ve. וקרעו לבבכם Hebraiſmus, Tollite & abſcindite prauas veſtras cogitationes. eſt enim metonymia, continens pro contento. Longanimis, ארך אפים Ad verbũ,longus irarũ.i.tardus ad iram. Et pœnitens ſuper ma. : ונחם על־הרעה .i.qui facile mutat ſententiam & decretum, quo immiſſurus erat afflictionem,ſiquando ex animo reſipiſcamus. Exo.32.b.14, Pœnituitque Dominũ ſuper malo quod dixerat ſe facturũ populo ſuo. 14 Poſt eũ אחריו ſub.populũ locuſtarum. Benedictionem,&c. ברכה וגו׳ .i.fructus terræ & arborum,vnde fieri poſſit ſacrificiũ,& oblatio. 15 Sãctificate קדשו .i.ſanctè indicite. Cœtum. : עצרה concionem.vel ferias. 16 Sanctificate קדשו colligite.præparate. 18 Et *tunc* zelabitur ויקנא Præterita Heb.pro fut.id eſt tenebitur zelo & amore pro terra ſua. 19 Mitto שולח Præſ.Heb.pro fut.miſſurus ſum.

bimini eo: & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus.

Eteñ ꝗ ab Aquilone eſt, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam & deſertam, faciem eius contra Mare Oriētale, & extremum eius ad Mare nouiſſimum: & aſcēdet fœtor eius, & aſcendet putredo eius: quia ſuperbè egit. 20

Noli timere terra, exulta & lætare: qm̄ magnificauit Dominꝰ vt faceret. 21

Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, quia lignū attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt virtutem ſuam. 22

F Et filii Sion exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro: quia dedit vobis Doctorē iuſtitiæ, & deſcēdere faciet ad vos imbrem matutinū & ſerotinum ſicut in principio. 23

Et implebuntur areæ frumento, & redundabūt torcularia vino & oleo. 24

Et reddā vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam miſi in vos. 25

Et comedetis veſcentes, & ſaturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcū, & non cōfundetur populus meus in ſempiternum. 26

Et ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum: & ego Dominus Deus veſter, & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in æternum. 27

Eſa.44.a. act.2.c.17

G Et erit poſt hæc: ‖effūdam Spiritū meū ſuper omnem carnem: & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſōnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. 28

Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum. 39

Et dabo prodigia in cælo, & in terra ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. 30

Infrà 3.g.15 matth.24.c.29 luc.21.e.25

‖Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem: antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. 31

Rom.10.c.13

Et erit: ‖omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: quia in mōte Sion, & in Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominꝰ, & ī reſiduis quos Dominus vocauerit. 32

Cap. III.

1 QVia ecce, in diebus illis & in tempore illo quum conuertero captiuitatē Iuda & Ieruſalem:

2 Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cū eis ibi ſuper populo meo,

---

bo vos vltrà opprobrium inter Gentes.

20 'Aquilonarem autem *exercitum* 'elōgabo à vobis, & expellam eum in terram 'deſertam & deſolatam: ("facies eius *erit* ad Mare Orientale, & finis eius ad Mare nouiſſimum:) aſcendétque fœtor eius, aſcēdet inquam putredo eius, quia 'magnificauit facere.

21 Ne timeas terra, exulta & lætare: ꝗa 'magnificabit Iehouáh facere.

22 Ne timeatis animalia agri, quia "germinauerūt paſcua deſerti: ꝗa 'arbores attulerunt fructū ſuū, ficus & vitis dederunt "fructus ſuos.

23 "Vos itaque filii xSiión exultate, & lætemini in Iehouáh Deo veſtro: quia dedit vobis Doctorem illum "iuſtitiæ, 'atque deſcendere faciet vobis imbrē, pluuiam "temporaneā & ſerotinā *menſe* "primo.

Doctor Eccleſiæ Christus.

24 Implebuntúrque areæ ipſæ frumento, & redundabunt torcularia ipſa vino & oleo.

25 'Reddam præterea vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, "& חhaɒſíl, & eruca, "exercitus meus magnus quē miſeram in vos.

26 'Et comedetis comedendo & ſaturando *vos*, atque laudabitis nomen Iehouæ Dei veſtri, qui fecit vobiſcum "mirabilia, neque pudore afficietur populus meus in ſeculum.

Laus.

27 Et cognoſcetis quòd in medio Iωſraxél ſum, & ego Iehouáh Deus veſter, 'neque *eſt* vltrà: & non pudore afficietur populus meus in æternum.

Miſſio Spiritus ſancti.

28 Erit autem poſt hæc: effundam "Spiritum meum ſuper omnem carnē, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, iuuenes veſtri viſiones videbunt.

39 Quin & ſuper ſeruos & ſuper ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum.

30 Dabóque prodigia in cælo & in terra, ſanguinem, & ignem, & columnas fumi.

31 Sol ipſe conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequā veniat dies Iehouæ magnus & horribilis.

32 Erit præterea, quicunque inuocauerit nomen Iehouæ, euadet: nam in monte xSiión & Ieruωſaláim erit euaſio, ſicut dixit Iehouáh, & in ſuperſtitibus quos Iehouáh "vocat.

Inuocare Deū.

Cap. III.

1 QVia ecce, in diebus illis & in tempore illo quo 'conuertam captiuitatem Iehudáh & Ieruωſaláim,

2 Cōgregabo omnes Gētes, '& deſcēdere faciā eas 'in vallē Iehoωſaphát, "& iudicio contendā cum illis ibi propter populum

Promittit Dominus ſe iudicaturum hoſtes populi ſui.

---

20 Aquilonarem ואת־הצפוני ſub. exercitum locuſtarum quem immiſſurus eram vobis. Quidam Sennacherib intelligunt. Elongabo ארחיק longè faciam. eiiciam. effugabo. Deſertam ציה Ad verbum, ſiccitatis. i. arentem, vt in illa moriatur deſtitutus cibo. Facies eius, &c. את־פניו וגו' Per Mare Orientale intelligūt Hebræi Mare ſalſum, vel Cinnereth. Per Mare nouiſſimum, illud mare quod Nume. 34.b.5, Mare magnū dicitur, nos Mare mediterraneum vocamus, quod eſt ad Occidentem Terræ ſanctæ. Dicit igitur tam magnum fuiſſe locuſtarum exercitum vt occuparet totum locum inter illa duo maria, Orientale & Occidentale: & tamen illum ſe perditurum. Magnificauit fa. הגדיל לעשות: ſub. mala populo meo. i. ſtrenuè operabitur, totóque conatu inferet malum. Gallicè *les ſauterelles ont faict leur effort.*

21 Magnificabit הגדיל Præt. Heb. pro fut. magna faciet. i. magnifica facturus eſt, & veſtra damna maximè reſarciet.

22 Germinauerunt דשאו Præterita Heb. pro futuris. Arbores attul. עץ נשא Singul. Heb. pro plur. Fructus ſuos. חילם: Ad verbū, virtutem ſuam. 23 Vos itaque filii ובני Filii quoque. Iuſtitiæ, לצדקה in iuſtitiam. vel, ad iuſtitiam. i. qui vos erudiet ad iuſtitiam. aut, vt per ipſum iuſtificemini. Atque deſcendere faciet ויורד & demittet. Temporaneam מורה opportunam. i. pluuiam Octobris. Vide Oſee 6.a.3. Primo. בראשון : .i. menſe Martio.

25 Reddam præt. vo. annos ושלמתי לכם את־השנים Rependam præterea vobis annos. i. fructus ipſorum annorum. חhaɒſil חסיל Vide ſuprà, cap.1.a.4. Exercitus meus mag. חילי הגדול fortitudo mea magna. Per appoſitionem dictum.

26 Et comedetis comed. & ſatur. ואכלתם אכול ושבוע Hebraiſmus, Comedetis ad ſaturitatem vſque. Quidam vertunt, Comedendo comedetis, & ſaturabimini. Mirabilia, להפליא Ad verbum, ad mirificandum. i. qui miris beneficiis, etiam vſque ad miraculū vos affecit.

27 Neque *eſt* vltrà: ואין עוד: .i. & non eſt alius præter me.

28 Spiritum meum את רוחי Chald. paraph. Spiritum ſanctum meum. Verba Dei Patris. Locum iſtum exponit Petrus in Actis, 2.c.17.

32 Vocat. קורא: Præſ. Heb. pro fut. vocauerit, ſiue vocabit. i. traxerit ad ſe.

IN CAPVT III.

1 Conuertam אשוב .i. ſedabo. q.d. quo tempore electos ex Iuda & Ieruſalem liberabo à captiuitate

2 Et deſcendere fa. והורדתים & deducam eas. In vallem Iehoωſ. אל־עמק יהושפט Vallis eſt inter Ieruſalem & montem Olíueti, vnde Chriſtum aſcendiſſe in cælum, quidam ſcripſerunt. Quare ſic dicta fuerit, non ſatis liquet. Quidam arbitrantur quòd illic Iehoſaphat aliquid ædificarit prope montē Olíueti. Alii interpretantur Iehoſaphat appellatiuè, In valle vbi Dominus iudicabit. vel, Vallis iudicii. vt & Chaldæus paraph. Et iudicio contendam ונשפטתי & diſceptabo. iudicium ſubibo.

meum & hæreditatem meam Iשſraxél,quos diſperſerunt in nationes,& terram meam diuiſerunt *ſibi*.

3 Et ſuper populum meum proiecerunt ſortem, dederūtque puerumʼpro ſcorto , & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.

4 ʼEt etiam ″quid vos mihi xSór & xSidón & omnes termini Palæſthinæ?ʼnunquid retributionem redditis mihi?ʼquòd ſi retribuitis mihi,citò & celeriter reddā retributionē veſtram in caput veſtrū.

5 Nam argētum meum & aurum meum tuliſtis, ″& deſiderabilia illa mea optima intuliſtis in delubra veſtra.

6 Filiosquoq; Iehudáh & filios Ieruשſaláim vēdidiſtis ʼfiliis Græcorum,ʼvt elongaretis eos à termino ſuo.

7 Eccceʼſuſcitabo eos de locoʼquò vendidiſtis ipſos,ʼ& conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum.

8 Vendámque filios veſtros & filias veſtrasʼin manu filiorum Iehudáh,& vendent eos *Arabicis* שSabæis,genti ʼlōginquæ:quia Iehouáh loquutus eſt.

9 Proclamate iſtud inter Gentes,ʼpræparate bellum,ſuſcitate robuſtos,accedant,aſcendant omnes viri bellatores.

10 ʼCōciditeʼbidentes veſtros in gladios,&falces veſtras in lanceas, debilis dicat,Fortis ſum.

Vocātur omnes Gētes ad hoc iudicium.

11 Congregate vos,& venite omnes Gētes de circuitu, & congregamini,″illuc deſcendere fac ô Iehouáh robuſtos tuos.

12 Excitentur & aſcendant Gētes ad vallem Iehoשſaphát: quia ibi ſedebo ad iudicandum omnes Gentes de circuitu.

13 Mittite falcem, quoniam matura eſt meſſis:venite,deſcendite, quia plenum eſt torcular,exuberāt præla ipſa:multa enim eſt malitia eorum.

14 Populi,populi *inquam* in valleʼconciſionis: quia propè eſt dies Iehouæ in valle conciſionis.

15 Sol & lunaʼobtenebrabuntur, & ſtellæ retrahent ſplendorē ſuū.

Prædicatio verbi Dei ē Siō per Apoſtolos Iudæos.

16 Et Iehouáh de xSiión rugiet, & de IeruשſaláimʼDabit vocē ſuá, ʼita vt contremiſcant cæli & terra : Iehouáh autem *erit*ʼſpes populi ſui,& fortitudo filiorum Iשſraxél.

17 Et cognoſcetis quòd ego Iehouáh Deus veſter, qui habito in xSiión mōte ſanctitatis meæ:erítque Ieruשſaláim ″ſanctitas, ideò alieni non tranſibunt per eam vltrá.

18 Erit autem in die illa, ſtillabūt montes muſto, & colles diffluēt

& hæreditate mea Iſrael,quos diſperſerūt in nationibus, & terram meam diuiſerunt.

3 Et ſuper populuum meum miſerūt ſortem, & poſuerunt puerum in proſtibulum, & puellam vendiderūt pro vino vt biberent.

4 Verum quid mihi & vobis Tyrus & Sidō, & omnis terminus Palæſthinorum? nunquid vltionem vos redditis mihi? & ſi vlciſcimini vos contra me,citò velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum.

5 Argentum enim meum & aurū tuliſtis: & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra. B

6 Et filios Iuda & filios Ieruſalem vēdidiſtis filiis Græcorum, vt lōgè faceretis eos de finibus ſuis.

7 Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos: & conuertam retributionē veſtram in caput veſtrum.

8 Et vendam filios veſtros, & filias veſtras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquæ:quia Dominus loquutus eſt.

9 Clamate hoc in Gentibus,ſanctificate bellum,ſuſcitate robuſtos: accedant,aſcendāt omnes viri bellatores.

10 Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas,infirmꝰ dicat,Quia fortis ego ſum.

11 Erumpite, & venite omnes Gētes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dn̄s robuſtos tuos. C

12 Conſurgant, & aſcendant Gentes in vallē Ioſaphat: quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes Gentes in circuitu.

13 ‖Mittite falces,quoniam maturauit meſſis:venite,& deſcendite,quia plenum eſt torcular,exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum. Apoe.14.d.19

14 Populi,populi in valle conciſionis: quia iuxta eſt dies Domini in valle conciſionis.

15 ‖Sol & luna obtenebrati ſunt,& ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Suprà 2.g.31

16 ‖Et Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebuntur cæli & terra, & Dominus ſpes populi ſui,& fortitudo filiorum Iſrael. Ierem.25.f.30 amos 1.a.2

17 Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter habitans in Sion in monte ſancto meo:&erit Ieruſalem ſancta,& alieni non tranſibunt per eā amplius. D

18 ‖Et erit in die illa: ſtillabunt mōtes dulcedinē, & colles fluēt lacte:& per Amos 9.d.13

---

3 Pro ſcorto, בזונה in meretricem.i.præpoſuerunt ſaluti puerorum & puellarum voluptatem.

4 Et etiam וגם Præterea.Proſequitur inhumanitatem improborum contra fideles & pios. Quid vos mihi מה־אתם לי .i.quid mihi vobiſcum eſt commune?vel,quidnam eſt quod mihi facitis? Nunquid retrib.&c. הגמול אתם וגו׳ q.d.Affecine vos vnquam iniuria vt reddatis mihi nunc illatam iniuriam?vel, An populo meo, veris Iudæis, & fidelibus, refertis iniuriam illatam vobis ab ipſis? acſi dicat, Nunquā populus meus affecit vos iniuria. Loquitur Deus de membris ſuis, tanquam de ſeipſo. vel, An arbitramini vos vlciſci de me, quī neminem veſtrū læſi?Ita Gallicè reddi poſſet, *me rendeʒ-uous la pareille?ou bien,ſi uous commēceʒ a me faire iniure,ie le uous rendray,et de brief.* Quòd ſi,&c. ואם גומלים אתם וגו׳ quòd ſi laceſſitis me, feſtinus cum celeritate [.i.quamcitiſſimè] rependam iniuriam quam facitis, in caput veſtrum.i. retorquebo in caput veſtrum iniuriam quam mihi infertis.

5 Et deſiderabilia illa mea ומחמדי .i.eximiam meam ſupellectilem mihi charam admodum.De vaſis templi ablatis à Palæſthinis intelligit.Per argentum & aurum,omnes opes ſignificat quas improbi à probis ſolent eripere.

6 Filiis Græc. לבני היונים filiis Ionum.i.Græcorum.hoc eſt Græcis ipſis. Vt elongaretis,&c. למען הרחיקם מעל גבולם vt eos longè abduceretis à termino ſuo.i.à regione ſua:quòd terminis ac finibus claudatur & terminetur.

7 Suſcitabo eos מעירם Præſ.Heb.pro fut. Quò vendidiſtis ipſos,אשר־מכרתם אותם שמה Ad verbum,quos vendidiſtis eos illuc .i.ad quem vendendo miſiſtis ipſos. Et conuertam retrib.ve. והשבתי גמלכם & reuerti faciam iniuriam quam intuliſtis.ſub.illis.

8 In manu ביד manu.i.opera filiorum Iuda,ſiue per filios Iuda. Longinquæ רחוק remotæ.

9 Præparate קדשו Ad verbum, ſanctificate.i.præparate.quòd quæ ſanctificata ſunt,ea ſunt præparata.Verba ſunt Prophetæ deſcribentis apparatum belli impiorum contra pios. 10 Concidite כתו Contundite. Bidentes v. אתיכם ligones veſtros.Alii,vomeres.

11 Illuc deſcendere fac שמה הנחת vt ſcilicet pro tuis dimicent. vel,deſcendere facies [ſub.è cælis tuis] tuos fortes,hoc eſt Angelos. Alii,illuc deſcendere fecit potentes tuos.Alii, illic ſternet Dominus,&c.

14 Conciſionis: החרוץ .i.vbi Gentes concidentur.vel,Conciſionis.i.iudicii definiti,determinati & conciſi.

15 Obtenebrabuntur, קדרו obſcurabuntur.Præt.Heb.pro fut.

16 Dabit vocem ſ. יתן קולו det vocem ſuam.i.clamabit. Ita vt,&c ורעשו וגו׳ Ad verbū,& concutientur,&c. Spes מחסה fiducia.

17 Sanctitas,ideo alieni קודש וזרים Ad verbum,ſanctitas,& alieni.pro,ſancta,propterea alieni.

omnes riuos Iuda ibũt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

AEgyptus in deſolationem erit, & Idumæa in deſertum perditionis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint ſanguinem innocẽtem in terra ſua.

Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ieruſalem in generationem & generationem.

Et mũdabo ſanguinẽ eorum, quem non mũdaueram: & Dominus cõmorabitur in Sion.

lacte, omnéſque riui Iehudáh fluent aquis: & fons è domo Iehouæ egredietur, irrigabítque torrentem ʼשSittím.

19 Miצſráim in deſolationem erit, ʼ& אEdóm in deſertum ʺſolitudinis erit: propter iniuriam *illatam* filiis Iehudáh, quia effuderunt ſanguinem innocentem in terra eorum.

20 At Iehudáh in æternũ habitabitur, & Ieruשſaláim ʺin generationem & generationem.

Ecclesiæ æternitas.

21 ʺMundabo quidem, *ſed* ſanguinem eorum non mũdabo, & Iehouáh ʺhabitat in צSiión.

18 שSittim. השטים: nomen loci, de quo Ioſue 2.a.1. 19 Et אEdom ואדום & Idumæa. Solitudinis שממה deſolationis.i.vaſtum, horridum, & ſolitarium. 20 In generationem & generat. לדור ודור: per omnes ætates.
21 Mundabo, &c. ונקיתי וגו׳ .i. Quanuis ego ſim mundaturus, tamen peccatum iſtud ſanguinarium non ſum mundaturus. Præt. Heb. pro fut. Alii, Et mundabo ſanguinem eorum *quos* non mundaueram. Habitat שוכן Præſ. Heb. pro fut. habitans, ſub. erit perpetuó.

Prophetia Amos, Hebraicè עמוס

VETVS.

Cap. I.

Verba Amos, q fuit in paſtoribus Thecue: quæ vidit ſuper Iſrael in diebus Oſiæ Regis Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas Regis Iſrael, ‖ante duos annos terræmotus.

Zachar.14.a.15
Ierem.25.f.30
ioel 3.c.16

Et dixit, ‖Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam: & luxerũt ſpecioſa paſtorum, & exiccatus eſt vertex Carmeli.

Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd triturauerint in plauſtris ferreis Galaad.

Et mittam ignem in domũ Hazael & deuorabit domos Ben-adad.

B

Et conteram vectem Damaſci: & diſperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & trãſferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor nõ conuertam eam: eo quòd trãſtulerint captiuitatem perfectam, vt cõcluderent eam in Idumæa.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Verba yAmóסs, qui fuit ʺinter paſtores Thecóay, ʺquæ vidit ſuper Iשſraאél in dieb⁹ yVziiáh Regis Iehudáh, & in diebus Iarobyám filii Ionás Regis Iשſraאél, duobus annis ante ʺterræmotum.

Amos conditio, & eius prophetiæ tempus.

2 Et dixit, Iehouáh ʺex צSiión rugiet, & de Ieruשſaláim ʺdabit vocem ſuam: & diſperdẽtur ʺhabitacula paſtorum, & areſcet ʺſummitas Charmél.

3 Sic dixit Iehouáh, ʺSuper tribus præuaricationibus Dãméשſec, & ſuper quatuor ʺnon parcã ei, eo quòd triturauerint plauſtris ferreis *habitatores* Gilyád.

Sermo Domini cótra Damaſcũ.

4 Et mittã ʺignẽ in domũ חHazaél, & deuorabit palatia Bẽ-hadád.

5 Conterámque ʺvectẽ Damméשſec, ʺ& excidam habitatorem ʺde Bicyath-áuen, ʺ& tenentem ſceptrũ de Beth-yéden, ʺtransferentúrque populus Arám in Cír, dixit Iehouáh.

Contra Philiſthæos.

6 Sic dixit Iehouáh, ʺSuper tribus præuaricationibus yAzáh, & ſuper quatuor non parcam ei: ʺeo quòd captiuam duxerit captiuitatem integram, vt traderet ipſi אEdóm.

IN CAPVT I.

1 Verba yAmóסs דברי עמוס Nonnihil ſubaudiendum, *Sequuntur* verba *prophetiæ* Amos. Hîc præcipuè contra Iſraelẽ prophetauit. Inter paſtores The. בנוקדים מתקוע ex paſtoribus *illis claris* Thecuenſibus. נוקד non modò ſignificat paſtorem paſcentem pecudes in agris, ſed etiam negotiantem in ouibus, & gregibus abundantem, vt 2.Reg.3.a.4. Et Meſa Rex Moab erat paſtor, ſiue mercator ouium. Dicit igitur excellentem & clarum fuiſſe paſtorem inter Thecuitas. Quæ vidit אשר חזה Deo ſcilicet oſtendente.i.prophetauit. Terræmotum. הרעש: De hoc terræmotu meminit Zacharias, cap.14.b.5. quem obiter dixit aduenturum Amos biennio antequam adueniret.

2 Ex צSiión rugiet, מציון ישאג q.d. Dominus per me prædicet deſolationem regni Iſraelitici. In Sion erat propitiatorium vnde Dominus reddebat reſponſa. Dabit vocem ſ. יתן קולו .i. clamabit per me & alios Prophetas. Repetitio mutatis paulùm verbis. q.d. ne exiſtimetis vos impunè peccaturos. nam tandem Dominus Deus qui habitat in Sion, terrebit vos per Prophetas interminantes vobis mortem, niſi reſipueritis. Hîc obiter prædicitur captiuitas decem tribuum, hoc eſt regni Iſraelitici. Habitacula נאות Ad verbum, paſcua, ſiue loca herbifera. Contentum pro continente, quia figunt caſas & habitacula paſtorum in locis herboſis. Summitas Char. ראש הכרמל: præcipuum [præcipua pars] Charmel. i. ipſius loci feracis, ſiue fertilis. Prædicit ſiccitatem, quæ cauſa eſt ſterilitatis.

3 Super trib. præ. &c. על־שלשה פשעי וגו׳ Super tribus & quatuor, id eſt ſuper ſeptẽ. Septenarius numerus ſignificat infinitã multitudinẽ, apud Hebræos. acſi dicat, Si tantum bis atque ter peccaſſet, pepercifſem illi. nunc quia nullum peccandi finem facit, &c. puniam illum pro omnibus delictis. Quidam dicũt interruptum eſſe ſermonẽ, vertentes, Super tribus præuaricationibus Damaſci *pepercifſem*: at ſuper, &c. Quod generatim dixerat, nunc dicit particulatim. incipit enim prophetare contra Syros. nam Damaſcus fuit caput Syriæ. Ego (inquit) breui ſumam pœnas de Syris quòd non faciant finem peccandi, licet ſim tardus. Hac ratione inuitat ad pœnitentiam. Non parcã ei, לא אשיבנו Ad verbum, non conuertam eum. ſub. furorem: vt ſit relatiuum ſine antecedente. Rectius tamen (vt quibuſdam placet) pronomen referetur ad Damaſcũ. i. non cõuertam illam ad veniam. ſiue miſericordiam meam. Propterea verſum eſt, non parcam ei. Chald. para. nõ dimittã eis.

4 Ignem אש Per ignem intelligit inimicum, & hoſtem, vt exponit doctus inter Hebræos: quia vt ignis omnia vorat, ita inimicus. Sic Nume.21.f.28, Quia ignis exiuit de Heſebon. Hazael & Ben-adad Reges fuerunt Syriæ.

5 Vectem בריח quo ſcilicet clauditur præcipua porta Damaſci. Gallicè *la barre*. Vel eſt ſing. pro plur. q.d. Portæ, vi aperientur ab hoſtibus, qui vi rumpent vectes vt aditum ſibi faciant in vrbem. Et excidam והכרתי & ſuccidam. detraham. vi auferam. De Bicyath-áuen מבקעת־און nomen loci. Significat Vallem vanitatis. Et tenentem ſcep. ותומך שבט .i. Regem, vt Geneſ.49.b.10, Nõ auferetur ſceptrum de Iuda. Transferenturque וגלו emigrabúntque. Alii, abducetúrque captiuus.

6 Super trib. præuaric. על־שלשה פשעי Vide eandem loquutionem paulo antè, verſu 3. Eo quòd capt. &c. על־הגליתם וגו׳ Ad verbũ, propter transmigrare facere eorũ transmigrationẽ abſolutam. i. in qua ne vnus quidem relictus ſit quem non duxerint in captiuitatẽ quæ

fuit in destructione domus secundæ. Quum autem captiuitas ea duceretur in Chaldæam, quidam ex eis clàm ſe receperant apud Palæſthinos vicinos Iſraelitis, rati ſe illic tutò poſſe latere. Verùm immiſericordes Palæſthini prodiderunt eos hoſtibus. Ex omnibus autẽ Gazæ ſceleribus vnum tantùm recenſet, quòd non fuerint miſerti miſerorum Iſraelitarum apud ipſos profugorum

Et mittam ignem in murũ yAzzáh, qui deuorabit palatia eius. 7

Excidámque habitatorem de Aשׁſdód, & tenẽtem ſceptrum de Aשׁſcelón, & reuerti faciam manum meam ſuper yEcrón, & peribunt reliquiæ Peliשׁſthím, dixit Dominus Iehouáh. 8

Contra Tyrum. Sic dixit Iehouáh, ″Super trib⁹ præuaricationibus xSór, & ſuper quatuor non parcam ei, eo quòd tradiderint ″captiuitatem perfectam ipſi ℵEdóm, nec recordati ſunt ″fœderis fratrum. 9

Et mittam ″ignem in murum xSór, & deuorabit palatia eius. 10

Cõtra Idumæã. Sic dixit Iehouáh, ″Super tribus præuaricationibus ℵEdóm, & ſuper quatuor non parcam ei: eo quòd perſequutus eſt gladio fratrẽ ſuum, ″& corruperit miſericordias ſuas, & rapuerit *eum* in æternum furor eius, & iram ſeruauerit in perpetuum. 11

Immittámq; ignem in Themán, qui deuorabit palatia Boxſráh. 12

Contra filios Ammon. Sic dixit Iehouáh, Super trib⁹ præuaricationibus filiorum yAmmón, & ſuper quatuor non parcam ei: eo quòd ſciderint montes Gilyád, vt dilatarent terminum ſuum. 13

Et ſuccẽdam ignem in muro Rabbáh, & deuorabit palatia eius, ″cum vociferatione in die belli, cum tempeſtate in die turbinis. 14

Et ibit ″Rex eorum in captiuitatem, ipſe & principes eius ſimul, dixit Iehouáh. 15

Cap. II.

Propheta aduerſum Moab. Sic dixit Iehouáh, ″Super tribus præuaricationibus Moáb, & ſuper quatuor non parcã ei, eo quòd cremauerit oſſa Regis ℵEdóm ″in cinerem. 1

Et mittam ignem in Moáb, qui deuorabit palatia Ceriióth, morietúrque ″in tumultu Moáb, in vociferatione & in ſonitu tubæ. 2

″Et excindam ″iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dixit Iehouáh. 3

Aduerſum Iudã, hoc eſt regnum duarum tribuũ. Sic dixit Iehouáh, Super tribus præuaricationibus Iehudáh, & ſuper quatuor non parcam ei, eo quòd abiecerint Legem Iehouæ, & ſtatuta eius non ſeruauerint: & errare fecerunt eos mẽdacia ſua poſt quæ abierunt Patres ipſorum. 4

Et mittã ignem in Iehudáh, qui deuorabit palatia Ieruשׁſaláim. 5

Aduerſũ Iſraelẽ, hoc eſt regnum decem tribuum. Sic dixit Dominus, Super tribus præuaricationibus Iשׁſraℵél, & ſuper quatuor non parcam ei: eo quòd vẽdiderint argento iuſtũ, & pauperem ″pari calceorum. 6

″Qui anhelant vt ſit puluis in capite pauperum, ″& viam humilium declinare fecerunt: ″præterea vir & pater eius ″iuerunt ad *ean-* 7

7 Et mittam ignem in murum Gazę, & deuorabit ædes eius.

8 Et diſperdam habitatorem de Azoto, & tenentem ſceptrũ de Aſcalone: & conuertam manũ meam ſuper Accaron, & peribũt reliqui Philiſthinorum, dicit Dominus Deus.

9 Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertam eam, eo quòd cõcluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa, & nõ ſint recordati fœderis fratrum. C

10 Et immittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius.

11 Hæc dicit Dominus, Super trib⁹ ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd perſequut⁹ ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſque in finem.

12 Mittã ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſræ. D

13 Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertã eum: eo quòd diſſecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum.

14 Et ſuccendam ignem in muro Rabba, & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die cõmotionis.

15 Et ibit Melchom in captiuitatem, ipſe & principes eius ſimul, dicit Dominus.

Cap. II.

1 HAEc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eũ: eo quòd incenderit oſſa Regis Idumææ vſque ad cinerem.

2 Et mittã ignẽ in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in ſonitu Moab, in clangore tubæ.

3 Et diſperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiã cum eo, dicit Dominus.

4 Hæc dicit Dominus, ″Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quatuor non cõuertam eum: eo quòd abiecerit Legem Domini, & mandata eius nõ cuſtodierit. deceperunt enim eos idola ſua, poſt quæ abierant Patres eorum. B

5 Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ieruſalem.

6 Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor nõ conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iuſtum, & pauperẽ pro calceamentis.

7 Qui conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum, & viam humiliũ declinãt: & filius ac pater eius ierunt

---

9 Super tribus præu. על־שלשה פשעי Vide ſuprà, verſu 3. Captiuitatem perf. גלות שלמה Quidam ſubaudito ל ante גלות vertunt, in captiuitatẽ perfectam. Fœderis fratrũ. ברית אחים: fœderis fraterni. i. quod eſſe debuerat inter fratres, Iſraelitas & Idumæos.

10 Ignem אש .i. impreſſionem hoſtilem. vt ſuprà verſu 4. Per murum, vires intelligit quibus fidũt: per palatia, omnia quæ excelſa ſunt, honores, authoritatem, &c. 11 Super tribus præua. על־שלשה פשעי Vide ſuprà, verſu 3. Et corruperit miſeric. ſ. ושחת רחמיו & violarit miſericordias ſuas. i. quòd abiecerit miſericordiam qua debebat eum proſequi.

14 Cum vociferatione, &c. בתרועה וגו׳ cum claſſico tempore belli, & cum turbine in die tempeſtatis. Repetitio, diuerſis verbis. Comparat vehementiam belli, & captiuitatem eorum celerem, vento tempeſtuoſo. Vide Ierem. 49. a. 2, Audire faciam contra Rabbath filiorum Ammon clamorem prælii. 15 Rex eorum מלכם Malchom. Vide eadem Ierem. 49. a. 3.

IN CAPVT II.

1 Super tribus præuar. על־שלשה פשעי Vide eadem præcedenti capite, verſu 3. In cinerem. לשיד: in calcem. i. adeò vt verteret illa in calcem. Hæc hiſtoria non legitur in Sacris literis. Quidam dicunt Regem aliquem Moabitarum combuſſiſſe vnum è Regibus Edom, & vſum fuiſſe illis cineribus vice calcis in incruſtandis parietibus ſui palatii. Doctus inter Hebræos iſtud refert ad filium primogenitum ipſius Regis Moab, de quo vide 2. Regum 3. d. 27.

2 In tumultu בשאון in ſtrepitu. expugnationis ſcilicet. Diuerſis vocabulis exprimit tumultum belli.

3 Et excindam והכרתי & exterminabo. detraham. auferam. delebo. Gallicè, *Ie deſtruiray.* Iudicem שופט .i. Regem, cuius officiũ eſt reddere ius populo ſuo. 6 Pari calceorum. בעבור נעלים: .i. pro re vili.

7 Qui anhelant, &c. השואפים וגו׳ Qui expectant vt ſit puluis terræ. על pro על חיות vt ſit. Alii, Qui deſiderant *uidere* puluerem, &c. q. d. Opprimunt pauperes, quos libenter vident deiectos, proſterni in terram, & illorum capita compleri puluere. qui ita deiiciũtur in terram, habent caput & capillos plenos luto & puluere. Et viam humil. ודרך ענוים & viam manſuetorum. vel pauperum. i. qui ius & cauſam pauperum peruertunt. Præterea vir ואיש .i. filius. Iuerunt, &c. ילכו וגו׳. i. cum eadem puella rem habere ſolent vel habuerunt filius & pater, ſine vllo pudore.

C ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum.

8 Et ſuper veſtimẽtis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinũ damnatorum bibebant in domo dei ſui.

Num 21.d.25 deut.2.f.31

9 ‖Ego autẽ exterminaui Amorrhęũ à facie eorum, cuius altitudo, cedrorũ altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius déſuper, & radices eius ſubter.

Exod.14.e

10 ‖Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra AEgypti: & duxi vos in deſerto quadraginta annis, vt poſſideretis terram Amorrhæi.

11 Et ſuſcitaui de filiis veſtris in Prophetas, & de iuuenibus veſtris D Nazaræos: nunquid non ita eſt filii Iſrael, dicit Dominus?

12 Et propinabatis Nazaræis vinum, & Prophetis mandabatis dicentes, Ne prophetetis.

13 Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.

14 Et peribit fuga à veloce, & fortis nõ obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam.

15 Et tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus ſuis nõ ſaluabitur, & aſcẽſor equi non ſaluabit animam ſuam.

16 Et robuſt⁹ corde inter fortes, nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

Cap. III.

1 AVdite verbũ quod loquutus eſt Dominus ſuper vos filii Iſrael: ſuper omnem cognationem quam eduxi de terra AEgypti, dicens,

2 Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.

3 Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis?

4 Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? nũquid dabit catulus leonis vocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit?

5 B Nũquid cadet auis in laqueum terræ, abſq; aucupe? nũquid auferetur laqueus de terra antequã quid ceperit?

6 Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? ſi erit malum in ciuitate quod Dominus nõ fecerit?

7 Quia nõ faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas.

dem puellam, ″vt violarent nomen ſanctum meum.

8 Et ſuper veſtimenta in pignus accepta diſcumbebãt iuxta vnũquodque altare: & vinũ ″pœnis affectorum ″bibebant *in* domo deorum ſuorum.

9 ″Ego autem perdidi אEmoræum à facie eorũ, cuius altitudo *erat* ſicut altitudo cedrorum, & fortis velut quercus, perdidi inquam fructum eius ″ſurſum, & radices eius deorſum.

10 • Ego quoque ″aſcendere feci vos è terra Miצſráim, & deduxi vos per deſertum quadraginta annis, vt poſſideretis terram אEmoræi.

11 ″Adhæc ſuſcitaui de filiis veſtris vt eſſẽt Prophetæ, & de iuuenib⁹ veſtris vt eſſẽt Neziræi: ſed nõne ita eſt ô filii Iשׂſraאél, dicit Iehouáh?

12 Vos autem potum dediſtis Neziræis vinum, & Prophetis præcepiſtis dicendo, Ne prophetetis.

13 Ecce ego ″anguſtabo *uos* in loco veſtro, quemadmodum anguſtatur plauſtrum plenum manipulis.

14 ″Peribítque fuga à veloce, & fortis non roborabit fortitudinem ſuam, & robuſtus non eruet animam ſuam.

15 ″Et qui tenet arcũ, non cõſiſtet, neque velox pedibus ſuis eruet *ſeſe*, neque inſidens equo eruet animam ſuam.

16 ″Et qui roborat cor ſuum inter robuſtos, nudus fugiet in die illa, dixit Iehouáh.

Cap. III.

Domũ Iſrael ingratitudinis arguit, æquiſſima in eam flagella prænuntians.

1 AVdite ″verbum hoc quod loquutus eſt Iehouáh contra vos filii Iשׂſraאél, aduerſus totam ″cognationem quam ″aſcendere feci è terra Miצſráim, dicendo,

2 ″Tantum vos agnoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.

3 ″Ambulabúntne duo pariter, niſi conuenerint?

4 Rugiétne leo in ſylua, & præda non erit illi? ″an dabit leunculus vocem ſuam de habitaculo ſuo *egreſſus*, niſi apprehenderit?

5 Nunquid cadet auis in laqueum *in* terra *diſpoſitum*, ″& laqueus non erit ipſi? ″nunquid aſcendet laqueus è terra, & capiendo nõ capiet?

6 Nunquid clangetur tuba in ciuitate, & populus nõ ″expaueſcet? an erit ″malum in ciuitate, ″& Iehouáh non fecerit?

7 Quia non ″facit Dominus Iehouáh quicquam, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis Prophetis.

Vt violarent, &c. 'למען חללוגו Nam vocantur de nomine meo, & ſanctificaui mihi illos: quum igitur corrumpunt mores ſuos, violant illam ſanctitatem, & declarant ſe non eſſe ſanctos. Leuit. 19.a.2, & 22.d.32.

8 Pœnis affect. ענושים multatorũ. condemnatorum. multabant enim eos pecunia, ſi non dabant quantum cupiebant. Bibebant ישתו Fut. Heb. pro præt. imp. 9 Ego autem perdidi ואנוכי השמרתי Atqui ego deleui. exterminaui. Surſum, ממעל deſuper. i. à ſummo. 10 Aſcendere feci העליתי eduxi. 11 Adhæc ſuſcitaui ואקים Ad verbum, Et ſurgere feci. i. euexi aliquos è filiis veſtris ad dignitatem prophetiæ. 13 Anguſtabo מעיק coartabo. vel anguſtiis afficiam. aut, vrgebo. Præſ. Heb. pro fut.

14 Peribítque, &c. 'ואבר וגו Hebraiſmus, Velox nõ eripiet ſe velocitate ſua, nec virtute ſua bellica vtetur aduerſus hoſtes vir fortis, nec vitam ſuam ſeruabit. Repetitione vtitur, qua grauitatem afflictionum declarat quæ nulla re deuitari poterunt.

15 Et qui tenet arcum, non conſ. ותופש הקשת לא יעמוד. i. ſagittarii qui eminus pugnant, non conſiſtent contra aduerſarios.

16 Et qui rob. &c. 'ואמץ וגו Et fortis corde ſuo. i. Qui fuerit forti animo & imperterrito inter robuſtiſſimos, inermis, abiectis armis fugiet.

IN CAPVT III.

1 Verbum hoc quod loquutus eſt הדבר הזה אשר דבר ſententiam hanc quam decernit. Cognationem המשפחה familiam. gentem. Sic verſu ſequenti. Aſcendere feci העליתי Mutatio perſonæ, pro eduxit ipſe Iehouáh.

2 Tantum vos agnoui רק אתכם ידעתי. i. Vos ſolos delegi, veſtri ſolùm curam habui, eligendo vos ex omnibus aliis Gentibus in populum peculiarem. Subaudiendum autem eſt ali quid, cuiuſmodi, & tamen defeciſtis à me: idcirco, &c.

3 Ambulabúntne הילכו q.d. non. Quemadmodum (inquit) duo nunquam aliquò ſimul proficiſci ſolent ob aliquod negotiũ, niſi prius de eo conueniat inter ipſos: ſic Prophetæ, per quos prædicam me viſitaturum iniquitates veſtras, quemadmodum dixi, non accedent ad vos vt hæc annuntient vobis, niſi maximè illis mecũ conueniat, vt de hoc vos admoneant. Hac ſimilitudine voluit oſtendere præſtantiã Prophetæ, magnúmque eſſe inter Deum & Prophetas conſenſum. Paulo pòſt ſequentibus ſeipſum declarat, his verbis, Dominus Deus quum loquitur, quis non prophetaret? 4 An dabit leun. vo. ſ. היתן כפיר קולו An emittet catulus leonis vocem ſuam. i. an rugiet. כפיר ſignificat catulũ leonis iam adultum. accipitur pro leone valente viribus. Acſi dicat, Si res ita ſe habet, vt leo nunquam rugiat quin prædam capiat, nunquid ſimiliter ſi comminetur Deus, non ſupplicium ſumet? proculdubio ſumet, & faciet quod eſt interminatus.

5 Et laqueus non *erit* ipſi? ומוקש אין לה & offendiculum non eſt illi? i. & nõ capietur? q.d. non. ſic nec vos poteritis eripi ab offendiculo quod decreui mittere in vos, vt in eo capiamini. Offendiculum, eſt hoſtis, cui præcipiam vt veniat contra vos. Ne autem exiſtimetis quòd poſtquam aduenerit, recedat à vobis donec vlciſcatur ſe de vobis. Nunquid aſcendet, &c. 'היעלה־פח וגו Phraſis Hebræa, pro, nunquid auferetur laqueus è terra, ſi nihil ceperit? 6 Expaueſcet? יחרדו formidabit? trepidabit? Malum רעה afflictio. calamitas. q.d. omnium quæ eueniunt vobis, author eſt Deus, quæ prædicunt vobis Prophetæ ab eo moniti. Et Iehouáh ויהוה quod Iehouah. ו ſæpius ponitur loco relatiui. 7 Facit יעשה Fut. Heb. pro præſ. facere ſolet.

Inuitātur alienigenæ, vt videant æquitatē iudiciorum Dei aduerſus Iſraelem.

″*ſi* leo rugiat, quis non timebit? Dominus Iehouáh loquutus eſt, 8
quis non prophetabit?

″Promulgate ſuper palatia *quæ ſunt* in Aשׁſdód, & ſuper palatia *quæ* 9
ſunt in terra Miצſráim, & dicite, Congregamini ſuper montes שׁSomerón, & videte″contritiones multas in medio eius, & oppreſſos in medio eius:

Nec norunt facere″rectum, dixit Iehouáh, ″qui recōdunt iniqui- 10
tatem & direptionem in palatiis ſuis.

Propterea ſic dixit Dominus Iehouáh, ″Tribulatio, & in circuitu 11
terræ: & detrahet à te fortitudinē tuam, & diripientur palatia tua.

Sic dixit Iehouáh, Quemadmodū″eruit paſtor de ore leonis duo 12
crura: vel extremum auris, ſic eruētur filii Iשׁſraאél habitantes in שׁSomerón, in angulo lecti & angulo grabati.

Audite, ″& teſtimonio cōprobate in domo Iayacób, dixit Iehouáh Deus exercituum: 13

Quòd die quo viſitabo præuaricationes Iשׁſraאél″ſuper eum, vi- 14
ſitabo ſuper altaria Beth-אél, & amputabuntur cornua altaris, cadéntque in terram.

Et percutiam domum hyemalem vnà cum domo æſtiua, peri- 15
būtque domus″eburneæ, & deficiēt domus multæ, dixit Iehouáh.

Cap. IIII.

Sub typo vaccarum pinguiū in primates inuehitur, eorū pœnas prædicens.

AVdite verbum hoc″vaccæ Baשׁſán, quæ *eſtis* in monte שׁSome- 1
rón, quæ opprimitis pauperes, quæ confringitis pauperes, quæ dicitis dominis veſtris, Afferte, & bibemus.

Iurauit Dominus Iehouáh″per ſanctitatē ſuam quòd ecce dies 2
veniunt ſuper vos, & tollet vos *inimicus*″ſpinis, & poſteritatem veſtram″hamis piſcatoriis.

″Et *per* rupturas *muri* exibitis vnaquæque ante ſe, ″& coniicietis 3
vos in palatium ipſum, dixit Iehouáh.

Eorum idololatriā ſubſannat.

″Venite in Beth-אél, & præuaricamini in Gilgál, multiplicate 4
″præuaricari, & afferte″mane ſacrificia veſtra, poſt tres″annos decimas veſtras.

Laus.

″Et adolete de fermento confeſſionem, ″& indicite oblationes 5
voluntarias, proclamate: ″quia ſic vultis filii Iשׁſraאél, dixit Do-

8 Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus loquutus eſt, quis non prophetabit?

9 Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terrę AEgypti, & dicite, Cōgregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius: C

10 Et neſcierunt facere rectum, dicit Dominus: theſaurizātes iniquitatē, & rapinas in ædibus ſuis.

11 Propterea hęc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.

12 Hæc dicit Dominus, Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic eruentur filii Iſrael qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damaſco grabati.

13 Audite, & cōteſtamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituū: D

14 Quia in die quum viſitare cœpero præuaricationes Iſrael, ſuper eum viſitabo & ſup altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.

15 Et percutiam domum hyemalē cū domo æſtiua: & peribūt domus eburneæ, & diſſipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

Cap. IIII.

1 AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis veſtris, Afferte, & bibemus.

2 Iurauit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in cōtis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus.

3 Et per aperturas exibitis altera cōtra alterā, & proiiciemini in Armon, dicit Dominus.

4 Venite ad Beth-el, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & offerte manè victimas veſtras, tribus dieb⁹ decimas veſtras.

5 Et ſacrificate de fermentato laudē, & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: ſic enim voluiſtis filii Iſ- B

---

8 *Si* leo rugiat, אריה שאג Subauditur אם Si. Comparat Deum leoni animanti fortiſſimo, & cui nullus reſiſtere poſſit. quòd ſi leoni nullus reſiſtat, multo minus Deo. 9 Promulgate השמיעו Clara voce ſignificate. Diuulgate. Contritiones mul. מהומות רבות oppreſſiones frequentes. Alii, tumultus crebros. 10 Rectum, נכוחה ſub. opus. Qui recondunt, &c. האוצרים וגו׳ qui theſaurizant rapinam & vaſtitatem. Intelligit pecuniam iniuſtè partam. q.d. Replent palatia ſua rapinis, furtis, & huiuſmodi.

11 Tribulatio, & in cir. צר וסביב Tribulator, & in circuitu terræ ipſius. Sermo irati eſt, & propterea conciſus: ideo quædam ſubaudiēda, hoc modo, Tribulator *uenturus eſt*, & *in* circuitu terræ ipſius, *poſiturus eſt caſtra*. 12 Eruit יציל eripit. eripere ſolet. q.d. pauci euadent ex illa captiuitate, & hoſtis eos tantum relinquet quos cōtempſerit, quòd ægroti decumbant. 13 Et teſt. cōpr. והעידו teſtādo prædicate.

14 Super eum, עליו in ſe. i. in corpore ipſius. 15 Eburneæ, השן ad verbum, dentis. ſub. elephantis. per excellentiam.

IN CAPVT IIII.

1 Vaccæ Baשׁſán, פרות הבשן Sic vocat Propheta ruſticus nobiles illos, & delicatos principes Samariæ. q.d. Vos qui eſtis pingues vt vaccæ quæ in Baſan aluntur. Baſan regio Og Regis erat, vt vides Ioſue 9.b.10: quæ pinguibus paſcuis abundabat, vt Ierem. 50.d.19, & Mich 7.c.14 legitur. In eo loco quæ paſcebantur animalia, pinguia erant, optima, & pulchra.

2 Per ſanctitatem ſ. בקדשו .i. per ſeipſum. Spinis, בצנות .i. hamis, vt exponunt doctiores Hebræorum. Iidem etiam exponunt clypeis, ſiue parmis. Hamis piſcatoriis: בסירות דוגה in ollis piſcis. id eſt in ſcaphis piſcatoriis, ſiue cymbis. erant enim ſcaphæ factæ ad ſimilitudinem ollæ. Hic adumbrat captiuitatem Samaritanorū. nā vt hamo piſcator piſcem extrahit ex aqua, ita te abſtrahet hoſtis ſuis armis in captiuitatem, ô Samaria. 3 Et *per* rupturas, &c. ופרצים תצאנה וגו׳ q.d. multis in locis frangetur murus, ita ſingulæ via ſua, ſiue recta exibunt per rupturā quæ prima illis occurret. Et coniicietis vos והשלכתנה Hoc verſu prædicit expugnationē vrbis Samariæ, ſimul explicat quod fieri ſolet in expugnatione vrbis: alii fugiunt per rupturas, alii proripiunt ſeſe in arcem vrbis munitiſſimam metu hoſtis. Sunt ex Hebræis qui dicunt vocem Hebræam ההרמונה ſignificare Armeniam: acſi dicat, Fugietis, ac recipietis vos in Armeniam. verū prior lectio, verior. 4 Venite באו Ite. Ironicè hæc omnia. q.d. Cōmittite illic ſcelus idololatriæ ad ſatietatē vſque. Præuaricari. לפשוע vt præuaricemini. vel, iniquè & ſceleratè agatis. i. multiplicate præuaricationes, & ſcelera. Mane לבוקר .i. quolibet die.

Annos ימים Ad verbum, dies. pro annis poſuit dies. Tertio quoque anno ſolebant offerre decimas, vt legitur Deut. 14.d.28.

5 Et adolete de ferm. confeſſ. וקטר מחמץ תודה Ironicum & hoc. Infinit. Heb. pro imperatiuo plurali, & מ pro ב acceptum, ſubaudiēdúmque verbi ſubſtantiuum, incenſum, quod in ſe includit, & vertendū, Et incendite [incenſum] in [vel cum] fermentato confeſſionem. id eſt incenſum confeſſionis, ſiue gratiarum actionis, in oblatione in qua offertur panis fermentatus. q.d. offerte ſacrificium confeſſionis quo confiteamini peccata veſtra, offerte inquam diis alienis, quaſi illi veſtra vobis peccata remittere poſſint, ſiue quo illis gratias agatis. In ſacrificio confeſſionis offerebatur panis fermentatus, ad declarandam naturam corruptam & fermentatam. Et indicite obl. volunt. וקראו נדבות Ad verbum, & proclamate voluntaria. ſub. ſacrificia. Quia ſic vultis, כי כן אהבתם Præt. Heb. pro præſ. quando ſic amatis. vel, quando ſic vobis placet. Hic quodammodo declarat ſuam ironiam.

ſrael,dicit Dominus Deus.

Vnde & ego dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris,& indigētiam panum in omnibus locis veſtris:& nõ eſtis reuerſi ad me, dicit Dominus.

Ego quoque prohibui à vobis imbrem,quum adhuc tres mēſes ſupereſſent vſque ad meſſem: & plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram ciuitatem nõ plui:pars vna cópluta eſt, & pars ſuper quam non plui,aruit.

C Et venerũt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non ſunt ſatiatæ:& non rediſtis ad me,dicit Dominus.

Percuſſi vos in vento vrēte,& in aurugine multitudinem hortorũ veſtrorum, & vinearum veſtrarum, olíueta veſtra,& ficeta veſtra comedit eruca: & non rediſtis ad me,dicit Dominus.

Miſi in vos mortē in via AEgypti, percuſſi in gladio iuuenes veſtros, vſque ad captiuitatem equorũ veſtrorum: & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras: & non rediſtis ad me,dicit Dominus.

D

Geneſ.19.e.24
oſee 11.e.8

Subuerti vos,‖ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham,& facti eſtis quaſi torris raptus ab incēdio, & non rediſtis ad me,dicit Dominus.

Quapropter hæc faciã tibi Iſrael: poſtquam autē hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui,Iſrael.

Quia ecce formans mõtes,& creãs ventum, & annuntians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam,& gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

Cap.V.

AVdite verbum iſtud quod ego leuo ſuper vos,plãctum,domus Iſrael.

Cecidit, & non adiiciet vt reſurgat virgo Iſrael:proiecta eſt in terrã ſuã, non eſt qui ſuſcitet eam.

Quia hæc dicit Dñs Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille,relinquētur in ea centum, & de qua egrediebãtur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

Quia hæc dicit Dominus domui Iſrael,Quærite me,& viuetis.

minus Iehouáh.

6 Ego quoque dedi vobis ′munditiem dentium in cũctis vrbibus veſtris,&penuriam panis in cunctis locis veſtris:″& nõ eſtis reuerſi vſque ad me,dixit Iehouáh.

Fame percuſſi non ſunt cõuerſi ad Deum.

7 ′Sed & ego″prohibui à vobis imbrem,quũ adhuc eſſent tres menſes vſque ad meſſem:& pluere feci ſuper ciuitatem vnam,& ſuper ciuitatem alteram non feci pluere: fundus vnus compluṫus fuit, ″fundus autem ſuper quem non pluit,aruit.

8 ′Et proficiſcebãtur duæ,tréſue ciuitates ad ciuitatem illam ſuper quã pluere feceram,vt biberent aquam,& non ſatiabantur:nõ tamen reuerſi eſtis vſque ad me,dixit Iehouáh.

9 Percuſſi vos ′ariditate & robigine″multiplices hortos veſtros, & vineas veſtras, & ficeta veſtra, & olíueta veſtra comedit eruca: nec tamen rediiſtis vſque ad me,dixit Iehouáh.

10 Immiſi in vos peſtilentiam″in via Miצſráim,occidi gladio iuuenes veſtros,cum captiuitate equorum veſtrorum:″& excitaui fœtorem caſtrorum veſtrorũ in nares veſtras: nec tamen rediiſtis ad me:dixit Iehouáh.

11 Subuerti″in vobis′quemadmodum ſubuertit Deus סSedóm & עAmoráh:fuiſtíſque ſicut torris erutus ab incendio:nec tamen rediiſtis vſque ad me,dixit Iehouáh.

12 Quapropter″ſic faciam tibi, Iשׁſraאél: eo quòd hoc faciam tibi, præpara teipſum in occurſum Dei tui ô Iשׁſraאél.

Adhortatio ad fiduciam in Deũ poſt perpeſſa mala.

13 Quia ecce,″qui format montes,& creat ventum,& annũtiat homini ″quænam ſit meditatio eius, ″qui facit aurorã tenebras,quíque graditur ſuper excelſa terræ, Iehouáh Deus exercituum nomen eius.

Cap.V.

1 AVdite verbum hoc ′quo ego leuò aduerſum vos lamentum, domus Iשׁſraאél.

Caſum Iſrae luget.

2 ′Cecidit,non addet vt ſurgat virgo Iשׁſraאél, ′derelicta eſt ſuper terram ſuam,non eſt qui attollat eam.

3 Sic enim dixit Dominus Iehouáh, Vrbs″*ex* qua egrediebantur mille,″relinquet centum:& ex qua egrediebantur centũ,relinquet decem domui Iשׁſraאél.

4 ′Qm̃ ſic dixit Iehouáh domui Iשׁſraאél,Quærite me,″& viuetis.

Ad reſipiſcentiã vocat.

6 Munditiem dentium נקיון שנים Sic circunloquitur famem. Quidam, penuriam carnium exponunt,quòd mox dicat, & penuriam panis.verùm repetitio eſt aliis verbis. Et non eſtis reuerſi vſque ad me, ולא־שבתם עדי & nec *ſic quidem* conuerſi eſtis vſque ad me.q.d. conuerſi quidem eſtis,ſed non vſque ad me.

7 Sed & ego וגם אנוכי Ad verbum,Et etiam ego.Quidam,Præterea etiam ego. Prohibui מנעתי Præt.Heb.pro futuro,vt quidam volunt,ſtatui me prohibiturum.Toto(inquit)trimeſtri ante meſſem carebitis pluuia qua ſegetes in ſpicas euadunt. Videtur rectius vt per præteritum vertas,quòd ſequenti verſu dicat,Et adhuc non eſtis reuerſi. Fundus חלקה ager.ſignificat territorium ſeparatum ab aliis,ita dictum à partitione. 8 Et proficiſcebantur ונעו Fut.Heb.pro præt. imperf.

9 Ariditate בשדפון vredine.quæ fit à vento perurente. Multiplices הרבות Infinitiuus Heb.pro fut.vel præterito.Multiplicaſtis, vel multiplicabitis.Poteſt etiam eſſe nomen.Si tanquam verbum vertas,ſubaudiendum erit ו ante יאכל,at comedet, vel comedit,ſub.ea omnia.Si per nomen,nihil erit ſubaudiendum.Quidam vertunt,Quum multiplicaſſetis.

10 In via Miצſráim, בדרך מצרים Mittebãt enim in AEgyptũ adoleſcētes ſuos ad frumenta aduehenda quibus carebant. Et excitaui ואעלה Ad verbum,& aſcendere feci. 11 In vobis בכם Non dicit vos,ſed in vobis:vt aliquam partem regionis fuiſſe ſubuerſam ſignificet. Quemadmodum ſubuer. כמהפכת De ſe loquitur Deus in tertia perſona.Subuerſionē feci inter vos,ſicut fuit ſubuerſio illa qua ſubuerti Sodomam & Gomorrham. 12 Sic כה .i.hæc omnia mala.

13 Qui format,&c. יוצר הרים וגו׳ Dicitur Deus nunc formare & creare,eo quòd omnia per eum perſiſtãt,& gubernentur. Quænam ſit medit. eius, מה־שחו .i.quid cogitet. Doctus inter Hebræos cum Chaldæo paraph. negotium,opus, ſiue operationem interpretatur:vt ſit ſenſus,Vos putatis me latere quæ facitis:quum tamen ego per Prophetas meos vobis annuntiem omnia opera,etiam quæ in penetralibus facitis,& quæ in cordibus veſtris iniquè cogitatis. Qui facit aurorã,&c. עושה וגו׳ .i.qui conuertit lumen in tenebras, cõculcat omnia terrena,inacceſſáque ſunt illi peruia.

IN CAPVT V.

1 Quo ego leuo adu.vos lament. אשר אנוכי נושא עליכם קינה quo ego excito pro vobis planctum.i.quo ego deploro ſortem veſtram. vel potius,quibus ego verbis caſum, ac ſortem veſtram deplorem.

2 Cecidit, נפלה Præt.Heb.pro futuro,propter certitudinem:tanquam dicat,Certiſſimè corruet Iſrael.Metaphoricè ſignificat aduerſa multa euentura.Quidam malunt præterita narrari. Derelicta eſt נטשה derelinquetur.i.relicta eſt proſtrata humi.Alludit ad illud quod dixit,Cecidit.q.d.nunquam à captiuitate reuertetur.

3 Ex qua egrediebantur היוצאת Ad verbum,quæ egrediebatur.verbum neutrum pro tranſitiuo, quæ egredi faciebat,id eſt educebat, ſub.ad bellum. Relinquet תשאיר reſiduos *tantummodo* habebit.i.redigentur illi mille ad centum.

4 Quoniam ſic כי כה Acſi dicat,Hoc quod iam dictum eſt,accidet,aut accidit domui Iſrael propter idololatriam: agite igitur pœnitentiam,relictis idolis.vel,Sic enim dixit,volens ſcilicet reuocare Iſraelem ab idololatria, propter quam mala illa euentura erant,niſi reſipiſcerent. Et viuetis. וחיו: Imperat.Heb.pro fut.ſic verſu ſequenti.

5 Et ne quæratis Beth-ℵél, neq; Gilgál ingredimini, nec *in* Beℵer שſebáy tranſeatis: nã Gilgál demigrando demigrabit, & Beth-ℵél erit in nihilum.

6 Quærite Iehouã, & viuetis: ne fortè ″findat ſicut ignis domum Ioɔſéph, & deuoret, nec ſit qui extinguat in Beth-ℵél.

7 ″Qui conuertunt in abſynthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquunt.

8 Qui facit ″Arcturum & Orionem, & conuertit ″in mane ″vmbram mortis, & diem in noctem tenebreſcere facit: qui aduocat aquas Maris, effundítque eas ſuper faciem terræ, Iehouáh nomen eius.

9 ″Qui roborat vaſtatorem ſuper robuſtum, & vaſtator in munitionem ″veniet.

Odium populi in Prophetas, ob quod, & pauperũ oppreſſioné, eius infœlicitaté prænuntiat.

10 ″Oderunt in porta corripientem, ″& loquentem ″perfectum abominati ſunt.

11 Propterea quòd ″fatigatis pauperẽ, ″& faſcem tritici accipitis ab eo, domos ″inciſorum *lapidum* ædificaſtis, & non habitabitis: vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis vinum earum.

12 ″Scio enim multas præuaricationes veſtras, ″& fortia peccata veſtra, ″affligunt iuſtum, accipiunt pretium redemptionis, & pauperes in porta cadere faciunt *cauſa ſua*.

13 Ideò ″prudens in tempore illo ″tacebit, quia tempus malum eſt.

Exhortatio ad opera bona.

14 Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: ſic enim erit Iehouáh Deus exercituum vobiſcum, ſicut ″dixiſtis.

15 Odio habete malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ″fortè miſerebitur Iehouáh Deus exercituum reſidui Ioɔſéph.

16 Propterea ſic dixit Iehouáh Deus exercituum dominator, In omnibus plateis *erit* planctus, & in cunctis plateis dicent, Heu heu: & inuitabũt agricolam ad luctũ, & ad planctum ″ſciẽtes lamentũ.

17 Et in omnibus vineis *erit* planctus, quia tranſibo per mediũ tui, dixit Iehouáh.

Diei Domini mala deſcribit.

18 Væ deſiderantibus ″diem Iehouæ, ″vtquid hoc vobis? dies Domini hæc, ″tenebræ & non lux.

19 ″Quemadmodum ″*ſi* fugiat quis à facie leonis, & occurrat ei vrſus: aut ingrediatur domum, & innitatur manu ſua parieti, & mordeat eum coluber.

20 ″Nónne tenebræ dies Iehouæ, & non lux: ″& caligo, & non ſplendor ei?

5 Et nolite quærere Beth-el, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſa-bee non tranſibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit inutilis. B

6 Quærite Dominũ, & viuite: ne fortè cõburatur vt ignis domus Ioſeph, & deuorabit, & nõ erit qui extinguat Beth-el.

7 Qui conuertitis in abſynthium iudicium, & iuſtitiã in terra relinquitis.

8 Facientem Arcturum & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantem: ‖qui vocat aquas Maris, & effundit eas ſuper faciem terrę: Dominus nomen eſt eius. C

9 Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert.

10 Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt.

11 Idcirco ꝓ eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: ‖domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, & nõ bibetis vinum earum.

12 Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipiẽtes munus, & pauperes deprimentes in porta.

13 Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt. D

14 Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.

15 ‖Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium: ſi fortè miſereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioſeph.

16 Propterea hæc dicit Dominus Deꝰ exercituum dominator, In omnibus plateis planctus: & in cunctis quæ foris ſunt, dicetur væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciunt plangere. E

17 Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertranſibo in medio tui, Dicit Dominus.

18 ‖Væ deſiderantibus diem Domini: ad quid eã vobis? Dies Domini iſta, tenebræ, & non lux.

19 Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietẽ, & mordeat eum coluber.

20 Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non ſplendor in ea? F

Eſa.1.c
Ierem.

Act.7.e

Infrà 9.b.6

Luc.6.d

Soph.1.c.13

Pſal.96.d.10
rom.12.b.9

Ierem.30.a.7
ioel.2.a.11
ſoph.1.d.15

---

6 Findat יצלח diſrumpat. vt ſcilicet ignis diſrũpit lapides. i. perdat. Per Ioſeph intelligit Ephraim, qui fuit filius Ioſeph. Per Ephraim autem, intelligit decem tribus: quòd qui prius illis imperauit, erat ex tribu Ephraim.

7 Qui conuertunt ההופכים Iungi poteſt verbo Findat, hoc modo, Findat inquam eos qui conuertunt. vel, Hi enim ſunt qui cõuertunt. Quidam, Qui cõuertitis. 8 Arcturum כימה Vergilias. vel, Pleiades. In mane לבוקר .i. in lumen. Vmbram mortis צלמות .i. vmbram denſiſſimam. 9 Qui roborat vaſt. המבליג שוד Qui fortificat prædatorem. i. Reddit vaſtatorem ſuperiorem forti. Vaſtatorem intelligit hoſtem qui infert bellum. q. d. Dat victoriam cui vult. Veniet. יבוא׃ ingredietur. i. expugnabit & vi capiet.

10 Oderunt שנאו ſub. iudices qui ſedebant in porta vrbis. Perfectum תמים integrum. verum. ſub. verbum.

11 Fatigatis בושסכם Ad verbum, fatigare veſtrum. vel, onerare. i. fatigatis. vel oneratis, & grauatis. Alii, conculcatis. Alii, opprimitis. Et faſcem tritici ומשאת־בר & onus tritici. Gallicè, *une charge de bled*. i. quicquid pauper magno labore domum portauit, vi aufertis ab eo. Inciſorum גזית Ad verbum, inciſionis. i. lapidum inciſorum, & quadratorum.

12 Scio ידעתי Præt. Heb. pro præſ. Et fortia ועצומים & grauia. copioſa. ingẽtia. Afflig. iu. צוררי צריק Ad verbũ. tribulatores iuſti.

13 Prudens המשכיל ſapiens. doctus. Tacebit ידום Fut. Heb. pro præſ. tacet. vel, ſilere cogitur. q. d. propter iniuſtitiam iudicum, & impœnitentiam hominum huius temporis odientium veritatem, Prophetæ tacebunt. irriderẽtur enim illi, nec illa prædicatio eſſet ad correptionem, ſed potius ad augmentum peccatorum & iniquitatum.

14 Dixiſtis. אמרתם׃ .i. iactaſtis, vel cogitaſtis. 15 Fortè אולי loquitur more hominum quum dicit forté.

16 Scientes lamentum. יודעי נהי׃ peritos lamentationis. deditos lamentationi.

18 Diem Iehouæ, את־יום יהוה .i. diem in qua Dominus viſitaturus eſt peccata, hoc eſt puniturus. Vtquid hoc vobis? למה־זה לכם ſub. deſiderium, vel optatis. Quidã annotant זה & לכם non debere verti Latine. Cur, ſub. optatis diem Domini? Tenebræ חושך .i. afflictio.

19 Quemadmodum כאשר Sententia truncata: ſubaudiendum, ſic continget vobis. q. d. periculo vno liberati, incideris in aliud, tam varia erunt pericula. 20 Nónne tenebræ הלא־חשך Bis idem dicit, verbis paulo diuerſis. Subaudiendum, erit vobis. Tenebroſa erit vobis, non lucida, caliginoſa, carens lumine. hoc eſt, infœlicia omnia vobis afferet, non læta. Vt nomine lucis, omnia proſpera & fœlicia: ſic nomine tenebrarum & caliginis, omnia triſtia & infœlicia ſignificantur. Diem Domini intelligit quando viſitat Deus populum ſuum, & punit propter peccata, vt dictum eſt.

Eſa.1.c.11 Ierem.6.e.20

|Odi, & proieci feſtiuitates veſtras, & nõ capiã odorẽ cœtuum veſtrorũ.

Quòd ſi obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorũ non reſpiciam.

Aufer à me tumultũ carminũ tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis.

G

Act.7.e.42

|Nũquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſrael?

Et portaſtis tabernaculũ Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſydus dei veſtri, quæ feciſtis vobis.

Et migrare vos faciam trãs Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituũ nomen eius. Cap. VI.

Luc.6.d.24

V|AE qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in mõte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael.

Trãſite in Chalãne, & videte, & ite inde in Emath magnam: & deſcẽdite in Geth Palæſthinorum, & ad optima quæque regna horum: ſi latior terminus eorum termino veſtro eſt.

Qui ſeparati eſtis in diem malum: & appropinquatis ſolio iniquitatis.

Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.

B

Qui canitis ad vocem pſalterii: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.

21 Odi, reprobaui ″ſolennitates veſtras, nec′odorabor feſta veſtra.

Feſtiuitates & ſacrificia eorũ abiicit.

22 Quòd ſi obtuleritis mihi holocauſta & munera veſtra, non acceptabo, nec pacifica pinguium veſtrorum reſpiciam.

23 Tolle à me multitudinem canticorum tuorum, & cantum lyrarum tuarum non exaudiam.

24 ″Sed decurrat ſicut aqua iudicium, & iuſtitia veluti torrens vehemens.

25 An ſacrificia & oblationẽ ″obtuliſtis mihi in deſerto quadragĩta annis, domus Iשſraאél?

26 ″Et portaſtis″idôlum Regis veſtri,″& placentã″imaginum veſtrarum,″ſydus dei veſtri quod feciſtis vobis.

27 Migrare igitur faciam″vltrà Damméשſec, dixit Iehouáh, Deus exercituum nomen eius. Cap. VI.

Aduerſus optimates Iſrael prophetat.

1 VAE″quietis in צSiión, & confidentibus in mõte שSomerón, ″nominatis″*à* principio gentium ipſarum,″& *tamen* venerũt ad eos, domus Iשſraאél.

2 Tranſite″*in* Chalnéh, ″& videte, & ite inde *in* חHamáth″magnam, & deſcendite *in* Gáth Peliשſthím:″an meliores *ſunt* regnis iſtis? *&* an amplior eſt terminus eorum termino veſtro?

3 ″Qui longinquum putãt diem malum:″& appropinquare faciũt ſedem iniquitatis.

4 Qui dormiunt in lectis eburneis,″& extendunt ſe in ſtratis ſuis: comedúntq; agnos *pingues* de grege, & vitulos de medio ſaginarii.

5 ″Qui particulatim canunt ad nébel, ″ſicut Dauid putant *ſe habere ſcientiam* inſtrumentorum muſicorum.

6 Qui bibunt ″in phialis vinum, ″& electis vnguentis vngunt ſe: nec dolent ob″contritionem Ioסſéph.

21 Solennitates veſt. חגיכם ſacrificia veſtra. vel, ſacrificia feſtis diebus oblata. Odorabor feſ.v. אריח בעצרותיכם: .i. olfaciam ſacrificia in feſtis oblata. Ad verbum, odorabor in cœtibus veſtris.

24 Sed decurrat ויגל Sed defluat. id eſt, Sit multa iuſtitia inter vos. Ad verbum, Et voluat ſe.

25 Obtuliſtis הגשתם Ad verbum, appropinquare feciſtis.

26 Et portaſtis ונשאתם Et tuliſtis. Et ſuſtinuiſtis. Idôlũ Regis v. את סכות מלכבם Sichuth Regem veſtrum. i. cui tanquam Regi paretis. nomen erat ſtellæ quam tanquã Regem venerabantur. vt Ierem. 44. d. 17, vt ſacrificemus Reginæ cæli. Et placentam imag. veſt. ואת כיון צלמיכם .i. quam offertis imaginibus veſtris. Sic Ierem. 7. d. 18, Vt faciant placentas Reginæ cæli. Quidam Hebræorum exiſtimant כיון ſignificare Saturni ſtellam, quem Perſæ quoque vocant כיואן, in cuius honorem fecerant imagines, & vertunt, Saturnum imagines veſtras. Sydus dei veſt. כוכב אלהיכם ſtellam dei veſtri. i. quæ repræſentat deum veſtrum. colebant Saturnum & alios planetas.

27 Vltra Damméשſec מהלאה לדמשק .i. in regionem remotiſſimam à veſtra.

IN CAPVT VI.

1 Quietis השאננים tranquillis. i. vitam degentibus in ſumma tranquillitate, & ſecuritate animi. Quidam, opulentis. Nominatis נקובי denominatis. ſub. locis, vel montibus, Sionis & Samariæ. Per appoſitionem dictũ. A principio ראשית *à* primitiis. i. propter priores incolas. q. d, Væ vobis qui habitatis in locis celebratiſſimis & inſignibus propter antiquitatem incolarum. Alii vertunt, nominatis principiũ gentium. i. exiſtimatis, quòd à principio illic habitauerint ſeptem Gentes, fueritque terra illorum omnium terrarum fertiliſſima, vt doctus inter Hebræos exponit. Alii, *qui montes* celebres fuerunt apud primas gentes. Etiam quum Gentes ante Iſraelitas inhabitarent terrã promiſſionis, mons Sion & mons Samariæ apud eas fuerunt celebres præ cæteris locis ob naturalem munitionem: ſicut & poſt omnes ciuitates in regno Iſrael deuaſtatas, poſtremò fuit arx Samariæ expugnata, & mons Sion poſt omnia Iudææ loca, debellatus. Ad hæc igitur optima loca quum Dominus Iſraelitas perduxiſſet, & Gẽtes inde expuliſſet, obliti ſunt ingrati homines beneficiorum Dei, & paſſim in omnia vitia proruerunt, freti ſecurè ſe habitare, non ob fiduciam quam in Deum haberent, ſed quòd bonis abundarent, & munitiſſima haberent loca. Et *tamen* venerunt ובאו & *tamen* ingreſſi ſunt. id eſt ceperunt illos.

2 *In* Chalnéh, כלנה vrbem ſcilicet Babyloniæ: vel accipit pro tota regione. Et videte, וראו ſub. diligenter illam regionem An meliores, &c. הטובים וגו׳ *&* *uidete* an meliores ſint regnis iſtis, [quæ ſcilicet Deus dedit vobis] aut maior ſit terminus eorum, quàm terminus veſter. q. d. ingratiſſimi qui colatis idola, quibus Dominus dederit terram hanc qua nulla ſit fertilior nec amplior.

3 Qui longinquũ pu. המנדים Sub. Væ illis, qui, &c. Alii, Qui repellitis. vel Reiicitis. ſub. in mẽte veſtra. i. Nõ creditis diẽ afflictionis venturum: ſed apud vos cogitatis longè abeſſe. Et appropinquare fa. &c. ותגישון שבת חמס: .i. interim iniuſtè iudicãt, toto ſtudio ſeruiunt iniuſtitiæ. 4 Et extendunt ſe וסרוחים & diſtendunt ſe indecorè ſuper, &c. Alii, & tapetia [ſiue ſtragula] ampliſſima *ſunt* ſuper lectos ſuos. Vtroque modo exponit Doctus inter Hebræos. Vide paulo pòſt, verſu 7.

5 Qui partic. canũt ad nebel, הפורטים על־פי הנבל Ad verbum, Qui particularizant. i. Qui peritè canũt ſuam cantici partem. Gallicè, *qui ſcauẽt iouer leur partie.* Quidã, Qui cantillãt ad vocẽ pſalterii. Alii, Cõcinnẽtes ad, &c. Doctus inter Hebræos in eundẽ ſenſum vertit, Vniũt ſe [vel vniuntur] ſecundum chorum. & exponit, Qui canunt cantica ſua ad ſonum pſalterii, eleuantes vocem cantici ſui iuxta tonum nabli, ita vt ſimilis non ſit vnius vox, voci alterius. Quidam ex eis vertunt, Qui ſoluunt cantica. Alii deducunt à פרוטה obolus, aut nummus: acſi dicat, Qui dant ſinguli obolum [aut nummum] cantori, vel pulſanti nebel. His ſignificat, totum illorum ſtudiũ fuiſſe in adinueniendis variis generibus voluptatũ, Deo neglecto. Chaldæus paraph. Qui pulſant aut canunt. Sicut Dauid, &c. כדויד וגו׳ ſicut ipſi Dauid [conueniebant] reputant ſibi [quoque cõgruere] inſtrumenta muſica. id eſt, attribuũt ſibi inſtrumenta muſica, ſicut Dauidi. Vel, ingenioſè excogitãt ſibi noua inſtrumẽta muſica quẽadmodũ Dauid qui fuit peritiſſimus muſices. q. d. putãt ſe æquare doctrina muſicali ipſum Dauidẽ.

6 In phialis במזרקי in crateris. in guttis. Et electis vng. וראשית שמנים Ad verbum, & primo vnguentorum. i. optimis vnguẽtis, ſiue præcipuis. Contritionem שבר afflictionem.

7 Propterea″nunc″migrabunt ″in capite demigrantium: & appropinquabit luctus″ſe extendentium *in lectis*.

Iurat Dominus ſe impleturum quæ cōtra Iſrael propoſuit.

8 Iurauit Dominus Iehouáh ″per animam ſuam, dixit Iehouáh Deus exercituum, Abominor″maieſtatē Iayacób, palatiáque eius odi, & tradam ciuitatem *hoſti*,″& plenitudinem eius.

9 Erit quoque,″ſi remanſerint decem viri in domo vna, morietur.

10 ″Et tollet quenque eorum patruus ſuus, ″& auunculus eius, vt efferat oſſa de domo:″& dicet ei qui erit″in lateribus domus, An adhuc *ſunt* apud te *cadauera*?″Et reſpondebit, Nequaquā. Et dicet, Tace: quia″non *ſumus aſſueti* commemorare nomen Iehouæ.

11 Quia ecce Iehouáh″præcipiet, & percutiet domum maiorem″rimis, & domum minorem ſciſſuris.

12 ″Curréntne in petra equi? an arabit *arator eam petram* bobus: quòd cōuertiſtis in venenū, iudicium, & fructū iuſtitiæ in abſynthium?

13 Qui lætamini″abs re: qui dicitis, Annō fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis″cornua?

14 Ecce enim ego″ſuſcitabo ſuper vos, domus Iwſraнél, dixit Iehouáh Deus exercituum, Gētem,″& opprimēt vos ab introitu″nHamáth,″vſque ad torrentem deſerti.

Cap. VII.

Per locuſtam vidēs Amos toti⁹ Iſraelis aſſumptionē, oratione ſua auertit.

1 S″Ic oſtendit mihi Dominus Iehouáh, ′En″congregatio locuſtarum in principio″quo aſcēdit″herba ſerotina, & ecce herba ſerotina *ſuccreuerat*″poſt tonſiones ipſius Regis.

2 Fuit autem″quum finiuiſſet comedere herbam terræ, dixi, Domine Iehouáh, parce obſecro:″quis ſuſcitabit Iayacób? quia paruulus eſt.

3 Pœnituit Iehouam″ſuper hoc: Non erit, dixit Iehouáh.

Alia plaga quam itidem reuocat.

4 R*urſum* ſic oſtendit mihi Dominus Iehouáh, En vocabat″ad iudicium per ignem Dominus Iehouáh,″& conſumpſit voraginem magnam, abſumpſítque″partem.

5 Tum dixi, Domine Iehouáh ceſſa obſecro:″quis *enim* ſuſcitabit Iayacób? ſiquidem paruulus eſt.

7 Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrātium: & auferetur factio laſciuientium.

8 ¶Iurauit Dominus Deus in anima ſua, Dicit Dominus Deus exercituū, Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cū habitatoribus ſuis.

Ierem.51.b.14

9 Quòd ſi reliqui fuerint decem viri, in domo vna: & ipſi morientur.

C

10 Et tollet eum propinquus ſuus, & cōburet eum, vt efferat oſſa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus eſt, Nunquid adhuc eſt penes te? & reſpondebit, Finis eſt. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nominis Domini.

11 Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem ſciſſionibus.

12 Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis: quoniam cōuertiſtis in amaritudinem iudiciū, & fructū iuſtitiæ in abſynthiū?

D

13 Qui lætamini in nihili, qui dicitis, Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?

14 Ecce enim ſuſcitabo ſuper vos, domus Iſrael, dicit Dominus Deus exercituum, Gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vſq; ad torrētem deſerti.

Cap. VII.

1 HAEc oſtēdit mihi Domin⁹ De⁹, & ecce fictor locuſtæ in pricipio germinantium ſerotini imbris, & ecce ſerotinus poſt tonſionem Regis.

2 Et factum eſt, quū cōſummaſſent comedere herbam terræ, dixi, Domine Deus propitius eſto obſecro: quis ſuſcitabit Iacob? quia paruulus eſt.

3 Miſertus eſt Dominus ſuper hoc: Non erit, dicit Dominus Deus.

4 Hæc oſtendit mihi Dominus Deus, & ecce vocabat iudicium ad ignē Dominus Deus, & deuorauit abyſſum multam, & comedit ſimul partem.

5 Et dixi, Domine Deus, quieſce obſecro: quis ſuſcitabit Iacob? quia paruulus eſt.

7 Nunc עתה .i.propediem. In capite בראש in principio.i.inter primos, captiui abducentur. Se extend. סרוחים: Ad verbum, extenſorum.i.eorum qui ſe extendere ſolent in lectis eburneis. de quibus paulo ſuprà, verſu 4. Doctus inter Hebræos etiā exponit, reſiduorū.i.reſidui populi. 8 Per animam ſ. בנפשו. .i.per ſemetipſum. Maieſtatem גאון magnificentiam.i.id de quo gloriari ſolet, hoc eſt templum meum, in quo gloria & maieſtas mea habitat. Vide infrà cap.8.b.7. Et plenitudinem e. ומלואה: .i.& quicquid in ea eſt, hoc eſt cum ſuis ciuibus. 9 Si remanſerint אם־יותרו ſi reliqui fuerint.

10 Et tollet quenq.e. ונשאו Ad verbū, Et tollet eū.i.ſingulos. Sing. pro plur. vbique. Et auunculus e. ומסרפו Quidā Hebræorū vertunt, & cōburens eū.à קשרף, & ſic ס eſt loco ש. Chald para. Et tollet eū propinquus eius de incēdio ad efferendū. Et dicet ואמר ſub.alter illorū. In lateribus do. בירכתי הבית .i.in vno è lateribus domus. Phraſis Hebraica, vt & Iudicū 12.c.7, Et ſepultus eſt in vrbibus Galaad.i.in vna vrbium. Et reſpōdebit, Neq. ואמר אפס Ad verbū, Et dicet, Finis. Non *ſumus aſſueti* cōm. לא להזכיר ſub. ſed potius idolorum, quibus inſeruiuimus, ideo acciderunt nobis hæc omnia. Alii vertunt, non *æquum eſt* meminiſſe nominis Dei.i.non oportet hìc conqueri de Deo. Chaldæus paraph. quia inter nos nullus eſt dignus qui poſſit meminiſſe Domini.

11 Præcipiet, מצוה Præſ. Heb. pro fut.i.breui decernet. Rimis, רסיסים fracturis. Deſcribit terræmotum propter quē rimas agerent domus tam magnæ, quàm paruæ. 12 Curréntne, &c. חירוצון וגו׳ ſub.non. acſi dicat, Vos perinde facitis acſi in rupe equus curreret, aut bos eam rupem araret. agitis omnia præpoſtero ordine: quandoquidem iuſtitia veſtra non ſeruantur innocentes, ſed velut toxico perduntur, loco iuſtitiæ exercetis iniuſtitiam. 13 Abs re, ללא דבר Ad verbum, in non re. Cornua? קרנים: quibus ſcilicet vicimus hoſtes. Cornua accipiuntur pro inſtrumētis quibus nos noſtráque tuemur. q.d. Nónne induſtria noſtra peperimus nobis has vires & opes quibus alios inuadamus? 14 Suſcitabo מקים Præſ. Heb. pro fut. Et opprimēt ולחצו quæ diuexabunt. vel affligēt, aut coarctabunt.i.totam regionem veſtram ſubuertent, & in captiuitatem vos abducent. Obiter deſcripſit totam regionem decem tribuū. Hamáth חמת .i.Antiochiæ. Vſque ad tor.deſ. עד־נחל הערבה: .i.vſque ad mare deſerti, ſiue Occidentale.

IN CAPVT VII.

1 Sic oſtendit mihi כה הראני Hoc videre fecit me. כה pro זאת. Deſcribit viſiones quaſdam in ſpiritu à ſe viſas. Principio indicat bonitatem Dei inuitantis ad reſipiſcentiam per afflictiones, quæ eueniſſent niſi Propheta oraſſet Dominum. En והנה Ad verbum, Et ecce. Redundantem ET omiſimus, quòd ſenſum obſcuraret. Ita in ſequentibus. Congregatio יוצר creatio. formatio. & ita Chaldæus paraph. vel, fictor, ſiue effictor.i. Dominus fingens locuſtas. acſi dicat quòd viderit in viſione Prophetiæ Dominum formātem locuſtas ipſa hora & tempore quo vidit illum. Quo aſcendit עלות Ad verbum, aſcendēdi.i.quo ſuccreſcit. Herba ſerot. הלקש cordum, ſiue ſecunda herba.i. Autumnale fœnum. Poſt tonſiones ipſius Regis. אחר גזי המלך: .i.poſt herbam attonſam pro Rege, ſiue in vſum equorum Regiorum: quia equi priore illo fœno gaudent, oues Autumnali fœno.

2 Quum finiuiſſet com. אם־כלה לאכול quando comedendo abſumpſit. Quis ſuſcit. מי יקום quis *efficiet ut* conſiſtat. Subintelligendum יעשה, acſi legas יעשה שיקים. Alii, qualis conſurget. ſub. poſt finem eius tribulationis. Per Iaacob, intelligit Iſraelem. acſi dicat, O Domine, quum Iſraelis res iam tenues ſint vſqueadeo, quum numero & robore ſit tam paruus, qualem exiſtimas eum futurum poſt illam tantam cladem quem oſtendis mihi? Vix ſanè reſurget. Alii, Quomodo ſtabit?

3 Super hoc: על־זאת ob id. vel, ſuper hoc decreto. q.d. Reuocauit decretum Dominus.

4 Ad iudicium, לריב vt iudicaret. vel condemnaret. Et conſumpſit ותאכל & deuorauit. ſub. ignis. Partem. החלק ſub. agri regii. 5 Quis *enim* ſuſcitabit מי יקום Vt paulo antè, verſu 2.

B	Miſertus eſt Domin⁹ ſuper hoc:ſed & iſtud non erit,dicit Dominus De⁹.	6	Pœnituit *igitur* Iehouā ſuper hoc: etiam iſtud non erit,dixit Dominus Iehouáh.	
	Hæc oſtendit mihi:& ecce Domin⁹ ſtans ſuper murum litum,& in manu eius trulla cæmentarii.	7	Sic *etiam* oſtendit mihi,En Dominus ſtabat″ſuper murum *ædificatum ad* perpendiculum,& in manu eius perpendiculum.	Abiectio populi per trullā cæmētarii deſignatā.
	Et dixit Domin⁹ ad me,Quid tu vides Amos? Et dixi,Trullam cæmētarii.Et dixit Dominus, Ecce ego ponā trullā in medio populi mei Iſrael: nō adiiciam vltrà ſuperinducere eum.	8	Tum dixit Iehouáh ad me,Quid tu vides yAmóᴅs? Et dixi,Perpēdiculum. Dixítque Dominus,En ego″pono perpendiculum in medio populi mei Iשׁſraאél,″non adiiciam vltrà vt prætercam illū.	
	Et demolientur excelſa idoli,& ſanctificationes Iſrael deſolabūtur:& cōſurgam ſuper domum Ieroboam in gladio.	9	Et deſtruentur excelſa″Iשׁſnhác,& ſanctuaria Iשׁſraאél″deſolabūtur,inſurgámque contra domum Iarobyám gladio.	
C	Et miſit Amaſias ſacerdos Beth-el ad Ieroboam Regem Iſrael, dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael:non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius.	10	Et miſit″Amaẋſiiáh ſacerdos Beth-אél ad Iarobyám Regem Iשׁſraאél,dicendo,Coniurauit cōtra te yAmóᴅs in medio domus Iשׁſraאél:non poſſet terra″ſuſtinere omnia verba eius.	Obſiſtit Amaſias Prophetæ Dei.
	Hęc enim dicit Amos,In gladio morietur Ieroboam, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.	11	Sic enim dixit yAmóᴅs,Gladio morietur Iarobyám,& Iשׁſraאél demigrando demigrabit è terra ſua.	
	Et dixit Amaſias ad Amos, Qui vides,gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panē, & prophetabis ibi.	12	Et dixit Amaẋſiiáh ad yAmóᴅs,″ô Vidés,vade,fuge ad terram Iehudáh,atque comede ibi panem,ibíque prophetes.	
	Et in Beth-el non adiicies vltrà vt pphetes:quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt.	13	*In* Beth-אél autē ne adiicias vltrà vt prophetes: quia″ſanctuariū Regis eſt,″& domus regni.	
D	Reſponditque Amos,& dixit ad Amaſiam,Non ſum Propheta, & non ſum filius Prophetæ:ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomoros.	14	Reſpōdítq; yAmóᴅs,& dixit ad Amaẋſiiáh,″Nō ſum Propheta,″neque filius Prophetæ ſū, ſed″armētarius,″& colligēs ſycomora.	Amos de ſe teſtimoniū reddit,ꝓphetās aduerſus Amaſiam,& populi captiuitatē prænuntians.
	Et tulit me Dominus quū ſequerer gregē:& dixit Dominus ad me,Vade, propheta ad populum meum Iſrael.	15	Tulit autem me Iehouáh″*euntem* poſt pecora, & dixit ad me Iehouáh,Vade,propheta populo meo Iשׁſraאél.	
	Et nunc audi verbū Domini. tu dicis,Non prophetabis ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domum idoli.	16	Nunc ergo″audi verbum Iehouæ. tu dicis, Ne prophetes cōtra Iשׁſraאél,″neque ſtilles contra domum Iשׁſnhác.	
	Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filii tui & filiæ tuæ in gladio cadent,& humus tua funiculo metietur:& tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.	17	″Propter hoc,ſic dixit Iehouáh, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, filii verò tui & filiæ tuæ gladio cadent,inſuper terra tua funiculo diuidetur,tu autem in terra″polluta morieris, & Iשׁſraאél demigrando demigrabit è terra ſua.	
	Cap. VIII.		Cap. VIII.	
	HAEc oſtendit mihi Dominus Deus:Et ecce vncinus pomorū.	1	SIc oſtendit mihi Dominus Iehouáh,″En″caniſtrum *plenum* fructibus æſtiuis.	Finis regni Iſrael oſtenditur.
	Et dixit,Quid tu vides Amos? Et dixi,Vncinū pomorū.Et dixit Domin⁹ ad me, Venit finis ſuper populū meū Iſrael:non adiiciam vltrà vt pertranſeam eum.	2	Et dixit, Quid tu vides yAmóᴅs? Dixíque, Caniſtrum *plenum* fructibus æſtiuis. Tū ait Iehouáh ad me,Venit″finis ipſe ſuper populum meum Iשׁſraאél:″non adiiciam vltrà vt prætercam eum.	
	Et ſtridebunt cardines templi in die illa,dicit Dominus Deus: multi morietur,in ōni loco proiicietur,ſilētiū.	3	″Et in vlulatū vertentur cantica tēpli in die illa,dixit Dominus Iehouáh:″multiplicabūtur cadauera in ōni loco,proiiciet *in* ſilētio.	

7 Super murum,&c. על־חומת אנך Ad verbum,ſuper murum perpendiculi. 8 Pono perp. שם אנך poſiturus ſum perpendiculum.Præſ.Heb.pro fut.Vt vitia& defectus muri ſi quam in partem inclinet,corriguntur ad perpendiculum:ita & peccata emendantur iuſtitia.acſi dicat,poſthac iuſtè iudicaturus ſum populum meum Iſrael,nec vltrà vſurus ſum miſericordia erga ipſum,ſed iuſtitia:quòd nullum peccandi finem faciat Non adiiciam,&c. לא־אוסיף וגו׳ non præteribo illum vltrà.i.non conniuebo ad illius peccata.Ad verbum, præterire illi.i. in gratiam illius. non diſſimulabo vltrà propter Patres peccata illius, ſed puniam illum 9 Iשׁſanhac ישחק.i. filiorū Iſaac.Hic nomine Iſaac ſignificat Iſraelē,vt & Ierem.33.d.26. Et ש pro צ poſitū eſt. Deſolabuntur, יחרבו in ſolitudinē redigentur.

10 Amaẋſiáh אמציה Is erat primus ſacerdotū qui colebāt vitulū in Beth-el.Triſſyllabū eſt. Suſtinere להכיל ferre.Alii,continere. 12 O Videns, חוזה O Propheta 13 Sanctuarium Regis מקדש מלך .i.vbi Rex colit vitulum. Et domus regni: ובית ממלכה הוא: & regia.Samaria domus erat regia:at quia Beth-el non multū diſtabat à Samaria,ibique vitulus colebatur,dicta eſt regia.

14 Non ſum Proph. לא־נביא אנכי ſub.à natura,Non ſum natus Propheta:ſiue à iuuentute mea. Neque fil.Proph. ולא בן־נביא qui ſcilicet docuerit me rationem prophetiæ. Armentarius, בוקר bubulcus. Et colligens ſycom. ובולס שקמים: & diſquirens fructus ſycomororū.in cibum ſcilicet boum meorum.Vox Hebræa ſignificat arborem generis ficuum, cuius fructu armentarii ſolebāt boues alere:illéque fructus nō ſolebat matureſcere,niſi ſcalpēdo ferreis vnguibus. 15 *Euntē* poſt pec. מאחרי הצאן Ad verbū,de poſt gregē.

16 Audi שמע ſub.ô Amaſia. Neque ſtilles ולא תטיף neque loquaris.

17 Propter hoc, לכן Idcirco.Propterea. Polluta טמאה .i.aliena.Aliæ regiones à terra ſancta,dicebantur pollutæ.

IN CAPVT VIII.

1 Sic כה Vide præcedenti capite,verſu 1. En והנה Vide item verſu primo præcedentis capitis. Caniſtrum,&c. כלוב וגו׳ Ad verbum,caniſtrum fructus æſtatis. Vox Hebræa קיץ propriè ſignificat æſtatem:ſignificat & fructus qui ſiccantur in æſtate. Pſal.74.c.17, קיץ Aeſtatem & hyemem tu plaſmaſti.Prædicit tranſmigrationem Iſraelis in Aſſyriam.

2 Finis ipſe הקץ ſub.à me præfinitus & determinatus. inſtat finis Iſraelitici regni, propediem aliò migrabit. Non adiiciam vltrà,&c. לא־אוסיף עוד עבור לו: Vide præcedenti capite,verſu 8.

3 Et in vlulatum,&c. והילילו וגו׳ Ad verbum,Et vlulabunt cantica templi.vel palatii.i.palatiorum.Per cantica,lætitiam intelligit.q.d.Cantica quæ cantabant in templis ſuis,vel palatiis,vertentur in vlulatum & mœrorem.Chaldæus paraph. Vlulabunt vice canticorum in domibus ſuis: ſiue palatiis, in quibus ſcilicet audiri ſolent cantiones.Palatia vocat ædes ſumptuoſiores. Multiplicabuntur cad.&c. רב הפגר וגו׳ Ad verbum,multiplicatum eſt cadauer, in omni loco proiecit,tace. Præterita Heb. pro futuris, multáque ſubaudienda, hoc modo,multiplicabuntur[ſiue multa erunt]cadauera occiſorum peſte vel gladio: in omni loco in quem proiiciet[ea ille qui curam ſepulturæ habiturus eſt,dicet]Tace.agnoſcendo iuſtitiam Diuinam:dicet inquam ſocio ſuo qui iſtum iuuabit in ſepeliēdis cadaueribus,Tace,noli cōqueri de Domino Deo,quia iuſtè patimur hæc propter idololatriam, & peccata noſtra.

In pauperū oppreſſores.

4 Audite hoc ô qui deglutitis pauperes, ′& *cogitatis* ſuccidere *è mundo* pauperes terræ,

5 Dicendo, Quādo prætererit′menſis ille, & venundabimus frumentum:′& hebdomada illa,′& aperiemus frumentum, vt imminuam⁹ modiū, & augeamus′שׁ Sécel, & peruertam⁹ ſtateras doloſas,

6 ′Vt emamus *nobis* argento egenos, & pauperē pro duobus calceis, & quiſquilias frumenti vendamus?

7 ″Iurauit Iehouáh″per maieſtatē Iayacób, ſi obliuiſcar in æternū omnium operum eorum.

8 An ob id non cōmouebitur terra, ″& lugebit omnis qui habitat in ea, ″aſcendétque tanquam fluuius tota, & eiicietur, & abſorbebitur, veluti fluuius Mixſráim?

Acerbitatem calamitatis Iſraeliticæ deſcribit.

9 Et erit in die illa, dixit Dominus Iehouáh, ″occūbere faciam ſolem in ipſo meridie, & tenebris obruam terram in die luminis.

10 Conuertam quoque feſtiuitates veſtras in luctum, & omnes cātiones veſtras in lamentationem : ″faciámque aſcēdere ſuper omnes lumbos ſaccum, & ſuper omne caput caluitium, ″ponámque eam tanquā luctū vnigeniti, & nouiſſimū eius *erit* vt dies amarus.

Famē verbi Dei prophetat.

11 En dies veniunt, dixit Dominus Iehouáh, ″& mittam famem in terrā, non famē panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiēdi verba Iehouæ.

12 ′Et diſcurrent′à Mari vſque ad Mare, ab Aquilone vſque ad Oriētem″circuibunt quærendo verbum Iehouæ, & non inuenient.

13 In die illa″deficient virgines pulchræ, & iuuenes, præ ſiti.

14 Qui iurāt′per delictū שׁ Someron, & dicūt, Viuit deus tuus *qui eſt in* Dan, ′& viuit via Beער-שׁébay, & corruēt, neque reſurgēt vltrá.

Cap. IX.

Duarum tribuū & tēpli euerſionem prænūtiat.

1 VIdi Dominum ſtantem″ſuper altare, & dixit, Percute″ſuperliminare, & cōtremiſcent poſtes, ′& in fruſta cōcîdam eos *qui*

4 Audite hoc qui conteritis pauperē & deficere facitis egenos terrę, B

5 Dicētes, Quando tranſibit menſis, & venūdabimus merces: & ſabbathū, & aperiemus frumentū, vt imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas,

6 Vt poſſideamus in argēto egenos, & pauperes pro calceamētis, & quiſquilias frumenti vendamus?

7 Iurauit Domin⁹ in ſuperbia Iacob, ſi oblit⁹ fuero vſque ad finem omnia opera eorum.

8 Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eiicietur, & defluet quaſi riuus AEgypti? C

9 Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, òccidet ſol in Meridie, & tenebreſcere faciam terrā in die luminis.

10 ¶Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum: & inducā ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Tob.2.b.7 1.mach.8.c.41

11 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini D

12 Et cōmouebuntur à Mari vſque ad Mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem: circuibunt quærentes verbū Domini, & non inuenient.

13 In die illa deficiēt virgines pulchræ & adoleſcentes in ſiti.

14 Qui iurāt in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Ber-ſabee, & cadent, & non reſurgent vltrá.

Cap. IX.

1 VIdi Dominum ſtantem ſuper altare, & dixit, Percute cardinem, & cōmoueātur ſuperliminaria:

4 Et *cogitatis* ſuccidere, &c. ולשבית וגו′ & *anhelatis* perdere manſuetos regionis. Participium præcedens שׁואפים repeti debet, ſed in alia ſignificatione. nam varia ſignificat. i. qui cupitis è medio tollere pauperes, dolo & fraude rapiendo quod illorum eſt.

5 Menſis ille, החודשׁ neomenia illa. De certo quodam menſe, ſiue neomenia loquitur poſt quam triticum ſolebat eſſe carum, nempe de menſe meſſis, in quo pauperes reperiunt in agris quod comedant. & ita intellexit Chaldæus paraph. qui vertit, Quando tranſierit menſis frumenti? Depingit mores auarorum qui optant caritatē annonæ vt pluris res ſuas vendant. חודשׁ & mēſem ſignificat, & neomeniam, ſiue primam diem menſis, quo die nō licebat illis vēdere triticū. Dicebāt igitur, Quando tranſierit mēſis ille in quo ſolet vile eſſe triticum? aut, Quādo tranſierit primus ille calendarū dies, vt vendamus triticū noſtrum? Quidā Hebræorū intelligunt de mēſe emboliſmatico qui tertio quoque anno adiungebatur anno cōſtanti duodecim menſibus lunaribus. q.d. Quando tranſierit annus ille lōgior in quo, aut poſt quē ſolent frumenta carius vendi? Et hebdomada illa, והשבת Hæc dictio ſignificat ſeptimum diem hebdomadæ, & hebdomadā ipſam. in ſeptima die non licebat frumentum vendere. Doctus inter Hebræos docet hìc accipiendum eſſe pro hebdomada. Quū enim pauperes accederent ad emendū frumentū, diuites differebāt venditionē in aliam hebdomadā, quo carius illis venderent vitæ neceſſaria. Tādémque id efficiebāt vt viliſſima pecunia tam agros pauperū, quàm pauperes ipſos ſibi acquirerent. Idem ſcribit Chaldæum paraph. interpretari de anno remiſſionis ſeptimo in quo terra quieſcebat, & nō ſeminabatur: meſſiſque anni ſexti & frumentū ſatis eſſe debebat pro ipſo anno ſeptimo: propterea carius eſſe ſolebat. Et aperie. frum. ונפתחה־בר. i. exponemus vendendū triticū? שׁ Sécel, שקל pōdus. In his (inquiūt) quæ menſura vendi ſolent, vt modio, vtemur menſura æquo minori: in his quæ ememus, maiore æquo pondere vtemur.

6 Vt emamus לקנות Vt cōparemus. Vt acquiramus. ſub. nobis in ſeruos: iuxta illud Leuit. 25. d. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, & vēdiderit ſe tibi, &c. 7 Iurauit נשׁבע Subaudiendū, Audite inquam quæ dicturus ſum, nēpe hoc, Iurauit, &c. Quæ enim poſt hæc quarti verſus verba, Audite hoc, vſque ad iſtū interſeruntur, velut per parētheſin legēda ſunt. Per maieſt. Iaעacób, בגאון יעקוב per dignitatē Iacob. vel, per gloriā. i. per meipſum qui ſum maieſtas & gloria Iacob, ſiue is de quo maximè gloriatur Iacob, quòd ſim Deus eius. vt ſuprà 6.c.8, Iurauit per animā ſuā, vel, per gloriā Iacob. i. per domum ſanctuarii, in qua habitabat maieſtas & gloria Domini. vt ſuprà cap. 6.c.8, Abominor maieſtatem Iacob. Hæc doctus inter Hebræos. 8 Et lugebit ואבל & peribit. Aſcēdétque, &c. ועלתה וגו′. i. tota obruetur aquis & vertetur tota quaſi in amnē. Deſcribit grauitatē iuſtitiæ Diuinæ. Per aquā intelligi debēt omnes calamitates quæ vexare ſolēt gen⁹ humanū. Alludit autē ad Nilū qui alluere ſolet quotannis totā AEgyptū. Videtur autē loco ſuo eiici, ſiue expelli terra quando obruitur aquis. q.d. Propter irā Diuinā miris afflictionibus vexabuntur Iſraelitæ, pellētúrque ſedibus ſuis, quia trāſferentur in Aſſyrios. Quādo Nilus deſinit inundare, ſubſidet, & videtur quaſi abſorberi. 9 Occūbere faciam, &c. והבאתי וגו′ Hebraicum dicendi genus, pro, Quū eritis in ſupremo fœlicitatis gradu, tunc inde vos deiiciam, & infœliciſſimos reddam. Per lucem, proſpera: per tenebras, infœlicia intelligit.

10 Faciámq; aſcendere, &c. והעליתי וגו′ Hebraiſmus, efficiam vt omnes induant ſaccum, in ſignum maximi luctus, & capita radant. Ponámque eam ושמתיה nempe terram. 11 Et mittam והשלחתי quibus immittam.

12 Et diſcurrent ונעו Et vagabuntur. Alii, Et oberrabūt. mouebunt ſeſe. A Mari vſque ad Mare מים עדים. i. à mari Auſtrali, hoc eſt rubro: vſque ad Mare magnum, hoc eſt Mediterraneum & Occidentale. Circuibunt ישוטטו oberrabunt. diſcurrent.

13 Deficient התעלפנה deliquium animi patientur præ animi ſcilicet faſtidio.

14 Per delictum שׁ Som. באשמת שומרון. i. per vitulum qui colebatur in Beth-el quæ non erat procul à Samaria. Et viuit via Beער. וחי דרך באר־שבע Intelliguntur multa, Et viuit *idolum ad quod itur* via Beerſeba. nam qui iurant, ſermone conciſo vtuntur.

IN CAPVT IX.

1 Super altare, על־המזבח De altari holocauſtorū intelligit, quod notū erat & inſigne. q.d. Vidi Dominū in templo. Superliminare, הכפתור ſub. portæ tēpli. nā hoc intelligitur de porta tēpli, aut certè de porta atrii tēpli. Per hoc prædicebat Deus tēpli deſtructionē quæ ſub Sedecia accidit. Et in fruſta cóc. &c. ובצעם בראש וגו′ Tertia perſona Heb. pro prima, more Scripturæ, & in fruſta cōcidet, pro concidā eos qui ſunt in ſumma dignitate cōſtituti, hoc eſt qui primas tenent: & qui ſunt illis inferiores, hoc eſt qui ſecūdas tenēt. Hoc pertinet ad ſacerdotes & magiſtratus. Quidā vertūt poſteriorē partē ſic, & poſteritatē eorū. vel, poſteros. magiſtratuū & ſacerdotū intelligit. vel populū

auaritia enim in capite omniũ,& nouiſſimum eorũ in gladio interficiam: non erit fuga eis qui fugient, & non ſaluabitur ex eis qui fugerit.

Pſal.138.b.8 ‖Si deſcẽderint vſque ad infernũ,inde manus mea educet eos:& ſi aſcenderint vſq; in cælũ, inde detrahã eos. 2

Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos: & ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris,ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. 3

Et ſi abierint in captiuitatem corã inimicis ſuis,ibi mandabo gladio,& Ierem.44.c.11 occidet eos: ‖& ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonũ. 4

B Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram,& tabeſcet,& lugebũt omnes habitantes in ea: & aſcendet ſicut riuus omnis,& defluet ſicut fluuius AEgypti. 5

Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam,& faſciculum ſuum ſuper terrã Suprà 5.e.8 fundauit:‖qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen eius. 6

Nunquid non vt filii AEthiopum vos eſtis mihi, filii Iſrael, ait Dominus? nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra AEgypti,& Palæſthinos de Cappadocia,& Syros de Cyrene? 7

Ecce oculi Domini Dei ſup regnũ C peccans,& conteram illud à facie terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus. 8

Ecce enim mandabo ego,& concutiam in omnibus Gentibus domũ Iſrael,ſicut concutitur in cribro, & nõ cadet lapillus ſuper terram. 9

In gladio morientur omnes peccatores populi mei:qui dicunt,Non appropinquabit,& nõ veniet ſuper nos malum. 10

Act.15.c.16 In die illa‖ſuſcitabo tabernaculũ Da 11

in capite omnium,& nouiſſimum eorum gladio interficiam:non fugiet ex eis fugiens,″neque euadet ex eis euaſor.

2 Si ſuffoderint″in inferno,inde manus mea tollet eos:& ſi aſcenderint in cælum,inde″deſcendere faciam eos. Manum Dei nemo poteſt euadere.

3 Quòd ſi abſconderint ſe in vertice Charmél, inde ſcrutabor, & tollam eos: & ſi″abſcondantur à conſpectu oculorum meorum″in pauimento maris,inde præcipiam″ſerpenti,& mordebit eos.

4 Si verò abierint ″in captiuitatem ante inimicos ſuos, inde mandabo gladio vt occidat eos:″ponámque oculos meos aduerſus illos in malum,& non in bonum.

5 Et Dominus Iehouáh exercituũ *is eſt* qui tangit terrã,″& liquefit: ″lugebúntque omnes habitantes in ea: & aſcendet tanquam fluuius tota,& abſorbebitur ſicut fluuius Mixſráim.

6 ″Qui ædificat in cælo″ſphæras ſuas,″& faſciculum ſuum ſuper terram fundauit:″qui vocat aquas maris, & effundit eas *ad ſe* ſuper faciem terræ,Iehouáh nomen eius.

7 Nónne″velut filii Chuwſiím eſtis mihi filii Iwſraxél,dixit Iehouáh? nónne aſcẽdere feci Iwſraxél è terra Mixſráim,& Peliwſthiím de Chaphthor,& Arám de Cír? Iſraelis ingratitudinem carpit.

8 Ecce″oculi Domini Iehouæ in regnum″quod peccauit,& diſperdam illud è ſuperficie terræ: ″veruntamẽ deſtruendo non deſtruã domum Iayacób,dixit Iehouáh.

9 Ecce enim ego″præcipio, & vagari faciam in omnibus Gẽtibus domum Iwſraxél, vt vagatur *triticum* in cribro,nec cadit lapillus in terram.

10 Gladio morietur omnes peccatores populi mei,qui dicũt,Non appropinquabit,″nec anticipabit propter nos″malum.

11 In die illa″ſuſcitabo tabernaculum Dauid″quod cadit,″& ſepiã Eccleſiæ inſtauratio.

Neque euadet,&c. ולא־ימלט וגו′ .i.neque ſuperſtes eripietur. 2 In inferno, בשאול vſque ad infernum i.ſi cauernam, foueam,ſiue ſcrobem foderint vt illic ſe abſcondant à conſpectu meo. Deſcendere fa.e. אורידם: detraham eos.

3 Abſcond.à conſp.oc.m. יסתרו מנגד עיני ſubduxerint ſeſe ab oculis meis. In pauimento בקרקע in fundo. Serpenti,את הנחש De leuiathan intelligit doctus inter Hebræos,qui morſu interfecturus ſit eos.acſi dicat,nuſquam poterunt eſſe tuti contra iram meam.

4 In captiuitatem בשבי Sicut hi qui contra verbum Ieremiæ,cap.42.c.15,abierunt in AEgyptum,fugientes conſpectum Chaldæorũ, ne in Babyloniam abducerentur,à Iohanan occiſi ſunt. Ponámque oculos m.&c. ושמתי עיני וגו′ Hebraiſmus,malignè,non benignè, animo maleuolo,non beneuolo aſpiciam eos. 5 Et liquefit: ותמוג Præt.Heb.pro præſ. liquefacere ſolet. Alii, tacturus eſt terram, & liquefiet. Lugebúntque ואבלו peribúntque.vide hæc eadem verba capite præcedenti, verſu 8.

6 Qui ædificat הבונה Qui ædificauit. Sphæras ſuas, מעלותיו Ad verbũ, gradus ſuos. aſcenſiones ſuas.i.qui fecit cælum quod multis ſphæris conſtat,quæ certum quendam ordinem habent inter ſe vt gradus.Probat omnipotentiam Dei & ſapientiam à rebus creatis. Et faſciculum ſ. ואגודתו & coagmentationem ſuam.Sic vocat tria elementa,ignem,aerem,& aquam,quæ ſunt inter ſe coagmentata,ita vt alterum ſit ſupra alterum:terra autem eſt vice centri & baſis. Qui vocat aq.m. הקורא למי־הים Verſas ſcilicet in vaporem per calorem ſolis:qui vapor aſcendit in mediam regionem aeris,vbi concreſcit in nubem,& nubes effunditur in terram.

7 Velut filii Chuwſiim כבני כושיים Variè exponitur hic verſus ab Hebræis doctoribus, etiam doctioribus. Alii, Vos eſtis mihi velut AEthiopes qui non mutant pellem,vt Ierem.13.d.23,Nunquid mutabit AEthiops pellem ſuam? q.d.vos filii Iſrael nunquam mutatis mores veſtros,vt AEthiopes nunquã mutant colorem. Alii,Velut AEthiopes nigri,nepotes Chus filii Cham,ſerui ſunt, & in ſeruos vendũtur: ſic par erat vt eſſetis mihi ſerui:quia cõparaui vos,& eduxi de terra AEgypti:vos autem ſerui eſtis idolorum. Pro fine verſus,dicunt præteritum prius poſitum,Nónne aſcendere feci, vel eduxi Iſrael,&c.repetendum eſſe,& pro futuro accipiendum: nam (inquiunt) poſt hãc prophetiam,Philiſthæi(quorum terram occupauerãt Chaphthorim,id eſt Cappadoces,vt legimus Deut.2.e.23)liberati ſunt à Deo de manu & ſeruitute Cappadocum.De qua ſeruitute & tranſmigratione in Cappadociam,Prophetauit & Ieremias cap.47.b.4, temporibus Sedeciæ Regis Iuda.Aram autem(.i.Syros,)liberauit Dominus quũ fuiſſent abducti captiui in Cyrenen à Theglath-phalaſar Rege Aſſyriorum, vt legimus 2.Reg.16.b.9.Quomodo autem idem præteritum,reuera præteritum apud Iſraelitas,poſſit accipi pro futuro de Philiſthæis, non video:neque etiam loci intelligentiam hoc iuuare poteſt,ſed potius obſcurare. Verùm ſenſus loci, talis potius eſſe videtur, Vos ô filii Iſrael degeneres qui cõuertimini ad idola, ne exiſtimetis, tametſi Patribus mihi fidelibus progenerati ſitis,apud me vos eſſe in aliquo pretio:nõ pluris ſanè vos facio quàm AEthiopes.Occurrit autem illorum obiectioni,Nónne aſcendere vos feci,&c.acſi dicat, Verum quidem eſt me eduxiſſe vos è terra AEgypti:ſed non propterea chariores:nam & ego Philiſthæos de manu Cappadocũ liberaui, & Syros de Cyrene,quos propterea non ſum proſequutus maiore amore.Nihil id reſpicio,tanta mea in vos collata beneficia non obſtabunt quominus vos perdam è terra,quum tam grauia in me admiſeritis:tametſi non ita perdam vt prorſus domũ Iacob extinguam. Hæ hiſtoriæ temporibus Amos notæ erant.neque præteritũ pro futuro accipiendũ:nam exiſtimo,non ſemel fuiſſe liberatos Philiſthæos & Syros à Domino de manu inimicorum: vt de altera liberatione mentionem fieri in libris Regum,& apud Ieremiam,quàm de ea quæ ab Amos hic narratur, credere verò ſit propius,quantum ad huius loci interpretationem attinet.

8 Oculi Do.Ieh. עיני אדני יהוה .i. oculi mei.De ſe in tertia perſona loquitur.Subaudiendũ autẽ, in malũ.vt paulo antè,verſu 4, Ponãq; oculos meos aduerſus eos in malũ. Quod peccauit, החטאה Ad verbũ,peccans. Quidam,peccatis obnoxiũ. Alii, peccatis deditũ.i.idololatriæ. Veruntamen אפס כי niſi quòd.q.d.peribit Regnum Iſrael:non tamen omnes Iſraelitæ peribunt:nam aliquot ſeruabuntur. Seipſum declarat ſequenti verſu. 9 Præcipio, מצוה Præſ.Heb.pro fut.

10 Nec anticipabit ותקדים præueniet.vel accelerabit. Malũ. הרעה: ſub.illud quod nobis prædicitur à Prophetis futurũ.De iis loquitur qui ſibi promittebãt peccandi impunitatem. 11 Suſcitabo אקים excitabo. Alii,inſtaurabo. Alii,erigam. Quod cadit,הנופלת quod ruinam minatur. Et ſepiam וגדרתי & claudam ſepe.aut muro,ſiue maceria. Alii,obſtruam.

″aperturas eorum, ″& diruta eius ″ſuſcitabo, & ædificabo illud″ſicut *in* diebus ſeculi:

12 Vt poſſideant″reſiduū אEdóm,& omnes nationes,″hi ſuper quos inuocatum eſt nomen meum,dixit Iehouáh″faciens iſtud.

13 Ecce dies veniunt,dixit Iehouáh, ′& accedet arator ad meſſorē, & calcator vuarum ad portantem ſementem, ′& ſtillabunt mōtes muſtum,& omnes colles′liquefient.

14 ″Et conuertam captiuitatem populi mei Iשſraאél,& ædificabūt vrbes deſolatas,& inhabitabūt *eas*:plantabūt quoque vineas,& bibent vinum earū:facient & hortos,comedéntque fructus eorum.

15 Plantabo item eos ſuper terrā ſuam,nec euellentur vltrà è terra ſua quam dedi eis,dixit Iehouáh Deus tuus.

uīd,quod cecidit:& reædificabo aperturas murorū eius , & ea quæ corruerant, inſtaurabo : & reædificabo eum ſicut in diebus antiquis:

12 Vt poſſideant reliquias Idumææ,& omnes nationes,eo quòd inuocatum ſit nomen meum ſuper eos:dicit Dominus faciens hæc. D

13 Ecce dies veniunt,dicit Dominus, & comprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittētem ſemen : ‖& ſtillabunt montes dulcedinem,& omnes colles culti erunt.

Ioel 3.d.18

14 Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael : & ædificabunt ciuitates deſertas,& inhabitabūt,& plantabūt vineas,& bibent vinum earum : & facient hortos,& comedēt fructꝰ eorū.

15 Et plantabo eos ſuper humū ſuam, & non euellam eos vltrà de terra ſua quā dedi eis,dicit Dominꝰ Deꝰ tuus.

Aperturas eorum את־פרציהן nempe Iſraelitarum.Fœmineum tamen eſt Hebræis pronomen quod refert antecedens ſubintellectū fœmineum,nempe congregationem Iſraelis. quo indicat quid per tabernaculum ſignificaretur . Mox etiam fœmineo relatiuo vtitur, ſed ſingulari,Et ædificabo eam.retulimus ad tabernaculū vertentes,illud. Et diruta eius והריסותיו & ruinas eius.nempe tabernaculi. Suſcitabo, אקים erigam.inſtaurabo. Sicut *in* diebus ſeculi. :כימי עולם Hebraiſmus,pro, vt olim erat.

12 Reſiduum את־שארית reliquias. Hi ſuper quos inuoc.eſt no.m. אשר־נקרא שמי עליהם Ad verbum,*ſuper* quos inuocatum eſt nomen meum ſuper illos.Redundat ILLOS,& SVPER præcedentibus iungendum,hoc ordine,vt annotat doctus inter Hebræos,Vt hi ſuper quos inuocatum eſt nomen meum,poſſideant reliquias Edom & omnes nationes. Hebraiſmus,pro, hi qui de nomine meo vocantur populus Dei.ſiue,qui dicuntur populus Dei. Faciens עושה Præſ.Heb.pro fut.qui facturus eſt.

13 Et accedet arator ad meſſ. ונגש חורש בקוצר & occurret arator meſſori. Phraſis Hebraica quæ ſignificat tantam bonorum temporalium copiam,vt in meſſe colligenda occupentur vſque ad tempus arationis,& occurrant alter alteri,meſſori arator.Sic Leuit. 26. a.4, Et attinget tritura vindemiam,& vindemia pertinget vſque ad ſementem. Et ſtillabunt,&c. והטיפו וגו׳ .i. omnia erunt plena muſto & lacte.Prouerbium eſt,Bacchus amat colles. Vox Hebræa עסים ſignificat omnem liquorē expreſſum,vel ex vuis,vel ex pomis,&c. Liquefient. :תתמוגגנה ſub.præ copia lactis:iuxta illud Ioelis,cap.3.d.18,In die illa ſtillabunt montes muſto,& colles diffluent lacte.

14 Et conuertam,&c. ושבתי וגו׳ .i.Reducam populum meum qui captiuus erat,hoc eſt Aſſeram in libertatem.

Prophetia Abdiæ,Hebraicè עובדיה

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Abdias accipit legationē à Domino aduerſus Edom.

1 VISIO עObadiáh. Sic dixit Dominus″Iehouáh″ad אEdóm, ″Auditum audiuimus à Iehouáh,& legatus″ad Gentes miſſus eſt,″Surgite,& ſurgamus aduerſus eam in prælium.

2 ″Ecce,″paruulum dabo te in Gētibus,″contemptus eris tuvalde.

3 Superbia cordis tui″decepit te,ô tu qui habitas″in munitionibus rupis,″*in* celſitudine habitationis tuæ:qui dicis″in corde tuo, Quis ″deſcendere faciet me in terram?

Cōtra fiduciam eius in diuitias.

4 ″Si exaltaueris *locum tuum* vt aquila,& ſi″inter ſtellas poſueris nidū tuum,inde deſcendere faciam te,dixit Iehouáh.

5 Nunquid fures″introierunt ad te ? nunquid prædones no-

VETVS.

1 VISIO Abdiæ. Hæc dicit Dn̄s Deꝰ ad Edom, ‖Auditū audiuimꝰ à Domino,& legatum ad Gentes miſit, Surgite,& conſurgamus aduerſus eū in prælium.

Ierem.49.c.14

2 Ecce,paruulum dedi te in Gētibus, contemptibilis tu es valde.

3 Superbia cordis tui extulit te,habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltātem ſolium tuum : qui dicit in corde ſuo,Quis detrahet me in terram?

4 ‖Si exaltatus fueris vt aquila , & ſi inter ſydera poſueris nidū tuum,inde detraham te,dicit Dominus.

Ierem.49.e.16
B

5 Si fures introiſſēt ad te,ſi latrones p

1 Viſio עObadiáh חזון עובדיה .i.Prophetia Abdiæ.Titulus eſt libri,vt cognoſcamus authorē prophetiæ.Vaticinatur contra Idumæos quòd eſſet iuſtè animaduerſurus in illos Dominus. Qua autē ætate vixerit hic Propheta, ignoratur. Quidā Hebræorū & Latinorū dicunt eum eſſe qui præfectus erat domui Achab, de quo lege 1. Reg.18.a.3. Aiunt etiā eum fuiſſe Idumæū:& pòſt cōuerſum ad Legē Moſaicā.i. proſelytum. Ad אEdóm, לאדום de Edom.ſiue propter Edom. Auditum שמועה *Nam* auditū.i.famā,rumorē,nuntiū. Vox eſt Prophetarum:aut vt alii,populorum qui iam accincti erant ad prælium.Niſi potius ſit ſingul.pro plur.nam ego Abdias quæ dicturus ſum, audiui à Deo & Spiritu eius.iam Dominus Deus reuelauit mihi quæ facturus eſt. Ad Gentes miſſus eſt, בגוים שולח ſub.à Deo.Gētes vocat quibus vſurus erat Dominus tanquam flagello contra Idumæos. Surgite קומו Verba ſunt Gentium illarum per legatum admonitarum.Apparatum bellicum innuit:acſi dicat,Cohortantur ſeinuicem,dicentes,Iam præparate vos ad bellum cōtra Edom.Vel ſunt verba ſimilia illis quibus Ieremias cap.49.c.14 vtitur quum dicit Auditum audiui à Domino,& legatus ad Gētes miſſus eſt,dicens,Congregamini,& venite contra eam,&c.

2 Ecce הנה Verba Dei ſunt alloquentis Idumæos ſuperbos propter honores & opes. Paruulū dabo te קטון נתתיך Præt.Heb.pro fut. Paruulum vocat abiectum & humilem,vt Gene.32.b.10,קטונתי Minor ſum cunctis miſerationibus,&c.ita doctus inter Hebræos. Dabo autem,ideſt ponam,vel reddam. Contemptus eris בזוי contemptibilis.

3 Decepit te,השיאך Quidā legentes cū ש ſiniſtro,verterunt extulit. In munitionibus בחגוי Ad verbum,in ſciſſuris[in fiſſuris]petræ,vel ſilicis,ab חגה.i.in loco natura munitiſſimo,inuicto, inacceſſo, &propè inexpugnabili.hoc eſt in arce inexpugnabili. Alii ab חוג deducentes,legunt,in gyris.vel circuitionibus.ſignificat circunferentiam rupis.i.in cacumine,vel faſtigio rupis. *In* celſitudine hab.t. מרום שבתו Perſonæ mutatio Heb.in EIVS ,pro,in altiſſima habitatione tua. In corde t.בלבו Iterū mutatio perſonæ Heb.ſuo,pro tuo. Deſcendere fa.me יורידני deturbabit me,deiiciet.detrahet.q.d.Quis eſt qui expugnare poſſit me?

4 Si exaltaueris *locum t.* אם־תגביה Si exaltaueris *teipſum.* vel,Si exaltatus fueris. acſi dicat,Si aſcenderis in locum altiſſimū,quò ſcilicet volatu peruenire non poſſit aquila ipſa altiſſimè volans,& illic collocaueris ſedem tuam. Inter ſtellas poſueris בין כוכבים שים Imperat.Heb.pro fut.i.in altiſſimis montibus qui cōtingere videantur ſtellas ipſas. Videtur intelligere de ſtellis quæ apparent in ſuprema regione aeris.

5 Introierūt ad te? באו־לך ingreſſi ſunt ad te?ſub.imparatū,nec tale quid opinantem,ſiue cogitātem?q.d.non. Omnia per futurum intelligenda ſunt. Hic per interrogationem,docet Idumæos Deus de grauitate calamitatis futuræ,licet vtatur præterito ad rei

certitudinem. Admiratiuè legendum, An hoſtes te incautū inuadent,tanquam fures? Nequaquā: nā venient contra te hoſtes ad quos miſi legatos,qui te non imparatum offendent: reſcies enim eorum aduentum,qui aperto Marte congredientur tecum,& tamen non poteris reſiſtere.Hæc eadem prophetia legitur & in Ieremia,cap.49.b.9.

noctem:quomodo conticuiſſes?nōne furati eſſent ſufficientia ſibi? ſi vindemiatores introiſſent ad te, nūquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi?

6 Quomodo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius!

C 7 Vſque ad terminum emiſerunt te, omnes viri fœderis tui, illuſerūt tibi: inualuerūt aduerſum te viri pacis tuę: qui comedunt tecum, ponēt inſidias ſubter te:non eſt prudentia in eo.

Eſa.29.e.15 8 Nūquid non in die illa, dicit Dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau?

9 Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Eſau.

Geneſ.27.g.42 10 Propter interfectionē, & propter iniquitatē in fratrem tuum Iacob, operiet te cōfuſio, & peribis in æternū.

D 11 In die quum ſtares aduerſus, quando capiebāt alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Ieruſalem mittebāt ſortem, tu quoque eras quaſi vnus ex eis.

12 Et non deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ.

E 13 Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque deſpicies & tu ī malis eius in die vaſtitatis illius: & non emitteris aduerſus exercitum eius in die vaſtitatis illius.

14 Neque ſtabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis.

15 Quoniam iuxta eſt dies Domini ſuper omnes Gētes: ſicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum.

F 16 Quomodo enim bibiſtis ſuper mōtem ſanctum meum, bibent omnes Gentes iugiter: & bibent & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint.

ꝯturni? ″quomodo *ergo* exciſus es? nónne″furati fuiſſent″quæ ſuffeciſſent ſibi? ſi vindemiatores introiſſent ad te, nónne reliquiſſent racemos *aliquot*?

6 Quomodo″inueſtigata fuerunt *quæ erant*″yEשſáu, diſquiſita ſunt ′abſcondita eius!

7 Vſque ad terminum *inimicorum tuorum*″dimiſerunt te omnes viri″cōfœderati tibi:impoſuerūt tibi:*&* præualuerūt tibi viri pacifici tui: ″panē tuū *comedentes* ″ponēt plagā ſubter te: nō eſt intelligētia ″in eo. In amicos

8 Annon in die illa, dixit Iehouáh, ″perdam ſapientes de אEdóm, & prudentiam de monte אEשſáu? in prudentiam carnis

9 ′Et timebunt fortes tui ô Themán:propterea quòd excidetur vnuſquiſque de monte yEשſáu ob *multam* ſtragem.

10 ″Propter iniquitatē *in* fratrem tuum Iayacób, operiet te pudor, & excidêris in ſeculum.

11 Die quo ſtabas″eregione, eo die quo″captiuum ducebant alieni exercitū eius,& extranei″ingrediebantur portas eius,& ſuper *domos* Ieruשſaláim proiiciebant ſortē,tu quoq; eras tanquā vnus ex eis. Euerſionis Edō cauſa præcipua.

12 ″Non debebas videre diem *afflictionis* fratris tui,diē *inquam*″quo alienatus eſt:nec debebas lætari ſuper filiis Iehudáh die″quo perierūt: ′nec debebas magnificare os tuum die anguſtiæ.

13 ″Neque debebas ingredi portam populi mei in die″contritionis eorum: nec aſpicere debebas etiam tu malum eius in die contritionis eius:neque ″mittere debebant ſe *manus tuæ* in ſubſtātiam eius in die contritionis eius:

14 ″Neque ſtare in biuio″vt excidere faceres euaſores eius:nec″tradere *hoſti* ſuperſtites eius in die anguſtiæ.

15 Quoniam iuxta eſt dies Iehouæ *uentura* ſuper omnes Gentes: ſicut feciſti, fiet tibi,″retributio tua reuertetur in caput tuum.

16 Quemadmodum enim″bibiſtis in monte″ſanctitatis meæ, bibent omnes Gentes *illæ* iugiter,bibent inquam,″& abſorbebunt,″erúntque acſi non fuiſſent.

Quomodo *ergo* exciſ.es? איך נדמיתה Quum(inquit)intellecturus ſis aduentum eorum,tamen nō te præparaturus es.vnde hoc,vt nō
præparaturus te ſis & prohibiturus ne excidaris?Chaldæus paraph.quomodo conticuiſti?.i.non repugnaſti? Furati fuiſſent יגנבו Qui-
dam per præſens,furantur.vel furari ſolent. Quæ ſuffeciſſent ſ. דים Ad verbum,ſufficientiam ſuam?ſub.alia relinquentes.q.d.iſti ho-
ſtes peius tractabunt te quàm facerent fures:nam non ſolum neceſſaria ſibi,ſed & non neceſſaria auferent.Ingens calamitas oſtenditur.
6 Inueſtigata f. נחפשו .i.per inueſtigationem,ſiue ratione inueſtigationis reperta ſunt. Abſcondita eius! :מצפוניו .i.theſauri.vel
quæ deliteſcent in ſpeluncis & cauernis.Quaſi reſpondeat,Hoc fiet Diuina voluntate, vt omnia quæ erunt ipſorum Idumæorum, inueſti-
gatione inueniantur,etiā ipſorum theſauri. 7 Dimiſerunt te שלחוך proſequuti ſunt te.ſub.abeuntē in captiuitatem,etiam cum
lachrymis,ſed fictis. Confœderati tibi: בריתך Ad verbum,fœderis tui. Panem tuum לחמך .i.qui comederint panem tuum,con-
uiuæ tui.hoc eſt familiares ac domeſtici tui. Ponent plagam ſubter te: ישימו מזור תחתיך ponent vulnus ſub te.i.infligent vulnus tibi
imparato nec opinanti.Hebraiſmus. In eo. :בו Mutatio perſonæ,in te.Nulla prudentia erit in te,pro,in tractandis rebus bellicis.
8 Perdam והאבדתי Ad verbum,& perire faciam.ו tantùm conuertit.
9 Et timebunt וחתו Et paueb unt.frangentur animo. 10 Propter iniquitatem. מחמס Propter iniuriam.
11 Eregione, מנגד .i.non procul ab Iſraelitis. Captiuū ducebant,&c. ′שבות זרים וגו Ad verbū,captiuū abducere alieni exercitū
eius.Alii,ceperunt[diripuerūt]ſubſtantiam eius,vel opes eius. Ingrediebantur portas e. באו שעריו .i.expugnabant vrbem Ieruſalem.
12 Non debebas,&c. ′ואל תרא וגו Futura ſunt Hebræis etiam ſequentibus verſibus duobus.propterea quidam nonnihil ſubaudien-
tes vertunt,*Quum tamen Dominus dicat*,Ne aſpicias in die,&c.vt fini præcedentis verſus iungatur,hoc modo,Eras tanquam vnus ex eis,Quū
tamen,&c.i.ne læteris de calamitate fratris tui.Alii,vt nos vertimus,Non debebas lætari ob calamitates fratris. Alii referunt hæc ad paulo
præcedentia verba,verſu 10,Excideriſque in ſeculum:& ſic iungunt,Et non aſpicies[ſub.læto animo] in die fratris tui[.i.tempore calamita
tis eius]neque lætaberis ſuper filiis Iuda die quo peribūt,neque magnificabis os tuum[.i.ſuperba verba loqueris]in die afflictionis eius.Eam
calamitatem intelligit qua abducti fuerūt captiui à Chaldæis & Babyloniis. Quo alienatus eſt :נכרו Infinitiuus.i.alienationis ſuæ,ſiue,
tēpore quo fuit alienus,hoc eſt abductus captiuus à patria ſua in terrā alienam. Alii, die quo tradidit ſe.i.dedidit ſe hoſti, hoc eſt poteſtati
hoſtium,vt fieri ſolet in expugnatione vrbium. Quo perierunt: אבדם Ad verbum,perire eos.i.quo victi fuerunt expugnata vrbe.
Nec debebas magnificare os t.ואל תגדל פיך.i.loqui verba magnifica,plena ſuperbiæ & arrogantiæ.Qui impudenter obloquuntur alteri,
& ſubſannāt illum,iactando ſeipſos,dicuntur magnificare os ſuum.i.verba ſua,accipiendo inſtrumentum pro re cuius eſt inſtrumentum.
13 Neque debebas ingredi אל תבוא Neque ingredieris,vt præcedenti verſu. Contritionis e.אידם calamitatis eorum.vel,vaſtita-
tis,infortunii,infœlicitatis.omnia infœlicia ſignificāt. Mittere debe.ſe.תשלחנה.i.extēdere ſeſe nō debebāt,ſub.manus tuæ.Quidā,neque
extendendæ erant. 14 Neque ſtare ואל תעמוד Futura Hebræis. Neque ſtabis,vt verſu 12. Vt excidere fa.להכרית.i.vt per
deres,vel inteficeres quotquot euaſerant. Tradere תסגר concludere. 15 Retributio t. גמולך .i.quod aliis feciſti.
16 Bibiſtis שתיתם .i.bibendo lætati eſtis. Sanctitatis m. קדשי i.ſancto meo,ſiue ſacroſancto,hoc eſt mihi ſacrato ac dicato.
Et abſorbebunt,ולעו ſub.ſubſtantiam tuam. Erúntque,&c. ′והיו וגו .i.ac tandem prorſus peribunt.

Prophetia de Christo & Ecclesia.

In monte autem צSiión erit′euaſio, & erit′ſanctitas, & poſſidebunt′domus Iaעacób″poſſeſſiones ſuas.

Deſtruitur Eſau ab Iſraelitis.

Et erit domus Iaעacób vt ignis,″& domus Ioסſéph *uelut* flamma, & domus עEשſáu *ut* ſtipula, & cremabunt eos, conſuméntque eos, ″nec erit ſuperſtes domui עEשſáu:″quia Iehouáh loquutus eſt.

Poſſidebūt inquam″Meridiem mōtis עEשſáu, & campeſtria Peliשſthím, & poſſidebunt agros אEphráim, & agros שSomerón: & Biniamín *poſſidebit* ipſum Gilעád.

″Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iשſraאél, qui *ſunt inter* ″Chenaעanæos vſque ad″צSarepháth, & trāſmigratio Ieruשſaláim, quæ *erit*″in סSepharád, poſſidebunt ciuitates Auſtri.

Et aſcendent″ſaluatores in montem צSiión″ad iudicandū montem עEשſáu, erítque″ipſi Iehouæ regnum.

17 Et in monte Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus: & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant.

18 Et erit domus Iacob ignis, & dom⁹ Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula: & ſuccendētur in eis, & deuorabūt eos: & non erunt reliquiæ domus Eſau: quia Dominus loquutus eſt.

19 Et hæreditabunt hi qui ad Auſtrum ſunt, montem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſthiim: & poſſidebunt regionem Ephráim & regionem Samariæ: & Beniamin poſſidebit Galaad. G

20 Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael, omnia Chananæorū vſque ad Saréptam: & tranſmigratio Ieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri.

21 Et aſcendent ſaluatores in mōtem Sion, iudicare montem Eſau: & erit Domino regnum.

17 Euaſio, פליטה ſaluatio. Recenſita Idumæorum calamitate & euerſione, nunc ſuauiter ſolatur populum Dei, promittens reditū in Sion à captiuitate Babylonica. acſi dicat, Quanuis Sion per Chaldæos & Idumæos expugnata & diruta fuerit, tamen veniet dies quando inſtaurabitur Sion, & non obruent eam tam horrēdæ calamitates: Edom autem peribit in æternum. Vera ſalus in Sion erit, quæ ſanè vera eſſe non poteſt niſi ſit æterna. Id ad literam compleri cœptum eſt quando ſecundum templum & vrbem inſtaurarunt, in quod introiuit verus Saluator & Redemptor Iſrael Chriſtus Ieſus, Malach.3.a.1. Propheta enim altius quiddam hoc loco more omnium Prophetarum prænuntiat, nempe veram & æternam liberationem in Chriſto. Sion figuram fuiſſe Eccleſiæ, diſcimus ex Apoſtolo, Galat.4.d.26. Spectans igitur ſaluationem per Chriſtum futuram, dicit, Non tamen omnes etiam ex Idumæis perituri ſunt, ſed in Eccleſia Chriſti ſaluabuntur nonnulli.

Sanctitas, קודש .i. Chriſtus qui omnes ſanctificat, apparebit in ipſo monte Sion. Exponi poteſt, & erit ſanctus ipſe mons Sion. nam fideles ſancti & conſecrati ſunt Patri per Chriſtum. Domus Iaעacób בית יעקוב Eccleſiam Chriſti ſignificat, & ſocietatem filiorum Iuda & Iſrael ſecundum Spiritum & promiſſionem, de qua Luc.1.c.33, Regnabitque ſuper domum Iacob in æternum. Poſſeſſiones ſuas. מורשיהם: hæreditates eius. Sic vocat illos quos Chriſtus ipſe, Apoſtoli, & ſucceſſores adduxerunt in familiā Iacob prædicatione Euangelii, etiam ex Idumæis. tales vocat hæreditatem Chriſti, quos acquiſiuit ſuo ſanguine. Vel referendum eſt ad domum Iacob, vt intelligat futurū vt nationes quæ antea iuxta carnem poſſederant Iudæos, tandem à Iudæis Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus futuræ eſſent poſſeſſiones domus Iacob, id eſt, per Euangelii prædicationem in Eccleſiam Chriſti congregarentur.

18 Et domus Ioסſeph *uelut* flamma, ובית יוסף להבה Idem bis dicit, aliis verbis. Verba Chriſti & Apoſtolorum ſunt verè ignis & flamma, impietates cordium deuorantia & prorſus conſumentia. Eloquium Domini ignitum, Pſal.119. verſu.140. Et Ierem.23.e.29, Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis? & quaſi malleus conterens petram? Nec erit ſuperſtes, &c. ולא יהיה שריד וגו׳ .i. ad vnum omnes conſumētur: idque vel gratia Domini, vel indignatione. Gratia quidem per Chriſtum, dum cōſumpta impietate per ignem Spiritus, ex Idumæis fiūt Iſraelitæ per fidem, impietas perit, perſona conuerſa manet ſeruata per Chriſtum. Indignatione verò, quando Idumæi Patris ſui Eſau impietatem retinentes, nec Apoſtolos audiētes, in æternum pereunt. Malach.4.a.1, Ecce dies veniet ſuccēſa quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inſlammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituū, quæ non derelinquet eis radicem & germen. i. radicitus eos diſperdet, nihil reliqui faciet. At de reliquiis Iſrael, hoc eſt electis, Ieſa.10.e.21, In veritate reliquiæ cōuertentur, reliquiæ inquam conuertentur ad Dominum fortem. Quia Iehouáh loq. eſt.: כי יהוה דבר: Quidā ſubaudiunt, ita eueniet. Loquutus eſt. i. prædixit fore. 19 Meridiem הנגב regionem Auſtralem. Latitudinem domus Iacob, ſiue Eccleſiæ Chriſti deſcribit, quæ per vniuerſum orbem diffundenda erat. 20 Et tranſmigratio exer. h. וגלות החל־הזה Et tranſmigratio cōgregationis huius, &c. i. filii Iſrael qui diſperſi erunt in tranſmigratione. hoc eſt, Eccleſia Apoſtolorum & diſcipulorum Iudæorum qui diſperſi erūt per totū orbem propter perſecutiones, & venient vſque in Galliam. q.d. Poſtquam ob perſecutiones relicta Ieruſalem Apoſtoli cōceſſerint ad diuerſas plagas, tunc cōuertent multos ad Chriſtū. Chenaעanæos כנעני Doctus inter Hebræos exponit de Alemanis & Aſcalonitis, qui ex terra ſua metu Iſraelitarum redeuntium in terram ſanctā, fugerunt illuc. צSarepháth צרפת Galliam, ſiue Franciam exponunt Hebræi. Alii, Sarephtham Sidoniorum, de qua Luc.4.e.26, in qua etiam Ieroſolymitæ tenebantur captiui. In סSepharád בספרד Hiſpaniam Hebræi interpretantur, etiam ipſe Chaldæus paraph. 21 Saluatores מושיעים .i. Chriſtus ipſe cum Apoſtolis ſuis, & iis qui ſalutem per Chriſtum ſaluatorem annuntiabunt. Ad iudicandum montem עEשſau, לשפוט את־הר עשו .i. vt condamnent, ſiue conuincant virtute verbi Dei, incredulos & impios. Ipſi Iehouæ ליהוה Hic vt & aliis locis Chriſtum vocat Iehouam qui regnaturus erat in regno illo Dauidis.

Prophetia Ionæ, Hebraicè יונה

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Ionas miſſus in Niniuē ad Prophetandū, fugit.

1 Et Fuit″verbum Iehouæ′ad Ionam filium Amithái, dicendo,

2 Surge, vade in Nineuéh ciuitatem magnam, & clama cōtra eam:″aſcendit enim malitia eorum coram me.

3 Surrexit verò Ionáh vt fugeret″in Tharשſíשׁ à facie Iehouæ, & deſcendit Iapho: reperit autem nauem euntem in Tharשſíשׁ, dedítque″mercedem eius, & deſcendit in eam vt iret″cū eis″in Tharשſíשׁ, à conſpectu Iehouæ.

VETVS.

Cap. I.

Et Factum eſt verbum Domini ad Ionā filium Amathi, dicens,

Surge, & vade in Niniuē, ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia aſcendit malitia eius coram me.

Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcēdit in Ioppen, & inuenit nauē euntem in Tharſis: & dedit naulum eius, & deſcendit in eam vt iret cum eis in Tharſis, à facie Domini.

IN CAPVT I.

1 Verbum דבר Chaldæus paraph. verbū prophetiæ. Primus verſiculus eſt vice prooemii & tituli, in quo Propheta loquitur de ſe in tertia perſona: oſtēditque ſe eſſe verū Prophetā ac miſſum à Domino Deo. Indicátque Dominum, non tantùm Iſraelitarum, ſed & omnium Gentiū eſſe Deū ac Dominū. Ad Ionám אל־יונה Hic fuit de tribu Zabulon. Floruit tēpore Ieroboā. Oſeam, Amos, & Ioelem habuit cōtenporaneos. Huius plures fuiſſe prophetias ſcribunt Hebræi, quarum hæc ſola ad nos peruenit. Aliæ cuiuſdam mentio fit 4.Reg.14.g.25.

2 Aſcendit, &c. כי עלתה וגו׳ Hebraiſmus, Scelera & flagitia eorum nota ac manifeſta ſunt mihi. q.d. ipſi grauiſſimè peccauerunt in me.

3 In Tharשſiשׁs תרשישה Quidam interpretātur Tharſum patriā Pauli. Nonnulli (quod magis placet) Tunetum, vel Carthaginē, vrbes Africæ. A Tuneto facilis eſt nauigatio in Ioppen vrbem celeberrimam & maritimam, non procul diſtantem ab Ieruſalem. Mercedem eius, שכרה .i. nempe nauis. i. naulum pro deportatione ſui. Cum eis עמהם .i. cum nautis. In Tharשſiשׁs תרשישה .i. illuc. antecedens Heb. pro relatiuo.

B Dominus autem miſit ventum magnum in mare: & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. 4

Et timuerunt nautæ, & clamauerũt viri ad deum ſuum: & miſerunt vaſa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. 5

Et acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu ſopore deprimeris? ſurge, inuoca Deum tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & nõ pereamus. 6

Et dixit vir ad collegã ſuũ, Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. & miſerunt ſortes: & cecidit ſors ſuper Ionam. 7

C Et dixerunt ad eum, Indica nobis cuius cauſa malũ iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu? 8

Et dixit ad eos, Hebræus ego ſum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. 9

Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc feciſti? cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. 10

Et dixerũt ad eum, Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumeſcebat. 11

Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: D ſcio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc grandis ſuper vos. 12

Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. 13

Et clamauerũt ad Dominum, & dixerũt, Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem: quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti. 14

Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare: & ſtetit mare à feruore ſuo. 15

Et timuerũt viri timore magno Dominum, & immolauerũt hoſtias Domino, & vouerunt vota. Cap. II. 16

ET præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: 1 & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.

Matth.12.c.40, & 16.a.4 luc.11.d.30 1.cor.15.a.4

4 At Iehouáh″excitauit ventum magnum in mare,′fuítque turbo magnus″in mari,″& nauis putauit conteri.

Orta tempeſtate ob eius inobedientiã, in mare præcipitatur.

5 Timuerũt igitur nautæ, & clamauerunt quiſque ad deum ſuum, proiecerúntque′inſtrumenta quæ *erant* in naui, in mare, vt alleuiarent eam″ab his: Ionáh autem deſcẽderat′ad *unum è* lateribus nauis, ′dormiebátque, & ſopore oppreſſus erat.

6 Acceſſit autem ad eum″magnus gubernator, & dixit ei, ′Quid tibi ſoporato? ſurge, clama ad Deum tuum, fortè″placabitur Deus ipſe nobis, & non peribimus.

7 Et dixerunt″quiſque ad proximũ ſuum, ′Venite, & proiiciamus ſortes: vt ſciamus propter quem, malum iſtud *euenit* nobis. proiecerunt itaque ſortes: & cecidit ſors ipſa ſuper Ionam.

8 Dixerunt ergo ad eum, Indica″nunc nobis *tu*, propter quem, hoc malũ *acciderit* nobis:″quod eſt opus tuum, & vnde venis, & quæ terra tua, & de quonam populo es?

9 Et dixit ad eos, Hebræus ſum, & Iehouã Deum cæli″timeo, qui fecit mare & aridam.

10 Timuerunt itaque viri illi timore ingenti, & dixerũt ei, Cur hoc feciſti? ſciebãt enim viri illi quòd à facie Iehouæ fugeret: nam indicauerat eis.

11 Dixerúntque ad eũ, Quid faciemus tibi, ′vt ſileat mare à nobis? nam mare″ibat & intumeſcebat.

12 Quibus dixit, Tollite me, & proiicite me in mare, ′& ſilebit mare à vobis: ſcio enim ego quòd propter me tempeſtas hæc ſuperuenit vobis.

13 ″Nitebantur autem remis viri illi vt reducerent *nauem* ad aridam, ſed non valuerunt: quia mare ibat, ″& intumeſcebat ſuper eos.

14 Clamauerunt itaque ad Iehouam, & dixerunt, Quæſumus Iehouáh ne obſecro pereamus″propter animam viri iſtius, ″neque ponas ſuper nos ſanguinem innocentem: tu enim Iehouáh, ″ſicut voluiſti, feciſti.

15 Tulerunt ergo Ionã, & proiicerunt eum in mare: ′conſtitítque mare ab ira ſua.

16 Timuerunt autem viri illi timore ingenti Iehouám, ′& immolauerunt hoſtiam Iehouæ″vouerúntque vota. Cap. II.

Hoſtiæ.

Vota.

1 PRæparauerat autẽ Iehouáh piſcem grandẽ, vt deglutiret Ionã: & fuit Ionáh inventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.

Ionas à piſce abſorptus.

4 Excitauit הטיל Ad verbum, proficiſci fecit. eleuauit. mouere fecit. Fuítque turbo, &c. ויהי סער־גדול בים factáque eſt tempeſtas maxima [.i. oborta eſt] in eo. anteced. Heb. pro relatiuo. Et nauis, &c. והאניה וגו׳ & nauis cogitauit frangi. ſic Hebraicè ad verbum. Hac phraſi nos etiam vtimur vulgò, *La nauire ſe cuida rõpre*. Eſt autem continens pro contento, ita vt qui ea naue vehebãtur, putarent ſe mox facturos naufraginu. 5 Inſtrumẽta את־הכלים vaſa. i. quæ in vaſis erãt, nempe merces, & alia quæ in naui erãt. Ab his: מעליהם à ſe. Alii, hiſce. ſub. rebus. Ad *unum* è lateribus אל־ירכתי Ad verbum, ad latera. Dormiebátque, &c. : וישכב וירדם & iacebat, atque graui ſomno correptus erat. ſub. mœrore, aut deiectione animi. 6 Magnus gub. רב החובל Ad verbũ, magiſter nautarum. vel, princeps rei nauticæ (ſi חובל ſit nomẽ). i. præcipuus nauta. nauarchus. Ita dicitur nauta חובל à tractandis funibus quibus nauis regitur. Quid tibi ſopor. מה־לך נרדם Quid tibi *accidit, quòd iam* ſopore oppreſſus ſis? Placabitur, &c. יתעשת וגו׳ cogitabit de nobis vt nõ pereamus.

7 Quiſque ad proximum ſuum, איש אל־רעהו quiſque ad ſocium ſuum, id eſt inter ſe.

8 Nunc נא quæſo. Quod eſt opus t. מה־מלאכתך quænam eſt ars tua. i. quam artem exerces. Alii, quid eſt tibi negotii hîc?

9 Timeo, ירא Id eſt colo. nam timor Domini, verus eſt ipſius cultus.

11 Vt ſileat, &c. וישתוק וגו׳ Hebraiſmus, Vt mari pacato ac tranquillo fruamur. ſiue vt tranquillum nobis fiat mare quod ſilens dicitur. nam mare iratum edit ſonum vehementem. Ibat & intumeſ. : הולך וסוער ibat, & tumultuabatur. i. ſubinde magis ac magis commouebatur. agitabatur magis, ſiue maior fiebat tempeſtas. 12 Et ſilebit, &c. וישתוק הים מעליכם .i. & tranquillum fiet vobis mare.

13 Nitebantur autem remis ויחתרו Ad verbum, Et foderunt. ſub. in mari remis. Propriè ſignificat fodere: ſed quia qui remigant, videntur quaſi fodere in aqua, accipitur & pro remos agere, id eſt nauigare. Et intumeſcebat וסוער & tumultuabatur, vt paulo antè, verſu 11.

14 Propter animam viri iſt. בנפש האיש הזה .i. quòd priuauerimus eum vita, fuerimúſque cauſa mortis huius, coniicientes eum in mare. Alii, propter animam, exponunt propter culpam [ſiue peccatum] hominis iſtius. Neque ponas, &c. ואל־תתן וגו׳ Ionas erat illis innocens: non enim læſerat eos, neque quidpiam damni acceperant ab eo. Sicut voluiſti, fec. : כאשר חפצת עשית Præt. Heb. pro præſ. ſicut vis & libet, ita agis. 15 Conſtitítque, &c. : ויעמוד הים מזעפו conquieuítque mare à furore ſuo. id eſt ab agitatione & cõmotione ſua.

16 Et immolauerunt, &c. ויזבחו זבח ליהוה Singul. Heb. pro plur. & antecedens pro relatiuo, & immolauerũt illi hoſtias. animo ſcilicet ac deliberatione. id eſt ſtatuerunt apud ſe & decreuerunt ſe immolaturos hoſtias in honorem Domini, quumprimum ſcilicet reuerti poſſent in Ieruſalem. Vouerúntque vota. : וידרו נדרים ſub. ipſi Deo cuius Ionas ſe dicebat Prophetam. nã viſo tanto miraculo fuerunt conuerſi ad Dominum. q. d. obtulerunt in honorem Domini plurima dona.

Et orauit Ionáh ad Iehouam Deum ſuum de ventre piſcis. 2

Eiuſdē cāticum Dixítque, Clamaui′ex affliĉtione mea ad Iehouam,″& exaudiuit 3
me:″de ventre inferni′clamaui, & exaudiſti vocem meam.

Proiecisti autē me in ꝓfundū, *quod eſt* in mediū mariū, & *ceu* flumē 4
circūdedit me: omnes vndæ tuæ & fluĉtus tui ſuper me trāſierūt.

Ego verò dicebam,″Proieĉtus ſum è cōſpeĉtu oculorū tuorum: 5
veruntamen′addam reſpicere ad templum ſanĉtitatis tuæ.

Circundederunt me aquæ″vſque ad animam: vorago circunde- 6
dit me, alga alligata eſt′capiti meo.

′Ad extrema montiū deſcendi,″terra *clauſa* veĉtibus ſuis propter 7
me in ſeculum:′attamen aſcendere feciſti″è fouea vitam meam ô
Iehouáh Deus mi.

Quum deficeret in me anima mea, Domini recordatus ſum, & 8
introiit ad te oratio mea,″in templum ſanĉtum tuum.

″Obſeruātes vanitates mēdaces,″miſericordiā ſuā derelinquūt. 9

At ego cum voce′cōfeſſionis immolabo tibi, quod voui reddā 10
tibi.″Salus *eſt* Iehouæ.

Iubente Domino euomit piſcis Ionam. ′Et præcepit Iehouáh piſci illi, & euomuit Ionam in aridam. 11

Cap. III.

Rurſum iubetur prædicare Niniuitis. ET fuit verbum Iehouæ ad Ionam′ſecundò,′dicendo, 1
Surge, vade in Nineuéh vrbem illam magnam, & prædica in 2
ea″prædicationem quam loquor ad te.

Surrexit itaque Ionáh, & abiit in Nineuéh iuxta verbū Iehouæ 3
(porrò Nineuéh erat ciuitas magna′valde,″itinere trium dierum.)

Ei⁹ prædicatio. Et cœpit Ionáh introire ciuitatem′itinere diei vnius,″& clama- 4
uit, dixítq;,′Adhuc quadraginta dies *ſunt*, & Nineuéh ſubuertetur.

Niniuitarum reſipiſcentia. Crediderunt autē viri Nineuéh Deo, & prædicauerunt ieiuniū, 5
induerúntque ſe ſaccis à maiore eorū vſque ad minorem ipſorū.

Et peruenit′verbum illud ad Regem Nineuéh:″qui ſurrexit de 6
ſolio ſuo,″& depoſuit′veſtimētum ſuum à ſe, operuítque ſeſe ſac-
co, & ſedit″in cinere.

′Et proclamare iuſſit, ac dicere in Nineuéh decreto regio & ma- 7

---

2 Et orauit Ionas ad Dominū Deū ſuum de ventre piſcis.

3 Et dixit, |Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Pſal.119.a.1

4 Et proiecisti me in ꝓfundū in corde maris, & flumē circūdedit me: oēs gurgites tui & fluĉt⁹ tui ſup me trāſierūt. B

5 Et ego dixi, Abieĉtus ſum à conſpeĉtu oculorum tuorum: veruntamen rurſus videbo templum ſanĉtū tuum.

6 Circundederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelag⁹ operuit caput meum. Pſal.68.a.2 C

7 Ad extrema montium deſcendi, terræ veĉtes cōcluſerunt me in æternū: & ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

8 Quum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea, ad tēplum ſanĉtum tuum.

9 Qui cuſtodiūt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt. D

10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam pro ſalute Domino.

11 Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in arenam.

Cap. III.

1 ET factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens,

2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatē magnam, & prędica in ea prędicationem quam ego loquor ad te.

3 Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbū Dñi (& Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.)

4 Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. B

5 |Et crediderūt viri Niniuitæ in Deū: & prædicauerūt ieiuniū, & veſtiti ſūt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Matth.12.d.41 luc.11.e.32

6 Et peruenit verbum ad Regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.

7 Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & principum eius, dicens, C

IN CAPVT II.

3 Ex affliĉtione mea מצרה לי ex quo fuit tribulatio mihi. i. in tribulatione poſitus. Et exaudiuit me: ויענני Hoc dicit quòd perſtitiſſet illæſus & corpore & mente in ventre illius piſcis. De ventre inferni שאול מבטן Seipſum ſequenti verſu declarat. i. de vaſto barathro. hoc eſt de ventre illius ceti immanis, qui ſimilis erat barathro Clamaui, קראתי vociferatus ſum.

5 Proieĉtus ſum, &c. נגרשתי וגו׳ Phraſis Hebræa, pro, Putabam me dereliĉtum à te. vel, quando proieĉtus fui in mare, ferè deſpondi animum: putabam enim me mortuum. Addam reſpicere, &c. אוסיף להביט וגו׳ Loquendi genus Hebraicum, pro, ſpero me adhuc aſpeĉturum templum ſanĉtum tuum quod eſt in Ieruſalem, quum videam me permanere viuum & illæſum in ventre ceti.

6 Vſque ad animam: עד־נפש Id eſt vſque ad ſeparationem animæ à corpore. q. d. periclitatus ſum maximè de vita quū eſſem in aquis maris. Capiti meo. לראשי׃ q. d. hunc ago in profundo maris, vbi naſcitur alga, vel alia quædam herba. aut per caput ſuum intelligit caput piſcis in cuius ventre degebat. 7 Ad extrema montium לקצבי הרים Chaldæus paraph. Ad radices montium. i. promontoriorum marinorum, circa quæ ſolet mare eſſe altum ac profundum, ſoléntque illic habitare cete grandia. Terra *clauſa*, &c. הארץ בריחיה וגו׳ veĉtes terræ *obiecti ſunt* mihi in æternum. id eſt videor mihi perpetuò excluſus à terra. aut, videtur terra quaſi repagulis ac obicibus mihi denegata, vt nunquam poſſim reuerti in continentem ipſam. Attamen aſcendere feciſti ותעל attamen eduxiſti. Per præteritum, verba ſunt ſentientis beneficium Dei: per futurum, ſperantis opem à Deo. E fouea משחת Id eſt è ventre ceti qui eſt mihi velut fouea inferni & ſepulchrum. q. d. ab interitu & perditione. 8 In templum ſanĉtum t. אל־היכל קדשך׃ . i. in cælum ipſum. q. d. admiſiſti orationem meā. Mutatio eſt perſonæ, pro, ſanĉtitatis eius. 9 Obſeruantes vanit. men. משמרים הבלי־שוא . i. qui colūt idola ac ſimulachra quæ nihil ſunt, & nihil poſſunt, ſuóſque cultores fallunt. Miſericordiam ſuam derel. חסדם יעזובו׃ Fut. Heb. pro præſ. miſericordiam ſuam deſerunt. i. eum à quo miſericordiam expeĉtare debent. Alii, abominationem ſuam. i. idola abominanda. q. d. nautæ colentes prius idola, propter miranda faĉta tua abiecerunt illa. 10 Confeſſionis תודה laudis. quæ eſt index animi. Salus *eſt* Ieh. ישועתה ליהוה׃ Saluatio *pertinet* ad Iehouam. q. d. nullus eſt alius qui ſeruare poſſit. 11 Et præcepit ויאמר Ad verbum, Et dixit. ſub. vt euomeret Ionam.

IN CAPVT III.

1 Secundò, שנית Ad verbum, ſecunda. i. altera, ſub. vice. Dicendo, לאמור׃ . i. in hunc modum.

2 Prædicationem את־הקריאה clamorem. Hanc prædicationem mox expreſſurus eſt Propheta.

3 Valde, לאלהים Ad verbum, Deo. id eſt quammaxima. nam hoc loco DEO, eſt vice particulæ intentionis, vt Cedri Dei, pro excelſis. Itinere trium die. מהלך שלשת ימים׃ Non intelligitur de linea reĉta quæ ducitur per diametrum, ſed de luſtratione quæ fit per ſingulos vicos. q. d. Non poterant vici eius vrbis diſcurri minori tempore quàm trium dierum.

4 Itinere diei vnius, מהלך יום אחד q. d. inſumpſit diem vnum luſtrando partem vicorum eius vrbis. Et clamauit, dix. ויקרא ויאמר & clamabat, dicēdo. Adhuc quad. dies עוד ארבעים יום Hebraiſmus, Poſt quadraginta dies. vel, Elapſis quadraginta diebus Niniue ſubuertetur. 6 Verbum illud הדבר nempe prædicatio Ionæ. vel, res illa, quæ ſcilicet gerebatur in vrbe. talia enim ſerius ad principes peruenire ſolent. Qui ſurrexit ויקם Ad verbum, & ſurrexit. Et depoſuit ויעבר & abiecit, Ad verbum, & tranſire fecit. Veſtimentum ſuum אדרתו Doĉtus inter Hebræos exponit, veſtem ſuam regiam. In cinere. אל־האפר׃ in cinere illo. in quo ſcilicet ſedere ſolebant tempore luĉtus. 7 Et proclamare, &c. ויזעק ויאמר וגו׳ Et promulgari iuſſit *voce præconis*: qui dixit in Nineue de ſententia [iuxta decretum] Regis & magnatum eius, dicendo.

Homines,& iumenta,& boues,& pecora non guſtent quicquã:nec paſcantur,& aquam non bibant.

Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Deum in fortitudine:‖& cõuertatur vir à via ſua mala,& ab iniquitate quæ eſt in manib⁹ eorum.

Ierem 18.b.11
ioel 2.c.14

D

Quis ſcit ſi cõuertatur, & ignoſcat Deus,& reuertatur à furore iræ ſuæ:& non peribimus?

Et vidit Deus opera eorũ,quia conuerſi ſunt de via ſua mala:& miſertus eſt Deus ſuper malitia quam loquut⁹ fuerat vt faceret eis,& non fecit.

Cap.IIII.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna,& iratus eſt.

Et orauit ad Dominũ, & dixit,Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum quum adhuc eſſem in terra mea?propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharſis: ‖ſcio enim quia tu Deus clemens & miſericors es,patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.

Pſal.85.a.5
ioel 2.c.13

Et nũc Domine tolle,quæſo,animã meã à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita.

B

Et dixit Dominus, Putáſne bene iraſceris tu?

Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra Orientem ciuitatis,& fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra,donec videret quid accideret ciuitati.

Et præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius,& ꝓtegeret eum: laborauerat enim: & lætatus eſt Ionas ſuper hedera, lætitia magna.

C

Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum:& percuſſit hederam,& exaruit.

Et cũ ortus fuiſſet ſol,præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit, Melius eſt mihi mori, quàm viuere.

Et dixit Deus ad Ionam, Putáſne bene iraſceris tu ſuper hederam? Et dixit,Bene iraſcor ego vſq; ad mortẽ.

D

Et dixit Dominus, Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti,neque feciſti,vt creſceret:quæ ſub vna nocte nata eſt,& ſub vna nocte periit:

gnatum eius, dicendo, Homines & iumenta, boues & pecudes ne guſtent quicquam,neque paſcantur,& aquam non bibant.

8 Operiantúrque ſaccis homines ipſi,″& ipſa iumenta, atque clament ad Deum″fortiter:& conuertãtur quiſque à via ſua mala,″& ab iniquitate ipſa quæ eſt in manibus eorum.

9 ″Quis ſcit *ſi* conuertatur,& pœniteat Deum, auertatúrque à furore iræ ſuæ:& non peribimus?

10 Vidit autem Deus opera eorum quòd conuerſi eſſent à via ſua mala, & pœnituit Deum ipſum mali quod loquutus fuerat ſe facturum illis,& non fecit.

Miſericordiam conſequuntur.

Cap. IIII.

1 D″Iſplicuit autem Ionæ diſplicentia magna,″& iratus eſt.

2 Orauit itaque ad Iehouam,& dixit,Obſecro Iehouáh,nónne hoc eſt″verbum meum quum adhuc eſſem in terra mea? ideo præoccupaui fugere in Tharשſíשs:ſciebam enim quòd tu es Deus clemens & miſericors, longanimis & multæ miſericordiæ,″& pœnitens ſuper malo.

Affligitur Ionas quòd ſermo eius contra Niniuen non fuerit impletus.

3 Nunc ergo ô Iehouáh,tolle quæſo animam meam à me:″quoniam melior eſt mors mihi quàm vita mea.

4 Dixit autem Iehouáh,″Nónne vehemens ira eſt tibi?

Increpatur à Domino.

5 Egreſſus eſt itaque Ionáh de vrbe ipſa, & ſedit ad Orientem″eius, fecítque ſibi illic tabernaculum, & manſit ſubter illud in vmbra ipſa,donec videret″quid futurum eſſet vrbi ipſi.

6 ″Et præparauit Iehouáh Deus″cucurbitam,″quæ aſcendit ſuper Ionam,vt eſſet vmbra capiti eius,vt erueret eum″à malo eius:lætatus eſt itaque Ionáh ob cucurbitam lætitia magna.

Per cucurbitã,in iuſtã eius iracũdiã oſtendit Dominus.

7 ″Præparauit autem Deus ipſe vermem, aſcendente aurora poſtero die,& percuſſit cucurbitam,quæ aruit.

8 Fuit verò,oriente ſole″præparauit Deus vẽtum Orientalẽ vehementẽ,& percuſſit ſol caput Ionæ″qui æſtuabat: petiuítq;″animæ ſuæ vt moreretur,& dixit,Melior eſt mors mihi quàm vita mea.

9 Dixit itaque Deus ad Ionam,″Nónne vehemens ira eſt tibi ob cucurbitam? Qui dixit,Vehemens ira eſt mihi,″vſque ad mortẽ.

10 Cui dixit Iehouáh,″Tu pepercisti cucurbitæ ipſi in qua non laboraſti,nec feciſti creſcere eam:quæ″vna nocte nata eſt,& vna nocte periit:

8 Et ipſa iumenta, והבהמה Videtur intelligere equos & camelos.ſolent enim ornari pretioſis integumentis. Fortiter: בחזקה vehementer.i.ex animo. Et ab iniquitate,&c. ומן־החמס וגו׳ & ab iniuria quæ eſt, &c. Chaldæus paraph.& à rapina.id eſt à ratione congerendi opes ac diuitias iniuſtè & iniqué. Prius reſpicit peccata in Deum,poſterius peccata in proximum.

9 Quis ſcit,&c. מי־יודע ישוב וגו׳ Fortè conuertetur & pœnitentia ducetur Deus ipſe.

IN CAPVT IIII.

1 Diſplicuit,&c. וירע אל־יונה וגו׳ Doluit tamen Ionas magno animi dolore. Alii,Contriſtatus tamẽ eſt triſtitia magna. id eſt mirum in modum. Et iratus eſt. : ויחר לו & excanduit.exarſit ira ob impœnitentiam potius Iſraelitarum quàm ob pœnitentiam Niniuitarum. ſciebat enim pœnitentiam illorum ceſſuram in perditionem Iſraelitarum. Ad verbum,& ira fuit illi.ſub.Ionæ.

2 Verbum meum דברי quod dicebam. Et pœnitẽs ſuper malo. : ונחם על־הרעה quíque ſententiam mutas ſuper afflictione. ſub. inferẽda,quã interminatus es. 3 Quoniã melior eſt,&c. : כי טוב מותי מחיי gratior enim mihi eſt mors,quã vita mea.i.malo te authore mori quàm viuens videre,&c. 4 Nónne,&c. : החיטב חרה לך Nunquid vehementer indignaris? Multùmne[Valdéne]iratus es? Admiratiué.q.d.Debebáſne tantùm iraſci ob pœnitentiam Niniuitarum? non debebas ſanè. vel,Fierine poteſt vt tantùm doleas, quòd Niniuitæ reſipuerunt? Ad verbum legitur,Nunquid benefacere[pro benefactum]*quòd* iratus eſt *furor tuus* tibi?id eſt Num iuſtè tibi iraſci videris? Doctus inter Hebræos exponit vt vertimus ſuprá.

5 Eius, לעיר Ad verbum,ciuitatis.antecedens pro relatiuo. Quid futurum,&c. : מה־יהיה בעיר quid fieret in ea vrbe.id eſt num Niniuitæ perſeuerarent in pœnitentia ſua quam ipſi iam cœperant.

6 Et præparauit וימן Id eſt,Germinare fecit. Cucurbitam, קיקיון Herba eſt lata habens folia quæ facilè creſcit in altum. Quæ aſcendit ſuper Ionã, ויעל מעל ליונה .i.quæ adeò creuit vt ſuperaret caput Ionæ.vel,quã aſcendere fecit Dominus,&c. A malo e. מרעתו ab afflictione ipſius.i.à dolore animi.vel,vt protegeret eum ab æſtu ſolis,ſiue à radiis ſolaribus infeſtantibus eum.

7 Præparauit autem וימן Id eſt,Immiſit autem.

8 Præparauit וימן Ad verbum,& præparauit.id eſt immiſit,ſiue excitauit. Redundat ET. Qui æſtuabat: ויתעלף qui *penè* defecit. vel,cœpit deſtitui animo.i.qui penè paſſus eſt animi deliquium. Animæ ſuæ את־נפשו ab anima ſua.

9 Nónne vehemens ira eſt tibi החיטב חרה־לך Vt paulo antè,verſu 4.q.d.Non debes multùm iraſci:nam cucurbita illa erat res vilis. Vſque ad mortem. : עד־מות vt etiam mori cupiam.

10 Tu peper. cuc.ipſi אתה חסת על־הקיקיון Tu miſericordia motus es propter cucurbitã.q.d. Tu ægrefers corruptionẽ, ſiue arefactionem cucurbitæ quæ labore tuo non prouenit,& quæ eſt res parui momenti:ego autem multo potiorem cauſam haberem iraſcendi in creaturas,niſi eſſem maximè propenſus ad miſericordiam erga illas.vel,ægreferendi ruinam & perditionem tam multorum populorum. Vna nocte,&c. בן לילה וגו׳ Ad verbum,filia noctis fuit,& filia noctis periit.

Et ego'non parcam Nineuéh vrbi illi magnæ, in qua ſunt pluſquam duodecies decem milia hominum,'qui non nouerunt inter dexteram ſuam & ſiniſtram ſuam,& animalia multa? 11

11 Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam cētum viginti milia hominum qui neſciunt quid ſit inter dextrā & ſiniſtram ſuā, & iumenta multa?

11 Non parcam לא אחוס non mouebor miſericordia erga Nineue vrbem,&c. Qui non nouerunt,&c. אשר לא־ידע וגו' verbū eſt ſing.q.d.quorū ſinguli,&c.id eſt qui neſciūt differentiā,ſiue diſcrimē inter dextrā & ſiniſtram:hoc eſt,non creuerunt ad annos diſcretionis.

Prophetia Michææ,Hebraicè מיכה

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

Quo tempore p[ro]phetauerit Michæas. Comminatio in regnum Iſraeliticũ & Iudaicum.

Verbum Iehouæ quod fuit'ad Micháh'Moraשthiten 'in diebus Iothám, Anház, & Ienhizciiáh Regum Iehudáh,'quod vidit ſuper שSomerón, & Ieruשſaláim. 1

Audite populi omnes,'attende terra,'& plenitudo eius,'ſitque Dominus Iehouáh contra vos in teſtem Dominus *inquam* 'de templo ſancto ſuo. 2

Ecce enim Iehouáh'egreditur è loco ſuo,&deſcendet,calcabítq; ſuper'excelſa terræ. 3

Et liqueſcent montes ſub eo,& valles'ſcindēt ſeſe, *liquefient inquam* ſicut cera à facie ignis,ſicut aquæ effuſæ'in præcipiti. 4

Propter præuaricationem Iayacób totum hoc *accidet*,'& propter peccata domus Iשraאél. quis *fuit cauſa* præuaricationis Iayacób? nónne שSomerón? & quis *fuit cauſa* excelſorum Iehudáh? nónne Ieruשſaláim? 5

Ponam igitur שSomerón'in aceruum agri, in plantationes vineæ,diſpergāque in vallē lapides eius,& fundamēta eius reuelabo. 6

Omnia quoque ſculptilia eius confringentur,'& omnes mercedes eius comburētur igni, omnia idola eius ponam in deſolationem:nam'de mercede meretricis *hæc* cōgregauit,'& vſque ad mercedem meretricis reuertentur. 7

Propterea plangam & vlulabo,incedam'ſpoliatus & nudus, faciam plāctum'velut draconis,& luctum veluti'filiarū ſtruthionis. 8

Quia'acerbæ ſunt plagæ eius:quia peruenit *hoſtis* vſque ad Iehudáh,peruenit vſque ad portam'populi mei,vſque ad Ieruשſaláim. 9

VETVS.

Cap. I.

1 Verbū Dñi quod factum eſt ad Michæā Moraſthiten, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda, quod vidit ſuper Samariam & Ieruſalem.

2 Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius:& ſit Domin⁹ Deus vobis in teſtē, Dominus de tēplo ſancto ſuo. Deut.32.a.1 Eſa.1.a.2

3 Quia ecce Dominus egreditur de loco ſuo:& deſcendet, & calcabit ſup excelſa terræ. Eſa.26.d.21

4 Et conſumentur mōtes ſubtus eū: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis,ſicut aquæ quæ decurrūt in præceps. B

5 In ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſrael.quod ſcelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelſa Iudæ?nónne Ieruſalem?

6 Et ponam Samariam quaſi aceruū lapidum in agro quum plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius,& fundamenta eius reuelabo.

7 Et omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburētur igne, & omnia idola eius ponā in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertētur.

8 Super hoc plangam, & vlulabo:vadam ſpoliatus & nudus:faciam planctum velut draconum,& luctum quaſi ſtruthionum. C

9 Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam,tetigit portam populi mei vſque ad Ieruſalem.

IN CAPVT I.

1 Ad Micháh, אל־מיכה Iſte Michæas nō eſt Michæas ille filius Iemla,cuius mētio fit 1.Reg.22.b.8. Moraשthiten המורשתי Hebræi cum Chaldæo paraph. De Mareſa. Erat vrbs tribus Iuda, cuius mentio fit Ioſue 15.f.44. In diebus בימי Id eſt tempore. q.d.qui floruit ætate Iotham,&c. Quod vidit אשר חוה Chaldæus paraph.qui prophetauit.

2 Attende ter. הקשיבי ארץ Terram ſanctam intelligit.aut vniuerſam terram alloquitur,vt Eſaias cap.1.a.2. Et plenitudo e. ומלואה EIVS pro tua.eſt confuſio perſonarū. id eſt quotquot in te habitant. SitqueDominus, &c. ויהי אדני וגו' q.d.Teſtor Deum cōtra vos, niſi reſipueritis,quòd præmonuerim vos,& inuitarim ad pœnitentiam. De templo ſan.ſuo. מהיכל קדשו: .i.qui habitat in cælo, vnde proſpectat omnia quæ hìc aguntur. 5 Egreditur יוצא Dicitur Deus egredi è loco ſuo,& deſcendere, quando operatur in iſtis inferioribus,quando immittit punitionem & vindictam. Excelſa במותי Id eſt conculcabit eam partem terræ quæ maximè extat, & altiſſima eſt.Per excelſa terræ,& montes,intelligit homines ſuperioris ordinis ac ſtatus.Et per valles,homines inferioris ordinis ac ſortis. q.d. Nemo eſt qui virtuti ac potentiæ Dei reſiſtere poſſit,cuiuſcunque ordinis,ſtatus,ſortis,aut conditionis fuerit.

4 Scindent ſeſe, יתבקעו dehiſcent. In præcipiti. במורד: Ad verbum,in deſcenſu.id eſt in loco decliui.

5 Et propter peccata do.Iשſ. ובחטאות בית ישראל Tautologia,& repetitio verbis diuerſis.

6 In aceruum agri, לעי השדה in aceruum [ſub.lapidum] agri.Singul.Heb.pro plur.in aceruos tales quales viſuntur in agris ipſis.q.d.Deſtruam Samariam,& efficiam vt nihil aliud futura ſit quàm acerui lapidum, & locus vbi plantentur vineæ. Doctus inter Hebræos etiam exponit,in deuaſtationem ſiue ſolitudinem. 7 Et omnes,&c. וכל־אתנניה & omnia donaria eius.Dona illa appenſa in tēplo idolorū in honorem ipſorum, vocat mercedes. cōparat enim idola meretricibus,& cultores illorū,amatoribus. nam idololatria vocatur fornicatio ſpiritualis. De merc.meret. מאתנן זונה Singul.Heb.pro plur.de donis meretricum,id eſt quæ non ſunt abſimilia donis quæ dantur ſcortis,congregauit omnes opes has. Et vſque,&c. ועד־אתנן זונה Singul.Heb.pro plur.& vſque ad dona meretricum.id eſt tandem deuenient in manus aliorum idololatrarum,nempe Aſſyriorum,qui quidem dabunt illa idolis ſuis.

8 Spoliatus, שולל More ſcilicet lugentium.q.d.detraham mihi veſtes.Significat enim שולל eum cui detractæ ſunt veſtes. Quidā Hebræorum exponunt,ſpoliatum mente & cognitione.i.infatuatum & inſanum,cuius mos eſt vt ſpoliatus & nudus incedat. Velut draconis,כתנים more draconum.Solent enim dracones terreſtres & ſtruthiocameli fœminæ edere vocem maximè lugubrem.

9 Acerbæ ſunt plagæ e. אנושה מכותיה Ad verbum, acerba ſunt plagæ eius.Singul.partic.iunctum nomini plur. Vertere potes,acerba *vtraque* plagarum eius.vel,doloris plena. Quidam,valida. Alii,inſanabilis. Alii,deſperata. Plagas doctus inter Hebræos interpretatur bellum, famem,& peſtilentiam. Populi mei עמי Erat enim Propheta iſte de tribu Iuda.

In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo Pulueris, puluere vos conſpergite.

10 In Gáth ne″annũtietis,″flendo ne fleueritis:″propter domũ yOphráh,puluere conſperge teipſam.

Et trãſite vobis habitatio Pulchra, cõfuſa ignominia: nõ eſt egreſſa, quæ habitat in exitu:plãctũ Domus vicinę accipiet ex vobis,quæ ſtetit ſibimet.

11 ″Tranſi habitatrix שSaphír nuda″pudôre:non eſt egreſſa habitatrix″xSaanán *ad* planctum Beth-haℵéxſel:*inimicus* accipiet″à vobis ſtationem ſuam.

Quia infirmata eſt in bonum quæ habitat in amaritudinibus: qa deſcendit malum à Domino in portam Ieruſalem.

12 ″Quia doluit″propter bonũ *amiſſum* habitatrix Maróth: quia″deſcendit malum à Iehouáh″*uſque* ad portam Ieruשſaláim.

D Tumultus quadrigæ ſtuporis habitanti Lachis, principium peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael.

13 ″Liga quadrigas ad equos velociſſimos, habitatrix Lachíש, *quæ* principium peccati″fuiſti filiæ xSiión: quia in te inuẽtæ ſunt″præuaricationes Iשſraℵél.

Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth: domos Mendacii in deceptionem Regibus Iſrael.

14 Propterea dabis dona″ipſi Moréשſeth, *quæ eſt in* Gáth:″domus Achzíb *erunt*″in mendacium Regibus″Iשſraℵél.

In Philiſthæos.

Adhuc hęredẽ adducã tibi quę habitas in Mareſa: vſque ad Odollam veniet gloria Iſrael.

15 Adhuc″hæredem adducam tibi habitatrix Mareשſáh: vſque ad yAdulám″veniet *hæres* gloriæ Iשſraℵél.

Decaluare, & tondêre ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut Aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex te. Cap. II.

16 ″Decalua teipſam,& tonde *comam* ſuper filios deliciarũ tuarũ:″dilata caluitium tuũ ſicut aquila,quia″demigrauerunt à te. Cap. II.

VAE qui cogitatis inutile,& operamini malum in cubilibus veſtris: in luce matutina faciunt illud, quoniam cõtra Deum eſt manus eorum.

1 VAE excogitantibus″iniquitatem,″& operantibus malum in cubilibus ſuis: quum illuxerit mane,″faciunt illam: quoniam eſt facultas in manu eorum *ad opprimendum*.

Peccata populi recenſet, ob quæ flagella prænuntiat.

Et concupierunt agros,& violẽter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabãtur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius.

2 ″Quòd ſi cõcupiere agros, mox rapiũt:″aut domos, tunc tulerũt: oppreſſerunt eum virum,& domum eius, virum *inquam* & hæreditatem eius.

Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito ſuper familiã iſtam malũ, vnde non auferetis colla veſtra, & nõ

3 Idcirco ſic dixit Iehouáh, Ecce ego cogito ſuper familiã iſtã malũ,″à quo nõ remouebitis colla veſtra:& nõ incedetis″erecta cerui-

---

10 Annuntietis, תגידו ſub. calamitatem, ſiue cladem quam accepiſtis ab hoſtibus. Tametſi Gath tum erat in poteſtate Regum Iuda, erant tamen Palæſthini animo à Iudæis alieno. Flendo,&c. בכו אל־תבכו Hebraiſmus, Neque effuſe fleueritis. hoc eſt, ne præ vobis feratis triſtitiam, ne ſcilicet quum viderint vos Palæſthini flere, magis lætentur. Propter domum,&c. בבית לעפרה וגו׳ Singul. Heb. pro plur. ב pro, propter domos Ophra in cinere voluta teipſam. id eſt coſperge te cinere more lugentium. Præpoſuit ל ipſi Ophra: ãcſi dicat, propter ædes quæ pertinebãt ad Ophra: hoc eſt tam ædes quæ erant in ipſa vrbe, quàm quæ extra vrbem. q.d. tam vrbanæ quàm ruſticæ.

11 Tranſi עברי לכם Ad verbum, Tranſi vobis. Confuſio numerorum, pro Tranſi tibi. Quum enim dicit Tranſi, alloquitur congregationem ciuium vrbis. Quum verò dixit Vobis: reſpexit ciues ipſos. & VOBIS redundat in ſermone Latino. Eſt præterea Imperat. pro fut. Abibis in captiuitatem. Pudore: בושת verendis. id eſt nudis, ſiue nudatis verendis. q.d. Tu quæ antea gloriabaris ob elegantiam tuam, abducêris captiua cum magno dedecore tuo. xSaanán צאנן Recenſet hic Propheta vrbes aliquot ſuæ patriæ, tribus ſcilicet Iuda: nomine quarũ intelligit & omnes alias eiuſdem regionis vrbes: & earum futurã deplorat deſolationẽ,& ciuium ipſarum captiuitatem & calamitatem, adhibitis facundis alluſionibus ad nomina earum. Dicit igitur, Ciues Saanan non ierunt vt conſolarentur fratres & vicinos ſuos ciues Beth-haeſel quum viderẽt eos abduci in captiuitatem triſtes ac mœſtos. A vobis ſtationem ſuam.: מכם עמדתו à vobis ſubſiſtentiam ſuam. vel moram. i. mercedẽ temporis, quod inſumet in obſidione eius. q.d. tandẽ etiam expugnabitur,& ita idem illi eueniet quod & ipſi Beth-haeſel 12 Quia doluit כי־חלה Certè doluit. Omnia intelliguntur per futurum: ſed prophetia adeò vera eſt vt ea quæ præterierunt. Propter bonum לטוב propter fœlicitatem. ſub. amiſſam. Deſcendit malum ירד רע deſcendit afflictio. Hebraiſmus, immiſſa eſt afflictio à Deo, non forte fortuna. *Vſque*] Expugnatis enim omnibus vrbibus ac tota regione Iuda, peruenit tandem hoſtis vſque ad portam Ieruſalem vt etiam expugnaret eam.

13 Liga quadrigas,&c. רתום המרכבה לרכש Iunge currum dromadibus. vel, Iunge dromades currui, ſiue ad currum. vt ſcilicet celerius aufugias: fuga ſaluti tuæ conſule: alioqui breui capiêris, & in captiuitatẽ abducêris. Prima enim Lachis cœpit colere idola: cuius idololatria poſtea deriuata eſt in totam Iudæam,& vſque in Ieruſalem. Fuiſti היא Ad verbum, ipſa, mutatio perſonæ. Præuaricationes Iשſraℵél. : פשעי ישראל .i. multiplices idololatrias quas didiciſti ab Iſraelitis.

14 Ipſi Moréשſeth *quæ eſt in* Gath: על מורשת גת Ita doctus inter Hebræos vt vertimus, qui vult Moreſeth nomen eſſe loci in terra Philiſthinorum, quem ceperit Dauid. Alii nolunt eſſe proprium,& vertũt, hæreditati Geth. i. poſſeſſioni, ſiue agro Gethæorum: hoc eſt Gethæis ipſis & vrbibus ſubiectis illis. q.d. Cogeris mittere munera Palæſthinis vt opem ferant tibi ad aduentum Regis Aſſyriæ.

Domus Achzib בתי אכזיב Sic vocat ædes quæ erant inſtar arcium in Achzib vrbe munitiſſima tribus Iuda. In mendacium לאכזב Id eſt mendaces, ſiue fallaces: hoc eſt fallent Reges Iſrael, qui fruſtrabuntur ſpe ſua. Iשſraℵél. ישראל: .i. Iuda. Nomẽ vniuerſale pro ſpeciali nam Iuda continetur ſub Iſraele. 15 Hæredem היורש poſſeſſorem. i. qui te poſſideat, nempe Regem Aſſyriæ, quem ſum inſtituturus hæredem regni Iſrael & bonæ partis Iuda, qui te poſſideat,& terram tuam, te abducta in captiuitatem. Veniet *hæres* gloriæ יבוא כבוד .i. qui poſſidebit omnes vrbes munitas & magnificas regionis Iuda, ipſis expugnatis. vide 2. Reg. 18. c. 13. ita doctus inter Hebræos. Alii, veniet gloria. Sic vocat Regem Aſſyrium ironicè: qui erit maximo dedecori non ſolum tibi, ſed etiam toti Iſraeli.

16 Decalua teip.&c. קרחי וגזי וגו׳ Depila te,& tõde *cæſariem tuam* propter filios tuos delicatos. q.d. habebis iuſtã cauſam lugendi ac mœrendi, eúmque luctum ſiue mœrorem oſtendẽdi ſigno quodam exteriore, ob diram calamitatem & miſeriam quæ imminet ciuibus tuis delicatis. i. tibi chariſſimis. Dilata caluitium tuum הרחבי קרחתך Hebraiſmus, decalua[ſiue depila]te omnino. Solet aquila in ſenectute immutare pennas,& recipere nouas, ideo dicitur quaſi reuiuiſcere. tũc habet caput ferè implume. Decaluatio(ait doctus inter Hebræos) eſt euulſio crinium: tonſio autem fit opera nouaculæ, aut forcipum. Demigrauerunt גלו Præt. Heb. pro fut. demigrabunt, ſub. filii tui,& in captiuitatem ibunt.

IN CAPVT II.

1 Iniquitatem, און vanitatem. Et operantibus ופועלי Id eſt ſtatuentibus apud ſe opprimere proximos pauperes. In lectis enim maximè licet vacare cogitationibus, quòd ſenſus occupati non ſint. Faciunt illam: יעשוה Fut. Heb. pro præſ. Illam, nempe cogitationem. Nomen verbale comprehenſum eſt in חושבי.

2 Quòd ſi concup.&c. וחמדו וגו׳ Ad verbum, Et concupiſcent agros,& rapient. Si(inquit)teneantur deſiderio aliquarum rerum, mox occupant illas aut vi, aut aſtutia quadam. Aut domos, tunc tul. ובתים ונשאו Ad verbum,& domos,& tulerunt.

3 A quo non remouebitis אשר לא־תמישו וגו׳ Ad verbũ, quo non remouebitis de ibi. Redundat IBI, & DE præcedenti iungendum, de quo non remouebitis,&c. i. non poteritis ſubducere. q.d. nõ poteritis erui ab illo. Erecta ceruice, רומה Ad verbum, *in* altitudine. i. erecti, more ſuperbientium, & qui ſibi nimium placent. Chaldæus paraph. erecta ſtatura.

ce: quòd tempus malum ſit.

4 In die illa″ſumet *lamentator* ſuper vos parabolam,& lamentabitur lamẽtum lamentationis:′dicet,″Vaſtando vaſtati ſumus, partem populi mei″cõmutauit:′ quomodo remouit à me *quos ſperabamus nobis* reſtitui,agros noſtros? *hoſtis* diuiſit *ſibi*.

5 Idcirco nõ erit″tibi qui proiiciat funiculum in ſortem in cœtu Iehouæ.

6 ′Ne ſtilletis, ſtillabunt:′non ſtillabunt iſtis , non apprehendent *eos* ignominiæ.

7 ″O quæ diceris domus Iayacób, ′nunquid abbreuiatus eſt Spiritus Iehouæ? ″an iſta *ſunt* opera eius? nónne vèrba mea benefaciunt rectè ambulanti?

8 ″Qui antea populus meus, tanquam ſit hoſtis ″inſurgit cõtra veſtem:′pallium expoliatis à trãſeuntibus confidenter ′*qui* reuertuntur è prælio.

9 Vxores populi mei *pauperis*′eiicitis ″è domo delectationũ ſuarũ: à paruulis earum aufertis″decus meum perpetuum.

10 Surgite *ergo*,″& abite,″non enim iſta *erit* requies:″quia eſt immũda corrumpet *uos*,& *quidem* corruptione forti.

11 Si *fuerit* quiſpiam′qui ambulet *per uiam* venti,″& mẽdacium mentitus fuerit,*dicendo*,″Stillabo tibi pro vino,aut שׁſechár,″is erit ſtillãs populo iſti.

ambulabitis ſuperbi: quoniam tẽpus peſſimum eſt.

In die illa ſumetur ſup vos parabola,& cantabitur canticum cum ſuauitate dicẽtium, Depopulatione vaſtati ſum⁹, pars populi mei commutata eſt:quomodo recedet à me: quum reuertatur q̃ regiones noſtras diuidat? B

Propter hoc non erit tibi mittẽs funiculum ſortis in cœtu Domini.

Ne loquamini loquentes, Non ſtillabit ſuper iſtos , non comprehendet confuſio.

Dicit domus Iacob,Nũquid abbreuiatus eſt Spiritus Domini, aut tales ſunt cogitationes eius ? nónne verba mea bona ſunt cum eo qui rectè graditur?

Et ecõtrariò pòpulus meus in aduerſarium conſurrexit, déſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis: & eos qui trãſibant ſimpliciter,conuertiſtis in bellum. C

Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum: à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum.

Surgite, & ite, quia nõ habetis hìc requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine peſſima.

Vtinam non eſſem vir habens Spiritum,& mẽdacium potius loquerer: ſtillabo tibi in vinum,& in ebrietatẽ: & erit ſuper quem ſtillatur populus iſte.

4 Sumet *lamentator*,&c. ישא עליכם וגו׳ Singul. Heb.pro plur.aſſument: & geminat verba ad maiorem expreſſionem mœroris animi.i. conſcribent multi lamentationes ſuper afflictione veſtra,ſiue propter afflictionem veſtram. Lamentationem autem ideo vocauit parabolam,quòd in lamentationibus vtantur parabolis & ænigmatibus, hoc eſt ſermonibus figuratis, quos doctus inter Hebræos vocat abſtruſos, hoc eſt difficiles. Dicet, אמר Præt.Heb.pro fut. Vaſtando vaſtati ſumus, שדוד נשדונו Id eſt prorſus actum eſt de nobis. In lamentationibus omnia confunduntur,& numeri,& perſonæ,& tempora & genera.referũt enim verba hominis perturbati. Cõmutauit: ימיר ſub.Dominus.i.tradidit poſſidendam alteri Domino, nempe hoſtibus noſtris. Quomodo remouit,&c. איך ימיש לי וגו׳ Doctus inter Hebræos ſic exponit hunc locum , quem & ſequuti ſumus, Quomodo id fiet vt auferat à me hoſtis quod meum erat? Dum putabam Deum velle nobis reſtituere agros noſtros quos occupabant hoſtes, tum ipſi detinebãt illos,ac diuidebant inter ſe. Alii vertunt, Quomodo *ergo* auferet mihi, vt reſtituat agros noſtros quos partitus eſt *hoſtis*?i. quomodo id continget vt auferat illam portionem Dominus ab inimicis noſtris,reſtituátque nobis agros noſtros quos illi iam inter ſe diuiſerũt? Alii, Quomodo aufert quod meum eſt,& agros nobis reſtituẽdos diuidit *inter ſe hoſtis*? Alii,quomodo quod ablatum eſt mihi,vendicabo?agros noſtros diſtribuit.

5 Tibi לך Alloquitur iniquos illos qui iniuſtè occupabant agros ac domos aliorum. Non habebis(inquit)hæredem qui partiatur hæreditatem quæ tibi ſorte obueniat inter electos,hoc eſt qui ſortiatur hæreditatem cum aliis.

6 Ne ſtilletis,ſtillabunt: אל תטיפו יטיפון Ne loquamini,dicunt.Stillare eloquium dicunt Hebræi, pro loqui,aut prophetare. Plena loquutio legitur Iob.29.d.22,Et ſuper eos ſtillabit eloquium meum. Futurum ſecundo loco poſitum pro præſ. Ne ſtilletis,ſtillant. vel ſtillare ſolent.aut dicere,nempe Prophetis.id eſt dicunt veris Prophetis, Nolite prædicere nobis futuras calamitates ac miſerias noſtras. Non ſtillabunt,&c. לא־יטיפו וגו׳ Singul. יסג pro plur. & ISTIS pro VOBIS poſitum. non prophetabunt vobis, *propterea* ignominiæ non apprehendent vos. Vel vt alii vertunt, *quaſi ſi* non loquantur iſtis,non apprehenſuræ ſint *eos* ignominiæ. per ironiam dictum. q.d.etiamſi nõ prædixerint vobis futuras calamitates,nihilo tamen minus euenient,neque liberabuntur. Alii vertunt,*certè* non loquentur iſtis,ne aſſequantur eos ignominiæ.id eſt priuabo eos verbo meo, & ita ignominiæ non aſſequentur Prophetas meos, hoc eſt,non afficientur ignominia ab illis.Contumeliis enim afficiebantur veri Prophetæ ſiquando aduerſa vaticinarentur.

7 O quæ diceris האמור O quæ dicebaris.id eſt,O quæ antea gloriabaris de religione & fide. Nũquid abbreuiatus eſt Spir. הקצר רוח Id eſt an minor,aut contemptior eſt Spiritus prophetiæ, quàm fuerit olim? An iſta ſunt opera e. אם־אלה מעלליו q.d.non.Huius verſus hæc eſt ſententia,O vos Iſraelitæ,nomine tantum,non re,nónne facile poteſt Dominus mittere Prophetas vt olim, etiam ſi illis ſilẽtium imponatis? De Spiritu prophetico hoc intelligitur. Nunquid quæ vobis eueniunt mala,à Deo ſunt, ſiue à Spiritu Dei? vel,num malorum quæ vobis accidunt,cauſa eſt Deus,ſiue Spiritus Dei,qui ea prædicit per Prophetas,& non potius vos? q.d.tantum prædicunt vobis aduerſa,nõ autem ſunt eorum cauſa,ſed peccata veſtra ſunt cauſa aduerſorum omnium. Nónne Dei eſt[id eſt meum:mutatio perſonæ]prædicere ventura?nónne prædicere ſoleo bona euentura iis qui obſeruant mandata mea?q.d.Verba Dei neminem malis afficiunt,ſed bonis.

8 Qui antea pop.m. ואתמול עמי Ad verbum,Et heri populus meus. Quidam,Equidem non adeò pridem populus meus. Inſurgit יקומם Fut.Heb.pro præſ.Iterum taxat vehementer auaritiam ac iniuſtitiam eorum. Pallium expoliatis אדר תפשטון ornamẽtum detrahitis.Mutatio perſonæ,& fut.Heb.pro præſ.Alii,decus detrahitis.ſic dictum pallium quòd nos ornet.q.d.Populus meus,tanquam ſit hoſtis,conſpecta veſte aliqua pauperis pulchra,inſurgit vt vi auferat:ornamentum præterea detrahit ab iis qui iter faciunt per regionem ſuam nihil tale cogitantibus,nec metuentibus tanquam finito bello,pacéque compoſita. *Qui* reuertuntur è præl. : שובי מלחמה Ad verbum, reuerſis *è* bello. Quidam vertunt,*uelut hi qui* reuertuntur à bello.ſunt enim ſanguinarii & raptores.

9 Eiicitis תגרשון Fut.Heb.pro præſ.expellitis.interfectis ſcilicet maritis,aut patria pulſis. E domo delectationum ſ. מבית תענוגיה Id eſt in qua diu habitauerant cum maritis ſuis in magna charitate & dilectione coniugali.vel in qua viuebant in deliciis. Decus meũ perpetuum. : הדרי לעולם Id eſt dirimitis coniugium ipſorum parentum,quod eſt mihi decori perpetuo.

10 Et abite, ולכו ſub.in captiuitatem. Non enim iſta *erit* requies: כי לא־זאת המנוחה q.d. De terra veſtra dixeram, Pſal.132.c.14,Hæc requies mea,&c.hic habitabo in ſeculum.nunc autem propter iniquitates veſtras non iam vltra erit veſtra hæreditas & requies,in qua ſperabatis vos ſemper manſuros.ſurgite,abite ab ea:non diu habitabitis hìc. Quia eſt immunda,&c. בעבור טמאה וגו׳ *nam* propter contaminationem corrumpet *uos terra ipſa*,& quidem corruptione vehementi.vel,propter pollutionem,diſperdet *uos* perditione forti.vel,magna, ingenti,& acerba.i.euomet.Metaphora à ſtomacho reiiciente cibum quem ferre non poteſt.

11 Qui ambulet,&c. הולך רוח qui ambulet *in* vento. Quidam vertunt, *in* vanitate. Vanum hominem intelligit. Et mendacium mentitus fue. ושקר כזב Præt.Heb.pro præſ.& falſitatem mentiatur.i.falſum dicendo mentiatur. Stillabo,&c. אטיף וגו׳ vaticinabor. .i.prædicam quod erit tibi conducibile & gratiſſimum,ſi dederis mihi vinum,aut ſiceram.hoc eſt, Qui prædicet euentura quæſtus gratia.

Is erit ſtillans והיה מטיף is erit vates. id eſt Populus iſte ſtolidus habebit eum pro vate. Ad verbum, & erit ſtillans. ו loco relatiui. niſi per CERTE vertas.

D 12 Congregatione cõgregabo Iacob totum te:in vnum conducã reliquias Iſrael,pariter ponam illum quaſi grege in ouili, quaſi pecus in medio caularum , tumultuabuntur à multitudine hominum.

13 Aſcendet enim pandens iter ante eos,diuident,& trãſibunt portam, & egredientur per eam : & trãſibit Rex eorum coram eis: & Dominus in capite eorum.

Cap. III.

1 ET dixi, Audite principes Iacob,& duces domus Iſrael, Nũquid non veſtrum eſt ſcire iudicium?

2 Qui odio habetis bonum,& diligitis malum:qui violẽter tollitis pelles eorum déſuper eis, & carnem eorum déſuper oſſibus eorum?

3 Qui comederunt carnẽ populi mei, & pellẽ eorum déſuper excoriauerũt: & oſſa eorum confregerunt,& conciderunt ſicutin lebete,& quaſi carnem in medio ollæ.

4 Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos :& abſcõdet faciem ſuam ab eis in tempore illo , ſicut nequiter egerũt in adinuentionib⁹ ſuis. B

5 Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducũt populum meum: qui mordẽt dentibus ſuis,& prædicãt pacẽ: & ſiquis nõ dederit in ore eorum quippiam,ſanctificãt ſuper eũ prꝫliũ.

6 Propterea nox vobis pro viſione erit , & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies.

C 7 Et confundentur qui vident viſiones,& confundentur diuini: & operient omnes vultus ſuos , quia non eſt reſponſum Dei.

8 Veruntamen ego repletus ſum fortitudine Spiritus Domini , iudicio & virtute:vt annuntiẽ Iacob ſcelus ſuũ, & Iſrael peccatum ſuum.

9 Audite hoc principes dom⁹ Iacob, & iudices domus Iſrael: qui abominamini iudiciũ,& omnia recta puertitis.

10 (Qui ædificatis Sion in ſanguinibus,& Ieruſalem in iniquitate.

12 'Congregando congregabo te,totum Iayacób,colligendo colligam reſiduum Iשſraxél,ſimul ponam illum veluti pecus Boxſráh, tanquam gregem in medio caulæ ſuæ ,'tumultuabuntur *urbes* præ hominibus.

13 'Aſcendet"effractor ante ipſos: frangent,& tranſibunt:'portam, & egrediẽtur per eam: tranſibítque Rex eorum ante eos : Iehouáh autem *antea erat*"in capite eorum.

Cap. III.

Cõtra principũ tyrannidem.

1 D'Ixi autem, Audite quæſo"capita Iayacób, & duces dom⁹ Iשſraxél,Nónne veſtrum erat ſcire"iudicium?

2 '*Atqui ipſi ſunt* qui odio habẽt bonũ,& diligunt malum: 'qui rapiũt pellem eorum ab ipſis,& carnem eorum ab oſſibus ipſorum.

3 Et qui"comedunt carnem populi mei , & pellem eorum ab eis detrahunt:oſſa quoque illorum confringunt , & concidunt quaſi *iniicienda* in lebetem,& velut carnes intra ollam.

4 'Tunc clamabunt ad Iehouam,& non exaudiet eos,ſed abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo,"quẽadmodum mala reddiderunt opera ſua.

Contra pſeudo prophetas.

5 Sic dixit Iehouáh de prophetis'qui errare faciũt populũ meum, 'qui mordent dentibus ſuis,& prædicãt pacem :"& *contra eum* qui nõ dederit *eſcam* in os eorum,"præparant bellum.

6 Propterea nox *erit* vobis"ex viſione,"& tenebræ erunt vobis à diuinando : occumbétque ſol ſuper prophetas ipſos, & obtenebreſcet ſuper eos dies.

7 Et pudore ſuffundentur 'vates , erubeſcéntque diuini , & operient"labrum ſuum omnes ipſi,quòd non ſit"verbum Dei.

Prophetæ Deĩ authoritas.

8 "Ego verò repletus ſum robore "Spiritus Iehouæ , & iudicio, & fortitudine,vt annuntiem ipſi Iayacób præuaricationem ſuam,& ipſi Iשſraxél peccatum ſuum.

Rurſum in primatum ſcelera.

9 Audite quæſo hoc,capita domus Iayacób, & duces domus Iשſraxél,"qui abominamini iudicium,& omne rectum"peruertitis.

10 'Qui ædificatis *in* xSiión *domos* ſanguine , & *in* Ieruשſaláim" iniquitate.

12 Congregando congreg. אסוף אאסוף Hebraiſmus,Proculdubio colligam:hoc eſt,Efficiam vt cogente hoſte congregemini in vrbibus veſtris munitis,quas ille obſeſſurus eſt. Quidam Hebræorum hos duos verſiculos exponunt de conſolatione ob futuram reductionem captiuitatis Iſraeliticæ. Tumultuabuntur תהימנה frement.q.d.tanta erit in illis vrbibus multitudo hominũ obſeſſorum, vt ipſi vocẽ ac ſtrepitum tumultuoſum edant. 13 Aſcendet עלה Præterita Heb.pro futuris. Effractor הפורץ qui ſcilicet perrumpit murũ. q.d.Efficiam vt tandem cogamini fugere noctu,perrupto muro vrbis. Portam: שער ſub.frangent inquam. In capite eo. בראשם: Hebraiſmus,antea erat dux eorum & fauebat illis:nunc autem propter peccata ipſorum deſeruit eos.

IN CAPVT III.

1 Dixi autẽ, ואומר Itaque dixi. Capita ראשי principes. Iudicium? משפט: .i.ius, ſiue iuſtitiam, id quod æquũ & iuſtũ eſt.

2 *Atqui ipſi ſunt* qui odio habent שונאי Participia quæſi ad præcedẽtia referantur,verti debent in ſecunda perſona: ſi ad ſequentia,intertia vbi dicitur,Et qui comedunt. ſiue deuorant. Qui rapiunt גוזלי qui detrahunt. Ad verbum,rapientes.id eſt detrahentes.

3 Comedunt אכלו Præterita Heb.pro præſentibus,Et qui deuorant.

4 Tunc אז Nempe tempore tribulationis,quum venerit Dominus in iudicium cum illis,ſumpturus pœnam de ipſis ob iniuriam illatam pauperibus. Quemadmodum,&c. כאשר הרעו מעלליהם: ſicut malis affecerunt *pauperes* operibus ſuis.quæ ſcilicet ſuprà recenſui.

5 Qui errare faciunt המתעים qui ſeducunt. Qui mordent,&c. הנושכים וגו' Hoc eſt,qui ventri & gulæ dediti ſunt.i. qui ventris & quæſtus gratia prædicunt proſpera.In hunc ſenſum vertit Chaldæus paraph. Quiſquis dederit illis particulam carnis,prophetant illi pacem. Alii,Qui quum ſimulent amicitiam,maximè lædunt ac nocent.i.reuera ſunt inimici.q d.qui oſculando mordent.Pacem vocat proſpera ac fœlicia. Et *contra eum*,&c. ואשר לא־יתן וגו' & qui non dederit *illis quod petunt* iuxta os eorum , mox ſanctificant contra eum bellum. Fut.Heb.pro præt.ſanctificant,vel præparant.Os capitur pro verbo. id eſt iuxta petitionem illorum. Sanctificare contra aliquem bellum, eſt eum oppugnare,& aduerſus illum tragœdias excitare. Vel potius,annuntiare futurum bellum.

6 Ex viſione, מחזון à prophetia illa.i.Pſeudoprophetia veſtra pariet vobis noctem ac tenebras. hoc eſt,Qui antea eratis in magna authoritate & proſperitate,eritis poſthac contemptui omnibus & in extrema miſeria. Et tenebræ,&c. וחשכה לכם מקסום & obtenebreſcet vobis *ſol* propter diuinare.i.propter diuinationem illam veſtram.Eſt enim infinitiuus Heb. Per lucem, ſiue ſolem, intelligit fœlicitatem ac proſperitatem:& per tenebras,aduerſitatem,calamitatem,& miſeriam.

7 Labrum ſuum על שפם ſcilicet ſuperius.Quidam vertunt,pilum ſuperioris labri ſui.i.contegent veſte os ſuum more erubeſcentium, aut lugentium. Verbum מענה reſponſum.ſub.in ore eorum.i.quòd ſint mendaces & fallaces.

8 Ego verò ואולם אנוכי Ad verbum,Et quidem ego.q.d.Ego non ſum eius ſortis ac conditionis qua vos eſtis. Spiritus את־רוח à Spiritu.את pro מן. 9 Qui abomin.iud. המתעבים משפט Ad verbum,abominantes iudicium.q.d.qui eſtis illi qui abhorrent à iudicio,hoc eſt iure & æquitate. Peruertitis.: יעקשו Fut.Heb.pro præſ.& mutatio perſonæ.peruertere ſoletis.

10 Qui ædific.&c.בונה ציון בדמים Ad verbũ,AEdificans Sion in ſanguinibus.pro, Quiſque eorũ ædificat in Sion ſanguine.i.extruit domum magnificam opibus & ſubſtantia pauperum.Sunt enim illis opes velut ſanguis. Alii,Sanguine.i.pretio ſanguinis, hoc eſt vitæ, quòd fauerint homicidis pro pecunia. Iniquitate. בעולה: .i.pecunia,iniuſtitia & rapina comparata & collecta.

11 (Capita eius″munere iudicant,& ſacerdotes eius pretio″docent, & prophetæ eius argento diuinant, & *interim* Iehouæ innituntur,dicendo, Nònne Iehouáh eſt in medio noſtri ? *ideo* non veniet ſuper nos malum.)

Ieruſalem deſtructio.

12 Idcirco propter vos,xSiión *ut* ager arabitur, & Ieruשſaláim *in* aceruos erit,″& mons domus″in excelſa ſyluæ.

Cap. IIII.

Prophetia de Chriſto, Eccleſia, & verbo Dei.

1 ET erit,in nouiſſimo dierum erit mons domus Iehouæ″præparatus in vertice montium,″& altior erit collibus, cōfluéntque ad eum populi.

2 Et ibunt Gētes multæ,dicéntque,Venite,″& aſcēdamus ad mōtem Iehouæ,& ad domum Dei Iayacób: & docebit nos″vias ſuas, ″& ambulabimus in ſemitis eius:″ nam de xSiión egredietur Lex, & verbum Iehouæ de Ieruשſaláim.

3 Et iudicabit inter populos multos, corripiétque gentes fortes ″vſque in longinquum:″& concídent gladios ſuos in ligones,& haſtas ſuas in falces:non leuabit gens contra gentē gladium, nec diſcent vltrà bellum.

4 ″Et manebunt quiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua,nec erit qui exterreat:quia os Iehouæ exercituum loquutum eſt.

5 Omnes enim populi ambulabunt quiſque in nomine″dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine Iehouæ Dei noſtri in ſeculum″& vltrá.

Iſraelitarum vocatio in regnum Chriſti.

6 In die illa, dixit Iehouáh, congregabo″claudicantem:″& eiectā congregabo,″& quam afflixi.

7 ″Ponámque claudicantem illam in reliquias:& procul eiectam in gentem robuſtā:regnabítque Iehouah ſuper eos in monte xSiión,ex eo tempore & vſque in ſeculum.

Eccleſiæ confirmatio aduerſus hoſtes.

8 Tu autem″turris gregis,turris filia xSiión,vſque ad te veniet: & accedet dominium″primum,″regnum ipſi filiæ Ieruשſaláim.

9 Nunc vtquid″vociferaris vociferationem?nunquid Rex non eſt in te?num conſiliarius tuus periit,quòd apprehendit te″dolor tanquam parturientis?

10 ″Dole,& ingemiſce filia xSiión veluti parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate,& habitabis in agro,veniéſque vſque ad Babél:ibi eruêris,ibi redimet te Iehouáh de manu inimicorū tuorū.

11 (Principes eius in muneribꝰ iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant,& prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominū requieſcebant,dicentes, Nunquid non Dominus in medio noſtrum?non venient ſuper nos mala.)

Ezech.22.f.27
Soph.3.a.3.
D

12 ‖Propter hoc,cauſa veſtri,Siō quaſi ager arabitur,& Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

Ierem.26.f.18

Cap. IIII.

1 ET erit,‖in nouiſſimo dierum erit mons domus Domini præparatꝰ in vertice montium,& ſublimis ſuper colles:& fluent ad eum populi.

Eſa.2.a.2.

2 Et properabūt Gētes multæ, & dicent,Venite, aſcendamus ad mōtem Domini,& ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius: quia de Sion egredietur Lex, & verbū Domini de Ieruſalem.

3 Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſque in lōginquum:& concidēt gladios ſuos in vomeres,& haſtas ſuas in ligones:nō ſumet gens aduerſus gentem gladiū, & non diſcent vltrà belligerare.

B

4 Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuā & ſubtus ficum ſuam,& non erit qui deterreat:quia os Domini exercituū loquutum eſt.

5 Quia omnes populi ambulabūt vnuſquiſque in nomine dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei noſtri in æternum & vltrá.

6 In die illa dicit Dominus,cōgregabo claudicantem:& eam quam eieceram,colligam,& quam afflixeram.

7 ‖Et ponam claudicantem in reliquias:& eam quæ laborauerat,in gentem robuſtā:‖ & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion,ex hoc nunc & vſque in æternum.

Soph.3.d.19
Dan.7.d.14
luc.1.c.33
C

8 Et tu turris gregis, nebuloſa filiæ Sion vſque ad te veniet: & veniet poteſtas prima regnum filiæ Ieruſalem.

9 Nunc quare mœrore contraheris? nunquid Rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor ſicut parturientem?

10 Dole,& ſatage filia Siō quaſi parturiēs: qa nūc egredieris de ciuitate, & habitabis ī regione, & venies vſq; ad Babylonē,ibi liberaberis:ibi redimet te Dominꝰ de manu inimicorū tuorū.

---

11 Munere iud. בשוחר ישפוטו Futura Heb.pro præſentibus,pro muneribus iudicant.id eſt pro illo qui affert munus. Docent, יורו Id eſt pecunia accepta docent,non veritatem,ſed quæcunque placent iis quos docent.

12 Et mons domus והר הבית Id eſt mons in quo conſtructū eſt templum. In excelſa לבמות .i.tumulos.q.d.Sion omnino deſtruetur,& tandem more agrorum arabitur,Ieruſalem redigetur in aceruos lapidum,& in ruinam:& locus templi ſimilis erit collibus ſyluarum, in quibus creſcunt herbæ & arbores.id eſt erit ſylua.

IN CAPVT IIII.

1 Præparatus נכון apparatus.ſtabilis,ac firmus.Manifeſtiſſima de Chriſto & ipſius Eccleſia prophetia. Similis apud Eſaiā,cap.2.a.1,prophetia,quam conferre potes cum iſta. Et altior erit coll. ונשא הוא מגבעות Ad verbum,& exaltatus præ collibus. vel,eleuatus.i.ſublimior erit collibus. 2 Et aſcendamus ונעלה vt aſcendamus. Vias ſuas, מדרכיו de viis ſuis.i. docebit nos aliquot viarū ſuarum,hoc eſt quid agere debeamus. Nam de xSiión כי מציון Sunt verba Prophetæ,non gentium.

3 Vſque in longinquum: עד־רחוק Chaldæus paraph,vſque in ſeculum.i.in perpetuum,vel longo tempore. Et concident gla. &c. וכתתו חרבותיהם לאתים & contundent enſes ſuos in marras.vt ex illis faciant inſtrumenta agriculturæ.

4 Et manebunt וישבו Et ſedebunt.vel,Et habitabunt.

5 Dei ſui: אלהיו deorum ſuorū.Hebraiſmus,Ambulare in nomine dei ſui,pro Colere deum ſuū.Vt etiam(inquit)alii populi colant ſua idola,ſed tamen colemus Deū noſtrum perpetuò.Iudæorū ſunt verba. Et vltrá. : ועד & *in* æternū.vel,in ſempiternū,vt Pſal.9.a.6,& 10.d.16. 6 Claudicantē: הצולעה Sic vocat Iſraelē in captiuitate.velut infirmū,claudum,& dolentē.qui enim eſt in anguſtia,perinde eſt acſi eſſet claudus.Sic Dauid,Pſal.35.c.15,Sed ipſi in claudicatione mea lætati ſunt.Hæc doctus inter Hebræos. Et eiectam והנדחה & propulſam.vel expulſam. Et quam afflixi. : ואשר הרעותי & cui malefeci.ſub.eam bonis afficiam.vel,ei multa bona conferā.Alii referunt ad præcedentia,colligam quam afflixi. 7 Ponámque,&c. ושמתי וגו' Hebraiſmus, Dabo illi prolem magnam, ac magnum numerum nepotum. 8 Turris gregis, מגדל־עדר Annotat doctus inter Hebræos,Turrim Dauidis ſic vocari,quòd Iſrael comparetur gregi ouium multis in locis. Sion autem & Ieruſalem eſt locus totius Iſrael, in quo congregabantur ter in anno: erántque in ea, velut grex in medio caulæ ſuæ:ipſáque erat caput regni. Primum, הראשונה priſtinum.i.regnum Dauidis reſtituetur Eccleſiæ.nam ex Dauide naſciturus erat Chriſtus. Regnum,&c. ממלכת וגו' Iſtud addidit ad rei corroborationem.

9 Vociferaris vociferationem? תריעי רע Fut.Heb.pro præſ.Vociferationem luctuoſam ſignificat.i.edis vocem lugubrem ac mœſtam. hoc eſt,ingemiſcis? Dolor tanquam part. : חיל כיולדה .i.quòd tanto dolore conficiaris?cur tantopere diffidis & times tibiipſi?

10 Dole,& ingemiſce חולי וגוחי Quidam hæc imperatiua conuertunt in futurum,Dolebis,ac ſuſpirabis.

D 11 Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ, quæ dicunt, Lapidetur: & aſpiciat in Sion oculus noſter.

12 Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerũt conſilium eius: quia congregauit eos quaſi fœnum areæ.

13 Surge, & tritura filia Siõ: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorũ Domino vniuerſæ terræ.

Cap. V.

1 NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos: in virga percutient maxillam iudicis Iſrael.

Matth.2.a.6
ioh.7.f.42

2 |Et tu Bethlehem Ephrátha, paruulus es in milib⁹ Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio, à dieb⁹ æternitatis.

3 Propter hoc dabit eos vſque ad tẽpus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael.

4 Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terræ. B

5 Et erit iſte pax: Aſſyrius quum venerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris: & ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines.

6 Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur quũ venerit in terram noſtram, & quum calcauerit in finibus noſtris.

C 7 Et erũt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbã quæ non expectat virum, & non præſtolatur filios hominum.

8 Et erunt reliquiæ Iacob in Gẽtibus in medio populorum multorũ, quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorũ: qui quum trãſierit, & conculcauerit, & ceperit, non eſt qui eruat.

9 Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

11 Nunc autem congregauerunt ſe ſuper te gentes multæ, quæ dicunt, ″Peccabit: & aſpiciet in xSiión oculus noſter″ *quod optat*.

12 Ipſi autem ′non cognouerunt cogitationes Iehouæ, nec intellexerunt conſilium eius: quia ′congregauit eos′ tãquam manipulum in aream.

13 Surge, ″& tritura, filia xSiión: nam cornu tuum ′ponam ferreũ, & vngulas tuas ponam æreas: cõminuéſq; populos multos, ″& interficiam ipſi Iehouæ deſiderium eorum, fortitudinémque eorum Domino vniuerſæ terræ.

Cap. V.

Imminẽs vrbis Ieruſalem vaſtatio.

1 N″Vnc cõgregabis teipſam, ô filia turmarum: obſidionem ″poſuit aduerſum nos: virga percutient ″maxillã iudicis Iωſraɴél.

Chriſtus dux.

2 Tu autem Beth-léhem ″Ephráthah, ″paruula es vt ſis in milibus Iehudáh: ex te *tamen* mihi egredietur vt ſit dominator in Iωſraɴél, ′& egreſſus eius ab initio, ″à diebus ſeculi.

3 Propterea ′dabit eos vſque ad tempus *quò* parturiens parit, ″& reſiduum fratrum eius conuertetur cum filiis Iωſraɴél.

4 ″Et ſtabit, & paſcet *eos* in fortitudine Iehouæ, ″in ſublimitate nominis Iehouæ Dei ſui, ″manebúntque: nunc enim ″magnificabitur vſque ad terminos terræ.

5 Erítque iſte pax: Aωſſúr quum venerit in terrã noſtram, & quũ calcauerit in palatiis noſtris, ″& ſuſcitabimus aduerſus eum ″ſeptẽ paſtores, ″& octo principes hominum.

6 Et confringent terram Aωſſúr gladio, ″& terrã Nimród gladiis ſuis: ′eruétque ab Aωſſúr quum ′venerit in terram noſtram, ″& calcauerit fines noſtros.

Reliquiarum Iſrael exaltatio.

7 Et erit reſiduum Iayacób in medio populorum multorum ſicut ros *immiſſa* à Iehouáh, tãquam imbres *decidentes* ſuper herbã, quos non expectat *quiſquam* ab homine, nec præſtolatur à filiis hominũ.

8 Erítque reſiduum Iayacób inter Gentes, in medio populorum multorũ, vt leo inter animalia ſyluæ, vt catulus leonis inter greges pecorum: qui ſi trãſierit, ″& conculcauerit, & rapuerit, non eſt qui eruat.

9 Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui ſuccidentur.

11 Peccabit: תחנף Id eſt, futurum eſt vt peccet, & propter peccata ſua peritura ſit.

12 Non cogno. לא ידעו non norunt. neſciunt. quòd ſcilicet Dominus velit populum ſuum multas tribulationes pati. Cõgregauit e. קבצם congregaturus eſt eos. Præt. Heb. pro fut. Tanquã manip. כעמיר Singul. Heb. pro plur. tanquã manipulos. i. quemadmodũ cõgregare ſolent manipulos vt poſtea triturent eos in area. 13 Et tritura, ודושי .i. calca illos. Ponam אשים .i. reddam. q. d. dabo tibi virtutem victricem & inexpugnabilem. Et interficiam, &c. והחרמתי וגו' & tanquã anathema conſecrabo Domino opes eorum, & ſubſtantiam [opes] eorum, &c. Deus de ſe loquitur in tertia perſona.

IN CAPVT V.

1 Nunc congregabis, &c. עתה תתגודדי וגו' Iam congregaberis ô filia turmæ. i. turmarũ. legionum. copiarum. Prædicit futuram deſtructionem ſub Tito & Veſpaſiano quæ ſequuta eſt primã illam perſequutionem Eccleſiæ poſt mortẽ Chriſti. Alloquitur autem Romam, O Roma quæ multas habes legiones, congregabis turmas & legiones tuas vt venias oppugnatum Ieruſalem. Quidã vertunt, Nunc turmis cingeris ô filia turmæ. vel exercitus. i. O Ieruſalem quæ tot milia educebas in prælium. aut, cuius potentiores irruebant turmatim in pauperes. Poſuit שם Præt. Heb. pro fut. ponet. i. cinget nos obſidione Romanus imperator. Maxillam iud. על הלחי את שופט in gena iudicẽ. Singul. pro plur. i. primores, & magnates, ſiue qui maiore pollebunt authoritate inter eos. In gena percuti, eſt ignominioſum.

2 אEphráthah אפרתה .i. quæ alio nomine diceris Ephrath, ſiue Ephrathah in tribu Iuda, ad differentiam alterius Beth-lehem quæ erat in tribu Zabulon. Vide Gloſam noſtram ordinariam in Matthæum cap. 2. a. 6. Paruula es, &c. צעיר וגו' Hebraiſmus, minor es quàm vt annumerari debeas inter vrbes milium Iuda. Numerus certus pro incerto. Matthæus habet, Nequaquam minima es in principibus Iudæ: reſpiciens dignitatẽ eius, quòd iam in ipſa natus eſſet Chriſtus: & non quantitatem, ſiue molem eius. Et egreſſus eius ומוצאותיו Numero plurali dixit, propter duas naturas in Chriſto, diuinam & humanam. Priore particula, Ab initio, indicauit incarnationem Chriſti qui iam ab initio mũdi promiſſus fuit, vt ſuo tempore ſecundum carnem naſceretur. A diebus ſeculi. : מימי עולם Hebraiſmus, ante ſecula, ante mundum conditum. Hac poſteriore particula ſignificauit emanationem illam à Patre ab æterno & ante ſecula.

3 Dabit eos, &c. יתנם וגו' Hebraiſmus, tradet ſuos in ſummas afflictiones, ſiue, ſinet ſuos affligi non aliter quàm affligi ſolet mulier in ipſo puerperio ſiue partu. Et reſiduũ ויתר & reliquiæ. i. reliqui fratres. q. d. nonnulli Iudæi conuertẽtur ad fidem Chriſti cũ veris Iſraelitis, Patriarchis & Apoſtolis. 4 Et ſtabit, ועמד & conſiſtet. nempe poſt primam illam perſequutionem. In ſublimitate בגאון cum ſublimitate. i. magnificentia. Manebúntque: וישבו habitabúntque. vel ſedebunt. i. permanebunt in fide, ſiue in tranquillitate & quiete. Magnificabitur יגדל .i. augebitur nomen ſiue fama ipſius Chriſti. 5 Et ſuſcitabimus והקמונו tunc ſuſcitabimus. Septem, &c. שבעה וגו' ſeptem paſtores, aut octo, &c. Numerus finitus pro indefinito. i. multos qui reſiſtent aduerſariis.

6 Et terram Nim. ואת ארץ נמרוד .i. regionem Chaldæorum. q. d. ſe ſuis gladiis confodient. Eruétque והציל eripiétque. ſub. Chriſtus. Venerit יבא: Sub. Aſſur. Et calcauerit וכי ידרוך .i. quum tentabit conculcare fines regionis noſtræ.

8 Et conculc. &c. ורמס וגו' Redundans ו, pro, qui ſi tranſierit, conculcabit & rapiet, nec erit qui eripiat. Si tranſierit. i. ſi loco ſe mouerit.

10 Erit præterea in die illa (dixit Iehouáh) ″ſuccîdam equos tuos de medio tui, diſperdámque quadrigas tuas.

A vero Iſraele aufert Deus omnem carnis fiduciam,

11 Et ſuccîdam vrbes terræ tuæ, ac diruã omnes munitiones tuas:

12 Succîdam item maleficia de manu tua, ″& diuinatores non erũt tibi.

13 Succîdam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: neque incuruabis te vltrà operi manuum tuarum.

14 Et euellã lucos tuos de medio tui: diſperdãque ″inimicos tuos.

15 Et faciam in furore & ira vltionem de gentibus quæ ″non audierint.

Cap. VI.

Adhortatio ad audiendũ Dei iudicium aduerſus ingratũ Iſraelẽ.

1 AVdite quæſo quid Iehouáh ″dicat, Surge, ″expoſtula ″cum mõtibus, & audiant colles vocem tuam.

2 Audite montes ″expoſtulationem Iehouæ, ″& fortia fundamenta terræ: quia expoſtulatio eſt ipſi Iehouæ cum populo ſuo, & cũ Iשſraél ″diſceptabit.

3 Popule mi quid feci tibi, & in quo ″laborare feci te? ″loquere cõtra me.

4 ″Quia aſcendere feci te è terra Mizſráim, & è domo ″ſeruorum redemi te, & miſi ante faciem tuam Moשſéh, Aharón, & Miriám.

5 Popule mi, memento ″nunc ″quid cogitauerit Balác Rex Moáb, & quid reſponderit ei Bilyám filius Beyór: *&* ″à שSittím vſque ad Gilgál, vt ſcias ″iuſtitias Iehouæ.

Quæ ſacrificia requirat Dominus.

6 ″Cum quo præoccupabo Iehouam, *&* ″curuabo me Deo excelſo? ″num præoccupabo eum holocauſtis *&* vitulis anniculis?

7 ″Nunquid volet Iehouáh ″milia arietum, *aut* decem milia torrentium olei? ″nunquid dabo primogenitum meum *pro* præuaricatione mea, fructum ventris mei *pro* peccato animæ meæ?

8 ″Indicauit tibi, *ô* homo, quid ſit bonum, ″& quid Iehouáh requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & humiliare te ad ambulandum cum Deo tuo.

10 Et erit in die illa, (dicit Dominus) auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas.

D

11 Et perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas:

12 Et auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te.

13 Et perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuum tuarum.

14 Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas.

15 Et faciam in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

Cap. VI.

1 AVdite quæ Dominus loquitur, Surge, cõtende iudicio aduerſũ montes, & audiãt colles vocẽ tuam.

2 Audiant mõtes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo ſuo, & cũ Iſrael diiudicabitur.

3 Popule meꝰ quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi.

Exod.15.c.16

4 ‖Quia eduxi te de terra AEgypti, & de domo ſeruientiũ liberaui te, & miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aarõ, & Mariam?

Num.22.a.5 & 23.a.7

5 Popule meus memẽto quæſo‖quid cogitauerit Balac Rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor, de Setim vſque ad Galgalam, vt cognoſceres iuſtitias Domini.

B

6 Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelſo? nunquid offeram ei holocauſtomata & vitulos anniculos?

7 Nũquid placari poteſt Dñs in milibus arietũ, aut in multis milibus hircorũ pinguiũ? nũquid dabo primogenitũ meũ pro ſcelere meo, fructũ ventris mei pro peccato animæ meæ?

C

8 Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtique facere iudiciũ, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

10 Succidam equos t. והכרתי סוסיך excidam equos tuos. id eſt auferam. tanquã tibi inutiles, in quibus tamen antea confidebas. Deſcribit vt prædicato Euangelio fideles nulli rei fiderent, ſed ſoli Deo à quo toti penderent. q.d. Non erit tibi poſthac opus omnibus iſtis, nec vlli vſui erunt tibi. nam ſolo Dei verbo & virtute ſecurus ages.

12 Et diuinatores ומעוננים & præſtigiatores. Annotat doctus inter Hebræos, dictionem iſtam ſignificare illos qui præſtringunt oculos, ſiue aciem oculorum. Affert præterea, alium quendam doctum interpretari de illis qui conſiderant tempora & horas, dicentes, Hodie bonum eſt egredi, id eſt peregrinari: Craſtina die bonum erit accipere, id eſt emere, &c. 14 Inimicos t. : עריך ciuitates tuas.

15 Non audierint. : לא שמעו ſub. Euangelium meum. Chaldæus paraph. quia non receperunt doctrinam Legis.

IN CAVP T VI.

1 Expoſtula ריב Hæc dictio ſignificat cõſtituere cõtrouerſiã, iudicio contendere, litigare, iurgare, cauſã agere. Ingratitudinẽ populi Iſraelitici arguit: ſimul etiam videtur taxare ingratitudinẽ eius de non recepto Euangelio. Cum montibus, את־ההרים Per montes & colles, intelligit homines ſupremi ordinis ac ſummæ dignitatis. Alii intelligunt de montibus ipſis & collibus, quòd permaneant, & hac ratione poſſint verè teſtari de operibus Domini.

2 Expoſtulationem את־ריב litem. contentionem. controuerſiam. Et fortia fundamenta ter. והאתנים מוסדי־ארץ & fortia fulcra terræ. per appoſitionem dictum, vt quidam volunt. Aut erit talis ordo, & fundamenta terræ fortia. id eſt montes & colles ipſi. Diſceptabit. : יתוכח Quidam per præſens vertunt, diſceptat. aut, diſceptare cupit.

3 Laborare feci te? הלאתיך moleſtus fui tibi? vel, fatigaui te? Alii, feci vt deſpõderes animum? q.d. Quæ præcepta dedi tibi quæ facere non potueris? Loquere contra me. : ענה בי ſub. ſiquid habes quod dicas. teſtificare aduerſum me.

4 Quia כי Nam. Alii, Certé. Seruorum עבדים .i. de loco vbi ſeruiebas ſeruitutem duram. vel, de loco ſeruorũ, id eſt AEgyptiorum quibus ſeruiebas. Dicunt enim Hebræi, AEgyptios eſſe ſeruos ratione Cham patris ipſorũ: de quo Gen.9.d.25. quo vilior erat ſeruitus.

5 Nunc נא quæſo. Quid cogitauerit מה יעץ quid conſultauerit. vel, quid conſilii ceperit. A שSittím מן השטים Subaudiendũ, memento inquam eorum quæ geſta ſunt à Sittim, &c. Nam illic defeciſtis à me, & cultui Baalpeor dedidiſtis vos. nihilominus tamen paulo pòſt tranſmiſſo Iordane pede ſicco introduxi vos in Terram ſanctam, fixis primùm ,entoriis in Gilgal. Iuſtitias צדקות .i. vt his rationibus intelligas Dominum veracem eſſe in promiſſis, & promiſſiones eius certiſſimas eſſe.

6 Cum quo præoc. במה אקדם Cum qua re præueniam. i. excipiam. Subaudiendum, Si fortè aliquis dicat, Quo, &c. hoc eſt, Cũ quo munere veniam in conſpectum Domini? q.d. Nos quidem fatemur ingratitudinem noſtram, nec volumus venire in iudicium cum Domino: ſed quanam ratione poterimus placare illum? Curuabo me אכף more ſcilicet ſupplicum offerentium. Num præoccupabo eum האקדמנו præueniámne illum. id eſt veniámne in conſpectum eius. Adibóne illum.

7 Nunquid volet, &c. הירצה יהוה וגו׳ Nunquid complacitum eſt Iehouæ in milibus arietum, aut in decem milibus vallium pinguiũ? Hyperbole. Nunquid dabo primog. meum האתן בכורי q.d. Si Dominus nolit omnia illa, offerámne primogenitum meum vt condonet ac remittat mihi tranſgreſſiones meas & peccata?

8 Indicauit הגיד Præt. Heb. pro fut. vt quibuſdam placet. ſub. ille qui indicare poterit, nempe afflatus Spiritu Dei. hoc eſt, Indicabo tibi. Loquitur enim Propheta (vt quidam volunt) de ſe in tertia perſona. Alii, Annuntiauit. ſub. Dominus per Prophetas ſuos, nempe meliorem eſſe obedientiam victimis, 1. Reg.15.e.22. Et quid, &c. ומה־יהוה וגו׳ Quidam interrogatiuè vertunt Et quid Iehouáh requirit à te, niſi vt facias iudicium? &c. i. vt neminẽ lædas, ſed iuſtè viuas, & agas cum omnibus ex æquo & iuſto, ſis liberalis in pauperes, cumque omni deiectione ſerues præcepta Dei? Chaldæus paraph. hanc poſteriorem partem vertit, & ſis humilis ad ambulandum in timore Dei tui.

Vox Domini ad ciuitatem clamat, & ſalus erit timentibus nomen tuum: audite tribus, & quis approbabit illud? 9

Adhuc ignis in domo impii, theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena? 10

Nunquid iuſtificabo ſtatêram impiam, & ſaccelli pondera doloſa? 11

In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. 12

Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis. 13

D Tu comedes, & non ſaturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & nõ ſaluabis: & quos ſaluaueris, in gladium dabo. 14

Deut.28.d.38 agg.1.a.6

|Tu ſeminabis, & nõ metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo: & muſtum, & non bibes vinum. 15

Et cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulaſti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in ſibilũ, & opprobrium populi mei portabitis. 16

Cap. VII.

VAE mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ: non eſt botrus ad comedẽdum, præcoquas ficus deſiderauit anima mea. 1

Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt: omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur. 2

Malum manuum ſuarum dicũt bonum: princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt: & magnus loquutus 3

---

9 Vox″Iehouæ′ad ciuitatem′clamat,″& *uir* ſapiens′videbit nomen tuum: audite *inquit*′virgam, & quis′conſtituerit eam.

10 ′Súntne adhuc″*in* domo impii, theſauri impietate *congregati*,′& modius deficiens deteſtatus *Domino*?

Iſraelis impietates arguit.

11 ′Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam,″& ſacculum põderum doloſorum?

12 ′Cuius *urbis* diuites′repleti ſunt iniquitate, & habitatores eius loquuti ſunt mendacium, & lingua eorum, fraudulẽta in ore ipſorũ.

13 Ego quoque′ægrotare faciam *te* percutiendo te,″deſolabo *te* propter peccata tua.

14 Tu comedes, & non ſaturaberis,′& humiliatio tua *erit* in medio tui:″& tanges *uxorem tuam*, & non eiiciet *conceptum*: & quos′eiecerit, gladio dabo.

15 Tu ſeminabis,″ſed non metes: tu calcabis oliuas, ſed non vnges te oleo:″& muſtum, ſed non bibes vinum.

16 ′Et cuſtodita fuerunt præcepta yOmrí, & omne opus domus Anháb, ambulaſtíſque in conſiliis ipſorum, vt dem te in deſolationem,″& habitatores eius in ſibilum,′& opprobrium populi mei portabitis.

Cap. VII.

1 VAE mihi, quia fui″tãquam collectiones fructus æſtatis,″ſicut racemi vindemiæ: non eſt ′botrus ad comedendum,″primitiua deſiderauit anima mea.

Impiorũ multitudinem & verè piorũ leget paucitatem.

2 Periit″miſericors è terra, & rectus inter homines non eſt: vniuerſi″ſanguini inſidiantur, quiſque fratrem ſuum″venatur reti.

3 ′Pro malo *quod eſt præ* manibus, vt perficiant *illud*, princeps poſtulat, iudéxque″*indicat* propter retributionem,″& magnus loquitur

---

9 Iehouæ יהוה Id eſt Prophetarum Iehouæ. Ad ciuitatẽ לעיר ad ipſam vrbem. nempe Ieruſalem, vel Samariam. Quidã Hebræorũ exponunt לעיר pro להעיר, ad ſuſcitandũ *eos*, vt ſcilicet cõuertantur. vt ſit infinitiuus cũ defectu ה. Clamat, יקרא Fut. Heb. pro præſ. Et *uir* ſapiens ותושיה Ad verbum, & ſapientia. ſic vocauit ſapientem, à permanendo. Videbit nomen tuum: יראה שמך Hebraiſmus, habebit præ oculis nomen tuum. Gallicè dicimus, *Il aura Dieu deuant les yeulx*. q.d. Clamant quidẽ Prophetæ: atſoli ſapientes, & qui cordatiores ſunt, mox audito verbo Dei afficiuntur gloria ipſius, & hortantur alios ad reſipiſcentiam. Nomen, pro gloria. Virgam, מטה ſub. vltionis & vindictæ. i. plagam & afflictionem, vt dicit doctus inter Hebræos. Conſtituerit e.: יעדה indixerit eam. nempe virgam, ſiue plagam. à יעד. Videte (inquit) quæ mala vos maneant, & à quo.

10 Suntne adhuc, &c. עוד האש בית רשע Ad verbum, Adhuc an eſt *in* domo impii. האש, pro היש, deficit י & pro eo poſitum eſt א. Admiratiuè legendũ, Suntne adhuc, &c. audita ſcilicet prædicatione verbi Dei. Quidam Hebræorum exponit, Adhuc [id eſt omnibus diebus] ignis erit in domo impii propter theſauros impietatis. Alius ex doctioribus exponit, Ac ſi dicat, vir nobilis in ciuitate adhuc ſuã retinet impietatem audita voce vocationis, ſũt in domo eius impii: theſauri impietatis. Et modius, &c.: ואיפת רזון זעומה Ad verbũ, & epha tenuitatis ſpretus. id eſt tenuis, macer, macilentus, deficiens, hoc eſt paruus. Quidam vertunt, & modius minor æquo [vel quàm par ſit] deteſtabilis. ſub. Domino. 11 Nunquid iuſtificabo ſtat. האזכה במאזני רשע Nunquid mundus ero cum bilance iniuſta? Ad verbum, impietatis. hoc eſt, Poſſétne aliquis eſſe iuſtus, habens in domo ſua bilances iniuſtas, & pondera doloſa? q.d. Non. Loquitur enim Propheta de aliis in ſua perſona. Et ſacculum pond. ובכיס אבני & cum ſacculo lapidum. Vide Prouerb. 11.a.1, & 16.b.11.

12 Cuius אשר nempe vrbis. Refertur enim ad initium verſus 9, Vox Iehouæ ad vrbem clamat. Repleti ſunt iniquitate, מלאו חמס impleuerunt *domos ſuas* rapto. ſiue rapina. id eſt opibus iniuſtè partis.

13 AEgrotare fa. החליתי Præt. Heb. pro fut. laborare faciam. ſub. te. Prædicit afflictionẽ quam illaturus erat Deus, ac pœnam delinquentium. acſi dicat, ita percutiam vt reddam te ægrotum. Deſolabo השמם Infinit. Heb. pro fut. deſolatum reddam. vel, ſtupidos [ſtupefactos, attonitos] reddam. ſub. eos. id eſt alios, ob multas & acerbas plagas tuas.

14 Et humiliatio tua וישחך & deiectio [depreſſio] tua. id eſt tu humiliaberis hìc in patria tua tanquã vadas in captiuitatem. Et tanges, &c. ותסג ולא תפליט & apprehendet, & non emittet. Multa ſubaudienda, hoc modo, & apprehendet vxor ſemen iniectum, ſed non emittet in lucem fœtum viuum & incolumem. id eſt concipiet vxor tua, ſed non pariet. Eiecerit תפלט emiſerit. i. pepererit.

15 Sed non ולא Ad verbum, & non. Sic mox. Et muſtum ותירוש ſub. calcabis. i. vuas ex quibus exprimitur muſtum.

16 Et cuſtodita fuerunt præ. וישתמר חוקות Ad verbum, Et cuſtoditum fuit præcepta. Verbum ſingulare iunctum nomini plurali, acſi dicat, ſingula præcepta cuſtodiſtis. Quidam per futurum vertunt, Et cuſtodientur ſtatuta Omri. q.d. Nihilominus tamen propter omnes vltiones illas non conuertemini, nec reſipiſcetis, quin potius per omnia imitabimini impietatem, peruerſitatem, mores, ſtudia & opera perdita horum duorum Regum Iſrael improborum ac ſceleratiſſimorũ, meis interim præceptis abiectis ac deſertis. Et habitatores e. ויושביה nempe vrbis veſtræ. Et opprobrium, &c. וחרפת עמי & probrum populi mei. i. quo affeciſtis populum meũ, hoc eſt pauperes & inopes.

IN CAPVT VII.

1 Tanquam collectiones, &c. כאספי־קיץ tanquam collectiones fructuum æſtiuorum. Deplorat Propheta deſolationem Terræ ſanctæ ſub perſona populi Iſraelitici. q.d. Heu me miſerum quòd redactus ſum ad paucum numerum, velut fructus illi qui remanent in arboribus poſt collectionem fructuum. Sicut racemi כעוללות ſicut racemationes. i. ſicut racemi illi pauci qui remanẽt in vineis facta vindemia. Botrus אשכול .i. nulla hic iam doctrina ſancta qua alatur animus. Primitiua deſid. בכורה אותה Singul. Heb. pro plur. & præt. pro præſ. primitias deſiderat. Primitias fructuum. i. fructus optimos ac ſuauiſſimos. hoc eſt doctrinam illam puram & incontaminatam.

2 Miſericors חסיד Id eſt liberalis. q.d. Pauci admodum ſunt qui ſubueniãt pauperibus & egenis, qui liberales ſint in pauperes. Sanguini לדמים .i. quamplurimi vitæ alterius, aut opibus quæ ſunt veluti Sanguis, inſidiantur. Venatur reti.: יצודו חרם Fut. Heb. pro præſ. i. inſidiatur reti non aliter quàm auceps inſidiari ſolet auiculæ, iacto iam reti vt eam decipiat. Verbum eſt plurale.

3 Pro malo, &c. על־הרע ונו׳ Ad verbũ, Super malo *in* manibus ad benefaciendum. ſub. illud. i. Ob iniuriam ac iniuſtitiam quam aliqui habent præ manibus & tractant, vt concinnant illã, princeps petit ſibi munera dari. *Indicat*] Alii ſubintelligunt, fauet illi. Et magnus והגדול & magnates. qui ſcilicet inferioris ſunt dignitatis à principe.

″perditionem animæ ſuæ,″& corroborant illam.

4 Optimus eorum *eſt* vt paliurus, rectiſſimus *illorum aſperior* ſepe ſpinarum: dies *tamen uenit* ſpeculatorũ tuorum: *nam* viſitatio tua venit: ″nunc erit″deſolatio eorum.

Contra veritatẽ ne propinquiſſimis quidem acquieſcendum.

5 Ne credatis amico,& ne confidatis″in maiore *natu fratre*:ab ea quæ dormit in ſinu tuo,″cuſtodi oſtia oris tui.

6 Quia filius″vituperat partem,filia inſurgit in matrem ſuam,nurus in ſocrum ſuam:inimici viri, domeſtici eius.

Suam in Deum fiduciã oſtendit in perſona ſanctorum.

7 Ego autem″ad Iehouã aſpiciam, expectabo Deum ſalutis meæ, audiet me Deus meus.

8 Ne læteris″inimica mea propter me″quòd ceciderim, ſurgam: ″ſi ſedero in tenebris,Iehouáh lux mea *erit*.

9 ″Irã Iehouæ ferã,quoniã peccaui ei:donec iudicet cauſam meã, & faciat iudicium meũ:″educet me in lucem,videbo iuſtitiã eius.

10 ″Et aſpiciet inimica mea,& operiet eam pudor, quæ″dicebat ad me,Vbi eſt Iehouáh Deus tuus?oculi mei″videbunt in ea: nunc erit in conculcationem velut lutum platearum.

11 ″Die qua ædificabit *Dominus* macerias tuas, die illa elongabitur *à te* ſtatutum:

12 ″Die *inquam* illa: & vſque ad te *tamen* veniet *hoſtis* de Aשſſúr, & *uſque ad* vrbes munitas,″& ab vrbe munita″vſque ad Flumẽ, & Mare Occidentale,″& Har montem.

13 Et erit terra in deſolationẽ cum habitatoribus ſuis,propter fructum operum ſuorum.

Eccleſiæ proſperitas.

14 ″Paſce populum tuum virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantem″ſolum,*in* ſylua *perinde atque* in medio″Charmel: paſcant Baשſán & Gilyád,″iuxta dies antiquos.

15 ″Iuxta dies egreſſionis tuæ è terra Miʒſráim,″oſtendam ei mirabilia.

16 ″Videbũt Gẽtes, & pudore afficientur″ab omni fortitudine ſua: ponent manum ſuper os,aures eorum obſurdeſcent.

eſt deſiderium animæ ſuæ,& cõturbauerunt eam.

4 Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe: dies ſpeculationis tuę,viſitatio tua venit:nunc erit vaſtitas eorum.

5 Nolite credere amico,& nolite cõfidere in duce: ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui.

6 Quia filius contumeliam facit patri, & filia cõſurgit aduerſus matrem ſuam:nur⁹ aduerſus ſocrum ſuam,‖& inimici hominis domeſtici eius.

B

Matth.10.d.36

7 Ego autem ad Dominum aſpiciam, expectabo Deum ſaluatorem meum: audiet me Deus meus.

8 Næ læteris inimica mea ſuper me, quia cécidi, conſurgam:quum ſedero in tenebris,Dominus lux mea eſt.

9 Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum, educet me in lucem,videbo iuſtitiam eius.

10 Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me, Vbi eſt Dominus Deus tuus? oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem,vt lutum platearum.

11 Dies vt ædificẽtur maceriæ tuæ: in die illa longè fiet lex.

C

12 In die illa & vſque ad te veniet Aſſur,& vſque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vſque ad flumẽ & ad Mare de mari,& ad montem de monte.

13 Et terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos,& propter fructum cogitationum eorum.

14 Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, in medio Carmeli: paſcẽtur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos.

15 Secundum dies egreſſionis tuæ de terra AEgypti oſtendam ei mirabilia.

16 Videbunt Gentes,& confundentur ſuper omni fortitudine ſua:ponẽt manum ſuper os,aures eorũ ſurdæ erũt.

Perditionem animæ ſ. הות נפשו peruerſitatem animi ſui. vel contritionem.i.dicit litigatori vt afferat munus principi,idque contra ius, & animo maligno. Et corroborant il. : ויעבתוה & fortificant eam.quaſi triplicant. Quidam,confirmant eam.ſub.peruerſitatem iudicii.

4 Nunc erit,&c. : עתה תהיה מבוכתם iam erit perplexitas eorum.vel confuſio.Mutatio perſonæ.Optimus(inquit)hominum generationis huius nocet aliis more ſpinæ pungentis,æquiſſimus inter eos aſperior eſt ſepe ſpinarum : dies tamen in quo pſeudoprophetæ tui qui te deceperunt,luent pœnas,tandem veniet.nam breui veniet tempus quo punieris propter peccata tua.

5 In maiore: באלוף Singul.Heb.pro plur.maioribus veſtris fratribus.Ad verbũ,in principe.vel duce. Cuſtodi,&c. : שמור פתחי־פיך cuſtodi apertiones oris tui.Hebraiſmus,Caue ne dicas illi ſecretum tuum. 6 Vituperat מנבל floccipendit.cõtumeliam facit patri.

7 Ad Iehouã aſp. ביהוה אצפה Iehouã expectabo. Alii,in Iehouáh ſperabo.q.d.Fidant qui volent hominibus,ego totus pendebo à Deo.

8 Inimica mea prop.me אויבתי לי Babylonem alloquitur Propheta nomine omnium Prophetarum.Noli lætari propter miſeriam meã quòd venerim in manus tuas. Quòd cecid.ſur. כי נפלתי קמתי quoniam ſi cecidero reſurgã.Præterita Heb.pro futuris,quum cecidero in calamitatem,liberabor. Si ſedero,&c. כי־אשב וגו׳ Repetitio eſt aliis verbis,& Hebraiſmus,acſi dicat,ſpero Dominum mihi reſtituturum fœlicitatẽ amiſſam. 9 Iram Ieh.fe. זעף יהוה אשא .i.Pœnã mihi illatã à Deo irato,feram æquo animo. Educet me,&c. יוציאני וגו׳ Hebraiſmus,ſpero quòd ipſe eximet me è tenebris illis miſeriæ in lucem fœlicitatis: tunc clarius luce meridiana cognoſcã eum eſſe iuſtiſſimum,& promiſſiones eius certiſſimas. 10 Et aſpiciet ותרא .i.Quum viderit fœlicitatem meam,& Deum me tanto fauore proſequutum,obruetur confuſione. Videbunt תראינה ſub.illam confuſionem.

11 Die qua,&c. יום לבנות וגו׳ Dies *illa,erit dies* ad ædificandum macerias tuas, *&* recedent *à te* conſtitutiones. Alii,*Tunc erit* tempus *aptum* inſtaurandis maceriis tuis:in illo tẽpore longe fient[vel recedent]*à te* conſtitutiones.vel ſtatuta,ſiue cõſuetudines.Sub.Gentiũ.Singul.Heb. pro plur.i.Tunc poteris inſtaurare loca tua diruta:nam tunc eris tui iuris,& viues tuis legibus,ſublatis legibus Gentiũ,quibus antea viuebas. Nonnulli verſum iſtum cũ ſequenti referũt ad Babylonẽ,& vertunt,Die *quo cogitabis*[vel *ſtatues*]inſtaurare macerias tuas.ſub.[*diruptas ab hoſtibus*]die inquam illo elõgabit ſe tributũ.i.priuaberis tributo quod antea tibi pendere ſolebant. Die illo.i. quo tempore regnum Babylonicum transferetur ad Perſas.Tempore quo cogitabis de inſtaurandis tuis maceriis,in illo tempore expugnaberis.

12 Die *inquam* illa: יום הוא *Dies illa* dies eſt.q.d.Tempus illud eſt tempus fœlicitatis,ſiue fœliciſſimum:interim tamen adhuc affligeris.

Et ab vrbe mu. ולמני מצור Ad verbum,& à munitione.Niniuen intelligunt Hebræi,præcipuã omniũ vrbiũ Aſſyriæ.Alii volunt eſſe ſingulare pro plurali,ab vrbibus munitiſſimis. Vſque ad Flu. ועד־נהר Ad verbũ,& vſque ad Flumen.Euphraten intelligit per excellentiam,qui erat vnus ex terminis Terræ ſanctæ. Et Har montem. : והר ההר Mons iſte Har, ſiue Hor, non eſt,(vt exiſtimat doctus inter Hebræos,)mons Hor in quo mortuus eſt Aharon.nã is de quo hìc fit mentio,eſt in latere Septentrionali Terræ ſanctæ: alter verò,vbi mortuus eſt Aharon,eſt in finibus Idumææ. 14 Paſce רעה Imper.Heb.pro fut.vt quidam vertunt,Paſces.ſub. O Domine. Prædicit liberationem filiorum Iſrael ex captiuitate Babylonica. Solum, לבדד ſolitariũ.i.nullas habentem Gentes ſibi permiſtas,quum reuerſus fuerit in patriam ſuam. Charmél: כרמל Significat locum vbi ſunt agri frugiferi, vineæ, & arbores fructiferæ, & vbi eſt hominum frequentia.dicit igitur,Paſces gregem tuum non plus ſibi timentem in ſyluis ipſis,quàm in agro feraci & habitato. Iuxta dies antiq. כימי עולם : iuxta dies ſeculi.i.vt olim. 15 Iuxta dies egreſ.t. כימי צאתך Vt tempore quo egreſſus es.Sunt verba Dei reſpondentis Prophetæ precanti. Oſtendam,&c. : אראנו נפלאות Hebraiſmus,Edam etiam multa miracula in eius liberatione,vt,&c.

16 Videbunt Gentes, יראו גוים Hebraiſmus,pro,Quæ quum viderint Gentes,pudebit eas virium ſuarum in quibus confidebant: tacebunt,& obmuteſcent præ ſtupore & admiratione.

D Lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus ſuis: Dominum Deum noſtrum deſiderabunt, & timebunt te.

Act.10.g.43

¶Quis de⁹ ſimilis tui, qui aufers iniquitatē, & tranſis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet vltrà furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt.

Reuertetur, & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras: & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.

Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraham: quæ iuraſti Patribus, noſtris à diebus antiquis.

17 'Lingent puluerem ſicut ſerpēs, ſicut reptilia terræ, commouebuntur à clauſuris ſuis, à Iehouáh Deo noſtro formidabunt, & timebunt *ſibi* à te.

18 Quis Deus ſimilis tui, parcens iniquitati, '& tranſiēs ſuper præuaricationem reliquiarum hæreditatis ſuæ? 'non retinet in ſeculū iram ſuam: quoniam diligit miſericordiam.

Spe promiſſionū Dei ipſam confirmat.

19 Reuertetur, miſerebitur noſtri, 'ſubiiciet iniquitates noſtras, '& proiiciet in profunda maris omnia peccata noſtra.

20 "Dabis veritatem ipſi Iayacób, miſericordiam ipſi Abrahám, quam iuraſti Patribus noſtris à diebus antiquis.

17 Lingent puluerem ילחכו עפר .i. Videbuntur lingere, ſiue lambere. Hyperbole. acſi dicat, Proſternent ſeſe, & demittent capita ſua in terram vſque, honoris cauſa coram Iſraelitis. 18 Et tranſiens ſuper præu. ועובר על־פשע Hebraiſmus, pro, conniuens tranſgreſſioni reliquiarum. Nos quoque dicimus, *Paſſer une faute a quelqu'un.* Non retinet לא־החזיק Præt. Heb. pro fut. & mutatio perſonæ. non perpetuò iraſceris, &c. 19 Subiiciet יכבוש ſubiugabit. i. ſupprimet eas, & premet pedibus ſuis, vt earum perpetuò obliuiſcatur Et proiiciet in prof. ותשליך במצולות Mutatio perſonæ, & proiicies in profunditates, &c. ne ſcilicet vnquam veniant in conſpectum tuum. 20 Dabis veritatem, &c. התן אמת וגו' Hebraiſmus, Præſtabis quod pollicitus es ſanctis Patriarchis. Promiſſiones Dei vocat veritatem, quòd certò præſtentur: miſericordiam autem, quòd ex gratia factæ ſint.

Prophetia Nahum, Hebraicè נחום

VETVS.

Cap. I.

Onus Niniue: Liber viſionis Nahū Elceſæi.

Deus æmulator, & vlciſcens Dominus, vlciſcens Dominus & habens furorē: vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis.

Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundās non faciet innocentem: Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius.

B Increpans mare, & exiccās illud, & omnia flumina ad deſertum deducens: infirmatus eſt Baſan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.

Mōtes cōmoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſūt: & cōtremuit terra à facie eius, & orbis, & oēs habitātes in eo.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 P'rophetia 'Nineuéh: "Liber viſionis Nanhúm "ℵElcowſæi.

Prædicat Nahū Dei vindictā in Aſſyrios, & bonitatē in Iudæos.

2 Deus "zelotes, & vlciſcens Iehouáh, vltor *inquam* Iehouáh: "& habens iram, vlciſcitur *enim ſe* Iehouáh de hoſtibus ſuis, "& *iram* reſeruans inimicis ſuis.

3 Iehouáh "longanimis, "& magnus potētia, "& *tamen* mūdando nō mundabit *impios*: "Iehouæ in tempeſtate & turbine *eſt* via, "& nubes puluis pedum eius.

4 Qui increpat mare, & exiccat illud, ōnia quoq; flumina ſiccare ſolet: "deſolat⁹ eſt Bawſán & Charmél, "& flos Lebanō deſolat⁹ eſt.

5 Montes "tremuerunt ab eo, & colles "diſſoluerunt ſe, "exuſtáque eſt terra à facie eius, ac orbis, & omnes habitantes in eo:

IN CAPVT I.

1 Prophetia משא Hæc vox propriè ſignificat onus. at in Prophetis vtplurimum ſignificat prophetiam oneroſam, hoc eſt qua denuntiātur futura mala, & infœlicia quæque. Nineuéh, נינוה .i. eorum quæ acciderūt vrbi Nineue. Hæc erat vrbs metropolis regni Aſſyriorum, per quam intelligitur imperium ipſum. Niniuitis pœnitentiam agentibus ad prædicationem Ionæ, non intulit Dominus pœnam interminatā: ſed quia poſtea reuerſi ſunt ad vomitum, tādem deſtruxit vrbem ipſam ac totum imperium Aſſyriorū per Nabuchodonoſor Regem Chaldæorum. Quonam autem tempore floruerit Propheta iſte, nulla fit mentio in Sacra ſcriptura: at in Chronico Hebræorum ſcribitur, Ioelem, Nahum & Habacuc prophetaſſe ſub Manaſſe Rege Iuda: ſed huius nullam hîc fieri mentionem propter improbitatem ipſius. Aſſerúntque doctores Hebræorum ipſum Nabuchodonoſor anno primo deſtruxiſſe imperium Aſſyriorū, anno verò ſecundo abduxiſſe captiuum Ioacim Regem Iuda. Liber viſionis ספר חזון liber prophetiæ. Procœmium libri duplicem habens inſcriptionem, in quo declaratur nomen authoris. ℵElcowſæi. האלקשי: Nomen deductum ab vrbe in qua natus erat, vel certè à familia.

2 Zelotes, קנוא zelotypus. Commendat Deum ab amore. q.d. ſingulari amore proſequitur Iſraelem, hoc eſt ſuos electos: & vltionem ſumere ſolet de reprobis. Et habens iram, ובעל חמה Ad verbum, & dominus iræ. i. ira & indignatione præditus. Hæc repetitio facit ad maiorem expreſſionem magnitudinis vltionis Diuinæ, & ad terrendum improbos. mox ſeipſum declarat. Et *iram* reſeruans ונוטר הוא Hebraiſmus, Poſtquam diu expectauit illos ad pœnitentiam, tandem eos punit.

3 Longanimis, ארך אפים Ad verbum, longus iris. i. tardus ad iram. Et magnus pot. וגדול־כוח & magnus virtute. i. qui more hominum non ducitur ira impotente, ſed eam quandiu vult, cohibere poteſt. Et *tamen* mundādo, &c. ונקה לא ינקה & abſoluendo nō abſoluet. Vel per præſens, abſoluit. ſub. impios. Metaphora ab iis qui in iudicio abſoluuntur. q.d. omnino non parcet impiis, ſed tandem puniet. Sic Exo.34.a.7, Auferens iniquitatem, & præuaricationem, & peccatum, & mundando non mundabit. ſub. præuaricatorem ab iniquitate, ſed puniet. Auferre iniquitatem, & non mundare, contraria. Etiamſi non ſtatim puniat impium, non tamen abſoluit, ſed tandem de eo ſumit pœnas. Iehouæ in temp. &c. יהוה בסופה וגו' *ſed* in turbine ac tempeſtate *eſt* via illius. Ad verbum, Dominus in turbine & tempeſtate via eius. relatiuum cum antecedente redundante. Via, pro ratione & modo agēdi. In puniendo (inquit) hac ratione vtitur Dominus, Siquando conſtituit ſumere vltionem de aliquo, venit, & aggreditur illum cum ſummo impetu ac vehementia, & celeritate, interdum etiam cum multitudine maxima. His oſtendit vltionem Domini eſſe formidabilem ac terrificam. Et nubes, &c. ועגן אבק רגליו: & *inſtar* nubis *eſt* puluis pedum eius. i. quem excitat pedibus ſuis, vt facere ſolet exercitus magnus.

4 Deſolatus eſt אומלל Præt. Heb. pro præſ. infirmatur. infirmus ac debilis redditur, hoc eſt infœcundus ac infertilis præ penuria imbriū ac pluuiæ. Et flos, &c. ופרח וגו' Singul. Heb. pro plur. & præt. pro præſ. floréſque Libani infirmantur. præ ſiccitate ſcilicet.

5 Tremuerunt ab eo רעשו ממנו Præterita Heb. pro præſ. vt quidam vertunt, tremunt ab eo. id eſt ſolo verbo eius. q.d. Author eſt terræmotuum. Diſſoluerunt ſe, התמוגגו diſſoluuntur. colliqueſcunt. Exuſtáque eſt ותשא flagrátque. ardet. exuritur. i. videtur flagrare præ nimia ſiccitate & æſtu. vel, author eſt omnium incendiorum quæ fiunt in terra: quemadmodum accidit Sodomæ & Gomorrhæ.

6 Ante iram eius quis conſiſtet? & quis ſtabit in ira furoris eius? ira eius″effuſa eſt ſicut ignis,″& petræ confractæ ſunt ab eo.

7 ″Bonus Dominus,″fortitudo in die anguſtiæ, & agnoſcens ſperantes in ipſo.

8 ″Verùm in inundatione tranſeunte′cõſummationem faciet loci eius,″& inimicos ipſius perſequentur tenebræ.

9 Quid cogitabitis contra Dominum? conſummationem ipſe ″facit:″non conſurget bis anguſtia.

10 ″Quia *uenient* vſque ad ſpinas perplexas,& *ad* ebrios quũ inebriati fuerint:conſumentur velut ſtipula″ariditate plena.

11 Ex te″egreſſus eſt qui″contra Iehouam cogitat,malum:qui conſulit *conſilium* impium.

12 Sic dixit Iehouáh,″*Etiam* ſi pacifici *fuerint*,& ita multi,attamẽ attõdẽtur,″ac præteribit: & *quanuis* afflixerim te *per eos*,nõ affligã te vltrá.

Liberationẽ ab Aſſyrus ꝓmittit.

13 Nunc enim conteram″iugum eius à te,& vincula tua dirũpam.

14 ″Præcipiet autem de te Iehouáh,′non remanebit ſemẽ nominis tui amplius: de domo dei tui ″ſuccidere faciam ſculptile & conflatile,″*nam* ponam ſepulchrum tuum *ibi*,quia″deſpectus fuiſti.

15 Ecce ſuper montes ipſos *ſunt* pedes″euangelizantis,″annuntiantis pacẽ:celebra ô Iehudáh feſtiuitates tuas,redde ″vota tua: quia ″non addet vltrà vt tranſeat per te″impius,totus ipſe ſucciſus eſt.

Cap. II.

Victoriam Chaldæorum aduerſus Aſſyrios deſcribit.

1 A′Scendit diſperſor ante faciem tuam

6 Ante faciẽ indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius?indignatio ei⁹ effuſa eſt vt ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo.

7 Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & ſciens ſperantes in ſe.

8 Et in diluuio prætereunte conſummationẽ faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. C

9 Quid cogitatis contra Dominum? cõſummationem ipſe faciet: non conſurget duplex tribulatio.

10 Quia ſicut ſpinæ ſeinuicem complectuntur:ſic conuiuium eorum pariter potantium, conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.

11 Ex te exibit cogitans contra Dominũ malitiam:mente pertractãs præuaricationem.

12 Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint,& ita plures, ſic quoque attondẽtur,& pertranſibit:afflixi te,& non affligam te vltrá. D

13 Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo,& vincula tua diſrumpam.

14 Et præcipiet ſuper te Dominus,nõ ſeminabitur ex nomine tuo amplius, de domo dei tui interficiã ſculptile, & cõflatile, ponam ſepulchrum tuũ, quia inhonoratus es.

15 ¶Ecce ſuper mõtes pedes euãgelizãtis & annũtiantis pacẽ: celebra Iuda feſtiuitates tuas,& redde vota tua:qa non adiiciet vltrà vt pertranſeat in te belial,vniuerſus interiit.

Eſa.52.b.7 rom.10.c.15

Cap. II.

1 A Scendit qui diſpergat coram te,

6 Effuſa eſt ſicut ignis, נתכה כאש effunditur tãquam ignis.i.tanquam res liquefacta ab igne. Alii hoc ordine legunt, ira eius *quæ eſt* velut ignis *è cælo expreſſus*,effunditur.ſub.ſuper hoſtes eius.vt intelligatur de fulgetris.

7 Bonus טוב Benignus.Mitis.Clemens.Manſuetus. Fortitudo למעוז .i.ſolet ferre opem & auxilium,ſuppeditátque vires & robur.

8 Verùm in inundat.tranſ. ובשטף עובר Verùm cum inundatione tranſeunte.i.admodum impetuoſa: hoc eſt aquæ ſummo impetu decurrẽtis. Per inundationem quæ ſecum trahit magnã vim aquarum,quæque obuia proſternens,euertens,proterẽs,ac perdens,& cui omnia cedunt,intelligit exercitũ maximum. Conſummationem faciet כלה יעשה Hebraiſmus, omnino, ac funditus euertet ac perdet vrbẽ Niniue, adeò vt nulla ferè ipſius reſtent veſtigia. Et inimicos ipſius, &c. ואויביו ירדף־חושך: efficiétque vt inimicos ſuos perſequantur tenebræ.i.extremis malis afficiet ciues Niniues.Nam per inundationem, conſũmationẽ, & tenebras, Scriptura intelligit extrema mala.

9 Facit: עושה Præſ.Heb.pro fut.facturus eſt.ſub.de vobis.i.decreuit vos penitus perdere. Non cõſur.&c. לא־תקום וגו׳ Hebraiſmus,non afficiet vos variis,aut iteratis afflictionibus:nã prima afflictione perdet vos.Gallicè dicimus,*Il n'y retournera pas pour la deuxieme fois.*

10 Quia *uenient* vſque ad ſpinas,&c. כי עד־סירים וגו׳Ordo hic inuerſus Hebræis,quem noſter interpres cõuertit,vt dilucidior eſſet ſenſus. Eſt autẽ Hebraiſmus,quem quidam ſic vertũt,Similes enim erunt ſpinis in faſciculũ colligatis, & ebriis quum inebriati ſunt. Aſſyrii(inquit) ſimiles erunt ſpinis colligatis quæ facilè aliò tranſportari poſſunt,& in ignem coniici:alioqui pungere ſolent ac lædere,&vix teneri poſſunt: ſimiles item ebriis qui ſua ſponte,& nemine impellente concidunt:nam prorſus deſtituentur viribus. Ariditate plena. יבש מלא: ſicca & matura. Ad verbum,plena:hoc eſt plenæ,ac perfectæ maturitatis.i.quæ peruenit ad maturitatem,ideo facilè concipit ignem.

11 Egreſſus eſt, יצא Præteritũ.Heb.pro futuro egredietur. q.d.meritò hæc patieris, ô Niniue, quia ex te egredietur nempe Sennacherib,vt ſcribitur 2.Reg.19, & in Eſaia 26. Contra Iehouam, malũ: על־יהוה רעה Id eſt contra Iſraelem populum Domini. Etiam contra Dominum cogitauit malum in principio quando dixit,2.Reg.18.g.35, Quinam ſunt in vniuerſis diis terrarum qui eruerunt regionem ſuam de manu mea,vt poſſit Dominus eruere Ieruſalem de manu mea?Chaldæus paraph.Ex te Niniue egreſſus eſt Rex qui cogitauit contra populum Domini mala:cogitauit cogitationem impietatis.

12 *Etiam* ſi pacifici,&c. אם־שלמים וגו׳ Hebræi poſt Chaldæum paraphraſtem ſic locum iſtum exponunt, Etiam ſi Niniuitæ hoſtes tui fuerint vnanimes,& ſumma pace fruantur,& ita fuerint in magno numero (nam in pace multiplicatur genus hominum,vt bello minui ſolet)attamen peribunt & occidentur.Iubet Dominus Iſraelitas bono eſſe animo,etiamſi multos habeant inimicos. Ac præteribit: ועבר nempe vniuerſus exercitus eorum,ac fortitudo. Vnde 2.Reg.19.g.35, Nocte illa egreſſus eſt Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſur CLXXXV milia. 13 Iugum eius à te,&c. מוטהו מעליך וגו׳ Ad verbum, iugum eius de ſuper te, & vincula tua,&c. Relatiua interdum ſignificant perſonam agentem, vt Iugum eius, tibi ab eo impoſitum: interdum perſonam patientem, vt Vincula tua, quibus ligaris. Per iugum & vincula intelligit ſeruitutem impoſitam populo Iſraelitico ab Aſſyriis. Alludit autem ad vincula illa quibus alligatur iugum cornibus boum. 14 Præcipiet autem de te Iehouáh, וצוה עליך יהוה Mandabit[Mandatum dabit]de te Iehouáh. Alloquitur Regem Aſſyriorum. q.d. Suſcitabit Dominus contra te filios tuos qui interficient te in templo dei tui, & mox à cæde ipſa aufugient in Armeniam.hinc fiet vt nullus ſuccedat tibi in regnum Aſſyriorum. Non remanebit ſemen nominis tui לא־יזרע משמך Ad verbum, non ſeminabitur de nomine tuo. Succidere fac.&c. אכרית פסל וגו׳ Singul. Heb.pro plur.excidam ſculptilia & conflatilia.nã quia cæderis in tẽplo,propterea profanabitur templũ illud,& ita nullum poſtea illic colent idolum. Deſpectus fui. קלות: vilis factus es.cõtemptus.contemptibilis.q.d.Sicut contempſiſti me quũ dixiſti me non poſſe liberare populum meũ è manu tua,ita reddam te contemptũ.

15 Euangelizantis, מבשר annuntiantis.Montes qui ſunt in Iudæa,vel quibus cingitur Ieruſalem,intelligit.Iam(inquit)propè adeſt qui annuntiet pacem in Iudæa. Annuntiantis משמיע Ad verbum,audire facientis,id eſt promulgantis. Vota tua: נדריך ſub.Deo. ob cædem inimici. Non addet vltrà vt tranſeat per te לא יוסיף עוד לעבור־בך Hebraiſmus, Poſthac non tranſibit per te. ſub. vt vaſtet te. Impius, בליעל Aſſyriorum Regem intelligit. Alii reddunt per plurale, impii,id eſt Aſſyrii omnes perierunt.totum enim imperium tranſlatum eſt ad Chaldæos.

IN CAPVT II.

1 Aſcendit diſperſor ante faciem t. עלה מפיץ על־פניך Euanuit diſſipator coram te.id eſt periit. Metaphora ſumpta à fumo, ſiue vaporibus qui abeunt in auras. q.d. periit qui diſperſit filios tuos tempore quo inuaſit Iudæam. Proſequitur prædictionem interitus Sennacherib Regis Aſſyriorum, & liberationem Iſrael ex Aſſyria. Alii intelligunt hæc de Nabuchodonoſor Rege Babyloniorum ſiue Chaldæorum quem Dominus contra Niuiuen ſiue Aſſyrios mittit, vt eos poſt vaſtatum ab ipſis Iſraelẽ deſtruat. Aſcendit(inquit)Nabuchodonoſor qui diſperdendo conteret omnia coram te,cuſtodiendo munitionem.i.obſidendo munitiſſimam vrbem.vel aſcendit vt cuſtodiat munitionẽ.i. vt te obſideat,ô Niniue,locum munitiſſimum. Sunt infinitiui Hebræis, vel etiam imperatiui iuxta rationem Grãmaticæ Hebrææ: vnde qui-

dam vertũt,& exponunt, Aſcendit inimicus ô Niniue,qui conterẽdo diſperſurus eſt te:cuſtodi igitur munitionem tuam,& circunſpice quid tibi euenturum ſit. conforta lumbos, id eſt accinge te armis. robora virtutem valde,id eſt congrega exercitus.

qui cuſtodiat obſidionem: cõtemplare viam,conforta lumbos,robora virtutem valde:

2 Quia reddidit Dominus ſuperbiam Iacob,ſicut ſuperbiam Iſrael: quia vaſtatores diſſipauerũt eos, & propagines eorum corruperunt.

3 Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis ei⁹, & agitatores conſopiti ſunt.

B 4 In itineribus conturbatę ſunt quadrigæ,colliſæ ſunt in plateis: aſpectus eorum quaſi lampades, quaſi fulgura diſcurrentia.

5 Recordabitur fortium ſuorũ,ruent in itineribus ſuis: velociter aſcendent muros eius, & præparabitur vmbraculum.

6 Portæ fluuiorum apertæ ſunt,& tẽplum ad ſolum dirutum.

7 Et miles captiuus abductus eſt, & ancillæ eius minabantur, gemẽtes vt columbæ, murmurantes in cordibus ſuis.

C 8 Et Niniue, quaſi piſcina aquarum aquæ eius: ipſi verò fugerũt. State,ſtate: & non eſt qui reuertatur.

9 Diripite argentum,diripite aurum: & non eſt finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus.

″cuſtodi munitionem,″contemplare viam,cõforta lumbos,″robora potentiam valde :

2 ″Cõuertet enim Iehouáh gloriam Iayacób, ſicut gloriã Iwſraél: quia″euacuauerũt eos euacuatores,″& propagines eorũ corruperũt.

3 ″Clypeus fortium eius″rubefactus eſt, ″viri exercitus ″induti veſtibus vermiculatis: in igne lampadum ″currus *erit*″in die qua præparabit ſeſe,″& abietes tremebunt.

4 In plateis inſanient″*aſcenſores* curruum, ″feſtinanter ambulabunt per plateas: aſpectus eorum″veluti lampades″tanquam fulgura diſcurrent.

5 ″Recordabitur fortium ſuorum,″impingent quum perrexerint; feſtinabunt ad murum eius,″& præparabitur operimentum.

6 ″Portæ fluminum″aperientur,″& palatium diſſoluetur.

7 ″Et Huʒſáb *regina* captiua ducta eſt, *currum* iuſſa eſt aſcendere,″& ancillæ eius ducebant *eam*″gementes vt columbæ,percutientes pectora ſua.

8 Et Nineuéh″tanquam piſcina aquæ,″à diebus *antiquis* fuit: at ipſi *nunc*″fugiunt:″State, ſtate, *dicunt*: & non *eſt* qui retrò aſpiciat.

9 ″Diripite argentũ,diripite aurũ,non enim eſt finis″diuitiarum: ″ſupellex eius pretioſior eſt omni ſupellectile concupiſcibili.

Cuſtodi munitionem, נצור מצורה Singul.Heb.pro plur.ſeruate munitiones.Id eſt iuxta priorem interpretationem, Reuertimini,ô vos Iudæi,in vrbes veſtras munitas quas ceperant Aſſyrii,& cuſtodite eas diligenter. Contemplare viam,&c. צפה־דרך וגו׳ conſidera viã, fortifica lumbos, robora, &c. Quidam verba huius verſus vertunt per pluralẽ,Conſiderate viam.per quam ſcilicet venit vos oppugnatum Rex Aſſyriorum:quia nunquam per illam reuerſurus eſt.

2 Conuertet enim Ieh.&c. כי שב יהוה וגו׳ Præt.Heb.pro fut. Reducet enim Iehouáh maieſtatem Iayacób iuxta maieſtatem Iſrael.גאון ſignificat magnificentiam,magnitudinem,dignitatem,decus & gloriam.q.d.Reſtituet Dominus Iſraeli priſtinam ſuam dignitatem iam labefactatam ab Aſſyriis.Iacob & Iſrael pro eodem poſuit.Reuocabit maieſtatem Iacob,vt fuit olim maieſtas ipſius Iacob.Alii vertunt,Cõuertit enim Dominus ſuperbiam Iaacob quemadmodum & Iſraelis arrogantiam. vel,Quieſcere fecit[aut abſtulit]Dominus ſuperbiã,&c. q.d.Quia ſatis habet Dominus per te hactenus fregiſſe ſuperbas ceruices Iudæ,vt antea Iſraelis,vt vltrà non ſit opus te illos affligere.hoc pacto per Iaacob,tribum Iuda & Beniamin intelligunt:vt per Iſraelẽ,decem tribus. Euacuauerũt eos euac. בקקום בוקקים .i.Aſſyrii Iſraelitas ſpoliauerunt & priuarunt bonis ſuis. Et propagines eorum corr. וזמוריהם שיחתו: .i.ſubinde priuauerunt eos bonis ſuis ac opibus denuo partis.Hoc dicit quòd frequenter ac ferè ſingulis annis inuaderent Aſſyrii terram Iſrael.

3 Clypeus fortium eius מגן גבוריהו Singul.Heb. pro plur. & relatiuum ſine antecedente.i. Nabuchodonoſor. Deſcribit quomodo victi fuerint Aſſyrii à Chaldæis. Rubefactus eſt, מאדם Part.Heb.pro fut.ruber erit.ad terrorem ſcilicet. Viri exercitus אנשי־חיל .i. milites. Induti veſtibus ver. מתולעים Ad verbum,vermiculati.purpurati. Currus הרכב Singul.Heb. pro plur.currus,ſub.falcati. his innuit ingentem celeritatem.q.d.Currus illi falcati è quibus depugnaturi ſunt,videbuntur quaſi verſari in igne & eſſe in medio ignis.nã ferrum rotarum illorum excutiet ignem è petris ſuper quas tranſituri ſunt. In die,&c. ביום הכינו Ad verbum,in die præparare ſe,pro, die qua præparabit ſeſe, vel exercitum ſuum, vt veniat oppugnatum Niniuen. Et abietes,&c. והברושים הרעלו: Præt.Heb.pro fut.i. duces,vel principes Niniuæ qui comparari ſolent abietibus, tremore corripientur,ſiue trepidabunt. Alii,& haſtæ abiegnæ veneno infectæ erunt.Ad verbum,& abietes venenatæ fuerunt. Alludit ad materiem haſtarum,ſiue lancearum,vel ad magnitudinem,aut craſſitiem.

4 *Aſcenſores* curruum, הרכב Ad verbum,*uiri* currus.Subauditur איש vir,aut רוכבי aſcenſores. Quidam vertunt,In vicis more amentium diſcurrent aſcenſores illi equorum.i.Niniuitæ qui antea è curribus illis falcatis depugnare ſolebant, huc illuc vagabuntur inopes cõſilii.neſcient enim quid facturi ſint, quum illis vrbe non licebit egredi, vt cum exercitu multo obſidente congredi liceat. Feſtinanter ambu. ישתקשקון obambulabunt.inambulabunt.attoniti ſcilicet. Ad verbum coxabunt.i.percutient coxam ad coxam præ nimia feſtinatione.

Veluti lampa. כלפידים inſtar facularum.lampadarum.titionum.præ rubore ſcilicet quo ipſi perfundentur.ob pudorẽ quo ſuffundentur.

Tanquam fulgura כברקים præ nimia ſcilicet feſtinatione.i.quamcelerrimè huc illuc diſcurrent.

5 Recordabitur fortium ſ. יזכור אדיריו ſub.Rex Aſſyriorum.i.Seliget ex militibus ſuis fortiores qui eant ad tuenda mœnia.vel intelligitur de Rege Chaldæorũ qui mittet fortiores ſuos ad diruenda mœnia vrbis Niniues. Impingent quũ perr. יכשלו בהליכתם corruent in progreſſione ſua.vel,in inceſſu ſuo.i.dum properabunt ire ad mœnia. Et præparabitur oper. והוכן הסוכך: *iam* autem præparata erit teſtudo ipſa.ſub.à Chaldæis.i.admota muro erit teſtudo.inſtrumentum bellicum ſub quo deliteſcit aries ad quatienda mœnia. vel,vinea ipſa. aliud inſtrumentum bellicum ad ſuffodienda mœnia.

6 Portæ flum. שערי הנהרות .i.Portæ vrbis ſitæ iuxta flumina.i.ea parte qua fluunt amnes, ſiue qua vrbs alluitur,vi hoſtiũ euertentur.

Aperientur, נפתחו Præt.Heb.pro fut.patebunt. Et palatium diſſ. והחיכל נמוג: & templum diſſoluetur.Præt.Heb.pro fut.quod erat ſitum iuxta portas illas. 7 Et Huʒſab,&c. והוצב וגו׳ Et Huſab reuelata eſt,iubebitúrque aſcendere.Huſab,nomen Reginæ Aſſyriorum.ita dicta quòd aſtaret ſponſo ſuo Regi,vt Pſal.45.c.10, Aſtat coniunx ad dexterã tuam.Reuelata,ſiue retecta,aut detecta erit.i.educetur è thalamo ſuo in quo deliteſcere ſolebat:iubebitúrque aſcendere currum vt abducatur in captiuitatem. Præt.Heb.pro fut.Ita quidam docti inter Hebræos. Alii,Conſtitutum autem erat,*&* reuelabitur, *turpitudo Niniue atque* euaneſcet. vel, Cõfirmatum erat.ſub.palatium,vel templum.i.Steterat iam lõgo tẽpore in ſumma pace,ac fœlicitate:& patebit Niniue hoſtibus,atque euaneſcet.i.euertetur. Et ancillæ e. duceb.*eam* ואמהותיה מנהגות & ancillæ eius ſeſe mutuò cõcomitabuntur.i.nobiles & principes fœminæ quæ tum deuenient in poteſtatem hoſtium,& ducentur in captiuitatem. Gementes,&c. כקול יונים Ad verbum,iuxta vocem columbæ.Subaudiendum nonnihil,vt annotat doctus inter Hebræos,cuiuſmodi,*& uox eius,ſiue earum, erat* vt vox[ſiue gemitus]columbarum.

8 Tanquam piſcina aq. כברכת־מים .i.aquis plena.opulentiſſimam fuiſſe ſignificat. A diebus מימי Quia Scriptura frequenter vtitur hac forma loquendi,omiſit hîc alteram dictionem,קדם, quæ legitur Eſa.23.b.7.Michæ.7.d.20.vel עולם ſeculi,quæ eſt Mich.7.c.14.

At ipſi *nunc* fugiunt: והמה נסים ſub.ciues eius. State,ſtate, עמדו עמודו Conſiſtite,conſiſtite.Siſtite gradum.

9 Diripite בוזו Verba ſunt Prophetæ in perſona Dei ad Chaldæos : aut Chaldæorum mutuò ſeſe cohortantium ad prædam. Diuitiarum: לתכונה Ad verbum,præparationis,vel apparatui.i.numis apparatis.q.d.innumeri ſunt in ea numi repoſiti & congeſti ad vſus neceſſarios regni.Chaldæus paraph.theſaurorum. Supellex e.&c. כבוד מכל וגו׳ Ad verbum,gloria[vel honorabile]præ omni deſiderabili.i.eximia ſupellex eius, ſiue quæ in eo eſt, excellentior eſt omni alia ſupellectile quantuncunque pretioſa.

10 ʹEuacuabitur,& exinanietur,ac deſtructa *erit*,ʹ& cor liquefactum erit,ʹ& colliſio genuum, & dolor in cunctis renibus, & facies cunctorumʹredigentur *in* nigredines.

Eorũ ſuperbiam irridet.

11 Vbi eſt *nunc* habitaculũ leonũ, & paſcuum catulorũ leonũ,ʹquò ſe recipiebat leo,*&* leæna,*&* catuli leonis,& non erat exterrens?

12 Leo rapiebatʹſufficienter catulis ſuis,ʹ& ſuffocabat leænis ſuis: implebátque præda foramina ſua,& habitacula ſuaʹrapina.

13 En egoʹad te,dixit Iehouáh exercituum,& ſuccendãʹigne fumãte quadrigas tuas,leunculos quoque tuos cõſumet gladius,ʹ& exterminabo de terra prædam tuam,& non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

Cap. III.

Niniuẽ vrbem ſanguinum euertendã prædicit.

1 VAE ciuitatiʹſanguinum , tota mendacio *&* rapina plena eſt, non recedit *ab ea* præda.

2 *Audietur propediem* ſonitusʹflagelli, & ſtrepitus ʹcommotionis rotarum,atqueʹequorum cõcutiẽtium terrã,& quadrigarũʹſaltãtium:

3 ʹEques eriget & micãtem gladium, & fulgurãtem haſtam, *eritque* multitudo interfectorum,& multitudo cadauerũ : nullúſque erit finis corporibus,impingéntque *inimici*ʹin corpora illorum.

4 *Euenient hæc ei* propter multitudinem fornicationũ meretricisʹdecoræ gratia, præditæ maleficiis,ʹquæ vendit Gentes fornicationibus ſuis,& populos maleficiis ſuis.

5 ʹEn ego ad te,dixit Iehouáh exercituũ,ʹ& reuelabo fimbrias tuas in facie tua, & oſtendam Gentibusʹturpitudinem tuam, & regnis ignominiam tuam.

6 Et proiiciam ſuper te ʹabominationes, ʹatque contumeliis afficiam te,ponámque teʹtanquam inquinamentum:

7 ʹIta vt omnes qui viderint te , ʹelongaturi ſint ſe à te, atque dicturi,Vaſtata eſt Nineuéh:quis condolebit ei? ʹvndenam quæram conſolatores tibi?

10 Diſſipata eſt,& ſciſſa, & dilacerata: & cor tabeſcens,& diſſolutio geniculorum,& defectio in cunctis renibus, & facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ.

11 ¶Vbi eſt habitaculum leonũ, & paſcua catulorum leonũm:ad quam iuit leo,vt ingrederetur illuc: catulus leonis,& non eſt qui exterreat? D Eſa.13.a.9

12 Leo cepit ſufficiẽter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis: & impleuit præda ſpelũcas ſuas , & cubile ſuum rapina.

13 Ecce ego ad te,dicit Dominus exercituum: & ſuccendam vſque ad fumũ, quadrigas eius,& leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædã tuam , & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

Cap. III.

1 VAE ciuitas ſanguinum, vniuerſa mẽdacii dilaceratione plena : nõ recedet à te rapina. Ezech.24.e.9 habac.2.c.12

2 Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis,& quadrigæ feruentes,& equites aſcendentes.

3 Et micantes gladii,& fulgurãtes haſtæ,& multitudines interfectæ,& graues ruinæ:nec eſt finis cadauerum , & corruent in corporibus ſuis:

4 Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ,& gratæ,& habentis maleficia,quæ vendidit Gentes in fornicationib⁹ ſuis, & familias in maleficiis ſuis.

5 ¶Ecce ego ad te,dicit Dominus exercituum: & reuelabo pudẽda tua in facie tua,& oſtendam Gentibus nuditatem tuã,& regnis ignominiam tuã. Eſa.47.a.5 B

6 Et proiiciam ſuper te abominationes,& contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum .

7 Et erit,omnis qui viderit te,reſiliet à te,& dicet, Vaſtata eſt Niniue: quis cõmouebit ſuper te caput? vnde quæram conſolatorem tibi?

10 Euacuabitur & exinan. בוקה ומבוקה Ad verbum,Vacuitas & euacuatio.ſub.erit illi.vel,Euacuatio & exinanitio. Geminatio iſta omnimodam ſignificat euacuationem.q.d. Prorſus euacuabitur ac ſpoliabitur,priuabitúrque bonis ſuis. Et cor liquefactũ ולב נמס Singul.Heb. pro plur.corda *ciuium eius* liqueſcent.vel intabeſcent. Et colliſio gen. ופוק ברכים & concuſſio genuum.i.genua ſeſe mutuò collident:vt accidere ſolet in magna trepidatione.q.d.animo erunt diſſoluto,& corpore diſſoluto. Redigentur in nig. : קבצו פארור Præt. Heb.pro fut.contrahent nigrorem.præ nimio metu.Propriè ſignificat ollam:accipitur tamen pro nigrore,ſiue nigredine.

11 Quò ſe recipiebat,&c. אשר הלך וגו׳ Singul.Heb.pro plur.Ad verbum,*ad* quod iuit leo,leæna illuc.Solebant enim antea Aſſyrii,qui feroces admodum erant,diripere ac ſpoliare alias gentes ac nationes: viuebant enim furto, & hac ratione infinitas opes congeſſerant in Niniue Rex,filii eius,& principes reliqui quos hìc vocat leones.

12 Sufficienter catulis ſuis, בדי גורותיו Ad verbum, pro ſufficientia catulorum ſuorum. Poteſt די particula eſſe adiectitia, & ב ſignificare pro, rapiebat pro catulis ſuis. Et ſuffocabat leænis ſuis: ומחנק ללבאותיו & ſuffocabat leunculis ſuis. ſub.alia animalia quæ rapiebat.mos enim leonũ eſt vt arrepto collo prædæ raptæ præcludant viã ſpiritui,& ita enecẽt eam. Rapina. : טרפה .i.animalibus raptis.

13 Ad te, אליך ſub.conuertam me.vel,venturus ſum,vt ſumã pœnas de te propter peccata tua. Prædicit iterum euerſionem vrbis Niniuæ,ac deſtructionem eius,& interitum principum ipſius. Igne fumante quadrigas tuas, בעשן רכבה Ad verbum, fumo currũ eius. Subita perſonæ mutatio.i.ſuccendã igne magnũ fumũ emittẽte,currus falcatos vnde depugnare ſolebãt principes tui. Et exterminabo, &c. והכרתי וגו׳ Hebraiſmus,Efficiã vt poſthac non diripias in terra alias gẽtes.Iſtud ad Regem refertur. Nuntiorũ tuorũ. : מלאככה Id eſt præconum,& aliorum quibus deterrere ſoles alias nationes,vrgendo eas vt dedant ſe tibi.

IN CAPVT III.

1 Sanguinum, דמים .i.in qua effundi ſolet ſanguis innocens.Deſcribit cauſam euerſionis Niniues,& ciuium eius.

2 Flagelli, שוט quo ſcilicet equites vrgent equos ſuos. Commotionis rotarum, רעש אופן impetus *agitationis* rotarum.ſub.curruũ falcatorum. Saltantium, : מרקדה ſubſilientium.præ feſtinatione ſcilicet,& celeritate.i.properantium.tunc enim videntur ſaltare.

3 Eques,&c. פרש מעלה וגו׳ Ad verbum,Eques erigens & laminam enſis,& fulgurantẽ haſtam.Laminam enſis,vocat ferrum enſis.Fulgurantem haſtam,intelligit ferrum haſtæ,à fulgore & ſplendore:acſi dicat,Alii tenebunt manibus enſes euaginatos, alii haſtas,ſiue lanceas fulgentes.Deſcribit enim qualiter ſe habeant milites dum eunt oppugnatum aliquam vrbem,& quæ illic faciant. In corpora illorum. : בגויתם ſub.Niniuitarũ,ſiue Aſſyriorũ.q.d.Vix trãſire aut ingredi poterũt milites præ cadaverib⁹,vel hominibus proiectis & vulneratis.

4 Decoræ gratia, טובת חן Ad verbum,bonæ gratia.i.ſpecioſæ,& gratæ. Comparat Niniuen eximiæ meretrici quæ arte quadam imponere ſolet amatoribus ſuis,& allicere eos ad ſe. Quæ vendit המוכרת .i.quæ propter ſcelera ſua efficit vt Aſſyrii & alii veniant in poteſtatem aliorum,quaſi eos pecunia venderet. 5 En ego ad te, הנני אליך Vt præcedenti capite,verſu 14. Et reuelabo,&c. וגליתי שוליך וגו׳ Hebraiſmus, pro, reuelando iniiciam extremam partem veſtimentorum tuorum in faciem tuam. Perſtat in metaphora.i.maximis probris te afficiam.nullum enim probrum maius iſto inferri poteſt mulieri. Turpitudinem tuam, מערך nuditatem tuam. i. pudenda tua.hoc eſt,Efficiam vt gentes & regna videant ac cognoſcant flagitia,& impoſturas tuas.

6 Abominationes, שקוצים inquinamenta.id eſt reddam te turpem,& fœtidam,ac ſordidam. Atque contumeliis affic.te, ונבלתיך & cadaueribus inquinabo te. Tanquam inquinamentum. : כרואי tanquam ſtercus.

7 Ita vt והיה Ad verbum,Et fuit. Elongaturi ſint ſe ידוד recedent.ſubducent ſe.Singulare eſt.q.d.vnuſquiſque ex iis qui te viderint recedet. Vndenam quæram מאין אבקש Id eſt è qua regione accerſam.

8 Nunquid melior es Alexandria populorum,quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare:aquæ,muri eius.

9 AEthiopia fortitudo eius, & AEgyptus,& non eſt finis : Aphrica & Lybies fuerunt in auxilio tuo.

10 Sed & ipſa in trãſmigrationem du-
C cta eſt in captiuitatẽ: paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum , & ſuper inclytos eius miſerunt ſortem: & omnes optimates eius cõfixi ſunt in compedibus.

11 Et tu ergo inebriaberis , & eris deſpecta : & tu quæres auxilium ab inimico.

12 Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis:ſi cõcuſſæ fuerint,cadent in os comedentis.

13 Ecce populus tuus mulieres in medio tui:inimicis tuis ad apertionẽ pãdentur portæ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos.

14 Aquam propter obſidionem hauri tibi,extrue munitiones tuas: intra in lutum,& calca,ſubigẽs tene laterem.

15 Ibi comedet te ignis : peribis gladio,deuorabit te vt bruchꝰ: cõgregare vt bruchꝰ, multiplicare vt locuſta.

16 D Plures feciſti negotiationes tuas, quàm ſtellæ ſint cæli, bruchus expanſus eſt,& auolauit.

17 Cuſtodes tui quaſi locuſtæ : & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum,quæ conſidũt in ſepibus in die frigoris: ſol ortus eſt,& auolauerunt,& nõ eſt cognitus locus earum vbi fuerint.

18 Dormitauerunt paſtores tui Rex Aſſur, ſepeliẽtur principes tui:latitauit populus tuus in montibus,& non eſt qui congreget.

19 Non eſt obſcura contritio tua,peſſima eſt plaga tua : omnes qui audierunt auditionem tuam,compreſſerũt manum ſuper te:quia ſuper quem nõ tranſiit malitia tua ſemper?

8 'Nunquid melior es ciuitate Nóא,populos habẽte multos,'quæ ſita eſt inter flumina? *&* aquæ *ſunt* in circuitu eius: 'cuius antemurale *eſt* mare: *nam* à mari murus eius.

Huius vaſtationẽ confirmando repetit propoſito exemplo Alexandriæ.

9 'Chúשs *erat illi* robur,& Mixſráim,neq; *erat* finis *populi eius:quemadmodum* Pút & Lubím fuerunt in auxilio tuo.

10 Etiam ipſa in tranſmigrationem abiit,*&* in captiuitatem,etiam paruuli eius alliſi fuerunt in capite omnium platearum : & ſuper inclytos eius'proiecerũt ſortem:omnéſque optimates eius'alligati ſunt compedibus.

11 Tu quoque"inebriaberis,eris'abſcondita:tu etiam quæres"fortitudinem propter inimicum.

12 Omnes munitiones tuæ *ut*"ficus cum primitiuis:*quæ* ſi concuſſæ fuerint,cadunt in os comedentis.

Vires carnis quibus innitebatur ſubſannat.

13 En populus tuus *ut* mulieresin medio tui:inimicis tuis aperiẽdo 'apertæ ſũt portæ *urbium* terræ tuæ,deuorauit *enim* ignis vectes tuos.

14 'Aquam obſidionis hauri tibi,fortifica munitiones tuas, intra in lutum,& calca lutum,'tene fornacem.

15 "Illic comedet te ignis,ſuccidet te gladius,deuorabit te tãquam bruchus:"multiplica te vt bruchus, multiplica te *inquam* vt locuſta.

16 Multiplicaſti negotiatores tuos præ ſtellis cæli, "bruchus graſſatus eſt,& auolauit.

17 "Maiores tui "ſicut locuſtæ, '& principes tui ſicut locuſtæ locuſtarum,"quæ caſtrametantur in ſepibus in die frigoris:ſole exorto, elongant ſe,neque cognoſcitur locus earum"vbi fuerunt.

18 "Dormitabunt paſtores tui Rex Aשſſúr:"requieſcent fortes tui, "diſpergetur populus tuus ſuper montes,nec erit qui congreget.

19 Nulla eſt curatio"fracturæ tuæ,'doloris plena eſt plaga tua: qui cunque audierint "famam tuam plaudent manu ſuper te: ſuper quem enim non tranſiuit malitia tua iugiter?

8 Nunquid melior es ciu. &c. התיטבי מנא אמון Nunquid præſtantior es No multitudinis. i. Alexandria AEgypti, ſiue vt Chaldæus paraph. Alexandria magna.i.Nunquid melioris ſortis aut conditionis,hoc eſt fortior. Quæ ſita eſt הישבה Ad verbum,quæ ſedet.manet.habitat.i.quæ alluitur fluminibus. Cuius antemu.&c.'אשר־חיל וגו Doctus inter Hebræos exponit,cuius murꝰ eſt antemurale maris.

9 Chuשs כוש A Ethiopia.hoc eſt, AEthiopes & AEgyptii ſolebãt ferre illi opem & auxiliũ, quẽadmodũ Afri & Libyci ſolẽt tibi ferre ſuppetias. 10 Proiecerunt ſor. ידו גורל miſerunt ſortem,vt ſcilicet facere ſolent milites in diſtribuendis ſpoliis,ac præda. Alligati ſ. רותקו conſtricti ſunt. 11 Inebriaberis, תשכרי ſub.afflictionibus. Abſcondita: נעלמה .i.abſcondes te præ metu ac trepidatione,vel vt alii,tollẽris de medio,ita vt deſinas eſſe in rerum natura. Fortitudinem מעוז robur.q.d.auxiliũ & opem cogẽris quærere vt inimicis reſiſtas. 12 Ficus cum pri. תאנים עם־בכורים .i.velut ficus poſteriores & priores quæ iam peruenerunt ad maturitatem. 13 Apertæ ſunt נפתחו Præt.Heb.pro fut.aperientur.

14 Aquã obſi.מי מצור .i.Aquas quibus tẽpore obſidionis vtaris.prædicit inſtare tempus oppugnationis & euerſionis Niniue: omnéſque Niniuitarum conatus fore irritos & vanos. Tene החזיקי apprehende.i.verſare vt voles circa fornacem in qua fiunt & excoquũtur lateres.q d.præpara tibi omnia neceſſaria ad ſarcienda mœnia tua.

15 Illic שם .i.In munitionibus tuis.acſi dicat,Incendio abſumentur munitiones tuæ, & populus tuus gladio peribit: conſumetúrque, vt bruchi omnia terræ naſcentia abſumere ſolent:etiamſi collegeris maximum exercitum.

16 Bruchus graſſ.&c. ילק פשט ויעף Hebraiſmum iſtum ſic quidam reddunt, erunt tandem ſimiles bruchis qui poſteaquam graſſati ſunt in terram,auolant. i.mox ab euerſione tui aufugient,& non comparebunt.

17 Maiores tui מנזריך Principes tui. Ad verbum,Coronati tui.Significat eos qui corona inſigniuntur. Sicut locuſtæ, כארבה tãquam locuſtæ.i.quamplurimi. Et principes t.&c. 'וטפסריך וגו & nobiles tui velut locuſtæ locuſtarum.Iſtud reſpicit dignitatem.i. ſunt ſimiles locuſtis illis prægrandibus. vt Rex regum ſignificat maximum Regem. Quæ caſtram. החונים quæ manent.vel conſident. Vbi fuerunt. אים: Interrogatiuè legi poteſt,vbinam ſunt *nunc*:quaſi dicat,non extant.

18 Dormitabunt paſt.t נמו רועיך Præt.Heb.pro fut.i.Principes tui qui ſunt tibi vice paſtorum, erunt quaſi dormirent.non enim poterunt te tueri ac defendere. Requieſcent ישכנו ſub.in ſepulchris. Diſpergetur נפושו Præt.Heb.pro fut.vel diſperſus fugiet ad montes,more ouium errantium,& quæ paſtore carent.ſolent enim huc illuc vagari.

19 Fracturæ tuæ, לשברך contritioni tuæ. Alludit ad fracturam membrorum.q.d. Vulnus tuum eſt incurabile. Doloris plena eſt נחלה ægritudine plena eſt.doloroſa eſt plaga tua quam accipies à Chaldæis. Famam t. שמעך Ad verbum,auditionem tuam.i.rumorem:quicunque intellexerint ruinam tuã,lætabuntur de infortunio tuo:tu enim nocuiſti omnibus ſemper,& omnes aſſiduè afflixiſti,

Prophetia Habacuc, Hebraicè חבקוק

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

In persona ſanctorũ piè cõqueritur Propheta, quòd mali iuſtos perſequantur.

1 Prophetia 'Illa quam vidit ח Habacúc Propheta.
2 Vſquequo Iehouáh 'clamabo, & nõ exaudies? vociferabor ad te *propter* 'iniquitatẽ, & non 'ſaluabis?
3 Vtquid 'oſtendis mihi 'iniquitatem, & peruerſitatem 'aſpicis, & *eſt* vaſtitas & iniquitas coram me? 'éſtque *qui* litẽ & contentionem *contra me* ſuſcipiat?
4 Propterea 'debilitatur Lex, & *dicunt homines* ', Nõ egredietur in ſeculũ iudicium: nam impius *quiuis* 'circundat iuſtum: propterea (*aiunt*) 'egredietur iudicium peruerſum.

Chaldæos ſuſcitatos eſſe à Domino oſtendit ad iuſtorũ correptionem.

5 Videte in Gẽtibus, '& aſpicite, '& admiramini, admiramini: *Deus* enim operaturus eſt opus in diebus veſtris, non credetis quũ narrabitur.
6 Quia ecce, ego ſuſcito Chaſdím, gẽtem 'amarã, & præcipitem 'quæ perãbulabit latitudinẽ terræ, vt poſſideat habitacula nõ ſua.
7 Horribilis & terribilis eſt: ex ſeipſa iudiciũ eius '& dignitas eius egredietur.
8 Leuiores ſunt pardis equi eius, '& acutiores lupis veſpertinis: 'quamplurimi ſunt 'equites eius, *qui* délonge veniẽt: & aduolabũt tanquam aquila feſtinans 'ad comedendum.
9 'Tota ipſa *gens* 'propter rapinam veniet: 'oppoſitio faciei eorum *ſimilis erit* vento Orientali: congregabítque 'tanquam arenam captiuitatem.
10 'Illa quoque Reges ipſos ridet, & riſus *ſunt* ei principes: ipſa omnem 'vrbem munitam ridet, & congregabit terram, & capiet eam.

VETVS.

Cap. I.

Onus Quod vidit Habacuc ꝓpheta. Vſq; quo Domine clamabo, & nõ exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?

Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me? & factum eſt iudiciũ & contradictio potentior?

Propter hoc lacerata eſt Lex, & nõ peruenit vſque ad finem iudiciũ: quia impius præualet aduerſus iuſtũ: propterea egreditur iudiciũ peruerſum. B

‖Aſpicite in Gentibus, & videte, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opꝰ factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet quum narrabitur. Act.13.f.41

Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinẽ terræ vt poſſideat tabernacula non ſua.

Horribilis & terribilis eſt: ex ſemet ipſa iudicium & onus eius egredietur.

Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites nanque eius délonge venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. C

Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quaſi arenam, captiuitatem.

Et ipſe de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

IN CAPVT I.

1 Prophetia illa המשא Vide Nahum 1.a.1. ח Habacuc חבקוק Quo tempore prophetauerit iſte Habacuc, non meminerunt Sacræ literæ. attamen in Chronico Hebræorum ita ſcribitur, Ioel, Nahum, & Habacuc prophetauerunt tempore Manaſſe: ſed quia is fuit impius, eius non meminerunt. Prophetauit autem contra Nabuchodonoſor & Chaldæos qui 'afflicturi erant populum Iſraeliticum, & abducturi in captiuitatem duas illas tribus: ſed tandem deuincendi à Perſis & Medis, ad quos ſimul imperium illud Chaldæorum ſiue Babylonicum transferendum erat. 2 Clamabo, שועתי Præt. Heb. pro fut. i. clamando conquerar apud te. Induit hîc Propheta perſonã vulgi, ſiue plebis ignaræ iudiciorum Dei, & humana tantùm ratione nitentis. Initio autem ſuæ prophetiæ erumpit in querimoniam, ſiue expoſtulationem erga Deum, vehementer admirans fœlicitatem ac proſperitatem impiorum ac reproborum: & contrà, aduerſitatem piorum ac electorum. Iniquitatem, חמס iniuriam. Saluabis? תושיע: ſeruabis? i. feres opem mihi?

3 Oſtendis m. תראני Fut. Heb. pro præſ. facis vt videam. Iniquitatem, און Ad verbum *homines* iniquitatis. i. homines iniquos. q.d. Quare finis vt homines iniqui affligant populum tuum, & nõ punis? Alii, *homines* triſtitiæ. vel doloris. i. qui dolorem, vel triſtitiam mihi pariunt? Aſpicis, תביט .i. ſuſtines videre. Eſtque, &c. ויהי וגו' Quidam vertunt, & rixam ac contentionem feret? ſub. Iſrael.

4 Debilitatur תפוג Fut. Heb. pro præſ. infirmatur. remiſſa eſt. i. negligitur. q.d. Quia nõ ſumis pœnas de improbis, multi deficiũt à te & à Lege tua. Non egred. &c. ולא יצא וגו' & non prodibit. ſub. in lucem. Hebraiſmus, Nunquã animaduerſurus eſt Dominus in improbos. Circundat מכתיר inſtar coronæ ſcilicet. i. circunuenit. hoc eſt, à quouis impio opprimitur iuſtiſſimus quiſque. Egredietur יצא prodibit. ſub. à Deo. i. tu videberis in iudiciis tuis iniuſtè agere.

5 Et aſpicite, והביטו & conſiderate. ſub. quæ ſunt illis euentura. Et admir. admir. והתמהו תמהו & obſtupeſcite, obſtupeſcite. Prædicit Dominum tandem ſumpturum vltionem de Chaldæis & Babyloniis iniuſtè opprimentibus populum ſuum: ſed prius Nabuchodonoſor maximam partem orbis ſibi ſubiugaturum & occupaturum, non ſine afflictione & oppreſſione multorum.

6 Amaram, המר .i. aſperam, acerbam, duram. amaram & præcipitem vocat crudelem & temerariam. i. quæ conſilia ſua præcipitat. Quæ peramb. ההולך Præſ. Heb. pro fut. i. quæ maximam partem terræ inuadet, vt occupet.

7 Et dignitas eius ושאתו & excellentia eius. authoritas. maieſtas. magnificentia. q.d. propria virtute, & non aliena conſequetur & vẽdicabit ſibi gloriam & dignitatem imperii.

8 Et acutiores וחדו pro pernicioribus & velocioribus poſitum. Metaphora ſumpta ab enſibus acutis qui facilè pertrãſeunt. Quãplurimi ſunt ופשו Ad verbum, & multiplicati ſunt. Præt. pro fut. Equites e. *qui* délonge מרחוק Ad verbum, & equites eius délonge, &c. vbi ponitur antecedẽs pro relatiuo: nã ſatis erat dixiſſe vt vertimus, qui délonge, &c. Ad comedendum. לאכול: vt capiat cibum. ſolent enim aquilæ viſa præda è ſublimi deuolare, vt eam rapiant, idque celerrimé.

9 Tota ipſa *gens* כולה Totus. ſub. exercitus. Propter rap. לחמס .i. vt diripiat vos, & veſtra omnia. Alii, ad iniuriam vel propter iniuriam. Alii, vt vim inferat. Subauditur enim לעשות. Oppoſitio, &c. מגמת וגו' aſpectus faciei eorum ventus Orientalis. i. facies Chaldæorum vobis oppoſitæ erunt, vobis intolerabiles, vt ventus Orientalis impetuoſus eſt, & intolerabilis habitantibus in Terra ſancta. Tãquam arenam cap. כחול שבי: Quæ nullo numero capi ac comprehendi poſſunt, comparat Scriptura arenæ quæ numerari nequit. dicit igitur, Congregabit multitudinem captiuorum innumeram, ſiue captiuos innumeros capiet.

10 Illa quoque והוא ſub. Niniue. vel, Ipſe quoque. nempe Nabuchodonoſor paruipendit ac contemnit omnes alios Reges & principes, omnémque potentiam eorum. Vrbem mun. ridet, מבצר ישחק munitionem ridet.

11 Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius dei ſui.

12 Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, Sancte meus, & non moriemur? Domine in iudiciũ poſuiſti eum: & fortem vt corriperes, fundaſti eum.

D

13 Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris: quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorãte impio iuſtiorem ſe?

14 Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.

15 Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagenam ſuam, & cõgregauit in rete ſuum: ſuper hoc lætabitur, & exultabit.

16 Propterea ĩmolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: qa in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cib⁹ eius electus.

17 Propter hoc ergo expandit ſagenã ſuam: & ſemper interficere gentes nõ parcet.

Cap. II.

Eſa.21.b.8

1 SVper ‖ cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradũ ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me.

2 Et reſpondit mihi Dominus, & dixit, Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum.

3 Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. ſi moram fecerit, expecta illũ: quia veniens veniet, & non tardabit.

Eſa.21.a.2
iohan.3.d.37

4 ‖Ecce, qui incredulus eſt, nõ erit recta anima eius in ſemetipſo: ‖iuſtus autem in fide ſua viuet.

Rom.1.b.78
galat.3.b.11
heb.10.g.38

5 Et quo modo vinum potantem de-

Eorum ruinæ.

11 ″Tunc tranſibit ſpiritus *eius*, ac tranſgredietur, atque delinquet, *dicendo* hanc potentiam ſuam dei ſui *eſſe*.

12 Nónne fuiſti ab initio Iehouáh Deus meus, Sancte meus? ″non moriemur, ô Iehouáh: vt iudicium *facias*, poſuiſti illum: ″& fortem vt increpares, fundaſti eum.

Querelã repetit

13 *Tu quum ſis* mundus oculis, vt non cernas ″malum, & aſpicere ″prauitatem non poſſis: vtquid reſpicis ″contemptores, *&* taces, ″diſperdente impio iuſtiorem ſe?

14 Faciſque homines ſimiles piſcibus maris: ″ſimiles reptili cui nõ eſt dominator.

15 Omnes hamo *ſuo* ″extrahet, congregabit illos ſagena ſua, & congregabit eos reti ſuo: ob id lætabitur, exultabítque.

16 Propterea ″ſacrificabit ſagenæ ſuæ, & ſuffiet reti ſuo: quia per illa impinguata eſt portio eius, & cibus eius ″pingue *pecus*.

17 Nunquid propterea ″euacuabit ſagenam ſuam, & aſſiduè interficere gentes ″non parcet?

Cap II.

Reſponſionem expectat à Domino.

1 S″Vper cuſtodiam meam ſtabo, & cõſiſtam ſuper munitionem, atque contemplabor, vt videam quid loquatur in me *Dominus*, & quid reſpondeam ″arguenti contra me.

Iubetur conſidere.

2 Reſpõdit autem mihi Iehouáh, & dixit, Scribe ″viſionem, ″& explana in tabulis, ″vt percurrat qui legerit eam.

3 Nam adhuc viſio *erit* ″in tẽpus, ″& loquitur in finẽ, nec mẽtietur: ſi morã fecerit, ″expecta eũ, quia ″veniendo veniet, *&* non tardabit.

Fidei efficacia.

4 Ecce ″extollit ſeſe is cuius anima non eſt recta in eo: iuſtus autẽ fide ſua viuet.

5 Et quantomagis ″vino deditus præuaricatur, *&* homo ſuperbus,

---

11 Tunc tranſibit, &c. אז חלף וגו' Multa hic ſubaudienda, Quum videbit ſe adeò fœlicem, vltra modum efferetur, & trãſgredietur modum, non continebit ſe intra fines modeſtiæ, ſed erit ſupra modum ſuperbus & arrogans, ita vt contra Dominum delinquat, tribuendo hanc potentiam, has ſuas vires idolo ſuo.

12 Non moriemur, לא נמות te ſcilicet protegente contra Nabuchodonoſorem. Verba Prophetæ alloquentis Dominũ. Vel iuxta antiquã lectionem, *&* non morieris, id eſt es immortalis & incorruptibilis: idola autẽ corruptibilia ſunt, & homines autores eorum, ſunt mortales. Eſt autem hæc dictio vna ex XVIII quæ fuerunt emendatæ, ſiue correctæ & caſtigatæ à Scribis, qui fuerunt ea offenſi, ne ſcilicet putaremus Deum eſſe mortalem. Et fortem, &c. וצור וגו' & petram vt corriperes ſtabiliiſti eum. nihil enim firmius, aut ſolidius fundamẽto. Alii, & ô rupes vt increpes fundaſti eum. vel, vt arguas *mores corruptos* conſtituiſti illum. q.d. eſt tibi vice flagelli quo vteris vt animaduertas in improbos ac reprobos, ſumáſque de illis pœnas.

13 Malum, רע .i. vt cernere nõ poſſis alicui malum inferri. Prauitatem אל־עמל Repetitio. Contemptores, בוגדים præuaricatores. ſub. in te. i. quare fers improbos, & nõ ſtatim animaduertis in eos? Diſperdente impio בבלע רשע dum deglutit [abſorbet] impius.

14 Similes rept. cui, &c.: כרמש לא משל בו Sing. Heb. pro plu. reptilibus quæ dominatore carent. Cõparat mundũ mari, homines piſcibus, & Nabuchodonoſorem piſcatori. q.d. licet omnibus impunè, ac nemine prohibente piſcari in mari ipſo, & homines affligere carentes principe qui tueatur illos. 15 Extrahet, העלה Ad verbum, aſcendere fecit. Præt. Heb. pro fut. educet. i. expiſcabitur. Perſtat in metaphora ſua. Duobus autem modis expiſcari ſolent piſces, hamo & ſagena, ſiue reti. Quidam hæc verba per præſens vertunt.

16 Sacrificabit ſag. ſ. יזבח לחרמו Hebraiſmus, omnia tribuet propriæ virtuti, induſtriæ, ac viribus, quæ tamen accepta referre debuerat Deo, & illi gratias agere. Alii referunt ad deum eius quem ille putabat eſſe authorem virtutis, & fœlicitatis, ac proſperitatis ſuæ. Pingue : בריאה pinguis. ſub. euaſit. i. adeptus eſt imperii dignitatem & authoritatem.

17 Euacuabit ſag. ſ. יריק חרמו Quos enim piſces attraxerint piſcatores, ſolent è ſagenis ſuis educere foras, nempe in domum ſuam, vel alió. q.d. debétne peruenire ad finem optatum? Non debet. Non parcet? לא יחמול: .i. non deſinet? Declaratio eſt præcedentium.

IN CAPVT II.

1 Super cuſtodiam m. ſtabo על־משמרתי אעמודה Metaphora à cuſtodibus vrbium obſeſſarum: acſi dicat, Attentè & accuratè conſiderabo quidnam ſuggerat mihi Spiritus ſanctus circa ſolutionem huius quæſtionis ac dubii, more vigilum ſiue excubitorum qui partem vrbis ſibi ac fidei ſuæ commiſſam diligenter cuſtodiunt, ne hoſtis obſeſſos opprimat incautos. Hoc capite ſoluitur quæſtio illa ſuprà à Propheta propoſita, quòd Dominus interdum ſinat pios affligi ad tempus, & impios proſperè habere. Arguenti contra me. על־תוכחתי : ad argumentum meum. paſſiuè, id eſt mihi propoſitum, à piis & impiis.

2 Viſionem, חזון .i. id quod tibi dicturus ſum. Et explana in tab. ובאר על־הלוחות & expone [explica] in tabulis. ceratis ſcilicet, aut buxeis, in quibus ſcribere ſolebant. Vt percurrat למען ירוץ .i. vt qui legerit eã, citò intelligat quomodo intelligenda ſit hæc quæſtio.

3 In tempus, למועד ſub. certum, ac ſtatutum à Deo. q.d. non implebitur vſque ad tempus certum & conſtitutum à Deo. Et loquitur in fi. ויפח לקץ & loquitur de fine. i. de re quæ eueniet poſt multum tempus, idque definitum ac determinatum à Deo. q.d. tandem inueniet finem, hoc eſt adimplebitur. Expecta eum, חכה־לו nempe finem. vel, illam viſionem. Veniendo veniet, בא יבוא Repetitio verbi facit ad indicandam certitudinem rei, certò veniet, vel omnino veniet.

4 Extollit ſeſe עופלה exaltat ſeſe. effertur. i. Certè efferri ſolet qui peruerſo animo præditus eſt. Recenſet aliquot ſcelera Nabuchodonoſor, ob quæ tandẽ animaduerſurus erat in eũ Deus. Primo taxat eũ ſuperbiæ & arrogantiæ. Quidã vertũt, Ecce elatio cordis, nõ eſt recta anima eius in eo. Alii, Ponit anima eius ſeipſam in arce. ab עופל arce, turri, & munitione excelſa. acſi dicat, Cõfugiet ad arces & turres à facie inimici, nõ ad Deum, vt ipſe eripiat eum: iuſto autem arce nõ eſt opus, quia fide ſua viuet, & eripietur. ita quidam Hebræorũ. Alii, Arrogantis anima non eſt recta in eo. i. diffidit de Deo, nec ad illum confugit. Alii per præteritum vertunt, Elata eſt non recta anima eius in eo. vt præciſè intelligatur de Nabuchodonoſor: nam hæc viſio præcipuè impleta fuit in eo & ſucceſſoribus eius: quandoquidem nepos ipſius interfectus fuit à Perſis & Medis ad quos tranſlatum fuit imperium Chaldæorum: filii autem Iſrael qui credebant Deo, & fidebant illi, fuerunt liberati & erepti ab illis, ſeruatique in vita, & reducti in patriam ſuam. Paulus ad Rom. 1.b.17, exponit iſtud, Iuſtus fide ſua viuet.

5 Vino deditus היין Ad verbum, *uir* vini. Alludit ad id quod factum eſt nocte illa qua Balſaſar nepos Nabuchodonoſor interfectus fuit. is enim vnà cum tota familia ſua bibit in vaſis templi, & ita præuaricatus eſt in Deum.

Superbia impios confundit.

″nec permanebit in habitaculo *ſuo*? qui dilatauit ſicut infernus″animam ſuam, éſtque veluti mors, neque ſatiatur: ſed cõgregauit ad ſe omnes gentes, & coaceruauit ad ſe omnes populos.

Nónne omnes iſti *populi*″ſuper eum parabolam ſumẽt, & ſermonem ænigmaticum de eo? dicéntque, Væ ″multiplicanti non ſua? & quouſque *id faciet*,″& aggrauabit ſuper ſe *opes tanquam* denſum lutum?

Nónne repentè conſurgent qui mordeant te, & expergiſcentur ″qui commoueant te, eríſque in rapinas illis?

Quia tu ſpoliaſti gẽtes multas, ſpoliabunt te omnes reliqui populi″propter ſanguinem hominum, ″& violentiam terræ, *&*″ciuitatis,″omniúmque habitantium in ea.

Auaritia.

Væ auarè ſectanti auaritiam malam, vt domum ſuam *ædificet*,″vt ponat in excelſo nidum ſuum, vt liberetur à manu″mali.

″Cõſilium iniiſti ad ignominiam domui tuæ, excidiſti populos multos, & peccaſti″*in* animam tuam.

″Nam lapides è muris clamabunt *contra te*, & tigna è ſtructuris ligneis reſpondebunt illis.

Væ ædificãti vrbẽ″ſanguine,″& ei qui ſtabilit ciuitatẽ iniquitate.

Nónne ecce à Iehouáh exercituum *ueniet ultio*?″laborabunt itaque populi igne, & gentes fruſtra fatigabuntur.

″Replebitur enim terra ipſa *cognitione ultionis Diuinæ*, vt agnoſcãt gloriam Iehouæ: *erítque ultio illa* inſtar aquarum quæ operiunt mare.

Ebrietas.

Væ potanti″ſocios ſuos *nimio uino*, admouenti″vtrem ſuum *plenum uini*, atque inebrianti *eos*, vt aſpiciat″nuditates eorum.

Saturatus es *Regum* ignominia″præ gloria:″bibes tu quoque, & nudaberis: vertet *enim* ſe ſuper te calix dexteræ Iehouæ, & vomitus ignominioſus *decidet* ſuper gloriam tuam.

Quandoquidem ″rapina *quam feciſti in* Lebanón, obruet te,″& præda illata à feris, conteret eas″propter ſanguinem hominũ, & violentiam terræ, *&* ciuitatis, omniúmque habitantium in ea.

Contra idolorũ cultum.

Quid″prodeſt ſculptile, quòd ſculpſerit illud fictor eius, *aut* con

eipit: ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus animã ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur: & congregauit ad ſe omnes gentes, & coaceruauit ad ſe omnes populos.

6 Nũquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatũ eius? & dicetur, Væ ei qui multiplicat non ſua? vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum?

B

7 Nunquid non repentè conſurgent, qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?

8 Quia tu ſpoliaſti gẽtes multas, ſpoliabũt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter ſanguinem hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

9 Væ qui cõgregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidꝰ eius, & liberari ſe putãt de manu mali.

10 Cogitaſti confuſionem domui tuę, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua.

C

11 Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ędificiorum eſt, reſpondebit.

Ezech. 24.b.9
nahum 3.a.1

12 |Væ qui ædificat ciuitatẽ in ſanguinibus, & pręparat vrbẽ in iniquitate.

13 Nũquid non hæc ſunt à Dño exercituum? laborabũt enim populi in multo igne: & gẽtes in vacuũ, & deficiẽt.

14 Quia replebitur terra, vt cognoſcãt gloriam Domini: quaſi aquæ operientes mare.

15 Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius.

16 Repletus es ignominia præ gloria: bibe tu quoque, & conſopire: circũdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuã.

D

17 Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſãguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitãtium in ea.

18 Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile & ima-

---

Nec perman. in hab. ſ. ולא ינוה Ad verbum, nec habitabit. Habitaculum vocat regiam dignitatem, vel regnum Babylonicum. Animam ſ. נפשו .i. deſiderium ſuum. Inexplebile deſideriũ, ac inſatiabilem cupiditatem Nabuchodonoſoris comparat inferno, ſiue ſepulchro quod nulla vnquam reſpuit cadauera, & morti quæ etiam nunquam ſatiatur: ita neque ille qui maximam partem gentium & nationum ſuppeditauit, ſibique ſubiecit. in quo taxatur etiam violentia ipſius.

6 Super eum parab. ſum. &c. עליו משל ישאו ומליצה חידות לו .i. loquentur contra eũ ſermone parabolico & ænigmatico? q.d. fiétne tãdẽ fabula illis populis quos ſubiugauit? מליצה propriè ſignificat ſermonem facundum. Multiplicãti non ſ. המרבה לא לו Hebraiſmus .i. ei qui congregat ingentes diuitias ex alieno, nempe ſpoliis. Et aggrauabit ומכביד & multiplicabit. Vtrunque ſignificat, id eſt congereret ſibi ingentem vim opum, quæ numero æquare poſſint lutum ipſum.

7 Qui commoueant te. מזעזעיך qui exagitent te. i. qui tibi ſint moleſti.

8 Propter ſang ho. מדמי אדם propter cædem [vel cædes] hominum. ſub. à te factas. Et violentiã ter. וחמס ארץ & iniuriam terræ. i. vim illatam habitatoribus terræ. Ciuitatis, קריה ſub. Ieruſalem. Doctus inter Hebræos dicit eſſe ſingulare pro plurali.

9 Vt ponat, &c. לשום וגו׳ Excelſum vocat locum altum & inacceſſum. i. vt extruat ſibi arcem præaltam & munitiſſimam qua tueatur ſe ab hoſtibus. Metaphora ab auibus. Mali. רע: .i. afflictionis. hoc eſt, vt tutus ſit ab iniuria hoſtium.

10 Conſiliũ iniiſti, &c. יעצת בושת לביתך Captaſti conſiliũ pudendum pro domo tua *ædificanda*. Alii, vt noſter interpres, Conſilium captaſti ad ignominiam domus tuæ. *In* animam tuam. נפשך: .i. contra te. q.d. propter hoc enim tandem ſumpſit de te pœnas Deus.

11 Nam lapides, &c. כי אבן וגו׳ Ad verbum, nam lapis è muro vociferabitur, & tignum è ligno reſpondebit ei. Sing. pro plur. i. lapides furto à te ablati, teſtabuntur iniuſtitiam & rapinam tuam, implorabúntque vltionem à Deo contra te. eadem teſtabuntur tigna, quòd extruxeris domum tuam materia aliena. 12 Sanguine, בדמים .i. opibus ſanguinum effuſione partis. i. cædibus, vel concuſſione, hoc eſt opibus calumnia & oppreſſione partis. Et ei qui ſtabilit וכונן & ei qui præparat. concinnat.

13 Laborabunt itaque pop. ig. וייגעו עמים בדי אש laborabunt itaque populi propter ignem. i. videbuntur fruſtra laborare circa extructionem talium vrbium, quæ tandem incendio abſumentur.

14 Replebitur e. &c. כי תמלא וגו׳ .i. Tunc cognoſcent omnes Deum eſſe iuſtiſſimum, qui tandem ſumat pœnas de ſceleſtis: itidem & prouidentiam eius, qui omnia curet, regat, & moderetur ſua ſapientia.

15 Socios ſ. רעהו Sing. Heb. i. Reges à ſe captos, & ſuperatos. Vtrem ſ. חמתך Mutatio perſonæ, vtrem tuum, pro ſuum. Nuditates eorum. על מעוריהם: .i. pudenda. verenda, & ita illudat eis: quemadmodum accidit ipſi Noe.

16 Præ gloria: מכבוד magis quàm gloria. i. Quemadmodum tu ignominia affeciſti eos, ita tu quoque ignominia afficieris. Bibes tu quoque, & nud. שתה גם אתה והערל Imperat. Heb. pro fut. Bibe etiam tu, & ſis diſcoopertus. & ita Chaldæus paraph. Alii, Bibe tu quoque, & appareat præputium tuum. Alii, per metatheſin literarnm à רעל conſopiuit, vertunt, & conſopire.

17 Rapina, quã feciſti in Lebanõ, כי חמס לבנון Ad verbũ, Quia rapina Libani. aut, violẽtia & iniuria. Libanũ vocat Terrã ſanctã. Et præda ill. à fe. ושד בהמות Ad verbum, & vaſtitas ferarum. i. illata à feris, ſiue animalibus, hoc eſt à militibus tuis. nam quemadmodum feræ verſabãtur in Libano, ita & Chaldæi occupata Terra ſancta, graſſabãtur in ea. Propter ſang. &c. מדמי אדם וגו׳ Vide paulo antè, verſu 8.

18 Prodeſt הועיל profuit. q.d. Quid profuerunt Chaldæis idola quæ coluerunt? potuerúntne eripere eos de manu Domini?

ginem falſam?quia ſperauit in figmẽto fictor eiꝰ vt faceret ſimulachra muta.

Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge,lapidi tacenti: nunquid ipſe docere poterit? ecce, iſte coopertus eſt auro & argento:& omnis ſpiritus nõ eſt in viſceribus eius.

Pſal.10.b.4

Dominus autẽ in tẽplo ſancto ſuo, ſileat à facie eius oĩs terra. Cap.III.

ORatio Habacuc pro ignorãtiis. Domine audiui auditionẽ tuã, & timui:Domine opus tuum in medio annorum,viuifica illud: in medio annorum notum facies: quum iratus fueris,miſericordiæ recordaberis.

Deus ab Auſtro veniet,& Sanctus de monte Pharan. ſemper operuit cęlos gloria eius,&laudis eius plena eſt terra.

Splendor eius vt lux erit,cornua in manibus eius:ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

Ante faciem eius ibit mors,& egredietur diabolus ante pedes eius.

Stetit,& menſus eſt terram: aſpexit,& diſſoluit Gentes, & contriti ſũt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi,ab itineribus ęternitatis eius.

B Pro iniquitate vidi tẽtoria AEthiopiæ,turbabũtur pelles terræ Madian.

Nũquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua,quia aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio?

Suſcitans ſuſcitabis arcum tuũ,iu-

flatile,″& quod docet mendacium, quòd″ſperet fictor *in* figmento ſuo,″vt faciat idola muta?

19 Væ dicenti ligno,Expergiſcere:″*&* lapidi ſilenti, Excitare: num ipſe'docet? en″copertꝰ eſt auro & argẽto,nec vllus ſpiritꝰ eſt″in eo.

20 Iehouáh autem *eſt*″in templo ſancto ſuo:″ſileat *ergo* à facie eius vniuerſa terra. Cap.III.

1 ORatio ⁿHabacúc Prophetæ,″pro ignorantiis.

2 O Iehouáh″audiui famam tuã, *&* timui:Iehouáh″opus tuũ in medio″annorum″viuifica, in medio *inquam* annorum notã fac *clementiam tuam*:in ira,miſericordiæ recorderis.

Ex concepto timore,prophetiæ ſuæ magnitudinem oſtẽdit Habacuc.

3 Deus″à Themán venit *in Sinai*,& Sanctus de mõte Parán.″סSélah. *tunc* operuit cælos gloria eius,″& laudis ipſius plena fuit terra.

Chriſti aduẽtus & victoria aduerſus peccatũ,mortem & infernũ.

4 Splendor *illius*″fuit vt lux *ſolis*, ſplendores *quoque* à manu eius *fuerunt*″illi,& ibi *reuelata fuit*″abſconſio fortitudinis eius.

5 Ante faciem eius″ambulabat peſtis,& egrediebatur'carbũculus'propter eum.

6 'Stetit,& menſus eſt terrã:aſpexit,″& exilire fecit Gentes,& contriti ſunt″montes ſeculi,incuruauerunt ſe colles ſeculi, *nam*″itinera ſeculi *ſunt* illius.

7 'Pro nihilo vidi tentoria Chuשſán,'trepidauerunt cortinæ terræ Midián.

8 Nunquid contra flumina iratus eſt Iehouáh? num contra flumina ipſa *inquam exarſit*″furor tuus? annon contra mare ipſum *efferbuit* ira tua?″quia aſcendiſti ſuper equos tuos, *fuerúntque* quadrigæ tuæ'*ad* ſalutem.

9 ″Manifeſtatione manifeſtatus fuit arcus tuus, *&*″iuramenta *quæ*

Et quod docet mend.ומורה שקר Id eſt,idolũ quoduis,quod falſò docet.videntur enim idola ac ſimulachra quodammodo ſeſe offerre his qui colunt ipſa,ſed falſó.prorſus enim fallũtur iſti. Quòd ſperet,&c. כיבטח וגו' Ad verbũ, quòd ſperet fictor figmẽti ſui illi.i.quòd fidere debeat fictor,&c. Vt faciat לעשות faciendo.

19 *Et* lapidi ſil.Excit. עורי לאבן דומם Ordo inuerſus Hebræis, Excitare,lapidi ſilẽti.i.muto idolo ex lapide facto. Docet? יורה docere poteſt? Coopertus eſt תפוש ſub.lapis.vel,obtectum,ſiue obductum eſt,ſub.idolum ex ligno vel lapide factũ. In eo בקרבו intra illum. Ad verbum,in medio eius,ſiue in viſceribus eius.i.caret omni ſenſu.

20 In templo ſan.ſ. בהיכל קדשו .i.in cælo,vnde ipſe cernit ac videt omnia quæ hîc geruntur, omnium curam gerit,cuncta quoque ſumma ſua prouidentia regit & moderatur. Sileat הס ſile. Accipitur pro timere:quòd qui timent, ſilere ſoleant.Sile igitur.i.contiſcendo time.

IN CAPVT III.

1 Pro ignorantiis. על שגיונות: ſub.Iſraelis, ſiue populi Iſraelitici. Orat enim Propheta Dominum pro popularibus ſuis, orans illum vt non imputet eis ignorantias & errores ipſorum:vtque dum erunt in captiuitate Babylonica, dignetur clemẽter agere cum eis,& ſeruare eos incolumes.Narrat autem ſigna & virtutes quæ Dominus fecerit ante & poſt egreſſum ex AEgypto, confidens, & velut prædicens idem facturum in exitu captiuitatis Babylonicæ.Obiter prædicit captiuitatem Babylonicam.Doctus inter Hebræos exponit,ad inſtrumẽta muſica.hæc enim oratio ad rationem canticorum,ſiue pſalmorum conſcripta fuit.

2 Audiui fa.t. שמעתי שמעך Ad verbum,audiui auditum tuum.i.intellexi per Spiritum prophetiæ quòd ſtatueris te coniecturum populum tuum in captiuitatem propter peccata ſua. Opus tuum פעלך .i.populum Iſraeliticum qui tuus eſt,non tantùm propter creationem,ſed etiam propter tot & tanta beneficia quæ accepit à te. Annorum שנים ſub.captiuitatis ſuæ.i.tantiſper dum aget captiuus Babylone. Viuifica, חייהו Ad verbum,viuifica eum.Redundat pronomen.i.ſerua incolumem.

3 A Theman מתימן Theman & Paran mõtes ſunt vicini monti Sinai,vnde Dominus viſus eſt quaſi venire quum dedit Legem. Hæc præcedentibus ſic connectuntur,Id quidem præſtare potes,qui tot ac tanta ſigna & prodigia edidiſti in gratiam eius,præſertim quum dediſti ei Legem in monte Sinai,poſteaquam eduxeras eum è ſeruitute AEgyptiaca. סSèlah: סלה Hæc dictio nõ cohæret ſenſu cũ præcedentibus,ſed tantummodo indicat vocem canentium in dictione præcedente exaltari debere. Quidam vertunt לנצח in æternum. Alii, באמת in veritate.Deducitur autem à סלל exaltauit. Vide Pſal.3.a.3. Et laudis ipſius ותהלתו & ſplendoris eius.vel fulgoris.

4 Fuit תהיה Fut.Heb.pro præt. Illi, לו Relatiuum ſine antecedente. illi,nempe Moſi.i.Dominus reddidit faciem Moſis ſplendidam ac lucidam. Abſconſio fort.e. חביון עוזה: .i.fortitudo Domini quæ antea abſcondita & tecta erat,detecta fuit in monte Sinai.

5 Ambulabat ילך Fut. Heb.pro imperfecto.q.d.Quum eſſet introducturus populũ Iſrael in Terram ſanctam,perdidit peſte incolas eius,& qui eam occupabant.cœperunt enim quamplurimi perire peſte & carbunculo ad aduentum filiorum Iſrael. Carbunculus רשף cauma.i.febris acuta & ardens. Propter eum. לרגליו: poſt eum.i.& ſequebatur eum carbunculus. Ad verbum,ad pedes eius.erat enim cauſa illius. 6 Stetit,& menſus eſt עמד וימודד Subſtitit,& menſus eſt.i.diuiſit per menſuras,& diſtribuit.Alludit ad arcam Domini quæ ſubſtitit x I I I I menſibus in Galgal,donec diſtributa fuit terra per duodecim tribus. Et exilire fecit ויתר .i.exire fecit ſiue eiecit.q.d.ſolo aſpectu perdidit Gentes illas. Montes ſec.incurua.&c. הררי־עד שחו גבעות עולם montes æternitatis,humiliatique ſunt colles antiqui.Per montes & colles ſeculi,intelligit Reges & Principes, ac nobiles, ſiue dominos qui multis ſeculis ac multo tempore imperauerant in regione illa. Itinera ſec. הליכות עולם itinera mundi.intelligit motus ſphærarum cæleſtium.q.d.non ſolùm regit ac moderatur mundum iſtum inferiorem,ſed etiam ſuperiorem.

7 Pro nihilo vidi תחת און ראיתי ſub.in Patribus meis.i.Viderunt maiores mei tentoria Chuſan Regis Syriæ fuiſſe irrita & vana,ac nullius momenti.q.d.Eripuiſti populum tuum de manu Chuſan Regis potentiſſimi.Hiſtoria legitur Iudicum cap.3.b.10.Quidam vertunt,Loco iniquitatis vidi.Alii,Propter iniquitatem vidi. Trepidauerunt cort. ירגזון יריעות tremuerunt tabernacula,quæ ex pellibus fiebant. q.d.Tu quoque alia vice liberaſti populum tuum à Madianitis per Gedeonem.Iudicum 7.

8 Furor tuus? עברתך Mutatio perſonæ. Quia כי quando.De Mari rubro loquitur.Alludit ad id quod ſcriptũ eſt,Egreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus ſuis.q.d.tu quoque pugnaſti pro populo tuo contra AEgyptios. *Ad* ſalutem. ישועה Ad verbum,ſalus.i.auxilio fuerũt. 9 Manifeſtatione ma.&c. עריה תעור קשתך Nudatione nudatus fuit.i.Tũc apparuit,notúmque fuit ac cognitum auxilium tuum. Iuramenta *quæ ſe.* trib. שבועות מטות ſub.manifeſtata ſunt.i.adimpletæ fuerunt promiſſiones tuæ factæ Patribus,quibus interpoſito iuramento pollicitus fueras te daturum filiis Iſrael Terram illam ſanctam.

fecisti tribubus, ″repromiſſio *tua*. ″ ◻Sélah. ″*& in* fluuios ſcidiſti terram.

10 ″Viderunt te, ″tremuerunt montes, inundatio aquarum ″tranſiit, dedit ″vorago vocem ſuam, ″*in* altitudinem manus ſuas eleuauit.

11 Sol *&* luna ſteterunt ″*in* habitaculo *ſuo*: ad lucem ″ſagittarum tuarum ″ambulauerunt, ad ſplendorem ″fulgoris haſtæ tuæ.

12 ″In ira inceſſiſti *ſuper* terram, in furore ″trituraſti Gentes.

13 ″Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem *inquam* cum Chriſto tuo: ″trãſfixiſti caput de domo impii, ″denudando fundamentum vſque ad collum. ◻Sélah.

14 ″Perfodiſti baculis eius caput exercituum ipſius: tãquam turbo inuaſerant ″vt diſpergerent me: ″exultatio eorũ *erat ut properantium* ad deuoraudnm pauperem in abſcondito.

15 ″Calcaſti per mare ipſum *ſuper* equos tuos, *per* ″aceruum aquarum multarum.

Rurſum quàm magna ſint quæ audiuit, docet.

16 Audiui *uerba tua*, ″& expauit vẽter meus, ad vocem ″contremuerũt labia mea, ″ingreſſa eſt putredo in oſſa mea, ″& apud me expaui, qui *tamen* requieſcam in die anguſtiæ ″quæ euentura eſt populo qui oppugnauerit eum.

17 ″Ficus enim non florebit, nec erit fructus in vitibus: ″mentietur opus oliuæ, & arua non faciẽt cibum: ″abſcindetur ab ouili pecus: ″nec erit bos in ſtabulis.

ramenta tribubus ′quæ loquutus es: fluuios ſcindes terræ.

10 Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum tranſiit, dedit abyſſus vocẽ ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.

11 Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. C

12 In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies Gentes.

13 Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo: percuſſiſti caput de domo impii, denudaſti fũdamẽtum vſque ad collum. Semper.

14 Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius: veniẽtibus vt turbo ad diſpergendum me: exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

15 Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. D

16 Audiui, & conturbatus eſt venter meus, ad vocem contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcẽdam ad populum accinctum noſtrũ.

17 Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibũ: abſcindetur de ouili pecus, & nõ erit armẽtum in præſepibus.

Repromiſſio אומר Per appoſitionem dictum. Ad verbum, ſermo. verbum. i. quæ nihil aliud ſunt quàm promiſſio. Alii vertunt, dictũ, & ſubaudiunt, ad confirmandum. eadem eſt ſententia. ◻Sélah. סלה Vide paulo antè, verſu 3. *Et in* fluuios, &c. נהרות תבקע־ארץ׃ .i. & ingentem vim aquarum eduxiſti è terra fracta ac ſciſſa.

10 Viderunt te, ראוך ſub. venientem. Tremuerũt m. יחילו הרים doluerũt montes. i. tremore ſiue dolore correpti ſunt. Scriptura Reges ac Principes comparare ſolet montibus. Vel eſt hic hyperbole de montibus ipſis. Tranſiit, עבר .i. decidit in mare. In diuiſione Iordanis altera pars aquarum quæ vergebat ad mare, recepit ſe in illud, & altera perſtitit. Vorago תהום abyſſus. Aquas Iordanis vocat abyſſum, quòd amnis ille altus ſit ac profundus admodũ. dicit igitur, In diuiſione illa aquarũ obortus eſt ſtrepitus maximus.

In altitudinem, &c. רום ידיהו נשא׃ *in* altum manus ſuas leuauit. ſub. abyſſus. i. eleuauit ſeſe, ſiue aquas ſuas. q. d. & reliquæ aquæ quæ erant in ſuperiore parte, conſtiterunt in vnum locum, & ita factus eſt maximus aceruus aquarum.

11 *In* habitaculo *ſuo*: זבולה *in* regione *ſua*. i. cælo. ſub. ad preces Ioſuæ quando præliabatur contra quinque Reges Amorrhæorum. Vide Ioſue 10. c. 13. Sagittarum t. חציך .i. grandinis permiſtæ fulguri quam tu è cælo demittebas in AEgyptios nocte illa qua inſequuti ſunt Iſraelem. Ambulauerunt, יהלכו ſub. filii Iſrael. Fulgoris haſtæ t. ברק חניתך׃ Singul. Heb. pro plur. Alii, ferramentorum haſtamore rum tuarum. Idem diuerſis verbis repetit.

12 In ira, &c. בזעם וגו׳ In ira *contra Chananæos* inceſſiſti *ſuper eos in* terra *ipſorum*. In ira i. iratus. q. d. Expulſis ſeptem illis Gentibus è regione ſua propter ſcelera ipſorum, introduxiſti in eam filios Iſrael. Quidam vertunt, In ira conculcabas terram. Trituraſti תדוש .i. animalium triturantium conculcaſti hoc eſt perdidiſti. Idem repetit diuerſis verbis.

13 Egreſſus es, &c. יצאת וגו׳ .i. Liberaſti populum tuum à ſeruitute AEgyptiaca per Chriſtum tuum. vel Chriſto tuo duce, ſiue Chriſti tui opera. Hebraiſmus idem cum eo quem Pſal. 77. d. 21 legimus, Deduxiſti populum tuum in manu Moyſi & Aaron. Alii vertunt, *Sicut* egreſſus es in ſalutem populi tui, *ita egredieris* in ſalutem *tuorum* cum Chriſto tuo. Alloquitur Deum Patrem, & obiter prædicit aduentũ Chriſti. Hebræi quoque hunc locum de Chriſto interpretantur. Quemadmodum (inquit) olim ſeruaſti populum tuum, & liberaſti eum à ſeruitute temporali AEgyptiorum, ita tempore definito ac determinato, ſeruaturus es illum, ac liberaturus à ſeruitute diabolica per Chriſtum. Prior verſio veritati magis accedere videtur. Tranſfixiſti caput מחצת ראש tranſfodiſti caput. i. primogenitum impii Pharaonis interfeciſti perinde atque tranſfodiſſes eum enſe. Denudando, &c. ערות וגו׳ Quidam per præteritum vertunt, denudaſti fundamentum *eius regni* vſque ac collum. Intelligit eos qui proximæ ſunt dignitatis à Rege, ſicut collum proximum eſt capiti. q. d. deleuiſti exercitum eius vſque ad duces ipſos ac primores exercitus. Situm eſt autem in exercitu robur totius regni, quemadmodum fundamentum eſt robur totius ædificii.

14 Perfodiſti, &c. נקבת וגו׳ Perforaſti virgis eius capita [ſingul. Heb. pro plur.] copiarum ipſius. i. Interemiſti atque occidiſti milites Pharaonis perinde atque perforaſſes capita illorum baculis. q. d. Periit vniuerſus exercitus Pharaonis conſiliis eius, nempe vt perſequerentur Iſraelem per Mare rubrum, perinde atque ipſi ſeſe mutuò propriis enſibus trucidaſſent. Vt diſpergerent me: להפיצני vt diſſiparent me. i. perderent me, nempe populum Iſraeliticum. Exultatio e. עליצתם q. d. tanta alacritate faciebant quãta facere ſolent qui perdere conantur hominem pauperem omni ope & auxilio deſtitutum.

15 Calcaſti דרכת Ambulaſti. Inceſſiſti. Iter feciſti. i. Tu traduxiſti populũ tuũ per medium mare, in quo more ſtrenuorum militum validiſſimè illum ac potentiſſimè proſequutus es. Aceruum aq. mul. חומר מים רבים׃ quæ ſcilicet conſtiterant hinc & inde, ſiue ex vtraque parte viæ per quam populus incedebat.

16 Et expauit ותרגז & commotus eſt. i. commotum eſt cor meum quod eſt in ventre meo, hoc eſt in pectore. q. d. Intellexi per Spiritum prophetiæ quæ tu mihi reuelaſti de afflictione quæ euentura eſt Babyloniis. Contremuerunt צללו palpitauerunt. Ingreſſa eſt יבוא Fut. Heb. pro præt. inuaſit. Et apud me ותחתי Ad verbum, & in loco meo, vt quidam vertunt. Quæ euentura eſt, &c. לעלות וגו׳ Loquitur Propheta in perſona eorum qui abducendi erant in Babylonem, & illinc ſalui & incolumes reuerſuri in Terram ſanctam. Ad verbum, Aſcendere ad populum ſuccidet eum. nempe Iſraelem. vel plurimas copias adducet contra illum. Obſcurus locus, quẽ quidam ſic vertunt, quando aſcendet ad populum vt ſuccidat eum. i. quando aſcendet hoſtis contra populum vt ſuccidat eum, tum demũ erit anguſtia. Alii, vt enim ille aſcendat contra populum, colliget ſe. Alii, quieſcam, vt aſcendat contra populũ, vt bello eum adoriatur. Alii, quãdo ſeſe colligent vt aſcendant contra populũ. Videtur ea verſio quã ſumus ſequuti, propius ad ſenſum prophetiæ accedere propter ſequentem verſum.

17 Ficus, &c. כי־תאנה וגו׳ Singul. pro plur. Ficus arbores non florebunt. Deſcribit incommoda quæ afferre ſolet oppugnatio vrbis capitalis. Mentietur, &c. כחש וגו׳ ſub. ipſi agricolæ, vel hero ſuo. Hebraiſmus, Oleæ non producent fructum ſuum: non reſpondebunt votis agricolæ, vel heri ſui. Quod præceſſit, quódque mox ſequitur, exponunt iſtum Hebraiſmum. Ad verbũ, Negauit oliua fructum: vt quidam vertunt. Alii, mentitum eſt opus oliuæ. Præt. pro fut. Abſcindetur גזר Præt. Heb. pro fut. abſciſſum eſt, vel potius, abſcindet, ſub. hoſtis. Nec erit bos, &c. ואין בקר וגו׳ Ad verbum, & non erit bos in bouilibus. id eſt, nullàque erunt armenta in ſtabulis.

18 Ego autem in Domino gaudebo,& exultabo in Deo Ieſu meo.

19 Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum: & ſup excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem.

18 Ego autem in Iehouáh exultabo, & lætabor in Deo ″ſalute mea.

19 Iehouáh Dominus *eſt* fortitudo mea, ″& ponet pedes meos tanquam ceruarum:″atque ſuper excelſa mea calcare faciet me.″victori in pſalmis meis.

18 Salute mea. ישעי׃ ſalutis meæ.i.à quo omnem opem & auxilium expecto.q.d. Cum gaudio & exultatione canam Domino, & gratias agam illi pro tot ac tantis beneficiis ab eo acceptis.

19 Et ponet,&c.′וישם וגו Hebraiſmus,faciet pedes meos velociſſimos vt ſunt pedes ceruarũ.q.d.faciet vt quamcitiſſimè reuertar in patriam meam.aut vt doctus inter Hebræos, faciet vt leues ſint pedes mei ad perſequendũ inimicos. Atque ſuper excel-mea,&c. ועל במותי ידריכני .i.deducet me in Iudæam patriam meã montoſam.Excelſa ſua vocat montes Iudææ. Victori in Pſal.m. למנצח בנגינותי׃ *dicámque* præfecto cantorum in pulſationibus meis.i.in laudem Domini cantabo pſalmos quorum initium eſt, Præfecto cantorum in Neginoth.Vide Pſal.4.a.1.Quidam vertunt,triumphantem in muſicis inſtrumentis meis.

Prophetia Sophoniæ, Hebraicè צפניה

VETVS.

Cap.I.

1 Verbũ Dñi quod factum eſt ad Sophoniã filium Chuſi,filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezechiæ, in diebus Ioſiæ filii Amon Regis Iudæ.

2 Congregans congregabo omnia à facie terræ,dicit Dominus.

3 Congregans hominẽ & pecus,congregãs volatilia cæli & piſces maris: & ruinæ impiorum erunt: & diſperdã homines à facie terræ,dicit Domin⁹.

4 Et extendã manum meam ſuper Iudam & ſuper omnes habitãtes Ieruſalem: & diſperdã de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditorum cũ ſacerdotibus.

B

5 Et eos qui adorant ſuper tecta militiam cæli,& adorant, & iurãt in Domino & iurant in Melchom:

6 Et qui auertuntur de poſt tergum Domini,& qui non quæſierũt Dominum,nec inueſtigauerunt eum.

7 Silete à facie Domini Dei:quia iuxta eſt dies Domini : quia præparauit Dominus hoſtiam,ſanctificauit vocatos ſuos.

8 Et erit:in die hoſtiæ Domini viſitabo ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina:

9 Et viſitabo ſuper omnem qui arro-

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap.I.

1 Verbum Iehouæ quod fuit ad צSephaniáh″filiũ Chuשsí filii Gedaliáh, filii Amariáh, filii חHizciiáh,″in diebus Ioאשsiiáhu filii אAmón Regis Iehudáh.

2 ″Conſumẽdo conſumã omnia è ſuperficie″terræ, dixit Iehouáh.

De rerũ omniũ conſumptione prophetat.

3 Conſumam homines & animalia , cõſumam volatilia cæli & piſces maris:& offendicula″*erunt* impiis: ″& ſuccidam *reliquos* homines è ſuperficie terræ,dixit Iehouáh.

4 Et extendam manum meam ſuper Iehudáh & ſuper omnes habitatores Ieruשsaláim: ″& ſuccîdam de loco iſto ″reſiduum Báyal, ″nomen eorum qui nigras induunt veſtes,cum ſacerdotibus.

Cõminatur Iuda ob idololatriam.

5 Et eos qui adorant ſuper tecta ″militiam cæli,& qui adorant iurantes per Iehouam & iurantes″per Malchám:

6 Eóſque qui retrocedunt″*ne eant* poſt Iehouam , & qui non″quærunt Iehouam,neque inueſtigant eum.

7 ″Tace à facie Domini Iehouæ: quia propè eſt″dies Iehouæ:nam apparauit Iehouáh″ſacrificium,″præparauit inuitatos ſuos.

8 Et erit, in die ſacrificii ″Iehouæ viſitabo Principes, & filios Regis,& omnes indutos indumento″peregrino.

9 Viſitabo quoque ″omnem tranſilientẽ limen in die illa:qui re-

IN CAPVT I.

1 Verbum Iehouæ,&c. ′דבר יהוה וגו Hebraiſmus,Iehouáh loquutus eſt per me quæ ſequuntur. His verbis indicat ſe fuiſſe verũ Prophetam.Primùm comminatur & terret:poſtea in conſolatione piorum verſatur. Filium Chuשſi בן־כושי Meminit Maiorum ſuorum, quòd illi fuerint Prophetæ:vel vt alii volunt,quòd clari & illuſtres fuerint. In diebus Ioאשſ. בימי יאשיהו Hîc ætas & tempus Prophetæ deſcribitur,vt intelligamus prophetiam eſſe certiſſimam.Regis Iſrael non meminit,quòd prophetaret in tribu Iuda, ſub qua comprehenditur & Beniamin. decem autem tribus abierant in captiuitatem . Floruit autem tempore Ioſiæ, quo tempore & Ieremias & Olda. Ieremias publicè prophetauit & in vicis:Sophonias in conciliis & ſynagogis:Olda,in cœtibus mulierum.

2 Conſumendo conſumam. אסוף אסף Perdendo perdam. Ad verbum,Finiendo finiam.i.Diligentiſſimè & exactiſſimè perdam,ita vt uihil ſuperſit.prius eſt à סוף,alterum ab אסף. Alii vertunt, congregando congregabo.vel congregando perdam. Terræ האדמה ſub. Iſraelis. 3 *Erunt* impiis: את־הרשעים impios *inuenient*.vel *apprehendent* Et ſuccidam והכרתי & extermınabo.i.eiiciam alió.Sic ſequenti verſu. 4 Nomen,&c. ′את־שם וגו famam[memoriam]add ictorum cultui idolorum.כמרים erant cultores idolorum,ſic dicti quòd nigris veſtibus induerentur.q.d.efficiam vt ne memoria quidem ſuperſit non ſolum idolorum,ſed & cultorum ipſorum vnà cum miniſtris.Vide 2.Reg23.a.5, 5 Militiam cæli, לצבא השמים Id eſt ſtellas,planetas,aſtra ipſa. Per Malchám. במלכם׃ Erat idolum, ſic dictum quòd haberent ipſum pro Rege. Propterea quidam vertunt tanquam appellatiuum,per Regem ſuum.

6 *Ne eant* poſt Ieh. מאחרי יהוה Ad verbum,de poſt Iehouam.i.retrocedunt ne ſequantur Iehouam.hoc eſt,qui deſeruerunt Dominũ, & deſierunt inuocare ipſum. Quærunt בקשו præterita Heb.pro præſ.

7 Tace à facie Do. הס מפני אדני Tace propter Dominum.q.d.Tu qui hactenus ſolitus es obloqui Domino, dicens eum non curare terreſtria, &c. nũc deſiſte obſtrepere illi,quin potius time tibi ab ipſo. Sacrificium, זבח hoſtiam,quam ſcilicet ipſe ſacrificaturus ſit. q.d.nõ procul abeſt tempus quo vlturus eſt Dominus iniuriam hanc. Per ſacrificium,ſiue victimam,intellige cædem improborum: & per conuiuas,feras agreſtes & aues rapaces. Præparauit inuitatos ſ. הקדיש קרואיו׃ .i.inuitauit conuiuas. Ad verbum, ſanctificauit,pro præparauit poſitum:quòd quæ ſanctificantur,præparari ſoleant.

8 Iehouæ יהוה Antecedens pro relatiuo,mei. Peregrino. נכרי׃ .i.diuerſo à reliquo populo.Chaldæus paraph.intellexit de veſtibus quibus vtebantur idololatræ in cultibus idolorum.Alii,de miniſtris nobilium & principum exponũt:hi enim ſolent vti veſte varia & diuerſa à veſte vulgi. 9 Omnem tranſil. כל־הדולג Sing.Heb.pro plur.omnes trãſilientes.i.ſaltu trãſgredientes,præ lætitia.Intelligit miniſtros nobiliũ & principum,qui vbi iniuriã alicui fecerunt, mox læti & alacres,onuſti rebus rapina & dolo ablatis,ſeſe in herorum domũ recipiunt,vt operam ſuã dominis ſuis probent.q.d. Vlciſcetur iniuriam factam à miniſtris nobilium. Alii,de irrumpentibus in domos pauperum,& vi bona illorum auferentium,exponunt. Alii de idololatris qui ſuperſtitione quadam limen ſuorum idolorum attingere non audentes,tranſcendebant ipſum intraturi ædem illorũ.Vide 1.Samue.5.a.5.Iuxta hanc interpretationem expone ſequentia,qui replere ſolent templum Dei ſui opibus dolo partis.In hanc ſententiam interpretatur Chaldæus paraph.

replent domum dominorum ſuorum rapina & dolo.

Et erit in illa die, dicit Iehouáh, *exaudietur* vox clamoris″à porta piſcium, & vlulatus″à ſchola, & contritio magna″à collibus.

ʹVlulate habitatoresʹMachthéשׁs: quia ″ſucciſus eſt omnis populusʹmercator: ″ſucciſi ſunt omnesʹferentes argentum.

Et erit, tempore illo″ſcrutabor Ieruשׁſaláim lucernis, viſitabóq; viros″ſtantes in fæcibus ſuis: qui dicunt in corde ſuo, Non″benefacit Iehouáh, nec malefacit.

Erit quoque ſubſtantia eorum in direptionem, & domus eorum in deſolationem: ædificabúntque domos, nec″habitabunt *in eis*: & plantabunt vineas, nec bibent vinum earum.

De die vltionis Domini in Iudæos.

Iuxta eſt″dies Iehouæ magnus, iuxta eſt *inquam*, & feſtinus valdé: vox diei Domini″amara, clamat ibi fortis.

Dies″iræ *erit* dies illa, dies″ãguſtiæ & afflictionis, dies″tumultus & deſolationis, dies tenebrarũ & caliginis, dies″nubis & tenebroſitatis.

Dies″tubæ & vociferationis ſuper ciuitates munitas, & ſuperʹturres excelſas.

″Et anguſtiis afficiam homines, ″& ambulabunt vt cæci: quia Iehouæ peccauerunt: effundetúrque ſanguis eorum″inſtar pulueris, & caro eorumʹvelut ſordes.

ʹNeque argentum eorum, neque aurũ poterit eruere eos in die iræ Iehouæ: nam igne zeli eius conſumetur tota terra: ſiquidem ″conſummationem profectò feſtinatam faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

Cap. I I.

Omnes gentes ad reſipiſcentiã vocat.

S″Crutamini voſipſos, & ſcrutamini gensʹnon deſiderabilis,

ʹAntequã decretũ pariat diem *in quo eritis* vt gluma quæ trãſit:

gãter ingreditur ſup limẽ in die illa, q̃ cõplẽt domũ Dñi ſui iniquitate & dolo.

10 Et erit in die illa, dicit Domin⁹, vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus.

C

11 Vlulate habitatores Pylę: conticuit omnis populus Chanáan: diſperierũt omnes inuoluti argento.

12 Et erit in tẽpore illo: ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, Nõ faciet benè Dominus, & non faciet malé.

13 Et erit fortitudo eorũ in direptionem, & domus eorum in deſertum: ‖& ædificabunt domos, & nõ habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.

Amos 5.e.11

14 Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.

D

15 ‖Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtię, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis.

Iere.30.a.7
ioel.2.e.11
amos 5.e.18

16 Dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos.

17 Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci: quia Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorũ ſicut ſtercora.

18 ‖Sed & argentum eorum, & aurum eorum nõ poterit liberare eos in die iræ Domini: ‖in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cõſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Ezech.7.e.19
Infra 3.b.8

Cap. I I.

1 C Onuenite, cõgregamini gens nõ amabilis,

2 Priuſquam pariat iuſſio quaſi pul-

---

10 A porta piſcium, משער הדגים De hac porta Nehemias cap.3.a.3. Sic fortaſſe dicta, quòd illic eſſet forum piſcium venalium. Deſcribit quæ accidere ſolent vrbe obſeſſa ab hoſtibus. A ſchola, מן־המשנה à domo diſciplinæ. Ea erat vrbis pars in qua dabant operam literis. De hac vide 2.Reg.22.c.14. A collibus. מהגבעות: qui ſcilicet erant in circuitu Ieruſalem, iuxta quorundam ſententiam. Doctioribus tamen magis placet, de collibus incluſis in Ieruſalem intelligi. q.d. Ex variis locis Ieruſalem audietur magnus planctus.

11 Vlulate הילילו Poteſt eſſe imperatiuus. Alii volũt eſſe Præt. Heb. pro fut. Vlulabũt. Machthéשׁs: המכתש Locus in imo vrbis Ieruſalem, à profunditate ſic dictus & ſimilitudine mortarii. nam Chaldæus paraph. vertit, Qui habitatis in valle Cedron. Cæterùm in eo loco erat maximum forum rerum venalium, & mercatorum multitudo illuc confluebat. Succiſus eſt נדמה exterminatus eſt. i. periit. q.d. non venient poſthac mercatores ad vos. Mercator: כנען negotiator. Chaldæus paraph. vertit, terræ Chanaan. Ferentes arg. נטילי כסף: latores argenti. i. mercatores: quòd ſoleant magnam vim pecuniæ ſecum ferre. Repetitio eiuſdem diuerſis verbis.

12 Scrutabor אחפש Hebraiſmus, acſi dicat, Exactiſſimè & diligentiſſimè purgabo Ieruſalẽ, non aliter quàm qui repurgare ſolent domum cum lucernis accenſis, nequid vſquam remaneat. Stantes הקופאים reſidentes. i. qui manent & incubant. q.d. qui inſtar rerum coagulatarum ſtant immobiles ſuper fæces ſuas, & quaſi incubãt illis. hoc eſt, qui magna tranquillitate conquieſcunt in diuitiis ſuis. ſicut enim ſe habet fæx ad vinum, ita ſe habent diuitiæ ad diuitem. Benefacit ייטיב Futura Heb. pro præſ. i. nulla beneficia confert piis ac iuſtis, nec affligit impios. Verba ſunt hominum negantium prouidentiam Dei. 13 Habitabunt ישבו ſub. diu, ſiue longo tempore.

14 Dies Iehouæ יום יהוה. i. in quo ſumet pœnas de impiis. Amara, clamat, &c. מר צורח וגו׳ amarum vociferantis, illic fortis. vel, amarè clamãtis, illuc *uenient* fortes. i. vox diei Domini iamiam exaudietur, edituri vocem terribilẽ ac terrificã: illic fortes aderũt expugnaturi vrbẽ Ieruſalẽ. vel, illuc venient. Alii, amarũ vociferabuntur illic fortes. i. ibi audietur vox atrox & horrenda fortiũ expugnantiũ Ieruſalem.

15 Iræ עברה excandeſcentiæ. i. in qua ſe oſtendet Dominus iratũ, & multis ac variis afflictionibus afficiet improbos. Anguſtiæ & affl. צרה ומצוקה angoris & coanguſtationis. Tumultus & deſolationis, שואה ומשואה deſolationis & deſtructionis. Repetit idem ad rei corroborationẽ. Nubis & teneb. ענן וערפל: nebulæ & turbinis. i. nebuloſus & turbinoſus. Ita vocari ſolet dies tribulationis & afflictionis. 16 Tubæ & vocif. שופר ותרועה clangoris & claſſici. Declarat præcedentia. i. dies in quo exaudientur tubæ hoſtiũ clãgentium in expugnandis vrbibus munitis & arcibus excelſis, ad excitandos animos militum. Turres הפינות Hæc vox propriè ſignificat angulum: ſignificat etiam turrem, & ædificium, quòd variis angulis fulciatur.

17 Et anguſtiis aff. hom. והצרותי לאדם Et tribulabo homines. i. multis ac variis afflictionibus exagitabo eos qui incluſi fuerint in vrbibus munitis. Et ambulabunt vt cæci: והלכו כעורים Præ metu ſcilicet ac tremore. Videtur enim timor eripere lumen oculis. q.d. erunt attoniti vt cæci dum ambulãt: coniicient ſe in enſes ſtrictos, nec poterunt vitare pericula ſibi obiecta. Inſtar pul. כעפר. i. hoſtes nõ pluris facient ſanguinem eorum, quàm terram ipſam. Velut ſordes. כגללים: velut ſtercora. i. cadauera eorum iacebunt proſtrata humi velut ſtercora in fimo, ſiue ſterquilinio.

18 Neque argentum, &c. גם־כספם וגו׳ Ad verbum, Etiam argentum eorum, etiam aurum non poterit, &c. Conſummationem כלה conſumptionem. q.d. breui conſumpturus eſt omnes habitatores in hac regione.

IN CAPVT II.

1 Scrutamini voſ. התקוששו Rimamini. Examinate. Verbũ eſt de coniugatione reciproca, ideo adiectũ eſt voſipſos. Tranſlatio à קש id eſt minutis paleis, atque rebus quæ exactiſſima egent perſcrutatione. Inuitat ad reſipiſcentiam. q.d. Animos veſtros & conſcientiam veſtram ſcrutamini, vt inde eiiciatis peccata & ſcelera: deinde ſcrutamini alios. primùm agite pœnitentiam, deinde eòdem prouocate alios. Matth.7.a.4, Eiice primùm feſtucam de oculo tuo, &c. Chaldæus paraph. Congregamini, & venite, & accedite. Sic quidam Hebræorum interpretes, Congregate vos, & colligite pariter. Non deſiderabilis, לא נכסף: Mutatio perſonæ: ad verbũ enim in tertia perſona legitur, pro ſecunda, *quæ* non deſiderauit, vel deſideratur. Quidam vertũt per præſens, quæ non deſideras. i. quæ nullo huiuſce rei deſiderio teneris.

2 Antequam, &c. בטרם וגו׳ Ad verbum, Antequam pariat decretum, ſimiles glumæ præteriit diem. Ordo verborum inuerſus & obſcurus, quo indicatur animus hominis perturbati: pro, Antequam decretum pariat diem *quo eritis* ſimiles glumæ *quæ* præterit vel abit, aut euaneſcit. rapta ſcilicet à vento. i. Antequam Dominus ſententia ſua efficiat vt veniat dies quo pereatis. Seipſum declarat mox ſequentibus.

uerem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos dies indignationis Domini.

3 Quęrite Dominum omnes māſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtum, quærite manſuetū, ſi quo modo abſcōdamini in die furoris Domini:

4 Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalō in deſertum, Azotum in meridie eiicient, & Accaron eradicabitur.

B 5 Væ qui habitatis funiculum Maris, gens perditorum: verbum Domini ſuper vos Chanáan terra Philiſthinorum, & diſperdam te, ita vt non ſit inhabitator.

6 Et erit funiculus Maris requies paſtorum & caulæ pecorum.

7 Et erit funiculus eius qui remanſerit de domo Iuda, ibi paſcentur: in domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent: quia viſitabit eos Dominꝰ Deꝰ eorum, & auertet captiuitatem eorū.

8 Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammō: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos eorum.

C 9 Propterea viuo ego, dicit Dominꝰ exercituū Deus Iſrael: quia Moab vt Sodoma erit, & filii Ammō quaſi Gomorrha, ſiccitas ſpinarū, & acerui ſalis, & deſertum vſque in æternū: reliquiæ populi mei diripient eos, & reſidui gentis meæ poſſidebunt illos.

10 Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt ſuper populum Domini exercituum.

11 Horribilis Dominus ſuper eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco ſuo, omnes inſulæ Gentium.

D 12 Sed & vos AEthiopes interfecti gladio meo eritis.

13 Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur, & ponet Specioſam in ſolitudinem & in inuiū & quaſi deſertum.

antequam veniat ſuper vos ira furoris Iehouæ, antequam veniat ſuper vos″dies iræ Iehouæ.

3 Quærite Iehouā omnes′humiles terræ,′qui iudicium eius operati eſtis: quærite iuſtitiam,′quærite humilitatem, fortè″abſcondemini vos in die furoris Iehouæ:

4 Quia yAzáh′derelicta erit, & Aשſcelón erit in deſolationē,′Aשſdód in meridie′eiicient, & yEcrón eradicabitur.

Prophetat aduerſum Philiſthæos.

5 Væ habitantibus in regione maritima, genti Cherethím:′verbū Iehouæ ſuper vos Chenáyan″terra Peliשſthím,′perdā te″ita vt non ſit habitator.

6 Et erit″regio maritima in habitacula″caularū paſtorum, & ſepta pecorum.

7 Erítque regio′reſiduo domus Iehudáh,′in eis paſcētur, in domibus Aשſcelō veſperi accubabūt: quia′viſitabit illos Iehouáh Deus eorum, & reuocabit″captiuitatem eorum.

Aduerſum Moabitas & filios Ammon.

8 Audiui″probra Moáb,″& opprobria filiorum yAmmón, quibus probris affecerunt populū meum,″& magnificauerunt *os ſuum* iuxta terminum ſuum.

9 Propterea viuo ego, dixit Iehouáh exercituum Deus Iשſraél, quòd Moáb ſicut ɔSedóm erit, & filii yAmmón ſicut yAmoráh,″exitus vrticæ,″& fodina ſalis, deſolatióq;′vſque in ſeculum erit:′reſiduum populi mei diripiet eos, & reſiduum gentis meæ′poſſidebit illos.

10 Hoc *continget* illis propter ſuperbiam ſuam, quòd probris affecerint, & magnificauerint *os ſuum* contra populum Iehouæ exercituū.

11 Terribilis *erit* Iehouáh aduerſus illos, quoniā″attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum quiſque de loco ſuo, *&* omnes inſulæ Gentium.

Aduerſus AEthiopes, Aſſyrios & Niniuem

12 Vos *quoque* Chuשſím interfecti gladio meo″eritis.

13 ′Et extendet manum ſuam″ſuper Aquilonē, & perdet Aשſſúr, ponétque Nineuéh in deſolationē, *&*″vaſtitatem ſicut deſertum.

Dies iræ Iehouæ. יום אף־יהוה: Id eſt, in quo Dominus ſe iratū oſtendet. 3 Humiles ענוי manſueti. Qui iudiciū e. operati eſtis, אשר משפטו פעלו Sing. Heb. pro plur. & præt. pro præſ. mutatióq; perſonæ, qui iudicia eius facere ſoletis. i. qui hactenus præcepta eius ſeruaſtis. Quærite humilitatem, בקשו ענוה quærite manſuetudinem. i. date operam vt ſitis manſueti. Hebraiſmus. Abſcondemini vos תסתרו abſcondetis vos. i. hac ratione mortem effugietis.

4 Derelicta erit, עזובה תהיה deſerta erit. Alludit ad nomen עזה .i. futurum eſt vt Gaza ſuis priuetur ciuibus. Quatuor præcipuas Palæſthinorū vrbes enumerat. Aliquid autē ſubaudiendū eſt, acſi dicat, Adeò vehementer iratus eſt Dominus vt non ſolis vobis timēdum ſit à futura calamitate, ſed etiam Gentibus vobis vicinis. Aשſdód in meridie אשדוד בצהרים Latens alluſio ad שדד quod perdere, ſiue vaſtare ſignificat. acſi dicat, quemadmodum peſtis & alii morbi qui citò enecant, vaſtant, & perdunt in meridie. Ita doctus inter Hebræos. Alii exponūt, Citra vllam fraudem ac dolum, aperto Marte, non nocte, ſed in ipſo die, puta meridie, quum ſcilicet homines ſolent eſſe vigiles, & magis attendere ſuis rebus. Eiicient יגרשוה Ad verbum, expellent eam. Redundat EAM. Expellent, ſub hoſtes ipſi vrbe capta.

5 Verbum Iehouæ ſuper vos דבר־יהוה עליכם Hebraiſmus, Hæc dicit Dominus ad vos, ſiue de vobis. Repetit quod dixerat: nam gens Cherethæorum, & Chananitæ Palæſthini, iidem ſunt. Terra ארץ terræ. Perdam te והאבדתיך Ad verbum, & perdam te. Hic ו cōuertit tantū præt. in fut. Ita vt nō, &c. מאין יושב: Ad verbum, à non [ſiue abſque] habitatore. i. ita vt nullus ſit futurus ſuperſtes incola.

6 Regio maritima חבל הים portio [pars] Maris. i. regio illa quæ eſt ora Maris. Caularum כרות q. d. Regio illa futura eſt planè deſerta & inhabitata, tantùm caulæ paſtorum, & ſepta ouium illic reperientur. Verti poteſt, in habitacula *&* caulas paſtorum.

7 Reſiduo לשארית reliquiis. In eis עליהם apud eos. id eſt in agro eorum. Viſitabit illos יפקדם id eſt, memor erit illorum in bonum ipſorum, hoc eſt tandem miſerebitur illorum. Captiuitatem eorum. שביתם: Significat captiuos qui abierant in captiuitatē.

8 Probra חרפת Sing. Heb. pro plur. Et opprobria וגדופי & conuitia. blaſphemias. Et magnificauerūt *os ſuum* ויגדילו & magnificauerunt *linguam ſuam*. Hebraiſmus, pro, Magnificè loquuti ſunt, id eſt ſuperbè & arrogaṅter, hoc eſt pleno ore riſerunt & ſubſannauerunt dum iter facerent per fines ipſorum, quum abducerentur in captiuitatem.

9 Exitus vrticæ, ממשק חרול Singul. Heb. pro plur. egreſſus vrticarum. vel carduorum. i. locus in quo naſcuntur vrticæ. Exitum vocat locum in quo aliquid naſcitur aut oritur. q. d. Locus ſterilis erit, & infœcundus, ac planè deſolatus & deſertus. Et fodina ſalis, ומכרה מלח & cumulus ſalis. Ita doctus inter Hebræos. Vſque in ſeculum עד־עולם Seculū pro longo tempore accipit. Reſiduum שארית reliquiæ. i. qui ex populo meo ſuperſtites erunt poſt captiuitatē Babylonicā. Poſſidebit illos. ינחלום: .i. hæreditates illorū poſſidebūt.

11 Attenuabit רזה Præt. Heb. pro fut. quaſi macie conſumet, hoc eſt ad ſummam maciem perducet. q. d. perdet. macie enim pereunt animantia. 12 Eritis. המה: Mutatio perſonæ tertiæ pro ſecunda. Aut verte vt quidam, *ſicut* illi. ſub. Moabitæ & Ammonitæ. Doctus inter Hebræos exponit de Babylone.

13 Et extendet ויט Mutatio perſonæ: vel ſunt verba Prophetæ. Super Aquilonem, על־צפון ſuper Septentrionem. i. Babylonem, quæ eſt (vt aiunt Hebræi) Orientalis, Septentrionalis Terræ ſanctæ. hoc eſt reſpectu Terræ ſanctæ eſt ad exortum ſolis vergentem maximè ad Septentrionem. i. ad ortum ſolis æſtiuum. Vaſtitatem ציה *&* ariditatem. vel in locum ſterilem & infœcundum.

14 Et accubabũt in medio eius greges, ″& omnes beſtiæ Gentium: etiam onocrotalus, etiam ericius in ſuperliminarib⁹ eius″cõmorabũtur: vox *auis* cãtabit'in feneſtris, deſolatio erit in poſtibus, quoniam″cedrum eius nudauit.

15 Hæc eſt vrbs illa lætabunda quæ habitabat confidenter, quæ dicebat in corde ſuo, ″Ego ſum, ″& non eſt præter me vltrá. quomodo *ergo* fuit in deſolationem, & cubile beſtiarum? quicunque tranſierit iuxta eam, ſibilabit, & ″agitabit manus ſuas.

Cap. III.

Totam Ieroſolymam arguit, & præcipuè rectores eius.

1 VAE fœdatæ & inquinatæ, ciuitati″quæ ſpoliat.

2 Non audiuit *docentium* vocem, nec ſuſcepit diſciplinam, Iehouæ non fidit, Deo ſuo non appropinquauit.

3 Principes eius in medio eius *ut* leones rugientes, iudices eius *ut* lupi veſpertini, ne oſſa quidem reſeruant in mane.

4 Prophetæ eius″cõtemptibiles, ″viri præuaricationum, Sacerdotes eius polluerunt″ſanctitatem, ″tranſgreſſi ſunt Legem.

5 Iehouáh iuſtus in medio eius, ″nõ faciet iniquitatem, quotidie iudicium ſuum″edit in lucem, non deficit, ″nec *tamen* nouit iniquus pudorem.

6 Succídi Gentes, deſolatæ ſunt″arces earum, deſtruxi plateas eorũ, ″ita vt non ſit qui trãſeat, deſolatæ ſunt vrbes eorum, ″ita vt ſint abſque hominibus, abſque habitatoribus.

7 ″Dicebã, Profectò timebis me, ſuſcipies diſciplinã, & non ″ſuccidetur habitaculum eius, *nec eueniet* ″quicquã *eorum* propter quæ viſitaturus ſum eam: verùm″mane ſurrexerunt, corruperunt omnia opera ſua.

Vltima Iſraelis conuerſio poſt Gentium plenitudinem.

8 ″Quapropter expectate me, inquit Iehouáh, ad diem″quo conſurgam ad ſpolia: quoniam″iudicium meum *eſt* vt cõgregem Gẽtes & colligam regna, vt effundam ſuper eas indignationem meã, omnẽ iram furoris mei: nã igne zeli mei conſumetur tota terra.

9 ″Tunc enim vertam ″ad populos labium electum, vt inuocẽt omnes nomen Iehouæ, vt ſeruiant ei″humero vno.

10 *Qui habitant* trans flumina″Chuשׁ, ″עAtharái &, congregatio diſperſorum meorum, afferent″munus mihi.

14 |Et accubabunt in medio eius greges, omnes beſtię Gẽtium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari: quoniam attenuabo robur eius. Eſa.34.c.11

15 Hæc eſt ciuitas glorioſa habitãs in confidentia: quę dicebat in corde ſuo, Ego ſũ, & extra me non eſt alia ãpli⁹. quomodo facta eſt in deſertum, cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manum ſuam.

Cap. III.

1 VAE prouocatrix & redempta ciuitas, columba.

2 Non audiuit vocem, & nõ ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt confiſa, ad Deũ ſuum non appropinquauit.

3 |Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſperæ, non relinquebant in mane. Ezech.22.f.27 mich.3.d.11

4 Prophetę eius veſani, viri infideles: Sacerdotes eius polluerũt Sanctum, iniuſtè egerunt contra Legem.

5 Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem, mane mane iudicium ſuum dabit in lucem, & non abſcondetur: neſciuit autem iniquus confuſionem.

6 Diſperdidi Gentes, & diſſipati ſunt anguli earum: deſertas feci vias eorũ, dum nõ eſt qui trãſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorum, non remanẽte viro, neque vllo habitatore.

7 Dixi, Attamẽ timebis me, ſuſcipies diſciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus viſitaui eam: veruntamen diluculo ſurgentes corruperũt omnes cogitationes ſuas. B

8 Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum: quia iudiciũ meũ vt congregẽ Gẽtes, & colligã regna: & effundã ſuper eos indignationẽ meã, omnẽ irã furoris mei: |in igne enĩ zeli mei deuorabitur omnis terra. Suprà 1.d.18

9 Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiãt ei humero vno.

10 Vltra flumina AEthiopiæ, inde ſupplices mei, filii diſperſorum meorum deferent munus mihi. C

14 *Et* omnes be. Gen. כל־חיתו־גוי Sing. Heb. pro plur. Hic ו redũdat. Cõmorabuntur: ילינו pernoctabunt. In feneſtris, בחלון Sing. Heb. pro plur. ſub. domorum eius deſolatarum. Cedrũ e. nudauit. ארזה ערה: .i. contignationem eius cedrinam diſcooperuit. hoc eſt expoſuit pluuiæ ac vento. Alii, cedrũ eius deſtruxit. 15 Ego ſum, & nõ eſt præter me, &c. אני ואפסי עוד q.d. Ego ſum vrbs illa excellentiſſima, cui nulla alia vrbs conferri poſſit, ſi pulchritudinem ſpectes, aut opes. Agitabit ma. ſ.: יניע ידו agitabit manum ſuam. præ ſtupore ſcilicet & admiratione tantæ ac tam ſubitæ & inopinatæ deſolationis. Sing. Heb. pro plur.

IN CAPVT III.

1 Quæ ſpoliat. היונה: opprimenti. vim afferenti. ſub. aliis. continens pro contento. i. cuius ciues opprimunt pauperes & infirmos. De Ieruſalem loquitur peccatis fœdata. 4 Contemptibiles, פוחזים viles. nihili homines. Viri præuaric. אנשי בוגדות Hebraiſmus, præuaricatores. tranſgreſſores. Sanctitatem, קודש ſanctuarium, id eſt locum Deo ſacrum, nempe templum. Trãſgreſſi ſunt חמסו Propriè ſignificat iniuriam facere. Quidam vertunt, violauerunt. vim faciunt. corrumpunt. peruertũt. i. non exponunt Legem vt debet exponi. Alii, ſubtraxerunt Legem. ſub. aliis. i. non docuerunt Legem populum prout incumbebat illis.

5 Non faciet iniq. לא יעשה עולה. .i. nõ aget impiè ſi puniat eos. Alii futurũ per præſens vertunt, nõ facit. aut facere ſolet: puniendo illos ſcilicet. Edit יתן Præt. Heb. pro præſ. dabit. Nec *tamen*, &c. ולא וגו׳ .i. non ſolet eum pudere. q.d. perfricuit frontem.

6 Succídi הכרתי Exterminaui. Perdidi. Arces earum, פנותם turres earũ. Vide ſuprà cap. 1. d. 16. Ita vt, &c. מבלי איש וגו׳ Ad verbum, à non viro, à nõ habitatore. i. ita vt ſint abſque vllis hominibus qui habitent in illis. Hebraiſmus.

7 Dicebam אמרתי Ad verbum, Dixi. Succidetur habitac. יכרת מעונה Ad verbum, exterminabitur habitaculũ eius. Conuertit ſermonem ad alios. & ſingul. pro plur. habitacula eius. Quibuſdam videtur mutatio perſonæ, pro tua: vt etiam mox. Quicquam, &c. כל אשר פקדתי עליה Ad verbum, omne quod viſitaui ſuper eos, id eſt quæ immiſſurus ſum ei, niſi reſipiſcat.

8 Quapropter לכן Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, Inuitaui vos ad reſipiſcentiã, & noluiſtis acquieſcere, Propterea. Vel alloquitur pios qui afflictionem patiuntur ab impiis. Quo conſurgam ad ſpolia: קומי לעד .i. quo die expugnaturus ſum improbitatem veſtram, & perditurus vos. Metaphora à victoribus qui parta victoria ſolent diuidere ſpolia. Iudicium meum *eſt* vt cong. משפטי לאסוף Hebraiſmus, pro, ſecundum iuſtitiam meam congregabo. vel vt alii exponunt, decreui congregare improbos.

9 Tunc enim כי־אז .i. ſub illum diem, vel ſub illud tempus. Ad populos אל־עמים hoc eſt, mutato priore ſermone, dabo populis ſermonem purum & electum. Humero vno. : שכם אחד Hebraiſmus, vnanimi conſenſu, animo eodem, & mente eadem. Metaphora tracta à baiulis qui oneri ex æquo ſupponunt humerum.

10 Chuשׁ כוש .i. AEthiopiæ. Chaldæus paraph. Indiæ. עAtharái, &c. עתרי וגו׳ עAtharái, filia Puצſái afferent munus mihi. Doctus inter Hebræos dicit fuiſſe nomen gentis, ſiue familiæ trans flumen AEthiopiæ. Chaldæus autem paraph. dicit Iſraelem vocari עAtharái, quòd placabilis & exorabilis illi futurus eſſet Dominus, & eoſdem Puצſái appellari à Propheta, quòd eſſent diſperſi in captiuitate. Eius verba ſunt, De trãs flumina AEthiopiæ reuertetur captiuitas populi mei qui captiuus ductus eſt, & adducent eos illuc tanquam oblationes. Iuxta hanc interpretationem prædiceret Propheta liberationem populi Iſraelitici è captiuitate. Alii volunt עAtharái & Puצſái eſſe appella-

tiua nomina,& בת ſignificare congregationem. Præterea ſing.pro plur.& pronomen affixum pro ſeparato poſitum in מנחתי pro מנחה לי & vertunt, Vltra flumina AEthiopiæ ſupplices mei,congregatio diſperſorum meorum afferent munera mihi. vt ſignificet Propheta futurũ vt electi fideles Domini non conſiſterent vno in loco, puta in Iudæa, ſed diſpergerentur per totum mundum, ita vt etiam apud interiores AEthiopes habiturus eſſet Dominus qui eum colerent,& pro redemptore ſuo agnoſcerent,offerentes illi munera.

C In die illa non cõfundêris ſuper cũctis adinuẽtionibus tuis,quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo.	11	In die illa non pudebit te″vllius operũ tuorũ,quibus præuaricata es in me:tũc enim auferam de medio tui eos qui exultãt′*in*ſuperbia tua,neq; adiicies vt ſuperbias vltrà′de monte ſanctitatis meæ.
Et derelinquam in medio tui populum pauperẽ & egenum: & ſperabunt in nomine Domini.	12	Et relinquam in medio tui populum ′humilem & pauperem, & ſperabunt in nomine Iehouæ.
Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem,nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa:quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterreat.	13	Reliquiæ Iשſraאél non admittẽt iniquitatem,nec loquẽtur mẽdacium,neque inuenietur in ore eorum lingua doloſa: nam ipſi paſcentur,& accubabunt,& nemo erit qui exterreat.
Lauda filia Sion,iubila Iſrael: lætare, & exulta in omni corde filia Ieruſalem.	14	″Lauda filia צSiión,iubilate Iשſraאél,lætare & exulta toto corde filia Ieruשſaláim.
Abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos:Rex Iſrael Dominus in medio tui,non timebis malum vltrà.	15	″Remouit Iehouáh iudicia tua,″eiecit inimicum tuum:Rex Iשſraאél Iehouáh *eſt* in medio tui,non″videbis malum vltrá.
In die illa dicetur Ieruſalem, Noli D timere:Sion, Non diſſoluãtur manus tuæ.	16	In die illo dicetur Ieruשſaláim,Ne timeas:צSiión *ipſi*,″Ne debilitentur manus tuæ.
Dominus Deus tuus in medio tui fortis,ipſe ſaluabit:gaudebit ſuper te in lætitia,ſilebit in dilectione tua,exultabit ſuper te in laude.	17	Iehouáh Deus tuus in medio tui″potẽs, ſeruabit te:gaudebit ſuper te lætitia,″ſilebit eo quòd diligat *te*,exultabit ſuper te cũ cãtico.
Nugas qui à Lege receſſerant, congregabo:quia ex te erant: vt nõ vltrà habeas ſuper eis opprobrium.	18	″Dolore affectos præ tempore cõgregabo,*qui* ex te fuerint: *nam* onus″ſuper te *erit* opprobrium.
Mich.3.b.7 Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo:‖ & ſaluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confuſionis eorum,	19	Ecce ego″contuſurus ſum omnes′affligentes te tempore illo:″& ſeruabo claudicantem, eiectámque congregabo: ″ & ponam illos in laudem, & in nomen in tota terra pudoris eorum.
In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudẽ omnibus populis terrę,quum conuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris, dicit Dominus.	20	Tempore illo adducam vos, tempore quoque *illo* congregabo vos:″dabo enim vos in nomen & laudem inter omnes populos terræ, ″quum conuertero captiuitates veſtras in oculis veſtris, dixit Iehouáh.

11 Vllius operum tuorum, מכל־עלילותיך Ad verbum,ab omnibus operibus tuis.Doctus inter Hebræos ſic exponit,Non cogêris erubeſcere ob vllum operum tuorum quæ factura es. ea enim omnia fient in æquitate, ſiue iuſtitia ac fide, & non ſecundum hoc tempus quo tu cógeris erubeſcere propter opera mala quæ tu facis. *In* ſuperbia tua, גאותך *de* excellentia tua.i.dignitate,hoc eſt qui nimium ſibi placent ob beneficia quibus dignatus ſum te, & illos ſupra alias gentes. De monte ſanctitatis m. בהר קדשי ; in monte ſancto meo .i.ob templum quod ædificatum eſt intra te in monte Moriah.

12 Humilem,& pau. עני ודל manſuetum[mitem,]& afflictum .& ita Chaldæus paraph.

14 Lauda רני Canta.i.Prorumpe in laudem Dei tui ò congregatio.Ratio redditur ſequenti verſu.

15 Remouit Ieh.iud.t. הסיר יהוה משפטיך Abiecit Iehouah iudicia tua.Hebraiſmus, Cõdonauit tibi omnia peccata tua propter quæ ad iudicanda eras morti,& perdenda. Eiecit פנה vt ſcilicet ſolent purgamenta & ſordes eiici. ſignificat enim repurgare:interdum eiicere purgamenta ipſa. Videbis malum תראי רע Hebraiſmus,Videre malum,pro affligi. Alii,non timebis malum.i.æquo animo feres.

16 Ne debilitentur manus t. אל־ירפו ידיך : .i.Ne deſiſtas ab inceptis,& ſerua fidem iam ſuſceptam.

17 Silebit יחריש .i.conniuebit ad tranſgreſſiones tuas.hoc eſt condonabit tibi peccata.

18 Dolore aff.præ temp.cong. נוגי ממועד אספתי Tædio[moleſtia]affectos propter tempus[ſub.diuturnũ exilii]cõgregabo.Præt.Heb. pro fut.i.reuocabo. Super te עליה Ad verbum,ſuper eam.mutatio eſt perſonæ.i.probra quibus tandiu affecta fueris,erunt tibi oneri.

19 Cõtuſurus ſum עושה cõpreſſurus ſum.oppreſſurus. Præſ.Heb. Metaphora à fructibus ex quibus ſuccus exprimi ſolet. Gallicè,*eſcacher*. Affligentes te מעניך oppreſſores tuos.Vel,qui te afflixerint. Et ſeruabo claud. והושעתי את־הצולעה & liberabo claudicantẽ.i.variis iã malis affectã. Et ponã il. ושמתים וגו׳ Hebraiſmus,faciã eos laudatos & celebres in omni loco in quo probris antea affecti fuerũt.

20 Dabo enim vos,&c. כי אתן אתכם וגו׳ Hebraiſmus de quo in fine præcedentis verſus. Quum conuertero,&c. בשובי וגו׳ .i.quum reduxero captiuos veſtros.

Prophetia Aggæi, Hebraicè חגי

VETVS.		NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.
Cap.I.		Cap.I.
1.Eſd.5.a.1 In Anno ſecundo Darii Regis, in mẽſe ſexto,in die vna mẽſis:factum eſt verbum Domini in manu Aggæi pro-	1	Anno ″Secũdo Dariáueשſ Regis,menſe ſexto,die prima menſis, fuit ″verbum Iehouæ ″in manu חHaggái

Increpat Aggæus Iudæos qui neglecto templo, propria ædificia curabant.

IN CAPVT I.

1 Anno ſecundo בשנת שתים Ad verbũ,Anno duorum. i.qui è duobus poſterior eſt,hoc eſt ſecundo, exactis ſcilicet LXX annis à deſolationibus,hoc eſt deſtructione Ieruſalem,poſt quos inſtaurandum erat templũ,vt dixerat Ieremias cap.25.c.12.Floruit Aggæus vnà cum Zacharia ſub Dario filio Cãbyſis,vt ſentit Ioſephus:tãetſi Hebræi dicant ipſum fuiſſe filiũ Aſſueri & Eſther. Horum Prophetarum fit mẽtio in Eſdra,cap.5. Initio huius prophetiæ increpat Propheta populares ſuos:deinde cohortatur eos ad inſtaurationem templi: poſtea Chriſti aduentum denuntiat. Verbum Ieh. דבר־יהוה ſub.propheticum.q.d. Aggæus qui fuit verus Propheta, ſiue Propheta Domini inſignis & clarus,ac ſuo tempore notus,actus ſiue afflatus fuit Spiritu ſancto,ac Spiritu prophetico. In manu חHaggái ביד־חגי Hebraiſmus, opera ſiue miniſterio Aggæi.

prophetæ ad Zerubabél″ filium שSalthiאél″ ducē Iehuda, & ad Iehoשſúay filium Iehoצſadác″ ſacerdotem magnum,″ vt diceret,

2 Sic dixit Iehouáh exercituum, dicendo, Populus iſte″ dixit,″ Nōdum tempus venit, tempus *inquam*″ Domus Iehouæ vt ædificetur.

3 Fuit itaq; verbū Iehouæ in manu הHaggái prophetæ, vt diceret,

4 ″Nunquid ô vos, tēpus vobis *aduenit* vt habitetis in domibus veſtris″ laqueatis, & domus iſta eſt deſerta?

5 Nunc ergo ſic dixit Iehouáh exercituum, ″Ponite cor veſtrum ſuper vias veſtras.

Incōmoda corū ob dilationē operis recenſet.

6 ″Seminabitis multum, & inferetis parum: comedetis, & non″ ſaturabimini: bibetis, & non″ inebriabimini: ″induetis vos, & non caleſietis: & qui ſe locauerit mercede, locabit ſe mercede *quæ erit acſi decideret*″ in ſacculum pertuſum.

7 Sic dixit Iehouáh exercituum, ″Ponite cor veſtrum ſuper vias veſtras.

8 Aſcendite ″in montem, & adducite *illinc* ″ligna, & ædificate domum, ″& complacebo mihi in ea, ″& glorificabor, dixit Iehouáh.

9 ″Reſpicietis ad multū, & ecce parum: & intuliſtis *ipſum*″ in domū: ″at exufflo illud: Qua de cauſa, dixit Iehouáh exercituum? Propter domū meā quæ eſt″ deſerta, vos autē curritis quiſq;″ in domū ſuā.

10 Propterea ſuper vos″ clauſit ſe cælum ne daret *uobis* rorem, terra quoque clauſit ſe ne fructum ſuum ederet.

11 Et vocaui ſiccitatem ſuper terram hanc, ac ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, quin & ſuper *uniuerſa* quæ profert humus,″ & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum.

Zorobabel & Ieſus ſacerdos, excitati à Domino opus aggrediuntur.

12 Audiuit autē Zerubabél filius שSalthiאél, & Iehoשſúay filius Ie-

phetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filiū Ioſedec ſacerdotem magnum, dicens,

2 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iſte dicit, Nōdum venit tempus domus Domini ædificandæ.

3 Et factum eſt verbū Domini in manu Aggæi Prophetæ, dicens,

4 Nunquid tempus vobis eſt vt habitetis in domibus veſtris laqueatis, & domus iſta deſerta?

5 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.

6 |Seminaſtis multū, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes cōgregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

Deut.28.d.38 mich.6.d.15

B

7 Hęc dicit Dominus exercituū, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.

8 Aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

9 Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domū, & exufflaui illud: Quam ob cauſam, dicit Dominus exercituū? Quia dom⁹ mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam.

C

10 Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli ne darent rorē, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum.

11 Et vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum.

12 Et audiuit Zorobabel fili⁹ Salathiel

D

Filium שSalthiאél בן־שאתיאל.i.nepotem Salathielis. Erat enim Zorobabel filius Phadaiæ, vt vides 1.Paral.3.c.18.19. Omiſit autē patrem Zorobabelis, quòd is forſan fuerit obſcurus, & ſubſtituit auum Salathielem: id quod fecit & Matthæus quū genealogiam Chriſti, cap. 1.b.12, enarrat. Ducem פחת ducem vocat, non Regem: erant enim Iudæi tunc ſub poteſtate Regis Babyloniorum. Sacerdotem mag. חכוחן הגדול ſummum Pontificem. Vt diceret, לאמור: Ad verbum, dicendo. Quidam vertunt, in hunc modum.i.in hanc ſententia, huiuſmodi quale ſequitur. 2 Dixit, אמרו Præt.Heb pro præſ.dicit, vel dicere ſolet. verbū plur. Nondū, &c. לא וגו׳ Ad verbum, non tempus venire[vel veniēdi]tempus domus, &c. Gallicè dicimus, *Le temps n'eſt point uenu que le temps ſoit uenu de, &c.* Domus Ieho. vt ædif. את־בית יהוה להבנות: Clarius conuerſo ordine vertes, vt ædificetur domus Domini. acſi dicerent, Prophetia Ieremiæ nondum impleta eſt. Duæ prophetiæ fuerunt de L X X annis: vna de L X X annis quibus adimpletis Iſraelitæ reuerſuri erant in patriam è captiuitate Babylonica: de quibus Ierem.cap.29.c.10. Hi adimpleti fuerunt poſt finem imperii Babylonici, regnante Cyro. Altera prophetia fuit de L X X annis quibus adimpletis inſtaurandum erat templum, de quibus Ierem.cap.25.c.12. Cōpleti autem fuerunt anno ſecundo Darii. nā imperium Nabuchodonoſor & poſteriorum eius, durauit L X, annis. à quibus tollendi ſunt X I X. nam X I X anno regni Nabuchodonoſor deſtructa fuit Ieruſalē. Addendi igitur X I X alii, qui ita adiicientur, Cyrus regnauit tribus annis: Aſſuerus, X I I I I. his adde duos Darii, habebis X I X ſuperadditos pro X I X ablatis. nam poſteriores L X X anni ſunt numerādi à deſtructione Ieruſalem. Hæc doctus inter Hebræos. Cœperant reædificare templum tempore ipſius Cyri: deinde intermiſſum fuit opus annis ferè X V I I, aut X V I I I, populo dicente, Nōdum veniſſe tempus templi inſtaurandi. Habita eſt ad magiſtratus prior hæc prophetia.

4 Nūquid, &c. העת וגו׳ Nunquid tēpus *aduenit* vobiſipſis vt habitetis, &c.i. Debetiſne vos habitare, &c. aut, Decétne vos, &c. Laqueatis, ספונים habentibus parietes veſtitos[ſub. cedro, vel ebore, aut alia inſigni, ac nobili & pretioſa materia] quum templum hoc nomini meo dicatū, maneat deſolatum? 5 Ponite cor, &c. שימו לבבכם וגו׳ Hebraiſmus, Diligenter conſiderate negotia veſtra. aut, aduertite animū, & attendite quamdiligentiſſimè rationes vitæ veſtræ, id eſt quæ vobis accidant in vita veſtra: videte incommoda quæ vobis accidunt. Multa enim patimini, ignorantes tamen cauſam tantorum malorum.

6 Seminabitis, &c. זרעתם וגו׳ Præt.Heb.pro fut. Quidam præteritum iſtud & infinitiuos ſequentes conuertunt per præſens, ſic, Seminatis multum, & infertis paucum *in horreum*: comeditis, ſed cibus non nutrit vos: bibitis, neque id veſtram ſitim reſtinguit: induit ſe quiſpiam multis veſtibus, quæ tamen non ſunt calori illi: & qui alteri operam ſuam locat, eam locat pro pecunia *quæ decidit* in ſacculum perforatum. Saturabimini: לשבעה Ad verbum, ad ſaturitatem. vel, ſatietatem .i. non eſtis ſatiati. Inebriabimini: לשכרה Ad verbū, ad ebrietatem. hoc eſt, ad depellendam, vel expellendam ſitim, & extinguendam. q.d. at ne ſic quidem reſtinguetis ſitim. Induetis vos, לבוש Ad verbum, induendo. ſiue induere. pro induitis, vel induetis. In ſacculum pertuſum. אל צרור נקוב: q.d. Pecunia illa eſt illi inutilis, peritque illi perinde atque illa coniecta eſſet in ſacculum perforatum.

7 Ponite cor, &c. שימו לבבכם וגו׳ Vide paulo ante, verſu 5.

8 In mōntem: ההר Libanum intelligit. Ligna, עץ Sing.Heb.pro plur ligna, nempe cedrina. Et complacebo, &c. וארצה וגו׳ Ad verbum, & complacitum erit mihi in ea. ſub. domo, vel in eo templo.i. erit id mihi gratum & acceptum. Et glorificabor, ואכבדה & glorioſum me oſtendam .i. illic oſtendam gloriam meam.

9 Reſpicietis, &c. פנה וגו׳ Infinitiuus Heb.pro fut. vel præſ. *Nunc autem* reſpicitis ad multum, ſed paucum quid accipitis. Ad verbum, & ecce ad parum. ſub. eſt reſpectus veſter. vel, ecce *redit* ad parū. q.d. Quum ſeminatis, ſperatis vos habituros multa, & tamē pauca accipitis. In domum: הבית Id eſt in horrea veſtra. At exufflo ונפחתי Præt.Heb.pro præſ.i. ſolo flatu efficio vt pereat. hoc eſt maledico illi. Deſerta, חרב deſolata.i. rem Diuinam negligitis, & interim res veſtras optimè curatis.

10 Clauſit ſe, &c. כלאו שמים וגו׳ Ad verbum, prohibuerūt ſeſe cæli ab imbre, & terra prohibuit ſeſe à fructu[vel germine] ſuo. q.d. Nihil demittit ſuper vos, ne imbrem quidem. Per hoc innuit ſingularem maledictionem Dei. nō ſolet enim cælum denegare imbrem, quamuis interdum deneget pluuiam.

11 Et ſuper homines, ועל־האדם Tum enim pereunt homines peſte, febre, & aliis morbis.

& Ieſus filiꝰ Ioſedec ſacerdos magnꝰ, & omnes reliquiæ populi vocem Domini Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominꝰ Deus eorum ad eos, & timuit populus à facie Domini.

Et dixit Aggæus nũtius Domini de nuntiis Domini populo, dicens, Ego vobiſcum ſum, dicit Dominus.

Et ſuſcitauit Dominus ſpiritũ Zorobabel filii Salathiel Ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filii Ioſedec ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opꝰ in domo Domini exercituũ Dei ſui. Cap.I I.

IN die viceſima & quarta mẽſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darii Regis,

In ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis: factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens,

Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnũ, & ad reliquos populi, dicens,

Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtã in gloria ſua prima? & quid vos videtis hãc nũc? nunquid nõ ita eſt, quaſi nõ ſit in oculis veſtris?

Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & cõfortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite, quoniã ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituũ.

Verbum quod pepigi vobiſcum cũ egrederemini de terra AEgypti: & Spiritus meus erit in medio veſtrum: nolite timere.

B Heb.12.g.26

Quia hæc dicit Dominꝰ exercituũ, Adhuc vnum modicum eſt, & ego cõmouebo cælum & terram, & mare & aridam:

Et mouebo õnes Gẽtes, & veniet deſideratꝰ cũctis Gẽtibus: & implebo domũ iſtã gloria, dicit Dñs exercituũ.

Meum eſt argentum, & meũ eſt aurum, dicit Dominus exercituum.

Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituũ.

In viceſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darii Regis, factum eſt verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens,

hoצſadác ſacerdos magnus, cũctúſque reliquus populus vocẽ Iehouæ Dei ſui, & verba הHaggái prophetæ, ′ſicut miſerat eum Iehouáh Deus eorum, timuítque populus à facie Iehouæ.

13 Dixit itaq; הHaggái legatus Iehouæ′in legatione Iehouæ, populo, dicendo, ′Ego vobiſcum *ſum*, dixit Iehouáh.

14 Et ſuſcitauit Iehouáh ſpiritum Zerubabél filii שSalthiאél ducis Iehudáh, & ſpiritum Iehoשſúaע filii Iehoצſadác ſacerdotis magni, & ſpiritum totius reliqui populi: ′& ingreſſi ſunt, & fecerunt opus in domo Iehouæ exercituum Dei ſui. Cap. I I.

1 DIe viceſima & quarta menſis, ′in ſexto, anno ſecundo Dariáuesש Regis,

2 Septimo menſe, viceſima & prima *eiuſdem* fuit verbum Iehouæ ′in manu הHaggái prophetæ, dicendo,

3 Dic nunc ad Zerubabél filium שSalthiאél ducem Iehudáh, & ad Iehoשſúaע filium Iehoצſadác ſacerdotem magnum, & ad reſiduum populi, dicendo,

4 Quis *eſt* ex vobis reliquus ꝗ viderit domũ iſtã in gloria ſua priore, & qualẽ videtis eã nũc? ′nõne ſic *eſt* acſi nõ eſſet in oculis veſtris?

5 Nunc autem′robora teipſum Zerubabél, dixit Iehouáh, robora te quoque Iehoſúaע fili Iehoצſadác ſacerdos magne, & robora te vniuerſa plebs terræ huius, dixit Iehouáh, & operamini: quoniam vobiſcum ſum, dixit Iehouáh exercituum.

6 *Et faciam* verbum ′quod pepigi vobiſcum quum egrederemini ex Miצſráim: Spiritꝰ quoq; meus′ſtabit in medio veſtrũ: ne timeatis.

7 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, ′Adhuc vnũ puſillum eſt, & ego ′commouebo cælum & terram, ac mare & aridam:

8 Commouebóque omnes Gẽtes, ′& veniet deſiderium omnium Gentiũ, ac replebo domũ iſtam gloria, dixit Iehouáh exercituũ.

9 ′Meum eſt argẽtum, & meũ eſt aurũ, dixit Iehouáh exercituum.

10 Maior erit gloria Domus huius poſterioris, *gloria* prioris, dixit Iehouáh exercituũ: & ĩ loco iſto dabo pacẽ, dixit Iehouáh exercituũ.

11 Viceſima & quarta *die menſis* ′noni, anno ſecundo Dariáuesש fuit verbum Iehouæ′in manu הHaggái prophetæ, ′dicendo,

Futurũ dicit, vt gloria ſecundi tẽpli maior ſit quàm fuerit prioris, ob Chriſti aduentum.

Sacrificia eorũ, & opera omnia polluta adierit.

12 Sicut miſerat eum כאשר שלחו Hebraiſmus, audita legatione ipſius Aggæi. q.d. Paruerunt monitis Domini, ſiue Domino monenti eos per Aggæum, quum audiſſent legationẽ ipſius. 13 In legatione Ieh. במלאכות יהוה .i. legatione qua fungebatur nomine & iuſſu Domini. Quidã vertunt, quũ illum miſiſſet Dominus Deus eorum. Ego vobiſcũ *ſum*, &c. אני אתכם וגו׳ Videtur Dominus hic cõſolari populum ſuum: acſi dicat, Quia cœpiſtis timere me, ego vobis in omnibus, & per omnia adero & fauebo.

14 Et ingreſſi ſunt, &c. ויבואו וגו׳ & ingreſſi cœperunt operari in ſtructura templi Domini, &c. Ingreſſi, ſub. locũ vbi fuerat templũ.

IN CAPVT II.

1 In ſexto, בששי ſub. menſe. Cohæret hæc ſentẽtia fini præcedentis capitis: alioqui ſubaudiendũ erit aliquid in fine huius verſus, nẽpe, cœperũt opus ipſum in ea ſtructura templi. Quidã exiſtimant hunc menſem eſſe Auguſtum, alii Februariũ. Nam annus Hebræorum duo habet initia. quũ enim agitur de feſtis, incipiunt à mẽſe Martio. quũ autẽ de aliis rebus, à Septẽbri, quo menſe putant creatũ fuiſſe mũdum. Intelligendũ hoc potius de Februario menſe aptiore ad ædificandũ. 2 In manu Haggái ביד־חגי per manũ Haggæi. Id perpetuò facit Propheta iſte, vt intelligamus prophetiã ſuam eſſe meram legationem qua ipſe functus eſt nomine Domini apud magiſtratus & reliquã plebem de inſtaurãdo templo. 4 Nónne ſic *eſt*, &c. הלוא כמוהו וגו׳ certè tale tanquam nihilũ eſt in oculis veſtris. i. profectò tale pro nihilo ducitur à vobis. hoc eſt, ſi cõferatur hoc templũ ſecundũ cum illo priore, iſtud nihilo æſtimabitur. Templũ Salomonis, ſi ſpectes ædificium, fuit multò excellentius ac elegantius templo ſecundo. Verùm ſi ſpectemus dignitatẽ & honorem, templum hoc ſecundum cenſebitur inſignius altero ob præſentiam Chriſti, prædicationem eius, & miracula quæ edidit.

5 Robora teipſum חזק eſto fortis. confortare. id eſt bono ac forti animo eſto.

6 Quod pepigi אשר־כרתי quod pacto fœdere pollicitus ſum. nempe de mittendo Chriſto. Hæc promiſſio ſcribitur Deut.18.c.15, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, &c. Vide Act.7.e.37. Stabit עומדת Præſ. Heb. pro fut.

7 Adhuc vnum, &c. עוד אחת וגו׳ Hebraiſmus, Poſt non multũ temporis. Poſt breue tẽpus. q.d. Poſt aliquot annos. Hoc dicit reſpectu annorũ qui fuerant à creatione mũdi, vel eorũ qui futuri erant vſque ad ſecundũ aduentũ Chriſti. Hyperbole vtitur more omniũ Prophetarũ. Cõmouebo מרעיש tremere faciam. 8 Et veniet, &c. ובאו וגו׳ Ad verbũ, & venient deſiderium omniũ Gentium. Si ad Chriſtum referas, verbum erit plurale pro ſingulari, cuius aduentũ deſiderabant Patres. Si verò ad Gentes quæ cõuertendæ erant ad Chriſtum, erit nomen ſingulare pro plurali, q.d. omnes deſideratiſſimæ Gentes venient ad Chriſtũ, & ad ipſum cõuertentur. Alii vertunt, veniẽtque cum eo quod deſiderabile eſt cunctis Gentibus. iuxta quos Hebraicè legitur, & venient deſideratio cunctarum Gentium. hoc eſt venient cum his rebus quæ deſiderantur & in pretio ſunt apud omnes gentes: vt ſunt aurum, argentum, & lapides pretioſi, muneribus ſuis honorantes domum meam, ſicut & Ieſaias dicit cap.60.a.6, Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. q.d. ſingulæ Gentes optima ſua offerent, ſeipſos Domino conſecrantes, & de ſuis opibus pauperes Chriſti, viua Dei templa, ornabunt.

9 Meũ eſt arg. &c. לי הכסף וגו׳ q.d. Si hoc templũ nõ ſit ita ornatũ auro & argẽto vt erat alterũ, id nõ eſt imputandũ impotentiæ meæ: ornare poſſem, ſi vellẽ templũ iſtud auro & argento vt ornatũ erat templũ Salomonis: at ego volo alia ratione, & ea quidem multo præclariore, hoc templũ illuſtrare, nempe præſentia Chriſti mei. 11 Noni לתשיעי Menſis nonus ſecundum aliquos eſt Nouẽber, & ſecundũ alios eſt Maius. In manu. ביד Vide principium capitis huius, verſu 2.

12 'Sic dixit Iehouáh exercituum, Interroga 'nũc Sacerdotes Legẽ, dicendo,

13 Si tulerit quiſpiam "carnes ſanctificatas in ora veſtimenti ſui, & tetigerit ora ſua panem, aut pulmentum, vel vinum, aut oleum, ſiue quemlibet cibum, nunquid ſanctificabitur? Et reſponderunt Sacerdotes, dixerúntque, Non.

14 Et dixit חHaggái, Si tetigerit 'immũdus ob cadauer humanum aliquod illorum, erítne immundus? Et reſponderũt Sacerdotes, dixerúntque, Immundus erit.

15 "Cœpit itaque חHaggái dicere, 'Sic populus iſte, & ſic gens iſta eſt coram me, dixit Iehouáh, atque ſic omne opus manuum eorum: & quicquid offerunt 'illic, immundum eſt.

Vt opus templi negligentibus erant aduerſa omnia, ita reſtaurantibus, ſe bene dicturũ promittit Dominus.

16 Nunc igitur "ponite quæſo cor veſtrum à die hac & ſuprà, antequam ponerent *operarij* lapidem ſuper lapidem in templo Iehouæ.

17 Antequam eſſent *in eo opere*, veniebat *agricola* "ad aceruum viginti *modiorum*, & erat decem *modiorum*: veniebat *quoque uinitor* ad torcular, vt hauriret quinquaginta *cados uini* è torculari, & erat viginti:

18 Percuſſi vos "ariditate & robigine, & grandine, "omne opus manuum veſtrarum, "& non *conuertebatis* vos ad me, dixit Iehouáh.

19 'Ponite nunc cor veſtrum à die iſta, & ſuprà, à die *inquam* viceſima & quarta *menſis* noni, *hoc eſt* à die qua "fundatum eſt templum Iehouæ ponite cor veſtrum:

20 'Num adhuc eſt ſemen in horreo ipſo? præterea nondum vitis, & ficus, & malogranatum, & arbor oleæ protulit fructum: "à die hac benedicam.

Prophetia de Chriſto ſub typo Zorobabel.

21 Et fuit verbum Iehouæ ſecundò ad חHaggái viceſima & quarta *die* "ipſius menſis vt diceret,

22 Dic ad Zerubabél ducem Iehudáh, dicendo, Ego "commoturus ſum cælum & terram:

23 Et ſubuertam ſolium regnorum, ac diſperdam robur regnorũ Gentium, ſubuertámque currus & aſcenſores eorum, "& deſcendẽt equi & aſcenſores eorum, quiſque gladio ſocii ſui.

12 Hæc dicit Dominus exercituũ, Interroga Sacerdotes Legem, dicens,

13 Si tulerit homo carnẽ ſãctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentũ, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nũquid ſanctificabitur? Reſpõdentes autem Sacerdotes, dixerunt, Non. C

14 Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et reſponderũt Sacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur.

15 Et reſpondit Aggæus, & dixit, Sic popul⁹ iſte, & ſic gẽs iſta ante faciem meam, dicit Dominus, & ſic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.

16 Et nunc ponite corda veſtra, à die hac & ſuprà, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in tẽplo Domini:

17 Quum accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti:

18 Percuſſi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuũ veſtrarũ: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus.

19 Ponite corda veſtra ex die iſta & ĩ futurũ, à die viceſima & quarta noni mẽſis, à die qua fundamẽta iacta ſũt tẽpli Domini, ponite ſuper cor veſtrũ: D

20 Nunquid iam ſemẽ in germine eſt, & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam.

21 Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæũ, in viceſima & quarta menſis, dicens,

22 Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cælum pariter & terram:

23 Et ſubuertam ſolium regnorum, & cõteram fortitudinem regni Gentiũ: & ſubuertã quadrigam & aſcẽſorem eius: & deſcendent equi, & aſcenſores eorum, vir in gladio fratris ſui.

12 Sic dixit כה אמר Hæc dicit. præt. Heb. pro præſ. Hic iterum hortatur populũ ad inſtaurationem templi. Nunc נא quæſo. i. Propone Sacerdotibus quæſtiones Legales, hunc in modũ. 13 Carnes ſan. בשר־קודש A d verbũ, carnẽ ſanctitatis. i. oblatas Deo ſuper altare. 14 Immundus, &c. טמא וגו' Ad verbũ, pollutus anima in omnibus iſtis. Anima pro cadauere humano, vt & Leuit. 21. a. 1. Quidam vertunt, ob perſonam. i. pollutione cadaueris humani.

15 Cœpit itaque, &c. ויען Ad verbum, Et reſpondit Aggæus, & dixit. Reſpondere pro loqui, frequens Hebræis. Sic populus, &c. כן העם וגו' Sic *ſe habet* populus iſte, & talis eſt gens iſta, &c. Idem diuerſis verbis exprimit: vel per populum intelligit Sacerdotes, & per gentem, plebem ipſam. q. d. Quòd Sacerdotes & populus habeant altare, & oblationes ſuper altare offerant, non propterea ſanctificantur: quia licet altare ſanctificet oblationem, non tamen oblatio offerentem. Sed contrà, quòd offerentes polluti ſunt (peccato ſcilicet inobedientiæ, quòd ſua curẽt, neglecta ædificatione templi, quæ fiebat ad gloriam Dei) polluunt oblationem, & oblatio polluit altare. Quoniam ergo polluitis altare propter hanc inobedientiam veſtram, nunc ædificate templum, parentes Domino. Illic, שם. i. in altari.

16 Ponite quæſo cor veſtrum שימו־נא לבבכם Hebraiſmus, de quo ſuprà cap. 1. a. 5.

17 Ad aceruum viginti, אל־ערמת עשרים Hebraiſmus conciſáque oratio, qua deſcribit maledictiones quibus Deus maledicebat tunc illis, & bonis, ſiue rebus ac operibus eorum. Antequam (inquit) cœpiſſent operari in extructione templi Domini, iacto antea fundamento, veniebat agricola ad aceruum manipulorum, è quo ille ſperabat ſe habiturum, ſiue accepturum xx modios tritici, ſed decem tantummodo reddebat. erat enim aceruus maximus, ſed pauca grana reddebat. Veniebat quoque vinitor ad prelum vt hauriret quinquaginta cados vini, ſiue lagenas, aut amphoras è torculari (פורה ſignificat vas illud in quo calcantur vuæ, vel liquorẽ qui ex vuis calcatis exprimitur, Gallicè, *la mere goutte*) quod tamen tantùm viginti reddebat. q. d. vinitor non accipiebat mediam partem eius quod habere ſolebat.

18 Ariditate & robig. בשדפון ובירקון Duo morbi, ſiue vitia ſegetum: alter proueniens ex nimia ſiccitate, alter ex nimio humore. Omne opus את כל־מעשה Hîc את pro ב poſitum, expoſitiuè, vt annotat doctus inter Hebræos. vt legas, & grandine, id eſt omne opus, &c.

Et non, &c. ואין וגו' Ad verbum, & non vos ipſi mihi, id eſt mei, vt doctus inter Hebræos exponit. Idem etiam ſubaudit, & non cõuertebatis vos ad me, id eſt & nec ſic quidem reuertebamini ad me.

19 Ponite nunc cor veſtrum שימו־נא לבבכם Ponite quæſo cor veſtrum. i. Cõſiderate diligenter quæ vobis antehac acciderint, & quæ poſthac accident. Similis Hebraiſmus & ſuprà cap. 1. a. 5. Fundatum eſt templum Ieh. יוסד היכל־יהוה. i. à die qua cœptum eſt operari in templo Domini, iacto iam fundamento, aduertite animum, & infrà, hoc eſt, & ad ea quæ poſthac vobis accident.

20 Num adhuc eſt ſemen, &c. העוד הזרע וגו' q. d. Horrea veſtra iam penè vacua ſunt, ſupereſtque vobis paucum triticum: nam magna pars in ſementem inſumpta eſt: habetis quoque pauciſſimos fructus, nam paucos collegiſtis: & procul abeſt meſſis, & collectio fructuũ: attamen id quod ſupereſt, quantulumcunque ſit, ſufficiet vobis vſque ad meſſem ipſam, & interim nulla re egebitis. A die hac bene. מן־היום הזה אברך: ſub. vobis ac rebus veſtris, A die hac, qua ſcilicet cœpiſtis operari in extructione tẽpli Domini. Benedicere, pro multiplicare bona. 21 Ipſius menſis לחודש ſub. Nouembris. Bis eodem die, & eodem menſe loquutus eſt Dominus ad Aggæum.

22 Cõmoturus ſum מרעיש Præſ. Heb. pro fut. Vide circiter principium huius capitis verſu 7 & 8. i. ferè totus orbis me authore, bellis ac præliis quatietur 23 Et deſcendent וירדו ſub. in ſepulchrum. vel in terram. i. concident, & occidentur. Hæc dicunt eueniſſe in tranſlatione imperii Perſarum ad Græcos, nempe xxxiiii anno ab ædificatione huius templi ſecundi.

Eccles.49.c.13

‖In die illa, dicit Domin⁹ exercituũ, 24 aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum: quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

In die illa, dicit Iehouáh exercituũ, tolla te Zerubabél fili ש Sealthiél ſerue mi, dixit Iehouáh, & ponam te″tanquam ſignaculum: quia te elegi, dicit Iehouáh exercituum.

24 Tanquam ſignaculum: כחותם tanquam ſigillum.i.ſingularem tui curam geram, vt ſolent principes annuli ſui quo ſigillant. vel habebo te ſemper præ oculis, ſicut qui annulum iugiter in digito geſtant.i.eris mihi chariſſimus. Quidam hæc interpretantur de bellis quæ cõmiſſa fuerunt in tranſlatione imperii Græcorũ ad Romanos, quod factũ fuit ſub aduentũ Chriſti: & per Zorobabelẽ intelligũt Chriſtũ.

Prophetia Zachariæ, Hebraicè זכריה

VETVS.

Cap. I.

1 In Menſe octauo, in anno ſecũdo Darii factum eſt verbum Domini ad Zachariam filiũ Barachiæ filii Addo Prophetam, dicens,

2 Iratus eſt Domin⁹ ſuper Patres veſtros iracundia.

3 Et dices ad eos, Hęc dicit Dominus exercituum, ‖Cõuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & cõuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.

Malach.3.b.7

4 Ne ſitis ſicut Patres veſtri, ‖ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini de viis veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus.

Eſa.21.b.8
& 31.c.6,
& 45.d.21
ierem.3.c.12
ezec.18.g.30
& 20.a.3
& 33.c.11.
oſee 14.a.2
ioel.2.c.12

5 Patres veſtri vbi ſunt? & Prophetæ nunquid in ſempiternum viuent?

B

6 Verũtamen verba mea & legitima mea quæ mãdaui ſeruis meis Prophetis, nunquid non comprehenderunt Patres veſtros? & conuerſi ſunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis ſecundum vias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras fecit nobis.

7 In die viceſima & quarta vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darii, factum eſt verbum Domini ad Zachariã filium Barachiæ filii Addo prophetam, dicens,

8 Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo: & poſt eum equi rufi, varii, & albi.

9 Et dixi, Quid ſunt iſti, domine mi? Et dixit ad me Angel⁹ qui loquebatur in me, Ego oſtendã tibi quid ſint hæc.

10 Et reſpondit vir q ſtabat inter myr

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

Cap. I.

1 Menſe Octauo, anno ſecundo′Dariáueשs, fuit verbum Iehouæ ad′Zechariáh filium Berechiáh filii y Iddó′Prophetæ,″dicendo,

Monet populum vt cõuertatur ad Dominũ, & parẽtũ ſcelera vitet.

2 ′Iratus eſt Iehouáh contra Patres veſtros ira.

3 Dic itaque″ad eos, Sic″dicit Iehouáh exercituum, Conuertimini ad me, dixit Iehouáh exercituum: & conuertar ad vos, dixit Iehouáh exercituum.

4 Ne ſitis ſicut Patres veſtri ad quos clamauerunt Prophetæ illi priores, dicendo, Sic dicit Iehouáh exercituum, Cõuertimini″nũc à viis veſtris malis, & ab operibus veſtris malis: & non audierunt, neque attenderunt mihi, dixit Iehouáh.

5 Patres veſtri vbinã ſũt? & Prophetæ illi nũqd in ſẽpiternũ viuẽt?

6 Verũtamen″verba mea & ſtatuta mea quæ mãdaui ſeruis meis Prophetis, ánnon apprehenderunt Patres veſtros? ′conuerſi enim dixerunt, Quemadmodum cogitauerat Iehouáh exercituum facere nobis ſecundum vias noſtras & ſecundum opera noſtra, ſic fecit nobiſcum.

7 Die viceſima quarta vndecimi menſis (is *eſt* menſis″ש Sebát) anno ſecundo Dariáueשs, fuit″verbum Iehouæ ad Zechariáh filium Berechiáh filii y Iddó Prophetæ, dicendo,

8 Vidi nocte, & ecce″vir equitans ſuper equum rufum, & idem ſtabat inter myrtos quæ erant in profundo: & poſt eum″*erant* equi rufi, varii, & albi.

Chriſtũ præfigurat & apoſtolos

9 Et dixi, Quid *ſibi volunt* iſti, domine mi? Dixit itaque ad me Angelus ille qui loquebatur″mecum, Ego oſtendam tibi″quid ſint iſti.

10 ″Reſpondit autẽ vir ille qui ſtabat inter myrtos, ′& dixit, Hi *ſunt*

IN CAPVT I.

1 Dariáueשs, לדריוש Triſyllabum eſt hoc verbum, & IA eſt vna ſyllaba. Quidã dicunt hunc Darium fuiſſe filium Aſtyagis: alii verò Aſſueri & Eſther. vide Hagg.1.a.1. Zechariáh זכריה Prophetam hũc ſub eodem quo & Aggæus, floruiſſe, & eodem tempore prophetaſſe, ac eodem anno, non eodem menſe, hoc prooemio commonſtratur. Ille, de extruendo templo vrget: iſte, præſertim de inſtaurãda vrbe. De iiſdẽ Prophetis fit mentio apud Eſdram, cap.5. Quida putant hunc eundem fuiſſe Zachariam de quo fit mentio apud Matthæũ.cap.23.d.35. Prophetæ, הנביא Ferunt enim & hunc Addo, prophetã fuiſſe. Alii referẽtes ad Zachariã vertunt prophetã. Dicendo, לאמור hunc in modum. Vide Hagg.1.a.1. 2 Iratus eſt, &c. קצף וגו׳ Iraſci ira, more Hebraico dictũ, pro iraſci vehementiſſimé. q.d. Grauiſſime afflixit Dominus Maiores veſtros, permiſitque eos abduci in captiuitatem propter peccata eorum, quòd noluerint reſipiſcere, neque ad ipſum per pœnitentiam reuerti. 3 Ad eos, אליהם Relatiuum pro antecedente, ad Iſraelitas. Dicit אמר Præt. Heb. pro præſ. ſic in toto iſto capite, & ſequentibus. 4 Nunc נא quæſo.

6 Verba mea, &c. דברי וגו׳ Per verba & ſtatuta; vel decreta, cõminationes Dei intelligit. vel per verba, promiſſiones Diuinas: & per decreta, comminationes. q.d. Nónne comminationes meæ per Prophetas meos prædictæ euenerunt Maioribus veſtris? abierunt enim in captiuitatem. Conuerſi enim וישובו Ad verbum, & conuerſi ſunt, &c. ſub. ad ſe, vel ad Deum.

7 ש Sebat שבט Ianuarium ſignificat. Incipiunt Iudæi annum à nouilunio propinquiore ipſi æquinoctio ש Verno, ſiue lunatio illa præcedat æquinoctium ipſum, ſiue ſubſequatur. Quòd ſi incidat in ipſum æquinoctium, eodem die incipiunt annum. Verbum Iehouæ דבר־יהוה Propheticum verbum intelligit: vt Hagg.1.a.1. Secũda prophetia facta Zachariæ à Domino per Angelum ſuum. quod ex verſibus ſequentibus datur intelligi, vbi mentionem facit Zacharias Angeli loquentis ſecum, verſu 9. ſunt enim Angeli miniſtri Dei.

8 Vir איש Sequenti verſu vocat Angelum. *Erant* equi, &c. סוסים וגו׳ *erant qui inſidebant* equis rufis, variis, & albis. Quòd de ſeſſoribus intelligatur, colligi poteſt ex verſu vndecimo. non enim facilè Scriptura brutis loquelam tribuere ſolet.

9 Mecum, בי Ad verbum, in me. Similis locutio legitur Nume.12.b.8, Ore ad os אדבר בו loquar cum eo. Quid ſint iſti. מה־המה אלה: .i. quid ipſi portendant. refertur enim ad viſionem. q.d. Declarabo tibi hanc viſionem.

10 Reſpondit autẽ, &c. ויען וגו׳ Loquutus eſt autẽ vir ille qui ſtabat inter myrtos. Angelus qui alloquebatur Zachariã. pollicitus fuerat ſe declaraturũ illi viſionem: ſed alter Angelus qui ſcilicet ſtabat in myrteto Babylonico, præuenit eũ, ac anticipauit. Et dixit, Hi ſ. ויאמר אלה & dixit his quos miſerat, &c. vt אלה poſitũ ſit pro לאלה. Qui ſic vertunt, ſubaudiunt, & interrogauit eos quid ageretur in terra. Ita doctus inter Hebræos.

quos miſerat Iehouah vt perambularent terram.

″Et reſponderũt Angelo illi Iehouæ qui ſtabat inter myrtos, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce tota terra ″habitatur, & quieſcit.

″Et reſpõdit Angelus Iehouæ, & dixit, O Iehouáh exercituum, quouſque non miſereberis Ieruẇſaláim & vrbium Iehudáh, quibus iratus es iam ſeptuaginta annos?

Et reſpondit Iehouáh Angelo illi qui loquebatur mecum verba bona, ″verba conſolatoria.

Iudæorũ liberationẽ promittit.

Dixit autem ad me Angelus qui loquebatur ad me, Clama dicẽdo, Sic dicit Iehouáh exercituum, ″Zelo Ieruẇſaláim & ẋSiión zelo magno.

″At ira magna iraſcor contra Gẽtes illas quietas: nam ″iratus erã parùm: ipſi verò adiuuerunt ″in malum.

Propterea ſic dicit Iehouáh, ″Reuerſ⁹ ſum ad Ieruẇſaláim cum miſerationibus: domus mea ædificabitur in ea, ait Iehouáh exercituum: ″& perpendiculum extendetur ″ſuper Ieruẇſaláim.

Adhuc clama dicendo, Sic dicit Iehouáh exercituũ, ″Adhuc diſpergentur vrbes meæ præ bonis: & conſolabitur Iehouáh adhuc ẋSiión, ″eligétque adhuc Ieruẇſaláim.

In aduerſarios populi Dei.

Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor ″cornua.

Tũc dixi ad Angelum qui loquebatur mecum, Quid ſunt hæc? Et dixit ad me, Hæc ſunt cornua illa quæ ″ventilauerũt Iehudáh, Iẇſraẋél, & Ieruẇſaláim.

Oſtendit præterea mihi Iehouáh quatuor ″fabros.

Et dixi, Quid iſti veniunt facturi? Et dixit ″dicendo, Iſti ſunt *inquam* cornua quæ ventilauerunt Iehudáh, ″ita vt non leuaret quiſquam caput ſuum: venerunt autem iſti vt deterreant illa, proiiciántque cornua Gentium *illarum* quæ leuauerunt cornu ſuper terram Iehudáh vt ventilarent eam.

teta, & dixit, Iſti ſunt quos miſit Dominus, vt perambulent terram

11 Et reſponderunt Angelo Domini qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quieſcit.

G

12 Et reſpondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum vſquequo tu nõ miſereberis Ieruſalẽ & vrbium Iuda, quibus iratus es, iſte ſeptuageſimus annus eſt.

13 Et reſpondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.

14 Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me, ‖Clama, dicẽs, Hæc dicit Dominus exercituũ, Zelatus ſum Ieruſalem & Sion zelo magno.

Infrà 8.a.a

15 Et ira magna ego iraſcor ſuper Gẽtes opulẽtas: quia ego iratus ſum parum: ipſi verò adiuuerunt in malum.

16 Propterea hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ieruſalem in miſericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpẽdiculum extendetur ſuper Ieruſalem.

D

17 Adhuc clama dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & cõſolabitur adhuc Domin⁹ Sion, & eliget adhuc Ieruſalem.

18 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua.

19 Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc? Et dixit ad me, Hæc ſunt cornua quæ ventilauerũt Iudam, & Iſrael, & Ieruſalem.

20 Et oſtẽdit mihi Dominus quatuor fabros:

21 Et dixi, Quid iſti veniunt facere. Qui ait, dicens, Hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per ſingulos viros, & nemo eorũ leuauit caput ſuũ: & venerunt iſti deterrere ea, vt deiiciant cornua Gentium quæ leuauerũt cornu ſuper terram Iuda vt diſpergerent eam.

11 Et reſponderunt ויענו ſub. Angeli illi qui inſidebant equis rufis, variis, & albis, quorum meminit ſuprà, verſu 8, & quos miſerat Dominus vt exequerentur mandata ipſius in vniuerſa terra, de quo verſu 10. Alii vertunt, Loquutique ſunt. vt iſti cœperint loqui, & dicere illi Angelo qui ſtabat in myrteto, antequam illos interrogaſſet, Perambulauimus, &c. Habitatur, & quieſcit. יושבת ושוקטת: Ad verbum, ſedens [vel, habitans] & quieſcens. i in ſumma pace, quiete, & tranquillitate degit. quod accidit tempore Darii.

12 Et reſpondit Angelus ויען מלאך ille ſcilicet qui Zachariam alloquebatur, vel qui ſtabat in myrteto Babylonico. Alii vertunt, Loquutúſque eſt Angelus. Alii, Cœpitque dicere Angelus, &c.

13 Verba conſol. דברים ניחומים: Ad verbum, verba conſolationum. Exponit his verbis quid intelligat per verba bona. q.d. Dixit exauditas eſſe preces ipſius Angeli, ſéque daturum Iſraeli pacem & quietem, ac tranquillitatem

14 Zelo קנאתי Præt. Heb. pro præſ. i. Ducor zelo, & eo quidem magno, propter, vel in gratiam Iſraelitarum. hoc eſt, ſingulari fauore & cura proſequor populum Iudaicum. Meminit autem Sion, quòd templum Domini ædificatum eſſet in monte Sion. His oſtendit ſe quidem afflixiſſe Iſraelem, non odio, ſed amore. Prædicit quidem in hac prophetia deſtructionem quatuor regnorum. Regnum autem Chaldæorum iam deſtructum erat, tempore ſcilicet quo hæc dicta fuerunt: ſed vt prophetia illa eſſet integra ac perfecta, meminit etiam ipſius imperii Babylonici.

15 At ira magna, &c. וקצף גדול וגו׳ .i. Iraſcor vehementer contra, &c. q.d. Grauiſſimè animaduertam in gentes ipſas quæ nunc degunt in ſummo otio & quiete. Iratus eram קצפתי Præt. Heb. per imperf. vertendum, ſub. contra Iſraelem. In malum. לרעה: ſub. pœnæ. i. in afflictionem. q.d. Ipſæ Gentes afflixerunt eos ſuprà & vltrà quàm volebam. i. grauiſſimè afflixerunt eos.

16 Reuerſus ſum שבתי Reuertar. i. Recõciliabor illi pro clementia & miſericordia mea. Prædicit inſtaurationem templi & vrbis Ieruſalem. Et perpendiculum extendetur, &c. וקו ינטה וגו׳ & linea extendetur ſuper Ieruſalem. antecedens pro relatiuo, illam. id eſt ſuper muros & ædificia illius. hoc eſt, ea inſtaurabitur. Lineam cæmentarii intelligit qua dirigere ſolent murum & ordines lapidum. Chaldæus paraph. vertit, filum menſuræ.

17 Adhuc diſpergentur vrbes m. præ bonis: עוד תפוצנה ערי מטוב Iterum diffundent ſeſe vrbes meæ præ fœlicitate. vel, diffundentur, aut dilatabunt ſe. præ abundantia ſcilicet bonorum & incolarum. q.d. Vrbes non poterũt capere ſuos ciues, & bona. Hoc impletum fuit ſub Zorobabele, Nehemia, & Machabæis. Poſſent hæc intelligi de bonis ſpiritualibus. Suas vrbes vocat, quòd ſingulari amore eas proſequeretur. Eligétque adhuc ובחר עוד eligétque rurſum. vt ſcilicet habitet in ea.

18 Cornua. קרנות: Intelligit quatuor imperia. Nam per cornua ſolet Scriptura intelligere robur ac vires. at præcipua vis orbis pendet ab imperio: non aliter quàm boum & aliorum animantium cornigerorum robur præcipuum ſitum eſt in cornibus. Alia prophetia eſt de deſtructione quatuor regnorum, nempe Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum. cuius prophetiæ pars iam adimpleta erat puta de deſtructione imperii Chaldæorum.

19 Ventilauerunt זרו id eſt, diſperſerunt huc illuc. Metaphora ducta à bobus iratis, qui cornibus obuia quæque diſpergere ſolent. Intelligit autem varias demigrationes populi Iſraelitici. nam quatuor illa imperia mirum in modum afflixerunt Iudæos.

20 Fabros. חרשים: Chaldæus paraph. artifices.

21 Dicendo, לאמור Hebraiſmus, in hunc modum. Ita vt non leuaret quiſquam כפי איש לא נשא Hic כפי non ſignificat ſecundum os, ſed adeò vt, aut ita vt Gallicè dicimus, *en ſorte que nul n'oſoit leuer la teſte*. i. ita vt nemo erecta fronte incedere auderet. Deſcribit hic geſtum hominum triſtium ac mœrentium, miſerorum & infœlicium qui fronte demiſſa incedere ſolent.

Ca p. I.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum.

Et dixi, Quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ieruſalem & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo eius.

Et ecce, Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occurſum eius.

B Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum iſtum, dicens, Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius.

Et ego ero ei (ait Dominus) murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.

O ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cæli diſperſi vos, dicit Dominus.

C O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis:

Quia hæc dicit Domin⁹ exercituũ, Poſt gloriam miſit me ad Gẽtes quæ ſpoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius.

Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his qui ſeruiebant ſibi: & cognoſcetis quia Dominus exercituum miſit me.

Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

D Et applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & ſcies quia Dominus exercituũ miſit me ad te.

Et poſſidebit Dominus Iudã partem ſuam in terra ſanctificata: & eliget adhuc Ieruſalem.

Sileat omnis caro à facie Domini: quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

Cap. III.

ET oſtendit mihi Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini: & Satã ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei.

Cap. II.

Inſtauratio Ieruſalẽ ꝓmittitur.

1 LEuaui quoque oculos meos, & vidi: & ecce vir, ′in cuius manu funiculus menſuræ.

2 Et dixi, Quò vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ieruשſaláim, vt videam″quanta *ſit* latitudo eius, & quanta longitudo eius.

3 Et ecce, Angelus ille qui loquebatur mecũ, egrediebatur, Angelúſque alius egrediebatur in occurſum eius.

4 ′Et dixit ad eum, Curre, loquere″ad puerum iſtum, dicendo, ′*Inſtar* vrbium abſque muro habitabitur Ieruשſaláim præ multitudine hominum, & iumentorum″in medio eius.

5 Ego quoque ero ei (dixit Iehouáh) murus igneus in circuitu, ″& in gloriam ero in medio eius.

Diſperſi reuocãtur.

6 O ô″*egredimini* & fugite de terra Aquilonis, dicit Iehouáh: quia″in quatuor ventos cæli diſperſi vos, dicit Iehouáh.

7 O צSiión erue te quæ habitas″*cum* filia Babél:

8 Quia ſic dicit″Iehouáh exercituum, ′Poſt gloriam″mittet me ad Gentes″quæ ſpoliauerunt vos: qui enim″tangit vos, tangit pupillam oculi ſui.

9 Quia en ego″leuo manum meam ſuper eos, erúntq; ſpolia ſeruis ſuis: & ſcietis″qòod Iehouáh exercituum miſerit me.

Aduẽtus Chriſti & Gentiũ ingreſſio in Eccleſiam.

10 ″Lauda, & lætare filia צSiión, quia ecce veniam, & habitabo in medio tui, ait Iehouáh.

11 ″Et cõgregabuntur Gẽtes multæ ad Iehouam in die illa, erúntque mihi in populum, & habitabo in medio tui: túncque cognoſces quòd Iehouáh exercituum miſerit me ad te.

12 Poſſidebítque Iehouáh Iehudam partem ſuam in Terra ſancta: & eliget adhuc Ieruשſaláim.

13 ″Sile omnis caro à conſpectu Iehouæ: quia *tandem*″excitabitur de habitaculo ſanctitatis ſuæ.

Cap. III.

De ignominia & gloria Chriſti ſub typo Ieſu ſacerdotis.

1 O″Stẽdit autem mihi Iehoשſuam Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Iehouæ, & שSatán ſtabat ad dexteram eius″vt aduerſaretur ei.

IN CAPVT II.

1 In cuius manu וּבְיָדוֹ Ad verbum, & in manu eius. i. qui manu ferebat funiculum menſorium. Alia prophetia qua Zacharias prædicit inſtaurationem vrbis Ieruſalem, & ſimul fœlicitatem ac proſperitatem eius.

2 Quanta, &c. כמה־רחבה וגו' Ad verbum, quot *cubitorum ſit* latitudo eius, & quot *cubitorum* longitudo.

4 Et dixit ad eum, ויאמר אליו . i. Angelus ille alius dixit ad Angelum illum qui hactenus me eſt alloquutus. Ad puerum iſtum, אל־הנער הלז Id eſt ad Zachariam. נער dicit ætatem, vel officium, ſiue miniſterium, vt Latinè puer, ſignificat iuuenem & famulum. Fieri poteſt (inquit doctus inter Hebræos) vt Zacharias prophetauerit adoleſcens, aut fuerit miniſter alterius Prophetæ. *Inſtar* vrbium, &c. פרזות תשב *tanquam* vrbes muro carentes. quæ ſcilicet diffundunt ac dilatãt ſeſe prout neceſſitas poſtulat. In medio e.: בתוכה ſub. habitantiũ.

5 Et in gloriam ולכבוד Id eſt ero illi gloriæ & honori. q. d. Afficiam illam maximo honore, mea quidem præſentia, doctrina, &c. Quod verum fuit & in figura ipſa, nempe in Ieruſalem terreſtri.

6 In quatuor ventos בארבע רוחות Legitur & כארבע ſecundum quatuor ventos. i. ſecundum quatuor plagas mundi quæ plurimùm diſtant abinuicem. q. d. Permiſi vos in varios ac diuerſos errores incidere, propter peccata veſtra. Per Aquilonem, intelligit Babylonem, quòd ſita eſſet inter Orientem & Septentrionem, reſpectu Terræ ſanctæ. Et quia Babylonii populus infidelis ſemper afflixit Iſraelem, Aquilo malè audit in Scriptura. 7 *Cum* filia Babél. בת־בבל: Filiam pro congregatione accipit, more Scripturæ. i. inter Babylonios, hoc eſt inter infideles ac idololatras. 8 Iehouáh יהוה Pro Chriſto hìc accipitur Iehouáh: neque Iudæorum expoſitiones huic loco conueniunt. quum enim æqualis ſit Patri, idem habet nomen cum eo. Poſt gloriam אחר כבוד qua ſcilicet affecero vos mea præſentia & doctrina. Alludit ad id quod dixerat prius, verſu 5, Et in gloriam ero in ea. Prædicit aduentum Chriſti, & vocationem Gentium. Hæc autem impleta fuerunt per Chriſtum & Apoſtolos. Mittet me שׁלחני Præt. Heb. Pro fut. ſub. Deus pater. Quæ ſpoliauerũt vos: השוללים אתכם quæ deprædatæ ſunt vos. vel, diripuerunt. i. afflixerunt. Tangit vos, tan. הנוגע בכם נוגע Præſ. Heb. pro futuro, vt nonnulli vertunt, tetigerit vos, tãget, &c. i. ſibiipſi nocebit. q. d. qui afflixerint vos, grauius affligentur. Quidã referunt pronomen ad Deũ, vertẽtes, oculi eius.

9 Leuo manum m. ſuper e. מניף את־ידי עליהם Quidam per futurum vertunt, eleuaturus ſum. Hebraiſmus, Exercebo potentiam meam contra eos. i. conuertam eos ad me per prædicationem Euangelii, ídque virtute ac potentia Spiritus mei: illique ſubdent colla his qui conuerterint eos, & quos prius afflixerant. quod legimus impletũ etiam in Imperatoribus ipſis. Quòd Iehouáh, &c. כי־יהוה וגו' . i. me eſſe verum Meſſiam miſſum à Iehouáh pro redemptione generis humani. Idem paulo pòſt dicit, verſu 11.

10 Lauda, רני Canta. Gaude. id eſt præ ingenti lætitia erumpe in Dei laudem.

11 Et congregabuntur ונלוו Et adiungent ſeſe. id eſt adhærebunt Iehouæ.

13 Sile הס Similis loquutio & in Habacuc, cap. 2. d. 20, & Sophon. 1. b. 7 legitur. Excitabitur נעור Præt. Heb. pro fut. i. quaſi excitatus à ſomno deſcendet de loco ſancto in quo habitat, veniétque vt iudicet viuos & mortuos.

IN CAPVT III.

1 Oſtendit au. ויראני ſub. Iehouáh. vt expreſſit, ſuprà cap. 1. d. 20. Vt aduerſaretur ei.: לשׂטנו . i. vt accuſaret illũ negligẽtiæ, &c. & hac ratione volebat impedire ædificationem templi. Conabatur enim perſuadere Michaeli archangelo hunc Ioſue eſſe immundũ ac impurum, i deóque indignum ſub quo templum illud reædificaretur.

2 Dixítq; Iehouáh ad שSatán, ″Increpet Iehouáh te שSatán, increpet inquam Iehouáh te, qui eligit IeruשSaláim: nonne iſte *eſt ut* torris erutus ″de igne?

3 Porrò Iehoשſúay erat indutus veſtib⁹ ſordidis, & ſtabat coram Angelo.

4 Et loquutus eſt, & dixit ad eos qui ſtabant coram ſe, dicẽdo, Auferte veſtimenta illa ſordida ab eo. Et dixit ad eum, Vide, ″Trãſire feci à te iniquitatem tuam, ″& indui te mutatoriis *ueſtibus*.

5 ″Tunc dixi, ″Imponant cidarim mũdam ſuper caput eius. impoſuerunt itaque cidarim mundam ſuper caput eius, & iam induerãt eum veſtibus: Angelus autem Iehouæ ſtabat.

6 ″Et conteſtatus eſt Angelus Iehouæ ipſum Iehoשſúay, dicendo,

7 Sic dicit Iehouáh exercituum, Si in viis meis ambulaueris, & ſi ″cuſtodiã meam cuſtodieris, etiã tu ″iudicabis domũ meam, quinetiam ″cuſtodies atria mea, ″dabóque tibi vias inter hos aſtantes.

De Chriſto prophetia.

8 Audi nunc Iehoשſúay ſacerdos magne, tu & amici tui ″qui habitant coram te, quia ″viri prodigiorum ſunt: ecce enim adduco ſeruum meum *nomine* ″Germen.

9 ″Quia ecce lapis ille quem ″dedi coram Iehoשſúay, ″ſuper quem vnum *erunt* ″ſeptem oculi: en ego ″cælabo cælaturã eius, dicit Iehouáh exercituum, auferámque iniquitatem ipſius terræ in die vna.

10 In die illa, dicit Iehouáh exercituum, vocabitis quiſque ſodalẽ ſuum ſubter vitem, & ſubter ficum. Cap. IIII.

Viſio candelabri aurei.

1 R″Euerſus eſt autem Angelus qui loquebatur mecum, & excitauit me ″tanquam virum qui excitatur à ſomno ſuo.

2 Dixítque ad me, Quid vides? Et reſpondi, ″Video, & ecce candelabrum aureum totum, ″& lenticula ″ſuper caput eius, ſeptémque lucernæ eius ſuper illud: ſeptem *inquam ſunt*, ″& ſeptem infuſoria lucernis ipſis quæ *ſunt* ſuper caput illius.

3 Duæ quoque oliuæ *ſunt* ſuper illud: vna à dextera ipſius lenticulæ, & altera ad ſiniſtram eius.

4 ″Tunc reſpõdi, & dixi ad Angelum illum qui loquebatur mecũ, dicendo, Quid *ſibi uolunt* hæc, domine mi?

2 Et dixit Dominus ad Satan, Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ieruſalem: nunquid non iſte torris eſt erutus de igne?

3 Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem Angeli.

4 Qui reſpondit, & ait ad eos qui ſtabant corã ſe, dicẽs, Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eũ, Ecce, abſtuli à te iniquitatẽ tuam, & indui te mutatoriis. B

5 Et dixit, Ponite cidarim mũdam ſuper caput eius. & poſuerunt cidarim mũdam ſuper caput eius, & induerũt eum veſtibus: & Angelus Domini ſtabat.

6 Et conteſtabatur Angelus Domini Ieſum, dicens,

7 Hæc dicit Dominus exercituum, Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiã meam cuſtodieris: tu quoque iudicabis domum meam, & cuſtodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hîc aſſiſtunt. C

8 Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt: ecce enim ego adducam ſeruum meum Orientem. Luc.1.g.78

9 Quia ecce lapis quem dedi corã Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: ecce ego cælabo ſculpturam ei⁹, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. D

10 In die illa, dicit Domin⁹ exercituũ, vocabit vir amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum. Cap. IIII.

1 ET reuerſus eſt Angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me, quaſi virum qui ſuſcitatur de ſomno ſuo.

2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptem lucernæ eius ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius.

3 Et duæ oliuæ ſuper illud: vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. B

4 Et reſpondi, & aio ad Angelum qui loquebatur in me dicens, Quid ſunt hæc, domine mi?

2 Increpet יגער Id eſt Obiurgatum ac increpatum iubeat faceſſere hinc atque eiiciat, neque audiat te accuſantem, &c. vel, Auertat te à voluntate tua, ac prohibeat ne poſſis accuſare ſummum hunc Sacerdotem. De igne? ׃ מאש .i. ex incendio. Captiuitatem Babylonicã intelligit. q.d. Dominus iam clementer egit cum Ioſue, vt qui eripuerit eum è captiuitate Babylonica. quapropter, ô Satan, non eſt quod ſperes te impediturum ædificationem templi hac tua accuſatione.

4 Tranſire feci העברתי Hebraiſmus, pro abſtuli. q.d. Scito Dominũ condonaſſe tibi omnia peccata tua. Et indui והלבש Infinitiuus pro præt. & induere feci. ſub. ab Angelis mihi ſubditis. Mutatorias veſtes vocat mũdas & pretioſas. q.d. ornaui te variis gratiis ac virtutibus.

5 Tunc dixi, ואומר Ad verbum, Et dixi. Verba ſunt Zachariæ. Imponant ישימו q.d. Iube imponant, nempe Angeli inferiores te.

6 Et conteſtatus eſt ויעד Et obteſtatus eſt. i. Teſtibus adhibitis admonuit. vel, Sub atteſtatione iuriſiurãdi denũtiauit illi, nẽpe Michael.

7 Cuſtodiam meam את־משמרתי .i. ceremonias quas per Moſen tradidi filiis Iſrael cuſtodiendas. Iudicabis תדין .i. ages iudicẽ in templo meo: hoc eſt, diu fungêris officio ſummi ſacerdotis. Cuſtodies atria mea, תשמור את־חצרי .i. põtificatus iſte diutiſſimè manebit in domo ac familia tua. Dabóque tibi vias ונתתי לך מהלכים dabóque tibi inceſſus. itinera. i. faciam tibi poteſtatem incedendi inter Angelos, in quorũ præſentia hæc dicuntur. 8 Qui hab. היושבים qui ſedent. Viri prodig. ſ. אנשי מופת המה .i. apti ſunt ad facienda prodigia ac miranda. Vt de Stephano & aliis legimus, qui faciebant ſigna & prodigia multa in populo. vel, digni ſunt quibus, aut in quorum gratiam fiant prodigia. Germen. ׃ צמח .i. cuius aduentum prædixerũt alii Prophetæ, vocauerúntque eum Germen. Eſa.4.a.2, Erit Germen Domini. Iere.23.a.5, Suſcitabo Dauidi Germen iuſtum. & 33.c.14, Germinare faciam Dauidi Germẽ iuſtum. quibus locis Chaldæus paraph. vertit Maſiah. 9 Quia ecce כי הנה En enim. Alii, Id enim eſt. Dedi coram Ieho. נתתי לפני יהושע Dare, pro ponere, ſiue proponere, ſæpius in Scripturis ponitur. eſt autẽ hîc Hebraiſmus, & mutatio perſonæ, pro Cuius aduentũ reuelaui tibi. Super quem על־אבן Ad verbum, ſuper lapidem. Antecedens pro relatiuo. Septem oc. שבעה עינים Quidã per ſeptem oculos, intelligunt plenitudinem gratiarum ac virtutum in Chriſto. Alii malunt oculos Prophetarum & Patriarcharum intelligere intentos in Chriſtum. Cælabo cælaturam e. מפתח פתוחה Præſ. Heb. pro fut. ſculpam ſculpturam eius. ſub. אבן lapidis, quod fœmineum eſt. Perſtat enim in metaphora. Per cælaturam, ſiue cælaturas, intelligit plagas & vulnera quæ Chriſtus accepit in die paſſionis ſuæ.

IN CAPT IIII.

1 Reuerſus eſt au. וישב Sub. ad me. reliquerat enim eum ad tempus, quum deſiiſſet eum alloqui, quemadmodum dicit cap.2. verſu 7, Angelum illum à ſe egreſſum. Tanquam virum, &c. כאיש אשר־יעור velut quum quis excitatur. 2 Video, & ecce ראיתי והנה Hebraiſmus, Videre mihi videor. Et lenticula וגולה Ad verbũ, & lenticula eius. Vas erat amplũ, concauum, & rotundũ in formã lenticularem, perforatum, è quo defluebat oleum in lucernas per infuſoria. Super caput e. על־ראשה in ſummitate eius, ſub. candelabri, hoc eſt ſtipitis, ſiue membri medii ipſius candelabri. vel pluraliter vertẽdum, lenticulæ erant in ſummitate illius candelabri, & ita ſingulis lucernis erant ſingulæ lenticulæ. Et ſeptem infuſoria ושבעה מוצקות Latinè vertes & totidem infuſoria. ſiue infundibula. Erant ſingulis lucernis ſingula infuſoria, quæque infuſoria erant canaliculæ quædam per quas defluebat oleum in lucernas illas è lenticula ipſa.

4 Tunc reſpondi, & dixi ואען ואומר Tunc cœpi dicere.

5 Et reſpondit Angelus qui loquebatur in me,& dixit ad me , Nūquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi,Nō,domine mi.

6 Et reſpondit , & ait ad me, dicens, Hoc eſt verbum Domini ad Zorobabel,dicens,Non in exercitu,nec in robore,ſed in Spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

C 7 Quis tu mons magne coram Zorobabel?in planum : & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiā gratiæ eius.

8 Et factum eſt verbū Domini ad me, dicens,

9 Manus Zorobabel fundauerūt domum iſtam, & manus eius perficient eam:& ſcietis quia Dominus exercituum miſit me ad vos.

10 Quis enim deſpexit dies paruos?& lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel.ſeptem iſti:oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſam terram.

11 Et reſpondi,& dixi ad eū,Quid ſunt
D duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri,& ad ſiniſtram eius?

12 Et reſpondi ſecūdò,& dixi ad eum, Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum , quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea,in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro?

13 Et ait ad me , dicens, Nunquid neſcis quid ſunt hæc?Et dixi,Non domine mi.

14 Et dixit, Iſti ſunt duo filii olei , qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ.

Cap. V.

1 ET conuerſus ſum , & leuaui oculos meos:& vidi, & ecce volumē volans.

2 Et dixit ad me , Quid tu vides ? Et dixi,Ego video volumen volans:longitudo eius viginti cubitorum,& latitudo eius decem cubitorum.

Eius expoſitio, in qua multa de Chriſto & Eccleſia habentur.

5 Reſpondit autem Angelus ille qui loquebatur , dixítque mihi, Noſtíne quid ſint hæc? Et dixi,Non domine mi.

6 Tunc reſpondit,& dixit ad me, dicendo,Hoc eſt verbum Iehouæ″ad Zerubabél,dicendo,Non virtute vlla,nec potētia *hoc fiet*,ſed Spiritu meo,dixit Iehouáh exercituum.

7 Quis tu″ô mōs magne corā Zerubabél? in planitiem *eris*:″educétque lapidē primarium *cum* acclamationibus *huiuſmodi*,″Gratia, gratia *inquam* illi.

8 Fuit itaque verbum Iehouæ ad me,dicendo,

9 Manus Zerubabél fundauerunt domum iſtam , manúſque eius perficient *eam*:& cognoſces quòd Iehouáh exercituum miſerit me ad vos.

10 Quis enim deſpexit″diem paruarū *conſolationum*? lætabūtur autem ″quum videbunt ″lapidem ſtanneum in manu Zerubabél. ″illa *ſunt* ſeptem oculi Iehouæ ″circumeuntes per vniuerſam terram.

11 Et loquutus ſum, & dixi ad eū, Quid *ſunt* duæ oliuæ iſtæ ad dexteram″ipſius candelabri,& ad ſiniſtram eius?

12 Et loquutus ſum ſecundò,& dixi ad eum, Quid *ſunt* duæ illæ″ſpicæ oliuarum ″quæ *ſunt* in medio duarum ampullarum aurearum, ′quæ effundunt ex ſe *oleum coloris* auri?

13 Dixit autem ad me,dicendo,Noſtíne quid *ſint* hæc?Et dixi,Nō, domine mi.

14 Tunc dixit,Iſti ſunt duo illi″filii olei,′qui ſtant iuxta Dominatorem vniuerſæ terræ.

Cap. V.

Viſio libri volātis, maledictionem furū & Dei nomine abutentiū ſignificantis.

1 C″Onuerſus ſum autem , & leuaui oculos meos, atque aſpexi: & ecce volumen volabat.

2 Dixítque mihi, Quid vides?Cui reſpondi, Video volumen volans:longitudo eius′viginti cubitorum,& latitudo eius decem cubitorum.

6 Ad Zerubabél, אל־זרובבל de Zerubabel.i. Chriſto. Natiuitatē Chriſti prædicit, qui nulla opera humana, ſed ex Spiritu ſancto conceptus eſt,& natus ex virgine. 7 O mons magne,&c. הר־הגדול וגו׳ Diſtinguere etiam potes,ô mons magne? coram Zerubabél planities eris.i.vertêris in planitiem:hoc eſt humiliaberis.Montem,diabolum exponunt:Zorobabél autem,Chriſtum,vt etiam Chaldæus paraph.

Educétque והוציא proferétque. i. Deus pater reuelabit ac manifeſtabit mundo Lapidem illum angularem Chriſtum. hoc pacto erunt verba Prophetæ. Si autem fuerint verba Patris, dicemus verbum iſtud eſſe infinitiui modi pro verbo futuri temp.primæ perſonæ,Proferam. Protulit enim *ille* Lapidem illum primarium,&c.quando ſcilicet iecit fundamenta templi,id eſt ſuæ Eccleſiæ.Quidam referunt ad Zorobabelem,qui confortatus, educturus erat lapidem capitis ædificii, id eſt primarium lapidem,cum magno ſtrepitu & applauſu populi acclamantis, Bene ſuccedat.תשואות enim eſt à radice שאה quod ſtrepitum facere ſignificat. Gratia,gratia *inquam* illi. חן חן לה׃ Hebraiſmus, pro multa gratia, ſiue multus fauor Dei ſit illi Lapidi. Hoſanna filium Dauid,acclamabant Chriſto Ieruſalem ingredienti,Benedictus qui,&c. 10 Diem paruarum *conſolationum?* ליום קטנות Alii ſubaudiunt,acclamationum.Diem vocat quo iacta fuerunt fundamenta templi,& cœptum fuit ædificari:quem diem nullus contempſit. Quum videbunt וראו Ad verbum,& videbunt. Lapidem ſtāneum האבן הבדיל Sic vocat perpendiculum quo vti ſolent cæmentarii ad dirigendos muros ædificiorum. Illa *ſunt* ſe. שבעה־אלה Id eſt ſeptem illæ lucernæ,ac ſeptem infuſoria earum ſignificant multiplicem illam prouidentiam Dei qua regit ac gubernat totum mundum,

Circumeuntes משוטטים diſcurrentes,qui expatiantur.

11 Ipſius cand. המנורה Suprà verſu 3 dicebat has duas oleas eſſe ad dexteram & ad ſiniſtram lenticulæ. ſed idem eſt:erat enim lenticula in candelabro ipſo. 12 Spicæ שבלי Sic vocat ramos cum baccis, quòd ſint perſimiles ſpicis. Baccas oleæ comparat granis tritici,& virgam ſiue ramum culmo. Quæ *ſunt* in me,&c. אשר ביד שני צנתרות Ad verbum,quæ *ſunt* in manu duarum ampullarum. Quidam vertunt,quæ ſunt inſertæ collo illarum duarum ampullarum aurearum. nam ampulla vas eſt parte infima latum, parte autem ſuperna vergit in arctum,éſtque collum illi vice manubrii. Vnde quidam exponunt, in manubrio,hoc eſt intra. Duæ ille ampullæ adiectæ erant vtrinque ipſi lenticulæ,eam circunſtantes, erántque vnà perforatæ. habebant enim foramen in alueo, ſeu ventre: è quo foramine defluebat oleum in lenticulam ipſam , & ex lenticula in lucernas. Vt ergo lucernis ipſis ſufficeret oleum in longum tempus , adiectæ erant ampullæ illæ. Quæ effundunt ex ſe, &c. חמריקים מעליהם הזהב׃ Ad verbum , effundentium deſuper ſe aurum. id eſt oleum purum vt aurum. vel,oleum coloris aurei. vt referatur ad lumen quod edit oleum ipſum:eſt enim aurei coloris.

14 Filii olei, בני־היצהר hoc eſt,duo vncti.q.d. Hæc ſignificāt duos ſummos magiſtratus,Regem Ioſue,& ſummum Sacerdotem Zorobabél:quos dicit filios olei, quòd & Reges & Sacerdotes oleo ſancto vngerentur. Qui ſtant iuxta Dominat. העומדים על־ארון qui aſtant Dominatori.i.qui ſemper parati ſunt obſequi mandatis Dei.

IN CAPVT V.

1 Conuerſus ſum autem, ואשוב Vt ſcilicet me accommodarem capeſſendæ nouæ viſioni Diuinæ.

2 Viginti cubitorum, עשרים באמה Ad verbum, viginti *menſurarum* in cubito. id eſt, in ratione, ſiue dimenſione cubitali : hoc eſt, quæ per cubitos fieri ac deſignari ſolet. Referunt hæc Hebræi ad veſtibulum templi, quod quidem habebat in longitudine x x cubitos: (Sumebatur enim longitudo ipſius ſecundum latitudinem templi)& in latitudine decem cubitos.quaſi Zacharias viſus ſit ſibi videre chartam illam oblongam egredi per veſtibulum ipſum.Sed videtur potius referendum ad totam terram,ſiue orbem habitabilē,cuius longitudo ſumpta ab Oriente ad Occidentem,multo excedit latitudinem eius,nempe à Meridie ad Septentrionem.Hac viſione enim innuit totum mundum repletum eſſe iniuria,ſiue violentia in proximum,& perfidia in Deum,ob quas breuiimmiſſurus erat Deus maledictionem in mundum.id eſt pœnam debitam hominibus ſceleſtis ac flagitioſis.

3 Et dixit ad me,'Hæc'*eſt* maledictio illa'quæ egreſſura eſt ſuper faciẽ vniuerſæ terræ:nã õnis fur("ſicut *ſcriptum eſt* ex vna *parte* ipſius) ſuccisus eſt: & õnis iurãs (ſicut *ſcriptũ eſt* ex altera *parte* ipſiꝰ) ſucciſus eſt.

4 Educam illam, dixit Iehouáh exercituum, veniétque ad domũ ipſius furis,& ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio"domus eius,conſumét que eam,& ligna eius,ac lapides eius.

Viſio amphoræ qua Iudæ tranſlatio in Babylonẽ deſignatur.

5 Egreſſus eſt autem Angelus ille qui loquebatur mecũ, & dixit ad me,Leua nũc oculos tuos,& vide quid ſit hoc quod egreditur.

6 Et dixi,'Quidnã eſt?"Qui reſpõdit,Hæc eſt'amphora egrediens. 'Addidítque,"Hæc *eſt* oculus eorum in vniuerſa terra

7 Et ecce'talentum plumbi portabatur, & *cum* ipſo"mulier vna ſedebat in medio eius amphoræ.

8 Dixítque *Angelus*, Hæc *eſt* impietas illa. proiecit itaque'eam *Deus* in medium amphoræ,& coniecit"lapidem plumbeum"in os eius.

9 Leuaui quoque oculos meos,& aſpexi: & ecce duæ mulieres"egrediebantur, ventúſque *erat* in alis earum: *erant* autem illis alæ ſimiles alis'ciconiæ,& leuauerũt amphorã illã inter terrã"& cælũ.

10 Dixíque ad Angelum illum qui loquebatur mecum, Quónam iſtæ"deducunt amphoram?

11 'Qui reſpondit mihi,"Vt ædificetur ei domus in terra שׁSinyár, præparetúrque *habitatio eius*,"ac conſtituatur illic ſuper baſim ſuam.

Cap. VI.

Per quatuor quadrigas, quatuor regnorũ ſucceſſionẽ deſcribit.

1 C"Onuerſus autem leuaui oculos meos, & aſpexi:'& ecce quatuor quadrigæ'egrediebantur'inter duos montes:montes autem illi *erant* montes'ærei.

2 In quadriga prima *erãt* equi'rufi,& ĩ quadriga ſecũda equi nigri.

3 Et dixit ad me, Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciẽ omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur:& õnis iurans,ex hoc ſimiliter iudicabitur.

4 Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius,& conſumet eam, & ligna eius,& lapides eius. B

5 Et egreſſus eſt Angelus qui loquebatur in me,& dixit ad me,Leua oculos tuos, & vide quid eſt hoc quod egreditur.

6 Et dixi,Quidnam eſt? Et ait,Hęc eſt amphora egrediens.Et dixit, Hic eſt oculus eorum in vniuerſa terra. C

7 Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ.

8 Et dixit,Hæc eſt impietas.& proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius.

9 Et leuaui oculos meos,& vidi:& ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earũ:& habebãt alas quaſi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cælum. D

10 Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me,Quò iſtæ deferũt amphoram?

11 Et dixit ad me, Vt ædificetur ei domus in terra Sennáar,& ſtabiliatur,& ponatur ibi ſuper baſim ſuam.

Cap. VI.

1 ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi:& ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium:& montes,montes ærei.

2 In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri.

3 Hæc זאת ſub.charta.vel,Hoc,nẽpe volumen. *Eſt*] Si mauis,ſubaudi *portendit*. Quæ egreſſura eſt היוצאת Præſ.Heb.pro fut. ſub.à Domino.cõciſa enim eſt oratio quæ alio loco legitur integra & plena.Hebraiſmus item,quem Latinè ſic reddas,Quam breui immiſſurus eſt Dominus in habitatores terræ. Sicut *ſcriptum eſt*,&c. מזה כמוה Ad verbum,hinc ſicut ipſa.i.ſicut ex altera parte ipſius.vel,ex hoc *latere*,vt *in altero latere* eius.q.d.quia vtrunque latus ſcriptum erat:in altero quidem, Omnis fur,&c.in altero verò,Omnis iurans,&c.Vnde ſic quidam vertunt hanc verſus partem, mutato ordine verborum, Nam ex vna parte ſcriptum eſt, Quicunque furatur, breui ſuccidetur:& ex altera parte conſimiliter,Quicunque iurat *in uanum*,ſuccidetur.Ita enim exprimitur verſu ſequenti,Qui iurat per nomen meũ mendaciter.Quidam Hebræorum ſic legit,Omnis qui furatur,ab ea vltione ſicut in hoc volumine ſcripta eſt,punietur.

4 Domus eius, ביתו Id eſt domus vtriuſque,furis & periuri.

6 Quidnam eſt? מה־היא q.d.Tu potius dicito mihi quid ſit. Qui reſpondit, ויאמר Ad verbum,Et dixit. Amphora egred. האיפה היוצאת modius egrediens.ſub.è templo,vel vrbe Ieruſalem.Per amphoram,ſiue modium quod eſt genus menſuræ,intelligit talionẽ ſiue pœnam talionis quam rependere videtur Deus his quos iuſtiſſimè punit quum defecerunt à ſe, & quos affligit poſteaquam alios afflixerunt,& ita videtur eis reddere menſuram pro menſura. Addiditque, ויאמר Ad verbum,& dixit. Hæc *eſt* oculus eorum,&c. זאת עינם בכל־הארץ׃ Hæc *portendit* oculum eorum *reſpicere* in vniuerſa terra. Oculum eorum,paſſiuè accipit,qui videt eos, non quo ipſi vident, hoc eſt oculum Domini vltorem,non miſericordem.

7 Talentum plumbi portabatur, ככר עופרת נשׂאת maſſa quædam plumbea ferebatur.ſub.in amphora illa.Per grauitatem plumbi intelligit diuturnitatem ac moram tranſmigrationis,ſiue exilii decem illarum tribuum. Mulier אשה Significat congregationem illarum decem tribuum,quæ vnanimi & magno conſenſu per idololatriam defecerunt à Domino Deo.

8 Eam אותה nempe mulierem. Lapidem אבן Significat & pondus:quòd pro ponderibus olim vterentur lapidibus. In os eius. אל־פיה׃ mulieris ſcilicet.id eſt vt illic diutius detineretur.

9 Egrediebantur, יוצאות ſub.è templo Domini, vel ex vrbe,aut è Terra ſancta. Hìc agit de captiuitate Babylonica,quò abductæ fuerunt reliquæ duæ tribus,Iuda & Beniamin,quæ hìc per has duas mulieres deſignantur:ſimúlque deſcribit cauſam eius tranſmigrationis. Ciconiæ, החסידה ſtruthiocameli. Alii,milui albi.Sic vocatur ciconia quòd ſit auis gratiſſima. fertur enim alere parentes ſuos ſeniores Ita etiam & hac ratione miluus albus; quòd ſcilicet eſcas ſuas ſociis ſuis diſpertiat.At ſtruthiocamelus hoc quidem nomine etiam cenſetur, ſed à contrario ſenſu,quòd ſit crudelis. Per ventum & alas intelligit celeritatem profectionis. abducti ſunt enim Iudæi quamcelerrimè Babylonem. Et cælũ. ובין השמים׃ & inter aerẽ.hoc eſt,non procul à terra,vt volare ſolet ſtruthiocamelus,cuius alæ,curſum eius tantummodo iuuant. 10 Deducunt מוליכות deferunt.Ad verbũ,ambulare faciunt.i.quò proficiſcuntur vt dent pœnas propter peccata ſua?

11 Qui reſpondit mi. ויאמר אלי Ad verbũ,Et dixit ad me. Vt ædificetur,&c. לבנות־לה בית Vt extruãt ei domũ.Singul.pro plur.i. manſiones, vbi diutius morentur. q.d. Vt Dominus animaduertat in eas diuturna captiuitate, nempe per LXX annos quibus detinebuntur captiuæ in Babylone. Ac conſtit. והוניחה ac ſiſtat ſeſe.Hoc dicit propter eos qui quanuis inuiti abducti fuiſſent Babylonẽ,poſteaquam tamen facultatẽ accepiſſent reuertendi in patriam,illic vltrò remanſerunt,quòd ibidẽ extruxiſſent domos,& plantaſſent vineas,&c.

IN CAVPT VI.

1 Conuerſus autem ואשוב Vide præcedenti cap. verſu 1. Et ecce והנה q.d.& ſtatim apparuerunt mihi. Egrediebantur יוצאות ſub.à conſpectu Domini,vt dicit infrà verſu 5.De quatuor illis imperiis agit,Babylonico,Perſico,Græco & Romano:quæ quandiu floruerunt,fuerunt inuictiſſima.Sub quarto autem natus eſt Chriſtus.Egredi & pergere dicuntur imperia,quòd alterum alteri ſucceſſerit. Inter duos montes: מבין שני ההרים Ad verbum,de inter duos montes.Per duos montes, intelligit prouidentiam Diuinam,& ordinem eius ineffabilem, ſiue regimen Dei.vel intelligit robur & vires eorum imperiorum,quæ quidem Deus ipſe ſumma cura & prouidentia moderatus eſt. AErei. נחושת׃ ænei. Doctus inter Hebræos, chalybæi.quòd eſſent duriores ferro ipſo. Intelligit virtutem illorum imperiorum fuiſſe inſuperabilem.

2 Rufi, ארומים rubri.Intelligit magnam effuſionem ſanguinis,maximè Iudaici qui effuſus eſt ſub imperio Babylonico.

In quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii,fortes.

Et reſpōdi, & dixi ad Angelum qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc, domine mi?

Et reſpondit Angelus, & ait ad me, Iſti ſunt quatuor vēti cæli, qui egrediuntur vt ſtent coram Dominatore omnis terræ.

B In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrā Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt eos: & varii egreſſi ſunt ad terram Auſtri:

Qui autem erant robuſtiſſimi, exierunt, & quærebant ire & diſcurrere per omnem terram. & dixit, Ite perambulate terram Et: perambulauerūt terram.

Et vocauit me, & loquutus eſt ad me, dicens, Ecce, qui egrediūtur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.

C Et factum eſt verbū Domini ad me, dicens,

Sume à trāſmigratione ab Holdái, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Ioſiæ filii Sophoniæ, qui venerūt de Babylone.

Et ſumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu filii Ioſedech ſacerdotis magni,

Luc.1.g.78

Et loquêris ad eum, dicens, Hæc ait Dominus exercituū, dicens, Ecce vir Oriens nomen eius: & ſubter eum orietur, & ædificabit templū Domino.

D Et ipſe extruet templum Domino: & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit Sacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos.

Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini.

Et qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & ſcietis quia Dominus exercituum miſit me ad vos. erit autē hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.

3 In quadriga autem tertia equi albi, & in quadriga quarta equi ″varii, fortes.

4 ″Tunc cœpi dicere ad Angelum qui loquebatur mecum, Quid *ſibi uolunt* hæc, domine mi?

5 Et reſpondit Angelus ille, & ait ad me, ″Iſti *ſunt* quatuor vēti cæli qui egrediuntur à loco vbi ſtabant coram Dominatore vniuerſæ terræ.

6 ″*Quadriga* in qua *erant* equi nigri, egrediebantur ad terram Aquilonis: ″& *equi* albi egreſſi ſunt poſt illos: ″varii autem egreſſi ſunt ad terram Auſtri:

7 ″Fortes quoque egreſſi ſunt, & quærebāt vt irēt ad perambulandum per terrā. dixítque *Deus*, Ite, perambulate terram. ″perambulauerunt itaque terram.

8 Vocauit autem me, & loquutus eſt ad me, dicendo, Vide, ″qui egrediuntur ad terram Aquilonis, ″quieſcere fecerunt ſpiritū meū in terra Aquilonis.

Figura regni & ſacerdotii Chriſti.

9 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

10 Accipe″ab his qui reuerſi ſunt de trāſmigratione, nēpe ab חHeldái, & à Tobiiáh, & à Iedaעiáh: veniéſque tu in die illa, ac ingredieris domum Ioשſiiáh filii צSephaniáh, qui reuerſi ſunt de Babél

11 Accipe inquam argentum & aurum, & fac coronas, & impone capiti″Iehoשſúaע filii Iehoצadác ſacerdotis magni:

12 Dicéſque ad eum″in hūc modum, Sic dicit Iehouáh exercituū, dicendo, Ecce vir, ″Germen nomen eius, ″& de loco ſuo germinabit, & ædificabit templum Iehouæ.

13 Ipſe inquam extruet templum Iehouæ, & idem portabit gloriā, ſedebítque, ac dominabitur in ſolio ſuo: erit quoque″Sacerdos in ſolio ſuo, ″& conſilium pacis erit″inter vtrunque.

14 Porrò coronæ erūt ipſi″חHelem, & Tobiiáh, & Iedaעiáh, ″& ipſi חHen filio צSephaniáh″in memoriale in templo Iehouæ.

15 ″Remoti quoque venient, & ædificabunt in templo Iehouæ: ac cognoſcetis quòd Iehouáh exercituum miſerit me ad vos: & *ita* erit, ″ſi audiendo audieritis vocem Iehouæ Dei veſtri.

3 Varii, fortes. ברודים אמוצים: maculis albis aſperſi, & cinerei. vel rubicundi.

4 Tunc cœpi dicere ואען ואומר Ad verbum, Et reſpondi, & dixi.

5 Iſti *ſunt* quatuor venti, &. אלה ארבע רוחות וגו׳ Hæ *quadrigæ ad* quatuor ventos cæli egrediuntur, à loco in quo aſtabant Dominatori, &c. Ad verbum, à ſtando iuxta Dominatorem, &c. q. d. Miſſa ſunt quatuor illa imperia à Domino Deo, facta illis poteſtate ab eo imperandi vniuerſo orbi. 6 *Quadriga* in qua, &c. אשר־בה וגו׳ *Quadriga* in qua *ſunt* equi illi nigri, ipſi egrediuntur. Hebraiſmus, pro, Equi illi nigri qui ſunt in ſecunda quadriga, &c. id eſt Perſæ deſcenderunt in Babylonem: qua expugnata, eripuerunt Chaldæis ipſis imperium illud Babylonicum. Deinde Græci deuictis Perſis, eripuerunt eis & imperium. Poſtea Romani ſuperatis Græcis, eripuerunt eis etiam imperium. Per equos nigros intelligit metum ac terrorem quem incuſſerunt Perſæ Iudæis tēpore Aſſueri, inſtinctu ipſius Haman qui conatus eſt prorſus delere gentem Iudaicam. Et *equi* albi egreſſi, &c. והלבנים יצאו וגו׳ .i. inſequuntur illos. Per equos albos intelligit candorē & manſuetudinem quam exercuit Alexander magnus erga Iudæos & Ieruſalem. Varii autem והברודים maculoſi autem. id eſt maculis albis aſperſi, vt verſu 3. Per equos qui partim albi erant, partim alterius coloris, intelligit aliquot Imperatores Romanos mites fuiſſe erga Iudæos, alios verò immites. Per equos verò cinericios (qui color medius eſt inter album & nigrum) intelligit ipſos Imperatores Romanos fuiſſe non multùm manſuetos, nec nimium crudeles erga Iudæos. Si interpreteris rubicundos, (vt dictum eſt ſuprà verſu 3) intelliges aliquot eorum fuiſſe crudeles tā erga Iudæos quàm erga Chriſtianos. Quòd ſi interpreteris, fortes, dices Romanos non adeò fuiſſe fortes vt poſtea fuerūt.

E 7 Fortes quoque והאמוצים Cinerei quoque. Vide præcedenti verſu & tertio. Perambulauerunt itaque terram. ותתהלכנה בארץ: Id eſt acceperunt imperia illa facultatem à Deo imperandi vniuerſo orbi.

8 Qui egrediuntur היוצאים qui egreſſi ſunt. ſub. equi. ita quidam præſens vertunt in præteritum. Quieſcere fecerunt, &c. הניחו את־רוחי וגו׳ ſedauerunt iram meam in terrā Aquilonis. vel, in eam regionē. id eſt in homines eius regionis, nēpe Babylonios in quos maximè iratus eram. q. d. Opera Perſarum ego iuſtiſſimè animaduerti in Babylonios qui iniuſtè afflixerant populum meum in captiuitate Babylonica. 10 Ab his qui reuerſi, &c. מאת הגולה Ad verbum, à captiuitate.

11 Iehoשſúaע יהושע Hic Ioſue geſſit typum Chriſti, vocatúrque 1. Eſd. 2. b. 36, ישוע.

12 In hunc modum, לאמור Ad verbum, dicendo. Germen nomen eius, צמח שמו Vide ſuprà cap. 3. b. 8. Et de loco ſ. ומתחתיו in loco enim ſuo. vel, apud ſe enim. id eſt in Eccleſia.

13 Sacerdos כוהן ſub. ſummus. ita Chaldæus paraph. Et conſilium pacis, &c. ועצת שלום וגו׳ Hebraiſmus, ſumma pax, maximus conſenſus, ac ſumma concordia inter Regem & Sacerdotem: quia idem erit & Rex & Pontifex. Quidam vertunt, inter duo illa. id eſt inter duas illas dignitates. Alii, inter vtroſque. i. inter Iudæos & Gentiles, qui vnanimi conſenſu recepturi eſſent Chriſtum.

14 חHelem, לחלם qui verſu 10, dictus eſt Heldai. fuit binomius. Et ipſi חHen ולחן Hic verſu 10, dictus eſt Ioſias. erat etiā binomius. In memoriale לזכרון in monimentum. id eſt ſignificabunt Chriſtum venturum.

15 Remoti quoque ורחוקים Longinqui quoque. Qui procul ſunt. ſub. à Deo propter infidelitatem. Si audiendo, &c. אם־שמוע וגו׳ Hebraiſmus, ſi ex animo parueritis voci & admonitioni Dei.

Cap. VII.

Quæſtio proponitur Sacerdotib⁹ ſuper ieiunio & planctu.

1 FVit autem anno quarto Dariáueשׁs Regis, fuit *inquam* verbũ Iehouæ ad Zechariáh, quarta *die*″menſis noni qui eſt Chiſléu:

2 ″Poſteaquam *captiuitas* miſiſſet ad templum Dei, שׁSarאéצſer & Regem-mélech, ″& viros eius ad deprecandum faciem Iehouæ:

3 Dicerént que ad Sacerdotes qui erant in domo Iehouæ exercituum, & ad Prophetas ipſos″in hunc modum, Flebóne *adhuc* menſe″quinto, ſeparando me *à cibis*, quemadmodum feci iam tot annis?

4 ″Fuit inquam verbum Iehouæ exercituum ad me, dicendo,

Reſpõdet Dominus per Zachariam, ieiunia abſque operibus miſericordiæ nihil eſſe,

5 Dic ad vniuerſum populum huius regionis, & ad Sacerdotes, ad hunc modum, Quum ieiunaſtis, & planxiſtis in quinto *menſe*, & ſeptimo, ídque iam ſeptuaginta annis, nunquid ieiunium″ieiunaſtis propter me? *præcepine* ego?

6 Et quando comeditis″aut bibitis, ″nónne *propter* vos comeditis & propter vos bibitis?

7 Nónne″*hæc ſunt* verba″quæ prædicauit Iehouáh per manum Prophetarum priorum, ″quum *adhuc* Ieruſalem habitaret *confidenter*, & eſſet quieta, vrbes quoque eius″illi circunſtantes, & pars Meridiana *ac* planities″habitaretur?

8 Fuit itaque verbum Iehouæ ad Zechariáh, dicendo,

Iudicium.

Miſericordia.

9 Sic dicit Iehouáh exercituum, dicendo, Iudicium verum iudicate, & miſericordiã ac miſerationes facite quiſque″cũ fratre ſuo.

10 Viduámque & pupillum, aduenam & pauperem ne opprimatis: præterea malũ quiſque fratris ſui ne cogitetis in corde veſtro.

11 Et renuerunt attendere, ″& dederunt ſcapulam auerſam, ″aures quoque ſuas aggrauauerunt ne audirent:

12 Et cor ſuum poſuerunt *ut* adamantem, ne audirent Legẽ ipſam, & verba illa quæ miſerat Iehouáh exercituum in Spiritu ſuo per manum Prophetarum priorum: ″vnde facta eſt ira magna à Iehouáh exercituum.

13 Euenítque, vt quemadmodum″clamauerat, & non audierant: ſic″clamabunt, & non exaudiam, dicit Iehouáh exercituum.

14 Et *quaſi* turbine diſperſi eos in omnes Gentes illas quas non nouerant: terra quoque ipſa deſolata fuit″poſt eos, ″ita vt nemo il-

Cap. VII.

1 ET factum eſt in anno quarto Darii Regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, in quarta mẽſis noni qui eſt Caſleu:

2 Et miſerunt ad domũ Dei, Saráſar, & Rogom-melech, & viri qui erant cũ eo, ad deprecandã faciem Domini:

3 Vt dicerent Sacerdotibus domus Domini exercituum, & Prophetis, loquentes, Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo, ſicut iam feci multis annis?

4 Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens,

B

Eſa.58.b.5

5 Loquere ad omnem populum terræ, & ad Sacerdotes, dicẽs, ‖Quum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi?

6 Et quum comediſtis & bibiſtis: nũquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis?

7 Nunquid nõ ſunt verba quæ loquutus eſt Dominus in manu Prophetarum priorum, quũ adhuc Ieruſalẽ habitaretur, & eſſet opulenta, ipſa, & vrbes in circuitu eius, & ad Auſtrum, & in campeſtribus habitaretur?

C

8 Et factum eſt verbum Domini ad Zachariam, dicens,

9 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Iudicium verum iudicate: & miſericordiam & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo.

Exo.22.d.22
eſa.1.f.23
ierem.6.g.28

10 ‖Et viduã & pupillum, & aduenã, & pauperẽ nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo nõ cogitet in corde ſuo.

11 Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulã, recedentes: & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent:

D

12 Et cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirẽt Legem & verba quæ miſit Dominus exercituum in Spiritu ſuo per manum Prophetarũ priorum: & facta eſt indignatio magna à Domino exercituum.

13 Et factum eſt ſicut loquutus eſt, & non audierunt: ſic clamabunt, & non exaudiã, dicit Dominus exercituum.

14 Et diſperſi eos per õnia regna quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis, eo quòd non eſſet tranſiens & reuer-

IN CAPVT VII.

1 Menſis noni, &c. לחודשׁ וגו׳ Ad verbũ, menſis noni in Chiſleu. Sic vocat Nouembrẽ qui nonus erat ſecundum rationẽ feſtorũ, incipiendo annum à Martio. 2 Poſteaquam *capti.* miſiſſ. וישׁלח Miſerat autem *Iſrael* ad, &c. i. populus qui remanſerat Babylone. Et viros e. ואנשׁיו cum viris eius. i. comitibus, vel ſeruis & famulis eius Sareſer, qui erat princeps legationis. vel, eorum: vt ſit ſingulare pro plurali. q.d. vtriuſque. Doctus inter Hebræos vult relatiuum referre Regem-melech.

3 In hunc modum, לאמור Ad verbum, dicendo. Quinto, החמשׁי Intelligit Iulium. Inſtituerant Iudæi ieiunia quædam menſe quinto & ſeptimo, quòd his menſibus ingentem cladem accepiſſent, nempe menſe quinto deſtructionem templi & vrbis, & menſe ſeptimo cædem Godoliæ: quam quidem ſequuta fuerat diſperſio populi qui remanſerat in Iudæa. Vide infrà cap.8.d.19. Hæc autem ieiunia aſſerit Propheta non multum probari Domino, quòd ea non inſtituiſſet, illáque obſeruarentur à Iudæis ipſis citra pietatem.

4 Fuit inquam ויהי Epanalepſis, ſiue repetitio propter longum hyperbaton quod præceſſit.

5 Ieiunaſtis propter me? &c. צמתוני אני : Hoc eſt, ieiunaſtis in honorem mei, quòd hæc ieiunia inſtituerim? q.d. Vos ipſi illa inſtituiſtis propter calamitatem quã accepiſtis veſtra culpa. Præcepine ego vt ſic ieiunaretis? Ita exponit, ſubaudito verbo, doctus inter Hebræos. Alii nihil ſubaudiunt, ſed vtrunque pronomen coniungunt, vertẽtes, ieiunaſtis mihiipſi? i. meo commodo ac in meam vtilitatem. q.d. percepine ex ieiunio veſtro fructum aliquem ac vtilitatem? non, ſed vos ipſi. Hæc expoſitio magis cõuenit ſequenti verſui. Illud Mihiipſi, etiã exponi poteſt Propter me, vt vertimus. 6 Aut bibitis, וכי תשׁתו Ad verbum, & quando bibitis. Nónne propter vos, &c. הלא אתם וגו׳ nónne eſtis ipſi qui comeditis & qui bibitis? q.d. vosipſi ſoli capitis fructum & vtilitatem ex cibo & potu, non ego.

7 *Hæc ſunt*] Subaudire potes, *videtis iam impleta eſſe* verba, &c. Quæ prædicauit אשׁר קרא quæ prædicabat. vel clamabat. ſiue proclamabat. Quum *adhuc*, &c. בהיות וגו׳ Ad verbum, dum eſſet Ieruſalem ſedens. vel habitans. i. quum ſederet, & pacifica eſſet. Alii, quieta eſſet ac trãquilla. i. habitaretur in ſumma pace, otio, trãquillitate & confidentia. Illi circun. סביבותיה Ad verbum, *in* circuitibus eius. Habitaretur? ישׁב : ſederet? Alii, pacata eſſet? i. habitaretur in ſumma pace & otio? Per partem Meridianam, ſiue Auſtralem intelligit eam partem quæ natura non erat munita. q.d. habitabant confidenter & in magna fiducia etiam in ea parte quæ erat maximè debilis & infirma.

9 Cum fratre ſuo. את־אחיו : cum proximo ſuo. 11 Et dederunt, &c. ויתנו וגו׳ & diuerterunt humerum. i. auerterunt humerũ ab onere præceptorum meorum, nolentes illis ſupponere colla. Metaphora à baiulis. Aures quoque, &c. ואזניהם הכבידו Hebraiſmus, ſimulauerunt ſurditatem. 12 Vnde facta eſt ויהי Ad verbum, & fuit. Hebraiſmus, Ea de cauſa vehementer iratus eſt in eos Dominus exercituum. 13 Clamauerام, קרא Præt. tertiæ perſ. eſt Heb. clamauerat, ſub. Dominus, vt paulo antè verſu 7. Loquitur enim Dominus de ſe in tertia perſona. nam mox ſequitur, audiam. Vel ſingulare eſt pro plurali, clamauerant, ſub. Prophetæ in nomine Domini. Clamabunt, &c. יקראו וגו׳ Quidam futura conuertunt in præteritum, clamauerunt *poſtea*, & non audiui.

14 Poſt eos, אחריהם . i. poſt diſceſſum eorum, hoc eſt, poſteaquam abducti fuerunt captiui in Babylonem. Ita vt nemo, &c. מעבר ומשׁב וגו׳ Ad verbum, à tranſeunte, & redeunte. vel reuertente.

tens: & poſuerunt terram deſiderabibilem in deſertum.

Cap. VIII.

1 ET factum eſt verbũ Domini exercituum,dicens,

2 Hæc dicit Dominus exercituũ,Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam.

3 Hæc dicit Dominus exercituũ,Reuerſus ſum ad Siõ:&habitabo in medio Ieruſalem: & vocabitur Ieruſalẽ, Ciuitas veritatis, & Mõs Domini exercituum,Mons ſanctificatus.

4 Hæc dicit Dominus exercitum,Adhuc habitabunt ſenes, & anus in platéis Ieruſalem: & viri baculꝰ in manu eius præ multitudine dierum.

5 Et platéæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludẽtibus in platéis eius.

6 Hæc dicit Dominus exercituum,Si videbitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

7 Hæc dicit Dominꝰ exercituum,Ecce ego ſaluabo populũ meum de terra Orientis,& de terra Occaſus ſolis.

8 Et adducam eos, & habitabunt in medio Ieruſalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate & in iuſtitia.

9 Hæc dicit Dominus exercituum, Confortentur manus veſtræ, qui auditis in his diebus ſermones iſtos per os Prophetarum,in die qua fundata eſt domus Domini exercituum,vt tẽplum ædificaretur.

10 Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumẽtorum erat, neque introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi omnes homines vnumquenque contra proximum ſuum.

11 Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius,dicit Dominus exercituum:

12 Sed ſemẽ pacis erit: vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germẽ ſuũ, & cæli dabunt rorem ſuum: & poſſidere faciam reliquias populi huius vniuerſa hæc.

Iac tranſiret,aut reuerteretur: ʺpoſuerúntque terrã deſiderabilem in deſolationem.

Cap. VIII.

De reditu Iſraelitici populi in Ieruſalem,cui proſpera multa promittit Deus.

1 RVrſum fuit verbum Iehouæ exercituum *ad me*,dicendo,

2 Sic dicit Iehouáh exercituum,ʺZelatus ſum ẓSiiõ zelo magno,& ira magna zelatus ſum eam.

3 Sic dicit Iehouáh,ʺReuertar ad ẓSiión,& habitabo in medio Ieruϖſaláim,vocabitúrq; *ipſa* Ieruϖſaláim,Vrbsʺveritatis,& Mõs Iehouæ exercituum,Mons ſanctus.

4 Sic dicit Iehouáh exercituum,Adhuc habitabunt ſenes, &anus in plateis Ieruϖſaláim,ʺ& viro erit baculus in manu præ multitudine dierum.

5 Platéæ quoque vrbis replebuntur pueris & puellis ludentibus ʺin platéis eius.

6 Sic dicit Iehouáh exercituum,Quòdʺ*ſi hoc*ʺdifficile videaturʺin oculis reliquiarũ populi huius, in diebꝰ illis,*an* etiam in oculis meis difficile erit,ait Iehouáh exercituum?

7 Sic dicit Iehouáh exercituum, En egoʺſaluum facio populum meum de terra Orientis,& de terraʺOccaſus ſolis.

8 Adducámque eos,& habitabunt in medio Ieruϖſaláim : erúntque mihi in populũ,& ego ero eis in Deumʺin veritate & iuſtitia.

9 Sic dicit Iehouáh exercituum,ʺConfortentur manus veſtræ vos qui auditis in diebus iſtis verba hæc ex ore ipſorum Prophetarũ, ʺqui *loquuti ſunt* à die qua fundata eſt domus Iehouæ exercituum, vt templum ipſum ædificaretur.

10 Nam ante dies iſtosʺmerces hominis non fuit,neque merces animalis: ʺquin & exeunti & introeũti nulla erat pax præ anguſtia: ʺcommiſi enim omnes homines, quenque in proximum ſuum.

11 Nunc autem non iuxta dies illos prioresʺ*faciam* reliquiis populi huius,dicit Iehouáh exercituum:

12 ʺSed ſemen pacis erit:vitis dabit fructum ſuum, atque terra dabitʺfructum ſuum:cæli quoque dabunt rorem ſuum, ʺ& poſſidere faciam reliquias populi huius vniuerſa iſta.

Poſuerúntque terram,&c. וישימו ארץ וגו' Hebraiſmus, Peccatis ſuis effecerunt vt terra illa optima, cuius deſiderio omnes prius tenebantur,prorſus deſolaretur ac deſerta redderetur.

IN CAPT VIII.

2 Zelatus ſum ẓSiión קנאתי לציון Zelaui propter Sion.i.zelotypia maxima proſequor Sion,& propter zelotypiam illam maximam qua affectus ſum erga eam, ego vehementer ſuccenſui in eam quòd defecerit à me. Alii referunt hæc ad hoſtes Sion,in quos Dominus grauiſſimè poſtea animaduertit,propter zelum illum magnum quo ipſe erga eam tenebatur.

3 Reuertar שבתי Præt.Heb.pro fut.q.d.Ego iam ſtatui ac decreui me reuerſurum.Hæc omnia intelligunt Hebræi de Chriſto,& Sione ſpirituali.Condonabo illi culpam ſuam & omnia peccata. Veritatis האמת .i.citra omnem ſimulationem & hypocriſim.

4 Et viro erit baculus in manu ואיש משענתו בידו Ad verbum,& vir ſcipio eius in manu eius.pro,& ſinguli manu ſua ſcipionem tenebunt,vt ſolent ſenes præ ſenio. 5 In platéis eius. ׃ ברחובותיה Antecedens pro relatiuo,in illis.

6 *Si hoc*] ſub.quod dixi me facturum. Difficile videatur יפלא mirum videatur.arduum,imò impoſſibile. In oculis reliq. populi huius, בעיני שארית העם הזה Hebraiſmus,huic reliquo populo tempore illo.Vocat reliquum populum, quòd minima pars eius reuerſa ſit, tam propter eos qui remanſerant Babylone,quàm propter omnes illos qui prius interierant tempore obſidionis.

7 Saluum facio מושיע Præſ.Heb.pro fut.ſeruaturus ſum. Occaſus ſolis. ׃ מבוא השמש Ad verbum,introitus ſolis.ita dicitur Occaſus ſolis Hebræis,quòd quum occidit ſol,ingredi quaſi videatur Oceanum.

8 In veritate & iuſtitia. ׃ באמת ובצדקה Hebraiſmus,pro,verax,in præſtandis promiſſis:& iuſtus,ſiue iuſtificans eos per fidem.

9 Confortentur manus veſtræ תחזקנה ידיכם Roborentur manus veſtræ.i.Eſtote forti,conſtanti, ac ſtrenuo animo in extruendo,ſiue inſtaurando templo. Qui *loquuti ſunt* à die, &c. אשר ביום וגו' Doctus inter Hebræos ſubauditis nonnullis vertit,quia à die qua cœpit ædificari domus Iehouæ exercituum,vt templum ipſum inſtauraretur,cœpit benedictio venire ſuper vos.

10 Ante dies iſt. לפני הימים ההם ante hoc tempus.i.antequã cœpiſſetis laborare in extructione templi. Merces hominis non fuit, שכר האדם לא נהיה Hebraiſmus,acſi dicat,Labor tam hominum quàm iumẽtorum erat inutilis,irritus & inanis,hoc eſt maledictus à Deo. Vide Aggæi cap.1.b.6. Quin & exeunti,&c. וליוצא ולבא וגו' Singul. Heb.pro plur.quin & egredientibus ac ingredientibus nulla erat pax.i.& qui abibant,& qui reuertebantur,anguſtiis premebantur. Commiſi enim ואשלח Ad verbum, & immiſi.id eſt permiſi vt omnes homines in ſeinuicem inſurgerent,ac impetum facerent.

11 *Faciam*] *facturus ſum*,ſi pergant operari in extructione templi.

12 Sed ſemen pacis כי זרע השלום Quia ſemen *magnæ* pacis. ſub.erit illi.Hebraiſmus,Tantum ſeminis colligent, quantum colligere ſolent tempore ſummæ pacis ac tranquillitatis.hoc eſt,magnam copiam frugum colligẽt.Minus rectè quidam exponũt,Quia ſemen erit in pacem.id eſt in benedictionem. q.d.Seruabuntur fruges. Benedictionis Dei ſigna deſcribit. Fructum ſuum, יבולה germen ſuum. prouentum ſuum. Et poſſidere faciam והנחלתי Nomine poſſidendi,ſignificat diuturnam poſſeſſionem.acſi dicat,longo tempore benedicam eis,& omnibus bonis ac rebus ipſorum,ſi perſeuerauerint operari in extructione templi mei.

Eueniétque vt quemadmodum fuiſtis ″maledictio inter Gētes ipſas ô domus Iehudáh ac domus Iwſraxél, ita ſeruabo vos, & eritis benedictio: *propterea*″ne timeatis, ſed″confortētur manus veſtræ: 13

Sic enim dicit Iehouáh exercituum, Quemadmodum cogitaui ″malefacere vobis, quum me ad iracūdiam prouocarēt Patres veſtri, dicit Iehouáh exercituum, ″neque me pœnituit: 14

Sic cōuerſus cogitaui in dieb⁹ iſtis benefacere ipſi Ieruwſaláim, & domui Iehudáh: *quapropter* ne timeatis. 15

Præcepta ſanctiſſima.

Hæc ſunt *autem* quæ facietis, Loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo, ″veritatē ac iudiciū pacis iudicate″in portis veſtris: 16

Et quiſq; ″malum proximi ſui ne cogitetis in cordibus veſtris: atque iuramentū″mendax ne diligatis: omnia enim iſta ſunt quæ odi, ait Iehouáh. 17

Et fuit verbum Iehouæ exercituum ad me, dicendo, 18

Sic dicit Iehouáh exercituum, Ieiunium *menſis* quarti, & ieiuniū ″quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iehudáh in gaudium & lætitiam ″& in ſolennitates præclaras: ″veritatē igitur & pacem diligite. 19

Concurſus Gentiũ ad Chriſtum.

Sic dicit Iehouáh exercituum, Adhuc *erit tempus* quo venient populi, & habitatores vrbium″magnarum: 20

Ibúntque habitatores vnius *urbis* ad alterā, atque dicent, ″Eamus eundo, vt deprecemur faciem Iehouæ, & quæramus Iehouā exercituum: *dicéntque ſinguli*, Vadam etiam ego. 21

Venient itaque populi multi, & Gētes″robuſtæ ad quærendum Iehouam exercituum in Ieruwſaláim, & ad deprecandum faciem Iehouæ. 22

Sic dicit Iehouáh exercituum, In diebus illis *erit* quum apprehēdent decem viri ex omnibus linguis earum Gentium, apprehendent inquam″oram viri Iehudæi, dicendo, ″Ibimus vobiſcum: audiuimus enim Deum eſſe vobiſcum. 23

Cap. IX.

Gentium conuerſio.

P″Rophetia verbi Iehouæ *quæ fuit ad me* in terra חHadrách & *in* Dāméwſec ″requie eius, ″quia ad Iehouam *conuertentur* ″oculi hominum, ″atque omnium tribuum Iwſraxél. 1

C

13 Et erit, ſicut eratis maledictio in Gētibus, domus Iuda & dom⁹ Iſrael: ſic ſaluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortētur manus veſtræ:

14 Quia hęc dicit Dominus exercituū, Sicut cogitaui vt affligerem vos, quū ad iracundiā prouocaſſent Patres veſtri me, dicit Dominus, & nō ſum miſertus:

15 Sic cōuerſus cogitaui in diebus iſtis vt benefaciam domui Iuda & Ieruſalem: nolite timere.

16 Hæc ſunt ergo verba quæ facietis, |Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris:

Epheſ.4.f.25

17 Et vnuſquiſque malum contra amicū ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus.

18 Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens,

D

19 Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam & in ſolennitates præclaras: veritatem tantùm & pacem diligite.

20 Hęc dicit Domin⁹ exercituum, Vſquequo veniant populi, & habitēt in ciuitatibus multis:

21 Et vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes, Eamus, & deprecemur faciē Domini, & quæramus Dominum exercituū. Vadam etiam ego.

22 Et venient populi multi, & Gentes robuſtæ ad quærendum Dominū exercituum in Ieruſalem, & deprecandam faciem Domini.

23 Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiſcū: audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

Cap. IX.

1 ONus verbi Domini in terra Hadrach & Damaſci requiei eius: quia Domini eſt oculus hominis, & omnium tribuum Iſrael.

13 Maledictio קללה Id eſt in maledictionem, hoc eſt infœliciſſimi. vel, formula maledictionis. quum enim volebant exteræ gentes imprecari malum alicui, dicebant, Eueniat tibi ſicut euenit Iudæis illis. Ne timeatis, אל־תיראו Nolite timere. i. Ne dubitetis hæc omnia vobis euentura. vel, Ne timeatis vobis ab hoſtibus veſtris quòd impediant vos ab opere cœpto. Confortētur תחזקנה corroborētur. Solent Prophetæ eadem particula finire ſuas exhortationes qua eas inceperunt. Sic cœperat paulo antè verſu 9.

14 Malefacere vobis, להרע לכם vt affligerem vos. Neque me pœnituit: ׃ ולא נחמתי ſub. earum afflictionum, ſed feci quæ cogitaueram. Quidam, & non mutaui ſententiam. Alii, & non ſum miſertus. vel non peperci.

16 Veritatem ac iud. pacis אמת ומשפט שלום Hebraiſmus, iudicium verum, & non ſecundum acceptionem perſonarum. tale enim iudicium lites dirimere ſolet: efficitque vt pax inter litigantes ipſos componatur. Sunt qui per iudicium pacis intelligant iudicium non captioſum, nec obſcurum, vnde lites aliæ ſubinde exoriantur. In portis veſtris. ׃ בשעריכם .i. in vrbibus veſtris. ſolebant enim reddere ius in portis. 17 Malum את־רעת .i. perniciem, damnum. Mendax שקר falſum.

19 Quinti, החמישי De hoc ieiunio quinti menſis, hoc eſt Iulii, & ſeptimi Septembris, vide ſuprà cap.7.a.3. Iudæi dicunt ieiunium inſtitutum fuiſſe menſe decimo, id eſt Decēbri, quòd eo menſe Rex Babylonis oppugnare cœpiſſet Ieruſalem: menſe quarto, quòd in eo capta fuiſſet ciuitas: quinto, quòd in eo euerſa fuiſſet: ſeptimo, quòd eo mēſe interfectus ſit Godolias. Hanc rationē & cauſam ieiuniorum horum colligunt Hebræi ex Ezechiele, cap.24.a.1.f.22. quorum ſententia potior eſt quàm Latinorum. Cæterùm hîc ſeruauit ſeriem numeri Propheta, non ordinem rei geſtæ. nam decimo menſe cœpit ciuitas Ieruſalem oppugnari, quod omnium eſt primum. Et in ſolennitates præcl. ולמועדים טובים & in ſtatas ferias iucundas. Ad verbum, bonas. Gallicè *en bonnes feſtes*. Veritatem igitur והאמת ſed veritatem. q.d. ieiunia veſtra vertentur in gaudium, ſi veritatem & pacem dilexeritis, ſi publicè & priuatim diſſidia vitaueritis.

20 Magnarum. ׃ רבות multarum. 21 Eamus eundo, נלכה הלוך Hebraiſmus, Properè eamus.

22 Robuſtæ, עצומים multæ. quòd qui multi ſunt, fortes eſſe ſoleant.

23 Oram בכנף fimbriam. Ibimus נלכה Eamus.

IN CAPVT IX.

1 Prophetia משא Onus. ſic dicitur prophetia, quæ grauia prædicit. Cæterùm hæc de Chriſto prophetia dicitur onus, quòd onere grauiſſimo Legis nos ipſe liberauit. nam Propheta hic prædicit fore vt omnes Gentes ſeſe ſubmittāt verbo Domini: quæ hîc adumbrantur per aliquot vrbes vicinas Terræ ſanctæ, tunc notas & admirabiles Iudæis ipſis, per quas intelligit omnes totius orbis regiones. Requie e. מנוחתו *quæ erit* requies eius. id eſt habitatio, in qua Dominus habitabit, hoc eſt coletur. Sic dicitur, quòd in loco habitationis ſoleamus conquieſcere. Alii, & Damaſci requiei eius. ſiue habitationis eius. Alii, & Damaſcus erit requies eius. id eſt erit habitatio eius per fidem. Quia hæc prophetia erat de vocatione Gentium, ideò dicitur facta in Damaſco regione Gentili. Quia ad Iehouā, &c. כי ליהוה וגו׳ Redundat כי. Nam hæc eſt prophetia, Ad Iehouam, &c. Oculi hominum, עין אדם Singul. Heb. pro plur. Per homines, intelligit Gentes ipſas infideles. Atque omnium וכל Quidam exponunt, quantomagis omnium, &c.

2 Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: aſſumpſerūt quippe ſibi ſapientiam valde.

3 Et ædificauit Tyrus munitionem ſuam: & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurum vt lutum platearū.

4 Ecce Dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur.

5 Videbit Aſcalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius: & peribit Rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur.

B 6 Et ſedebit ſeparator in Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſthinorū.

7 Et auferā ſanguinē eius de ore eius, & abominationes eius de medio dētiū eius: & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro: & erit quaſi dux in Iuda, & Accaron quaſi Iebuſæus.

8 Et circundabo domū meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & non trāſibit ſuper eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis.

Eſa.62.d.11 matth.21.a.5

9 Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinum & ſuper pullum filium aſinæ.

10 Et diſpergā quadrigā ex Ephráim, & equum de Ieruſalē, & diſſipabitur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus, C & poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad fines terræ.

11 Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua.

12 Conuertimini ad munitionem vincti ſpei: hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.

13 Quoniā extēdi mihi Iudā quaſi arcū,

2 Sed & חHamáth ′terminos habebit in ea, צSor & צSidón, quanuis ſapiens fuerit admodum.

3 AEdificauit enim צSór ″munitionem ſibi: coaceruauítque argentum tanquam puluerem, & aurum vt lutum platearum.

4 ″Ecce Dominus″expellet eam, & percutiet in mari ″fortitudinē eius, ipſa quoque igni abſumetur.

5 ′Videbit Aשſcelón, & timebit: עAzáh quoque, & dolebit vehementer: & עEcrón, quoniam pudore afficietur′aſpectus eius: peribítque Rex de עAzáh: & Aשſcelón ″non habitabitur.

6 Et habitabit″ſpurius in Aשſdód, & ſuccidā ſuperbiā Peliשſthím.

7 Auferam quoque″ſanguinem eius de ore eius, & abominationes eius è dentibus eius, ″& relinquentur etiā ipſi Deo noſtro: erúntq; tanquam dux in Iehudáh, ″& עEcrón velut Iebuſæus.

8 ″Præterea caſtrametabor circum domum meam, ″*ne timeat* ab exercitu *aduerſariorum, &* à tranſeunte & redeunte: neque trāſibit″per eos vltrà exactor: nunc enim′vidi oculis meis.

9 Exulta valde, filia צSiión, iubila filia Ieruשſaláim: ecce Rex tuus veniet tibi (″iuſtus, & ſeruabit ſeipſum)″mitis, & ſedens ſuper aſinū & ſuper pullum filium″aſinæ.

Christi aduentus ſedentis ſuper aſinam.

10 Succîdam itaque″quadrigas de אEphráim, & equos de Ieruשſaláim, excidentúrque arcus bellici, ″& loquetur pacem Gentibus: dominium autem eius *dilatabit ſeſe* ″à mari vſque ad mare, ″& à Fluuio vſque ad terminos terræ.

11 Tu quoque *ſeruaberis* ſanguine″fœderis tui: ″emiſi vinctos tuos de ciſterna in qua non eſt aqua.

12 Conuertimini ad munitionē ô vincti″ſpei: ″etiam hodie annuntians duplum reddam tibi.

13 ″Quoniam tetendi mihi Iehudáh *tanquam* arcum, impleui *manum*

2 Terminos habebit in ea, תגבל־בה Id eſt erit intra terminos Terræ ſanctæ.

3 Munitionem מצור arcem.i.mœnia fortia ac inſuperabilia. Deſcribit ea quæ reddere ſolent vrbem inexpugnabilem.

4 Ecce הנה Profectó. Expellet eam, יורישנה Id eſt eiiciet habitatores eius idololatras, & tradet eam habitandam fidelibus. His indicat vim ac potentiam verbi Dei, cui nihil quantuncunque forte, reſiſtere poteſt. Alii vertunt, poſſidebit eam. Fortitudinem eius, חילה robur eius. Alii, exercitum eius. Tyrus tota circundabatur mari: quæ ab Alexandro addita fuit continenti. Deſcribit quæ incommoda ſequantur expugnationem alicuius vrbis.

5 Videbit תרא ſub.actum eſſe de Tyro & robore eius, hoc eſt eam conuerſam ad Chriſtum. Aſpectus eius: מבטה ſpes eius.i. Tyrus cui fidebat, & à qua tota pendebat. Non habit. לאתשב: ſub.ab iis à quibus modo habitatur.i.ab infidelibus, ſed à Chriſtianis.

6 Spurius ממזר alienus.id eſt aduena, ſiue peregrinus.id eſt fideles ac Chriſtiani qui nunc habentur apud infideles tanquam ſpurii, ſiue alieni.hoc eſt aduenæ & peregrini.

7 Sanguinem eius דמיו nempe Palæſthinæ. Singul.pro plur.eorum.i.tollam de medio idololatriam eorum, & carnes victimarum quas edere ſolent quum immolant idolis. Et relinquentur, &c. ונשאר וגו׳ Singularia Heb.pro plur. Id eſt adiungentur Deo noſtro, & cultui eius. Et עEcrón ועקרון Id eſt Accaron erit colonia, habitabuntque Accaronitæ in Ieruſalem tanquam ciues eius.

8 Præterea caſtrametabor וחניתי Id eſt tanquam caſtris muniam, circundabo, ac cingam, miniſterio angelorum meorum. *Ne timeat*] vel ſubaudi, *ne noceat illi* exercitus.id eſt ne lædatur ab aliquo exercitu ſuperueniente, neque à quoquam tranſeunte aut redeunte.

Per eos עליהם ſuper eos.ad eos.ſub.qui ſunt de domo mea. Vidi ראיתי Id eſt quæ facturus ſum, iam vidi futura, & ea vobis prædico. Si verò ſunt verba Prophetæ, ſignificat, Quæ vidi futura, iam prædico vobis.

9 (Iuſtus, & ſeruabit ſeipſum) צדיק ונושע הוא iuſtus, & ſaluū faciens ſe erit. Obſeruanda parentheſis. Prædicit Propheta obſcurè mortem & reſurrectionem Chriſti, his verbis, Iuſtus & ſeruabit ſeſe. nam videri poterat Chriſtus nocens & iniuſtus, quòd adigeretur in crucem: ſed reuera innocentiſſimus, iuſtus enim erat. q.d. morietur quidem in cruce, ſed iniuſtè: ſeruabit autem ſeipſum, id eſt reſurget propria virtute. Vertere potes, & ſeruetur, ſub.à ſe. pro ſeruans ſe. Mitis, עני manſuetus. Propriè ſignificat pauperem: poteſt etiam ſignificare māſuetum. ſunt enim עני & ענו ab eadē radice quæ vtrunque ſignificat, & pauperem eſſe & manſuetū. Præterea ſignificatione ipſa ſunt inter ſe affinia vocabula: nā qui pauperes ſunt, maxima ex parte māſueti ſunt & mites. Aſinæ. : אתונות Ad verbū, aſinarū.i.vnius ex aſinabus.

10 Quadrigas רכב currus. ſub. falcatos, è quibus depugnare ſolebant. q.d. Tempore Chriſti non erit opus curribus falcatis, neque equis, aut quibuſuis inſtrumētis bellicis: ſumma pax erit, ac trāquillitas. Singularia Heb. pro pluralibus. Et loq.pacē ודבר שלום Hebraiſmus, Verbis pacificis alloquetur Gētes, vt eas ad ſe cōuertat. A mari, &c. מים עד־ים.i.à Meridie vſque ad Septētrionē Et à Fluuio ומנהר Id eſt ab Euphrate. ſic dicitur per antonomaſiam.i. Ab Oriente vſque ad Occidentem. erat enim Euphrates à parte Orientali Terræ ſanctæ.

11 Fœderis tui: בריתך *authoris* fœderis tui.i. Chriſti qui fœdus tecum iniit. Emiſi vinctos tuos שלחתי אסיריך Præt.Heb.pro fut. emittam.i. liberaturus ſum te. Intelligit Patres qui deceſſerunt ante aduentum Chriſti, & in fide ipſius Chriſti venturi mortui ſunt.

12 Spei: התקוה expectationis. id eſt, Vos qui obnoxii eſtis peccatis, ſperatis tamen vos per Chriſtum ſaluos fieri. Alii exponunt, ô vos qui ſummo deſiderio expectatis Chriſtum. Etiam hodie annūtians, &c. גם־היום מגיד וגו׳ hoc quoque tempore annuntians duplicem gratiam, *quam* reddam tibi [id eſt præſtabo] tempore ſuo.

13 Quoniam tetendi mihi, &c. כי־דרכתי לי וגו׳ Præt. Heb. pro fut. Tendam enim mihi Iudam, *&* arcu implebo *manum* Ephraim: excitabóque filios tuos, &c. id eſt vtar opera Iudæ tāquam arcu tenſo (oportet enim prius tendere arcum, quàm neruo ſagittas imponere) & ipſi Ephraim ponam arcum in manu. acſi dicat, Vtar opera Iudæ & Ephráim in expugnandis Gentibus. id eſt, in ſuperanda infidelitate earum, non quidem armis, ſed gladio verbi mei. Per Iudam autem & Ephraim intelligit Apoſtolos & diſcipulos Chriſti qui conuerterunt Gentes ad fidem in Chriſtum.

BBB.i,

אEphráim, & ſuſcitaui filios tuos ô Siión contra filios tuos ôʹIauán,ʹ& ponam te veluti gladiumʹfortis.

14 ʹIehouáh enim illis conſpicietur, prodibítque tãquam fulgur iaculum eius: & Dominus Iehouáh tuba clãget, atque incedetʹcum turbinibus Auſtri.

15 Iehouáh exercituum proteget eos,ʹ& abſumẽt,ʹac ſubiicient lapides fundæ,ʹbibéntque *ac* ʹtumultuabũt ſicut *qui* vinum *potauerunt*, ʹ& replebuntur vt peluis, *&* tanquam anguli altaris.

16 Et ſeruabit eos Iehouáh Deus eorum in die illa, tanquam gregem populi ſui: *erunt* enim tanquamʹlapilli coronæ, exaltati ſuper terram eius.

17 Quanta enimʹbonitas eius, & quanta pulchritudo eius! triticum iuuenes, & muſtumʹcantare faciet virgines.

Cap. X.

Monetur populus doctrinã veritatis petere à Domino.

1 PEtite à Iehouáh pluuiam in tempore ſerotinæ pluuiæ, *&* Iehouáhʹfaciet coruſcationes, ʹatq; pluuiam imbris dabitʹvobis, *&* cuique herbam in agro ipſo.

2 Nam ſimulachra illa loquuta ſunt vanitatem, & diuini viderũt mendacium, ac ſomnia vana loquuti ſunt, *atque in* vanum conſolabantur: idcircoʹprofecti ſunt inſtar ouium, ʹhumiliati ſunt quòd ʹcarerent paſtore.

Domum Iuda & Iſrael ſe viſitaturum promittit Dominus & cõfortaturum.

3 Contra paſtores illos ʹiratus eſt furor meus, & hircos ipſos viſitabo: quoniam ʹviſitabit Iehouáh exercituum gregem ſuum domum Iehudáh, ponétque eos ʹtanquam equum cuius gloria *eſt* in bello.

4 ʹEx ipſo *erit*ʹangulus, ex ipſo *inquam*ʹpalus, ex ipſo arcus belli: ex eo *quoque* prodibitʹomnis præfectus ſimul.

Gentilium fidelium fortitudo.

5 Et eruntʹtanquam fortes conculcantesʹin luto platearum *inimicos* in ipſo prælio, pugnabúntque, quoniam Iehouáh cũ illis *erit*: pudore autem afficienturʹaſcenſores equorum.

6 Corroborabo enim domum Iehudáh, & domũ Ioſéph ſeruabo,

impleui Ephráim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium fortium.

Et Dominus Deus ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculũ eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri. D

Dominus exercituũ proteget eos: & deuorabunt, & ſubiiciẽt lapidibus fundæ: & bibentes inebriabũtur quaſi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua altaris.

Et ſaluabit eos Dominꝰ Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.

Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentũ electorum, & vinum germinans virgines?

Cap. X.

PEtite à Domino pluuiam in tempore ſerotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis, ſingulis herbam in agro.

Quia ſimulachra loquuta ſunt inutile, & diuini viderunt mẽdacium, & ſomniatores loquuti ſunt fruſtra, vanè conſolabãtur: idcirco abducti ſunt quaſi grex: affligentur, quia non eſt eis paſtor.

Super paſtores iratꝰ eſt furor meꝰ, & ſuper hircos viſitabo: quia viſitauit Dominus exercituum gregem ſuum domũ Iuda, & poſuit eos quaſi equũ gloriæ ſuæ in bello. B

Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prelii, ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul.

Et erunt quaſi fortes, conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabũt, quia Dominus cum eis: & confundetur aſcenſores equorum.

Et confortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo: & conuertam eos,

Iauan, יון Ioniam poſuit pro tota Græcia. Et ponã te ושמתיך Pronomẽ refert Sion. Fortis. : גבור potentis. vel robuſti. qui omnia perdere ſolet. 14 Iehouáh e. ויהוה Ad verbũ, Et Iehouáh. id eſt Dominus aderit illis, pugnabítque pro eis. De ſe loquitur Dominus in tertia perſona. Cum turbinibus בסערות Vel ſi legas כסערות velut turbines. q.d. veniet cũ impetu maximo, Solẽt turbines oriri in parte Auſtrali. 15 Et abſument, ואכלו & deuorabunt. ſub. hoſtes ſuos. Ac ſubiicient lapides fun. וכבשו אבני־קלע Id eſt, homines noxios. Comparat lapides fundæ lapidibus coronæ: quòd lapides fundæ, viles ſint, neque habeantur in pretio, ſed ad id tantummodo valent vt noceant. Alii, ſubiicient lapidibus fundæ. i. authoritatibus Sacræ ſcripturæ Bibéntque ושתו ſub. ſanguinem inimicorum ſuorum. Tumultuabunt, &c. המו כמו־יין Ad verbum, perſtrepent ſicut vinum. id eſt more eorum qui vinum potauerunt. Similis loquutio & capite ſequenti, verſu 7. Et replebuntur, &c. ומלאו כמזרק וגו' .i. & replebuntur ſanguine tanquã peluis in qua victimarum ſanguis excipiebatur, ac velut anguli altaris ad quos effundi ſolebat victimarum ipſarum ſanguis.

16 Lapilli coronæ אבני־נזר Id eſt lapides pretioſi quibus ornari ſolent coronæ ac diademata.

17 Bonitas eius, &c. טובו ומה־יפיו Relatiua pro antecedentibus poſita, pro, Quanta enim bonitas fructuum terræ eius, & quanta elegantia eorum? Verbi Dei copiam, excellentiam & vtilitatem ſignificat. Cantare faciet ינובב exhilarabit. lætificabit. Vinum lætificat cor hominis, inquit Dauid Pſal. 104. b. 15.

IN CAPVT X.

1 Faciet עושה facturus eſt. editurus eſt. Præſ. Heb. pro fut. Decidit pluuia ſerotina circa ver, pluuia autem tempeſtiua ſiue temporanea in Autumno. Atque pluuiam imbris ומטר־גשם Synonyma ſunt hæc duo vocabula, pluuiam pluuiæ, pro Pluuiam abundantem. Hebraiſmus. Vobis, להם Ad verbum, eis. mutatio perſonæ.

2 Profecti ſunt נסעו Quidam ſubaudiunt, in captiuitatem. Alii exponunt, abducti ſunt in varios errores, inſtar ouium paſtore carentium. Humiliati ſunt יענו afflicti ſunt. Carerent paſtore. : אין רועה Ad verbum, non paſtor.

3 Iratus eſt furor meus, חרה אפי indignatus eſt [vel, exarſit] furor meus. Pro eodem poſuit, Iratus eſt furor meus contra paſtores, & viſitabo paſtores: nam vtroque ſignificat ſe animaduerſurum in doctores Gentium, & in duces ipſos. Viſitabit פקד Hîc in bonam partem accipit viſitare, pro, memor erit gregis ſui. Præt. eſt Heb. pro fut. Tanquam equum cuius gloria *eſt* in bello. : כסוס הודו במלחמה Ad verbum, tanquam equus gloria eius in bello. Hebraiſmus, pro, tanquam equum cuius gloria conſpicitur in ipſo conflictu. hoc eſt, generoſum, animoſum & bellacem. 4 Ex ipſo ממנו ſub. Iuda. Angulus, פנה Id eſt caput populi. 1. Reg. 14. f. 38, Statuite huc omnes angulos populi. Sic vocat Chriſtum qui eſt lapis angularis. nam ſicut angulus coniungit duos parietes, ita Chriſtus fecit ex vtroque populo vnum. ex Iudæis enim & Gentibus fecit vnam Eccleſiam. Chaldæus paraph. Rex eius. Palus, יתד paxillus. clauus. Ita etiam dicitur Chriſtus. nam ſicut paxillus ſuſtentat ac confirmat tentorium, ita Eccleſia omne fulcimentum ſuum accipit à Chriſto. Chaldæus paraph. Meſſias eius. Omnis præfectus ſimul. : כל־נוגש יחדיו omnis exactor pariter. id eſt quotquot erunt exactores, quotquot vrgebunt operarios Euangelicos, ac prædicationem ipſius Euangelii.

5 Tanquam fortes כגבורים tanquam robuſti. potentes. id eſt tanquam ſtrenui milites. In luto platearum, בטיט חוצות Quædam exemplaria legunt כ ſimilitudinis, pro ב præpoſitione, velut lutum platearum. Aſcenſores equorum. : רוכבי סוסים qui inſident equis. Robuſtos & arrogantes intelligit, qui innituntur auxiliis humanis ſuperatos à fidelibus. Qui equis magnis & generoſis inſidẽt, ſolent alios habere contemptui, qui tamen erubeſcent vbi viderint ſe victos à peditibus, hoc eſt ab hominibus infirmis ac debilibus.

C quia miſerebor eorum: & erunt ſicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim Dominus Deus eorũ, & exaudiam eos.

7 Et erũt quaſi fortes Ephráim, & lætabitur cor eorum quaſi à vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino.

8 Sibilabo eis, & congregabo illos: quia redemi eos, & multiplicabo eos ſicut antè fuerant multiplicati.

9 Et ſeminabo eos in populis, & délonge recordabuntur mei: & viuent cum filiis ſuis, & reuertentur.

D 10 Et reducam eos de terra AEgypti, & de Aſſyriis congregabo eos: & ad terrã Galaad & Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus.

11 Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis; & humiliabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrũ AEgypti recedet.

12 Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus. Cap. XI.

1 APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.

2 Vlula abies, qa cecidit cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt: vlulate quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus.

3 Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis.

4 Hęc dicit Dominus Deus meus, Paſce pecora occiſionis,

5 Quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant: & vendebant ea, dicentes, Benedictus Dominus, diuites facti ſumus. & paſtores eorũ non parcebant eis.

6 Et ego non parcam vltrà ſuper habitantes terram, dicit Dominus: ecce, ego tradam homines, vnũquenque in

D

″conuertámque eos: quoniam ″miſerebor eorũ, ″erúntque acſi non repuliſſem eos: ego enim Iehouáh Deus eorum, & exaudiam eos.

7 ″Et erunt *filij* אEphráim veluti potens, lætabitúrque cor illorum, ″ſicut *bibentis* vinum: filii quoque eorum videbunt, & lætabuntur: *atque* exultabit cor eorum in Iehouáh.

8 ″Sibilabo eis, & congregabo illos: nam ″redimam eos, & multiplicabuntur, quemadmodum *antè* multiplicati fuerunt.

9 Et diſſeminabo eos in populos, ″& in locis remotis recordabuntur mei, viuéntque cum filiis ſuis, & reuertentur.

10 Reducam enim eos è terra Mixſráim, & ex Aẇſſúr congregabo eos, atque ad terram Gilyád & Lebanón adducã eos, nec ſufficiet eis *locus ille*.

11 Tranſibítq; in mare ″anguſtia, ″& percutiet in ipſo mari fluctus, ac deſiccabuntur omnia profunda fluminis, ″atque deiicietur ſuperbia Aẇſſúr, ſceptrum quoque Mixſráim ″recedet.

12 ″Et roborabo eos in Iehouáh, & in nomine eius ambulabunt, dicit Iehouáh. Cap. XI.

1 APeri ″ô Lebanón portas tuas, & abſumat ignis cedros tuas.

2 ″Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniã ″magnifici vaſtati ſunt: ″vlulate ″quercus Baẇſán, quoniam ″deiicietur ſaltus munitꝰ.

3 Vox vlulatus paſtorum illorum *audita eſt*, quòd ″vaſtata ſit magnificentia eorum: ſtrepitus *quoque* rugitus catulorum leonum, quoniam vaſtata eſt ″ſuperbia ipſius Iardén.

4 Sic dicit Iehouáh Deus meus, ″Paſce oues illas occiſionis,

5 Quas ″poſſeſſores earum occident, ″nec tamen delinquent *ipſi*: & *quiſque eorum* qui vendet eas, dicet, ″Benedictus Iehouáh, diues factus ſum ″paſtor autem earum ″non parcet eis.

6 Siquidem non parcã vltrà habitatoribus huius regionis, dicit Iehouáh: ″nã ecce, ego traditurus ſum homines ipſos, quẽque in ma-

Cõgregatio fideliũ in Eccleſia.

Deſtructionem ſecundi tẽpli per Romanos prænuntiat.

Fidelium cura Chriſto à Patre commiſſa.

---

6 Conuertámque eos: והושבותים Doctus inter Hebræos annotat dictionẽ iſtam poſſe à duabus radicibus deduci: ſi legas והושבתים erit à ישב: ſi verò והשיבותים, à שוב, propterea vertẽdum eſſe, eóſque conuerſos *ad me* collocabo, vel habitare faciam. vel vt alii vertunt, & reuerſus collocabo. Miſerebor eorũ, רחמתים Præt. Heb. pro fut. Quidam vertunt, diligam enim eos. Erúntque acſi non repuliſſ. eos: והיו באשר וגו' erúntque ſicut fuerunt quando non proieceram eos.

7 Et erunt *filii* אEphráim, &c. והיו כגבור אפרים Ad verbum, Et erunt tanquam robuſtus, Ephráim. Inuerſus eſt ordo, pro, *Filii* Ephráim erunt tanquam potentes, id eſt ſtrenui athletæ. Sicut *bibentis* vinum: כמו־יין Ad verbum, ſicut vinum. i. vt cor eius qui exhilaratur vino.

8 Sibilabo eis, אשרקה להם Id eſt tanquã ſibilo accerſam eos. Per ſibilum intelligit prædicationem Euangelicam. Prædicitur enim congregatio fidelium in Eccleſiam. Redimam eos, פדיתים Præt. Heb. pro fut.

9 Et in locis remotis ובמרחקים Ad verbum, & in longinquitatibus.

11 Anguſtia, צרה afflictio. id eſt Infideles qui ob multitudinẽ comparantur mari, affligentur. Et percutiet והכה Id eſt & ſedabit Dominus, ac conquieſcere faciet fluctus, hoc eſt tumultus qui excitabuntur à Gentibus initio prædicationis Euangelii. Doctus inter Hebræos exponit, percutiet mare & fluctus eius. Et deſiccabuntur והובישו & erubeſcent. Profunda, ſiue profunditates fluminis intelligit ſuperſtitiones & errores quibus detinebantur Gentes illæ. Et deiicietur והורד & deprimetur. præcipitabitur. deturbabitur. Ad verbum, cogetur deſcendere. Recedet. יסור: Id eſt auferetur. 12 Et roborabo eos, &c. וגברתים .i. dabo illis ſpiritum meum & virtutem qua conſtanter nomen meum ac gloriam vbique terrarum portare & prædicare queant.

IN CAPVT XI.

1 O Lebanón לבנון Prædicit quæ euentura erant Iudæis poſt aſcenſionem Chriſti, & prædicationem Apoſtolorum. Initio prædicit deſtruendum per Romanos ſecundũ templũ, quod vocat Lebanón, quòd extructum eſſet cedris Libani: creſcebant enim in monte illo cedri altiſſimæ. q. d. O templum extructum tabulis cedrinis, aperi Romanis venientibus portas tuas: quia non poteris illis reſiſtere. Chaldæus paraph. pro Lebanon, vertit templum. 2 Vlula abies, הילל ברוש q. d. Dolorem animi tui oſtende aliquo ſigno externo ac viſibili. Per abietem intelligit homines inferiorum ordinum: & per cedrum, ſummi ordinis homines. Seipſum mox declarat. Magnifici אדירים admirabiles. i. homines admiratione digni. Quercus Baẇſan, אלוני בשן Regio Baſan quercubus inſignibus abundabat. His homines opulentos ac diuites ſignificat Scriptura, vt per Saltum munitum, vrbem Ieroſolymam, quòd populoſa eſſet admodum, & munitiſſima. Deiicietur ירד Præt. Heb. pro fut. Ad verbum, deſcendit. vt præcedenti capite, verſu 11.

3 Vaſtata ſit שודדה Præt. Heb. pro fut. vt præcedenti verſu. Superbia גאון gloria. excellentia. Leones: principes & magnates. Iordanis: Iudæa quæ ſita eſt ad Iordanem parte Orientali.

4 Paſce oues illas occiſionis, רעה את צאן ההרגה: ſub. doctrina & exhortatione. Oues occiſionis vocat quæ occidendæ erant à Romanis, hoc eſt populum Iudaicum iam deſtinatum cædi & occiſioni, decreto ac ſententia Dei. Legi poteſt, Paſcam, vt רעה ſit infinitiuus, qui accipiatur pro futuro. Paſcam verbo meo Euangelico, vt conuertam ac reducam eas ad me, & tandem miſerear earum.

5 Poſſeſſores earũ קוניהן Id eſt Romani in quorum poſſeſſionẽ venient. Nec tamen delinquent *ipſi*: ולא יאשמו ſub. opinione ſua. id eſt non arbitrabuntur ſe peccare. vel, reuera non delinquent: erunt enim Romani tantummodo inſtrumentum iuſtitiæ Diuinæ. q. d. & iuſtiſſimè quidem. Benedictus Iehouáh, &c. ברוך יהוה ואעשיר Id eſt gratias agimus Domino, ingentem pecuniam accipiemus ex captiuis iſtis. Paſtor autem e. ורועיהם Id eſt Deus. Plurale eſt Heb. pro ſingulari. Sic Pſal. 149. a. 2, Lætetur Iſrael in factoribus ſuis. Et Gene. 42. f. 30, Loquutus eſt vir domini terræ nobiſcum dura. Nõ parcet eis. לא יחמול עליהן: non miſerebitur earũ. 6 Nam ecce ego traditurus ſum והנה אנכי ממציא Ad verbũ, & ecce ego inuenire facio. Præſ. pro fut. Quidam vertunt, ſed breui traditurus ſum.

nuʼproximi ſui,& in manuʼregis ſui, ʼ& cõterent regionem ipſam, neque eruam *eos* de manu illorum.

Viſio grauis in Iſraele & Iudã.

7 Paſcam autem oues illas occiſionis, ʺprofectò pauperes gregis: ʺ& aſſumam mihi duas virgas: vnam vocaui ʺNoעám, & alterã vocaui ʺחHobelím: ʼpaſcam inquam oues ipſas.

8 ʼEt ſuccîdam tres illos paſtores ʼmẽſe vno, ʼaffligetúrque anima mea propter eos: & etiam anima eorum ʼabhorrebit à me.

9 ʺDicámque, Non paſcã vos *vltrà*: ʼquæ moritur moriatur, ʺ& quæ ſucciditur ſuccidatur: quæ autem reſiduæ fuerint deuorent quæq; carnem ſociæ ſuæ.

10 ʺTollam itaque virgam meam Noעám, & abſcindã illam, vt irritum faciam ʼpactum meum quod pepigi cum omnibus populis.

11 Irritum autem fietʺin die illa, & ita cognoſcẽt pauperes eius gregis, ʼqui obſeruant me, ʼquòd verbum Iehouæ eſt.

Chriſtꝰ triginta argẽteis æſtimatur.

12 ʼEt dicam ad eos, ʼSi bonũ eſt in oculis veſtris, ʺafferte ʼmercedẽ meam: ſin autem, ʺceſſate. ʺappenderunt autem mercedem meam triginta argenteis.

13 ʼDixítque Iehouáh ad me, ʼProiice illos ad theſaurarios, ʺmagnificentiã gloriæ qua appretiatus ſum ab eis. Tuli itaque triginta argenteos, & proieci illos in domum Iehouæ ad theſaurarium.

14 ʺPræcîdam quoque virgam meam alteram, חHobelím, vt diſſipem fraternitatem illam *quæ eſt* inter Iehudah & Iשׂraאél.

De paſtore Antichriſto.

15 Et dixit Iehouáh ad me, Adhuc ſume tibiʺvas paſtoris ſtulti.

16 ʼNam ecce ſuſcito paſtorem *quendam* in terra, *qui oues* ʺſuccisas non viſitabit, ʺquod paruum eſt non quæret, ʺ& quod contritũ eſt non ſanabit, ʼquod conſiſtit non portabit: ʺſed carnes pinguium comedet, & vngulas earum ʺconfringet.

17 O paſtor idolum, qui derelinquit gregem, gladius *erit* ſuper ʺbrachium eius, & ſuper oculum eius dextrum: brachium eius areſcen

manu proximi ſui, & in manu regis ſui: & cõcident terram, & non eruam de manu eorum.

Et paſcam pecus occiſionis ꝑpter hoc, ô pauperes gregis. & aſſũpſi mihi duas virgas, vnam vocaui Decõrẽ, & alteram vocaui Funiculum: & paui gregem.

Et ſuccîdi tres paſtores in menſe vno, & contracta eſt anima mea in eis: ſiquidẽ & anima eorũ variauit in me.

‖Et dixi, Nõ paſcam vos: quod moritur moriatur, & quod ſucciditur ſuccidatur: & reliqui deuorent vnuſquiſque carnem proximi ſui. Ierem.15.a.2

C

Et tuli virgam meam quæ vocabatur Decus, & abſcidi eam, vt irritum facerem fœdus meum quod percuſſi cum omnibus populis.

Et in irritum deductum eſt in die illa: & cognouerũt ſic pauperes gregis qui cuſtodiũt mihi, quia verbum Domini eſt.

Et dixi ad eos, Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedẽ meam: & ſi non, quieſcite. ‖& appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Matth.27.a.9

D

Et dixit Dominus ad me, Proiice illud ad ſtatuarium decorum pretium quo appretiatꝰ ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini ad ſtatuarium.

D

Et præſcidi virgã meã ſecundã quæ appellabatur Funiculus, vt diſſoluerẽ germanitatem inter Iudam & Iſrael.

Et dixit Dominus ad me, Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti.

Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritũ non ſanabit, & id quod ſtat non enutriet: & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet.

O paſtor & idolum derelinquens gregem: gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrũ eius: brachiũ

Proximi ſui, רעהו ſocii ſui. vel ſodalis. Regis ſui, מלכו .i. principis factionis. Et conterent וכתתו contundéntque.i. perdẽt.

7 Profectò לכן certé. Alii, ſcilicet. Alii, quanto magis. Et aſſumam ואקח Præt.Heb.pro fut. Noעám, נועם .i. iucunditatem, ſiue ſuauitatem. חHobelím: חובלים Id eſt corruptores, ſiue deſtructores. Quidam vertunt, Colligationes, quòd Hobelim ſignificet funes. Paſcam inquam וארעה Ad verbum, & paui. Præt.Heb.pro fut.

8 Et ſuccîdam, &c. ואכחיד וגו׳ Et exterminabo tres paſtores illos. id eſt Tollam ab eis tres illos ordines magiſtratuum, nempe Principes, Sacerdotes, & Prophetas. Menſe vno, בירח אחד Id eſt breui tempore, ſiue intra paucos dies. Affligetúrque, &c. ותקצר וגו׳ Præt.Heb.pro fut. Quidam vertunt, contrahetúrque anima mea in eis. vel, contrahet ſeſe animus meus in eis. i. in ouibus illis. hoc eſt imminuetur affectus, ſiue amor meus erga illos Iudæos. Abhorrebit בחלה Præt.Heb.pro fut. Alii, deteſtata eſt me. id eſt quemadmodum ipſi deſeruerunt me, ita ego deſeram eos. 9 Dicámque, ואומר Præt.Heb.pro fut. i. Abiiciam omnem curam, regimen & ſolicitudinem veſtri. Quæ moritur המתה Quæ, ſcilicet ouis. q.d. non auertam à vobis, ſed permittam in vos flagella mea: per me non ſtabit quin moriamini. Et quæ ſucciditur והנכחדת Innuit gladium, ſiue bellum.

10 Tollam itaque, &c. ואקח וגו׳ Præterita Heb. pro futuris, Tollam itaque, &c. & abſcindam, ſiue concîdam illam. q.d. Non paſcam, neque moderabor eos poſthac cum manſuetudine ac clementia illa ſolita. Pactum meum בריתי fœdus meũ. ne ſcilicet læderent eos, atque illis nocerẽt. q.d. Permittam Gentibus vt Iſraelitas inuadant. Prius videbar quaſi fœdus iniiſſe cum Gentibus, ne Iſraelitas læderent & affligerent, nunc verò fœdus illud irritum faciam, permittendo eis vt illos affligant.

11 In die illa, ביום ההוא eo tempore. quo ſcilicet inuadent eos Romani. Qui obſeruant me, השומרים אותי .i. qui diligenter ſeruãt præcepta mea. Quòd verbum Ieh. eſt. כי דבר־יהוה הוא׃ .i. prophetiam nomine meo ac verbis meis prædictam, adimpletam eſſe.

12 Et dicam ואומר Præt.Heb.pro fut. Si bonũ eſt in oc. ve. אם טוב בעיניכם Hebraiſmus, Si lubeat. Taxat Iudæos ingratitudinis. Afferte הבו date. Mercedem meã: שכרי ſub. pro tanto labore quem inſumo in vobis paſcendis. Ceſſate. חדלו deſiſtite. q.d. quod ſi nolitis, non multum curo. Appenderunt autem וישקלו Præt.Heb.pro fut. q.d. Tantum abeſt vt parem mihi gratiam relaturi ſint, vt vili pretio, nempe triginta numis argenteis vendituri ſint me vt me in crucem adigant.

13 Dixitque, &c. ויאמר יהוה אלי .i. Viſus eſt mihi Dominus hæc dicere. Hîc autẽ iuſſus eſt Propheta dicere quæ Iudas Iſcariotes dicturus erat. Proiice illos ad theſ. השליכהו אל־היוצר Ad verbum, proiice illam (nempe mercedem) ad theſaurarium. vel, ad fictorem, plaſtẽ, ſiue ſtatuarium. Theſaurarios vocat Principes ſacerdotum, & Seniores. Locum iſtum explicauimus pluribus verbis in Gloſſa noſtra ordinaria in Matthæum, cap.27.a.9. Mutauit autem Propheta א in י in dictione יוצר, quæ per י ſignificat figulum: per א verò theſaurarium: ſignificãs fore vt Iudas referret x x x argẽteos illos, & proiiceret ad pedes Sacerdotum & Seniorum, ex quibus ager figuli emeretur. Magnificentiam glo. אדר היקר Per appoſitionem dictum. id eſt pretium illud magnificum, vel decorum. Ironicè autem hæc dicta ſunt.

14 Præcîdam quoque ואגדע Præt.Heb.pro fut.

15 Vas כלי inſtrumentum. Singul.Heb.pro plur. i. omnia inſtrumenta paſtori neceſſaria. Per hæc, doctus inter Hebræos intelligit perã pertuſam ac perforatam quæ continere non poteſt quæ neceſſaria ſunt & paſtori & ouibus ipſis.

16 Nam ecce, &c. כי הנה וגו׳ Præſ.Heb.pro fut. Ego enim breui ſuſcitaturus ſum. Succiſas הנכחדות .i. moribundas, grauiſſimè ægrotantes, & afflictas. Quod paruum eſt הנער ſub. in pecoribus. Alii, quod iuuene, ſiue iuuenile eſt. i. agnos. ſolent agni propter ætatẽ ſecedere à grege, & ita aberrare. Et quod contritum eſt, &c. והנשברת וגו׳ neque confractas [.i. læſas aliquo caſu] curabit. Quod conſiſtit הנצבה .i. eas oues quæ reſiſtunt, ſiue mouere ſe loco non poſſunt. Gallicè, *qui demeurent toutes picquees.* Sed carnes, &c. ובשר הבריאה Ad verbum, & carnem pinguis. ſub. pecoris. Cõfringet. יפרק׃ diſſoluet. pedo ſcilicet, ſiue baculo. Magnam crudelitatem paſtoris ſtulti per hæc innuit. 17 Brachium eius, זרועו Brachium pro potentia accipit & viribus: ſicut oculum dextrum pro prudentia, ac prouidentia conſilióque in rebus agendis. Alii intelligunt fallaciam ac verſutiam.

ei⁹ ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

Cap. XII.

1 ONus verbi Domini ſuper Iſrael. Dicit Dominus extendens cælum, & fundās terram, fingēs ſpiritum hominis in eo,

2 Ecce ego ponam Ieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis: in circuitu: ſed & Iuda erit in obſidione contra Ieruſalem.

3 Et erit in die illa, ponam Ieruſalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, cōciſione lacerabuntur: & colligētur aduerſus eam omnia regna terræ.

4 In die illa, dicit Dominus, percutiā omnem equum in ſtuporem, & aſcēſorem eius in amentiam: & ſuper do- B mū Iuda aperiam oculos meos, & omnē equū populorū percutiā cæcitate.

5 Et dicent duces Iuda in corde ſuo, Confortētur mihi habitatores Ieruſalē in Domino exercituū Deo eorum.

6 In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facē ignis in fœno: & deuorabūt ad dexteram & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ieruſalem rurſus in loco ſuo in Ieruſalem.

7 Et ſaluabit Dominus tabernacula Iuda, ſicut in principio: vt nō magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ieruſalem contra Iudā.

C 8 In die illa proteget Dominus habitatores Ieruſalem: & erit, qui offenderit ex eis in die illa quaſi Dauid: & domus Dauid quaſi Dei, ſicut Angelus Domini in conſpectu eorum.

9 Et erit in die illa, quæram conterere omnes Gentes quæ veniunt cōtra Ieruſalem.

10 Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratię & precum: | & aſpicient ad me quem cōfixerunt: & plangent eū planctu quaſi ſuper vnigenitū, & dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet in morte primogeniti.

Iohan.19.g.37

D 11 In die illa magnus erit planctus in Ieruſalem, | ſicut planctus Adadremmon in campo Mageddon.

2.Paral.35.d.22

do areſcet, & oculus eius dexter 'caligando caligabit.

Cap. XII.

De vaſtatione ac reſtitutione Ieruſalem.

1 P'Rophetia verbi Iehouæ ad Iשׁſraאél. Dicit Iehouáh qui extendit cælum, & fundauit terram, finxítque ſpiritum hominis in medio eius,

2 En ego 'pono Ieruשׁſaláim *tanquam* calicem 'ſoporiferum omnibus populis per circuitum, ipſi quoque Iehudáh *qui* erit in obſidione contra Ieruשׁſaláim.

3 Erit autem in die illa, 'ponam Ieruשׁſaláim lapidem oneroſum omnibus populis: 'quotquot ferent illum, incidendo incidentur: congregabuntur enim aduerſus eum vniuerſæ Gentes terræ.

4 In die illa, dixit Iehouáh, percutiam 'omnem equum ſtupore, & aſcenſorem eius amentia: ſuper domum autem Iehudáh aperiam oculos meos: omnē quoq; equum populorū percutiam cæcitate.

5 Dicéntque duces Iehudáh in corde ſuo, 'Robur mihi *erunt* habitatores Ieruשׁſaláim, in Iehouáh exercituum Deo ſuo.

6 In die illa ponam duces Iehudáh 'tāquam prunas ignis in lignis, & ſicut lampadem ignis in manipulis: deuorabūtque ad dextram & ſiniſtram omnes populos ipſos in circuitu: & habitabitur Ieruשׁſaláim rurſus in loco ſuo in Ieruשׁſaláim.

7 Seruabítque Iehouáh tabernacula Iehudáh 'initio ipſo, 'ne magnificetur gloria domus Dauid & gloria habitatoris Ieruשׁſaláim contra Iehudáh.

8 In die illa 'proteget Iehouáh habitatorē Ieruשׁſaláim: erítque 'qui infirmus fuerit inter eos in die illa, 'ſicut Dauíd: '& domus Dauíd 'tanquam Deus, *ac* tanquam Angelus Iehouæ corā eis.

9 Erit quoque in die illa, quæram conterere omnes Gentes 'quæ veniunt contra Ieruשׁſaláim.

De effuſione Spiritus ſancti in Iudæos, & eorum conuerſionē.

10 Et effundam ſuper domum Dauíd, & ſuper habitatores Ieruשׁſaláim ſpiritum gratiæ '& precum: & aſpicient ad me 'quem cōfixerunt plangéntque 'ſuper eum, iuxta plāctum *qui fit* ſuper vnigenitum: 'ac amaritudine afficientur propter eum, ſicut amaritudinē afficitur quis ob primogenitum.

11 In die illa magnus erit planctus in Ieruשׁſaláim, 'iuxta planctū Hadadrimmón 'in campo Megiddón.

Caligando cal. ! כהה תכהה rugando rugabit. i. penitus rugabit. vt areſcendo areſcet, pro prorſus areſcet. Hebraiſmus.

IN CAPVT XII.

1 Prophetia, &c. משא וגו' Onus verbi Dei ſuper Iſraelē, hoc eſt, Prophetia aduerſus Iſraelē de afflictione futura ex ordinatione Diuina. Vide Malach. 1. a. 1. 2 Pono שם Præſ. Heb. pro fut. breui poſiturus ſum. Soporiferum רעל Ad verbum, ſoporis, vel ſtuporis, aut tremoris. Alii, ebrietatis. Alii, veneni mortiferi. q. d. Malè perituri ſunt quicunque fideles meos affligent, ac perſequentur, & Eccleſiam oppugnaturi ſunt, non aliter quàm qui hauſerint calicem plenum veneno mortifero repente cadere ſolent. Ipſi quoque Iehu. וגם על יהודה Innuit aliquot ex Iudæis ſecundum carnem etiam oppugnaturos Eccleſiam ipſam Chriſtianam. q. d. Non ſolū perituræ ſunt Gentes quæ oppugnauerint pios, ſed etiam ipſi Iudæi qui fuerint in obſidione qua oppugnabitur Ieruſalem.

3 Ponam, &c. אשים וגו' Hebraiſmus, pro Reddam Ieruſalem immobilē vt à nullis populis transferri poſſit. Quotquot, &c. כל עומסיה וגו' quotquot eū trāſferre conabuntur, grauiſſimè incidēt ſeſe. vt ſcilicet ſolēt aſperitate ſaxi grauis incidi manus eius qui illud aliò transferre nititur. 4 Omnem equum כל־סוס Singularia pro pluralibus, omnes equos. & mox, aſcenſores eorum. Nomine equorū ſuperbos intelligit & incredulos: vt per domum Iuda, congregationem fidelium. Aſcenſores autem equorum vocat eos qui præſunt illis ſuperbis, regunt, ac moderantur eos. 5 Robur mihi *erunt* אמצה לי Singul. Heb. pro plur. Robori nobis, ſub. erunt. vel fortitudini. i. adiuuabunt nos. 6 Tanquam prunas ככיור tanquam carbonem. Alii, lampadem.

7 Initio ipſo, בראשונה Quidā ſubaudiunt כ ſimilitudinis, ſicut in principio. Ne magnificetur, &c. למען וגו' vt non ſit maior gloria domus Dauid, & gloria domus habitatorum Ieruſalem, *gloria* ipſius Iudæ. Per domum Dauid & habitatores Ieruſalem intelligitur Synagoga ipſa: & per Iudam Eccleſia Chriſtiana. Quidam vertunt, propterea non magnificabitur, &c.

8 Proteget Ieh. habit. יגן יהוה וגו' defendet Iehouáh pro habitatore. i. tuebitur partes habitatoris, & illum defendet. Quidam, Iehouáh erit protectio circa habitatorem. Qui infir. fuerit הנכשל qui debilis erit. Sicut Dauid: כדויד qui ſcilicet fuit vir fortis & robuſtus. Et domus Dauid ובית דוד Intelligit Chriſtum qui naſciturus erat de domo, ſiue familia Dauid. ita interpretatur de Rege Meſſia doctus inter Hebræos. Tanquā Deus, &c. כאלהים וגו' Ex doctioribus Hebræorum alter dicit iſtud, Tanquam Angelus Iehouæ, expoſitionem eſſe præcedentis, Tanquam Deus. declarat enim quid vocauerit Elohim. 9 Quæ veniunt הבאים Præſ. Heb. pro fut.

10 Et precum: ותחנונים precationum. Alii, & miſerationum. Quem confixerunt, את אשר דקרו. i. quem clauis cruci affixerunt. Super eum, עליו Chriſtus de ſe loquitur in tertia perſona. Ac amaritudine aff. והמר Eſt infinit. i. & mœrore afficietur.

11 Iuxta plan. Hada. כמספד הדדרמון . i. ſicut luxerūt luctu perpetuo Ioſiam Regem qui interfectus fuit à Pharaone Necho, in loco qui dicitur Hadadrimmon. Fuit autem Rex ille vir pius admodum, qui reſtituit cultum ac religionem Dei. Vide 2. Paral. 35. d. 22. 24. Quidam tamen ex doctioribus Hebræorū exiſtimat Hadadremmon eſſe nomen cuiuſdā viri inſignis ac clari. In cāpo בבקעת in planitie. in valle.

12 Plangétque terra, familiæ ſingulæ ſeorſum: familia domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familia domus Nathán ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum:

13 Familia domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familia שׁSimyí ſeorſum, & vxores eorum ſeorſum:

14 Omnes *denique* familiæ reliquæ, familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

Cap. XIII.

Christus abluẽs peccata.

1 IN die illa erit "Vena patens domui Dauid, & habitatoribus Ieruשׁſaláim "in expiationem peccati, "& in aſperſionem.

De ablatione idolorũ & pſeudo prophetarum.

2 Erit quoque in die illa, dicit Iehouáh exercituum, ſuccîdam nomina ſimulachrorum è terra, & non memorabuntur vltrà: & etiã prophetas, & ſpiritum immundum "auferam è terra.

3 Erítque, "quum prophetauerit quiſpiam vltrà, dicent ad eum pater eius & mater eius, genitores ipſius, Nõ viues: quia mendacium loquutus es in nomine Iehouæ: & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius, quum prophetauerit.

4 Erit præterea in die illa, pudore afficientur prophetæ quiſque à viſione ſua, quum prophetauerit: nec induentur vltrà pallio "piloſo vt mentiantur.

5 Et dicet *interroganti*, Non ſum Propheta, vir agricola ſum: "quoniã Adam vt eſſem paſtor docuit me à iuuentute mea.

6 Et dicet *quis* ad eum, Quid ſunt "plagæ iſtæ inter manus tuas? Et reſpondebit, *Hæ ſunt plagæ* quibus "percuſſus ſum in domo diligentium me.

7 "O gladie, ſuſcita te ſuper Paſtorẽ, & ſuper virum ſocium meũ, dixit Iehouáh exercituum: "percute Paſtorem, & diſpergentur oues: "conuertam quoque manum meam ſuper paruulos ipſos.

8 Erit enim in tota hac terra, dicit Dominus, "partes duæ in ea "ſuccidentur, *ac* deficient: tertia autem relinquetur in ea.

De probatione electorum.

9 Adducámque tertiã *illam partem* per ignẽ, "& conflabo eos ſicut cõflatur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum: "ipſe inuocabit nomẽ meum, & ego exaudiam eũ: "dicám*que*, Populus meus ipſe eſt. "& ipſe dicet, Iehouáh Deus meus eſt.

Cap. XIIII.

Eccleſiæ vaſtatio ſub typo Ieruſalem.

1 ECce dies "venit "ipſi Iehouæ, & diuidentur "ſpolia tua in medio tui.

2 Congregabo enim omnes Gentes contra Ieruשׁſaláim in prælium, "& capietur ciuitas, & diripientur domus, atque mulieres

---

12 Et planget terra, familiæ & familiæ ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum: familiæ domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum:

13 Familiæ domꝰ Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familiæ Semei ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum:

14 Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

Cap. XIII.

1 IN die illa erit Fons patens domui Dauid & habitantibus Ieruſalẽ, in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ.

2 ¶Et erit in die illa, dicit Dominꝰ exercituum, Diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà: & pſeudoprophetas, & ſpiritũ immundum auferam de terra.

Ezech.30.d.13

3 Et erit, quũ prophetauerit quiſpiã vltrà, dicẽt ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum, Non viues: quia mendacium loquutus es in nomine Domini: & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius, quum prophetauerit.

B

4 Et erit, in die illa confundẽtur prophetę vnuſquiſque in viſione ſua quũ prophetauerit, nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur.

5 Sed dicet, Non ſum Propheta, homo agricola ego ſum: quoniam Adã exẽplum meum ab adoleſcẽtia mea.

C

6 Et dicetur ei, Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus ſum in domo eorũ qui diligebant me.

7 Phramea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituũ: ¶percute Paſtorem, & diſpergentur oues: & cõuertam manũ meã ad paruulos.

Matth.26.e.31
marc.14.c.27

8 Et erunt in omni terra, dicit Dñs, partes duæ in ea diſperdentur, & deficiẽt: & tertia pars relinquetur in ea.

D

9 Et ducam tertiam partem per ignẽ, & vram eos ſicut vritur argentum: & probabo eos ſicut probatur aurũ: ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: dicam, Populus meus es. & ipſe dicet, Dominus Deus meus.

Cap. XIIII.

1 ECce dies Domini venit, & diuidentur ſpolia tua in medio tui.

2 Et congregabo omnes Gentes ad Ieruſalẽ in pręliũ, & capietur ciuitas, & vaſtabũtur domus, & mulieres vio-

---

IN CAPVT XIII.

1 Vena מקור Fons. Quidam, latus Chriſti apertum è quo fluxit ſanguis & aqua, intelligũt. Alii Baptiſmum. In expiationem pecc. לחטאת Ad verbum, in peccatum. i. in purgationem peccati. Et in aſperſ. ולנדה Ad verbum, & in menſtruum. i. & in emundationem menſtruatæ. Per has ſordes, intelligit quæcunque peccata. 2 Auferam אעביר Ad verbum, tranſire faciam.

3 Quum prophetauerit כי־ונבא ſi prophetauerit.

4 Piloſo שער .i. pilis confecto. q. d. Poſthac non vtentur pallio quod induere ſolebant veri Prophetæ, vt habitu mentiantur prophetiam ipſam. 5 Quoniam Adam, &c. כי־אדם וגו' Ad verbum, quoniam Adam acquirere fecit me [id eſt docuit me vt poſſiderem] pecora, & colerem terram: hoc eſt, vt eſſem paſtor & agricola. Quidam vertunt, docuit enim me quidam artem paſtoralem à iuuentute mea.

6 Plagæ iſtæ המכות האלה liuores iſti. ſolent enim manicæ ferreæ relinquere poſt ſe liuores quoſdam in brachiis. Percuſſus ſum הוכיתי Id eſt caſtigatus & coercitus ne verſarer in pſeudoprophetia.

7 O gladie, ſuſcita te חרב עורי O phramea excitare. ſub. vt venias ſuper, &c. Acerbam afflictionẽ intelligit. Percute הך Vox eſt Patris dãtis poteſtatem vt percutiatur Chriſtus. q. d. Iſrael percuties Paſtorem illum meum Chriſtũ. Hæc Matth. 26. c. 31, exponũtur de Chriſto & diſperſione Apoſtolorum. Conuertam quoque והשיבותי reuerti quoque faciam. Hîc paruulos vocat quos prius vocauit oues. hoc eſt, ſubinde & identidem, ac diuerſis frequentibúſque afflictionibus exercebo Apoſtolos ipſos.

8 Partes duæ פישנים Ad verbum, portio duarum, ſub. partium. Succidentur, יכרתו Id eſt peribũt gladio. q. d. Ex his qui fuerint poſt paſſionem Chriſti duæ partes morientur morte violenta, & deficient, ſiue efflabunt animam morbo. Reſidua pars ſeruata quidem eſt à Tito in expugnatione Ieroſolymitana, ſed tamen afflictionibus probata vt aurum.

9 Et conflabo eos ſicut confl. וצרפתים כצרוף & examinabo eos ſicut examinatur. vel, ſicut examinare ſolent. ſub. aurifices. i. ceu igni repurgabo. Ipſe הוא .i. quilibet eorum. Quidam vertunt, *populus* ipſe *fidelis*. Dicám*que*, אמרתי Præt. eſt Heb. pro fut.

IN CAPVT XIIII.

1 Venit בא Præt. Heb. pro fut. ventura eſt. Ipſi Iehouæ ליהוה .i. in qua Dominus oſtenſurus eſt potentiam ſuam, ſumendo vindictam de impiis Iudæis & ingratis qui Chriſtum noluerunt recipere. Quidã de excidio Ieroſolymitano tantùm, alii de tempore Antichriſti exponunt hoc caput. Spolia tua שללך prædæ tuæ. i. prædæ in te captæ, ô Ieruſalem. Eſt ſingul. pro plur.

2 Et capietur ונלכדה expugnabitúrque.

labuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe.

Et egredietur Dominus, & præliabitur contra Gẽtes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis.

Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper Montem oliuarum qui eſt cõtra Ieruſalem ad Orientem: & ſcindetur Mons oliuarũ ex media parte ſui ad Orientem & ad Occidentẽ præruptu grandi valde, & ſeparabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem.

Et fugietis ad vallẽ montium eorũ, quoniam coniũgetur vallis mõtium vſque ad ꝓximũ: & fugietis ſicut fugiſtis à facie terræmotus ‖ in diebus Oziæ Regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus, omnésq; Sancti cum eo.

2.Para.26.d
amos 1.a.1

B

Et erit in die illa: nõ erit lux, ſed frigus & gelu.

Et erit dies vna (quæ nota eſt Domino) non dies neque nox: & in tempore veſperi erit lux.

Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem: medium earum ad Mare Orientale, & medium earum ad Mare nouiſſimum: in æſtate, & in hyeme erunt.

Et erit Dominus Rex ſuper omnẽ terram: in die illa erit Dominus vn⁹, & erit nomen eius vnum

Et reuertetur omnis terra vſque ad deſertum, de colle Remmon ad Auſtrum Ieruſalem: & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo, à porta Beniamin vſque ad locum portæ prioris, vſque ad portam angulorum: & à turre Hananeel vſque ad torcularia Regis.

C

Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: ſed ſedebit Ieruſalẽ ſecura.

Et hæc erit plaga qua percutiet Dominus omnes Gentes quæ pugnauerunt aduerſus Ieruſalem, Tabeſcet caro vniuſcuiuſque ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo.

In die illa erit tumult⁹ Domini magnus in eis: & apprehendet vir manũ proximi ſui, & cõſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui.

Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem, & congregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circuitu, aurum & argentum & veſtes multæ ſatis.

Et ſic erit ruina equi & muli & ca-

violabũtur: & egredietur dimidium *habitatorum* ciuitatis in captiuitatem, reliquum autem populi non ſuccidetur ex ipſa vrbe.

3 Et egredietur Iehouáh, & præliabitur contra Gentes illas, "iuxta diem quo præliatus eſt" in die belli.

Hui⁹ propũgnator Chriſtus.

4 Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper Mõtem oliuarum qui eſt eregione Ieruſaláim ab Oriente, "& ſcindetur Mons oliuarum ex dimidio ſui ad Oriẽtem & Occidẽtem, *ut ſit* "vallis magna valde:" & recedet dimidiũ mõtis ad Aquilonẽ, & medium ei⁹ ad Meridiem.

5 Fugietis autem "*ad* vallem mõtium: pertinget enim vallis montium vſque ad Aṣál: fugietis in quã quẽadmodum fugiſtis ob terræmotum in diebus Vziiáh Regis Iehudáh, veniétque Iehouáh Deus meus, & omnes Sancti cum eo.

6 Erit autem in die illa, non erit "lux pretioſa & coagulata.

7 Erit præterea dies vnus, (is notus eſt Iehouæ,)ne que dies, neque nox: fiet poſtremò, in tempore veſpertino erit lux.

8 Erit quoque in die illa, egredientur aquæ viuæ de Ieruſaláim: media pars earum ad Mare Orientale, & media pars earum ad Mare nouiſſimum: *id autem* "æſtate & hyeme erit.

Deviuo Dei verbo ex Eccleſia manante.

9 Et erit Iehouáh Rex ſuper vniuerſam terrã: in die *nanque* illa erit Iehouáh vnus, & nomen eius vnum.

Rex vnus, & Dominus, Chriſtus.

10 "Vertetur tota terra tanquam planities à Gebáy vſque ad Rimmón, ad Auſtrum Ieruſaláim: & exaltabitur, "& habitabitur in loco ſuo, à porta Biniamín vſque ad locum portæ prioris, & "vſque ad portam angulorum, & turrẽ Hananeél, & vſque ad torcularia Regia.

11 Habitabúntque in ea, "& excidium *ullum* nõ erit vltrà: "ſed habitabitur Ieruſaláim confidenter.

12 Hæc autem erit plaga qua percutiet Iehouáh omnes populos illos qui militauerint aduerſus Ieruſaláim, "Liquefiet caro eorũ, adhuc ipſis ſtantibus ſuper pedes ſuos, oculi quoque eorum liqueſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum "tabeſcet in ore ipſorũ.

De plagis hoſtium Eccleſiæ.

13 "Siquidẽ in die illa erit contritio magna in eis à Iehouáh: apprehendet enim "quiſpiam manum proximi ſui, "& euaneſcet manus eius "in manu proximi ſui.

14 Sed & Iehudah pugnabit contra Ieruſaláim, cõgregabuntúrque opes omnium Gentium illarum per circuitum, aurum, & argentum, & veſtes in magna copia.

15 Taliſque futura eſt plaga equorum, mulorum, camelorum, &

3 Iuxta diem, &c. כיום הלחמו וגו׳ ſicut præliatus eſt die certaminis. ſub. ad Mare rubrum. alludit ad hiſtoriam quæ legitur Exo.14.c.14.

4 Et ſcindetur ונבקע & diuidet ſeſe. vt ſine impedimento vllo defluant è Ieruſalem aquæ illæ viuæ de quibus infrà verſu 8. q.d. Dominus tollet omnia impedimenta quæ remorari poſſent curſum verbi ſui. Vallis magna valde: גיא גדולה מאוד Quidam ſubaudito ב, vertunt, in vallem magnam valde. i. ita vt fiat vallis maxima. Et recedet ומש ſub. è loco ſuo. i. ſeparabitur.

5 Ad vallem montium: גיא־הרי Vallis erat magna non procul ab Ieruſalem.

6 Lux pretioſa & coag. אור יקרות וקפאון: Ad verbum, lux pretioſitatum & coagulationis. i. prima parte illius diei, ſiue temporis gratiæ non erit lux ſplendida, clara, aut conſpicua, neque denſa ac ſpiſſa. quum enim lux nebulis fœdatur, videtur quaſi coagulari. Totum tempus gratiæ quod diuidit in tres partes, comparat tribus partibus diei, nempe ipſi mane, meridiei, & veſperæ. Hic loquitur de prima parte, per quã intelligit tempus primitiuæ Eccleſiæ, in qua non fuit omnimoda cognitio Chriſti ac Sacrarum literarum, neque omnimoda ignorantia illarum. fuerunt enim eo tempore multæ hæreſes, & quamplurimi manſerunt in infidelitate ſua.

8 AEſtate, &c. בקיץ וגו׳ .i. omni tempore, & ſine vllo impedimento. ſolet enim aqua æſtate ſiccari, & hyeme congelari. Quidã vertunt, erúntque tam in æſtate quàm in hyeme. 10 Vertetur יסוב Verſa fiet. i. Tota terra circum Ieruſalem quæ nunc eſt montoſa ac plena montibus, fiet tunc plana & æquabilis. Et habitabitur, &c. וישבה תחתיה Ad verbum, & ſedebit ſub ſe. vel apud ſe. i. in loco ſuo.

Vſque ad portam angul. עד־שער הפנים Eadem habes & Ierem.31.g.40, vbi ſingulari numero legitur Porta anguli. Notanda eſt oratio conciſa, pro, & habitabunt in magna tranquillitate in ea, à porta Beniamin vſque ad locũ portæ prioris: & à loco portæ prioris vſque ad portam angulorum: & à porta angulorum vſque ad arcem Hananeel: & ab arce Hananeel vſque ad torcularia Regis. Is erat locus in Ieruſalem.

11 Et excidium וחרם Hæc vox ſignificat occiſionem, interfectionem, exterminium, & perditionem. i. ipſa nunquam deſolabitur, aut deſtruetur. Sed habitabitur, &c. וישבה וגו׳ Ad verbum, & ſedebit Ieruſalem in cõfidentia. Alii, ſed habitabit Ieruſalem confidenter. hoc eſt, ciues Ieruſalem, filii Eccleſiæ habitabunt in magna confidentia & ſecuritate ac tranquillitate animi.

12 Liquefiet caro e. &c. המק בשרו וגו׳ Infinit. cum præſenti, pro futuris, tabeſcet [intabeſcet] caro eius, & ipſe ſtabit ſuper pedes ſuos, &c. Singularia pronomina pro plur. Alii vertunt, tabeſcere faciet carnem eorum. Tabeſcet המק diſſoluetur.

13 Siquidem והיה Ad verbum, Et erit. Ideo autem mutatum, quòd continuo rurſum ſequatur ERIT. Quiſpiam איש Ad verbum, vir. Et euaneſcet ועלתה & deficiet. Quidam, ſuccidetur.

aſinorum, ac omnium *aliorum* iumentorum quæ fuerint in caſtris illis, ſicut plaga iſta.

De aſcẽſu Gẽtiũ ad Eccleſiam. ″Quotquot autem reliqui fuerint de vniuerſis illis Gẽtibus quæ vẽturæ ſunt contra Ieruẇſaláim, aſcendent ″ſingulis annis vt adorent Regem Iehouam exercituum, & vt celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. 16

ʹQui verò nõ aſcẽderint de familiis ″terræ ipſiº in Ieruẇſaláim, vt adorent Regẽ Iehouã exercituum, ʹnon erit ſuper eos ″imber ipſe. 17

Si quoque familia Miẋſráim non aſcenderit, ʹnec venerit, ʹneque *deſcenderit* ſuper eos *imber ille:* erit *ſuper eos* plaga illa qua percutiet Iehouáh ipſas Gentes quæ non aſcenderint ad celebrandum feſtiuitatem illam tabernaculorum. 18

Hæc erit pœna peccati AEgypti, & pœna peccati omniũ *aliarum* gentium quæ non aſcẽderint ad celebrandum feſtiuitatem tabernaculorum. 19

Omnia ſancta in Eccleſia Dei. In die illa erit ″ſuper tintinnabula equorũ, Sãctitas ipſi Iehouæ: ʹerũtque lebetes ipſi in domo Iehouæ ſicut pelues illi corã altari. 20

Erítque omnis lebes in Ieruẇſaláim & in Iehudáh ″ſãctitas ipſi Iehouæ exercituum: & venient omnes immolantes, atque ſumẽt ex illis, coquéntque in eis, & non erit vltrà ″mercator *ullus* in domo Iehouæ exercituum in die illa. 21

Impii ex Eccleſia Dei pellendi.

meli, & aſini, & omnium iumentorũ quæ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc.

16 Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis Gentibus quæ venerunt contra Ieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorẽt Regem Dominum exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum.

D

17 Et erit, qui non aſcenderit de familiis terræ ad Ieruſalem vt adoret Regem Dominum exercituum, non erit ſuper eos imber.

18 Quòd & ſi familia AEgypti non aſcẽderit, & non venerit, nec ſuper eos erit: ſed erit ruina qua percutiet Dominus omnes Gentes quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatẽ tabernaculorum.

19 Hoc erit peccatum AEgypti, & hoc peccatum omnium Gentium quæ nõ aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum.

20 In die illa erit, quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum Domino: & erũt lebetes in domo Domini quaſi phialæ coram altari.

21 Et erit omnis lebes in Ieruſalem, & in Iuda ſanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolãtes, & ſument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

16 Quotquot autẽ, &c. והיה כל־הנותר Ad verbum, Et erit, omne reſiduũ, &c. Singulis an. מדי שנה וגו׳ Ad verbũ, de anno in annũ.
17 Qui verò non aſcend. והיה אשר לא־יעלה Ad verbum, Et erit, qui non, &c. Quidam vertunt, Fiet autẽ vt qui, &c. Terræ ipſius, הארץ ſub. ſanctæ. i. ex hominibus habitantibus in Terra ſancta. Propheta metaphoricè loquens, exprimit ea quæ ſunt ſpiritualia Noui teſtamenti, per ea quæ erant temporalia Veteris teſtamenti. Diuidit autem totum mundum in duas familias: familiam Iſraeliticam: & Gentilem quæ per AEgyptios ſignificatur. Non erit ſuper eos ולא עליהם יהיה Ad verbum, & non ſuper eos erit. Redundat ET, niſi vertas, tũc non erit, &c. Quidam vertunt, non deſcendet. q. d. Niſi Chriſti prædicationem ſuſceperint, priuabuntur poſtea beneficio illius prædicationis & gratiæ Chriſti, qua mens fœcunda redditur vt bonos fructus faciat. Imber ipſe. ׃ הגשם pluuia ipſa. optatiſſima ac deſideratiſſima, qua fœcunda redditur terra ipſa. 18 Nec venerit, ולא באה ſub. in Ieruſalem. Neque *deſcend.* ſuper eos, ולא עליהם multa fuerũt repetenda ex verſu præcedente. 20 Super tintinn. &c. על־מצלות הסוס Quaſi id inſculptum fuerit ſuper tintinnabula illa. q. d. tintinnabula ipſorum equorum ſanctificabuntur, ſiue conſecrabuntur Domino: nã ex eis fient lebetes ad coquendũ in domo Sanctuarii. Intellige omnia ornamenta ſuperflua conſecranda Domino, & eroganda pauperibus. Erúntque lebetes והיה הסירות Ad verbum, & erit *numerus* lebetum, ſiue ollarum. q. d. erunt multi: plurimæ enim victimæ offerentur Domino, & coquentur in illis. Peluibus excipiebatur ſanguis victimarum. 21 Sanctitas ipſi Iehouæ קודש ליהוה Hebraiſmus qui & præcedenti verſu, pro, Omnes lebetes in Ieruſalem & Iuda erunt ſanctificati Domino. non enim erant omnes lebetes apti coquendis carnibus victimarum, ſed hi tantum qui conſecrati erant Domino. Mercator כנעני ſub. boum & ouium. q. d. vltrà non erit opus victimis illis externis: erunt enim tunc omnia ſpiritualia, adorabúntque fideles Patrem in ſpiritu & veritate.

Prophetia Malachiæ, Hebraicè מלאכי

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO. | VETUS.

Cap. I.

De electione Iacob & reprobatione Eſau. Prophetia Verbi Iehouæ ad Iẇſraẋélin manum Malachí. 1

Dilexi vos, dicit Iehouáh: ʹ& dixiſtis, In quo dilexiſti nos? ʹNónne frater *erat* yEſáu ipſi Iayacób (dicit Iehouáh) & dilexi Iayacób? 2

Cap. I.

1 Onus Verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ.

2 Dilexi vos, dicit Dominus: & dixiſtis, In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob (dicit Dominus) & dilexi Iacob? Rom. 9. c. 13

IN CAPUT I.

1 Prophetia verbi Ieh. משא דבר־יהוה A quibuſdam vocatur Onus, id eſt Prophetia oneroſa. Hebræi tamen dicunt ſignificare quancunque prophetiam. Propriè enim ſignificat aſſumptionem. Vnde aſſumere, pro loqui. Iob 27. a. 1, & 29. a. 1, Et addidit Iob aſſumere parabolam ſuam. i. loquutus eſt. LXX interpretes verterunt, Aſſumptio. Verbum נשא ſignificat portare, & accipere. Vide Zach. 12. a. 1. Prophetia igitur verbi Iehouæ ad Iſrael, id eſt Prophetia quã dixit Iehouáh ad Iſraelẽ. Hic Iſrael pro duabus tribubus accipitur, Iuda & Beniamin. aut certè pro toto Iſraele è captiuitate Babylonica reuerſo, quòd ex omnibus tribubus iunxiſſent ſe illis. In manu Mal. ׃ ביד מלאכי Hebraiſmus, per Malachiam. Tempore ſecundi templi ſcripta eſt iſta prophetia, quo tempore prophetauit Aggæus & Zacharias: & à tempore Malachiæ nullus fuit Propheta, vt ait quidam ex doctis Hebræorum.

2 Et dixiſtis, ואמרתם Ad verbum, & dicetis. i. Quòd ſi dicatis. Alii, Sed dicetis. Nónne, &c. הלא־אח וגו׳ Reſpondet Dominus. Ordo autem turbatus eſt apud Hebræos, pro Nónne Eſau *erat, uel fuit* frater ipſius Iaacob? Non meminit beneficii reductionis è captiuitate: ſed longius repetit beneficia collocata in maiores, vt oſtendat ſummam ingratitudinem. In eo enim (inquit) eos dilexi, quòd quum Iacob & Eſau fratres fuerint vterini, dilexerim ipſum Iacob, à quo ipſi deſcenderunt, & ipſum elegerim, non autem Eſau.

Eſau autē odio habui, & poſui montes eius in ſolitudinē, & hęreditatem eius in deſertum draconis.

Quòd ſi dixerit Idumæa, Deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: hæc dicit Domin⁹ exercituum, Iſti ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabũtur, Termini impietatis, & Populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum.

B Et oculi veſtri videbũt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael.

Filius honorat patrē, & ſeruus dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Dicit Dominus exercituum ad vos ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum: & dixiſtis, In quo deſpeximus nomē tuũ?

Offertis ſuper altare meum panem pollutum: & dicitis, In quo polluim⁹ te? In eo quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt.

Si offeratis cæcum ad immolandũ, nónne malum eſt? & ſi offeratis claudum & languidum, nõne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.

Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri: (de manu enim veſtra factũ eſt hoc) ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dominus exercituum.

Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuitò? non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.

Pſal.12.a.3 Ab Ortu enim ſolis vſque ad Occaſum, magnum eſt nomen meũ in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituũ.

D Et vos polluiſtis illud in eo quod dicitis, Menſa Domini cõtaminata eſt: & quod ſuperponitur, contemptibile eſt, cum igne qui illud deuorat.

Et dixiſtis, Ecce de labore: & exuffla

3 yEſáu autem odio habui, poſuíque ʹmontes eius ſolitudinem, ʹ& hæreditatem eius *habitandam* draconibus deſerti.

4 ʹSi dixerit אEdóm, ʹPauperes effecti ſumus, reuertemur autem & ædificabimus ʹdeſolata: ſic dicit Iehouáh exercituum, Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam: ʹvocabúntque ʹeos, Terminum impietatis, & populum quem deteſtatus eſt Iehouáh vſque in ſeculum.

5 Et oculi veſtri ʹvidebũt: vos autem dicetis, Magnificetur Iehouáh ʹſuper terminum Iשraאél.

6 Filius ʹhonorat patrē, & ſeruus dominũ ſuum *timet*: quòd ſi pater ego ſum, vbi eſt ʹhonor mei? & ſi Domin⁹ ſum, vbi eſt timor mei? Dicit Iehouáh exercituũ vobis ʹô Sacerdotes deſpicientes nomen meum ʹ& dixiſtis, In quo deſpeximus nomen tuum?

7 Offertis ſuper altare meum, ʹpanem pollutum, ʹ& dicitis, In quo polluimus te? Quum dicitis, ʹMenſa Iehouæ ʹdeſpecta eſt.

8 Et quum ʹoffertis cæcum ad immolandum, ʹnónne *eſt* malum? & ſi offertis claudum, ʹaut languidũ, nõne eſt malum? offer illud ʹnũc duci tuo, ʹnunquid cõplacebit ſibi in te, vel ſuſcipiet faciem tuã, dicit Iehouáh exercituum?

9 Nunc autem deprecamini quæſo vultũ Dei, ʹ& miſerebitur noſtri: (ʹde manu veſtra fuit iſtud) ʹnũquid ſuſcipiet ex vobis facies, dicit Iehouáh exercituum?

10 Quis etiam in vobis eſt ʹqui claudat oſtia, ʹ& non incendatis ignem ſuper altare meum ʹfruſtrá? ʹnon eſt mihi volũtas in vobis, dicit Iehouáh exercituum, & munus ʹnon volam de manu veſtra.

11 Certe ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius magnum eſt nomen meum inter Gentes, & in omni loco ʹincenſum offertur nomini meo, & oblatio munda: certe *inquam* magnum *erit* nomē meum inter Gentes ipſas, dicit Iehouáh exercituum.

12 Et vos ʹpolluitis illud, quum dicitis, Menſa Iehouæ contaminata eſt: ʹ& verbum eorum ʹ, Contemptibilis eſca eius.

13 ʹDixiſtis autem, Ecce ʹlabor: & proieciſtis illud, dicit Iehouáh

De honore & timore Domini.

In Sacerdotes nominis Dei contemptores.

Eorum auaritia.

De mũda electorum ex Gentibus hoſtia.

In eos qui corruptas victimas offerebant aut raptas.

3 Montes e.ſolit. הריו שממה montes eius *in* vaſtitatem. Montes vocat montem Seir, qui patria erat Eſau. Dicit autem montes pluraliter, quòd illa patria eſſet mõtoſa. q.d. Reddidi regionem eius mõtoſam deſolatã opera Nabuchodonoſor, & ita feci locũ aptũ draconibus qui ſolēt habitare in deſertis. Et hæreditatē e.&c. ואת נחלתו לתנות וגו׳ & hæreditatē eius in dracones deſerti. i. poſui dracones deſerti in poſſeſſione eius. 4 Si dixerit כי־תאמר Quãdo dixerit. vel, Quũ. Edom vocat Idumæã. Pauperes eff.ſu. רוששנו attenuati ſumus. i. ad extremã paupertatē redacti ſumus. Deſolata: חרבות deſolationes. i. vrbes euerſas à Nabuchodonoſor. Vocabúntque וקראו ſub. poſteri. i. poſteri vocabunt patriam eorũ, patriam cuius populus impius fuit, atq; ob id deſolata eſt patria. Eos להם. i. regionem eorum.

5 Videbunt: תראינה ſub. quæ dicta ſunt de deſolatione Idumæorum. Super terminum מעל לגבול à termino.

6 Honorat יכבד Fut. Heb. pro præſ. i. honorare tenetur. vel, natura honorare ſolet. Honor mei? כבודי . i. mihi exhibitus, vel quo me proſequi debetis. O Sacerdotes הכהנים Hucuſque alloquutus eſt Iſraelitas Dominus generaliter: nunc Sacerdotes ſpecialiter.

Et dixiſtis ואמרתם Et dicetis. vel, ſed dicetis. vt paulo antè verſu 2.

7 Panem לחם Significat etiam interdum carnē. Hîc accipi videtur pro ſacrificio, ſiue oblatione, quòd meminerit altaris. Panis enim imponebatur menſæ, non altari. Chaldæus paraph. ſacrificium. Et dicitis, ואמרתם Ad verbum, & dicetis. Quod per præſens vertit noſter interpres. Menſa שלחן . i. eſca, caro nempe & ſanguis. q.d. Quia vos exiſtimatis cibum mihi oblatum, eſſe vilem, tametſi à me præceptum. atque ita peccatis mente & cogitatione, poſtea & opere. Deſpecta eſt. נבזה ſpreta eſt. vilis, vel contemptibilis.

8 Offertis תגישון Fut. Heb. pro præſ. Nónne *eſt* malum? אין רע ſub. ſic eſt, & tamen non eſt malum in oculis veſtris. Si abſolutè legas, ſubaudiendum erit verbũ DICITIS, hoc modo, dicitis non eſſe malã. Aut languidũ, וחולה . i. oblationē cæcã, claudam, & languidã. Nunc נא age. vel obſecró. Nunquid cõpl. ſibi, &c. הירצך וגו׳ Ad verbũ, nunquid volet te, aut ſuſcipiet faciē tuam. Hebraiſmus, Nunquid beneuolentia cóplectetur te, & grato atque hilari animo ſuſcipiet munus tuũ? Exponit Hebraiſmũ qui cõtinuo ſequitur.

9 Et miſerebitur n. ויחננו Id dixit modeſtiæ gratia, quòd annumeret ſe inter peccatores. De manu veſtra מידכם . i. propter opera manuum veſtrarum profecta eſt hæc maledictio, quæ dicetur in ſequētibus. Nunquid ſuſcipiet &c. הישא מכם פנים Hebraiſmus, pro an facies veſtras ſuſcipiet, hoc eſt an grati illi eritis, quum veneritis in conſpectum eius vt offeratis munera? quod proximæ præceſſit, exponit iſtud. 10 Qui claudat ויסגור Ad verbũ, & claudat. Redundat ET. Et non incend. ולא־תאירו q.d. niſi reſipueritis nihil eſt quod offeratis munera, vt non incendatis, &c. i. Quis etiam eſt inter vos Sacerdotes, cui curæ ſint ſacrificia mea, & claudat oſtia tēpli, ne illic offerãtur ſacrificia Lege prohibita? Fruſtrá? חנם Quidã vertũt gratis, & præcedenti verbo iungũt, claudat oſtia gratis? Non eſt mihi vol. in vo. אין־לי חפץ בכם Hebraiſmus, non eſtis mihi grati. Non volam לא ארצה non lubens accipiam. Videtur hæc particula verſus, cauſa eſſe alterius præcedentis particulæ, Non eſtis mihi grati, quia ſacrificium quod offertis, mihi gratum non eſt.

11 Incenſum offertur מוקטר מוגש ſuffitus offertur. Alii, ſuffumigatur & offertur.

12 Polluitis מחללים violatis. contaminatis. Et verbum e.&c. וניבו וגו׳ Ad verbum, & fructus [. i. ſermo] eius, vilis panis eius. hoc eſt, ſermo eorum [ſub. Sacerdotum. ſing. pro plur. vel eius, pro vniuſcuiuſque veſtrum] eſt, quòd cibus altaris, vel Dei, eſt cõtemptibilis. q.d. Quiſque veſtrum dicit, Adeps qui offertur Domino, item caro & ſanguis, ſunt res vilis. Alii volũt hunc eſſe ſenſum, Etiam quod contēptibile eſt (inquit Sacerdos) poteſt Deo offerri. 13 Dixiſtis autem, ואמרתם Dicitis præterea. vt ſit præt. pro præſ. & ſubaudi, quiſque ad proximũ ſuũ. Rurſum carpit vulgus, non Sacerdotes. Labor: מתלאה fatigatio eſt. i. id fuit mihi labori quũ afferrē. vel, quàm feſſus ſum quòd attulerim agnum iſtum tam pinguem. Alii, de labore. hoc eſt, & ita מ erit præpoſitio cum pathah pro hirec. Illud eſt quod labore meo mihi paraui. Et proieciſtis והפחתם אותו Præt. Heb. pro præſ. & deiicitis. vel, excutitis: ſub. in terram illud quod affertis. per con-

temptum ſcilicet, Deum & eius ſacrificia contemnendo. Alii,& contriſtaſtis,vel dolore affeciſtis illum.nempe dominum agni,cui illum rapuiſtis.nam ſequitur,Et intuliſtis raptum. Alii,& exufflaſtis illud.q.d. Præ ſe ferunt laſſitudinem præ onere tam pinguis victimæ quam attulerint,quum tamen præ macie poſſint illam flatu ſolo deiicere in terram.

exercituum: ″intuliſtis itē raptū,aut claudū,vel languidum, & obtuliſtis munus: ″acceptabóne illud de manu veſtra,dicit Iehouáh?

14 Maledict⁹ autē doloſus,in cuius grege eſt ′maſculus, & quum vouerit,immolat corruptum ipſi Iehouæ:quia Rex maximus ego,dicit Iehouáh exercituum, & nomen meum formidabile *erit* inter Gentes.

Cap. II.

Sacerdotib⁹ reſipiſcere nolētib⁹ comminatur.

1 N″Vnc autem ′ad vos ″mandatum hoc,ô Sacerdotes.

2 Niſi audieritis,& niſi ″poſueritis ſuper cor vt detis gloriam nomini meo ,dicit Iehouáh exercituum , mittam in vos maledictionem,maledicámque ′benedictionibus veſtris, ′& etiam maledixi ei,quòd non ponatis ſuper cor.

3 En ego ′corrūpo vobis ſementē, ′& diſpergam ſtercus ſuper vultus veſtros,ſterc⁹ *inquam* ″ſolennitatū veſtrarū, ′& aſſumet vos ad ſe.

Eorum officium iuxta pactū Dei cum Leuitis.

4 ′Scietíſque quòd ″miſerim ad vos præceptum iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui,dicit Iehouáh exercituum.

5 Pactum meum fuit ′cum eo, ″vitæ & pacis, dedíque ea ′illi ob timorē: timuit enim me, ″& à facie nominis mei cōtritus fuit ipſe.

6 ″Lex veritatis fuit in ore eius, ′& iniquitas non eſt inuenta in labiis eius: in pace & æquitate ′ambulauit mecum, & multos reuocauit ab iniquitate.

7 Labia enim Sacerdotis ′cuſtodiunt ſcientiam, & Legem requirent ex ore eius:quia ′legatus Iehouæ exercituum eſt.

Sacerdotum peccata.

8 Vos autem receſſiſtis de via, ′offendiculo fuiſtis multis in Lege: corrupiſtis pactum ′Leuí,dicit Iehouáh exercituum.

9 Et ego quoque ′reddam vos contemptibiles & humiles omni populo,quemadmodum non cuſtodiſtis vias meas, ′& accepiſtis faciem in Lege.

In populū & Sacerdotes ducentes alienigenas.

10 Annō Pater vnus eſt omnib⁹ nobis? annō Deus vn⁹ creauit nos? cur *ergo* ″ſpernit quiſq; fratrē ſuū,violando ′pactū Patrū noſtrorū?

ſtis illud, dicit Dominus exercituum, & intuliſtis de rapinis,claudū & lāguidū,& intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra,dicit Dñs?

14 Maledict⁹ doloſus qui habet in grege ſuo maſculum , & votū faciens immolat debile Domino:quia Rex magnus ego,dicit Dominus exercituū, & nomen meum horribile in Gentibus.

Cap. II.

1 ET nunc ad vos mandatum hoc, ô Sacerdotes.

2 ‖Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor vt detis gloriam nomini meo,ait Dominus exercituū, mittam in vos egeſtatem , & maledicam benedictionibus veſtris,& maledicam illis:quoniam non poſuiſtis ſuper cor.

Leuit.26.b.14 deut.28.b.15

3 Ecce ego proiiciam vobis brachiū, & diſpergam ſuper vultum veſtrum, ſtercus ſolennitatum veſtrarum,& aſſumet vos ſecum.

4 Et ſcietis quia miſi ad vos mādatū iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui,dicit Dominus exercituum.

5 Pactum meum fuit cum eo,vitæ & pacis: & dedi ei timorē: & timuit me, & a facie nominis mei pauebat.

6 Lex veritatis fuit in ore eius,& iniquitas non eſt inuenta in labiis eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum,& multos auertit ab iniquitate.

B

7 Labia enī Sacerdotis cuſtodiēt ſciētiam,& Legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituū eſt.

8 Vos autem receſſiſtis de via,& ſcandalizaſtis plurimos in Lege : irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituum.

9 Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis,ſicut non ſeruaſtis vias meas,& accepiſtis faciem in Lege.

10 ‖Nunquid non Pater vnus omniū noſtrū? nūqd nō De⁹ vn⁹ creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrū fratrē ſuū,violās pactū Patrū veſtrorū?

Epheſ.4.a.6

Intuliſtis item והבאתם attuliſtis[vel affertis]præterea. Acceptabóne הארצה num libenter excipiam.

14 Maſculus, זכר integer.immaculatus.& abſque vllo vitio:nam mox corruptum opponit.

IN CAPVT II.

1 Nunc autem ועתה Nunc igitur. Ad verbum,Et nunc. Ad vos אליכם ſub.pertinet,vel ſpectat. Hortatur Sacerdotes ad ſuum munus,& ad religionem, vt hoſtiam mundam offerant. Mandatum hoc, המצוה הזאת præceptum iſtud.ſub.quod ſequitur de ſacrificiis ac victimis offerendis. 2 Poſueritis ſuper cor תשימו על־לב Ponere ſuper cor,vel in corde, eſt adhibere mentem, ſiue aduertere animum ad ea quæ dicuntur,aut præcipiuntur.Hebraiſmus. Benedictionibus veſtris, ברכותיכם .i.iis quæ benedictionibus meis poſſidetis.Seipſum continuò exponit. Et etiam maledixi ei, וגם ארותיה quin maledixi illi. Alii,iam autem cœpi maledicere illi.ſub.benedictioni veſtræ.ſing.pro plur.ſingulis benedictionibus veſtris.

3 Corrumpo גוער perdo.Præſ.Heb.pro fut.corrumpam.perdam.putrere faciam. Et diſpergam ſtercus וזריתי פרש .i.permittam vos affici ſummo probro & ignominia quaſi ſpargerem ſtercus ſuper faciem veſtram. Solennitatum veſtrarum, חגיכם .i.victimarum veſtrarum illegitimarum quas offerre ſoletis in ſolennitatibus veſtris magnis. Et aſſumet,&c. ונשא וגו׳ ſub.ſtercus ipſum,vt ſitis contempti & ſpreti ſicut ipſa ſunt. Alii vertunt,& feret vos ad illud.ſub.probrum iniquitas veſtra. ſiue ad illam ignominiam & dedecus.q.d.iniquitas veſtra erit cauſa probri huius. 4 Miſerim שלחתי ſub.per Moſen.

5 Cum eo, אתו .i.cum tribu Leui.q.d.Quum vltio mea in vos ſæuierit,tunc ſcietis quòd miſerim ad vos mandatum vt in officio vitā viueretis meo nomine dignam,hoc eſt vt haberetis timorem,zelum,veritatē & iuſtitiam:à me autem expectaretis vitam & pacem,iuxta pactum cum Leuitica tribu initum. Vitæ & pacis, החיים והשלום ſubaudi,pactum inquam. Illi לו Hebræi referūt hæc ad Phinees nepotem Leui,cui Deus ſanitatem corporis dederit,& longam vitam,quòd zelatus eſſet honorem Domini.vixit enim plus quàm c c c annos. Et à facie,&c. ומפני וגו׳ Hebraiſmus,propter nomen meum contritus fuit ipſe.i.corde contrito : nam occidit Zamri ſcortantem cum Madianitide,quòd videret me ignominia affici. 6 Lex veritatis תורת אמת Hebraiſmus,doctrina vera,ſancta & pura, non fucata. Quidam vertunt,Lex non ficta. Et iniquitas ועולה .i.doctrina falſa. Ambulauit mecum, הלך אתי Hebraiſmus, ſtuduit præcepta mea adimplere,ſeruando pacem & æquitatem cum proximis.

7. Cuſtodiunt ſcien. ישמרו־דעת Fut.Heb.pro præſ.cuſtodiunt cognitionem.q.d.Sacerdotum eſt callere Legem ac ſacram Scripturam, & alios illam docere. Legatus מלאך nuntius.Sicut enim legatus exponere ſolet quæ accepit à mittente ſe:ita & Sacerdos exponere ac declarare debet aliis quæ ipſe accepit à Spiritu Dei in literis Sacris.

8 Offendiculo fu.mul.in Lege: הכשלתם רבים בתורה ſcādalizaſtis multos in Lege.i.in ſacrificiis Legis.vel, impingere feciſtis quāplurimos in Legē ipſam. Leui, הלוי Hìc gētile eſt.i.pactū quod pepigit Dominus cū Leuitis,hoc eſt,nō eſtis functi vero officio Leuitarū.

9 Reddam נתתי Ad verbum,dedi. Et accepiſtis,&c. ונושאים וגו׳ & ſuſcipitis faciem in Lege ipſa.i.in ipſis ſacrificiis Legis:quia aliquorum probabant ſacrificia,aliorum reiiciebant,plus vni quàm alteri deferentes.Nam ſuſcipere,vel eleuare,ſiue extollere faciē,eſt accipere,id eſt reſpicere perſonam,quum ſcilicet huic magis fauemus,quàm illi,non ob ipſius rei,ſed perſonæ diſcrimen.

10 Spernit quiſque,&c. נבגד וגו׳ Ad verbum, ſpernemus vir fratrem ſuum. vel, præuaricabimur quiſque in fratrem ſuum.Fut.Heb. pro præſ. Pactum Patrum noſtrorum? בית אבותינו: .i.vinculum illud coniugale quod ſanctè ſeruarunt Patres noſtri.De adhæſione ac cohabitatione mutua viri & vxoris loquitur quam Dominus inſtituit Geneſ.2.d.21.

C Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini quam dilexit, habuit filiam dei alieni. 11

Diſperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrũ & diſcipulum de tabernaculis Iacob, & offerẽtem munus Domino exercituum. 12

Amos 5.f.21

Et hoc rurſum feciſtis, Operiebatis lachrymis altare Domini, flètu & mugitu, ita vt non reſpiciam vltrà ad ſacrificium, nec accipiã placabile quid de manu veſtra. 13

Et dixiſtis, Quam ob cauſam? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorẽ pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. 14

D Nónne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? Et quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. 15

Quum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael. operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituum. cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. 16

Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris: & dixiſtis, In quo eũ fecimus laborare? In eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placẽt: aut certè vbi eſt Deus iudicii? 17

Cap. III.

Pſal.131.17
matth.11.b.10
marc.1.a.5
luc.1.b.17,
& 7.d.27

ECce ego mitto Angelum meũ, & præparabit viam ante faciẽ meã: & ſtatim veniet ad templum ſuũ Dominator quem vos quæritis, & Angelus teſtamẽti quẽ vos vultis: ecce venit, dicit Dominus exercituum. 1

Et quis poterit cogitare diem aduẽtus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, 2

11 ″Spreuit Iehudáh, & abominatio facta eſt in Iשſraאél & in Ieruשſaláim: quia contaminauit Iehudáh″ſanctum Iehouæ quod″diligit,″quum in vxorem duxit filiam dei alieni.

12 ″Succîdet Iehouáh virum illum qui fecerit hoc, ″vigilantem & reſpondentem de tabernaculis Iayacób, ″& offerẽtem munus ipſi Iehouæ exercituum.

Sacrificiorum reprobatio ob violatum ab eis cõiugii fœdus.

13 ″Et hoc ſecundò facitis,″operitis lachrymis altare Iehouæ, fletu & clamore, vt nõ vltrà reſpiciam ad ſacrificium,″neque accipiam *oblationem* placentem de manu veſtra.

14 Et dixiſtis, Quare? Propterea quòd Iehouáh″teſtificatus ſit inter te & vxorem″adoleſcentiæ tuæ,″quam tu deſpexiſti, quum ipſa ſit ſocia tua, & vxor″fœderis tui.

15 Non autem vnicus *ita* fecit, & *tamen* excellentia ſpiritus fuit ei. Et quid *fecit* ″vnicus ille?″Quæſiuit ſemen Dei. cauete ergo″in ſpiritu veſtro,″& in vxorem adoleſcentiæ tuæ″ne præuariceris.

16 Si″oderit *quiſpiam*,″dimittat, dicit Iehouáh Deꝰ Iשſraאél:″at operit *quiſque* iniquitatem *quaſi* veſtimento ſuo, dicit Iehouáh exercituum. cuſtodite igitur vos in ſpiritu veſtro, & ne deſpiciatis.

17 Fatigaſtis Iehouam verbis veſtris:″& dicitis, Qua in re fatigauimus eum? Dum dicitis, Omnis qui facit malum, bonus eſt in oculis Iehouæ,″& in illis ſibi placet: aut vbi eſt Deus″iudicii? Cap. III.

De Iohãne Baptiſta præcurſore & aduẽtu Chriſti.

1 E″Cce ego mitto″Legatum meum,″& verret viam ante faciem meam, & ſtatim″veniet″ad templum ſuum Dominator quem vos quæritis,″& Legatus fœderis quem vos, optatis: ecce venit, dicit Iehouáh exercituum.

2 Et quis ferre poterit″diem aduentus eius? quíſve″poterit ſtare quum apparuerit? ipſe enim tãquam ignis″cõflans,″& tanquã bo-

11 Spreuit Iehudáh, בגדה יהודה Præuaricata eſt Iehudáh. In vtroque genere eſt in hoc verſu. Sanctum Iehouæ קודש יהוה ſanctitatem Iehouæ. i. matrimonium quod ſanctificauit Dominus. Diligit, אהב Præt. Heb. pro præſ. Quum in vxorem duxit ובעל בת .i. quum mulieres colentes deos alienos, duxerunt in vxores. Alii, rem habuit cum filia, &c.

12 Succîdet יכרת .i. Exterminabit. Vigilantem & reſp. ער ועונה .i. quencunque viuentem, qui non dormiat ſomnum mortis: & eum qui reſpondere valeat vocanti, ſiue acclamanti, vel pulſanti. Alii vertunt, excitantem & reſpõdentem. & exponũt, excitantem, ſub. verba, vel diſcipulos, id eſt arguentem. magiſtrũ, ſiue præceptorem & doctorẽ ſignificat. Reſpondentem autẽ vocat diſcipulum, quòd reſpondere debeat præceptori interroganti. Et offerentem, &c. ומגיש .i. qui aliquando offerre poſſit. q. d. filios quoſque Sacerdotum.

13 Et hoc ſec. fac. וזאת שנית תעשו Fut. Heb. pro præſ. Ad verbum, Et hoc ſecunda [ſub. vice] facietis. pro facitis. i. hac re ſecundò peccatis. Primùm enim offerebant victimas illegitimas. Quidam vertunt, Hanc autem ſecundam [ſub. abominationem] facitis. Operitis כסות Eſt infinitiuus i. eſtis in cauſa vt mulieres veſtræ obruant lachrymis altare Domini. q. d. Mulieres veſtræ fuſis in magna copia lachrymis ante vel iuxta altare meum, queruntur de vobis. Neque accip. &c. ולקחת Eſt quoque infinitiuus. Ad verbum, ad accipiendum. pro, & accipiam beneplacitum. i. munus acceptabile ſiue gratum. Negatio præcedens repeti debet.

14 Teſtificatus ſit העיד nempe quòd eam non diligas. Adoleſcentiæ tuæ, נעוריך .i. quam duxiſti adoleſcens. Quam tu deſpexiſti, אשר אתה בגדת בה Ad verbum, quam tu præuaricatus es in eam. pro, in quam præuaricatus es. ſub. ducendo aliam, & eam quidem nigenam. Fœderis tui. בריתך: pacti tui. id eſt cum qua iniſti fœdus, contrahendo cum illa matrimonium.

15 Vnicus ille? האחד qui ſcilicet carebat liberis. Quæſiuit מבקש Quærebat. Particip. præſ. i. Quærebat procreare liberos iuxta ſanctam Dei inſtitutionem, vnde ſemen Dei Chriſtus deſcenderet. In ſpiritu v. ברוחכם .i. ne ſpiritu quidem fornicemini. Et in vxorem, &c. ובאשת וגו׳ Iſtud quidam iungunt præcedentibus, vt redundet ET, hoc pacto, Cauete in ſpiritu veſtro præuaricari in vxores veſtras. Gallicè dicimus, *Donnez-uous garde en uoſtre eſprit, ou cueur de faire un mauuais tour a noz femmes.* Singularem clauſulam iunxit plurali præcedẽti, more Hebraico. Ne præuariceris. אל יבגוד: Ad verbum, ne præuaricetur. tertia perſona pro ſecunda.

16 Oderit שנא ſub. vxorem ſuam. Dimittat, שלח amittat. eiiciat. ſub. illam dato libello repudii. At operit, &c. וכסה וגו׳ .i. vnuſquiſque veſtrum nititur tegere iniuriam qua vxorem affecit, retinendo eam, vt ſcilicet homines intelligant illam ab ipſo amari, quum res ſecus habeat: tegere inquam nititur quemadmodum veſtimento aliquid tegere ſolemus. Quidam illam iniuriam in vxores fuiſſe ſcribunt, quòd eas quidem reiicerent, ſed non dato libello repudii: vnde fiebat vt alteri nubere non poſſent.

17 Et dicitis, ואמרתם ſed dicitis. q. d. quòd ſi rogetis me. Et in illis, &c. ובהם וגו׳ & erga illos eſt beneuolus. Ad verbum, & in illis eſt beneplacitum. Iudicii? המשפט: .i. qui ſeuerè deberet in eos animaduertere. Verba adhuc ſunt hominum blaſphemantium in Deum & iuſtitiam eius, ſic argumentantium, Si malè agerent, animaduerteret in eos: at non animaduertit: ergo non malè agunt. In hac autem re potius laudare deberent longanimitatem Dei expectantis peccatorem vt reſipiſcat.

IN CAPVT III.

1 Ecce ego mitto הנני שולח Præſ. Heb. pro fut. Breui miſſurus ſum. vel paratus ſum mittere. Verba ſunt Chriſti reſpondentis ad interrogationem factam, Vbi eſt Deus iudicii? Legatum m. מלאכי Nuntium meum. i. præcurſorem. Qui vertunt, Angelum meum, dicunt Iohannem ita vocatum ob puritatem vitæ, & excellentiam doctrinæ. Locum iſtum etiam Iudæi de Chriſto interpretantur. Et verret ופנה & repurgabit. emundabit. i. inuitabit homines ad pœnitentiam, tollétque omnia ſcandala, vt populus dignè Chriſtum recipiat.

Veniet יבוא Chriſtus de ſe loquitur in tertia perſona. Ad templũ ſ. אל היכלו Templũ, dicebatur templũ Iehouæ. hîc autem tẽplum Chriſti dicitur, vt ſignificetur diuinitas ipſius Chriſti. Et Legatus fœ. ומלאך הברית .i. qui ſuo ſanguine nouum fœdus cõfirmaturus eſt.

2 Diem aduentus eius? יום בואו .i. tempus quo ipſe veniet. Poterit ſtare העומד Præſ. pro fut. conſiſtet. ſubſiſtet. propter afflictiones ſcilicet quæ tempore illo ſuſcitabuntur. Conflans, מצרף purgans. excoquens. i. adurens omnes ſordes, & ſcorias. Et tanquã borith ful. וכבורית מכבסים: & ſicut ſapo fullonum. i. quo vtuntur fullones ad purgandas maculas. Eſt autem בורית herba quam medici docti vocãt Radiculam, barbari Saponariam. habet autem vim abſterſiuam. Alii putant ſignificare ſaponem: quo etiam repurgantur maculæ.

rith fullonum.

De purgatione fidelium, & eorũ ſacrificiis.

3 Et ſedebit'conflans & emundans argentũ : purgabit enim filios Leui,'conflabítque eos ſicut aurum,& ſicut argentum: erúntque ipſi Iehouæ offerentes munus in iuſtitia.

4 'Et placebit ipſi Iehouæ ſacrificium Iehudáh & Ieruwſaláim ſecundum dies'ſeculi,& ſecundum annos antiquos.

De Iudicio Chriſti aduerſus impios.

5 Et accedam ad vos ad iudicium,& ero teſtis'velox in maleficos, & adulteros, & in iurãtes'mendaciter,& calumniantes mercedem mercenarii,viduæ,& pupilli,'& peruertentes *iudicium* peregrini:nec tìmuerunt me,dicit Iehouáh exercituum.

6 Ego enim Iehouáh'non muto : vos autem filii Iayacób'nõ eſtis conſumpti.

Hipocritarũ cæcitas nunquam peccata ſua agnoſcentium.

7 A diebus Patrum veſtrorum receſſiſtis ab inſtitutis meis,& non cuſtodiſtis illa:conuertimini ad me,& conuertar ad vos, dicit Iehouáh exercituum.'Et dixiſtis, In quo conuertemur?

8 Nunquid'rapere debet homo quæ ſunt Dei , quòd vos rapitis mea?'Et dixiſtis, In quo rapuimus tua? *in*'decimis &oblationibus.

9 Maledictione maledicti eſtis,'& vos mea rapitis,gens tota.

10 Afferte omnes decimas in domum'theſauri, ſíntque'eſca in domo mea,& probate me in hoc, dicit Iehouáh exercituum : ſi non aperuero vobis'cataractas cæli , '& euacuauero vobis benedictionem,'adeò vt non ſit vobis ſufficientia.

11 Et increpabo'vobis deuorantem, & non corrumpet vobis fructum terræ, nec abortiet vitis in agro,dicit Iehouáh exercituum.

12 'Beatos quoque vos dicent omnes Gẽtes : eritis enim vos terra 'deſiderabilis,dicit Iehouáh exercituum.

Blaſphemia impiorum in Deũ.

13 'Inualuerunt contra me verba veſtra,dicit Iehouáh.Et dixiſtis, Quid 'loquuti ſumus contra te?

14 Dixiſtis, 'Vanum *eſt* colere Deum, & quid emolumenti 'quòd cuſtodierimus cuſtodiã eius, & quòd ambulauerimus 'humiliter à facie Iehouæ exercituum?

15 Nunc ergo beatos dicimus ſuperbos:etiam'ædificantur facientes impietatem:'præterea tentant Deum,& liberantur.

Sermo fidelium de cura Dei erga ſeruos ſuos.

16 Tunc contrà 'loquuti ſunt timentes Iehouam quiſque ad pro-

---

& quaſi herba fullonum.

3 Et ſedebit conflans & emũdans argentum,& purgabit filios Leui,& colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum:& erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia.

4 Et placebit Domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem, ſicut dies ſeculi,& ſicut anni antiqui.

5 Et accedam ad vos in iudicio,& ero teſtis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii,viduas &pupillos,& opprimunt peregrinũ:nec timuerunt me,dicit Dominus exercituum.

6 Ego enim Dominus,&non mutor: & vos filii Iacob non eſtis cõſumpti.

7 A diebus enim Patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis,& non cuſtodiſtis: |reuertimini ad me, &reuertar ad vos,dicit Dominus exercituũ, Et dixiſtis,In quo reuertemur? Zachar.1.a.3

8 Si affliget homo Deũ,quia vos cõfigitis me? Et dixiſtis, In quo cõfiximus te? In decimis & in primitiis.

9 Et in penuria vos maledicti eſtis,& me vos configitis gens tota. C

10 Inferte omnẽ decimam in horreũ, & ſit cibus in domo mea , & probate me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cæli,& effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam.

11 Et increpabo pro vobis deuorantẽ, & non corrumpet fructum terræ veſtræ: nec erit ſterilis vinea in agro,dicit Dominus exercituum.

12 Et beatos vos dicent omnes Gentes:eritis enim vos terra deſiderabilis dicit Dominus exercituum.

13 |Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus . Et dixiſtis, Quid loquuti ſumus contra te? Iob 21.b.14

14 Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius,& quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? D

15 Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes:ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem,&tentauerunt Deum,& ſalui facti ſunt.

16 Tunc loquuti ſunt timentes Do-

---

3 Conflans מצרף excoquens.i.excoquendo repurgans. Conflabítque וזקק colabítque.vel fundet.

4 Et placebit וערבה Ad verbum,Et dulceſcet.vel,dulce erit.i.gratum. Seculi, עולם .i.priſcos.hoc eſt,ſicut olim & antea temporibus Patriarcharum. 5 Velox ממהר promptus.feſtinans. Mendaciter, לשקר Ad verbum,ad mendacium. Et peruertentes *iud*.pereg. ומטי־גר Ad verbum,& peruertentes peregrinum.

6 Nõ muto: לא שניתי ſub.ſententiã. Alii nõ mutor.i.nõ ſoleo mutari.q.d.Cõminatio mea firma eſt,& verax,impleo quæ dixi.vel,Nolite dubitare de duplici illo aduẽtu: id enim adimplebitur:ſiquidem ego nõ muto ſententiã,ſed ſto promiſſis,quemadmodũ vos hactenus beneficio meo ac clemẽtia mea ſeruati eſtis,& non periiſtis. Nõ eſtis conſum. : לא כליתם ſub.ſed mea miſericordia vſque ad hæc tẽpora ſeruati. 8 Rapere debet homo,&c. היקבע אדם וגו' ſpoliare debet homo Deũ,quòd vos me ſpoliatis? Dicit Dominus ſua,quæ ſunt ſuorum miniſtrorum ſtrenuè officio ſuo fungentium. Et dixiſtis,&c. ואמרתם וגו' Quidam vertunt per futurum,nonnulli per præſens,vt etiam ſequens verbũ,Sed dicetis,Quo ſpoliamus[vel,ſpoliare ſolemus]te? Decimis,&c. המעשר וגו' Ad verbum,decima & eleuatione.i.oblatione:quòd oblatio eleuaretur.i.decimis & primitiis quibus alebantur Leuitæ & Sacerdotes.

9 Et vos mea rap. ואותי אתם קובעים & vos me ſpoliatis. Quidã E T exponũt S I C V T q.d. Maledictio cauſa eſt famis & inopiæ,& penuriæ, imbris & pluuiæ(vt paulo poſt dicitur)ô vos vniuerſi.alia peccata prædicta non admittuntur ab omnibus:hoc autem ab omnibus vobis.

10 Theſauri, האוצר horrei.i. ad horreum meum,q.d. Ad locum deputatum excipiendis decimis. Eſca טרף victus.i. quibus alantur Sacerdotes mei. Cataractas את ארובות feneſtras.i.demiſero vobis imbrem in magna copia.Hebraiſmus. Et euacuauero והריקותי. i.effudero in magna copia:hoc eſt,immiſero,ac largitus fuero vobis abundantiam omnium bonorum. Adeò vt non,&c. עד־בלי־די: Ad verbum,vſque ad non ſufficientiam.ſub.vaſorum & horreorum.i.adeò vt non ſint vobis ſufficentia vaſa & horrea.

11 Vobis לכם .i.in gratiam veſtram.q.d.Præcipiam locuſtis vt non perdant fructus terræ veſtræ.

12 Beatos quoque vos di. ואשרו Ad verbum,Et beabunt.vel,beatificabunt. Deſiderabilis, חפץ Ad verbum,beneplaciti.i.eritis homines habitantes regionem fertiliſſimam & amœniſſimam.

13 Inualuerunt,&c. חזקו וגו' Hebraiſmus,Magis ac magis malè & ſiniſtrè de me loquimini. vel,ſoletis obloqui mihi.In hũc ſenſum exponi debet verbum נדברנו,quod in ea coniugatione aſſiduitatem ſignificat,& conſuetudinem obloquendi.

14 Vanum *eſt* שוא Fruſtra *eſt*.ſiue Fruſtraneum. Quòd cuſtod.cuſto. e. כי שמרנו משמרתו ſi cuſtodierimus cuſtodiam eius?.i.adimpleuerimus præcepta eius quæ cuſtodire præcepit nobis? Humiliter קדורנית Ad verbum,obſcurè.i.cum quadam triſtitia vultus.

15 AEdificantur נבנו Præt.Heb.pro præſ.ædificantur,ſub.à Deo.i.ſumma fœlicitate fruuntur in hoc mundo. Præterea,&c. גם בחנו אלהים וגו' Præterita Heb.pro præſ.præterea tentant Deum,& liberantur,vel ſeruantur.i.non pereunt.

16 Loquuti ſunt נדברו.i.loqui ſoliti ſunt,vt paulo antè verſu 13.Comparat verba impiorum verbis piorum.

minũ vnuſquiſque cũ proximo ſuo: & attẽdit Dñs, & audiuit: & ſcriptus eſt liber monimenti corã eo timentibus Dominũ, & cogitãtibus nomen eius.

17 Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculiũ: & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi.

18 Et conuertemini, & videbitis quid ſit inter iuſtũ & impium, & inter ſeruientem Deo & non ſeruientem ei.

Cap. IIII.

1 ECce enim dies veniet ſuccẽſa quaſi caminus: & erunt õnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inſlammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen.

Luc.1.g.78 2 |Et orietur vobis timẽtibus nomẽ meum, Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pẽnis eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento.

3 Et calcabitis impios quum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. B

Exod.20.a.3 4 |Memẽtote Legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnẽ Iſrael, præcepta & iudicia.

Matth.17.b.14 marc.9.c.11 luc.1.b.16. 5 |Ecce ego mittã vobis Eliam Prophetam, antequã veniat dies Domini magnus & horribilis.

6 Et conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

ximum ſuum: "& attendit Iehouáh, & audiuit: ſcriptúſq; eſt "liber memoriæ corã eo timẽtibus Iehouam, "& cogitãtibus nomẽ eius.

17 Erúntque mihi (dicit Iehouáh exercituum) in die "qua ego facio, "*in* peculium: & parcam eis quemadmodum parcit quis filio ſuo "ſeruienti ſibi.

Peculium Dei. Parcit Deus.

18 Et conuertemini, & diſcernetis inter iuſtum & impium: "inter ſeruientem Deo & eum qui non ſeruit ei.

Cap. IIII.

1 ECce enim dies illa venit, ardens tanquam clibanus: & erũt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem *ut* ſtipula: comburétque eos dies illa ventura, dicit Iehouáh exercituum, quæ non relinquet eis radicem, "neque ramum *ullum*.

De die aduẽtus Domini.

2 "Orietur autem vobis timẽtibus nomen meum Sol iuſtitiæ, "& ſanitas *erit* in alis eius: egredieminíque, "& multiplicabimini ſicut vituli ſaginarii.

3 "Et diruetis impios quum fuerint vt cinis ſub plãtis pedum veſtrorum in die qua facio, ait Iehouáh exercituum.

4 Memẽtote Legis Moשſéh ſerui mei, "cui mandaui in חHoréb ad vniuerſum Iשſraאél "ſtatuta & iudicia.

5 Ecce ego mitto vobis "אEliam Prophetã antequam veniat dies Iehouæ magnus & terribilis.

De Iohanne Baptiſta in ſpiritu Eliæ venturo.

6 "Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram "excidio.

Et attendit ויקשיב ſub. ad ea quæ loquuti ſunt impii. Liber memoriæ ספר זכרון .i. liber in quo ſcribuntur quæ quotidie geruntur. q.d. Dominus ſemper eſt memor eorum quæ pii geſſerunt in gratiam eius. Et cogitantibus ולחושבי & iis qui animo perpendunt. Alii, & in pretio habentibus. hoc eſt, in gratiam eorum qui timent Dominum, & in pretio habent magnificentiam eius.

17 Qua ego facio אשר אני עושה ſub. iudiciũ, vel mirabilia. Alii, quã facio. i. quã adducturus ſũ, hoc eſt in qua puniã improbos. In peculiũ: סגולה .i. tanquã res gratiſſima. Refertur iſtud ad principiũ verſus. Seruienti ſibi. : העובד אותו obſequenti ſibi. Quidã vertunt, inter colentẽ Deum, & eum qui non colit ipſum. Sub. & tunc non dicetis me iniuſtum eſſe. Per hæc innuit futuram reſurrectionem.

IN CAPVT IIII.

1 Neque ramum *ul.* : וענף Ad verbum, & ramum. ſubaudienda negatio præcedens. In hoc capite ampliorem deſcribit fore cognitionem qua diſcernantur pii ab impiis.

2 Orietur autem, &c. 'וזרחה וגו .i. Apparebit vobis Chriſtus qui eſt lux vera, & per quem vos iuſtificabimini, afferétque vobis omne gaudium ac omnimodam lætitiam, condonatis omnibus peccatis veſtris. Et ſanitas *erit* in alis e. ומרפא בכנפיה & medicina erit in alis eius. i. radiis. Et multiplicabimini, &c. 'ופשתם וגו atque diſſilietis [.i. diſcurſabitis huc illuc] more vitulorum ſaginatorum. Solent enim quum ſoluuntur, huc illuc præ gaudio diſcurſare. q.d. vos egrediemini ex hoc ſeculo cum ſummo gaudio ac ſumma lætitia animi.

3 Et diruetis ועסותם Et conculcabitis. hoc eſt, Tanto gaudio tunc afficiemini, quanto nunc afficeremini ſi pedibus veſtris calcaretis inimicos veſtros. q.d. Eritis tunc voti compotes: videbitis enim vltionem ac vindictam de impiis inimicis veſtris.

4 Cui mandaui אשר צויתי אותו Ad verbum, cui mandaui ei. Hebraiſmus, altero relatiuo redundante Latinis. Statuta חוקים ceremonias. legitima. 5 אEliam prophetam אליה הנביא Vide Matth. 11.b.14, & 17.b.10, vbi locus iſte explicatur.

6 Et conuertet, &c. 'והשיב וגו Locus iſte explicatur in Gloſſa noſtra ordinaria in Lucam, cap. 1.b.17. Excidio. : חרם Vide Zach. 14.c.11, annotationem de hac voce.

Liber primus Machabæorũ, Μακκαβαίων πρῶτος.

VETVS.

Cap. I.

1 Et Factum eſt, poſtquam percuſſit Alexander Philippi Macedo (qui prim⁹ regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim) Darium Regem Perſarum & Medorum:

2 Cõſtituit prælia multa, & obtinuit omniũ munitiones, & interfecit Reges terræ.

3 Et pertranſiit vſque ad fines terræ

NOVA EX GRÆCO TRALATIO.

Cap. I.

1 Poſtquam Alexãder Philippi filius, Macedo, profectus è terra Cethiim, Dariũ Regem Perſarum, Medorúmque "cecidit, "eíque in regnum ſucceſſit, quum prius regnaſſet in Græcia:

Alexandro Macedone mortuo, regnum ſuſcipit Antiochus.

2 Accidit vt idem "multa mouens bella, "expugnatis præſidiis, ac Regibus terræ interfectis,

3 Ad extremas vſque terras penetrarit, prædámque multis ex Gẽ

IN CAPVT I.

1 Cecidit, ἐπάταξε. percuſſit Darium, ac prælio commiſſo ſuperauit ac confecit. Nam Hebræis eandem vim habet verbum percutere quam Latinis cædere. Eique in reg. ſucceſ. καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ. regnauit pro eo, ſiue regnũ eius occupauit. Neque enim Alexãder alteram partem regni à Dario delatam voluit accipere, quum diceret terram ferre non poſſe duos Soles, nec vnum regnum duos Reges.

2 Multa mouens bel. συνεστήσατο πολέμους πολλούς, quũ molitus eſt, aut cõflauit multa bella. Cicero Cõparare bellum dicit, quod Græci συνίστασθαι πόλεμον. Comparatio belli, σύστασις πολέμου. Expugnatis præſid. ἐκράτησεν ὀχυρωμάτων. cœpit [aut occupauit] munitiones. id eſt loca defenſionem munita & firma.

tibus compararit,ʹac terra *denique* coram eo quieuerit.

Itaque animo factꝰ elatior, ac ſuperbior, maximas collegit vires: 4

Regionéſque populorum atqueʹRegum occupauit,ʹeáſque ſibi 5 tributarias reddidit.

Poſtea autem quum lecto decubuiſſet, ac moriendum ſibi eſſe 6 cognouiſſet:

Vocatis ſeruis ſuisʹilluſtribus, qui vnà cum eo à iuuentute edu- 7 cati fuerant, viuus adhuc regnum illis ſuumʹdiſpertiuit.

Porrò quum Alexander duodecim regnaſſet annos, ſuúmque 8 diem obiiſſet,

ʹSerui eius ſuo ſinguli loco dominatum obtinuerunt: 9

Diademáque impoſitum capiti geſtauerũt: eorúmque filii poſt 10 ipſos, multos annos eandem poteſtatem retinuerunt. ita in terra ʹmultiplicata ſunt mala.

Ex illis eſtʹorta ʹſcelerata ſtirps Antiochꝰ illuſtris, filius Antiochi 11 eius qui quumʹobſes Romæ datus fuiſſet, anno regni Græcorum centeſimo triceſimo ſeptimo regnum obtinuit.

Multi ex filiis Iſrael pactū ineūt cum Gentibus.

Temporibus illis extiterunt ex IſraelʹHomines nefarii, qui mul- 12 tis perſuaſerunt dicentes, Eamus, & cum Gentibus quæ circa nos ſunt,ʹfœdus ineamus: nam ab eo tempore quo ab illis nos diſiunximus,ʹmultis malis implicati fuimus.

Hanc illi orationem bonam arbitrati ſunt. 13

Ac plerique ex populo eam in ſententiam adducti fuerũt, ad Re- 14 gémque profecti, quibus ille dedit poteſtatem vt Gentium ʹinſtitutis ritibúſque vterentur.

Quamobrem gymnaſium Hieroſolymis ædificauerunt mo- 15 re Gentium:

Ac præputiis ſibi factis, à ſancto fœdere defecerunt, & cum Gẽ- 16 tibus coniuncti,ʹad malum patrandum ſe emancipauerunt.

Antiochus AEgyptum & Ieruſalem ſuæ ſubiicit ditioni.

ʹPorrò Antiochus conſtabilito iam ſibi regno,ʹAEgypti quoq; 17 regnum affectabat, vt duobus in regnis dominatum obtineret.

Itaque inuaſit in AEgyptum cum maximis copiis, cum carris, 18 elephantis, equitibus, & cum magna claſſe:

Regíque AEgypti Ptolemæo bellum intulit. quúmque Ptole- 19 mæusʹconſpectu eius territus fugam cepiſſet,ʹcæſique occubuiſſent multi,

& accepit ſpolia multitudinis Gẽtiũ, & ſiluit terra in conſpectu eius.

4 Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum eſt, 5 & eleuatum cor eius:

Et obtinuit Reges Gentium, & tyrannos: & facti ſunt illi in tributum.

6 Et poſt hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur:

7 Et vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute ſua, & diuiſit illis regnũ ſuum quum adhuc viueret.

8 Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus eſt:

9 Et obtinuerunt pueri eius regnũ, vnuſquiſque in loco ſuo: B

10 Et impoſuerunt omnes ſibi diademata poſt mortem eius, & filii eorũ poſt eos annis multis. & multiplicata ſunt mala in terra.

11 Et exiit ex iis radix peccatrix Antiochus illuſtris, filius Antiochi Regis qui fuerat Romæ obſes: & regnauit in anno cẽteſimo triceſimo ſeptimo regni Græcorum.

12 In diebus illis exierunt ex Iſrael filii iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes, Eamus, & diſponamus teſtamentum cũ Gentibus quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.

13 Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum.

14 Et deſtinauerunt aliqui de populo, & abierũt ad Regẽ: & dedit illis poteſtatem vt facerent iuſtitiam Gentiũ.

15 Et ædificauerunt gymnaſium in Ieroſolymis ſecundum leges Nationũ:

16 Et fecerũt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & iũcti ſunt Nationibus, & venundati ſunt vt facerent malum.

17 Et paratũ eſt regnũ in cõſpectu Antiochi, & cœpit regnare in terra AEgypti, vt regnaret ſuper duo regna.

18 Et intrauit in AEgyptũ in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copioſa nauium multitudine: C

19 Et conſtituit bellum aduerſus Ptolemæum Regem AEgypti. & veritus eſt Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.

3 Ac terra *denique* coram eo καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐνώπιον αὐτοῦ, & quieuit terra in conſpectu eius. id eſt non auſa eſt reſiſtere, ac ſe contrà mouere, eius armis territa atque oppreſſa. 5 Regum τυράννων tyrannidum, id eſt regnorum, Reges enim, olim tyranni appellabantur, quicunque rerum potiebantur. Id nomen poſtea propter immoderatam quorundam poteſtatem, in malam partem acceptum eſt. Eáſque ſibi trib. redd. ἐγένοντο αὐτῷ εἰς φόρον. fuerunt ei in tributum. i. redactæ in eius poteſtatem tributum ei penderunt.

7 Illuſtribus, qui vnà cum eo edu. τοὺς ἐνδόξους, τοὺς συνεκτρόφους αὐτοῦ. nobiles[aut gloria illuſtres]& cũ eo educatos. Sunt enim συνέκτροφοι, qui eadem educatione vſi ſunt. Diſpertiuit. διεῖλεν. diuiſit. diſtribuit regna ſingulis.

9 Serui eius παῖδες αὐτοῦ Pueri eius. Sed παῖς Græcis, vt נער Hebræis, & puer Latinis, pro ſeruo accipitur.

10 Multiplicata ſunt mal. ἐπλήθυναν κακὰ multiplicarunt ſe mala. id eſt aucta, & cumulata fuerunt

11 Scelerata ſtirps ῥίζα ἁμαρτωλὸς radix peccatrix. Antiochus ipſe improbus ac ſceleratus, ab improbo genere ortus. tametſi radix hoc loco ſignificat magis ſobolem enatam, quàm radicem ipſam producentem, qua ſignificatione ſtirps virilis dicitur. Obſes ὅμηρα obſes, ὅμηρον & ὅμηρος dicitur is qui ad fidem ſeruãdam quaſi pignus datus eſt: in priuatis rebus vas ἐγγυητὴς appellatur, & præs in re pecuniaria dicitur. 12 Homines nef. υἱοὶ παράνομοι filii iniqui. iniuſti, deſertores, aut tranſgreſſores Legis à Deo traditæ. Fœdus ineamus: διαθώμεθα διαθήκην. paciſcamur pactum, id eſt nos cum illis coniungamus. Nam huic ſententiæ opponitur verbum διαχωρίζεσθαι ſeparari ac diſiungi, qua ſtatim vſus eſt. Multis malis imp. fu. εὗρεν ἡμᾶς κακὰ πολλά, inuenerũt nos multa mala. Phraſis eſt Hebræa, pro incidimus in multa mala. 14 Gentium inſtitutis, ritib. δικαιώματα τῶν ἐθνῶν iura[aut iudicia]Gentium facerent. accipiuntur enim pro inſtitutis in religione receptis. Eſt autem hoc nomen imitatione Hebræorum vſurpatum: paulo pòſt appellat τὰ νόμιμα ritus Gentium.

16 Ad malum patrandum ſe emancip. ἐπράθησαν τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν, venditi ſunt facere malum. id eſt ſe addixerunt ac vendiderunt, obliti priſtinæ libertatis ad colendum Deum.

17 Porrò Antiochus conſtab. &c. καὶ ἡτοιμάσθη ἡ βασιλεία ἐναντίον Ἀντιόχου Et paratum[comparatum]eſt regnum coram Antiocho. i. quũ conſtitutum ac confirmatum eſſet regnum Antiocho. AEgypti quoque regnum aff. ὑπέλαβε βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου. cogitauit[ſiue animum induxit]regnũ obtinere AEgypti. Hoc enim loco ὑπολαμβάνειν ſignificat animi inductionem ad rem aliquam.

19 Conſpectu eius territ. fug. cœpiſſ. ἐνετράπη Πτολεμαῖος ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἔφυγε. reueritus eſt Ptolemæus à facie eius, & aufugit. Hoc loco verbum ἐντρέπεσθαι ſignificat timorem ac terrorẽ cum quadam auerſione, cuiuſmodi eſt eorum qui territi auerſique ſe in fugam coniiciunt. Cæſique occubuerunt multi, καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοί, ceciderunt vulnerati multi. Vulnerati, ſubſtantiuum pro adiectiuo, vt etiam Hebræis, Pſal. 69. c. 27 vulnerati tui. id imitatus author, τραυματίας dixit, quanquam Græci etiam eodem modo vſi ſunt.

20 Et comprehendit ciuitates munitas in terra AEgypti, & accepit ſpolia terræ AEgypti.

21 Et conuertit Antiochus, poſtquam percuſſit AEgyptum in centeſimo & quadrageſimo & tertio anno, & aſcendit ad Iſrael,

22 Et aſcendit Ieroſolymam in multitudine graui.

23 Et intrauit in ſanctificationem cū ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velū, & coronas, & ornamētum aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia.

24 Et accepit argentum, & aurum, & vaſa cōcupiſcibilia: & accepit theſauros occultos quos inuenit: & ſublatis omnibus abiit in terram ſuam.

D 25 Et fecit cędem hominum, & loquutus eſt in ſuperbia magna.

26 Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum:

27 Et ingemuerūt principes, & ſeniores: & iuuenes, & virgines infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierum immutata eſt.

28 Omnis maritus ſumpſit lamētum: & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant:

29 Et commota eſt terra ſuper habitātes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit confuſionem.

30 Et poſt duos annos dierū, miſit Rex principē tributorū in ciuitates Iuda, & venit Ieruſalem cū turba magna:

31 Et loquutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei.

32 Et irruit ſuper ciuitatem repentè, & percuſſit eam plaga magna: & perdidit populum multum ex Iſrael:

33 Et accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni, & deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu:

34 Et captiuas duxerunt mulieres & natos, & pecora poſſederunt:

35 Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcem:

36 Et poſuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & conualuerunt in ea.

E 37 Et poſuerunt arma, & eſcas, & congregauerunt ſpolia Ieruſalem, & repoſuerunt illic: & facti ſunt in laqueū magnum.

38 Et factum eſt hoc ad inſidias ſancti-

20 Antiochus occupatis in AEgypto munitiſſimis vrbibus,'terram AEgyptiacam deprædatus eſt.

21 Ab hac, AEgypto illata clade, reuerſus Antiochus anno centeſimo quadrageſimo tertio aduerſus Iſraelitas,

22 Et Hieroſolymam"cum ingentibus copiis aſcendit.

23 'Sanctuariúmque cum ſuperbia ingreſſus, aram illā auream abſtulit vnà cum lucifero candelabro, omníque eiuſdem apparatu, cum menſa propoſitionis,"vaſíſque libatoriis, phialis, ac peluibus aureis ad ſacrificādum inſtitutis, cū velo, coronis, aureóque quod erat in conſpectu templi, ornamento.

24 'Quibus omnibus detractum argentum aurúmque cum omnibus vaſis deſiderabilibꝰ abſtulit: prætera theſauros quos inuenit "reconditos prædatus, aſportans ſecum omnia, in terram ſuam reuerſus eſt,

25 Poſtquam cædem magnam edidiſſet, 'ſummāque in verbis ſuperbiam oſtentaſſet.

26 Quam ob rem"lamentatio in Iſrael ingens eſt orta in omnibus ipſorum locis.

27 Principes ac ſenes ingemuerunt, iuuenes atque virgines debilitati fuerunt, pulchritudo mulierum eſt immutata,

28 Omníſque ſponſus lamentatus: & quæ ſedebat in thalamo, in luctu verſata eſt.

29 Terra denique ſuper incolis ſuis cōmota fuit, & omnis domus Iacob"deformitatem induit.

30 Duobus annis pòſt, Rex in ciuitates Iuda præfectū tributi miſit, qui Hieroſolymam venit cum ingenti hominū multitudine.

31 Quúmque ciues"verbis eius pacificis, doloſè tamē agentis, fidē habuiſſent,

32 Repentè irruit in vrbem,"& maxima eam clade affecit: nam & magnum Iſraelitarum numerum interfecit:

33 Et vrbem deprædatus, eam igni ſuccendit, domóſque eius ac muros circumcirca diruit.

34 Mulieres verò cum liberis ipſarum captiuas abduxerunt, ac iumenta poſſederunt.

35 Tum vrbem Dauidis muro magno & valido munitíſque turribus extruxerunt,"eámque pro arce parauerunt.

36 In eandem etiam impoſuerūt"genus hominum ſceleratum, viróſque nefarios, qui"magnas ibi vires ſibi comparauerunt,

37 Armáque & alimenta eundem in locum comportarunt, & prædam Hieroſolymis collectam in eodem repoſuerunt.

38 Itaque"laqueus maximus, atque inſidiæ in his ſanctuario para-

Ieruſalem exuſta proprias leges condit, & Dei legem ſeruari vetat.

20 Terram AEgyp. depræd. ἔλαβε τὰ σκύλα τῆς αἰγύπτου. cepit ſpolia AEgypti, diripuit eam, atque ita victor cum præda abiit.

22 Cum ingentibus copiis ἐν ὄχλῳ βαρεῖ in turba graui, id eſt cum maxima hominum multitudine, aut militum numero.

23 Sanctuarium τὸ ἁγίασμα, ſacrarium, ſiue tabernaculum in quo Deus adorabatur. Vaſiſque libatoriis, τὰ σπονδεῖα libatoria, ad libandum inſtituta. à verbo σπένδομαι libo.

24 Quibus omnibus detractum, &c. καὶ ἐλέπτυνε πάντα, καὶ ἔλαβε τὸ ἀργύριον, Comminuit omnia, & accepit argentum. Erant enim contexta argento & auro: quæ vt detraheret, ea omnia comminuit, atque in minutas partes diſſoluit.

25 Summámque in verbis, &c. ἐλάλησε μεγάλην ὑπερηφανίαν. Loquutus eſt magnā ſuperbiā .i. iactauit ſe inſolenter aduerſus Deū Iſraelis. ſe oratione arroganti extulit. 26 Lamentatio in, &c. ἐγένετο πένθος μέγα, Fuit luctus magnus, index tantæ calamitatis importatæ. Eum ſummum omnium mœrorem declarat diſtributione adiuncta.

29 Deformitatem induit. ἐνεδύσατο αἰσχύνην. induit pudorem aut confuſionem, id eſt huiuſmodi publicum ſqualorem quo ſuū pudorem teſtabatur. 31 Verbis eius pacificis, &c, ἐλάλησε λόγους εἰρηνικοὺς ἐν δόλῳ, Loquutus eſt ſermones pacificos in dolo. Significat orationem illius fictam ac ſimulatam, ſpeciem pacis habuiſſe.

32 Et maxima eā, &c. καὶ ἐπάταξεν αὐτὴν πληγὴν μεγάλην: percuſſit eā plaga magna. Significat maximā hominū ſtragē atq; cædē factā fuiſſe.

35 Eámque pro arce, &c. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ἄκραν. & fuit eis in arcē, aut pro arce. i. pro loco munito, atque ad infeſtandū populū idoneo.

36 Genus hominū, &c. ἔθνος ἁμαρτωλὸν, gentē peccatricem .i. homines impios & improbos qui ſceleribus ac maleficiis inſignes eſſent inter omnes. Magnas ibi, &c. καὶ ἐνίσχυσαν ἐν αὐτῇ. & inualuerūt in ea. aut viribus ſe confirmarunt ac roborarunt.

38 Laqueus maximus, &c. καὶ ἐγένοντο εἰς μεγάλην παγίδα, καὶ εἰς ἔνεδρον, Et fuerunt in magnum laqueum, & inſidias ſanctuario. Significat latrones illos ita collocatos fuiſſe in ea arce vt perpetuò ad inſidiandum, rapiendum, & interficiendum parati eſſent.

tæ fuerunt, aduerſariúſque peſſimus omni tempore Iſraeli fuit cõſtitutus.

Nam & circa ſanctuarium, ſanguinem innoxium profuderunt, illúdque ʼcommacularunt:

Et propter ipſos, ciues Hieroſolymæ aufugerunt: atque ita vrbs ab alienigenis fuit habitata, & ab indigenis ſuis alienata, deſertáq; ab iis qui ex ea nati fuerunt.

Sanctuarium eius inſtar deſerti fuit deſolatum, atque ſolẽnitates in luctum ſunt conuerſæ: ſabbatha in opprobrium, & honos in contemptum adductus eſt:

ʼEt par ignominia priſtinam eius gloriam conſequuta: denique ſumma eius altitudo in lugubrem ſqualorem delapſa eſt.

Quum autem literas miſiſſet Rex ad vniuerſum regnum ſuum, vt omnes in vnum coaleſcerent populum, ſuáque ſinguli ʼinſtituta iuráque relinquerent,

Omnibus populis edicto eius parentibus,

Multi ex Iſraelitis ʼreligionem illius amplexi, ſacrificauerunt ſimulachris, & Sabbathum profanarunt.

Quinetiam Rex per legatos Hieroſolymã, & in ciuitates Iudæ libellos miſit, ʼvt leges terræ alienas ſuſciperent,

Holocauſta, ſacrificia, & libamina à ſanctuario prohiberent,

Atque vt Sabbathis ſacríſque diebus profanatis,

Sanctuarióque vnà cum ſanctis hominibus polluto,

Aras, lucos, ʼidolorum delubra extruerent, ʼſues ac pecudes impuras immolarent,

Filios ſuos relinquerent incircunciſos, animas ſuas omni immũditie abominabiles redderent, ſéque ita profanarent, vt Legem perpetua abolerent obliuione, atque omnia inſtituta iudiciáque Dei immutarent:

Quòd ſiquis nõ feciſſet iuxta edictũ Regis, pœnã mortis ſubiret.

Secũdum hæc dicta omnia ſcripſit ad vniuerſum regnum ſuũ, ʼpræfectíſque conſtitutis in omni populo,

Ciuitatibus Iudæ vt ʼoppidatim ſacrificarent, imperauit.

Porrò multi ex populo ad illos ſunt congregati, omnes vtique Legis deſertores, qui maleficia in terra committebant.

Atque in latebras, Iſraelitas cõpellebant, quocunque illi exulatum confugiſſent.

Idolũ erigit Antiochus ſuper altare Dei.

Decimo verò quinto die mẽſis Caſléu, anni centeſimi quadrageſimi quinti, ʼabominatio deſolationis ſuper altare erecta eſt.

Atque in vrbibus Iudæ circuniectis altaria extructa, in foribus ædium priuatarum vicíſque facta ſuffimenta.

ficationi, & in diabolum malum in Iſrael.

39 Et effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis, & contaminauerunt ſanctificationem.

40 Et fugerunt habitatores Ieruſalem, propter eos, & facta eſt habitatio exterorũ, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam.

41 Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius conuerſi ſunt in luctũ, ſabbatha eius in opprobriũ, honores eius in nihilum.

42 Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eiꝰ: & ſublimitas eiꝰ conuerſa eſt in luctum.

43 Et ſcripſit Rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus, vnꝰ, & relinqueret vnuſquiſq; legẽ ſuam.

44 Et conſenſerunt omnes Gentes ſecundum verbum Regis Antiochi.

45 Et multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius, & ſacrificauerunt idôlis, & coinquinauerunt Sabbathum.

46 Et miſit Rex libros per manus nũtiorum in Ieruſalem, & in omnes ciuitates Iudæ, vt ſequerentur leges Gẽtium terræ: F

47 Et prohiberẽt holocauſta & ſacrificia, & placationes fieri in tẽplo Dei:

48 Et prohiberent celebrari Sabbathũ & dies ſolennes.

49 Et iuſſit coinquinari ſancta, & ſanctum populum Iſrael:

50 Et iuſſit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes ſuillas, & pecora communia,

51 Et relinquere filios ſuos incircũciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & abominationibus, ita vt obliuiſcerentur Legẽ, & immutarent omnes iuſtificationes Dei,

52 Et quicũque non feciſſent ſecundũ verbum Regis Antiochi, morerẽtur.

53 Secũdum omnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo: & præpoſuit principes populo qui hæc fieri cogerent.

54 Et iuſſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare.

55 Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant Legẽ Domini: & fecerunt mala ſuper terram:

56 Et effugauerunt populum Iſrael in abditis, & in abſconditis fugitiuorũ locis.

57 Die quĩtadecima mẽſis Caſleu, quĩto & quadrageſimo & cẽteſimo ãno ædificauit Rex Antiochꝰ abominãdũ idolũ deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuĩtu ædificauerunt aras: G

58 Et ante ianuas domorũ, & ĩ plateis incendebant thura, & ſacrificabant.

---

39 Commacularunt: ἐμόλυναν. polluerunt. contaminarunt effuſione ſanguinis, atque omni profanatione, qua impii ac ſcelerati homines res ſacras & ſanctas violare ſolent. 42 Et par ignominia, &c. κατὰ τὴν δόξαν αὐτῆς ἐγένετο ἀτιμασμὸς αὐτῆς. iuxta gloriam eius fuit ipſius ignominia. id eſt dedecus poſterius priſtinum eius decus adæquauit.

43 Inſtituta iuráq;, τὰ νόμιμα legitima ſua. ita enim appellãtur quæ aut lege aut more in republica aliqua recepta ſunt, omnia iura tam ἄγραφα quàm ἔγγραφα. 45 Religionem illius amplexi, εὐδόκησαν τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, conſenſerunt cultui eius. id eſt cultum eius ſuperſtitioſum receperunt, ac verum Dei ſui cultum reliquerunt. λατρεία enim ſignificat cultum & honorem qui Deo debetur & præſtatur.

46 Vt leges terræ alien. &c. πορευθῆναι ὀπίσω νομίμων ἀλλοτρίων τῆς γῆς. vt irent poſt leges alienas terræ. id eſt eas obſeruarent.

50 Idolorum delubra εἰδωλεῖα, idolorũ templa. loca idolis conſecrata: cuiuſmodi ſunt delubra & ſacella. Eſt etiã εἰδωλεῖον menſa in qua carnes ſimulachris immolatæ proponebãtur. Paulus 1. Corinth. 8. c. 10, pro epulo idolorũ vſurpauit. Sues ac pecudes, &c. θύειν τὰ ὕεια καὶ κτήνη κοινά ſacrificare ſuilla [aut porcina] & pecudes cõmunes. i. immũdas. τὰ ὕεια ſunt ſacrificia porcorũ, ab ὗς ſus aut porcus. Erat autẽ ſacrificium abominabile in Lege prohibitũ, quemadmodũ cætera ex impuris animalibus oblata. 53 Præfectíſque, &c. καὶ ἐποίησεν ἐπισκόπους fecit [aut conſtituit] præfectos. Ita enim dicuntur ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπεῖν inſpicere. Hinc epiſcopi quaſi quidam inſpectores.

54 Oppidatim κατὰ πόλιν καὶ πόλιν. per ciuitatem & ciuitatem, id eſt in ſingulis ciuitatibus atque vrbibus. Sic καθ' ἡμέραν καὶ ἡμέραν, pro, quotidie, aut diebus ſingulis. Sic poſtea in hoc capite ἐν παντὶ μηνὶ καὶ μηνί in omni menſe & menſe, id eſt per menſes ſingulos.

57 Abominatio deſolationis βδέλυγμα ἐρημώσεως. Ita appellatur idolum fœdiſſimum altari impoſitum ab Antiocho. Similem fœditatem diſcipulis ſuis prædicit Chriſtus poſt ſuum diſceſſum Hieroſolymis futuram.

Et libros Legis Dei combuſſerunt igni,ſcindentes eos. 59

Et apud quēcunque inueniebantur Libri teſtamenti Domini,& quicunque obſeruabat Legem Domini, ſecundum edictum Regis trucidabant eum in virtute ſua. 60

Secundum hæc faciebant populo Iſrael qui inueniebatur in omni mēſe & menſe in ciuitatibus. 61

Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper aram quæ erat contra altare. 62

Et mulieres quæ circuncidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundum iuſſum, 63

Et ſuſpendebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui circūciderāt illos,trucidabāt. 64

Et multi de populo Iſrael definierunt apud ſe vt non mādúcarent immūda: & elegerunt magis mori, quā cibis coinquinari immundis. 65

Et noluerūt infringere Legem Dei ſanctam,& trucidati ſunt. 66

Et facta eſt ira magna ſuper populum valde. 67

Cap. II.

IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Ioannis filii Simeonis,Sacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin. 1

Et habebat filios quinque, Iohannem qui cognominabatur Gaddis: 2

Et Simonem qui cognominabatur Thaſi: 3

Et Iudam qui vocabatur Machabæus: 4

Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan qui cognominabatur Apphus. 5

Hi viderūt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ieruſalem. 6

Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei,& contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, quum datur in manibus inimicorum? 7

Sancta in manu extraneorum facta ſunt:templum eius ſicut homo ignobilis: 8

Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſūt:trucidati ſūt ſenes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. 9

Quæ gens nō hæreditauit regnum eius,& non obtinuit ſpolia eius? 10

Omnis compoſitio eius ablata eſt: quæ erat libera,facta eſt ancilla. 11

Ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra,& claritas noſtra,deſolata eſt, & coinquinauerunt ea Gentes. 12

B

Quo ergo nobis adhuc viuere? 13

Et ſcidit veſtimēta ſua Mathathias, & filii eius: & operuerunt ſe ciliciis, & planxerunt valde. 14

Et venerunt illuc qui miſſi erāt à rege Antiocho,vt cogerent eos qui cō- 15

59 Libríque Legis qui inuenti fuiſſent, concerpti atque igni concremati fuerunt:

60 Apud quencūque etiam Liber fœderis deprehenſus eſſet,aut ſiquis ″fauiſſet Legi, is edicto Regis per illorum poteſtatem morte mulctabatur.

61 Ita iſti tractabant Iſraelitas, qui per ſingulos menſes comparuiſſent in vrbibus,

62 Quinta & viceſima die menſis ſuper aram altari impoſitam ſacrificantes:

63 Mulieres autem quæ filios ſuos circuncidiſſent, interficiebant iuxta edictum Regis,

64 Infantéſque de collo ipſarum ſuſpendebant: domos eorum diripiebant,ac morte afficiebant eos qui infantes circuncidiſſent.

65 Multi tamē ex Iſraelitis ″ſe fortes præſtiterūt: ac ne īpuris veſcerētur, animos ſuos obfirmarūt, maluerúntq; mori q̄ cibis pollui,

66 ″Et ſanctum violare fœdus. itaque mors illis illata eſt,

67 ″Vindictáque magna in Iſraelem maximopere graſſata.

Cap. II.

1 TEmporibus illis ſurrexit Mattathias filius Ioannis filii Simeonis, ″ſacerdos à Ioarib,oriūdus de Ieruſalē, Modiníq; cōſedit.

Planctus Mathathiæ & filiorum eius ob deſolationē ciuitatis ſanctæ.

2 Erant autem ei quinque filii,Iohanan cognomine Gaddis,

3 Simon appellatus Thaſſi,

4 Iudas cognomento Maccabæus,

5 Eleazar Abarō cognominatus,& Ionathā cognomine Apphus.

6 Hic ″cōtumelias *Dei impias* quū vidiſſet in Iudæa & Hieroſolymis,

7 *Hei* mihi (inquit) ″quorſum ego natus ſum? *an* vt ″calamitatē populi mei, ſanctæque ciuitatis interitum videam, & illic ſedeam, dum illa,

8 Et Sāctuarium in manum hoſtium, atque alienorum traditur? viro ignobili ſimile eſt templum:

9 ″Præclara eius vaſa ″in captiuitatem ſunt aſportata: infantes eius in vicis,ac iuuenes hoſtili gladio interfecti.

10 Quæ gens ″regnum eius non occupauit,aut ſpoliis ipſius nō eſt potita?

11 Sublatus eſt omnis eius ornatus: & quæ libera erat, in ſeruitutem redacta eſt:

12 Sacráque noſtra & decus,ac gloria ſunt deſolata,atque à Gentibus profanata.

13 ″Quid ergo nobis eſt cauſæ cur adhuc in vita maneamus?

14 Simul autem Mattathias diſcidit veſtimenta ſua, & vnà ipſius filii,indutíque ciliciis,vehementer ſunt lamentati.

15 Porrò quum præfecti Regii, qui defectionem vrgebant, ſacri-

Iuſſi idolis ſacrificare recuſant.

---

60 Fauiſſet Legi συνευδόκει τῷ νόμῳ conſentiebat Legi.aut,in ea acquieſcebat. Ad verbum,complacebat.

65 Se fortes præſtiterunt: ἐκραταιώθησαν corroborati ſunt & confirmati.aut,ſe confirmarunt,ac roborarunt.

66 Et ſanctum violare fœdus. καὶ μὴ βεβηλώσωσι διαθήκην ἁγίαν. ne profanarent teſtamentum[aut fœdus]ſanctum.id eſt, polluerent ac macularent. 67 Vindictáque magna in Iſraelem,&c. καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐν ἰσραὴλ σφόδρα. & fuit ira magna in Iſrael vehementer. id eſt ſæuitia & crudelitas inimicorum.

IN CAPVT II.

1 Sacerdos à Ioarib,&c. ἱερεὺς τῶν υἱῶν ἰωαρὶβ ἀπὸ ἱερουσαλὴμ, ſacerdos filiorum Ioarib à Ieruſalem.Ego puto certum ordinē fuiſſe ſacerdotū,qui erāt Hieroſolymis. 6 Cōtumelias *Dei imp.* τὰς βλασφημίας blaſphemias.Hoc nomē ſignificat omnes cōtumelias quibus fama & exiſtimatio alicuius læditur ac violatur.Hoc autē loco probra in Deum coniecta deſignat.itaque ad declarationem addidi nomen Dei, & adiectiuum Impias. 7 Quorſum ego natus ſum? ἵνα τί τοῦτο ἐγεννήθην ἰδεῖν; vt quid[aut cur]natus ſum videre hoc?Oratio eſt hominis vehemēter dolentis,ac deplorantis conditionem vitæ ſuæ. Calamitatem populi mei, σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου, contritionem[.i.euerſionem]populi mei,ac ciuitatis. 9 Præclara eius vaſa τὰ σκεύη τῆς δόξης vaſa gloriæ.id eſt glorioſa, honorifica,& magnifica. In captiuitatem ſunt aſportata, αἰχμάλωτα ἀπήχθη, captiua ſunt abducta.ablata ab hoſtibus atque exportata.

10 Regnum eius non occup. οὐκ ἐκληρονόμησε βασιλείαν, num hæreditauit regnum?i.quaſi propriam hæreditatem cepit,& occupauit.

13 Quid ergo nobis,&c. ἵνα τί ἡμῖν ἔτι ζῆν; cur adhuc nobis viuere?id eſt, quid eſt quod nos in hac vita amplius retinere debeat? quaſi ſubuerſa religione & cultu Dei ſublato,non putet ſibi viuendum.

ficiorum curandorum cauſa in oppidum Modin veniſſent,

Cōpluréſque ex Iſraelitis ad illos acceſſiſſent: Mattathias quoque & filii eius congregati ſunt.

Tum hi qui à Rege miſſi erant, Mattathiam his verbis ſunt alloquuti, Quum tu princeps & honoratus, ac ſummus in hac ciuitate ſis, tum etiam ʹfiliis ſubnixus, & fratribus,

Primus accede nunc, & ʹmandatum Regis exequere, quemadmodum fecerunt Gentes omnes, viríque Iudæi, atque ii qui Hieroſolymis relicti ſunt: & vnà cum domo tua in amicis Regis numeraberis, túque cum filiis tuis, auro & argento, aliíſque plurimis muneribus honoraberis.

Mattathias verò reſpondit, atque magna voce dixit, Etiam ſi omnes Gētes, quæ ad regiam Antiochi domum pertinent, ei obedierint, atque à Patria religione ſua deſciuerint, illiúſque ʹmandata ſuſceperint:

Ego tamen, & filii, fratréſque mei in fœdere Patrum noſtrorum incedemus.

Propitius ſit nobis Deus, ne Legem & iudicia derelinquamus.

Neque ita edictis Regis obediemus vt à religione noſtra ad dextram, ſiniſtrámve deflectamus.

Zelus Mathathiæ pro Lege Dei.

Quúmque loquendi finem feciſſet, acceſſit vir Iudæus in conſpectu omnium: vt ſuper aram (quæ Modini erat conſtituta) iuxta regium edictum ſacrificaret.

Quem conſpicatus Mattathias, tanta ʹindignatione eſt commotus, vt neruis contremuerit, & quodam ʹanimi furore exarſerit, iudicio ſtudióque Legis permotus, atque irruens, illum ſuper aram interfecit.

Eodémque tempore præfectum Regis, homines cogentem ad ſacrificandum, interemit: aram etiam deiecit:

ʹLegem proſequutus eodem animi ardore, quo Phineas in Zābrem Salomi filium edidit.

Quúmque in oppido Mattathias magna voce exclamaſſet, Egrediatur poſt me, *inquit*, qui Legis ſtudio, amoréque affectus eſt: quíſque ʹfœdus firmum ſtabiléque eſſe vult.

Simul ipſe ac filii eius ad montes, relictis his quæ in oppido habebant, profugerunt.

Tum multi ʹiuſtitiæ iudiciíque ſtudioſi, in deſertum deſcenderunt,

Vt ibi cum vxoribus, liberis ac pecudibus ſuis degerēt, eo quòd mala in ipſis aucta, multiplicata fuiſſent.

Quum autem viris Regiis & copiis quæ erant Hieroſolymis in vrbe Dauid, nuntiatum eſſet, quoſdam qui ʹmandatum *regium* violaſſent, in latebras deſerti deſcendiſſe, permulti eos

fugerāt in ciuitatē Modin, īmolare, & accēdere thura, & à Lege Dei diſcedere.

16 Et multi de populo Iſrael cōſentiētes, acceſſerūt ad eos: ſed Mathathias & filii eius conſtanter ſteterunt.

17 Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clariſſim⁹ & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus:

18 Ergo accede prior, & fac iuſſum Regis, ſicut fecerunt omnes Gētes, & viri Iuda, & qui remanſerunt in Ieruſalem: & eris tu, & filii tui inter amicos Regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus multis.

19 Et reſpondit Mathathias, & dixit magna voce, Etſi omnes Gētes Regi Antiocho obediunt, vt diſcedāt vnuſquiſque à ſeruitute Legis Patrū ſuorum, & conſentiant mandatis eius,

20 Ego & filii mei, & fratres mei obedimus Legi Patrum noſtrorum,

21 Propiti⁹ ſit nobis De⁹: nō eſt nobis vtile relinquere Legē & iuſtitias Dei.

22 Nō audiem⁹ verba Regis Antiochi, nec ſacrificabimus, tranſgrediētes Legis noſtræ mādata, vt eam⁹ altera via. C

23 Et vt ceſſauit loqui verba hæc, acceſſit quidam Iudæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum Regis:

24 Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accēſus eſt furor eius ſecundum iudicium Legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper arā:

25 Sed & virum quē Rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tēpore, & aram deſtruxit:

26 Et zelatus eſt Legē, ſicut fecit Phinees, Zamri filio Salomi. Num. 25. b. 7

27 Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens, Omnis qui zelum habet Legis, ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me.

28 Et fugit ipſe, & filii eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant, in ciuitate.

29 Tunc deſcenderunt multi quærentes iudicium & iuſtitiam, in deſertū:

30 Et ſederunt ibi ipſi, & filii eius, & mulieres eorum, & pecora eorū: quoniam indurauerunt ſuper eos mala. D

31 Et renuntiatum eſt viris Regis, & exercitui qui erant in Ieruſalem ciuitate Dauid, quoniam diſceſſiſſent viri quidam qui diſſipauerunt mandatum Regis, in loca occulta in deſerto, &

---

17 Filiis ſubnixus & fratribus, ἐστηριγμένος ἐν υἱοῖς καὶ ἀδελφοῖς, roboratus in filiis ac fratribus. i. copia filiorum fratrúmque ſuffultus.

18 Mandatum Regis exequere, ποίησον τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, fac mandatum Regis. i. illud præſta obſequio & obedientia.

19 Mandata ſuſceperint: ᾑρετίσαντο ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ· conſenſerint eius mandatis. ea amplexæ fuerint, quaſi ſectam quandam. id eſt αἵρεσιν ſuſceperint, atque eius peruerſam religionem ſectatæ fuerint.

24 Indignatione eſt commotus, ἐζήλωσεν Id eſt ſtudio amoréque religionis permotus fuit. Fuit autem hic animi motus cum ardore indignationéque ſuſceptus. Animi furore exarſerit, ἀνήνεγκε θυμὸν, extulerit animum, aut indignationem. impetum animi indignantis ſuſceperit. Addit κατὰ κρίμα ſecundum iudicium. i. iudicio ſtudióque Legis ac religionis incitatus.

26 Legem proſequurus &c ἐζήλωσε τῷ νόμῳ zelauit Legē. id eſt Legis ſtudio amoréque affectus, atque incēſus, eam defēdit. Eſt zelus motus animi vehemens ex amore natus eorum quos ab aliis violari, aut corrumpi nolumus, ſed propriè eorum quibus alios frui nolumus.

27 Fœdus firmum ſtabileque eſſe vult. ὁ ἱστῶν τὸν νόμον. ſtatuens Legem. id eſt confirmans, & conſtabiliens. qui non vult Legem illam, & religionem aboleri, ſed conſeruari.

29 Iuſtitiæ iudiciique ſtudioſi ζητοῦντες δικαιοσύνην καὶ κρίμα quærentes [aut ſectantes] iuſtitiam ac iudicium.

31 Mandatum *regium* violaſſent, διεσκέδασαν τὴν ἐντολὴν, diſſipaſſent [ac infregiſſent] mandatum regium.

abiiſſent poſt eos multi.

Et ſtatim perrexerunt ad eos,& cōſtituerūt aduerſus eos prælium in die ſabbathorum.

Et dixerūt ad eos, Reſiſtitis & nūc adhuc?exite, & facite ſecūdum verbū regis Antiochi,& viuetis.

Et dixerunt, Non exibimus, neque faciemus verbum Regis,vt polluam⁹ diem ſabbathorum.

Et concitauerūt aduerſus eos prælium:

Et non reſponderunt eis , nec lapidē miſerunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta:

Dicētes, Moriamur ōnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erūt ſup nos cęlum & terra quòd iniuſtè perditis nos.

Et intulerūt illis bellum ſabbathis, & mortui ſunt ipſi,& vxores eorū,& filii eorum , & pecora eorū vſque ad mille animas hominum.

Et cognouit Mathathias & amici eius,& luctum habuerunt ſuper eos valde.

Et dixit vir proximo ſuo,Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerūt, & non pugnauerimus aduerſus Gentes pro animabus noſtris & Iuſtificationibus noſtris:nunc citius diſperdēt nos à terra.

E Et cogitauerunt in die illa,dicētes, Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die ſabbathorum, pugnemus aduerſus eum: & non moriemur omnes , ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis.

Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Aſidæorum fortis viribus ex Iſrael,omnis voluntarius in Lege:

Et omnes qui fugiebāt à malis, additi ſunt ad eos,& facti ſunt illis ad firmamentum.

Et collegerunt exercitū , & percuſſerunt peccatores in ira ſua , & viros iniquos in indignatione ſua: & cęteri fugerunt ad Nationes,vt euaderent.

Et circuiuit Mathathias , & amici eius,& deſtruxerunt aras:

Et circunciderunt pueros incircunciſos,quotquot inuenerunt in finibus Iſrael,in fortitudine.

Et perſequuti ſunt filios ſuperbiæ: & proſperatum eſt opus in manibus eorum:

Et obtinuerunt Legem de manibus Gentium,& de manibus Regum:& nō dederunt cornu peccatori.

Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi,& dixit filiis ſuis, Nūc

F confortata eſt ſuperbia,& caſtigatio, & tempus euerſionis, & ira indignationis.

ſunt perſequuti.

32 Qui quum deprehēſos illos, ʹvallo iacto obſediſſent,die ſabbathorumʺoppugnare eos adorti ſunt.

33 Verbis autē his illos hortabātur,ʹHactenus vobis quidem ſatis ſit:nūc prodite,atqueʹedictū Regis obſequio præſtate,vt viuatis.

34 Quibus illi reſponderunt,Minimè verò egrediemur,neque edicto Regis parebimus,vt diem Sabbathi profanemus.

Die ſabbathi pugnare nolentes interimūtur.

35 Quum autemʹprælium aduerſus illos cierent,

36 Nihil planè reſpondebant,nec lapidem in eos vllum mittebāt, nec latebras obſtruebant:

37 Sed, In ſimplicitate,aiebant,noſtra moriamur:ʹteſtimonio nobis ſunt cælum & terra quòd iniuſtè nos occidatis.

38 Itaque prælio facto,eos ſunt adorti, quo ipſi & liberi eorum, & vxores cum iumentis ad homines mille occubuerunt.

39 Quo nuntio allato, Mattathias , atque amici eius vehementer ſunt lamentati.

40 Huiuſmodíque verbis alius alium ſunt alloquuti , Si nos ita agamus,quemadmodum egerunt fratres noſtri,vtʹpro vita & religione noſtra non pugnemus,illæ iam nos de terra ſubitò exterminauerint.

41 Itaque conſtituerunt inter ſe his verbis,Quicunque hominum nos die Sabbathorum prælio adortus fuerit , cū eo pugnabimus: ne moriamur omnes,quēadmodum fratres noſtri mortui ſunt.

Conſiliū Iudæorum in defentionem ſuam aduerſus hoſtes.

42 Tum adiunxerunt ſe ad eos Aſidæi,homines ex Iſraelitis valentiſſimi viribus ,ʹomnes qui voluntate ſtudióque in Legem erant propenſi:

43 Atqueʹex illis malis profugi, ſe cum illis coniunxerunt , eíſque firmamentum attulerunt.

44 Ita collectis & comparatis copiis , ira atque indignatione incitati , homines ſceleratos nefarióſque ceciderunt: reliquis fuga ad Gentes dilapſis,vt ſaluti ſuæ conſulerent.

45 ʹCircumeuntes autem Mattathias & amici eius,diruebant aras:

46 Et pueros quos in finibus Iſraelis incircunciſos deprehendiſſent,maxima cum virtute circuncidebant:

47 ʹSuperbúmque hominum genus perſequentes,ʹbene ac proſperè rem gerebant.

48 Ita è manu Gentium,ac Regum dominatu Legem aſſeruerunt: ʹnec hominibus improbis potentiam conceſſerunt.

49 Porrò dies quibus moriendum erat Mattathiæ , appropinquarunt:is filios ſuos ita alloquutus eſt:Nunc quidem ſuperbia,& caſtigatio,ac tempus euerſionis,iráque indignationisʹvires accepit.

Moriturus Mathatias,filios Legē Dei tueri iubet exemplo Patrum.

32 Vallo iacto obſediſſ. παρενέβαλον ἐπ' αὐτοῖς, caſtra poſuerunt aduerſus illos. παρεμβάλλειν caſtrametari ſignificat, & παρεμβολὴ caſtrorū poſitio,aut exercitus caſtris munitus,atque firmatus. Oppugnare eos adorti ſunt. συνεστήσαντο πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. conſtituerunt aduerſus illos prælium.i.prælio adorti & aggreſſi ſunt.Significat enim hoc verbum ſuſceptā inſtitutámque oppugnationem atque aggreſſionē.

33 Hactenus vobis quidem ſatis ſit, ἕως τοῦ νῦν ἱκανόν· Vſque nunc ſatis.i. Vſque ad hunc diem vobis ſufficiat, veſtram vos Legem coluiſſe,atque obſeruaſſe:nunc mutanda religionis ratio eſt. Edictum Regis,&c. ποιήσατε κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. facite iuxta[aut ſecundum]ſermonem Regis.obtemperate edicto Regis. 35 Prælium,&c. ἐτάχυναν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμον, accelerarent aduerſus illos præliū. vel,prælio vrgerēt eos,ac premerent celeritate ac contentione. 37 Teſtimonio nobis ſunt. μαρτυρεῖ ἐφ' ἡμᾶς. teſtis eſt ſuper nos.aut, teſtis eſt nobis,aut de nobis innocentibus,quòd ἀκρίτως ſine iudicio,id eſt iniuſtè occidamur.

40 Pro vita & religione ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ δικαιωμάτων pro animabus ac Iuſtificationibus. i. Iudiciis præceptiſque à Deo datis, in quibus vera pietas & religio ſita eſt. 42 Omnes qui vol.&c. πᾶς ὁ ἑκουσιαζόμενος τῷ νόμῳ omnis ſua ſponte in Legē affectus. ſtudio,animo propendens in eam.aut, ſtudioſus Legis eique deditus.

43 Ex illis malis profugi, φυγαδεύοντες ἀπὸ τῶν κακῶν, fugitiui[qui profugerant,aut fuga ſe eripuerant]ex illis periculis.

45 Circumeuntes ἐκύκλωσε circuiuit.circumcirca obiuit ciuitates,& loca in quibus idola fuerant poſita.

47 Superbúmque hominum genus τοὺς υἱοὺς ὑπερηφανίας filios ſuperbiæ.id eſt homines ſuperbos. Bene ac proſp.&c. κατευοδώθη τὸ ἔργον ἐν χειρὶ αὐτῶν ſucceſſit opus in manu eorū.i.opera eorū. 48 Nec homin.&c. καὶ οὐ τῷ ἁμαρτωλῷ τὸ κέρας ἔδωκαν & peccatori cornu nō dederunt.i.eius audaciæ ac potentiæ nō ceſſerunt,vt ſuperior eſſet:ſed ei conſtanter reſtiterunt.eius violentum impetum repreſſerunt.

49 Vires accepit. ἐστηρίχθη. confirmata & roborata eſt,& inualuit.maximam vim obtinuit.

Vos igitur filii ſuſcipite ſtudium Legis, atque″animas veſtras pro″fœdere Patrum noſtrorum profundite.	50	Nunc ergo ô filii, æmulatores eſtote Legis, & date animas veſtras pro teſtamento Patrum veſtrorum.	
Reuocate in memoriam res eas quas Patres noſtri ſuis ætatibus geſſerunt: & maximam gloriã noménque ſempiternũ accipite.	51	Et mementote operum Patrũ, quæ fecerũt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.	
Abraham nónne in tentatione fidelis eſt inuentus, ídque″ei pro iuſtitia imputatum fuit?	52	¦Abraham nónne in tentatione inuentus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam?	Geneſ.22.b.9
Ioſeph tempore anguſtiæ ſuæ præceptum conſeruauit: & dominatum AEgypti obtinuit.	53	¦Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatũ: & factus eſt dominus AEgypti.	Gen.41.e.40
Phineas ille pater noſter″pro eximio Legis religioníſq; ſtudio, pactum Sacerdotii ſempiternum adeptus eſt.	54	¦Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum Sacerdotii æterni.	Num.25.e.13 eccli.45.d.28
Ioſue, quia″mandatum exequutus eſt, ″gubernator populi in Iſrael fuit conſtitutus.	55	¦Ieſus dum impleuit verbum, fact⁹ eſt dux in Iſrael.	Ioſue 1.a.2
Chaleb quum″teſtimonium conſtans *eorum quæ uiderat*, in concione dediſſet, poſſeſſionem terræ adeptus eſt.	56	¦Caleb dum teſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem.	Num.14.a.6 ioſue 14 d.13
Dauid pro mãſuetudine ſua″ſolium regni hæreditarium, ac perpetuum accepit.	57	¦Dauid in ſua miſericordia cõſequutus eſt ſedem regni in ſecula.	2.Reg.2.a.4
Elias Legẽ Dei ardentiſſimo ſtudio atque amore proſequutus, in cælum vſque ſublatus eſt.	58	¦Elias dum zelat zelum Legis, receptus eſt in cælum.	4.Reg.2.b.11
Ananias, Azarias, & Miſael, quum Deo crediſſent, ex flamma ſunt conſeruati.	59	¦Ananias, & Azarias, & Miſael, credentes liberati ſunt de flamma.	Dan.3.b.16
Et Daniel″pro integritate ſua è faucibus leonum fuit ereptus ac liberatus.	60	¦Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum.	Dan.6.f.22 G
Atque ita″per ſingulas ætates conſiderate, ac cognoſcite, nullos fuiſſe vnquam, nec eſſe, qui ſpem ſuam in Deo ponentes, debilitentur.	61	Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur.	
Neque verò edicta hominis ſcelerati metuatis, cuius gloria in ſtercora atque vermes redigetur:	62	Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, ſtercus & vermis eſt:	
Hodie extollitur, qui cras non comparebit, propterea quòd″in ſuum puluerem redierit, eiúſque cogitatio perierit.	63	Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius periit.	
Itaque filii fortes eſtote, ″vóſque viros præſtate in Lege defendenda: quoniam ex ea gloriam vobis comparabitis.	64	Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in Lege: in ipſa glorioſi eritis.	
Ecce autem Simonem fratrem veſtrum noui virum eſſe magni conſilii, quem vos omni tempore audietis: ipſe vobis erit loco patris.	65	Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir cõſilii eſt: ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater.	
Iudas verò Maccabæus qui viribus etiam à iuuentute valuit, dux militiæ veſtræ ſit: ita bellum pro populo gerentes,	66	Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuẽtute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi.	
Omnes″Legis cultores vobis adiungite, ″cauſámque populi atque iniuriam vindicate.	67	Et adducetis ad vos omnes factores Legis: & vindicate vindictam populi veſtri.	
Reddite vicem Gentibus, atque ad præcepta Legis attendite.	68	Retribuite retributionem Gẽtibus, & intendite in præceptum Legis.	

50 Animas veſtras, &c. τὰς ψυχὰς ὑμῶν δότε animas veſtras date. id eſt, exponite vitam veſtram morti pro fœdere Patrum veſtrorum. mortem oppetite. 52 Ei pro iuſtitia, &c. αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην ἐλογίσθη ei ad iuſtitiam imputatum, quòd crediderit Deo, eámque fidem ſumma obedientia declararit.

54 Pro eximio Legis religioniſque ſtudio, ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον, in zelando zelum. id eſt in ſuſcipiendo Legis ſtudio, dum eam ſingulari amore, atque animi pietate proſequutus eſt.

55 Mandatum exequutus eſt, ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, dum impleuit ſermonem. mandatum Dei, ſumma animi promptitudine præſtitit. vocationi eius paruit. Gubernator populi in Iſrael κριτὴς ἐν Ἰσραὴλ iudex in Iſrael. id eſt rector ac moderator. Iudicare enim accipitur pro adminiſtrare ac gubernare, per ſynecdochen, qua pars pro toto accipitur.

56 Teſtimonium conſtans, &c. ἐν τῷ ἐπιμαρτύρεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, in teſtificando in cœtu & conuentu. Conſtanter enim affirmauit populo quæ viderat, eúmque territum confirmauit. Hortatus enim eſt populum ad terram promiſſam ingrediendam. Ego adiunxi *eorum quæ uiderat*, ad maiorem ſententiæ declarationem. Quanquam verbum ἐπιμαρτύρεσθαι ſimpliciter accipi poteſt pro atteſtari.

57 Solium regni hæred. &c. θρόνον βασιλείας εἰς αἰῶνα αἰῶνος ἐκληρονόμησε. thronum regni in ſeculum ſeculi hæreditauit.

60 Pro integritate ſua ἐν τῇ ἁπλότητι αὐτοῦ in ſimplicitate ſua. Hebræi תום appellãt perfectionem. id eſt integritatem animi ſynceri ac veri: cuiuſmodi fuit fides Danielis qui nullo terrore ac periculo, à vero Dei cultu abduci potuit.

61 Per ſingulas æt. κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν per generationẽ & generationẽ. Forma Hebræa eſt vt ſuperiores, Per diẽ & diem, Annũ & annũ.

63 In ſuum puluerem redierit, ἐπέστρεψεν εἰς τὸν χοῦν αὐτοῦ. reuerſus eſt in puluerem ſuum. Alludit ad Pſalmum 146.a.3, Ne fidatis principibus, filio hominis in quo non eſt ſalus. Egreditur ſpiritus eius, reuertitur in terram ſuam, in die illa pereunt cogitationes eius.

64 Vóſque viros præſtate in Lege ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ νόμῳ viriliter agite. vos viros præbete. virtutem viro dignam adhibete.

67 Legis cultores ποιητὰς τοῦ νόμου factores aut effectores Legis, ac obſeruatores. Cauſámque populi atque, &c. ἐκδικήσατε ἐκδίκησιν τοῦ λαοῦ ὑμῶν vindicate vindictam populi veſtri. id eſt iniurias populo illatas vlciſcamini.

Et benedixit eos, & appoſitus eſt ad patres ſuos.	69	Tum ʹbona fauſtáque ei precatus, ʹad patres ſuos eſt aggregatus,	
Et defunctus eſt anno centeſimo & quadrageſimo ſexto: & ſepultus eſt à filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorũ in Modin, & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.	70	Anno centeſimo quadrageſimo ſexto vita defunctus. eum filii in ſepulchris patrum ſuorum ſepelierunt, eundémque omnes Iſraelitæ maximo luctu ſunt proſequuti.	
Cap. III.		Cap. III.	
ET ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo.	1	TVm in locum eius ſucceſſit Iudas cognomine Maccabæus illius filius.	Iudas Iudæis præfectus, Apollonium, & Serõ Syriæ principem interficit.
Et adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuerſi qui ſe coniunxerant patri eius, & præliabãtur prælium Iſrael cum lætitia.	2	Quem adiuuabant omnes ipſius fratres, vnà cum iis qui ſe patri eius adiunxerant, & ʹbellum pro Iſraele cum alacritate gerebãt.	
Et dilatauit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricã ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in præliis, & ꝓtegebat caſtra gladio ſuo.	3	Hic ʹgloriam populi ſui amplificabat, & thorace veluti gigas indutus, armíſque ſuis accinctꝰ bellicis, bella gerebat, caſtra gladio protegens.	
Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione.	4	Adeóque factis ſuis leoni, aut in prædam frementi leonis catulo ſimilis extitit.	
Et perſequutus eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis.	5	Nefarios inueſtigans homines eſt perſequutus, ac ſui ʹpopuli perturbatores ſuccendit flammis, & quaſi incendio quodam abſumpſit.	
Et repulſi ſunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu eius.	6	Itaque eius terrore improbi homines repreſſi fuerunt, magnoperéque perturbati omnes qui ʺiniquitatem ſectabantur: ʺſalus autem opera eius feliciter eſt procurata.	
Et exacerbabat Reges multos, & lætificabat Iacob ĩ operibꝰ ſuis, & in ſeculũ memoria eius in benedictione.	7	Multíque reges ab eodem exacerbati: Iacob vero rebus eius geſtis fuit recreatus, cuius ʺmemoria in perpetuum eſt celebranda.	
Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit irã ab Iſrael.	8	Quinetiam vrbes Iudaicas obeundo, impios ex illis expulit, atque ʹexterminauit: iram auertit ab Iſraele:	
Et nominatus eſt vſque ad nouiſſimum terræ, & congregauit pereũtes.	9	Eóſque qui perierant recolligens, nomen ſuum vſque ad extremas terræ partes propagauit.	
B Et congregauit Apollonius Gẽtes, & à Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra Iſrael.	10	Et quũ Apollonius ex Gentibus copias contraxiſſet, atque à Samaria magnũ comparaſſet exercitum, vt Iſraeli bellum inferret,	Apollonius debellatur.
Et cognouit Iudas, & exiit obuiam illi: & percuſſit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt.	11	Iudas re cognita, obuiam ei proceſſit, cladéque illata, eum interfecit: tum multi cæſi occubuerunt, cæteri ſe in fugam coniecerunt,	
Et accepit ſpolia eorum: & gladiũ Apollonii abſtulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus.	12	Quorum ſpolia adeptus Iudas, & potitus gladio Apollonii, eo ad bellum omni tempore vſus eſt.	
Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ quòd congregauit Iudas cõgregationẽ fidelium & eccleſiam ſecum,	13	Seron autẽ dux exercitus eius qui erat in Syria, quum audiuiſſet ʹ Iudam collegiſſe copias, fideléſque homines ſecum habere, qui ad bellum profecti erant:	Seron vincitur
Et ait, Faciam mihi nomen: & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cũ ipſo ſunt, qui ſpernebant verbum Regis.	14	Parabo (inquit) mihi nomen gloriámque in regno, ac Iudam cum ſociis ſuis qui ſpernunt imperium Regis, debellabo.	
Et præparauit ſe, & aſcenderũt cum	15	ʹPerrexit autem aſcendere, aſcẽdítque valido agmine impiorũ	

---

69 Bona fauſtáque eis prec. εὐλόγησεν αὐτοῖς, benedixit eis. Ad patres ſuos eſt aggregatus, προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, appoſitus ad patres ſuos. id eſt, migrauit ad patres ſuos. quæ loquẽdi forma ſignificat, nõ interitum totius hominis, ſed animi exceſſum ex hac vita in aliam meliorem. Eſt autem phraſis Hebraica, colligi ad patres, qua ſignificatur ſtatus quidam alterius vitæ, beatus fidelibus omnibus, aut contrà miſer infidelibus.

IN CAPVT III.

2 Bellum pro Iſraele cum alacritate gerebant, ἐπολέμουν τὸν πόλεμον ἰσραὴλ μετ᾽ εὐφροσύνης, bellabant bellum Iſraelis cum lætitia. id eſt animo prompto & alacri.

3 Gloriam amplificabat ἐπλάτυνε δόξαν dilatabat gloriam, & augebat.

5 Populi perturbatores ſuccendit flammis, τοὺς ταράσσοντας τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐφλόγισεν, perturbantes populum ſuum incendit flammis. id eſt quaſi incendio quodam conſumpſit. Hac enim ſimilitudine ſignificat infeſtum illius animum atque impetum aduerſus hoſtes.

6 Iniquitatem ſectabantur: οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας, operarii iniquitatis. id eſt homines iniuſtitiæ ac iniquitati dediti, improbi, ac malefici, qui iniuriis populum afficiebant. Salus feliciter eſt procurata. σωτηρία εὐοδώθη ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ſalus proſperata in manu eius. id eſt proſperè ac feliciter defenſa & tecta fuit.

7 Multique Reges ab eodem exacerbati: καὶ ἐπίκρανε βασιλεῖς πολλούς, exacerbauit Reges multos. id eſt eorum voluntatem offendit ac læſit. Memoria in perpetuum eſt celebranda. ἕως τοῦ αἰῶνος τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν. Vſque in ſeculum memoria eius in benedictionem. i. digna quæ benedicatur, omnique prædicatione celebretur. εὐλογεῖσθαι enim ſignificat prædicari, & cum laude cõmemorari.

8 Exterminauit, &c. ἐξωλόθρευσεν ἐξ αὐτῆς, diſperdidit, deleuit ex ea impios & ſceleratos homines.

13 Iudam collegiſſe copias ὅτι ἤθροισεν ἰούδας ἄθροισμα, quòd congregaſſet Iudas congregationem. id eſt, multitudinem hominum armatorum coegiſſet.

15 Perrexit autem aſcendere, καὶ προσέθετο τοῦ ἀναβῆναι, adiecit aſcendere. Hebraiſmus eſt, pro, progreſſus eſt, aut perrexit.

eum comitante vt & auxilio ei eſſent, & vindictam in Iſraelem exercerent.

16 Quúmque appropinquaſſet″vſque ad cliuum Bethoron, Iudas ei obuiam progreſſus eſt cum militibus perpaucis.

17 Qui exercitum videntes venientem ex aduerſo, ſic Iudam ſunt alloquuti, Quomodo nos tam pauci cõtra tantã & tam potẽtem hominum multitudinem acie confligere poterimus, quum præſertim″hodie inedia deficiamus?

Fiducia Iudæ in Deum.

18 Tum Iudas, Facilè eſt(inquit)tradi concludíque multos in manus paucorum: nec refert vllo modo″in conſpectu cæli ad ſeruandum, multíne an pauci adhibeantur.

19 Neque enim in multitudine, ac magnitudine virium, victoria belli ſita eſt: ″ſed è cælo *eſt* potentia.

20 Illi quidem nos aggrediuntur″maxima confuſi petulãtia, & iniuſtitia, vt nos cum vxoribus ac liberis deleant, ac deprædentur:

21 Nos verò pro vita noſtra Legibúſque noſtris dimicamus.

22 Itaque ipſe Deus eos in conſpectu noſtro planè conficiet: vos ergo nihil ab illis metuatis.

23 Hæc quum dixiſſet, repente in eos irruit: & Seron cum exercitu ſuo fuſus confectúſque eſt:

24 Quem à cliuo Bethoron vſque ad planitiem ſunt perſequuti: ceciderunt autem ex illis viri circiter octingenti, reliqui verò in terram Palæſtinorum diffugerunt.

25 Tum metus Iudæ, fratrúmque eius in Gentes circumiectas irruit:

26 Noménque eius ad Regem vſque peruenit, omnibus populis prælia Iudæ memorantibus.

Contra Lyſiam ab Antiocho exercitui præfectũ pugnare ſtatuit Iudas.

27 His auditis Rex Antiochus″ſumma indignatione exarſit: miſſíſque ducibus qui omnes regni ſui copias cõtraherent, ″exercitum validiſſimum comparauit:

28 AErarióque ſuo aperto, ſtipendium ſuis copiis in annum numerauit, eáſque paratas eſſe iuſſit ad omnem neceſſitatem.

29 Porrò quum videret pecunias theſaurorum ſuorum deficere, ac vectigales regionis eſſe perpaucos propter ſeditionem & cladem, cuius author in ea fuerat, eo quòd iura priſcis temporibus conſtituta aboleuiſſet:

30 Veritus eſt ne non(vt iam ſemel)″in ſumptus iterum, muneráque quæ antea larga manu dederat, & largitione priores Reges ſuperarat, ſufficeret.

31 Animo igitur vehementer anxius, in Perſiam proficiſcendi cõſilium cepit: vt vectigalibus earum regionum acceptis, ″maximã pecuniæ vim conficeret.

eo caſtra impiorum, fortes auxiliarii, vt facerent vindictam in filios Iſrael.

16 Et appropinquauerunt vſque ad Bethhoron: & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis.

17 Vt autem viderunt exercitum venientem ſibi obuiã, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, tam fortẽ, & nos fatigati ſumus ieiunio hodie?

C

18 Et ait Iudas, Facile eſt cõcludi multos in manu paucorum: & non eſt differentia in cõſpectu Dei cæli, liberare in multis & in paucis:

19 Quoniam non in multitudine exercitus, victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt.

20 Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci & ſuperbia, vt diſperdant nos, & vxores noſtras, & filios noſtros & vt ſpolient nos:

21 Nos verò pugnabimus pro animabus noſtris, & Legibus noſtris.

22 Et ipſe Dominus cõteret eos ante faciem noſtram: vos autem ne timueritis eos.

23 Vt ceſſauit autem loqui, inſiluit in eos ſubitò: & contritus eſt Seron, & exercitus eius in conſpectu ipſius:

24 Et perſequutus eſt eum in deſcenſu Bethhoron vſque in campum: & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philiſthiim.

25 Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido ſuper omnes Gentes in circuitu eorum:

26 Et peruenit ad Regem nomẽ eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes Gentes.

27 Vt audiuit autem Rex Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt animo: & miſit, & congregauit exercitum vniuerſi regni ſui, caſtra fortia valde:

D

28 Et aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in annum, & mandauit illis vt eſſent parati ad omnia.

29 Et vidit quòd defecit pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus.

30 Et timuit ne non haberet(vt ſemel & bis)in ſumptus & donaria, quæ dederat antè larga manu, & abundauerat ſuper Reges qui ante eũ fuerant.

31 Et conſternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Perſidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum.

16 Vſque ad cliuum Bethoron, ἕως ἀναβάσεως Βαιθωρών vſque ad aſcenſum Bethoron. Is locus editus & accliuis.

17 Hodie inedia deficiamus? ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον; diſſoluamur ieiuni hodie? Verbum ἐκλύεσθαι ſignificat virium diſſolutionem ac defectionem propter inediam, aut aliam cauſam.

18 In conſpectu cæli ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ coram cælo. Metonymia eſt, qua cælum pro Deo in eo habitante accipitur, quaſi cõtinens pro contento: non quòd Deus cælo contineatur, ſed Scriptura præcipuam ibi ſedem Maieſtatis eius eſſe ſignificat.

19 Sed è cælo *eſt* potentia. ἀλλὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἰσχύς. ſed è cælo vis ac robur. ſubaudias, exiſtit.

20 Maxima confuſi petulantia, &c. ἐν πλήθει ὕβρεως, καὶ ἀνομίας in multitudine iniuriæ ac iniquitatis. id eſt freti magnitudine virium ſuarum, quibus improbè, petulanter, iniuſtéque nos aggrediuntur. ὕβρις ſæpe accipitur pro petulantia, inſigníque iniuria, qualis in hominibus opulentis ac potentibus eſſe ſolet. Hi enim plerunque(vt ait Ariſtoteles)ſunt ὑβρισταὶ, qui opibus ſuis ad aliorũ iniurias & contumelias abutuntur. 27 Summa indignatione exarſit ὠργίσθη θυμῷ iratus eſt animo. id eſt commotus ac concitatus indignatione.

27 Exercitum validiſſ. compar. παρεμβολὴν ἰσχυρὰν σφόδρα συνήγαγε. caſtra[.i. exercitum]vehementer validũ contraxit. collegit. coegit.

30 In ſumptus iterum, &c. μὴ οὐκ ἔχῃ εἰς τὰς δαπάνας καὶ δόματα ne non haberet in expenſas & dona. id eſt ne pecunia ærarii poſſet tueri ac ſuſtinere eam largitionem qua antea vti conſueuerat.

31 Maximam pecuniæ vim conficeret. συναγαγεῖν ἀργύριον πολύ. cogeret argentum multum. magnum pecuniæ numerum compararet ad bellum gerendum ac cæteras res.

Et reliquit Lyſiam hominem nobilẽ de genere regali, ſuper negotia regia, à flumine Euphrate vſque ad flumen AEgypti:	31	Itaque reliquit Lyſiam hominẽ 'de regio genere nobilem, quẽ rerum earum quæ ad regnum pertinerent, 'curatorem cõſtituit, à flumine Euphrate vſque ad fines AEgypti,
Et vt nutriret Antiochum filium ſuum, donec rediret:	33	Curámque educãdi Antiochi filii eidem mandauit, donec ipſe reuerſus eſſet:
Et tradidit ei medium exercitum, & elephãtos: & mãdauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ieruſalem:	34	Præterea dimidiam copiarum partem & elephãtos ei tradidit, mandatáque omnium rerum, quas vellet, dedit, etiam de iis qui in Iudæa, Hieroſolymíſque agerent:
E Et vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpãdam virtutẽ Iſrael, & reliquias Ieruſalem, & auferendam memoriam eorum de loco:	35	Vt mitteret exercitũ in eos, quo potẽtiam Iſraelis, ac reliquias Hieroſolymæ euerteret atque excinderet, 'memoriámque eorum ex eo loco tolleret:
Et vt cõſtitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorũ, & ſorte diſtribueret terram eorum.	36	Et hominibus alienigenis in finibus eorum collocatis, terram ſorte diſtribueret.
Et Rex aſſũpſit partẽ exercitus reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui, anno centeſimo & quadrageſimo ſeptimo: & tranſfretauit Euphraten flumen, & perambulabat ſuperiores regiones.	37	Ipſe autem Rex accepta parte dimidia copiarum, quæ relictæ erant ab Antiochia vrbe ſua regia, profectus eſt anno centeſimo quadrageſimo ſeptimo: Euphratéque flumine trãſmiſſo, ſuperiores regiones peruadebat.
Et elegit Lyſias Ptolemęum filium Dorymini, & Nicanorẽ & Gorgiam, viros potentes ex amicis Regis.	38	Tum Lyſias delectos miſit Ptolemæum Dorymenis filium, & Nicanorem, ac Gorgiam, viros inter amicos Regis potentes:
Et miſit cũ eis quadraginta millia virorum, & ſeptẽ millia equitum, vt venirent in terram Iuda, & diſperderent eam ſecundum verbum Regis.	39	Cúmque eis quadraginta virorum millia, equitúmque ſeptem millia, vt Iudæam inuaderẽt, atque eam iuxta mandatum Regis deuaſtarent.
Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute ſua, & venerunt: & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri.	40	Itaque profecti cum omnibus copiis ſuis, in eam terram venẽrunt. qui quum prope Emmaum loco campeſtri caſtra locaſſent:
Et audierũt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in caſtra, vt acciperẽt filios Iſrael in ſeruos: & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum.	41	Mercatores eius regionis aduentu illorum audito, maximũ argenti auríque numerum in caſtra ad eos cũ ſeruis ſuis attulerunt, 'vt Iſraelitas ſeruitio ſuo addicerent: 'quibus copiæ Syriæ atque exterorum populorum ſe coniunxerunt.
F Et vidit Iudas & fratres eius quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba Regis, quæ mandauit populo facere in interitum & conſummationem:	42	Iudas autem fratréſque eius poſtquam viderunt multiplicata eſſe mala, & copias illas ſuis in finibus caſtra habere, verbáque Regis 'quibus excidium atque internecionem populi mandauerat, intellexerunt:
Et dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, Erigamus deiectionẽ populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & Sanctis noſtris.	43	Ita ſunt 'alius alium alloquuti, Erigamus hanc populi deiectionem, ac pro noſtro populo, Sacríſque noſtris dimicemus.
Et cõgregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium: & vt orarent, & peterent miſericordiam & miſerationes.	44	Et conuenit multitudo vt parata eſſet, cum ad bellum gerendum, tum etiam ad orãdum, & 'ad veniam atque miſericordiam implorandam.
Et Ieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur de natis eius: & Sanctũ cõculcabatur: & filii alienigenarum erãt in arce, ibi erat habitatio Gentium: & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara.	45	Hieroſolyma autem erat inſtar deſerti 'deſolata: neque quiſquã erat 'ex indigenis ipſius qui ingrederetur in eam, aut egrederetur: Sanctuarióq; conculcato, arx ab hominibus alienigenis occupabatur, ac Gentium erat diuerſorium: iucunditas verò è Iacob, & tibia, citharáque defecerat.

31 De regio genere nobilem ἔνδοξον καὶ ἀπὸ γένους τῆς βασιλείας honoratum [aut gloria illuſtrem] ac è genere regni, id eſt regio ortum, vt vulgò dicunt ex ſanguine regio. Curatorem conſtituit κατέλιπεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων reliquit in negotiis. id eſt præfecit negotiis ac rebus iis quæ ad Regem pertinerent. 35 Memoriámque eorum ex eo loco tolleret καὶ ἐξᾶραι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἀπὸ τοῦ τόπου, aboleret memoriam eorum ex loco. vt exterminata ea gente, euerſáque republica, illuſtre eius populi nomen deleretur.

41 Vt Iſraelitas ſeruitio ſuo addicerent, τοῦ λαβεῖν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς παῖδας, vt acciperent filios Iſrael in ſeruos. vt eos venales in ſeruilem conditionem redigerent. vt eos tanquam mancipia aliis vendere poſſent. Quibus copiæ Syriæ, &c. καὶ προσετέθησαν πρὸς αὐτοὺς 'δυνάμεις Συρίας, adiunctæ ſunt ad eos copiæ Syriæ. id eſt cum negotiatoribus regionis conſenſerunt, ac ſe coniunxerunt, vt Iudæos pretio ſeruitióque addicerent, ac eos venundarent.

'Legitur & δύναμις in ſing.

42 Quibus excidium atque internecionem, &c. οὓς ἐνετείλατο ποιῆσαι τῷ λαῷ εἰς ἀπώλειαν, καὶ συντέλειαν, quæ mandauerat facere populo in perditionem & conſummationem. id eſt mandata de exitio interitúque populi.

43 Alius alium alloquuti εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον, vnuſquiſque ad proximum. id eſt alii alios ſunt ſe cohortati ad libertatem, ac ſalutem populi defendendam. 44 Ad veniam atque miſeric. impl. αἰτῆσαι ἔλεον, καὶ οἰκτιρμούς, petere miſericordiam, & miſerationes. id eſt conuenerunt ad orandum Deum, eiúſque gratiam & miſericordiam implorandam.

45 Deſolata: ἀοίκητος inhabitata. deſerta ab habitatoribus. Ex indigenis ἐκ τῶν γεννημάτων αὐτῆς ex natis ipſius. ex ciuibus qui nati erant in ea.

Itaque congregati illi venerunt in Maſpham e regione Ieroſolymæ poſitam, propterea quòd orandi locus antea Maſphæ Iſraelitis erat conſtitutus. 46

Ibi ieiunium celebrarunt illo die induti ciliciis, & capite conſperſo cinere, ſciſſíſque veſtimentis ſuis, 47

Et expanderunt librum Legis,′quales conquirebant Gentes, vt in his effigies ſimulachrorum ſuorum pingerent. 48

Tum′veſtes ſacrificas, primitias, decimáſque attulerunt, Nazareóſque excitarunt: qui quum dies compleſſent, 49

Oratio Nazaræorum.

In cælum magna voce ita exclamarũt, Quid faciemus iſtis, aut quonam eos″expellemus? 50

Sacra tua conculcata ſunt & profanata, Sacerdotéſque tui in luctu afflictionéque verſantur. 51

′En Gẽtes ad tollendos nos congregatas: quid illæ in nos cogitant, tu noſti. 52

Quomodo poterimus′coram eis ſubſiſtere, niſi tu nobis opem tuleris? 53

Et cecinerunt tubis, atque maxima voce clamauerunt. 54

Poſtea conſtituit Iudas duces populi, tribunos, centuriones, quinquagenarios, ac decuriones. 55

Et iis qui in ædificatione domorum eſſent, aut plantatione vinearum, aut qui vxores deſpondiſſent, timidíſque domum ſuam ſingulis iuxta Legem reuerti iuſſis, 56

Caſtra mota ad Emmaum poſuit. 57

Ibi Iudas, Accingite vos (inquit) ac′fortes vos præſtate viros, manéque parati ſitis ad dimicandum cum his Gentibus quæ aduerſum nos ad excidiũ noſtrũ Sacrorúmque noſtrorũ cõuenerunt. 58

Præſtat enim nos occumbere in bello quàm calamitates gentis noſtræ & ſanctorum intueri. 59

Veruntamen′vt in cælo voluntas *eſt*, ita fiat. 60

Cap. IIII.

Inſidianti Gorgiæ occurrit Iudas.

1 PORrò Gorgias aſſumptis quinque millibus virorum, ac mille lectis equitibus, profectus eſt è caſtris noctu,

Vt irrueret in caſtra Iudæorum, &′ſubitam cladem eis inferret: qui autem′tenuerant arcem horum, duces erant. 2

Hoc vt intellexit Iudas, cum robore ſuorum properat ad cædendum exercitum Regis ad Emmaum, 3

Dum adhuc diſperſæ à caſtris abeſſent copiæ. 4

Vt ergo noctu Gorgias peruenit in caſtra Iudæorum, nec quenquam inuenit, quærebat eos in montibus:′quòd diceret illos à ſe fugere. 5

Prima verò luce Iudas in campo cum tribus virorum millibus viſus eſt: ſed quũ nec tegumenta haberẽt, nec gladios, vt volebãt: 6

Viderent autem exercitum Gentium validum ac loricatum, 7

---

46 Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antę in Iſrael.

47 Et ieiunauerunt illa die, & induerũt ſe ciliciis, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo: & diſciderunt veſtimenta ſua,

48 Et expanderũt libros Legis, de quibus ſcrutabantur Gẽtes ſimilitudinẽ ſimulachrorum ſuorum:

49 Et attulerunt ornamẽta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies:

50 Et clamauerunt voce magna in cælum, dicentes, Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus? C

51 Et Sancta tua cõculcata ſunt, & cõtaminata ſunt, & Sacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem.

52 Et ecce Nationes conuenerunt aduerſum nos, vt nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitant in nos.

53 Quomodo poterimꝰ ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu Deus adiuues nos?

54 Et tubis exclamauerunt voce magna.

55 Et poſthęc cõſtituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

56 ¶Et dixit his qui ædificabãt domos, & ſponſabant vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domum ſuam ſecundũ Legem.

Deut. 20. b. & iudic. 7. a.

57 Et mouerunt caſtra, & collocauerunt ad Auſtrum Emmaum.

58 Et ait Iudas, Accingimini, & eſtote filii potentes, & eſtote parati in mane: vt pugnetis aduerſus natiões has quæ conuenerũt aduerſus nos, diſperdere nos & Sancta noſtra:

59 Quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gẽtis noſtræ & ſanctorum.

60 Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſic fiat.

Cap. IIII.

1 ET aſſumpſit Gorgias qninque millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt caſtra nocte,

2 Vt applicarent ad caſtra Iudæorũ, & percuterent eos ſubitò: & filii qui erant ex arce, erant illis duces.

3 Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituum Regis, qui erant in Emmaum.

4 Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris.

5 Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis.

6 Et quum dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorũ tantùm: qui tegumenta & gladios non habebant vt volebant.

7 Et viderunt caſtra Gentiũ valida, &

---

48 Quales conquirebant Gentes, περὶ ὧν ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη de quibus quærebant Gentes. i. librum Legis apertum coram Deo propoſuerunt, ad declarandum Gentium contumeliam, quæ imagines idolorum ſuorum in Bibliis ſacris volebant effingere ad contemptum religionis atque Legis. 49 Veſtes ſacrificas, τὰ ἱμάτια τῆς ἱερωσύνης, veſtes Sacerdotii. i. Sacerdotales, quibus ſacerdotes induebantur ad obeunda ſacrificia. 50 Expellemus? ἀπαγάγωμεν; abducemus. amandabimus. extrudemus, ac profligabimus.

52 En Gentes ἰδοὺ τὰ ἔθνη Ecce Gentes quæ conuenerunt. aut, coierunt ad nos delendos, aut exterminandos. τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς, vt tollant nos.

58 Fortes vos præſtate viros γίνεσθε εἰς υἱοὺς δυνατοὺς ſitis in filios potentes. i. ſitis ſtrenui, ac virtute præditi.

60 Vt in cælo voluntas ὡς δ᾽ ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ, ſed vt voluntas eſt in cælo, id eſt Dei voluntas, οὕτω ποιήσει ita faciat. fiat voluntas Dei. vt is decreuit & conſtituit, ita fiat.

IN CAPVT IIII.

2 Subitam cladem eis inferret πατάξαι αὐτοὺς ἄφνω percuteret [aut cæderet] eos ſubitó. Tenuerant arcem οἱ υἱοὶ τῆς ἄκρας filii arcis. id eſt homines qui præſidio arcem tenebant. 5 Quòd diceret illos à ſe fugere. ὅτι εἶπεν, φεύγουσιν οὗτοι ἀφ᾽ ἡμῶν. quòd dicebat, Fugiunt hi à nobis. Forma loquendi Hebraica, quam ego mutare volui.

loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium.

8 Et ait Iudas viris qui ſecum erant, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis.

Exod 14.b.9

9 Memētote qualiter ſalui facti ſūt Patres noſtri in Mari rubro, quū ſequeretur eos Pharao cū exercitu multo.

B 10 Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit teſtamēti Patrum noſtrorum, & cōteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie.

11 Et ſcient omnes Gētes, quia eſt qui redimat & liberet Iſrael.

12 Et eleuauerūt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos veniētes ex aduerſo:

13 Et exierunt de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cū Iuda.

14 Et congreſſi ſunt, & contritæ ſunt Gentes: & fugerunt in campum.

15 Nouiſſimi autem omnes ceciderūt in gladio, & perſequuti ſūt eos vſque Gezeron, & vſque in cāpos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria millia virorum.

16 Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum.

17 Dixitque ad populum, Non concupiſcatis ſpolia: quia bellū contra nos eſt.

18 Et Gorgias & exercitus eius prope nos in monte: ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri.

19 Et adhuc loquēte Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte.

20 Et vidit quòd in fugā conuerſi ſunt, & ſuccenderūt caſtra. fumus enim qui videbatur, declarabat quod factū eſt.

C 21 Quibus illi cōſpectis, timuerūt valde, aſpicientes ſimul & Iudam & exercitum in campo paratum ad præliū.

22 Et fugerūt omnes in campum alienigenarum:

23 Et Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acceperunt aurum multū, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.

24 Et conuerſi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus eſt, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

25 Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa.

26 Quicunque autem alienigenarum euaſerunt, venerunt, & nuntiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant.

27 Quibus ille auditis, conſternatus a-

tum circumſeptum equitatu,″eundémque belli peritum:

Tum Iudas ſuos in hunc modum eſt alloquutus, Ne metuatis multitudinem iſtorum, neque impetum eorum formidetis.

Mementote quemadmodum Patres noſtri ſeruati fuerunt in Mari rubro, quum eos Pharao cum exercitu perſequeretur.

Nunc igitur″clamorem noſtrum in cælum attollamus, ſi quo pacto miſereatur noſtri Dominus, & fœderis cum Patribus conſtituti memor, exercitū iſtū hodie in conſpectu noſtro conficiat.

″Vt cognoſcāt ōnes Gētes eſſe, qui Iſraelē liberet, atq; cōſeruet.

Quum autem alienigenæ ſublatis oculis eos ex aduerſo venientes vidiſſent:

Ipſi è caſtris″in aciem proceſſerunt: & qui à Iuda ſtabant, ″claſſico ſignum dederunt.

Pugnáque commiſſa,″fuſæ ſunt Gētes, ac per campum fugatæ.

Gorgiam & exercitum eius in fugam adigit.

E quibus vltimis quibuſque gladio cæſis, perſequuti ſunt eas ad Gazeron vſque, & cāpos Idumææ, Azoti, & Iamniæ. cæſiſque ex eis ad tria millia virorum,

Iudas cum exercitu reuerſus à perſequendis fugientibus,

Populum ſuum ſic alloquutus eſt, ″Ne vos ſpoliorū capiat cupido: quia″aduerſa nobis adhuc acies inſtructa eſt:

Ac Georgias in monte prope nos eſt cum exercitu: ſed nūc ſtate contra inimicos noſtros, atque″eos debellate, vt poſtea ″ſecuri liberíque ſpolia legatis.

Hæc adhuc dicēte Iuda, pars quædā″ſe viſa eſt è mōte oſtēdere.

Qui vt viderunt in fugam verſos eſſe ſuos, & milites *Iudæ* caſtra ſuccendere (fumus enim qui conſpiciebatur, quid accidiſſet indicabat.)

Territi ſunt vehementer, & exercitum Iudæ in campo″ſtantem in procinctu conſpicati,

In terram alienigenarum aufugerunt.

Iudas autem reuerſus″ad deprædanda caſtra, magnam vim auri atque argēti, præterea hyacinthina, marinámque purpuram, & ſummam opulentiam adeptus eſt.

Ita re geſta reuerſi,″laudes Dei in cælū efferebant, eúmque prædicabant Quoniam bonus, quoniam in ſeculū miſericordia eius.

Magna ſanè eo die ſalus Iſraeli parta eſt.

Quicunque verò alienigenarum euaſerant, quum ad Lyſiā veniſſent, omnia ei vt erant geſta, nuntiauerunt.

Quibus ille auditis,″conſternatus deſpondebat animum, quia

7 Eundémque belli peritum καὶ οὗτοι διδακτοὶ πολέμου, hique docti belli, id eſt periti rei militaris, in eáque verſati atque exercitati. qui ſcientiam & vſum armorum haberent. 10 Clamorem noſtrum in cælum attol. βοήσωμεν εἰς τὸν οὐρανὸν clamemus in cælum. id eſt ad Deum, qui eſt in cælo. De hac figura formáque loquendi antea dictum eſt.

11 Vt cognoſcant omnes Gentes καὶ γνώσονται πάντα τὰ ἔθνη, & cognoſcent omnes Gentes, eſſe liberatorem ac ſeruatorem Iſraelis.

13 In aciem proceſſ. ἐξῆλθον ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς πόλεμον egreſſi ſunt è caſtris ad bellum. id eſt prodierunt ad prælium committendum, ad confligendum. Claſſico ſignum dederunt ἐσάλπισαν tuba cecinerunt. pugnæ ſignum dederunt. Ea enim ſignificatio ad incitandos militū animos eſt inſtituta. 14 Fuſæ ſunt Gētes, συνετρίβησαν τὰ ἔθνη cōtritæ. aut acciſæ: vt fit in magna ſtrage & clade, in qua homines cæduntur ac conficiuntur. 17 Ne vos ſpol. cap. cup. μὴ ἐπιθυμήσητε τῶν σκύλων, Ne concupiſcatis, & appetatis ſpolia. Aduerſa nobis adhuc, &c. πόλεμος ἐξ ἐναντίας ἡμῶν bellum contra nos. id eſt à fronte nobis obiectum. quod nobis eſt ſubeūdum & conficiendū.

18 Eos debellate πολεμήσατε αὐτοὺς pro ἐκπολεμήσατε, conficite. expugnate. bello ſuperate. Securi liberique μετὰ παῤῥησίας cum libertate, μετὰ τῆς ἀσφαλείας cum ſecuritate. ſoluti & vacui omni metu periculi.

19 Se viſa eſt è monte oſtendere ὤφθη ἐκκύπτον ἐκ τοῦ ὄρους, apparuit proſpiciens è monte. aut, exerens, vel proferens ſe è monte. Hoc enim ſignificat ἐκκύπτειν. 21 Stantem in procinctu ἑτοίμην εἰς παράταξιν paratū ad pugnam. Hoc enim ſignificat παράταξις aciem inſtructam & paratam ad pugnandum: & verbum παρατάττεσθαι exercitum ordinare, atque inſtruere ad pugnam.

23 Ad deprædanda caſt. ἐπὶ τὴν σκυλείαν τῆς παρεμβολῆς ad prædam caſtrorum. ad ſpolium caſtrorum,

24 Laudes Dei in cælum efferebant, ὕμνουν καὶ εὐλόγουν εἰς οὐρανὸν laudabant & benedicebant in cælum. id eſt prædicatione ac laude Deum extollebant. ὕμνος enim laudationem ſignificat eam quæ Deo debetur, ac tribuitur: εὐλογεῖν verò prædicare & laudibus celebrare, verti poteſt. In hoc cantico gratulatorio vſurpabant verſum Pſalmorum Iſraelitis vſitatum in laude Dei & gratiarum actione, Confitemini Domino, Quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. 27 Conſternatus deſp. ani. συνεχύθη καὶ ἠθύμει, Confuſus eſt, & animo deficiebat. His verbis ſummā animi perturbationem cōſternationémque ſignificat in re inopinata. ἀθυμεῖν eſt animo deiici, ac debilitari, quum quis deſperat, aut ita affectus eſt vt animum non poſſit extollere: cui verbo contrarium eſt εὐθυμεῖν, bono eſſe animo, & fidēti.

non qualia voluiſſet ipſe, obtigerant hæc Iſraeli, nec ſicut Rex ei mandauerat, obuenerant.

Iudæam inuadit Lyſias, quem & debellat Iudas.

Quare ſubſequenti anno idem Lyſias contraxit lectorum peditū ſexaginta millia, & equitū quinque millia, vt his copiis Hieroſolymam expugnaret.

Venerunt autem in Idumæam: & quum caſtra poſuiſſent ad Bethſura, occurrit illis Iudas cum decem virorum millibus.

Validúmque conſpicatus exercitum, orās ita loquutus eſt, 'Prædicādus es Seruator Iſraelis, qui in manu Dauidis ſerui tui impetum potentis 'infregiſti, & exercitum Gentium exterarum Ionathæ Saulis filio, armigeróque eius in manus tradidiſti.

Has quoque copias conclude in manus populi tui Iſraelis, 'vt eas virium ſuarum equitatúſque pudeat.

Immitte eis formidinem, audaciámque roboris ipſorum 'labefacias, vt contritione ſua percellantur.

proſterne eos gladio diligentiū te: ac laudibus te celebrēt omnes quibus nomen tuum notum eſt.

Tum prælio commiſſo, ad quinque millia virorum de exercitu Lyſiæ occubuerunt: cæteri omnes coram illis fuſi ſunt.

Lyſias autem poſtquam vidit aciem ſuorum in fugam verſam, & exercitus ipſius Iudæ audaciam, quòd ſiue ad viuēdum, ſiue ad moriendum fortiter paratus eſſet, Antiochiam reuerſus, peregrinos milites colligebat, atque 'exercitu ad priorem numerum refecto, cogitabat cum eo ſupplemento iterum Iudæam inuadere.

Iudas templum purificat, & altare dedicat.

Iudas verò & fratres eius dixerunt, Ecce profligati ſunt hoſtes noſtri: aſcendamus 'ad expianda Sacra, ac renouanda.

Totíſque caſtris congregati, in montem Sion aſcenderunt.

Tum viderunt Sāctuarium deſolatum, atque altare profanatum, tum etiā portas exuſtas, 'virgultáq; quaſi in ſaltu, aut mōte quopiam enata, 'ædiculáſque Sacerdotum dirutas.

Itaque ſciſſis veſtimentis ſuis lamentationem magnam ediderunt, & capite ſuo puluere conſperſo,

Proni in faciem terrámque prociderunt, ac 'tubis quibus ſigna dantur, cecinerunt, atque in cælum clamorem ſuum extulerunt.

Tum Iudas conſtitutis viris qui depugnarent aduerſus eos qui arcem tenebant, quoad Sacra luſtrata eſſent:

Sacerdotes 'iculpatos ac Legis ſtudioſos, luſtrādis iiſdē delegit:

Hi quum Sancta purgaſſent, ac 'lapides pollutos in locum profanum extuliſſent,

. De altari holocauſti profanato deliberātibus, quid illo facerēt,

Bonum incidit conſilium diruendi illud, nequando eſſet ipſis opprobrio, quòd Gētes illud polluiſſēt. quāobrē altare demoliti,

animo deficiebat: quòd nō qualia voluit, talia contigerūt in Iſrael, & qualia mandauit Rex.

28 Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorū electorum ſexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos.

29 Et venerūt in Iudæam, & caſtra poſuerunt in Bethhoron, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris.

30 Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit, Benedictus es Saluator Iſrael, |qui contriuiſti impetum potētis in manu ſerui tui Dauid, |& tradidiſti caſtra alienigenarū in manu Ionathæ filii Saul, & armigeri eius. D 1. Reg. 17. f. 50 1. Reg. 14. b. 13

31 Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael, & cōfundatur in exercitu ſuo & equitibus.

32 Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & cōmoueantur contritione ſua.

33 Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent |te omnes qui nouerūt nomen tuum in hymnis.

34 Et commiſerunt prælium, & ceciderūt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum.

35 Videns autem Lyſias fugam ſuorū & Iudæorum audaciam, & quòd parati ſunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rurſus venirēt in Iudæā.

36 Dixit autem Iudas, & fratres eius, Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcēdamus nunc mundare Sancta, & renouare

37 Et cōgregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion. B

38 Et viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum, & portas exuſtas, & in atriis virgulta nata, ſicut in ſaltu vel in montibus, & paſtophoria diruta.

39 Et ſciderunt veſtimenta ſua, & plāxerunt plāctu magno, & impoſuerūt cinerem ſuper caput ſuum:

40 Et ceciderūt in faciem ſuper terrā, & exclamauerunt tubis ſignorum, & clamauerunt in cælum.

41 Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent Sancta.

42 Et elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in Lege Dei:

43 Et mūdauerūt Sancta, & tulerūt lapides cōtaminationis in locū imūdū.

44 Et cogitauit de altari holocauſtorū quod profanatū erat, qd de eo faceret:

45 Et incidit illis conſiliū bonū, vt deſtruerēt illud: ne fortè illis eſſet in opprobriū, quia contaminauerunt illud Gentes. & demoliti ſunt illud.

---

30 Prædicandus es εὐλογητὸς εἶ, benedictus. id eſt laudādus, quod verbum ſæpe occurrit in Scripturis. Infregiſti, ὁ συντρίψας, qui cōtriuiſti impetum potentis Goliath. 31 Vt eas virium ſu. καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἐπὶ τῇ δυνάμει & confundantur in potentia ſua & in equitatu. aut pudore afficiantur in viribus ſuis quibus nunc tantopere confidunt, & his freti nos aggrediuntur.

32 Labefacias τῆξον tabefacias. aut, liquefacias, vt diffluant ſicut cera calore ignis, aut nix ardore ſolis. Ita enim Deus quum vult corda hominum audaciſſimorum immutare, ſolet eorum ferociam debilitare.

35 Exercitu ad priorem, &c. πλεονάσας τὸν γενηθέντα στρατὸν, multiplicans [aut, quum multiplicaſſet, ac ſuppleuiſſet] exercitum qui fuerat.

36 Ad expianda Sacra, ac renouanda. καθαρίσαι τὰ ἅγια καὶ ἐγκαινίσαι purgare ſacra & innouare. id eſt inſtaurare. Quod fieri ſolebat quādo erant violata, aut vitiata. Fuerat autem tum ſumma & indigna religionis profanatio, ac pollutio quæ inſtaurationem requirebat.

38 Virgultáque enata, &c. τὰ φυτὰ πεφυκότα plantas, ſtirpéſque exortas quaſi quodam in nemore. Aediculas ſacerdotum παστοφόρια tabernacula erant in quibus habitabat templi præpoſitus.

40 Tubis quibus ſigna dantur, σάλπιγξι τῶν σημασιῶν, tubis ſignorū, aut ſignificationū. id eſt quibus ſignificatio fieri ſolet. Paulus 1. Corinth. 14. b. 8, Si tuba ediderit vocem ἄδηλον, id eſt ἄσημον nihil ſignificantem, quis ad bellum præparabitur? Reſpicit enim ad hunc tubarum vſum, quibus ſignum pugnæ aut receptui dari, aut alterius rei alicuius ſignificatio fieri ſolet. 42 Inculpatos & Legis ſtudioſos ἀμώμους τοὺς θελητὰς νόμου. vacuos crimine [aut reprehenſione] & cupidos Legis. Qui erant integri, ac ſummo Legis ſtudio præditi.

43 Lapides pollutos λίθους τοῦ μιασμοῦ lapides pollutionis. id eſt contaminatos quibus Gentes impiæ aram extruxerant, tranſtulerunt in locum ἀκάθαρτον immundum ac impurum, id eſt profanum: atque ita ex loco ſacro remouerunt.

F	Et repoſuerunt lapides in mõte domus in loco apto, quoaduſque veniret Propheta, & reſponderet de eis.	46	Lapides in monte templi,″opportuno in loco depoſuerũt, donec exoriretur Propheta qui de his reſpondere poſſet.	
	Et acceperunt lapides integros ſecundum Legem, & ædificauerunt altare nouum, ſecundum illud quod fuit prius.	47	Sumptis autem lapidibus iuxta Legem integris, nouam arã extruxerunt ſecundum priorem:	
	Et ædificauerũt Sãcta, & quæ intra domum erant intrinſecus: & ędem, & atria ſanctificauerunt.	48	AEdificatóque deinde Sacrario,interiores templi partes,atriáque conſecrauerunt:	
	Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incẽſorum, & menſam in templum:	49	Præterea ſacra vaſa templi innouarunt. & candelabro, aríſque holocauſtorum,ac ſuffimentorum,mẽſáque in templum illatis,	
	Et incenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderũt lucernas, quæ ſuper cãdelabrum erant: & lucebãt in templo.	50	Adoleuerunt ſuffimenta ſuper aram:lucernis etiam in candelabro accenſis,templum illuminauerunt,	
	Et poſuerunt ſuper mẽſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera quæ fecerant.	51	Panes impoſuerunt menſæ, & vela expanderunt. abſolutis autẽ quæ inſtituerant, operibus,	
	Et ante matutinũ ſurrexerunt quinta & viceſima die menſis noni(hic eſt menſis Caſleu)centeſimi quadrageſimi octaui anni.	52	Quum mane ſurrexiſſent quinta & viceſima die noni menſis, (qui Caſleu erat)anni centeſimi quadrageſimi octaui,	
	Et obtulerunt ſacrificium ſecũdum Legem ſuper altare holocauſtorum nouum,quod fecerunt.	53	Sacrificium obtulerunt ſuper aram holocauſtorum,quam nouam extruxerant.	
G	Secundum tẽpus & ſecũdum diem in qua contaminauerunt illud Gẽtes, in ipſa renouatum eſt in cãticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.	54	Idque″opportunè eodem die,quo Gentes illam profanarant: eodem die etiam ipſa″ara eſt dedicata,adhibitis canticis, citharis, cinyris,ac cymbalis:	
	Et cécidit omnis popul⁹ in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cęlum eum qui proſperauit eis.	55	Quum populus vniuerſus″in faciem proſtratus adoraret, atque eum qui″ſucceſſus præclaros dederat,in cælum extolleret.	
	Et fecerunt dedicationẽ altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cũ lætitia, & ſacrificiũ ſalutaris & laudis.	56	Hac aræ dedicatione conſũptis octo diebus,quibus holocauſta immolarũt lætabũdi,& hoſtias ſalutis,atq; laudis ſacrificauerũt:	
	Et ornauerũt faciem tẽpli coronis aureis & ſcutulis, & dedicauerũt portas & paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas.	57	″Faciem templi exornarunt coronis,& ſcutulis,ianuáſque dedicatis portis, ac exedris indiderunt.	
	Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobrium Gẽtium.	58	Tũ lætitia in populo perquam magna exorta eſt,opprobriúmque Gentium ſublatum.	
Iohan.10.d.22	Et ſtatuit Iudas & fratres eius & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus ſuis, ab anno in annũ per dies octo,à quinta & viceſima die menſis Caſleu,cum lætitia & gaudio.	59	Iudas autem cum fratribus ſuis, totáque Iſraelis multitudine ſtatuit vt″dies aræ dedicatæ ſingulis annis celebrarentur per octo dies à quĩta & viceſima die mẽſis Caſleu cũ lætitia & voluptate.	Inſtitutio Encæniorum.
	Et ædificauerunt in tẽpore illo mõtem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, nequando venirent Gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt.	60	Eo quoque tempore montem Sion muro vndique præalto, validíſque turribus circunſtruxerunt : nequando inuadentes ea loca Gentes,ſicut antea fecerant,conculcarent.	
	Et collocauit illic exercitum,vt ſeruarent eum, & muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſuram, vt haberet populus munitionem cõtra faciem Idumææ.	61	Et copias ibi præſidii cauſa collocauerunt, eodémque firmando,Bethſuram muniuerunt,vt populus aduerſus Idumæam,locũ munitum haberet.	
	Cap.V.		Cap. V.	
	ET factum eſt, vt audierunt Gentes in circuitu quia ædificatũ eſt altare & Sanctuarium ſicut prius,iratæ ſunt valde.	1	EVenit autem,vt quum″populi Gentium circumiecti,altare ædificatum,″Sãctuariúmque inſtauratum ſicut antea fuerat,intellexiſſent,vehementer indignati fuerint:	Iudas finitimas Gẽtes Iſraelem perdere tentnates percutit, auxiliãtibus fratribus Simone & Ionatha.
	Et cogitabãt tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & perſequi.	2	Ac de Iacob excindendo, quòd inter ipſos habitaret,″conſilium ceperint: adeóque cœperunt occidere quoſdam de populo &perimere.	

46 Opportuno in loco ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ in loco apto ac idoneo. 54 Opportunè eodem die, κατὰ τὸν καιρὸν κατὰ τὴν ἡμέραν,ſecũdum tempus,& ſecundum diem. Ara eſt dedicata, ἐνεκαινίσθη altare eſt innouatum.aut,renouatum,atque inſtauratum ſed pro dedicari rectè accipitur hoc loco. 55 In faciem proſtratus adoraret, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον καὶ προσεκύνησαν, cecidit in faciem,& adorarunt. Succeſſus præclaros dederat,τὸν εὐοδώσαντα αὐτοῖς,qui bonum ſucceſſum eis dederat.qui in rebus gerendis affuerat.Hoc ſignificat εὐοδοῦν dirigere fœliciter aliquem in rebus aliquibus ſuſcipiendis & adminiſtrãdis.Propriè ſignificat commodum &proſperum iter dare alicui:ſed transfertur ad omnes actiones ac rationes vitæ ſuſcipiendas & gubernandas. Itaque ſignificat hoc verbum εὐτυχίαν proſperitatem à Deo profectam. 57 Faciem templi τὸ κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ anteriorem partem templi.

59 Dies aræ dedicatæ celebrarentur ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ, agerentur dies dedicationis.id eſt vt feſti ac ſolennes eſſent.

IN CAPVT V.

1 Populi Gentium circuniecti τὰ ἔθνη κύκλωθεν Gentes in circuitu.id eſt quæ vndique Iudææ ſunt conterminæ,ac finitimæ.populi infideles in circuitu habitantes.ὅμοροι,ἢ περίχωροι. Sanctuariúmque inſtauratum καὶ ἐνεκαινίσθη τὸ ἁγίασμα quòd renouatum,aut dedicatum Sacrarium ὡς τὸ πρότερον inſtar prioris.aut iuxta formam ac ſimilitudinem prioris.

2 Conſilium ceperint: ἐβουλεύσαντο decreuerunt. deliberarunt ἆραι τὸ γένος Ἰακὼβ tollere genus Iacob.ſemen ſtirpémque eius populi excindere atque abolere.

3 Iudas autem tum aduerſus Idumæos ab Eſau oriundos bellum gerebat ad Acrabattinem quòd Iſraelitas obſediſſēt: ″quos affecit ingenti clade,ſpoliíſque exutos compreſſit.

4 Recordatus eſt etiā malitiæ ″nationis Bæan ″quæ populo inſtar laquei fuerat & offendiculi,cui inſidias in via ponebat.

5 Hos compulſos in arces obſedit, ac″deuouit, arcéſque eorum cum omnibus qui inerant in illis, igni ſuccendit.

6 Inde ″tranſgreſſus in nationem Ammonitarū quum inueniſſet manum validam,& turbam ingētem,cuius dux erat Timotheus:

7 ″Commiſſis præliis quamplurimis,eos″præ ſe fuſos profligauit:

8 ″Captáque Gazer cum oppidulis eius,in Iudæam reuerſus eſt.

9 Quum autem Gentes quæ Galaaditidem tenebant,congregatæ eſſent aduerſus Iſraelitas,fines earū incolentes,illi″in Dathemam locum munitum confugerunt.

10 Inde literas miſerūt ad Iudam & fratres eius″in hæc verba, Gentes quæ nos circuncolunt,collectæ ad nos excindendos,

11 Venire parant: ac munitionem, in quam confugimus,capere: dux autem exercitus earum Timotheus eſt.

12 Nunc igitur ſubueniens eripe nos è manibus eorum: nam occubuerunt è nobis multi.

13 Et fratres noſtri qui in locis Tubim erant,interfecti ſunt, captis ipſorum vxoribus, liberis ac ″ſarcinis, adeóque illic circiter mille viri interempti fuerunt.

14 Quum hæ literæ adhuc legerētur, alii ecce nuntii è Galilæa venerunt ſciſſis veſtimentis,qui in eadem verba nuntiantes,

15 Dicerēt, aduerſum ſe è Ptolemaide,Tyro ac Sidone,tota alienigenarum Galilæa,″qui ſe delerent, eſſe congregatos.

16 Quod nuntium vbi Iudas & populus accepit,″concionem frequentem conuocarunt ad deliberandum quid fratribus ſuis facerent iis,qui″in calamitate verſarentur,ab illíſque oppugnarentur.

17 Tum Iudas Simonē fratrem ſuū ita eſt alloquutus, Delige tibi viros, quibuscū profectꝰ,fratres tuos qui ſunt in Galilæa,liberes: ego autem & frater meus Ionathas in Galaaditidē contendemus.

18 Ioſephum verò Zachariæ filium & Azariam duces populi cum reliquo exercitu in Iudæa″præſidio reliquit:

19 Eíſque mandata dedit″vt præeſſent populo, neque præliū cum

Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erāt in Arabathane:quia circunſedebant Iſraelitas, & percuſſit eos plaga magna.

Et recordatus eſt malitiam filiorū Bean,qui erant populo in laqueum, & in ſcandalum, inſidiantes ei in via:

Et concluſi ſunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos,& anathematizauit eos,& incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant:

Et trāſiuit ad filios Ammon, & inuenit manū fortē, & populum copioſum & Timotheum ducem ipſorum.

Et commiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum, & percuſſit eos:

Et cepit Gazer ciuitatem, & filias eius,& reuerſus eſt in Iudæam.

Et congregatæ ſunt Gētes quæ ſunt in Galaad,aduerſus Iſraelitas qui erāt in finibus eorum, vt tollerent eos: & fugerūt in Dathemam munitionem.

Et miſerūt literas ad Iudā, & fratres eius,dicētes, Cōgregatæ ſunt aduerſū nos Gētes per circuitū,vt nos auferāt: B

Et parant venire, & occupare munitionem in quam cōfugimus: & Timotheus eſt dux exercitus eorum.

Nunc ergo veni,& eripe nos de manibus eorum: quia cécidit multitudo de nobis:

Et omnes fratres noſtri qui erāt in locis Tubin, interfecti ſunt: & captiuas duxerunt vxores eorum,& natos & ſpolia,& peremerunt illic ferè mille viros.

Et adhuc epiſtolæ legebantur,& ecce alii nuntii venerunt de Galilæa cōſciſſis tunicis, nuntiantes ſecundum verba hæc,

Dicentes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolemaida,& Tyro,& Sidone:& repleta eſt omnis Galilæa alienigenis vt nos conſumant.

Vt audiuit autem Iudas & populus ſermones iſtos,conuenit Eccleſia magna cogitare quid facerent fratribus ſuis qui in tribulatione erāt,& expugnabantur ab eis.

Dixitq; Iudas Simoni fratri ſuo,Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa:ego autē & frater meꝰ Ionathas ibimus in Galaaditim.

Et reliquit Ioſephum filiū Zachariæ, & Azariam duces populi cū reſiduo exercitu in Iudæa ad cuſtodiam:

Et præcepit illis,dicēs, Præſtote po

3 Quos affecit ingenti clade, ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην,percuſſit eos plaga magna.Nomen plagæ ſignificat cædem ſtragémque hominum factam,& calamitatem importatam.Latinè clades dicitur.

4 Nationis Bæan, τῶν υἱῶν βαιὰν filiorum Bæan.id eſt populi à Bæan oriundi. Filios enim Eſau aut Edom,vocat Scriptura Idumæos qui genus ducunt ab Eſau.Gentes enim ac populi à primis generis authoribus patribúſque nominantur:& poſteri eorum,filii appellantur.

Quæ pop.inſ.&c. οἵ ἦσαν τῷ λαῷ εἰς παγίδα, καὶ εἰς σκάνδαλον qui fuerant populo in laqueum & ſcandalum. Ponebant enim inſidias ad eos illaqueandos ac præcipitandos.His ſimilibus pericula vitæ ſalutíſque ſignificantur.

5 Deuouit, ἀνεθεμάτισεν αὐτοὺς anathematizauit eos.id eſt exitio deuouit,& addixit.ἀναθεματίζειν τὰς πόλεις eſt vrbes ſubuertere ac delere. Sic γαίας ἀναθεματίζειν terras deuaſtare:ſed incendium quod ſubiungit,hanc deuotionem declarat.

6 Tranſgreſſus in nationem Ammon.διεπέρασεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἀμμών,trāſiuit aut penetrauit ad filios Ammon. id eſt ad Ammonitas,qui à Lot genus ducebant.

7 Commiſſis præliis quamplurimis, συνῆψε πρὸς αὐτοὺς πολέμους πολλούς,Commiſit cum his prælia multa. συνάπτειν πόλεμον,aut μάχω, eſt confligere,manus conſerere.pugnare. Præ ſe fuſos proflig. συνετρίβησαν πρὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς,contriti fuerunt à facie eius,[ante faciem eius] & percuſſit eos.aut cecidit.

8 Captáque Gazer cum oppidulis eius, προκατελάβετο τὴν ἰαζὴρ καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῆς.Cepit Iazer & filias eius. id eſt oppidula ei ſubiecta,quaſi nata ab ea & deducta.Hinc μητρόπολις ea vrbs quæ maxima,& præcipua,& quaſi mater aut matrix cæterarum quæ ſunt minores.

9 In Dathemam locum munitum εἰς διάθεμα τὸ ὀχύρωμα in Diathema munitionem confugerunt. Dathemam legendum eſt, vbi locus erat aut natura,aut manu hominum communitus.

10 In hæc verba, λέγοντες, dicentes.id eſt miſerunt literas in hanc ſententiam ſcriptas.

13 Sarcinis, ἀποσκευὴν,ſupellectilem eorum captam aſportarunt.Eſt autem ἀποσκευὴ apparatus rerum neceſſariarum & commeatus. itaque accipitur pro inſtrumento rerum ad iter opportuno,& pro impedimentis in re militari.

15 Qui ſe delerent, τοῦ ἐξαναλῶσαι ἡμᾶς vt conſumant nos.

16 Concionem frequentem conuocarunt ἐπισυνήχθη ἡ ἐκκλησία μεγάλη cōgregata eſt eccleſia. id eſt multitudo hominum magna & cōuocata.aut,maximus hominum cōuentus.Hoc enim ſignificat eccleſia,ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖν euocare,quum multitudo hominum conuenit conuocata. In calamitate ver. τοῖς οὖσιν ἐν θλίψει qui ſunt in afflictione.aut qui affliguntur,vexantúrque ab hoſtibus.

18 Præſidio reliquit: εἰς τήρησιν,ad cuſtodiam.id eſt ad cuſtodiendam Hieroſolymam & Iudæam.

19 Vt præeſſent populo, πρόστητε τοῦ λαοῦ τούτου præſtote populo huic.Ego perſonā modúmq; mutaui,vt oratio eſſet mollior.Hebræi enim ſæpe per ſecundam perſonam efferunt,quibus mandauit,præſitis populo.Huiuſmodi loquendi formā oratio Latina non ita recipit.

pulo huic: & nolite bellum committere aduerſũ Gẽtes, donec reuertamur.

Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaaditim.

C Et abiit Simon in Galilæam, & cõmiſit prælia multa cum Gentibus, & contritæ ſunt Gentes à facie eius: & perſequutus eſt eos vſque ad portam Ptolemaidis:

Et ceciderunt de Gentibus ferè tria millia virorũ, & accepit ſpolia eorũ:

Et aſſumpſit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erãt illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna.

Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem, & abierunt viam triũ dierũ per deſertũ.

Et occurrerũt eis Nabathæi, & ſuſceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide.

Et quia multi ex eis comprehenſi ſũt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnáim: (hæ oẽs ciuitates munitæ & magnæ.)

Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur cõprehenſi, & in craſtinum conſtituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die.

Et conuertit Iudas & exercitus eiꝰ viam in deſertũ Boſor repentè, & occupauit ciuitatem: & occidit omnem maſculum in ore gladii, & accepit omnia ſpolia eorũ, & ſuccendit eã igni.

Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſque ad munitionem.

D Et factũ eſt diluculo, quũ eleuaſſent oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius nõ erat numerus, portantes ſcalas & machinas vt comprehenderẽt munitionem: & expugnabant eos.

Et vidit Iudas quia cœpit bellũ, & clamor belli aſcendit ad cælum ſicut tuba, & clamor magnus de ciuitate:

Et dixit exercitui ſuo, Pugnate hodie pro fratribus veſtris.

Et venit tribus ordinibus poſt eos: & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.

Et cognouerunt caſtra Timothei quia Machabæus eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.

Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem maſculum eius, & aſſumpſit ſpolia eius, & ſuccendit eam igni.

Inde perrexit, & cepit Caſbon, & Mageth, & Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis.

Poſt hæc autem verba, cõgregauit Timotheus exercitum aliũ, & caſtra poſuit cõtra Raphon trans torrentẽ.

Gentibus, priuſquam ipſe reuerſus eſſet, committerent.

20 ″Attributa ſunt Simoni virorũ(quibuſcum in Galilæam proficiſceretur)tria millia: Iudæ verò in Galaaditidẽ, octo millia virorũ.

21 Itaque profectus Simon in Galilæam, quum multa prælia cum Gentibus feciſſet, eas præ ſe fuſas & fugatas vſque ad portas Ptolemaidis perſequutus eſt.

22 Cæſis autem virorum è Gẽtibus circiter tribus millibus, lectíſque ſpoliis eorum,

23 Aſſumptos eos qui in Galilæa & Arbattis erant, vnà cum vxoribus, ac liberis, omnibúſque ipſorum rebus, in Iudæam cum magna lætitia deduxit.

24 Porrò Iudas Maccabæus, & frater eius Ionathan traiecto Iordane, atque itinere trium dierum per deſertum confecto,

25 Inciderunt in Nabathæos, qui pacificè ipſis occurrebãt: hi expoſuerunt omnia quæ in Galaaditide fratribus acciderant:

26 Multóſque eorũ in Boſorra, & Boſor, in Alemis, Haſbon, Maged, & Carnáim(quæ omnes vrbes munitæ ſunt ac magnæ)

27 Atque in reliquis Galaaditidis vrbibus comprehenſos teneri, quos in craſtinum″oppugnare in munitionibus, & captos omnes eos vno die delere decretum eſſet.

28 Ita conuerſus Iudas cum exercitu ſuo ″via per deſertum protinus correpta, Boſorram verſus vrbem cepit, ″cæſíſque acie gladii maribus omnibus, & captis inde ſpoliis, igni eam ſuccendit.

29 Inde quum noctu mouiſſet, vt profecturus ad munitionem:

30 Poſtquam″mane diluxit, oculos attollentibus ecce, turba ingẽs atque″innumerabilis cernebatur, ſcalas & machinas ad munitionem capiendam ferentium, atque illos oppugnantium.

31 Videns ergo Iudas″iam initam eſſe pugnam, & clamorem ciuitatis tubis, immaníque voce ad cælum vſque ferri,

32 Viros exercitus ſui hortatus eſt, Hodie(inquit)pugnetis pro fratribus veſtris:

33 Atque″illos à tergo tribus in locis concluſit. tum ſignum tubis datum eſt, &″cum precatione clamor ſublatus.

34 Vnde copiæ Timothei Maccabæum adeſſe intelligentes, fugerunt à conſpectu eius: acceptáque ab eo clade magna, die illa viri ex illis ad octo millia cæſi ſunt.

35 Inde diuertit ad Maſphã, quam occupauit expugnatam, & quicquid marium eius erat, interfecto, ſpoliatam à ſe igni ſuccendit.

36 Rurſum profectus illinc occupauit Haſbon, Maged, ac Boſor, & reliquas vrbes Galaaditidis.

37 ″Porrò his ita geſtis, Timotheus alium coegit exercitũ: quúmque ″caſtra ad Raphon poſuiſſet trans torrentem,

---

20 Attributa ſunt ἐμερίσθησαν diſtributa ſunt. data Simoni tria millia virorum. μερίζεσθαι verbũ ſignificat partitionem rerum aliquarum, vt hoc loco certam militum attributionem, atque aſſignationem.

27 Oppugnare in munitionibus, παρεμβαλεῖν ἐπὶ τὰ ὀχυρώματα obſidere in munitionibus. id eſt caſtris ad ciuitates munitas poſitis. eos obſidere, atque oppugnare. admouere caſtra ad eas vrbes. Hoc ſignificat παρεμβαλεῖν ἐπὶ τὰ ὀχυρώματα, caſtris poſitis aggredi, & oppugnare ea præſidia, locáque munita. 28 Via per deſer. correp. ἀπέστρεψεν ὁδὸν εἰς ἔρημον, auertit iter in deſertum. aut, conuertit. Cæſiſque acie gladii maribus omnibus ἀπέκτεινε πᾶν ἀρσενικὸν ἐν στόματι ῥομφαίας, occidit omne maſculinum. id eſt virilem ſexum in ore gladii.

30 Mane diluxit, ἐγένετο ἑωθινή, factum eſt diluculum. id eſt quum mane illuxiſſet. prima luce matutini temporis exorta. Innumerabilis, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός cuius non erat numerus. innumera.

31 Iam initam eſſe pugnam ὅτι ἤρκται ὁ πόλεμος quòd incœptum eſſet prælium. aut, initum.

33 Illos à tergo tribus in locis conclu. ἐξῆλθεν ἐν τρισὶν ἀρχαῖς ἐξόπισθεν αὐτῶν. exiit[aut egreſſus eſt]tribus ordinibus à tergo eorum. id eſt exercitu in tres partes ordinéſque diſtributo, aggreſſus. Cum precatione clamor ſubl. ἐβόησαν ἐν προσευχῇ clamauerunt in precatione. pro, cum imploratione auxilii Diuini. 37 Porrò his ita geſtis, μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα, Poſt autem hæc verba. id eſt poſtquam hæc geſta ſunt. Verba enim accipiunt Hebræi pro rebus factis ac geſtis. aut verbum ſimpliciter pro re. Caſtra ad Raphon poſuiſſet παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον ῥαφών caſtrametatus eſt ante faciem Raphon. id eſt contra, aut iuxta, ſiue e regione.

38 Iudas exploratũ caſtra′miſit,qui hæc ei dicta retulerũt:Omnes Gẽtes quæ nos circuncolunt, congregatæ ſunt ad iſtos perquam multo exercitu:

39 Et Arabes auxilio ſibi conduxerũt, caſtríſque trans torrentem poſitis,bellum tibi inferre paratæ ſunt. Quum autem Iudas′obuiam eis proficiſceretur,

40 Timotheus hæc ducibus exercitus ſui dixit, Vbi Iudas cum copiis ſuis appropinquarit ad torrentem, ſi prior ad nos traiecerit, non poterimus eum ſuſtinere:quoniam′viribus erit ſuperior:

41 Sin territus,trans flumen caſtrametatus fuerit,nos ad eum traiiciemus, & erimus ſuperiores.

42 Vt autem Iudas ad torrẽtem propius acceſſit,quum ſcribis populi iuxta torrẽtem conſtitutis mandaſſet, cauerẽt ne quenquam hominum′vallum iacere ſinerent,ſed′omnes prælium inirent:

43 Traiecit ad illos prior, omníſque multitudo eius conſequuta eſt: & fuſæ ſunt à conſpectu eius omnes Gentes:quæ quum abiectis armis ſuis confugiſſent in fanum,quod eſt Carnaim,

44 Vrbe capta,fanum cum omnibus qui in eo erant, igni ſuccendit. ſic′euerſa eſt Carnaim,nec poterant illi iam′conſpectum Iudæ ſuſtinere.

45 Tũ cõgregauit Iudas omnes Iſraelitas qui erãt in Galaaditide, ′tam paruos quàm natu grandes cum vxoribus ipſorũ, & liberis, ac ſarcinis, ′maximum hominũ agmen,vt in Iudæam venirent.

46 Quúmque ad Ephron vſque(quæ vrbs eſt magna in itinere,atque admodum munita)perueniſſent:′nec daretur ab ea dextra ſiniſtráve diuerticulum,ſed per medium eius iter eſſet:

47 Incolæ autem eos intercluſiſſent, portáſque obſtruxiſſent lapidibus,miſit ad eos Iudas qui′verbis amicis

48 Dicerent, ′Detur nobis tranſitus per terram veſtram,′vt in noſtram pergamus patriam : ′nemo vobis vllam iniuriã inferet, ſed tantùm pedibus tranſibimus. Verùm illis aperire nolentibus,

Ciuitatẽ Ephrõ euertit Iudas,ob denegatum trãſitum.

49 Quum′edixiſſet Iudas per præconem in exercitu, vt quo conſtiterat quiſque loco′inuaderet:

50 Inuaſerunt milites,atque vrbem toto illo die ac tota illa nocte oppugnauerunt. quæ quum in manus eorum tradita eſſet,

51 Omnem virilem ſtirpem acie gladii ſuſtulit,ac′funditus eam euertit:atque ita præda inde ablata,per vrbem ſupra cæſorum corpora ingreſſi,

52 Tranſmiſſo Iordane in campum illum ſpatioſum, qui eſt in cõ

38 Et miſit Iudas ſpeculari exercitum: & renuntiauerunt ei,dicentes , Quia conuenerunt ad eum omnes Gentes quæ in circuitu noſtro ſunt,& exercitus multus nimis:

39 Et Arabas conduxerũt in auxilium ſibi,& caſtra poſuerunt trans torrentem,parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam illis.

40 Et ait Timotheus princeps exercitus ſui,Quũ appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, ſi tranſierit ad nos prior,non poterimus ſuſtinere eum: quia potens poterit aduerſum nos. E

41 Si verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flumen,tranſfretemus ad eos,& poterimus aduerſus illum.

42 Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ,ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem,& mãdauit eis,dicens, Neminem hominum reliqueritis,ſed veniant omnes in prælium.

43 Et tranſfretauit ad illos prior,& omnis populus poſt eum : & contritæ ſunt omnes Gentes à facie eorum: & proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad fanum quod erat in Carnaim:

44 Et occupauit ipſam ciuitatẽ, & fanum ſuccẽdit igni cum omnibus quæ erant in ipſo . & oppreſſa eſt Carnaim,& non potuit ſuſtinere contra faciem Iudæ.

45 Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas qui erant in Galaaditide,à minimo vſque ad maximum , & vxores eorum,& natos,& exercitum magnũ valde,vt venirent in terram Iudæ.

46 Et venerunt vſque Ephron(& hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita,munita valde)& non erat declinare ab ea dextra vel ſiniſtra , ſed per mediam iter erat.

47 Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate,& obſtruxerunt portas lapidibus: & miſit ad eos Iudas verbis pacificis,

48 Dicens,Tranſeamus per terram veſtram, vt eamus in terrã noſtram : & nemo vobis nocebit,tantùm pedibus tranſibimus.Et nolebant eis aperire. F

49 Et præcepit Iudas prædicari in caſtris vt applicarẽt vnuſquiſq; in,quo erat loco.

50 Et applicuerunt ſe viri virtutis , & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte : & tradita eſt ciuitas in manu eius:

51 Et peremerunt omnem maſculum in ore gladii,& eradicauit eam:& accepit ſpolia eius,& tranſiuit per totã ciuitatem ſuper interfectos.

52 Et tranſgreſſi ſunt Iordanem in cã-

---

39 Obuiam eis proficiſceretur,ἐπορεύθη εἰς συνάντησιν αὐτῶν, proceſſiſſet in occurſum eorum.aut,eis occurreret.

40 Viribus erit ſuperior: δυνάμενος δυνήσεται πρὸς ἡμᾶς· potens poterit aduerſus nos.id eſt præualebit nobis.aut,viribus ſuperior erit. Hdbraiſmus. 42 Vallum iacere ſinerent, μὴ ἀφῆτε πάντα ἄνθρωπον παρεμβαλεῖν, ne ſinatis quenquam hominem caſtrametari. id eſt vallum iacere ad caſtra facienda.Forma loquẽdi Hebraica,de qua ſuprá. Omnes prælium inirent:ἐρχέσθωσαν πάντες εἰς τὸν πόλεμον·omnes ad prælium venirent.pugnam capeſſerent.ad confligendum cum hoſtibus accederent.

44 Euerſa eſt ἐτροπώθη ſubuerſa eſt,aut exciſa.κατεστράφη euerſa eſt. Conſpectum Iudæ ſuſt. ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον ἰούδα ſubſiſtere in conſpectu Iudæ.coram eo cedebant,impetum eius non ſuſtinentes.

45 Tam paruos quàm natu grandes ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου à paruo vſque ad magnũ. id eſt tum pueros,tum viros,ac ſenes.omnis ætatis homines. Maximum hominum agmen,παρεμβολὴν μεγάλην σφόδρα,caſtra magna valde.id eſt maximam hominum multitudinem.

46 Nec daretur ab ea diuerticulũ,οὐκ ἦν ἐκκλῖναι ἀπ᾽ αὐτῆς,non poterant declinare ab ea.iter deflectere,ac auertere ad dextram aut ſiniſtram:ſed per mediam vrbem tranſeundum erat.

47 Verbis amicis dicerent, λόγοις εἰρηνικοῖς λέγων, verbis pacificis dicẽs.Hebraiſmus eſt,vt Deuter.2.c.26, verba pacis nominantur, vbi tranſitus huiuſmodi pacatus à rege Sihon petitur.

48 Detur nobis tranſ.per terram veſtram,διελεύσομαι διὰ τῆς γῆς σου, tranſibo per terrã tuam. Sic Deut.2.c.27,Tranſibo per regionem tuã. id eſt concedatur mihi vt tranſeã.Forma loquendi petendique Hebraica,qua poſtulatio amica ſine alterius offenſione ſignificatur. Vt in noſtram pergamus patriam: τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν· vt abeamus in terrã noſtram. Nemo vobis vllam iniu.inferet,οὐδεὶς κακοποιήσει ὑμᾶς, nemo vobis malefaciet.aut quicquam mali afferet.Significat tranſitum futurum ſine aliqua iniuria.

49 Edixiſſet per præconem ἐπέταξε κηρύξαι iuſſit proclamare.aut,voce præconis edixit. Inuaderet: τοῦ παρεμβαλεῖν. adoriretur. aggrederetur vrbem,eámque oppugnaret eo quo quiſque erat loco.

51 Fũditus eã euer.ἐξερρίζωσεν αὐτήν· extirpauit eã & radicitus cõuulſit.à fundamẽtis diruit.Tranſlatio apta,ſignificans vrbis excidiũ.

po magno, contra faciem Bethſan.

Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terrã Iuda:

Et aſcenderunt in mõtem Sion cũ lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace.

Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis,

Audiuit Ioſephus Zachariæ filius, & Azarias prĩcipes virtutis res bene geſtas, & prælia quæ facta ſunt:

G Et dixit, Faciam⁹ & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare aduerſus Gẽtes quæ in circuitu noſtro ſunt.

Et præcepit his qui erant in exercitu ſuo, & abierunt Iamnia.

Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam.

Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſque in fines Iudææ: & ceciderũt illo die de populo Iſrael ad duo millia viri: & facta eſt plaga magna in populo,

Quia non audierunt Iudam & fratres eius, exiſtimantes fortiter ſe facturos.

Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorũ per quos ſalus facta eſt in Iſrael.

Et vir Iuda & fratres eius magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſrael, & Gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum.

Et conuenerunt ad eos, fauſta acclamantes.

Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Eſau in terra quæ ad Auſtrum eſt, & percuſſit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres ſuccendit igni in circuitu.

Et mouit caſtra vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.

In die illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dũ vult fortiter facere, dũ ſine conſilio exit in prælium.

Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuccendit igni: & cepit ſpolia ciuitatũ, & reuerſus eſt in terram Iuda.

Cap. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audiuit eſſe ciuitatem Elymaidem in Perſide

ſpectu Bethſan euaſerunt.

53 Iudas autem ʹextremum agmẽ colligebat, populum per totam viam exhortans donec in Iudæam perueniret.

54 Quúmque in montem Sion aſcendiſſent, cum gaudio lætitiáque immolarunt holocauſta: eo quòd nemo ex illis occubuiſſet, ʹſed omnes fœliciter reuertiſſent.

55 Porrò quo tempore Iudas cum Ionathan erat in Galaaditide, & Simon frater eius ad Ptolemaidem in Galilæa,

56 Ioſeph filius Zachariæ, & Azarias præfecti exercit⁹, ʹrebus bene geſtis, ac bello quod illi confeciſſent, intellectis,

57 Paremus, inquiunt, & ipſi nobis nomen, atque ad oppugnandũ Gentes quæ nos circuncolunt, proficiſcamur.

58 Et ſimul ʹiuſſu ſuo exciuerunt quod militum ſecum habebant in exercitu, & ad Iamniam contenderunt.

59 Cæterũ quum Gorgias cum ſuis ex vrbe obuiam illis eſſet egreſſus in aciem,

60 Fuſi ſunt Ioſephus & Azarias, & vſque ad fines Iudææ fugati: occubuerunt autem illo die de populo Iſraelitico viri ad duo millia: adeò effuſa fuit populi fuga,

61 Eo quòd Iudæ ac fratrib⁹ eius non paruiſſent, ſe præclarè ac fortiter rem geſturos arbitrantes.

62 Neque verò erant hi de ſemine virorum illorum ʹquibus Iſraelem manu ſua ſeruare datum erat.

63 Vir autem ille Iudas, eiúſque fratres ſummã gloriam ſunt conſequuti, quum apud omnes Iſraelitas, tum etiã apud omnes Gẽtes, ad quas nomen eorum perueniſſet.

64 Quæ ʹfrequentes ad eos confluebant gratulatum.

65 Porrò Iudas cum fratribus ſuis nationem Eſau in Auſtrali regione vexauit bello, & Hebron clade affecit, & eius oppidula, diruítque munimenta eius, ac turres circuncirca ſuccendit.

Filios Eſau expugnat Iudas.

66 Motis deinde caſtris contendens in terram alienigenarum, peruadebat Samariam.

67 Eo tempore Sacerdotes vrbium dum ſtudent fortiter agere, ac ʹtemerè ſe in prælium committunt, occubuerunt.

68 ʹConuertit ergo ſe Iudas in terram alienigenarum ad Azotum, aráſque eorum demolitus, ſtatuis Deorum ipſorum igni concrematis, prædáque capta ex vrbibus, in terrã Iudaicam reuerſus eſt.

Idola Gentium ſuccendit.

Cap. VI.

1 INterea rex Antiochus ſuperiores peruadens regiones, intellexit ʹin Elymaide Perſiæ ʹvrbem eſſe diuitiis, vtpote auro & ar-

Antiochus Elymaidem vrbem volens deprædari, á ciuibus propellitur.

53 Extremum agmen colligebat, ἐπισυνάγων τοὺς ἐσχατίζοντας cõgregans [aut recolligens] extremos, qui in agmine remanebãt vltimi.

54 Sed omnes fœliciter reuertiſ. ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι ἐν εἰρήνῃ. donec reuerſi eſſent in pace. id eſt ſalui, atque incolumes. Particula ἕως donec ſignificat finem exitúmque. Forma loquendi Hebræa, quæ tamẽ nõ ſignificat ſequi poſtea contrarium eius quod præceſſerat. Significat autem eos omnes ſaluos in Iudæam perueniſſe, vt ne vnus quidem eorum deſideratus fuerit in toto itinere.

56 Rebus bene geſtis, τῶν ἀνδραγαθιῶν, facinora egregia, & virilia. aut, digna viro. Nomen compoſitum ex ἀνὴρ & ἀγαθὸν, ἀνδραγαθία res bene geſta. virile facinus. hinc verbum ἀνδραγαθεῖν præclarè & fortiter aliquid agere.

58 Iuſſu ſuo exciuerunt παρήγγειλαν τοῖς ἀπὸ τῆς δυνάμεως præceperunt [aut mandarunt] his qui erant de exercitu.

61 Quibus Iſraelem manu ſua, &c. οἷς ἐδόθη ἡ σωτηρία Ἰσραὴλ διὰ χειρῶν αὐτῶν. quibus data erat ſalus Iſraelis per manum ipſorum. in quorum manu Deus illud beneficium conſeruandi Iſraelis non poſuerat.

64 Frequentes ad eos confluebant gratulatum. ἐπισυνήγοντο πρὸς αὐτοὺς εὐφημοῦντες. conueniebant ad eos bona [aut fauſta] prædicantes. Hoc enim ſignificat εὐφημεῖν, idem propè quod εὐλογεῖν, fauſtis ac ſecundis ſermonibus celebrare, cui contrarium eſt δυσφημεῖν, ſiniſtris atque incommodis ſermonibus vſurpare aliquid.

67 Temerè ſe in præl. cõm. ἐν τῷ αὐτοὺς ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον ἀβουλεύτως, dum ipſi exeunt ad bellum inconſultó. inconſideratè. ſine conſilio, ac ratione. 68 Conuertit ſe in terram alienigenarum ἐξέκλινεν εἰς γῆν ἀλλοφύλων declinauit [deflexit] in terram nationum exterarum. aliorum populorum ex Gentibus. Conuertit & contulit ad eas omnem vim belli. Nam eius gerendi hæc eſt duplex ratio: vna propugnandi noſtros: altera oppugnandi exteros.

IN CAPVT VI.

1 In Elymaide, ἐν Ἐλύμαις, in Elymois, ἐν τῇ Περσίδι in Perſide. Vrbem diuitiis nobilem, πόλις πλούτῳ ἔνδοξος vrbs diuitiis glorioſa. id eſt gloria diuitiarum, famáque excellens, ac celebris.

gento nobilem:

2 Ac delubrum in ea maximè opulentum, vbi essent″tegumenta aurea, loricæ, & arma quæ Alexander Macedo Philippi *filius*, qui regnum Græcorum primus obtinuit, reliquerat.

3 Itaque eò profectus, vrbem illam capere & ″deprædari conatus est, nec potuit. ″nam quum incolæ vrbis re cognita,

4 Aduersus eum bello insurrexissent, in fugam actus ab illis, summo cum dolore abscessit, inde Babyloniam repetens.

5 Tum nuntius in Persiam ei venit, copias quæ profectæ fuissent in Iudæam, fugatas esse:

6 Ac Lysiam qui cum exercitu in primis valido expeditionem susceperat, à Iudæis profligatum: ″illos autem armis, & potētia, partáque de castris, quæ expugnassent, præda plurima auctos esse:

7 Tū demolitos esse eos abominationē quam ipse super aram illā Hierosolymitanā extruxisset, & Sacrarium muris præaltis specie pristina, vrbémque ipsius Bethsuram cinxisse.

8 His verbis auditis, Rex″expauit, & commotus vehemēter, lecto decubuit, ″in morbū delapsus ex mœrore, quòd res pro voto ipsius non successisset.

″Vel, incidit in morbum,

9 ″Quúmque dies ibi multos egisset, ″augescēte mœrore suo magno, moriendum sibi esse existimauit.

10 Tum amicis omnibus accersitis, ″Somnus (inquit) oculos meos destituit, atque″animo collapsus præ angore,

11 ″Sic mecū ipse cogito, ″Quò deueni ego calamitatis, & in quos decidi malorum fluctus, in quibus nunc versor, ″ego qui fœlix & charus antea eram in potestate mea?

12 Nunc verò quum reminiscor malorum quæ perpetraui Hierosolymis, quādo vasa omnia aurea, & quæ ibi erāt argētea, abstuli: misíque insuper qui delerēt″incolas Iudææ nihil tale promeritos:

13 ″Hæc mihi propter illa accidisse mala agnosco, & ecce magno mœrore pereo, ídque in terra peregrina.

14 Et quum vocatum vnum ex amicis suis Philippū toti suo regno præfecisset,

15 Tradito ei diademate, ″vestéque regali cū annulo, vt Antiochū filium ipsius″instituens, regno educaret.

nobilissimam, & copiosam in argento & auro:

Templúmque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia.

Et venit, & quęrebat capere ciuitatem, & deprędari eam, & non potuit, quoniā innotuit sermo his qui erant in ciuitate.

Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam.

Et venit qui nuntiaret ei in Perside, Quia fugata sunt castra quæ erant in terra Iuda:

Et quia abiit Lysias cū virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerūt armis & viribus, & spoliis multis quæ ceperūt de castris quæ exciderunt:

Et quia diruerūt abominationem quam ædificauerāt super altare quod erat in Ierusalem: & sāctificationem sicut prius circundederunt muris excelsis: sed & Bethsurā ciuitatē suam.

Et factum est, vt audiuit Rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorē prę tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat.

Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori.

Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & cóncidi, & corrui corde præ solicitudine.

Et dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea?

Nunc verò reminiscor malorū quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erāt in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa.

Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena.

Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum.

Et dedit ei diadema, & stolam″suā, & annulū, vt educeret Antiochū filiū suum, & nutriret eum, & regnaret.

2 Tegumenta aurea, καλύμματα χρυσᾶ velamina & integumenta aurea.

3 Deprædari προνομεῦσαι, propriè pecora armentáque abigere ac diripere: sed ad aliarum rerum direptionem, spoliationémque transferunt: vt hic Antiochus vrbem copiosam & opulentam conabatur diripere. Nam quum incolæ vrbis re cognita ὅτι ἐγνώσθη ὁ λόγος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, Quia cognitus est sermo [id est res] eius vrbis ciuibus. Eius consilium fuit intellectum, & animaduersum.

6 Illos autem armis, &c. καὶ ἐπίσχυσαν ὅπλοις, καὶ δυνάμει, καὶ σκύλοις πολλοῖς, & inualuerunt [aut confirmati, & roborati fuerunt] armis, & exercitu, & spoliis multis quæ de castris acceperant. huiusmodi præda, vires eorum maiores fecit.

8 Expauit, ἐθαμβήθη, attonitus [aut consternatus] est nuntio inexpectato. In morbum delapsus ex mœrore, ἐνέπεσεν εἰς ἀρρωστίαν ἀπὸ τῆς λύπης. incidit in morbum ex tristitia. aut, dolore quem ceperat.

9 Augescente mœ. &c. ὅτι ἀνεκαινίσθη ἐπ' αὐτὸν λύπη μεγάλη, quoniā renouatus fuerat in eo dolor magnus. id est recruduerat, auctus erat in lecto. 10 Somnus oculos meos destituit ἀφίσταται ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. recedit somnus ab oculis meis. Ego somnum non possum capere, nec quiescere. Signum summæ ægritudinis ac mœroris ἀγρυπνία. Animo collapsus præ angore, συμπέπτωκα τῇ καρδίᾳ ἀπὸ τῆς μερίμνης. cóncidi corde præ anxietate. aut solicitudine.

11 Sic mecum cogito, εἶπα τῇ καρδίᾳ, Dixi cordi. id est Animo cogito. In hac graui acerbáque cogitatione versor. Quò deueni calamitatis, ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον; Vsque ad quam afflictionem veni? id est, In quantam, & quàm magnam miseriam decidi? Adiungit nomen translatum καὶ κλύδωνος μεγάλου, In quem fluctum magnum? Similitudo sumpta à tempestate qua magnitudo calamitatis demonstratur.

Ego qui fœlix, &c. ὅτι χρηστὸς καὶ ἀγαπώμενος ἤμην ἐν τῇ ἐξουσίᾳ μου; quia commodus ac dilectus eram in potentia mea. id est regno. aut cōmodè & cum hominum charitate viuebam in regno meo planè beatus. Nam hoc referendum est, non ad mores, sed ad fortunæ commoditatem, & facilitatem. Vt quidam dicit apud Terentium, Vos senes facillimè agitis. id est commodissimè ac sine molestia.

12 Incolas Iudææ, &c. τοὺς κατοικοῦντας Ἰούδα διακενῆς habitatores Iuda sine causa. id est immerentes, indignósque huiusmodi iniuriis atque malis. 13 Hæc mihi propter illa accidisse, mala agnosco, ἔγνων ὅτι χάριν τούτων εὗρόν με τὰ κακὰ ταῦτα, Noui quòd causa eorum inuenerunt me mala ista. id est euenerunt mihi.

15 Vestéque Regali. καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ. vestem suam. Erat autem stola vestis oblonga ad pedes vsque demissa: hoc loco regium indumentum significat. Neque enim vna eadémque erat forma τῆς στολῆς: alia erat muliebris, alia virilis, alia regalis, pro varietate personarū vnicuique accommodata, & conformata. Instituens, regno edūcaret. τοῦ ἀγαγεῖν καὶ ἐκθρέψαι αὐτὸν τοῦ βασιλεύειν, vt institueret & nutriret ad regnandum. Duo sunt verba, quorum primum, ad mores animi, alterum ad nutritionem corporis pertinet. ἀγωγὴ enim significat institutionem atque educationem eam qua ætas vitáque puerilis informatur.

Et mortuus eſt illic Antiochus Rex anno cẽteſimo quadrageſimo nono. 16

Et cognouit Lyſias quoniam mortuus eſt Rex, & cõſtituit regnare Antiochũ filium eius, quem nutriuit adoleſcentem: & vocauit nomen eius Eupatorem. 17

Et hi qui erant in arce, concluſerãt Iſrael in circuitu Sanctorum: & quærebant eis mala ſemper, & firmamentum Gentium. 18

Et cogitauit Iudas diſperdere eos: & conuocauit vniuerſum populum, vt obſiderent eos. 19

C Et conuenerunt ſimul, & obſederũt eos anno cẽteſimo quinquageſimo: & fecerunt baliſtas & machinas. 20

Et exierunt quidam ex eis qui obſidebantur, & adiunxerunt ſe illis aliqui impii ex Iſrael: 21

Et abierunt ad Regem, & dixerunt, Quouſque non facis iudicium, & vindicas fratres noſtros? 22

Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis eius: 23

Et filii populi noſtri propter hoc alienabant ſe à nobis: & quicunque inueniebantur ex nobis, interficiebãtur, & hęreditates noſtrę diripiebantur. 24

Et non ad nos tantùm extenderũt manũ, ſed & in omnes fines noſtros. 25

Et ecce applicuerunt hodie ad arcẽ in Ieruſalem occupare eam, & munitionem in Bethſuram munierunt. 26

Et niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. 27

Et iratus eſt Rex vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erant: 28

Sed & de regnis aliis, & de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii. 29

Et erat numerus exercitus eius, cẽtum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephãti trigintaduo docti ad prælium. 30

D Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethſuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. 31

Et receſſit Iudas ab arce, & mouit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra Regis. 32

16 Mortuus eſt illic Antiochꝰ anno cẽteſimo quadrageſimo nono.

Moritur.

17 Vt autẽ Lyſias Regem deceſſiſſe cognouit, in ipſius locum″ſuffecit Antiochum ipſius filium, vt regnaret, eúmque educauit adoleſcentem, cui nomen Eupatori impoſuit.

Conſtituitur Rex filius eius Antiochus Eupator.

18 Porrò qui inſidebãt arcem, Iſraelitas circa Sacram ædem″anguſtiſſimè continebant″, mala moliẽtes illis aſſiduè, Gentibúſque firmamentum.

19 Iudas igitur delere illos cogitans″omni populo ſuo ad obſidendos illos euocato,

Obſidio arcis Sion.

20 Poſtquam congregatus eſt, cœpit obſidere eos anno centeſimo & quinquageſimo, paratis aduerſus eos baliſtis & machinis.

21 ″Elapſi autem quidam ex obſidione, quibus ſe quidam Iſraelitarum impii adiunxerant:

22 Et profecti ad Regem, ″Quandiu cunctaris, inquiunt, exercere iudicium, ac fratres noſtros vindicare?

23 ″Nos patri tuo ſeruire, ac″parêre edictis eius, mãdatíſque obſequi animum induximus.

24 Nam eam ob cauſam pars populi iſtius iampridem à nobis ſunt alienati:″atque etiam quicunque è nobis fuiſſent deprehenſi, interficiebantur, ac poſſeſſiones noſtræ diripiebantur.

25 Neque verò nobis ſolùm illi manus iniecerunt, ſed finibus ſuis omnibus.

26 Atque adeò ecce hodie arcem obſident Hieroſolymis, vt eam occupent: præterea Sacrarium & Bethſuram muniuerunt.

27 Ac niſi″eos quamprimum præueneris, maiora his efficient, vt tandem″eos ſuperare non poſſis.

28 Hæc Rex quum audiuiſſet, iratus eſt: conuocauítque omnes amicos ſuos, duces exercitus, ac″magiſtros equitum:

Antiochi Eupatoris aduentus in Iudæam cum numeroſo exercitu.

29 Atque etiam à Regibus ſociis & amicis, ac marium inſulis, ad eum″conductitii exercitus venerunt.

30 Itaque numerus copiarum eius confectus eſt, centum millia peditum, equitúmque viginti millia, cum″elephantis ad prælia inſtitutis triginta duobus.

31 Hi per Idumæam ingreſſi, Bethſurã obſidentes per multos dies, oppugnabant extructis machinis: illi autem eruptione facta concremauerunt eas,″viriliterque pugnauerunt.

32 Tum Iudas ab arce mouit: & quum caſtra ad Bethzachariã contra Regis caſtra locauiſſet,

---

17 Suffecit vt regnaret, κατέστησε τοῦ βασιλεύειν, conſtituit eum vt regnaret. præfecit eum regno loco patris.

18 Anguſtiſſimè continebant, ἦσαν συγκλείοντες, concludebant. id eſt premebant Iſraelem ex arce quam tenebant, imminentes, atque ad ſingula momenta erumpentes, ac vexantes. Mala molientes aſſiduè, ζητοῦντες κακὰ δι' ὅλου, quærentes mala in vniuerſum. aut ſemper, & omni tempore. Quærere mala eſt machinari, excogitare, & parare.

19 Omni populo euocato, ἐξεκκλησίασε πάντα τὸν λαὸν, congregauit[conuocauit]omnem populum. Hoc enim ſignificat verbum ἐκκαλεῖν· inde ἐκκλησία, concio multitudóque conuocata: inde ἐκκλησιάζειν concionem cogere.

21 Elapſi autem quidam ex obſidione, ἐξῆλθον ἐξ αὐτῶν ἐκ τοῦ συγκλεισμοῦ, Exierunt ex ipſis ex concluſione. id eſt loco concluſo & obſeſſo. ex arce obſeſſa. 22 Quandiu cunctaris exercere iudicium, ἕως πότε οὐ ποιήσεις κρίσιν, Quouſque non facies iudicium? aut quouſque tandem iudicium non exercebis?

23 Nos patri tuo ſeruire animum indux. ἡμεῖς εὐδοκοῦμεν δουλεύειν τῷ πατρί σου. Nos decreuimus ſeruire patri tuo. εὐδοκεῖν ſignificat voluntatem atque inductionem animi: quo verbo impii homines ac religionis ſuæ proditores, ſuũ erga Regem obſequium cõmendare volunt. Parêre edictis eius πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις ambulare in præceptis eius. id eſt ſequi atque obſeruare eius mandata & edicta.

24 Atque etiam πλὴν ὅσοι verumetiam quicunque. Particula eſt addendi, & augendi, qua iniurias ſibi factas exaggerant. quaſi ita dicerent, Neque verò id ſolùm, ſed etiã, &c. 27 Eos quamprimum præuen. προκαταλάβῃ αὐτοὺς διὰ τάχους, anticipaueris[præoccupaueris]in celeritate. id eſt celeriter anteuerteris. Eos ſuperare κατασχεῖν αὐτῶν obtinere eos. id eſt vincere atque in poteſtatem tuã redigere.

28 Magiſtros equitum: τοὺς ἐπὶ τῶν ἡνιῶν· eos qui ſuper equites. id eſt qui equitibus erant præfecti ac prępoſiti. ἡνία ſignificat frænum & habenas: ſed figuratè accipitur pro equis qui fræno reguntur. hinc ἡνίοχος auriga & moderator curruum & equorum.

29 Conductitii exercitus δυνάμεις μισθωταὶ copiæ mercede conductæ. milites conductitii.

30 Elephantis ad prælia inſtitutis ἐλέφαντες εἰδότες πόλεμον elephantes ſcientes bellum. id eſt docti inſtitutique ad prælia facienda. Sunt enim beſtiæ valde dociles, ſicut equi. Itaque eas populi Orientales ad gerenda bella inſtitutas adhibebant.

31 Viriliterque pugnauerunt. ἐπολέμησαν ἀνδρωδῶς. fortiter ſtrenuéque dimicarunt.

Μακκαβαίων πρῶτος.

	Rex manè excitat⁹, verſus Bethzachariam″magna vi copias ſuas eduxit: ac quum″acies ad prælium fuiſſent explicatæ,″claſſica cecinerunt.	33 Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum cõtra viã Bethzaracham: & comparauerũt ſe exercitus in prçlium, & turbis cecinerunt.
	Porrò elephantis ″ſanguineus vuarum & mororum liquor oſtẽdebatur,″quo irritarentur ad prælium.	34 Et elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium.
	″Diſpoſitis autem per ordines partéſque exercitus belluis, vnũquenque elephantorum milleni ſtipabant pedites ″hamatis thoracibus loricati, galeáſque capitibus geſtantes æreas: & equites lecti quingeni″cuique belluæ attributi: ʹ	35 Et diuiſerunt beſtias per legiones: & aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri in loricis cõcatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique beſtiæ electi erant.
	Qui opportunè vbicunque bellua eſſet, aderant: & quacũque incederet, comitabantur vnà, nec ab ea diſcedebant.	36 Hi ante tempus vbicunque erat beſtia, ibi erant: & quocunque ibat, ibãt, & non diſcedebant ab ea.
	Ligneæ quoque turres ac validæ impoſitæ, ſingulas protegebãt belluas ″machinis quibuſdam ſuperilligatæ: quarũ in ſingulis viri erant triceni bini pugnantes ex illis, ″cum ſuo cuiuſque Indo *belluæ magiſtro*.	37 Sed & turres ligneæ ſuper eos firmç protegentes ſuper ſingulas beſtias, & ſuper eas machinæ: & ſuper ſingulas viri virtutis trigintaduo, qui pugnabãt déſuper, & intus magiſter beſtiç.
	Reliquus verò equitatus hinc atque illinc erat conſtitutus, qui ex vtraque parte agmen cieret in anguſtiis illis, & contineret.	38 Et reſiduum equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perſtringere conſtipatos in legionibus eius.
	Quoties autem ſol radios in clypeos auratos iaceret, refulgebant inde montes, atque inſtar facium ignitarum ſplendebant.	39 Et vt refulſit ſol in clypeos aureos æreos, & reſplenduerunt mõtes ab eis & reſplenduerũt ſicut lãpades ignis. E
	Ita pars exercitus regii per editiora montium porrecti, pars per depreſſiora″cautè ordinéque incedebant.	40 Et diſtincta eſt pars exercit⁹ Regis per montes excelſos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinaté.
	Et percellebantur omnes quicunque vocem multitudinis eius, ac inceſſum agminis ″conflictúmque armorum audiuiſſent: etenim exercitus perquam magnus erat & validus.	41 Et commouebantur omnes inhabitãtes terram à voce multitudinis eorum, & inceſſu turbæ & colliſione armorum: erat enim exercitus magnus valde & fortis.
	Cæterùm Iudas exercitúſque eius ″in aciem dimicationémque proceſſit: à quibus ſexcenti viri de exercitu Regis cæſi interierũt.	42 Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu Regis ſexcenti viri.
Eleazari magnanimitas.	Eleazar autem ille dictus Abaron, quum vidiſſet vnam belluarum tegminibus loricatã regalibus,″cæteris omnibus belluis magnitudine præſtantiorem,″Regem ea portari ſuſpicatus eſt:	43 Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de beſtiis loricatam loricis Regis, & erat eminens ſuper çteras beſtias, & viſum eſt ei quòd in ea eſſet Rex:
	Qúmque populi ſui ſeruandi, atque æternum nomen ſibi cõparandi cauſa ſe in eam intuliſſet:	44 Et dedit ſe vt liberaret populũ ſuũ, & acquireret ſibi nomen æternum.
	″Impetum fecit ad eam per mediam aciem animoſè, ad dexteram læuámque cædens, illis″ſe hinc atque illinc dirimentibus.	45 Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc.
	Et″ſuccedens, elephãto ſe ſuppoſuit, atque interfecit eum: quo ſuper ipſum humi collapſo, ibidem occubuit.	46 Et iuit ſub elephantũ, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eũ: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.
	Videntes autem hi vim Regis ac impetum copiarum eius, ″receperunt ſe ab illis:	47 Et videntes virtutem Regis & impetum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis.
	Regiæque copiæ obuiam eis aſcenderunt Hieroſolymam. quũ ergo Rex in Iudæa, ac monte Sion caſtra poſuiſſet,	48 Caſtra autẽ Regis aſcenderũt contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt caſtra Regis ad Iudçã & montẽ Sion. F

---

33 Magna vi copias ſuas edu. ἀπῆρε τὴν παρεμβολὴν ἐν ὁρμήματι αὐτῆς. amouit⌊aut, eduxit⌉exercitum in impetu ipſius. id eſt ſumma vi & contentione militum. Acies ad prælium fuiſſent exp. διεσκεδάσθησαν αἱ δυνάμεις εἰς πόλεμον, diſperſæ ſunt⌊.i. diductæ atque explicatæ⌉copiæ ad pugnam. ſunt inſtructæ & ordinatæ, aut diſpoſitæ. Claſſica cecinerunt. ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι. cecinerunt tubis ad ſignum pugnæ dandum. 34 Sanguineus vuarum liquor αἷμα σταφυλῆς ſanguis vuæ, id eſt rubeus vuarum liquor. Hebræi vinum appellant ſanguinem vuæ propter colorem. Quo irritarentur ad prælium. τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς πόλεμον. vt incitarent eos ad bellum. Irritantur colore ſanguineo quemadmodum tauri.

35 Diſpoſitis per ordines, &c. διεῖλον τὰ θηρία εἰς τὰς φάλαγγας, diuiſerunt beſtias per phalanges. diſtribuerunt eas per certos ordines exercitus: ne vna in parte collocatæ pugnarent. Hamatis thoracibus loricati, τεθωρακισμένοι ἐν ἁλυσιδωτοῖς, loricati loricis concatenatis. θώραξ ἁλυσιδωτὸς eſt lorica hamata, cateniſque æreis contexta, ſiue catenata. Cuique belluæ attrib. διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ. ordinati ſingulis belluis. 37 Machinis quibuſdam ſuperill. ἐζωσμένοι ἐπ' αὐτοῦ μηχαναῖς, accinctæ in eo⌊aut, illigatæ⌉machinis. Cum ſuo cuiuſque. Indo καὶ ὁ ἰνδὸς αὐτοῦ. & Indus eius. i. rector ac magiſter beſtiæ qui ex India deligebatur propter ſciẽtiã tractãdi ac regẽdi eas belluas. 40 Cautè ordinéque inced. ἤρχοντο ἀσφαλῶς καὶ τεταγμένως. ibant cautè ac ordinaté. non temere, neque effuſé. aut confuſe: ſed maxima habita ratione periculi atque ordinis. 41 Conflictúmque armorum. συγκρουσμὸς τῶν ὅπλων eſt colliſio conflictióque armorũ, aut ſonus editus ex colliſione. 42 In aciem dimicationémque εἰς παράταξιν ad pugnam inſtructus ac paratus. Eſt enim παράταξις acies ad pugnandũ dimicandúmque inſtructa, & parata. 43 Cæteris omnibus bel. &c. καὶ ἦν ὑπεράγων πάντα τὰ θηρία, & erat eminẽs ſupra cæteras beſtias. i. magnitudine reliquas excedebat. Regẽ ea portari ſuſp. ὤφθη ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστὶν ὁ βασιλεύς. viſum eſt ei quòd Rex in ea eſſet. arbitratus eſt Regem in ea geſtari. 45 Impetum fecit, &c. ἐπέδραμεν αὐτῷ θράσει incurrit in eam cũ audacia. aut, audacter in eã irruit. Se dirimentibus. ἐσχίζοντο. ſcindebantur, diducebantur. qui erant antè conferti. dirimebantur cedentes illi.

46 Succedens, elephanto ſe ſupp. εἰσέδυ ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ὑπέθηκεν αὐτῷ, ſubiit ſub elephantem, ac ſe ei ſubiecit. vt eum humeris efferens, in terram deiiceret. 47 Receperunt ſe ab illis: ἐξέκλιναν ἀπ' αὐτῶν. declinauerunt ab eis. vires Regis metuentes, receſſerunt.

Et fecit pacem cum his qui erant in Bethſura: & exierūt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbatha erant terræ.

Et comprehēdit Rex Bethſuram: & conſtituit illic cuſtodiā ſeruare eam.

Et conuertit caſtra ad locum ſanctificationis dies multos: & ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas, & fundibula.

Fecerūt autem & ipſi machinas aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos.

Eſcæ autem non erant in ciuitate, eo quòd ſeptimus annus eſſet: & qui remanſerant in Iudæa de Gentibus, conſumpſerant reliquias eorum quæ repoſitæ fuerant.

Et remanſerunt in Sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt vnuſquiſque in locū ſuū.

G Et audiuit Lyſias quòd Philippus quem conſtituerat rex Antiochus cū adhuc viueret, vt nutriret Antiochū filium ſuum, & regnaret,

Reuerſus eſſet à Perſide & Media, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia,

Et feſtinauit ire, & dicere ad Regē & duces exercitus, Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt: & locus quem obſidemus, eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno.

Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cū illis pacē, & cum omni gente eorum:

Et conſtituamus illis vt ambulent in Legitimis ſuis ſicut prius: propter Legitima enim ipſorum, quæ deſpeximus, irati ſunt, & fecerūt omnia hæc.

Et placuit ſermo in conſpectu Regis & Principum: & miſit ad eos pacem facere: & receperunt illam.

Et iurauit illis Rex & Principes: & exierunt de munitione.

Et intrauit Rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentū quod iurauit, & mandauit deſtruere murum in gyro.

Et diſceſſit feſtinanter, & reuerſus eſt Antiochiam, & inuenit Philippū dominantem ciuitati: & pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatem.

Cap. VII.

ANno cētesimo quinquageſimo-primo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & aſcendit cum paucis viris in ciuitatem maritimā, & regnauit illic.

Et factum eſt, vt ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum, compre-

49 Bethſuræos accepit in deditionē. quibus vrbe egreſſis, eo quòd "ob vacationem terræ datam alimenta non eſſent quibus obſidionem tolerarent,

50 Rex Bethſurā occupauit impoſito ad cuſtodiam eius, præſidio.

51 Ceterùm ædem ſacram per multos dies obſedit: collocatis ibi baliſtis ac machinis, atque "lapidum igniúmque tormentis, tum ad mittenda tela ſcorpionibus, ac fundis.

52 Contra quas machinas illi rurſum parauerunt alias, compluréſque dies pugnauerunt.

53 Quum autem "in horreis nulla eſſent alimenta, eo quòd annus iam ageretur ſeptimus: "reliquias verò repoſitorum ii conſumpſiſſent "qui à Gentibus ſe in Iudæam receperant:

54 Viri in Sacrario pauci relicti ſunt, propterea quòd inualeſcēte fame ſuam quiſque in domum eſſet dilapſus.

Rex ſuadente Lyſia init pacē cum Iuda.

55 Porrò vt intellexit Lyſias Philippum quem Rex viuus adhuc filio ſuo Antiocho in regnum educando præfecerat,

56 E Perſia Mediáque reuerſum cum copiis quas Rex ſecū abduxerat, "eúmque regnum cum adminiſtratione rerum capeſſere:

57 "Subitò extimulatus, ab arce Regē ducéſque exercitus adit, & ait, Deficimus in dies, "parúmque alimentorū ſupereſt nobis: deinde locus quem obſidemus munitus eſt, regníque cura nobis incūbit.

58 Nunc ergo dextera hominibus iſtis data, pacē cum eis totáque ipſorum gente faciamus:

59 Et confirmemus, "vt eis ſicut antea, "ſuis vti Legibus *liceat*. nam propter Leges ſuas à nobis diſſipatas, ira commoti hæc omnia effecerunt.

60 Placuit hæc oratio cū Regi, tum Principibus. quúmque miſſi eſſent "qui pacem deferrent illis:

61 Eam cum interpoſito Regis ac Procerū iureiurādo acceperūt. Poſthæc quum illi eſſent egreſſi è munitione,

Rex fœdus violat.

62 Rex ingreſſus montem Sion, locíque munitionem contemplatus, "iuſiurādū quod dederat, infregit, & murū iuſſit vndiq; dirui.

63 Deinde cū feſtinatione diſceſſit: Antiochiámque reuerſus, quū Philippum reperiſſet ciuitati dominantem, oppugnauit eum, & vrbem vi cepit.

Cap. VII.

Occiſis Antiocho & Lyſia, Demetrius regnat.

1 ANno centeſimo quinquageſimo primo Demetrius Seleuci filius Roma profectus, ad vrbem maritimam "cum paucis applicuit, ac regnum ibi obtinuit.

2 Accidit autem, vt eo "regiam domum maiorū ſuorum intrante,

---

49 Bethſuræos accepit in ded. ἐποίησεν εἰρήνην μετὰ τῶν ἐκ Βαιθσούρων. fecit pacē cum his qui de Bethſuron, aut Bethſura. Ob vacationem terræ datam ὅτι ἦν σάββατον τῇ γῇ quoniā erat ſabbathum terræ. id eſt quoniam terra vacauerat & quieuerat à cultura. non fuerat culta: propterea ſumma inopia alimentorum laborabant. שבת enim Hebraicè quieſcere ac ceſſare ſignificat. Hinc שבתון ſabbathū quies, ceſſatio, vacatio à re aliqua. 51 Lapidum igniúmque tormentis, πρόβολα καὶ λιθόβολα, Inſtrumenta [aut, tormenta] quibus ignis & lapides iaciebantur. cuiuſmodi nunc ſunt bombardæ. 53 In horreis nulla eſſent alimenta, βρώματα δὲ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀγγείοις, cibaria autem non erant in vaſis. id eſt horreis, frumenti ac cæterorū alimentorum receptaculis. Reliquias verò repoſitorum τὸ ὑπόλειμμα τῆς παραθέσεως reſiduum [aut, reliquum] repoſitionis. i. reliquias eorum quæ repoſita reconditáque ſeruabantur. Qui à Gentibus ſe in Iudæam receperant. οἱ ἀνασωζόμενοι εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. qui à Gentibus in Iudæam euaſerant ſalui. aut, qui conſeruati ex Gentibus ſe in Iudæā receperant. Multi enim initio calamitatis ab Antiocho illatæ ad Gentes profugerant, aut vi abducti fuerant.

56 Eúmque regnum cum adminiſtratione rerum capeſſere: ϗ ὅτι ζητεῖ παραλαβεῖν μετὰ τῶν πραγμάτων & quòd quærit accipere cum negotiis. id eſt vult regnum ſuſcipere cum adminiſtratione rerum.

57 Subito extimul. &c. καὶ κατέσπευδον, ϗ ἐπενόωντο ἐκ τῆς ἄκρας &c. Et feſtinabāt, & ſtimulabantur ex arce, vt diſcederent, & dicerēt Regi, ac ducibus exercitus. Mutatus eſt numerus. nam paulo antè dixerat Lyſiam audiſſe. ſed ſignificat eos quoque qui cum eo erant, commotos fuiſſe ſtudio deſiderióque diſcedendi. Parúmque alimentorum ſupereſt no. ϗ ἡ τροφὴ ἡμῖν ὀλίγη. & cibus nobis paucus.

59 Suis vti Legibus liceat. πορεύεσθαι τοῖς νόμοις αὐτῶν. ambulare Legibus ſuis *liceat*. id eſt viuere iuxta ſuas Leges.

60 Qui pacem deferrent εἰρηνεῦσαι ad pacem faciendam. aut, miſſi eſſent qui de pace cum illis agerent.

62 Iuſiurandum quod, &c. ἠθέτησε τὸν ὁρκισμὸν, ὃν ὤμοσεν. irritum habuit iuſiurandum quod iurauerat. non ſeruauit fidem iuriſiurandi.

"Legitur & νομίμοις Legitimis.

IN CAPVT VII.

1 Cum paucis app. ἀνέβη σὺν ἀνδράσιν ὀλίγοις, aſcendit cum viris paucis, ϗ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, & regnauit ibi. ea in vrbe regnum eſt adeptus.

2 Regiam domum maiorum ſuorum εἰς οἶκον τῆς βασιλείας τῶν πατέρων αὐτοῦ in domum regni patrum ipſius.

exercitus Antiochum & Lyſiam comprehenderet, vt eos ad ipſũ adduceret.

3 Sed quũ ille re cognita′vetuiſſet ne ſibi faciẽ illorũ oſtenderẽt,

4 Excercitus eos interfecit, &″ſoliũ regni Demetrius occupauit.

Rex, impiorum conſilio mittens Bacchidem & Alcimum in Iudæam, filios Iſrael affligit.

5 Tum adierunt eum′viri omnes ex Iſraelitis nefarii atque impii, quorum dux erat Alcimus,″qui Sacerdotium affectabat.

6 Hi′populum apud Regem, his verbis detulerunt, Iudas ac fratres eius ſuſtulerunt omnes amicos tuos, & nos ″è patria noſtra exterminarunt.

7 Nunc igitur mitte virum cui fidem habeas, qui eò profectus,′omnem inſpiciat calamitatem quam ille nobis ac regioni Regis attulit, in eóſque ſimul, & adiutores animaduertat.

8 Tum Rex″deſignatũ Bacchidem, amicum regium qui trãs fluuium erat″cum poteſtate, magnum regno, Regíque fidelẽ miſit:

9 Et vnà Alcimum illum impium,′cui decreuit Sacerdotium, ac pœnas ei ab Iſraelitis expetendas demandauit.

10 Profecti igitur, & cum magnis copiis ingreſſi terram Iudaicam, ″internuntios ad Iudam & fratres eius cum blandis per dolũ mãdatis præmiſerunt.

11 At illi′verbis eorum non acquieuerunt: quòd eos cum ingentibus copiis aduenisſe viderent.

12 Conuenit autem ad Alcimum & Bacchidem′certus Scribarum numerus ac cœtus,″vt quædam quæ ſunt æqua, poſtularent.

13 Atque adeò primi inter Iſraelitas fuerunt Aſſidæi qui pacem ab eis poſcerent:

14 Quòd ita dicerent, Homo Sacerdos cum copiis aduenit ex progenie Aaronis, qui nos nulla iniuria afficiet.

15 Cum his ille verbis egit pacificis, ac iureiurando confirmauit, ſe nullum eis malum, nec amicis ipſorum moliturum.

16 Sed quum illi credidiſſent, alii ex his comprehenſos ſexaginta viros necauerunt,″iuxta illud quod ſcriptum eſt,

17 Corpora Sanctorum tuorum & ſanguinem eorum effuderunt circa Hieroſolymam, nec erat qui illa ſepeliret.

18 Itaque ingruit terror eorum ac tremor in vniuerſum populũ: dicebant enim nullam in illis eſſe ″fidem aut iuſtitiam: quoniam ″pactum ac iuſiurandum quod dederant, violaſſent.

19 Porrò Bacchides quum relictis Hieroſolymis, caſtra poſuiſſet ad Bezaith, miſit comprehenſum multos quoſdam, quos apud ſe

hendit exercitus Antiochum & Lyſiam, vt adducerent eos ad eum.

Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi oſtendere faciem eorum.

Et occidit eos exercitus, & ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui.

Et venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Iſrael, & Alcimus dux eorũ, qui volebat fieri Sacerdos.

Et accuſauerũt populum apud Regem, dicentes, Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra.

Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat, & videat exterminium omne quod fecit nobis & regionib⁹ Regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum.

Et elegit Rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelẽ Regi: & miſit eum:

B

Et Alcimum impium conſtituit in Sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael.

Et ſurrexerũt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda: & miſerunt nuntios, & loquuti ſunt ad Iudã & ad fratres eius verbis pacificis in dolo.

Et non intẽderunt ſermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cũ exercitu magno.

Et conuenerunt ad Alcimum & Bacchidem cõgregatio Scribarum requirere quæ iuſta ſunt.

Et primi, Aſſidæi qui erant in filiis Iſrael: & exquirebant ab eis pacem.

Dixerũt enim, Homo Sacerdos de ſemine Aaron venit, nõ decipiet nos.

Et loquutus eſt cum eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens, Non inferem⁹ vobis malũ, neq; amicis veſtris.

Et crediderunt ei: & comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in vna die ſecundum verbũ quod ſcriptum eſt,

C

¶Carnes Sanctorũ tuorũ, & ſanguinem ipſorũ effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Pſal. 78. a. 2

Et incubuit timor & tremor in omnem populum: quia dixerunt, Non eſt veritas & iudicium in eis: trãſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt.

Et mouit Bacchides caſtra ab Ieruſalẽ, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & comprehendit multos ex eis

3 Vetuiſſet ne ſibi faciem illorum oſtenderent, καὶ εἶπε, μή μοι δείξητε τὰ πρόσωπα αὐτῶν, & dixit, Ne oſtendatis mihi facies eorum. ne adducatis eos in conſpectum meum. 4 Solium regni Demetrius occupauit. ἐκάθισε Δημήτριος ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐτοῦ. ſedit in throno regni ſui. id eſt regnum paternum recuperauit, ſiue obtinuit.

5 Viri nefarii ἄνδρες ἄνομοι viri iniqui, qui Legem & religionem ſuam reliquerant, ac prodiderant. Qui Sacerdotium affe. βουλόμενος ἱερατεύειν. qui volebat Sacerdos eſſe. videlicet ſummus. i. appetebat dignitatẽ ſummi Sacerdotis. eius honoris cupiditate permotus, prodebat patriam. 6 Populum apud Regem, &c. κατηγόρησαν τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, accuſarunt populum apud Regem. criminati ſunt. E patria noſtra exterm. ἐσκόρπισαν ἀπὸ τῆς γῆς ἡμῶν. diſperdiderunt[diſſiparunt, profligarunt]à terra noſtra.

7 Omnem inſpiciat calamitatem ἰδέτω τὴν ἐξολόθρευσιν πᾶσαν deſtructionem[ſubuerſionem]omnem videat.

8 Deſignatum Bacchidem, ἐπέλεξεν τὸν Βακχίδην, deſignauit[elegit, conſtituit]ducem exercitus. Cum poteſtate, κυριεύοντα, dominantem. qui erat cum imperio ac poteſtate. qui præerat ei prouinciæ, aut regioni.

9 Cui decreuit Sacerd. καὶ ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἱερωσύνην, & conſtituit ei Sacerdotium. id eſt dignitatem Sacerdotalem, aut ſummi Sacerdotis.

10 Internuntios cum blandis, &c. τοῖς ἀγγέλοις λόγοις εἰρηνικοῖς μετὰ δόλου. nuntios verbis pacificis cum dolo. verbis quæ ſpeciem pacis fictæ ſimulatæque habebant. Erant enim fraudulenta & inſidioſa ſub ſimulatione pacis.

11 Verbis eorum non acquieuerunt: οὐ προσέσχον τοῖς λόγοις αὐτῶν non attenderunt verbis eorum. non ſunt aſſenſi. nullã fidem habuerunt.

12 Certus Scribarũ numerus ac cœ. συναγωγὴ τῶν γραμματέων, congregatio Scribarum. id eſt multitudo cõgregata, cœtus, ſynagoga Scribarum. Vt quædam quæ ſunt æqua, poſtularent. ἐκζητῆσαι δίκαια. quærere iuſta. requirere quæ iuſta ſunt. Ea autem declarat verbis ſequentibus, quibus ſignificat pacem eos poſtulaſſe.

16 Iuxta illud quod ſcri. eſt, κατὰ τοὺς λόγους οὓς ἔγραψεν, ſecundum ſermones quos ſcripſit. Pſalmus eſt 78, quem ſignificat author huius hiſtoriæ compoſitum ſcriptúmque fuiſſe de cæde eorum qui à Bacchide atque Alcimo perfidioſè ac crudeliter ſunt interfecti.

18 Fidem aut iuſtitiam: οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ κρίσις· non eſt eis veritas & iudicium. i. æquitas ac rectitudo. Pactum ac iuſiurandũ violaſſent. παρέβησαν τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον. tranſgreſſi ſunt conſtitutum. id eſt pactum & conuentum. id quod ἔστησαν conſtituerant & pepigerant inter ſe.

qui ad ſe refugerãt, & quoſdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit:

Et commiſit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipſi: & abiit Bacchides ad Regẽ.

Et ſatis agebat Alcimus pro principatu Sacerdotii ſui.

Et cõuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum ſuum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Iſrael.

D Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cum eo erant, filiis Iſrael, multo plus quàm Gentes:

Et exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros deſertores, & ceſſauerunt vltrà exire in regionem.

Vidit autem Alcimus quòd præualuit Iudas & qui cum eo erant, & cognouit quia non poteſt ſuſtinere eos: & regreſſus eſt ad Regem, & accuſauit eos multis criminibus.

2.Mach.15.a.1 ¶Et miſit rex Nicanorem, vnum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael: & mandauit ei euertere populum.

Et venit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu magno, & miſit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo,

Dicens, Non ſit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, vt videã facies veſtras cum pace.

Et venit ad Iudam, & ſalutauerunt ſe inuicem pacificè: & hoſtes parati erant rapere Iudam.

E Et innotuit ſermo Iudæ, quoniã cũ dolo venerat ad eũ: & conterritus eſt ab eo, & ãplius noluit videre faciẽ eius.

Et cognouit Nicanor quoniam denudatum eſt conſilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama.

Et ceciderũt de Nicanoris exercitu ferè quinque millia viri: & fugerunt in ciuitatem Dauid.

Et poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de Sacerdotibus populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocautomata quæ offerebantur pro Rege.

Et irridens, ſpreuit eos, & polluit: &

habebatʹtransfugarum, & quoſdam è populo.ʹEos quum mactatos magnum in puteum proieciſſet,

20 Cõmiſſa Alcimo regione, militũ quod ei præſidio foret, apud eum reliquit, ipſéque ad Regem reuerſus eſt.

21 Alcimus autemʺde Sacerdotio decertabat.

22 Ad quem omnes populi ſui perturbatores cõgregati, terram Iudaicam occupauerunt, & cladem Iſraeli ingentem intulerunt.

23 Videns ergo Iudasʹ omnẽ calamitatem qua Alcimus cum ſuis Iſraelitas affeciſſetʺatrocius quàm Gentes,

24 ʺExcurſiones fecit in omnes Iudææ fines circum circa, ʹpœnáſque à viris illis deſertoribus repetiuit, donec ab incurſionibus regionis ſe continuerunt.

25 Poſtquam autem Alcimus vidit Iudam cum ſuisʹeſſe ſuperiorem,ʹnec ſe ſuſtinẽdis illis parem, reuerſus ad Regemʺgrauiſſima de illis crimina detulit.

26 Quapropter Rex Nicanorem miſit,ʺvnum ex principibus ſuis eximium,ʺinimicum Iſraelitis & infeſtum: eíque excidium populi demandauit.

Poſt reditum Bacchidis & Alcimi mittit Rex Nicanorem.

27 Quum ergo Nicanor maxima vi ad Hieroſolyma veniſſet, ad Iudam & fratres eius miſit, quiʹverbis ſpecie pacis fictæ fraudulẽtis ita dicerent,

28 Nequa inter nos & vos pugna intercedat, veniam paucis comitatus,ʺvt ora veſtra cum pace aſpiciam.

29 Verùm quum ad Iudam veniſſet,ʺpacifica cõſalutatione inter ſe inuicem facta, hoſtes Iudamʺparabant abripere.

30 Qua re Iudas cognita,ʺſe vtique per dolum eſſe conuẽtum, expauit illum,ʹnec porrò voluit in conſpectu eius permanere.

31 Poſtquam igitur cognouit Nicanor conſilium ſuum eſſe detectum, obuiam Iudæ proceſſit ad Capharſalama.

32 Et occubuerunt de exercitu Nicanoris circiter quingenti viri: reliqui autem in vrbem Dauidis aufugerunt.

33 His rebus ita geſtis, quum Nicanor aſcendiſſet in montem Siõ, exierunt ad eumʺè Sacerdotibus ex Sacrario, atque ex Senioribus populi, qui eum pacificè ſalutarent, & holocauſtum ei, quod pro Rege offerebatur, oſtenderent.

34 At illeʺirridere eos, & habere ludibrio: polluere eos atque

---

19 Tranſfugarum, αὐτομολησάντων, qui tranſfugerant[aut confugerant]ad ipſũ. αὐτομολεῖν καὶ ταυτομολεῖν de tranſfugis propriè dicũtur, qui deficiunt, ad hoſtéſque tranſeunt. Plerunque autem huiuſmodi homines eam aliorum fidem experiuntur, quam ipſi patriæ ſuæ præſtiterunt.

21 De Sacerdotio decert. ἠγωνίσατο περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. contendebat de ſummo Sacerdotio. vt eſſet ſummus Sacerdos, aut princeps Sacerdotum. ἀρχιερεὺς, inde ἀρχιερωσύνη principatus Sacerdotum.

23 Omnem calamitatem πᾶσαν κακίαν omne malum. omnia mala quibus Alcimus Iſraelitas affecerat. κακία accipitur ἀντὶ κακῶν. Atrocius quã Gentes, ὑπὲρ τὰ ἔθνη, ſupra Gẽtes. maiore enim ſæuitia & crudelitate in Iudæos vſus fuit Alcimus ipſe Iudæus, quã Gentes.

24 Excurſiones fecit in om. &c. ἐξῆλθεν εἰς πάντα τὰ ὅρια τῆς ἰουδαίας Egreſſus eſt excurrẽdi cauſa in omnes fines Iudææ. Pœnáſque à viris illis, &c. ἐποίησεν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἀνδράσι τοῖς αὐτομολήσασι, fecit[aut exercuit]vindictã in viris qui tranſfugerant ac defecerãt ad hoſtes.

25 Eſſe ſuperiorem, ὅτι ἐνίσχυσεν, quòd præualebat. Nec ſe ſuſtinendis il. pa. οὐ δύναται ὑποστῆναι αὐτοῖς, non poteſt eos ſuſtinere. videt illos ſuperiores, ſe verò imparem, aut inferiorem atque imbecilliorem. Grauiſſima de illis crimina detulit. κατηγόρησεν αὐτῶν πονηρά. criminatus, praua crimina in eos contulit. aut, criminoſè coniecit. grauiter eos accuſauit.

26 Vnum ex principibus ſuis exi. ἕνα τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ τῶν ἐνδόξων, Vnũ ex principibus ſuis gloria honoréq; illuſtribus, aut præſtantibus. Inimicum Iſraelitis & infe. τὸν μισοῦντα καὶ ἐχθραίνοντα τῷ ἰσραήλ· qui odium & inimicitias gerebat aduerſus Iſraelẽ. aut, odio animóque inimico atque infenſo in eum erat. oderat eum hoſtiliter.

27 Verbis ſpecie pacis fictæ fraudul. μετὰ δόλου λόγοις εἰρηνικοῖς cum dolo verbis pacificis. id eſt quæ doloſam ſimulationem pacis haberent, qua acerbitas odii animique infeſti occultabatur.

28 Vt ora veſtra aſpiciam. ἵνα ὑμῶν ἴδω τὰ πρόσωπα. vt videam facies veſtras.

29 Pacifica conſalutatione, &c. ἠσπάσαντο ἀλλήλους εἰρηνικῶς, ſalutarũt ſe inuicem pacificé. placidè & amicé. ſine vlla hoſtili offenſione. Parabant abripere. ἕτοιμοι ἦσαν ἐξαρπάσαι. parati erant rapere. vi auferre.

30 Se vtique per dolum eſſe conuentum, ὅτι μετὰ δόλου ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτὸν, quòd cum dolo ad eum venerat. doloſè ac fraudulenter aſpectum ac colloquium eius petierat. Nec porrò voluit in conſpectu eius permanere. καὶ οὐκ ἐβουλήθη ἐπιδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. & noluit amplius videre faciem eius. aut, in conſpectu illius verſari.

33 E Sacerdotibus ex Sacrario, ἀπὸ τῶν ἱερέων ἐκ τῶν ἁγίων, à Sacerdotibus ex Sanctis. i. ex ſanctuario, quod Sancta ſanctorum dicebatur.

34 Irridere eos, & habere lubibrio: ἐμυκτήρισεν αὐτοὺς καὶ κατεγέλασεν, ſubſannauit eos & irriſit. In narratione oratio per modum infinitum expreſſa, eſt elegans & vſitata apud Latinos: Irridere pro irridebat.

″ſuperba loqui.

Tum iurare, ac cum indignatione dicere, Niſi nunc traditus fuerit Iudas exercitúſque eius in manus meas: vbi primum″incolumis rediero, ſuccendã domũ iſtam. Simúlque cũ ira magna exiit.

Tum ingreſſi Sacerdotes, ante altare templúmque ſtantes, plorauerunt ac dixerunt,

Oratio ſacerdotum aduerſus Nicanorem.

Tu ædem hanc delegiſti, vt nomen in ea tuum inuocaretur, vt domus orationis foret populo tuo, ac precationis.

″Suſcipe vindictam de iſto homine atque exercitu eius, vt gladio trucidentur: ″recordare maledicta eorum, ′nec locum conſiſtendi eis dederis.

Egreſſus itaque Hieroſolymis Nicanor, caſtra in Bethoron poſuit, cui″copiæ ex Syria profectæ occurrerunt.

Iudas verò″Adaſis ſtatiua habuit cum tribus virorum millibus: ibi Iudas orauit ac dixit,

Iudas, oratione facta, Nicanorẽ interfecit.

Olim quum ii qui à Rege *ſennacherib* miſſi fuerant, ′contumelioſè eſſent loquuti, exortus Angelus tuus centum octoginta quinque millia ex ipſis interfecit:

Eodem hodie modo contere exercitum hunc in conſpectu noſtro, vnde cæteri diſcant eum aduerſus Sacra tua malè loquutum fuiſſe: atque eum pro malitia ipſius iudica.

Poſtea prælio inter acies commiſſo, die menſis Adar tertiadecima fuſa eſt acies Nicanoris, ipſeq; primus in ea pugna cecidit.

Quem vbi cæſum eſſe viderunt copiæ eius, abiectis armis fugam ceperunt.

Eas autẽ itinere vnius diei ab Adaſis vſque ad Gazera ſunt perſequuti, claſſicis quibus ſigna dantur, poſt eas ſonantibus.

″Prouolabántque ex omnibus vndique Iudææ vicis, quòd quũ ex vna parte″ab aliis impellerentur, ex altera in alios incidebant: ita omnes gladio ſunt cæſi, vt″ne vnus quidem ex illis euaſerit.

Tum hi ſpoliis lectis, prædáque parta, caput Nicanoris & dexteram quam ſuperbè protenderat, amputarunt: eáque allata iuxta Hieroſolymam ſuſpenderunt.

Populus autem admodùm lætatus, ″illũ diem celebrauit vt ingentis lætitiæ.

Eúmque diem ſingulis annis decimatertia menſis Adar celebrandum inſtituit.

Ita terra Iudaica″paucis diebus conquieuit.

Cap. VIII.

Iudas Romanorum res bene geſtas conſiderãs, pacẽ cũ eis init.

AVdiuit autem Iudas nomen Romanorũ, ′quantum potẽtia valerẽt, &″quòd facilè concederent ea oĩa quæ ab ipſis pete-

loquutus eſt ſuperbé.

35 Et iurauit cum ira, dicens, Niſi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: continuò quum regreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exiit cum ira magna.

36 Et intrauerunt Sacerdotes, & ſteterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt,

37 Tu Domine elegiſti domum iſtam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo:

38 Fac vindictã in homine iſto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blaſphemias eorum, & ne dederis eis vt permaneant.

F

39 Et exiit Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Syriæ.

40 Et Iudas applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit,

41 |Qui miſſi erant à Rege Sennacherib, Domine, quia blaſphemauerunt te, exiit Angelus, & percuſſit ex eis cẽtum octogintaquinque millia:

4.Reg.19.g.35
tob.1.d.21
eccli 48.d.24
eſa.37.g 36
2.mach.8.c.19

42 Sic contere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie, & ſciant cæteri quia malè loquutus eſt ſuper Sancta tua: & iudica illum ſecundum malitiam illius.

43 Et commiſerunt exercitus prælium tertiadecima die menſis Adar: & cõtrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prælio.

44 Vt autem vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua, & fugerunt.

G

45 Et perſequuti ſunt eos viam vnius diei ab Adazer, vſquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus.

46 Et exierunt de omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & ventilabãt eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos, & ceciderũt omnes gladio, & nõ eſt relictus ex eis nec vnus.

47 Et acceperunt ſpolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dextram eius quam extenderat ſuperbè: & attulerunt, & ſuſpẽderunt contra Ieruſalem.

48 Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna.

49 Et conſtituit agi omnibus annis diẽ iſtam tertiadecima die menſis Adar.

50 Et ſiluit terra Iuda dies paucos.

Cap. VIII.

1 ET audiuit Iudas nomen Romanorum quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ

Superba loqui. ἐλάλησεν ὑπερηφάνως. loquutus eſt ſuperbè. inſolenter ſe iactauit aduerſus Deum, & arroganter.

35 Incolumis rediero, ἐπιστρέψω ἐν εἰρήνῃ, reuerſus fuero in pace. i. ſaluus & incolumis.

38 Suſcipe vind. &c. ποίησον ἐκδίκησιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ fac vindictam in hoc homine. ede iudicium tuum in vlciſcendo hoc homine, eiúſque exercitu. aut, vlciſcaris eos qui tam ſuperbè & contumelioſè ſunt loquuti. Recordare maledicta eorum, μνήσθητι τῶν δυσφημιῶν αὐτῶν, memineris blaſphemiarum [& contumeliarum] eorum. quæ contumelioſè in te dixerunt. Nec locum conſiſt. &c. καὶ μὴ δῷς αὐτοῖς μονήν. neque des ipſis manſionem. id eſt locum in quo permaneant, & conſiſtant.

39 Copiæ ex Syria profe. δύναμις συρίας exercitus Syriæ. i. copiæ quæ ex Syria venerant.

40 Adaſis ſtatiua habuit παρενέβαλεν ἐν ἀδασά, caſtra habuit in Adaſa.

41 Contumelioſè eſſent loquuti, ἐδυσφήμησαν, blaſphemauerant. malè atque impiè loquuti fuerant.

46 Prouolabántque καὶ ἐξῆλθον exibant. emittebãtur ex omnibus Iudææ vicis preſſi ab his qui eos perſequebantur. Ab aliis impell. ὑπερεκέρων αὐτούς, cornu ventilabant. agitabant. impellebant. aut, concludebant eos. Eſt enim ὑπερκερᾶν cornua extẽdendo, claudere à tergo hoſtem. Prior ſignificatio mihi magis placet, quia ſequitur, ἀπέστρεφον οὗτοι πρὸς τούτους, recidebant hi ad alios. i. impulſi ab aliis, incidebãt in alios. Ne vnus quidem, &c. οὐ κατελείφθη ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς. nõ relictus eſt ex illis ne vnus quidẽ. nemo ſuperfuit. omnes interfecti ſunt ad internecionem vſque. 48 Illum diẽ celeb. ἤγαγον τὴν ἡμέραν egerũt [agitauerũt, proſequuti ſunt] diem illum. maxima lætitia, & feſtiuitate in poſterum proſequendũ ac celebrandum inſtituerunt. 50 Paucis die. cõq. ἡσύχασεν ὀλίγας ἡμέρας. quieuit paucos dies. quietem paucorum dierum habuit.

IN CAPVT VIII.

1 Quantum potentia valer. ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ ἰσχύϊ, quòd ſunt potentes robore. i. viribus, atque opibus. quòd plurimũ poſſunt. Quod facilè, &c. ὅτι εὐδοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προστιθεμένοις αὐτοῖς, quòd acquieſcerent in omnibus quæ proponerentur ipſis. i. poſtularentur. προστιθέναι proponere aliquid alicui ſignificat: & hoc loco Romanorum humanitatem in poſtulatis aliorum accipiendis ac concedendis oſtendit.

poſtulantur ab eis: & quicunque acceſſerunt ad eos, ſtatuerunt cum eis amicitias: & quia ſunt potentes viribus.

2 Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerũt ſub tributum.

3 Et quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatẽ redegerunt metalla argenti & auri quæ illic ſunt, & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo & patientia.

4 Locáque quæ longè erant valde ab eis, & Reges qui ſuperuenerãt eis ab extremis terræ, contriuerunt, & percuſſerunt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributũ omnibus annis.

5 Et Philippum & Perſen Ceteorum Regem, & cæteros qui aduerſum eos arma tulerant, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos.

6 Et Antiochum magnum Regem Aſię, qui eis pugnã intulerat, habentẽ centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde, contritum ab eis:

7 Et quia ceperunt eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe & qui regna-
B rent poſt ipſum, tributum magnum, & daret obſides, & conſtitutum.

8 Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni Regi.

9 Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit ſermo his,

10 Et miſerunt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi: & captiuas duxerunt vxores eorum & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum poſſederunt, & deſtruxerunt muros eorũ, & in ſeruitutem illos redegerunt vſque in hunc diem.

11 Et reſidua regna, & inſulas quæ aliquando reſtiterant illis, exterminauerunt, & in poteſtatem redegerunt.

12 Cũ amicis autẽ ſuis, & qui in ipſis requiẽ habebant, cõſeruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant lõgè: quia quicunque audiebant nomẽ eorum, timebant eos.

rentur, atque amicitiam conſtituerent cum iis″qui ad eam ſe conferrent: denique quòd opibus ac viribus plurimum poſſent.

″Audiuit etiam bella eorum, ″réſque præclarè ac fortiter geſtas aduerſus Gallos, quos deuictos″ſibi tributarios reddidiſſent.

Deinde quæcunque geſſiſſent in prouincia Hiſpania, vt metalla auri & argenti quod ibi eſſet, obtinerent, totã regionem illam conſilio atque″animi magnitudine ſuperaſſe, atque in poteſtatẽ ſuam redegiſſe, quanuis locus ab ipſis maximopere remotus eſſet.

Præterea Reges, qui″ab vltimis terris eos bello petiuiſſent, planè profligaſſe, atque ingenti clade affeciſſe, ″à reliquis verò tributum ſingulis annis exegiſſe.

In his etiam Philippum, ac Perſen Cithieorum Regem, cæteróſque″qui arma contra eos tuliſſent, ab illis confectos, ″in poteſtatémque redactos.

Ex eorum numero fuit Antiochus magnus ille Aſiæ Rex, qui quum ad bellum contrà Romanos gerendum cum centum ac viginti elephantis, equitatu, curribus, maximíſque viribus iuiſſet, ab illis fuſus ac profligatus,

Viuúſque captus, iuſſus eſt & ipſe, ″& ſucceſſores eius in regno magnum tributum pendere, ac dare obſides.

Eoſdémque ″facta Aſiæ diuiſione, regiones Indiam, Mediam, Lydiam, partémque amœniſſimarum ipſius regionum ab illo acceptas, Eumeni Regi tradidiſſe.

Quum verò Græci adoriri eos″atque excindere deliberaſſent, ipſos vt rem cognouerunt,

Duce vno aduerſus illos miſſo, belloq; illato, cæſos ex eis multos interemiſſe, multos captiuos cum vxoribus ipſorum liberíſque abduxiſſe: prædáque parta, terra eorum fuiſſe potitos: tum diruiſſe munitiones eorũ, eoſdémque deprædatos in ſeruitutem ad hunc vſque diem redegiſſe.

Reliqua denique regna, & inſulas, omnes quicunque eis reſtiterunt, deuaſtaſſe, eóſque ſibi ſubieciſſe.

Cum amicis verò ſuis, atque iis″qui in ipſis acquieſcerent, amicitiam coluiſſe, ac conſeruaſſe: ita regnis omnibus″tam propinquis quàm remotis potitos fuiſſe, omnibúſque eſſe, qui nomen ipſorum audiuiſſent, formidandos.

Qui ad eam ſe conferrent: ὅσοι ἂν προσέλθωσιν αὐτοῖς, quicunque ad eos accederent. amicitiã eorum appeterent, ad eam ſe applicarent, atque adiungerent. 2 Audiuit etiam bella eorum, καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς πολέμους αὐτῶν, Et narrauerunt [aut commemorarunt] ei bella eorũ. Réſque præclarè ac fortiter ge. &c. τὰς ἀνδραγαθίας ἃς ποιοῦσιν ἐν τοῖς γαλάταις. virilia facinora quæ faciunt in Galatis. Gallos intelligit, apud quos Cæſar ſpatio decem annorum maximas res geſſerat, eóſque in poteſtatem populi Romani redegerat. Nam Galatæ à Gallis ſunt appellati, quoniam eam Aſiæ minoris partem occuparunt, atque incoluerunt, quæ Galatia eſt nominata. Sibi tributarios reddidiſſent. ἤγαγον αὐτοὺς ὑπὸ φόρον. adduxiſſent [aut redegiſſent] eos ſub tributũ. i. effeciſſent eos tributarios ac vectigales, in quo erat ſignũ ſubiectionis ac prouinciæ.

3 Animi magnitudine ſuperaſſe, τῇ μακροθυμίᾳ κατεκράτησαν, longanimitate obtinuiſſent locũ illum. potiti eſſent loco illo. μακροθυμία æquitatem animi, patientiam, moderationem ſignificat, quæ cum magnitudine ac fortitudine animi non impatientis coniuncta eſt. Plutarchus ſcribit de Scipione Africano, eum plures homines adduxiſſe in poteſtatem populi Romani, humanitate & manſuetudine, quàm vi armorum ac metu. 4 Ab vltimis terris eos bello petiuiſſent, τῶν ἐπελθόντων ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, qui venerant contra eos ab extremis terræ. qui bello laceſſiuerant. aggreſſi fuerant. A reliquis verò tributum ſingulis annis exeg. οἱ ἐπίλοιποι διδόασιν αὐτοῖς φόρον κατ' ἐνιαυτόν. cæteri dant [aut pendunt] eis tributum quotannis. tributum annuum.

5 Qui arma contra eos tuliſſent, τοὺς ἐπαρθέντας ἐπ' αὐτοὺς, qui inſurrexiſſent aduerſus eos. qui arma illis intuliſſent. In poteſtatémque redactos. καὶ κατεκράτησαν αὐτῶν. & dominati ſunt eis. aut, ſubiugauerunt. dominatum in eos obtinuerũt. κατακρατεῖν τινὸς imperium ac dominatum in aliquem habere, aliquem in poteſtatem ſuam redigere.

7 Et ſucceſſores eius in regno καὶ τοὺς βασιλεύοντας μετ' αὐτὸν & regnantes poſt ipſum. qui regnum poſt ipſum obtinerent, certum tributum pependerunt.

8 Facta Aſiæ diuiſione, regiones, Indiam, &c. κ. διαστολὴν. καὶ χώραν ἰνδικὴν ἔδωκαν αὐταῖς, & diſtinctionem, & regionem Indicam eas dederunt Eumeni Regi. διαστολὴν vocat diſtributas & diſpertitas Aſiæ regiones, quæ ſub regno Antiochi antea continebantur, quas Romani ab illo acceptas, Eumeni tradiderunt.

9 Excindere ἐξᾶραι αὐτοὺς, tollere eos. eorum imperium euertere, atque delere.

12 Qui in ipſis acquieſcerent, τῶν ἐπαναπαυομένων αὐτοῖς, qui conſentiebant cum ipſis. aut, quietè coniunctéque viuebant. qui non erant moleſti ac rebelles, ſed quieti & amici. Tam propinquis quàm remotis τῶν ἐγγὺς καὶ τῶν μακρὰν his quæ propè & procul erant.

Quoſcũque denique″voluiſſent adiutos ipſi, in regnúmque inductos, eos regnare: rurſúmque″è regno educi quos voluiſſẽt:″planè ſummã poteſtatis eorũ magnitudinẽ eſſe ad quã eſſent euecti.

Neque tamen″in his omnibus quenquam ex ipſis diadema impoſitum geſtare, aut purpuram″qua ſe magnificè gerat, induere.

Sed″Senatum legiſſe ſibiipſis, in quo trecẽti ac viginti viri quotidie″conſilium *de republica* caperent: *itáque*″curam populi ſuſciperẽt, ″vt honeſta ac moderata vitæ ratio ipſorum eſſet.

Porrò″imperium ſuum vni homini annuum committere, qui vniuerſæ ipſorũ terræ dominetur, ″cui omnes dicto ſint audiẽtes: nec inuidiam eſſe vllam inter eos aut æmulationem.

Iudas itaque delectos, Eupolemum Ioãnis ex Accos nati filiũ, & Eleazari filium Iaſonem Romã miſit ad amicitiam & ſocietatem cum Romanis conſtituendam:

Vt ab illis eo ſeruitutis iugo liberarentur, ″quo à regno Græcorum videbant premi Iſraelem.

Hi Romã profecti perlõgo itinere, poſtquam in Senatum ſunt ingreſſi, ″ſic orſi loquuti fuerunt,

Iudas qui Maccabæus appellatur, eiúſque fratres, ac omnis populus Iudaicus nos ad vos miſerunt, vt ſocietatem ac pacem habeamus vobiſcum, atque″in numerum ſociorum veſtrorum & amicorum aſcribamur.

″Hæc illis oratio grata fuit.

Et hoc eſt exemplum epiſtolæ, ″quam reſcriptam in tabulis æreis miſerunt Hieroſolymã, vt illic apud Iudæos eſſet″monumentum pacis ac ſocietatis conſtitutum.

Reſcriptum Romanorum ad Iudæos.

″Quod fœlix fauſtúmque ſit populo Romano gentíque Iudaicæ tam mari quàm terra in perpetuum: gladius quidem & hoſtis″procul ab his eſto.

Veruntamen ſi bellum prius in Romanos motum fuerit, aut in quoſcunque eorum ſocios, ″in omni ipſorum ditione,

Auxilium feret ipſis gens Iudaica, ″ſumma voluntate, ″provt tẽpus eis præſcriptum ac præſtitutum fuerit.

13 Quibus verò vellent auxilio eſſe vt regnarent, regnabãt: quos autem vellent, regno deturbabãt: & exaltati ſũt valde.

14 Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. C

15 Et quia Curiam fecerũt ſibi, & quotidie conſulebant trecẽtos viginti, cõſilium agẽtes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt, gerant.

16 Et committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ: & omnes obediunt vni, & nõ eſt inuidia neque zelus inter eos.

17 Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filii Iacob, & Iaſonem filiũ Eleazari: & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem:

18 Et vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia viderunt quòd in ſeruitutẽ premerent regnum Iſrael.

19 Et abierunt Romam viam multã valde, & introierunt Curiam, & dixerunt,

20 Iudas Machabęus, & fratres eius, & populus Iudęorum miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem & pacem, & conſcribere nos ſocios & amicos veſtros.

21 Et placuit ſermo in conſpectu eorum.

22 Et hoc reſcriptum eſt quod reſcripſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Ieruſalem, vt eſſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis.

23 Bene ſit Romanis, & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum: gladiúſque & hoſtis procul ſit ab eis. D

24 Quòd ſi inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſociis eorum in omni dominatione eorum:

25 Auxilium feret gens Iudęorũ, provt tempus dictauerit, corde pleno.

13 Voluiſſent adiutos, &c. ὅσοις δὲ ἂν βούλωνται βοηθεῖν καὶ βασιλεύειν, quoſcunque volebant iuuare ac regnare, eos regnum obtinere. E regno educi, μεθιστῶσι, transferunt[aut remouent]è regno, quos volunt. καθιστάναι eſt Regem conſtituere: ei contrariũ eſt μεθιστάναι, deiicere aliquem de regno, ac remouere. abdicare eum poteſtate regia. Hæc erat ſumma eorum poteſtas in cõſtituendis & abdicandis Regibus. Planè ſummam poteſtatis eorum, &c. καὶ ὑψώθησαν σφόδρα. & exaltati erant vehementer. id eſt in ſummum imperii poteſtatíſque faſtigium euecti. in altiſſimo poteſtatis gradu conſtituti.

14 In his omnibus, &c. ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐπέθετο οὐδεὶς αὐτῶν διάδημα, in his omnibus nullus eorum imponebat diadema. ſubaudi capiti. in his tantis imperii opibus ac viribus, quenquam ex ipſis diadema impoſitum geſtare. Qua ſe magnificè gerat, ὥστε ἁδρυνθῆναι ἐν αὐτῇ, vt in ea turgeſceret. id eſt ſuperbè ſe oſtentaret, veſtitus ornamento inflatus, atque elatus.

15 Senatum legiſſe ſibiipſis, βουλευτήριον ἐποίησαν ἑαυτοῖς, Curiam[locum in quo ſummum ciuitatis conſilium haberetur]fecerunt ſibi. Conſilium *de repub.* caperẽt: ἐβουλεύοντο consultabant. deliberabant de rep. aut rebus ad eam pertinentibus. Curam populi ſuſciperẽt, βουλευόμενοι διὰ παντὸς περὶ τοῦ πλήθους, conſultantes ſemper de multitudine, id eſt populo, cuius curam paternam habebant: itaque Patres conſcripti ſunt appellati. Vt honeſta ac moderata, &c. τοῦ εὐκοσμεῖν αὐτούς. vt ipſi modeſtè viuerent. modeſtam honeſtámque vitam degerent in rep. moderata ac temperata optimis legibus, inſtitutis, ac moribus.

16 Imperium ſuum vni homini, &c. πιστεύουσιν ἑνὶ ἀνθρώπῳ ἄρχειν αὐτῶν κατ᾽ ἐνιαυτὸν, credunt vni homini, vt imperium habeat in ipſos ſingulis annis. deferunt ad eum imperium annuum. Conſularem poteſtatem intelligit. Cui omnes dicto ſunt audientes, καὶ πάντες ἀκούουσι τοῦ ἑνός, ac omnes vnum audiant. ei vni pareant. eius imperium ſequantur.

18 Quo à regno Græc. &c. ὅτι εἶδον τὴν βασιλείαν τῶν Ἑλλήνων καταδουλουμένης τὸν Ἰσραὴλ δουλείαν quoniam videbãt regnum Græcorũ redigere in ſeruitutem Iſraelem. 19 Sic orſi loquuti fue. ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον, reſponderũt & dixerunt. Hebraiſmus eſt, pro, ita cœperũt dicere. aut, ita exorſi loquuti ſunt. 20 In numerum ſociorum, &c. γραφῆναι ἡμᾶς συμμάχους καὶ φίλους ὑμῶν. vt ſcribamur ſocii & amici veſtri. id eſt vt recipiamur in veſtram amicitiam, & ſocietatem.

21 Hæc illis oratio grata fuit. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον αὐτῶν. & placuit oratio in conſpectu eorum.

22 Quam reſcriptam in tabulis æreis ἧς ἀντέγραψεν ἐν δέλτοις χαλκοῖς quam reſcripſit[aut deſcripſit]in tabulis æreis. Vſus eſt numero ſingulari pro plurali reſcripſerunt: aut Senatus, vel populus intelligendus eſt. A verbo ἀντιγράφειν dicitur ἀντίγραφον exemplũ, aut exemplar(quo hîc vſus eſt) aliquid deſcriptum, aut tranſcriptũ ab ἀρχετύπου primò ſcripto, aut primo exemplari quod vocant originale. Monumentum pacis ac ſoc. μνημόσυνον εἰρήνης καὶ συμμαχίας memoriale pacis & ſocietatis ad memoriam amicitiæ inſtitutæ cuſtodiendam.

23 Quod fœlix fauſtúmque ſit po. Ro. καλῶς γένοιτο Ῥωμαίοις bene ſit Romanis & genti Iudæorum. Precatio eſt ſalutaris, qua vtebantur in principio orationis. Procul ab his eſto. μακρυνθείη ἀπ᾽ αὐτῶν. longè abſit ab his. remoueatur ab his.

24 In omni ipſorum ditione, ἐν πάσῃ κυρείᾳ αὐτῶν, in omni dominatione ac imperio.

25 Summa voluntate, καρδίᾳ πλήρει, corde pleno. id eſt ſummo ſtudio, ac toto animo. Provt tempus eis præſcriptum ὡς ἂν καιρὸς ὑπογραφῇ αὐτοῖς, vt tempus præſcriptum[præfinitum, præſtitutum]fuerit eis.

Et præliantibus non dabũt, neque subminiſtrabũt triticum, arma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. 26

Similiter autem & ſi genti Iudæorum prius acciderit bellum, aduiabunt Romani ex animo, prout ei s tẽpus permiſerit: 27

Et adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis. & cuſtodient mandata eorum abſque dolo. 28

Secundum hæc verba conſtituerũt Romani populo Iudæorum. 29

Quòd ſi poſt hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo: & quæcũque addiderint vel dempſerint, rata erunt. 30

Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei, dicentes, Quare grauaſti iugum tuum ſuper amicos noſtros & ſocios Iudæos? 31

Si ergo iterum adierint nos aduerſum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terráque. 32

Cap. I X.

INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercit⁹ eius in prælio, appoſuit & Bacchidẽ & Alcimum rurſum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. 1

Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & caſtra poſuerũt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominũ multas. 2

In menſe primo anni centeſimi & quinquageſimi ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem: 3

Et ſurrexerunt, & abierunt in Berean viginti millia virorũ, & duo millia equitum. 4

Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa, & tria millia viri electi cum eo. 5

Et viderunt multitudinem exercitus quia multi ſũt, & timuerũt valde: & multi ſubtraxerunt ſe de caſtris, & non remanſerunt ex eis niſi octingenti viri. 6

Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus ſuus, & bellum perurgebat eum, & confractus eſt corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & diſſolutus eſt. 7

Et dixit his qui reſidui erant, Surgamus, & eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterim⁹ pugnare aduerſ⁹ eos. 8

26 Neque hoſtibus frumẽta dabit, neque arma, nec pecuniam, aut nauem ſuppeditabit, vt Romanis placuerit: ′quorum præſcripta ſeruabunt nulla mercede.

27 Similiter autem ſi bellum genti Iudæorum priori extiterit, auxilia dabunt Romani ″bona fide, provt tempus eos monuerit.

28 ″Bellúmque iuuantibus nec frumentum ab ipſis ſuppeditabitur, nec arma, pecuniæ, naues, provt Romanis viſum fuerit faciẽdum. atque hæc præſcripta ſeruabunt ſine vllo dolo.

29 ″In hæc verba Romani cum populo Iudaico ſunt pacti.

30 Quod ſi ad hæc verba decreuerint hi, aut illi addere quidpiam, aut demere, ″alterorum id facient voluntate, ratúmque eſto quicquid addiderint, aut dempſerint.

31 Porrò ″de iniuriis quibus Demetrius Iudæos affecit, his verbis ei ſcripſimus, Quare iugo tuo grauaſti amicos noſtros & ſocios Iudæos?

32 Certè ſi nos ″adierint aduerſum te denuo, ″perſequemur ius eorum, & bellum tibi mari terráque faciemus. Cap. I X.

1 VT autem intellexit Demetrius quomodo Nicanor cum copiis ſuis bellum geſſiſſet, ″denuo miſit Bacchidem & Alcimum in Iudæam, ″eíſque cornu dextrum attribuit.

Nicanore mortuo, rurſum mittit Demetrius Bacchidẽ & Alcimum contra Iudam,

2 Hi itinere quo ad Galgala itur, profecti, quũ ad Maſaloth (quæ in Arbelis eſt) caſtra poſuiſſent, ea capta, ″vitam plurimis hominibus eripuerunt.

3 Deinde menſe anni centeſimi quinquageſimi ſecundi primo, caſtra ad Hieroſolymam mouerunt.

4 Indéque Beream cum viginti millibus peditum, equitúmque millibus duobus peruenerunt.

5 Iudas autem ″ſtatiua habebat Eleaſæ cum tribus electorum virorum millibus.

6 Qui quũ ″vim ingentem exercitus illius vidiſſent, exterriti ſunt vehementer, multíque ″è caſtris dilapſi, vt præter viros octingentos ex illis nemo relinqueretur.

7 Videns ergo Iudas ′exercitum ſuum eſſe dilapſum, & ſe bello premi, ′fractus animo, eo quòd tempus recolligendi illos non haberet, conſternatúſque,

8 ″Hortatur reliquos, ″Inſurgamus, atque aggrediamur hoſtes noſtros, ſi fortè poſſimus eos debellare.

26 Quorum præſcripta ſeruabunt nulla mercede. καὶ φυλάξονται τὰ φυλάγματα αὐτῶν οὐδὲν λαβόντες. & cuſtodient mandata eorum nihil accipientes. φυλάγματα vocat certas ſocietatis conditiones conſeruandas.

27 Bona fide, ἐκ ψυχῆς, ex animo. quæ forma poteſt ſignificare tum fidem, tum animi ſtudium & voluntatem.

28 Bellúmque iuuantibus, τοῖς συμμαχοῦσι, auxilium ferentibus contrariæ parti. id eſt inimicis & hoſtibus, quorum potius debent eſſe inimici. συμμαχεῖν ſignificat coire ſocietatem in bello cum aliquo, cum eo coniunctum iuuare bellum.

29 In hæc verba ſunt pacti. κατὰ τοὺς λόγους τούτους ἔστησαν τῷ δήμῳ τῶν ἰουδαίων. ſecundum hæc verba conſtituerũt populo Iudæorum ſocietatem. id eſt pepigerunt. ſocietatem inierunt.

30 Alterorum id fa. vol. ποιήσουσι ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. facient ex electione ipſorum. id eſt pro arbitratu ſuo. aut ad arbitrium ſuum, vt ipſis placuerit. 31 De iniuriis quibus affecit, περὶ τῶν κακῶν ὧν συντελεῖται εἰς αὐτούς, de malis quæ Demetrius patrauit in eos. intulit eis.

32 Adierint aduerſum te ἐντύχωσι κατὰ σοῦ interpellarint nos aduerſum te. id eſt querelas iniuriarum tuarum ad nos detulerint. ſi cõqueſti de te fuerint. Hinc ἔντευξις interpellatio, in qua de aliorũ iniuriis querimur. Paulus Rom. 11. a. 2 de Elia, ὡς ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ ἰσραὴλ. interpellat Deum aduerſus Iſraelem. id eſt conqueritur apud Deum. agit cum Deo. Perſequemur ius eorum, ποιήσομεν αὐτοῖς τὴν κρίσιν, faciemus eis iudicium. id eſt ius eorum defendemus. perſequemur iniurias eis illatas.

IN CAPVT IX.

1 Denuo miſit Bacchidem προσέθετο ἐκ δευτέρου ἀποστεῖλαι. adiecit ex ſecundo mittere. id eſt iterũ miſit. Eſt enim Hebraiſmus. Eiſque cornu dextrum attribuit. καὶ τὸ δεξιὸν κέρας μετ' αὐτῶν. & dextrum cornu cum eis. ſubaudi verbum miſit.

2 Vitam plurimis hominibus eripuerunt. ἀπώλεσαν ψυχὰς ἀνθρώπων πολλῶν. perdiderunt animas hominum multorum. id eſt multos homines vita priuauerunt, aut necauerunt.

5 Statiua habebat Eleaſæ ἦν παρεμβεβληκὼς ἐν ἐλέασα caſtra habebat in Eleaſa.

6 Vim ingentem exercitus vidiſſent, εἶδον τὸ πλῆθος τῆς δυνάμεως, ὅτι πολλοί εἰσι, viderunt multitudinem copiarum, quòd multi eſſent. E caſtris dilapſi, ἐξέρρυησαν πολλοὶ ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς, effluxerunt multi. id eſt ſubſtraxerunt ſe è caſtris.

7 Exercitũ ſ. eſſe di. ὅτι ἀπέρρυη ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, quòd defluerent caſtra ipſius. abirent, ac diſcederẽt milites vim hoſtiũ ſubterfugiẽtes. Fractus animo conſt. συνετρίβη τῇ καρδίᾳ καὶ ἐξελύθη, Cõfractus eſt corde & diſſolutus eſt. ἐκλύεσθαι eſt conſternari, debilitari, atque animo deficere. ἀθυμεῖν animum deſpondere. 8 Hortatur reliquos, εἶπε τοῖς καταλειφθεῖσιν, dixit relictis. id eſt iis qui remanſerant.

At illiʹabſterrere eũ ac dicere, Minimè poterimus: quin potius hoc tempore ʹvitæ noſtræ conſulamus : reuertere, nam fratres noſtri dilapſi ſunt : & nos aduerſus iſtos pugnemus, quum pauci ſimus? 9

At Iudas,ʹAbſit hoc à me facinus, inquit,ʹvt iſtos fugerim: quãdoquidem dies noſtra venit, moriamur pro fratribus noſtris fortiter, nec gloriæ noſtræʹprobrum relinquamus. 10

Interim è caſtris proceſſit exercitus, atque ʹex aduerſo his conſtitit. Erat autem equitatus duas in partes diuiſus, & præcedebãt exercitumʹfunditores ac ſagittarii, ʹprimámq; robuſtiſſimi quique aciem tenebant. 11

Bacchides verò erat in cornu dextro. ʹcertamen igitur inierunt phalanges ex vtraque parte, ac tubis cecinerunt. 12

Incinuerunt etiam à Iudæ copiis claſſica, adeò vt terra præ ſonitu exercituum contremiſceret. Quum autem commiſſo prælio à mane vſque ad veſperam pugnatum eſſet, 13

Vidiſſétque Iudas Bacchidẽʹcum firmamento exercitus in parte dextera, iunxerunt ſe eiʹanimo fidentiſſimi quique. 14

Et fuſo cornu, dextero, fugientes vſque ad montem Azoti perſequuti ſunt. 15

Iudas interficitur.

Cæterũ qui tenebãt ſiniſtrũ cornu, quũ vidiſſent dextrũ cornu fuſũ eſſe,ʹſe in veſtigia Iudæ & ſociorũ eius à tergo circũegerũt. 16

ʹIngraueſcẽte autem certamine dum cæſiʹhinc atque illinc crebri cadunt, 17

Iudas quoque occubuit, & reliqui fugam ceperunt. 18

Tum Ionathan & Simon ſublatum Iudam fratrem ſuumʹſepulchro maiorum ſuorum Modini tradiderunt. 19

Et deflerunt eum, ac planxerunt omnes Iſraelitæ ſumma cum lamentatione, luxerúntque diebus multis, dictitantes, 20

ʹSiccine cecidiſſe fortem virum, ſeruatorem Iſraelis? 21

ʹCæterùm rerum Iudæ ac bellorum, fortiúmque factorum eius,ʹeorúmque amplitudinis alia ſuperſunt, quæ non ſunt ſcripta: ſiquidem permulta fuerunt. 22

Impii affligentes amicos Iudæ

Porrò poſt obitum Iudæ accidit vt ʹproferrent ſe homines nefarii, in omnibus finibus Iſraelis ʹatq;, iniuſtiſſimi quiq; exiſterẽt. 23

Eodem etiã tempore grauiſſima fames extitit, qua regio preſſa 24

9 Et auertebant eum, dicentes, Non poterimus: ſed liberemus animas noſtras modò, & reuertamur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus aduerſus eos: nos autem pauci ſumus.

10 Et ait Iudas, Abſit iſtam rem facere, vt fugiamus ab eis: & ſi appropiauit tempus noſtrũ, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. B

11 Et mouit exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obuiã: & diuiſi ſunt equites in duas partes, & fundibularii & ſagittarii præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes.

12 Bacchides autẽ erat in dextro cornu : & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis.

13 Exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipſi, & cõmota eſt terra à voce exercituum: & commiſſum eſt prælium à mane vſq; ad veſperam.

14 Et vidit Iudas quòd firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dextris & , cõuenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde.

15 Et contrita eſt dextera pars ab eis, & perſequutus eſt eos vſque ad montem Azoti.

16 Et qui in ſiniſtro cornu erãt, viderunt quòd contritum eſt dextrũ cornu, & ſequuti ſunt poſt Iudam & eos qui cum ipſo erant à tergo.

17 Et ingrauatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis:

18 Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt.

19 Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſepelierunt eũ in ſepulchro patrum ſuorum in ciuitate Modin.

20 Et fleuerunt eum omnis populus Iſrael planctu magno, & lugebãt dies multos, C

21 Et dixerunt, Quomodo cecidit potẽs, qui ſaluũ faciebat populũ Iſrael?

22 Et cætera verba bellorum Iudæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non ſunt deſcripta: multa enim erant valde.

23 Et factum eſt poſt obitum Iudæ emerſerũt iniqui in omnibus finibus Iſrael, & exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatem.

24 In diebus illis facta eſt fames ma-

9 Abſterrere eum ἀπέστρεψαν αὐτὸν auertebant. abſterrebant, aut deterrebant. Dixi antè de hoc orationis genere pro præterito imperfecto in hiſtoria Latina vſitato. Vitæ noſtræ conſulamus: σώζωμεν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. conſeruemus animas noſtras. id eſt vitam noſtram. ne obiiciamus nos vitæ periculo. 10 Abſit hoc à me μή μοι γένοιτο ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο. ne mihi accidat [aut eueniat] facere hanc rem. Oratio eſt hominis aliquid vt turpe ac indignum auerſantis. Vt iſtos fugerim: φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν, vt fugiam [aut refugiam] ab eis. vt cedam eis turpiter, & fuga vitæ meæ conſulam. Probrum αἰτίαν crimen. aut, reprehenſionem. infamiam, notámque turpitudinis gloriæ noſtræ inuramus. αἰτιᾶσθαι eſt accuſare.

11 Ex aduerſo his conſtitit. ἔστησαν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. ſteterunt in occurſum eis. contra exercitũ Machabæi parati conſtiterunt. Funditores σφενδονῆται Fundibularii præibant in prima parte exercitus cum ſagittariis. Primámque robuſtiſſimi quique aciem tenebãt. οἱ πρωταγωνισταὶ πάντες οἱ δυνατοί. primi certatores omnes potentes. qui erant in primo certamine [aut in fronte] erant fortiſſimi. hi tenebant primum pugnæ locum, erant in prima acie collocati.

12 Certamen igitur inierunt phalanges ex vtraque parte, ἤγγισεν ἡ φάλαγξ ἀπὸ δύο μερῶν, appropinquauit phalanx à duabus partibus. propius acceſſit, vt manus conſereret, cominus pugnaret. Hebræi appropinquare dicunt, pro propius accedere, quũ acies iunguntur ad pugnandum. 14 Cũ fir. exer. &c. στερέωμα τῆς παρεμβολῆς ἐν τοῖς δεξιοῖς, robur exercitus eſſe in dextro cornu. Animo fiden. quique. οἱ ἄψηκτοι τῇ καρδίᾳ. animoſi [duri, infracti] corde. qui infracto erant animo. à verbo ψήχω tero, frango. ſignificat milites cõſtantes atque intrepidos. 16 Se in veſtigia Iudæ à tergo circumegerunt. ἐπέστρεψαν κατὰ πόδας Ἰούδα ἐκ τῶν ὄπισθεν. reuerſi ſunt poſt pedes Iudæ à tergo. cõuerterunt ſe in eos, vt à tergo illos inſequerentur.

17 Ingraueſcente autem certamine ἐβαρύνθη ὁ πόλεμος ingrauatum eſt prælium. grauius illis paucis illatum incubuit, eóſque preſſit. Hinc atque illinc crebri cadunt, ἔπεσον ἐκ τούτων καὶ τούτων πολλοί. ceciderunt ex his atque his multi.

19 Sepulchro maiorum ſuorum Mo. trad. ἔθαψαν ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ. ſepelierunt in ſepulchro patrum eius.

21 Siccine cecidiſſe fortem virum ſeruatorem Iſraelis? πῶς ἔπεσεν δυνατὸς σώζων τὸν Ἰσραήλ; Quomodo cecidit potens ſeruans Iſraelem?

22 Cæterũ rerum Iudæ ac bello. &c. τὰ περισσὰ τῶν λόγων Ἰούδα οὐ κατεγράφη, reliqua [aut cætera] facta eius, & bella, egregiáque facinora nõ ſunt deſcripta. monumentis mandata. non ſunt prodita literis. Eorúmque amplitudinis καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ magnificentiæ eius. id eſt ea quæ declarabant magnitudinem animi eius, aut amplitudinem, dignitatémque rerum geſtarum: aut etiam vitæ magnificentiam, & gloriam. 23 Proferrent ſe homines nefarii, ἐξέκυψαν οἱ ἄνομοι emerſerunt. extiterunt. in lucem prodierunt qui antea abditi latuerãt. Iniuſtiſſimi quiq; οἱ πάντες ἐργαζόμενοι ἀνομίαν omnes operãtes iniquitatẽ. id eſt improbi & ſcelerati, facinoroſi, maleficiis dediti.

gna valde, & tradidit ſe Bacchidi omnis regio eorum cum ipſis.

25 Et elegit Bacchides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis:

26 Et exquirebant, & perſcrutabantur amicos Iudæ, & adducebãt eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat.

27 Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die qua nõ eſt viſus Propheta in Iſrael.

28 Et congregati ſunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ,

29 Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt qui exeat cõtra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici ſunt gentis noſtræ.

30 Nunc itaque te hodie eligimus eſſe pro eo nobis in principem & ducem ad bellandum bellum noſtrum.

31 Et ſuſcepit Ionathas tempore illo principatũ, & ſurrexit loco Iudæ fratri ſui.

32 Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere.

D 33 Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in deſertum Thecuæ, & conſederunt ad aquam lacus Aſphar.

34 Et cognouit Bacchides, & die ſabbathorum venit ipſe & omnis exercitus eius trans Iordanem:

35 Et Ionathas miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos ſuos, vt commendarẽt illis apparatum ſuum qui erat copioſus.

36 Et exierũt filii Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannẽ & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea.

37 Poſt hæc verba renuntiatum eſt Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filii Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſpõſam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanaan, cum ambitione magna.

38 Et recordati ſunt ſanguinis Iohannis fratris ſui: & aſcenderũt, & abſcõderunt ſe ſub tegumento montis.

39 Et eleuauerũt oculos ſuos, & viderunt: & ecce tumultus & apparatus multus: & ſponſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius obuiã illis cũ tympanis, & muſicis, & armis multis.

40 Et ſurrexerunt ad eos ex inſidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in mon

″vnà cum illis deſciuit.

25 Tum Bacchides delectos illos homines impios regionis dominos conſtituit.

26 Hi amicos Iudæ inquirere, & inueſtigare, & ad Bacchidem ducere″pœnis afficientem eos,″habentémque ludibrio.

27 Et accidit Iſraelitis calamitas tanta, quanta nulla vnquam extitit″ex quo nullus inter eos Propheta viſus fuit.

28 Proinde omnes amici Iudæ ad Ionathan congregati dixerũt,

29 Ex quo frater tuus Iudas mortuus eſt, nõ extat vir ei ſimilis qui ſe hoſtibus noſtris, & Bacchidi, ac gẽtis noſtræ″inimicis opponat.

Ionathan fratri ſubſtituit Iudæ

30 Nunc igitur te hodie delegimus, ″vt princeps noſter ſis loco eius, & dux qui bellum noſtrum geras.

31 Ita Ionathan″principatum ſuſcepit eo tempore,″Iudæque fratri ſuo ſucceſſit.

32 Quod quum intellexiſſet Bacchides,″ad necem eum quærebat.

33 Hac re intellecta, Ionathan & Simon frater eius cum omnibus ſociis confugerunt in deſertum Thecuæ, & caſtra ad aquas lacus Aſphar poſuerunt.

34 Bacchides autem die Sabbathorum obſeruato, cum omni exercitu ſuo vltra Iordanem venit.

35 Interea quum Ionathas fratrem ſuum multitudinis ducem ad Nabathæos amicos ſuos miſiſſet″ſupplicem, vt apud eos ſarcinas ſuorum, quas multas habebat, aſſeruandas deponeret:

36 Filii Ambri facta eruptione ex Medaba, ceperũt Iohannẽ:″prædáque omnium, quæ ille habebat, onuſti abierunt.

37 His autem geſtis nuntiatum eſt Ionathæ fratríque eius Simoni, eoſdem Ambri filios maximas nuptias celebrare, ſponſámque ducere è Nadabath filiam″cuiuſdam primatis inter Chananæos potentis,″cum maxima pompa.

38 Itaque memores hi Iohannis fratris ſui, aſcendunt, ac ſe″ſub latebram montis abſcondunt.

39 Hi autem ſublatis oculis,″magnum tumultum apparatúmque viderunt: ſponſúmque cum amicis ſuis exeuntem, ac fratres eius obuiam his cum tympanis, organis, armíſque plurimis veniẽtes:

40 ″In quos illi ex inſidiis excitati, impetũ fecerunt, trucidatis eorum multis, cædendóque proſtratis: reliquis verò fugatis in mon-

24 Regio vnà cum illis deſciuit. ηὐτομόλησεν ἡ χώρα μετ' αὐτῶν. tradidit [aut dedidit] ſe regio cum illis Bacchidi, preſſa, victáque fame.

26 Pœnis afficientem eos, ἐξεδίκει αὐτοῖς, puniebat eos. animaduertebat in eos. vindicabat, pœnas ſumens de illis. Habentémque ludibrio. καὶ ἐνέπαιζεν αὐτοῖς. & illudebat eis. ita crudelitas eius coniuncta erat cum contumelia & petulantia.

27 Ex quo nullus inter eos Propheta, &c. ἀφ' ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης ἐν αὐτοῖς. ab eo die quo Propheta non eſt viſus in ipſis. Nam tum prophetiæ ceſſauerant, neque à Malachia propheta vllus fuerat qui eos de rebus futuris admoneret, conſolaretur, confirmaret. Itaque ſublata Prophetia, ſumma rerum perturbatio, confuſióque ſequuta eſt.

29 Inimicis ſe opponat. ἐξελθεῖν πρὸς τοὺς ἐχθρούς. qui exeat aduerſus hoſtes. qui arma capiat.

30 Vt princeps noſter ſis, & dux τοῦ εἶναι ἡμῖν εἰς ἄρχοντα, καὶ ἡγούμενον vt ſis nobis in principem ac ducem, τοῦ πολεμῆσαι τὸν πόλεμον ἡμῶν. ad bellandum bellum noſtrum. id eſt adminiſtrandum & gerendum.

31 Principatum τὴν ἥγησιν ducatum. officium ducis. ἡγεμονία etiam dicitur munus eius qui exercitui præeſt, qui habet imperiũ aut principatum. Iudæque fratri ſuo ſucceſſit. καὶ ἀνέστη ἀντὶ Ἰούδου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. & ſurrexit pro fratre ſuo Iuda. id eſt loco eius princeps & gubernator populi eſt conſtitutus. Nam ſurgere excitarique Hebraicè dicuntur qui ad munus aliquod & officium vocantur, & ex priuata vitæ ratione ad publicam poteſtatem euehuntur.

32 Ad necem eum quærebat. ἐζήτει αὐτὸν ἀποκτεῖναι. quærebat eum occidere. inſidias vitæ eius moliebatur.

35 Supplicem, καὶ παρεκάλεσε & orauit Nabathæos amicos ſuos, παραθέσθαι αὐτοῖς τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν. vt deponerẽt eis [id eſt apud eos] ſarcinas ſuas. aut, committerent cuſtodiendas ſarcinas ſuas. Quidam παραθέσθαι vertunt Commendare: ſed melius Committere alicui, aut deponere ſeruandum. Dixi antea ἀποσκευὴν ſignificare apparatum ac viaticum, impedimentáque militaria.

36 Prædáque onuſti abierunt. καὶ ἀπῆλθον ἔχοντες, & abierunt habentes. i. prædam aſportantes, & ſecum auferentes.

37 Cuiuſda primatis inter Chananæos potentis, ἑνὸς τῶν μεγιστάνων μεγάλων τοῦ χαναὰν, vnius de magnis principibus Chanaan. Cum maxima pompa. μετὰ παραπομπῆς μεγάλης. id eſt magnifico apparatu & ambitioſo.

38 Sub latebram montis abſ. ἐκρύβησαν ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ ὄρους. ſub integumento montis ſe abdiderunt. in receſſu montis occulto.

39 Magnum tumultum apparatúmque viderunt: εἶδον, καὶ ἰδοὺ θρόος καὶ ἀποσκευὴ πολλή, viderunt, & ecce tumultus & apparatus multus. ἀποσκευὴ hoc loco pro παρασκευὴ accipitur, apparatu inſtructuque earum rerum quæ ad celebritatem nuptiarum pertinent. Ita Terentius in Andria, Nihil tumultus, atque ornatus: loquens de nuptiis.

40 In quos illi ex inſidiis excitati, impetũ, &c. καὶ ἐξανέστησαν ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἐνέδρου, & inſurrexerunt in eos ex inſidiis. irruerũt in eos-

tem, omnibus eorum ſpoliis potiti ſunt.

Ita nuptiæ in luctū cōuerſæ ſunt,″ſonúſque muſicorū in fletū.

Hi verò ſanguinem fratris ſui″graui vindicta expiarunt, & ad paludem Iordanis reuerſi ſunt.

Conflictus Ionathæ & Bacchidis.

Quod quum intellexiſſet Bacchides, ac veniſſet ad ripam Iordanis cum exercitu multo die ſabbathorum,

Ionathas ſuos ita alloquutus eſt, Exurgamus nunc, & ″pro vita noſtra dimicemus. neque enim ita ſe nunc res habet vt heri aut nudiuſtertius.

Nam ecce bellum nos vrget à fronte atque à tergo, aquæ verò Iordanis hinc atque illinc, tum paludes ac ſaltus: ″nec locus patet effugio.

Nūc ergo clamate″in cælum, vt è manu hoſtium veſtrorum ſalui euadatis.

Porrò quum commiſſo prælio Ionathas″extēta manu appetiuiſſet Bacchidem, illéque ab eo retro declinaſſet:

Ionathas & qui cum eo erant,″capto in Iordanem ſaltu, in vlteriorem ripam tranauerunt, nec hi poſt eos Iordanem traiecerūt.

″Cæſi autem ſunt illa die milites Bacchidis ad mille: ipſe verò Hieroſolymam reuerſus,

Vrbes muniuit extructionibus in Iudæa,″propugnaculum Iericho, & Emmaum, ac Bethoron, itémque Bethel, ac Thamnatha Pharathoni, Tepho muris altis, portis ac clauſtris

Præſidiáque inſuper ″ad infeſtandum Iſraelem impoſuit.

Vrbem etiam Bethſuram muniuit, & Gazaram, & arcem: eáſque præſidiis, ac″impoſito commeatu inſtruxit.

Adhæc filios principum regionis obſides accepit, eóſque cuſtodiis in arce Hieroſolymitana″aſſeruandos curauit.

Anni centeſimi quinquageſimitertii menſe ſecūdo, quum Alcimus iuſſiſſet murū atrii interioris ſacræ ædis dirui, & opera Prophetarum deſtrui, iámque aggreſſus eſſet demolitionem:

Alcimus paralyſi diſſolutus interiit

Illo ipſo tempore″tactus eſt Alcimus, eiúſque opera impedita fuerunt. nam occluſum eſt os illius″præ paralyſi, vt verbum eloqui non poſſet, ″nec teſtamentum condere:

Reuerſus ad Regem Bacchides, impiorum ſuaſu Ionathā aggreſſus vincitur.

Sed vt illo tempore″cum magno cruciatu moreretur.

Videns ergo Bacchides Alcimum eſſe mortuum, ad Regem reuerſus eſt. Quare quū terra Iudaica duobus annis interquieuiſſet,

Nefarii homines conſilio inito, Ecce, inquiūt, Ionathas ac ſui, ″ſecuri quietem agunt: nūc igitur″excieamus Bacchidem qui eos

tes: & acceperūt omnia ſpolia eorū.

41 Et cōuerſæ ſunt nuptiæ in luctū, & vox muſicorum ipſorum in lamentū.

42 Et vindicauerunt vindictam ſanguinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ripam Iordanis. E

43 Et audiuit Bacchides, & venit die ſabbathorū vſque ad oram Iordanis in virtute magna.

44 Et dixit ad ſuos Ionathas, Surgamus, & pugnemus cōtra inimicos noſtros. non eſt enim hodie ſicut heri, & nudiuſtertius.

45 Ecce enim bellum ex aduerſo, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & ſaltus: & non eſt locus diuertendi.

46 |Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorū veſtrorum. 2.Paral.20.a.3.

47 Et commiſſum eſt bellum, & extendit Ionathas manum ſuam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retro:

48 Et diſſiliit Ionathas & qui cum eo erant in Iordanem, & tranſnatauerūt ad eos Iordanem.

49 Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: & reuerſi ſunt in Ieruſalem:

50 Et ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ erat in Iericho, & in Ammaū, & in Beth-horō, & in Beth-el, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris excelſis & portis & ſeris.

51 Et poſuit cuſtodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Iſrael.

52 Et muniuit ciuitatem Bethſuram, & Gazaram, & arcem, & poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum.

53 Et accepit filios principum regionis obſides, & poſuit eos in arce in Ieruſalem in cuſtodiam.

54 Et anno cētēſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris, & deſtrui opera Prophetarū: & cœpit deſtruere. F

55 In tempore illo percuſſus eſt Alcimus: & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi: nec vltrà potuit loqui verbū & mandare de domo ſua.

56 Et mortuus eſt Alcimus in tempore illo cum tormento magno.

57 Et vidit Bacchides quoniam mortuus eſt Alcimus & reuerſus eſt ad Regē: & ſiluit terra Iuda annis duobus.

58 Et cogitauerunt omnes iniqui, dicētes, Ecce Ionathas & qui cum eo ſunt in ſilentio habitant confidenter: nunc

41 Sonúſque muſicorum φωνὴ μουσικῶν vox (id eſt cātus ac ſonus) muſicorū. Significat ſymphoniā muſicā, quæ tam voce cōſtat, quàm ſono inſtrumentorū. 42 Graui vindicta, &c. καὶ ἐξεδίκησαν τὴν ἐκδίκησιν τοῦ αἵματος ἀδελφοῦ αὐτῶν, Et vindicauerūt vindictam ſanguinis [vlti ſunt] ſanguinē fratris ſui. 44 Pro vita noſtra dimicemus: πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. pugnemus [prælìemur] pro animabus noſtris. nam de vita noſtra agitur. Id periculum neceſſitatémque pugnandi oſtendit ex natura loci, quo vndique concluſi tenentur.

45 Nec locus patet effugio. οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι. non eſt locus declinandi. aut, effugiendi. elabendi. aut, euadendi.

46 In cælum, εἰς τὸν οὐρανόν, id eſt ad Deum qui in cælo reſidet. Vt euadatis. διασωθῆτε, conſeruemini. aut, liberemini è manu hoſtiū.

47 Extenta manu appetiuiſſet ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ πατάξαι extendit manū ſuam vt percuteret. Extenſio manus ſignificat minacē in hoſtes aggreſſionem. 48 Capto in Iordanem ſaltu, ἀνεπήδησεν εἰς Ἰορδάνην, inſiliit in Iordanem, id eſt ſaltu in eum ſe coniecit vt traiiceret. Sequitur enim διεκολύμβησαν. tranſnatauerunt. nando traiecerunt.

49 Cæſi ad mille: ἔπεσον εἰς χιλίους ἄνδρας: ceciderunt [occubuerunt] ad mille viros. id eſt circiter mille interierunt.

50 Propugnaculum τὸ ὀχύρωμα munimentum. aut, munitionem quæ erat Iericho.

51 Ad infeſtandum Iſraelē ἐχθραίνειν τὸν Ἰσραήλ vt hoſtiliter vexarent Iſraelem. hoſtile bellum in eum gererent.

52 Impoſito cōmeatu inſtruxit. ἔθετο παραθέσεις βρωμάτων. appoſitiones ciborum poſuit. apparatū eſcarū. i. cibaria ad victum neceſſaria.

53 Aſſeruandos curauit. ἔθετο ἐν φυλακῇ. poſuit in arce in cuſtodia, aut in cuſtodiam. id eſt cuſtodiendos.

55 Tactus eſt ἐπλήγη percuſſus eſt: ſcilicet vi Diuina propter impiam & ſacrilegam eius audaciam templum Dei demolientis. Act. 12. d. 23, legitur Herodem ab Angelo Dei percuſſum fuiſſe: ἐπάταξεν αὐτὸν Angelus Domini. Præ paralyſi, καὶ παρελύθη, & diſſolutus eſt: à παραλύομαι diſſoluor: & παράλυσις neruorum diſſolutio, aut reſolutio. Nec teſtamentum condere: ἐντείλασθαι περὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, mandare de domo ſua. vulgò diſponere. teſtamento aliquid conſtituere.

56 Cum magno cruciatu μετὰ βασάνου μεγάλης cum tormento ac cruciamento magno.

58 Securi quietē agunt: ἐν ἡσυχίᾳ κατοικοῦσι πεποιθότες in quiete habitant confidentes. vacui metu quietè ac tranquillè viuunt. Excieamus Bac. ἄξωμεν βακχίδην ducamus [adducamus] Bacchidē, qui illos inopinātes opprimat. euocemus eum, vt illos ſecuros cōprehendat.

ergo adducamus Bacchidem,& comprehendet eos omnes vna nocte.

Et abierũt,& conſilium ei dederũt.

Et ſurrexit vt veniret cum exercitu multo: & miſit occultè epiſtolas ſociis ſuis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionathan &eos qui cũ eo erant: ſed non potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum.

Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant malitiæ, quinquaginta viros,& occidit eos.

Et ſeceſſit Ionathas,& Simõ,& qui cum eo erant, in Bethbeſſen, quæ eſt in deſerto, & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam.

G Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuerſam multitudinem ſuam, & his qui de Iudæa erant denũtiauit.

Et venit, & caſtra poſuit déſuper Bethbeſſen: & oppugnauit eam dies multos,& fecit machinas.

Et reliquit Ionathas Simonem fratrem ſuũ in ciuitate, & exiit in regionem: & venit cum numero,

Et percuſſit Odaren & fratres eius, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum, & cœpit cædere & creſcere in virtutibus.

Simon verò & qui cum ipſo erant, exierunt de ciuitate,& ſuccẽderũt machinas.

Et pugnauerunt contra Bacchidẽ, & contritus eſt ab eis, & affixerunt eum valde, quoniam cõſilium eius & congreſſus eius erat inanis.

Et iratus contra viros iniquos, qui ei conſilium dederãt vt veniret in regionem ipſorum, multos ex eis occidit: ipſe autem cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam.

Et cognouit Ionathas: & miſit ad eũ legatos cõponere pacem cum ipſo, & reddere ei captiuitatem.

Et libẽter accepit, & fecit ſecundũ verba eius: & iurauit ſe nihil facturũ ei mali omnibus diebus vitæ eius.

Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda: & conuerſus abiit in terram ſuam,& nõ appoſuit amplius venire in fines eiꝰ.

Et ceſſauit gladius ex Iſrael,& habitauit Ionathas in Machmas: & cœpit Ionathas ibi iudicare populũ,& exterminauit impios ex Iſrael. Cap.X.

ET anno centeſimo ſexageſimo, aſcẽdit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidam,& receperunt eam,& regnauit illic.

Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copioſum valde, & exiuit obuiam illi in prælium.

omnes vna nocte comprehendat.

59 Profectíque,″conſilium cum eo ſuum communicarunt.

60 Venit itaque ille cum copiis ingentibus iter ingreſſus, ſimul epiſtolas clàm miſit ſociis ſuis omnibus qui in Iudæa erant, vt Ionathan cum ſuis caperent: ″verùm hoc illi non perfecerunt: nam hi conſilio illorum cognito,

61 Comprehenſos regionis incolas ſceleris duces ad quinquaginta viros occiderunt.

62 Deinde Ionathas & Simon cum ſuis″ſe receperunt Bethbaſin, quæ eſt in deſerto,&″eam quæ diruta fuerat, refectã muniuerũt.

63 Hæc quum Bacchides cognouiſſet, coactis omnibus copiis ſuis, ″euocatis etiam ex Iudæa militibus,

64 Profectus caſtra poſuit ad Bethbaſin, eámque machinis extructis per dies multos oppugnauit.

65 Tum Ionathas Simone fratre ſuo in vrbe relicto, in agrũ exiit: atque″educta numeroſa manu,

66 Interfecit Odomeram & fratres eius, filióſque Phaſeron oppreſſos in tabernaculis ſuis. quum autẽ cœpiſſet cædere, ac magis viribus magíſque″inualeſceret,

67 Simon quoque″eruptionem ex vrbe fecit cum ſuis, qui machinas ſuccenderunt.

68 Pugnáque cum Bacchide cõmiſſa, eum grauiter afflictum profligarũt: quia igitur cõſiliũ illud &″expeditio fruſtra erat ſuſcepta,

69 Iratus eſt Bacchides viris illis nefariis qui ei regionis inuadendæ authores fuerãt,& multos eorum interfecit: conſilium etiam cepit vt in terram rediret ſuam.

Fœdus Ionathæ cum Bacchide.

70 Itaque miſit Ionathas legatos″de pace paciſcẽda, qua etiam captiui redderentur.

71 Quam ille accepit,″eiúſque poſtulatis acquieuit: atque etiã iurauit ſe″nihil mali ei omnibus diebus vitæ ſuæ moliturum.

72 Et captiuos, quos è terra Iudaica antehac abduxerat, ei reddidit. Tum reuertens in terram ſuam, abſceſſit, neque poſtea Iudæorũ fines rurſum″attentauit inuadere.

73 ″Ita ſublato ex Iſraele bello, Ionathas Machmis conſedit, vbi populum cœpit iudicare: atque impios ex Iſraele″deleuit. Cap.X.

1 ANno centeſimo ſexageſimo, Alexander filius Antiochi″Illuſtris cognominati, aſcẽdit, ac Ptolemaida occupauit,& receptus ibi regnauit.

Cupit Demetriꝰ inire pactũ cum Ionatha, qui id recuſans Alexãdro adhæret.

2 Quod quũ intellexiſſet Demetrius rex, copias maximo numero collectas″aduerſus eum in expeditionem eduxit.

59 Conſilium cum eo ſuum cõmunic. συνεβουλεύσαντο αὐτῷ. conſiliũ dederunt ei. cõſuluerunt illi. aut, conſilio communicato deliberarũt.

60 Verùm hoc illi non perfecerunt: καὶ οὐκ ἐδύναντο & non potuerunt, ſubaudi, exequi conſilium ſuum. aut, efficere quod propoſuerant.

62 Se receperunt ἐξεχώρησεν ſeceſſit Ionathas, vt in locum remotum,& munitum. Eam quæ diruta,&c. ᾠκοδόμησε τὰ καθῃρημένα αὐτῆς, ædificauit [extruxit] diruta eius. refecit & inſtaurauit ruinas eius.

63 Euocatis etiam ex Iudæa militibus, καὶ τοῖς ἐξ Ἰουδαίας παρήγγειλεν, & his qui erant ex Iudæa, mandauit. aut his qui de Iudæa, denuntiauit. id eſt euocauit, exciuit mandato ſuo. iuſſit ad ſe venire.

65 Educta numeroſa manu, ἐξῆλθεν ἐν ἀριθμῷ, egreſſus eſt in numero. id eſt cũ multis copiis, aut cũ manu militũ. Significat iuſtum militũ numerũ fuiſſe. 67 Eruptionem ex vrbe fecit ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως egreſſus eſt ex vrbe: cum eruptione ſcilicet militari aduerſus hoſtes.

68 Expeditio fruſtra erat ſuſc. ἔφοδος αὐτοῦ κενή, aggreſſio eius fuerat inanis. aut, vana fruſtra ſuſcepta, cui euentus non reſpondit.

70 De pace paciſcenda, τοῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν εἰρήνην, vt pacem componeret [aut conſtitueret] cum eo. de pace facienda cum eo ageret.

71 Eiuſque poſtulatis acquieuit: καὶ ἐποίησε κατὰ τοὺς λόγους αὐτοῦ, & fecit iuxta verba eius. conceſſit ea quæ petiuit. Nihil mali ei moliturum. μὴ ἐκζητῆσαι αὐτῷ κακόν. non quæſiturum ei malum. non machinaturum, aut alaturum.

72 Attentauit inuadere. οὐ προσέθετο ἔτι ἐλθεῖν. neque addidit amplius venire in fines Iudææ: ſcilicet infeſto exercitu, aut hoſtiliter.

73 Ita ſublato ex Iſraele bello, καὶ κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ Ἰσραήλ, & ceſſauit gladius ex Iſraele. Gladius pro bello accipitur per ſynecdochen: inſtrumentum pro re in qua vſus eius eſt, vt arma ſæpe pro bello. Deleuit. ἠφάνισε. exterminauit. ſuſtulit, vt nulli apparerent.

IN CAPVT X.

1 Illuſtris cognominati, ὁ ἐπιφανής, qui Illuſtris dictus eſt. Nam quanuis ſit nominatiui caſus, ad patrem tamen eſt referendum.

2 Aduerſus eum in expeditionem eduxit. ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς πόλεμον. egreſſus eſt in occurſum ei ad bellum. Dixerat antè, maximas eum copias contraxiſſe,

3 Simul ad Ionathan literas miſit verbis pacificis ſcriptas, in quibus′eum extollebat.

4 ″Ita enim ſecū cogitabat,″occupandū eſſe tēpus pacis cū eo cōficiēdæ, priuſquam eam cū Alexandro aduerſus ſe paciſci poſſet.

5 Memor enim, inquit, erit omnium malorum quæ ei ac fratribus eius gentíque intulimus.

6 Dátque ei poteſtatē colligendi exercitum, & comparādi arma, ″ſocietatíſque ſecum habendæ: obſides quoque qui in arce erant, eidem tradi iuſſit.

7 Venit itaque Hieroſolymam Ionathas, ac″literas toti populo cuſtodibúſque arcis legit.

8 Qui quum audiuiſſent poteſtatem ei à Rege exercitus cogendi factam eſſe, magno timore perculſi,

9 Obſides Ionathæ tradiderunt, quos ille parentibus reddidit.

10 Porrò habitans Hieroſolymis Ionathas ædificare cœpit, &″vrbē inſtaurare.

11 Opificéſque iuſſit muros ac montem Sion vndique quadratis lapidibus extruere,″vt eſſent munimento. quod quum ita facerēt,

12 Qui propugnacula à Bacchide extructa tenebant alienigenæ, diffugerunt.

13 Deſertóque ſuo quiſque loco patriam ſuam repetiuerunt.

14 Niſi quòd Bethſuris relicti ſunt′quidam Legis ac præceptorum deſertores,′qui eò ſe recipiebant.

15 Audiuit autem Alexander rex promiſſa quæ Demetrius Ionathæ detulerat, commemoratáque accepit bella, eáq; quæ tam ab ipſo quàm à fratribus maxima″cum virtute ac labore acta erant.

16 Itaque, Num, inquit, nos virū talem inueniemus, eúmque nobis amicum, ſociúmque efficiemus?

7 Miſit etiam ad eum″literas in hanc ſententiam ſcriptas,

18 Rex Alexander fratri Ionathæ″Salutem.

19 Nos de te accepimus, te virum eſſe pollētem viribus, atque″ad noſtram amicitiam accommodatum:

20 Itaque nos hodie te Pontificem gentis tuæ conſtituimus, vt amicus Regis appelleris, ′partéſque noſtras teneas, & ′noſtrā colas amicitiam.′Simúlque purpuram ei miſit, & coronam auream.

21 ′Proinde menſe anni centeſimi & ſexageſimiſeptimo Ionathas

3 Et miſit Demetrius epiſtolā ad Ionathan verbis pacificis, vt magnificaret eum.

4 Dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo, priuſquā faciat cum Alexandro aduerſum nos:

5 Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrē eius, & in gentem eius.

6 Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium eius: & obſides qui erant in arce, iuſſit tradi ei.

7 Et venit Ionathas in Ieruſalem, & legit epiſtolas in auditu omnis populi & eorum qui in arce erant:

8 Et timuerunt timore magno, quoniam audierūt quòd dedit ei Rex poteſtatem congregandi exercitum.

9 Et traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parentibus ſuis.

10 Et habitauit Ionathas in Ieruſalē, & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem.

11 Et dixit facietibus opera, vt extruerent muros, & mōtem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionē: & ita fecerunt.

12 Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat.

13 Et reliquit vnuſquiſque locum, & abiit in terram ſuam.

14 Tantū in Bethſura remanſerūt aliqui ex his qui reliquerāt Legē & præcepta Dei. erat enī hæc eis ad refugiū. B

15 Et audiuit Alexander rex promiſſa quę promiſit Demetrius Ionathæ: & narrauerūt ei prælia, & virtutes quas ipſe fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerunt.

16 Et ait, Nunquid inueniemus aliquē virum talem, & nunc faciemus eum amicum, & ſocium noſtrum?

7 Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundum hæc verba, dicens,

18 Rex Alexāder fratri Ionathę ſalutē.

19 Audiuimus de te quòd vir potēs ſis viribus, & aptus es vt ſis amicus noſter:

20 Et nunc conſtituimus te hodie ſūmum Sacerdotem gentis tuæ, vt amicus voceris Regis (& miſit ei purpuram, & coronam auream) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum, & conſerues amicitias ad nos.

21 Et induit ſe Ionathas ſtolā ſanctā ſeptimo mēſe, anno cētesimo ſexage-

″Legitur & μετ' αὐτῶν cum ipſis.

3 Eum extollebat. ὥστε μεγαλῦναι αὐτόν. vt eum magnificaret. magnum faceret. Laudabat enim illum, atque extollebat, vt facilius in ſocietatem belli pelliceret. 4 Ita enim ſecum cogitabat, εἶπε γάρ, dicebat enim. id eſt apud ſe cogitabat. Nam dicere Hebræis ſæpe pro cogitare accipitur. Occupandum eſſe tempus pacis cum eo conficiendæ προφθάσωμεν τοῦ εἰρήνην θεῖναι μετ' αὐτοῦ, Anticipemus[aut præueniamus] facere pacem cum eo, atque ita tempus Alexandro præripiamus. eum anteuertamus.

6 Societatíſque ſecum habendæ: καὶ εἶναι αὐτὸν σύμμαχον αὐτοῦ. & eſſe ſocium ſuum. qua in ſocietatem ipſius venire poſſet, coniunctíſque auxiliis ac viribus ſecum bellum gerere. 7 Literas toti populo legit. ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ. legit literas in aures totius populi. Hebraiſmus eſt, pro, vniuerſo populo audiente recitauit.

10 Vrbem inſtaurare. καινίζειν τὴν πόλιν. innouare ciuitatem. id eſt reficere ac reparare. quæ erant diruta, ſarcire ac reſtituere.

11 Vt eſſent munimento. εἰς ὀχύρωσιν. in munitionem. id eſt ad vrbem muniendam ac firmandam.

14 Legis ac præceptorum deſertores, τινὲς τῶν καταλιπόντων τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα, quidam eorum qui dereliquerant Legem & mandata. id eſt apoſtatæ [qui à religione defecerant, hi remanſerunt in præſidiis. Qui eò ſe recipiebant. ἦν γὰρ αὐτοῖς φυγαδευτήριον. erant enim ipſis perfugium. aut, receptaculum, quò confugiebant.

15 Quæ cū virtute ac lab. acta erāt. τὰς ἀνδραγαθίας καὶ τοὺς κόπους. fortia, præclaráq; facta, & labores. ea quæ viriliter ac laborioſè geſſerat.

17 Literas in hanc ſententiam. ἐπιστολὰς κατὰ τοὺς λόγους τούτους. iuxta[aut in]hæc verba. vel huiuſmodi verbis ſcriptas. quæ huiuſmodi ſententiam complecterentur. 18 Salutem. χαίρειν. gaudere. Forma ſalutandi Græcis vſitata, vt εὖ πράττειν, bene ac fœliciter agere. Latini Salutem precantur, ſicut Sacri ſcriptores Pacem.

19 Ad noſtram amicitiam accommodatum. οὐ ἐπιτήδειος εἶ τοῦ εἶναι ἡμῶν φίλος. quòd aptus[aut idoneus]es vt ſis amicus noſter. aptus ad noſtram amicitiam, propter virtutem & fidem.

20 Partéſque noſtras teneas, φρονεῖν τὰ ἡμῶν, quæ noſtra ſunt ſentias. id eſt idem ſentias nobiſcum & velis. Nam idem velle & idem nolle, ea demum firma amicitia eſt. Itaque φρονεῖν τά τινος ſignificat ſenſu atque animo alicui cōiunctum eſſe. cū aliquo conſentientem in eaſdem res incumbere. Noſtram colas amic. συντηρεῖν φιλίαν πρὸς ἡμᾶς. conſeruare amicitiam erga nos. id eſt inter nos conſtitutam tueri, eámque colere. Simúlque purpuram ei miſit, καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πορφύραν. Hæc verba in Græcis codicibus ſunt interpoſita in verſu præcedente, quibus petitio Regis interrumpebatur incommodè: itaque ſeorſim mihi videntur adiungenda.

21 Proinde, &c. καὶ ἐνεδύσατο τὴν ἁγίαν στολὴν, & induit ſacram veſtem. Talaris erat veſtis, ornamentum ſummi Sacerdotis proprium. Mihi non diſplicet vt καὶ particula hoc loco habeat vim inferendi, Igitur, Itaque, ſicut ו apud Hebræos.

ſimo,in die ſolenni ſcenopegiæ:&congregauit exercitum, & fecit arma copioſa.

Et audiuit Demetrius verba iſta,& contriſtatus eſt nimis,& ait, 22

Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehẽdere amicitiam Iudæorum ad munimẽ ſui? 23

Scribãm & ego illis verba deprecatoria, & dignitates , & dona: vt ſint mecum in adiutorium. 24

Et ſcripſit eis in hæc verba,Rex Demetrius genti Iudæorum ſalutem. 25

Quoniã ſeruaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & nõ acceſſiſtis ad inimicos noſtros , audiuimus & gauiſi ſumus. 26

Et nunc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem,& retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcũ: 27

C Et remittemus vobis præſtationes multas,& dabim⁹ vobis donationes. 28

Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos à tributis , & pretia ſalis indulgeo,& coronas remitto:& tertias ſeminis, 29

Et dimidiam partem fructus ligni quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die &deinceps: ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additę ſunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in totum tempus. 30

Et Ieruſalem ſit ſancta & libera cũ finibus ſuis: & decimæ & tributa,ipſius ſint. 31

Remitto etiã poteſtatem arcis quę eſt in Ieruſalem,& do eam ſummo ſacerdoti:vt cõſtituat in ea viros quoſcũq; ipſe elegerit,qui cuſtodiãt eam. 32

Et omnem animam Iudæorũ quæ captiua eſt à terra Iuda ĩ omni regno meo,relinquo liberam gratis:vt omnes à tributis ſoluantur,etiam pecorum ſuorum. 33

Et omnes dies ſolennes , & ſabbatha,& neomeniæ , & dies decreti, & tres dies ante diem ſolennem,& tres dies poſt diem ſolennem,ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus 34

"die ſcenopegiorum ſolenni induit ſacrum habitum, copias coegit, &"magnam armorum vim comparauit.

His intellectis Demetrius maximo dolore affectus,

Quid,inquit,egimus, quòd Alexander amicitia cum Iudæis ad ſuum præſidium conſtituenda comparandáque nos anteuertit?

Scribam illis & ego "huiuſmodi verbis de dignitatibus atque muneribus,quibus eos exhorter vt ſua nobiſcum iungãt auxilia.

Scripſit autẽ in hæc verba,Rex Demetrius gẽti Iudaicæ ſalutẽ.

Quòd vos ſeruaſtis pacta nobiſcum conſtituta,atque in amicitia noſtra permanſeritis,"nec, vos ad inimicos noſtros adiũxeritis, audiuimus,ac lætati fuimus.

Nunc igitur in fide in nos conſeruanda manete,&"veſtra erga nos officia noſtris beneficiis compenſabimus:

Ac multa vobis quæ debẽtur,remittem⁹,muneráq; largiemur.

Atque adeò iam nunc"immunitatem do vobis,"tributáque Iudæis omnibus,"ſaliſque penſiones& coronarum remitto:præterea"tertias ſeminum,

Et"dimidium fructus arborum debitam mihi obuentionem,cõdono vobis iam inde ab hoc die in poſterum:vt nec à terra Iudaica exigatur,nec"à trib⁹ ei additis præfecturis Samariæ &Galilææ, "ab hoc die in tempus perpetuum.

Tum Hieroſolyma"ſacroſancta eſto & libera cum ſuis finibus, decimis,vectigalibus.

"Cedo etiã poteſtate arcis Hieroſolymitanæ,eámque ſũmo trado Põtifici:vt ei viros ĩponat,"quos ipſe præſidio illius delegerit.

Adhæc"omnes Iudæos qui captiui è terra Iudaica in totum regnum meum abducti ſunt,"gratis libero:"vt vectigalia omnibus etiam iumentis ipſorum remittantur.

"Dies inſuper ſolennes omnes, & ſabbatha ac neomeniæ,"ſtatíque dies, atque adeò tres ſolennem præcedẽtes dies,totidémque eundem ſubſequentes,"immunes ſint omnes ac liberi Iudæis om-

Die ſcenopegiorum ſolenni ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας in feſto ſcenopegiæ.Solennitas diei erat à figendis tabernaculis appellata. Magnam armorum vim comparauit. κατεσκεύασεν ὅπλα πολλά. præparauit[aut,apparauit] arma multa.magnum numerum armorũ cõparauit.

24 Huiuſmodi verbis de dignitatibus atque muneribus,quibus eos exhorter λόγους παρακλήσεως,καὶ ὕψους,καὶ δομάτων, verba exhortationis,& altitudinis,& donorum,id eſt quibus ei promittam magna & alta,& huiuſmodi munera quibus eum alliciam ad amicitiã noſtram ſuſcipiendam. 26 Nec vos ad inimicos noſt.adiunxer. καὶ οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros.non contuliſtis vos ad eorum amicitiam & ſocietatem.

27 Veſtra erga nos,&c. ἀνταποδώσομεν ὑμῖν ἀγαθὰ ἀνθ' ὧν ποιεῖτε μεθ' ἡμῶν, rependemus vobis bona pro his quæ facitis nobiſcum. id eſt liberaliter compenſabimus ea quæ noſtra cauſa egeritis.eorum officiorum gratiam vobis cumulatè reddemus.

29 Immunitatem do vobis, ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα πολλά, remittemus vobis immunitates multas. id eſt multarum rerum quas præſtare nobis debetis, vos ἀτελεῖς immunes efficiemus.nihil à vobis exigemus. Tributáque Iudæis,&c. ἀφίημι ὑμῖν πάντας τοὺς ἰουδαίους ἀπὸ τῶν φόρων,remitto vobis omnes Iudæos à tributis.id eſt veſtra cauſa à tributis libero,immunéſque reddo. Saliſque penſiones τῆς τιμῆς τοῦ ἁλός à pretio ſalis,id eſt à vectigali quod pro ſale pendebatur,aut certa pecunia quæ eius nomine ſoluebatur. Tertias ſeminum, ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς, à tertia parte ſeminis,quæ datur à vobis,vos libero,illudque vectigal vobis remitto.

30 Dimidium fructus arb.&c. ἀντὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ καρποῦ ξύλου τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν, à dimidio [aut dimidia parte] fructus arboris quæ ad me pertinet.aut,mihi debetur.quam ego vt portionem meam accipere debeo. τὸ ἐπιβάλλον dicitur τὸ καθῆκον, vt ἐπιβάλλον μέρος portio ad aliquem pertinens.ἐπιβάλλον τῆς οὐσίας pars hæreditatis debita,Luc.15.c.12. A tribus ei additis præfecturis ἀπὸ τῶν τριῶν νομῶν à tribus agris,terræque portionibus Iudææ aſſignatis,atque adiunctis. νόμος enim pro agro aut parte terræ alicui attributa aliquando accipitur,ἀπὸ τοῦ νέμειν à tribuendo,quòd certa portio terræ aſſignetur.Has autem tres præfecturas(ſiue ciuitates fuerunt,ſiue certi agri,ſiue vtrũque)poſtea vndecimo capite nominat Aphærema,Lyddam,& Ramathem de Samaria ad Iudæam adiunctas. Ab hoc die in tempus perpetuum.ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας,καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. ab hodierno die,& in ſeculũ. quibus verbis ſe perpetua eos immunitate donare ſignificat.

31 Sacroſancta eſto & libera ἔστω ἁγία καὶ ἀφειμένη ſit ſancta & ſoluta omnibus oneribus.aut exactionibus.ſit ab omni iniuria tecta atque inuiolata,& libera.nulli ſeruituti obnoxia. 32 Cedo etiam poteſtate arcis Hieroſoly.ἀφίημι καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἄκρας τῆς ἐν ἱερουσαλήμ,Remitto & poteſtatem arcis quæ eſt Hieroſolymis.decedo de ea,ac vobis eam remitto.aut(vt ſequitur)δίδωμι τῷ ἀρχιερεῖ do ſummo ſacerdoti. Vult enim ſuum eſſe beneficium,quum eam iniuſtè occupaſſet. Quos ipſe præſidio illius delegerit.οὓς ἂν ἐκλέξηται αὐτὸς φυλάσσειν αὐτήν. quos delegerit ipſe ad cuſtodiendam eam.ad tuendam.Huiuſmodi cuſtodia,præſidiũ appellatur certus militum numerus ad defenſionẽ loci alicuius conſtitutus,φρουρὰ Græcè dicitur. 33 Omnes Iudæos qui captiui abducti ſunt, πᾶσαν ψυχὴν ἰουδαίων τὴν αἰχμαλωτισθεῖσαν, omnem animam Iudæorum captiuatam. Anima Hebræis accipitur pro ipſis perſonis,pro Iudæis. Gratis libero, ἀφίημι ἐλευθέραν δωρεάν·dimitto liberam gratuito beneficio.ſine vllo pretio redemptionis. Vt vectigalia omnibus etiam iumentis ipſorum remittantur. καὶ πάντες ἀφιέτωσαν τοὺς φόρους,καὶ κτηνῶν αὐτῶν. & omnes à tributis ſoluantur[aut,liberentur,immunéſque exiſtant] etiam iumentorum ſuorum.id eſt quæ pendebant pro iumentis ſuis ac pecoribus. ita ad liberationem gratuitam adiunxit immunitatem.

34 Dies inſuper ſolen.καὶ αἱ ἑορταὶ & feſtiuitates.aut,dies feſti,quibus negotia humana operáque ſunt intermiſſa. Statique dies,καὶ ἡμέραι ἀποδεδειγμέναι, & dies decreti,conſtituti,præſtituti. ad cultũ Dei ordinati. Immunes ſint o.&c.πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτελείας καὶ ἀφέσεως πᾶσι τοῖς ἰουδαίοις.omnes ſint dies immunitatis ac remiſſionis omnibus Iudæis.Tempora huiuſmodi ſacra,rebus Diuinis conſecrata,ſint libera & ſoluta omnibus exactionibus.

nibus regnum meum incolentibus.

Nec poteſtatem habeat quiſquam faciendi,ʹquoquenquam eorum vlla in re interpellet & conturbet.

Porrò ʹdeſcribantur in exercitū Regis ex Iudæis ad triginta virorum millia, ʹquibus ſtipēdium quod omnibus Regis militibus conſtitutum eſt, attribuatur:eorum alii diſponantur per magnas Regis munitiones:

Aliiʹpræficiantur iis rebus regni curandis atque adminiſtrandis, quæ fidem poſtulant.ʹTribuni autem ipſorum ac principes ex ipſis conſtituantur,ʹ ſuiſque vtantur Legibus, ſicut Rex in terra Iudaica præcepit.

Quinetiam tres illæ præfecturæ quæ ad Iudæam additæ ſunt de terra Samariæ, Iudææ iungantur, ʹita vt contributæ ſubſint vni:neque alteri cuiuſquam,præterquam Summi pontificis poteſtati pareant.

Ptolemaidem autemʹcum ſuo territorio, Sanctis qui ſunt Hieroſolymis donaui ʹin ſumptus ad Sacra pertinentes.

Addo etiam de meo, ſiclorum argenti annua quindecim millia de rationibus regiis, atque iis locis qui ad eum pertinent.

ʹReliqua etiam de curationibus ſuperiorum annorum nondum perſoluta, vt dehinc iam in opera templi impendantur.

Ad ſiclorum argenti quinque millia ʹde curationibus Sacrarii ſuperioribus annis deſumpta è rationibus annuis, etiam ea condonantur, quòd ad Sacerdotes ʹSacrorum miniſtros pertineant.

Et quicunque ʹrationibus regiis quacunque de re obnoxii, in tēplum Hieroſolymitanum aut queuis ipſius terminū cōfugerint, dimittantur: ac res quas in regno meo habent, ipſis cōſeruentur.

Poſtremò ʹex iiſdem regiis facultatibus atque opibus, ſumptus ʹad opera Sacrorum conficienda & reficienda ſuppeditabitur.

Tum ad Hieroſolymam muris extruendam & muniendam vndique, ſumptus item ex ærario regio conferetur, necnon in muros per Iudæam ædificandos.

Iudæis qui ſunt in regno meo.

35 Et nemo habebit poteſtatem agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorum in omni cauſa.

36 Et aſcribantur ex Iudæis in exercitu Regis ad triginta millia virorū, & dabūtur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus Regis: & ex eis ordinabuntur qui ſint in munitionibus Regis magni:

37 Et ex his conſtituentur ſuper negotia regni quæ aguntur ex fide. Et principes ſint ex eis, & ambulent in Legibus ſuis, ſicut præcepit Rex in terra Iuda.

38 Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt ſint ſub vno, & non obediant alienæ poteſtati, niſi Summi ſacerdotis.

39 Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum Sanctis qui ſunt in Ieruſalem, ad neceſſarios ſumpt⁹ Sanctorū.

40 Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorum argenti de rationibus Regis, quæ me contingunt.

41 Et omne quod reliquū fuerit, quod non reddiderant qui ſuper negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus.

42 Et ſuper hæc quinq; millia ſiclorū argēti, quæ accipiebant de Sanctorū ratione per ſingulos annos: & hæc ad Sacerdotes pertineāt, qui miniſterio funguntur.

43 Et quicunque confugerint in templū quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxii Regi in omni negotio, dimittantur: & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo, libera habeant.

44 Et ad ædificanda vel reſtauranda opera Sanctorum, ſumptus dabūtur de ratione Regis.

45 Et ad extruēdos muros in Ieruſalē, & cōmuniendos in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione Regis, & ad cōſtruendos muros in Iudæa.

35 Quo quenquā eorū vlla in re interpellet & cont. τὸ παρενοχλεῖν τινὰ αὐτῶν περὶ παντὸς πράγματος. interturbādi aliquem eorum in omni negotio. Ita vult illos quietè ac tranquillè ſuas res agere, neque vllum negotium impedimentúmve à ſuis dari & exhiberi.

36 Deſcribantur in exercitum Regis προσγραφήτωσαν εἰς τὰς δυνάμεις τοῦ βασιλέως aſcribantur copiis Regis. aut, in copiis Regis. Quibus ſtipendiū quod omnibus Regis mili. &c. καὶ δοθήσεται αὐτοῖς ξένια, & dabuntur ipſis munera, ὡς καθήκει πάσαις ταῖς δυνάμεσι τοῦ βασιλέως, vt conuenit omnibus copiis Regis. ξένια ſunt propriè munera hoſpitibus dari ſolita: accipiuntur pro quocunque munere, & hoc loco pro ſtipēdiis quæ militibus conſtituuntur. niſi fortè huiuſmodi mercedem laboris militaris honorifico hoſpitii nomine commendari velit.

37 Præficiātur iis rebus regni curādis atque admini. ἐκ τούτων κατασταθήσεται ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλείας, ex his conſtituentur in negotiis regiis. aut, muneribus. aut ſuper negotia & officia ea quæ fidē requirunt, τῶν οὐσῶν εἰς πίστιν, quæ fidē poſtulant, aut fideliter atque integrè obeunda ſunt. Hoc loco χρεία accipitur pro functione muneris publici, & curatione atque adminiſtratione Reip. ea requirit ſummam integritatem ac fidelitatem. Tribuni autem ipſorum καὶ οἱ ἐπ᾽ αὐτῶν, præfecti ipſorum ex ipſis Iudæis deligantur, & cōſtituantur: vt gratius ſit imperium. ἐπὶ præpoſitio cum genitiuo & verbo ſubſtātiuo ſubaudito, ſignificat præfecturam aut adminiſtrationē rei alicuius. ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης, qui vniuerſæ gazæ præfectus erat: Act. 8. c. 27. οἱ ἐπὶ τινων ὄντες, aut ſine participio, præfecti rerum aliquarū. Suiſque vtantur Legibus, πορευέσθωσαν τοῖς νόμοις αὐτῶν, ambulent Legibus ſuis, pro, in Legibus atque inſtitutis ſuis retineant ſuos mores ac ritus.

38 Ita vt contributæ ſubſint vni: πρὸς τὸ λογισθῆναι τοῦ γενέσθαι ὑφ᾽ ἕνα, vt reputentur [aut exiſtimentur] eſſe ſub vnum. non ſint ſeparatæ, ſed adiunctæ Iudææ, in vnum corpus coaleſcant, aut ſub ea comprehendantur.

39 Cum ſuo territorio, καὶ τὴν προσκυροῦσαν αὐτῇ, & confines [aut terminos] eius. vel agrum omnem ad eam pertinentem, eius dominio quaſi addictum. Hoc enim ſignificat προσκυροῦν. Eſt autem territorium, vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. In ſumptus ad Sacra pertinentes. εἰς τὴν προσκαθήκουσαν δαπάνην τοῖς ἁγίοις. in ſumptum cōuenientem Sacris. id eſt qui debeatur rebus Diuinis, vt in earum vſum cultúmque reditus eius vrbis conferantur. προσκαθήκουσαν δαπάνην appellat, quam poſtea ſecundo libro ἐπιβάλλουσαν nominabit: de quo verbo antè dictum eſt. 41 Reliqua etiam de curationibus ſuperio. annorum nondum perſoluta, καὶ πᾶν τὸ πλεονάζον, ὃ οὐκ ἀπεδίδοσαν ἀπὸ τῶν χρειῶν, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσι, & quod reliquum eſt, quod non reddiderunt de curationibus vt in primis annis. Significat certam pecuniam quam in curationem rerum aliquarum neceſſariarum ſoliti erant conferre, cuius perſolutio impedita atque intermiſſa fuerat: eam nunc vult ad templum extruendum ornandúmque adhiberi.

42 De curationibus ſacrarii ſuperioribus annis deſumpta οὓς ἐλάμβανον ἀπὸ τῶν χρειῶν τοῦ ἁγίου, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσι, quos accipiebant ex vſibus Sanctuarii, vt in prioribus annis. Ea enim pecunia rebus Sacris deſtinata ac debita, Regi Syriæ pro vectigali, aut tributo ſoluebatur, quam nūc vult in vſus Sacerdotum neceſſarios conferri. Sacrorum miniſtros τοῖς λειτουργοῦσι Sacra adminiſtrantes. aut qui ea adminiſtrant & procurant. Sunt enim Sacerdotes λειτουργοὶ adminiſtri religionis, ac moderatores.

43 Rationibus regiis quacunque de re obnox. ὀφείλοντες βασιλικὰ, καὶ πᾶν πρᾶγμα. debētes regia [id eſt ad Regem pertinētia] & quodnis aliud negotium. aliam quampiam rem. qui deberent aliquid Regi nomine tributi, aut alterius cuiuſpiam rei.

44 Ex iiſdem regiis facultatibus atque opibus, ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως ex rationibus Regis ſumptus tribuetur. Ad opera Sacrorum conficienda & reficienda ſup. τοῦ οἰκοδομηθῆναι καὶ ἐπικαινισθῆναι τὰ ἔργα τῶν ἁγίων. vt ædificentur & inſtaurentur opera Sacrorum.

Suprà 7.a.5

Vt audiuit autem Ionathas & populus ſermones iſtos, non crediderũt eis, nec receperunt eos: quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. 46

Et cõplacuit eis in Alexandro, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonũ pacis: & ipſi auxilium ferebãt omnibus diebus. 47

Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit caſtra contra Demetrium: 48

Et commiſerũt prælíũ duo Reges, & fugit exercit⁹ Demetrii: & inſequutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos. 49

Et inualuit prælíũ nimis donec occidit ſol, & cecidit Demetrius in die illa. 50

E Et miſit Alexander ad Ptolemæum regem AEgypti legatos ſecundum hæc verba dicens, 51

Quoniam regreſſus ſum in regnũ meum, & ſedi in ſede patrum meorũ, & obtinui principatum, & contriui Demetriũ, & poſſedi regionẽ noſtrã: 52

Et commiſi pugnam cum eo, & cõtritus eſt ipſe & caſtra eius à nobis, & ſedemus in ſede regni eius: 53

Et nunc ſtatuamus adinuicem amicitiam: & da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi dignitatem. 54

Et reſpondit rex Ptolemæus, dicẽs, Fœlix dies in qua reuerſus es ad terrã patrũ tuorũ, & ſediſti ĩ ſede regni eorũ 55

Et nunc faciam tibi quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Ptolemaidã, vt videamus inuicem nos, & ſpondeam tibi ſicut dixiſti. 56

Et exiuit Ptolemæus de AEgypto, ipſe & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centeſimo ſecundo. 57

Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam ſuã: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ ſicut Reges in magna gloria. 58

Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam ſibi. 59

Et abiit cum gloria Ptolemaidam: & occurrit ibi duobus Regibus, & dedit illis argentum multum, & aurũ, & dona: & inuenit gratiam in conſpectu eorum. 60

Et conuenerunt aduerſus eũ viri pe 61

46 His auditis Ionathas & populus″non adhibuerunt fidem, neque eis acquieuerunt, ″memores eorum maleficiorum quibus Iſraelitas affecerat, & vehementer afflixerat.

47 ″Sed ſuam ad Alexandrum voluntatem adiunxerunt, ′qui princeps veræ pacis cum ipſis conſtituendæ fuerat: & ″ſocietatem cum eo per omne tempus coluerunt.

48 Porrò quum Alexander collectas ingentes copias aduerſus Demetrium in aciem eduxiſſet,

Bellũ cõmittit Alexander cum Demetrio.

49 ″Cõſerta inter vtrunque Regẽ pugna, exercitus Demetrii fugã cepit: quẽ Alexãder perſequutus, ″victoriã aduerſus eos obtinuit.

50 Qúmque illud acre prælium″vſque ad occaſum ſolis commiſſum inualuiſſet, Demetrius illa die occubuit.

Demetrius interimitur.

51 Tum miſit Alexander ad Ptolemæum regem AEgypti legatos cum mandatis in hæc verba,

52 Quoniam reuerſus in regnum, conſedi in ſolio maiorum meorum, imperium obtinui, Demetrium fudi, ac regione noſtra potitus ſum:

53 (Nam cõmiſſo cum illo prælio, quo ipſe fuſus eſt à nobis cum exercitu ſuo, ſolium regni ipſius occupauimus.)

Amicitiam inter ſe ſtatuunt Ptolemæus & Alexander.

54 Nunc″amicitiam inter nos ineamus: & filiam tuam mihi des vxorem, vt ſim gener tuus, muneráque tibi atque ei dabo te digna.

55 Ei reſpondit Ptolemæus hiſce verbis, ″Fœlix eſt illa dies qua in terram maiorum tuorum reuerſus, in ſolio regni ipſorũ cõſediſti.

56 ″Itaque nunc quidem tecum ita agam vt ſcripſiſti: verùm tu mihi obuiam venias Ptolemaidem, vt alter alterum videamus: ″ſocérque tuus ero vt petiuiſti.

57 Venit ergo Ptolemæus ex AEgypto profectus cũ filia ſua Cleopatra Ptolemaidem anno centeſimo ſexageſimo ſecundo.

58 ″Vbi & Alexãder rex ei præſto fuit, qui Cleopatra eius filia ipſi in matrimonium data, nuptias Ptolemaide ″more regio ſumma cum magnificentia celebrauit.

59 Rex autem Alexander Ionathan ″literis obuiam ſibi euocauit.

Occurrẽs eis Ionathas, ſummo afficitur honore.

60 Qui quum veniſſet Ptolemaidem cum gloria, ″vtrunque Regẽ coràm adiit, offerens eis argentum & aurum, amicíſque eorũ munera: magnámque″apud eos gratiam iniuit.

61 Conuenerunt etiam eôdem aduerſus eum viri peſtilentes ex

46 Non adhibuerunt fidem, neque eis acquieuerunt, οὐκ ἐπίστευσαν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπεδέξαντο, non crediderunt eis, neque ea acceperunt. aut receperunt. habuerunt ea ſuſpecta ex recordatione præteritarum iniuriarum. Memores eorum maleficiorum ὅτι ἐπεμνήσθησαν τῆς κακίας, quoniam memoria tenebant eam malitiam. id eſt τῶν κακῶν malorum atque iniuriarum. Hebraicè dixit Malitiam, vt illi רעה malum dicũt pro maleficiis atque iniuriis. 47 Sed ſuam ad Alexandrum voluntatem adiunxerunt, καὶ εὐδόκησεν ἐν ἀλεξάνδρῳ, & complacitum eſt in Alexandro. aut, eis complacuit in illo. id eſt ſuam voluntatem in eum contulerunt. Eſt autem Hebraiſmus רצה, complacuit in aliquo, id eſt affectus eſt in eum & propenſus: ita hoc loco ſignificat propenſiores fuiſſe in Alexandrum quàm in Demetrium: illius amicitiam amplexos, alterius aſpernatos fuiſſe. Qui princeps veræ pacis cum, &c. ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αὐτοῖς ἀρχηγὸς λόγων εἰρηνικῶν, quoniam ipſe fuerat eis princeps [aut, primus] ſermonum pacificorum. i. qui verè ac integrè ſine fictione ac ſimulatione de pace ac ſocietate cum ipſis egiſſet. Nam λόγων nomen, non eſt ad verba referendum, in quibus Demetrius prior fuit, ſed ad ſocietatem & amicitiam quam Alexander ſine dolo fallaciiſque petebat: alter autem qualis amicus ſociúſque futurus eſſet, iniuriis ac maleficiis in Iudæos antè oſtẽderat. Societatẽ cum eo per omne tempus coluerunt. συνεμάχουν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. communiter coniunctéque cum eo bellum gerebant. pugnabant vnà omnibus diebus. συμμαχεῖν eſt coniunctis voluntatibus ac viribus in idem bellum incumbere. coire belli ſocietatem.

49 Conſerta inter vtrunque Regem pugna, συνῆψαν πόλεμον οἱ δύο βασιλεῖς, commiſerunt prælium duo Reges. manus conſeruerunt. cõflixerunt. Victoriam aduerſus eum obtinuit. ἴσχυσεν ἐπ' αὐτόν. præualuit aduerſus illum. aut incubuit magna vi in eum. perſequendo inualuit. Hic ſenſus mihi magis placet quàm is quem in verſione ſequutus ſum. Significat enim vim belli auctam & confirmatam ad inſequendum Demetriũ, ac eò totum eius impetum fuiſſe cõuerſum. Sequitur enim ſtatim de eodem Alexãdro, καὶ ἐστερέωσε τὸν πόλεμον σφόδρα. Et firmauit [aut, roborauit] bellum vehementer. 50 Vſque ad occaſum ſolis ἕως ἔδυ ὁ ἥλιος donec ſol occidit. aut, occubuit.

54 Amicitiam inter nos ineamus: στήσωμεν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν· conſtituamus inter nos amicitiam. contrahamus neceſſitudinem & coniunctionem. 55 Fœlix eſt illa dies ἀγαθὴ ἡμέρα, Bona [aut, fauſta] illa dies. Oratio eſt amici beneuolique hominis alteri fœlicitatem gratulantis. 56 Itaque nunc quidem tecum ita, &c. ποιήσω σοι ἃ ἔγραψας, faciam tibi quæ ſcripſiſti. concedam tibi quæ petiuiſti. Socérque tuus ero, ἐπιγαμβρεύσω σοι. ἐπιγαμβρεύειν habet mutuam relationem ad generum & ſocerum, vt de vtroque dicatur, vt חתן & התחתן apud Hebræos. 58 Vbi & ei præſto fuit, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ, & obuiam ei venit. aut, prodiit. More regio καθὼς οἱ βασιλεῖς quemadmodum Reges ſolent ſplendidè magnificéque facere.

59 Literis obuiam ſibi euoc. ἔγραψεν ἐλθεῖν εἰς συνάντησιν αὐτῷ. ſcripſit Ionathæ vt veniret in occurſum [aut, obuiam] ſibi.

60 Vtrunque Regem coram adiit, ἀπήντησε τοῖς δυσὶ βασιλεῦσι, occurrit duobus Regibus. id eſt conuenit vtrunque. Apud eos gratiam iniuit. εὗρε χάριν ἐναντίον αὐτῶν. inuenit gratiam coram eis. Hebraiſmus, gratus fuit & acceptus. aut, gratiam eorum ſibi conciliauit.

Iſraele ac nefarii ′vt eum criminarentur : ſed Rex′ eis aurem non præbuit.

Sed Ionathan exutum veſtibus ſuis purpura iuſſit indui: quod quum ita factum eſſet, Rex eo iuxta ſe collocato,

Principibus ſuis dixit, Progreſſi cũ hoc in mediũ ciuitatis, der præconem edicite nequis eum vlla de re in crimen vocet, ′aut ei vllius dicti nomine moleſtus ſit.

Ita factum eſt vt′accuſatores, poſtquam gloriam eius, quomodo prædicata eſſet, amictúmque purpureum viderent, omnes ſe fuga proriperent.

Ionathas autem quum Rex eum gloria ornatum amicum inter primos ſcripſiſſet, ducémque conſtituiſſet, ac″tribunum militũ:

Hieroſolymam cum pace & lætitia reuerſus eſt.

Porrò anno cẽteſimo ſexageſimo quinto Demetrius Demetrii filius è Creta″rediit in patriam ſuam.

Quod quum audiſſet Alexander, maximo affectus dolore, Antiochiam reuerſus eſt.

Apollonius dux exercitus Demetrii cum Ionatha cõgreſſus, ab eodem deuincitur.

Demetrius autem ducem conſtituit Apollonium præfectũ Cœleſyriæ, qui collectis ingentibus copiis, caſtríſque poſitis ad Iamniam, ad Ionathan ſummum pontificem hæc mandata miſit,

″Tu ſolus omnium aduerſus nos extolleris: ″ego verò ludibrio ſũ habitus propter te, & probro affectus : ′ad quid tandem aduerſus nos ferocis in montibus?

Quin′ſiquid eſt in viribus tibi fiduciæ, deſcẽde iam nũc ad nos in campum, ″vbi armis decernamus inter nos: nam apud me quidem eſt robur ciuitatum.

Interroga ac diſce quis ego ſim, & cæteri quibus vtor auxiliariis: ″& reſpondebunt, vos non poſſe pedibus in noſtro conſiſtere conſpectu, quia maiores veſtri in terra ſua bis in fugã verſi ſunt.

Neque nunc equitatum, tantúmque exercitum poteris in campo ſuſtinere, vbi nulla rupes eſt, nullũ ſaxum, ″nullus denique locus ad fugam opportunus.

Hæc Apollonii verba quũ audiſſet Ionathas, ′cõmotus animo, cum decem lectis virorũ millibus, Hieroſolymis egreſſus eſt : & quum″ſe ei frater eius Simon auxilio iunxiſſet,

Ad Ioppen duxit exercitum, atque′vrbe excluſus, quòd Apollonii præſidium intus erat, eam oppugnauit.

ſtilentes ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus eum: & non intendit ad eos Rex.

62 Et iuſſit ſpoliari Ionathan veſtibus ſuis, & indui eum purpura: & ita fecerũt. & collocauit eum Rex ſedere ſecum.

63 Dixitque principibus ſuis, Exite cũ eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduerſus eum interpellet de vllo negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de vlla ratione.

64 Et factum eſt vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes.

65 Et magnificauit eum Rex, & ſcripſit eũ inter primos, & poſuit eũ ducem, & participem principatus.

66 Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum pace & lætitia.

67 In anno cẽteſimo ſexageſimoquinto, venit Demetrius filius Demetrii, à Creta in terram patrum ſuorum.

68 Et audiuit Alexander rex, & contriſtatus eſt valde, & reuerſus eſt Antiochiam.

69 Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ: & cõgregauit exercitum magnũ, & acceſſit ad Iamniam: & miſit ad Ionathan ſummum ſacerdotem,

70 Dicẽs, Tu ſolus reſiſtis nobis: ego autem factus ſum in deriſum & in opprobriũ, propterea quia tu poteſtatẽ aduerſũ nos exerces in montibus.

71 Nũc ergo ſi cõfidis in virtutib⁹ tuis, deſcende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem : quia mecum eſt virtus bellorum.

72 Interroga & diſce quis ſum ego, & cæteri qui auxilio ſunt mihi: qui & dicunt quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciem noſtram, quia bis in fugã conuerſi ſunt patres tui in terra ſua.

73 Et nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum & exercitum tãtum in campo, vbi non eſt lapis, neque ſaxũ, neque locus fugiendi?

74 Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apollonii, motus eſt animo : & elegit decem millia virorum : & exiit ab Ieruſalem, & occurrit ei Simõ frater eius in adiutorium:

75 Et applicuerũt caſtra in Ioppen, & excluſit eũ à ciuitate, qa cuſtodia Apollonii Ioppe erat, & oppugnauit eã.

61 Vt eum criminarentur: ἐντυχεῖν κατ᾽ αὐτοῦ. vt eum accuſarent. aut, in crimen vocarent. ἐντυγχάνειν κατά τινος, eſt deferre aliquẽ: de quo antea. Eis aurem non præbuit. οὐ προσέσχεν αὐτοῖς. non attendit eis. non adhibuit fidem eorum criminationi, id eſt, neglexit eam.

63 Aut ei vllius dicti nomine moleſtus ſit. καὶ μηδεὶς αὐτῷ παρενοχλείτω περὶ παντὸς λόγου. & nullus eum conturbet vllo ſermone aut dicto. ne verbo quidem vllo ei aliquam moleſtiam exhibeat.

64 Accuſatores, οἱ ἐντυγχάνοντες, delatores. οἱ κατήγοροι, qui eum poſtulabant apud Regem.

65 Tribunum militum: μεριδάρχην· quaſi participem principatus. qui partem imperii ſuſtineret. Nomen compoſitum à μερὶς & ἀρχήν. μεριδάρχαι, erant quaſi ſocii & adiutores imperii. 67 Rediit in patriam ſuam. ἦλθεν εἰς τὴν γῆν πατέρων αὐτοῦ. Venit in terram patrum ſuorum: in aliquam ſcilicet ciuitatem Syriæ, quæ ad regnum maiorum ſuorum pertinebat.

70 Tu ſolus omnium σὺ μονώτατος Tu maximè ſolus [Vnus ex omnibus] te extollis aduerſus nos. Ego verò ludibrio ſum habitus, &c. ἐγὼ δὲ ἐγενήθην εἰς καταγέλωτα, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν, ego autem factus ſum in deriſum & opprobrium. fui expoſitus irriſioni & infamiæ. Ad quid tandem aduerſus nos ferocis διὰ τί ἐξουσιάζῃ ἐφ᾽ ἡμᾶς; cur poteſtatem exerces aduerſus nos? id eſt ferociter inſoleſcis, quaſi ius aut aliquam in nos poteſtatem habeas. ἐξουσιαστικῶς imperioſè te geris, extolliſque aduerſus nos.

71 Siquid eſt in viribus tibi fiduciæ, εἰ πέποιθας ἐπὶ ταῖς δυνάμεσί σου, ſi confidis in copiis tuis. aut, exercitibus. ſi cõfidis tuis copiis ac viribus. Vbi armis decernamus inter nos: καὶ συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς ἐκεῖ & decernamus nobiſipſis illic. id eſt in loco plano & æquo experiamur armis, vter erit fortior. συγκρίνειν & συγκρίνεσθαι ſignificat contendere, & experiri cum aliquo tum iudicio ciuiliter, tum etiam armis in bello, vt Latinè decernere. 72 Et reſpõdebunt, vos non poſſe ped. &c. καὶ λέγουσιν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν στάσις ποδὸς κατὰ πρόσωπον ἡμῶν. & dicunt [pro dicent] Nõ eſt vobis ſtatio pedis in conſpectu noſtro. id eſt, intelligetis ex iis quos interrogabitis de noſtris viribus, vos nullum conſiſtendi locum coram nobis habituros. vos facilè ceſſuros, ſimulatque nos videritis.

73 Nullus denique locus ad fugam opport. οὐδὲ τόπος τοῦ φυγεῖν. neque locus ad fugiendum. id eſt ad effugium, aut vt effugiatis.

74 Commotus animo, ἐκινήθη διανοίᾳ motus eſt mente. id eſt θυμῷ animo permotus eſt. iactantia ſcilicet arrogantiáque alterius. Se ei frater eius Simon auxilio iunxiſſet, συνήντησεν αὐτῷ ἐπὶ βοήθειαν αὐτοῦ, occurrit ei [aut, quũ occurriſſet, obuiã veniſſet ei] in auxilium. ad opem ferendam. vt auxilio fratrem iuuaret. 75 Vrbe excluſus, ἀπέκλεισαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς πόλεως, excluſerunt eum à ciuitate. prohibuerunt vrbis aditu atque ingreſſu. non receperunt eum.

Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerũt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen.

G Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitũ, & exercitũ multũ:

Et abiit Azotum tanquam iter faciens, & ſtatim exiit in campũ: eo quòd haberet multitudinẽ equitum, & cõfideret in eis: & inſequutus eſt eum Ionathas in Azotum, & commiſerũt prælium.

Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occultè.

Et cognouit Ionathas quoniam inſidiæ ſunt poſt ſe, & circuierũt caſtra eius, & fecerunt iacula in populum à mane vſque ad veſperam.

Populus autem ſtabat, ſicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum.

Et eiecit Simon exercitum ſuum, & commiſit contra legionem: (equites enim fatigati erant) & contriti ſunt ab eo, & fugerunt.

Et qui diſperſi ſunt per campũ, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idolum ſuum, vt ibi ſe liberarent.

Et ſuccendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erãt in circuitu eius & accepit ſpolia eorum, & templũ Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, ſuccendit igni.

Et fuerunt qui ceciderũt gladio cũ his qui ſuccenſi ſunt, ferè octo millia virorum.

Et mouit inde Ionathas caſtra, & applicuit ea Aſcalonẽ: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria.

Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cũ ſuis habentibus ſpolia multa.

Et factum eſt, vt audiuit Alexander rex ſermones iſtos, addidit adhuc glorificare Ionathan.

Et miſit ei fibulam auream, ſicut cõſuetudo eſt dari cognatis Regũ: & dedit ei Accaron & omnes fines eius in poſſeſſionem.

Cap. XI.

ET Rex AEgypti congregauit exercitum, ſicut arenam quæ eſt circa orã maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexãdri dolo, & addere illud regno ſuo.

Et exiit in Syriã verbis pacificis, &

76 Quamobrem territi ciues, portas vrbis aperuerunt, & Ionathas ″Ioppe potitus eſt.

77 Hoc nuntio accepto Apollonius cum delectis ſibi equitum tribus millibus, magnóque peditum numero,

78 ″Quaſi iter facturus, Azotum profectus eſt, ″ſimúlq; in planitiẽ eſt progreſſus: propterea quòd maximum habebat equitatum, eóque maximopere confidebat: quem Ionathas Azotum cõtendentem à tergo perſequutus, prælium cum vltimo agmine cõmiſit.

79 Reliquerat autem Apollonius ″abditos ſuorum mille equites poſt eos.

80 Quas inſidias ″ſuo imminere tergo quũ Ionathas animaduertiſſet, ″exercitum illius circumuenerunt, & ″lanceas à mane vſque ad veſperam vibrauerunt in populum.

81 Perſtitit tamen populus quomodo Ionathas imperauerat, equóſque illorum fatigauit.

82 Tum Simon ″acie ſua explicata, phalãgem adortus eſt: (″nam laſſatus erat equitatus) qua ab eo fuſa & fugata,

83 ″Equites quoque, ſparſa per campum fuga, Azotum ″in ædẽ Dagonis ſimulachri ſui ſalutis cauſa confugerunt.

84 Ionathas autem ſuccendit Azotum ″cum oppidis ei circumiacẽtibus: captíſque inde ſpoliis, delubrum Dagonis cum iis qui eò cõfugerant, igni cremauit.

85 ″Et confectus eſt numerus cæſorum gladio cum iis qui exuſti fuerunt, ad octo millia virorum.

86 Inde profectus Ionathas, ad Aſcalonem caſtra poſuit: & quum ciues obuiam illi proceſſiſſent ″ſumma cum veneratione,

87 Hieroſolymam cum ſuis ſpolia multa gerentibus reuerſus eſt.

88 His rebus auditis, Alexander rex Ionathan ″amplioribus auxit honoribus.

89 Eíque bullam aureã miſit, qualis propinquis Regum dari ſolebat: atque Accaronem cum omnibus ipſius finibus ″poſſidendam attribuit.

Cap. X I.

1 POrrò Rex AEgypti contracto exercitu inſtar arenæ quæ circa orã maris eſt, innumerabili, claſſéque copioſa, regnum Alexãdri dolo quærebat occupare, ac ſuo regno adiicere.

2 Quum igitur ″amico prætextu eſſet ingreſſus in Syriam,

Diſſidium inter Ptolemæum & Alexandrum generum ſuum.

76 Ioppe potitus eſt. ἐκυρίευσεν Ἰόππης. pro, ἐκράτησεν, eam obtinuit. dominus eius fuit. Ad verbum, dominatum habuit in ea.

78 Quaſi iter facturus, ὡς διοδεύων, Quaſi iter faciens. diſſimulans ſe Azotũ contendere. Simulque in planitiem eſt progr. καὶ ἅμα προῆγεν εἰς τὸ πεδίον & ſimul proceſſit in campum. id eſt locum planum, in quo equitatus quo confidebat, maiorem pugnandi commoditatem facultatémque haberet, quàm in locis montuoſis & aſperis. Itaque locum ad pugnam idoneum delegit.

79 Abditos ſuorũ mille equites poſt eos. χιλίαν ἵππον ἀπέλιπε κρυπτῶς κατόπισθεν αὐτῶν. mille equites reliquit occultè à tergo, id eſt abditos in inſidiis, qui eos à tergo adorirentur. 80 Suo imminere tergo ὅτι ἐστὶν ἔνεδρον κατόπισθεν αὐτῶν, quòd inſidiæ eſſent à tergo. aut poſt ſe. quòd poſitæ ac collocatæ eſſent, quæ ipſos inſequerentur. Exercitum il. circ. ἐκύκλωσαν αὐτοῦ τὴν παρεμβολὴν, circundederunt [aut, cinxerunt] eius exercitum. ne ſcilicet à fronte pugnãtes, à tergo infeſtarentur ab iis qui in inſidiis relicti erant. Lanceas vibrauerunt, &c. ἐξετίναξαν τὰς σχίζας εἰς λαόν. eiecerunt iacula in populum. σχίζα fuſtes, haſtas, lanceáſque ſignificat, quas in hoſtes torquebãt & vibrabant.

82 Acie ſua explicata, phal. adortus eſt: εἵλκυσε τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ συνῆψε πρὸς τὴν φάλαγγα· explicuit [aut, eduxit] copias ſuas, & cõmiſit prælium aduerſus phalangem. aggreſſus eſt phalangem Syriorum. produxit exercitum ſuum ad pugnam. aut, quum exercitum ſuum produxiſſet, vel explicuiſſet. Nam laſſatus erat equit. ἡ γὰρ ἵππος ἐξελύθη. equitatus enim laſſatus erat. feſſus pugnãdo. ἐκλύειν eſt fathiſcere ac deficere, fatigari quum vires diſſoluuntur. 83 Equites quoque, ſparſa per campum fuga, καὶ ἡ ἵππος ἐσκορπίσθη ἐν τῷ πεδίῳ, & equitatus diſperſus eſt in campo. aut, quum diſperſus ac diſſipatus eſſet, vel fuſus per agros. In ædem Dagonis ſimulachri, &c. ἔφυγον, καὶ εἰσῆλθον εἰς Βηθδαγὼν εἰδωλεῖον αὐτῶν τοῦ σωθῆναι. fugerunt, ac ingreſſi ſunt in Bethdagon phanum idoli ſui vt ſeruarentur. id eſt templum illud idoli ſui, quaſi aſylum quoddam & perfugium ſuæ ſalutis fuga petiuerunt. ad Dagonem ſuæ ſalutis cuſtodem confugerunt.

84 Cum oppidis ei circumiac. καὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ αὐτῆς. & vrbes in circuitu eius. circunquaque poſitas, & finitimas.

85 Et confectus eſt numerus cæſorum καὶ ἐγένοντο οἱ πεπτωκότες μαχαίρᾳ & fuerunt cæſi gladio. Ita enim legitur in exemplari Toletano: nã alii codices legũt πεπτωκότες μαχαίρας, vt τραυματίαι μαχαίρας: quibus nominibus vtũtur Hebræi vt ſubſtãtiuis atque appellatiuis. ſed prior lectio melior videtur quã hæc, in qua durius dicitur, cæſi aut proſtrati gladii. 86 Sũma cum veneratione, ἐν δόξῃ μεγάλῃ. In gloria magna. id eſt cum maximo honore, perhonorificè venerunt ei obuiam, atque eum exceperunt. 88 Amplioribus auxit honoribus. προσέθετο δοξάσαι τὸν Ἰωνάθαν. addidit glorificare Ionathan. id eſt ad priſtinos honores adiunxit alios. cum nouis honoribus muneribúſque cumulauit.

89 Poſſidendam attribuit. ἔδωκεν αὐτῷ εἰς κληροδοσίαν. in poſſeſſionem dedit ei.

IN CAPVT XI.

2 Amico prætextu λόγοις εἰρηνικοῖς verbis pacificis. quæ haberent ſignificationem pacis & amicitiæ, fallacémque ſpeciem.

'qui tenebant vrbes,ei portas aperuerũt,atque obuiam prodierũt: nam mandatum erat regis Alexandri, vt quoniam ſocer ipſius eſſet,obuiam ei procederetur.

Ille verò vrbes Ptolemaidis ingreſſus,'copias ſingulis præſidiáque imponebat.

Vt autem appropinquauit ad Azotum, oſtẽſum eſt illi delubrũ Dagonis exuſtum, & Azotus ipſa'cum circumiacentibus oppidis diruta,corporáque proiecta,& cadauera eorum qui in bello exuſti fuerant:nam ea in aceruos, quà iter habebat,coniecerant.

Quæcũque denique Ionathas egiſſet,Regi'ad inuidiam illi faciẽdam narrata ſunt: Rex tamen tacuit.

Et Ionathas obuiam ei aduenit Ioppẽ'magnificè: vbi quum inter ſe conſalutatione facta,pernoctaſſent,

Ionathas Regem vſque ad fluuium qui Eleutherus nominatur, comitatus,Hieroſolymam repetiit.

Rex autem Ptolemæus vrbibus 'tractus maritimi vſque Seleuciam & ipſam maritimam occupatis,'mala in Alexandrum conſilia animo agitabat.

Legatóſque ad Demetrium regem miſit cum hiſce verbis,Age, fœdus inter nos ineamus,& filiam meam quam Alexander habet, tibi in matrimonium dabo,túque'regnum paternum obtinebis.

Nam me quidem pœnitet filiam ei meam,vxorem dediſſe:quoniam 'necem mihi machinatus eſt.

Ita illum criminatus,vt qui regnum eius appeteret,

Ereptam illi filiam ſuam Demetrio in matrimonium locauit: eóque ab Alexandro alienato ,'apertæ inter ipſos inimicitiæ ſuſceptæ ſunt.

Itaque Ptolemæus Antiochiam ingreſſus,'duo diademata *duorum regnorum inſignia*,Aſiæ atque AEgypti, capiti ſuo impoſuit.

Erat autem rex Alexãder in Cilicia temporibus illis,'quòd incolæ locorum illorum defectionem molirentur.

Qui hoc nuntio accepto,'arma cõtra illum tulit. verùm quum Ptolemæus copiis eductis,ei occurriſſet cum manu valida, fuſus ab eo Alexander,

In Arabiam confugit,'vt ibi tutus ſaluúſque eſſet: Ptolemæus verò *in ſummam regni poteſtatem*'euectus fuit.

Porrò Zabdiel Arabs caput amputauit Alexandro, atque illud ad Ptolemæum miſit.

Ptolemæo mortuo, regnat Demetrius.

Itémque rex Ptolemæus tertio pòſt die mortuus eſt:qui etiam erant in præſidiis,alii ab aliis interfecti,interierunt.

aperiebant ei ciuitates, & occurrebãt ei : quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam , eo quòd ſocer ſuus eſſet.

3 Quum autem introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat cuſtodias militum in ſingulis ciuitatibus.

4 Et vt appropiauit Azoto, oſtenderunt ei templum Dagon ſuccenſum igni,& Azotum,& cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorũ qui cæſi erant in bello tumulos,quos fecerant ſecus viam.

5 Et narraueruntRegi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei : & tacuit Rex.

6 Et occurrit Ionathas Regi in Ioppen cum gloria , & inuicem ſe ſalutauerunt,& dormierunt illic.

7 Et abiit Ionathas cum Rege vſque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus:& reuerſus eſt in Ieruſalem.

8 Rex autem Ptolemæ' obtinuit dominium ciuitatum vſque Seleuciam maritimam , & cogitabat in Alexandrum conſilia mala.

9 Et miſit legatos ad Demetrium,dicens,Veni,cõponamus inter nos pactum,& dabo tibi filiam meam quam habet Alexãder,& regnabis in regno patris tui. B

10 Pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam: quæſiuit enim me occidere.

11 Et vituperauit eũ, propterea quòd concupierat regnum eius.

12 Et abſtulit filiam ſuam , & dedit eã Demetrio,& alienauit ſe ab Alexãdro & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius.

13 Et intrauit Ptolemæus Antiochiã, & ĩpoſuit duo diademata capiti ſuo, AEgypti & Aſiæ.

14 Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus : quia rebellabãt qui erant in locis illis.

15 Et audiuit Alexander, & venit ad eũ in bellum:& produxit Ptolemæus rex exercitum , & occurrit ei in manu valida,& fugauit eum.

16 Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi protegeretur . rex autem Ptolemæus exaltatus eſt.

17 Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri,& miſit Ptolemæo.

18 Et rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia: & qui erãt in munitionibus perierũt ab his qui erant intra caſtra. C

Qui tenebant vrbes, οἱ ἀπὸ τῶν πόλεων, qui erant ex ciuitatibus.id eſt ciues,& habitatores vrbium,portas ei aperuerunt.

3 Copias ſingulis præſidiáque imponebat. ἀπέτασσε τὰς δυνάμεις καὶ φρουρὰν ἐν ἑκάστῃ πόλει. conſtituebat copias & præſidium in vnaquaque vrbe. vt ſcilicet hoc modo ciuitates armis præſidiiſque firmatas occuparet, Alexandrumque expelleret.

4 Cum circumiacentibus oppid. καὶ τὰ περιπόλια αὐτῆς & oppida eius in circuitu poſita.

5 Ad inuidiam illi faciendam εἰς τὸ ψογῆσαι αὐτὸν ad vituperandum eum. id eſt accuſandum & criminandum. Tota autem criminatio ad inuidiam,odiúmque Regis conflandum ſpectabat. 6 Magnificè: μετὰ δόξης· cum gloria,id eſt apparatu & magnificentia.

8 Tractus maritimi τῆς παραλίας oræ maritimæ.aut,ciuitates παραθαλασσίας maritimas quũ occupaſſet. Mala in Alexandrum,&c. διελογίζετο περὶ Ἀλεξάνδρου λογισμοὺς πονηρούς. cogitabat de Alexandro conſilia mala.vt illũ videlicet è regno profligaret . Hanc ei perniciem moliebatur. 9 Regnum paternũ obtinebis. βασιλεύσεις βασιλείαν τοῦ πατρός σου. regnabis regnũ patris tui.i.regnabis loco patris tui.

10 Necem mihi machinatus eſt. ἐζήτησέ με ἀποκτεῖναι. quæſiuit me occidere.mortem mihi eſt molitus.

12 Apertæ inter ipſos inimicitiæ ἐφάνη ἔχθρα αὐτῶν. apparuit inimicitia eorũ. diſſoluto affinitatis vinculo,declaratum eſt eorũ odiũ.

13 Duo diademata *duorum regn.inſignia*,&c.δύο διαδήματα,τὸ τῆς ἀσίας,καὶ αἰγύπτου,duo diademata, Aſiæ & AEgypti. Addidi explicandi cauſa Inſignia duorum regnorum. 14 Quòd incolæ locorum illorum defectionem molirentur. ὅτι ἀπεστάτουν οἱ ἀπὸ τῶν τόπων ἐκείνων. quoniam rebellabant[aut ad defectionem ſpectabant] qui de locis illis erant. Eos ita affectos,ad defectionémque paratos volebat Alexander in officio & imperio ſuo retinere.

15 Arma contra illum tulit. ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν πολέμῳ. venit contra ipſum bello.adortus eſt eum bello.ei bellum intulit.

16 Vt ibi tutus ſaluúſque eſſet: τοῦ σκεπασθῆναι αὐτὸν ἐκεῖ.vt protegeretur ipſe ibi.vt vitam ſuam eo in loco tegeret & cõſeruaret.

Euectus fuit.ὑψώθη. exaltatus eſt. id eſt in ſummo poteſtatis gradu conſtitutus.in altiſſimo dignitatis ac imperii loco faſtigióque collocatus,duorum maximorum regnorum inſignia,ornamentáque adeptus.

Et regnauit Demetrius anno cẽteſimo ſexageſimoſeptimo.	19	Ita Demetrius anno centeſimo ſexageſimoſeptimo ʹregnum obtinuit.	
In diebus illis cõgregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarẽt arcem quæ eſt in Ieruſalẽ: & fecerunt contra eam machinas multas.	20	Illis autem temporibus Ionathas ex Iudæis copias ad expugnãdam arcem Hieroſolymitanam contraxit. quũque multas iam aduerſus eam machinas confeciſſet:	Demetrius cum Ionatha fœdus confirmans, Iudæam liberam permittit.
Et abierunt quidam qui oderãt gẽtem ſuam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obſideret arcem.	21	Quidam ″gẽtem ſuam exoſi viri nefarii ad Regem profecti, retulerunt illi, Ionathan arcem obſidere.	
Et vt audiuit, iratus eſt: & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinató.	22	Quod vt intellexit ille, iratus eſt: & ſimul atque audiuit, profectus, venit Ptolemaidem: atque Ionathæ ſcripſit″vt ab obſidione deſiſteret, & obuiam ſibi Ptolemaidem ″ad colloquiũ quamprimum veniret.	
Vt audiuit autem Ionathas, iuſſit obſidere: & elegit de Senioribus Iſrael & de Sacerdotibꝰ, & dedit ſe periculo.	23	Hoc nũtio accepto, Ionathas ſuis vt obſiderent iuſſis, ipſe cum delectis ex Iſraele Senioribꝰ ac Sacerdotibus″ſe periculo cõmiſit.	
Et accepit aurum & argentum, & veſtem, & alia xenia multa: & abiit ad Regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conſpectu eius.	24	Sumptóque argento, atque auro, & veſtimentis, aliíſque xeniis quàm plurimis, Ptolemaidem ad Regẽ profectus eſt, ″gratiámque apud eum conſequutus.	
Et interpellabãt aduerſus eum quidam iniqui ex gente ſua.	25	Et quãuis eũ quidã ſuæ gentis nefarii homines criminarentur,	
Et fecit ei Rex ſicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conſpectu omniũ amicorũ ſuorũ.	26	″Rex tamẽ eum ita tractauit, ſicut à prioribus Regibus tractatus fuerat: ″eúmque coram omnibus amicis ſuis amplificauit.	
Et ſtatuit ei principatum Sacerdotii, & quæcũque alia habuit prius pretioſa, & fecit eum principẽ amicorũ.	27	Præterea ei Pontificatum confirmauit, ac″quæcunque alia antè honorifica habuit: eúmque inter primos amicũ exiſtimari voluit.	
Et poſtulauit Ionathas à Rege vt immunẽ faceret Iudæã, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promiſit ei talenta trecenta.	28	Poſtulauit itaque Ionathas à Rege″vt Iudææ, ac tribus præfecturis, Samariæque, *atque illius finibus* immunitatem daret: atque ei trecẽta talenta promiſit.	
Et cõſenſit Rex, & ſcripſit Ionathę epiſtolas de his omnibus, hunc modũ continentes.	29	″Hoc autem Regi placuit, qui etiam ″literas de omnibus his rebus ad Ionathan miſit, in hanc ſententiam ſcriptas.	
Rex Demetrius fratri Ionathæ ſalutem & genti Iudæorum.	30	Rex Demetrius Ionathæ fratri gentíque Iudaicæ ſalutem.	
Exemplum epiſtolæ quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos vt ſciretis.	31	Exemplũ epiſtolæ quam de vobis″Laſtheni ſcripſimus, ad vos etiam ſcribimus vt cognoſcatis.	″legitur & Aaſteni.
Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem.	32	Rex Demetrius Laſtheni patri ſalutem.	
Genti Iudæorum amicis noſtris, & conſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos, decreuimꝰ benefacere, ꝓpter benignitatẽ ipſorũ quã erga nos habẽt.	33	Genti Iudæorum qui nobis amici ſunt, ″iuráque nobiſcum pacta cõſeruãt, pro ſua ĩ nos beneuolẽtia, ″beneficia dare decreuimꝰ.	
D Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lyddã & Ramathã, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Ieroſolymis, pro his quæ ab eis prius accipiebat Rex per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum.	34	Itaque″aſſignauimus illis fines Iudææ, tres præfecturas, Aphærema, Lyddam, & Ramathẽ, de Samaria ad Iudæam additas, ″omniáque pertinentia ad eos omnes qui Hieroſolymis ſacrificant: ″idque pro regiis vectigalibus, quæ Rex antea ab ipſis annua de fructibus tam terræ quàm arborum percipiebat.	

19 Regnum obtinuit. ἐβασίλευσεν. regnauit. regnum adeptus eſt, mortuo Alexando & Ptolemæo, qui illud occupauerant.

21 Gentem ſuam exoſi μισοῦντες τὸ ἔθνος αὐτῶν odio habentes gentem ſuam. infeſti atque inimici patriæ ſuæ.

22 Vt ab obſidione deſiſteret, τοῦ μὴ περικαθῆσθαι, ne obſideret. aut, vt ſuſceptam obſidionem deponeret, & ad ſe veniret. Ad colloquium quamp. &c. συμμίσγειν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ταχίστην. vt cõuenirent Ptolemaidem celerrimé. id eſt vt ibi colloquerentur. συμμίσγειν verbũ ſignificat congreſſionem & colloquutionem. ad verbum, miſcere, vt miſcere verba aut ſermones, pro Habere inter ſe, & colloqui.

23 Se periculo commiſit. ἔδωκεν ἑαυτὸν τῷ κινδύνῳ. dedit ſeipſum periculo. fidem Regis experiens, quam non habebat exploratam. In ómnem igitur euentum eò profectus, incertam & periculoſam congreſſionem & colloquutionem ſubiit.

24 Gratiãq; apud eum, &c. καὶ εὗρε χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ. & inuenit gratiã corã eo. Forma loquẽdi Hebræis vſitata, pro, acceptus & gratus fuit.

26 Rex tamen eum, &c. καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, καθὼς ἐποίησαν οἱ πρὸ αὐτοῦ, Et fecit ei Rex ſicut fecerãt, qui fuerãt [aut regnauerant] ante ipſum. excepit eum Demetrius, tractauítque eadem humanitate ac liberalitate, qua priores Reges vſi fuerant. Eúmque amplificauit, καὶ ὕψωσεν αὐτόν. & extulit eum. auxit honoribus. aut, in altum dignitatis gradum ac locum euexit.

27 Quæcunque alia antè, &c. καὶ ὅσα ἄλλα εἶχε τίμια πρότερον: & quæcunque alia habuit pretioſa [aut honorata] prius. id eſt omnia honorum ac dignitatum ornamenta: ea omnia illi confirmauit, vt integra & ſalua ei ſeruarentur.

28 Vt Iudææ, &c. ποιῆσαι τὴν Ἰουδαίαν ἀφορολόγητον: vt faceret Iudæam immunem à tributis, ac reliquis exactionibus. φορολογεῖν eſt tributum colligere, atque exigere: ἀφορολόγητος qui eſt exemptus & liberatus ab huiuſmodi contributione atque exactione.

29 Hoc autẽ Regi placuit, καὶ εὐδόκησεν ὁ βασιλεὺς, Et conſenſit Rex. Libenter, quæ poſtulauit Ionathas, conceſſit ac tribuit. Literas in hanc ſententiam ſcript. ἐπιστολὰς ἐχούσας τὸν τρόπον τοῦτον. epiſtolas habentes modũ hunc, id eſt hoc modo ratione que ſcriptas. aut, hunc in modum rationémque perſcriptas. 33 Iuráque nobiſcum, &c. τὰ πρὸς ἡμᾶς δίκαια συντηροῦσι, qui iura [aut officia] erga nos conſtituta [aut nobiſcum pacta] ſeruãt. id eſt leges ac conditiones fœderis inter nos conſtituti. Significat eos fideles eſſe in iis præſtandis, quæ promiſſa ſunt & pacta. Beneficia dare decreuimus. ἐκρίναμεν ἀγαθοποιῆσαι. conſtituimus benefacere. beneficentiam noſtram in eos conferre. Eſt enim ἀγαθοποιεῖν idem quob εὐεργετεῖν, beneficiis aliquem afficere. benignè facere alicui.

34 Aſſignauimus il. fines ἐστάκαμεν αὐτοῖς τὰ ὅρια ſtatuimus [cõſtituimus. aut attribuimus] eis fines. Omniáq; pert. ad, &c. καὶ πάντα τὰ συγκυροῦντα αὐτοῖς, & omnia attinẽtia eis. id eſt addicta, & debita iis qui ſacrificia faciũt Hieroſol ymis. omnes prouentus ac reditus ad miniſtros religionis pertinentes. Idque pro reg. vect. ἀντὶ τῶν βασιλικῶν, pro regalibus, aut regiis. ſubaudiendũ φόρων aut τελῶν tributis & vectigalibus, quæ Rex quotannis percipiebat.

Alia item quæ dehinc nobis persoluerentur, tam decimas, quā tributa nobis debita ,″atque etiam salinas & coronas quæ pendebantur nobis,

Simul illis omnia concedimus: iámque inde in omne tempus ne vnum quidem horum irritum erit.

Iam igitur exemplum horum curate describendum, quod detur Ionathæ,atque in Monte sancto″in celebri loco ponatur.

Videns Demetrius omnia pacata,dimittit exercitum.In ipsū suscitat Tryphō Antiochum Alexandri filium.

Videns autem Demetrius′pacatam coram se esse terram , nec quidquam sibi resistere,dimisit omnes copias suas , suam quęque domum:excepto exercitu peregrino, quem ab insulis Gētium cōtraxerat. quapropter copiæ ipsius, quas à patre acceperat , omnes ″odium in eum susceperunt.

Fuit tum Tryphon quidam,′olim Alexandri partium, qui vidēs milites aduersus Demetrium omnes fremere,ad Simalchue Arabem,qui Antiochum″Alexandri filium educabat,se contulit:

″Eúmque instigauit vt sibi eum ad regnandum loco patris traderet: simul ei retulit quæcunque Demetrius effecisset,′offensionémque odii quod exercitus aduersus illum haberet susceptum: diésque ibi multos egit.

Interim Ionathas scripsit ad regem Demetrium ,′vt præsidia ex arce Hierosolymitana ac munitionibꝰ deduceret,′quòd crebrò Israelem impugnarent.

Cui Demetrius hoc remisit respōsum, Nō solùm hæc præstabo tibi gētique tuæ, sed nactus opportunitatem,′te simul & gentem tuam gloria illustrabo.

Porrò in præsentia rectè feceris si viros ad me miseris qui mihi sint auxilio: quoniam omnis exercitus à me desciuit.

Per Ionathan liberatur.

Tum Ionathas′virorum robore pollentium tria millia misit Antiochiam:qui quum ad Regem venissent,ipséque aduentu eorum lætaretur,

Ciues″in medium vrbis concurrerunt ad virorum centum & viginti millia,vt eum interficerent.

Rex itaque″confugit in regiam:quam quum occupatis vrbis vicis ciues oppugnare incepissent,

″Auxilia Iudæorum inuocauit. qui quum ad eum simul omnes conuenissent,effusi in vrbem,

Interfecerunt in ea ad centum millia illa die : & incensa vrbe, prædáque plurima eadem die parta, Regem seruauerunt.

Quum autem oppidani viderent Iudæos vrbe,vt volebant,po

35 Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum,ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarum,& coronas quæ nobis deferebātur,

36 Omnia ipsis cōcedimus:& nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus.

37 Nunc ergo curate facere horū exemplū, & detur Ionathæ,& ponatur in Monte sancto , & in loco celebri.

38 Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in conspectu suo,& nihil ei resistit,& dimisit totum exercitū suū, vnumquenque in locum suum:excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis Gētium: & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius.

39 Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniā omnis exercitus murmurauit cōtra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri:

40 Et assidebat ei, vt traderet eū ipsi, vt regnaret loco patris sui:& enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum: & mansit ibi diebus multis.

41 Et misit Ionathas ad Demetrium regē, vt eiiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in præsidiis erāt: quia impugnabant Israel.

42 Et misit Demetrius ad Ionathan, dicēs,Non hæc tātùm faciā tibi & gēti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam,quum fuerit opportunū.

43 Nunc ergo rectè feceris si miseris in auxilium mihi viros:quia discessit omnis exercitus meus.

44 Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad Regem, & delectatus est Rex in aduentu eorum.

45 Et conuenerunt qui erant de ciuitate,cētum viginti millia virorum,& volebant interficere Regem.

46 Et fugit Rex in aulam: & occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis,& cœperunt pugnare.

47 Et vocauit Rex Iudæos in auxiliū: & conuenerunt omnes simul ad eū,& dispersi sunt omnes per ciuitatem:

48 Et occiderunt in illa die centū millia hominum:& succenderunt ciuitatem, & ceperunt spolia multa in die illa,& liberauerunt Regem.

49 Et viderunt qui erant de ciuitate

35 Atque etiā salinas καὶ τὰς τῶν ἁλὸς λίμνας & salis stagna.siue areas salis.Colligitur enim sal in locis maritimis mare stagnante, areásque salis efficiente. 37 In celebri loco ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ in loco insigni.frequētia scilicet & cultu hominū,vt exēplum literarū legatur ab omnibus,atq; ita memoria beneficiorū collatorum conseruetur. 38 Pacatam coram se,&c.ὅτι ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐνώπιον αὐτοῦ.quòd quieuisset terra in conspectu suo.bello sublato,pace constituta,terra iam quieta esset. Odium in eū susceperunt.ἤχθραναν αὐτῷ.offensæ fuerunt ei.ἐχθραίνειν τινὶ est inimicum fieri alicui.ἐχθρὸν γενέσθαι offendi animo ac voluntate,& odio affici in aliquem.

39 Olim Alexandri partium,ὢν τῶν παρὰ ἀλεξάνδρου πρότερον, qui fuit ab Alexandro antea. qui eius partes sequebatur. fautor & studiosus eius erat. Alexandri filium τὸ παιδάριον τὸ τοῦ ἀλεξάνδρου puellum[aut admodum puerum]filium Alexandri. παιδάριον diminutiuum refertur ad ætatem puerilem Antiochi:aut dicendum erat filiolum,sed statim sequitur τὸ τοῦ ἀντιόχου filius Antiochi.

40 Eúmq; instigauit καὶ προσήδρευσεν αὐτῷ & incitauit eū.hortatus est.summo studio eū pressit. προσεδρεύειν propriè est assidere alicui, instare,incūbere.itaque accipitur pro instigare,aut diligēter studioséque cū aliquo agere. Offensionémque odii,&c.τὴν ἔχθραν ἣν ἐχθραίνουσιν αὐτῷ.odium quo prosequūtur eum milites.Forma loquēdi Græca,vt gaudium gaudere,pro affici gaudio:ita hîc ἐχθραίνειν ἔχθραν, pro affici & moueri odio aut offensione in aliquem.Significat enim milites alienatos à Demetrio ,eíque offensos.

41 Vt præsidia ex arce,&c.ἵνα ἐκβάλῃ τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας,vt eiiceret[emitteret,aut remoueret]ex arce,eos qui eam tenebāt.Deducere præsidia & milites,Latini dicunt,ἐξαγαγεῖν. Quòd crebro Isr.impug.ἦσαν γὰρ πολεμοῦντες ἰσραὴλ,bello enim infestabāt Israelē.crebris & infestis incursionibus vexabāt.oppugnabant. 42 Te gloria illustrabo. δόξῃ δοξάσω σε. gloria glorificabo te.id est ornabo & decorabo: ἐὰν εὐκαιρίας τύχω si tēpus opportunū consequutus fuero. 44 Virorum robore poll.ἄνδρας δυνατοὺς ἰσχύϊ viros potentes viribus.id est fortes ac robustos.virtute ac robore præditos,valentes viribus.ἰσχὺς enim vim corporis significat,qualis in milite requiritur.

45 In mediū vrb.conc.ἐπισυνήχθησαν εἰς μέσον τῆς πόλεως conuenerūt [congregati sunt]in mediū ciuitatis.coierunt, cuiusmodi concursus fit in seditione dissensionéque ciuili. 46 Confugit in regiam: ἔφυγεν εἰς τὴν αὐλὴν,fugit in aulam.palatium,aut domum regiam.

47 Auxilia Iud.inuoc.ἐκάλεσε τοὺς ἰουδαίους ἐπὶ βοήθειαν.vocauit Iudæos in auxilium.eorum opem implorauit.ad opē ferendā eos vocauit.

ꝙ obtinuiſſent Iudæi ciuitatem ſicut volebant: & infirmati ſunt mēte ſua, & clamauerunt ad Regē cū precibus,

50 Dicentes, Da nobis dextras, & ceſſēt Iudæi oppugnare nos & ciuitatē.

F 51 Et proiecerunt arma ſua, & fecerūt pacem: & glorificati ſunt Iudæi in cōſpectu Regis, & in cōſpectu omnium qui erant in regno eius, & nominati ſunt in regno: & regreſſi ſunt in Ieruſalem, habentes ſpolia multa.

52 Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui: & ſiluit terra in cōſpectu eius.

53 Et mentitus eſt omnia quæcunque dixit, & abalienauit ſe à Ionatha, & non retribuit ei ſecundum beneficia quæ ſibi tribuerat: & vexabat eū valde.

54 Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcens: & regnauit, & impoſuit ſibi diadema.

55 Et congregati ſunt ad eum omnes exercitus quos diſperſerat Demetri⁹, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit.

56 Et accepit Tryphon beſtias, & obtinuit Antiochiam.

57 Et ſcripſit Antiochus adoleſcēs Ionathæ, dicens, Cōſtituo tibi Sacerdotium, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis Regis.

58 Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium: & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulam auream.

59 Et Simonem fratrem eius cōſtituit ducem à terminis Tyri vſque ad fines AEgypti.

60 Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Aſcalonem: & occurrerūt ei honorificè de ciuitate.

G 61 Et abiit inde Gazam: & concluſerūt ſe qui erant Gazæ, & obſedit eam, & ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus eſt eam.

62 Et rogauerunt Gazenſes Ionathā, & dedit illis dextram: & accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem: & perambulauit regionem vſque Damaſcum.

63 Et audiuit Ionathas quòd præuaricati ſunt principes Demetrii in Cades quæ eſt in Galilæa, cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni,

64 Et occurrit illis: fratrem autem ſuū Simonem reliquit intra prouinciam.

titos eſſe, ″conſternati animo, ad Regem ſupplices clamauerunt,

50 Dictitātes, ″Da nobis dexterā, vt Iudæi nos & vrbem noſtram ″impugnare deſiſtant.

51 Simúlque arma abiecerunt. ita pace facta, Iudæi gloriam apud Regem atque omnes qui in regno eius erant, cōſequuti, multa onuſti præda Hieroſolymam redierunt.

52 Demetrius autem ″repoſitus in ſolium regni ſui, pacata iam ſub ipſo terra,

Liberatus Demetrius, ictum fœdus violat.

53 ″Quæcūque promiſerat, irrita fecit: & à Ionathan abalienatus, ″non retulit ei gratiam qualem ab illo acceperat: ſed ″eum vehementer afflictauit.

54 Cæterùm his ita geſtis reuerſus eſt Tryphon cum Antiocho adoleſcentulo, qui regno occupato, ″impoſitum diadema tulit.

Expulſo Demetrio regnat Antiochus.

55 Nam ad eum conuenerunt omnes copiæ ″à Demetrio dimiſſæ: cui quum bellum intuliſſent, fuſo eo & fugato,

56 Belluíſque captis, Tryphon Antiochiam obtinuit.

57 Tum Antiochus adoleſcens ad Ionathan ſcripſit in hæc verba, Pontificatum cōfirmo tibi, & quatuor te præfecturis præficio, vt amicum Regis te præbeas.

58 Simúlque miſit illi ″potoria aurea & ″vaſarium: auróque bibendi, atque purpuram cum ″aurea bulla geſtandi poteſtatem dedit.

59 ″Simoni autem fratri eius præfecturam tribuit à termino Tyri vſque ad fines AEgypti.

60 Profectus itaq; Ionathas trans fluuiū, ″obibat ciuitates: quúmque collectis ad ſe copiis è Syria auxiliaribus omnibus veniſſet ad Aſcalonem, ciues vrbis egreſſi, ″honorificè illi obuiam prodierūt.

Bellum Ionathæ aduerſus alienigenas.

61 Illinc ad Gazā acceſſit, ″& à Gazæis excluſus, obſedit eam: & ″circumiacentia oppida ſuccendit, ac prædatus eſt.

62 ″Ita ſupplices Ionathæ Gazæi facti ſunt: quibus ille dexteram porrexit, ab eíſque obſides accepit filios principum. eos quum Hieroſolymam miſiſſet, ipſe regionem illam vſque Damaſcum peruaſit.

63 Porrò quum intellexiſſet Ionathas principes Demetrii Cades (quæ eſt in Galilæa) aduenisse cum magno exercitu, quòd cuperēt eum à regione remouere,

64 Obuiam illis profectus eſt. reliquerat autē Simonem fratrem ſuum in patria:

49 Conſternati animo, ad Regem ſupplices clamauerunt, ἠσθένησαν ταῖς διανοίαις αὐτῶν, καὶ ἔκραξαν πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ δεήσεως, infirmati [aut debilitati] ſunt animo, & clamauerūt ad Regem cum precatione. aut, ſupplicatione. ἀσθενεῖν διανοίαις dixit pro ἀθυμεῖν deſpōdere animū.

50 Da nobis dexteram, δὸς ἡμῖν δεξιάς, da nobis dexteras: fidei ac miſericordiæ indices. Impugnare deſiſtant. παυσάσθωσαν πολεμοῦντες. oppugnare deſinant. hoſtiliter eam vaſtare.

52 Repoſitus in ſolium regni ſui ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας ſedit in throno regni. aut, quum conſediſſet, reſtitutus beneficio Iudæorum, non fuit gratus, nec memor promiſſorum. 53 Quæcunque promiſerat, irrita fecit: ἐψεύσατο πάντα ὅσα εἶπεν mentitus eſt omnia quæ dixerat. non ſeruauit promiſſa. non præſtitit quæ promiſerat. fidem violauit. Non retulit ei gratiam qualem ab, &c. οὐκ ἀνταπέδωκε κατὰ τὰς εὐνοίας ἃς ἀνταπέδωκεν αὐτῷ. non rependit iuxta beneuolentias quas Ionathas in eum contulerat. id eſt non reddidit Demetrius gratiam eorum officiorum atque ſtudiorum quæ Ionathas ei præſtiterat. Nam Iuxta beneuolentias dicit, pro Iuxta, aut Secundum ea quæ Ionathas beneuolè amicéque Regis cauſa fecerat. Eum vehementer afflictauit. ἔθλιψεν αὐτὸν σφόδρα. afflixit eum vehementer. eum ſummis moleſtiis iniuriíſque affecit ac vexauit.

54 Impoſitū diadema tulit. καὶ ἐπέθετο διάδημα. & impoſuit diadema. Hoc poteſt referri ad Tryphonē, quaſi impoſuerit is diadema Antiocho. 55 A Demetrio di. αἱ ἀποσκόρπισε Δημήτριος, quas diſperſerat Demetrius. amādauerat. dimiſerat. quod fit authoritate imperatoris, ac principis qui amplius eorū opera vti nō vult. 58 Potoria aur. τὰ χρυσώματα, vaſa [aut pocula] aurea. Vaſariū: διακονίαν vaſariū, id eſt omne vaſorum inſtrumentū, aut miniſterium ad vſum cultúmq; regium accōmodatum. Itaque διακονία videtur ſignificare πᾶν σκεῦος omnem vaſorum ſupellectilem. Quidam vertunt famulitiū: ſed vaſarium magis hoc loco ſignificat. Aurea bulla πόρπην χρυσῆν, Indumentum erat fibulatum, monile, & ornamentum. Geſtabatur autem ſuſpenſa in pectore forma figuráque rotunda, habens cordis ſimilitudinem.

59 Simoni a. præfect. trib. καὶ Σίμωνα κατέστησε στρατηγόν, & Simonē conſtituit ducē, aut ἁρμοστὴν gubernatorē ac moderatorē eius prouinciæ.

60 Obibat ciuitates: διεπορεύετο ἐν ταῖς πόλεσι, perambulabat [aut pertranſibat] in ciuitatibus, id eſt adibat ſingulas. aut (vt verti) obibat. Honorificè illi obuiam prodierunt. ἀπήντησαν αὐτῷ ἐνδόξως. occurrerunt ei [aut proceſſerunt obuiam] glorioſé. id eſt cum honore.

61 Et à Gazæis excluſus, καὶ ἀπέκλεισαν οἱ ἀπὸ Γάζης, & excluſerunt Gazenſes eum. non receperunt in vrbem. Circumiacentia oppida τὰ περιπόλια αὐτῆς circumuicinas eius ciuitates. oppida circa poſita. aut, ſuburbana.

62 Ita ſupplices Ionathæ facti ſunt: καὶ ἠξίωσαν Ἰωνάθαν: & rogauerūt ſuppliciter Ionathan. pro ἱκέτευσαν ſupplicauerūt. Significat ἀξιοῦν humilem ac ſupplicem poſtulationem, qualis eſt eorum qui ſe dedunt victori.

65 Qui quum Bethſuram obſediſſet, multis diebus oppugnatam ʹeo redegit anguſtiarum,

66 Vt oppidani ſibi dexteram dari poſceret: quam quum dediſſet, eóſque illinc deduxiſſet, vrbe potitus, præſidium ei impoſuit.

67 At Ionathas cum exercitu ſuo ad lacũ Genaſar caſtra applicuit: rurſúmque inde mane mouit in campum Aſor,

68 ″Vbi improuiſa alienigenarum acies ei occurrit in ipſo campo. collocauerãt autem ei inſidias in montibus: ipſi verò exaduerſo ſe inferebant.

69 Quum igitur″ii qui in inſidiis locati fuerant, è locis ſuis exurrexiſſent, & commiſiſſent prælium,

70 Fugam ceperunt omnes qui ſtabant à Ionatha: ac″ne vnus quidem ipſorum ſubſtitit, præter Mattathiam filium Abſalomi, & Iudam Calphi filium duces exercitus.

71 Tum Ionathas ſciſſis veſtimẽtis ſuis, & capite conſperſo puluere, Deum precatus,

72 Rediit ad eos pugnans, hoſtéſque fudit, ac fugauit.

73 Quod quũ vidiſſet ſui qui fugerãt, ſéque ad eũ recepiſſet, perſequuti ſũt illos vſq; ad Cades, ad caſtra eorũ quæ eo ĩ loco fixerãt.

74 Cæſiſque illa die ex alienigenis virorum circiter tribus millibus, Ionathas Hieroſolymam reuerſus eſt. Cap. XII.

Confirmãdi fœderis gratia legatos Romam & ad Spartiatas mittit Ionathas.

1 VIdens autem Ionathas″ſe iuuari opportunitate temporis, delectos viros Romam miſit ad amicitiam cum Romanis cõfirmandam & renouandam:

2 Spartámque & alia in loca″in eandem ſententiam literas miſit.

3 Quúmq; Romã veniſſent, ″Curiã ingreſſi, Ionathas, inquiunt, Summus Põtifex, & gẽs Iudæorũ nos huc mittit, vt priſtinã″amicitiã & ſocietatẽ inter nos inſtitutã iuxta priores leges renouemꝰ.

4 Tum illi dederunt literas his″ad ſingulorum locorum incolas, vt eos″pacificè in terram Iudaicam deducerent.

5 Hoc autẽ eſt exemplũ literarũ quas Ionathas miſit Spartiatis.

6 Ionathas Summus pontifex, ″Senatúſque gentis, ac Sacerdotes, tum reliquus Iudæorũ populus Spartanis fratribus ſalutem.

7 Quia literæ iam ad Oniam Summũ ſacerdotem à Dario apud vos regnante miſſæ fuerunt, in quibus declaraſtis vos fratres eſſe noſtros, ″vt ſubſcriptum exemplum continet:

8 Et Onias virum miſſum excepit honorificè, ″literáſque de amicitia & ſocietate ſcriptas accepit.

9 Quanuis horum nos non indigeamus, vt qui ſolatiũ noſtrũ ex

65 Et applicuit Simon ad Bethſuram, & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos.

66 Et poſtulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & poſuit in ea præſidium.

67 Et Ionathas & caſtra eius applicuerunt ad aquam Geneſar, & ante lucem vigilauerunt in campo Aſor:

68 Et ecce caſtra alienigenarũ occurrebant in campo, & tendebant ei inſidias in mõtibus: ipſe autem occurrit exaduerſo.

69 Inſidiæ verò exurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium.

70 Et fugerunt qui erãt ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus eſt ex eis niſi Mathathias filius Abſolomi, & Iudas filius Calphi princeps militiæ exercitus.

71 Et ſcidit Ionathas veſtimenta ſua, & poſuit terrã in capite ſuo, & orauit.

72 Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt.

73 Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuerſi ſunt ad eum, & inſequebantur cũ eo omnes vſque Cades ad caſtra ſua, & peruenerunt vſque illuc.

74 Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorũ: & reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem. Cap. XII.

1 ET vidit Ionathas quia tempus eũ iuuat, & elegit viros, & miſit eos Romam ſtatuere & renouare cũ eis amicitiam:

2 Et ad Spartiatas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecũdum eandem formã.

3 Et abierunt Romam, & intrauerũt Curiã, & dixerũt, Ionathas Summus ſacerdos, & gens Iudæorum miſerũt nos, vt renouaremus amicitiam & ſocietatem ſecundum priſtinum.

4 Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace.

5 Et hoc eſt exemplum epiſtolarum quas ſcripſit Ionathas Spartiatis,

6 Ionathas Summus ſacerdos, & Seniores gentis, & Sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus Salutem.

7 Iampridem miſſæ erãt epiſtolæ ad Oniam Summum ſacerdotem à Dario qui regnabat apud vos, quoniã eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptum continet quod ſubiectum eſt.

8 Et ſuſcepit Onias virum qui miſſus B fuerat, cum honore: & accepit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia.

9 Nos enim quũ nullo horũ indigere-

---

65 Eo redegit anguſt. καὶ συνέκλεισεν αὐτὴν, concluſit eam. coarctauit, [in anguſtias redegit] obſidens eam & circumuallans: obſidione huiuſmodi ad deditionem compulit. 68 Vbi improuiſa alienigenarum, &c. καὶ ἰδοὺ παρεμβολὴ ἀλλοφύλων ἀπήντα αὐτῷ, Et ecce alienigenarum exercitus obuius ei factus eſt. ἰδοὺ particula ſignificat rem improuiſam atque inexpectatam

69 Ii qui in inſidiis locati, &c. τὰ δὲ ἔνεδρα ἐξανέστησαν, inſidiæ autem ſurrexerunt. pro inſidiatores, aut qui collocati erant in inſidiis, figuratè dixit, συνεκδοχικῶς. 70 Ne vnus quidem ipſorum ſubſtitit, οὐδὲ εἷς κατελείφθη ἀπ' αὐτῶν, neque vnus relictus ex illis qui erant cum Ionathan. nullus eorum remanſit. omnes aufugerunt.

IN CAPVT XII.

1 Se iuuari oppor. temp. ὅτι ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ, quòd occaſio eum adiuuat. aut ei adiumento eſt. Ea autem eſt arripiẽda, non dimittẽda quum offertur. 2 In eandem ſententiam κατὰ ταὐτὰ ſecundum eadem. id eſt in eandem rationẽ qua amicitiam eorum renouari cõfirmarique volebant. 3 Curiam ingreſſi, εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον ingreſſi ſunt in Senatũ. ſiue, locũ vbi ſummũ ciuitatis conſilium habebatur. Amicitiam inter nos inſtitutam, &c. ἀνανεώσασθαι τὴν φιλίαν αὐτοῖς κατὰ τὸ πρότερον. ad renouãdum amicitiam ipſis inſtar prioris. aut ſicut prius. id eſt vt confirmata renouatáque maneat, ſicut prius fuit inſtituta. vt ſuam religionem & ſanctitatem retineat.

4 Ad ſingulorum locorum incolas, πρὸς αὐτοὺς κατὰ τόπον, ad eos ſcilicet qui locis ſingulis præerant. qui prouincias obtinebant in omnibus imperii eorum locis. Nam πρὸς αὐτοὺς ſignificat Magiſtratus Romanorum, vt Proconſules, atque Prætores, aut Imperatores, qui prouinciis præerant. Pacificè μετ' εἰρήνης cum pace. ſine vlla itineris offenſione, aut incommodo iniuriáque, ſalui in Iudæam reuerterentur.

6 Senatúſque gentis, καὶ ἡ γερουσία τοῦ ἔθνους. Conuentus propriè eſt, & cœtus Senum: qui etiam πρεσβύτεροι Seniores in Sacris literis appellantur. Eorum enim eſt authoritas & prudentia, ſicut iuuenum fortitudo & vis corporum.

7 Vt ſubſcriptum exemplum cont. ὡς τὸ ἀντίγραφον ὑπόκειται. vt exemplum ſubiicit. id eſt vt exẽplum infrà ſcriptũ oſtẽdit, aut declarat. Significat enim ὑπὸ præpoſitio, in infima parte literarum ſcriptum atque appoſitum fuiſſe. 8 Literáſque de amicitia ſcriptas ἐν αἷς περὶ τῆς φιλίας διεσαφεῖτο in quibus ſignificabatur de àmicitia. id eſt quæ habebant ſignificationem ac declarationem amicitiæ veſtræ.

mus, habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibus noſtris:

10 Maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora tranſierunt ex quo miſiſtis ad nos.

11 Nos ergo in omni tempore ſine intermiſſione in diebus ſolennibus, & cæteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerim⁹, & in obſeruationibus, ſicut fas eſt & decet meminiſſe fratrum.

12 Lætamur itaque de gloria veſtrá.

13 Nos autem circundederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerũt nos Reges qui ſũt in circuitu noſtro.

14 Noluimus ergo vobis moleſti eſſe, neque cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis.

15 Habuimus enim de cælo auxilium, & liberati ſumus nos, & humiliati ſũt inimici noſtri.

C 16 Elegimus itaque Numeniũ Antiochi & Antipatrẽ Iaſonis: & miſimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & ſocietatem priſtinam.

17 Mandauimus itaque eis vt veniãt etiam ad vos, & ſalutent vos: & reddant vobis epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ.

18 Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc.

19 Et hoc eſt reſcriptum epiſtolarum, quod miſerat Onias.

20 Rex Spartiatarũ Onias, Ionathæ Sacerdoti magno ſalutem.

21 Inuentum eſt in Scriptura de Spartiatis & Iudæis quoniã ſunt fratres, & quòd ſunt de genere Abraham.

22 Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra.

23 Sed & nos reſcripſimus vobis, Pecora noſtra, & poſſeſſiones noſtræ veſtræ ſunt: & veſtræ, noſtræ. mandauimus itaque hæc nuntiari vobis.

D 24 Et audiuit Ionathas quoniã regreſſi ſunt principes Demetrii cum exercitu multo ſuprà quàm prius, pugnare aduerſus eum.

25 Et exiit ab Ieruſalem, & occurrit

Sacris libris quos in manibus habemus, capiamus,

10 ″Putauimus tamen ſcribendum vobis de fraterna coniunctione: amicitiáque renouanda: ″ne quoniam multum temporis interceſſit ex quo ad nos ſcripſiſtis, aliqua noſtra à vobis alienatio fieret.

11 Ac nos quidem omni tempore ac ″ſine intermiſſione, tam feſtis quàm reliquis ″diebus opportunis memoriam veſtri cõſeruamus in ſacrificiis & precibus, ″vt par eſt & decet fratrum meminiſſe.

12 ″Atque etiam de veſtra lætamur gloria.

13 Cæterúm ″nos multis circumuenti calamitatibus fuimus, multíſque bellis, & præliis appetiti Regum eorum qui in circuitu noſtro ſunt.

14 Neque tamen in his bellis ″vobis, cæteríſque ſociis, atque amicis moleſti eſſe voluimus.

15 Habuimus enim ″præſens nobis è cælo auxilium, quo & nos ab inimicis noſtris liberati fuimus, & hoſtes noſtri afflicti ſunt.

16 Delegimus tamen Numenium Antiochi, & Antipatrum Iaſonis filium, eóſque ad Romanos, ad amicitiam, & priſtinam ſocietatem cum eis renouandam miſimus.

17 Quibus etiã mãdauimus vt vos quoque adirẽt, ac ſalutarẽt: literáſque noſtras ″de fraterna cõiunctione renouãda, vobis redderẽt.

18 Proinde iam nunc rectè feceritis, ″ſi ad eas nobis reſponderitis.

19 Hoc autem eſt exẽplum literarum quas Darius miſit ad Oniã.

20 ″Rex Spartiatarum Oniæ Pontifici maximo ſalutem.

21 Repertum eſt ″in monumentis Scriptorum de Spartiatis & Iudæis, fratres eſſe eos, ″ex genere Abrahæ oriundos.

″Legitur & Ὀνιάρης βασιλεὺς Oniares Rex.

22 Quod poſteaquam cognouimus, exiſtimauimus vos rectè facturos eſſe ſi ad nos ″de ſtatu veſtro ſcribatis.

23 Nos verò ″viciſſim ad vos ſcribimus, pecudes ac ″facultates veſtras eſſe noſtras: & quæ noſtra ſunt, veſtra eſſe. itaque ″in hãc ſententiam mandata ad vos dedimus, vt vobis exponerentur.

24 Porrò quum Ionathas audiſſet principes Demetrii cum exercitu multo quàm antea maiore, ad bellum ſibi inferẽdum reuerti,

Fugat Ionathas principes Demetrii.

25 Profectus Hieroſolymis, properauit obuiam eis in Hamathitin

10 Putauimus ſcribendum, &c. ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφότητα, fraternitatem erga vos mittere conati ſumus. id eſt dedimus operam [elaborauimus] vt de fraterna neceſſitudine noſtra ad vos ſcriberemus. Erant enim Iudæi cum Spartanis propinquitate coniuncti. Ne aliqua noſtra à vobis, &c. πρὸς τὸ μὴ ἐξαλλοτριωθῆναι ὑμῶν, ne alienemur à vobis. aut alieni à vobis efficiamur. Silentium enim, præſertim diuturnũ, diſſoluit amicitias. Itaque huiuſmodi miſſio literarum & legatorum, ad retinendas & confirmandas amicitias maximopere eſt opportuna. 11 Sine intermiſſione, ἀδιαλείπτως continenter, aſſiduè, ac perpetuò memoriam veſtri vſurpamus, ac colimus in noſtris precibus. Hæc autem cogitatio ac recordatio amicorum in orationibus ſummam beneuolentiam declarat, quam D. Paulus ſuo exemplo magnopere nobis commendat. Diebus opportunis memoriam, &c. ταῖς λοιπαῖς καθηκούσαις ἡμέραις μιμνησκόμεθα ὑμῶν, cæteris diebus conuenientibus (id eſt temporibus ad orandum opportunis atque inſtitutis) veſtri meminimus. Erant enim certi atque ſtati dies ad preces adhibendas conſtituti. Vt par eſt & decet ὡς δέον ἐστὶ καὶ πρέπον quemadmodum oportet & decet. id eſt vt debemus pro officio noſtro & pietate erga vos. 12 Atque etiam de veſtra læt. glo. εὐφραινόμεθα δὲ ἐπὶ τῇ δόξῃ ὑμῶν. Gaudemus autem ob gloriam veſtram. in quo magnum beneuolentiæ ſignum eſt, lætari amicorum commodis, ſicut eorum incommodis dolere.

13 Nos multis circumuenti, &c. ἡμᾶς δὲ ἐκύκλωσαν πολλαὶ θλίψεις, καὶ πόλεμοι πολλοί, nos autem circundederunt multæ afflictiones, & bella multa. Significat ſe multis malis, difficultatibus, periculis implicatos fuiſſe, quibus benignitate Dei liberati ſunt.

14 Vobis moleſti eſſe παρενοχλεῖν ὑμῖν vobis aliquid moleſtiæ exhibere. implorantes opem ſcilicet veſtram ad ſalutem noſtram defendendam. παρενοχλεῖν eſt aliquem interpellare, conturbare, importunè cum eo agere, atque ita ei moleſtum eſſe.

15 Præſens nobis è cælo auxilium, τὴν ἐξ οὐρανοῦ βοήθειαν βοηθοῦσαν ἡμῖν, è cælo auxilium auxilians nobis. id eſt paratum & præſens auxilium. Deus nobis affuit, opem ac ſalutem nobis tulit: hoſtes verò noſtros perdidit.

17 De fraterna coniunctione renouãda, περὶ τῆς ἀνανεώσεως καὶ ἀδελφότητος, de renouatione & fraternitate. id eſt de fraterna neceſſitudine noſtra renouanda & confirmanda. 18 Si ad eas nobis reſpon. ἀντιφωνήσαντες ὑμῖν πρὸς ταῦτα. reſpondentes nobis ad hæc. ſi ad hæc quæ miſimus & ſcripſimus ad vos, nobis reſcribatis. 21 In monumentis Scriptorum ἐν τῇ γραφῇ in Scriptura. id eſt in annalibus, ac monumentis hiſtoriarũ, quibus veterum res geſtæ ætatéſque mandatæ ſunt. Hebræi huiuſmodi hiſtoriam ſcriptam vocant γραφὴν, quod nomen ad omnia ſcriptorum genera pertinet. Ex genere Abrahæ oriundos. ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. quòd ſunt ex genere Abraham. quòd orti ſunt ex eo, genúſque ab eo ducunt. communem habent authorem generis ſui, ac parentem, vt ſint fratres.

22 De ſtatu veſtro ſcribatis. γράφοντες περὶ τῆς εἰρήνης ὑμῶν. ſcribentes de pace veſtra. id eſt ſi nos certiores faciatis quo in ſtatu ſint res veſtræ, ſintne bonæ ac ſaluæ: an aliter ſe habeant. Nam pacis nomine Hebræi fœlicem rerum ſtatum ſignificant.

23 Viciſſim ad vos ſcrib. ἡμεῖς δὲ ἀντιγράφομεν ὑμῖν, nos verò vobis reſcribimus. omnia ſcilicet eſſe inter nos cõmunia: quæ vna eſt lex veræ amicitiæ Facultates veſtras ὑπάρξεις ὑμῶν ſubſtantia veſtra. id eſt omnia bona fortunæque veſtræ, noſtræ ſunt, aut eas ducimus noſtras eſſe. In hanc ſententiam, &c. ἐντελλόμεθα οὖν, ὅπως ἀπαγγείλωσιν ὑμῖν κατὰ ταῦτα. mandamus [pro, mandauimus] vt annuntient vobis ſecundum hæc. id eſt mandata dedimus vobis exponenda de hac coniunctione noſtra, ſummáque omnium rerum communione.

regionẽ. neque enim illis dabat″spatiũ in ſuã regionẽ ingrediẽdi.

26 Et miſit exploratores in caſtra eorum: qui reuerſi, nuntiauerũt illos ita″conſtituiſſe vt ipſos noctu opprimant.

27 Vt ergo occidit ſol, iubet Ionathas ſuos vigilare, & ″ſtare in armis paratos ad prælium per totam noctem, & circum caſtra″excubitores diſponit.

28 Quum autem intellexiſſent″hoſtes, Ionathan cum ſuis paratum eſſe ad prælium, territi,″animóque cõſternati, ignes in caſtris ſuis accenderunt.

29 Nec reſciuit rem Ionathas cum ſuis, donec mane diluxit: propterea quòd videbant ignes ardentes.

30 Tum Ionathas eos à tergo eſt perſequutus,″neq; aſſequi potuit: iam enim Eleutherum fluuium tranſierant.

31 ″Itaque diuertit Ionathas in Arabas, qui Zabudæi nominãtur: atque eos percuſſit, eorúmque ſpolia accepit.

32 Motíſque inde caſtris, venit ad Damaſcum, atque″omnem *eius* agrum percurrit.

33 Simon quoque quum ad Aſcalonem vſque &″proxima præſidia expeditione peruaſiſſet, declinauit inde ad Ioppen, eámque occupauit.

34 Et quoniam audierat eos de tradenda Demetrianis munitione cogitare, præſidium ad eam retinendam impoſuit.

35 Reuerſus autem Ionathas, Seniores populi″conuocauit, conſiliúmque cepit de ædificandis in Iudæa munitionibus,

36 ″De muris Hieroſolymæ extruendis, ac″de attollenda celſa mole inter arcem atque vrbem, ″quæ arcem ſeorſum ſtantem ab vrbe dirimens, vendendi, emendíque facultatem impediret.

37 Itaque congregati ſunt qui vrbem reficerent (nam muri pars quæ ad torrentem eſt ab Ortu ſolis, corruerat) & Caphenata locum ita appellatum, inſtaurarunt.

38 Simon autẽ extruxit Adida in Sephela, eámque portis & clauſtris communiuit.

Ionathan dolo circunuentũ cõprehendit Tryphon.

39 Porrò Tryphon regnare in Aſia,″imponeréque ſibi diadema, atque″Antiocho manus afferre cupiebat:

40 Sed metuens ne id nõ permitteret Ionathas, ſed bellum ipſi inferret, eius comprehendendi atque ″interficiendi viam quærebat.

eis in Amathite regione. nõ enim dederat eis ſpatium vt ingrederentur regionem eius.

Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum: & reuerſi, renuntiauerunt quòd conſtituunt ſuperuenire illis nocte.

Quũ occidiſſet autem ſol, præcepit Ionathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorũ.

Et audierunt aduerſarii quòd paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello: & timuerunt, & formidauerũt in corde ſuo, & accẽderũt focos in caſtris ſuis.

Ionathas autẽ & qui cum eo erãt, non cognouerunt vſque mane: videbant autem luminaria ardentia.

Et ſequutus eſt eos Ionathas, & nõ comprehendit eos: tranſierant enim flumen Eleutherum.

Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabãtur Zabadæi: & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum. E

Et iunxit, & venit Damaſcũ, & perambulabat omnem regionem illam.

Simon autem exiit, & venit vſque ad Aſcalonẽ, & ad proxima præſidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam.

(Audiuit enim quòd vellent præſidium tradere partibus Demetrii) & poſuit ibi cuſtodes, vt cuſtodirent eã.

Et reuerſus eſt Ionathas: & conuocauit Seniores populi, & cogitauit cũ eis ædificare præſidia in Iudæa,

Et ædificare muros in Ieruſalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt ſepararet eam à ciuitate, vt eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque vendant.

Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat ſuper torrentem ab Ortu ſolis, & reparauit eum qui vocatur Caphetetha:

Et Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit eam, & impoſuit portas & ſeras.

Et quũ cogitaſſet Tryphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extẽdere manum in Antiochum Regem: F

Timens ne fortè non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus eum, quærebat comprehendere eũ, &

25 Spatium in ſuam regionem ingred. ἀνοχὴν ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ. tempus & locum comparandi ſe, vt in Iudæam irrumperent, atque hoſtiliter inuaderent. ἀνοχὴ hoc loco accipitur pro ſpatio temporis remiſſi conceſſique patientia tolerantiáque alterius alterum nõ impedientis, neque aditu regionis prohibentis. ἐμβατεύειν eſt inuadere regionem, impreſſionémque ac incurſionem in eam facere, εἰσβάλλειν.

26 Conſtituiſſe vt ipſos noctu opp. τάσσονται, τὴν νύκτα ἐπιπεσεῖν ἐπ' αὐτούς. ordinarunt [id eſt conſtituerunt, propoſuerunt] irruere in eos nocte. cum impetu hoſtili venire, vt eos opprimerent improuiſo violentóque aduentu.

27 Stare in armis εἶναι ἐν τοῖς ὅπλοις eſſe in armis. accinctos paratóſque ad prælium. Excubit. diſponit. προφύλακας ἐξέβαλε. cuſtodes poſuit. diſpoſuit, qui in circuitu caſtrorum excubantes, obſeruarent hoſtium aduentum, & cætera pericula cauenda.

28 Hoſtes ὑπεναντίοι aduerſarii πολέμιοι καὶ ἐχθροὶ inimici, & hoſtes. Animóque conſternati, ἔπτηξαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, trepidauerunt corde ſuo. pauidi facti ſunt. Eſt enim πτήσσειν terrore contrahi ac percelli, atque expaueſcere, ac trepidare metu.

30 Neque aſſequi potuit: καὶ οὐ κατέλαβεν αὐτούς· & non comprehendit eos. inſequutus à tergo, non eſt aſſequutus. 31 Itaque diuertit καὶ ἐξέκλινεν Et declinauit. deflexit. cõuertit itaque ſe ad Arabas. καὶ particula, vt ו apud Hebræos, ſæpe habet vim inferendi.

32 Omnem *eius*, &c. διώδευσεν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ. perambulauit in omni regione. i. omnem illam regionem peragrauit ac peruaſit.

33 Proxima præſidia τῶν πλησίον ὀχυρωμάτων vicina munimenta. ſiue, loca firma & munita, Aſcaloni propinqua.

35 Conuocauit, ἐξεκκλησίασεν, congregauit. Nam ἐκκλησία eſt cœtus, conuentúſque hominum conuocatus & congregatus. Hinc verbum ἐκκλησιάζειν cœtum huiuſmodi cogere ac conficere.

36 De muris extruendis, προσυψῶσαι τὰ τείχη, attollere ac erigere muros Hieroſolymæ. eos maiores altioréſque facere, vt maiore eorum altitudine ciuitas munitior ac tectior eſſet. aut etiam muros collapſos erigere. De attollenda celſa mole ὑψῶσαι ὕψος μέγα exaltare [excitare. erigere] altitudinem magnam. id eſt murum præaltum, ingentiſque magnitudinis poſitum inter arcem & vrbem, quo omnis aditus exituſque intercluderetur. Quæ arcem ſeorſum, &c. εἰς τὸ διαχωρίζειν αὐτὴν τῆς πόλεως, ad ſeparandum eam ab vrbe. ἵνα ἡ αὐτὴ κατὰ μόνας, vt ſit ipſa arx ſeorſum ſecluſa ſeiunctáque ab vrbe, vt homines vtrinque nulla inter ſe commercia habere poſſint, nec vendere nec emere, nec vltro citróque commeare, diremptione facta duorum locorum.

39 Imponeréque ſibi diad. περιθέσθαι τὸ διάδημα, circumponere diadema. capiti ſuo appoſitum inſigne Regum geſtare. Antiocho manus aff. ἐκτεῖναι χεῖρα ἐπὶ Ἀντίοχον· extendere manum in Antiochum. i. necem mortémque afferre. eum necare atque interficere cupiebat, vt ipſe regnum obtineret, ſublato Rege adoleſcente. 40 Interficiendi viam quær. ἐζήτει πορὸν τοῦ ἀπολέσαι αὐτόν· quærebat viam [aut rationem] perdendi eum. aut, quemadmodum illum tolleret ac perderet.

occidere: & exurgẽs abiit in Bethſan. 41
Et exiuit Ionathas obuiã illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium,& venit Bethſan.

42 Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo,vt extenderet in eum manus,& timuit:

43 Et excepit eum cum honore,& cõmendauit eum omnibus amicis ſuis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus ſuis vt obedirent ei ſicut ſibi.

44 Et dixit Ionathæ,Vt quid vexaſti vniuerſum populum,quum bellum nobis non ſit?

45 Et nũc remitte eos in domos ſuas: elige autem tibi viros paucos qui tecum ſint, & veni mecum Ptolemaidam:& tradã eam tibi,& reliqua præſidia, & exercitum,& vniuerſos præpoſitos negotii: & conuerſus abibo: propterea enim veni.

E

46 Et credidit ei, & fecit ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Iuda.

47 Retinuit autẽ ſecum tria millia virorum : ex quibus remiſit in Galilæã duo millia , mille autẽ venerũt cũ eo.

G

48 Vt autẽ intrauit Ptolemaidam Ionathas,clauſerũt portas ciuitatis Ptolemenſes, & comprehenderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerãt, gladio interfecerunt.

49 Et miſit Tryphon exercitum & equites in Galilæam , & in cãpum magnum,vt perderent omnes ſocios Ionathæ.

50 At illi quũ cognouiſſent quia comprehenſus eſt Ionathas , & periit, & omnes qui cum eo erant:hortati ſunt ſemetipſos,& exierunt parati in prælium.

51 Et videntes hi qui inſequuti fuerãt, quia pro anima res eſt illis , reuerſi ſunt.

52 Illi autem venerũt omnes cum pace in terram Iuda , & planxerunt Ionathan,& eos qui cum ipſo erant,valde: & luxit Iſrael luctu magno.

F

53 Et quæſierunt omnes Gentes quæ erant in circuitu eorũ,conterere eos.

54 Dixerunt enim, Non habent principem & adiuuantem:nũc ergo expugnemus illos , & tollamus de hominibus memoriam eorum.

Cap. XIII.

1 ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitũ copioſũ,vt veniret in terrã Iuda,& attereret eã:

41 Quum igitur profectus Bethſan aduenisſet,egreſſus ei obuiam Ionathas cum delectis ″ad prælium quadraginta virorũ millibus, ipſe quoque Bethſan venit.

42 Videns autem Tryphon eum cum magnis adeſſe copiis, ″manũ conferre veritus,

43 Honorificè illum excepit,ac ſuis amicis commendauit:ei dedit munera, & amicos exercitúmque ſuũ æquè atq; ſibi parêre iuſſit.

44 Ionathan verò ſic eſt alloquutus, Cur″populum hunc ita vexandum putauiſti,quum nullum inter nos bellum ſit?

45 Iam igitur remiſſis domos ſuas his,delectíſque tibi viris paucis qui tecum remaneant,veni mecum Ptolemaidem: tradam enim eam tibi cum reliquis præſidiis atque copiis,″omnibúſque rerum gubernatoribus : atque inde ″retro qua veni, remeabo : nam hac quidem de cauſa adſum.

46 ″Cui fidem adhibens ille,cõſilio eius paruit,& copias in terram Iudaicam dimiſit,

47 Retẽtis apud ſe virorum tribus millibus:quorũ duo millia reliquit in Galilæa,reliquos mille ſecum abduxit.

48 Cæterùm vt primùm Ionathas Ptolemaidem intrauit, Ptolemenſes occluſis portis,comprehẽderunt eum,& omnes ſimul ingreſſos ferro interfecerunt.

49 Tũ Tryphon ″pedeſtrem exercitum cum equitatu miſit in Galilæam in cãpum illũ magnũ,vt omnes Ionathæ ſocios perimeret.

50 Sed quum illi Ionathan captum eſſe intellexiſſent,& eum cum ſuis interiiſſe : cohortati ſe inuicem, ″in prælium ibant condenſi atque parati.

51 Itaque hi″qui perſequutum illos venerant, quum viderent ″vitæ diſcrimen ac certamen eſſe,ſe receperunt.

52 Illi verò ſalui in Iudæam peruenerunt, Ionathan & ſocios eius lamentantes:quapropter territi″vehemẽter omnes Iſraelitæ, maximum luctum ſuſceperunt.

53 Nam omnes quæ in circuitu eorum erant Gẽtes,″eos delere conabantur.

54 Dicebant enim,Nullum neque ducem habent,neque adiutorem: itaque nunc bello eos inuadamus, ″memoriámque ipſorum inter homines aboleamus.

Cap. XIII.

1 PORrò Simon vt intellexit Tryphonem maximas cõtraxiſſe copias,quibuſcum terram Iudaicã inuaderet,atque attereret:

Capto Ionatha, Simon dux eligitur,à quo Tryphon pro Ionathæ redemptione liberos eius & argentum accipiẽs, ipſum cũ liberis interimit.

41 Ad prælium,&c. εἰς παράταξιν,&c. ad pugnam[prælium,conflictúmque]paratus & inſtructus.

42 Manum conferre veritus, ἐκτεῖναι χεῖρα ἐπ' αὐτὸν ηὐλαβήθη, extendere manum in eum timuit.Hæc manus extenſio videtur ſignificare aggreſſionem in congreſſu potius familiari,quàm in conflictu militari. Continuit autem manus Tryphon ab Ionatha,metuens eius exercitum,qui necem mortémque ducis ſui vlciſci poterat.

44 Populum hunc ita vexandum ἔκοψας πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, fatigaſti omnem populum iſtũ.labore moleſtiáque affeciſti ſine vlla cauſa huius tantæ expeditionis,quum nullum inter nos bellum ſit.

45 Omnibúſque rerum guber. καὶ πάντας τοὺς ἐπὶ τῶν χρειῶν, & omnes præpoſitos præfectóſque negotiorum.aut,qui rebus præſunt.
Retro qua veni,remeabo: ἀποστρέψας ἀπελεύσομαι· reuertens abibo.in Syriam me recipiam.

46 Cui fidem adhibens ille,&c. ἐμπιστεύσας αὐτῷ ἐποίησεν, Credens ei[aut quum ei credidiſſet,ac fidem habuiſſet]fecit vt ille monuerat, copiáſque in Iudæam remiſit,ipſe cum mille militibus Ptolemaidem profectus eſt,fidem hoſtis ſequutus.

49 Pedeſtrem exercitum,&c. ἀπέστειλε δυνάμεις καὶ ἵππον miſit copias pedeſtres atque equitatum. δυνάμεις in plurali numero ſignificant copias peditum:ſicut ἵππος in ſingulari equitatum,ſiue turmas equitum.

50 In prælium ibant,&c. ἐπορεύοντο εἰς πόλεμον συνεσφιγμένοι, prodibant[accedebant]in prælium condenſati.conſtricti,iuncti inter ſe ac preſſi:non laxis ac diductis ordinibus,vt fit in multitudine.

51 Qui perſequutum illos venerant, οἱ διώκοντες, qui perſequebantur.qui miſſi erant ad perſequendum. Vitæ diſcrimen ac certamen eſſe, ὅτι περὶ ψυχῆς αὐτοῖς ἐστὶ, quòd agitur de ipſorum anima.aut,vita.Alii enim in ſummo diſcrimine ita veniebant parati,quaſi pro vita ſua dimicarent,aut victuri,aut morituri:quo animo ſunt affecti qui in ſumma verſantur neceſſitate.

52 Vehementer omnes Iſra. ἐπένθησε πᾶς Ἰσραὴλ πένθος μέγα. luxit vniuerſus Iſrael luctum magnum : quo grauiſſimum caſum tanti viri & principis ſui ſunt proſequuti. 53 Eos delere conabantur. ἐζήτησαν ἐκτρῖψαι αὐτούς. quærebant eos excindere.aut,abolere.

54 Memoriámque ipſorum inter,&c. ἐξάρωμεν ἐξ ἀνθρώπων τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. tollamus ex hominibus memoriam eorum. deleamus eorum nomen: quod fiet euerſa & deleta ipſorum rep. populóque extincto.

2 Vidit autem populum′ſummo terrore ac formidine affectum: quum Hieroſolymam aſcendiſſet conuocatum populum,

3 His verbis eſt adhortatus, Vos ipſi, inquit, ſcitis quas & quantas res ego, & fratres mei, domúſque paterna pro Legib⁹ Sacríſque geſſerimus, quibúſque in bellis, atque′anguſtiis verſati fuerimus.

4 ′Propter hæc enim fratres mei mortem pro Iſraele oppetierũt, & ſolus ego relictus ſum.

5 Abſit igitur nunc à me vt vitæ parcam meæ′vllo tempore calamitoſo:′neque enim pluris ego ſum quàm fratres mei.

6 ′Quin Gentem meam & Sacra, tum vxores ac liberos noſtros vindicabo: nam omnes quidem Gentes ad excindẽdum nos′hoſtili animo conſpirauerunt.

7 Hæc ſimulatque dicta audiuit populus,′animis refocillatus atque recreatus,

8 Magna voce reſpõdẽs, exclamauit, Tu dux noſter es loco Iudæ ac Ionathæ fratrum tuorum:

9 ′Tu bellum gere noſtrum: & omnia quæcunque nobis imperaueris, faciemus.

10 Tum viros collegit omnes bellicoſos, ſimúlque muris Hieroſolymæ perficiendis inſtans, eam vndique communiuit.

11 Ionathan autem filium Abſalomi cũ ſatis magno exercitu Ioppen miſit:′quam ille incolis expulſis, inſedit.

12 Interim quum Tryphon multo cum exercitu Ptolemaide mouiſſet, terrã inuaſurus Iudaicã, &′Ionathan ſecũ ducẽs in cuſtodia,

13 Simon Adidis in proſpectu campi caſtra fecit.

14 Vt autem Tryphon cognouit′Simonem Ionathæ fratri ſuo ſucceſſiſſe, ipſúmque prælium eſſe ſecum commiſſurum, legatos ad eum miſit,

15 Qui dicerent, Fratrem tuum Ionathan ob pecunias′quas regiis rationib⁹ propter cõmiſſas ſibi curationes debet, detinemus.

16 Nunc igitur mitte centum talenta argenti, & duos filiorũ eius obſides (ne dimiſſus, deficiat à nobis) & eum dimittemus.

17 Itaque Simon etſi′dolo ſecum agi intelligebat, argentũ tamen & pueros miſit,′ad euitandam populi magnam offenſionem, at-

2 Vidẽs quia in tremore populus eſt & in timore, aſcendit Ieruſalem, & cõgregauit populum:

3 Et adhortans, dixit, Vos ſcitis quãta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro Legib⁹ & pro Sãctis prælia, & anguſtias quales vidimus.

4 Horum gratia perierũt fratres mei omnes propter Iſrael, & relictus ſum ego ſolus.

5 Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior ſum fratribus meis.

6 Vindicabo itaque gentem meam, & Sancta, natos quoque noſtros, & vxores: quia congregatæ ſunt vniuerſę Gentes conterere nos inimicitiæ gratia.

7 Et accẽſus eſt ſpiritus populi, ſimul vt audiuit ſermones iſtos:

8 Et reſponderunt voce magna, dicẽtes, Tu es dux noſter loco Iudæ & Ionathæ fratris tui:

9 Pugna prælium noſtrum: & omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. B

10 Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit cõſummare vniuerſos muros Ieruſalem, & muniuit eam in gyro.

11 Et miſit Ionathan filium Abſalomi, & cum eo exercitum nouũ in Ioppẽ: & eiectis his qui erãt in arce, remãſit illic ipſe.

12 Et mouit Tryphõ à Ptolemaida cũ exercitu multo, vt veniret in terrã Iuda, & Ionathas cum eo in cuſtodia:

13 Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi.

14 Et vt cognouit Tryphon quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ: & quia commiſſurus eſſet cũ eo prælium, miſit ad eum legatos,

15 Dicens, Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione Regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eum.

16 Et nũc mitte argẽti talẽta centũ, & duos filios ei⁹ obſides (vt nõ dimiſſus fugiat à nobis) & remittemus eum.

17 Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur ſecum: iuſſit tamen dari argentum & pueros, ne inimicitiã ma- C

IN CAPVT XIII.

2 Sũmo terrore, &c. ὅτι ἐστὶν ἔντρομος, καὶ ἔμφοβος, quòd eſt tremẽs ac formidans. aut, tremore timoréque affectus. territus ac pauefactus.

3 Anguſtiis verſati fuerimus. τὰς στενοχωρίας ἃς εἴδομεν. anguſtias quas nouimus. id eſt experti fuimus. experientia noſtra in maximis bellis ac periculis verſati, cognouimus & ſenſimus. 4 Propter hæc enim, &c. τούτου χάριν ἀπώλοντο huius gratia interierunt. occubuerunt, aut mortui ſunt pro defenſione Legum & Sacrorum. propter patriam & religionem.

5 Vllo tempore calamitoſo: ἐν παντὶ καιρῷ θλίψεως: in omni tempore afflictionis. i. nõ debeo habere rationem vitæ meæ, nec eam ducere pretioſiorem aut chariorem quàm fecerunt fratres mei. Neque enim pluris ego, &c. οὐ γάρ εἰμι κρείσσων τῶν ἀδελφῶν μου. nõ enim ſum melior [aut præſtantior, potiórque ac dignior qui in vita maneam] quàm fratres mei.

6 Quin gentem meam, &c. πλὴν ἐκδικήσω περὶ τοῦ ἔθνους μου, Verùm vlciſcar pro gente mea. Vindex & vltor ero earum iniuriarum quæ patriæ meæ ac religioni illatæ ſunt. eas ego bello etiam cum periculo vitæ meæ perſequar. Hoſtili animo conſpirauer. συνήχθησαν ἐκτρῖψαι ἡμᾶς ἔχθρας χάριν. congregatæ ſunt [coierunt, coniunxerunt ſe ad nos conterendos, aut delendos] cauſa inimicitiarum. quia hoſtilem animum in nos gerunt. Hæc earum coniunctio voluntatem ipſarum inimicam ſatis oſtendit. nulla enim à nobis iniuria laſæ atque offenſæ, odio hoſtili nos perſequuntur. Significat conſenſum exterorum populorum hoſtilémque conſpirationem ad exitium Iſraelitarum.

7 Animis refocillatus, &c. ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ, Ad verbum, redaccẽſus eſt [aut quaſi ignis reſuſcitatus] ſpiritus populi. id eſt refectus ac confirmatus. Tranſlatum verbum eſt ab igne qui ſepultus ac propè extinctus, quum alitur, fouetur, ac ſuſcitatur, exardeſcit. Itaque Paulus 2. Tim. 1. b. 6, hoc verbo vſus eſt, admonens Timotheum, ne dona Dei extingui ſinat, ſed ea ſuſcitet. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, quaſi ignem fouere, atque excitare ne extinguatur. 9 Tu bellum gere noſtrum: πολέμησον τὸν πόλεμον ἡμῶν: Suſcipe & adminiſtra bellum noſtrum. Tu ſis imperator, id eſt moderator & adminiſtrator, omnium noſtrorum bellorum.

11 Quam inſedit. ἔμεινεν ἐν αὐτῇ ἐκεῖ. manſit in ea ibi. ipſe cum præſidio eam tenuit.

12 Ionathan ſecum ducens in cuſt. καὶ ἰωνάθαν μετ᾽ αὐτοῦ ἐν φυλακῇ. & Ionathas cum eo in cuſtodia. id eſt captiuus ducebatur à Tryphone: nondum enim illum interfecerat, ſed in cuſtodia aſſeruabat.

14 Simonem Ionathæ, &c. ὅτι ἀνέστη σίμων ἀντὶ ἰωνάθου, quòd ſurrexit Simon pro Ionatha. in locum eius eſt ſubſtitutus princeps & dux populi. 15 Quas regiis rationibus, &c. οὗ ὤφειλεν εἰς τὸ βασιλικὸν δι᾽ ἃς χρείας. argentum quod debebat in regale [id eſt pro regio tributo] propter munera. aut, negotia quæ curanda ſuſceperat, aut quæ ei mandata erant: quorum nomine rationibus regiis obſtrictus erat.

17 Dolo ſecum agi intel. ἔγνω ὅτι δόλῳ λαλοῦσι πρὸς αὐτόν, ſciens quòd dolo loquuntur ſecum. id eſt doloſè ac fraudulenter ſecum agunt. fallaci vterentur oratione. Ad euitandã populi, &c. μήποτε ἄρῃ ἔχθραν μεγάλην πρὸς λαόν, nequando ſuſciperet odium magnum apud populum. ne aliquãdo incurreret in magnam populi offenſionem, ſi poſtulatis Tryphonis pro liberatione fratris nõ paruiſſet. Populus enim ſuſpicari potuiſſet eum ſaluti fratris imperium prætuliſſe. ſed reprehenſionem quam timebat, ſubiicit.

gnam ſumeret ad populum Iſrael,

Dicentem, Quia non miſit ei argẽtum & pueros, propterea periit.

Et miſit pueros, & centum talenta: & mẽtitus eſt, & nõ dimiſit Ionathã.

Et poſt hæc venit Tryphon intra regionem, vt cõtereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador, & Simon & caſtra eius ambulabãt in omnem locum quocunque ibant.

Qui autẽ in arce erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, vt feſtinaret venire per deſertum, & mitteret illis alimonias.

Et parauit Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: erat autẽ nix multa valde, & non venit in Galaaditim.

Et quũ appropinquaſſet Baſcamã, occidit Ionathan & filios eius illic.

Et conuertit Tryphon, & abiit in terram ſuam.

D Et miſit Simon, & accepit oſſa Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius.

Et planxerunt eũ omnis Iſrael plãctu magno, & luxerunt eum dies multos.

Et ædificauit Simõ ſuper ſepulchrũ patris ſui, & fratrum ſuorum ædificiũ altũ viſu, lapide polito retro & anté.

Et ſtatuit ſeptem pyramidas vnã contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus.

Et his circumpoſuit columnas magnas: & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.

Hoc eſt ſepulchrum quod fecit in Modin vſque in hunc diem.

Tryphon autem quum iter faceret cũ Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit eum:

Et regnauit loco eius, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ: & fecit plagam magnam in terra.

E Et ædificauit Simõ præſidia Iudęæ, muniens ea turribus excelſis, & muris magnis, & portis, & ſeris: & poſuit alimenta in munitionibus.

Et elegit Simon viros, & miſit ad Demetrium regem, vt faceret remiſſionẽ regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionẽ fuerant geſti.

Et Demetrius rex ad verba iſta re-

que eam reprehenſionem:

18 Quaſi frater, quia argentum liberóſque non miſiſſet, interiiſſet.

19 Pueros ergo miſit cum centum talentis: ″ſed ille fefellit fidem, neque Ionathan dimiſit.

20 Deinde quum Tryphon ad regionem inuadendam vaſtandámque accedens, ″iter Adoram verſus circunflecteret, Simon contrà exercitũ ducebat ei obuiã, quæcũque ille in loca proficiſceretur.

21 Qui verò arcem tenebant, miſerunt legatos ad Tryphonem, qui ′eum, vt ad ſe per deſertum contenderet, ′commeatúmque ſibi mitteret, ſolicitarent.

22 Quapropter Tryphon omnem equitatum ſuum ad illud iter cõ parauit: verùm quia ″multum ea nocte ninxerat, ″impeditus niue, non potuit venire, ſed in Galaaditidem contendit.

23 Quum autem appropinquaſſet Baſcama, Ionathan interfecit.

24 Quo ibi ſepulto, conuerſus terram ſuam repetiit.

25 Tũ miſit Simon, qui tranſlata inde oſſa Ionathæ fratris ſui, Modini in patria ſua ſepelirent.

Sepulchrum Ionathæ.

26 Omnéſque Iſraelitæ eum magna lamentatione proſequuti, per dies multos luxerunt.

27 Et extruxit Simon patri ſuo fratribúſque ′monumentum præalto expolito lapide ædificio à fronte & à tergo ſpectandum.

28 Septémque pyramides ′ſingulis aduerſas ſingulas patri ac matri, & quatuor fratribus ſuis inſuper impoſuit.

29 Tum has artificioſa columnarum ingentium ſtructura circundedit, & columnis ″omnẽ armorum apparatum ad memoriã ſempiternã ſuperaddidit: nauibus iuxta arma in columnis inculptis, quæ eſſent nauibus mare nauigantibus ″conſpicuæ.

30 Hoc eſt monumentum quod ille curauit efficiendum Modini, ′hodie quoque ſpectandum.

31 Porrò Tryphon ″dolo agens cum Antiocho rege adoleſcente, quum interempto eo

Occiſo Antiocho, regnum occupat Tryphon.

32 Regnum occupaſſet, impoſuit ſibi diadema Aſiæ: ′cladémque terræ magnam intulit.

33 Simon autem extruxit munitiones Iudææ, atque eam præaltis turribus, ac muris ingentibus, propugnaculis, portis, clauſtríſque ″communiuit: ac munitionibus ′commeatus impoſuit.

34 Delectos viros ad regem Demetrium miſit ″de danda regioni vacatione, ′eo quòd Tryphon omnia egiſſet per direptiones.

35 Cui Demetrius legatos remiſit cum huiuſmodi mandatis ac

Pacem init Demetrius cum Simone.

19 Sed ille fefellit fi. καὶ διεψεύσατο, & ementitus eſt. non præſtitit quæ promiſerat. Nam Ionathan retinuit captiuum, & poſtea interfecit. 20 Iter Adoram verſus circunf. ἐκύκλωσεν ὁδὸν τὴν εἰς ἄδωρα, circuiuit iter in Adoram. id eſt conuertit verſus Adoram, aut circunflexit, deflexit, circumeundo iter eò contulit. 21 Eum ſolicitarent. κατασπεύδοντας αὐτόν. qui vrgerent [accelerarent] eum. ſtimularent, vt quamprimũ veniret. Cõmeatúmque ſibi mitt. ἀποστεῖλαι αὐτοῖς τὰς τροφάς, cibaria & alimẽta ipſis mitteret. quibus videlicet deſtituebantur. 22 Multum ninxerat, ἦν χιὼν πολλὴ σφόδρα, erat nix multa valde. i. copioſa. maxima niuis copia ea nocte ceciderat. Impeditus niue, διὰ τὴν χιόνα, per niuem, aut propter niuem, venire non potuit.

27 Monumentum ſpectandum. τὸν τάφον τῇ ὁράσει. Sepulchrum (quod extulit ac erexit) viſu. id eſt ea fecit altitudine vt videri poſſit à fronte & à tergo, vt eſſet aſpectabile. 28 Singulis aduerſas ſingul. μίαν κατέναντι τῆς μιᾶς, alteram è regione alterius. alteram oppoſitam alteri. 29 Omnem armorum app. πανοπλίαν omnem armaturam. indicem ſcilicet ac teſtem virtutis bellicæ quæ fuerat in patre ac fratribus. Arma illa erant inſignia quædam eorum, aut quædam monumenta ad perpetuam virtutis eorum memoriam conſeruandam. ſiue (vt dicit) εἰς ὄνομα αἰώνιον ad nomen æternum. Conſpicuæ. εἰς τὸ θεωρεῖσθαι. quæ viderentur & conſpicerentur. aut, in conſpectu poſitæ eſſent. 30 Hodie quoque ſpectandum. ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. vſque ad hunc diem. id eſt quod extat etiam hoc tẽpore.

31 Dolo agens cum Antio. δόλῳ ἐπορεύετο μετ᾽ ἀντιόχου ibat fraude cum Antiocho. doloſè fraudulentérque agebat. eum circumueniens, necem ei moliebatur. 32 Cladémque terræ magnam intulit. ἐποίησε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς. fecit plagam magnam in terra. maximam terræ vaſtitatem attulit. 33 Communiuit, περιετείχισε, circummuniuit. vndique communiuit, ac firmauit. circumſepſit præſidiis munimentíſque firmiſſimis. Cõmeatus impoſuit. ἔθετο βρώματα. poſuit cibaria, & alimenta. ad ſuſtinendam ſcilicet obſidionem ſi bellum inferretur, neceſſaria. 34 De danda regioni vacatione, τοῦ ποιῆσαι ἄφεσιν τῇ χώρᾳ, ad faciendam remiſſionem terræ. id eſt ad remittenda terræ onera, & vectigalia quæ regioni impoſita exigebantur: eorum aliquam liberationem, aut leuationem poſtulabat. Eo quòd Tryphon omnia, &c. ὅτι πᾶσαι αἱ πράξεις τρύφωνος ἦσαν ἁρπαγαί. quoniam omnes actiones Tryphonis erant rapinæ. Significat ſumma exercuiſſe latrocinia, omnia diripuiſſe, atque abſtuliſſe.

reſponſis,eíque talem epiſtolam reſcripſit.

Rex Demetrius Simoni ſummo pontifici ac Regibus amico, & Senatui,gentíque Iudæorum ſalutem.

Coronam auream & bainen quam miſiſtis, accepimus: & parati ſumus pacem vobiſcum ſummam facere,atque ſcribere "præfectis vectigalium vt 'vobis immunitatem concedant.

Et vt "quæcunque pacti ſumus vobis,rata ſint: ac etiam ſint veſtræ,quas ædificaſtis,munitiones.

"Errata quoque,& quæ ad hunc vſque diem peccata ſunt,vobis condonamus, vnà cum corona quam debebatis: & "ſiquid aliud pendebatur Hieroſolymis,vt iam non pendatur.

Quòd ſiqui veſtrum 'qui numero noſtrorum aſcribantur, idonei ſunt,aſcribantur,& pax inter nos conſtituatur.

Anno cẽteſimo ſeptuageſimo ſublatũ eſt ab Iſraele iugũ gẽtiũ.

Cœpítque populus Iſraeliticus ſic "inſcribere ſyngraphas in cõtractibus,ac perſcriptiones,Anno primo Simone pontifice maximo, duce ac principe Iudæorum.

Simon Gazã expugnat.

Illis temporibus Simon exercitum duxit ad Gazam,cinctæque obſidione vrbi extructam "machinam applicuit: quúmque pulſatam turrim vnam cepiſſet,

Iis qui in machina erant,in vrbem deſilientibus, "magna in ciuitate trepidatio orta eſt.

Et ciues vnà cum vxoribus ac liberis "procurrere in muros ſciſſis veſtimentis ſuis: magnáque voce clamitare,dexteram à Simone ſibi dari poſcentes:

Ac dicere, "Ne ſecundum noſtram malitiam , ac potius pro tua miſericordia nobiſcum agas.

Simon autem 'eorum miſericordiam cepit,atque "ab oppugnãda vrbe deſtitit: expulſis deinde ex vrbe illis,atque ædibus in quibus ſimulachra erant,expurgatis: ita demum ingreſſus eſt in illam laudans Deum ac prædicans.

Eiectáque inde 'omni impuritate,quum "viros Legis ſtudioſos in ea collocauiſſet,reddidit eam munitiorem, ſibíque habitationem in ea ædificauit.

Arcem Sion occupat.

Qui autem arcem tenebãt Hieroſolymitanam,quum in agros neque poſſent egredi,neque ingredi: omníque tum emendi,tum vendendi facultate interclusi, atque impediti eſſent: "graui fame

ſpondit ei,& ſcripſit epiſtolam talem,

36 Rex Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti & amico Regũ,& Senioribus, & genti Iudæorum ſalutem.

37 Coronam auream,& bahem quam miſiſtis , ſuſcepimus: & parati ſumus facere vobiſcũ pacem magnã, & ſcribere præpoſitis Regis remittere vobis quæ induſimus.

38 Quæcunque enim cõſtituimus vobis,conſtant: munitiones quas ædificaſtis,vobis ſint.

39 Remittimus quoque ignorantias, & peccata vſque in hodiernum diem, & coronã quam debebatis: & ſiquid aliud erat tributarium in Ieruſalem, iam non ſit tributarium.

40 Et ſiqui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros,conſcribantur, & ſit inter nos pax.

41 Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum Gentium ab Iſrael. F

42 Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis & geſtis publicis,Anno primo ſub Simone ſũmo ſacerdote, magno duce,& principe Iudæorum.

43 In diebus illis applicuit Simon ad Gazam,& circundedit eam caſtris: & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem,& percuſſit turrem vnam,& cõprehendit eam.

44 Et eruperant qui erant intra machinam,in ciuitatem: & factus eſt motus magnus in ciuitate.

45 Et aſcenderunt qui erant in ciuitate cum vxoribus & filiis ſupra murũ ſciſſis tunicis ſuis , & clamauerũt voce magna,poſtulantes à Simone dextras ſibi dari:

46 Et dixerunt , Non nobis reddas ſecundum malitias noſtras,ſed ſecundũ miſericordias tuas:

47 Et flexus Simon,nõ debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerant ſimulachra: & tunc intrauit in eã cum hymnis benedicens Dominum.

48 Et eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui Legem facerẽt: & muniuit eam,& fecit ſibi habitationem. G

49 Qui autem erãt in arce Ieruſalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem , & emere & vendere: & eſurierunt valde : & multi ex eis fame

---

37 Præfectis vectigaliũ τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν qui ſunt ſuper negotia. qui exigunt vectigalia. Vobis immunitatem concedant. τοῦ ἀφιέναι ὑμῖν ἀφέματα. remittant[id eſt impertiant ac tribuant]vobis immunitates.dimittant vos immunes ab exactionibus.aut,vectigalibus.

38 Quæcunque pacti ſumus,&c. ὅσα ἑστήκαμεν πρὸς ὑμᾶς,ἑστήκε, quæcunque vobiſcum conſtituimus[aut,pepigimus]ſtent.maneant firma & rata. 39 Errata quoque,&c. ἀγνοήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα ignorantias & peccata.i. quæ imprudẽter per ignoranti & ſecus aduerſum nos commiſiſtis(quæ errata & peccata nominantur, quæ non fiunt conſultò,& malitioſè atque improbè vt τὰ ἀδικήματα) ea condonamus,& ignoſcimus. Siquid aliud pend. εἴ τι ἄλλο ἐτελωνεῖτο ſiquid aliud vectigal pendebatur.aut, ſiquid aliud vectigale ac tributarium Hieroſolymis nobis ſoluebatur.τέλος vectigal ſignificat:hinc τελώνης publicanus,& verbum τελωνεῖν,vectigal exigere & accipere.

40 Qui numero,&c. ἐπιτήδειοι γραφῆναι εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς,ἐγγραφέσθωσαν,apti ſcribi inter noſtros[.i.in numero noſtrorũ militũ]cõſcribãtur.

42 Inſcribere ſyng.&c. γράφειν ἐν ταῖς συγγραφαῖς καὶ συναλλάγμασιν, ſcribere in ſyngraphis[aut, inſtrumentis] & contractatibus.in quibus inſcriptio ipſa & notatio temporis nomine Magiſtratus deſignabatur,vt apud Romanos Acta nomine Conſulum notabantur: vt,Actũ eſt Cicerone & Antonio Coſſ. 43 Machinam ἑλέπολιν. inſtrumentum ad capiendam vrbem comparatum & accommodatum,ab ἁλίσκω capio, & πόλις vrbs. 44 Magna in ciuitate,&c. ἐγένετο κίνημα μέγα ἐν τῇ πόλει. fuit magnus motus in ciuitate. ciues commoti fuerunt:& affecti magno metu,trepidare cœperunt. 45 Procurrere in muros ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ τεῖχος, aſcenderunt ad murum. Dixi antè de hoc genere orationis per modum infinitum elatæ,atque vſurpatæ pro præterito perfecto,aut imperfecto.

46 Ne ſecundũ noſt.mal.&c.nob.agas. μὴ ἡμῖν χρήσῃ κατὰ τὰς πονηρίας ἡμῶν. Ne nobis vtaris ſecundum prauitates noſtras.i. Ne tractes nos vt meriti ſumus,ac digni propter iniurias noſtras,qui duriter tractemur abs te: age potius nobiſcum pro tua manſuetudine ac lenitate.

47 Eorum miſericordiam cepit, συνεχύθη αὐτοῖς, Ad verbum,ſolutus ac flexus eſt eis.id eſt ἐσπλαγχνίσθη affectu miſericordiæ commotus affectúſque eſt erga eos.eorum miſertus eſt.Fit enim in hoc animi motu quædam inteſtinorũ diſſolutio, & mutatio: præſertim ſi animus hominis ab ira,id eſt vlciſcendi cupiditate, ad miſericordiam traducatur ac flectatur. Ab oppugnanda vrbe deſt. καὶ οὐκ ἐπολέμησεν αὐτούς & non debellauit[id eſt oppugnauit,aut expugnauit]eos.oppugnationem depoſuit.eos in deditionem accepit.

48 Eiectáque omni imp. ἐξέβαλε πᾶσαν ἀκαθαρσίαν, eiecit omnẽ immunditiẽ.omnia idolorum inquinamenta remouit ac ſuſtulit.aut, quum ſuſtuliſſet. Viros Legis ſtudioſos ἄνδρας οἵτινες τὸν νόμον ποιοῦσι.viros qui Legem faciunt. & obſeruant.cultores Legis ac religionis.

49 Graui fame laborarunt, ἐπείνασαν σφόδρα, eſurierunt vehementer,in maxima rerum omnium inopia deſtitutionéque conſtituti.

perierunt.

50 Et clamauerunt ad Simonem vt dextras acciperet, & dedit illis: & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus.

51 Et intrauerunt in eam tertia & viceſima die ſecundi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude & ramis palmarũ, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & cãticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael.

52 Et conſtituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.

53 Et muniuit montem templi, qui erat ſecus arcem, & habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant.

54 Et vidit Simon Iohannem filium ſuũ quòd fortis vir prælii eſſet: & poſuit eũ ducem virtutum vniuerſarum, & habitauit in Gazaris.

Cap. XIIII.

1 Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit rex Demetrius exercitum ſuum, & abiit in Mediam ad contrahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem.

2 Et audiuit Arſaces rex Perſidis & Mediæ quia intrauit Demetrius confines ſuos: & miſit vnum de principibus ſuis, vt cõprehenderet eum viuũ.

3 Et abiit, & percuſſit caſtra Demetrii: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacẽ, & poſuit eum in cuſtodiã.

4 Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæſiuit bona gẽti ſuæ: & placuit illis poteſtas eius & gloria eius omnibus diebus.

5 Et cũ omni gloria ſua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in inſulis maris:

6 Et dilatauit fines gentis ſuæ, & obtinuit regionem.

7 Et cõgregauit captiuitatem multã, & dominatus eſt Gazaræ & Bethſuræ, & arci: & abſtulit immunditias ex ea, & non erat qui reſiſteret ei.

B 8 Et vnuſquiſque colebat terrã ſuã cũ pace: & terra Iuda dabat fructus ſuos, & ligna camporum fructum ſuum.

9 Seniores in plateis ſedebãt omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant ſe gloriam, & ſtolas belli.

10 Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & conſtituebat eas vt eſſent vaſa munitionis, quoadusque nominatum eſt

laborarunt, adeò vt præ fame bona eorum pars periret.

50 Itaque dexteram ſibi à Simone dari magnis clamoribus poſcebant: quam quum dediſſet, eóſque inde eieciſſet, arcem″ab inquinamentis expurgauit.

51 Ac tertia & viceſima die ſecundi menſis anni centeſimi ſeptuageſimi primi, ingreſſus eſt in eã cum laudibus & ramis palmeis, cum citharis atque cymbalis, cum nablis, hymnis, & canticis, ″eo quòd hoſtis immanis exterminatus eſſet ex Iſraele.

52 Eam diem etiã ſingulis annis cum lætitia celebrandã inſtituit.

53 Quúmque montem templi arci proximum communiuiſſet, ipſe cum ſuis ibidem habitauit.

54 Videns autem Simon Iohannem filium ſuum″in virum euaſiſſe, eum conſtituit ducem vniuerſi exercitus, & habitauit in Gazaris.

Iohannẽ filium ducẽ conſtituit

Cap. XIIII.

1 Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo rex Demetrius in Mediam ad auxilia ſibi cõtrahenda profectus eſt, vt Tryphoni bellum inferret.

Demetriꝰ ab Arſace deuincitur.

2 Vt autem audiuit Arſaces rex Perſiæ ac Mediæ fines ſuos ingreſſum eſſe Demetrium, vnum miſit è principibus ſuis, qui viuum eum comprehenderet.

3 Qui Demetrium cæſo eius exercitu captum perduxit ad Arſacem, à quo in cuſtodiam traditus eſt.

4 Terra autem″quiete eſt vſa omnibus temporibus Simonis: ″nã & ſtudioſus fuit commodorum gentis ſuæ: ″& apud eam poteſtate gloriáque ſua per omne tempus gratioſus.

Simone duce, ſũma in Iſraele quies.

5 ″Inter omnia ab ipſo præclarè geſta Ioppen quoque cepit″portu peropportunam: ″ad inſulas maris ingreſſum aperuit:

6 Gentis ſuæ″fines dilatauit: vbi rector regionis factus,

7 ″Captiuos multos recollegit: potitus eſt Gazaris ac Bethſuris, & arce ex qua impuritates ſuſtulit: nec iam quiſquã ei reſiſtebat.

8 Sed in pace quiſque terram ſuam colebat: illa verò fruges ſuas, & arbores agrorum″fructus ſuos afferebant.

9 Senes ſedebant in plateis, omnes ″de rebus bonis ſermones inter ſe conferebant: iuuenes autem″ſe habitu veſtitúque magnificè ac bellicoſè gerebant.

10 Præterea″ciuitates iuuit commeatibus, &″eas armamentis, quibus communirentur, inſtruxit: ″adeò vt gloria nominis eius in vl-

50 Ab inquinamentis expur. ἐκαθάρισεν ἀπὸ τῶν μιασμάτων. mundauit eam à pollutionibus. ἀπὸ τῶν μολυσμῶν, ab idolorum impuritatibus atque abominationibus 51 Eò quòd hoſtis, &c. ὅτι συνετρίβη ἐχθρὸς μέγας ἐξ Ἰσραήλ. quòd contritus eſſet hoſtis magnus ex Iſrael. excíſus, [profligatus, ſublatúſque fuiſſet. 54 In virum euaſiſſe, ὅτι ἀνήρ ἐστι, quòd vir eſt. i. ætate virili ac florenti, quæ gerendis bellis eſſet idonea. ἀνδρωθέντες dicuntur, qui iam eam ætatem ingreſſi ſunt vt inter viros habeantur, aut cenſeantur.

IN CAPVT XIIII.

4 Quiete eſt vſa ἡσύχασεν ἡ γῆ quieuit terra pacata. i. trãquilla fuit, nõ vexata & perturbata bello, ſed otio & pace vſa, quãdiu vixit Simõ. Nam & ſtudioſus fuit, &c. καὶ ἐζήτησεν ἀγαθὰ τῷ ἔθνει αὐτοῦ· & quæſiuit bona genti ſuæ. Conſuluit ac ſeruiuit commodis, vtilitatibuſque populi ſui. eius ſalutis curã habuit. καὶ particula ſæpe eſt rationalis, vt ו Hebræis. Et apud eã, &c. καὶ ἤρεσεν αὐτοῖς ἡ ἐξουσία καὶ δόξα αὐτοῦ. & placuit ei potentia & gloria eius. fuit grata populo, non inuidioſa, nec odioſa. ipſe fuit charus & gratus populo.

5 Inter omnia, &c. καὶ μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ, &c. & cum omni gloria ſua [id eſt ad reliquam omnẽ gloriã ſuam] adiunxit expugnationẽ Ioppæ vrbis. ad eius præclara opera hæc acceſſio facta eſt. Portu peropportunam: εἰς λιμένα· ad portum. Erat enim vrbs maritima, & portuoſa. Ea portus commoditas & opportunitas maximo Iudææ adiumento erat. Ad inſulas maris, &c. ἐποίησεν εἴσοδον ταῖς νήσοις τῆς θαλάσσης· fecit introitũ [aut aditũ] inſulis [id eſt ad inſulas] maris. iter antea interclusum ad eas patefecit, vrbe potitus maritima & portuoſa.

6 Fines dilatauit: ἐπλάτυνε τὰ ὅρια· protulit & amplificauit terminos Iudææ.

7 Captiuos multos recoll. συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν πολλήν· congregauit captiuitatem multam. i. multos captiuos abduxit, collegitque in Iudæam, potitus regione vicina. 8 Fructus ſuos affer. ἡ γῆ ἐδίδου τὰ γεννήματα αὐτῆς. terra dabat fructus ſuos. proferebat fruges culta diligenter ſumma in pace. καὶ τὰ ξύλινα τῶν πεδίων & ligna camporum. id eſt arbores ſuos fructus afferebant.

9 De rebus, &c. περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκοινολογοῦντο. communicabant [loquebantur. ſermones habebant] de rebus proſperis. Illa enim materia ſermonis ad gratulationem & lætitiam propoſita, nullæ erant querelæ ac lamentationes, ſicut antea. His verbis deſcribit quietum ac fœlicem reip. ſtatũ. Se habitu, &c. ἐνεδύσαντο δόξας, καὶ στολὰς πολέμου. induebant glorias, & veſtes belli. in ſummo otio ita incedebant, ac ſe oſtentabant. Hæc enim vitæ iuuenis ratio atque oſtentatio erat quædam exercitatio & præparatio ad futura bella.

10 Ciuitates iuuit com. ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, ciuitatibus ſuppeditauit cibaria. ſiue alimenta. Eas armamentis, &c. ἔταξεν αὐτὰς ἐν σκεύεσιν ὀχυρώσεως· conſtituit eas in inſtrumentis. id eſt armis munitionis inſtruxit eas. omni apparatu armorum quæ ad munitionem ac defenſionem neceſſaria eſſent, ita eas armauit. Adeò vt gloria, &c. ἕως ὅτου ὠνομάσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τῆς γῆς. donec nomina-

tum eſt nomen eius vſque ad extremum terræ. fama nominis eius peruenit ad vltimos fines terræ. ita longè latéque diffuſa eſt & peruagata. Ea autem eſt vera gloria.

timas vſque terras peruagata fuerit.

Hic pacē terræ peperit,″vnde Iſrael ſummam lætitiā percepit.

″Sedebat enim quiſque ſub vite ſua & ficu ſua, nec erat quiſquā qui eos exterreret.

Nam″ſublati erāt de terra hoſtes eorum, Regéſque temporibus illis profligati.

Hic cōfirmauit omnes humiles in populo ſuo,″Legem ſtudioſè quæſiuit,&″nefarium omnem ſceleratúmque deleuit,

″Condecorauit Sacra,& vaſa ſancta multiplicauit.

Renouāt fœdus cū Iudæis Spartiatæ & Romani.

Porrò quum auditum eſſet Romæ mortuū eſſe Ionathan,famáque ad Spartiatas vſque perueniſſet,″maximus illis dolor allat⁹ eſt.

Poſtquam autem audiuerunt Simonem fratrem loco eius creatum eſſe ſummum pontificem, eundémque victorem ipſam regionem cum vrbibus obtinere:

Scripſerunt ad eum tabulis æreis de renouanda cum eo amicitia & ſocietate,quam cum Iuda & Ionatha fratribus eius ″conſtitutam habuerant.

Ac literæ Hieroſolymis″pro concione recitatæ fuerunt. Hoc autem eſt exemplum literarum quas miſerunt Spartiatæ,

Spartiatarum principes,&ciuitas Simoni pontifici maximo,tū Senioribus,ac Sacerdotibus,reliquóque Iudæorū populo, fratribus ſalutem.

Poſtquam legati ad populum noſtrum miſſi, nos de gloria honoréque veſtro certiores fecerunt,aduētu eorum gauiſi, ″relationem eorum in plebiſcita perſcripſimus hoc pacto,

Quum Numenius Antiochi filius, & Antipater filius Iaſonis legati Iudæorum veniſſent ad nos,renouaturi priſtinam nobiſcū amicitiam:

Placuit populo viros eos honorificè excipere,atque″exemplum actorum eorum in publicas literas referre,″populo Spartano monumento futurum.horum autem exemplum ad Simonem ſummum pontificem ſcriptum eſt.

Poſt hæc miſit Simon Numenium Romam cum ingēti clypeo pōdo minarū mille aureo ad ſocietatē cū Romanis confirmandā.

Quum autem populus hæc vt eſſent acta, intellexiſſet, Quam, inquit,gratiam Simoni,ac filiis eius referemus?

Nam ipſe cum fratribus ſuis domóque paterna conſtabiliuit Iſraelē, &hoſtibus bello propulſatis,″libertatē ei peperit. Cōſcriptas itaque tabulas æreas in colūnis in mōte Sion propoſuerunt.

nomen gloriæ eius vſque ad extremū terræ.

11 Fecit pacem ſuper terram, & lætatus eſt Iſrael lætitia magna.

12 Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua,& ſub ficulnea ſua:& nō erat qui eos terreret.

13 Defecit impugnans eos ſuper terrā:& Reges contriti ſunt in diebus illis.

14 Et confirmauit omnes humiles populi ſui,& Legem exquiſiuit, & abſtulit omnem iniquum & malum:

15 Sancta glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanctorum.

16 Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet Ionathas, & vſque in Spartiatas:& contriſtati ſunt valde.

17 Vt audierunt autē quòd Simon frater eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius, & ipſe obtineret omnē regionem & ciuitates in ea: C

18 Scripſerūt ad eum in tabulis æreis, vt renouarent amicitias & ſocietatē quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius.

Suprà 8.c.23. & 12.a.1

19 Et lectæ ſunt in conſpectu eccleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum quas Spartiatæ miſerunt,

20 Spartianorum principes & ciuitates Simoni ſacerdoti magno,& Senioribus,& Sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum,fratribus ſalutem.

21 Legati qui miſſi ſunt ad populum noſtrum, nuntiauerunt nobis de veſtra gloria,& honore,& lætitia:& gauiſi ſumus in introitu eorum.

22 Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi,ſic, Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius, legati Iudęorum,venerunt ad nos,renouātes nobiſcum amicitiā priſtinā.

23 Et placuit populo excipere viros glorioſè,&ponere exemplum ſermonum eorū in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriam populo Spartiatarum. exemplum autem horum ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti. D

24 Poſt hæc autē miſit Simon Numeniū Romam,habentē clypeum aureū magnum pōdo mnarum mille ad ſtatuendam cum eis ſocietatem.

25 Quū autē audiſſet popul⁹ Roman⁹ ſermones iſtos,dixerūt,Quā gratiarū actionē reddem⁹ Simoni & filiis eius?

26 Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis, & ſtatuerunt ei libertatem. Et deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion.

---

11 Vnde Iſrael ſummam,&c. καὶ εὐφράνθη ἰσραὴλ εὐφροσύνην μεγάλην. & lætatus eſt Iſrael lætitiam magnam. maximo gaudio affectus eſt. Forma loquendi eſt Græca. 12 Sedebat enim,&c. καὶ ἐκάθισεν ὑπὸ τὴν ἄμπελον αὐτοῦ .i.quietè ac tranquillè viuebat fruens bonis ſuis ſine metu hoſtis. Hæc autem benedictio ſæpe eſt in Prophetis promiſſa iis qui Deū timuerunt. Hæc enim ſeſſio & quies ſub vite & ficu ſua,ſummam rerum tum publicarum,tum priuatarum ſignificat.

13 Sublati erant de terra,&c. ἐξέλιπε πολεμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, defecerat impugnans eos[.i. hoſtis bellū eis inferens]in terra. nullus erat amplius qui bello eos laceſſeret,atque affligeret. 14 Legem ſtudioſè quæſiuit, τὸν νόμον ἐξεζήτησε, Legem exquiſiuit. ſummo ſtudio ſectatus eſt.i.eius ſtudioſus fuit. eam coluit & obſeruauit. Nefarium omnem, &c. ἐξῆρε πάντα ἄνομον καὶ πονηρὸν ſuſtulit omnem iniquū & improbum. aut, prauum. 15 Condecorauit Sacra, τὰ ἅγια ἐδόξασε, Sancta[aut Sacra]glorificauit.i.in ſummo habuit honore,eáque ornauit atque illuſtrauit. 16 Maximus illis,&c. ἐλυπήθησαν σφόδρα. doluerunt vehementer. maxima moleſtia affecti ſunt. ſummū dolorem ex morte eius acceperunt. 18 Conſtitutam hab. ἣν ἔστησαν πρὸς ἰούδαν. quam conſtituerunt[aut inſtituerunt]cum Iuda.

19 Pro concione,&c. ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας. lectæ fuerunt coram eccleſia.i.conuentu ac cœtu populi.in congregatione.

21 Relationem eorum,&c. ἀνεγράψαμεν τὰ ὑπ' αὐτῶν εἰρημένα ἐν ταῖς βουλαῖς τοῦ δήμου. reſcripſimus[aut deſcripſimus]dicta ab ipſis in conciliis populi.i.in acta publica retulimus. Ea autem ψηφίσματα plebiſcita, propterea quòd etſi Spartæ Rex vnus eſſet princeps Reip. tamē ſumma populi poteſtas erat. 23 Exemplum actorum eorū,&c. καὶ τοῦ θέσθαι τὸ ἀντίγραφον τῶν λόγων αὐτῶν ἐν τοῖς ἀποδεδειγμένοις τοῦ δήμου βιβλίοις, & reponere exemplum ſermonum[id eſt actorum]per legatos in patentibus populo libris.id eſt in publicas referre literas,ſicut ea quæ ad vniuerſam remp. pertineant. Populo Spartano,&c. τοῦ ἔχειν μνημόσυνον τὸν δῆμον σπαρτιατῶν. vt populus Spartanorum habeat horum memoriam:videlicet amicitiæ inſtitutæ,& per legatos renouatæ ac confirmatæ,publicis literis perſcriptam.

26 Libertatem ei peperit. ἔστησαν αὐτῷ ἐλευθερίαν. conſtituerunt ei libertatem. comparauerunt. conſtabilierunt.

Et hoc eſt exemplũ ſcripturæ, Octauadecima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone Sacerdote magno in Aſaramel,	27	Hoc autem eſt″ſcripti plebiſciti exemplum, Octaua decima die menſis Elul, anni centeſimi ſeptuageſimi ſecundi (″qui tertius erat annus ex quo Simon ſũmũ Põtificatum obtinuerat in Saramel)
In conuentu magno Sacerdotum, & populi, & Principum gentis, & Seniorum regionis, nota facta ſũt hæc, quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra:	28	In magno concilio Sacerdotum, & populi, tum Principũ gentis Seniorúmque regionis, ″publicè declarãdum iudicauimus, quũ in noſtra regione crebra bella eſſent exorta,
Simon autem Mathathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſariis gẽ E tis ſuæ, vt ſtarent Sãcta ipſorũ & Lex, & gloria magna glorificauerunt gẽtem ſuam.	29	Simonem Mattathiæ filium è poſteris Iarib oriũdum, ac fratres eius″ſe commiſiſſe periculis, atque hoſtibus gentis ſuæ oppoſuiſſe, ″vt Sacra ipſius & Lex ſalua forent, eandémque gentem magna gloria condecoraſſe.
Et congregauit Ionathas gentem ſuam, & factus eſt illis Sacerdos magnus, & appoſitus eſt ad populũ ſuũ.	30	Quum verò Ionathas, ″qui gentem ſuã, cuius ſummus erat Pontifex, continuerat, ″ad populum ſuum conceſſiſſet:
Et voluerunt inimici eorum calcare & atterere regionem ipſorum, & extendere manus in Sancta eorum.	31	Hoſtéſque eorum conarentur terram ipſorum inuadere, vt depopularentur eam, ″Sacríſque ipſorum manus afferrent:
Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia:	32	Tum Simon exortus, bellum ſuſcepit pro gente ſua, ″pecunias de ſuo multas erogauit, ″milites gentis ſuæ armis inſtruxit, ″eíſque ſtipendia dedit:
Et muniuit ciuitates Iudææ, & Bethſuram quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hoſtium antea: & poſuit illic præſidium viros Iudæos.	33	Præterea vrbes Iudaicas communiuit: in híſque Bethſuram ſitã in Iudææ finibus, ″vbi arma hoſtium antè fuerant, ibíque viros Iudæos præſidio impoſuit:
Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare, & Gazaram quæ eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habitabãt, & collocauit illic Iudæos: & quæcunque apta erant ad correptionem eorum, poſuit in eis.	34	Ioppen quoque vrbem maritimam muniuit & Gazaram in finibus Azoti poſitam, quam hoſtes antea tenuerãt: in quibus Iudæos collocauit, omniáque impoſuit″ad reparationẽ earũ accõmodata.
Et vidit populus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat facere gẽti ſuæ: & poſuerunt eum ducem ſuũ, F & principem Sacerdotum, eo quòd ipſe fecerat hæc omnia, & iuſtitiam, & fidem quam conſeruauit gẽti ſuæ, & exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum.	35	Videns ergo populus fidem Simonis, & qua gloria gentem ſuã decreuiſſet afficere, ducem eum ſibi conſtituit, ſummúmque Pontificem propter hæc omnia quæ geſſit, & ob eam quam genti ſuæ ſeruauit, iuſtitiam & fidem, vt qui populum ſuum″omni ratione ſtuduerit extollere.
Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius, vt tollerentur Gentes de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erãt in Ieruſalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quæ in circuitu Sanctorũ ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati:	36	Huius temporibus″opera eiuſdem fœliciter effectum eſt vt Gẽtes è terra ipſorum auferrentur, ſimul cum iis qui vrbem Dauidis Hieroſolymis occupauerant, in eáque arcem ſibi extruxerãt, è qua excurrẽtes, quæ circum erant Sacra profanabant, ″magnámque cladem ſanctitati importabant:
Et collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalem.	37	Hanc arcem Simon impoſitis viris Iudæis cõmuniuit″ad præſidium regionis atque vrbis, muróſque Hieroſolymæ erexit.

27 Scripti plebiſciti exemplum, ἀντίγραφον τῆς γραφῆς, exemplum ſcripturæ. id eſt iudicii ac teſtimonii quod populus de meritis Simonis eiúſque rebus geſtis ſcriptum extare voluit. Solebant enim fieri huiuſmodi & Senatuſconſulta & plebiſcita, publica quædam teſtimonia quibus ornabantur ii qui de Rep. bene erãt meriti. Qui tertius erat, &c. καὶ τοῦτο τρίτον ἔτος ἐπὶ σίμωνος ἀρχιερέως ἐν σαραμέλ. & hic eſt tertius annus ſub Simone ſummo Sacerdote in Saramel. Diximus antea ἐπὶ præpoſitionem cum genitiuo habere notationem temporis, ἐπὶ ἄρχοντος δημοσθένους magiſtratum gerente Demoſthene. Ita hoc loco notat tempus, quo plebiſcitum factum eſt tertio anno Pontificatus Simonis, ἐπὶ σίμωνος ἀρχιερέως. 28 Publicè declarandum iudic. ″ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν notum vobis fecimus. declarauimus.

″Legitur & ἐγνώρισεν ἡμῖν.

29 Se commiſiſſe peric. ἔδωκαν ἑαυτοὺς τῷ κινδύνῳ dederunt[aut expoſuerunt]ſe periculo. Hæc referenda ſunt ad verbum in principio poſitum: declarauimus eum & fratres pericula adiiſſe ſubiiſſéque pro patria & religione. Vt Sacra ipſius ſalua fo. ὅπως σταθῇ τὰ ἅγια αὐτῶν vt ſtarent[ſalua manerent]Sacra ipſorum. i. populi, cuius religionem conſtanter maximis cum periculis defenderũt, ab interituque vindicarunt. 30 Qui gentem ſuam cont. καὶ ἤθροισεν ἰωνάθαν τὸ ἔθνος αὐτοῦ, & congregauit[aut collegit] Ionathas gentẽ ſuam. ſparſos ac diſſipatos Iſraelitas collegit, cõtinuitque authoritate & imperio. Ad populum ſuũ conc. προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. appoſitus eſſet ad populũ ſuũ. Hebræi dicunt, aggregatus, aut, collectus eſſet ad patres ſuos: qua loquendi forma ſignificabãt deceſſionẽ ex hac vita in alterã, & quandã migrationem. 31 Sacríſque ma. aff. ἐκτεῖναι χεῖρας ἐπὶ τὰ ἅγια extẽdere[iniicere]manus ad Sacra. i. ea violare, profanare, polluere. 32 Pecunias de ſuo mul. ero. ἐδαπάνησε χρήματα πολλὰ τῶν ἑαυτοῦ, expendit[aut conſumpſit]pecunias multas ex ſuis. ſuis facultatibus & opibus communes Reip. neceſſitates iuuit ac ſuſtentauit. Milites armis inſt. ὡπλοδότησε τοὺς ἄνδρας τῆς δυνάμεως, armauit viros exercitus. Eíſque ſtipendia de. ἔδωκεν αὐτοῖς ὀψώνια. dedit eis obſonia. i. ſtipendia. propterea quòd certum cibi frumentique demenſum militibus attribuebatur, obſonia pro ſtipendio authoramentóque militari accepta ſunt. Luc. 3. c. 14, ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. contenti ſitis ſtipendiis veſtris. 33 Vbi arma hoſt. &c. οὗ ἦν τὰ ὅπλα τῶν πολεμίων τὸ πρότερον, vbi erant arma hoſtium antea. i. quæ tenebatur antea præſidio inimicorum, & hoſtium. quorum armis tenebatur. His expulſis, Simon præſidium Iudæorum impoſuit.

34 Ad reparationem, &c. ἐπιτήδεια πρὸς ἐπανόρθωσιν αὐτῶν. apta[& accommoda vtiliáque]ad inſtaurationem ac reſtitutionem eorum. ad reficienda ac reſtituenda quæ erant diruta & vaſtata. ἐπανόρθωσις accipitur pro ἀποκατάστασις.

35 Omni ratione ſtudu. extol. ἐζήτησε παντὶ τρόπῳ ὑψῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. quæſiuit omni modo exaltare populum ſuum. i. augere atque amplificare. Verbum ζητεῖν ſignificat illum incubuiſſe in eam cogitationem & curam, vt populus gloriam & amplitudinem conſequeretur.

36 Opera eiuſdem, &c. εὐοδώθη ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, proſperatum eſt in manibus eius. id eſt opera eius eum ſucceſſum habuit, vt gentes impiæ è regione ipſorum profligarentur. Magnámque cladem, &c. ἐποίει πληγὴν μεγάλην ἐν τῇ ἁγνείᾳ. faciebant plagam magnam in munditia. aut, puritate. id eſt rebus Diuinis & Sacris quæ caſtè ac purè ſunt colendæ, atque in ſumma religione ac ſanctitate conſeruandæ.

37 Ad præſidium regionis πρὸς ἀσφάλειαν τῆς χώρας ad ſecuritatẽ[aut, tuitionẽ]regionis. vt ea ab omni vi & iniuria munita & tuta eſſet.

38 Rex quoque Demetrius ʹPontificatum ei conſtabiliuit

39 ʹEas ob cauſas:atque eũ amicis ſuis annumerauitʹ,& ſumma ornauit gloria.

40 Audierat enim Iudæos à Romanis appellari amicos atque ſocios,Simoníſque legatos ab iiſdem honorificè eſſe exceptos:

41 Præterea placuiſſe Iudæis ac Sacerdotibus principem eſſe Simonem, ſummúmque Pontificẽ perpetuò, ʹdonec Propheta certus exiſteret:

42 Atque etiam ducem ſuum cui curæ Sacra forent,ʹ& qui muneribus eorum ac regioni,tum armis,munitionibúſque certos homines præficeret:

43 Qui curã haberet Sacrarii , ʹcuiúſque imperio omnes parérent: adhæc vt nomine ipſius inſcriberentur omnes per regionem ſyngraphæ:vt purpuram aurúmque geſtaret.

44 Nec cuiquã è populo Sacerdotibúſve fas eſſet quicquã horum irritum facere, autʹimperio eius cõtradicere, autʹcœtus factioſos agitare iniuſſu eius,aut veſtiri purpura,bulláve aurea inſigniri.

45 Quòd ſiquis præter hæc quid feciſſet, autʺaliquid horum infregiſſet, vtʺis culpa teneretur.

46 Hæc placuit populoʹSimoni decernere facienda ſecundum huiuſmodi verba.

47 Quæ Simon accepit,ʹlibentérque conſenſit & ʹſummo Pontificatu fungi, & dux eſſe ac princeps gentis Iudaicæ & Sacerdotũ, atque omnibus præeſſe.

48 Conſtitutum autẽ eſt vt hæc perſcripta proponerentur in tabulis æreis collocatisʺin pariete Sacrarium ambiẽte,in loco celebri:

49 Exemplum verò eorum poneretur in ærario aſſeruandum , vt Simon filiíque eius illud haberent.

Cap. XV.

Antiochus cum Simone fœdʼ ferit,& Tryphonẽ perſequitur.

1 PORrò Antiochus regis Demetrii filius ex inſulis maris miſit ad Simonem pontificem ac principem gentis Iudaicæ, atque ad ipſam gentem vniuerſam ʹliteras

2 In hanc ſententiã ſcriptas,Rex Antiochus Simoni ſummo põtifici principi gentis,ipſíque genti Iudæorum,ſalutem.

3 Quoniam homines peſtilentes regnum patrum meorum occupauerunt,conſtitui idem regnum mihi vindicare,ʺvt illud conſtituam , atque priſtinum in ſtatum reſtituam : quam ob cauſam ʹmaximum militũ numerum cõduxi,&ʹclaſſem cõparaui bellicã:

38 Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum Sacerdotium

39 Secundum hæc:fecit eum amicum ſuũ,& glorificauit eũ gloria magna.

40 Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocii, & fratres,& quia ſuſceperũt legatos Simonis glorioſè:

41 Et quia Iudæi & Sacerdotes eorũ conſenſerunt eum eſſe ducem ſuũ & ſummum Sacerdotem in æternũ,donec ſurgat Propheta fidelis:

42 Et vt ſit ſuper eos dux, & vt cura eſſet illi pro Sanctis,& vt cõſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum,& ſuper regionem,& ſuper arma,& ſuper præſidia:

G

43 Et cura ſit illi de Sanctis : & vt audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione,& vt operiatur purpura & auro.

44 Et ne liceat vlli ex populo & ex Sacerdotibus irritum facere aliquid horum,& contradicere hiſquæ ab eo dicuntur, aut conuocare cõuentum in regione ſine ipſo , & veſtiri purpura, & vti fibula aurea.

45 Qui autem fecerit extra hæc,aut irritum fecerit aliquid horũ, reus erit.

46 Et complacuit omni populo ſtatuere Simonem & facere ſecundum verba iſta.

47 Et ſuſcepit Simon, & placuit ei vt ſummo Sacerdotio fũgeretur: & eſſet dux & princeps gentis Iudæorum & Sacerdotum, & præeſſet omnibus.

48 Et ſcripturam iſtam dixerũt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo Sanctorum in loco celebri:

49 Exemplum autem eorum ponere in ærario,vt habeat Simõ & filii eius.

Cap. XV.

1 ET miſit rex Antiochus filius Demetrii epiſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti & principi gentis Iudæorum,& vniuerſæ genti:

2 Et erant continentes hũc modum, Rex Antiochus Simoni ſacerdoti magno,& genti Iudæorum,ſalutem.

3 Quoniam quidam peſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum, volo autem vendicare regnum, & reſtituere illud ſicut erat antea:& electã feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas.

---

38 Pontificatum ei conſtabiliuit ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην conſtituit[aut confirmauit] ei ſummum Sacerdotiũ. Eas ob cauſas, κατὰ ταῦτα. Ad verbum,ſecundum hæc.id eſt propter has eaſdem cauſas commemoratas.

41 Donec Propheta certus exiſteret: ἕως τοῦ ἀναστῆναι προφήτην πιστόν donec exurgeret Propheta fidelis.aut verus,miſſus Diuinitus.Nam eo tẽpore & iam diu antea Prophetiæ deſierant. 42 Et qui muneribus,&c. καταστῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων. conſtituere eos[ſcilicet Iudæos]in operibus.qui conſtitueret,præponerétque officiis ac muneribus.

43 Cuiúſque imperio omnes par. καὶ ὅπως ἀκούσηται ὑπὸ πάντων & vt audiatur ab omnibus.vt omnes eum audiant,eique obediant.

44 Imperio eius contradicere, ἀντειπεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ῥηθησομένοις, reclamare iis quæ ab ipſo dicerentur.repugnare eius iuſſis & mandatis. Cœtus factioſos agitare iniuſſu eius, ἐπισυστρέψαι συστροφὴν ἐν τῇ χώρᾳ ἄνευ αὐτοῦ, habere conuentum in regione ſine eo.conuocare homines.cœtus clandeſtinos agitare.vt fit in coniurationibus,ac conſpirationibus.συστροφὴ idem quod σύστασις coitio factioſa,& conſpiratio.

45 Aliquid horum infregiſſet, ἀθετήσῃ τι τούτων, irritum feciſſet quicquam horum.reieciſſet.abrogaſſet.pro nihilo duxiſſet. Is culpa teneretur. ἔνοχος ἔσται. reus erit.culpæ obnoxius eſſet.vt ſeditioſus ac Reip.perturbator accuſaretur.

46 Simoni decernere στῆσαι σίμωνι conſtituere Simoni.ποιῆσαι κατὰ τοὺς λόγους τούτους,facienda iuxta huiuſmodi verba.Hoc plebiſcitum, aut decretum populi fuit de honoribus ornamentiſque Simonis his verbis perſcriptum.aut, in hanc ſententiam factum.

47 Libentérque conſ. καὶ εὐδόκησεν ſummáque voluntate amplexus eſt. non renuit aut repudiauit decretos ſibi à populo honores,ſed conſenſit. Summo Pontificatu fungi, ἀρχιερατεύειν, gerere Pontificatum.munus officiúmque obire ſummi Sacerdotis: eam poteſtatem exercere. 48 In pariete Sacrarium ambiente, ἐν περιβόλῳ τῶν ἁγίων in circuitu[aut,ambitu]Sanctorum. id eſt Sanctuarii. aut,Sacrarii.in pariete poſito in circuitu Sanctuarii.

IN CAPVT XV.

1 Literas In hanc ſententiam ſcriptas, καὶ ἦσαν περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον. Et erant continentes modum hunc.In hanc rationẽ erant ſcriptæ.Complectebantur huiuſmodi ſententiam.

3 Vt illud conſtituam,&c.ὅπως ἀποκαταστήσω αὐτὴν ὡς ἦν τὸ πρότερον, vt conſtituam[aut inſtaurem,reſtituam]illud vt erat prius.vt in priſtinum ſtatum redigam. Maximum militum,&c.ἐξενολόγησα πλῆθος δυνάμεων,collegi multitudinem exercituũ.ξενολογεῖν eſt propriè externos ac peregrinos milites colligere.Erant autem conductitii:itaque rectè vertitur,Conducere. Claſſem comparaui bell.κατεσκεύασα πλοῖα πολεμικά. paraui naues bellicas.id eſt claſſem ad bellum mari gerendum.

Volo autem procedere per regionem, vt vlciſcar in eos qui corruperunt regionem noſtrã, & qui deſolauerũt ciuitates multas in regno meo.

Nunc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas remiſerunt tibi ante me omnes Reges, & quæcũque alia dona remiſerunt tibi:

B Et permitto tibi facere percuſſurã proprii numiſmatis in regione tua:

Ieruſalem autem ſanctam eſſe, & liberam: & omnia arma quæ fabricata ſunt, & præſidia quæ cõſtruxiſti, quæ tenes, maneant tibi.

Et omne debitum Regis, & quæ futura ſunt Regi, ex hoc & in totum tẽpus remittuntur tibi.

Quum autem obtinuerimus regnũ noſtrum, glorificabimus te, & gentẽ tuam, & templum gloria magna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra.

Anno cẽteſimo ſeptuageſimo quarto exiit Antiochus in terram patrum ſuorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti eſſent cum Tryphone.

Et inſequut⁹ eſt eũ Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam.

Sciebat enim quòd congregata ſũt mala in eum, & reliquit eum exercitus.

C Et applicuit Antiochus ſuper Doram cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum.

Et circuiuit ciuitatẽ, & naues à mari acceſſerunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem ſinebant ingredi vel egredi.

Venit autem Numenius, & qui cũ eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epiſtolas Regibus & regionibus ſcriptas, in quibus continebantur hæc,

Lucius cõſul Romanorum, Ptolemæo regi ſalutem.

Legati Iudæorum venerunt ad nos amici noſtri, renouantes priſtinam amicitiam & ſocietatẽ, miſſi à Simone prĩcipe Sacerdotũ, & populo Iudęorũ.

Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille.

Placuit itaque nobis ſcribere Regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum: &
D vt non ferant auxilium pugnantibus aduerſus eos.

Viſum autem eſt nobis accipere ab eis clypeum.

Siqui ergo peſtilentes fugerint de regione ipſorum ad vos, tradite eos Simoni principi ſacerdotum, vt vindicet in eos ſecundum legem ſuam.

Hęc eadẽ ſcripta ſũt Demetrio regi,

4 ′Vt regionem adeam, eóſque vlciſcar″qui eam vaſtauerũt, multáſque regni ciuitates in ſolitudinem redegerunt.

5 Itaque omnes immunitates, quas″priores me Reges tibi conceſſerunt, eas nunc tibi confirmo, &″quaſcunque alias tibi penſiones remiſerunt:

6 Præterea permitto tibi ′vt monetam nota propria impreſſam conficias:

7 Hieroſolyma verò & Sacra libera ſint: vtque arma quæ paraſti omnia, munitionéſque quas extruxiſti ac obtines, tua maneant.

8 ′Quicquid etiam debetur Regi, ′aut poſthac deberetur, id omne tibi ſit remiſſum ac condonatum.

9 Vbi verò regnum noſtrum à nobis erit conſtitutum, gloria te magna, & gentem tuam, templúmque ornabimus, adeò vt gloria veſtra nobilis exiſtat in omni terra.

10 Anno centeſimo ſeptuageſimo quarto terram paternam ſuam ingreſſus eſt Antiochus, ad quem omnes copiæ confluxerũt, adeò vt perpaucæ apud Tryphonem remanerent.

11 Quúmque Antiochus rex eum perſequeretur, perfugit in Doram vrbem maritimam.

12 Videbat enim″conflata ſibi eſſe mala, & ſe ab exercitu deſtitutum ac deſertum.

13 Antiochus itaque caſtris ad Doram applicatis cum centum viginti millibus bellicoſorum peditum, & equitum octo millibus vrbem obſedit.

14 Eámque nauibus à mari oppugnantibus tam terra quàm mari ′premens, nec egredi vrbe quenquã, nec ingredi in eã patiebatur.

15 Interim Numenius eiúſque comites Roma rediere cum literis ad Reges″atque prouincias, quibus hæc ſcripta erant.

16 Lucius Romanorum conſul Ptolemæo regi ſalutem.

17 Legati Iudæorum, qui amici noſtri ſunt & ſocii, ad nos venerunt priſtinam amicitiam & ſocietatem renouatum, miſſi à Simone ſummo Pontifice, populóque Iudæorum.

18 A quibus etiã clypeus aureus mille minarum nobis allatus eſt.

19 Itaque viſum eſt nobis ad Reges nationéſque ſcribere,″ne vllis eos iniuriis appetant, aut vrbes regionémque ipſorũ oppugnent: néve oppugnantibus eos auxilia præbeant.

20 Clypeum verò ab illis accipiendum exiſtimauimus.

21 Siqui igitur′malefici perfugerunt ad vos, curate eos Simoni ſummo Pontifici tradendos, vt′in eos ſecundum legem ſuam animaduertat.

22 Hæc eadem ſcripta ſunt ad regem Demetriũ, ad Attalum, Ara-

Mittunt Romani epiſtolas ad Reges & regiones, ad Iudæorũ protectionem.

4 Vt regionem adeam, βούλομαι δὲ ἐκβῆναι κατὰ τὴν χώραν, Volo autem procedere per regionem. Accedere ad regionem regni mei. eam adire cum exercitu. Qui in ſolitudinem redeg. τοὺς ἠρημωκότας. qui deſolauerunt. aut, deſertas effecerunt multas ciuitates regni.

5 Priores me Reges οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς qui ante me fuerunt Reges. aut, regnarunt. qui me præceſſerunt. Quaſcũque alias, &c. ὅσα ἄλλα δόματα ἀφῆκάν σοι. quæcunque alia data [aut tributa] tibi remiſerunt. i. quæ à vobis tribui pendique ſolebant.

6 Vt monetam nota propria impr. confic. ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα. Ad verbum, facere percuſſionem proprium numiſma. id eſt percutere monetam, in eáque imprimere propriam notam. conſignare eam tuo nomine, aut ſigno proprio.

8 Quicquid etiam debetur Regi, καὶ πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν, & omne debitũ regium. Aut poſthac deberetur, ἢ ἐσόμενα βασιλικὰ ἀπὸ τοῦ νῦν, & quæ futura ſunt regia poſthac. 12 Conflata ſibi eſſe mala, ὅτι συνῆκται ἐπ᾽ αὐτὸν τὰ κακά, quòd congeſta [aut, collecta] in ſe eſſent mala & cumulata. συναγόμενα κακὰ quæ conducta ſunt atque vnum in locum hominémque comportata.

14 Premens, ἔθλιβεν, affligebat. vexabat. vel potius, arctiſſima & acerrima obſidione oppugnationéque premebat ac vrgebat.

15 Atque prouincias, καὶ ταῖς χώραις, & ad regiones. id eſt gentes nationéſque ſubiectas populo Romano, quæ prouinciæ dicebantur: populi in poteſtatem Romanorum relicti, qui eorum imperio tenebantur ac regebantur.

19 Ne vllis eos iniuriis appet. μὴ ἐκζητήσωσιν αὐτοῖς κακά, ne quærant eis mala. id eſt moliantur ac machinentur.

21 Malefici λοιμοὶ peſtilentes. improbi, facinoroſi, qui ſunt quaſi quædam vitæ humanæ peſtes. Significat impios ac ſceleratos homines qui patriam vexabant. In eos animad. ἐκδικήσῃ ἐν αὐτοῖς. Ad verbum, vlciſcatur in ipſis. id eſt pœnas de eis ſumat, eos puniat, ſicut iubent leges Iudaicæ.

then, Arſacem,

Atque in omnes regiones, ad Sampſamem, item & ad Spartiatas, in Delum, in Myndum, in Sicyonem, in Cariam, in Samum, in Pamphiliam, Lyciam, Halicarnaſſum, Rhodum, Phaſelidem, in Co, & Siden, Cortynam, atque Gnidon, & Cyprum, ac Cyrenen.

Exemplum autem eorum ad Simonem ſummum pontificem ſcriptum eſt.

Antiochus verò rex Doram ſecundò iam oppugnabat, aſſiduè manus admouens, admoliénſque machinas, & Tryphonem ″exitu ingreſſúque intercluſerat.

Miſſum à Simõne auxiliũ recuſans Antiochus, pactum rumpit.

″Cui Simõ duo millia electorum virorum ſubſidio miſit, ſimul etiam argentum & aurum, armamentáque plurima.

Verùm hæc ille accipere noluit, ſed irrita fecit quæ antea ei pactus fuerat omnia: atque ab eo abalienatus,

Athenobius legatus ab Antiocho ad Simonẽ.

Miſit Athenobium vnum ex amicis ſuis, ″qui cum eo his verbis ageret, Vos occupatis Ioppen & Gazaram, arcémque Hieroſolymis in vrbe regni mei:

Finibúſque earum deſolandis magnam terris cladem importaſtis: ″dominatum in multis regni mei locis obtinetis.

Nunc igitur vrbes quas occupaſtis, vnà cum vectigalibus locorum, quibus extra fines Iudææ dominamini, reddite.

Aut certè pro illis quingenta argenti talenta numerate: ″pro ea etiam calamitate quam vos regioni intuliſtis, ac vectigalibus locorum, alia quingenta talenta ſoluite: ″aut certè vos adorti bello profligabimus.

Venit ergo Athenobius amicus Regis Hieroſolymam, & ″magnificentiam Simonis videns, abacúmque cum vaſario aureo & argenteo, amplúmque apparatũ ſtupens, mãdata Regis ei retulit.

Cui reſpondens Simon, Neque terram, inquit, alienam occupauimus, nec quæ ſunt aliorum, obtinemus: ſed nos poſſeſſionẽ à parentibus traditam, ″ab hoſtibus ad tempus iniuſtè vſurpatam,

″Occaſionem nacti vendicauimus.

Nam de Ioppe & Gazara, ″quas petis, quanuis ipſæ populo noſtro cladem in regione noſtra magnam intulerint, pro illis tamẽ centum talenta perſoluemus. Ad hæc Athenobius ne verbo quidem reſpondit:

Cendebæũ mittit Antiochus cõtra Iudæam.

Sed cum indignatione ad Regem reuerſus, hæc dicta, ſimul & magnificentiam Simonis, & quæcunque ipſe vidiſſet, ei renũtiat. Rex itaque magna incenſus ira,

Quum Tryphon in nauim ſe conieciſſet, atque Orthoſiadem confugiſſet,

& Attalo, & Arabæ, & Arſaci,

23 Et in omnes regiones, & Sampſamæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicyoni & Cariæ, & Samũ & Pãphiliam & Lyciam, & Halicarnaſſum & Rhodũ & Phaſelida & Coo & Siden & Arado & Cortynam & Cnidum & Cyprum & Cyrenen.

24 Exemplum autem eorum ſcripſerunt Simoni principi ſacerdotum,

25 Antiochus autẽ rex applicuit caſtra in Doram ſecundò, admouens ei ſemper manus, & machinas faciens: & cõcluſit Tryphonẽ, ne procederet. E

26 Et miſit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vaſa copioſa.

27 Et noluit ea accipere, ſed rupit omnia quæ pactus eſt cum eo antea, & alienauit ſe ab eo.

28 Et miſit ad eum Athenobium vnũ de amicis ſuis, vt tractaret cum ipſo, dicens, Vos tenetis Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ eſt in Ieruſalem, ciuitates regni mei:

29 Fines eorum deſolaſtis, & feciſtis plagam magnã in terra, & dominati eſtis per loca multa in regno meo.

30 Nũc ergo tradite ciuitates quas occupaſtis, & tributa locorum in quibus dominati eſtis extra fines Iudææ.

31 Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminii quod exterminaſtis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingẽta: ſin autem, veniemus, & expugnabimus vos.

32 Et venit Athenobius amicus Regis in Ieruſalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copioſum, & obſtupuit: & retulit ei verba Regis. F

33 Et reſpondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terrã ſumpſimus, neque alienã detinemus: ſed hæreditatẽ patrũ noſtrorũ, quæ iniuſtè ab inimicis noſtris aliquo tẽpore poſſeſſa eſt.

34 Nos verò tempus habentes, vendicamus hæreditatẽ patrũ noſtrorum.

35 Nam de Ioppe & Gazara quę expoſtulas, ipſi faciebant in populo plagã magnam, & in regione noſtra: horũ damus talenta centum. Et non reſpõdit ei Athenobius verbum.

36 Reuerſus autem cum ira ad Regẽ, renuntiauit ei verba iſta, & gloriam Simonis, & vniuerſa quæ vidit: & iratus eſt Rex ira magna.

37 Tryphon autem fugit naui in Orthoſiada. G

25 Exitu ingreſſúque intercluſerat. συνέκλεισε τὸν τρύφωνα τοῦ μὴ εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι. concluſerat Tryphonẽ ne ingredi aut egredi poſſet. Significat acrem & accuratam obſidionem, omnem aditum exitúmque prohibentem.

26 Cui ſubſidio miſit, ἀπέστειλε συμμαχῆσαι αὐτῷ, qui ei auxiliarentur. aut auxilio eſſent. Hoc enim eſt officium ſociorum, qui propterea σύμμαχοι Græcè appellantur. 28 Qui cum eo his verbis ageret, κοινολογησάμενον αὐτῷ. colloquutum cum ipſo. Participium præteriti eſt temporis, quaſi qui communicaſſet cum ipſo Rege, atque ita conſilium communicatum ſermonémque habitum, id eſt mãdata, ad Simonem perferret. Sed melius eſt vt accipiamus præteritum pro futuro κοινολογησάμενον, pro κοινολογησόμενον, colloquuturum, aut acturum cum Simone, aut huiuſmodi mandata expoſiturum.

29 Dominatum in, &c. ἐκυριεύσατε τόπων πολλῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. dominati eſtis locis multis regni mei. id eſt dominationem occupaſtis.

31 Pro ea etiã calamit. &c. καὶ ἀπὸ τῆς καταφθορᾶς ἧς καταφθάρκατε, & pro vaſtatione [aut, vaſtitate] qua vaſtaſtis. ſubaudi regionem. id eſt importaſtis. Aut certè vos adorti bello profligabimus. εἰ δὲ μὴ, παραγενόμενοι ἐκπολεμήσομεν ὑμᾶς. ſin minus, aduenientes, vos expugnabimus. aut, debellabimus. bello agreſſi, conficiemus.

32 Magnificentiam δόξαν gloriam. id eſt μεγαλοπρέπειαν magnificentiam. cultum ac ſplendorem vitæ.

33 Ad hoſtibus ad tem. &c. ὑπὸ δὲ ἐχθρῶν ἡμῶν ἔν τινι καιρῷ ἀκρίτως κατεκρατήθη. ab hoſtibus verò noſtris in tempore aliquo iniuſtè occupata eſt. ἀκρίτως dicit pro ἀδίκως, iniquè & cum iniuria. nulla de cauſa, nec ratione.

34 Occaſionem nacti καιρὸν ἔχοντες opportunitatem habentes. tempus nacti opportunum.

35 Quas petis, ὧν αἰτεῖς quæ poſtulas. aut, flagitas. Sed puto legẽdum αἰτιᾷ ab αἰτιάομαι, quod inter alia ſignificata expoſtulare ac petere ſignificat.

Et conſtituit Rex Cendebæum ducē maritimum, & exercitum peditū & equitum dedit illi.

38 Cendebæum ′oræ maritimæ præfecit, copiáſque ei tum pedeſtres, tum equeſtres attribuit.

Et mandauit illi mouere caſtra cōtra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obſtruere portas ciuitatis, & debellare populum: Rex autem perſequebatur Tryphonem.

39 Eidem mandata dedit ′vt arma contra Iudæā moueret, Cedrō inſtauraret ac communiret portis, vt populum oppugnaret: ipſe verò Tryphonem perſequitur.

Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum & interficere, & ædificare Cedronem:

40 Venit ergo Cendebæus Iamniam, ′populúmque prouocare cœpit, ac Iudæam inuadere, tum ′captos agere homines ac cædere: extruxit etiam Cedron:

Et collocauit illic equites & exercitum: vt egreſſi perambularent viam Iudææ, ſicut conſtituit ei Rex.

41 Equitéſque ibi cōſtituit & copias, quæ ′excurſionibus itinera Iudææ (vt à Rege mandatum erat) peruaderent.

Cap. XVI.

1 ET aſcendit Iohannes de Gazaris, & nūtiauit Simoni patri ſuo quæ fecit Cendebæus.

Cap. XVI.

1 TVm Iohannes Gazara profectus, nuntiauit Simoni patri ſuo ′quæ Cendebæus egiſſet.

Cendebæus dux exercitus Antiochi, à filiis Simonis profligatur.

Et vocauit Simon duos filios ſuos ſeniores Iudam & Iohannē, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia vſque in hunc diem: & proſperatum eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties.

2 Quare Simon duos filios ſuos ′natu maiores Iudam & Iohannem vocauit, eíſque dixit, Ego & fratres mei, domúſque paterna ′bellum cum hoſtibus Iſraelis à iuuentute ad hodiernum vſque diem geſſimus: manibúſque noſtris fœliciter effectū eſt vt Iſrael ſæpe ſeruaretur.

Nunc autem ſenui, ſed eſtote loco meo & fratris mei, & egreſſi pugnate pro gēte noſtra: auxilium verò de cælo vobiſcum ſit.

3 At nunc ego conſenui, vos verò ′beneficio ætatis magnam habetis facultatem *de patria bene merendi*: ′vos ſubite in meam ac fratris mei vicem, & profecti ′pro gente noſtra pugnate: adſit autem vobis de cælo auxilium.

Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites, & profecti ſunt ad Cendebæū: & dormierunt in Modin.

4 Ergo delectis ex ipſa regione peditum bellicoſorū viginti millibus, atque equitibus, contenderunt aduerſus Cendebæum.

Et ſurrexerunt manè, & abierūt in campum: & ecce exercitus copioſus in obuiam illis peditum & equitum: & fluuius torrēs erat inter medium ipſorum:

5 Quúmque Modini pernoctaſſent, mane excitati, exibant in cāpum: quum ecce ′vis ingens tam peditum quàm equitum ſe illis offert. erat autem torrens inter vtroſque medius,

Et admouit caſtra cōtra faciem eorum ipſe & populus eius, & vidit populum trepidantem ad tranſfretandū

B torrentem, & tranſfretauit primus: & viderunt eū viri, & trāſierunt poſt eū.

6 Ad quem Iohannes cum ſuis caſtra poſuerat. quúmque videret populum traiicere torrentem formidare, primus ipſe trāſiit: quod vbi viderūt cæteri, ipſi quoque poſt eum ſinguli traiecerūt.

Et diuiſit populū, & equites in medio peditum. erat autē equitatus aduerſariorum copioſus nimis.

7 Tum exercitum diremit equitibus inter pedites intermediis. erat autem aduerſariorum perquam multus equitatus.

Et exclamauerunt ſacris tubis: & in fugam conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra eius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reſidui autem in munitionem fugerunt.

8 Verùm vbi claſſica cecinerunt, in fugam verſus eſt Cendebæus, ac eiuſdem exercitus: cæſíque ex illis multi occubuerunt, reliqui verò in munitiones confugerunt.

Tūc vulneratus eſt Iudas frater Iohannis: Iohannes autem inſequutus eſt eos, donec venit Cedronem quam ædificauit.

9 Ibi quum Iudas frater Iohannis vulnus accepiſſet, Iohannes fugiētes Cedronem vſque, quam ille inſtaurauerat, perſequutus eſt.

Et fugerunt vſque ad turres quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni: & ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace.

10 Quúmque perfugiſſent in arces in agro Azoti ſitas, igni ſuccendit ſingulas: & cæſis illorum viris ad duo millia, ſaluus in terram Iudaicam reuerſus eſt.

Et Ptolemæus filius Abobi conſtitutus erat dux in campo Iericho: & habebat argētum & aurum multum.

11 Erat autem Ptolemæus quidam Abubi filius ′agro Ierichuntino præfectus: qui quum auro argentóque abundaret,

Ptolemæus Abobi filius, Simonē cū duobus filiis in conuiuio interfecit.

38 Oræ maritimæ præfecit, κατέστησεν ὑπο στρατηγὸν τῆς παραλίας, conſtituit ducem oræ maritimæ. præpoſuit eum oræ maritimæ.

39 Vt arma contra Iudæam mou. παρεμβαλεῖν κατὰ πρόσωπον τῆς ἰουδαίας .i. vt arma ferret contra Iudæam. vt infeſto exercitu eā inuaderet.

40 Populúmque prouocare καὶ τὸν λαὸν ἐρεθίζειν & populum irritare. bello laceſſere. ad prælium prouocare. Captos agere homines, αἰχμαλωτίζειν τὸν λαὸν, captiuos homines abducere. Ad verbum, captiuum populum ducere, & cædere, φονεύειν. occidere. interficere.

41 Excurſionibus itinera Iudææ peruaderent. ἐκπορευόμενοι ἐξοδεύωσι τὰς ὁδοὺς τῆς ἰουδαίας. egreſſi incurſiones facerent per itinera Iudææ. graſſarentur. excurrerent.

IN CAPVT XVI.

1 Quæ egiſſet. ἃ συνετέλεσε. quæ confeciſſet. aut, patraſſet. vel, effeciſſet.

2 Natu maiores: πρεσβυτέρους· ſeniores. grandiores natu. Bellum cum hoſtibus geſſ. ἐπολεμήσαμεν τοὺς πολεμίους· bellauimus hoſtes. id eſt bellum geſſimus cum hoſtibus. 3 Beneficio ætatis, &c. ἐν τῷ ἐλέει ἱκανοί ἐστε ἐν τοῖς ἔτεσι, in miſericordia idonei eſtis ætate. Poteſt ita verti, benignitate Dei eos vigere ætate, ac valere robore corporis ad patriam adiuuandam. In iuuenibus enim vires corporis maiores ſunt. εὐβουλία in ſenibus, ἀνδρεία in iuuenibus requiritur & commendatur. Vos ſubite, &c. γίνεσθε ἀντ' ἐμοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ſitis pro me ac fratre meo. ſuccedite in locum noſtrum. ſuſcipite munus noſtrū, vt duces atque imperatores Iſraelis bella adminiſtretis, ac geratis. Itaque pater filios ſubſtituit in locū ſuum. Pro gente noſtra pug. ὑπερμαχεῖτε· pugnate pro gente noſtra. i. eius ſalutem defendite ac propugnate. Hoc enim ſignificat ὑπερμαχεῖν. 5 Vis ingens ſe, &c. δύναμις πολλὴ εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, exercitus multus in occurſum eis [obuiam eis] venit. 11 Agro Ierichuntino præfectus: καθεσταμένος στρατηγὸς εἰς τὸ πεδίον ἱεριχώ· conſtitutus dux in agro Iericho. ad cuſtodiam eius loci præpoſitus. aut, præfectus conſtitutus vt ei loco præeſſet.

Vt qui gener Summi ſacerdotis eſſet,

″Elatus animo, dominatũ regionis affectabat: &″dolos in Simonem eiúſque filios machinabatur animo, quibus eos tolleret.

Tum Simon quum″obiret vrbes regionis,″eíſque curandis intẽtus eſſet, Ierichuntem deſcendit ipſe cum Mattathia & Iuda filiis ſuis, anni cẽteſimi ſeptuageſimiſeptimi menſe vndecimo: qui mẽſis Sabat eſt.

Eis Abubi filius in″munitiunculam nomine Doch, quam ædificauerat, per dolum exceptis,″magnum cõuiuium apparauit. ″locarat autem certos in inſidiis.

Qúmque″Simon ac filii eius largius bibiſſent, coortus Ptolemæus eiúſque conſocii, armis ſuis arreptis irruerũt ad Simonem in conuiuium, & ipſum duóſque filios eius cum quibuſdã ſeruulis ipſius trucidarunt.

Hoc vbi″nefas ingens perpetrauit Ptolemæus, maláque pro beneficiis reddidit,

Scripſit de his, & miſit ad Regẽ vt auxilio ſibi copias mitteret, regionem ſe illorum & vrbes ei traditurum.

Alios autem Gazaram miſit qui Iohannem tollerent: atque ad tribunos literas dedit vt ad ſe venirent, ſe eis argentum & aurum, muneráque daturum.

Iohannes vitæ ſuæ inſidiantes interimit.

Miſit etiam alios Hieroſolymam, qui eam montémque templi occuparent.

Quum autem præcurriſſet quidam, & Iohanni interitum patris fratrúmque eius nuntiauiſſet, atque adeò miſſos eſſe qui ipſum quoque occiderent:

Ipſe″hoc nuntio vehementer perculſus, viros qui eum interfecturi venerant, comprehenſos occidit: cognouerat enim″ſe ad necem ab illis quæri.

Reliqua verò geſta Iohannis, nempe bella eius, fortiáque facta quæ præclarè geſſit, tum ædificium murorum quos extruxit, ac cæteræ illius res geſtæ,

Hæc, inquam, omnia″in hiſtoria Pontificatus eius ſcripta ſunt ″ab eo tẽpore quo ſummus Pontifex poſt patrẽ ſuum creatus eſt.

12 Erat enim gener ſũmi Sacerdotis.

13 Et exaltatũ eſt cor eius, & volebat obtinere regionem: & cogitabat dolum aduerſus Simonem & filios ei⁹, vt tolleret eos.

14 Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & ſolicitudinem gerens earum, deſcendit in Iericho ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, mẽſe vndecimo: hic eſt menſis Sabat.

C

15 Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiũculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis conuiuiũ magnũ, & abſcondit illic viros.

16 Et quũ inebriatus eſſet Simon & filii eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerũt in conuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quoſdã pueros ei⁹.

17 Et fecit deceptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis.

18 Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit Regi vt mitteret ei exercitũ in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa.

D

19 Et miſit alios in Gazaram tollere Iohãnem: & tribunis miſit epiſtolas vt venirẽt ad ſe, & daret eis argentũ & aurum, & dona.

20 Et alios miſit occupare Ieruſalem & montem templi.

21 Et præcurrens quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia periit pater eius, & fratres eius, & quia miſit te quoque interfici.

22 Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerãt perdere eum, & occidit eos: cognouit enim quia quærebant eũ perdere.

23 Et cætera ſermonum Iohannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter geſſit, & ædificii murorum quos extruxit, & rerum geſtarum eius,

24 Ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierũ Sacerdotii eius, ex quo factus eſt princeps Sacerdotum poſt patrem ſuum.

---

13 Elatus animo, ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, exaltatum eſt cor eius. id eſt elatus cùm abundantia pecuniæ, tum affinitate ſummi Sacerdotis ſoceri ſui, adiecit animum ad Iudææ dominatum. Dolos in Simonem, &c. ἐβουλεύετο δόλῳ κατὰ σίμωνος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, animo moliebatur dolum aduerſus Simonem & eius filios, vt eos tolleret. τοῦ ἆραι αὐτούς. conſilia necis eorum ſuſcipiebat & agitabat animo.

14 Obiret vrbes ἐφοδεύων τὰς πόλεις perãbulans [adiens] vrbes: vt ſcilicet eas inſpiceret, curámq; haberet, vt bonus princeps debet, ac ſolet. Eiſque curandis intẽ. eſſet, καὶ φροντίζων τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν, & habens curam earũ. Ad verbum, & ſolicitus de cura earum. affectus ſũma cura & ſolicitudine earum. 15 Munitiunculam ὀχυρωμάτιον præſidiolum. id eſt locum exiguum munitum, in quem excepit eos μετὰ δόλου cum dolo, qui ſpecie amici ac opipari conuiuii tegebatur. Magnum conuiuium appar. ἐποίησεν αὐτοῖς πότον μέγαν. fecit eis potationem magnam. id eſt conuiuium magnum. Ita enim משתה Hebræi vocant compotationem, vt Græci συμπόσιον. Locarat autem certos in inſid. καὶ ἐνέκρυψεν ἐκεῖ ἄνδρας. & abſcondit [occultauit] ibi viros. id eſt in inſidiis poſuit & collocauit.

16 Simon ac filii eius largius bibiſſent, ἐμεθύσθη σίμων καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, inebriatus eſt Simon ac filii eius. id eſt copioſius bibit: vt in conuiuiis in quibus maior hilaritas & copia potus conceditur, quàm in quotidianis atque ordinariis cœnis atque epulis.

17 Nefas ingens perpetrauit ἀθεσίαν μεγάλην ἐποίησε nefaſ magnum fecit. id eſt nefarium facinus deſignauit, vt ſocerum de ſe bene meritum occiderit. Dicitur etiam ἀθέμιτον ſcelus nefandum & impium. Quanquam ἀθεσία pro fraude & fallacia, mihi tamen non diſplicet, vt hoc loco pro ſcelere nefario accipiatur. nam idem eſt quod παράβασια præuaricatio.

22 Hoc nuntio vehementer perc. καὶ ἀκούσας, ἐξέστη σφόδρα, & quum audiſſet, attonitus eſt [aut, expauit] vehementer. ἔκστασις ſignificat pauorem & conſternationem animi, qualis ſolet accidere in terrore repentino. Se ad necẽ ab illis quæri. ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. quòd quærebant ipſum occidere. 24 In hiſtoria Pontificatus eius ἐπὶ βιβλίῳ ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ in libro dierum Pontificatus eius. aut, ſummi Sacerdotii eius. id eſt in annalibus qui ſunt compoſiti atque ſcripti de Pontificatu eius. Ab eo tempore quo, &c. ἀφ' οὗ ἐγενήθη ἀρχιερεύς. ex quo princeps Sacerdotum [aut, ſummus Sacerdos] factus eſt.

Lib. II. Machabæorum. Μακκαβαίων δεύτερος.

VETVS.

Cap.I.

Fratribus qui ſũt per AEgyptum Iudæis,ſalutem dicũt fratres qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi & qui in regione Iudæa,& pacem bonam.

Benefaciat vobis Deus,& meminerit teſtamẽti ſui(quod loquutus eſt ad Abraham, & Iſaac, & Iacob)ſeruorũ ſuorum fidelium:

Et det vobis cor omnibus vt colatis eum,& faciatis eius voluntatẽ corde magno & animo volenti.

Adaperiat cor veſtrum in Lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem.

Exaudiat orationes veſtras,& recõcilietur vobis,nec vos deſerat in tempore malo.

B Et nũc hic ſumus orãtes pro vobis.

Regnante Demetrio,anno centeſimo ſexageſimo nono,nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis annis,ex quo receſſit Iaſon à ſancta terra & à regno.

Portam ſuccenderunt,& effuderũt ſanguinem innocentem: & orauimus ad Dominum, & exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium & ſimilaginẽ, & accẽdimus lucernas, & propoſuimus panes.

Leuit.23.f.24 Et nunc frequentate dies Scenopegiæ menſis Caſleu.

Anno centeſimo octogeſimooctauo, populus qui eſt in Ieroſolymis & in Iudæa,Senatúſque & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemęi regis qui eſt C de genere chriſtorum Sacerdotum,& his qui in AEgypto ſunt Iudæis,ſalutem & ſanitatem.

De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipſi, vtpote q aduerſus talẽ Regẽ dimicauim⁹.

Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerunt contra nos & Sanctam ciuitatem.

Nam quũ in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo immenſus exercitus, cecidit in templo Naneæ, conſilio de-

NOVA EX GRÆCO TRALATIO.

Cap.I.

1 Fratribus AEgyptum incolentibus Iudæis, fratres qui ſunt Hieroſolymis & in Iudaica terra Iudæi, ſalutem *precantur* & ′fœlicem tranquillitatem.

2 Benefaciat vobis Deus ′memor fœderis ſui cum Abrahã Iſaac & Iacob ſeruis ſuis fidelibus conſtituti:

3 Eúmque vobis det omnibus animum quo ipſum colatis, ′eiúſque voluntati ſummo corde atque ſtudio obtemperetis.

4 Tum corda etiam veſtra ad Legem ſuã & præcepta aperiat, pacémque impertiat vobis:

5 Ac preces veſtras exaudiat,reconcilietur vobis,nec vos in tempore calamitoſo deſerat.

6 Ac nunc quidem nos hîc ſumus preces *ad Deum* pro vobis adhibentes.

7 Anno autem cẽteſimo ſexageſimo nono nos Iudæi ad vos ſcripſimus tum quum in calamitate verſaremur, ″& ea vi quæ nobis hiſce annis allata eſt, ex quo Iaſon ac ſocii eius à terra ſãcta atque à regno defecerunt:

8 Combuſſerúntque veſtibulum, & ſanguinẽ innoxiũ effuderũt. *Eo tempore* quum orauiſſemus Dominum,exauditi fuimus: & victimas,ſimilaginémque obtulimus, accendimus lucernas, & panes propoſuimus.

9 ″Quaꝑpter nũc vos dies Scenopegiæ mẽſis Chaſleu celebrate.

10 Anno centeſimo octogeſimo octauo, ″Hieroſolymitani & cæteri qui in Iudæa ſunt, ′Senatúſque ac Iudas, Ariſtobulo Ptolemæi regis magiſtro, ″ortóque ab vnctis Sacerdotibus,cæteríſque Iudæis in AEgypto degentibus″ſalutem atque incolumitatem.

11 Magnis à Deo periculis liberati, maximas ei gratias agimus ″æquè acſi Regem in acie viciſſemus.

12 Nam quum ipſe eos qui ſanctam vrbem oppugnarant, ′in Perſiam eduxiſſet,

13 Ipſe dux , exercitúſque eius qui ſuſtineri nõ poſſe videbatur, in templo Naneæ conciſus eſt ′dolo quo ſacerdotes ipſius Naneæ

Epiſtola Iudæorum habitantiũ Ieroſolymis ad eos qui in AEgypto,qua ſuper morte Antiochi Deo gratias agere eos adhortantur.

IN CAPVT I.

1 Fœlicem tranquil. εἰρήνην ἀγαθήν. bonam pacem.i.fœlicitatem.Nam Pacis nomine Hebræi ſignificant omnem bonum ac tranquillum vitæ ſtatum,ab amore & beneuolentia Dei conſtitutum.Verbum Precantur,nõ eſt in Græco:ſed in huiuſmodi ſalutationibus ſæpe ſubaudiendum eſt,quemadmodum licet videre in Paulinis Epiſtolis.

2 Memor fœderis ſui καὶ μνησθείη τῆς διαθήκης αὐτοῦ & recordetur pacti ſui.aut memor ſit.διαθήκην Græci vocant pactum & conuentũ,quod aliqui pepigerunt inter ſe.Hebræi ברית fœdus appellant. 3 Eiúſque volun.obtẽ. καὶ ποιεῖν αὐτοῦ τὰ θελήματα, & faciatis eius volũtates.i. placita eius exequamini.Et addit καρδίᾳ μεγάλῃ καὶ ψυχῇ βουλομένῃ corde magno & animo volente.i. ſumma animi alacritate ac promptitudine. aut,ſummo animi ſtudio & voluntate. 7 Et ea vi καὶ τῇ ἀκμῇ & eo impetu.aut,violentia.incurſu hoſtiũ infeſto,qui nos grauiſſimè afflixit & propè oppreſſit. Accipitur enim ἀκμὴ hoc loco pro acri & vehementi malorũ,aut hoſtiũ incurſione,ſiue pro quodã incremẽto,quo mala ſuũ habent vigorẽ & vim. 9 Quapropter nũc celeb. καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας Et nunc vt agatis dies. Videtur ſubaudiẽdũ eſſe verbum Scripſimus,aut miſimus,quo antea vſus eſt. ἄγειν ἡμέραν dicunt Græci pro Feſtũ diem agere ac celebrare,ſolennémque habere.Paulus ἑορτάζειν dicit 1.Cor.5.c.8. 10 Hieroſolymitani οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ii qui ſunt Hieroſolymis.aut,incolæ Hieroſolymæ & Iudææ.Caput enim totius regionis erat Hieroſolyma,itaque ciues eius primi nominantur. Senatus ἡ γερουσία à ſenibus appellatur,quaſi ſenum cœtus ac conuentus.πρεσβύτεροι ſeniores ſæpe nominantur in Scriptura:quorum eſt ἡ βουλία conſilii prudentia & authoritas. Ortóque ab vnctis Sacerd. ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν χριστῶν ἱερέων γένους, qui eſt de vnctorũ Sacerdotum genere.qui non ſolũ erat Iudæus, ſed à ſancto Sacerdotũ genere ortus:qui ſummus erat ordo in toto populo. Salutem,&c. χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν. gaudere & ſaluere.aut,ſanum eſſe precatur.Forma ſalutandi Græcis vſitata,qua lætitiam & valetudinem commodam precantur.Latini ſalutem,Chriſtiani pacem exoptant.

11 AEquè acſi Regem,&c.ὡς ἂν πρὸς βασιλέα παρατασσόμενοι. quaſi contra Regẽ dimicãtes.i.non aliter quàm ſi acie inſtructi eũ ſuperauiſſemus & cõfeciſſemus. Fuit autem interfectus Antiochus in Perſide abſentibus Iudæis.Id beneficium Dei non minus agnoſcunt,quàm ſi opera ipſorũ in bello vſus fuiſſet. 12 In Perſiam edux. ἐξέβρασεν εἰς Περσίδα. Ad verbũ,ebullire[atque efferueſcere] fecit in Perſidem.id eſt emiſit ac eduxit è regno ſuo in alienam regionem.

13 Dolo παραλογισμῷ deceptione & fallacia.inſidioſa ratione quam Sacerdotes illi adhibuerunt. Eſt autem propriè παραλογισμὸς captioſa & fallax ratio ſpeciem quandam veri habens ad fallendum inſtituta.Hîc ad inſidias accommodatur.

vſi fuerunt.

14 Nanque Antiochus″ quaſi cum illa habitaturus, eum in locũ cũ amicis ſuis venit, ″vt dotis nomine pecunias acciperet.

15 Quas quum ſacerdotes Naneæ propoſuiſſent, illéque cum paucis ad ambitum delubri acceſſiſſet, occluſo poſt ingreſſum ipſum templo,

16 Apertóque ″laquearis occulto oſtio, coniectu lapidum ″quaſi fulminantes, ducem *cum ſuis* obruerunt, ″confectóſque membratim amputatis capitibus″ foras proiecerunt.

17 Per omnia″ celebrandus eſt Deus, qui *ſupplicio* impios tradidit.

18 ″Celebraturi igitur die mẽſis Chaſleu quinta & viceſima purificationem templi, ſignificãdum id vobis iudicauimus: vt vos quoque agatis quaſi ſolennem diẽ Scenopegiæ & ignis quo Neemias templo altaríque ædificato ſacrificium obtulit.

De igne in puteo abſcondito.

19 Nam quum patres noſtri ducerentur in Perſiam, qui tum pii ſacerdotes erãt, acceptam ignis ab altari partẽ″ in cauerna putei locũ ſiccum habente clàm abſconderunt: tutóque ita repoſuerũt, vt locus ille omnibus ignotus eſſet.

20 Elapſis autem multis annis, vbi Deo viſum eſt, dimiſſus à Rege Perſiæ Neemias, nepotes ſacerdotum illorum qui ignem abdiderant, miſit ad eum requirendum: qui″ vt nobis retulerũt, quũ non ignem, ſed aquam craſſam inueniſſent,

21 Iuſſit vt haurirent eam, & afferrent: deinde iis quæ ad ſacrificia pertinebant, aræ impoſitis, iuſſit Neemias ſacerdotes aqua tam ligna quàm quæ iiſdem erant impoſita, perfundere.

22 Quod vbi factum eſt, ″atque interpoſito aliquo temporis ſpatio ſol antea″ nubibus obductus effulſit, ignis ingẽs exarſit, ″adeò vt omnes caperet eius admiratio.

23 Interea dum ſacrificium conſumebatur, tam ſacerdotes quàm omnes alii precationem faciebant, ″verba præeunte Ionatha, cæteríſque exemplo Neemiæ ſubſequentibus.

24 ″Erat autem oratio hunc in modum inſtituta, Domine, Domine Deus, qui creator es omnium terribilis, potens, iuſtus, miſericors: qui Rex ſolus es & benignus,

ceptus ſacerdotum Naneæ.

14 Etenim cũ ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperet pecunias multas dotis nomine.

15 Quúmque propoſuiſſent eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitũ phani, clauſerunt templum.

16 Quum autem intraſſet Antiochus, apertóque occulto aditu templi, mittentes lapides percuſſerũt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiſerunt membratim: & capitibus amputatis foras proiecerunt. D

17 Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios.

18 Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Caſleu, purificationem tẽpli, neceſſarium duximus ſignificare vobis: vt & vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & diem ignis qui datus eſt quando Nehemias ædificato tẽplo & altari obtulit ſacrificia.

19 Nam quum in Perſidẽ ducerentur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus.

20 Quum autẽ præteriſſent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à Rege Perſidis: nepotes ſacerdotum illorum qui abſconderant, miſit ad requirẽdum ignem: & ſicut narrauerunt nobis, nõ inuenerunt ignẽ, ſed aquam craſſam. E

Leui. 10. a. 2

21 Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia quę impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpgi ipſa aqua, & ligna quæ erant ſuperpoſita.

22 Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.

23 Orationem autem faciebant omnes ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium, Ionatha inchoante, cæteris autem reſpondentibus.

24 Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum, Domine Deus omniũ creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors: qui ſolus es bonus Rex, F

14 Quaſi cum illa hab. ὡς γὰρ συνοικήσων αὐτῇ, quaſi enim cohabitaturus ei.i. victurus cum ea in matrimonio. aut, eam vxorem ducturus. Nam hoc nomine cohabitationis coniugium ſignificatur & conſuetudo coniugalis, & huiuſmodi coniunctio qua homo, relictis etiam parentibus, adhæret vxori ſuæ. Vt dotis nomine εἰς φερνῆς λόγον in ratione dotis.i. pro dote, aut loco dotis. φερνὴ enim dicitur dos & ea quæ ab ſponſa marito dantur. Aliquando etiã hoc nomen ad ea quæ ab ſponſo conferuntur ac tribuũtur, pertinet. hinc φερνίζειν, pro dotare aliquẽ aut aliquã, Exo. 22. c. 16. 16 Laquearis φατνώματος .i. ſumma tẽpli parte, in qua tectũ laqueatũ exculptúmque erat: ibi oſtium erat occultum, quo aperto, maximam vim lapidum in Antiochum coniecerunt, atque eum obruerunt. Quaſi fulminantes, &c. βάλλοντες πέτρους συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα, iacientes lapides fulminando percuſſerunt ducem. i. inſtar fulminis ſummáque vi lapides è ſuperiore loco coniicientes, eum confecerunt. Confectóſque memb. καὶ μέλη ποιήσαντες & membra quum feciſſent.i. quum eos concidiſſent ac diſcerpſiſſent. in partes & fruſta concidiſſent. Foras proiecer. τοῖς ἔξω παρέρριψαν. his qui extra erant, proiecerunt.

17 Celebrandus eſt Deus, εὐλογητὸς ὁ θεός, benedictus Deus. id eſt prædicandus & laudandus: omni laude ac prædicatione extollendus. Subiungit cauſam, ὃς ἔδωκε τοὺς ἀσεβήσαντας, qui dedit impios: pœnis ſcilicet iuſtis ac debitis afficiendos.

18 Celebraturi, &c. μέλλοντες ἄγειν τὸν καθαρισμὸν τοῦ ἱεροῦ, Acturi purificationem templi. aut, expiationem, qua templum ab inquinamentis Gentium fuit expurgatum & luſtratum, aut ſanctificatum, & Deo rurſus conſecratum.

19 In cauerna putei ἐν κοιλώματι φρέατος in concauitate putei. in parte infima & concaua, καὶ ἀνύδρῳ & non aquoſa. quæ aqua erat vacua & ſicca. Eo in loco ad cuſtodiam, ſiue tutelam ignis ſacri accommodato, eum abdiderunt.

20 Vt nobis retul. ὡς διεσάφησαν ἡμῖν, vt nobis narrauerunt. aut, demonſtrarunt, & expoſuerunt, & declararunt.

22 Atque interpoſito, &c. καὶ χρόνος διῆλθεν & tempus tranſiit. id eſt mora aliqua interceſſit. aut, interpoſita fuit: qua ſol antea tectus nubibus, refulſit. Nubibus obductus ἐπινεφὴς nubilus. aut, obnubilatus. nubibus occultatus ac tectus. impeditus quominus luceret. Adeò vt omnes caperet eius admir. ὥστε θαυμάσαι πάντας. ita vt omnes admirarentur. tum ſolem relucere, tum flammam ſubitam ex aquæ aſperſione exiſtere. ea res omnibus ſummam admirationem afferebat.

23 Verba præeunte Ionatha, καταρχομένου ἰωνάθου, inchoante [aut, incipiente] Ionatha. Is enim exordiebatur, verbáque orationis concepta primus pronuntiabat: cæteri omnes voce, eius orationem ſequebantur, aut reſpondebant & acclamabant, ſignificantes hoc modo conſenſum in orando: vt quum reſpondebatur ab vniuerſo populo, amen: quæ particula affirmationem quandam atque aſſeuerationem adhibitæ precationis continebat. Verbum Græcum quo vſus eſt author, eſt ἐπιφωνεῖν, quod exclamare acclamaréque ſignificat: idem aliquando quod ὑποφωνεῖν, reſpondere alteri in orando ac precando. Prior ſenſus mihi aptior videtur, vt præeuntem ſummum Sacerdotem cæteri ſubſequuti fuerint: vt hoc modo non ſolùm eodem corde, ſed etiam vno & eodem ore precati ſint.

24 Erat autem oratio, &c. ἦν δὲ προσευχὴ τὸν τρόπον ἔχουσα τοῦτον, Erat autem oratio modum habens hunc. in hanc formam rationémque adhibebatur. aut, erat huiuſmodi.

25 Solus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotēs, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti Patres electos, & ſanctificaſti eos:

26 Accipe ſacrificiū pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partem tuā & ſanctifica.

27 Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſeruiunt Gētibus, & cōtemptos & abominatos reſpice: vt ſciant Gentes quia tu es Deus noſter.

28 Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in ſuperbia.

Deut.30.a.5

29 Conſtitue populum tuum in loco ſancto tuo, ‖ſicut dixit Moyſes.

30 Sacerdotes autē pſallebāt hymnos vſquequo conſumptū eſſet ſacrificiū.

G

31 Quum autem conſumptum eſſet ſacrificium, ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi.

32 Quod vt factum eſt, ex eis flamma accenſa eſt: ſed & ex lumine quod refulſit ab altari, conſumpta eſt.

33 Vt verò manifeſtata eſt eis, renuntiatum eſt regi Perſarum quòd in loco in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt ſacrificia.

34 Conſyderans autem Rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum vt probaret quod factum erat:

35 Et quū probaſſet, ſacerdotib⁹ donauit multa bona, & alia atq; alia munera, & accipiēs manu ſua, tribuebat eis.

36 Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio: vocatur autem apud plures Nephi.

Cap. II.

Ierem.29.b

1 INuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iuſ-

25 ʹSolus liberalis, ſolus iuſtus, omnipotens, atque æternus, qui Iſraelem ex omni malo liberas, ʺqui elegiſti Patres *noſtros*, ʹeóſque ſanctificaſti:

26 Suſcipe ſacrificium pro vniuerſo populo tuo Iſraele tibi oblatum, ʹportionem conſerua tuam, & conſecra.

27 ʹRecollige diſperſionem noſtram, libera eos qui inter Gētes ſeruiunt, ʺſpretos atque execratos reſpice: vt Gentes te Deum eſſe noſtrum cognoſcant.

28 Afflige eos qui nos opprimunt, acʹcontumelioſè ſuperbéque affligunt.

29 Et quēadmodū Moyſes dixit, ʹplanta tuū populū in ſancto loco tuo.

30 Sacerdotes autemʺhymnos canebant.

31 Quúmque conſumpto ſacrificio reliqua ſupereſſet aqua, Neemias lapides maiores ea perfundi iuſſit.

32 Hoc vbi factum eſſet, exarſit flamma, quæ lumine ab altari refulgente conſumpta eſt.

33 Vt autem palàm facta res eſt, Regíque Perſarū relata, in loco quo ʹabducti in exilium ſacerdotes ignem abdidiſſent, ʹaquam eſſe inuētam, qua etiam ʹNeemias cum ſuis ſacrificia conſecraſſet:

34 Rem approbans Rex, locum circumſeptumʺſacroſanctum reddidit,

35 ʺLiberalitate ſua multos ſumptus inſumens & impendens.

36 Cæterùm appellauit eum locum Neemias Ephthar, quod interpretatur luſtratio: vocatur autem apud multos Nephthar.

Cap. II.

1 EʺSt autem proditum monumētis literarū, Ieremiam prophetā

Quo pacto occultarit Ieremias tabernaculum, arcam & altare in monte.

25 Solus liberalis, μόνος χορηγὸς, ſolus ſuppeditans[aut, ſubminiſtrans & ſuggerens]omnia bona hominibus. ad verbum, ſolus ſuppeditator. ſubminiſtrator, ac prouiſor. Quidam vertunt, ſufficiēs: quod poteſt recipi, ſi Sufficere accipiatur pro Suppeditare: quod verbum maximè conuenit Deo, qui eſt author & largitor bonorum omnium hominibus, & quaſi quidam choragus. Liberalis hunc ſenſum aliquo modo exprimit: verſatur enim liberalitas in dando & largiendo. Qui elegiſti Pat. noſt. ὁ ποιήσας τοὺς πατέρας ἐκλεκτοὺς, qui feciſti Patres electos. aut, ſelectos. id eſt ex vniuerſo hominum genere delegiſti, & vocaſti. Hoc autem verbum ſingularem Dei gratiam commendat, qui(vt ait Moſes)Patres eorum dilexit, & elegit. Eóſque ſanctificaſti: καὶ ἁγιάσας αὐτοὺς· &[ſanctificaſti eos. ſanctos eos reddidiſti. aut, tibi conſecraſti. quum ex media hominum colluuione ſegregatos, eos vocaſti, vt eſſent populus tibi peculiaris, vt te colerent.

26 Portionem conſerua tuam, διαφύλαξον τὴν μερίδα σου, cuſtodi partem tuam. id eſt populum tuum, qui vt portio tua & hæreditas tibi obuenit. Eſt autem hæreditas chara & pretioſa. Quidam vertunt, obuentionem. Quemadmodum autem Deus dicitur eſſe noſtra portio atque hæreditas, ita nos illius quoque eſſe dicimur. Sumus enim ab eo electi ac vocati, vt ſimus eius quaſi quoddam peculium. Itaque ſubiūgit, καὶ καθαγίασον & ſanctifica. id eſt tibi ſanctos conſerua. ne ſinas profanari ac pollui inter Gentes.

27 Recollige diſperſionem noſtrā, ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν, congrega[aut, collige]diſperſionem noſtram. id eſt Iudæos fratres noſtros per Gentes diſperſos ac diſſipatos. Hoc autem Deo in Scriptura ſæpe tribuitur, vt ſuos ſparſos vagóſque per orbem recolligat, vnúmque in locum corpúſque Eccleſiæ reſtituat, omnéſque ſub ſe coniungat. Spretos atque exer. ἐξουθενημένους καὶ βδελυκτοὺς contemptos & deſpicabiles, & abominabiles atque execrabiles mundo, qui eos deſpicit ac pro nihilo ducit, abhorrens ab his vt abominandis atque execrādis. Hæc eſt conditio piorum in mundo, quædam quaſi περιψήματα καὶ καθάρματα.

28 Contumelioſè ſuperbéque afflig. ἐξυβρίζοντας ἐν ὑπερηφανίᾳ, per ſuperbiam iniurioſos. ὕβρις ſignificat iniuriā cum petulantia contumeliáque coniunctā, qualis plerunque ſolet eſſe in potentibus ac diuitibus, qui ὑβρισταὶ(vt ait Ariſtoteles) plerunque ſunt, id eſt apertius & petulantius, improbiuſque iniurioſi ac contumelioſi in tenuiores. Hinc ἐξυβρίζειν verbum, quod iniuriam cum ludibrio irriſionéque coniūctam ſignificat. De huiuſmodi hominibus querela eſt, Pſal. 123.a.3, Miſerere noſtri Domine, quia multùm ſaturati ſumus deſpectione. Multùm ſaturata eſt ſibi anima noſtra ſubſannatione opulentorum, deſpectione ſuperborum.

29 Planta tuum populum καταφύτευσον τὸν λαόν σου, id eſt conſtituas & conſtabilias eo in loco, in quo antea expulſis Gētibus eos plantaueras: quemadmodum eſt in Pſalmo 44.a.3, Tu manu tua Gentes expuliſti, & plantaſti eos. Moſes Deut.30.a.3, hoc verbo plantare non vtitur, ſed aliis verbis ſignificat Dominum recollecturum ab exilio, ac reſtituturum ſuos in eam terram quam ipſis dederat, ſi in ea captiuitate ſua peccata recognoſcentes, ad eum toto corde conuerterentur.

30 Hymnos canebant. ἐπέψαλλον τοὺς ὕμνους. pſallebant hymnos. id eſt laudes Dei canebant. Eſt enim hymnus canticum εὐχαριστικὸν ad gratiarum actionem ac laudem Dei inſtitutum. 33 Abducti in exilium οἱ μεταχθέντες tranſlati. id eſt qui tranſmigrauerant è patria Babylonem. Ita enim vocatur huiuſmodi μετοικισμὸς, Hebraicè migratio aut tranſmigratio גלות, & הגלה tranſlatus eſt μετήχθη.

Aquam eſſe inuentam, ὅτι τὸ ὕδωρ ἐφάνη, quòd aqua apparuiſſet. id eſt reperta fuiſſet in loco antea ſicco. Neemias cum ſuis, &c. οἱ περὶ τὸν νεεμίαν ἥγνισαν τὰ τῆς θυσίας, hi qui circa Neemiam purgaſſent ſacrificium. id eſt Neemias purificaſſet ac ſanctificaſſet ſacrificium. Forma loquendi eſt Græca οἱ περὶ τὸν σωκράτην, pro Socrates: quanquam hic poteſt comprehendere reliquos eius ſacrificii adminiſtros, & Neemiæ adiutores. 34 Sacroſanctum reddidit, ἱερὸν ἐποίησεν, ſacrum fecit. aut, conſecrauit. qui antea erat puteus profanus, in eo quādam Dei venerationem ac religionem eſſe voluit. 35 Liberalitate ſua multos, &c. καὶ οἷς ἐχαρίζετο ὁ βασιλεὺς, πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε, καὶ μετεδίδου. & quibus gratificabatur Rex, multa varia accipiebat, & diſtribuebat. id eſt quos gratia ſua & liberalitate cōplectebatur, iis multa & varia per manus ſuas largiebatur. aut, quibus Sacerdotibus liberaliter largiebatur, multáque & varia inſumebat atque impendebat. Locus iſte videtur aliquantum eſſe deprauatus. Verbum autem ἐλάμβανε poteſt ita reddi, multa & varia accepta manibus ſuis diſtribuebat, elargiebatur, erogabat: vt ſignificet ipſum Regem eam per ſe beneficentiam exercuiſſe & contuliſſe.

IN CAPVT II.

1 Eſt autem proditum monumētis literarum, εὑρίσκεται δὲ ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς, inuenitur autem in deſcriptionibus, id eſt in hiſtoriis, in quibus res geſtæ ſunt perſcriptæ, atque literis mandatæ. Poſtea vocat ἀναγραφὰς, aliquando γραφὰς ſcripturas. Itaque ſic verti poteſt, Extat autem in monumentis. aut, proditum eſt literis.

iuſſiſſe, vt 'qui ibant exulatum, ignẽ acciperent, vt declaratũ eſt: ſicut etiam iiſdem in exilium abeuntibus idẽ Propheta mãdauit,

2 Legem ipſis tradens, ne obliuiſcerẽtur præceptorum Domini, neque 'deciperentur animis, quum aurea argẽteáque ſimulachra, eorúmque ornatum viderent.

3 Atque alia huiuſmodi præcipiẽs, admonebat 'ne Lex eorum animis excideret.

4 'Illud etiam proditũ extat, vt Tabernaculum & Arcam Propheta edito ſibi oraculo, ſequi iuſſerit. quúmque perueniſſet in montem, in quem Moſes quum aſcendiſſet, poſſeſſionem Domini cõtemplatus eſt:

5 Progreſſúſque Ieremias 'conformatum in antrum domicilium reperiſſet, "intulerit eò Tabernaculum & Arcam & Aram ſuffimẽti, atque oſtium obſtruxerit.

6 Deinde vt quidam 'notandæ viæ cauſa quum eodem vnà conſequuti acceſſiſſent, locum deprehendere non potuerint:

7 Vtque ea re cognita, increpãs eos Ieremias, dixerit ignotum fore illum locum, donec Deus recollegerit multitudinem populi, ac placatus fuerit.

8 'Tum denique Dominum illa oſtenſurum, gloriámque eius cũ nube apparituram, quemadmodum & tempore Moſis apparuit, & ſicut Solomon petiit vt locus magnificè conſecraretur.

9 'Etenim apertè traditum eſt qua ille ſapientia præditus, "ſacrificium templi dedicati perfectíque obtulerit.

10 Quemadmodum Moſes precatus eſt ad Dominũ, & ignis deſcendit de cælo, qui ſacrificium conſumpſit: ita quum Solomon quoque oraſſet, demiſſus ignis 'holocauſta depaſtus eſt.

11 Dicit autem Moſes, "quia factum pro peccato ſacrificium non eſt comeſtum, ideo conſumptum eſſe.

12 Eodem modo & Solomon octo dies illos celebrauit.

13 Memorantur autem in 'monumentis literarum & commentariis Neemiæ hæc eadem, atque etiã vt 'bibliothecam conficiẽs, in eam ſcripta de Regibus & Prophetis, & quæ Dauidis ſunt, itémque epiſtolas Regum de conſecrandis donariis coniecerit.

14 Qualia Iudas etiam ea quæ propter bellum nobis illatum interciderant, omnia recollegit. & extant apud nos.

15 Quorum quidem ſi indigetis, mittite qui ad vos perferant.

16 Nũc quidem purificationẽ celebraturi, ad vos ſcripſimus: quapropter rectè feceritis ſi vos quoque 'eoſdem dies feſtos obeatis.

ſit eos ignem accipere qui tranſmigrabantur, vt ſignificatum eſt, & vt mandauit tranſmigratis:

2 Et dedit illis Legem ne obliuiſcerẽtur præcepta Domini, & non exerrarent mentibus, videntes ſimulchra aurea & argentea, & ornamenta eorũ.

3 Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur ne Legem amouerẽt à corde ſuo.

4 Erat autem in ipſa Scriptura quomodo Tabernaculum & Arcam iuſſit Propheta diuino reſpõſo ad ſe facto, comitari ſecũ, vſquequo exiit in mõtem, ‖in quo Moyſes aſcẽdit, & vidit Dei hæreditatem. Deut.34.a.1

5 Et veniens ibi Ieremias, inuenit locum ſpelũcæ: & Tabernaculum, & Arcam, & Altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit.

B

6 Et acceſſerunt quidam ſimul qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum: & non potuerunt inuenire.

7 Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat.

8 Et tũc Dominus oſtẽdet hæc, & apparebit maieſtas Dñi, & nubes erit ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut quũ Salomõ petiit vt loc⁹ ſãctificaretur magno Deo, manifeſtabat hæc.

9 Magnificè etenim ſapientiam tractabat: & ſapientiã habẽs, |obtulit ſacrificiũ dedicationis, & conſummationis templi. 2.Reg.8.a.5. & g.62

10 ‖Sicut & Moyſes orabat ad Dominũ & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum: ſic‖ & Salomon orauit, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum. Leuit.10.d.14 2.Paral.7.a.1

C

11 Et dixit Moyſes, ‖eo quòd nõ ſit comeſtum quod erat pro peccato, & cõſumptum eſt. Leuit.10.d.16

12 Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem.

13 Inferebãtur autẽ in deſcriptionib⁹ & cõmẽtariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter conſtruens bibliothecam, cõgregauit de Regibus libros & Prophetarum & Dauid, & epiſtolas Regum, & de donariis.

14 Similiter autẽ & Iudas ea quæ deerãt per bellũ quod nobis acciderat, cõgregauit omnia, & ſunt apud nos.

15 Si ergo deſideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16 Acturi itaque purificationem, ſcripſimus vobis: bene ergo facietis ſi egeritis hos dies.

Qui ibant exulatum, τοῖς μεταγινομένοις, eos qui tranſmigrabant. aut, tranſmigrabantur. aut, qui Babylonem traducebantur. τοὺς μετενεχθέντας antea vocauit. 2 Deciperentur animis, ἀποπλανηθῶσι ταῖς διανοίαις, aberrarent mentibus. fallerentur. errore animi in eorum ſuperſtitiones inducerentur, externa ſpecie ſimulachrorum falſi ac decepti.

3 Ne Lex eorum, &c. μὴ ἀποστῆναι τὸν νόμον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν. ne recederet Lex à corde eorum. vt eam infixam animo conſeruarent.

4 Illud etiam proditum extat, ἦν δὲ ἐν τῇ γραφῇ, erat autem in ſcriptura. id eſt in iiſdem ſcriptis, aut monumentis. Illud quoque literis mandatum legitur. 5 Conformatum in antrum domicil. οἶκον ἀντρώδη domum ſpecuoſam & cauernoſam. Locus abditus erat ἀντροειδὴς inſtar antri, aptus ad abſcondendam arcam.

6 Notandæ viæ cau. ὥστε ἐπισημειώσασθαι τὴν ὁδὸν vt notarẽt [aut, deſignarẽt] viã. ſignis appoſitis locũ facilius inuenire atque adire poſſent.

8 Tum denique καὶ τότε Et tum. tum demum. aut, tum verò Dominũ ea monſtraturum quũ populũ ex miſerãda diſperſione collegerit.

9 Etenim apertè trad. eſt, διεσαφεῖτο δὲ, demonſtratum. aut, declaratum eſt. ſcilicet in iiſdem libris ſcriptis. aut, hiſtoriis ſacris eſt proditum. διασαφεῖν eſt planum facere, explicare, verbum narrationi conueniens. Sacrificium templi ded. perf. obtu. ἀνήνεγκε θυσίαν ἐγκαινισμοῦ καὶ τῆς τελειώσεως τοῦ ἱεροῦ. ſacrificium dedicationis & conſummationis [aut, perfectionis] templi obtulerit. atque ita conſecrarit.

10 Holocauſta depaſtus eſt. ἀνήλωσε τὰ ὁλοκαυτώματα. conſumpſit holocauſta. ita nominata quòd huiuſmodi ſacrificia planè conſumerentur igni, nec quicquam reſeruaretur. 11 Quia factum pro pec. &c. διὰ τὸ μὴ βεβρῶσθαι τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνηλώθη, eo quòd non eſt comeſtum quod erat pro peccato, abſumptum eſt. 13 Monumentis literarum & com. Neem. ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς καὶ ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν in ſcriptionibus & commentariis ſecundum Neemiam. id eſt qui ab eo ſcripti ſunt, vt Euangelium κατὰ Ματθαῖον ſecundum Matthæum, id eſt cuius Matthæus ſcriptor eſt. Bibliothecam conficiens, καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην, conſtruens [& parans] bibliothecam. ad librorum cuſtodiam, vt ita diligenter aſſeruarentur, ne interirent vt antea.

16 Eoſdem dies feſt. obe. ἄγοντες τὰς ἡμέρας. agentes dies. id eſt celebrantes, vt dies feſtos ac ſolennes. Hoc enim ſignificat ἄγειν ἡμέραν καὶ ἑορτὴν, intermiſſis negotiis celebrare.

D Deus autem qui liberauit populũ ſuum, & reddidit hæreditatem omnibus, & Regnũ & Sacerdotium, & Sãctificationem,

Deut.30.a.5 |Sicut promiſit in Lege, ſperamus quòd citò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cælo in locũ ſanctũ.

Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit.

De Iuda verò Machabæo & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione:

Sed & de prælijs quæ pertinent ad Antiochum Nobilem & filium eius Eupatorem:

Et de illuminationibus quæ de cælo factæ ſũt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionem cum pauci eſſent, vindicarẽt, & barbaram multitudinem fugarent: E

Et famoſiſſimum in toto orbe templum recuperarent, & Ciuitatem liberarẽt, & vt Leges quæ abolendæ erãt reſtituerentur, Domino cũ omni trãquillitate propitio facto illis:

Itémque ab Iaſone Cyrenæo quinque libris comprehenſa, tentauimus nos vno volumine breuiare.

Conſyderantes enim multitudinẽ librorum, & difficultatem volẽtibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter multitudinem rerum:

F Curauimus volentibus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio: ſtudioſis verò, vt facilius poſſint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur.

Et nobis quidẽ ipſis, qui hoc opus breuiãdi cauſa ſuſcepimꝰ, nõ facilẽ laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus.

Sicut hi qui præparant cõuiuiũ, & quærunt aliorum voluntati parêre: propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus:

Veritatẽ quidẽ de ſingulis authori-

17 ″Deum autem totius populi ſui liberatorem, qui poſſeſſionem omnibus cum Regno, & Sacerdotio, Sanctuarióque,

18 Sicut in Lege pollicitus eſt, reſtituit: eum inquam Deum ſperamus ″breui noſtri miſerturum, atque è terra, ″quàm latè ſub cælo patet, in locum ſanctum ſuum collecturum.

19 Magnis enim ex malis eripuit nos, & locum expurgauit.

20 Cæterum res geſtas Iudæ Machabæi, & fratrum eius, tẽplíque magni expiationem ac dedicationem aræ:

21 Tum bella cum Antiocho Illuſtri eiuſdémque filio Eupatore geſta:

22 ″Signáque de cælo edita iis qui pro Iudaiſmo ſtrenues ac fortes viros ſe præſtiterunt, ita vt ″totam pauci regionem peruaderẽt, ″barbaráque agmina pellerent:

23 Celebre illud per totum orbem templum inſtaurarent, Vrbem liberarẽt, & ″iam in nihilum cadentes Leges, Domino ipſis cũ ſumma clementia placato, reſtituerent:

24 ″Quæ ab Iaſone Cyrenæo quinque libris explicata ſunt, nos ″vno volumine perſtringere conabimur.

De quinque libris Iaſonis in vnum volumen digeſtis.

25 ″Conſyderata enim effuſa copia, quantáque obiiciatur difficultas in ″commentariis hiſtoriarum verſari volentibus ″propter rerum turbam:

26 Et ″delectationi legere ea volentium, & ″memoriæ mandare cupientiũ facilitati, omniũ denique euoluẽtiũ vtilitati ſtuduimus.

27 *Quo quidem in genere* nos ″moleſtiam ſuſcepimus huius epitomes cõficiendæ, rem minimè facilem, ſed ſudoris & vigiliarum plenam.

28 Quemadmodum quũ quis conuiuium inſtruit, & aliorũ quærit vtilitatem, res negotio non caret: hunc tamen laborem ″in gratiam multorum libenter ſuſtinebimus:

29 ″Exacta ſingulorum pertractatione authori conceſſa,

17 Deum autem totius pop. ſ. li. ὁ δὲ θεὸς ὁ σώσας τὸν πάντα λαὸν αὐτοῦ, Deus autem qui ſeruauit omnem populum ſuum. iam cœperat, præcipuis ac maximis rebus reſtitutis. Sanctuarióque, καὶ τὸν ἁγιασμόν, & Sanctificationem. Videtur accipiendum eſſe ἀντὶ τοῦ ἁγίου, pro Sanctuario, aut pro totius religionis ſanctitate: & ita quidam vertunt Religionem.

18 Breui noſtri miſerturum, ὅτι ταχέως ἡμᾶς ἐλεήσει, quòd citò nos miſerabitur. breui tempore nos diſperſos in patriam recolligens. Quàm latè ſub cælo patet, ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Subaudiendum eſt γῆς, è terra quæ eſt ſub cælo. Forma loquendi Hebræis vſitata, qua vniuerſum terrarum orbem ſignificant. 22 Signáque de cælo edita, &c. καὶ τὰς ἐξ οὐρανοῦ γενομένας ἐπιφανείας τοῖς, &c. & factas de cælo apparitiones iis qui pro Iudaiſmo ſtrenuè [aut, fortiter] ſe geſſerũt, φιλοτίμως ἀνδραγαθήσασιν. ἐπιφανείας vocat ſigna & indicia virtutis, aut opis Diuinæ ac cæleſtis, quæ apparuerunt in Iuda & fratribus eius, & cæteris qui cauſam religionis propugnarunt, magnóque animo defenderunt: in quibus Deus multa ſigna ſuæ potentiæ ac beneuolentiæ declarauit. Totam pauci regionem peruaderent, ὅλην τὴν χώραν λεηλατεῖν, totam regionem percurrerent: non ad eam depopulandã & vaſtandam, ſed ad hoſtes ex ea profligandos. λεηλατεῖν accipitur pro excurrere, aut excurſiones facere prædandi cauſa. & λεηλασία huiuſmodi excurſio militaris dicitur. Hæ autem pro patria liberanda factæ fuerunt. Barbaráque agmina pell. τὰ βάρβαρα πλήθη διώκειν, & barbaras multitudins perſequerẽtur. pauci maximas barbarorum copias inſequentes funderent, ac fugarent. 23 Iam in nihilum cad. τοὺς μέλλοντας καταλύεσθαι νόμους ἐπανορθῶσαι, Leges quæ diſſoluendæ erant [id eſt interituræ] erigerent. atque ita ab interitu vindicarẽt. καταλύειν ſignificat euertere & abolere: inde κατάλυσις νόμων abrogatio & abolitio legum. Significat igitur per eos conſeruatas, atque in ſuum ſtatum reſtitutas.

24 Quæ explicata ſũt, τὰ δεδηλωμένα, Quæ declarata [aut demõſtrata] fuerũt, & expoſita. Vno volumine perſtringere διὰ ἑνὸς συντάγματος ἐπιτεμεῖν vno volumine [aut, libro] cõtrahere, & abbreuiare. Hinc dicitur ἐπιτομὴ cõpendiũ, quo res fuſius & copioſius explicatæ cõſtringuntur, atque in quãdam breuitatem rediguntur. Cõtinet igitur hic liber epitomẽ eorũ quæ ab Iaſone Cyrenæo pluribus verbis & libris ſunt explicata. 25 Cõſyderata enim, &c. συνορῶντες γὰρ τὸ χύμα τῶν ἀριθμῶν, Ad verbum, Cõſiderantes enim effuſionem numerorũ. aut, confuſionem. Significat autem hoc nomine infinitam multitudinẽ, & copiam tum rerum, tum perſonarum, quæ maximam lectori parit obſcuritatem & moleſtiam. Itaque inſtituta eſt epitome, quæ amputans & detrahens ea quæ longiora ſunt & obſcuriora, narrationem breuiorem & faciliorem commodiorémque efficiat. Commentariis hiſtoriarũ ver. vol. τοῖς θέλουσι εἰσκυκλεῖσθαι τοῖς τῆς ἱστορίας διηγήμασι, iis qui volunt euoluere hiſtoriæ narrationes. qui in illis verſari volunt. ἐντυγχάνειν paulo pòſt dicet, pro legere, aut in his legendis verſari. Propter rerum turbam: διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὕλης. propter multitudinem materiæ. id eſt rerum quæ quaſi materies quædam hiſtoriæ ſubiiciuntur, in eáque continentur, quarum multitudo & varietas magnam ſæpe difficultatem afferre ſolet: collectæ verò & contractæ maiorem habent legendi commoditatem & voluptatem. 26 Delectationi ſtuduimus. ἐφροντίσαμεν ψυχαγωγίαν. curauimus [aut elaborauimus] voluptatem animi iis qui volunt legere. Eſt autem ψυχαγωγεῖν allicere animum lectoris, eiuſque ſtudium voluptate in legendo ſcripto retinere. inde ψυχαγωγία delectatio animi illecebroſa qua lectores ſuauitate orationis alliciuntur ad legendum, iucũdéque retinentur. Itaque verti ita poteſt, curauimus [aut, operam dedimus] vt & lectoris animum alliceremus, & memoriam eius cõmoda ac moderata breuitate iuuaremus, eiuſque vtilitati conſuleremus. Memoriæ mandare cupientium φιλοφρονοῦσιν εἰς τὸ διὰ μνήμης ἀναλαβεῖν, qui ſtudent [aut, cupiunt] memoria comprehendere & complecti. aut, memoriæ commendare.

27 Moleſtiam ſuſcepimus, &c. καὶ ἡμῖν τοῖς τὴν κακοπάθειαν ἐπιδεδεγμένοις τῆς ἐπιτομῆς οὐ ῥᾴδιον πρᾶγμα, & nobis qui laborem epitomes ſuſcepimus, rem non facilem, ſed ſudoris ac vigiliæ plenam.

28 In gratiam multorum διὰ τὴν τῶν πολλῶν εὐχαριστίαν [id eſt χάριν] propter multorum gratiam. propter vtilitatem multorum, quorum ſtudiis conſulimus. 29 Exacta ſingulorum pertractatione, &c. τὸ μὲν διακριβοῦν περὶ ἑκάστων τῷ συγγραφεῖ παραχωρήσαντες. Exactè quidem tractare de ſingulis ſcriptori concedentes. aut, cõceſſimus. Eſt enim participiũ præteriti temporis. διακριβοῦν autem eſt diligenter atque exquiſitè omnia perſequi: quod pertinet ad eum qui hiſtoriam primus inſtituit ac componit. Debet enim omnia ſumma cura ac diligentia perſcribere & comprehendere.

″ipſi propoſitum exẽplar ad epitomen elaborandam per ſequẽtes.

30 Sicut enim nouæ domus architectum de vniuerſa ſtructura oportet eſſe ſolicitum: ″formis autem eam exprimere, aut depingere tentanti, ea quæ ad ſpeciem faciunt, tantùm conſiderãda ſunt: ″ita cenſeo noſtro quoque in negotio:

31 ″Penetrare altius, ′omniáque oratione pertractare, ′curioſéque rimari ſingula, ad authorem hiſtoriæ pertinere:

32 ″Compendium verò dictionis conſectari, & vitare ″quæ ſunt in re exquiſitiora, ei ″qui ſtylo ſubſequitur, concedendum.

33 ″Hac igitur hactenus præfatione vſi, hinc narrationẽ ordiamur: ſtultum enim ſit in iis quæ hiſtoriam præcedunt effluentem, ipſã hiſtoriam arctius contrahere.

Cap. III.

De honore Templi à Regibus exhibito.

1 QVum Vrbs ſancta cũ ſumma pace habitaretur, ac Leges cõſeruarentur quamoptimè propter pietatem & ′animum Oniæ ſummi pontificis à ſcelere abhorrentem,

2 Euenit vt ipſi quoque Reges ″locum honorarẽt, ac Templũ ″ſplẽdidiſſimis condecorarent muneribus:

3 Ita vt Seleucus Aſiæ rex de reditibus ſuis omnes ′ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes ſuppeditaret.

Simon Tẽpli theſauros prodit. ′Legitur & περὶ τῆς ἀγορανομίας de ædilitate.

4 Simon autem quidam ex tribu Beniamin ″præfectus Templi cõſtitutus ″de iniquitate quæ in Vrbe patrabatur, ″cum ſummo Sacerdote contendebat.

5 Is quum Oniam non poſſet vincere, cõtulit ſe ad Apollonium Thraſææ filium, eo tempore Cœleſyriæ ′Phœniciæque præfectũ:

6 Atque ei nuntiauit ærarium Hieroſolymitanum ″ineffabili pecuniarum ſumma refertum eſſe: adeò vt innumerabilis eſſet vis nummorum qui ad ſacrificiorum rationem non pertinerent: fieri autem poſſe, vt ′in poteſtatem Regis peruenirent.

bus concedentes, ipſi autem ſecundũ datam formam breuitati ſtudentes.

G

30 Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandũ eſt: ei verò qui pingere curat, quæ apta ſunt adornatum, exquirenda ſunt: ita æſtimandum eſt & in nobis.

31 Etenim ĩtellectum colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit authori:

32 Breuitatem verò dictionis ſectari, & exequutiones rerum vitare, breuiãti concedendum eſt.

33 Hinc ergo narrationẽ incipiemus, de præfatione tãtum dixiſſe ſufficiat: ſtultum et enim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa autẽ hiſtoria ſuccingi.

Cap. III.

1 IGitur quũ ſancta Ciuitas habitaretur in omni pace, Leges etiã adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala,

2 Fiebat vt & ipſi Reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & Templum maximis muneribus illuſtrarent:

3 Ita vt Seleucus Aſiæ rex de reditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſteriũ ſacrificiorum pertinẽtes.

4 Simon autem de tribu Beniamin præpoſitus Templi cõſtitutus, contẽdebat obſiſtẽte ſibi principe Sacerdotũ, iniquũ aliquid in Ciuitate moliri.

5 Sed quũ vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſæ filium qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ & Phœnices:

6 Et nuntiauit ei pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe quæ non pertinent ad rationẽ ſacrificiorũ: eſſe autẽ poſſibile, ſub poteſtate Regis cadere vniuerſa.

Ipſi propoſitum exemplar, &c. τὸ δὲ ἐπιπορεύεσθαι τοῖς ὑπογραμμοῖς τῆς ἐπιτομῆς διαπονοῦντες. Inſiſtere verò exemplari [aut, formæ] epitomes laborantes. id eſt, laboramus verò vt propoſitum epitomes exemplar perſequamur, & formam rationémque huiuſmodi compendii conſeruemus. Itaque officium abbreuiatoris eſt non omnia exactè perſequi, ſed quæ ſcripta ſunt copioſius ab authore, ea perſtringere, ſummatimque exponere. 30 Formis exprimere, ἐγκαίειν, inurere. id eſt inuſtis formis delineare, atque informare: quemadmodum ſolẽt qui ante ædificationẽ formam quandã domus effingunt atque exprimunt, ex quo quale ſit poſtea futurum ædificium, intelligunt. In hac prima delineatione atque informatione non laboratur de vniuerſa ſtructura, ſed tantùm vt exemplar quoddam domus futuræ proponatur: ita in epitome informatur breuiter ratio totius ſcriptionis, quæ ab alio authore copioſius accuratiúſque eſt inſtituta & perfecta. Ita cenſeo noſtro, &c. οὕτω δοκῶ καὶ ἐπὶ ἡμῶν. ita exiſtimo etiam in nobis. id eſt in hac re propoſita & inſtituta. aut, in hoc opere propoſito iudico. Poteſt etiam ἐπὶ ἡμῶν verti, quod ad nos. aut, quantum ad nos qui epitomen ſcribimus, ſcriptúmque alterius ſummatim ſubſequimur.

31 Penetrare altius, ἐμβατεύειν, ingredi altius in narrationem atque explicationem rerum, & non ἀνακεφαλαιοῦσθαι ſummas rerum exponere, & quaſi per capita decurrere: quod eſt officium abbreuiatoris, atque eius qui compendium conſectatur. Omniáque oratione pertractare, καὶ περὶ πάντων ποιεῖσθαι λόγους, & de omnibus verba facere. omnia narratione explicare, atque ita hiſtoria complecti omnia.

Curioſéque rimari ſingula, τὸ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, & curioſum eſſe in ſingulis. curioſè omnia perſequi. diligẽtiúſque & accuratius omnia conſectari. Hoc enim ſignificat πολυπραγμονεῖν, quod anteà dixit ἐξακριβοῦν. Diligentiã & curam notat ſcriptoris nihil in hiſtoria prætermittentis. 32 Compendium verò dictionis conſectari, τὸ δὲ σύντομον τῆς λέξεως μεταδιώκειν, conciſam verò dictionis breuitatem conſectari. Quæ ſunt in re exquiſ. τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας, accuratam hiſtoriæ tractationem. aut, ſcriptionem. Hoc enim ſignificat ἐξεργάζεσθαι pertractare atque elaborare opus aliquod, ac perficere: hinc ἐξεργαστικὸν eloboratum ac perfectum opus. aut, accuratius exquiſitiúſque tractatum. Qui ſtylo ſubſeq. τῷ τὴν μετάφρασιν ποιουμένῳ qui tranſlationem dictionis facit. id eſt qui orationem immutat, atque ex ſumma copia in compendium contrahit. μεταφράζεσθαι eſt transferre aliquid in alienam linguam: ſed in eadem lingua dictionis atque orationis immutatio & contractio, μετάφρασις rectè dici poteſt. Hac igitur hact. præfat. vſi, τοῖς προειρημένοις τοσοῦτον ἐπιζεύξαντες. id eſt τοῖς προλεγομένοις prædictis [aut præfatis] tantum adiungentes. aut, annectentes. id eſt hæc hactenus præfati, narrationem ordiamur. ἐντεῦθεν ἀρξώμεθα τῆς διηγήσεως. hinc narrationem incipiamus. inſtituamus, aut ducamus ab hoc principio.

IN CAPVT III.

1 Animum à ſcelere abhor. μισοπονηρίαν, odium malitiæ ac improbitatis. Affectio eſt animi à prauitate alieni, vitiáque & ſcelera odio proſequentis: ſicut ſtudium, amórque virtutis ac probitatis, φιλαγαθία dicitur. Ita ſunt homines virtutum fautores atque amatores amici bonorum, & improborum inimici. 2 Splendidiſſimis condecorarent munerib. ἀποστολαῖς ταῖς κρατίσταις δοξάζειν muneribus optimis glorificarent. miſſione donorum ac munerum ampliſſimorum gloriam templo afferrent. Nam ita ἀποστολαὶ à mittendo appellantur.

3 Sumptus ad miniſterium ſacr. pert. δαπανήματα ἐπιβάλλοντα πρὸς τὰς λειτουργίας τῶν θυσιῶν. id eſt καθήκοντα pertinentia ad miniſteria ſacrificiorum. ad obeunda & facienda ſacrificia. ad eorum curationem. De verbo ἐπιβάλλειν anteà dictum eſt.

4 Præfectus Templi conſt. προστάτης τοῦ ἱεροῦ καθεσταμένος præpoſitus Tẽpli [aut, curator] conſtitutus. qui præeſſet Templo, eiúſque curam haberet. Cum ſummo ſacerdote contendebat. διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ. diſſidebat inimicè cum ſummo Sacerdote. Eſt autem διαφέρεσθαι cum offenſione animorum ac ſimultate contendere cum aliquo. Hinc διαφορὰ inimica huiuſmodi contentio cum offenſione animorũ acerbitatéque coniuncta. Nam diſſenſio opinionum ac ſententiarum erit inter amicos de re aliqua ſine vlla acerba offenſione.

5 Phœniciæque præfectũ: καὶ Φοινίκης στρατηγὸν & Phœniciæ ducem ac gubernatorẽ. Erat enim præfectus cũ imperio atque exercitu.

6 Ineffabili pecuniarum ſ. περὶ τῶν χρημάτων ἀμυθήτων προσήγγελε nuntiauit de pecuniis ineffabilibus. quarum vis & ſumma verbis non poſſet exprimi. Paulo pòſt vocat πλῆθος ἀναρίθμητον copiam innumerabilem. Significat his verbis maximum pecuniæ numerum.

In poteſtatem Regis peruenirent. ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως ἐξουσίαν πεσεῖν. ſub Regis poteſtatem caderent. id eſt Regem eas poſſe adipiſci.

B Quúmque retuliſſet ad Regẽ Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum qui erat ſuper negotia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniam trãſportaret. 7

Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnicẽ ciuitates eſſet peragraturus, re vera autẽ Regis propoſitum perfecturus. 8

Sed quũ veniſſet Ieroſolymam, & benignè à Sũmo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet aperuit: interrogabat autẽ ſi verè hæc ita eſſent. 9

Tunc ſummus Sacerdos oſtẽdit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarũ & pupillorum: 10

Quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri valdè eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa autẽ argenti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta. 11

Decipi verò eos qui credidiſſent loco & templo quod per vniuerſũ mũdum honoratur, pro ſui veneratione & ſãctitate, omnino impoſſibile eſſe. 12

C At ille pro his quæ habebat in mãdatis à Rege, dicebat omnino regiæ eſſe deferenda. 13

Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus: nõ modica verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. 14

Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabãt de cælo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt his qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodiret. 15

Iam verò qui videbat ſummi Sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus, declarabat internum animi dolorem: 16

Circũfuſa enim erat mœſtitia quædam viro, & horror corporis: per quę manifeſtus aſpiciẽtibus dolor cordis eius efficiebatur. 17

Alii etiã gregatim de domibus con 18

7 ′Quum Regẽ adiiſſet Apollonius, & ad eum de pecuniis ſibi indicatis′retuliſſet, ille delectum Heliodorum′ærarii Tribunum miſit cum huiuſmodi mandatis, vt ſupradictas pecunias auferret.

Mittitur Heliodorus vt eos auferat.

8 Statímque Heliodorus iter ingreſſus eſt, ſpecie quidem quaſi vrbes Cœleſyriæ Phœniciæque obiturus, ſed re vera′Regis cõſilium exequuturus.

9 Quúmque perueniſſet Hieroſolymam, & à Summo ciuitatis põtifice benignè eſſet acceptus, indicium vt factum eſſet propoſuit, ″& cuius rei cauſſa adeſſet demonſtrauit, ſciſcitans inſuper an reuera hæc ſic ſe haberent.

10 Cui ſummus Põtifex oſtendit, ′viduis ſubleuandis atque pupillis eas pecunias eſſe repoſitas:

11 Quaſdam autem etiam eſſe Hircani Tobiæ viri ſumma in dignitate cõſtituti: nõ autẽ quales impius Simon ″calumnioſè retuliſſet: in vniuerſũ verò eſſe talẽta argẽti quadringẽta, & auri ducẽta.

12 ′Iniuria porrò affici eos qui″ſanctitate loci, & maieſtate Templi omni tempore honorati, ″religionéque nõ violanda freti, eas pecunias commiſiſſent, ″planè id nullo modo fieri poſſe.

13 At Heliodorus propter mandata quæ à Rege acceperat, omnino″regium in ærarium inferendas eſſe affirmabat.

14 Atque adeò″die cõſtituto ad diſpenſationem earum diſpiciendam ingreſſus eſt: ″quapropter mœror non mediocris totam ciuitatem occupauit.

15 Nam Sacerdotes″ſacris induti veſtimentis coram altari″ſeipſos abiicientes, elata in cælum voce, eum inuocabant qui de depoſito legem tuliſſet, vt iis qui eas depoſuerant, ſaluas conſeruaret.

16 In primis autem″faciem ſummi Pontificis contemplantibus animus ſauciabatur: ipſe enim vultus & ″color immutatus, animi angorem indicabat:

17 Quippe circunfuſus vir ille erat quodam timore atque horrore corporis, ex quibus euidens erat intuentibus, qui dolor in animo eius inſideret.

18 Præterea è domibus′gregatim ad publicam ſupplicationem

---

7 Quum Regem adiiſſet συμμίξας τῷ βασιλεῖ Quum colloquutus cum Rege eſſet. Significat enim verbum συμμίγνυμι congreſſionem & colloquutionẽ, quaſi verba miſcere, & cõmunicare de re aliqua, Retuliſſet, ἐνεφάνισεν, indicaſſet. id eſt demonſtraſſet eam vim pecuniæ eſſe in ærario Hieroſolymitano. Ærarii Tribunum τὸν ἐπὶ τῶν χρημάτων Quidam vertunt, qui erat ſuper negotia, qui rebus adminiſtrandis præfectus erat. ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, cui ſumma rerum adminiſtratio commiſſa eſt. Nam χρῆμα pro re & negotio accipitur: ſed quoniam χρήματα ſignificant pecunias & nummos, malo intelligere Heliodorum quæſtorem Regis fuiſſe, qui curationem diſpenſationémque pecuniæ haberet, ac ærarii Regii præfectus eſſet: propterea eum delectum, miſſúmque à Rege ad eas pecunias auferendas.

8 Regis conſiliũ exequuturus. τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν ἐπιτελέσων. propoſitũ Regis perfecturus. aut, peracturus quod Rex propoſuiſſet.

10 Viduis ſubleuandis, &c. παραθήκας εἶναι χηρῶν καὶ ὀρφανῶν, depoſita eſſe viduarum & orphanorum. id eſt pecunias ad nutriendas viduas ac pupillos depoſitas, Deique tutelæ commiſſas ac creditas.

11 Calumnioſè retuliſſet: ἣν διαβεβλήκει. calumniatus fuerat. id eſt improbè ac malitioſè detulerat impius Simon. falſum & malitioſum indicium confinxerat, & annuntiarat.

12 Iniuria porrò affici eos ἀδικηθῆναι δὲ τοὺς iniuriam autem fieri iis. aut, per iniuriam fraudari eos. iniuſtè defraudari pecuniis quas religioſè depoſuiſſent. Sanctitate loci, &c. τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοῦ τόπου ἁγιωσύνῃ, qui crediderunt ſanctitati loci. i. confiſi loci ſanctitate ac religione inuiolabili, ibi ſuas pecunias aſſeruandas depoſuiſſent, exiſtimantes eius loci cuſtodiam, certiſſimam eſſe Dei tutelam. Religionéque non viol. καὶ ἀσυλίᾳ. Quidam aſylum vertunt, quaſi locum ſanctum, & tectum ab omni iniuria & vi, à cuius direptione ac violatione manus homines continere debẽt. Hoc ego nomine Religionis aut Sanctitatis exprimere volui. Planè id nullo, &c. παντελῶς ἀμήχανον εἶναι. Quidam vertunt, difficile & arduũ eſſe. Poteſt etiã ita verti, omnino aut prorſus id eſſe graue atque inuſitatum, & quod poſtea nulla ratione corrigi ſarcirique poſſit: vt ἀμήχανον accipiatur pro δεινὸν indignũ & graue facinus.

13 Regium in ærarium inferendas, &c. εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναλημπτέα ταῦτα εἶναι in fiſcum regium aſſumendas eſſe. ad Regis rationes & commoditates auferendas dicebat.

14 Die conſtituto ad diſpenſationem, &c. ταξάμενος δὲ ἡμέραν εἰσῄει τὴν περὶ τούτων ἐπίσκεψιν οἰκονομήσων. die præſtituta intrabat [aut, intrauit] de his conſiderationem diſpenſaturus. aut, rationem conſilii diſpenſaturus. id eſt quæ de his facienda eſſent conſideraturus, aut conſtituturus. Quapropter mœror non, &c. ἦν δὲ οὐ μικρὰ καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν ἀγωνία. erat autem non paruus dolor in tota ciuitate. ἀγωνία moleſtiam & angorem animi ſignificat.

15 Sacris induti veſtimentis ἐν ταῖς ἱερατικαῖς στολαῖς in ſacerdotalibus veſtibus. quæ Sacerdotum erant propriæ ac ſacræ. Erant autem στολαὶ veſtes talares perſonis pro varietate dignitatéque earum accommodatæ. Aliæ enim erant muliebres, aliæ viriles: nec virilium eadem erat ratio formáque. Seipſos abiicientes, ῥίψαντες ἑαυτοὺς, iacientes ſeipſos. id eſt proſternantes ſe humi, atque ita humiliãtes. Eſt enim hæc corporis abiectio atque proſtratio ταπεινωτικὴ ad miſerationem accõmodata. Ita enim ſupplices proſtratique, Dei opem implorabant.

16 Faciem ἰδέαν ſpeciem & habitum ipſius vultus, qui eſt index animi, aut dolore aut lætitia affecti. Color immutatus, τῆς χρόας παρηλλαγμένον, coloris immutatio: in qua ſcilicet erant ſigna animi vehementer perturbati, ſummóque mœrore affecti.

18 Gregatim ad publicam, &c. ἀγεληδὸν ἐξεπήδων ἐπὶ πάνδημον ἱκετείαν quaſi greges ad communem ſupplicationẽ [id eſt totius populi cõprecationem] exiliebant. aut, excurrebant. Significat ardentiſſimum animi ſtudium atque impetum ad orandum Deum concitatum.

concurrebant: quòd locus ipſe in contemptum venturus eſſe videretur.

Mulieres autem ſub vberibus ciliciis accinctæ, vicos implebāt: ſed & concluſarum antea virginum aliæ ad portas concurrere, aliæ in muros, quædamʹproſpectare è feneſtris.

Omnes autem extentis in cælum manibus,ʹpreces facere.

Planèʹmiſeranda erat miſta totius populi concurſatio, atque in magno mœrore conſtituti ſummi Sacerdotis expectatio.

Atque hi quidem Dominum omnipotentem inuocabant, vt creditas pecunias iis qui crediderant,ʹſaluas cum tutiſſima cuſtodia conſeruaret.

Heliodorus percutitur à Deo.

At verò Heliodorus quod habebat conſtitutum, peragebat: cæterùm quum ipſe iam cum ſatellitibus ad ærarium acceſſiſſet,

Legitur & ὁ τῶν πνευμάτων δυνάστης ſpirituũ Princeps

Dominus Patrum, atque omnis potentiæ princeps,ʹeuidens ingénſque miraculum exhibuit: ita vt omnes qui cum illo eò venire auſi fuerant, potentia Dei conſternati,ʹaudaciam cùm animi conſternatione formidinéque commutarint.

Viſus eſt enim illis equusʹcum equite terribili,ʹpulcherrimo adornatus tegmine, qui incitato impetu,″Heliodoro priores vngulas iniecit: qui autem inſidebat equo,ʹvniuerſa inſtructus armatura aurea cernebatur.

Duo ante eum conſpiciebantur iuuenesʹroborè decoréque gloriæ præſtantes,ʹac amictu inſignes, qui vtrinque aſtantes, flagellabant illum″ſine intermiſſione, multáque ei verbera infligebāt.

Qúmque ſubitò collapſus eſſet humi, multáque circunfuſus caligine, correptum eumʹlecticæ impoſuerunt.

ʹLegitur & ἐπεγνωκότα qui cognouiſſet

Eúmque qui paulo antèʹmagna cum incurſione ac ſatellitum ſtipatione prædictum inʹærarium venerat, ferebātʹomni armorũ ſuorũ ope deſtitutũ, vt qui palàm potentiã Dei cognouiſſent.

Et ille quidem Diuina virtuteʹmutus, & ab omni ſpe, atque ſalute derelictus, iacebat.

Hi verò Dominum quiʹgloria locum ſuum affeciſſet, prædicabant: & quod paulo antè metu ac perturbatione plenum fuerat

fluebant: publica ſupplicatione obſecrantes pro eo quòd in contemptum ocus eſſet venturus.

D

19 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebāt: ſed & virgines quæ concluſæ erant, procurrebāt ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædã verò per feneſtras aſpiciebāt.

20 Vniuerſæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur.

21 Erat enim miſera commiſtæ multitudinis, & magni Sacerdotis in agone conſtituti expectatio.

22 Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita ſibi his qui crediderãt, cum omni integritate cõſeruarentur.

23 Heliodorus autem, quod decreuerat perficiebat, eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium, præſens.

24 Sed Spiritus omnipotẽtis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiã: ita vt omnes qui auſi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur.

E

25 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimẽtis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit: qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea.

26 Alii etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circunſteterunt eũ, & ex vtraq; parte flagellabãt, ſine ĩtermiſſione multis plagis verberãtes.

27 Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eúmque multa caligine circunfuſum rapuerũt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt.

28 Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictũ ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferẽte, manifeſta Dei cognita virtute.

F

29 Et ille quidem per Diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe & ſalute priuatus.

30 Hi autem Dominum benedicebãt, quia magnificabat locum ſuum: & tẽplum quod paulo antè timore ac tu-

19 Proſpectare è feneſtris. διὰ τῶν θυρίδων διεξέκυπτον. per feneſtras proſpiciebant. Eſt autem deſcriptio perturbatæ ciuitatis in ſummo rei maximæ ac ſanctiſſimæ periculo. De hoc autem genere orationis per modum infinitum expreſſæ antè dictum eſt quàm ſit elegans, præſertim in huiuſmodi deſcriptionibus. 20 Preces facere. ἐποιοῦντο λιτανείαν. faciebant ſupplicationem. litaniam, quam antea appellauit ἱκετείαν. ita omnes ſublatis in cælum manibus, ſupplices preces adhibebant.

21 Miſeranda erat, &c. ἐλεεῖν δὲ ἦν τὴν τοῦ πλήθους παμμιγῆ πρόπτωσιν miſerari autẽ erat multitudinis permiſtũ concurſũ. quo procurrere, & quaſi irruere videbantur ad eam tantam rei indignitatem deprecandam. Nam προπίπτειν ſignificat proruere. inde πρόπτωσις huiuſmodi concurſus hominum ita proruentium. 22 Saluas cum tutiſſima, &c. σῶα διαφυλάττειν μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ſaluas cuſtodiret cum omni ſecuritate. id eſt intactas, atque ab omni direptione tutas conſeruaret ac defenderet, vt ſancta & inuiolata earum eſſet tutela & cuſtodia. 24 Euidens ingénſque miraculum exhibuit: ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησεν· oſtentum magnum fecit. id eſt ſignum ac miraculum quo Diuina eius potentia apparuit. Audaciam cum animi conſt. &c. εἰς ἔκλυσιν καὶ δειλίαν τραπῆναι in diſſolutionem ac timorẽ conuerterentur. id eſt maxima formidine corriperentur. ἐκλύεσθαι animi dicuntur quando omni virtute deſtituti ac debilitati, deficiũt. Hinc ἔκλυσις huiuſmodi quædam virium animi diſſolutio, ac deſtitutio & defectio.

25 Cum equite terribili φοβερὸν ἔχων τὸν ἐπιβάτην terribilem habens ſeſſorem. poſtea vocat ἐπικαθήμενον inſidentem. Pulcherrimo adornatus tegmine, καλλίστῃ σαγῇ διακεκοσμημένος, pulcherrimo ſtragulo [aut, operimento] adornatus. Heliodoro priores, &c. ἐνέσεισε τῷ Ἡλιοδώρῳ τὰς ἐμπροσθίους ὁπλὰς impegit [aut, inflixit] Heliodoro priores calces. ruens, eum calcibus cædebat: hoc modo prohibens illum aditu ærarii. Vniuerſa inſtructus ar. πανοπλίαν ἔχων. ita enim appellatur armatura qua homo à capite vſque ad pedes tectus ac munitus eſt: aut quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet, πανοπλία dicitur.

26 Robore decoréque gloriæ præſt. τῇ ῥώμῃ μὲν ἐκπρεπεῖς, κάλλιστοι δὲ τῇ δόξῃ. robore quidem decori, pulcherrimi verò gloria. id eſt robore decoréque inſignes atque ſpectabiles. Erat enim Diuina quædam virtus in illis cum pulchritudine coniuncta. Ac amictu inſignes, διαπρεπεῖς δὲ τὴν περιβολήν, ſpecioſi verò [aut, decori] veſtitu. paulo antè dixit ἐκπρεπεῖς, præclaro ornati veſtimento. Sine intermiſſione, ἀδιαλείπτως, continenter. vt crebra & non intermiſſa verbera infligerent, & acriter eum cæderent.

27 Lecticæ impoſuerunt. εἰς φορεῖον ἐνθέντες. quum in feretrum [aut, vehiculum] impoſuiſſent. ἀπὸ τοῦ φέρω τὸ φορεῖον eſt appellatum, Lectica Latinè dicitur. 28 Magna cum incurſione, &c. μετὰ πολλῆς παραδρομῆς καὶ δορυφορείας Videtur ſignificare maximum concurſum & apparatum, comitatúmque hominum Heliodorum ſtipantium: vt intelligamus παρασκευὴν ſatellitum fuiſſe. AErarium γαζοφυλάκιον. Locus erat in quo pecuniæ ac res pretioſiores aſſeruabantur: ita dictus, quòd earum rerum cuſtodiam contineret: ærarium ab ære, id eſt pecunia quæ in eo recondita cuſtodiebatur, eſt Latinè nominatum. Omni armorum ſuorum ope deſt. ἀβοήθητον ἑαυτῷ τοῖς ὅπλοις καθεστῶτα, inopem atque expertem auxilii armorum conſtitutum. id eſt qui in eum caſum venerat, vt armis ſuis vti non poſſet. ita ſubitò fuit imparatus ac deſtitutus. 29 Mutus, ἄφωνος, qui vocem amiſerat, ídque ei Diuinitus acciderat.

30 Gloria affeciſſet, τὸν παραδοξάζοντα, qui locum glorificauerat. aut, magnificauerat. gloria magnum illuſtrémque effecerat. quem alii deformare, omnique ſua gloria ſpoliare volebant, ei Deus ſuam maieſtatem ac dignitatem non conſeruauit ſolùm, ſed etiam auxit.

multu erat plenum, apparēte omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt.

31 Tūc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confeſtim Oniam vt inuocaret Altiſſimum, vt vitam donaret ei qui in ſupremo ſpiritu erat cōſtitutus.

32 Cōſyderans autem ſummus Sacerdos ne fortè Rex ſuſpicaretur malitiā aliquam ex Iudæis circa Heliodorū conſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem.

33 Quúmque ſummus Sacerdos exoraret, iidem iuuenes eiſdē veſtibus amicti aſtantes, Heliodoro dixerunt, Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eū Dominus tibi vitā donauit.

34 Tu autem à Deo flagellatus, nūtia omnibus magnalia Dei & poteſtatē. G Et his dictis non comparuerunt.

35 Heliodorus autē hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis ei qui viuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agēs, recepto exercitu repedabat ad Regem.

36 Teſtabatur autē omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei.

37 Quum autē Rex interrogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mitti, ait,

38 Siquem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quòd in loco ſit verè Dei quædam virtus.

39 Nam ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit.

40 Igitur de Heliodoro & ærarii cuſtodia ita res ſe habet.

Cap. IIII.

1 SImon autem prædictus pecuniarū & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet incentor malorum:

2 Prouiſorémq; ciuitatis ac defenſorem gentis ſuæ, & æmulatorē legis Dei audebat inſidiatorē regni dicere.

tēplum, Domino omnipotente ſe præſentē exhibente, gaudio & lætitia repletum eſt.

31 Statim autem quidam Heliodori familiares rogauerunt Oniā vt Altiſſimum inuocaret, vt ei ″qui extremam planè iam animam ageret, vitam donaret.

32 ″Veritus ſummus Pontifex ne forte ſuſpicio Regi incideret, dolum aliquem malum in Heliodorum fuiſſe ſtructum, pro ſalute viri illius ſacrificium obtulit.

Sanatur ad Oniæ orationem.

33 Porrò ″preces faciente ſummo Pōtifice, iidem illi iuuenes iiſdē amicti veſtibus, Heliodoro apparuerunt: & ſtantes, Plurimam, inquiunt, habeto Oniæ ſummo Pōtifici gratiam: nam Dominus in gratiam ipſius ″tibi vitam largitus eſt.

34 Tu verò de cælo flagellatus, ampliſſimam Dei potentiam omnibus prædica. Hæc quum illi dixiſſent, ″è conſpectu abierunt.

35 Heliodorus autem quum Domino ſacrificium obtuliſſet, votáque magna nuncupaſſet ei ″qui vitam *ipſi* reſtituerat, Onia ſalutato, ″motíſque caſtris ad Regem reuerſus eſt.

36 Quæ verò ſuis ipſius oculis viderat opera maximi Dei, omnibus teſtatus eſt.

37 Quúmque Rex Heliodorum interrogaſſet ecquem cēſeret idoneum qui denuo Hieroſolymam mitteretur,

38 Siquem, inquit, hoſtem, habes, ″aut hominem rebus tuis inſidioſum, eum illuc mittito, & recipies flagellatum: ſi tamē ſaluus euaſerit. ″nam verè Diuinū quoddam numen in eo verſatur loco.

39 ″Qui enim domicilium cæleſte habitat, ipſe eſt inſpector loci illius & defenſor, qui cædit ac diſperdit eos ″qui eò nocendi cauſa acceſſerint.

40 Atque quod ad Heliodorum quidem & ærarii defenſionem attinet, ″hæc acciderunt.

Cap. IIII.

1 SImon autem (″cuius ſuprà mentio facta eſt) pecuniarum & ″patriæ proditor criminabatur Oniā, quaſi ipſe ″pulſaſſet Heliodorum, ac malorum omnium author fuiſſet:

Oniā Simon calumniatur.

2 Et ″de patria benè merentem, curámque ſuæ gentis ſuſcipientē ″ac legum ſtudioſum, ″regni inſidiatorem appellare audebat.

---

31 Qui extremam planè iam animam ageret, τοῦ παντελῶς ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ κειμένου, Ad verbum, qui in extremo ſpiritu poſitus eſt. id eſt ita affectus, vt extremum ſpiritum duceret. qui iam expirare atque animam efflare, emorique videretur.

32 Veritus ὕποπτος γενόμενος Suſpicatus. aut, ſuſpicione motus Pontifex. Sed optimè verſum, Veritus ne Rex opinionem haberet alicuius maleficii à Iudæis in Heliodorum commiſſi, eam ſuſpicionem incommodam, alienámque euitare voluit.

33 Preces faciente ποιουμένου τὸν ἱλασμὸν faciente propitiationem. id eſt orationem ad placandum Deum, eúmque propitium reddēdum adhiberet. Tibi vitam largitus eſt. σοὶ τὸ ζῆν κεχάρισται. tibi vitam condonauit. aut, donauit. Significat enim χαρίζεσθαι gratuitū donum liberaliter in aliquem conferre, & χάρις beneficium, vt vitæ ac ſalutis, alicui tributum. 34 E conſpectu abierunt. ἀφανεῖς ἐγένοντο. non amplius viſi fuerunt. euanuerunt è conſpectu. non apparuerunt amplius. Nam ſuprà dixerat ἐφάνησαν τῷ Ἡλιοδώρῳ, apparuerunt.

35 Qui vitam *ipſi* reſtituerat, τῷ τὸ ζῆν περιποιήσαντι, qui eum in vitam reuocauerat ac reſtaurauerat. qui vitam ei reddiderat.

Motíſque caſtris ad, &c. ἀπεστρατοπέδευσε πρὸς τὸν βασιλέα. cum exercitu quem ſecum adduxerat, ad Regem rediit ac remeauit. aut exercitum reduxit. 38 Aut hominem rebus tuis inſidioſum, ἢ τῶν πραγμάτων ἐπίβουλον, aut rerū inſidiatorē. qui rebus tuis inſidietur. Nam verè Diuinum, &c. διὰ τὸ περὶ τὸν τόπον ἀληθῶς εἶναι τοῦ θεοῦ δύναμιν. eo quòd in eo loco verè ineſt Dei potētia. virtus Dei reſidet eo in loco. 39 Qui enim domicilium cæleſte habitat, αὐτὸς γὰρ ὁ τὴν κατοικίαν ἐπουράνιον ἔχων, ipſe enim qui habet cæleſtem habitationem. qui habitat in cælis: vt eſt Pſal. 2. a. 4. is eſt inſpector ἐπόπτης, qui oculos ſuos habet defixos in eo loco: qui aſpectus prouidentiam eius, curámque erga ſuam Eccleſiam ſignificat. Qui eò nocendi cauſa acceſſerint. τοὺς παραγινομένους ἐπὶ κακώσει, venientes ob maleficium. aut, iniuriam, & vim ei loco inferendam. qui violandi cauſa eò accedunt.

40 Hæc acciderunt. οὕτως ἐχώρησεν. ita ceſſerunt ac euenerunt. aut, geſta ſunt.

IN CAPVT IIII.

1 (Cuius ſuprà mentio facta eſt) ὁ προειρημένος, antè nominatus. Ad verbum, prædictus. cuius antè meminimus. aut, mentionem fecimus. Patriæ proditor πατρίδος ἐνδείκτης γεγονὼς patriæ delator factus. qui pecunias ac res patriæ hoſtibus enuntiabat & prodebat.

Pulſaſſet Heliodorum, εἴη τὸν Ἡλιόδωρον ἐπισεσεικὼς, incuſſiſſet Heliodoro verbera. intentaſſet, ac inflixiſſet, aut terrore illo cōcuſſiſſet ac perculiſſet, & conquaſſaſſet. Hoc enim poſterius videtur ſignificare verbum ἐπισείω cum accuſatiuo. Nam quum habet etiam datiuum, intendere aut intentare ſignificat, vt periculum aut aliquid aliud.

2 De patria benè merentem, εὐεργέτην τῆς πόλεως, Ad verbum, benefactorem ciuitatis. qui bene meretur de patria & republica. Addit καὶ τὸν κηδεμόνα τῶν ὁμοεθνῶν, curatorem [aut, defenſorem] gētis ſuæ. cui gens ſua curæ eſſet. Ac legum ſtudioſum. καὶ ζηλωτὴν τῶν νόμων, æmulatorem legum. qui zelo, id eſt ſummo legum ſtudio affectus eſſet. defenſor earum acerrimus. Regni inſidiatorem ἐπίβουλον τῶν πραγμάτων inſidioſum rebus. aut, rerum inſidiatorem. id eſt qui regno ipſius Seleuci inſidiaretur.

'Quum autem inimicitiæ eouſque proceſſiſſent, vt per quoſdã Simonis amicos cædes fierent: 3

Videns Onias acerbitatem inimicitiarum,'& inſaniam Apollonii,qui Cœleſyriæ Phœniciæque præfectus , Simonis malitiã augebat,ad Regem ſe contulit, 4

Non vt accuſator ciuium ſuorũ, 'ſed & publicè & priuatim vtilitati populi conſulens. 5

Videbat enim,"ſine regia procuratione pacem iam nonpoſſe dari,nec Simonem facturum finem inſaniæ. 6

Ambiens Iaſon Sacerdotiũ,Rgẽ muneribus corrumpit.

Quum autem Seleucus'vitam *cum morte* cõmutaſſet,'eíque in regnum ſucceſſiſſet Antiochus'cognominatus Epiphanes,Iaſon frater Oniæ"ſummum ambiens Pontificatum, 7

Regem adiit,talenta argenti trecenta ſexaginta pollicẽs,'atque ex alio quodam reditu octoginta: 8

Ad hæc promittebat etiam alia ſe centum & quinquaginta'perſcripturũ,ſi ſibi ab eo poteſtas fieret conſtituẽdi gymnaſii,"in quo iuuentus exerceretur, "atque vt incolæ Hieroſolymæ Antiocheni ſcriberentur. 9

Peruerſa Iaſonis inſtitutio.

Quæ quum Rex annuiſſet,ipſéque obtinuiſſet principatũ,protinus'gentem ſuam transformabat in mores Græcorum: 10

Et "abrogabat priuilegia Principum clementer conceſſa, atque impetrata per Iohannem patrem Eupolemi eius qui legationem de amicitia ſocietatéque cum Romanis conſtituenda obiuerat: atque etiam'legitima inſtituta publica abolens, nefarias cõſuetudines introducebat. 11

Etenim quũ ſub ipſa arce gymnaſiũ'vltrò cõſtituiſſet,optimos quoſq; adoleſcẽtũ"in ſuas partes pertrahẽs,'ſub petaſũ ducebat. 12

"Ita ardens quoddam erat ſtudium morum Græcorum,"exterorúmque inſtitutorum incremẽtum propter ſummam impii,miniméque Pontificis Iaſonis impuritatem: 13

3 Sed quũ inimicitiæ intãtum procederent, vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia fierent:

4 Conſiderans Onias periculum cõtentionis,& Apollonium inſanire,vt pote ducem Cœleſyriæ & Phœnices, ad augendam malitiam Simonis,ad Regem ſe contulit,

5 Non vt ciuium accuſator,ſed communem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans.

6 Videbat enim ſine regali prouidẽtia ĩpoſſibile eſſe pacẽ rebus dari, nec Simonẽ poſſe ceſſare à ſtultitia ſua.

7 Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum,quũ ſuſcepiſſet regnũ Antiochus, qui Nobilis appellabatur,ambiebat Iaſõ frater Oniæ ſummum Sacerdotium:

8 Adito Rege,promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta , & ex reditibus aliis talenta octoginta.

9 Super hoc promittebat & alia cẽtum quinquaginta , ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium & ephebiã ſibi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant,Antiochenos ſcribere. B

10 Quod quum Rex annuiſſet,& obtinuiſſet principatum, ſtatim ad Gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit:

11 Et amotis his quæ humanitatis cauſa Iudæis à Regibus fuerãt cõſtituta, & per Iohannem patrem Eupolemi qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione legitima: ciuium iura deſtituens , praua inſtituta ſanciebat.

12 Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere,& optimos quoſque ephe borũ in lupanaribus ponere.

13 Erat autẽ hoc non initiũ,ſed incrementum quoddam, & profectus Gentilis & alienigenę cõuerſationis,propter impii & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus:

3 Quum autem inimicitiæ,&c. τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης, quum autem inimicitiæ eouſque procederent.id eſt offenſio inimicáque contentio in eam acerbitatem progreſſa eſſet,vt cædes hominum eam ſequeretur.

4 Et inſaniam Apollonii, καὶ Ἀπολλώνιον μαίνεσθαι,& Apolloniũ inſanire.aut,furere,qui Simonem inſtigaret,eiúſque malitiam acueret, aut confirmaret. 5 Sed & publicè & priuatim,&c. τὸ δὲ συμφέρον κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν παντὶ τῷ πλήθει σκοπῶν. ſed publicè & priuatim vniuerſæ multitudini conſiderans.id eſt conſulens vtilitati & communi ciuitatis, & priuatæ vniuſcuiuſque. Quanquam enim communi ſalute propria ſingulorum vtilitas continetur,poteſt tamen in communi quædam haberi ratio ſingulorum.

6 Sine regia procuratione ἄνευ βασιλικῆς προνοίας ſine regia prouidentia. id eſt niſi Rex ſua authoritate curáque proſpiceret ac prouideret,& aliquam curam adhiberet. 7 Vitam *cum morte* commutaſſet, μεταλλάξαντος δὲ τὸν βίον, quum vitam commutaſſet.id eſt de vita deceſſiſſet.aut,mortuus eſſet.Poſtea dicet μεταλλάττειν,ſine vlla adiunctione. Eique in regnum ſucceſſiſſet καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν, & regnum accepiſſet. Hoc enim ſignificat παραλαμβάνειν, ἢ παραδέχεσθαι,quaſi per manus aliquid traditum ab alio accipere:id quod fit in ſucceſſione,vt in patrimonio magiſtratu,regno,ac cæteris rebus,in quibus eſt aliquid διάδοχον, quod quaſi per manus traditur & accipitur. Cognominatus Epiphanes, τοῦ προσαγορευθέντος Ἐπιφανοῦς. ἐπονομασθέντος, cognominati[aut,qui cognomento dictus eſt]Illuſtris. Summum ambiens Pontificatum, ὑπενόθευσε τὴν ἀρχιερωσύνην,dolo appetebat ſummum Sacerdotium.corruptione ac largitione ad eum honorem volebat irrepere, fratríque per dolum eripere. Nam poſtea hoc eodem verbo vtetur pro decipere, quum dicet fratrem Oniam ab eo deceptum fuiſſe.Eſt enim ὑπονοθεύειν adulterare & corrumpere aliquid:à nomine νόθος, quod ſpurium nec legitimum ſignificat. 8 Atque ex alio quodã,&c. καὶ προσόδου τινὸς ἄλλης τάλαντα ὀγδοήκοντα,& alterius cuiuſdã prouentus[aut,obuẽtionis] talenta octoginta. Quidam,acceſſionis vertunt. 9 Perſcripturum, διαγράψειν, id eſt conſtituturum & confecturum.aſſignaturũ.

In quo iuuentus exerceretur, καὶ ἐφηβίαν, & ephebiam.id eſt cœtum ac conuentum iuuenum & adoleſcentum exercitationis cauſa conſtitutum.ſiue,locũ inquẽ adoleſcẽtes cõueniebãt vt ibi exercerẽtur. Atque vt incolæ Hieroſolymæ,&c. καὶ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. & vt ciues Hieroſolymitani Antiochenſes ſcriberentur.id eſt nominarentur vt ciues Antiochiæ.in numerum eorum aſcriberentur:quaſi puderet eos ſui nominis ac ciuitatis:ſed ita volebat homo impius populum corrumpere ac Iudaiſmum abolere.

10 Gentem ſuam transformabat,&c. ἐπὶ τὸν ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τοὺς ὁμοφύλους μετῆγε ad ritum Græcum contribules traduxit.aut,trãſtulit. χαρακτῆρα vocat formam ac rationem morum Græcorum,eorúmque conſuetudinem,id eſt ἑλληνισμὸν ad quem ſuos conformabat,& à patriis inſtitutis moribúſque abducebat. 11 Abrogabat Priuilegia &c. τὰ κείμενα τοῖς Ἰουδαίοις φιλανθρώπως βασιλικὰ, quæ poſita[id eſt ſtatuta erãt]Iudæis humaniter regia.id eſt priuilegia à Regibus indulta,& tributa humaniter.iura eis conceſſa remouebat,ac tollebat.reiiciebat. Legitima inſtituta publica abolens, διαλύων νομίμους πολιτείας,diſſoluẽs politias legitimas.id eſt iura atque inſtituta publica à Deo maioribúſque conſtituta. 12 Vltrò conſtituiſſet, ἀσμένως καθίδρυσε, libenter[aut,ſponte;id eſt ſumma volũtate] ædificaſſet,ac extruxiſſet. In ſuas partes,&c. ὑποτάσσων ſubiiciens.ſibi ſcilicet,aut ſuæ voluntati ac poteſtati conformando,in ſuam poteſtatem redigens. Sub petaſum ducebat. ὑπὸ πέτασον ἦγεν. id eſt ſub galerum.genus erat ludi aut certaminis ludicri. Eſt enim petaſus pileus latior atque amplior:aut operculum inſtar pilei confectum & expanſum,ſub quod traducebant homines.

13 Ita ardẽs quoddam,&c. ἦν δὲ οὕτως ἀκμή τις ἑλληνισμοῦ, erat autem ita vigor quidam Græcaniſmi.id eſt ſtudia inſtitutáque Græcorum magnopere vigebant.omnes ea ſummo ſtudio excolebant & celebrabant : omnes fiebant φιλέλληνες ſtudioſi Græcorum, eorúmque ſtudia atque mores ſectabantur.ſed ea erat κακοζηλία,praua morum alienorum imitatio:quæ illis maximam calamitatem attulit. Exterorúmque inſtitutorum incrementum καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ, acceſſio rituũ exterorum. aut, conſuetudinis vitæque gentis alterius. Nam ἀλλοφυλισμὸς dicitur ἑλληνισμὸς,conſuetudo ratióque ſtudiorum,morúmque alienorum.

14 Ita vt Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitiis diſci.

C 15 Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur:

16 Quarum gratia, periculoſa eos contentio habebat: & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant.

17 In leges enim Diuinas impiè agere impune non cedit: ſed hoc tempus ſequens declarabit.

18 Quum autem quinquennalis agõ Tyri celebraretur, & Rex præſens eſſet,

19 Miſit Iaſon facinoroſus ab Ieroſolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis: quas poſtulauerunt hi qui aſportauerant, ne in ſacrificiis erogarentur, quia non oporteret, in alios ſumptus eas deputari.

20 Sed hæc oblata ſunt quidem ab eo qui miſerat in ſacrificium Herculis: propter præſentes autem datæ ſũt in fabricam nauium triremium.

21 Miſſo autem in AEgyptum Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, quum cognouiſſet Antiochus alienũ ſe à negotiis regni effectum, propriis vtilitatibus conſulens, profectus inde

D venit Ioppen, & inde Ieroſolymam.

22 Et magnificè ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cũ facularum luminibus & laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phœnicen exercitum conuertit.

23 Et poſt triẽnii tempus miſit Iaſon Menelaum ſupradicti Simonis fratrẽ portantem pecunias Regi, & de negotiis neceſſariis reſponſa perlaturũ.

24 At ille commendatus Regi, cũ magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummum Sacerdotium, ſuperponens Iaſoni talenta argenti trecenta.

25 Acceptiſq; à Rege mãdatis, venit,

14 'Vt nulla iam amplius eſſet ad munera altaris obeũda in Sacerdotibus animorum propenſio paratáque voluntas: ſed contempto templo, ſacrificiíſque neglectis, currerent 'ad fruenda nefaria ſpectacula quæ in palæſtra exhibebantur, 'diſcíque certamina:

15 Ac patrios honores pro nihilo habẽtes, decora Græca pulcherrima ducerent.

16 Quamobrem grauis eos circumuenit calamitas: & quorũ 'æmulabantur ſtudia atque inſtituta, quorúmque ſimiles fieri ſtudebãt, eoſdem hoſtes ac 'pœnarum exactores habuerunt.

17 'Nã res minimè leuis eſt, impiè leges Diuinas violare: ſed hæc tempus quod eſt conſequutum, declarabit.

18 Porrò quum 'ludi quinquennales Tyri celebrarentur, vbi Rex præſens aderat,

19 Miſit Iaſõ ille ſceleratus ſpectatores ab Hieroſolymis, quaſi Antiochẽſes eſſent, drachmas argenti trecentas in ſacrificium Herculis deferentes: rogarunt tamen hi qui eas deferebant, ne erogarẽtur in illud ſacrificium, quòd minus conueniret, ſed alium in ſumptum conferrentur.

20 Miſſæ ſunt igitur hæ, quãtum quidem ad eum qui illas miſit attinet, in ſacrificium Herculis: propter eos verò qui eas detulerũt, 'ad triremes conficiendas collatæ fuerunt.

21 Quum autem Antiochus Apollonio Meneſthei filio in AEgyptum propter regis Ptolemæi Philometoris 'inaugurationem miſſo, accepiſſet ipſum 'à commodis ſuis eſſe alienatum, 'de rebus ſuis tutum in ſtatum conſtituendis cogitauit: itaque quum Ioppen perueniſſet, Hieroſolymam profectus eſt.

22 Vbi quũ magnificè ab Iaſone ac ciuitate exceptus eſſet, & cum facibus clamoribúſque in vrbem introductus, poſtea rebus ita geſtis in Phœniciam reuerſus eſt.

23 Triennio autem pòſt miſit Iaſon Menelaum 'Simonis (cuius ſuprà memini) fratrem qui pecuniam Regi afferret, '& huiuſmodi mandata, quibus eum de rebus neceſſariis commoneret.

Expulſo Iaſone Sacerdotiũ occupat Menelaus, à quo itidẽ deturbatur ſuccedente Lyſimacho.

24 Ille verò Regi commendatus, quum 'ſummam poteſtatis gloriam ei tribuiſſet, 'Pontificatum ad ſeipſum tranſtulit, quum Iaſonem quidem talentis trecentis ſuperaſſet.

25 Acceptis autem à Rege mãdatis, Hieroſolymam aduenit, nihil

14 Vt nulla iam amplius eſſet,&c. μηκέτι προθύμους εἶναι τοὺς ἱερεῖς, non iam prompti [aut, parati] eſſent ad facienda ſacrificia. nulla eorum eſſet prõptitudo. omne eorum ſtudium eſſet depoſitum, aut refrigeratum ſtudio & amore rerum alienarum. Ad fruenda nefaria ſpectacula,&c. μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας vt participes eſſent iniquæ in palæſtra exhibitionis. id eſt certaminis ludicri quod in ea palæſtra præbebatur. Diſcíque certamina: μετὰ τὴν τοῦ δίσκου πρόσκλησιν. poſt diſci prouocationem. Hic ludus δισκοβολία dicitur, iactus lapidis, aut ferri rotundi pertuſi: quem diſcum in aerem iaculabantur. genus luſionis Græcis valde vſitatum.

16 AEmulabantur ſtudia, &c. ἐζήλουν τὰς ἀγωγὰς, ſectabantur diſciplinas, rationes vitæ ac mores. ἀγωγὴ enim inſtitutionem, rationémque vitæ degendæ, id eſt παιδείαν, atque educationem ſignificat. Pœnarum exactores τιμωρητὰς vltores ac vindices. aut punitores, per quos Deus graues perfidiæ pœnas ab illis repetiuit. 17 Nam res minimè,&c. ἀσεβεῖν γὰρ εἰς τοὺς θείους νόμους οὐ ῥᾴδιον. impiè enim agere contra Diuinas leges, non facile. id eſt χαλεπὸν, res grauis & periculoſa, quæ pœnam non effugiat. ἀσεβεῖν autem dicit pro πλημμελεῖν, violare rectè verti poteſt, aut nefariam & impiam eis vim inferre.

18 Ludi quinquennales,&c. ἀγομένου δὲ πενταετηρικοῦ ἀγῶνος ἐν Τύρῳ, Quũ autem celebraretur quinquennale certamen in Tyro. Huiuſmodi ἀγῶνες, ludi Latinè appellantur, id eſt certamina ludicra ad voluptatem hominum comparata. Erant θεατρικὰ quæ ad ſpectãdum exhibebantur. 20 Ad triremes confi. εἰς τὰς τῶν τριηρῶν κατασκευὰς in triremium fabricationes, ad fabricandas triremes miſſæ fuerunt.

21 Inaugurationem πρωτοκλίσια primos accubitus. aut, primas ſeſſiones regis Ptolemæi, qui tum in ſolio regio ſeſſurus erat, atque ita regnũ initurus. aut, Rex inaugurãdus. Hanc inaugurationem ſignificat πρωτοκλισία prima illa ſeſſio, qua Rex primùm ſolio regni conſtituebatur, vt in Gallia Reges vnctione conſecrantur. A commodis ſuis,&c. ἀλλότριον αὐτὸν γεγονέναι τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, alienum factũ à rebus ſuis. abalienatum à rationibus rerum ſuarum. De rebus ſuis,&c. τῆς καθ' αὐτὸν ἀσφαλείας ἐφρόντιζεν. ſuæ propriæ ſecuritatis curam ſuſcipiebat. aut, habebat. vt res ſuæ tuto in ſtatu eſſent, cogitabat & curabat. ſtabilitati rerum ſuarum conſulebat.

'Legitur & αὐτῶν.

23 Simonis (cuius ſuprà memini) τοῦ Σίμωνος τοῦ προσημαινομένου. προειρημένου antè dixit, antè memorati. cuius mentio antè facta eſt, cuius antea meminimus. Et huiuſmodi mandata,&c. καὶ περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων ὑπομνηματισμοὺς τελέσοντα, & de negotiis neceſſariis commonitiones facturum. aut, mandata commonitoria Regi expoſiturum.

24 Summam poteſtatis gloriam ei tribuiſſet, δοξάσας αὐτὸν τῷ προσώπῳ τῆς ἐξουσίας, magnificans eum propter poteſtatem. eum extuliſſet, commemorans ac prædicans ſummam eius poteſtatem: vt ſoleant adulatores omnia augere verbis, & maiora facere, vt ita ſe inſinuent. Pontificatum ad ſeipſum,&c. εἰς ἑαυτὸν κατήντησε τὴν ἀρχιερωσύνην, auertit in ſeipſum ſummum Sacerdotiũ. ſibi acquiſiuit ac cõparauit, maiorem pecuniam offerens. Erat enim tum honos venalis in poteſtate impiorum Regum cõſtitutus: tam miſera erat eius Reip. conditio.

ſecum afferens ſummo Sacerdotio dignum,ſed animos ſæui tyrāni ʹ& beſtiæ im manis iracundiam præ ſe ferens.

Et Iaſon quidem ʹ qui dolo ſuum ipſius fratrem circunſcripſerat, dolo circunſcriptus ab alio, profugus in Ammanitidē regionem compulſus eſt.

Menelaus autem principatum quidem obtinebat : cæterùm de pecuniis Regi promiſſis ʹnihil ei procedebat, ʹquanuis Soſtratus arcis præfectus eas ʺexigeret.

Penes hunc enim erat pecuniarum exactio. Hāc ob cauſam quū vterque à Rege euocatus eſſet,

Menelaus ʹprocuratorem Pontificatus reliquit Lyſimachū fratrem ſuum: Soſtratus verò Cratetem præfectum Cypriis.

Dum hæc aguntur , accidit vt Tharſenſes & Mallotæ ſeditionē mouerent, quòd Antiochidi pellici Regis dono dati eſſent.

Itaque Rex protinus ad res componendas profectus eſt, relicto procuratore Andronico vno ex iis qui pollebant dignitate.

Tum verò Menelaus ʹſe commodam nactum occaſionem ratus, aurea quædam tēpli vaſa depeculatus, Andronico largitus eſt : alia etiam Tyri, atque in circumiacentibus ciuitatibus vendidit.

Eam autem rem certò compertam criminabatur Onias, ʹqui ſe in aſylum Daphnen Antiochiæ vicinam receperat.

Menelai ſuaſu Andronicus Oniam dolo interficit.

Qua de cauſa Menelaus ʹſeorſum nactus Andronicum, orauit vt Oniam interficeret. Quum igitur ille veniſſet ad Oniam ʺfide dolo comparata, & dextera cum iureiurando data (ʺquāuis ſuſpicione non careret) ei perſuaſit, ʹvt ex aſylo procederet, ſtatímq; ʹeum interfecit, iuſtitiam minimè reueritus.

Quamobrem non Iudæi ſolùm, ſed multi etiam gentium exterarum ʹindignam iniuſtámque illius viri cædem grauiter & acerbè tulerunt.

Qúmque Rex è Cilicia reuerſus eſſet, qui in vrbe erant Iudæi, ʹadiuuantibus odio ſceleris & Græcis, ʺde immerita Oniæ cæde apud eum conqueſti ſunt.

Antiochi iuſſu occiditur Andronicus.

Quare Antiochus ʹmaximo animi dolore affectus, in miſericordiámque conuerſus, illachrymauit propter moderationem hominis mortui ʺſummámque modeſtiam.

nihil quidem habēs dignum ſacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens.

26 Et Iaſon quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipſe deceptus profugus in Ammanitem expulſus eſt regionem.

27 Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis verò Regi promiſſis nihil agebat, quū exactionem faceret Soſtratus qui arci erat præpoſitus.

28 Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quam ob cauſam vtrique ad Regem ſunt euocati.

29 Et Menelaus amotus eſt à Sacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo: Soſtratus autē prælatus eſt Cypriis.

30 Et quum hæc agerentur, ʹcontigit Tharſenſes & Mallotas ſeditionem mouere, eo quòd Antiochi regis cóncubinæ dono eſſent dati. E

31 Feſtinanter itaque Rex venit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comitibus ſuis Andronico.

32 Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quædam vaſa è tēplo furatus, donauit Andronico: & alia vēdiderat Tyri, & per vicinas ciuitates.

33 Quod quum certiſſimè cognouiſſet Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnen.

34 Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui quum veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quāuis eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum peremit, non veritus iuſtitiam.

35 Ob quam cauſam non ſolùm Iudęi, ſed etiam aliæ quoque nationes indignabātur, & moleſtè ferebant de nece tanti viri iniuſta.

36 Sed regreſſum Regem de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, ſimul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ.

37 Contriſtatus itaque eſt animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad miſericordiā, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatē & modeſtiā. F

ʹLegitur & ὁρμαῖς impetus.

25 Et beſtiæ immanis iracundiā præ ſe ferens. καὶ θηρὸς βαρβάρου ὀργὰς ἔχων. & beſtiæ barbaræ iras habens. id eſt atrocitatem & ſæuitiā, qualis in beſtiis efferatis atque immanibus eſſe ſolet. ita erat ſæuus ac truculentus.

26 Qui dolo ſuum ipſius, &c. ὁ ὑπονοθεύσας τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν, qui circumuenerat [aut, deceperat] fratrem ſuum. quum ſcilicet miſſus ab eo, Pontificatum largitione ad ſe tranſtulit. Vſus eſt enim eodem verbo, quum ambitum eius ac dolum commemorauit.

27 Nihil ei proced. οὐδὲν ἐτάκτει nihil bene diſponebat. id eſt ſtatuebat, aut conſtituebat, facultate ſoluendi deſtitutus, quū præſtare nō poſſet quæ promiſerat. Quāuis exigeret. ποιουμένου δὲ τὴν ἀπαίτησιν. quāuis exactionē faceret. id eſt flagitaret ac poſceret, aut exigeret.

29 Procuratorem Pontificatus διάδοχον ἀρχιερωσύνης ſucceſſorē Sacerdotii dum abeſſet, reliquit. id eſt ſubſtituit in ſuum locum. A verbo διαδέχεσθαι, quod ſignificat aliquid ab alio quaſi per manus traditum accipere. Hoc autem verbū propriè vſurpatur in annuis magiſtratibus, quorum functio non eſt perpetua. Nomen Procuratoris mihi non diſplicet, qui à Latinis quaſi quidam vicarius domini abſentis dicitur: Locum tenentem vulgò vocant, qui tenet locum principis ac Regis, aut alicuius maioris poteſtatis.

32 Se commodam nactum, &c. νομίσας σε εἰληφέναι καιρὸν εὐφυῆ, arbitratus ſe accepiſſe [aut, arripuiſſe, vel amplexum eſſe] occaſionē bonam. aut, tempus opportunum & commodum, atque ad ſuam cupiditatem accommodatum.

33 Qui ſe in aſyl. rec. ἀποκεχωρηκὼς εἰς ἄσυλον τόπον, qui receſſerat in locū tutū ac tectū ab iniuria & vi. in aſylū, miſericordiæ perfugiū propter ſanctitatē non violandum. Eſt enim locus ſanctus, id eſt ab omni iniuria tectus, aut exēptus, in quem ſalutis cauſa homines cōfugiunt.

34 Seorſum nactus Andronicum, λαβὼν ἰδίᾳ Ἀνδρόνικον, quum accepiſſet ſeorſum [id eſt remotis arbitris] Andronicū vt. nullus alius eius conſilii eſſet conſcius, ac teſtis. Fide dolo comp. πιςωθεὶς ἐπὶ δόλῳ, fidē adeptus [ac conſequutus] in dolo. id eſt doloſè ac fraudulenter, quū Oniæ perſuaſiſſet, fidémque feciſſet, ſe nullam ei vim facturum. Quanuis ſuſpicione, &c. καίπερ ἐν ὑποψίᾳ κείμενος, tametſi in ſuſpicione poſitus. id eſt quanuis ſuſpectus eſſet. Vt ex aſylo procederet, ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν, vt ex aſylo prodiret. decederet ex loco ſacro, quem violare nefas eſſet. Eū interfecit, ὃν παρέκλεισεν, aut (vt alia habent exēplaria) κατέκλεισεν, eū cōcluſit. i. cōprehenſum concluſumq; occidit. 35 Indignam iniuſtámque, &c. ἐδείναζον καὶ ἐδυσφόρουν. indignabantur atque ægrè moleſtéque ferebant, ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδίκῳ φόνῳ. ob viri iniuſtam necem. mortem iniquiſſimè illatam contra omnem fidem iuriſiurandi datam & loci ſanctitatem, in quo perfugiū miſeris erat conſtitutum: quem ille non minus violauit, quàm ſi eum ſanguine innocentis polluiſſet. 36 Adiuuantibus odio, &c. συμμισοπονηρούντων καὶ τῶν Ἑλλήνων, vnà etiam Græcis deteſtantibus illud facinus. De immerita Oniæ, &c. ἐνετύγχανον ὑπὲρ τοῦ παρὰ λόγον τὸν Ὀνίαν ἀπεκτάνθαι. queſti ſunt quòd Onias ſine ratione [aut cauſa, id eſt ἀδίκως iniuſtè] necatus eſſet. De verbo ἐντυγχάνειν antea diximus, ſignificare Intercedere apud aliquē accuſando, aut defendēdo, cauſámq; agere alicuius cōtra aliquē. 37 Maximo ani. &c. ψυχικῶς ἐπιλυπηθεὶς, ex animo cōtriſtatus, vero animi dolore affectus, καὶ ἐπιςραφεὶς εἰς ἔλεον, & verſ⁹ ad miſericordiā. cōmiſeratione ei⁹ viri cōmotus, graui & indigno caſu illius lachrymauit. Sūmámq; mo. καὶ τὴν πολλὴν εὐταξίαν. & multā modeſtiā. Nomē habet hæc virt⁹ apud Græcos ab ordine & cōpoſitione

rerum quæ εὐταξία dicitur, in qua nihil eſt perturbatum & confuſum: ſed omnia diſtincta pulcherrimo ordine, & ſuo ſingula loco collocata ac diſpoſita. ſic ratio vitæ ac morum temperata, moderata, & compoſita, εὐταξία eſt appellata, in qua modus & ordo in omnibus tum conſiliis, tum dictis, tum factis ſummam commendationem habet.

Accenſiſque animis Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatē iubet circunduci: & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

Multis autem ſacrilegiis in templo à Lyſimacho commiſſis Menelai cōſilio, & diuulgata fama, cōgregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum multo iam auro exportato.

Turbis autem inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis ferè tribus millibus, iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto.

Sed vt intellexerunt conatum Lyſimachi, alii lapides, alii fuſtes validos arripuere, quidam verò cinerē in Lyſimachum iecere.

Et multi quidem vulnerati, quidā autem & proſtrati, omnes verò in fugam conuerſi ſunt: ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt.

De his ergo cœpit iudicium aduerſus Menelaum agitari.

Et quum veniſſet Rex Tyrum, ad ipſum negotium detulerūt miſſi tres viri à ſenioribus.

Et quū ſuperaretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dare ad ſuadendum Regi.

Itaque Ptolemæus in quodā atrio poſitū, quaſi refrigerandi gratia, Regem adiit, & deduxit à ſententia:

Et Menelaum quidem vniuerſæ malitiæ reum criminibus abſoluit: miſeros autem qui etiā ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit.

Citò ergo iniuſtā pœnam dederunt qui pro ciuitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſequuti ſunt.

Quam ob rem Tyrii quoque indignati, erga ſepulturam eorum liberaliſſimi extiterunt.

38 Tum ira inflammatus, illico detracta Andronico purpura, tunicáque diſciſſa, eum per totam vrbem circunductum eo in loco, vbi ″Oniam impiè violauerat, impurum homicidam interficiendū curauit, ″Domino condignas ab illo pœnas repetente.

39 Porrò multis per vrbem ſacrilegiis à Lyſimacho commiſſis de conſilio Menelai, famáque rei diuulgata, multitudo aduerſus eū cōgregata eſt, ″quū multū iā aurū diuerſa in loca exportatū eſſet.

Lyſimachum populus opprimit.

40 Ibi Lyſimachus, quum turba eſſet concitata, atque indignationis plena, armatis circiter tribus millibus, ″iniuſta manuum vi agere cœpit, duce quodā tyranno ″affecta iā ætate, nec minus mente.

41 Videntes ergo illi conatum Lyſimachi, alii correptos lapides, alii fragmenta lignorum, ″quidam etiam pulueris oblati quātum manu prehendiſſent, ″in factionem Lyſimachi aggredientem proiiciebant:

42 A quibus multi vulnerati, quidā etiā proſtrati, ōnes certè in fugā cōpulſi fuerūt: ipſe verò ſacrilegus iuxta ærariū eſt interfectus.

43 ″Quibus de rebus iudicio aduerſus Menelaum conſtituto,

44 Quum Rex Tyrum veniſſet, tres viri à ſenatu miſſi, ″coram eo illum reum egerunt.

Accuſatus Menelaus, corrupto Ptolemæo abſoluitur.

45 Menelaus autem ″iam conuictus, pecuniarum quod ſatis eſt, Ptolemæo Dorymenis filio pollicitus eſt ″vt Regem ſibi conciliaret.

46 Itaque Ptolemæus Regem, quum is in atrium quoddam quaſi refrigerationis gratia ſeceſſiſſet, ″peruertit:

47 Vt Menelaum totius ſceleris authorem criminibus abſolueret: miſeros autem illos, qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, ″omni culpa abſoluti liberatíque fuiſſent, ″morte damnaret.

48 Itaque ″confeſtim iniuſta pœna ſunt affecti ″qui cauſam ciuitatis & populi, vaſorúmque ſacrorum ſuſceperant.

49 Quamobrem Tyrii quoque odio ſceleris commoti, quæ ad ſepulturam eorum pertinebant, magnificentiſſimè ſuppeditarunt.

38 Oniam impiè violauerat, ἠσέβησεν ὀνίαν, impiè egerat in Oniam. impietatem admiſerat. Significat hoc verbo vim & necem impiè ſceleratéque illatam contra omne ius & fas. Domino condignas ab illo pœnas repetēte. τοῦ κυρίου τὴν ἀξίαν αὐτῷ κόλασιν ἀποδόντος. Domino dignam ei pœnam retribuente ac rependente. id eſt repetente ab eo pœnam iuſtam & meritam necis iniuſtæ ipſius Oniæ: in quo Deus ſe vindicem vltorémque illius eſſe oſtendit.

39 Multum iam aurum, &c. χρυσωμάτων ἤδη πολλῶν διενηνεγμένων, vaſis aureis iam multis dilatis. aut, diſtractis. id eſt in varia loca exportatis. Hoc enim ſignificat verbum διαφέρεσθαι differri, & diuerſa in loca diſtrahi.

40 Iniuſta manuum vi agere cœpit, κατήρξατο χειρῶν ἀδίκων, aggreſſus eſt manibus iniuſtis. vim iniuſtam inferre cœpit. manus iniuſtas populo intulit. Significat initium pugnæ ab eo factum eſſe. Affecta iam ætate, nec minus mente. προβεβηκότος τὴν ἡλικίαν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῇ διανοίᾳ. prouecto ætate, nec minus & mente. id eſt qui conſenuerat iam non ſolùm ætate & corpore, verùm etiam mente. id eſt non minus erat mente delirus, quàm infirmus corpore: quod eſt turpiſſimum in ſenectute, vbi corpore ſeneſcente, animus & mens vigere debet. In vtriuſque debilitate ſumma ineſt deformitas.

41 Quidā etiam pulueris oblati, τινὲς δὲ ἐκ τῆς παρακειμένης σποδοῦ, quidam autem ex adiacente puluere. id eſt ad pedes oblato, ac propoſito] δρασσόμενοι φύρδην apprehendentes miſtim eum puluerem. i. manu miſtū preſſúmque puluerem proiiciebant in aduerſarios. In factionem Lyſimachi, &c. εἰς τοὺς περὶ τὸν λυσίμαχον, καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους. in Lyſimachum, & aggredientes. ἐπιτίθεσθαι eſt idem quod ἐπιχειρεῖν aggredi, & impetum in aliquem facere. οἱ περὶ τὸν λυσίμαχον, nihil aliud ſignificat quàm ipſum Lyſimachum.

43 Quibus de rebus, &c. περὶ δὲ τούτων ἐνέστη κρίσις πρὸς τὸν μενέλαον, De his ſuſceptum [aut, inſtitutum & cōparatum] eſt iudiciū aduerſus Menelaum. Dicitur etiam in verbo medio τὴν κατηγορίαν ἐνστήσασθαι κατά τινος, inſtituere accuſationē aduerſus aliquem: ſicut ἐνστήσασθαι ἀπολογίαν inſtituere defenſionem. 44 Coram eo illum reum, &c. ἐπ' αὐτοῦ τὴν δικαιολογίαν ἐποιήσαντο. Ad verbū, apud eum iuriſdictionem fecerunt. cauſam expoſuerūt, ac demōſtrarunt, in qua accuſatio Menelai continebatur, vnà cum ipſorū excuſatione, ac defenſione. Nam hoc in genere quod δικαιολογικὸν appellatur, iuris & iniuriæ diſceptatio verſatur, in qua quid æquum, aut iniquum ſit, oſtēditur. Quāquam potuit hæc cauſa coniecturā de facto continere. Sed nihil aliud forma loquendi Græca ſignificat, quàm illos cauſam egiſſe apud Regē iudicem, ad quem totam illam iuriſdictionem retulerunt. 45 Iam conuictus, ἤδη δὲ λελειμμένος, iā victus ſuperatúſque in iudicio. cauſa inferior criminibus conuictus. Ita dicitur qui nihil ad innocentiam ſuam demonſtrandam afferre poteſt, & ita eſt omni defenſione deſtitutus. Vt Regem ſibi, &c. πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα ad ſuadendum Regi. id eſt eius animum ſtudiúmque erga ſe conciliādum. vt eum habens ſibi fauentem abſolueretur. 46 Peruertit: μετέθηκεν τὸν βασιλέα, Ad verbum, tranſpoſuit Regem. id eſt dimouit à ſumma cauſæ æquitate, atque ad iniquiſſimam ſententiam traduxit. id eſt planè peruertit.

47 Omni culpa, &c. ἀπελύθησαν ἂν ἀκατάγνωστοι abſoluti fuiſſent indemnati. id eſt omni culpa crimineque liberati, aut innocentes pronūtiati ac dimiſſi fuiſſent. Morte damnaret. τούτοις θάνατον ἐπέκρινεν. iis mortē adiudicauit. id eſt capitis eos cōdemnauit, extremóq; ſupplicio afficiendos cenſuit. 48 Confeſtim iniuſta, &c. ταχέως τὴν ἄδικον ζημίαν ὑπεῖχον ſtatim [aut, celeriter] iniuſtam pœnā ſuſtinuerūt. iniquiſſima pœna multati ſunt. Qui cauſam ciuitatis, &c. οἱ περὶ πόλεως προηγορήσαντες qui pro ciuitate cauſam dixerāt. aut, cauſam ciuitatis egerāt. qui iniurias Reip. factas perſequuti fuerāt: eam gratiā abſtulerunt ex illo præclaro Regis iudicio, vt morte mulctati fuerint.

50 Menelaus autē per auaritiam potētum principatum retinuit, ″creſcens malitia,magnúſque ciuibus inſidiator conſtitutus.

Cap. V.

Signa Ieroſolymis viſa in cæleſtibus.

1 CIrca autem illud tempus Antiochus ſecundam″expeditionem in AEgyptum ſuſcepit.

2 Contigit autem vt per totam vrbem quadraginta ferè diebus per aerem cernerentur diſcurrentes aurato habitu equites,″& quaſi armatæ haſtatorum cohortes,

3 ″Turmæque equorum ordinibus digeſtæ:″ tũ pugnæ cominus factæ,″concurſúſque vtrinque,″ſimul & conflictus ſcutorum,″magna vis ſpiculorum,gladiorúmque eductio,telorum iactus,&″micantia ſplendore ornamenta aurea,loricæque omnis generis in eodem aere viderentur.

4 Quapropter omnes,″vt hæc oſtenta bono forent,precabantur.

Iaſon ciues ſuos perſequens,tandē exul perimitur.

5 Sed″quum falſus rumor emanauiſſet″vita exceſſiſſe Antiochũ, Iaſon collectis non minus mille viris,″ad vrbem capiendam repēte venit:″quum autem *ciues* ad muros conuolaſſent, & vrbs iam ipſa caperetur,Menelaus ad arcem confugit.

6 Iaſon verò ſuorum ipſius ciuium cædem faciebat,nemini parcens:″nec cogitans fœlicitatem cum pernicie ſuorum coniunctā infœlicitatem eſſe maximam,ſed arbitrans ſe de hoſtibus,&nō de ciuibus trophæa conſtituere.

7 Neque tamen is principatum obtinuit:ſed (″qui fuit inſidiarũ exitꝰ)dedecore ſuſcepto fugiēs,rurſus ſe in Ammanitidē recepit.

8 ″Tandem itaque infœlicem eſt exitum conſequutus,apud Aretā Arabũ principē,ita″incluſus,vt ex alia in aliā vrbē profugeret: quem quum omnes perſequerentur , atque vt legis deſertorem odio proſequerentur,deteſtarentúrque vt patriæ ac ciuium carnificem,in AEgyptum extruſus eſt.

9 ′Et qui multos è patria extorres fecerat,ipſe extorris periit,quũ is ad Lacedæmonios(″quaſi locum ſalutis tutum propter cognationem apud eos habiturus) ſe contuliſſet.

50 Menelaus autem propter eorũ qui in potentia erant,auaritiam, permanebat in poteſtate,creſcēs in malitia ad inſidias ciuium.

Cap.V.

1 EOdem tempore Antiochus ſecũdam profectionē parauit in AEgyptum.

2 Contigit autem per vniuerſam Ieroſolymorum ciuitatem videri diebꝰ quadraginta per aera equites diſcurrentes,auratas ſtolas habentes,& haſtas quaſi cohortes armatas,

3 Et curſus equorum per ordines digeſtos,& cōgreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus,&galeatorũ multitudinem gladiis diſtrictis, & telorũ iactus,& aureorum armorum ſplendorem,omniſque generis loricarum.

4 Quapropter omnes rogabāt in bonum monſtra conuerti.

5 Sed quum falſus rumor exiſſet,tanquam vita exceſſiſſet Antiochus , aſſumptis Iaſon nō minus mille viris, repente aggreſſus eſt ciuitatem:& ciuibus ad murum conuolantibus , ad vltimum apprehenſa ciuitate,Menelaus fugit in arcem.

6 Iaſon verò nō parcebat in cæde ciuibus ſuis:nec cogitabat proſperitatē aduerſum cognatos malum eſſe maximum,arbitrans hoſtium, & non ciuium ſe trophæa capturum.

7 Et principatum quidem non obtinuit:finem verò inſidiarum ſuarũ cōfuſionem accepit,& profugus iterum abiit in Ammaniten. B

8 Ad vltimum in exitium ſui concluſus ab Areta Arabum tyranno,fugiēs de ciuitate in ciuitatem , omnibus odioſus, vt refuga legũ & execrabilis, vt patriæ & ciuium hoſtis, in AEgyptum extruſus eſt.

9 Et qui multos de patria ſua expulerat,peregre periit,Lacedæmonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus.

50 Creſcens malitia, ἐπιφυόμενος τῇ κακίᾳ, augens inſtar herbæ pernicioſæ,prauo nocendi ſtudio.quod in eo fuit inſitum atque innatum. in ea malitia incrementum quoddam faciebat. Quidam hoc verbo ἐπιφύεσθαι volunt ſignificari malitioſam inſinuationem , qua ciuibus ſuis inſidiabatur.Sed prior ſenſus eſt melior,& verbi Græci ſignificationi congruentior.

IN CAPVT V.

1 Expeditionem in AEgy.ſuſcepit. ἔφοδον εἰς αἴγυπτον ἐστείλατο. expeditionem in AEgyptum inſtruxit. parauit.aut,cōparauit.ἔφοδος eſt profectio militaris atque hoſtilis. 2 Et quaſi armatæ,&c. καὶ λόγχαις σπειρηδὸν ἐξωπλισμένους, & haſtis inſtar cohortis armati.id eſt tanquam cohortes lāceis armatæ. 3 Turmæque equorũ ordinibus dig.καὶ ἴλας ἵππων διατεταγμένων, Et turmas[aut,alas]equorum qui erāt ordine diſpoſiti.Eſt enim ἴλη turma,aut ala equitum,ἡ τάξις:certus numerus equitum ordinatus,διατεταγμένος. Inde κατ᾽ ἴλην turmatim.Sũt autem turmæ propriè equitum,ſicut σπεῖραι cohortes peditum. Tum pugnæ cominus fa.καὶ προσβολὰς γινομένας,& coitiones factæ.aut,cōgreſſiones militares,præliorum commiſſiones,pugnæ cōmiſſæ. Concurſuſque vtrinque, καὶ καταδρομὰς ἑκατέρων, & vtrorunque incurſiones.aut,concurſiones ex vtraque parte factas. Simul & confl.ſcutorum, καὶ ἀσπίδων κινήσεις, & motus ſcutorum.aut,concuſſiones.ſiue, colliſiones,id eſt ſoni ex conflictione editi. Magna vis ſpiculorum, καμάκων πλήθη, copia ſpiculorũ,καὶ τῶν μαχαιρῶν σπασμοὺς, & gladiorum eductiones,id eſt gladii è vagina educti,atque ſtricti. Micantia ſplend.&c.χρυσῶν κόσμων ἐκλάμψεις aureorũ ornamētorũ ſplēdores.i. ornamenta aurea reſplendentia. 4 Vt hæc oſtenta,&c. ἠξίουν ἐπ᾽ ἀγαθῷ τὴν ἐπιφάνειαν γίνεσθαι, rogabant in bonum apparitionem fieri.i.vt ſigna & oſtēta illa ſalutaria eſſent. vt quæ illis ſignificabātur,benè ac fœliciter euenirent . Sed ea portendebant maximas calamitates,quæ poſtea ſũt cōſequutæ. 5 Sed quũ falſus rumor,&c. γενομένης δὲ λαλιᾶς ψευδοῦς, Sed quũ ſermo falſus ſparſus eſſet. rumor vanus percrebruiſſet de morte Antiochi. Vita exceſſiſſe Antiochũ, ὡς μετηλλαχότος τὸν βίον Ἀντιόχου, quaſi Antiochus vitam cōmutaſſet.id eſt migraſſet è vita,aut deceſſiſſet.De hac loquēdi forma antea dictum eſt. Ad vrbem capiendam, &c. αἰφνιδίως ἐπὶ τὴν πόλιν συνετελέσατο ἐπίθεσιν,ſubitò in vrbem impetum fecit.ἐπιτίθεσθαι verbum ſignificat aggredi atque inuadere ad aliquid occupandum.Inde ἐπίθεσις πόλεως, aut εἰς τὴν πόλιν huiuſmodi inuaſio,atque hoſtilis occupatio dicitur. Quumautem *ciues*,&c τῶν δὲ ἐπὶ τῷ τείχει συνελασθέντων,his autē ad murum compulſis.quum concurriſſent ad muros,in quibus vrbis erat præcipua defenſio.

6 Nec cogitās fœl.&c.οὐ συννοῶν τὴν εἰς τοὺς συγγενεῖς εὐημερίαν δυσημερίαν εἶναι μεγίστην.nō intelligēs proſperitatē aduerſus cognatos[aut,ſucceſſũ proſperũ cōtra ſuos]eſſe caſũ miſerrimũ.εὐτυχίαν eſſe δυστυχίαν.Nemo enim poteſt eſſe fœlix ac beatꝰ cũ calamitate & pernicie patriæ.

8 Tandem itaque,&c. πέρας οὖν κακῆς ἀναστροφῆς ἔτυχεν tādem igitur malam viciſſitudinem eſt adeptus. id eſt exitum ſua impietate dignum. Incluſus, ἐγκλεισθεὶς,concluſus atque obſeſſus ab omnibus. aut,obſeruatus,vt patriæ proditor & hoſtis. Quidā vertũt,in crimen vocatus:ſed verbũ Græcũ ſignificat eum in Arabia in eas anguſtias coniectũ,vt obſeruatus,appetitúſq; ab omnibus,vagus ac profugus locũ ſubinde mutaret ſalutis cauſa. 9 Et qui multos,&c. καὶ ὁ συχνοὺς τῆς πατρίδος ἀποξενώσας,& qui multos patria expulerat.aut,exules fecerat,in exiliũ miſerat,ipſe exulans patria,miſerè periit:pœna affectus qua alios affecerat.In quibuſdam Græcis codicibus legitur καὶ ὡς χοῦς:in aliis,καὶ ὡσεὶ χοῦς πατρίδος & vt puluis patriæ:corruptè ſanè,detracta priore ſyllaba dictionis συχνοὺς,aut malè præcedenti coniuncta, & eáque corrupta ὡς ſubſtituto pro articulo ὁ. Quaſi locum ſalutis,&c. ὡς διὰ τὴν συγγένειαν τευξόμενος σκέπης,quaſi propter generis propinquitatem protectionem adepturus.ſperans ſe tutum ſalutis perfugium habiturum apud Lacedæmonios propter generis coniũctionem,quam habebāt cum Iudæis.Erant enim orti ab Abraham,vt in primo libro dictum eſt.

Et qui inſepultos abiecerat, ipſe & illamentatus & inſepultus abiicitur: ſepultura neque peregrina vſus, neque patrio ſepulchro participans. 10

His itaque geſtis, ſuſpicat⁹ eſt Rex ſocietatem deſerturos Iudæos: & ob hoc profectus ex AEgypto, efferatis animis, ciuitatem quidẽ armis cepit. 11

Iuſſit autem militibus interficere, nec parcere occurſantibus, & per domos aſcendentes trucidare. 12

Fiebant ergo cædes iuuenum ac ſeniorum, & mulierũ & natorũ exterminia, virginũq; & paruulorũ neces. 13

Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, nõ minus autem venũdati. 14

C Sed nec iſta ſufficiunt: auſus eſt etiã intrare templum vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui Legum & patriæ fuit proditor. 15

Et ſceleſtis manibus ſumẽs ſancta vaſa, quæ ab aliis Regibus & ciuitatibus erãt poſita ad ornatũ loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. 16

Ita alienatus mente Antiochus, nõ conſiderabat quòd propter peccata habitãtium ciuitatem modicũ Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio. 17

Alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ‖ſicut Heliodorus qui miſſus eſt à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiã hic ſtatim adueniens flagellatus, & repulſus vtique fuiſſet ab audacia. 18

Verùm non propter locum, gentẽ: ſed propter gẽtem, locũ Deus elegit. 19

Ideóque & ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, poſtea autẽ fiet ſocius bonorum: & qui derelictus in ira Dei omnipotẽtis eſt, iterum in magni Domini reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur. 20

D Igitur Antiochus mille & octingẽtis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, exiſtimans ſe præ ſuperbia terram ad nauigãdum, pelagus verò ad iter agendũ deducturum propter mẽtis elationẽ. 21

Reliquit autem & præpoſitos ad affligendam gentẽ: Ieroſolymis quidem Philippũ genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipſo à quo conſtitutus eſt: 22

In Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. 23

Quũmque appoſitus eſſet cõtra Iudæos, miſit odioſum principem Apollonium cũ exercitu viginti & duobus 24

10 Et qui multos abiecerat inſepultos, ′omnis expers luctus, iuríſque atque officii in funere debiti, patrio ſepulchro caruit.

11 Hæc quum Rex vt geſta erant accepiſſet, Iudæam ′parare defectionem ſuſpicatus eſt: quamobrẽ reuerſus ex AEgypto, ′animóque efferatus, ipſam vrbem armis cepit.

12 Militibúſque imperauit vt ′nemini parcentes, tam eos cæderent qui obuii facti eſſẽt, quã eos qui in domos aſcẽdiſſent, trucidarẽt.

13 Cædebantur ergo tum iuuenes, tum ſenes, viri ſimul, ac mulieres cum liberis occidebantur, virgines infantéſque iugulabantur:

14 Adeò vt intra tres ad ſummũ dies octoginta millia fuerint occiſa, quadraginta verò millia ′manu capta, nec pauciores vẽditi fuerunt, quàm interfecti.

15 Neque verò his contentus, etiã in templũ totius orbis ſanctiſſimũ ingredi auſus eſt duce Menelao, Legũ ac patriæ proditore.

16 Et ſceleratis manibus ſacra vaſa corripiens, vnáque ea quæ ab aliis Regibus ad amplitudinem, gloriam, honorémque loci ′conſecrata fuerant, impiis contrectans manibus,

17 ′Animo Antiochus efferebatur inſolenter: non conſiderans Dominum propter peccata ciuium ad breue tempus vrbi iratum fuiſſe, ′eóque neglectum ſpretúmque eſſe locum.

18 Nam niſi contigiſſet illos ′multis peccatis implicatos teneri, vt Heliodorus ille à Seleuco rege miſſus ad perſcrutãdum ærarium, ita hic quoque vbi eodem irrupit, repente flagellatus, ab audacia fuiſſet abſterritus.

19 Sed nõ loci gratia gẽtẽ, ſed gẽtis gratia locũ Domin⁹ elegerat.

20 Itaque ille locus qui ′malorum quæ populo acciderunt, particeps fuit, idem beneficiorum quoque Domini particeps extitit: & qui per iram Omnipotentis deſertus fuerat, idem ′gratia maximi Dei reconciliata, cum omni gloria eſt reſtitutus.

21 Antiochus igitur quum mille & octingenta talenta abſtuliſſet è templo, celeriter Antiochiam abſceſſit, præ ſuperbia terram nauigabilem, ′mare verò pedibus peruium ſe effecturum exiſtimãs, tanta animi erat elatio.

22 Reliquit autem præfectos qui gentem affligerent: Hieroſolymis quidem Philippum natione Phrygem, moribus eo ipſo qui eum conſtituerat, barbariorem ac immaniorem.

23 In Garizim autem Andronicum, & præter hos Menelaum ′qui omnium acerbiſſimè in ciues ſuos ferebatur:

24 Habebat enim inimicam in ciues Iudæos voluntatem. miſit etiam odioſum principem Apolloniũ cum exercitu viginti duorũ

Perſequutio Iudæorũ per Antiochum.

Tẽpli ſpoliatio per eundem.

Suprà 3.c.24.

---

10 Omnis expers luctus, ἀπένθητος, quem homines non luxerunt. cuius mortem nullo luctu ſunt proſequuti. Addit etiam καὶ κηδείας οὐδ᾽ ἡστινοσοῦν μετέσχε, neque vllã ſepulturã habuit. κηδεία dicitur honos, ac ius quod mortuis in funere tribuitur, iuſta exequiarũ, & officia debita, quibus Iaſon priuatus fuit. 11 Parare defect. &c. διέλαβεν ἀποστατεῖν. arbitratus eſt Iudæã defectionem meditari. aut, moliri. Animóque efferatus, τεθηριωμένος τῇ ψυχῇ, efferato animo. infeſto atque inimico, quem ad ſæuitiam atque arrocitatem totum conuerterat.

12 Nemini parcentes, ἀφειδῶς citra delectum ac diſcrimen nulli parcentes, neque ætati, neque ſexui, omnes peræquè trucidarent: ita ſignificat ſummam ſæuitiam & crudelitatem, quam oſtendit ſubiuncta diſtributione.

14 Manu capta, ἐν χειρῶν νομαῖς, in præda manuũ. aut, captiuitate. Quidã legũt χειρονομεῖς, vno cõpoſito nomine, pro αἰχμαλωτοὶ captiui.

16 Conſecrata fuerant ἀνατεθέντα dicata [aut, dedicata] fuerant. Hinc ἀναθήματα donaria in templi cultum vſúmque collata.

17 Animo efferebatur, &c. ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν eleuabatur. aut, extollebatur. μετεωρισμὸς ſignificat inſolentiam animi fœlicitate elati. Nam huiuſmodi fœlix rerum ſucceſſus τοὺς ἄφρονας παραφρονεῖ ſtultos infatuat ac dementat, vt ait Demoſthenes. Eóque neglectũ ſpretúmque eſſe locum. διὸ γέγονε περὶ τὸν τόπον παρόρασις, ideo [aut, idcirco. aut, quamobrem] circa locum fuit deſpectio, & contemptio. id eſt ob peccata populi à Domino fuit ſpretus, ac derelictus direptioni ac profanationi.

18 Multis peccatis, &c. ″προσενέχεσθαι πολλοῖς ἁμαρτήμασι, antè teneri multis peccatis. implicari, & inuolui: quæ fuit cauſa illatæ calamitatis.

20 Malorum particeps fuit, συμμετασχὼν δυσπετημάτων, qui particeps fuit incommodorum. aut, potius miſeriarum & calamitatũ quæ genti acciderunt. Gratia maximi Dei reconciliata, τῇ τοῦ μεγάλου δεσπότου καταλλαγῇ, magni Domini reconciliatione. aut, quum magnus Dominus eſt reconciliatus & placatus. vt hæc placatio ac reconciliatio priſtinæ Dei offenſioni opponatur.

21 Mare verò pedibus, &c. καὶ τὸ πέλαγος πορευτὸν θέσθαι & mare pedibus calcabile facturum, atque ordinem naturæ inuerſurum exiſtimans, quemadmodum Xerxes fecerat. 23 Qui omnium acerb. &c. ὃς χείριστα τῶν ἄλλων ὑπερήρετο τοῖς πολίταις. qui omniũ peſſimè efferebatur in ciues. id eſt infeſtiſſimus omnium in eos incitabatur, grauiſſimus ciuium hoſtis, aut inimicus, vt mox ſubiungit.

″Legitur & προσενεχθῆναι

millium, cum huiuſmodi mandatis, vt eos qui virili eſſent ætate, occideret, mulieres autem ac iuniores venderet.

Hic quum perueniſſet Hieroſolymã, pacificum ſe ſimulans, rem vſque in ſacrum ſabbathi diem diſtulit: quo feriantes nactus Iudæos, ſuis vt armati in procinctu eſſent, imperauit: 25

Omnéſque ad ſpectaculum egreſſos trucidauit, & in vrbem cũ armatis irruens, ingentem hominum ſtragem fecit. 26

Tum Iudas Machabæus decimus ipſe in deſertũ ſeceſſit, ibíque cum ſuis ferarum in modum viuebat in montibus, & cibo herbarum veſcentes durabant, ne ſe polluerent. 27

Cap. VI.

Iudæi legẽ Dei relinquere compelluntur. Templum violatur.

NEc multopoſt tempore miſit Rex ſenem quẽdam Athenienſem, qui Iudæos iura patria deſerere cõpelleret, ac leges Dei relinquere, ne illis regerentur: 1

Quíque templum contaminaret Hieroſolymitanum, eíque cognomẽ Iouis Olympii imponeret: illud autem quod in Garizim erat quemadmodum incolæ quidem eius loci requirebant, templum Iouis hoſpitalis nominaret. 2

Grauis erat hæc vniuerſis & acerba ſceleris introductio. 3

Nam templum luxu replebatur & comeſſationibus Gentium, quæ inter ſcorta deſidebant: atque inter ſacros parietes cum mulieribus conſuetudinem habebant: præterea intrò, quæ minimè conueniebat, importabant. 4

Altare etiam rebus nefariis Lege vetitis refertum erat. 5

Neque Sabbathum celebrare quiſquam audebat, nec ſolennes dies patrios obſeruare: nec omnino Iudæum ſe profiteri. 6

Ducebantur autem per vim acerbam ad diem Regis natalem ſingulis menſibus celebrandum, ad viſcerationem: atque ad agitandum, colendúmque Bacchanaliorum ſolenne cogebantur Iudæi hedera redimiti, Baccho pompam ducere. 7

Decretũ inſuper in vicinas Græcorũ vrbes eſt editũ Ptolemæi 8

millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere.

Qui quum veniſſet Ieroſolymã, pacem ſimulans, quieuit vſque ad diem ſanctum Sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere ſuis præcepit.

Omnéſque qui ad ſpectaculũ proceſſerãt, trucidauit: & ciuitatem cum armatis diſcurrens, ingentem multitudinem peremit.

Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras vitam in mõtibus cũ ſuis agebat: & fœni cibo veſcentes, demorabãtur, ne participes eſſent coinquinationis. Cap. VI.

SEd non poſt multum temporis miſit Rex ſenem quẽdam Antiochenum, qui cõpelleret Iudæos vt ſe trãſferrent à patriis & Dei legibus:

Contaminare etiam quod in Ieroſolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympii: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hoſpitalis.

Peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio.

Nam templum luxuria & comeſſationibus Gentium erat plenũ, & ſcortãtium cũ meretricibus, ſacratiſque ædibus mulieres ſe vltro ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat.

Altare etiam plenum erat illicitis, quæ Legibus prohibebantur.

Neque autem Sabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrii ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæum ſe eſſe quiſquam confitebatur.

Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis Regis ad ſacrificia: & quũ Liberi ſacra celebrarẽtur, cogebantur hedera coronati, Libero circuire.

B

Decretũ autẽ exiit in proximas Gẽti-

---

24 Qui virili eſſent ætate, τῇ ἐν ἡλικίᾳ, eos qui eſſent in ætate. Intelligendum eſt vigente ac florente, qualis eſt eorum qui arma ferre poſſunt, & bella poſſunt gerere: quæ militaris, aut virilis dici poteſt. ἡλικία ἀκμάζουσα, ætas vigens.

25 Diſtulit: ἐπέσχεν cõtinuit ſe. id eſt quieuit à vi inferẽda. Suis vt armati in, &c. τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν ἐξοπλισίαν παρήγγειλε. iis qui ſub ſe erant, armaturam præcepit. id eſt mandauit, iuſſit eos armari, atque inſtrui armis, eſſéque paratos & inſtructos, quaſi iam pugnaturi eſſent. Quidam ita vertunt, quum recenſum exercitus armati indixiſſet.

26 Ingentem hominũ ſtragem, &c. ἱκανὰ κατέστρωσε πλήθη. magnam ſtrauit multitudinem. id eſt cecidit. maximã hominũ cædem fecit.

27 Decimus ipſe δέκατός που γενηθεὶς, qui erat propè decimus. vt ſignificet paucos ex illa corruptione euaſiſſe, atque ex illorum numero ipſum decimum fuiſſe. Ne ſe polluerent. πρὸς τὸ μὴ μετασχεῖν τοῦ μολυσμοῦ. ne participes fierent pollutionis ac inquinamenti. Antiochus enim omnia profanarat & polluerat, omnes cogebat ad nefarios cultus & impias gentium ſuperſtitiones. Itaque iſti ſe integros, atque incorruptos in religione præſtiterũt, recipientes ſe in deſertum: quorum pium ſtudiũ Deus ſuo fauore opéque eſt proſequutus.

IN CAPVT VI.

1 Iura patria deſerere μεταβαίνειν ἀπὸ τῶν πατρῴων νόμων. Tranſire [id eſt deſciſcere aut diſcedere] à patriis legibus: atque ad ritum aliarum Gentium tranſire. Ac leges Dei relinquere, &c. καὶ τοῖς τοῦ θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι. & Dei Legibus non gubernarentur. aut, ne in regenda vitæ ratione. pro quo Hebræi dicunt, Ambulare in præceptis ac mandatis Dei.

2 Cognomen Iouis Olympii imp. προσονομάσαι Διὸς Ὀλυμπίου. cognominaret Iouis Olympii. Quemadmodum incolæ, &c. καθὼς ἐτύγχανον οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ſicut volebant ii qui locum illum habitabant. Quidam vertunt, prout erãt habitatores eius loci: quaſi fuerint peregrini atque hoſpites: idcirco illi templo nomen Iouis hoſpitalis tributum eſſe, quòd eorum conditioni ac fortunæ reſponderet.

4 Luxu ἀσωτίας, id eſt turpi intemperantia in potu atque cibo: quæ ἀκρατία dicitur, diſſoluta & fœda viuendi ratio, qualis eſt ebrioſorum & temulentorum. Quæ inter ſcorta, &c. ῥᾳθυμούντων μετὰ ἑταιρῶν, qui deliciabantur cum meretricibus. aut, otioſi molliter ac luxurioſè cum illis viuebant. Significat enim ῥᾳθυμεῖν mollem ac luxurioſam vitam degere, in luxu deſidere. Inter ſacros parietes ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις in ſacris porticibus. id eſt locis templum ambientibus, ſtupri conſuetudinem cum mulieribus habebant. Hoc enim ſignificat verbum πλησιάζειν rem habere cum mulieribus. Hebraicè, ad eas ingredi.

6 Sabbathum celebrare σαββατίζειν ſibbathizare. ſabbathũ colere atque obſeruare. μηδὲ πατρῴους ἑορτὰς διαφυλάττειν, nec paternas ſolennitates [aut, dies feſtos à Patribus inſtitutos] conſeruare licebat. 7 Ducebantur autem per, &c. ἤγοντο δὲ μετὰ πικρᾶς ἀνάγκης ducebantur autem cum amara neceſſitate. grauiſſima vi compellebantur ad celebrandas res nefarias. Ad diem Regis natalem εἰς τὴν τοῦ βασιλέως γενέθλιον ἡμέραν ad diem Regis natalitiũ. in quo colebatur & celebrabatur memoria γενέσεως ortus. aut natiuitatis, ſiue eius diei quo aliquis natus fuiſſet. Fuit autem ſumma veterum cura in ea memoria natalis diei magna cum hilaritate vſurpanda, in qua plus ambitionis, quàm pietatis aut humanitatis inerat. Ad viſcerationem: ἐπὶ σπλαγχνισμὸν, Genus erat ſacrificii, aut epuli in quo viſcera cæſorum animalium, quæ idolis erant mactata, comedenda diſtribuebantur. Huiuſmodi autem carnium diſtributio κρεανομία nominatur, quæ fieri ſolebat vel in ſolenni feſtiuitate, vel in funere alicuius perſonæ excellentis, vel etiam in celebritate diei natalitii, in quo epulũ hominibus præbebatur. Atque ad agitandũ colen. Bacchanaliorũ ſolen. γενομένης δὲ διονυσίων ἑορτῆς, quũ autem eſſet Bacchanaliorum feſtum. Id ſumma intemperantia & petulantia celebrabatur. Baccho pompam ducere. πομπεύειν τῷ Διονύσῳ. pompam agere Libero. aut, Baccho: atque ita immodeſtè debacchari. aut, incedentes cum ferculis idolorum cum faſtu & pompa incedere.

8 Ptolemæi inſtinctu, Πτολεμαίου ὑποτιθεμένου Ptolemæo ſuggerente τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἄγειν eundem ritũ [aut, morem] celebrare, ac colere aduerſus Iudæos. id eſt is author erat eius conſuetudinis atque inſtituti ſuſcepti ad Iudæos exacerbandos, aut corrumpendos.

lium ciuitates,ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent,vt ſacrificarent:

Eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta Gentilium,interficerēt.erat ergo videre miſeriam.

Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circūcidiſſe: quas infantibus ad vbera ſuſpenſis,quum publicè per ciuitatem circunduxiſſent,per muros præcipitauerunt.

C Alii verò ad proximas coeūtes ſpeluncas,& latenter ſabbathi diem celebrātes,cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt: eo quòd verebantur propter religionem & obſeruantiam,manu ſibimet auxiliū ferre.

Obſecro autem eos qui hunc librū lecturi ſunt, ne abhorreſcāt propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri.

Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſentētia agere,ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficii eſt indicium.

Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii dies aduenerit,in plenitudine peccatorum puniat:

Ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demū in nos vindicet.

D Propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amouet: corripiens verò in aduerſis populum ſuum,non derelinquit.

Sed hæc nobis ad commonitionem legentium dicta ſint paucis: iam autē veniendum eſt ad narrationem.

Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus,aperto ore hians cōpellebatur carnem porcinam manducare.

At ille glorioſiſſimā mortē magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium.

inſtinctu,vt idem inſtitutum,″atque epulum contra Iudæos celebrandum ſuſciperetur.

9 Quòd ſiqui minus′in Græcorum ritus ac mores tranſire voluiſſent,interficerentur. itaque′ quiſque videre poterat præſentē calamitatem.

10 Duæ mulieres fuerunt productæ, quòd filios ſuos circuncidiſſent:quæ ſuſpenſos ab vberibus infantes ſuos ferentes,per vrbem publicè ſunt circunductæ,atque de muro præcipitatæ.

11 Alii verò quidam quum proximas in ſpeluncas confugiſſent,ſeptimum diem latenter celebraturi,indicati Philippo, flammis cōcremati ſunt,quòd′propter maieſtatem religioſiſſimi diei auxiliū ſibi ferre vererentur.

12 Quamobrem obſecro eos qui hūc librum lecturi ſunt, ′ne propter has calamitates exorreſcant animo: ſed potius reputent huiuſmodi ſupplicia non ad perniciem gentis noſtræ, ſed ad caſtigationem conſtituta fuiſſe:

13 Atque etiam″ſummæ benignitatis ſignum eſſe,quòd nō diuturnum ſæuiendi tempus impiis hominibus conceſſum fuerit, ſed quamprimum pœnas luerint.

14 Non enim quemadmodum in aliis Gētibus ″lenitate Dominus expectat, ″vt tum denique quum ad cumulum peccatorum peruenerint,in eas animaduertat,

15 Ita de nobis ſtatuit: ′ne ſcilicet peccatis noſtris ad ſummū vſque cumulatis, pœnas tandem à nobis repetat.

16 Quare à nobis quidem miſericordiam ſuam nunquam ſubducit:populum verò ſuū aduerſis caſibus caſtigans,nō derelinquit.

17 Verùm hæc″commonitionis gratia dicta ſint à nobis hactenus: ″nunc deflexu breui ad narrationem eſt redeundum.

18 Eleazarus vnus è primariis Scribis, vir ætate iam prouecta,″vultúſque ſpecie honeſtiſſima præditus, aperire os, & carnem porcinam edere cogebatur.

19 At ille ″glorioſam mortem vitæ cum odio coniunctæ anteponens,″ad tormentum vltro accedebat,expuens:

Monentur lectores ne aduerſa, quibus Dominus filios ſuos affligit,exhorreſcant.

Eleazari paſſio.

Atque epulum καὶ σπλαγχίζειν & ſacrificare.aut,viſcerationē eam facere.Ego epulum verti,quod in eo ſacrificio carnibus diſtributis, exhibebatur.Eſt enim σπλαγχίζειν,idem quod κρεανομεῖν carnes ſacrificii crudas diſpertire.

9 In Græcorum ritus ac mores tranſire ἐπὶ τὰ Ἑλληνικὰ μεταβαίνειν ad inſtituta Græca[aut,conſuetudines]tranſire.id eſt qui nollent ad ritus cultuſque ſuperſtitioſos atque impios ſe conformare & accommodare,relicta ſua religione. Quiſque videre poterat,&c. παρῆν ὁρᾷν τὴν ἐνεστῶσαν ταλαιπωρίαν erat videre præſentem miſeriam. Quidam Vrgentem vertunt.Significat miſerrimum Iudæorum ſtatum,& conditionem,atque oppreſſionem. 11 Propter maieſtatem rel.&c. κατὰ δόξαν τῆς σεμνοτάτης ἡμέρας per gloriam diei maximè venerandi.aut, propter obſeruantiam diei auguſtiſſimi ac ſanctiſſimi,omnique veneratione digniſſimi,ne opitulari quidem ſibi fas eſſe arbitrabantur.

12 Ne abhorreant: μὴ συστέλλεσθαι ne contrahant animum.Quidam vertunt,deſpondeant. Alii,exhorreſcant,quod mihi placet.Eſt autem συστέλλεσθαι quum ad animum refertur, contrahi animo,ac demitti:cui opponitur διαχεῖσθαι dilatari animo,ac diffundi.Contractio illa ſignificat ægritudinem ac mœrorem,qui cum quodam horrore coniunctus eſt.

13 Summæ benignitatis ſignum eſſe, μεγάλης εὐεργεσίας σημεῖον, magni beneficii ſignum.aut,indicium. aut,magni beneficii loco ducendum,quòd Deus non diuturnam graſſandi licentiam impunitatémque conceſſerit:ſed eos quamprimum iuſtis pœnis affecerit.

14 Lenitate expectat, ἀναμένει μακροθυμῶν, expectat patiens.ſumma cum æquitate & manſuetudine. Hac autem iræ Diuinæ lentitudine ac tarditate impii ad impunitatem abutuntur:ſed Deus eam compenſat ſupplicii acerbitate. Vt tum denique quum ad,&c. μέχρι τοῦ καταντήσαντας αὐτοὺς πρὸς ἐκπλήρωσιν ἁμαρτιῶν κολάσαι, donec ipſos quū aduenerint ad plenitudinē peccatorū,puniat: quemadmodū dicit Dominus de Gomorrhæis,eos nondum menſuram peccatorum ſuorum compleuiſſe.Hoc vitiorum ac maleficiorum incrementum in hominibus ἀμετανοήτοις & in peccatis ſuis obfirmatis eſt horrendum.Nam ita materies ad incendium augendum ſemper ſubiicitur.

15 Ne ſcilicet peccatis noſtris,&c. ἵνα μὴ πρὸς τέλος ἀφικομένων ἡμῶν τῶν ἁμαρτιῶν, ne quum ad finem peccata noſtra peruenerint.id eſt cōpleta fuerint,& ſummum impietatis cumulum adepta,tum ira Dei exardeſcat,nóſque puniat.

17 Cōmonitionis gratia ἕως ὑπομνήσεως ad cōmonitionem.id eſt ad vitandam lectoris offenſionem,quam huiuſmodi calamitas & deformitas gentis afferre poterat.poterat enim lector exiſtimare eam planè à Deo abiectam. Nūc deflexu breui,&c. δι᾽ ὀλίγων δ᾽ ἐλευστέον ἐπὶ τὴν διήγησιν. paucis autē veniendum eſt ad narrationē.id eſt hac breui vſus παρεκβάσει declinatiuncula, accedo ad inſtitutam expoſitionem: & breuiter digreſſus,ad eā reuertor.aut,paucis(quemadmodū epitome poſtulat) perſequar:vt ſignificet ea quæ ſequūtur,breuiter eſſe exponenda. 18 Vultúſque ſpecie,&c. καὶ τὴν πρόσοψιν τοῦ προσώπου κάλλιστος τυγχάνων,& qui aſpectu faciei erat pulcherrimus.Eſt enim pulchritudo formæ ſenilis,quæ dignitatē quandā habet.Hæc enim pulchritudo honeſta dici poteſt, quæ cōiuncta cū virtute,ſummā habet cōmendationem. 19 Glorioſam mor.antepo. θάνατον μετ᾽ εὐκλείας μᾶλλον ἀναδεξάμενος, mortem cū gloria magis ſuſcipiens.aut,amplectens,ἢ τὸν μετὰ μύσους βίον quàm vitam cum odio.id eſt odioſam,& infamem ac deteſtandam,huic mortem præclaram præferens. Ad tormentum,&c.αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε, ſponte ad tympanū[id eſt ad ſuppliciū,cruciatúmque] proceſſit.Eſt autem tympanum lignum quo nocentes cædebantur:& τυμπανίζεσθαι dicebantur, qui fuſtibus ita verberabantur. Quidam Hebr.11.g.35, interpretantur diſtendi,ſicut corium diſtēditur.hic tamen author accipere videtur pro μαστιγοῦσθαι verberari,cædi,& flagellari: quo verbo in huius Eleazari ſupplicio vſus eſt.

Quo modo accedere oportebat eos,qui propter ea quæ non fas eſt″amore vitæ guſtare,ſupplicium perpeſſuri eſſent.

Cæterùm″qui nefariæ viſcerationi præfecti erant,propter antiquam quam habebant viri notitiam, ſeductum ſeorſum rogabāt vt ſumptis quibus vti ſibi liceret carnibus paratis à ſe, ſimularet ſe veſci carnibus ſacrificii à Rege imperatis,

Vt hoc pacto mortem effugeret, ac propter veterem quam cū ipſis habebat amicitiam, ″miſericordiam conſequeretur.

Ille verò honeſtam ſuſcipiens cogitationem, dignámque ætate & ſenectutis excellentia,″& contracta iam ſpectabili canitie, tum optima à puero educatione,″imò verò Lege ſancta, à Deóque tradita,″continuò reſpondit,″dixítque citò ad inferos ſe præiturum.

Neque enim, inquit,″noſtræ ætati cōuenit ſimulare,vnde multi adoleſcentes Eleazarum iam nonagenarium in ritus Gentiū ex terarum tranſiiſſe exiſtimantes,

Ipſi quoque ſimulatione mea,″ac breuitate momentaneæ vitæ *à me adamatæ*″in errorem inducantur:& ego″piaculum probrúmque ſenectuti meæ contraham.

Nam etiamſi″in præſentia euaſero hominum ſupplicia,manus quidem certè Omnipotētis neque viuus neque mortuus vnquā effugero.

Quamobrem nunc quidem″fortiter moriens,me qualem ſenectute dignum eſt,præſtitero:

Adoleſcentibus verò præclarum reliquero exemplum, ad mortem pro ſanctis venerandíſque Legibus animoſè ac generoſè oppetendam.Hæc quum dixiſſet,continuò proceſſit ad tormentū.

Qui autem eum ducebant, ″animum ſuum à beneuolentia quam erga ipſum paulo antè declarauerant, ad maleuolentiam traduxerunt, propter ſermones ſuprà expoſitos eum inſanum exiſtimantes.

At ille″inter verbera iā moriturus,ingemiſcēs,Domino,inquit, qui ſanctā habet cognitionē,notum eſt,me,quū poſſem morte liberari, duros perferre corpore dolores flagellatū, animo verò li-

20 Intuēs autem quemadmodū oporteret accedere,patiēter ſuſtinens,deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem.

21 Hi autem qui aſtabant,iniqua miſeratione cōmoti, propter antiquam viri amicitiam tollentes eum ſecretò,rogabant afferri carnes quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe,ſicut Rex imperauerat,de ſacrificii carnibus, E

22 Vt hoc facto à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

23 At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam,& ingenitæ nobilitatis canitiem:atque à puero optimæ cōuerſationis actus, & ſecundū ſanctæ & à Deo cōditæ Legis conſtituta,reſpondit citò, dicens præmitti ſe velle in infernum.

24 Non enim ætati noſtræ dignū eſt, inquit,fingere: vt multi adoleſcētes, arbitrantes Eleazarū nonaginta annorum trāſiſſe ad vitā alienigenarū: F

25 Et ipſi propter meā ſimulationē, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiātur,& per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram.

26 Nam etſi in præſenti tēpore ſuppliciis hominum eripiar,ſed manum Omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam.

27 Quamobrem fortiter vita excedendo,ſenectute quidē dignus apparebo:

Deut.

28 Adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar.His dictis confeſtim ad ſuppliciū trahebatur.

29 Hi autē qui eum ducebant, & paulo antè fuerant mitiores, in iram cōuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.

30 Sed quū plagis perimeretur, ingemuit,& dixit, Domine qui habes ſanctam ſcientiam,manifeſtè tu ſcis quia quum à morte poſſem liberari,duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum

20 Amore vitæ διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν φιλοστοργίαν propter amorem ad viuendum, id eſt qui propter huius vitæ cupiditatem non debent Dei mandatum contemnere,pluriſque facere ſtudium ac deſiderium huius vitæ caducæ,quàm puriſſimum Dei cultum.

21 Qui nefariæ viſcerationi,&c. οἱ πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι, qui ad ſceleſtū[aut, iniquum] ſacrificium [vel epulum] erant ordinati.aut conſtituti.id eſt ei carnium diſtributioni præpoſiti.hi hortabantur illum ad ſimulationem.

22 Miſericordiā conſequeretur. τύχῃ φιλανθρωπίας. conſequeretur humanitatē.id eſt beneficiū vitæ humaniter clementérque tributū.

23 Et contracta iam ſpectabili,&c. καὶ τῆς ἐπικτήτου καὶ ἐπιφανοῦς πολιᾶς, & acquiſita illuſtríque canitie. in qua erat ſpectanda ſenectutis dignitas,& maieſtas. Imò verò μᾶλλον δὲ, magis autem.maximè autem.aut,in primis.particula eſt αὐξητική, quæ rem aliquam præcipuam apponit, vt legem Diuinam, quam θεόκτιστον νομοθεσίαν legiſlationem à Deo conditam appellat. Continuò reſpondit, ἀκολούθως ἀπεφήνατο, cōſequenter reſpondit.id eſt cōtinuò.aut,cōuenieter ſentētiæ ſuſceptæ,vt ab ea oratio non diſcreparet,ſed planè eſſet cōſentanea.i.ἀκόλουθος. Dixitque citò ad,&c. ταχέως λέγων προπέμπειν εἰς τὸν ᾅδην. citò dicens,ſe præmitterent ad infernum.aut,orcum.id eſt ſepulchrum.Hæc verſio verbis Græcis melius congruit,quàm illa quam poſui,ſed ad ſenſum non multum intereſt.

24 Neque enim,inquit,&c.οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἄξιόν ἐστιν.non enim noſtra ætate dignū eſt.id eſt alienum ætate noſtra & indignum ſimulare ac fingere.Præclarum & imitatione dignum eſt exemplum hominis Deum purè colentis, atque in religione integri,qui ne ſimulare quidem vitæ retinendæ cauſa voluit,ſed conſtanter verum Dei cultum retinuit.Hoc autem deberent habere propoſitum qui inter impios omnem fingendi licentiam ſibi permittunt.

25 Ac breuitate momentaneæ vitæ καὶ διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀκαίρεον ζῆν & propter modicum ac momentaneum viuere. id eſt propter cupiditatem huius fluxæ & caducæ vitæ,atque in hac mea ætate breuiſſimæ,& ad momentum duraturæ. In errorem inducantur: πλανηθῶσι δι' ἐμέ decipiantur [aut,errent] propter me. id eſt mea culpa in abnegationem veræ religionis delabātur.Hîc quid dicent hypocritæ,id eſt ſimulatores qui ad ritus impios non vultum ſolum fingunt, ſed totam vitæ externæ rationem & conſuetudinem conformant? Piaculum probrúmque ſenectuti,&c. καὶ μύσος καὶ κηλῖδα τοῦ γήρως κατακτήσομαι. & abominationem[aut,execrationem]labémque ſenectutis acquiram.id eſt turpiſſimam ſceleris maculam ſenectuti meæ inuram. aut,imponam.˙atque ita ſummam ætati meæ deformitatem comparabo,& vitam quam hactenus honeſtiſſimè degi,deformabo.

26 In præſentia ἐπὶ τῷ παρόντι in præſenti.Intelligendum eſt,tempore.etiam ſi hoc tempore.aut,nunc.

27 Fortiter moriens, ἀνδρείως διαλλάξας τὸν βίον, fortiter vitam permutans. antea dixit μεταλλάττειν τὸν βίον commutare vitam: in quo intelligendum eſt aliquid,Cum morte,aut Cum alia meliore.

″Legitur & ἀπαγόντων.

29 Animum ſuum à beneuolentia,&c. πρὸς αὐτὸν τὴν πρότερον εὐμένειαν εἰς δυσμένειαν″ μεταβαλόντων id eſt quum beneuolentiam quam paulo antè erga illum habuerant,in offenſionem conuertiſſent.id eſt animos ſuos immutaſſent: vt qui paulo antè amicè conſeruare ſtudebant,eius videntes conſtantiam atque animi magnitudinem,quam inſaniam interpretabantur,deteſtari cœperint.

30 Inter verbera iam moriturus,μέλλων ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν,quū iam plagis[aut,ictibus]moriturus eſſet.Hic locus& ſequēs in quo dicitur Eleazarus μαστιγούμενος,ſatis oſtēdit tympanū genus tormēti cruciamētiq; fuiſſe, in quo homines ſontes inſtar corii fuſtibus cædebātur,

animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

Et iſte quidem hoc modo vita deceſſit, non ſolùm iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

Cap. VII.

Contigit autem ſeptem fratres vnà cũ matre apprehẽſos, compelli à Rege edere cõtra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos.

Vnus autem ex illis qui erat primus, ſic ait, Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magis quàm patrias Dei leges præuaricari.

Iratus itaque Rex iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi: quibus ſtatim ſuccenſis,

Iuſſit ei qui prior fuerat loquutus, amputari linguam: & cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratrib⁹ & matre inſpicientibus.

Et quum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirãtem torreri in ſartagine: in qua quũ diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter,

B Dicentes, Dominus Deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis quemadmodum in proteſtatione Cãtici declarauit Moyſes, |Et in ſeruis ſuis conſolabitur.

Deut.32.e.43

Mortuo itaque illo primo hoc modo, ſequentem deducebant ad illudẽdum: & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret prius, quàm toto corpore per mẽbra ſingula puniretur.

At ille reſpõdens patria voce, dixit, Non faciam. Propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit:

Et in vltimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait, Tu quidem ſceleſtiſſime in præſen

benter hos cruciatusʹpropter ipſius religionem perpeti.

31 Atque hic quidem hoc modoʹvitam finiuit, mortéque ſua non iuuenibus ſolum, ſed aliis quoque ſuæ gentis quamplurimisʹexẽplum generoſi animi cum virtutis memoria cõiunctum reliquit.

Cap. VII.

Septem fratrum matriſque corũ ſupplicia.

1 Contigit etiam vt ſeptem fratres vnà cum matre comprehenſi, carnes ſuillasʹquibus veſci non liceret, guſtare à Rege cogerentur cæſi flagellis acʹtaureis.

2 Quorum vnusʺprimus omnium ſic ait, Quid tandem exquirere vis, autʺà nobis ſciſcitari? nam nos quidem mori potius parati ſumus quàm leges patrias tranſgredi.

3 Tum Rexʹira accenſus, ſartagines ac lebetes iuſſitʹferuefacere: quibus ſtatim accenſis,

4 Protinus ei qui primus fuerat loquutus, linguam præcidi imperat: eúmque cute detracta,ʺextremis *corporis* partibus mutilari, cæteris eius fratribus cum matre inſpectantibus.

5 Deindeʹomnibus *membris* inutilem redditum, igni admoueri iuſſit ſpirantem adhuc, & ſartagine torreri:ʹPorrò dum vapor à ſartagine ſe latè diffunderet, illi ſe inuicem cum matre hortabanturʹad mortem generoſè oppetendam.

6 Ac ſic dicebãt, Dominus Deus perſpicit hæc,ʹ& reuera in nobis conſolationem accipit, quemadmodum in Cantico coram populo edito prodidit Moſes,ʹEt ſuper ſeruis ſuis ſe conſolabitur.

7 Hoc modo quum primus ille vita defunctus eſſet, & ſecundusʹad illuſionem duceretur, illi eum cute capitis cum capillis detracta, interrogabãt eſſétne tandem comeſturusʹprius quàm corpore membratim mutilando multaretur.

8 At illeʹpatrio ſermone reſpondens, Minime, inquit. Itaque iſte deinceps eundem cruciatum quem primus, perpeſſus fuit.

9 Etʹextremum agẽs ſpiritum, ait, Tu quidẽʺinfeſtiſſime carnifex

Propter ipſius religionem διὰ τὸν αὐτοῦ φόβον propter ipſius timorem. id eſt cultum, religionem, ac Legis eius obſeruationem, quam violare nullo modo volebat. 31 Vitam finiuit, μετήλλαξε, commutauit. aut, migrauit ex hac vita & diſceſſit. Exemplũ generoſi animi ὑπόδειγμα γενναιότητος exemplum generoſitatis. Alii, magnanimitatis vertunt. Addit καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς monumentum [aut, memoriam] virtutis reliquit. id eſt virtutem omni hominum piorum memoria imitationéque digniſſimam. Eſt enim exemplum ſummæ conſtantiæ, μνημονευτὸν memorabile ad imitationem proponendum.

IN CAPVT VII.

1 Quibus veſci non lic. ἀπὸ τῶν ἀθεμίτων ὑείων κρεῶν ab illicitis [aut, nefariis] porcinis carnibus. quarũ eſus Lege Dei fuerat interdictus. Itaque contra fas cogebantur à Rege ſuillam guſtare. Taureis. νευραῖς. flagellis corio taurino confectis, quæ ταυρέα etiam nominãtur. Corrigiæ erant & lora ex tergore taurino quibus ſontes cædebantur.

2 Primus omnium γενόμενος προήγορος qui primus loquutus eſt. qui princeps ſermonis, ac cõfeſſionis fuit. A nobis ſciſcitari? μανθάνειν ἀφ᾽ ἡμῶν; diſcere à nobis? aut cognoſcere? quod fit dum confeſſio tormentis exprimitur. Eam vim homines adhibent, vt intelligãt quid quiſque ſentiat de religione. 3 Ira accenſus, ἔκθυμος, iratus. ira percitus ac incitatus. furore quodam permotus. Feruefacere. ἐκπυροῦν. ſuccendere. igni accendere: vt in his feruentibus pii homines torrerentur ac frigerentur.

4 Extremis *corporis*, &c. ἀκρωτηριάζειν, ſummas extremáſque partes abſcindere & amputare, vt aures, naſum, manus, pedes, cæteráque membra quibus homo vtitur ad functiones vitæ. Huiuſmodi mutilatio ac truncatio corporis, ἀκρωτηριασμὸς dicitur.

5 Omnibus mem. &c. ἄχρηστον τοῖς ὅλοις γενόμενον, Id eſt mutilatum ac truncatum, priuatúmque omnibus membris, quibus homo ad vſum vitæ vtitur. ita deformatum, & laceratum iuſſit torreri igni. Porrò dum Vapor à, &c. τῆς δὲ ἀτμίδος ἐφ᾽ ἱκανὸν διαδιδούσης, vapore ſe multùm dilatante. Quũ ex frictione latius diſpergeretur, aut diffunderetur. Ad mortem generoſè opp. περὶ τοῦ γενναίως τελευτᾶν. ad generoſè moriendum. id eſt εὐψύχως animoſè, fortiter, & conſtanter, & vt dignum erat genere Iſraelitico.

6 Et reuera in nobis conſolat. &c. καὶ ταῖς ἀληθείαις ἐφ᾽ ἡμῖν παρακαλεῖται, & veritatibus [id eſt verè] in nobis ſe conſolatur. id eſt grata eſt ei hæc noſtra obedientia: crudelitas verò ac ſæuitia inimicorum noſtrorum ita odioſa, vt eam ſit breui vindicaturus: atque ita cum ex noſtro obſequio, tum illorum grauiſſimo ſupplicio quandam conſolationẽ accepturus. Eſt enim hoc vſitatum in Scriptura, vt Deus impiis inimicus atque infeſtus, in eorum interitu & grauiſſimo exitio ſe conſoletur: quemadmodum ſolent irati quum eos vlciſcuntur quibus irati ſunt. Sed hìc alia eſt etiam cauſa eius conſolationis, mors ſanctorum, quæ Domino eſt maximè pretioſa & grata. Sed non dubium eſt quin coniungat vtranque: quemadmodũ ex teſtimonio Moſis allegato intelligi poteſt. Et ſuper ſeruis, &c. καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται. Et ſuper ſeruis ſuis conſolabitur. Hæc verba ſumpta ſunt ex Cantico Moſis, Deut. 32. e. 36, vbi denuntiat Moſes Deũ iudicaturũ populum ſuum, eúmque cum hoſtium vltione ac pernicie conſeruaturum. Sunt autẽ verba eius, ועל עבדיו יתנחם quæ Græcus ad verbum reddidit καὶ ἐπὶ δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται, atque in ſeruis ſuis ſe ſolabitur. Moſes eo loco promittit victoriam populo aduerſus impias Gentes coniunctam cum Dei vltoris conſolatione: de qua paulo antè quædam ſunt dicta.

7 Ad illuſionem duceretur, ἦγον ἐπὶ τὸν ἐμπαιγμὸν, duxerunt ad ludibrium. id eſt vt ſumma cum contumelia ignominiáque illuderetur. Erat enim ſæuitia μεθ᾽ ὕβρεως, cũ petulantia contumeliáque coniuncta. Prius quàm corpore, &c. πρὸ τοῦ τιμωρηθῆναι τὸ σῶμα κατὰ μέλος. antequam puniatur corpus per membra. id eſt membratim diſcerpatur ac laceretur. quod tormenti genus ἀκρωτηριασμὸς extremorũ membrorum mutilatio appellatur. 8 Patrio ſermone reſp. ἀποκριθεὶς τῇ πατρίῳ φωνῇ, reſpondens voce patria. i. lingua Hebræa.

9 Extremum agens ſpiritum, ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ γενόμενος, quum eſſet in vltimo ſpiritu. quum iam extremum duceret ſpiritum. id eſt quum iam moriturus eſſet. Infeſtiſſime carnifex ἀλάστωρ Quidam vertunt, ſceleſte. Alii, pernicioſiſſime. ἀλάστωρ aliquando accipitur pro tor-

tore,atque homine alios excruciante:qui ſenſus hoc loco non diſplicet. Nam poſtea horum iuuenum mater vocat Antiochum δήμιον carnificem,aut tortorem. Accipitur autem ἀλάστωρ pro furiis infeſtantibus.

″præſentem nobis vitam eripis:ille verò mundi Rex′nos pro Legibus ſuis morientes,ad reſurrectionem vitæ æternæ reuocabit.

10 Poſt hũc autem tertius,′quum ipſe quoque illuderetur, linguã quam poſcebãt,cõfeſtim protulit, & manus audacter protendẽs,

11 Animoſè inquit,Hæc è cælo accepi,hæc eadem ſperno propter Leges eius,à quo ſpero me rurſum ea recepturum.

12 Ita vt ipſe Rex cum iis qui aderãt adoleſcentis animum admiraretur,′qui eos cruciatus pro nihilo duceret.

13 Hoc quoque vita defuncto,quartũ″iiſdẽ tormẽtis excruciabãt.

14 Qui iam morti proximus,ſic eſt loquutus,Optabile eſt′abiecta ſpe humana,fretos Diuina, expectare à Deo eam reſurrectionem qua ipſi ad vitam reuocẽtur:″nam tibi quidem nulla ad eam vitã reſtitutio erit.

15 Quintus deiceps quũ adductus torqueretur, ad Regẽ reſpiciẽs,

16 Tu quidem, inquit, in homines poteſtatem adeptus,quũ ſis caducus, quod tibi lubet facis : verùm ne putes genus noſtrũ à Deo eſſe derelictum.

17 ′Expecta verò,& ſummam eius potentiam vide,quemadmodũ te progeniémque tuam ſit cruciaturus.

18 Poſt hunc autem quum ſextus productus, iam moriturus eſſet, Ne erres,inquit,temere:nos enim hæc quæ digna ſunt admiratione,propter noſmetipſos patimur, vt qui in noſtrum ipſorum Deum peccauerimus.

19 Tu tamen″ne exiſtimes te impunitum inultúmque futurum, ″qui cum Deo bellum gerere conatus ſis.

20 Supramodum autem mater admiranda ,&′fœlici digna memoria, quæ′vno eodémque die intereuntes ſeptẽ filios intueri æquo ac forti animo ſuſtinuit propter ſpes quas in Domino locauerat.

21 Nam ſingulos eorũ voce patria hortabatur, generoſi plena ſpiritus,ac′muliebrem cogitationem virili animo excitans,

22 Sic illos alloquebatur,′Qualis fuerit ortus in vtero meo veſter ego neſcio:neque ſpiritũ vobis ac vitã dedi,″neque elementa qui-

ti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis Legibus,in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit.

Poſt hunc tertius illuditur , & linguam poſtulatus citò protulit,& manus conſtanter extendit:

Et cum fiducia ait, E cælo iſta poſſideo,ſed propter Dei leges nũc hæc ipſa deſpicio,quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero C

Ita vt Rex , & qui cum ipſo erant, mirarentur adoleſcẽtis animũ, quòd tanquam nihilum duceret cruciatus.

Et hoc ita defuncto,quartum vexabant ſimiliter torquentes.

Et cum iam eſſet ad mortẽ, ſic ait, Potius eſt ab hominib⁹ morti datos ſpem expectare à Deo, iterũ ab ipſo reſuſcitãdos:tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.

Et quum admouiſſent quintum,vexabant quum:at ille reſpiciens in eũ,

Dixit, Poteſtatem inter homines habens,quum ſis corruptibilis ,facis quod vis: noli autẽ putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum.

Tu autem patienter ſuſtine,& videbis magnam poteſtatem ipſius, qualiter te & ſemen tuum torquebit.

Poſt hunc ducebant ſextum , & is mori incipiens,ſic ait,Noli fruſtra errare: nos enim propter noſmetipſos hoc patimur, peccãtes in Deum noſtrum,& digna admiratione facta ſũt in nobis. D

Tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum quòd contra Deum pugnare tentaueris.

Supramodũ autẽ mater mirabilis, & bonorũ memoria digna,quę pereũtes ſeptẽ filios ſub vnius diei tẽpore conſpiciẽs,bono animo ferebat propter ſpem quam in Deo habebat,

Singulos illorũ hortabatur voce patria fortiter,repleta ſapiẽtia: & fœmineæ cogitationi maſculinũ animum inſerens,

Dixit ad eos,Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis : neque enim ego ſpiritũ & animã donaui vobis & vi-

Præſentem nobis vitam eripis: ἐκ τοῦ παρόντος ἡμᾶς ζῆν ἀπολύεις· ex vita præſenti nos diſſoluis. id eſt hac vita priuas: ſed Deus meliorem nobis reſtituet.εἰς αἰώνιον ἡμᾶς ἀναβίωσιν ζωῆς ἀναστήσει.in æternam reſurrectionem vitæ nos ſuſcitabit. In hac iuuenum confeſſione ac fide loci ſunt inſignes de corporum reſurrectione,atque æternitate vitæ.

12 Qui eos cruciatus pro,&c. ὡς ἐν οὐδενὶ τὰς ἀλγηδόνας ἐτίθετο. quòd in nihilo dolores ponebat.i.nihili faciebat,ſiue contemnebat tantos corporis cruciatus. 13 Iiſdem tormentis excruc. ὡσαύτως ἐβασάνιζον αἰκιζόμενοι. eodem modo torquebant[aut,vexabant]cædentes flagris,ac verberibus.ὑβρίζοντες contumeliis afficientes,& corpus eius defœdantes,ac cruciantes. Significat enim hoc verbum κολάζειν & καθυβρίζειν,flagris ac verberibus contumelioſè ac fœdè aliquem cædere & cruciare.

14 Abiecta ſpe humana,μεταλλάσσοντα τὰς ἀπ' ἀνθρώπων, commutantem τὰς [ἐλπίδας ſpes] ab hominibus.id eſt deponentẽ atque abiicientem ſpes humanas,in vno Deo ſpem figere ac locare,ab eóque expectare æternitatem vitæ atque immortalitatem. Quaſi diceret,vanas,incertas,fallacéſque eſſe ſpes hominum:certiſſimam verò ſpem reſurrectionis, vitǽque æternæ omnibus piè Deum colentibus. Atque hæc eſt vna ratio & præcipua cauſa piè viuendi. Nam tibi quidem &c. σοὶ μὲν γὰρ ἀνάστασις εἰς ζωὴν οὐκ ἔσται. tibi quidem reſurrectio ad vitam non erit.i.reſurges quidem,ſed ad æternam mortem,non ad vitam & immortalitatem glorioſam quæ expectanda tantùm eſt.

17 Expecta verò, σὺ δὲ καρτέρει, tu autẽ ſuſtine. Quidam vertunt,Perge:ſed melius Expecta,vt ita eum ad iudiciũ Dei reuocet,eique vindictam pœnámque iuſtam & meritam denuntiet.Eſt enim minax commonitio grauis vltionis futuræ,quam is tum quidem non metuebat, ſed ei tamen impendebat certiſſima.1 9 Ne exiſtimes te impunitum,&c. μὴ νομίσῃς ἀθῷος ἔσεσθαι ἀζήμιον, immunem exemptúmque à vindicta, & pœna tibi debita. ne tibi impunitatem ſcelerum tuorũ promittas. Qui cum Deo bellum,&c. θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας. cum Deo pugnare conatus.qui bellum impium ac ſceleſtum Deo infers,dum eius religionem cultúmque vis abolere, & impuros ritus tuos nobis proponere.Hæc eſt inſana furioſáque contentio aduerſus Deum ſuſcepta.

20 Fœlici digna mem. μνήμης ἀγαθῆς ἀξία, bona memoria digna. cuius nomen & præclarũ pietatis exemplum fideliſſima piorum omnium memoria conſeruetur,atque omni prædicatione celebretur. Summa eius virtus eſt ἀξιομνημονευτὸς,digna quæ ad omnem poſteritatem commemoretur. Vno eodémque die μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέρας vnius ſub tempore diei.i.vno die inſpiciens ſeptem filios ita cruciari ac mori,εὐψύχως ἔφερε ſumma conſtantia & æquitate animi ferebat. Nam εὐψυχία ſignificat tum animi æquitatem ac moderationẽ,tum conſtantiam ac fortitudinem:& εὐψύχως aduerbium vtrunque ſignificare poteſt.Nam quum ſumma ſit matribus φιλοστοργία πρὸς τὰ τέκνα, tenerrimúſque animus,& amoris ſenſus,mirum eſt tam firmam conſtantémque fuiſſe in tam crudeli ac tetro mortis genere, quo filii ipſa inſpectante affecti fuerant.Sed eius animus eximio quodam virtutis ac fidei robore ſeptus ac munitus erat.

21 Muliebrem cogitationem,&c. τὸν θῆλυν λογισμὸν ἄρσενι θυμῷ διεγείρασα, fœmineam cogitationem maſculino animo ſuſcitans aut, erigens:atque ita animi virilis magnitudine vincebat imbecillitatem muliebrem maternúmque affectum,qui in fœminis eſt tenerrimus.

22 Qualis fuerit ortus,&c. ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν, Quomodo vos in meo apparuiſtis vtero, id eſt orti ac procreati fuiſtis,quis modus & ratio fuerit generationis veſtræ in vtero meo,ego ignoro:Deus enim formator veſter ipſe ſcit. Neque elementa,&c. καὶ τὴν ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διερρύθμισα.& ſingulorum conſtitutionẽ[aut,informationem naturæ ex elementis conſtitutæ] non ego compegi.aut,

compoſui & digeſſi. Significat autem στοιχειώσας primam hominis deformationem ἐκ τῶν στοιχείων elementis factam, ac naturæ principiis quibus homo conſtare aut conſtitutus compoſitúſque eſſe dicitur. Ea autem pia mater negat ſe διαρρυθμῆσαι, id eſt concinnaſſe aut digeſſiſſe, ſed admirandum illud naturæ artificium Deo authori atque opifici tribuit.

E tam, & ſingulorum membra nõ ego ipſa compegi.

Sed enim mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem: & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet, & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius.

Antiochus autem contemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, cum adhuc adoleſcẽtior ſupereſſet, non ſolũ verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat ſe diuitem & beatum facturum, & tranſlatum à patriis legibus amicũ habiturum, & res neceſſarias ei præbiturũ.

Sed adhæc quum adoleſcẽs nequaquam inclinaretur, vocauit Rex matrem, & ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutem.

Quum autẽ multis eam verbis eſſet hortatus, ꝓmiſit ſuaſurã ſe filio ſuo.

Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce, F Fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triẽnio dedi & alui, & in ætatem iſtã perduxi:

Peto à te nate, vt aſpicias ad cælũ & terram, & ad omnia quæ in eis ſũt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus.

Ita fiet vt non timeas carnificem iſtũ, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratiõe cũ fratrib⁹ tuis te recipiã.

Quum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens, Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto Regis, ſed pręcepto Legis quæ data eſt nobis per Moyſen.

Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebręos, non effugies manum Dei.

Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur.

Et ſi nobis propter increpationẽ, & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis.

Tu autem ô ſcelеſte, & omnium hominum flagitioſiſſime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflã G matus:

Nondum enim omnipotentis Dei & omnia inſpiciẽtis iudiciũ effugiſti.

bus vnuſquiſque veſtrum conſtat, concinnaui.

23 At verò mundi Creator ille, 'qui hominem in ipſius origine formauit, generationémque omnium inuenit, idẽ rurſum vobis & ſpiritum & vitam clementer redditurus eſt, 'qui vitæ nunc veſtræ nullam rationem propter leges ipſius habetis.

24 Antiochus autem ſe contemni arbitrans 'vocémque ſibi exprobrantem animaduertens, quum ſupereſſet adhuc natu minimus, non verbis modò exhortationem adhibebat, ſed etiã iureiurando confirmabat ſe illum redditurum diuitem atque beatum, ſi à patriis inſtitutis legibúſque deſciuiſſet, atque adeò ipſum pro amico habiturum, 'negotiáque ei adminiſtranda commiſſurum.

25 'Porrò quum adoleſcens nihil moueretur, Rex aduocatam matrem hortabatur, 'vt iuueni conſilium daret ad ſalutem.

26 Quæ quum 'multùm inſtante eo, 'ſe filio ſuaſuram recepiſſet:

27 Vt ad illum acceſſit propius, crudelem tyrannum irridẽs, patria voce ſic eſt loquuta, Miſerere mei fili, quæ te nouem mẽſibus in vtero tuli meo, quæ te lactaui tribus annis, quæ te enutriui, & ad hanc vſque ætatem perduxi, atque 'educaui:

28 Poſtulo à te fili, vt in cælũ ſuſpiciens, terrámque & omnia quæ in ea ſunt contemplans, agnoſcas Deum 'ea effeciſſe ex nihilo, eodémque modo humanum genus procreaſſe.

29 Carnificem iſtum ne metuas, ſed tuis te dignum præbens fratribus, mortem ſuſcipias: vt per clementiam te cum eiſdem recipiã.

30 Hæc quum ea adhuc loqueretur, Quem, inquit adoleſcens, expectatis? Imperio Regis non obedio: ſed audio potius præceptum Legis quæ Patribus noſtris per Moſen tradita eſt.

31 Tu verò qui omnis malitiæ inuentor in Hebræos extitiſti, manus Dei nequaquam effugeris.

32 Nos quidem hæc propter peccata noſtra patimur:

33 'Sed quanuis caſtigationis & correctionis gratia viuus Dominus nobis aliquantiſper iratus ſit, rurſum tamen ſeruis ſuis reconciliabitur.

34 Tu verò 'ô impie, atque omnium hominum ſceleratiſſime, 'ne incerta ſpe fremens, temere teipſum efferas, ſeruis cæleſtis Dei manus afferens:

35 Nõdũ enim iudiciũ omnipotẽtis, atq; 'inſpectoris Dei effugiſti.

23 Qui hominem in ipſius, &c. ὁ πλάσας τοῦ ἀνθρώπου γένεσιν, qui formauit hominis generationem. id eſt qui hominis in ipſius ortu effector ac formator eſt. ὁ πλάστης, qui illum finxit, ac partibus mẽbriſque ſuis cõpoſuit & conformauit. Qui vitæ nũc veſtræ, &c. ὡς νῦν ὑπερορᾶτε ἑαυτούς. ſicuti nunc deſpicitis voſipſos. negligitis vitam veſtram propter obſeruationem Legis eius, atque ita vitam veſtram religione ac Lege poſteriorem ducitis. 24 Vocémque ſibi exprob. animad. τὴν ὀνειδίζουσαν ὑφορώμενος φωνὴν, Quidam vertunt, vocem ſibi probroſam metuens. ὑφορώμενος enim dicitur qui ſuſpicatur aliquid ex iis quæ videt atque animaduertit. ita ſenſus erit, Antiochum qui ſanctam ſuperiorum contumaciam & libertatem in loquendo viderat, maiora adhuc probra metuiſſe, atque ita oratione blanda vti cœpiſſe. Negotiáque ei adminiſt. cõmiſ. καὶ χρείας ἐμπιστεύσειν. munera ei concrediturũ. χρεῖαι dicuntur functiones negotiorũ publicorũ.

25 Porrò quum adoleſcens, &c. τοῦ δὲ νεανίου μηδαμῶς προσέχοντος, At adoleſcente nequaquam attendente. Qui non magni faceret Regis promiſſa, neque his vllo modo moueretur. Vt iuueni conſilium, &c. τοῦ μειρακίου γενέσθαι σύμβουλον ἐπὶ σωτηρίᾳ. vt eſſet adoleſcenti conſultrix in ſalutem. vt ei conſilium daret ſalutare, quo ſaluti vitæque ſuæ conſuleret. vt huiuſmodi conſilii ei author eſſet.

26 Multùm inſtante eo, πολλὰ αὐτοῦ παραινέσαντος, multis illo adhortante. quum Antiochus eam pluribus verbis hortaretur, monendo rogandóque inſtaret, vt filium ad alia conſilia reuocaret. Se filio ſuaſuram recep. ἐπεδέξατο πείσειν τὸν υἱόν· promiſit ſe filio ſuaſuram. ἐπιδέχεσθαι eſt admittere, & nutu aut aliqua ſignificatione oſtendere ſe aliquid facturum.

27 Educaui: τροφοφορήσασαν· quæ moleſtias educationis ſuſtinui. τροφοφορεῖν à τροφή, quod curam alendi nutriendique ſignificat, & φέρω fero, ſuſtineo. Hæc beneficiorum commemoratio in bona & pia cauſa adhibita, magnam apud filium authoritatem & vim habere debuit.

28 Ea effeciſſe ex nihilo, ὅτι οὐκ ἐξ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ, quòd ex iis quæ non ſunt, ea fecit. id eſt ex nihilo creauit.

33 Sed quanuis caſtigationis, &c. εἰ δὲ χάριν ἐπιπλήξεως καὶ παιδείας Quòd ſi gratia obiurgationis ac diſciplinæ. aut, correctionis. i. vt propter peccata noſtra nos caſtiget & corripiat, & quemadmodum pater filium ſuum ſolet: ſperamus tamen eum propitium nobis futurum.

34 O impie, ὦ ἀνόσιε, Ita dicitur qui remotus alienúſque eſt à religione. planè omnis expers timoris Dei. qui omne numen contẽnit. Ne incerta ſpe fremẽs, &c. μὴ μάτην μετεωρίζου φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσι, ne fruſtra [aut, in vanum] extollaris frendens incertis ſpebus. quaſi ſuſpenſus & elatus ſpe inani & fallaci, ἐπὶ τοὺς οὐρανίους παῖδας ἐπαιρόμενος χεῖρα· in ſeruos cæleſtes manum inferens. manus violentas inferens. 35 Inſpectoris Dei ἐπόπτου θεοῦ Dei qui omnia intuetur. vt hoc aſpectu Dei ſummam eius prouidentiam curámque rerum humanarum, & maximè Eccleſiæ ſuæ ſignificet.

36 Nam fratres mei breuem perpeſſi dolorem,ʼDiuino vitæ perennis fœdere continētur:tu verò iuſtas ſuperbiæ pœnas iudicio Dei ʼdaturus es.

37 Ego autem quemadmodum & fratres, tum corpus,ʼtum vitam pro legibus patriis deuoueo, Deum inuocans vt ſe breui propitiū genti noſtræ exhibeat, túque inter tormenta flagelláque ſolum eſſe Deum confitearis.

38 ʼIn me verò ac fratribus meis ira Omnipotentis deſinat, quæ iuſtè in vniuerſam gentem noſtram illata eſt.

39 Tum Rex ira commotus, ſe deriſum acerbè ferens,ʼhuic ſe magis quàm cæteris acerbum ſæuúmque exhibuit.

40 Itaq; hic quoque Domino planè cōfiſus, purè mortē oppetiit.

41 ʼNouiſſimo verò poſt filios loco mater vitam finiuit.

42 ʼAc de iis quæ ad epulum, grauiſſimúmque tormentum, ac ſupplicium pertinebant, hactenus hæc dicta ſint.

Cap. VIII.

Iudas exercitū colligit.

1 Porrò Iudas Macabæus ʼ& qui ſe ei ſocios adiunxerant, latenter in caſtella ingreſſi,ʼcognatos euocabant ad ſocietatem: & quum eos qui in Iudaiſmo permanſerant, accepiſſent, ad ſex millia *hominum* contraxerunt.

2 Inuocabant autem Dominum, vt afflictum ab omnibus populum reſpiceret: templíque ab impiis hominibus profanati,

3 Atque etiam labefactatæ, ac propè iam ſolo æquandæ vrbis miſericordiam caperet: vtque clamantem ad ſe ſanguinē exaudiret:

4 Et recordaretur ʼiniuſtas innocētum infantium mortes, factáſque nomini ſuo cōtumelias:ʼatq; ſuū in ſcelera odiū declararet.

5 Maccabæus ergo quum manum hominum collegiſſet, ʼintolerabilis erat gentibus, ira Domini in miſericordiam conuerſa.

6 Nam vrbes & caſtella ʼaduentu aggreſſus improuiſo, incendebat, & opportuna loca occupans, non paucos hoſtium ʼagens in fugam, ſuperabat:

7 ʼNoctes ad huiuſmodi inſidias peropportunas exiſtimans:ʼac præclara quædā fama virtutis eius vbique diffuſa peruagabatur.

36 Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtētato ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt: tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues.

37 Ego autem ſicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus, inuocans Deum maturius genti noſtræ propitium fieri, téque cum tormentis & verberibus cōfiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus.

38 In me verò & in fratribus meis deſinet Omnipotentis ira, quæ ſuper omne genꝰ noſtrū iuſtè ſuperducta eſt.

39 Tunc Rex accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferens ſe deriſum.

40 Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens.

41 Nouiſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt.

42 Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

Cap. VIII.

1 IVdas verò Machabæus & qui cum illo erant, introibāt latenter in caſtella: & cōuocantes cognatos, & eos qui permāſerunt in Iudaiſmo aſſumētes, eduxerunt ad ſe ſex millia virorū.

2 Et inuocabant Dominum vt reſpiceret in populū qui ab omnibus calcabatur, & miſereretur tēplo quod cōtaminabatur ab impiis:

3 Miſereretur etiam exterminio ciuitatis quę eſſet illico complananda, & vocē ſanguinis ad ſe clamātis audiret:

4 Memoraretur quoque iniquiſſimas mortes paruulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his.

5 At Machabæus congregata multitudine, intolerabilis Gētibus efficiebatur: ira enim Domini in miſericordiā conuerſa eſt.

6 Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hoſtium ſtrages dabat: B

7 Maximè autē noctibus ad huiuſmodi excurſus ferebatur: & fama virtutis eius vbique diffundebatur.

36 Diuino vitæ perennis,&c. ἀενάου ζωῆς ὑπὸ διαθήκην θεοῦ πεπτώκασι ſub pactum [aut, fœdus] Dei vitæ æternæ ceciderunt. id eſt perfuncti breui ac momentaneo corporis tormento, iam fœdere vitæ ſempiternæ quod Deus conſtituit, perfruuntur. aut, ad eius perfruitionem peruenerunt, quod ad animam attinet, expectantes placidè reliquum fructum glorioſæ reſurrectionis. Daturus es. ἀποίσῃ. auferes. aut, lues ac perſolues. à verbo ἀποφέρομαι fero, aufero, id eſt perſoluo. auferes præmium tuis factis dignum.

37 Tum vitam,&c. καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων, & animam trado [aut, expono] pro patriis legibus conſeruandis. corpus vitámque propriam negligo, & tormentis ac morti offero & trado. Nam anima pro vita accipitur.

38 In me verò ac fratribus,&c. ἐν ἐμοὶ δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου στῆναι τὴν τοῦ παντοκράτορος ὀργὴν, Vt in me ac fratribus meis conſiſtat ira Omnipotentis. non progrediatur amplius, nec graſſetur in gente noſtra, ſed in nobis finem faciat. Placetur ſedetúrque in nobis voluntas Dei offenſa. 39 Huic ſe magis quàm,&c. τούτῳ παρὰ τοὺς ἄλλους χειρίστως ἀπήντησε. in hunc peſſimè ſuper alios inuectus eſt. Maiore crudelitate ac ſæuitia in hunc fuit incitatus. grauius & acerbius quàm cæteros illum tractauit. aut, teterrimè in hunc fuit incitatus. πικρῶς φέρων ἐπὶ μυκτηρισμῷ. acerbè ferens ob ſubſannationem. i. verba probroſa quibus ab eo reprehenſus & contemptus fuerat.

41 Nouiſſimo verò poſt,&c. ἐσχάτη δὲ τῶν υἱῶν ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε. poſtrema autem [aut, vltima] filiorum mater mortua eſt. id eſt vltimo ac poſtremo loco poſt filios ea mortem obiit. poſtrema ſupplicio affecta, vitam finiit.

42 Ac de iis quæ ad,&c. τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς σπλαγχνισμοὺς καὶ τὰς ὑπερβαλλούσας αἰκίας, Quæ igitur circa viſcerationes & ſumma ſupplicia. aut, cruciamenta verberibus facta. σπλαγχνισμὸς verti epulum, propterea quòd ſacrificio facto, carnibus diſtributis veſcebantur atque epulabantur. αἰκίας vocat verberationes quibus inſtar tympani crebris ictibus verberibúſque ſummo cum cruciatu cædebantur.

IN CAPVT VIII.

ʼ1 Et qui ſe ei ſocios adiunx. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, & qui cum eo erant coniuncti. qui eum ſequebantur. Cognatos euocabant προσεκαλοῦντο τοὺς συγγενεῖς adhortabantur cognatos. id eſt Iudæos ad coeundam religionis ſocietatem, & cauſam eius defendendam. προσκαλεῖσθαι eſt vocare, aut euocare aliquem ad rem aliquam. 4 Iniuſtas innocentum,&c. τῆς τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων παρανόμου ἀπωλείας, perditionis inſōtiū infantiū, iniquæ. aut, nefariæ perditionis. id eſt iniuſtæ necis per vim illatæ memor eſſet. νηπίους ἀναμαρτήτους vocat paruulos atque infantes qui nihil peccauerant ac deliquerant, expertes peccatorum eorum quæ in ætate adulta committuntur. Atque ſuum in ſcele.&c. καὶ μισοπονηρῆσαι. & ſceleſtos [aut, ſcelera] odio proſequeretur. abominaretur ac deteſtaretur. Hoc enim ſignificat μισοπονηρεῖν, & μισοπονηρία affectio animi vitiis peccatiſque infeſti atque inimici. 5 Intolerabilis erat gentibus, ἀνυπόστατος, qui ſuſtineri non poterat. in cuius conſpectu gentes non poterant conſiſtere. eius vim impetúmque ſuſtinere: ita erat eis formidabilis.

ʼLegitur & ἁμαρτημάτων mendoſè fortaſſe.

6 Aduentu aggreſſus improuiſo, ἀπροσδοκήτως ἐρχόμενος, inſperato veniens [id eſt ſubito repentinóque] aduentu. quo homines nec opinantes expectantéſque opprimebat. παρὰ προσδοκίαν, præter ſpem eorum atque expectationem. Agens in fugam, τροπούμενος, Id eſt εἰς φυγὴν τρέπων in fugam conuertens. à τροποῦσθαι quod ſignificat hoſtes profligare, atque in fugam agere.

7 Noctes ad huiuſmodi,&c. μάλιστα τὰς νύκτας πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιβουλὰς συνεργοὺς ἐλάμβανε· noctes maximè adiutrices ad eas inſidias arbitrabatur, atque ita earum opportuno adiumento vtebatur ad opprimendos hoſtes. Itaque tempus nocturnum deligebat ad huiuſmodi inſidias idoneum. Ac præclara quædam,&c. καὶ λαλιά τις τῆς εὐανδρίας αὐτοῦ διεχεῖτο. & fama quædam fortitudinis eius diffundebatur. diuulgabatur longè & latè peruagata.

Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequẽtius res ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnices ſcripſit vt auxilium ferret regiis negotiis. 8

At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permiſtis Gentibus, armatis nõ minus viginti millibus, vt vniuerſum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & inbellicis rebus experientiſſimo. 9

C Conſtituit autem Nicanor vt Regi tributum quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum ſuppleret: 10

Statimque ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coemptionẽ Iudaicorum mancipiorum, promittẽs ſe nonaginta mancipia talẽto diſtracturum: non reſpiciens ad vindictam quæ eũ ab Omnipotente eſſet conſequutura. 11

Iudas autem vbi comperit, indicauit his qui ſecum erant Iudæis, Nicanoris aduentum: 12

Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ, in fugam vertebantur: 13

Alii verò ſiquid eis ſupererat, vendebant, ſimúlque Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendiderat: 14

D Et ſi non propter eos, propter teſtamẽtum tamẽ quod erat ad Patres eorum, & propter inuocationẽ ſãcti & magnifici nominis ei⁹ ſuper ipſos. 15

Conuocatis autem Machabæus ſeptem millibus, qui cum ipſo erant, rogabat ne hoſtibus reconciliarentur, neque metuerent iniquè venientium aduerſum ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter contenderent: 16

Ante oculos habentes contumeliã quæ loco ſancto ab his iniuſtè eſſet illata, itémque & ludibrio habitæ ciui- 17

8 Itaque videns Philippus virum "incrementis paulatim proficere, & crebras rerum bene geſtarum acceſſiones facere, ad Ptolemæum præfectum Cœleſyriæ, Phœniciæque ſcripſit, vt negotiis Regis ſubueniret.

9 Is delectum protinus Nicanorem Patrocli filium è primariis amicis vnũ miſit, eíque circiter viginti millia "ex promiſcuis gentibus collecta attribuit, vt vniuerſum Iudæorum genus deleret: adiunxit etiam ei Gorgiam "virum imperatorium, & qui magnũ in re militari vſum habebat.

10 Conſtituerat autem Nicanor Regi tributum Romanis pendendũ, duo talentorũ millia, "quæ ex captiuitate Iudæorũ ſupplerẽtur.

11 Itaque confeſtim ad maritimas ciuitates miſit "qui emptores Iudaicorum mancipiorum euocarent, "nonagena mancipia talento ſe diſtracturum pollicens: nec expectans eam vindictam quæ in ipſum ab Omnipotente conſequutura erat.

12 "Maccabæus de aduentu Nicanoris certior factus, "quũ ſuis exercitum *hoſtium* adueniſſe ſignificaſſet:

13 "Quidam timidi, ac vindictæ Dei diffidentes, "ſeipſos ſubducentes diffugiebant:

14 Alii verò omnibus quæ reliqua habebant venditis, vnà precabãtur Dominũ vt conſeruaret eos, quos impius Nicanor "ante ipſorum occurſum congreſſúmque vendidiſſet.

15 "Quòd ſi minus propter ipſos, at certè propter fœdera cum Patribus conſtituta faceret: ac "propter venerandum magnificúmque nomen quo cenſerentur.

16 Maccabæus autẽ collectos ſocios, qui erant ſex millia numero, hortabatur "ne hoſtes reformidarẽt, neque multitudinem Gentiũ quæ iniuſtè inuaderent ipſos, metuerent, ſed decertarẽt fortiter:

17 Ponentes ſibi ob oculos tum "contumeliam in ſanctum locum nefariè indignéque illatam, tum ciuitatis ludibrio habitæ iniuriã,

Mittitur Nicanor aduerſus Iudam.

Iudas ſuos hortatur ad cõſtantiã.

8 Incrementis paulatim proficere, κατὰ μικρὸν εἰς προκοπὴν ἐρχόμενον, paulatim ad profectum venientem. id eſt qui incrementa rerum faceret, & aliquos quotidie progreſſus ac ſucceſſus adipiſceretur. In ſequenti mẽbro dicit πυκνότερον ἐν ταῖς εὐημερίαις προβαίνοντα, qui frequentibus ſucceſſibus procederet, aut progrederetur, id eſt frequẽtes rerum fœliciter geſtarum acceſſiones faceret. εὐημερία eſt idem propè quod εὐτυχία καὶ εὐπραγία, fœlicitas & bonus ſucceſſus, quum res commodè ex ſententiáque geruntur proſperè ac fœliciter. Itaque accipitur ſæpe pro ſtatu rerum bonarum ac ſecundarum. 9 Ex promiſcuis gẽtibus, &c. ὑποτάξας παμφύλων ἔθνη ſubdens [aut, ſubiungens ei] omnis generis gentes. i. milites collectos variè ex omni genere gentiũ vicinarum. ex ea varietate erat confectus ac miſtus exercitus. Virũ imperatorium, ἄνδρα στρατηγὸν, virum ducem. aut, imperatorem. id eſt arte virtutéque imperatoria præditum. in ductando exercitu verſatũ. Adiungit καὶ ἐν πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν ἔχοντα, & in bellicis muneribus experientiam habentem. i. rei militaris peritum. ἔμπειρος dicitur qui eſt verſatus, ac vſum habet rerum bellicarum. Profeſſio & ars Gorgiæ erat imperatoria, στρατηγική. eam ſummã habebat authoritate, ſcientia, atque experientia rerum bellicarum comparatam. 10 Quæ ex captiuitate, &c. ἐκ τῆς τῶν ἰουδαίων αἰχμαλωσίας ἐκπλήρωσιν. ex Iudæorum captiuitate ſupplementum. id eſt quod ex Iudæis captiuis conficeretur. Sperabat enim ſe ex vẽditione mancipiorum eam pecuniã confecturum, quæ Romanis pendenda erat. 11 Qui emptores Iud. &c. προσκαλούμενος ἐπ' ἀγορασμὸν τῶν ἰουδαίων σωμάτων, prouocans ad emptionem Iudæorum corporum. Qui enim in bello capiebantur, erant venales, mercatoribúſque vt mancipia diuendebantur. Hæc erat miſerrima vitæ ſeruilis conditio, qua Dominus ipſos liberauit, lupúmque deluſit hiantem, quum hominem ſceleratum ita fruſtratus eſt.

Nonagena mancipia, &c. ταλάντου παραχωρήσειν ἐνενήκοντα σώματα nonagena corpora talento ſe addicturum. Corpora & animas Hebræi ſæpe vſurpant pro hominibus ipſis, & (vt vulgò dicunt) perſonis. παραχωρεῖν dicitur venditor qui rem venalem certo pretio addicit emptori, aut diſtrahit, id eſt vendit. 12 Maccabæus de aduẽtu, &c. τῷ δὲ ἰούδᾳ προσέπεσε περὶ τῆς νικάνορος ἐφόδου, At Iudæ cõpertũ fuit [aut, cognitum] de aduentu Nicanoris. intellexit, aut accepit Nicanorem adueniſſe. aut, ei allatum nuntiatúmque eſt. Quum ſuis exercitum, &c. μεταδόντος τοῖς σὺν αὐτῷ τὴν παρουσίαν τοῦ στρατοπέδου, quũ declaraſſet iis qui cũ ipſo erant, aduentũ exercitus: hoſtilis ſcilicet. Significat autem μεταδιδόναι communicare rem aliquam cum aliquibus, eiúſque nuntium eis impertire, rei allatæ nũtiatæque eos participes facere. Quũ eis expoſuiſſet hoſtes adueniſſe. 13 Quidam timidi, οἱ δειλανδροῦντες, Formidoloſi. ſiue, Qui formidabant. terrebantur. pauefcebant, allata fama de hoſtium aduentu. Seipſos ſubducentes diffug. διεδιδράσκον καὶ ἐξετόπιζον ἑαυτούς. fugam parabant [aut, in eam ſe cõuertebant] atque à loco recedebant. dilabebantur à caſtris, ac diſcedebant. ἐκτοπίζειν eſt locum mutare, ſe aliò transferre: hìc autem ſeipſum ſubtrahere ac ſubducere à belli periculique ſocietate. 14 Ante ipſorum, &c. πρὶν συντυχεῖν antequam congreſſi eſſent. priuſquam obuii ſibi fuiſſent. Quidam vertunt, priuſquam adeptus eſſet. antequam præda eſſet potitus. Sed altera verſio verbo Græco melius congruit, & ſenſum alterum comprehendit. συντυγχάνειν enim ſignificat conuenire & congredi aut ſermonis cauſa, aut prælii: vt hoc loco congreſſum hoſtilem ſignificet. 15 Quòd ſi minus propter ipſos, καὶ εἰ δὲ μὴ δι' αὐτούς, Sin minus propter ipſos: propter fœdera quidem cum Patribus conſtituta: aut propter pacta, ſiue ea quæ Patribus eorum pactus eſſet. vt τὰς διαθήκας intelligat ἐπαγγελίας promiſſiones pactionéſque factas Patribus. Nomen Fœderis vtrunque complectitur. Propter venerandum, &c. ἕνεκεν τῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐπικλήσεως ὀνόματος. propter ſuper ipſos inuocationem nominis. Nomen Dei dicitur inuocari ſuper eos qui ex eius populo dicuntur, habentur, ac cenſentur. Sic Eſaias 4.a.1, Septem mulieres apprehendent vnum virum, vt nomen ipſius ſuper eas inuocetur. i. nomine eius cenſeantur. Sic Gen. 48.c.16, Iacob nepotibus ſuis benedicens, ait, Nomen meũ & patrum meorum Abrahã & Iſaac ſuper ipſos inuocetur. i. habeantur, cenſeantúrque è familia noſtra.

16 Ne hoſtes reformidarent, μὴ καταπλαγῆναι τοὺς πολεμίους, ne abſterriti & conſternati eos metuerent. ne animos deſponderent, aut amitterent, hoſtium terrore ac multitudine. 17 Contumeliam ὕβριν quæ eſt contemptio ac profanatio cum ludibrio cõiuncta: res facta petulanter cum quadam indignitate: cuiuſmodi fuit improbitas & petulantia hominum impiorum ſanctiſſimum locum omni genere contumeliæ afficientium ac polluentium.

tum etiamʹRemp.quæ à maioribus fuit cõſtituta,planè euerſam.

Illi quidem,inquit,armis ſimul & audacia confidunt:ʹnos verò fiduciam noſtram in Deo omnipotente poſuimus, qui poteſt eos qui nos inuadunt,atque etiã totũ mundũ vno nutu deiicere.

ʹPræterea eis auxilia commemorauit,quæ Deus antè maioribus tuliſſet: tum illud quo ſub Sennacherib cẽtum & octoginta quinque millia interierunt:

Tum etiam prælium in Babylonia cum ipſis Galatis commiſſum: vbi quum ad rem gerendam octo millia cum quatuor Macedonum millibus conueniſſent: Macedonibus hæſitãtibus, ipſa octo millia,centum & viginti hominum milliaʹconfecerunt propter auxilium eis miſſum è cælo,vnde plurima commoda conſequuti fuiſſent.

ʺHis verbis quum illis animum addidiſſet, atque pro legibus & patria moriendi alacritatem,

Vincitur Nicanor.

ʹQuadrifariam exercitum diuiſit:collocatis fratribus ſuis Simone, Ioſepho,& Ionatha, qui vtraque in acie ordinibus præeſſent: quibus ſingulis mille & quingẽtos homines attribuit, ʹ*eiſdem* etiam *ordinibus* Eleazarum *præfecit.*

Ipſe autem ſacro libro recitato, quum ʹſignum Diuini auxilii dediſſet,primæ dux cohortis, prælium cum Nicanore commiſit.

Omnipotente autem eis opem ferente,hoſtium ſupra nouem millia interfecerunt: maximam verò partem exercitus Nicanorisʹaffecerunt vulneribus,membríſque mutilauerunt:omnes certè in fugam compulerunt.

Pecuniis etiã eorum qui ad ipſorum emptionem venerant,potiti ſunt.poſtea quũ illos, quantũ ſatis eſſet,perſequuti fuiſſent,

Tempore intercluſiʹſe receperunt. erat enim pridie ſabbathi: quam ob cauſamʹnon diu ſunt eos inſequuti:

Profligatis hoſtibus,agunt gratias Iudæi,ſpolia orphanis & viduis diuidentes.

Sed lectis hoſtiũ armis,ſpoliíſque detractis,ʹſabbatho celebrando ſe dediderunt:ʹmaximas & laudes tribuentes Domino,& gratias agentes qui conſeruaſſet ipſos ad eum diem, ʹſuæque miſericordiæ principium eis diſtillaſſet.

Exacto verò ſabbatho, parte ſpoliorũʹin debiles, viduas, atque orphanos diuiſa,reliqua inter ſe ac liberos diſtribuerunt.

tatis iniuriam,adhuc etiam veterum inſtituta conuulſa.

18 Nam illi quidem armis confidunt, ait,ſimul & audacia: nos autem in õnipotente Domino qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere,cõfidimus.

19 Admonuit autem eos & de auxiliis Dei,quæ facta ſunt erga parentes: & quòd ſub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierunt:

E
4.Reg.19.g.35
tob.1.d.21
eccli 48.d.24
eſa.37.g.36
1.mach.7.f.41

20 Et de prælio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus,ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo,& beneficia pro his plurima conſequuti ſunt.

21 His verbis conſtantes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati.

22 Conſtituit itaque fratres ſuos duces vtrique ordini,Simonem & Ioſephum,& Ionathan, ſubiectis vnicuíque millenis & quingentenis.

23 Ad hoc etiam ab Eſdra lecto illis Sancto libro,& dato ſigno adiutorii Dei,in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore.

24 Et facto ſibi adiutore Omnipotente,interfecerunt ſuper nouem millia hominum: maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam, fugere compulerunt.

25 Pecuniis verò eorũ qui ad emptionem ipſorum venerãt, ſublatis,ipſos vſquequaque perſequuti ſunt.

F

26 Sed reuerſi ſunt hora concluſi.nam erat ante ſabbathũ: quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes.

27 Arma autem ipſorum & ſpolia cõgregantes,ſabbathum agebant:benedicentes Dominum qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos.

28 Poſt ſabbathum verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere.

Rempublicam,&c. τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας κατάλυσιν. auitæ politiæ[aut,Reip.]diſſolutionẽ.id eſt Reip.à maioribus inſtitutæ Diuinitus,ac poſteris traditæ,quam illi totam diſſiparunt,& funditus ſubuerterunt.Hoc enim ſignificat verbum καταλύειν apud Græcos,& κατάλυσις τῆς πόλεως ἢ πολιτείας. 18 Nos verò fiduciam,&c. ἡμεῖς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ παντοκράτορι θεῷ πεποίθαμεν, nos verò in Deo præpotente confidimus.i.eo freti & confiſi ſumus.Sic in Pſalmo 19.b.8,Illi in equis atque in curribus:nos autẽ nomẽ Dei noſtri memorabimus.i.eo inuocando ſalui erimus. 19 Præterea eis auxilia commem. προσαναλεξαμένου δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων ἀντιλήψεις, Enarrans[aut, quũ enarraret atque exponeret]eis auxilia ſub maioribus. auxilia facta, id eſt lata. Deus enim ſæpe aduerſus hoſtes præclarè eos tutatus eſt cum ipſorum hoſtium exitio. 20 Confecerunt ἀπώλεσαν perdiderunt,peremerunt.vt hoc verbo πανωλεθρίαν internecionem hoſtium ſignificet. 21 His verbis quum,&c. ἐφ' οἷς εὐθαρσεῖς αὐτοὺς παραστήσας, ob quæ quum illos bene audaces effeciſſet.i.animaſſet,eorum animos commemoratione præclarorũ exemplorum cõfirmaſſet,atque ad mortem pro religione patriáque oppetendã excitaſſet.

22 Quadrifariam exercitum diu. τετραμερὲς τὸ στράτευμα ἐποίησε. Quadripartitum exercitũ fecit. quatuor in partes,aut ordines diſtribuit. quadripartito diuiſit. *Eiſdem* etiam,&c. ἔτι δὲ καὶ Ἐλεάζαρον. præterea Eleazarum,ſubaudi verbum τάξας. quum conſtituiſſet ducem cum fratribus eorum ordinum. 23 Signum Diuini auxilii ded. καὶ δοὺς σύνθημα θεοῦ βοηθείας, & quũ dediſſet ſignum auxilii Dei.Quidam ita vertunt,quum adiutorium Dei ſigno dediſſet.id eſt ſignificationem feciſſet auxilii à Deo futuri.Eſt enim σύνθημα,σύμβολον πολεμικὸν ſignum bellicum quod datur aciei iam inſtructæ,ita pro militari teſſera accipitur.

24 Affecerunt vulneribus,&c. τραυματίας καὶ τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους ἐποίησαν, ſaucios ac membris mutilos fecerunt.ſauciauerunt ac mutilauerunt,vt ſaucii ac debiles ex prælio diſceſſerint.Ita omnes aut interfecti fuerunt,aut vulnerati,aut fuſi ac profligati.

26 Se receperunt. ἀνέζευσαν. redierunt.ab inſequendis hoſtibus ſe receperunt tempore impediti. ἀναζεύγειν οἴκαδε domum ſe referre. Denique pro diſcedere accipitur,vt ſoluere aliquando Latinis. Non diu ſunt eos inſeq. οὐκ ἐμακροθύμησαν κατατρέχοντες αὐτούς· non perſtiterunt diu eos perſequi.non diu inſtiterunt,ſed admoniti tempore,& ſabbathi obſeruatione,ſeipſos reuocarunt ac receperunt.

27 Sabbatho celebrando ſe dedid. περὶ τὸ σάββατον ἐγένοντο· circa ſabbathum erant.in eo celebrando verſabantur,reliquis rebus negotiiſque intermiſſis,rebus Diuinis operam dabant. Maximas & laudes,&c. περισσῶς εὐλογοῦντες καὶ ἐξομολογούμενοι τῷ κυρίῳ, vehementer benedicentes & confitentes Domino.eum laudantes ac celebrantes. Vtrũque imitatione Hebræorum dictum. Suæque miſericordiæ,&c. ἀρχὴν ἐλέους στάξαντι αὐτοῖς. qui initium miſericordiæ ſtillaſſet ipſis. Quidam codices legũt τάξαντι, qui ordinaſſet[aut deſtinaſſet] principium miſericordiæ.id eſt tum primum guſtum dediſſet. Sed puto corruptum fuiſſe, pro στάξαντι à verbo στάζω, quod ſignificat fauorem Dei è cælo quaſi diſtillatum atque emiſſum. 28 In debiles, τοῖς ᾐκισμένοις, Quidam vertunt,in damna paſſos.Sed videtur ſignificare τοὺς ἀσθενοῦντας,qui corpore erant infirmo ac debili.qui debilitate corporis laborabant, nec victum ſibi parare poterant. Nam αἰκισμὸς afflictio corporis eſt,vt mutilatio,aut aliqua alia debilitatio qua homo affectus,laborare non poteſt.

His itaque geſtis, & cõmuniter ab õnibus facta obſecratione, miſericordem Dominũ poſtulabant vt in finẽ ſeruis ſuis reconciliaretur.

Et ex his qui cũ Timotheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt: & plures prædas diuiſerunt, æquamportionem debilibus, pupillis, & viduis, ſed & ſenioribus facientes.

G Et quum arma eorum diligẽter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis opportunis: reſidua verò ſpolia Ieroſolymam detulerunt:

Et Philarchen qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat.

Et quum Epinicia agerent in Ieroſolymis, eos qui ſacras ianuas incenderũt, id eſt Calliſthenẽ, quũ in quoddam domicilium refugiſſent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus ſuis reddita.

Facinoroſiſſimus autem Nicanor qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat,

Humiliatus auxilio Domini, ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ per Mediterranea fugiẽs, ſolus venit Antiochiã, ſummã infœlicitatẽ de interitu ſui exercitus conſequutus.

Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eo quòd ſequerentur Leges ab ipſo conſtitutas.

Cap. IX.

EOdem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide.

Intrauerat enim in eã quæ dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatẽ opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fu-

29 His peractis, ″indictáque ſupplicatione publica, miſericordem Dominum orarũt vt″ſe placatũ ſeruis ſuis in perpetuũ exhiberet.

30 Atque″impreſſione coniunctim facta in eos qui cum Timotheo erant & Bacchide, ſupra hominũ viginti millia interfecerunt:″munitionibúſque præaltis perquam fœliciter expugnatis, plurimam prædam interſe partiti,″in ea participanda debiles, & orphanos, & viduas, atque etiam ſenes ſibi exæquarunt.

31 Arma deinde hoſtium diligenter collecta, in loca opportuna repoſuerunt: reliquámque ſpoliorũ partem Hieroſolymam deportandam curauerunt:

32 Occiderunt etiam Philarchem virum impuriſſimum″qui partes Timothei ſequutus erat, multíſque moleſtiis Iudæos vexauerat.

33 ″Quúmque celebrarent Epinicia in patria, Calliſthenem qui ſacras portas ſuccenderat, quum is in quaſdam ædiculas confugiſſet, ſubiecto igne cremauerunt: qua in re ille dignam impietatis mercedem recepit.

34 Nicanor autem″ille conſceleratiſſimus qui mille mercatores ad venditionem Iudæorum euocarat,

Fugit ad Antiochum Nicanor.

35 ″Ab iis quos minimo æſtimabat, Diuino auxilio afflictus,″depoſito magnifico veſtitu, per Mare mediterraneũ ſerui fugitiui modo, quum ſe ipſe ſolitarium feciſſet, Antiochiam peruenit′amiſſo exercitu, & re ſupramodum infœliciter geſta:

36 Et qui receperat ſe Romanis tributum de captiuis Hieroſolymitanis confecturum, is Iudæos Deum habere″propugnatorẽ nuntiauit:″eóque illos à vulneribus remotos eſſe, quòd Leges ab ipſo conſtitutas ſequerentur.

Cap. IX.

1 EOdem fermè tẽpore Antiochus è Perſicis ſe regionibus″ignominioſè receperat.

Antiochus Perſepolin expoliare volens, in fugam vertitur.

2 Nanque ingreſſus vrbem quæ Perſepolis appellatur, templũ ″ſacrilegio diſpoliare conatus eſt, ″& ciuitatem occupare: itaque ′quum vulgus concitatum ad arma auxilii cauſa confugiſſet, cõ-

---

29 Indictáque ſupplicatione publica, κοινὴν ἱκετείαν ποιησάμενοι, communem obſecrationem facientes. comprecationem adhibentes, indicta ſupplicatione publica qua vnà comprecarentur. Se placatum ſeruis, &c. εἰς τέλος καταλλαγῆναι τοῖς αὐτοῦ δούλοις. in finem reconciliari ſeruis ſuis. i. vt quoniam cœpiſſet guſtum eis dare voluntatis ſuæ placatæ & gratiæ reconciliatæ, eam gratiam in finem vſque continuaret ac retineret. 30 Impreſſione coniunctim facta συνερείσαντες connixi, atque vno eodémque animo impetúque confirmati, coniunctis animis ac viribus incumbentes. Hoc enim ſignificat συνερείδειν, coniunctionem, contentionémque eorum qui vno eodémque conatu atque impetu in rem aliquam incumbunt, & quandam impreſſionem faciunt. Munitionibúſque præaltis, &c. καὶ ὀχυρωμάτων ὑψηλῶν εὖ μάλα ἐγκρατεῖς ἐγένοντο, & munitionũ excelſarum bene valde compotes fuerunt. id eſt quum locis præaltis præſidiiſque firmiſſimis potiti fuiſſent. In ea participanda, &c. ἰσομοίρους ἑαυτοὺς καὶ τοῖς ᾐκισμένοις ποιήσαντες. in partiendo ſeipſos æquales debilibus facientes. æqualiter, aut æquali portione cum ipſis partientes. Hæc eſt ὁμαλὴ δίαιτα ſumma æquabilitas, quæ τῇ πλεονεξίᾳ, id eſt auaritiæ, contraria eſt.

32 Qui partes Timothei ſeq. erat, τῶν περὶ τὸν Τιμόθεον, vnum ex iis qui erant cũ Timotheo. qui eius arma ſequutus erat. qui in oppugnandis vexandiſque Iudæis ſe cum eo coniunxerat. Hunc dicit πολλὰ ἐπιλελυπηκότα, Iudæos multis iniuriis moleſtiiſque affeciſſe atque afflixiſſe.

33 Quúmque celebrarent Epinicia ἐπινίκια δὲ ἄγοντες feſta autem agentes pro victoria. ἐπινικίους ἄγοντες τὰς ἑορτάς, dies feſtos agitantes victoriæ monumentum. Dicitur etiam τὸ ἐπινίκιον ſubſtantiuè, celebritas pro habita victoria, triumphus, palma, epulum victoriale: quo modo hîc accipi poteſt ἐπινίκια ſine adiunctione alterius nominis.

34 Ille conſceleratiſſimus ὁ τρισαλιτήριος ter ſceleſtus. id eſt infeſtiſſimus ac pernicioſiſſimus. maximè exitioſus, peſtis ac pernicies Religionis ac Reip. homo funeſtiſſim⁹. 35 Ab iis quos minimo æſtim. &c. ταπεινωθεὶς ὑπὸ τῶν κατ' αὐτὸν νομιζομένων ἐλαχίστων εἶναι, Humiliatus ab iis qui ab ipſo minimi eſſe exiſtimabantur. Habuerat enim iam pro venalibus mancipiis, nonagenóſque talento mercatoribus addixerat. Depoſito magnifico veſt. τὴν δοξικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα, quum glorioſam depoſuiſſet veſtem. atque ita mutaſſet habitum vt ſaluti ſuæ conſuleret. Inſtar enim ſerui fugitiui ſine vllo comitatu ſolus fœdiſſimè aufugit. Amiſſo exercitu, &c. ′ὑπεράγαν δυσημερήσας ἐπὶ τῇ τοῦ στρατοῦ διαφθορᾷ. ſupra modum infœlix ob cladem exercitus. ſiue re infœliciſſimè geſta propter interitum exercitus. δυσημερεῖν eſt idem quod δυσπραγεῖν rem malè gerere. opponitur εὐημερεῖν: illud enim ſignificat offenſionem belli, acceptúmque incommodum.

′Legitur ὑπεράγαν εὐημερηκώς, in Complutenſi editione.

36 Propugnatorem ὑπέρμαχον protectorẽ, defenſorémque in bello. ab ὑπὲρ & μάχεσθαι fit ὑπερμαχεῖν, pro aliquo pugnare. hinc ὑπέρμαχος propugnator. Ideóque Illos à vulneribus remotos eſſe. καὶ διὰ τὸν τρόπον τοῦτον ἀτρώτους εἶναι τοὺς Ἰουδαίους, atque hoc modo [aut, ratione] Iudæos eſſe inuulneratos illæſóſque. aut, intactos vulneribus, quòd Deum habẽt ὑπερασπιστήν, qui clypeum ſuũ contra omnẽ vim opponit. Affert etiã cauſã vitæ ac ſalutis ab omni periculo tectæ atque inuiolatæ, quòd Leges Dei obſeruẽt. Deus enim defendit ac protegit cultores Legis ſuæ.

IN CAPVT IX.

1 Se ignominioſè receperat. ἐτύγχανεν ἀναλελυκὼς ἀκόσμως. reuerſus erat inhoneſtè. aut, turpiter. quibus verbis fœdam fugam ſignificat, indignam ordine militari. κόσμος enim ornatum ſignificat. Hinc ἀκοσμία quæ accipitur ſæpe pro ἀταξία, in qua eſt compoſita & pulchra ordinis ratio: cui contraria eſt ἀκοσμία καὶ ἀταξία diſſolutio atque confuſio, in qua ſumma eſt deformitas. Itaque ἀκοσμία pro turpitudine accipitur, qualis eſt in fuga tumultuoſa, aut in offenſione belli ignominioſa, in qua magno cum dedecore imperator ſe recipere cogitur.

2 Sacrilegio diſpoliare ἱεροσυλεῖν ſacra tollere. templa & fana ſpoliare, in quibus maxima vis erat auri & argẽti in ſimulachris aliiſque rebus conſtituta. Et ciuitatem occup. καὶ τὴν πόλιν συνέχειν & ciuitatem obtinere. aut, opprimere. Ad verbum, continere. id eſt in poteſtatem ſuam redigere. Quum vulgus concitatum, &c. τῶν πληθῶν ὁρμησάντων ἐπὶ τὴν τῶν ὅπλων βοήθειαν, quum multitudo impetu con-

curriſſet ad armorum præſidium.id eſt ad capienda arma quibus ſacrilegum hominem atque oppreſſorem propulſaret.ὁρμᾷν eſt cum impetu irruere,aut concurrere,quemadmodum ſolet multitudo concitata.

tigit vt Antiochus cum ſuis in fugam ab indigenis actus, ″turpi receptu diſcederet.

Iudæos perſequens à Domino percutitur.

3 Quum autem eſſet in Ecbatanis,nuntio de rebus geſtis Nicanoris ac Timothei allato,

4 Ita eſt ira incenſus, vt ″iniuriam eorum qui ipſum fugauerant, in ipſos Iudæos conferre cogitaret: quapropter iuſſit aurigam ′cõcitatione non intermiſſa, iter conficere: cæleſti vtique iudicio ipſum vrgente, qui tam ſuperbè dixiſſet ſe Hieroſolymam, vbi eò perueniſſet, facturum eſſe ″commune ſepulchrum Iudæorum.

5 At omnipotens Dominus Deus Iſraelis ″plaga ipſum inſanabili occultáque percuſſit: nam eum adhuc verba facientem dolor viſcerũ immedicabilis, ″acerbíque interaneorũ cruciatus ceperunt:

6 Et quidem iuſtè admodum: quippe qui multis ac ″nouis cruciamentis aliorum viſcera torſiſſet.

7 Ille tamen ″arrogantia ſua non deſiſtebat, ſed ſuperbia magis intumeſcebat etiam, animo ignem ſpirans in Iudæos, ″itérque iubẽs accelerare: accidit autem vt curru, dum impetu fertur, decideret: ′grauíque caſu affectus, colliſis õnibus corporis mẽbris vexaretur.

8 Ergo qui modò ob inſolentiam homine maiorem, ſe maris fluctibus imperaturum exiſtimabat, & qui ″ſtatera montium magnitudines atque altitudines putabat ſe appenſurum, is humi deiectus ferebatur geſtatorio, manifeſtã omniũ potẽtiã Dei oſtẽdens:

9 Vt & ″vermes ex corpore impii ſcaturirent, & carnes viuentis in doloribus cruciatibúſque ″diffluerẽt, & verò ″teter putredinis eius odor toti exercitui grauis eſſet:

10 Adeò vt qui paulo antè cæli aſtra contingere ſibi videbatur, eũ propter intolerabilem odoris grauitatem, geſtare nemo poſſet.

Simulata Antiochi pœnitentia.

11 ″Ibi demum ′cœpit à ſua ſumma ſuperbia atque à ſeipſo reuocari, ″occulto ſaucius vulnere, diuinóque flagello monitus ad agni

gam verſi ſunt: & ita contigit vt Antiochus poſt fugam turpiter rediret.

3 Et quum veniſſet circa Ecbatanã, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum geſta ſunt.

4 Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum qui ſe fugauerãt, poſſe in Iudæos retorquere: ideóque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter: cæleſti eum iudicio perurgente, eo quòd ita ſuperbè loquutus eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum.

5 Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga: vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehẽdit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta:

6 Et quidẽ ſatis iuſtè: quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret.

7 Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotiũ, cõtigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari.

B

8 Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modũ ſuperbia repletus, & mõtium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans:

9 Ita vt de corpore impii, vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur.

10 Et qui paulo antè ſydera cæli cõtingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.

11 Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, Diuina admonitus plaga, per mo-

Turpi receptu diſcederet. ἀσχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι. turpem[aut,deformem]reditum facere.id eſt ἄκοσμον inhoneſtum atque indecorum,vt paulo antè dixit ἀκόσμως. ἀναζυγὴ autem eſt motio caſtrorũ,quæ fit vaſis conclamatis:hoc loco pro reditu receptúque accipitur.

4 Iniuriam eorum,&c. τὴν τῶν πεφυγαδευκότων αὐτὸν κακίαν εἰς τοὺς ἰουδαίους ἐναπερείσασθαι. malitiam eorum qui ipſum fugauerãt,in Iudæos retorquere ac reiicere quaſi authores. id eſt eius incommodi accepti aut fugæ factæ cauſam & culpam Iudæis attribuere, &(vt quidam vertunt)eam iniuriam eis imputare.Sed ſimpliciter accipi poteſt pro cogitaſſe vlciſci eam iniuriam in Iudæis puniendis:quum non poſſet vindicare in iis à quibus illata erat: tanto odio in Iudæos ferebatur.κακία autem hoc loco magis ſignificat iniuriam, quàm malitiam:vt ἀντὶ κακοῦ pro malo aut maleficio illato accipiatur. Concitatione non intermiſſa, &c. ἀδιαλείπτως ἐλαύνοντα κατανύειν τὴν πορείαν. ſine intermiſſione[aut,continenter]agitantem iter expedire.id eſt ſumma contentione,ſine vlla intermiſſione, aut nulla itineris parte intermiſſa. ἁρματηλάτης dicitur ὁ ἐλαύνων τὸ ἅρμα,qui agitat currum,equóſque incitat.id eſt auriga,ductor plauſtri ac moderator. Commune ſepulchrum πολυάνδριον pro ſepulchro accipitur,aut loco vbi ſunt multa ſepulchra cœmeterium,hominum ſtrages.

5 Plaga occulta ἀοράτῳ πληγῇ inuiſibili plaga.id eſt interiore corporis vulnere,& quadam vi morbi inteſtina & occulta,ex qua illi cruciatus tanti extiterunt.Fuit tactus manu Dei occulta,& plaga non ſanabili percuſſus. Acerbíque interaneorum cruciatus καὶ πικραὶ τῶν ἔνδον βάσανοι. & acerba internorum[ſiue inteſtinorum]tormenta eum comprehenderunt ac conſtrinxerunt. ἔλαβον.

6 Et quidem iuſtè admodum: πάνυ δικαίως· admodum iuſtè.Et quidem meritò.aut,iuſtiſſimo Dei iudicio. Nouis cruciamentis ξενιζούσαις συμφοραῖς ærumnis nouis.id eſt ſuppliciis inuſitatis inauditiſque aliorum viſcera cruciaſſet. Ita iuſtam ac meritam ſuæ crudelitatis pœnam in corpore ſuo ſenſit ac ſuſtinuit.vt verum ſit,In qua quiſque parte peccauit,in ea puniri Diuinitus.

7 Arrogantia ſua non deſiſt. οὐδαμῶς τῆς ἀγερωχίας ἔληγεν,nullum finem inſolentiæ[τῆς ὕβρεως contumelioſæ improbæque petulantiæ]faciebat. Et contumax, præfractus, obfirmatúſque in ſua arrogantia,nullis dolorum tormentis coercebatur, ſed inſolentius ſe efferebat, ἔτι δὲ ὑπερηφανίας ἐπεπληροῦτο,ſed ſuperbia inſuper replebatur. Itérque iubens accel. καὶ κελεύων ἐποξύνειν τὴν πορείαν. & iubens iter incitare. id eſt currum ad maiorem itineris contentionem ac feſtinationem.iubebat equos concitare ad iter celeriter conficiendum. Grauíque caſu affectus, δυσχερεῖ πτώματι περιπεσόντα, graui caſu delapſo,πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι.omnia corporis membra colliſa læſáque torquerentur ac cruciarentur.ſignificat dolorem qui ſequitur ex colliſione membrorum,qua corpus totum eſt conquaſſatum.

8 Statera montium,&c. τῶν ὀρέων ὕψη στήσειν πλάστιγγι, montium altitudines ſe libraturũ ſtatera·Hæc non potentia hominis,ſed Dei:qui (vt eſt apud Eſaiam,cap.40.c.12)Appendit mõtes in ſtatera,& colles in bilance.Notat autem hìc ſummam arrogantiam ſuperbiámque Antiochi,qui ſe efferebat inſolentius quàm humana conditio pateretur.Eam ſuperbiam comitata eſt humilitas.

9 Vermes ex corp.&c. ἐκ τοῦ σώματος σκώληκας ἀναζεῖν, vermes exiſterẽt ex eius corpore.quaſi ex quadam ſcaturigine.vel,vt corpus eius vermibus ſcateret. Diffluerent, διαπίπτειν, deciderent.aut,dilaberentur carnes eius putredine corruptæ,ac corroſæ vermibus. Teter putredinis eius od. ὑπὸ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι τῇ σαπρίᾳ. præ odore eius totus exercitus grauaretur putredine. Poſtea dicet intolerabilem exercitui fuiſſe:ex quo intelligitur odorem fuiſſe teterrimum.

11 Ibi demum ἐνταῦθα οὖν Hic igitur.Poteſt etiã reddi per particulam temporis,Tum denique[aut,tandem]confectus victúſque doloribus,ac iuſtiſſimo Dei iudicio conuictus,fractúſque. Cœpit,&c. τὸ πολὺ τῆς ὑπερηφανίας καὶ αὐτοῦ λήγειν .i.à multa ſuperbia atque à ſeipſo deſinere.aut,deſiſtere.id eſt ſe à præfracti animi cõtumacia & ſuperbia reuocare ad agnitionem ſui,ac hominis conditionem conſiderare.
Occulto ſaucius vulnere, ὑποτεθραυσμένος, ſubuulneratus. id eſt ſecreto ſauciatus vulnere,plaga occulta manu Dei facta. ὑπὸ prępoſitio occultam vulnus ſignificat,quod antè ἀόρατον non aſpectabile nominauit,quòd eius occulta vis ſub aſpectum hominis non caderet.

D menta ſingula doloribus ſuis augmẽta capientibus.

Et quum nec ipſe iam fœtorem ſuũ ferre poſſet, ita ait, Iuſtum eſt ſubditũ eſſe Deo, & mortalem nõ paria Deo ſentire.

Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſequuturus:

Et ciuitatem ad quam feſtinans veniebat, vt eam ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum cõgeſtorum faceret, nũc optat liberam reddere:

Et Iudæos quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur:

Templum etiam ſanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de reditibus ſuis præſtaturum:

Super hæc & Iudæum ſe futurũ, & omnem locũ terræ perambulaturũ, & prædicaturum Dei poteſtatem.

Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudicium) deſperãs ſcripſit ad Iudæos in modum deprecationis epiſtolam hæc continentem,

Optimis ciuibus Iudæis plurimam ſalutem, & bene valere, & eſſe fœlices, rex & princeps Antiochus.

Si bene valetis, & filii veſtri, & ex ſententia vobis cũcta ſunt, maximas agimus gratias.

Et ego in infirmitate conſtitutus, veſtri autem memor benignè, reuerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro cõmuni vtilitate curam habere:

Non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem.

tionem ſui venire, ʹquum per ſingula momenta dolores in eo maiores fierent.

11 Et quum ne ipſe quidem ſuum iam fœtorem ferre poſſet, hæc eſt loquutus, Deo ſubiectũ eſſe æquum eſt, ʹneque hominẽ mortalem ſuperbis cogitationibus ei ſe exæquare.

13 Orabat autem ſceleratus ille Dominum, iam non eius miſerturum, dicens

14 Se ſanctam illam vrbẽ redditurum liberam, ʹ in quam, vt eam ſolo æquaret, & commune ſepulchrum faceret, omni impetu incitatus contendebat:

15 Iudæóſque, quos ne ſepultura quidem dignari, ſed ʹauibus vnà cum liberis dare diripiendos, feríſque obiicere decreuerat, eos omnes Athenienſibus pares facturum:

16 Templum verò ſanctum quod expoliaſſet antea, pulcherrimis donariis ornaturum, & ſacra vaſa redditurum omnia, eáque multiplicata: atque item ʹimperatos ad ſacrificia legitimos ſumptus è ſuis reditibus præſtaturum:

17 Adhæc etiam ſe fore Iudæum, ʹomnéſque regiones habitabiles prædicando potentiam Dei peragraturum.

18 Cæterùm ʹquum nulla dolorum fieret intermiſſio (quòd iuſtũ Dei iudicium eum inuaſerat) ʹde ſeipſo deſperãs, ʹſubiectam ad Iudæos epiſtolam ſcripſit, ʹſupplicantis in modum hæc cõtinẽtem,

19 Antiochus rex & imperator Iudæis ciuibus optimis ʹplurimam ſalutem, ſanitatem, fœlicitatémque.

20 Si vos ac liberi veſtri valetis, réſque veſtræ ex ſententia ſe habent veſtra, maximas ſanè gratias Deo ago, in cælo ſpẽ reponens.

21 ʹEtſi ego ægritudine laborabam, veſtri tamen honoris ac beneuolentiæ erga me libenter amantérque ſum recordatus: dum autẽ è Perſicis regionibus reuertor, ʹin grauẽ morbũ delapſus, neceſſarium ſum arbitratus, vt communi omniũ ſecuritati conſulerẽ.

22 ʹNon quòd deſperem de meipſo, ſed quòd ʹhabens ſpem valetudinis recuperandæ,

---

ʹQuum per ſingula momenta dolores in eo maiores fierent. κατὰ στιγμὴν ἐπιτεινόμενος ταῖς ἀλγηδόσι. per momentum auctus doloribus. id eſt ſingulis momentis, maioribus affectus doloribus. Nulla enim dolorum remiſſio fiebat, ſed intenſio huiuſmodi qua erant acriores ac vehementiores. 12 Neque hominem mortalem ſuperb. &c. καὶ μὴ τὸν θνητὸν ὄντα ἰσόθεα φρονεῖν ὑπερηφάνως. & mortalem exiſtentem non paria Deo ſapere ſuperbé. id eſt non conuenit mortalem hominem ita de ſe ſentire, vt ſpe vana & cogitatione ſe parem Deo faciat. Meminerit ſuæ conditionis atque mortalitatis, atque ita ſub manu præpotentis Dei humiliter ſe contineat. ἰσόθεα φρονεῖν eſt ſentire & ſibi arrogare quæ ſunt Dei, atque ita ſe ei exæquare. id eſt (vt in Euangelio Iohannis 5.c.18, Chriſto obiiciunt Iudæi) ἴσον τῷ θεῷ ſeipſum facere.

14 In quam omni impetu incit. contend. εἰς ἣν σπεύδων παρεγίνετο: in quam feſtinans adueniebat. id eſt cum maxima celeritate & contentione, vt ſuprà memoratum eſt. Infeſtus enim, exitiumque vrbi minitans, iter incitatum conficiebat.

15 Auibus vnà cum liberis, &c. οἰωνοβρώτοις σὺν τοῖς νηπίοις ἐκρίψειν θηρίοις, eſcam auium cum paruulis ſe proiecturum feris. aut, proiicere decreuerat quaſi paſtum auium atque ferarum. Sic enim ſcriptum eſt Pſalmo 79.a.2, Dederunt cadauera ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cæli, & carnem miſericordium tuorum beſtiis terræ.

16 Imperatos ad ſacrificia legitimos ſumptus τὰς ἐπιβαλλούσας πρὸς τὰς θυσίας προστάξεις pertinentes ad ſacrificia ſumptus imperatos. προστάξεις appellat exactiones ſiue erogationes pecuniarum, rerúmque ad obeunda ſacrificia neceſſariarum. Eas promittebat ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων χορηγήσειν, ſe ex prouentibus propriis ſuppeditaturum.

17 Omnéſque regiones habitabiles, &c. καὶ πάντα τόπον οἰκητὸν ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντα τὸ τοῦ θεοῦ κράτος. & omnem locum habitabilem aditurum cum prædicatione potentiæ Diuinæ.

18 Quum nulla dolorum fieret interm. οὐδαμῶς δὲ ληγόντων τῶν πόνων, doloribus verò nequaquam ⌊aut, nullo modo⌉ deſinentibus. quũ non remitterentur. De ſeipſo deſperans, τὰ καθ' αὑτὸν ἀπελπίσας, Poſtea dicet ἀπογινώσκων. Subiectam epiſtolam τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολὴν ſubſcriptam epiſtolam. id eſt quæ infrà ſcripta eſt. Ea paulo pòſt ſubſcribitur ac refertur. Sic poſtea vocat τὰ ὑπογεγραμμένα literas ad Antiochum filium miſſas, quarum exemplum in hac epiſtola erat infrà ſcriptum. Supplicantis in modũ ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν ſupplicationis ordinem ⌊aut, rationem⌉ habentem. quæ formam rationémque haberet orationis ſupplicis. Supplex enim orat Iudæos, vt ſibi ac filio beneuolentiam præſtent. 19 Plurimam ſalutem, ſanitatẽ, &c. πολλὰ χαίρειν, καὶ ὑγιαίνειν, καὶ εὖ πράττειν. multum gaudere, & valere, & proſperè agere. aut, fœlices eſſe. forma eſt ſalutandi Græcis vſitata. εὖ πράττειν ſignificat rebus ſecundis vti: quod dicitur etiam εὐπραγεῖν, id eſt εὐτυχεῖν καὶ εὐημερεῖν. Hinc εὐπραξία fœlix ſucceſſus in rebus gerendis.

21 Etſi ego ægritudine laborabam, κἀγὼ ἀσθενῶς διεκείμην, & ego malè affectus eram. id eſt ægrotabam. malè habebam, incommoda, aut infirma affectus valetudine: in hac tamen imbecillitate & morbo veſtræ in me beneuolentiæ memor fui. In grauem morbum delapſus, περιπεσὼν τῇ ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ, in morbum incidens difficultatem habentem. id eſt moleſtum & grauem.

22 Non quòd deſperem de meipſo, οὐκ ἀπογινώσκων τὰ κατ' ἐμαυτόν, Non deſperans de meipſo. Antea dixit, ἀπελπίσας. Demoſthenes quodam loco vocat ἀπεγνωσμένον hominem ægrotum qui valetudinis eſt deploratæ, atque à medicis planè deſperatus, in quo nulla eſt ſpes valetudinis aut vitæ recuperandæ. Habens ſpem valetudinis recup. ἔχων ἐλπίδα ἐκφεύξεσθαι τὴν ἀσθένειαν, habens ſpem liberatum iri morbo. aut, habens ſpem euadendi huius morbi, & ſanitatis recuperandæ. habens ſpem conualeſcendi ex hoc morbo.

23 Cogitẽ patrem quoque meum, quibus tẽporibus in ſuperiores regiones exercitum duxit, ″ſucceſſorem ſibi conſtituiſſe:

24 ″Vt ſiquid præter expectationẽ accidiſſet, aut acerbius quid fuiſſet nuntiatum, ″qui regionem incolunt, ſcientes cui ſumma rerũ commiſſa eſſet, minimè perturbarentur.

25 Præterea conſideraui ″finitimos principes regnóque vicinos occaſioni intentos, rerum euentum expectare: ob has cauſas filium Antiochum, regem deſignaui, quem ſæpe in ſuperiores recurrens ſatrapias, ″pleriſque veſtrum commiſi & commẽdaui: ad eum quoque ′literas miſi huiuſmodi exemplo quod infrà ſcriptum eſt.

26 Itaque vos hortor, atque oro, vt ″memores beneficiorum tum publicè tum priuatim collatorum, ſinguli præſentẽ veſtrã in me & filium beneuolentiam conſeruetis.

27 Confido enim eum volũtatem meam ſequẽtem, ′moderatè humanitérque vobis obſequuturum.

Moritur Antiochus.

28 Cæterùm homicida ille atque ″in Deũ cõtumelioſus, ″eaſdem perpeſſus acerbitates quibus alios affecerat, peregre inter montes ″miſerrimo mortis genere vitam finiuit.

29 Corpus autem eius deferendum curauit Philippus vnà cum illo educatus: qui filium Antiochi metuẽs, ſe in AEgyptum ad Ptolemæum Philometorem contulit.

Cap. X.

Iudas Machabæus ciuitatem recipit & templum.

1 MAccabæus autem & ſui, ″ductu Domini templum vrbémque ″receperunt:

2 Atque aras in foro ab alienigenis extructas, & præterea delubra demoliti ſunt.

3 Qúmque expurgato templo aliud altare confeciſſent, ′accepto ex lapidibus accenſis igne, ſacrificium obtulerũt ″duobus pòſt annis & ſex menſibus, *quàm ciuitas capta fuiſſet:* ſuffimentúmque, & lucernas, ″panúmque propoſitionem adornarunt.

23 Reſpiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitum, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatũ:

24 Vt ſiquid contrariũ accideret, aut difficile nuntiaretur, ſciẽtes hi qui in regionibus erant, cui eſſet rerũ ſumma derelicta, non turbarentur.

25 Adhæc conſiderãs de proximo potentes quoſque & vicinos tẽporibus inſidiantes, & euentum expectantes, deſignaui filium meum Antiochũ regem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrũ cõmendabam, & ſcripſi ad eum quæ ſubiecta ſunt.

26 Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnuſquiſque cõſeruet fidem ad me & ad filium meum.

27 Confido enim eum modeſtè & humanè acturũ, & ſequentẽ propoſitũ meum, & communem vobis fore.

28 Igitur homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregre in montibus miſerabili obitu vita functus eſt.

29 Transferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius: qui metuẽs filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in AEgyptum abiit.

D

Cap. X.

1 MAchabæus autem & qui cum eo erant, Domino ſe protegente, templum quidẽ & ciuitatem recepit:

2 Aras autẽ quas alienigenæ per plateas extruxerant, itémque delubra demolitus eſt.

3 Et purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne cõcepto, ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incenſum, & lucernas, & panes propoſitionis poſuerunt.

23 Succeſſorem ſibi conſtit. ἀνέδειξε τὸν διαδεξάμενον. deſignauit eum qui regnum acciperet. Hoc enim ſignificat διαδέχεσθαι, regnum, aut patrimonium, aut officium, munúſque aliquod ab alio traditum, quaſi per manus accipere. Itaque hoc verbum ſucceſſionem ſignificat.

24 Vt ſiquid præter expectationem, &c. ἐάν τι παράδοξον ἀποβαίνῃ, ſiquid inopinatum [aut, inexpectatum] eueniret. id eſt præter opinionem hominum. Qui regionem incolunt, &c. εἰδότες οἱ κατὰ τὴν χώραν, indigenæ [aut, incolæ] regionis intelligentes ad quem ſumma rerum delata eſſet. ᾧ καταλέλειπται τὰ πράγματα, cui negotia relicta eſſent. id eſt rerum adminiſtratio mandata, & commiſſa vt ſucceſſori.

25 Finitimos principes τοὺς παρακειμένους δυνάστας adiacentes principes. aut, potentes. alios Reges vel ſatrapas, qui in locis ſunt propinquis. Pleriſque veſtrum commiſi τοῖς πλείοσιν ὑμῶν παρακατετιθέμην apud plurimos veſtrum deponebam. παρακατατίθεσθαι deponere apud aliquem aliquid cuſtodiendum & conſeruandum, in quo fides requiritur, quæ maximè in rebus creditis commiſſiſque verſatur & cernitur. Literas miſi huiuſmodi, &c. γέγραφα τὰ ὑπογεγραμμένα. ſcripſi ſubſcripta. id eſt literas miſi exemplo ſubiecto, infrà ſcripto in infima parte epiſtolæ. Ita enim dicitur ὑπογεγραμμένον exemplum literarum infima pagina epiſtolæ ſcriptum.

26 Memores beneficiorum tum publicè, &c. μεμνημένους τῶν εὐεργεσιῶν κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, memoria tenentes beneficia communiter & priuatim. id eſt quæ & publicè & priuatim contuli in vos, & à vobis etiam accepi. Nam ita poſſunt intelligi mutua officia & merita vltro citróque collata & relata. accepta & reddita.

27 Moderatè humanitérque vobis obſequuturum. ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν. modeſtè & humaniter vobiſcum verſaturum. aut, acturum, vel conſenſurum. Nam συμπεριφέρεσθαί τινι accipitur pro Conſentire cum aliquo & concorditer viuere: ſed bene vertitur, obſequuturum vobis: neque à priore ſignificatione multum differt. συμπεριφορὰ enim ſignificat eam conſenſionem animorum qua aliis facilè obſequimur, atque ad eorum voluntatem nos accommodamus & conformamus. Itaque hoc verbo ſignificat Antiochum filium Iudæis officia atque ſtudia humanitatis plena præſtaturum.

28 In Deum contumelioſus, βλάσφημος Blaſphemus, is propriè hoc loco dicitur qui contemptor numinis Diuini, dictis & factis maieſtatem Dei lædit & violat. Eaſdem perpeſſus acerbit. &c. τὰ χείριστα παθών, ὡς ἑτέρους διέθηκεν, peſſima paſſus, vt alios tractauerat. eadem paſſus tormenta, quibus alios cruciauerat: acerbiſſimis doloribus affectus, quibus alios affecerat. Miſerrimo mortis, &c. οἰκτίστῳ μόρῳ κατέστρεψε τὸν βίον. miſero obitu [aut, morte] vitam finiuit. aut, vltimum vitæ ſuæ diem obiuit. miſerrimo mortis genere vitam ſuam terminauit. Significat enim hoc loco verbum καταστρέφειν, & καταστροφὴ nomen, mortem ac vitæ exitum calamitoſum.

IN CAPVT X.

1 Ductu Domini τοῦ κυρίου προάγοντος αὐτούς Domino ducente [aut, impellente] eos. aut, eius ductu atque impulſu. Quidam vertunt, fortunante Domino: id quidem intelligitur, ſed non exprimitur vis verbi προάγειν, quod cum accuſatiuo ſignificat aliquem impellere aut ducere. Hoc autem loco ſignificat Deum gubernatorem ac moderatorem eorum fuiſſe, in quo ſumma erat fœlicitas. Omnia enim fœliciſſimè eis ſuccedebant, quum à Domino dirigerentur. Receperunt: ἐκομίσαντο· recuperarunt. quum ea amiſſa fuiſſent, atque ab impiis Gentibus occupata ac profanata. ἐκομίσαντο dixit pro ἀνέλαβον.

3 Accepto ex lapidibus, &c. πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, quum accẽdiſſent lapides, atque ex his ignem accepiſſent. Quidam ita vertunt, concepto ex ignitis lapidibus igne. Ego ſimplicius exprimere malui. Duobus pòſt annis, &c. μετὰ διετῆ χρόνον, *προσέτι καὶ μῆνας ἕξ post biennii tempus, & præterea ſex mẽſes. aut, & adhuc ſex mẽſes. Ego ad declarandã ſententiam addidi, quàm ciuitas capta fuiſſet. Nam id erat intelligẽdum. Tantum enim temporis ſpatium interceſſit inter vrbem captam templúmque profanatum, atque illud idem expurgatum. Panumque propoſitionem adornarunt. καὶ τῶν ἄρτων πρόθεσιν ἐποιήσαντο. & panum propoſitionem fecerunt. id eſt panes propoſuerunt in menſa: qui etiam panes propoſitionis appellantur. Quidam, panum proponendorum ſeriem verterunt: ego verba Græca reddere malui, τῶν ἄρτων πρόθεσιν.

*Hæc non legũtur in Complutenſi editione.

4 Quibus geſtis, rogabant Dominū proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: ſed & ſiquando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & nō barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur.

5 Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadē die purificationē fieri, viceſimaquinta menſis, qui fuit Caſleu.

B 6 Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum Tabernaculorum: recordātes quòd 'ante modicū tēporis, diem ſolēnem Tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum egerant.

7 Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui proſperauit mundare locum ſuum.

8 Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuerſæ gēti Iudæorum omnibus annis agere dies iſtos.

9 Et Antiochi quidē, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit.

10 Nunc autē de Eupatore Antiochi impii filio, quæ geſta ſūt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis geſta ſunt.

11 Hic enim ſuſcepto regno, cōſtituit ſuper negotia regni Lyſiā quendam C Phœnices & Syriæ militiæ principē.

12 Nā Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe con-

Hæc quum feciſſent, 'proni in ventrem proſtratíque precabantur Dominū, ne amplius in huiuſmodi mala inciderēt: ſed ſiquādo peccauiſſent, 'clementer caſtigarentur ab ipſo, nec Gentibus 'in Deum contumelioſis, barbaríſque 'dederentur.

Porrò contigit vt quo die templum ab 'exteris Gentibus profanatum fuit, eodem die fieret eiuſdem templi 'expiatio: qui erat viceſimusquintus eius menſis qui Caſleu dicitur.

'Tum verò cum lætitia octo dies celebrarunt, tāquam Tabernaculorum feſtos, recordātes vt non ita pridem ſolenne Tabernaculorum egiſſent, in montibus atque ſpeluncis 'more ferarū agētes.

Thyrſos itaque & pulchros ramos, atque item palmas tenētes, 'hymnos canebant ei qui ſucceſſum dediſſet ipſis ad locum ſuum repurgandum.

'Ac publico decreto & plebiſcito cōſtituerunt vt illi dies octo toti Iudæorum genti celebres ſingulis annis agerentur.

Ac Antiochi quidem, qui appellatus eſt Illuſtris, 'exitus vitæ ita ſe habuit.

Eupatoris geſta narrare incipit.

Nūc autem Antiochi 'Eupatoris, qui filius fuit illius impii, res geſtas narrabimus: 'conſequuta continuò bellorum mala cōpendioſè perſtringentes.

'Is regnum adeptus, Lyſiam quendam rebus gerēdis præfecit: & 'præfectum Cœleſyriæ Phœniciæque ſummum conſtituit.

Nam Ptolemæus Macron dictus, 'iuris Iudæis conſeruandi in

---

4 Proni in ventrem proſtratique πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν prolapſi in ventrē. id eſt προσκυνοῦντες incuruantes ſe, atque humi proſternētes. aut potius proſtrati. χαμαλισμὸς conformatio eſt corporis in eo qui Deum adorans, genibus flexis caput in aluum demittit, vt hoc modo pronus ſupplexque Deum oret. Huiuſmodi inclinatio proſtratióque Græcè προσκύνησις dicitur. Clementer caſtigarentur ab ipſo, ὑπ' αὐτοῦ μετ' ἐπιεικείας παιδεύεσθαι, ab eo cum clementia corriperentur. ἐπιείκεια hîc accipitur ἀντὶ πραότητος, pro manſuetudine & lenitate quæ ſeueritati acerbitatique opponitur: vtraque autem in ſuppliciis ac pœnis ſumendis verſatur ac cernitur. Illa moderationem in puniendo & caſtigando adhibet, rigorique moderatur: ſæuitia ei contraria eſt. In Deum contumelioſis, βλασφήμοις, blaſphemis. Hoc nomen ſignificat in Scriptura τὴν ὕβριν iniuriam aut cōtumeliam qua maieſtas Numinis impiè læditur: itaque blaſphemi pro impiis hominibus ac contemptoribus Dei accipiuntur. Addit aliud vitium, quum barbaros nominat, quo nomine crudelitatem eorum atque immanitatem notat. Ita tum impiè aduerſus Deum, tum inhumaniter aduerſus homines ſe gerebant. Dederentur. παραδίδοσθαι. traderentur in eorum poteſtatem. Eſt enim hæc miſerrima turpiſſimáque ſeruitus, quum ſoluti & priuati dominatu Dei clementiſſimi, inimici ac alieni, impiíque dominantur: atque huiuſmodi calamitatis querela à Prophetis ſæpe adhibetur.

5 Exteris Gentibus ἀλλοφύλων alienigenis. Ita dicuntur omnes exteri populi, qui ex alio gentis genere ſunt, & non ex noſtro. Expiatio: τὸν καθαρισμόν. purificatio. qua templum ab inquinamentis Gentium, earúmque abominationibus expurgabatur. Expiatio Latinè dicitur. Græcè καθαρισμὸς καὶ ἁγιασμός.

6 Tum verò octo dies celebrarunt, καὶ ἦγον ἡμέρας ὀκτώ, & octo dies egerunt. tāquam Tabernaculorum feſtos. σκηνωμάτων τρόπον, Tabernaculorum modo. τὰ σκηνοπήγια huiuſmodi dies feſti ac ſolēnes dicti ſunt, quòd in tabernaculis confectis atque fixis tanquam ſub dio degentes lætarentur, gratias agentes Deo propter conuectas fruges menſe Septembri. More ferarum agentes. θηρίων τρόπον ἦσαν μεμονωμένοι. ferarum modo erant ſolitarii. id eſt degebant in ſolitudine, veſcentes herbis atque iis rebus quas deſertum producebat. Itaque quidam codices legunt 'νενομευμένοι paſti ritu ferarum, quæ paſcuntur in ſolitudine. Sed in verbis præcedentibus videtur deeſſe verbum aliquod, aut ſubaudiendum eſſe: vbi dicitur, recordantes quòd non ita pridem ſolenne Tabernaculorum egiſſent. μνημονεύοντες ὡς πρὸ μικροῦ χρόνου τὴν τῶν σκηνῶν ἑορτὴν recordantes quemadmodum paulo antè Tabernaculorum feſtum, ſubintelligendum eſt verbum Egiſſent, aut particula temporis, πρὶν ἄγειν τὴν τῶν σκηνῶν ἑορτὴν, priuſquam agerēt feſtum Tabernaculorum. ſequitur non incommodè, in montibus atque cauernis ipſi more beſtiarum in deſerto vitam degiſſent. Nam in ea ratione vitæ ſylueſtris, incultæ, ac deſertæ, non video quomodo ſolenne illud celebrare potuerint. Itaque mihi videtur declarare lætitiā eorum, quam etiam augebant recordatione miſerrimæ vitæ, quam paucis antè annis ante hanc celebritatem in montibus locíſque deſertis egiſſent.

'Legitur & νεμόμενοι eodē ſenſu.

7 Hymnos canebant ei, &c. ὕμνους ἀνέφερον τῷ εὐοδώσαντι hymnos referebant ei qui ſucceſſum dederat. Laudes canebant, aut tribuebāt Deo, qui eam commoditatem ac facultatem dederat, vt templum ipſius à Gentibus contaminatum expurgare poſſent. ὕμνους ἀναφέρειν poteſt accipi pro offerre laudes Deo, eique attribuere vt authori eius tantæ lætitiæ. Hymnus enim propriè laus eſt quæ Deo canitur.

8 Ac publico decreto, &c. ἐδογμάτισαν δὲ μετὰ κοινοῦ προστάγματος καὶ ψηφίσματος, Et decreuerunt cum communi mandato ac plebiſcito, vt illi dies octo quotannis feſti ac ſolennes haberentur ac celebrarentur. πρόσταγμα iuſſum dicitur populi, aut principis, ac magiſtratus: ψήφισμα quod calculis erat decretum & conſtitutum, aut ſententiis iudicum, aut ſuffragiis populi.

9 Exitus vitæ ita ſe habuit. τὰ μὲν τελευτῆς οὕτως εἶχε. quod attinet ad obitum [aut, exceſſum è vita] ita ſe habuit. Demonſtrauit enim genus mortis miſerum, atque exitum eius factis dignum.

10 Euparoris res geſtas narrab. τὰ κατὰ Εὐπάτορα δηλώσομεν· ea quæ ad Eupatora pertinent [aut, quæ ſunt de eo] demonſtrabimus. aut declarabimus. vel exponemus. Conſequuta continuò bellorum mala τὰ συνέχοντα τῶν πολέμων κακὰ continentia bellorum mala. id eſt quæ coniuncta cum bellis fuerunt, & ab his importata.

11 Is regnum adeptus, αὐτὸς γὰρ λαβὼν βασιλείαν, Nam quum ipſe regnum ſuſcepiſſet, Lyſiam quendam rebus gerendis præfecit: ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων Λυσίαν τινά, deſignauit ſuper negotia Lyſiam quendam. i. adminiſtrationem rerum ei commiſit. ἀναδεικνύειν τινὰ eſt cōſtituere aliquem in rebus adminiſtrandis. ἐπὶ τῶν πραγμάτων καθιστάναι rebus gerendis adminiſtrandíſque præficere. τινὰ pronomen videtur ſignificare obſcuritatem hominis ad honorem euecti magis fauore Principis, quàm vlla commendatione generis. quaſi enim ignotus eſſet, ita nomine infinito eius contemptum notat. niſi fortè dixit τινὰ pro μέγαν, καὶ οὐ τῶν τυχόντων ἕνα, magnum aliquem nec vulgarem: quo modo aliquando dicitur. Nam ſequenti capite cognatus Regis dicitur. Præfectum ſummum conſtituit. στρατηγὸν πρώταρχον. ducem primarium. in gubernatoribus principem, ad quem ſumma rerum in his prouinciis in primis delata eſſet.

12 Iuris Iudæis conſeruandi, &c. τὸ δίκαιον συντηρεῖν προηγούμενος εἰς τοὺς Ἰουδαίους ius conſeruare præcipuè volens in Iudæos. Significat eum bene affectum fuiſſe in Iudæos, eorumque commodis atque vtilitatibus conſulere voluiſſe. Nam προηγούμενος ποιεῖν τι dicitur is qui in re aliqua facienda eſt princeps & author, ac præcipuus eius defenſor, qui præcipuè ſuum in eam ſtudium confert.

Μακκαβαίων δεύτερος.

primis ſtudioſus, propter iniuriam eis illatam, ʺea etiam quæ ad illos pertinebant, pacificè procurare conabatur.

13 ʺQuum ea de cauſa apud Eupatorem delatus eſſet ab amicis, ʺac proditor frequenter diceretur, ʺquòd Cyprum à Philometore ſibi commiſſam deſeruiſſet, ſéque ad Antiochum Illuſtrem contuliſſet: ʺquúmque nulla eſſet poteſtate honorifica, ʺpræ animi mœroreʺ hauſto veneno, vitam finiuit.

14 Gorgias verò in his locis imperator conſtitutus, ʺconductitium alebat exercitum, & crebra contra Iudæos bella parabat.

15 Cum eo etiam ſimul Idumæi, qui opportunas munitiones obtinerent, Iudæos exercebant: & iis qui Hieroſolymis extorres pulſi eſſent, receptis, ʺaſſiduis vexare bellis conabantur.

Pugnant Iudæi aduerſus Idumæos.

16 At ii qui Maccabæū ſequebantur, quū facta ſupplicatione Deū vt ſibi auxilio foret, orauiſſent, aduerſus munitiones Idumæorū contenderunt:

17 Eáſque maxima cum vi adorti, ac locis potiti, ʺomnes qui in muro propugnabant, propulſarunt: atque ʺobuios quoſque interfecerūt, neque minus quàm viginti hominum millia ʺconfecerūt.

18 Quum autem in duas turres perquam validas, atque ʺomnibus rebus ad tolerandam obſidionem neceſſariis inſtructas confugiſſent haud minus quàm nouem millia:

19 Maccabæus Simone ac Ioſepho, itémque Zacchæo, & cum eo ſatis multis ad eorum obſidionem relictis, ad vrgentia magis loca ſe contulit.

20 Sed qui cum Simone erant, ʺpecuniæ ſtudio adducti, ab iis qui arces illas tenebant, ʺpecunia corrupti ſunt: nam quum ſeptuaginta millia drachmarū accepiſſent, ʺquoſdā eorū elabi permiſerunt.

21 ʺMaccabæus porrò ea de re certior factus, congregatis proceribus populi, eos accuſauit quòd fratres pecunia vendi-

ſtituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis.

13 Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit.

14 Gorgias autem quū eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat.

15 Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebāt, & bellare tentabant.

D

16 Hi verò qui erant cum Machabæo, per orationes Dominum rogātes vt eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum:

17 Multáque vi inſiſtentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes ſimul non minus viginti millibus trucidauerunt.

18 Quidā autem quū fugiſſent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes:

19 Machabæus ad eorum expugnationē relicto Simone & Ioſepho, itémque Zacchæo, eiſque qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas quæ amplius perurgebāt, pugnas cōuerſus eſt.

20 Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate ducti, à quibuſdam qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecunia: & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effugere.

E

21 Quum autem Machabæo nuntiatū eſſet quod factum eſt, principibus populi cōgregatis, accuſauit quòd pecu-

Ea etiam quæ ad illos pertinebant, &c. καὶ ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς διεξάγειν. & nitebatur [aut, tentabat] res ad ipſos pertinentes pacificè agere. Quidam ita reddunt, eum meditatum fuiſſe pacem cum Iudæis colere, vt non defenſor modò fuerit iuris eorum, verùm etiā author pacis cum ipſis conſtituendæ ac habendæ. Alter ſenſus quem reddidi, videtur melius verbis Græcis reſpondere, vt Macron placidè atque amicè curauerit ea quæ ad Iudæos pertinebant. Multa erant illis adempta, ſumma cum iniuria, quæ Macron volebat pacificè reſtitui, eorúmque iura & commoda conſeruari. διεξάγειν enim ſignificat res aliquas agere, tranſigere, procurare.

13 Quum ea de cauſa apud Eupat. &c. ὅθεν κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν φίλων πρὸς τὸν Εὐπάτορα, Vnde accuſatus ab amicis apud Eupatora. poſtulatus atque inſimulatus quòd animo ſtudióque in Iudæos propenderet, eorum iura commodáque tueretur. Ac proditor frequenter diceretur, καὶ προδότης παρέκαστα ἀκούων, & identidem audiens proditor. Sic Latinè dicitur aliquis bene aut malè apud homines audire, de quo homines bene maléve loquuntur: de quo ſecunda aut ſiniſtra fama eſt. παρέκαστα ſæpe, aut frequenter: vt crebros hominum ſermones ſignificet in quibus vt proditor habebatur, ac dicebatur. Quòd Cyprum à Philometore, &c. διὰ τὸ τὴν Κύπρον ἐμπιστευθέντα ἀπὸ Φιλομήτορος ἐκλιπεῖν, quòd Cyprum ſibi creditam à Philometore dereliquiſſet. ἐμπιστεύεσθαι πρᾶγμα Græcè is dicitur, cuius fidei res aliqua committitur. Quúmque nulla eſſet poteſtate honor. μήτε εὐγενῆ ἐξουσίαν ἔχων, neque generoſam poteſtatem habens. id eſt illuſtrem & honorificam, in qua aliqua ineſſet dignitas. εὐγενῆ vocat ἔνδοξον, in qua aliquis honos eſſet: & ſignificat illum ἄτιμον honoris expertem fuiſſe. Præ animi mœrore ὑπ᾽ ἀθυμίας præ ægritudine animi. Ita enim ea animi affectio dicitur, in qua aliquis eſt animo contracto, demiſſo, & abiecto: nullam ſpem bonam de ſe habet, ſed animum planè deſpondet: quod ἀθυμεῖν ab illis etiam dicitur. Huic ægritudini contraria eſt εὐθυμία, quæ tranquillitatem fiduciámque animi optimè de ſe ſperātis declarat. Itaque ἀθυμία hîc ſignificat deiectionem animi diffidentis ac deſperantis. Hauſto veneno, &c. φαρμακεύσας ἑαυτὸν, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ad verbum, venenans ſeipſum [id eſt ſumpto veneno, ſeipſum occidens, mortem ſibi aſciſcens] vitam reliquit. aut, è vita exceſſit. vſus veneno, ſeipſum vita priuauit.

14 Conductitium alebat exerc. ξενοτρόφει· externum [aut, peregrinum] exercitum alebat. milites peregrinos cōducebat & parabat. copias aduenarum comparabat. Eodem modo ſtatim dicitur ἐπολεμοτρόφει, bellum alebat aduerſus Iudæos. id eſt comparabat. παρεσκευάζετο apparabat. Ita enim dicitur πολεμοτροφεῖν, qui alit, id eſt parat bellum & gerit.

15 Aſſiduis vexare bellis conabantur. πολεμοτροφεῖν ἐπεχείρουν. Ad verbum, bellum alere: quo ſæpe vtitur pro bellum non ſolùm comparare, ſed etiam inferre ac gerere, aduerſus aliquos bellare, aut bello oppugnare. ſed verbum Alendi aſſiduitatem ſignificat: itaque verti Aſſiduis bellis vexare. aut crebris bellis infeſtare.

17 Omnes qui in muro propugnabant, propulſarunt: πάντας τοὺς ἐν τῷ τείχει μαχομένους ἠμύναντο· omnes in muro pugnantes repulerunt. Quidam, vlti ſunt: ſed ἀμύνεσθαι propulſare ac vi repellere vim inferentem, aut reſiſtentem ſignificat. Obuios quoſque τοὺς ἐμπίπτοντας πάντας omnes incidentes. aut, occurrentes. qui ſe illis offerebant, eos occidebant. Confecerunt. ἀνεῖλον. ſuſtulerunt. peremerunt. interemerunt. 18 Omnibus rebus ad tolerandam, &c. πάντα πρὸς τὴν πολιορκίαν ἔχοντας, omnia ad obſidionem habentes. id eſt omnibus rebus paratas & inſtructas, quibus obſidionem ſuſtinere poſſent.

20 Pecuniæ ſtudio adducti, φιλαργυρήσαντες, permoti pecuniæ cupiditate, id eſt auaritia, quæ φιλαργυρία appellatur, ſtudium pecuniæ (vt ait Salluſtius) quam nemo vnquam bonus appetiuit. Pecunia corrupti ſunt: ἐπείσθησαν ἀργυρίῳ. perſuaſi ſunt pecunia. nempe vt illos dimitterent. pro διεφθάρησαν corrupti fuerunt. Quoſdam eorum elabi permiſer. εἴασάν τινας αὐτῶν διαρρυῆναι. ſiuerunt quoſdam eorum diffluere. aut, dilabi, id eſt effugere.

21 Maccabæus porrò ea de re certior factus, προσαγγελθέντος δὲ Μακκαβαίῳ περὶ τοῦ γεγονότος, Quum autem nuntiatum eſſet Maccabæo quod factum erat. quum is intellexiſſet rem ita factam.

nia fratres vendidiſſent, aduerſariis eorum dimiſſis.

Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim duas turres occupauit.

Armis autem ac manibus, omnia proſperè agendo, in duabus munitionibus, plus quàm viginti millia peremit.

Et Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Aſiano, aduenit, quaſi armis Iudæam capturus.

Machabæus autem & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terra aſpergentes, lumbóſque ciliciis præcincti,

Ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & aduerſariis ad-F uerſaretur, ſicut Lex dicit.

Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hoſtibus effecti, reſederũt.

Primo autem ſolis ortu vtrique cõmiſerunt: iſti quidem victoriæ & proſperitatis ſpõſorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducẽ belli animum habebant.

Sed quũ vehemens pugna eſſet, apparuerũt aduerſariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præſtantes:

Ex quibus duo Machabęum mediũ habentes, armis ſuis circũſeptum incolumem conſeruabãt: in aduerſarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate cõfuſi, & repleti perturbatione, cadebant.

Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti, & equites ſexcenti.

Timotheus verò confugit in Gazaram præſidium munitum, cui pręerat Chæreas.

G Machabæus autẽ, & q cũ eo erãt, lętãtes obſederũt pręſidiũ dieb⁹ q̃tuor.

derant, quum hoſtes contra illos dimiſiſſent.

22 Eos itaque″cõuictos proditionis interfecit: duáſque ſtatim turres occupauit:

23 Et″armis atque manibus omnia fœliciter gerens, plus viginti millibus hominum in duabus munitionibus occidit.

24 Timotheus autem qui antea à Iudæis victus fuerat, cõtracto cõductitiorum militum exercitu quàm plurimo, collectóque Aſiæ equitatu non pauco, vt armis Iudæam capturus adueniebat.

25 Sed Maccabæus & qui eum ſequebantur, illo iã appropinquante,″ad preces ſupplices ad Deum adhibendas ſe conuerterunt: terráque capiti iniecta, ac lumbis cilicio accinctis,

26 ″Ad baſim altari oppoſitam proſtrati, orabant eum vt placatus ipſis,″hoſtem ſe exhiberet hoſtium ſuorum, & aduerſarium aduerſariorum, quemadmodum Lex ipſa declararet.

27 ″Hac autem defuncti precatione, ſumptis armis, proceſſerũt ab vrbe longius: & vbi propius hoſtem ventum eſt,″reſtiterunt.

28 ″Ortu verò ſolis iam diffuſo,″prælium vtrinque commiſerunt: hi quidem″ſponſorem habentes ſucceſſus & victoriæ cum virtute coniunctæ perfugium ad Dominum: hi verò″animum *ſuum* ducẽ certaminum conſtituentes.

29 ″Quum autẽ acris pugna iam inita eſſet, viſi ſunt hoſtibus quinque viri è cælo *miſſi*,″equis auro frænatis inſidẽtes atque″inſignes: ″quorum duo Iudæos præcedebant:

30 Et interceptum in medio Maccabæum armis ſuis protegentes, cõſeruabant″inuulneratũ: in hoſtes verò tela & fulmina iaciebãt: quapropter″errore viſus cõfuſi, cædebantur perturbationis pleni.

31 Vigintíque hominum millia & quingenti, & præterea ſexcenti equites interfecti fuerunt.

32 Ipſe verò Timotheus perfugit in præſidium perquam munitũ nomine Gazaram, cui Chæreas præerat.

33 Id præſidiũ″Maccabæani″alacres per quatuor dies″circũſederũt.

Iudæam inuadit Timotheus, cum quo præliũ committit Iudas.

Apparent è cælo viri quinque in auxilium Iudæorum.

22 Conuictos proditionis interfecit: προδότας γενομένους ἀπέκτεινε proditores factos [.i. compertos & conuictos] occidit.

23 Armis atque manibus, &c. τοῖς ὅπλοις τὰ πάντα ἐν ταῖς χερσὶν εὐοδούμενος, armis omnia in manibus proſperè agens. i. manibus fœliciter conficiens. εὐοδοῦσθαι ſignificat fœlicem ſucceſſum in rebus gerendis atque adminiſtrandis habere.

25 Ad preces ſuppl. &c. πρὸς ἱκετείαν θεοῦ ἐτράπησαν, ad ſupplicationem Dei conuerſi ſunt. ad ſupplicandum Deo, aut Deum orandum atque precandum. 26 Ad baſim alt. &c. ἐπὶ τὴν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου κρηπῖδα προσπεσόντες, ad eam quæ eregione altaris, crepidinẽ procidẽtes. aut, prolapſi. Quidam, ad pedẽ altaris. Eſt autem hoc loco κρηπὶς extrema ora, & pars infima eius loci in quo altare erat conſtitutũ.

Hoſtem ſe, &c. ἐχθρεῦσαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, inimicum eſſe inimicis ſuis. Addit, καὶ ἀντικεῖσθαι τοῖς ἀντικειμένοις, & infeſtũ ſe opponere infeſtis. i. ὑπεναντίον τοῖς ὑπεναντίοις aduerſarium ſuis aduerſariis. Hoc auxiliũ & συμμαχίαν Dominus populo ſuo promiſit, Deut. 20. a. 2. 3. 4: vbi per Sacerdotem in ipſo procinctu populum confirmari vult, ſe ante eum profecturum, atque contra hoſtes pugnaturum. Abrahæ verò pollicetur ſe maledicturum maledicentibus ei, Gen. 12. a. 3. 27 Hac autẽ defuncti pre. γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς δεήσεως, ſurgẽtes autẽ à precatione. aut oratione. i. his precibus ad Deum vſi, aut perfuncti, arreptis armis vrbe egreſſi ſunt. Reſtiterunt. ἐφ' ἑαυτῶν ἦσαν. Ad verbum, erant in ſeipſis. Quidam, ſeipſos collegerunt. Alii, conſtituerunt. aut, reſtiterunt, vt ſe ad dimicandum cum hoſtibus cõpararent atque inſtruerent: in quo etiam ſignificat eos ſe caſtris poſitis collegiſſe. 28 Ortu verò ſolis iam diff. ἄρτι δὲ τῆς ἀνατολῆς διαχεομένης .i. ἤδη, iam autẽ ortu ſolis diffuſo. i. ſparſo ſole, aut exorto ſuper terrã. Quidã codices habent διαδεχομένης, ſed mẽdoſè, pro διαχεομένης. quũ ortus ſolis ſe iam diffunderet ſuper terrã. Eſt enim participium præſẽtis temporis. Prælium, &c. προσέβαλον ἑκάτεροι. cõmiſerunt vtrique. i. ex vtraque parte præliũ iniuerunt, pugnam commiſerunt, manus conſerere cœperunt: quod etiam dicitur συμβαλεῖν, confligere, καὶ μάχεσθαι. Sponſorem haben. &c. ἔγγυον ἔχοντες εὐημερίας τὴν ἐπὶ τὸν κύριον καταφυγήν. Quidam ita vertunt, ſponſione ſucceſſus fretum habentes ad Dominum perfugiũ. Ego ſimplicius malui reddere, ad Deum perfugium ſponſorem rei bene ac fœliciter gerendæ. quanuis videatur paulo durior hæc cõiunctio nominis neutri cũ maſculino. Significat autẽ illos fretos confiſóſque auxilio Dei quem inuocauerant, ad pugnam alacres accedere, habẽtes Deum ſponſorem authorémque victoriæ. Animum ducem, &c. καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων τιθέμενοι τὸν θυμόν .i. impetum animi ſui [nobis infeſti ac ferocis] ducem ſequentes. His enim verbis eorum temeritatẽ vanámque fiduciam ſignificat: contrariam inuocationi & ſpei, quam Iudæi in Deo vno fixerant. 29 Quum autem, &c. γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης. Prælio autẽ acri [aut, vehementi] commiſſo, quũ acriter ex vtraque parte pugnaretur. Equis auro, &c. ἐφ' ἵππων χρυσοχαλίνων in equis fræna aurea habẽtibus. aut, frænis aureis ornatis, vt apparatus equorũ auro reſplendens maiorem hoſtibus terrorẽ incuteret. Inſignes: διαπρεπεῖς decori. i. præclaro habitu ornatúque inſignes atque ſpectabiles. Quorum duo Iudæos præced. καὶ ἀφηγούμενοι τῶν Ἰουδαίων οἱ δύο. & duo antecedebant Iudæos. vt eorum duces in prima acie cõſtituti, in qua erat Maccabæus. Itaque quod mox dicit eum medium arreptũ, tectúmque fuiſſe aduerſus hoſtes: puto ad illos duos qui aciem præcedebant, referendum eſſe. Quidam codices ita legunt quaſi quinque Angeli Iudæos præceſſerint, & duo ex illis Maccabæum texerint. 30 Inuulneratum: ἄτρωτον Id eſt intactum illæſumque, aut tutum à vulneribus. Erãt enim ὑπερασπισταὶ defenſores eius, contra omnem hoſtium vim protegentes. Errore viſus conf. συγχυθέντες ἀορασίᾳ, Quidam vertunt, cæcitate confuſi: & ita accipitur ἀορασία pro τυφλότης: niſi fortè legẽdum ſit ὁρασία pro ὅρασις viſio: vt ea viſione fuerint perturbati & confuſi. Nam ſuprà dixit quinque illos viros hoſtibus apparuiſſe. Eo itaque viſo conſternari ac terreri potuerunt. aut etiam caligo quædam eorum oculis offuſa eſt, vt occæcati Diuinitus, non viderent quid agendum eſſet. 33 Maccabæani οἱ περὶ τὸν Μακκαβαῖον, qui circa Maccabæum, aut cum Maccabæo erant.

Alacres ἄσμενοι libentes. id eſt magno & prompto animo. Circunſederunt. περιεκάθισαν obſederunt, vt oppugnarent.

Qui verò intus erant,″loci præcipitio confiſi,″cõtumelias ſupramodum impias,vocéſque nefandas iactabant. 34

Itaque quinto & viceſimo iam illuceſcẽte die, iuuenes Maccabæani ob impias contumelias accẽſi animis,″quum impetum ad muros viriliter feciſſent, feroci animo obuiũ quẽque trucidabãt. 35

Alii etiam″qui aſcenderant circunflexu aduerſus eos qui erant in præſidio, turres ſuccendebant: atque ignibus accenſis″impios Dei obtrectatores viuos comburebant. 36

Timotheus interimitur.

Alii verò portas perfregerunt,&″recepta reliqua acie, vrbem occuparunt:& Timotheum″in quodam loco cauo latitantẽ, ac fratrem eius Chæream,Apollophanémque occiderunt. 37

His rebus geſtis,″Dominum laudibus gratiarúmque actionibus celebrabant,″qui Iſraelem maximo afficeret beneficio, victoriámque ipſis dediſſet. 38

Cap. XI.

Conatur Lyſias Iudæos expugnare.

1 N″Eque multo ſanè pòſt tempore Lyſias″procurator Regis & propinquus,rebúſque adminiſtrandis præfectus,res ita geſtas″pergrauiter ferens,

Collectis octoginta circiter milibus, atque vniuerſo equitatu, ″expeditionem aduerſus Iudæos ſuſcepit, cogitãs vrbem ſe facturum Græcorum domicilium, 2

″Templúmque in quæſtũ pecuniæ″redacturũ, ſicut cætera Gentiũ delubra, atque″Sacerdotium ſingulis annis venale redditurũ: 3

Potentiam verò Dei minimè conſiderans. itaque his peditum myriadibus atque equitũ millibus, octogintáque elephãtis″mente atque animo elatus, 4

Iudæámque ingreſſus,″admotis ad Bethſurã caſtris, premebat eam munito in loco ſitam, ac quinque circiter ſtadia diſtantem ab Hieroſolymis. 5

Iudæis cælitus adiutor mittitur, quo duce, Lyſiã in fugã vertunt, & pactum inire compellunt.

Poſtquam autem Maccabæani illum ſua obſidere præſidia in- 6

34 At hi qui intus erant,loci firmitate confiſi, ſupramodum maledicebant, &ſermones nefandos iactabant.

35 Sed quũ dies quinta illuceſceret, viginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erãt,accẽſi animis propter blaſphemiam,viriliter acceſſerunt ad murum,& feroci animo incedentes aſcẽdebant:

36 Sed & alii ſimiliter aſcẽdentes,turres,portáſque ſuccendere aggreſſi ſũt, atque ipſos maledicos viuos concremare.

37 Per continuũ autem biduum præſidio vaſtato, Timotheum occultantem ſe in quodam repertum loco peremerunt: &fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt.

38 Quibus geſtis,in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominũ, qui magna fecit in Iſrael,& victoriam dedit illis.

Cap. XI.

1 SEd paruo pòſt tẽpore, Lyſias procurator Regis &propinquus, ac negotiorum præpoſitus, grauiter ferens de his quæ acciderant,

2 Congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerſo,veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum,

3 Templum verò in pecuniæ quæſtũ, ſicut cætera delubra Gentium,habiturum,& per ſingulos annos venale ſacerdotium:

4 Nuſquam recogitans Dei poteſtatem: ſed mente effrænatus,in multitudine peditum, & in millibus equitũ, & in octoginta elephantis cõfidebat,

5 Ingreſſus autem Iudæam, & appropians Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco,ab Ieroſolyma interuallo quinque ſtadiorum,illud præſidium expugnabat.

6 Vt autem Macchabæus & qui cum eo erant,cognouerũt expugnari præ- B

34 Loci præcipitio confiſi, ἐν τῇ κρημνότητι τοῦ τόπου πεποιθότες, loco prærupto præcipitíque confidentes.freti natura loci acceſſum difficilem habentis. Contumelias ſupramodum,&c. ὑπεράγαν ἐβλασφήμουν, ſupramodum[aut,vehementer]blaſphemabant.id eſt cõtumelioſiſſimè de Deo loquebantur,non parcentes maieſtati Summi numinis. Addit καὶ λόγους ἀθεμίτους προΐεντο,& verba nefaria iaciebant.

35 Quum impetũ ad muros,&c. προσβαλόντες τῷ τείχει ἀρρενωδῶς, quum irruiſſent in murum[aut,eum aggreſſi adortíque fuiſſent]animo maſculino.id eſt virili atque efferato.θηριώδει θυμῷ,impetu animi incitato inſtar feræ.

36 Qui aſcenderant circunfl.&c. προσαναβάντες ἐν τῷ περισπασμῷ πρὸς τοὺς ἔνδον, aſcendentes in circunflexione aduerſus eos qui erant intus.id eſt in circuitu turrium aſcendẽtes,circumeuntes eas.Hunc enim ambitum ac circuitum videtur ſignificare nomen περισπασμός.

Impios Dei obtrectatores τοὺς βλασφήμους homines in Deum contumelioſos atque impios. qui maieſtatem Dei verbis probroſis violabant,maledictiſque lædebant: eos ignibus accenſis cremauerunt κατέκαιον.

37 Recepta reliqua acie, εἰσδεξάμενοι τὴν λοιπὴν τάξιν, quum reliquum exercitum recepiſſent, vrbem ceperunt. In quodam loco cauo lat. ἀποκεκρυμμένον ἔν τινι λάκκῳ, occultatum[aut,abditum]in quodã cuniculo.loco ſubterraneo & cõcauo.

38 Dominum laudibus gratiar.&c. μεθ' ὕμνων καὶ ἐξομολογήσεων εὐλόγουν τῷ κυρίῳ, cum hymnis[ſiue, canticis] & confeſſionibus benedicebant Domino.id eſt prædicabant eum.ὕμνος eſt canticum εὐχαριστικὸν, gratiarum actionem,laudémque Dei continens.Idem ſignificat ἐξομολόγησις תודה confeſſio,laus,gratiarum actio:& verbum הודה ἐξωμολόγησε laudauit gratias agit. Sic εὐλογεῖν benedicere,imitatione Hebræorum vſurpatur:apud quos ברך vſurpatur pro laudauit,& ברוך benedictus,pro laudatus,aut laudandus,prædicandus,& celebrandus. Qui Iſraelem,&c. τῷ μεγάλως τὸν Ἰσραὴλ εὐεργετοῦντι, qui magnificè Iſraeli benefaceret. i. maximis beneficiis afficeret, quíque victoriam illam in eum cõtuliſſet.μεγάλως εὐεργετεῖν Latinè reddi poteſt,præclarè de aliquo mereri, ampliſſimis beneficiis aliquem afficere. Nominatim vnum memoratur beneficium præclaræ victoriæ, quam ope Dei aduerſus hoſtes conſequuti fuiſſent.

IN CAPVT XI.

1 Neque multo ſanè pòſt tempore μετ' ὀλίγον δὲ παντελῶς χρόνον poſt paruum autem omnino tempus.id eſt exiguo temporis ſpatio cõſequuto. Procurator Regis ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως cui adminiſtratio regni commiſſa erat.ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων.Accipitur etiam pro tutore ac curatore,ὁ ἐπίτροπος τοῦ παιδὸς ὀρφανοῦ pueri orphani curã gerens,aut tutelam habens:quemadmodũ Plutarchus in Camillo,vocat τῶν βασιλέων ὀρφανῶν ἐπιτρόπους,pupillorum Regum tutores:qua ſignificatione hîc accipi poteſt.Nã puer adhuc erat Antiochus. Addit συγγενῆ,fuiſſe cognatum ac propinquum:cuiuſmodi hominibus tutela mandari ſolebat. Pergrauiter ferens, λίαν βαρέως φέρων, valde grauiter ferens.aut,admodum grauiter.grauiſſimé. 2 Expeditionem aduerſus,&c.παρεγίνετο ἐπὶ τοὺς ἰουδαίους, venit aduerſus Iudæos.infeſtis ſcilicet ſignis,vt bellum eis inferret.Ita ſignificat aduentum hoſtilem.

3 Templúmque in quæſtum,&c. τὸ δὲ ἱερὸν ἀργυρολόγητον ποιῆσαι, Quidam verterunt,quæſtuoſum ſe facturum. Græcum nomen ſignificat id vnde pecunia colligi parariquе poſſit,τὸν πορισμὸν quæſtum,aut rem ex qua pecunia confici poſſit. Sanctiſſimum tẽplum cogitabat in quæſtum conuertere atque conferre. Sacerdotium venale πρατὴν δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην, Id eſt ὠνητὴν aut ὤνιον,ſummum Sacerdotium venale,quod pretio compararetur.Hanc rationem rei faciendæ ex ſanctiſſimis rebus ſibi propoſuerat,atque ita αἰσχροκερδεῖν in his tantis honoribus ac dignitatibus vendendis.Sic faciebat impius Antiochus,quum vi oppreſſum eum populum teneret.

4 Mente atque animo elatus, πεφρενωμένος, Quidam,extra mentem raptus, id eſt mente alienatus: ſed melius, qui ferociam confidentiámque animi eius ſignificantes,ferocem,Iudæam ingreſſum eſſe verterunt.Ferociter enim & confidenter, confiſus tot ac tantis copiis peditum & equitum,Iudæam inuadebat.Itaque ego verti,mente atque animo elatus,his tantis viribus præfidens ac ferociens.

5 Admotis ad Bethſuram caſtris, συνεγγίσας τῷ Βαιθσούρῳ, quum appropinquaſſet Bethſuræ.id eſt propius caſtra poſuiſſet: id oppidum præſidium Iudæorum oppugnare cœpit.ἔθλιβεν premebat, ſcilicet obſidione.

ſidia,cum fletu & lachrymis rogabāt Dominum, & omnis turba ſimul, vt bonum Angelum mitteret ad ſalutē Iſrael.

Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis, cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire,& ferre auxilium fratribus ſuis.

Quúmque pariter prōpto animo procederent, Ieroſolymis apparuit præcedens eos eques in veſte candida,armis aureis haſtam vibrans.

Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis: non ſolùm homines ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare.

C Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem,& miſerantem ſuper eos Dominum.

Leonum autē more impetu irruētes in hoſtes,proſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitū mille ſexcentos:

Vniuerſos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaſerunt: ſed & ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit.

Et quia non inſenſatus erat,ſecum ipſe reputans factam erga ſe diminutionē,& intelligens inuictos eſſe Hebræos,omnipotentis Dei auxilio innitentes,miſit ad eos:

Promiſitque ſe conſenſurum omnibus quæ iuſta ſunt, & Regem cōpulſurum amicum fieri.

D Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens:& quæcūque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis,ea Rex cōceſſit.

Nā erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ à Lyſia,ſiquidē hunc modū cōtinētes, Lyſias populo Iudæorum ſalutem.

Iohannes & Abeſalom qui miſſi fuerant à vobis,tradentes ſcripta, poſtulabant vt ea quæ per illos ſignificabantur,implerem.

Quæcunque igitur Regi potuerūt perferri,expoſui:& quæ res permittebant,conceſſit.

Si igitur in negotiis fidem conſeruaueritis,&deinceps bonorum vobis

tellexerunt ,ipſi ſimul & plebs cum lamentis ac lachrymis Domino ſupplicabant,vt bonum mitteret Angelum Iſraeli ad ſalutem.

7 Ipſe verò Maccabæus primus arreptis armis,alios eſt adhortatus,″vt vnà ſecum periculum ſubeuntes, fratribus ſuis auxilium afferrent.

8 ″Tum ſimul *ex urbe* alacritérque eruperunt, nondum procul ab Hieroſolymis aberant, quum eques candido amictu″ concutiens armaturam omnem auream,præcedere ipſos viſus eſt.

9 Tum verò Deum miſericordem laudauerunt: adeóque confirmati fuerunt animis,vt parati eſſent non homines modò, ſed beſtias etiam immaniſſimas,muróſque ferreos confodere.

10 Itaque inſtructa acie proceſſerunt, ″adiutorē qui vnà cum ipſis pugnaturus eſſet,è cælo habentes:poſtquam Dominus eorum miſertus fuiſſet.

11 ″Quúmque impetu leonino in hoſtes irruiſſent,proſtrauerunt ex illis vndecim millia peditum,equitum verò mille ac ſexcētos.

12 Omnes quidem in fugam compulerunt, ex quibus complures ″vulneribus acceptis nudi euaſerunt: ipſe verò Lyſias″turpi fuga ſaluti ſuæ conſuluit.

13 ″Cæterùm *homo* non incallidus quum eſſet,ſecum″quid detrimenti accepiſſet reputās,& ſimul intelligēs inuictos eſſe Iudæos, Deo qui omnia poſſet,eis auxiliante,″miſſis legatis,

14 Confirmauit ſe omnibus æquis conditionibus conſenſurum, Regémque perſuadendo″in amicitiam ipſorum pertracturum.

15 Maccabæus autem vtilitati conſulens, ″annuit ſe omnia facturum quæ Lyſias poſtulabat: quibus in rebus Rex conceſſit Maccabæo″quæcunque is per literas à Lyſia Iudæorū cauſa petierat.

Lyſiæ epiſtola ad Iudæos.

16 Fuerunt autem literæ à Lyſia miſſæ ad Iudæos″in hanc ſententiam ſcriptæ, Lyſias populo Iudæorum ſalutem.

17 Iohannes & Abeſſalom legati veſtri, ″qui mandata poſtulatáque à vobis ſcripta nobis reddiderunt, poſtularunt vt quæ in eis continentur,præſtaremus.

18 Itaque quæcunque ad Regem referenda fuerunt,ego ei demōſtraui:à quo,quæ fieri quidem potuerunt,conceſſa ſunt.

19 Quòd ſi veſtram in res noſtras beneuolentiā cōſeruaueritis, in poſterum ego quoque ſtudebo author eſſe eorum″bonorum quæ

---

7 Vt vnà ſecum,&c. ἅμα αὐτῷ συγκινδυνεύοντας, vt vnà ſecum periclitantes. periculum adeuntes.aut,ſuſcipientes pro fratrū ſalute,eis laborantibus opem ferrent. 8 Tum ſimul *ex urbe*,&c. ὁμοῦ δὲ καὶ προθύμως ἐξώρμησαν, Simul autem ac promptè irruerunt.id eſt ſumma cum alacritate proruperunt omnes ex vrbe,vt fratres ſuos obſidione liberarent. Concutiens armaturam omnem auream, πανοπλίαν χρυσῆν κραδαίνων, totam armaturam auream quatiens.aut,vibrans. Quidam vertunt,haſtam vibrans:ſed in omnibus Græcis codicibus quos viderim,πανοπλίαν legitur,quæ agitatione equi & concuſſione ſonum quendam edebat.

10 Adiutorem σύμμαχον Ita dicitur qui vnà pugnat,ac bellum gerit.belli ſocius & adiutor.

11 Quúmque impetu leonino in hoſtes irr. λεοντηδὸν δὲ ἐντινάξαντες εἰς τοὺς πολεμίους, Quum verò inſtar leonum impetū in hoſtes feciſſent.aut,ſe in hoſtes cōieciſſent atq; intuliſſent. 12 Vulneribus acce.&c. τραυματίαι,&c.vulnerati & ſaucii,nudiq;[id eſt ſine armis] euaſerunt.De nomine τραυματίας antea dictū eſt. Turpi fuga ſaluti ſuæ conſ. αἰσχρῶς φεύγων διεσώθη.turpiter fugiens euaſit.aut,conſeruatus eſt.fœda fuga ſaluti ſuæ conſuluit. 13 Cæterùm *homo* non,&c. οὐκ ἄνους δὲ ὑπάρχων,ſed quum *is* non imprudens[aut,mentis conſiliique,aut intelligentiæ expers]eſſet.ad verbum ἄνους amens dicitur,cui opponitur εὔνους cordatus,mente prudentiáque præditus.

Quid detrimenti accepiſ. τὸ γεγονὸς περὶ ἑαυτὸν ἐλάσσωμα, incommodum acceptum ita dicitur ἀπὸ τοῦ ἐλαττοῦσθαι à diminuendo,vt Detrimentum Latinè à deterendo dictum eſt. Miſſis legatis,confirm. ἀποστείλας ἔπεισε, quum miſiſſet [ſub.homines, aut legatos] perſuaſit. id eſt ſuadendo declarauit,aut affirmauit,ſe omnibus æquis conditionibus cōſenſurum,συλλύσεσθαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις. ſe omnibus quæ iuſta eſſent,conſenſurum.id eſt omnia æqua & iuſta Iudæis conceſſurum.

14 In amicitiam ipſorum pertracturum. φίλον αὐτοῖς ἀναγκάζειν γενέσθαι. ſe impulſurum Regem vt eis eſſet amicus.ſuadendo omnibus modis cum eo acturum,vt ipſos Iudæos in amicitiam ſuam reciperet.

15 Annuit ſe omnia facturum,&c. ἐπένευσε ἐπὶ πᾶσιν οἷς ὁ Λυσίας παρεκάλει, annuit in omnibus ad quæ Lyſias hortabatur.id eſt ἐπινεύειν, quo verbo paulo antè vſus eſt.ἀπονεύω abnuo,recuſo,contrarium eſt τῷ ἐπινεύειν. Quæcunque is per liter.à Lyſ &c. ὅσα ἐπέδωκε τῷ Λυσίᾳ διὰ γραπτῶν περὶ τῶν Ἰουδαίων. quæcunque tradidit Lyſiæ per ſcripta pro Iudæis.id eſt mandauit per literas Lyſiæ ad Regem referenda.

16 In hanc ſententiam ſcriptæ, περιέχουσαι τοῦτον τὸν τρόπον. Quidam,hoc argumento ſcriptæ. Poteſt ita verti,hanc ſententiam[aut,rationem]complectentes.aut,in hunc modum rationémque ſcriptæ.

17 Qui mandata poſtulatáque,&c. ἐπιδόντες τὸν ὑπογεγραμμένον χρηματισμόν, qui dederunt ſubſcriptū reſponſum. Eſt χρηματίζειν referre aliquid ad aliquem,vt ad populum,aut ad Senatum,vel ad alium,& cum eo aliquid agere ac poſtulare. Hinc χρηματισμὸς,huiuſmodi poſtulata mandatáque ſignificat. Ea autē aut mādantur ſine ſcripto,aut ſcribūtur:quemadmodū Iudæi quæ à Rege poſtulabāt,literis cōplexi ſunt.

ad vos pertineant.

Cæterùm his de rebus ſingulis mandata dedi tã his quàm meis legatis, quæ vobis exponant.

Valete. Anno cẽteſimo quadrageſimo octauo, 'Dioſcorinthii viceſima quarta *die*.

Regis Antiochi epiſtola ad Lyſiã.

Regis autem epiſtola hæc cõtinebat, Rex Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem.

'Poſtquã pater noſter ad deos trãſlatus eſt, nos cupiẽtes eos qui in regno noſtro ſunt, 'trãquillo in ſtatu cõſtitutos res ſuas agere,

Audiuimus Iudæos 'nolle acquieſcere in ea rerum commutatione qua pater eos ad ritus Græcorũ traduxerat: 'ſed ſua malle retinere inſtituta: & iccirco poſtulare vt ſua ſibi iura concedantur.

Quamobrem nos volentes hanc quoque gentem 'ſine vlla perturbatione viuere, conſtituimus vt templum eis reſtituatur, ipſíque 'publicis maiorum ſuorum inſtitutis vtantur.

Rectè igitur facies ſi ad eos miſeris, dexterámque eis dederis, vt noſtram voluntatem cognoſcentes, bono eſſe animo, 'ac læti rebus ſuis frui poſſint.

Eiuſdem epiſtola ad Iudæos.

Epiſtola autem Regis ad gentẽ ſcripta huiuſcemodi fuit, Antiochus Rex ſenatui Iudæorum, cæteríſque Iudæis ſalutem.

Si valetis, 'eſt ſanè vt volumus: nos quidem valemus.

Menelaus nobis declarauit, 'vos *in patriam* reuerſos, veſtris rebus moribúſque vti velle.

'His igitur qui *Hieroſolymis ad nos* deſcenderunt, vſque ad triceſimã Xanthici diem dextera dabitur cum ſecuritate,

Vt Iudæi 'ſuis viuendi rationibus vtantur, & legibus: nec quiſquam eorum vlla moleſtia afficietur 'nomine eorum quæ imprudenter commiſſa ſunt.

cauſa eſſe tentabo.

20 De cæteris autem per ſingula verba mãdaui & iſtis & his qui à me miſſi ſunt, colloqui vobiſcum.

21 Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis Dioſcori die viceſima & quarta.

22 Regis autem epiſtola, iſta continebat, Rex Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. E

23 Patre noſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos qui ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiam,

24 Audiuimus Iudæos non conſenſiſſe patri meo vt transferrẽtur ad ritũ Græcorum, ſed tenere velle ſuum inſtitutum, ac poſtulare à nobis concedi ſibi Legitima ſua.

25 Volentes igitur hanc quoque gentem quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, vt agerẽt ſecundum ſuorum maiorum conſuetudinem.

26 Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis: vt cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & vtilitatibus propriis deſeruiant.

27 Ad Iudæos verò Regis epiſtola talis erat, Rex Antiochus ſenatui Iudæorum ſalutem. F

28 Si valetis, ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus.

29 Adiit nos Menelaus, dicens velle vos deſcendere ad veſtros qui ſunt apud nos.

30 His igitur qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xanthici, damus dextras ſecuritatis,

31 Vt Iudaicis vtãtur cibis, & legibus ſuis, ſicut & prius: & nemo eorum vllo modo moleſtiam patiatur de his quæ per ignorantiam geſta ſunt.

'Legitur & εἰκάδι

21 Dioſcorinthii, &c. διοσκορινθίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. Iouis Corinthii viceſima quarta. Ita enim illius nomine Græci tunc notabant annorum ac menſium tempora. 23 Poſtquam pater noſt. ad deos, &c. τοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς θεοὺς μεταστάντος, Patre noſtro ad deos tranſlato. Quidam, in deos relato. id eſt ex hac vita in numerum deorum recepto: quæ vana & ambitioſa Diuinitatis affectatio, ἀποθέωσις appellabatur, etiam impiis tyrannis attributa. Ego verbum Græcum exprimere volui quod transferri ſignificat. id eſt ex hac mortalitate ad illã immortalitatem transmigrare. Tranquillo in ſtatu, &c. ἀταράχους ὄντας γίνεσθαι πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν, expertes omnis perturbationis [id eſt quietos ac tranquillos] verſari [aut, occupari] in rebus propriis curandis & agendis. ſine vlla perturbatione intentos atque occupatos eſſe rebus ſuis, vt agriculturæ, ac cæteris negotiis, quibus dare operam non poſſunt bellis impediti ac perturbati.

24 Nolle acquieſcere in ea, &c. μὴ συνευδοκοῦντας τῇ τοῦ πατρὸς ἐπὶ ἑλληνικὰ μεταθέσει, nolle manere in traductione patris ad ſtudia inſtitutáque Græcanica. id eſt qua eos ad mores ritúſque Gentiles tranſtulit. Quidam vertũt, non probare demutatam à patre ad ritus Græcorũ religionem. Ego pluribus verbis reddidi, vt ſenſus eſſet apertior: nam commutationem & religionis & totius reip. politiæque intelligit. συνευδοκεῖν ſignificat conſentire, & comprobare. hoc loco pro ἐπαναπαύειν ἢ ἐπιμένειν acquieſcere ac permanere accipi poteſt cum datiuo. οὐ συνευδοκεῖν τῇ, μεταθέσει, Ad verbum, nõ complacere ſibi in ea commutatione, id eſt eam ἀποδοκιμάζειν aſpernari ac repudiare. Sed ſua malle retinere inſtit. ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν αἱρετίζοντας, ſed ſuam ipſorum conſuetudinem [ac morem] ſectari malle. ἀγωγὴ morem, diſciplinam, inſtitutionem, rationémque vitæ tum ciuilis, tum ſpiritualis ſignificat: qualem habebant Iudæi optimam & ſantiſſimam à maioribus traditam. αἱρετίζειν verò cauſam ſectámque aliquam amplecti, ac ſummo cum ſtudio retinere: quemadmodum Paulus in Actis Apoſtolorum, cap. 24. d. 14, defendens cauſam contra Iudæos apud magiſtratus Ethnicos, vocat αἵρεσιν religionem Chriſtianã quam eſt ſequutus atque amplexus. Ita Antiochus hoc verbo vſus eſt in ea cauſa, religione, ac ratione vitæ, quam contra cæterorum populorum voluntatem omni ſtudio ſequebantur. 25 Sine vlla perturbatione viuere, ἐκτὸς ταραχῆς εἶναι, extra perturbationem eſſe. Antea ἀταράχους ὄντας, id eſt quietam ac tranquillam vitam degere, remotam ab omni bellorum motu ac tumultu. Publicis maiorum ſuorum, &c. πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη. vt regantur [aut, gubernentur] maiorum ſuorum inſtitutis ac moribus. non alienis, ſed iis quæ à maioribus ſuis acceperunt. In Græcis eſt κατὰ iuxta aut ſecundum, vt ſignificet præſcriptam conſtitutámque vitæ rationem quæ retinenda ipſis erat.

26 Ac læti rebus ſuis frui poſſint. καὶ ἡδέως διαγίνωνται πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἀντίληψιν. ac iucundè verſentur in rerum ſuarum procuratione. Eã antè ἐπιμέλειαν dixit. vult eos ſine aliqua moleſtia atq; inquietudine rebus ſuis occupari. ἀντιλαμβάνεσθαι ſignificat res aliquas ſuſcipere adminiſtrãdas & curandas, & eas retinere: itaq; ἀντίληψις τῶν ἰδίων tũ pro ipſa ſuſceptione & curatione, tũ pro earũ perfruitione accipitur. ſed quoniam dicit διαγίνωνται πρὸς ἀντίληψιν τῶν ἰδίων, videtur magis ſignificare illam ἐπιμέλειαν curam rerum ſuarũ, quam paulo antè nominauit.

28 Eſt ſanè vt volumus: εἴη ἂν ὡς βουλόμεθα· ſit ſanè vt volumus. Hæc forma ſcribendi in principio poſita, Latinis vſitata, Si vales, bene eſt: ego quidem valeo. Significat enim animum amicum & amorem, τὸ συνήδεσθαι τοῖς ἀγαθοῖς τῶν φίλων, quemadmodum συναλγεῖν τοῖς κακοῖς. amicitia enim vera, omnia communia facit quæ ſunt aut iucunda aut moleſta, ſecunda aut aduerſa.

29 Vos *in patriam* reuerſos. &c. βούλεσθαι κατελθόντας ὑμᾶς γίνεσθαι πρὸς τοῖς ἰδίοις. Quidam ita vertunt, vos cupere redire ad res veſtras fruendas. ſed quia verbum κατελθεῖν ſignificat in patriam redire: & participium κατελθόντας præteriti eſt temporis, malui vertere In patriam reuerſos: nam antea exules abfuerant. Nunc in eam reductos ac reſtitutos placidè & quietè rebus ſuis vult occupari. Hoc enim ſignificat γίνεσθαι πρὸς τοῖς ἰδίοις, verſari in rebus propriis curandis. Græci autem exulum reditum in patriam & reuocationem τῶν φυγάδων κάθοδον vocant, vt Cicero in quadam ad Atticum epiſtola ſignificat. Itaque addidi In patriam: vt ſenſum melius exprimerem.

30 His igitur qui *Hieroſolymis ad nos* deſcenderunt, τοῖς οὖν καταπορευομένοις, deſcendentibus. id eſt qui ad nos venerunt legati à vobis miſſi. Hoc enim verbo ſignificat ſitum vrbis Hieroſolymæ in aſcenſu collocatæ, ex qua euntes in Syriam, deſcendebant: ſicut ex Syria proficiſcentes in eam, aſcendebant. 31 Suis viuendi rationibus, &c. χρῆσθαι τοῖς ἑαυτῶν δαπανήμασι, vt vtantur ſuis ſumptibus. id eſt ſuo victus genere, vſitata victus ratione, à qua Antiochus Illuſtris vi eos abduxerat, cogens eos ad eſum carnium ſuillarum in Lege vetitum: ita nomen Sumptuum videtur ſignificare conſuetudinem rationémque ciborum in Lege præſcriptam. Nomine eorum quæ imprud. &c. περὶ τῶν ἠγνοημένων. propter ea quæ ignorata ſunt. Quidã vertunt, de his quæ nos latent: & referunt ad ſequẽtia, Menelaũ ad vos

miſi:ſed omnes Græci codices cũ præcedentibus cõiungunt. Itaque malo τὰ ἠγνοημένα pro ἁμαρτήματα accipere, quæ ignorãtia & imprudẽtia cõmittuntur nulla improbitate ac malitia: vt his verbis Antiochus extenuet priſtinas offenſiones, quarũ culpam & pœnam in Iudæos non vult conferri. Antea autem aliquot locis in hac ſignificatione hoc participio paſſiuo vſus eſt pro his quæ non improbè ac malitioſè, ſed imprudenter ἀπροαιρέτως & inconſultò ſunt commiſſa. Errata Latinè dici poſſunt.

Miſimus autem & Menelaum qui vos alloquatur.

G Valete. Anno cẽteſimo quadrageſimo octauo, Xanthici mẽſis quintadecima die.

Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam ita ſe habentem, Quintus Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum ſalutem.

De his quæ Lyſias cognatus Regis conceſſit vobis, & nos conceſſimus.

De quibus autem ad Regẽ indicauit referendum, confeſtim aliquẽ mittite, diligentius inter vos conferẽtes: vt decernamus ſicut congruit vobis: nos enim Antiochiam accedimus.

Ideóque feſtinate reſcribere, vt nos quoque ſciamus cuius eſtis voluntatis.

Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, quintadecima die menſis Xanthici. Cap. XII.

HIs factis pactionibus, Lyſias pergebat ad Regem: Iudæi autem agriculturæ operam dabant.

Sed hi qui reſederant Timotheus & Apollonius Gennæi filius, ſed & Hieronymus, & Demophon, ſuper hos & Nicanor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilẽtio agere, & quiete.

Ioppitæ verò tale quoddã flagitiũ perpetrarunt: rogauerunt Iudæos cũ quibus habitabãt, aſcẽdere ſcaphas quas parauerant, cum vxoribus & filiis, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacentibus:

Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, paciſque cauſa nihil ſuſpectum habentibus: quum in altum proceſſiſſent, ſubmerſerunt non minus ducentos.

Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipſo: & inuocato iuſto iudice Deo,

Venit aduerſus interfectores fratrũ: & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit: eos autẽ qui ab igne refugerant, gladio peremit.

Et quũ hæc ita egiſſet, diſceſſit quaſi iterũ reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus.

Sed quum cognouiſſet & eos qui e-

32 Menelaum autem ad vos miſi qui vos conſoletur.

33 Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis Xanthici decimaquinta die.

34 Miſerunt etiam Romani ad Iudæos epiſtolamʹin huiuſmodi rationem ſcriptam, Quintus Memmius, & Titus Manlius legati Romanorum, populo Iudæorum ſalutem.

35 Quæ Lyſias Regis cognatus vobis conceſſit, ea nos quoque cõprobamus.

36 De quibus autem ad Regẽ referẽdum putauit,ʹde iis inito conſilio, confeſtim aliquem mittite: ʹvt ſicut vobis congruit, decernamus: nos enim Antiochiam accedimus.

37 Quare ʺquàm celerrimè aliquos mittite, vt nos quoque quæ ſit veſtra ſententia, cognoſcamus.

38 Valete. Anno cẽteſimo quadrageſimo octauo, die menſis Xanthici decimaquinta. Cap. XII.

1 HIs ita factis pactionibus, Lyſias ad Regem ſe contulit: Iudæi verò ʺagris ſuis colendis operam dederunt.

2 At præfecti locorum Timotheus & Apollonius Gennæi filius, tum Hieronymus ac Demophon, & præter hos Nicanor ʹCypriarcha, non ſinebant illos ʺtranquillo in ſtatu quietem agere.

3 Ioppitæ autẽ huiuſmodi ʺnefas perpetrauerũt: nã quũ habitãtes apud ſe Iudæos hortati eſſẽt vt paratas à ſe ſcaphas cũ vxoribus ac liberis conſcenderent, ʺquaſi nullas cum eis haberent inimicitias:

4 Et hi ſecũdum publicum ciuitatis decretum (ʹvt qui paci ſtuderent, nec quicquam ſuſpicarentur) acquieuiſſent: ʹin altum prouectos, numero non minus ducentos ſubmerſerunt.

5 Quam crudelitatem in gentem ſuam vt Iudas cognouit deſignatam, iis viris quos ſecum habebat, iuſſis arma capere, quum Deum iuſtum inuocaſſet iudicem:

6 Aduerſus fratrum interfectores cõtendit: & portu noctu incenſo, ſcaphíſque cõbuſtis, ʹperemit eos qui eum in locũ confugerãt.

7 Cæterùm ʺvrbe excluſus, recepit ſe vt denuo reuerſurus, atque ʹvniuerſam Ioppitarum ciuitatem funditus euerſurus.

8 Quum autem intellexiſſet Iamnienſes ʺidem facinus aduerſus

Romanorum epiſtola ad populum Iudæorum.

Iudæos infeſtat Timotheus.

Ioppitarum facinus in Iudæos.

Iudas in eos vlciſcitur.

34 In huiuſmodi rationem ſcriptam, ἔχουσαν οὕτως, habentem ita. in hunc modum ſcriptam. aut, hæc complectentem.

36 De iis inito conſilio, ἐπισκεψάμενοι περὶ τούτων, poſtquam de his conſideraueritis. conſultaueritis βουλευσάμενοι, publico conſilio. Vt ſicut vobis congruit, decern. ἵνα ἐκθῶμεν, ὡς καθήκει ὑμῖν· vt exponamus, vt congruit vobis. id eſt vt ad Regem referamus. Regi proponamus, ac demonſtremus ita vt vtilitas veſtra poſtulat. ſicut ratio rerum veſtrarum requirit. ἐκθεῖναι videtur accipere, vt paulo antè dixit προσανενεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, ad Regem referre, eique rem exponere ac demonſtrare.

37 Quàm celerrimè aliq. mittite, σπεύσατε καὶ πέμψατέ τινας, feſtinate [aut, accelerate] & mittite aliquos. id eſt operam date vt quãprimum aliquos mittatis: vt quæ ſit veſtra ſententia & voluntas, intelligamus, ὁποίας ἐστὲ γνώμης ἐπιγνῶμεν. qua eſtis ſententia, cognoſcamus.

IN CAPVT XII.

1 Agris ſuis colendis, &c. περὶ τὴν γεωργίαν ἐγίνοντο. circa agriculturam verſabantur. id eſt pace comparata, ad agros colendos diuturnis bellis intermiſſos ac neglectos ſe applicarunt. 2 Cypriarcha, κυπριάρχης, præfectus Cypri. Videtur gubernator fuiſſe eius inſulæ. Traquillo in ſtatu quietem agere. εὐσταθεῖν, καὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἄγειν. tranquillo in ſtatu viuere, & quietem agere. εὐσταθεῖν eſt in ſtatu bono ac quieto conſtitutum eſſe, aut in huiuſmodi ſtatu ſine perturbatione moleſtiáque verſari.

3 Nefas perpetrauerunt: συνετέλεσαν δυσσέβημα· impium facinus [id eſt ſcelus] deſignarunt. Quaſi nullas cum eis, &c. ὡς μηδεμιᾶς πρὸς αὐτοὺς ἐνεστώσης δυσμενείας· quaſi nulla in eos extaret maleuolentia. id eſt quum nulla ſubeſſet inimicitiarum ſuſpicio. Nam omnia erant pacata. 4 Vt qui paci ſtuderent, ὡς ἂν εἰρηνεύειν θελόντων. vt qui vellent pacificè concorditérque viuere, neque vlla in re diſſentire, eorum voluntati obtemperarunt. ἐπεδέξαντο admiſerunt, & conceſſerunt quod petebant. morem eis geſſerunt. In altum prouectos, ἐπαναχθέντας, à portu in altum pelagus euectos. ἀνάγειν enim τὴν ναῦν eſt nauẽ è portu in mare educere, ſicut κατάγειν appellere ad portũ.

6 Peremit eos qui eum in locum confug. τοὺς ἐκεῖ συμφυγόντας ἐξεκέντησε. qui eò confugerant, confodit. id eſt interfecit.

7 Vrbe excluſus, recepit ſe συγκλεισθέντος τοῦ χωρίου ἀνέλυσε, quum locus concluſus eſſet [id eſt oppidum eſſet clauſum] receſſit. abſceſſit, aut in Iudæam reuerſus eſt. Hoc enim verbum ἀναλύειν ſignificat. Vniuerſam Ioppitarum, &c. τὸ σύμπαν τῶν Ἰοππιτῶν πολίτευμα ἐκριζῶσαι. totam Ioppitarũ gentem [aut populũ, aut ciuitatis ſtatũ] extirpaturus. radicitus cõuulſurus, id eſt omnino ſubuerſurus. Ego hãc metaphorã quæ ab ſtirpibus ducitur, alia ſimilitudine quæ hoc in loco mollior videtur, reddere malui, & interitũ exitũque totius ciuitatis exprimere. 8 Idem facinus aduerſus Iudæos, &c τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν βουλομένους τρόπον τοῖς Ἰουδαίοις, eodem facere volentes modo Iudæis. idem maleficium in Iudæos cogitaſſe, aut concepiſſe.

Iudæos apud ſe habitantes moliri:

9 Eos quoque noctu aggreſſus, portum ʹcum claſſe incẽdit, adeò vt fulgor incendii Hieroſolymam vſque reluceret per ſtadia ducenta quadraginta.

In quo ſpugnauerit Machabæus quū Timotheum inſequeretur.

10 Inde quum abſceſſiſſet nouẽ ſtadiis, irruerunt in eum aduerſus Timotheum iter facientem nõ minus quinque millia Arabum cum quingentis equitibus.

11 Commiſſáque acri pugna quum hi qui cum Iuda erant, ope Diuina rem bene ac fœliciter geſſiſſent, victi Arabes ʹNomades dextram ſibi à Iuda dari petebant, pecora ſe daturos, ac cæteris in rebus ei ſe adiumento futuros pollicentes.

12 Iudas autem eos reuera ſibi in multis vtiles *fore* exiſtimãs, vt pacem cum ipſis haberet, eis conceſſit: itaque dexteris acceptis, illi in tabernacula ſua ſe receperunt.

13 Aggreſſus eſt etiam ʹvrbem quandam põte validam, ʹmuríſque circummunitã, quam nomine Caſpin omnis generis promiſcuæ gentes habitabant.

14 Qui eam tenebant vrbem, ʹmunitione murorum, impoſitóque commeatu freti, ʹremiſſius diſſolutiúſque ſe gerebant, ʹmilitibus Iudæ conuitiantes, & contumelias probráque ea iactantes, quæ nefas eſt dicere.

15 Tum milites Iudæ magno mũdi Dominatore inuocato, qui ſine arietibus, atque vllo ʹmachinarũ apparatu temporibus Ioſue Iericho ſubuertit, muros impetu ferocitérque inuaſerunt.

16 Captáq; fauore Dei vrbe, ʹcædes quæ nullis verbis exprimi poſſunt, ediderunt: adeò vt adiacens lacus, ʹqui duo ſtadia in latitudinem patebat, ſanguine plenus fluere videretur.

17 Inde quum per ſtadia ſeptingenta quinquaginta diſceſſiſſent, in Characa ad Iudæos qui Tubieni nominantur, peruenerunt.

18 Et Timotheum quidem illis in locis non deprehenderunt: (nã is iam ʹinde infecta re diſceſſerat) ſed quũ is præſidium quodam in loco permunitum reliquiſſet,

19 Doſitheus, & Soſipater, qui in exercitu Maccabæi duces erãt, eò profecti, quæ Timotheus in præſidio reliquerat, amplius decem virorum millia interemerunt.

20 Maccabæus autem inſtructo exercitu ſuo, ʹcohortibúſque turmatim diſpoſitis, contendit aduerſus Timotheum, qui ſecum habebat centum viginti millia peditum, equitum verò duo millia & quingentos.

21 Timotheus autem cognito Iudæ aduentu, ʹemiſit mulieres ac

rant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis, B

9 Iãnitis quoque nocte ſuperuenit, & portum cum nauibus ſuccendit: ita vt lumẽ ignis appareret Ieroſolymis à ſtadiis ducentis quadraginta.

10 Inde quũ iam abiſſent nouẽ ſtadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiſerũt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti.

11 Quũque pugna valida fieret, & auxilio Dei proſperè ceſſiſſet, reſidui Arabes victi, petebãt à Iuda dextras ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos, & in cæteris profuturos.

12 Iudas autẽ arbitratus verè in multis eos vtiles, promiſit pacẽ: dextriſque acceptis, diſceſſere ad tabernacula ſua.

13 Aggreſſus eſt autẽ & ciuitatẽ quandam firmam pontibus muriſque circunſeptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiſcuarum, cui nomen Caſpin.

14 Hi verò qui intus erant, confidẽtes in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemãtes, ac loquentes quæ fas non eſt. C

15 Machabæus autem inuocato magno mũdi Principe, qui ſine arietibus & machinis temporibus Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris:

Ioſue 6.c.20

16 Et capta ciuitate per Domini volũtatem, innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis ſanguine infectũ fluere videretur.

17 Inde diſceſſerũt ſtadia ſeptingenta quinquaginta, & venerũt in Characa ad eos qui dicũtur Tubianæi, Iudęos:

18 Et Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nullóque negotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quodam loco firmiſſimo præſidio.

19 Doſitheus autem & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præſidio decem millia viros.

20 At Machabæus ordinatis circum ſe ſex milibus, & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timotheum proceſſit, habentem ſecum centum viginti millia peditum, equitũmque duo millia quingentos. D

21 Cognito autẽ Iudæ aduẽtu, Timo-

9 Cum claſſe σὺν τῷ στόλῳ, cum nauibus. στόλος enim eſt nauium multitudo, quæ Latinè claſſis dicitur: apparatus naualis, στόλος ναυτικὸς, nauium copiæ. 11 Nomades νομάδες ita dicti ſunt ἀπὸ τοῦ νέμειν à paſcendo: vt etiam Numidæ ſunt appellati à vitæ ratione vaga & paſtoritia. Degebant enim in tabernaculis ἀσκηνοῦντες huc illúcque vagantes.

13 Vrbem ponte validam, πόλιν γεφυροῦ ὀχυρὰν, vrbem ponte munitam. ad quam per pontes aditus erant: quibus reſciſſis adiri non poterat propter flumina aut loca paluſtria. Videretur legendum γεφυρῶν, vel potius γεφύραις. Muriſque circummunitam, καὶ τείχεσι περιπεφραγμένην, & muris circunſeptam. cinctam vndique & clauſam.

14 Munitione murorum, τῇ τῶν τειχῶν ἐρυμνότητι πεποιθότες, confiſi murorum firmitate. Erat permunita muris & circunſepta, omníque inſtructa commeatu. Remiſſius diſſ. ſe gerebant, ἀναγωγότερον ἐχρῶντο remiſſius vtebantur. id eſt agebant, nihil intuentes, imò hoſtes contemnentes, freti munitione vrbis. Militibus Iudæ conuitiantes, τοὺς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες, conuitia probráque iacientes. contumelioſè eos appellantes. 15 Machinarum apparatu μηχανῶν ὀργανικῶν machinis inſtrumentalibus. id eſt apparatu inſtrumentorum, atque opere bellico quo vrbes ſolent oppugnari & expugnari. Solo buccinarũ clangore muros Iericho ſubruit, κατεκρήμνισε τὴν Ἱεριχὼ præcipitauit Iericho. euertit. Murus enim corruit, quemadmodum ſcriptum eſt Ioſue 6.c.20.

16 Cædes quæ nullis verb. &c. ἀμυθήτους ἐποίησαν σφαγὰς, inenarrabiles fecerunt cædes. Quidam, ſine numero cædes ediderunt: ſed ita reddendum eſſet, ſi in Græco eſſet ἀναριθμήτους. Ego pluribus verbis ſenſum expreſſi.. Qui duo ſtadia in latitudine pateb. τὸ πλάτος ἔχουσαν σταδίων δύο habens latitudinem duorum ſtadiorum, Cæſar 1. Comm. In latitudinem centum L X X X millia paſſuum patebant.

18 Inde infecta re diſceſſerat, ἄπρακτον ἀπὸ τῶν τόπων ἐκλελυκότα, qui infecto negotio ab illis locis receſſerat.

20 Cohortibúſque turmatim diſp. σπειρηδὸν κατέστησεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν σπειρῶν, quum eos in turmas [id eſt certos ordines] conſtituiſſet. diſtribuiſſet. 21 Emiſit προσεξαπέστειλεν amandauit. Quidam, præmiſit: ante ſcilicet aduentum Maccabæi, vt eos imbecillos à periculo remoueret. Ita videtur legendum προεξαπέστειλεν.

theus præmiſit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in præſidiū quod Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & acceſſu difficile propter locorum anguſtias.

22 Qúúmque cohors Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt ex præſentia Dei qui vniuerſa conſpicit, & in fugā verſi ſunt alius ab alio, ita vt magis à ſuis deiicerētur, & gladiorū ſuorum ictibus debilitarentur.

23 Iudas autem vehementer inſtabat puniens profanos, & proſtrauit ex eis triginta millia virorum.

24 Ipſe verò Timótheus incidit in partes Doſithei & Soſipatris: & multis precibus poſtulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parētes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret.

E 25 Et quū fidem dediſſet reſtituturum ſe eos ſecundum conſtitutū, illæſum eum dimiſerunt propter fratrum ſalutem.

26 Iudas autem regreſſus eſt à Carniō interfectis vigintiquinque millibus.

27 Poſt horum fugam & necem, mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuerſarum Gentium habitabat: & robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes, fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus.

28 Sed quum Omnipotentem inuocaſſent, qui poteſtate ſua vires hoſtiū confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, vigintiquinque millia proſtrauerunt.

29 Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ieroſolymis ſexcētis ſtadiis aberat.

30 Conteſtantibus autē his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis quòd modeſtè ſecum egerint:

31 Gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, venerunt Ieroſolymā die ſolenni ſeptimanarum inſtante.

F 32 Et poſt Pentecoſten abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumææ.

33 Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis.

34 Quibus cōgreſſis, contigit paucos ruere Iudæorum.

pueros cum reliquis impedimentis in præſidium Carnium dictū: ″quòd locus eſſet oppugnatu acceſſúque difficilis ″propter anguſtias quas omni ex parte habebat.

22 Porrò vbi ſe prima Iudæ cohors oſtendit, terror hoſtibus iniectus eſt: pauórque, oſtēdente ſe eo qui ″conſpicit omnia, tantus inceſſit, vt in fugam verſi, impetu alii aliò raperentur: crebríque læderentur à ſuis, & gladiorum ſuorum mucrone confoderentur.

23 ″Dúmque Iudas eos ardentiore contentione perſequitur, & cōcîdit ſceleratos, ad triginta virorum millia interemit.

Capitur Timotheus, & dimittitur illæſus.

24 Timotheus verò quum in Doſitheum Soſipatrúmque incidiſſet, ″admodum veteratoriè rogabat vt viuum ſe dimitterent, eo quòd parentes multorum, quorundam etiam fratres haberet: futurum vt hi negligerentur, ſi ipſe occiſus eſſet.

25 Quum ergo multis verbis fidē feciſſet, pactúſque eſſet ſe reſtituturum illos illæſos: propter fratrum ſalutem eum dimiſerunt.

26 Deinde Maccabæus perrexit ad Carnium & Artagatium, & ibi viginti quinque millia hominum interfecit.

27 Poſt horum fugam atque internecionem Iudas exercitum duxit ad Ephron vrbem munitam, ″quam Lyſias & magna diuerſarum gentium multitudo tenebant: iuuenes robuſti pro muris ſtātes, fortiter depugnabant: ibíque machinarum ac telorum apparatus aderat.

28 Hi tamen ″*Deo* præpotente, qui ſua potentia vires hoſtium confringit, inuocato, vrbem vi ceperunt: & eorum qui intus erant, ad viginti quinque millia interfecerunt.

29 Inde digreſſi, ″Scythopolin ab Hieroſolymis ſexcentis ſtadiis diſtantem, contenderunt.

30 Vbi quum incolæ Iudæi eſſent teſtati quam ſibi Scythopolitæ præſtitiſſent beneuolētiam, ″quantáque calamitoſis temporibus humanitate ipſos complexi eſſent:

31 Gratiis iis actis, eóſque adhortati vt in reliquum tempus ″eandem in gentem *ſuam* beneuolentiam conferrent, Hieroſolymam ″ſolenni hebdomadarum iam inſtante, petiuerunt.

Gorgiam perſequitur Iudas.

32 ″Exacto autem quod Pentecoſtes nominatur, feſto, ″bellum Gorgiæ Idumææ præfecto intulerunt.

33 Is cum tribus peditum millibus, quadringentíſque equitibus egreſſus eſt.

34 Conſertáque pugna, paucos ex Iudæis cadere contigit.

Quòd locus eſſet opp. &c. ἦν γὰρ δυσπολιόρκητον καὶ δυσπρόσιτον τὸ χωρίον. pro δυσμάχητον. qui non facilè oppugnari poſſet, quia difficiles aditus haberet. Sic ἀμάχητον καὶ ἀπρόσιτον dicitur, qui non poteſt expugnari, & qui nullum aditum habet. Propter anguſtias quas, &c. διὰ τὴν τῶν πάντων τόπων στενότητα. ob omnium locorum anguſtiam. Erat enim omni ex parte anguſtiis ſeptus.

23 Dúmque ardentiore contentione perſeq. ἐποιεῖτο δὲ τὸν διωγμὸν συντονώτερον Dum facit perſequutionē intenſiorem. id eſt dum acrius vehementiúſque inſequitur. 24 Admodum veteratoriè rog. ἠξίου μετὰ πολλῆς γοητείας, rogabat cum multa impoſtura. aut, fallacia, quà eos ad ſuam ſalutem alliciebat. Quidam vertunt, poſtulabat multis precibus: ſed γοητεία videtur hoc loco magis ſignificare rationes cauſáſque fictas, quibus illis doloſè perſuadebat vt ipſum dimitterent. Huiuſmodi fallacem ac doloſam perſuaſionem, & tamen ſupplicem, γοητείαν appellat. Homo verſutus & callidus γόης dicitur, qui ſuis fallaciis & præſtigiis, id eſt verbis doloſis ac fraudulentis alios decipit.

27 Quam Lyſias & magna diuer. &c. ἐν ᾗ κατῴκει Λυσίας, καὶ πάμφυλα πλήθη. in qua habitabat Lyſias, & omnigenæ multitudines. id eſt variæ gentes. populi miſti ex diuerſis nationibus. Exemplar Toletanum non habet Lyſias: quam lectionem exiſtimo eſſe meliorem. Nam is erat Regis Antiochi procurator aliis locis & ciuitatibus præfectus.

28 *Deo* præpotente inuocato, ἐπικαλεσάμενοι τὸν δυνάστην, id eſt Deum παντοκράτορα omnipotentem, ac principem mundi. hoc enim ſignificat ὁ δυνάστης, idem quod τοῦ κόσμου κύριος, quo epitheto ſæpe vtitur.

29 Scythopolin τὴν Σκυθῶν πόλιν Scytharum ciuitatem. ita enim habent omnes Græci codices. Paulo pòſt compoſito nomine Σκυθοπολῖται Scythopolitæ dicuntur, ex Scytharum gente orti.

30 Quantáque humanitate, &c. ἥμερον ἀπάντησιν ἐποιοῦντο. benignum occurſum feciſſent. Quidam, quanta ſe aduerſis tēporibus humanitate tractauiſſent. ἀπάντησις occurſum complexúmque ſignificare poteſt. Itaque, humaniter benigneq; aliquē amplecti, aut cōplecti, verti poteſt. 31 Eandem in gentem, &c. πρὸς τὸ γένος εὐμενεῖς εἶναι, erga genus *ſuū* beneuoli eſſent. id eſt eadem in eos volūtate atque humanitate qua antea vſi fuiſſent. Solenni hebdomadarū, &c. τῆς τῶν ἑβδομάδων ἑορτῆς οὔσης ὑπογύου, feſto, hebdomadarum exiſtente propinquo. quū iā appropinquaret. Feſtum Pentecoſtes intelligit, de quo Exod. 34. c. 12, vt mox nominat. 32 Exacto autem quod Pentecoſtes, &c. μετὰ δὲ τὴν λεγομένην πεντηκοστὴν, Poſt autem dictam Pentecoſten. poſt celebritatē eius feſti, quod religioſiſſimè à Iudæis colebatur. Bellum Gorgiæ intul. ὥρμησαν πρὸς Γοργίαν. irruerunt aduerſus Gorgiam. armis ſunt aggreſſi. infeſtis ſignis aduerſus eum contenderunt.

Porrò Doſitheus quidam,ʹvnus turmaliũ Bacenoris,vir eques 35
& robuſtus Gorgiam apprehẽſa eius chlamyde tenebat,ac ducebat fortiter, ʹvt qui viuum capere ſceleſtum cuperet:quũ eques quidam Thracẽſis inuectus in eum,humero eius amputato,fecit vt Gorgias Mareſam effugeret.

ʹDiutius autem pugnãtibus Heſdrinis militibus, adeóque iam 36
fatigatis,Iudas inuocato Domino ʹvt ſe adiutorẽ belli præliíque ducem exhiberet,

Patria voce exorſus,& clamore cum hymnis ſublato, repẽte in 37
milites Gorgiæ irruens,eos in fugam conuertit.

Tum Iudas recollectos milites ſuos in Odollam vrbẽ deduxit: 38
vbi ʹinſtãte ſeptimo die,de more purificati,ſabbathũ celebrarũt.

ʹInſequenti autem die Maccabæani ʹeo tempore quod officium 39
requirebat neceſſarium,venerunt vt corpora ſuorum tollerẽt, & cum propinquis,in patriis ſepulchris reponerent.

Inuenerunt autem ſub veſtibus interfectorum ʹ quædam quæ 40
Iamnienſium ſimulachris conſecrata erant, Iudæíſque ab ipſa Lege interdicta: vnde omnibus perſpicuum fuit, illos eam ob cauſam occubuiſſe.

Itaque omnes quum ʹ iuſti Iudicis,occultáque palàm facientis 41
opus prædicaſſent,

Conuerſi ad preces,rogabant vt quod commiſſum eſſet peccatum,prorſus aboleretur:ʹſimúlque egregius Iudas cæteros omnes ex multitudine hortatus eſt ʹ vt ſe puros integróſque à peccato cõſeruarent,ʹvt qui ſuis ipſorum oculis vidiſſent quæ propter peccatum cæſorum acciderant. 42

ʹTum deinde ſtipe viritim collecta,ad duo millia drachmarum 43
argẽti miſit Heroſolymam ad ſacrificiũ pro peccato faciendum, ʹvalde bene ac ſcitè faciens,qui de reſurrectione *ita* cogitaret.

Iudas oblato pro mortuis ſacrificio, ſpem reſurrectionis oſtẽdit.

Niſi enim eos qui occubuerant,reſurrecturos ſperaſſet, ʹſuperuacuum erat & friuolum pro mortuis preces vllas adhibere. 44

Doſitheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis Gorgiã tenebat: & quum vellet illum capere viuũ, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerúmque eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa.

At illis qui cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum, adiutorẽ & ducem belli fieri,

Incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit.

Iudas autem collecto exercitu, venit in ciuitatem Odollam: & quũ ſeptima dies ſuperueniret, ſecundum cõſuetudinem purificati, in eodem loco ſabbathum egerunt.

Et ſequenti die venit cũ ſuis Iudas, vt corpora proſtratorũ tolleret, & cũ parentibus poneret in ſepulchris paternis.

Inuenerũt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, ſà quibus Lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifeſtum factum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe.

G
Deut.7.d.25

Omnes itaque benedixerunt iuſtũ iudicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta.

Atque ita ad preces conuerſi, rogauerunt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortiſſimus Iudas hortabatur populũ conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes quæ facta ſunt pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt.

Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymã offerri pro peccato ſacrificiũ, bene & religioſè de reſurrectione cogitans.

Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluũ videretur & vanum orare pro mortuis.

35 Vnus turmalium Bacenoris, τὶς τῶν τοῦ βακήνορος, quidam ex his qui Bacenoris. id eſt vnus è numero turmáque eorum equitum qui Bacenori erant attributi. Erat enim Doſitheus ἔφιππος eques. Vt qui viuum capere,&c. βουλόμενος τὸν κατάρατον λαβεῖν ζωγρείαν· volens ſceleſtum capere viuum captiuum. ζωγρέω ſignificat viuum aliquem capere, ſeu viuum ſeruare. Hinc ζωγρεία quum viuus aliquis redimendus aut mulctandus capitur. κατάρατον maledictum, execrandum ac deteſtandum nominat.

36 Diutius autem pugnantibus,&c. τῶν δὲ περὶ τὸν ἔσδριν ἐπὶ πλεῖον μαχομένων, iis qui circa Heſdrin diutius dimicantibus. Quidam codices diuerſam habent lectionẽ, τῶν δὲ περὶ τὸν γοργίαν, ſed illa melior videtur. Puto enim Heſdrin vnũ fuiſſe ex ducibus exercitus Machabæani: quibus diuturno iam prælio defatigatis, Iudas nomen Dei inuocauit. Vt ſe adiutorem belli præliique,&c. σύμμαχον φανῆναι, καὶ προοδηγὸν τοῦ πολέμου, vt adiutor appareret, ac dux belli. id eſt vt cum ipſis pugnans, & vt imperator bellũ adminiſtrans, ipſiuſque dux exercitus ſuam præſentiam oſtenderet. 38 Inſtante ſeptimo die, τῆς ἑβδομάδος ἐπιβαλλούσης, ſeptimo die ſuperueniente. κατὰ τὸν ἐθισμὸν ἁγνισθέντες τὸ σάββατον διήγαγον, ſecundum conſuetudinem purificati ſabbathum egerunt. Ratio temporis & neceſſitas fecit vt Hieroſolymam redire cauſa ſabbathi celebrandi non potuerint. ἐπιβάλλειν accipitur hîc pro ἐνίστασθαι adeſſe, inſtare, atque incidere. iam die ſabbathi aduenientẽ, aut aduentãte. Dicitur enim hoc verbũ de re quæ hæret, & incumbit: hoc autẽ loco de die feſto qui iam adeſt, aut propè eſt. ἐπιβαλλούσης ἑβδομάδος pro ἐνεστώσης. 39 Inſequenti autem die τῇ δὲ ἐχομένῃ Poſtero autẽ die. aut, poſtridie. Intelligẽdum enim eſt ἡμέρα. Eo tempore quod officium,&c. καθ' ὃν τρόπον τὸ τῆς χρείας ἐγεγόνει, quomodo neceſſitas fuit. id eſt quemadmodum res ipſa poſtulabat, & flagitabat, vt corpora mortuorum tollerent, ſepulturæque mandarent. Huiuſmodi autem neceſſitas officium hominum propinquorum, & ius ſepulturæ mortuis debitum requirebat. Colligebant enim ea, atque in patriis ſepulchris recondebant: atque ita ad maiores patréſque ſuos aggregari, aut apponi dicebantur. 40 Quædam quæ Iamnienſium ſimulachris,&c. ἱερώματα τῶν ἀπὸ ἰαμνείας εἰδώλων. quædam ſacra idolis Iamniæ. quibus declaratum eſt illos cultores fuiſſe eorum idolorum. Tanta vis fuit ſuperſtitionis & contagio, quum inter idololatras habitarent. 41 Iuſti Iudicis opus prædicaſſent, τὰ τοῦ δικαιοκρίτου εὐλογήσαντες, ſubaudiendum eſt aliquid, & cum articulo coniungendum, τὰ ἔργα. quum opera Dei iuſti iudicis benedixiſſent, id eſt laudaſſent ac prædicaſſent. δικαιοκρίτην Deum appellat compoſito nomine, ſicut Paulus Rom.2.a.5, δικαιοκρισίαν, iuſtum Dei iudicium dixit. & 2.Theſ.1.b.5. δικαίαν κρίσιν, ſine compoſitione.

42 Simulque egregius Iudas ὁ δὲ γενναῖος ἰούδας generoſus autem Iudas. id eſt genere dignus Iſraelitico. qui virtute ac pietate nobilitati generis ſui reſpondebat. aut, animo præſtanti. cæteros omnes ex multitudine hortatus eſt: τὸ πλῆθος παρεκάλεσε, multitudinẽ hortatus eſt. Vt ſe puros integróſque,&c. συντηρεῖν ἑαυτοὺς ἀναμαρτήτους εἶ), vt ſe ſine peccato conſeruarent. ne ſe polluerent impiis ſuperſtitionibus, ſed in omni ſanctitate continerent. Vt qui ſuis ipſorum oculis vidiſſ. ὑπ' ὄψιν ἑωρακότας τὰ γεγονότα, qui ſub aſpectum vidiſſent quæ acciderant, ἐπόπτας, teſtes oculati iudicii Diuini. 43 Tum denique ſtipe viritim,&c. ποιησάμενός τε κατ' ἀνδρολογίαν κατασκευάσματα, &c. Ad verbum eſt, Et quum feciſſet præparationes viritim collectas ad duo millia drachmarum. id eſt quum comparaſſet pecuniam. aut confeciſſet ſummam pecuniæ à ſingulis viris collectæ ad duo millia drachmarum, miſit eam Heroſolymam. aut, collatione facta, eam pecuniã miſit Hieroſolymam. Huiuſmodi collatio ſiue collectio λογία à Paulo dicitur 1.Corinth.16.a.1. & 2. Corinth.9.b.5 λογία ἀπὸ τοῦ λέγειν, quod eſt legere, & colligere, quaſi collecta, eſt ab eo nominata. Valde benè ac ſcitè fa. πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως πράττων, valde bene ritéque faciẽs, qui ita de reſurrectione ſentiret. ἀστείως quãuis ad vrbanitatem facetiáſque referatur. hoc loco tamen Præclarè verti poteſt. Quidã ita vertũt, bono admodum, ſcitóque inſtituto. Ego huiuſmodi ἐπίκρισιν approbationem aduerbiis quibus vſus eſt author, malui reddere.

44 Superuacuũ erat,&c. περιττὸν ἂν ἦν καὶ ληρῶδες ſuperfluũ [aut, ſuperuacuũ] & nugatorium fuiſſet. id eſt vanum, orare pro mortuis.

45 Et quia conſiderabat quòd hi qui cum pietate dormitionẽ acceperant, optimam haberẽt repoſitam gratiã.

46 Sãcta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Cap. XIII.

1 ANno centeſimo quadrageſimo-nono cognouit Iudas Antiochũ Eupatorem venire cum multitudine aduerſus Iudæam,

2 Et cum eo Lyſiam procuratorem & præpoſitum negotiorum, ſecũ habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos vigintiduos, currus cum falcibus trecentos.

3 Commiſcuit autem ſe illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in principatum. B

4 Sed Rex regum ſuſcitauit animos Antiochi in peccatorem: & ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam omniũ malorum, iuſſit (vt eis eſt cõſuetudo) apprehenſum, in eodem loco necari.

5 Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum vndique habens cineris: hæc proſpectum habebat in præceps.

6 Inde in cinerem deiici iuſſit ſacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum,

7 Et tali lege præuaricatorem Legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum.

8 C Et quidem ſatis iuſtè: nã quia multa erga aram Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte damnatus eſt.

9 Sed Rex mente effrænatus veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Iudæis oſtenſurus.

45 Præterea quòd cõſideraret, iis qui cum pietate obiiſſent, 'optimum gratiæ munus repoſitum eſſe:

46 (Piam & ſanctam cogitationem) pro mortuis expiationem fecit, vt à peccato abſoluerentur. Cap. XIII.

1 ANno centeſimo quadrageſimonono 'nuntiatum eſt Iudæ, Antiochum Eupatorem 'cum copiis in Iudæam aduentare,

2 Cum eóque procuratorem ac rerum adminiſtrationi præfectum Lyſiam: 'vtrunque in exercitu habẽtem Græcorum peditum cẽtena dena millia, equitúmque quina millia & trecenos, elephantos autem vicenos binos, & "falcatos currus trecenos.

3 'Cum his Menelaus erat coniũctus, qui Antiochũ "magna cum ſimulatione hortabatur: "non conſulens patriæ ſaluti, ſed ſperans ſe principatum adepturum.

4 At Rex ille regum, Antiochi animum aduerſus ſceleratum concitauit: vt quum Lyſias demonſtraſſet, illum omnium malorũ authorem extitiſſe, mandarit eum Berœam abducendum: 'vbi vſitato affectus ſupplicio, interiret.

5 Eo in loco plena puluere quinquaginta cubitorum turris erat. quæ 'machinam habebat circumuerſatilem, "in puluerem vndique præcipitem:

6 Ibi eum 'qui ſacrilegii damnatus eſt, aut qui aliud aliquod "inſigne admiſit maleficium, "omnes ad interitum protrudunt.

7 Ita accidit vt homo nefarius 'huiuſmodi ſupplicii genere moreretur: ac "ne ſepulturæ quidem Menelaus compos fieret.

8 'Et meritò: nam qui multa "in altare peccata commiſerat, vbi ignis & cinis ſacroſanctus erat, is "in cinere mortem oppetiit.

9 'Cæterùm efferatus animo Antiochus adueniebat, 'acerbiora quàm pater vnquã feciſſet, crudelitatis exẽpla in Iudæos editurꝰ.

Eupatoris aduentus in Iudæam.

Menelai interitus.

45 Optimum gratiæ munus, &c. κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον. Quidam, optimam repoſitam griatiã. Alii, optimum repoſitum munus. Significat idem quod χάρις, donum ac munus apud aliquem poſitum. vt ita ſignificet eos gratos eſſe qui mortuis hominibus de patria optimè meritis eam memoriam & beneuolentiam præſtent, qui de illis ita piè cogitent, eorum corpora aliquando reſurrectura, non in perpetuũ interitura.

IN CAPVT XIII.

2 Nuntiatum eſt Iudæ, προσέπεσε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, allatum eſt Iudæ. nuntius venit ad eum (vt quidam vertunt) aut, nuntium ei allatũ eſt. Hoc enim videtur ſignificare forma loquendi Græca qua hic author ſæpe vtitur. προσπίπτειν τινὶ, ad verbum eſt, incidere, aut accidere alicui. Cum copiis aduent. παραγενέσθαι σὺν πλήθεσιν, aduenire cum multitudinibus. id eſt, cum maximis copiis in Iudæam expeditionem facere. 2 Vtrunque in exercitu haben. &c. ἕκαστον ἔχοντα δύναμιν ἑλληνικὴν vnumquẽque eorum habentem exercitum Græcum. id eſt ex Græcis militibus confectum. Deinde ſequitur diſtinctum, peditũ centum ac decem millia, & equitum quinque millia & trecentos: & ita vertere mihi magis placet, quàm ſingulis centena dena millia attribuere. Falcatos currus ἅρματα δρεπανηφόρα currus falciferos. ξιφηφόρα, qui in hoſtilem exercitum immiſſi, ordines militum perturbabant, atque obuios lædebant.

1 Cum his Menelaus, &c. καὶ Μενέλαος δὲ συνέμιξεν αὐτοῖς, Menelaus autem ſe miſcuerat eis. Quidam vertunt, conſpirauerat cum eis. verti poteſt non malè, ſe cum illis coniunxerat, contra patriam arma ferens. Magna cum ſimulatione hortab. παρεκάλει μετὰ πολλῆς εἰρωνείας, hortabatur cum multa ironia. id eſt ſimulatione ac fraude, ſimulans ſe patriæ reipublicæque ſtudioſum. ita fraudulenta falláxque erat eius adhortatio, quemadmodum declarat verbis ſequentibus. Non conſulens patriæ ſaluti, οὐκ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος, non ob ſalutem patriæ. non tam propoſitam habens patriæ ſalutem quàm ſuam ambitionem, qui princeps in Iudæa eſſe vellet.

4 Vbi vſitato affectus ſupplicio, interiret. ὡς ἔθος ἐστὶν, ἐν τῷ τόπῳ προσαπολέσθαι. quemadmodum mos eſt [iuſſit] in eo loco interire. morique eo ſupplicio quod paulo pòſt exponitur. 5 Machinam habebat circumuerſ. ὄργανον εἶχε περιφερές, organum [aut, inſtrumentum] habebat verſatile. aut, volubile. id eſt machinam quæ circunferebatur. In puluerem vndique præcip. πάντοθεν ἀπόκρημνον εἰς τὴν σποδὸν, vndique decliuem in cinerem. ita quidam vertunt, ſed Præceps vim nominis Græci melius exprimit. Significat enim eam machinam impetu ferri, aut circunferri in cinerem, damnatúmqne in eum immitti.

6 Qui ſacrilegii damnatus eſt, τὸν ἱεροσυλίας ἔνοχον ὄντα, qui ſacrilegii reus [aut, conuictus] erat. ἔνοχος τινος ἐγκλήματος qui culpa & crimine alicuius maleficii tenetur. Hîc conuictum damnatúmque ſignificat. Inſigne admiſit malefic. τῶν κακῶν ὑπεροχὴν πεποιημένον, qui malorum enormitatẽ fecit. id eſt enorme ac ſingulare aliquod facinus aut ſcelus deſignauit. Omnes ad interitũ, &c. ἅπαντες προσωθοῦσιν εἰς ὄλεθρον. omnes propellunt ad exitium. aut, ad mortem proiiciunt. in eam machinam & rotam deuoluendum, deprimẽdúmque in cinerem 7 Huiuſmodi ſupplicii, &c. τοιούτῳ μόρῳ τὸν παράνομον συνέβη θανεῖν, tali fato [id eſt mortis genere] iniquum contigit mori. Hac pœna finem vitæ ſuæ compleuit. Ne ſepulturæ quidem compos fieret. μὴ δὲ ταφῆς τυχόντα, nec ſepulturam quidem adipiſci. aut aſſequi contigit. Non enim erat ſepultura ita deuolui extinguique in cinere.

8 Et meritò: πάνυ δικαίως. admodum iuſtè. Forma eſt approbationis atque adiudicationis, quæ ἐπίκρισις nominatur, Et iure quidem, ac meritò. In altare peccata, &c. περὶ βωμὸν ἁμαρτήματα συνετελέσατο, circa altare peccata [id eſt ſcelera maleficiáq;] patrauerat. aut, deſignauerat. In cinere mortem oppetiit. ἐν σποδῷ θάνατον ἐκομίσατο. in cinere mortem tulit. pœnámque luit eius rei, atque ea in re, quam impiè ſpreuerat, atque ita ſuo ipſius, ſupplicio id comprobauit quod dici ſolet, Eo in genere quenque puniri, in quo peccauerit.

9 Cæterum efferatus animo Antiochus τοῖς δὲ φρονήμασιν ὁ βασιλεὺς βεβαρβαρωμένος, at mente animóque Rex in barbariem incitatus. id eſt, inanimo barbara quadam affectus immanitate. ad omnem ſæuitiam & crudelitatem barbarum in modum cõcitatus. Hoc enim ſignificat verbum βαρβαροῦσθαι, exuere omnem humanitatem, atque in immanem quandam barbariem degenerare. Acerbiora quàm pater vnquã, &c. τὰ χείριστα τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγονότων ἐνδειξόμενος τοῖς Ἰουδαίοις. Ad verbum eſt, peſſima eorum quæ ſub patre eius facta fuiſſent, Iudæis oſtenſurus. id eſt facturus, aut editurus. Nam dicimus ἐνδείξασθαι τὰ κακὰ oſtẽdere mala alicui, pro exhibere, aut facere. Paulus 2. Timoth. 4. c. 14, Alexander faber ærarius πολλά μοι ἐνεδείξατο κακὰ, multa mihi mala oſtendit. id eſt exhibuit.

Maccabæus pugnaturus aduersuū Eupatorem, ſuos ad orationem hortatur.

10 Qua re cognita, Iudas populo edixit vt nocte diéque Dominū inuocaret: vt ſiquando aliâs, nunc quidem maximè opem iis ferret ′qui de Lege & patria & ſacro templo periclitarentur:

11 Nec populum qui nuper paululum reſpiraſſet, ″poteſtati infamium Gentium ſubiici pateretur.

12 Hoc quum feciſſent vnà omnes, & miſericordē Dominū cum lamentis ac ieiuniis per tres dies proſtrati continenter inuocaſſent, Iudas adhortatus eos, præſto eſſe iuſſit.

13 ″*Ipſe* verò ſeorſum cum Senibus conſilium cepit, vt priuſquam exercitus Regis Iudæam inuaderet, atque vrbe potiretur, ″egreſſi fretíque ope Diuina, de ſumma rerum decernerent.

14 ′Itaque quum mundi Dominatori curam cōmiſiſſet, hortatus ſuos vt pro Legibus, pro tēplo, vrbe, patria, republicáque fortiter, atque ad mortē vſq; dimicarēt, ′caſtra circa Modin collocauit.

Quatuordecim hominum millia interficit in caſtris Antiochi.

15 ′Datáque ſuis pro teſſera, Dei victoria, cum ″lectis præſtantiſſimis iuuenibus, noctu ″in tabernaculum regium irruit, & in caſtris quatuor millia virorū interfecit: principémque confecit elephantum, ″vnà cum turba eorum qui in caſtello ei impoſito collocati inſidebant.

16 ′Caſtris denique metu tumultúque repletis, re fœliciter geſta, ′cum ſuis ſe recepit.

17 Hoc autem quum iam dies diluxiſſet factū eſt, defenſione Domini ei opitulante.

18 Cæterùm Rex, ″quum cepiſſet iam guſtū audaciæ Iudæorum, ″artibus loca attentans,

19 Ad Bethſuram munitum Iudæorum præſidiū caſtra admouit: fugabatur tamen, offendebat, & atterebatur.

20 Iis autē qui in præſidio erant, Iudas ″cōmeatum ſummittebat.

21 Porrò Rhodocus qui ex Iudaico erat exercitu, ″ſecreta *Iudæorum*

Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarēt, quò ſicut ſemper, & nunc adiuuaret eos:

Quippe qui Lege & patria ſanctóque templo priuari vererentur: ac populum qui nuper paululum reſpiraſſet, ne ſineret blaſphemis rurſus nationibus ſubdi.

D

Omnibus itaque ſimul id facientibus, & petentibus à Domino miſericordiam, cum fletu & ieiuniis per triduum continuum proſtratis, hortatus eſt eos Iudas vt ſe præpararent.

Ipſe verò cū Senioribus cogitauit, priuſquam Rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio cōmittere exitum rei.

Dans itaque poteſtatem omnium Deo mūdi creatori, & hortatus ſuos vt fortiter dimicarēt, & vſque ad mortem pro Legibus, tēplo, ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent: circa Modin exercitum conſtituit.

Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ iuuenibus fortiſſimis electis, nocte aggreſſus aulam regiā, in caſtris interfecit viros quatuordecim millia, & maximum elephantorum cum iis qui ſuperpoſiti fuerant:

E

Summóque metu ac perturbatione, hoſtium caſtra repleuerunt, rebúſque proſperè geſtis, abierunt.

Hoc autem factum eſt die illuceſcente, adiuuante eum Domini protectione.

Sed Rex accepto guſtu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat.

Et Bethſuræ, quæ erat Iudæorū præſidiū munitū, caſtra admouebat: ſed fugabatur, impingebat, minorabatur.

His autem qui intus erant, Iudas neceſſaria mittebat.

F

Enūtiauit autem myſteria hoſtibus

---

10 Qui de Lege & patria, &c. τοῖς τοῦ νόμου καὶ πατρίδος στερεῖσθαι μέλλουσι. iis qui lege & patria priuandi eſſent. qui in periculū adducti erant rerum ſanctiſſimarū & ſibi chariſſimarum. Verbum στερεῖσθαι ſignificat priuationem amiſſionémque earum rerum, quibus moleſtè caremus atque indigemus. 11 Poteſtati inf. &c. μὴ ἐᾶσαι τοῖς δυσφήμοις ἔθνεσιν ὑποχειρίους γενέσθαι, ne ſineret blaſphemis Gentibus ſubditos eſſe. δύσφημος accipitur ſæpe pro infami, de quo eſt ſiniſtra & mala fama, de quo homines in malam partem loquuntur. id eſt δυσφημοῦσι. Aliquādo idem quod βλάσφημος maledicus & contumelioſus: quæ ſignificatio videtur huic loco non malè congruere. Nam ſæpe notantur Gentes hoc epitheto, vt contumelioſæ in Deum & impiæ. 13 *Ipſe* verò ſeorſum, &c. καθ' ἑαυτὸν δὲ σὺν τοῖς πρεσβυτέροις γενόμενος, ipſe autē ſolus cum Senibus factus. i. remota multitudine, cū Senibus conſiliū cepit. Egreſſi fretique, &c. ἐξελθόντας κρῖναι τὰ πράγματα τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ. Ad verbū eſt, vt egreſſi decernerent negotia, Domini auxilio. κρίνειν & κρίνεσθαι Græcis, vt Decernere, diſceptaréque Latinis, duobus dicitur modis. aut ciuiliter iure ac legibus cū aliquo de re aliqua contendere, aut hoſtiliter armis ac vi contendere. Sed conſtructio eſt obſeruāda. Nam ſæpius dicitur κρίνεσθαι περί τινος, περὶ τῶν πραγμάτων, περὶ τῶν ὅλων. de ſumma rerum prælio decernere, vt diſceptare & contendere. Ennius (quemadmodum eſt apud Ciceronem de Officiis) vſus eſt ſimplici cum accuſatiuo, Ferro nō auro vitā cernamus vtriq;. τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ, caſus datiuus eſt qui redditur per ablatiuū. itaque ad declarandū ſenſum, addidi, freti ope Diuina. vt ea cōfiſi ſumma cū alacritate in ipſum rerū diſcrimen veniant. 14 Itaque quū mundi &c. δοὺς δὲ τὴν ἐπιτροπὴν τῷ κυρίῳ τοῦ κόσμου, quū itaque rem [aut negotiū] cōmiſiſſet mūdi Domino. quū eā fidei ac miſericordiæ Dei cōmendaſſet ac tradidiſſet. Hoc enim ſignificat ἐπιτρέπω, cōmitto alicui, atque in eius curam trado. idem ſignificat δοῦναι ἐπιτροπὴν curam rei alicuius mandare & cōmittere alicui. Caſtra circa Modin, &c. ἐποιήσατο τὴν στρατοπεδείαν, cōſtituit exercitū circa Modin. aut, ad Modin. aut, caſtra ibi poſuit. caſtrametatio στρατοπεδεία dicitur. Hinc alia cōpoſita ἀναστρατοπεδεία pro receptu ipſius exercitus, & ἀποστρατοπεδεία, motio caſtrorum. 15 Daráque ſuis pro teſſera, &c. δοὺς δὲ τοῖς περὶ αὐτὸν σύνθημα θεοῦ νίκην quum ſuis ſignum [aut teſſeram] dediſſet Dei victoriam. Toletanum exemplar ἀναδοὺς δὲ σύνθημα νίκης θεοῦ, Quū reddidiſſet ſuis teſſeram victoriæ Dei. id eſt dediſſet ſymbolum ac ſignum victoriæ Dei. Antea ſignificationem dixit datam auxilii à Deo venturi. His enim ſignis ac ſymbolis quæ piam aliquam habebant aut commonitionem, aut ſignificationem voluntatis opiſque Diuinæ, animi militum in optimam ſpem erigebantur. Lectis præſtantiſſimis, &c. μετὰ ἀρίστων νεανίσκων κεκριμένων cum optimis iuuenibus electis. aut, delectis. Nomē ἀρίστων hìc ſignificat robur ac vires corporis, & audaciam animi: vt qui eſſent valentiſſimi ac fortiſſimi. In tabernaculum, &c. ἐπιβαλὼν ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλὴν, quū noctu in prætorium regium impetum feciſſet. αὐλὴ in Bibliis pro cortina, id eſt tentoriis ac tabernaculis, accipitur: ſed quia mox ſubiungitur alius accuſatiuus ſine præpoſitione τὴν παρεμβολὴν, puto αὐλὴν aliunde irrepſiſſe: atque ita legendū eſſe ἐπιβαλὼν ἐπὶ τὴν βασιλικὴν παρεμβολὴν quum in caſtra regia [aut Regis] irruiſſet: & ita quidam verterunt Vnà cum turba eorum, &c. σὺν τῷ κατ' οἰκίαν ὄχλῳ, cum ea quæ in contubernio erat, turba. Primo libro dixit elephantis impoſitas fuiſſe turres, ex quibus depugnabant qui in illis erant collocati. Erant enim beſtiæ ingentis magnitudinis, quæ huiuſmodi turres, ſtationes, in hiſque centum homines ferre poterant. Quidam vertunt, cum omni turba contubernali. Alii, vnà cum iis qui ſuper erant.

16 Caſtris den. &c. καὶ τὸ τέλος, &c. Poſtremò caſtra terrore ac trepidatione cōpleuerūt. Cum ſuis ſe recepit. ἐξέλυσαν εὐημερήσαντες. re bene ac proſperè geſta reuerſi ſunt. 18 Quum cepiſſet iam guſtum, &c. εἰληφὼς γεῦσιν τῆς τῶν Ἰουδαίων εὐτολμίας, id eſt quum ſuo incommodo ac periculo ſenſiſſet, aut expertus eſſet, Iudæorum audaciam. Artibus loca attentans, κατεπείραζε διὰ μεθόδων τοὺς τόπους, viis fallacibus [ac fraudulentis] loca [id eſt oppida, præſidiáque] pertentabat. vt quum aperto marte ac vi nihil poſſet, ad inſidias, aut artes rationéſque fallaces confugeret: quibus præſidia ad deditionem atque pacem alliciebat.

20 Commeatum ſummittebat, τὰ δέοντα εἰσέπεμψε, &c. neceſſaria immittebat [aut, intromittebat] iis qui in Bethſuris erant.

21 Secreta *Iudæorum* conſilia hoſtibus enunt. προσήγγειλε τὰ μυστήρια τοῖς πολεμίοις, nuntiauit myſteria hoſtibus, perfidus proditor eorum quæ à Iudæis agebantur, conſilia eorum efferebat, & cum hoſtibus communicabat.

Rhodocus quidã de Iudaico exercitu, qui requiſitus comprehenſus eſt, & concluſus.

22 Iterum Rex ſermonem habuit ad eos qui erant in Bethſuris, dextram dedit, accepit, abiit, cõmiſit cum Iuda, ſuperatus eſt.

23 Vt autem cognouit rebellaſſe Philíppum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper negotia, mente cõſternatus Iudæos deprecans, ſubditúſque eis iu-
G rat de omnibus quibus iuſtum viſum eſt: & reconciliatus obtulit ſacrificiũ, honorauit templũ, & munera poſuit.

24 Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum à Ptolemaide vſque ad Gerrhenos ducem & principem.

25 Vt autem venit Ptolemaidem, grauiter ferebant Ptolemenſes amicitiæ conuentionem, indignantes ne fortè fœdus irrumperent.

26 Tunc aſcẽdit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſedauit, regreſſúſque eſt Antiochiam: & hoc modo Regis profectio & reditus proceſſit.

1 SEd poſt triennii tempus cognouit Iudas & qui cum eo erãt, Demetriũ Seleuci cum multitudine valida, & nauibus per portum Tripolis aſcendiſſe ad loca opportuna,

2 Et tenuiſſe regiones aduerſus Antiochum & ducem eius Lyſiam.

3 Alcimus autem quidam, qui ſummus Sacerdos fuerat, ſed voluntariè coinquinatus eſt temporibus commiſtionis, cõſiderãs nullo modo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad altare,

4 Venit ad regem Demetrium centeſimo quinquageſimo anno, offerẽs ei coronam auream & palmã, ſuper hæc & thallos qui tẽpli eſſe videbantur: & ipſa quidem die ſiluit.

5 Tempus autem opportunũ demẽtiæ ſuæ nactus, conuocatus à Demetrio ad cõcilium, & interrogatus quibus rebus & conſiliis Iudæi niterentur,

---

conſilia hoſtibus enuntiabat: ″itaque facta inquiſitione cõprehenſus, atque in carcerem coniectus eſt.

Rhodocus Iudæorum proditor comprehẽditur.

22 ′Iterum Rex cum Bethſuræis eſt colloquutus, & dextera data acceptáque digreſſus,

23 Inde prælio cum Iuda commiſſio victus fuit. Quúmque cognouiſſet Philippum Antiochiæ in rerum adminiſtratione relictum ″deſciuiſſe, perturbatus, ſuppliciter ſe Iudæis ſubmiſit, ′iurauítque in quaſcunque conditiones: pacem iniit, ſacrificiũ obtulit, templum honore affecit, Legem benignitate proſequutus:

Antiochus cum Iudæis redit in gratiam.

24 Et Maccabæum amplexus eſt: Præfectũ reliquit à Ptolemaide ad Gerrhenos vſque Hegemonidem.

25 Quúmq; Ptolemaidẽ veniſſet, ″*offendit* Ptolemẽſes propter pacta grauiter ferentes: ′indignè enim ferebãt cõditiones eſſe violatas.

26 Sed Lyſias quum ſuggeſtum cõſcendiſſet, ″commodè rem excuſauit: perſuaſit, ′placatos beneuolóſq; reddidit: ille Antiochiã ſe recepit. hoc modo ſe habuit Regis & expeditio, & reuerſio.

Cap. XIIII.

1 TRiennio autem pòſt nuntiatum eſt Iudæ Demetrium Seleuci filium Tripolitano portu inuectum valida cum multitudine & claſſe, interfecto Antiocho, eiúſque procuratore Lyſia, ipſã
2 regionem obtinuiſſe.

Inſtinctu Alcimi Demetrius Nicanorẽ ad interficiendum Iudæos mittit.

3 Alcimus quidam ″ſummo antea perfunctus Sacerdotio, qui ″tẽporibus promiſcui cum Gentibus commercii ſua ſe ſponte polluerat, intelligẽs ″nullam reliquam ſpem ſalutis ſibi, neque vllum amplius ad ſacrum altare aditum,

4 Venit ad regem Demetrium anno centeſimo quinquageſimo primo, coronam ei auream, palmámque ſimul, & præterea ſolennium templi ramorum aliquos offerẽs: atque illo quidem die ″ſilentium egit.

5 ′Nactus autem opportunitatẽ amentiæ ſuæ adiutricem, quum in concilium aduocatus eſſet à Demetrio, & interrogatus ″quo in ſtatu rerum, conſiliorúmque ratione Iudæi verſarentur,

---

Itaque facta inquiſitione cõp. ἀνεζητήθη δὲ καὶ κατελήφθη, inquiſitus autẽ eſt ac comprehenſus, καὶ κατεκλείσθη. & cõcluſus. id eſt vinculis aut cuſtodiæ mandatus ac traditus. 22 Iterum cum Bethſuræis, &c. ἐδευτερολόγησε τοῖς ἐν Βαιθσουρᾷ, Secundum colloquiũ habuit cũ iis qui erãt in Bethſura. vt eos ad ſe traduceret. Hoc verò eſt quod paulo antè dixit, occultis viis ac rationibus loca præſidiáq; attẽtaſſe.

23 Deſciuiſſe, ἀπονενοῆσθαι, rebellaſſe, defeciſſe. Significat enim ἀπονοεῖσθαι, ἀπόστασιν ποιεῖν, propriè quidem τοῦ νοῦ à mente deficere atque alienari, dementem fieri. deinde ab alicuius obſeruantia, imperio, obedientiáque diſcedere, id eſt ἀποστατεῖν. Iurauítque in quaſcunque conditiones: καὶ ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις· & iurauit in omnia iuſta. id eſt omnia ſe præſtaturum quæ iuſta & æqua eſſent.

25 *Offendit* Ptolemenſes propter pacta grau. fe. ἐδυσφόρουν περὶ τῶν συνθηκῶν οἱ Πτολεμαεῖς, grauiter ferebant Ptolemenſes pro pactis. id eſt propter pacta, aut cauſa pactorum. Ego poſui verbum Offendit, vt mollior eſſet oratio. Nam dixerat, Venit Ptolemaidem: & ſubiunxit, Ptolemenſes propter pacta moleſtè ferebant. id eſt, quum veniſſet Ptolemaidem, reperit ciues cauſa pactorum magna moleſtia indignationéque affectos. Itaque verbo addito orationem mollire volui. Eſt enim hoc loco oratio σύντομος, in qua multa breuiter ſummatímque comprehenduntur. Indignè enim ferebant cond. &c ἐδείναζον γὰρ ὑπὲρ ὧν ἠθέλησαν ἀθετεῖν τὰς διαστάλσεις, indignabantur enim quorum gratia voluerant irrita facere fœdera. Ego intelligo cauſam moleſtiæ indignationiſque eorum fuiſſe pacem cum Iudæis conſtitutam, qua conditiones pacis, & conuentionis quam Rex cum ipſis fecerat, violari videbantur.

26 Commodè rem excuſauit: ἀπελογήσατο, vel ἀπελογήσατο ἐνδεχομένως, excuſauit quantum fieri potuit. κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, quatenus fieri licuit. id eſt, omnes afferens exponénſque rationes, quibus conſilium & factum Regis excuſari ac probari poterat. Itaque ſignificat Lyſiam ad placandum populum nihil prætermiſiſſe eorum quæ ad excuſationem ac defenſionem eius facti pertinerent. Placatos beneuolóſque reddidit: κατεπράϋνε, εὐμενεῖς ἐποίησεν· ſedauit [aut, mitigauit] & beneuolos effecit. id eſt ab illa indignatione atque offenſione animi, ad manſuetudinem beneuolentiámque oratione flexit & placauit. Hoc enim ſignificat verbum καταπραΰνειν, animum ira commotum componere, & ad lenitatem conuertere.

CAPVT XIIII.

3 Summo antea perfunctus ſacerd. προγενόμενος ἀρχιερεὺς, qui fuerat antea ſummus Sacerdos. qui ſummum Pontificatum geſſerat: quæ ampliſſima apud Iudæos erat dignitas. Temporibus promiſcui cum Gentibus cõ. ἐν τοῖς τῆς ἐπιμιξίας χρόνοις in temporibus cõmiſtionis. id eſt quibus Iudæi violentia Antiochi oppreſſi cum pollutionibus Gẽtium ſe commiſcuerunt atque inquinarunt. Huiuſmodi communicationem cum eorum impiis ac nefariis ritibus atque ſuperſtitionibus ἐπιμιξίαν vocat, vt poſtea in fine huius capitis ἀμιξίαν ſeparationem, ſeceſſionem eorũ qui puros atque integros ſe conſeruarũt, nec ſe earũ inquinamentis cõmacularunt. Nullã reliquam, &c. οὐ καθ' ὁντιναοῦν τρόπον οὐκ ἔστιν αὐτῷ σωτηρία, quòd nullo modo eſt ei ſalus. & ita planè deſperãs de ſalute, videns reditum in patriam priſtinámque dignitatem ſibi eſſe interclusum. 4 Silentium egit. ἡσυχίαν ἔσχε. quietem habuit. quieuit. nihil ad Regem de Iudæis detulit. ſe eo die continuit. 5 Nactus autem opportunitatem, &c. καιρὸν λαβὼν τῆς ἰδίας ἀνοίας συνεργὸν, adeptus tempus propriæ amentiæ cõmodum. aut, opportunum. nactus occaſionem dementiæ ſuæ accommodatam, quam mox ſubiicit. Huiuſmodi enim calumniatores ad adulandum & criminandũ ſolent temporis cõmoditatem diligenter obſeruare & captare. Quo in ſtatu, &c. ἐν τίνι διαθέσει καὶ βουλῇ καθεστήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι, in quo ſtatu & conſilio Iudæi conſtituti eſſent. Quidam vertunt, quo in ſtatu eſſent. aut, quibus conſiliis Iudæi vterentur. Alii, quo animo Iudæi eſſent. Sed διάθεσις hic ſtatum rerum, id eſt κατάστασιν ſignificat.

6 Hæc respondit, Qui ex Iudæis nominantur Aſidæi, quorum dux eſt Iudas ille Maccabæus, ″bellis ac ſeditionibus mouẽdis″ regnum quietum tranquillúmque eſſe non patiuntur.

7 ″Quapropter ego maiorum meorum dignitate (maximo dico Pontificatu) ſpoliatus, huc me nunc contuli:

8 Primùm quidem ″quòd cõmodis Regis ſincerè ſtudeam: deinde etiam ″vt ciuibus meis conſulam. nam eorum quos ſuprà memoraui, ″temeritate vniuerſum genus noſtrum ″non paruis incõmodis miſeriíſque afficitur.

9 Quæ quũ tu Rex ſingula cognoris, regioni ″gentíque noſtræ circumuentæ ″pro tua omnibus paratiſſima humanitate conſule.

10 Nam quandiu Iudas ſupererit, fieri nullo modo poteſt vt res pacem conſequantur.

11 Hæc quum ab illo dicta eſſent, facilè reliqui amici ″inimicè in Iudam affecti, ″Demetrium ira inflammarunt.

12 Itaque confeſtim accerſitũ Nicanorẽ, ″quem elephantis præfecerat, ducémque in Iudæam deſignarat, miſit

13 Cum huiuſmodi mandatis, vt Iudam interficeret, ſociósque eius diſſiparet: Alcimũ verò maximi tẽpli pontificem cõſtitueret.

14 ″Tum Gentes quæ ex Iudæa profligatæ à Iuda fuerant, ad Nicanorem ″quaſi greges aggregabantur, Iudæorum miſerias & calamitates ſuam fore fœlicitatem exiſtimantes.

15 Hi verò intellecto aduentu Nicanoris, Gentiúmque aduerſus ſe expeditione, conſperſi puluere, orabant eum ″qui cùm populum ſibi in perpetuum conſtituiſſet, ″tum verò ſemper hæreditatem ſuam clariſſimis præſentiæ ſuæ ſignis tutatus eſſet.

16 Deinde iuſſu ducis protinus inde profecti, in vicinum Deſſau venerunt, ″vt prælio ipſis cum hoſtibus congrederentur.

Reſpondit, Ipſi qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiũtur regnũ eſſe quietum.

Nam & ego defraudatus parentũ gloria (dico autẽ ſummo Sacerdotio) huc veni: B

Primò quidem vtilitatibus Regis fidem ſeruans, ſecundò autem etiã ciuibus conſulens. nam illorum prauitate vniuerſum genus noſtrum non minimè vexatur.

Sed his ſingulis ô Rex cognitis, & regioni & generi ſecundum humanitatem tuam promulgatam omnibus proſpice.

Nam quandiu ſupereſt Iudas, impoſſibile eſt pacem eſſe negotiis.

Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iudam, inflammauerunt Demetrium.

Qui ſtatim Nicanorem præpoſitũ elephantorum ducẽ miſit in Iudæam,

Datis mandatis vt ipſum quidem Iudam caperet, eos verò qui cum illo erant, diſpergeret: & conſtitueret Alcimum maximi templi ſummum Sacerdotem.

Tunc Gẽtes quæ de Iudæa fugerãt Iudam, congregatim ſe Nicanori miſcebãt, miſerias & clades Iudæorum, proſperitates rerũ ſuarũ exiſtimãtes.

Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conſperſi terra, rogabãt eum qui populũ ſuum conſtituit, in æternum cuſtodiret, quique ſuam portionem ſignis euidentibus protegit. C Suprà 10.c.29

Imperante autem duce, ſtatim inde mouerunt, conuenerúntque ad caſtellum Deſſau.

6 Bellis ac ſeditionibus mouendis πολεμοτροφοῦσι καὶ στασιάζουσιν bella nutriunt ac ſeditiones mouent. id eſt bellis & ſeditionibus ſtudẽt, homines bellicoſi ac ſeditioſi. pugnãdi cupidi & turbulenti omnia perturbãt. Verbũ πολεμοτροφεῖν ſignificat cupiditatem ſtudiúmq; bellorum, id eſt φιλομαχεῖν. ſed de eo antea. Regnũ quietum, &c. οὐκ ἐῶντες τὴν βασιλείαν τῆς εὐσταθείας τυχεῖν, non ſinentes regnũ quietem aſſequi. aut quietum ac tranquillũ ſtatũ habere. Hoc enim ſignificat εὐστάθεια, quietã rerum cõſtitutionem, quũ res benè ac tranquillè ſunt compoſitæ ac conſtitutæ. 7 Quapropter ego maiorũ, &c. ὅθεν ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν Vnde ego priuatus maiorum gloria. aut, cui erepta eſt ſumma maiorum dignitas. qui ampliſſimo Sacerdotii honore exutus atque ſpoliatus fui. ἀφαιρεῖσθαι enim is dicitur cui per iniuriã & vim aliquid adimitur. 8 Quòd cõmodis Regis, &c. ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῷ βασιλεῖ γνησίως φρονῶν, verè ac benè ſentiens ſine vlla fictione ac ſimulatione, ac cogitans de iis quæ ad Regem pertinent. ex animo quærens cõmoda Regis. φρονεῖν enim ſignificat cogitationẽ, ſtudium, ac voluntatem rerum aliquarum. γνησίως φρονεῖν ὑπέρ τινος eſt benè velle, aut bene cupere alicui, eiúſque vtilitatibus ſtudere. Vt ciuibus meis conſulam. τῶν ἰδίων πολιτῶν στοχαζόμενος. meorum ciuium rationem habens. qui eorum vtilitatem ſalutẽmque propoſitam habeã. Verbum enim στοχάζεσθαι ſignificat ſpectare aliquid ac propoſitum habere. Temeritate ἀλογιστία imprudentia. ſiue potius inconſulta & temeraria voluntate, quæ ab omni ratione conſilióque remota eſt. Ea, temeritas à Cicerone appellatur ac definitur. Non paruis incõmodis, &c. οὐ σμικρῶς ἀκληρεῖ, non parũ infœliciter agit. in calamitate nõ mediocri verſatur. aut, non paruis incõmodis ac malis affligitur. ſignificat enim hoc loco ἀκληρεῖν idem quod ἀτυχεῖν, vel δυστυχεῖν, infœlicem eſſe ac miſerum. Quidam vertunt, non parua diſpendia patitur: ſed verbum maiora incommoda ſignificat quàm diſpendia: itaque addidi miſerias, vt vim verbi melius exprimerem.

9 Genti noſtræ, &c. γένους ἡμῶν προνοήθητι. generi noſtro proſpice ac prouide. aliquã eius curam cogitationémque ſuſcipias. Hoc enim ſignificat προνοεῖν τινὸς, τὴν πρόνοιαν ἔχειν. Pro tua omnibus, &c. καθ' ἣν ἔχεις πρὸς ἅπαντας εὐαπάντητον φιλανθρωπίαν, pro ea quam in omnes habes maximè obuiam humanitatem. id eſt expoſitam & paratam omnibus. pro ea quæ erga omnes patet, bonitate ac benignitate.

11 Inimicè in Iudam affecti, δυσμενῶς ἔχοντες τὰ πρὸς τὸν ἰούδαν, maleuolè in Iudam animati. hoſtili in eum animo, ei infenſi atque inimici. Demetrium ira inflammarunt. προσεπύρωσαν τὸν δημήτριον. Demetrium incenderunt. aut, accenderunt ira in Iudam.

12 Quem elephantis præfecerat, τὸν γενόμενον ἐλεφαντάρχην, qui erat elephantis præfectus. cui cura earum belluarum quibus ad bellũ maximè vtebantur, mandata erat. Erat enim in earum beſtiarum robore præcipua virium vis. Terentius de magiſtro elephantorum dixit, imperium habere in belluas. ſed Nicanor ἐλεφαντάρχης alio modo dicitur, quòd eam partem viriũ bellicarum delatam à Rege ſuſtineret. Itaque verti Præfecerat: vt mollius cohæreret cum ſequenti membro, ducémque Iudææ deſignarat, καὶ στρατηγὸν ἀναδείξας τῆς ἰουδαίας, quem cõſtituerat ducem [aut, præfectum] Iudææ. imperium ea in prouincia ei mandauerat.

″Legitur & ἐκ τῆς ἰουδαίας

14 Tum Gẽtes quæ ex Iud. &c. τὰ δὲ ″ἐπὶ τῆς ἰουδαίας πεφυγαδευκότα τὸν ἰούδαν ἔθνη, Quæ autem in Iudæa fugerant Iudam Gentes. Quidam vertunt, Quæ Iudam ex Iudæa fugarant Gentes: ſed ſenſus cõtrarius mihi magis placet, quem reddidi: vt expulſas & profligatas à Iuda potius ſignificet, eáſque tũ eo in bello ad Nicanorẽ cõgregatas fuiſſe, ira & odio Iudæ incitatas. Quaſi greges ag. &c. συνέμισγον ἀγεληδὸν τῷ νικάνορι. commiſcebant ſe gregatim Nicanori. id eſt, inſtar armentorum atque gregum ad eum congregabantur. Significat enim earum multitudinem, tum etiam cupiditatem pugnandi aduerſus Iudam. 15 Qui cùm populum, &c. τὸν ἄχρι αἰῶνος συστήσαντα τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, qui in ſeculum comparaſſet ſuũ populum. id eſt, acquiſiuiſſet populum ſibi peculiarem in æternũ. Dona enim Dei & vocatio ſunt ἀμεταμέλητα, vt inquit Paulus Rom. 11. d. 29. Tum verò ſemper, &c. ἀεὶ δὲ μετ' ἐπιφανείας ἀντιλαμβανόμενον τῆς ἑαυτοῦ μερίδος. ſemper autem cum apparitione protexiſſet ſuam ipſius portionem. Quidam ita vertunt, ſuáſque partes clariſſimis viſis adiutauiſſet. Ego ἐπιφάνειαν intelligo certã & minimè obſcurã bonitatis Dei in populum ſuum eiúſque virtutis ſignificationem atque exhibitionẽ, qua Deus declarauit ſe liberatorem ac conſeruatorem eſſe populi ſui, qui eſt portio eius atque hæreditas. Itaque ἐπιφάνεια illuſtria præſentiæ Dei ſigna ſignificat.

16 Vt prælio ipſis cum, &c. συμμίσγουσιν αὐτοῖς ἐπὶ κώμην δεσαοῦ, Ad verbũ eſt, cõmiſcent ſe cum ipſis [ſcilicet hoſtibus] ad caſtellũ Deſſau. id eſt in vnum locum conueniunt, vt manus conſerant, aut præliũ cõmittant. συμμίγνυμι enim καὶ συμμιγνύω, aut (quo hîc eſt vſus) συμμίσγω, ſignificat cõcurro, cõcurſum facio, caſtra caſtris coniungo. id eſt prope caſtra hoſtium colloco: idem quod συμβάλλω, quo paulo pòſt vſus eſt,

id eſt congredior,pugnámque conſero.Plutarchus in Pericle,plenius dixit,εἰς χεῖρας συμμιγνύναι τοῖς πολεμίοις,manus conſerere cum hoſtibus,cominus pugnare.Quidam vertũt,in colloquium ad illos ierunt.Fateor συμμιγνύναι ſignificare Conuenire & Cõgredi cauſa colloqutionis:ſed hîc colloquium initio non tam erat propoſitum, quàm prælium : poſtea ad colloquendum paciſcendúmque hoſtes metu adducti fuerunt:ſed primùm vnum in locum conuenerant,vt confligerent potius quàm vt colloquium vllum haberent.

Simon verò frater Iudæ commiſerat cum Nicanore:ſed conterritus eſt repentino aduentu aduerſariorum.

Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus habebant, ſanguine iudicium facere metuebat.

Quam ob rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras atque acciperent.

Et quũ diu de his conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet: omnium vna fuit ſententia amicitiis annuere.

Itaque diem conſtituerunt qua ſecretò inter ſe agerent: & à ſingulis ſellæ prolatæ ſunt & poſitæ.

D Præcepit autem Iudas armatos eſſe locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repente mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt.

Morabatur autem Nicanor Ieroſolymis, nihilque iniquè agebat, gregéſque turbarum quæ congregatæ fuerant, dimiſit.

Habebat autem Iudã ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatꝰ.

Rogauitque eum ducere vxorem, filióſque procreare. Nuptias fecit, quietè egit, comitérque viuebant.

Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Ni-

17 Ibi Simon frater Iudæ″quum veniſſet in congreſſum Nicanoris,″nonnihil propter ſubitum hoſtium ſilentium attonitus fuit.

Nicanor pactum init cũ Iudæis: quod tamen Rege impellente ſoluit.

18 Nicanor tamen quum audiſſet, qua fortitudine, &″in certaminibus pro patria ſubeundis animi audacia Iudæ ſocii præditi eſſent,″decernere de vita formidabat.

19 Quamobrẽ Poſidonium, & Theodotium, atque Matthiã miſit,″qui dexteras darent & acciperent.

20 Cæterùm″agitata diu ſuper his conſultatione, quum dux rem retuliſſet ad multitudinem,″conſentientibus omnium ſentẽtiis, pactis annuerunt.

21 ″Diem autẽ colloquio ſeorſim inter ſe habendo conſtituerũt: ″qua die proceſſit vtrinque *dux*, ſellæque ſunt poſitæ.

22 Quúmque Iudas armatos opportunis locis diſpoſuiſſet, paratos, ne qua fortè ab hoſtibus″oriretur iniuria:″pactũ inter ſe colloquium habuerunt.

23 Deinde Nicanor Hieroſolymis moratus eſt,″nec abſurdi quicquam patrauit:″collectam autem gregatim multitudinẽ dimiſit.

24 ″Iudã verò in oculis ſẽper habuit:″virúmq; ex animo amplexus,

25 Rogauit vt vxorem duceret, &″liberis operam daret. Vxorẽ duxit, ac″quietam communémque degit vitam.

26 Alcimꝰ autẽ vt perſpexit mutuã inter ipſos beneuolẽtiã, pactionéſq; initas cognouit, ad Demetriũ profectꝰ retulit illi, Nicanorẽ

17 Quum veniſſ. in congreſſum Nicanoris, συμβεβληκὼς ἦν τῷ νικάνορι, venerat in congreſſum Nicanoris.id eſt vt cum Nicanore cõgrederetur,aut confligeret:acies enim vtrinque ad pugnam paratæ concurſuræ erant. Eandem ſignificationem habet hoc verbum quàm συμμιγνύω quo paulo antè vſus eſt. Nonnihil propter ſubitum,&c. βραχέως δὲ διὰ τὴν αἰφνίδιον τῶν ἀντιπάλων ἀφασίαν ἐπταικώς. paululum ob repentinam hoſtium conſternationem conterritus. vt quidam vertunt. ἀφασία eſt propriè ſilentium,& huiuſmodi taciturnitas qua aliquis attonitus mutire nõ audet . hîc pro terrore hoſtium & conſternatione accipi poteſt. Hoſtes enim opinione & fama de virtute Iudæorũ cõmoti,ac conſternati non audebant cum eis manus conſerere,quemadmodum ſtatim ſignificat.Itaque quòd quieſcerent,nec ſe ad prælium mouerent,qui tamen bellum inferebant:eam quietem & taciturnitatem ἀφασίαν appellat.

18 In certaminibus pro patria,&c. ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν εὐψυχίαν id eſt fiduciam,aut confidentiam animi in periculis pro patria ſuſcipiẽdis atque adeundis.εὐψυχίαν vocat εὐτολμίαν audaciam & magnitudinem animi præfidẽtis, atque ad pericula pro patria adeunda prõpti atque parati. Decernere de vita for. ἐπευλαβεῖτο τὴν κρίσιν δι᾽ αἱμάτων ποιήσασθαι. Ad verbum eſt,metuebat iudicium per ſanguinẽ facere.id eſt κρίνεσθαι περὶ αἵματος decernere de ſanguine ac vita,aut de vita dimicare,eámque in periculum adducere. Cum huiuſmodi hoſtibus quales erant Iudæi,qui aut mori parati erant,aut vincere,certamen ac periculum vitæ propoſitũ erat, quod certamẽ Nicanor vitæ parcens ſuæ detrectabat,atque ita omiſſa armorum periculoſa dimicatione,ad magis tutas pacis conditiones confugiebat.

19 Qui dexteras darent & accip. δοῦναι καὶ λαβεῖν δεξιάς,id eſt paciſcerentur.aut, de pace agerent, pacis conditiones offerrent & acciperent.Eſt enim in dextera data & accepta ſignum pacis ac ſocietatis,inter homines vſitatum & ſolenne.

20 Agitata diu ſuper his conſ. πλείονος δὲ γενομένης περὶ τούτων ἐπισκέψεως,longiore autem facta de his conſideratione.aut,diſquiſitione. Eſt enim ἐπίσκεψις hoc loco περὶ τῶν πρακτῶν,de his quæ agenda ſunt: quæ conſultatio ac deliberatio appellatur. Dicit enim ſtatim Iudã ducem ad multitudinem rem retuliſſe,τοῦ ἡγεμόνος τοῖς πλήθεσιν ἀνακοινωσαμένου.id eſt,quum dux rem cum multitudine communicaſſet.re communicata cũ populo:atque ita conſultata,vt cõmuni conſilio pax à Nicanore oblata,aut acciperetur,aut repudiaretur. Conſentientibus omnium,&c. φανείσης ὁμοψήφου γνώμης ἐπένευσαν ταῖς συνθήκαις. quum ſententia concors [aut,conſentiens] videretur [id eſt eadem omnium ſententia] pactis annuerunt.id eſt oblatas conditiones pacis acceperunt,aut velle ſe accipere ſignificarunt.γνώμη ὁμόψηφος dicitur ſententia aliquorum ſine vlla vocum ac ſuffragiorum varietate.Nomen à Græcorum conſuetudine ductum,apud quos calculis ſententiæ dicebantur. ſignificat itaque ſummam omnium conſenſionem fuiſſe in pace accipienda.Verbo ἐπινεύειν contrarium eſt ἀπονεύειν,vt Latinè Annuere & abnuere:quibus verbis ſignificatur voluntas animi aliquid amplectentis aut aſpernantis.

21 Diem autem colloquio,&c. ἐτάξαντο δὲ ἡμέραν, ἐν ᾗ κατ᾽ ἰδίαν ἥξουσιν εἰς τὸ αὐτό,Præſtituerunt autẽ diem,in qua ipſi ſeorſum [id eſt ſoli ac remotis arbitris] cõuenirent. Ad verbum eſt,in diem venirent.id eſt vnà colloquerentur,de pacis conditionibus agerent.Significat enim cõgreſſum & colloquium. Qua die proceſſit καὶ προῆλθεν & proceſſit.aut prodiit.ad colloquiũ ſcilicet cõſtitutũ.Subaudiendũ eſt,vterque dux Iudas & Nicanor. 22 Oriretur iniuria: κακουργία γένηται, maleficiũ [aut,iniuria] doloſè ac fraudulenter illata.inſidioſè facta,non aperta vi,ſed tecta ſimulatione pacis & colloquii. Pactum inter ſe colloq.hab. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν.colloquium de quo inter ipſos conuenerat,habuerunt.ἁρμόζουσαν dixit,pro ἡρμοσμένην,colloquium conſtitutũ,pactum,& condictum. Hoc enim ſignificat aliquando verbum ἁρμόζεσθαι,idem quod διομολογεῖσθαι,cõſtituere,paciſci,condicere tẽpus locúmque colloquendi,præſtituere inducias,& alia huiuſmodi,de quibus agendis tractandíſque antè aliqua pactio,promiſſio,aut denuntiatio facta fuit.

23 Nec abſurdi quicquam,&c. καὶ ἔπραττεν οὐδὲν ἄτοπον,nihil abſurdum deſignabat.id eſt,nullam vim,& iniuriam faciebat,conſeruãs pacis conditiones,amicè fideliterque Hieroſolymis morabatur & verſabatur. Collectam a.greg.mult. τοὺς συναχθέντας ἀγελαίους ὄχλους congregatas gregarias turbas.id eſt copias ἀγεληδὸν (vt antè dixit) inſtar gregũ atque armẽtorũ collectas.Erant enim coactæ magno numero.

24 Iudam verò in oculis hab. καὶ εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, Et habebat Iudam omni tempore in conſpectu.eum libenter videbat.ſecum habebat,in quo ſignum erat animi beneuoli atque amici.Quos enim diligimus ,eorum conſpectus congreſſúſque nobis grãtus ac iucundus eſt. Virumque ex animo amplex. ψυχικῶς τῷ ἀνδρὶ προσέκειτο, ex animo in virum affectus erat.id eſt, ei bene volebat. bene cupiebat.fauebat.προσφιλῶς εἰς αὐτὸν διέκειτο,amico erat in eum animo atque ſtudio.

25 Liberis operam daret.παιδοποιήσασθαι.liberos procrearet in cõiugio.Dicitur etiam τεκνοποιεῖν & τεκνοποιεῖσθαι liberos gignere ac ſuſcipere ex vxore.Paulus de mulieribus dixit τεκνογονεῖν parere liberos. Quietam cõm.&c. εὐστάθησεν, ἐκοινώνησε βίου, quieuit, vitæ cõmunis particeps fuit.qui antea cælebs vixiſſet,multis ac magnis moleſtiis curiſq; bellorũ implicatus: is poſtea pacẽ,otium,quietémq; adeptus,vitæ cõmunis & cõiugalis fructus percepit.aut,vxore ducta in ea vitæ cõmunione ac ſocietate vitã degit.Hoc mihi videtur ſignificare κοινωνεῖν τοῦ βίου,τὸ τὸν κοινὸν ἄγειν βίον.Eſt enĩ hæc κοινωνία cõmunitas & ſocietas vitæ maxima & iucũdiſſima:in illa altera ratione vitæ eſt quædã ſolitudo.

ʺea ſentire ac moliri quæ rationibus eius aliena eſſent: nam inſidiatorem regni ipſius Iudam ſucceſſorem conſtituiſſe.

27 Itaq; Rexʺpercitus ira, atque hominis ſceleratiſſimi calũniis cõcitatus, ſcripſit ad Nicanorẽ, ſe pacta pergrauiter ferre: dicẽs iubénſque vt vinctũ Maccabæũ Antiochiã quamprimũ mitteret.

28 Hæc vt accepit Nicanor, perturbatus eſt, moleſtéque tulitʺirrita facere conuenta cum eo viro qui nulla in re iniuriam feciſſet.

29 Sed quiaʺreſiſtere Regi minus commodum videbatur,ʺobſeruabat vt arte rationéque militari rem conficeret.

30 Maccabæus autem ʹpoſteaquam animaduertit Nicanorẽ auſterius ſecum agere, & aſperius quàm antè conſueuerat, communicare: ratus nõ optimo ex animo eam auſteritatẽ proficiſci, collectis ſuorum non paucisʺ, à Nicanore ſe occultabat.

31 At ille vt cognouitʺſe à viro præclarè callidéque falſũ eſſe, ingreſſus illud maximum ſacrúmque templum,ʺSacerdotibus legitimas hoſtias immolantibus, virum ſibi dedi iuſſit.

32 ʺIllis autem iureiurando affirmantibus ſe, vbi eſſet is qui quæreretur, planè neſcire, ille extenta contra templum manu,

33 Ita iurauit, Niſi mihi *inquiens* Iudam vinctum tradideritis,ʺhanc Dei ædem ſolo æquabo, arámque diruam, atqueʺhoc in loco illuſtre tẽplum Baccho ædificabo.

34 Hæc quum dixiſſet, abiit. At Sacerdotesʺextentis in cælum manibus inuocabant eum ʹqui perpetuus fuiſſet gentis propugnator, hæc dicentes,

35 ʹTu Domine omniũ, quum nullius indigeas rei,ʺvoluiſti *tamem* templum habitationis tuæ inter nos conſtitui.

canorem rebus alienis aſſentire, Iudámque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe.

27 Itaque Rex exaſperat⁹, & peſſimis huius criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, dicens grauiter quidẽ ſe ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiam.

28 Quibus cognitis Nicanor conſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læſus à viro. E

29 Sed Regi quia reſiſtere nõ poterat, opportunitatẽ obſeruabat qua præceptum perficeret.

30 At Machabæus videns ſecum auſterius agere Nicanorem, & conſuetum occurſum ferocius exhibentem: intelligens non ex bono eſſe auſteritatem iſtam, paucis ſuorum congregatis occultauit ſe à Nicanore.

31 Quod quũ ille cognouit fortiter ſe à viro præuentum, venit ad maximũ & ſanctiſſimum templum: & Sacerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſſit ſibi tradi virum.

32 Quibus cum iuramento dicẽtibus neſcire ſe vbi eſſet qui quærebatur, extendens manum ad templum,

33 Iurauit, dicens, | Niſi Iudam mihi vinctum tradideritis, iſtud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri conſecrabo.

1. Macca. 7. e. 35

34 Et his dictis abiit. Sacerdotes autẽ protendentes manus in cælum, inuocabãt eum qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorum, hæc dicentes, F

35 Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis.

26 Ea ſentire ac moliri, &c. ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων, aliena à rebus ſentire. id eſt quæ à cõmodis eius, & vtilitatibus regni abhorrerent. φρονεῖν autem verbum, non ſolùm ſignificat cogitationem, ſed etiam affectionem, ſtudium ac voluntatem. φρονεῖν τὰ ἀλλότριά τινος, eſt malè affectum eſſe in res alicuius: quemadmodum Latinè etiam dicitur aliquis de Repub. malè exiſtimans, aut cogitans, κακῶς φρονῶν, καὶ διακείμενος. 27 Percitus ira, ἔκθυμος, ira indignationéque commotus. ad iracundiam incitatus, exacerbatúſque criminoſa & calũnioſa Alcimi accuſatione. Sequitur enim, καὶ ταῖς τοῦ παμπονήρου ἐρεθισθεὶς διαβολαῖς, & improbiſſimi criminationibus irritatus. ad offẽſionẽ, & acerbitatẽ animi incitatus. 28 Irrita facere conu. εἰ τὰ διεσταλμένα ἀθετήσει ſi pacta faceret irrita. ſi violaret aut rumperet conditiones pacis factas cum eo, qui nulla in re iniurius fuiſſet. διεσταλμένα vocat τὰ διωμολογημένα, ea quæ ab vtroque fuerunt pacta & conſtituta, τὰ διωρισμένα. ita enim appellantur certæ ac præſcriptæ, præfinitæque ab vtraque parte pacis ac ſocietatis conditiones.

29 Reſiſtere Regi minus commodum videb. τῷ βασιλεῖ ἀντιπράττειν οὐκ ἦν εὔκαιρον, Regi obſiſtere [aut, aduerſari] non erat opportunum. id eſt ſibi vtile. ἀντιπράττειν eſt idem quod ἀντικεῖσθαι: cui contrarium eſt συμπράττειν, facere cum aliquo, ab eóque ſtare, eius partes, cauſam, rationéſque iuuare ac tueri. ſed hìc ſimpliciter ἀντιπράττειν accipitur pro aduerſari ac repugnare, & contra voluntatem alicuius aliquid facere. Obſeruabat vt arte rationéque militari, &c. ἐτήρει στρατηγήματι τοῦτ' ἐπιτελέσαι. obſeruabat ſtratagemate [id eſt aſtu militari] hoc perficere. στρατήγημα propriè dicitur factum militare callidum atque verſutum, cuiuſmodi multa fiunt callidè & inſidioſè ad hoſtes eludendos ac fallendos, aut aliqua ratione circumueniendos Huiuſmodi conſilio calliditatis aſtutiæque pleno Nicanor Iudam circumuenire opprimeréque conabatur. 30 Poſteaquam animaduertit &c. συνιδὼν αὐστηρότερον διεξάγοντα, perſpiciens auſterius agentem. id eſt durius & aſperius, quàm antea ſolitus erat. id enim exponit verbis ſequentibus. καὶ τὴν εἰθισμένην ἀπάντησιν ἀγροικότερον ἐσχηκότα, & conſuetum occurſum aſperiorem habentem. id eſt congreſſu & colloquio in conſuetudine minus humano ac familiari vtentem. Immutata erat tota ratio priſtinæ conſuetudinis, atque in auſteritatem, aſperitatémque conuerſa. Animus enim immutatus priſtinam eius humanitatem & comitatem mutauerat, ita in eius vultu ac ſermõne ſigna non obſcura animi alienati & mali aliquid molientis apparebant. A Nicanore ſe occultabat. συνεκρύπτετο τὸν Νικάνορα. Ad verbũ eſt, occultabat Nicanorem. id eſt eius conſpectum fugiebat. ſe ab eo ſubducens abſcondebat, vt inſidias eius euitaret. 31 Se à viro præclarè call. falſum eſſe, ὅτι γενναίως ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται. quòd generoſè à viro aſtutia præuentus eſſet. aut, eluſus imperatoria calliditate, militarique conſilio ac facinore. στρατηγεῖν enim eſt callidè ac verſutè hoſtem circumuenire ac fallere. στρατηγεῖσθαι ὑπό τινος eſt arte conſilióque militari vinci ab aliquo, ab eóque eludi atque falli. ita aſtus aſtu vincitur. Sacerdotibus legitimas hoſtias immol. ἱερέων τὰς καθηκούσας θυσίας προσαγόντων, Sacerdotibus legitimas ac debitas victimas offerentibus. id eſt νομιζομένας, καὶ προσηκούσας, quas cultus Dei requirebat. 32 Illis autem iureiurando affirmantibus ſe, &c. τῶν δὲ μεθ' ὅρκων φασκόντων μὴ γινώσκειν, ποῦ ποτ' ἐστὶν ὁ ζητούμενος. Quum iureiurando dicerent ſe non ſcire vbinam eſſet is qui quæreretur. Quidam ita vertunt, interpoſito iureiurando negantibus: ita rectè verteretur μὴ φασκόντων, ſed ad ſenſum nihil intereſt.

33 Hanc Dei ædem ſolo æquabo, τόνδε τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον εἰς πεδίον ποιήσω, hanc domum Dei in planitiem faciam. id eſt demoliar, atque euertam, vt ſolo æquetur. ἀνάστατον ποιήσω. Hoc in loco ill. templũ Baccho ædificabo. καὶ ἱερὸν ἐνταῦθα τῷ Διονύσῳ ἐπιφανὲς ἀναστήσω. & tẽplum Baccho hìc inſigne [aut præclarum] erigam. Duplex indignitas, in euerſione ſanctiſſimi Dei templi, atque conſtitutione alterius abominando idolo conſecrati. ἐπιφανὲς celebritatem ac nobilitatem fani ſignificat.

34 Extentis in cælum manib. προτείναντες τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ſublatis in cælum manibus. Hæc manuum extenſio ac ſublatio ſymbolum eſt pietatis, animique fidelis ad Deum in rebus aduerſis confugientis. Qui perpetuus, &c. τὸν διὰ παντὸς ὑπέρμαχον τοῦ ἔθνους ἡμῶν, qui ſemper [aut omni tempore] fuit protector [aut defenſor] gentis noſtræ. ὑπέρμαχος dicitur vt ὑπερασπιστής, propugnator atque opitulator.

35 Tu Domine om. quum, &c. σὺ κύριε τῶν ὅλων ἀπροσδεὴς ὑπάρχων, Tu Domine vniuerſorum, [id eſt totius mundi] nullius indigus exiſtens. Quum nullius rei indigeas, qui omniũ creator ſis ac Dominus. Sic Paulus Act 17. f. 42, Hìc quum cæli & terræ Dominus ſit, non habitat in templis manu factis, nec manibus hominum colitur. προσδεόμενός τινος indigens re vlla. qui vitam & ſpiritum dedit omnibus. Voluiſti tamen, &c. ηὐδόκησας ναὸν τῆς σῆς κατασκηνώσεως ἐν ἡμῖν γενέσθαι. placuit tibi templũ domicilii tui apud nos [aut inter nos] fieri. רצה verbũ apud Hebræos ſignificat gratuitam ac liberalem Dei voluntatem nullis hominum meritis inductã ad aliquid faciendũ. Ea εὐδοκία à Græcis ſcriptoribus in Scriptura ſæpe redditur, ac dicitur. & verbũ εὐδοκεῖν, quod Deũ per ſe, naturæque ſuæ bonitate adductum, habere aliquid gratum acceptúmque ſignificat. ita Deus humanitatis ſuæ cauſa, nulla neceſſitate indigentiáque, aut dignitate hominum adductus, manſionis & quietis ſuæ domicilium apud Iudæos ædificari voluit.

Et nunc Sancte ſanctorum omniũ Domine, cõſerua in æternum impollutam domum iſtam, quæ nuper mũdata eſt.	36	Et nunc Sancte omnis ſanctitatis Domine, 'hanc modò purgatam ædem in æternum impollutam conſerua, atque omne os iniuſtum obſtrue.	
Razias autem quidam de Senioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudæorũ appellabatur.	37	Porrò Razis quidã ″*unus* è Senioribus Hieroſolymitanis 'apud Nicanorẽ delatus fuit, vir ciuitatis ſtudioſus, ″ac optimè *apud omnes* audiens, proptérque beneuolentiam Pater Iudæorũ appellatus.	Razim iubet Nicanor cõprehendi.
Hic multis tẽporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpúſque & animam tradere contentus pro perſeuerantia.	38	Hic enim ″ſuperioribus continentiæ integritatíſque temporibus, corpore ac vita pro Iudaiſmo ardentiſſimè obiectis, 'ſpecimen Iudaiſmi in ſe ediderat.	
Volens autem Nicanor manifeſtare odiũ quod habebat in Iudæos, miſit milites quingentos, vt eum cõprehenderent.	39	Volens itaque Nicanor quàm inimico eſſet in Iudæos animo declarare, milites ſupra quingentos miſit vt illũ cõprehenderẽt.	
Putabat enim ſi illũ decepiſſet, ſeſe cladem Iudæis maximam illaturum.	40	Exiſtimabat enim ſe illo capto ″Iudæis calamitatẽ allaturum.	
G Turbis autẽ irruere in domũ eius, & ianuam diſrumpere, atque ignẽ admouere cupientibus, quum iam comprehenderetur, gladio ſe petiit:	41	Cæterùm quum arcẽ occupare multitudo moliretur, & in portam atrii vim faciẽs, ignem quo porta ſuccenderetur, admoueri iuberet, ″vndique circumuentus, 'gladium ſibi infixit:	Razis magnanimitas.
Eligens nobiliter mori, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniuriis agi.	42	Generoſè mori malens, quàm in manus hominum ſceleratiſſimorum deuenire, & ″indignas generis ſui dignitate contumelias perpeti.	
Sed quũ per feſtinationem nõ certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, recurrens audacter ad murũ præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas.	43	Sed quum ″præ anxia feſtinatione, turba iam per oſtia irrũpente, incertum ſibi vulnus intuliſſet, curſu ad murum ſtrenuè capto, ſeipſum viriliter præcipitauit in turbam.	
Quibus velociter locum dantibus caſui eius, venit per mediam ceruicẽ.	44	″Quæ quũ pedẽ celeriter retuliſſet, ″dato loci ſpatio, 'medium in ventrem delatus eſt.	
Et quum adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit: & quũ ſanguis eius	45	Quum autem adhuc ſpirans, 'animóque accenſus ſurrexiſſet,	

36 Hanc modò purg. ædem τόνδε τὸν προσφάτως κεκαθαρισμένον οἶκον hanc recẽs [id eſt paulo antè] mundatam domum. id eſt à Gentium inquinamentis expurgatam. Hanc pro ſanctitate ſua velis conſeruare ἀμίαντον ab omni pollutione puram, ne vllis Gentium impiarum ſuperſtitionibus ritibúſque defœdetur. Hoc verò ſtudium puri cultus Dei, in fidelibus gloriam Dei in primis amantibus ſummam commendationem habet. 37 *Vnus* è Senioribus Hier. τῶν ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρεσβυτέρων ex maioribus natu, atque antiquioribus iis qui erant Hieroſolymis. Quidam vertunt, vnus è Hieroſolymitano ſenatu. Ego nomen Græcum ſimplicius reddere volui: tametſi γερουσία Græcis, & Senatus Latinis à Senibus dictus eſt. Apud Nicanorem delatus fuit, ἐμηνύθη τῷ Νικάνορι, delatus eſt ad Nicanorem. apud eum accuſatus. ἀνὴρ φιλοπολίτης ciuitatis amator, qui etiam φιλόπολις dicitur vt φιλόπατρις, cuiuſmodi eſt bonus ciuis egregio in ciuitatem patriámque ſuam ſtudio & animo. Ac optimè, &c. καὶ σφόδρα καλῶς ἀκούων, & valde præclarè audiens. id eſt præclara fama atque exiſtimatione, vt quidam verterunt. Sed ego Græcam phraſim malui reddere, quum Latini ab ea non abhorreant. Dicunt enim aliquem bene aut malè audire, de quo in alteram partem loquuntur & exiſtimant. Cicero in epiſtola prima ad Quint. fra. Acſi teipſum ad omnes partes bene audiendi excitaris. Et ad Att. lib. 1. de Afranio homine ignauo, & malo Conſule, Millies dignus qui Palicano ſcurræ os ad malè audiendũ quotidie præbeat. Sic Terentius, Si malè dixeris, peius audies. Ego adieci Apud omnes, vt plenior & minus ambigua eſſet oratio.

38 Superioribus continentiæ, &c. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῆς ἀμιξίας in prioribus temporibus continentiæ. aut puritatis: in quibus quidam Deum metuentes, ſe impiis Gẽtium ritibus miſcere pollueréque noluerunt. Eorum puritatem & ſanctitatem ἀμιξίαν vocat: vt ſuprà in huius capitis principio corruptionem pollutionémque multorum. qui cum Gentibus impiè communicarant, μιξίαν miſtionem nominauit.

Specimen Iudaiſmi in ſe edid. κρίσιν εἰσενηνεγμένος τοῦ ἰουδαϊσμοῦ, Ad verbum, qui iudicium Iudaiſmi tulerat. id eſt teſtimonium veri Iudæi meritus adeptúſque fuerat. Cauſam eius commendationis laudíſque ſubiicit, quum & corpus & animam ſummo cum ſtudio obieciſſet, παραβεβλημένος μετὰ πάσης ἐκτενίας, cum omni animi contentione, ardentiſſimáque voluntate. παραβάλλεσθαι verbum ſignificat exponere atque obiicere periculo, vt ii qui feris obiiciebãtur. Accipitur pro ῥιψοκινδυνεῖν periclitari, periculũ ſũma cũ audacia adire, nulla habita vitæ ratiõe.

'Legitur & ὑπὲρ ἰουδαϊσμοῦ.

40 Iudæis calamitatem allat. τούτοις ἐργάσασθαι συμφοράν. his cladem facturum. id eſt magnam doloris acerbitatem. Erat enim omnibus chariſſimus. 41 Vndique circumuen. περικατάληπτος omni ex parte comprehenſus. captus, aut circunſeptus, vt eorum manus effugere non poſſet. Obſeſſus enim omnibus ex locis ita tenebatur, vt nullus fugæ locus daretur. Gladium ſibi infixit: ὑπέθηκε ἑαυτῷ τὸ ξίφος. ſubiecit [aut, ſuppoſuit] ſibi gladium. Quidam vertunt, incubuit gladio. Sed manus etiam potuit ſibi ſubdere, atque infigere. id quod verba magis ſignificare videntur. Sic Cato pugione infixo mortem ſibi conſciuit, ne in manus inimici victoris deueniret. Sed hanc animi magnitudinem nemini permitti, nec à Deo approbari, facilè intelligunt omnes pii, Deúmque metuentes, qui omnes contumelias, atque acerbitates ſibi potius ferendas arbitrãtur, quàm ad huiuſmodi vim ac necem voluntariam, propriáque manu factam confugiendum. Potuit hic Razis fortiter pugnare Dei virtute, opéque confiſus, & ita aut euadere, aut mortem opperte. Sed quædam ab hoc ſcriptore authoréque commemorantur & approbantur, quæ apud pios non magnam authoritatem habere debẽt: quo in genere eſt illud quod antea de oratione atque expiatione pro mortuis facta dictum eſt. Itaque legẽda ſunt hæc cum Spiritus iudicio: neque omnia vt authentica, aut ad imitationem vitæque inſtitutionem traducenda, aut ad religionem comprobandam confirmandámque alleganda.

42 Indignas generis, &c. τῆς ἰδίας εὐγενείας ἀναξίως ὑβρισθῆναι, Ad verbum eſt, propria nobilitate indignè contumeliis affici. εὐγένεια ſignificat commẽdationem generis, quum quis bono, honeſto, ac præclaro genere eſt ortus. dignitas generis à Cicerone dicitur, ſicut cõtraria indignitas, quæ δυσγένεια Græcè appellatur, obſcuritas, aut infamia generis. Itaque noluit Razis quicquã indignũ nobilitate maiorum ſuorũ perpeti. 43 Præ anxia feſt. διὰ τὴν τοῦ ἀγῶνος σπουδήν, ob certaminis feſtinationem. i. præproperum interficiendi ſe ſtudiũ. Cupiebat enim hoſtium aduentum manúmque ſua propria manu anteuertere. Hac properatione certum ſibi vulnus inferre non potuit. τῇ δὲ πληγῇ μὴ κατευθικτῆσαι, quum ictum non rectè direxiſſet, quum aberraſſet in infligendo vulnere, gladiúmque non bene ſibi infixiſſet feſtinatione impeditus. κατευθικτεῖν enim eſt tangere: itaque ſignificat vulnus manu incerta leuius inflictum fuiſſe.

44 Quæ quũ pedẽ, &c. τῶν δὲ ταχέως ἀναποδισάντων quum verò celeriter retroceſſiſſẽt, ſubito illius caſu territi. ἀναποδίζεσθαι propriè eſt pedem referre, ac retrocedere. Dato loci ſpatio, γενομένου διαστήματος, quum interuallum factum eſſet. ſeceſſione hominum aliquid loci vacui datum. Medium in vent. &c. ἦλθε κατὰ μέσον τὸν κενεῶνα. venit per medium ventrem. Quidam latus vertunt. Sed puto ſignificari, illum ſuo ſe ventre deuoluiſſe, poſtquam è muro ſe deiecit, locúmque vacuum ab hominibus habuit. tractu corporis delatum fuiſſe. Nam mox dicet illum poſtea ſurrexiſſe.

45 Animóque accenſus καὶ πεπυρωμένος τοῖς θυμοῖς & animis inflammatus. ferociam animi atque ſpiritus oſtenderet.

'cruore inſtar fontis decurrente,grauibus affectus vulneribus turbam curſu peruaſit.

Atque "in rupe quadam præerupta ſtans'iam prorſus exanguis, 'prehenſa vtraque manu inteſtina protulit,& in turbam proiecit, ac"Dominum vitæ & ſpiritus precatus vt hæc eadem rurſum ſibi redderet,hoc modo vitam finiuit. Cap.XV.

Nicanor die ſabbathi Iudam aggredi tentat.

AT Nicanor vt Iudam cum ſuis in locis Samariæ eſſe comperit,conſilium cepit irruendi in eos"die requietis"per ſummã ſecuritatem.

Quum autem ii qui neceſſitate coacti eum ſequebãtur, Iudæi dicerent, 'Ne verò ita ferociter atque inhumaniter deſæuias, ſed "diei honorificè ac ſanctè ab eo qui omnia intuetur, conſecratæ honorem tribuas:

Eius blaſphemiæ.

Ille ſceleratiſſimus interrogauit 'an eſſet in cælo potens, qui diem ſabbathorum agi præcepiſſet.

'Hiſque affirmantibus eſſe Dominum in cælo viuum, præpotentem,qui iuſſiſſet diem ſeptimam celebrari:

Ego verò, inquit,alter in terra quoque potẽs ſum, qui arma capi iubeo,'Regiſque negotia confici. 'Neque tamen id eſt aſſequutus,vt miſerum conſilium ſuum perficeret.

Et Nicanor quidem"ſummã per inſolentiam animo elatus cogitauerat cõmune de omnibus Iudæ copiis trophæũ cõſtituere:

Maccabæus autem perpetuò confidebat omni cum ſpe auxiliũ ſe à Deo adepturum:

Itaque ſuos hortabatur ne Gentium aduẽtum pertimeſcerent, 'ſed in memoria habẽtes antea ſibi lata de cælo auxilia, nũc quoque futurã ab Omnipotente victoriam atque opem expectarẽt.

Ad hæc cõſolatus eos ex Lege ac Prophetis, "commemorationéque certaminum eorum quibus perfuncti fuiſſent:

magno fluxu deflueret,& grauiſſimis vulneribus eſſet ſaucius, curſu turbã pertranſiit.

46 Et ſtans ſupra quãdam petrã præruptam,& iam exanguis effectus,cõplexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans Dominatorem vitæ ac ſpiritus vt hæc illi iterum redderet:atque ita vita defunctus eſt. Cap.XV.

1 NIcanor autem vt comperit Iudam eſſe in locis Samariæ,cogitauit cum omni impetu die ſabbathi committere bellum.

2 Iudæis verò qui illum per neceſſitatem ſequebantur, dicentibus, Ne ita ferociter & barbarè feceris,ſed honorem tribue diei ſanctificationis,& honora eum qui vniuerſa conſpicit:

3 Ille infœlix interrogauit ſi eſt potens in cælo qui imperauit agi diem ſabbathorum.

4 Et reſpondentibus illis,Eſt Dominus viuus ipſe in cælo potens qui iuſſit agi ſeptimam diem:

5 At ille ait, Et ego potẽs ſum ſuper terram,qui impero ſumi arma,& negotia Regis impleri. Tamen non obtinuit vt conſilium perficeret.

6 Et Nicanor quidem cum ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat commune trophæum ſtatuere de Iuda:

7 Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxiliũ ſibi à Deo affuturum: B

8 Et hortabatur ſuos ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in mẽte haberent adiutoria ſibi facta de cælo, & nunc ſperarent ab Omnipotẽte ſibi affuturam victoriam.

9 Et alloquutus eos de Lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores conſtituit eos:

Cruore inſtar fontis decur. φερομένων κρουνηδὸν τῶν αἱμάτων, decurrente fontis more ſanguine.quaſi quodam fonte maxima vi defluente. Hac ſimilitudine copioſum ſanguinis fluxum ſignificat ex factis vulneribus cùm gladio,tum etiam ipſo caſu.

46 In rupe,&c. ἐπί τινος πέτρας ἀπορρωγάδος in rupe quadã abrupta. ἀπορρωγὰς καὶ ἀπόρρωξ locus eſt aſper ac præruptus, vt rupes,& quædam maris litora ſaxis præruptis edita,& aſpera. Iam prorſus exanguis, παντελῶς ἔξαιμος ἤδη γινόμενος, planè [aut,omnino] iam deſtitutus ſanguine.qui iam deſtitutus ſanguine,qui iam totus exhauſtus,aut amiſſus erat. Prehenſa vtraque manu,&c. προβαλὼν τὰ ἔντερα, καὶ λαβὼν ἑκατέραις ταῖς χερσὶν, quum protuliſſet inteſtina,& ambabus manibus accepiſſet.

Dominum vitæ & ſpir. τὸν δεσπόζοντα τῆς ζωῆς καὶ τοῦ πνεύματος Dominatorem vitæ & ſpiritus. qui ea habet in ſua poteſtate. dat enim omnibus vitam & ſpiritum,eáque erepta reddit:ita eſt dominator,author,conſeruatórque eorum. Pia eſt huiuſmodi precatio, & commendatio,qua in morte ſpiritum noſtrum in manus Dei tradimus & commendamus:qua Dauid,Chriſtus,atque Stephanus vſi fuerunt. Hic autem ad beatam ſpem reſurrectionis reſpicit.

IN CAPVT XV.

1 Die requietis τῇ τῆς καταπαύσεως ἡμέρᾳ die quietis. id eſt ſabbathi, in quo erat intermiſſio ac vacatio negotiorum omnium : vt ita homines rebus cæteris ſoluti vacuíque cura,liberius & ſanctius memoriam Dei celebrarent. Per ſummam ſecuritatem. μετὰ πάσης ἀσφαλείας. cum omni ſecuritate.id eſt quum feriantes intentíque rebus Diuinis eſſent,nihil periculi metuentes,ita ἀφύλακτοι,incauti,ſecuríque opprimerentur:vt etiam hoc nomine ſignificet ſubitum hoſtilem aduentum,impetúmque improuiſum atque inopinatum.

2 Ne verò ita feroc.&c. μηδαμῶς οὕτως ἀγρίως καὶ βαρβάρως ἀπολέσῃς. Nequaquã ita truculenter & barbarè perdas.i.ſæuias tam immaniter.His verbis fideles homines volunt eum à ſæuitia atque immanitate barbarorũ reuocare,atque ad Sabathi reuerentiam ac timorem Dei traducere.Impius enim Nicanor ſabbathũ ad pietatẽ inſtitutũ,ad crudelitatem ſuam accommodatũ arbitrabatur. Diei honorificè,&c. τῇ προτετιμημένῃ μεθ' ἁγιότητος ἡμέρᾳ δόξαν ἀπονεῖμον. diei cum ſanctitate honoratæ gloriam tribue.Deus enim eũ diem dum à cæteris ſeparauit,atque eximium celebrémque eſſe voluit,honore gloriáque ornauit, quem ad cultum nominis ſui honorémque inſtituit & cõſecrauit.

3 An eſſet in cælo potens, εἰ ἔστιν ἐν οὐρανῷ ὁ δυνάστης, eſſétne in cælo præpotens. aut dominator.nomen ἀπὸ τοῦ δύναμαι poſſum,is qui poteſtatem,ac dominationem aliquam habet,dynaſta nominatur.

4 Hiſque affirmantibus τῶν δὲ ἀποφηναμένων Id eſt ἀποκρινομένων, reſpondentibus. Ad verbum,pronuntiantibus.aut quum hi pronuntiaſſent ac dixiſſent. 5 Regiſque negotia confici. καὶ τὰς βασιλικὰς χρείας ἐπιτελεῖν. regia negotia peragere.efficere. Ita ſe ac Regem ſuum exæquat Deo,animúmque in re propoſita & ſuſcepta obfirmatum demonſtrat. Neque tamẽ id eſt aſſeq. ὅμως οὐκ ἀπέσχεν,Tamen non obtinuit.vt quod propoſuerat efficeret.non fuit cõpos conſilii ſui: Deus enim illud euertit,ſéque Dominũ præpotentẽ declarauit.

6 Summam per inſolentiam μετὰ πάσης ἀλαζονείας ὑψαυχενῶν. cum omni iactantia ſuperbiens. inſolenter arrogantérque ſe efferens.iam victoriam ſibi promiſerat,vel potius ante victoriam triumphum cecinerat.vana ſpe & cogitatione trophæum erexerat. ὑψαυχενῶν glorioſus elatúſque dicitur qui ceruicem attollit.idem quod μεγαλαυχῶν magnificè de ſe ſentiens ac prædicans,inſolenter ſe iactans:qui ἀλαζὼν appellatur,arrogans,ſibique plura tribuens quàm oporteat.

8 Sed in memoria habentes ἔχοντας δὲ κατὰ νοῦν habentes autem in mente. aut cogitatione. id eſt in memoriam reuocantes,aut memoria tenentes priſtina Dei auxilia. 9 Commemorationéque certam. προσυπομνήσας δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἀγῶνας, quum autem commonuiſſet eos etiam certaminum.aut præliorum. id eſt,quum in memoriam reuocaſſet prælia antea cum victoria commiſſa. Hæc enim ἀνάμνησις commemoratio rerum geſtarum,habet ὑπόμνησιν commonitionem priſtinæ virtutis ad excitandos animos accommodatam. Itaque poteſt verti,commonitione pugnarum,quibus antea defuncti fuiſſent.hoc enim ſequitur οὓς ἦσαν ἐκπεπληκότες,quæ certamina confecerant,in quibus hoſtes deuicerant.

10 Et ita animis eorum erectis, ſimul oſtendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem.

11 Singulos autem illorum armauit, nõ clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos lætificauit.

12 Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundũ C viſu, modeſtum moribus, & eloquio decôrum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendẽtem, orare pro omni populo Iudæorum.

13 Poſt hoc apparuiſſe & alium virũ ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum.

14 Reſpondentem verò Oniam dixiſſe, Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multũ orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.

15 Extendiſſe autem Ieremiã dextrã, & dediſſe Iudæ gladium aureum, dicentem,

16 Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſrael.

17 Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bonis valde, de quibus extolli poſſet impetus, & animi iuuenũ confortari, ſtatuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotiis iu-

10 Alacriores effecit, atque″animis erectos incitauit: ſimul etiam demonſtrãsʹfœdera à Gẽtibus nefariè rupta,″iuramẽtáq; violata,

11 Ita ſingulos armauit non tam clypeorum haſtarúmque munitione, quàm optimorum verborum exhortatione: ʹadiectáque *poſtremò* digna fide narratione ſomnii, ſupramodũ lætos reddidit.

12 ʹViſum autem erat huiuſcemodi, Oniam olim ſummo perfunctum Sacerdotio, ″virum bonũ & honeſtum,″cùm venerabilem aſpectu,″tum verò comem moribus,″decoráque facundia præditum,″& iam inde à pueritia″in omni virtutis genere exercitatum, eum *inquam* manibus extentis″orare pro toto cœtu Iudæorum.

13 Deinde ſimiliter viſum fuiſſe virum ʹ canitie ac maieſtate eximium, ″mirabili quadam atque excellenti magnificentia vndique ornatum.

14 De quo Onias interrogatus dixerit, ʹHic ille fratrũ amator eſt, qui multa precatur pro populo, & ſancta ciuitate, Hieremias ille Dei propheta.

15 Ibi tum Hieremiam porrectum dextera gladium aureum Iudæ tradidiſſe, atque inter porrigendum hæc loquutum,

16 Hunc ſanctum accipe gladium munus à Deo, quo hoſtes conuulneres.

17 His valde præclaris Iudæ ſermonibus″ad ſtudium virtutis excitandum, animóſque iuuenum erigendos efficacibus confirmati, decreuerunt nulla caſtra facere,″ſed inuadere animoſè, &″cũ ſumma fortitudine inuecti conſerta manu ʹde ſumma rerum decer-

Maccabæus viſione Iudæis expoſita, animos corũ confortat.

---

10 Animis erectos incitauit: τοῖς θυμοῖς διεγείρας αὐτοὺς παρήγγειλεν· animis erigens[aut excitans]præcepit. aut iuſſit. id eſt παρεκάλεσεν hortatus eſt ad virtutem: monuit eos vt ſtrenuè pugnarent, & victoriam ſperarent. Fœdera à Gentibus nef. rup. τὴν τῶν ἐθνῶν ἀθεσίαν. Gentium violationem. aut fraudem & iniuriam qua fœdus conſtitutum violaſſent. conditionibus pacis non ſtetiſſent. Hoc enim ſignificat verbum ἀθετεῖν, pactum habere irritum, reſcindere. Hinc ἀθεσία huiuſmodi iniuria appellatur. Iuramentáque violata. καὶ τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν. & iuramentorum tranſgreſſionem. id eſt fidem ac religionem iuſiurandi violatum. ita perfidiam iniuriámque hoſtium commemorauit, vt ſua freti bona conſcientia & fiducia cauſæ optimæ, cum illis fortiter confligerent.

11 Adiectáque, &c. καὶ προσεξηγησάμενος ὄνειρον ἀξιόπιστον, ac quum præterea expoſuiſſet ſomnium dignum fide. id eſt non leue & friuolum, ſed verum, inſignibus viritatis authoritatiſque Diuinæ notis commendatum, in quo graue & locuples teſtimonium victoriæ futuræ inerat. 12 Viſum autem erat huiuſm. ἦν δὲ ἡ τούτου θεωρία τοιάδε, Erat autem eius contemplatio[aut viſio]talis. θεωρίαν vocat τὴν ὄψιν τοῦ ὀνείρου viſum ſomnii, quod ei dormienti oblatum eſt. Virum bonum & honeſtũ, ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν virum honeſtum & bonum. Quidam καλὸν vertunt ornatiſſimum, vt in eo ornamenta dignitatis ſignificent. Ego ad probitatem & virtutem virúmque refero. Significat enim illam καλοκαγαθίαν, qua boni viri, iuſti, probi, atque honeſti dicuntur. Cùm venerabilem aſpectu, αἰδήμονα μὲν τὴν ἀπάντησιν, verendum quidem occurſu. aut, aſpectu. pro, quandam in eo grauitatem ac maieſtatem præ ſe ferentem, propter quam eum homines reuerebantur. Hoc enim ſignificat verbum αἰδεῖσθαι, & Latinè Vereri: quemadmodum Cicero dixit eſſe adoleſcentis maiores natu vereri. Hinc αἰδήμων hoc loco non pro verecundo ac pudente accipitur, ſed pro verendo, aut venerabili. Tum verò comem moribus, πρᾶον δὲ τὸν τρόπον, mitem[manſuetum. aut clementem]moribus. πρᾳότης lenitas eſt animi humanitáſque ſita in quadam vitæ comitate ac ſuauitate, morúmque facilitate, diſſimilis illi ſuperiori grauitati. Eſt autem difficillima coniunctio & ſocietas ſummæ grauitatis cum pari humanitate & comitate: quòd altera plerunque odium, altera contemptum afferre ſolet. Temperatio verò moderatióque naturæ, morúmque tum grauiſſimorum, tum humaniſſimorum & leniſſimorum cùm eſt difficilis in vita, tum etiam laudabilis atque admirabilis.

Decoráque facundia præditum, καὶ λαλιὰν προϊέμενον πρεπόντως, & eloquium emittentem decenter. id eſt decoro vtentem orationis genere, elegantem politúmque in oratione ac ſermone. vt Cicero Cæſarem dicit vſum fuiſſe decoro orationis genere, quod dignitati rerum & perſonarum conueniret. Et iam inde à pueritia καὶ ἐκ παιδὸς & à puero. id eſt ab ineunte ætate, à primis ætatis temporibus. Hæc eſt παιδεία optima educatio atque inſtitutio, qua pueri adoleſcentéſque ad optima virtutis ſtudia conformantur. Adeò à teneris conſueſcere multum eſt. In omni virtutis, &c. ἐκμεμελετηκότα πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς οἰκεῖα, qui exercuerat omnia virtutis propria. ſubaudias ſtudia, aut officia, aut munera. Quidam vertunt, ad omnes virtutis partes exercitatum. Significat autem omnes artes rationéſque ad virtutem pertinentes, quibus ratio bene honeſtéque viuendi continetur. Orare pro toto cœtu Iudæ. κατεύχεσθαι τῷ παντὶ τῷ τῶν Ἰουδαίων συστήματι. Ad verbum eſt, orare toti cœtui Iudæorum. id eſt pro vniuerſo Iudæorum populo aut gente preces adhibere, aut vota facere. Nam datiuus verbo iunctus non ſignificat perſonam eius ad quem preces habentur, ſed eorum pro quibus adhibentur. Alioqui εὔχεσθαι θεῷ eſt orare Deum. Hoc verò loco κατεύχεσθαι τῷ συστήματι, pro ἀντὶ τοῦ συστήματος pro toto cœtu, aut totius populi gentiſque ſalute.

13 Canitie ac maieſtate eximium, πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα, canitie & gloria præſtantem. aut, excellentem. in quo eximia quædã & ſingularis maieſtas appareret. Mirabili quadam, &c. θαυμαστὴν δέ τινα καὶ μεγαλοπρεπεστάτην εἶναι τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεροχήν. admirabilem autẽ quandam & magnificentiſſimam eſſe circa ipſum excellentiam. vel, præſtantiã. Incertum an hæc dignitas & magnificentia in eius eſſet corpore, an aliquo externo ſplendore, quo circunfuſus ita excelleret.

14 Fratrum amator eſt, ὁ φιλάδελφος οὗτός ἐστιν, fratrum amator hîc eſt. aut amans fratrum. φιλαδελφία fraternus amor dicitur, qui ſummus & iucundus eſt. Paulus Rom. 12. c. 20. τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, per fraternam charitatem propenſi ad vos mutuo diligendos. Sic Cicero, Scias te à me fraternè amari. 17 Ad ſtudium virtutis, &c. καὶ δυναμένοις ἐπ' ἀρετὴν παρορμῆσαι, & potentibus ad virtutem incitare. aut qui poterant ad virtutem incitare, & animos iuuenum erigere & cõfirmare. Erant enim λόγοι προτρεπτικοὶ καὶ παρακλητικοί, qui maximam vim habebant ad animos territos abiectóſque erigendos, & confirmandos. Sed inuadere animoſè, γενναίως δὲ ἐμφέρεσθαι, generoſè autem inuehi. id eſt impetum in hoſtes facere, in eóſque irruere. Hinc καταφορὰ huiuſmodi impreſſio incurſióque, quæ καταδρομὴ etiam dicitur. Cum ſumma fortitudine, &c. μετὰ πάσης ἀνδρίας ἐμπλακέντες καὶ ἐπιφυέντες cum omni fortitudine congreſſi, atque in hoſtes incitati, & illati. ἐμπλέκεσθαι propriè eſt implicari. Hîc ἀντὶ τοῦ συμμίγνυσθαι congredi, manúſque conſerere accipitur. In huiuſmodi enim conflictu & congreſſu hoſtes vtrinque commiſcentur & implicantur. Alterum verbum eſt ſumptum à plantis atque ſtirpibus quæ ἐπιφύονται adnaſcentes inſurgunt. Hoc loco eos ſignificat qui aliis vim inferunt. In exemplari Toletano hoc verbum nõ legitur, ſed tantùm ἐμπλακέντες.

De ſumma rerum decer. κρῖναι τὰ πράγματα Ad verbum, iudicare negotia. ſed Decernere Latinè dicitur, vt antea demonſtratum eſt.

nere:'quandoquidem & vrbis,& ſacrorum, & templi periculum ageretur.

Nam vxorum quidem ac liberorum, itémque fratrum'& propinquorum periculi minor ratio apud eos habebatur : maximus verò ac præcipuè pro ſacroſancto templo metus erat.

'Tenebat autem & eos qui in vrbe relicti erant non leuis anxietas'de ſubdiali conflictu ſolicitos.

Cæterùm'omnibus iam de decernendo prælio ſuſpenſis,hoſtibúſque manũ conſerentibus,'quũ explicata iam eſſet acies,ac belluæ opportuno loco cõſtitutæ,equitatúſque in cornu diſpoſitus:

Maccabæus'vt agmen gradum inferens conſpexit, variúmque armorum apparatum,& feritatem belluarum:extentis in cælum manibus'mirificum Dominum inſpectorem inuocauit, vt qui ſciret non armis victoriam parari,'ſed quemadmodum illi videretur in dignos eam conferri.

Oratio Maccabæi.

'Porrò huiuſmodi verbis ille precabatur,Tu Domine ſub Ezechia rege Iudææ Angelum tuum miſiſti,qui militũ Sennacherib interfecit ad centum octogintaquinque millia:

'Nũc quoque cælorum Dominator bonum demitte Angelũ,'qui nos ad pauorem terrorémque iſtorum antecedat :'qui ſanctũ populum tuum cum contumelia aggrediuntur,magnitudine brachii tui conſternētur.'Atque hic quidẽ ita finẽ *orandi* fecit.

Proſtrato Nicanoris exercitu, Maccabæus caput eius cũ manibus præſcindi iubet, & linguã particulatim auibus dari.

"Quum autem Nicanor ſe inferret cum ſuis pæanas canētibus, & cum claſſicis,

Copiæ Iudæ cum inuocatione ac precatione pugnam cum hoſtibus commiſerunt.

Ita manibus quidem dimicantes, cordibus verò Deum precantes,non minus trigintaquinque *hominum* millia proſtrauerunt,"manifeſta Dei præſentia maximopere lætati.

dicaret:eo quòd ciuitas ſancta,& templum periclitarentur. D

18 Erat enim pro vxoribus & filiis, itémque pro fratribus & cognatis minor ſolicitudo:maximus verò & primus pro ſanctitate timor erat tẽpli.

19 Sed & eos qui in ciuitate erant, nõ minima ſolicitudo habebat pro his qui congreſſuri erant.

20 Et quum iam omnes ſperarent iudicium futurum , hoſtéſque adeſſent, atque exercitus eſſet ordinatus , beſtiæ equitéſque opportuno in loco compoſiti:

21 Conſiderans Machabæus aduentũ multitudinis , & apparatum varium armorum,& ferocitatem beſtiarum, extendens manus in cælum,prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non ſecundum armorum potentiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam.

22 Dixit autem inuocans hoc modo, E |Tu Domine qui miſiſti Angelũ tuũ ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octogintaquinque millia:

4.Reg.19.g.35
tob.1.d.21
eccleſiaſ.48.d.24
eſa.37.g.36

23 Et nunc dominator cælorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachii tui,

24 Vt metuãt qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctum populũ tuũ. Et hic quidem ita perorauit.

25 Nicanor autem & qui cum ipſo erant, cum tubis & canticis admouebant.

26 Iudas verò & qui cum eo erant,inuocato Deo, per orationes congreſſi ſunt.

27 Manu quidem pugnantes , ſed Dominum cordibus orantes, proſtrauerunt non minus trigintaquinque millia,prȩſentia Dei magnificè delectati.

Quandoquidem,&c. διὰ τὸ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν κινδυνεύειν. eo quòd vrbs & templũ periclitaretur.in diſcrimine verſaretur. de ſalute reip. & religione ageretur.Ita magnitudine ac dignitate earum rerum animos illorum excitauit.

18 Et propinquorum,&c. ἦν γὰρ ὁ περὶ γυναικῶν καὶ συγγενῶν ἐν ἥττονι μέρει κείμενος αὐτοῖς κίνδυνος, erat enim pro vxoribus & cognatis in minore parte poſitum ipſis periculũ.id eſt,metus rerum priuatarum minus eos permouebat,quàm publicarũ,vt Eccleſiæ ac religionis, quarũ cura,ſtudio ac ſolicitudine vehementi afficiebãtur.Itaque his verbis oſtendit eos curã rerũ priuatarũ poſteriorẽ habuiſſe ſalute Eccleſiæ.

19 Tenebat autẽ,&c. ἦν δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει κατειλημμένοις οὐ πάρεργος ἀγωνία Erat autẽ iis quoque qui in vrbe tenebãtur,nõ parua ſolicitudo.ita enim dicitur anxia & moleſta rei alicuius expectatio,qua animi tũ metu,tũ ſpe ſuſpenſi ſunt. De ſubdiali,&c. ταρασσομένης τῆς ἐν ὑπαίθρῳ προσβολῆς. perturbatis cõgreſſu ſubdiali.i.prælio quod in ipſo campo cõmittendum & decernendũ erat. Subdio enim loco aperto foris erant pugnaturi. 20 Omnibus iam de decern.&c. πάντων ἤδη προσδοκώντων τὴν ἐσομένην κρίσιν, omnibus iam expectantibus futurum iudicium.i.quum anxiè expectarent exitum euentúmque prælii,in quo de ſumma Reip.armis diſceptabatur. Hoc enim eſt κρίνεσθαι,quo paulo antè vſus eſt.Hinc huiuſmodi diſceptatio & contentio cum diſcrimine coniuncta,κρίσις appellatur.Cicero rem in ſummum diſcrimen adductam dicit,quum eum in locum eſt deducta,vt exitu atque euentu mox ſequuturo facilè diſcerni poſſit. Quum explicata,&c. τῆς στρατιᾶς ἐκτεταγμένης, quum exercitus ordinatus eſſet,atque ad pugnam inſtructus ac paratus.Significat enim hoc participium aciẽ per ordines ſuos explicatam & diſpoſitam. 21 Vt agmen gradum,&c. συνιδὼν τὴν τῶν πληθῶν παρουσίαν, quum vidiſſet multitudinũ [id eſt copiarum] præſentiam.eas propius accedere,& gradum inferre ad pugnãdum.quum propinquum hoſtium congreſſum perſpiceret.

Mirificum Dominum,&c. τερατοποιὸν κύριον τὸν κατόπτην,&c. Dominum prodigiorum effectorem atque inſpectorẽ inuocauit. His duobus epithetis potentia Dei & prouidentia ſignificatur,quòd res faciat admirandas,& omnia perſpiciat. Sed quemadmodum,&c. καθὼς δὲ ἂν αὐτῷ κριθῇ, τοῖς ἀξίοις περιποιεῖται. quemadmodum autem ei videretur,dignis eam tribui. id eſt victoriã iis dari à Deo qui ei digni viderentur.Eſt enim Dominus ſebaoth exercituum,atque armorum,in cuius manu victoria eſt.

22 Porrò huiuſmodi,&c. ἔλεγε δὲ ἐπικαλούμενος τόνδε τὸν τρόπον, dicebat autem inuocans hunc in modum.huiuſmodi preces adhibens. huiuſmodi vtens precatione. 23 Nunc quoque,&c. καὶ νῦν δυνάστα τῶν οὐρανῶν Et nũc qui in cælis præpotens es. qui ſummũ habes potentatum ac dominatũ. In precibus enim cælorum conſideratio ad animos confirmandos plurimũ valet:nam ibi præcipuè poteſtas Dei relucet. Qui nos ad pauorem,&c. ἔμπροσθεν ἡμῶν εἰς δέος καὶ τρόμον αὐτῶν, ante nos in timorem ac tremorem eorũ. Sic enim Deus ſuos præſidio bonorum Angelorum munire ac firmare ſolet,& hoſtes debilitare ac frangere. Sunt enim Angeli piorum adminiſtri ad ſalutem ipſorũ & perniciem hoſtium:quemadmodum Deus hunc in ſuos amorem ſingularem oſtendit atque exhibuit. Qui ſanctum pop.&c. οἱ μετὰ βλασφημίας παραγινόμενοι ἐπὶ τὸν σου λαὸν ἅγιον, qui cum blaſphemia veniunt contra populum tuum ſanctum.i.eum inuadunt μεθ' ὕβρεως cum petulantia & violentia tuo ſancto nomini cõtumelioſa.Nam hæc vis & iniuria in opprobrium Dei redundat.quemadmodũ Dominus apud Eſaiam declarat in probris & contumeliis,quibus dux Sennacherib Hieroſolymam affecerat.Cauſam enim populi ſui ſuam eſſe exiſtimat.

Atque hic quidem,&c. καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἔληξεν. & hic quidem in his deſiit.i.ita perorauit,ita orationem ſuam terminauit,& finem precandi fecit. 25 Quũ autẽ Nicanor,&c. οἱ δὲ περὶ τὸν Νικάνορα μετὰ σαλπίγγων καὶ παιάνων προσῆγον, hi autem qui erant cum Nicanore,cũ tubis & canticis accedebant.παιὰν genus erat cantilenæ Græcis vſitatum, in laudem Apollinis.Dicunt autem duos fuiſſe: vnum quem canebant Marti ante pugnam:alterum Apollini poſt victoriam. Adhibita etiam eſt huiuſmodi modulatio numeroſa à veteribus Græcis ad animos militum in prælio ineundo componendos ac moderandos.

27 Manifeſta Dei præſentia ἐπιφανείᾳ θεοῦ apparitione Dei qua ſe præſentem exhibuerat.Sic à Paulo ſæpe dicitur illuſtris Dei & Chriſti manifeſtatio,ac declaratio,atque exhibitio ἡ ἐπιφανὴς αὐτοῦ παρουσία,quum vim ſuam præſentem exhibet.

Quúmque ceſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorẽ ruiſſe cum armis ſuis.

28 "Hoc autem commiſſo prælio defuncti, quũ ſe læti reciperent, Nicanorem cum omnibus armis"proſtratum agnouerunt.

Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotẽtem Dominum benedicebant.

29 Clamoréque cum tumultu ſublato, præpotentem Dominum patria voce laudauerunt.

Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſſam, Ieroſolymam perferri.

30 Tũ is, "qui in omnibus & corpore & animo primus ciuium ſuorum propugnator fuerat, "qui omni ætatis tempore beneuolentiam in gentem ſuam conſeruarat, caput Nicanoris amputatũ, & cum humero brachium iuſſit Hieroſolymam perferri.

Quò quũ perueniſſet, conuocatis contribulibus & ſacerdotibus ad altare, accerſiit & eos qui in arce erant

31 Ipſe autem vt eodem peruenit, conuocatis popularibus ſuis, & ſacerdotibus ante altare collocatis, quum eos qui arcem tenebãt, accerſiuiſſet,

Et oſtenſo capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat cõtra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus eſt.

32 Caput ſcelerati Nicanoris eis oſtendit: ſimul etiam manum hominis maledici atque *in Deum* contumelioſi, qua in ſanctam Omnipotentis ædem extenta, "ſuperbè ſe iactauerat.

Linguam etiam impii Nicanoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum ſuſpendi.

33 Et linguam impii Nicanoris exectam "fruſtulatim dixit ſe daturum auibus. "Hæc verò dementiæ *ipſius* præmia exaduerſum tẽplo ſuſpenſurum.

Omnes igitur cæli benedixerũt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum ſuum incontaminatũ ſeruauit.

34 "Omnes verò in cælum cõuerſi, illuſtrẽ Dominum laudibus celebrarunt, dicẽtes, "Prædicandus is qui locum ſuum conſeruauit impollutum.

G Suſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilii Dei.

35 Suſpendit etiam I*udas* ex arce caput Nicanoris"aſpectabile omnibus, ſignúmque illuſtre auxilii à Deo lati.

Itaque omnes communi conſilio decreuerunt, nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire:

36 Communíque decreto omnes cõſtituerunt "ne eam diem obſcuram atque incelebrem relinquerent:

Habere autem celebritatem tertiadecima die menſis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei.

37 Sed eam inſignem celebrarent, tertiamdecimã duodecimi mẽſis, qui Adar lingua Syriaca dicitur, pridie diei Mardochaicæ.

Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his faciam finem ſermonis.

38 "Quum igitur rerum quæ ad Nicanorem attinebant, hic exitus fuerit, ex eóque tempore vrbs"in poteſtate fuerit Hebræorum: ego quoque hoc loco narrationis finem faciam.

Et ſi quidem bene, & vt hiſtoriæ cõ

39 Et ſi quidem rectè, &"commentario congruenter, hoc & ipſe vo

---

28 Hoc autem commiſſo præ.&c. γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς χρείας, Hac autem pugna perfuncti. id eſt τὸν ἀγῶνα ἐκτετελεκότες, eo prælio confecto, ſiue pugna commiſſa. Quidam vertunt, hac re peracta & confecta. Dicuntur enim γενόμενοι ἀπό τινος χρείας qui perfuncti ac iam ſoluti ſunt munere aut negotio aliquo. Proſtratum agnouerunt. ἐπέγνωσαν προπεπτωκότα. prolapſum [& cæſum] agnouerunt. Quidam, cognouerunt. ſed prius eſt melius, quod ſignificat antea cognitum recognoſcere. Eadem vis eſt verbi Græci ἐπιγινώσκειν, & ἐπίγνωσις huiuſmodi recognitio dicitur. 30 Qui in omnibus, &c. ὁ καθ' ἅπαν σώματι καὶ ψυχῇ, &c. qui per õnia corpore & animo propugnator aut defẽſor populi ſui primus fuerat πρωταγωνιστὴς ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, primus [aut præcipuus] ciuium ſuorũ propugnator & protector. καθ' ἅπαν καὶ ἐφ' ἅπαξ aduerbiũ aliquando vim affirmandi habet, vt Planè & omnino. aliquãdo τὸ καθ' ὅλου ſignificat, Per omnia, omnibus in rebus: quaſi diceret, qui omni loco & tempore & re, ciuium ſuorum ſalutẽ in primis propugnaret & defẽderet. Qui omni ætatis tẽp. beneu. &c. ὁ τὴν τῆς ἡλικίας εὔνοιαν εἰς ὁμοεθνεῖς διαφυλάξας, qui ætatis beneuolentiam in contribules ſuos conſeruarat. id eſt, quoad vixit, aut omni vitæ tempore, conſtanter ſuſceptam ingentem ſuam voluntatem retinuerat. Sic enim intelligenda videtur ætatis beneuolentia à primis ætatis temporibus ſuſcepta & retenta. Huiuſmodi eſt animus boni ciuis, in charitate patriæ firmi & conſtantis.

32 Super ſe iactauerat. ἐμεγαλαύχησε. magnificè ſe extulerat. inſolenter intemperantérque gloriatus fuerat. Antea in principio huius capitis, μετ' ἀλαζονείας ὑψαυχενοῦντα eundem dixit, cum omni arrogantia iactãtiáque ſe efferẽtem. vtrunque verbum eſt vt μεγαλοφρονεῖν, aut (quo Paulus eſt vſus) ὑψηλοφρονεῖν. 33 Fruſtulatim κατὰ μέρος per partes & fruſta diſſectã & cõciſam eã in paſtũ auibus daturum ſe dixit. Hæc verò dementiæ, &c. τὰ δὲ ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας, hæc verò præmia amentiæ. Vetus interpres vertit, manum dementis contra templum ſuſpẽdi. In quo videtur aut legiſſe τὴν χεῖρα manum, aut ἐπίχειρα pro manu accipere. Alii, manubias amentiæ vertunt. id eſt indices ac teſtes dementiæ eius. ſed ne hæc quidem interpretatio placet. Nam manubiæ amentiæ, id eſt ſpolia, non ita commodè dici videtur. Melius eſt igitur, vt τὰ ἐπίχειρα ἀνοίας iuſta & merita dementiæ præmia intelligamus, atque ita vertamus. ἐπίχειρον enim & τὸ ἐπιχείριον præmium victoriæ, aut mercedem rei alicuius debitam ſignificat. Poterant autem hæc ſuſpẽdi, & ſimul dari auibus. Nam paulo pòſt dicit, Iudam caput Nicanoris ſuſpendiſſe. 34 Omnes verò in cælum, &c. οἱ δὲ πάντες εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησαν τὸν ἐπιφανῆ κύριον, omnes autẽ in cælum benedixerũt illuſtri Domino. Quidam, εἰς τὸν οὐρανὸν vertunt, laudes in cælum extollere. Hoc quidem verum, laudes ſuas eò contuliſſe: ſed videtur ſignificare, mentes atque animos eorum in cælum directos & conuerſos reſpexiſſe, atque ita Deum laudauiſſe & prædicaſſe. ἐπιφανῆ vocat præclarũ, celebrem & gloria præſtantem quam in Nicanore adeptus erat. Prædicandus εὐλογητὸς Benedictus. id eſt laudandus & celebrandus. de qua voce ſæpe antè dictum eſt. Materiam & cauſam laudis ſubiicit, ſanctitatem templi ab omni pollutione conſeruatam. ὁ διατηρήσας τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἀμίαντον, qui locum ſuum incontaminatum conſeruauit. id eſt purum à Gentium inquinamentis.

35 Aſpectabile omnibus, ἐπίδηλον πᾶσι, manifeſtũ omnibus. ſpectandũ omnibus. vt ab omnibus videretur clariſſimum opis ſalutíſque à Deo latæ teſtimonium & monumentum. 36 Ne eam diem obſcuram, &c. μηδαμῶς ἐᾶσαι ἀπαρασήμαντον τὴν δὲ τὴν ἡμέραν, ne vllo modo ſinerent eam diem ſine obſeruatione. id eſt expertem celebritatis. Paulo poſt contrarium nomen ſubiungit, ἐπίσημον inſignem ac celebrem, in quo memoria ſingularis alicuius Dei operis & beneficii colitur & celebratur. hic enim eſt verus vſus dierum feſtorum.

38 Quum igitur rerum quæ, &c. τῶν μὲν οὖν κατὰ Νικάνορα χωρησάντων, &c. Quum igitur ea quæ ad Nicanorem ſpectabant [aut, pertinebãt] ita euenerint. aut, huiuſmodi euẽtum habuerint. vel, ita geſta fuerint, vt quidã vertunt: ſed nomen Exitus aut euentus mihi maximè videtur ſignificare tum mentem ſcriptoris, tum Græcam vocem, & ei quod poſtea ſubiungit congruere, ſe velle quoque finem narrandi facere.

In poteſtate fuerit Hebræorum: κρατηθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν Ἑβραίων, poſſeſſa [aut, retenta] fuerit ciuitas ab Hebræis. Hebræi eam tenuerint & incoluerint. 39 Cõmentario congr. εὐθίκτως τῇ συντάξει, conuenienter hiſtoriæ. pro dignitate eius. Ita enim dicitur εὐθίκτως, quaſi directè & accõmodatè ad rem inſtitutã, ab εὖ & θίγω, quòd acuo ſignificat: ſed pro dirigere, & accõmodare, & apparare accipi poteſt.

lui:'ſin exiliter ac tenuiter,'hoc eſt quod aſſequi potui.

Nam vt vinum per ſe bibere, atque item rurſum aquã,'odioſum eſt: vinum autemaqua temperatum,eſt ſuaue,& gratã affert voluptatem:ſic apparatus orationis aures legentium hiſtoriã delectat. Cæterùm hìc finis eſto.

petit,hoc & ipſe velim:ſi autẽ minus dignè,concedendum eſt mihi.

40 Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemperaquam,contrarium eſt:alternis autem vti,delectabile:ita legẽtibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, nõ erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

Sin exiliter ac tenuiter, εἰ δὲ ἁπλῶς καὶ μετρίως, ſi autem exiguè & modicè.vt ipſa orationis tenuitas & ieiunitas dignitati magnitudiníque rerum non reſpondeat. Hoc eſt quod aſſequi potui. τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι. Variè hic locus vertitur:à quibuſdam,attingibile hoc mihi fuit:ab aliis, concedendum hoc mihi fuit: ſed mihi videtur facultatem ingenii ſui ſignificare. quemadmodum ſæpe τὸ ἐφικτὸν ἀντὶ τοῦ δυνατοῦ pro poſſibili aut viribus accipitur:vt ὡς ἐφικτόν ἐστι τοῖς ἀνθρώποις,vt eſt hominum facultas,κατὰ τὸ ἡμῶν ἐφικτὸν pro viribus:& aliæ loquẽdi formæ, quæ facultatem aliquam ſignificant.

40 Odioſum eſt: πολέμιον inimicum.id eſt ingratum,atque iniucundum,moleſtum. Hac ſimilitudine videtur ſe excuſare, quòd temperata orationis varietate lectorem delectare non potuerit,neque illam offenſionem euitare,quæ ex μεταφραστοῦ primi ſcriptoris & huius cõpendii conſequi potuit.ille enim variè atque ornatè res tractauit,ſe coactum eſſe ſequi breuitatem tenuitatémque epitomæ.

NOVVM D. N. IESV
Christi teſtamentum.

Latinè iam olim à Veteri interprete, nunc denuo à Theodoro Beza verſum: cum eiuſdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur.

NOLI ALTVM SAPERE

Oliua Roberti Stephani.
M. D. LVI.

THEODORVS BEZA CHRISTIANIS LECTORIBVS SALVTEM ET PACEM À DOMINO.

QVÀM neceſſe ſit in Eccleſia Dei extare emendatam vtriuſque Teſtamenti Latinam interpretationem,non eſt quod pluribus conemur oſtendere,quum de eo nemo poſſit dubitare quin ſeſe pietati ac religioni Chriſtianæ inimicũ eſſe teſtetur. Dicẽdum eſt igitur mihi potius quæ me cauſa impulerit vt poſt aliorum,ac præſertim Eraſmi,interpretationes,in hoc argumẽto verſarer: deinde etiam paucis eſt explicanda ratio quam in hoc opere abſoluendo ſum ſequutus. Vtrunque verò faciam(vt ſpero)quàm ſimpliciſſimé.Eſt enim(vt inquit ille)ſimplex veritatis oratio. Vulgatæ illius editionis, qua iampridẽ vtimur,quis author fuerit,video inter doctos homines non conſtare. Hoc quidem conſtat,præterquàm quòd plurimis locis à librariis eſt deprauata, ſæpe illam à Græcis diſcedere, ſæpe obſcurè multa interpretari, quædam prætermittere,quædam adiicere:vt minimè mirum ſit,eruditis hominibus nunquam ſatiſfeciſſe,imperitis autem multis magnos errores obieciſſe. Eruditos voco,non eos duntaxat qui præcipuè hoc nomine digni ſunt,quales ſanè perpauci ſemper extiterunt:ſed eos quoque qui vel mediocrem vtriuſque linguæ peritiam ad pietatis cognitionẽ attulerunt. Cæteros autem,quod ad id attinet de quo agimus,nihil moror: quorum tamen duo genera eſſe video. Vnum eorum qui per imperitiã, quòd plæraque errata non modò non intelligunt,ſed ne ſuſpicari quidem poſſunt, idcirco in recepta illa interpretatione acquieſcunt: qui tamen proculdubio meliora amplecterentur ſi quis illa commonſtraret. Alterum eorum qui peruerſo quodam ingenio & ignobili natura præditi,ita in craſſis illis & obſcuris tenebris verſantur vt veritatis lucem ſpõte refugiant. Illi commiſeratione ſanè aliqua digni ſunt:iſti verò planè indigni quorum corruptis & deprauatis iudiciis quiſquam cõmoueatur:quinimò aperti ſunt veritatis hoſtes. mirus enim eſt inter mendacium & ignorantiam,qua iſti tantopere delectantur,conſenſus. Afferunt tamen ipſi aliquid,ne nihil dicere videantur:ſed quod ipſos vel mulierculis deridendos propinet. Maiores noſtri(inquiunt)illa interpretatione fuerunt contẽti. Cedo verò quos maiores appellatis? Nam Auguſtinum,Ambroſium,Hilarium,vllum denique ſcriptorem eruditum eſſe nego,qui nõ ab illa ſæpenumero diſceſſerit. Id ſi pernegatis, ipſorum libros vobis iudices fero. Ad Hieronymum autẽ quod attinet, ſi Vetus illa editio tam erat emendata quàm vos eſſe vultis, cur Damaſci Romani epiſcopi hortatu, idem in illa tentauit quod olim Origenes in Veteris teſtamenti Græca interpretatione? Nam quòd iſtam de qua agimus,Hieronymo tribuitis,cum ſumma illius infamia coniunctum eſſe res ipſa clamat:quia ſi ita eſt,certè neceſſe eſt fateamur Hieronymũ plurima,eáque manifeſta errata non animaduertiſſe. Denique quũ(vt olim idem cõquerebatur)tot penè ſint huius editionis exẽplaria quot ſunt codices,primum omnium oportuit decidere quænam illa ſit cæteris anteponẽda. Veritas certè quanuis vetuſtior ſit mendacio,tamen non perinde vt vinũ probatur vetuſtate:quod iſtis in mentẽ venire debuerat,quibus nihil ferè præter vinũ ſapit. Sed agè iſtos ſinamus. Quũ igitur in illa Vulgata editione(quã tamẽ ego maxima ex parte amplector,& cæteris omnibus antepono) permulta requirantur, laudãdus eſt profectò eorũ labor qui illã emendare ſtuduerũt. Ex illis autẽ alii,vt omnẽ nouitatis ſuſpicionem effugerent,ex collatione antiquiſſimorũ codicũ conati ſunt quæ luxata videbãtur reſtituere: alii, Hieronymi exemplũ & pontificũ decreta,ipſámque adeò rationẽ ſequuti,ad Græcorũ vſque fontes recurrerunt. Nã de Nouo teſtamento hîc à nobis quæritur. In vtriſque nonnulla probo, quædam reprehendo. Illos in eo laudo,quòd antiquitati tantũ honorẽ habuerint: in eo vitupero, quòd dũ à Latinorũ codicũ veſtigiis nunquam volunt diſcedere, ſæpenumero errata erratis cumularunt. Iſtorũ verò conſilium,eruditionẽ,diligentiam ſicut non poſſum non vehemẽter approbare,ita quædã(quod eorum pace dixerim)in ipſis deſidero. Nam vt in genere de õnibus loquar, quũ in ipſis Græcis codicibus maxima ſit interdũ varietas,videntur omnes vel ſatis multis exemplaribus non fuiſſe inſtructi,vel nõ ſatis de hac annotãda varietate ſolliciti, quũ cæteris neglectis,ea plerunque annotarint quæ ipſi probarunt,quũ ſingula potius annotare oportuerit,vt ſuum cuique iudicium relinqueretur. id ergo ab illis factum eſſe vehementer cuperẽ. In ſingulis autẽ quid requirã,ac præſertim in Eraſmo,qui ſuperiores õnes magno poſt ſe interuallo reliquit,malo

Eraſmus.

ex noſtrarũ annotationum collatione intelligi, quàm ipſe ſigillatim explicare: nequis, quod veritatis ſtudio dictum ſit, vel ab inuidia, vel ab obtrectandi ſtudio profectum putet: pauca tamen commemorabo quæ ad conſilii noſtri explicationem pertinent. Veterem interpretem Eraſmus meritò in eo reprehendit, quòd vnum idémque vocabulũ ſæpe diuerſis modis explicet. Atqui in eo ipſo quoties peccat? Leuiculum hoc eſt, dices. Ego verò aliter cenſeo, in his quidem libris in quibus ſæpe videas mirifica quædam arcana vnius vocabuli tanquã inuolucris tegi: vt quo propius abeſt à Græcis & Hebræis Latina interpretatio, eo mihi quidem magis probãda videatur: ita tamen vt ſimplicitate illa ſermonis cõtenta, quæ in his Spiritus ſancti oraculis planè Diuina eſt & admirabilis, aſperum illud & horridum ſcribendi genus vitet. Deinde quàm immeritò multis locis Veterem interpretem reprehendit, tanquam à Græcis diſſentientem? Diſſentiebat, fateor, ab iis exemplaribus quæ ille nactus erat: ſed nõ vno loco cõperimus aliorum codicũ, & quidem vetuſtiſſimorum, authoritate eam interpretationẽ niti quam ille reprehendit. Quinetiã aliquot locis animaduertimus, Veteris interpretis lectionẽ, quanuis cum noſtris Græcis exẽplaribus non cõueniat interdũ, tamen multo melius quadrare, nempe quòd emendatius aliquod exemplar ſequutus eſſe videatur. Præterea quiſquis ex veterũ ſcriptis, aut Græcis, aut Latinis iſta emendãda ſuſceperit, niſi admodũ attentè & conſideratè id faciat, omnia certè corruperit potius quàm emendarit. Neque enim illos exiſtimandũ eſt, quoties locũ aliquẽ citarent, vel libros inſpexiſſe, vel ſingula verba numeraſſe. Fuiſſet enim hoc infiniti penè laboris, nec (vt ego quidem arbitror) prorſus neceſſarii: quũ ne ipſi quidẽ Apoſtoli, vel cũ Hebræa veritate, vel cũ Græca interpretatione ſẽper cõſentiãt, vt qui de ſentẽtia potius ipſa quàm de ſyllabis laborẽt. Itaque ſicut Eraſmi ſtudiũ ac diligentiã in eo magnopere laudo, quòd veterũ ſcripta tam diligẽter euoluerit: ita cogor, quod ad ipſam locorum collationẽ attinet, nõnullam in eo maiorem attentionẽ deſiderare. Sed & illud fateor videre me nõ poſſe, cur quod vno loco cõprobauit, alio reiiciat: quòd alibi mutauit, alibi retineat. quod tamẽ poterat librariorum culpæ tribui, niſi id eſſet infinitis penè locis commiſſum. Nam quòd interdum in ipſa interpretatione occurrũt quæ in annotationibus non probantur, in eo culpa eſt manifeſta typographi, alioqui diligentiſſimi, qui cõuerſionem ipſam non ſatis diligẽter cũ annotationibus cõparandã curauit. Denique vt ſunt varii hominũ ſenſus, partim eorũ rationibus adductus qui hoc noſtro fœlici & erudito ſeculo Theologiã ſanctiſſimè & eruditiſſimè explicarũt, partim etiã meũ iudiciũ ſequutꝰ, nõnulla mihi animaduertiſſe videor ab eo præterita, quæ mutãda exiſtimarẽ: nonnulla rurſus mutata, quæ relinquẽda potius fuiſſe viderẽtur. Quid igitur? Nempe vt de noſtro tandẽ inſtituto aliquid dicã, ſi is eſſet omniũ, ac præſertim Regum & Principum, animus qui eſſe debebat, nihil haberent antiquius quàm vt primo quoque tempore doctiſſimos quoſque homines vndique cogerent, ex quorum conſenſione & authoritate, vtriuſque Teſtamenti interpretatio ſemel ederetur, cuius quoad eius fieri poſſet, ſacra & inuiolata eſſet authoritas. Neque enim ab vno aliquo, quantumuis pio ac docto, tantum opus rite abſolui poſſe videtur. Sed plerique Principes aliud habẽt, ſcilicet, quod agãt: & ea quoque eſt in pleriſque doctis alioquin hominibus ambitio, ea φιλαυτία, is pruritus, vt multo malint ab optimis diſcedere, quàm videri nihil ipſi dixiſſe aut ſcripſiſſe. Ea quoque typographorũ quorundam auaritia & impietas, in iis etiam locis in quibus Euangeliũ publicè docetur, vt dum lucrum captant, nihil tam ſit ineptum, tam ridiculũ, tam impium, quod Eccleſiæ Dei non obtrudant: ſcelerati certè homines, ac planè digni qui communi omnium Principum authoritate ſeuerè coerceantur. Quum igitur tantum abſit vt in eo quod eſt in primis neceſſarium, à pleriſque laboretur, vt contrà quiduis cuiuis licere multi contendant: nonnullam certè laudem merentur qui in iſta ſeneſcentis mundi corruptione Rempublicam Chriſtianam pro virili iuuant, ſuáque omnia ſtudia in rem iſtam omnium longè vtiliſſimam ac maximè neceſſariam cõferunt. In iis autem etſi, Dei beneficio, poſſum nomen ipſe meum profiteri, tamen vt dicã quod res eſt, nunquam eò progreſſus eſſem, vt in hoc argumenti genere quicquam ſcriberem quod publicè appareret, niſi me optimorum ac doctiſſimorum hominum authoritas in hanc velut arenam inuitum ac reluctantem pertraxiſſet. Nam, Dei gratia, ſatis intelligo quàm parum ſim inſtructus earum rerum cognitione quæ ad hoc perficiendum requiruntur: & aliorum exemplo didici quàm facilè in omnium reprehenſionem hoc ſcribendi genus incurrat: in quo ſcilicet, ſiquid noui afferas, cæteros reprehendere: ſin verò ab aliis dicta commemores, actum agere videaris. Sed quũ me partim Robertus Stephanus noſter, homo iuuandæ Eccleſiæ Dei natus, incitaret: partim verò alii permulti non deſinerent tum vt tardum & cunctantem accuſare, tum etiam reprehendere, quòd donum Dei in me(vt ipſi dicebant)collatum,tam diu ſepultum iacêre ſinerem:tandẽ conſtitui,illorum iudicia à me diutius contemni non poſſe,quin pro modeſtiæ & conſtantiæ laude in arrogantiæ & pertinaciæ crimen inciderem.Parui igitur illorum conſiliis,præſertim eximii illius ſerui Dei,ac optimi mei in Chriſto parentis Iohannis Caluini authoritate adductus,qui quũ hæc noſtra,pro ſingulari ſua in Eccleſiam Dei pietate,non modò legiſſet,ſed etiam expendiſſet, ſpem mihi certam fecit,fore vt ſi nihil aliud proficerem, ſaltẽ exemplo meo,veluti claſſico quodam,ad hoc ſuſcipiendum ac perficiendum opus alios,ſiqui idonei & voluntarii ſimul erunt,excitarem. Studui autem in primis, vt non modò à Græcis,ſed etiam à recepta iam olim editione quàm minimùm deflecterem. Verborũ proprietatẽ adeò ſtudioſè ſum ſectatus,vt etiam à ſynonymis,quoad eius fieri potuit,libens abſtinuerim. Singula Græca vocabula eodem vbique modo exprimere ſum conatus,niſi quũ diuerſa fuit ſignificatio, aut peculiaris aliqua ratio incidit: quã & ipſam breuiter annotaui.Hebraiſmos tum in ſingulis dictionibus,tum in ſenſibus integris plurimos obſeruaui,partim doctiſſimorũ hominum cõmentariis,partim quorundã amicorũ & collegarum meorũ,ac præſertim Antonii Ceuallerii(hominis nõ vulgari doctrina & ſingulari quodam iudicio præditi)diligentia,opera ac eruditione ſummopere adiutus. In ipſis porrò Hebraiſmis Latinè exprimendis aliquoties malui non ſummam habere Latinitatis rationem,quàm temere(vt quidam nuper fecit)quicquam audere. Videtur enim Hebræus ille ſermo,præſertim in iis quæ ad religionis myſteria pertinẽt,plurima neſcio quo modo ἐμφατικώτατα ac Diuinè prorſus exprimere,quæ nullo alio idiomate ſatis fœliciter poſſis declarare. Quòd ſi Græcè loquẽs Spiritus ſanctus ab iſtiuſmodi Hebraiſmis non abſtinuit,& doctiſſimi quoque Græcorũ interpretes, illos adeò non reiecerunt, vt illis etiam tanquã gemmis quibuſdam ſcripta ſua exornarint : non eſt(opinor)cur hoc meum ſtudiũ quiſpiam reprehẽdat. Deinde quũ in illis explicãdis non ſemper cõueniat inter doctiſſimos etiam ſcriptores, ſatius eſſe exiſtimaui,integra omnia interdũ relinquere,quàm cõmittere vt allata vna interpretatione,alias omnes viderer reieciſſe.Neque tamẽ nobis religio fuit,in annotationibus illuſtrare quæ obſcurius dicta videbãtur:& quid potiſſimũ ſequeremur,paucis indicare. In ipſis autẽ annotationibus ſtudui vt nihil prorſus appareret ad oſtẽtationem cõpoſitum, quũ alioquin multæ ſeſe liberius exultãdi occaſiones offerrẽt. Itaque verborũ ſimplici interpretatione cõtentus,addidi exẽpla ex profanis authoribus petita,non quoties licuit, ſed quoties(meo iudicio)ita neceſſe fuit.Res ipſas tum demũ attigi quum viſa eſt ſentẽtiæ expoſitio cum ipſa vocabulorũ interpretatione coniungẽda: in cæteris memini quid in hoc opere mihi eſſet propoſitũ. Neminẽ acerbius reprehẽdi,præter vnũ ex veteribus Origenem: quem quidẽ tantum abeſt vt cum Eraſmo veteribus omnibus anteponã,vt cõtrà liberè profitear, nullũ mihi magis impurũ ſcriptorẽ videri.Ex recẽtioribus verò nouum illum interpretẽ(de quo paulo antè dixi)aliquot locis pupugi,quòd intolerandã ipſius audaciam arbitrarer.In his autem omnibus concinnandis,cum Vallæ,Stapulenſis,Eraſmi annotationibus, etiam veterum & recentiorum ſcripta diligenter contuli:à quibus ita me adiutum eſſe libens agnoſco, vt apertè profitear,ſi illa excipias quæ ab iis ſum mutuatus,reliqua non ita multis paginis poſſe comprehendi. quãquam ne his quidẽ aut illis ita fui addictus,vt meum iudicium aliquoties non ſim ſequutus. 25. Ad hæc omnia acceſſit exemplar ex Stephani noſtri bibliotheca cũ vigintiquinque plus minus manu ſcriptis codicibus,& omnibus penè impreſſis diligentiſſimè collatũ: quæ res vna præ cæteris magnopere me in pleriſque ſubleuauit,quum interdum viderem,quæ alioqui ſola interpretum coniectura nitebantur,alicuius codicis authoritate confirmata: interdum autem ex veteris lectionis veſtigiis aditus ad cognoſcendam veritatem nobis patefieret: in quo tamen hunc modum tenuimus,vt admonitione contenti, ex ingenio aut ſimplici cõiectura ne apicem quidem mutaremus. Habes igitur Chriſtiane lector,omnem cõſilii noſtri rationem,id eſt quicquid non tam præſtiti,quàm præſtare ſum conatus. eſt enim hæc dũtaxat tanquã futuri operis craſſa quædam & rudis informatio. Tuum erit noſtris conatibus ita fauere , vt eorum in quibus erraſſe me cognoueris(errata enim in his eſſe permulta ſanè credo) candidè me & amicè admoneas: ſiquid autem rectè à nobis ſcriptum deprehẽderis,eius laudem omnem ad eum pertinere memineris, cuius gloriæ ac maieſtati totus hic noſter labor eſt conſecratus.

Seb. Castalion

Theologi linguã
introdu[illegible] p Hebrai-
[illegible] [illegible]
[illegible]

LAVSANNAE, M. D. LVI.

Sanctum IESV Christi Euangelium ſecundum Matthæum. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Euangelium Εὐαγγέλιον. Ita Græci bonum & fœlicem nũtium vocant, Hebræi בשורה. Græcam autem vocem retinui, quia mihi religio eſt diſcedere à verbis, Eccleſiæ Dei familiaribus. Sed ſciendum eſt, hoc vocabulum quum Græcis ſignificet quemuis bonum & optatum nuntium, non tantùm tranſlatũ eſſe ad eam notandam doctrinam quæ nobis ſalutem annuntiat per Chriſtum partã, ſed etiam propriè & peculiariter quatuor illis libris inſcriptum, quibus Chriſti exhibiti & manifeſtati hiſtoria continetur. Secundũ Matthæum κατὰ Ματθαῖον, id eſt vt ſcriptum & traditum eſt à Matthæo. Nuper quidam cõuertit, Authore Matthæo: quod mihi duriuſculum videtur. Magis enim, vt opinor, propriè loquetur qui Deum huius Euangelii authorem vocabit, ſcriptorem Matthæum.

VETVS.

Cap.I.

Luc.3.e.24 LIber generationis IESV Chriſti filii Dauid, fili Abraham.

Gen.21.a.2 Gen.25.d.24 Gen.29.d.35 Abrahã genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius.

Gen.38.g.17 1.Para.2.a.5 ruth 4.d.18 Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.

Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.

Salmon autẽ genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

1.Reg.16.a.1, & 17.b.12 2.Reg.12.f.24 Ieſſe autem genuit Dauid regem. Dauid autẽ Rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ. B

3.Reg.11.g.43 1.par.3.b.10 Salomõ autem genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiam. Abia autem genuit Aſa.

Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

2.Reg.20.d.21, & 21.d.18 1.par.3.b.31 Ezecias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autẽ genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.

4.Reg.23.g.34, & 24.a.1 1.par.36.a.4 Ioſias autẽ genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.

4.Reg.24.b.6 2.Par.36.b.9 1.Par.3.c.16 1.eſd.3.a.2, & 5.a.2 Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

Zorobabel autem genit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autẽ genuit Eliud.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.

Cap.I.

1 L″Iber ′generationis IESV Chriſti ′filii Dauid, ′filii Abraham. Quòd Ieſus ſit Meſſias ille promiſſus ſaluator Patribus.

2 Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

3 Iudas autem genuit Phares & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.

4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.

5 Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

6 Ieſſe autem genuit Dauid regem. Dauid autem Rex genuit Solomonem ″ex ea quæ *fuerat uxor* Vriæ.

7 Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.

8 Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam.

9 Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

10 Ezecias autem genuit Manaſſe. Manaſſes autẽ genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.

11 Ioſias autem ″genuit Iacim. Iacim autem genuit Iechoniam & fratres eius ″in deportatione Babylonica.

12 Poſt verò deportationem Babylonicã, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14 Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud.

15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mattham.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Liber βίβλος, id eſt recenſio, Hebræorum idiotiſmo, vt Geneſ.5.a.1, ספר תולדת. Subauditur autem Hic eſt, vel aliquid eiuſmodi: vt ſit hic titulus, non totius hiſtoriæ, ſed ſequentis genealogiæ. nam etiam hoc totum βίβλος γενέσεως nihil aliud quàm genealogiam declarat. Cicero eodem modo libellum nominum dixit. Generationis γενέσεως, id eſt maiorum ex quibus ortus eſt Chriſtus. Vocabulũ autem generationis retinui, partim quòd Chriſtianorum aures illi ſint aſſuetæ, partim etiam quòd optime videatur Chriſti ἐνσάρκωσιν exprimere. Filii Dauid, υἱοῦ Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorum appellatione, ſicut etiã apud Latinos Poetas, nepotum vocabulo, poſteros omnes intelligi: quæ res fecit vt nonnulli tum hoc tum aliis locis maluerint dicere, Dauide prognatũ. Sed ego illud malui, quia (niſi fallor) ſiquis diligenter expendat promiſſionum formulam ad quas reſpexit Matthæus, intelliget Dominum diſertè polliceri Abrahamo & Dauidi, fore vt nõ tam ex ipſorum poſteritate, quàm ex illis ipſis, beatum illud ſemen exoriretur. Neque temere factum eſt vt Chriſtus peculiariter vocetur filius Abrahami & Dauidis: quaſi ex illis qui interceſſerunt, non tam fuerit oriundus, quàm verus & proximus illorũ filius promiſſionis ex fidei virtute. Filii Abraham υἱοῦ Ἀβραάμ. Quãuis hæc poſſint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamẽ vtrũque ad Chriſtũ referre, vt idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur. 6 Ex ea quæ *fuerat uxor* Vriæ. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Vulgata, ex ea quæ fuit Vriæ: quod rectè emendauit Eraſmus, vt eclipſi Græcis familiari non modò ſubaudiatur γυναικὸς, ſed & participium aoriſti ſecundi γενομένης addatur: ne videatur Solomon natus ex adulterio. 11 Genuit Iacim. Iacim autem genuit Iechoniam ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ. Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν. Sic ex vetuſto codice reſtituit Robertus Stephanus, de cuius diligentia & religione in Sacris libris excudendis, apud omnes doctos & pios homines cõſtare puto. Sed & ea quæ paulo pòſt ſequitur, genealogiæ diſtributio in tres τεσσαρεσκαιδεκάδας, ita legendum eſſe cõuincit. In deportatione Babylonica: ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Vulgata, in tranſmigratione Babylonis. Eraſmus, in exilio Babylonico, & paulo pòſt, verſu 16, demigratione Babylonica: perinde acſi φυγὴ & μετοικεσία idem valerent, quod minimè puto. Videtur enim φυγὴ propriè eorum eſſe qui exilii cauſa ſolum vertunt: μετοικεῖν autem dicuntur (ſicut Budæus annotat) non tantùm qui ſedes ſponte mutant, ſed etiam qui deportantur: quod poſterius ſignificare voluit Euangeliſta. Ariſtoteles οἰκονομικῶν β, de Cleomene Alexandrino loquens, à quo ſunt Canobitæ deportati, αὐτοὺς, inquit, μετῴκισεν. Vnde Metœci dicti, de quibus agitur in l. Certa. C. de Iure fiſci, lib. x. Sic apud Hebræos differre videntur גולה id eſt μετοικεσία, & נגור id eſt φυγή.

Mattham autem genuit Iacob.
Iacob autem genuit Ioſeph maritum Mariæ,ex qua "genitus eſt 16
IESVS ille"qui dicitur"Chriſtus.
"Vniuerſæ igitur progenies ab Abraham vſque ad Dauid, proge 17
nies quatuordecim : & à Dauid vſque ad deportationem Babylo-
nicam, progenies quatuordecim: & à deportatione Babylonica
vſque ad Chriſtum,progenies quatuordecim.

Chriſti Natiuitas

IESV verò Chriſti"natiuitas"ita fuit."Enimuero quum mater e- 18
ius Maria dſeponſa eſſet Ioſeph,"priuſquam ipſi cõueniſſent,inuē
ta eſt"vterum ferre"è Spiritu ſancto.
Porrò Ioſeph vir eius "quũ eſſet iuſtus, & nollet eam"traducere, 19
voluit clàm"dimittere eam.
Hæc autem ipſo"cogitante,"ecce angelus Domini "in ſomniis 20
apparuit ei,dicens,Ioſeph fili Dauid,"ne timueris"accipere Mariā

Mathan autem genuit Iacob.
16 Iacob autem genuit Ioſeph virum C
Mariæ,de qua natus eſt IESVS,qui
vocatur Chriſtus.
17 Omnes itaque generatiões ab A-
brahā vſque ad Dauid,generationes
quatuordecim : & à Dauid vſque ad
tranſmigrationem Babylonis,gene-
rationes quatuordecim: & à tranſmi
gratione Babylonis vſque ad Chri-
ſtum,generationes quatuordecim.
18 Chriſti autem generatio ſic erat:
Quũ eſſet deſponſata mater eius Ma Luc.1.e.27
ria Ioſeph,antequā conuenirent,in-
uenta eſt in vtero habens de Spiritu
ſancto.
19 Ioſeph autem vir eius quũ eſſet iu-
ſtus, & nollet eam traducere: voluit Deut.24.a.1
occultè dimittere eam.
20 Hæc autem eo cogitāte,ecce ange D
lus Domini apparuit in ſomnis ei,di
cēs, Ioſeph fili Dauid,noli timere ac
cipere Mariam

16 Genitus eſt ἐγεννήθη. Vulgata,natus,quod idē valet.Idē enim Lucas 2.b.11,de Chriſto loquēs,ἐτέχθη ὑμῖν σωτὴρ,inquit,quũ cap.1,verſu 57, de Eliſabetha dixiſſet ἐγέννησεν υἱόν.Sed & apud latinos Genitus & Natus permutātur.Prætuli tamen hoc quidem loco Eraſmi verſionem,ne vnum verbum pluribus modis.nulla neceſſitate coactus interpretarer:quod vitare cōſtitui quoad eius fieri poterit. Capite quidem ſecundo,quo dilucidior ſit ſenſus,vertemus Natū,quia expreſſa natalis loci illic fiet mētio:& forma loquēdi fortaſſis eſſet durior ſi illic ponerē Genitus. Qui dicitur ὁ λεγόμενος. Vulgata,qui vocatur,id eſt ὁ καλούμενος Chriſtus χριστὸς.Hebraicè משיח,id eſt vnctus:eſt enim verè Rex,Sacerdos,& Propheta.Latini Græcam vocem integram ſeruare maluerunt quàm vnctum,aut delibutum vocare.

17 Vniuerſæ igitur progenies πᾶσαι οὖν αἱ γενεαί. Hoc demum eſt quod Hebræi vocant תולדות,paſſiuè quidem acceptum pro iis qui gignũtur.Generationis autem nomen vel generis,hoc loco mihi videtur perobſcurum:quāuis animaduerterim Herodotum in Clio, πέμπτον γένος dixiſſe,quum de abnepotis filio ageret.Certè Vulgatus ipſe interpres progeniem conuertit,Lucæ 1.e.50.

18 Natiuitas ἡ γέννησις. Vulgata,generatio:quod huic quidem loco nō videtur conuenire,quum generandi verbum vix(vt opinor)poſſit ad partum accōmodari,ſed ad cóceptum tantùm pertineat.Latius ergo patet Gignere:ſed quũ verbali nomine careat,coacti ſumus ſynonymũ quærere,quod & ipſum alibi quàm apud Vlpianum non memini legere.Natiuitatem tamen maluimus dicere quàm ortum, nequis cum Serueto illo impio exiſtimet, Filium Dei tum demum extitiſſe re ipſa à Patre diſtinctum quum ex Virgine natus eſſet. Quanuis conſtet,hoc loco de humana Chriſti natura inſtitutam eſſe narrationē. Ita fuit. οὕτως ἦν. Verbum ἦν poſitum eſt in aoriſto ſecūdo,ſicut infrà, 2.c.15, & 12.d.44, & Marci 11.d.32. Quanuis etiam non negem poni pro ἐστὶ:ſed huic loco magis videtur præteritũ conuenire.Eraſmus conuertit,ſic habet,id eſt οὕτως ἔχει. Terent.Adelph.Nam ita eſt homo. Enimuerò quum mater eius Maria eſſet deſponſa Ioſeph, Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ,Id eſt ſponſione promiſſa.Neque enim adhuc in eandem domum conuenerant,quod exiſtimat Chryſoſtomus.Cōſtat certè τὸ μνηστεύεσθαι & γαμεῖν apud Græcos ſicut apud Hebræos ארש: & illud quod ipſi per periphraſim dicūt לקח אשה, non minus inter ſe differre quàm apud Latinos ſponſalia à nuptiis:quod vel hic vnus Terentii verſus indicat, Placuit,deſpondi, nuptiis hic dictus eſt dies . Et hanc quoque Iudæis conſuetudinē fuiſſe,vt inter ſponſalia & nuptias tempus aliquod intercederet,conſtare poteſt ex Deuteronomii capite 21.c.12.Porrò particulam γὰρ ab aliis omiſſam,ſum interpretatus per Enimuero,quia ſcilicet hoc loco non eſt cauſalis,ſed expletiua,qualis hæc eſſe videtur apud Latinos.

Priuſquam ipſi conueniſſent, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, Id eſt priuſquam domum duxiſſet. ſiue,ante nuptias. Eraſmus, priuſquam congreſſi fuiſſent,eos nimirum ſequutus qui hoc exponunt de mariti cum vxore congreſſu:quaſi iam antea Maria fuerit Ioſephi vxor,à qua tamen abſtinuerit,nimirũ ex virginitatis voto. Qua in re exiſtimo pleroſque veteres planè hallucinari: & tamen hoc videtur vnus penè Gerſon animaduertiſſe,quem immeritò flagellat Eraſmus hoc nomine,infrà Luc.1.f.59. Vterũ ferre ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulgata,in vtero habens.Eraſmus, grauida,id eſt ἔγκυος. Ad verbũ,in vētre habēs:quod dicēdi genus propriũ eſt Græcis Medicis,præſertim Hippocrati:cuius loco appoſui quod proximè viſum eſt accedere. E Spiritu ſancto.ἐκ πνεύματος ἁγίου. Vulgata,de Spiritu ſancto.Quāuis autem DE pro E,interdum ponatur,tamen hoc loco minimè neceſſe fuit hanc enallagen accerſere,quod annotauit Eraſmus.Cæterũ iſta narrantur προληπτικῶς,id eſt per anticipationem: quanuis aliter cenſet Theophylactus.Nam alioquin minimè oportuiſſet Ioſephũ in ſomnis admoneri eius rei quā ſatis antea intelligeret.

19 Quùm eſſet ὢν Eraſmus,quia erat.Ad verbum,exiſtens.Vulgatus interpres & Latinè loquutus eſt,& Græcorum participium eleganter expreſſit. Traducere, παραδειγματίσαι,Id eſt probrũ inferre,& crimine ipſius diuulgato,ipſam afficere ignominia.Eraſmus,infamare. Nā παραδειγματίζειν(ni fallor)ſemper legitur in vitio poſitum,idémque valet quod φανερὸν καθιστάναι,vt loquitur Plutarchus in Problematibus Græcorum,agens de pœna adulterii.id eſt ſpectandum omnibus proponere,ad ignominiam ſcilicet:quod Auguſtinus Epiſtola 59,vertit exemplare: orta eius verbi ſignificatione ab earum gentium conſuetudine quæ certorum criminum reos, ſicut adulteras mulieres in Creta inſula,& captiuos hoſtium duces Romæ,ignominiæ cauſa,per mediam vrbem ſpectandos & deridendos traducere ſolebant.Inde igitur puto factũ vt traducere apud Latinos,& παραδειγματίζειν apud Græcos,ad ōne publicæ infamiæ genus ſit tranſlatũ.Sic enim vſurpat Plutarchus libro περὶ πολυπραγμοσύνης, vbi de Archilocho loquitur: & ita etiam ad Hebræos 6.b.6,exponendum puto. Sic Demoſthenes quoque κατὰ Τιμοκράτους dixit παράδειγμα ποιῆσαι τοῦτον, id eſt facere vt iſte ſit aliis exemplo. Vltimũ tamē ſuppliciũ hoc certè loco credo intelligi non oportere.Nam ſi grauidam eſſe Mariam Ioſephus exiſtimabat ex adultero, ſicut cēſet Auguſtinus Epiſto.54,ad Macedoniũ,obſecro quæ hæc fuit mariti probitas,adulterium vxoris diſſimulare,& totum Iſraelem iræ Dei obnoxium reddere?Erat enim huic ſcilicet publico crimini capitalis pœna conſtituta,& disertè iubebatur Iſrael hoc malum tollere è medio ſui:Deuteron.22.e.21.Sin autem Mariæ ſanctimonia faciebat vt nihil certi poſſet Ioſephus conſtituere,cur non differebat nuptias,vel(vt erat homo probus)aliud quoduis conſilium non capiebat,potius quàm ad extremum remedium veniret?Itaque Ioſephus(vt arbitror)ſi adulterii ream fuiſſet ſuſpicatus, hoc crimen non fuit diſſimulaturus. Verum etiamſi temporis interuallum tantum interceſſiſſet,vt ſuſpicari poſſet,poſt deſponſionem fuiſſe ab alio grauidatam:tamen quum ſciret fieri quoque poſſe vt ante deſponſionem grauida eſſet facta,maluit nimirum(vt boni viri ſolent)omnia in meliorem partem accipere,& proinde grauidam indicare ἀπὸ πορνείας potius quàm ἀπὸ μοιχείας,quo modo loquitur Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone habito.Id autem ſi contigiſſet,id eſt ſi ante ſponſalia rem habuiſſet cum alio,Mariam ducere vxorem eum oportebat(ſicut canit Moſes)ex parētum conſenſu, à quo vitium fuiſſet ipſi oblatum ante deſponſionem:quod tamē ſine Mariæ dedecore fieri non potuiſſet ſi de illius fraude conqueſtus fuiſſet Ioſeph.Itaque noluit(vt erat vir inſigni probitate)vel vxorē alienam retinere,vel iniuriam ſuam ſummo iure perſequi cum Mariæ dedecore:ſed clàm potius & cauſa nulla expoſita,ſponſione & fide data,illam abſoluere ac liberare. Dimittere eam. ἀπολῦσαι αὐτήν. Eraſmus,ab ea diuertere.Docet Modeſtinus iuriſconſultus,Diuortium, inter virum & vxorem fieri: Repudium verò ſpōſæ remitti.Erat autem hoc tempore Maria deſponſa tantùm,non nupta. proprium ergo fuit repudiandi vocabulum,ſed malui Vulgatam verſionem retinere,quanuis potius reſpondeat τῷ ἀφιέναι, quòd appareat Euangeliſtas, atque etiam Paulum in re duriſſima quæſiuiſſe molliſſimum aliquod vocabulum,ideóque libentius dicere ſolitos ἀπολύειν vel ἀφιέναι,quàm μεταπέμπεσθαι,vel ἐκβάλλειν,quæ propria quidem ſunt,ſed duriora.

20 Cogitante, ἐνθυμηθέντος. Eraſm. quum in animo verſaret: eodē ſenſu, ſed periphraſi(ni fallor) non adeò neceſſaria. Poterat autem etiam hoc conuerti, Quũ cogitaſſet,ſeruata aoriſti ſignificatione. Ecce ἰδοὺ Hebræis הנה,qua particula ſingulis penè verſibus vtuntur.Interdũ tamē ipſius vis eſt,vt lectorē præparet ad aliquid inſigne & mirificũ audiendũ. In ſomniis κατ' ὄναρ Id eſt nocturna viſione.Nā κατ' ſæpe idē valet quod In,vel Per. Vulgata & Eraſ.in ſomnis,maluerũt interpretari,quaſi ſcriptũ ſit ἐνύπνιον. Atqui ὕπνος & ὄνειρος ſiue ὄναρ inter ſe differunt non minus quàm ſomnus à ſomnio: quod indicat hic Homeri verſiculus Iliad.β,θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Ne timueris μὴ φοβηθῇς. Vulgata,noli timere:quo modo vbique ferè conuertere ſolet, prohibendi particulā.Eraſm.ne metuas.Hæc autem indicat timore Dei adductu

Ioſephum cogitaſſe de ſponſa repudianda,nempe(vt antè dixi)quòd alii viro obnoxiam arbitraretur. Accipere παραλαβεῖν traditã ſcilicet tibi à parentibus vel cognatis. Nam ſeruari hic debet vis præpoſitionis παρὰ,quam ſatis probat vniuerſa Demoſthenis oratio περὶ τοῦ ἁλοννήσου, in quã diſputatur de his duobus vocabulis λαμβάνειν & ἀπολαμβάνειν.Eraſmus eorum ſequutus opinionẽ qui virginitatis votũ hic ſomniant,cõuertit adiungere:perinde acſi ſcriptum eſſet προσλαβεῖν,atque interpretatur adiungere in conſuetudinẽ vitæ.Iam enim,inquit,acceperat, ſed diuortium meditabatur . quam interpretationem neque veram,neque veriſimilem eſſe opinor.

	vxorem tuam . quod enim in ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt.		″*pro* vxore tua. nam quod in ea″genitum eſt,″ex Spiritu ſancto eſt.	
Luc.1.c.38 Act.4.b.11	Pariet autem filium,‖&vocabis nomen eius IESVM.ipſe enim ‖ſaluũ faciet populũ ſuum à peccatis eorũ.	21	Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipſe enim ″ſeruabit populum ſuum à peccatis″ipſius.	
	(Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem,	22	(Porrò totum hoc factum eſt vt″impleretur quod dictum eſt à Domino″per Prophetam dicentem,	
Eſa.7.c.14	‖Ecce virgo in vtero habebit,& pariet filium : & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.)	23	Ecce″virgo quædam vterum feret,& pariet filiũ,″& vocabis nomen eius Emmanuel: ″quod eſt,ſi interpreteris, Nobiſcũ Deus.)	
	Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus Domini,& accepit coniugem ſuam.	24	″Experrectus autem Ioſeph à ſomno, fecit vt ″iniunxerat ei angelus Domini,& accepit vxorem ſuam.	
	Et nõ cognoſcebat eam donec peperit Filium ſuum primogenitum:& vocauit nomen eius IESVM.	25	Et nõ cognouit eam ″vſquequo peperiſſet ″Filiũ illum ſuũ primogenitum:″vocauítque nomen eius IESVM.	
	Cap.II.		Cap.II.	
Luc.2.a.6	QVum ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehẽ Iudææ, in diebus Herodis Regis,ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam,	1	QVum″ergo″natus eſſet Ieſus″in *ea* Bethleem″*quæ eſt* Iudææ,″in diebus Herodis Regis, ecce″Magi ab Oriente ″aduenerunt Hieroſolyma,	Magi primitiæ Gentium,Chriſtum adorant.
	Dicẽtes, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ? vidimus enim ſtellã eius in Oriente, & venimus adorare eum.	2	″Dicẽtes,″Vbi eſt ille Rex Iudæorum,qui natus eſt? vidimus enim eius ſtellam in Oriente,& venimus vt adoremus eum.	

Pro vxore tua: τὴν γυναῖκά σου: Ad verbũ,vxorem tuam.Nos autem,quia hoc dicendi genus nonnulli ſua interpretatione reddiderunt ambiguum,perſpicuitati ſtuduimus.Fallũtur enim qui hæc verba ſic accipiunt quaſi iam antè vxor eſſet,ſed ab ea abſtineret: quum hoc dicẽdi genere nihil ſit frequentius tũ Græcis,tum Latinis,vt παραλαμβάνειν γυναῖκα planè hoc ſit quod Hebræi לקח אשה:Latini dicunt,accipere vxorẽ.i.ducere in matrimonium,ſicut Ariſtoteles Ethic.3,dixit παραλαμβάνειν συμβούλους adhibere cõſiliarios.i.in conſiliũ.Mariam autẽ nondum duxerat Ioſeph, ſed tantùm deſponderat. Genitũ eſt γεννηθέν.Hic propriè accipitur τὸ γεννᾶσθαι,quũ ſuprà poſitum ſit ἀντὶ τοῦ τίκτειν. Ex Spiritu ſancto. ἐκ πνεύματος ἁγίου. Vulgata,de Spiritu ſancto.Eraſ.à Spiritu ſancto:& ſanè conſtat ſæpe has præpoſitiones permutari: malui tamen ἐκ præpoſitionẽ retinere. quanquam ſiquis veretur ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere videatur qui corpus Chriſti ſpirituale faciunt,tanquam ἐκ materiam declaret:illis licebit vti præpoſitione à. 21 Seruabit σώσει, id eſt liberabit.Neque video cur aliter fuerit vertendũ.Vulg.& Eraſmus, ſaluum faciet,periphraſi(vt opinor)minimè neceſſaria. Apparet autem vel ex hoc loco,quem Ἰησοῦν Græci,Ieſum Latini vocant,Hebraicè dici ישוע à ישע, quod declarat τὸ σώζειν,vt planè inepta ſint Oſiandri & quorundam in hunc locum commenta. Ipſius. αὐτῶν. Ad verbum eorum. Quòd ſi conuertas ſuis, amphibolia erit:numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata eſt, qui in nominibus collectiuis , eiuſmodi dicẽdi genera frequenter vſurpant. 22 Impleretur πληρωθῇ Vulgata,adimpleretur.Eraſmus,perficeretur,id eſt τελειωθῇ,quia hoc dicendi genus(inquit)Latinis auribus eſt ignotum,niſi quũ ſentimus addi quod deerat rei conſummandæ.Atqui Cicero multis locis vſurpat implere pro præſtare: quo ſenſu videtur hic vſurpatum. Neque verò hoc annotaſſem niſi voluiſſem ſemel eſſe dictum quod ſæpiſſimè fuiſſet nobis repetendũ. Per Prophetam,διὰ τοῦ προφήτου. Nonnulla exemplaria nomen habent Eſaiæ expreſſum.

23 Virgo quædã ἡ παρθένος Huius particulæ apud Latinos ea vis eſt quæ articuli Græci hoc loco. ה quoque litera non fruſtra eſt addita in Hebræo,nimirum vt inſignis quædam Virgo ſignificetur,ab æterno ſcilicet ſelecta. Et vocabis καὶ καλέσεις Scio in pleriſque exemplaribus legi καὶ καλέσουσι. id eſt,& vocabunt.vel,& vocabitur: quam etiam lectionem ſequitur Iuſtinus Martyr in Dialogo πρὸς Τρύφωνα.Sed quũ annotarit Stephanus noſter,nonnulla antiqua exemplaria cum Hebræo cõſentire:& quũ hæc apoſtrophe Prophetæ Spiritu Dei correpti,& Virginẽ poſt tot ſecula naſcituram quaſi præſentẽ alloquentis,magnã vim habere videatur,ſequutus ſum in hac re iudiciũ meum,nulla(vt opinor) ſenſus iniuria. Quod eſt,ſi interpreteris,ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον. Vulgatus,quod eſt interpretatum.Eraſ.quod ſiquis interpretetur, ſonat. Illud eſt ambiguum,hoc à Græcis recedit. 24 Experrectus autem Ioſeph. Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ Eraſ.Excitatus autem Ioſeph:ſed hoc quidem loco plus eſt τὸ διεγείρεσθαι,quàm excitari. Vulgata,Exurgens autem Ioſeph.id eſt ἀναστὰς δὲ Ἰωσήφ. Iniunxerat προσέταξεν Præterita perfecta & Aoriſti, ſæpe cum Pluſquamperfectis cõfunduntur à Græcis. Vulg. præcepit:quo vno vocabulo in hac re ferè vti ſolet. Nos autem quum diuerſis vocabulis vtantur Sacri ſcriptores,conabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere.

25 Vſquequo ἕως οὗ Notandum eſt aduerſus Heluidianos, ἕως interdum ita referri ad tempus præcedens,vt de ſequenti non affirmetur contrarium:quod ſatis indicant vel poſtrema verba huius Euangelii, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, id eſt, Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.Ex quibus verbis colligere non poſſis,Chriſtum non eſſe nobiſcum futurum poſt conſummationem ſeculi. Filium illum ſuum τὸν υἱὸν αὐτῆς Vulgata & Eraſmus,Filium ſuum. Nobis autem non videtur Græcus articulus otioſus,ita tamen vt vis eius ſit ἀναφορικὴ non διακριτικὴ, id eſt vt de eo agi ſignificetur cuius antè facta eſt ab Angelo mentio: non autem vt filius hic ab aliis Mariæ filiis diſtinguatur,quos ego quidẽ nullos fuiſſe credo.Aſſentior enim iis qui de Maria virgine, vt ſelectiſſimo organo, ſanctiſſimè ſentiunt. Vocauítque nomen eius Ieſum. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.id eſt(vt ferè dicunt Græci) ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἰησοῦν τοὔνομα,Latini,vocauit eum Ieſum nomine.

IN CAPVT II.

1 Ergo δὲ Eraſmus autem.Sed(vt exiſtimo(hæc particula hoc loco non eſt diſcretiua(vt vocant)ſed potius συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας.i.copulatiua ſententiæ(vt Grammaticorum more loquar)ſicut ſæpè apud Latinos Ergo & Igitur. Natus eſſet γεννηθέντος Cur ita vertere hoc loco maluerim,vide ſuperioris capitis verſum 16. In *ea* Bethleẽ *quæ eſt* Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.Sic loquũtur Hebræi,vt Iudic.19.d.18,dicitur Bethleẽ Iuda,id eſt Bethleẽ quæ eſt in Tribu Iuda,quod addi ſolet ad alterius differentiã quæ eſt in Tribu Zabulon,id eſt in Galilæa inferiore. Vulgatus vertit,in Bethleẽ Iudææ. Eraſmus vt Hebraiſmũ molliret,addidit[ciuitate] appellatiuũ.Sed hoc quoque nõ ſatis exprimit differentiã illam : itaque aliquid amplius ſuppleui. Præpoſitionẽ quoque hic & aliis locis ſeruaui, quã tamen Latini vrbiũ nominibus vel nunquã,vel certè raro præponũt,quia ſcilicet obliquorũ terminatio caſum indicat.Ego verò inflexione vocẽ mutare nolui, quam Græcè ſcribẽs Euangeliſta retinuit.Quare neceſſariò vſurpanda fuit præpoſitio tum hoc loco,tum plurimis aliis.Iudæa autem hic intelligitur regio:ſic propriè dicta à Tribu Iuda,ſub qua etiã Tribus Beniamin cõprehenditur,diſtinguitúrque à Samaria,Peræa,Trachonitide,& vtraque Galilæa. In diebus ἐν ἡμέραις Eraſ.tẽporibus,Hebraiſmo explicato,quẽ tamen libẽs retinui,quia neque eſt obſcurus,neque ſua emphaſi caret. Magi Μάγοι Perſicũ vocabulũ apud Perſas honeſtũ. ita enim ſuos Sacerdotes,aut vt alii volunt,Philoſophos vocabãt. Apud Græcos autẽ,& tandem apud Latinos quoque,Magorũ nomen nonniſi in vitio poni cœpit.Cæterũ Magorũ gentẽ Herodotus nõ in Perſide,ſed in Media collocat,lib.1.& 3, vt iſtos quoque,ſicut & Chaldæos appareat,nõ ex artis,ſed ex gẽtis vocabulo fuiſſe nominatos. Aduenerũt παρεγένοντο Vulg.venerũt.Eraſ.acceſſerũt. Ego verti aduenerũt.propter ſequentẽ caſum:alioqui enim ad verbũ conuertiſſem,affuerũt. 2 Dicẽtes,Λέγοντες.Solẽt ferè Hebræi hiſtorias quæ narrãtur,inductis ipſis perſonis explicare:Latini cõtrà plerũque obliquis narrationibus quas vocãt,vtuntur,quo modo etiam quidã nuper totã hanc periodũ conuertit.Me verò iſtius ſimplicitatis quã Spiritus ſanctus amplexus eſt, nunquã pudebit.Nã certè hæc narratio plus habet energiæ,quã ſi obliquè aliena dicta referrẽtur,eo quòd nõ tã narrari res,quã geri videatur. Vbi eſt ille Rex Iudæorũ,qui natus eſt? ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vulg. Vbi eſt,qui natus eſt Rex Iudæorũ?Eraſ. vbi eſt ille qui natus eſt Rex Iudæorũ?Ego vocabulorũ collocationẽ mutaui, vt ſenſus eſſet dilucidior:nã alioqui viderẽtur Magi aliud quærere,nempe,vbi ſit ille qui minimè natus eſt priuatus,ſed Rex Iudæorũ ab ipſis incunabulis:qui ſenſus non conuenit.Eadem traiectione vſus eſt Lucas 19.f.38

Auditis autē *bis* Herodes rex turbatus eſt, &″tota Hieroſolyma cum eo.	3	Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.	
Et cōuocatis omnibus″principibus Sacerdotum, &″Scribis populi, percontatus eſt ab eis vbi Chriſtus naſceretur.	4	Et cōgregās omnes principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.	
At illi dixerūt ei, ″In *ea* Bethleem *quæ eſt* Iudææ: ſic enim ſcriptū eſt per Prophetam,	5	At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam,	
Et tu Bethleem″terra Iuda,″nequaquam minima es″inter duces Iuda: ex te enim exibit″Dux, qui″paſcet″populū illū meū Iſrael.	6	¶Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum Iſrael.	Mich.5.a.2 iohan.7.f.42
Tum Herodes clàm″vocatis Magis,″exquiſiuit ab illis″quo tempore ſtella apparuiſſet.	7	Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis.	B
″Et ipſis in Bethleem miſſis, dixit, Profecti illuc,″penitus exquirite″de puerulo:″poſtquam autē inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniam, & adorem eum.	8	Et mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & quum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.	
Ipſi verò audito Rege profecti ſunt: & ecce ſtella quam viderant in Oriente,″præibat eis, donec progreſſa ſtaret″ſupra *locum in quo* erat puerulus.	9	Qui quū audiſſent Regem, abierunt: & ecce ſtella quam viderant in Oriēte, antecedebat eos, vſquedum veniens ſtaret ſuprà vbi erat puer.	
Viſa autem ſtella, gauiſi ſunt gaudio magno valde.	10	Videntes autem ſtellā, gauiſi ſunt gaudio magno valde.	
Et ingreſſi domum,″inuenerunt puerulum cum Maria matre eius: &″procidētes adorauerunt eum: apertíſque theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum,″& thus, & myrrham.	11	Et intrantes domum, inuenerunt puerū cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.	
Et″diuinitus admoniti in ſomniis″ne reuerterētur ad Herodē,	12	Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliā viam	

3 Tota Hieroſolyma πᾶσα Ἱεροσόλυμα Eraſmus, tota Hieroſolymorū vrbs, offenſus mutatione declinationis, quia Hieroſolyma paulo antè plurali numero vſurpat Euangeliſta. Sed hoc ego nihil moror: nā Cicero etiam ipſe pro Flacco, vtroque genere vſus eſt in hac vrbe appellanda. Quod autem Egeſippus vocatam eſſe putat Hieroſolymā, quaſi ἱερὸν σολύμων, & Euſebius quaſi ἱερὸν Σολομῶντος, hoc certè arguit magnā Hebraicæ linguæ imperitiā: vnde etiam factū puto vt librarii huic nomini aſpirationē præpoſuerint. 4 Principibus Sacerdotū ἀρχιερεῖς Eraſm. pontificibus. i. primariis Sacerdotibus, quales erant poſteri Aaronis, in viginti quatuor claſſes diſtributi, vt apparet ex 2. Para. 24. a. 2, vbi etiā vocātur principes Sanctuarii: & 2. Par. 36. c. 17, diſertè principes Sacerdotū dicuntur. Theophyla. in cap. 14. Marci, ita vocatos eſſe vult, qui aliquando Pontifices maximi fuiſſent, ſicut Romæ dicebantur Prætorii, Quæſtorii, Conſulares. Nā eo tēpore venale factū erat ſummū Sacerdotiū, ita vt iam perpetuum nō eſſet. Sed hoc cōmentitium eſſe, ex iis apparet quæ paulo antè attulimus. Cæterū pontificis nomē vni Pontifici maximo ſeruabimus. Scribis γραμματεῖς. Sic vocāt Hebræi Legis interpretes, à verbo ספר quod narrare, etiam & exponere ſignificat. Apparet autem à Græcis ſic dictos, quòd ſicut Scribæ publicarum tabularū cuſtodes erant, ſic penes iſtos tanquam ſequeſtres, libri Legis eſſent velut depoſiti, cuius ſcilicet interpretatio ipſis erat commiſſa: ideóque adiunxit Euāgeliſta, τοῦ λαοῦ, populi. i. publicis Legis interpretibus. Nos igitur vocabulū longa iam conſuetudine à ſacris ſcriptoribus vſurpatū, ſanè libenter retinuimus. Nā quod nonnulli Scribarum appellatione intelligūt Lectores comprehendi, & eos omnes quibus exequendæ Iudicū ſententiæ munus incumbit, id ne in Vetere quidem teſtamēto perpetuum eſt, ſicut conſtat ex 2. Reg. 22. a. 3, de Saphan (qui librū Legis inuentum non vt quilibet ex ordine Scribarum, ſed vt primarius doctor interpretatus eſt) atque adeò ex multis locis Ezræ & Nehemiæ. In Nouo autem teſtamento Legiſperitos & Doctores hoc nomine ſignificari, facilè, vt ſpero, mihi concedet quiſquis hos locos diligenter expenderit, Matth. 7. d. 29. item 7. b. 10. item 23. a. 2. Marci 12. c. 28, Luc. 7. e. 30. item 11. f. 46. item 1. Cor. 1. c. 20.

5 In *ea* Bethleem *quæ eſt* Iudææ: ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας: Vulg. Iudæ videtur enim legiſſe Ἰούδα pro τῆς Ἰουδαίας.

6 Terra Iuda, γῆ Ἰούδα, id eſt quæ in Iudæa ſita es, quæ pars es Tribus regionis Iuda. Nam mihi quidē durum videtur γῆν interpretari pro vrbe, quo modo tamen Euripides in Hecuba vſurpauit. Alia exemplaria habent τῆς Ἰουδαίας, Iudææ, quod planius eſt. In Michæa legitur Bethleem Ephratha: eſt enim hoc alterū vrbis cognomentum, quo ab altera diſcernitur. Nequaquā minima es οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Hanc lectionē ſequitur etiā Iuſtinus, quū tamē in Hebræo legatur עיר, & in Græca editione ὀλιγοστὸς εἶ, vt quod Michæas 5. a. 1, in Hebræo negat, videatur hic affirmari. In quo nodo explicando quum multi laborent mihi placet in primis cuiuſdam ſanè eruditi ſententia. Is igitur docet, in poſteriore membro apud Prophetam ſubaudiri aduerſatiuā particulam: quod videtur ſenſus ipſe poſtulare, & alibi etiā reperias, vt Pſal. 119. a. 41, & 157. Sic itaque totus ille locus legendus eſt, Et tu Bethleem Ephratha, paruula es inter chiliadas Iuda: ex te *tamen* egredietur mihi qui ſit dominator in Iſraele. Quòd ſi cū iſtis hæc noſtra cōpares, eandē prorſus ſentētiam reperias: etſi enim videtur illic Bethleem ciuitas minima vocari, quòd minimè ſcilicet ampla & frequens eſſet: hic verò non minima dici, id eſt nō ignobilis, vt in huius vocabuli explicatione aliqua diſcrepantia eſſe videatur: tamen hæc ita ſunt cōiuncta, vt facilè appareat Prophetā ſignificare voluiſſe hoc oppidulū quanuis exiguū, Meſſiæ tamen exortu, nobiliſſimum ac celeberrimū fore, quod paulo apertius declarat Græca hæc interpretatio.

Inter duces ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Vulg. in principibus. In Hebræo legitur באלפי hoc eſt in chiliadibus, ſeu potius inter chiliarchas. diſtributus enim erat populus Iſraeliticus in chiliadas, ſicut apparet ex cap. exod. 18. d. 25, & Gedeonis oratione, iud. 6. b. 15. Dux, ἡγούμενος, participium loco nominis. i. ἡγεμών, quod Hebræis eſt vſitatiſſimū. Paſcet ποιμανεῖ Vulgata, reget, quod reſpondet τῷ εὐθύνειν. Eraſm. gubernaturus eſt, id eſt κυβερνᾶν. Ego elegantē ſanè metaphoram ſeruaui. Sic ſolet Homerus Reges ποιμένας λαῶν vocare. Populū illum meū Iſrael. τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulū expreſſi, cuius emphaſis hoc loco non fuit negligenda, quum bis repetatur à Domino vt ſuam in illum vnum populum beneuolentiam ſingularem declaret. 7 Vocatis καλέσας Eraſm. accerſitis, id eſt μεταπεμψάμενος. Exquiſiuit ἠκρίβωσε Vulg. diligenter didicit. Eraſm. accuratè perquiſiuit. Ego vno verbo malui interpretari quàm per periphraſin, minimè vt opinor, neceſſariam. Vocabulum autē Græcum ſignificat in genere, ſumma & exquiſita diligentia aliquid facere. Quo tēpore ſtella apparuiſſet. τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulgata, tempus ſtellæ quæ apparuit eis. Ad verbum, tempus apparentis ſtellæ. Eraſmus (quem ſequor) mihi videtur hunc helleniſmum optimè expreſſiſſe: eſt enim poſitum φαινομένου pro φανέντος: niſi malimus tempus pro ætate accipere.

8 Et ipſis in Bethleem miſſis, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, Eraſmus expunxit pronomen, & vertit πέμψας, iuſſis ire. i. κελεύσας ἰέναι. Ego verò potius exiſtimo, Regē illis à ſe dimiſſis, blandè & benignè iter cōmonſtraſſe. Penitus exquirite ἀκριβῶς ἐξετάσατε Vulg. interrogare diligenter. neutro duorū vocabulorū ſatis expreſſo. Eraſm. accuratè, id eſt ἐπιμελῶς. De puerulo: περὶ τοῦ παιδίου: Vulg. & Eraſm. de puero. Idem tamen infrà cap. 18 d. 2, vertit puellum. Poſtquam autē ἐπὰν δὲ Vulgata, & quum. i. ὅταν. Eraſm. vbi autem, id eſt ὅπου δὲ.

9 Præibat προῆγε Vulg. antecedebat. Eraſm. præcedebat. quod & ipſum, Latinis ſignificat ita præcedere vt ſis dux viæ. Sed illud propius abeſt à Græco. Subauditur autem reciprocum pronomen, ſicut accidit in coniugatione quam Hebræi Hithpahel vocant. Virgil. lib. 8, Haud ſecus Æneas ſe matutinus agebat. Supra *locum in quo* ἐπάνω οὗ Vulg. ſupra vbi. Suppleuit Græcorū eclipſin Eraſmus, quem ſequuti ſumus. Eſt autem hæc integra loquutio, ἐπάνω τοῦ τόπου, ἐφ᾽ οὗ: atque inde factum eſt, vt οὗ degenerarit in aduerbium loci.

11 Inuenerunt εὗρον. In omnibus vetuſtis exemplaribus ſcriptum erat εἶδον, viderunt. Procidentes πεσόντες. Eraſm. proſtrati. Ad verbum, quum cecidiſſent. Significatur autem adorantium geſtus. Sic latinè Accidere alicui dicitur, qui proſtratus alicui ſupplicat.

Et thus καὶ λίβανον Vulg. thus, omiſſa particula καὶ.

12 Diuinitus admoniti χρηματισθέντες Vulg. reſponſo accepto, non ſatis propriè, quia percontantibus, demū reſponſum datur. Eraſ. oracu

lo admoniti. Ego verò etſi religionẽ nullã ſtatuo in vocabulis, tamen Oraculũ libens refugio veluti idolorũ ſuperſtitione cõtaminatum. Dicitur autem χρηματίζεσθαι is quem Deus colloquio ſuo dignatur, etiamſi nihil tale quærat vel expectet. Itaque hunc locum interpretatur Iuſtinus Martyr, Dialogo πρὸς Τρύφωνα. Κατ᾽ ἀποκάλυψιν κελευσθέντες. i. per arcanam declarationem iuſſi. Ne reuerterẽtur μὴ ἀνακάμψαι Vulgata, ne redirent, id eſt μὴ ἐπανελθεῖν. Verbum autem ἀνακάμπτειν propriè ſignificat in contrariam partem flectere: ſed hoc loco idem valet quod ἀναχωρεῖν. Sic etiam Diodorus libro Bibliotheces ιδ. Ὁ δὲ πεμφθεὶς ναύαρχος ἀνέκαμψεν εἰς Καρχηδόνα. id eſt, Præfectus autem claſſi qui miſſus fuerat, verſus Carthaginẽ curſum reflexit.

reuerſi ſunt in regionem ſuam.

C Qui quum receſſiſſent, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptũ: & eſto ibi vſquedum dicam tibi: futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendum eum.

Qui conſurgens, accepit puerum & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit in AEgyptum.

Et erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam, dicẽtem, Ex AEgypto vocaui Filium meum.

Oſee 11.a.1.

Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde: & mittẽs occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, ſecundũ tempus quod exquiſierat à Magis.

Tũc adimpletum eſt quod dictum eſt per Ieremiã prophetam, dicentẽ,

Ierem.31.c.15

D Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: & noluit conſolari, quia non ſunt.

Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in AEgypto.

per aliam viam "receſſerunt in regionem ſuam.

13 Quum autem ipſi receſſiſſent, ecce angelus Domini "apparet in ſomniis Ioſeph, dicẽs, "Surge, & accipe puerulum & matrem eius, & fuge in AEgyptũ: & eſto illic vſque dum dixero tibi: futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerulum "*cauſa* perdendi eum.

14 Ille verò experrectus accepit puerulum & matrem eius nocte, & "ſeceſſit in AEgyptum.

Fugit Ioſeph cũ Ieſu & matre in AEgyptum.

15 "Et fuit illic vſque ad "obitum Herodis: vt impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicẽtem, Ex AEgypto vocaui Filium meum.

16 Tum Herodes, quũ vidiſſet "quòd illuſ⁹ eſſet à Magis, "excãduit valde: ac "miſſis *carnificibus* "ſuſtulit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus "eius, "à bimulis "& inferioribus, "ſecundum tempus quod exquiſierat ex Magis.

Herodes pueros occidit.

17 Tunc perfectum eſt "quod dictum eſt à Domino per Hieremiã prophetam, dicentem,

18 Vox in Rhama audita eſt, "lamẽtatio, "fletus & "eiulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: & noluit "conſolationem admittere "*de eo* quòd non ſint.

19 "Quum autem obiiſſet Herodes, ecce angelus Domini in ſomniis apparet Ioſeph in AEgypto.

Receſſerunt ἀνεχώρησαν id eſt redierũt. Vulg. & Eraſ. reuerſi ſunt. Sed quærẽti mihi quod verbũ Latinũ huic Græco velut eregione opponerẽ, hoc vnũ occurrit, quod etiã Vulgatus interpres ſequẽti verſiculo vſurpauit, & quo vſus eſt Saluſtius in bello Iugurthino. Sed & reliqua ex hoc eodẽ verbo cõpoſita, pari ratione ſumus interpretati, quæ ſuo deinceps loco à nobis explicabũtur, vt ἀποχωρεῖν abſcedere, συγχωρεῖν concedere, & ſimilia. 13 Apparet φαίνεται Vulg. apparuit. Conuenit tempus præſens narrationibus etiam rerũ præteritarũ. Surge, & accipe ἐγερθεὶς παράλαβε Eraſmus, Surge & aſſume. Idem hic valet ſimplex ἐγερθεὶς, quod ſuperiore capite, verſiculo 24. compoſitũ διεγερθείς. Eraſmus cõuertit hoc loco, Surge. Et paulo poſt, Excitatus. Vulg. ſurgens. eodem quidẽ ſenſu: quanuis excitandi verbũ minus quiddam interdũ videatur ſignificare quàm ἐγείρεσθαι. Sed vt hoc concedam, magis optarem vt neque diuerſa vocabula vno modo, neque vnũ idémque verbum (quoad eius fieri poteſt) diuerſis modis exponerentur, quum præſertim ipſe in Vetere interprete tam ſæpè id reprehendat. *Cauſa* perdendi eum. τοῦ ἀπολέσαι αὐτό Vulg. & Eraſmus, ad perdendum eum. ſubauditur τὸ ἕνεκα, quod ferè vertere ſoleo, cauſa, quia Latini (quod ſciam) non habẽt aduerbium eius ſignificationis. Sextum Stephani exemplar ſcriptum habebat ἀποκτεῖναι, quam lectionẽ ſi ſequaris, optimè vertes ex Cicerone pro Sextio, ad necem. 14 Seceſſit ἀνεχώρησεν. Præpoſitio ἀνὰ hic idem valet quod χωρίς: paulo antè verò in eodem verbo idem quod πάλιν.

15 Et fuit ἦν ἐκεῖ Vulg. Et erat. Vide caput primũ verſiculo 18. Obitũ τελευτῆς Ita vocant Græci mortem metonymicè, quòd (vt inquit Demoſthenes) ſit πέρας τοῦ βίου ἑκάστῳ. alioqui τελευτὴ extremũ ſignificat cuiuſcunque rei, adeò quidẽ vt τελευτὴ θανάτοιο, interdũ mortẽ ipſam apud Hom. declaret. Latini ratione parum diſſimili obitum vocant, ſumpta metaphora ab iis qui iter faciunt. τελευτὴν igitur vbique interpretabimur obitum, & θάνατον mortem. 16 Quòd illuſus eſſet. ὅτι ἐνεπαίχθη Vulgata, quoniam illuſus eſſet. Sæpè enim vſurpat has particulas, Quoniã & Quia, quæ in hoc dicendi genere ſunt barbaræ, atque etiam perobſcuræ multis. Eraſmus vertit, ſibi illuſum fuiſſe, per infinitum modum, atque ideò coactus eſt addere pronomen, ſibi, quod redundat. Excanduit ἐθυμώθη Vulgata, iratus eſt. i. ὠργίσθη. Eraſm. indignatus eſt. Cicero θυμὸν excandeſcentiã interpretatur, quem ſequuti ſumus. Miſſis *carnificibus* ἀποστείλας Vulgata, mittens. Verbum abſolutum poſuit Matthæus ſecundum phraſin Hebraicam, pſal. 57.a. 4, ישלח Mittet è cælo, & liberabit me. Atque etiam apud Græcos vſurpatur verbum πέμπειν nullo addito caſu, ſicut bis legere memini apud Herodotum in Thalia. Eraſmus autẽ vt eclipſin ſuppleret, vertit, miſſis ſatellitibus. At ego, miſſis carnificibus: quod mihi melius viſum eſt conuenire ſceleris atrocitati, in quo Eraſmũ etiã ipſum ſequor, qui ita loqui maluit infrà 14.b.10. Nuper quidam hũc locum his verbis eſt interpretatus, miſit interfectum: quàm rectè, iudicent alii: mihi quidem aliud eſſe videtur per alium interficere, quàm mittere qui interficiat. Suſtulit ἀνεῖλε Vulgata, occidit. id eſt ἐφόνευσεν. Eraſ. interfecit, id eſt διεχειρίσατο vel διειργάσατο. vide infrà 10.28.

Eius αὐτῆς ſcilicet Bethleem. neque hic vllam amphiboliam video quæ nos cogat ad repetendum antecedens, ſicut fecit Eraſmus

A bimulis & inferioribus ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω Vetus interpres, à bimatu & infrà. Nam etiam in quibuſdam exemplaribus legitur κάτω, & eum legiſſe apparet ἀπὸ διέτους, id eſt ἀπὸ διετίας. Sed potius legendum eſſe ἀπὸ διετοῦς, præterquam quòd omnium exemplarium conſenſus probat, Hebræorum etiam Idioma confirmat, qui opinor hoc loco dicerent מבן שנתים ולמטה à filio duorum annorum, & infrà, ſeruata etiã enallage numeri ſingularis pro plurali. Eraſmus, quotquot eſſent bimuli & minores: quæ interpretatio longius recedit à Græcis. Secundum tempus κατὰ τὸν χρόνον Hoc non video cur minus ſit Latinè dictum, quàm Ciceronis illud, ſecundum naturam. Eraſmus autem nõ hoc tantum loco, ſed etiam aliis plurimis mutauit Secundum in Iuxta: quod tamen poſterius nuſquam legi apud idoneos authores. 17 Quod dictum eſt à Domino per Ieremiam dicentem, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ κυρίου διὰ Ἱερεμίου λέγοντος, In codicibus impreſſis legitur τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος. Sed probatur hæc lectio quam ſequutus ſum, manuſcripti exemplaris authoritate, & ita ſolere loqui Matthæum ſuperiora oſtendũt. Certè magna vis eſt horum verborum, ex quibus intelligimus non ipſos Prophetas, ſed Dominũ ore Prophetarũ loqui. 18 Lamentatio, θρῆνος. Hoc vocabulum prætermiſit Vulgata neque etiam legit Iuſtinus dialogo πρὸς Τρύφωνα. Fletus κλαυθμὸς Vulgata, ploratus. Mihi autem videtur Flere Latinorum, à κλαίειν Græcorum deriuatum, quanuis diphthongo non ſcribatur. Eiulatus ὀδυρμὸς Vulgata, vlulatus. Eraſ. ploratus. Ego malui eiulatum conuertere, quàm fletum vel vlulatum, quorum illud non ſatis magnam vim habet: hoc potius declarat τὸν ὀλολυγμόν. Conſolationem admittere παρακληθῆναι Vulgata, conſolari, quod paſſiuè non dicitur à Latinis. Itaque rectè fecit Eraſmus qui periphraſin quæſierit. Cæterũ παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdum hortari declarat. Quare variis etiam modis fuit alibi vertendum. *De eo* quòd non ſint. ὅτι οὐκ εἰσί. id eſt quòd ſublati ſint, & perempti, ſiue quòd deſierint eſſe inter homines, more loquendi ſacris ſcriptoribus valde familiari, vt Pſal. 39.b.14. Addidi autem hæc verba *de eo*, vt locum alioqui ſatis obſcurum illuſtrarem. Nam quod Vulgatus interpretatur, quia nõ ſint, videtur obſcurius dictũ. Eraſ. propterea quòd non ſint quod videtur ſenſum diuerſum oſtendere. Neque enim exiſtimo Euangeliſtã exponere cauſam quamobrẽ non admiſerit conſolationem, ſed narrare potius de qua re noluerit conſolatione vlla permulceri.

19 Quum autem obiiſſet τελευτήσαντος δὲ Vulgata & Eraſmus, Defuncto autem. vide ſuprà verſu 15. obire verò pro mori abſolutè & à Plauto & à Plinio vſurpatur, quod planè reſpondet Græco verbo τελευτᾷν.

20 Dicẽs, Surge, & accipe puerulum & matrem eius, & ″proficiſcere in terrã Iſrael: ″mortui ſunt enim qui quærebãt ″animã pueruli.

21 At ille experrectus accepit puerulum & matrẽ illius, & venit in terram Iſrael.

22 Quũ verò audiſſet quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode ″patre eius, timuit illuc abire: ſed Diuinitus admonitus in ſomniis, ſeceſſit in partes Galilææ.

23 ″Et quũ *eò* veniſſet, ″habitauit ″in vrbe quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod dictũ eſt per Prophetas, ″*nempe* quòd Nazarenus vocandus eſſet.

Cap. III.

1 T″Emporibus autem illis ″affuit Iohãnes Baptiſta, ″prædicans in deſerto Iudææ,

2 Dicẽſque, ″Reſipiſcite: ″appropinquat enim ″regnum cælorum.

3 Nã hic eſt ille de quo dictũ eſt per Eſaiã prophetã, dicentẽ, Vox clamãtis in deſerto, Parate viã Domini, ″rectas facite ſemitas ei⁹.

4 Ipſe verò Iohãnes habebat indumentum ſuum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos ſuos. porrò alimentum eius erant ″locuſtæ & mel ſylueſtre.

Victus Iohãnis

5 Tunc ″exiuit ad eum Hieroſolyma & tota Iudæa, ″totáque regio

Baptizat

20 Dicẽs, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

21 Qui conſurgẽs, accepit puerum & matrem eius, & venit in terrã Iſrael.

22 Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.

23 Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur.

Cap. III.

1 IN diebus autem illis venit Iohannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ, Marc.1.a.4 luc.3.a.3

2 Et dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorũ.

3 Hic eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem, ‖Vox clamantis in deſerto, Parate viã Domini, rectas facite ſemitas eius. Eſa.40.a.3 marc.1.a.3 luc.3.a.4 iohan.1.c.23

4 ‖Ipſe autem Iohannes habebat veſtimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autẽ eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Marc.1.a.6

5 ‖Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, Marc.1.a.5 luc.3.b.7

20 Proficiſcere πορεύου Vulg. & Eraſ. vade. i. βάδιζε. Mortui ſunt τεθνήκασι Vulg. & Eraſ. defuncti ſunt, quo modo paulo antè verterãt τὸ τελευτᾶν. Animam τὴν ψυχὴν id eſt vitam, Hebræorum idiotiſmo à quo nec Græci (præſertim Poetæ) abhorrent, nec Latini: differentiam enim illam animi & animæ, ſubtilioribus relinquimus. 22 Patre eius, πατρὸς αὐτοῦ, Fuit Archelaus Herodis Magni filius ex Marthaca Samaritana, regni ſucceſſor relictus à patre: ſed poſtea ab Auguſto factus Iudææ Ethnarcha, quum aliquãdiu Regis nomine fuiſſet abuſus, ac tandẽ in exilium pulſus. 23 Et quũ *eò* veniſſet καὶ ἐλθὼν Hæc genera dicendi ſumpta ſunt ab Hebræis quibus ſunt iſti pleonaſmi frequentes, veluti quũ dicunt, Et ſurgens abiit, Et reſpondit dicens: & ſimilia multa, quæ infinitis locis occurrunt, neque tamen putauimus immutanda. Habitauit κατῴκησεν. Id eſt ſibi domicilium delegit, in quo non commoraretur ad tẽpus, ſed cum familia habitaret, patriæ valedicẽs. Nam apud Græcos differunt κατοικεῖν & παροικεῖν, ſicut apud Latinos habitare & cõmorari. Sic enim Cicero, Natura, inquit, domicilium nobis non habitandi, ſed cõmorandi dedit. Quamobrem etiam Petrus vitã noſtrã, παροικίαν vocat elegãter, 1. Petri 1.c.17. Quanquã fateor hanc differentiam non eſſe perpetuã. Illic autem domiciliũ fixiſſe Ioſephum, vel ex eo liquet quòd propterea Chriſtus vocatus eſt Nazarenus. In vrbe εἰς πόλιν. Frequenter εἰς pro ἐν ponitur, vt Marc.2.a.1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, pro ἐν οἴκῳ, & alibi ſæpè: itaque ſatis fuerit ſemel annotaſſe. Sic apud Hebræos אל pro ב deſeruiente ponitur, vt Gen.49.c.29. אל־המערה *Nempe* quòd Nazarenus vocãdus eſſet. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Vulg. & Eraſm. Nazaræus vocabitur. Nam & fieri poteſt vt abundet ὅτι, ſicut alibi frequentiſſimè. Exiſtimo tamen eam particulã indicare hæc eſſe Euangeliſtæ verba, referentis non tã ipſa Prophetarũ verba quàm ſententiã: idcirco addidi particulam Nempe, vt mollirẽ appoſitionẽ paulò duriorem. Nazarenũ autem dixi pro Nazaræo, vt diſcrimen aliquod conſtituerem inter nomen Gentile & nomen Sectæ: quanuis eorum ſententiã non penitus improbem qui Euangeliſtã putant ad eos quoque reſpexiſſe qui Nazaræi ex voto dicebantur, modò hæc eorum ſententia dextrè intelligatur. Nam cõmentitiam illã epiſtolã Lentuli cuiuſdam Proconſulis, in qua deſcribitur Chriſti forma & habitus qualis erat Nazaræorũ, nemo ſani iudicii homo eſt, opinor, qui non perſpiciat ab homine Romano neque ſcripta neque conuerſam fuiſſe, ſed ab indocto quopiã cõfictam, ſicut infinita alia eiuſmodi, quæ nobis hodie lucri cauſa à Typographis, partim interpolata, partim ita vt ſunt ineptiſſima, veteris alicuius ſcriptoris nomine proponuntur.

IN CAPVT III.

1 Temporibus autẽ illis, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Admonuimus iam anteà dierum appellatione apud Hebræos tempus ſignificari, quod nõ pigebit nos aliquando imitari: hoc tamen loco putauimus mutandum, propterea quòd inter eas hiſtorias quæ præceſſerunt, ea de quibus hic agitur, ſatis longum temporis interuallum interceſſit. Affuit παραγίνεται Vulg. venit. i. ἦλθεν. Eraſm. accedit. i. προσέρχεται. Suprà hoc idem verbũ aliter ſum interpretatus, quia ſcilicet adiunctus erat caſus. Mea autem verſio, propius ad Græcum, ni fallor, vocabulũ accedit. Nam γίνεσθαι pro εἶναι accipi notius eſt quàm vt ſit probandum. Deinde præſens tempus quanuis narrationibus accommodatum, mutaui in præteritũ, quod videtur melius cum ſequentibus & præcedentibus, hoc quidem loco, cohærere, quum hoc facilè patiatur Hebraicæ linguæ ratio. Contrà verò paulo pòſt præteritũ interpretabimur per præſens. Prædicans κηρύσσων, ſcilicet βάπτισμα μετανοίας, id eſt Baptiſmũ reſipiſcẽtiæ, quod addidit Marcus: quãuis concio quæ ſequitur, ad hoc etiam participium referri poſſit. Frequenter tamẽ hoc vocabulum abſolutè ponitur, & ſubaudiri debet aliquid ad inſtitutum ſermonem accommodatum. Reſipiſcite, Μετανοεῖτε, Vulg. pœnitentiam agite. Eraſmus quoque eodẽ modo, ſed addidit vitæ prioris: quam interpretationem multas ob cauſas repudio, ſed ob eam potiſſimùm, quòd multi imperiti occaſionem hinc arripuerint falſarũ opinionum de ſatiſfactione, quibus hodie agitatur Eccleſia. Cæterùm μετανοεῖν, quum eſt verbum abſolutum, propriè ſignificat poſt factum ſapere, & de errore admiſſo ita dolere vt corrigas: quod (vt opinor) Latinis propriè ſignificat reſipiſcere. Itaque nunquam ponitur niſi in bono: vt meo quidem iudicio Auſonius in illo ſuo Epigrãmate omnibus noto, μεταμέλειαν potius quàm μετάνοιαν dicturus fuerit, ſi verſus pentametri ratio permiſiſſet. Sẽper enim μετάνοια cohæret ὁ σωφρονισμός, ſicut hæc duo rectè coniungũtur à Plutarcho in dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. μεταμέλεσθαι verò declarat poſt rem aliquam factã ſolicitũ eſſe & anxium, quod Latini dicunt pœnitere: atque etiã vſurpari poteſt in vitio. Neque enim propriè complectitur vitæ & conſilii mutationem in melius, quod tamen nonnulli tradunt: ſed ſimpliciter ſolicitudinem quandam καὶ δυσαρέστησιν. i. diſplicentiam exprimit, quæ facit vt rem factã, ſeu bona ſeu mala ſit, infectã eſſe velimus, etiam quum non eſt nouo conſilio locus relictus. Itaque Matthæus de Iuda proditore loquens, μεταμεληθεὶς, inquit, ἀπέστρεψε, non μετανοήσας: triſtitiã ſignificans à qua eſt abſorptus. Sic etiam apud Paulum 2. Corinth.7.b.8, μεταμέλεσθαι declarat dolorem capere ex eo quod factum erat: & Rom.11.d.29, dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα. i. eiuſmodi vt non poſſint ipſi diſplicere, quum ſemel placuerunt: quod Hebræis declarat vocabulum נחם quum μετανοεῖν potius ſignificetur verbo שוב: vnde תשובה id eſt conuerſio. Quamobrẽ etiam Petrus Act.3.c.19, quum μετανοήσατε dixiſſet, ſtatim ſubiũgit καὶ ἐπιστρέψατε, vt illud explicaret. Idem facit Paulus Act.26.e.20. Ergo μετανοεῖν & μετάνοιαν vbique interpretabimur reſipiſcere & reſipiſcentiã (ita enim hic nobis loqui liceat) μεταμέλεσθαι verò, pœnitere. Appropinquat ἤγγικε. Præteritum pro præſenti ex Hebræorum more, apud quos omnia penè tempora permutantur: ſicut etiam apud Latinos nonnulla, vt odi, memini, cœpi, & apud Græcos δέδια, μέμνημαι cum ſimilibus, præſentis ſignificationẽ habent. Regnũ cælorum. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. id eſt regnum cæleſte. Reſpicit autem hoc dicẽdi genus prædictiones de Meſſia & ipſius regno, quod ab ipſo etiã vulgo, cæleſte vocabatur, quia Meſſiam à Deo expectabat, quanuis quale hoc regnum futurum eſſet, non intelligeret.

3 Rectas facite εὐθείας ποιεῖτε. id eſt planas & æquabiles facite, quod vulgò dicimus *applanir, adreſſer & unir*: ſicut fieri ſolet principibus ſolenni comitatu in vrbem ingreſſuris. εὐθὺ enim non tantum planum & æquabile ſeparatim ſignificat, ſed vtrunque ſimul: quæ etiamnum à Cicerone ferè ſemper coniunguntur. 4 Locuſtæ ἀκρίδες. Laborant docti homines, ac inter alios Eraſmus & Stapulenſis in huius nominis explicatione. Atque hoc quidem certum eſt, notari victum maximè parabilem homini montano, & in eremo degenti. Sed quia probabilis fortè coniectura eſſet, quum ſcriptum eſſet ἀχράδες, exigua mutatione deflexum eſſe nomen, cum bona Eccleſiæ venia lectorem volui admonitum, an non melius quadret, de pyris ſylueſtribus haberi ſermonem. Quia tamen in nullo exemplari ita legitur, à recepta lectione diſcedere auſus non ſum. 5 Exiuit, ἐξεπορεύετο. Eraſm. egreſſa eſt, id eſt ἐξέβη: nã πορεύεσθαι, ἰέναι, ἔρχεσθαι, βαίνειν, ſæpè confundũtur. Totáque re-

gio circuniacēs Iordani. καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata, & tota regio circum Iordanem. Eraſm. totáque regio vndique finitima Iordani. Nonnulla exemplaria addunt ποταμοῦ, fluuio. ſubauditur autem in Græco γῆ terra, & vſurpatur continens pro contento: περίχωρος enim idem valet quod περικειμένη, id eſt circuniacens, quo vocabulo vtitur T. Liuius.

	& omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.		circuniacens Iordani.	
B	Et baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.	6	Et baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata ſua.	Baptizat Confeſſio peccatorum
Infrà 13.d.34	Videns autem multos Phariſæorũ & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis, ‖Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?	7	Quum vidiſſet autem ″multos ex Phariſæis & Sadducæis veniẽtes ad baptiſmum ſuum, dixit eis, ″Progenies viperarum, quis vobis ″præmonſtrauit vt fugeretis à ″futura ira?	Phariſæi
	Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.	8	″Ferte igitur fructum ″dignum reſipiſcentia.	Fructus pœnitentiæ
Iohan.8.c.39 act.13.d.26	Et ne velitis dicere intra vos, ‖Patrē habemus Abraham. dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.	9	″Et ne putetis *vobis* dicendum″ apud voſipſos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quòd poſſit Deus ʹetiam ex lapidibus iſtis ″ſuſcitare liberos Abraham.	Filii Abrahæ
C Infrà 7.c.19	Iam enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt. ‖Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.	10	ʹIam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. omnis igitur arbor nõ ferens fructum bonũ, exciditur, & in ignẽ ″abiicitur.	Securis Fructus
Marc.1.b.8 luc.3.c.19 iohan.1.d.26 act.1.a.5, & 2.a.1, & 11.c.16, & 19.a.4.	‖Ego quidē baptizo vos in aqua in pœnitentiã: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt: cuius non ſum dignus calceamēta portare: ipſe vos	11	″Ego quidem baptizo vos ″aqua ″in reſipiſcentiam: ille verò″ qui poſt me venit, ″validior me eſt: cuius non ſum	Aqua

7 Multos ex Phariſæis: πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. Vulg. multos Phariſæorũ. Græca eſt conſtructio, vt etiã notat Eraſmus: quã ſequutus Plinius alicubi dixit, degeneres canũ, & nigras lanarum. Progenies γεννήματα illud eſt quod vernaculo ſermone, inuidioſo vocabulo dicimus, *engeance*. Præmonſtrauit ὑπέδειξεν. Vulg. demonſtrauit, vt videatur legiſſe ἀπέδειξεν. Eraſ. ſubmonſtrauit: nouo vocabulo, id eſt (vt ipſe exponit) clanculũ indicauit: quod mihi quidē videtur penitus alienũ ab hoc loco. Nam potius ὑπὸ idem hìc valere puto quod πρὸ: ſicut in ὑφηγεῖσθαι, ὑποφθάνειν, ὑποφαίνειν, ὑποφήτης. ſic etiã videtur vſurpari Act. 9.c.16, vbi Eraſmus cum Vetere interprete ὑποδείξω vertit Oſtendã. Futura τῆς μελλούσης. Ita etiam in antiquiſſ. codice Latino ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur Eraſmus: qui tamē dicere maluit ventura, quaſi ſcriptum ſit μελλούσης ἥξειν.

8 Ferte fructum ποιήσατε καρπὸν. Vulgata, ad verbum, Facite fructũ. Eraſ. Facite fructus. ſiue, Proferte, vt vitetur amphibolia. Lego autem καρπὸν numero ſingulari, conſentientibus cum Vulgata interpretatione vetuſtiſſimis exemplaribus. Dignum reſipiſcentia. ἄξιον τῆς μετανοίας, id eſt qui vos oſtendat verè reſipuiſſe. Vulgatus, dignum pœnitentiæ. Eraſ. qui deceãt pœnitentiam, id eſt πρέποντα τῇ μετανοίᾳ. Cæterùm cur pœnitentiæ nomen mutarim, paulo antè dixi. Iudas certè infœlix quum ſe ſuſpenderet, fructum edidit, ex quo omnes intelligerent feriò illum pœnituiſſe, reſipuiſſe verò nequaquam. Itaque non temere eſt quòd reſipiſcentiam à pœnitentia voluerimus diſtingui.

9 Et ne putetis *vobis* dicendum καὶ μὴ δόξητε λέγειν, id eſt ne putetis cauſam eſſe cur de Abrahamo ſuperbiatis. Vulg. Et ne velitis dicere. Eraſ. ne hac mente ſitis vt dicatis. Cæterùm τὸ δοκεῖν neque hìc ſimpliciter ſignificat videri, quod vulgò dicimus *ſembler*: neque putare aut exiſtimare, ſicut Luc. 12. e. 40. g. 51, item 13. a. 2: ſed aliquid ſibi per arrogantiam & animi elationem perſuadere, vel ſibi de aliquo placere: ſicut etiam accipitur Philipp. 3. a. 4, & Marci 10. f. 42. Itaque addidi pronomē Vobis, & λέγειν conuerti Dicendũ, paulo liberius quã ſoleo, vt aliquo modo hoc dicendi genus ſaltē adumbrarē: quod quidē vernaculo ſermone ſatis cõmodè exprimimus quũ dicimus, *Ne penſez pas, ou ne cuidez pas dire.* Apud voſipſos, ἐν ἑαυτοῖς, id eſt ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, vt interpretatur Marcus cap. 2. a. 8. ἑαυτοῖς enim hoc loco eſt ſecũdæ perſonæ, & ἐν præpoſitionē in hoc genere dicendi Latini interpretantur Apud. Poſſemus tamen conuertere, Inter vos, id eſt ἐν ὑμῖν, vt loquitur infrà cap. 20. d. 26, & alibi ſæpe: quia præpoſitio ἐν idem quoque valet apud Græcos quod Inter apud Latinos, vt infrà cap. 11. b. 11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, id eſt inter genitos ex mulieribus. Sed prior illa expoſitio mihi magis arridet. Vulg. & Eraſ. ſæpe conuertũt, Intra vos: quod non modò non eſt Latinũ (vt opinor) ſed etiam obſcurum. Etiam ex lapidibus καὶ τῶν λίθων. Coniunctionem καὶ magnã hoc loco vim habere, & non incommodè à nobis expreſſam eſſe, nemo (vt opinor) dubitabit. Eam autem addidimus, vetuſti exemplaris Quarti fidem ſequuti, & Theophylacti Romæ excuſi. Suſcitare liberos ἐγεῖραι τέκνα. Vulg. ſuſcitare filios. Eraſ. facere vt ſurgant filii. Ego cauſam non video cur vtar periphraſi, quum ἐγείρειν propriè ſit tranſitiuum: deinde τέκνων, ideſt prolis nomē ſeu liberorum, latius quàm filiorum patet: quod ſemel annotatũ volui, quum idem infinitis penè locis occurrat.

10 Iam verò, &c. ἤδη δὲ καὶ. Apparet Veterem interpretem, & ipſum etiam Eraſmum in annotationibus legiſſe γὰρ: quod etſi malè non conuenit, tamen nullius exemplaris vetuſti authoritate legimus confirmatum. Abiicitur. βάλλεται. Eraſmus & Vulgata, mittitur. quæ ſignificatio etiam huic verbo conuenit, ſed tum præcipuè quum de telis agitur, quæ ob eam etiam cauſam miſſilia dicuntur. Itaque verbũ delegi quod maiorem rei inutilis contemptum declarat: compoſito tamen vſus pro ſimplici, ſicut in Hebræorum ſcriptis facere neceſſe eſt. Infrà Eraſ. cap. 5. verſiculo 13, conuertit βληθῆναι vt proiiciatur.

11 Ego quidem baptizo. ἐγὼ μὲν βαπτίζω, vel (ſi vetuſtum quoddam exemplar ſequaris in quo ſcriptum eſt μὲν οὖν) Ego igitur baptizo. Quanuis autem hoc meo quantulocunque labore ſic omnes iuuare cupiam, vt à me nullus offendatur, & ab inani λογομαχίᾳ tam certè abhorream quàm qui maximè: tamen hoc loco non poſſum diſſimulare quorundam audaciam, quæ vtinam intra verba conſiſteret. Iſti igitur Baptizandi verbum, quod quidē ſi vocabulũ ipſum ſpectes, reſpondet Hebræo טבל, potius quàm olim רחץ in nouo myſterio vſurpatũ Sacris ſcriptoribus, tótque ſeculis poſtea omniũ Eccleſiarũ tacito conſenſu huic vni ſacramēto conſecratũ, adeò vt in vulgaria etiã idiomata omniũ penè gentium trãſierit: audēt tamē temere immutare, vt modò lauãdi, modò abluēdi vocabulo vtãtur. delicati certè homines qui neque perpetua tot ſeculorũ authoritate cõmouētur, neque quotidiana vulgi cõſuetudine in loquēdo, adduci poſſunt vt Theologis licere putēt quod cæteris artiũ magiſtris & profeſſoribus omnes concedũt: hoc eſt vt quæ longo vſu & optima fide poſſederint, tanquã ſua retineãt. Neque eſt cur aliquot veterũ ſcriptorũ authoritatē prætexãt: veluti quòd Cyprianus Tingētes dixit pro Baptizantes, & Tertullianus quodã loco Chriſtũ ſequeſtrē pro mediatore vocat. Nã quod illis veteribus quaſi nouũ erat, nobis vetus eſt: & iam tũ ea ipſa vocabula quæ nunc vſurpamus, fuiſſe Eccleſiæ magis familiaria, & proinde illis magis placuiſſe, id cõuincit, quòd admodũ raró deprehēdũtur aliter loquuti. At iſti ex hac nouitate gloriolam captãt. Verùm quid agas cum iſtis malis geniis, qui pro Angelis nobis fabricãt Genios, & quibus religio eſt Chriſtum mediatorem appellare? Nam de Trinitatis verbo minimè (vt opinor) dubitant quin ſit expungendum, qui ſeſe in Deum credere, erubeſcunt profiteri. Sed age cõfidentibus iſtis hominibus ſuã confidentiam relinquamus, de quibus (vt ſpero) copioſius aliquando à nobis dicetur. Aqua. ἐν ὕδατι. Vulg. in aqua. Præpoſitio addita eſt vt annotat Eraſmus, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos ſcilicet ב præpoſitio, cauſarum omne genus declarat. Itaque Lucas qui minus videtur Hebraiſſare quàm reliqui tres Euangeliſtæ, præpoſitionē omiſit cap. 3. d. 16. Hoc autem annotaui, nequis in hac particula vim aliquam ſubeſſe putaret: quod ii videntur ſibi perſuaſiſſe, qui pueros non putant ritè baptizatos, niſi prorſus immergantur. In reſipiſcentiam: εἰς μετάνοιαν, id eſt vt reſipiſcatis. Externum enim baptiſmi ſignum eos admonebat de corrigenda vita: & ita quidem admonebat, vt inſitionem in Chriſti vēturi corpus, quo vetus homo moritur, & nouus naſcitur, verè & efficaciter in iis repræſentaret, qui Iohãni crederent. Vulgata, in pœnitentiã. Eraſmus maluit cõuertere, ad pœnitentiã. Illud conſtat, εἰς & πρὸς, i. In, & Ad, in hoc dicendi genere, eodē ſenſu vſurpari. Ariſtot. Eth. 2. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ καὶ κακῶς χαίρειν. Itē lib. 10, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ. Ex quibus exemplis apparet rem eandē vtraque præpoſitione explicatã. Sic etiã Latini ſæpiſſimè vtuntur præpoſitione AD: vt quũ dicunt aliquid conferre ad vitã beatè tranſigendã, & multa ſimilia. Terētius verò dixit, piſciculos emere in cœnã: & Quintilianus, vti re aliqua in argumentũ. Sed videtur interdũ præpoſitione AD vel inſtrumentum, vel cauſa efficiens potius quàm finis ſignificari. Itaque pro ratione eorum de quibus agitur, conſiderandum eſt vtra interpretatio magis conueniat. Sicut infrà cap. 12. d. 41. εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, nolim cõuertere In prædicationē, ſed Ad prædicationē. Neque verò hæc annotaſſem, niſi frequentiſſimè occurreret hæc loquēdi formula: adeò quidē vt Eraſmus ipſe, Lucæ 3. a. 3, & Act. 2. f. 38, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν conuerterit, In remiſſionē peccatorum. Qui venit, ὁ ἐρχόμενος, Vulg. & Eraſ. qui vēturus eſt. Sed (ni fallor) Iohannes de re præſenti loquitur, neque venturũ notat, ſed cũ qui iam ſit in via, atque adeò proximus: quē etiam paulo pòſt digito commoſtrauit. Validior. ἰσχυρότερος. Vulg. & Eraſ. fortior. Rectè quidē, ſed tamē quia pro ἰσχύειν fere dicere ſoleo Valere, idcirco etiam ἰσχυρὸν Validũ potius quàm Fortem ſum interpretatus.

Spiritus ſanctus.

″dignus qui″ſoleas″portẽ:ipſe vos baptizabit″Spiritu ſãcto & igni.

Ventilabrum

Palea

12 ″Cuius ventilabrũ in manu ipſius,&″permũdabit areã ſuã: & conget triticũ ſuũ in horreũ,paleam autẽ″exuret igni inextinguibili.

Christus baptizatur.

13 Tunc″aduenit Ieſus à Galilæa ad Iordanem ad Iohannem,vt baptizaretur ab eo.

14 At Iohannes″obnixè prohibebat eum, dicẽs, Ego″neceſſe habeo à te baptizari,″& tu venis ad me?

15 ″Reſpondens autem Ieſus,dixit ad eum,″Omitte″nunc:ſic enim decet nos″implere omnem iuſtitiam. Tunc omittit eum.

16 Et baptizatus Ieſus,aſcendit″ſtatim ab aqua:& ecce aperti ſunt ″ei cæli,& vidit Spiritum Dei deſcendentem″quaſi columbam, & venientem ſuper ipſum.

Filius dilectus Christus.

17 Et ecce vox″è cælis, dicens, Hic eſt″ Filius ille meus dilectus,″in quo acquieſco.

Cap. IIII.

Tentatur Christus.

1 TVnc Ieſus″ſubductus fuit in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

baptizabit in Spiritu ſancto & igni.

12 ‖Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam:& congregabit triticũ in horreũ ſuũ,paleas autẽ comburet igni inextinguibili.

Marc.1.b.8
luc.3.d.21

13 ‖Tunc venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannẽ, vt baptizaretur ab eo.

D

14 Iohannes autẽ prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

15 Reſpondens autem Ieſus,dixit ei, Sine modò:ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tũc dimiſit eũ.

16 Baptizatus autem Ieſus,confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum.

17 Et ecce vox de cælis,dicẽs, ‖Hic eſt Filius meus ‖dilectus,in quo mihi cõplacui.

2.Pet.1.d.17
Coloſſ.1.c.13

Cap. IIII.

1 T‖Vnc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

Marc.1.b.12
luc.4.a.1.

Dignus ἱκανός. Eraſ.idoneus. Atqui(ni fallor)non hic agitur quàm ſit aptus aut accommodatus ad hoc officium præſtãdum,ſed quàm dignus ſit qui cum Chriſto comparetur. Alioquin ἱκανὸς ſufficientem ſignificat,quo modo etiam Gallis dicuntur ſufficientes, quorum nõ modò vires corporis aut virtutes animi ſufficiant rei alicui præſtãdæ,ſed etiam qui digni ſunt quibus aliquid committatur. Hebræi ad eundem modũ vtũtur voce ראוים. Latinis tamen haud ſatis ſcio an Sufficiens hac ſignificatione vſurpetur:itaque conuerti tanquã ἄξιος ſcriptum eſſet, Veterẽ interpretẽ ſequutus tũ hoc loco,tum etiã infrà,8.a.8,& 1.Cor.15.a.9. Alibi verò,vt Coloſſ.1.b.12,& 2.Cor.3.a.5,idoneũ dicere malui. Sic etiã Herodianus,ἱκανώτατος ἦν πάντων ἀνθρώπων προσποιήσασθαι τὴν εὔνοιαν. Omnium hominum erat aptiſſimus ad ſimulãdum beneuolentiam. Soleas τὰ ὑποδήματα. Sic Græci vocant quæ Latini ſoleas, quibus plantæ pedis duntaxat obteguntur. Videtur autem prouerbiale eſſe hoc dicendi genus:ortum(vt opinor)à conſuetudine Iudæorum,qui aduenientium hoſpitũ pedes lauare conſueuerant(regione nimirum calidiore,quod ex variis locis intelligimus)atque etiam ſanctiorẽ aliquẽ locum ingreſſuri,calceos ponere. Itaque Moſem & alios aliquot iubet Dominus, cum illis colloquuturus,calceos exuere:accommodans ſeſe(vt opinor)ad eius gentis ritum & cõſuetudinem. Hodie quoque Turcis hunc morem eſſe ferunt,vt domos ingreſſuri,calceos exuant:ſicut olim facere conſueuerant,qui erant accubituri. Portem:βαστάσαι. βαστάζειν hoc loco ſimpliciter idem valet quod φέρειν,quum propriè de magnis oneribus dicatur, ſicut Latinis Baiulare. Spiritu ſancto ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Rurſus abundat præpoſitio(ſicut infrà,cap.12.c.28,ἐν πνεύματι θεοῦ .i.per Spiritũ Dei) quæ ex Hebræorum idiomate addita eſt. Adiungunt enim iſti præpoſitionem caſui inſtrumenti,item propriis nominibus locorum alia ratione quàm vel Græci,vel Latini.

12 Cuius ventilabrum in manu ipſius, οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.i. Qui manu geſtat ventilabrum. Additũ enim relatiuum ſequente antecedẽte,ſatis indicat Hebræam eſſe phraſim:quod magis etiam apparet ex hac lectione quam ſequitur Iuſtinus Martyr πρὸς Τρύφωνα, οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id eſt,ad verbum,Cuius ventilabrum ſuum in manu eius. Permundabit διακαθαριεῖ,ſiue vt Vulgata,perpurgabit.id eſt omnino purgabit:nam hæc eſt vis præpoſitionis διά. Eraſmus,repurgabit. Exuret κατακαύσει. Vulgata,vret. Eraſmus rectè addidit præpoſitionem quæ declarat, fore vt penitus exurantur,ita vt nihil ſuperſit.

13 Aduenit παραγίνεται. Vulg.venit. Eraſ.accedit. Vide ſuprà,2.a.1.

14 Obnixè prohibebat Διεκώλυεν. Vulgata & Eraſ.prohibebat. Addidi aduerbium ad vim præpoſitionis διά exprimendam,quæ certè non debuit prætermitti. Neceſſe habeo χρείαν ἔχω. Vulg.debeo,id eſt ὀφείλω. Eraſ.mihi opus eſt: qua interpretatione minus quiddam quàm illa ſignificari declarat illud Ciceronis ad Lentulũ, Legem Curiatã Conſuli ferre opus eſſe,non neceſſe eſſe. Vide infrà,6.b.8. Et tu venis ad me? καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; Vide Marcum 10.b.14.

15 Reſpondens ἀποκριθείς. Ex hoc verbo & oratione Chriſti perſpicuum eſt, Iohannem & oratione & manu conatum fuiſſe Chriſti propoſitum impedire:ſingulari tamen vtrinque modeſtiæ exemplo. Omitte ἄφες. Vulgata,ſine. Et paulo pòſt ἀφίησιν,dimiſit. Ego Eraſmi verſionem prætuli,quia melius reſpondet Græco verbo:quod tamen etiam interdum coactus ſum interpretari Permittere,remittere,emittere,& relinquere:vt ſunt interdum variæ vnius & eiuſdem vocabuli ſignificationes. Nunc:ἄρτι. Vulg.modò. Idem hic valet ἄρτι,quod εἰς τὸ παρόν, i.in præſens:alioqui ſignificat πρὸ ὀλίγου, & tempus præteritum notat. Vide infrà,26.c.29. Implere πληρῶσαι. Eraſ. vt compleamus: quaſi ſubaudiatur ὥστε. Ego verò puto cum illo πρέπον ἐστὶ eſſe iungendum,ita vt Vulgata fecit.

16 Statim εὐθύς. Eraſ.protinus. Vulg.confeſtim. Ego in his aduerbiis quanuis ſynonymis,delectum ſeruandum putaui. Ei αὐτῷ. Iohanni ſcilicet.nouam enim periodum incipio ab his verbis καὶ ἰδού. Quanuis etiam ad Chriſtum hoc pronomen referri poſſit,vel authore Marco. Nam exiſtimo non modò vtrique viſum eſſe hoc ſignum,ſed ipſi quoque circunſtanti turbæ: quod ſequens Patris cæleſtis oratio ſatis declarat:idque Lucas etiã cap.3.e.21.22,diſertè narrat. Quaſi ὡσεί. Vulgata,ſicut. Eraſmus,tãquam. Mihi videtur illud proximè ad Græcũ accedere.

17 E cælis, ἐκ τῶν οὐρανῶν. Vulg.& Eraſ.de cælis. Sed certè nulla fuit cauſa cur præpoſitionem mutarent. Filius ille meus dilectus,ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Vide infrà,17.a.5. In quo acquieſco. ἐν ᾧ εὐδόκησα. Vulg.in quo mihi complacui. Eraſ.in quo mihi bene complacitum eſt. In hoc verbo explicando quàm variè multi ſe torſerint,tum ex doctiſſimis Budæi cõmentariis,tum ex Eraſmi annotationibus intelligi poteſt. Ego paucis dicam quod ſentio. δοκεῖν idem valet quod ſentire & exiſtimare:à quo deductũ εὐδοκεῖν,quod interdũ caſum habet adiunctũ,atque idem valet quod approbare. Iam verò quia quæ approbamus,illis quoque fauemus, inde factum vt etiam ſignificet,bene erga aliquem eſſe affectum. Rurſus quia propenſio iſta animi ex eo naſcitur,quòd res aliqua planè nobis ſatiſfacit(neceſſe enim eſt vt iudicium præeat animi aſſenſioni)idcirco idem quoque valet quod conquieſcere,ſiue acquieſcere in re quapiam, id eſt ἀναπαύεσθαι καὶ ἀρέσκεσθαι,ſicut hoc loco accipitur. Significat enim Pater Chriſtum eum vnum eſſe quem quum intuetur,omnem in nos indignationem conceptã deponat. Itaque vnus eſt μεσίτης & pacificator Chriſtus.quod optimè intelligi poteſt,ſi locus iſte comparetur cum Exod.28.f.36, vbi ſummus Sacerdos iubetur apparere in conſpectu Domini,laminam præferens in vertice,in qua ſculptum eſſet SANCTVS DOMINI: vt(inquit)Dominus placetur ipſis. Nam fuiſſe ſummum illum pontificem Chriſti æterni noſtri Põtificis typum,in Epiſtola ad Hebræos copioſè declaratur. Rectè igitur dicit Chriſtus,Ioh.15.a.5,Sine me nõ poteſtis venire ad patrẽ. Cæterùm à verbo εὐδοκῶ oritur verbale εὐδοκία,frequẽter in Nouo teſtamento repetitũ,cuius ſignificationes ad thema ſunt exigendæ,atque ad id de quo agitur,accõmodãdæ. Quòd autem præteritum cõuerterimus per præſens,nemo(vt opinor)mirabitur,qui vel Pſalmorum lectioni aſſueuerit. Sed & hoc modo Græcos interdũ loqui,vel illud Demoſthenis περὶ στεφάνου,oſtendit: οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπείληφα. id eſt,maiores noſtros exiſtimo iſtas curias ædificaſſe.

IN CAPVT IIII.

1 Subductus fuit ἀνήχθη. Præpoſitio ἀνὰ idem hic valet quod ἄνω,id eſt ſurſum,ſicut Budæus exiſtimat:quod ſi verum eſt,habita fuit ratio ſitus deſerti,vt ſunt ferè montes deſerti & inculti:quo modo etiam accipitur idem verbum Luc.4.a.5. Nihil tamen impedit quominus ἀνὰ pro χωρὶς vel ἀπὸ accipiatur,vt vertas,abductus fuit,id eſt ἀπήχθη.vel ſeductus,id eſt ſeorſum ductus:ſicut vſurpauit Cicero Attico lib.5. Quum hæc diſſeruiſſem,inquit,ſeducit me Scaptius. A Spiritu, ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Si libeat διαφορὰν articuli ſeruare, vertere licebit, Ab eo Spiritu: vt de eodẽ illo Spiritu hic agi conſtet,cuius paulo antè mentio facta fuerat, id eſt de Spiritu ſancto:quod etiam animaduertit Eraſmus in annotationibus:quanuis non mutarit verſionem:quod neque ego auſus ſum.

	Et quū ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.	2	Et quū ieiunaſſet″dies quadraginta ac noctes quadraginta, ″poſtea eſuriit.	
	Et accedens tentator dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti, panes fiant.	3	Et″quum veniſſet ad eum″tentator, dixit, Si Filius es Dei, ″dic vt iſti lapides, panes fiant.	
Deut.8.a.3	Qui reſpondens dixit, Scriptum eſt, ‖Non in ſolo pane viuet homo, ſed in ōni verbo quod procedit de ore Dei.	4	At ille reſpōdens dixit, Scriptum eſt, Non ſolo″pane″viuet homo, ſed omni verbo″exeunte″per os Dei.	Scripturis ſolū vincit diabolū.
	Tunc aſſumpſit eū diabolus in Sanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi:	5	Tunc″tranſfert eum diabolus in Sanctam vrbem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi:	
Pſal.90.c.12	Et dicit ei, Si Filius Dei es, mitte te deorſum. ſcriptū eſt enim, ‖Quia Angelis ſuis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.	6	Dicítque ei, Si Filius es Dei, ″iace teipſum deorſum. nam ſcriptū eſt, ″Quòd Angelis ſuis″mandabit de te: ″itaque ″in manus tollent te, ″nequando″offendas ad lapidem pedem tuum.	
Deut.6.c.16	Ait illi Ieſus, Rurſum ſcriptum eſt, ‖Nō tentabis Dominū Deum tuum.	7	Dixit ei Ieſus, ″Rurſum ſcriptum eſt, Non ″tētabis Dominum Deum tuum.	Tentare Deum.
B	Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mūdi, & gloriam eorum:	8	Rurſum tranſfert eum diabolus in montem ſublimem valde, &″indicat ei omnia regna mundi, & gloriam eorum:	
	Et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.	9	Dicítque ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi prócidens adoraueris me.	
Deut.6.c.13, & 10.d.20	Tūc dicit ei Ieſus, Vade ſatana: ſcriptū eſt enim, ‖Dominū Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.	10	Tunc dicit ei Ieſus, ″Abi ſatana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli″ſeruies.	Adorare.
	Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabāt ei.	11	Tunc omittit eum diabolus: & ecce Angeli accedebant, & miniſtrabant ei.	Angeli.
Marc.1.b.14 luc.4.c.14 iohan.4.f.43	‖Quum autem audiſſet Ieſus quòd Iohannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam.	12	Quum audiſſet autem Ieſus quòd Iohannes″traditus eſſet, ″receſſit in Galilæam.	Chriſtus prædicat pœnitentiā, & ſe adueniſſe.

2 Dies ἡμέρας. Vulgata, diebus. Annotant Grammatici tempus cōtinuum ferè quarto caſu poni: cuius etiam hoc loco aliquod eſt pondus. Poſtea ὕστερον. Eraſmus, tandem. Ego puto ὕστερον hoc loco idem valere quod μετὰ ταῦτα. alioqui ponitur plerunque in comparatione.

3 Quum veniſſet ad eum προσελθὼν αὐτῷ. Vetus interpres, accedens: qui etiam pronomen αὐτῷ, ei, coniunxit cum verbo εἶπε. Eraſ. quum acceſſiſſet. Ego vti malui adeundi vocabulo quoties licuit: vel (vt hoc loco & aliis plurimis) diſſoluere compoſitionem, quando ſcilicet caſus adiungitur: interdum quoque adeundi vocabulo vſi ſumus. Tentator ὁ πειράζων. Tentare hoc loco ponitur in vitio, pro, ſollicitare ad malum: quum interdū ſignificet explorare, vt 2. Corinth 13.b.5. Dic εἰπέ. Eraſmus, iube, id eſt κέλευε. Atqui quum Deus quidpiam dicit, etiam imperat: quò etiam reſpexit ſatan. Itaque (ni fallor) emphaſis huius vocabuli ſeruāda fuit. Hebræis quoque verbum אמר quod reſpondet τῷ εἰπεῖν, vtrunque ſignificat, nempe & dicere & iubere.

4 Pane ἐπ᾽ ἄρτῳ. Vulg. ad verbum, in pane. ſicut paulo pòſt ἐν ῥήματι, in verbo, pro Verbo: abundat enim ἐπὶ Hebræorum idiotiſmo, & reſpōdet præpoſitioni אל vel ב, ſicut etiam ſuprà annotauimus in præpoſitione ἐν. Viuet ζήσεται Eraſmus ſuo more prætulit periphraſim, victurus eſt. Conſtat Hebræorum more poſitum eſſe hoc loco pro præſenti futurum, cuius ea vis eſt vt ſignificet aliquid amplius, quaſi dicas, viuere ſolet. Exeunte ἐκπορευομένῳ Vulg. quod procedit. Eraſ. quod egreditur. Ego cauſam non video cur repudietur participium. Per διά. Hebræa ſimpliciter habēt על־כל־מוצא פי יהוה de omni exitu oris Dei. Id eſt, omni eo quod egreſſū fuerit ex ore Dei. ſiue, quod Deus conſtituerit & decreuerit. Itaque apparet, Græcos ſententiam non verba interpretatos.

5 Tranſfert παραλαμβάνει. παραλαμβάνειν hoc loco declarat acceptum tranſferre, vt paulo pòſt verſu 8. Itaque Lucas cap.4, eandem hiſtoriam narrans, maluit vti verbo ἀνάγειν. Eſt autem hic idiotiſmus Hebræorum, apud quos ſæpe poſito vno verbo intelligitur conſequens, vt dicemus Mar.8.b.11, Luc.3.b.7, & 21.g.38. 6 Iace teipſum βάλε σεαυτόν. Vulgata, mitte te. de qua interpretatione ſuprà diximus, cap.3.c.10. Eraſ. præcipita te: audacius fortaſſe, quanuis ſenſum expreſſerit, niſi cum verbo coniungas particulam κάτω, deorſum. Quòd ὅτι. Prætermittitur hæc particula ab Eraſmo. Nam & ſæpe abundat. Sed videtur hìc citari ab Euāgeliſta integer verſiculus Hebraicus, qui incipit à particula כי, qua ſcilicet redditur ratio eorū quæ præcedunt. Mandabit ἐντελεῖται. ἐντέλλεσθαι mādare, & ἐντολὰς mādata, vbique conuertemus, non autē Præcipere & præcepta: vt nobis conſtemus: quū præſertim Græci iuriſconſulti mādatum vocent ἐντολήν. Itaque καὶ. Euangeliſta non recenſet ſingula Dauidis verba: prætermiſit enim membrum vnum, & particulā καὶ addidit, quam ego vt illatiuam interpretor: quia ſic etiam explicatur ו Hebræorum: & dura alioqui videtur tranſitio. In manus tollent te, ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, id eſt manibus geſtabunt te. Nam ἐπὶ præpoſitio, id eſt על, quam Eraſmus omiſit, minimè redundat: & τὸ αἴρειν hìc non declarat iacentē ſubleuare, ſed aliquid in manibus ferre & geſtare: ducta ſignificationis origine ab iis qui onus aliquod geſtaturi, attollunt illud in humeros: quamobrem etiam In manus malui interpretari, quàm In manibus. Nequando μήποτε. Vulg. ne fortè: atqui nullus hìc fortunæ locus: & hāc interpretationem plurimis locis rectè emēdauit Eraſmus. Offendas προσκόψῃς. Sic Vulgata interpretatio, quam miror hoc quidem in loco ab Eraſmo repudiatam, quam in Luca cap.4. retinuerit. Nam præterquam quòd exprimit omnes particulas, eſt etiam Latina oratio: quum Quintilianus dixerit ex Cicerone, offendere ad fornicem: & Columella, cornu ad ſtipitem offendere. Eraſmus, Impingas.

7 Rurſum πάλιν. Annotat Eraſmus referri poſſe ad verbum ἔφη, vel ad γέγραπται, & illo quidem modo ſignificare iterationem, iſto contrarietatem, id eſt e diuerſo vel contrà, nempe vt Chriſtus Scripturæ locos comparet. Mihi vtroque modo videtur iterationē ſignificare poſſe.

Tentabis ἐκπειράσεις. Puto pro ſimplici accipiendum: ſed quum τὸ πειράζειν ſimplex paulo antè idem valeat quod ſollicitare ad malum, hìc ſignificat explorare & experiri: quo poſteriore Latino verbo non malè exprimitur τὸ ἐκπειράζειν. Sic igitur Dominus dicitur tentare, id eſt explorare & probare animos noſtros. Futurū autem Indicatiui pro Imperatiuo poſitum eſt, Hebræorū more, quaſi dictum eſſet, Ne tentes. Prohibitiones enim Hebræi per futurū concipiunt, ſicut ex Decalogo apparet. 8 Indicat δείκνυσιν. Videtur Latinum hoc Indicare, à Græco ἐνδεικνύειν ſumptum: itaque mihi magis placet quàm Monſtrare, vel cōmonſtrare. 10 Abi ὕπαγε. Octo vetuſti codices additum habebant ὀπίσω μου, poſt me. quod videtur ex aliis locis additum. Vide Mar.8.d.33. Seruies. λατρεύσεις. Eraſmus, coles. λατρεὺς dicitur qui & δοῦλος, vt teſtatur Euſtathius ex Ariſtophane grāmatico in Iliad. φ, & Odyſſ. ξ. Itaque Paulus quum dixiſſet Rom.1.b.9, λατρεύω, eadem epiſtola 16.c.18, vſurpauit τὸ δουλεύειν, vt diſtinctio illa duliæ, latriæ, & hyperduliæ non modò inepta ſit, ſed etiam falſa.

12 Traditus eſſet, παρεδόθη, id eſt in carcerem cōiectus eſſet. Subaudiendum enim eſt εἰς φυλακήν. Receſſit ἀνεχώρησεν, id eſt rediit, ἐπανῆλθεν, vel vt Lucæ 2.f.39, ὑπέστρεψαν. Suprà etiā cap.2.b.12, dicūtur Magi ἀναχωρῆσαι, id eſt ἐπαναστρέψαι, vt ἀνὰ idem hìc valeat quod πάλιν. Alii cōuertunt, Seceſſit: quod occaſionem præbuit hoc loco præcipiendi de perſequutionis fuga. Sed ſi ſecedere volebat Chriſtus, vt Herodis tyrannidē vitaret, cur iret in Galilæam quæ erat in ditione Herodis Antipæ, ac non potius maneret vel in Iudæa, quæ iam erat redacta in prouinciam? Itaque videri poteſt Chriſtus perſequutionis metu non seceſſiſſe in Galilæā, vnde profectus erat vt baptizaretur à Iohanne: ſed contrà ad confirmados Galilæos ſtatim accurriſſe, nihil veritus Herodis accenſam rabiem. Itaque Marcus ſimpliciter dixit cap.1.b.14, ἦλθεν, & Iohannes ἀπῆλθεν, cap.4.f.43. Neque tamen nego Chriſtum ſuo tempore perſequutionem vitaſſe, vt ſcribit Matthæus cap.12.b.15, hoc eodem verbo vtens. Sed hæc ego aliis relinquo accuratius conſideranda.

Et relicta Nazareth, venit, & habitauit in Capernaum ″*urbe* maritima, in finibus Zabulon & Nephthali. 13

Vt impleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetã, dicentem, 14

Terra Zabulon & terra Nephthali ″*ad* viam maris ″trans Iordanem, Galilæa ″Gentium: 15

Populus ″poſitus in tenebris, vidit lucem magnam: & ″poſitis in regione & ″vmbra mortis, lux exorta eſt. 16

″Ex eo tẽpore cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Reſipiſcite: ″appropinquat enim regnum cælorum. 17

Petri & Andreæ Iacobi & Iohannis vocatio.

Ambulans autem Ieſus ad ″mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem ″qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius ″iacientes ″rete in mare: (nam erant piſcatores.) 18

Et dicit eis, ″Venite poſt me, & faciam vos piſcatores hominũ. 19

At illi ″omiſſis ″ſtatim retibus ſequuti ſunt eum. 20

Tunc progreſſus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobũ filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in nauigio cum Zebedæo patre ſuo, ″ſarcientes retia ſua: & vocauit eos. 21

At illi ſtatim omiſſo nauigio & patre ſuo, ſequuti ſunt eum. 22

Prædicat Galilæis Euangeliũ, & ſanat infirmos.

Et ″circumiuit totam Galilæam Ieſus, docens in ″ſynagogis ″ipſorum, ac prædicans Euangelium ″regni, & ″ſanans quemuis morbum, & ″quemuis ″languorem in populo. 23

Tunc ″peruenit ″fama eius in totam Syriam: & ″obtulerunt ei 24

13 Et relicta Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthali.

14 Vt adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetam,

15 ‖Terra Zabulon & terra Nephthali ″via maris trans Iordanẽ Galilæa Gentium: Eſa.9.a.1 ″viam C

16 Popul⁹ qui ″ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione & vmbra mortis, lux orta eſt eis. ″ſedebat

17 ‖Exinde cœpit Ieſus prędicare, & dicere, Pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnum cęlorum. Marc.1.b.15

18 ‖Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: (erant enim piſcatores) Marc.1.b.16

19 Et ait illis, Venite poſt me, & faciã vos fieri piſcatores hominum.

20 At illi continuò relictis retibus ſequuti ſunt eum.

21 Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficiẽtes retia ſua: & vocauit eos.

22 Illi autem ſtatim relictis retibus & patre, ſequuti ſunt eum. D

23 Et circumibat Ieſus totã Galilęam, docens in ſynagogis eorum, & prędicans Euangelium regni, & ſanans omnem lãguorem & omnem infirmitatem in populo.

24 Et abiit ″opinio eius in totã Syriam ″fama

13 *vrbe* maritima τὴν παραθαλασσίαν. Hìc ſciendum eſt articulum non eſſe additum vt diſtinguatur hæc vrbs ab alia eiuſdem nominis, ſed duntaxat ad ipſius vrbis ſitum exprimendum. 15 *Ad* viam maris ὁδὸν θαλάσσης. Vulg. via maris, ſexto caſu, vt opinor. Eraſmus, iuxta viam maris .i. vergens ad mare, Galilææ ſcilicet, quod idem dicitur Tyberiadis, & Geneſareth. ſubauditur autem κατὰ vel πρὸς, vt annotat Theophylactus: quæ eclipſis ſanè dura eſt, Hebræis tamen ſatis familiaris. Sed apparet locum Eſaiæ non eſſe integrum citatum ab Euãgeliſta. Significatur ergo his verbis ἡ παραλία, id eſt ea portio Galilææ quæ eſt ad lacũ Tyberiadis, in qua ſitæ ſunt Capernaum, Bethſaida, Coraſim vrbes Chriſti prædicatione celeberrimæ. Trans Iordanem, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Illud tamen conſtat, habita Iudææ ratione, Galilæam vtranque eſſe cis Iordanem. Quare locus iſte eſt perobſcurus, quem tamen his verbis puto illuſtrari poſſe. Sciendum vocabulũ Hebræũ עבר latus ſignificare, adeò vt aduerbialiter ſumptum, non minus declaret citerius littus quàm vlterius, ſicut in Deuteronomio frequenter dicitur de Moſe, qui Iordanem nunquam traiecit. Quare videri poteſt hoc loco, non tam deſignari Peræa .i. trans Iordanem ſita regio, quàm ora & littus quod Iordanis alluit. Quòd ſiquis vrgere velit proprietatem Græci vocabuli πέραν, id eſt trans, dicam quod etiam planius erit: vicinas & continuas quatuor regiones hìc deſignari, nempe tribum Zabulon, tribum Nephthali, oram lacus vlteriorem, id eſt Peræam regionem in qua Corazin & Genezareth (quas regiones frequenter Chriſtus inuiſit) denique etiam Galilæam Gentium, ſuperiorem vocatam: quæ etſi aliqua ex parte cõprehendat tribum Nephthali, tamen ad tribum Aſer potiſſimum pertinet quæ maritima erat, & Tyri finibus vicina, quò etiam peruenit Chriſtus, vt narratur infrà, cap.15.c.21. Atque hoc modo ter repetendum erit vocabulum γῆ terra, & copulatiuæ, per aſyndeton omiſſæ, ſupplendæ fuerint, perinde acſi ita integrè ſcriptum eſſet, γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ ἡ παρ' ὁδὸν τῆς θαλάσσης πέραν Ἰορδάνου καὶ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Gentium: ἐθνῶν. Hoc nomen retinuimus, familiare ſcilicet ſacris ſcriptoribus, quo vocabant Iudæi cæteros populos in Dei fœdere nõ comprehẽſos. Sic autẽ dicta eſt Galilæa ſuperior, nõ ſolùm quòd Tyriis & Sidoniis eſſet finitima, ſed etiam propter viginti illas vrbes à Solomone datas Tyriorũ Regi, ſicut refertur 1.Reg.9.b.11. Intellige igitur Galilæam & partes vicinas. Iam enim antea prædicarat in Iudæa & Samaria anno penè vno. 16 Poſitus, ὁ καθήμενος .i. qui verſabatur. Vulgata, qui ambulabat. ita enim habent Hebræa. Poſitis, καθημένοις. Vulga. ſedentibus. Eraſmus, qui ſedebãt. Nam hoc quoque ſignificat Græcũ vocabulũ: ſed ex Hebræorũ idiomate, hìc ponitur pro habitare & incolere: qua ſignificatione non memini legere verbũ Sedere, quũ tamẽ Latini ſedẽ domiciliũ vocent.

Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου. Hebraiſmus .i. vmbroſa ſiue tenebricoſa morte. Quanquam hìc צלמות vnicũ vocabulũ eſt ex duobus conflatum, vt rectè annotat Eraſmus. 17 Ex eo tempore ἀπὸ τότε. Vulgata, Exinde. ad verbũ, Extunc .i. vt loquuntur Hebræi מעת Appropinquat ἤγγικε. Eraſmus, inſtat, id eſt ἐνέστηκε. 18 Mare θάλασσαν. Hebraiſmus, pro lacu. Qui dicitur τὸν λεγόμενον. Vulg. qui vocatur, id eſt τὸν καλούμενον. Eraſmus, qui vocabatur. Atqui nõdum eo tempore vocabatur Petrus, ſed hæc per prolepſim ſcripſit Euãgeliſta.

Iacientes βάλλοντας. Vulg. mittentes. Illud autem vt magis proprium, ſum amplexus: ſiquidem iactus retis Latinè quoque dicitur, ſicut Græcè ὁ βόλος. Rete ἀμφίβληστρον. Sic dictum ab ἀμφὶ & βάλλειν, quòd quum iacitur, in orbem complectatur ingens aquæ ſpatium. Eſt autem (opinor) retis ſpecies, quæ Gallis dicitur *Vn eſpreuier*, ἀπὸ γὰρ στενοῦ (inquit Ruffus lib.2. de Appellationibus partium corporis humani) εἰς τὸ πλάτος ἀνευρύνεται, καὶ κοιλαίνεται. id eſt, ex anguſto in latum expanditur & incuruatur in formam dimidiati oui. Nec illud eſt (meo iudicio) quod Latini Verriculum appellant. Itaque Vallæ interpretationem non recipio. Cæterùm huius vocis propriam appellationem apud Latinos non reperio, quare generis nomen retinui. 19 Venite δεῦτε. Propriè tamen eſt aduerbium hortantis, ſicut Hebraicum לכו.

20 Omiſſis ἀφέντες. Vulgata & Eraſmus, relictis, quo modo nos etiam aliquoties, tamen non niſi coacti, vt vnum idémque verbũ Græcum diuerſis Latinis exprimeremus. Statim εὐθέως Vulgata, continuò συνεχῶς. Eraſmus, illico, id eſt παραυτίκα.

21 Sarcientes καταρτίζοντας. Vulgata, reficientes, ad verbum, redintegrantes. Nam ἄρτιον dicitur quod integrũ eſt. Sed de hoc verbo plura nono capite, verſu 22, Epiſtolæ ad Romanos. 23 Circumiuit περιῆγεν. Ad verbum, circumegit. ſed ἄγειν pro ire accipitur, vt alibi annotatum eſt: & circumagere à Latinis (ni fallor) non niſi pro circunducere accipitur. Synagogis συναγωγαῖς. id eſt cœtibus & conuentibus ſacris. Collegii nomen latius patet: & quum hoc nomen Iudæorum Eccleſiis factum ſit peculiare, putaui omnino eſſe retinendum.

Ipſorum, αὐτῶν. Galilæorum ſcilicet, quod tamen non præceſſit. Regni, τῆς βασιλείας. id eſt annuntians fœlicem illum nuntiũ regni cæleſtis. Quòd ergo Euangelium regium, conuerterunt nonnulli, obſcurum eſt, atque etiam (vt dicam quod ſentio) parum appoſitum.

Sanans θεραπεύων. Admonet Eraſmus eruditè τὸ θεραπεύειν impropriè hìc vſurpari, quum apud Medicos ſignificet propriè pharmacis, manu, aut victus ratione ſanare, quod mederi dicunt. Quemuis πᾶσαν. Sic etiam interpretatur infrà Eraſmus, 10.a.1. Eſt enim hæc particula hoc loco non vniuerſalis ſimpliciter, ſed indefinita, vt idem rectè notat. Quod ſi animaduertiſſet nuper quidam impudentiſſimus circulator, non adeò imperitè interpretatus eſſet illud, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ſimiles locos, quibus abutitur ad euertendã Prædeſtinationis doctrinam. Languorem μαλακίαν. Propriè apud Medicos ignauiam ſtomachi ſignificat μαλακία, quam aliter vocãt κίϊλλω, ſed pro iis morbis hic accipitur, quibus correpri, etſi non decumbunt, tamen languent & contabeſcunt.

24 Peruenit ἀπῆλθε. Vulg. ad verbũ, abiit id eſt יצא vt Pſal.19.b.5. Eraſ. dimanauit, quod reſpondet potius τῷ διελθεῖν, quo vtitur Plato in Epiſt. in ea ſignificatione. Fama ἀκοή. Vulg. opinio, id eſt δόξα. Ad verbum, auditio: quod vocabulũ Cæſar & Cicero vſurpant pro fama & rumore, ſicut Hebræi ſuũ שמע. Nos tamen illud, vt magis peruulgatũ, prætulimus. Obtulerũt, προσήνεγκαν. Eraſ. adduxerunt .i. προσῆγον.

& obtulerũt ei omnes male habẽtes, variis lãguoribus & tormẽtis comprehenſos, & qui dęmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.

25 Et ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilęa & Decapoli & de Ieroſolymis & de Iudęa, & de trãs Iordanẽ. Cap. V.

1 Videns autem turbas, aſcendit in montem: & quum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.

2 Et aperiens os ſuum, docebat eos, dicens,

Luc.6.c.20
3 ‖Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

Eſa.61.a.2.3 luc.6.c.21
4 ‖Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.

Pſal.38.c.11
5 ‖Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Eſa.65.b.9
6 ‖Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: quoniam ipſi ſaturabuntur.

7 Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Pſal.24.a.4
8 ‖Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.

9 Beati pacifici: quoniam ipſi filii Dei vocabuntur.

1.Pet.3.c.14
10 ‖Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

B
11 Beati eſtis quum maledixerint vobis, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, ‖mentientes, propter me.

1.Pet.4.d.14
12 Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cęlis: ſic enim ꝑſequuti ſũt Prophetas ꝗ fuerũt ãte vos.

Marc.9.g.50 luc.14.g.34
13 ‖Vos eſtis ſal terræ. quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus.

14 Vos eſtis lux mundi. non poteſt ci-

mnes malè ″affectos, variis morbis ac ″vexationibus ″detẽtos, & ″dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: ſanauítque eos.

25 Et ſequuta eſt eum turba multa à Galilæa ac Decapoli & Hieroſolymis & Iudæa, ″& *regionibus* trans Iordanem *ſitis*. Cap. V.

1 Qvum vidiſſet autem ″turbam, aſcẽdit in montem: & quum ipſe conſediſſet, adierunt eum diſcipuli eius.

2 Tunc ″aperto ore ſuo docebat eos, dicens,

3 Beati ″pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ. — Pauperes ſpiritu.

4 Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolationem accipient. — Lugentes.

5 Beati mites: quoniam ipſi ″hæreditatis iure terram poſſidebũt. — Mites.

6 Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabũtur. — Eſurientes.

7 Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam cõſequentur. — Miſericordes.

8 Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. — Mundi corde.

9 Beati pacifici: quoniam ii filii Dei ″vocabuntur. — Pacifici.

10 Beati qui perſequutionem patiũtur iuſtitiæ cauſa: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. — Afflictis propter Chriſtum, merces.

11 Beati eritis quũ ″conuitiati fuerint vobis, & ″*uos* perſequuti fuerint, & dixerint ″quiduis mali aduerſus vos mentiẽtes, ″mea cauſa.

12 Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis: ita enim perſequuti fuerunt Prophetas qui *fuerunt* ante vos.

13 Vos eſtis ſal terræ. quòd ſi ſal ″infatuat⁹ fuerit, ″quo ″ſalietur? ad nihil valet ″ãpli⁹ niſi vt abiiciatur foras, & cõculcetur ″à quibuſvis. — Sal & lux mundi, Apoſtoli.

14 Vos eſtis lux mundi. non poteſt ″vrbs ″occultari ſupra — Ciuitas.

Affectos, ἔχοντας. Vulg. ad verbũ, habẽtes: quod rectè mutauit Eraſmus. nã Malè habere ſimpliciter poſitum pro Ægrotũ eſſe, Latinum eſſe negant. Galli ſeruato helleniſmo, dicunt *auoir mal.* Vexationibus, βασάνοις. Vulgata, tormẽtis, id eſt στρεβλαῖς, vt Attici vocãt. Eraſmus torminibus conuertit, vt vitaret amphiboliam. quæ tamen etiam in Græco locum habet, ſed facilè vocabulo præcedente tollitur. Deinde Torminum appellatione certus tantùm morbus continetur, quum βασάνους vocet Euangeliſta ſæuos omnes morbos, qui ægrotum acerrimis doloribus excruciant, quaſi tormentis & equuleo impoſitos. Detentos συνεχομένους. Vulg. cõprehenſos, id eſt εἰλημμένους Eraſ. conſtrictos, id eſt συνεσχημένους. Certè τὸ ἔχεσθαι hic idem valet quod teneri, & veluti haberi à morbo. Dæmoniacos, δαιμονιζομένους. Quidam nuper vertit furioſos, vocabulo certè nimium generali, & periculoſa etiam verſione. Nec enim deſunt quibus dæmonium ſiue diabolus nihil aliud eſt quàm μανία.

25 Et *regionibus* trans Iordanẽ *ſitis.* καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulg. ad verbum, & de trans Iordanem: quæ loquutio eſt præciſa. Itaque rectè fecit Eraſmus qui ſuppleuerit aliquot vocabula, ne videretur καὶ accipi pro etiã: quaſi dicantur ex his regionibus ſequuti Ieſum, etiam trans Iordanẽ.

IN CAPVT V.

1 Turbam, ὄχλους. Turbas in plurali non memini legere alia ſignificatione quàm pro tumultu. Itaque vbique vtemur numero ſingulari.

2 Aperto, ἀνοίξας. Hebraicum dicendi genus, cuius tamen aliquam emphaſim eſſe volunt.

3 Pauperes, οἱ πτωχοί. Nonnulli mendicos interpretãtur, quos Hebræi אביונים appellãt: ea enim eſt propria vocabuli Græci declaratio, de qua copioſius dicemus infrà, 19.e.21. Eſt autem huius expoſitionis duplex ratio. Ita enim ſignificatur ſumma inopia, & præterea publica eius profeſſio abſque pudore vllo: quod vtrunque Deus à nobis requirit, in iis præſertim conſequendis de quibus hic agitur. Alii propterea quòd Euangeliſta addidit τῷ πνεύματι, id eſt ſpiritu, pauperẽ interpretari malunt quẽ Hebræi vocãt דכא, id eſt animi anguſtia quaſi contritum & contuſum, vt videantur hæc petita ex Pſal.34.d.19. item Pſal.51.d.19. quò etiam pertinet locus Eſaiæ, 57.c.15. quã interpretationem maximè probo: ſed hactenus tamen vt inopia & egeſtas ſola hic à Domino ſignificetur: ita enim melius apparebit antitheſis. Nã ea quæ egeſtatem conſequuntur, id eſt luctũ & mœrorem & animi ſummiſſionem, denique ſummum eius leuandæ deſiderium (de ea autem paupertate loquitur quæ nos à regno Dei excluderet, niſi Chriſtus ſuas opes nobiſcum communicaret) ipſe diſertè poſtea commemorat ſequentibus verſiculis. Eſt ergo huius loci hæc ſententia, Nihil eſſe cur illi ſe infœlices eſſe putent, qui reuera ſentiunt in animo ſe eſſe omnis iuſtitiæ inopes, quum iſte ſuæ inopiæ ſenſus ſit primus gradus quo ad ſummas opes, id eſt in regnum cælorum aſcenditur.

5 Hæreditatis iure poſſid. κληρονομήσουσιν. Ad verbum, hæreditabunt. Eraſ. hæreditatem terræ accipient. Vulgata, poſſidebunt, id eſt κτήσονται. Sed ius poſſeſſionis prætermittendum non fuit. nam ſi hæreditatis iure cælum poſſidemus (idcirco autem hæredes ſumus quia in Chriſto gratis adoptati per fidem) vbi merita quæ nonnulli iactant? Simpliciter tamen interdum κληρονομεῖν pro κτᾶσθαι accipitur.

9 Vocabũtur. κληθήσονται, i. erũt. Significat enim Hebræis verbũ vocãdi קרא ſic acceptũ, aliquid eiuſmodi eſſe vt idcirco ab õnibus celebretur.

11 Conuitiati fuerint vobis, ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς. Vulg. maledixerint vobis homines. Atqui maledicere cuipiam, idem valet quod imprecari. in hac autem ſignificatione Latini dicunt potius maledicere de aliquo, ſicut Gallis noſtris aliud eſt *meſdire*, quàm *maudire*. Deinde Græci ſcriptũ habent ὀνειδίσωσιν, non κακολογήσωσι, aut καταρῶνται. Cæterum addidit Vetus interpres rectum qui deeſſe videbatur, ad explendam conſtructionẽ, ſed is in pleriſque linguis ſuppleri ſolet. Sic enim Cicero, 1. Off. Deſerẽdi (inquit) officii plures ſolẽt eſſe cauſæ. Nã aut inimicitias ſuſcipere nolũt: aut ſuis ſtudiis ſic impediũtur, vt quos tutari debeãt, deſertos eſſe patiãtur. Eraſ. vertit, probra iecerint in vos. quòd ſi periphraſis mihi placuiſſet, dicere maluiſſẽ, probris affecerint vos, nulla addita præpoſitione. *Vos* perſequuti fue. διώξωσιν. διώκειν. i. perſequi, forenſe verbũ eſt, quo eas potiſſimũ iniurias hic puto ſignificari quibus viri innocentes afficiuntur quũ ex Tyrannorũ edictis ad iudicũ tribunalia pertrahũtur, id eſt ad publicã iniuriam, quæ authoritate magiſtratus armatur: ſicut primum illud ὀνειδίσωσιν ad conuitia priuatorum hominũ refero: poſtremum autem εἴπωσιν ad teſtium & iudicum iniquitatem pertinere. quarum omnium iniuriarum manifeſtiſſima exempla nobis hodie ſuppeditãt ii qui veritatem Dei in nobis perſequuntur. Quiduis mali πᾶν πονηρὸν ῥῆμα. Vulg. omne malum. neque enim legit ῥῆμα, quod etiam non reperitur apud Chryſoſtomum lib.3. περὶ ἱερωσύνης. Eraſ. omne malum verbum. Nos verò ſuprà oſtendimus πᾶν indefinitè accipi, 4.d.23. Itaque ſic conuertimus. ῥῆμα verò reſpõdet דבר Hebræorum, quod & ipſum pro indefinita particula vſurpatur, vt à nobis ſine vlla ſenſus iniuria potuerit prætermitti. Mea cauſa. ἕνεκεν ἐμοῦ. Secundum exemplar ſcriptum habebat ἕνεκεν δικαιοσύνης iuſtitiæ cauſa.

13 Infatuatus fue. μωρανθῇ. Vulg. euanuerit, vt μωραίνεσθαι idẽ ſit quod Gallicè dicimus *euenter.* Quo ἐν τίνι. i. per quod. Vulgata ad verbum, in quo. In pro Per, Hebræorum idiotiſmo, de quo alibi dixi. Salietur? ἁλισθήσεται; i. quid tandem ſupererit quo vti poſſis ad ſaliendũ? vel, ſal ipſe infatuatus quo tandem ſalietur? Amplius ἔτι. Vulg. & Eraſ. vltrà, id eſt περαιτέρω. A quibuſvis. ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Vulg. & Eraſ. ad verbum, ab hominibus, ſicut vernaculo ſermone dicimus, *des gens.*

14 Vrbs, πόλις. Eraſ. oppidum. Ego vbique vrbem conuerti, ſicut Vallæ placet, quod Ciuitatis nomen latius pateat. Occultari κρυβῆναι. Vulg. & Eraſ. abſcondi: quod potius reſpondet τῷ ἀποκρύπτεσθαι.

montem posita.

Lucerna.

15 Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſubter modium, ſed in candelabrum, & ſplendet omnibus qui ſunt in domo.

Opera bona.

16 Ita ſplendeat lux veſtra coram hominibus, vt videãt veſtra bona opera, glorificéntque Patrem veſtrum qui eſt in cælis.

Legẽ adimplet Chriſtus.

17 Ne exiſtimetis quòd venerim vt diſſoluam Legem, aut Prophetas: non veni vt diſſoluam, ſed vt impleam.

18 Amen quippe dico vobis, vſque dum præterierit cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex nequaquam præterierit ex Lege vſque dum omnia facta fuerint.

Mandatorũ Dei impletio.

19 Quiſquis igitur ſoluerit vnũ ex mãdatis hiſce minimis, & docuerit ita homines, minim⁹ vocabitur in regno cælorũ: quiſquis autẽ fecerit & docuerit, iſte magnus vocabitur in regno cælorũ.

20 Dico enim vobis quòd niſi abũdauerit veſtra iuſtitia pl⁹ quàm Scribarũ & Phariſæorũ, nequaquã ingrediemini in regnũ cælorũ.

Occidere quid.

21 Audiſtis quòd dictum ſit antiquis, Non occides: quiſquis autẽ occiderit, tenebitur iudicio.

22 Ego verò dico vobis quòd õnis qui iraſcitur fratri ſuo temere, tenebitur iudicio: quicũq; verò dixerit fratri ſuo racha, tenebitur

uitas abſcõdi ſupra montem poſita.

Neque accendũt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Marc.4.c.21 luc.8.c.16 & 11.e.33

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrum qui in cælis eſt. 1.Pet.2.c.12

Nolite putare quoniã veni ſoluere Legem, aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. C

Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant. Luc.17.d.10

Qui ergo ſoluerit vnũ de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorũ: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Iacob.2.b.10

Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã Scribarũ & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Luc.11.f.39

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Exod.20.c.13 deut.5.b.17

Ego autem dico vobis quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autẽ dixerit fratri ſuo, racha: D

Poſita. κειμένη. Eraſ. ſitum. Rectè quidem, ſed hîc nolui copiam affectare.

15 Accendunt, καίουσι. Imperſonaliter, vt admonuimus ſuprà, verſu 11. Cæterùm Græcis hoc verbum non tam accendere, quàm vrere ſignificat, ſed apparet hîc habere ſignificationẽ Hebraicæ coiugationis quã vocãt hiphil מדליקים: Nã qui accendit, facit vrere, ſicut apud eoſdẽ Græcos καθίζειν interdũ neutrum eſt, interdum verò μεταβατικὸν, vt infrà, 21.a.7. Apertius Lucas qui pro καίουσιν, ſcripſit ἅπτουσι. Sic enim Ariſtoph. in Nebulis, ἅπτε τὸν λύχνον. Lucernam, λύχνον. Ita vocatur vel inſtrumentũ ipſum, puta lampas, cui oleum aut aliud quidpiam imponitur quod accedatur: vel idipſum quod ardet, puta fax, aut candela. In candelabrũ, ἐπὶ λυχνίαν. vel, ſupra candelabrum. inſtrumentum ſcilicet eminenti loco poſitum cui imponebatur aut infigebatur lucerna. Homerus, Odyſſ. σ, λαμπτῆρας vocat, ni fallor. Et ſplendet καὶ λάμπει. Vulg. vt luceat. Eraſmus, & lucet. Mihi videtur verbum Lucere, reſpondere τῷ φέγγεσθαι, vel τῷ φαίνειν.

16 Glorificéntque καὶ δοξάσωσι. Id eſt gloriã Dei prædicent: pro quo Baſilius dicit δοξολογεῖν. Glorificandi autem vocabulũ, vſitatũ & familiare Sacris ſcriptoribus, interdum ſignificat glorioſè Dei maieſtatẽ & laudes prædicare: interdum verò gloriam & ſplendorem alicui afferre: quæ poſterior ſignificatio non videtur propriè conuenire hominibus, quibus ſatis eſt Dei gloriam profiteri, potius quàm vt amplificent.

18 Amen ἀμὴν, id eſt verè & certò. Hebræorũ autẽ vocabulũ ab אמונה deriuatũ, quod veritatẽ ſignificat, quũ nõ modo Græci omnes Noui teſtamẽti ſcriptores retinuerint, ſed vulgata quoque linguarũ idiomata, nimiũ certè eſt delicatus qui auſus eſt expungere. Quintum autẽ exẽplar bis ſcriptũ habebat ἀμὴν. Vſque dum præterierit ἕως ἂν παρέλθῃ. Verbum Hebræum יחליף cui Græcũ παρελθεῖν ex aduerſo reſpondet, ſignificat ſic aliquid præcedere vt etiã mutetur: quo modo vſurpatur Pſal.102.c.27. Nequaquã οὐ μὴ. Duplex eſt negatio in Græco: ſed quæ magis neget quàm ſimplex, contrà quàm apud Latinos. Nos verò ita vertimus vt à ſimplici negatione diſtingueremus: quod idem fecimus in οὐδαμῶς. Ex ἀπὸ. Vulg. à. ἐκ & ἀπὸ ſæpe apud Græcos permutantur, veluti quum dicimus εἰκὼν ἀπὸ ξύλου .i. imago è ligno. de quo diximus ſuprà, 3.a.4. 19 Soluerit λύσῃ. id eſt tranſgreſſus fuerit. Nam etſi paria non ſunt peccata, tamen nullũ eſt tam leue peccatum quòd nos non expellat ex regno Dei, niſi per Chriſtũ condonetur. hic itaque ſenſus eſt, Quicunque violauerit vel minimum præceptum Legis, & ſic docuerit homines .i. ſuo exemplo hominibus præierit: is minimus ſiue nullus erit in regno cælorum, hoc eſt in Eccleſia non cenſebitur corã Deo. Is autem qui præſtiterit Legem, & docuerit, excellentiſſimus habebitur in regno Dei. Mentionem autẽ facit doctrinæ in vtroque membro: quia diſcipulos alloquitur futuros Euangelii doctores. Sic igitur plerique interpretantur. Quidam verò illud, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, conuertit, Licet ita doceat homines: perinde acſi ſcriptum ſit, κἂν, vel καὶ ἐὰν, (cuius enallages exemplum habes infrà, 15.a.6, & Luc.18.b.7.) & οὕτω nõ referatur ad λύειν præcedens, ſed contrariã ſententiam exprimat propter aduerſatiuã præcedentem, idémque valeat atque κατὰ τὰς ἐντολὰς, vt ſit huius loci hæc ſentẽtia, Qui cõtra, vel minimũ horũ præceptorum fecerit, licet ita doceat homines .i. etiã ſi doceat homines ex præſcripto horum mandatorũ facere quæ ipſe cõtemnit, minimus vocabitur in regno cælorum. Quæ interpretatio cũ eo conuenit quod Chriſtus ait infrà, cap.23.a.3, Quæ dixerint vobis vt ſeruetis, ſeruate & facite: ſecundũ autem opera eorũ ne faciatis. Deinde planior erit antitheſis ſi dicamus opponi inter ſe duo doctorum genera: vnum eorum qui docent quidem verbũ Dei in Eccleſia, ſed ipſi interim nihil minus præſtant quàm quod ab aliis requirunt. Alterum eorum qui quod docent, reipſa præſtant. Illos igitur dicit Dominus, etiã ſi alioquin fuerint doctiſſimi, tamen minimos eſſe in Eccleſia Dei. Vnum μίαν. Latini dicerent, vel vnum, ad exprimendam emphaſim: & Græci quoque κἂν μίαν, quo modo loquitur Marcus, 6.g.56. Hiſce minimis, τούτων τῶν ἐλαχίστων. Articulus additus deſignat certum præceptorum genus, quæ Phariſæi & Scribæ non admodum magnifacerẽt: quod etiam oſtendunt eæ quæ ſequuntur expoſitiones in ſecundam Tabulam. Itaque ad exprimendã vim articuli, libens conuertiſſem, Quæ minima ſunt: niſi exiſtimarem Chriſtum ironicῶs ex aliorum ſenſu loqui. Ita οὕτως. Vulg. & Eraſm. ſic. quod cur mutarem, hæc vna cauſa fuit, quòd illud mihi viſum eſt ad Græcum vocabulum propius accedere: ſicut etiam ob eandem cauſam οὗτος plerunque conuerti Iſte, potius quàm Hic. Vocabitur κληθήσεται, id eſt erit. Hebraiſmus hoc vno verſiculo bis vſurpatus, de quo diximus ſuprà, verſu 9.

20 Ingrediemini εἰσέλθητε. Vulgata, intrabitis. Eraſm. poſſitis ingredi. Ego malui per futurum interpretari. Nam familiare hoc eſt Euangeliſtis, præcedente duplici illa negatione, vſurpare futurum exactum coniunctiui pro futuro indicatiui. εἰσελθεῖν autem verto vbique Introire, vel Ingredi, potius quàm Intrare, vt Græci vocabuli tanquam veſtigiis inſiſtam.

21 Tenebitur ἔνοχος ἔσται. Eraſm. obnoxium, Vulg. reum, conuertit: quorum neutrum videtur ſatis conuenire. obnoxius enim eſſe poteſt etiam is qui non eſt in culpa: ſicut obnoxii ſunt ſancti homines multis iniuriis. Et Rei Latinis dicuntur (vt ait Cicero) omnes de quorum re diſceptatur. ἐνέχεσθαι verò ſignificat teneri .i. αἱρεῖσθαι καὶ ἁλίσκεσθαι. ſicut quum dicimus aliquem furti teneri, aut ſacrilegii. Idem valet ergo ἔνοχος ἔστω, quod ἐνεχέσθω .i. (vt Latini Iuriſconſulti loquuntur) damnas eſto. à quo tamen abſtinui, ne viderer nouitatẽ affectare. Hîc certè videtur Chriſtus non modo actionem dare aduerſus homicidam, ſed iubere vt ad iudicium trahatur: non tam vt de ipſius iure diſceptetur, quàm vt damnetur. 22 Iudicio: κρίσει. In quo ſcilicet de minimis cauſis cognoſcitur. Id autem erat in quo Triumuiri ſedebant. συνέδριον autem de quo poſtea agitur, illud erat in quo XXIII iudices de cauſis maioribus cognoſcebant. Poſtremo loco de ſummis cauſis cognoſcebat Senatus Iudicũ LXXI, quod hîc cõparatur Diuino iudicio. Et hæc quidem ex Hebræorũ commentariis Fagius in 16.cap. Deuteronomii: deinde etiam alii quidam in hũc locum obſeruarunt, quorum diligentiam vtinam plurimi imitentur. Racha, ῥακά. Vocabulum hoc retinere volui, Matthæum ipſum, vel certè Græcum eius interpretem ſequutus, qui peregrinam hanc vocem maluit vſurpare, quàm Græcam aliam ſubſtituere. Admonuit me verò Emanuel Tremellius, vir ſuæ (id eſt Hebrææ) linguæ peritiſſimus, in Talmud ſæpe legi ריקא pro quo Syri dicũt רקא, & ſignificare hominem cerebro vacuum, quem etiam vernacula lingua *follem*, ab inanitate vocamus, Græcè fortaſſis χαῦνον rectè voces. Nam ריק vnde deductũ illud eſt, ſignificat vacuum & inane. hoc ipſum poſtea reperi à quibuſdam annotatum. Quidam nuper balatronem eſt interpretatus: quàm rectè, ipſe viderit.

	reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.		'conſeſſu: quiſquis autem dixerit, fatue: tenebitur 'gehennæ 'ignis.	
	Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te:	23	Igitur ſi 'attuleris munus tuũ ad altare, & illic 'memineris quòd frater tuus habet aliquid contra te:	Reconciliatio ſacrificiis præfertur.
	Relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade: recõciliare prius fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.	24	Omitte illic munus tuum 'coram altari, & abi: 'primùm reconcilieris fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum.	
Luc.12.g.58	Eſto cõſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris.	25	'Eſto amicus 'aduerſario tuo citò 'dum es in via cum eo: 'nequãdo te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat 'miniſtro, & in 'cuſtodiam 'coniiciaris.	
	Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrãtem.	26	Amen dico tibi, nequaquã exibis illinc, vſque dum 'reddideris 'vltimum 'quadrantem.	
Exod.20.c.14	Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis.	27	Audiſtis quòd dictum fuerit antiquis, 'Non mœchaberis.	Adulterium.
	Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.	28	Ego verò dico vobis quòd omnis 'qui aſpicit mulierem ad concupiſcendum eam, iam 'adulterauit eam in corde ſuo.	
Infrà 18.a.8 marc.9.g.47 E	Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum mẽbrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.	29	Si verò oculus tuus dexter 'facit vt tu offendas, erue eum, & abiice abs te. 'confert enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, 'ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.	Oculi erutio.
	Et ſi dextera manus tua ſcãdalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.	30	Et ſi dextera tua manus facit vt tu offẽdas, 'excinde eam, & abiice abs te. confert enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ac nõ totum corpus tuum 'coniiciatur in gehennam.	Manus abſciſſio

Conſeſſu: συνεδρίῳ. Vulgata & Eraſmus, concilio. Et certè fateor concilii vocabulũ id valere, ſed illud propius abeſt à Græco. Gehennæ εἰς τὴν γέενναν. Vocabulũ hoc Hebræũ eſt ex duobus compoſitũ, & vallẽ Hinnon declarat, quæ etiã תופת Topheth dicitur, in qua olim Iſraelitæ ſuperſtitionibus vicinarum gentium addicti, filios ſuos diis adolebant, inaudita quadam immanitate. Inde factum vt acciperetur pro loco cruciandis in æternum reprobis deſtinato, atque adeò pro ipſo ſupplicio & cruciatu quo afficiuntur cum Satana & angelis ipſius, ſicut Eraſmus & alii multi annotarunt. Vide Ierem.7.g.31. Ignis πυρός. id eſt ardentem: Hebræorum idiotiſmo, qui ſimili ratione carnem peccati, pro carne peccatrice dicunt: & hominem auaritiæ, pro homine auaro. Si tamen gehennam pro ipſo cruciatu accipias, nulla erit enallage.

23 Attuleris προσφέρῃς. Vulg. offers. Eraſ. obtuleris. Et fateor προσφέρειν hoc etiã ſignificare: ſed hìc videtur minus quiddam valere. vult enim priuſquam offeratur munus, vt reconciliatio fiat. niſi fortè quis emphaticè malit accipere, acſi dictum eſſet, in ipſo oblationis actu, vt loquuntur. Memineris μνησθῇς. Vulg. & Eraſmus, recordatus fueris: quod reſpondet τῷ ἀναμιμνήσκειν.

24 Coram ἔμπροσθεν. Vulg. ante, id eſt ἐναντίον. Primùm πρῶτον. Hanc particulã alii coniũgunt cum ὕπαγε, alii cũ διαλλάγηθι: quod poſterius videtur melius conuenire. 25 Eſto amicus ἴσθι εὐνοῶν. Eraſ. Habeto beneuolentiã. Ad verbum, Eſto beneuolus, id eſt redi in gratiam, & fac vt ſis amicus. Nec enim monet tantùm vt bene velimus aduerſario, ſed vt cũ eo tranſigamus: quod fiet ſi præcidamus omnem inimicitiarum cauſam. Vulgata vertit, Eſto conſentiens. Et indicat Auguſtinus (ſicut annotat Eraſmus) nonnullos vertiſſe, Eſto concors. Ex quibus coniicio veterẽ interpretem legiſſe συννοῶν. facilis enim fuit lapſus εὐ in συν: atque adeò hæc lectio fortaſſis eſt verior, quũ Veteris interpretis authoritate nitatur, & ſenſum habeat (ni fallor) pleniorem. Vnum tantùm obſtat quòd συννοεῖν apud idoneos authores (vt ſemel atque iterum initio Alcibiadis poſterioris apud Platonem) reperiatur pro Secũ cogitare aliquid, id eſt ἐννοεῖν, potius quàm pro ὁμονοεῖν, id eſt conſentire. quanuis hanc quoque ſignificationem facilè admittat particula σὺν, ex qua componitur. Aduerſario, τῷ ἀντιδίκῳ. Ad verbum, contrà litigatori. Neque enim ἀντίδικος tam latè patet Græcis quàm Latinis Aduerſarius, niſi quũ eſt verbũ forenſe, quia tunc idem valet atque pars aduerſa, vt vulgus loquitur. Dum ἕως ὅτου. Alibi verti Vſquequo, quod huic loco nõ conuenit. hic enim idẽ valet quod Interim dum: in quo genere dicendi etiã vſurpatur ἕως ſimplex, ſine vlla adiectione, vt Marci 6.f.45. Ne quando μήποτε. Vulg. ne fortè: quod rectè mutatum eſt ab Eraſmo plurimis locis, vt annotauimus ſuprà, 4.a.6. Miniſtro, ὑπηρέτῃ, id eſt lictori vel apparitori. ὑπηρέται tamen in genere dicuntur qui ſubſeruiunt: qui etiam διάκονοι vocantur, vt infrà, 20.d.26. Itaque vtrunque Græcum vno Latino exprimere ſolemus, niſi quũ de Diaconis Eccleſiaſticis fit mentio. hos enim maluimus ex conſuetudine Diaconos Græco nomine vocare. Cuſtodiã φυλακήν. Græci honeſto vocabulo ſic Carcerem vocant, quam etiam ob eam cauſam οἴκημα dicebant Athenienſes, id eſt domiciliũ, authore Plutarcho, in Solone. Idem eodẽ loco teſtatur Præſidia ciuitatũ φυλακὰς plurali numero dici cœpiſſe. Sed & Latinis cuſtodia vocatur carcer. Cic. ad Quintum fratrem lib.1, Hominem comprehendere, & in cuſtodiam tradere. Coniiciaris. βληθήσῃ. Ad verbum, iaciaris. Vulg. mittaris: quod paulo leuius videtur. In ſecundo manu ſcripto exemplari legitur βληθῇς eodem ſenſu.

26 Reddideris ἂν ἀποδῷς. Eraſ. perſolueris, id eſt ἀποτίνῃς. Vltimum ἔσχατον. Vulg. nouiſſimum, id eſt νεώτατον. Eraſmus, extremũ: quo propriè τὸ ἄκρον declaratur. Græci ἔσχατον dicunt à σχεῖν, id eſt à continendo & cohibendo, id ſcilicet in quo neceſſe eſt vt conſiſtamus: ſicut Latinè illud dicitur vltimum, vltra quod pergere non liceat. Quadrantem. κοδράντην. Latina vox Græcè declinata, vt multæ aliæ paſſim apud Euangeliſtas, cuiuſmodi iſta ſunt à nobis ſemel collecta, veluti ἀσσάριον. δηνάριος, κεντυρίων, κῆνσος, κουστωδία, λεγεών, λέντιον, λιβερτῖνος, μίλιον, μάκελλον, μεμβράνα, μόδιος, ξέστης, σικάριος, σουδάριον, σπεκουλάτωρ, ταβέρνη, φόρον, τίτλος, φραγελλόω, φραγέλλιον, id eſt Aſſarius, Denarius, Centurio, Cenſus, Cuſtodia, Legio, Linteum, Libertinus, Miliare, Macellũ, Membrana, Modius, Sextarius, Sicarius, Sudarium, Speculator, Taberna, Forũ, Titulus, Flagellare, Flagellum. Sed vt ad rem redeam, Ad vltimũ quadrantem ſoluere, prouerbialiter dicitur is quicũ ſummo iure agitur. Quod autẽ quidã hìc annotauit, id eſſe quod Latini dicunt, Ad denarium ſoluere: id ipſe quidem putauit, quod ignoſco: quum & docti viri in loco Ciceronis quẽ citat ex Oratione pro Quintio, decepti fuerint: ſed aliũ eſſe ſenſum intelligẽt ſani lectores ex aliis locis. quod etiam Hotomanus in ſuis annotationibus non omiſit. 27 Non mœchaberis. οὐ μοιχεύσεις. Vel, ne mœcheris: ſed tamen ſub vna ſpecie ſcortationis, eáque grauiſſima, πορνείαν quoque complectitur: ſicut contrà μοιχία interdum ἀντὶ πορνείας accipitur.

28 Qui aſpicit ὁ βλέπων. Vulgata, qui viderit. Atqui τὸ βλέπειν plus eſt quàm ὁρᾶν, quanuis interdum confundantur, ſicut apud Latinos plus eſt videre quàm aſpicere. Vide infrà, 6.a.4. Adulterauit ἐμοίχευσεν. Vulgata, mœchatus eſt. Eraſmus, adulterium commiſit. Adulterandi verbo vtitur Suetonius, quod etiam Eraſmus annotauit: qui tamen periphraſi vti maluit: quæ res coegit eum addere particulam Cũ. Cæterùm adulterare hìc accipio generaliter pro Corrumpere & ſtuprare. Itaque γυναῖκα non conuerti vxorem, cum Eraſmo: ſed mulierem. Malui enim ſequi Veterem interpretem, quia non additur ἰδίας, vel ἀδελφοῦ.

29 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vulg. ſcandalizat te. Eraſ. tibi eſt obſtaculo, id eſt ἐμποδίζει. Idem paulo pòſt, obſtiterit tibi. Cæterũ ea faciunt vt offendamus, quæ impediunt quominus inoffenſo curſu pergamus in Lege Domini. Peccata enim ſunt veluti ſaxa ad quæ impingimus. Idcirco autem conuerti per periphraſim, quia non tam oculus ipſe eſt nobis offendiculo, quàm id quod per eum cernimus: in quo conſtituendam putaui differentiam, vt σκανδαλίζειν hìc accipiatur forma Hebrææ coniugationis hiphil. Confert συμφέρει. Vulgata & Eraſmus, expedit. illud certè Græco vocabulo reſpondet. Ac non καὶ μή. Vulgata, quàm. quod rectè mutauit hoc verſiculo, & item proximo, Eraſmus.

30 Excinde ἔκκοψον. Vulg. abſcinde. Eraſ. amputa. Ego malui proprietatem Græci vocabuli ſeruare, quum etiam & Vetus ipſe interpres, & Eraſmus ſuprà ſic conuerterint, cap.3.b.10. Coniiciatur βληθῇ. Secundum exemplar habebat ἀπέλθῃ, id eſt abeat.

Vxor.	Dictum est autem, 'Quisquis 'dimiserit vxorē suam, det illi 'libellum abscessionis.	31	Dictum est autem, ǀQuicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii.	Deut.24.a.1 infrà 19.a.7 marc.10.a.4 luc.16.d.18 1.cor.7.b.10
	Ego verò dico vobis quòd qui dimiserit vxorem suam 'extra rationē "scortationis, facit vt ipsa mœchetur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.	32	Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eā mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.	
Non iurandum.	"Rursum audistis quòd dictum fuerit antiquis, Non "peierabis, sed 'reddes Domino "iuramenta tua.	33	Iterum audistis quia dictum est antiquis, ‖Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua.	Exod.20.a.7 leuit.19.c.12 deut.5.b.11
	Ego verò dico vobis 'ne iuretis omnino, neque 'per cælū, quia 'thronus Dei est:	34	Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est:	F
	Neque per terram, quia "scabellum est pedum eius: neque per Hierosolyma, quia vrbs est Magni regis.	35	Neque per terram, quia scabellum est pedū eius: neque per Ierosolymā, quia ciuitas est Magni regis.	
	Neque 'per caput tuum iurabis, quia nō potes vnum capillum "album aut nigrum facere.	36	Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum albū facere aut nigrum.	
	"Esto autem sermo vester, 'Etiam, etiam: nō, non. 'quod autem supra hæc redundat, "à malo est.	37	ǀSit autem sermo vester, Est, est: nō non. quod autem his abūdantius est, à malo est.	Iacob.5.c.12
	Audistis quòd dictum fuerit, 'Oculum pro oculo, & dentem pro dente.	38	Audistis quia dictum est, ǀOculum pro oculo, & dentem pro dente.	Exod.21.c.24 leuit.24.d.20 deut.19.d.21

31 Quisquis ὅτι ὅς. Abundat ὅτι, quod constat ex imperatiuo sequente, δότω. Dimiserit ἀπολύσῃ. Erasmus, repudiauerit. ἀπολύειν propriè significat absoluere, sicut Latini Absoluere creditorem dicunt. sed malui vti vocabulo clariore: quanuis dimittere respondeat potius τῷ ἀφιέναι: quo verbo vtitur Paulus 1.Corinth.7.c.11. Vide suprà, 1.c.19. Libellum abscessionis. ἀποστάσιον. quasi dicas abscessionale. Nam ἀφίστασθαι inter cætera significat seorsum stare, vel ponere, id est abscedere, vel separare.

32 Extra rationem παρεκτὸς λόγου. Vulgata, excepta causa. Erasmus, nisi causa, id est εἰ μὴ ἕνεκα. Extra, hîc est in exceptione positum, sicut apud Terentium in Phormione, Neque cognatus extra vnam aniculam quisquam ei aderat: in quo genere vsurpant Græci plerunque πάρεξ cum accentu in penultima. Verti autem λόγου rationem non causam, id est αἴτιον. Scortationis, πορνείας. Erasmus, stupri. Vulgata, fornicationis. Hîc autem poni certum est πορνείαν pro Adulterio. Quanuis etiam πορνεύειν, id est scortari, dicatur de vxore quæ palàm omnibus prostat, vno & altero adultero non contenta: quo modo vsurpauit Dion lib.58, de Messalinæ & Silii nuptiis loquens.

33 Rursum πάλιν. In vno exemplari vetusto scriptum offendimus πλὴν, id est præterea vel cæterùm. Peierabis, ἐπιορκήσεις, id est violabis iusiurandum. Significat enim ἐπιορκεῖν aliquid facere supra iusiurandum, & illud transgredi. Latinis quoque (vt inquit Cicero, Offic. tertio) Peierare non est falsum iurare, sed quod ex animi tui sentētia iuraris, id nō facere, periuriū est. Cuius rei lectorem admonere placuit quia quæ sequuntur, alioquin non videntur cohærere. Reddes ἀποδώσεις. Erasmus, persolues, id est ἀποτίσεις. Iuramenta tua. ὅρκους σου. Erasmus partim vt vitaret vocem insolētem, partim vt sensum clarius exprimeret, maluit per periphrasim interpretari, ea quæ iuraueris. Nos maluimus hoc quidem loco Vulgatam sequi, quàm à Græcis longius discedere. Cic. de Legibus, Cautè vota reddunto.

34 Ne iuretis μὴ ὀμόσαι. Vulgata, non iurare. τὸ ὀμόσαι positum est pro ὀμόσατε, imperandi modo: nisi illud λέγω ὑμῖν interpreteris, iubeo vos, sicut etiam paulo pòst, versu 39. Cæterùm etsi neque mei est propositi commentaria scribere, neque libens quenquā reprehendo, in hoc præsertim scribendi genere, in quo non dubito quin ipse in varias reprehensiones incurram: tamen monendū esse putaui lectorem, vt quædam ab Erasmo scripta in hunc locum de iureiurando, & superiorem de litigādo, cum summo iudicio legat. Nam etsi malo omnia in meliorem partem accipere quoad eius fieri potest, & eius laboribus tam faueo quàm qui maximè: tamē dissimulare nō possum pleraque sic ab eo explicari in his capitibus, vt videri possit vel ab opinione Anabaptistarum, vel à fanaticorum illorum distinctione, qui hæc omnia ad solos quosdam perfectos pertinere credunt, non prorsus dissentire. Per cælum, ἐν τῷ οὐρανῷ. Ad verbum, in cælo: quæ phrasis sæpe repetitur infrá, cap.23.b.16. Est autem nata ex Hebræorum idiomate, apud quos ב litera sæpe ponitur pro Iurantis aduerbio, vt Genes.22.c.16, & Iosue 2.b.12. Cæterùm fuit hæc iurisiurandi formula etiā profanis gentibus familiaris, vt liquet ex illo Virgilii loco, Per sydera iuro. Thronus θρόνος, id est solium siue sedes regia. Græcum vocabulum libens retinui, quod Gallico etiam idiomate vsurpatur.

35 Scabellum ὑποπόδιον. Erasmus, subsellium: fortassis nō satis rectè. ὑποπόδιον enim Græcis dicitur, nō illud quo sedemus, siue sedes sit siue subsellium, sed quod sedentis pedibus est subiectum: & à Latinis Scamnum à scandendo, itémque scabellum forma diminutionis dicitur, quo scilicet in sedem altiorem ascenditur. Ouidius, Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.

36 Per caput ἐν τῇ κεφαλῇ. Sic Iulus apud Virgilium, Per caput hoc iuro. Album aut nigrum. λευκὴν ἢ μέλαιναν. Octauum exemplar tollit particulam ἢ, vt sit hic sensus, Non posse homines capillum qui sit albus, nigrum reddere: itaque non videri capitis sui dominos.

37 Esto autem ἔστω δέ. Vel, Sit autem. Erasmus, Erit autem ἔσται δέ. Etiam, etiā: ναί, ναί. Vulgata & Erasmus, Est, est: idem tamē infrà, 11. b.16, ναὶ interpretatur quidni? id est πῶς γὰρ οὔ; & vertit vt ego hîc feci, 2.Corinth.1.d.17. Quòd autem existimat conduplicationem hanc ad eūdem non pertinere, sed priorem particulam esse interrogantis, posteriorem respōdentis, nullius (quod sciam) exemplaris authoritate confirmatur. Ita enim scribendum fuisset ναί; ναί. οὔ; οὔ. quod nusquam legi. Idem rursus aliam affert interpretationem, quasi nimirum iubeat Dominus, vt si sermo noster affirmat, verè affirmet: sin negat, verè neget. Sed ea quæ statim subiiciuntur, indicant hîc agi de ipsa affirmandi & negandi formula, non autem de ipsius affirmationis & negationis veritate. Quomodo enim hæc cohæreant, non video, Verè affirmetis, quæ affirmatis: & verè negetis, quæ negatis. quod autem supra hæc redundat, à malo proficiscitur. Non desunt igitur qui putent geminatam vtranque particulam emphaseos causa, quasi Dominus propterea quòd ferè iuramus vt nobis credatur, iubeat vt gemina potius affirmatione & negatione vtamur, quàm Dei nomen temerè vsurpemus. Sed hanc quoque expositionem refellit omnium codicum consensus. Legimus enim vbique ναί, ναί, οὔ, οὔ, interposita distinctione. Itaque existimo in his verbis, ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν esto autem sermo vester, prolepsin esse qua diuiditur λόγος in duas species, affirmantem scilicet & negantem, id est in ναί, & οὔ. Sic enim vsurpari has particulas liquet ex 2.Corinth. 1.d.17, vbi sermonem suum testatur Apostolus non fuisse ναί, & οὔ, id est variū & inconstantem, vt rem eandem modò affirmaret, modò negaret: sicut parasitus ille apud Terentium loquitur, Negat quis? nego: ait? aio: Item ex eiusdem capitis versu 30, vbi traditur omnes promissiones Dei esse in Christo etiam, & amen, id est veras & firmas per Christum declarari. Quare hæc Christi verba perinde accipio acsi ita scriptū esset, ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, ὁ μὲν ναί, (id est καταφατικὸς) ναί· ὁ δὲ οὔ (id est ἀποφατικὸς) οὔ. hoc est, vester sermo sit affirmans quidem, etiam: negans verò, non. Nā simplici & nudæ affirmationi aut negationi quod ita adiicitur vt redundet, à malo proficiscitur. Idque prorsus respondet totidem ferè Iacobi verbis 5.c.12: vbi sic scribit, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί· καὶ τὸ οὔ, οὔ. Quæ verba simili ratione interpretor de non iurando, non autem de affirmationis aut negationis veritate: quū totū illum locū Iacobus ex hoc Christi sermone sit mutuatus. Quod autē supra hæc redūdat, τὸ δὲ περισσὸν τούτων Vulg. quod autē his abundātius est. Eras. quod vltra hæc adiūgitur. Ego sic coactus sum interpretari, vt quæ sit hoc loco vis τοῦ περισσοῦ exprimerē, quo scilicet vocabulo nō tam hîc significatur abūdantia, quàm superflua redundātia. quod videntur illi nō cōsiderasse qui ex his Christi verbis censent penitus interdictum esse iusiurandum: quum tamen id vnum iusiurandi genus reprehendat Christus, quod quū alioquin fiat per nomen Dei, tamen redundat: id est quod simplici affirmationi vel negationi additur, quum minimè sit necessarium. Nā & ipse Dominus, & Prophetæ, & Apostoli quoties necesse est, iurant: atque adeò in Dei cultu numeratur quoque iusiurandum. A malo ἐκ τοῦ πονηροῦ. ἐκ pro ἀπὸ, id est à conscientia mala, siue à Diabolo. Significat enim πονηρὸς aliquid amplius quàm κακὸς, nempe eum qui sit in omni scelere exercitatus: quanuis hæc differentia non semper obseruetur.

38 Oculum ὀφθαλμὸν sub. erue. hæc est lex talionis de qua vide apud A. Gellium, Phauorini disputationem.

Luc.6.d.29 rom.12.d.17 1.cor.6.b.7

Ego autem dico vobis, ‖non reſiſte te malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexterã maxillã tuã, præbe illi & alterã.

39 Ego verò dico vobis ne reſiſtatis ʹmalo: ſed ʹquiſquis ʹte ceciderit in dexteram tuam maxillam, ʺobuerte ei & ʺalteram.

Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

40 Et ʺei qui vult tecum iudicio contendere, ac tunicam tuam ʹcapere, ʺdimitte & pallium.

Et quicunque te angariauerit mille G paſſus, vade cum illo duo.

41 Et quiſquis ʺangariauerit ʹ*ad* miliare vnum, abi cum eo ʹduo.

Deut.15.b.8

‖Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

42 Petenti abs te dato: & ʺvolentem mutuari abs te, ne auerſeris.

Leuit.19.d.18

Audiſtis quia dictum eſt, ‖ Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:

43 Audiſtis quòd dictum ſit, ʺDiliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:

Inimici diligendi, & quare.

Luc.6.d.27

Luc.23.e.34 act.7.g.60 1.cor.4.c.13

Ego autem dico vobis, ‖diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: ‖ & orate pro perſequẽtibus & calumniantibus vos:

44 Ego verò dico vobis, Diligite inimicos veſtros, ʹbenedicite ʹiis qui deuouent vos, benefacite ʹiis qui oderunt vos, & ʺorate pro iis ʺqui vos infeſtant, & perſequuntur vos:

Orandum pro perſequentibus.

Luc.6.e.32

‖Vt ſitis filii Patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

45 Vt ʺſitis filii Patris veſtri qui eſt in cælis: ʹnam ʹfacit vt ſol ſuus exoriatur ſuper malos ac bonos, ʺ& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Si enĩ diligitis eos qui vos diligũt, quam mercedem habetis? nónne & Publicani hoc faciunt?

46 Nam ſi dilexeritis eos qui diligunt vos, quam mercedem ʹhabebitis? nónne & Publicani idem faciunt?

Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tã.

47 Et ſi ʺcomplexi fueritis ʹfratres veſtros ſolùm, quid

39 Malo: τῷ πονηρῷ. Hoc nonnulli exponunt tertio caſu, id eſt ne reſiſtite improbis & ſceleſtis hominibus. Alii, vt Chryſoſtomus, ſexto: hoc eſt ne iniuriam penſate iniuria, ſed vincite improbos patientia: ſicut monet Petrus, Ne malum pro malo reddamus: 1.Pet.3.b.9. Articulũ autem, certum eſt interdum etiam indefinitè poni, vt fruſtrà de eo laborarit Eraſmus. Quiſquis ὅστις. Vulgata, ſiquis, id eſt εἴ τις. quod quidem mollius etiam cohæret cum iis quæ ſubiiciuntur. Te ceciderit σε ῥαπίσει. Vulgata, te percuſſerit, id eſt σε πατάξῃ. Eraſmus, impegerit alapam. videtur tamen Græcum vocabulum fidelius expreſſiſſe Vetus interpres. nã ῥαπίζειν is demum dicitur Græcis, qui contumeliæ cauſa, virga aut fuſte, aut etiam crepida alium cædit. Nam ῥαπὶς & virgam & crepidam ſignificat, ſicut Omphale ſandalio caput Herculis verberabat. Plut. in Themiſt. τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους ῥαπίζουσι, id eſt qui in certaminibus intempeſtiuè ſurgunt, cædũtur. Et paulo pòſt id explicans, ἐπαιρομένου, inquit, τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, hoc eſt quum baculum attolleret veluti percuſſurus. Quòd autem dextræ ſit potius mentio quàm ſiniſtræ, quum in ſiniſtram potius feratur impetus ferientis, id quoque non puto eſſe negligendum. Duplex enim eſt iniuria quum ad illam accedit contemptus. Quos autem contemnimus, eos ferè ſolemus auerſo ictu cædere, nimirum in ſiniſtrum latus, iubentes à nobis faceſſere quaſi etiam indignos quos verberemus. Obuerte στρέψον. Ad verbum, verte. Vulgata, præbe, id eſt πάρεχε. In vno codice ſcriptum erat τρέψον, eodem manente ſenſu. Alteram. τὴν ἄλλην. Apud Græcos differentia illa ἄλλος & ἕτερος, non obſeruatur tam diligenter quàm inter Alius & Alter apud Latinos. Neque Hebræi diſtinguunt, quum pro vtroque vnicam vocem אשׁר vſurpent.

40 Ei qui vult tecum iudicio contendere, τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι. id eſt ἀμφισβητεῖν, καὶ δικάζεσθαι. vt σοὶ, ἀντὶ τοῦ, πρός σε accipiatur. Ariſtides κρίνομαι πρὸς ἐκεῖνον, id eſt cum illo contendo iudicio. In hoc tamen genere dicendi κρίνειν potius dicunt Græci, & iungunt cum quarto caſu. Itaque conſiderandum num etiam paſſiuè verti poſſit σοι, id eſt ὑπὸ σοῦ: hoc eſt volenti à te in iudicium vocari, ſiue occaſionem quærenti tecum litigandi in iudicio: vt ſiquis tibi eripiat quod tuum eſt. Multi enim has occaſiones captant maioris inferendæ iniuriæ. Eraſmus, ei qui te velit in ius trahere, id eſt τῷ θέλοντί σε κρίνειν. Capere, λαβεῖν. Vulg. & Eraſm. tollere, id eſt ἀφαιρεῖσθαι. Dimitte ἄφες. Cicero pro Balbo, Sui quemque iuris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Eraſmus, permitte.

41 Angariauerit ἀγγαρεύσει. Eraſmus, adegerit te. Duabus de cauſis hoc verbum retinui: primùm quia Latinum nullum habeo quod ſatis vim illius exprimat: deinde quia Vlpianus etiam Iuriſconſultus illud non repudiauit lib. 40. Pand. de Priuileg. Veteran. Angari autem (vt notant Eraſmus & Budæus) Perſis dicebantur quos hodie Poſtas vocamus. Sed hoc intereſt, quòd hodie certis ſpatiis collocati ſunt, qui principum ſtipendiis aluntur vt equos habeant ad curſum paratos: Perſarum verò curſoribus (ſicut etiam hodie Turcarum) fas erat cuiuſuis equos, vel naues, aut ipſos etiam homines rapere ad curſum. vnde factum vt angariare accipiatur pro Cogere ad currendum, vel ad ferendum aliquid: ſicut infrà, cap. 27.d.32, refertur de Cyrenæo illo quem adegerunt Iudæi ad baiulandum crucem. Proponitur ergo à Chriſto ſeruitutis genus penè intolerabile, quod peculiari etiam vocabulo declarandum fuit. Ad miliare vnum, μίλιον ἕν. Addidi præpoſitionem, vt cõſtructionem lenirem alioquin aſperiorem. μίλιον autem Latinum eſt vocabulum corruptum, quum Græci potius ſtadiis ſoleant metiri locorum interualla. Duo. δύο. Vulgata, (vt eſt in quibuſdam exemplaribus) & alia duo, id eſt ἔτι ἄλλα δύο, ſcilicet μίλια. Puto autem Veterem interpretem, propterea quòd conuerterat μίλιον mille paſſus, addidiſſe ALIA de ſuo, ne ambigua eſſet oratio. Ita conficientur miliaria tria, quum hîc fiat duorum duntaxat mentio. quanuis ſi ſententiam ipſam ſpectemus, hæc diſcrepantia nullius ſit momenti.

42 Volentem θέλοντα. Eraſm. cupientem. Velle, reſpondet τῷ βούλεσθαι: ſed ſiqua eſt inter βούλεσθαι & θέλειν differentia, fateor me non habere vocabulum Latinum quo hæc poſſim diſtinguere: niſi Cupiendi vocabulum vſurpes, quoties ſcilicet hoc ponitur pro ἐπιποθεῖν, vel ἐπιθυμεῖν. vt infrà, 12.c.38, & Marci 6.d.25: qua tamen ſignificatione neceſſe non fuit hoc loco accipere.

43 Diliges ἀγαπήσεις. Futurum pro Imperatiuo, ſicut paulo pòſt μισήσεις oderis. Nonnulli conuerterunt, amato: quia ſcilicet amare amplius quiddam ſignificare videtur quàm diligere, ex Ciceronis quodam loco.

44 Benedicite εὐλογεῖτε. Hebraica phraſis, pro Bene precemini, vel Beneficio afficite. Alioquin εὐλογεῖν idem valet quod ἐπαινεῖν laudare: quæ ſignificatio huic loco minimè conuenit. neque enim mendacii præceptor eſt Spiritus ſanctus. Totũ autẽ hoc mẽbrum, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, non eſt in Vulgata editione. Vide infrà, cap. 25.c.34. Iis qui deuouent καταρωμένους. Vel, iis qui imprecantur. hoc enim propriè declarat τὸ καταρᾶσθαι. ex quo Chryſes ab Homero dicitur ἀρητήρ, id eſt precator, ſeu ſacerdos. Iis qui oderunt τοὺς μισοῦντας. Vel, vt in vetuſtis omnibus exemplaribus ſcriptum reperimus, τοῖς μισοῦσιν. Orate προσεύχεσθε. Videtur Græca præpoſitio ſignificationem augere: nam εὔχεσθαι optare vel vouere ſignificat, & προσεύχεσθαι aliquid optare ab aliquo. Nos vbique vertimus orare, & παρακαλεῖν precari. Noſtram opinionẽ videtur etiam Auguſtinus confirmare Epiſt. 59, quæ Paulino inſcripta eſt. Qui vos infeſtant, τῶν ἐπηρεαζόντων. Vulgata, calumniantibus: permutato vocabulorum ordine, quaſi prius ſit facta mentio τῶν διωκόντων, quàm τῶν ἐπηρεαζόντων. Eraſmus, qui lædunt, id eſt βλαπτόντων. Nos conati ſumus vim huius vocabuli exprimere. Nam ἐπηρεάζειν propriè militare verbum eſt, ab ἐπὶ & ἄρης deductum, vnde ἐπήρεια quaſi ἐπάρεια, id eſt martius & hoſtilis inſultus. Cui ſignificationi bene conuenit τὸ διώκειν quod ſequitur. Significat enim Euangelii hoſtes cum impetu irruere in gregẽ Domini: & eo non cõtentos quòd placidæ oues non reſiſtant, fugientes etiam perſequi. Pronomen autem ὑμᾶς ſicut bis ponitur ab Euangeliſta, ita etiam bis ſumus interpretati: quia in eius repetitione videtur eſſe magna emphaſis, quàm Vetus interpres & Eraſmus neglexerunt.

45 Sitis γένησθε. γίγνεσθαι interdum idem valere quòd εἶναι, vel illud Homericum epitheton oſtendit quo vocat θεοὺς αἰεὶ γενέτας, id eſt (vt alibi dicit) αἰεὶ ἐόντας, id eſt ſemper exiſtentes. Nam ὅτι. Vel, quia. Vulgata vertit qui: videtur enim legiſſe ὅστις, & fortaſſis rectius quàm ὅτι. melius enim videtur cohærere. Facit vt exoriatur ἀνατέλλει. Hæc eſt forma coniugationis Hebræorum quam vocant hiphil, quam non ſatis videtur exprimere Eraſmus, quum interpretatur exoriri ſinit. Plus eſt enim facere quidpiam, quàm ſinere fieri.

Et pluit καὶ βρέχει. Ad verbum, & rigat, ſcilicet pluuia. Eraſmus, pluuiam mittit: eadem ſcilicet forma qua modò diximus accipi τὸ ἀνατέλλειν. 46 Habebitis? ἔχετε; Videtur ἔχετε pro ἕξετε hîc vſurpari, & alibi quoque, vt infrà, 6.a.1, & 25.c.25, & 17.g.65. nam etiam in vno exemplari ſcriptum erat ἕξετε.

47 Complexi fueritis ἀσπάσησθε. Vulgata, ſalutaueritis. ἀσπάζεσθαι ſalutare quidem ſignificat, ſed oſculo & complexu: vt rectè annotauit Eraſmus. Hîc autem hoc vno officio cætera etiam comprehendit: alioqui contenti fuiſſemus Vulgata verſione, quam frequenter in Epiſtolis Pauli ſequuti ſumus. Fratres τοὺς ἀδελφοὺς. In omnibus Vetuſtis legebatur τοὺς φίλους amicos.

″amplius facitis? nónne″& Publicani ita faciunt?

Perfectio. ″Eſtote igitur vos perfecti, vt Pater veſter qui eſt in cælis, perfectus eſt.

Cap. VI.

A″Ttẽdite ne″eleemoſynam veſtram faciatis coram hominibus″ad hoc vt ſpectemini ab eis:″ſin minus,″mercedẽ non habebitis apud Patrem veſtrum qui eſt in cælis.

Eleemoſyna. Quum igitur facis eleemoſynam, ″ne buccinandum cures coram te,″vt″hypocritæ faciũt in″ſynagogis & in″plateis,″vt exiſtimentur ab hominibus. amen dico vobis ″referũt mercedẽ ſuam.

″Quum verò tu facis eleemoſynam, ne nouerit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua:

Vt ſit tua eleemoſyna in occulto: & Pater tuus ″qui aſpicit in occulto,″ipſe reddet tibi ″in propatulo.

Oratio. Et″quũ oras, ne ſis vt hypocrita:″nam illi″amãt in conuentibus & in″angulis platearum ſtantes orare, vt″appareant hominibus. amen dico vobis quòd referunt mercedem ſuam.

Tu verò quum oras, introito in″conclaue tuum: & clauſo oſtio tuo, ora Patrem tuum qui eſt in occulto: & Pater tuus qui aſpicit in occulto, reddet tibi″in propatulo.

tum, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciunt?

48 Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter qui in cælis eſt, perfectꝰ eſt.

Cap.VI.

1 ATtendite ne iuſtitiam veſtrã faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin, mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum qui in cælis eſt.

2 ‖Quum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificẽtur ab hominibus. amẽ dico vobis receperũt mercedem ſuã. Rom.12.b.8

3 Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua:

4 Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

5 Et quum oratis, non eritis ſicut hypocritæ qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.

6 Tu autem quum oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Amplius περισσόν. Idem hîc valet περισσὸν quod πλέον, & ſubauditur, quàm alii. Sic etiam infrà, 27.e.23. Et Publicani ita faciunt? καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; Vulg. Ethnici. Ita etiam in 2 & 4. exemplari ſcriptum offendimus. καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; Et Ethnici(id eſt exteræ & profanæ gentes) idem faciunt? 48 Eſtote ἔσεσθε. Eraſmus ad verbum, eritis: qui ſcilicet exiſtimauit hanc Chriſti concionem ad ſolos quoſdam perfectos pertinere. Quidam nuper Eraſmũ ſequutus eſt, ſed aliam ob cauſam, quã tum demum indicabo quum pepererit monſtrum quod iandiu parturit.

IN CAPVT VI.

1 Attendite προσέχετε. Poſſemus etiam vertere, Adhibete animũ. Nam προσέχειν, adhibere ſignificat: & ſubaudiri videtur τὸν νοῦν, quod etiam ſæpe exprimitur. Iungitúrque tertio caſui apud Græcos: vt ante particulam μὴ quæ ſequitur, videatur ſubaudiendus articulus τῷ.

Eleemoſynam ἐλεημοσύνην. Ita vocãt Sacri ſcriptores quicquid officii præſtatur miſeris & inopibus, quod Hebræi חסד vocãt. In manu ſcripto verò vno exemplari legebatur δικαιοσύνην. i. iuſtitiam. quod etiam legit, & interpretatus eſt Vetus interpres. Sed ſciendum iuſtitiæ nomine apud Hebræos etiam beneficentiam intelligi: imò etiam pro eleemoſyna ſpecialiter videtur accipi Danielis cap.4.e.24. Itaque Græci interpretes, Deut.24.c.13, pro Iuſtitia verterunt ἐλεημοσύνην. Ad hoc vt ſpectemini πρὸς τὸ θεαθῆναι. Niſi ita vertas, non exprimitur particula πρός. Cicero 4. ad Atticum, Ad quid laboramus res Romanas? Eraſmus, quo ſpectemini. Vulg. vt videamini: quæ loquutio eſt ambigua, vt ex Auguſtino annotat Eraſmus. Deinde θεᾶσθαι, plus eſt quàm ὁρᾶσθαι, ſicut apud Latinos plus eſt Spectari quàm Videri.

Sin minus, εἰ δὲ μήγε. Vulg. & Eraſm. alioquin, id eſt ἄλλως. Mercedem μισθόν. Mercedis nomen in Sacris ſcripturis accipitur pro conſtituto quidem præmio, ſed eo tamen gratuito: vt fruſtrà Scholaſtici mutuam meriti & mercedis relationem ſomnient.

2 Ne buccinandũ cures μὴ σαλπίσῃς. σαλπίζειν illud eſt omnino quod Latini buccinare dicũt. hîc autẽ accipitur tanquam in Hebræa cõiugatione hiphil הריע. Itaque nõ ſatis rectè Vulgata, noli tuba canere. Eraſm. ne tubis canatur: mutato actiuo in paſſiuũ. Vt ὥσπερ. Vulg. ſicut, id eſt καθώς. Eraſm. quemadmodum, id eſt ὃν τρόπον. Etſi autẽ hæc ſunt leuicula, tamen non putauimus negligenda: vt iis ſit reſponſum, qui nõnulla eiuſmodi mirari poſſent à nobis mutata. Hypocritæ ὑποκριταί, id eſt ſimulatores. hoc vocabulum Theologi retinuerunt. Dicitur autem de hiſtrionibus perſonã aliquam ſuſtinentibus in fabula, cõuenitque(vt annotat Eraſmus) cũ eo quod dixerat paulo antè, vt ſpectemini, tanquã in theatro ſcilicet, quod & ipſum tibicinibus perſtrepebat: vt tota hæc actio planè hiſtrionica videri poſſet, in qua feriò nihil ageretur. Synagogis συναγωγαῖς. Vocabulũ Græcũ retinuimus, vt ſuprà, 4.d.23: quũ ſcilicet agitur de conuentu, ſeu loco ipſo in quẽ cõuenire ſolebãt Iudæi ad Scripturã tractandã: quo modo hîc quoq; accipi videtur: ſicut per Plateas intelligitur forũ quod ciuilibꝰ negotiis & cõmerciis eſt accõmodatũ. Celebriores igitur omnes vrbiũ locos captabãt ii de quibus hîc agitur, ſicut hiſtriones quærere ſolẽt πανηγύρεις, vel lucri vel oſtẽtationis cauſa. Plateis, ῥύμαις. Sic malui interpretari quàm Vicis: tũ ad vitandã amphiboliã, tum etiã quia nõ quoſlibet vicos, ſed plateas & fora veriſimile eſt iſtos quærere: quæ potiſſimũ ſignificatio videtur cõuenire Græco vocabulo ῥύμη, quũ deducatur à ῥύω, id eſt ὁρμῶ, vt eum in vrbe locũ ſignificet in quem omnes certatim cõfluunt. Vt exiſtimẽtur ὅπως δοξασθῶσιν. Vulgata, vt honorificentur. nã δοξάζεσθαι idem hîc valet quod τιμᾶσθαι. δόξα autem opinionem ſignificat & exiſtimationem, & gloriam. Itaque Eraſmus interpretatus eſt glorificentur: quo modo etiã nos, quoties quidẽ agitur de Dei laude & gloria. hîc autem quũ de hominũ exiſtimatione agatur, aliud vocabulum vſurpauimus. Referunt ἀπέχουσιν, id eſt ἀποφέρουσιν. nempe glorioſam illam prædicationem quæ ab hominibus proficiſcitur. Vulgata, receperunt. Eraſmus, habent. ἀπέχειν abſtinere ſignificat. hîc autem idem valet quod ἀπολαμβάνειν, id eſt ex re aliqua percipere. Plutarchus in Solone, de ſcortatoribus loquens, quorum filios Solon conſtituit ad alendum patrem non cogi, ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρορῶν τὸ καλὸν, οὐ τέκνων ἕνεκα δῆλός ἐστιν ἀλλ' ἡδονῆς ἀγόμενος γυναῖκα, τόν τε μισθὸν ἀπέχει, καὶ παῤῥησίαν αὑτῷ πρὸς τοὺς γενομένους οὐκ ἀπολέλοιπεν, οἷς αὐτὸ τὸ γενέσθαι πεποίηκεν ὄνειδος. id eſt, Qui enim honeſtatem illam ac decus nuptiarum deſpexit, declarat ſeſe non liberorũ, ſed voluptatis gratia mulieris conſuetudinem quæſiuiſſe: itaque mercedem ſuam refert, neque ſibi ius vllum reliquum facit eos conueniendi qui ex eo concubitu nati ſunt: vt qui effecerit, vt ne naſci quidem ſine infamia & dedecore potuerint. Sic etiam apud Lucã τὸ ἀπελπίζειν ſignificat ex mutuo lucrum ſpectare. & apud Ariſtotelem lib. οἰκονομικῶν β, ἀποπρεύεσθαι, ab alio diſcedere.

3 Quum verò tu facis σοῦ δὲ ποιοῦντος, Vulg. ad verbum, Te autem faciẽte: quod paulo obſcurius videbatur. Eraſ. Cæterũ quũ præſtabis.

4 Qui aſpicit ὁ βλέπων. Ad verbum, qui videt. quo modo Vulgata & Eraſmus. Atqui βλέπειν dicitur quaſi βάλλειν ὦπα, id eſt adiicere oculos, quod plus eſt quàm videre. Vide ſuprà 5.e.28. Ipſe αὐτός. Abundat relatiuũ Hebraico more: vel additum eſt(vt annotauit Eraſmus) vt perſonam Patris diſtinguat ab eo in quem confertur beneficium. Deerat tamen in vetuſtis exemplaribus 4.6.8. In propatulo. ἐν τῷ φανερῷ. Hæc deſunt apud veterem interpretem: leguntur tamen in vetuſtis codicibus, & addenda videntur ad explendam antitheſin.

5 Quum oras, ὅταν προσεύχῃ. Vulg. quum oratis ὅταν προσεύχησθε. Eraſ. quum oraueris ὅταν προσεύξῃ. Nam ὅτι. Hoc loco videtur Eraſmus rectè nouam periodum inchoaſſe, vt ſenſus eſſet aptior. Vulgatus autẽ interpres habet Qui, vt legiſſe videatur οἳ pro ὅτι. Amãt φιλοῦσιν. Eraſ. ſolent, id eſt εἰώθασιν. Ego verò etſi hunc ſenſum eſſe non nego, & φιλεῖν ſæpe accipi pro ſolere, tamen Vulgatam interpretationem probo, quia Græcis reſpondet: & hoc dicendi genus video & ab Horatio, & à Plinio, & à Cornelio Tacito vſurpatum: ſic etiã vulgò Galli, *qui aiment a prier.* Angulis γωνίαις, id eſt vbi deſinunt viæ in angulos: ibi enim ſunt biuia aut triuia, in quibus ferè habentur hominum conuentus: quod addendum putaui, nequis angulum pro loco abdito interpretetur. Appareant ἂν φανῶσι. Vulg. vt videantur. Eraſ. quo conſpicui ſint, id eſt ἐμφανεῖς γένοιντο. 6 Conclaue ταμιεῖον. Vulg. cubiculum. Latius patet Græcis ταμιεῖον, Significat enim generaliter locum ſecretiorem in quo recondimus aliquid. Hîc autem cõuenire videtur Conclauis vocabulum: alioqui penarium, vel cellã dixiſſem, ſi ageretur de rebus ad familiæ victum pertinentibus, ſicut Luc.12.c.24, & Infrà 24.e.26, τὰ ταμιεῖα vertit Eraſmus cum Vetere interprete, penetralia. In propatulo. ἐν τῷ φανερῷ. Iterum hæc deſunt in Vulgata.

B	Orantes autem nolite multum loqui ſicut Ethnici: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.	7	Orantes autem″ne ſitis loquaces vt Ethnici: putant enim quòd ″loquacitate illa ſua exaudientur.	
	Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.	8	Ne igitur″ipſis″aſſimilemini: nouit enim Pater veſter″quibus opus habeatis,″antequam vos petatis ab eo.	
Luc.12.a.2	Sic ergo vos orabitis, ‖Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.	9	Vos igitur ita″orate, Pater noſter qui es in cælis,″ſanctificetur nomen tuum.	
	Adueniat regnum tuum. Fiat volũtas tua, ſicut in cælo, & in terra.	10	Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo,″etiam in terra.	
	Panem noſtrum ſuperſubſtãtialem da nobis hodie.	11	″Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.	
	Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.	12	Et″remitte nobis″debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.	
Infra 13.c.19 *Quia tuum eſt regnum & potẽtia, & gloria in ſecula ſeculorũ.	Et ne nos inducas in tẽtationem. Sed libera nos‖à malo.″Amen.	13	Et ne nos″inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.″Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria″in ſecula. Amen.	
Eccli 28.a.2 marc.11.c.25	‖Si enim dimiſeritis hominib⁹ peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra.	14	Nam ſi remiſeritis″hominibus″offenſas ſuas: remittet & vobis ″Pater veſter ille cæleſtis.	Condonandum fratri.
	Si autem non dimiſeritis hominibus: nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.	15	Sin autẽ non remiſeritis hominibus ſuas offenſas: nec Pater veſter remittet offenſas veſtras.	
	Quũ autẽ ieiunatis, nolite fieri ſicut	16	″Quum autem ieiunatis, ne ſitis vt hypocritæ″tetrici:″obſcurant	Ieiunium.

7 Ne ſitis loquaces μὴ βαττολογήσητε. Vulg. Nolite multum loqui. Eraſm. ne ſitis multiloqui, id eſt πολύλογοι, quo idem declaratur. Longæ tamen preces hîc non damnantur, ſed quæ vanæ ſunt, inanes, & ſuperſtitioſæ. Lõga enim non eſt oratio in qua nihil redundat: contrà verò breuis eſſe non poteſt quæ non proficiſcitur ex animo pio & fideli. Loquacitate illa ſua ἐν πολυλογίᾳ αὐτῶν. Vulgata ad verbum, in multiloquio ſuo. 8 Ipſis αὐτοῖς. Eraſmus, iſtorum, id eſt τούτοις. Aſſimilemini: ὁμοιωθῆτε. id eſt ſimiles fiatis. Videtur enim mihi hoc verbũ, quod etiam non reiecit Eraſmus infrà, cap.7.c.21, optimè reſpondere verbo Græco. Cicero quoque Aſſimilandus dixit. Quibus opus habeatis, ὧν χρείαν ἔχετε. Vulgata, quid opus ſit vobis. Eraſm. quibus rebus opus ſit vobis: addito pronomine, quod non eſt in Græco. Illius autem loquendi formulæ à qua video nonnullos abhorrere, authorem habemus Columellam, eámque libenter vſurpamus quoties licet, propterea quòd à Græco ſermone minimum deflectit. Interdum verò pro Opus habere, diximus Neceſſe habere, vt ſuprà, cap.3.b.14. Antequam vos petatis ab eo. πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. In quodam exemplari manu ſcripto legimus πρὸ τοῦ ὑμᾶς ἀνοῖξαι τὸ στόμα, id eſt antequam vos aperueritis os.

9 Orate, προσεύχεσθε. Vulgata, orabitis, id eſt προσεύξεσθε. Sanctificetur ἁγιασθήτω, id eſt ſanctè colatur. Eſt autem hoc vocabulum Theologis peculiare, reſpondens Hebræo יתקדש, cuius variæ ſunt ſignificationes, quas ſuis locis explicabimus.

10 Etiam καὶ. Apud Eraſmum redundat particula Sic.

11 Panem quotidianum ἄρτον τὸν ἐπιούσιον. Mihi religio fuit quicquam immutare in hac precationis formula, in Eccleſia Dei tanto iam tempore vſurpata: dicam tamen quod ſentio, vbi alias interpretationes attulero. Nonnulli Superſuſtãtialem verterunt: quòd videatur hoc vocabulum formatum ab ἐπὶ & οὐσία: & (ſicut annotat Eraſmus in hunc locum) in precatione tam cæleſti Chriſtus de eo pane non loquatur quem à ſuis parentibus accipiunt etiam Gentes. Sed certum eſt Chriſtum hoc orationis compendio comprehendiſſe quicquid eſt à Deo flagitandũ. Et quod addit Lucas, τὸ καθ᾽ ἡμέραν, id eſt in ſingulos dies, declarat de terreno & corruptibili cibo hîc agi, cuius quarẽdi ſollicitudinem, non curam, Chriſtus conatur tot verbis nobis eximere. Alii interpretantur Craſtinum, vt deducatur ab ἐπιοῦσα, quod etiam Hebræi cuiuſdam Euangelii authoritate confirmat Hieronymus, à quo Eraſmus non diſſentit. Sed hoc (ni fallor) manifeſtè pugnat cum Chriſti doctrina, qui nos vetat ſollicitos eſſe de craſtino: niſi quis ita interpretetur quaſi petatur victus qui vſque in craſtinum diem ſufficiat. Sed nimium ſubtile eſſe videtur, Panem craſtinum interpretari, quanto vſque in diem poſterum ſit opus. Puto igitur nouũ eſſe vocabulum, qualia à Sacris ſcriptoribus multa ſunt confitta, idque deduco ab ἐπὶ & οὐσία, ſicut à περιουσία iidem formarunt περιούσιος, vt eum demum panem (id eſt victum, Hebræorum more) ſignificari intelligas qui noſtris viribus ſuſtentandis ſufficiat, id eſt (vt Græci interpretantur) ἐπὶ τὴν ἡμῶν οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν ἐπαρκοῦντα, minimè ſcilicet delicatum, ſed frugalem: vt victum & veſtitum habentes, cõtenti ſimus. Panis enim appellatione cætera omnia tolerãdæ huic noſtræ vitæ neceſſaria comprehendũtur. Huic interpretationi aſtipulatur Vetus verſio. nam quod vulgatũ eſt & vſitatum, id quotidianum dicimus. Quia tamen quotidianum ſic quoque poteſt accipi, quaſi cibus in vnum tantùm diem petatur: huic autem interpretationi id obſtat, quòd in hoc orationis compendio Lucas non contentus ἐπιούσιον dixiſſe, etiam addit τὸ καθ᾽ ἡμέραν: idcirco fortaſſis præſtiterit Panẽ cibarium interpretari vocabulo Latinis vſitato in hac quoque ſignificatione: vel per periphraſim, Panem ſuſtentandis nobis idoneum. Verùm tanti apud me non fuit hæc amphibolia, vt quicquam innouandum putauerim, quo offendi poſſent infirmiores. 12 Remitte ἄφες. Vulgata, dimitte. quo modo ipſe quoque Cicero 5. Verrina dixit, Dimittere de ſumma. Sed illud prætuli non modò quia magis vſitatum, ſed etiam quia Vetus ipſe interpres aliis pleriſque locis ita eſt interpretatus. Debita, ὀφειλήματα, id eſt peccata. Vide infra, cap.23.b.16.

13 Inducas εἰσενέγκῃς, id eſt εἰσάγῃς. Nam φέρειν & ἄγειν ſæpe permutantur. Inducit autem Dominus in tentationem eos quos Satanæ arbitrio permittit, aut in quos potius Satanam ipſum inducit vt cor eorum impleat, ſicut loquitur Petrus Act.5.a.3. Eſt enim vis præpoſitionis εἰς diligenter conſideranda. Quia tuum ὅτι σοῦ. Tota hæc coronis non legitur in Vulgata editione, neque adſcripta erat in ſecundo vetere exemplari. Eſt autem huius loci hæc ſententia, Patrem noſtrum cæleſtem eum demum eſſe cui ſummæ & infinitæ maieſtatis, poteſtatis ac gloriæ laus ſit tribuenda. In ſecula, εἰς αἰῶνας. id eſt in perpetuum. Sic enim loqui ſolent Hebræi לעולם: apud quos tamen interdum hoc dicendi genus non perpetuum, ſed longum temporis ſpatium declarat.

14 Hominibus ἀνθρώποις, id eſt æqualibus veſtris. Iubet enim vt homines eſſe meminerimus & planè noſtri ſimiles eos à quibus offendimur, quibuſcũ deinde Pater ille cæleſtis confertur. Itaque ſi ſimpliciter cõuertamus Aliis, erit quidem ſermo ornatior, ſed perierit hæc emphaſis. Offenſas τὰ παραπτώματα. Sic cõuerti potius quàm errata, id eſt ἁμαρτήματα, vt vim Græci vocabuli exprimerẽ. Significat enim παραπίπτειν aliquid amplius quàm πταίειν, vt declarat Apoſtolus, Rom.11.b.11, id eſt ita impingere & offendere ad aliquid vt cõcidas: quod (niſi fallor) Latini Offenſam appellant, apud quos etiam trãſlatitiè accipitur pro eo quo animum alicuius offendimus. Vulgatus interpres quum hîc vertat priore loco Peccata, paulo pòſt vertit Delicta, id eſt πλημμελήματα. Eraſmus, errata. & cap.18.d.35, delicta. Pater veſter ille cæleſtis. πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Poſt οὐράνιος, id eſt cæleſtis, Vetus interpres addit Delicta veſtra: & eadem verba omittit ſequenti verſiculo, vt facilè appareat ex ſequente verſu in hunc eſſe tranſlata. Eſt autem geminati articuli magna vis, præſertim ſi Patris appellatio diligenter conſideretur: grauius enim peccatur in Patrem quàm in alium quenuis. Deinde quis hic Pater eſt? is nimirum qui nos non genuit, ſed creauit, quique in cælis dominatur: & ab hoc petemus veniam quam fratri noſtro negabimus?

16 Quum autem ieiunatis, ὅταν δὲ νηστεύητε. Eraſm. Porrò quum ieiunaueritis, id eſt ὅταν δὲ νηστεύσητε. Tetrici: σκυθρωποί. Vulg. triſtes, non ſatis rectè. hîc enim non agitur de animi triſtitia, ſed de vultu ad triſtitiam compoſito, ſicut ipſa Græci vocabuli notatio declarat.

Obſcurant ἀφανίζουσι. id eſt colorem natiuum faciei vitiant & corrumpunt, vt appareant macra & pallida facie, Nam φανὸν & φαεινὸν ſplendidum vocatur. Alioqui τὸ ἀφανίζειν, idem valet quod delere quidpiam, & tollere è medio, ita vt nuſquam appareat: quamobrem etiã Vulgata vertit, exterminant, id eſt ἐξορίζουσι, ſed parum appoſitè.

enim facies ſuas,vt″appareant hominibus ieiunare.amen dico vobis,referunt mercedem ſuam.

17 Tu verò quum ieiunas,vnge caput tuum,& faciem tuã laua:

18 Vt ne appareas hominibus ieiunare,ſed Patri tuo qui eſt in occulto:& Pater tu⁹ qui aſpicit in occulto,reddet tibi″in propatulo.

Theſauri.

19 Ne theſaurizetis″in terra,″vbi tinea & eroſio corrumpit, & vbi fures″perfodiunt ac furantur.

Pauperibus ſubueniendum.

20 Sed theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neq; tinea neque eroſio corrumpit,& vbi fures non perfodiunt neque furantur.

21 Nam″vbi eſt theſaurus veſter,illic erit & cor veſtrum.

22 Lucerna corporis eſt oculus : ſi igitur oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit.

Corpus.
Oculus.

23 Quòd ſi oculus tuus″malus fuerit,totũ corpus tuũ tenebroſum erit.Ergo ſi lumẽ quod eſt in te,tenebræ ſũt,ipſæ tenebræ quãtæ?

24 Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim″vnũ habebit odio,& alterum diliget:″aut vni adhærebit, & alterum contẽnet. non poteſtis Deo ſeruire &″mammonæ.

Deus & Diuitiæ

Sollicitudo de victu & veſtitu tollenda.

25 Propterea dico vobis,ne ſitis ſolliciti″de anima veſtra quid edatis″aut quid bibatis:neq; de corpore veſtro,quo induamini.nónne anima″plus eſt″quàm alimentũ,& corpus quàm indumẽtum?

Volatilia.

26 ″Inſpicite″in volucres″cæli:nam non ſerunt,neque metunt,neque ″cogunt in horrea, & Pater veſter cæleſtis alit illa.nónne vos multo″præſtatis eis?

27 Quis autem ex vobis″ſollicitè cogitando, poteſt″apponere ad

hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas,vt pareant hominibus ieiunantes.amen dico vobis,quia receperunt mercedem ſuam.

17 Tu autem quũ ieiunas, vnge caput tuum,& faciem tuam laua: C

18 Ne videaris hominibus ieiunãs,ſed Patri tuo q eſt ĩ abſcõſo:& Pater tu⁹ qui videt in abſconſo,reddet tibi.

19 Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra:vbi ærugo & tinea demolitur,& vbi fures effodiunt,& furãtur.

Luc.12.d.33
1.timoth.6.d.19

20 Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo:vbi neq; ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt,nec furantur.

21 Vbi enim eſt theſaurus tuus,ibi eſt & cor tuum.

22 ‖Lucerna corporis eſt oculus: ſi igitur oculus tuus fuerit ſimplex,totum corpus tuum lucidum erit.

Luc.11.e.34

23 Si autẽ ocul⁹ tu⁹ fuerit nequã,totũ corpus tuũ tenebroſũ erit . ſi ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt?

24 ‖Nemo poteſt duobus dominis ſeruire:aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget:aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet .non poteſtis Deo ſeruire,& mammonæ.

Luc.16.e.13

D

25 ‖Ideo dico vobis,ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid mãducetis, neq; corpori veſtro quid induamini . nónne anima plus eſt quàm eſca : & corpus plus quàm veſtimentum?

Pſal.54.d.23
luc.12.c.22
philip.4.a.6
1.timoth.6.b.8
1.pet.5.e.7

26 Reſpicite volatilia cæli quæ non ſerunt,neque metunt,neque congregant in horrea : & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. nónne vos magis pluris eſtis illis?

27 Quis autem veſtrum cogitãs, poteſt

Appareant ieiunare, φανῶσι νηστεύοντες. Vulgata ad verbum,appareant ieiunantes, id eſt vt omnes intelligant ipſos ieiunare :nam certè ieiunabant.Quod autem attinet ad verbum Appareant, ſic animaduertimus vſurpari à Cicerone 2.de Finibus . Mẽbra nobis ita data ſunt (inquit)vt ad quandã rationem viuẽdi data eſſe appareant.Minimè igitur neceſſe fuit quicquam mutare. Eraſ.quo perſpicuũ ſit hominibus ipſos ieiunare. 18 In propatulo. ἐν τῷ φανερῷ. Hæc deerant hoc loco in omnibus vetuſtis codicibus,neque leguntur in Vulgata.

19 In terra, ἐπὶ τῆς γῆς. Idem valere ἐπὶ τῆς γῆς quod ἐν τῇ γῇ,id eſt in terra,oſtendit antitheſis ἐν τῷ οὐρανῷ,id eſt in cælo.Eorum igitur auaritiam notat qui pecuniam ſolent non modò recondere,ſed etiam defodere. Vbi tinea & eroſio corrumpit, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. Vulgata,vbi ærugo & tinea demolitur Eraſmus,vbi ærugo & tinea corrumpit . Primùm demiror cur hæc duo vocabula σὴς καὶ βρῶσις fuerint permutata:neque enim dubium eſt quin σὴς tineam declaret, etymologia(ni fallor) Hebræa à סס, quæ vox Hebræis tineam declarat,vt Eſa.51.c.8. Aerugo igitur reſpondet τῇ βρώσει,quæ tamen poſteriore loco hîc ponitur. Deinde pro ærugine vbique lego ἰὸν, vt Iacob. 5.a.3:βρῶσιν nuſquam. Quare exiſtimo hoc vocabulum latius patere,quo ſcilicet intelligantur omnia quæ ſolẽt ea depaſci quæ in terra ſunt defoſſa,ſiue ſint tineæ,ſiue quidpiam aliud.Quamobrem idem Iacobus veſtimenta vocat σητόβρωτα,quòd à tineis vorentur.Itaque generaliter eroſionem vertimus,quum βρῶσις etiam pro cibo accipiatur,quaſi deuorationem dicas.Cyprianus(vt Eraſmus notat)vertit alicubi comeſtura:quod verbum apud Catonem quoque reperitur. Cæterùm ἀφανίζει, hoc loco ſum interpretatus corrumpit,ex Luca, qui in hac eadem re vtitur verbo διαφθείρειν,quum paulo antè ſim interpretatus ἀφανίζουσι,obſcurant,etymologiam verbi ſequutus. Perfodiunt διορύσσουσιν.Vulgata,effodiunt,id eſt ἐξορύττουσι,quod emendauit Eraſmus.

21 Vbi eſt ὅπου ἐστὶν. Eraſmus,fuerit,id eſt ὅπου ἂν ᾖ.

23 Malus πονηρὸς,vel ſceleratus.Ex Hebræorum idiotiſmo malus oculus de quauis deprauata & vitioſa cupiditate dicitur.Videtur autẽ hic locus ſumptus ex Deut.capite 15.b.9, cum quo etiam cõparari poteſt quod infrà ſcriptum eſt 20.b.15:vt planè exiſtimem ſimplicem hîc oculum vocari,liberalem & propenſum ad beneficentiam: cui opponatur malignus, id eſt illiberalis & aliorum inopiam deſpiciens, atque adeò qui alterius etiam liberalitate offendatur.Adhuc enim hîc agitur de liberalitate Chriſtiana.

24 Vnum τὸν ἕνα. Eraſmus,hunc.id eſt τὸν μὲν,quia(inquit)alioquin bis videbitur res eadem inculcari.Atqui non eſt nouum bis idem dicere in communi ſermone,atque vtinam toties hoc dictum eſſet vt poſſemus non obliuiſci. Aut vni adhærebit, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται. Vetus interpres,aut vnum ſuſtinebit:vt videatur legiſſe ἢ ἕνα ἀνέξεται. Mammonæ μαμμωνᾷ. id eſt deliciis & auaritiæ.Vox eſt Syriaca,ſignificans quæcunque ad rem pecuniariam pertinent.

25 De anima veſtra τῇ ψυχῇ ὑμῶν.id eſt de vita veſtra toleranda,ſicut apparet ex iis quæ cohærent. Aut quid bibatis: καὶ τί πίητε.Eraſmus,quid bibituri ſitis.Hanc particulam reperi in omnibus exemplaribus Græcis,quæ quidem mihi videre contigit,quanuis ſuperuacuam eſſe cenſet Eraſmus:quaſi nomine cibi,etiam potus intelligatur:quam ſynecdochem,etiã ſi vera ſit, tamen vereor vt pleriſque poſſit facilè perſuadere,vt quidem nunc ſunt homines crapulæ dediti. Plus πλεῖον Eraſ.pluris. Quàm alimentũ τῆς τροφῆς. Vulgata,eſca, id eſt βρώματος,quo verbo nõ videtur potius comprehendi,niſi συνεκδοχικῶς.Eraſmus,quàm cibus,id eſt σίτου:rectè quidem,ſed συνωνύμως.

26 Inſpicite ἐμβλέψατε. Vulgata,reſpicite,id eſt ἀναβλέψατε.Eraſmus,vertite oculos,ὀφθαλμοὺς τρέπετε. In volucres εἰς τὰ πετεινά. Vulg.& Eraſmus,volatilia.quod nuſquam legi abſque addito appellatiuo. Cæli: οὐρανοῦ.id eſt aereas,ſiue in aere verſantes.Nam cælũ pro aere vſurpare omnibus penè linguis vſitatum eſt.Appellatiuorum autem genitiuis vtuntur Hebræi adiectiuorum,loco vt omnes norũt.

Cogunt συνάγουσιν.Vulg.congregant,id eſt συναθροίζουσιν.Eraſmus,cõuehunt,id eſt συνείρουσιν.Cicero in hac ſignificatione ſæpe etiam vtitur verbo Conducendi,quod reſpondet τῷ συνάγειν. Præſtatis eis? μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; Vulgata,magis pluris eſtis illis?Eraſmus,lõgè præcellitis illa?Verbum διαφέρειν comparationem declarat:ſignificat enim præſtare,& excellere,id eſt περιεῖναι.Illud autẽ μᾶλλον Græci cõiungunt etiam cõparatiuis,maioris emphaſis cauſa,cuius cõſtructionis exempla paſſim occurrũt,ſicut apud Plautũ aliquoties particula Magis,adiungitur comparatiuis.Nos igitur vt aliquo modo experiremur hunc pleonaſmũ,perinde vertimus acſi ſcriptum eſſet πολὺ διαφέρετε. 27 Sollicitè cogitando, μεριμνῶν.Vulg.cogitans.plus eſt μεριμνᾶν,id eſt ſollicitum eſſe,quàm cogitare,vt notat Eraſmus,cuius opinionem confirmat Ciceronis illud Tuſc.4.Sollicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Itaque μεριμνᾶν deriuant Grammatici παρὰ τὸ μερίζειν τὸν νοῦν,quòd ſollicitudo animum(vt inquit Virgilius)rapiat in partes varias.Neque verò hæc addidiſſem,niſi ex propria huius verbi vi & ſignificatione pendẽret tota explicatio huius doctrinæ , qua nonnulli otioſi ventres ad mendicitatem ſuam propugnandam abutuntur:quum Chriſtus non vetet,imò verò iubeat nos labore victum quærere,& curare rem domeſticam: ſed ſollicitudinem prohibeat & anxietatem animi,cui ſemper coniuncta eſt diffidentia. Apponere προσθεῖναι,id eſt addere,vt vertit Eraſmus:vel adiicere,vt interpretatur Vulgata.Horatius,Et illi quos tibi dempſerit,apponet annos.

	adiicere ad ſtaturā ſuam cubitū vnū?		″ſtaturam ſuam cubitum vnum?	
	Et de veſtimēto quid ſolliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt:non laborant,neque nent:	28	Ac de indumento quid ſolliciti eſtis? ″perdiſcite quomodo lilia″agri creſcant:″non fatigantur,neque nent:	Lilia.
	Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.	29	Sed dico vobis quòd ne Solomon quidem ″in vniuerſa gloria ſua ſic″amictus fuit vt vnum ex iſtis.	
	Si autem fœnū agri quod hodie eſt, & cras in clibanū mittitur, Deus ſic veſtit:quāto magis vos,modicæ fidei?	30	Quòd ſi ″herbam agri″quæ hodie exiſtit,& cras in clibanū mittitur,Deus ita circūueſtit:″nónne vos multo magis,″ô parū fideles?	Fœnum.
	Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus,aut quo operiemur?	31	Ne ſitis igitur ſolliciti,dicētes,Quid edemus,aut quid bibemus, aut quo amiciemur?	
	(Hæc enim omnia Gētes inquirūt:) ſcit enim Pater veſter quia his omnibus indigetis.	32	(Nam omnia iſta Gentes″requirunt:) nouit enim Pater veſter cæleſtis quòd indigeatis his omnibus.	
	Quærite ergo primùm regnū Dei, & iuſtitiam eius:& hæc omnia adiiciētur vobis.	33	Sed quærite primò regnum Dei,& iuſtitiam eius,& iſta omnia ″adiicientur vobis.	Regnum Dei,& eius iuſtitia.
	Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinū: craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi.ſufficit diei malitia ſua. Cap.VII.	34	Ne ſitis igitur ſolliciti ″de craſtino: nam craſtinus *dies*″ſollicitus erit de *rebus* ſuis:ſufficit diei″afflictio ſua. Cap. VII.	
Luc.6.e.37 rom.2.a.1 1.cor.4.a.3	NOlite iudicare, & non iudicabimini:nolite condemnare, & nō condemnabimini.	1	N″E iudicetis, ″vt ne iudicemini.	Non iudicandū de proximo.
Mar.4.c.25 luc.6.f.38	In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini:|& in qua menſura mēſi fueritis,remetietur vobis.	2	″Quo enim iudicio iudicatis,″iudicabimini:& qua menſura metimini,″viciſſim metientur vobis *alij*.	
	Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?	3	Quid autem″aſpicis feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui, trabē autem quæ eſt in oculo tuo non animaduertis?	
Luc.6.f.42	|Aut quomodo dicis fratri tuo,Frater,ſine eiiciam feſtucā de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo?	4	Aut″quomodo ″dicis fratri tuo,″Sine″eiiciam feſtucam ex oculo tuo:& ecce″trabes in oculo tuo?	

Staturam ἡλικίαν. vel,ſi mauis,quantitatē,id eſt ποσότητα. Nam ἡλικίας nomine,hoc quidem loco nō ſignificatur ætas,ſed ipſa corporis(vt ita dicam)quantitas,ac magnitudo,formato nomine ab ἥλικος.i.quantus. Sic etiam accipi videtur ſemel apud Plutarchum libro περὶ παίδων ἀγωγῆς,vbi τοὺς παῖδας ait,ἡλικίαν λαβεῖν.id eſt αὐξάνεσθαι.

28 Perdiſcite καταμάθετε.Eraſmus,cognoſcite.id eſt γινώσκετε. Vulgata,cōſiderate,θεωρήσατε,vel κατανοήσατε,ſiue σκέπτεσθε. Agri ἀγροῦ. Hebraiſmus,pro agreſtia,vel agrorum.i.quæ paſſim in agris occurrunt. Non fatigantur οὐ κοπιᾷ. Vulg.& Eraſm.non laborant.id eſt οὐ πονεῖ,vel ἐργάζεται. Hebraicum quoque verbum עמל hæc omnia declarat.

29 In ἐν. Sic loquūtur Hebræi,& interdum Græci: Latini verò ferè particulam Cum vſurpant.vide infrà cap.11.c.21. Amictus fuit περιεβάλετο. Vulg.coopertꝰ,συνεκαλύπτετο,nimiū generaliter,quāuis id ſequatur paulo pòſt Eraſmꝰ.Sed illud Latinū Græco prorſus reſpōdet.

30 Herbam χόρτον. Vulgata,fœnum.Eraſmus,gramen.Ego verò herbam potius conuerti,quæ de ſegetibus etiam dicitur:fœnum verò & gramen(ni fallor)non item:de ſegetibus autem hic agit,vt opinor. Quæ hodie exiſtit,σήμερον ὄντα, Eraſm.quod hodie quum ſit. Sic Demoſth.περὶ στεφάνου·ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων.i.viuis & ſuperſtitibus Atheniēſibus.id eſt quod vulgò dicimus Eſſe in natura. Nónne vos multò magis οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς. Vulg.quanto magis vos.id eſt πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς.Eraſ.lōgius à Græco recedēs,an nō multo magis vobis id faciet? O parum fideles? ὀλιγόπιστοι. Vulg.modicæ fidei.non ſatis exprimens τὸ ὀλίγον. Eraſm. parum fidentes.& alibi,exigua fiducia præditos interpretatur.Ego quum πιστὸς vbique vertam fideles,eādem rationem ſum ſequutus in conuertendis compoſitis. Sed hoc obſeruandum eſt,in Sacris literis plerunque πίστιν dici fiduciam:à qua denominantur πιστοί,non tam qui fidem datam ſeruent,quàm qui fidem habeant Dei promiſſis,de quo copioſius alibi dicemus. 32 Requirunt: ἐπιζητεῖ.Eraſmus,exquirunt,id eſt ἐξετάζει.. Vide infrà 12.c.39.

33 Adiicientur προστεθήσεται. Paulo antè vſi ſumus apponendi verbo quod Græco reſpondet,ſed hic fuiſſet obſcurius

34 De craſtino: εἰς τὴν αὔριον. id eſt ὑπὲρ τὴν αὔριον.Vulg.& Eraſm. ad verbum,in craſtinum .Sed hoc dicendi genere ſignificatur vel differri aliquid in diem ſequentem,vt Act.4.a.3.vel,rei cōtinuatio ad certum vſque tempus.Homer.Odyſſ. ξ. μεῖνα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.Sed neutrū hic ſignificari puto,ac potius Hebræorū phraſim eſſe:apud quos reperio ב interdum ſignificare propter,cuius exemplū habes huic noſtro prorſus ſimile,Prouer.27.a.1. Sollicitus erit de *rebus* ſuis,μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς,Vulg.ſollicitus erit ſibiipſi.id eſt μεριμνήσει ἑαυτῇ.ſicut in Victoriano codice ſcriptum reperimus.Eraſm.curā habebit ſuiipſius.id eſt φροντίσει ἑαυτῆς. Afflictio ſ. κακία αὐτῆς.Vulg.malitia ſua. Ponitur autem κακία pro κάκωσις,vt annotāt ex veteribus Eraſmus:ſicut etiam(vt opinor) Virgilius laborem improbum vocauit:alioquin hoc vocabulum vitioſitatem declarat,interprete Cicerone.

IN CAPVT VII.

1 Ne iudicetis,μὴ κρίνετε.Vulg.Nolite iudicare:quo modo ferè ſolet explicare particulam μὴ,ſequēte imperandi modo,quem etiā mutat in infinitum:idque dicendi genus impoſuit Auguſtino,qui ex hac voce,Nolite,quæ tamen in Græco non eſt, arripit anſam philoſophādi de libero arbitrio,libro de Gratia & Libero arbitrio,cap.2.quod vidit & annotauit ſuperiore capite Eraſmus. Vt ne iudicemini. ἵνα μὴ κριθῆτε. Vulg.& non iudicabimini,καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. Eraſmus omiſit particulam Vt.Pro eo autem quod in Vulgata additur,Nolite condemnare,& non condemnabimini:quod etiam arbitratur Eraſmus ex margine in contextum irrepſiſſe:in Octauo exemplari manu ſcripto legimus μὴ καταδικάζετε,καὶ οὐ καταδικασθῆτε,quod expreſſum eſt à Vulgata.

2 Quo enim ἐν ᾧ γὰρ Vulg.in quo enim·Eraſmus rectè expunxit particulam ἐν, quam Latini in hoc quidem dicendi genere non exprimūt.Sic Demoſthenes περὶ στεφάνου,ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεάσαντο.id eſt ad verbum,in duobus obolis ſpectaſſēt. Iudicabimini κριθήσεσθε.Eraſm.iudicabitur de vobis.Illud enim reiicit,quia Latinè exiſtimat iudicatum non dici eum de quo iudicatum eſt. Atqui Liuius participio ſic vtitur,quum inquit,Eximendo de medio ciues veſtros,prohibendo iudicatos addictóſque duci. Viciſſim metiētur *alii*.ἀντιμετρηθήσεται. Vulg.ad verbum,remetietur,imperſonaliter.Eraſm.ea metientur vobis alii.Mihi verò videtur Remetiri plerunque idem valere quod iterum metiri.hîc autem addita particula ἀντὶ,aliquid amplius declarat,fore ſcilicet vt menſura menſurā exæquet. Idque etiā optimè reſpōdet Hebræorū prouerbio quod apud illos circunfertur.מדה כנגד מדה.i.meſura pro mēſura,proquo Latini dicūt par pari referre.id eſt ἴσον ἴσῳ ἀποφέρειν. 3 Aſpicis βλέπεις. Vulg.& Eraſ.vides. Sed præterquam quòd βλέπειν plus eſt(vt antè dixi)quàm ὁρᾶν,ſenſus etiā videtur poſtulare vt illo verbo vtamur.Nec enim damnatur qui vel fratris,vel ſuos errores videt & intelligit,ſed qui in alienos intuetur ſtudio reprehendendi,ſuos autem diſſimulat:quod ſtudium,verbo Aſpiciendi potius quàm Videndi declaratur.

4 Quomodo πῶς. id eſt qua fronte,ſicut vulgò etiā dicimus Comment? Eſt enim admirantis potius,quàm ſimpliciter interrogātis,quo modo etiam accipi puto,Luc.1.d.34. Dicis ἐρεῖς ab ἐρέω.Eraſm.dices,ab ἐρῶ.Sed illud βλέπεις quod præceſſit,indicat(ni fallor)conuertēdum potius eſſe tempore præſenti. Sine ἄφες. Ad verbum,Dimitte.vel,Omitte.Interdum autem neceſſe eſt vt idiomati aliquid demus.Abūdat vocabulum Frater in Vulgata,vt annotauit Eraſmus.Certè in nullis exēplaribus reperimus: videtur tamē optimè blanditias illas hypocritarū declarare. Eiiciam ἐκβάλω Eraſ.eximā,quod melius reſpōdet τῷ ἐξαιρεῖν.Idem ſequenti verſiculo eiicere interpretatur.

Trabs vel trabes ἡ δοκὸς Vulg.trabs eſt.Sed regi puto hanc particulā ab aduerbio ἰδού.i.ecce.Itaque abūdat verbū ſubſtantiuū apud Veterem interpretē,quod tamē vult ſuppleri Eraſmus ex Gaza.Poſcit autē ratio antitheſis vt κάρφος hîc ſignificet feſtucam potius quàm paleā.

5 Hyprocrita, eiice primùm″trabem illam ex oculo tuo, & tũ″diſpicies vt eiicias feſtucam ex oculo fratris tui.

6 Ne detis″*quod* ſanctum *eſt* canibus, nec abieceritis margaritas veſtras coram porcis: nequãdo conculcent eas″pedibus ſuis, &″verſi ″lacerent vos.

7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

8 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

9 ″Nam quis″ex vobis eſt homo, ″à quo ſi filius eius petierit panem, ″num lapidem dabit ei?

10 Et ſi piſcem petierit, num ſerpentem dabit ei?

11 Si vos igitur, quum ſitis mali, noſtis dona bona dare liberis veſtris, quãto magis Pater veſter qui eſt in cælis, dabit bona″petentibus ab ipſo?

12 Omnia igitur″quæ volueritis vt faciãt vobis homines, ita & vos facite eis. iſta enim eſt Lex & Prophetæ.

Via lata & arcta

13 Introite per anguſtã portam: quoniam lata eſt porta & ſpatioſa via quæ abducit in exitium, multíque ſunt″qui introeunt per eã.

14 ″Quia anguſta eſt porta, & ſtricta via quæ abducit″in vitã: & pauci ſunt qui inueniant eam.

Falſi prædicatores.

15 ″Cauete verò vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos″cum indumentis″ouium: ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.

16 A fructibus eorum agnoſcetis eos. nunquid colligunt à ſpinis vuam, aut à tribulis ficus?

17 Ita omnis arbor bona fructus bonos fert: ″putris autem arbor fructus malos fert.

Arbor & fructus

18 Non poteſt arbor bona fructus malos ferre: ″neque arbor putris fructus bonos ferre.

19 ″Omnis arbor quæ non fert fructũ bonum, exciditur, & in ignẽ coniicitur.

5 Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

6 Nolite dare ſanctũ canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos.

B

7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

Infrà 21.b.22 marc.11.c.24 luc.11.b.9. iohan.14.b.13 & 16.c.14 iacob.1.a.6

8 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

9 Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei?

10 Aut ſi piſcem petierit, nũquid ſerpẽtem porriget ei?

11 Si ergo vos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quãto magis Pater veſter qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?

12 ‖Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. hæc eſt enim Lex & Prophetæ.

Luc.6.e.31 tob.4.c.16.

13 ‖Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quę ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.

Luc 13.e.24.

14 Quàm anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam.

15 Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

C

16 A fructibus eorũ cognoſcetis eos. ‖nunquid colligũt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

Luc.6.g.43.44

17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor malos fructus facit.

18 Non poteſt autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

19 ‖Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur.

Suprà 3.b.10

5 Trabem illam, τὴν δοκὸν. Vulgata & Eraſmus articulum non expreſſerunt, qui tamẽ videtur hoc loco habere vim ἀναφορᾶς, i. relationis. Diſpicies vt eiicias διαβλέψῃς ἐκβαλεῖν. Vulg. videbis eiicere. Ad verbum, diſpicies eiicere. Verſionem quam ſum ſequutus, probauit etiam Eraſmus in annotationibus: quãuis in eius verſione legatur perſpicies, quod reſpondet quoque eidem verbo διαβλέπειν, ſed diuerſo ſenſu. 6 *Quod* ſanctum *eſt*, τὸ ἅγιον. Sic rectè Eraſmus vertit, vt oſtenderet Sanctum eſſe neutri generis, quod apud Græcos ex articulo cognoſcitur. Vulgata, ſanctum. In vetuſtis exemplaribus 4, & 9, legebatur in plurali τὰ ἅγια, id eſt ſancta. Pedibus ſuis, ἐν τοῖς ποσὶν. Ad verbum, in pedibus ſuis. id eſt inter pedes ſuos. niſi ἐν accipias pro Per, Hebræorum more, quod vtrũque notat Eraſmus Verſi ϛραφέντες Id quum videatur quibuſdam ad canes pertinere, ideò addunt pronomen *illi*. Poteſt tamen vtrunque ad canes ſimul & porcos referri. Lacerent ῥήξωσι Vulg. dirumpant. impropriè: quanuis τὸ ῥηγνύειν etiam rumpere declaret.

9 Nam quis ἢ τίς vel, Nunquis. Eraſm. An quiſquam. ἢ particula, vel interrogandi vim, vel ratiocinandi hoc quidem loco commodè habere poteſt. Quòd autem Vulgata conuertit, Aut quis: certè non conuenit, quum hîc non ſit locus diſiunctiuæ. Idem etiam factũ infrà, cap. 12.c.29. Ex vobis homo, ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος. Eraſmus, veſtrum homo: eodem ſenſu. Quòd autem additur appellatiuum Homo, id non modo (vt opinor) factum eſt ex Hebræorum idiotiſmo, ſicut alibi frequenter, vt infrà 12.a.11. Sed fortaſſis etiam aliquam vim habet, vt appareat ex concluſione. argumentatur enim à comparatis. A quo ſi filius eius petierit panem, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, Vulgata, ad verbum, quem ſi filius ſuus petierit panem: Græca cõſtructione ſeruata: quam imitatus Virgilius dixit, Pacem te poſcimus omnes. pro A te. Eraſmus, qui ſi filius eius petierit panem: teſtatus ſe à Græcis paulùm deflexiſſe. Num lapidem dabit ei? μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Vulg. nunquid lapidem porriget ei? i. μή τι λίθον παρέξει αὐτῷ. Eſram. lapidem daturus ſit illi? Repetitio particulæ interrogantis, & eclipſis nominatiui ante verbum ἐπιδώσει, conſtructionem faciunt paulo duriorem: quo dicendi genere rurſus vtitur infrà, 12. a. 11. Itaque Eraſmus paulo antè vertit relatiuum nominandi caſu, & μὴ interrogationis aduerbium ſuſtulit. Ego quum ſenſum viderem minimè obſcurum eſſe, nihil volui mutare. Verbum autem ἐπιδιδόναι, hoc quidem loco idem valet quod ſimplex διδόναι, vt rectè interpretatus eſt Eraſmus, qui tamẽ ſequenti verſiculo vti maluit verbo porrigendi, Veterem interpretem ſequutus.

11 Petentibus ab ipſo τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Eraſmus ſenſum conuertit, non verba, Si poſtuleris ab ipſo? id eſt ἐὰν αἰτῆτε αὐτόν;

12 Quæ ὅσα Ad verbum, quot. ſed apud Atticos hæ particulæ ſubiiciuntur vice articuli poſtpoſitiui, quem Græci vocant.

13 Qui introeunt οἱ εἰσερχόμενοι Vetuſta exemplaria 6.8.12, habent οἱ ἐρχόμενοι, qui incedunt, vel gradiuntur.

14 Quia anguſta eſt ὅτι στενὴ Subauditur ἐστὶ, eſt. Vetus interpres, Quàm anguſta. Itaque exiſtimat Eraſmus eum legiſſe ὡς στενὴ, in quo nõ dubium eſt quin fallatur. Siquidem in vetuſtis codicibus legimus τί στενὴ, idque Theophylactus Romanus ita interpretatur: quaſi particula τί ſit admirantis, & ita ſcriptum eſſet, βαβαὶ πόσον ἐστὶ στενή. i. Papæ, quàm eſt anguſta. Apparet igitur Veterẽ quoque interpretem hanc lectionem & interpretationem ſequutum eſſe. Nos tamen quia in codicibus impreſſis legimus ὅτι, nihil mutandum putauimus. In vitam: εἰς τὴν ζωήν. Eraſm. & Vulgata, ad vitam. Virg. quò te via ducit? in vrbem?

15 Cauete προσέχετε. Vulg. Attendite. quo modo nos etiam aliquoties: ſed hoc loco ſequuti ſumus Eraſmi verſionẽ quæ viſa eſt melius conuenire. Cum indumentis ἐν ἐνδύμασι Vulg. in veſtimentis. Eraſ. in veſtitu. i. ἐσθῆσι. Particulam autem ἐν in, Latini in hoc dicendi genere ferè interpretãtur per Cum, de quo dicemus infrà, cap. 11.c.21, & Act.1.b.10. Ouium: προβάτων. Tranſlatitiè vocat oues, manſuetos & fraudis neſcios homines, quales iſti ſe eſſe toto habitu ſimulant. 17 Putris σαπρὸν Vulg. mala. i. κακόν.

18 Neque arbor οὐδὲ δένδρον. Octauum vetus exemplar habebat οὐδὲ πάλιν δένδρον. i. neque rurſus, vel neque contrà arbor.

19 Omnis arbor πᾶν δένδρον. Sextum vetus exemplar interpoſitam habebat partitulam οὖν igitur.

20 Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Rom.2.b.13. iacob.1.d.22. 21 ‖Nõ omnis qui dicit mihi, Domine Domine,intrabit in regnũ cælorũ:ſed qui facit volũtatẽ Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorũ.

22 Multi dicent mihi in illa Die,Domine Domine nônne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

D

Luc.13.e.26.27 Pſal.6.b.9. 23 ‖Et tũc cõfitebor illis,Quia nunquã noui vos:‖diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Luc.6.g.47. 24 ‖Omnis ergo qui audit verba mea hæc,&facit ea,aſſimilabitur viro ſapiẽti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram:

25 Et deſcendit pluuia,& venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam:& non cecidit. fundata enim erat ſuper petram.

26 Et omnis qui audit verba mea hæc' & non facit ea: ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenã:

27 Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam:& cecidit, & fuit ruina illius magna.

Marc.1.b.22 luc.4.c.32. 28 ‖Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius.

29 Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorũ & Phariſæi.

Cap. VIII.

1 QVum autem deſcendiſſet de mõte,ſequutæ ſunt eũ turbæ multę:

Marc.1.d.40 luc.5.c.12 2 ‖Et ecce leproſus veniens adorabat eum,dicens,Domine,ſi vis,potes me mundare.

20 ″Nempe igitur ex fructibus ipſorum agnoſcetis eos.

21 Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnũ cælorum:ſed″qui facit voluntatẽ Patris mei qui in cælis eſt.

22 Multi dicent mihi in illo die,Domine Domine,″nónne″*per* nomẽ tuum prophetauimus, &″*per* nomẽ tuum dæmonia eiecimus, & *per* nomen tuum multas″virtutes″fecimus?

23 Ac tum″profitebor eis,Nunquam noui vos: abſcedite à me″qui operamini iniquitatem.

24 Omnis igitur qui audit *ex* me ſermones iſtos,&facit eos,″aſſimilabo illũ viro″prudenti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petrã:

25 Tunc deſcendit″pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti, &″inciderunt domui illi: & non″cecidit. fundata enim fuerat ſuper petram.

26 Et omnis qui audit *ex* me ſermones hos,& non facit eos,aſſimilabitur viro fatuo,qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.

27 Tunc deſcendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt venti, &″impegerunt domui illi:& cecidit,& fuit″caſus eius magnus.

28 ″Et factum eſt quum″finiſſet Ieſus ſermones iſtos,″percellebatur turba ſuper doctrina ipſius.

29 ″Docebat enim eos vt habens″authoritatem,& non vt Scribæ.

Cap.VIII.

1 QVum deſcendiſſet autem de monte,ſequuta eſt eum turba multa:

2 Et ecce leproſus veniens adorauit eum, dicens, Domine,ſi velis,potes me purgare.

20 Nempe igitur ἄραγε Vulg.& Eraſmus,igitur.Mihi verò videtur hæc particula idem valere quod ἄρα οὖν,& præter illationem etiam habere vim confirmandi. 21 Qui facit. ὁ ποιῶν. Sic rectè Vulgata.Eraſmus,qui fecerit,id eſt ὁ ποιήσας.

22 Nónne οὐ Particula οὐ, quum propriè ſit negans indefinita,interdum tamen interrogantis vice fungitur, quod ex ſola pronuntiatione intelligitur,idque quum affirmare volumus id de quo quæritur, vt hoc loco.Apud Hebræos autem,huiuſmodi interrogationes affirmationem augent. *Per* nomen tuum, τῷ σῷ ὀνόματι, Plerunque additur ἐν ex Hebræo in hoc dicendi genere:quod idcirco Vulgata expreſſit,quanuis in Græco ſit prætermiſſum.Rectè autem Eraſmus addidit præpoſitionem per, quæ ſignum eſt cauſæ. Nam ſi vertas ad verbum, nomine tuo, intelliges ὑπὲρ σοῦ.i.vice tua.Significat autem Nomen hoc loco celebrem illam Dei virtutem quam teſtatur quiſquis Deum appellat. Virtutes δυνάμεις. Ad verbũ,poteſtates.quo nomine Hebræorũ idiotiſmo,qui גבורות dicũt,à conſequenti intelliguntur quæcũque facta illã Dei infinitam poteſtatẽ teſtãtur,quæ ἐνεργήματα δυνάμεων vocat Paulus,1.Chorint.12.b.10:niſi quòd videtur ad certam ſpeciẽ reſtringere,quia à dono ſanationũ & aliis diſtinguit.Accipiũtur igitur δυνάμεις,pro cæleſtis δυνάμεως(.i.virtutis,& poteſtatis)effectis:qua ſignificatione etiã accipitur apud Iuſtinum,Apologetico poſteriore vbi agit de Simone mago, ſed addit μαγικάς. Fecimus? ἐποιήσαμεν; Eraſmus,præſtitimus? Atqui præſtare virtutes non magis Latinè dicitur quàm facere. Commodius dici poterat, edidimus: ſed quando ſemel fuit Hebraiſſandum,omnia integra ſeruaui.Eraſmus interpretatur infrà, cap.13.g.58, ἐποίησεν,edidit.

23 Profitebor ὁμολογήσω, Id eſt palàm dicam.Vulgata & Eraſmus,confitebor.Et certè ὁμολογεῖν propriè ſignificat confiteri:ſed huic loco viſa eſt mihi aptior illa ſignificatio, quum alioquin confitendi vocabulum retinere ſoleamus.Vide infrà, cap.10.d.22. Qui operamini iniquitatem. ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν .i.omnibus ſceleribus & flagitiis addicti homines,Hebraico idiotiſmo,פועלי און:quem libenter ſanè retinuimus,quòd videatur quædã eius eſſe emphaſis.nã ἐργάζεσθαι dicũtur qui aliqua ex re quæſtũ quotidie faciunt: quo modo etiam Latini vtuntur verbo Facere.dicunt enim,Medicinam facere,Argentariam facere,& ſimilia.Dicuntur ergo operari iniquitatem,& à Chriſto reiiciuntur,non qui vno & altero ſcelere ſunt contaminati, ſed qui hanc velut artem faciunt, vt ſceleſtè agendo,vitam tolerent,& Dei nomine abutantur ad quæſtum, quo cupiditatibus ſuis ſatiſfaciant, de quibus agit Paulus in 1.Timoth.6.b.5. Videtúrque hic locus ex Pſalmo ſexto deſumptus.Quidam maleficos interpretãtur,id eſt κακοποιούς, cuius vocabuli veritus ſum ne quibuſdam nimis anguſta eſſet ſignificatio. Ex vetuſtis exemplaribus 6 & 8,habebant additum πάντες omnes:quod etiam reperitur apud Veterem interpretem.

24 Aſſimilabo ὁμοιώσω, id eſt cõparabo. Vulgata, aſſimilabitur,id eſt ὁμοιωθήσεται.quo modo etiam ſcriptum erat in 4 veteri exẽplari. Prudenti, φρονίμῳ. Vulgata,ſapienti σοφῷ.Interdum tamen φρονεῖν vertemus Sapere,interdum Cogitare.

25 Pluuia, βροχὴ, à βρέχειν.i.à rigando. Eraſmus,imber.i.ὄμβρος, aut potius ὄμβρον. Inciderunt domui προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ. Vulgata & Eraſmus,irruerunt in domum,id eſt ἐφώρμησαν εἰς τὴν οἰκίαν.Liuius,Quum fuga trepidum ac pauore incidentem portis. Cecidit ἔπεσε Eraſmus,eſt proſtrata.& paulo pòſt,deiecta eſt,id eſt κατεβάλετο.

27 Impegerunt domui illi: προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. Vulgata,irruerunt,vt ſuprà,quum hìc diuerſo verbo vtatur Euangeliſta. Caſus πτῶσις Horatius,grauiore caſu decidunt turres.Vulgata & Eraſmus,ruina.

28 Et factũ eſt καὶ ἐγένετο. Hebraicum dicendi genus,ויהי.Ideo addere ſolet Eraſmus particulam Vt:ſed malo retinere Hebraiſmum,quo vix quicquam occurrit frequentius. Finiſſet συνετέλεσεν. Vulgata,conſummaſſet: quo etiam alicubi vti cogimur,vt Iohannis cap.19.e.30. Idem autem hìc valet συντελεῖν,quod ſimplex τελεῖν,cuius alioqui multiplex eſt ſignificatio. Percellebatur ἐξεπλήσσοντο, vel obſtupeſcebat. Vulg.admirabantur, id eſt ἐθαύμαζον, quod quidem minus aliquid ſignificat quàm ἐκπλήττεσθαι. Ad verbum, excutiebantur: nam qui obſtupeſcunt,illis veluti valido aliquo ictu mens excutitur.

29 Docebat ἦν διδάσκων. Vulgata ad verbum,Erat docens. Periphraſis Hebræa,Græcis etiam familiaris: cuius tamen interdum ea vis eſt vt moram ſignificet & perſeuerantiam in aliqua re facienda,quamobrem etiam alicubi retinuimus. Authoritatem, ἐξουσίαν. Vulgata,poteſtatem,id eſt δύναμιν,quod rectè annotauit Eraſmus.quanquã ſæpè pro poteſtate accipitur,vt infrà,cap.8.b.9.Ipſe igitur vertit Authoritatem,id eſt αὐθεντίαν,quam interpretationem hoc loco & alibi ſæpe ſequuti ſumus.Nam licentiæ vocabulum quanuis Græco vocabulo ἐξουσίας opponatur,tamen repudio,quia plerunque in vitio ponitur,& poteſtatem ſignificat ab alio acceptam, quæ ſcilicet non conuenit αὐτοκράτορι, id eſt illi cui merum eſt imperium, qualem hìc ſeſe præſtabat Chriſtus,in doctrina cæleſti promulganda ſe planè Deum oſtendens,à quo Lex ipſa eſſet perlata,quique pro ſuo iure de vita & morte diſſereret.

3 Exteńſáque manu tetigit eum Ieſus, dicens, Volo: ʹpurgator. Statim igitur purgata fuit eius lepra.

4 Tunc dicit ei Ieſus, Vide ʹ*ut* nulli dicas: ſed abi, indica teipſum ſacerdoti, & offer ʹdonum illud quod ʹiniunxit Moſes, in teſtimonium ipſis.

Centurionis fides.

5 ʹIngreſſum autẽ Ieſum in Capernaũ, adiit Centurio, ʹprecãs eũ,

6 Et dicẽs, Domine, ʹpuer meus ʹproiectus eſt domi paralyticus, ʹvehementer vexatus.

7 Tunc dicit ei Ieſus, Ego quum venero, ʹſanabo eum.

8 ʹEt reſpõdens Centurio dixit, Domine nõ ſum ʹdignus ʹvt meũ ſub tectum ingrediaris: ſed ſolum ʹeffare ſermonem, & ſanabitur puer meus.

9 Nam & ego ſum homo ʹſub poteſtate *conſtitutus*, & habeo ſub me milites: & dico huic, Proficiſcere, & proficiſcitur: & alteri, Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.

10 *Hæc* autem quum audiſſet Ieſus, miratus eſt: & ait ſequentibus, Amen dico vobis, ne in Iſrael quidem tantam fidem inueni.

Gentiũ vocatio.

11 Dico autem vobis quòd multi ab Oriente & Occidente veniẽt, & ʹdiſcumbẽt cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum:

Iudæorum reiectio.

12 ʹFilii verò regni eiicientur in tenebras ʹexteriores. illic erit fletus & ſtridor dentium.

13 Et dixit Ieſus Centurioni, Abi, & vt credidiſti fiat tibi. Sanatúſque eſt puer eius ʹin eo ipſo momento.

Socrus Petri ſanatur.

14 Et quum veniſſet Ieſus domum Petri, vidit ſocrum eius in lecto proiectam, & febricitantem:

15 Tetigítque manum eius, & reliquit eam febris: & ſurrexit, ac miniſtrauit eis.

Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens, Volo: mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

Et ait illi Ieſus, Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuũ quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. Leuit.14.a.4

Quum autẽ introiſſet Capharnaũ, acceſſit ad eum Centurio, rogans eũ, Luc.7.a.1

Et dicẽs, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

Et ait illi Ieſus, Ego veniam, & curabo eum.

Et reſpondens Centurio ait, Domine, nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habẽs ſub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.

Audiens autem Ieſus, miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. B

Dico autẽ vobis quòd multi ab Oriente & Occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum:

¶Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dentium. Infrà 22.b.13

Et dixit Ieſus Centurioni, Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ʹex illa hora. ʹin

¶Et quum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem & febricitantem: Marc.1.c.29 luc.4.f.38

Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris: & ſurrexit, & miniſtrabat ei.

IN CAPVT VIII.

3 Purgator. καθαρίσθητι. Vulgata rectè ad verbum, mundare. vel, munderis. ſed vitanda fuit amphibolia, quæ quidem in Græco nulla eſt.
Eraſ. mundus eſto, quod potius exprimit neutrum abſolutum, quum καθαρίζεσθαι ſit paſſiuum.
4 Vt nulli dicas: μηδενὶ εἴπῃς. Eraſmus, ne cui, id eſt μή τινι. Donum illud, τὸ δῶρον. De certo munere loquitur. Itaque articulum ab
aliis omiſſum expreſſimus. Iniunxit προσέταξεν. Vulg. præcepit. Eraſmus, iuſſit, id eſt ἐκέλευσεν. Vide ſuprà cap.1 d.24.
5 Ingreſſum autem Ieſum εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ Vulgata, Quum autem introiſſet: neque additur nomen Ieſu, cuius etiã loco Vetuſta o-
mnia habebant αὐτῷ ipſe. Eraſ. Porrò quum ingreſſus fuiſſet Ieſus. Nos verbum εἰσέρχεσθαι, quum idem valeat quod εἰσιέναι, modò introire,
modò ingredi, ſumus interpretati: quanquam hoc poſtremum potius reſpondet τῷ ἐμβαίνειν. Cæterum vti voluimus quarto caſu potius quã
ſexto vel periphraſi, propterea quòd tertius hìc caſus minimè ponitur abſolutè, ſed refertur ad verbum proximum προσῆλθεν, cui additur
relatiuum αὐτῷ redundans ex idiotiſmo Hebræo, quo etiam Ionicam dialecton vti alibi admonuimus. Precans παρακαλῶν. Vulga-
ta, rogans, id eſt δεόμενος. Eraſ. obſecrans, id eſt πλνιαζόμενος. Alii, ſupplicans, id eſt ἱκετεύων.
6 Puer ὁ παῖς, Vel filius, vel ſeruus. Nam hiſtoria quæ apud Lucam narratur cap. 7.a. 2, etſi multis in rebus eſt iſti ſimilima, tamen ve
nonnulli indicant, ex multis circunſtantiis diuerſa eſt, vt hìc fortaſſe non de ſeruo, ſed de filio agatur. Vtcunque ſit, pueri etiam à Latinis ſer-
ui dicuntur, ſicut apud Hebræos נער & puerũ & miniſtrum declarat. Proiectus eſt βέβληται. In lecto ſcilicet quaſi cadauer, ſicuti ſunt
paralytici. Sic Verg. Sternitur & toto proiectus corpore, terræ. Vulgata, iacet, id eſt κεῖται. Eraſ. decũbit, id eſt κατάκειται. Vehemẽter vex.
δεινῶς βασανιζόμενος. Vulgata, & malè torquetur, id eſt κακῶς στρεβλοῦται. Eraſmus, grauiter diſcruciatur, id eſt βαρέως ἀνιᾶται. Nos δεινὸν interpre
tamur vehementem, & δεινότητα vehementiã. Itaque etiam δεινῶς vehementer, quod etiam tribuimus aduerbiis σφόδρα & λίαν, quando ver-
bis adiunguntur: neque enim Græcorum copiam aſſequi poſſumus.
7 Sanabo θεραπεύσω Vulgata, curabo. Eraſmus, medebor: qui tamen hanc verſionem meritò reiecit ſuprà cap.4. d.23. Certè hic poni-
tur pro ἰᾶσθαι, quo vocabulo poſtea vtitur. 8 Dignus ἱκανός. Eraſmus, idoneus. Vide ſuprà cap.3.c.11. Vt meũ, &c. ἵνα μου ὑπὸ τὴν
στέγην εἰσέλθῃς, Vulg. vt intres ſub tectũ meũ. Eraſ. vt tectũ meum ſubeas. qui tamẽ Lucæ 7.a.6, ſequitur Veterẽ interpretẽ. Rectè quidẽ vter-
que, ſed ego ad verbũ conuerti, ſeruata etiã traiectione quæ nonnihil habet venuſtatis. Effare ſer. εἰπὲ λόγον. Octo exẽplaria vetuſta. ſic
etiam infrà cap.12.c.22, ſcriptum habebant, εἰπὲ λόγῳ dic verbo: quam etiam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. Atque hoc modo εἰ-
πὲ. i. dic accipietur Hebraico more, pro iube. λόγῳ verò ſignificat loquutione & verbis, perinde acſi diceret, tantùm loquere: nam tantùm o-
pus eſt vt verbo iubeas. Alioquin λόγος non verbum, ſed ſermonem & orationem declarat. Mihi verò ſermonem ideò vertere placuit, quia
profani quoque ſcriptores verbum hoc Sacris oraculis attribuunt, vel eo exprimunt Diuinam authoritatẽ. Cicero pro domo ſua, effari ver
bum ſolenne dixit, quum vim conſecrationis notare vellet. hìc autem (vt iam dixi) de ſummo Chriſti imperio agitur, cui ſatis eſt dixiſſe.
9 Sub poteſtate *conſtitutus*, ὑπὸ ἐξουσίαν. Eraſmus, alterius poteſtati ſubditus. Ego Vulgatam prætuli, non modò quia propius accedit ad
Græca, ſed etiam quia participium τεταγμένος, id eſt conſtitutus, ſuppleuit ex Luca.
11 Diſcumbent ἀνακλιθήσονται. Tranſlatio ſumpta eſt à conuiuiis, quibus ſæpe ſolet cõparari vitæ æternæ fœlicitas. Nam ἀνακλίνεσθαι pro
κατακλίνεσθαι hìc ponitur. Latini recumbendi quidem verbo vtuntur, quod Vetus interpres vſurpauit, ſimili etiam ſignificatione, ſed raró.
12 Filii verò regni, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας. Id eſt quibus regnum quaſi hæreditario quodam iure videbatur deſtinatum, vt infrà cap. 9.b.
15, Filii thalami dicũtur qui ſunt ad nuptias inuitati. & Ioh.17.c.12, filius perditionis, homo exitio deuotus, ex Hebræorũ idiotiſmo, qui haud
ſatis ſcio an totidem Latinis verbis exprimi poſſit. Certum quidẽ eſt, hoc nomine ornari Iſraelitas, quia iure adoptionis Diuinæ, Sacerdotiũ
regale erant & regnũ Sacerdotale. Imò Deus Iſraelem filium ſuum vocat, & quidem primogenitum. Itaque non ſatis conſideratè Hebraiſ-
mum hunc quidam Romana ciuitate donare tentauit: quia aliud eſt eſſe Regium filium, quàm ex eorum numero ad quos regnum pertinet.
Deinde quicunque filii ſunt Regis, minime ſuccedunt in regnum. Exteriores. τὸ ἐξώτερον. i. quæ extrà ſunt: vt intelligas extra regnum
nullam eſſe lucem. 13 In eo ipſo momẽtó. ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Vulgata, ex illa hora. Eraſmus, in hora illa. Vide infrà cap.9.c.22. Poſt hæc
teſtatur Eraſmus, cui adſtipulantur veteres codices, ſe additum reperiſſe, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, εὗρε τὸν
παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα. i. & reuerſus Centurio domum ſuam eo ipſo momento, inuenit puerum ſuum valentem.

Marc.1.c.32 luc.4.g.40

¶Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habentes curauit.

16 ʹQuum autem ſerum *diei* eſſet,ʹobtulerunt ei dæmoniacos multos:& eiecit ſpiritusʹſermone,omnéſque malè affectos ſanauit.

C

Eſa.53.b.4 1.pet.2.d.24

Vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem, ¶Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotationes noſtras portauit.

17 Vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam,dicentem,Ipſe infirmitates noſtras accepit,& morbos portauit.

Luc.9.g.57

¶Vidēs autem Ieſus turbas multas circū ſe,iuſſit diſcipulos ire trās fretū.

18 Quum vidiſſet autem Ieſus turbam multam circum ſeſe,iuſſit vt abirentʹin vlteriorem *ripam.*

Et accedēs vnus Scriba,ait illi,Magiſter,ſequar te quocunque ieris.

19 Et quum acceſſiſſetʹquidam Scriba,dixit ei,Magiſter,ſequar te quocunque abieris.

Scriba Chriſtū ſequitur.

Et dicit ei Ieſus,Vulpes foueas habēt,& volucres cæli nidos:Filius autē hominis nō habet vbi caput reclinet.

20 Tunc dicit ei Ieſus,Vulpesʹluſtra habēt,& volucres cæliʹnidos: ʹFilius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Chriſti paupertas.

Alius autem de diſcipulis eius ait illi,Domine permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum.

21 Alius autem ex diſcipulis eius dixit ei,Domine, permitte mihi ʹprimùm abire,& ſepelire patrem meum.

Ieſus autem ait illi, Sequere me,& dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

22 Ieſus autē dixit ei, Sequere me,& ſine vt mortui ſepeliant mortuosʹſuos.

Vocatio.

Marc.4.d.35 luc.8.d.22

¶Et aſcendente eo in nauiculam,ſequuti ſunt eum diſcipuli eius.

23 Etʹquum ipſe eſſet ingreſſus nauigium, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius.

Motus in mari.

Et ecce motus magnus factus eſt in mari,ita vt nauicula operiretur fluctibus,ipſe verò dormiebat.

24 Et ecce motus magnus factus eſt in mari, *adeò* vt nauis operiretur à fluctibus:ipſe verò dormiebat.

Et acceſſerūt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum,dicentes,Domine,ſalua nos:perimus.

25 Et accedentes diſcipuliʹexcitauerunt eum, dicentes, Domine ſerua nos:perimus.

Et dicit eis Ieſus, Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari: & facta eſt trāquillitas magna.

D

26 Et dicit eis, Quid timidi eſtis, ô parùm fideles? Tunc excitatus ʹobiurgauit ventos & mare:& facta eſt tranquillitas magna.

Fides.

Porrò homines mirati ſunt, dicentes, Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?

27 Homines verò mirati ſunt,dicentes,ʹQualis eſt iſte,ʹquòd venti quoque & mareʹauſcultant ei?

Marc.5.a.2 luc.8.d.26

¶Et quum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum,occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumētis exeuntes,ſæui nimis,ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.

28 Et quum ipſe veniſſet ad vlteriorem ripam , in regionem Gergeſenorum,occurrerunt ei duo dæmoniaci,è monumentis exeūtes,ʹſæuiʹvalde,*adeò* vt nō valeret quiſquam prætcrire per viā illā.

Dæmoniaci ſanantur.

16 Quum autem ſerum *diei* eſſet, ὀψίας δὲ γενομένης. Vulgata, Veſpere autem facto, id eſt ἑσπέρας δὲ γενομένης. Eraſmus, Quum autem appetiſſet veſpera. Liuius, Caſtrorum oppugnatione,quia ſerum erat diei,abſtinuere. Obtulerunt προσήνεγκαν. Eraſmus,adduxerunt, id eſt προσῆγον. Sermone, λόγῳ. Vulgata & Eraſmus,verbo,id eſt ῥήματι.vide ſuprà,verſu 8.

18 In vlteriorem *ripam.* εἰς τὸ πέραν. Vulgata,trans fretum,id eſt πέραν θαλάσσης,vel πορθμοῦ. Erat enim Capernaum ſita ad lacū Tiberiadis. Vulgata addidit,diſcipulos ſuos,quæ verba in nullis Græcis codicibus reperiuntur,quanuis videantur neceſſaria:nam alioqui videri poſſet hoc mandatum de traiiciendo lacu ad turbam pertinere.In multis tamen ſcriptis vetuſtis codicibus Vulgatæ,non leguntur.

19 Quidā Scriba εἷς γραμματεύς. Vulgata & Eraſ.ad verbum,vnus Scriba.quo genere dicēdi vtimur etiā in vernaculo noſtro ſermone.

20 Luſtra φωλεούς. Vulg.& Eraſ.foueas,id eſt ὀρύγματα, vel διορυγάς.Ego luſtra interpretor,ſeruata eiuſdem etymologiæ ratione,ſi Grammaticis credimus. Nidos: κατασκηνώσεις. Propriè,vmbracula.Nam σκηνὴ à σκιᾷ deriuatur,declarátque propriè tabernaculum ex frondibus & ramis contextum.Virg.1.AEne. -tum ſyluis ſcena coruſcis,Deſuper,&c.quo modo etiam nidi ab auibus cōſtruuntur. Filius autem hominis ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Quòd nonnulli putant ſic vocatum Chriſtum quòd filius eſſet vnius tantùm hominis,id eſt Mariæ, cæteri verò filii potius hominum,eo refellitur quòd ſic etiam Ezechielem ſæpe vocat Spiritus Dei,vt alios taceam. Rurſus quòd nonnulli volunt humanam naturam Chriſti ſic indicari,etſi verum eſt id,tamen mihi quoque videtur pleriſque locis non vſque adeò magnum pondus habere. Aſſentior igitur illis qui Hebraicam phraſim eſſe volūt pro homine, ſicut Homerus ſæpe υἷας ἀχαιῶν filios Achiuorum vocat Achiuos. Sic enim omnino accipitur capite 49 Ieremiæ, & aliis locis plurimis: quanuis Vetus interpres ferè vertat plurali numero, filii hominū. Sed hoc addo,propterea quòd familiare eſt Hebræis vt de ſe loquantur in tertia perſona,ideo accipi loco pronominis primæ perſonæ:in Nouo quidem Teſtamento,in quo non memini quenquam,præter vnum Chriſtum,filium hominis vocatum, idque tum demū quum ipſe de ſe loquitur. 21 Primùm abire, πρῶτον ἀπελθεῖν. Vetuſtum quoddam exemplar hoc vocabulum πρῶτον non habebat,& videtur expungi poſſe. 22 Suos. τοὺς ἑαυτῶν. Leuiculum eſt quod admonet Eraſmus,vertendum fuiſſe,ſuos ipſorum,quia ἑαυτῶν additur.Cōſtat enim loco ſimplicium pronominum ſæpe reciproca à Græcis vſurpari,vt paulo antè ὑφ᾽ ἐμαυτὸν pro ὑφ᾽ ἐμὲ,& aliis infinitis locis. Sed hoc potius obſeruandum erat,mortuos priore loco dici eos quorū omnes ſenſus peccatum & diabolus conſopiuit,ſicut copioſius deſcribit Paulus Epheſ.2.a.1. 23 Quum ipſe eſſet,&c. ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον. Vulgata,aſcendente eo in nauiculam, id eſt τὸ πλοιάριον.Eraſmus, quum eſſet ingreſſus nauim,id eſt τὴν ναῦν.Eſt autem πλοῖον quodcunque nauis genus, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod nauigare ſignificat in genere. πλοιάριον verò Lentulus dicit nauigiolum,lib.12.Epiſtol.Gallis *une flette.*

25 Excitauerunt ἤγειραν. Hoc verbum quum eſt tranſitiuum,conuerto Suſcitare,vt ſuprà,cap.3.b.9.quum ſcilicet agitur de ipſa creatione:quæ quidem Deo tribuitur hoc nomine in Sacris literis,vt intelligamus nō magis eſſe Deo difficile,facere vt ſint ea quæ non ſunt,quàm nobis dormientem hominem excitare:quo poſteriore vocabulo vtor vbi de ſomno diſſeritur,vt hoc loco. Quoties autem abſolutè vel paſſiuè accipitur,interpretari ſoleo Surgere,vel expergefieri,vel excitari,vt ſuprà,cap.1.d.24,& 2.c.13.

26 Obiurgauit ἐπετίμησε. Vulgata,imperauit,id eſt διεστείλατο.Eraſmus, increpauit:quod potius reſpondet τῷ ἐπιτιμᾷν. Interdum autē accipitur pro Additis minis præcipere,vt infrà,cap.12.b.16,ſicut apud Latinos accipitur interminari.Eſt autem hæc phraſis Hebraica,vt appa ret ex Pſalmo 106.b.9.& Naum 1.a.4.Et videtur vti hoc verbo Spiritus ſanctus vbi de inhibēda maris tempeſtate agitur,quòd vis vi obiici & opponi videatur. qua etiam ratione de Satana dicitur,Increpet te Dominus,Zach.3.a.2.

27 Qualis ποταπός. Annotat Eraſmus hanc particulam ita interrogare vt habeat admirationis emphaſim,quod non eſt perpetuum:diſtingui tamen debet à ποδαπὸς cuias. Quòd ὅτι. Vel vt vulgata & Eraſ.quia. Cicero 10.Philippica,Cur nunquam tam frequens Senatus fuit,quòd vnus aliquis ſententiam tuam ſequutus ſit?quo tamen loco nōnulli legunt,vt. Galli ſic loquuntur quum dicunt,*quel homme eſt ceci,que les uents & la mer luy obeiſſent?* Sed particulam quia,nuſquam memini legere hoc modo vſurpatam. Auſcultant ὑπακούουσιν. Eraſmus & Vulgata,obediunt,id eſt πείθουσιν.Certè illa tranſlatio in Latino ſermone non eſt durior quàm in Græco.

28 Sæui χαλεποί. Id eſt ὠμοί.Nam vt rectè annotat Eraſmus,hoc vocabulum multa declarat. Valde, λίαν. Id eſt πάνυ. Vulgata, nimis,id eſt ἄγαν.Eraſmus,ſupra modum,id eſt ὑπερμέτρως.

	Et ecce 'clamarunt, dicentes, "Quid nobis tecum Ieſu fili Dei? veniſti huc vexatum nos ante tempus?	29	Et ecce clamauerunt dicẽtes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos?	
	Erat autem 'longè ab eis grex porcorum multorum paſcens.	30	Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens.	
	Dæmones verò precabantur eum, dicentes, Si 'eiicis nos, 'permitte nobis abire in gregem 'porcorum illorum.	31	Dæmones autem rogabãt eum dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.	
Dæmones in porcos abeunt.	Et ait eis, Abite. Illi verò egreſſi, abierunt in illum gregem porcorum: & ecce 'ruit totus ille grex porcorum "è præcipitio in mare, & "mortui ſunt in aquis.	32	Et ait illis, Ite. At illi exeũtes, abierunt in porcos: & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.	
	"Paſtores autem fugerunt: & 'quum abiiſſent in vrbem, renuntiauerunt 'omnia, & 'quæ dæmoniacis facta eſſent.	33	Paſtores autem fugerunt: & veniẽtes in ciuitatem, nuntiauerũt omnia hæc, & de iis qui dæmonia habuerant.	
	Et ecce tota vrbs exiuit in occurſum Ieſu: quúmque vidiſſent eum, precabantur vt 'digrederetur à finibus ipſorum. Cap. IX.	34	Et ecce tota ciuitas exiit obuiã Ieſu: & viſo eo, rogabant vt tranſiret à finibus eorum. Cap. IX.	
	TVnc 'ingreſſus nauigium, traiecit, & venit in ſuam vrbem.	1	ET aſcẽdẽs Ieſus in nauiculã, tranſfretauit: & venit in ciuitatẽ ſuam.	
Paralyticus ſanatur.	Et ecce "obtulerunt ei paralyticũ in lecto proiectũ: 'quúmque vidiſſet Ieſus fidem eorum, dixit paralytico, "Confide fili, "remiſſa ſunt tibi peccata tua.	2	¶Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: & videns Ieſus fidẽ illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.	Marc.2.a.3 luc.5.c.24
	Et ecce quidam è Scribis dicebant apud ſe, Iſte "blaſphemat.	3	Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat.	
	Et 'quum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, "Vtquid cogitatis mala in cordibus veſtris?	4	Et quũ vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?	
Remiſſio peccatorum.	"Vtrum enim eſt facilius, dicere, Remiſſa ſunt tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?	5	Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?	
	Vt autem ſciatis quòd authoritatem habeat Filius hominis in terra remittendi peccata (tunc dicit paralytico) Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam.	6	Vt autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (tũc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.	
	"Tunc *ille* ſurrexit, abiítque domum ſuam.	7	Et ſurrexit, & abiit in domũ ſuam.	
	Turba verò quũ vidiſſet, 'mirata eſt: & glorificauit Deum qui dediſſet talem authoritatem hominibus.	8	Videntes autem turbæ, timuerunt: & glorificauerunt Deum qui dedit poteſtatem talem hominibus.	
Matthæus vocatur.	Et 'quum prætergrederetur Ieſus illinc, vidit quendam 'ſedentẽ	9	¶Et quum tranſiret inde Ieſus, vidit	Marc.2.b.14 luc.5.f.27

29 Clamarunt ἔκραξαν. Eraſmus, vociferabantur, id eſt ἀνεβόων. Quid nobis tecum? τί ἡμῖν καὶ σοί; Eraſmus, Quid rei nobis tecũ? & rectè quidem. Nam ſubauditur πρᾶγμα, quũ ſic loquatur Demoſthenes περὶ στεφάνου, διομνύμενος μηδὲν εἶναί σοι καὶ φιλίππῳ πρᾶγμα. Sed præciſè etiam interdum ſic loquuntur Latini, vt Cic. Quid huic cum Fabio? Idem, Cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? Vulgata ad verbum, Quid nobis & tibi? quem Hebraiſmum alioqui obſcuriorem, meritò ſtuduit Eraſmus illuſtrare.

30 Longè μακράν. Vulgata, non longè, repugnante quidem fide omnium Græcorum exemplarium quæ nobis videre contigit: ſed tamẽ rectius (ni fallor) quàm ſi negationem non addas. 31 Eiicis ἐκβάλεις. Vulgata addit hinc, id eſt ἐντεῦθεν. Permitte nobis abire ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν. Vulgata, legit, mitte nos id eſt πέμψον ἡμᾶς. Porcorum illorum. τῶν χοίρων. Puto articulum hîc poni δεικτικῶς, & gregem illum quaſi in conſpectu fuiſſe, quod exprimendum putaui.

32 Ruit ὥρμησε. Vulgata, impetu abiit: non neceſſaria periphraſi. Eraſmus, ferebatur, id eſt ἐφέρετο. E præcipitio κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Vulgata & Eraſmus, per præceps: nec id quidem Latinè (vt opinor) nec ſatis appoſitè. Ponitur enim κατὰ pro ἀπὸ, vt in illo Homeri Odyſſ. ξ. κατὰ πέτρης βαλέειν, de ſaxo deiicere. Mortui ſunt ἀπέθανον. Eraſmus, perierunt, id eſt ἀπώλοντο.

33 Paſtores οἱ βόσκοντες. Eraſmus, qui paſcebant. Vide infrà, cap.19.a.4. Quum abiiſſent ἀπελθόντες. Vulgata, venientes, id eſt ἐρχόμενοι. Eraſmus, digreſſi, id eſt μεταβάντες. Omnia, πάντα. Vulgata, omnia hæc, id eſt πάντα ταῦτα, quod etiam videtur cum his quæ ſequuntur melius conuenire. Quæ dæmoniacis facta eſſent. τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Vel vt Eraſmus, quæ dæmoniacis accidiſſent. Sic enim rectè helleniſmus (alioquin obſcurus) illuſtratur. Vulgata, de his qui dæmonia habuerant, id eſt περὶ τῶν δαιμονιζομένων. Simili dicendi genere etiam vtitur infrà, cap.21.b.21. 34 Digrederetur μεταβῇ. Vulgata, tranſiret, id eſt διαβαίνῃ. Eraſmus, decederet, id eſt ἀποχωρήσῃ, & infrà, cap.12.a.9, progreſſus, id eſt προβῇ.

IN CAPVT IX.

1 Ingreſſus ἐμβάς. Vulgata, aſcendens, id eſt ἐπιβαίνων: & addit Ieſus ἰησοῦς.

2 Obtulerunt προσέφερον. Eraſmus, adduxerunt: quæ interpretatio neque Græco vocabulo reſpondet, neque huic loco conuenit. Neque enim ducebatur, ſed ferebatur paralyticus, & quidem in lecto decumbens, vt narratur Marc. 2.a.1. Quúmque vidiſſet καὶ ἰδὼν, id eſt quum ex manifeſto ſigno cognouiſſet. Sic in hoc eodem capite, verſu 4, ἰδὼν τὰς ἐνθυμήσεις. & Exo.20.c.18, Omnis populus videbat voces.

Cõfide θάρσει. Eraſmus, Bono animo eſto. Cicero in hac ſignificatione dicere ſolet, cõfidere animo. θαρρεῖν autem idem etiam valere quod apud Latinos Confidere, vel illud Herodiani confirmat, lib.4, ἐθάρρει δὲ αὐτῷ θεραπεύοντι αὐτὸν ἄνωθεν, Confidebat autem ei, vtpote iampridem ſui ſtudioſo. Remiſſa ſunt ἀφέωνται. Vulgata & Eraſmus, remittũtur ἀφίενται. Eſt autẽ in tẽpore perfecto emphaſis minimè negligẽda.

3 Blaſphemat. βλασφημεῖ, id eſt impiè loquitur. Nam hac ſignificatione vſurpatur à Sacris ſcriptoribus, quum apud Græcos diſertiores idem valeat quod συκοφαντεῖν, id eſt calumniari, vel maledicere, ſiue alterius famam maledictis lædere.

4 Quum vidiſſet ἰδών. Chryſoſtomus legit εἰδὼς ὁ ἰησοῦς, quum ſciret Ieſus. Vt quid. ἱνατί. Præciſum dicendi genus pro Quamobrem, vel quorſum. Eraſmus, Quare. Cicero Attico, lib.7, Depugna, inquit, potius quàm ſeruias: vtquid? ſi victus eris, proſcribare.

5 Vtrum enim eſt τί γάρ ἐστιν pro πότερον γάρ ἐστι. Vulgata ad verbum, quid eſt? quod in Latino præſertim ſermone nouum eſt. Deinde etiã omiſit coniunctionem. 7 Tunc *ille* ſurrexit, καὶ ἐγερθείς. Pro καὶ vertimus tunc, quia (vt ſæpe nobis dicendum erit) Hebræorum ita etiam accipitur: & viſa eſt mihi hæc ſignificatio huic loco melius cõuenire. Eraſmus autem rectè fecit, quòd relatiuum addiderit, vt tolleret amphiboliam. 8 Mirata eſt, ἐθαύμασαν. Vulgata, timuerunt, id eſt ἐθάμβησαν, vt exiſtimat Eraſmus. Sed etiamſi ita ſcriptum eſſet Græcè, potius dicendum fuerat, expauerunt. Exemplar ſecundum habebat ἐφοβήθησαν, quod potius videtur legiſſe Vetus interpres.

9 Quum prætergrederetur παράγων. ἄγειν hîc ponitur pro βαδίζειν, vt in illo Terentii, Quò te agis? Eraſmus, præteriens, παριών. Sed videtur hîc poni παράγειν pro μεταβαίνειν, ſiue προβαίνειν, ſicut paulo pòſt, verſu 27, id eſt digredi, vel progredi: quod oſtendit particula ἐκεῖθεν, ita tamen vt in ipſo itinere id eſſe factum intelligamus: alioquin idem valet quod παροδεύειν & παριέναι, vt infrà, cap.20.d.30. Sedentem καθήμενον. Sic Vetus interpres. Eraſmus autem maluit vertere deſidentem, id eſt otioſum ſedentem: quod non probo. Nam & iudices, καθημένους eadem ratione dicas deſidere, non ſedere. Deinde vix vnquam eſt otioſum hoc hominum genus.

hominem ſedentem in telonio Matthæũ nomine: & ait illi, Sequere me. Et ſurgens,ſequutus eſt eum.

B Et factum eſt,diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. 10

Et videntes Phariſæi, dicebant diſcipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatorib⁹ mãducat magiſter veſter? 11

At Ieſus audiens, ait, Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. 12

Oſee 6.c.7
infrà 12.a.7
1.Tim.1.c.15

Eũtes autem diſcite quid eſt,‖Miſericordiam volo, & nõ ſacrificium: nõ enim veni vocare iuſtos, ‖ſed peccatores. 13

Marc.2.c.18
luc.5.f.33

Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis,dicẽtes,‖Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? 14

Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filii ſponſi lugere quandiu cũ illis eſt ſponſus? Venient autem dies quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. 15

Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit. 16

Neque mittunt vinũ nouũ in vtres veteres:alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effũditur, & vtres pereũt: ſed vi- 17

″ad telonium ″qui Matthæus dicebatur: dicítque ei, Sequere me. Atque *is* ſurgens,ſequutus eſt eum.

10 Et factum eſt,quum ipſe accumberet″domi *illius*, ″ecce multi publicani & peccatores qui venerant, ſimul accubuerunt cum Ieſu & diſcipulis eius. Peccatores.

11 Quúmque *id* vidiſſent Phariſæi,dixerunt diſcipulis eius,Quare cum publicanis & peccatoribus″edit magiſter veſter?

12 Ieſus autem quum *hoc* audiſſet,dixit eis,Qui valent,non habent opus medico,ſed malè affecti. Valẽtes & iuſti.

13 ″Sed profecti diſcite quid ſit,″Miſericordiam volo,& non″ſacrificium:non enim veni vt vocarem iuſtos, ſed peccatores ″ad reſipiſcentiam. Miſericordia. Peccatores.

14 Tunc adeũt eum diſcipuli Iohannis,dicentes,Quare nos & Phariſæi ieiunamus″frequenter,diſcipuli verò tui non ieiunant? Ieiunia.

15 Et dixit eis Ieſus,Num poſſunt″filii thalami lugere,quandiu cũ eis eſt ſponſus? Venient autem dies quum ″tolletur ab eis ſpõſus, & tunc ieiunabunt.

16 Nullus autem″immittit″panniculum″impexum″in veſtimentũ vetus:″illud enim ipſius ſupplementum tollit *aliquid* de veſtimento,& peior″fiſſura fit. Pannus.

17 Neque iniiciunt vinum nouum in vtres veteres:ſin minus,rumpũtur vtres,& vinum effunditur,& vtres pereunt:ſed″iniiciunt vi- Vinum nouum.

Ad telonium ἐπὶ τὸ τελώνιον, id eſt ad publicanorum menſam,quo ſcilicet tributa referebantur.Memini porrò me apud Chryſoſtomum legere Telonium pro ſcrinio. Qui Matthæus dicebatur: ματθαῖον λεγόμενον. Vulgata,Matthæum nomine,id eſt ματθαῖον τοὔνομα.

10 Domi ἐν τῇ οἰκίᾳ. Matthæi ſcilicet,ſicut liquet ex Luca. Quamobrem etiam Eraſmus addidit relatiuum, illius. Ecce καὶ ἰδού. Particula καὶ omnino abundat hoc loco,vt meritò ſit prætermiſſa à Vulgato interprete. Sic etiam infrà,cap.28.b.9: apud Lucam autem ſæpiſſimè:cuius pleonaſmi ſimile prorſus exemplum habemus Gene.22.a.1.

11 Edit ἐσθίει. Vulgata,manducat.Eraſmus,ſumit cibum.Vetuſtum exemplar decimumquartum addit καὶ πίνει & bibit.

13 Sed profecti πορευθέντες δὲ. Vulgata,Eũtes autem:quod non ſatis exprimit vim particulæ δὲ hoc quidem loco.Eraſmus,Quin potius ite,id eſt μᾶλλον δὲ πορευθέντες,ſicut ſcribit Euangeliſta noſter infrà,cap.10.a.6. Miſericordiam ἔλεον. Hoc ipſum eſt quod ἐλεημοσύνην ſuprà vocauit,cap.6.a.1,vbi diximus quàm latè pateat hoc vocabulum. Sacrificium: θυσίαν. Cauſa,vt opinor,non fuit cur hac interpretatione offenderetur Valla. Nam etſi thus Latinum vocabulum à θύω deriuatur,minimè tamen inde efficitur θύειν & θυσίαν de ſuffitibus tantùm dici: quum etiam θύειν mactare & occidere ſignificet. Deinde nihil prohibet quominus θυσία interdum ipſum ſacrificium, interdum verò victimam declaret. Cæterùm ſiquis cum his Chriſti verbis componat ea de quibus diſputat Plato in extremo Alcibiade poſteriore, mirabitur tantam in homine (alioquin profano) pietatem. Ad reſipiſcentiam εἰς μετάνοιαν. Vetus interpres hæc non interpretatur:& certè deerant in vetuſtis duobus exemplaribus.

14 Frequenter, πολλά, id eſt πολλάκις, Græcorum more, apud quos (vt etiam apud Hebræos, atque adeò apud poetas Latinos) adiectiua degenerant in aduerbia. Virg.6.AEne. AEternum latrans exangues terreat vmbras. Eraſmus,plerunque,id eſt τὰ πολλά,vel ὡς τὰ πολλά.

15 Filii thalami οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Vulgata,filii ſponſi. Eraſmus filios thalami interpretatur vt ego, in Marco & Luca. Nam(vt ipſe rectè notat) νυμφῶνος appellatione non ſignificatur ſponſus, ſed thalamus. Sed quæri poteſt an prorſus conueniat quòd filios thalami interpretatur ſponſi domeſticos & proximos. nam Hebræi filios appellant viros quoſcunque: vt filii thalami videantur dici qui ſunt inuitati ad nuptias,quicunque tandem illi ſint: ſicut dicunt Hebræi filios plagarũ, filios mortis: & alia idgenus quæ paſſim occurrunt, ſicut annotauimus ſuprà,cap.8.a.12. Tolletur ἀπαρθῇ. Legitur in vetere codice ἀρθῇ,eodem ſenſu. Vulgata,auferetur,id eſt ἀφαιρεθῇ.

16 Immittit ἐπιβάλλει. Sic rectè Vulgata & Eraſmus.Budæus tamen maluit interpretari Adſuit,vel addit:cui non poſſum aſſentiri. Neque enim ἐπὶ hoc loco nota eſt adiectionis ad iuſtam menſuram,ſed ſupplementum potius declarat eius cui deerat aliquid. Denique τὸ ἐπιβάλλειν hoc loco idem valet quod ἐμβάλλειν.quamobrem mallem apud Marcum interpretari ἐπιρράπτει inſuit,quàm aſſuit. Panniculum ἐπίβλημα ῥάκους. Vulgata,commiſſuram panni.Eraſmus,aſſumentum panni.Budæus,additamentum panniculi.Exiſtimat enim ſignificare προσθήκην, id eſt additamentum & auctarium: quod mihi quidem non placet, niſi auctarium voces quod rei alicui ſarciendæ adhibetur: ſic enim Euangeliſta ipſe poſtea expoſuit quum πλήρωμα vocauit. neque verò aſſumentum melius conuenit, quod etiam Latinum vocabulum eſſe non arbitror. Commiſſura autem nõ ineptè videretur dictionem Græcam exprimere,niſi potius commiſſionem ipſam & ſuturam declararet,quàm illud quod inſuitur,quódque hoc loco dicitur ἐπίβλημα.Nos(vt notat etiam Eraſmus) vulgò peciã vocamus. Ergo nullam ex his interpretationibus recipio:quod tamen cum tam eruditorum hominum pace dictum eſſe velim.Nunc videndũ cur duo vocabula Græca vno Latino expreſſerim.ἐπίβλημα dixi vocari hoc loco illud ipſum quod inſuitur: ῥάκος autem quum veſtem detritam & laceram declaret,hîc tamen eſt potius materiæ vocabulum,& pannum ſignificat:quod ſatis intelligi poteſt ex epitheto illi adiuncto:vt idem omnino valeat ἐπίβλημα ῥάκους atque ῥάκος ἐπιβαλλόμενον,id eſt pannus qui inſuitur.Nos vulgò diceremus,*une piece de drap*,quod etiã vnico vocabulo ῥάκους ſignificari potuit.Sed delectantur hac conſtructione Græci:vt ſi Latinè dicas,vrbem Romæ pro Roma,aut vitam ruſtici viuere,pro ruſticè viuere. Quum autem panniculus Latinis idipſum quod inſuitur, & eius præterea materiam declaret, vtrunque illud Græcum putaui hoc vno Latino non ineptè exprimi poſſe. Impexum ἀγνάφου. Vulgata & Eraſmus,rude.Budæus,impolitum interpretatur,eodem ſenſu. In veſtimentum ἐπὶ ἱματίῳ. Suprà, cap.5.f.40,ἱμάτιον ſumus interpretati pallium:hîc autem & aliis plurimis locis pro omni veſtimenti genere accipi videtur. Illud enim ipſius ſupplemen.&c. αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Vulgata, tollit enim plenitudinẽ eius à veſtimẽto.Eraſmus,aufert enim ſupplemẽtum illius à veſtimento.Budæus, aufert enim illud ſupplemẽtum eius à veſte.Hi omnes videntur exiſtimaſſe τὸ πλήρωμα poſitum quarto caſu,& coniungi cum verbo αἴρει.Certè ita ſenſiſſe Veterẽ interpretem apparet ex eo quòd vertit plenitudinem,& Eraſmum quoque ex ipſius annotationibus.Offenſus enim(inquit)diſſimilitudine noui panni,poſtea detrahit, & deformior fit ruptura.Atqui τὸ πλήρωμα(quo vocabulo idẽ illud ſignificatur quod paulo antè vocauit ἐπίβλημα,illud ſcilicet quod ad implendam & ſarciendam fiſſuram immittitur)ponitur potius recto caſu: dicitúrque Detrahere aliquid de veſte detrita, quum ipſum ſit nouum:quo modo poſtea Vinum nouum dicitur veteres vtres frangere. Supplementum autem eius vocat, à quo ſcilicet immiſſum eſt. Hoc enim melius videtur cõuenire,quàm ſi ad pallium referas. Præterea articulum expreſſi,& addidi caſum verbo,vt ambiguitatem illam conſtructionis vitarem,à qua illos dixi fuiſſe deceptos. Fiſſura σχίσμα. Eraſmus,ruptura,id eſt ῥῆγμα. Vulgata,ſciſſura,id eſt τμῆσις.

17 Iniiciunt βάλλουσιν. Eraſmus & Vulgata,mittunt.

	num nouum in vtres′recentes,&″vtrique conſeruantur.		num nouum in vtres nouos mittũt, & ambo conſeruantur.	
Principis filia ſuſcitatur.	Hæc eo loquente ipſis, ecce″quidam princeps quum veniſſet, adorauit eum,dicens,Filia mea′modò defuncta eſt:ſed veni,& impone manum tuam ſuper eam,ac viuet.	18	¶Hæc illo loquẽte ad eos,ecce princeps vnus acceſſit,& adorauit eum,dicens,Filia mea modò defuncta eſt:ſed veni,impone manum tuã ſuper eam, & viuet.	Marc.5.b.22 Luc.8.f.41 C
	Tunc ſurgens Ieſus,ſequutus eſt eum,& diſcipuli eius.	19	Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum, & diſcipuli eius.	
Mulier à fluxu ſanguinis ſanatur.	(Et ecce mulier″ſanguinis profluuio laborans″à duodecim annis,accedens à tergo,tetigit fimbriam veſtimenti illius.	20	(Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis , acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius.	
	Dicebat enim apud ſe, Si ſolùm tetigero veſtimentum eius, ſeruabor.	21	Dicebat enim intra ſe,Si tetigero tantùm veſtimentum eius,ſalua ero.	
	Ieſus verò conuerſus & intuitus eam, dixit, Confide filia, fides tua te ſeruauit. Et ſeruata eſt mulier ex′momento illo.)	22	At Ieſus cõuerſus & vidẽs eã, dixit, Confide filia,fides tua te ſaluã fecit.Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.)	
Tibicines.	Et quum veniſſet Ieſus domum principis,vidiſſétque tibicines & turbam tumultuantem,	23	Et quum veniſſet Ieſus in domum principis , & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem,	
Dormire.	Dicit eis,Recedite:non enim mortua eſt adoleſcentula,ſed dormit.Et deridebant eum.	24	Dixit ad eos,Recedite: nõ eſt enim mortua puella,ſed dormit. Et deridebant eum.	
	Quum autem fuiſſet eiecta turba, ingreſſus′prehendit manum eius:& ſurrexit adoleſcentula.	25	Et quum eiecta eſſet turba,intrauit: & tenuit manum eius,& dixit,Puella ſurge.Et ſurrexit puella.	
	Et exiit″hæc fama in totam terram illam.	26	Et exiit fama hæc in vniuerſam terram illam.	
	′Quúmque prætergrederetur illinc Ieſus , ſequuti ſũt eum duo cæci,clamantes ac dicentes,Miſerere noſtri fili Dauid.	27	Et trãſeunte inde Ieſu,ſequuti ſunt eum duo cæci,clamantes & dicentes, Miſerere noſtri fili Dauid.	
Cæci duo fide in Chriſtum ſanantur.	Quũ autẽ veniſſet″domũ,adierunt eũ″cæci illi:& dicit eis Ieſus, Creditis quòd hoc poſſim facere? Dicunt ei, Etiam Domine.	28	Quum autem veniſſet domum, acceſſerũt ad eum cæci:& dicit eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei,Vtique Domine.	D
	Tunc tetigit oculos eorum, dicens, ′Secundum fidem veſtram fiat vobis.	29	Tunc tetigit oculos eorum, dicẽs, Secundum fidem veſtram fiat vobis.	
	Et′aperti ſunt oculi eorum:′& grauiter interminatus eſt eis Ieſus,dicens,Videte″nemo ſciat.	30	Et aperti ſunt oculi eorum:& comminatus eſt illis Ieſus,dicens, Videte nequis ſciat.	
	At illi″egreſſi,″diuulgarunt eum in tota terra illa.	31	Illi autem exeuntes,diffamauerunt eum in tota terra illa.	
Mutus & dæmoniacus ſanatur.	Illis autem egredientibus, ecce obtulerũt ei hominem mutum dæmoniacum.	32	¶Egreſſis autem illis,ecce obtulerũt ei hominem mutum,dæmonium habentem.	Luc.11.b.14

Recentes, καινούς. Vulgata & Eraſmus,nouos.Ego diuerſum vocabulum quæſiui,propterea quòd(vt annotauit Eraſmus)Euangeliſta vtitur duplici vocabulo νέος & καινός,quorum illud eorum eſt qui ætatem ſentiunt,hoc opponitur vetuſtati: vt νέος potius iuuenem ſignificet quàm nouum:quod tamen diſcrimen non ſemper obſeruatur. Vtrique ἀμφότερα.Omnia vetuſta exemplaria habent ἀμφότεροι.

18 Quidam princeps ἄρχων. Sic vulgò legunt,vt ſubaudiatur particula τὶς,quam tamen particulã reperimus expreſſam in vetuſtis exẽplaribus ſexto,octauo,decimoquarto. Vulgata,princeps vnus:vt legiſſe videatur εἷς, quod etiam ſcriptum erat in exemplaribus primo, tertio,quinto,duodecimo:de quo dicendi genere diximus ſuprà,8.c.19,nequis putet vnum à pluribus diſtingui. Modò ἄρτι. Vel nuper. quanquam illud maiorem emphaſin habet.Cic.6.in Verrem, Quid dico nuper?imò verò modò,ac planè paulo antè vidimus.

20 Sanguinis profluuio laborans αἱμοῤῥοοῦσα. Quod vno verbo Græci dicunt,pluribus neceſſariò explicuimus. Vulgata,quæ ſanguinis fluxum patiebatur, id eſt αἱμοῤῥαγίαν πάσχουσα. Eraſmus maluit interpretari, quæ ſanguinis profluuio laborauerat: impropriè,ni fallor: nondum enim laborare deſierat. A duodecim annis, δώδεκα ἔτη. Sicut Lucæ 8.f.43.ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα.Ad verbũ,duodecim annos.Sed poſcit Latinæ linguæ ratio præpoſitionem, ſi cum αἱμοῤῥοοῦσα iungas,ſequutus Vulgatam lectionem.Nam ſecundus codex diſtinctionem habebat poſt αἱμοῤῥοοῦσα : & deinde additum habebat δώδεκα ἔτη ἔχουσα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, id eſt ad verbum,duodecim annos habens in ea infirmitate: Sicut dixit Virgilius, -vna cum gente tot annos Bella gero.

22 Momento ὥρας. Vetus interpres ad verbum,hora.Eraſmus,tempore,id eſt χρόνῳ. Mihi verò videtur momentum melius huic loco conuenire: quum hîc ſignificetur ille temporis articulus quo hæc dicta ſunt. Reſpondet autem Chaldaico vocabulo שעתא quod vſurpatur apud Danielem 4.f.30,& ſignificat ipſum temporis momentum quo aliquid exiſtit,& eſſe conſpicitur:à verbo שעה,id eſt reſpexit.

25 Prehendit ἐκράτησε. Vulgata & Eraſmus,tenuit,id eſt εἶχεν.Infrà tamen cap.12.a.11, Eraſmus vertit, apprehendit. Rurſus cap. 13.a.3, κρατήσας interpretatur ceperat. Vocabulum autem ipſum propriè ſignificat vi adhibita aliquid capere, aut retinere : veluti quum trahimus reluctantem iniecta manu:ſicut etiam Eraſmus interpretatus eſt infrà,cap.18.c.28.Quamobrem etiam vincere declarat Poeta,νόμος μὲν πάντα κρατύνει,id eſt πάντα κρατεῖται ὑπὸ νόμου, omnia vincũtur lege. κρατύνειν γὰρ ταυτόν ἐστι τῷ κρατεῖν.Hîc autem & aliis locis multis idẽ valet quod ἅπτεσθαι,id eſt prehendere,vel tangere.Marci autem 7.a.3,& 4,pro retinere,& ſtudioſè quidpiam obſeruare accipitur.Poſt hæc Verba Prehendit manum eius,Vulgata addit,Et dixit,Puella ſurge.καὶ εἶπε,κοράσιον ἐγείρου. quæ tamen in nullis codicibus Græcis legimus.Sunt autem petita ex Lucæ 8.g.54. 26 Hæc αὕτη. In ſecundo exemplari ſcriptum erat αὐτοῦ eius,id eſt de eo.Vide ſuprà,cap.4.d.24.

27 Quúmque prætergrederetur illinc Ieſus, καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ. Vulgata,Et tranſeunte inde Ieſu, id eſt διελθόντι. Eraſmus,Et quum diſcederet illinc Ieſus,id eſt ἀπερχομένῳ.Vide ſuprà,cap.9.a.9.

28 Domum, εἰς τὴν οἰκίαν. Dicitur Ieſus domum veniſſe,eam nimirum in qua conſueuerat habitare, quum in ea vrbe ſibi domicilium delegiſſet.Nam quum ita loquimur,ea demum ſignificatur domus,quam is incolit qui veniſſe dicitur: niſi quidpiam addideris quo diſtinguatur. Cæci illi, οἱ τυφλοί. Illi ſcilicet qui paulo antè ipſi occurrerant.Itaque articulus non fuit omittendus.

29 Secundum κατά. Eraſmus,Iuxta:quod magis etiameſt inſolens apud Latinos,quàm illud.

30 Aperti ſunt ἀνεῴχθησαν. Quartum exemplar addit παραχρῆμα ,id eſt illico. Et grauiter interminatus eſt καὶ ἐνεβριμήσατο. Addidi aduerbium Grauiter,ad vim vocabuli exprimendam.Nam ἐμβριμᾶσθαι ſignificat,addita increpatione & cum fremitu aliquid edicere: vt pluſculum aliquid declaret quàm ἐπιτιμᾶν,quo vtitur infrà,cap.12.b.16. Nemo μηδείς. Vulgata & Eraſmus,nequis,id eſt μήτις, quod non poteſt conuenire,quum ſequatur imperandi modus.

31 Egreſſi ἐξελθόντες. egreſſi, ſcilicet domo. Vulgata,exeuntes. Eraſmus,quum abiiſſent, id eſt ἀπελθόντες. Diuulgarunt διεφήμισαν. Ad verbum,diffamarunt:ſicut etiam vertit Vetus interpres.Sed præterquam quòd hoc verbum rarò à Latinis vſurpatur,etiam in vitio ponitur pro διαβάλλειν & ἀτιμάζειν.Pro eo autem quod ſequitur αὐτὸν eum,Eraſmus vertit,famam illius.

33 Et eiecto dæmonio, loquutus eſt mutus: & miratæ ſunt turbæ, dicẽtes, Nunquam apparuit ſic in Iſrael.

Infrà 12.b.24 marc.3.c.22 luc.11.c.17 34 Phariſæi autem dicebant, ‖In principe dæmoniorum eiicit dæmones.

Marc.6.a.6 luc.13.c.22 35 ‖Et circuibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella, docẽs in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.

Marc.6.c.34 36 ‖Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.

Luc 10.a.2 iohan.4.c.36 37 Tunc dicit diſcipulis ſuis, ‖Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.

38 Rogate ergo Dominum meſſis vt eiiciat operarios in meſſem ſuam.

Cap. X.

Marc.3 b.15 luc 9.a.1 1 ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, ‖dedit illis poteſtatem ſpirituum immũdorum vt eiicerẽt eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.

2 Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Philippus, & Bartholomæus:

3 Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius: Thomas, & Matthæus publicanus, & Iacob9 Alphęi, & Thaddęus:

4 Simon Cananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum.

5 Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis:

Act.13.g.46 6 Sed potius ite ‖ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

33 Et *is* eiecto dæmonio, loquutus eſt mutus: & mirata eſt turba, dicens, Nunquam apparuit "tale quidpiam in Iſrael.

34 Phariſæi verò dicebant, Per principem dæmoniorum eiicit dæmonia. **Blaſphemia.**

35 Et circumibat Ieſus vrbes omnes ac vicos, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & ſanans omnem morbum & omnem languorem "in populo. **Euangelium.** **Infirmi.**

36 Quum vidiſſet autem turbam, "miſericordia cõmotus eſt "ſuper eis, quòd eſſent "diſſipati "& diſiecti quaſi oues nõ habẽtes paſtorẽ.

37 Tunc dicit diſcipulis ſuis, Ipſa quidem meſſis multa, operarii autem pauci. **Meſſis.** **Operarii.**

38 Rogate igitur Dominũ meſſis vt "emittat operarios in meſſem ſuam.

Cap. X.

1 TVnc aduocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis authoritatem *aduerſus* ſpiritus impuros, vt eiicerent eos, & ſanarent omnem morbum & omnem languorem. **Apoſtolis datur gratia ſanitatũ.**

2 Porrò duodecim "Apoſtolorum nomina ſunt hæc: "Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Iohannes frater eius: **Apoſtoli qui.**

3 Philippus, & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus "ille publicanus: Iacobus *filius* Alphæi, & Lebbæus "cognominatus Thaddæ9:

4 Simon "Cananites, & Iudas Iſcariotes, qui & "prodidit eum.

5 Hos duodecim miſit Ieſus, "additis mandatis eis, dicens, "In viã Gentiũ ne abieritis, & in "vrbẽ Samaritanorum ne ingrediamini: **Mittuntur ad prædicandum Euangelium.** **Gentes.**

6 Sed proficiſcamini potius ad oues perditas domus Iſrael. **Iſraelitæ.**

33 Tale quidpiam οὕτως. Vulgata & Eraſmus ad verbum, ſic. Ponitur autẽ οὕτως pro τοιοῦτο, ſicut infrà, Marc.2.b.12, & omnino hoc eſt quod Hebræi dicunt כזאת. 35 In populo. ἐν τῷ λαῷ. Hæc nõ legit Vetus interpres, neque etiam in vetuſtis exemplaribus decimo & duodecimo reperimus, Sed addita hæc erant in octauo codice, καὶ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ, & multi ſequuti ſunt eum.

36 Miſericordia commotus eſt ἐσπλαγχνίσθη. Vulgata, miſertus eſt. Eraſmus, affectu miſericordiæ tactus eſt. Indicat hoc verbũ, quo Græci interpretes expreſſerunt Hebræum verbum רחם, ſummam & vehemẽtem commiſerationem ex intimis viſceribus profectam, qualis eſt illius qui apud Virgilium lib.10, Ingemuit miſerans grauiter, dextrámque tetendit. quod vt exprimerem, circumloquutionẽ adhibui ex Cicer. Tuſcul.4, Nemo (inquit) parricidæ ſupplicio miſericordia commouetur. Super eis, περὶ αὐτῶν, id eſt eorum cauſa, ſicuti Marci 14.c.23, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id eſt ὑπὲρ πολλῶν. Similem conſtructionem habemus Pſal.103.c.17. Vulgata, eis. Eraſmus, erga illos. Diſſipati ἐκλελυμένοι Ad verbum, exoluti. quia quæ ſoluta ſunt & deiuncta, eadem quoque ſunt diſſipata: alioquin hoc vocabulum idem valet quod verbum ſimplex Soluere: veluti quum vires exolutas dicimus, & æs alienum exoluere. Vulgata vertit, vexati, id eſt ἐσκυλμένοι, quod etiã ſcriptum erat in vetuſtis codicibus primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto: Item apud Chryſoſtomum, Hieronymum, Hilarium, Theophylactum, ſicut Eraſmus obſeruauit. Sed hoc notandum videtur, σκύλλεσθαι propriè non de quauis moleſtia dici, ſed de fatigatione & laſſitudine ex via: quod facilè (vt ſpero) mihi concedent quicunque vſum huius verbi obſeruarunt. Itaque cõmiſeratur hîc turbam Ieſus, quòd de via plerique eſſent defeſſi: deinde quòd nemo ex illis quos oportebat huic vni rei intentos eſſe, curam ſalutis eorum gereret, adeò vt huc & illuc errarent tanquam oues paſtore deſtitutæ. Et diſiecti καὶ ἐρριμμένοι, id eſt palantes: quod dixit Plutarchus in libello De virtutibus mulierum σποράδην κεῖσθαι. 38 Emittat ἐκβάλῃ. Vt infrà, cap.12.c.35. Vulgata, mittat. Eraſmus, extrudat. Ad verbum, eiiciat. Intelligimus igitur vel celeriter mittendos in opus Dei, vel etiam inuitos & cunctantes extrudendos, ſicut ille rectè notat. Sumus enim omnes in iſtis rebus tardiſſimi.

IN CAPVT X.

1 Tunc aduocatis καὶ προσκαλεσάμενος. Vulgata, conuocatis, id eſt συγκαλέσας. Eraſmus, accerſitis, id eſt μεταπεμψάμενος. *Aduerſus* ſpiritus κατὰ πνευμάτων. Vel in ſpiritus. Ita ſcriptum erat in quarto & octauo exemplari. Sic etiam Theophylacti codex Romæ impreſſus, vt omnino idem ſit κατὰ πνευμάτων, cum eo quod dicit Lucas ἐπὶ δαιμόνια. Nonnulli codices non habent κατὰ: ſed omnino videtur vel addendum vel ſupplendum. Similis autem eclipſεως exemplum habes infrà, cap.12.c.31.

2 Apoſtolorũ ἀποστόλων. Vulg. (vt quædã exẽplaria habẽt) diſcipulorũ, id eſt μαθητῶν. Nos Græcũ vocabulũ, vt alia multa Eccleſiæ Chriſti familiaria, libenter retinuimus. Latinè poſſis legatos vocare. ἀπόστολος autem ſimili etymologia Hebræis שליח vocatur, Abd.a.1. Primus, πρῶτος, Hoc vocabulũ ſuſpicor ab aliquo fuiſſe additũ qui Petri primatũ vellet ſtabilire. nihil enim ſequitur quod cohæreat. Reperimus tamẽ ita ſcriptũ in omnibus exemplaribus, & Theophylacto Romano, qui diſertè admonet primos idcirco recenſeri Petrũ & Andream, quòd eſſent πρωτόκλητοι. In hoc autẽ ordine nihil myſterii latere, vel illud declarat quòd Marci 3. & Lucæ 6, idem prorſus ordo nõ obſeruatur, & hoc etiam loco in Vetere tranſlatione Philippus & Bartholomæus, Iacobo & Iohanni præponuntur. Sed & quòd apud Paulum ipſum Galat.2.b.9, Iacobus Petro præponitur: vt planè ſint ridiculi qui volunt hoc argumento Antichriſti tyrannidem confirmare.

3 Ille publicanus: ὁ τελώνης. Eraſmus, qui fuerat publicanus. Articulus vim quoque hîc habet, quæ non fuit negligenda. Sed tamen non putaui ſupplendũ ὁ γενόμενος cũ Eraſmo, quũ ſatis intelligatur publicanũ eſſe deſiiſſe ex quo factus eſt Chriſti Apoſtolus. Cognominatus ὁ ἐπικληθείς. Vulg. præterquã in Complutenſi editione, non legit totum illud λεββαῖος ὁ ἐπικληθείς, quod tamen omnes Græci codices habent.

4 Cananites, κανανίτης. Vulgata & Eraſmus, Cananæus, id eſt χαναναῖος, quo modo etiam ſcriptum erat in vetuſtis codicibus ſecundo & octauo, Exiſtimant nonnulli potius legendum καννίτης Cannites, vel κανναῖος Cannæus: & rectè eos ſentire, vel illud declarat quòd Lucas 6.c.15, & Act.1.b.13, ζηλωτὴν vocat. Zelum enim Hebraicè & Syriacè declarat קנא. Itaque vt rectè obſeruat quidam Hebraicæ linguæ peritus, nomẽ Chananæorum, quod crebro occurrit in Sacris libris, hoc quoque loco librariis parũ doctis videtur impoſuiſſe. Prodidit παραδούς. Vulgata, tradidit: quæ propria etiam eſt huius vocabuli ſignificatio: ſed hoc loco & alibi ſæpe accipitur ἀντὶ τοῦ προδοῦναι.

5 Additis mandatis eis, dicens, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων, id eſt additis mandatis in hæc verba. Vulgata, præcipiens eis. Eraſmus, quibus præceperat. Nos ferè παραγγέλλειν interpretabimur denuntiare: ſed hîc ſtuduimus perſpicuitati. In viam Gentium εἰς ὁδὸν ἐθνῶν, id eſt via quæ ducit ad exteras & profanas Gentes. Ierem.2.d.18. Nam alioquin vias Gentium vocant Prophetæ profanos & impios illarum mores, vt Iere.10.a.3. Vrbem πόλιν. Vulgata, ciuitates, nulla ſenſus iniuria. Ponitur enim πόλιν infinitè, neque de Metropoli videtur poſſe intelligi, quum articulus non addatur.

Profecti autem prædicate, dicentes, Appropinquauit regnum cælorum. 7

Inualidos ſanate, leproſos mundate, mortuos excitate, dæmonia eiicite: ″dono accepiſtis, dono date. 8

Aurum. Argentum.

′Ne comparetis aurũ, neque argentũ, neque ″æs ″in zonis veſtris: 9

Neque peram ″ad iter, neque binas tunicas, neque ſoleas, neque ″virgam: nam dignus eſt operarius ″alimento ſuo. 10

Apoſtoli ingreſſi domum.

In quancunque verò vrbem aut vicum introieritis, exquirite quis in ea ſit ″dignus: atque illic manete vſque dum exeatis. 11

Introeuntes autem in domum, ″ſalutate ″eam. 12

Pax.

Et ſi quidem fuerit domus digna, ′veniat pax veſtra ſuper eam: ſin autem non fuerit digna, pax veſtra ad vos reuertatur. 13

In reiicientes Euangelium.

″Et quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes ″domo aut vrbe illa, excutite puluerem pedum ″veſtrorum. 14

Pulueris excuſſio.

″Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæorum in die iudicii, quàm vrbi illi. 15

Prudens. Simplex. Afflictio.

Ecce ego mitto vos vt oues in medio luporũ: eſtote igitur prudentes vt ſerpentes, & ″innocentes vt columbæ. 16

Cauete autem ab ″hominibus: tradent enim vos in conſeſſus, & in ″ſynagogis ſuis flagellabunt vos. 17

′Sed & ad Præſides ac Reges ducemini mea cauſa, in teſtimonium ipſis & Gentibus. 18

Loqui.

″Sed quum tradiderint vos, ne ſitis ſolliciti quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illo momẽto quid loquamini. 19

---

7 Euntes autem prædicate, dicentes, ‖Quia appropinquauit regnum cælorum. Luc.10.b.9, & 11

8 Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date.

9 ‖Nolite poſſidere aurum, neque argẽtũ, neque pecuniã in zonis veſtris: Marc.6.b.8 luc.9.a.3, & 22.d.35

10 Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgã: ‖dignus enĩ eſt operarius cibo ſuo. B 1.Timoth.5.c.18 luc.10.b.7

11 ‖In quancunque autem ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis. Luc.10.b.8

12 Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes, Pax huic domui.

13 Et ſiquidem fuerit domus digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autẽ nõ fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.

14 Et quicunque nõ receperit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeũtes foras de domo vel ciuitate illa, ‖excutite puluerem de pedibus veſtris. Marc.6.b.11 luc.9.a.5.8 Act.13.g.51, & 18.b.6.

15 Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorũ in die iudicii, quàm illi ciuitati.

16 ‖Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Luc.10.a.3

17 Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

18 Et ad Præſides & ad Reges ducemini propter me, in teſtimonium illis & Gentibus.

19 ‖Quum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Marc.13.b.11 luc.12.b.11

---

8 Dono δωρεάν. Terent. Eunuch. Hanc tibi dono do. Vulgata, gratis. Eraſmus, gratuitó.

9 Ne comparetis μὴ κτήσησθε. Vulgata, Nolite poſſidere: quod certè nimium latè patet. Neque enim hîc interdicitur harum rerum poſſeſſio, vt nonnulli, Apoſtolorum peruerſi imitatores, fingunt: ſed de hac vna profectione agitur, ad quam vult Dominus Apoſtolos accingi abſque vllis ſarcinis, atque adeò abſque viatico: non modò vt nullis impedimentis retardentur, ſed etiam vt hac prouidentiæ Diuinæ quaſi deguſtatione ad futuram illam functionem Apoſtolicam præparentur. Ideo quærit ex illis domum reuerſis Dominus, ecquid illis in via defuerit. Luc.22.d.35. AEs χαλκόν. A Enei erant aſſes & quadrantes. Vulgata, pecuniam: nimium generali vocabulo. In zonis εἰς τὰς ζώνας. Eraſmus, in crumenis, id eſt ἐν βαλαντίοις.

10 Ad iter, εἰς ὁδόν, id eſt cuiuſmodi geſtare ſolent qui aliquò proficiſcuntur, niſi ſint pecunia inſtructi. Vulgata, in via, id eſt ἐν ὁδῷ. Virgam, ῥάβδον. In vetuſtis codicibus 1.2.3.4.5.7.8.9.11.12, ſcriptum reperimus plurali numero ῥάβδους, & apud Lucam quoque: qua ratione fortaſſis vterque cum Marco poteſt conciliari, apud quem conceditur Apoſtolis geſtare ῥάβδον ſed additur μόνον, quæ particula etiam pro μίαν accipi poteſt. Plurium igitur virgarum hîc mentio fit, ſicut & plurium veſtium. Alimento τῆς τροφῆς. Vulgata & Eraſmus, cibo, id eſt ἄρτῳ. Decimumquartum exemplar ſcriptum habebat τοῦ μισθοῦ, id eſt mercede: quo modo etiam legimus Lucæ 10.b.7, & 1. Timoth.5.c.18. Cæterùm mirifica hæc eſt demonſtratio, quam vtinam plerique ſatis intelligerent, Dignus eſt operarius mercede ſua: ergo nobis nõ deerit. nititur enim Dei iuſtitia quæ fallere non poteſt. Tanti eſt vocatione ſua defungi. Sed meminerimus hanc mercedem (quod ad Deum attinet) eſſe gratuitam, & ab æternæ etiam vitæ dono diſtinguendam.

11 Dignus: ἄξιος. Eraſmus in annotationibus putat ἄξιον idoneũ ſignificare hoc loco. Ego verò exiſtimo propriè accipi, & ad miniſterii Eccleſiaſtici dignitatem hæc pertinere, quæ paucis quidem verbis, ſed egregiè deſcribitur Heb. 11.g.38. Sed dignus hîc demum habetur, qui ſe indignum eſſe confitetur, ſicut paulo antè Centurio, cap.8.a.8.

12 Salutate ἀσπάσασθε. Suprà, cap.5.g.47, vertimus complecti, quod hîc fuiſſet durius: quanquam hoc etiam vtrunque ferat ſententia huius loci. Domum enim vocat eos qui in vna domo verſantur. Eam. αὐτήν. Ex vetuſtis Stephani exemplaribus primo, ſecundo, tertio, ſexto, decimoquarto, hæc addita habebant, λέγοντες, εἰρήνη ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ. i. dicẽtes, Pax *ſit* in hac domo. quod etiam legit Vetus interpres. addit enim, Dicẽtes, Pax huic domui. Item Theophylacti codex Romanus, quem Eraſmus nõ vidit. Cæterùm hæc ſalutationis formula ad Hebræorum morem pertinet, qui Pacis nomine fauſta & proſpera omnia intelligunt.

13 Veniat ἐλθέτω. Aut vt in quarto exemplari ſcriptum erat, εἰσελθέτω, id eſt introeat.

14 Et quicunque non καὶ ὃς ἐὰν μή. Sextum quoddam exemplar habuit ſcriptum in plurali, καὶ ὅσοι ἐὰν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσι. Et quicunque non receperint vos, neque audierint: eodem manente ſenſu. Domo τῆς οἰκίας. Vulgata addit, foras, id eſt ἔξω: quod in vno vetere exemplari ſcriptum erat. Veſtrorum. ὑμῶν. Decimumquartum exemplar addit, ἐπ᾽ αὐτῇ, ſuper ea, vel aduerſus eam.

15 Amen ἀμήν. Octauus & decimuſquartus codex addunt γὰρ enim.

16 Innocentes ἀκέραιοι. Id eſt qui ne iniuriam quidem vlciſcamini, nedum inferatis: tranſlatione Græci vocabuli fortaſſis ſumpta à placidis animalibus, quæ natura nullis cornibus armauit ad depellendã iniuriam: aut quæ certè etiã ſi armata ſint, tamen illis nõ vtuntur ad inuadendos homines. Vulgata, ſimplices, id eſt ἁπλοῖ, qui opponũtur hypocritis. Cicero, Innocens dicitur nõ qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet.

17 Hominibus: ἀνθρώπων. Eraſmus addidit pronomen Illis, vt exprimeret articuli vim, quam ego quidem hîc non agnoſco: quanuis concedam aſtutos innocentibus opponi. Videtur ergo potius additus articulus, vt diſcipuli intelligerent quàm periculoſam viam ingrederentur, in qua potius ab ipſis hominibus quàm à feris timendum eſſet. Nam præcipuè in religionis cauſa, veriſſimum eſt illud prouerbium, Homo homini lupus. Synagogis συναγωγαῖς. Eraſmus, conciliabulis: quòd non putet loqui Chriſtum de ſolis Iudæorum conuentibus: fortè quia ex ſequentibus colligebat hæc monita pertinere ad vniuerſalem Apoſtolorum vocationem: quod etiamſi conceſſero, tamen reſpondeo συνέδρια Gentium eſſe, συναγωγὰς Iudæorum. Nec verò abſurdum eſt, quanuis longius poſtea ſermonem ſuum Chriſtus extendat, incipere à perſequutionibus magis propinquis, & quæ iam inſtabant.

18 Sed & ad Præſides καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δέ. Vulgata, Et ad Præſides, non expreſſa particula δέ. Eraſmus, Quin & ad Principes. ἡγεμόνας autem hîc vocat Præſides prouinciarum, ſicut accipitur infrà, cap.27, & in Actis Apoſtolorum: quum alioquin hoc vocabulo duces ſignificentur.

19 Sed quum ὅταν δέ. Vulgata, quum autem: quæ interpretatio non ſatis declarat vim particulæ δὲ pro ἀλλὰ poſitæ.

Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.

Tradet autem frater fratrē in mortem, & pater filium: & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient.

Marc.13.b.13
luc.21.d.19

Et eritis odio omnibus propter nomen meum: ‖qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

C

Quum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam: amen dico vobis non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Fili⁹ hominis.

Luc.6.f.48
iohan.13.b.16,
& 15.c.20

‖Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrū, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.

Infrà 12.b.24

Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius: ‖ſi Patrem familiâs Beelzebub vocauerūt, quāto magis domeſticos eius?

Marc.4.c.20
luc.8.c.17, &
12.a.2

Ne ergo timueritis eos: ‖nihil enim eſt opertum, quod nō reuelabitur: & occultum, quod non ſcietur.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

Nónne duo paſſeres aſſe veneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terrā ſine Patre veſtro?

2.Reg.14.c.11
act.27.f.34

Veſtri autem & ‖capilli capitis omnes numerati ſunt.

Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.

20 Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur "in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent liberi in parentes, & "morte multandos curabunt eos.

22 Et eritis exoſi omnibus propter nomen meum: verùm qui ſuſtinuerit vſque in finem, iſte ſeruabitur.

23 Quum autem perſequentur vos "in ea vrbe, fugite "in aliam: amen enim dico vobis nequaquā "obieritis vrbes Iſraelis "quin venerit Filius hominis.

24 Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum ſuum.

25 Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter ipſius, "& *ut* ſeruus *ſit* ſicut dominus ipſius: ſi ipſum Patremfamiliâs "Beelzebul "vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?

26 Ne igitur timueritis eos: nihil enim eſt opertum, quod non ſit reuelandum: & nihil occultum, "quod non ſit venturū in notitiā.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurē auditis, prædicate "ſupra domos.

28 Et ne timueritis *uobis* ab his "qui trucidāt corpus, animam autem non poſſunt trucidare: ſed timete "potius eum qui poteſt & animā & corpus perdere in gehenna.

29 Nónne duo paſſerculi "aſſario veneunt: & vnus ex eis non cadet "humi "ſine Patre "veſtro?

30 Veſtri verò etiam capilli capitis omnes numerati ſunt.

31 Ne igitur timueritis: "multis paſſerculis præſtatis vos.

Spiritus ſāctus.

Frater in fratrē.

Perſeuerantia.

Fuga.

Diſcipulus.
Magiſter.

Paterfamiliâs.

Timor.

Paſſeres duo.

Prouidētia Dei.

Capilli.

20 In vobis. ἐν ὑμῖν, id eſt per vos, vel intra vos.

21 Morte multandos curabunt θανατώσουσιν. Vulgata & Eraſmus, morte afficient. Eſt hoc vocabulum plerunque forenſe: hîc autem accipitur veluti in coniugatione hiphil, quod declarat præcedens illud εἰς θάνατον· tamen illo etiam modo accipi poſſe non nego. Nam iure dici poteſt interficere, qui interficiendum curat.

23 In ea vrbe, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, in ea ſcilicet quam ingreſſi fueritis. Vulgata & Eraſmus, in ciuitate hac, vel iſta. Exemplar vnum habebat διώκωσιν ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, id eſt vos abegerint ex ea vrbe. In aliam: εἰς τὴν ἄλλην. Exemplar octauum additum habebat κἂν ἐκ ταύτης ἐκδιώξωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν, id eſt quòd ſi ex ea vrbe vos exegerint, fugite in aliam. Exemplar verò ſecundum, ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην, ſi verò in alia vos perſequuti fuerint, fugite in aliam. Verbum autem διώκειν modò conuertimus Perſequi, modò abigere & exigere, propter additam variam conſtructionem. Obieritis τελέσητε. Vulgata, conſummabitis. Eraſmus, perambulaueritis. Ad verbum, finieritis. Exemplar quartum πληρώσητε impleueritis: quo modo etiam loquitur Paulus Rom.15.d.19. Sed verbum Latinum quo vſus ſum videtur ſatis commodè Græcum explicare: quia vtroque modo accipitur, nempe pro peragere & circuire. Quin ἕως ἂν. Videntur hæc accipi pro πρὶν ἤ: alioqui ſignificant vſquedum, quo modo conuertere ſolemus.

25 Et *ut* ſeruus *ſit* καὶ ὁ δοῦλος. Dicendum potius fuerat τῷ δούλῳ & ſeruo: vt iſta cum ſuperioribus cohærerent, & ita legit Vetus interpres. Beelzebul βεελζεβούλ. Vulgata, Beelzebub. Nam etiam ſecundum exemplar legit βεελζεβούβ: & ſcribendum eſſe β non λ, apparet ex 2.Reg.1.a.2. Fuit autem Accaronitarum idolum, quod commodè poſſis dominum muſcarum appellare. Vocauerunt, ἐκάλεσαν. Secundus codex ſcriptum habebat καλοῦσιν vocant.

26 Quod non ſit venturum in notitiam. ὃ οὐ γνωσθήσεται. Vulgata, quod non ſciatur. Eraſmus, quin futurum ſit vt ſciatur. id eſt ὃ οὐ μέλλει γνωσθήσεσθαι. 27 Supra domos. ἐπὶ τῶν δωμάτων. id eſt ex ipſis etiam ſupremis ædibus populo circunſtanti aut prætereunti. Erant enim olim (quemadmodum etiam hodie in illis regionibus) ita fabricata ædium ſumma, vt in illis ambulare & verſari poſſent: ſicut liquet ex Deut.22.b.8, & Act.10.b.9. Vulgata, ſuper tecta. Eraſmus, in tectis. Neuter (vt opinor) ſatis commodé. Nam quantum poſſum intelligere, δῶμα idem omnino valet quod οἶκος· aut ea certè pars domus intra quam habitatur. Sed ἐπὶ particula quum idem hîc valeat quod ſuper (qua tamen ſignificatione plerunque tertio caſui iungitur) indicat de qua parte ædium agatur. Eraſmus autem ex Hieronymo arbitratus eſt ἐπὶ ſignificare in, & δῶμα ſupremam partem ædium, quam Græci vocant τέγος, vel ὑπερῷον· quod quidem debuit idonei alicuius ſcriptoris authoritate confirmare. 28 Qui trucidant τῶν ἀποκτεινόντων. Vertimus ἀποκτείνειν trucidare, quòd melius vocabulum non haberemus (eſt enim trucidare maius quidpiam quàm occidere. Virgil.2.AEneid. Fit via vi, rumpunt aditus, primóſque trucidant) φονεύειν verò occidere, & φόνον cædem, διαχειρίζεσθαι interficere, ἀναιρεῖν tollere: vt cuique Græco ſuum Latinum opponamus. Potius μᾶλλον. Eraſmus, magis: & fateor quidem hanc eſſe propriam huius vocabuli declarationem, ſicut etiam ſuprà conuertimus cap.6.d.30, & 7.b.11. ſed hoc quidem loco nō eſt dubiū quin aliud declaret. Neque enim monet Chriſtus vt hunc magis quàm illos timeamus, ſed vt hūc vnū potius timeamus quàm illos.

29 Aſſario ἀσσαρίου quod vocabulum, Romanum eſt, cuius mentionem facit Varro libro de analogia primo. Fuit autem aſſarius dimidia pars aſſis, non libralis illius veteris, ſed ſemuncialis: quem teſtatur percuſſum lege Papyria Plinius libro 33. cap.3: adeò vt aſſarius tantùm fuerit quarta vnciæ pars: quod primus, vt exiſtimo, docuit Georgius Agricola libro de externis ponderibus ſecundo, homo in hoc argumenti genere fœliciſſimè verſatus. Vulgata, aſſe: quam ſequitur Baſilienſis. Eraſmus vertit, minuto aſſe: referens ad pretii vilitatem, vt vim exprimeret diminutiui. Humi ἐπὶ τὴν γῆν, id eſt χαμαί. Ad verbum, ad terrā: quod vſurpauit etiā Virgilius lib.5. AEnei. -grauitérque ad terrā pondere vaſto Concidit. Et lib.12, -incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. Vulgata, ſuper terram. Eraſmus, in terram. Aliquando verò ἐπὶ τῆς γῆς & ἐν τῷ οὐρανῷ opponuntur, vt ſuprà cap.6.c.19. Tunc igitur non Humi ſed In terra interpretamur. Chryſoſtomus (vt annotat Eraſmus) videtur legiſſe εἰς παγίδα in laqueum. Sine ἄνευ, id eſt non interueniente decreto & voluntate: alioqui videretur ſignificari Patrem cæleſtem ſimul cum paſſerculis cadere, vt quidem ſolet hæc particula plerunque vſurpari. Illo modo vſurpatur apud Demoſt. περὶ στεφάνου, καὶ ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ἄνευ τοῦ δήμου ἀθηναίων, & hæc quidem à claſſis præfecto comparata ſunt ſine populo Athenienſi. id eſt non adhibita authoritate & conſenſu populi Athenienſis. Veſtro? ὑμῶν; Addit exemplar nonum τοῦ ἐν οὐρανοῖς, id eſt qui eſt in cælis. 31 Multis paſſerculis præſtatis vos. πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. Vulgata, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Eraſmus, vos pluris eſtis quàm multi paſſerculi. Idem tamen ſuprà cap.6.c.26, vti maluit verbo præcellēdi, quum illic Vetus interpres vertiſſet διαφέρετε pluris eſtis.

Confiteri Christum.

Omnis igitur qui confitebitur′me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cælis. 32

Quiſquis autẽ negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo qui eſt in cælis. 33

Pax. Gladius.

Ne exiſtimetis quòd venerim vt mitterem pacem in terram: nõ veni vt mitterem pacem, ſed gladium. 34

Diſſidia.

Nam veni vt′diſſidere faciam hominem aduerſus patrem ſuũ, & filiam aduerſus matrem ſuam, &′nurum aduerſus ſocrum ſuã: 35

Et inimici hominis *erunt ij qui ſunt* domeſtici ipſius. 36

Amor parentũ.

′Qui amat patrem aut matrem″ſupra me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus. 37

Crux.

Et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur′me à tergo, non eſt me dignus. 38

Perdere animã.

′Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam. 39

Recipere Euangeliſtam, ſiue Apoſtolum, aut Prophetam.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui miſit me. 40

Qui recipit Prophetam′in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. 41

Et quicunque potum dederit vni ex his′paruis poculum frigidæ′ſolum nomine diſcipuli: amen dico vobis non perdiderit mercedem ſuam. 42

Cap. XI.

Prædicat Chriſtus.

ET factum eſt′quum deſiiſſet Ieſus′præcipere duodecim diſcipulis ſuis, digreſſus eſt illinc docendi cauſa & prædicandi in vrbibus eorum. 1

Iohannes mittit diſcipulos ad Chriſtum.

Iohannes autem quum audiſſet″in vinculis′opera Chriſti, miſſis duobus ex diſcipulis ſuis, 2

Dixit ei, Tu es″ille qui venturus erat, an alterum′expectabimus? 3

Et reſpondens Ieſus dixit eis, Profecti renuntiate Iohanni ea quæ auditis &′videtis. 4

---

32 ¶Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram Patre meo qui in cælis eſt.

Marc.8.d.38 luc.9.c.26, & 12.b.8 2.timoth.2.b.12

33 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt.

34 ¶Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacẽ mittere, ſed gladium.

Luc.12.f.51

D

35 ¶Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam:

Mich.7.b.6

36 Et inimici hominis, domeſtici eius.

37 ¶Qui amat patrem aut matrẽ plus quàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

Luc.14.e.26

38 ¶Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

infrà 16.d.24 luc.9.c.23, & 14.f.27

39 ¶Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Infra.16.d.25 marc.8.d.35 luc.9.c.24 iohan.12.d.25

40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.

41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

Luc.10.c.16 iohan.3.c.20

42 ¶Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli, amẽ dico vobis nõ perdet mercedem ſuã.

Marc.9.f.41

Cap. XI.

1 ET factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

2 ¶Iohannes autem quum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis,

Luc.7.c.18

3 Ait illi, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

4 Et reſpondens Ieſus, ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis.

---

32 Me ἐν ἐμοί. Ad verbum, in me: & ſic paulo pòſt ἐν αὐτῷ in eo, pro αὐτόν, id eſt eum: quæ conſtructio eſt Hebraica, cuius exemplum habes Nehem.9.a.2. Hîc enim ἐν reſpondet præpoſitioni על: & Confiteri accipitur pro palàm & publicè agnoſcere & profiteri: quæ oris confeſſio fidem ſemper conſequitur. hoc eſt nimirum quod vernacula lingua dicimus *aduouer publicquement & recognoiſtre*. Vnde factum vt confeſſiones vocet Eccleſia, quas edunt Chriſtiani ſuæ religionis profeſſiones: ſicut etiam ſacrificia εὐχαριστικὰ in Lege תודות dicebantur. Coniunctæ ſunt enim iſtæ publicæ profeſſiones cum eius laude quem nos agnoſcere profitemur.

35 Diſſidere faciam διχάσαι. Vulgata, ſeparare ἀφορίσαι. Rectè Eraſmus, quem ſequuti ſumus, vocabuli Græci vim expreſſit. Nurum νύμφην. Eraſmus, ſponſam. Sed hîc opponitur ſocrui.

37 Qui amat ὁ φιλῶν. Eraſmus, Qui amauerit, ὁ φιλήσας. Supra me, ὑπὲρ ἐμέ. Vulgata, plus quàm me, id eſt πλέον ἐμοῦ. Horatius Car. 3. -tres *cyathos* prohibet ſupra Rixarum metuens tangere Gratia.

38 Me à tergo, ὀπίσω μου. Ad verbum, retro [vel poſt] me, vt ſuprà cap.3. c.11. quod certè notandum eſt, vt qui Deum colunt cultu à ſe excogitato, intelligant ſeſe non ſequi Chriſtum, ſed illi præire velle. Itaque ὀπίσω ſum interpretatus A tergo: quia quũ non ſatiſfecerit Euangeliſtæ verbum ἀκολουθεῖν, ſed addendum aliquid præterea iudicarit, hoc quoque putauimus neceſſariò exprimendum, quod à Vetere interprete & ab Eraſmo fuit neglectum. Multi enim ſe Chriſtum ſequi dicunt, quum illi ſoli ſequantur qui à tergo ſequuntur, id eſt qui illũ verbo ſuo præeuntem poſſunt oſtendere. 39 Qui inuenerit ὁ εὑρών. Vulgata, Qui inuenit. Per conceſſionem autem Animam inuenire (id eſt vitam ſuam ſeruare) dicitur qui vt præſenti huic vitæ conſulat, Chriſtum negat. Vide infrà 16.d.25.

41 In nomine εἰς ὄνομα. Ad verbum, in nomen, εἰς pro ἐν poſito: id eſt tanquam Prophetam, & eo quòd eſt Propheta, ſicut explicatur Marci 9.f.41. Debemus enim Chriſtum colere in ipſius ſeruis: alioqui nihil præſtamus quod profanæ quoque gentes cumulatè non præſtẽt.

42 Paruis μικρῶν. Vulgata, minimis (ſicut etiã legit Hilarius, vt annotauit Eraſmus) id eſt ἐλαχίστων, quod ſcriptum inuenimus in exemplari ſecundo. Solum, μόνον. Vulgata & Eraſmus, tantùm. Ego verò malui vt nomen interpretari. Deerat in quinto exemplari.

IN CAPVT XI.

1 Quum deſiiſſet ὅτε ἐτέλεσεν. τελεῖν abſolutum Latini vno verbo Deſinere dicunt: ſicut Græci λήγειν καὶ ἀπολήγειν. Vulgata, quũ conſummaſſet, quod reſpondet τῷ συντελεῖν, & tranſitiuum eſt. Eraſmus περιφραστικῶς, quum finem feciſſet. Præcipere διατάσσων. Vulgata ad verbum, præcipiens. Eraſmus, mãdandi, ἐντελλόμενος. Porrò διατάσσειν edicere declarat, vnde διάταξις & διατάγματα dicũtur principum edicta, vt Heb. 11.e.23. Sed haud ſatis ſcio an Edicere abſolutè accipiatur: itaque ſynonymo vſi ſumus.

2 In vinculis ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Eraſmus, in carcere. Vocabulum Græcum, vt notat Eraſmus, à vinculis dictum eſt. Quum igitur Latinis vinculorum appellatione tam compedes quàm carcer ipſe ſignificetur, à Vetere interprete nolui diſcedere. Opera τὰ ἔργα. Eraſmus, facta, id eſt τὰ πεπραγμένα. qui etiam hoc nomine Veterem interpretem reprehendit. Atqui ſi potius putauit Facta dicendum, cur toties in Epiſtolis Pauli operum nomen retinuit, & de operibus hodie potius quàm de factis diſputatur?

3 Ille qui venturus erat, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata, qui venturus es, neglecto articulo. Eraſmus per præſens, ille qui vẽturus eſt. Græcum participum eſt anceps ad vtrunque tempus: ſicut apud Latinos VENTVRVS poteſt cum omnibus temporibus verbi ſubſtantiui coniungi. Viſum eſt autem mihi imperfectum optimè omnium conuenire. Expectabimus? προσδοκῶμεν; Ad verbum, expectamus: quo modo Vulgata & Eraſmus. Mihi videtur præſens pro futuro poſitum, ſicut ἔχετε pro ἕξετε ſuprà cap.5.g.46.

4 Videtis. βλέπετε, id eſt ὁρᾶτε. Vulgata, quæ audiſtis & vidiſtis. Sed de re præſenti loqui videtur, & in eo conueniunt omnia exemplaria.

	Cæci vident, claudi ambulãt, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.	5	Cæci″viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes ″euangelizantur.	
	Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.	6	Et beatus eſt″qui non fuerit offenſus in me.	
	Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohãne, Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?	7	″Illis autẽ abeũtibus, cœpit Ieſus dicere turbæ de Iohãnæ, Quid exiſtis in deſertum″vt ſpectaretis? arundinẽ″quæ agitatur à vẽto?	Teſtimonium Chriſti de Iohãne.
	Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? ecce qui mollib⁹ veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.	8	″Sed quid exiſtis vt videretis? hominem mollibus″veſtimentis amictum? ecce″qui mollia ferunt, in domibus Regum ſunt.	
	Sed quid exiſtis videre? Prophetã? etiam dico vobis, & pluſquam Prophetam.	9	Sed quid exiſtis vt videretis? Prophetam? etiam dico vobis, & ″amplius quàm Prophetam.	
Malac.3.a.1	Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, ∥Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.	10	Iſte eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto ′nuntiũ meũ ante faciem tuam, qui″præparabit viam tuam coram te.	
	Amen dico vobis nõ ſurrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptiſta: qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo.	11	Amen dico vobis, non″ſurrexit ″inter eos qui gignuntur è mulieribus, quiſquam maior Iohãne Baptiſta: ″ſed qui eſt″minimus in regno cælorum, maior eo eſt.	
Luc.16.d.16	∥A diebus autem Iohãnis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.	12	Porrò″à diebus Iohãnis Baptiſtæ″vſque nũc, regno cælorum″vis affertur, & violenti″rapiunt illud.	
	Omnes enim Prophetæ & Lex vſque ad Iohannem prophetauerunt.	13	Nam omnes Prophetæ & ipſa Lex vſque ad Iohannem ″prophetauerunt.	Lex & Prophetæ.
Mala 4.b.5	Et ſi vultis recipere, ∥ipſe eſt Elias qui venturus eſt.	14	Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias ille″qui venturus erat.	Elias.
	Qui habet aures audiendi, audiat.	15	Qui habet aures ad audiendum, audiat.	

5 Viſum recipiunt, ἀναβλέπουσι. Vulgata, vident, non expreſſa præpoſitione ἀνά. Euangelizantur. εὐαγγελίζονται, id eſt pauperibus annuntiatur Euangelium. Cæterùm Euangelium, euangelizare, & euangelizari vocabula Græca tanquam in Latina Eccleſia iampridem vſurpata libenter retinuimus. & τὸ εὐαγγελίζεσθαι, quod quidam hoc loco interpretantur actiuè, ego malo paſſiuè accipere. Hæc enim pertinẽt ad illum Eſaiæ locum ex capite 61.a.1, Ad euangelizandum pauperibus miſit me: cuius fit mentio apud Lucam cap.4.c.18. Legimus tamen apud Eſaiam ענוים, id eſt manſuetis & iis qui hominibus ſuperbis & elatis opponũtur, non עניים, quos ſolẽt Græci interpretes πένητας & πτωχοὺς interpretari. Sed tenue eſt hoc diſcrimen, ſi rem ipſam ſpectemus.

6 Qui non fuerit offenſus in me. ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Id eſt qui ex me non quæſierit offendiculi occaſionem. Vulgata, qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Eraſmus, qui non fuerit offenſus per me. quod ſic accipi poſſet quaſi dicat Chriſtus, eos fore beatos quos ipſe non læſerit: qui ſenſus non conuenit. Sic autem vt verti, loquitur etiam Cicero ſæpe, vt lib.2. de Inuent. Siquo in vitio eius offenderemur. Et ad Quint. frat. Aut in Fonteio defendendo animos bonorum offenderent. Infrà cap.13.g.57, Eraſmus vertit offendebantur ſuper eo, ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Et cap.26.d.31, Offendiculum patiemini mea cauſa, σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί qui tamen variam iſtam & multiplicem interpretandi rationem ſæpe, idque meritò, reprehendit. 7 Illis autem abeuntibus, τούτων δὲ πορευομένων. Eraſmus, euntibus autem illis. πορευομένων exiſtimo hìc poni pro ἀπερχομένων. Vt ſpectaretis? θεάσασθαι; Vulgata & Eraſmus, vt videretis? Vide ſuprà cap.6.a.1. Quæ agitatur σαλευόμενον. Significat vocabulum Græcum vndarũ more huc & illuc impelli: quod poeta dicit, Vndantem & fluctuantem, vim Græci vocabuli exprimens: Galli verò *qui flotte*. Heliodorus Æth. hiſt. lib.3. τῆς ψυχῆς ἀμφοτέροις ἐφ᾽ ὑγροῦ τοῦ πάθους σαλευούσης, id eſt animo vtriuſque ex humido affectu fluctuante. Latini quoque dicunt ſegetes fluctuare, quum vento àgitantur. Vulgata, agitatam.

8 Sed ἀλλά. Sic vernaculo ſermone dicimus, *Mais qu'eſtes vous allez voir?* Interrogat enim ἀλλὰ hoc loco. Eraſmus, Age, & paulo pòſt, At. Veſtimentis ἱματίοις. Aut veſtibus, ſicut interpretatur Eraſmus. Accipitur enim generali ſignificatione hoc loco, vt ſuprà cap.9.b.16. Vulgata prætermiſit. Qui ferunt οἱ φοροῦντες. Vel geſtant. Vulgata, qui mollibus veſtiuntur, οἱ μαλακοῖς ἠμφιεσμένοι.

9 Amplius περισσότερον. Eraſmus, excellentiorem. Ego malui ſic conuertere, ſiue vt nomen, ſiue vt aduerbium accipias. Ad verbum τὸ περισσὸν dicitur quod ſuperat & abundat, interdum in laude, vt hìc: interdum in vitio, vt ſuprà cap.5.f.37.

10 Nuntium meum ἄγγελόν μου. Vulgata, angelum meum: quod rectè mutauit Eraſmus, quum de homine loquatur. Præparabit κατασκευάσει. Hæc nimirum petita ſunt à Regum & Principum conſuetudine, quorum aduentus multo antè tempore ſolet nuntiari, vt ipſis maiore cum pompa occurratur. 11 Surrexit ἐγήγερται. Hebraicè קם, id eſt (vt Eraſmus interpretatur) exortus eſt. Inter eos qui gignuntur è mulieribus, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Vulgata ad verbum, inter natos mulierum. Eraſmus, inter eos qui naſcuntur è mulieribus. Ego verò puto hìc poni τοὺς γεννητοὺς in propria ſignificatione, nẽpe vt hoc ad virum referatur, qui prolẽ gignit ex vxore: quo modo nõ poteſt dici Chriſtus γεννητὸς γυναικὸς, quum conceptus ſit ex Spiritu ſancto. Hebræis tamen verbum ילד tam de patre quàm de matre dicitur: quamobrem Iob, cap.15.b.14, & 25.b.4, natus vel generatus ex muliere, hominẽ declarat. Infrà quoque Lucæ 1.b.13, de Eliſabetha dicit Angelus Zachariæ, γεννήσει υἱόν σοι. Ex quo liquet τὸ γεννᾶν etiam de matre dici. Sed quomodocunque accipias, conſtat intelligi hæc Chriſti verba de his qui conſueto naturæ ordine gignuntur, ex ſemine viri ſcilicet: quod in Chriſtum non cadit, quanuis natum ex muliere. Quod autem Eraſmus annotat ſibi videri γεννητοῖς neutrum eſſe, mihi ne probabile quidem videtur. Nam quid tandem ſecundum naturam párere poteſt mulier præter hominem? Sed δέ. Vulgata, autem, non ſatis commodè expreſſa particula δέ. Eraſmus, attamen, id eſt μέντοι. Minimus μικρότερος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, minor. Sed interdum ſolent Græci συγκριτικὰ vſurpare ἀντὶ τῶν ὑπερθετικῶν, & contrà quoque hæc pro illis vſurpare: quam enallagen etiam in noſtro ſermone vernaculo vſurpamus. Sic enim hoc exprimas, *le plus petit, ou le moindre*: quod dicendi genus frequenter etiam deinceps occurret. Quod autem ſubiicitur ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, apud Theophylactum coniungitur cum μείζων ἐστὶν, quaſi hæc de ſeipſo Chriſtus dicat, qui quum re ipſa ſit maximus atque adeò princeps regni Dei, tamen opinione hominum ſit minimus. Sed in aliis omnibus codicibus adſcripta erat diſtinctio poſt οὐρανῶν. vt pleniſſima illa lux quæ à Chriſti prædicatione mundo affulſit, cum ea veluti ſcintilla conferatur quæ ad Iohannem vſque emicuerat. Idque videntur ea quæ conſequuntur, optimè declarare.

12 A diebus ἀπὸ τῶν ἡμερῶν. Hebraiſmus, id eſt à tempore quo Iohannes Baptiſta prædicare cœpit. Sed hunc quoque Hebraiſmum libenter retinuimus, quo ſcilicet optimè exprimitur quàm fragilis & caduca ſit mortalium vita. Vſque nunc ἕως ἄρτι, id eſt ad hunc vſque diem, quo modo vertit Eraſmus. At ego non video cur minus liceat dicere vſque nunc, quàm vſque ſub, vſque adhuc, vſque ante, quorum exempla frequenter occurrunt. Sic ἄρτι ſuprà cap.3.d.15, pro νῦν poſitum eſſe diximus, vt idem valeat ἕως ἄρτι, atque ἕως νῦν, id eſt (vt loquuntur Hebræi) עד עתה. Vis affertur, βιάζεται, id eſt quaſi impetu quodam in illud perrumpitur. Eſt enim veluti omnibus expoſitus hìc Patris cæleſtis theſaurus, quem videri poterat antea occultaſſe, ſicut explicatur Rom.16.d.25.26. Vulgata & Eraſmus, vim patitur: quod mihi viſum eſt obſcurius. Rapiunt ἁρπάζουσιν, id eſt arripiunt vel diripiunt, vt teſtatur Eraſmus ſe legiſſe in aureo codice. metaphora ſumpta à caſtris aut ab arce quapiam, quæ irrumpentibus hoſtibus diripitur.

13 Prophetauerunt. προεφήτευσαν. Futura tantùm vaticinati ſunt, quæ nunc præſentia clarè & perſpicuè cernuntur. Cæterùm hoc quoque vocabulum tanquam Chriſtianorum auribus familiariſſimum, non inuiti vſurpauimus.

14 Qui venturus erat. ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, id eſt (vt ſuprà dixerat vno verbo) ὁ ἐρχόμενος. Hæc autem participia (vt rectè obſeruat Eraſmus) ad imperfectum etiam pertinent. Itaque non rectè vertit Vulgata, qui venturus eſt.

16 Sed cui aſſimilabo ʹgenerationem hãc? Similis eſt puerulis qui ſedent in foris, & acclamant″ſodalibus ſuis,

17 Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: ″lamẽtati ſumus vobis, & non planxiſtis.

Chriſtus & Iohannes.

18 Venit enĩ″Iohãnes nec edẽs nec bibẽs, & aiũt, Dæmoniũ habet.

19 Venit Filius hominis edens ac bibens: & dicunt, Ecce homo″edax & vini potor, publicanis amicus ac peccatoribus. Sed″iuſtificata eſt Sapientia à filiis″ſuis.

Exprobrat Chriſtus ciuitatibus infidelibus.

20 Tunc″cœpit *ita*″exprobrare vrbibus in quibus″factæ fuerant plurimæ virtutes ipſius, quòd non reſipuiſſent.

Corozain. Bethſaida.

21 Væ tibi″Chorazin, væ tibi″Bethſaidan: nam ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt″in vobis, olimʹcum ſacco & cinere *ſedentes* reſipuiſſent.

22 ″Quinetiam dico vobis, Tyro & Sidoni ʹtolerabilius erit in die iudicii, quàm vobis.

Capharnaum. Sodoma.

23 Et tu″Capernaum, ″quæ es vſque ad cælum ſublata, vſque ad inferosʹdeprimêris: nam ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, ″manſiſſent vſque ad″hodiernum diem.

24 Quinetiam dico vobis, terræ Sodomorum tolerabilius erit in die iudicii, quàm″tibi.

16 |Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro: qui clamãtes coæqualibus, Luc.7.e.31

17 Dicunt, Cecinimus vobis, & nõ ſaltaſtis: lamẽtauimus, & nõ planxiſtis. C

18 Venit enim Iohannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet.

19 Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt Sapientia à filiis ſuis.

20 |Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibꝰ factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam. Luc.10.e.13

21 Væ tibi Chorozáim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

22 Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicii, quàm vobis.

23 Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes: quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hãc diẽ.

24 Veruntamen dico vobis quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicii, quàm tibi. D

16 Generationẽ hãc γενεὰν ταύτην; id eſt hoc hominũ genus, tam præfractũ ſcilicet & contumax? Nationis itaque nomẽ plerque latius patet: quanuis quum familiarem huic genti peruicaciam exprobret, nationem hoc quoque loco non ineptè poſſis interpretari. Sed vocabulum Hebræum דור quod (vt ego quidem exiſtimo) huic opponitur, ætatem propriè declarat: & deducitur non à generando, ſed potius ab incolendo & habitando. Itaque ſignificat hominum vniuerſitatem quæ eodem tempore in orbe terrarum degit. Quamobrem etiam AEtatem conuertimus infrà cap.24.c.34. Sodalibus τοῖς ἑταίροις. Vulgata, coæqualibus, id eſt ὁμήλιξι.

17 Lamentati ſumus ἐθρηνήσαμεν, id eſt lugubres cantiones cecinimus. Vulgata, lamentauimus. Eraſmus, lugubria cecinimus: quod Græcis ſignificat θρηνῳδεῖν. Cuius verbi vis optimè exprimitur Hiſtoriæ AEthiopicæ Heliodori lib.5, his verbis, ἤδη δὲ γυναικὸς λαθραῖόν τι καὶ γοερὸν, οἷον ἀελινῆς ἀηδόνος ᾠδὴν ἐν νυκτὶ μυρομένης. ἐπί τε τὸ δωμάτιον ὑπὸ τοῦ ἄλγους χειραγωγούμενος ὥρμησε. Et paulo pòſt, καὶ τοιάδε κατελάμβανεν ἐπιθρηνοῦσαν. 18 Iohannes ἰωάννης. Sextum exemplar addit πρὸς ὑμᾶς ad vos.

19 Edax φάγος. Vulgata, vorax, id eſt βορός. Eraſmus, comedonem. Sed hoc comedonis vocabulum præterquam quod eſt obſoletum, etiam pluſculum aliquid declarat, eum ſcilicet qui bona & facultates ſuas abliguriat. Itaque Eraſmus ipſe infrà Lucæ 7.e.34, edacem interpretatur, non comedonem. Iuſtificata eſt ἐδικαιώθη. Hoc vocabulum Theologis admodum familiare: quanuis non eadem ſemper ſignificatione accipiatur, tamen libens amplector. Cæterùm quod paulo ante hæc eadem verba reperimus ſcriptum Lucæ cap.7. e.29, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας, καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, id eſt Et omnis populus qui audierat, & publicani iuſtificarunt Deum: id (ni fallor) optimè hunc locũ explicat. Ait enim Lucas, publicanos & turbam iuſtificaſſe Deum, id eſt agnouiſſe Dei ſapiẽtiam & bonitatem in Chriſto & Iohanne elucentem: vt meritò poſtea Chriſtus Phariſæis exprobrans peruicaciam, dixerit iuſtificatam eſſe Sapientiam à filiis ſuis, id eſt eos demum qui verè filii ſapientiæ eſſent, id eſt ſapientes (ex Hebræo idiotiſmo, de quo ſæpe iam diximus) Dei ſapientiam agnoſcere in eo, quem Phariſæi contemnerent. Iuſtificatur igitur Sapientia à filiis ſuis, quum Euangelium Chriſti recipitur: eáque interpretatio optimè cohæret cum præcedentibus, præſertim ſi Lucas cum Matthæo coniungatur: idque etiam planius fiet ſi καὶ verteris Sed, vt nos fecimus. Nam illud ו Hebræorum, cui reſpondet καὶ Græcorum, hanc etiam ſignificationem admittit, vt manifeſtè apparet Act.10.d.28. Quidam conuertit, éſtque ſuis aliena Sapiẽtia. cui non aſſentior. Nam vt δικαιοῦσθαι fateor à Paulo etiam accipi pro ἐλευθεροῦσθαι, id eſt liberari, Rom.6.b.7, tamen nemo non videt aliud eſſe liberari quàm alienum fieri, & hunc ſenſum parum conuenire. Neque verò (vt ipſe putat) cogimur in hanc ſententiam deſcendere, quia ſcriptum eſt ἀπὸ non ὑπὸ. Solent enim hæ particulæ permutari, vt apparet infrà, cap.16.c.21. Item Marci 8.d.31. Lucæ 9.c.22, & 17.e.25. Sed & in Veteribus ſynodis Græcè ſcriptis paſſim repetitur hæc formula, ἀπὸ πάσης συνόδου ἐλέχθη. Suis. αὐτῆς. nempe τῆς σοφίας. Valla, eius: refert enim ad γενεάν: ſed perperam, ni fallor.

20 Cœpit ἤρξατο. Tertium exemplar addit ὁ ἰησοῦς Ieſus. Exprobrare ὀνειδίζειν. Suprà idem verbum interpretati ſumus conuitiari: quæ interpretatio huic loco non conuenit. Factæ fuerant ἐγένοντο. Vulgata, factæ ſunt.

21 Chorazin, χοραζίν. In ſecundo exemplari legebatur χοροζαΐμ, ſicut Vetus interpres conuertit. Bethſaidan: βηθσαϊδάν. In quarto, ſexto, & duodecimo exemplari ſcriptum erat βηθσαϊδά· quod Vetus interpres legit. In vobis, ἐν ὑμῖν, id eſt apud vos, vel intra vos.

Cum ſacco & cinere *ſedentes* ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ. Particulam ἐν exprimo per σὺν, id eſt cum, & ſuppleo ex Lucæ 10. c.13, participium καθήμεναι ſedentes: quod etiam hoc loco adſcriptum erat in ſexto exemplari. Illa autẽ enallage IN pro CVM, etſi nata videtur ex Hebræorum idiotiſmo, cuius exemplum habes prorſus ſimile Nehem.10.a.1, tamen (vt alibi oſtendimus) occurrit etiam interdum apud Græcos diſertiores. Cæterùm fuiſſe veterum quoque hanc conſuetudinem, etiam inter profanas gentes, vt in graui luctu ſeſe puluere & cinere aſpergerent, vel ex Homeri verſiculis liquet Iliad.2, quibus Achillem lugentem non tam deſcribit, quàm depingit eruditiſſimus poeta. Vide Act.1.b.10.

22 Quinetiam πλὴν. Hebraicè אך. Vulgata, Veruntamen. Eraſmus, Attamen. Fateor enim hanc particulã abſolutè poſitam plerunque idẽ valere quod ὅμως, ſicut accipitur Lucæ 10.b.11.d.20, & 22.c.22, & alibi aliquoties. Sed interdum quoque poni videtur pro Sed, id eſt אבל, vt Lucæ 6.d.24, & 12.d.31, & 23.d.28. Hìc autem vſurpatur in ea ſpecie correctionis qua vtimur quum ſuperiora quidem minimè reprehendimus vt falſa, ſed tamen amplificamus. Sic etiam omnino accipitur אך, Pſal.23.b.6, pro ἀλλὰ καὶ, & paulo pòſt verſu 24, & infrà cap. 26. f.64. Nonnullis verò placet illatiuam eſſe, pro eo quod Galli dicunt *pourtant*, Itali verò *però*: quo modo commodiſſimè exponi poſſe videtur Lucæ 6.e.35. Tolerabilius ἀνεκτότερον. τὸ ἀνέχεσθαι inter cætera tolerare ſignificat, idque (ni fallor) propria ſignificatione. Vulgata, remiſſius, quaſi ἀνέχεσθαι vel ἀνέχειν idem valeant quod ἀφιέναι.

23 Capernaum, καπερναούμ. In ſecundo exemplari ſcriptum erat καφαρναούμ, vt infrà quoque cap.17.d.24. Quæ es vſque ἡ ἕως. In ſecundo exemplari legimus μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ; ἕως ᾅδου καταβήσῃ, id eſt, Num vſque in cælum extollêris? vſque in infernum deſcendes: ſicut legit & interpretatus eſt Vetus interpres. Deprimêris: καταβιβασθήσῃ. Vulgata, deſcendes: legit enim καταβήσῃ. Porrò verbum καταβιβάζεσθαι ſignificat ab alio deiici & proſterni. Opponitur enim τῷ ἀναβιβάζειν, quod ſignificat in equum attollere. Itaque malui vertere deprimêris, quod fecit Eraſmus infrà Lucæ 10.c.15: quo loco Vetus interpres legiſſe videtur καταδυθήσῃ. Interpretatur enim demergêris.

Manſiſſent ἔμειναν ἄν. Vulgata, fortè manſiſſent. Sed ἄν particula non ſemper eſt δυνητικὴ, vt rectè annotat Valla, ex aliorum locorum collatione. Hodiernum diem. τῆς σήμερον. Vulgata, vſque in hanc diem, id eſt μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας.

24 Tibi. σοί. In ſecundo exemplari legimus ὑμῖν, id eſt vobis.

Luc.10.d.21 ¦In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit,Confiteor tibi Pater,domine cæli & terræ,quia abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. 25

Ita Pater, quoniam ſic fuit placitũ ante te. 26

Omnia mihi tradita ſunt à Patre 27
Iohan.3.d.36, & 6.c.46 meo: ¦& nemo nouit Filium, niſi Pater:neque Patrem quis nouit, niſi Filius,& cui voluerit Filius reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. 28

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humi- 29
Ierem.6.d.16 lis corde: ¦& inuenietis requiem animabus veſtris.

1.Iohan.5.a.3 ¦Iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. 30

Cap.XII. 1

Marc.2.d.23 luc.6.a.1 deut.23.d.25 IN ¦illo tẽpore abiit Ieſus per ſata ſabbatho: diſcipuli autem eius eſurientes,cœperũt vellere ſpicas, & mãducare.

Phariſæi autem videntes, dixerunt ei,Ecce, diſcipuli tui faciunt quod nõ licet facere ſabbathis. 2

At ille dixit eis,Nõ legiſtis quid ¦fe- 3
1.Reg.21.b.6 cerit Dauid quando eſuriit, & qui cũ eo erant:

Quomodo intrauit in domũ Dei,& panes propoſitionis comẽdit, quos non licebat ei edere,neque his qui cũ 4
Exo.29.e.33 eo erant,niſi ¦ſolis Sacerdotibus?

Leuit.8.f.31, & 24.b.9 nume.28.b.9 Aut non legiſtis ¦in Lege quia ſabbathis Sacerdotes in templo ſabbathum violant,& ſine crimine ſunt? 5

25 In illo tempore″reſpondens Ieſus,dixit,″Cõfiteor tibi Pater,domine cæli & terræ,quòd abſconderis hæc à ſapientibus & ″intelligentibus,& reuelaris ea″infantibus. Paruulis cognitum Euangeliũ.

26 ″Etiam″pater,″quia ita placuit tibi.

27 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo:& nemo″nouit Filium,niſi Pater:neque Patrem quiſquam nouit,niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius reuelare.

28 Venite ad me omnes″qui fatigati eſtis & onerati, & ego faciam vt vos reſquieſcatis. Inuitat ad ſe Chriſtus.

29 Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me,quòd mitis ſim &″humilis corde:& inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum Chriſti.

30 Iugũ enim meum″facile eſt,& onus meũ leue eſt.

Cap. XII.

1 I″N illo tempore″ibat Ieſus″ſabbatho per″ſata: diſcipuli verò ipſius eſuriebant,cœperúntque vellere ſpicas,& edere. Diſcipuli ſpicas vellunt.

2 Phariſæi autem″quum *eos* vidiſſent, dixerunt ei,Ecce, diſcipuli tui faciunt quod non″licet facere″in ſabbatho.

3 Ipſe verò dixit eis,Non legiſtis quid fecerit Dauid,quum eſuriret ipſe,& ii qui erant cum eo:

4 Quomodo introierit domum Dei,& panes″propoſitionis ederit,quibus veſci non erat ipſis licitum,neque iis qui cum eo erãt, niſi Sacerdotibus ſolis?

5 Aut non legiſtis in Lege,quòd″ſabbathis Sacerdotes in templo ſabbathum″prophanant,& ſunt″inſontes?

25 Reſpondens ἀποκριθεὶς. Quia videtur hoc obſcurius,quum non fuerit interrogatus Ieſus,vt dicatur reſpõdiſſe:quanuis ſæpe ex Hebraico idiomate, vel abũdet hoc participiũ, vel pro Verba facere accipiatur:tamen cognoſcenda videtur hiſtoria ex Lucæ 10.c.17. Contigerunt enim hæc poſt ſeptuaginta diſcipulos reuerſos, quos veriſimile eſt cum Ieſu varios ſermones habuiſſe. Inter loquendum igitur quũ Ieſus ex diſcipulorum ſermone intellexiſſet plebem auidè excepiſſe verbum Dei,quod à Principibus & Phariſæis partim contemnebatur,partim etiam oppugnabatur:tandem in hæc verba erupit. Confiteor tibi ἐξομολογοῦμαί σοι, id eſt agnoſco coram te. Vel,gratias ago,vt rectè explicat Eraſmus. Nam apud Hebræos ſic etiam accipitur verbum ידה in coniugatione hiphil. Eſt autem apoſtrophe ad Patrem, quum antea Chriſtus ſeptuaginta illos diſcipulos alloqueretur. Itaque non tacet Lucas hæc dixiſſe Chriſtum ſpiritu exultantem & animi impetu correptum,quòd gloriam Patris videret mundo patefieri:quod non annotaſſem(videtur enim à noſtro propoſito alienum) niſi hoc quoque pertineret ad explicationem verbi ἀποκριθεὶς quod præceſſit. Intelligentibus, συνετῶν, à συνιέναι, vt rectè obſeruauit Valla. Vulgata, prudentibus, id eſt φρονίμοις. Dicuntur autem iſta per conceſſionem. Infantibus. νηπίοις. νήπιος Græcis dicitur à νὴ & εἰπεῖν, ſicut Latinis infans ab in & fari:quod poſtea ad animum transfertur. Vulgata & Eraſmus,paruulis. Videtur autem Chriſtus tranſlatitiè alludere ad illud Dauidis,Pſal.8.a.3,Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam.

26 Etiam ναί. Particula eſt qua teſtatur Chriſtus ſe Patris factum approbare. Pater,ὁ πατήρ. Pater vocãdi caſu,vt ὁ θεός μου,Marci 15.c.34. quo modo etiã à Paulo vſurpatur Rom.8.c.15,& Gal.4.a.6. ſic infrà,27.d.29,& 40. Fortaſſis autẽ hic eſt Hebræorum idiotiſmus, qui ſuo illo ה vtuntur partim pro nominatiui articulo,partim pro vocandi aduerbio. Sed & Atticos ita loqui obſeruauimus: ſic enim Ariſtoph. in Ranis,ὁ παῖς ἀκολούθει δεῦρο. Idem in Concionantibus,φέρε σύ τ' ἀνάφορον ὁ παῖς. Quia ita placuit tibi. ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Particulam ὅτι quam expunxit Eraſmus,non puto abundare. Addit enim Chriſtus cauſam cur Patris factum probet,eam ſcilicet quæ apud Chriſtianos omnes plurimum valere debet,id eſt Patris cæleſtis volũtatem. Cæterùm εὐδοκία id declarat quod Gallicè vocamus *bon plaiſir*:& ἐγένετο εὐδοκία periphraſis eſt verbi ηὐδόκησεν,de quo diximus ſuprà,3.d.17. Deinde alius eſt Hebraiſmus in ἔμπροσθέν σου corã te,pro quo etiam dicunt In oculis tuis,pro Apud te,vel ſimplicis pronominis loco,ſicut ſumus interpretati.

27 Nouit ἐπιγινώσκει. Alibi vſi ſumus agnoſcendi vocabulo pro ἐπιγινώσκειν.& hîc videtur poni compoſitum pro ſimplici,ſicut apparet ex verbo illi oppoſito,nempe ἀποκαλύψαι. 28 Qui fatigati eſtis οἱ κοπιῶντες. Vulg.& Eraſ.qui laboratis. Vide ſuprà,cap.6.d.28. Certè plus eſt κοπιᾶν quàm πονεῖν,ſi propriam vtriuſque ſignificationem ſpectemus:ſicut etiam apud Latinos pluſculum declarat fatigatũ eſſe quàm laborare,quanuis interdum iſta permutentur. 29 Humilis corde, ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, id eſt ταπεινόφρων,vt interdum Græci vno vocabulo declarant. Facile χρηστός, id eſt quod facilè ferri,& quo facilè vti poſſimus,πρὸς τὸ χρῆσθαι. Illud autem de quo tam multis diſſerit Eraſmus in hunc locum,nimirum qua ratione dicatur iugum Chriſti leue,planè explicatur 1.Ioh.5.a.2 & 3. Mandata eius(inquit)grauia non ſunt:quia omne quod genitum eſt ex Deo,vincit mundum:& hæc eſt victoria quæ vincit mũdum fides noſtra. Quiſquis verò exiſtimat ideò leue eſſe Chriſti iugum quòd Dei duntaxat amorem & proximi requirat,ille profectò ignorat quod ſit Legis & Euangelii diſcrimen: neque intelligit quid illud ſit quod ait Paulus Rom.8.a.2,Legem Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu nos liberare à lege peccati & mortis.

IN CAPVT XII.

1 In illo tempre ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. Siue per id tempus. Hæc autem verba ſignificant hanc hiſtoriam non narrari ex temporis ſerie, quod conſtat ex Luca & Marco. Ibat ἐπορεύθη,id eſt ἐβάδιζεν. Sic enim hoc loco accipitur hoc verbum,& aoriſtus pro imperfecto poſitus videtur. Vulgata,abiit ἀπῆλθεν. Nonnulli vertunt per pluſquamperfectum Iuerat:ſed non ſatis commodè,ni fallor. Sabbatho τοῖς σάββασι. Eraſmus interpretatur, ſabbathis: & Veterẽ etiam interpretem reprehendit. Atqui plurale pro ſingulari poſitum eſſe ſatis indicant ſequẽtia. Neque eſt quòd de hebdomada intelligas. Nã de ſeptimo ſabbathi die loqui,& eo quidẽ ſolenni, Lucas oſtendit. neque hoc murmur Iudæorum alio die exoriri potuiſſet:ſiquidem nõ violaſſent Legem diſcipuli. Nã quod Eraſmus ait ſingulos ſeptimanæ dies fuiſſe abbatha appellatos(quod etiam aſſerit Theophylactus infrà,cap.28)etiamſi verum ſit,præſenti loco quadrare non poteſt. Sata: σπορίμων. Eraſmus,ſegetes. Illud propius abeſt à Græco. 2 Quũ *eos* vidiſſent, ἰδόντες. Secundũ & octauũ exemplar addunt αὐτοὺς,id eſt eos. Licet ἔξεστι. Vetus interpres addit αὐτοῖς eis:quod tamen videtur expungendum. Eſt enim generale ſabbathi mandatum. In Sabbatho. ἐν σαββάτῳ. In quarto exemplari legitur ἐν σάββασι,eodem tamen ſenſu:quæ lectio ſatis indicat ſuperiore loco eſſe numeri enallagen.

4 Propoſitionis προθέσεως. Hebræi panes facierum vocant,quòd coram Domino appoſiti,tota hebdomada manerent in aurea menſa huic cultui conſecrata:ſicut edixit Dominus,Leuit.24.a.6. Græci interpretes interdum etiam ἐνωπίους, interdum προκειμένους ſunt interpretati. Quidam Latinè appoſititios non ineptè vocauit. Maluimus tamen appellationem vulgò vſurpatam retinere.

5 Sabbathis σάββασι. Nulla hic eſt numeri enallage,quia de ſingulis ſabbathis hoc intelligitur. Prophanant, βεβηλοῦσι. Vulgata,violant:quod latius patet,neque etiam conuenit. Inſontes? ἀναίτιοι. Vulgata ad verbum,ſine crimine:& paulo pòſt,innocentes. Eraſmus, crimine vacant:qui tamen paulo pòſt vertit,Inſontes.

6 Dico autem vobis quòd templo ʹmaior estʹʹhoc in loco.

Miſericordia, Sacrificium.

7 Si verò noſſetis quid ſit, Miſericordiam volo, & non ſacrificiũ: ʹnon condemnaſſetis inſontes.

Sabbathum.

8 Nam Dominus eſtʹetiam ſabbathi Filius hominis.

9 Et digreſſus illinc, venit in ſynagogam eorum.

Arida manus ſanatur in ſabbatho.

10 Et ecce quidam *illic*″erat manum habens aridam: &″interrogarũt eum, dicentes, ″Licétne ſabbathis″ſanare? vt accuſarent eum.

Ouis.

11 Ipſe verò dixit eis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & ſi ea inciderit ſabbatho in foueam, nõ apprehendat eam, & erigat?

Sabbathis bene faciendum.

12 ″Quãto verò præſtat homo oui? ″itaq; licet ſabbathis″benefacere.

13 Tunc dicit″homini illi, Extende manum tuam. Et *is* extendit: & reſtituta eſt ſana vt altera.

14 Phariſæi verò egreſſi, ʹceperunt conſilium aduerſus eum, ʹvt eum perderent.

Sanat infirmos Chriſtus.

15 Ieſus autem quum *id* noſſet, ſeceſſit illinc: ſequutáque eſt eum turba multa, ſanauítque eos omnes.

16 Et″interminatus eſt ei, ne ſe facerent manifeſtum:

17 Vt cõpleretur quod dictum erat per Eſaiam prophetã, dicẽtem,

18 Ecce ʹſeruus meus quem elegi, dilectus meus in quo acquieſcit anima mea: ponam Spiritum meum ſuper eum, &″iudicium Gentibus annuntiabit.

19 Non″litigabit, neque clamabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem eius.

20 Arundinem″quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: vſque dum″efferat ad victoriam iudicium:

Gentium ſpes, Chriſtus. Dæmoniacus ſanatur.

21 Et in eius nomine Gentes ſperabunt.

22 Tunc″oblatus eſt ei dæmoniacus cæcus & mutus: & ſanauit eũ,

6 Dico autem vobis quia templo maior eſt hîc.

7 Si autem ſciretis quid eſt, ¶Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nũquam condemnaſſetis innocentes. — Oſee 6.c.7

8 Dominus enim eſt Filius hominis, etiam ſabbathi.

9 ¶Et quũ inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum. — Marc. 3.a.1 luc. 6.a.6

10 Et ecce homo erat manũ habẽs aridam, & interrogabant eum, dicẽtes, Si licet ſabbathis curare? vt accuſarẽt eum.

11 Ipſe autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & ſi ceciderit hæc ſabbathis in foueã, nónne tenebit, & leuabit eam?

12 Quanto magis melior eſt homo oue? itaque licet ſabbathis benefacere.

13 Tunc ait homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

14 Exeuntes autem Phariſæi, conſiliũ faciebãt aduerſus eum, quomodo perderent eum. — B

15 Ieſus autem ſciens, receſſit inde: & ſequuti ſũt eum multi, & curauit eos omnes.

16 Et præcepit eis ne manifeſtum eũ facerent:

17 Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem,

18 ¶Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene cõplacuit animæ meæ: ponam Spiritum meum ſuper eũ, & iudiciũ Gentibus nuntiabit. — Eſa. 42.a.1

19 Non cõtendet, neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

20 Arundinem quaſſatam nõ confringet, & linum fumigans nõ extinguet: donec eiciat ad victoriam iudicium:

21 Et in nomine eius Gẽtes ſperabũt.

22 ¶Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curauit eum, — Luc 11.b.14

---

6 Maior μεῖζων. Pleraque vetera exemplaria & Theophylactus quoque legunt μεῖζον, id eſt maius quidpiam. Subauditur enim τι. Hoc in loco. ὧδε. Vulgata, hic: quod Græco verbo reſpondet: ſed meritò mutatum eſt ab Eraſmo, vt amphibolia vitaretur, quæ non eſt in Græco ſermone. 7 Non οὐκ. Vulgata, nunquam, id eſt οὐδέποτε. Eraſmus, nequaquam. Particula ἂν facit vt finitus modus pro optatiuo accipiatur: neque quicquam addit ſignificationi vel negantis particulæ, vel ſequentis verbi.

8 Etiam ſabbathi καὶ τοῦ σαββάτου. Deerat καὶ particula in veteribus exẽplaribus, neque exprimitur à Vetere interprete. Videtur tamẽ emphaſim habere minimè negligendam. 10 Erat ἦν. Vetuſti codices ſecundus, ſextus, octauus, decimuſquartus additum habebãt ἐκεῖ illic. Vetus interpres videtur neutrum legiſſe. Interrogarunt ἐπηρώτησαν. Vulgata & Eraſmus, interrogabant, id eſt ἐπηρώτων.

Licétne εἰ ἔξεστι. Vulgata ad verbum, Si licet. Sed εἰ apud Græcos ſæpe pro μὴ ponitur: quod imitantur etiam aliquando Latini, ſed in ſubiectione tantum. Terent. Viſam ſi domi eſt. Sanare? θεραπεύειν; Vulgata & Eraſmus, curare. Vide ſuprà, cap. 4.d.23.

12 Quanto verò πόσῳ οὖν. Particulam οὖν non memini alibi legere in aſſumptione argumenti poſitam pro ἀλλὰ vel δέ. Apparet tamen omnino ita eſſe accipiendam hoc loco, quum ſtatim ſubiiciatur argumenti concluſio. Itaque ὥστε. Eraſmus, igitur, id eſt οὖν. Illud autem Latinum Græco ὥστε prorſus reſpondet. Benefacere. καλῶς ποιεῖν. Eraſmus, beneficio afficere, id eſt εὐεργετεῖν, vel ἀγαθοποιεῖν.

13 Homini illi, τῷ ἀνθρώπῳ. Additum habebant duo exemplaria ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, arefactam manum habenti. quod tamen ſatis intelligitur præpoſito articulo, quem expreſſimus.

14 Ceperunt ἔλαβον. Vulgata, fecerunt. Legimus etiam in octauo exemplari ἐποίησαν, id eſt conſilium indixerunt: ſicut dicunt Græci ἐκκλησίαν ποιεῖν. Sic etiam Marci 3.a.6, συμβούλιον ἐποίουν. Vt ὅπως. Vel, quomodo, id eſt πῶς indefinitè acceptum. Sic Demoſt. σκοπεῖτε ὅπως τοὺς λόγους ἐρεῖτε. 16 Interminatus eſt ἐπετίμησεν. Id eſt addicis minis vetuit. Vulgata, præcepit. ad verbũ, increpauit. Vide ſuprà, cap. 8.c.26. Terent. Interminatus ſum ne faceres. 18 Seruus meus ὁ παῖς μου. Nonnulli filium conuertunt. Alii puerum, ambigua voce: nam apud Græcos ὁ παῖς vocabulum eſt ambiguum, & apud Hebræos נער. Alii & puerum & filium interpretantur. Sic enim citat Cyprianus libello aduerſus Iudæos, vt Eraſmus obſeruauit. Sed Cyprianum conſtat hunc locum ita citaſſe, vt de verbis ipſis Prophetæ non fuerit ſollicitus: quod etiam Euangeliſtæ plerunque faciunt, ſicut vel ex hoc loco apparet. Certè apud Hebræos עבד ſemper pro ſeruo, nunquã (quod ſciam) pro filio ponitur: quanuis aliud ſentiat Eraſmus, qui etiam exiſtimat filii vocabulum melius Chriſto conuenire. Nam, inquit, non defuerunt apud Græcos qui Serui vocabulum vererẽtur tribuere Filio Dei, quorũ eſt Chryſoſtomus. Atqui ita loquitur ipſe Paulus Philip. 2.a.7, quum dicit Filium Dei ſeſe exinaniuiſſe, forma ſerui accepta. Neque verò à ſerui nomine abhorruit Latinus interpres, quoties in aliis Prophetæ eiuſdem locis Chriſtus παῖς vocatur. Et hoc quoque videtur ad immenſam ipſius bonitatem magnopere pertinere. Denique non patitur Hebrææ linguæ ratio (quantum intelligo) vt filium vertamus. Iudicium Gentibus annuntiabit. καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Iudicii appellatione certè compoſitum ſtatum intelligit: quia ſcilicet à Chriſto vera religio erat inter Gentes promulganda, eiectis ſuperſtitionibus: quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus & iudicare, id eſt præeſſe & moderari.

19 Litigabit, ἐρίσει. Ita etiam ἔριδα litem interpretamur. Vulgata & Eraſmus, contendet: eodem ſenſu.

20 Quaſſatam συντετριμμένον. Virgil. 1. AEneid. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Quaſſatum autem Latinis eſt quod vernaculo ſermone dicimus *froiſſé, ou eſcaché*. Eraſmus, comminutam, id eſt contritam, quæ propria eſt verbi συντετριμμένον ſignificatio. Sed impropriè accipi pro quaſſatam, indicat verbum ſequens. Nam quî fieri poteſt vt quod iam cõminutum eſt & contritum, confringas? Itaque Grãmatici Hebræi ex hoc Prophetæ loco differentiam eſſe oſtendunt inter רצץ & שבר, quòd illud nõ declaret penitus conterere & cõminuere.

Efferat ἐκβάλῃ. Vt infrà, verſiculo 35, pro ἐκπέμπῃ καὶ προφέρῃ, id eſt pronũtiet & ferat iudicium ac ſentẽtiam, qua ſe victorem declaret omnium inimicorum ſuorum. Tunc enim rebelliũ colla confringet non iam clemens & humilis, ſed ſeuerus iudex & maieſtate plenus. Vulgata & Eraſmus ad verbum, eiiciat. In Hebræo pro εἰς νῖκος legitur לאמת, id eſt εἰς ἀλήθειαν. Sed (vt antè dixi) Euãgeliſta ſententiam ſpectat, ſingula verba non numerat. Iuſtinus quoque in dialogo cum Tryphone, duas affert huius loci interpretationes, quarum neutra cum hac conſentit in verbis. 22 Oblatus eſt προσηνέχθη. Eraſmus, adductus eſt, id eſt προσήχθη. Vide Marc. 7.d.32.

- ita vt loqueretur & videret.

Et ſtupebant omnes turbæ,& dicebant,Nunquid hic eſt filius Dauid?

Suprà 9.d.34 Marc.3.c.22 luc.11.c.17

Phariſæi autem audientes,dixerūt, ‖Hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Ieſus autem ſciēs cogitationes eorum,dixit eis, Omne regnum diuiſū contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.

Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt : quomodo ergo ſtabit regnum eius?

Et ſi ego in Beel-zebub eiicio dæmones:filii veſtri in quo eiiciūt? ideo ipſi,iudices veſtri erunt.

Si autem ego in Spiritu Dei eiicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei.

Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis,& vaſa eius diripere:niſi prius alligauerit fortem,& tunc domum illius diripiet?

C Qui non eſt mecum,contra me eſt: & qui nō congregat mecum,ſpargit.

Marc.3.d.28 luc.12.b.10 1.Ioh.5.d.13

‖Ideo dico vobis , omne peccatum & blaſphemia remittetur homibu⁹: Spiritus autem blaſphemia nō remittetur.

Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis,remittetur ei:qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum,non remittetur ei neque in hoc ſeculo,neque in futuro.

adeò vt″qui cæcus ac mutus *fuerat*,& loqueretur & videret.

23 Et ′perculſa eſt omnis turba,dicebátque, ″Nunquid iſte eſt″fili⁹ ille Dauid?

24 Phariſæi verò quum *hæc* audiſſent, dicebant, Iſte non eiicit dæmonia,niſi″per Beelzebul principem dæmoniorum. **Blaſphemia.**

25 Ieſus autem″quum ſciret cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum″partitum aduerſus ſeſe, ″vaſtatur : & omnis vrbs aut domus partita aduerſus ſeipſam,non ſtabit. **Regnū diuiſum.**

26 ″Sed ſi Satanas Satanā eiicit, aduerſus ſeipſum partitus eſt:quomodo ergo ſtabit regnum eius?

27 Et ſi ego per Beelzebul eiicio dæmonia,filii veſtri per quem ″eiiciunt? propterea″ipſi erunt veſtri iudices.

28 ″Sin autem per Spiritū Dei ego eiicio dæmonia:″nempe peruenit ad vos regnum Dei. **Spiritus Dei. Regnum Dei.**

29 ″Nam quomodo poteſt aliquis ingredi domum″validi *alicuius*, & ″vaſa eius diripere:″niſi primò vinxerit″validum illum,& tunc domum illius diripiet?

30 Qui nō eſt mecū,aduerſū me eſt:&qui nō cogit mecū,ſpargit.

31 Propterea dico vobis, omne peccatum & ″blaſphemia remittetur hominibus:blaſphemia verò″Spiritus *ſancti* non remittetur hominibus. **Peccatum. Blaſphemia.**

32 Et quiſquis″loquutus fuerit aduerſus Filium hominis,remittetur ei:quiſquis autem fuerit loquutus aduerſus Spiritum ſanctū, non remittetur ei neque″in hoc ſeculo,″neque in futuro.

Qui cæcus ac mutus *fuerat*, τὸν τυφλὸν καὶ κωφόν. ſubauditur ὄντα in aoriſto. Vetus interpres hæc non legit.

23 Perculſa eſt ἐξίσαντο, id eſt ἐξεπλήσσοντο. Latinum vocabulum nullum habeo,quo vno poſſit Græcum illud ἐξίστασθαι ſatis exprimi. Significat autem præ admiratione apud ſe non eſſe,& de ſtatu mentis deiici. Vide Marci 2.b.12. Nunquid μήτι. Eraſmus,Num: quæ particula ita quærit vt ſubintelligatur negatio.Itaque non videtur huic loco ſatis conuenire.Plaut. Nunquid redeat,incertum. Filius ille ὁ υἱός. In Complutenſi editione legitur ὁ χριστὸς ὁ υἱός,id eſt Chriſtus ille filius.

24 Per Beelzebul ἐν τῷ βεελζεβούλ. Vulgata ad verbum,in Beelzebub.Eraſmus,præſidio Beelzebub.Vide ſuprà,9.d.34.

25 Quum ſciret εἰδώς. In ſecundo exemplari ſcriptum erat ἰδών,quum vidiſſet. Partitum μερισθεῖσα. Vulgata & Eraſmus,diuiſum,id eſt διαιρεθεῖσα.Neutrum fortaſſe ſatis conuenit.Nam diuiſum eſſe aut partitum,idem hîc valet ac diſſidens. Nos illud ſequuti ſumus quod ad Græcum propius accedit, quum etiam pars Latinis factio dicatur. Vaſtatur: ἐρημοῦται. Eraſmus, deſolatur: quod eſt tranſlatitium,& μονοῦσθαι ſignificat,vnde μεμονωμένη dicitur vidua quæ ſola relicta eſt,1.Timoth.5.a.5.

26 Sed ſi καὶ εἰ. Vulgata & Eraſmus ad verbum,Et ſi. Ego verò omnino puto καὶ pro ἀλλὰ poſitum , cuius particulæ vſus eſt in aſſumptione argumentorum. 27 Eiiciunt? ἐκβάλλουσι; In quarto & decimoquarto exemplari ſcriptum erat ἐκβαλοῦσι;eiicient? Ipſi erunt veſtri iudices. αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί. Eraſmus, ipſi iudicabunt de vobis , id eſt αὐτοὶ κρινοῦσιν ὑμᾶς. Familiaris autem eſt hæc loquendi formula Sacris ſcriptoribus,qua dicitur aliquis eum iudicare,cuius vitia ſuæ virtutis exemplo,etiam tacens coarguit:quo modo accipiendum eſt quod paulo pòſt de Regina Auſtri commemoratur.

28 Sin autem εἰ δέ. Ita loquuntur Latini quum alterum SI præceſſit: & hoc dicendi genus melius reſpondet Græcis quàm illud,Quod ſi,quo vtitur Eraſmus. Nempe ἄρα. Vulgata,igitur.Eraſmus,ergo,id eſt οὖν.

29 Nam ἤ. Vulgata, Aut:quod nō conuenit huic loco.Eraſmus, Alioqui,id eſt ἄλλως.Particulam autem ἤ interdum poni ἀπολογικῶς,Budæus prolatis exemplis oſtendit. Sed hoc ego adiicio, in eo duntaxat argumenti genere vſurpari quod ab abſurdo ducitur, quantum quidē ego potui obſeruare. Validi *alicuius*, τοῦ ἰσχυροῦ. Vulgata,fortis:de quo diximus ſuprà,cap.3.c.11.Validum quoque omnes τὸν ἰσχυρὸν infrà interpretantur cap.14.d.30.Eraſmus,potentis,id eſt δυνατοῦ:quod ad copias & facultates potius refertur. Cæterùm articulus ſignificationem habet,quam Grammatici vocant ἀόριστον,id eſt infinitam.Itaque adieci particulam *alicuius*. Vaſa σκεύη, id eſt res & ſupellectilem omnem,ſiue inſtrumentum:quo modo etiam vaſorum vocabulum à Latinis accipi videtur,quū dicunt Colligere vaſa, id eſt res ſuas.Fluxit autem hoc dicendi genus ab Hebræis,apud quos כלי quoduis inſtrumentum atque adeo ſupellectilē totam declarat,vt Ezech.12.a.4. Validum illum, τὸν ἰσχυρόν.Vulgata & Eraſmus articulum prætermittunt,cuius vis eſt hoc loco ἀναφορική.

31 Blaſphemia βλασφημία. Eraſmus, conuitium. Quidam, maledictum. Vocabulum Græcum quid valeat,& cur ſeruare illud maluerimus,antè diximus cap.9.a.3. Spiritus *ſancti* τοῦ πνεύματος. id eſt qua afficitur Spiritus ſanctus. Addidi enim epitheton ex doctrina Didymi,non quòd perpetua ſit, ſed quia vtplurimum vera deprehenditur, & maximè quia locus hic ita poſtulabat. Clarior tamen fuiſſet oratio,ſi addidiſſet præpoſitionem κατὰ & adiectiuum ἁγίου ſicut paulo pòſt.Similem eclipſin habes ſuprà,cap.10.a.1.

32 Loquutus fuerit εἴπῃ λόγον. Vide ſuprà,cap 8.a.8. In hoc ἐν τούτῳ. Ex vetuſtis exemplaribus,1.2.5.6.7.8.9.11.12.14,ſcriptum habēt ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, id eſt in præſenti ſeculo. Neque in futuro. οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Id eſt neque in vita,neque poſt mortem.Notum enim eſt cuiuis Chriſtiano,duplicis vitæ ſiue duplicis ſeculi mentionem fieri in Sacris literis,quorum vnum ab eo die incipit quo naſcimur,& huius vitæ ſpatio terminatur : alterum verò ab eo die quo morimur,initium capit,éſtque infinitum. Cæterùm quia peccatorum remiſſio , quam quiſpiam in ipſo mortis articulo conſequitur,propriè reſpicit futurum ſeculum,ideò(opinor)dicit Chriſtus fore vt blaſphemia in Spiritum ſanctum neque in hac vita conſtitutis,neque etiam morientibu(s id eſt nunquam)remittatur:quum alioquin multa peccata in hac vita remittantur,vt 2.Samu.12.d.13:& rurſus multorum abſolutio in extremum vitæ momentum differatur.Præterea quanuis nulla peccata poſt mortem propriè remittantur, ſed vel in vita,vel in ipſa morte:tamen quia huius remiſſionis plenū fructum non percipient fideles niſi ab extremo illo die iudicii futuri,videtur quodammodo ipſa peccatorum remiſſio in illum diem differri,ac viciſſim declaratio eorum quæ non fuerint remiſſa. Neque nouum eſt hoc loquendi genus,quum ferè ſemper ſoleat Spiritus ſanctus, quoties agitur vel de ſalute noſtra,vel de exitio diaboli & reproborum,nos in extremum illum diem perinde reiicere acſi interim neque Dei gloria fruerentur electorum animæ, neque cruciatum vllum ſentirēt reprobi. quod vtrunque quum falſum ſit,apparet & remiſſionem & condemnationem in futurum ſeculum reiici,propterea quòd eo die Dominus planè ſua iudicia reuelabit & exequetur.Sic ergo loquitur Paulus Rom.2.a.5,& 1.Corinth.1.a.8,& 5.a.5,& 2.Corinth.5.b.10,& 2.Timoth.4.b.8,& 1.Pet.1.a.5,& alibi ſæpe. Itaque futurum ſeculum, vel à die mortis ſingulorum, vel à die iudicii ſupremi,vel ab vtroque potius,diuerſa tamen ratione,eſt inchoandum.

Arbor bona aut mala.

33 Aut ʹfacite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructum eius putrẽ. nam è fructu arbor cognoſcitur.

Viperæ.

34 Progenies viperarum, quomodo ʺpoſſitis bona loqui, quum ſitis mali? nam ex abundantia ʹcordis os loquitur.

Verba bona aut mala.

35 Bonus homo è bono theſauro cordis ʺeffert bona: & mal⁹ homo ex malo theſauro effert mala.

36 Sed dico vobis quòd quodcunque verbum ʹotioſum loquuti fuerint homines, ʹde eo reddent rationem in die iudicii.

37 Ex ʺſermonibus enim tuis ʺiuſtificaberis, ʹ& ex ſermonibus tuis condemnaberis.

Signa quærunt Iudæi.

38 Tunc ʹreſponderunt quidam è Scribis ac Phariſæis, dicentes, Magiſter, ʹcupimus ex te ſignum videre.

39 Ipſe verò reſpondens dixit eis, ʹNatio ʹmala & adultera ſignum ʹrequirit, ʹſed ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.

Reſurrectionis ſignum, Ionas.

40 Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti ʹtres dies & tres noctes: ita erit Filius hominis ʺin corde terræ tres dies & tres noctes.

Niniuitæ.

41 ʹViri Nineuitæ ʹreſurgent in iudicio cum natione hac, & condẽnabunt eam: quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quàm Ionas *eſt* in hoc loco.

Regina Saba

42 Regina ʹAuſtri ſurget in iudicio cum natione hac, & condemnabit eam: quòd venerit à ʹterminis terræ vt audiret ſapientiam Solomonis, & ecce plus quàm Solomon *eſt* in hoc loco.

43 Porrò quum impurus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per ʹarida loca, quærens requiem, & non inuenit.

44 Tunc dicit, Reuertar domum meam vnde exiui. Et quũ venit,

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.

34 Progenies viperarũ, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? |ex abundantia enim cordis os loquitur. Luc.6.g.45

35 Bon⁹ homo de bono theſauro cordis profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.

36 Dico autem vobis quoniam omne verbũ otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

37 Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

38 |Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes, Magiſter, volumus à te ſignum videre. Infrà 16.a.4 luc.11.c.29 1.cor.1.c.28

39 Qui reſpondens ait illis, Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.

40 |Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Ionæ.2.a.1

41 Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia |pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hîc. Ionæ.3.b.5

D

42 |Regina Auſtri ſurget in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabit eã: quia venit à finibus terræ audire ſapiẽtiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hîc. 1 Reg.10.a.1 2.para.9.a.1

43 Quum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærẽs requiẽ, & non inuenit.

44 Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit

33 Facite ποιήσατε. Id eſt ponite vel ſtatuite, in veſtris ſcilicet de me ſermonibus. Argumentatur enim Ieſus (vt mihi quidem videtur) ab effectu ad cauſam. Calumniabantur ipſius miracula Phariſæi: reſpondet Ieſus, fuiſſe in primis de homine (id eſt de ſe) iudicandum, vt ſicut ex arbore fructum, ſic ex homine ipſo facta æſtimarent. At illi contrà, quum nihil haberent quod in Chriſti moribus poſſent arguere (erat enim eius vita penitus inculpata) tamen mirifica illa ipſius facta carpebant tanquam diabolica.

34 Poſſitis δύνασθε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, poteſtis. Sed res ipſa apertè oſtendit indicatiuum pro optatiuo poſitum eſſe. Sic Ariſtoteles, οὐδὲν πώποτε ζῶον ἐγένετο τοιοῦτον, ὃ τὸ μὲν εἶδος ἔχει ἑτέρου ζώου, τὴν δὲ διάνοιαν ἄλλου. pro ὃ ἂν ἔχοι. Gregorius de Baptiſ. οὐδὲν τῷ θεῷ μέγα ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσιν. pro δοίη ἄν. quæ exempla obſeruauit Budæus ille, Græcæ linguæ doctiſſimus. Cordis τῆς καρδίας. Hoc quidem deerat in pleriſque vetuſtis exemplaribus, ſed omnino tamen videtur addendum. Significatur enim, ex corde tanquam locupletiſſimo penu, depromi quæcunque homines dicunt aut faciunt.

35 Effert ἐκβάλλει. Vel profert, id eſt ἐκπέμπει, vel προφέρει, ſicut ſuprà admonuimus verſu 21.

36 Otioſum ἀργόν. In quartodecimo exemplari pro ἀργὸν ſcriptum erat πονηρὸν, id eſt malum. Rurſus in quodam alio codice neutrum ſcriptum erat. De eo περὶ αὐτοῦ. Eraſmus particulam περὶ iunxit cum præcedentibus: eodem tamen ſenſu ſeruato.

37 Sermonibus λόγων. Eraſmus, dictis, id eſt ῥηθέντων. Vulgata, verbis, id eſt ῥήμασι. Iuſtificaberis, δικαιωθήσῃ. Id eſt abſoluêris. Opponitur enim τῷ καταδικάζεσθαι. Itaque inepti ſunt qui ex hoc loco & ſimilibus conantur operum iuſtitiam, id eſt qualitatem qua in nobis coram Deo iuſti ſumus, ſtabilire. Et ex καὶ ἐκ. In ſecundo exemplari ſcriptum erat ἢ ἐκ, vel ex, fortaſſis rectius. Quanquam in hoc dicendi genere καὶ pro ἢ interdum accipitur. Ariſtot. ἡ ἀρετὴ μετὰ λύπης καὶ ἡδονῆς. Sic etiam accipi videtur Rom.4 c.13.

38 Reſponderunt ἀπεκρίθησαν. Eraſmus, interrogarunt, id eſt ἐπηρώτησαν. Cupimus θέλομεν. Vulgata & Eraſmus, volumus: & ſic ferè vbique interpretamur τὸ θέλειν, niſi quum videtur aliquid amplius ſignificare, vt hoc loco. Vide ſuprà, cap 5.g.42, & Marci 6.d.25.

39 Natio γενεά. Vulgata & Eraſmus, generatio. Ego illud malui vſurpare quod planum eſt: & vocabulum Græcum optimè exprimit hoc quidem loco. Nam γενεὰ etiam alia interdum delarat, nẽpe & progeniem & ætatem, vt alibi obſeruauimus. Quinetiam Eraſmus ipſe nationem interpretatus eſt infrà, Lucæ 11.d.29. Mala πονηρά. Eraſmus, praua. Ego verò malui ſemper eodem modo: quanuis fortaſſis rectius verterimus ſceleratam. Requirit, ἐπιζητεῖ. Vulgata & Eraſmus, quærit. Sed aliqua eſt emphaſis præpoſitionis ἐπὶ: adeò vt etiam pro deſiderare & ſummo ſtudio aliquid efflagitare ἐπιζητεῖν à Græcis, & requirere à Latinis vſurpetur. Sed ſignum καὶ σημεῖον. Iterum καὶ pro ἀλλά. 40 Tres dies τρεῖς ἡμέρας. Vulgata & Eraſmus, tribus diebus. Sed miror cur conſtructionem mutarint, quum præſertim Grammatici omnes teſtentur tempus continuum (cuius hîc eſt magna emphaſis) quarto caſu declarari. In corde ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraicè בלב, id eſt intrà. Nam apud Hebræos cor pro medio accipitur, & ad res etiam inanimas transfertur, vt Exod.15.a.8: quod in vernaculo ſermone imitamur, vt quum dicimus, *le cueur du bois, le cueur de la pomme*. Rurſus autem medium pro intimo vſurpatur omnibus linguis.

41 Viri Nineuitæ ἄνδρες νινευῖται. Illud ἄνδρες addere ferè ſolent Græci, Latini prætermittunt. Hebræi quoque addunt, ſed primitiuis, non deriuatiuis. dicunt enim, Viri Nineuæ, ſicut Viri Ieruſalem. Hoc autem annotaui, quia nonnullos video parum appoſitè arrepta occaſione ex hac particula, quibuſdam locis de humanæ vitæ conditione diſſerere. Reſurgent ἀναστήσονται. Vel ſurgent, vt pro ſimplici accipiatur, atque referatur ad iudiciorum conſuetudinem.

42 Auſtri νότου. Id eſt Meridiei. Ea verò 1.Reg.10, Regina Sabæ vocatur, quam nõnulli volunt fuiſſe Meroes inſulæ metropolin, ex Ioſephi authoritate, qui hanc Reginam ipſi quoque AEgypto præfuiſſe tradit. At ego Ioſepho non poſſum in eo aſſentiri, quum nihil impediat quominus hæc potius accipiamus de Sabæorum regione apud omnes authores celebri: cuius etiam ſitum ſi diligenter metiamur, comperiemus eſſe aut eiuſdem, aut certè non multum diuerſæ à Iudæa longitudinis, hoc eſt ſub eodem ferè Meridiano cum Iudæa (æquales enim locorum longitudines, definiunt Geographi, quum loca ipſa ſub vno & eodem Meridiano ſita ſunt) adeò vt Hebræorum regionis ſitus, habita ratione Iudææ, Meridionalis ſit. Terminis περάτων. Id eſt extremis. Cicero, quum nullum tot calamitatibus & ærumnis terminum inueniremus. Vulgata & Eraſmus, finibus, id eſt ὅρων, vel τελῶν. Indicant autem & iſta, hanc Reginam è Sabæa potius quàm Meroe adueniſſe. Sita enim eſt Sabæa & Saba eius metropolis in extremo Arabiæ fœlicis littore, non procul ab ipſis ſinus Arabici faucibus.

43 Arida ἀνύδρων. Ad verbum, inaquoſa. Nam alioqui τὸ ξηρὸν ſolemus aridum interpretari.

eam vacantem,ſcopis mundatam, & ornatam.

45 Tũc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe,& intrãtes habitant ibi:| & fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

2.Petr.2.d.20
heb.6.a.4
& 10.c.26

46 |Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Marc.3.d.31
luc.8.c.20

47 Dixit autem ei quidã, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te alloqui.

48 At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait, Quæ eſt mater mea,& qui ſũt fratres mei?

49 Et extẽdens manum in diſcipulos ſuos,dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quicunque enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in cælis eſt: ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt.

Cap.XIII.

Marc.4.a.1
luc.8.a.5

1 IN illo|die exiens Ieſus de domo,ſedebat ſecus mare.

2 Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculã aſcendẽs,ſederet: & õnis turba ſtabat in littore.

3 Et loquutus eſt eis multa in parabolis,dicẽs,Ecce exiit qui ſeminat, ſeminare.

4 Et dum ſeminat,quædam ceciderũt ſecus viam, & venerunt volucres cæli,& comederunt ea.

5 Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuò exorta ſunt,quia non habebant altitudinem terræ:

6 Sole autem orto æſtuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt.

7 Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ,& ſuffocauerunt ea.

8 Alia autem ceciderunt in terrã bonam: & dabant fructum, aliud centũ, aliud ſexaginta,aliud triginta.

B

9 Qui habet aures audiendi,audiat.

10 Et accedẽtes diſcipuli, dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?

11 Qui reſpõdẽs,ait illis, Quia vobis

inuenit *eam* vacantem,ʹverſam,& ornatam.

45 Tunc proficiſcitur, & ʹaccipit ſecum ſeptem alios ſpiritusʹ peioresʹ quàm ſit ipſe, &ʹingreſſi inhabitant illic:fitqueʹvltima conditio hominis illius deterior priore.Sic erit & nationi huic malæ.

46 Quum autẽ ipſe adhuc loqueretur turbæ , ecce mater & fratres eius ſtabant foris,quærentes ei loqui.

Chriſtum vult mater alloqui.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtãt, quærentesʹtibi loqui.

48 Ipſe verò reſpondens dixitʹilli qui *hoc* ei dixerat , Quæ eſt mater mea,ʹ& qui ſunt fratres mei?

49 Et extenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit,Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quiſquis enim fecerit voluntatem Patris mei qui eſt in cælis, ʹipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

Frater. Soror.

Cap. XIII.

1 IN die verò illo egreſſus Ieſus è domo,ſedit iuxta mare.

Parabola ſeminantis.

2 Et coacta eſt ad eum turba multa,*adeò* vt ipſe in nauigium ingreſſus ſederet:vniuerſa autem turbaʹſupra littus ſtabat.

3 Etʹloquutus eſt eis multaʹ per parabolas,dicẽs,Ecceʹ*quidam* qui ſeminabat,exiit ad ſeminandum.

4 Etʹin ſeminando, alia quidem ceciderunt iuxta viam: & venerunt volucres,ac deuorauerunt ea.

5 Alia verò ceciderunrʹin petroſa,vbi non habebant terram multam:& ſtatim exorta ſunt,propterea quòd non habebant profunditatem terræ:

6 ʹSole autem exortoʹtorrefacta ſunt:ʹ& propterea quòd non habebant radicem,aruerunt.

7 ʹAlia verò ceciderunt in ſpinas: &ʹaſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonam: & dederũt fructũ,aliud quidem ʹcentena,aliud verò ſexagena,aliud verò tricena.

9 Qui habet aures ad audiendum,audiat.

10 Tũc accedẽtes diſcipuli,dixerũt ei, Quare ꝑ parabolas loqueris eis?

11 Ipſe verò reſpondens,dixit eis , ʹQuia vobis datum eſt noſſe

Quare in parabolis Chriſtus loquutus.

44 Verſam,σεσαρωμένον,à Verrendo,non à Vertendo:quo participio idonei authores vtuntur. Vulgata,ſcopis mundatam. Eraſmus,ſcopis purgatam. 45 Accipit ſecum παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ Eraſmus,adiungit ſibi,id eſt προσάγει ἑαυτῷ. Peiores πονηρότερα. Ita vertimus,ne à nobis diſſidere videamur. Alioqui enim ſuprà admonuimus πονηρὸν amplius aliquid ſignificare quàm κακὸν, vt mihi minimè diſpliceat Eraſmi verſio,qui interpretatur ſceleratiores. Vulgata,nequiores:quod propriè libidinoſiorem declarat. Quàm ſit ipſe, ἑαυτοῦ. Vulgata & Eraſmus,ſe. Ego ſtudui vitare amphiboliam quæ non eſt in Græco ſermone. Ingreſſi εἰσελθόντα. Eraſmus,ingreſſus εἰσελθὸν quo modo teſtatur ſe legiſſe in quodam exemplari. Vltima conditio τὰ ἔσχατα. Vulgata,nouiſſima hominis illius. Eraſmus, poſtrema illius hominis. Mihi verò viſum eſt hoc dicendi genus perobſcurũ. Itaque contra meã conſuetudinẽ,à Græcis aliquantulũ deflexi.

47 Tibi loqui. σοὶ λαλῆσαι. In ſexto exemplari ſcriptum erat σὲ ἰδεῖν,videre te.

48 Illi qui *hoc* ei dixerat, τῷ εἰπόντι αὐτῷ. Eraſmus,qui ſibi renuntiauerat:quod reſpõdet verbo ἀπαγγέλλειν. Vulgata,dicenti ſibi. Et qui καὶ τίνες. Eraſmus,aut qui,id eſt ἢ τίνες. 50 Ipſe αὐτὸς,vel οὗτος iſte,vt ſe legiſſe teſtatur Eraſmus in annotationibus.

IN CAPVT XIII.

2 Supra littus ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. Vulgata & Eraſmus,in littore,id eſt ἐν τῷ αἰγιαλῷ.

3 Loquutus eſt ἐλάλησεν. Eraſmus,dicebat,id eſt ἔλεγεν. Per parabolas, ἐν παραβολαῖς,id eſt per comparationes & ſimilitudines. Vocabulum autem Græcum ſeruaui,ipſi etiam vulgò ſatis iam familiare. *Quidam* qui ſeminabat, ὁ σπείρων. Vulgata,qui ſeminat. Ad verbũ, ſeminans. Sciendum eſt autem articulum hoc loco,cui reſpondet apud Hebræos litera ה præfixa verbis & participiis,eſſe ἀόριστον,id eſt indefinitum,quaſi dixiſſet σπείρων τις,id eſt quidam qui ſementem faciebat.

4 In ſeminando, ἐν τῷ σπείρειν. Terent. In agendo partem oſtendent. Vulgata,dum ſeminat. Eraſmus,quum ſeminaret.

5 In petroſa, ἐπὶ τὰ πετρώδη. Eraſmus,in loca ſaxoſa. Illud propius abeſt à Græco,& frequenter etiam apud Plinium occurrit.

6 Sole autem exorto ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος. Eraſmus per periphraſin,quũ autem exortus eſſet ſol. Torrefacta ſunt: ἐκαυματίσθη. Eraſmus, exuſta ſunt:Veterem etiam interpretem,cui potius ſubſcribo,reprehendens. Atqui ſi exuſta erant,cur adderet exaruiſſet? Adde quòd τὸ καῦμα ardorem & æſtum declarat,à quo deducitur καυματίζεσθαι,id eſt ardore hauriri,æſtuare,& æſtu nimio torreri . Vertimus autem torrefacta ſunt,potius quàm æſtuarunt: quòd æſtus propriè de calore humido, eóque ſuffocante, aut præfocante potius dicatur,hoc eſt de eo qui vdo cælo ſudorem nimium exprimendo,noſtra corpora penitus reſoluit. Vernacula lingua dicimus, *une chaleur ſoubs nũe & eſtouffee*. Quanquam etiam æſtus de ardore Solis dicatur:ſed vocabuli propriam ſignificationem obſeruandam putaui. Et propterea quòd non καὶ διὰ τὸ μή. Sic etiam Eraſmus ſuperiore verſiculo.

7 Alia verò ἄλλα δὲ. Eraſ. alia rurſus,id eſt ἄλλα πάλιν. Aſcenderũt ἀνέβησαν,id eſt excreuerũt. Plinius hac ſignificatione vti ſolet Aſſurgendi vocabulo. 8 Centena, ἑκατόν. Vulgata,centeſimũ,id eſt ἑκατοστόν. Eraſmus,centuplũ,id eſt ἑκατοντάχυν,vt loquitur Theophraſtus. Ad verbum,centum,vt ſubaudias grana:quæ ratio in cæteris quoque ſeruanda eſt.

11 Quia ὅτι. Eraſmus omiſit hanc particulam tanquam redundantem,vt ſæpe aliás πλεονάζει. Mihi autẽ videtur cauſæ vim habere hoc loco,& cum ſuperiore interrogatione cohærere. Itaque puto rectè expreſſam eſſe à Vetere interprete.

"myſteria regni cælorum,"illis autem non eſt datum.

12 Quiſquis enim habet,dabitur ei,&"reddetur abundantior:quiſquis autem non habet,etiam quod habet tolletur ab eo.

13 Propterea per parabolas loquor eis:"quia videntes non vident, & audientes non audiunt,nec intelligunt.

14 Itaque completur"in ipſis prophetia Eſaiæ, quæ dicit,"Auditu "audietis,& non intelligetis:& videntes videbitis,&"nõ cernetis.

15 "Pinguefactum eſt enim cor populi huius,&auribus grauiter audierunt,"& oculis ſuis conniuerunt:nequando cernant oculis, & auribus audiant,& corde intelligant,&"conuertantur,& ſanẽ eos.

16 Veſtri verò beati ſunt oculi,quia cernunt: & aures veſtræ, quia audiunt.

Prophetæ, & Iuſti.

17 Amen enim dico vobis quòd multi Prophetæ & Iuſti deſiderauerunt videre quæ videtis,& nonviderunt:& audire quæ auditis, &non audierunt.

Expoſitio parabolæ ſeminãtis.

18 Vos igitur audite parabolam eius qui ſeminat.

19 "Quoties quiſpiam audit"ſermonem de regno illo,& non intelligit,venit"ille Malus,&"rapit id quod ſeminatum eſt in corde ipſius: iſte eſt qui iuxta viam"ſemen excepit.

20 Atqui in petroſa ſemen excepit,iſte eſt qui ſermonem audit,ac ſtatim cum gaudio accipit eum:

21 Non habet autẽradicẽ in ſeſe,ſed"temporarius eſt:"ortáque"oppreſſione"vel perſequutione propter ſermonẽ,ſtatim offenditur.

datum eſt noſſe myſteria regni cælorum:illis autem non eſt datum.

12 ‖Qui enim habet,dabitur ei,& abũdabit:qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Infrà 25.c.29

13 Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes nõ audiunt,neque intelligunt.

14 Et adimpletur in eis prophetia Eſaiæ,dicens,‖Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Eſa.6.c.9. marc.4.b.12 luc.8.b.10 iohan.12.f.40 act.28.f.26 rom.11.a.8

15 Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt:nequando videãt oculis,& aurib⁹ audiãt,& corde intelligãt, & cõuertãtur,& ſanẽ eos.

16 Veſtri autem beati oculi,quia vidẽt: & aures veſtræ,quia audiunt.

17 ‖Amen quippe dico vobis quia multi Prophetæ & Iuſti cupierunt videre quæ videtis,& non viderunt:& audire quæ auditis,& non audierunt. Luc.10.d.24

18 Vos ergo audite parabolam ſeminantis. Marc.4.b.15 luc.8.b.11 C

19 Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt.

20 Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt:hic eſt qui verbũ audit, & cõtinuò cum gaudio accipit illud:

21 Nõ habet autem in ſe radicem,ſed eſt temporalis:factaautem tribulatione & perſequutione propter verbum, continuò ſcandalizatur.

Myſteria μυστήρια, id eſt arcana.Hîc quoque vocabulum Græcum ſeruaui,ſed quo frequenter Cicero etiam ipſe vtitur. Illis autem non eſt datum. ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. In 6 & 12 exemplari ſcriptum erat, ἐκείνοις δὲ ἐν παραβολαῖς,illis verò per parabolas.

12 Reddetur abundantior: περισσευθήσεται. Sic rectè Eraſmus, vt oſtenderet non ſignificari ſimplicem abundantiam, ſed incrementum. Neque enim ſtatim abundat,cuius facultates auctæ ſunt.

13 Quia ὅτι. In ſexto exemplari ſcriptum erat ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μηδὲ συνιῶσι. Καὶ τότε πληρωθήσεται αὐτοῖς, id eſt vt videntes(nam hic accipitur βλέπειν pro ὁρᾶν)non videant,& audientes non audiant neque intelligant.Tunc igitur implebitur eis.

14 In ipſis ἐπ' αὐτοῖς. In nonnullis vetuſtis codicibus deeſt ἐπὶ,ſicut annotat Eraſmus. Auditu ἀκοῇ. Sic rectius conuertit Vetus interpres quàm Eraſmus,qui Auribus interpretatur,quaſi ſcriptum ſit ἀκοαῖς:& apud Eſaiam non אזנים,ſed שמוע. Eſt autem hæc Hebraica phraſis,audiendo audire,& videndo videre,omnibus(vt exiſtimo)ſatis nota. Audietis, ἀκούσετε. In quarto exemplari & nono ſcriptũ erat, ἀκούσητε καὶ βλέψητε,id eſt audiatis & videatis:quod melius quadrat cum Hebræis.Quanquam hæc etiam futura indicatiui poſſumus per imperandi modum vertere,hoc modo:auditu audite,& ne intelligatis:& videntes videte,&ne cernatis.Eſt enim familiariſſima Hebræis enallage futuri indicatiui,pro imperandi modo.Quod autem attinet ad οὐ μὴ,quanuis plerunque ſint hæ particulæ negantes, ſicut annotat Eraſmus,& Budæus quoque in commentariis linguæ Græcæ:tamen interdum etiam ἀπαγορευτικῶς ponũtur.Euripides,οὐ μὴ ἐρεῖς nequaquam dixeris. Ariſtoph. νεφέλ. οὐ μὴ σκώψῃς μηδὲ ποιήσῃς ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι.id eſt,Nequaquam irriſeris,neque feceris quæ fæculenti iſti dii ſolent.Sic etiam commodius accipi poſſe videtur Galat.5.c.16. Non cernetis. οὐ μὴ ἴδητε.Vulgata,non videbitis.Eraſmus rectè mihi videtur diſtinxiſſe τὸ ἰδεῖν à βλέπειν.Nam hoc quidem loco τὸ βλέπειν videtur ſimpliciter accipi pro eo quod Latini dicunt Videre, quod longè minus eſt quàm ἰδεῖν,id eſt perſpicere & cernere.Hoc enim eſt potius animi,quàm oculorum: ſicut plus eſt intelligere quàm audire.Sed tã cõmodo & apto vocabulo non poteſt notari hæc differentia in aurium ſenſu.Nam συνιέναι ſemper eſt mentis,quum vtrunque illud de oculis propriè dicatur.Fateor tamen hanc differentiam perpetuam non eſſe. Siquidem etiam duobus verſiculis ſequentibus ἀκούειν dici videtur non de ſimplici auditione,ſed de eo quod quum audieris,intelligas:& contrà τὸ βλέπειν verſiculo 16,pro Cernere:verſiculo autẽ 17,ἰδεῖν & βλέπειν de externa viſione dicũtur ſine vllo diſcrimine. Hæc autem annotaui,partim nequis temerè putet quicquam mutatum:partim quòd iſta verborum notatione videtur hic locus nonnihil illuſtrari.

15 Pinguefactum eſt ἐπαχύνθη. Vulgata & Eraſmus,incraſſatũ eſt:quod non memini legere apud idoneos authores. Oculis ſuis cõniuerunt: τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Occludendi vocabulũ quo vtuntur Vetus interpres & Eraſmus, nimium latè patet:quum καμμύειν, pro καταμύειν Græcis propriè de oculis dicatur,ſicut apud Latinos conniuere. Conuertantur, ἐπιστρέψωσι. Iam antè admonuimus שוב, id eſt conuerti,idem valere quod μετανοεῖν,id eſt reſipiſcere.

19 Quoties quiſpiam audit παντὸς ἀκούοντος. Vulgata, Omnis qui audit,id eſt πᾶς ὁ ἀκούων. Eraſmus, Quum quiuis audit. Ad verbum,omni audiente.Sed conſtat huiuſmodi caſus abſolutos in particulam QVVM reſolui ſolere.Hîc autem particula vniuerſalis addita participio, exprimenda fuit.Itaque pro QVVM dixi QVOTIES.Verbo autem præpoſui particularem Quiſpiam,quia ſcilicet τὸ καθόλου exiſtimo referri ad tempus:orationem autem ipſam,quod ad perſonam quidem attinet,potius indefinitam eſſe quàm vniuerſalem.Neque enim παντὸς ἀκούοντος declarat Omnibus audientibus,ſed Quoties aliquis audit. Sermonem de regno illo, τὸν λόγον τῆς βασιλείας. Vulgata,verba regni. Eraſmus ad verbum,ſermonem regni:quod mihi viſum eſt obſcurum.Dicimus enim Latinè,Sermonem de re aliqua fieri,non alicuius rei: & rurſus,Sermo eius dicitur à quo,nõ de quo habetur.Itaque haud ſatis ſcio quò reſpexerit ille qui nuper Sermonem regium conuertit. Nã etſi hæc eſt conſuetudo Hebræi ſermonis vt genitiuos appellatiuorum pro adiectiuis vſurpet,hoc tamen perpetuum non eſt:quum ſæpe appellatiua vim ſuam conſeruent.Deinde prætermittendus non fuit articulus,quo oſtenditur de certo regno hîc agi,nempe cæleſti & æterno: quam tamen emphaſim non putauimus vbique obſeruandam. Ille Malus ὁ πονηρός. Eraſmus rectè articulum expreſſit:& haud ſcio an in Dominica oratione addendus fuerit.Nos tamẽ illic noluimus quicquam mutare,nequis offenderetur. Rapit ἁρπάζει.In ſexto exemplari legitur αἴρει tollit. Semen excepit. σπαρείς. Ad verbum,ſeminatus.Nam homo ſeminatus hîc dicitur eadem ratione,qua ſatum agrum vocamus qui ſemen excepit,vt rectè obſeruat Eraſmus.

21 Temporarius πρόσκαιρος. Vulg.temporalis:quod etiam vocabulum pro eo quod ad tẽpus durat,à Quintiliano vſurpatur lib.6 cap.20. Illud autem apud vtrunque Plinium frequenter occurrit.Deinde quũ vulgò in ſcholis opponãtur tẽporalia ſpiritualibus,putaui etiam iſtis cõſulendũ. Orta γενομένης. Vulg.facta:quod nõ cõuenit,etiamſi ἐγένετο ſæpe vertamus, Factũ eſt.Eraſ.Porrò quũ inciderit,id eſt ἐμπεπτωκυίας. Oppreſſione θλίψεως. Vulg.tribulatione, id eſt τρίψεως potius quã θλίψεως. Eraſ.afflictione.Sed afflictus magis propriè dicitur ὁ καταβεβλημένος. Affligere enim ſignificat proſternere,& ad terrã dare ita vt elidas,quod Græci dicũt προσουδίζειν & προσρηγνύειν. τὸ θλίβειν autẽ ſignificat τὸ πιέζειν,& tam arctè aliquid ſtringere vt opprimas.Vnde Græcis θλιβίαι(quæ Eunuchorũ ſpecies eſt Paulo Æginetæ lib.6.cap.68) dicuntur quibus non execti,ſed attriti ſunt teſtes.Itaque afflictionis nomen exprimit quidem rem ipſam,ſed non ita videtur Græco vocabulo reſpondere. Vel ἤ.In quinto exemplari ſcriptum erat καὶ &.

Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbum Dei audit, & ſollicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbũ, & ſine fructu efficitur.

Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidem cẽteſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum.

Aliam parabolam propoſuit illis dicens, Simile factum eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Quum autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici: & abiit.

D Quum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.

Accedẽtes autem ſerui patriſfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?

Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerũt ei, Vis igitur imus, & colligimus ea?

Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.

Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad cõburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

Marc.4.d.30 luc.13.d.18 ‖Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorũ grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo:

Quod minimũ quidẽ eſt omnibꝰ ſeminibus: quũ autem creuerit, maiꝰ eſt omnibus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

E Luc.13.e.20 ‖Aliam parabolã loquutus eſt eis, Simile eſt regnum cælorum fermẽto, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatũ eſt totum.

Marc.4.d.33 ‖Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis:

Vt impleretur quod dictũ erat per

22 Qui verò in ſpinas ſemen excepit: iſte eſt qui ſermonem audit, ″ſed ″ſollicitudo ſeculi huius, & ″ſeductio diuitiarum ſuffocat ′ſermonem, & ′infructuoſus fit. Solicitudo. Diuitiæ.

23 Qui verò in terram bonam excepit ſemen: iſte eſt qui ſermonẽ audit & intelligit, ′qui ſcilicet ′fructum fert: & edit alius quidem centena, alius verò ſexagena, alius verò ″tricena.

24 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Aſſimilatum eſt regnũ cælorum homini ″ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo. Parabola zizaniorum.

25 Quum autem dormirent homines, venit eius inimicus, & ſeminauit zizania ″inter triticum: abiítque.

26 Quum verò germinaſſet herba, & fructum tuliſſet, tunc apparuerunt & zizania.

27 Accedẽtes autem ſerui patriſfamiliâs, dixerũt ei, Domine, nónne bonum ſemen ″ſeminaſti in tuo agro? vnde ergo habet zizania?

28 Ille verò dixit eis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igitur abeamus, & colligamus ea?

29 At ille dixit, Non: nequando dum colligitis zizania, eradicetis ſimul cum eis ″triticum.

30 Sinite ″ſimul creſcere vtraque vſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos, ″ad exurẽdum ea: triticum verò cogite in horreũ meũ.

31 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorũ grano ſinapis, quod acceptũ quiſpiam ſeminauit in agro ſuo: Granũ ſinapis.

32 Quod minimum quidem eſt omnium ſeminum: quũ autem excreuerit, maximum eſt ″olerum: & fit arbor, *adeò* vt ″veniant volucres cæli, ″& nidulentur in ramis ipſius.

33 Aliam parabolam ″loquutus eſt eis, *dicens*, Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier ′condidit in farinæ ″ſatis tribus, vſquequo fermentaretur ′tota. Fermenti parabola.

34 Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbã: & ″abſq; parabola nihil loquutus eſt eis: In parabolis quare loquutus Ieſus.

35 Vt cõpleretur quod dictũ fuit per Prophetã dicentẽ, ″Aperiam

22 Sed καὶ Vulgata & Eraſmus, &. Reſpõdet autem particula καὶ Hebræorum literæ ו, quæ interdum etiam ponitur pro אבל, id eſt ſed, vt Geneſ.42.b.10: & vſus etiam erat Euangeliſta in ſuperiore membro particula δὲ: & ita Vetus ipſe interpres conuertit 1.Iohan.2.c.20. Sed de hac enallage ſæpe iam dictum eſt à nobis. Sollicitudo μέριμνα. Sic etiam μεριμνᾶν ſuprà vertimus ſollicitum eſſe. Vulgata & Eraſmus, cura, id eſt φροντίς. Seductio ἀπάτη. Ἀπατᾶν ſignificat extra viam ducere, & facere vt aliquis à via aberret, vt annotauit Eraſmus: ſed Latinum verbum non addidit: id autem eſt ſeducere, eadem prorſus tranſlationis ratione. Vetus interpres, fallacia. Eraſmus, deceptio. Sermonem, τὸν λόγον. Quartũ exẽplar addit τοῦτον hunc. Infructuoſus ἄκαρπος. Vulgata, ſine fructu, impropriè: poteſt enim aliquid ſine fructu eſſe, quod tamen non ſit infructuoſum. Exemplo nobis eſt ſalix, quam Homerus appellat ὠλεσίκαρπον, quaſi frugiperdã dicas: neque tamen propterea infructuoſa eſt. Eraſmus, infrugifer: quod vocabulum non memini legere apud idoneos authores: quaquam frugifer dicatur Lucano lib.1. Quantis frugifero quercus ſublimis in agro.

23 Qui ſcilicet ὃς δή. Miror placuiſſe Eraſmo vt relatiuum referretur ad λόγον, quum appareat Chriſtũ non de vno aliquo homine, ſed de vno hominũ genere loqui, cuius poſtea varias ſpecies enumerat. Nã (vt ait Paulus 1.Cor.12.a.4.) varia ſunt dona. Fructũ fert: καρποφορεῖ. Hoc exprimunt Græci vno verbo, pro quo barbari dicunt Fructificare. Tricena. τριάκοντα. In 5 & 6 exemplari repetitur, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, id eſt qui habet aures ad audiendum, audiat.

24 Seminanti σπείροντι. Vulgata, qui ſeminauit, id eſt σπείραντι, quod etiam ſcriptum erat in exemplaribus 3 & 14, & videtur melius cohærere cum his quæ proximè conſequuntur.

25 Inter ἀνὰ μέσον. Vulgata, in medio. Ad verbum, per medium, Sic Gallicè dicimus *parmi*. Hebræi בתוך.

27 Seminaſti ἔσπειρας. Eraſ. ſeminaueras, id eſt ἐσπάρκεις. Sed frequẽtiſſimè aoriſti pro plus quàm perfectis accipiũtur, vt infrà, 16.a.5.

29 Triticum. τὸν σῖτον. non interpoſita copula. Vulg. & Eraſm. & triticum καὶ τὸν σῖτον, quod in vetuſtis exemplaribus non legitur.

30 Simul creſcere συναυξάνεσθαι. Græcis vnum vocabulum eſt, quaſi dicas Coaugeri. Ad exurendum πρὸς τὸ κατακαῦσαι. Vulgata & Eraſmus, ad comburendum. Vide ſuprà, 3.c.12.

32 Olerum: τῶν λαχάνων. Eraſmus, inter olera. In vetuſtis exemplaribus 1,3,4, additur πάντων omnium, ſicut etiam legit Vetus interpres. Veniant ἐλθεῖν. In Complutenſi editione legitur κατελθεῖν, id eſt deſcendãt. Et nidulentur καὶ κατασκηνοῦν. Vulgata, & habitent. Eraſmus rectè conuertit. Nidos enim ſuprà vocauit κατασκηνώσεις, 8.c.20, quaſi tabernacula vel vmbracula dicas: qua etiã ratione à Græcis diſertioribus καλιαὶ dicuntur, quòd ſint ex bacillis & feſtucis compacti.

33 Loquutus eſt eis, ἐλάλησεν αὐτοῖς. Octauum exemplar addit λέγων dicens, cuius authoritatem ſumus ſequuti. Condidit ἐνέκρυψεν. Vetuſta omnia exemplaria ſcriptum habebant ἔκρυψεν, eodem ſenſu. Vulgata, abſcondit. Eraſmus, abſcõdidit. Ego verò quum τὸ κρύπτειν interpretari ſoleam occultare, hîc malui condendi vocabulo vti. Id enim occultare vel abſcodere dicimur, quod eo conſilio ſeponimus, vt vbi ſit, ab aliis non intelligatur. Satis tribus, σάτα τρία, id eſt epha vnum, ſiue modios quatuor & ſemis. Nam סאה apud Iudæos menſura fuit rerum aridarum, ſeſquimodiũ capiens, quam ter continebat epha. Sed exiſtimo nonnullos intempeſtiuè in hac menſura philoſophari. Tota. ὅλον. Vulgata & Eraſmus, totum. At ego repetendum puto ἄλευρον. 34 Abſque χωρὶς. Vulga. & Eraſmus, ſine ἄνευ.

35 Aperiam in parabolis ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς. Hebræum dicendi genus, pro Loquar parabolas, in quo tamen nonnulli emphaſim eſſe tradunt.

in parabolis os meũ: eructabo occultata″ à iactis fũdamẽtis mũdi.

Exponitur parabola zizaniorum

36 Tunc dimiſſa turba, venit domum Ieſus. & adierunt eum diſcipuli eius, dicentes, ″Ediſſere nobis parabolã zizaniorũ″ agri illius.

37 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis.

38 Ager autem, eſt mundus. Bonum verò ſemẽ, iſti ſunt filii″ regni. Zizania verò, ſunt filii″ illius Mali.

39 Inimicus autem″ qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, cõſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in conſummatione ſeculi huius.

41 Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & *ij* colligent è regno eius omnia ſcandala, & eos″ qui faciunt iniquitatem:

42 Proiiciéntque eos″ in caminum ignis: illic erit fletus, ſtridórque dentium.

43 Tunc iuſti effulgebunt vt ſol, in regno″ Patris ſui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Theſaurus abſcõſus in agro.

44 Rurſum ſimile eſt regnum cælorum theſauro occultato in agro: quem inuentum homo occultauit, &″ præ″ gaudio quod accipit ex eo,″ ſubducit *ſeſe*, & omnia quæ habet, vendit, emítque illũ.

Margarita.

45 Rurſum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti pulchras margaritas.

46 ″Qui inuenta vna″ magni pretii margarita, abiens venundedit omnia quæ ″habebat, & emit eam.

Sagenæ miſſæ in mare parabola exponitur.

47 Rurſum ſimile eſt regnum cælorum ″ſagenæ iactæ in mare, ″& quæ ex omni *rerum* genere cogit:

48 Quam, quũ impleta fuiſſet, ſubduxerũt in litus: & ſedẽtes collegerunt quæ bona ſunt, in vaſa: ″putria verò foras abiecerunt.

Prophetam dicentem, | Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Pſal. 73. a. 3

36 Tũc dimiſſis turbis venit in domũ: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Diſſere nobis parabolam zizaniorum agri.

37 Qui reſpondens, ait illis, Qui ſeminat bonum ſemẽ, eſt Filius hominis.

38 Ager autem, eſt mundus. Bonũ verò ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem, filii ſunt Nequam.

39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus. | Meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. Apoc. 14. c. 15 ioel. 3. c. 13 F

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi.

41 Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcãdala, & eos qui faciunt iniquitatem:

42 Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium.

43 | Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol, in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Sapien. 3. b. 7 dani. 12. b. 3

44 Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.

45 Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.

46 Inuenta autem vna pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

47 Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere congreganti:

48 Quam, quum impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedẽtes, elegerũt bonos in vaſa: malos autẽ foras miſerũt.

A iactis fundamentis ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata & Eraſmus, à conſtitutione. καταβάλλειν ſignificat in inferiorem locum iacere, ſicut fieri ſolet in ædificiorum fundamentis. vnde καταβολὴ fundamentum. Verùm quia hoc loco non res ipſa, ſed tempus rei geſtæ ſignificatur, malui vti verborum ambitu aliquo, quem etiam probat Eraſmus in annotationibus.

36 Ediſſere φράσον, id eſt declara & explica: quo poſteriore vocabulo vtitur hîc Eraſmus, quũ infrà, 15. b. 15, Veterem interpretem ſequi maluerit. Eſt igitur φράζειν hoc loco diuerſum à λέγειν vel λαλεῖν. vnde φράσις Græcis dicitur, qui Latinis ſtylus: permutantur hæc tamen interdum, vt φράζειν & λέγειν idem valeant. Itaque Cicero Theophraſti nomen in Oratore interpretans, eum dicit Diuinitate loquẽdi nomen inueniſſe. Agri illius. τοῦ ἀγροῦ, id eſt quæ in illo agro ſata fuiſſe dixiſti. Eſt enim articuli vis hoc loco ἀναφορική ſuprà, verò 6. c. 28, & 30, aliter accipitur ἀγροῦ, non addito articulo, nempe adiectiui loco.

38 Regni. τῆς βασιλείας. Vide ſuprà, 8. b. 12. Illius Mali. τοῦ πονηροῦ. Vulgata, Nequam. Eraſmus rectè expreſſit articulum, non modò quia de diabolo agitur qui κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ πονηρὸς, ſed etiam vt diſtinguatur caſus.

39 Qui ſeminauit ὁ σπείρας. Eraſmus, qui ſeminat, ὁ σπείρων.

41 Qui faciunt iniquitatem: τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. De hoc dicendi genere vide ſuprà, 7. d. 23.

42 In caminum ignis: εἰς κάμινον πυρὸς id eſt in fornacem ardentem, ex Hebræorum idiomate, vt Pſal. 21. c. 10.

43 Patris ſui. τοῦ πατρὸς αὐτῶν. In 14 exemplari, pro τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ſcriptum erat τῶν οὐρανῶν cælorum.

44 Præ ἀπὸ. In hoc dicendi genere libentius Græci vtuntur præpoſitione ὑπὸ: quanquam ita etiam interdum loquitur Thucydides ille ἀττικώτατος. Gaudio quod accipit ex eo, τῆς χαρᾶς αὐτοῦ, id eſt de eo theſauro reperto. niſi malimus ad ipſum inuentorẽ referre, & vti reciproco. Vulgata ad verbum, gaudio illius: quod quia perobſcurum eſt, circuitione vſi ſumus. Eraſmus, quod habet ſuper eo. Subducit *ſeſe*, ὑπάγει, id eſt clàm diſcedit. Nam ὑπάγειν id videtur declarare hoc loco, & amplius aliquid ſignificare quàm ἀπέρχεσθαι, id eſt abire: quo modo ſæpe ſumus interpretati. 46 Qui inuenta ὃς εὑρὼν. Vulgata, Inuenta autem, id eſt εὑρὼν δὲ: quod ſcriptum inuenimus in duobus vetuſtis codicibus. Magni pretii πολύτιμον. Hoc Græci vno verbo exprimunt. Vulgata & Eraſmus, pretioſa, id eſt τίμιον. Ouidius, Exerces pretioſa odia & conſtantia magno. Habebat, εἶχε. Eraſmus, poſſidebat, id eſt ἐκτᾶτο.

47 Sagenæ σαγήνῃ. Hoc vocabulo vtitur Manilius lib. 5. Eſt autem ſagena, retis genus, à quo vernaculum vocabulum *ſeinne* deductum videri poſſit. Eraſmus, verriculo: quo nomine Valla, neque id rectè admodum (meo iudicio) interpretatur ἀμφίβληστρον, vt ſuprà, 4. c. 19, monuimus ex Ruffi medici deſcriptione lib. 2. quo loco de partibus oculorum agit. Nam tunica oculi quæ Græcis medicis ἀμφιβληστροειδὴς à figura τοῦ ἀμφιβλήστρου appellatur, omnino refert illud retis genus quod noſtri dicunt *vn eſpreuier*: Latini verò (ni fallor) Fundam. Virg. lib. 1. Georg. Atque alius funda latum iam verberat amnem Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina. Quo loco Seruius fundã interpretatur βόλον: Romani quoque Iaculũ: atque adeò noſtri piſcatores quod ſuperius diximus appellari *l'eſpreuier*, id eſt ἀμφίβληστρον, vocitant *vn Iet*, vtraque lingua vim & Etymon Græci vocabuli retinente. Fundam verò dictam volunt eo loco Grammatici, quòd déſuper in amnem fundatur, & mox cum præda in ſublime referatur: quo modo etiam Gallico ſermone dicimus, *l'Eſpreuier fond d'en hault*, (nimirum de aue loquentes) quum toto impetu è ſublimi deorſum fertur, & corruere in prædam videtur: vnde appellationem quoque lingua noſtra vernacula habuit genus illud retis quod ἀμφίβληστρον Græci dicunt. Ceterùm in ſuperioribus Virgilii verſiculis Humida lina, omnes interpretantur Verriculũ, id eſt (vt nonnulli volunt) πανάγραν. Quæ quidem eo lubentius hoc loco annotauimus, quòd pleroſque huiuſmodi vocabulorũ proprietates magnopere obſeruandas, parum intellexiſſe videam. Et quæ ex omni *rerum* genere cogit: καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ, id eſt quæ colligit res varias. Neque enim hoc de piſcibus tantùm intelligo, etſi aliter ſentire videtur Eraſmus: quum vocabulum σαπρὰ viuis piſcibus parum conueniat: neque ſi ita eſſet, videatur Euangeliſta vſurpaturus fuiſſe neutrum genus.

48 Putria verò τὰ δὲ σαπρὰ, id eſt qualia multa è maris fundo vnà cum piſcibus eruuntur, veluti muſcus, alga, & cætera eiuſmodi. Vulgata, malos autem: referens ad piſces. Eraſmus, quæ verò mala.

G Sic erit in conſummatione ſeculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum: 49

Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. 50

Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine. 51

Ait illis, Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. 52

Et factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit inde. 53

Marc.6.a.1 luc.4.c16 ‖Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſapiētia hæc & virtutes? 54

Iohan.6.e.42 Nónne hic eſt fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria: & ‖ fratres eius, Iacôbus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas? 55

Et ſorores eius, nónne omnes apud nos ſunt? vnde ergo huic omnia iſta? 56

Marc.6.a.4 luc.4.d.24 iohan.4.f.44 Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis, ‖Non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua & in domo ſua. 57

Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. 58

Cap. XIIII.

Marc.6.b.14 luc.9.a.7 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu: 1

Et ait pueris ſuis, Hic eſt Iohannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. 2

Marc.6.c.17 luc.3.d.19 ‖Herodes enim tenuit Iohānem, & alligauit eū: & poſuit ī carcerē ꝑpter Herodiadē vxorē Philippi fratris ſui. 3

Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere eam. 4

Infrà 21.e.26 Et volens illū occidere, timuit populum: ‖quia ſicut Prophetam eum habebant. 5

Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. 6

Vnde cū iuramēto pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab eo. 7

At illa præmonita à matre ſua, Da 8

49 Ita erit in conſummatione ſeculi: "exibunt Angeli, & "ſeparabūt malos de medio iuſtorum:

50 Proiiciéntque eos in caminum ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium.

51 Dicit eis Ieſus, Intellexiſtis hæc omnia? Dicūt ei, Etiā Domine.

52 Ipſe verò dixit eis, Propterea omnis Scriba "doctus "in regno cælorum, ſimilis eſt cuipiam patri familiâs, qui effert è theſauro ſuo noua & vetera. — Doctus in regno cælorum.

53 Et factum eſt, quum finiſſet Ieſus "parabolas iſtas, "ſoluit illinc. — Chriſtus nō ſuſcipitur à Nazaræis.

54 Et quum veniſſet in patriam ſuam, docuit eos in ſynagoga eorum, "*adeò* vt ipſi percellerentur, ac dicerent, Vnde huic "ſapientia iſta & virtutes?

55 Nónne iſte eſt ille fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacobus, & Ioſes, & Simon, & Iudas?

56 Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? vnde igitur iſti hæc omnia?

57 Et offendebantur "in eo. Ieſus autem dixit eis, Non eſt Propheta "inhonoratus, niſi in patria ſua & domo ſua.

58 Et nō "fecit illic virtutes multas propter incredulitatem illorū.

Cap. XIIII.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam *de* Ieſu. — Herodis iudiciū de Ieſu.

2 Et dixit "pueris ſuis, "Iſte eſt Iohannes ille "Babptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & propterea virtutes "agunt in eo.

3 Nam Herodes prehēderat Iohannē, & vinxerat eū: poſuerátq; in cuſtodia propter Herodiadem vxorem "Philippi fratris ſui. — Iohannes quare vinctus.

4 Dicebat enim ei Iohannes, Non licet tibi habere eam.

5 Et quum vellet eum occidere, "timebat "turbam: "nam eum vt Prophetam habebant.

6 "Quum autem agerentur natalitia Herodis, ſaltauit filia Herodiadis "in medio: & placuit Herodi.

7 Vnde cum iureiurando "ſpopōdit *ſe* daturū ei quicquid "petiiſſet.

8 Illa verò "producta à matre ſua, Da mihi (inquit) hîc in patina

49 Exibunt ἐξελεύσονται exibunt, ſcilicet miſſi à Domino. Eraſmus, venient, id eſt ἥξουσι. Separabunt ἀφοριοῦσι. Eraſmus, ſegregabunt. quo verbo etiam Vetus interpres vtitur. Ego verò illud potius ſum amplexus, quia Græcum vocabulum eam demum ſegregationem declarat, quæ certo ſcopo deſtinata eſt: vt hoc loco dicantur impii ἀφορίζεσθαι, morti ſcilicet ſecundæ. Hoc autem videtur Latino vocabulo Separari vtcunque exprimi, cuius ea vis eſſe videtur vt ſignificet ſepoſitum aliquid ad certum finem comparare.

52 Doctus μαθητευθεὶς. Participiū, non nomen, à verbo μαθητεύειν, id eſt διδάσκειν, quo vtitur infrà 28.d.19. quod tamen etiam neutra ſignificatione accipitur pro Diſcipulum eſſe, vt infrà 27.g.57. In regno εἰς βασιλείαν. Eraſmus, ad regnum. Ego malo εἰς pro ἐν poſitum eſſe: quæ permutatio etiam apud idoneos authores locū habet. Sic enim Sophocles in Aiace, ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμοις μένειν, pro ἐν δόμοις. Regnum autem cælorum vocat, vel Eccleſiam in qua regnat Deus, vel doctrinam ipſam quæ in Eccleſia regnat, per metonymiam.

53 Parabolas παραβολάς. Eraſmus, ſermones, id eſt λόγους. Soluit μετῆρεν. Vulgata, tranſiit. Ad verbū, tranſtulit, ſubaudito reciproco. ſed pro ſimplici αἴρειν accipitur: diciturque propriè non de itinere terreſtri, ſed de nauigatione. Apparet autem ex Lucæ 8.c.22, Ieſum poſt hunc habitum ſermonem conſcendiſſe nauim, neque ſtatim in patriam veniſſe. Itaque perinde conuertimus acſi ſcriptum eſſet ἔλυσεν.

54 Adeo vt ipſi percellerentur, ὥστε ἐκπλήττεσθαι. Vide ſupra 7.d.28. Sapientia ἡ σοφία. Secundum exemplar legit πᾶσα ἡ σοφία, omnis ſapientia. 57 In eo. ἐν αὐτῷ. Vide ſuprà 11.a.6. Inhonoratus, ἄτιμος. Nonnulli, inglorius, id eſt ἄδοξος. Vulgata, ſine honore. Eraſmus, expers honoris. 58 Fecit ἐποίησεν. Eraſmus, edidit, ἀπέδειξεν. Vide ſuprà 7.c.22.

IN CAPVT XIIII.

2 Pueris παισίν, id eſt ſeruis, vel famulis, vt Eraſmus conuertit. Nam de huius poſteritate nihil traditur. Iſte ἐστί. In ſecundo codice ſcriptum erat, μήτι ἐστί; id eſt nunquid iſte? Baptiſta: ὁ βαπτιστής. Veteres duo codices additum habebant, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, id eſt quem ego decollaui. Agunt ἐνεργοῦσιν. Vide Marci 6.b.14.

3 Philippi φιλίππου. Deerat hoc nomen in vno vetere exemplari: neque etiam adſcribitur in plurimis vetuſtis codicibus Luc.3.d.19. Sed ſcriptum reperimus ſummo omnium exemplarium conſenſu Marc.6.c.17. Ioſephus verò non Philippi vxorem fuiſſe tradit, ſed Herodis ſecundi, qui ~~pater~~ fuit ὁμοπάτερος huius Herodis cognomento Antipæ. fra= ter

5 Timebat ἐφοβήθη. In duobus vetuſtis codicibus ſcriptum erat ἐφοβεῖτο, quod ſum ſequutus. Turbam: ὄχλον. Eam turbā intelligit quæ Iohannem aſſectabatur. Eraſmus, multitudinē, id eſt τὸ πλῆθος. Vulg. populū, id eſt τὸν δῆμον vel λαόν. Nam ὅτι, vel quia. Eraſ. propterea quòd, id eſt διότι. 6 Quum autē agerentur natalitia γενεσίων δὲ ἀγομένων. Sic Valla rectè cōuertit. Vulgata, die autē natalis. Eraſmus, quum autē celebraretur natalis. In medio ἐν τῷ μέσῳ, id eſt palàm & ſpectātibus omnibus, ſicut etiā Latini Ponere in medio, & Proferre in medium dicunt. 7 Spopondit ὡμολόγησεν. Propriè vſurpatur in mutua ſtipulatione hoc verbū, ſignificátque factā ſtipulationē reſponſo ſuo ratam habere: vt quū vnus quærit, Spondes? alter reſpōdet, Spondeo. poſterior iſte dicitur ὁμολογεῖν, id eſt aſſentiri, & confeſſione ſua ſeſe ad id præſtandum obligare. Vnde factum vt pro ὑπισχνεῖσθαι generaliter accipiatur, ſicut etiam apud Latinos ſpondere vſurpari cœpit. Sed quorſum hoc? nempe vt intelligatur qua ratione ὁμολογεῖν toties verterimus confiteri, hîc verò ſpondere. Petiiſſet. αἰτήσηται. Vulgata addit, ab eo. 8 Producta προβιβασθεῖσα, id eſt inducta prius & perſuaſa. Plinius lib.9.cap.5, Nulla ſponſione ad hoc productus. Id autem verbum omnino Græco reſpondet: neque me deterret ipſius homonymia, quum Græci vocabuli προβιβάζεσθαι non minus ſit varia ſignificatio. Vulgata, præmonita. Eraſmus, prius inſtructa.

caput Iohannis Baptiſtæ.

9 Et″triſtis factus eſt Rex:″ſed propter iuſiurandum, & eos qui ſimul accumbebant, iuſſit dari.

Caput amputatur Iohanni Baptiſtæ.

10 ′Et miſſo *carnifice*″decollauit Iohannem in cuſtodia.

11 Et allatum eſt caput eius in patina, datúmque eſt puellæ: & *ipſa* obtulit matri ſuæ.

Sepelitur Iohánes.

12 Tunc acceſſerunt diſcipuli eius, & ſuſtulerunt″corpus, ídque ſepelierunt: & euntes renuntiauerunt Ieſu.

Ieſus in deſertis

13 Quum autem *hoc* audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc in nauigio in deſertum locum″priuatim: & quum audiſſet turba, ſequuta eſt eum pedibus ab vrbibus.

14 Et egreſſus Ieſus, vidit multam turbam: & miſericordia commotus eſt erga eos, ſanauítque″ex ipſis, qui erant inualidi.

15 Quum autem ſerum diei eſſet, adierunt eum diſcipuli ipſius, dicentes, Deſertus eſt locus, & tempus iam præteriit: dimitte turbã vt abeat in vicos, & emant ſibi eſcas.

16 Ieſus autem dixit eis, ′Non habent neceſſe abire: date eis vos quo veſcantur.

17 ″Ipſi verò dicunt ei, Non habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces.

18 Ipſe autem dixit, Afferte mihi eos huc.

Quinque panibus & duobus piſcibus ſaturãtur 5000. Gratiarũ actio.

19 Et iuſſa turba diſcumbere ſuper″herbas,″& acceptis″quinque illis panibus ac duobus piſcibus, ″ſuſpiciens in cælum, ′benedixit: & quum fregiſſet, dedit diſcipulis panes: diſcipuli verò turbæ.

20 Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. ſuſtulerúntque ′quod ſuperfuerat″fragmentorum, duodecim ′cophinos plenos.

21 ″Qui autem ederant, fuere viri″quaſi quinquies mille, ″abſque mulieribus″ac puerulis.

22 Et ſtatim″coegit Ieſus diſcipulos ſuos″inſcendere in nauigium, &″præire ſibi in ripam vlteriorem, ″dum dimitteret turbam.

mihi, inquit, hîc in diſco caput Iohãnis Baptiſtæ.

Et contriſtatus eſt Rex: propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari.

Miſitque, & decollauit Iohannem in carcere.

Et allatum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ, & illa attulit matri ſuæ.

Et accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus, & ſepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Ieſu. B

¶Quod cũ audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula, in locum deſertum ſeorſum: & quum audiſſet turbæ, ſequutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.

Mar.6.d.32
luc.9.b.10

Et exiens, vidit turbam multam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum.

¶Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.

Marc.6.e.35
luc.9.b.12
iohan.6.a.5

Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare.

Reſponderunt ei, Nõ habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces.

Qui ait eis, Afferte mihi illos huc.

Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit: & fregit, & dedit diſcipulis panes: diſcipuli autem turbis. C

Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. & tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorũ plenos.

Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

Et ſtatim cõpulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eũ trãs fretũ, donec dimitteret turbas.

9 Triſtis factus eſt ἐλυπήθη. Eraſmus, indoluit, id eſt ἐπήχθετο. fortaſſe quia nõ placebat cõtriſtandi verbũ, quo vſus eſt Vetus interpres, quod licet aſperum ſit, apud idoneos tamen authores inuenitur. Mihi nulla fuiſſet religio vertere, Cõtriſtatus eſt: in eius tamen locum ſubieci quod paulo mitius viſum eſt. Sed δέ. Vulgata, autem. Sed particula δὲ eſt hoc loco diſcretiua. Eraſmus, attamen, id eſt μέντοι.

10 Et miſſo *carnifice* καὶ πέμψας. Vide ſuprà 2.c.16. Addidit Marcus accuſatiuũ quem ſuppleuimus. Eraſmus, miſſis carnificibus. Decollauit ἀπεκεφάλισε. Eraſmus, amputauit caput, id eſt ἀπέταμε τὴν κεφαλήν.

12 Corpus, σῶμα. Octauum exemplar legit πτῶμα, id eſt cadauer. ſicut etiam loquitur Marcus, 6.d.29. Præterea in quibuſdam codicibus additur relatiuum αὐτό. 13 Priuatim: κατ' ἰδίαν Vulgata & Eraſmus, ſeorſim, id eſt χωρίς.

14 Ex ipſis qui erant inualidi. τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν, id eſt ægroti. Nam illo verbo ita etiam vtuntur Liuius & Plinius. Vulgata, languidos eorum, id eſt παρέτοις Eraſmus, ex illis, qui malè valebant.

16 Non habent neceſſe οὐ χρείαν ἔχουσιν. Alibi conuertimus χρείαν ἔχειν, opus habere, opus eſſe, & indigere. ſed neceſſe fuit interdum variæ conſtructionis habere rationem. Eraſmus, non eſt illis neceſſe, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀναγκαῖον.

17 Ipſi verò dicunt ei, οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. Vulgata, reſponderunt ei, ἀπέκριναν αὐτῷ.

19 Herbas, χόρτους, vel gramina. Vulgata, fœnum, quod (vt ego quidem exiſtimo) nonniſi de herbis reſectis dicitur. In qua etiam ſignificatione accipi videtur 1.Corinth.3.c.12. Et acceptis καὶ λαβών. Particula καὶ non erat in vetuſtis codicibus, neque reperitur in Vulgata verſione. Quinque illis panibus ac duobus illis piſ. τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας. Vulgata & Eraſmus articulũ negligunt, qui tamen prætermitti non debuit. Suſpiciens ἀναβλέψας. Aoriſtus pro præſenti ἀναβλέπων. Significatur enim precantis geſtus. Cæterùm τὸ ἀναβλέπειν alibi interpretati ſumus viſum recipere. Sed hoc loco ἀνὰ idem valet quod ἄνω ſurſum. Vulgata, aſpiciens, id eſt βλέπων. Eraſmus, ſublatis oculis, id eſt ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς, vt infrà loquitur Matthæus 17.b.8 Benedixit: εὐλόγησε, id eſt bene precatus eſt, & gratias egit Deo Patri: quod annotaui, nequis rudior benedictionis appellatione intelligat crucis ſignum in aerem ſparſum, aut conſecrationem magicam.

20 Quod ſuperfuerat τὸ περισσεῦον. Hoc eſt omnino quod vernaculo ſermone dicimus, *Le pardeſſus*. Vulgata, reliquias, id eſt λείψανα. Fragmentorum, τῶν κλασμάτων. Vetus interpres poſt περισσεῦον diſtinguit, & hæc connectit cum πλήρεις, molliore certè iunctura. Vertit enim, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Eraſmus poſt τῶν κλασμάτων diſtinguit: ſicut & plerique codices, & interpretatur de fragmentis, id eſt ἀπὸ κλασμάτων. quum nuſquam legatur addita præpoſitio. Quinetiam ſequenti capite 15.d.37, quod hoc loco vſurpauit, ipſe repudiat. Cophinos κοφίνους. In hac hiſtoria etiam apud cæteros Euangeliſtas fit mentio κοφίνων, quod non obſeruauit Eraſmus, qui tradit Lucam nõ cophinos, ſed σπυρίδας, id eſt ſportulas vocare: quum σπυρίδων mentio fiat à Matthæo & Marco duntaxat, idque in altero miraculo quod proximo capite commemoratur, & Marci 8.b.19. Eſt autem Cophinus, menſuræ genus vtraſque res metiens, nimirum & aridas & liquidas Iulio Polluce teſte. Et quod ad liquidas quidem attinet, idem tradit tres choas, id eſt (vt Latini loquuntur) congios tres cepiſſe. Rerum autem aridarum quàm capax fuerit, non memini legere.

21 Qui autẽ ederant, fuere οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν Vulg. Manducantiũ autẽ fuit numerus, id eſt τῶν δὲ ἐσθιόντων ἀριθμὸς ἦν. Quaſi ὡσεὶ, id eſt ferè. Sic enim vſurpatur etiam à Cicerone & Terentio. Vetus interpres nõ legit, aut certè prætermiſit. Eraſmus, fermè, id eſt σχεδόν. Vide Marc. 5.b.13. Abſque χωρίς. Vulgata, exceptis. Eraſmus, præter, id eſt πλήν. Et puerulis. καὶ παιδίων. Eraſmus in annotationibus legit παίδων, & pueros interpretatur. 22 Coegit ἠνάγκασεν. Vulgata & Eraſmus, compulit. Nam probabile eſt Euangeliſtam hoc vocabulum vſurpaſſe, vt oſtenderet diſcipulos inuitos à Domini latere diſceſſiſſe. Inſcendere ἐμβῆναι, vel ingredi. Eraſmus, vt conſcenderent, id eſt ἀναβαίνειν. Præire ſibi προάγειν αὐτόν. Vulgata & Eraſ. præcedendi verbo vtuntur. Vide ſuprà, 2.b.9. In quibuſdam codicibus deeſt αὐτόν. Rurſus in aliis legitur προσάγειν, ſed mendoſè. Dum, ἕως οὗ. Vulgata & Eraſmus, donec, non minus impropriè quàm ſi ego (ita vt ſo-

leo) hîc quoque conuertiſſem Vſquequo. Neque enim hîc declaratur finis temporis alicuius, ſed medium potius interuallum, quemadmodum apud Hebræos עד pro עוד vſurpatur. Sicut ſupra 5.d.25, poſitum eſt ἕως ὅτου, & ab vtroque interprete rectè conuerſum. Item Iohan.12.e.35, vbi iterum perperam verterunt Donec.

Marc.6.f.46
Iohan.6.b.16

23 Et dimiſſa turba, aſcendit in montē ſolus orare. ‖ veſpere autem facto ſolus erat ibi.

24 Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

25 Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare.

26 Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt. & præ timore clamauerunt.

D

27 Statimque Ieſus loquutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.

28 Reſpondens autem Petrus dixit, Domine ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquam.

29 At ipſe ait, Veni. Et deſcendēs Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Ieſum.

30 Videns verò ventū validum, timuit: & quum cœpiſſet mergi, clamauit, dicens, Domine, ſaluum me fac.

31 Et continuò Ieſus extendens manū apprehendit eum: & ait illi, Modicę fidei, quare dubitaſti?

32 Et quum aſcendiſſent in nauiculam, ceſſauit ventus.

33 Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes, Verè filius Dei es.

Marc.6.g.54

34 ‖Et quum tranſfretaſſent, venerunt in terram Geneſar.

35 Et quum cognouiſſēt eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionē illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes,

36 Et rogabant eum vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent: & quicūque tetigerunt, ſalui facti ſunt. Cap. XV.

Marc.7.a.1

1 T‖Vnc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes,

2 Quare diſcipuli tui tranſgrediūtur traditionem ſeniorum? non enim lauant manus ſuas quū panē māducāt.

3 Ipſe autē reſpondens, ait illis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?

Exod.20.b.12, & 21.c.17
deut.5.b.16
epheſ.6.a.2
Exod.21.c.17
leuit.20.b.9
prouerb.20.c.20

4 Nam Deus dixit, ‖Honora patrem & matrem. Et, ‖Qui maledixerit patri

Orat in monte Chriſtus.

23 Dimiſſa igitur turba, aſcendit in montē priuatim, adorandum. quum autem ſerum diei eſſet, ſolus erat illic.

Apoſtoli iactati fluctibus.

24 Nauigium verò iam in medio maris erat, vexatum à fluctibus: nam ventus erat contrarius.

25 Quarta autē noctis ʹvigilia abiit ad eos Ieſus, ābulās ſuper mare.

26 Et eo viſo ſuper mare ambulante, diſcipuli turbati ſunt, dicētes, Spectrum eſt, & præ metu clamarunt.

Fides.

27 Sed ſtatī loquutꝰ eſt eis Ieſus, dicēs, Cōfidite: ego ſū, ne ʹtimeatis.

28 Reſpondens autem ei Petrus dixit, Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas.

29 Ipſe verò dixit, Veni. Et quum deſcendiſſet è nauigio Petrus, ambulauit ſuper aquas ʹvt veniret ad Ieſum.

Petrus infidelis periclitatur in mari.

30 ʹVidens autem ventum validum, timuit: & quum cœpiſſet demergi, clamauit dicens, Domine, ſerua me.

31 Statim verò Ieſus, extenta manu, apprehēdit eum, dicítque ei, O parum fidelis, ʺquid ʺdubitaſti?

32 Et quum ipſi eſſent ingreſſi nauigium, quieuit ventus.

33 Qui autem erant in nauigio, venientes adorauerunt eum, dicentes, Verè Dei filius es.

34 Et quum traieciſſent, venerunt in terram ʺGennezaret.

35 Et quum agnouiſſent eum viri loci illius, ʹmiſerunt in totam ʺcircūiacentē regionē illā: & obtulerūt illi omnes male ʺaffectos.

Fimbria veſtimenti.

36 Et precabantur eum ʹvt ſolùm tangeret fimbriam ʺpallii ipſius: & quotquot tetigerunt, ʺſeruati ſunt.

Cap. XV.

Quòd manus nō lauent, reprehenduntur Apoſtoli

1 TVnc accedunt ad Ieſum ʺHieroſolymitani quidam Scribæ & Phariſæi, dicentes,

2 Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ʺSeniorum? nō enim lauant manus ſuas quum ʺedunt panem.

Mandata & doctrinæ hominū.

3 At ille reſpondens, dixit eis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei ʺper traditionem veſtram?

4 Nam Deus mandauit dicens, ʺHonora patrem & matrē. Et, Qui

25 Vigilia φυλακῇ. Propriè cuſtodia. Nemo autem (opinor) ignorat veteres in quatuor vigilias diuiſiſſe noctes, quibus ſcilicet excubiæ agebantur, quas eadem ratione Græci φυλακὰς vocant.

27 Timeatis. φοβεῖσθε. Eraſmus, terreamini. Et paulo pòſt ἐφοβήθη territus eſt: quum tamen non ſit paſſiuæ ſignificationis.

29 Vt veniret ἐλθεῖν. Subauditur ὥστε. Eraſmus, vt iret, id eſt ἰέναι. 30 Videns βλέπων, id eſt animaduertēs: tranſlatione à corpore ad animum. 31 Quid εἰς τί, vel quorſum. Ad verbum, ad quid: quod vernaculo ſermone dicimus, *A quoy faire*. Vulgata, quare, id eſt διὰ τί. Eraſmus, cur. Cic. Attico, Ad quid laboramus res Romanas? Quem locum ſuſpicor corruptum. Dubitaſti? ἐδίστασας; Sicut Latinè dubius dicitur qui ex duabus viis non ſatis nouit vtram ſequatur: ſic à Græcis dicuntur διστάζειν, quorum animus nunc huc, nunc illuc rapitur. Itaque mihi non diſplicuit hoc loco Vetus interpres, quum alioqui dubitandi vocabulum etiam reſpondeat τῷ ἀμφιβάλλειν.

34 Genneſaret. Γεννησαρέτ. In primo & ſecundo exemplari legebatur γεννησαρὰ Genneſara. In tertio γεννησαρὲθ Gēneſareth. Vulgata legit γεννησὰρ Geneſar: & Ioſue 11.a.2, pro eo quod Hebræi habent כנרות, Chaldæus paraphraſtes habet גנוסר. Eraſmus autem γεννησαρὲθ Geneſareth.

35 Miſerunt ἀπέστειλαν. Eraſmus, miſerant nuntios, vt plena eſſet conſtructio. Sed illam eclipſin idonei authores imitantur: vt Terentius Eunucho, Miſit porrò orare vt ad ſe veniam. Et Cicero ad Atticum, Itaque obuiam illi miſimus Athenas. Circuniacentem regionē περίχωρον. Vulgata, regionem, id eſt χώραν. Eraſmus, vndique finitimam regionem, id eſt πάντοθεν ὅμορον. Affectos. ἔχοντας. Eraſmus ſequutus Vulgatam, habentes: quod tamen rectè idem mutauit ſuprà 4.d.24.

36 Vt ſolùm ἵνα μόνον. Vulgata, vt vel, ἵνα κἂν, quod non legitur hoc loco, ſed Marc.6.g.56. Pallii ἱματίου, id eſt ſummæ veſtis: id quod ad emphaſin facit, vt rectè notat Eraſmus. Vulgata, veſtimenti. Seruati ſunt. διεσώθησαν, pro ἐσώθησαν. Vulg. & Eraſ. ſalui facti ſunt.

IN CAPVT XV.

1 Hieroſolymitani quidam ſcribæ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς. Eraſmus, qui ab Hieroſolymis *uenerant* Scribæ. Sed articulus οἱ (vt ego quidem exiſtimo) potius pertinet ad γραμματεῖς, quàm ad participium aliquod ſubauditum. Eum autem expreſſi per ſyncategorema particulare, perinde acſi ſcriptum ſit τινὲς, ſicut legitur apud Marcum cap.7.a.1. Nam (vt ait Magentinus in Ariſtotelem de interpretatione) articulus ſingularis idem pollet quod vniuerſalis determinatio, quam vocant: pluralis non item.

2 Seniorum? πρεσβυτέρων; id eſt maiorum, vt Eraſmus rectè interpretatus eſt, Marc.7.a.3. Aut certè hoc nomine intelligit eos ex doctorū ordine qui maximi erant natu, & maximæ authoritatis, quos ſolebant vocare patres, vt infrà dicemus 23.a.9. Neque enim hoc loco Seniorum appellatione puto intelligi Senatores, de quibus alibi diximus. Edunt panem. ἄρτον ἐσθίωσιν. id eſt cibum capiunt, ex Hebræorum idiotiſmo qui paſſim occurrit. 3 Per traditionem διὰ τὴν παράδοσιν, id eſt traditione. Eraſmus, propter. Et certè hac ſignificatione plerunque hæc præpoſitio ſecundo caſui iungitur: hîc tamen potius ſignificari videtur cauſa per quam aliquid fit. Traditionis autem vocabulum doctrinam Phariſæorum declarat, quæ ore tradebatur. Inſtitutum Latinè dicas, aut conſtitutionem, vt cenſet Eraſmus, qui etiam ita interpretatur Marci 7.a.4. Eiuſdem autem capitis verſiculo quinto, ritum traditum exponit: nono verò & decimo, conſtitutionem. Ego verò retinui vocabulum quod Græco reſpondet, & à Gellio etiam vſurpatur lib.3.cap.21. 4 Honora τίμα. Honoris appellatione intelligitur omne genus officii, aut potius pietatis filiorum erga parentes, ſicut rectè & piè annotauit Eraſmus.

maledixerit patri aut matri,ʹmorte moriatur.

Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, ʹDono 5
quodcunque à me *erit*, iuuaberis:ʺetiamſi nequaquam honorauerit patrem ſuum aut matrem ſuam, *inſons erit*.

Etʹirritum feciſtis mandatum Dei per traditionem veſtram. 6

Hypocritæ,ʹbene de vobisʺprophetauit Eſaias, dicens, 7

ʺAppropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat: 8
corʺautem eorum procul abeſt à me.

ʹFruſtra verò me colunt, docẽtes doctrinas, ʹ*quæ ſunt* mandata hominum. 9

Et aduocata turba, dixit eis, Audite & intelligite. 10

ʺNon quod ingreditur in os,ʹpolluit hominem: ſed quod egreditur ex ore, ʹhoc polluit hominem. 11

Tũc accedentes diſcipuli eius, dixerũt ei, Scis quòd Phariſæi audito ſermone iſto offenſi fuerunt? 12

Scandalum.

Ipſe verò reſpondens, dixit, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus ille cæleſtis, eradicabitur. 13

Plantatio quæ eradicatur.

Sinite eos: duces ſunt cæci cæcorum. porrò ſi cæcusʹcæco præierit, ambo inʺfoueam cadent. 14

Cæci cæcos ducentes.

Reſpõdens autẽ Petrus, dixit ei, Ediſſere nobis parabolã iſtam. 15

Ieſus autem dixit, Adhuc & vosʹſine intelligentia eſtis? 16

vel matri, morte moriatur.

Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit.

Et non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias, dicens,

‖Popul⁹ hic labiis me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. Eſa.29.d.13

Sine cauſa autẽ colũt me, docentes doctrinas, mandata hominum. B

‖Et cõuocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligite Marc.7.c.17

Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei, Scis quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt?

At ille reſpondens, ait, ‖Omnis plãtatio quam non plantauit Pater me⁹ cæleſtis, eradicabitur. Iohan.15.a.8

Sinite illos: ‖cæci ſunt duces cæcorum. cæcus autem ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueam cadunt. Luc.6.f.39

‖Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam. Marc.7.b.17

At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?

Morte moriatur. θανάτῳ τελευτάτω. Vide Marcum, cap.7.b.10.

5 Dono quodcũque à me *erit*, iuuaberis: δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς. Vulgata, Munus quodcunque *eſt* ex me, tibi proderit. Eraſmus, Quicquid doni à me *profecturum erat*, id in tuũ vertitur commodum. Idem autem apud Marcum, Donum quodcũque ex me, in tuum cedet commodum. Itaque Vetus interpres cum poſteriore noſtra interpretatione omnino conſentit. Tantùm in eo differimus, quòd verbum ὠφεληθῇς quum paſſiuum ſit, altero Latino paſſiuo ſum interpretatus, ideóque δῶρον quod quarto caſu ponitur apud Græcos, conſtructione Atticis familiari, verti per ſextum caſum, dono. Senſus autem hic eſt, Quicquid templo donauero, cedet in rem tuam. perinde enim eſt acſi tibi dedero: quia (vt noſtri Phariſæi loquuntur) tibi meritorium erit. Nam hac ſpecie religionis illi ad ſe transferebant omnia: quaſi qui templo donaſſet, filii officium impleuiſſet. Eraſmi autem interpretationẽ non ſequor multas ob cauſas. Primùm quia nimiũ procul recedit à Græcis: deinde quia nouum verbum adſciſcit, idque per præteritum imperfectum explicat, nulla coactus neceſſitate. Quinetiam coniunctiuum interpretatur per præſens indicatiui, quũ potius per futurum vertendũ ſit, niſi propriam ſignificationem ſeruare malis. Poſtremò videtur illud δῶρον poſt articulum collocare, perinde acſi ſcriptum eſſet ὃ ἐὰν δῶρον ἐξ ἐμοῦ. Quod autem in annotationibus dicit ſibi videri potius legendum eſſe ὠφεληθῇ, vt ſit iuuaris (ſunt enim hæc ipſius verba) planè non intelligo. Ergo Veteris interpretis potius ſententiam ſequor. ſupplet enim duntaxat verbum ſubſtantiuum eclipſi omnibus linguis familiari. Quid ſi autem ita vertas? Donum *eſt* quo à me iuuari poſſis, vt ſit hic ſenſus: Donum, id eſt id quod templo Domini largior (quod Corban vocat Marcus, 7.b.11,) illud demum eſt quo à me iuuari potes. neque enim meliore ratione te iuuare poſſim, quàm ſi in templum Dei fuero liberalis. Vel, donum eſt & templo cõſecratum id omne quo à me potueras iuuari: id eſt, illud omne quo poteras à me iuuari, conſecraui templo. quam poſtremam interpretationem affert Theophylactus. Vtranuis autem ſequaris, coniungenda erit particula ἐὰν potentialis cum verbo ὠφεληθῇς. neque vllius ſignificationem detorſeris.

Etiamſi nequaquã honorauerit καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ. Vulgata, & nõ honorificabit. Eraſmus, & nõ honorabit. Ego verò exiſtimo καὶ pro κἂν poſitum: cuius enallages aliud exemplum habes ſuprà, 5.c.19. Quòd autem idem admonet, ſi per tertiam perſonam interpreteris, ita vt fecit, legendum eſſe τιμήσῃς, id mihi quidem non facilè perſuaſerit. Solet enim præcedente οὐ μὴ ſubiunctiuus pro futuro indicatiui etiam apud idoneos authores vſurpari. τιμήσῃ verò (nã ita legitur in omnibus vetuſtis codicibus & pleriſque etiã impreſſis) non eſt ſecunda perſona futuri à verbo τιμᾶσθαι, ſicut ille videtur exiſtimaſſe, quũ ſit eius verbi prorſus diuerſa ſignificatio, ſed tertia potius aoriſti prioris coniunctiui à verbo τιμῶ, quam diximus pro futuro indicatiui ſolere vſurpari. Sed (vt mihi quidem videtur) planior erit ſententia ſi coniunctiui ſignificatione ſeruata, hoc membrum tanquam altera pars traditionis, cum ſuperiore coniungatur, & hîc demum expleatur conſtructio, ſicut fecimus. Suppleuimus autem quod viſum eſt accommodatiſſimum, nempe *inſons erit*, id eſt ἀναίτιος ἔσται. Sic enim ſcriptum eſt ſuprà, 12.a.5. & reſpondet Hebræorum formulæ ינקה, cuius exempla paſſim occurrunt, vt Gen.24.a.8, & Exod.21.d.19. cui opponitur ὀφείλει & ἔνοχός ἐστι.

6 Irritum feciſtis ἠκυρώσατε. Deriuatur hoc verbum à κῦρος, quo plena authoritas ac imperium declaratur. Itaque ἀκυροῦν propriè ſignificat omni imperio & authoritate ſpoliare. Apparet igitur eos qui Dei verbo quicquam detrahunt aut adiungunt, quocunque obtentu id faciant, tamen non minus eſſe nocentes, quàm ſi Deum ipſum conarentur è ſuo ſolio detrahere: quod vt melius intelligeretur, placuit indicare huius verbi etymon. 7 Bene καλῶς. Eraſmus, rectè, id eſt ὀρθῶς. Prophetauit προεφήτευσε. Eraſmus, prædixit. Alii, vaticinatus eſt, ſicut etiam Eraſmus vertit Marc.7.a.6. Ego neque volui, neque (vt opinor) debui vocabulum tam familiare Chriſtianorum auribus immutare. Quòd ſi mihi nouitas placeret (vt quibuſdam, qui vtinam verbis tenus Scripturam profanarent) mallem vti prædicendi verbo, quod Græco vocabulo prorſus reſpondet. Nam vaticinari opponitur potius τῷ μαντεύεσθαι.

8 Appropinquat ἐγγίζει. Apparet Veterem interpretẽ legiſſe ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ. populus iſte labiis me honorat. Eraſmus autem exiſtimat ſtudioſum aliquem ſuppleuiſſe cætera ex editione Græcorum. Sed tamen magno conſenſu omnia vetuſta exemplaria cum noſtris Græcis conſentiebant. 9 Fruſtra μάτην. Vulgata, ſine cauſa, ἀναιτίως. *Quæ ſunt* mandata ἐντάλματα. Hæc dicuntur per appoſitionem, vt rectè obſeruat Eraſmus. Simile exemplum habes Rom.8.g.23. Quia tamen id obſcurius erat, addidi *quæ ſunt*, ad locũ illuſtrandum. 11 Non quod οὐ τὸ. Hebræa tranſpoſitio particulæ negantis, quæ etiam non caret lepore in Latino ſermone: & à Græcis quoque ſæpe vſurpatur. Polluit κοινοῖ. Κοινὸν ex Hebræorum idiotiſmo dicitur quod Latini vocant profanum: quaſi commune dicas, id eſt cuius eſt vſus vulgaris & omnium cõmunis: vel quod promiſcuo omnium vſu veluti inquinatum eſt ac contaminatum, ſicut exponitur Act.10.b.14. à quo deriuatur verbum κοινοῦν, pro quo nõnulli Communicandi verbo vtuntur, vt Vetus interpres Marc.7.b.15: ſed quos nolim imitari. Vulgata vertit, coinquinare. Eraſmus in annotationibus, impurum reddere. Itaque quod in ipſius verſione legitur Impurat, Typographorum incuriam arguit. Idem apud Marcum vertit inquinare.

14 Cæco præierit, τυφλὸν ὁδηγῇ. ὁδηγεῖν ſignificat ducem eſſe itineris. Itaque præeundi vocabulo ſum vſus, vt proximè accederem ad vocabulum Græcum, quo modo etiam antè expreſſi τὸ προάγειν ſynonymum. Vulgata, ducatum præſtet. Eraſmus, dux fuerit. Foueam βόθυνον. In ſecundo exemplari legimus βόθρον, eodem ſenſu.

16 Sine intelligentia eſtis? ἀσύνετοί ἐστε; Vulgata, ſine intellectu eſtis? Et apud Marcum, imprudentes eſtis? Eraſmus, intelligẽtia caretis?

17 Nõ intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?

18 Quæ autem procedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominẽ.

Gen.6.a.5,& & 8.d.21.

19 De corde enim exeunt ‖ cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

20 Hæc sunt quæ coinquinant hominem: nõ lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Marc.7.c.24

21 ‖Et egressus inde Iesus, secessit in C partes Tyri & Sidonis.

22 Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicẽs ei, Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dęmonio vexatur.

23 Qui non respõdit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eiꝰ, rogabãt eũ, dicẽtes, Dimitte eã, quia clamat post nos

Suprà 10.a.6

24 Ipse autem respondens, ait, Non sũ missus nisi ‖ad oues quæ perierunt domus Israel.

25 At illa venit, & adorauit eũ, dicẽs, Domine, adiuua me.

26 Qui respondens, ait, Non est bonũ sumere panem filiorum, & mittere canibus.

27 At illa dixit, Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

28 Tunc respondens Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Marc.7.d.31

29 Et quum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.

Esa.35.b.5

30 ‖Et accesserũt ad eũ turbæ multę, ha

---

17 Nondum ″intelligitis quòd omne quod ingreditur in os, in ventrem ″cedit, & in ″latrinam eiicitur?

18 Quæ autem proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluunt hominem.

Impurũ reddentia hominem. Cor.

19 Nam ex corde egrediũtur ″cogitationes malæ, ″cædes, adulteria, ″scortationes, furta, falsa testimonia, ″obtrectationes.

20 Hæc sunt quæ polluũt hominem: illotis autem manibus vesci, non polluit hominem.

21 Et egressus illinc Iesus, recessit in ″partes Tyri & Sidonis.

Chananææ filia sanatur.

22 Et ecce, ″mulier ″Chananæa à finibus illis egressa, ″clamauit, dicẽs ei, Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea ″malè ″à dæmonio vexatur.

23 Ille verò non respondit ei ″quicquam. Tunc accedentes discipuli eius, ″rogarũt eum, dicẽtes, ″Dimitte eam, nam clamat post nos.

24 Ipse verò respondens, dixit, Non sum missus nisi ″ad oues perditas ″domus Israel.

Christus missus Iudæis.

25 Illa autẽ venit, & adorauit eũ, dicens, Domine, ″succurre mihi.

26 Ipse verò respondens, dixit, Non est ″bonum capere panem liberorum, & obiicere catellis.

Panis filiorum. Canes.

27 Ipsa autem dixit, Etiam Domine: ″etenim catelli edũt de micis quæ cadunt à mensa dominorum suorum.

28 Tunc respondens Iesus, dixit ei, O mulier, magna *est* fides tua: fiat tibi vt vis. Et sanata fuit filia eius ab eo momento.

Fides.

29 Et digressus illinc Iesus, venit iuxta mare Galilææ: & quum ascendisset in montem, sedit illic.

30 Tunc adiit eum turba multa, ″habens secum claudos, cæcos,

Sanãtur infirmi.

17 Intelligitis νοεῖτε. Idem est hoc loco τὸ νοεῖν quod συνιέναι. Alioquin Cogitare significat & animo versare. Vide infrà 24.b.15. Cedit, χωρεῖ. Vulgata, vadit, βαδίζει. Erasmus, abit. ἄπεισι. Latrinam ἀφεδρῶνα, à seorsum sedendo, sicut Latinis vocatur Latrina à lauãdo, seu latendo. Vulgata & Erasmus, secessum: quod non memini legere hac significatione apud idoneos authores. Græci ἄφοδον quasi diuerticulum ferè vocant. 19 Cogitationes διαλογισμοί. Hoc modo etiam interpretamur τὰς ἐνθυμήσεις, quòd melius vocabulum non habeamus. Potest tamen διαλογισμὸς quibusdam locis conuerti Ratiocinatio, item Disceptatio: quod tamen postremum respondet τῇ διασκέψει. Cædes, φόνοι. Vulgata, homicidia, id est ἀνδροφονίαι. Indicat Erasmus, scriptum esse in nonnullis codicibus φθόνοι inuidiæ.

Scortationes, πορνεῖαι. Vulgata suo more, fornicationes. Erasmus, stupra: quo vocabulo magis videtur significari vis mulieri illata.

Obtrectationes. βλασφημίαι. id est sermones quibus aliena fama læditur. Nam hæc vocabuli Græci vis est, παρὰ τὸ τὴν φήμην βλάπτειν, id est à lædenda fama & existimatione. Itaque Demosthenes & alii passim vsurpant pro Calumnia, vt suprà annotauimus, cap.9.a.3. Nos in rebus Sacris, & ad Deum pertinentibus vocabulum Græcum retinuimus. Hîc autẽ Christus videtur ea duntaxat recẽsere quæ ad mutua hominum inter se dissidia spectant: itaque Obtrectationes sumus interpretati. Vulgata, blasphemiæ. Eras. conuitia, id est λοιδορίαι vel ὀνείδη.

21 Partes τὰ μέρη, id est regiones vicinas Tyro & Sidoni. Partes autem pro regione ipse etiam Cicero vsurpauit ad Atticum lib.3, Sine te (inquit) non esse nobis illas partes tenendas propter Antonium.

22 Mulier γυνή. In Complutensi editione additur τὶς quædam. Chananæa χαναναία. Hebraicè כנעניה, non autem קניה à Cana maiore oppido tribus Aser: quod tamen in hoc tractu situm est, vt apparet ex Iosue 19.c.28. Vt autem ita sentiam, vel hæc ratio me impellit, quòd χαναναίας vbique per χ scribi inuenio: quæ scribendi ratio non videtur locum habere posse in altero vocabulo quod incipit à ק.

Clamauit, dicens ei, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα. Erasmus, clamauit ad eum, dicens. Ego verò puto à Vetere interprete pronomen αὐτῷ rectè coniunctum cum participio λέγουσα. In secundo exemplari scriptum erat ἔκραξεν ὀπίσω αὐτοῦ, id est clamauit post eum: quod indicat Iesum sese ab illa auertisse, aut ipsam præ pudore non ausam in ipsius conspectum venire. Malè κακῶς. Eras. miserè, id est ἀθλίως.

A dæmonio vexatur. δαιμονίζεται. Hoc dicunt Græci vno verbo. Erasmus, à dæmonio agitatur. Quidam, furiata: quam versionem non probo, nequis morbum naturalem faciat ex malo quod præter naturam est. Itaque malo crassius & apertius loqui.

23 Quicquam. λόγον. Ad verbum, sermonem. Sed videtur hic ex Hebræorum idiotismo (de quo alibi diximus sæpe) λόγος poni pro indefinita particula, sicut in illo dicendi genere εἰπεῖν λόγον, pro Loqui. Sic etiam infrà 22.d.46. Rogarunt ἠρώτων, id est ἐδέοντο. Nam sicut apud Latinos Rogandi verbum ambiguum est, ita etiam τὸ ἐρωτᾶν apud Græcos, vt Luc.7.a.3, & 2.Thess.2.a.1, & infrà 16.a.1. τὸ ἐπερωτᾶν eadem significatione accipitur. Dimitte ἀπόλυσον. De hoc aliquoties diximus. Erasmus, Amitte, quod Latinum quidem est, sed ambiguum. Quamobrem etiam idem paulo pòst, versu scilicet 32, vertit ἀπολῦσαι Dimittere.

24 Ad εἰς, ἀντὶ τοῦ πρός. Domus Israel. οἴκου Ἰσραήλ. id est gentis Israeliticæ. Habebant enim omnes tribus communem patrem Israelem, quod non puto de vlla alia gente dici posse. Nam impropriè Virgilius 1. AEneid. Romanos Assaraci domum vocauit, si Seruii interpretationem sequamur: Quum domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas Seruitio premet.

25 Succurre βοήθει. Græcum verbum (vt obseruat Erasmus) significat ad vocem alicuius accurrere auxilii ferendi causa. Itaque Latino illo vocabulo propriè exprimitur. Vulgata, adiuua, id est ἐπικούρησον.

26 Bonum καλόν. Erasmus, honestum: quod plerunque pertinet ad decorum quod Græci τὸ πρέπον vocant. Nam honestum pro virtute apud Græcos dicitur τὸ καλὸν, adiuncto articulo. fateor tamen honestos etiam dici qui boni sunt, & virtute præditi. Sed quum hîc agatur de eo quod iustum & fas est, & opponitur potius τῷ ἀδίκῳ quàm τῷ ἀπρεπεῖ, malui Veterem interpretem sequi. In secundo exemplari scriptũ erat οὐκ ἔξεστι non licet. 27 Etenim καὶ γάρ. Vulgata, nam &, id est (vt in tertio exemplari scriptum erat) καὶ γὰρ καί. Vide Marc.7.e.28.

30 Habens ἔχοντες. Erasmus, ducentes. Nam id etiam (inquit) significat ἔχω. Atqui nusquam reperi ab alio annotatam hanc significationem. Obseruant quidem Grammatici vsurpari ἀντὶ τοῦ φέρω, vt in illo Homeri Iliad.α. στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσί. Item pro ἐλαύνω, id est ago. Sed hæ omnes significationes ad verbum HABEO referri commodè possunt, atque etiam debent. Alioqui licebit hoc modo infinitas verborum significationes fingere, quod video libenter facere eos omnes qui Græca lexica scripserunt, non sine temporis iactura, & maximo studiosorum incommodo: quum hoc modo Græca lingua nõ doceatur, sed fœdissimè corrumpatur, de quo aliàs (vt spero) copiosius à nobis dicetur.

mutos,″mancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Ieſu, & ſanauit eos:

31 *Adeo*″vt turba mirata ſit quũ videret mutos loquẽtes,″mãcos ſanos,claudos ambulãtes,cæcos vidẽtes:&″glorificarũt Deũ Iſrael.

4000 hominum ſatiantur.

32 Ieſus autem aduocatis diſcipulis ſuis,dixit,Cõmoueor miſericordia ſuper turba:quia iam triduũ″permanẽt apud me, & nõ habẽt quo veſcãtur:& dimittere eos ieiunos nolo,″ne″deficiãt in via.

33 Tunc dicunt ei diſcipuli eius,″Vnde nobis in deſerto″tot panes, vt″ſaturemus turbam tantam?

34 Dicit igitur eis Ieſus,Quot panes habetis?Illi autẽ dixerunt,Septem,& paucos piſciculos.

35 Tunc iuſſit turbæ″vt diſcumberet humi.

Gratiarum actio

36 Et acceptis ſeptem illis panibus ac piſcibus,quũ gratias egiſſet, fregit,dedítque diſcipulis ſuis:diſcipuli verò″turbæ.

37 Comederúntque omnes,& ſaturati ſunt:& ſuſtulerunt″quod ſupererat fragmentorum, ſeptem ſportas plenas.

38 Erant autem qui comederãt,quater mille viri, ″abſque mulieribus & puerulis.

39 Tunc dimiſſa turba, inſcendit in nauigium : venítque in″fines ″Magdala.

Cap. XVI.

Signũ de cælo.

1 ET″quum acceſſiſſent Phariſæi & Sadducæi,″tentantes,rogarũt eum vt ſignum è cælo oſtenderet ſibi.

2 Ipſe verò reſpondens,dixit eis, Quando ſerum eſt diei,dicitis, Serenitas:rubet enim cælum.

3 Et mane,Hodie tẽpeſtas:rubet enĩ cælũ triſte.Hypocritæ,″faciẽ

bentes ſecum mutos,cæcos,claudos, debiles,& alios multos: & proiecerũt eos ad pedes eius,& curauit eos: D

31 Ita vt turbæ mirarẽtur vidẽtes mutos loquentes,claudos ambulãtes,cæcos videntes: & magnificabant Deum Iſrael.

32 ‖Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis,dixit,Miſereor turbæ:quia triduo iam perſeuerant mecũ, & non habẽt quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo,ne deficiant in via.

Marc.8.a.1

33 Et dicunt ei diſcipuli,Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos,vt ſaturemus turbam tantam?

34 Et ait illis Ieſus , Quot habetis panes?At illi dixerunt,Septem, & paucos piſciculos.

35 Et præcepit turbæ vt diſcumberent ſuper terram.

36 Et accipiens ſeptẽ panes & piſces, gratias agẽs,fregit,& dedit diſcipulis ſuis: & diſcipuli dederunt populo.

37 Et comederunt omnes , & ſaturati ſunt: & quod ſuperfuit de fragmẽtis, tulerunt ſeptem ſportas plenas.

38 Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.

39 Et dimiſſa turba,aſcendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

Cap. XVI.

1 ET‖acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentantes, & rogauerũt eum vt ſignum de cælo oſtẽderet eis.

Marc.8.b.11
luc.12.g.54
ſuprà.12.c.39

2 At ille reſpondẽs,ait illis, Facto veſpere dicitis,Serenum erit:rubicundũ eſt enim cælum.

3 Et mane,Hodie tẽpeſtas:rutilat enĩ triſte cælum. Hypocritæ,faciem ergo

Mancos, κυλλούς. Vulgata,debiles,ἀσθενεῖς. Eraſmus,mutilos. At ego exiſtimo mancos hîc vocari, non quibus manus aliqua eſſet truncata(ſicut propriè accipitur infrà 18.a.8)ſed quorum membra debilitata eſſent,vt paralyſi,& aliis idgenus morbis: aut etiam naturæ vitio. Id autem partim coniicio ex eo quod poſtea illis opponit τοὺς ὑγιεῖς,id eſt ſanos:deinde quòd nuſquã legitur Chriſtus aut pedes,aut manus,aut alia mẽbra cuiquã largitus: quod tamẽ illi difficile nõ fuit.Etſi autẽ mãcus propriè is dicitur qui manu caret,tamẽ ad cætera etiã membra id interdum transfertur,vt πηρὸν ſignificet . Præterea pro eo quoque vſurpatur qui membra habet debilitata : perinde enim eſt acſi illis careret. Sic Cicero pro Rabirio Perduell.reo,Mancus,inquit,& membris omnibus captus,& debilis.qua ſignificatione(ni fallor)accipitur hoc loco.

31 Vt turba ὥστε τοὺς ὄχλους. In ſecundo exemplari additur πάντας id eſt tota. Mancos ſanos, κυλλοὺς ὑγιεῖς. Hieronymus hæc verba non legit,& Eraſmus ſuppoſititia eſſe arbitratur: reperiuntur tamen in omnibus vetuſtis exemplaribus. Sed in vno vetere codice pro κωφοὺς λαλοῦντας,legimus κωφοὺς ἀκούοντας,ἀλάλους λαλοῦντας,id eſt ſurdos audientes,mutos loquentes. Glorificarunt ἐδόξασαν,id eſt magnificè extulerunt & collaudarunt. Vulgata,magnificarunt,id eſt ἐμεγάλυνον:cuius ſignificatio aut eadem eſt,aut non multùm diuerſa. Vide ſuprà 5.b.16. 32 Permanent apud me, προσμένουσί μοι. id eſt à meo latere non diſcedunt : quod alio vocabulo dicunt Græci προσλιπαρεῖν. Nam hæc vis eſt præpoſitionis πρός. Vulgata & Eraſmus,perſeuerant, id eſt διαμένουσι, vel διακαρτεροῦσι. Apud Marcum autem 8.a.2,Vetus interpres vertit,ſuſtinent,id eſt ὑπομένουσι. Eraſmus,manent. Ne μήποτε. Aliàs vertimus,nequando,Sed particula ποτὲ hoc loco παρέλκει. Deficiant ἐκλυθῶσιν, id eſt λιποψυχῶσι,vel ἐκκάμωσι,ad Verbum,exoluantur. Vide Marc.8.a.3.

33 Vnde nobis πόθεν ἡμῖν. Vulgata, Vnde ergo nobis,id eſt πόθεν οὖν ἡμῖν,ſicut ſcriptum legimus in ſecundo exemplari. Tot τοσοῦτοι. Hoc vocabulo propriè ſignificatur diſcreta quantitas. Vulgata, tantos,id eſt τηλικοῦτοι,quod declarat quantitatem continuam. Interdum tamẽ Tantus etiam de diſcreta dicitur,pro Tam multus. Itaque eodem verſiculo turbam tantam interpretati ſumus. Eraſmus,tam multi.

Saturemus χορτάσαι. Hoc propriè dicitur de armentis. Nam χόρτον Græci vocant Gramen aut pabulum: ſic Gallico idiotiſmo *repaiſtre & repas*,honeſtè etiam tribuitur hominibus.

35 Vt diſcumberet ἀναπεσεῖν. Græcis(inquit Eraſmus) ἀναπεσεῖν ſignificat humi conſidere , non in lectis: ſed hoc quidem fateor me nuſquam legiſſe. Docet Athenæus libro primo ἀναπίπτειν quum de animo dicitur, idem valere quod ἀθυμεῖν, id eſt animo concidere , vt Budæus ex Cicerone interpretatur:quũ verò de corporis habitu, dici de remigibus,qui quũ impellunt remos,dicũtur à Græcis προνεύειν,quòd corpore propendeant in caput:quum remos adducunt, ἀναπίπτειν , quòd corpus reſupinent. Inde ſuſpicor factum vt accipiatur pro ἀνακλίνεσθαι & ἀνακεῖσθαι,id eſt accumbere, vel recumbere,vel in lectis,vel humi ad cibum capiendum: quod ſatis declaratur eo quod Lucas de vltimo illo Paſchæ conuiuio loquens,ἀνέπεσε,inquit:Matthæus autem ἀνέκειτο,eadem prorſus ſignificatione.

36 Turbæ.τῷ ὄχλῳ. Vulgata, dederunt populo,id eſt ἔδωκαν τῷ λαῷ.

37 Quod ſupererat fragmentorum, τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. Vide ſuprà,cap.14.c.20.

38 Abſque χωρίς. Vulgata,extra ἔξω. Eraſmus, præter,id eſt παρά: de quo etiam ſuprà diximus,cap.14.c.21.

39 Fines ὅρια. Eraſmus alicubi dicit ſe ſcriptum reperiſſe ὄρη,id eſt montes. Magdala. μαγδαλά. Vulgata,Magedan. Secundum autem exemplar μαγαδὰν Magadan. In his autem locorum nominibus fateor me plerunque non habere quod potiſſimum ſequar.

IN CAPVT XVI.

1 Et quum acceſſiſſent καὶ προσελθόντες. Eraſmus, Et aggreſſi καὶ ἐπελθόντες. Vetus autem interpres legit καὶ προσῆλθον αὐτῷ,& participium πειράζοντες cum his coniungit,addita καὶ coniunctione. Sic enim vertit,Et acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentãtes, & rogauerunt,καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ φαρισαῖοι καὶ σαδδουκαῖοι πειράζοντες,καὶ ἐπηρώτησαν,quo modo etiam videtur mollior verborum conſtructio.

Tentantes,πειράζοντες, id eſt vt experirentur ecquid hoc poſſet præſtare quod petebãt: ſed malo animo ad id petendum ipſos inſtigãte,nempe quòd ſperarent ſe reperturos aliquid in eo vnde iuſtæ reprehenſionis occaſionem arriperent: vel impellente ipſos diffidentia,aut curioſitate importuna: quibus omnibus dicitur Deus tẽtari,id eſt ad iracundiam prouocari,quaſi cum eo velint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus ſuos tentare,id eſt explorare:& Diabolus tentare,id eſt ad malum ſollicitare.

3 Faciem quidem τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè פנים. Quod ſi verterimus vultum,non erit fortaſſe dictum illepidius quàm illud Maronis 5.Aeneid. Méne ſatis placidi vultum fluctúſque quietos Ignorare iubes? Nam ratio carminis ferre poteſt Faciem,quum tamen poeta diſertiſſimus maluerit Vultũ:quem etiam transferre ad bruta animantia idem non dubitat, Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. Adeò quidẽ vt vaniſſimũ eſſe ſomniũ appareat,quòd nuper quidã voluerit,vultũ de faciei tantũ parte dici,quæ oculos, frõtẽ,& ſupercilia cõ-

plectitur,neque de cæteris quoque rebus dici poſſe. Vulgata,faciem ergo τὸ μὲν οὖν πρόσωπον. Eraſmus prætermiſit μὲν. Cæterùm Facies, Hebræorum more dicitur externa ſpecies, & quaſi vultus rerum omnium: quo modo etiam Latinè loqui licere,Gellius oſtendit lib.13.cap.28. Sed tamen(ni fallor)τὸ πρόσωπον nonniſi de homine dictum inuenias apud Græcos diſertiores:quo modo etiam Plinius faciem,tantùm hominis eſſe dicit,pro vultu:cætera enim os aut roſtrum habere dicuntur.

cæli diiudicare noſtis:ſigna autem tẽporum non poteſtis?
Suprà 12.c.34 Ionæ 2.a.1 — 4 |Generatio mala & adultera ſignũ |quærit:& ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophetæ.Et relictis illis,abiit.
Marc.8.b.14 luc.12.a.1 — 5 |Et quũ veniſſent diſcipuli eius trãs fretum,obliti ſunt panes accipere.
6 Qui dixit illis,Intuemini &,cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.
7 At illi cogitabant inter ſe,dicentes, Quia panes non accepimus.
8 Sciens autem Ieſus,dixit,Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis?
B
Suprà 14.b.17 iohan.6.a.9 — 9 Nondũ intelligitis, neque recordamini|quinque panũ, in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis?
Suprà 15.d.34 — 10 Neque ſeptem panum,& |quatuor millium hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis
11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum?
12 Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermento panum,ſed à doctrina Phariſęorũ & Sadducęorũ.
Marc.8.c.27 luc.9.c.18 — 13 |Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi:& interrogabat diſcipulos ſuos,dicens, Quem me dicunt homines eſſe,Filium hominis?
14 At illi dixerunt,Alii Iohannẽ Bapti

autem cæli noſtis″diſcernere,ſigna verò temporum″non poteſtis?
4 Natio mala & adultera ſignum requirit: ſed ſignum non dabitur ei,niſi″ſignum illud Ionæ prophetæ. Et relictis ipſis″abiit.
5 Et quum veniſſent diſcipuli eius in vlteriorẽ ripam, obliti ſunt ſumere panes.
6 Ieſus autem dixit eis, Videte & cauete à fermento Phariſæorũ & Sadducæorum.
7 Ipſi verò″diſceptabant inter ſe,dicentes, Panes nõ ſumpſimus.
8 ″*id* autem quũ noſſet Ieſus,dixit eis, Quid diſceptatis inter vos ô parum fideles,quòd panes non″ſumpſiſtis?
9 Nondum intelligitis,neque ″meminiſtis quinque illos panes, ″*hominum* quinquies mille,& quot cophinos acceperitis?
10 Neque ſeptem illos panes quater mille *hominum*, & quot ſportas acceperitis?
11 ″Quomodo non intelligitis quòd non″de pane″dixi vobis″vt caueretis à fermento Phariſæorum & Sadducæorum?
12 Tunc intellexerunt quòd non″dixiſſet vt cauerent à fermento panis,ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.
13 Quum veniſſet autem Ieſus in partes″*eius* Cæſareæ *quæ dicitur* Philippi,interrogauit diſcipulos ſuos,dicens, Quem ″me dicunt homines eſſe? *an* Filium illum hominis?
14 Illi verò dixerunt,Alii quidem Iohannem Baptiſtam, alii verò

Fermentũ Phariſæorum.

Fermentum pro doctrina.

Opinio populi de Chriſto.

Diſcernere,διακρίνειν,vel vt alii vertunt,diiudicare.Sed illud videtur Græco vocabulo prorſus reſpondere. Non poteſtis? οὐ δύνασθε; In octauo exemplari ſcriptum erat οὐ δοκιμάζετε; non probatis? In quarto,quinto,ſeptimo,nono,οὐ συνίετε; non intelligitis?

4 Signum illud τὸ σημεῖον.De certo quodam & celebri facto loquitur.Itaque articulum ab aliis omiſſum,exprimendũ putaui. Abiit. ἀπῆλθε.Traieciſſe lacum cum diſcipulis declarat apertè Marcus cap.8.b.13: quod notãdum fuit, vt intelligatur quomodo ſequens verſiculus cum iſto cohæreat. 7 Diſceptabant inter ſe,διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς.ἐν pro Inter,non pro Intra ſeu Apud.Nam veriſimile eſt de ea re inter ſe eſſe colloquutos.Vulgata,cogitabant inter ſe.Eraſmus,reputabant intra ſeſe.

8 *Id* autem quũ noſſet γνοὺς δέ.Indicant hæc verba Ieſum hanc illorum diſceptationem non cognouiſſe ex aliis: ſed(quæ vis Diuinitatis ipſius erat)per ſe cognouiſſe qua de re illi inter ſe contenderent.Non dubium eſt enim quin alii in alios culpam reiicerent. Sumpſiſtis? ἐλάβετε; In ſecundo exemplari ſcriptum erat,ἔχετε;id eſt habetis?ſicut etiam vertit Vetus interpres.

9 Meminiſtis μνημονεύετε. Vulg.recordamini,id eſt ἀναμιμνήσκεσθε.Eraſ.memoria tenetis,id eſt διὰ μνήμης ἔχετε. *Hominum* quinquies mille, τῶν πεντακισχιλίων.id eſt quibus paui quinque hominum millia:quod genus dicendi à vulgi conſuetudine petitum eſt,ſicut pleraque alia. Vulgata,quia id obſcurius videbatur,vertit,In quinque millia hominum.Eraſmus longiore circuitu,quũ homines eſſent quinquies mille:quaſi τῶν πεντακισχιλίων ponatur abſoluté. 11 Quomodo non intelligitis πῶς οὐ νοεῖτε. πῶς hoc loco non declarat ſimplicẽ interrogationem,ſed cum admiratione coniunctam. Vulgata, Quare nõ intelligitis?id eſt διὰ τί. Eraſmus elegantius, Qui fit vt nõ intelligatis. Ego craſſius malui,quum præſertim particula Quomodo,apud ipſum etiam Ciceronem admirationem declaret. Sic enim ſcribit lib. de Amicitia,Quomodo(vt alia omittam)mortẽ filii tulit! De pane περὶ ἄρτου. Ex vetuſtis codicibus 4 & 8,legit περὶ ἄρτων de panibus. Dixi vobis εἶπον ὑμῖν. Eraſmus addidit pronomen Illud,vt melius cohærerent ſequẽtia. Sic enim interpretatur,me non de pane dixiſſe vobis illud?quod ſatis per ſe intelligi puto. Vt caueretis à fermẽto προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης.Ex vetuſtis codicibus 3.4,& 5,legũt ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν. προσέχετε δὲ, id,eſt quòd non de pane dixi vobis vt caueretis.cauete verò,vel ſed cauete:ita vt repetas εἶπον,& ſit hic ſẽſus,quòd non de pane dixi vobis vt caueretis,ſed potius dixi vobis,cauete à fermento.

12 Dixiſſet vt cauerent εἶπε προσέχειν. Vulgata,dixerit cauendum,id eſt προσεκτέον vel potius φυλακτέον.Eraſmus,iuſſiſſet cauere, id eſt ἐκέλευσε προσέχειν.Nam alibi admonuimus Dicere pro Iubere ſæpe vſurpari in Hebræo ſermone.

13 *Eius* Cæſareæ *quæ dicitur* Philippi,Καισαρείας τῆς Φιλίππου.Supplendũ fuit aliquid ad articulũ illum exprimẽdum,quo ſcilicet diſtinguitur hæc Cæſarea ad radicem Libani ædificata à tetrarcha Philippo, vt Tiberio gratificaretur, ab ea quã Herodes Magnus cõdidit Octauii Auguſti memoriæ. Me με. In multis exẽplaribus Veteris verſionis nõ reperitur hoc pronomen:& certè ſi ſuſtuleris,mollius cũ iſtis cõnectentur verba illa τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου Filium hominis. Nã ſi per appoſitionẽ explices,me Filium hominis,frigidũ id erit. Quorſum enim eſſet adiunctum? Deinde collocatio ipſa verborũ ſatis indicat appoſitionẽ non eſſe. Itaque vel με pronomen,vel hoc totũ,τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου videbitur redũdare,quũ Chriſtus de ſe loquatur vt de tertio quopiã: ſicut ſolet quoties Filiũ hominis ſe vocat: adeò quidem vt excepto hoc vno loco,nuſquã(ni fallor)reperias additũ pronomen. Quare ſuſpicor,quũ aliquis ad marginem hoc pronomen annotaſſet, vt hæc verba τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου explicaret, poſtea irrepſiſſe in contextũ. Certè conſtat Hieronymũ ex eius cõmentariis in hunc locum,hoc pronomẽ nõ legiſſe. Sed cõtrà teſtatur Eraſmus ſe in nõnullis Græcis codicibus duntaxat reperiſſe ſcriptũ,quem me dicunt eſſe? vt videri poſſit aliquos ſuum iudicium ſequutos,quod ad marginẽ erat annotatũ,maluiſſe amplecti:quaſi ſcilicet diuerſa lectio illic eſſet annotata. Neque verò id fuit factu difficile,quũ hæc formula loquendi de ſeipſo quaſi de tertio aliquo,ſit à cõſuetudine Latini & Græci ſermonis aliena:plerique autem ex veteribus etiam eruditiſſimis Sacrarũ literarum interpretibus, Hebræorum idioma non modò non tenuerint,ſed etiam cõtempſerint. quæ res fecit vt pleriſque locis miſerabiliter ſanè cæcutierint. Quia tamen in omnibus veteribus manu ſcriptis & impreſſis legimus τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι,τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;ab ſit vt quicquam detrahamus. Imò verò omnia inter ſe pulchrè cohærebunt ſi poſt εἶναι non ſimplicem diſtinctionem ſcribas,ſed accentum interrogantem. Nam ea certè diſtinctio,quanuis reperiatur in manuſcriptis & impreſſis omnibus exẽplaribus,aut tollẽda eſt,ni fallor: aut pro interrogationis nota poſita eſt,quæ apud Græcos ita ſignatur vt diſtinctioni tantũ imponatur pũctum hoc modo; quod facilè à librariis plerunque indoctis negligi potuit. Sic igitur interpretor, Quẽ me dicũt homines eſſe? *an* Filiũ illum hominis? id eſt,an venturũ illum & tãdiu expectatũ hominem? id eſt Meſſiam? expreſſo articulo. Addidi autem AN particulam interrogantem,tum vt hic locus poſthac corrumpi tam facilè non poſſit:tum etiam quia vt non addas,tamen neceſſe eſt vt ſubaudias. Eandem eclipſin vſurpat etiam Euangeliſta in duplici interrogatione infrà 18.c.21, planè confirmans (ni fallor) noſtram de accentu hîc permutato coniecturam. Denique τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου,pro Meſſia poſitum,ſeruata vi articuli,reperies Luc.17.c.26.

Eliam,alii verò Ieremiam,aut vnum ex Prophetis.

15 Dicit eis,Vos autem quem me dicitis eſſe?

Chriſtus Filius Dei.

16 Reſpondens verò Simon Petrus,dixit,Tu es Chriſtus ille filius Dei viuentis.

Fides à Deo.

17 Tunc reſpondens Ieſus,dixit ei, Beatus es Simon ″bar Iona:quia ″caro & ſanguis non reuelauit tibi,ſed Pater meus qui eſt in cælis.

Petra.

18 ″Sed & ego tibi dico quòd ″tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo meam ″Eccleſiam:& ″portæ inferorum non ″vincent eam.

Claues. Ligare. Soluere.

19 Et dabo tibi ″claues regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra,erit ligatum in cælis:& quicquid ſolueris in terra,erit ſolutum in cælis.

20 Tunc imperauit diſcipulis ſuis ″vt nemini dicerent quòd ipſe eſſet ″Ieſus ille Chriſtus.

Apoſtolis prædicit Chriſtus mortem ſuam.

21 Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis quòd oporteret ipſum abire Hieroſolymã,& multa pati ″à ″Senioribus & principibus Sacerdotum,& Scribis,& occidi,& tertio die ″ſuſcitari.

22 Et ″quum prehẽdiſſet eum Petrus,cœpit eum obiurgare, dicẽs, ″Propitius tibi ſis Domine,nequaquam erit tibi hoc.

23 At ille conuerſus,dixit Petro, ″Abſcede à me ″ſatana,ſcandalo es mihi: nam non ſapis quæ *ſunt* Dei,ſed quæ *ſunt* hominum.

Abnegatio ſui & crux.

24 Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,ac ſequatur me.

ſtam,alii autem Eliam,alii verò Ieremiam,aut vnum ex Prophetis.

C

15 Dicit illis Ieſus, Vos autem quem me eſſe dicitis?

16 Reſpondens Simon Petrus,dixit, ‖Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Iohan.6.g.69

17 Reſpondens autem Ieſus, dixit ei, Beatus es Simon bar Iona:quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.

18 Et ego dico tibi‖quia tu es Petrus: & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

Iohan.1.f.42

19 ‖Et tibi dabo claues regni cælorũ: & quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum in cælis : & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cælis.

Iohan.20.c.21

20 Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini diceret quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

21 Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Ieroſolymã, & multa pati à Senioribus & Scribis & principibus Sacerdotũ, & occidi,& tertia die reſurgere.

22 Et aſſumens eum Petrus,cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te Domine:non erit tibi hoc.

D

23 Qui conuerſus, dixit Petro, Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

24 ‖Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis,Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Suprà 10.d.38 marc.8.d.34 luc.9.c.23,& 14.f.27

17 Bar Iona: *βαριωνᾶ*. Quum Græcè ſcribens Euangeliſta,vocabula peregrina vſurparit, nos quoque retinuimus. Annotat Hieronymus corruptum locum videri,& legẽdum *βαριωάννᾶ*,ſicut etiam legitur apud Veterem interpretem in quibuſdam codicibus minus emẽdatis,& in vetuſtis aliquibus exẽplaribus Græcis Iohan.1.f.42,& 21.c.17. Caro & ſanguis *σὰρξ καὶ αἷμα*. Carnis appellatione Hebræis ſæpe homines dicuntur,vt humana imbecillitas ſignificetur,ſicut Pſal.78.d.39. quod & ipſum de equis dicitur Eſa.31.b.3. Sed in Nouo teſtamento aliquoties Caro & ſanguis totam humanam naturam *συνεκδοχικῶς* ſignificant, eámque interdum ita vt eſt corrupta & infirma,ſicut hoc loco & 1.Cor.15.f.50: vel nulla corruptionis habita ratione,ſimpliciter qualis eſt in ſeſe, ſpirituali ſcilicet & excellentiori naturæ oppoſita, vt Galat.1.c.16, & Epheſ.6.b.12,& Heb.2.b.14,& alibi ſæpe quum de altera Chriſti natura diſſeritur.

18 Sed & ego *κἀγὼ δέ*. Vulgata,Et ego:omiſſa particula *δὲ*,quæ in vno quoque vetere codice deerat.Eraſmus,At ego viciſſim,id eſt *κἀγὼ ἐν μέρει*. Tu es Petrus,& ſuper hanc petram *σὺ εἶ πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ*. Dominus Syriacè loquens,nulla vſus eſt agnominatione, ſed vtrobique dixit Cepha, quemadmodum & vernaculũ nomen *Pierre* tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque ſermone *πέτρος* & *πέτρα* nõ re,ſed terminatione tantùm differunt.Sed videtur Matthæus(aut ſiquis fuit eius interpres) hoc terminationis diſcrimine voluiſſe Petrum qui pars eſt ædificii , ab ipſa Petra cui innititur ædificiũ, id eſt à Chriſto ipſo diſtinguere: ipſumque adeò Petrum à fidei profeſſione,quæ toti Eccleſiæ eſt communis:quod Veteres etiam apertè teſtantur,vt planè ſit ridiculus Antichriſtus,quum ex hoc loco tyrannidem ſuam conatur ſtabilire. Eccleſiam: *ἐκκλησίαν*. *ἐκκλησίας* vocabulo ſignificari ciuium conuentum,ſiue cœtum,nemo eſt qui ignoret:quo modo etiam accipitur Act.19.f.32 & 39.Hebræi עדה & קהל vocant. Sed poſtea communis loquendi conſuetudo fecit vt pro eorum cœtu accipiatur qui Chriſtum profitentur,ſicut Synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit.Interdum verò pro Senatu eccleſiaſtico vſurpatur,vt infrà 18.c.18,qui alibi vocatur à Paulo *πρεσβυτέριον*,1.Tim.4.d.14. Nos igitur receptum vocabulũ mutare noluimus, quum noſtra ætate nonnulli ſint qui Ciuitatis & Reipublicæ nominibus vti malint:ſed quos ego ne in eo quidem imitari velim. Portæ inferorum *πύλαι ᾅδου*. De aduerſariis Dei & Eccleſiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito, quod interdum *σκότος*, interdum *ᾅδην* pari ratione vocat,cuius regni princeps eſt Diabolus.Itaque portarum appellatione vrbes & conſilio & propugnaculis munitas intelligimus,id eſt quicquid vel conſilio vel viribus poteſt Satan tenebrarum princeps: id denique quod Hebræi vocant מצורה,& Paulus *ὀχυρώματα*,2.Corinth.10.a.4. Vincent eam. *κατισχύσουσιν αὐτῆς*. Vulgata,præualebunt aduerſus eam.Eraſmus,valebunt aduerſus illam,id eſt *ἰσχύσουσιν κατ᾽ αὐτῆς*.Atqui certum eſt valere aliquid Satanam aduerſus Eccleſiam,à quo ſæpe grauiſſimè premitur:ſed hactenus tamen vt nũquam opprimatur. Quare quum neque(vt exiſtimo)Vulgata verſio ſatis ſit Latina,neque Eraſmica ſatis expreſſa,quærendum fuit aliud vocabulum.Iam verò quum nullum in promptu haberem quod Græco & Hebræo יוכלו poſſet opponi,vſus ſum ſynonymo, quo res eadem ſignificatur.Nam alioqui *τὸ νικᾶν* illud eſt propriè quod Latini dicunt Vincere. 19 Claues *τὰς κλεῖς*.Hac metaphorica loquutione ſignificatur œconomi poteſtas(ſicut apparet Eſa.22.f.22)qua funguntur omnes miniſtri in Eccleſia Dei, vt apparet infra,18.c.18. Miniſterium enim Euangelicum rectè dici poteſt clauis regni cælorum, quum Euangelium ſit virtus Dei in ſalutem omni credenti:& viciſſim odor mortis in mortem omni non credenti.Oſtendat igitur Antichriſtus hãc clauem,& nos illi credemus.Cæterùm quum poſceret metaphoræ analogia, vt Matthæus vteretur aperiendi & claudendi vocabulis,ſicut fecit Eſaias,& poſt Eſaiam Iohãnes,Apoc.3.b.7,maluit Spiritus ſanctus ligandi & ſoluendi verba vſurpare:nempe vt intelligamus quàm miſera ſit conditio eorum quibus cælum clauditur, id eſt quorum retinentur peccata(ſicut Iohannes interpretatur infrà 20.c.21.)qui ſcilicet quum nolint oblatum Chriſtum fide amplecti,manent obſtricti peccatorum vinculis.contrà verò quàm beati ſint illi quibus apertum eſt cælum,qui ſcilicet à filio Dei liberati ſunt,vt ſint ipſius cohæredes, quia Euangelio crediderunt. Quorſum autem hæc ad Indulgentiarum fumos,& totam illam Antichriſti tyrannidem?

20 Vt nemini *ἵνα μηδενί*. Eraſmus, necui,id eſt *μηδενί*. Ieſus ille Chriſtus: *Ἰησοῦς ὁ χριστός*.In aliquot exemplaribus,& nominatim in quinto,ſeptimo,& octauo,non legebatur *Ἰησοῦς*:& ſanè videtur abundare,vt annotat Eraſmus.

21 A *ἀπό*. *ἀπὸ* pro *ὑπὸ* iterũ hic poſitũ eſt,de qua enallage ſuprà diximus 11.c.19. Senioribus,*πρεσβυτέρων*.Hebraicè זקנים vt Deut.21.a.2.Eſt autẽ nomen non tam ætatis quàm dignitatis: & eos deſignat penes quos erant iudicia,quæ Hebræi Græco vocabulo vocant Sanhedrin,id eſt *συνέδρια*,vt ii planè ſint *πρεσβύτεροι* quos Latini eadem ratione Senatores vocant,de quibus copioſius dicemus Act.4.a.5.Sic apud Homerum aliquoties dicuntur *γέροντες* iidem qui *ἀριστῆες*,vt Iliad.β. Suſcitari. *ἐγερθῆναι*. Vulgata,reſurgere,*ἀναστῆναι*. Eraſmus,reſuſcitari,id eſt iterum ſuſcitari. 22 Quum prehendiſſet *προσλαβόμενος*, id eſt manu prehenſum ſeduxiſſet, vt ſolent familiarius aliquid dicturi.Eraſmus,abduxiſſet,id eſt *ἀπαγαγών*,qui tamen in annotationibus & Marci 8.d.33,affert eam interpretationem quam ſum ſequutus.Vulgata,aſſumẽs,id eſt *προσλαμβάνων*. Propitius tibi ſis *ἵλεώς σοι*.Sic rectè Eraſmus. Latinè dicas,Reſpice te.Vulgata,Abſit,id eſt *μὴ γένοιτο*. 23 Abſcede à me *ὕπαγε ὀπίσω μου*. Vulgata,Vade poſt me.Eraſmus,Abi poſt me.Vide Marc.8.d.33. Satana,*σατανᾶ*. Per antonomaſiã propriè vocatur Satan,id eſt aduerſarius ab Hebræis,à verbo שטן,qui à Græcis dicitur *διάβολος*,id eſt calũniator, & *ὁ πειράζων*, id eſt tentator Apoc.12.b.9 & 10.Sed hoc nomen iis etiã accõmodatur qui Dei voluntati aduerſantur,vel obſtinata malitia,vt Iudas Iohã.6.g.70: vel leuitate quadam aut arrogantia, vt hoc loco Petrus,cui hactenus ſucceſſiſſe Antichriſtum libens conceſſero, vtcunque clamitet ſe errare non poſſe,& à nemine iudicandum.

Κατήγορος

Suprà.10.d.39
marc.8.d.35
luc.9.c.24,& 17
g.33
iohan.12.d.25

25 Qui enim voluerit animam ſuã ſaluam facere, perdet eam: qui autẽ perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Marc.8.d.36
luc.9.c.25

26 Quid enim prodeſt homini ſi mũdum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quã dabit homo commutationem pro anima ſua?

Pſal.61.e.12
rom.2.a.6

27 Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Marc.9.a.1
luc.9.c.17

28 Amen dico vobis ſunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo. Cap.XVII.

Marc.9 a.2
luc.9.d.27

1 ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum & Iacôbum & Iohannẽ fratrem eius, & ſubducit illos in montẽ excelſum ſeorſum.

2 Et transfiguratus eſt ante eos, & treſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix.

3 Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias, cum eo loquentes.

4 Reſpondens autem Petrus, dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

Suprà 3.d.17
2.Petr.2.d.17

5 Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens, Hic eſt Filius meus dile-

Perdere animã.

25 Quiſquis enim voluerit animam ſuam ſeruare, perdet eã: quiſquis autem perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.

26 Quid enim iuuatur homo ſi totum mũdum lucratus fuerit, anima verò ſua multetur? aut quam dabit homo compenſationẽ animæ ſuæ?

Chriſtus iudex.

27 Futurum eſt enim vt Filius hominis veniat in gloria Patris ſui cũ Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum facta ipſius.

28 Amen dico vobis ſunt quidam ex his qui hîc ſtant, qui nequaquã guſtabunt mortem, vſquedum viderint Filium hominis venientem in regnum ſuum. Cap. XVII.

Transfiguratio Chriſti.

1 ET ſexto pòſt die accipit Ieſus Petrum ac Iacobum & Iohannem fratrẽ eius, & ſubducit eos priuatim in montẽ ſublimẽ.

2 Transformatúſque eſt coram eis, & ſplenduit facies eius vt ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba vt lux.

3 Et ecce viſi ſunt eis Moſes & Elias, cum eo colloquentes.

4 Reſpondens autem Petrus, dixit Ieſu, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moſi vnum, & Eliæ vnum.

Chriſtus dilectus audiendus.

5 Adhuc eo loquente ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce vox è nube dicẽs, Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo acquie-

25 Animam ſuam ſeruare, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, id eſt vitam, vt plerique exponunt. ſed eam interpretationem videntur multa abſurda conſequi. Nam ſi de præſenti vita accipias, qua corpus cum anima coniunctũ eſt, certè qui eam conſeruat, non amittit: neque rurſus qui eam amittit, conſeruat. Deinde hoc vitæ genus nemini in perpetuum perit: omnes enim reſurgemus. De æterna autem vita prius membrum intelligi nullo modo poteſt: in poſteriore verò relatiuum αὐτὴν cum antecedente prorſus cohæret. Ergo alterutrum neceſſe eſt, nempe vt vel animã propria ſignificatione accipiamus pro altera hominis parte, quã is dicitur amittere qui eam reddit æternæ morti obnoxiã, præpoſtera cupiditate ipſius in hac vita retinendæ: is verò contrà conſeruare, qui illi nõ parcit, vt eam poſtea cũ æternæ vitæ fœnore recipiat. Vel potius vt in toto hoc ſermone intelligamus animæ appellatione totũ hominem cõprehendi, ſynecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc eſt (ni fallor) huius loci germana interpretatio, quam etiam videtur apertè Lucas confirmare cap.9.c.25, quum hæc Matthæi & Marci verba τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῇ, id eſt ſua ipſius anima multetur, interpretatur ἑαυτὸν ζημιωθείς, id eſt ſi ſeipſo multetur. Belliſſimè ergo cohærebunt omnia hoc modo, Siquis ſeipſum voluerit ſeruare (loquitur enim Euangeliſta ex cõmuni hominum opinione eorum quos alloquitur, qui ſcilicet ſalutẽ ſuam exiſtimant huius vitæ ſpatiis terminari) is ſeipſum perdet. hæc enim præpoſtera cupiditas in æternum exitiũ ipſum præcipitabit. Cõtrà verò, qui Chriſti & Euãgelii cauſa ſeipſum perdiderit (ita enim rurſus loquitur Euãgeliſta ex eorum ſenſu qui omniũ hominum ſtultiſſimos & miſerrimos eos eſſe opinãtur, qui vitã malint profundere quàm Chriſtũ abnegare) is quũ videatur periiſſe, ſeipſum tandem aliquãdo recuperabit: quippe qui hoc modo ſeipſum ſeruauerit, alioquin periturum. Inueniet eã. εὑρήσει αὐτήν. id eſt recipiet eã. aut potius ſeipſum lucrifecerit: vt qui ſibi alioquin morituro, æternam vitam parauerit: ſicut Lucas ipſe exponit cap.17.g.33. Nam εὑρίσκειν apud Græcos etiã declarat labore ſuo aliquid cõſequi, vt exponit Vlpianus in orationẽ Demoſthenis κατὰ Τιμοκράτους, & Inuenire à Latinis vſurpatur, prò Parare ſibi & acquirere, teſte Donato in Terentii Eunuchũ. Erit igitur vehementior antitheſis, ſi dixerimus illos qui vt ſibi conſulant, Chriſtum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant, ſed etiam eius rei quam ſeruatam eſſe volunt (id eſt ſuiipſius) iacturam facere: quod damnum eſt omnium maximum: iſtos verò contrà qui pro Chriſto mori non dubitant, non modò nullum detrimentum pati, ſed ſeipſos potius lucrifacere, quo lucro nullum maius poſſit homini contingere.

26 Quid enim iuuatur homo τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος. Vulgata & Eraſmus, Quid prodeſt homini, τί συμφέρει ἀνθρώπῳ. In octauo codice legimus ὠφεληθήσεται, id eſt iuuabitur. Anima verò ſua multetur? τὴν δὲ ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῇ; id eſt ſeipſum perdat, vt Lucas interpretatur. Vulgata ζημιοῦσθαι vertit detrimentum pati. Eraſmus, iacturam facere. Ego verò non video cur periphraſis quærenda fuerit, quum de iudicio Dei hic agatur, quemadmodũ proximus verſiculus declarat: & ζημιοῦν apud Græcos ſit vocabulum forẽſe, ſicut Multare apud Latinos. Compenſationem animæ ſuæ ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; id eſt quo ſeipſum redimat: quod vernaculo ſermone dicas, *qu'eſt ce que l'hõme baillera en eſchange de ſa perſonne?* Vulgata ad verbũ, cõmutationem pro anima ſua? quæ interpretatio mihi viſa eſt obſcurior. Eraſmus, cuius permutatione redimat animam ſuam: perſpicua quidem periphraſi, ſed non prorſus neceſſaria. Itaque in annotationibus Marci Veterem interpretationem amplectitur. 27 In gloria ἐν δόξῃ, id eſt cum gloria. ἐν pro σὺν poſita, vt alibi ſæpe. Vide ſuprà, 6.d.29. Angelis ἀγγέλων. In ſecundo exemplari additur ἁγίων, id eſt ſanctis. Secundum facta κατὰ τὴν πρᾶξιν. Eraſmus, iuxta facta. Vulgata, ſecundum opera, id eſt κατὰ τὰ ἔργα, ſicut etiam legimus in ſecundo exemplari.

38 Amen ἀμὴν.. In decimoquarto codice additum erat γὰρ enim. Ex his qui hîc ſtant, τῶν ὧδε ἑστηκότων. Vulgata, de hîc ſtantibus. Eraſmus, hîc ſtantes, id eſt ὧδε ἑστῶτες, quod ſcriptum inuenimus in duobus vetuſtis codicibus. Guſtabunt mortem, γεύσωνται θανάτου, id eſt morientur, ſicut Heb.2.c.9. In regnum ſuum. ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν exiſtimo pro εἰς poſitum eſſe. Cæteri ad verbum interpretantur, in regno ſuo. Ex veteribus codicibus, nonus legit ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, id eſt in gloriã ſuam: quibus verbis illa optimè explicantur de Chriſti aſcenſione & iis quæ poſtea conſequuta ſunt: de quibus magnificè ſcribit Paulus, Epheſ.4.b.10, & 1.Corinth.15.c.23, & Dominus ipſe infrà 28.d.18.

IN CAPVT XVII.

1 Sexto pòſt die μεθ' ἡμέρας ἕξ. Vulgata & Eraſmus, poſt ſex dies. Vide Marc.9.a.1. Subducit ἀναφέρει, id eſt ἀνάγει, quod etiam legitur in exemplari ſecundo. Nam φέρειν & ἄγειν ſæpe permutantur, vt infrà hoc eodem capite verſu 17, & ſuprà 4.a.1.

2 Alba λευκά. Candidum quod vſurpat Eraſmus, potius ſignificat ſplendidum & fulgens, id eſt τὸ λαμπρὸν: atque adeò propriè de igne dici ſolet, vt author eſt Ariſtoteles ſectione octaua Problematum. quanuis id poſtea de albo colore dici quoque cœpit, omnium ſcilicet ſplendidiſſimo. Lux. τὸ φῶς. In ſecundo exemplari legitur ἡ χιὼν nix, quod ſequutus eſt Vetus interpres. Ariſtoteles porrò lib.1. de coloribus, φῶς colorem ignis eſſe ſcribit his verbis, τὸ δὲ φῶς ὅτι πυρός ἐστι χρῶμα, δῆλον ἐκ τοῦ μηδεμίαν ἄλλην ἢ ταύτην ἔχον εὑρίσκεσθαι χρόαν, &c. Id eſt, Quòd autẽ lumen, aut lux, ſit color ignis, perſpicuum ex eo eſt, quoniam nullum alium præter hunc, habere colorem reperitur, &c. φῶς autem lucem vertimus, quanquam non dubitem apud Philoſophos differentiam Lucis & Luminis obſeruari: quæ tamẽ apud reliquos ſcriptores ferè negligi ſolet. 3 Viſi ſunt ὤφθησαν. Vulg. apparuerunt, id eſt ἐφάνησαν. Eraſ. conſpecti ſunt. Colloquentes. συλλαλοῦντες. Eraſmus admonet in annotationibus potius verti debuiſſe Confabulantes: à quo tamen verbo quidam meritò refugiunt, quum neque reſpondeat Græco verbo συλλαλεῖν, neque Scripturæ maieſtati conueniat, neque etiam tritum ſit apud Latinos ſcriptores.

4 Reſpondens ἀποκριθείς. Hebraiſmus, de quo alibi diximus. nam propriè reſpondent qui ſunt rogati.

5 Lucida φωτεινή. In quarto codice ſcriptũ erat φωτὸς lucis, Hebraico idiotiſmo. Filius ille m. ὁ υἱός μου. Articulũ expreſſi, cuius videtur hîc eſſe emphaſis maxima, non tam vt diſtinguatur à filiis aliis (quũ ſit vnigenitus) quàm ad dignitatis cõmendationem. Nos enim nõ natura, ſed adoptione ſumus filii: qua ratione etiã Chriſtus ipſe dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet vnicus ſit proprio iure, princeps tamen eſt inter multos, quatenus adoptionis fons eſt ac caput.

ſco:ipſum audite.

Et quum *hæc* audiſſent diſcipuli,'ceciderunt in faciem ſuam, & 'timuerunt vehementer. 6

Tunc accedēs Ieſus, tetigit eos, dixítque, Surgite, & ne timeatis. 7

'Sublatis autem oculis ſuis, neminem videbant niſi Ieſum ſolū. 8

Et quū deſcenderēt de mōte, mādauit eis Ieſus, dicēs, 'Nemini dixeritis viſionem, vſquequo Filius hominis à mortuis reſurgat. 9

De Elia vēturo, id eſt Iohanne Baptiſta.

Tunc interrogauerunt eum diſcipuli ſui, dicentes, Quid igitur Scribæ dicunt quòd Eliam oportet venire primúm? 10

Ieſus autem reſpōdens, dixit eis, Elias quidem veniet primùm, & reſtituet omnia, 11

Sed dico vobis "quòd Elias iam venit, "& non agnouerūt eum, ſed fecerunt"in eo quæcunque voluerunt: ita futurum eſt vt & Filius hominis patiatur ab eis. 12

Tūc ītellexerūt diſcipuli quòd de Iohāne Baptiſta dixiſſet ipſis. 13

Lunaticus ſanatur.

Et quum ipſi veniſſent ad turbam, adiit eum 'quidam"accidens ei ad genua. 14

Dicénſque, Domine, miſerere filii mei, quoniam"lunaticus eſt, &"malè afficitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe in aquam. 15

Et"obtuli eum diſcipulis tuis: nec potuerunt eum ſanare. 16

Infidelitas Apoſtolorum reprehenditur.

Reſpondens autē Ieſus, dixit, O natio infidelis &"peruerſa, quouſque tandem ero vobiſcum? "quouſque tandem"tolerabo vos? adducite mihi eum huc. 17

Et"obiurgauit illud Ieſus: exiítque ab eo dæmonium, & ſanatus eſt puer ex illo momento. 18

Tunc adeuntes diſcipuli Ieſum priuatim, dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illud? 19

Fidei virtus.

Ieſus autem dixit eis, Propter infidelitatem veſtrā. amen quippe dico vobis, ſi habeatis fidem"quantulum *eſt* granum ſinapis, dicetis monti huic, 'Demigra hinc illuc: & demigrabit, & nihil impoſſibile erit vobis. 20

Oratio & ieiunium.

Hoc verò genus non 'egreditur niſi per orationem & ieiuniū. 21

---

ctus in quo mihi bene complacui: ipſum audite.

Et audientes diſcipuli, ceciderūt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos: dixítque eis, Surgite, & nolite timere.

Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.

B

Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens, Nemini dixeritis viſionē, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

Mala.4.b.5
ſuprà 11.b.14
marc.9.b.11

Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ ‖ dicunt quòd Eliā oporteat primùm venire?

At ille reſpondens, ait eis, Elias quidem vēturus eſt primùm, & reſtituet omnia.

Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. ſic & Filius hominis paſſurꝰ eſt ab eis.

Tunc intellexerūt diſcipuli quia de Iohanne Baptiſta dixiſſet eis.

Marc.9.c.14
luc.9.c.37

‖Et quum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eū homo genibus prouolutus ante eum,

Dicēs, Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: nā ſæpe cadit in ignē, & crebrò in aquā.

C

Et obtuli eum diſcipulis tuis: & nō potuerunt curare eum.

Reſpōdens Ieſus, ait, O generatio incredula & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? Affer te huc illum ad me.

Et increpauit illū Ieſus: & exiit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora.

Tunc acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illum?

Luc.17.b.6

Dixit illis Ieſus, Propter incredulitatem veſtram. ‖ amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granū ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.

Hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem & ieiunium.

---

6 Ceciderunt in faciem ſuam, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phraſis Hebræa, נפלו על־פניהם, id eſt proni adorarunt. Timuerunt ἐφοβήθησαν. Eraſmus ſuo more, territi ſunt, per paſſiuum: quum tamen actiuæ ſit ſignificationis, φοβεῖσθαι.

8 Sublatis autem ἐπάραντες δέ. Vulgata, Leuantes. Eraſmus per periphraſin minimè neceſſariam, Vbi verò ſuſtuliſſent. Hoc interdum vnico verbo ἀναβλέπειν declarat, vt ſuprà 14.b.19. 9 Nemini μηδενί. Eraſmus, Necui, μή τινι, vt ſuprà 16.c.20.

12 Quòd Elias iam venit, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε. Eraſmus maluit per modum infinitum interpretari, Eliam iam veniſſe: quod tamen cum ſequentibus parum conuenit. Et non agnouerunt eum, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari ſcriptum erat, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ & non crediderunt ei. In eo ἐν αὐτῷ, id eſt ei. Nam etiam in vetuſtis duobus codicibus deerat.

14 Quidam ἄνθρωπος. In quinto & ſexto exemplaribus additur τις, id eſt homo quidam: quod expreſſit Eraſmus. Accidens ei ad genua, γονυπετῶν αὐτῷ. Vulgata, prouolutus ante eum, id eſt κυλινδούμενος ἐναντίον αὐτοῦ. Eraſmus, flectens genua illi. Atqui γονυπετεῖν (vt ipſe Eraſmus obſeruauit in annotationibus) amplius aliquid ſignificat, eum nimirum ſupplicantiū geſtum quem depingit elegantiſſimè Homerus Iliad. α. in extremo, vbi Thetidem deſcribit Ioui ſupplicantem.

15 Lunaticus eſt, σεληνιάζεται. Lunatici vocantur qui certis lunæ temporibus comitiali morbo, lycanthropia, cynanthropia, & qui ea melancholia morbo laborāt quæ Græcis Medicis θηριώδης, id eſt fera & immanis dicitur, aut alio furoris genere agitātur: De quibus Poeta in hūcmodū, Quàm multos etiam furiis hinc ſæpe videmus Vexari, ſortēque animo indignamur acerbā. Quorū etiā meminit Iuriſcōſultus Paulus in l. Bouem. Tit. de AEdilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum eſt hoc quidem loco, vt ad morbum naturalem ſciamus diabolicum quoque furorem acceſſiſſe, ſicut indicant ea quæ paulo pòſt commemorantur. Sunt autem hæc diſtinguenda, ne in eorum errorem incidamus qui profanè ridere ſolent quæcūque de dæmoniacis Sacræ literæ teſtantur, quaſi hæc omnia ſcilicet ad naturales morbos pertineant, quum ſuprà 4.d.24, Matthæus apertè Lunaticos à Dæmoniacis diſtinguat, & profana illa opinio infinitis Scripturæ locis poſſit conuinci. Malè afficitur: κακῶς πάσχει. In vno codice legimus κακῶς ἔχει. Vulgata ad vērbum, malè patitur. Eraſmus, miſerè affligitur, ἀθλίως θλίβεται. 16 Obtuli προσήνεγκα. In Veteribus codicibus 9 & 14 legitur προσήνεγκαν, id eſt obtulerunt, pro oblatus eſt: de quo dicendi genere alibi diximus. 17 Peruerſa, διεστραμμένη. Sic Cicero Roſcii oculos peruerſiſſimos fuiſſe dicit, id eſt διεστραμμένην ὄψιν. Eraſmus, diſtorta. Quouſque tandem ἕως πότε. Sic rectè Eraſmus, quum Vetus interpres neglexerit particulam πότε. quæ interdum quidem abundat, ſed hìc habet ſuam emphaſin. Quū autem bis repetatur, Eraſmū miror poſteriore loco prætermiſiſſe: quū præſertim iſta repetitio pondus addat ſententiæ. Tolerabo ἀνέξομαι, vel ad verbum, ſuſtinebo. Vulgata & Eraſmus, patiar. Sed aliquid amplius videtur ſignificare ἀνέχεσθαι quàm πάσχειν. Multi enim etiam inuiti & repugnantes, multa patiuntur. ἀνέχεσθαι autē dicuntur tranſlatitiè, qui volentes onus ſubeūt, & ſub eo perdurant. 18 Obiurgauit illud ἐπετίμησεν αὐτῷ, Dæmonium ſcilicet. Nam hoc exprimit diſertè Lucas infrà 6.e.42, vt neque ambigere debuerit Hieronymus: neque rectè Theophylactus ad puerum retulerit. Ideò contra noſtram conſuetudinem, αὐτὸ conuertimus Illud, vt amphiboliam vitaremus. 20 Quantulum *eſt* granum ſinapis, ὡς κόκκον σινάπεως. Vulgata & Eraſmus ad verbum, ſicut granum ſinapis: quod quum mihi videretur obſcurum & ambiguum in Latino ſermone, coacti ſumus à verbis Græcis aliquantulum deflectere, vt planius loqueremur. Demigra μετάβηθι, vel Abi. Nam digrediendi vocabulum, quo ſolemus vti transferendo hoc verbo, nullum hìc locum habet. 21 Egreditur, ἐκπορεύεται. Vulgata, eiicitur, id eſt ἐκβάλλεται.

Infra.20.b.17 marc.9.c.31 luc.9.f.44

22 ‖Conuerſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus, Filius hominis tradendus eſt in manus hominum:

D

23 Et occident eum, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer.

24 Et quum veniſſent Capharnaum, acceſſerũt qui didrachma accipiebãt, ad Petrum, & dixerunt ei, Magiſter veſter non ſoluit didrachma?

25 Ait, Etiam. Et quum intraſſet in domum, præuenit eũ Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simõ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

26 Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filii.

27 Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eũ piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

Cap. XVIII.

Mar.9.e.33 luc.9.f.46

1 IN ‖illa hora acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Quiſputas maior eſt in regno cælorum?

2 Et aduocãs Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum.

Infra.19.b.14 1.cor.14.d.20

3 Et dixit, Amen dico vobis, ‖niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorũ.

4 Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.

5 Et qui ſuſceperit vnum paruulũ talem in nomine meo, me ſuſcipit.

Marc.9.f.42 luc.17.a.2

6 ‖Qui autem ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credũt, expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

7 Væ mundo à ſcandalis. neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamẽ væ homini illi per quẽ ſcãdalũ venit.

Supra 5.e.30 marc.9.f.43

‖Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eũ, & proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

9 Et ſi ocul⁹ tu⁹ ſcãdalizat te, erue eũ,

22 "Verſantibus autem ipſis in Galilæa, dixit eis Ieſus, Futurum eſt vt Filius hominis tradatur in manus "hominum:

Paſſionem ſuã prædicit.

23 Et trucidabunt eum, ſed tertio die "ſuſcitabitur. Et "triſtes facti ſunt vehementer.

24 Quũ autẽ ipſi veniſſẽt in Capernaũ, venerũt ad Petrũ qui didrachma accipiunt, dixerũtq;, Magiſter veſter "nõ "ſoluit "didrachma?

Tributũ ſoluit, Chriſtus.

25 Dicit, Etiã. Et quum ingreſſus fuiſſet domum, præuenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

Fili.

26 Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait ei Ieſus, "Nẽpe igitur liberi ſunt filii.

27 Sed ne offendamus eos, profectus ad mare, mitte hamum: & eũ piſcem qui "aſcenderit primus, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtatêrem: acceptum illum da eis "pro me & te. Cap. XVIII.

1 IN illo tempore adierunt Ieſum diſcipuli, dicentes, "Quiſnam maximus eſt in regno cælorum?

Maximus in regno Dei.

2 Et quum aduocaſſet "puerulũ Ieſus, ſtatuit eum in medio eorũ:

3 Et dixit, Amen dico vobis, niſi "conuerſi fueritis, & fiatis vt puerui, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.

Paruuli.

4 Quiſquis igitur "demiſerit ſeipſum ſicut *eſt* puerulus iſte, is eſt maximus ille in regno cælorum.

Humilitas.

5 Et quiſquis exceperit vnum puerulum talem in nomine meo, me excipit.

Suſcipere puellũ

6 Quiſquis autem offenderit vnum ex "paruis iſtis qui in me credunt, "præſtiterit ei vt ſuſpendatur mola "aſinaria in collum eius, ac demergatur "in "profundo maris.

Scandalizare.

7 Væ mundo à ſcandalis. neceſſe eſt enim vt veniant ſcãdala: veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.

Scandala.

8 Si verò manus tua vel pes tuus "facit vt tu offendas, excinde "ea, & abiice abs te: bonum eſt tibi ad vitam ingredi claudum aut mãcum "*potius* quàm duas manus vel duos pedes habentem coniici "in ignem æternum.

De manu & pede abſcindendo.

9 Et ſi oculus tuus facit vt tu offendas, erue eũ, & abiice abs te: bo

Oculi erutio.

22 Verſantibus ἀναστρεφομένων, Vel fortaſſis reuertentibus: quæ ſignificatio huius vocabuli etiam vſitata eſt, & nõ malè conuenit huic loco. Nam inde digreſſus, rediit Capernaum per Galilæam, vt conſtat ex Marci 9.e.30. Hanc autem poſteriorem interpretationem ſi ſequaris, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, pro εἰς τὴν Γαλιλαίαν poſitum erit, & ita ſcriptum inuenimus in vno vetere codice. Hominum: ἀνθρώπων. In nono exemplari additur ἁμαρτωλῶν, id eſt peccatorũ: quo vocabulo Gẽtes intelliguntur à fœdere Dei alienæ. Auget enim hæc quoque circũſtantia ſceleris atrocitatem. 23 Suſcitabitur. ἐγερθήσεται. Vulg. & Eraſ. reſurget, id eſt ἀναστήσεται. Triſtes facti ſunt ἐλυπήθησαν. Vulgata, contriſtati ſunt. Eraſmus, mœrore affecti ſunt: qui tamen verterat ἐλυπήθη indoluit, ſuprà 14.a.9.

24 Non οὐ. οὐ particula hîc non negat, ſed interrogat, vt alibi ſæpe. Eraſmus, num: quo aduerbio ferè vtimur quum negatum eſſe volumus id de quo quærimus. Itaque NON videtur huic loco optimè conuenire. Soluit τελεῖ, id eſt ſoluere ſolet. Didrachma τὸ δίδραχμα; Hoc eſt ſcilicet ſicli Sanctuarii dimidium, quod Iſraelitæ pendebãt olim ex Lege ſcripta, Exod.30.b.13. Romani verò poſtea exegerũt, Iudæa in prouinciam redacta. 26 Nempe igitur ἄραγε. Vulgata & Eraſmus, ergo. Vide ſuprà 7.c.20.

27 Aſcenderit ἀναβάντα, ad hamum ſcilicet. Eraſmus, prodierit, quod reſpondet τῷ προϊέναι vel ἐξιέναι. Statêrem: στατῆρα. Is igitur numus erat tetradrachmus: ſicut etiam veteres teſtantur: ita tamen vt à ſtatére aureo diſtinguatur, quorum alii vnciales, id eſt octo drachmarum, alii didrachmi fuerunt. Pro ἀντὶ, id eſt ὑπὲρ. Nam propriè ἀντί τινος ſignificat loco aut vice alicuius. Vide Marcum 10.f.45.

IN CAPVT XVIII.

1 Quiſnã τίς ἄρα. Vulg. Quiſputas. Eraſ. Quis: omiſſa particula expletiua, quã tamen Latini videntur exprimere, approbãte etiam Eraſmo, infrà 24.d.45. 2 Puerulum παιδίον. Vulgata, paruulum: quod non tam eſt ætatis quàm ſtaturæ. Itaque meritò reprehenditur. Eraſmus, puellum. 3 Conuerſi fueritis, στραφῆτε. Phraſi Hebræa dictum eſt pro reſipueritis, vt alibi docuimus.

4 Demiſerit ταπεινώσῃ. Vulgata ad verbum, humiliauerit. Nam ταπεινὸν Grammatici dictum volunt quaſi ἐδάφεινον, ſicut Humilis Latinis ab humo dicitur. Sed humiliandi verbum apud idoneos authores non legi. Demiſſum autem eundem eſſe cum humili, vel illud Ciceronis indicat ex 5. Tuſcul. Non eſt auſus, inquit, elatè & amplè loqui, quum humiliter demiſſéque ſentiret.

6 Paruis τῶν μικρῶν. Vulgata & Eraſmus, puſillis. Præſtiterit ei συμφέρει αὐτῷ. Ad verbum, confert ei. Sed hoc videtur cõparatè accipiendum, ſicut fecimus, mutato etiam tempore. Sic etiam paulo pòſt videtur καλὸν vſurpari pro ἄμεινον. Vulgata & Eraſmus, expedit. Vide ſuprà 5.e.29. Aſinaria ὀνικὸς, id eſt grandis, vt opponatur truſatili, ſicut annotat Hilarius. Nõnulli de mola inferiore intelligunt, quæ ὄνος vocatur, & craſſior eſſe ſolet, quum ſuperiori ſubſternatur. In vno manu ſcripto exemplari ſcriptum inuenimus, λίθος μυλικὸς lapis molaris. In ἐπὶ. Vetuſta exemplaria pleraque ſcriptum habebant εἰς: in vno tamen legimus περὶ circa. Latini in hoc dicendi genere ferè vtuntur præpoſitione De, vel Ex. Cicero tamen in Verrẽ 5, cuiuſdam meminit in oleaſtro ſuſpenſi. Profundo, πελάγει, id eſt τῷ βάθει. πέλαγος enim dicitur quod Latini Altum vocant. poſtea verò pelagus pro ipſo mari cœptum eſt vſurpari, & ita interpretatus eſſem niſi adderetur τῆς θαλάσσης maris. 8 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vide ſuprà 5.e.29, & 30. Ea, αὐτά. Vulgata, eum, id eſt αὐτόν. *Potius* quàm ἤ. Aut καλὸν poſitum eſt pro ἄμεινον, aut ſubauditur μᾶλλον, ſicut apud Homerum in illo verſiculo, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον, ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. lib. Iliad. α. Et in illo impio ſenario, θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. Sic quoque apud Hebræos ferè ſubauditur particula יותר ante מִן, vt Pſal.118.b.8, & 9. item Prouerbiorum 3.b.13. In εἰς. Vulgata & Eraſmus, ad: id eſt πρὸς. Nam etiam permutantur ſæpe iſtæ præpoſitiones, ſicut apud Hebræos ב pro אל.

num eſt tibi ″vnoculum ingredi in vitam *potius* quàm duos oculos habentem coniici in gehennam ignis.

Pueri.
Angeli.

10 ″Videte ne contẽnatis vnũ ex paruis iſtis: dico enim vobis quòd Angeli eorum in cælis ″ per omne *tempus* vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.

Chriſtus ſalus.

11 ″Venit enim Filius hominis vt ſeruet quod perierat.

12 Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui ″homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nõne relictis illis nonagintanouem, ″profectus in montes, quærit eam quæ errauerat?

13 Et ſi fiat vt inueniat eam, amen dico vobis gaudet ſuper ea magis, quàm ſuper illis nonagintanouem quæ non errauerunt.

14 Ita non eſt volũtas coram Patre veſtro qui in cælis eſt, vt pereat ″vnus ex paruis iſtis.

Correptio.

15 Si verò peccauerit in te frater tuus, abi, & argue eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum.

16 Sin verò te non audierit, accipe tecum adhuc vnum aut duos: vt ″in ore duorum aut trium teſtium ″ſtet omne ″verbum.

17 Quòd ſi ″neglexerit audire eos, dic ″Eccleſiæ: quòd ſi Eccleſiã audire neglexerit, ſit tibi velut ″quiuis Ethnicus & quiuis Publicanꝰ.

Excõmunicatio

18 Amen dico vobis quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata ″in cælo: & quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cælo.

Orantes reſipiſcendi gratiam fratri.

19 ″Rurſũ dico vobis, quòd ſi duo ex vobis ″cõſenſerint in terra de õni re quancunque petierint, fiet eis à Patre meo qui in cælis eſt.

20 Vbi enim ſunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic ſum in medio eorum.

Fratri reſipiſcẽti ſemper parcẽdum.

21 Tunc adiẽs eum Petrus, dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? ″*an* vſque ſepties?

22 Dicit ei Ieſꝰ, Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ad ″ſeptuagies ſeptẽ.

23 Propterea aſſimilatum eſt regnum cælorum cuidam Regi, qui voluit conferre rationem cum ſeruis ſuis.

24 Et quum cœpiſſet conferre, oblatus eſt ei quidam debitor decies mille talentorum.

& proiice abs te: bonum tibi eſt vnũ oculum habentem, in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. B

Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis quia ‖Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.
Pſal. 34. b. 8

‖Venit enim Filius hominis ſaluare quod perierat.
Luc. 19. b. 10

‖Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagintanouẽ in montibus, & vadit quærere eã quæ errauit?
Luc. 15. a. 4

Et ſi contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet ſuper eã magis, quàm ſuper nonagintanouem quæ non errauerunt.

Sic non eſt volũtas ante Patrem veſtrum qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

‖Si autẽ peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum.
Leuit. 19. d. 17, eccli. 19. b. 13, luc. 17. a. 3, iacob. 5. d. 18

Si autem te non audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt ‖in ore duorũ vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ.
Deut. 19. b. 15, iohan. 8. b. 17, 2. cor. 13. a. 1, heb. 10. e. 28

Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autẽ Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ‖Ethnicus & Publicanus.
1. Corin. 5. c. 9, 2. theſſ. 3. d. 14

‖Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.
Iohan. 20. c. 23
C

Iterũ dico vobis quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis eſt.

Vbi enim ſũt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? ‖vſque ſepties?
Luc. 17. a. 4

Dixit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.

Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis.

Et quũ cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem millia talenta.

9 Vnoculum μονόφθαλμον. Vulgata, vnum oculum habentem. Eraſmus, luſcum: rectè quidem ſenſu expreſſo. Nam luſcus Latinis dicitur qui altero captus eſt oculo, non is quem Galli vulgò vocant *un louſche*: Latini ſtrabonem, Græco etiam vocabulo. Nos tamen vnoculũ dicere voluimus vt Græcam compoſitionem imitaremur.

10 Per omne *tempus* διὰ παντὸς· Subauditur χρόνου, quod ego expreſſi. Neque video cur minus Latinè dicatur, Per omne tempus, quàm ad omne tempus. Vulg. & Eraſ. ſemper, id eſt ἀεί. 11 Venit enim ἦλθε γὰρ. Tota hæc periodus in nõnullis Græcis codicibus nõ reperitur. 12 Homini ἀνθρώπῳ. Vetus interpres vel non legit, vel prætermiſit, ſed nulla ſenſus iniuria: quanuis niſi exprimas, ſubaudiri neceſſe ſit, vt vis cõparationis intelligatur à minori ad maius. Profectus in mõtes, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς. Eraſmus Veterẽ interpretem ſequutus vertit, in montibus, & vadit. Coniungit enim ἐπὶ τὰ ὄρη cum præcedentibus: quo modo etiã legit Theophylactus, per montes cælũ intelligens. Sed hoc dicendi genus non ita eſt vſitatum, & in plerìſque antiquis exemplaribus hæc ita diſtincta ſunt, vt ἐπὶ τὰ ὄρη cõiungatur cum participio πορευθεὶς, quod melius cõuenit. 14 Vnus εἷς. Ita ſcriptũ reperimus in Veteribus codicibus. Eraſmus autẽ mauult legere ἕν, vt ſubaudiatur παιδίον. 16 In ore ἐπὶ στόματος. Hebraicè, על־פי, id eſt ſermone ac teſtimonio. Sic enim accipitur interdũ Oris vocabulũ pro ſermone & loquutione, vt Num. 3. c. 16. Stet σταθῇ, id eſt ratũ firmũq; habeatur: quod ab Hebræis explicatur verbo יקום. Verbũ. ῥῆμα. Hebraicè דבר, id eſt negotiũ de quo agitur. 17 Neglexerit audire παρακούσῃ, id eſt nõ ſit audire dignatus, aut ſe audire diſſimularit. Nã hoc ſignificat παρακούειν ſicut παρορᾶν dicũtur qui non dignãtur aſpicere, vel fingunt ſe nõ videre. Vulg. & Eraſ. nõ audierit, id eſt μὴ ἀκούσῃ. Eccleſiæ: ἐκκλησίᾳ. Quidã nuper conuertit Reipublicæ, huc fortaſſe reſpiciens, quòd in Iudicũ conſortiũ etiam Leuitæ & Sacerdotes olim in Rep. Iſraelitica legebantur: aut quia exiſtimauit de negotiis forenſibus hîc agi: quod etiamſi illi concederem, minimè tamen ipſius interpretationem approbarẽ, quũ Reip. vocabulũ pro ipſo Senatus aut populi conuentu vſurpari non ſoleat: vt quid illud ſit, Dicere Reip. vix à quoquam intelligi poſſe videatur. Sed de animi offenſionibus hîc agi & Senatu eccleſiaſtico (cuius iuriſdictio à politici magiſtratus functione, in Eccleſia præſertim Chriſtiana, apertiſſimè diſtinguitur) vel ex eo conſtat, quod deligando & ſoluendo poſtea commemoratur. Neque enim Chriſtus politicas leges præſcribit. Hæc autem poteſtas ac iuriſdictio penes ſynagogam erat, ſicut liquet Iohan. 9. d. 22, Item 12. f. 42, Item 16. a. 2: vt apud Iudæos idem fuiſſe videatur pœnæ genus ἀποσυνάγωγον γίγνεσθαι, atque apud Chriſtianos excommunicari. Porrò de Eccleſiæ vocabulo diximus ſuprà, 16. c. 18. Quiuis Ethnicus ὁ ἐθνικὸς, id eſt profanus & alienus à religione. Nam ſolent Sacri ſcriptores ἔθνη & ἐθνικοὺς Græcè vocare eos qui Hebraicè גוים dicuntur, id eſt qui erant alieni à Rep. Iſraelis, & fœdere promiſſionis non comprehendebantur: vt ait Paulus Epheſ. 2. c. 12. Latini theologi poſtea (quorũ authoritatem libens ſequor) Ethnicos Græco nomine appellarunt. Articulum autem conati etiã ſumus exprimere, qui hoc quidẽ loco eſt ἀόριστος. Itaq; interpretati ſumus particula indefinita Quiuis. 18 In cælo: ἐν τῷ οὐρανῷ. Quod hoc loco philoſophatur Origenes in hoc genere dicendi, quũ paulo antè Chriſtus Petrum alloquens, 16. c. 19, dixerit plurali numero ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ſi quidem hæc ſunt Origenis, nõ modò inepta ſunt, ſed etiã Hebræorum linguæ ſummam arguunt imperitiam. Appellãt enim Hebræi Cælos plurali numero שמים, & in vno vetere exẽplari diſertè ſcriptũ inuenimus ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Res ipſa deniq; oſtendit iſtas ſpeculationes prorſus vanas eſſe & inanes. 19 Rurſum πάλιν. In antiquis omnibus codicibus additum erat ἀμὴν amen. Conſenſerint συμφωνήσωσιν. Tranſlatio eſt à corpore ad animum. Nam de voce & cantu propriè id dicitur. 21 An vſq; ἕως, vel vt Eraſmus, Num vſque. Vide ſuprà 16. b. 13. 22 Septuagies ſeptẽ· ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. ſcilicet peccata, id eſt 490. poſuit enim ingentẽ numerũ pro infinito. Vetus interpres, ſeptuagies ſepties, quẽ ſequitur Eraſmus: qui tamen in annotationibus obſeruat eam interpretationem quam poſui.

	Quum autem nō haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venūdari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.	25	Quum autem is non poſſet reddere, iuſſit eum dominus eius venūdari, & vxorē eius, & liberos, & ōnia quæ habebat, & reddi *debitū*.	
	Prócidēs autem ſeruus ille, orabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.	26	Prócidens ergo ſeruus ille, adorabat eum, dicens, Domine, differ iram erga me, & omnia tibi reddam.	
D	Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eū, & debitum dimiſit ei.	27	Cōmotus autē miſericordia dominus ſerui illius, dimiſit eum, & mutuum remiſit ei.	
	Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens, Redde quod debes.	28	Egreſſus verò ſeruus ille, inuenit vnum ex conſeruis ſuis qui debebat ipſi centum denarios: & prehenſum eum ſuffocabat, dicēs, Redde quod debes.	
	Et prócidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.	29	Prócidens ergo conſeruus eius ad pedes eius, precabatur eū, dicens, Differ iram erga me, & omnia reddam tibi.	
	Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.	30	Ille verò noluit: ſed abiens, coniecit eum in carcerē, vſquequo redderet debitum.	
	Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.	31	Quum autem vidiſſent conſerui eius quæ facta fuerant, triſtes facti ſunt vehementer: & quum veniſſent, plana fecerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.	
	Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi, Serue nequā, omne debitū dimiſi tibi, quoniam rogaſti me:	32	Tunc quum aduocaſſet eum dominus ſuus, dicit ei, Serue male, totum debitum illud remiſi tibi, quia precatus es me:	
	Nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?	33	Nónne oportuit & te miſereri conſerui tui, vt & ego tui miſertus ſum?	
	Et iratus dominus eius, tradidit eū tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum.	34	Tunc iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, vſquequo redderet totum quod debebatur ſibi.	
	Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi nō remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordib⁹ veſtris. Cap. XIX.	35	Ita & Pater meus cæleſtis faciet vobis, niſi remiſeritis ſuo quiſque fratri ex cordibus veſtris offenſas eorum. Cap. XIX.	
Marc.10.a.1	ET factum eſt, quū conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem:	1	ET factum eſt, quum finiiſſet Ieſus ſermones iſtos, ſoluit à Galilæa, & venit in fines Iudææ traiecto Iordane:	
	Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.	2	Et ſequuta eſt eum turba multa, ſanauítque eos illic.	Sanātur infirmi.
	Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eū, & dicētes, Si licet homini dimittere vxorē ſuā quacūque ex cauſa?	3	Tunc adierunt eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes ei, Licétne homini dimittere vxorem ſuam quauis ex cauſa?	Vxor ob ſolam fornicationē dimittenda.

25 Non poſſet reddere, μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι. ἔχειν pro δύνασθαι, id eſt habere pro poſſe, frequenter ponitur. Itaque hæc interpretatio ſimpliciſſima eſt. Vulgata, non haberet vnde redderet. Eraſmus etiā longius à Græcis recedens, non eſſet ſoluendo, quod Græcis ſignificat οὐχ οἷόν τε ἦν ἀποδοῦναι. Reddi *debitum*. ἀποδοθῆναι. Subaudi τὸ ὀφειλόμενον, vt loquitur infrà d. 30. Eraſmus, fieri ſolutionem: ſenſu rectè expreſſo.

26 Ergo οὖν. Vulgata & Eraſmus, autē, id eſt δέ. Seruus il. ὁ δοῦλος. In vetuſtis codicibus, 2. 4. 8, additur ἐκεῖνος ille, quo modo etiam legit Vetus interpres: quanuis appoſitus articulus ſatis declaret διαφοράν. Adorabat προσεκύνει. Admonet Eraſmus ſe in nōnullis exēplaribus legiſſe παρεκάλει, id eſt precabatur, pro quo Vetus interpres, orabat: niſi corrupta ſint exemplaria. Differ iram erga me, μακροθύμησον ἐπ᾽ ἐμοί. θυμὸς hoc loco iram ſignificat & quidem præcipitem, quā Galenus propriè ὀξυθυμίαν appellat: iræ acerbitatem & præcipitationem dicere poſſumus: quod Cicero excandeſcentiam commodiſſimè interpretari videtur: animum autem Horatius in illo verſiculo, Ira furor breuis eſt, animum rege: vnde & animoſi Græcis dicūtur θυμώδεις, vel θυμοειδεῖς, atque adeo θυμικοί. Eſt autem Galeno nō parua differentia inter ὀξυθύμους & θυμώδεις quo modo etiam apud Latinos non tantùm inter iræ præcipitis, ſed etiam inter acerbæ vehemētiſque iracundiæ homines & animoſos differentia maxima eſt. Iram igitur qui differre & cohibere poſſunt, dicuntur μακρόθυμοι, quos nonnulli longanimes vocant, vocabulo parum Latino: & μακροθυμία idem penè eſt quod πραότης lenitas & clementia: quæ tamen à lentitudine, aut animi deſponſione & demiſſione (quam Græci quoque ἀθυμίαν vocant) diſtinguitur. Neceſſariò autem periphraſim quæſiui, ſed quæ vocabuli etymon oſtenderet. Vulgata, patientiam habe. Eraſmus, eſto patiens: non ſatis propriè, ni fallor.

27 Dimiſit ἀπέλυσεν. Eraſmus, abſoluit. Atqui (ni fallor) abſoluere dicitur debitor qui ſoluit quod debet: non creditor qui debitum condonat. Mutuum δάνειον. Vulgata, debitum, id eſt ὀφείλημα. Eraſmus, æs alienum. Mutuum autem impropriè hîc dicitur quod ſeruus ex facultatibus heri interuertit. 28 Suffocabat, ἔπνιγε. Eraſmus lōgo vſus circuitu, obtorto collo trahebat: ſenſu tamē fideliter expreſſo. Quod ὅ,τι. In omnibus vetuſtis legitur εἴ τι ſiquid: ſed perperam, ni fallor.

29 Ad pedes eius, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Hæc omiſſa ſunt à Vetere interprete & ab Eraſmo, quum tamen in omnibus vetuſtis codicibus Græcis reperiantur. Omnia πάντα. Hoc deerat in veteribus codicibus, 1. 4. 7. 9. 12. 14.

30 Abiens ἀπελθών. Vel abundat hoc participium ex vulgata loquendi conſuetudine, ſicut pleraque alia: vel ſimplicem motum declarat. Neque enim exiſtimandum eſt, creditorem ab illius latere diſceſſiſſe, ſed potius illum per vim rapuiſſe in carcerem. Itaque rectius fortaſſis verterimus Pergens quàm Abiens. 31 Quæ facta fuerāt, τὰ γενόμενα. In 3. 6. 8. 9, codicibus legitur γινόμενα quæ fiebant: quo modo vertit Eraſmus & Vetus interpres. Plana fecerunt διεσάφησαν. Vulgata, narrarunt, id eſt διηγήσαντο. Eraſmus, aperuerunt, id eſt ἤνοιξαν.

33 Nónne oportuit οὐκ ἔδει. In ſecundo exemplari additur οὖν ergo.

35 Offenſas eorum. τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Hoc non legit Vetus interpres, neque Hieronymus: ſed niſi addas, abſolutè ponetur verbū ἀφιέναι, quod vix alibi reperias. Præterea in omnibus Græcis codicibus hæc ſcripta inuenimus.

IN CAPVT XIX.

1 Finiiſſet ἐτέλεσεν. Vulgata & Eraſmus, conſummaſſet: quod melius reſpondet compoſito συντελεῖν. Interdum tamen etiam conſummandi vocabulo vtimur, præſertim in paſſiuo, vt amphiboliam vitemus. Soluit μετῆρεν. Vulgata, migrauit. Eraſmus, demigrauit, id eſt μετῴκησεν. Vide ſuprà cap. 13. g. 53. Traiecto Iordane: πέραν τοῦ ἰορδάνου. Vulgata & Eraſmus ad verbum, trans Iordanem. Sed illo modo malui conuetere, ne exiſtimaret lector Iordanem interiectum eſſe inter Iudæam & Galilæam. Deſcribitur enim hoc loco nō ſitus Iudææ, ſed iter quo Dominus contendit in Iudæam, nimirum per eam regionem quæ Peræa dicitur, vt apertius explicat Marcus, qui addit διὰ τοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου, quum poſſet Chriſtus per Samariam non traiecto lacu in Iudæam peruenire.

3 Dimittere ἀπολῦσαι. De hoc verbo diximus ſuprà 1. c. 19. Eraſmus, diuortiū facere: periphraſi minimè (vt opinor) neceſſaria. Quauis ex cauſa? κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; vel, in quouis crimine? Nam αἰτία & cauſam & crimen declarat. In quinto exemplari legitur ἁμαρτίαν peccato.

	Ille verò reſpondens, ait eis, ″Nõ legiſtis quòd ″opifex ab initio, maſculum & fœminam fecit eos?	4	Qui reſpondens, ait eis, Non legiſtis quia ǁqui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos?	Gene.1.d.27
	Et dixit, Propterea ″relinquet homo patrem & matrẽ, & ″adglutinabitur vxori ſuæ: & ″qui duo *erant*, fient caro vna.	5	Et dixit, ǁPropter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.	Gene.2.d.24 1.corin.6.d.16 epheſ.5.g.31
	Itaque non amplius ſunt duo, ſed vna caro. quod ergo Deus ″cõiunxit, homo ne ″ſeiungat.	6	Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.	
Libellꝰ repudii.	Dicunt ei, Cur ergo Moſes mandauit dare libellum abſceſſionis, ac dimittere eam?	7	Dicũt illi, Quid ergo Moyſes mãdauit dare libellũ repudii, & dimittere?	Deut.24.a.1
	Dicit eis, Moſes ″pro duritia cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: cæterùm à principio non fuit ita.	8	Ait illis, Quoniã Moyſes ad duritiã cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem nõ fuit ſic.	B
	Dico autem vobis quòd quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob ſcortationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.	9	ǁDico autẽ vobis quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.	Suprà 5.e.32 marc.10.b.11 luc.16.d.18 1.cor.7.b.11
	Dicunt ei diſcipuli eius, Si ″ita eſt cauſa hominis cum vxore, nõ confert ″contrahere matrimonium.	10	Dicunt ei diſcipuli eius, Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.	
	Ipſe verò dixit eis, Non omnes ″capiunt hũc ſermonem, ſed quibus datum eſt.	11	Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.	
Eunuchi.	Sunt enim eunuchi qui ″ex matris vtero nati ſunt ita: & ſunt eunuchi qui ″caſtrati ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cælorum. qui poteſt capere, capiat.	12	Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. qui poteſt capere, capiat.	
Manuum impoſitio cum oratione.	Tunc oblati ſunt ei pueruli, vt manus eis imponeret, & oraret: diſcipuli autem obiurgarunt eos.	13	Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret diſcipuli autem increpabant eos.	Marc.10.b.13 luc.18.c.15 ſuprà 18.a.3
Paruuli.	Ieſus verò ait, Sinite puerulos, & ne prohibeatis eos ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum.	14	Ieſus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum.	
	Et quum impoſuiſſet eis manus, profectus eſt illinc.	15	Et quum impoſuiſſet eis manus, abiit inde.	

4 Non οὐκ, id eſt annon: de quo diximus ſuprà cap.16.b.13. Opifex ὁ ποιήσας. Vulgata & Eraſmus ad verbum, qui fecit: quod perobſcurum eſt, niſi addideris ἄνθρωπον id eſt hominẽ. Placuit igitur potius ex Hebræo idiotiſmo accipere pro participio abſoluto, id eſt הבורא vel העושה, vt loquuntur Hebræi. Græci diſertiores dicerent ὁ δημιουργός. Latinè autem verbali nomine hoc explicandum eſt. Sic etiam ſuprà 8.d.33, appellatione τῶν βοσκόντων intelliguntur paſtores.

5 Relinquet καταλείψει. Vulgata, dimittet: quod reſpondet τῷ ἀφιέναι. Eraſmus, deſeret: quod durius eſt, & melius videtur reſpondere τῷ ἐγκαταλείπειν. Adglutinabitur προσκολληθήσεται. Vulgata, adhærebit ἀνθέξεται. Eraſmus, quẽ hic ſequor, optimè expreſſit Græcum vocabulum, quo ſignificatur arctiſſima coniunctio viri & vxoris, quaſi glutine cõiunctorum. Qui duo *erant*, fient caro vna. ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, erunt duo in carne vna, vel in carnem vnam. Ego putaui primùm explicandam eſſe vim articuli οἱ, quo ſignificatur conditio coniugum ante matrimonium: quod commodiſſimè exprimeremus totidem verbis vernacula noſtra lingua, *les deux ſeront une perſonne.* Latinè verò non item. Deinde illuſtrandus eſt omnino hic Hebraiſmus, quo vix quicquam dici poteſt obſcurius in Latino ſermone. Itaque ſciendum eſt verbum ἔσονται erunt, accipi pro γενήσονται id eſt fient: vt in illis dicendi formulis, Eſto mihi in protectorem, Eris nobis in caput. Præterea præpoſitio à Latinis exprimi non ſolet in hoc dicendi genere, niſi quum dicimus, eſſe pro amico, id eſt amici loco: quod Hebræi dicerent Eſſe in amicum: qui ſenſus huic loco non conuenit. Denique Vna caro nihil aliud declarat quàm vnum hominem, ſiue vnum corpus, vt explicatur 1.Cor.7.b.16: quem Hebraiſmum retinuimus, quia non eſt tam obſcurus quin facilè intelligi poſſit, quum frequentiſſimè ſoleat in Sacris ſcriptoribus occurrere. Hic ergo ſenſus eſt, Qui antè duo erant homines, incipiunt quaſi vnus homo eſſe: quod ipſe poſtea explicat. 6 Coniunxit, συνέζευξεν. Vel coniugauit. Vnde coniuges dicti, & coniugium: quod vocabulum Græco penitus reſpondet, ſeruata etiam tranſlatione à iugo. Eraſmus, copulauit. Seiungat. χωριζέτω. Vulgata & Eraſmus, ſeparet, quod vocabulum melius exprimit τὸ ἀφορίζειν, vt alibi diximus. Neque tamen ignoro ſeiungere opponi τῷ ἀποζευγνύειν, quo verbo vtitur Euripides de hac eadem re, id eſt de matrimonii diſſolutione loquens. Sed quum neceſſariò quærendum eſſet ſynonymum, illud præ cæteris delegi quod cum ſuperiore συζευγνύειν pugnat ex diametro.

8 Pro duritia cordis veſtri πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. πρὸς hoc loco accipitur vel pro κατὰ, vt apud Plutarchum, πρὸς ἀρετὴν, id eſt habita virtutis ratione, & pro meritis: vel pro διὰ, vt apud Ariſtoph. πρὸς ταῦτα, pro διὰ ταῦτα, id eſt idcirco: quæ vtraque ſignificatio cõuenit Latinæ præpoſitioni Pro. Dicunt enim Latini, Pro amore mutuo, id eſt amoris mutui cauſa: & Pro loco vel tempore, id eſt quod ineptè dicitur, pro loci & temporis qualitate. Vulgata & Eraſmus ad verbum, ad duritiam cordis veſtri.

10 Ita eſt οὕτως ἐστὶν pro talis eſt. Terent. Phorm. Ita ingenium eius fuit. Contrahere matrimonium. γαμῆσαι. Græcis γαμεῖν propriè de marito dicitur, ſicut γαμεῖσθαι de vxore: quo modo etiam Latinis vir vxorẽ ducere dicitur, mulier verò nubere. Sed hoc loco agi videtur de matrimonio in genere. Vide infrà cap.22.c.30.

11 Capiunt χωροῦσι, id eſt recipiunt, & admittunt: ſicut tranſlatitiè quoque anguſtum locum dicimus non poſſe res multas capere. Vnde χωρίον locus dicitur: alioqui quum neutrum eſt τὸ χωρεῖν, aliud declarat, vt ſuprà 15.b.17. Significat ergo Chriſtus hanc doctrinam in iis locum non habere quibus hoc non datum eſt: quia ſcilicet non omnium communis, aut in cuiuſuis arbitrio poſita virtus eſt continentia, ſed rarum donum Spiritus ſancti. Eraſmus per periphraſin, ſunt capaces.

12 Ex vtero ἐκ κοιλίας. Propriè & ad verbum, è ventre. Certè nemini dubium eſſe poteſt quin de vtero loquatur, vt catachreſis iſta in omnibus linguis locum habet: ſed quia paulo durior erat Latinis, vt ferè ſit poetica, ſequutus ſum Veterem interpretem & Eraſmum. κοιλία porrò & γαστὴρ non modò apud Medicos, verũ etiã apud reliquos omnes ferè ſcriptores, nũc pro vẽtriculo, nunc pro ventre propriè dicto, nũc pro vtero accipitur. Caſtrati ſunt εὐνουχίσθησαν. Vulgata & Eraſmus, eunuchi facti ſunt: qui tamen paulo pòſt interpretantur εὐνουχίζειν caſtrare. εὐνοῦχος autem Græcis Medicis (quod etiam Inſtitutiones Græcæ lib.1. de Adoptionibus teſtantur) generis nomen eſt quod in ſpadones, thlibias, & caſtratos diuiditur. εὐνοῦχος porrò (vt Phauorinus docet) dictus eſt ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν, hoc eſt ab eo quòd lectum Reginarum (quod ſatis notum eſt, vel etiam ex 8. capite Actorum) ac virginum cuſtodiant. ἔχειν enim Græcis non raròidem eſt quod φυλάττειν. Aliis verò placet Eunuchum dici παρὰ τὸ εὖ νοῦν ἔχειν καὶ ἀπηλλάχθαι τῶν ἀφροδισίων. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ ἀφροδίσια δυόντα ἐκάλουν. Quæ ratio mihi probabilior videtur. Cæterùm ſpadones Græcis quoque ἀποσπαδιαῖοι dicũtur, de quibus Galenus lib.15. De vſu partiũ corp. hum. Quam quidẽ Galeni ſententiam confirmat Cælius lib. Lect. antiq. 18. cap. 10. Adeò vt Iuriſconſultus. ff. de verb. ſign. l. ſpadonum, minus rectè ſpadonis appellationem vniuerſalem eſſe tradiderit.

Marc.10.b.17 luc.18.d.18

16 Et ecce vnus accedens, ait illi, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

C

17 Qui dixit, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. ſi autē vis ad vitam ingredi, ſerua mādata.

Exod.20.c.13

18 Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit, Nō homicidium facies, Non adulterabis, Nō facies furtum, Non falſum teſtimonium dices,

19 Honora patrē tuū & matrē tuam, Diliges proximū tuū ſicut teipſum.

20 Dicit illi adoleſcēs, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt?

21 Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.

22 Quū audiſſet autem adoleſcens verbū, abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones.

23 Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum.

24 Et iterum dico vobis, facilius eſt camelū per foramen acus trāſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

25 Auditis autem his diſcipuli mirabātur valde, dicentes, Quis ergo poterit ſaluus eſſe?

D

26 Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autē omnia poſſibilia ſūt.

Marc.10.d.21 luc.18.c.28

27 Tunc reſpondens Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

28 Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis quòd vos qui ſequuti eſtis me,

16 Et ecce, quidam accedens, dixit ei, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

17 Ipſe verò dixit ei, Cur me ″dicis bonū? nullus eſt bonus, niſi vnus, *nempe* Deus. ſi vis autem ad vitam ingredi, ſerua mandata.

Bonus Deus.

Mandata ſeruanda.

18 Dicit ei, ′Quæ? Ieſus autem dixit, ′Nō occides, ′Non mœchaberis, ″Non furaberis, ′Non dices falſum teſtimonium

19 Honora patrem & ′matrem. ′Et, Diliges proximū tuū vt teipſū.

20 Dicit ei adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: ″quo amplius deficior?

21 Ait ei Ieſus, Si vis perfectus eſſe, abi, vende ′quæ ſunt tibi, & da ″pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.

Perfectus.
Vendere poſſeſſiones.
Theſaurus.

22 Quum audiſſet autem adoleſcens eum ſermonem, abiit triſtis factus: ″habebat enim ″bona multa.

23 Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quòd diues difficilè introibit in regnum cælorum.

Diues.

24 Rurſum verò dico vobis, ″facilius eſt ′camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum Dei ′introire.

25 Auditis autem his diſcipuli eius ″ perculſi ſunt valde, dicentes, Quis ″ergo poteſt ſeruari?

26 Intuitus autem Ieſus, dixit eis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

Salus à Deo.

27 Tunc reſpondens Petrus dixit ei, ″Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

Relinquere omnia, & Chriſtum ſequi.

28 Ieſus autem dixit eis, Amen dico vobis quòd vos qui ſequuti

17 Dicis λέγεις. In ſecundo & octauo exemplaribus ita leguntur ſequentia τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός. εἰ δὲ θέλεις, id eſt, quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus. Si vis autem. quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres interpoſito tantùm Dei nomine. ſic enim vertit, Vnus eſt bonus, Deus: pro quo mallē dicere, Vnus Deus bonus eſt: vel addere particulā Nempe, ſicut fecit Eraſmus ad illuſtrādam ſententiam. 18 Quæ? ποίας; id eſt τίνας; Nam τὸ ποῖον propriè de qualitate quærit. Sic in vernaculo ſermone vtimur interrogantibus particulis, *quels, & deſquels*, etiam quū de ſubſtantia quærimus. τὸ, articulū hunc præponere ſolent Græci iis quæ τεχνικῶς, &(vt Grāmatici Latini loquuntur) materialiter accipiuntur. Nos prætermittere maluimus, quàm non ſatis commodè interpretari, quum Latini articulis careant. Non occides, οὐ φονεύσεις, id eſt Ne occidas: quæ ratio in cæteris præceptis locum habet. Vetus interpres & Eraſmus verterunt per periphraſim, non facies homicidium: fortaſſis vt anſam calumniandi Manichæis præciderent, qui animalium etiam quorumuis cædem arbitrabantur hoc præcepto inhiberi. Non mœchaberis, οὐ μοιχεύσεις. De hoc alibi diximus. Non furaberis, οὐ κλέψεις. Vulgata & Eraſmus periphraſi minimè neceſſaria, Non facies furtum.

19 Matrem. μητέρα. In primo vetere exemplari erat additum pronomen σου, id eſt tuam. Et, καί. Vetus interpres hanc particulam non legit. Origenes totum hoc ſuppoſititium eſſe arbitratur, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. primùm quòd apud Marcum & Lucam nihil addatur eiuſmodi. Deinde quòd res eadem iteretur. Poſtremò quia quum (vt teſtatur Apoſtolus Rom.13.c.9) his verbis tota Lex contineatur, non conuenit vt dicatur adhuc aliquid ei deeſſe qui hæc omnia præſtiterit. Reſpondeo, ſi hoc præſcriptum ſequamur, vt quæ in eadem hiſtoria explicanda apud omnes Euangeliſtas non reperiuntur, ea vt adulterina repudiemus, fore vt bonam Euangeliorum partem deleamus: cuius rei exemplum nobis ſuppeditat vel illud quod Lucas ſolus de altero latronum commemorat, adeò quidem vt etiam à Matthæo diſſentire videatur, niſi commoda afferatur interpretatio. Deinde hæc iterationis ſpecies facilè excuſari poteſt, non modò ſi καὶ dixerimus poni in epexegeſi, vt in illo Virgilii, Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ: ſed etiā ſi rem ipſam ſpectemus. Loquitur enim ἐμφατικώτερον qui diligere iubet quàm qui vetat damno afficere. Præterea quanuis in loquendo & ſcribendo frequentius ſoleat præponi totū quidpiam, quod deinde in ſuas partes ſecetur: interdum tamen contrarius ordo inſtituitur, quum nulla ratio prohibeat quominus id rectè fiat. Quod autem ad poſtremam rationem attinet, ea ſatis indicat Origenem non vidiſſe quid hìc ageretur. Neque enim iuuenis iſte verè reſpondit ſeſe præcepta illa omnia impleuiſſe: neque ſua reſponſione hoc illi concedit Dominus. ſed quum longiſſimè abeſſet ab eo quod ſeſe exiſtimabat conſequutum, hunc morbum in ipſius animo latentem detexit Dominus, propoſito illi ſummæ charitatis exemplo, ex quo is demum intelligeret quàm temere reſpōdiſſet. Sed hìc quoque hallucinatum eſſe Origenem nemo mirabitur, qui ipſius in Epiſtolam ad Romanos commentа legerit, quibus præcipuum religionis noſtræ caput vir ille fœdiſſimè profanauit.

20 Quo amplius deficior? τί ἔτι ὑστερῶ; ὑστερεῖν reſtare ſignificat, & tardius venire. Inde factum vt etiam pro defici accipiatur neutri abſoluti ſignificatione. Vulgata & Eraſmus, quid adhuc mihi deeſt?

11 Quæ ſunt tibi, σου τὰ ὑπάρχοντα, id eſt bona tua & facultates. Vulgata & Eraſmus, quæ habes, ἃ ἔχεις. Pauperibus, πτωχοῖς. πτωχοὶ propriè dicuntur mendici: πένητες autem pauperes, id eſt qui honeſtam inopiam tolerant: quo modo diſtinxit pauperiem à mendicitate Martialis hoc verſiculo, Non eſt pauperies, Neſtor, habere nihil. Itaque nonnulli ſuprà 5.a.3, & Lucæ 4.c.8, & 6.c.20, πτωχοὺς malunt conuertere mendicos quàm pauperes. Sed hæc differentia non eſt perpetua. Videtur autem pauperes hìc vocare qui à Salomone dicūtur דלים, Prouerb.22.b.9, ſcilicet quos inopia totos exedit, qui alia ratione אביונים dicuntur, Latinè mendici.

22 Habebat enim ἦν ἔχων. Vulgata & Eraſmus ad verbum, erat enim habens: quem Hebraiſmum minimè neceſſe fuit hoc loco retinere. Bona κτήματα. Vulgata & Eraſmus ad verbum, poſſeſſiones: ſed (ni fallor) apud Latinos non tam latè patet hoc vocabulum, quàm quæ Græci κτήματα vocāt. Illis enim poſſeſſio tantùm fundos declarat, quū κτημάτων appellatione intelligatur quicquid ab aliquo poſſidetur.

24 Facilius εὐκοπώτερον, id eſt ῥᾷον. Nam Græcorum copiam aſſequi non poſſumus. Itaque ſæpius quàm velimus, vti cogimur ſynonymis. Ad verbum, leuioris eſt laboris. Camelum κάμηλον. Quidam hoc vocabulo anchorarium funem intelligunt, & κάμιλον hac ſignificatione ſcribunt. Ego verò illis aſſentior qui Camelum pro animali accipiunt, tantiſper dum illi opinionem ſuam idonei ſcriptoris alicuius authoritate confirmarint. Introire. εἰσελθεῖν. Vulgata, intrare, de quo alibi diximus. Eraſmus, ingredi: quo modo etiā nos plerunque. Sed hìc ſtuduimus ſeruare paronomaſiam τοῦ διελθεῖν & εἰσελθεῖν. Vtroque tamen loco legitur εἰσελθεῖν in vetuſtis codicibus 5.7.8.12.14.

25 Perculſi ſunt ἐξεπλήσσοντο. Virgilius 9. AEnei. Obſtupuit magno laudum perculſus amore Euryalus. Vulgata, mirabantur, id eſt ἐθαύμαζον. Eraſmus, expauerunt, id eſt ἐθαμβοῦντο. Vide ſuprà 7.d.28. Ergo ἄρα. ἄρα hoc loco non tantùm eſt particula interrogans, ſed etiam illatiua, vt Grammatici loquuntur. Itaque rectè conuerſa eſt quaſi ſcriptum eſſet οὖν. quanuis Eraſmus in annotationibus malit interpretari quiſnam. 27 Ecce, ἰδού. In ſexto exemplari legitur ἰδοὺ κύριε, id eſt ecce Domine.

eſtis me, 'in regeneratione quum ſederit Filius hominis in 'throno 'gloriæ ſuæ, ſedebitis & vos ſuper thronos duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael.

Et omnis qui reliquerit 'domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut agros, cauſa nominis mei: 'centuplicia accipiet, & vitam æternam 'hæreditatis iure poſſidebit.

Multi autem primi, erunt vltimi: & vltimi, primi. Cap. XX.

Operarii conducuntur in vineã.

SImile 'enim eſt regnum cælorum 'cuidam patrifamiliâs, qui exiit' cũ prima luce ad conducendos operarios in vineã ſuã.

'Pactus autem cum operariis 'denario 'in diem, miſit eos in vineam ſuam.

Et 'egreſſus circa horã tertiã, vidit alios ſtantes in foro otioſos:

Et illis dixit, Abite & vos in vineam: & quodcunque iuſtum fuerit dabo vobis.

Illi autem abierunt. Rurſum egreſſus circa ſextam & nonam horam, fecit 'itidem.

Circa horam autem vndecimam egreſſus, inuenit alios ſtantes otioſos, ac dicit eis, Cur hîc ſtatis totum diem otioſi?

Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit eis, Abite & vos in 'vineam: & quicquid fuerit iuſtum, accipietis.

Quum autem ſerum diei eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde eis mercedem, incipiens ab vltimis vſque ad primos.

Et quum veniſſent qui circa vndecimam 'horam *conducti fuerant*, 'acceperunt ſinguli denarium.

Venientes autem & primi, exiſtimarunt quòd plus eſſent accepturi: ſed acceperunt ipſi quoque ſinguli denarium.

Et quum accepiſſent, murmurabant aduerſus patremfamiliâs,

Dicentes, Iſti vltimi vnam horam '*opus* fecerunt, & eos æquales nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & 'æſtum.

Ipſe verò reſpondens dixit vni ex ipſis, 'Amice, non facio tibi

in regeneratione quũ ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, | ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Luc.22.c.30

29 Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: cẽtuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

30 |Multi autem erunt primi, nouiſſimi: & nouiſſimi, primi. Cap. XX. Marc.10.f.31 luc.13.f.30

1 SImile eſt regnum cælorum homini patrifamiliâs qui exiit primo mane cõducere operarios in vineam ſuam.

2 Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

3 Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos:

4 Et dixit illis, Ite & vos in vineam: & quod iuſtum fuerit dabo vobis.

5 Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam: & fecit ſimiliter.

6 Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis. Quid hîc ſtatis tota die otioſi?

7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam.

8 Quum ſero autem factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.

9 Quum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperũt ſingulos denarios. B

10 Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: acceperũt aũt & ipſi ſingulos denarios.

11 Et accipientes, murmurabant aduerſus patremfamiliâs,

12 Dicentes, Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus.

13 At ille reſpondẽs, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nón-

---

18 In regeneratione ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ. Hæc ita diſtincta ſunt in veteribus codicibus 3. 4. 5. 7. 12, vt ad ſententiam ſequentem pertineant: quo modo etiam ferè legi ſolet: in aliis autem ſic vt cum præcedentibus cohæreant. ſi prior illa lectio magis arridet, παλιγγενεσία pro eo die ſumitur quo incipient electi nouam illam vitam viuere, quum ſcilicet corpore & animo fruentur hæreditate illa cæleſti. Throno θρόνῳ. Vulgata & Eraſmus, ſede, id eſt καθέδρας. Thronus autem auguſtius aliquid ſignificare videtur, regni ſcilicet ſolium. Gloriæ δόξης. Hebraiſmus, id eſt glorioſo & maieſtatis pleno. 29 Domos, οἰκίας. In ſecundo & ſeptimo codice legitur οἰκίαν, id eſt domum. Centuplicia ἑκατονταπλασίονα. Vulgata & Eraſmus, centuplum. Vide Marci 10.b.30. Hæreditatis iure poſſid. κληρονομήσει. Vide ſuprà 5.a.5.

IN CAPVT XX.

1 Enim γάρ. Hanc particulam omiſit Vetus interpres. Cuidam patrifamiliâs, ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ. Abundat ἀνθρώπῳ, vel pro τινὶ ponitur ex Hebræi ſermonis cõſuetudine. Sic etiam Herodotus in Thalia dixit, ἀνὴρ μάγος, Homerus βουληφόρον ἄνδρα, Et Saluſt. mulier ancilla, pro ancilla quædam. Cum prima luce ἅμα πρωΐ. Sic loqui ſolet Cicero. Nam hoc eſt quod ait Demoſthenes ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Ad verbum, cum mane. Vulgata, primo mane. Eraſmus, diluculo, id eſt ὄρθρῳ.

2 Pactus συμφωνήσας. Vulgata & Eraſmus, Conuentione facta. συμφωνεῖν (vt iam antè diximus) 18.c.19, vocabulũ eſt muſicorum propriũ, quum ex diuerſis vocibus vnum efficiunt concentum. Inde factum vt pro conſentire accipiatur, & in contractibus faciendis communi conſenſu aliquid paciſci: quo modo etiam Eraſmus infrà interpretatur verſu 13. Denario ἐκ δηναρίου. Vulgata ad verbum, ex denario. Sed (vt annotat Eraſmus) Latini non exprimunt præpoſitionem. In diem, τὴν ἡμέραν. Subauditur κατὰ diſtributiua particula: ſed cuius non videtur propria ſignificatio hîc vſurpari, quum de vno tantùm die agatur, cui tota vita hominis confertur. Sic Ouidius, Inque diem alipedũ ius & moderamẽ equorum. Itaque non malè conuertit Vetus interpres, Diurno, ſi ſenſum ſpectes. Eraſmus autem nõ item, qui interpretatur, in ſingulos dies. 3 Egreſſus ἐξελθών. Quum ter repetatur hoc verbum in hac ſimilitudine, eodem ſemper modo conuertere malui quàm modò per participium egreſſus, modò per verbum exiit, ſicut video feciſſe Veterem interpretem, quem ſequitur Eraſmus.

5 Itidem. ὡσαύτως. Vulgata & Eraſmus, ſimiliter, id eſt ὁμοίως.

7 Vineam: ἀμπελῶνα. In exemplari 3 & 14, additum erat μου, id eſt meam. Quæ autem ſequuntur, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε, id eſt & quicquid fuerit iuſtum, accipietis: neque apud Veterem interpretem reperitur, neque legitur apud Hieronymum, vt obſeruat Eraſmus. ſcriptũ tamen erat in omnibus vetuſtis codicibus quibus vſus eſt Stephanus noſter.

9 Horam ὥραν. Subauditur ἦλθον, venerant in vineam, vel ἐμισθώθησαν, id eſt conducti fuerant: quod etiam malo, ne videantur fuiſſe in mora. Acceperunt ſinguli denarium. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. ἀνὰ hoc loco ſignificat æqualem diſtributionem, quo modo etiam vſurpatur hodie à Medicis in medicamentorum compoſitionibus. Vulgata, ſingulos denarios.

12 *Opus* fecerunt, ἐποίησαν. Hebraicè עבדו. Subauditur autem ἔργον, vt ſit periphraſis, pro εἰργάσαντο. Sic vulgò dicimus, *qui ont faict une heure*. Vulgata ad verbum, fecerunt. Eraſmus, fuerunt in opere. Eſt autem illa eclipſis ab Hebræis orta, qui in verbo includunt verbale nomen, vt Pſal. 13.b.4, ne dormiam mortis, ſcilicet dormitionem. Aeſtum. καύσωνα. In ſeptimo & duodecimo exemplaribus ſcriptum eſt hoc vocabulum cum nota interrogationis aut indignationis potius, καύσωνα; æſtum? Solet autem particula καὶ vel εἶτα in eiuſmodi dicendi genere peculiari quadam ſignificatione vſurpari. Sic Virgilius -& quiſquam numen Iunonis adoret Præterea?

13 Amice, ἑταῖρε. Propriè hoc vocabulo ſodalis intelligitur. Neque verò quiſquis ſodalis eſt, amicus eſt: nos tamen alios ſequuti, ami-

cum interpretati ſumus,quòd hoc ferè vocabulo ſoleamus ignotos etiam compellare.Sic in vernaculo ſermone quempiam ignotum compellantes,vocamus interdum *compaig non*,Græcam phraſim imitati.

ne ex denario conueniſti mecum?

iniuriam: nónne denario″pactus es mecum?

Tolle quod tuũ eſt,& vade:volo autẽ &huic nouiſſimo dare ſicut& tibi.

14 Tolle quod tuũ eſt,& abi : volo autẽ huic vltimo dare vt & tibi.

Aut non licet mihi quod volo,facere? an oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum?

15 Annon licet mihi quod volo, facere″in meis ? an oculus tuus ″malus eſt,quòd ego bonus ſim?

Oculus nequam

Suprà 19.d.13 marc.10.c.31 luc.13.f.40. infrà 22.b.14

|Sic erunt nouiſſimi, primi : & primi, nouiſſimi:multi enim ſũt vocati, pauci verò electi.

16 Sic vltimi erũt primi:& primi, vltimi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Marc.10.c.32 luc.18.c.31

|Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò,& ait illis,

17 Et aſcendens Ieſus Hieroſolyma,aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos″priuatim in via,& dixit eis,

Paſſionẽ ſuam prædicit apoſtolis Chriſtus.

C

Ecce aſcendimus Ieroſolymam , & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis,& condemnabunt eum morte:

18 Ecce aſcendimus Hieroſolyma,& Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum ac Scribis,& condemnabunt eum morte:

Iohan.18.f.32

|Et tradent eum Gentibus ad illudẽdum,& flagellandum,&crucifigendũ: & tertia die reſurget.

19 Tradéntque eum Gentibus ad hoc vt illudant, & flagellent , & crucifigant:″ſed tertia die reſurget.

Marc.10.c.35

|Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis,adorans & petens aliquid ab eo.

20 Tunc venit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis,adorans & petens aliquid ab eo.

Zebedæi filii.

Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi , Dic vt ſedeãt hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam , & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.

21 Ipſe verò dixit ei , Quid vis? Ait ei , Dic vt ſedeant iſti duo filii mei , vnus″à dextra tua,& alter à ſiniſtra in regno tuo.

Reſpondens autem Ieſus,dixit,Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem quẽ ego bibiturus ſum ? Dicũt ei,Poſſumus.

22 Reſpondens autem Ieſus,dixit,Neſcitis quid petatis:poteſtis bibere poculũ″ quod ego bibiturus ſum : & baptiſmate quo ego baptizor,baptizari? Dicunt ei,Poſſumus.

Calix.

Ait illis, Calicem quidem meum bibetis:ſedere autem ad dexteram meã & ſiniſtram,nõ eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

23 Tunc dicit eis , Poculum quidem meum bibetis, & baptiſmate quo ego baptizor,baptizabimini:ſedere autẽ à dextra mea & ſiniſtra mea,nõ eſt meũ″dare,ſed″*dabitur* quibus paratũ eſt à Patre meo.

Marc.10.g 41 luc.22.c.25

|Et audiẽtes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.

24 Et quũ *hæc* audiſſent″*alij* decẽ, indignati ſũt de duobus fratribus.

D

Ieſus autẽ vocauit eos ad ſe , & ait, Scitis quia principes Gentium dominantur eorũ:& qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eas:

25 Ieſus autem quum eos aduocaſſet, ait, Scitis quòd principes Gentium ″dominantur in eas : & qui magni ſunt , licentia vtuntur in eas:

Non ita erit inter vos : ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter:

26 ″Verùm non ita erit inter vos:ſed quicũque voluerit inter vos magnus fieri,″ſit veſter miniſter:

Et qui voluerit inter vos primus eſſe,erit veſter ſeruus.

27 Et quicunque voluerit inter vos primus eſſe,ſit veſter ſeruus.

Philip.2.a.7

|Sicut Fili⁹ hominis nõ venit mini-

28 Sicut Filius hominis non venit vt ſibi miniſtraretur,ſed vt mi-

Miniſter noſter Chriſtus,& Redemptor.

Pactus es mecum? συνεφώνησάς μοι; In ſexto codice legitur συνεφώνησά σοι;pactus ſum tecum?

15 In meis? ἐν τοῖς ἐμοῖς; Si vitare velis amphiboliam,adde appellatiuum cum Eraſmo,In *rebus* meis?id eſt de meo: ſicut Auguſtinus interpretatur Sermone 59 de Verbis Domini,vt obſeruat Eraſmus. Vetus autem interpres hæc nõ legit. Malus πονηρός. Sic loquuntur Hebræi,עין רעה oculus malus:id eſt,an inuides iſtis benignitatem meam?Elucent enim huiuſmodi affectus potiſſimùm in oculis.Suprà autem 6.c.23,oculus malus pro libidinoſo animo accipi videtur,& ſimplex pro caſto & pudico: quamobrem etiam diſceſſi à Vetere interprete, qui oculum nequã conuertit. 17 Priuatim in via,&c. κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν. In octauo exemplari legitur καὶ ἰδίαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν, id eſt priuatim,& in via dixit. 19 Sed tertia die καὶ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Vide ſuprà 13.c.22.

21 A dextra tua, ἐκ δεξιῶν σου. Vel(vt Vulgata & Eraſmus)ad dextram tuam. Ad verbum,ex dextris tuis.

22 Quod ego bibiturus ſum: ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν καὶ τὸ βάπτισμα,&c. In exemplaribus 4.5.14, legitur ὃ ἐγὼ πίνω· ἢ τὸ βάπτισμα, &c. quod ego bibo:aut baptiſmate.In ſecũdo autem exemplari,itémque in octauo,hæc omnia καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;& baptiſmate quo ego baptizor,baptizari?neque in hoc verſiculo,neque in proximo habentur:& ſuſpicantur nonnulli addita ex Marco, quum apud Veterem interpretem non legantur. Sunt autem quaſi prouerbialia hæc dicendi genera, quibus fidelium conditio explicatur. Nam primùm omnium metonymicè poculũ pro eo accipitur quod poculo cõtinetur. Deinde poculi appellatione intelligitur apud Hebræos modus vel pœnæ quæ peccatis noſtris infligitur,vt Pſal. 11.b.6,& infrà cap.26.f.39,vbi Dominus perſonam noſtram ſuſtinet: vel afflictionis quæ ad nos probandos & confirmandos immittitur à Deo,vt hoc loco:vel lætitiæ qua cumulantur fideles,vt Pſal.23.a.5.Significat denique cuiuſque ſortem & conditionem,vt Pſal.16.a.5.Porrò Eraſmus Veterem interpretem meritò in eo reprehendit quòd ποτήριον vertat calicem,id eſt κύλικα,quod tamẽ ipſe non emendauit infrà 26.d.39. 23 Dare, δοῦναι. In codicibus ſecundo,tertio,quarto legitur τοῦτο δοῦναι,id eſt hoc dare,Hebraica repetitione relatiui. Vetus interpres addit pronomen ὑμῖν vobis:quam lectionem ſi ſequamur,nihil ſupplendum erit in proximo membro.

Alij q.d.

Dabitur quibus οἷς. Eraſmus,iis continget quibus.Sed vocabulum contingentiæ libens refugio,quoties præſertim de iis agitur in quibus decretum Dei æternum nobis proponitur conſiderandum.Verbum autem δοθήσεται quod in Græco ſuppletur,Latinè expreſſi.

24 *Alii* decem, οἱ δέκα. Addidi particulam Alii,vt vim articuli Græci exprimerem,& amphiboliam ſermonis vitarem.

25 Dominantur in eas: κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Cic. De ſenec.Ita enim ſenectus honeſta eſt,ſi ad extremũ ſpiritum dominatur in ſuos. Ita igitur volui exprimere vim præpoſitionis κατὰ,tum in hoc verbo,tum in eo quod ſequitur proximè,reſoluta compoſitione: quod etiam placet Eraſmo in annotationibus.Vulgata,dominantur eorum: duplici errore,quum repetendus ſit genitiuus Gentium,& hoc verbum apud Latinos tertio caſui iungatur.Sed hoc quoque obſeruandum eſt(quod Eraſmus non præteriit)hoc vocabulo & eo quod proximè conſequitur,nõ quanuis dominationem ſignificari,ſed cum imperioſa quadam acerbitate coniunctam:quã prohibet Paulus Epheſ.6.b.9. Sic accipitur Act. 19.c.16,& 1.Pet.5.a.3. Nam alioquin fideles verbi Dei miniſtri authoritate funguntur minimè omnium contemnenda, quam paucis explicat Paulus 2.Cor.10.a.4, & deinceps. Ideo etiam interpretatus ſum κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν licentia vtuntur aduerſus eas , quum alioquin ſoleamus ἐξουσίαν interpretari authoritatem. Videtur enim licentia plerunque poni in vitio, & tyrannicam illam vocem optimè declarat, Si libet,licet. Poteſtas autem reſpondet τῇ δυνάμει. Et Poteſtatem exercere , quo vtuntur Vetus interpres & Eraſmus, non memini legere apud idoneos authores. 26 Verùm non ita οὐχ οὕτως δέ. Particulam δὲ neque Vetus interpres legit,neque Eraſmus. Sit ἔστω In vetuſtis codicibus 1.2.3.7.12.14,legitur ἔσται erit.

Minister noster Christus, & Redéptor.

nistraret, & daret animam suam ″redéptionis pretium pro multis.

29 Tunc ″egrediẽtibus ipsis ab Iericho, sequuta est eũ turba multa.

Cæci duo.

30 Et ecce duo cæci sedentes iuxta viam, quum audissent quòd Iesus ″præteriret, clamauerunt, dicentes, Miserere nostri ″Domine fili Dauid.

31 Turba autem obiurgauit eos vt silerent: illi verò magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine fili Dauid.

32 Et ″quum restitisset Iesus, ″vocauit eos, & ait, Quid vultis faciã vobis?

33 Dicunt ei, Domine, vt aperiantur oculi nostri.

34 Misericordia autem commotus Iesus, tetigit oculos eorum: & statim visum receperunt ″oculi eorum, & sequuti sunt eum.

Cap. XXI.

Christus asinæ insidens ingreditur Ierusalẽ.

1 ET quum appropinquassent Hierosolymis, & venissent in ″Bethphage ad mõtem ″Olearum, tunc Iesus misit duos discipulos,

2 Dicens eis, Proficiscamini in vicum qui ″cõtra vos est, & statim inuenietis asinam ligatã, & pullũ cũ ea: soluite, & adducite mihi.

3 Et siquis vobis ″aliquid dixerit, dicite quòd Dominus his opus habet: ″statim enim mittet eos.

4 Hoc autem totum factũ est vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem,

5 Dicite ″filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & ″insidens asinæ ac pullo ″filio subiugis *asinæ*.

6 Profecti sunt autẽ discipuli, fecerúntq; sicut iniũxerat eis Iesus.

7 Et adduxerunt asinã & pullum, & imposuerunt super eos ″pallia sua, & ″collocarunt *ipsum* ″super ea.

8 Plurima autem turba strauerunt pallia sua in via: alii verò cæ-

strari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Marc.10.g.46 luc.18.g.35.

29 Et egrediẽtibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa:

30 Et ecce duo cæci sedentes secus viã, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerũt, dicentes, Domine, miserere nostri Fili Dauid.

31 Turba autẽ increpabat eos vt tacerent: at illi magis clamabant, dicẽtes, Domine, miserere nostri Fili Dauid.

32 Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis?

33 Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri.

34 Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim viderunt, & sequuti sunt eum.

Cap. XXI.

Marc.11.a.1 luc.19.d.29

1 ET quũ appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tũc Iesus misit duos discipulos,

2 Dicens eis, Ite in castellum quod cõtra vos est, & statim inuenietis asinã alligatam & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.

3 Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

4 Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetã, dicentem,

Esa.62.b.11 zacha.9.b.9 iohan.12.b.15

5 Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam & pullum filium subiugalis.

6 Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

7 Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerũt super eos vestimẽta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

8 Plurima autem turba strauerũt vestimenta sua in via: alii autem cæde-

Redemptionis pretium λύτρον. Vulgata, redemptionẽ. Verùm (vt obseruat Erasmus) τὸ λύτρον ipsam redemptionem non declarat, sed eius pretiũ, id est quicquid datur ad eos redimẽdos qui captiui tenentur. Homerus ἄποινα vocat. Pro multis. ἀντὶ πολλῶν, Vide Marci 10.g.45.

29 Egredientibus ἐκπορευομένων. In sexto exemplari legitur in numero singulari ἐκπορευομένου αὐτοῦ, id est egrediente ipso.

30 Præteriret, παράγει. Vel prætergrederetur, vt suprà 9.a.9. Sic autem verto, vt melius exprimatur præpositio παρά. Vulgata & Erasmus, transiret, id est διέρχεται. Domine κύριε. Hoc vocabulum in omnibus Græcis codicibus collocatum est post ἡμᾶς. apud Veterem autem interpretem & Erasmum inchoat hoc membrum.

32 Quum restitisset, στάς. Ad verbum, quum stetisset: quum tamen στὰς hoc loco non opponatur sedenti aut iacenti, sed ambulanti. Vocauit ἐφώνησε. Voce scilicet, non per alium. Hoc enim potius significat τὸ καλεῖν, vel potius τὸ μεταπέμπεσθαι.

34 Oculi eorum, αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hæc non erant in vetustis codicibus secundo & octauo, neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem. Vulgata, viderunt, id est ἔβλεψαν.

IN CAPVT XXI.

1 Bethphage Βηθφαγῆ. Antiqua omnia legunt Βηθσφαγῆ, id est Bethsphage. Hebræa enim hæc omnia variè sunt à Græcis corrupta. Olearum, ἐλαιῶν. Vulgata, Olíueti, id est ἐλαιῶνος, sicut etiam vocatur Act.1.b.12.

2 Contra ἀπέναντι, id est eregione. Sicut apud Virgilium 1. AEneid. Carthago dicitur sita Italiam contra. Sic ab Hebræis quoque vsurpatur נגד. 3 Aliquid dixerit, εἴπῃ τι. In secundo exemplari scriptum legimus, εἴπῃ, τί ποιεῖτε; dixerit, Quid facitis? Statim enim mittet εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ. Vulgata & Erasmus coniunctionem δὲ interpretantur ET: non ineptè, modò copulam accipias loco particulæ causalis: quod alibi frequenter occurrit, vt infrà cap.23. b. 12: sed ego perspicuitati studui, nequem ambiguitas falleret. Porrò veteres codices & Theophylactus scriptum habent ἀποστέλλει mittit: eodem (vt existimo) sensu, sed mutato tempore futuro in præsens, vt melius significetur illum nullam moram esse interpositurum. Nam ad Iesum & discipulos non placet referre, quum paulo antè dixerit fuisse missos, sed ad dominum asinæ potius, qui auditis discipulis, statim esset illis traditurus asinam cum pullo.

5 Filiæ Sion, τῇ θυγατρὶ Σιών, id est ciuitati Sion. Nam familiare est Hebræis familiarum nomen vrbibus ipsis accõmodare: cuius phrasis exempla plurima vel vnus Threnorum liber suppeditabit. Insidens asinæ, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον. Propius ad Græcũ participium accederet, conscensa asina: sed quia sub spectaculo exigui temporis Propheta longiorem regni Christi statum descripsit, libenter retinui præsens tempus, quod melius continuum actum (vt loquuntur) exprimit. Nonnulli propterea quòd hoc loco non additur fœmininus articulus, nõ de asina, sed de asino hoc dictum intelligunt, vt illud καὶ πῶλον & pullum, per epexegesin dicatur, quia Christus disertè ab aliis Euangelistis memoratur super pullũ sedisse. Et fateor nomen חמור quo vtitur Zacharias 9.b.9, quanuis toti speciei tribuatur, tamen magis propriè de mare intelligi: quum alterum habeant vocabulum Hebræi quo asina significatur, & quo etiam vtitur Propheta in posteriore membro. Sed nõ temere est quòd Matthæus tum asinæ tum pulli disertè facit mentionem. Iam verò quum in tota hac historia distinguãtur ὄνος & πῶλος, necesse non fuit fœmininum articulum exprimere. Quòd igitur dicere videtur Propheta Christum super asinam & pullum sedisse, nemo nõ videt quomodo sit intelligendum. Nam quia pullo, quem conscendit Dominus, adiuncta erat asina, pulli scilicet comes, ideo dicitur & matre & pullo vectus fuisse, communi loquendi consuetudine. Nam etiam vernacula nostra lingua dicitur aliquis ire tribus aut quatuor equis, si totidem habeat comites. Filio subiugis *asinæ*. υἱὸν ὑποζυγίου. Subiugalis nomen apud Latinos legere non memini: subiuges autem equas memorat Plinius, sed adiectiuè: ideo expressi appellatiuum. Filii verò vocabulum etiam vsurpat Columella de onagris loquens libro 6.cap.37. 7 Pallia τὰ ἱμάτια, id est vestem exteriorem. Vulgata, vestimenta: quod latius patet, vt alibi diximus. Hîc autem videtur de palliis tantùm agi: an enim nudi Christum sequerentur? Collocarunt ἐπεκάθισαν. Quædam exemplaria legunt ἐπεκάθισεν insedit. Rursus tertium & decimumquartũ ἐκάθισεν sedit. Super ea. ἐπάνω αὐτῶν. Frobenius excudit ἐπάνω αὐτῆς super eã, asinam scilicet. Sed ex aliis Euangelistis liquet Dominum vectum fuisse non asina, sed pullo. Lego igitur αὐτῶν plurali numero, & ad vestimenta refero quibus stratis insedit: vel ad asinam & pullum, vt consentiat Matthæus cum Zacharia. Quomodo autem intelligendum sit, Dominum vtroque vectum fuisse, quum reliqui Euangelistæ pulli tantùm meminerint, paulo antè diximus. Vetus interpres vertit, desuper. Itaque videtur tantùm legisse ἐπάνω, nullo expresso relatiuo.

bant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

9 Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabāt, dicētes, Hoſanna Filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſſimis.

Marc.11.b.11
luc.19.g.45
iohan.2.c.13

10 ‖Et quum intraſſet Ieroſolymā, cōmota eſt vniuerſa ciuitas, dicēs, Quis eſt hic?

11 Populi autem dicebant, Hic eſt Ieſus Propheta, à Nazareth Galilææ.

Deu.14.c.25

12 Et intrauit Ieſus in templum Dei: & eiiciebat omnes ‖vendentes & emētes in templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

B

Eſa.56.c.7
Ierem.7.b.11

13 Et dicit eis, Scriptum eſt, ‖Domus mea, dom⁹ orationis vocabitur: ‖vos autem feciſtis illā, ſpeluncā latronū.

Marc.11.c.17
luc.19.g.46

14 ‖Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos.

15 Vidētes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicētes, Hoſanna Filio Dauid, indignati ſunt:

Pſal.8.a.3

16 Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicūt? Ieſus autem dixit eis, Vtique: nunquā legiſtis, ‖Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?

17 Et relictis illis, abiit foras extra Ciuitatem in Bethaniam: ibique māſit.

18 Mane autem reuertēs in Ciuitatē, eſuriit.

Marc.11.b.13

19 ‖Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea, niſi folia tātùm: & ait illi, Nunquā ex te fructus naſcatur in ſempiternū. Et arefacta eſt continuò ficulnea.

20 Et videntes diſcipuli, mirati ſunt, dicentes, Quomodo continuò aruit?

21 Reſpondens autem Ieſus, ait eis, Amē dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolùm de fi-

debant ramos ab arboribus, & ſternebant in via.

9 Porrò turba″quæ præibat & quæ ſequebatur, clamabat dicens, ′Hoſanna Filio Dauid: ″benedictus″qui venit in nomine Domini: Hoſanna″*ô qui es* in *cælis* altiſſimis.

10 Et quum ipſe introiſſet Hieroſolyma, commota eſt vniuerſa vrbs, dicens, Quis eſt iſte?

11 Turba autem dicebat, Iſte eſt Ieſus ille Propheta à Nazareth Galilææ.

12 Et introiit Ieſus in templum Dei, &′eiecit omnes vendentes & ementes in templo: menſáſque numulariorum, & cathedras vendentium columbas″ſubuertit.

Vendentes in tēplo.

13 Et dicit eis, Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis″vocabitur: at vos feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Orationis dom⁹.

14 Tunc venerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos.

15 Quum vidiſſent autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna Filio Dauid, indignati ſunt:

Pueri proſpera Chriſto optātes.

16 Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicāt? Ieſus autem dicit eis, ′Etiā: nunquā legiſtis, Ex ore infantium & lactentiū″perfeciſti laudem?

17 Et relictis ipſis, exiit″extra vrbē in Bethaniā, &″diuerſatus eſt illic.

18 Mane autem rediens in vrbem, eſuriit.

19 Et quum vidiſſet″ficum quādam in via, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia ſolùm: tunc dicit ei, ′Ne amplius ex te fructus naſcatur in ſeculum. Et arefacta eſt″illico ficus.

Ficus arefacta.

20 Quum igitur hoc vidiſſent diſcipuli, mirati ſunt, dicētes, Quomodo illico exaruit ficus?

21 Reſpondens autem Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non″diſceptaueritis, non ſolùm″hoc *quod factum eſt* ficui,

9 Quæ præibat προάγοντες. In ſecundo codice additur αὐτῷ, id eſt ei. Hoſanna ὡσαννά. Vel Hoſana, vt in quibuſdam exemplaribus legimus. Nam Hebraicè ſcriberetur הושענא, vocabulo ex duobus corruptis & per ſyncopen cōtractis cōpoſito: quum potius dicendum fuerit הושיעה־נא, id eſt ſerua, vel opitulare quæſo. Fuit autem hæc ſolennis formula acclamationis, ideóque Hebraicè expreſſa ab Euangeliſtis: qua vtebantur Iudæi in feſto Tabernaculorum, quum ramos geſtarent ex Domini mandato, Deut.23.g.40: qua de re multa nugatur Plutarchus συμποσιακῶν δ. κεφ. ε. qui rurſus in Theſei vita ſimile quiddam refert de Athenienſium feſto quod ὠσχοφόρια à geſtandis ramis vocabant: ſi modò ſacra cum profanis licet comparare. In illo igitur feſto quum hanc vocem identidem multi ingeminarent, tandem eò ventum eſt vt ipſos etiam ſalicum & cæterarum deinceps arborum ramos Hoſanna vocitarent: ſicut quidam noſtri ſeculi vir doctus & diligens obſeruauit ex Rabbinorum libris. Itaque exiſtimat hac ſignificatione hic eſſe accipiendum, perinde acſi geſtiens turba declararet ſeſe hos ramos Filio Dauidis ferre, eúmque Deū ac Meſſiam agnoſcere. Nā alioquin (inquit) ſi Hoſanna ſignificat Salua quæſo, quid erit Salua quæſo Filio Dauid? Videtur enim potius dicendū fuiſſe υἱὲ Δαβὶδ Fili Dauid, vel υἱὸν Δαβὶδ Filium Dauid. At ego malo propriam verborum declarationē ſequutus, interpretari, Opitulare quæſo. Neque enim facilè mihi perſuaſerim Chriſtum illo tempore pro Deo habitum, ne ab iis quidēm qui eū haberent pro Meſſia. Deinde quæ proximè ſequuntur, ſatis oſtendunt hæc omnia ex Pſalmo 118, eſſe petita, & huiuſmodi acclamationibus plebem proſperum ſucceſſum ſuo Meſſiæ à Domino petiiſſe. Neque eſt cur iſta conſtructio nos moretur, quum ſæpe etiam reperiatur verbum הושיע abſolutè poſitum pro opitulari & ſalutē afferre: ſicut liquet ex multis locis, ipſóque adeò verſiculo Pſalmi 118, ex quo hæc eſſe petita diximus. Quinetiam prorſus ſimilis conſtructionis exemplum habemus Pſal.86.c.16. Benedictus εὐλογημένος. Hebraiſmus, id eſt laudandus & extollendus: ſiue, bene ſit ei qui venit in nomine Domini: quē ſcilicet Dominus Regem nobis dedit. Qui venit ὁ ἐρχόμενος. Vel, is qui venturus erat. Nam (vt alibi annotauimus) hoc verbum etiam tempore præſenti videtur futurum aliquid ſignificare, quum de eo dicatur qui adhuc eſt in via. Et hæc verba fortaſſis reſpiciunt Prophetarum prædictiones de Meſſia. O *qui es* in *cælis* altiſſimis. ἐν τοῖς ὑψίστοις. Hebraiſmus. Quia verò obſcurum erat alioquin hoc dicendi genus, ideo putaui aliquid ſupplendum quo illuſtraretur. ſuppleui autem quod maximè viſum eſt accommodatum, quum præſertim ſimilis eclipſis exemplum reperiſſem Pſal.148.a.1 & 7. Quòd ſi magis placebit altera ſententia quam explicuimus, conuertes Hoſanna *ei qui eſt* in altiſſimis.

12 Eiecit ἐξέβαλε. Vetus interpres & Eraſmus, eiiciebat, id eſt ἐξέβαλλε. Subuertit. κατέστρεψε. κατὰ idem hìc valet quod κάτω. Vulgata & Eraſmus, euertit. 13 Vocabitur: κληθήσεται, id eſt erit: de quo Hebraiſmo ſæpè diximus.

16 Etiam: ναί. Vulgata, Vtique. Eraſmus, Quidni? id eſt πῶς γὰρ οὔ; Vide ſuprà 5.f.37. Perfeciſti κατηρτίσω, id eſt ἐτέλεσας. Nam τὸ ἄρτιον idem hìc valet quod τέλειον, id ſcilicet quod omnibus ſuis partibus conſtat, ita vt nihil neque deſit neque ſuperſit: ſumpta nimirum metaphora à numero quem τέλειον appellant Geometræ, qui ſcilicet τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ἐστίν. Nam ἄρτιος ἀριθμὸς numerus par dicitur, is ſcilicet qui in duas tantū æquales partes diuidi poteſt. ἄρτιος autē ἄνθρωπος, pro τελείῳ vſurpatur 2.Tim.3.d.17. Vnde καταρτίζειν, ἀπαρτίζειν, ἐξαρτίζειν, quæ frequenter occurrunt, interdum pro τελειοῦν, id eſt perfectum & integrum reddere: interdum pro ἁρμόζειν & ἑτοιμάζειν, id eſt aptare & præparare, vt 2.Tim.3.d.16, Rom.9.e.22, & alibi. Cæterùm quod in Hebræo legitur יסדת, ab hac interpretatione non diſſentit. Nam quæ ſunt perfecta, etiam ſunt firmiſſima. Sed & Oris vocabulum pro voce & teſtimonio accipitur, vt ſuprà 18.b.16.

17 Extra ἔξω. Eraſmus, è, id eſt ἐκ. Diuerſatus eſt ηὐλίσθη. Ad verbum, ſtabulatus eſt. Vulgata, manſit, id eſt ἔμεινεν.

19 Ficum συκῆν, arborem ſcilicet. Itaque Vulgata & Eraſmus per periphraſim interpretantur arborem fici: à qua tamen periphraſi hoc eodem verſiculo diſceſſerunt: neque certè neceſſaria erat, quum amphibolia omnis poſtea tollatur. Ne amplius μηκέτι. Vulgata, Nunquam, id eſt μήποτε. Eraſmus, Ne poſthac, id eſt μὴ εἰς ἔπειτα. Illico παραχρῆμα. Vulgata & Eraſmus, continuò: quod videtur reſpondere τῷ ἅμα aduerbio. Illud autem quod vſurpo, opponitur τῷ παραυτίκα καὶ παραχρῆμα.

21 Diſceptaueritis, διακριθῆτε, id eſt hæſitaueritis, ſicut vertit Vulgata, & eam ſequutus Eraſmus, ſenſu magis quàm verbo expreſſo. Nā qui hæſitat, alternantibus ſententiis ſecum ipſe quaſi litigat & diſceptat, vt annotat doctiſſimus Budæus in Commentariis. Sic etiam accipitur Rom.4.d.20. & Act.10.c.20. Denique διακρίνεσθαι eſt quod vernaculo ſermone dicimus *faire difficulté*. Hoc *quod factum eſt* ficui, τὸ τῆς συκῆς. Vulgata, de ficulnea. Ad verbum, illud ficus: de quo dicendi genere ſuprà 8.c.33, diximus aliquid. Eraſmus, quod accidit ficui.

facietis, verumetiam ſi monti iſti dixeritis, Tollitor, & 'proiicitor in mare: fiet.

22 Et omnia quæ petieritis in oratione credentes, accipietis.

Fides in oratiõe

23 Et 'quum ipſe veniſſet in templum, principes Sacerdotum & Seniores populi 'eum docentem adierũt, dicẽtes, 'Qua authoritate facis iſta? & quis tibi dedit iſtam authoritatem?

Interrogatur Chriſtus de potẽtia ſua.

24 Reſpondens autem Ieſus, dixit eis, Interrogabo vos & ego 'rem quandam: quam ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam qua authoritate faciam iſta:

25 Baptiſmus Iohannis vnde erat? 'è cælo, an ex hominibus? At illi 'ratiocinabantur 'apud ſe, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis ei?

Baptiſmus Iohannis.

26 Sin autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam. omnes enim habent Iohannem vt Prophetam.

27 Et reſpondentes Ieſu, dixerunt, Neſcimus. Ait eis & ipſe, Nec ego dico vobis qua authoritate faciam iſta,

28 Quid autem vobis videtur? Quidam habebat duos filios: & accedens ad priorem, dixit, Fili, abi, hodie operare in vinea mea.

Qui voluntatẽ Dei faciant.

29 Ille verò reſpondẽs, ait, Nolo. Sed poſtea 'quũ reſipuiſſet, abiit.

30 'Et accedens *ille* 'ad ſecundũ, dixit itidem. Is verò reſpõdens, ait, 'Ego *abeo* domine. Et non abiit.

31 Vter è duobus fecit 'voluntatem patris? Dicunt ei, Prior. Dicit eis Ieſus, Amen dico vobis quòd Publicani & meretrices præeunt vobis in regnum Dei.

Publicani. Meretrices.

32 Venit enim ad vos Iohannes 'via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei: Publicani verò & meretrices crediderunt ei. vos autem quum vidiſſetis, non reſipuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

Iudæi infideles.

33 Aliam parabolam audite, Fuit quidam paterfamiliâs qui plantauit vineam, & ſepé circumpoſuit ei, fodítque in ea torcular, & ædificauit turrim, & 'elocauit eã agricolis: ac peregre profectꝰ eſt.

Vinea Dei, Iudæi, qui tamen Chriſtũ occiderunt.

34 Quum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus ipſius.

Agricolæ.

35 Agricolæ verò captis ſeruis eius, alium quidem ceciderunt, aliũ verò trucidarunt, alium autem lapidarunt.

36 Rurſum miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerũt eis itidẽ.

culnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare: fiet.

22 Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

23 ¦Et quũ veniſſet in tẽplum, acceſſerũt ad eum docetem, principes Sacerdotum & Seniores populi, dicentes, In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem?

Marc.11.d.27
luc.10.a.1

24 Reſpondẽs Ieſus, dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum ſermonẽ: quẽ ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua poteſtate hæc facio:

C

25 Baptiſmus Iohãnis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabãt inter ſe, dicẽtes, Si dixerimus, E cęlo: dicet nobis, Quare ergo non crediđiſtis illi?

26 Si autẽ dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam. omnes enim habent Iohannem ſicut Prophetam.

Suprà 14.a.5

27 Et reſpondentes Ieſu, dixerunt, Neſcimus. Ait illis & ipſe. Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

28 Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedẽs ad primum, dixit, Fili, vade, hodie operare in vinea mea.

29 Ille autem reſpondẽs, ait, Nolo. Poſtea autem pœnitentia motus, abiit.

30 Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait, Eo domine. Et non iuit.

31 Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Ieſus, Amen dico vobis quia Publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei.

32 Venit enim ad vos Iohannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei: Publicani autem & meretrices crediderunt ei. vos autem videntes, nec pœnitentiã habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

33 Aliam parabolam audite, ¦Homo erat paterfamiliâs qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ędificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus eſt.

Eſa.5.a.1.b.5
ierem.2.d.21
marc.12.a.1
luc.20.b.9

34 Quum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius.

D

35 Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt.

36 Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter.

Proiicitor βλήθητι. Sic Eraſmus in annotationibus. Vulgata, iacta te: paſſiuo per actiuum expreſſo, ſicut etiam antea vertit ἄρθητι, Tolle pro tollitor. 23 Quum ipſe veniſſet ἐλθόντι αὐτῷ. In ſecundo & octauo codicibus ſcriptum erat ἐλθόντος αὐτοῦ, eodem ſenſu. Eum adierunt προσῆλθον αὐτῷ. Hoc ordine hæc verba colloco, Principes ſacerdotum & Scribæ eum docentem adierunt. idque propter amphibologiam quæ in Græco ſermone eſt. nam alioqui videri poſſet principes quarto caſu dici. Qua authoritate ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ. Vulgata, Qua poteſtate, id eſt ποίᾳ δυνάμει. hîc autem (vt Eraſmus rectè obſeruat) non vires, ſed ius & authoritas ſignificatur. Ad verbum, In quali licẽtia: ſed particula IN ſatis exprimitur ſexto caſu: ποίᾳ autem ponitur pro τίνι, vt eſt à nobis annotatum ſuprà 19.b.18.

24 Rem quandam: λόγον ἕνα. Ad verbum, ſermonem vnum. Sed Hebræis (vt iam antè monuimus) דבר rem omnem in genere ſignificat, atque adeò pro particula indefinita vſurpatur: pro quo Græci theologi interdum λόγον, interdum ῥῆμα vſurpant. ἕνα autem, id eſt vnum pro τινὰ poni, ſæpe iam eſt à nobis annotatum. Hoc igitur omnino illud eſt quod vernaculo ſermone dicimus, *Ie vous demanderay un mot.*

25 E cælo, ἐξ οὐρανοῦ, id eſt à Deo. Ita enim melius apparet antitheſis: & cælum pro Deo Syriacè vſurpari, quidam Hebraicæ linguæ peritus obſeruat: quod tamen ad imperium referas, vt ſurſum homines mentem attollant quum de Deo agitur. Ratiocinabantur διελογίζοντο, id eſt rationes conferebant in vtranque partem, vt conſtat ex ſequente dilemmate. Itaque ſic conuertere malui quàm Cogitabãt, cum Vetere interprete quem ſequitur Eraſmus. Suprà tamen idem verbum διαλογίζεσθαι conuerti Diſceptare, id eſt διαλέγεσθαι, vbi de mutua colloquutione agitur, quam Latini Dialogum vocant. Apud ſe, παρ' ἑαυτοῖς. Vulgata, inter ſe, id eſt ἐν ἑαυτοῖς.

29 Quum reſipuiſſet, μεταμεληθείς. Vulgata & Eraſmus per periphraſim, pœnitentia motus. Hîc autem & paulo pòſt μεταμέλεσθαι pro μετανοεῖν ponitur: de quo ſuprà diximus 3.a.2. Hoc eſt quod dicimus vernaculo ſermone *ſe rauiſer.*

30 Et accedens καὶ προσελθών. Vulgata & Eraſmus, Accedens autem προσελθὼν δέ: quod etiam in vno vetere codice legimus. Ad ſecundum, τῷ δευτέρῳ. Vulgata & Eraſmus, ad alterum, τῷ ἑτέρῳ: quo modo ſcriptum erat in tribus vetuſtis codicibus. Ego *abeo* ἐγώ. Subauditur πορεύομαι quod expreſſi. Origenes legit ναὶ κύριε Etiam Domine, & quædam exemplaria ἐγὼ ὑπάγω.

31 Voluntatem θέλημα. Eraſmus περιφραστικῶς, quod voluit.

32 Via iuſtitiæ, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης. Eraſmus eodem ſenſu, per viam iuſtitiæ, id eſt vita & moribus integer, in quo nihil reprehendi poſſet. Nam ad commune populi iudicium hoc refertur ex Hebræorũ idiotiſmo, apud quos דרך pro vita & moribus accipitur. Sed & ἐν ὁδῷ poſſumus accipere pro εἰς ὁδὸν, vt ſit hæc ſententia, Iohannem veniſſe qui eos in viam iuſtitiæ induceret. Prior tamẽ ſenſus magis eſt genuinus, rationem viuendi quam tenuit Iohannes, fuiſſe omnium iudicio rectam, & omni ſiniſtra nota exemptam.

33 Elocauit ἐξέδοτο. Cic. 5. in Verrem, Xenon ad ſe pertinere negabat, elocatum eſſe fundum dicebat. Vulgata & Eraſmus, locauit: nulla quidem ſenſus iniuria. ſed oſtendere volui nullam eſſe cauſam cur ſimplex pro compoſito vſurpemus.

	Nouiſſimè autem miſit ad eos Filiũ ſuum, dicens, Verebuntur Filiũ meũ.	37	ʹPoſtremò autem miſit ad eos filium ſuum, dicens, ʹReuerebũtur Filium meum.	Filius occiſus ab agricolis.
Infrà 26.a.3, & 27.a.1 iohan.11.g.53	Agricolæ autem videntes Filium, dixerũt intra ſe, ‖Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.	38	Agricolæ verò viſo Filio, dixerunt″inter ſe, Iſte eſt hæres, venite, trucidemus eum, &″obtineamus hæreditatem eius.	
	Et apprehenſum eum eiecerũt extra vineam, & occiderunt.	39	Tunc captum eum eiecerunt″extra vineam, & trucidarunt.	
	Quũ ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?	40	Quũ igitur venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?	
	Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineã ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.	41	Aiunt ei, ″Malos ipſos malè perdet: & vineam ſuam elocabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.	
Pſal.118.e.22 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.petr.2.b.7	Dicit illis Ieſus, ‖Nunquam legiſtis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?	42	Dicit ei Ieſus, Nunquam legiſtis in Scripturis, ″Quem lapidem reprobarunt″ædificantes, ″iſte factus eſt caput anguli. A Domino ʹfactum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?	Lapis angularis, Iudæi reiecti & aſſumptæ Gẽtes.
	Ideo dico vobis quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.	43	Propterea dico vobis quòd tolletur à vobis regnum Dei, & dabitur genti″quæ ferat fructus eius.	
Eſa.8.c.14	‖Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.	44	Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum, ″cõquaſſabitur: ſuper quem verò ceciderit, ″diſſipabit eum.	
	Et quũ audiſſent Principes ſacerdotũ & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipſis diceret.	45	Et quum audiſſent principes Sacerdotum″ac Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ſe diceret.	
	Et quærẽtes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam ſicut Prophetam eũ habebant. Cap. XXII.	46	Et quærentes eum prehendere, timuerunt turbam, quoniam vt Prophetam eum habebat. Cap. XXII.	
Luc.14.d.16 apoc.19.b.9	ET reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis, dicens,	1	TVnc″reſpõdẽs Ieſus, rurſũ″loquutꝰ eſt eis per parabolas, dicẽs,	Nuptiarũ parabola.
	Simile factũ eſt regnum cælorũ homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.	2	Aſſimilatum eſt regnum cælorum cuidam Regi qui fecit nuptias filio ſuo.	
	Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.	3	Et miſit ſeruos ſuos vt vocarent″vocatos ad nuptias: ſed ʹnoluerunt venire.	

37 Poſtremò ὕστερον. Vulgata & Eraſmus, Nouiſſimè. Reuerebuntur ἐντραπήσονται, id eſt αἰδέσονται. orta ſignificatione ex eo quòd ii quos pudet, ſoleant faciem ab iis auertere quorum aſpectum nõ ſuſtinent. Nonnulli addunt particulam fortaſſe, vel (vt ipſi loquuntur) fortè: quia apud Lucam etiam diſertè additur ἴσως. Alioqui enim (inquiunt) videtur Deus ignorare quid ſit futurum, quum Filium ſuum Iudæi non ſint reueriti. Vnde poſtea curioſæ quæſtiones ortæ ſunt de prouidẽtia, de quibus multa Eraſmus hoc loco. Ego in nullis Græcis codicibus reperi particulam ἴσως, vel τάχα additum hòc loco: & quod ad quæſtiones illas attinet, puto inanes eſſe argutias. Loquitur enim hìc Deus in perſona patriſfamiliàs, hominum more affirmans quod eſt veriſimile futurum: ſicut pœnitere quoque Deus dicitur, quum tamen conſilium non mutet. 38 Inter ſe, ἐν ἑαυτοῖς. Vulgata, intra ſe, id eſt apud ſe. Noſtram interpretationem Eraſmus in annotationibus affert, & ſequentia etiam confirmant. Nam alioqui ἐν ἑαυτοῖς vtroque modo verti poteſt, vt diximus ſuprà 3.b.9. Obtineamus κατάσχωμεν. σχεῖν idem hìc valet quod κρατεῖν, id eſt vi occupatum aliquid retinere, quod etiam κατέχειν dicitur. Vulgata, habebimus, id eſt ἕξομεν. Eraſmus, occupemus, id eſt καταλάβωμεν.

39 Extra ἔξω. Eraſmus iterum vertit, ex, id eſt ἐκ.

41 Malos κακούς, Eraſmus, Mali quum ſint, κακοὺς ὄντας.

42 Quem lapidem λίθον ὃν Mutaui collocationem verborum, quia Latini ab hoc dicendi genere abhorrent. Nam illud Virgilii, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt, planè eſt poeticum. AEdificantes, οἱ οἰκοδομοῦντες, id eſt architecti, ſicut ſuprà 19.a.4, ponitur ὁ ποιήσας, pro ὁ ποιητὴς, vel ὁ δημιουργὸς, ex Hebræorum conſuetudine. Cæterùm familiaris eſt iſta tranſlatio Sacris ſcriptoribus, ac præſertim Paulo, quoties agitur de Eccleſia, id eſt de cæleſti Ieruſalem. Iſte factus eſt caput anguli. οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Vulgata & Eraſmus ad verbum, hic factus eſt in caput anguli: quod dicendi genus Hebraicum eſt, pro, cœpit eſſe caput anguli. Nam idem hìc accidit verbo γίγνεσθαι quod verbo היה, ſicut annotauimus ſuprà capite 19.a.5. Caput autem anguli dicitur lapis in angulo præcipuus, qui totius ædificii iuncturam ſuſtinet, id eſt (vt loquitur Apoſtolus) ἀκρογωνιαῖος. Factum eſt iſtud, ἐγένετο αὕτη. Tres ſunt omnino huius relatiui interpretationes, quantum intelligere poſſum. Nam alii cenſent enallagen eſſe Hebræam fœminini relatiui pro neutro quo Hebræi carent, & perinde interpretãtur acſi זאת ſcriptum eſſet, quod referatur ad cõplexum orationis: vt ſit hic ſenſus, Lapis reiectus ab architectis cœpit eſſe caput anguli, quæ res facta eſt à Domino, & cum ſumma admiratione à nobis ſpectatur. Hæc eſt, inquam, quorundam interpretatio, quæ mihi ſimpliciſſima videtur. Pleriſque tamen ex Græcis & Latinis interpretibus, inter quos pauci omnino fuerunt Hebrææ linguæ periti, vel ad caput, vel ad angulum referunt. Nam vtrunque & κεφαλὴ caput, & γωνία, id eſt angulus, Græcis fœmininum eſt cum relatiuo conueniens. Hanc poſtremam ſententiam ſi ſequamur, vertendũ erit, A Domino factus eſt iſte, ſcilicet angulus: quo modo explicat Theophylactus, & poſtea θαυμαστὴ mirabilis. Si autem referas ad κεφαλὴν, id eſt caput, vertes quidem neutro genere ſicut fecimus, ſed diuerſo ſenſu. Neque enim relatiuum pertinebit ad totum orationis complexum, ſed ad caput duntaxat. Sed (quod veterum pace dixerim) vtraque hæc interpretatio mihi videtur incommoda, neque aliunde profecta quàm ex Hebraicæ linguæ ignoratione.

43 Quæ ferat fructus eius. ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Vulgata & Eraſmus ad verbum, facienti fructus eius. Nos verò, quia de re iam præſenti non loquitur, in participio conuertendo vſi ſumus periphraſi, & noſtro more, ferre fructum maluimus dicere, quàm fructum facere. Cæterùm fructus regni Dei ferre dicuntur qui tota ſua vita ſe regni cæleſtis ciues eſſe comprobant, & fructus illos edunt, non carnis, ſed Spiritus, de quibus agit Apoſtolus Galat.5.d.22. Eſt enim hæc metaphora & Sacris & profanis valde familiaris.

44 Conquaſſabitur: συνθλασθήσεται. Hoc modo & Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt apud Lucam, cap.20.c.18. Hìc verò vti maluerunt Confringendi verbo. Diſſipabit λικμήσει. Vulgata & Eraſmus, conteret. Ad verbũ, ventilabit. i. ita comminuet vt minutæ partes in auras diſpergantur. Intelligitur enim ex conſequenti antecedens. Cic. in Piſonem, Statuam deturbare, affligere, comminuere, diſſipare.

45 Ac Phariſæi καὶ οἱ φαρισαῖοι. In quarto exemplari ſcriptum erat καὶ οἱ γραμματεῖς & Scribæ.

IN CAPVT XXII.

1 Reſpondens ἀποκριθεὶς, Aut impropriè accipitur hoc verbum ſicut apud Hebræos ſæpe ענה, aut (quod veriſimilius eſt) varii hinc & inde agitati ſunt ſermones, quum ita cœpit loqui Dominus. Loquutus eſt εἶπεν, id eſt ἐλάλησεν. Hoc enim commodius eſt propter ſequens participium λέγων. Vulgata & Eraſmus ad verbum, dixit.

3 Vocatos κεκλημένους. Vulgata & Eraſmus, inuitatos. Atqui in Græco idem eſt verbum ingeminatum: & vocandi quoque verbum in hoc argumento Theologis eſt peculiare, ad res ſcilicet ſpirituales tranſlatum. Sed & apud Hebræos קרואים pro inuitatis conuiuis accipitur, vt 1.Samu.9.b.13. Noluerunt οὐκ ἤθελον. Vulgata & Eraſmus, nolebant.

	Rurſus″miſit alios ſeruos,dicens, Dicite vocatis, Ecce prandiũ meum paraui,tauri mei & ″altilia ″mactata ſunt,& omnia parata: venite ad nuptias.	4	Iterum miſit alios ſeruos, dicens, Dicite inuitatis,Ecce prandium meũ paraui,tauri mei & altilia occiſa ſũt, & omnia parata: venite ad nuptias.	
	Illi autem quum non curaſſent, abierunt,alius quidẽ″in agrum ſuum,alius verò ad negotiationem ſuam:	5	Illi autem neglexerunt, & abierũt, alius in villam ſuam,alius verò ad negotiationem ſuam:	
	Reliqui verò prehenſos ſeruos eius contumeliis affecerunt, & trucidarunt.	6	Reliqui verò tenuerũt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.	
	″Rex autem quũ *hoc* audiſſet,iratus eſt:& miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos,& vrbem eorum incendit.	7	Rex autem quũ audiſſet,iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis,perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorum ſuccendit.	
	Tunc dicit ſeruis ſuis,Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui vocati erant,non erant digni.	8	Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant,nõ fuerunt digni.	
Gentiũ vocatio.	Proficiſcamini ergo ad ″compita viarum:& quotcunque inueneritis,vocate ad nuptias.	9	Ite ergo ad exitus viarum: & quoſcũq; inueneritis, vocate ad nuptias.	
	Et egreſſi ſerui″illi in vias,coegerunt omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bonos:& impletæ ſunt″nuptiæ″accumbentibus.	10	Et egreſſi ſerui eius in vias,congregauerunt omnes quos inuenerũt,malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.	
Veſtis nuptialis, fides.	Ingreſſus autem Rex vt ſpectaret accumbentes, vidit illic hominem non indutum indumento nuptiali.	11	Intrauit autẽ Rex vt videret diſcũbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali:	B
	Tunc dicit ei, Amice, quomodo huc introiſti, non habens indumentum nuptiale? At″illi os occluſum eſt.	12	Et ait illi, Amice quomodo huc intraſti,non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.	
	Tũc dixit Rex″miniſtris, Ligatis pedibus & manibus eius, ″tollite eum, & coniicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.	13	Tunc dicit Rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores: ‖ibi erit fletus & ſtridor dentium.	Suprà 8.b.12. & 13.f.42 infrà 25.c.30
	Multi enim ſunt vocati,pauci verò electi.	14	Multi enim ſunt vocati,pauci verò electi.	
	Tunc profecti Phariſæi,conſilium ceperunt ″vt″illaquearent eũ in ſermone.	15	‖Tunc abeuntes Phariſæi, conſiliũ inierunt vt caperẽt eum in ſermone.	Marc.12.b.13 luc.20.d.26
Tentatur Chriſtus à Phariſæis, de cẽſu Cæſaris.	Itaque mittunt ad eum diſcipulos ſuos cum″Herodianis, dicẽtes, Præceptor, ſcimus quòd verax ſis,& viam Dei″in veritate doceas,neque cures quenquã: nõ enim reſpicis in perſonã hominũ.	16	Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis,dicẽtes, Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: nõ enim reſpicis perſonã hominum.	
	Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet″cẽſũ dare Cæſari,an nõ?	17	Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari,an non?	
	Cognita autem Ieſus malitia eorum,ait, Quid me tentatis hypocritæ?	18	Cognita autem Ieſus nequitia eorum,ait, Quid me tẽtatis hypocritæ?	

4 Miſit ἀπέστειλεν. In octauo exemplari legitur ἀποστέλλει.i.mittit. Altilia σιτιστά, ἀ σιτίζειν quod declarat cibare & alere,ſicut annotat Eraſmus. Vnde etiam apud Irenæum legitur Saginata. Mactata τεθυμένα. Hoc verbum θύειν quum de ſacrificiis propriè dicatur, poſtea ad alias etiã epulas tractũ eſt. Sed hoc quoque certũ eſt,profanos ipſos principes olim ſolennia conuiuia fuiſſe à ſacrificiis auſpicatos.

5 In agrum ſuum, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν. Vel,rus ſuum. Vulgata,villam:quod Eraſmus improbat in annotationibus.

7 Rex ὁ βασιλεύς. In codicibus vetuſtis additur ἐκεῖνος ille.

9 Compita διεξόδους. Vulg.& Eraſ.ad verbum,exitus:quod mihi viſum eſt obſcurius. Cõpita autem Latini vocãt laxiora ſpatia in quæ vici,atque adeò ambulacra & viæ in hortis plures exeunt.i.deſinunt. Virgil. Errabam riguis per quadra & cõpita in hortis. Quamobrẽ etiã διέξοδοι hic vocãtur:quum propriè dicantur ἄμφοδα. Alii interpretantur vicos vrbis frequẽtes,quos vernaculo ſermone vocamus, *les rues paſſantes*.i.quibus plerique prætereunt. 10 Illi ἐκεῖνοι. Vulgata,eius,id eſt αὐτοῦ,quod etiam reprehendit Eraſmus in annotationibus.

Nuptiæ γάμος. In octauo exemplari legitur νυμφών.i.thalamus,quod melius conuenit. Accumbentibus. ἀνακειμένων.id eſt conuiuis.

12 Illi os occluſum eſt. ὁ δὲ ἐφιμώθη. Ad verbum, capiſtratus eſt. id eſt prorſus obmutuit quaſi capiſtro aut fræno iniecto. Vulgata & Eraſmus,obmutuit,id eſt ἐκωφώθη. Sed hoc eodem capite verſu 34, Vetus interpres conuertit ἐφίμωσε, ſilentium impoſuit Eraſmus,os obthurauit. Certè interdum pro σιωπᾶν accipitur tranſlatitiè,etiam mari accommodatum,vt infrà Marci 4.d.39.

13 Miniſtris, διακόνοις, id eſt iis qui conuiuis miniſtrabant:alioqui potius dixiſſet τοῖς ὑπηρέταις,vt ſuprà 5.d.25. Tollite eum, ἄρατε αὐτόν. Hæc non legit Vetus interpres:reperimus tamen in omnibus vetuſtis codicibus,atque etiam apud Theophylactum Romanum.

15 Vt ὅπως. Vel,quomodo. Poteſt enim vel coniunctio eſſe τελική,vel pro infinito ſubiuncto accipi,vt Linacer vocat. Illaquearẽt παγιδεύσωσιν. Vulgata,caperent,id eſt ἐπιλάβωνται,vt loquitur Lucas 20.d.20.

16 Herodianis, Ἡρωδιανῶν. Quinam Herodiani vocentur à Matthæo & Marco,non ſatis conſtat. Quidã ita vocatos eſſe arbitrãtur quoſdam ex Iudæis qui Herodem haberent pro Meſſia,quòd alienigenarum primus apud Iudæos regnarit. quod quũ de Herode Magno Antipatri filio ſit intelligendum,qui iampridem obierat quum hæc agerentur,ipſi etiam Iudæorũ genti maximè fuerat inuiſus,non video qua ratione hæc opinio probabilis videri poſſit. Alii igitur exiſtimant Herodianos appellari eos qui cenſerent tributa Cæſari ſoluenda, quibus ſcilicet colligendis Rex Herodes Antipatri filius ab Auguſto eſſet conſtitutus. At ego fateor me nuſquam hoc legiſſe: quanuis facilè cõcedam Herodem veluti precariò regnum poſſediſſe:idque ἐπὶ φόροις τεταγμένοις,vt ait Appianus ἐμφυλίων ε. Sed vt hoc concedã, quorſum tamen iſta nunc factio commemoraretur mortuo iampridem Herode,& Iudæa in prouinciam redacta? Itaque ſiquis hîc eſt coniecturæ locus,exiſtimo Herodianorum nomine eos intelligi qui Romanorum odio,ſed religionis tamen obtẽtu,quaſi nefas eſſet populum Dei profanis Romanis ſubiici (ſicut Iudas ille Gaulonites docuerat) partes Herodis Antipæ ſequerentur. Neque enim dubito quin Antipas quòd magnam ſibi à Romanis fieri iniuriam exiſtimaret,paterno erepto regno,Iudæos ſibi clàm ſtuduerit conciliare:ita tamen vt religionis ſtudio ambitionem prætexeret. Hoc eſt igitur Herodis fermentum cuius fit mentio Marci 8.b.15: quamobrem etiam vulpes dicitur, Lucæ 13.f.32. Quinetiam eã fuiſſe ſuſpicor cauſam ſimultatis quam cum præſide Pilato exercebat,Luc.23.b.12: vt nõ prorſus fuerit vana Agrippæ delatio quaſi patruus Romanis parum fidum ſe præſtaret:quæ tandem cauſa Caium impulit vt iſtum Herodẽ proditionis damnatum iuberet Lugdunũ deportari.

In veritate ἐν ἀληθείᾳ, id eſt verè & ſyncerè:quod apud Demoſthenem declarat ἐπ' ἀληθείας,apud Hebræos באמת.

17 Cenſum κῆνσον. Vocabulum eſt Latinum, quo ſignificatur facultatum æſtimatio: pro cuius ratione in prouinciis vectigalibus pecunia,aut aliud quidpiam ſoluebatur. Hîc autem videtur ipſum tributum hoc nomine declarari,vt ſuprà 17.a.25.

Oſtendite mihi numiſma cenſus. Atilli obtuleruut ei denarium. 19

Et ait illis Ieſus, cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? 20

Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, ‖Reddite ergo quæ ſūt Cæſaris, Cęſari: & quæ ſunt Dei, Deo. 21 Rom.13.b.7

Et audientes, mirati ſunt: & relicto eo, abierunt. 22 C

‖In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi‖ qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, 23 Marc.12.b.10 luc.20.d.27 act.23.b.6

Dicentes, Magiſter, Moyſes dixit, Siquis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. 24 Deut.25.a.5

Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta, defunctus eſt: & non habens ſemē, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. 25

Similiter ſecundus & tertius vſque ad ſeptimum. 26

Nouiſſimè autē omnium & mulier defuncta eſt. 27

In reſurrectione ergo, cuius erit de ſeptem vxor? omnes enim habuerūt eam. 28

Reſpondens autem Ieſus, ait illis, Erratis, neſcientes Scripturas neque virtutem Dei. 29

In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. 30

De reſurrectione autem mortuorū non legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicente vobis, 31

‖Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. 32 Exo.3.b.6 D

Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. 33

‖Phariſæi autem audientes quòd ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum. 34 Marc.12.c.28

Et interrogauit eū vnus ex eis Legis doctor, tentans eum, 35

Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? 36

Ait illi Ieſus, ‖Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. 37 Deut.6.a.5 luc.10.c.27

19 Indicate mihi numiſma cēſus. Ipſi verò obtulerūt ei denariū.

20 Tunc 'dicit eis, Cuius eſt imago iſta & inſcriptio?

21 Dicunt ei, Cæſaris. Tunc dicit eis, 'Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

22 Quum igitur *hoc* audiſſent, mirati ſunt: & omiſſo eo, abierunt.

23 In illo die adierunt eum Sadducæi qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, De reſurrectione Chriſtū interrogant Sadducæi.

24 Dicentes, Magiſter, Moſes dixit, Siquis mortuus fuerit non habens "filios, eius frater "affinitatis iure ducet vxorem eius, & ſuſcitabit "ſemen fratri ſuo.

25 Fuerunt autem apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta, obiit: & quum non haberet ſemen, reliquit vxorē ſuam fratri ſuo.

26 Similiter "etiam ſecundus & tertius "vſque ad ſeptem.

27 'Poſt omnes autem mortua eſt & mulier.

28 In reſurrectione ergo cuius è ſeptem erit vxor? omnes enim habuerunt eam.

29 Reſpondens autem Ieſus, ait eis, Erratis, neſcientes Scripturas neque poteſtatem Dei.

30 In reſurrectione enim neque 'vxores ducūt, neque 'nuptum dātur: ſed ſunt vt Angeli Dei in cælo.

31 De reſurrectione verò mortuorum non legiſtis quod vobis dictum eſt à Deo, dicente,

32 Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Deus viuētium.

33 Et quum *hoc* audiſſet turba, perculſa eſt ob doctrinam eius.

34 Phariſæi autē quum audiſſent quòd 'occluſiſſet os Sadducæis, coacti ſunt 'in vnum.

35 Tunc interrogauit *eum* quidam ex *ipſis* "Legis interpres, tentans eum, & dicens,

36 Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? Mandatum maximum.

37 Ieſus autem dixit ei, Diliges Dominum Deum tuum 'ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, "& ex tota cogitatione tua. Dilectio Dei.

20 Dicit eis, λέγει αὐτοῖς. In octauo exemplari additur ἰησοῦς Ieſus.

21 Reddite ἀπόδοτε. Admonet Eraſmus hoc conuerti etiam poſſe præſenti tempore, redditis: vt intelligamus Chriſtum arrepta occaſione notaſſe illorum vitam: quaſi diceret, Redditis Cæſari quod illius habet imaginē, & illud reddite Deo quod Dei habet inſcriptionē atque imaginem, nempe animam. Sed fateor me non videre quomodo hæc interpretatio cum regulis Grammaticæ cohæreat. Omnino enim ſcribendum fuiſſet ἀποδίδοτε τὰ καίσαρος καίσαρι, ἀπόδοτε οὖν καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ.

24 Filios, τέκνα. Ad verbum, liberos. τέκνων autem appellatione conſtat etiam filias intelligi. Sed hîc agi de maſcula tantum prole colligi videtur ex ratione condendæ Legis. Nam ſiquis filias duntaxat reliquerit, perinde eſt, quod ad familiæ quidem nomen attinet, acſi orbus deceſſiſſet: quū nomen ad poſteros per filias tranſire non poſſit. Præterea Deut.25.b.7, nō fit mentio ſeminis .i. poſteritatis in genere (quod Eraſmus tamen arbitratus eſt) ſed filii & nominis. Cæterùm quum Vetus interpres conuerterit filium, & Eraſmus quoque, vt quidem extat impreſſa eius verſio: ego plurali numero verti filios, Græca ſequutus: quod tamen ita intelligendum eſt vt ſciamus hîc agi de ſpecie, non de numero, quum ſatis eſſet vel filium reliquiſſe, vt idem Eraſmus rectè obſeruauit. Affinitatis iure du. ἐπιγαμβρεύσει. Vulgata & Eraſmus, vt ducat. Hoc vocabulum puto reſpōdere Hebræo יבם, quod non dicitur de quauis vxore, ſed de ea demum quæ ex hac Lege ducitur, quia ſcilicet cognata eſt, id eſt affinitate coniuncta: vt magis ſpeciale quiddam videatur hoc quidē loco ſignificare τὸ ἐπιγαμβρεύειν, quàm τὸ κηδεύειν, quo poſteriore verbo vtitur Euripides in Hecuba, pro eo quod Latini dicunt affinitatem cum aliquo contrahere, & ſibi affinem aſciſcere, Hebræi verò חתן. Itaque adhibenda fuit periphraſis, vt vis huius verbi explicaretur. Nam etiam γαμβρὸς Græcis non modò generum, ſed affinē in genere ſignificat, atque adeò vxoris interdum fratrem, vt apud Sophoclem in Tyranno. Semen σπέρμα. Hebraicè זרע: quo nomine ſignificatur in genere poſteritas. Sed quum in Hebræo fiat mentio non ſeminis, ſed nominis, videtur σπέρμα de maſcula tantū prole hoc loco accipiendum. 26 Etiam ſecun. καὶ ὁ δεύτερος. Particulā ϗ omiſerunt Vulgata & Eraſmus. Vſque ad ſep. ἕως τῶν ἑπτά. Vulg. & Eraſ. vſque ad ſeptimū, id eſt ἕως τοῦ ἑβδόμου. 27 Poſt omnes au. ὕστερον δὲ πάντων. Vulg. & Eraſmus, nouiſſimè omniū, id eſt ἐσχάτως πάντων.

30 Vxores ducunt, γαμοῦσιν. Eraſmus, matrimonium contrahent: quod tam mulieri quàm viro conuenit. Vulgata, nubēt: quod eſt mulierum tantū. Atqui γαμεῖν de viris dicitur, ſicut γαμεῖσθαι de mulieribus, vt ſuperius monuimus. Itaque neutrā interpretationē ſum ſequutus. Differentia tamen illa inter γαμεῖν & γαμεῖσθαι perpetua nō eſt: quū velit Paulus mulieres viduas γαμεῖν .i. nubere, 1.Tim.5.c.14: & 1.Cor.7.f.34, mulier dicitur γαμήσασα pro γαμηθεῖσα. Sed hoc tamen loco & pleriſque aliis videtur obſeruanda. Nuptū dan. ἐκγαμίζονται. Dicuntur ἐκγαμίζεσθαι, quas parentes ἐκγαμίζουσιν .i. nuptū tradunt & collocant, 1.Cor.7.g.38. Vulgata, nubentur: quod barbarū eſt. Eraſmus, elocantur, id eſt ἐκδίδονται. 34 Occluſiſſet os ἐφίμωσε. Vide ſuprà 12. In vnum. ἐπὶ τὸ αὐτό. Ad verbum, in idem, id eſt ſimul & eodem loco.

35 Legis interp. νομικὸς, id eſt γραμματεὺς Scriba, vt diſertè dicit Marcus 12.c.28. Hebræi מורה vocant. Vnde & תורה, ſicut Græcis νομικὸς & νόμος ſunt παρώνυμα. 37 Ex ἐν. Ad verbū in: quod miror in hoc primo membro fuiſſe mutatum, in duobus ſequentibus ſeruatū à Vetere interprete & Eraſmo. Et ex tota cog. tua. καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. In Hebræo legimus, & totis viribus tuis. Apud Marcum autē fit mentio ἰσχύος & διανοίας. Quatuor enim partium meminerunt, nempe καρδίας, ψυχῆς, διανοίας, καὶ ἰσχύος, quum in Hebræo Deut.6.a.5, tres tantum commemorentur, nempe לבב נפש מאור, id eſt καρδία, ψυχὴ, & ἰσχὺς, ſiue δύναμις. Cur igitur ἰσχὺς hic prætermittatur, & διάνοιαν addāt Marcus & Lucas, affirmare non poſſum. Habeo quidem coniecturas cur hîc aliquid prætermiſſum, aliquid rurſus additum ſuſpicer: ſed quum in omnibus vetuſtis codicibus ita legatur, nolui quicquam immutare.

Iſtud eſt primum & magnum mandatum. 38

Dilectio proximi.

Secūdum autē ſimile eſt huic, Diliges proximū tuū vt teipſū. 39

ʹAb iſtis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent. 40

Coactis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, 41

Interrogat Ieſus Phariſæos de Meſſia.

Dicens, Quid vobis videtur de Chriſto? ʹcuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid. 42

Dicit eis, Quomodo ergo Dauid ″in Spiritu vocat eum Dominum, dicens, 43

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextra mea, vſque dum ʹponam inimicos tuos ʹſcabellum pedum tuorum? 44

Si ergo Dauid ″vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? 45

Et nemo poterat ei reſpōdere ʹquicquam: neque auſus fuit quiſquam ab illo die eum amplius interrogare. 46

Cap. XXIII.

Scribæ & Phariſæi docentes populū Legē Moyſi, quales.

TVnc Ieſus loquutus eſt turbæ & diſcipulis ſuis, 1

Dicens, In cathedra Moſis ″ſedent Scribæ & Phariſæi: 2

Omnia ergo quæ dixerint vobis ″vt ſeruetis, ſeruate & facite: ſecundum verò opera eorum ne faciatis. dicunt enim, & nō faciūt. 3

Onera grauia.

″Ligant enim onera grauia, difficiliáque portatu, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. 4

Phylacteria. Fimbriæ.

Omnia verò opera ſua faciunt ″ad hoc vt ſpectentur ab hominibus: ʹdilatant enim ʹphylacteria ſua, ″& producunt fimbrias palliorum ſuorum. 5

Amántque primos accubitus in cœnis, & ″primos conſeſſus in ″conuentibus: 6

Salutationes. Rabbi.

Et in foris ſalutationes, & vocari ab hominibus, ″Rabbi, Rabbi. 7

Vos autem ″ne vocemini Rabbi: ʹvnus eſt enim ʹdoctor veſter, 8

38 Hoc eſt maximum & primum mādatum.

39 Secundum autem ſimile eſt huic, ‖Diliges proximum tuū ſicut teipſū.

Leuit.19.d.18 marc.12.c.31

40 In his duobus mandatis vniuerſa Lex pendet & Prophetæ.

41 ‖Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus,

Marc.12.d.35 luc.20.g.41

42 Dicēs, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid.

43 Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum dominum, dicens,

44 ‖Dixit Dominꝰ Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?

Pſal.109.a.1

45 Si ergo Dauid vocat eum dominū, quomodo filius eius eſt?

46 Et nemo poterat ei reſpōdere verbū: neqꝫ auſus fuit q́ſquam ex illa die eū āplius interrogare.

Cap. XXIII.

1 TVnc Ieſus loquutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos,

2 Dicēs, ‖Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi:

2.Eſdr.8.a.4

3 Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere. dicūt enim, & non faciunt:

4 ‖Alligāt enī onera grauia & īportabilia, & imponunt in humeros hominū: digito autē ſuo nolūt ea mouere.

Luc.11.f.46 act.15.b.10

5 Omnia verò opera ſua faciūt vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.

Num.15.d.38 deut.6.b.8, & 22.b.12

6 ‖Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis,

Marc.12.d.38 luc.11.f.43, & 20.g.46

7 Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, ‖Rabbi.

Iacob.3.a.1

8 Vos autē nolite vocari Rabbi: vnus

40 Ab iſtis, pendent. ἐν ταύταις κρέμανται. Vetus & Eraſmus ad verbum, in his: ſic enim apud Hebræos conſtruitur verbum תלה, vt 2.Samu.18.b.10, תלוי באלה: ſed in hac præſertim ſignificatione Latini ita non loquuntur. Fortaſſis autem hæc reſpiciunt ad טוטפות quæ appendi iuſſerat Dominus vt legis μνημόσυνα de quibus paulo pòſt dicemus.

42 Cuius filius eſt? Τίνος υἱός ἐστι; id eſt, ex cuius gente & familia ortus eſt? Ex Hebræorum idiomate, qui poſteros omnes vocant filios.

43 In Spiritu ἐν πνεύματι. Non modò ſignificat Spiritu Dei impulſum, qui mentiri non poteſt, ſed prophetico inſtinctu prædixiſſe quæ nondum patebant. 44 Ponam θῶ, id eſt faciam vt ſint. Hebraicum dicendi genus, de quo alibi diximus. Sic quoque Eurip. in Hecuba, ἐγώ σε θήσω τοῦδ᾽ ἐλεύθερον φόβου. Scabellum ὑποπόδιον. In exemplari ſecundo & octauo ſcriptū erat ὑποκάτω. i. ſub. Vide ſuprà 5.f.35.

45 Vocat καλεῖ. In vetuſtis codicibus 2.3.5.14, repetitur ἐν πνεύματι, id eſt Spiritus prophetici impulſu.

46 Quicquam λόγον. Vide ſuprà 15.c.23.

IN CAPVT XXIII.

2 Sedent ἐκάθισαν. Vulgata ad verbum, ſederunt. Sed vſurpatur aoriſtus ſæpe pro præſenti, vt ſuprà 3.d.17, & alibi ſæpe.

3 Vt ſeruetis, τηρεῖν. Vetus interpres hoc non legit: deerat quoque in vno vetere exemplari.

4 Ligant enim δεσμεύουσι γάρ. In eodem exemplari ſcriptum reperimus δεσμεύουσι δὲ, id eſt ligant veró.

5 Ad hoc vt ſpectentur πρὸς τὸ θεαθῆναι. Vulgata, vt videantur, id eſt ὥστε ὀφθῆναι. Terent. Argentū dabitur ei ad nuptias. Dilatāt enim πλατύνουσι δὲ, id eſt faciunt quàm ampliſſima: quòd nimirum in his rebus quaſi ſummam pietatis collocarent: in quo errore etiā noſtro hoc tempore Iudæi verſantur. Cæterùm particulam δὲ tanquam cauſalem ſum interpretatus. nam cōmodius ſic accipi res ipſa oſtendit, & γὰρ in ſecundo exemplari ſcriptum legimus. Phylacteria φυλακτήρια. Id ſignificant quod apud Moſen Exo. 13. c. 16, & Deut. 6.b.8, טוטפות *totaphoth*. Rabbini Chaldaicè vocāt תפילין *thephilin*. His igitur vocabulis vocantur non limbi, ſiue faſciæ quibus prætexerētur veſtes, ſicut exiſtimauit Epiphanius: ſed potius laminæ, aut membranulæ quædam, quas hodie etiamnum Iudæi corio incluſas partim fronti alligant, partim brachio, inſcriptis quatuor quas vocant פרשיות. i. lectionibus ſacris. Eas autem Græci nouo nomine nouæ rei quæſito, vocarunt φυλακτήρια à conſeruando: quod nos quidem immutare noluimus. Erat enim hic ritus (quem poſtea Iudæi ſuis ſuperſtitionibus contaminarunt) à Domino conſtitutus, vt eſſet veluti μνημόσυνον Legis & beneficiorum quæ Dominus in ipſos contulerat. De his qui volet plura cognoſcere, & quæ ſit in his rebus Iudæorum cæcitas, legat Fagii hominis diligentiſſimi & doctiſſimi annotationes in caput Exodi 13. De his quoque fit mentio in quodam Antiocheni concilii canone, quo iſtæ ſuperſtitiones inhibentur. Et producunt fimb. καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα, id eſt faciunt quàm longiſſimas. vel vt alii interpretari malunt, magnificè iactant & efferunt quaſi certum pietatis argumentum, quod etiamnum hodie illi arbitrātur. Sic enim accipitur verbum μεγαλύνεσθαι apud Euripidem in Bacchis: & Magnificare, apud Varronem & Plinium. Illam tamen interpretationem magis probo, quòd cum ſuperiore verbo πλατύνειν melius conſentiat. Cæterùm κρασπέδων appellatione intelliguntur contorti quaſi cincinni filorum quæ ab extrema veſtium ora pendebant: & ציצת vocantur, Num.15.d.38. capite verò Deut.22.b.12, גדלים *gedilim*. quanuis non deſint qui inter iſta diſcrimen aliquod conſtituant: erátque hæc veſtium forma à Deo conſtituta Iſraelitis, quæ tamen apud prophanas etiam gentes vſurpabantur. Similem enim veſtem tribuit Neſtori Homerus Iliad. κ.

6 Primos conſeſſus πρωτοκαθεδρίας. Quaſi præſidentiam dicas, vt rectè explicat Eraſmus: qui tamen maluit interpretari per modum infinitum, primo ſedere loco. Vulgata, primas cathedras. Conuentibus: συναγωγαῖς· id eſt quando coguntur conuentus & concilia: neque enim hìc deſignari puto locum ipſum, alioqui retinuiſſem vocabum ſynagogæ. Vide ſuprà 6.a.2.

7 Rabbi, Rabbi. ῥαββί, ῥαββί. רב eminentem declarat, & eum qui multorum ſit inſtar. Erat ergo valde faſtuoſus hic titulus: quod etiam intelligitur ex repetitione, qua nimirum iſti valde capiebantur: ſicuti hodie qui Phariſæis & Scribis ſucceſſerunt, nulla re magis afficiuntur, quàm quū ſalutatur Domini magiſtri noſtri. Cæterùm ſcribunt nonnulli titulū רב iis fuiſſe attributū qui in Babylonicis academiis magiſterium conſequebātur: רבי autē iis qui in regione Iſrael per impoſitionem manuū Sapiētes eſſent declarati: titulū verò רבנין peculiarē fuiſſe ſapientibus domus Dauid. 8 Ne vocemini μὴ κληθῆτε. i. ne ambiatis hunc honorem. Neque enim vetat Chriſtus ne ſuum honorem exhibeamus magiſtratui aut magiſtris, ſed ambitionē dānat, vt declarat Auguſtinus Sermone de verbis Domini, ex Matt.11: quod annotauit Eraſmus. Doctor καθηγητής. In duobus codicibus regiæ bibliothecæ legimus διδάσκαλος, eodem ſenſu: & fortaſſe rectius, ne poſtea videatur eadem inculcare: quanuis aut nullum aut certè exiguum ſit in re ipſa diſcrimen. Videtur autem Dominus reſpicere quod ſcriptum eſt Eſaiæ 54.c.13, & Ierem.31.f.34.

רבי

eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos, fratres eſtis.

Mala.1.b.6 Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter qui in cælis eſt.

B

Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.

Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

Luc.14.c.11, & 18.c.14 Qui autē ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Luc.11.g.52 Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim nō ītratis, nec introeūtes ſinitis intrare.

Marc.12.d 40 luc.20.g.47 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc, amplius accipietis iudiciū.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & quū fuerit factus, facitis eum filium gehēnæ duplo quàm vos.

Væ vobis duces cæci, q̃ dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

C Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum quod ſanctificat

″*nempe* Chriſtus: ″omnes autem vos, fratres eſtis. — Fratres Pater.

9 Et patrem ″veſtrum neminem vocetis in terra: vnus eſt enim Pater veſter, ″qui in cælis eſt.

10 Nec vocemini ″doctores: vnus enim veſter eſt doctor, ″*nempe* Chriſtus. — Magiſter.

11 ″Sed qui maximus eſt veſtrum, ″ſit miniſter veſter. — Miniſter.

12 ″Qui enim ſeſe ″extollet, ″demittetur: & qui ſeſe demiſerit, extolletur.

13 Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum ″cælorum″ coram hominibus: vos enim non introitis, nec ″introeuntes ſinitis introire. — Claudere regnū cælorum.

14 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ″*penitus* comeditis domos viduarum, ″etiam prætextu longarum orationum: propter hoc ″auferetis grauius iudicium. — Comedentes domos viduarum.

15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia circumitis mare & ″aridam, vt faciatis vnum ″proſelytum: & quum fuerit factus, facitis eum ″filium gehennæ ″duplo magis quàm vos *ſitis*. — Proſelytus.

16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quiſquis iurauerit ″per templū, nihil eſt: quicunque autem iurauerit per aurum templi, ″debet. — Iurare per tēplū

17 Stulti & cæci, vtrum enim maius eſt, aurū, an templū ″quod ſan-

Nempe Chriſtus: ὁ χριστός. Hoc neglexit Vetus interpres: quod tamen ſcriptum erat in omnibus vetuſtis Stephani codicibus, ſi duos tantum excipias. Eraſmus autem rectè addidit particulam Nempe, ad illuſtrandam ſententiam, ſicut etiam ſuprà 19.c.17. Omnes autem vos, frat. eſtis. πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε. Totum hoc deerat in quinto exemplari in hoc quidem verſiculo: ſed additur ſequēti, cui etiam videtur melius conuenire. 9 Veſtrum neminem vocetis μὴ καλέσητε ὑμῶν. Vulg. & Eraſmus, nolite vocare vobis, legerunt enim ὑμῖν. Sed in omnibus manuſcriptis codicibus, & Complutenſi editione, atque adeò Theophylacto Romano legimus ὑμῶν, excepto vno vetuſto exemplari in quo neutrū legebatur. Hæc autem reſpiciunt Iudæorū conſuetudinem: apud quos non modò אבות .i. patres, ſed etiā אבותינו .i. patres noſtri, ſalutabantur Rabbini qui prouectioris erāt ætatis. Itaque quanuis inter πατέρα ὑμῶν ſit aliquid interiectum, tamē non puto ὑμῶν pro ὑμῖν poſitum, ſed pro ὑμέτερον: neque referendum ad καλέσητε, ſed ad πατέρα. Particulam autem μὴ conuerti, quaſi ſcriptum ſit μηδένα, vt perſpicuitati ſtuderem. Qui in cælis eſt. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. In quinto exemplari hæc verba, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. id eſt, vos autem omnes, fratres eſtis: ex ſuperiore verſiculo in hunc erant tranſlata: & ſanè videntur iſti melius conuenire, quàm ſuperiori.

10 Doctores: καθηγηταί. Hebricè מורים vel למודים: de quibus agitur 2.Paral.17.b.9. Græci à præeundo καθηγητὰς vocant, qui & διδάσκαλοι dicuntur à docendo. Apparet autem huiuſmodi titulos perlibenter fuiſſe à Scribis vſurpatos. Neque enim temere eſt quod Paulus inter cætera hoc quoque illis obiicit, quòd ſe cōfiderent ὁδηγοὺς εἶναι τυφλῶν .i. cæcorū duces, Rom.2.c.19: quò etiā videtur Dominus reſpexiſſe ſuprà 15.b.14, & hoc eodem capite, verſiculo 16. 11 Sed qui max. ὁ δὲ μείζων. Particulā δὲ prætermittunt Vetus interpres & Eraſmus: quæ tamē eſt neceſſaria, & additur in omnibus exēplaribus. Eam autem conuertimus tanquā ἀλλὰ, vt melius intelligatur quæ ſit vis ipſius hoc loco. De enallage cōparatiui pro ſuperlatiuo alibi diximus. Sit ἔσται. Vulg. & Eraſ. ad verbū, erit. Conſtat autem, futura pro imperatiuis ſæpiſſimè ab Hebræis vſurpari: quā enallagen niſi ſerues, certè obſcurior erit hic locus. Adde quòd etiā in manuſcripto vno exemplari ſcriptū erat ἔστω, vt ſuprà quoque 20.d.26 & 27. 12 Qui enim ὅστις δὲ. Vulg. & Eraſ. Qui autē. Ego verò exiſtimo δὲ pro γὰρ hìc vſurpari, vt ſuprà 21.a.3, & alibi ſæpe: quæ permutatio apud idoneos etiā authores inuenitur, ſicut docet Budæus in Cōment. Extollet, ὑψώσει. Vel (vt vertit Vulgata, & Eraſmus) exaltabit. Ad verbū, ſublimabit: quo vocabulo vtitur Ennius. Demittetur: ταπεινωθήσεται. Vulg. & Eraſ. ad verbū, humiliabitur. Vide ſuprà 18.a.4. 13 Cælorū τῶν οὐρανῶν. In quinto codice ſcriptū erat τοῦ θεοῦ Dei. Coram hom. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Huius particulæ varia eſt ſignificatio, vt etiam oſtēdit in Elenchis Ariſtoteles. Itaque nōnulli pro temporis aduerbio accipiunt, vt ſignificetur, iſtos qui videri volebant cæteris aditum in cælum patefacere, non modò id non facere, ſed etiam multo antè præcludere cælorum fores. Ego verò malo opponere τῷ ὄπισθεν, vt fores coram hominibus claudere dicantur qui alioquin ingreſſuris coràm & in os ianuam occludunt: quod vernaculo ſermone dicimus, *fermer l'huis au viſage.* Introeuntes εἰσερχομένους, id eſt iam habentes pedem in limine. Eraſmus vt planius loqueretur, vertit, aduenientes, id eſt προσερχομένους. 14 *Penitus* comeditis κατεσθίετε. Quæ vis ſit præpoſitionis κατὰ in his verbis, ſuprà expoſuimus, 16.c.18. Eam igitur vt exprimeremus, putauimus particulam Penitus adiungendam. Etiam prætextu, &c. καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. Ad verbum, etiam prætextu longum precando. Vetus interpres, orationes longas orantes: vt planè videatur, expuncta καὶ particula, legiſſe μακρᾷ tertio caſu, & πρόφασιν interpretari προσευχὴν .i. orationem: quum id potius declaret quod illi obtendebant auaritiæ ſuæ. Opponitur enim τῇ ἀληθείᾳ etiā apud Paulū, Philip.1.c.18. Deinde negligēda nō fuit cōiūctio καί. Duplex enim notatur iſtorū improbitas: vna quòd facultates viduarū vorarent: altera quòd tantum ſcelus pietatis ſtudio tegerent. Eraſmus autē καὶ interpretatur idque, id eſt καὶ τοῦτο. Sed hoc quoque placuit annotare: in pleriſque Veteris editionis exēplaribus non hoc tātùm loco, ſed etiā verſiculo ſuperiore & aliquot ſequentibus, nempe 23.25.27.29, ſcriptum inueniri Qui pro Quia, id eſt οἳ non ὅτι. Hanc autē lectionem ſi ſequaris, certè mollior erit verborū cōſtructio, hoc præſertim loco, quem totū ſic licebit interpretari, Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui penitus comeditis domos viduarum, quique in ſpeciē (vel, ad obtentū) longis orationibus vtimini. Sic enim paulo pòſt, verſu ſcilicet 16, dicitur οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες.

Auferetis grauius iu. λήψεσθε περισσότερον κρίμα. id eſt (vt vertit Eraſmus) grauius puniemini. Vulgata ad verbū, accipietis āplius iudiciū. Sed hoc genus dicendi fateor me nuſquam legiſſe. Nam Accipere iudicium, apud Latinos aliud ſignificat. Deflexi tamē à Græcis, quàm minimū fieri potuit. 15 Aridam, τὴν ξηράν. Ita dicitur Hebræis ea terræ portio ex qua Deus noſtri cauſa aquas repulit: cuius beneficii recordatio fecit vt hoc nomen non inuitus retinerem. Sed & Phanias in epigrammate εἰς ἰχθύας. τμήματα Epigram. Græcorū, ξηρὸν, aut ξερὸν, ita vſurpat in hoc verſiculo, Ἀκλῖτα καλαμευτὰ ποτὶ ξερὸν ἔλθ' ἀπὸ πέτρας. dixit autem ξερὸν pro ξηρὸν poeticè: quod etiam Latinè verti poteſt Siccum. Virgil. Poſtquam exhauſta palus, terræque ardore dehiſcunt, Exilit in ſiccum. Et alio in loco, Donec roſtra tenēt ſiccum, & ſedere carinæ Omnes innocuæ. Proſelytū: προσήλυτον. Ita à Græcis vocabātur qui patria relicta ſuperſtitione, Iudaiſmū erāt amplexi, quaſi aduentitios dicas: quod vocabulū Theologis etiā Latinis ſatis familiare, retinendū putauimus. Hebræi quoque ſuum illud גר quo omnis aduena ſignificatur, ad iſtos propriè transferunt. Filium gehennæ υἱὸν γεέννης .i. exitio & interitu dignum: de quo diximus ſuprà 5.c.22, & 8.b.12. Duplo magis διπλότερον. Ad verbū, dupliciorem. Columella lib.1.cap.8. ſic vtitur abſoluto, Duplicia, inquit, ferramenta, quàm ſeruorū numerus exigit .i. duplo plura. 16 Per ἐν. Ad verbum, in: qui Hebraiſmus eſt à nobis annotatus ſuprà 5.f.34. Debet. ὀφείλει .i. obnoxius eſt multæ: quod Latini dicunt multam committere: ſicut à Græcis ii quibus impoſita eſt multa, dicuntur οἱ ὀφλόντες, vel ὠφληκότες abſoluté. Sed hæc præſtat ad Syriacam dialecton referre, qua vſus eſt Dominus. Syriacè autem, qui peccat dicitur חיב, id eſt debitor: & peccatum חובא, id eſt debitum, vt apparet ex Chaldaica paraphraſi Gen.50.c.17, & Pſal.1.a.1. Vnde ortum illud dicendi genus, Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. 17 Quod ſanct. ὁ ἁγιάζων .i. facit vt aurum pro re ſancta habeatur: diuinis ſcilicet vſibus cōſecratum. Hæc autem vna eſt ex ſignificationibus verbi Hebræi קדש quod Græci vertūt ἁγιάζειν, & Latini quoque Theologi ſanctificare.

ctificat aurum?

18 Et, Quiſquis iurauerit per altare, nihil eſt: quicunque autem iurauerit per donum quod eſt ſuper ipſum, debet.

19 ″Stulti ac cæci, vtrum enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum?

20 Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipſum & per omnia quæ ſuper illud ſunt.

21 Et qui iurauerit per templum, iurat per ipſum & per eum qui habitat in ipſo.

22 Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronum Dei, & per eum qui ſedet ſuper ipſum.

Decimare mentham

Iudicium. Miſericordia. Fides.

23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis menthã & anethum & cuminũ: & ″omittitis quæ grauiora ſunt Legis, iudiciũ & miſericordiã ac ″fidẽ. hæc oportuit facere, & illa nõ omittere.

24 Duces cæci, qui excolatis culicem: camelum autem deglutitis.

Mundantes calices.

25 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia purgatis exteriorẽ poculi ″patinæq; partẽ, intus autẽ ″plena ſũt ″rapina & ″intẽperãtia.

26 Phariſæe cæce, purga primùm quod eſt intra poculum & patinam, vt id quoque quod extra eſt, purum fiat.

Sepulchra dealbata.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ″aſſimiles eſtis ſepulchris ″dealbatis, quæ extrà quidem apparent ſpecioſa: intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, omnique ″immunditia.

28 Ita & vos extrà quidem apparetis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis ″hypocriſi & iniquitate.

Ædificare ſepulchra Prophetarum.

29 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

30 Et dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocii eorum ″in ſanguine Prophetarum.

31 Itaque teſtamini vobiſmetipſis, quòd filii ſitis eorum qui Prophetas occiderunt.

32 ″Vos quoque implete menſuram patrum veſtrorum.

Serpentes. Viperæ.

33 Serpentes, progenies viperarum, ″quomodo fugere poſſitis à iudicio gehennæ?

Prophetæ occiſi à Iudæis.

34 Propterea ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapiẽtes & Scribas, & ex ″ipſis nõnullos trucidabitis & crucifigetis: & ex ipſis nõnullos flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini ab vrbe in vrbem:

35 ″Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus effuſus ſuper ter-

aurum?

18 Et, Quicunque iurauerit in altari, nihil eſt: quicunque autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet.

19 Cæci, quid enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum?

20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. C

21 ¶Et quicũque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo q̃ habitat in ipſo. 3.Reg.8.b.13 2.paral.6.a.2

22 Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

23 ¶Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum: & reliquiſtis quæ grauiora ſunt Legis, iudicium & miſericordiam & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere. Luc.11.f.42

24 Duces cæci, excolantes culicem: camelum autem glutientes.

25 ¶Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod déforis eſt calicis & paropſidis, intus autem plena ſunt rapina & immunditia. Luc.11.e.39

26 Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id quod déforis eſt, mundum.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ áforis parent hominibus ſpecioſa: intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

28 Sic & vos áforis quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

29 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hydocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumẽta iuſtorum: D

30 Et dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.

31 Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum qui Prophetas occiderunt.

32 Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

33 Serpẽtes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

34 Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ:

35 Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, ¶à Gen.4.b.8 heb.11.a.4

---

19 Stulti ac μωροὶ καὶ. Hæc deerant hoc loco in exemplaribus 2 & 8: neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem.

23 Omittitis ἀφήκατε. Vel (vt Vulgata & Eraſmus) reliquiſtis. Apparet tamẽ ex præcedente verbo ἀποδεκατοῦτε, præteritum loco præſentis poſitum eſſe. Fidem. πίστιν. i. dictorum & conuentorum conſtantiam ac veritatem, vt definit Cicero. quod explicandum putaui ad vitandam homonymiam. Nam ſolet alioquin accipi pro fiducia quæ in Chriſtum recumbit. Hìc autem videtur Chriſtus agere duntaxat de mutuis hominum inter ſe officiis. 25 Patinæ παροψίδος. Vulgata, paropſidis: quo vocabulo vtũtur etiam Latini poetæ. Sed paropſis videtur hìc generalius accipi. Itaque etiam in vetuſtis exẽplaribus 3 & 14, legitur τοῦ πίνακος. Quare de paropſidis vſu & forma nullus eſt hic (vt opinor) differẽdi locus. Vide (ſi libet) Athenæum initio libri noni, & Eraſmum in hunc locum. Plena ſunt γέμουσιν. plena ſunt: ſcilicet pocula & patinæ. Nam alioqui dicẽdum fuerat præpoſito articulo τὸ δὲ ἔσωθεν interiora verò, ſicut loquitur Lucas 11.f.39: aut certè pro γέμουσιν ſcribendum erat γέμει. Rapina ἐξ ἁρπαγῆς. In antiquis exemplaribus 5.6.7.14, legimus ἐξαρπαγῆς coniunctè, & (ni fallor) rectius. Reſpondet autẽ hoc vocabulũ Hebræo חמס, quo õne ſceleris genus ſignificatur ad interuertẽdas res alienas cõparatũ. itaque latius patet quàm Græcum aut Latinum. Intemperantia. ἀκρασίας. In vetuſtis codicibus 1.4.5.6.7.9.12, ſcriptum erat ἀδικίας iniuſtitia. Vulgata legit hìc quoque ἀκαθαρσίας. i. immunditia, vt infrà 27. Cæterùm rapinæ & intemperãtiæ nomine dapes intelligit ex alienis interuerſis facultatibus ad luxum comparatas. 27 Aſſimiles eſtis παρομοιάζετε. Addit aliquid ſignificationi præpoſitio παρὰ, quã non putaui negligendam. Vulgata & Eraſmus, ſimiles eſtis. Id Græci vno verbo exprimunt: Latini aſſimilare quidem dicunt, ſed actiuè. Dealbatis, κεκονιαμένοις. i. opere tectorio inductis: à κονία quod calcem & tectorium opus declarat, vt explicat doctiſſimus Budæus. Immunditia. ἀκαθαρσίας. Vulg. & Eraſ. ſpurcitia: quod potius reſpondet τῇ ῥυπαρείᾳ. 28 Hypocriſi ὑποκρίσεως. i. ſimulatione: ſed Græcum vocabulum vſitatum retinere maluimus. 30 In ſanguine ἐν τῷ αἵματι, id eſt cæde, vt infrà annotauimus.

32 Vos quoque implete καὶ ὑμεῖς πληρώσατε. Hebræum prouerbium eſt, cuius hic eſt ſenſus, Pergite vos quoque imitari maiores veſtros, vt tandem veſtra improbitas ad ſummum gradum perueniat. 33 Quomodo πῶς. In vno vetere codice ſcriptũ erat ποῦ, id eſt quó.

34 Ex ipſis nonnullos ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινὰς, id eſt nonnullos: quod expreſſimus etiam in hoc membro. Vide infrà cap.27.a.9.

35 Vt veniat ὅπως ἔλθῃ. Hebræũ dicendi genus quod imitantur quodãmodo Latini Iuriſcõſulti quũ dicunt, Noxã caput ſequi. Eſt autem hæc huius loci ſententia. Vt rei & obnoxii ſitis: vel, vt in veſtrum caput redundet ſanguis iuſtus. i. iuſtorũ & innocentum hominum cædes.

2.Para.24.f.22

ſãguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinē Zachariæ filii Barachiæ, ‖quem occidiſtis inter templum & altare.

Amen dico vobis venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Luc.13.g.34

4.Eſdr.1.e.30.

‖Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos q̃ ad te miſſi ſunt, quoties volui cōgregare filios tuos‖ quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?

Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

Dico enim vobis, non me videbitis ámodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Cap. XXIIII.

Marc.13.a.1 luc.21.a.5

ET ‖T egreſſus Ieſus de templo, ibat: & acceſſerunt diſcipuli eius vt oſtenderent ei ædificationes templi.

Luc.19.g.44

Ipſe autem reſpondens, dixit illis, Videtis hæc omnia? amē dico vobis ‖non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſeculi?

Epheſ.5.b.5 coloſſ.2.c.28

Et reſpondens Ieſus, dixit eis, ‖Videte ne quis vos ſeducat.

Multi enim veniēt in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.

Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorum: videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis.

Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilētiæ, & fames, & terręmotꝰ per loca.

Hæc autem omnia, initia ſunt dolorum.

Suprà 10.b.17 luc.21 e.12 iohan.15.c.20, & 16.a.2

‖Tunc tradent vos in tribulationē, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

Et tunc ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebūt inuicem.

Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos.

Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

B Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimo-

---

ram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem "occidiſtis inter templum & altare.

36 Amen dico vobis venient hæc omnia ſuper nationem iſtam.

37 Ieruſalem Ieruſalē, quæ trucidas Prophetas, & lapidas eos qui "ad te miſſi ſunt, quoties volui cogere filios tuos, quemadmodū "gallina cogit pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis?

Gallina.

38 Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta.

39 Dico enim vobis, nequaquā me videbitis "ab hoc tēpore vſque dum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Cap. XXIIII.

Deſtructio Iudæorum.

1 ET egreſſus Ieſus "à templo, ibat: & "acceſſerunt diſcipuli eius, vt indicarent ei ædificia templi.

2 "Ieſus autem dixit eis, "Nónne videtis hæc omnia? amē dico vobis non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem qui non "diſſoluatur.

3 Sedente autem eo in monte Olearum, adierunt eum diſcipuli "priuatim, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum "aduentus tui & conſummationis ſeculi?

De aduentu Chriſti.

4 Et reſpondens Ieſus, dixit eis, Videte ne quis vos "ſeducat.

5 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: multóſque ſeducent.

6 Futurū eſt autē vt audiatis bella, & "rumores bellorum: videte ne turbemini: oportet enim "omnia fieri, ſed nondum "eſt finis.

7 Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erūt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus "ſingulis locis.

8 Hæc autem omnia principium *ſunt* dolorum.

9 Tunc tradent vos in oppreſſionem, & trucidabunt vos: & odio habebimini ab omnibus "gentibus propter nomen meum.

10 Et tunc offendentur multi: & alius alium "prodent, & "odio habebunt "alius alium.

11 Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, ac ſeducent multos.

Iniquitas. Charitas.

12 Et quoniam "multiplicata erit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

Perſeuerantia.

13 "Qui autem ſuſtinuerit "in finem, iſte ſeruabitur.

Euangelii prædicatio.

14 Et prædicabitur iſtud Euangelium regni "in vniuerſa terra, in

---

Occidiſtis ἐφονεύσατε. In duodecimo exemplari legitur ἐφόνευσαν occiderunt.

37 Ad te πρὸς αὐτήν. In ſecundo exemplari ſcriptum erat πρός σε, eodem ſenſu. Gallina ὄρνις. Hoc tamen vocabulum generaliter auem declarat plerunque. Nam gallina propriè dicitur ἀλεκτορὶς, præſertim apud Poetas.

39 Ab hoc tempore ἀπ' ἄρτι. Hebraiſmus מעתה ex nunc. Vulgata ad verbum, ámodo. Vide infrà 26.c.29.

IN CAPVT XXIIII.

1 A templo, ibat: ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. Octauum exemplar legit, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐπορεύετο: quæ lectio melius conuenit. Itaque eam ſum ſequutus cum Vetere interprete. Acceſſerunt προσῆλθον. Apud Theophylactum additur pronomen αὐτοῦ.

2 Ieſus autem dixit eis, ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. In vetuſtis codicibus 2 & 8, ſcriptum erat ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς, id eſt ipſe verò reſpondēs, dixit eis. Eam lectionem ſequitur Vetus interpres: quem hoc loco immeritò flagellat Eraſmus, quum idem ipſe ſuprà annotarit verbum Reſpondendi ab Hebræis ſæpe impropriè accipi, & habitum inter eos ſermonem conſtet, antequā hæc diceret Ieſus. Nónne οὐ. Hanc particulam neque legit Vetus interpres, neque ex vetuſtis codicibus 2.4.5.6.8. Diſſoluatur. καταλυθήσεται. In ædificio coniuncti lapides & coagmentati, dicuntur diſſolui. Sic loquitur Cicero de Senec. Opus ipſa ſuum eadē quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Vulg. & Eraſ. deſtruatur, id eſt ἀποσκεδαθήσεται. 3 Priuatim, κατ' ἰδίαν. Vulg. & Eraſ. ſecretò, id eſt ἀπορρήτως. Aduentus παρουσίας. à παρεῖναι, id eſt adeſſe, pro aduenire, ſicut etiam infrà accipitur 27. Nam propriè non aduentum, ſed præſentiam declarat. Cæterùm in quibuſdam vetuſtis exēplaribus hæc omnia ſine interrogatione leguntur. 4 Seducat. πλανήσῃ. πλανᾶν hîc accipitur forma coniugationis Hebrææ hiphil: nam propriè neutrum eſt. ideo verti. oportuit perinde acſi ſcriptum eſſet ἀπατήσῃ. Home. Iliad. β. ὅ με μέγα πλάζουσι, id eſt ἀπατῶσι.

6 Rumores ἀκοάς. Vulgata, opiniones, id eſt δόξας. Nos ſuprà 4.d.24, ἀκοὴν famam conuertimus. Sed quia plurali numero vtendū erat, ſynonymum quæſiuimus. Omnia πάντα. In nono exemplari additur ταῦτα hæc. Eſt δεῖ. Annotat Eraſmus ſeſe alicubi legiſſe ἔσται erit: quam lectionem maximè probo. 7 Singulis locis. κατὰ τόπους. i. paſſim. Nam κατὰ hoc loco diſtributiuū eſt. Vulgata, per loca: præpoſitione nō ſatis expreſſa. Eraſmus, variis locis. 9 Gentibus ἐθνῶν. In vno codice non additur hoc vocabulū, quo ſublato videtur plenior eſſe ſententia. 10 Prodent, παραδώσουσι. Vulgata & Eraſmus ad verbum, tradent. Sed τὸ παραδιδόναι exiſtimo poſitum ἀντὶ τοῦ προδιδόναι, ſicut etiam infrà cap.26.b.16. Sic etiam Hebræis נתן non modò tradere, ſed etiam prodere ſignificat, vt Ierem.38.c.19. Odio habebunt μισήσουσιν. Hoc quoque commodius Græci vno vocabulo exprimunt, quàm Latini. Alius alium. ἀλλήλους. Hoc Græci vno vocabulo exprimunt. Eraſmus addit, inuicem: quod abundat, & magis reſpondet τῷ ἐνάλλαξ.

12 Multiplicata erit πληθυνθῆναι. Vulgata & Eraſmus, abundabit, πλεονάσει.

13 Qui ſuſtinuerit ὁ ὑπομείνας. Vulgata & Eraſmus, qui perſeuerauerit, id eſt ὁ διακαρτερήσας. Vide ſuprà 15.d.32. In finem, εἰς τέλος. Eraſmus, ad finem vſque, ἄχρι τέλους.

14 In vniuerſa terra, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ad verbum, in vniuerſa habitabili. Vulgata, in vniuerſo orbe, id eſt ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ τῆς γῆς.

teſtimonium omnibus gentibus:& tunc veniet′finis.

Deſtructio Iudæorum.

15 Quum ergo videritis ″abominandam vaſtationē quæ dicta eſt à Daniele propheta,″ſtātē in loco ſacto,(qui legit,′animaduertat)

16 Tunc qui in Iudæa *fuerint*,fugiant in montes:

17 Qui″ſupra domū,non deſcendat″vt tollat quicquā è domo ſua:

18 Et qui in agro , non reuertatur ′retro vt tollat″veſtimenta ſua.

19 Væ autem ventrem ferentibus & lactantibus in illis diebus.

20 Orate autē vt non fiat fuga veſtra hyeme , neque ″in ſabbatho:

21 Erit enim tunc oppreſſio magna , qualis non fuit à principio mundi ad hoc vſque tempus,′neque fiet.

22 Et niſi decurtati fuiſſēt dies illi,′nulla caro ſeruaretur: ſed propter electos decurtabuntur dies illi.

Cauendum ab iis qui ſe falſò Chriſtos dicũt.

23 Tūc ſiquis vobis dixerit,Ecce hîcChriſtus,′aut hîc: ne credatis.

24 Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ,′& edent ſigna magna & prodigia:ita vt′ſeducant,ſi fieri poſſit,etiam electos.

25 Ecce prædixi vobis.

26 Si ergo dixerint vobis,Ecce in deſerto eſt:ne egrediamini. Ecce in conclauibus:ne credatis.

27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente,& apparet vſque in Occidentem:ita erit & aduentus Filii hominis.

28 Vbicunque enim fuerit′cadauer,illic cogentur ′aquilæ.

Signa conſummationis ſeculi.

29 Statim autem poſt oppreſſionem dierum illorum, ſol obſcurabitur,& luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ cadēt è cælo,&″poteſtates cælorum″agitabuntur.

30 Et tunc apparebit ſignum Filii hominis′in cælo: & tunc ″plangent omnes tribus terræ,& videbunt Filium hominis venientem ″in nubibus cæli cum poteſtate & gloria multa.

Angeli.

31 Et *is* mittet Angelos ſuos cum tubæ″voce magna,& cogent ele-

nium omnibus gentibus : & tunc veniet conſummatio.

15 ‖Quū ergo videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt‖à Daniele propheta , ſtantem in loco ſancto,(qui legit,intelligat)

Marc.13.b.14 luc.21.d.20 Daniel.9.g.27

16 Tūc q in Iudæa ſūt,fugiāt ad mōtes:

17 Et qui in tecto,non deſcendat tollere aliquid de domo ſua:

18 Et qui in agro, nō reuertatur tollere tunicam ſuam.

19 Væ autem prægnantibus & nutriētibus in illis diebus.

20 Orate autē vt non fiat fuga veſtra in hyeme,‖vel ſabbatho:

Actorum.1.b.12

21 Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò,neque fiet.

22 Et niſi breuiati fuiſſent dies illi , nō fieret ſalua ōnis caro:ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

23 Tunc ſiquis vobis dixerit,‖Ecce hîc eſt Chriſtus,aut illic:nolite credere.

Marc.13.c.21 luc.17.e.23

24 Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia:ita vt in errorem inducātur,ſi fieri poteſt,etiam electi.

25 Ecce prædixi vobis.

26 Si ergo dixerint vobis,Ecce in deſerto eſt:nolite exire. Ecce in penetralibus:nolite credere.

27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidētem, ita erit & aduentus Filii hominis.

C

28 ‖Vbicunque fuerit corpus,illuc congregabuntur & aquilæ.

Luc.17.g.37

29 Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ,‖ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum , & ſtellæ cadent de cælo , & virtutes cælorum commouebuntur.

Marc.13.c.24 luc.21.e.25 Eſa.13.b.10 ezech.32.b.7 ioel.2.g.31, & 3.c.15

30 Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo : & tunc plangent omnes tribus terræ,‖& videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cū virtute multa & maieſtate.

Apoc.1.b.7

31 ‖Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt ele-

1.Cor.15.g.52 1.theſſ.4.d.16

Finis. τὸ τέλος. Vulgata & Eraſmus,conſummatio,id eſt συντέλεια.

15 Abominandam vaſtationem βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Ad verbum, abominationem deſolationis : qui Hebraiſmus eſt obſcurior. Sic etiam infrà Apocalypſeos cap.17.a.1,legimus κρίμα τῆς πόρνης,id eſt damnationem meretricis illius,pro,damnandam illam meretricem.

Stantem ἑστὼς, id eſt exiſtentem.ſiue,quæ erit. Animaduertat. νοείτω. Vel,ſecum conſideret.Vulgata & Eraſmus,intelligat:quæ interpretatio non ſatis videtur conuenire huic loco:quanuis interdum pro συνιέναι vſurpetur, vt ſuprà cap.15. b.17, & 16.b.11. Marci autem 8.b. 17,alterum ab altero apertè videtur diſtingui.

17 Supra domum, ἐπὶ τοῦ δώματος, id eſt in ſuperiore ædium parte.Vulgata & Eraſmus,in tecto. Vide ſuprà 10.c.27. Vt tollat quicquam è domo ſua . ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. In vetuſtis exemplaribus legitur ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας·quo modo etiā legit Theophylactus & Valla,id eſt ad tollenda ea quæ ſunt è domo ſua:nempe res ſuas quas domi habet.

18 Retro ὀπίσω. Vel,rurſus:ſicut dixit Virgilius,Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Hanc particulam tamen Vulgata & Eraſmus neglexerunt. Veſtimenta τὰ ἱμάτια. Veſtimentum hoc loco generaliter accipitur, cuius latè patet ſignificatio,vt teſtantur Iuriſconſulti. Cæterùm in vetuſtis exemplaribus primo, ſecundo, tertio, octauo, legitur in ſingulari τὸ ἱμάτιον, id eſt pallium, nimirum quod fugienti in primis neceſſarium eſt aduerſus aeris iniuriam. Idem ergo de cæteris eiuſmodi rebus ſtatuendum : & ſignificatur ſumma trepidatio & neceſſitas fugæ. Quare malim ſuprà legere cum vetuſtis codicibus ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας.Hîc autem potius ἱμάτιον propriè acceptum pro pallio,quàm ἱμάτια generali ſignificatione. 20 In ſabbatho: ἐν σαββάτῳ. In exemplaribus 3.6.7.9.19,omiſſa eſt præpoſitio. In 4.5. 8.14,legitur σαββάτου ſecundo caſu,ſicut paulo antè χειμῶνος.

21 Neque fiet. οὐδὲ οὐ μὴ γένηται. Triplex negatio eſt adhibita(vt annotat Eraſmus)emphaſeos cauſa,quum Latinis contrà vel duplex negatio affirmet.Cenſet autem idem in annotationibus,verti poſſe Neque fiat,vt ſit abominantis.Atqui ſi hoc recipiamus,potius ſcribendum fuerit οὐ μὴ γένοιτο. ex infinitis autē exemplis apparet Coniunctiui præſens in hac conſtructione pro futuro Indicatiui vſurpari ab Euāgeliſta.

22 Nulla caro ſeruaretur: οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ . id eſt nullus prorſus euaderet,totáque gens funditus interiret.Duplex Hebraiſmus Latinis ignotus,Non omnis pro Nulla,& Caro pro homine:ex quibus illum mutauimus vt obſcuriorem,hunc vt ſatis vſitatum retinuimus.

23 Aut hîc: ἢ ὧδε. In ſecundo codice legitur ἢ ἐκεῖ aut illic,idque melius.

24 Et edent ſigna καὶ δώσουσι σημεῖα. Vulgata & Eraſmus ad verbum, & dabunt ſigna. Idem autem valet διδόναι quod ἀποδεικνύειν, id eſt palàm aliquid deſignare inſigne,quod omnibus ſpectandum proponatur.Sic enim vſurpant Hebræi verbum נתן interdum, vt Neem.9.b.10. Seducant, πλανῆσαι. In ſecundo exemplari ſcriptum erat πλανηθῆναι,id eſt vt ſeducantur, vel(vt conuertit Vetus interpres)in errorem inducantur. 28 Cadauer, τὸ πτῶμα. Vulgata,corpus, id eſt τὸ σῶμα. qua occaſione arrepta, nonnulli Eccleſiam quam falſò vocant, pro Chriſto ipſo ſubſtituunt : quod quidem facilè refelli poteſt, etiamſi legamus τὸ σῶμα. Sed certè omnes codices quos mihi videre contigit,ſcriptum habebant τὸ πτῶμα.Ita etiam habet Theophylactus Romanus & Theodoritus περὶ προνοίας,λόγῳ ε. Aquilæ. οἱ ἀετοί. Vulgata,& aquilæ:redundante copulatiua. 29 Poteſtates cælorum αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. Aut(vt alii vertunt) virtutes: modò intelligas non ἀρεταὶ,ſed δυνάμεις ſcriptum eſſe. Cæterùm exiſtimo ex Hebræorum idiotiſmo (de quo etiam ſuprà diximus verſiculo 15)Poteſtates cælorum pro ipſis cælis potentibus dici . Nolui tamen temere quicquam immutare. Agitabuntur. σαλευθήσονται. Vel,vacillabūt: inſtar fluctuantis nauis in mari.Vulgata & Eraſmus,commouebuntur: quod non tantam habet emphaſim:reſpondet enim τῷ συγκινεῖσθαι.

30 In cælo: ἐν τῷ οὐρανῷ. In codice ſecundo legitur τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς qui eſt in cælis. Plangent κόψονται. Ouidius,Plangere nuda meis conabar pectora palmis.Inde factum vt pro lugere accipiatur neutri abſoluti ſignificatione. In nubibus ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vel,ſupra nubes,id eſt nubibus inſidentem:quo modo etiam ſublatus eſt in cælum,& pulcherrimè deſcribitur à Dauide Pſalmo 104.Eſt autem totus hic locus tranſlatus ex Danielis ſeptimo. 31 Voce φωνῆς. In codicibus vetuſtis primo,ſecundo,quarto,quinto,ſcriptum erat μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς πολλῆς cum tuba & voce magna: quo modo conuertit Vetus interpres.

	ctos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum.		ctos eius à quatuor ventis, ″à cælorum extremo ad eorũ extremũ.	
	Ab arbore autem fici diſcite parabolam: quũ iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas:	32	A″ficu autem diſcite″parabolam: quum iam ramus eius″tener fit, & folia″germinat, noſtis quòd propè *ſit* æſtas:	Ficus.
	Ita & vos quum videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt in ianuis.	33	Ita & vos, quum videritis hæc omnia, agnoſcite quòd propè ſit ′in foribus *regnum Dei*.	
	Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.	34	″Amen dico vobis nequaquã præterierit″ætas hæc, vſquedum omnia iſta facta ſint.	
Marc.13.d.32	Cælum & terra tranſibũt: verba autem mea non præteribunt.	35	Cælum & terra præteribunt: ſermones autem mei nequaquam præteribunt.	
	De die autẽ illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorũ, niſi ſolus Pater.	36	De die autem illo″& hora nemo ſcit, ne Angeli quidem cælorũ, niſi″Pater ille meus ſolus.	
D	Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filii hominis.	37	Sed ſicut *erant* dies Noe, ita erit & aduentus Filii hominis.	Tempora Noe.
Luc.17.f.28 gen.7.b.5 1.petr.3.d.20	Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam:	38	Sicut enim erant in diebus *qui præceſſerunt* diluuium, ″edentes″& bibentes, vxores ducẽtes, & nuptum dantes, vſque ad *eum* diem quo ingreſſus eſt Noe in arcam:	
	Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit õnes: ita erit & aduentus Filii hominis.	39	Et non cognouerunt, vſque dum veniſſet diluuium, & ſuſtuliſſet omnes: ita erit & aduentus Filii hominis.	Diluuium
Luc.17.g.35 1.theſſ.4.d.17	¶Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur.	40	Tunc duo erunt in agro: vnus″accipitur, & alter relinquitur.	
	Duæ molẽtes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur.	41	Duæ molentes in″piſtrino: vna accipitur, & altera″relinquitur.	
Marc.13.d.35	¶Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.	42	Vigilate ergo: quia neſcitis qua hora Dominꝰ veſter vẽturꝰ ſit.	Vigilandum
Luc.12.e.39 2.theſſ.5.a.2 apoc.16.c.18	Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & nõ sineret perfodi domum ſuam.	43	Illud autẽ ſcitote, quòd ſi ſciſſet paterfamiliâs″qua vigilia fur venturus erat, vigilaſſet, & non ſiuiſſet perfodi domum ſuam.	Fur in nocte
	Ideo & vos eſtote parati, quia qua neſcitis hora, Filius hominis venturus eſt.	44	Propterea & vos eſtote parati: quia qua hora″non putatis, Filius hominis venturus eſt.	
Luc.12.e.42	¶Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens, quẽ cõſtituit dominꝰ ſuus ſuper familiã ſuã, vt det illis cibũ in tẽpore?	45	″Quis igitur eſt fidelis ſeruus & prudens, quem cõſtituit dominus ſuper″famulitium ſuum, vt det illis alimentum in tempore?	Seruus fidelis.
	Beatus ille ſeruus, quem, quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem.	46	Beatus ſeruus ille, quem, quum venerit dominus eius, inuenerit ita facientem.	
	Amen dico vobis quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.	47	Amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.	
	Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire:	48	Quòd ſi dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, ′Tardat dominus meus venire:	Malus ſeruus.
	Et cœperit percutere cõſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis:	49	Cœperítque verberare′conſeruos, ′quinetiam edere & bibere cum ebriis:	

A cælorum extremo ad eorum extremum. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. id eſt ab vno extremo ad alterum. ſiue, à toto terrarum orbe qui cælo tegitur. Vulgata & Eraſmus obſcurè, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum. quam interpretationem meritò Valla reprehendit. Hoc dicendi genus etiam reperies Deut.4.e.32, & 28.g.64.

32 Ficu συκῆς. Vulgata, arbore fici: quo modo etiam ſuprà 21.b.19: quia ficus Latinis eſt anceps. Sed hanc ambiguitatem tollunt ea quæ ſequuntur. Parabolam: παραβολήν. Eraſmus, ſimilitudinem: nequis (ait) ſomniet ficum parabolas dicere. Certè hæc amphibolia nimium eſt abſurda: quam tamen qui putauerit fugiendam, inuertat compoſitionem verborum hoc modo, Diſcite parabolam à ficu. Tener ἁπαλός. vel potius læuis. Hoc etiam refero ad corticem & librum, cuius læuor indicat ſuccum illum vitalem è radice ad librum euaſiſſe: quod vernaculo ſermone dicimus, *quand la ſeue eſt montée*. Eraſmus ad gemmam refert, eodem manente ſenſu. Germinat, ἐκφύῃ, vel, edit. Accipitur autem illud etiam tranſitiuè: quum apud Plinium lib.7.cap.6, dicatur fœtus capillum germinare: metaphora ab arboribus ſumpta. Vulgata, nata. Eraſmus, enata, id eſt ἐκφύεται, vel ἐκφύηται. Ego verò malo actiuè accipere.

33 In foribus *regnum Dei*. ἐπὶ θύραις. Quod deeſſe videbatur explendæ conſtructioni, ſuppleuimus ex Luca, 21.f.31.

34 Amen ἀμὴν. In quibuſdam exemplaribus additur δὲ, autem. AEtas γενεά. Vulgata ad verbum, generatio. Sed γενεὰ (vt obſeruat Eraſmus) pro eo hìc vſurpatur quod Latini AEtatem aut ſeculum vocant: velut quum dicitur Neſtor τρεῖς γενεὰς tres ætates vixiſſe. Vide ſuprà 11.b.16. 36 Et hora καὶ τῆς ὥρας. In quinto codice ſcriptum erat ἢ τῆς ὥρας, vel hora. Pater ille meus ὁ πατήρ μου. In codicibus 3.4.5.8.9, deerat μου, neque etiam legitur apud Veterem interpretem.

38 Edentes τρώγοντες, id eſt ἐσθίοντες, quum illud propriè de brutis dici velint Grammatici, vt etiam videatur magna eſſe huius verbi emphaſis, quo ſignificatur homines brutorum inſtar fore ventri deditos. Nam alioqui edere & bibere per ſe non eſt vitium.

40 Accipitur, παραλαμβάνεται. Vulgata in futuro, aſſumetur, id eſt παραληφθήσεται, Et paulo pòſt, relinquetur, id eſt ἀφεθήσεται, vt ſcribitur apud Lucam, 17.g.34. 41 Piſtrino: μύλωνι. In tertio, quarto, ſexto codicibus legitur μύλῳ, eodem ſenſu. Vulgata & Eraſmus, mola, id eſt μύλῃ. Relinquitur. ἀφίεται. Secundus codex addit δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται, Duo erunt in lecto vno: vnus accipitur, & alter relinquitur. 43 Qua vigilia ποίᾳ φυλακῇ. Ad verbum, qua cuſtodia. Vide ſuprà 14.c.25. Vulgata & Eraſmus, qua hora ποίᾳ ὥρᾳ. 44 Non putatis, οὐ δοκεῖτε. Vulgata, neſcitis οὐκ οἴδατε. Vide ſuprà 3.b.9.

45 Quis igitur τίς ἄρα. Vulgata, quiſputas. Eraſmus, quiſnam. Ego verò exiſtimo particulam ἄρα ita adhiberi in huiuſmodi interrogatione, vt ſuperioris ſermonis naſcentem concluſionem declaret, vt infrà 19.a.1: alioquin non video quomodo hæc cohæreant. Famulitium θεραπείας. In octauo legitur, οἰκετείας, eodem ſenſu. Vulgata, familiam, nimium generali nomine.

48 Tardat χρονίζει. Tardare quum plerunque ſit tranſitiuum, vſurpatur abſolutè ab ipſo etiam Cicerone ad Brutum, Tardare (inquit) & cõmorari te melius eſſet. Sic etiã conuertit Eraſmus, infrà 25.a.5, qui tamen hoc loco interpretatus eſt cunctatur, id eſt ὀκνεῖ. Vulg. morã facit.

49 Conſeruos, συνδούλους. 6.8.9.14, addunt αὐτοῦ ſuos, vt vertit Vetus interpres. Quinetiã edere ἐσθίειν δέ. Sic puto vertendã hanc particulã hoc loco: ponitur enim pro ἔτι, in quo dicẽdi genere diſertiores Græci dixiſſent καὶ ἐσθίειν δέ. Eraſmus in annotationibus legit ἐσθίειν τε. In exemplaribus autem 2.6.8.14, & Theophylacto ſcriptum eſt ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ edat autem & bibat: quo modo legit Vetus interpres.

50 Veniet dominus ſerui illius in die quo non expectat, & hora qua non nouit:

Hypocritæ.

51 Et″ſeparabit eum, ′partémque eius ponet cum hypocritis¦: illic erit fletus & ſtridor dentium.

Cap. XXV.

Virgines expectantes ſponſũ.

1 TVnc aſſimilabitur regnum cælorum decem virginibus, quæ ſumptis lampadibus ſuis, exierunt in occurſum′ſponſi.

2 Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ.

3 Quæ erant fatuæ, acceptis lãpadibus ſuis, nõ ceperãt oleũ ſecũ:

4 Prudentes verò ceperãt oleũ in vaſis ſuis vnà cũ ſuis lãpadibus.

5 Tardante verò ſponſo, ′nictarunt omnes, ac dormierunt.

6 Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce, ſponſus venit, exite in occurſum eius.

7 Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, &′ornarunt lãpades ſuas.

8 Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis ex oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur.

9 Reſponderunt verò prudentes illæ, dicentes, ′*veremur* ne non ſufficiat nobis & vobis: proficiſcamini verò potius ad eos qui vendũt, & emite vobiſipſis.

10 Quum autem irent emptum, venit ſponſus: & quæ paratæ erãt, introierunt cum eo ad nuptias: clauſáque eſt ianua.

11 Poſtea verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine domine, aperi nobis.

12 Ipſe verò reſpondens, ait, Amen dico vobis non noui vos.

Vigilandum.

13 Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam ′in qua Filius hominis veniet.

Homo peregre proficiſcens, ſeruis taléta tradit.

14 ′Enimuero *regnum Dei ita eſt* vt *quum* quiſpiam peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit eis bona ſua.

15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicuique ſecundũ ″ipſius facultatem: & peregre profectus eſt ſtatim.

16 Profectus autem qui quinque talenta acceperat, ′negotiatus eſt′ex iis: &″fecit altera quinque talenta.

Veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat:

Et diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis: ¦illic erit fletus & ſtridor dentium. Cap. XXV.

Suprà 13.f.42
infrà 25.c.30

TVnc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierũt obuiã ſpõſo & ſponſæ.

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum:

Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

Moram autem faciente ſpõſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce, ſponſus venit, exite obuiã ei.

Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.

Fatuæ autem ſapientibus dixerunt, Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur.

Reſponderunt prudentes, dicẽtes, Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Dum autem irent emere, venit ſpõſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: & clauſa eſt ianua.

Nouiſſimè veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine domine, aperi nobis.

At ille reſpondens, ait, Amen dico vobis neſcio vos.

‖Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

Suprà 24.d.43
marc.13.d.33

Luc.19.b.12

Sicut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

B

Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicuique ſecundum propriã virtutẽ: & profectus eſt ſtatim.

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia quinque.

51 Separabit eum, διχοτομήσει αὐτόν. Vulgata, diuidet. Eraſmus, diſſecabit. Et certè hæc eſt propria huius vocabuli ſignificatio, vnde luna διχότομος dicitur quũ dimidiata lucet. Sed quod proximè ſequitur, ſatis declarat (opinor) διχοτομεῖν hoc loco vſurpari pro ἀφορίζειν. Significatur enim fore vt Dominus eum ſeruum non habeat in reliquorum numero, ſed ſeparatum ita tractet vt dignus eſt. Hom. Iliad. α, τώγ' ὡς βουλεύσαντε διέτμαγον, id eſt διεχωρίσθησαν: quum propriè διατμήγειν declaret τὸ διχοτομεῖν, id eſt διακόπτειν καὶ διαιρεῖν. Alii putant grauiſſimũ ſupplicium hoc vocabulo declarari: cuius exemplum habemus 1.Sam.15.g.33, & Dan.3.d.29. Partémque eius ponet cum hypocritis: καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. Hebraiſmus, id eſt eadem conditio eius erit quæ hypocritarũ: ſiue ita tractabitur vt tractari ſolent hypocritæ à Deo. Sic Iob 20.d.29, Hæc pars eſt hominis impii. Et Apoc. 21.c.8. Videntur autẽ Hebræi hoc dicendi genus cum proximè præcedẽte, à diuiſionibus hæreditatum, ſicut & pleraque alia, ſumpſiſſe.

IN CAPVT XXV.

1 Sponſi. τοῦ νυμφίου. Vulgata addit, & ſponſæ, καὶ τῆς νύμφης. 5 Nictarunt ἐνύσταξαν, vel, dormitarunt, vt Vulgata & Eraſmus, ſenſu rectè expreſſo. Nam τὸ νυστάζειν eſt propriè oculis ſomno grauatis conniuere: tamen quum ſequatur ἐκάθευδον, proprium verbum Latinum vſurpare malui. 7 Ornarunt ἐκόσμησαν. Eraſmus, apparauerunt, id eſt κατεσκεύασαν.

9 *Veremur* ne non ſufficiat μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ, vel (vt legitur in codicibus 3.6.7.12) μήποτε μὴ οὐκ ἀρκέσῃ. Eſt autem μήποτε particula non tam percontantis quàm addubitantis, vt obſeruat doctiſſimus ille Budæus, prolatis exemplis. Ego verò præterea puto eclipticum eſſe dicendi genus, & ſupplendũ aliquid pro ratione eius de quo agitur, ſicut fecimus hoc loco. Vulgata, Ne fortè non ſufficiat. Eraſ. Nequaquã, ne nõ ſufficiat: quæ interpretatio non ſatis videtur huius formulæ naturam & indolem exprimere. Cæterùm in vno codice pro πορεύεσθε δὲ μᾶλλον, ſcriptum erat πορεύεσθε μᾶλλον: quam lectionem ſi ſequamur, nulla erit eclipſis. Ita enim licebit omnia connectere, Ne non ſufficiat nobis & vobis, proficiſcamini potius, &c. 13 In qua Filius hominis veniet. ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Hæc non legit Vetus interpres, neque reperimus in vetuſtis codicibus 2.3.8. 14 Enimuerò *regnum Dei ita eſt* vt *quum* quiſpiam ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Sicut enim homo. Ego verò puto γὰρ explanatiuam potius eſſe quàm cauſalem particulã: ſicut etiam vſurpatur initio narrationis ſuprà 1.c.18. Omnino enim conſtat ex Luc.19.b.11, hunc ſermonem cum ſuperiore non eſſe connectendum. Deinde quum nulla ſequatur ἀπόδοσις, apparet aliquid ſupplendum fuiſſe: in quo quidem ſumus iudicium noſtrum ſequuti.

15 Ipſius facultatem: τὴν ἰδίαν δύναμιν. Vulg. virtutem: quod non conuenit huic loco. Facultatem enim hîc appellat prudentiam & peritiã in negotiando. ἰδίαν autem quod alii interpretantur propriam, malui pro relatiuo αὐτοῦ accipere, vitato etiam reciproco propter amphiboliã.

16 Negotiatus eſt εἰργάσατο. Propriè ἐργάζεσθαι in hoc genere dicitur non quiſquis negotiatur, ſed is demum qui lucrum facit, ſicut etiã accipitur infrà Luc.19.c.16. Hîc ergo generaliter accipitur pro πραγματεύεσθαι. Plinius Medicos dicit animas negotiari, eadem ſignificatione. Ariſt. οἰκονομικῶν β, τὸ δέκατον μέρος παρ' ἑκάστου ἔλαβε, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκέλευσεν ἐργάζεσθαι. Vulgata ad verbum, operatus eſt: quod verbum Latini hac ſignificatione (quod ſciam) nunquam vſurpant. Ex iis: ἐν αὐτοῖς. Vulgata ad verbum, in his. Eraſmus, per ea. Fecit ἐποίησεν. Cic.4.in Verrem, Quibuſnam, inquit, rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet. Eraſmus, confecit. In ſecundo autẽ & octauo exemplari ſcriptum erat ἐκέρδησεν lucratus eſt, ſicut conuertit Vetus interpres.

	Similiter & qui duo acceperat,lucratus eſt alia duo.	17	Itidem & qui duo acceperat,lucratus eſt & ipſe altera duo.	
	Qui autem vnum acceperat, abiẽs fodit in terram,&abſcondit pecuniã domini ſui.	18	Qui autem vnum acceperat,″abiens fodit in terram,&abſcõdit pecuniam domini ſui.	
	Poſt multum verò temporis venit dominus ſeruorum illorum,&poſuit rationem cum eis.	19	Poſt multum verò tempus venit dominus ſeruorum illorum, & confert rationem cum eis.	
	Et accedens qui quinque talẽta acceperat,obtulit alia quinque talenta dicens, Domine, quinque talẽta tradidiſti mihi,ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.	20	Tũc accedẽs is qui quinque talẽta acceperat,attulit altera quinque talenta,dicens,Domine,quinque talenta tradidiſti mihi,ecce altera quinque talenta lucratus ſum′ex eis.	
	Ait illi dominus eius,Euge ſerue bone & fidelis,quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te cõſtituam:intra in gaudium domini tui.	21	Dixit autem ei dominus eius ,″Bene *habet* ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituam:″ingredere in gaudium domini tui.	
	Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat,& ait,Domine,duo talenta tradidiſti mihi:ecce alia duo lucratus ſum.	22	Accedens autem & qui duo talenta acceperat,ait,Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum ſupra ea.	
	Ait illi dominus eius , Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.	23	Ait ei dñs eius,Bene *habet* ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituã: ingredere in gaudiũ domini tui.	
C	Accedens autem & qui vnum talẽtum acceperat,ait,Domine,ſcio quia homo durus es:metis vbi non ſeminaſti,& congregas vbi non ſparſiſti:	24	Accedens autem & qui vnum talẽtum acceperat,ait, Domine, noueram te quòd homo durus ſis,metens vbi non ſeminaſti,& *inde* cogens vbi non diſperſiſti:	Seruus nequam.
	Et timens abii,& abſcondi talentũ tuũ in terra: ecce habes quod tuũ eſt.	25	Itaque timens abii , abſcondíque talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum eſt.	
	Reſpondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, ſciebas quia meto vbi non ſemino,&congrego vbi non ſparſi:	26	Reſpõdens autẽ dominus eius,dixit ei,Serue male &′cũctator, ſciebas quòd metã vbi non ſeminaui, & *inde* cogã vbi nõ diſperſi:	
	Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis,& veniẽs ego recepiſſem vtique quod meũ eſt, cum vſura.	27	Oportuit ergo te′committere″pecuniam meam menſariis,&veniens ego recepiſſem meum cum fœnore.	
	Tollite itaq; ab eo talentum,&date ei qui habet decem talenta.	28	Tollite ergo ab eo talentum,& date ei qui habet decem talẽta.	
Suprà 13.b.12 marc.4.c.25 luc.8.c.18, & 19.d.26	‖Omni enim habẽti dabitur,& abũdabit:ei autem qui nõ habet, & quod videtur habere,auferetur ab eo.	29	Omni enim habenti dabitur, & reddetur abundantior:qui verò non habet,etiam′quod habet,tolletur″ab eo.	
Suprà 8.b.12, & 22.b.13	Et inutilem ſeruum eiicite‖in tenebras exteriores:illic erit fletus& ſtridor dentium.	30	Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores : illic erit fletus & ſtridor dentium.	Extremum iudicium quale,
	Quũ autẽ venerit Filius hominis in maieſtate ſua,& omnes Angeli cũ eo. tũc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ.	31	Quum autẽ venerit Filius hominis ″in gloria ſua,& omnes ſancti Angeli cum eo,tunc ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ.	
	Et congregabũtur ante eum omnes gentes , & ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis.	32	Et cogẽtur coram eo omnes gentes , & ſeparabit eos alteros ab alteris,vt paſtor ſeparat oues ab hœdis:	Oues. Hœdi.
	Et ſtatuet oues quidẽ à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.	33	Et ſtatuet oues quidem à dextra ſua,hœdos autem à ſiniſtra.	
	Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erũt,Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi.	34	Tũc dicet Rex his qui à dextra ſua *erunt*, Venite″benedicti Patris mei,poſſidete regnum paratum vobis″à iactis fundamẽtis mũdi.	Benedicti.
Eſa.58.b.7 ezech.18.b.7	‖Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare:ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram,& collegiſtis me:	35	Eſuriui enim,& dediſtis mihi *quo* veſcerer:ſitiui, & dediſtis mihi potum:hoſpes eram,& collegiſtis me:	Opera miſericordiæ.
Eccli 7.d.39	Nudus,& operuiſtis me:‖infirmus, & viſitaſtis me: in carcere erã , & veniſtis ad me.	36	Nudus,& amiciuiſtis me: ″inualidus fui,& viſitaſtis me: in cuſtodia eram,& veniſtis ad me.	

18 Abiens ἀπελθών. Deerat in codicibus ſecundo & quarto. 20 Ex eis.ἐπ' αὐτοῖς.vel,per ea. vt rectè vertit Eraſmus.Nam in quibuſdam etiam codicibus ſcriptum erat ἐν αὐτοῖς.Itaque nolui ἐπὶ interpretari pro παρὰ, id eſt præter.Vetus autem interpres hæc nõ legit:quia ſcilicet non ἐκέρδησα,ſed ἐπεκέρδησα ſcriptum habebat,id eſt ſuperlucratus ſum, vt ipſe conuertit.

21 Bene *habet* εὖ,id eſt καλῶς ἔχει. Nam ſubauditur verbũ quod expreſſimus declarationis cauſa.Vulgata,euge,id eſt εὖγε, quod nuſquã reperi ſcriptum in Græcis codicibus. Ingredere in gaudium εἴσελθε εἰς τὴν χαράν. Hebræum dicendi genus,quaſi diceret,Adeſdum vt fructum percipias benignitatis meæ.vt re ipſa ſentias quàm gratum ſit mihi officium tuum.Simile dicendi genus habes Pſal.69.d.28.

26 Cunctator, ὀκνηρέ. Vulgata & Eraſmus,piger,id eſt ῥᾴθυμε.

27 Cõmittere βαλεῖν,vel ponere:ſicut Alphius ille fœnerator apud Flaccũ in Epodo,quærit Calendis ponere. Pecuniam ἀργύριον, id eſt χρήματα. Nam latiore ſignificatione hìc accipitur, ſicut vulgò dicimus, *de l'argent* , pro omni pecunia: quo modo etiam Hebræi כסף dicunt. 29 Quod habet,ὃ ἔχει.In vetuſtis codicibus 1.4.8.9.14 ,ſcriptum erat ὃ δοκεῖ ἔχειν,quod videtur habere. Ab eo.ἀπ' αὐτοῦ. Hæc redundant Hebræorum more. 31 In gloria ἐν τῇ δόξῃ. id eſt cum gloria μετὰ δόξης,ſicut loquitur noſter Euangeliſta ſuprà 16.c.27,& 24.c.30.Reſpondet igitur particula ἐν illi ב Hebræorum,cuius multiplex eſt ſignificatio: quum etiam idem valeat quod c v m,vt Exod.15.c.19,dicitur Pharao ingreſſus in curru ſuo & equitibus ſuis. Vide infrà, Act.1.b.10.

34 Benedicti εὐλογημένοι,id eſt beati & fœlices,quos Pater meus ſuis beneficiis cumulauit. Vide ſuprà 5.g.44. Dicuntur enim homines Deo benedicere,quum eius laudes prædicant:contrà verò Deus benedicere hominibus,quum illos beat. A iactis fundamentis ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata,à conſtitutione,id eſt ἀπὸ καταστάσεως.Eraſmus,ab exordio,id eſt ἀπ' ἀρχῆς. Vide ſuprà 13.e.35.

36 Inualidus fui,ἠσθένησα,id eſt ἠῤῥώστησα Sic Plinius lib.8.cap.51,ſuem ægrotantem vocat inualidam.In hac etiam ſignificatione inualidum vſurpat Virgilius lib.5.AEneid. Et quicquid tecum inualidum, metuénſque pericli. Vulgata & Eraſmus,infirmus:quod nuſquam legi pro ægroto poſitum.

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, &ʺaluimus? aut ſitientem, & dedimus tibi potū?

38 Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & amiciuimus?

39 Aut quādo te vidim⁹ inualidū aut in cuſtodia, & venim⁹ ad te?

40 Et reſpondens Rex, dicet eis, Amē dico vobis quatenus feciſtis vni ex iſtis fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Maledicti

41 Tūc dicet & iis qui à ſiniſtra *erunt*, Abite à me maledicti in ignē æternum,ʺqui paratus eſt diabolo & angelis eius.

42 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi *quo* veſcerer: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

43 Hoſpes erā, & non collegiſtis me: nudus, & non amiciuiſtis me: inualidus, & in cuſtodia eram, & non viſitaſtis me.

44 Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitiētem, aut hoſpitem, aut nudum, aut inualidum, aut in cuſtodia, & non miniſtrauimus tibi?

45 Tunc reſpondebit eis, dicens, Amen dico vobis quatenus non feciſtis vni ex iſtis minimis, nec mihi feciſtis.

46 Et ibunt iſti in ſupplicium æternum: iuſti verò in vitam æternā.

Cap. XXVI.

Mors Chriſti.

1 ET factum eſt quum finiiſſet Ieſus ſermones iſtos omnes, dixit diſcipulis ſuis,

2 Scitis quòdʺintra duos dies Paſchaʺfit, & Filius hominis traditur vt crucifigatur.

Cōſiliū ſacerdotū cōtra Chriſtū.

3 Tunc coacti ſunt principes Sacerdotum ʺ& Scribæ & Seniores populiʺin aulam Pontificis, qui dicebatur Caiapha:

4 Etʺconſultarunt vt Ieſum dolo prehenderent, & trucidarent.

5 Dicebant autem, Non in feſto, vt ne tumultus fiat in populo.

Chriſto pedes vnguntur à muliere.

6 Quum autē Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi,

7 ʺVenerat ad eum mulier, habensʺalabaſtrū vnguentiʺgrauispretii, & effuderat ſuper caput ipſius accumbentis.

8 Videntes autem diſcipuli eius, indignati ſunt, dicētes, Adquid perditio hæc?

9 Potuit enī iſtud vnguētū venūdari magno, & dari pauperibus.

10 Quum autem *hoc* cognouiſſet Ieſus, ait eis, Quidʺlaborem affertis mulieri? opus enim bonum operata eſt erga me.

Pauperes.

11 Nam ſemper pauperesʺhabebitis vobiſcum: me verò nonʺſem-

D

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus? ſitientem, & dedimus tibi potum?

38 Quādo autem te vidimus hoſpitē, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te?

39 Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

40 Et reſpondens Rex, dicet illis, Amē dico vobis, quandiu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis.

41 Tunc dicet & iis qui à ſiniſtris erūt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Pſal.6.c.9
ſuprà 7.c.23
luc.13.f.27

42 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

43 Hoſpes eram, & nō collegiſtis me: nudus, & nō operuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.

44 Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitiētem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?

45 Tunc reſpondebit illis, dicēs, Amē dico vobis quādiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

46 ‖Et ibunt hi in ſupplicium æternū: iuſti autem in vitam æternam.

Dan.11.a.1
iohan.5.c.29

Cap. XXVI.

1 E‖T factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis,

Marc.14.a.1
luc.22.a.1

2 Scitis quia poſt biduū Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.

3 Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum & Seniores populi in atriū principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

Iohan.11.f.47

4 Et conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

5 Dicebant autem, Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

6 ‖Quum autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi,

Marc.14.a.3
iohan.12.a.2

7 Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

8 Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicētes, Vtquid perditio hæc?

9 Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus.

10 Sciens autem Ieſus, ait illis, Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.

11 Nam ſemper pauperes habetis vo

Deut.15.b.11

---

37 Aluimus? ἐθρέψαμεν; Vel, nutriuimus? Vulgata & Eraſmus, pauimus? id eſt ἐβοσκήσαμεν;

41 Qui paratus eſt τὸ ἡτοιμασμένον. In ſecundo exemplari ſcriptum erat ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατήρ μου, quem parauit Pater meus.

IN CAPVT XXVI.

2 Intra duos dies μετὰ δύο ἡμέρας. Vulg. & Eraſ. poſt biduum. Vide Marc. 8.d.31. Fit, γίνεται. Vulgata in futuro, fiet: id eſt γενήσεται. Et paulo pòſt, tradetur pro traditur, vt obſeruat Eraſmus. Apparet tamen enallagen eſſe temporis ex vulgata loquendi conſuetudine petitam, qua dicitur id fieri quod mox omnino futurum eſt. 3 Et Scribæ καὶ οἱ γραμματεῖς. Hæc deerant in vetuſtis codicibus, neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem. In aulam εἰς τὴν αὐλήν. Vulgata & Eraſmus, in atrium. Illud mihi magis placet, quum à Græcis ſit acceptum. 4 Conſultarunt συνεβουλεύσαντο. Vulgata, conſilium fecerunt, id eſt συμβούλιον ἐποίησαν. Eraſmus quoque per periphraſin, conſilium inierunt. 7 Venerat ad eum προσῆλθεν αὐτῷ. Apparet ex Iohanne 12.a.2, hæc geſta eſſe antequam Chriſtus ingrederetur Hieroſolyma. Nam certè circunſtantiarū varietas tanta non eſt, vt diuerſam hanc hiſtoriam ab illa poſſimus cōſtituere cum Oſiandro. Sed quum Euangeliſta accederet ad narrationē proditionis, diſtulit in hunc locum hiſtoriam eius facti, vnde Iudas occaſionem arripuit prodendi Dominum. Ideo cōuertimus προσῆλθεν & κατέχεεν per pluſquam perfectum: cuius enallages multa paſſim exempla occurrunt, vt Geneſ. 12.a.1, & ſuprà 25.a.3 & 4, & hoc eodem capite verſu 48. Alabaſtrum vnguenti ἀλάβαστρον μύρου. Alabaſtra dicta ſunt vaſcula vnguentaria, quòd alabaſtritem lapidem veteres plerunque excauarent ad eos vſus: quoniam optimè ſeruare vnguēta incorrupta traditur, vt refert Plinius lib. 13. cap. 2, & rurſus lib. 35. cap. 8. Aliā etymologiam planè (vt exiſtimo) ridiculam affert Eraſmus, quanuis ex Suida repetitam: ſed hæc ad noſtrum ſcopum non pertinent. Herodotus quoque in Thalia, inter munera quæ Cambyſes per legatos ad Regem AEthiopum miſit, recenſet μύρου ἀλάβαστρον. Grauis pretii, βαρυτίμου. Sic loquitur Salluſtius, Cœpit (inquit) graue pretium per omnē prouinciam fructibus eſſe. Nam olim (vt rectè hoc loco annotat Eraſmus) æs appendebatur, nō numerabatur: ex qua cōſuetudine orta ſunt multa dicendi genera. Idem tamen maluit cum Vetere interprete pretioſum interpretari, id eſt τιμίου. In vetuſtis codicibus 2.4.6, ſcriptum erat πολυτίμου magni pretii, vt ſuprà 13.f.46. 10 Laborem affertis, κόπους παρέχετε, vel, eſtis labori, id eſt moleſti eſtis, vt verterunt Vulgata & Eraſmus, ſenſu expreſſo. Ad verbum, laborem præbetis, ſiue (vt loquitur Liuius) curam. Laborem enim appellat animi moleſtiam.

11 Habebitis ἔχετε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, habetis: ſed præſens pro futuro videtur poſitum, ſicut etiam ſuprà 5.g.46, & 6.a.1.

Semper πάντοτε. Hæc particula & de loco & de tempore dicitur: quæ poſtrema ſignificatio conuenit. Commodè autem altero Latino aduerbio (quod ſciam) exprimi non poteſt. Itaque ſoleo vertere perinde acſi ſcriptum eſſet ἀεί.

	biſcum:me autē non ſemperhabetis.		per habebitis.	
	Mittens enim hæc vnguētum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.	12	"Quòd enim hæc vnguentum hoc iniecit ſuper corpus meum, ad ſepeliendum me"*hoc* fecit.	
	Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.	13	Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangeliū in toto mūdo, etiā quod hæc fecit,"dicetur in"monimentū ipſius.	
Marc.14.b.10 luc.22.a.4	¶Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Iſcariotes, ad principes Sacerdotum,	14	Tunc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad principes Sacerdotum,	Iudas vēdit Chriſtum.
	Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cōſtituerunt ei triginta argenteos.	15	Ait eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Ipſi verò conſtituerunt ei triginta"argenteos *numos*.	
	Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.	16	Et ex eo tempore quærebat opportunitatem vt eum'proderet.	
Marc.14.b.12 luc.22.a.7	¶Prima autem Azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere paſcha?	17	'Primo autē *die* Azymorum venerunt diſcipuli ad Ieſum, dicētes ei, Vbi vis paremus tibi ad veſcendum paſcha?	Mittuntur Apoſtoli vt parent paſcha.
	At Ieſus dixit, Ite in Ciuitatem ad quendam: & dicite ei, Magiſter dicit, Tempus meum propè eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.	18	Ipſe verò ait, Abite in vrbem"ad quendam, & dicite ei, Magiſter dicit, Tempus meum propè eſt, apud te"faciam Paſcha cum diſcipulis meis.	
	Et fecerunt diſcipuli ſicut cōſtituit illis Ieſus, & parauerunt paſcha.	19	Et fecerunt diſcipuli ſicut 'iniunxerat eis Ieſus, & parauerunt paſcha.	

12 Quòd enim hæc iniecit βαλοῦσα γὰρ αὕτη. Vulgata, mittens enim hæc: quæ interpretatio obſcura eſt, neque Græcis reſpōdet. Itaque Eraſmi verſionem ſum ſequutus, quòd malui dicere, iniecit, quàm miſit. Ponitur enim βάλλειν pro ἐκχέειν, quod iniiciendi vocabulo videtur melius exprimi. Hoc fecit. ἐποίησεν. Subauditur τοῦτο, eclipſi ad explendam ſententiam prorſus neceſſaria.

13 Dicetur λαληθήσεται, id eſt λεχθήσεται. Eraſmus, narrabitur. Monimentum μνημόσυνον. Vulgata, memoriam, id eſt μνήμην, vt etiam annotauit Eraſmus. In quarto autem exemplari ſcriptum erat μαρτύριον, id eſt teſtimonium.

15 Argenteos *numos*. ἀργύρια. Ita legitur in omnibus Græcis codicibus: & non dubium eſt quin ἀργύρια vocet, quæ Hebræi כספים: ſiue denarios Romanos intelligas, ſiue ſiclos Hebræos, ſiue tetradrachma Attica. Ioſephus autem libro Antiquitatum ſecundo, ἀργυρῶν meminit, non ἀργυρείων: idque rectius fortaſſis, vt aliquid ſubaudias. Sed & Symmachus & Aquila apud Zachariam ἀργυροῖς ſcribunt, non ἀργύρια. Ioachimus autem Camerarius vir eruditiſſimus (quem ſicut debeo, honoris cauſa nomino) in libello quem inſcripſit De Græcorum ac Latinorum numiſmatis, ſe didiciſſe ſcribit de Græcorum commentariis ſingula ἀργύρια valuiſſe minam Atticam: quod ego quidem optarē idonei alicuius ſcriptoris authoritate confirmatū. Solet enim Ioſephus ἀργυρῶν appellatione ſiclos intelligere, vt liquet ex libro 9. cap. 2, ſi conferantur quæ illic cōmemorat de fame quæ in Samaria erat, cū capite 6. ſecūdi Regū, eóſque τετραδράχμοις, vt ipſe diſertè dicit lib. Antiq. 3. cap. 9: quam rationem ſi ſequamur, minam Atticam drachmarum centum, id eſt recentiorem, æſtimabimus argenteis vigintiquinque. Itaque neceſſe eſſet ἀργύρια & ἀργυροῖς diſtinguere: quod vellem à Camerario copioſius explicatum. 16 Proderet. παραδῷ. Vulgata & Eraſmus, traderet. Mihi in tota hac hiſtoria videtur τὸ παραδιδόναι poſitum ἀντὶ τοῦ παραδοῦναι. In ſecundo exemplari additur αὐτοῖς eis.

17 Primo autem *die* τῇ δὲ πρώτῃ. Subauditur ἡμέρᾳ. nondum tamen aduenerat decimusquintus dies qui primus eſt azymorum: ſed quia à veſpera eius in quo hæc geſta ſunt, nimirum decimiquarti, initium capiebat Azymorum feſtum: Romanorum autem more veſpera præcedenti diei coniungitur, non ſequenti: ideo decimusquartus dies vocatur primus Azymorum. Conſtat autem hoc loco Chriſtum obſeruaſſe Legem quam plerique tranſgreſſi ſunt traditionis cauſa, ſicut alibi dicemus: quod Græci interpretes multi non viderunt, & quidem inter cæteros Nicephorus ille, cuius nugæ nuper editæ ſunt ineptiarum, atque adeò impietatis plenæ, magno quidem eorum dedecore qui poſt exortam Euangelii lucem iſta excudunt, vt (ſi fieri poſſit) tenebris iterum obſcuretur veritas. Vt autem tota hæc hiſtoria melius intelligatur, & quid quo die ſit geſtum, placuit hoc diagramma ſubnectere, quo res omnis perſpicuè repræſentatur.

			Huius diei nocte cœnat, & capitur. Ipſo verò die damnatur, crucifigitur, moritur, ſepelitur.	Integrum hūc diē quieſcit in ſepulchro.	Huius diei noctē tranſigit in ſepulchro, Diluculo verò reſurgit.						
Triduū cum trinoctio iūctum Iudæorum more.			1	2	3						
Dies hebdomadæ qua paſſus eſt Chriſtus ex conſuetudine Iudæorum.		5 Sabbathi	6 Sabbathi	Sabbathū	1 Sabbathi	2	3	4	5	6	
Dies ſeptem Azymorum ex traditione Iudæis obſeruata.			Paraſceue Paſchæ. 1	Paſcha. 2	3	4	5	6	Feſt⁹ dies 7		
Dies Azymorum ex Lege quam Chriſtus ſeruauit.		Paraſceue Paſchæ.	Paſcha. 1	2	3	4	5	6	Feſtus dies 7		
Supputatio dierum primi mēſis ex more Iudæorū à veſpera ad veſperam.	DIES	NOX 14 D.	15 N. D.	16 N. D.	17 N. D.	18 N. D.	19 N. D.	20 N. D.	21 N. D.	22 N. D.	
	▨	▨	▨	▨	▨	▨	▨	▨	▨	▨	
Supputatio dierum primi mēſis more Romanorū, ab ortu ſolis ad ortum.	$\frac{1}{2}$	13	14	15	16	17	18	19	20	21	$\frac{1}{2}$
Dierum hebdomadæ appellatio ex noſtra conſuetudine.		Iouis.	Veneris.	Sabbathi.	Domini.	Lunæ.	Martis.	Mercurii.	Iouis.	Veneris.	

18 Ad quendam, πρὸς τὸν δεῖνα. Rectè conuerſum eſt ὁ δεῖνα quidam, quum certus homo intelligatur, is nimirum qui Iohannis Apoſtoli ædes conduxerat: quas ille ſcilicet paulo antè emerat, permutatis cum Caiapha pontifice amplis facultatibus quas in Galilæa poſſederat. Hæc ineptus ille Nicephorus de Iohanne, homine ſcilicet locuplete, vt qui poſt Chriſti mortem in Galilæam redierit ad piſcationem.

Faciam ποιῶ. Alii facio. Ego malo præſens poſitum eſſe pro futuro, ſicut paulo antè dixi verſiculo 11.

19 Iniunxerat συνέταξεν, id eſt ἐπέταξεν. Vulgata & Eraſmus, cōſtituit, id eſt ἔστησεν, vt paulo antè, verſu ſcilicet 15. In vetuſtis codicibus ſexto & nono, legitur προσέταξεν, eodem ſenſu. Eſt autem poſitus aoriſtus pro pluſquam perfecto.

20 Quum autem ſerum diei eſſet,ʹrecubuitʹcum duodecim.

Paſcha coemdit Chriſtus.

21 Et edentibus ipſis, dixit,ʹAmen dico vobis quòd vnus veſtrum me prodet.

22 Tunc triſtes facti vehementer, cœperunt ſinguli eorum dicere ei, Num ego ſum Domine?

23 Ipſe verò reſpondens, ait,ʹQui intingit mecum manum in catino, iſte me proditurus eſt.

24 Filius quidem hominis abit, ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: bonum eratʹei ſi natus non fuiſſet homo ille.

25 Reſpondens autem Iudasʹqui prodebat eum, dixit, Nunquid ego ſum, Rabbi? Dicit ei, Tu dixiſti.

26 Edentibus autem eis, accepit Ieſus panem: &ʹquum benedixiſſet, fregit, deditque diſcipulis: & ait, Accipite, comedite: hocʹeſt corpus meum.

27 Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicẽs, Bibiteʹex eo ʹomnes.

28 ʹHoc eſt enim ſanguis meus, *qui eſt* Nouiʹteſtamẽti, quiʹpro multisʹeffunditur in remiſſionem peccatorum.

Remiſſio peccatorum.

29 Dico autem vobis, non bibamʹab hoc tempore ex hoc ʹfructu vitis vſque in diem illum quum ipſumʹbibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.

30 Etʹquum hymnum cecinissent, exierunt in mõtem Olearum.

Apoſtoli ſcandalizati.

31 Tũc dicit eis Ieſus, Omnes vos offẽdemini in me in nocte iſta. ſcriptum eſt enim, Percutiã paſtorem, & diſpergẽtur oues gregis.

32 Poſtquam autem ſurrexero, præibo vobis in Galilæam.

33 Reſpondens verò Petrus, ait ei, Etiamſi omnes offendantur in

20 Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

Marc.14.b.18 luc.22.b.14 iohan.13.c.21

21 Et edentibus illis, dixit, Amen dico vobis quia vnus veſtrum me traditurus eſt.

22 Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſũ Domine?

23 At ipſe reſpõdens, ait, Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.

24 Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.

25 Reſpondens autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi, Tu dixiſti. C

26 Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit: deditque diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum.

1.Cor.11.c.24

27 Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes.

28 Hic eſt enim ſãguis meus Noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

29 Dico autem vobis, nõ bibam ámodo de hoc genimine vitis vſq; in diẽ illum quum illud bibã vobiſcum nouum in regno Patris meis.

30 Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti.

31 Tunc dicit illis Ieſus, Omnes vos ſcãdalum patiemini in me in iſta nocte. ſcriptum eſt enim, Percutiã paſtorem, & diſpergentur oues gregis.

Marc.14.e.27 iohan.16.d.30, & 18.b.8 Zacha.13.c.7

32 Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Marc.14.c.28, & 16.b.7

33 Reſpondens autem Petrus, ait illi, D

20 Recubuit ἀνέκειτο, vel, accubuit. Etſi diſertis verbis nõ iubentur Iſraelitæ ſtare in edẽdo agno, tamen quia ex præſcripto Legis Moſaicæ tum calceati erant, tum etiam baculum geſtabant tanquam feſtinabundi, & ad iter accincti: probabilis coniectura eſt eos tum non recubuiſſe, aut accubuiſſe menſæ: quũ ex more patrio ſumpturi cibum, calceos exuerent, vt ſuprà monuimus. Quũ ergo nõ dubium ſit quin omnes veteris Legis ceremonias diligenter obſeruarit Dominus, vt omnem pro nobis iuſtitiam impleret: exiſtimandum eſt ἀνέκειτο, hoc loco dici de cœna quæ peracto ſolenni ritu Paſchatis adornata eſt. Cum duodecim. μετὰ τῶν δώδεκα. In octauo codice additum erat μαθητῶν diſcipulis. Vetus interpres etiam addit pronomen Suis. 21 Amen ἀμὴν. In ſexto codice ſcriptum erat ἀμὴν ἀμὴν, amen amẽ.

23 Qui intingit ὁ ἐμβάψας. Eraſmus ad verbum, Qui intinxit. Ego tamen malo cõuertere per præſens, vt ſit Qui intingit idem atque Qui intingere cõſueuit. Sic enim vulgò loqui ſolent: & attingere videtur quod ait Dauid Pſal.41.b.10, Qui comedebat panem meum, id eſt ὁ ἐσθίων μετ᾽ ἐμοῦ, vt loquitur Marcus: is ſcilicet quem eadem mẽſa dignabar. Sed & in ſecundo exemplari ſcriptum erat ὁ ἐμβαπτόμενος, ſicut etiam legitur Marci 14.b.20: quod tamen non eſt ita accipiendum, quaſi eo ipſo tempore quo hæc à Domino dicebantur, Iudas manum haberet in patina (fuiſſet enim hoc manifeſtum & indubitatum ſignum, vt rectè obſeruat Eraſmus) ſed ad mutuum conuictum referẽdum eſt, ſicut paulo antè dixi. 24 Ei αὐτῷ. homini illi ſcilicet. Repetitur autem poſtea antecedens ἄνθρωπος ἐκεῖνος homo ille, pro relatiuo, Hebraico more, ſicut Pſal.48.a.2, Magnificatus eſt Dominus in ciuitate Dei noſtri. id eſt in ciuitate ſua.

25 Qui prodebat ὁ παραδιδοὺς, id eſt qui in eo iã totus erat vt proderet. ἐδίδου tamẽ paulo pòſt vſurpatur ſignificatione aoriſti ſecũdi.

26 Quum benedixiſſet, εὐλογήσας. In codicibus vetuſtis 3.6.7.8.9.12.14, legitur εὐχαριστήσας, gratiis actis, eodem ſenſu: & Marc.8.a.6 & 7, hæc duo εὐχαριστεῖν καὶ εὐλογεῖν pro eodem vſurpãtur. Itaque non eſt cur conſecrationis (quam vocant) vocabulo magicam aliquam verborum ſacramentalium murmurationem intelligamus. Eſt ἐστὶ, metonymicè: ita tamen vt ſciamus vnà cum ſigno à credentibus verè percipi ſpirituali modo id quod externo ſymbolo repræſentatur, totum ſcilicet Chriſtum cum ſuis donis. Neque tamen vel tranſſubſtantiatio, vel localis (quam vocant) coniunctio, vel tranſfuſio, aut commiſtio cogitanda, ſed ſigni & rei coniunctio ſymbolica & ſacramentalis: quum illa neque conſiſtere poſſint cum veritate humanitatis Chriſti, neque ad ſalutem ſint neceſſaria. Neque enim vt Chriſti participes ſiamus, eum oportet è cælo deducere, ſed potius Spiritus ſancti virtute & fide in cælum aſcendere, & illic eum amplecti, vt cum eo conſideamus in cæleſtibus. In ſumma, verè nos coniungi & vnum fieri cum toto Chriſto Deo & homine neceſſe eſt, vt ſalui ſimus: quod non alio quàm ſpirituali modo fit per fidem, quæ quidem fides in nobis creatur & confirmatur per Spiritum ſanctum: idque prædicatione verbi Dei, & adiũctis prædicationi ſymbolis, quibus omnes noſtri ſenſus excitantur & percelluntur, vt verè mittamur in Chriſti ipſius poſſeſſionem.

27 Ex eo ἐξ αὐτοῦ. Vulg. & Eraſ. ex hoc, id eſt ἐκ τούτου. Omnes. πάντες. Num igitur habendi ſunt pro Eccleſiæ paſtoribus qui ſacramẽtum dimidium ſuſtulerunt illis quos laicos vocant? 28 Hoc τοῦτο. Vulgata & Eraſmus, hic, referentes ſcilicet ad αἷμα, id eſt ſanguinem. Atqui conſtat ex Luca, 22.c.20, referẽdum eſſe ad ποτήριον, id eſt poculum: metonymicè tamen ita vt continens pro contento accipiatur, vulgata & trita omnibus linguis conſuetudine loquendi. Clamitabunt autem (ſat ſcio) nonnulli ſacrilegam eſſe meam audaciam. Sed clament atque etiam crepent ſi libet: ita loquitur Lucas, vt ambigi non poſſit quin Chriſtus poculum indicarit quum hæc diceret: vt velint nolint, tropum agnoſcere cogantur in pronomine demonſtratiuo. Teſtamenti, διαθήκης, vel fœderis. Prior interpretatio morituro conuenit, & epiſtolæ ad Hebræos authoritate confirmatur. Rurſus in fœderibus faciendis adhiberi ſolitas fuiſſe & vini libationes & ſanguinis fuſionem, non modò Sacræ, ſed etiam profanæ hiſtoriæ teſtantur. Pro περὶ, id eſt ὑπὲρ. Vide ſuprà 9.c.36. Effunditur ἐκχυνόμενον, id eſt effundetur. Loquitur enim de re mox futura tanquam iam præſenti.

29 Ab hoc tẽpore ἀπ᾽ ἄρτι, id eſt ἀπὸ τοῦ νῦν. Nam ἄρτι idem etiam valet quod νῦν, vt ſuprà diximus cap.3.d.15. Vulgata barbarè, ámodo. Eraſmus, poſthac, id eſt μετὰ ταῦτα. Fructu γεννήματος. A γεννᾶσθαι, id eſt gignendo dicitur γέννημα, quod etiam ſtirpibus conuenit. Latini, quod ſciam, aliud commune vocabulum non habent quàm fructum, id eſt καρπόν. Nam genimen quo vtitur Vetus interpres, barbarum eſt. Columella progeniem vitis dixit, ſed alio ſenſu. Bibam πίνω. Iterum præſens pro futuro. Vide ſuprà 5.g.46, & hoc eodem capite 11 & 18.

30 Quum hymnum cecinissent, ὑμνήσαντες. Vulgata, hymno dicto: quod rectè mutauit Eraſmus, vt intelligatur Apoſtolos etiam vnà cum Chriſto hymnum ceciniſſe.

Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

Iohan.13.d.38. Ait illi Ieſus, Amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cātet, ter me negabis. 34

Ait illi Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. 35

Marc.14.d.32. Luc.22.d.39. ‖Tunc venit Ieſus cum illis in villā quæ dicitur Gethſemani: & dixit diſcipulis ſuis, Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem. 36 D

Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. 37

Tūc ait illis, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum. 38

Et progreſſus puſillū, prócidit in faciem ſuam, orans & dicēs, Pater mi, ſi poſſibile eſt, trāſeat à me calix iſte: veruntamē non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. 39

Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormiētes: & dicit Petro, Sic nō potuiſtis vna hora vigilare mecū? 40 C

Vigilate & orate, vt nō intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. 41

Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hic calix trāſire niſi bibā illū, fiat volūtas tua. 42

Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enī oculi eorū grauati. 43

Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertiò, eundem ſermonem dicēs. 44

Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis, Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in man⁹ peccatorū. 45

Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradit. 46

Marc.14.e.43 Luc.22.e.47 Iohan.18.a.3 ‖Adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus de duodecim, venit, & cum eo turba multa cū gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus Sacerdotum & Senioribus populi. 47 E

te, ego nunquam offendar.

34 Ait ei Ieſus, Amen dico tibi quòd in iſta nocte antequam gallus cantet, ter me abnegabis.

Petri negatio.

35 Ait ei Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te ″abnegabo. ″Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

36 Tunc venit Ieſus cum eis in ″locum qui dicitur Gethſemane: & ″dicit diſcipulis, Sedete hîc, vſquequo abiens, orauero illic.

37 Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit triſtis fieri, & ″grauiſſimè angi.

38 Tunc ait eis Ieſus, ″Valde triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: manete hîc, & vigilate mecum.

Triſtis Chriſtus.

39 Et progreſſus paululum, prócidit in faciem ſuam, orans ac dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, ″abeat à me ″poculum iſtud: veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu.

Oratio Chriſti.

40 Tunc venit ad diſcipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro, ″Itáne non valuiſtis ″vnam horam vigilare mecum?

ormientes diſcipuli.

41 Vigilate & orate, vt ne introeatis in tentationem: ſpiritus quidem promptus, ſed caro infirma *eſt*.

Vigilia.
Oratio.
Spiritus.
Caro.

42 ″Rurſum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum abire à me ″quin bibam ipſum, fiat voluntas tua.

43 Et ″reperit eos rurſum dormiētes: erāt enim oculi eorū grauati.

44 Et relictis eis, rurſū abiit: & orauit tertiò, eundē ſermonē dicēs.

45 Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit eis, Dormite ″quod ſupereſt, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis traditur in manus ″peccatorum.

46 Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me prodit.

47 Et adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, ″à principibus Sacerdotum & Senioribus populi.

Iudas oſculo Chriſtū prodit

35 Abnegabo. ἀπαρνήσομαι. In vetuſtis codicibus 6.9.12.14, ſcriptum erat in ſubiunctiuo ἀπαρνήσωμαι abnegauero. Vulgata & Eraſmus, negabo ἀρνήσομαι. Similiter & omnes ὁμοίως καὶ πάντες. Exemplaria vetuſta 1.5.6.9.14, ſcriptum habebant ὁμοίως δὲ καὶ πάντες, Similiter autem etiam omnes. 36 Locum χωρίον. Sic Valla, & quidem rectè, vt opinor. Vulgata & Eraſmus, villam, id eſt ἀγρεσικίαν. Dicit λέγει. Vulgata & Eraſmus, dixit ἔλεξε. 37 Grauiſſimè angi. ἀδημονεῖν. Vulgata, mœſtus eſſe. Eraſmus, affici mœſtitudine. Prudenter verò hæc ſunt intelligenda. Nam τὸ ἀδημονεῖν ſignificat præ mœrore concidere animo, & inopem conſilii eſſe: quæ omnia ſic in Chriſto fuerunt, vt tamen ab omni peccato fuerit immunis: has autem horribiles pœnas ſuſtinuerit, quòd ſentiret irā Dei in nos accenſam, quorum peccata in ipſo vlciſcebatur Pater. Vnde etiam profecta eſt vox illa, Deus Deus meus, cur dereliquiſti me? Alioqui niſi hoc diligēter obſerues, videbuntur multi martyres ipſo Chriſto conſtantiores: quod abſit vt cogitemus. Exhorruit ergo Chriſtus non mortem per ſe, ſed iram Dei in peccatum, cuius pondus illi erat noſtra cauſa ſuſtinendum. Quid verò miſeris illis fiet quos Chriſtus non ſubleuabit? Iam igitur incipit Chriſtus ad inferos, deſcendere vt ſuos inde liberet.

38 Valde triſtis περίλυπος. Præpoſitio περὶ auget ſignificationem. Declarat enim animum vndique mœrore obſeſſum & circumuallatum. Vulgata, Triſtis. Eraſmus, Mœſta. 39 Abeat παρελθέτω, id eſt prætereat me, & intactum relinquat. Vulgata & Eraſmus ad verbum, tranſeat: quod fortaſſis tolerari poſſet niſi adderetur præpoſitio. Nam eodem dicendi genere apud Senecam lib. de Benef. 2. cap. 28, dicitur grando peſſimi cuiuſque agros tranſire, id eſt intactos relinquere. Et Statius lib. 2. Thebaid. Nil tranſit amanteis. id eſt nil præterit. Hoc idem exprimunt Hebræi verbo עבר, duplici tamen, eáque contraria ſignificatione. Nam aliquando idem valet quod accedere & capiti incūbere, vt Thren. cap. 4. d. 21, Etiam (inquit Propheta) ſuper te tranſibit calix. id eſt etiam ad te perueniet ira & furor Domini. Aliquando verò contrà idem valet quod prætermittere & intactum relinquere, vt hoc loco: & inſalutatum præterire, vt Gen. 18. a. 3, Ne tranſeas (inquit Abraham) à ſeruo tuo. id eſt ne me inſalutatum prætereas. Sic apud Græcos accipitur τὸ παρελθεῖν, vt in iſtis Anacreōtis verſiculis ſanè perlepidis, Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ τὸ ζῆν παρῆχε θνητοῖς, Ἐκαρτέρουν φυλάττων ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ, λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ. Poculū ποτήριον. Vulgata & Eraſmus, calix. Quum autem paulo antè Eraſmus Veterem interpretem flagellarit, quòd Græcum vocabulum τρυβλίου, alio Græco vocabulo conuerterit, & ſuprà etiam 20. c. 22, diſertè hanc verſionem emendarit, miror eum hoc loco idem non feciſſe. Quòd ſi profanis pictoribus hîc quoque credendum eſt, hæc omnia ſcilicet ad execrandum illud non Chriſti, ſed Antichriſti ſacrificium pertinent. Nam quia calicis hîc fit mentio, inepti pictores totam hanc actionem ita pingunt, vt Chriſtus procidens, Miſſam illam execrandam obire videatur: nec iſtos pudet imperitorum vulgus tam impiis & tam craſſis erroribus in ſuperſtitionis tenebris retinere. Poculi autem appellatione ex Hebræorum idiotiſmo ſignificatur ira Dei & ſupplicium pro peccatis noſtris. Vide ſuprà 22. c. 22.

40 Itáne οὕτως. Vulgata, Sic. Eraſmus, Adeó. Veteres codices 3.6.7.12.14, ſic diſtinguunt οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; id eſt, itáne? non potuiſtis vnam horam vigilare mecum? Quæ repetitio interrogationis, aut expoſtulationis potius, magnam videtur emphaſin habere. Vnam horā μίαν ὥραν. Vulgata & Eraſmus, vna hora. Ego malui vertere quarto caſu, quo ſcilicet tempus continuum declaratur.

42 Rurſum ſecundò πάλιν ἐκ δευτέρου. Eraſmus, Rurſus altera vice. Ego exiſtimo πάλιν hîc ſignificare conuerſionem in contrariam partem, non iteratione: quo modo πάλιν & ἀνάπαλιν ἀναλογία ſumitur apud Geometras. Propriè autē Rurſum idem valere quod Retro: & Prorſum etiam idem quod Antè, Latini Grammatici notant. Quòd ſi vtrunque iterationem ſignificare malumus, ſic etiam Latinè Plautus dixit, rurſum denuó. Quin ἐὰν μή. Vulgata & Eraſmus, niſi. Vide Marcum, cap. 10. e. 30.

43 Reperit eos rurſum εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν. In codicibus quinto & octauo ſic legebatur, καὶ ἐλθὼν πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας, id eſt Et quum rurſum veniſſet, inuenit eos dormientes: ſicut conuertit Vetus interpres.

45 Quod ſupereſt, τὸ λοιπόν. Vel, de cætero. Vulgata & Eraſmus, iam ἤδη. Peccatorum. ἁμαρτωλῶν. In nono codice præponitur ἀνθρώπων hominum. 47 A ἀπὸ. Vulgata & Eraſmus addunt participium Miſſi, ἀποσταλέντες: quod facilè ſubauditur.

Osculum.

48 Is verò qui prodebat eum, dederat eis ſignum, dicens, Quencũque oſculatus fuero, ipſe eſt, "prehendite eum.

49 Itaque ſtatim quũ veniſſet ad Ieſum, dixit, "Aue Rabbi. Et deoſculatus eſt eum.

50 At Ieſus dixit ei, Amice, "adquid ades? Tũc acceſſerũt, & manus iniecerunt in Ieſum, & prehenderunt eum.

Auricula ſeruo pontificis amputata.

51 Et ecce vnus ex his qui *erant* cum Ieſu, extenſa manu "exeruit gladium ſuum: & percuſſo ſeruo Põtificis, "abſtulit auriculã eius.

Gladio perituri.

52 Tunc ait ei Ieſus, Conuerte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim "qui acceperint gladium, gladio "peribunt.

53 An putas quòd non poſſim nunc precari Patrem meũ "qui præſtet mihi plures quàm duodecim "legiones Angelorum?

Scripturæ implendæ.

54 "Quomodo ergo "impletæ fuerint Scripturæ *quæ dicunt* "quòd ſic oportet fieri?

55 In illa hora dixit Ieſus turbæ, Vt "in latronẽ exiſtis cum gladiis & fuſtibus "vt comprehenderetis me: quotidie apud vos ſedebã docens in templo, & non me prehendiſtis.

56 Hoc autem totum factum eſt vt impleantur ſcripturæ Prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo, fugerunt.

Ad Caipham ducitur.

57 Illi verò prehenſum Ieſum abduxerunt ad Caiaphan pontificẽ, vbi Scribæ & Seniores coacti erant.

Petrus ſequitur.

58 Petrus autem ſequebatur eum "procul vſque ad aulam pontificis: & ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

59 Principes autem Sacerdotum & Seniores & totus conſeſſus quærebãt falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, vt eũ "morte multarẽt:

Falſi teſtes.

60 Et non "inuenerunt: "etiam quum multi falſi teſtes acceſſiſſent, non inuenerunt. "Poſtremò verò aduenientes duo falſi teſtes,

61 Dixerunt, Iſte dixit, Poſſum "diſſoluere templum Dei, & "in triduo "ædificare ipſum.

62 Et ſurgens Pontifex, ait ei, Nihil reſpondes? "quid *illud eſt quod* iſti "aduerſum te teſtificantur?

48 Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicẽs, Quencũque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.

49 Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit, Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum.

50 Dixitque illi Ieſus, Amice, adquid veniſti? Tunc acceſſerũt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.

51 Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum: & percutiẽs ſeruum Principis ſacerdotũ, ãputauit auriculã ei⁹.

52 Tunc ait illi Ieſus, Cõuerte gladiũ tuum in locum ſuũ. | omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Gen. 9. b. 6
apo. 13. c. 10

53 An putas quia nõ poſſũ modò rogare Patrẽ meũ, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorũ?

54 Quomodo ergo implebuntur | Scripturæ quia ſic oportet fieri?

Eſa. 53. c. 10

55 In illa hora dixit Ieſus turbis, Tanquam ad latronẽ exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in tẽplo, & non me tenuiſtis.

56 Hoc autem totum factũ eſt vt adimplerentur Scripturæ prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes | relicto eo, fugerunt.

Thren. 4. d. 20
ſuprà 20. d. 31

57 | At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi Scribæ & Seniores conuenerant.

Marc. 14. f. 53
luc. 22. f. 54
iohan. 18. c. 14

58 Petrus autem ſequebatur eum à lõge, vſque in atriũ Principis ſacerdotum: & ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

59 | Principes autẽ ſacerdotũ & õne cõciliũ quærebãt falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, vt eum morti traderent:

Marc. 14. f. 55

60 Et non inuenerunt, quum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſimè autẽ venerunt duo falſi teſtes.

Iohan. 2. c. 19

61 Et dixerunt, Hic dixit, | Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduũ reædificare illud.

62 Et ſurgens Princeps ſacerdotũ, ait illi, Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur?

48 Prehendite κρατήσατε, vel retinete, ita vt elabi ne ſi velit quidem, poſſit. Nam vocabulo Græco ſignificatur vis aliqua afferri.

49 Aue χαῖρε. Ad verbum, Gaude. Latini Salue aut Aue dicunt. Fuit autem hic ritus Iudæis familiaris, cuius ſæpe fit mentio apud Paulum in extremis epiſtolis. 50 Adquid ἐφ' ᾧ. quorſum, id eſt εἰς τί, vt ſuprà dixit, verſu 8. Nonnulla exẽplaria obſeruat Eraſmus ſcriptum habuiſſe ἐφ' ὃ, & nouè vſurpatum eſſe articulum poſtpoſitiuum, pro τίνι vel τί: quum tamen ſic etiam apud Thucydidem vſurpetur. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerunque indefinitè poni, pro ὥστε, vel idem valere quod In quo, vel quoad, id eſt ἐφ' ὅσον.

51 Exeruit ἀπέσπασε. Ad verbum, euulſit. Vulgata & Eraſmus, exemit. Abſtulit ἀφεῖλεν. Cicero ad Q. Fratrem lib. 3, Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Vulgata & Eraſmus, amputauit, id eſt ἀπέκοψεν.

52 Qui acceperint οἱ λαβόντες, id eſt qui vſurparint. Ita enim accipitur interdum apud Hebræos verbum נשא quod reſpondet τῷ λαμβάνειν, vt Exod. 20. b. 7, & Pſal. 50. c. 16. Sic vernaculo noſtro ſermone *mettre la main a l'eſpée*, id eſt manum enſi apponere, ſignificat gladium exerere feriendi cauſa. Peribunt. ἀπολοῦνται. In vetuſtis codicibus 1. 5. 6. 9. 14, legitur ἀποθανοῦνται morientur.

53 Qui præſtet mihi καὶ παραστήσει μοι. Vulgata & Eraſmus ad verbũ, & exhibebit mihi: quanuis Exhibere potius reſpõdeat τῷ παρέχειν. Cæterùm animaduerti, Hebræos in huiuſmodi tranſitionibus perſonarum ſæpe vſurpare copulatiuam coniunctionem contra Græcorum & Latinorum conſuetudinem, qui ſimplici prouocabulo potius vtuntur, vt ex hoc loco apparet. Legiones λεγεῶνας, Vocabulum Latinum corruptum, de quo alibi diximus. 54 Quomodo ergo πῶς οὖν. Præciſa eſt loquutio: neque enim cum ſuperiore verſu vidẽtur iſta poſſe connecti. Reſpondet igitur tacitæ obiectioni, cur ſubſidium à Patre non petat in extremo periculo: & ita quidem reſpondet vt interrogare videatur: quod ſchema Rhetores vocant ἐπερώτησιν. Impletæ fuerint πληρωθῶσιν. In ſecundo exemplari legitur πληρωθήσονται implebuntur. Quòd ſic ὅτι οὕτω. Subaudiẽdum videtur participium λέγουσαι, quod expreſſimus vt particula ὅτι accipiatur εἰδικῶς, ſicut annotat Eraſmus. 55 In ἐπὶ, id eſt aduerſum. Vulgata & Eraſmus, ad, id eſt πρός. Vt comprehenderetis me: συλλαβεῖν με. In vetuſtis omnibus exemplaribus ſcriptum erat συλλαβεῖν με; adſcripta ſcilicet nota interrogationis, vel potius expoſtulationis.

58 Procul ἀπὸ μακρόθεν, vel eminus. Vulgata ad verbum, à longe. Abundat ἀπὸ, quod etiam non erat in vetuſtis codicibus 4. 5. 8. Sic tamen reperias apud Homerum ἀπ' οὐρανόθεν.

59 Morte multarent. θανατώσωσι. Vulgata & Eraſmus, morti traderẽt. Vide ſuprà 10. c. 21. In vno codice ſcriptũ erat ἀπολέσωσι perderẽt.

60 Inuenerunt: εὗρον. In quinto exemplari legitur εὕρισκον inueniebant, quo modo Vulgata & Eraſmus. Etiã quũ multi καὶ πολλῶν. In vno vetere exemplari nõ repetitur οὐχ εὗρον in hoc mẽbro, neque ante πολλῶν adſcribitur καὶ: quã lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. mihi tamen non videtur otioſa repetitio. Poſtremò verò ὕστερον δὲ, id eſt ὕστατα δὲ. Aſſentior enim Eraſmo qui comparatiuum pro ſuperlatiuo poſitum putat. 61 Diſſoluere καταλῦσαι, id eſt deſtruere. Sunt enim lapides cemento quaſi vinculis deuincti. In triduo διὰ τριῶν ἡμερῶν. Sic vulgò Galli, *en trois iours*. vt ſit διὰ poſitum pro ἐν. Plinius lib. 9. cap. 51, Cæteræ fœminæ in triduo excludunt. Vetus interpres, poſt triduum, id eſt μετὰ τρεῖς ἡμέρας, quo modo etiam accipitur Marci 2. a. 1, & Galat. 2. a. 1. Idem infrà Marci 14. f. 58, interpretatur, per tres dies: & Eraſmus, tribus diebus. Ædificare οἰκοδομῆσαι. Vulgata, reædificare, id eſt ἀνοικοδομῆσαι, quia ſcilicet mentio facta eſt deſtructionis. 62 Quid *illud eſt quod* τί. Vulgata, ad ea quæ, id eſt πρὸς ἅ, nulla adſcripta diſtinctione poſt ἀποκρίνῃ: quum tamen in omnibus codicibus quos mihi videre licuit, iſta dirimantur duplici interrogatione hoc loco, & apud Marcum quoque. Eraſmus ad verbum, quid. nos verò aliquid addendum putauimus, vt magis perſpicua ſit ſententia. Aduerſum te teſtificantur? σοῦ καταμαρτυροῦσιν; Eraſmus, teſtimoniũ dicũt aduerſum te? Videtur enim particulã τί accepiſſe pro aduerbio, vt ſit hic ſenſus, Qui fit vt iſti aduerſũ te teſtimoniũ dicãt?

	Ieſus autem tacebat. Et princeps Sacerdotũ ait illi, Adiuro te per Deũ viuũ, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.	63	Ieſus autē ſilebat. Et reſpondens Pontifex, ait ei, ″Adiuro te per Deum viuentem, vt dicas nobis ″ſi tu es Chriſtus ille Filius ″Dei.	Adiurare.
Suprà 16.d.27 rom.14.b.10 1.theſſ.4.d.14	Dicit illi Ieſus, Tu dixiſti. veruntamen dico vobis, ámodo videbitis ‖Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.	64	Dicit ei Ieſus, Tu dixiſti. ″quinetiam dico vobis, ″ab hoc tempore videbitis Filium hominis ſedētem ″à dextra poteſtatis Dei, & venientem ″in nubibus cæli.	Ieſus fatetur ſe eſſe Chriſtum.
G	Tunc princeps Sacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam.	65	Tunc Pontifex ″dirupit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid amplius egemus teſtibus? ecce nũc audiſtis blaſphemiã eius.	
	Quid vobis videtur? At illi reſpondentes, dixerunt, Reus eſt mortis.	66	Quid vobis videtur? Ipſi verò reſpondentes, dixerunt, ″Obnoxius eſt morti.	
Eſa.50.a.6	‖Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem eius dederunt,	67	Tunc inſpuerunt in faciem eius, & colaphos ei inflixerunt, alii autem ″bacillis eum ceciderunt,	Conſpuitur, & alapis cæditur.
	Dicentes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit.	68	Dicentes, Vaticinare nobis Chriſte, quis ſit qui te feriit.	
Marc.14.g.66 luc.22.f.55 iohan.18.c.25	‖Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.	69	Petrus autem ſedebat extrà in aula: & acceſſit ad eum vna ancillula, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.	Petrus negat Chriſtum.
	At ille negauit coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicis.	70	Ipſe verò negauit ″coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicas.	
	Exeunte autem illo ianuam, vidit eũ alia: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Ieſu Nazareno.	71	″Quum autem ipſe egrederetur in veſtibulum, vidit eum alia *ancilla*: & ait ″his qui erant illic, Et iſte erat cum Ieſu Nazareno.	
	Et iterum negauit cum iuramēto, Quia non noui hominem.	72	Tunc rurſus negauit cum iureiurando, ″Non noui hominem.	
	Et poſt puſillum acceſſerũt qui ſtabant: & dixerũt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtũ te facit.	73	‘Paulo pòſt autem acceſſerunt ″qui aſtabāt: & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipſis es: nam & loquutio tua te manifeſtum facit.	
	Tũc cœpit deteſtari, & iurare quia non nouiſſet hominem. Et continuò gallus cantauit.	74	Tunc cœpit ″ſeipſum deuouere, *dicens*, Nō noui hominem. Et ſtatim gallus cantauit.	
	Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.	75	Tunc meminit Petrus verborũ Ieſu, qui dixerat ei, Prius quàm gallus cantet, ter me abnegabis. Et egreſſus extrà, fleuit amarè.	
	Cap. XXVII.		Cap. XXVII.	
Marc.15.a.1 luc.22.g.66 iohan.17.c.20	M‖Ane autem facto conſilium inierunt omnes principes Sacerdotũ & Seniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.	1	M″Ane autem quum eſſet, conſilium ″ceperunt omnes principes Sacerdotum & Seniores populi aduerſus Ieſum, vt eũ morte multarent.	Pilato vinctus Chriſtus traditur.
	Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.	2	Et ligatum eum abduxerunt, ac tradiderunt eum Pontio Pilato ″præſidi.	
	Tunc videns Iudas qui eũ tradidit, quòd dãnatus eſſet, pœnitētia ductus,	3	Tunc vidēs Iudas qui eũ ″prodiderat, ꝙ dãnatus eſſet, pœnitens,	

63 Adiuro ἐξορκίζω id eſt interpoſito iureiurando & Dei authoritate præcipio: vt ſcilicet intelligas te coram Deo conſiſtere, & velut à Deo ipſo rogari. Græcis tamen ſcriptoribus hoc verbum ſignificat iureiurando aliquid ſolenniter confirmare, ſicut etiã Latinis adiurare. Apud Theologos autem accipitur pro eo quod vulgò dicunt Coniurare. Vnde in primis illis Eccleſiæ incunabulis exorciſtæ dicti, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Chriſti nomine, diabolos eiiciebant. Si tu εἰ σὺ Terentius, Viſam ſi domi eſt. Dei. τοῦ θεοῦ. Exemplar quartum addit τοῦ ζῶντος viuentis: ex formula loquendi Patribus vſitata.

64 Quinetiã πλὴν Vulgata & Eraſmus, veruntamen. Vide ſuprà 11.c.22. Ab hoc tempore ἀπ᾽ ἄρτι deinceps, ſiue, poſthac. Idem enim hìc valet quod μετέπειτα, diſtinguitque hæc particula priorē Chriſti aduentum à poſteriore quem expectamus. Vulgata & Eraſmus, ámodo.

A dextra poteſtatis Dei, ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, Nomen Dei ſuppleuimus ex Luca. Idem autē valet A dextra poteſtatis Dei, atque A dextra potentis Dei: & Deus hìc nobis inſtar principis alicuius proponitur. Nam qui aſſident à dextra principis, ii ſunt principi lōgè chariſſimi, atque adeò veluti principis collegæ, quòd honoratiore loco ſedeant. Vulgata & Eraſmus, à dextris virtutis. In nubibus ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vide ſuprà 24.c.30. 65 Dirupit διέῤῥηξε Hanc conſuetudinem omnibus ferè priſcis gentibus in luctu ſolennem fuiſſe, ex multis Homeri locis conſtat: maximè verò ex illo Iliad. χ. in quo Priamus Hectorem deflet: quod etiam Virgilius imitatus eſt 5. Æneid. his verſiculis, Tum pater Æneas humeris abſcindere veſtem, Auxilióque vocare Deos, &c. Atque adeò illud idem Perſis commune fuiſſe oſtendit Herodotus in Thalia, Cambyſæ mortem deſcribens. Sed & Iudæi id facere tenebantur ſi ab Iſraelita quopiam audiſſent blaſphemiam in Deum: idque ex traditione quæ ſcripta extat in Talmud, volumine de magiſtratibus, Tit. de quadruplici morte.

66 Obnoxius eſt morti. ἔνοχος θανάτου ἐστί. Cic. ad Q. fratrem lib. 2, Vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi, tenerentur, id eſt obnoxii eſſent pœnæ. Vulg. & Eraſ. Reus eſt mortis. Vide ſuprà 5.c.21. 67 Bacillis cecid. ἐῤῥάπισαν Vide Marc. 14.g.65.

70 Coram omnibus, ἔμπροσθεν πάντων, In vetuſtis codicibus ſexto, ſeptimo, & duodecimo, additur αὐτῶν ipſis.

71 Quum autem ipſe egrederetur ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν Deeſt pronomen αὐτὸν in octauo codice, & certè quũ poſtea addatur, abũdaret ſecundo loco, niſi vertas tanquam abſolutè poſitum, ſicut fecit Vetus interpres: quem in eo quoque ſequuti ſumus, quòd ἐξελθόντα ſum interpretatus præſenti tēpore. Exiſtimo enim hæc cõtigiſſe non iam egreſſo Petro, ſed in ipſo egreſſu. His qui erant illic, τοῖς ἐκεῖ. Exēplaria 5.7.9, legunt λέγει αὐτοῖς, ἐκεῖ καὶ οὗτος, dicit eis, illic & iſte. 72 Non noui ὅτι οὐκ οἶδα In ſecundo exemplari ſcriptum erat, idque (ni fallor) rectius, λέγων, οὐκ οἶδα, dicens, Non noui. 73 Paulo pòſt μετὰ μικρὸν id eſt μετ᾽ ὀλίγον. Vulgata & Eraſmus, poſt puſillum.

Qui aſtabant: οἱ ἑστῶτες, id eſt οἱ παρεστῶτες, vt loquitur Marcus. Vulgata & Eraſmus ad verbum, qui ſtabant.

74 Seipſum deuouere, καταναθεματίζειν, Ita exprimo vim præpoſitionis κατὰ, quaſi ſcriptũ ſit καθ᾽ ἑαυτοῦ ἀνάθεμα Græci Theologi vocant quod Hebræi חרם. Vnde ἀναθεματίζειν, id eſt extremis diris & execrationibus deuouere. Vulgata, deteſtari. Eraſmus, execrari. Non noui ὅτι οὐκ οἶδα Vulgata, quia non nouiſſet. Eraſmus, quòd non noſſet, quaſi ſcriptum ſit ὅτι οὐκ οἶδε. Ego verò potius exiſtimo particulam ὅτι abundare, & ſubaudiendum participium, dicens, ex Hebræorum idiotiſmo, de quo dicemus Marc. 10.e.33.

IN CAPVT XXVII.

1 Mane autē quum eſſet, πρωΐας δὲ γενομένης, Ad verbum, Matutino autem facto tempore. Nã ſubauditur ὥρας. Latini plerunque ſimpliciter dicũt mane. Vulg. & Eraſ. Mane autem facto. Ceperunt ἔλαβον. Vulg. & Eraſ. inierũt. In ſecũdo exēplari legitur ἐποίησαν fecerũt.

2 Præſidi. ἡγεμόνι. Sic vocant Latini eum qui prouinciæ præeſt: Græci autem plerique ſcriptores ἐπιστάτην & ἔπαρχον: nam ἡγεμὸν propriè ducem ſignificat. 3 Prodiderat, παραδιδοὺς, ſignificatione præteriti pluſquam perfecti. In ſecundo codice legitur παραδοὺς, & quidem rectius. Vulgata, tradidit.

"retulit triginta argēteos *numos* principib⁹ Sacerdotū & Seniorib⁹,

Dicēs, peccaui, prodito ſanguine "innoxio. At illi dixerūt, Quid ad nos? tu videris. 4

Iudas ſuſpendit ſeipſum. Et proiectis *numis* argenteis in templum, "ſeceſſit: & abiens, ſtrangulauit *ſeſe*. 5

Principes autem Sacerdotum acceptis *numis* argenteis, dixerūt, Non licet eos mittere in "corbanam: quia pretium "ſanguinis eſt. 6

Conſilio autem capto, emerunt ex eis "agrum illum figuli, in ſepulturam "hoſpitum. 7

Quapropter vocatus eſt ager ille, Ager ſāguinis vſque in hodiernum diem. 8

(Tunc impletum eſt quod dictum eſt per "Ieremiam prophetam dicentem, "Et acceperunt triginta argenteos, pretium æſtimati, qui æſtimatus fuit à filiis Iſrael: 9

Et dederūt eos in agrū figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.) 10

Pilato fatetur ſe eſſe Regem Chriſtus. Ieſus autem ſtetit coram Præſide, & interrogauit eum Præſes, 11

retulit triginta argēteos principibus Sacerdotum & Senioribus,

4 Dicens, Peccaui, tradens ſanguinē iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.

5 Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, ‖laqueo ſe ſuſpendit. Act.1.c.18

6 Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Nō licet eos mittere in corbanam: quia pretium ſanguinis eſt.

7 Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

8 Propter hoc vocatus eſt ager ille, ‖Haceldema, hoc eſt ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Act.1.e.19

9 Tunc impletum eſt quod dictū eſt per Ieremiam prophetam dicētem, ‖Et acceperūt triginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerūt à filiis Iſrael: Zach.11.e.13 B

10 Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.)

11 Ieſus autē ſtetit ante Præſidē, & in

Retulit ἀπέστρεψε ab Hebræo השיב.id eſt reſtituit. Sic in quibuſdam Galliæ partibus vulgò dicunt *retourner l'argent* pro eo quod rectius dicitur, *rendre l'argent*. 4 Innoxio. ἀθῷον. Vulgata, iuſtum, id eſt δίκαιον: ſicut in octauo codice ſcriptum erat, eodem ſenſu. Eſt autem Hebraiſmus quo ſignificat Iudas innocentem hominem à ſe proditum ad cædem.

5 Seceſſit, ἀνεχώρησε. id eſt abiit ex hominum conſpectu. Nam ſecretum aliquem locum quæſiuiſſe non dubium eſt, torquente ipſum conſcientia, & adigente ad ſuſpendium. Vulgata & Eraſmus, receſſit. Strangulauit *ſeſe*. ἀπήγξατο. Vide Act.1.c.18.

6 Corbanam: κορβανᾶν: id eſt templi ærarium. Vocabulum eſt Syriacum: quod quum Euangeliſtæ Græcè ſcribentes noluerint mutare, ego quoque retinui. Sanguinis αἵματος id eſt vitæ aut cædis. Tanti enim æſtimant vitam filii Dei religioſi iſti homines noſtris Phariſæis planè ſimiles, quibus religio eſt iudiciis capitalibus intereſſe, quum interim pios omnibus modis perſequantur ad necem, & aliis tradant iugulandos, quos ſuis præiudiciis damnarunt.

7 Agrum illum figuli, τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, Quum articulus & quidem duplex à Græcis addatur, putaui hoc non temere eſſe factum, ſed Euangeliſtam tanquam de certo agro loqui, quem ſcilicet deſignaſſet propheta Zacharias 11.c.13, cuius oraculum poſtea recitat. Itaque articuli vim expreſſi. Hoſpitum. τοῖς ξένοις. Ad verbum, hoſpitibus, id eſt peregrinis & exteris: veluti Romanis & aliis, quibus etiam mortuis coniungi, religio erat Iudæis. 9 Ieremiā Ἱερεμίου Sic habent cōſtanter omnes codices, & hic nodus vetuſtiſſimos quoſque interpretes torſit: quia ſcilicet teſtimonium ex Zacharia ſumptum eſt, non ex Ieremia, vt planè videatur eſſe ἁμάρτημα μνημονικὸν, vt cēſet Auguſtinus libro de conſenſu Euangeliſtarum tertio, cap.7. Itémque Euſebius ἀποδείξεως lib.10. Quòd ſiquis hunc errorem malit vel librariis tribuere, vel alicuius imperitiæ, qui Ieremiæ nomen adſcripſerit, quum Euangeliſta: vt alibi ſæpe, ita etiam hoc loco tantùm ſcripſiſſet διὰ τοῦ προφήτου: neceſſe tamen eſt, vt fateamur iam olim hunc errorem in Sacros codices irrepſiſſe. Alias multas rationes affert Eraſmus ex veteribus ſcriptoribus collectas. Sed hæc non ſunt huius loci. Et acceperunt καὶ ἔλαβον Quia hoc Zachariæ oraculum parum videtur conuenire cum Hebraica veritate: quanuis non ſit inſtituti noſtri commentarios ſcribere, tamen libuit ad huius loci explicationem, veluti ſymbolum conferre. In primis ergo illud tenendum eſt, ita plerunque citari ſolere Vetus teſtamētum à Sacris Noui teſtamenti ſcriptoribus, vt ſenſum reſpexerint, & Prophetiæ potius impletionē, quàm Oraculi ipſius verba recēſuerint. Id autem nemini mirum aut temerarium videbitur, qui ſibi perſuaſerit quod res ipſa conuincit, eundem Spiritum ore Euangeliſtarum loquutum eſſe, qui aperuerit os Prophetarū. Deinde Prophetarum munus fuiſſe, quid futurum eſſet, prædicere: Euangeliſtarum verò, quid ſit factum narrare. Itaque quum Spiritus Dei illorum Oracula in Nouo teſtamento non exſcribat, ſed interpretetur, minimè certè debuit itidem enumerandis vocabulis aſtringi. Deinde & hoc notandū eſt, verſionē illam Græcā Prophetarum quæ extat ſub nomine Septuaginta interpretū, vel ſuppoſititiā eſſe (quod partim ex Ioſepho, partim ex infinitis, & iis quidem craſſiſſimis erroribus licet intelligere) vel certè aliā & plerūque diuerſam ab ea qua vtuntur Noui teſtamenti ſcriptores: quod vel ex hoc loco licet intelligere: quem tamē cōſtat variis modis fuiſſe cōuerſum. Nam vt cætera omittā de quibus copioſè agit Euſebius libro ἀποδείξεως χʹ, Septuaginta interpretes, & Symmachus pro eo quod Euangeliſta mentionem facit κεραμέως, verterunt χωνευτήριον, id eſt fornacem, in qua ſcilicet aurum & argentū exploratur. Aquila verò re conſentiens cū noſtro Euangeliſta, πλάστην interpretatur. Sed nunc agè, ad rem accedamus. Zacharias ſic habet ad verbū, Et appenderunt mercedem meā triginta argenteos. & dixit Dominus ad me, Proiice illud ad figulum honeſtum pretiū quo æſtimatus ſum ab eis. Accepi igitur triginta argenteos, & proieci eos in domo Domini ad figulum. Nunc cum illis conferamus Euangeliſtæ verba quæ ſic habent, Et acceperunt triginta argenteos, pretium illius æſtimati quem filii Iſrael æſtimarunt, & dederunt eos in agrū figuli, ſicut cōſtituit mihi Dominus. Hæc autem ſiquis conferat, intelliget Euangeliſtam non tam vaticinium ipſum Prophetæ repetere, quàm eius impletionem narrare, quanuis videatur in ipſius Prophetæ perſona loqui. Itaque Zacharias de ſeipſo loquens, vtitur prima perſona, Accepi & proieci. Euangeliſta verò cōtrà, narrans ſcilicet quod ab aliis eſt factum, tertiis perſonis vtitur ἔλαβον & ἔδωκαν. Deinde narrat Zacharias quid ipſe fecerit Domini iuſſu, Iudam ſcilicet proditorem adumbrans: Euāgeliſta verò, neque de Zacharia propheta, neque de Iuda loquitur, ſed narrat quid fecerint Iudæi: eos ſcilicet accepiſſe triginta illos argēteos à Iuda proiectos in domum Domini, & ex iis agrum emiſſe à figulo quodam. Explicat igitur quomodo impletum fuerit illud quod à Propheta dictum eſt, Proieci eos ad figulum, id eſt quos futurum erat vt darēt figulo. Ex quo etiam apparet יוצר *ioſer* accipi à Propheta propria ſignificatione: & eos falli qui Kimhi authoritatem ſequuti, putant in eo vocabulo mutatum eſſe א in י, vt ſignificet eum qui præerat templi ærario, id eſt Seniores & Sacerdotes quibus reſtituti fuerunt triginta argentei. Neque enim melior interpres quærendus quàm Euangeliſta qui diſertè facit figuli mentionē: ita vt hæc verba Prophetæ Ad figulū, Gallicè verti debeant, *pour un potier*, potius quàm *au potier*. Cæterū hæc verba Prophetæ, Honeſtum pretium quo æſtimatus ſum ab eis, Euangeliſta his verbis expoſuit, Pretiū illius æſtimati quem filii Iſrael æſtimarunt. mutátque primam perſonam in tertiam: quia inducit Propheta Deum ipſum loquentē. Euangeliſta verò ipſe in perſona ſua loquitur. Deinde paſſiuum dicendi genus in actiuum transfert. Poſtremò explicat emphaſin relatiui EIS, quo vtitur Propheta ad rei indignitatē amplificandam. Significatur enim Dominus triginta tantùm argenteis æſtimatus: idque ab iis ipſis quos Dominus pro populo peculiari cōplexus erat. Et hæc quidem hactenus de huius loci explicatione. Cæterùm quod ad verborū interpretationem attinet, hæc verba ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, interpretatur Eraſmus, quem æſtimatum emerunt [Phariſæi ſcilicet] à filiis Iſrael. i. à Iuda Iſraelita. Vulgata, quem appretiauerūt à filiis Iſrael. At ego puto commodius ſic verti poſſe, quē æſtimarūt qui ſunt ex filiis Iſrael. id eſt qui æſtimatus fuit à filiis Iſrael: perinde acſi dixiſſet τινὲς, vel οἱ ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Nam ita conueniunt Græca cum Hebræis. Deinde τιμᾶσθαι, pro emere rem æſtimatam, nuſquam legi. Præterea præpoſitio Latinorum A in illo dicēdi genere quod vſurpat Eraſmus, ferè reſpondet τῇ παρά. Vix enim dicere licet ἀγοράζεσθαι ἀπό τινος, ſed potius παρά τινος. Itaque mihi videtur ſubaudiendus articulus οἱ vel τινὲς ante ἀπὸ, vt hæc verba ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ ordine cōſtructionis præponantur verbo ἐτιμήσαντο, non ſubſequātur: ἀπὸ autem idem valet quod ἐξ, vt infrà 21: in quo dicendi genere etiam hæc eclipſis eſt bis vſurpata ſuprà 23. d. 34, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ ἐξ αὐτῶν σταυρώσετε, pro τινὰς ἐξ αὐτῶν, id eſt occidetis ex ipſis, & crucifigetis ex ipſis, pro nonnullos ex ipſis. Sed & multo apertius in recto caſu eadem omnino eclipſis apparet Act.21.c.16. Sic enim Lucas, συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας, pro τινὲς τῶν μαθητῶν, id eſt quidam diſcipulorū: quod vernacula lingua dicimus, *il uint des diſciples*, eadem prorſus eclipſi. Et hæc quidem præter inſtitutum fortaſſis: maxima tamen ex parte (ni fallor) neceſſaria ad confirmandam interpretationem noſtram.

Marc.15.a.3	terrogauit eum Præſes,dicens,Tu es RexIudæorũ? Dixit illi Ieſ⁹, Tu dicis.		dicens,′Tú*ne* es Rex ille Iudæorũ? Dixit autem ei Ieſus, Tu dicis.	
	¶Et quũ accuſaretur à principibus Sacerdotũ & Senioribus,nihil reſpõdit.	12	Et quum ipſe accuſaretur à principibus Sacerdotum & Senioribus,nihil reſpondit.	
	Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quãta aduerſum te dicũt teſtimonia?	13	Tunc dicit ei Pilatus,Non audis quàm multa aduerſum te teſtificentur?	
	Et non reſpõdit ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur Præſes vehementer.	14	Et nõ reſpõdit ei ad vllum verbũ: *ita* vt miraretur Præſes valde.	
Marc.15.a.6 luc.23.c.17	¶Per diem autem ſolennem cõſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum quem voluiſſent.	15	In feſto autem cõſueuerat Præſes turbæ dimittere vnum′captiuum quem voluiſſent.	
	Habebat autem tunc vinctum inſignem qui dicebatur Barabbas.	16	″Habebant verò tunc captiuũ inſignẽ, qui dicebatur Barabbas.	
	Congregatis ergo illis, dixit Pilatus,Quem vultis dimittã vobis? Barabbã,an Ieſum qui dicitur Chriſtus?	17	Ipſis igitur coactis,dixit eis Pilatus, Vtrum vultis dimittam vobis? Barabban, an Ieſum qui dicitur Chriſtus?	
	Sciebat enim quòd per inuidiã tradidiſſent eum.	18	Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum.	
C	Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius,dicens, Nihil tibi & iuſto illi: multa enim paſſa ſũ hodie per viſum propter eum.	19	Sedente autem eo pro tribunali,miſit ad eum vxor eius, dicẽs, Nihil tibi *rei ſit* cum iuſto illo: multa enim paſſa ſum hodie in ſomniis propter eum.	Vxor Pilati.
Marc.15.a.11 luc.23.c.18 iohan.18.g.40 act.3.c.14	Principes autem ſacerdotum &Seniores perſuaſerunt populis vt peterent Barabban,Ieſum verò perderẽt.	20	Principes autem Sacerdotum & Seniores perſuaſerunt turbæ vt peteret Barabban,Ieſum verò perderet.	Barabbã petunt Iudæi ſibi dimitti.
	Reſpondẽs autem Præſes,ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt,Barabban.	21	Reſpondens autem Præſes,ait eis,Vtrum vultis vobis′è duobus illis dimittam? Ipſi verò dixerunt,Barabban.	
	¶Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes,Crucifigatur.	22	Dixit eis Pilatus,Quid igitur faciam′Ieſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt ei omnes,Crucifigatur.	
	Ait illis Præſes,Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicẽtes, Crucifigatur.	23	Præſes autem ait,Enimuero quid mali fecit? At illi′amplius clamabant,dicentes,Crucifigatur.	
	Videns autẽ Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret:accepta aqua,lauit manus coram populo,dicens,Innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius:vos videritis.	24	Videns autem Pilatus quòd nihil″*hoc* iuuaret,ſed magis tumultus fieret,accepta aqua,″abluit manus″coram turba,dicens,Innoxius ego ſum″à ſanguine huius iuſti:vos videritis.	Pilatus lauat manus tãquam innocens.
	Et reſpondens vniuerſus populus, dixit,Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.	25	Et reſpõdens vniuerſus populus,dixit,′Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.	
	Tunc dimiſit illis Barabban: Ieſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.	26	Tunc dimiſit eis Barabban:Ieſum autem′quũ flagellaſſet, tradidit vt crucifigeretur.	
Marc.15.b.16 iohan.19.a.1	¶Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium,congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.	27	Tunc milites Præſidis quũ accepiſſent Ieſum in prætoriũ,coegerunt apud eum vniuerſam″cohortem.	
D	Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei.	28	Et quũ exuiſſent eũ,″circũpoſuerunt ei chlamydem coccinam:	

11 Tú*ne* es Rex ille σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς Ad verbum,Tu es ille Rex.Sed adiuuanda eſt interrogatio pronuntiatione:ideo addidi particulam, vt hic locus corrumpi facilè non poſſit.Vim quoque articuli ſeruaui,ſicut Eraſmo placuit in annotationibus.

15 Captiuum δέσμιον,id eſt αἰχμαλωτόν.Vulgata & Eraſmus ad verbum,vinctum.Sed δέσμιος nomen eſt,non participium.

16 Habebant εἶχον Vulgata & Eraſmus,habebat,εἶχεν.

21 E duobus illis ἀπὸ τῶν δύο Particula ἀπὸ manifeſtè hìc ponitur pro ἐκ, ſicut ſuprà hoc eodem capite verſu 9. Sic etiam Appianus ἐμφυλίων α. Μέτελλόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι ὄντες ἀπὸ τῆς βουλῆς τῷ Σύλλᾳ συνῆσαν, ἐψηφίζετο εἶ(ναι) πολεμίους, id eſt Metellum & alios è Senatu quotquot cum Sylla erant,hoſtes iudicauit. 22 Ieſu Ἰησοῦν Ad verbum,Ieſum,quarto caſu.Eſt autem Helleniſmus.Vulgata,de Ieſu.

23 Amplius περισσῶς Vulgata,magis,id eſt μᾶλλον.Vide ſuprà 5.g.47.

24 Hoc iuuaret,ὠφελεῖ,id eſt prodeſſet: ad eum ſcilicet liberandum.Sic Cicero primo De finibus,Eruditio ad beatam vitam iuuat.Vulg. & Eraſmus,proficeret,id eſt πλέον ποιεῖ vel προκόπτει, quaſi ſubaudiatur αὐτὸς ipſe.Ego verò nuſquam legi τὸ ὠφελεῖν ita vſurpatum.Itaque rectum qui in Græco ſuppletur expreſſi,vt constructionem verbi oſtenderem. Abluit manus ἀπενίψατο τὰς χεῖρας Similis quædam cæremonia inſtituitur Deut.21.b.6:ad quam tamen non fit mihi veriſimile Pilatum reſpexiſſe.Triclinius verò Sophoclis interpres verſiculum illum ex Aiace explicans Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ,&c.ita ſcribit, ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς,ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου,ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν,ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος.id eſt Veteribus mos erat in hominum cæde aliiſve mactationibus,aqua abluere manus expiationis cauſa.Vnde illud Virgilii 2.AEneid.Me bello è tãto digreſſum,& cæde recenti Attrectare nefas,donec me flumine viuo Abluero. Coram turba, ἀπέναντι τοῦ ὄχλου. ἀπέναντι hoc loco accipio pro ἔμπροσθεν.Vulgata & Eraſmus,coram populo,id eſt ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ. A ſanguine ἀπὸ τοῦ αἵματος, id eſt cæde,ex Hebræorum conſuetudine:quod tamen dicendi genus etiam apud Euripidem in Hecuba reperitur.

25 Sanguis eius τὸ αἷμα αὐτοῦ Hebraiſmus non ita facilis ad explicandum, niſi longo circuitu.Eſt enim hic ſenſus, Siquid peccabitur in eo occidendo,nos & poſteritas noſtra pœnas luamus.

26 Quũ flagellaſſet,φραγελλώσας.Quòd ſcribit in hunc locum Eraſmus,Chriſtũ à Pilato virgis cæſum quòd damnatos ante vltimũ ſupplicium virgis cædere ex more eſſet Romano:id(ni fallor)huic loco non conuenit,quum neque damnatus adhuc eſſet à Pilato Chriſtus,neque etiam alia ratione fuerit flagellatus,quàm vt occaſionem quæreret Chriſtum liberandi, ſi Iudæorum crudelitati aliqua ex parte ſatiſfeciſſet:vt ex Iohanne conſtat,qui in his narrandis ordinem hiſtoriæ ſeruauit multo diligentius quàm cæteri Euangeliſtæ.Nam quæ hìc commemorantur à Matthæo,quum damnationem præceſſerint,per hyſterologiam ſunt explicanda.

27 Cohortem.σπεῖραν. Spira contortum funem declarat ex multiplicibus funiculis ita circumuolutis,vt in ſe non recurrant.Inde factũ vt pro militũ multitudine accipiatur hoc loco,& apud Enniũ,vt Feſtus teſtatur.Sed & apud Appianum ἐμφυλίων α.Sic etiam Hebræis idem vocabulum חבל *hebel* funem propriè declarat, tranſlatitiè verò pro caterua & cœtu accipitur:vt 1.Samu.10.a.5.

28 Circumpoſuerunt περιέθηκαν Ita loquitur quia ſuperiniicitur chlamys & circumuoluitur, carens nimirum manicis. Vulgata & Eraſmus,circundederunt.

Coronatur ſpinis Chriſtus, illuditur & conſpuitur.	Et coronam è ſpinis ʹplexã impoſuerunt ſuper caput eius, & arũdinem in dextram eius: & genu ſummiſſo ʹante eum, illudebãt ei, dicentes, Aue ʺRex Iudæorum.	29	Et plectentes coronãde ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinẽ in dextera eius: & genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes, Aue Rex Iudæorum.	
	Et quum iſnpuiſſent in eum, ceperunt arundinem, & ʹverberabantʺcaput eius.	30	Et expuentes in eum, acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius.	
	Et quum illuſiſſent ei, exuerunt eum chlamyde, induerúntque eum veſtimentis ſuis: & abduxerunt eum vt crucifigerent.	31	Et poſtquam illuſerunt ei, exuerũt eum chlamydem, & induerunt eum veſtimentis eius: & duxerunt eum vt crucifigerent.	
Simon Cyrenæus.	Exeuntes autem inuenerunt quendam Cyrenæum, nomine Simonem: hunc ʹangariauerunt vt tolleret crucem eius.	32	‖Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyrenæũ, nomine Simonẽ: hũc angariauerunt vt tolleret crucẽ eius.	Marc.15.b.21 luc.23.d.26
	Et quum veniſſent in locũ qui dicitur ʹGolgotha, ʺquod eſt Caluariæ locus,	33	‖Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus.	Marc.15.b.22 luc.23.e.32 iohan.19.c.16
Crucifigitur.	Dederunt eiʹacetum bibẽdum cum felle miſtum: & quum guſtaſſet, noluit bibere.	34	Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum: & quũ guſtaſſet, noluit bibere.	
	Poſtquam autem crucifixerunt eum, ʹdiſpertiuerunt veſtimenta eius, ſortem mittẽtes: ʹvt impleretur quod dictum eſt à Propheta, ʺDiſpertiuerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum iecerunt ſortem.	35	‖Poſtquam autem crucifixerũt eũ, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortẽ mittẽtes: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicẽtem, ‖Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.	Marc.15.b.24 Pſal.22.c.19
	Et ſedentes ſeruabant eum illic.	36	Et ſedentes ſeruabant eum.	
	Et impoſuerunt ſuper caput eiusʹcrimen ipſius ſcriptum, ISTE EST IESVS REX ILLE IVDAEORVM.	37	Et impoſuerũt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.	
Latrones crucifixi cum Ieſu.	Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus à dextra, & alter à ſiniſtra.	38	Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.	E
Blaſphemiæ in Chriſtum.	Prætereuntes autem conuiciabantur ei, mouentes capita ſua,	39	Prætereuntes autẽ blaſphemabãt eum, mouentes capita ſua,	
	Et dicẽtes, Tu illeʹqui diſſoluis templum, & in triduo ædificas, ſerua temetipſum: ſi Filius Dei es, deſcende à cruce.	40	Et dicentes, Vah qui ‖deſtruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum: ſi Filius Dei es, deſcende de cruce.	Iohan.2.c.19
	ʹSimiliter autem & principes Sacerdotum illudentes cum Scribisʹ& Senioribus, dicebant,	41	Similiter & Principes Sacerdotũ illudentes cum Scribis & Senioribus, dicebant,	
	Alios ſeruauit, ſeipſum non poteſt ʹſeruare: ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc à cruce, & credemus ʹei.	42	Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi Rex Iſrael eſt, deſcẽdat nunc de cruce, & credimꝰ ei.	
	Cõfidit ĩ Deo, liberet eũ nũc, ſi vult eũ: dixit enim, Filiꝰ Dei ſũ.	43	‖Confidit in Deo, liberet nunc eum ſi vult: dixit enim, Quia filiꝰ Dei ſum.	Pſal.22.b.9 ſapien.2.d.18
	ʹIdipſũ autẽ & latrones qui crucifixi erãt cũ eo, exprobrabãt ei.	44	Idipſum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.	
Tenebræ.	A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terrã, vſque ad horam nonam.	45	A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam.	
Oratio Chriſti in cruce.	Circa verò horã nonamʹexclamauit Ieſus voce magna, dicens, Eli, Eli, ʹlama ſabachthani? hoc eſt, ‖Deus meus, Deus meus, cur ʺdeſeruiſti me?	46	Et circa horam nonã clamauit Ieſus voce magna, dicens, Eli, eli, lama ſabacthani: hoc eſt, ‖Deus meus, Deus meus, vtquid dereliquiſti me?	Pſal.22.a.2
	Quidam autem ex iis qui illic ſtabant, quum *hoc* audiſſent, dicebant, Eliam vocat iſte.	47	Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iſte.	F

29 Plexam πλέξαντες, id eſt contextam vel concinnatam. Apparet igitur milites per ludibrium regiam quandam ſpeciem Chriſto affinxiſſe. Ante ἔμπροσθεν Vertere ſolemus ἔμπροσθεν coram, ſed hîc aliquid amplius videtur ſignificari. Rex ὁ βασιλεὺς pro ὦ βασιλεῦ. Vide ſuprà 11.d.26. 30 Verberabant ἔτυπτον Vulgata & Eraſmus, percutiebant ἐπάτασον. Caput εἰς τὴν κεφαλὴν Ad verbum, in caput: quo modo etiam Gallicè loquentes dicimus, *en la teſte*. Latini omittunt præpoſitionem.

32 Angariauerunt ἠγγάρευσαν Vide ſuprà 5.f.41. 33 Golgotha, γολγοθᾶ, Ita reperimus ſcriptum in omnibus codicibus, perperam tamen pro γολγολθᾶ altero λ detracto. Quod eſt ὅς ἐστι λεγόμενος Ad verbũ, qui eſt dictus. In tertio codice legitur ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, id eſt, quod eſt, ſi interpreteris. ſicut ſuprà 1.d.23. 34 Acetum ὄξος In ſecundo exemplari legitur οἶνον, id eſt vinum: ſicut etiam conuertit Vetus interpres. Sed illa lectio melius quadrat vaticinio Dauidis.

35 Diſpertiuerunt διεμερίσαντο Vulgata & Eraſmus, Diuiſerunt: quod reſpondet τῷ διαιρεῖσθαι. Vt impleretur ἵνα πληρωθῇ Totum hoc membrum cum Prophetæ teſtimonio in nullis vetuſtis codicibus reperimus.

27 Crimen αἰτίαν Vulgata & Eraſmus, cauſam: quod etiã declarat Græcis αἰτία, ſed illa tamen ſignificatio videtur huic loco melius conuenire. Vide ſuprà 19.a.3. 40 Qui diſſoluis ὁ καταλύων In ſecundo codice additur οὐά, quod rectè Vulgata conuertit Vah. Eſt enim χλευαστικόν. Ponitur autem ὁ καταλύων quaſi in vocandi caſu, vt paulo antè annotauimus, 23.b.14.

41 Similiter autem ὁμοίως δὲ Vulgata & Eraſmus omiſerunt particulam δέ. Et Senioribus, καὶ πρεσβυτέρων, In vetuſtis omnibus addebatur καὶ φαρισαίων & Phariſæis. 42 Seruare: σῶσαι· Addita erat nota interrogationis aut ridiculæ potius percontationis in vetuſtis codicibus 3.4.7.9.12.14. Ei. αὐτῷ. Vetuſta exemplaria pleraque ſcriptum habebant ἐπ' αὐτῷ. Quoddam etiam ἐπ' αὐτὸν vt non videantur vſqueadeo inter ſe differre Credere Deo & credere in Deum. Hoc enim diſcrimen potius ſtatuerem inter credere Deo & credere Deum. 44 Idipſum autem τὸ δ' αὐτὸ integrum hunc verſiculum non reperimus in vno vetere codice: ſed ſublatũ puto à quopiã qui hæc pugnare cenſuerit cũ iis quæ tradit Lucas de altero latronũ. Quem nodum, ſi Dominus dederit, illic explicabimus.

46 Exclamauit ἀνεβόησεν. ἀνὰ vim addit verbo quæ non fuit negligenda. Vulgata & Eraſmus, clamauit. Lama λαμὰ In exemplaribus 4.6.14 λεμμά. In 1.2.3.5.7.8.9, λιμά. In octauo λεμά. quæ variatio nata eſt partim ex ignoratione linguæ Hebraicæ, partim ex diuerſa apud ipſos Hebræos vocalium pronunciatione. Deſeruiſti ἐγκατέλιπες In hac tanta calamitate ſcilicet. Nam plus eſt (vt notat Eraſmus) ἐγκατέλιπες quàm κατέλιπες, ſicut deſerere plus videtur eſſe quàm derelinquere: quo poſteriore vſus eſt Vetus interpres.

Pſal.69.e.22

Et continuò currens vnus ex eis, [acceptam ſpõgiam impleuit aceto: & impoſuit arũdini, & dabat ei bibere.

48 Et ſtatim currens vnus ex eis, quum acceptam ſpõgiam impleſſet aceto, ″& circumpoſuiſſet calamo, dabat ei vt biberet.

Acetum.

Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.

49 Reliqui verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias ″ſeruaturus eum.

Ieſus autem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum.

50 Ieſus autem quũ rurſum clamaſſet voce magna, emiſit ſpiritũ.

Moritur.

1.Paralip.3.d.14

Et ecce [velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſq; deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt,

51 Et ecce ″aulæum templi ″fiſſum eſt ″in duo, à ſummo vſque ad imum: & terra mota eſt, & petræ ″fiſſæ ſunt,

Velum templi. Petræ ſciſſæ.

Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorũ qui dormierant, ſurrexerunt.

52 Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorũ qui dormierant, ſurrexerunt:

Reſurrectio.

Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in Sãctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis.

53 ″Qui egreſſi è monumentis poſt reſurrectionem eius, ″introierũt in Sanctam vrbem, & ″apparuerunt multis.

Centurio autem & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ fiebãt, timuerũt valde, dicentes, Verè filius Dei erat iſte.

54 Centurio verò, & qui cum eo erant ″ſeruantes Ieſum, viſo terræ motu & his quæ facta fuerãt, timuerunt vehementer, dicentes, Verè filius Dei erat iſte.

Erãt autem ibi mulieres multæ ãlõge, quæ ſequutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei:

55 Erant autem illic ″mulieres multæ procul ſpectantes, quæ ſequutæ fuerant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei:

Mulieres quæ Chriſto miniſtrauerant.

Inter quas erãt Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & & mater filiorum Zebedæi.

56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſe mater, & mater filiorum Zebedæi.

Marc.15.d.42 G
luc.23.g.50
iohan.19.d.38.

[Quum autem ſero factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu.

57 Quũ autem ſerum diei eſſet, venit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph, qui & ipſe ″diſcipulus fuerat Ieſu.

Ioſeph ſepelit Chriſtum.

Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu: tunc Pilatus iuſſit reddi corpus.

58 Iſte adiit Pilatum, ac petiit corpus Ieſu: tunc Pilatus iuſſit reddi corpus.

Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda:

59 Et quũ Ioſeph accepiſſet corpus, inuoluit ipſũ ſindone mũda:

Et poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra: & aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.

60 Poſuítque ipſum in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra: & aduoluto ſaxo magno ad oſtium monumenti, abiit.

Erat autẽ ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedẽtes cõtra ſepulchrũ.

61 Erat autem illic Maria Magdalene & altera Maria, ſedentes ″cõtra ſepulchrum.

Altera autem die quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum,

62 Poſtera verò die quæ ſequitur Paraſceuen, coacti ſunt principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum,

Sepulchrũ Chriſti cuſtoditur à militibus.

Dicẽtes, Domine, recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam.

63 Dicentes, Domine, meminimus quòd ″planus ille dixit adhuc viuens, Tertio pòſt die ſurgam.

Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore.

64 Iube ergo muniri ſepulchrum vſque in diem tertium: nequando veniant diſcipuli eius ″nocte, & furentur eum, dicántque populo, Surrexit à mortuis: & erit vltimus error peior priore.

Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiã: ite, cuſtodite ſicut ſcitis.

65 Ait eis Pilatus, ″Habetis ″cuſtodiam: abite, munite ſicut ſcitis.

Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.

66 Ipſi autem profecti, munierunt ſepulchrum, obſignato lapide, cum cuſtodia.

48 Et circumpoſuiſſet καὶ περιθεὶς id eſt ἐπιθεὶς impoſuiſſet: extremo ſcilicet calamo. Calamum autem potius quàm arundinem interpretor hoc loco, non modò quia vſitatum eſt Latinis vocabulum: ſed etiam quia fortaſſis hyſſopi culmum declarat, ſicut videtur apparere ex Iohannis 19.e.28: vt illic quaſi arboreſcere hyſſopum oporteat, ſicut & ſinapi. Hoc tamen affirmare non auſim, quum 1.Samuel. 4.d.33, videatur tanquam inter herbas humillima, cedris arborum proceriſſimis opponi.

49 Seruaturus σώσων Vulgata, liberans, id eſt σώζων, aut potius ἐλευθερῶν. Eraſmus, liberaturus, id eſt ἐλευθερώσων, vel ῥυσόμενος. Cæterũ in vetuſtis codicibus quarto & octauo poſt σώσων αὐτὸν additum erat ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα. id eſt, alius autem accepta lancea, confodit ipſius latus, & exiit aqua & ſanguis. quæ opinor ex Iohãne annotata, poſtea librariorum culpa in contextum irrepſiſſe: idque alieno loco, quum hæc ſint Chriſti mortem conſequuta, vt ex Iohanne apparet.

51 Aulæum τὸ καταπέτασμα Aulæum illud ſcilicet quo ſuſpenſo dirimebantur Sancta ſanctorum à Sancto. Fiſſum eſt ἐσχίσθη Vulgata & Eraſmus, ſciſſum eſt, id eſt ἐτμήθη. In duo εἰς δύο Vulgata & Eraſmus, in duas partes, εἰς δύο μέρη.

53 Qui egreſſi καὶ ἐξελθόντες Eraſmus ad verbũ, Et egreſſi, Vide ſuprà 26.e.53. Introierũt εἰσῆλθον Vulg. & Eraſ. venerunt ἦλθον. Apparuerunt ἐνεφανίσθησαν In ſecundo legitur ἐνεφάνησαν, eodem ſenſu. 54 Seruantes τηροῦντες Vulg. & Eraſmus, cuſtodientes φυλάττοντες. 55 Mulieres γυναῖκες In vetuſtis codicibus ſexto & octauo ſcriptum erat καὶ γυναῖκες etiam mulieres.

57 Diſcipulus fuerat ἐμαθήτευσε Vulgata & Eraſmus, diſcipulus erat, id eſt ἐμαθήτευε. Eſt autem hoc verbum interdum etiam tranſitiuũ pro docere, vt infrà 28.d.19: à quo paſſiuum deducitur μαθητευθείς, quod vſurpauit ſuprà 13.g.52.

61 Contra ἀπέναντι id eſt e regione, vt in illo Virgilii loco, Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago: Italiam contra, Tyberináque longè Oſtia, &c. Quod admonere placuit, ne quis idem valere putet atque Gallicam particulam *contre*, id eſt iuxta.

63 Planus πλάνος id eſt præſtigiator, quem γόητα Græci vocant, qualem fuiſſe Chriſtum Iudæi etiam dicere non verentur. Vocabulum hoc Græcum vſurpat Cicero pro Cluentio, & Horatius lib.1.epiſt. Vulgata, ſeductor: non malè, παρὰ τὸ πλανᾷν. Surgam. ἐγείρομαι. Vulg. reſurgam. ἀναστήσομαι. præſens pro futuro. Interpretor autem μετὰ τρεῖς ἡμέρας tertio pòſt die, vel intra tres dies, vt annotauimus Marc. 8.d.31.

64 Nocte, νυκτὸς, Hoc deeſt in Vulgata, neque ſcriptum erat in vetuſtis codicibus ſecundo & decimotertio.

65 Habetis ἔχετε Poteſt etiam imperandi modo verti, habete, vt notat Eraſmus: ſed malo per indicatiuum interpretari. Cuſtodiã: κουστωδίαν: id eſt præſidiarios milites: templi ſcilicet cuſtodiæ deſignatos. Itaque ſæpe commemoratur in Actis Apoſtolorum ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, & Phariſæis ac Pontificibus adiungitur.

Cap. XXVIII.

Mulieres viſitãt ſepulchrum.

1 E′Xtremo autem Sabbatho″quum luceſceret in primum *diem* hebdomadæ, venit Maria Magdalene & altera Maria vt ſpectarent ſepulchrum.

Angelus.

2 Et ecce terræmotus factus eſt magnus: Angelus enim Domini quum deſcẽdiſſet è cælo,& acceſſiſſet, deuoluit lapidem ab oſtio, ſedebátque ſuper eum.

3 Erat autẽ′viſus eius vt fulgur, & indumentũ eius albũ ſicut nix.

4 ′Præ timore autem eius concuſſi ſunt″cuſtodes, & facti ſunt ſicut mortui.

5 Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus, Ne timeatis vos: ſcio enim quòd Ieſum crucifixum quæritis.

Surrexit Chriſtus.

6 Non eſt hîc, ſurrexit enim ″ſicut dixit: venite, ′videte locum vbi ″iacebat Dominus.

7 Et″citò eũtes, dicite diſcipulis eius quòd ſurrexit à mortuis: & ecce præit vobis in Galilæam, illic eum videbitis: ecce dixi vobis.

Chriſtus conſpicitur à mulieribus.

8 Tunc egreſſæ citò à monumento cum timore & gaudio magno, currebant vt nuntiarent diſcipulis eius. ″quum autem proficiſcerentur vt nuntiarent diſcipulis eius,

9 ″Ecce Ieſus occurrit eis, dicens, Auete. Illæ autem acceſſerũt, & prehenderunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Fratres.

10 Tunc ait eis Ieſus, Ne timeatis: abite, nuntiate ″fratribus meis vt abeant in Galilæam, ″illic me videbunt.

Reſurrexiſſe Chriſtum nõ credunt Iudæi.

11 Proficiſcentibus autem ipſis, ecce quidam è cuſtodia venerũt in vrbem, ac nuntiauerunt principibus Sacerdotum omnia ″quæ facta fuerant.

Cap. XXVIII.

Marc.16.b.8 Iohan.20.c.11

1 VEſpere autẽ Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalené & altera Maria videre ſepulchrum.

2 Et ecce terræmotus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cælo: & accedens, reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.

3 Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.

4 Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.

5 Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus, Nolite timere vos: ſcio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis. B

6 Non eſt hîc, ſurrexit enim ſicut dixit: venite, videte locum vbi poſitus erat Dominus.

7 Et citò euntes, dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis,

8 Et exierunt citò de monumẽto cũ timore & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis eius.

9 Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerũt eũ.

10 Tunc ait illis Ieſus, Nolite timere: ite nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.

C

11 Quæ quum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant.

IN CAPVT XXVIII.

1 Extremo autem ſabbatho, ὀψὲ δὲ σαββάτων, id eſt exeunte iam ſabbatho quod excipitur à primo die ſequentis hebdomadæ. Nã ὀψὲ abſolutè poſitum idem valet quod ſerò aut veſpere, id eſt ἑσπέρας, & ita ſumus ſemper interpretati: quũ autem habet caſum adiunctũ, idem valet quod ἐν ὑστέρῳ, id eſt in extremo. Itaque hoc loco extremam partem Sabbathi ſignificat Romanorũ more qui diem naturalẽ ab ortu ſolis ad ſequentẽ ortum numerãt: nõ autem Hebræorũ qui à veſpera diem inchoãt. Iam enim corrupta erat maxima ex parte veterũ cõſuetudo: quam etiã ob cauſam ſuprà diximus decimũquartũ diem vocatũ eſſe primũ diem azymorũ: quod quũ non obſeruaret Oſiãder, exiſtimauit veſperã hîc Hebræorũ more vocari extremã feſti partem, id eſt initiũ noctis quæ inter ſabbathũ & primũ à Sabbatho diem, quẽ Dominicũ vocamus, intercedit: ideóq; in his quæ ſequũtur, nõ ſubaudit ἡ ἡμέρα, vt ſit plena hæc loquutio τῇ ἡμέρᾳ ἐπιφωσκούσῃ, ſed cõtrà ſubintelligit νυκτὶ, docétq; ex Thalmudis quodã loco, Lucis appellatione interdũ noctis initiũ, id eſt primã facẽ intelligi. Ego verò malo ad diluculũ hæc referre, aut certè tẽpus diluculo proximũ, quòd mihi videatur hæc interpretatio ſimpliciſſima, & cum aliorum Euãgeliſtarũ narratione conſentiens. Eraſmus, Veſpera autem Sabbathorum: quam interpretationem repudiaui. Primùm quia Euangeliſta (vt antè dixi) non primam noctis partem quæ veſpera dicitur, ſed vltimã deſignat quam diluculũ vocant: aut eam certè quæ proxima eſt diluculo. Deinde quòd τὰ σάββατα cõuertere potius oportuit ſingulari numero, quũ hîc ſit enallage numeri, de qua diximus ſuprà 12.a.1: aut certè Sabbathum pro feſto Paſchæ accipiatur. Quum luceſceret in primũ *diem* hebdomadæ, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, id eſt quũ iam primus à Sabbatho dies immineret, ſiue primi à ſabbatho diei luceſcente diluculo. Cæterùm ſciendũ eſt (quãuis diuerſum exiſtimet Oſiander) ſubintelligi ἡμέρα ante illud τῇ ἐπιφωσκούσῃ. Nã alioquin iſta cohærere cum ſuperioribus nõ poſſunt: ſicut tamen videtur velle Vetus interpres, & eum ſequutus Eraſmus, qui interpretantur quæ luceſcit: quaſi ſcripſerit Matthæus ἑσπέρα τῇ ἐπιφωσκούσῃ. Sic autem plenè loquitur Herodotus in Thalia, ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ οἱ ἓξ κατὰ συνεθήκαντο παρῆσαν. id eſt quum primum autem diluxiſſet dies, ſex illi ſicut conſtituerant, affuerunt. Nam & hoc ſciendũ, ἡμέραν hîc vſurpari pro luce: ſicut dies interdum apud Latinos quoque accipitur. Itaque potuiſſem interpretari Die luceſcente, vel quum dies luceſceret, ſed malui præciſè dicere, quum luceſceret: quo modo etiam Terentius loquitur. Poſtremò ſciendum μίαν σαββάτων dici diem à Sabbatho proximum, quem Dominicum vocamus, id eſt hebdomadæ ſequentis primum, μία enim, id eſt vna, pro prima poſitum, imitatione Hebræorum apud quos אחת, quod vnam ſignificat, pro prima accipitur: atque adeò apud Græcos ipſos interdum pro prima ponitur. Sic enim accipitur apud Homerum, Iliad. π. vt annotat Euſtathius. Denique σαββάτων vocabulo non iam ſeptimus dies (vt paulo antè) nec ſinguli dies hebdomadæ quos communi nomine ſolẽt Monachi (perpetuò ſcilicet feriantes) Ferias vocare, ſed ipſa potius ſeptimana intelligitur: vocabulo etiam deducto ab Hebræis, apud quos plurali numero שבתות vocatur ſeptimana, vt Leuit. 23.c.15, & 25.a.8.

3 Viſus ἰδέα Eraſmus in annotationibus, ſpeciem ſiue formam interpretatur: quæ videntur mihi latius patere, quum hîc de facie tãtùm agatur: imò verò ne de facie quidem tota, ſed de oculorum radiis. Vulgata, aſpectus, idque non malè, niſi vſurparetur potius pro actione ipſa videndi, quàm pro ſpecie & acie oculorum. Poſſumus tamen per ſynecdochen interpretari Vultum, qui hac ratione ὄψις quoque dicitur à Græcis. 4 Præ timore ἀπὸ τοῦ φόβου. ἀπὸ pro ὑπὸ, vt ſuprà diximus 13.f.44. Cuſtodes, οἱ τηροῦντες, id eſt φύλακες. Ad verbum, ii qui ſeruabant. ſubauditur τὸν τάφον ſepulchrũ. 6 Sicut dixit: καθὼς εἶπε. In decimoquarto exẽplari additur ὑμῖν vobis. Iacebat ἔκειτο Vulgata & Eraſmus, poſitus erat: quo modo etiam vertimus ſuprà 3.c.10, & 5.b.14. Sed quum hoc loco propria ſignificatione accipiatur, minimè neceſſe fuit ſynonymon quærere. 7 Citò ταχὺ Eraſmus ſequente verſiculo vertit Celeriter: hîc autẽ nihil mutauit.

8 Quum autẽ proficiſcerentur vt renun. diſc. eius, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Illud ὡς melius exprimimus Gallicè hoc modo, *comme elles alloyent*. Sic Plautus in Menechmis, Nam rus vt ibat: quod ferè Græci dicunt ἐν τῷ πορεύεσθαι. Ita etiam Lucas Act. 1.b.10. Deeſt autem totum hoc membrum apud Veterem interpretem, neque ſcriptum erat in ſecundo exemplari: & certè videtur etiamſi ſuſtuleris, integra manere ſententia. 9 Ecce καὶ ἰδοὺ Hebraicè והנה Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et ecce: & rectè quidem Vetus interpres qui præcedens membrum non legit. Eraſmus autem qui legit & interpretatus eſt, debuit omittere copulatiuam hoc loco redundãtem, ſicut ſuprà 9.a.10, & infinitis locis apud Lucam, qui hoc pleonaſmi Hebraici genere mirum in modum delectatur: vt infrà 1.b.10, eodem etiã dicendi genere præcedente. 10 Fratribus meis τοῖς ἀδελφοῖς μου In primo exemplari ſcriptum erat τοῖς μαθηταῖς μου diſcipulis meis. Illic κἀκεῖ Eraſmus ad verbum, & illic: ſed videtur iterum abundare καὶ, ideo Veterem interpretem ſum ſequutus.

11 Quæ facta fuerant. τὰ γενόμενα. Eraſmus, quæ acciderant, id eſt τὰ συμπεπτωκότα.

Et congregati cum ſenioribus,conſilio accepto,pecuniam copioſam dederunt militibus,

12 Tunc coacti cum ſenioribus,conſilio capto″pecuniam multam dederunt militibus,

Dicentes,Dicite,Quia diſcipuli ei⁹ nocte venerũt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.

13 Dicentes, Dicite, Diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum″nobis dormientibus.

Et ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei,& ſecuros vos faciemus.

14 Et ſi hoc auditum fuerit″apud Præſidem,nos perſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.

D

At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti: & diuulgatũ eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

15 Ipſi verò accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti:& diuulgatus eſt iſte ſermo apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam , in montem vbi conſtituerat illis Ieſus.

16 Vndecim autem diſcipuli profecti ſunt in Galilæam, in montẽ vbi conſtituerat eis Ieſus.

Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt.

17 Et quum vidiſſent eum,adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt.

Christus in Galilæa adoratur ab Apoſtolis.

Et accedens Ieſus,loquutus eſt eis, dicẽs , Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

18 Et accedens Ieſus,loquutus eſt eis,dicens, Data eſt mihi omnis authoritas in cælo & in terra.

Mittit Apoſtolos ad Prædicãdum.

Marc.16.c.15

|Euntes ergo docete omnes gẽtes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti:

19 Profecti″ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti:

Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

20 Docentes eos ſeruare omnia quæ mãdaui vobis: & eccẽ ego vobiſcum ſum″omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

12 Pecuniam multam ἀργύρια ἱκανά In ſecundo legitur ἀργύριον ἱκανὸν,idque(ni fallor)rectius.ἱκανὸς autem quum propriè declaret ſufficientem,accipitur hoc loco & alibi ſæpe pro πολὺς,quod hoc quidem loco Gallicè ita exprimeremus,*donnerent de l'argent a l'aduenant.*

13 Nobis dormientibus. ἡμῶν κοιμωμένων.Hanc lectionem cum veteribus codicibus conſentientem ſequuti,non expreſſimus particulã οὐ præcedentem.Ea verò non redundabit ſi legeris ὑμῶν κοιμωμένων.vobis dormientibus.vt excudit Colinæus.

14 Apud Præſidem,ἐπὶ ἡγεμόνος,id eſt à Præſide,ſiue coram Præſide, vt dixit Lucianus ἐπὶ ῥαδαμάνθυος coram Rhadamanto.Et Paulus ἐπὶ πιλάτου coram Pilato,1.Timoth.6.c.13.Nam periculum erat ne hoc nomine milites apud Pilatum deferrentur. Vulgata & Eraſmus ad verbum,ſub Præſide. 19 Ergo οὖν Deerat in omnibus vetuſtis codicibus.

20 Omnibus diebus πάσας τὰς ἡμέρας, id eſt in omne tẽpus.Alloquitur enim Eccleſiam.Quum autem idem ipſe Dominus paulo antè dixerit,Me verò non ſemper habebitis:apparet diſtinguendum eſſe præſentiæ & abſentiæ modum.

Sanctum I E S V Chriſti Euangelium ſecundum Marcum. Ευαγγέλιον κατὰ Μάρκον.

VETVS. NOVA EX GRAECO TRALATIO.

Cap.I.

1 Initium Euangelii Ieſu Chriſti filii Dei.

Cap.I.

1 Principium Euangelii Ieſu Chriſti filii Dei.

Malach.3.a.1

Sicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta, |Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã,q̃ præparabit viã tuã ante te.

2 Vt ſcriptum eſt″in Prophetis,Ecce ego″mitto ″nuntium meũ″ante faciẽ tuam,qui parabit″viam tuam coram te.

Eſa.40.a.3
iohan.1.c.15
luc.3.a.4

|Vox clamantis in deſerto,Parate viam Domini ,rectas facite ſemitas eius

3 Vox clamantis in deſerto,Parate viam Domini,rectas facite ſemitas eius.

Math.3.a.4

|Fuit Iohãnes in deſerto baptizãs, & prædicans baptiſmum pœnitẽtiæ

4 ″Baptizabat Iohãnes in deſerto,&prædicabat baptiſmũ reſipiſcẽ

IN CAPVT I.

2 In Prophetis, ἐν προφήταις, Ita ſcriptum reperimus in omnibus codicibus vetuſtis,præter ſecundum & octauum in quibus legimus ἐν Ἠσαΐᾳ τῷ προφήτῃ,id eſt in Eſaia propheta:quo modo interpretatus eſt hunc locum Vetus interpres, & citat quoque Hieronymus ad Pammachium De optimo genere interpretãdi: vnde nata illa quæſtio, cur geminũ vaticinium adducens Euangeliſta,vnum ſcilicet ex Malachia, alterum ex Ieſaia,hunc tamen vnũ nominet:in quo modo explicãdo ne fruſtra laboremus, præſtat plurali numero legere ἐν προφήταις, quũ tot veterum codicum,ac ipſius etiam Theophylacti authoritas conſentiat. Illud quidem conſtat,appellatione Prophetarum intelligi ipſorũ libros:quod tamen dicendi genus præcipuè vſurpatur,quum ex minoribus Prophetis aliquod teſtimonium petitur,etiam ſi vnus tãtùm ex illis citetur,vt Act.7.e.42: nempe quòd hi duodecim eſſent in vnum volumen compoſiti,vt docent Hebræorum interpretes. Mitto ἀποστέλλω Loquitur Malachias tanquã de re iam præſenti,vt ſolent etiã alii Prophetæ:nimirum de re futura tam certi,quàm ſi eam oculis cernerent.In græca tamen editione legitur ἐξαποστελῶ mittam. Deinde hanc temporis enallagen annotauimus alibi, tritam eſſe. Nuntium meum τὸν ἄγγελόν μου Vulgata, angelum: ſed hoc eodem loco de homine agitur,vt rectè annotat Eraſmus:qui tamen certum aliquem nuntium deſignari putat articulo,quum omnes alioqui Prophetæ venturum Chriſtum nuntiarint.Sed reſponderi poteſt hanc potius emphaſin eſſe in his verbis πρὸ προσώπου σου,id eſt ante faciem tuam:quibus indicatur hìc agi de eo demum nuntio qui Meſſiam non eminus poſitum(vt alii)ſed præſentem commonſtraret. Ante faciem tuam, πρὸ προσώπου σου, In Hebræis & Græca editione legitur meam:& hoc loco non ponitur,ſed poſt verba ſequẽtia,vbi legimus ἔμπροσθέν σου,ante te:quibus verbis Hebraiſmus ille explicatur. Sumpta enim eſt metaphora à Regum conſuetudine,qui ſuos ſolent habere anteambulones. Viam tuam τὴν ὁδόν σου In Hebræo non additur pronomen,& pro κατασκευάσει in Græca editione legitur ἐπισκέψεται, id eſt inſpiciet:non ſatis rectè , quum in Hebræo non legatur ופנה *upanah* in Cal, ſed ופנה *upinnah* in Pihel,quod idem verbum in Ieſaia verterunt ἑτοιμάζειν.

4 Baptizabat ἐγένετο βαπτίζων Verbum ἐγένετο, nonnulli ad ἀρχῇ referunt,vt teſtimonia Prophetarum parentheſi includantur: ſed primũ verſiculũ ego malo tituli loco poſitũ eſſe:quod & Eraſmo placet.Sic enim vetuſtiſſimi quique ſcriptores Hebræi præſertim,& ex Græcis quoque Herodotus,Thucydides,& Ephorus libros hiſtoriarum inchoant. Cæterùm exiſtimat Valla verbum ἐγένετο à ſequentibus eſſe ſepa-

ſandum,vt ſit hæc ſententia,quendam Iohannem extitiſſe qui in deſerto baptizaret. Nam(inquit)incipiendum fuit à nuncupatione viri potius quàm ab eius actione,tanquam de eius nomine fuiſſet iam facta mentio:vt apud Iohannem, Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Iohãnes.Nec dicitur, Fuit homo miſſus,ſed Fuit homo:deinde,Miſſus à Deo,id eſt qui miſſus fuit à Deo.At ego exiſtimo ſi hoc verũ eſſet, addendum fuiſſe poſt ἐγένετο,vel τις,vel ἄνθρωπος. Quod autem Marcus à Iohannis prædicatione perinde exorditur,acſi mentionem eius aliquam antea feciſſet,id commune habet cum Matthæo.Erat enim Iohannis nomen celebrius quàm vt eſſet exordium altius petendum.Sed hanc tamen partẽ egregiè perſequutus eſt Lucas.Eraſmus igitur rectè coniunxit verbũ ἐγένετο cũ participio βαπτίζων:periphraſi Græcis etiã familiari pro ἐβάπτιζεν,id eſt erat baptizans, pro baptizabat: ſicut dixit Plautus in Curcul. ſunt bibentes, pro bibunt. Vetus interpres maluit cum ἐν ἐρήμῳ connectere,vt ſit hæc ſententia, Fuiſſe,id eſt verſatum eſſe,Iohannem in deſerto, vbi baptizaret & prædicaret. Sed repugnat verborum ſeries.Dicendum enim fuiſſet,ἐγένετο ἰωάννης ἐν ἐρήμῳ βαπτίζων,vt paulo pòſt,nempe verſiculo 13.

tiæ "in remiſſionem peccatorum.

Et exiuit ad eum tota Iudææ regio ac Ieroſolymitæ : & baptizabantur "omnes ab eo in Iordane flumine,confitentes peccata ſua. 5

Confeſſio.

Induebatur autem Iohannes pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos:& edebat locuſtas ac mel ſylueſtre. 6

Veſtitus & victus Iohannis.

Et prædicabat,dicẽs,"Venit poſt me *is* "qui validior eſt me,cuius non ſum "dignus qui "incuruatus ſoluam corrigiam ſolearum. 7

Ego "quidem "baptizaui vos "aqua:ipſe verò baptizabit vos Spiritu ſancto. 8

Et factũ eſt in diebus illis,venit Ieſus à Nazareth "*urbe* Galilææ, & baptizatus eſt "in Iordane à Iohanne. 9

Baptizatur Ieſus

"Qui quum ſtatim aſcenderet ex aqua,vidit "findi cælos,& Spiritum quaſi columbam deſcendere "ſuper eum. 10

Et vox facta eſt è cælis,Tu es Filius ille meus dilectus,"in quo acquieſco. 11

Statímque "Spiritus eum "eiicit in deſertum. 12

Chriſtus tẽtatur

in remiſſionem peccatorum.

¶Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio,& Ieroſolymitæ vniuerſi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine,confitentes peccata ſua.

Matth.3.a.5

Et erat Iohannes veſtitus pilis cameli,& zona pellicea circa lũbos ei⁹: ¶& locuſtas & mel ſylueſtre edebat.

Leuit.11.c.22

¶Et prædicabat,dicens , Venit fortior me poſt me:cuius non ſũ dignus procumbẽs ſoluere corrigiam calceamentorum eius.

Matth.3.c.11
luc.3.c.16
iohan.1.d.27

¶Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

Act.1.a.5,& 2,a.4,&11.c.16,& 19.a.4

¶Et factum eſt:in diebus illis venit Ieſus à Nazareth Galilææ:& baptizatus eſt à Iohanne in Iordane.

Matth.3.d.14
luc.3.d.22
iohan.1.e.33

Et ſtatim aſcendens de aqua , vidit cælos apertos,&Spiritum tanquã columbam deſcendentem & manentẽ in ipſo.

Et vox facta eſt de cælis,Tu es Filius meus dilectus,in te complacui.

B

¶Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.

Matth.4.a.1
luc.4.a.1

In remiſſionem εἰς ἄφεσιν IN hîc præparationem ſignificat,non effectum,inquit Eraſmus. At ego (quod veterum pace dixerim)non puto reſipiſcentiam poſſe à remiſſione peccatorum ſeparari,de quo alibi dicemus, ſi Dominus dederit. Quòd autem Eraſmus ſubiungit Iohannem prius baptizaſſe, deinde prædicaſſe baptiſmum,eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem videatur indigere. Quid enim? quum diceret Iohannes, Pœnitentiam agite,appropinquat enim regnum cælorum: non docebat quos erat baptizaturus? Imò verò niſi prius docuiſſet in quem finem baptizaret,quis tandem ad eius baptiſmũ acceſſiſſet? Certè quum ſacramẽta ſint σφραγῖδες, neceſſe eſt vt præeat doctrina quam obſignent. Neque eſt cur Anabaptiſtæ hæc arripiant aduerſus pædobaptiſmum, quum hîc negotium Iohanni fuerit cum adultis:neque etiã quum infantes baptizantur,verbum à ſigno ſeparetur in Eccleſia Dei.

5 Omnes πάντες In octauo codice non ſcribitur πάντες hoc loco,ſed poſt ἱεροσολυμῖται in membro præcedenti,& fortaſſe rectius.

7 Venit ἔρχεται Tam in præſenti quàm futuro accipi hoc poteſt,vt alibi diximus:ſed præſentis ſignificatio magis cõuenit: vt Chriſtũ intelligas iã eſſe in via,& Veniſſe pro Adeſſe poſitũ. Qui valid.eſt me,ὁ ἰσχυρότερός μου,Rectè articulũ expreſſit Eraſmus.à Vetere interprete prætermiſſum. Dignus ἱκανὸς vt ſuprà,Matth.8.a.8.Eraſ.idoneus,id eſt ἐπιτήδειος. Incuruatus κύψας Vulg.& Eraſ.procumbens, id eſt προσπεσών. Nã fortaſſis voluit Euangeliſta peculiarem geſtũ deſignare maieſtati Chriſti conuenientẽ.Deerat tamen hoc participium in vno vetere codice. 8 Quidem μὲν Hãc particulam à Vetere interprete intẽpeſtiuè prætermiſſam in antitheſi,rectè Eraſmus reſtituit:quanquam animaduertimus illam in vno vetere exẽplari non adſcribi. Baptizaui ἐβάπτισα In ſecundo codice,ſicut apud Matthæum & Lucam,hîc quoque legitur βαπτίζω:quod indicat in media actione hæc eſſe dicta à Iohanne,vt totã baptiſmi vim doceret à Chriſto manare,qui interius baptizat:id eſt vt rem ipſam à ſigno diſtingueret. Aqua: ἐν ὕδατι· De pleonaſmo præpoſitionis ἐν,alibi diximus: qui quidem notandus eſt hoc loco,nequis prorſus imperitus,in aqua pro intra aquã accipiat:cuiuſmodi ineptiis pleni ſunt Sophiſtarũ libri.

9 *Vrbe* Galilææ, γαλιλαίας, Suppleui quod deerat conſtructioni.Eſt autem hoc additum non diſcriminis alicuius cauſa,ſicut in vrbe Cana factum eſt,Iohan.2.a.1,ſed ad ſitum vrbis exprimendum. Hoc verò pertinet non modò ad fidem faciendam hiſtoriæ, ſed etiam ad intelligendum cur Ieſus diceretur Nazarenus & Galilæus per contumeliam, vt eum vocabat Iulianus ille apoſtata Iudæos ſequutus , quorum fit mẽtio Iohan.7.g.52. In Iordane εἰς τὸν ἰορδάνην De hac enallage εἰς pro ἐν ſæpe iã diximus. Demoſth. ὠδὲ σεφ. τοσούτῳ ἀμείνων πολίτης γέγονα εἰς αὐτὰ ταῦτα ἃ λέγω,pro ἐν αὐτοῖς τούτοις,id eſt tanto in his rebus quæ dico præſtantior ciuis fui.

10 Qui quum ſtatim aſcenderet καὶ εὐθέως ἀναβαίνων Vulgata ad verbum , Et ſtatim aſcendens. Eraſmus,Et ſtatim quum aſcenderet.Exiſtimauit enim ἀναβαίνων,pro ἀναβαίνοντος poſitum,ad Ieſum poſſe referri,verbum autem εἶδε ad Iohannem:quum ipſa ratio conſtructionis declaret participium eſſe cum verbo coniungendum,vt vtrunque ad eandem perſonam pertineat. Ego vt perſpicuitati ſtuderem,à Græcis contra meam conſuetudinem aliquantulum deflexi. Nam videtur quidem mollior verborum ſyntaxis, ſi de Ieſu hæc omnia accipias:quum præſertim vox illa cæleſtis ad eum dirigatur,vt quidem hîc refertur à Marco.Sed quum ipſius potiſſimùm Iohannis cauſa ſit editum hoc ſignũ,vt apparet Iohan.1.e.33 & 34,quam etiam ob cauſam Matthæum opinor hæc ita deſcribere,vt Pater è cælo Iohannem & circunſtantes potius quàm Filium ipſum videatur compellare: non dubito quin relatiuum quod ſubauditur, ad Iohannem pertineat, qui hæc dicatur vidiſſe.Id igitur vt melius intelligeretur, primùm omnium in ſuperiore verſiculo mutaui verborum collocationẽ,nulla prorſus ſenſus iniuria:idcirco tantùm vt propius abeſſet quod eſt ἀπὸ κοινοῦ repetendum.Deinde in locum copulatiuæ καὶ ſubſtitui prouocabulum, de quo diximus etiam in Matthæo.Ne verò longius abeamus,ſimilem in relatiuo amphiboliam reperies infrà,2.b.13,vbi αὐτὸς quod ante verbũ ἐξῆλθε ſubauditur,non refertur ad paralyticum cuius mentio proximè facta illic erat,ſed ad Ieſum,ab octauo vſque verſiculo repetitum.Simile exemplum extat infrà 11.a.6 & 7,vbi quum tria hæc verba εἶπον,ἀφῆκαν,ἤγαγον,ita cõnectantur,vt ad eandem perſonam omnino videãtur pertinere:apparet tamen εἶπον & ἤγαγον de diſcipulis dici ,ἀφῆκαν verò de iis qui diſcipulos interpellarent. Poſtremò (vt ad rem redeam) aduerbium εὐθέως ex Matthæo didici non eſſe cum verbo εἶδε,ſed cum participio ἀναβαίνων coniungendum,vt etiam conuerti potuerit εὐθέως ἀναβαίνων pro εὐθέως ἀναβὰς ſimulac aſcendiſſet,id eſt ἅμα τῷ ἀναβῆναι. Findi σχιζομένους Participium poſitum eſt loco verbi, Atticorum more.In ſecundo exemplari ſcriptum erat ἀνοιγμένους,id eſt apertos,ſicut conuertit Vetus interpres. Super eum. ἐπ' αὐτόν. In vno codice ſcriptum reperimus ἐπ' αὐτῷ.conſtructione magis vſitata,niſi fortaſſis quartum caſum ideo vſurpauit,quòd ſignificetur motus ad locum.Cæterùm quod apud Veterem interpretem additur,& manentem, καὶ μένον,additum videtur ex Iohanne 1.e.33.

11 In quo ἐν ᾧ Vulg.in te, ἐν σοὶ,quæ lectio videtur melius conuenire,vt vitetur mutatio perſonæ,quantumuis apud Hebræos frequens, Certè ita ſcriptum erat in vetuſtis Roberti exemplaribus 3.4,& 8.Cur autem ηὐδόκησα vertimus acquieſco,diximus Matth.3.d.17.

12 Spiritus τὸ πνεῦμα In ſecundo exemplari additur ἅγιον ſanctus,quod vocabulum magnam lucem affert huic loco.Nã ne illud quidẽ quod additur apud Matthæum,ſubductum fuiſſe à Spiritu vt tentaretur à Diabolo, ſatis videtur omnem amphiboliam tollere, quum apud Hebræos ſæpe antecedens relatiui loco repetatur,vt Pſal.48.a.1:nec regula illa Didymi ſit perpetua,quæ tradit πνεύματος appellatione Spiritum ſanctum intelligi quoties illi præponitur articulus,vt liquet ex Iohan.3.a.8,& aliis locis. Eiicit ἐκβάλλει Vulgata & Eraſmus cõuertunt,expellit.Vallæ autẽ viſa eſt hæc expoſitio paulo durior.Et certè cõſtat τὸ ἐκβάλλειν interdum idem valere atque τὸ ἐξάγειν καὶ ἐκπέμπειν, vt Matth.12.c.35.Iohan.10.a.4. Sed videtur hîc notari hoc verbo repentina quædam mutatio,quũ Chriſtus qui adhuc inter homines tanquã ple

beius & priuatus vixerat, quaſi noua quadā perſona induitur, & cæleſti planè ratione nō modò proximæ luctæ, ſed toti ſuo muneri inauguratur. Non eſt igitur exiſtimandum, fuiſſe illū quaſi inuitum & reluctantē extruſum, ſed Diuinæ potius virtutis in ipſo corporaliter habitātis motu & impulſu ad tempus ex hominum conſpectu abreptum: idque noſtra cauſa, vt nobis ſanctificatus, carnem & Diabolum ſuperaret.

	Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginra noctibus, & tentabatur à Satana: erátq; cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant illi.	13	Et ″fuit illic ″in deſerto ′dies quadraginta, & ′tentabatur à Satana: erátque cum ″feris, & Angeli miniſtrabant ei.	Angeli.
Matth.4.b.12 luc.4.c.14 iohan.4.f.43	¶Poſtquam autem traditus eſt Iohannes, venit Ieſus in Galilæam, prędicans Euangelium regni Dei,	14	′Poſtquam autem traditus eſſet Iohānes, venit Ieſus in Galilæā, prædicans Euangelium regni Dei,	Prædicat. Chriſtus
	Et dicens, Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euāgelio.	15	Et dicens, Impletum eſt tempus, & appropinquat regnum Dei: reſipiſcite, & credite ″Euangelio.	
Matth.4.c.18 luc.5.a.2	¶Et præteriens ſecus Mare Galilæę, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittētes retia in mare: (erant enim piſcatores)	16	″Ambulans autem ad mare Galilææ, vidit Simonem & Andreā fratrem eius, iacientes rete in mare: (erant enim piſcatores)	Simō & Andreas vocantur.
	Et dixit eis Ieſus, Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominū.	17	Et dixit eis Ieſus, ″Venite poſt me, & faciam ″vt ſitis piſcatores hominum.	Piſcatores hominum.
	Et protinus relictis retibus, ſequuti ſunt eum.	18	Et *ipſi* ſtatim omiſſis retibus ſuis, ſequuti ſunt eum.	Iacobus & Iohānes.
	Et progreſſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui.	19	Tunc progreſſus illinc paululum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Iohānem fratrem eius, & ipſos in nauigio ″ſarcientes retia.	
	Et ſtatim vocauit illos: & relicto patre ſuo Zebedæo in naui cum mercenariis, ſequuti ſunt eum.	20	Statímque vocauit eos: & *ipſi* relicto patre ſuo Zebedæo in nauigio cum mercenariis, ″abierunt poſt eum.	
Matth.4.b.25 luc.4.e.31 C	¶Et ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim ſabbathis ingreſſus in ſynagôgam, docebat eos.	21	′Et ingrediuntur Capernaum: ſtatímque ″ſabbatho ingreſſus in ſynagogam, docebat.	Docet Chriſtus in ſynagogis.
Matth.7.d.28 luc.4.e.32	¶Et ſtupebant ſuper doctrina eius: erat enim docens eos quaſi poteſtatē habens, & non ſicut Scribæ.	22	Et percellebantur ſuper doctrina eius: docebat enim eos vt authoritatem habens, & non vt Scribæ.	
Luc.4.e.32	¶Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamauit,	23	Erat autem in ſynagoga eorum homo ″in quo erat ſpiritus impurus: qui exclamauit,	Dæmoniacus ſanatur.
	Dicens, Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei.	24	Dicens, ″Ah, quid nobis tecum Ieſu ″Nazarene? veniſti vt perderes nos? ″noui te quis ſis, ″*nimirum* Sanctus ille Dei.	

13 Fuit ἦν Vulgata & Eraſmus, erat. Mihi verò videtur huic loco melius conuenire ſignificatio aoriſti poſterioris. In deſerto ἐν τῇ ἐρήμῳ Hæc addere non fuit neceſſe quum præcedat relatiuum ἐκεῖ. Itaque cōperimus vetuſtos codices hîc variare, quum in vno hæc deeſſent, quemadmodum etiam in editione Vulgata: in altero verò ἐκεῖ non eſſet adſcriptū. Dies quad. τεσσαράκοντα ἡμέρας, Addit Vulgata, & quadraginta noctibus, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας: quod in vno etiā vetere exemplari ſcriptum legimus. Tentabatur πειραζόμενος Neceſſariò hoc participium ita conuertendum fuit, tum quòd à Latinis raro vſurpetur præſentis temporis paſſiuum participium: tum verò quia verbum ἦν non ſic cohæret cum πειραζόμενος, vt pro præterito imperfecto ἐπειράζετο ponatur, vt ſuprà verſu 6: imò verò ſignificatur, in eo deſerto tentatū fuiſſe Chriſtū in quo quadraginta dies & quadraginta noctes ſit verſatus. Feris, θηρίων, θηρίον apud Græcos non minus latè patet quàm Beſtia apud Latinos: ſed pro feris beſtiis hic accipitur, quæ in deſertis illis verſantur. Itaque Eraſmi verſionem ſum ſequutus.

14 Poſtquam traditus eſſet μετὰ τὸ παραδοθῆναι in cuſtodiam ſcilicet, vt diximus ſuprà Matth. 4.b.12. Vſurpari autē hoc vocabulum ſæpe cum eclipſi, quæ pro ratione eius de quo agitur ſupplenda ſit, vel illud exemplum docet Demoſthenis κατὰ Νεαίρας, προὐκαλεσάμην παραδοῦναι τὰς θεραπαίνας, id eſt poſtulaui vt ancillas traderet, nimirum in quæſtionem.

15 Euangelio. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ἐν præpoſitio hoc loco abundat, niſi malimus exiſtimare ἐν pro εἰς poſitū eſſe: ſicut credere Deo, & credere in Deum dicunt Theologi. 16 Ambulans περιπατῶν In ſecundo & tertio exemplari legitur παράγων, id eſt præteriens: quod ſequitur Vetus interpres. 17 Venite poſt me, δεῦτε ὀπίσω μου, id eſt ἀκολουθεῖτέ μοι, Sequamini me, vt conuertit Eraſmus. Vt ſitis γενέσθαι. γίνεσθαι accipio pro εἶναι, id eſt eſſe, potius quàm pro fieri, vel effici. Sic Homerus Deos vocat αἰειγενέτας, id eſt ſemper exiſtentes. Ita verò conſtruitur verbum ποιεῖν apud Græcos: quum Latini per ſubiunctiuū hoc efferant cum vt τελικῷ. Dicunt enim, faciam vt ſitis. Galli phraſim Græcam ſequuntur, *ie vous feray eſtre.* Sic Demoſthenes περὶ στεφ. τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν, id eſt, hoc plebiſcitum fecit vt periculum quod ciuitatem circunſteterat, præteriret.

19 Sarcientes καταρτίζοντας Ad verbum, redintegrantes. Nam ἄρτιον dicitur quod perfectum eſt & integrum: quum alioquin ex multis partibus conſtet: vnde etiam factum vt pro coagmētare & componere accipiatur, Rom.9.c.22: & pro complere, & omnibus ſuis numeris abſolutum reddere, vt nihil deſit aut redundet: vt Luc.7.f.40. Vulgata, componentes. Eraſmus, reconcinnabant.

20 Abierunt poſt eum. ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus, ſequuti ſunt eum. ἠκολούθησαν αὐτῷ: quod etiam ſcriptum erat in ſecundo exemplari. 21 Et ingrediuntur καὶ εἰσπορεύονται In quinto exemplari ſcriptum erat καὶ εἰσπορεύεται, Tunc ingreditur. Et paulo pòſt pro εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκεν, legimus ἐδίδασκεν εἰς τὴν συναγωγὴν, docebat in ſynagoga, abſque participio εἰσελθών. Item in proximo verſiculo poſt ἐξεπλήσσοντο, additum erat πάντες omnes. Sabbatho τοῖς σάββασιν Vulgata & Eraſmus, ſabbathis. Sed ſatis apparet pluralem numerum poſitum pro ſingulari, vt diximus Matth. 12.a.1, & Act.16.c.13. quæ permutatio videtur in Latino ſermone obſcurior.

23 In quo erat ſpiritus imp. ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ. Simili genere dicendi vtentes Græci, dicunt ἐν ἐγκλήμασιν εἶναι, & Latini in culpa eſſe. Sed tamē nimis obſcura eſſet interpretatio, ſi vertas ad verbū, in ſpiritu immūdo, cū Vetere interprete: ſicut vulgò dicimus, *eſtre en fiebure*, pro eo quod Latini dicunt, febre teneri. Ideo Eraſmus maluit interpretari, obnoxius ſpiritui: ſenſu quidē expreſſo, ſed vt diſcedat à Græcis, à quibus ſtuduimus propius abeſſe. Ita etiam infrà loquitur cap.5.a.2. Cæterùm quòd initio huius verſiculi καὶ interpretati ſumus Autem, nemo (opinor) reprehendet qui varium huius particulæ vſum in Sacris ſcriptoribus obſeruarit. Itaque in hoc eodem verſiculo eiuſdem particulæ loco ſubſtituimus prouocabulum, vt melius cohæreret oratio, ſicut ſuprà verſu 10.

24 Ah, ἔα, Vel Hem. quæ particulæ conueniunt exclamanti partim dolore, partim rei nouitate. Ad verbum, ſine, παρὰ τὸ ἐᾶν. ſed multa verba in aduerbia degenerant, vt ἄγε, ἄπαγε, & pleraque eiuſmodi. Vetus interpres aut non legit, aut prætermiſit. Valla legit εἶα. Nazarene? Ναζαρηνέ; Alibi Ναζωραῖος dicitur Ieſus nomine gentili, à Nazareth Galilææ ciuitate & patria Mariæ, in quam ſe receperat Ioſeph: vnde factum vt (ſicut prædictum erat) Nazarenus ſit Chriſtus vocatus, Matth.2.d.23. Cōſideranda eſt igitur fraus Satanæ, qui quum illū ſciret eſſe natum in Bethleem, vt Prophetæ prædixerant de Meſſia, & Sanctum illum Domini eſſe fateatur, populi tamen errorem fouet, ne Chriſtum quem ſciebant omnes in Bethleem naſciturum ex familia Dauid (Matth.2.a.5) pro Meſſia haberent: neque Satanam fefellit hæc expectatio, vt apparet Iohan.7.f.42. Noui te quis ſis, οἶδά σε τίς εἶ, Helleniſmus pro, noui quis tu ſis. Sic Terentius in And. Obſerua filium quid agat. In octauo codice legitur οἴδαμεν ſcimus. *Nimirum* Sanctus ille Dei. ὁ ἅγιος. Particula nimirum rectè addita eſt ab Eraſmo ad leniendā tranſitionem. Simile dicendi genus extat Matth. 19.c.17. Alludit autem Satan ad nomen illud quod Pontificis maximi tiaræ inſcriptum erat, vt ſcriptum eſt Exod.28.f.36.

Et obiurgauit eum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo.

Tunc ″quum diſcerpſiſſet eum ſpiritus impurus, & clamaſſet voce magna, exiit ab eo.

Et expauerunt omnes ″*ita* vt mutuò quærerent inter ſe, dicentes, Quid eſt hoc? quæ doctrina noua hæc, ′quòd ″per poteſtatē etiam ſpiritibus impuris ″imperat, & ″auſcultant ei?

Doctrina noua.

Venit autem fama eius ſtatim in totam regionem ″circumiacentem Galilææ.

Et ſtatim è ſynagoga egreſſi, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.

Socrus Petri ſanatur á febre.

Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: & ſtatim dicūt ei de illa.

Tunc accedens, erexit eam prehenſa manu eius: & reliquit eam febris ſtatim, ′& *ipſa* miniſtrauit eis.

Quum autem ſerum *diei* eſſet, ′occidente ſole adducebant ad eū omnes malè affectos & dæmoniacos:

Sanat Chriſtus infirmos.

Ciuitáſque ′tota coacta erat ad oſtium.

Et ſananit multos malè affectos variis morbis: & dæmonia multa ″eiecit: neque ″ſinebat loqui dæmonia ″quòd ipſum noſſent.

Dæmonibus cognitus Chriſtus.

Et ″mane valde multa nocte quum ſurrexiſſet, exiit, & abiit in deſertum locum, & illic orabat.

Orat Chriſtus.

′Et proſequuti ſunt eum Simon, & qui cum ipſo erant:

Qui quum inueniſſent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt.

Tūc dicit eis, Eamus in ″cōtigua ′oppidula, vt & illic prædicem: ″in hoc enim ′egreſſus ſum.

Et prædicabat in ſynagogis eorum in tota Galilæa: & dæmo-

Prædicat.

25 Et comminatus eſt ei Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi de homine.

26 Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.

27 Et mirati ſunt omnes ita vt cōquirerēt inter ſe, dicentes, Quidnam eſt hoc? quænā doctrina hæc noua: quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

28 Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.

29 ¶Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domū Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.

Matth.8.b.14. luc.4.f.32

30 Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa.

31 Et accedens, eleuauit eam apprehēſa manu eius: & continuò dimiſit eā febris, & miniſtrabat eis.

32 Veſpere autem facto, quum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes:

33 Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.

34 Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui quoniam ſciebant eum.

D

35 Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abiit in deſertū locum: ibiq; orabat.

36 Et proſequutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant:

37 Et quum inueniſſent eum, dixerūt ei, Quia omnes quærunt te.

38 Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

39 Et erat prædicans in ſynagogis eorum & in omni Galilæa & dæmonia

26 Quum diſcerpſiſſet σπαράξαν Vide infrà cap.9.c.20.

27 *Ita* vt mutuò quærerent inter ſe, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς, Conquirendi verbū, quo vſus eſt poſt Veterem interpretem Eraſmus, Latinis ſignificat diligenter aliquid inueſtigare. συζητεῖν autem hoc loco eſt hominum attonitorum qui mutuò ſeſe rogitant & interpellant. Sed in συζητήσει vtraque pars interdum idem quærit, interdū quod alius oppugnat, alter tuetur: vnde factum vt συζητεῖν interdū vertamus altercari.

Quòd ὅτι Sic etiā hæc particula accipitur infrà cap.4.d.41, & 6.a.2. Cicero quoque initio orationis pro Roſcio Amer. penè ſic loquitur, Credo (inquit) ego vos mirari quid ſit quòd ego potiſſimum ſurrexerim. Per poteſtatem κατ' ἐξουσίαν Cicero 6. in Verr. Non per præſtigia, ſed palàm per poteſtatem vno imperio oſtiatim totū oppidum cōpilarit. id eſt pro ſuo iure & authoritate, ſeu pro imperio, vt loquitur Terentius. alioquin ἐξουσίαν ſolemus interpretari authoritatem, & δύναμιν poteſtatem. Vetus interpres vertit, in poteſtate: id eſt (vt ſæpe alibi ſcriptum reperitur) ἐν ἐξουσίᾳ. Nam κατ' hoc loco eſt nota cauſalis, velut etiam quum dicunt Græci κατὰ τύχην, id eſt (vt vernaculo ſermone loquuntur) *par fortune*. Eraſmus, cum authoritate, id eſt μετ' ἐξουσίας, vt Act.26.c.12. Imperat, ἐπιτάσσει, Alibi ἐπιτάττειν vertimus iniungere, ſed hîc quæſiuimus ſynonymum, quia abſolutè ponitur. Auſcultant ὑπακούουσιν Vulgata & Eraſmus, obediunt, id eſt πείθονται.

28 Circumiacemtem Gal. περίχωρον τῆς Γαλιλαίας. Vulg. regionem Galilææ. id eſt χώραν τῆς Γαλιλαίας. quum tamen ſubaudiatur γῆν ante περίχωρον, & ita dicatur fama Ieſu non modò per totam Galilæam, ſed etiam in vicinas regiones ſparſa. 31 Et *ipſa* miniſtrauit καὶ διηκόνει Vulgata & Eraſmus, & miniſtrabat. Ego putaui relatiuum exprimēdum, non tantū vt vitetur omnis ambiguitas (eſſet enim nimium abſurda ſententia ſi ad febrim referas) ſed vt melius cohæreret oratio: quāobrem etiam διηκόνει ſum interpretatus acſi ſcriptū eſſet διηκόνησεν.

32 Occidente ſole ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος Ad verbum, quum occideret ſol. Sed noluimus repetere particulam Quum. Dicuntur autem δύεσθαι & καταδύεσθαι quæ aquam ſubeunt: vt appareat hoc dicendi genus profectum ex vulgi opinione, qui ſolem mergi putabat Oceano: ſicut ex alio non minus inepto errore, in vernaculo noſtro ſermone dicimus ſolē, quum occidit, ire cubitum, & occidētem ſolem appellamus cubantem. Vulgata & Eraſmus, quum occidiſſet: ſignificatione aoriſti poſterioris: quum optimus Marci interpres Lucas 4.g.40, vtatur participio præſenti δύνοντος. quanquam, quod ad rem ipſam attinet, aut nullum, aut paruum eſt diſcrimē. Significatur enim in genere, extremum diem, ipſúmque adeò crepuſculum ſanandis ægrotis fuiſſe conſumptum.

33 Tota ὅλη Vulgata, omnis, id eſt πᾶσα. quod rectè mutauit Eraſmus, ne omnes ciuitates concurriſſe intelligas. Interdum tamen τὸ πᾶν etiam in diſcreta quantitate vſurpari conſtat, vt infrà cap.2.b.13.

34 Eiecit: ἐξέβαλε, Vulgata & Eraſmus, eiiciebat, id eſt ἐξέβαλλε. Sed illud melius conuenit, quia mollius cum ſuperiore verbo cohæret. Sinebat ἤφιε Ita habent omnia exemplaria, quum potius dici ſoleat ἀφίει. puto igitur aoriſtum ſecundum eſſe ab ἵεω τὸ ἵημι. Sic infrà capite 11.b.16. Quòd ipſum noſſent. ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. Potes hæc ita explicare, vt dicas non paſſum eos proloqui quòd agnoſcerent Ieſum, vel non paſſum omnino loqui, idque propterea quòd Chriſtum ſciebant eſſe Meſſiam. Nā codices 5.6.8.9, addūt Χριστὸν εἶναι. ſicut ſcribit Lucas, 4.g.41. Cauſa autem huius interdicti eſt, ne (vt inquit Eraſmus) id ante tempus effutirent. Ego verò aliam potius rationem eſſe puto, quòd ſcilicet diaboli munus non ſit prædicare Euangelium. Quamobrem etiam Paulus Pythonis teſtimonium ægrè fert, Act.16.d.18.

35 Mane valde multa nocte πρωῒ ἔννυχον λίαν Vulgata, diluculo valde: prætermiſſo aduerbio ἔννυχον, vel ἔννυχα, vt legebatur in vetuſtis codicibus 6.8.12: quo ſignificatur tempus adhuc veluti intra noctem latens. Nos verò quū hoc exprimere altero vocabulo Latino non poſſemus, neceſſario receſſimus à Græcis. Eraſmus pro λίαν vertit adhuc, id eſt ἔτι, aut certè hoc addidit de ſuo.

36 Et proſequuti ſunt καὶ κατεδίωξαν Et proſequuti ſunt: ſcilicet velut fugientem, vt ſæpe ſolebat ad precandū ſolitudinem captare. Vulgata & Eraſmus legerunt κατεδίωξεν ſingulari numero, ſicut in duobus vetuſtis codicibus ſcriptum legimus.

38 Contigua τὰς ἐχομένας Id eſt (vt vertit Vulgata & Eraſmus) proxima: παρὰ τὸ ἔχεσθαι quod hærere & quaſi affixum eſſe ſignificat.

Oppidula, κωμοπόλεις, Ita vocat compoſito nomine, quæ neque merentur duntaxat vici nomen, neque etiam dici poſſunt vrbes, quòd non ſint mœnibus cinctæ: ideóque vſi ſumus diminutiuo quo vtcunque id explicaretur. Nam pagi nomen latius patere exiſtimo. Hebræi פרזים, Galli *bourgades* appellant. Erat autem ſcriptum in ſecundo exemplari, εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ εἰς τὰς πόλεις, id eſt in propinquos vicos & ciuitates: quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. In hoc εἰς τοῦτο Vulgata, ad hoc. Nam poſitum eſt εἰς ἀντὶ τοῦ πρός, id eſt IN pro AD. Sic Columel. lib.7. cap.8, Sub vmbra, inquit, cratibus in hoc factis. id eſt ad eum vſum. Egreſſus ſum. ἐξελήλυθα. Tertius codex legit ἐλήλυθα, id eſt veni: & ita conuertit Vetus interpres.

eiiciens:

Matth.2.a.2 luc.5.c.12 ‖Et venit ad eum leproſus deprecãs eum: & genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare.

Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam: & tangens eum, ait illi, Volo, mundare.

Et quum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt.

Et cõminatus eſt ei, ſtatimque eiecit illum:

Leuit.14.a.4 Et dicit ei, Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtẽde te principi Sacerdotũ, & offer pro emũdatione tua‖quæ præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

Luc.5.d.18 ‖At ille egreſſus, cœpit prædicare & diffamare ſermonem: ita vt iam non poſſet manifeſtè introire in ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis eſſet: & conueniebant ad eum vndique. Cap. II.

Matth.9.a.1 E‖Titerum intrauit Capharnaum poſt dies, & auditum eſt quòd in domo eſſet.

Et cõfeſtim conuenerunt multi, ita vt non caperet, neq; ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

Et venerunt ad eum ferentes paralyticum qui à quatuor portabatur.

Et quum non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes, ſubmiſerũt grabbatum in quo paralyticus iacebat.

Quum autem vidiſſet Ieſus fidẽ illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

nia eiiciebat.

40 Venítque ad eum leproſus precans eum, eíque ad genua accidens, ac dicens ei, ″Si velis, potes me purgare.

Leproſus ſanatur.

41 Ieſus autem miſericordia commotus, extẽſa manu, tetigit eũ, & dicit ei, Volo, purgator.

42 Et ″quũ *hæc* ipſe dixiſſet, ſtatim abiit ab illo lepra, & purgatꝰ fuit.

43 Et interminatus ei *Ieſus*, ſtatim ″ablegauit eum:

44 Dicítque ei, Vide ″*ut* nemini quicquam dicas: ſed abi, indica teipſum ″Sacerdoti, & offer ″pro purgatione tui quæ iniunxit Moſes, in teſtimonium ipſis.

45 Ille verò egreſſus, cœpit prædicare multa, & ″rẽ ″diuulgare, *ita* vt iam ″non poſſet ″Ieſus manifeſtè introire in ciuitatem: ſed foris in deſertis locis erat, & veniebant ad eum vndique. Cap. II.

1 ET rurſus intrauit Capernaum ″interiectis *aliquot* diebus, & auditum eſt quòd ″domi eſſet.

2 Statímque coacti ſunt multi, *adeò* vt iam non caperent *eos* ″ne ea quidem ″*loca* quæ *erant* ad oſtium: & loquebatur eis ″ſermonem.

3 Tũc veniũt ad eũ ferẽtes paralyticũ qui à quatuor portabatur.

Paralyticus ſanatur.

4 Et quum non poſſent ″appropinquare ei ″propter turbam, ″detexerunt tectum ″vbi erat: ″ & quum perfodiſſent, ″*funibus* demittunt ″grabbatum in quo paralyticus iacebat.

5 Quum autem vidiſſet Ieſus fidem eorum, dicit paralytico, Fili, ″remiſſa ſunt tibi peccata tua.

Remittit peccata Chriſtus.

40 Si velis ὅτι ἐὰν θέλῃς Ad verbũ, Quòd ſi velis. Particula ὅτι (vt alibi infinitis locis) abundat. Sed eius loco ſcriptũ erat in octauo exemplari, κύριε Domine. 42 Quum *hæc* ipſe dix. εἰπόντος αὐτοῦ, Hæc deerant in vetuſtis duobus exemplaribus, nempe ſecundo & octauo.

43 Ablegauit ἐξέβαλεν Propriè eiiciendi verbum quo vſus eſt Vetus interpres, non quadrat: & tamen videtur aliquid amplius ſignificare Euangeliſta quàm declaret verbum emittere, quod vſurpat Eraſmus, quia additur interminatio. placuit igitur quod medium erat.

44 *Vt* nemini μηδενὶ Subauditur particula ἵνα quam expreſſi. Quòd autem negationes duas adſcriptas habemus, Atticiſmus eſt alienus à Latino idiomate, vbi duæ negationes magis negant. Tamen in exẽplaribus primo & ſecundo μηδὲν non erat adſcriptum. Sacerdoti, τῷ ἱερεῖ, Vulgata, principi Sacerdotum, id eſt ἀρχιερεῖ. Nec video cur ita conuerterit Vetus interpres, niſi fortaſſis quia additur articulus. Sed liquet ex Leuit.13.a.2, non modò penes ipſum ſummum Pontificem, ſed etiam penes omnes ex Aaronis poſteritate Sacerdotes fuiſſe iudicium de lepra. Itaque articulus hoc loco non ponitur διακριτικῶς, ſed potius (vt ex Magentino Budæus obſeruauit) ἰσοδυναμεῖ τῷ προσδιορισμῷ τῷ καθόλου: veluti ſi de tota hominis ſpecie loquens dicas ὁ ἄνθρωπος. Pro περὶ Id eſt ὑπὲρ, vt annotauimus Matth.9.d.36, & 26.c.28.

45 Rem τὸν λόγον Ad verbum, ſermonem. Sed Hebraiſmus eſt, de quo iam ſæpe diximus. Diuulgare, διαφημίζειν, Vulgata, diffamare. Sed hoc verbum à Latinis ſemper in vitio ponitur. Non poſſet μὴ δύνασθαι Intellige tantam turbam fuiſſe vt periculum ſæpe incurrerit ne elideretur: & paratam idcirco nauiculam habere ipſum oportuerit, vt explicatur infrà cap.3.b.9. Ieſus αὐτὸν Ad verbum, ipſe. Sed quum hoc ita Græcè ſcriptum ſit vt dubitare poſſis an ad purgatum leproſum, an verò ad Ieſum pertineat, rectè Eraſmus (quem ſequuti ſumus) pro relatiuo ipſum antecedens poſuit.

IN CAPVT II.

1 Interiectis *aliquot* diebus, δι' ἡμερῶν Vulgata, poſt dies. Eraſmus, poſt aliquot dies, id eſt μεθ' ἡμέρας, quo modo etiam loquitur Marcus noſter infrà cap.9.a.2, & 14.f.58: ſed addito dierum numero. Paulus quoque hoc dicendi genus, id eſt præpoſitionem διὰ pro μετὰ vſurpat Galat. 2. a.1, & Matthæus. 26.f.61: ſed expreſſo certo numero. Certè nuſquã memini legere δι' ἡμερῶν apud Græcos ſcriptores abſolutè poſitum, quum alioquin dicant διὰ πολλοῦ, id eſt multo interiecto tempore: & in veteribus Latinis codicibus duobus teſtatur Eraſmus ſe legiſſe ſcriptum, poſt dies octo, quanuis eam lectionem ipſe non probet. Ego verò hoc dicendi genus puto ex Hebræorum idiomate profectum, qui ita ſolent dicere indefinitè מקץ ימים, vt Gen.4.a.3. Ita enim exponi à Græcis מקץ oſtendemus infrà cap.8.d.31. Addidimus autem particulam indefinitam ex Eraſmo, & præpoſitionem διὰ vertimus per participium Interiectis: quòd eius ſignificatio ita videatur hoc loco melius expreſſa, quàm ſi vertas Poſt, id eſt μετὰ: quanuis quod ad ſenſum attinet, etiamſi ita interpreteris, ſententiam nihil immutes. Domi εἰς οἶκον Ad verbum, in domo, id eſt ἐν οἴκῳ, vt etiam legit octauum exemplar. Intelligit autem domum eam in qua commorari ſolebat. nam eam vrbem ſibi delegerat, relicta Nazareth, vt ſcribitur Matth.4.d.13.

2 Ne ea quidem μηδὲ τὰ Vulgata, neque. Eraſmus, nec illa. Sed particula μηδὲ in hoc dicendi genere id declarat quod Latinè, ne quidem. *Loca* quæ *erant* ad oſtium: τὰ πρὸς τὴν θύραν Vulgata, ad ianuam, omiſſo articulo τά. Senſus planus eſt, nempe nec domum ipſam, nec veſtibulum capere potuiſſe multitudinem quæ ad eum audiendum conuenerat. Sermonem. τὸν λόγον. Euangelii ſermonem intelligit. Nã ideo addit articulum. neque enim mihi pleonaſmus eſſe videtur.

4 Appropinquare προσεγγίσαι In octauo codice ſcriptum erat προσενέγκαι, id eſt offerre: ſcilicet in ipſius conſpectum, vt explicat Lucas 5.d.19. ita etiam conuertit Vetus interpres. Propter turbam, διὰ τὸν ὄχλον, Vulgata & Eraſmus, præ turba, id eſt ἀπὸ vel ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic enim vſurpata eſt particula ἀπὸ, Matth.28.a.4, & Lucæ 22.e.45. Detexerunt tectum ἀπεστέγασαν τὴν στέγην Ita expreſſit Eraſmus in annotationibus paronomaſiam, quæ non apparet ſi cum Vetere interprete conuertas, nudauerunt tectum, id eſt ἐγύμνωσαν τὴν στέγην. Vbi ὅπου Id eſt in quo, vt apertius oſtendit Lucas. Ita enim erant ædes cõſtructæ (ſicut alibi docuimus) vt ſuperior pars eſſet plana. Ea igitur perfoſſa, demiſerant paralyticum in inferiorem locum in quo Ieſus concionabatur, quòd perrumpere alioqui in ipſius conſpectũ non poſſent. Eraſmus ὅπου ἦν interpretatur his quatuor vocabulis, ædium in quibus erat: quum minimè fuerit neceſſe ſententiam per ſe ſatis planam illuſtrare. Sæpius enim ſolent hæc aduerbia ita vſurpari, quàm vt exempla requirantur. Et quum perfodiſſent, καὶ ἐξορύξαντες, Vulgata, & patefacientes, id eſt καὶ διοίξαντες. Eraſmus, perfoſſóque tecto. *Funibus* demittunt χαλῶσι Vulgata, ſubmiſerunt. Eraſmus rectè vſus eſt periphraſi vt vim Græci vocabuli exprimeret. Eſt autem præſens pro præterito: quæ enallage narrationibus conuenit, & Marco eſt familiaris. Grabbatum τὸν κράββατον Ita vocant Latini propriè lectos viliores in quibus meridiari ſolebant veteres, non autem vel accumbere ad menſam, vel nocte quieſcere. Latini à Græcis hoc vocabulum mutuati ſunt, ſed correpta antepenultima & penultima producta, vt in illo Martialis, Sed ſi nec focus eſt, nudi nec ſponda grabati. Nam etiam in quibuſdam Græcis exemplaribus ſcriptũ erat κράβατον, in aliis rurſus κράββατον. 5 Remiſſa ſunt ἀφέωνται Id eſt ἀφεῖνται, vt poſt Herodianum interpretatur Budæus in commentariis. Sed & accipi poteſt pro remiſſa ſunto, vel remittuntor: tertia ſcilicet perſona plurali coniunctiui pro ἀφῶνται: quem modũ Diomedes Mandatiuũ vocat, vt ἀφεῖν pro ἀφῇ dicitur πλεονασμῷ τοῦ ε, Iliad. π'. ſicut diſertè in eũ locum ſcribit Euſtathius: & ἀφέω, pro ἀφῶ, vt idem ſcribit Odyſſ. τ'. Ita-

que nulla cauſa erat cur Eraſmus ab eo ſe deceptum quereretur, qui quærenti reſpõderat conuerti poſſe, remittuntur. Vulgata, remittuntur, id eſt ἀφέονται, ſicut in Aldino exemplari Herodoti in Euterpe legimus ἀνέονται non ἀνέωνται.

6 Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes, & ʹratiocinantes in cordibus ſuis,

7 Quid iſte ita loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?

8 Et quum ſtatim agnouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo quòd ita cogitarẽt apud ſe, dixit eis, Quid iſta ratiocinamini in cordibus veſtris?

9 Vtrum eſt facilius, dicere paralytico, Remiſſa ſũt tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle grabbatum tuum, & ambula?

10 Vt autem ſciatis quòd Filius hominis habet authoritatẽ remittendi peccata in terra (ait paralytico)

11 Tibi dico, ſurge, ac tolle grabbatum tuum, & abi domum tuã.

12 Tunc *ille* ſtatim ſurrexit: ſublatóque grabbato, egreſſus eſt corã omnibus, adeò vt ʹpercellerentur omnes, & glorificarent Deũ, dicentes, Nunquam ʹtale quicquam vidimus.

13 Et egreſſus eſt rurſus ad mare: totáque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

Matthæi vocatio.

14 Et quum prætergrederetur, vidit ʹLeuin Alphei *filium* ſedentem ad teloniũ: dicítque ei, Sequere me. Et *is* ſurgẽs ſequutus eſt eum.

15 Et factum eſt, ʹquum ipſe accumberet in domo illius, multi etiã Publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius: erant enim multi, & ʹſequuti fuerant eum.

16 Quúmque Scribæ ac Phariſæi vidiſſent eum edentem cum Publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius, ʹQuid eſt quòd cum Publicanis & peccatoribus ʹedit ac bibit?

Iuſti.

Peccatores.

17 Et quum *hoc* audiſſet Ieſus, dicit eis, ʹQui valent, non opus habẽt medico, ſed qui malè affecti ſunt. nõ veni vt vocarem iuſtos, ſed peccatores ʹad reſipiſcentiam.

Ieiunaturos & afflictiones paſſuros Apoſtolos poſt aſcenſionem ſuam prædicit Chriſtus.

Sponſus.

18 Et diſcipuli Iohannis ʹac Phariſæorum ieiunabãt: veniúntque, & dicunt ei, Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant?

19 Tunc ait eis Ieſus, Num poſſunt filii thalami ʹquo *tempore* cum ipſis eſt Sponſus, ieiunare? quandiu habent ſecum Sponſum, non poſſunt ieiunare.

20 Venient autem dies quum tolletur ab eis Sponſus, & tunc ieiu-

6 Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes: & cogitantes in cordibus ſuis,

7 Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. ‖quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

Iob.14.a.4 eſa.43.d.15

8 Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis, Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris?

9 Quid eſt facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula?

10 Vt autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico)

B

11 Tibi dico, ſurge, tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam.

12 Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabbato, abiit corã omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarẽt Deum, dicentes, Quia nunquam ſic vidimus.

13 ‖Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Matth.9.a.9 luc.5.e.27

14 Et quum præteriret, vidit Leuin Alphæi ſedentẽ ad teloniũ: & ait illi, Sequere me. Et ſurgẽs ſequutus eſt eũ.

15 Et factum eſt, quum accumberet in domo illius, multi Publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius: erãt enim multi qui & ſequebantur eum.

16 Et Scribæ & Phariſæi vidẽtes quia manducaret cum Publicanis & peccatoribus, dicebãt diſcipulis eius, Quare cũ Publicanis & peccatoribus manducat & bibit?

17 Hoc audito, Ieſus ait illis, Non neceſſe habent ſani medico: ſed qui malè habent. ‖non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

C

1.Tim.1.c.15

18 Et erant diſcipuli Iohannis & Phariſæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare diſcipuli Iohãnis & Phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant?

Matth.9.b.14 luc.5.f.33

19 Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filii nuptiarum quãdiu Sponſus cum illis eſt, ieiunare? quãto tempore habent ſecum Sponſum, non poſſunt ieiunare.

20 Venient autem dies quum auferetur ab eis Spõſus: & tunc ieiunabunt

---

6 Ratiocinantes διαλογιζόμενοι Vulgata & Eraſmus cogitantes, id eſt διανοούμενοι. Neque ignoro διαλογίζεσθαι ſæpe pro διανοεῖσθαι poni, vt alibi diximus: ſed tamen quum proprium verbum haberem, nolui ſynonymum quærere. Eſt autem διαλογίζεσθαι idem omnino quod ratiocinari, id eſt rationes ſecum vel cum aliquo ſubducere: vnde factum vt pro cogitare & animo verſare accipiatur. Nam qui ſecum aliquid in vtranque partem verſat, duplicem quodammodo perſonam ſuſtinet. Vide Matth.21.c.25.

12 Percellerentur ἐξίστασθαι Vel obſtupeſcerent. Vulgata, mirarentur, θαυμάζειν. Eraſmus, ſtupeſcerent, id eſt præ admiratione apud ſe nõ eſſent. Nam ἐξίστασθαι Græcis, & percellere Latinis declarat Loco dimouere & euertere: vt in illo Ciceronis pro Milone, Martẽ communẽ adde, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit. Idem Pro domo ſua, Deſinant homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefactari, quibus ſtantem perculerunt. Sic etiam vertere ſolemus τὸ ἐκπλήττεσθαι, quia Græcorum copiam aſſequi non poſſumus. Tale quicquam οὕτως Vide Matth.9.d.33. 14 Leuin λευΐν Hoc fuiſſe alterum ipſius nomen, quum ipſe ſeſe Matthæum etiam vocet ſuprà 9.a.9, diſertè dicit Lucas 5.e.27. Itaque Caninius non rectè videtur exiſtimaſſe Matthæum fuiſſe Leuitam. Baſilienſis editio habet λευεὶ, ſed λευΐν ſcriptum reperimus in omnibus vetuſtis codicibus.

15 Quum ipſe accum. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν Ad verbum, in diſcumbere ipſum. Vbi IN pro INTER ponitur. Latini autem in hoc dicendi genere nomen aut pronomen ab anteriore parte non vſurpant. Dicunt enim Inter diſcumbendum, inter prandendum, abſolutè: à poſteriore verò interdum, vt Liuius, Inter ſpoliandum corpus hoſtis, veruto percuſſus. Itaque neceſſariò mutanda fuit phraſis Græca. Sequuti fuerant ἠκολούθησαν Vulgata, ſequebantur, id eſt ἠκολούθουν: quo modo etiam ſcriptum inuenimus in octauo exemplari.

16 Quid eſt quòd τί ὅτι Vulgata, Quare, id eſt διατί: ſicut etiam legebatur in ſecundo codice. Edit ac bibit? ἐσθίει καὶ πίνει; In octauo exemplari additur ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; magiſter veſter? quod etiam conuertit Vetus interpres, vt in quibuſdam ipſius interpretis exemplaribus impreſſis legitur. 17 Qui valent, οἱ ἰσχύοντες, Id eſt Qui ſunt integris viribus. Vulgata, ſani, id eſt ὑγιαίνοντες. Eraſmus, qui bene valent. Ad reſipiſcentiã. εἰς μετάνοιαν. Eraſmus, ad pœnitentiam. de quo alibi diximus. hæc autem non legit Vetus interpres, neque ex vetuſtis exemplaribus 2 & 8. 18 Ac Phariſæorum καὶ οἱ τῶν φαρισαίων, ſcilicet diſcipuli. In quibuſdam codicibus legitur καὶ οἱ φαρισαῖοι & Phariſæi, eodem ſenſu. Nam Phariſæorum diſcipuli & ipſi Phariſæi erant. Quod autem putat Eraſmus hæc etiam conuerti ſic poſſe, & qui ſunt ex Phariſæis, id eſt ex factione Phariſaica: ſenſum quidem eundem habet, ſed non ſatis conuenit. Dixiſſet enim Euangeliſta οἱ ἐκ τῶν φαρισαίων, ſicuti ſæpe in Actis loquitur Lucas, & apud Paulum reperias τῆς ἐκ περιτομῆς.

19 Quo *tempore* ἐν ᾧ Subaudi χρόνῳ: quæ ęclipſis eſt Græcis in hoc dicendi genere familiaris. Eraſmus, in quo: vt repetatur νυμφῶνι, id eſt thalamo. Sed illa interpretatio videtur melius conuenire cum iis quæ proximè conſequuntur. Subiicitur enim ὅσον χρόνον, id eſt quanto tempore, ſiue quandiu. Itaque idem Eraſmus Luc.5.f.33, ἐν ᾧ interpretatur Dum, pro Interim dum.

in illis diebus.

21 Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum nouum à veteri: & maior ſciſſura fit.

22 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

D

Matth.12.a.1 luc.6.a.1

23 |Et factum eſt iterũ quũ ſabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi & vellere ſpicas.

24 Phariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt ſabbathis quod nõ licet?

1.Reg.21.b.6

25 Et ait illis, Nunquam legiſtis |quid fecerit Dauid, quando neceſſitatẽ habuit & eſuriit ipſe & qui cum eo erãt?

Exod.29.e.33 leuit.8.f.31, & 24.b.9

26 Quomodo introiuit in domũ Dei ſub Abiathar principe Sacerdotũ, & panes propoſitiõis mãducauit, quos non licebat mãducare, |niſi Sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant?

27 Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbathum.

28 Itaque Dominus eſt Filius hominis, etiam ſabbathi. Cap III.

Matth.12.a.9 luc.6.a.6

1 Et |Tintroiuit iterum in ſynagogã: & erat ibi homo habens manum aridam:

2 Et obſeruabãt eum ſi ſabbathis curaret, vt accuſarent illum.

3 Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.

4 Et dicit eis, Licet ſabbathis benefacere, an malè? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.

5 Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cęcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus illi.

6 Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant

---

nabunt in illis diebus.

21 ″Sed nemo panniculum′impexum″inſuit in veſtimẽtum vetus: ſin minus, illud ipſius ſupplementum nouum detrahit de veteri, & peior fit fiſſura.

Pannus impoſitus.

22 Et nemo iniicit vinum nouum in vtres veteres: ſin minus, diſrũpit vinum nouum vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed ′vinum nouum in vtres nouos iniiciendum eſt.

Vinum nouum.

23 Factum eſt autem′vt ipſe præteriret ſabbatho per ſata, & cœperunt diſcipuli eius″iter faciendo vellere ſpicas.

Sabbatho euellũt diſcipuli ſpicas.

24 Tunc Phariſæi dixerunt ei, Ecce, cur′faciunt ſabbatho quod non licet?

25 Et ipſe dixit eis, Nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, ′quum egeret, & eſuriret ipſe & qui cum eo *erant*?

Dauid.

26 Quomodo ingreſſus ſit in domum Dei′ſub Abiathar põtifice, & panes propoſitionis ederit, quibus non licet edere niſi Sacerdotibus, & dederit etiam iis qui ſecum erant?

Panes propoſitionis.

27 Dixit etiam eis, Sabbathum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbathum.

28 Itaque Filius hominis eſt Dominus etiam ſabbathi. Cap. III.

Sabbathum.

1 ET introiuit rurſus in ſynagogam: erátque illic homo arefactã habens manum:

Arida manus ſanatur.

2 Et obſeruabant eum an ſabbathis ſanaturus eſſet eum, vt accuſarent ipſum.

3 Tunc ait homini habenti manum arefactam, Surge in mediũ.

4 Et dicit eis, Licet ſabbathis′benefacere, an malefacere? ″hominem ſeruare, an trucidare? Ipſi verò ſilebant.

5 Et quum circumſpexiſſet eos cum ira, ″condoleſcens′quòd occalluiſſet cor eorum, dicit homini, Extẽde manum tuam. Et *is* extendit: reſtitutáque eſt manus eius ſana vt altera.

Ira.

6 Tũc egreſſi Phariſæi, ſtatim cum Herodianis″conſiliũ inierunt

Conſilium contra Chriſtum.

21 Sed nemo καὶ οὐδεὶς. καὶ deerat in exemplaribus 4.5.6.8.9. Inſuit ἐπιῤῥάπτει Vulg. & Eraſmus, aſſuit: quod neque memini legere apud idoneos authores, neque ſenſũ huius loci declarat, vt copioſius oſtẽdimus Matth.9.b.16. vnde petẽda ſũt quæ ad hũc verſiculũ pertinẽt.

22 Vinũ iniic. eſt. τὸν οἶνον βλητέον. Græcis τὸν οἶνον, id eſt vinũ ponitur quarto caſu. Dicunt enim, χαρτέον μοι ἐπιστολήν, id eſt ſcribendũ eſt mihi epiſtolam: quod dicendi genus imitatus Virgilius dixit, - pacẽ Troiano à Rege petendum. Et Cicero, Iterandum eadem iſta mihi. Sed hæc ſunt admodum rara. 23 Vt ipſe præteriret παραπορεύεσθαι αὐτὸν In ſecundo exemplari legitur (quo modo etiam vertit Vulgata) πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διαπορεύεσθαι, id eſt vt rurſus ipſe ſabbatho iret. vel iter faceret. Nã πορεύεσθαι pro ἰέναι hîc accipitur, ſicut & Matth.12.a.1. Alii legunt ἐν τῷ παραπορεύεσθαι αὐτὸν, id eſt quum ipſe præteriret. Iter faciendo ὁδὸν ποιεῖν Vel ὁδοποιεῖν vnico verbo, vt legit Theophylactus. Videtur autem permutata verborum collocatio. Nam planior erit oratio ſi dicas, iter faciendo vellere ſpicas: quàm ſi ad verbum interpreteris, iter facere vellendo ſpicas. Itaque illo modo malui conuertere. Vulgata, progredi, id eſt προβαίνειν. Eraſmus, inter viam, id eſt ἐν τῇ ὁδῷ, vel παρὰ τὴν ὁδόν. 24 Faciunt ποιοῦσιν In ſecundo codice additur οἱ μαθηταί σου, diſcipuli tui: quod tamen addere non erat neceſſarium, quum præſentes eos commonſtrarent Phariſæi.

25 Quum egeret, ὅτε χρείαν ἔσχε. χρείαν ἔχειν ferè interpretamur opus habere, ex Columellæ authoritate. Hîc autem ſynonymum quæſiuimus neceſſariò, quia abſolutè ponitur. 26 Sub Abiathar pontifice, ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, Ita ſcriptum inuenimus in omnibus codicibus, quum 1.Samu.21.a.1, Pontifex vocetur Achimelech pater ipſius Abiathar. Sed præterquam quòd apparet ex 1. Paralip. 24.a.2 & 3, duos fuiſſe Põtifices qui viciſſim fungerentur Sacerdotio: ſiquis hunc locum Paralipomenon, & præterea, 2. Sam.8.d.17 contulerit cum 2.Sam.15.f.29.g.35, & 1.Reg.2.e.26.27, cõperiet & patrem & filium binomios fuiſſe, quũ vterque modò Achimelech, modò Abiathar dicatur.

IN CAPVT III.

4 Benefacere, ἀγαθοποιῆσαι, Id eſt beneficio afficere: qua ſignificatione rarò vſurpatur verbum illud apud Latinos: tametſi ab eo dicũtur benefici homines, & benefacta, & beneficia. Paulus 1.Tim.6.b.18, eadem ſignificatione vtitur verbo ἀγαθοεργεῖν. In quinto codice legitur τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν; id eſt quid ſabbathis licet? vt triplex ſit interrogatio in hoc verſiculo. Hominem ſeruare, an trucidare? ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Vetus interpres ſuo more vertit σῶσαι ſaluam facere, & ἀποκτεῖναι perdere, id eſt ἀπολέσαι, vt etiam ſcriptum erat in duobus exemplaribus. Cæterũ Animæ vocabulum vel pro vita accipi poteſt, vel Hebraica ſynecdoche, pro homine. Illo modo ſi accipias, durior erit loquutio, trucidare vitam. Itaque Animæ vocabulum non repetes ἀπὸ κοινοῦ, ſed τὸ ἀποκτεῖναι oppones his duobus coniunctis ψυχὴν σῶσαι. Si autem pro homine accipias, plana erit ſententia: quo modo etiam maluimus interpretari.

5 Condoleſcens συλλυπούμενος Eſt (ni fallor) peculiaris quædam vis hoc loco præpoſitionis σύν: neque idem valet συλλυπούμενος, quod ſimplex participium λυπούμενος, ſicut apud Latinos condolere & condoleſcere accipiuntur: ſed ſignificatur Dominus minimè iratus hominum more, in quibus ira nihil aliud eſt quàm vindicandæ iniuriæ ſumma appetitio, ideo cum maleuolentia ſemper coniuncta eſt, & cum dolore quidem, ſed quem ex iniuria nobis facta concipimus, non autem ex eius vel improbitate, vel imprudentia à quo lædimur. At contrà Dominus ita iratus erat ipſorum malitiæ, vt ſimul cum caperet commiſeratio aduerſariorum, & nihil prætermitteret quo illos reuocaret ad officium, tantum aberat vt vlciſcendi rabie ferretur. Quòd occalluiſſet cor eorum, ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, Vulgata & Eraſmus, ſuper cæcitate cordis eorum. Atqui πώρωσιν aliud eſſe quàm πήρωσιν conſtat vel ex capite Iohannis 12.f. 40. Declarat enim πῶρος callum & duritiẽ in articulis, vnde oritur πωροῦσθαι, id eſt callũ obducere, & πώρωσις: quod poſtremum quum altero vocabulo Latino non poſſem interpretari, vſus ſum periphraſis ſubſidio. Videtur autem Vetus interpres non πωρώσει, ſed πηρώσει legiſſe, aut hæc duo confudiſſe, cùm hoc in loco, tum aliis plurimis. Quidam nuper vertit torporẽ, quaſi tarditas, & ſopor hîc accuſetur in Iudæis: ſicut in Apoſtolis, ac non potius ſumma cõtumacia & obduratus animus. 6 Cõſilium inie. συμβούλιον ἐποίουν Vulgata ad verbũ, conſiliũ faciebãt: quod genus dicendi nõ eſt Latinũ.

aduerſus eum,vt eum perderent.

7 Sed Ieſus cũ diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare:&″magna multitudo à Galilæa ſequuta eſt eum,″& à Iudæa,

8 Et ab Hieroſolymis,& ab Idumæa,″& *regione* trans Iordanem.″& qui circa Tyrum ac Sidonem habitabant,″magna multitudine, quum audiſſent″quanta faceret, venerunt ad eum.

9 *Ipſe* autem dixit diſcipulis ſuis″ vt nauigiolũ ſibi ſemper adeſſet propter turbam,ne ſe″opprimerent.

Tactu Chriſti ſanantur infirmi.

10 Multos enim ſanauerat,*ita* vt″inciderent in eum vt ipſum tãgerent quotquot″habebant flagella.

Dæmones.

11 Et″ſpiritus impuri quum ipſum ſpectaſſent,″accidebant ei *ad pedes*,&clamabant dicentes,Tu es filius ille Dei.

12 Ipſe verò″multum″obiurgabat eos,″ne ſe manifeſtum facerent.

Mittit Apoſtolos ad prædicandum.

13 ″Tunc aſcendit in montem,& aduocat ad ſe quos voluit ipſe:& ″venerunt ad eum.

14 ″Et cõſtituit duodecim,vt eſſent ſecum, vtque mitteret eos vt prædicarent,

15 ″Haberéntque poteſtatẽ ſanãdi morbos,eiiciẽdíque dæmonia.

16 ″Primum Simonem(& impoſuit Simoni nomen Petrum)

aduerſus eum quomodo eum perderent.

Ieſus autẽ cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa ſequuta eſt eum,

Et ab Ieroſolymis,& ab Idumæa,& trans Iordanẽ. & qui circa Tyrum & Sidonem,multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

B

Et dixit diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret propter turbam,ne cõprimerent eum.

Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.

Et ſpiritus immũdi quum illum videbant,procidebant ei: & clamabãt, dicentes,Tu es filius Dei.

Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.

¶Et aſcendens in montem,vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum.

Infrà 6.a.7
matth.10.a.1
luc.9.a.1

Et fecit vt eſſent duodecim cum illo,& vt mitteret eos prædicare.

Et dedit illis poteſtatem curãdi infirmitates & eiiciendi dæmonia.

Et impoſuit Simoni nomẽ Petrus.

7 Magna multitudo πολὺ πλῆθος Ad verbum,multa multitudo. Vulgata,multa turba,id eſt πολὺς ὄχλος:quod etiam ſcriptum offendimus in ſecundo exemplari. Et à Iudæa, καὶ ἀπὸ ἰουδαίας, Hæc non legit Vetus interpres, aut prætermiſit. Et certè Hieroſolyma, cuius ſtatim fit mentio,in ea regione ſita eſt quæ Iudææ nomine peculiariter intelligitur:vt illud videri poſſit irrepſiſſe,niſi per epexegeſin explices. Reperitur tamen ita ſcriptum in omnibus codicibus etiam vetuſtis,atque adeò apud Theophylactum.

8 Et *regione* trans Iordanem. καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου. Vulgata & Eraſmus,& trans Iordanem:quod dicendi genus certè obſcurum eſt,quum repetenda ſit præpoſitio ἀπὸ,vt(ſi vitare volueris amphiboliam)dicendum fuerit,& à trans Iordanẽ. Nos igitur ſuppleuimus aliquid,ſtudentes perſpicuitati,perinde acſi ſcriptum eſſet καὶ ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ ἰορδάνου.Intelligit autẽ regionem quæ à Ioſepho Peræa dicitur. Et qui circa Tyrum,&c. καὶ οἱ περὶ τύρον καὶ σιδῶνα, Hæc ita diſtinguenda ſunt vt pertineant ad verbum ἦλθον quod ſequitur,ſicut ſuperiora cohærẽt cum verbo ἠκολούθησαν,quod in pleriſque codicibus impreſſis non eſt obſeruatũ: neque etiã ab Eraſmo,qui idcirco coactus eſt repetere paulo pòſt prouocabulũ Qui. Vertit enim ἀκούσαντες,qui quũ audiſſent:perinde acſi ſcriptum eſſet οἱ ἀκούσαντες. Magna multitudine, πολὺ πλῆθος, Vulgata & Eraſmus,multitudo magna,per appoſitionem. Ego per ſextum caſum malui,vt ſubaudiatur præpoſitio κατ'. Quanta ὅσα Id eſt quàm immenſa & quàm mirifica. Nam ὅσον & ἡλίκον ſæpe permutantur, & verior eſt ſenſus ſi ad qualitatem potius quàm ad multitudinem referas. Vulgata & Eraſmus,quæ,id eſt ἅ. Nam ſæpe accipitur ὅσον loco prouocabuli, præſertim apud Atticos:ſed ita vt plerunque præcedat τὸ πᾶν,vel aliquid eiuſmodi. Mallẽ igitur interpretari vel quãta(ſicut fecimus) vel quæcunque. Sic etiã accipitur infrà ca.5.b.18.

9 Vt ſemper adeſſet ἵνα προσκαρτερῇ Vulgata & Eraſmus, deſeruiret:quod non reſpondet Græco vocabulo. Significat enim προσκαρτερεῖν,in re aliqua,aut apud aliquem perſeuerare ita vt ſemper præſto ſis, ideóque de pediſſequis dicitur: neque tamen hinc conſequitur idem valere quod deſeruire. Budæus Græcæ linguæ doctiſſimus vertit,vt aſſidua comes eſſet. Alibi verò etiam pro perdurare accipitur, vt Act.1.c.14. Opprimerent. θλίβωσιν. Vulgata,comprimerent. Eraſmus,premerent:quod(inquit)Latinius eſt & accõmodatius ad Græcum ſermonẽ. Atqui neque θλίβειν ſimpliciter ſignificat premere,ſed ita premere vt opprimas,vt diximus Matth.13.c.21:neque recuſabat premi Chriſtus. Nam quòd infrà cap.5.c.24,& 31,& aliis aliquot locis συνθλίβεσθαι dicitur Chriſtus & ἀποθλίβεσθαι,quum tamen eliſus non fuerit:apparet per hyperbolen dictum eſſe,propterea quòd tam grauiter premebatur,vt penè opprimeretur.

10 Inciderent ἐπιπίπτειν Sic loquitur Cicero pro Plancio, Non illum accuſo(inquit)qui eſt in ſumma ſacra via quum ad fabium fornicẽ impellor,ſed eũ qui in meipſum incurrit & incidit. Vulgata & Eraſmus,irruerẽt,id eſt ἐφορμᾶν. Sed diſtingui debet τὸ ἐμπίπτειν ab ἐντυγχάνειν. Habebant flagella. εἶχον μάστιγας. Id eſt morbis tanquam flagellis à Deo corripiebantur. Sic etiã infrà 5.c.29. Vulg.habebant plagas. Eraſ. affligebãtur. Ego malui retinere Flagelli vocabulum. Nam in hoc loquendi genere magna quædam emphaſis eſſe videtur:ex quo ſcilicet intelligimus quæ vera ſit morborũ origo,& quo conſilio à Deo immittantur:qua de re agit Apoſtolus 1.Corinth.11.g.30,& Hebr.12.b.6: eodem etiam vocabulo vſurpato. Itaque nouum hoc dicendi genus malui retinere,quàm Latinorum conſuetudini ſeruiendo,non tam piè loqui.

11 Spiritus πνεύματα In iis ſcilicet quos inuaſerant. Accidebant ei *ad pedes*, προσέπιπτον αὐτῷ, Addidi πρὸς τοὺς πόδας ad pedes, vt planior & magis Latina eſſet oratio:quum ſic etiam loquatur infrà cap.7.c.25. Vulg.& Eraſ.procidebant ei.

12 Multum πολλὰ Vulgata & Eraſmus,vehementer,id eſt σφόδρα. Obiurgabat ἐπετίμα Vulgata,comminabatur. Eraſmus, interminabatur,id eſt ἠπείλει,quia(inquit)melius huic loco conuenit. Malo tamẽ hoc loco exiſtimare ἵνα eſſe τελικὸν,id eſt finem declarare,potius quàm interminationis formulam. Vide Matth.12.b.16. Item infrà cap.8.c.30.

13 Tunc aſcendit καὶ ἀναβαίνει Ita placuit conuertere coniunctionem καὶ,vt melius cohæreret oratio. Nam penè infinitum eſſe huius particulæ vſum quæ reſpondet literæ Hebræorum ו vocabulis præpoſitæ,iam ſæpe diximus. Venerunt ἀπῆλθον Cõpoſitum pro ſimplici poſitum,vt Luc.23.c.33. 14 Et conſtituit duod.&c. καὶ ἐποίησε δώδεκα ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, Eraſmus Veterem interpretem ſequutus,quum putaret eſſe traiectionem particulæ ἵνα,interpretatur,fecitque vt duodecim ſecum eſſent. Ego verò malo exiſtimare ex vulgi conſuetudine petitũ eſſe hoc genus loquendi,fecit duodecim,id eſt elegit ac deſignauit duodecim diſcipulos qui ſecum familiariter verſarentur (vt explicat Lucas 6.b.13, Iohan.6.g.70,& Act.1.a.2)quod ſatis indicat particulæ ἵνα repetitio:& quidem copulatiua interiecta,quæ indicat verbum ἐποίησε repetendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ. Senſus autem nullus erit ſi in hoc quoque membro vt in ſuperiore,particulam ἵνα per traiectionẽ explices. Accipitur ergo τὸ ποιεῖν pro καθιστάναι,vt Iohã.6.b.15. quod vt melius intelligeretur,maluimus interpretari Cõſtituit, quàm Fecit: quum alioquin,quoad eius fieri poteſt,nõ ſoleamus à Græcis diſcedere. Teſtatur autem Eraſmus poſt δώδεκα ſe legiſſe in nonnullis exemplaribus, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν quos etiã Apoſtolos vocauit:quæ verba ſi adiicias,noſtram interpretationẽ valde confirmabunt:quamuis videri poſſint adiecta ex Lucæ 6.b.13. 15 Haberéntque καὶ ἔχειν Tranſitio erit durior propter mutatum modum,ſi ſubaudias ὥστε:quod fecit Eraſmus qui interpretatur,Vtque haberẽt,quum antè verterit κηρύσσειν ad prædicandum:vt hìc quoque debuerit potius interpretari καὶ ἔχειν,Et ad habendum. Nam quod exiſtimat cum ſuperioribus poſſe cohærere, quaſi ſcriptum ſit ἔχειν pro ἵνα ἔχωσι, eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem indigere videatur. Neceſſe eſt ergo repetere ἀπὸ κοινοῦ verbum ἀποστέλλῃ,& ita potius cõuertere, Eóſque mitteret vt prædicarent & poteſtatem haberent. Vulgata,Et dedit,vt legiſſe videatur καὶ ἔδωκεν.

16 Primum Simonem πρῶτον σίμωνα Hæc verba teſtatur Eraſmus in nonnullis Græcis codicibus extare, neque tamen ea admittit, ſed ex Matthæo deſumpta arbitratur. Ego verò non dubito quin hæc ſit germana lectio. Nam præterquam quòd ita loquitur Matthæus & Lucas,niſi ita legas, verſiculus proximus incipiens à particula καὶ,cum duobus ſequentibus,nullũ prorſus verbum habebit cum quo connecti poſſit. Neque eſt quòd quiſquam miretur poſt πρῶτον non ſequi δεύτερον, τρίτον, & ſimiles particulas,quum ſæpe occurrat eiuſmodi dicendi genus, vt Matth.10.a.2, Act.26.c.20, Rom.1.a.8,& 3.a.1. Deinde quòd pro ἐπέθηκεν αὐτῷ ſcriptum eſt ἐπέθηκε σίμωνι, natum eſt ex Hebræorum idiotiſmo,apud quos ſæpe repetitur antecedens loco relatiui,vt Pſal.48.a.1.

	Et Iacobum Zebedæi & Iohannẽ fratrem Iacobi(& impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filii tonitrui)	17	Et Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrẽ Iacobi(& impoſuit eis nomina″Boanerges, quod eſt filii tonitrui)	
C	Et Andream & Philippum & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum,	18	Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, &″Thaddæum, & Simonem″Cananiten,	
	Et Iudam Iſcarioten qui & tradidit illum.	19	Et Iudam Iſcarioten, qui & prodidit eũ:″venerúntque domũ.	
	Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non poſſent neque panem manducare.	20	Conuenit autem rurſum turba,″*adeò* vt ipſi ne edere quidem panem poſſent.	
	Et quum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant enim quoniam in furorem verſus eſt.	21	Et quum *hoc* audiſſent″ipſius propinqui, venerunt vt prehenderent eum: dicebant enim″quòd apud ſe non eſſet.	
Matth.9.d.34 & 12.b.24 luc.11.b.14	Et Scribæ qui ab Ieroſolymis deſcẽderant, dicebant quoniam Beelzebub habet, ¶ & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.	22	Et Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcẽderãt, dicebãt quòd Beelzebul haberet, & ꝙ per principẽ dæmoniorũ eiiceret dæmonia.	Blaſphemia.
	Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo poteſt Satanas Satanam eiicere?	23	Tunc quum eos aduocaſſet, dixit eis per parabolas, Quomodo poteſt Satanas Satanam eiicere?	Satanas.
	Et ſi regnum in ſe diuidatur, nõ poteſt regnum illud ſtare.	24	″Neque ſi regnum aduerſus ſeſe partitum fuerit, poteſt ſtare regnum illud.	Regnũ diuiſũ.
	Et ſi domus ſuper ſemetipſã diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.	25	Neque domus ſic cõtra ſemetipſam partita fuerit, poteſt ſtare domus illa.	
	Et ſi Satanas cõſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt: & non poterit ſtare, ſed finem habet.	26	″Sic ſi Satanas inſurrexit aduerſus ſemetipſum, ac partitus eſt, non poteſt ſtare, ſed finem habet.	
D	Nemo poteſt vaſa fortis, ingreſſus in domũ eius diripere, niſi prius fortem alliget, & tũc domũ eius diripiet.	27	Non poteſt quiſquam vaſa validi *alicuius* ingreſſus in domum eius, diripere, niſi primò validum illum vinxerit, & tunc domum eius″diripiet.	
Matth.12.c.28 luc.12.b.10 1.iohan.5.d.16	¶ Amẽ dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominũ peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerũt:	28	Amen dico vobis omnia remittentur peccata″filiis hominum, & blaſphemiæ quibuſcunque blaſphemarint:	
	Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſio-	29	Sed quicunque blaſphemarit in Spiritum ſanctum, non habet	Blaſphemia in Spiritũ ſanctũ.

17 Boanerges, Βοανεργὲς, Ita ſcriptum erat hoc nomen in omnibus codicibus, pro בני־רגש, vt facilè appareat expungendum eſſe o. Sed vix vllum peregrinum vocabulum inuenias Græcis literis incorruptè ſcriptum.

18 Thaddæum, Θαδδαῖον, In ſecundo codice legitur λεββαῖον Lebbæum, cui ſcilicet cognomen fuit Thaddæus, qui idem & Iudas (vt ex Luca apparet) dictus eſt, vt trinomius fuerit. Itaque Iudas proditor, vt ab eo diſtinguatur, vbique dicitur ἰσκαριώτης. Cananiten, κανανίτην, Vide Matth.10.a.4. 19 Veneruntque domum. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. Quum hæc ſoleant cum ſequente verſiculo connecti, nos contrà ſuperioribus adiunximus. Omnino enim videtur hæc eſſe ſentẽtia, duodecim illos, quum eſſent à Domino ſelecti ex reliqua diſcipulorum turba, vt poſthac cum eo verſarentur, domum cum eo reuertiſſe: quod antè facere non ſolebant, quum ipſos Dominus in ſuum contubernium nondum adſciuiſſet. Cohæret igitur verbum ἔρχονται cum ἐποίησε, quod repetendum eſt à verſiculo 14. Nam illa, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, & quæ conſequuntur vſque ad Πέτρον, conſtruenda ſunt διαβατικῶς, vt loquuntur Grammatici: neque nos offendere debet tẽporis mutatio Hebræis, ac Marco præſertim, familiaris: quamobrem etiam prius ἔρχονται ſum interpretatus Venerunt, nequem offenderet hæc enallage Latinis non ita frequens. 20 *Adeò* vt ipſi ne edere, &c. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν. Eſt hic frequens Hebraiſmus φαγεῖν, id eſt veſci, ſicut infrà explicatur cap.6.d.31. 21 Ipſius propinqui, οἱ παρ' αὐτοῦ, Ad verbum, qui ab eo erant, quo modo vernaculo ſermone dicimus, *ceux qui luy eſtoyent quelque choſe*, id eſt ipſius gentiles & agnati, qui quàm parum æqui fuerint Chriſto, liquet ex Iohan. 7.a.3.4.5. In hoc tamen dicendi genere Græci ferè vtuntur præpoſitione πρὸς, & cognatos τοὺς πρὸς γένος, vel τοὺς πρὸς αἵματος appellãt. Nonnulli de iis hoc accipiunt qui quum domi apud ipſum eſſent, exierunt, vt furentem turbam compeſcerent. Nam relatiuum αὐτὸν & ὅτι ἐξέστη ad turbam referunt, non ad Ieſum. Sed vt taceam quæ de cognatorum Chriſti incredulitate ac maleuolẽtia narrat Iohannes, certè ea quæ in hoc extremo capite narrantur de iiſdem Chriſtum accerſentibus, quos ipſe contempſit, videntur indicare de ipſius cognatis hæc quoque eſſe accipienda: quos tamen facilè concedo non omnes in hoc ſcelus conſpiraſſe, quum paulo pòſt inter eos etiam Maria ipſius mater recenſeatur, de qua abſit vt talè quicquam cogitem. Deinde etiam verbum κρατῆσαι quo vis quædam ſignificatur, impedit quominus illis aſſentiar. Quis enim ſtudeat furẽtem multitudinem vi coercere? quod etiam ſi concederem, tamen non erat eo tempore tantus diſcipulorum zelus, vt hoc ipſis vel in mentem veniret. Vulgata, οἱ παρ' αὐτοῦ interpretatur Sui: quod vocabulum nimium latè patet. Eraſmus, qui ad eum *attinebant*: quũ potius dicendum fuiſſe videatur, qui eum ſanguine attingebãt. Conuenit igitur hæc Iudæorum conſuetudo cum lege XII. tab. qua cauetur vt qui furioſi ſunt & mente capti, ad agnatos & gentiles deducantur. Quod autem attinet ad verbum ἐξελθεῖν, vel pro ſimplici accipiendum eſt (quo modo etiam ſumus interpretati tum hoc loco, tum etiam infrà cap.8.b.11, & 11.b.11) vel certè ad Nazareth referendum eſt, totámque eam regionem, quæcunque tandem ea fuerit, ex qua iſti eo conſilio ſunt profecti vt Ieſum quaſi inſanum abducerent, cogeréntque domi ſe continere: veriti fortaſſis Herodẽ & Phariſæos, ipſóſque adeò Romanos, ſiquis hac occaſione tumultus oriretur. Nam etiam non deerãt qui Chriſtum vellent Regem creare, vt docetur Iohan.6.b.18. Quòd apud ſe non eſſet. ὅτι ἐξέστη. Vel, ex poteſtate exiſſet. Sic enim Cicero 3. Tuſcul. vt Budæus obſeruauit, Exiſſe, inquit, ex poteſtate qui dicuntur, idcirco dicuntur quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regimen totius animi à natura tributum eſt. Conatus ſum tamen hunc eundem ſenſum ita explicare, vt à Græco vocabulo propius abeſſem, quum ἐξίστασθαι ad verbum declaret extra ſe eſſe. Suprà 2.b.12, & alibi ſæpe idem hoc verbum conuertimus, percellere & percelli: quando ſcilicet idem valet quod ἐκπλήττεσθαι. Vulgata & Eraſmus, in furorem verſus eſt, id eſt ἐμάνη, vel potius εἰς μανίαν ἐτράπη.

24 Neque ſi regnum καὶ ἐὰν βασιλεία Vulgata & Eraſmus, Et ſi regnum. Ego verò quum viderem particulam καὶ neque in hoc verſiculo, neque in proximo ſatis cohærere poſſe, & duas iſtas ſimilitudines probandæ ſuperiori negationi adhibitas, putaui καὶ cum οὐ quod proximè conſequitur, prorſus coniungendum: vt ſit καὶ οὐ pro οὐδὲ poſitum.

26 Sic ſi Satanas καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et ſi Satanas: ſed nemo non videt, ne hoc quidem loco ſatis commodè poſſe copulatiuam vſurpari, quum declaret ſimilitudinis accommodationem. Sciendum eſt igitur Hebraicam eſſe enallagen ו pro כן, quæ ſæpiſſimè in Prouerbiorum libro vſurpatur, vt 25.d.25, & 26.b.9, & 27.c.15: niſi malimus ſubaudire οὕτως, vt Matth.6.b.10.

27 Diripiet. διαρπάσει. In Stephani codicibus 1.3.5.7.12, ſcriptum erat διαρπάσῃ, quod ſanè melius cohæret cum præcedentibus. Nam alioquin præciſum erit dicendi genus, & tunc diripiet, pro, quod ſi fecerit, tum demum diripiet.

28 Filiis hominum, τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, Hebraiſmus. id eſt hominibus, vt Homerus υἷας ἀχαιῶν Achiuos vocat.

remiſſionem in æternum,ſed tenetur æterno″iudicio.

30 ″Dicebant enim,Spiritum impurum habet.

31 ″Veniunt igitur″fratres & mater eius:& foris ſtantes,miſerũt ad eum,″vocantes eum.

32 Sedebat autem turba circa eum: ″*illi* verò dixerunt ei, Ecce mater tua″& fratres tui foris quærunt te.

33 Tunc reſpondit eis,dicẽs, Quæ eſt mater mea,″aut fratres mei?

34 ″Et quum circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſcipulos ſedẽtes,ait, Ecce mater mea & fratres mei.

Mater, ſoror, & frater Chriſti.

35 Quicunque enim fecerit volũtatem Dei, iſte frater meus,& ſoror mea,& mater eſt.

Cap. IIII.

1 ET rurſus cœpit docere iuxta mare: & coacta eſt ad eum turba multa, *adeò* vt ipſe nauigium ingreſſus,ſederet in mari:tota autem turba iuxta mare in terra erat:

2 Et docebat eos per parabolas multa , dicebátque eis″in doctrina ſua.

3 Audite,Ecce *quidam* qui ſeminabat,exiit ad ſeminandum:

Parabola ſeminantis.

4 Et factum eſt in ſeminãdo, aliud quidem cecidit iuxta viam: venerúntque volucres cæli,& deuorauerunt illud.

5 Aliud verò cecidit in″petroſa,vbi nõ habebat terrã multã: & ſtatim exortum eſt, propterea quòd nõ habebat profunditatẽ terræ.

6 Sole autem exorto,torrefactum eſt:& propterea quòd nõ habebat radicem,aruit.

7 Et aliud cecidit in ſpinas: & aſſurrexerunt ſpinæ, ac ſuffocauerunt illud,& fructum non dedit.

8 Et aliud cecidit in terram bonam,dedítque fructum aſſurgentem atque creſcentem:& tulit″vnum triginta, & aliud ſexaginta, & aliud centum.

9 Tunc dixit eis,Qui habet aures ad audiendum,audiat.

10 Quum autem eſſet″ſolus,rogauerunt eum hi″qui circum illum erant cum duodecim, de parabola.

nem in æternum , ſed reus erit æterni delicti.

30 Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.

31 Et veniunt mater eius & fratres: & foris ſtantes, miſerunt ad eum, vocantes eum.

Matth.12.d.46
luc.8.c.19.

32 Et ſedebat circa eum turba: & dicũt ei,Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te.

33 Et reſpondens eis,ait,Quæ eſt mater mea & fratres mei?

34 Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant,ait,Ecce mater mea & fratres mei.

35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus,& ſoror mea, & mater eſt.

Cap. IIII.

Matth.13.a.1
luc.8.a.4

1 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa , ita vt nauim aſcendens,ſederet in mari,& omnis turba circa mare ſuper terram erat:

2 Et docebat eos in parabolis multa,& dicebat illis in doctrina ſua.

3 Audite,Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum:

4 Et dum ſeminat , aliud cecidit circa viam:& venerũt volucres cæli , & comederunt illud.

5 Aliud verò cecidit ſuper petroſa,vbi non habuit terram multam: & ſtatim exortum eſt,quoniam non habebat altitudinem terræ.

6 Et quando exortus eſt ſol, exæſtuauit:& eo quòd non habebat radicem, exaruit.

7 Et aliud cecidit in ſpinas : & aſcenderunt ſpinæ , & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem: & afferebat vnum triginta, & vnum ſexaginta, & vnum centum.

9 Et dicebat,Qui habet aures audiendi,audiat.

10 Et quum eſſet ſingularis , interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim,parabolam.

B

29 Iudicio. κρίσεως. Id eſt κατακρίσεως,condemnatione,vt ſæpe alibi κρίνειν pro κατακρίνειν.In ſecundo codice legitur ἁμαρτίας, id eſt peccato:quam lectionem ſequutus Vetus interpres,interpretatur Delicti. Vocare autem videtur æternum delictum,quod nunquam deletur.

30 Dicebant enim, ἔλεγον γὰρ, Verba ſunt Euangeliſtæ cauſam afferentis cur Ieſus mentionem feciſſet peccati in Spiritum ſanctum. Itaque præciſum eſt hoc dicendi genus,quo etiam vtitur Marcus noſter infrà cap.5.a.8.

31 Veniunt igitur ἔρχονται οὖν Vulgata & Eraſmus legerunt καὶ ἔρχονται Et veniunt. Eſt autem hoc loco particula οὖν Epanalepſeos nota. Redit enim Marcus ad hiſtoriam quam narrare cœperat verſu 21,de ipſius propinquis. Fratres & mater eius, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, Vulgata & Eraſmus,mater eius & fratres:quem etiam ordinem ſeruat editio Græca Baſilienſis.Nos tamen in veteribus omnibus,atque adeò in Complutenſi editione, item apud Theophylactum fratres inuenimus priores appellatos hoc quidem loco, ſicut paulo pòſt contrà, priore loco mater nominatur. Neque verò huius rei mentionem feciſſem, niſi ſuſpicarer veterem lectionem ſuperſtitione quorundam inuerſam, qui magnam putant iniuriam matri Domini fieri,niſi nomen ipſius cæteris præponatur.Illud autem omnibus notum eſſe credo, fratrum & ſororum appellatione paſſim apud Hebræos omnes qui eiuſdem ſint cognationis intelligi. Vocantes φωνοῦντες Id eſt accerſentes. Eraſmus,qui euocarent,id eſt φωνήσοντες. 32 *Illi* verò dixerunt ei, εἶπον δὲ αὐτῷ, Vulg.& Eraſ.& dicunt,καὶ λέγουσιν,quod in vno tantùm codice ſcriptum inuenimus.Itaque alterum ſumus amplexi. Neque enim hæc dicta ſunt à circunſtante turba, ſed ab iis quos miſerant propinqui vt eum accerſerent. Et fratres tui, ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί σου, In vetuſtis exemplaribus 1.5.6.7.12,additum erat καὶ αἱ ἀδελφαί σου,& ſorores tuæ. 33 Aut fratres mei? ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Vulgata & Eraſmus legunt,καὶ οἱ ἀδελφοί μου;& fratres mei?

34 Et quum circunſpexiſſet in circuitu,&c. καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, Vulgata legit τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ καθημένους,id eſt eos qui in circuitu ipſius ſedebant. Eraſmus autem,τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, id eſt in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes. Sed quancunque harum lectionum ſequaris,eadem manebit ſententia.

IN CAPVT IIII.

2 In doctrina ſua. ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Puto hîc commodius accipi poſſe διδαχὴν pro actione verbi διδάσκειν, vt perinde ſit acſi dixiſſet Marcus,ἐν τῷ διδάσκειν,quum ipſe eos doceret. quum alioquin διδαχῆς appellatione intelligi ſoleat idipſum quod docetur.

5 Petroſa, τὸ πετρῶδες, Id eſt τὰ πετρώδη,vt infrà verſu 16.

8 Vnum ἓν Quum ter repetatur hæc particula,malui ſecundo & tertio loco interpretari Aliud,quàm Vnũ,quum hîc nõ agatur de tribus granis,ſed de triplici fructus differentia:quomodo etiam vertit paulo pòſt Eraſmus verſiculo 20. Subauditur autem σπέρμα,id eſt ſemen ſiue potius ſeminis granum. Cæterùm omnia vetuſta exemplaria legunt ἐν tenui ſpiritu tum hîc,tum etiam paulo pòſt verſiculo 20:vt ἐν præpoſitio pro diſtributiua ἀνὰ,vel κατὰ poſita ſit,id eſt ad verbum,per triginta,& per ſexaginta,& per centum,pro tricena,ſexagena,& centena.

10 Solus, καταμόνας, Ad verbum,ſolitariè.eſt enim aduerbium,ſed commodius vertitur per nomen. Vulgata,ſingularis. Qui circum illum erant οἱ περὶ αὐτὸν Vel(vt Vulgata)qui cum eo erant.Codex Eraſmi ſcriptum habuit οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ,eodem(ni fallor)ſenſu. Nam eleganter etiam Græci τοὺς περί τινα appellant eos qui ſunt cuipiam dediti & addicti,ita vt eũ ſectentur, ſintque ipſius velut factionis. AEſch. κατὰ Κτησ. φέροντας μὲν τῷ δήμῳ ἐλπίδας κενάς, Δημοσθένει δὲ ἀργύριον καὶ τοῖς περὶ αὐτόν,id eſt populo quidem vanam ſpem afferentes, Demoſtheni autem & eius ſectatoribus,pecuniam.Sic etiam (vt citat Budæus) Plutarchus in Demetrio,τοὺς περὶ Φαληρέα vocat eos qui Phalerei partes ſequebantur.Igitur hoc loco minimè ſignificantur externi aliqui homines qui Chriſto adeſſent (turbam enim amandarat) ſed hi demum qui ſolebant eũ aſſectari,& diſcipuli ipſius erant:quales habuit quidem præter ſelectos illos duodecim, etiam alios multos. Iſti igitur cum vel domum in deſertum ſequuti,quæſierunt de parabola.

	Et dicebat eis, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſũt, in parabolis omnia fiũt:	11	Et dixit eis, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: ″iis autem qui foris ſunt, per parabolas omnia fiunt:	Donũ Dei, cognitio Euangelii, Parabolæ.
Eſa.6.c.9 matth.13.b.14 luc.8.b.10 iohan.12.f.40 act.28.f.26 rom.11.a.8	‖Vt videntes videãt, & non videãt: & audiẽtes audiãt, & non intelligãt: nequãdo conuertantur, & dimittantur eis peccata.	12	Vt videntes videant, & non cernant: & audientes audiant, & nõ intelligant: nequando conuertantur, & remittantur eis peccata.	
	Et ait illis, Neſcitis parabolã hãc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?	13	Et dicit eis, Neſcitis parabolam iſtã? ″& quomodo omnes parabolas cognoſcetis?	
	Qui ſeminat, verbum ſeminat.	14	Seminator ille, ſermonem ſeminat.	Expoſitio Parabolæ ſeminãtis.
	Hi autem ſunt qui circa viam: vbi ſeminatur verbũ, & quũ audierint, cõfeſtim venit Satanas, & aufert verbũ quod ſeminatũ eſt in cordibus eorũ.	15	Iſti autem ſunt qui iuxta viam *ſemen excipiunt*: quibus *ſcilicet* ſeminatur ſermo: ″& quum audierint, ſtatim venit Satanas, & tollit ſermonem ſeminatum in cordibus eorum.	
	Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur: qui quũ audierint verbũ, ſtatim cũ gaudio accipiunt illud:	16	Et iſti ſunt ſimiliter qui in petroſa ſemen excipiunt: qui *ſcilicet* quum audierint ſermonem, ſtatim cum gaudio accipiunt eum:	
	Et non habent radicem in ſe, ſed tẽporales ſunt: deinde orta tribulatione & perſequutione propter verbum confeſtim ſcandalizantur.	17	Et non habent radicem in ſe, ſed temporarii ſunt: deinde orta oppreſſione aut perſequutione propter ſermonem, ſtatim offenduntur.	
	Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur: hi ſunt qui verbum audiunt,	18	″Et iſti ſunt qui in ſpinas ſemen excipiunt: iſti *inquam* ſunt qui ſermonem audiunt,	Spinæ.
1.Tim.6.d.17	Et ærumnæ ſeculi, & ‖deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant verbum: & ſine fructu efficitur.	19	Sed ſolicitudines ſeculi huius, ac ſeductio diuitiarum, & cupiditates quæ in cæteris *rebus uerſantur*, introeũtes, ſuffocãt ſermonem: ac redditur infructuoſus.	Diuitiæ. Concupiſcẽtiæ.
C	Et hi ſunt qui ſuper terram bonã ſeminati ſunt: qui audiunt verbum & ſuſcipiunt: & fructificant, vnum trigeſimum, vnum ſexageſimum, & vnum centeſimnm.	20	Et iſti ſunt qui in terram bonam ſemen exceperunt: qui *ſcilicet* audiũt ſermonem, & accipiũt: & fructum ferunt, *ita ut* aliud *granum afferat* triginta, aliud ſexaginta, aliud centum.	
Matth.5.b.15 luc.8.c.16, & 11.c.33	Et dicebat illis, ‖Nunquid venit lucerna vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nónne vt ſup cãdelabrũ ponat̃?	21	Dixit etiam eis, Num lucerna ″venit, vt ſubter modium ponatur, aut ſubter lectum? nónne vt in candelabrum ponatur?	Lucerna
Matth.10.c.26 luc.8.c.17 & 12.a.2	‖Non eſt enim aliquid abſcõditum quod non manifeſtetur: nec factũ eſt occultum, ſed vt in palàm veniat.	22	Non eſt enim quicquam occultum, quod ″non manifeſtãdum ſit: ″vel *quod* abſcondatur, ſed *oportet* vt in apertum veniat.	
	Siquis habet aures audiẽdi, audiat.	23	Siquis habet aures ad audiendum, audiat.	

11 Iis qui foris ſunt, τοῖς ἔξω, Id eſt exteris. Sicut autem Eccleſia ſiue Domus Dei interdum omnes comprehendit qui veram religionem profitentur, etiam ſi hypocritæ ſint plerique: interdum verò electos duxtaxat & verè credentes. ita etiam Exterorum appellatione intelliguntur modò quicunque non accenſentur cœtui fidelium, vt 1.Corinth.5.d.12: modò verò ii qui vt in Eccleſia ſint, tamen ex vera Eccleſia non ſunt, de quibus agitur hoc loco, & Rom.9.b.6.

13 Et quomodo καὶ πῶς Id eſt quomodo igitur. Eſt autem petitum à vulgo hoc dicendi genus, vt ſuprà diximus Matth.3.c.14. Sic Homerus Iliad.α΄. καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις.

15 Et quum καὶ ὅταν Parum videntur hæc cohærere cum præcedentibus, ac potius legendum οἱ ὅταν, id eſt qui quum. Nam ita etiam loquitur paulo pòſt, reliquas ſimilitudinis partes explicans. Sed & ita loqui ſolere Hebræos annotauimus in Matthæo, & ſuprà quoque 1.a.10. Nam relatiui loco vſurpant copulam ſuppreſſo relatiuo. In ſecundo verò exemplari pro ὅπου σπείρεται vbi ſeminatur, legitur οἷς σπείρεται, id eſt quibus ſeminatur: quam lectionem germanam eſſe credo. Itaque totum hunc locum ſic interpretor, Hi ſunt autem qui ſecus viam *ſemen excipiunt*: quibus *ſcilicet* ſeminatur verbum: qui quum audierint. Quod autem annotat Eraſmus οὗτοι poſitum eſſe pro οἱ, fateor me non intelligere: neque item cur οὗτοι verterit Alii, id eſt ἄλλοι. Sed idem rectè hic ſuppleuit participium σπειρόμενοι, quod in aliis verſiculis exprimitur.

18 Et iſti ſunt καὶ οὗτοί εἰσιν Vulgata & Eraſmus, Et alii ſunt, καὶ ἄλλοι εἰσὶν, quod etiam ſcriptum erat in octauo exemplari. Sed ſuperioribus verſiculis 15 & 16, & paulo pòſt etiam 20, Eraſmus eandem interpretandi rationem ſequutus eſt, perinde acſi ſcriptum eſſet οἱ μὲν & οἱ δέ. Cæterùm quòd bis repetitur οὗτοί εἰσι, vel excuſandum eſt per epanalepſin, vel potius alterum redundat. Nam ſi tollas, planior erit ſententia, neque etiam bis ſcriptum id erat in vetuſtis codicibus quarto, quinto, ſeptimo, & nono.

21 Venit, ἔρχεται, Id eſt affertur. In ſecundo codice ſcriptum erat ἅπτεται, id eſt accenditur, vt vertit Eraſmus: quum tamen in Baſilienſi editione legatur καίεται, id eſt ardet.

22 Non manifeſtandum ſit: ἐὰν μὴ φανερωθῇ, Vel, non manifeſtetur, modò intelligas eſſe modum potentialem. Ponitur enim ἐὰν pro ἄν. Quod autem Eraſmus in annotationibus legit εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, neque in vetuſtis codicibus reperimus, neque videtur conuenire. Vel *quod* abſcondatur, ſed *oportet* vt in apertũ veniat. οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Quanuis plana ſit huius loci ſententia, præſertim ſi conferatur cum capite Lucæ 8.c.17, tamen quo modo cohæreat verborum constructio, non facilè iudicari poteſt. Eſt enim eclipſis in in hac oratione, quam nonnulli vel neglexerunt, vel non animaduerterunt, nonnulli parum commodè videntur expleuiſſe. Vulgata igitur ita vertit, nec factum eſt occultum, ſed vt in palàm veniat. Eraſmus hoc modo, neque fuit ſecretum, ſed vt in propatulum veniat. Sic autem ſupplet in annotationibus, neque factum eſt occultum *ut maneat occultum*, ſed vt in apertum veniat. Atqui nemo eſt qui non videat aliquid præterea deeſſe quod à parte anteriore coniungatur cum illo Factum eſt. Deinde ſi ita libeat pro arbitrio ſupplere integras ſententias, non video quid non tandem nobis corrumpere liceat. Quidam nimis audacter (vt plæraque alia) ſic interpretatus eſt, neque quicquam tam arcanè ſit, quod non palàm futurum ſit, id eſt οὐδέ τι γίνεται οὕτως ἀπόκρυφον, ὥστε μὴ αὐτὸ εἰς φανερὸν ἥκειν. Ego verò hanc licentiam nolui imitari. Primùm igitur particulam μηδὲ interpretati ſumus VEL, vt melius cohæreret oratio. Nam ſæpe iam admonui plures negãtes particulas Græcis negandæ vni rei adhiberi, contrà quàm Latini ſoleant. Deinde relatiuum ὃ repetii ἀπὸ κοινοῦ. Eſt enim (vt opinor) hæc eclipſis minimè coacta, aut à vulgata loquendi conſuetudine remota: & mutationem temporis facilè excuſat Hebraiſmus. Illud autem ἐγένετο ἀπόκρυφον, quum potuiſſemus ad verbum interpretari, factum vel redditum ſit abſconditum: malui vertere per verbum cuius eſt periphraſis, perinde acſi ſcriptum eſſet ἀποκρυφθήσεται. Bis enim idem dicit Euangeliſta noſter, quum μὴ φανερωθῆναι, id eſt non manifeſtari, idem valeat atque ἀποκρυφθῆναι, id eſt abſcondi. Poſtremò ſupplendum fuit aliquid neceſſariò, cui ſubiungatur ἵνα. Id igitur ſuppleuimus quod maximè viſum eſt eſſe accommodatum, nempe δεῖ oportet: cuius eclipſis exemplum habes infrà cap.9.b.12, & 14.c.49: Item 1.Iohannis 2.c.19, & quidem eodem prorſus dicendi genere.

24 Et dixit eis, 'Videte quid audiatis: qua mẽſura metimini, alii vobis metientur, & adiicietur vobis qui auditis.

25 Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.

Sementis iacta in terram.

26 Et dicebat, "Ita eſt regnum Dei vt ſi homo iaciat ſemen in terrã,

27 'Et dormiat & exurgat nocte ac die: & ſemen germinet, & "aſſurgat" quomodo ipſe neſcit.

28 "Sponte enim terra fructum fert, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.

29 Quum autem "prodiderit *ſeſe* fructus, ſtatim mittit falcem: quoniam adeſt meſſis.

30 Dicebat etiam, "Cui *rei* aſſimilabimus regnũ Dei? aut qua collatione "conferemus illud?

Granum ſinapis

31 'Velut grano ſinapis: quod quum ſeminatum fuerit in terra, minimum eſt omnium ſeminum quæ ſunt in terra:

32 Sed quum ſeminatum fuerit, aſſurgit, & fit maximum omniũ olerum: facítque ramos magnos, *ita* vt poſſint ſub vmbra eius volucres cæli nidulari.

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis ſermonem, 'prout poterant audire.

34 Abſque parabola verò non loquebatur eis: priuatim autem diſcipulis ſuis "diſſoluebat omnia.

Ventis imperat Christus.

35 Ait autem eis in die illo quum ſerum *diei* eſſet, Tranſeamus 'in vlteriorem *ripam*.

36 Tunc dimiſſa turba, 'aſſumunt eum vt erat in nauigiolo: ſed & alia nauigiola erant cum eo.

---

24 Et dicebat illis, Videte quid audiatis: | in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis qui auditis. Matth.7.a.2 luc.6.f.38

25 |Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Matth.13.b.12 & 25.c.29 luc.8.c.18, & 19.d.26.

26 Et dicebat, Sic eſt regnum Dei quẽ admodũ ſi homo iaciat ſemẽtem in terram,

27 Et dormiat, & exurgat nocte & die: & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille.

28 Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.

29 Et quum produxerit fruct⁹, ſtatim mittit falcem: quoniam adeſt meſſis.

30 Et dicebat, Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? Matth.13.d.31 luc.13.d.19

31 Sicut granum ſinapis: quod quũ ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra: D

32 Et quũ ſeminatum fuerit, aſcendit, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cæli habitare.

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire. Matth.13.e.34

34 Sine parabola autem non loquebatur eis: ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

35 |Et ait illis in illa die, quum ſerò eſſet factum, Tranſeamus contrá. Matth.8.c.23 luc.8.c.22

36 Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo.

---

24 Videte quid audiatis: βλέπετε τί ἀκούετε, Id eſt attendite diligenter iſtis quæ vobis dicuntur. Pars iſta huius verſiculi cum ſequente toto, non vno modo legitur in exemplaribus Græcis. Sic enim in nonnullis ſcriptum eſt, βλέπετε τί ἀκούετε, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. ὃς ἔχει γὰρ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν. id eſt Videte quid audiatis, etiam adiicietur vobis qui auditis. Nam qui habet, ei dabitur: & qui non habet, etiam quod habet tolletur ab eo. qua menſura metimini, *alii* metientur vobis qui auditis, & adiicietur vobis. Theophylactus Romanus, & omnia vetuſta Stephani exemplaria conſentiebant in lectione quam ſequuti ſumus: vt mirer Eraſmum in Theophylacto diuerſam lectionem annotaſſe. Tantùm in codicibus quinto & nono pro μετρηθήσεται legebatur ἀντιμετρηθήσεται, ſicut apud Matthæum, id eſt viciſſim alii metientur: & in ſecundo codice deerant iſta, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, quæ etiam vetus interpres non legit.

26 Ita vt οὕτως ὡς Sic Plautus, vt voles eſſe me, ita ero. Vulgata & Eraſmus, Sic quemadmodũ, id eſt οὕτως ὃν τρόπον, ſicut ſcribitur Act.1.b.11

27 Et dormiat ac exurgat nocte & die: καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, Id eſt ſemente facta, tranſigat ſecurus noctes & dies: minimè ſcilicet dubitans quin ſemen germinet. Eſt autem prouerbiale illud dicendi genus Hebræis, cuius exemplum habemus Pſalmo 3.a.6. Nam quòd Eraſmus exiſtimat referri illud καὶ ἐγείρηται ad ſemen, non poteſt conuenire propter copulam interiectam: dicendum enim fuerat καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν ὁ σπόρος, &c. Deinde illud ἐγείρεσθαι certum eſt opponi τῷ καθεύδειν: vt ſit ſimile quiddam ei quod dicunt Hebræi Exire & introire, pro Verſari in loco aliquo, & officium ſuum facere. de quo dicemus Act.1.d.21. Aſſurgat μηκύνηται Id eſt creſcat & adoleſcat. Ad verbum, prolongetur. Vulgata, increſcat, ἐπαύξηται. Eraſmus, ſurgat in altum. rectè quidem, quum ſic loquatur Columella: ſed vno verbo ſatis id potuit declarari. Quomodo ipſe neſ. ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Ex his verbis intelligimus Miniſtrorũ officium eſſe agrũ ſtudioſè excolere, cætera Domino commendare, qui pro bona ſua voluntate dabit ſucceſſum. Debent igitur agriculturæ tantùm culpã præſtare: atque vt fructus non reſpondeat animi voto, non eſt quòd vana ægritudine ſeipſos macerent, ſi quidem officio ſuo ſint defuncti. Vis enim illa qua ſemen in iis qui filii Dei ſunt, adoleſcit, ſicut ab vno ſancto Spiritu promanat, ita etiam eſt hominibus tam occulta, vt non niſi ex fructu poſſit apparere. Itaque accipitur ὡς indefinitè pro ὅπως. Poſſimus tamen etiam pro ἕως accipiendo, ad incrementi menſuram referre, & interpretari, quatenus ipſe neſcit, ſenſu penè eodem. Vulgata & Eraſmus, dum neſcit ille. Nam hac quoque ſignificatione accipitur ἕως, vt Matth.26.d.36, nempe pro Interim dum. Sed vtraque illa interpretatio mihi vberior videtur, & magis congruens cum proximo verſiculo. Annotat Eraſmus αὐτὸς etiam ad σπόρον, id eſt ad ſemen, referri poſſe, quòd exurgat vi naturæ, quum ipſum hoc neſciat. Sed quorſum hoc cuiquam in mentem veniat?

28 Sponte αὐτομάτη Nomen pro aduerbio αὐτομάτως, quo ſignificatur aliquid fieri vi quadam ſeipſam mouente. Vulgata & Eraſmus, Vltro, id eſt ἑκουσίως, quod de ſolo dici vix poteſt, quum prius coli & ſeri oporteat.

29 Prodiderit *ſeſe* παραδῷ Forma huius verbi vt μεταβάλλειν, ἀναστρέφειν, ἀσκεῖν, & aliorum aliquot, reſpondet coniugationi Hebræorum Hithpael: quod vt melius intelligeretur, malui exprimere reciprocum quàm per paſſiuum interpretari. Vulgata, produxerit, id eſt προάγῃ, vel προφέρῃ, & quidem abſolutè: quod nuſquam memini legere, niſi pro ὁ καρπὸς, legas τοὺς καρπούς. Eraſmus, productus fuerit.

30 Cui *rei* τίνι In codicibus ſexto & octauo ſcriptum erat πῶς Quomodo. Vulgata & Eraſmus, Cui. Nos vertimus Cui *rei*, vt neutrũ eſſe intelligatur. Conferemus παραβάλωμεν In quibuſdam codicibus notat Eraſmus, legi θῶμεν, id eſt componemus, eodem ſenſu. Sed pro ὁμοιώσωμεν & παραβάλωμεν rectius ſcriptum legimus in nonnullis exemplaribus ὁμοιώσομεν & παραβαλοῦμεν.

31 Velut grano ὡς κόκκῳ Vulgata & Eraſmus, Sicut granum, id eſt ὡς κόκκος. In codicibus 1.2.5.6.7 & 8, ſcriptum erat ὡς κόκκον quarto caſu. Sed neutra lectio cum ſuperioribus ſatis cohæret, niſi multa ſubaudias.

33 Prout καθὼς Hoc eſt quod barbarè dicunt, ſecundum quod. Latini dicere ſolent Prout, vel Vt. Cicero, Pro ſe quiſque, vt in quo erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Vide Act.2.a.4.

34 Diſſoluebat ἐπέλυε Id eſt explicabat tanquam ænigmatum nodos. Vulgata, ediſſerebat, id eſt ἔφραζεν, vt Matth.13.e.36. Eraſmus, exponebat, id eſt ἐξετίθει. 35 In vlteriorem *ripam*. εἰς τὸ πέραν. Vulgata, contrà, id eſt εἰς τὸ ἐναντίον, vel εἰς τὸ κατέναντι.

36 Aſſumunt παραλαμβάνουσι Id eſt in altum prouehere incipiunt. Superiorem enim ſermonem habuerat ex naui. Eſt igitur hæc quoque formula ſermonis petita è medio.

Et facta eſt procella magna venti; & fluctus mittebat in nauī, ita vt impleretur nauis.

Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magiſter non ad te pertinet quia perimus?

Et exurgens, comminatus eſt vento, & dixit mari, Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt tranquillitas magna.

Et ait illis, Quid timidi eſtis? necdū habetis fidem?

Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quiſputas eſt iſte, quia vētus & mare obediunt ei?

Cap. V.

Matth.8.d.28
luc.8.d.26

ET venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum,

Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo,

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſq̄ poterat eum ligare:

Quoniam ſæpe compedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & cōpedes comminuiſſet: & nemo poterat eum domare.

Et ſēper die ac nocte in monumentis & montibus erat, clamans & concidens ſe lapidibus.

Videns autem Ieſum ālōge, cucurrit, & adorauit eum:

Et clamās voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei ſummi? adiuro te per Deum ne me torqueas.

(Dicebat enim illi, Exi ſpiritus immunde ab homine)

Et interrogabat eum, Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomē eſt: quia multi ſumus.

Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem.

Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens.

Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

B Et cōceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeūtes ſpiritus immundi, introierunt in porcos: & magno īpetu grex præci-

37 Tūc oritur 'turboventi magnus, fluctúſque iniiciebant *ſe* in nauigium, *ita* vt ipſum iam″impleretur.

38 Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: tunc expergefaciūt eum, dicúntque ei, Magiſter, nō eſt tibi curæ quòd, perimus?

39 Et experrectus, obiurgauit ventum, dixítque mari, Sile, obmuteſce. Et quieuit ventus: factáque eſt tranquillitas magna.

40 Et ait eis, 'Quid ita timidi eſtis? quomodo fidem non habetis?

41 Et timuerunt timore magno, dicebántque″alius ad alium, Quiſnam iſte eſt, 'quòd etiam ventus & mare auſcultant ei?

Cap. V.

1 ET 'venerunt in vlteriorē *ripam* maris, in regionē 'Gadarenorū.

2 'Egreſſóque ei è nauigio, ſtatim occurrit è monumentis homo″in quo erat ſpiritus impurus,

3 Qui domicilium habebat in monumentis, '& ne catenis quidē quiſquam poterat eum vincire:

4 Propterea quòd ipſe ſæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, ſed 'diſcerptæ fuerāt″ab eo catenæ, & pedicæ contritæ, neque quiſquā 'valuerat eum domare.

5 Et per omne *tempus* die ac nocte in montibus & in monumentis 'erat clamans, & concidens ſeipſum lapidibus.

6 Quum vidiſſet autem Ieſum eminus, cucurrit, & adorauit eū:

7 Et clamās voce magna, dixit, Quid mihi tecum, Ieſu fili Dei altiſſimi? 'adiuro te *per* Deum ne me vexes.

8 (Dicebat enim ei, Exi ſpiritus impure ex iſto homine)

9 Tunc interrogauit eum, Quod tibi nomen *eſt*? Et *ipſe* reſpondit, dicens, Legio mihi nomen *eſt*: ″quia multi ſumus.

10 Et multū″precabatur eū ne'ipſos″mitteret extra illā regionem.

11 Erat autem illic'ad montes grex porcorum magnus'paſcens.

12 Et″precati ſunt eum 'omnes dæmones, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus:

13 Et permiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus impuri, introierunt in porcos: & ruit ille grex è præcipitio″in mare (erant autem

Dormit Chriſtus ſuper ceruical.

Fides.

Dæmoniacus ſanatur.

Dæmon agnoſcens Chriſtum.

Legio.

Dæmonia in porcos intrant.

37 Turbo λαῖλαψ Vulgata & Eraſmus, procella, id eſt θύελλα. Impleretur. γεμίζεσθαι. Id eſt πληροῦσθαι. In ſexto codice ſcriptum erat βυθίζεσθαι, id eſt in profundum iret, ſiue mergeretur.

40 Quid ita timidi eſtis? quomodo fidem non habetis? τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; Hæc ego quidē ita lego vt obiurgantis ſint potius quàm interrogantis, ſed ita vt admirationem habeant connexā. Cæterùm in vetuſtis codicibus quinto & octauo ſcriptum ſic erat, τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε πίστιν; id eſt Quid timidi eſtis? nondum habetis fidem? quo modo etiam conuertit Vulgata. Valla diſtinctè legit hoc modo, τί δειλοί ἐστε; οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; id eſt Quid timidi eſtis? itáne? quomodo non habetis fidem?

41 Alius ad alium, πρὸς ἀλλήλους, Vulgata, ad alterutrum, idque barbarè, vt Valla obſeruauit. Eraſmus, inter ſeſe, id eſt πρὸς ἑαυτούς. Quòd ὅτι Vulgata, quia. Eraſmus, quoniam. Vide ſuprà 1.c.27.

IN CAPVT V.

1 Venerunt ἦλθον In octauo & nono codicibus legitur ἦλθεν venit. Gadarenorum. Γαδαρηνῶν. In octauo & nono exemplaribus legitur Γεργεσηνῶν Gergeſenorum: in ſecundo verò Γερασηνῶν Geraſenorum, ſicut etiam vertit Vetus interpres. Quibus nominibus vna regio ſignificatur in tribu Manaſſe ſita trans Iordanem, vt liquet ex Luca, 6.d.26. Eam vocat Strabo Gadarida, lib.16.

2 Egreſſóque ei καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ Ex vetuſtis codicibus ſextus & octauus ſcriptum habebant καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ, Et egreſſo eo: ſecundus verò, καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν Et egreſſis ipſis. Vtrumuis autem ſequaris, non abundabit αὐτῷ quod ſequitur. In quo erat ſpir. ἐν πνεύματι Vide ſuprà 1.c.23, vbi diximus ideo dici In ſpiritu, quòd eum ſpiritus quaſi incluſum teneret ac deuinctum.

3 Et ne catenis quidem καὶ οὔτε ἁλύσεσιν Vulgata & Eraſmus, & neque catenis: quum in hoc dicendi genere οὐδὲ non ſignificet neque, ſed ne quidem. In octauo codice additur οὐκέτι amplius. 4 Diſcerptæ fuerant διεσπάσθαι Vel diſtractæ. Sic enim Cicero, Conueniunt, inquit, bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas ac diſtrahendas. Vulgata, dirupiſſet, quod reſpōdet τῷ διαρρηγνύειν. Ab eo ὑπ' αὐτοῦ In quodam manuſcripto exemplari ſcriptum erat ἀπ' αὐτοῦ: quod confirmat has duas particulas interdum permutari, ſicut annotauimus ſuprà Matth.11.c.19. Valuerat ἴσχυε Vulgata, poterat, id eſt ἠδύνατο. Eraſmus, valuiſſet. legit enim ἴσχυσε.

5 Erat ἦν Id eſt verſabatur. Neque enim ponitur ἦν κράζων, pro ἔκραζεν, id eſt erat clamans, pro clamabat. Nam etiam in vetuſtis codicibus poſt ἦν addita erat diſtinctio. 7 Adiuro te *per* Deum ὁρκίζω σε τὸν θεὸν .i. confirma mihi interpoſito per Dei nomen iureiurādo, fore vt non me vexes. Nā ὁρκίζειν ſignificat iuſiurandum ab aliquo exigere vt tibi caueas. Inde factū vt etiā acciperetur pro imperare aliquid, Diuini numinis authoritate interpoſita, vt accipitur Act.19.c.13, & 1.Theſſ.5.d.27.

10 Precabatur παρεκάλει Is ſcilicet eum precabatur, qui legatione fungebatur etiam pro cæteris: quod notandum eſt propter relatiuum αὐτοὺς quod proximè ſequitur. Ipſos αὐτοὺς Vulgata & Eraſmus ſe: quam verſionem vt obſcurā reieci. Mitteret ἀποστείλῃ Vulg. expelleret, id eſt ἐκβάλῃ. 11 Ad mōtes πρὸς τὰ ὄρη AD, pro APVD. Cic. Ad Marcū Leccā habitare. In vetuſtis codicibus legitur πρὸς τῷ ὄρει .i. ad montē. Eſt autem tota hæc regio maxima ex parte aſpera, intercurſantibus montibus Galaad. Paſcens. βοσκομένη. In octauo codice ſcriptum erat βοσκομένων paſcentium. 12 Precati ſunt παρεκάλεσαν In tertio exemplari legitur παρεκάλουν precabantur, ſicut etiā vertit Vulgata & Eraſmus. Omnes πάντες Deerat hæc particula in tribus codicibus, tertio, octauo, nono, & apud Veterē interpretē.

13 In mare εἰς τὴν θάλασσαν Exiſtimat Zieglerus in deſcriptione Palæſtinæ (quod mihi veriſimile videtur) hîc non intelligi lacum Geneſareth, ſiue Tiberiadis, quem Iordanis influit, ſed eius regionis ſtagnum quoddam infame. de quo ſic Strabo lib.16. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρὸν λιμναῖον, οὗ τὰ γευσάμενα κτήνη τρίχας, καὶ ὁπλὰς, καὶ κέρατα ἀποβάλλει. i. Eſt etiam in Gadaride regione ſtagnum aquæ peſſimæ, qua deguſtata, pecora pilos, vngulas, & cornua amittunt.

'quaſi bis mille)& ſuffocati ſunt in mari.

Qui verò paſcebant porcos,fugerunt,& renuntiauerunt in ciuitatem & in agros: tunc *illi* egreſſi ſunt vt viderent quid illud eſſet quod factum fuerat.

Veniúntque ad Ieſum,& ſpectant eum qui fuerat dæmoniacus, ſedentem,ac veſtitum,&'ſanæ mentis,'eum *inquam* qui habuerat legionem:& timuerunt.

'Et qui *id* viderant,narrauerunt eis'quomodo *id* factum eſſet dæmoniaco,& de porcis.

Tunc *illi* cœperunt eum precari vt abiret à finibus ipſorum.

Et ipſo ingreſſo in nauigium,precabatur eum ille qui fuerat dæmoniacus,vt eſſet cum ipſo.

Annũtiare miſericordiam Dei.

Ieſus autem non permiſit ei,ſed dixit ei, Abi domum tuam ad tuos,& renuntia eis'quanta tibi Dominus fecerit,'& *quantopere* miſertus ſit tui.

Abiítque,& cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus:& omnes mirabantur.

Et quum Ieſus rurſum traieciſſet nauigio in vlteriorẽ *ripam*,coacta eſt turba multa ad eum,erátque'ad mare.

Iairi filia ſanatur.

Et ecce venit quidam principum ſynagogæ,nomine Iairus: & quum vidiſſet eum,accidit ad pedes eius:

Et multũ precabatur eum,dicens,'Quia filiola mea'in extremũ adducta eſt,'*rogo* vt venias,& ĩponas ei manus vt ſeruetur,&'viuet.

Abiit igitur cum eo: & ſequebatur eum turba multa,& comprimebant eum.

Mulier à profluuio ſanguinis ſanatur.

Tunc mulier quædam'quæ erat'in fluxione ſanguinis'*ab* annis duodecim,

Medici.

Fuerátque multa perpeſſa à multis medicis, & inſumpſerat omnia ſua,& nihil adiuta fuerat,ſed potius in deterius venerat:

Quũ audiſſet de Ieſu,venit in turba à tergo,& tetigit veſtimentum eius.

Dicebat enim,Si vel veſtimenta eius tetigero,ſeruabor.

pitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.

14 Qui autem paſcebant eos,fugerũt, & nuntiauerũt in ciuitatẽ & in agros: & egreſſi ſunt videre quid eſſet facti:

15 Et veniunt ad Ieſum,& vident illũ qui à dæmonio vexabatur,ſedentem, veſtitum,& ſanæ mẽtis:& timuerũt.

16 Et narrauerũt illis qui viderãt,qualiter factum eſſet ei qui dæmoniũ habuerat,& de porcis.

17 Et rogare cœperunt eum vt diſcederet de finibus eorum.

18 Quúmque aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat,vt eſſet cum illo:

19 Et non admiſit eum,ſed ait illi,Vade in domum tuam ad tuos,& annũtia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

20 Et abiit,& cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

21 Et quum tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſum trans fretũ, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

22 ¶Et venit quidam de archiſynagogis,nomine Iairus:& videns eum,procidit ad pedes eius:

Matth.9.c.18
luc.8.f.41

23 Et deprecabatur eum multùm, dicens,Quoniam filia mea in extremis eſt, veni, impone manus ſuper eam vt ſalua ſit,& viuat.

24 Et abiit cum illo: & ſequebatur eũ turba multa,& comprimebant eum.

25 Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim,

26 Et fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua,nec quicquam profecerat,ſed magis deterius habebat:

27 Quum audiſſet de Ieſu, venit in turba retro,& tetigit veſtimentum eius.

28 Dicebat enim,Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero,ſalua ero.

Quaſi bis mille) ὡς δισχίλιοι) Vel vt Vulgata vertit,ad duo millia.quanuis in hoc dicendi genere haud ſatis ſcio an ſupplẽda ſit potius particula Vſque,& certus numerus ſignificetur. Ponitur autem ὡς pro περίπου,vel σχεδὸν,quæ enallage in noſtro vulgato ſermone locum habet:diceremus enim,*Il y en auoit comme deux mille,c'eſt a dire,enuiron deux mille.* Sic eadem particula vſurpatur Luc.8.f.42,& Act.1.c.15. Ita etiam Cicero de ſole loquens, Acad.4. Mihi quaſi pedalis videtur.id eſt ἔμοιγε φαίνεται ὡς ποδιαῖος.

15 Sanæ mentis, σωφρονοῦντα, Participium Græcum hac periphraſi optimè exprimitur. Nam σωφρονεῖν dicitur παρὰ τὸ σῶα καὶ ὑγιῆ φρονεῖν. Eum qui habuerat leg. τὸν ἐσχηκότα τὴν λεγεῶνα· Hæc deerãt in ſecundo codice,neque etiam expreſſa ſunt à Vetere interprete,quum tamẽ non ſint fruſtra appoſita·conferunt enim multum ad emphaſim miraculi, vt prudenter notat Eraſmus· Nam iſta(opinor) coniungenda ſunt cum καὶ σωφρονοῦντα,id eſt & ſanæ mentis.ſicut in ſuperiore membro,is qui dæmoniacus fuerat,id eſt miſerrimè vexatus,adeò vt immaniſſimæ beluæ ſimilior eſſet, quàm hominis,opponitur homini quieto & cõpoſito. Neque tamen duo homines inter ſe comparantur,ſed eiuſdem hominis diſpares,atque adeò prorſus contrarii habitus. Quanquam fortaſſis hæc poſſunt non ineptè accipi per epexegeſin,vel epanalepſin. Nã ſimiles loquendi formulæ ſæpe apud hunc noſtrum occurrunt,vt infrà cap.12.d.44.

16 Et qui viderant,narrauerũt eis καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες Vulgata & Eraſmus,Et narrauerunt illis,qui viderant:qui ordo in Græcis etiam ſeruatur,ſed abſque amphibolia:quam vt in Latino ſermone vitaremus,collocationem verborum neceſſariò mutauimus. In quibuſdã exemplaribus ſcriptum erat,διηγήσαντο δὲ,&c.id eſt qui autem viderant,narrarunt eis. Quomodo *id* factum,&c. πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, Vulgata,qualiter factum eſſet. Eraſmus,qualiter accidiſſet ei qui dæmoniũ habuerat. Nos relatiuum ſuppleuimus,& δαιμονιζόμενον(vt aliàs ſæpe) vertere maluimus dæmoniacum,quàm longiore vti periphraſi.

19 Quanta ὅσα Vide ſuprà 3.b.8. Et *quantopere*,&c. καὶ ἠλέησέ σε. Ad verbum,& miſertus ſit tui:quod certè parum videretur cohærere cum præcedentibus,vt etiam annotat Eraſmus. Putaui igitur repetendam eſſe ἀπὸ κοινοῦ particulam ὅσα:ſed ita vt cum priore loco ſit nomen,hîc degeneret in aduerbium:aut certè ſubaudiatur κατά. Apparet enim Marcum fuiſſe breuitatis amantem, quæ res fecit vt omnium Euangeliſtarum meritò videri poſſit difficillimus. 21 Ad mare. παρὰ τὴν θάλασσαν. Eraſmus & Vulgata,circa mare,id eſt περί.

23 Quia filiola mea ὅτι τὸ θυγάτριόν μου In Græcis(inquit Eraſmus)non eſt ὅτι, quod tamen erat omittendum ſi fuiſſet. Atqui nos in ipſa etiam Frobeniana editione reperimus:neque hoc quidem loco putamus redundare,propter ſequentem eclipſin. In extremum adducta eſt, ἐσχάτως ἔχει, Ad verbum,extremè habet. Sic enim loquuntur Græci. Vulgata & Eraſmus,in extremis eſt: quod dicendi genus nuſquã memini apud idoneos authores legere. Rogo vt venias, ἵνα ἐλθὼν, In ſecundo exemplari legitur,ἐλθέ,ἵνα ἐλθὼν,veni,vt quum veneris,imponas ei manus. quam lectionem ſi cum Vetere interprete ſequamur, nulla eclipſi opus erit, quæ alioquin eſt prorſus neceſſaria, ſed tamen non ita frequens:vt planè mirer ab Eraſmo non fuiſſe annotatam. Nam ſolent quidem Attici non prorſus diſſimili eclipſi vti,ſed cum particula ὅπως. Viuet. ζήσεται. Vulgata,viuat,id eſt ζήσῃ,quod etiam ſcriptum erat in ſecundo codice:ſed præſtat legere ζήσεται,ne ſit ταυτολογία,Marci breuitati parum conueniens. Denique ex Matth.9.c.18,apparet hanc eſſe germanam lectionem.

25 Quæ erat οὖσα Eraſmus,quæ fuerat. Ego Veterem interpretationem reſtitui,quia de eo tempore hæc narrantur quo nondũ eo morbo laborare deſierat. In fluxione ἐν ῥύσει Sic Cicero 3.& 4.Tuſcul.ſanos opponit iis qui ſunt in morbo.i.qui morbo aliquo tenentur. ῥύσιν autem verti fluxionem,Plinium ſequutus lib.20.cap.14. Eraſmus,obnoxia profluuio ſanguinis:quæ interpretatio præterquã quòd à Græcis diſcedit, etiam videtur non ſatis indicare perpetuum fuiſſe morbum, & ſignificationi verborum multum detrahit. Ab annis duodecim: ἔτη δώδεκα· Vide Matth.9.c.18.

	Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.	29	Et ſtatim aruit fons ſanguinis eius: &"ſenſit corpore quòd ſanata eſſet'ab eo flagello.	
	Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem quæ exierat de illo, cõuerſus ad turbam, aiebat, Quis tetigit veſtimenta mea?	30	Statim autem Ieſus quum agnouiſſet 'apud ſe virtutem'quæ ex ſe exierat, conuerſus in turba, dixit, Quis tetigit veſtimenta mea?	
	Et dicebant ei diſcipuli ſui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit?	31	Et dixerunt ei diſcipuli ipſius, Vides turbam te "opprimentem, & dicis, Quis me tetigit?	
	Et circunſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat.	32	Et circunſpiciebat vt videret eam quæ hoc fecerat.	
	Mulier verò timens & tremẽs, ſciẽs quod factum eſſet in ſe: venit & procidit ante eũ, & dixit ei omnẽ veritatẽ.	33	Mulier verò timens & tremens, quum ſciret quod factum fuerat in ſeſe: venit, &'accidit ei *ad pedes*, dixítque ei "omnem veritatẽ.	
	Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te ſaluam fecit: vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.	34	Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te ſeruauit: abi"in pace, & eſto ſana à flagello tuo.	**Fides.**
D	Adhuc eo loquente veniunt ab archiſynagogo, dicentes, Quia filia tua mortua eſt, qd vltrà vexas Magiſtrũ?	35	Adhuc eo loquente veniunt *quidam*"à principe ſynagogæ, dicentes, Filia tua mortua eſt: quid amplius vexas magiſtrum?	
	Ieſus autem audito verbo quod dicebatur, ait archiſynagogo, Noli timere, tantummodo crede.	36	Ieſus autem ſtatim vt audiit hũc ſermonem qui dicebatur, dicit principi ſynagogæ, Ne metuas, ſolummodo crede.	
	Et non admiſit quenquam ſe ſequi niſi Petrum, & Iacobum, & Iohannẽ fratrem Iacobi.	37	Neque permiſit vt quiſquam ſe conſequeretur niſi Petrus & Iacobus, & Iohannes frater Iacobi.	**Fides.**
	Et veniũt in domum archiſynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multũm.	38	Tunc venit in domum principis ſynagogæ, & tumultũ ſpectat, flentes & eiulantes multúm.	
	Et ingreſſus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit.	39	Et ingreſſus dicit eis, Quid tumultuamini & fletis? puella non eſt mortua, ſed dormit.	**Dormire.**
	Et irridebant eum: ipſe verò eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens.	40	Et deridebant eum: ipſe verò eiectis omnibus, accipit patrem & matrem puellæ, &'eos qui ſecum erant, & ingreditur"*eò* vbi puella"erat iacens.	
	Et tenens manum puellæ, ait illi, Talitha cumi, quod eſt interpretatũ, Puella (tibi dico) ſurge.	41	Prehenſáque manu puellæ, dicit 'ei, Talitha cumi, quod eſt, ſi interpreteris, Puella (tibi dico) ſurge.	
	Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim. & obſtupuerũt ſtupore magno.	42	Et ſtatim ſurrexit puella, & ambulabat: erat enim annorũ duodecim. & perculſi ſunt perculſione magna.	
	Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare. Cap. VI.	43	Et imperauit eis "multùm ne vllus id cognoſceret: dixítque vt daretur illi quo veſceretur. Cap. VI.	
Matth.13.g.54 luc.4.c.16	ET egreſſus inde, abiit in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli ſui.	1	ET egreſſus eſt illinc, venítque in patriam ſuam: & ſequuti ſunt eum diſcipuli ſui.	**Prædicans Chriſtus in patria ſua non ſuſcipitur.**
	Et facto ſabbatho cœpit ĩ ſynagoga	2	"Quúmq; aduenisſet ſabbathũ, cœpit in ſynagoga docere: mul-	

29 Senſit ἔγνω Ad verbum, cognouit: ſed illud magis proprium eſt hoc loco. Verbum autem γινώσκω non minus latè patet quàm αἰσθάνομαι. Ab eo flagello. ἀπὸ τῆς μάστιγος. Sic rectè conuertit Eraſmus expreſſo articulo. Quid autem flagelli appellatione intelligatur, ſuprà diximus, cap.3.b.10. Vulgata, à plaga, id eſt ἀπὸ τῆς πληγῆς. Complutenſis editio addit αὐτῆς ſuæ.

30 Apud ſe ἐν ἑαυτῷ Eraſmus, in ſemetipſo. quod obſcurum eſt, & (ni fallor) parum Latinum. Quæ ex ſe exierat, τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐξελθοῦσαν, Eraſmus, ex ſeſe prodiiſſe: non expreſſo articulo, vt planè mirer ab eo reprehenſum eſſe hoc loco Veterem interpretem.

31 Opprimentem, συνθλίβοντα, Vide ſuprà cap.3.b.9.

33 Accidit ei *ad pedes*, προσέπεσεν αὐτῷ, Vulgata, procidit ante eum, ἔπεσεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Eraſmus, accidit ei. Vide ſuprà 3.b.11. Omnem veritatem. πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Id eſt rem totam ita vt geſta erat: quo modo etiam vulgò dicimus, *toute la uerite*. Eraſmus teſtatur ſe legiſſe, πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς, totam cauſam ſuam: & in nonnullis etiam exemplaribus additum fuiſſe ἔμπροσθεν πάντων, coram omnibus.

34 In pace, εἰς εἰρήνην, pro ἐν εἰρήνῃ: quo modo etiam ſcriptum erat in vetuſto quodam exemplari, id eſt σὺν εἰρήνῃ cum pace. Sicut Hebræi dicunt לכי לשלום, 1.Samu.1.c.17. pro eo quod Latini dicunt, quod tibi bene vertat.

35 A principe ſynagogæ, ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, Id eſt ab ædibus principis ſynagogæ. nam Iairus ipſe cum Ieſu erat. Quod dicendi genus non ſatis intellectum, obiecit nonnullis errorem qui pro Ab archiſynagogo, legunt Ad archiſynagogum, vt eruditè admonet Eraſmus: cui tamen in eo non aſſentior, quòd præciſum hunc ſermonem eſſe putat, quum ad verbum ſic loquatur Terentius in Hecyra, Sed quid Bacchidem à noſtro affine exeũtem video? i. ab affinis domo. Idem Phorm. Quæ hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo? i. à domo fratris, vt Donatus explicat. 40 Eos qui ſecum erant, τοὺς μετ' αὐτοῦ, Vulgata & Eraſmus, qui erant cum illo: ſcilicet cum patre. Ego verò hoc dictum accipio de tribus diſcipulis, quos certè minimè introduxerat vt poſtea eiiceret. poſitũ eſt igitur αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. Eò vbi ὅπου Vulgata ad verbum, vbi: quod Latinis durius eſt niſi exprimas antecedens ἐκεῖ eó. Itaque Eraſmũ ſum in eo ſequutus. Erat iacens. ἦν ἀνακείμενον .i. iacebat. compoſitum pro ſimplici. Nam alioqui ſignificat recumbere & diſcumbere, vt alibi diximus: & κείμενον ſcriptũ erat in vetuſtis exemplaribus duobus. 41 Ei, αὐτῇ, In vetuſto quodam codice legimus αὐτῷ, idque (ni fallor) rectius: certè magis accommodatè ad regulas Grammatices, quum præceſſerit παιδίον. quanuis ſic etiam interdum loqui ſoleant Attici. vt Thucyd. ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι. quaſi in priore membro pro νόσος præcedat νόσημα.

43 Multùm πολλὰ Vulgata & Eraſmus, vehementer, id eſt ἰσχυρῶς, vel σφόδρα.

IN CAPVT VI.

2 Quúmque aduenisſet καὶ γενομένου Vulgata ad verbũ, Et facto ſabbatho. Sed γίγνεσθαι accipitur hoc loco pro aduenire, vt in illa dicendi formula quæ ſæpe occurrit ὀψίας γενομένης quanuis etiã accipi commodè poſſit γιγνομένης pro οὔσης, & γενομένου pro ὄντος, vel παρόντος, id eſt quũ adeſſet, vt interpretatur Eraſmus. Mihi tamen videtur altera ſignificatio, hoc quidem loco magis propria, quum ita accipiatur τὸ γίγνεσθαι, Iohan.6.b.20.21. Sic etiam Herodotus in Clio (exemplo tamen non prorſus ſimili) ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐγένετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ. i. quum Cyrus Babylonem contendens, ad Gynden fluuium perueniſſet. Sic etiam non abſimili dicendi genere legimus Exodi 10.d.13, הבוקר היה, id eſt mane fuit.

tíque audientes″percellebantur, dicẽtes, Vnde huic″ista? & quæ est ″hæc sapientia quæ data est ei, ″quòd etiam virtutes tales per manus eius fiunt?

docere: & multi audientes admirabãtur ĩ doctrina eius, dicẽtes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur?

Fabri filius & Mariæ.

Nónne iste est ″faber ille qui filius *est* Mariæ, frater Iacobi &″Iose & Iudæ & Simonis? nónne &″sorores eius hîc sunt″apud nos? Et offendebantur in ipso. 3

Scandalizari.

3 Nónne hic est fabri filius & Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hîc nobiscũ sunt? Et scandalizabãtur in illo.

Propheta.

Dicebat autem eis Iesus, Non est Propheta″inhonoratus, nisi in patria sua, &″inter cognatos, & in domo sua. 4

4 Et dicebat illis Ies⁹, ‖Quia nõ est ꝓpheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Iohan.4.f.44

″Neque potuit illic virtutem vllam facere: ″nisi *quòd* quũ paucis inualidis imposuisset manus, ″sanauit *eos*. 5

5 Et non poterat ibi virtutem vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.

Incredulitas Nazaræorum.

Mirabatúrque propter incredulitatem eorum: & circuibat vicos″in orbem, docens. 6

6 ‖Et mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu, docens. Matth.9.d.35 luc.13.c.22

Mittuntur Apostoli.

Tũc aduocauit″duodecim illos, cœpítque eos mittere″binos, dedítque eis authoritatem″*in* spiritus impuros. 7

7 ‖Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Suprà 3.b.14 matth.10.a.1 luc.9.a.1

Virga.

Et denuntiauit eis″vt nihil tollerent″ad iter, nisi virgam tãtùm: non peram, non panem, non in zona æs: 8

8 Et præcepit eis nequid tollerent in via, nisi virgam tantùm: non peram, non panem, neque in zona æs: B

Sed *ut*″calcearentur″sandaliis:″& ne induerentur binis tunicis. 9

9 Sed calceatos ‖sandaliis: & ne induerentur duabus tunicis. Act.12.b.8

Et dicebat eis, ″Vbicunque introieritis in domum, illic manete 10

10 Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domum, illic manete donec

Percellebantur, ἐξεπλήσσοντο, Id est obstupefiebant. In secundo codice & apud Veterem interpretem additur ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, id est super doctina eius. Ista? ταῦτα; Vulgata addit, omnia? πάντα; Hæc sapientia ἡ σοφία Vulgata & Erasmus prætermittunt articulum, qui tamen mihi videtur omnino fuisse exprimendus, quum ponatur ἐξοχῆς ἕνεκα. Quòd etiam virtutes tales per manus eius fiunt? ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; Vulgata vertit, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? vt subaudiatur τίνες εἰσὶ, perinde acsi tertia hæc sit interrogatio, atque ita scriptum, καὶ δυνάμεις τοιαῦται αἱ διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γινόμεναι; quod etiam scriptum erat in vno vetere exemplari, quanquam melius fortasse conueniet hæc lectio si pro τοιαῦται legas ταῦται, id est istæ. Erasmus autem ita legit vt nos, sublata tantùm particula ὅτι, quæ tamen omnino videtur necessaria. Complectitur enim hoc membrum rationem superioris admirationis, neque post αὐτοῦ proximè præcedens scribenda est interrogationis nota, sed simplex distinctio, sicut etiam scriptum habent omnia tum vetera manuscripta, tum impressa exemplaria quæ vidimus. alioqui non video quo modo cum præcedentibus ista cohærere possint. Ergo vt redeam ad nostram interpretationem, ὅτι particula hoc loco accipitur sicut etiam suprà capite 1.c.27, & 4.d.41. δυνάμεις autem hîc vocantur mirifica illa Christi facta quæ Diuinam ipsius virtutem ac potestatem declarabant: sicut admonuimus Matthæi cap.27.c.22: Superest vt admoneam, in vetustis exemplaribus tertio & septimo legi ἵνα καὶ, id est vt etiam, & γίνωνται, id est fiant, quæ propius accedunt ad Latinam loquendi rationem. Posita enim erit coniunctio ἵνα pro ὥστε.

3 Faber ille qui filius *est* ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Erasmus legit in nonnullis codicibus ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ μαρίας, filius ille fabri illius & Mariæ. Sed omnia vetusta Stephani exemplaria in priore lectione consentiebant, quã fortasse mutauit aliquis, existimans hanc artẽ Christi maiestati parũ conuenire. Sed vt prætercam vetustorum codicum consensum, Iustinus antiquissimus scriptor, disertè testatur fabrum fuisse lignarium, & aratra ac iuga cæteráque eiusmodi fabricasse. Iose ἰωσῆ Vulgata, Ioseph. Nonnulla Græca exemplaria ἰώσητος Iosetis. Sorores eius αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ In quinto exemplari additur πᾶσαι omnes. More autem Iudæorum agnati & cognati, fratres & sorores dicebantur.

Apud nos? πρὸς ἡμᾶς; Id est παρ' ἡμῖν, sicut Ioh.1.a.1, πρὸς τὸν θεὸν apud Deũ, & 1.Cor.16.b.6. Vulgata & Erasmus, nobiscum, id est μεθ' ἡμῶν.

4 Inhonoratus, ἄτιμος, Vel expers honoris, sicut ἄλογος expers rationis. Videtur tamen hoc loco eum significare cui tantum abest vt iustus honos tribuatur, vt etiam afficiatur contumelia, Vulgata vertit, sine honore: & Erasmus, contemptus, id est καταφρονητός. Inter cognatos, ἐν τοῖς συγγενέσι, Ad verbum, in cognatis, vt IN positum sit pro INTER. Vetus interpres, in cognatione sua, id est ἐν τῇ συγγενείᾳ αὐτοῦ, permutato etiam ordine, qui restituendus videtur, quum ita vt nos vertimus habeant omnia tum manuscripta, tum impressa exemplaria, & in hac etiam enumeratione videatur Euangelista ordinem sequi à natura institutum, quem pulchrè describit Aristoteles initio primi libri De republica. Itaque οἰκίαν non conuerti familiam, sed domum, ne bis idem inculcare videatur. Puto enim domum hoc loco minus latè patere quàm συγγένειαν, id est gentem ac familiam totam, quum alioquin sæpe his omnibus vocabulis idem declaretur.

5 Neque potuit οὐκ ἠδύνατο Id est Noluit. Sic cõtrà scribit Corinthus περὶ διαλεκτῶν, Ἀττικὸν καὶ τὸ θέλει ἀντὶ τοῦ δύναται, ὡς ὁ πλάτων, τὰ χωρία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν. Itaque Hieronymus dialogo aduersus Pelagianos secundo, hunc locum manifestè torquet, quum ex eo colligit à cõparatis, humanæ naturæ imbecillitatem in regeneratis. Sed tamẽ notandũ est hoc dicendi genus, quo significatur homines incredulos & ingratos quasi Deo manus vincire ne ipsis opem ferat. Nisi *quòd* εἰ μὴ Subaudiri videtur necessariò particula ὅτι, quam rectè expressit Erasmus. Simile dicendi genus extat apud Lucã 7.b.9. Sic quoque Homerus Iliad. σ'. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅγ' ἧστ' ὁμ' ἐνὶ προθύροισιν ὁμιλεῖ. Et Cicero ad Quintum fratrem, Non prætermittam ne illud quidem, M. Furium Flaccum Mercuriales de collegio eiecerint. Sanauit *eos*. ἐθεράπευσε. Relatiuum suppleui: quam eclipsin vt vitaret Vetus interpres, conuertit, paucos infirmos impositis manibus curauit: perinde ac si scriptum sit ὀλίγους ἀρρώστους ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε· quo modo etiam legi potest eadem manente sententia. Sed quum nulla ratio me cogeret à Græcis discedere, malui vertere κατὰ πόδας.

6 In orbem, κύκλῳ, Vel vt Vulgata, in circuitu. Erasmus, vndique circumiacentes, id est τὰς ἐν κύκλῳ πάντοθεν κειμένας. Ego verò malui ἐν κύκλῳ referre ad verbum περιῆγε, quum articulum non habeat adiunctum, quàm ad κώμας.

7 Duodecim illos, τοὺς δώδεκα, In quinto codice additum erat μαθητὰς αὐτοῦ discipulos suos. Expressimus autem articulum, vt planior esset sententia. Binos, δύο δύο, Ad verbum, duos duos. Nam Hebræi distributiuis carent. Vide infrà versu 39. *In* spiritus τῶν πνευμάτων Vulgata ad verbum, spirituum. Sed omnino videtur subaudienda præpositio κατὰ, vt diximus Matth.10.a.1, & 12.c.31.

8 Vt nihil ἵνα μηδὲν Vulgata & Erasmus, nequid, id est μή τι. Ad iter, εἰς ὁδὸν, Vulgata, in via ἐν ὁδῷ. Vide Matth.10.a.10.

9 Calcearentur ὑποδεδεμένους Ad verbum, calceatos esse. Nam subauditur εἶναι, vt sit periphrasis pro ὑποδέδεσθαι, vnde dicta sunt ὑποδήματα, quasi subligacula dicas, quòd solerent loris & vinculis accommodari: de quibus Virgilius libro 8, Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis. Quod autem videtur Marcus à Matthæo dissentire, facilè explicari potest. Neque enim simpliciter prohibet Dominus Apostolis apud Matthæum ne sint calceati, non magis quàm vt sint vestiti, sed non vult vllis sarcinis onerari, inter quas numerat peram, vestes, calceos, virgas, & cætera eiusmodi, vt in Matthæo diximus. Sandaliis: σανδάλια: Vocabulum Græcum quod Terentius ipse vsurpauit: nos quoque post alios interpretes non inuiti retinuimus. Testantur autem Græci authores ita vocari muliebre calceamentum. Sed tum ex hoc loco, tum etiam ex Act.12.b.8, apparet Euangelistas inter ὑποδήματα & σανδάλια nullum posuisse discrimen, vt rectè obseruauit Erasmus. Et ne induerentur καὶ μὴ ἐνδύσασθαι In codicibus vetustis sexto & octauo legebatur eodem sensu ἐνδεδῦσθαι, id est indutos esse. Nonnulli verò legunt, καὶ μὴ ἐνδύσησθε, & ne induamini: quod durius videtur. Quanquam apud Hebræos frequentes sunt eiusmodi personarum mutationes. 10 Vbicunque ὅπου Id est Quocunque loco constiteritis. Ponitur enim τὸ εἰσέρχεσθαι εἰς οἰκίαν, pro καταλύειν, id est diuertere, & hospitium sibi deligere: quum alioquin εἰς οἰκίαν videatur redundare. Simile dicendi genus occurrit infrà cap.7.c.24. Illinc. ἐκεῖθεν. Id est ex eo loco. Vetat enim hospitium mutare in ista veluti peruolitatione. Nonnulli referunt non ad ὅπου, sed ad οἰκίαν, sensu prorsus inepto.

	exeatis inde.		vſque dum exeatis illinc.	
Matth.10.b.14 luc.9.a.5 Act.13.g.51, & 18.b.6.	¶Et quicunque non receperint vos, ¶exeuntes inde excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis. * *	11	″Et quicunque non receperint vos, neque audierint vos, egreſſi illinc, excutite puluerem qui *eſt* ſub pedibus veſtris, in teſtimoniū illis. ″amē dico vobis tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die iudicii, quàm vrbi illi.	Pulueris excuſſio.
	Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent:	12	″Itaque *illi* egreſſi prædicabant vt reſipiſcerent *homines*.	Pœnitentia.
Iacob.5.c.14	Et dæmonia multa eiiciebant, & ¶vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.	13	Et dæmonia multa eiiciebant, ″vngebántque oleo multos inualidos, & ſanabant *eos*.	Oleum.
Matth.14.a.1 luc.9.a.7	¶Et audiuit rex Herodes) manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat, Quia Iohannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo.	14	Et audiuit rex ″Herodes (″celebre enim ″factum erat nomen eius) dixítq;, Iohānes ″ille qui baptizabat, ſurrexit à mortuis, & propterea ″virtutes agunt in eo.	Iudicium Herodis de Chriſto.
C	Alii autem dicebāt, Quia Elias eſt. Alii verò dicebāt, Quia Propheta eſt, quaſi vnus ex Prophetis.	15	Alii dicebant, Elias eſt. Alii verò dicebāt, Propheta eſt, ″vel vnus ex Prophetis illis.	
Luc.3.d.19	¶Quo audito, Herodes ait, Quē ego decollaui Iohannem, hic à mortuis reſurrexit.	16	Quum igitur *hæc* audiſſet Herodes, ait, ″Iſte eſt Iohānes quē ego decollaui: ipſe ſurrexit à mortuis.	
	Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerē propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.	17	″Ipſe enim Herodes miſſis ſatellitibus prehenderat Iohannem, & vinxerat eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam vxorem.	
Leuit.18.b.16	Dicebat enim Iohannes Herodi, ¶Non licet tibi habere vxorē fratris tui.	18	Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.	Iohannes quare coniectus in carcerem.
	Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.	19	Herodias autem ″imminebat ei, cupiebátque trucidare eum, nec poterat.	Herodias.
	Herodes enim metuebat Iohannē, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum: & audito eo mul-	20	Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum *eſſe* virum iuſtum ac ſanctum, & obſeruabat eū: ″auditóque eo ″multa faciebat,	Herodes metuit Iohannem.

11 Et quicunque καὶ ὅσοι Antapodoton ex vulgi ſermone petitū. Nam ſi ita loquaris, Quicunque non crediderit, condemnabitur: tum demum plena & iuſta eſt oratio. Sic Virgilius, Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Amen ἀμὴν Hæc periodus in omnibus exemplaribus Græcis legitur, exceptis tantùm ſecundo & octauo. In Vulgata tamen verſione prætermittitur: certè totidem verbis in Matthæo ſcripta eſt. 12 Itaque *illi* egreſſi καὶ ἐξελθόντες Vulg. ad verbum, Et exeuntes. Eraſmus, Et egreſſi. Ego verò exiſtimo καὶ hoc loco & aliis multis pro οὖν vſurpari: quam enallagen ſæpe iam diximus inde ortam eſſe, quòd ו Hebræorum varias habeat ſignificationes.

13 Vngebántque καὶ ἤλειφον Fuit igitur oleum ſymbolum mirificæ iſtius virtutis, non autem medicamentum quo morbos curarent. Iā verò quum temporaria hæc dona iampridem ceſſarint, quorſum hæc cæremonia retineatur?

14 Herodes ἡρώδης Sextum exemplar habebat τὴν ἀκοὴν ἰησοῦ, id eſt auditionem, ſiue rumorem qui de Ieſu ferebatur: quod niſi addas, non modò manca fuerit conſtructio, ſed etiam hæc pertinere videbuntur ad prodigia illa per Apoſtolos edita, quorum proximè meminit: quū potius ad Chriſtū ipſum pertineant, vt declarant ſequentia. Celebre φανερὸν Eraſmus, innotuerat, id eſt ἐγνώσθη. Vulgata, manifeſtum: quo modo etiam ſolemus interpretari, ſed hîc habenda fuit Latinæ linguæ ratio. Factum erat ἐγένετο Vel, erat: quum γίγνεσθαι & εἶναι ſæpe permutentur. Ille qui baptizabat, ὁ βαπτίζων, In quarto codice legitur eodem ſenſu ὁ βαπτιστὴς, baptiſta, id eſt baptizator. Solent enim (vt ſæpe diximus) Hebræi participia vſurpare loco nominum quæ Verbalia vocamus: & Vetus interpres ita legit. Virtutes agunt in eo. ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. Sic Eraſmus vertit, in eo tantùm diſſentiens à Vetere interprete, quòd maluit agendi verbo vti, quàm operandi. Vocat autem Marcus δυνάμεις hoc loco, non (vt paulo antè) facta illa Chriſti mirifica & vim omnem humanam ſuperantia, ſed ipſam potius vim & facultatem illa efficiendi. Quòd ſi pro factis ipſis accipere libeat, videtur etiam hic locus commodè ſic poſſe paſſiuo verbo explicari, efficiuntur iſtæ virtutes ab eo. Nam verbum ἐνεργοῦσιν, pro ἐνεργούμεναί εἰσιν accipi paſſiua ſignificatione poteſt, vt ἀσκεῖν pro ἀσκεῖσθαι apud Xenophontem, & ἵππους ἀποκεχωρηκότας pro ἀποκεχωρισμένους apud Herodotum: ἐν αὐτῷ verò, pro ὑπ' αὐτοῦ, vel δι' αὐτοῦ intelligi poteſt, quum ב apud Hebræos (cui reſpondet præpoſitio Græca ἐν) omne cauſarum genus declaret.

15 Vel vnus ex Prophetis illis. ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Hic locus varias recipit interpretationes. Sic enim Vulgata, quaſi vnus ex Prophetis, omiſſa particula ἢ, quæ etiam in ſex vetuſtis exemplaribus non legitur. vt ſit hic ſenſus, quoſdam habuiſſe Ieſum pro Propheta, eóque minimè vulgari, ſed qui cum excellentiſſimo quouis veterum illorum conferri iure potuerit. Eraſmus autem conuertit, vel tanquam vnus ex Prophetis: vt ſit hæc ſententia, Alios dixiſſe Eliam, eſſe alios Prophetam in genere, alios neque pro Iohanne, neque pro Elia habuiſſe: ſed admiratos ipſius facta, cunctabundos pronuntiaſſe ipſum videri poſſe aliquem ex veteribus illis Prophetis qui reſurrexiſſet. Vt autem dicam quod ſentio, ego malo ὡς pro ὅτι poſitum eſſe, & ita quidem vt ſit παρέλκον, ſicut τὸ ὅτι in ſuperioribus tribus membris. diſiunctiuam autem exiſtimo eſſe neceſſariam, vt quadruplex fuerit opinio, vna Herodis qui exiſtimabat Iohānem eſſe: altera eorum qui pro Elia habebant: tertia eorum qui Prophetam eſſe arbitrabantur: quarta demum eorum qui vnum ex veteribus illis Prophetis, quicunque tandē is eſſet.

Eodē modo su
carus interpr
tatur locū ju
Tanq; vnig

16 Iſte eſt Iohannes quem ego decollaui: ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα ἰωάννην, οὗτός ἐστιν Ad verbum, quem ego decollaui Iohannem, iſte eſt: Græca conſtructione, ſicut dixit Quintilianus, Ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Vetus interpres, Quem ego decollaui Iohannem, hic à mortuis reſurrexit. Nam non legit οὗτός ἐστιν, & pro αὐτὸς ἠγέρθη, legit οὗτος ἠγέρθη, ſicut etiam in vno vetuſto exemplari ſcriptum erat. Eraſmus, Cui ego præcidi caput, Iohānes iſte eſt, id eſt ᾧ ἐγὼ ἀπέτεμον τὴν κεφαλὴν, οὗτός ἐστιν. Cæterùm illud ἀκούσας δὲ, interpretatus ſum, Quum igitur audiſſet, potius quàm, Quum audiſſet autem, cum Eraſmo: vel. Quo audito, cum Vetere interprete: quia exiſtimo hæc eſſe dicta per epanalepſin. Apparet enim Euangeliſtam ex his Herodis verbis, diſcribendæ mortis Iohannis occaſionem quæſiuiſſe.

17 Ipſe enim Herodes αὐτὸς γὰρ ἡρώδης In quodam exemplari ſcriptum erat, ὁ γὰρ ἡρώδης, Herodes enim: idque fortaſſis rectius.

19 Imminebat ei, ἐνεῖχεν αὐτῷ, Vulgata & Eraſmus, inſidiabatur illi, id eſt ἐπεβούλευσεν αὐτῷ. Ego verò nuſquā memini legere ἐνέχειν pro inſidiari. Interpretatur Heſychius ὠργίζετο, ſed aliquid etiam amplius videtur ſignificare, nempe ſummam offenſionem, quæ facit vt omnes captemus occaſiones quibus cuipiā noceamus: quod Latini tranſlatitiè declarant verbo imminere. Itaque melius (opinor) explicat Euſtathius Odyſſ. τ'. κατά τινος ἔχειν, vt hic noſter loquitur infrà 11. d.25, & Iohannes Apoc. 2.a.4. d.14.g.20, ſed addito caſu. Galli (vt opinor) hoc exprimunt, quum dicunt, *en auoir a quelcun*.

erat intentus
in eū. ub
et anco. si
ἔχω.

20 Auditóque eo, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, In ſeptimo codice legitur, καὶ ἀκούων αὐτοῦ, & eum audiens. Multa faciebat, πολλὰ ἐποίει, In octauo codice legitur πολλὰ ἠπόρει, id eſt multùm hæſitabat: vt qui animo eſſet ancipiti & dubio, vt planè neſciret quò ſe verteret. Hæc enim eſt vis verbi Dei, vt conſcientias excitet, neque ſinat reprobos torpere, quin ſaltem exagitent eos anxiæ cogitationes, donec in barathrum deſperationis præcipitentur. prior tamen lectio magis eſt recepta.

&"cum voluptate eum audiebat.

Quum igitur dies opportunus adeſſet, quo tempore Herodes in natalitiis ſuis cœnam faciebat"proceribus ſuis, ac chiliarchis, & "primis Galilææ:

Saltars.

Et introiſſet" filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, placuiſſétque Herodi ac ſimul diſcumbentibus, Rex ait puellæ, Pete à me quodcunque volueris, & dabo tibi.

Iurauítque ei, Quodcunque à me petieris dabo tibi, vſque ad dimidium regni mei.

At illa egreſſa, dixit matri ſuæ, Quid petam? Illa verò dixit, Caput Iohannis Baptiſtæ.

Caput Iohannis amputatum datur ſaltatrici.

Itaque ingreſſa ſtatim"ſtudioſè ad Regem, petiuit dicẽs, "Cupio vt"iam nunc des mihi in patina caput Iohannis Baptiſtæ.

Rex autem"valde triſtis factus, "propter iuſiurãdum, eóſque qui ſimul accumbebant, noluit eam"reiicere. repellere

"Et ſtatim Rex miſſo"ſpiculatore, "iniũxit"vt afferretur caput eius: ille verò abiit, ac decollauit eum in carcere:

Attulítque caput eius in patina, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri ſuæ.

Sepelitur Iohannes.

Quúmque hoc audiſſent diſcipuli eius, venerunt, & ſuſtulerunt "cadauer eius, poſuerúntque ipſum in monumento.

Apoſtoli reuerſi à prædicatione.

"Tunc coguntur Apoſtoli ad Ieſum, & annuntiauerunt ei omnia, & quæ egerant, & quæ docuerant.

Et ait eis, "Venite vos ipſi priuatim in deſertum locum, & requieſcite paululum. Erant enim qui venirent & abirent multi: "& ne ad veſcendum quidem opportunum tempus habebant.

ta faciebat, & libenter eum audiebat.

21 Et quũ dies opportunus accidiſſet, Herodes in natalitiis ſuis cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

22 Quúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúlque recumbentibus, Rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi.

23 Et iurauit illi, Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. D

24 Quæ quum exiſſet, dixit matri ſuæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Iohannis Baptiſtæ.

25 Quúmque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad Regem, petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in diſco caput Iohannis Baptiſtæ.

26 Et cõtriſtatus eſt Rex, propter iuſiurandum & propter ſimul diſcumbẽtes noluit eam contriſtare.

27 Sed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco, & decollauit eum in carcere:

28 Et attulit caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.

29 Quo audito, diſcipuli eius venerũt, & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento.

30 Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſũ, renuntiauerunt ei omnia quæ egerãt & docuerant. Luc.9.b.10

31 Et ait illis, Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec ſpatium manducandi habebant.

Cum voluptate ἡδέως Vulgata & Eraſmus, libenter, id eſt ἀσμένως. Mirum eſt Tyrannum libenter audiiſſe ſententiam Domini in ſe latam. Sed ea eſt vis veritatis, vt qui illam peſſimè oderunt, tamen reuereantur: & non dubium eſt quin aliquos bonos motus habuerit Herodes, ſed cadebat ſemen in ſaxoſa loca, itaque radices non egit.

21 Proceribus τοῖς μεγιστᾶσιν Vulgata, principibus. Eraſmus, primatibus: quod non memini apud idoneos authores legere. Nonnulli, magnates vocant, vocabulo (vt ego equidem exiſtimo) parum Latino. Apparet autem in Oriente megiſtanas appellatos qui à Latinis proceres vocantur, quaſi maximates dicas. Itaque non modò Suetonius de Perſarum rege loquens, Græcum vocabulum retinuit (vt obſeruauit Eraſmus) ſed etiam Cornelius Tacitus de Armeniis agens. Primis τοῖς πρώτοις Sic quoque Vetus interpres conuertit. Eraſmus autem primoribus dicere maluit: quum illud vocabulum hac ſignificatione magis Latinum ſit, & Græco optimè reſpondeat.

22 Filia ipſius Herodiadis, τῆς θυγατρὸς τῆς Ἡρῳδιάδος, In octauo exemplari ſcriptum erat αὐτοῦ: quam lectionem ſi ſequaris, conuertes hoc modo, filia eius [ſcilicet Herodis] Herodias. Sed apparet ex Matthæo Herodiadem eſſe matris ipſius nomen: quam etiam teſtantur omnes veteres non ex Herode Antipa, ſed ex marito Philippo hanc filiam ſuſtuliſſe. Eius autẽ filiæ nomen: Euangeliſtæ quidem non exprimũt, ſed Ioſephus Salomen vocat, in eo diſſentiens à noſtris, id eſt à veritate, quòd Herodiadem dicit non Philippo, ſed Herodi ſecundo nuptam fuiſſe, quum eam Herodes iſte cognominatus Antipas abduceret à marito.

25 Sudioſè μετὰ σπουδῆς ſiue cupidè. Ad verbum, cum ſtudio. σπουδὴ Græcis ſtudium, id eſt (vt Cicero interpretatur) aſſidua & vehemens ad aliquam rem magna cum voluntate applicatio. Vulgata, ſtatim, id eſt εὐθὺς. Eraſmus, confeſtim. Cupio θέλω Vulgata & Eraſmus, Volo: quod Latinis videtur imperioſum. Vide ſuprà Matthæi 5.g.42, & infrà ca.10.e.35, vbi hunc Hebraiſmum annotauimus. Iam nunc ἐξ αὐτῆς Ad verbum, ex hac, ſcilicet hora. ſubauditur enim ὥρας. Vulgata & Eraſmus, protinus, quod aduerbium eſt variæ ſignificationis, ideóque à nobis repudiatum. Deerant autem hæc duo vocabula in vetuſtis exemplaribus ſecundo & quarto, & ſanè raro occurrunt. Vſurpantur tamen etiam à Paulo, Phili.2.c.23. 26 Valde triſtis factus περίλυπος γενόμενος, Vulgata, contriſtatus eſt, id eſt λυπηθεὶς. Eraſmus, dolore affectus. Neuter ſatis expreſſit vim præpoſitionis περὶ, de qua diximus ſuprà Matthæi 26.d.38. Propter διὰ Hoc refertur ad ſequẽs verbum ἀθετῆσαι, non autem ad præcedentia: & poſt ὁ βασιλεὺς in ſecundo exẽplari additum erat ὡς ἤκουσε, vt audiuit. Reiicere. ἀθετῆσαι. Vulgata contriſtare. id eſt λυπεῖν. Hoc vocabulum propriè rei inanimatæ tribuitur, & opponitur τιθέναι. i. ponere & ſtatuere. Nam ἀθετεῖν νόμον declarat legem irritam facere & quaſi deponere. Inde factum vt pro ἀτιμάζεσθαι & καταφρονεῖν acciperetur, id eſt reiicere & contemnere.

27 Et ſtatim καὶ εὐθέως In ſecundo codice legitur ἀλλ' εὐθέως Sed ſtatim. Vetus quoque interpres legit ἀλλὰ, ſed prætermiſit ὁ βασιλεὺς tanquam minimè neceſſarium. Spiculatore, σπεκουλάτωρα, Vox Latina corrupta, ι in ε mutato, ſicut plæraque alia paſſim reperiuntur: de quibus diximus Matth.5.d.26, vt λεγεὼν, in quo vocabulo eadem fit vocalium permutatio. Erant autem ſpiculatores, principum ſatellites, ſic dicti à gerendis ſpiculis: quorum mentionem facit Cornelius Tacitus. Vnde Spiculatoria caliga apud Suetonium in Caligula, ſicut Bayſius rectè emendauit. Iniunxit ἐπέταξεν Vulgata & Eraſmus, iuſſit, id eſt ἐκέλευσεν: quo modo etiam in nonnullis impreſſis codicibus legitur, eodem ſenſu. Vt afferretur ἐνεχθῆναι Eraſmus, inferri: quòd accumberet ſcilicet, quaſi iuſſerit Herodes caput menſæ inferri, tanquam ferculum aliquod: quod factum eſſe ne ſuſpicari quidem poſſumus ex iis quæ hoc loco referũtur. Vetus autem interpres pro ἐνεχθῆναι legit ἐν δίσκῳ, vel πίνακι, in diſco: quum id hoc loco non reperiatur in Græcis codicibus.

ordint

29 Cadauer πτῶμα Vulgata, corpus, id eſt σῶμα, ſicut apud Matthæum ſcribitur 14.b.12: nullo quidem diſcrimine ſi Grammaticis credimus, qui σῶμα propriè dici volunt τὸ ἄψυχον. Sed nimirum hoc ferre non poſſunt aures quorundam, ne cadauera videantur adorare.

ta porsonas

30 Tunc coguntur καὶ συνάγονται Vulgata, Et conuenientes, καὶ συνερχόμενοι.

31 Venite vos ipſi priuatim δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν In ſecundo codice legitur δεῦτε ὑπάγωμεν, Venite eamus. Vulgata omiſit ὑμεῖς αὐτοί. Eraſmus interpretatur, vos ſoli, hoc eſt dimiſſis cæteris. Poſitum enim eſt (inquit) αὐτοὶ pro ſoli, quemadmodum καθ' ἑαυτὸν eſſe dicitur qui ſolus eſt abſque arbitris. Et ne ad veſcendum, &c. καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. Vulgata, & nec ſpatium manducandi habebant: quum in hoc genere dicendi μηδὲ idem valeat quod nequidem, & εὐκαιρεῖν aliquid amplius ſignificet quàm ſpatium habere vel vacare, quo poſteriore vtitur Eraſmus. In ſecundo autem codice legebatur, οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρως εἶχον, id eſt, & ne veſci quidem opportunè poterant.

Matth.14.b.13 luc.9.b.10

|Et aſcendentes in nauim, abierũt in deſertum locum ſeorſum,

32 'Abierunt igitur in deſertum locum nauigio ſeorſim.

Et viderunt eos abeũtes, & cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

33 Sed vidit eos abeuntes"turba, & 'agnouerunt eum multi: &'pedibus ex omnibus ciuitatibus cõcurrerunt illuc, præueneruntque eos,"& conuenerunt ad eum.

Matth.9.d.36. & 14.b.14 Luc.9.b.11

Et exiens vidit turbam multam Ieſus, & miſertus eſt ſuper eos: quia erant ſicut oues non habentes paſtorem: |& cœpit illos docere multa.

34 Tunc egreſſus vidit turbam multam Ieſus, & miſericordia commotus eſt ſuper eis: quia erant vt oues non habentes paſtorem: & cœpit eos docere multa.

Docet turbas in deſerto.

Matth.14.b.15

|Et quum iam hora multa fieret, acceſſerũt diſcipuli eius, dicẽtes, Deſertus eſt locus hic, & iã hora præteriit:

35 'Quum autẽ iam multus dies eſſet, adierunt eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, &"iam multus dies eſt:

Panibus quinque & duobus piſcibus ſaturantur 5000 homines.

Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant ſibi cibos quos manducent.

36 Dimitte eos, vt quum abierint in'circũiacentes agros ac vicos, "emant ſibi panes: nam quo veſcantur non habent.

Et reſpõdens, ait illis, Date illis vos manducare. Et dixerũt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes: & dabimus illis manducare?

37 At ille reſpondens, ait eis, Date vos ipſis quo veſcantur. Tunc dicunt ei,"*Num ut* profecti emamus ducentis denariis panes, & demus eis quo veſcantur?

Matth.14.b.17 luc.9.b.13 iohan.6.a.9

Et dicit eis, Quot panes habetis? ite, & videte. |Et quũ cognouiſſent dicunt, Quinque, & duos piſces.

38 At ille dicit eis, Quot panes habetis? abite & videte. Et quum cognouiſſent, dicunt, Quinque, & duos piſces.

Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, ſecundum contubernia ſuper viride fœnum.

39 Tunc iniunxit eis'vt diſcumbere facerẽt omnes,"ſigillatim per conuiuia"ſuper viridi gramine.

F

Et diſcubuerunt in partes per centenos & quinquagenos.

40 Diſcubuerunt igitur 'ſigillatim per areolas"*partim* centeni, & *partim* quinquageni.

Et acceptis quinque panib⁹, & duobus piſcibus: intuens in cælum benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus.

41 Et acceptis quinque illis panibus, ac duobus illis piſcibus, ſuſpiciens in cælum"benedixit, ac fregit panes: dedítque diſcipulis ſuis vt apponerent illis: & duos piſces partitus eſt omnibus.

Gratiarũ actio.

Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

42 Comederúntque omnes, & ſaturati ſunt.

32 Abierunt igitur καὶ ἀπῆλθον Eraſmus legit ἀπῆλθεν abiit, ſingulari numero. 33 Turba, οἱ ὄχλοι, Hoc non legit Vetus interpres, neque etiam in veteribus codicibus reperimus. Agnouerunt eum ἐπέγνωσαν αὐτὸν In 3.6.8 & 9 exemplaribus ſcriptum erat αὐτοὺς eos: quod videtur legiſſe Vetus interpres, quia noluit repetere tanquam ſuperuacuum. Pedibus πεζῇ Vulgata, pedeſtres, id eſt πεζοί, ſicut etiam legimus in vetuſtis duobus exemplaribus. Eraſmus, pedeſtri itinere, vt ſubaudias ὁδῷ. Vide Matth.14.b.13. Et conuenerunt ad eum. καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. In ſecundo codice, pro πρὸς αὐτὸν ſcriptum erat αὐτῷ, id eſt eó. Vetus autem interpres totum hoc membrum non legit. Complutenſes verò pro συνῆλθον impreſſerunt ἦλθον, venerunt.

35 Quum autem iam multus dies eſſet, καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, Vulgata ad verbum, Et quum iam hora multa fieret: quæ verſio eſt obſcura & parùm Latina. Dicunt enim Latini multum diem, non multam horam. Cicero Attico, Multus ſermo ad multum diem. Item Cæſar, Multo die cognouit à ſuis montem teneri. Itaque miror Eraſmum ſic maluiſſe interpretari, Et quum iam multum diei præteriſſet, id eſt καὶ ἤδη πολλῆς ὥρας, vel ἡμέρας, διελθούσης. Iam multus dies eſt: ἤδη ὥρα πολλή· Vulgata, hora præteriit: id eſt ὥρα παρῆλθεν vt loquitur Matth.14.b.15. Eraſmus, multum temporis effluxit: quæ Græcis non reſpondent. Quoddam exemplar, pro ἤδη ſcriptum habebat articulum fœmininum ἡ. 36 Circumiacentes agros τοὺς κύκλῳ ἀγρούς, Κύκλῳ hîc videtur quodammodo degenerare in aduerbium, paulo aliter tamen quàm ſuprà hoc eodem capite verſu 6, vbi vertimus, in orbem, quia ſcilicet articulum non habebat adiunctum, vt illic annotaui. hîc autem videtur ecliptica eſſe oratio, quam ſic explere poſſis, τοὺς ἐν κύκλῳ κειμένους, id eſt περιχώρους. Vulgata vertit, proximas, id eſt τοὺς ἔγγιστα, quod etiam ſcriptum erat in ſecundo exemplari. ἀγροὺς verò cõuerti agros potius quàm villas, id eſt ἀγροικίας de quo diximus aliquid Matth.22.a.5. Emant ſibi panes: nam quo veſcantur non habent. ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. τί poſitum videtur pro ὅτι. Vetus interpres, emant ſibi cibos quos manducent. Nam etiam in octauo codice ſcriptum erat, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν.

Num ut profecti emamus ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν Quanuis in nonnullis codicibus hæc periodus legatur abſque nota interrogante, tamẽ quum hæc à diſcipulis dicantur non inter ſeſe deliberantibus, ſed alloquentibus Dominum, exiſtimo cum interrogationis, aut admirationis potius nota legi oportere. Eſt enim interrogatio, ſed cum admiratione, atque adeò cum ironia quadam coniuncta: quo dicendi genere vtimur etiam quum indignantes aliquid negamus nos facturos, vt ſupplere neceſſe ſit quippiam, ſicut hoc loco fecimus. Quòd ſi ἀγοράσωμεν legas, & paulo pòſt δώσομεν ſicut etiam in duobus vetuſtis codicibus ſcriptum erat, ſubaudienda tantùm erit particula interrogans quæ ſæpe prætermittitur, adiuuante pronuntiationem accentu: & ita conuertemus, Num abeuntes ememus panes ducentis denariis, & dabimus eis ad veſcendum? quæ lectio mihi quidem ſimpliciſſima videtur.

39 Vt diſcumbere facerent ἀνακλῖναι Hoc verbum quum propriè neutrum ſit, hîc degenerat in formam coniugationis hiphil. In editione verò Baſilienſi legitur ἀνακλιθῆναι paſſiua ſignificatione, quaſi dicas reclinari. Sigillatim per conuiuia συμπόσια συμπόσια Vulg. ſecundum contubernia. Eraſmus, diſtributis conuiuiis. Neuter ſatis commodè, ni fallor. Hebræi, pro diſtributiuis quibus carent, vti ſolent vocabulis geminatis, veluti ſi binos intelligant, dicunt δύο δύο, vt ſuprà 6.a.7, id eſt vt vernaculo ſermone dicimus, *deux a deux*. Græci verò adhibent in eum vſum præpoſitionem κατά. Itaque conuerti perinde acſi ſcriptum eſſet κατὰ συμπόσια, & paulo pòſt πρασιαὶ πρασιαί, id eſt κατὰ πρασιάς· συμπόσια autem, id eſt conuiuia vocat, quæ vulgò vocamus *tablées*, id eſt numerum hominum quantum poteſt vna menſa capere. Neceſſe enim fuit tantam multitudinem in varias tanquam turmas conuiuarum diſtribui. Hoc vidit Eraſmus, ſed obſcurè admodum explicauit. Super ἐπὶ Eraſmus, in. Sed illa certè interpretatio melius conuenit, & propria eſt huic præpoſitioni quoties tertio caſui iungitur. Itaque Vulgatam verſionem retinui. 40 Sigillatim per areolas πρασιαὶ πρασιαί Vel vno vocabulo, areolatim. Dicuntur enim πρασιαὶ hortorum areolæ. Diſtributis igitur turmis conuiuarum ſuper viridi gramine, videri poterant prata in totidem veluti areolas diſtincta. Vulgata, per partes, id eſt κατὰ μέρη. Eraſmus, diuiſi in viridaria, id eſt κατὰ κήπους. *Partim* centeni, & *partim* quinquageni. ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. De ἀνὰ præpoſitione diximus Matthæi 20.a.9. Vulgata, per centenos & quinquagenos. Eraſmus, centeni & quinquageni: quæ vtraque verſio ſic poſſet intelligi, quaſi ſingulæ conuiuarum cateruæ centum quinquaginta conuiuas fuerint complexæ. Itaque vt eam amphibolìam vitarem quæ non eſt in Græco ſermone, addidi particulam partim. Quanuis autem in ea re parum eſſe momenti quibuſdam videri poſſit, nemini tamen hæc diligentia diſplicere debet.

41 Benedixit, εὐλόγησε, id eſt gratias egit Deo Patri, & nomen eius inuocauit. neque enim τοὺς ἄρτους repetitur ἀπὸ κοινοῦ: quod placuit admonere, quia multi verbum benedicendi, quoties occurrit, nimis cupidè ſine iudicio arripiunt, vt transferant in alienum ſenſum: præſertim ſuperſtitioſi, qui pro ſuo more imaginantur ſignũ crucis in aerem ſparſum: quod quidem nõ minus hîc eſt abſurdum, quàm ſiquis eum dicat iſtis panibus egiſſe gratias. Nam εὐλογεῖν hoc loco idem valere quod εὐχαριστεῖν, nemo dubitabit qui hunc verſiculum compararit cum capitis octaui verſiculo ſexto.

43 Et ſuſtulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos: & de piſcibus.

44 Erant autem″qui comederant″quaſi quinquies mille viri.

45 Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos inſcendere nauigium, & præire Bethſaidam, in vlteriorem *ripam*, dum ipſe dimitteret turbam.

46 ″Et quum amandaſſet ″eos, abiit in montem ad orandum.

Apoſtolis contrarius ventus in mari.

47 Quum autem ſerum *diei* adeſſet, erat nauigium in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

48 Vidítque eos vexatos ″in prouehendo (erat enim ventus contrarius eis)″& circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulãs ſuper mare: volebátque præterire eos.

Phantaſma.

49 Illi verò viſo eo ambulante ſuper mare, putauerunt ſpectrum eſſe: & exclamauerunt.

Fides.

50 Omnes enim videbant eum, & turbati ſunt. ſed ſtatim loquutus eſt cum eis, dixítque eis, Confidite, ego ſum, ne timeatis.

51 Tunc aſcendit ad eos in nauigium, quieuítque ventus: ″& valde ex abundanti apud ſeſe percellebantur, ″& mirabantur.

52 ″Non enim intellexerant *quod factum fuerat* in illis panibus: ″nam cor eorum occalluerat.

Sanãtur infirmi tactu veſtimenti Chriſti.

53 Et quum traiecissent, venerunt in terrã Genezareth, & ″appulerunt.

54 Tunc ipſis egreſſis è nauigio ſtatim agnito eo,

55 ″Quum percurriſſent totam circumiacentem regionem illam, cœperunt in grabbatis malè affectos circunferre, ″vbi audiebant quòd eſſet illic.

56 Et quocũq; introiſſet in vicos, aut vrbes, aut agros, ″in foris ponebant eos qui inualidi erant, & precabãtur eum vt vel fimbriam

43 Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos: & de piſcibus.

44 ¶Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum.

45 Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam: dum ipſe dimitteret populum.

46 Et quũ dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.

Matth.14.c.23
iohan.6.b.16

47 ¶Et quũ ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

48 Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare: & volebat præterire eos.

49 At illi vt viderunt eum ambulantẽ ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe: & exclamauerunt.

G

50 Omnes enim viderunt eum, & cõturbati ſunt. & ſtatim loquutus eſt cum eis, & dicit eis, Confidite, ego ſũ, nolite timere.

51 Et aſcendit ad illos in nauim: & ceſſauit vẽtus: & plus magis intra ſe ſtupebant.

52 Non enim intellexerũt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Matth.14.d.34.

53 ¶Et quum tranſfretaſſẽt, venerunt in Terrã Genezareth, & applicuerũt,

54 Cúmque egreſſi eſſent de naui, cõtinuò cognouerunt eum:

55 Et percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperũt in grabbatis eos qui ſe malè habebant circunferre, vbi audiebant eum eſſe.

56 Et quocũque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabãtur eũ

44 Qui comederant, οἱ φαγόντες, Complutenſis editio addit τοὺς ἄρτους panes illos. Quaſi ὡσεὶ id eſt ferè. Terentius, Quaſi ad talenta decem coegi. Vetus interpres hanc particulam non legit, neque etiam vetuſti codices adſcriptam habebant.

46 Et quum amãdaſſet eos, καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, vel, Et quum vale dixiſſet eis. Nam hoc idem verbum etiam ſignificat vale dicere, id eſt, iis à quibus diſcedimus, vel qui à nobis diſcedunt beneprecari: quo modo vſurpatur Luc.9.g.61, Act.18.e.21. & 2, Corin.2.d.13. Vulgata & Eraſmus, quum dimiſiſſet, id eſt ἀπολύσας, vel potius ἀποπεμψάμενος. Eos, αὐτοῖς, Diſcipulos ſcilicet. Nam quanuis ad turbam etiam referri poſſe videatur, tamen veriſimile eſt de diſcipulis intelligendum, quos iuſſerat traiicere: quum ſubducere ſe potius à turba ſoleat, quàm palàm illi vale dicere. 48 In prouehendo ἐν τῷ ἐλαύνειν ſubaudi τὸ πλοῖον nauigio. Eſt enim τὸ ἐλαύνειν nautarũ qui remis prouehunt nauem: & nonniſi metaphoricè ad equites & aurigas tranſfertur. Verbo autem Prouehendi vtitur etiam abſolutè Plinius lib.21.cap.13, In Hiſpania, inquit, mulis prouehunt. ſimili de cauſa loquens de nauibus, quibus impoſita aluearia prouehuntur. Vulgata & Eraſmus, in remigando, id eſt ἐν τῷ ἐρέσσειν, vel κωπηλατεῖν. Et circa quartam vigiliam καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν Eraſmus pro καὶ vertit, at, quod non videtur huic loco ſatis conuenire. Certè in vetuſto quodam exemplari, initio huius verſiculi, pro καὶ εἶδεν ſcriptum erat καὶ ἰδὼν, neque hoc loco repetita erat copula: quæ lectio non eſt repudianda.

51 Et valde ex abundanti καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ Vulgata, & plus magis, id eſt, καὶ πολλῷ μᾶλλον. quod eſt barbarè & obſcurè dictum. Eraſmus, & vehementer ſupramodum, id eſt καὶ σφόδρα ὑπερμέτρως. Cæterùm λίαν idem valet quod πάνυ, ἐκ περισσοῦ verò, Quintilianum authorẽ ſequuti, vertimus ex abundanti, pro quo etiam vulgò dicimus *d'abondant*, id eſt multo magis, vel multo amplius: quaſi dicat Euangeliſta, tantum abfuiſſe vt quum cognouiſſent ſpectrum non eſſe, deſierint obſtupeſcere, vt etiam multo magis quàm antea ſint perculſi, quum viderẽt ventos ac mare ipſius imperio acquieuiſſe. Et mirabantur. καὶ ἐθαύμαζον. Hæc deerant in vetuſto vno codice: & ſanè videri poſſunt adiectitia, quod etiam ſuſpicatus eſt Eraſmus. 52 Non enim intellexerant *quod factum fuerat* in illis panibus: οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. Id eſt miraculum illud quinque panum. vel nõ perceperant, vel non ſatis conſiderauerant, adeò vt iſta Chriſti virtus illis non minus eſſet noua, quàm ſi miraculo illi recens facto non interfuiſſent. Vulgata & Eraſmus, Non enim intellexerant de panibus, id eſt περὶ τῶν ἄρτων. Ego malui aliquid ſupplere. Nam alioqui noua eſt iſta conſtructio verbi συνιέναι. Itaque ſic videntur etiam Græca explenda, οὐ γὰρ συνῆκαν τὸ πραχθὲν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. Quòd ſi non placet hæc eclipſis, accipies τὸ συνιέναι ἀντὶ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν, & ita conuertes, Non enim animum aduerterant ad panes illos, id eſt ad miraculum illud quinque panum. Nam occalluerat. ἦν γὰρ πεπωρωμένη. Vulgata & Eraſmus, erat enim obcæcatũ, id eſt ἦν γὰρ πεπηρωμένη. Suprà autem cap.3.a.5 docui πώρωσιν aliud eſſe quàm πήρωσιν. Idem ergo declarat πωροῦσθαι quod σκληρύνεσθαι, vnde σκληροκαρδία. Cæterùm in tribus vetuſtis codicibus pro ἦν γὰρ ſcriptum erat ἀλλ' ἦν πεπωρωμένη, id eſt ſed occalluerat.

53 Appulerunt. προσωρμίσθησαν. Vulgata, applicuerunt: quod verbum latius patet quàm προσορμίζεσθαι, id eſt ἐλλιμενίζειν. Quamobrẽ etiam Eraſmus vertit, applicuerunt in portum. Ego verò malui verbo appellendi vti, quod & ipſum propriè dicitur, quum ex pelago aut freto quis πρὸς ὅρμον, id eſt ad littus acceſſerit, vt ait idoneus author Donatus.

55 Quum percurriſſent περιδραμόντες In nono codice additum erat οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου, id eſt eius loci homines, quod apud Matthæum etiam habetur: & ſanè ſi addatur, mollior erit iunctura duorum participiorum ἐπιγνόντες & περιδραμόντες: alioqui cogemur ſupplere coniunctionem, quam etiam expreſſit Eraſmus. niſi potius περιέδραμον legas, id eſt percurrerunt, ſicut in vno vetuſto codice ſcriptum erat, & paulo pòſt καὶ ἤρξαντο, addita ſcilicet copula. Vbi audiebant quòd eſſet illic. ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστί. Eraſmus, quũ audiſſent eum illic eſſe. Putauit enim ὅπου eſſe aduerbium temporis, ſicut apud Latinos interdum Vbi pro Poſtquam accipitur: quaſi hoc ſit ad eos referẽdum qui quum Ieſum agnouiſſent, ſtatim cæteris nuntiarint illum adeſſe: illi verò quum hæc audiſſent, ægrotos ad eum adduxerint. Sed τὸ περιφέρειν oſtendit iſtos huc & illuc diſcurſaſſe, eò nimirum vbi Ieſum eſſe intelligebant, qui regionem illam peragrabat. Deinde quod paucis dixerat Marcus, ſequenti verſiculo pluribus explicatur: vt minimè dubium ſit quin Vetus interpretatio retinenda ſit. Nam aduerbium ἐκεῖ ex idiotiſmo Hebræorum redundat, & in vno etiam vetuſto exemplari ſcriptum non erat.

56 In foris ἐν ταῖς ἀγοραῖς Vulgata, in plateis, id eſt ἐν πλατείαις, ſicut in ſecundo exemplari legitur. Quanquam (vt annotat Eraſmus) paruum in eo ſit diſcrimen, quum platea, id eſt via latior, pro foro eſſe poſſit.

vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

Cap. VII.

Matth.15.a.2

1 ET conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ieroſolymis.

2 Et quum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius communibus manibus, id eſt non lotis, manducare panes, vituperauerunt.

3 Phariſæi enim & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non mãducant, tenentes traditionem Seniorũ.

4 Et à foro, niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum.

5 Et interrogabant eum Phariſæi & Scribæ, Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem Seniorum, ſed communibus manibus manducant panem?

B

Eſa.29.d.13

6 At ille reſpõdẽs dixit eis, Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis: ſicut ſcriptum eſt, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abeſt à me.

veſtimenti eius tangerẽt: & quotquot ˊtangebant eũ, ſeruabantur.

Cap. VII.

Manibus illotis comedẽtes Apoſtoli reprehendũtur.

1 TˊVnc coguntur ad eum Phariſæi, & quidam ex Scribis, qui venerant Hieroſolymis.

2 Et quum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius ˝pollutis manibus (id eſt illotis) ˊedere panes, ˝queſti ſunt.

3 Nam Phariſæi & omnes Iudæi, niſi ˝certatim lauerint manus, nõ edunt, ˊtenentes traditionem maiorum.

Doctrina hominũ de lotionib⁹.

4 Et ˝à foro *venientes*, niſi ˝loti fuerint, ˝non edunt: & alia multa ſunt quæ ˝acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum ˊ& ſextariorum & æramentorum & lectorum.

5 Deinde interrogant eum Phariſæi & Scribæ, Quare diſcipuli tui ˝non ambulant ſecundum ˊtraditionem Seniorum, ſed ˝illotis manibus edunt panem?

Hypocritæ.

6 Ille verò reſpondens dixit eis, Enimuero bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis: vt ſcriptum eſt, Populus iſte labiis me honorat, cor autem eorum procul ˝abeſt à me.

Tangebant eum, ἥπτοντο αὐτοῦ, Vel, tangebant eam, ſcilicet fimbriam. poteſt enim vel ad κράσπεδον referri, vel ad ipſum Chriſtum. Nam de ea quæ veſtimentum illius tetigerat, dicit Dominus, Quis me tetigit?

IN CAPVT VII.

1 Tunc coguntur καὶ συνάγονται Vulgata & Eraſmus, Et conueniunt, id eſt καὶ συνέρχονται, quũ plerunque τὸ συνάγεσθαι vertant congregari. Particulam autem καὶ expreſſi (vt alibi ſæpe) per aduerbium temporis. Nam præterquam quòd ea ſignificatio melius videtur conuenire, Matthæus quoque cap.15.a.1, ſcriptum habet τότε προσέρχονται.

2 Pollutis κοιναῖς Vulgata & Eraſmus ad verbum, communibus, id eſt (vt ipſe explicat) illotis. Neque tamen noſtra interpretatio falſa eſt. Nam idcirco Phariſæi illotis manibus cibum capi nolebãt, quòd illas communi rerum attrectatione pollui exiſtimarent. Vide Matth. 15.b.11. Edere panes, ἐσθίοντας ἄρτους, Apud Græco ſæpe participia pro infinitis verborum modis ponuntur. Edere autẽ panem, Hebræorũ idiotiſmo, idem valet quod cibum capere, vt alibi diximus. Queſti ſunt. ἐμέμψαντο. Vulgata, vituperauerunt. Eraſmus, incuſabant, ſiue accuſarunt. quas omnes ſignificationes admittit verbum Græcum μέμφεσθαι: quia ſcilicet eos de quibus conquerimur, vituperare, accuſare, reprehendere ſolemus. Ego eam ſignificationem ſum amplexus, quæ huius verbi propria eſt, ni fallor: præſertim quoties abſolutè ponitur, quam etiam Eraſmus annotauit.

3 Certatim πυγμῇ Quaſi Pugillatim dicas, vt tranſlatione à pugilibus ſumpta, ſummum lauandi ſtudium ac veluti certamen ſignificetur, quod vernaculo ſermone dicim⁹, *a qui mieulx mieulx*. Ego, ſicut à σιγὴ tertius caſus σιγῇ aduerbialiter accipitur, ſic etiã πυγμῇ deriuari puto à πυγμὴ, quod nõ modò decurtatam cubiti menſuram, ſed ipſam quoque pugilationem, id eſt pugilum certamen declarat. Vulgata & Eraſmus verterunt, crebrò: vt meritò ſuſpicetur Eraſmus Veterem interpretem legiſſe non πυγμῇ, ſed πυκνῇ. Verùm præterquam quòd hæc lectio nullius veteris codicis authoritate fulcitur, & hoc aduerbium nõ minus eſt inuſitatum quàm πυγμῇ, (potius enim dicimus πυκνὰ vel πυκνῶς) vereor vt ipſa etiam ſententia aliam interpretationem poſtulet. Alioqui exiſtimandum erit Phariſæos quoties cibũ caperent, crebrò & repetitis vicibus manus abluiſſe, quum veriſimile ſit potius, quoties ad menſam accederent, vna fuiſſe ablutione cõtentos. Theophylactus autem interpretatur ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος, id eſt ad cubitum vſque, quaſi cubitaliter dicas. Sed πυγμὴ neque πῆχυν declarat, id eſt cubitum, niſi pro mẽſura, eáque decurtata accipias, quanuis aliter ſcribat Eraſmus: neque ἀγκῶνα, id eſt ipſam lacerti iuncturam vbi os exterius eminet, quod nõnulli volunt ab Hippocrate κύβιτον vocari. Deinde huius ritus ac conſuetudinis nulla (quod ſciã) apud alios ſcriptores fit mentio, vt hæc Theophylacti interpretatio ne veriſimilis quidẽ mihi videatur. Ea verò expoſitio quã attuli, quãuis nullius authoritate nitatur, mihi ſimpliciſſima eſt viſa: quòd ſiquis meliorẽ attulerit, ego de mea libenter ſum deceſſurus. Tenentes κρατοῦντες id eſt ſtudioſè ac pro viribus obſeruãtes: quod etiam Obtinendi verbo ſignificatur, vt in illo Terẽtii, Antiquum obtines. Eſt autem quædam emphaſis τοῦ κρατεῖν hoc loco quam optimè videtur Cicero his verbis explicare pro Flacco, O morem, inquit, præclarum, diſciplinámq; quam à maioribus accepimus, ſi quidem teneremus: ſed neſcio quo pacto iam de manibus elabitur. Declaratur enim hoc verbo vis quædam quæ à Græcis κράτος vocatur. Ideo interdum ſignificat vi capere, quod vno verbo dicimus prehendere, interdum verò coercere, interdum etiam totis viribus retinere, vt hoc loco.

4 A foro *venientes*, ἀπὸ ἀγορᾶς, In ſecundo exemplari additum reperimus ὅταν ἔλθωσι, quod in quibuſdam Veteris editionis exemplaribus eſt expreſſum. Loti fuerint, βαπτίσωνται, Vulgata, baptizentur. quod meritò mutauit Eraſmus, quũ de ſolenni illa ablutione nõ agatur, cui (vt antè dixi) longa iam conſuetudine Gentium omnium dicata & conſecrata eſt Baptiſmi appellatio. Plus autem eſt βαπτίζεσθαι quàm χερνίπτειν, quòd illud videatur de corpore vniuerſo, iſtud de manibus duntaxat intelligendum. Neque verò τὸ βαπτίζειν ſignificat lauare niſi à conſequenti. Nam propriè declarat tingendi cauſa immergere. Ideo etiam tranſlatitiè accipitur pro μεθύσκεσθαι apud Platonem in Sympoſio. ſicut Latinis qui ebrius eſt, madidus interdum vocatur: cui opponitur ſiccus, id eſt ſobrius. Non edunt: οὐκ ἐσθίουσι. Vulgata ſuperiore verſiculo vertit, non mãducant: hoc autem loco, non comedunt. Eraſmus qui hanc Veteris interpretis inconſtantiam reprehendit, priore loco interpretatur, capiunt cibum: poſteriore, non comedunt. Ego verò iam antè admonui, pro φαγεῖν, nos veſci dicere, pro ἐσθίειν edere, niſi quum Latinæ linguæ ratio nos cogit iſta permutare. Acceperunt tenenda, παρέλαβον κρατεῖν, Quid propriè declaret τὸ παραλαμβάνειν admonet hoc loco Eraſmus, & nos expoſuimus Matth.1.d.20. Vulgata, quæ tradita ſunt illis ſeruare. Eraſmus, quæ ſuſceperunt ſeruanda. ex cuius annotationibus apparet nonnullos codices non κρατεῖν, ſed τηρεῖν ſcriptum habere, eodem tamẽ ſenſu ſeruato. Ab hac autem conſuetudine de qua hìc agitur, Phariſæi peculiari epitheto vocãtur βαπτισταὶ à Iuſtino in dialogo πρὸς Τρύφωνα. Et ſextariorum καὶ ξεστῶν Vulgata & Eraſmus, vrceorum. ξέστην Romanam eſſe vocem corruptam vel ex Galeno conſtare poteſt, qui libro primo De compoſitione medicamentorum ſecundum genera, ſic ait, de Andromacho iuniore loquens, καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὅπως ἐν ῥώμῃ διατρίβων, ἀπὸ λιτρῶν ὀνομάζει κοτύλας. ἐπιχώρια γὰρ ταῦτα ὀνόματα, τό τε τῆς λίτρας, καὶ τὸ τοῦ ξέστου, καὶ τὸ τῆς οὐγγίας. Idem, παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις οὔτε τὸ μέτρον ἦν, οὔτε τοὔνομα τοῦτο. νυνὶ δὲ ἀφ' οὗ ῥωμαῖοι κρατοῦσι, τὸ μὲν ὄνομα τοῦ ξέστου παρὰ πᾶσιν ἐστὶ τῇ ἑλληνικῇ διαλέκτῳ χρωμένοις ἔθνεσι. αὐτὸ δὲ τὸ μέτρον οὐκ ἴσον τῷ ῥωμαϊκῷ. ξέστης igitur qui Latinis Sextarius, partim menſuram declarat duarum heminarum apud Romanos capacem, vt docet harum rerum peritiſſimus Georgius Agricola: partim etiam vas eius menſuræ capax, cuius appellatione hoc loco cætera tum maiora, tum minora quotidianis vſibus deſtinata comprehenduntur, ex quibus ſcilicet vinum aut aqua fundebatur, ſicut ποτηρίων nomine exiſtimo cõprehendi vaſa ex quibus potatur. Itaque mirari ſubit Eraſmum maluiſſe ξεστῶν deriuare à neutro ξεστὸν, & lignea vaſa intelligere, ſic appellata, inquit, quòd torno poliãtur, aut quòd ſculpturis ornata ſint: quæ ipſius interpretatio longiore refutatione non indiget. Nam ſi à verbo ξέειν deriuare placet, vnde λιθοξόοι lapidicidæ vocantur, mallem de hydriis intelligere quæ ex more Iudæorum lapideæ erant, de quibus agit Iohannes cap.2.a.6.

5 Nõ ambulant οὐ περιπατοῦσιν id eſt non inſtituunt vitam, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos Ambulare idem valet quod Viuere, & Via dicitur vitæ genus quod aliquis tanquam viam ſequatur: quò pertinet ille Poſidii, ſiue (vt alii volunt) Cratetis verſiculus, ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον. Traditionem παράδοσιν Eraſmus, ritũ traditum. qui paulo antè verterat Inſtituta: & hoc eodem capite verſibus 9 & 10, cõſtitutionem. Vide Matth.15.a.3. Illotis ἀνίπτοις Vulgata, communibus, κοιναῖς, quod in vetuſto quodam exemplari ſecundo ſcriptum erat: de quo etiam diximus paulo antè.

6 Abeſt ἀπέχει, vel, diſtat, id eſt ἄπεστι: quo modo etiam ſcriptum legimus in vno vetere codice.

Præcepta hominũ præceptis Dei præferentes Iudæi.	Fruſtrà verò me colunt docentes doctrinas, *quæ ſunt* mandata hominum.	7	In vanum autem me colunt, docentes doctrinas præcepa ho minum.	
	Nam omiſſo mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones ſextariorum & poculorum: aliáque ʹaſſimilia eiuſmodi facitis multa.	8	Relinquentes enim mandatũ Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum & calicum: & alia ſimilia his facitis multa.	
	Dicebat etiam eis, ʹ*ſanè* bene ʹirritum facitis mandatum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis.	9	Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis.	
Parentes.	Moſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, ʹmorte moriatur:	10	Moyſes enim dixit, ǁHonora patrẽ tuũ & matrẽ tuã: &, ǁQui maledixerit patri vel matri, morte moriatur:	Exod.20.b.12 deut.5.b.16 epheſ.6.a.2 Exod.21.c.17 leuit.20.b.9 prou.20.c.20
	Vos autem dicitis, Si dixerit quiſpiam patri vel matri, ʹCorbã (id eſt donũ) quodcunque ex me *erit*, iuuab eris: *inſons erit*.	11	Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod eſt donũ) quodcũque ex me, tibi profuerit.	
	Et non ʹpermittitis amplius eum ʹquicquam *boni* facere patri ſuo aut matri ſuæ:	12	Et vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri:	
	Irritum facientes ſermonem Dei traditione veſtra quam tradidiſtis: & aſſimilia huiuſmodi multa facitis.	13	Reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quã tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis.	
Coinquinantia hominem.	Et aduocata ʹtota turba, dixit eis, Audite me ʹõnes, & intelligite,	14	ǁEt aduocans iterũ turbã, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite.	Matth.15.b.10
	Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum ʹpolluere: ſed ʹquæ exeunt ab eo, illa ſunt quæ polluunt hominem.	15	Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem.	C
	Si quis habet aures ad audiendum, audiat.	16	Siquis habet aures audiẽdi, audiat.	
	Et quum ʹintroiſſet in domum ʹà turba, interrogarunt eum diſcipuli eius ʹde parabola.	17	Et quum introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli eius parabolam.	
Imprudens.	Tũc dicit eis, Itáne & vos ſine intelligẽtia eſtis? ʹnõ intelligitisꝙ õne quod extrinſecus introit in hominẽ, non poteſt eũ polluere?	18	Et ait illis, Sic & vos imprudentes eſtis? non intelligitis quia omne extrinſecus introiens in hominem, nõ poteſt eum communicare?	
	Nam non introit in cor ipſius, ſed in ventrem: & in ſeceſſum exit, ʹpurgans omnes eſcas.	19	Quia non intrat in cor eius, ſed in vẽtrem vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas.	
	Dicebat autem, quod ab homine exit, illud ʹpolluere hominẽ.	20	Dicebat autẽ quoniã quæ de homine exeunt, illa cõmunicant hominẽ.	
	ʹIntus enim ex corde hominum malæ cogitationes exeũt, adul	21	ǁAbintus enim, de corde hominũ	Geneſ.6.a.5. & 8.d.21

8 Aſſimilia eiuſmodi παρόμοια τοιαῦτα Vulgata & Eraſmus, ſimilia his, id eſt παρόμοια, vel vt quidam excuderũt, παρόμοια τούτοις: quod poſtremum in nullis codicibus reperimus: quanquam ſi τοιαῦτα legas, videtur alterum abũdare. Sed tamen ita legunt omnes, & interpretantur paulo pòſt, verſiculo 13. 9 *Sanè* bene καλῶς. Vulgata & Eraſmus, bene. Nos autem particulam *ſanè* addidimus, vt ironia melius intelligeretur. Sic enim loquitur Terentius in Adelphis, vt annotat Donatus, & Ariſtophanes quoque ironicè dicere ſolet πάνυ καλῶς: & in vno codice manuſcripto, vt paulo antè verſu 6, ita hìc quoque legimus ὅτι καλῶς. Quæ particula videtur non abundare, ſed reſpõdere cauſali coniunctioni Hebræorũ כי, quæ ſæpe ponitur cõfirmationis cauſa, præpoſita hac particula ה, vt 2.Samu.23.c.19. quo modo interdum Græci quoque vſurpant: vt in illo Platonis in Apologia, ὧν εὖ οἶδ᾽ ὅτι κακῶν ὄντων, eorũ quæ certò ſcio eſſe mala: itaque commodè etiam conuertere licuit, vt ſuprà verſu 6, Enimuero bene. Cæterùm nõnulli poſt καλῶς ſubiiciunt diſtinctionem, vt ſubaudiendum ſit aliquid: quaſi dicat Dominus, Rectè ſanè facitis. Sed hoc non ſatis probo. Nam non ſatis rectè cohæreret ſequens verbum, niſi præterea ſubaudias particulam aliquam. Itaque coniũgo cum ἀθετεῖτε, ſicut legitur in veteribus omnibus codicibus. Rurſus nonnulli hæc interpretãtur ex idiomate Gallico, à quo Latini prorſus abhorrent. Sic enim Galli, *vous reiectez bien*, id eſt vos bene reiicitis, pro, at vos: vel, vos verò reiicitis. Irritum facitis ἀθετεῖτε Eraſmus, reiicitis, adſtipulante Cypriano. Ego verò exiſtimo τὸ ἀθετεῖν idem hìc ſignificare quod τὸ ἀκυροῦν infrà verſu 13, & Matth.15.a.6. itaque eodem modo Vetus interpres vtrunque conuertit, quem ſequuti ſumus. Vide ſuprà cap.6.d.26.

10 Morte moriatur θανάτῳ τελευτάτω id eſt abſque vlla ſpe veniæ impetrandæ morte multetur. Eſt enim hæc emphaſis Hebraica, quam tamen melius exprimas ad verbum ſi dicas, θανάτῳ θνησκέτω, id eſt מות יומת ſeruata paronomaſia.

11 Corban κορβᾶν Vide Matth.15.a.5. 12 Permittitis ἀφίετε Vulgata, dimittitis. Eraſmus, ſinitis. Vide Matth.3.d.15.

Quicquam *boni* facere μηδὲν ποιῆσαι Negans particula vniuerſalis neceſſariò conuerſa eſt in particularem affirmantem, de quo ſæpe iam diximus. Cæterùm Vulgata & Eraſmus ad verbum interpretantur ποιῆσαι facere: quod in hac ſignificatione nuſquam memini legere apud idoneos authores. Itaque aliquid ſupplendum putaui, Terentii authoritate fretus qui ita ſcripſit in Heaut. Faciam tibi boni aliquid pro iſta re, ac libens. 14 Tota πάντα Vulgata, iterum, id eſt πάλιν: ſicut etiam in duobus vetuſtis codicibus legimus. Omnes, πάντες, Deerat hoc vocabulum in duobus vetuſtis codicibus, ſecundo & octauo. Videtur tamen magna eſſe eius emphaſis, præſertim ſi ſuperiore verſiculo legamus πάντα. 15 Polluere: κοινῶσαι. Vulgata, coinquinare. Eraſmus, inquinare. Idem apud Matthæum conuertit, impurum reddere. Vide Matth.15.b.11. Quæ exeunt ab eo, τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ᾽ αὐτοῦ, Vulgata & Eraſmus, quæ de homine procedũt, id eſt τὰ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενα: quo modo etiam in vno manuſcripto codice legitur. Sed videtur Procedendi vocabulum reſpondere τῷ προχωρεῖν. Nos igitur τὰ ἐκπορευόμενα vertimus, quæ exeunt: vt antitheſis & paronomaſia intelligatur τῶν εἰσπορευομένων, id eſt eorum quæ introeunt. Et ita etiam iidem interpretes verterunt paulo pòſt, id eſt verſiculo 20.

17 Introiſſet εἰσῆλθεν Vnus ex vetuſtis codicibus ſcriptum habebat εἰσῆλθον, id eſt introiſſent. A turba, ἀπὸ τοῦ ὄχλου, Eraſmus, ſemotus à turba. Significat enim ἀπὸ, vel (vt alii ſcribunt) ἄπο abſentiam & ſeparationem, vt in illo Homerico, αἱ γὰρ ἀπ᾽ οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος. & paulo pòſt verſu 33. Simpliciter tamen ita accipi poteſt hoc loco vt motũ à loco ſignificet: itaque nihil putauimus ſupplendum. De parabola περὶ τῆς παραβολῆς Vulgata, parabolam, id eſt παραβολήν, ſicut etiam vetus codex vnus ſcriptum habebat.

18 Itáne & vos ſine intelligentia eſtis? οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; Eraſmus, Adeò & vos: qui tamen in annotationibus eam verſionem præfert, quam nos ſequuti ſumus. Vide Matth.15.b.16. Non οὐ Eraſmus, nondum. Legit enim οὔπω.

19 Purgans καθαρίζον Eraſmus legit expurgans ἐκκαθαρίζον, eodem ſenſu. Dicitur enim id quod in latrinam eiicitur, expurgare omnes cibos, quia eſt cibi fæx & purgamentum: vt videri etiam poſſit actiuum pro paſſiuo vſurpatum. Nam certè purgamentum potius dici videtur, quòd expurgetur, quàm quòd expurget. 20 Polluere ὅτι κοινοῖ Ad verbum, quod inquinat. Sed odioſa fuiſſet repetitio particulæ Quòd. dicendum enim fuiſſet, quòd illud quod exit ex homine, polluit hominem. Ob eam igitur cauſam Vetus interpres vertit in plurali, ea quæ exeunt. Eraſmus autem prætermiſſa particula, ὅτι ex obliqua oratione rectam fecit.

21 Intus ἔσωθεν id eſt ex corde, vt mox explicatur. Sic autem hæc particula ſæpe vſurpatur Plauto, vt motũ ex loco declaret. Veluti in Ciſtellaria, Dic me orare vt aliquis intus prodeat. Vulgata, ab intus. Eraſmus, ab interioribus: & paulo pòſt, ab internis. Quidam alius, internè: quæ omnia neſcio an idonei authoris teſtimonio poſſint comprobari.

malæ cogitationes procedunt, adteria, fornicationes, homicidia,

Furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.

Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

Matth.15.c.21

Et inde ſurgens, abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum, neminē voluit ſcire, & nō potuit latere.

Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritum immundū, intrauit, & prócidit ad pedes eius:

(Erat enī mulier Gētilis, Syrophœniſſa genere) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.

Qui dixit illi, Sine prius ſaturari filios. non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

D At illa reſpondit, & dixit illi, Vtique Domine: nam & catelli comedūt ſub menſa de micis puerorum.

Et ait illi, Propter hunc ſermonē vade, exiit dæmonium à filia tua.

Et quum abiiſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem ſupra lectū, & dæmonium exiiſſe.

Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

Et adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecabantur eum vt imponat illi manum.

teria, ſcortationes, cædes,

22 Furta, auaritiæ, ″ſcelera, dolus, ʹproteruia, ″oculus malus, ″obtrectatio, ſuperbia, ″amentia.

23 Omnia hæc ſcelera intus exeunt, & polluunt hominem.

24 Et illinc ″ſurgens, abiit ″in confinia Tyri ″ac Sidonis: & ″ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, ʹſed non potuit latere.

25 ″Quum enim de eo audiſſet mulier, ″cuius filiola habebat ſpiritū impurum, venit, & áccidit ad pedes eius:

26 ″(Erat autem mulier ″Græca, ʹSyrophœniſſa genere) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret ex filia ſua.

27 Ieſus autem dixit ei, Sine prius ſaturari liberos. nō eſt enim bonum capere panem liberorum, & ″obiicere ″catellis.

28 Ipſa verò reſpondit, & dicit ei, Etiam Domine: ʹ& enim catelli edunt ſub menſa de micis ″liberorum.

29 Tūc ait ei, Propter iſtū ſermonē abi, exiit dæmoniū ex filia tua.

30 Quum autem *illa* abiiſſet domū ſuam, inuenit dæmonium exiſſe, & filiam proiectam ſuper lectum.

31 Tūc ″regreſſus ʹè finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ per medios fines ″Decapolis.

32 Et ″offerunt ei ſurdum ″difficulter loquentem: precantúrque eū vt imponat ei manum.

Chananæa erat pro dæmoniaca filia.

Panis filiorum.

Canes.

Surdus mutus ſanatur.

22 Scelera, πονηρίαι, Πονηρὸν propriè vocant Græci (vt alibi diximus) hominem ad malè agendum exercitatum. Itaque πονηρία inueteratam malitiam declarat, omnium ſcelerum matrem. Vulgata, nequitiæ: quo vocabulo libidinoſæ illecebræ, & inertiæ ſignificantur. Eraſmus, fraudes, id eſt νοσφισμοί. Proteruia, ἀσέλγεια, Vel, nequitia. Quòd ſi plurali numero legas ἀσέλγειαι, ſicut ſcriptum erat in veteribus codicibus 1.4 & 9, malim conuertere Flagitia, quàm Impudicitiæ cū Vetere interprete, id eſt ἀκολασίαι vel ἀκράτειαι. Oculus malus, ὀφθαλμὸς πονηρὸς, Hebraiſmus, pro inuidia. Vide Matth. 20.b.15. Obtrectatio, βλασφημία, Vide Matth. 15.c.19. Amentia. ἀφροσύνη. Vulgata & Eraſmus, ſtultitia, id eſt μωρία. 24 Surgens, ἀναστὰς, id eſt profectus πορευθεὶς, ex Hebræorum idiotiſmo. In confinia εἰς τὰ μεθόρια Vulgata, in fines, id eſt εἰς τὰ ὅρια, quo modo legebatur in octauo codice. nam ſic etiam paulo pòſt loquitur verſu 31: & pro μεθόρια Matthæus dicit μέρη. Intelligit igitur extremos Palæſtinæ fines quibus à Tyro & Sidone, id eſt à Phœnicia, dirimitur: quod quidē annotare placuit, nequis exiſtimet Dominum in eam regionē veniſſe quæ inter Tyrum & Sidonem intercedit, quod opinatur Eraſmus. Neque enim Palæſtinæ fines vnquam eſt egreſſus, vt ad profanas gentes proficiſceretur. Ac Sidonis: καὶ Σιδῶνος, Hæc deerant in vno vetere exemplari: ſed ab aliquo deleta eſſe opinor, qui non intellexerit quid μεθορίων appellatione hoc loco intelligatur. Ingreſſus domū, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, id eſt quum in hoſpitium aliquod diuertiſſet, quicunque tandem eius hoſpes fuit. Neque enim hìc habitabat, ſed in Capernaum potius. Itaque quum quidam excuderint εἰς τὴν οἰκίαν, expungendum putauimus articulum, nequis τὸ ἔρχεσθαι εἰς οἰκίαν opponat τῷ ἀποδημεῖν. ſicut accipitur Matth. 9.d.28, quum hìc potius declaret τὸ ἀπολύειν, vt etiam annotauimus ſuprà 6.b.10. Sed καὶ Vulgata & Eraſmus, nec, id eſt οὐδὲ. Vide Matth. 13.c.22. 25 Quum enim audiſſet ἀκούσασα γὰρ Vulgata & Eraſmus. Mulier enim ſtatim vt audiuit, id eſt εὐθὺς γὰρ ἀκούσασα γυνὴ, quo modo ſcriptū erat in octauo codice, niſi quòd pro γὰρ legebatur ἀλλὰ, verùm. Cuius filiola ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς Ad verbū, cuius habebat filiola ipſius. Abūdat hæc particula αὐτῆς, Hebræorū more, neque etiā additur in Complutēſi editione.

26 Erat autem ἦν δὲ Vulgata & Eraſmus, Erat enim, id eſt ἦν γὰρ, quod non conuenit. Eraſmus quoque in annotationibus legit ἦν δὲ.

Græca ἑλληνὶς Vulgata, Gentilis, id eſt religione profana, ἐθνική. Nam qua ratione poſſet Græca dici quæ ex Syrophœnice erat? Notum autem eſt ex Paulo, omnes Gentes profanas & diuerſæ à Moſaica religionis, eo tempore à Iudæis generali Græcorum nomine fuiſſe comprehenſas. Syrophœniſſa συροφοίνισσα Syrophœnice regiuncula fuit cui teſtatur non modò Tertullianus libro in Marcionem tertio (vt Eraſmus annotat) ſed etiam Iuſtinus dialogo cum Tryphone habito, attributam fuiſſe Damaſcum. Matthæus hanc eādem ex vetuſto totius illius tractus nomine, vel ex Iudæorum more, Chananæam vocat. Cæterùm in veteribus codicibus duobus ſcriptum erat συροφοινίκισσα, eodem ſenſu. Rurſus in ſeptem aliis exemplaribus & Complutenſi editione legitur σύρα φοίνισσα duobus diſtinctis vocabulis, quorum altero videtur totum quiddam ſignificari, altero verò pars illius. Latè enim patet Syriæ nomen, adeò vt ipſam etiā Babylonicam & Meſopotamiam complectatur, vt ſcribit Plinius lib. 5. cap. 12. Itaque miror cur hanc lectionem mendoſam eſſe ſcripſerit in hunc locum Eraſmus. Nam quòd regionē Phœnicen arbitratur fuiſſe Iudæorum, id oportuerat idonei alicuius ſcriptoris authoritate confirmari. Theophylactus autem legit duntaxat ἑλληνὶς τῷ γένει. 27 Obiicere βαλεῖν Vulgata, mittere: quam interpretationem nemo non videt parū cōuenire. Eraſmus, proiicere: quod & ipſum, quanuis ſit tolerabilius, tamen non ſatis quadrat. Itaque rectius videtur idem conuertiſſe, obiicere, Matth. 15.c.26.

Catellis. κυναρίοις. Vulgata, canibus. Eraſmus autem rectè expreſſit diminutiuum, quo vſus videtur Dominus, vt maiore cum contemptu loqui videretur. 28 Etenim καὶ γὰρ Vulgata, nam &. Eraſmus, nam quoque. Vtraque interpretatio (ni fallor) parum eſt commoda. Confirmat enim his verbis mulier quod Chriſtus dixerat, quaſi id non impediat quominus illi concedatur quod petit: Ita ſe res habet, inquit illa, vt tu dicis. Nam ſatis eſſe debet catellis, ſi vel micas excipiant. micas igitur peto, non filiorum panem. Liberorum. παιδίων. Vulgata, puerorum. Eraſmus, filiorum, quia (inquit) præceſſit τέκνων. Atqui hæc cauſa eſt cur neutram illarum interpretationum ſequar, quòd nimium anguſta videatur. 31 Regreſſus πάλιν ἐξελθὼν Vetus interpres, iterum exiens. Eraſmus, rurſum egreſſus. Neuter (vt opinor) ſenſum expreſſit. Eum enim ſemel egreſſum eſſe oportet, qui rurſum egreditur. Sciendum eſt igitur πάλιν hoc loco nō ſignificare iterationem, ſed idem valere quòd εἰς τοὐπίσω, vt πάλιν ἐξελθεῖν declaret ex illis finibus egreſſum, vt eò reuerteretur vnde initio digreſſus erat. Quum enim ad extremos Iſraelitarum fines perueniſſet, progredi amplius non poterat, niſi vellet externis etiam Gentibus annuntiare Euāgelium. Itaque ſignificatur eum protinus ad oues perditas Iſraelis rediiſſe. Erat enim (vt ait Paulus) circuncifionis miniſter. E finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν, Vulgata è finibus Tyri venit per Sidonem ad mare, id eſt ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος, quo modo ſcriptum erat in codicibus ſecūdo & octauo. Sed deprauatam eſſe hanc lectionem, ex eo primùm conſtat, quòd Chriſtum nuſquam legimus Iſraelitarum fines egreſſum. Nam quorſum id faceret? Tyrum enim & Sidonem profanæ Gentes incolebant. Deinde quum Sidon à Galilæa ſit remotior quàm Tyrus, Septentrionem verſus, quî dici poteſt per Sidonem in Galilæam reuertiſſe? Decapolis. δεκαπόλεως. Regiuncula eſt à numero decem vrbium ſic vocata, quas (inquit Plinius lib. 3. cap. 18) intercurſant & cingunt tetrarchiæ: vt per medios eius regionis fines Chriſtum reuertiſſe minimè ſit mirandum.

32 Offerunt φέρουσιν Vulgata & Eraſmus, adducunt. Et certè conſtat φέρειν & ἄγειν ſæpe permutari, vt infrà 9.c.17. Sed ſeruāda eſt propria verborū ſignificatio quoad eius fieri poteſt. Malo igitur ſimplex φέρειν pro compoſito προσφέρειν poſitum eſſe, quo plerūque vti ſolet Matthæus 8.b.16, item 9.a.2, item 12.b.22. Difficulter loquentem: μογιλάλον, Vulgata, & mutum. καὶ ἄλαλον: & videtur pro hac interpretatione facere quod dicit turba vltimo huius capitis verſiculo. Sed vidēdum eſt num de balbo potius, quàm de muto loquatur. Primùm

quia hæc eſt propria huius vocabuli ſignificatio.Deinde quia ſi de muto hîc ageretur, hoc addi nihil erat neceſſe, quũ qui natura ſurdus eſt, idem etiam mutus eſſe intelligatur.Præterea paulo pòſt non dicit ſimpliciter Euangeliſta eum loqui cœpiſſe,ſed rectè loqui,ex quo probabilis ſaltem coniectura elicitur,eum etiam antea potuiſſe loqui,ſed admodum impeditè. Quòd autem turba mentionem facit τῶν ἀλάλων, idcirco fit quia communi loquendi vſu, qui difficulter loquitur,abſolutè dicitur loqui non poſſe, vel quòd præter hunc balbum alios prorſus mutos ſanaſſet Dominus,ſicut Matthæus indicat,cap.15.c.30.Nam alioquin de vno loquentes,ſingularem numerum vſurpaſſent.

33 Et´quum accepiſſet eum″è turba priuatim, miſit digitos ſuos in auriculas eius:&´quum ſpuiſſet,tetigit linguam eius.

34 Ac ſuſpiciẽs in cælum,ingemuit,dicítque ei, Ephphatha,quod eſt´Adaperitor.

35 Et ſtatim adapertæ ſunt eius aures: & ſolutum eſt vinculũ linguæ eius,ac loquebatur rectè.

36 Et imperauit eis vt nulli dicerent:´ſed quantuncunque ipſe eis imperaſſet,″multo amplius prædicabant.

37 Et´ſupramodum percellebantur, dicentes,Bene omnia fecit: ´facit vt & ſurdi audiant,& muti loquantur.

Cap. VIII.

Panibus ſeptem ſatiantur 4000 hominum.

1 IN diebus illis quũ´multa omnino turba eſſet, nec haberẽt quo veſcerentur:aduocauit Ieſus diſcipulos ſuos,dicítque eis,

2 Miſericordia commoueor erga turbam:quia iam triduum manent apud me,nec habent quo veſcantur:

3 Quòd ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam,´deficiẽt in via: quidam enim ex eis eminus venerunt.

4 Reſponderũt autẽ ei diſcipuli eius,´Vnde iſtos quis poterit hîc ſatiare´panibus in deſerto?

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Ipſi verò dixerunt, Septem.

Gratiarũ actio.

6 Tunc´denũtiauit turbæ vt diſcũberet´humi:& acceptis ſeptẽ illis panibus,quum gratias egiſſet,fregit, dedítque diſcipulis ſuis vt apponerent: & appoſuerunt turbæ.

7 Habebãt autem piſciculos paucos: &´quum benedixiſſet,dixit ´vt hos etiam apponerent.

8 Comederunt autem,& ſaturati ſunt:ac ſuſtulerunt quæ ſuperfuerant fragmentorum,ſeptem ſportas.

33 Et apprehendens eum de turba ſeorſum,miſit digitos ſuos in auriculas eius:& expuens,tetigit linguam eius.

34 Et ſuſpiciens in cælũ,ingemuit: & ait illi,Ephpheta,quod eſt Adaperire.

35 Et ſtatim apertæ ſunt aures eius,& ſolutum eſt vinculum linguæ eius,& loquebatur rectè.

36 Et præcepit illis ne cui dicerent: quanto autem eis præcipiebat,tanto magis plus prædicabant.

37 Et eo amplius admirabantur,dicẽtes,Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire,& mutos loqui.

Cap. VIII.

Matth.15.d.32

1 IN diebus illis iterum quum turba multa eſſet,nec haberent quod manducarent: conuocatis diſcipulis, ait illis,

2 Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent:

3 Et ſi dimiſero eos ieiunos in domũ ſuam,deficient in via: quidã enim ex eis delonge venerunt.

4 Et reſpõderunt ei diſcipuli ſui,Vnde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt,Septem.

6 Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram: & accipiens ſeptem panes,gratias agens fregit: & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent, & appoſuerunt turbæ.

7 Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit,& iuſſit apponi.

8 Et manducauerunt,& ſaturati ſunt: & ſuſtulerũt quod ſuperauerat de fragmentis,ſeptem ſportas.

33 Quum accepiſſet ἀπολαβόμενος id eſt ab illorum manibus acceptum abduxiſſet. Vulgata,apprehendens.Eraſmus,quum apprehẽdiſſet,id eſt ἐπιλαβόμενος,quo modo etiam legitur in Complutenſi editione.Sed mihi quidem illud magis placet. E turba ἀπὸ τοῦ ὄχλου Vide ſuprà,verſu 17. Quum ſpuiſſet,πτύσας, Vulgata,expuens,id eſt ἀποπτύων,quod eſt auerſantis & abominantis.Eraſmus per periphraſin,ſputo emiſſo. 34 Adaperitor. διανοίχθητι. Quidam in hunc locũ annotauit ex Syriaci ſermonis idiomate ἀνοιχθῆναι idem valere quod Græcum vocabulum ἀναβλέπειν, id eſt viſum recipere, & eum à Syris vocari apertum quem Græci βλέποντα dicunt, id eſt qui vſum habet oculorum.Id ego quidem illi concedo,& eius diligentiam laudo.Sed quorſum hoc, quum de ſurdo,ac non de cæco hîc agatur?

36 Sed quantuncunque ipſe eis imperaſſet, ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, Vulgata, Quanto autem eis præcipiebat. Eraſmus,Sed quo magis ipſe eis præceperat.Exiſtimarunt igitur ὅσον hîc poni comparatiuè,quod non poſſum probare. Omnino enim dicendum fuiſſet ὅσῳ, & comparatiuum aliquod adiungendum.Deinde etiam ſubiungendum fuiſſet τοσούτῳ,vt appareret eſſe ἀπόδοσιν,cuius exempla profert Hermogenes De inuẽtione tomo quarto,capite περὶ περιόδου.Supereſt ergo vt aduerbium eſſe dicamus indefinitè poſitum, vel certè nomen:vt ita conuertas.Sed quicquid ipſe eis inhibuiſſet, multo amplius prædicabant: ſicut in illo Horatii, Quicquid delirant Reges,plectuntur Achiui.Sic etiam vernaculo noſtro ſermone,*Mais quelque choſe qu'il leur euſt defendu,ils le publioient tant plus.* Multo amplius μᾶλλον περισσότερον Subaudi,quàm ſi ille non prohibuiſſet:quæ eclipſis in huiuſmodi generibus dicendi eſt omnibus linguis vſitata.Cæterùm abũdat quidem particula μᾶλλον,ſicut in illo Euripidis verſiculo,ἐν Ἑκάβῃ, Θανὼν δ᾽ ἂν εἴη μᾶλλον δυστυχέστερος. De quo pleonaſmo diximus Matth. 6.d.26.Sed tamen quia hoc dicendi genus videtur aliqua emphaſi non carere,nos perinde ſumus interpretati acſi ſcriptum eſſet πολλῷ περισσότερον.Vulgata,tanto magis plus.Eraſmus,hoc potius amplius.Exiſtimauit enim ſupplendum τοσούτῳ, & μᾶλλον hîc poni in correctione.Atqui non præceſſit ὅσῳ:& quoties legitur μᾶλλον pro imò,vel potius,ferè adiungitur alia particula,vt μᾶλλον δὲ,vel μᾶλλον γάρ.Denique hanc interpretationem quiuis(opinor)intelligere poteſt Græcis non reſpondere.

37 Supramodum ὑπερπερισσῶς, id eſt ὑπερμέτρως.Ad verbum,ſuperabundanter.Vulgata,eo amplius,id eſt τοσούτῳ μᾶλλον. Facit vt & ſurdi audiant, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, Vulgata,& ſurdos fecit audire: quam interpretationem reprehendit in annotationibus Eraſmus. Latinis enim Facio cum infinito modo id ſignificat quod fingo vel pono,id eſt ὑποτίθημι.

IN CAPVT VIII.

1 Multa omnino παμπόλλου Sic Cicero hanc particulam cum ſuperlatiuo coniungit interdum,vt 1.Offic. Miſerrima eſt omnino ambitio,honorúmque contentio,id eſt πανάθλιος δὴ σπουδαρχία καὶ φιλοτιμία.Vulgata,iterum multa,id eſt πάλιν πολλοῦ,ſicut ſcriptum erat in exemplaribus duobus,ſecundo & octauo.Eraſmus,admodum multa,id eſt πάνυ πολλοῦ.

3 Deficient ἐκλυθήσονται Ad verbum,exoluentur,quòd in deliquio animi nerui reſoluantur,alioquin ἐκλύεσθαι etiam diſſipari declarat,vt Matth.9.d.36. 4 Vnde πόθεν. πῶς Quomodo, vel Quo ex loco:quũ ſcilicet in ſolitudine verſemur.Cæterùm in vno codice additum erat ὅτι,cuius aliqua vis eſt in interrogatione:vt ita conuerti poſſit,Nam vnde poſſit quiſpiam iſtos ſatiare panibus in deſerto? vt in illo Virgilii, -Nam quis te iuuenum confidentiſſime,noſtras Iuſſit adire domos? Panibus ἄρτων Panis appellatione apud Hebræos ſæpe iam admonuimus omnem cibum ſignificari.Hîc tamen idipſum intelligi puto quod Panem vocamus: vt ſit argumentum à cõparatis ſumptum,quaſi dicerent diſcipuli,Ne panes quidem poſſe eo loco ſatis multos inueniri,nedum aliquid obſonii tantæ alendæ multitudini. 6 Denuntiauit παρήγγειλε. id eſt ſignificauit per Diſcipulos. Puto enim propria ſignificatione hîc vſurpari, quanuis Matthæus vtatur verbo κελεύειν.Nam etiam per alios iubemus. Humi: ἐπὶ τῆς γῆς id eſt χαμαί.Vide Matth.10.c.19.

7 Quum benedixiſſet,εὐλογήσας,Vide Matth.14.b.19,& 26.c.26. Vt apponerent παραθεῖναι Vulgata & Eraſmus,apponi,id eſt παρατεθῆναι.Nam mendoſe legitur in annotationibus Eraſmi παραθῆναι.

B Erant autem qui manducauerāt, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos.

9 Erant autē qui comederāt, quaſi quater mille: dimiſitque eos.

Matth.15.d.39 Et ſtatim aſcendens nauim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.

10 Et ſtatim ingreſſus in nauigiū cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.

Matth.16.a.1 Et exierunt Phariſæi, & cœperūt conquirere cum eo, quærētes ab illo ſignum de cælo, tentantes eum.

11 Et venerunt Phariſæi, cœperúntque altercari cum eo, quærentes ab eo ſignum è cælo, tentantes eum.

Signa quærunt Iudæi.

Et ingemiſcens ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignum quærit? amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum.

12 Tūc quum altè ingemuiſſet ſpiritu ſuo, dicit, Cur natio hæc ſignum quærit? amen dico vobis ſi dabitur nationi huic ſignum.

Matth.16.a.4 Et dimittens eos, aſcendit iterum nauim, & abiit trans fretum.

13 Et ipſis relictis, ingreſſus rurſus in nauigiū, abiit in vlteriorē *ripā*.

Matth.16.a.5 Et obliti ſūt panes ſumere: & niſi vnū panē nō habebant ſecū in naui.

14 Fuerant autem obliti ſumere panes, & non niſi vnum panē habebant ſecum in nauigio.

Matth.16.a.6 Et præcipiebat eis dicens, Videte, & cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.

15 Tunc imperauit eis, dicens, Videte, cauete à fermēto Phariſæorum, & fermento Herodis.

A fermento ſiue doctrina Phariſæorum cauendum.

Et cogitabant ad alterutrum, dicētes, Quia panes non habemus.

16 Et diſputabant alii aduerſus alios, dicentes, Panes nō habemus.

Quo cognito, ait illis Ieſus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nōdū cognoſcitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrum?

17 *Id* autem quum noſſet Ieſus, dicit eis, Quid diſputatis quòd panes non habetis? nōdum animū aduertitis, nec intelligitis? adhuc callo obductum habetis cor veſtrum?

Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini?

18 Oculos habentes non cernitis? & aures habentes non auditis? & non meminiſtis?

Iohan.6.a.11 Quando quinque panes fregi in quinq; millia, & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim.

19 Quū quinque illos panes fregi in *homines* quinquies mille, quot cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim.

C Quando & ſeptē panes in quatuor millia, quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Dicunt ei, Septem.

20 Quum autem ſeptem illos in quater mille, quot ſportas plenas fragmentorum ſuſtuliſtis? Illi verò dixerunt, Septem.

Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

21 Tunc dixit eis, Quomodo non intelligitis?

Et veniunt Bethſaidam: & adducūt

22 Venítque Bethſaidan: & offerunt ei cæcum, & precantur eum

Cæcus ſanatur.

9 Quaſi ὡς Vide ſuprà 5.b.13. 10 Dalmanutha. δαλμανουθά. Annotat Eraſmus quendam Græcum codicem habuiſſe μαγδαλά, cuius meminit Matthæus, ſiue (vt quidam legunt) Magedam. Auguſtinus autem ſcribit pleroſque codices habuiſſe Mageda: ſed & in ſecundo codice pro εἰς τὰ μέρη δαλμανουθὰ ſcriptum erat εἰς τὰ ὄρεα μαδεγαδὰ, in fines Madegada.

11 Et venerunt καὶ ἐξῆλθον Vulgata, Et exierunt. Eraſmus, Et egreſſi ſunt, vterque ad verbum. Eſt autem hoc dicendi genus Hebræis familiare, quo ſignificatur Phariſæos eo conſilio profectos domo vt eum aggrederentur: vel ex antecedente intelligitur conſequens. Priuſquā enim ad Ieſum veniant, neceſſe eſt vt domo egrediantur. Inde factum vt προσέρχεσθαι, ἀπέρχεσθαι & ἐξέρχεσθαι ſæpe ponantur pro ſimplici ἔρχεσθαι. Vide ſuprà 3.c.21, & infrà 11.b.11. Altercari cum eo, συζητεῖν αὐτῷ, Vulgata, conquirere. Eraſmus, diſputare. Vide ſuprà 1.c.27.

12 Tunc quum altè ingemuiſſet ſpiritu ſuo, καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, Vulgata, Et ingemiſcens ſpiritu. Nam etiam in vno Græco exemplari deerat αὐτοῦ. Eraſmus, Et quum ingemuiſſet ſpiritu ſuo, rectè obſeruata tēporis aoriſti ratione. Cæterùm στενάζειν (teſte Aphrodiſæo) à cordis anguſtia dicitur, vnde στενάχειν & στεναχίζειν quod Latini dicunt gemere & ſuſpirare. Particulam autem καὶ interpretatus ſum aduerbio temporis, ex Hebræorum idiomate, de quo alibi dictum eſt. Deinde addidi aduerbium altè, quia præpoſitio ἀνὰ non videtur otioſa, ſed idem valere quod ἄνω: vt intelligamus Dominum tanta iſtorum infidelitate vehementer offenſum, intus exæſtuaſſe. Quamobrem etiam Euangeliſta addidit τῷ πνεύματι αὐτοῦ ſpiritu ſuo, vt ſciamus ex intimo corde & ipſis animi penetralibus profecta hæc ſuſpiria. O incredibilem & incomprehenſibilem filii Dei charitatem: qua quouſque tandem abutemur? Cur τί Tota huius orationis indoles intelligitur ex pronuntiatione. Neque enim hoc loco ſimpliciter interrogat Dominus, ſed potius expoſtulat de tanta peruicacia, & quidem ſummo cum dolore, quòd illos videret ſibiipſis perniciem accerſere. Si εἰ Hæc ſunt per Apoſiopeſin dicta: quæ figura conuenit grauiter cōmotis, ſicut Pſal.95.b.11. Solet autem particula אם ab Hebræis adhiberi in iureiurando imprecationis loco: quia qui iurat, Deum ſimul aduocat vltorem. Deus quum per ſeipſum iurat, de fide & gloria ſua permittit iudicium fieri ex verbis quæ affirmat. Chriſtus autem ſuam denuntiationem hoc loco ita confirmat, acſi diceret, Patiar haberi mendax ac impoſtor, vel aliquid ſimile. Quum plenam ſententiam concipiūt Hebræi, imprecatio ipſa diſertè ponitur, Hæc faciat mihi Dominus: pro quo dicunt profani homines Emoriar vel Diſpeream: quod fidelibus, nedum Chriſto ipſi parum conuenit. Cæterùm in quarto codice ſcriptum erat οὐ δοθήσεται, non dabitur.

14 Et non niſi vnum panem habebant καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον Sic Vetus interpres, quem nos ſequuti ſumus, mutata tantùm verborum collocatione. Eraſmus, nec præter vnum panem habebant. Sic autem loquitur vt nos fecimus, Cicero De amicitia, Sed hoc primùm, inquit, ſentio, non niſi in bonis amicitiam eſſe poſſe.

15 Cauete βλέπετε id eſt (vt ait Matthæus 16.a.6) προσέχετε. Nam βλέπειν quum de oculis propriè dicatur, hoc loco ad animum transfertur.

Herodis. ἡρώδου. Annotat Eraſmus quoſdam codices pro ἡρώδου habere ἡρῳδιανῶν Herodianorum, cuius factionis fit mentio ſuprà 3.a.6. Nos de iis diximus Matth.22.b.16. 16 Alii aduerſus alios, πρὸς ἀλλήλους, Vulgata barbarè, ad alterutrum. Eraſmus, inter ſeſe. Ego verò ſtudui Græci pronominis tanquam veſtigia ſectari.

17 Id autem quum noſſet καὶ γνοὺς Vide Matth.16.a.8. Animum aduertitis, νοεῖτε, Vulgata, cogitatis. Eraſmus vno verbo. animaduertitis. Sed hoc vtrunque raró ponitur abſoluté. Cæterùm τὸ νοεῖν interdum pro συνιέναι accipitur, vt ſuprà cap.7.b.18. Hîc autem quū vtrunque addatur, videtur illud minus quidpiam ſignificare. Neque enim quicquid conſideramus, ſtatim intelligimus. Reprehendit autem Dominus Diſcipulorum incogitantiam, qui non ſatis attentum animum haberent ad ea conſideranda quæ ab ipſo fiebant: ex quo conſequebatur vt ea etiam non intelligerent. 18 Non meminiſtis? οὐ μνημονεύετε; In nonnullis codicibus, & Romano Theophylacto non adſcribitur nota interrogationis, ſed cōiungitur hoc verbū cum proximo verſiculo, ſicut etiam apud Matthæū cap.16.b.9. Sed Apoſtolorum reſponſio, & repetita ſimilis interrogatio verſu 20, ſatis oſtendit ita diſtinguendum eſſe hunc locum vt nos fecimus, Frobenianam editionē ſequuti. 19 Quinque illos panes τοὺς πέντε ἄρτους Vulgata & Eraſmus hoc quoque loco prætermittunt articulum, quem nos in tota illa hiſtoria putamus habere vim ἀναφορᾶς, vel (vt loquuntur Grammatici) δευτέρας γνώσεως. Itaque putauimus exprimendum.

20 Quot ſportas plenas fragmentorum πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων Ad verbum, quot ſportarum complementa fragmentorum: quod nemo intelligeret. Itaque Vulgata interpretatur, quot ſportas fragmentorum, id eſt πόσας σπυρίδας κλασμάτων, vel πόσων σπυρίδων κλάσματα. Eraſmus autem conuertit, quot ſportas ex reliquiis fragmentorum. Putat enim πληρώματα idem valere quod περισσεύματα: quod ego quidem non auſim affirmare. 21 Quomodo non intelligitis? πῶς οὐ συνίετε; Id eſt quî fieri poteſt vt tam aperta, támque manifeſta non intelligatis? Vide Matth.16.b.11. Cæterū Frobeniana editio habet πῶς οὐ νοεῖτε, Quomodo nō aduertitis animum? Sed & in tribus vetuſtis codicibus ſcriptum erat οὔπω συνίετε; Nondum intelligitis? Rurſus in alio quodam, πῶς οὔπω συνίετε; Quomodo nondum intelligitis? quæ quidem non ſunt interrogantis, ſed admirantis ſimul & expoſtulantis.

22 Offerunt φέρουσιν Vel vt (Vulgata & Eraſmus) adducunt. Cæcum enim adduci oportuit.

vt ipſum tangeret.

Tunc apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & quũ ſpuiſſet in oculos eius, impoſuiſſétque ei manus, interrogauit eũ ſiquid videret.

″Qui quum aſpexiſſet, dixit, Video homines: ″nam cerno inſtar arborum ambulantes.

Deinde rurſũ impoſuit manus ſuper oculos eius, ″fecítque vt *denuo* aſpiceret: & reſtitutus eſt, ″vidítque ″eminus & dilucidè ″omnes.

Tunc *Ieſus* miſit eum domum ſuam, dicens, ′Neque in vicum illum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico.

Populi opinio de Chriſto.

Et egreſſus eſt Ieſus ac diſcipuli eius in vicos Cæſareæ *quæ cognominatur* Philippi: & in via interrogauit diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt homines eſſe?

Illi verò reſponderunt, Iohannem Baptiſtam, & alii Eliam, alii verò ″vnum ex Prophetis.

Apoſtolorum de Chriſto cõfeſſio.

Tunc ipſe dicit eis, Vos autem quem me dicitis eſſe? Reſpondẽs verò Petrus, dicit ei, Tu es ″ille Chriſtus.

Tunc ″interminatus eſt vt nulli ′*id* dicerent de ſe.

De paſſione ſua præmonet Chriſtus Apoſtolos.

Et cœpit docere eos quòd oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari ″à Senioribus, principibúſque Sacerdotum, ac Scribis, & trucidari, & ″tribus pòſt diebus reſurgere.

ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

23 Et apprehẽſa manu cæci, eduxit eũ extra vicum: & expuens in oculos ei⁹ impoſitis manibus ſuis, interrogauit eum ſiquid videret.

24 Et aſpiciẽs, ait, Video homines velut arbores, ambulantes.

25 Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret õnia.

26 Et miſit illum in domum ſuam, dicens, Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

27 Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quẽ me dicũt eſſe homines?

Matth.16.b.13 luc.9.c.19

28 Qui reſponderunt illi, dicentes, Iohannem Baptiſtam, alii Eliam, alii verò quaſi vnum de Prophetis.

29 Tunc dicit illis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondẽs Petrus, ait ei, Tu es Chriſtus.

30 Et comminatus eſt eis ne cui dicerent de illo.

31 Et cœpit docere eos quoniã oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à Senioribus & à ſummis Sacerdotib⁹ & Scribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere.

D

24 Qui quum aſpexiſſet, καὶ ἀναβλέψας, Vel, quum reſpexiſſet. Eraſmus, Et recepto viſu. Ego verò exiſtimo particulam καὶ vim habere relatiui pronominis, vel potius relatiuũ αὐτὸς ſubaudiendum, vt ita cõuertas, Et quũ is aſpexiſſet, vel Quũ autem is aſpexiſſet. de quo dicẽdi genere alibi diximus. ἀναβλέπειν verò non declarat videndi facultatẽ amiſſam recuperare, vt alibi ſæpe (neque enim adhuc viſum receperat niſi tenuiter admodum, ſicut ex ipſius reſponſo apparet) ſed exprimit ipſum cæci geſtũ & habitũ: oculos ſcilicet attollentis, & explorantis ecquid oculorum aciem recepiſſet. aut idem valet quod ſimplex βλέπειν, declarans ſcilicet ipſam videndi actionem. Itaque exprimendum putauimus verbo Aſpicere abſolutè poſito. Sic Plinius, Cancri, inquit, in obliquum aſpiciunt, Et ita etiam accipitur ἀναβλέπειν infrà 16.a.4.

Nam cerno inſtar arborum ambulantes. ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Eraſmus, quoniam velut arbores cerno ambulantes. quod etiam ſic accipi poteſt quaſi participium Ambulantes, ad arbores pertineat. Hæc enim oſtendunt cæcum iſtum potuiſſe motum hominum percipere, non autem formam ipſam diſtinguere: quaſi diceret, Video corpora rectæ ſtaturæ, ſed quæ mouentur, quum arbores ſint immobiles. Ego igitur vt amphiboliam vitarem, quæ nulla eſt in Græco ſermone ὡς δένδρα, cõuerti, inſtar arborum. Vetus interpres, Video homines velut arbores ambulantes. Coniunxit enim hoc membrum cum ſuperiore, & ita legit, βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας: quam lectionem maximè probo, quum præſertim Complutenſis editionis, atque adeò vnius codicis vetuſti authoritate confirmetur.

25 Fecit vt *denuo* aſp. ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· id eſt, iterũ iuſſit vt reipſa exploraret an perſpicuè iam cerneret. Itaq; particulã πάλιν repeto ἀπὸ κοινοῦ, & ἀναβλέψαι accipio ſicut in verſiculo ſuperiore. nã etiã in vno vetuſto codice ſcriptũ erat βλέψαι, nõ ἀναβλέψαι. Eraſ: & fecit vt viſum reciperet. quã interpretationẽ non probo. nã proximè ſequitur καὶ ἀποκατεστάθη. Itaq; inanis hîc eſſet battologia Marci breuitati minimè conueniens. Vetus interpres, & cœpit videre. Legit enim καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, ſicut etiam in ſecundo codice legimus, quod mallem interpretari, & cœpit aſpicere: repetita (vt antè dixi) particula πάλιν, & verbo ἀναβλέψαι eadem ratione expoſito, ſicut & paulo pòſt accipitur. Cæterùm τὸ ποιεῖν ponitur hoc loco pro Authorem eſſe cuipiam alicuius rei faciendæ: vt etiam accipitur Act.3.b.12. Sic vernaculo ſermone dicimus, *il le feit regarder*, quæ eſt circunloquutio coniugationis Hiphil. Viditque καὶ ἐνέβλεψε In quinque vetuſtis exẽplaribus & editione Complutenſi ſcribitur ἀνέβλεψε, quod Eraſmus interpretatur, ac denuo videbat, idque (ni fallor) non ſatis commodè. Omnino enim hîc ponitur compoſitum pro ſimplici ἔβλεψε, vt liquet ex particula ἅπαντας adiuncta. Vulg. ita vt videret, ὥστε ἀναβλέψαι, ſicut habebat ſecũdum exemplar. Sed mihi placet in primis Frobeniana editio quæ habet διέβλεψε, id eſt peruidit. Initio enim non niſi ex parte aliqua viſum receperat. Eminus & dilucidè τηλαυγῶς Vulgata, claré. Eraſmus, dilucidé. Nos verò ſtuduimus Græci aduerbii ſignificationem paulò clarius explicare. Cõponitur enim ex τῆλε, id eſt eminus, & αὐγὴ, quod lucem & ſplendorem declarat. Cæterùm in vno vetere exẽplari ſcriptum erat διαυγῶς id eſt perſpicuè, ſiue pellucidé. Omnes. ἅπαντας. Vulgata, omnia, id eſt πάντα, quod annotatum erat in ſecundo exemplari.

26 Neque in vicum illum μηδὲ εἰς τὴν κώμην Omnino fuit exprimendus articulus, ne videatur generale Chriſti interdictum. Totus autem hic locus ad finem vſque verſiculi, variè legitur in Græcis exemplaribus. Nam teſtatur Eraſmus ſe codicem habuiſſe in quo poſt λέγων ſcriptum eſſet, ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς, μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ, id eſt, Si in vicum introieris, nemini dixeris, ne in vico quidem. Veterem autem interpretem legiſſe apparet, λέγων, ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς. Sic enim conuertit, dicens, Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris. Denique in vno vetuſto codice deerat totum illud μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ. quem ſi ſequamur, vertendum erit, ne ingrediaris quidem in vicum illum. Certè videtur poſterius hoc membrum abundare, niſi pro ἐν τῇ κώμῃ legas ἐκ τῆς κώμης: quod tamen nuſquam reperi. 28 Vnum ἕνα Vulg. quaſi vnum, id eſt ὡς ἕνα.

29 Ille Chriſtus. ὁ χριστός. Rectè hîc Eraſmus articulum expreſſit à Vetere interprete prætermiſſum. Additum autem reperimus in vno vetuſto exemplari ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, Filius Dei. 30 Interminatus eſt ἐπετίμησεν Vide Matth.8.d.26, & 12.b.16. Id eſt adhibitis minis prohibuit. Terent. in Andr. Interminatus ſũ ne id faceres. Paulo pòſt accipitur pro Obiurgare, vt alibi ſæpe. *Id* dicerent λέγωσιν Addidi relatiuum pronomen, quod ſæpe alibi prætermittitur: hîc autem omnino ſupplendum putaui, non modò quia dicere de ſe, pro, loqui de ſe, videtur obſcurius dictum: ſed etiam quia ex Matthæo apparet cap.16.c.20, & ex Luca 9.c.21, hoc Chriſti interdictum nõ eſſe generale, ſed ad ea referendum quæ proximè præceſſerunt.

31 A ἀπὸ id eſt ὑπό. Vide Matth.11.c.19. In vno tamen codice ſcriptum erat ὑπό. Rurſus autem in alio quodam legimus ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων τῶν πρεσβυτέρων à filiis hominum ſenioribus. Tribus pòſt diebus μετὰ τρεῖς ἡμέρας Vulgata & Eraſmus ad verbum, poſt tres dies: quæ interpretatio nõ modò eſt obſcura hoc quidem loco, ſed etiam (vt exiſtimo) falſa. Itaque magnas peperit cõtrouerſias inter doctiſſimos viros qui hunc locum cum aliis multis conciliare ſtudent, in quibus diſertè dicitur Chriſtus nõ poſt tres dies, ſed ipſo die tertio reſurrecturus. Dicã igitur & ego quod ſentio, vt eruditiores iudicent. Qui ad ſynecdochen confugiunt, non penitus expediunt nodũ, quia nemo Latinè dicet, poſt tres dies fieri, quod fit intra illud tẽpus. Quid ergo? Certè genus dicẽdi quo vſus eſt Dominus in ſuo ſermone, minimè ambiguũ fuiſſe declarat Phariſæorũ oratio, Matth.27.g.64, petentiũ à Pilato vt iubeat muniri ſepulchrũ in tertium vſq; diem, Quia (inquiunt) meminimus impoſtorem illum dixiſſe, quum adhuc viueret μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Hoc igitur dicendi genus ſi ambiguum fuiſſet, trium dierum mentionem nõ feciſſent Phariſæi, quibus elapſis ſe nihil metuere teſtantur, quũ in id duntaxat ſpatium à Pilato præſidium petunt. Hoc igitur quum videret Stapulenſis homo tam pius quàm eruditus, alia via aggreſſus eſt hunc nodum explicare. Oſtendit enim ex Apollonio grammatico præpoſitionem μετὰ interdum poni pro ἐν apud Græcos, veluti quum dicunt μετὰ χεῖρας ἔχειν, pro ἐν χερσὶ, id eſt in manibus

habere. Sed hoc fateor non ſatis cõuenire, quum in eiuſmodi exemplis, qualia permulta reperiuntur, nullum temporis interuallum ſignificetur. Eraſmus igitur aliam excogitat rationem, nempe vt triduum ſupputetur à captiuitate Chriſti, non ab occiſione. Sed hanc interpretationem ſatis refutat illud quod ex Phariſæorum oratione collegimus. Deinde quum Reſurrectio Morti opponatur, conſtat tempus futuræ reſurrectioni conſtitutum, potius ab ipſa morte quàm à captiuitate, initium ducere. Quid igitur? Nempe hoc affirmare non dubito, fieri nõ poſſe vt in hoc dicendi genere & ſimilibus, μετὰ reſpondeat Latinæ præpoſitioni Poſt. Nam primùm omnium (vt in propoſito nobis exemplo maneamus) qui pòſt tres dies futurum aliquid pronuntiat, nullum certum diem conſtituit, non quartum, non quintum, non ſextum, nõ ſeptimum, non denique vllum alium. Itaque nemo ſic loqui ſolet, neque (vt opinor) creditor vllus eſt qui mutui ſolutionem velit hac formula ſtipulari. Deinde idipſum liquet ex illa Phariſæorum petitione. Nam ſi μετὰ τρεῖς ἡμέρας declarat Poſt tres dies, quid tãdem ineptius fingi poteſt hac oratione, Iube muniri ſepulchrum in tertium vſque diem, quia iſte, poſt tres dies ſeſe dixit reſurrecturũ? Nam potius ante tertium diem præteritum exactũ, nihil illis metuendũ fuiſſe, aut certè poſt tertiũ diem maximè fuiſſe cuſtodiendum ſepulchrum, ea loquutio declarat. Ex quo efficitur interpretationem illam ſtare nõ poſſe. Tandem igitur vt ad noſtrã accedamus, dico ב præpoſitum vocabulis apud Hebræos, quum propriè reſpondeat Græcæ præpoſitioni ἐν, & Latinæ In, tamen interdum idem valere quod μετὰ, id eſt poſt: idque interdum ita vt res non poſt tempus exactum, ſed intra ipſum geri dicatur, ſicut accipitur Leuit. 12. a. 6. Quinetiam interdum pro μετὰ accipitur, ita vt tempus præteritum excludatur, vt Deut. 4. g. 46, & eiuſdem libri 9. a. 4, & Ieſaia 20. a. 1. Itaque quum in hoc dicendi genere ἐν τρισὶν ἡμέραις ſit locus ב Hebræorum, nihil mirum eſt, Euangeliſtas ita Græcè ſcribentes vt plerunque hebraiſſent, illud ב modò per ἐν, modò per μετὰ expreſſiſſe: eodem tamen ſenſu. Denique vt hæc ratio Hebraici ſermonis non ſatiſfaciat, hoc etiam dico, apud ipſos diſertiores Græcos præpoſitionem μετὰ ſæpe pro ἐν & εἰς vſurpari, idque etiam quum certum aliquod tempus nondum præteritum declaratur: vt in illo verſiculo Homeri, Odyſſ. χ. -μνηστῆρσιν ἀεισόμενος μετὰ δαῖτα, id eſt ἐν δαιτὶ, ſeu potius μεταξὺ δαιτὸς, aut παρὰ δαῖτα, quod Latini dicerent Inter prandendum, aut in prandio, non autem, poſt prandium. Sic Euripid. Βάκχαις. τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς; id eſt Interdiu: quod & apud Ariſtophanem & apud Plutarchum reperias in dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, vbi de Ranis loquitur. Apparet igitur μετὰ nõ ſemper declarare conſequens tempus, ſed etiam interiectum, & adhuc vigens. Quamobrem Deuter. 31. c. 10, pro eo quod in Hebræo legitur, à fine ſeptem annorum, Græcus interpres vertit, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, quum tamen de anno remiſſionis, id eſt de ipſo anno ſeptimo agatur, ſicut declarant ea quæ proximè conſequuntur, quanuis nonnulli Hebræorum interpretes aliter ſentiant. Videtur enim etiam illud מקץ reſpondere præpoſitioni μετὰ, pro ἐν vſurpatæ, in hoc quidem dicendi genere: quod Galli ſic ad verbum exprimerent, *au bout de ſept ans*, ſeptimum ipſum annum intelligentes, eúmque vel inchoatum, ſicut accipitur manifeſtè Deuter. 15. a. 1: vel penè peractum, vt eo loco quem paulo antè citaui. Græci verò nonnunquam per μετὰ, vt modò oſtendimus: interdũ per ἐν, vt infrà 15. c. 29, ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel per διὰ, vt Deut. 15. a. 1, & infrà 14. f. 58, & Matth. 26. f. 61, διὰ τριῶν ἡμερῶν: vel per εἰς, præſertim quũ de futuro agitur, vt AEſchines, εἰς ἕκτην ἡμέραν παραχθήσεται. Itaque (vt ad rem redeam) μετὰ τρεῖς ἡμέρας idem omnino declarat atque ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel διὰ τριῶν ἡμερῶν, vel εἰς τρίτην ἡμέραν, id eſt vt ipſe Matthæus explicat, 16. c. 21, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, id eſt vt loquuntur Latini, tertio pòſt die, vel tribus pòſt diebus: quam interpretationem germanam eſſe vel illud declarat, quòd ſi eam ſequaris, optimè cohærebit illa Phariſæorum petitio, nempe vt ad diem vſque tertium muniatur ſepulchrum, eo quòd dixiſſet ille ſeſe tribus pòſt diebus reſurrecturum. His enim loquendi formulis tertium ipſum diem à Latinis intelligi ſatis conſtat ex oppoſitis dicendi generibus: in quibus ſcilicet vſurpatur præpoſitio Antè. Veluti quum dicimus præciſè III, vel IIII, vel V Nonas, Idus, Calendas, & ſic deinceps, quum ſit plena loquutio III, vel IIII, vel V die ante Nonas, Idus, Calendas, ſicut ſemel loquitur Cornelius Tacitus libro duodecimo: quum, inquam, id dicimus, præpoſitio Ante, non excludit diem ipſum Nonarum, Iduum, Calendarum: ſed ſignificatur dies II, vel III, vel IIII ante Nonas, Idus, Calendas. Sic etiam Priſcianus quum ita loquimur, Annos X natus, exiſtimat ſubaudiri præpoſitionem Ante: quum tamen id de eo dicatur qui decimum ipſum annum agit. Vtramuis igitur harum interpretationum ſequaris, nempe Intra tres dies, vel tribus pòſt diebus, ſiue tertio pòſt die, rectè (ni fallor) expreſſeris illud μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Quamobrem aliis aliquot locis eandem loquutionem ſimiliter conuertimus.

	Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.	32	"Et apertè eum ſermonem loquebatur. Tunc apprehendit illum Petrus, & cœpit eum obiurgare.	
Matth. 10. d. 38, & 16. d. 24 luc. 9. c. 23, & 17. f. 34	Qui conuerſus, & vidẽs diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro, dicens, Vade retro me ſatana: quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.	33	Ille verò conuerſus, & aſpiciens diſcipulos ſuos, obiurgauit Petrum, dicens, "Abſcede à me ſatana: nam non ſapis quæ Dei *ſunt*, ſed quæ *ſunt* hominum.	Satan.
	Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis, ‖ Siquis vult me ſequi, deneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.	34	Et quum aduocaſſet turbam cum diſcipulis ſuis, dixit eis, Quicunque vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, ac ſequatur me.	Se qui Chriſtum Crux.
Matth. 10. d. 39, & 16. d. 25 luc. 9. c. 24, & 17. g. 33 iohan. 12. d. 25	‖ Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Euangelium, ſaluam faciet eam.	35	Nam quiſquis voluerit animam ſuam ſeruare, perdet eã: quiſquis autem ¦ perdiderit animam ſuam cauſa mea & Euãgelii, "iſte ſeruabit eam.	Animã perdere.
	Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentum animæ ſuæ faciat?	36	Quid enim "iuuabit hominem, ſi lucratus fuerit mundum totum, & anima ſua multetur?	

32 Et apertè eum ſermonem loquebatur. καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Vulgata, Et palàm verbum loquebatur. Atqui ſoli diſcipuli aderãt quum hæc diceret. Rectè igitur Eraſmus, quẽ ſequuti ſumus, παῤῥησίᾳ vertit Apertè, id eſt σαφῶς, ſermone ſcilicet minimè obſcuro vel ambiguo: quum propriè ſignificet liberè & intrepidè, ſicut alibi dicemus. Cæterùm quòd Vetus interpres vertit Verbũ, & Eraſmus Sermonem, planè obſcurum erat, ex Hebræorum ſcilicet idiomate. Itaque expreſſimus articulum, quo generalis illa Sermonis ſignificatio ad id reſtringitur de quo differebat Dominus.

33 Abſcede à me ὕπαγε ὀπίσω μου Vulgata, Vade retro me. Videtur enim hæc Chriſti verba ita accepiſſe, quaſi Petrus non præire, ſed ſequi iubeatur, ſicut diſcipulum decet. Præire autem velle videbatur qui præceptorem reprehendere auderet. Ita etiam ex ſuo illo Origene expoſuit hunc locũ Eraſmus annotationibus in quartũ Matthæi caput. Atqui ὕπαγε (vt ipſe quoque rectè annotauit) non ſignificat Vade, id eſt βάδιζε, vel ἴθι, ſed ἄπιθι, id eſt abi, ſiue diſcede. Is autem qui nos ſequitur à tergo, certè non diſcedit à nobis: & Chriſtus tanta Petri temeritate meritò commotus, non modò iubet Petrum locum mutare, ſed à ſe faceſſere tanquam à Dei regno alienum: minimè id quidem vt hac acerbiſſima obiurgatione diſcipulum abigeret, ſed vt ille deinceps ſeſe diſceret modulo ſuo metiri. Itaque illud ὀπίσω μου, Vetus interpres nõ rectè conuertit, retro me: quod dicendi genus ne Latinum quidem eſt: nec totum dicit Eraſmus quum interpretatur, poſt me. neque enim ὀπίσω idem hìc valet quod Ponè & à tergo, ſicut Matth. 4. c. 19, δεῦτε ὀπίσω μου, venite poſt me: & 1. Tim. 5. c. 15, ὀπίσω σατανᾶ, ſequutæ Satanã: & 2. Pet. 2. b. 10, τοὺς ὀπίσω σαρκὸς qui carnis veſtigia ſequuntur: ſicut denique vſurpatur verſiculo proximo: ſed abſceſſionẽ & diſceſſionem declarat propter verbum ὑπάγειν adiunctum. Nam qui prorſus diſcedit à nobis, auerſis in contrariã partem veſtigiis abit: ſicut in vernaculo noſtro ſermone, *aller derriere quelqu'un*, aliud declarat quàm *aller arriere de quelqu'un*: quod vtrũq; tamẽ à Græcis vna particula ὀπίσω exprimi poteſt pro ἔμπαλιν poſita: & quidem adiecto caſu, ſicut dixit Herodianus, ἔμπαλιν ἑαυτοῦ τρέχειν retrorſum currere: quod vernacula lingua diceremus, *courir en arriere*. vnde boues ὀπισθονόμοι, quos Plinius retro paſcentes vocat. Vſus ſum igitur Abſcedendi verbo, quod mihi videtur illud ὑπάγειν ὀπίσω optimè exprimere, tranſlatitia ſignificatione, ſicut hìc accipitur, nimirum pro abire ex alicuius conſpectu.

35 Iſte οὗτος Deerat hoc loco pronomen in vno vetuſto codice, & à Vetere interprete non exponitur. Mihi tamen videtur magna eſſe emphaſis huius repetitionis, quam Grammatici epanalepſin vocant.

36 Iuuabit hominem, ὠφελήσει ἄνθρωπον, Id eſt, quid profuerit cuipiam. Vſurpat enim Euangeliſta ἄνθρωπον indefinitè pro τινὰ, ſicut alibi ſæpe obſeruauimus. Cæterùm pro ἄνθρωπον Frobenius excudit ἄνθρωπος. Sed nuſquam legi ὠφελεῖν neutropaſſiui forma vſurpatum. Vetus codex vnus legit ὠφελεῖ, iuuat.

37 ″Aut quam dabit homo compenſationem animæ ſuæ?

Erubeſcere Chriſtum.

38 Nam quicũque″erubuerit me ac meos ſermones in natione hac adultera & peccatrice, Filius etiã hominis erubeſcet eum, quando venerit cum gloria Patris ſui cũ″Angelis illis ſanctis.

Cap. I X.

1 ETiam dixit eis, Amen dico vobis quòd ſunt quidã ex iis ″qui hîc adſtant, qui nequaquã guſtabunt mortem, vſque dum viderint regnum Dei veniſſe″cum poteſtate.

2 Et″ſexto pòſt die accipit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannẽ, & ſubducit eos in montẽ ſublimẽ priuatim ſolos: & transformatus fuit coram eis.

Transfiguratio Chriſti.

3 Et veſtimẽta eius facta ſunt″coruſcantia, candida valde vt nix: ″qualia non poteſt fullo ″in terra″dealbare.

4 Et viſus eſt eis Elias cum Moſe, qui colloquebantur cum Ieſu.

5 Tunc reſpondens Petrus, dicit Ieſu, Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe: ″faciamus igitur tabernacula tria, tibi vnum, & ″Moſi vnum, & Eliæ vnum.

6 Non enim ſciebat quid″loqueretur: erant enim″exterriti.

7 Et facta eſt nubes quæ inumbrauit eos: venítque vox è nube, dicens, Iſte eſt Filius ille meus dilectus: ipſum audite.

Audiendus Chriſtus.

8 Et repente quum circunſpexiſſent, non amplius viderunt quenquam, ſed ſolùm Ieſum *eſſe* ſecum.

9 Quũ verò deſcenderent de monte, imperauit eis vt nulli narrarẽt quæ viderãt, niſi quũ Filius hominis à mortuis reſurrexiſſet.

10 ″*Ipſi* verò id continuerunt apud ſe, ″mutuò quærentes ″quid illud eſſet, A mortuis reſurgere.

37 Aut quid dabit homo cõmutationis pro anima ſua?

38 Qui enim me confuſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & Filius hominis cõfundetur eum, quũ venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis.

Matth.10.d.33 luc.9.c.26 & 12,b.8

Cap. I X.

1 ET dicebat illis, Amen dico vobis quia ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

Matth.16.d.28 luc.9.d.27

2 Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem, & ducit illos in mõtem excelſum ſeorſum ſolos: & transfiguratus eſt corã ipſis.

3 Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & cãdida nimis velut nix: qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.

Matth.17.a.1 luc.9.d.28

4 Et apparuit illis Elias cum Moyſe: & erant loquentes cum Ieſu.

5 Et reſpõdens Petrus, ait Ieſu, Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

6 Non enim ſciebat quid diceret: erãt enim timore exterriti.

7 Et facta eſt nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic eſt Filius meus chariſſimus: audite illum.

B

8 Et ſtatim conſpicientes, neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantùm ſecum.

9 ¶Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidiſſent, narrarent: niſi quum Filius hominis à mortuis reſurrexerit.

Matth.17.b.9

10 Et verbum continuerunt apud ſe, conquirẽtes quid eſſet, Quum à mortuis reſurrexerit.

37 Aut quam dabit ἢ τί δώσει In vno vetere exemplari ſcriptum erat τί γὰρ δῷ, Quam enim dederit: & fortaſſis rectius.

38 Erubuerit ἐπαισχυνθῇ Vulgata, confuſus fuerit, barbarè omnino. Infrà autem Lucæ 9.d.26, ita cõuertit vt nos hoc loco, ſatis rectè, nĩ fallor: quanuis erubeſcere Græci propriè dicant ἐρυθριάζειν. Quum enim hæc erubeſcentia ex pudore oriatur, ex effectu cauſam facilè colligimus. Angelis illis ſanctis. τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Repetitio articuli à nobis expreſſa eſt, qua vtitur (ni fallor) Euangeliſta, vt maieſtatis illius amplitudinem oculis noſtris ſubiiciat, alludens fortaſſis ad celebrem illam Ieſaiæ viſionem.

IN CAPVT IX.

1 Qui hîc adſtant, τῶν ὧδε ἑστηκότων, Id eſt τῶν ὧδε παρόντων, qui hîc adſunt. Ponitur enim ἑστηκέναι pro εἶναι, vt apud Latinos adſtare dicitur quiſpiã, etiamſi ſedeat. Sic accipitur Act.7.g.55, & paulo pòſt infrà 11.a.5, & d.29. Cũ poteſtate. ἐν δυνάμει. Vulgata & Eraſmus δύναμιν vertunt Virtutem, de quo alibi dicemus. Regnum autem Dei vocat tempus illud quo Deus in Eccleſia ſua patefacto Euangelio, regnum ſuũ veluti inchoaturus erat, quod ſtatim à reſurrectione fieri cœpit, fruſtra ringente & fremente mundo. Antea verò quũ Chriſtus adhuc infimus hominum eſſet, paucis quibuſdam diſcipulis, iiſque infirmiſſimis eũ aſſectãtibus, quodãmodo ſepulta erat immenſa Regis noſtri poteſtas.

2 Sexto pòſt die μεθ' ἡμέρας ἓξ Vel, ſex pòſt diebus. Vulgata & Eraſmus, poſt dies ſex: quo dicendi genere nullum certum tempus ſignificari oſtendimus ſuperiore capite, verſu 31. Hæc igitur geſta ſunt ſexto die ab eo quo Dominus ſermonẽ præcedentẽ habuerat, geſta inquã ſunt ſexto ipſo die, & quidem ſub veſperam. Hoc enim eſt quod ait Lucas, non octauo, ſed ferè octauo pòſt die iſta eueniſſe: quia ſcilicet inclinante iam die ſeptimo geſta ſunt. Numerat enim Lucas eum etiam diem quo ſuperiorem ſermonem Chriſtus habuerat, & præterea tempus obſeruat quo in montem aſcenderunt: imminente ſcilicet iam nocte, quæ octauum diem auſpicabatur: quo tempore Dominus de more in mõtem conſcendit vt oraret: non tamen ſolus, vt ferè ſolebat, ſed tribus aſſumptis diſcipulis. Idque vel ex eo liquet, quòd idem Lucas narrat diſcipulorum oculos ſomno fuiſſe grauatos, & poſtero demum die, octauo ſcilicet, è monte deſcendiſſe: in quo nimirum pernoctarant. Scio verò Chryſoſtomum alia ratione Lucam cum Matthæo & Marco conciliare: quaſi ſcilicet toti ſex iſti dies inter ſermonem habitum & transformationem Domini interceſſerint: quia particulam ὡσεὶ non ad initium octaui diei, vt ego, ſed ad finem refert. Sed in verſione mea probanda non ero prolixior, quia proxima annotatione puto lectoribus eſſe ſatiſfactum.

3 Coruſcantia, στίλβοντα, Vulgata & Eraſmus, ſplendentia vel ſplendida, id eſt λαμπρά. Mihi verò videtur verbum στίλβειν aliquid amplius ſignificare quàm λάμπειν. Qualia οἷα qualia. Eraſmus. quàm, nomine in aduerbium mutato, vt (inquit) vitetur ſermonis abſurditas: quam ego quidem non video. In terra ἐπὶ τῆς γῆς Vel (vt Vulgata & Eraſmus) ſuper terram, id eſt nullus prorſus fullo. Hoc enim additum eſt ex vulgò vſurpata loquendi conſuetudine, vt omnes ſemel fullones excipiantur. Sic nos quoque vernaculo noſtro ſermone diceremus, *Il n'y a foulon au monde. ou, il n'y a foulon ſur la terre.* Dealbare. λευκᾶναι. Vulgata & Eraſmus, candida facere: periphraſi (vt ego quidem exiſtimo) minimè neceſſaria.

5 Faciamus igitur καὶ ποιήσωμεν. Vel, faciemus igitur, id eſt καὶ ποιήσομεν, vt in vno vetero codice legimus. Ponitur autem καὶ pro οὖν, vt alibi ſæpe. Eraſmus etiam alicubi legit, θέλεις ποιήσωμεν, id eſt vis faciamus: quod optimè quadrat. Sed addenda erit interrogatio. Moſi Μωσεῖ In hoc nomine ſcribendo ſicut in pleriſque Hebraicis aut Syriacis, mirum in modum variare comperimus vetera exemplaria. Quædam enim Μωσῇ, quædam Μωϋσῇ, alia Μωσεῖ, alia Μωϋσεῖ ſcriptum habebant.

6 Loqueretur: λαλήσῃ Vel potius (vt in quatuor exẽplaribus legimus) λαλήσει. Hoc (inquit Euangeliſta) dixit Petrus, quòd neſciret quid ſibi dicendum eſſet: quod vernaculo ſermone diceremus, *il ne ſcauoit qu'il deuoit dire.* Exterriti. ἔκφοβοι. Id eſt præ metu apud ſe non erant, ὑπὸ φόβου ἐξίσταντο. Id enim valet præpoſitio ἐκ. In Cõplutẽſi editione legitur ἔμφοβοι, id eſt metu occupati. Eraſ. expauefacti, id eſt ἔκθαμβοι.

10 *Ipſi* verò id conti. καὶ ἐκράτησαν τὸν λόγον. Eraſ. Ac verbũ hoc tenuerunt. Tenere enim riſum & linguã dicimus pro cõtinere & coercere. Indicat autem τὸ κρατεῖν (ſi Græci vocabuli etymologiam ſpectemus) diſcipulos non ſine vi quadam & labore hoc arcanum tandiu tacuiſſe. Nam cæteros probabile eſt ex iis quæſiuiſſe ecquid in monte geſtum eſſet, & quos ſermones habuiſſet. Cæterùm τὸν λόγον conuertimus per pronomen Id, nequis hæc referret ad id duntaxat quod dixerat Dominus, quum de tota hiſtoria transformationis potius ſit intelligendum. Expreſſimus etiam relatiuum ad molliendam tranſitionem, & καὶ conuertimus potius vt continuationis, quàm copulationis particulam. Nã etiã in vno vetere exẽplari ſcriptũ erat οἱ δὲ καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν. Mutuò quærentes συζητοῦντες Vulgata, conquirentes. Eraſmus, diſputantes. Nos pro συζητεῖν dicere ſolemus Altercari, quando perſonæ caſus illi adiungitur, vt συζητεῖν τινὶ vel πρός τινα, ſicut ſuprà annotauimus, 1.c.27. Hîc autẽ maluimus per periphraſin interpretari. Quid illud eſſet, A mor. reſ. τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι Vulg. quid eſſet, Quũ à mortuis reſurrexerit, id eſt τί ἐστιν ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Eraſ. quid eſſet hoc quod dixerat, A mortuis reſurgere: lõgiore ſcilicet vſus circuitu vt arti-

culum explicaret, à Vetere interprete omiſſum. Hæc autem quæſtio de qua hîc diſceptatur inter tres illos Chriſti primarios diſcipulos, nō eſt ſimpliciter accipienda quaſi de futura reſurrectione dubitarent. nam etſi erant admodum rudes, tamen non ita erant (opinor) imperiti, vt hominis fœlicitatem, huius vitæ ſpatio terminari putarent. Sed quum nullam corporum reſurrectionem præter illam vniuerſalem intelligerent, & Phariſaicis opinionibus eſſent imbuti de terreſtri Meſſiæ regno & Eliæ aduentu, nō poterant capere quod Chriſtus dixerat de ſingulari illa & peculiari ſua reſurrectione tertio die futura. Quamobrem etiam quum Dominus iam eſſet in cælum conſcenſurus, non verentur ex eo quærere ecquid eſſet eo tempore regnum Iſraelis reſtituturus: quam hiſtoriam commemorat Lucas Act. 1. a. 6, vt intelligamus quàm neceſſe fuerit Chriſti corpoream præſentiam nobis adimi, vt eum non in terra, ſed in cælo quærere diſceremus.

Et interrogabāt eū dicentes, Quid ergo dicunt Phariſæi & Scribæ quia ‖Eliam oportet venire primùm? (Malach. 4. b. 3)

11 Et interrogarunt eum, dicentes, ʼCur Scribæ dicunt quòd Eliā oportet venire primúm? (De Elia & Iohāne Baptiſta.)

Qui reſpondens, ait illis, Elias quū venerit primò, reſtituet ōnia: & quomodo ‖ſcriptum eſt in Filium hominis, vt multa patiatur & contēnatur. (Eſa. 53. a. 4)

12 Ipſe verò reſpondens, dixit eis, Elias quidem quum venerit primùm, ʼreſtituet omnia: ʼ& vt ſcriptum eſtʼ de Filio hominis, *oportet* vt multa patiatur, &ʼ pro nihilo habeatur.

Sed dico vobis quia & Elias vênit, & fecerunt illi quæcunque voluerūt, ſicut ſcriptum eſt de eo.

13 Sed dico vobis quòd Elias venit, & fecerunt ei quæcunque voluerunt, ſicut ſcriptum eſt de eo.

‖Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnā circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. (Matth. 17. c. 14 Luc. 9. e. 38)

14 Et quum veniſſet ʼad diſcipulos *ſuos*, vidit turbam multam circum eos, & Scribas altercantes cum eis. (Spiritū mutum habens, ſanatur.)

Et confeſtim omnis populus vidēs Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt: & accurrentes ſalutabant eum.

15 Et ſtatim vniuerſa turba viſo eo expauit: & accurrentes ſalutauerunt eum. (Salutatio.)

Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis?

16 Tunc interrogauit Scribas, Quid altercaminiʼ inter vos?

Et reſpondens vnus de turba, dixit, Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum:

17 Et reſpondens vnus è turba, dixit, Magiſter, adduxi Filium meū ad te, habentem ſpiritum mutum:

Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illū, & non potuerūt.

18 Quiʼ vbicunque eum corripuerit, ʼlacerat eum, & *ille* ſpumat, ac ſtridit dentibus ſuis, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eiicerent, ſed non valuerunt.

Qui reſpōdens eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quādiu vos patiar? afferte illū ad me.

19 Ipſe verò reſpondēs ei dicit, O natio infidelis, ʼquouſque tandē apud vos ero? quouſque tandem tolerabo vos? adducite eū ad me. (Corripit patrem demoniaci incredulum Chriſtus.)

Et attulerunt eum: & quū vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illū: & eliſus in terram, volutabatur ſpumans.

20 Tunc ipſum adduxerūt ad eum: ʼquum autem *ipſe* eum vidiſſet, continuò ſpiritusʼ diſcerpſit eum: & *is* quum cecidiſſet in terram, voluebatur ſpumans.

D Et interrogauit patrem eius, Quātum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia.

21 Tunc interrogauit patrem eius, Quantum temporis eſt ʼquòd hoc accidit ei? Ipſe verò ait, ʼAb infante.

Et frequenter eū in ignē & in aquas miſit, vt eum perderet: ſed ſiquid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.

22 Et ſæpe eum in ignem abiecit & in aquas, vt perderet eum: ſed ſiquid potes, ʼſuccurre nobis, miſericordia commotus erga nos.

11 Cur ὅτι Vulgata, quid ergo, τί οὖν. Eraſmus, Quid eſt quod, τί ἐστιν ὅ, ϗ. Atqui ὅτι particula interdum pro διατί accipitur, etiā indefinitè: ſicut paulo pòſt verſiculo 28, iidem interpretes rectè expoſuerūt. Sic etiam apud Homerum Odyſſ. τ', -καὶ ἐξερέεινον ἕκαστα Οὐλὴν ὅττι πάθοι.

12 Reſtituet ἀποκαθιστᾷ Notandum hoc dicendi genus forma quadam conceſſionis dictum, quaſi diceret Dominus, Verùm quidem eſt quod illi dicunt, Eliam ſcilicet (vt prædixit Malachias) primùm venturum qui inſtauret omnia: ſed vobis dico iſta iam eſſe completa.

Et vt καὶ πῶς Locus hîc profectò eſt obſcurus. Nuſquam enim legi πῶς pro ὡς vel ὅπως poſitum: & tamen neceſſe eſt (ni fallor) vt ita accipiatur. Deinde deeſt verbum cui ſubiiciatur particula ἵνα, quod quidem nos ex ſuperioris capitis verſu 31, & Luc. 9. c. 22, ſupplendum putauimus. Cæterùm in vetuſto codice tertio ſcriptum erat, non καὶ πῶς, ſed καθὼς: quod maximè probarem, niſi viderem copulatiuam coniunctionem neceſſariò hîc requiri. Hoc denique obſeruandum eſt, ἵνα hoc loco non eſſe τελικὸν, ſed εἰδικὸν potius. periphraſis enim eſt infiniti, ſicut in illo Homeri Iliad. α'. ἦ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, pro ἦ ἐθέλεις αὐτὸς ἔχειν γέρας. Sequitur enim, -αὐτὰρ ἔμ' αὔτως ἧσθαι δευόμενον. De Filio hominis, ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Vel, ſuper Filio hominis. Sic vſurpauit hanc particulā Herodotus initio Thaliæ. κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα πρὸς ἄμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα. Cyrum enim eum eſſe qui ad Amaſin ſuper filia legatos miſerit. Pro nihilo habeatur. ἐξουδενωθῇ. Vulgata & Eraſmus, contemnatur, id eſt καταφρονηθῇ, quod verbum eſt nimis dilutum. Alludit autem (opinor) ad illum Pſalmi 22 verſiculum, Vermis ſum, & non homo. 14 Ad diſcipulos πρὸς τοὺς μαθητὰς, Reliquos diſcipulos intelligit quos pridie eius diei reliquerat, quum in montem aſcenderet cum Petro, Iohanne, & Iacobo.

16 Inter vos? πρὸς αὑτούς; Frobeniana editio habet πρὸς αὐτούς; aduerſus eos. nimirum aduerſus diſcipulos meos. quam lectionē magis probo. 18 Vbicunque ὅπου ἂν Eraſmus, quandocunque. Sed hoc quidem loco rectè mihi videtur Vetus interpres propriam huius aduerbii ſignificationem amplexus: melius enim ex circunſtantia loci, quàm temporis, declaratur huius periculi magnitudo.

Lacerat ῥήσσει Vulgata, allidit, id eſt ῥάσσει, ſiue προσαράσσει, quod etiam optimè conuenit. Eſt autem hæc laceratio ad internū dolorem viſcerum referenda, quòd ſpiritu illum inuadente, (ſicut in colico dolore accidit) non aliter afficeretur, quàm ſi re vera ſentiret viſcera diſcerpi. Cicero verò ad Atticum ſcribens, etiam ad animi dolorem tranſtulit, quum ſeſe diceret mœrore ſuo lacerari.

19 Quouſque tandem ἕως πότε Vulgata, quandiu. Eraſmus, quouſque. Vide Matth. 17. c. 17.

20 Quum autem *ipſe* eum vidiſſet, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, Eraſmus, Et viſo illo. Ego propter amphiboliam addidi relatiuum. Significatur enim ſimul atque Ieſus puerum in conſpectum ſuum adductum aſpexiſſet, ſpiritum cœpiſſe pro ſuo more ſæuire, ſicut Græca manifeſtè oſtendunt, quia ἰδὼν eſt maſculinū, πνεῦμα neutrum: Latina non item, niſi relatiuum expreſſeris: quod quidem etiam ad eum referri poteſt qui à dæmonio erat obſeſſus, ſed eodem manēte ſenſu. Diſcerpſit ἐσπάραξεν ſeu vellicauit, ſed cum ſenſu grauiſſimo. Idem enim hoc loco valet σπαράττειν quod ῥήσσειν, de quo diximus paulo antè. niſi de totius corporis cōuulſione intelligere malis, quam Græci σπάραγμα vocant. Vulgata, conturbauit, id eſt ἐτάραξεν. Nam hæc quoque ſignificatio τοῦ σπαράττεσθαι tribuitur ab Heſychio: & in vno vetere codice ſcriptum erat συνεσπάραξεν. 21 Quòd ὡς Plinius, Tertius hic dies eſt quòd audiui. Vulgata, ex quo, ἐξ οὗ, ſicut etiam in octauo exemplari ſcriptum erat. Ab infante. παιδιόθεν. Vulgata, Ab infantia, ſeruatò quidem ſenſu, ſed non ſine mutatione, quæ minimè fuit neceſſaria. Sic enim loquitur Columella libro 1. cap. 8, Eligendus, inquit, ruſticis operibus ab infantia duratus. Eraſmus, à puero, id eſt παιδόθεν, quam interpretationem non probo. Conſtat enim ex Matthæo adhuc puerum fuiſſe iſtum de quo hic agitur, & diſcrimen ætatis eſt inter παιδίον & παῖδα, quanuis non obſeruetur verſu 24.

22 Succurre βοήθησον, Vulgata, adiuua. Eraſmus, ſubueni. Vide Matthæum, cap. 15. c. 25.

Fides.

Ieſus autem dixit ei, 'ſi potes hoc credere, omnia 'fieri poſſunt credenti. 23

Et quum ſtatim clamaſſet pater 'pueri cũ lachrymis, dixit, Credo Domine: ſuccurre infidelitati meæ. 24

Quum vidiſſet autem Ieſus 'quòd turba ſimul accurreret, obiurgauit ſpiritum illum impurum, dicens ei, "*Tu* ſpiritus mute & ſurde, ego tibi iniungo, exi ex eo, & ne amplius ingrediaris in eum. 25

Et quum clamaſſet ſpiritus, multúmque diſcerpſiſſet eum, exiuit: & *ille* factus eſt quaſi mortuus, *adeò* vt multi dicerent quòd mortuus eſſet. 26

Ieſus verò prehenſa manu eius, erexit eum: & *ille* ſurrexit. 27

Quúmque ipſe eſſet ingreſſus domum, diſcipuli eius interrogarunt eum priuatim, Cur nos non potuimus eiicere illum? 28

Oratio cum ieiunio.

Et ait eis, Hoc genus 'nulla re poteſt exire, niſi 'oratione & ieiunio. 29

Præmonet Chriſtus Apoſtolos paſſionis ſuæ.

Et illinc egreſſi, 'vnà iter faciebant per Galilæam: nec volebat vt quiſquam *id* cognoſceret. 30

Docebat enim diſcipulos ſuos, & dicebat eis, Filius hominis 'tradetur in manus 'hominum, qui trucidabunt eum: ſed trucidatus, tertio die reſurget. 31

Ipſi verò ignorabant 'hoc dictum, & timebãt eum interrogare. 32

Quis maior inter Apoſtolos.

Venit igitur Capernaum: '& quum veniſſet domum, interrogauit eos, Quid in via inter vos diſceptabatis? 33

Ipſi verò ſiluerunt: nam alii aduerſus alios diſputauerãt in via, 'quis *eſſet* maior. 34

Et quum cõſediſſet, vocauit duodecim, & dicit eis, Siquis vult primus eſſe, 'erit omnium vltimus, & omnium miniſter. 35

Et quum accepiſſet puerulum, ſtatuit eum in medio eorum: & quum "accepiſſet eum in vlnas, ait eis, 36

23 Ieſus autem ait illi, Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.

24 Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.

25 Et quum vidiſſet Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi, Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.

26 Et exclamans & multum diſcerpẽs eũ, exiit ab eo: & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus eſt.

27 Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & ſurrexit.

E

28 Et quum introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eiicere eũ?

29 Et dixit illis, Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.

30 ¶Et inde profecti, prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quenquã ſcire.

Matth.17.d.22
luc.9.c.22

31 Docebat autem diſcipulos ſuos: & dicebat illis, Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occiſus, tertia die reſurget.

32 At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

33 ¶Et venerunt Capharnaum: qui quũ domi eſſet, interrogabat eos, Quid in via tractabatis?

Matth.18.a.1
luc.9.f.45

34 At illi tacebant: ſiquidẽ in via inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet.

35 Et reſidẽs, vocauit duodecim, & ait illis, Siquis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omniũ miniſter.

36 Et accipiens puerum, ſtatuit eum in medio eorum: quem quum complexus eſſet, ait illis,

23 Si potes hoc credere, τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, Vulgata prætermiſit articulum, qui tamen maximo conſenſu in omnibus exemplaribus reperitur, & quidem cum verbo πιστεῦσαι coniunctus: vt eorum ſententiam probare non poſſim qui cum ſuperiore verbo εἶπεν connectunt. Poſitum eſt igitur τὸ pro τοῦτο, & hæc Chriſti verba cum illius petitione optimè cohærent. Quum enim dixiſſet ille, Si potes ſuccurre nobis, reſpondet viciſſim Dominus, Si tu hoc potes credere, quòd nimirũ tibi poſſim ſuccurrere, nihil eſt quod à me non impetres. Fieri poſſunt δυνατὰ Vulgata & Eraſmus, poſſibilia. Ego verò ſtudui amphiboliam vitare. Neque enim Chriſtus (vt opinor) ſignificat eum qui fide ſit præditus omnia poſſe, quod tamen verũ eſt: ſed potius, nihil eſſe quod ipſe nõ poſſit ac velit eius cauſa, qui ipſius verbis fidem habuerit.

24 Pueri παιδίου Id eſt παιδός. Nam παιδίον (teſte Hippocrate) de primo vitæ ſeptennio dicitur, παῖς autem de ſecundo. Hunc verò iam puerum extitiſſe declarat patris reſponſio verſu 19: & diſertè etiam παῖς vocatur, non παιδίον apud Matthæum & Lucam.

25 Quòd ſimul accurreret, ὅτι ἐπισυντρέχει, Vulgata Concurrendi vocabulo vtitur, quod reſpõdet τῷ συντρέχειν. Rectè autem Eraſmus vt emphaſin præpoſitionis ἐπὶ exprimeret, compoſitionem reſoluit. *Tu* ſpiritus τὸ πνεῦμα In Græco non eſt pronomen, ſed *id* addidi vt vim articuli minimè otioſi exprimerem. Spiritum autem mutum & ſurdum ab effectu vocat.

29 Nulla re ἐν οὐδενὶ Id eſt nulla ratione & via. Abundat enim ἐν addita caſui inſtrumenti ex Hebræorum idiotiſmo. Vulgata, in nullo: quæ interpretatio eſt nimium obſcura. Oratione ἐν προσευχῇ Eraſmus, per deprecationem. Vide Act.1.c.14.

30 Vnà iter faciebant παρεπορεύοντο Id eſt adiunctis ſibi diſcipulis ſuis, iter fecit per Galilæam. Vulgata, prætergrediebantur. Eraſmus, iter fecerunt. Idem autem exiſtimat ex præpoſitione παρὰ intelligendum illos clàm, aut celeriter, & velut obiter feciſſe iter per Galilæam, ita vt nec aperirent ſe vſquam, nec commorarentur. & videri poterant (inquit ille) declinaſſe Galilæam in diſceſſu, niſi obſtaret præpoſitio διὰ. At ego quanuis confitear παρὰ præpoſitionem in quibuſdam verbis hanc vim habere, tamen nuſquam legi παραπορεύεσθαι in ea ſignificatione poſitum, ſed pro συμπορεύεσθαι, id eſt vnà & quaſi ad latus incedere, vel pro adambulare, id eſt ambulando proximè iter facere, ſicut accipitur infrà 11.c.20. Quum autem Cæſarea Philippi venirent Capernaum, omnino fuit ipſis obeunda Galilæa, niſi Iordane traiecto, maluiſſent regionem admodum incultam peragrare. Celerem verò & veluti clandeſtinam fuiſſe hanc profectionem ex his quæ ſequuntur ſatis intelligi poteſt, ſed ita vt aliquandiu tamen illic ſint verſati, quum Matthæus cap.17.d.22, vtatur verbo ἀναστρέφεσθαι.

31 Tradetur παραδίδοται Iterum de re mox futura loquens, præſenti vtitur pro futuro, vt ſæpe alibi. Hominum, ἀνθρώπων, In quarto exemplari additum erat ἁμαρτωλῶν peccatorum.

32 Hoc dictum, τὸ ῥῆμα, Vulgata, verbum: quæ interpretatio eſt perobſcura. Eraſmus, quod dixerat, ὃ εἶπεν.

33 Et quum veniſſet domum, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, Eraſmus, & quum veniſſet in domum, ſiue in ædes, inquit, non vtique ſuas. Atqui cuiuſcunque eſſent ædes iſtæ, eas ſibi pro domicilio delegerat Dominus, ſicut intelligimus ex Matthæo 4.b.13. Itaque nunc dicitur ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, id eſt ad verbum, factus domi: Capernaum ſcilicet reuerſus, in qua vrbe domicilii ſui ſedem poſuerat: vt quum ea abeſſet, domo abeſſe videretur. De verbo γίνεσθαι vide ſuprà 6.a.2.

34 Quis *eſſet* maior. τίς μείζων. Vulgata, quis eorum maior eſſet, id eſt τίς μείζων γένηται αὐτῶν, ſicut in ſecundo exemplari erat annotatum. Ponitur autem μείζων maior pro μέγιστος maximus.

35 Erit ἔσται In quarto exemplari ſcriptum erat ἔστω eſto: & mihi quidem videtur vberior ſenſus, ſi hanc lectionem ſequaris: niſi malis futurum indicatiui pro imperandi modo poſitum eſſe ex Hebræorum idiomate. nolui tamen temere quicquam mutare. Idem admiſſum eſt infrà 10.f.43. 36 Accepiſſet eum in vlnas, ἐναγκαλισάμενος, Eraſmus rectè pluribus verbis Græci vocabuli vim expreſſit. Sic enim etiam Lucas explicat capite 2.d.18. Vulgata, amplexus, id eſt συμπλεχθείς. Nos quidem in hoc ſcribendo vocabulo comperimus Græca exemplaria tum hoc loco, tum etiam proximo capite, non conſentire: ſed hanc eſſe germanam lectionem non dubito.

F Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui miſit me.

Luc.9.f.49 |Reſpondit illi Iohannes, dicens, Magiſter vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non ſequitur nos: & prohibuimus eum.

1.Cor.12.a.3 Ieſus autem ait, Nolite prohibere eum: |nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit citò male loqui de me.

Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt.

Matth.10.d 42 |Quiſquis enim potum dederit vobis calicē aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis nō perdet mercedem ſuam.

Matth.18.a.6 luc.17.a.1 |Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis ſi circūdaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur.

Matth.5.e.29, & 18.a.8 G |Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam: bonum eſt tibi debilē introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignē inextinguibilem:

Eſa.66.g.24 |Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennā ignis inextinguibilis:

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in regnū Dei, quàm duos oculos habentē, mitti in gehennā ignis:

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Leuit.2.c.23 Omnis enim igne ſalietur: |& omnis victima ſale ſalietur.

Matth.5.b.13 luc.14.g.34 |Bonum eſt ſal: quòd ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? habete in vobis ſal, & pacē habete inter vos.

Cap. X.

Matth.19.a.1 ET |inde exurgēs, venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & cōueniūt iterum turbæ ad eum: & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.

Et accedentes Phariſæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum.

37 Quiſquis vnū ex talibus puerulis exceperit′nomine meo, me excipit: & quicūque me excipit,′nō me excipit, ſed eū qui miſit me. Puerū complectitur Chriſtus.

38 Reſpondit autem ei Iohannes, dicens, Magiſter, ′vidimus quendam qui″per nomen tuum eiiciebat dæmonia, qui non ſequitur nos: & prohibuimus eum, ′quia non ſequitur nos. Eiiciens dæmonia in nomine Chriſti.

39 Ieſus autem ait, Ne prohibeatis eum: nullus enim eſt qui′faciat virtutem per nomen meum, & poſſit citò maledicere mihi.

40 Qui enim non eſt″contra nos, pro nobis eſt.

41 Quiſquis enim potū dederit vobis poculū aquæ nomine meo, ′quòd ſitis Chriſti: amen dico vobis, nequaquam perdiderit mercedem ſuam. Aquā in nomine Chriſti dare.

42 Et quiſquis offenderit vnum ex paruis iſtis qui credunt in me, ″bonum eſſet ei potius ſi circumponeretur ſaxum molare circa collum eius, & proiiceretur in mare. Scādalizare credentem.

43 ″Si verò manus tua facit vt tu offendas, abſcinde eam: bonum eſt tibi ad vitam ingredi mancū *potius* quàm duas manus habentē abire in gehennam, in ignem inextinguibilem: Manus & Pedis abſciſſio.

44 Vbi vermis eorum non obit, & ignis non extinguitur. Vermis.

45 Et ſi pes tuus facit vt tu offendas, abſcinde eum: bonū eſt tibi ingredi in vitam claudum *potius* quàm duos pedes habētem proiici in gehennam, in ignem inextinguibilem:

46 Vbi vermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

47 Et ſi oculus tuus facit vt tu offendas, erue eum: bonum eſt tibi introire in regnum Dei vnoculum, *potius* quàm duos oculos habētem proiici in gehennam ignis: Oculi erutio.

48 Vbi vermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

49 Nam omnis *homo* igne ſalietur: & omnis victima ſale ſalietur.

50 ′Bonus eſt ſal: ſi verò ſal inſulſus fuerit, per quid ipſum condietis? habete in vobiſipſis ſalem, & pacem habete alii inter alios. Sal. Pax.

Cap. X.

1 ET illinc′quū ſurrexiſſet, venit in fines Iudææ″per *regionem quæ eſt* trans Iordanem: & conuenit rurſum turba ad eum: & vt conſueuerat, rurſum docebat eos. Vxor ob ſolā fornicationē dimittenda.

2 Tunc accedentes Phariſæi, interrogarunt eum an liceret viro vxorem dimittere: tentantes eum.

37 Nomine meo, ἐπὶ ὀνόματί μου, Id eſt mea cauſa, quòd mihi honorem hūc habeat. Paulo pòſt autē aliter accipitur. Non me excipit, ſed eum qui miſit me. οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Eraſmus teſtatur nonnullos Græcos codices ſcriptū habuiſſe, οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με, id eſt, non me ſolùm recipit, ſed etiam eum qui me miſit. in quo dicendi genere particula μόνον interdū ſubauditur, vt Rom.4.b.9. Sed recepta lectio mihi magis probatur. nec enim hìc negatio (vt ab illo eruditè obſeruatum eſt) illud remouet, ſed corrigit potius. quaſi dicas, non tam me recipit, quàm eum qui miſit me. Sic etiam accipitur Iohan.5.e.30, & 6.d.37

38 Vidimus εἴδομεν In vno vetere exemplari ſcriptum erat οἴδαμεν nouimus. Per nomen tuum τῷ ὀνόματί σου Eraſmus ad verbū, nomine tuo: quæ interpretatio viſa eſt mihi obſcurior hoc loco. Neque enim hoc dicēdi genere idem hìc ſignificatur quod paulo antè. itaque aliter ſumus interpretati, quum præſertim in duobus vetuſtis codicibus addatur præpoſitio ἐν, quam certū eſt ex Hebræorum idiomate idem valere quod διὰ, vel cum accuſatiuo, quum ſcilicet ſignificatur cauſa propter quam fit aliquid, vt in verſiculo ſuperiore: vel cum genitiuo, ſicut hoc loco, & quoties agitur de cauſa per quam fit quidpiam: vt illic quidem ἐν τῷ ὀνόματι ponatur pro διὰ τὸ ὄνομα, hìc verò pro διὰ τοῦ ὀνόματος. quod diſcrimen Eraſmus paulo pòſt animaduertit. Quia non ſequitur nos. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Hæc non legit Vetus interpres, neque etiam in ſecundo codice reperimus.

39 Faciat ποιήσει Latinis, fateor, nō eſt vſitatum hoc dicendi genus, ſed Theologis quoque ſuæ quædam formulæ relinquendæ ſunt. De hoc autem diximus Matth.7.c.22. 40 Contra nos, pro nobis. καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν. Vulgata, contra vos, pro vobis, καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν, ſicut legitur in plurimis tum manuſcriptis, tum etiam excuſis exemplaribus. Sed altera illa lectio mihi quidem magis probatur.

41 Quòd ſitis Chriſti: ὅτι χριστοῦ ἐστέ. Hæc verba explicant quid apud Matthæum ſignificet εἰς ὄνομα μαθητοῦ, 10.d.42.

42 Bonum eſſet ei potius καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον Eraſmus, melius foret ei, id eſt ἄμεινον ἂν εἴη αὐτῷ. Cōiunxit enim particulam μᾶλλον cum abſoluto καλὸν, vt ſit periphraſis τοῦ ἄμεινον. Sed hæc traiectio ſanè dura eſt, nec (vt ego quidem arbitror) neceſſaria.

43 Si verò καὶ ἐὰν Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et ſi. Sed nemo non videt idem valere καὶ ἐὰν & εἰ δὲ, quo vtitur Matthæus. Hæc cauſa cur καὶ ſæpe interpretati ſumus Autem & Verò, quando ſententias potius quàm verba connectit.

50 Bonus eſt ſal: καλὸν τὸ ἅλας. Eraſmus, Bona res eſt ſal: eodem manente ſenſu. Idem tamen ita vertit vt nos fecimus, Luc.14.f.34.

IN CAPVT X.

1 Quum ſurrexiſſet, ἀναστὰς, Id eſt profectus, ſeu digreſſus, ex Hebræorū dialecto: apud quos Sedere idem valet quod Habitare, & manere aliquo in loco: & Surgere, idem quod abire ſiue proficiſci. Per *regionem quæ eſt* trans Iordanem: διὰ τοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου. Vulgata, trans Iordanem, ſenſu non expreſſo. neque enim hìc deſcribitur ſitus Iudææ, ſed iter quo Dominus in Iudæam venit: traiecto ſcilicet Iordane per regionem quæ Peræa dicitur, quum per Samariam poſſet rectà ex Galilæa illuc contendere. Vide Matth.19.a.1.

Libellus repudii	Ipſe verò reſpondens,ait eis,Quid vobis mandauit Moſes?	3	At ille reſpõdens,dixit eis,Quid vobis præcepit Moyſes?	
	Ipſi autem dixerunt,Moſes permiſit libellum abſceſſionis ſcribere,ac dimittere *uxorem*.	4	Qui dixerunt, |Moyſes permiſit libellum repudii ſcribere,& dimittere.	Deut.24.a.1
	Tunc reſpondẽs Ieſus,dixit eis,Pro duritia cordis veſtri ſcripſit vobis mandatum iſtud:	5	Quibus reſpondẽs Ieſus,ait, Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.	
	A principio verò creationis,maſculũ & fœminã fecit eos Deus.	6	Ab initio autem creaturæ|maſculũ & fœminam fecit eos Deus.	Geneſ.1.d.27 matth.19.a.4
	Propter hoc deſeret homo patrem ſuum & matrem,& agglutinabitur vxori ſuæ:	7	|Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem , & adhærebit ad vxorem ſuam:	Geneſ.2.d.24 2.cor.6.d.16 epheſ.5.g.31
	Et qui duo *fuerant*,fient caro vna: itaque non ſunt amplius duo, ſed vna caro.	8	Et erũt duo in carne vna : itaque iã non ſunt duo,ſed vna caro.	
	Quod ergo Deus coniunxit,homo ne ſeiungat.	9	|Quod ergo Deus cõiunxit,homo non ſeparet.	1.Cor.7.b.10 B
	Et in domo rurſũ diſcipuli eius eadem de re interrogauerũt eũ.	10	Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum.	
	Et dicit eis,Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliã, mœchatur aduerſus eum.	11	Et ait illis , | Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,& aliam duxerit,adulterium committit ſuper eam.	Matth.5.e.32, & 19.b.9 marc.10.b.11 luc.16.d.18
	Et ſi mulier dimiſerit virum ſuum,& nupſerit alteri,mœchatur.	12	Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit,mœchatur.	1.cor.7.b.10
Paruuli Chriſto offeruntur.	Tunc obtulerunt ei puerulos,vt tangeret eos:diſcipuli verò obiurgabant eos qui offerebant.	13	|Et offerebant illi paruulos,vt tangeret illos:diſcipuli autem comminabantur offerentibus.	Matth.19.b.13 luc.18.c.15
Regnũ Dei,paruulorum.	Quum autem *id* vidiſſet Ieſus,indignatus eſt,& dixit eis: Sinite puerulos venire ad me,& ne prohibeatis eos : talium enim eſt regnum Dei.	14	Quos quũ videret Ieſus,indignè tulit:& ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos : taliũ enim eſt regnum Dei.	
	Amen dico vobis , quicunque non acceperit regnum Dei vt puerulus,nequaquam in id ingredietur.	15	Amen dico vobis, quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.	
Impoſitio manuum.	Et quum cepiſſet eos in vlnas , impoſitis manibus ſuper eos, benedixit eis.	16	Et complexans eos , & imponens manus ſuper illos,benedicebat eos.	
Vita æterna quomodo poſſideatur.	″Et egrediente eo *ut ſe daret* in viam, ′quidam quum accurriſſet, ″& accidiſſet ei ad genua,interrogauit eũ,Magiſter bone,quid faciam vt vitam æternam ″poſſideam?	17	Et quum egreſſus eſſet in viã,|procurrẽs quidam genu flexo ante eum, rogabat eum,Magiſter bone,quid faciam vt vitam æternam percipiam?	Matth.19.b.16 luc.18.d.18
Bonus,Deus.	Ieſus autem dixit ei,Cur me dicis bonum? nullus bonus,niſi vnus,*nempe* Deus.	18	Ieſus autem dixit ei,Quid me dicis bonũ? nemo bonus,niſi vnus, Deus.	C
	Mandata noſti, Ne mœcheris,Ne occidas,Ne fureris,Ne falſum teſtimonium dicas,″Ne damno afficias *quenquam*, Honora patrem tuum & matrem.	19	Præcepta noſti , Ne adulteres, Ne occidas,Ne fureris,Ne falſum teſtimonium dixeris,Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem.	Exod.20.e.13
	Ille verò reſpondens, dixit ei, Magiſter, hæc omnia cuſtodiui à ′iuuentute mea.	20	At ille reſpondens,ait illi,Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuẽtute mea.	
Diligere. Vendere omnia.	Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vno deficeris:abi,quæcunque habes vende,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo:& veni,ſequere me,″ſublata *in humeros* cruce.	21	Ieſus autẽ intuitus eum, dilexit eũ, & dixit ei , Vnũ tibi deeſt: vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni,ſequere me.	
	Ille verò ″mœſtus factus ′propter hunc ſermonẽ,abiit triſtis:ha-	22	Qui cõtriſtatꝰ in verbo,abiit mœrẽs:	

---

17 Et egrediente eo *ut ſe daret* in viam, καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, Vulgata,Et quum egreſſus eſſet in viam.Videtur enim viam accepiſſe pro vico,vt Egredi in viam,idẽ valeat atque Foras exire,& domo progredi in publicum. At ego ſignificari puto hæc eſſe geſta, quum domo egreſſus ad iter ſe compararet, atque adeò iter ipſum iniret. Scribit enim Matthæus,poſtquam pueris beneprecatus eſſet,eum illinc eſſe profectum,capite 19.b.15. Quidam quum accurriſſet, προσδραμὼν εἷς, In tertio exemplari ſcriptum erat ἰδού τις πλούσιος προσδραμὼν,ecce quidam diues quum accurriſſet.In Complutenſi verò editione pro εἷς ſcriptum erat τὶς,de quo diximus Matth.8.c.19.

Et accidiſſet ei ad genua, καὶ γονυπετήσας αὐτὸν, In quodam exemplari ſcriptum reperimus αὐτῷ, & fortaſſe rectius. Vide Matthæum 17.b.14.Sextus codex pro αὐτὸν habet ἔμπροσθεν αὐτοῦ,coram eo,vt legit Vetus interpres. Poſſideam? κληρονομήσω; Vulgata, percipiam? De huius verbi propria ſignificatione diximus Matthæi 5.a.5.Hic autem tranſlatitiè accipitur ἀντὶ τοῦ κτᾶσθαι, ſicut in vernaculo noſtro ſermone omne genus prædiorum & poſſeſſionum ſolemus hæreditates vocare.

19 Ne damno afficias *quenquam*, μὴ ἀποστερήσῃς, Vulgata,Ne fraudem feceris.& alibi ſæpe ἀποστερεῖν fraudare. Atqui fraudare propriè is dicitur qui per fraudem interuertit aliena. Verbum autem ἀποστερεῖν latius patet apud Græcos: ſignificat enim quempiam re ſua priuare,ſiue eam retineas,ſiue fraude aut vi eripias.Itaque generali vocabulo cõuertimus, damno afficere,Eraſmi interpretationem ſequuti,1.Corin.6.b.8,ſed addito quarto caſu.Cæterùm videtur hoc mandatum compendio quodam ſuperiora omnia complecti. Deerat tamen in vno manuſcripto codice,& fortaſſis redundat.

20 Iuuentute mea. νεότητός μου. In tertio codice additur τί ἔτι ὑστερῶ;

21 Sublata *in humeros* cruce. ἄρας τὸν σταυρόν. Hæc non legit Vetus interpres.Addidit autem Eraſmus,in humeros, vt amphiboliam vitaret.Sextus codex poſt σταυρὸν addit σου tua:& in hoc verſiculo poſt ὑστερεῖ additum reperio in duobus codicibus εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ſi vis eſſe perfectus. 22 Mœſtus factus στυγνάσας Id eſt λυπούμενος, ſicut loquitur Matthæus cap.19.d.22.Eraſmus,moleſtia affectus,id eſt χαλεπαινόμενος.Atqui moleſtiã à triſtitia differre puto,ſicut cauſa ab effectu diuerſa eſt:adeò quidem vt moleſtia ſæpe irã potius quàm triſtitiã gignat. Propter hunc ſermonem, ἐπὶ τῷ λόγῳ, Vulgata,in verbo:quæ interpretatio & barbara eſt & obſcura,vt taceam Verbum potius declarare τὸ ῥῆμα,quàm τὸν λόγον.Eraſmus, propter ſermonem,rectè quidem expreſſa præpoſitione(ponitur enim ἐπὶ pro διὰ, ſicut iterum verſu 24.)ſed non ſatis rectè omiſſo articulo.

	erat enim habens multas poſſeſſiones.		bebat enim bona multa.	
	Et circunſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!	23	Et quum circunſpexiſſet Ieſus, dicit diſcipulis ſuis, Quàm difficile qui˝opes habent, in regnum Dei introibunt!	Diuites.
	Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondẽs ait illis, Filioli, quàm difficile eſt cõfidentes in pecuniis, in regnum Dei introire!	24	Diſcipuli verò expauerunt ad hos ſermones ipſius. Ieſus autem rurſum reſpondẽs, dicit eis, Filii, quàm difficile eſt˝eos qui confidunt opibus, in regnum Dei ingredi!	Confidentes in pecuniis
D	Facilius eſt camelum per foramen acus trãſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.	25	Facilius eſt camelum per foramen acus˝tranſire, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.	
	Qui magis admirabãtur, dicentes ad ſemetipſos, Et quis poteſt ſaluus fieri?	26	Illi verò amplius percellebantur, dicentes apud ſe, ˝Et quis poteſt ſeruari?	
	Et intuens illos Ieſus, ait, Apud homines impoſſibile eſt: ſed non apud Deum: omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum.	27	Intuitus autem eos Ieſus, dicit, Apud homines *hoc eſt* impoſſibile, ſed non apud Deum: nam omnia poſſibilia ſunt apud Deum.	Vita æterna, Dei donum.
Matth.19.d.27 luc.18.e.28	¶Et cœpit ei Petr⁹ dicere, Ecce nos dimiſimus õnia, & ſequuti ſumus te.	28	Tunc cœpit Petrus dicere ei, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.	Relinquentes omnia propter Euangelium.
	Reſpondens Ieſus, ait, Amen dico vobis nemo eſt qui reliquerit domũ, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium,	29	Reſpondens autem Ieſus, ait, Amen dico vobis nullus eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, ˝aut vxorem, aut liberos, aut agros mea cauſa & Euangelii,	
E	Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſequutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternam.	30	˝Quin accipiat˝centuplicia˝nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & ſorores, ˝& matres, & liberos, & agros, cũ perſequutionibus, ac in ſeculo venturo vitam æternam.	Perſequutio.
Matth.19.d.30 luc.13.f.30	¶Multi autem erunt primi, nouiſſimi: & nouiſſimi, primi.	31	Multi autem primi, erunt vltimi: & vltimi, primi.	Mortẽ ſuã prænuntiat diſcipulis Christus.
Matth.20.b.17 luc.18.f.31	¶Erant autem in via aſcẽdentes Ieroſolymã: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant: & aſſumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei euentura,	32	Erãt autem in via aſcendentes Hieroſolyma: & præibat eis Ieſus, & expaueſcebant, ac ſequentes timebant: tunc aſſumptis rurſum duodecim, cœpit eis dicere quæ ſibi erant euentura,	
	Quia ecce aſcendimus Ieroſolymã, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis & Senioribus: & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus.	33	˝*Dicens*, Ecce aſcendimus Hieroſolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotũ & Scribis: & condemnabunt eum morte, tradéntque eum Gentibus.	
	Et illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficiẽt eum: & tertia die reſurget.	34	Et *illæ* illudent ei, & flagellabunt eum, & inſpuent in eum, & trucidabunt eum: ſed tertia die reſurget.	
Matth.20.c.20	¶Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, dicentes, Magiſter, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis.	35	Tunc accedũt ad eũ Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, dicẽtes, Magiſter˝cupimus vt quicquid petierimus, facias nobis.	Zebedæi filii petunt ſedere à dextris Christi.

23 Opes χρήματα Vulg. & Eraſ. pecunias. Sed Pecuniæ appellatione, etiam quũ latiſſimè patet, bona non niſi mouentia appellantur: vt propriè id declaret quod vernaculo ſermone dicimus *cheuance*. Græcum autem vocabulum (vt ait Ariſtoteles Ethicorũ 4) ea omnia cõplectitur ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται, id eſt quorum pretium numis æſtimatur. Sic enim appellantur παρὰ τὸ χρήσιμα εἶ), vt docet Budæus ex Xenophontis OEconomico. 24 Eos qui confidunt τοὺς πεποιθότας Vulg. confidentes. Sed rectè monet Eraſmus ex Cicerone, confidentem apud Latinos participium non eſſe, ſed nomen, & aliud declarare. Itaque quærenda fuit periphraſis.

25 Tranſire, διελθεῖν. Eraſmus, ingredi, εἰσελθεῖν, ſicut in pleriſque codicibus legitur. Sed & Complutẽſis editio poſt εὐκοπώτερον addit γὰρ enim: & iſta quæ ſequuntur ad finem vſque verſiculi, nempe ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν, animaduertimus in duobus vetuſtis codicibus deeſſe. Nam etiam vt non addas, ſubaudiuntur ex præcedenti verſiculo.

26 Et quis poteſt καὶ τίς δύναται Coniunctio E T hoc loco & aliis ſimilibus, non eſt copulatiua, ſed illatiua potius: ſed cum interrogatione ſemper, vt ſuprà Matth.3.d.14. Sic Virgilius AEneid.1, -Et quiſquã numẽ Iunonis adoret Præterea? In quo tamen genere dicendi Græci ferè vſurpant particulam εἶτα, vt Ariſtophanes in Pluto, ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων, εἶτ᾽ ἐσίγας πλοῦτος ὤν; Sceleſtiſſime virorum omnium, & tu ſilebas Plutus quum ſis? 29 Aut vxorem, ἢ γυναῖκα, Hæc ſuſpicatur Eraſmus ex Matthæo & Luca perperam à quopiam addita, propterea quòd mox quum repetuntur res relictæ, nulla fit vxorum mentio: reperimus tamen in omnibus exemplaribus.

30 Quin ἐὰν μὴ Vulgata, Qui non, id eſt ὃς οὐ μὴ, ſicut ſcribitur Luc.18.f.30. Omnia tamen exemplaria conſtanter etiã ita ſcriptũ habebãt hoc loco, & paulo pòſt quoque verſu 30. Quinetiã ita poſitũ eſt ſuprà Matt.26.d.42, & apud Homerũ Iliad.β´, in his verſiculis, Οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται οὐδ᾽ ἠβαιόν, Εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν. Videtur autem id eſſe quod Hebræi dicunt ולא vt Amos 3.a.4.

Centuplicia ἑκατονταπλασίονα id eſt centies tantundem, nempe quo ad verum vſum & cõmoda huius etiam vitæ attinet, ſi modò illa non ex copiis & cupiditate noſtra, ſed ex Dei noſtri voluntate, quæ vna eſt certiſſima bonorum regula, metiamur, adeò vt fideles in media etiam egeſtate huius promiſſionis euentum ſentiant. Itaque perridiculus erat Iulianus ille Apoſtata quum hunc locum exagitans, quæreret num centum etiam vxores habituri eſſent Chriſtiani. Certè fidelem eſſe Dominum in ſuis promiſſis, egoipſe quum hæc ſcriberem, re ipſa experiebar. At enim, dices, multi boni viri qui Euangelii cauſa ſolum verterunt, in ſumma inopia victitant. Quid igitur, an mendax Dominus? Minimè verò. nam hæc ipſa promittit μετὰ διωγμῶν cum perſequutionibus, & nouit quid expediat. Itaque diſcamus abundare & pati, vt quum probati fuerimus, verum illum Theſaurum poſſideamus. Sed hæc παρέργως. Nunc in tempore hoc νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ Hæc verba in Theophylacti Romani codice cum ſequentibus connectuntur, adſcripta diſtinctione poſt ἑκατονταπλασίονα: vt primùm ſit in genere propoſita promiſſio centuplicis compenſationis, quæ deinde duas diuerſorum bonorum ſpecies complectatur, nimirum præſentis huius vitæ commoda, cum perſequutionibus tamen coniuncta, & perpetuam æternæ vitæ hæreditatem. Itaque hanc diſtinctionem probo.

Et matres, καὶ μητέρας, In tribus vetuſtis codicibus tertio, quinto, & ſexto ſcriptum erat, καὶ πατέρα καὶ μητέρα & patrem & matrem. Neque certè veriſimile eſt Chriſtum in hac promiſſione id quod vel præcipuum erat, prætermiſiſſe. Ego verò legendum puto καὶ πατέρας καὶ μητέρας plurali numero, vt omnia centuplicia promittantur: & Theophylactum ita legiſſe apparet ex ipſius interpretatione.

33 *Dicens*, Ecce ὅτι ἰδοὺ id eſt כי הנה, vt loquuntur interdum Hebræi etiam in initiis. Amos 4.a.3, vbi etiam videtur eadem vſurpari tranſitio ab oratione recta ad obliquam, ſubaudito לאמור quod hìc expreſſimus. Vide infrà 11.d.31, & 14.g.70.

35 Cupimus θέλομεν Ad verbum, volumus, id eſt optamus. Eſt enim rogandi, non imperandi ſignificatione poſitum. Cic. Eum honorẽ deos tibi fortunare volo. Sic autem ſolent Græci conuertere verbum Hebræum חפץ, per θέλειν vel ζητεῖν, vt Malach.3.a.1.

Ipſe verò dixit eis, Quid me vultis facere vobis? 36

Illi autem dixerunt ei, Da nobis vt vnus à dextra tua, & alter à ſiniſtra tua ſedeamus in gloria tua. 37

Calix.
Baptiſmus.

Ieſus autem dixit eis, Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere poculum quod ego bibo,″& baptiſmo quo ego baptizor, baptizari? 38

Ipſi verò dixerunt ei, Poſſumus. Ieſus autem ait eis, Poculū quidem quod ego bibo, bibetis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini: 39

Sed ſedere à dextra mea,″& à ſiniſtra mea, ′non eſt meum dare, ſed *dabitur* quibus paratum eſt. 40

Et quum *hæc* audiſſent *alij* decem, cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne. 41

Ieſus autem quum aduocaſſet eos, dicit eis, Scitis quòd ′quibus placet imperare Gentibus, dominantur in eas: & qui magni ſunt inter eas, licentia in eas vtuntur. 42

Miniſter.

Verùm non ita″erit inter vos: ſed quicunque voluerit fieri magnus inter vos, erit miniſter veſter: 43

Et quicunque voluerit ex vobis fieri primus, erit omniū ſeruus. 44

Redēptor Chriſtus.

Nam & Filius hominis non venit vt *ſibi* miniſtraretur, ſed vt miniſtraret, ac daret animam ſuam redemptionis pretiū″pro multis. 45

Cæcus viſum recipit.

Tunc veniunt Hiericho: eóque egrediente ab Hiericho, ac diſcipulis eius, & turba multa, filius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta viam mendicans. 46

Et quum audiſſet quòd *is* eſſet Ieſus ille Nazarenus, cœpit clamare & dicere, ″Fili Dauid Ieſu, miſerere mei. 47

Et obiurgabant eum multi vt ſileret: ille verò multo magis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei. 48

Fides.

Tunc Ieſus″quum reſtitiſſet, ″iuſſit eum vocari: vocant igitur cæcum, dicentes ei, Confide, ſurge, vocat te. 49

Ipſe verò abiecto pallio ſuo ″quum ſurrexiſſet, venit ad Ieſum. 50

Et reſpondens, dicit ei Ieſus, Quid vis faciam tibi? Cæcus autē ait ei, ″Rabboni, vt viſum recipiam. 51

Fides ſaluat.

Ieſus autem dixit ei, Abi, fides tua te ſeruauit. Statim igitur recepit viſum, & ſequebatur Ieſum in via. 52

Cap. XI.

Ingreditur Chriſtus Ieruſalem.

ET quum appropinquarent Hieroſolymis″Bethphage & Bethaniæ ad montem Olearum, mittit duos è diſcipulis ſuis.

36 At ille dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis? F

37 Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua.

38 Ieſus autem ait eis, Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem quē ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor, baptizari?

39 At illi dixerunt ei, Poſſumus. Ieſus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo, bibetis: & baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimini:

40 Sedere autem ad dexteram meam vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt.

41 Et audientes decem, cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne.

42 Ieſus autē vocans eos, ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari Gētibus, dominātur eis: & principes eorum poteſtatem habent ipſorum. Luc.22.c.25.

43 Non ita eſt autem in vobis: ſed quicunque voluerit fieri maior, erit veſter miniſter:

44 Et quicunque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus.

45 Nam & Filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionē pro multis. G

46 Et veniunt Iericho: & proficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta viam mēdicans. Matth.20.d.29 luc.18.f.35

47 Qui quum audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare & dicere, Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

48 Et comminabantur ei multi vt taceret: at ille multo magis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei.

49 Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari: & vocant cæcum, dicentes ei, Animæquior eſto, ſurge, vocat te.

50 Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens, venit ad eum.

51 Et reſpōdens Ieſus, dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, vt videam.

52 Ieſus autem ait illi, Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

Cap. XI.

ET quū appropinquarent Ieroſolymæ & Bethaniæ ad mōtem Oliuarū, mittit duos ex diſcipulis ſuis. Matth.21.a.1 luc.19.d.29

---

38 Et baptiſmo καὶ τὸ βάπτισμα Vulgata, aut baptiſmo ἢ τὸ βάπτισμα, quod ſcriptū erat in octauo exemplari. Quid autem ſignificetur hoc dicendi genere, diximus in Matthæo. 40 Et à ſiniſtra καὶ ἐξ εὐωνύμων Hîc iterum Vulgata pro καὶ legit ἢ, & ita etiam habebat octauum exemplar, ſed perperam, ni fallor. 42 Quibus placet οἱ δοκοῦντες Vel, quibus conſtitutum eſt ac decretum. Illud enim (vt opinor) ſignificat τὸ δοκεῖν hoc loco, ſicut dixi Matth.3.b.9, & Philip.3.a.4: niſi poſteriorem interpretationem ſequi malimus. Sic enim Xenophon lib. ἑλληνικῶν ſecundo, οἷς δὲ ταῦτα ἀρέσκοι, κάλαμον φέρειν ἐδόκει, id eſt, quibus hæc placeret, iis cōſtitutum eſt vt arundinem geſtarent. Scimus autem nullos imperioſius aut crudelius dominari, quàm ii faciant qui imperio delectantur, vel quibus ſemel decretum eſt imperium nō amittere. Vulgata & Eraſmus, qui videntur: quam interpretationem nō poſſum probare. Neque enim hîc agitur de iis qui videntur ſibi Reges aut Imperatores, quum tales reipſa non ſint: ſed de iis qui verè dominantur in alios, & quorū poteſtas non eſt imaginaria.

43 Erit ἔσται In quinto codice ſcriptum erat ἔστω eſto, idque rectius, ni fallor: ſicut etiam legitur apud Matthæum 20.d.26, & paulo antè annotauimus, 9.e.35. 45 Pro multis. ἀντὶ πολλῶν. Id eſt multorum vice. Subiit enim vicem noſtram, & peccata noſtra portauit. vel pro multis, id eſt multorum cauſa, vt ἀντὶ pro ὑπὲρ vel ἕνεκα ponatur: veluti quum dicimus ἀνθ᾽ ὧν, id eſt ὧν ἕνεκεν, quo modo etiā accipitur Matth.17.d.27. 47 Fili ὁ υἱός Rectus pro vocādi caſu, ſicut alibi annotauimus. Scriptum erat tamen hoc etiam loco in duobus vetuſtis codicibus υἱὲ, & nomē ἰησοῦ in vno deerat. Sed & in alio quodam hæc quæ ſequenti verſu legimus, nō habentur, ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με, ille verò multo magis clamabat, Fili Dauid miſerere mei.

49 Quū reſtitiſſet, στὰς, Vulgata & Eraſmus Standi vocabulo vtūtur. Ego vti illo malui, vt melius intelligatur opponi τῷ περιιέναι, non τῷ κεῖσθαι. Iuſſit εἶπε Ad verbum, dixit, ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Matth.4.a.3. In duobus autem codicibus ſcriptum legimus εἶπεν, φωνήσατε αὐτὸν, dixit, Vocate eum.

50 Quum ſurrexiſſet, ἀναστὰς, In ſecundo codice ſcriptum erat ἀναπηδήσας exiliens, vt Vetus interpres conuertit.

51 Rabboni, ῥαββονί, Legitur alicubi ῥαββουνὶ perperam, quanuis hoc diſcrimen non ſit poſitum in re ipſa, ſed in pronuntiatione, quam ego video inter ipſos Iudæos eſſe multiplicem. Annotat autē Caninius Rabbon Syriacè dici non quemuis dominum, ſed αὐτοκράτορα, & ſoli Deo propriè tribui: quod ſi verum eſt, certè hic Cæcus multo apertius Chriſti diuinitatem aſſeruit, quàm quiſquam alius ante ipſius reſurrectionem. Nam quod idem Caninius tradit Chriſtum ante mortem à nemine fuiſſe vocatum Rabboni, ex hoc loco refelli poteſt. Itaque mihi fit veriſimile differētiam illā inter Rabbi & Rabboni inanem eſſe. Neque enim Deus ſimpliciter vocatur Rabboni, ſed cū adiectione של עולם.

IN CAPVT IX.

1 Bethphage εἰς βηθφαγὴ Hîc quoq; prodūt Græci ſcriptores Hebraicæ linguæ imperitiā. Nam in omnibus vetuſtis codicibus, atq; adeò

apud Theophylactũ perperam ſcriptũ reperimus βηθφαγῆ. Vetus autẽ interpres hæc non legit. Sed idem rectè (vt opinor) εἰς βηθανίαν Bethaniæ interpretatur. Puto enim vtrobique eſſe circumloquutionem tertii caſus, vt ſignificentur hæc geſta quũ Dominus nõ procul abeſſet his tribus locis, nimirũ Hieroſolymis, Bethphage, & Bethania. Eraſmus autem εἰς ἱερουσαλὴμ conuertit Hieroſolymis, in aliis duobus præpoſitionem εἰς ſeruauit ἀντὶ τῆς πρὸς, eodem quidẽ ſenſu. Sed non video cur in eodẽ dicendi genere diuerſam conſtructionem vſurpandam putarit.

	Et ait illis, Ite in caſtellum quod cõtra vos eſt: & ſtatim introeũtes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quẽ nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite.	2	Et dicit eis, Abite in″vicum qui contra vos eſt: &″ſtatim *ut* ingrediemini in eum, inuenietis pullum ligatum, ſupra quẽ″nullus hominum ſedit: ſoluite eum, & adducite.	
	Et ſiquis vobis dixerit, Quid facitis? dicite quia Domino neceſſarius eſt: & continuò illum dimittet huc.	3	Et ſiquis vobis dixerit, Cur facitis″hoc? dicite quòd Dominus eo opus habet: & ſtatim eum mittet huc.	
	Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.	4	Abierunt autem, & inuenerunt pullum ligatum ad ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.	
	Et quidam de illic ſtãtibus dicebat illis, Quid facitis ſoluentes pullum?	5	Tunc quidam eorum qui illic adſtabant, dixerunt eis, Quid facitis″qui ſoluitis pullum?	
	Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eos.	6	Ipſi verò dixerunt eis ſicut mandarat Ieſus: & *illi* dimiſerũt eos.	
Iohan.12.b.14	¶Et duxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimenta ſua & ſedit ſuper eum.	7	Adduxerunt igitur pullum ad Ieſum, & iniecerunt ei veſtimenta ſua, ſedítque″ſuper eum.	
	Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via: alii autẽ frondes cædebãt de arboribus, & ſternebant in via.	8	Multi verò veſtimenta ſua ſtrauerunt in viam: alii autem frondes cædebant″ex arboribus, & ſternebant in viam.	
B	Et qui præibant, & qui ſequebãtur, clamabant, dicentes, Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini:	9	Et qui præibant, quíque ſequebantur, clamabant, dicentes, Hoſanna, benedictus qui venit″in nomine Domini.	
	Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid: hoſãna in excelſis.	10	Benedictum quod venit regnum″in nomine Domini patris noſtri Dauid: hoſanna *ô qui es* in *cælis* altiſſimis.	
Matth.21.d.10 Luc.19.g.45	¶Et introiuit Ieroſolymam in templum: & circunſpectis omnibus, quũ iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.	11	Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus, & in templum: quũque circunſpexiſſet omnia,″& veſpera iam hora eſſet,″venit Bethaniam cum duodecim.	Chriſtus in templo.
Matth.21.b.19	¶Et alia die quũ exirẽt à Bethania, eſuriit.	12	″Et poſtero die quum exiſſent Bethania, eſuriit.	
	Quúmque vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit, ſiquid fortè inueniret in ea: & quum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum.	13	Quúmque vidiſſet ficum eminus habentem folia, venit *viſurus* ″numnam inueniret aliquid in ea: & quum veniſſet ad eam, nihil inuenit niſi folia: non enim erat tempus ficuum.	Maledicitur ficus infructuoſa.
	Et reſpõdens dixit ei, Iam non amplius in æternum ex te fructũ quiſquã manducet. Et audiebãt diſcipuli eius.	14	Tunc″reſpõdens Ieſus, dixit ficui, Ne amplius ex te in ſeculum quiſquam fructum edat. Et *hoc* audierunt diſcipuli eius:	
	Et veniunt Ieroſolymam. & quum introiſſet in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, &	15	″Veniũt igitur Hieroſolymam. & ingreſſus Ieſus in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant & emebant in templo, & menſas	Eiiciuntur vendentes & ementes.

2 Vicum κώμην In tertio exemplari legimus πόλιν vrbem: & video nonnullis placuiſſe hæc intelligere de ipſa Hieruſalem, quorum tamen ſententiam non probo. Multi quoque imperiti homines multa hîc garriunt de eo quod addidit Dominus, κατέναντι ὑμῶν qui contra vos eſt: quum κατέναντι idem valeat quod eregione & ex aduerſo. Statim *ut* ingrediemini εὐθέως εἰσπορευόμενοι Ita ſum interpretatus vt oſtenderem particulam εὐθέως coniungendam cum participio εἰσπορευόμενοι: quod alioquin videbitur redundare: qui pleonaſmus eſt Hebræis familiaris, ſed tamen (vt arbitror) non neceſſarius hoc loco. Vulgata & Eraſmus, ſtatim ingredientes: aut ſenſu aliquantulum diuerſo, aut loquutione (ni fallor) parum Latina. Nullus hominum οὐδεὶς ἀνθρώπων Id eſt nullus prorſus. Abundat enim alioquin genitiuus ἀνθρώπων, veluti quum Latini Nemo homo dicunt, & Nuſquã gentium. Vetus interpres, nemo adhuc hominum. Legit enim οὔπω οὐδεὶς ἀνθρώπων, ſicut in tertio & octauo exemplaribus ſcriptum inuenimus. mallem tamen conuertere, nondum quiſquam hominum: vel, nondum vllus homo.

3 Hoc τοῦτο; Vulgata quid facitis τί ποιεῖτε; expuncta hac particula.

5 Qui ſoluitis λύοντες Sic loquuntur Latini per periphraſin participii. Vulgata & Eraſmus, ſoluentes.

7 Super eum. ἐπ' αὐτῷ. Id eſt ſuper pullum. Frobenius excudit ἐπ' αὐτὸν, eodem manente ſenſu. Theophylacti codex Romanus habet ἐπ' αὐτῶν. ſuper ea. ſcilicet veſtimenta, ſicut in Matthæo diximus. Annotat præterea Eraſmus quoſdam codices habere ἐπ' αὐτὴν, vt ad Aſinam referatur, quod (inquit) cum Matthæo conſentit. Sed nos illic eam lectionem deprauatam eſſe oſtendimus, quum Lucas & Iohannes ſolius pulli mentionem faciant, quo vectus fuerit Dominus.

8 Ex arboribus, ἐκ τῶν δένδρων, In vno exemplari ſcriptum erat ἐκ τῶν ἀγρῶν ex agris. Nam etiam nonnullis placet στοιβὴν herbæ ſeu fruticis genus eſſe quo ſolebant tori infarciri: quos idcirco στοιβάδας, vel στιβάδας vocabant. Malo tamen veterem lectionem ſequi, vt Marcus cum Matthæo prorſus conſentiat. 10 In nomine Domini ἐν ὀνόματι κυρίου Hæc verba in hoc quidem verſiculo deerant in vno vetuſto exemplari, & fortaſſis ab aliquo ſunt expuncta, qui hos titulos Dauidi tribui exiſtimauit, quum potius ad participium ἐρχομένη pertineãt, ſicut oſtendit diſtinctio in codicibus emendatis adſcripta poſt κυρίου. niſi exiſtimare malimus genitiuum πατρὸς regi à κυρίου, vt ſit hic ſenſus, Benedictum regnum quod venit in nomine eius qui Dominus eſt patris noſtri Dauid. Solet enim ſæpe Dauid in Pſalmis, Meſſiam vocare Dominum, vt Chriſtus ipſe paulo pòſt explicat cap.12.d.36.

11 Et veſpera, &c. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, Eraſmus ὥραν rectè annotat pro tempore vſurpari, & tẽpus veſpertinũ interpretatur. Ego verò cum Vetere interprete Græcam loquutionem integram ſeruaui, quòd Latinos etiam videam ab iſta enallage non abhorrere. Plin. lib.19. His horæ rigandi, matutina & veſpera. ὀψίας verò conuerti perinde acſi ſcriptum eſſet ἑσπέρας, quia ſerotinum apud Latinos non veſpertinum, ſed tardum declarat. Venit ἐξῆλθεν Vulgata, exiit. Eraſmus, egreſſus eſt. Vide ſuprà 3.c.21, & 8.b.11.

12 Et poſtero die καὶ τῇ ἐπαύριον Id eſt (vt loquuntur Hebræi) in craſtino. Nã diſertiores Græci dicunt τῇ ὑστεραίᾳ, vel τῇ ἐπιούσῃ. Vulgata, alia die: quod dicendi genus, idem interpres exponit modò Altera die, vt Matth. 27.g.62, id eſt Secunda, vt etiam loquitur Liuius: modò In craſtinum, vt Iohan.1.f.43: modò Sequenti die, vt Act.10.d.23: modò Poſtero die, vt nos hîc fecimus. Ita enim loquuntur Latini.

13 Numnam inueniret εἰ ἄρα εὑρήσει De εἰ in ſubiectione poſito, & ἄρα, alibi diximus. Subauditur autem participium Viſurus: vt in illo Virgilii, -equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo, Siquibus eiectus ſyluis aut montibus errat. Sic etiam Homerus Iliad. α. εἶμ' αὐτὴ πρὸς ὄλυμπον ἀγάννιφον, αἴ κε πίθηται. Expreſſimus igitur quod ſubaudiebatur.

14 Reſpondens ἀποκριθεὶς Hîc manifeſtè apparet Hebraiſmus de quo alibi diximus. Quis enim dicatur ficui reſpondere?

15 Veniunt ἔρχονται Octauum exemplar habebat additum πάλιν rurſum.

nummulariorum, &cathedras vendentium columbas ſubuertit.

16 Nec ſinebat vt quiſquam deportaret vas per templum.

Domus orationis.

17 Et docebat, dicens eis, Nónne ſcriptum eſt quòd Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus Gẽtibus? vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum.

18 Et *hoc* audierunt Scribæ, principéſque Sacerdotum, & quærebãt quomodo eum perderẽt: timebãt enim eum, quia tota turba percellebatur ſuper doctrina ipſius.

Ficus arida.

19 Sed quum ſerum *diei* aduenisſet, egresſus eſt Ieſus ex vrbe,

20 Et mane adambulantes viderunt ficum aruiſſe radicitus.

21 Tunc recordatus Petrus, dicit ei, Rabbi, ecce ficus illa cui imprecatus es, aruit.

22 Et reſpondens Ieſus, dicit eis, Habete fidem Dei.

Fides Dei,

23 Amen enim dico vobis quòd quicũque dixerit mõti huic, Tollitor & proiicitor in mare: & non diſceptauerit in corde ſuo, ſed crediderit quòd fient quæ dicit, erit ei quicquid dixerit.

In oratiõe fides.

24 Propterea dico vobis, quæcunque orantes petitis, credite quòd accipietis, & erunt vobis.

Remittenda peccata fratri.

25 Et quum adſtiteritis orantes, remittite ſiquid habetis aduerſus aliquem: vt & Pater ille veſter qui in cælis *eſt*, remittat vobis offenſas veſtras.

26 Nam ſi vos non remiſeritis: nec Pater ille veſter qui in cælis *eſt*, remittet offenſas veſtras.

Tentatur Chriſtus à Phariſæis.

27 Tunc veniunt rurſus Hieroſolyma: & quum ipſe ambularet in templo, veniũt ad eũ principes Sacerdotũ, & Scribæ, & Seniores:

28 Et dicunt ei, Qua authoritate iſta facis? & quis tibi dedit authoritatem iſtam vt iſta facias?

29 Ieſus autẽ reſpondens, ait eis, Interrogabo vos & ego rem quandã: igitur reſpõdete mihi, & dicã vobis qua authoritate hæc faciã.

Baptiſmus Iohãnis.

30 Baptiſmus Iohannis è cælo erat, an ex hominibus? reſpondete mihi.

31 Ratiocinabantur autem inter ſe, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non crediditis ei?

32 Sed ſi dicamus, Ex hominibus: timemus populũ. omnes enim

mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit:

16 Et non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum:

17 Et docebat, dicens eis, Nónne ſcriptum eſt, ‖Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus Gentibus?‖ vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum.

Eſa.56.c.7
Iere.7.b.11

18 Quo audito principes Sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum: quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

19 Et quum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

20 ‖Et quum mane tranſirent, viderunt ficum aridam factã à radicibus.

Matth.21.b.19

21 Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit.

22 Et Reſpõdens Ieſus, ait illis, Habete fidem Dei.

23 Amen dico vobis quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei.

24 ‖Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

Matth.7.a.7
luc.11.b.9

25 ‖Et quum ſtabitis adorãdum, dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquem: vt & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra.

Matth.6.b.14

26 Quòd ſi vos nõ dimiſeritis: nec Pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

27 ‖Et veniũt rurſus Ieroſolymam: & quum ambularet in tẽplo, accedunt ad eum ſummi Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores:

Matth.21.b.14
luc.20.a.1

28 Et dicunt ei, In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem vt iſta facias?

29 Ieſus autem reſpõdens, ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbũ: & reſpondete mihi, & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam.

30 Baptiſmus Iohannis, de cælo erat, an ex hominibus? reſpondete mihi.

31 At illi cogitabant ſecum, dicentes, Si dixerimus, De cælo: dicet, Quare ergo non crediditis ei?

32 Si dixerimus, Ex hominibus: timebant populum. omnes enim habe-

16 Nec ſinebat καὶ οὐκ ἤφιεν Ita reperi ſcriptum in omnibus codicibus. Neceſſe eſt autem vt ab aoriſto poſteriore verbi ἀφίημι deducatur, addito præpoſitioni augmento, ſicut in ἠπείγμαι ab ἐπείγω, ἠπεχθανόμην ab ἀπεχθάνομαι, & quibuſdam aliis verbis, quæ tamen pauca ſunt. Sic etiam ſuprà 1.c.34. 17 Vocabitur κληθήσεται Id eſt erit: de quo Hebraiſmo alibi diximus.

18 Timebant enim eum, ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτόν, Ita ſcriptum erat in omnibus vetuſtis codicibus, vno excepto, qui nõ habebat αὐτὸν, & ſanè videtur abundare. 20 Ad ambulantes παραπορευόμενοι Id eſt iuxta ipſam ficum iter facientes. Erat enim in via, vt dicit Matthæus. Itaque παρὰ idem valet quod apud Latinos præpoſitio AD, id eſt Iuxta, in compoſitione. Vulgata, quum tranſirent, id eſt διερχόμενοι. Eraſmus, prætereuntes. Vide ſuprà 9.c.30. 21 Imprecatus es, κατηράσω. Vulgata, maledixiſti, quod reſpondet τῷ κακολογεῖν. Eraſmus, execratus es. Nos (vt opinor) magis propriè vertimus imprecari. Nam ἀρᾶσθαι idem valet quod εὔχεσθαι precari: & tam in vitio quàm in laude vſurpatur. Itaque apud Homerum Iliad. α', Chryſes promiſcuè dicitur ἀρητὴρ & ἱερεύς.

22 Habete fidem Dei. ἔχετε πίστιν θεοῦ. In duodecimo exemplari ſcripta erat interrogatio poſt θεοῦ. Sed præſtat indefinitè legere, quod liquet ex verſiculo 24, in quo explicatur hæc ſententia: ex quo etiam apparet fidem Dei paſſiuè dici, quæ Deo habetur. Eraſmus, Confidite Deo, id eſt θαῤῥεῖτε τῷ θεῷ, ſenſu tamen rectè expreſſo.

23 Amen enim dico vo. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν Vulgata & Eraſmus non legerunt particulam γὰρ, aut putarunt redundare.

24 Accipietis, λαμβάνετε, Ad verbum, accipitis. Sed de hac temporum enallage ſæpe iam diximus, cuius tamen aliqua videtur eſſe emphaſis. Loquitur enim de re certò futura, tanquam iam eſſet præſens. Sed & in vno vetuſto codice ſcriptum erat Prophetarum more, ἐλάβετε, quod etiam eſt ἐμφατικώτερον. In ſecundo tamen exemplari legimus λήψεσθε, quemadmodum ſcribitur Matth.21.b.22.

25 Et quum adſtiteritis orantes, καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, Id eſt quum apparueritis coram altari Domini preces veſtras fundentes. Vulgata & Eraſmus, τὸ ἱστάναι interpretantur ſtare: & ex hoc etiã loco colligit Eraſmus, Iſraelitas ſtãtes precari ſolitos: quũ potius veriſimile ſit ſi nõ ſemper, at certè plerunque ſolenni ritu, flexis genibus oraſſe, vt apparet ex Dan.6.b.10. adeò quidẽ vt Flectere genua pro toto Dei cultu interdũ accipiatur, vt 1.Reg.19.d.18, Mich.6.b.6, & alibi ſæpe. Itaque τὸ ἱστάναι declarat τὸ παριστάναι καὶ παρεῖναι, id eſt ſiſtere ſe in conſpectum & adeſſe, ſiue ſtes, ſiue ſedeas: cuius ſignificationis exẽpla paſſim occurrunt, vt Exo.33.b.10, & 2.Parap.34.f.31, Eſa.3.b.12, & alibi. Vide ſuprà 9.a.1.

26 Nam ſi εἰ δὲ Vulgata & Eraſmus, Quòd ſi. Sed præſtat δὲ pro γὰρ accipere, vt in illo Homeri Iliad. π', apud quem etiã frequens eſt iſta enallage, Μὴ σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ἀτιμότερον δέ με θήσεις. Annotat autem Eraſmus, in pleriſque Græcis codicibus totum hunc verſiculum non addi, & à Theophylacto etiam non legi. Nos tamen in pleriſque vetuſtis exemplaribus reperimus, atque adeò in Theophylacto Romano. 28 Et quis tibi καὶ τίς σοι In vno codice ſcriptum erat ἢ τίς σοι, aut quis tibi. In aliis autem duobus totum hoc membrum non additur. 32 Sed ſi dicamus, ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, Veteres omnes Codices & Complutenſis editio non habent ἐάν: & poſt ἀνθρώπων adſcribunt interrogationem, vt ſit deliberantium & adhuc incertorum hominum oratio. Sed mihi magis arridet recepta lectio, quam etiam ſequitur Theophylactus. Apparet autem ab iis corruptam fuiſſe qui offenſi ſunt ſubita iſta tranſitione oratio-

nis rectæ ad obliquam. Potius enim dicendum videbatur (vt etiam conuertimus) φοβούμεθα, vt ſcribitur apud Matthæum 21.c.26, quàm ἐφοβοῦντο. Sed huiuſmodi tranſitiones Hebræis ſunt familiares, quarum alia exempla habemus Luc.5.c.14, & 7.a.4 & 5. item Act.15.b.5: quanuis Lucas multo minus hebraiſſet quàm Marcus. Vide ſuprà 10.e.33.

bant Iohannem quia verè Propheta eſſet.

33 Et reſpondentes, dicunt Ieſu, Neſcimus. Et reſpõdens Ieſus ait illis, Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

Matth.21.c.33
luc.20.b.9
eſa.5.a.1
ierem.2.d.21

Cap. XII.

1 ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam paſtinauit homo, & circundedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus eſt.

2 Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

3 Qui apprehenſum eum ceciderũt, & dimiſerunt vacuum.

4 Et iterum miſit ad illos alium ſeruum: & illum in capite vulnerauerũt, & contumeliis affecerunt.

5 Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt: & plures alios, quoſdam cædentes, alios verò occidentes.

6 Adhuc ergo vnum habens filiũ chariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens, Quia reuerebuntur filium meum.

7 Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & noſtra erit hæreditas.

8 Et apprehẽdentes eum, occiderũt, & eiecerunt extra vineam.

9 Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam aliis.

Pſal.118.c.22
eſa.28.d.16
matth.21.d.42
act.4.b.11
rom.9.g.33
1.petr.2.a.8

10 Nec Scripturam hanc legiſtis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli:

11 A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

12 Et quærebant eum tenere, & timue

″ſentiebant de Iohanne quòd verè Propheta″fuiſſet.

33 Tunc reſpondentes, dicunt Ieſu, Neſcimus. Et Ieſus reſpondẽs, dicit eis, Nec ego dicam vobis qua authoritate hæc faciam.

Cap. XII.

1 ET cœpit eis ″per parabolas″dicere, Vineam plantauit quidam, & circumpoſuit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregre profectus eſt.

Vinea locata agricolis Iudæis, qui Chriſtũ occiderunt.

2 Miſitque ſeruum ad agricolas″in tempore, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

3 Illi verò captum eum ceciderunt, ac remiſerunt″inanem.

4 Et rurſum miſit ad eos alium ſeruum: & illi″lapidato″caput vulnerarunt, & remiſerunt″dedecoratum.

5 Et rurſum aliũ miſit, & illum trucidarunt: multóſque alios, hos quidem cædentes, illos verò trucidantes.

6 Quum ergo vnum adhuc haberet filium ſuum dilectum, miſit etiam eum ad illos vltimum, dicens, Reuerebuntur filium meũ.

7 Illi verò″agricolæ dixerũt inter ſe, Iſte eſt hæres, venite, trucidemus eum, & noſtra erit hæreditas.

8 ″Et captum eum trucidarunt, & eiecerunt extra vineam.

9 Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet″agricolas, & dabit vineam aliis.

10 Ne hanc quidem Scripturam legiſtis? Quem lapidem reprobauerunt ædificantes, iſte factus eſt in caput anguli:

Lapis reprobatus à Iudæis, Chriſtus.

11 A Domino factum eſt″iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

12 ″Studebant igitur eum prehendere, ſed timuerunt turbam: no-

Sentiebant de Iohanne εἶχον τὸν ἰωάννην Id eſt εἶχον περὶ τοῦ ἰωάννου. Sic enim potius loquuntur Græci. Vulgata & Eraſmus, habebant Iohannem: quæ interpretatio non ſatis videtur conuenire cum iis quæ ſequuntur. Fuiſſet. ἦν. Vulgata, eſſet. quod rectè emendauit Eraſmus: quum hæc ſint geſta poſt Iohannis mortem.

IN CAPVT XII.

1 Per parabolas ἐν παραβολαῖς Parabola dicitur paſſim in Euangelio non tam cõparatio, aut collatio, quales adhiberi à pleriſque ſcriptoribus ſolent ad ea illuſtranda quæ alioquin videri poſſent obſcurius dicta, quàm allegoria & ænigma: quòd non facilè ab omnibus intelligatur. Hebræi משל & חידה vocant. Siquis autem roget cur ἐν παραβολαῖς dixerit Marcus potius quàm ἐν παραβολῇ, quum vnam tantùm parabolam hic recenſeat: reſpondeo, quanuis vnam duntaxat commemoret, multas tamen fuiſſe à Domino propoſitas quæ copioſè à Matthæo referuntur. Deinde etiam exiſtimo, his verbis non tam multitudinem parabolarum ſignificari, quàm genus ipſum orationis quo Chriſtus vſus eſt ob eam cauſam quam ipſe explicat Matth. 13.e.35: vt ἐν παραβολαῖς idem valeat quod παραβλήδην, vt loquitur Nonnus, id eſt δι' αἰνιγμάτων. Dicere, λέγειν, Quædam exemplaria habent λαλεῖν loqui, vt conuerterunt Vulgata & Eraſmus: quam lectionem ſi ſequaris, addendum erit participium λέγων dicens, eclipſi Hebræis familiari, de qua diximus aliquid ſuprà 10.e.33.

2 In tempore, τῷ καιρῷ, Vulgata, quã ego ſequutus ſum, huius interpretationis authorem habet Terentium, qui ſic loquitur in Andria. Eraſmus, quum opportunum eſſet, id eſt ὅτε ἦν εὔκαιρον. 3 Inanem. κενόν. Vel, vacuum, vt rectè conuertit Eraſmus. Sed quia cæteris ferè locis Inanem interpretantur, eandem vbique rationem ſeruare maluimus.

4 Lapidato λιθοβολήσαντες Hanc eſſe ſignificationem propriam verbi Lapidare Quintilianus innuit lib. 8.cap.2, nempe pro Lapides in aliquem coniicere. Sed ſciendum eſt βάλλειν de eo dici propriè apud Græcos, qui non modò ictu petit, ſed etiam collimat. Vetus interpres hoc non legit, & animaduertimus etiam in duobus vetuſtis codicibus deeſſe. Caput vulnerarunt, ἐκεφαλαίωσαν, Eraſmus, cõminuerunt caput: quod non ſine hyperbole intelligi poteſt. Maluimus ergo paucis mutatis, Vulgatam editionem retinere, quum præſertim Lucas in hac eadẽ parabola vtatur verbo τραυματίζειν. Mentionem autem facit vulnerum capitis, quaſi grauiſſimorum. Sed noua eſt hæc ſignificatio verbi κεφαλαιοῦν, vt hoc planè ſit quod Græci dicunt, ἅπαξ λεγόμενον. Itaque Theophylactus ἐκεφαλαίωσαν interpretatur συνετέλεσαν καὶ ἐκορύφωσαν τὴν ὕβριν, id eſt omni contumeliæ genere quaſi in ſummam quandam redacto affecerunt, omnémque iniuriam in eo veluti conſumpſerunt. Sed vereor ne non ſatis commoda ſit expoſitio, quum quod de contumelia dicit, ad id potius pertineat quod ſequitur. Quid ſi verò pro ἀκρωτηριάζειν accipiatur, vt intelligantur naſum vel aures ignominiæ cauſa præcidiſſe, ſicuti barbari ſæpe legatos ad ſe miſſos huiuſmodi ignominia affecerunt? Sed de his liberum cuiuis iudicium eſto. Dedecoratum. ἠτιμωμένον. Verbum ἀτιμάζειν cui ἰσοδυναμεῖ τὸ ἀτιμοῦν, video tot modis partim à Vetere interprete, partim ab Eraſmo conuerti, contumelia afficere, id eſt ὑβρίζειν: ignominia afficere, quod mihi non diſplicet: contemptui habere, id eſt καταφρονεῖν: inhonorare, dehoneſtare, exhonorare: quæ non memini legere apud idoneos authores, quanuis inhonoratum Latinè dicamus eum cui honos non eſt habitus. Theophylacti codex ſcriptum habet ἠτιμημένον, deprauata lectione, ſi Euſtathio credimus qui τὸ ἀτιμᾶν teſtatur verbum eſſe Homericum. Vetus autem interpres pro καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον, legit καὶ ἠτίμωσαν, & ignominia affecerunt, ſicut in octauo codice ſcriptum reperimus.

7 Agricolæ οἱ γεωργοὶ Sextum exẽplar hæc addita habebat, θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτοὺς, id eſt quũ vidiſſent eum veniente ad ſe.

8 Et captum eum καὶ λαβόντες αὐτὸν Vulgata, Et apprehendentes eum, καὶ κρατήσαντες αὐτόν. Eraſmus, Et arreptum eum, καὶ ἁρπάσαντες αὐτόν.

9 Agricolas, τοὺς γεωργούς, In ſexto codice additur τούτους iſtos.

11 Iſtud, αὕτη, Id eſt res iſta. Eſt enim Hebraiſmus manifeſtus, de quo diximus Matth.21. d.42. Errant igitur qui vel ad κεφαλήν, vel ad γωνίαν referunt: ac multo etiam magis qui legit, factus eſt iſte, vt ad lapidem & Chriſtum referatur.

12 Studebant ἐζήτουν Id eſt affectabant, & mirificè cupiebant. Id enim declarat apud Latinos verbum Studere cum quarto caſu coniunctum, cuius vice hîc ponitur infinitus modus. Ad verbum, quærebant, ſicut etiam ſumus in Matthæo non ſatis propriè interpretati. Reſpondet ergo τὸ ζητοῦν hac ſignificatione verbo ביקש.

rant″enim quòd′aduerſus ipſos illam parabolam dixiſſet: itaque omiſſo eo abierunt.

De tributo Cæſari reddendo.

13 Ac mittunt ad eum quoſdam è Phariſæis & Herodianis, vt eum ″captarent″ſermone.

14 Illi verò quum veniſſent, dicunt ei, Magiſter, ſcimus quòd verax ſis, & neque cures quenquam: non enim reſpicis″in perſonam hominum, ſed in veritate″viam Dei doces: ″licet cenſum Cæſari dare, ″annon? demus, annon demus?

15 Ipſe verò quum ſciret eorum″hypocriſin, dixit eis, Quid me tẽtatis? afferte mihi denarium vt videam.

16 Illi verò attulerunt: tunc dicit eis, Cuius eſt imago iſta & inſcriptio? Illi verò dixerunt ei, Cæſaris.

17 Et reſpondens Ieſus, dixit eis, Reddite quæ *ſunt* Cæſaris, Cæſari: & quæ Dei *ſunt*, Deo. Et admirati ſunt ſuper eo.

De reſurrectione.

18 Tunc veniunt ad eum Sadducæi qui dicunt non eſſe reſurrectionem: interrogauerúntque eum, dicentes,

19 Magiſter, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater mortuus ſit, ac ″reliquerit vxorem, &″filios non reliquerit: vt accipiat frater eius vxorem eius, & exuſcitet ſemen fratri ſuo.

20 ″Septem ergo fratres fuerunt: ac primus accepit vxorem, & moriens, non reliquit ſemen.

21 Et ſecundus accepit eam, ac mortuus eſt, ″& neque ipſe quidem reliquit ſemen: & tertius itidem.

22 Et acceperunt eam ſeptem illi, neque reliquerunt ſemen: vltima omnium mortua eſt &″mulier.

23 In reſurrectione ergo″quum reſurrexerint, cuius eorum erit vxor? nam ſeptem habuerunt eam vxorem.

24 Tunc reſpondens Ieſus, ait eis, ″Nónne propterea erratis, ′quòd neſciatis Scripturas, neque poteſtatem Dei?

runt turbam: cognouerũt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit: & relicto eo abierunt.

B

13 ¶Et mittunt ad eum quoſdã ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperẽt ĩ verbo.

Matth. 22. b. 15
luc. 20. d. 20

14 Qui venientes, dicunt ei, Magiſter, ſcimus quia verax es, & nõ curas quẽquam: nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam Dei doces: licet dare tributũ Cæſari, an non dabimus?

15 Qui ſciens verſutiam illorũ, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam.

16 At illi attulerunt ei: & ait illis, Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris.

17 Reſpondens autem Ieſus, dixit illis, ¶Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabãtur ſuper eo.

Rom. 13. b. 7

E

18 ¶Et venerunt ad eum Sadducæi qui dicunt reſurrectionem non eſſe: & interrogabant eum dicentes,

Matth. 22. c. 23
luc. 20. c. 27

19 Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios non reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.

Deut. 25. a. 5

20 Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus eſt, non relicto ſemine.

21 Et ſecundus accepit eam, & mortuus eſt, & nec iſte reliquit ſemen: & tertius ſimiliter.

22 Et acceperunt eam ſimiliter ſeptẽ, & non reliquerunt ſemen: nouiſſima omnium defuncta eſt & mulier.

23 In reſurrectione ergo quũ reſurrexerint, cuius de his erit vxor? ſeptem enim habuerunt eam vxorem.

24 Et reſpondens Ieſus, ait illis, Nónne ideo erratis, nõ ſcientes Scripturas, neque virtutem Dei?

Enim γὰρ Non pertinet hæc ratio ad proximum verbum ἐφοβήθησαν, ſed ad ἐζήτουν: & rurſus καὶ ἀφέντες pertinet ad ἐφοβήθησαν, quod eſt remotius: quæ ſynchyſis vt melius intelligatur, & quamobrem καὶ primo & tertio loco conuerterimus vt συλλογιστικὸν, ſecundo verò vt διακριτικὸν: ita diſponendum puto hunc verſiculum, docendi gratia, alioquin nonnihil obſcurum, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον. id eſt Studebant igitur eum prehendere: norant enim quòd aduerſus ipſos parabolam illam dixiſſet, ſed timuerunt turbam: itaque omiſſo eo abierunt. Aduerſus ipſos πρὸς αὐτοὺς Sic rectius conuertit Eraſmus, quã Vetus interpres, ad eos. Declarat enim πρὸς hoc loco ἐναντίωσιν, vt in illo Chryſoſtomi, περὶ προσευχῆς, ἀδυσωπούμενοι τὰς πρὸς τὸν θεὸν ἁμαρτίας.

13 Captarent ἀγρεύσωσι Vel caperent. Nam ἀγρεύειν quod propriè declarat venari, etiam de eo dicitur qui prædam cepit quam venabatur. Sic Iſidorus in epigrãmat. ἀγρευθεὶς δ' ἤγρευσεν, id eſt εἷλε δ' ὁ θὴρ, vt ab aliis eſt annotatum. Secundum exemplar ſcriptum habebat eodẽ ſenſu παγιδεύσωσι, illaquearent. Sermone λόγῳ Vulgata, verbo, id eſt ῥήματι, vt alibi dictum eſt. Poteſt autem hoc referri vel ad eorum orationem qui Chriſto inſidiabantur, vel ad Chriſti reſponſionem qua illi ſperabant fore vt ſeſe in laqueos indueret, vel ad vtroſque.

14 In perſonam εἰς πρόσωπον Vulgata, in faciem. Nam hoc propriè declarat πρόσωπον, ſeu vera ſit, ſeu fictitia: niſi mauis Os aut vultum interpretari. Sed & hoc nomine ſignificantur qualitates tum animi, tum corporis, tum etiam rerum externarum, quæ à Rhetoribus vocantur perſonæ attributa, ſeu vera ſint illa, ſeu ficta & ad tempus quæſita, vt in Theatris fieri ſolet. Errant igitur, & quidem periculoſo errore, qui vbi mentio fit προσωποληψίας, agi putant de ipſis (vt vulgò loquimur) perſonis, id eſt ipſis hominibus: & hoc teſtimonio eludunt quæcunque de æterna prædeſtinatione non minus ſanctè quàm verè traduntur. Errant & illi qui quum alioquin Perſonæ appellatione rectè intelligant ſignificari qualitates illas de quibus diximus, tamen non animaduertunt non damnari perſonarum omnium diſcrimina: quod fieri nõ poteſt quin ſumma rerũ omnium ἀταξία inuehatur, ſed eam demũ προσωποληψίαν reprehẽdi quæ tenebras offundit veritati. Sed hæc fortaſſe πάρεργος: quæ tamen placuit ſemel annotare, vt quæ vis ſit horum vocabulorum intelligatur. Viam Dei τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ Hebraicè דרך יהוה: quo dicendi genere interdum ſignificatur via qua ad Deum peruenitur, id eſt ſancti mores & cum Lege Dei conſentientes, vt hoc loco & alibi ſæpe, interdum verò ipſa Dei facta & geſta, vt Pſalmo 18. c. 31, plurali præſertim numero. Licet ἔξεστι In 2 & 6 codicibus ante ἔξεστι legimus εἰπὲ οὖν ἡμῖν, dic ergo nobis: quod fortaſſis irrepſit ex Matthæo. Annon? ἢ οὔ; Totum hoc ἢ οὔ; δῶμεν, deeſt in Vulgata. Simpliciter enim conuertit, Licet dare tributum Cæſari, annon dabimus? Sed iteratam interrogationem in omnibus codicibus, & apud Theophylactum quoque inuenimus. Ponitur autem δῶμεν potẽtiali modo: quaſi dicas, Debemus dare, annõ debemus dare? quod rectè Eraſmus obſeruauit. 15 Hypocriſin, ὑπόκρισιν, Vulgata, verſutiam, id eſt πανουργίαν, vel potius πολυτροπίαν.

19 Reliquerit καταλίπῃ Vulgata, dimiſerit: quæ interpretatio melius conuenit Diuortio. Ita enim conuertere ſolet τὸ ἀπολύειν. Sed vſus eſt Vetus interpres Dimittendi verbo propter ſequens verbum ἀφῇ, quod ipſum exponere cogimur Reliquerit. neque enim poſſumus Græcorum copiam aſſequi. Filios τέκνα Eraſmus, liberos: quam interpretationem cur non probem, dixi Matth. 22. c. 24. Sed in vno vetere exemplari ſcriptum inuenimus τέκνον, & apud Matthæum quoque conſtanter legitur in Vulgata editione Filium, ſingulari numerò: quam lectionem maximè probo. Satis enim erat vel vnum filium reliquiſſe, vt abſolueretur frater à ſuſcitandi fraterni ſeminis lege.

20 Septem ergo ἑπτὰ οὖν Eraſmus non legit particulam οὖν, quæ tamen videtur requiri, vt narrationis exordium declaret. Addidimus Igitur, partim ex Veteris interpretis authoritate, partim quia in vno vetuſto codice ſcriptam inuenimus.

21 Et neque ipſe, &c. καὶ οὐδὲ αὐτὸς, &c. In vno exemplari legimus μὴ καταλιπὼν σπέρμα, non relicto ſemine.

22 Mulier. γυνή. Eraſmus, vxor. Eſt enim ambiguum nomen γυναικός. Sed illam interpretationem melius conuenire liquet ex concluſione quæſtionis. 23 Quum reſurrexerint, ὅταν ἀναστῶσι, Hoc deerat in codicibus ſecundo & octauo: & poteſt expungi, nulla ſenſus iniuria. 24 Nónne propterea οὐ διὰ τοῦτο Sic ſolent Hebræi per interrogationem enuntiare quod maximè nolunt haberi pro vero. Deeſt tamen in Theophylacto particula οὐ, & interrogationis nota. Quòd neſciatis μὴ εἰδότες Vulgata ad verbum, non ſcientes. Sed quia præceſſit διὰ τοῦτο, neceſſe fuit aliquantulum à verbis deflectere: quum ne ſic quidem Græci loqui ſoleant.

	Quum enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli in cælis.	25	Quum enim à mortuis reſurrexerint, neque vxores ducunt, neque nuptum dantur, ſed ſunt vt Angeli qui in cælis *ſunt*.	
Eoxd.3.b.6 matth.22.c.32	De mortuis autem quòd reſurgãt, non legiſtis in libro Moyſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens, ‖Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob?	26	De mortuis verò quòd ſuſcitandi ſint, non legiſtis in libro Moſis, ″quomodo in rubo loquutus ſit ei Deus, dicẽs, Ego *ſum* Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob?	
	Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum: vos ergo multum erratis.	27	Non eſt Deus mortuorum, ſed Deus viuentium: vos ergo multum erratis.	
Matth.22.d.35	Et acceſſit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis reſpõderit, interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum.	28	Et quum acceſſiſſet quidã è Scribis qui audierat eos diſputantes, & ſciebat quòd bene reſpondiſſet eis, interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum.	Primum præceptum.
Deut.6.a.4	Ieſus autem reſpondit ei, Quia primum omnium mandatum eſt, ‖Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt:	29	Ieſus autem reſpondit ei, Primum omnium mandatorum *eſt*, Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt:	
	Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. hoc eſt primum mandatum.	30	′Diliges igitur Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota ″cogitatione tua, & ex totis viribus tuis. hoc eſt primum mandatum.	Dilectio Dei.
Leuit.19.d.18 Matth.22.d.39 rom.13.c.9 gal.5.c.14 iacob.2.b.8	Secundum autem ſimile eſt illi, ‖Diliges proximũ tuum tãquam teipſũ. maius horum aliud mandatũ nõ eſt.	31	Et ſecundum ſimile ″hoc eſt, Diliges proximum tuum vt teipſum. maius iſtis aliud mandatum non eſt.	Dilectio proximi.
	Et ait illi Scriba, Bene magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum.	32	Tunc dixit ei Scriba ille, Bene Magiſter, in veritate dixiſti, quòd vnus ſit Deus, & non ſit alius præter eum.	
	Et Vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & Diligere proximũ tãquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificiis.	33	Et Diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus: ac Diligere proximum vt ſeipſum, ″plus ſit quàm omnia ″holocautomata & ſacrificia.	Dilectio Dei & proximi præponitur ſacrificiis.
	Ieſus autem videns quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Non es longè a regno Dei. Et nemo iam audebat eũ interrogare.	34	Tum Ieſus quum vidiſſet eũ cordatè reſpondiſſe, ait ei, Non lõgè es à regno Dei. Et nemo ″amplius audebat eum interrogare.	
Matth.22.d.41 luc.20.g.41 D	‖Et reſpondens Ieſus dicebat, docẽs in templo, Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid?	35	Et ″reſpondens Ieſus, dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ quòd Chriſtus filius ſit Dauid?	Chriſtus filius Dauid.
Pſal.109.a.1	Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſãcto, ‖Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ.	36	Nam ipſe Dauid dixit ″per Spiritum ſanctum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextra mea, vſque dum poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.	
	Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominũ: & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.	37	Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum: vnde igitur filius eius eſt? Et pleraque turba audiebat eum cum voluptate.	
Matth.23.a.6 luc.11.f.43, & 20.g.45	Et dicebat eis in doctrina ſua, ‖Cauete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro,	38	*Ipſe* autem dicebat eis ″in doctrina ſua, ″Cauete à Scribis, ″qui volunt ″ſtolati ambulare, ″& *amant* ſalutationes in foris,	A Phariſæis cauendum.

26 Quomodo ὡς Vel πῶς, vt in vno codice legimus. Eſt autem per traiectionem conſtruendum hoc membrum, vt poſt αὐτῷ ſubiiciatur ἐπὶ τῆς βάτου. Similis traiectionis exemplum occurrit Rom.12.a.3.

30 Diliges igitur καὶ ἀγαπήσεις Vulgata & Eraſmus, Et diliges. Sed apparet καὶ poſitam eſſe pro οὖν: quæ enallage etiam apud Græcos diſertiores reperitur. Demoſth. περὶ στεφ. ὁ δὲ γραψάμενος Διώνδας τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐκ ἔλαβε, καί μοι λέγε ταῦτα τὰ ψηφίσματα. Sic quoque paulo pòſt accipitur verſu 37. Cogitatione τῆς διανοίας Id eſt συνέσεως, vt Scriba reſponſo ſuo explicat. Vide Matth.22.d.37.

31 Hoc eſt, αὕτη, Subaudi ἐστίν. Vulgata, illi, id eſt αὐτῇ, quo modo ſcriptum erat in codicibus vetuſtis quinto & ſeptimo.

33 Plus ſit πλεῖόν ἐστι Vulgata, maius eſt, μεῖζόν ἐστι. In octauo autem codice legimus περισσότερον, amplius. Holocautomata & ſacrificia. τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. Holocautomata vel holocauſta interpretãtur Græci id ſacrificiorum genus in quo tota victima Deo adolebatur, vt ipſa verbi notatio declarat. Hebræi עולות vocant. θυσίας autem appellant ea ſacrificia quæ ab Hebræis dicuntur זבחים: in quibus ſcilicet pars aliqua Sacerdotibus & conuiuio decidebatur, vt rectè notat Hieronymus in caput Eſaiæ 56. Comprehenditur verò his duobus ſacrificiorum generibus vniuerſus ille cæremonialis cultus, in quo nonnulli hypocritæ ſummam pietatis collocabant.

34 Amplius οὐκέτι Abundat negatio, vt alibi diximus. Vulgata, iam, ἤδη. Eraſmus, poſt illa, μετὰ ταῦτα.

35 Reſpondens ἀποκριθεὶς Id eſt verba faciens, vt alibi docuimus. Seruari tamen poteſt propria huius verbi ſignificatio. Nam ſcribit Matthæus fuiſſe in templo coactos Phariſæos, quum hæc diceret Chriſtus. Eſt autem veriſimile multum vtrinque habitum ſermonem, cuius concluſionem duntaxat ſcripſerint Euangeliſtæ.

36 Per Spiritum ſanctum, ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, Vel, in Spiritu ſancto. Eſt enim quædam in hoc dicendi genere energia: quo ſcilicet ſignificatur non tam Dauidem loquutum, quàm Spiritum Dei, qui quodammodo Dauidem ipſum poſſederit. Dicitur inquam neſcio quomodo ἐμφατικώτερον Dauid in Spiritu loquutus, quàm Spiritus in Dauide. Nequis tamen hoc arbitretur ſubtilius conſideratum, quũ Matth. 22.d.43, in Spiritu conuerterimus, hic interpretati ſumus, per Spiritum.

38 In doctrina ſua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Id eſt inter docendum, ἐν τῷ διδάσκειν. Vide ſuprà cap.4.a.2. Cauete βλέπετε Id eſt φυλάττεσθε: vt infrà cap.13.b.9. Sic apud Latinos quoque Videre pro Cauere accipitur, ſed diuerſa conſtructione ab ea quæ hîc vſurpatur. Cicero 4. Academic. Sapientis hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maximam, cauere ne capiatur, ne fallatur videre. Qui volunt τῶν θελόντων Id eſt τῶν φιλούντων, vt loquitur Matthæus 23.a.4. qui amãt, ideóque ſummo ſtudio expetunt & ambiunt. Reſpondet enim τὸ θέλειν verbo חפץ, vt diximus ſuprà 10.c.35: quo ſignificatur voluntas cum ſumma cupiditate coniuncta, vt Gene.34.c.19. Cæterùm hoc quoque notandũ eſt, articulum hîc poni αἰτιολογικῶς ſicut Rom.1.b.18: perinde enim eſt acſi dixiſſet Marcus θέλουσι γάρ, volunt enim. Stolati ἐν στολαῖς Id eſt ἐσταλμένοι. Idem autem valet ſtola quod veſtis in genere: quanuis poſtea de muliebri veſte ad talos vſque demiſſa dici cœpit, vt rectè obſeruat Bayfius. Hîc tamen videtur exterior illa veſtis fimbriata ſignificari, cuius fit mentio Deut. 22.b.12. Vulgata ad verbum, in ſtolis, ſicut alibi annotauimus Suetonium ſcripſiſſe, Caligulam modò in crepidis vel cothurnis, modò in ſpiculatoria caliga proceſſiſſe in publicum, id eſt crepidatum vel caligatum. Et *amant* ſalutationes καὶ ἀσπασμούς Quia dura erat tranſitio à verbo ad nomen, Eraſmus rectè addidit verbum ex Luca petitum.

'Primóſque cõſeſſus in cõuẽtibus,&'primos accubit⁹in cœnis. 39

Domus viduarũ

'Qui penitus comedũt domos viduarum,'& ad obtentum vtũtur longis orationibus:iſti auferent grauius iudicium. 40

Et quum ſediſſet Ieſus'contra gazophylacium , ſpectabat quomodo turba mitteret 'æs in gazophylacium: multi igitur diuites mittebant multa. 41

Vidua quadrantem mittens in gazophylacium.

Et quum veniſſet quædã vidua pauper,miſit minuta duo,quod eſt'quadrans. 42

Tũc *ille* quũ aduocaſſet diſcipulos ſuos,dicit eis,Amen dico vobis, vidua hæc pauper plus miſit,quàm omnes qui miſerunt in gazophylacium. 43

Nam omnes'ex eo quod ipſis ſupereſt, miſerunt:hæc verò è penuria ſua omnia quæ habebat miſit,totum *inquam* victum ſuum. 44

Deſtructio Ieruſalẽ prædicitur.

Cap. XIII.

ET quum egrederetur è templo, dicit ei quidã è diſcipulis eius, Magiſter,vide quales lapides,& qualia *iſta ſint* ædificia. 1

Tunc Ieſus reſpondens,ait ei,'Vides iſta magna ædificia?'nõ relinquetur lapis ſuper lapidem qui non diſſoluatur. 2

Et quum ſederet in monte Olearum contra templum,interrogarunt eum priuatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas, 3

Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum *erit* quando futurum eſt vt omnia conſummentur? 4

Signa præcedentia aduentum Chriſti.

Ieſus autẽ reſpõdẽs eis, cœpit dicere,Videte neq̃s vos ſeducat. 5

Dicẽtes ſe Chriſtum eſſe & ſaluatorem.

Multi enim venient in nomine meo,dicentes,'Ego ſum *Chriſtus*: multóſque ſeducent. 6

Quum autem audieritis bella & rumores bellorũ , ne turbemini:oportet enim'*iſta* fieri,at'nondum *erit* finis. 7

Surget enim gẽs in gentẽ,& regnũ in regnũ: erúntq; terræmotus ſingulis locis,& erũt fames ac turbæ:principia dolorum,iſta. 8

Perſequutiones propter Euangelium.

Sed'cauete vos vobis:tradent enim vos in conſeſſus, 9

39 Et ĩ primis cathedris ſedere in ſynagogis,& primos diſcubitus in cœnis.

40 ǁQui deuorant domos viduarũ ſub obtẽtu prolixæ orationis:hi accipiẽt prolixius iudicium. Matth.23.b.14 luc.20.g.47

41 ǁEt ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium:& multi diuites iactabant multa. Luc.21.a.1

42 Quum veniſſet autẽ vidua vna pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.

43 Et conuocans diſcipulos ſuos , ait illis , Amen dico vobis,quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium.

44 Omnes enim ex eo quod abũdabat illis , miſerunt : hæc verò de penuria ſua, omnia quæ habuit miſit, totum victum ſuum.

Cap.XIII

1 EǁT quũ egrederetur de templo, ait illi vn⁹ ex diſcipulis ſuis,Magiſter aſpice quales lapides,& quales ſtructuræ. Matth.24.a.1 luc.21.a.5

2 Et reſpondens Ieſus,ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? ǁnon relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Luc.19.g.43

3 Et quum ſederet in monte oliuarũ contra templum , inrerrogabant eũ ſeparatim Petrus & Iacobus & Iohãnes & Andreas,

4 Dic nobis,quãdo iſta fient? & quod ſignum erit quando hæc omnia incipient conſummari?

5 Et reſpondens Ieſus , cœpit dicere illis,ǁVidete ne quis vos ſeducat. Epheſ.5.b.6 2.theſſ.2.a.3

6 Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes quia ego ſum: & multos ſeducent.

7 Quum audieritis autem bella & opiniones bellorũ,ne timueritis: oportet enim fieri,ſed nondum finis.

8 Exurget enim gens contra gẽtem, & regnum ſuper regnum: & erũt terræmotus per loca, & fames : initium dolorum,hæc.

9 Videte autem voſmetipſos : tradẽt

39 Primóſque conſeſſus καὶ πρωτοκαθεδρίας. Vulgata,Et in primis cathedris ſedere:nomine ſcilicet in verbum conuerſo.Eraſmus,Primáſque ſellas:quum tamen accipiendum ſit Græcum vocabulum non de ſellis ipſis, ſed de ſeſſione. Primos accubitus πρωτοκλισίας. Hìc rectè reprehendit Eraſmus Veterem interpretem,quòd vt ſibi conſtaret,non potius verterit,primi accumbere,nomine per verbum expreſſo.Sed quod hìc reprehendit,ipſe ſuprà admiſit Matth.23.a.6,& quidem mutata Vetere editione.

40 Qui penitus comedunt οἱ κατεσθίοντες Cur ita conuerterimus τὸ κατεσθίειν,diximus Matth.23.b.14. Cæterùm bellè quidem conueniunt Latina,quia ſcilicet verſu 30 conuertimus τῶν θελόντων,qui volunt. In Græcis verò manifeſtum eſt ſolœcum, quum potius dicendum fuerit τῶν κατεσθιόντων καὶ προσευχομένων,vel οἱ κατεσθίουσι καὶ προσεύχονται,vt loquitur Lucas 20.g.47.Nã ὅτι quod ſequitur,non minus pertinere exiſtimo ad verſiculum 38 & 39,quàm ad hunc 40.Similia verò dicẽdi genera etiam apud diſertiores ſcriptores reperiuntur, vt Homerus Iliad. ά,quum exorſus eſſet hanc comparationem à recto caſu,Τρῶες δ' ὥς τ' ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ, ſubiicit hanc ἀπόδοσιν diuerſo caſu,Ὣς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει.Idem Iliad.β',Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων,pro ἀστράπτοντα καὶ φαίνοντα:vbi Euſtathius ſimilia nonnulla in Euripide & Sophocle obſeruat. Sed & Paulus 1.Tim.4.a.2 & 3,videtur pro rectis genitiuos ter vſurpare. Et ad obtentum καὶ προφάσει Vide Matth.23.b.14.

41 Contra κατέναντι Id eſt, exaduerſo,vt vertit Eraſmus. Accipitur autem interdum pro ἔμπροσθεν,id eſt coram & in oculis,vt ferè loquuntur Hebræi,vt Rom.4.c.17. AEs χαλκὸν Id eſt pecuniam ex quocunque metallo,nempe ex Romanorum conſuetudine,apud quos initio fuit æs ſignatum,vt docet Plinius lib.34.cap.1. Terẽt.Ancillam ære emptam ſuo. Nam ſi chalcos intelligeret qui ſingulis ſeptenis λεπτοῖς,id eſt minutis æſtimantur,potius ſcripſiſſet χαλκοὺς quàm χαλκόν.

42 Quadrans. κοδράντης. Hunc locum citat doctiſſimus Budæus lib. de aſſe quinto, ſed non explicat. Eſt autem hæc ſupputatio prorſus contraria omnium ſcriptorum iudicio & authoritati, vt non prorſus vana ſit ſuſpicio vel corruptum eſſe numerum τῶν λεπτῶν,vel potius hoc totum ὅ ἐστι κοδράντης,quum perperam ab aliquo annotatum eſſet,poſtea in contextum,culpa librariorum, irrepſiſſe:de quo tamen nihil temere affirmo. Illud quidem conſtat,drachmam, quæ proximè ad denarium Romanum accedit, communi omnium doctorum calculo & ſine vlla(quod ſciam)controuerſia,ſex obolis æſtimari:obolum autem ſex chalcis, chalcum ſeptem λεπτούς, quæ nos quoque cõuertimus Minuta:ex quo efficitur,ſi drachmam pro denario accipiamus in quo ſunt quadrantes quadraginta, ſingulos quadrantes valere minuta ſex, & duodecim præterea minuta ex pleno toti ſummæ ſupereſſe.Sed hæc non ſunt huius loci.

44 Ex eo quod ipſis ſupereſt, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, Vulgata,ex eo quod abundabat illis:quum potius dicendũ fuerit,ex eo quo ipſi redundabant.Hæc enim eſt vis τοῦ περιττοῦ,de qua diximus Matth.5.f.37,rectè ab Eraſmo expreſſa hoc loco. Legimus autem in ſexto Stephani codice ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν,eodem quidem ſenſu,ſed tamen rectius fortaſſis,quum poſtea legatur ἐκ τῆς ὑστερήσεως,non autẽ ἐκ τοῦ ὑστεροῦντος.

IN CAPVT XIII.

2 Vides βλέπεις Id eſt ὁρᾷς cernis. Nonnulli(vt teſtatur Eraſmus)legunt βλέπετε. Sic enim reſpondet Dominus quaſi ab vno prouocatus communi cæterorum nomine. Non relinquetur οὐ μὴ ἀφεθῇ In codicibus vetuſtis ſexto & octauo additur ὧδε hìc, quod & apud Matthæum legitur. 6 Ego ſum *Chriſtus*: ὅτι ἐγώ εἰμι. Præciſa eſt oratio,quam rectè ex Matthæo videtur expleuiſſe Eraſmus. Nam quod idem obſeruat hæc ita poſſe accipi,quaſi multi venturi ſint,dicentes ſe eum eſſe qui ego ſum,eundem prorſus ſcriptum habet,ſed mihi non placet,propter longiorem circuitum,& duriorem eclipſin.

7 *Iſta* fieri, γενέσθαι, In nono codice additur ταῦτα:quod exprimendum putauimus. Nondum οὔπω Id eſt οὐκ εὐθέως,non ſtatim,vt explicat Lucas 21.a.9. 9 Cauete vobis βλέπετε ἑαυτοὺς Id eſt φυλάττεσθε ἑαυτοὺς,vt diximus ſuprà 12.d.38. Vulgata, Videte voſmetipſos:& barbarè & obſcurè.Sed hoc notandum eſt,quum φυλάττεσθαί τινα Græcis ferè declaret Cauere ab aliquo:hìc cõtrà accipi βλέπειν,id eſt φυλάττεσθαι ἑαυτοὺς,pro cauere ſibiipſis. Apud Lucam ὁρᾶν & φυλάττεσθαι vnà coniunguntur,Luc.12.b.15.

B enim vos in conſiliis,& in ſynagogis vapulabitis, & ante Præſides & Reges ſtabitis propter me, in teſtimonium illis.

Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium.

Matth.10.b.19 luc.12.b.11, & 21.c.14 ¶Et quum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datũ vobis fuerit in illa hora,id loquimini : non enim vos eſtis loquentes,ſed Spiritus ſanctus.

Tradet autem frater fratrẽ in mortem,& pater filium:& conſurgent filii in parentes,& morte afficient eos.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem ſuſtinuerit in finem,hic ſaluus erit.

Matth.24.b.15 Dan.9.g.25 Luc.21.d.20 ¶Quum autem videritis abominationem deſolationis ſtantem¶vbi nõ debet(qui legit intelligat) ¶ tunc qui in Iudæa ſunt,fugiant in montes:

Et qui ſuper tectum, ne deſcẽdat in domum , nec introeat vt tollat quid de domo ſua.

C Et qui in agro erit,nõ reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum.

Væ autem prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus.

Orate verò vt hyeme non fiant:

Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus ,vſque nunc,neque fient.

Et niſi breuiaſſet Dominus dies,nõ fuiſſet ſalua omnis caro : ſed propter electos quos elegit,breuiauit dies.

Matth.24.b.23 luc.21.b.8 ¶Et tunc ſiquis vobis dixerit, Ecce, hic eſt Chriſtus, ecce illic: ne credideritis.

Exurgẽt enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.

Vos ergo videte : ecce prædixi vobis omnia.

Ezech.32.b.7 eſa.13.b.10 ioel.2.b.10.g.31, & 3.c.15 ¶Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum:

Et ſtellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis ſũt,mouebũtur.

Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria.

ʹ& in ſynagogas,cædemini,ʹ& coram Præſidibus ac Regibusʹſiſtemini mea cauſa,in teſtimonium ipſis.

10 Etʹapud omnes gentes oportet primùm prædicari Euangeliũ.

Euangeliũ prædicandum omnibus gentibus.

11 Quũ autẽ traditos duxerint vos,ʹne antè ſitis ſoliciti quid dicturi ſitis,ʹneque meditemini:ſed quicquid datum fuerit vobis in illo momento,hoc loquamini:non enim eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus ille ſanctus.

Spiritus ſãctus.

12 Tradet autem frater fratrem in mortem,& pater filium : & inſurgent liberi aduerſus parentes,ac morte multãdos curabũt eos.

13 Et eritis exoſi omnibus propter nomẽ meum:ſed qui perſeuerauerit vſque in finem,iſte ſeruabitur.

14 Quum autem videritis abominandam vaſtationem ʹquæ dicta eſt à Daniele propheta, ʹexiſtentem ʹvbi non oportet (qui legit, animaduertat)tunc qui *fuerint* in Iudæa,fugiant in montes:

Deſtructio Ieruſalem.

15 Qui verò *fuerit* ſupra domum,ne deſcendat in domum, nec ingrediatur vt quicquam tollat è domo ſua.

16 Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ʹretro ad tollendum pallium ſuum.

17 Væ autem ventrem ferentibus & lactantibus in illis diebus.

18 Orate verò ʹne fiat fuga veſtra hyeme:

19 ʹErũt enim dies illi *talis* oppreſſio qualis non fuit à principio ʹrerũ conditarũ quas condidit Deus,vſque ad hoc tempus,nec fiet.

20 Et niſi Dominus decurtaſſet dies illos , nulla caro ſeruaretur: ſed propter electos quos elegit,decurtauit dies illos.

21 Ac tum ſiquis vobis dixerit,Ecce hîc Chriſtus,vel ecce illic: ne credatis.

Falſorũ prophetarum miracula ad ſeducendum electos,

22 Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ:& edent ſigna ac prodigia ad ſeducendum,ſi fieri poſſit,etiam electos.

23 Vos autem cauete:ecce,prædixi vobis omnia.

24 Cæterùm in illis diebus poſt oppreſſionem illam ſol obſcurabitur,& luna non dabit ſplendorem ſuum:

25 Et ſtellæ cæli excidẽt,& poteſtates quæ in cælis *ſunt*,agitabũtur.

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate multa & gloria.

Aduentus Chriſti in iudicium.

Et in ſynagogas, καὶ εἰς συναγωγὰς, Pleraque exemplaria poſt συναγωγὰς diſtinctionem adſcribunt,quæ etiam ſequuti ſumus. Nonnulla tamen cum verbo δαρήσεσθε coniungunt. Sed & in ſexto codice ſcriptum erat καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε, & in ſynagogis ipſorum cædemini:quæ lectio prorſus conſentit cum Matthæo 10.c.17. Et coram Præſidibus καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων In duobus codicibus legitur καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων δὲ,ſed & corã Præſidibus.Ponitur autem ἐπὶ pro Coram vel Ante,vt etiam accipitur 1.Tim.6.c.13. Siſtemini σταθήσεσθε Vulgata, ſtabitis,στήσετε.Eraſmus,ducemini,ἀχθήσεσθε:quo modo legit Theophylactus in commentariis. Sed hanc lectionem ſi ſequamur, poſitum videbitur ἐπὶ ἡγεμόνων,pro ἐπὶ ἡγεμόνας,id eſt ad Reges,vt loquitur Matthæus.

10 Apud omnes gentes εἰς πάντα τὰ ἔθνη Sic Demoſthenes περὶ στεφ. καὶ παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς,& progreſſus dixi apud vos. Vulgata,in omnes gentes.quam interpretationem ſi ſequamur,vertemus κηρυχθῆναι promulgari.

11 Ne antè ſitis ſoliciti μὴ προμεριμνᾶτε Ita rectè explicat Eraſmus in annotationibus. Nã præcogitandi vocabulum, quod Vetus interpres vſurpat,neque Eraſmus repudiat,non memini apud idoneos authores legere.Deinde non prohibetur cogitatio, ſed ſolicitudo illa & anxietas quæ à diffidentia proficiſcitur,vt diximus Matth.6.d.27. Neque meditemini: μηδὲ μελετᾶτε· Hoc ego refero ad artificioſa illa Oratorum præcepta, qui exercendis ſuis diſcipulis ſcribũt quas μελέτας vocant. Vult ergo Chriſtus ſuos quantumuis indoctos & rudes,in cælum reſpicere,vt Dei fide & cauſæ bonitate freti, aliunde quàm ab humana eloquentia præſidium expectent. Cæterùm in nono codice ſcriptum erat προμελετᾶτε præmeditemini:quod melius videtur conuenire,quum præceſſerit προμεριμνᾶτε.

14 Quæ dicta eſt, &c. τὸ ῥηθὲν,&c. Hoc membrum deeſt apud Veterem interpretem , neque ſcriptum erat in codicibus ſecundo & octauo. Exiſtentem ἑστὸς Vel,ſtantem. Videtur tamẽ illa interpretatio commodior.Eſt autem huius loci hæc ſententia,fore vt prophanæ gentes ciuitatem Dei ipſúmque templum non modò contaminent ac polluant ſuo ingreſſu,ſed etiam funditus euertant. Cæterùm vetuſta exemplaria omnia legunt ἑστὼς præter nonum & Complutenſe,quæ ſequi maluimus,& quoddam aliud in quo ſcriptũ erat ἑστηκός. Vbi non oportet: ὅπου οὐ δεῖ· In vno exemplari legimus ἐν τόπῳ ἁγίῳ,in loco ſancto.

16 Retro εἰς τὰ ὀπίσω Eraſmus,ad ea quæ reliquit à tergo, id eſt εἰς τὰ ὄπισθεν καταλειφθέντα. Atqui ſæpe apud Græcos aduerbia pluraliter efferuntur,& εἰς τὰ ὀπίσω,idem declarat quod ὀπίσω ſimplex.

18 Ne fiat fuga veſtra hyeme: μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος· In octauo codice ſcriptum erat μὴ χειμῶνος ταῦτα γίνεται, ἢ σαββάτου,ne hyeme fiant iſta,vel ſabbatho.Vulgata expungit ταῦτα & ἢ σαββάτου.

19 Erunt enim ἔσονται γὰρ Hebræum dicendi genus,cuius magna eſt emphaſis: ita enim ſignificatur fore vt toto illo tempore calamitas calamitatem excipiat,perinde acſi tempus ipſum nihil aliud eſſet quàm ipſiſſima(vt ita dicam)miſeria.Sic Amos 5.e.20,dicit diem Domini fore tenebras,nõ lucem.Sic à Latinis interdum ſceleratiſſimus aliquis homo dicitur ſcelus.Legit autem Vetus interpres θλίψεις τοιαῦται,& cætera quæ conſequuntur plurali numero:quo modo etiam ſcripta hæc erant in ſecundo exemplari. Rerum conditarum κτίσεως Vulgata ad verbum,creaturæ:quod vocabulum Latinum eſſe negant.Significat autem κτίσις interdum conditionem ac creationẽ mundi, vt ſuprà 10.a.6:interdum res creatas,vt hoc loco, & Rom.8.d.21:interdum homines,vt infrà cap.16.b.15.

27 Et tũc *ipſe* mittet Angelos ſuos,'& coget electos ſuos à quatuor ventis,ab extremo terræ vſque ad extremum cæli.

28 A ficu verò diſcite parabolam,Quum ramus eius iam tener fit, & germinat folia,noſtis quòd propè ſit æſtas:

29 Ita & vos quum hæc videritis fieri,agnoſcite quòd propè ſit in foribus *regnum Dei*.

30 Amen dico vobis nequaquam præterierit ætas hæc, vſque dũ omnia hæc facta fuerint.

Verbum Dei.

31 Cælum & terra præteribunt:ſermones autem mei nequaquam præteribunt.

32 Sed de die illo'ac hora nemo ſcit, ne Angeli quidẽ qui in cælo ſunt,nec ipſe Filius,niſi ſolus Pater.

Vigilandũ. Orandum.

33 Cauete,vigilate & orate:neſcitis,enim quando tempus ſit.

34 *Nam Filius hominis ita eſt*"vt quiſpiam qui peregre agens relicta domo ſua, datáque ſeruis ſuis'poteſtate , ac ſuo cuique opere, 'ianitori mandauit vt vigilaret:

Quatuor noctis vigiliæ.

35 Vigilate igitur (neſcitis enim quãdo Dominus domus veniet, ſero,an medio noctis,an in gallicinio,an mane)

36 Ne quum venerit repente,inueniat vos dormientes.

37 Quæ autem dico vobis,omnibus dico, Vigilate.

Cap. XIIII.

Cõſilium Sacerdotum in Chriſtum.

1 ERat autem Paſcha,& Azyma duobus pòſt diebus,& quærebãt principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum dolo prehenſum occiderent:

2 Dicebant autem, Non in Feſto,ne tumultus ſit populi.

Caput Chriſti vngitur à muliere.

3 Et quum eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,accumbente eo,venit mulier habens alabaſtrũ vnguenti nardi'ſpicatæ multi pretii:& comminuto alabaſtro,effudit ei in caput.

4 Erant autem quidam qui indignarentur apud ſeſe,ac dicerent, Ad quid perditio hæc vnguenti facta eſt?

5 Nam poterat hoc vendi'amplius quàm trecentis denariis,ac dari pauperibus. Et"fremebant in eam.

Bonum opus.

6 Ieſus autem ait, Omittite eam:quid ei laborem affertis? bonũ opus operata eſt erga me.

Pauperes.

7 Semper enim pauperes habebitis vobiſcum:& quandocunque volueritis,poteſtis illis benefacere:me verò nõ ſemper habebitis.

27 Et tunc mittet Angelos ſuos,& cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis , à ſummo terræ vſque ad ſummũ cæli.

28 A ficu autẽ diſcite parabolã,Quum iam ramus eius tener fuerit , & nata fuerint folia,cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas:

29 Sic & vos quũ videritis hæc fieri, ſcitote quòd in proximo ſit in oſtiis.

30 Amen dico vobis quoniam nõ trãſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant.

31 Cælum & terra tranſibunt : verba autem mea non tranſibunt.

32 De die autem illo vel hora nemo ſcit,neque Angeli in cælo,neque Filius,niſi Pater.

33 |Videte ,vigilate,& orate: neſcitis enim quando tempus ſit. Matth.24.d.13

34 Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum ſuam:& dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſque operis,&ianitori præcepit vt vigilet:

35 Vigilate ergo(neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſero, an media nocte,an gallicantu,an mane)

36 Ne quum venerit repẽte , inueniat vos dormientes.

37 Quod autem vobis dico,omnibus dico,Vigilate.

Cap.XIIII.

1 E|Rat autẽ Paſcha &Azyma poſt biduum:& quærebant ſummi Sacerdotes &Scribæ quomodo dolo eũ tenerent & occiderent. Matth.26.a.1 luc.22.a.1

2 Dicebant enim,Nõ in Die feſto: ne fortè tumultus fieret populi.

3 |Et quum eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,& recumberet,venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſtici pretioſi: & fracto alabaſtro,effudit ſuper caput eius. Matth.26.a.6 iohan.12.a.2

4 Erant autem quidam indignè ferẽtes intra ſemetipſos ,& dicentes,Vtquid perditio iſta vnguenti facta eſt?

5 Poterat enim vnguentum iſtud venundari plus quàm trecẽtis denariis, & dari pauperibus.Et fremebãt in eã.

6 Ieſus autem dixit, Sinite eam: quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me.

7 Sẽper eñ pauperes habetis vobiſcũ, & quũ volueritis,poteſtis illis benefacere:me autem non ſemper habetis.

27 Et coget καὶ ἐπισυνάξει In octauo codice ſcriptum erat καὶ ἐπισυνάξουσι,id eſt qui cogant:de qua formula loquendi diximus ſuprà 1.a.10.

32 Ac hora καὶ τῆς ὥρας Nos etiam alibi ſæpe Momentum vertimus, eodem ſenſu. Rectè quoque Eraſmus interpretatur, ac tempore, id eſt καὶ τοῦ καιροῦ,quo vocabulo vtitur Euangeliſta paulo póſt.Cæterùm in vetuſtis codicibus 3.5.6.8.9.12,ſcriptũ erat ἢ ὥρας,vel hora,vt Vetus etiam interpres conuertit: vt facilè appareat non eſſe cur ſubtiliter hic inter diem & horam diſtinguamus , quum vtroque hoc vocabulo intelligatur in genere punctum illud temporis à Deo conſtitutum ſecundo Chriſti aduentui.Hoc autem placuit annotare propter fanaticos quoſdam,qui iam inde à multis ſeculis ſe torſerunt,vt futuri iudicii tempus ex Scripturis elicerent: quibus ſi obiicias hæc Chriſti verba, reſpondere ſolent,incertum quidem eſſe diem & horam,tempus autem & annum minimè.Quaſi verò ratio illa propter quam noluit Deus vt hoc tempus cuiquam eſſet cognitum(nẽpe vt de re ipſa certi,cuius euentum ignoramus,perpetuò in excubiis ageremus)minus valeat In tempore & anno,quàm In die & hora.Sed furentes iſtos vates partim præterita ſecula conuincunt,partim etiam futura redarguent.Piis autem omnibus hæc Chriſti doctrina ſufficiet,vt eius aduentum religioſè expectent,in Dei verò arcana curioſè non inquirant.

34 Vt quiſpiam ὡς ἄνθρωπος Nemo eſt qui non videat particulam cauſalem deeſſe: deinde multa explendæ non modò ſententiæ, ſed etiam conſtructioni deeſſe,quæ ab aliis interpretibus omiſſa ſuppleuimus. Quia igitur paulo antè facta erat mentiò Filii hominis venientis in nubibus,quem etiam paulo pòſt vocat τὸν κύριον τῆς οἰκίας:ideo in ſupplenda ἀπόδοσιν Filium hominis exprimendũ putauimus. Eclipſin verò non diſſimilem annotauimus,Matth.25.a.14. Poteſtate, τὴν ἐξουσίαν, Annotat Eraſmus ſe alicubi legiſſe τὴν οὐσίαν , id eſt bona & facultates ſuas,quod fortaſſis melius conuenit. Ianitori καὶ θυρωρῷ Particulam καὶ abundare oſtendit ratio Græcæ conſtructionis. Itaque expungendam putauimus. Vide Matth.28.b.9.

IN CAPVT XIIII.

3 Spicatæ πιστικῆς Ita conſtanter legunt omnes Græci codices quos videre nobis contigit.Valla Theophylactum ſequutus,πιστικὴν dici putat quaſi ἄδολον,id eſt ſynceram & germanam,nomine à πίστις deriuato. Nam,vt docet Plinius,miris modis adulterabatur,quum variæ ſint nardi ſpecies, & nouem etiam numerentur herbæ quæ nardum imitentur. Sed adiectiuum πιστικὸς à πίστις deductum nuſquam legi.Itaque in eorum potius ſententiam inclino qui Latinam vocem eſſe cenſent,corruptè(vt alias multas)Græca terminatiõne inflexam,non modò mutata vna vocali,ſed etiam interueniente metatheſi.Laudatur enim maximè in vnguentis(vt tradit Plinius)ea Indicæ nardi ſpecies quæ in ariſtas aſſurgit:quam ideo etiam Galenus ναρδόσταχυν,& Officinæ nardiſpicam vocant.

5 Amplius ἐπάνω Ad verbum,ſuprà. Sic Horatius,Paulatim mercaris agrum fortaſſe trecentis, Aut etiam ſuprà numorum millibus emptum. Fremebant in eam. ἐνεβριμῶντο αὐτῇ. Sic rectè Vetus interpres,diuiſa verbi compoſitione. Apparet enim Latinum verbum Fremere à Græco βρέμειν ſeu βριμᾶν aut βριμεῖν deduci. Alibi frequenter ἐμβριμεῖσθαι vertimus Interminari, quoties ſcilicet pro ἐπιτιμᾶν,vel ἀπειλεῖν accipitur.Hìc autem murmur & fremitus indignantium ſignificatur,potius quàm interminatio.

Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in ſepulturam.

8 Quod potuit hæc, fecit:'occupauit enim vngere meum corpus ad ſepulturam.

Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipſius.

B

Matth.26.b.14
luc.22.a.4

¶Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.

10 Tunc Iudas Iſcariotes vnus è duodecim, venit ad principes ſacerdotum, vt proderet eum ipſis.

Iudas prodit Christum.

Qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniã ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet.

11 Illi verò quũ *hoc* audiſſẽt, gauiſi ſunt: & polliciti ſunt ei pecuniã ſe daturos. Quærebat igitur quomodo opportunè eum proderet.

Matth.26.b.17
luc.22.a.7

Et primo die Azymorũ, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces paſcha?

12 Ac primo die Azymorum,″quando″paſcha″ſacrificabant, dicũt ei diſcipuli ſui, Vbi vis vt profecti paremus vt edas paſcha?

Paſchæ præparatio.

Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis, Ite in Ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: ſequimini eum.

13 Tũc mittit duos è diſcipulis ſuis, & dicit eis, Abite in ciuitatẽ: & occurret vobis quidã″amphorã aquæ baiulans: ſequimini eum.

Et quocunque introierit, dicite domino domus, quia magiſter dicit, Vbi eſt refectio mea, vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem?

14 Et quocunque introierit, dicite patrifamiliâs, Magiſter dicit, Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis edam?

Et ipſe vobis demõſtrabit cœnaculũ grãde, ſtratũ: & illic parate nobis.

15 Tunc ipſe vobis indicabit″cœnaculum magnum, ſtratum, ″paratum: illic parate nobis.

Et abierunt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt paſcha.

16 ″Abierũt igitur diſcipuli eius, venerúntque in ciuitatem, &″inuenerunt *omnia* ſicut dixerat eis: & parauerunt paſcha.

Veſpere autem facto, venit cũ duodecim.

17 Et quum ſerum *diei* adeſſet, venit cum duodecim.

Matth.26.b.20
luc.22.b.14
ioh.13.c.21

¶Et diſcumbentibus eis & manducantibus, ait Ieſus, Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me, qui mãducat mecum.

18 Quúmq; accumberent ederéntque, ait Ieſus, Amẽ dico vobis vnus ex vobis prodet me, qui edit mecum.

De Iuda proditore.

At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim, Nunquid ego?

19 Ipſi verò cœperunt eſſe triſtes, ac dicere ei″ſigillatim, Nunquid ego?″Et alius, Nunquid ego?

C

Qui ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum in catino.

20 Ipſe autem reſpondens dixit eis, Vnus è duodecim″qui *manum* intingit mecum in catinum, *me prodet.*

Et filius quidẽ hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini illi per quẽ Filius hominis traditur. bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille.

21 Filius quidem hominis abit, ſicut ſcriptum eſt de eo: ſed væ homini illi per quem Filius hominis proditur. bonum erat ei ſi natus non fuiſſet″homo ille.

Matth.26.b.26
1.cor.11.c.24

¶Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem: & benedicẽs fregit, & dedit eis, & ait, Sumite: hoc eſt corpus meum.

22 Et edentibus ipſis, quum accepiſſet Ieſus panem, & benedixiſſet, fregit: deditque eis, & ait, Accipite, edite: hoc eſt corpus meũ.

Paſchæ manducatio.

Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

23 Et accepto poculo, quum gratias egiſſet, dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

8 Occupauit προέλαβε Id eſt προέφθασε. Vulgata & Eraſmus, præuenit. Liuius, Occupat Tullius in agrum Sabinum tranſire. Quod dicendi genus mihi viſum eſt proximè ad hoc Græcum accedere.

12 Quando ὅτε Id eſt quo die, nimirum ad veſperam, quæ initium erat diei decimiquinti, ſicut pluribus oſtendimus, Matth.26.b.17. Eraſmus, quum paſcha immolarent: quã interpretationem vt ambiguam reieci. Videtur enim ſignificari, hæc geſta eſſe inter cõuiuium ipſum Paſchæ. Paſcha τὸ πάσχα .i. agnũ illum cuius mactatio in feſto Paſchæ certis ritibus fiebat. Neque enim hìc accipitur pro ipſo die feſto Paſchæ: ſed manifeſta eſt metonymia Sacramentis peculiaris, qua rei ipſius nomen ſigno tribuitur. Simili ratione Chriſtus etiam ipſe à Paulo Paſcha noſtrum vocatur, 1.Cor.5.c.7. Sacrificabant, ἔθυον, Id eſt, ſacrificare ſolebant. vt infrà cap.15.a.6, dimittebat, pro dimittere ſolebat. Marcus enim nullam habet rationem Iudaicæ traditionis, ſed reſpicit partim Dei conſtitutionem, partim quod frequẽtius fieri à Iudæis etiam ipſis ſolebat. Neque enim erat traditioni locus, niſi quum primus Azymorum dies, id eſt decimuſquintus primi menſis, incidiſſet in προσάββατον, ſicut hoc ipſo anno contigiſſe liquet ex paſſionis hiſtoria.

13 Amphoram κεράμιον Ita Græci vocant amphoras, quòd ferè fictiles eſſent, vt apparet ex hoc Horatii verſiculo, - amphora cœpit Inſtitui currente rota, cur vrceus exit? Vulgata, lagenam: quæ tamen Lucæ 22.a.10, amphoram rectè conuertit. Eraſmus, hydriam. Idem apud Lucam vas teſtaceum, περιφραστικῶς interpretatur. Videtur enim etiam in genere pro fictili vaſe vſurpari. Sed præſtat ſeruare ſignificationẽ magis vſitatam, vt κεράμιον & κεραμεῖον diſtinguantur, propter ſequens verbum βαστάζειν, quod propriè de grauibus oneribus dici opinor.

15 Cœnaculum ἀνώγεον Græca vox declarat contignationem ædium ſuperiorem, cuicunque tandem vſui ſit deſtinata, vt ex Varrone & Vitruuio liquet. Quia verò moris erat in ea domus parte cœnare, ideo cœnaculum dici cœpit. quod quum obſeruarit Eraſmus, miror eum maluiſſe triclinium. i. Græcum vocabulum altero Græco interpretari. Paratum: ἕτοιμον, Hoc deerat in ſeptimo Stephani exemplari, & ſanè videtur initio additum ad codicis marginem, quo explicaretur illud ἐστρωμένον quod præceſſit. Nam etiam apud Lucam non additur.

16 Abierunt ἐξῆλθον Eraſmus, Ad verbum, Exierunt. Sed apparet poſitum eſſe ἐξῆλθον pro ἀπῆλθον, quo vtitur Lucas, minus ſcilicet Hebraiſſans quàm hic noſter. Inuenerunt *omnia*, εὗρον Addidimus quod explendæ conſtructioni deeſſe videbatur. In ſecundo autem codice ſcriptum erat ἐποίησαν fecerunt, fortaſſis ex Matthæo.

19 Sigillatim, εἷς καθ' εἷς, Ita ſcriptum vbique legimus, vno exemplari excepto, in quo ſcriptum erat καθεῖς. Ego verò exiſtimo ſcribendum eſſe καθεῖς ſicut legitur Iohan.8.a.9. vel, ſi diſtinguere libet vocabula, καθ' εἷς. Eſt enim κᾆτα ex καὶ εἶτα contractum, vt εἷς καθ' εἷς ad verbum declaret vnum & deinde vnũ: quod vernaculo ſermone dicimus, *un a un. ou, l'un apres l'autre.* Vetus interpres in Iohanne conuertit, vnum poſt vnum. Et alius, Nunquid ego? καὶ ἄλλος, μήτι ἐγώ; Hæc deerant in duobus codicibus, & ſanè videntur redundare.

20 Qui *manum* intingit ὁ ἐμβαπτόμενος Id eſt, qui mecum veſci conſueuit, vt expoſuimus Matthæi 26.b.23. Suppleuimus autem ex Matthæo quæ omnino requiruntur vt plena ſit ſententia.

21 Homo ille. ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Id eſt αὐτὸς ipſe. Eſt enim Hebraica repetitio antecedentis pro relatiuo, de qua ſæpe iam diximus.

Sanguis. Nouũ teſtamentum.	Et ait eis, Hoc eſt ſanguis meus *qui eſt* Noui teſtamenti, qui pro multis effunditur.	24	Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur.	
	Amen dico vobis, non bibam amplius de fructu vitis, vſque ad diem illum quum ipſum bibam nouum in regno Dei.	25	Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis vſque in diem illum quum illud bibam nouum in regno Dei.	
Gratiarũ actio.	Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montẽ Oliuarum.	26	Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.	
Scandalizati apoſtoli.	Tunc dicit eis Ieſus, Omnes offendemini in me nocte iſta. nã ſcriptum eſt, Percutiam paſtorem, & diſpergentur ″oues.	27	‖Et ait eis Ieſus, Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt, ‖Percutiam paſtorem: & diſpergentur oues.	Ioh.16.d.32 Zach.13.c.7
	Sed poſtquam ſurrexero, præibo vobis in Galilæam.	28	‖Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.	Infrà 16.b.7
	Petrus autem dixit ei, Etiamſi omnes ″offendantur, at nõ ego.	29	Petrus autẽ ait illi, Etſi omnes ſcãdalizati fuerint in te, ſed non ego.	
	Tunc dicit ei Ieſus, Amen dico tibi, ″hodie in nocte iſta, prius quàm bis gallus cecinerit, ter abnegabis me.	30	Et ait illi Ieſus, Amẽ dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquã gallus vocẽ bis dederit, ter me es negaturus.	
	At ille ″multo amplius dicebat, Si me oportuerit commori tibi, haudquaquã te abnegabo. Itidem autẽ etiam omnes dicebãt.	31	At ille amplius loquebatur, Et ſi oportuerit me ſimul cõmori tibi, nõ te negabo. Similiter autẽ & omnes dicebant.	D
Chriſt⁹ in horto.	Veniunt igitur in locum, cuius nomen *eſt* Gethſemane: tunc dicit diſcipulis ſuis, Sedete hîc, vſque dum orauero.	32	Et veniunt in prædium cui nomen Gethſemani: & ait diſcipulis ſuis, Sedete hic donec orem.	Matth.26.d.30 luc.22.d.39
	Et accipit Petrum & Iacobum & Iohannem ſecum, cœpítque expaueſcere & grauiſſimè angi.	33	Et aſſumit Petrum & Iacobum & Iohannem ſecum: & cœpit pauere & tædere.	
	″Et dicit eis, Valde triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: manete hîc, & vigilate.	34	Et ait illis, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate.	
	Progreſſúſque parum, procidit in terram: & orauit vt ſi poſſibile eſſet, abiret à ſe hora illa.	35	Et quum proceſſiſſet paululũ, procidit ſuper terram: & orabat vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.	
Oratio Chriſti.	Dixítque, Abba, Pater, omnia poſſibilia ſunt tibi: tranſfer à me iſtud poculum. verùm ″non quid ego velim, ſed quid tu.	36	Et dixit, Abba, Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt: tranſfer calicẽ hunc à me. ſed non quod ego volo, ſed quod tu.	
	Tunc venit, & inuenit eos dormientes: dicítque Petro, Simon, dormis? non ″valuiſti vnam horam vigilare?	37	Et venit, & inuenit eos dormiẽtes: & ait Petro, Simon, dormis? non potuiſti vna hora vigilare?	
Vigilare. Orare. Spiritus. Caro.	Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem. ſpiritus quidem promptus *eſt*, caro autem infirma.	38	Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. ſpiritus quidem promptus eſt, caro verò infirma.	
	Et quum rurſum abiiſſet, orauit, & eundem dixit ſermonem.	39	Et iterum abiens, orauit, eundem ſermonem dicens.	
	″Et reuerſus, inuenit eos rurſum dormientes: erant enim oculi eorum grauati, neque ſciebant quid ei reſponderent.	40	Et reuerſus, denuò inuenit eos dormiẽtes: erãt enim oculi eorũ grauati, & ignorabant quid reſponderent ei.	
	Et venit tertiò, dicítque eis, Dormite quod ſupereſt, & requieſcite. ″ſufficit, venit hora, ecce ″traditur Filius hominis in manus peccatorum.	41	Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requieſcite. ſufficit, venit hora, ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.	E
	Surgite, eamus. ecce, qui prodit me, appropinquauit.	42	Surgite, eamus. ecce, qui me tradet, propè eſt.	
Oſculo Iudas Chriſtum tradit Iudæis.	Et ſtatim, adhuc eo loquente, ″adeſt ″Iudas, qui erat vnus è duo-	43	‖Et adhuc eo loquẽte venit Iudas Iſca	Matth.26.e.47 luc.22.e.47 iohan.18.a.3

27 Oues. τὰ πρόβατα. In nono codice additur τῆς ποίμνης gregis.

29 Offendantur, σκανδαλισθήσονται, Complutenſis editio additum habet ἐν σοὶ, in te.

30 Hodie σήμερον In duobus exemplaribus legimus σὺ σήμερον, tu hodie: cuius pronominis videtur nõ contemnenda emphaſis. Nã ideò etiam non contentus dixiſſe σήμερον, addit τῇ νυκτὶ ταύτῃ. 31 Multo amplius ἐκ περισσοῦ μᾶλλον. Ad verbum, magis ex abundanti. Vulgata non legit μᾶλλον, aut reiecit tanquam παρέλκον. Nam certè redundat: ſed ita tamen vt iſta conduplicatio magis exprimat vehementem Petri aſſeuerationẽ, ſicut Eraſmus rectè obſeruat. Nos igitur, vt hanc emphaſin oſtenderemus, conuertimus Multo amplius, acſi ſcriptũ eſſet πολὺ μᾶλλον, vel πολὺ περισσοτέρως. Eraſmus autem diſtinguit poſt ἔλεγε, & μᾶλλον annectit iis quæ conſequuntur, ideóque interpretatur, Imò ſi me oportuerit. &c. Sed præterquam quòd hæc aliter diſtincta in omnibus codicibus reperiuntur, vix etiam (opinor) reperias μᾶλλον pro Imò vel potius poſitum alicuius membri initio, niſi addatur particula δὲ, ſicut in Matthæo annotauimus.

34 Et dicit eis, καὶ λέγει αὐτοῖς, In quatuor exẽplaribus hæc coniunguntur præcedentibus, & pro λέγει ſcribitur λέγειν dicere. Vigilate. γρηγορεῖτε. Complutenſis liber addit μετ' ἐμοῦ mecum. 36 Non quid ego. &c. οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. Hunc locũ variis modis deprauatum inuenimus in pleriſque codicibus ſcriptis. Omnino enim plenior eſſet ſentẽtia ſi pro τί legeremus ὅ, τί, vel ὡς, quod teſtatur Eraſmus ſe in quibuſdam exemplaribus legiſſe. vt ſubaudiatur γενηθήτω, quod à Matthæo & Luca exprimitur. Sẽtentiam verò quanuis imperfectam, idcirco non expleuimus, quòd hæc apoſiopeſis non videatur ſua emphaſi carere, in oratione tam ardenti.

40 Et reuerſus, καὶ ὑποστρέψας, In octauo codice ſcriptum erat καὶ πάλιν ἐλθὼν, & quum denuo veniſſet: πάλιν autem quod antè καθεύδοντας hic poſitum eſt, erat expunctum. Vulg. Et reuerſus, denuò inuenit eos dormientes, καὶ ὑποστρέψας, πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας.

41 Sufficit, ἀπέχει, Ita legimus in omnibus Græcis codicibus. Eraſmus tamen obſeruat in quibuſdam addi τὸ τέλος. quam lectionem ſi ſequaris, duobus modis licebit interpretari, nempe vt compoſitũ ἀπέχει pro ἔχει accipias, & ſubaudiatur aliquid, hoc modo: habent finẽ, ea ſcilicet quæ de me ſcripta ſunt, & quæ paulo antè vobis prædixi. Inſtat enim illorum exitus. Nam ipſe Chriſtus diſertè Lucæ 22.d.37, dicit τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει, qui locus videtur hanc interpretationem confirmare. ſin minus, licebit etiam conuertere ἀπέχει τὸ τέλος, pro ἄπεστι τὸ τέλος, abeſt finis, id eſt, ſolus iam finis ſupereſt: eorum ſcilicet quæ de me prædicta ſunt. Quod ſi ſimpliciter legamus ἀπέχει, ſicut vbique ſcriptum legimus, fateor me non habere quod hîc affirmem. Nam ἀπέχει nuſquam legi pro ἱκανόν ἐστι, ſatis eſt, vel ἀρκετὸν, id eſt ſufficit, vt Euangeliſtæ ferè loquuntur. Quid ſi igitur corruptè ſcriptum eſt ἀπέχει pro ἀπόχρη? Sed nihil tamen volui mutare ex coniectura. Traditur παραδίδοται Vulgata, tradetur: quam interpretationem non probo. Eſt enim omnino ſeruanda præſentis temporis ſignificatio hoc loco.

43 Adeſt παραγίνεται Id eſt πάρεστι. Videtur enim, ſi ita accipias τὸ παραγίνεσθαι, vberior eſſe ſenſus. Iudas, ἰούδας, In tertio codice & Vulgata editione additur ἰσκαριώτης Iſcariotes.

riotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, à summis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus.

44 Dederat autem traditor eius signū eis, dicens, Quēcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eū, & ducite cauté.

45 Et quū venisset, statim accedens ad eum, ait, Rabbi: & osculatus est eum.

46 At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum.

47 Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam.

48 Et respondens Iesus ait illis, Tanquam ad latronem existis cū gladiis & lignis comprehendere me?

49 Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur Scripturæ.

50 Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.

51 Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum.

52 At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.

F

Matth.26.f.57 luc.22.f.54. joh.18.c.24

53 ‖Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdotes & Scribæ & Seniores.

54 Petrus autē alonge sequutus est eū vsque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignē, & calefaciebat se.

Matth.26.f.59

55 ‖Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebāt aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderēt: nec inueniebant.

56 Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant.

57 Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes,

Iohan.2.c.19

58 Quoniam nos audiuimus eum dicētem, ‖Ego dissoluam templum hoc manufactum, & per triduum aliud nō manufactum ædificabo.

59 Et nō erat conueniēs testimonium illorum.

60 Et exurgens summus Sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his?

61 Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Christus filius Benedicti?

decim, & cum eo turba multa cū gladiis & fustibus à principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus.

44 Dederat autem is qui prodebat eum, commune signum eis, dicens, Quencunque osculatus fuero, is est: comprehendite eum, & abducite ″tutó.

45 Quū igitur venisset, statim accedit ad eum, dicítque ei, ″Rabbi, rabbi: ac deosculatus est eum.

46 Illi verò iniecerunt in eum manus suas: & prehenderunt eum.

Auricula amputatur Malcho.

47 ″Quidam autem astantium extracto gladio feriit seruum Pontificis, & abstulit eius auriculam.

48 Et respondens Iesus dixit eis, Vt in latronem existis cum gladiis ac fustibus ad comprehendendum me?

49 Quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehēdistis me. ″Sed *ista fiunt* vt impleantur Scripturæ.

Fugiūt apostoli.

50 Tunc relicto eo, ″omnes fugerunt.

51 Quidam autem adolescentulus sequebatur eum, circumamictus sindone ″super nudum *corpus*: & prehenderunt eū adolescētuli.

52 Ipse verò derelicta sindone, nudus effugit ab illis.

Christus coram Caipha.

53 Tunc abduxerunt Iesum ad Pontificem: & conuenerunt cum eo omnes principes Sacerdotum, & Seniores, ac Scribæ.

54 Petrus autem eminus sequutus est eum vsque intrò in aulam Pōtificis, & erat considens cū ministris, & calefaciens *sese* ″ad ignē.

55 Principes autem Sacerdotum & totus consessus quærebant aduersus Iesum testimonium, vt morte multarent eum: nec inueniebant.

Falsum testimonium in Christum.

56 Nam multi falsum testimonium dicebant aduersus eum, ″sed non erant ″paria ipsorum testimonia.

57 Tunc quidam quum assurrexissent, falsum testimonium tulerunt aduersus eum, dicentes,

58 Nos audiuimus eū dicētem, Ego dissoluam templū hoc quod est manib⁹ factū, & in triduo aliud sine manibus factū ædificabo.

59 Sed ne sic quidem ″par erat testimonium eorum.

60 Tum Pontifex quum assurrexisset in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respondes quicquam? quid *illud est quod* isti aduersum te testificantur?

Tacet Christus.

61 Ipse verò silebat, & nihil respondit. Rursum Pontifex interrogauit eum, & dicit ei, Tú*ne* ille Christus filius ″Benedicti?

44 Tutó. ἀσφαλῶς. Id est, ita diligenter & tanto cum præsidio vt elabi non possit: adeò sibi metuit mala conscientia, quam illis postea
Christus exprobrat versu 48. Vulgata, cautè, id est πεφυλαγμένως, vel εὐλαβῶς.
45 Rabbi, ῥαββί, In secundo & nono exemplaribus semel tantùm scriptum hoc inuenimus, in cæteris repetitum.
47 Quidam autem εἷς δέ τις In hoc genere dicendi vel τις redundat, vel quum addatur secundus casus, traiectioni locus est, acsi scriptum esset, τὶς δὲ εἷς τῶν παρεστηκότων, id est quidam verò qui vnus erat ex circunstantibus. Sed postponitur τὶς, quia est encliticum. Vulgata,
Vnus autem quidam. Erasmus, Vnus autē quispiam. Cicero dicere solet Vnus aliquis: sed tum demum quum incerta est persona. Hic autem
certus & notus homo designatur. Neque enim quis hic esset ignorabat Marcus, præsertim si verum est quod magno consensu tradunt veteres, eum scilicet ex ipso Petro hoc Euangelium excepisse. quod tamen nolim affirmare.
49 Sed *ista fiunt* vt ἀλλ' ἵνα Erasmus rectè suppleuit ex Matth.26.f.56, quod explendæ constructioni deerat.
50 Omnes πάντες omnes scilicet discipuli, vt exprimit Matthæus, & Vetus etiam interpres: ne de illis agere Marcus videatur quos Iesus
superiore oratione compellarat. 51 Super nudum *corpus*: ἐπὶ γυμνοῦ. Sic vernaculo sermone dicimus, *Sur le nud*. Latinos verò non existimo ita loqui. Addidimus ergo aliquid, quanuis non summa hîc à nobis habeatur Latinitatis ratio. De sindone verò vide infrà 15.d.46.
54 Ad ignem. πρὸς τὸ φῶς. Id est πρὸς τὸ πῦρ. Nam φωτὸς appellatione etiam ignem intelligi testatur Hesychius, à consequenti scilicet.
Vulgata hoc prætermisit. Erasmus interpretatur, ad lumen, refértque ad participium συγκαθήμενος. Siquidem (inquit) lumē illū prodidit. Sed nimium est insolens hæc traiectio. 56 Sed non erant καὶ οὐκ ἦσαν Vulg. & non erant. Erasmus, nec erant. Sed si καὶ pro ἀλλὰ accipias, vt
alibi sæpe, plenior erit sententia. Paria ἴσαι Id est cohærentia, siue (vt non malè sensum expressit Vetus interpres) conuenientia. quod
rectè explicat Erasmus in annotationibus. Idem tamen conuertit, satis idonea, id est ἱκαναὶ, nempe propter versiculum 59. Sed τὸ ἴσον nusquam
legi hac significatione vsurpatum. 59 Par ἴσον Videtur tamen hæc ita fuisse paulo antè commemorata, quasi prorsus conueniret inter testes. Itaque Erasmus iterum ἴσαι cōuertit, satis idonea. Legit enim ista plurali numero, contra vetustorum omnium codicum fidem. Sed
si Euāgelistas inter se comparemus, apparebit cur istorum testimonium Marcus impar fuisse scribat. Nam scribit Matthæus istos esse testatos se ex Christo audiuisse quòd posset templum destruere, & aliud ædificare: Marcus verò, quòd destructurus esset templum, & intra triduū
instauraturus: quæ plurimum inter se differunt. Poterat enim illud pro inani duntaxat iactantia accipi. Iam verò quum duos testes fuisse disertè dicat Matthæus, necesse est (opinor) vt fateamur imparia fuisse ipsorum testimonia.
61 Benedicti τοῦ εὐλογητοῦ Id est Dei, qui scilicet omni laude dignus est. Hoc autem est Dei nomen quod sæpe in Hebræorum commen-

riis reperias ברוך הוא, quum alioquin soleat Dei nomen disertè exprimi. Estque εὐλογητὸς nomen à participio εὐλογημένος distinguendũ, quod discrimen non video quî satis commodè possimus Latinè exprimere, nisi synonyma vel periphrasin quæras. Sed maluimus tritũ apud Theologos vocabulum vsurpare. Cæterùm in nono codice pro εὐλογητοῦ, scriptum erat τοῦ θεοῦ ζῶντος, id est Dei illius viuentis.

Se Christũ, siue Messiam esse fatetur.

62 Iesus autem dixit, Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentem à dextra″ potestatis *Dei*, & venientem cum nubibus cæli.

63 Pontifex verò diruptis vestibus suis dixit, Quid adhuc opus habemus testibus?

64 ′Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Illi verò omnes cõtra eum iudicarunt, ipsum teneri morte.

Cõspuitur & cæditur Christus.

65 Et cœperunt quidam conspuere in eum, & obtegere faciem eius, & colaphos ei infligere, ac dicere ei, ′Vaticinare. ministri autẽ, ″bacillorum ictibus eum cædebant.

Petrus negat Christum.

66 Et quum esset Petrus in aula ′inferius, venit vna ex ancillis Pontificis.

67 Quúmque vidisset Petrum calfacientem *se*, inspiciens in eum, dicit, Et tu cum Nazareno Iesu eras.

68 Ipse verò negauit, dicens, Non noui, neque scio quid tu dicas. Et exiuit extra″ in vestibulum: & gallus cantauit.

69 Tunc ancilla quum ′rursus vidisset eum, cœpit dicere iis qui astabant, Iste est″ ex ipsis.

70 Ipse verò rursum negauit. Et rursus paulo pòst qui astabant, dixerunt Petro, Verè es ex ipsis: etenim Galilæus es, ″& loquutio tua similis est.

71 Ipse autẽ cœpit execrari & iurare, ′ *dicens*, Non noui hominẽ istũ quem dicitis.

72 ″Tunc secundò gallus cantauit, recordatúsque est Petrus verborum quæ dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cantarit bis, abnegabis me ter. &″ animum adiiciens, fleuit.

62 Iesus autem dixit illi, Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli. Matth. 24. c. 30

63 Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes? G

64 Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condẽnauerunt eum esse reum mortis.

65 Et cœperunt quidam conspuere eũ & velare faciem eius, & colaphis eũ cædere, & dicere ei, Prophetiza. & ministri alapis eum cædebant.

66 |Et quũ esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi Sacerdotis. Matth. 26. g. 69 luc. 22. f. 55 ioh. 18. c. 25

67 Et quum vidisset Petrum calefaciẽtem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras.

68 At ille negauit, dicens, Neque scio neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit.

69 |Rursus autem quum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est. Matth. 27. g. 71 luc. 22. f. g. 58 ioh. 18. c. 25

70 At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabãt, dicebãt Petro, Verè ex illis es: nam & Galilæus es.

71 Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istũ quem dicitis.

72 Et statim gallus iterum cantauit. & recordatus est Petrus verbi |quod dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cãtet bis, ter me negabis. & cœpit flere. Matth. 27. g. 75 iohan. 13. d. 38

62 Potestatis *Dei*, τῆς δυνάμεως, Per antonomasiam intelligitur potestas Dei, id est potens ille Deus. Itaque articulus τῆς ponitur ἀντονομαστικῶς, quem quum exprimere non possemus, suppleuimus Dei nomen ex Lucæ 22. g. 69. Videtur autem Marcus ab Hebræorum consuetudine mutuatus hanc Dei appellationem. Sic enim eorum magistri Deum interdum vocant הגבורה *Haggebura*, vt obseruat Caninius.

64 Audistis ἠκούσατε In sexto codice additur πάντως omnino. Rursus in quodam alio post βλασφημίας adscripta erat nota interrogationis. Contra eum iudicarunt, κατέκριναν. Vulgata & Erasmus, condemnarunt: quod non satis cohæret cum iis quæ consequuntur. Ideò dissoluimus compositionem.

65 Vaticinare. προφήτευσον. Vulgata, Prophetiza. cuius vocabuli formam repudio. Itaque προφητεύειν vertere soleo Prophetare, quod & ipsum fateor Latinum non esse. Sed prophanos Vates placuit à sacris ita distinguere, vt alibi dixi. Hîc tamen vt amphiboliam verbi & nominis vitarem, malui interpretari Vaticinare quàm Propheta, quum vaticinandi verbum potius respondeat τῷ μαντεύεσθαι. Erasmus, Diuina: quæ etiam interpretatio est ambigua. Cæterùm in sexto codice additur τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, quis sit qui te feriit, ex Matthæo fortassis. Bacillorum ictibus eum cædebant. ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. Ostendimus ex Plutarcho, Matth. 5. f. 39, eos dici ῥαπίζειν qui fuste aut virga quempiã feriunt: vt illis non possim assentiri qui de iis hoc dici putant qui alapã (vt loquuntur) infligunt, nisi fortassis alicubi καταχρηστικῶς ita vsurpetur. Videtur autem hic locus nostram interpretationem optimè confirmare. Nam ὑπηρέτας vocat præsidis apparitores qui in prouinciis ῥαπίδας, siue ῥάβδοις, id est (vt idem Plutarchus in Romulo disertè explicat) bacillos gestabant. vnde etiam ῥαβδοῦχοι vocantur Acto. 16. g. 35. Meritò igitur de istis loquens Marcus hoc verbo vtitur, quod nos quoque ob eam causam vertimus per periphrasin, bacillorum ictibus cædere. Nam τὸ βάλλειν pro παίειν accipitur etiam quando cominus infligitur vulnus, vt ex his Homeri versiculis apparet Iliad. ε. τὸν μὲν φυλείδης δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν βεβλήκει κεφαλῆς κατ' ἰνίον ὀξέϊ δουρί.

66 Inferius, κάτω, Vulgata, deorsum, prorsus inepté. Notandum tamen est, hîc non agi de contignatione inferiore, quasi Christus in superiore causam dixerit. Nam si id ita esset, non satis esset (opinor) probabile quod narrat Lucas 22. g. 61, Christum scilicet post tertiam abnegationem respexisse Petrum: nisi Petrum dicamus post secundam abnegationem quæ in ipso vestibulo contigit, sese in eum ipsum locum recepisse, vbi Christi causa agebatur: quod mihi idcirco non videtur verisimile, quòd simulatque se deprehẽsum agnouit, se recepit in vestibulum: cogitans scilicet de fuga, si amplius vrgeretur. Describitur ergo ipsius aulæ situs, habita totius ædificii ratione: vel fortassis in aliquot duntaxat gradibus supra aulam eminebat locus in quo sedebat Pontifex cum suis.

68 In vestibulum: εἰς τὸ προαύλιον. Vestibulum vocat locum portæ proximum, & ipsi aulæ oppositum, qui tamen intra ædes ipsas esset. Ideò enim hoc addidit Marcus vt explicaret aduerbium ἔξω, ne quis Petrum existimaret domo exiisse, quod demum fecit post tertiam abnegationem. 69 Rursus πάλιν. Hæc particula coniungitur ab Erasmo cum verbo ἤρξατο, contra omnium codicum fidem. Videtur autem, vt hæc ita distingueret, eo adductus quòd disertè testetur Matthæus 26. g. 71, alteram hanc ancillam fuisse. Sed siquis Euangelistas inter se conferat, reperiet Petrum fuisse à pluribus agnitum, suggerentibus ancillis. quamobrem etiam apud Lucam vbi agitur de secũda abnegatione, fit mentio serui, non ancillæ. Ex ipsis. ἐξ αὐτῶν. Sic solent interdum Hebræi subiicere relatiua earum rerum quarum nulla antè facta est mentio. Sed tamen opinor hæc indicare, aliquem habitum esse de Christo & ipsius discipulis sermonem inter seruos & ancillas, priusquam deprehenderetur Petrus.

70 Et loquutio tua similis est. καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Hoc non legit Vetus interpres, neque reperimus in octauo codice.

71 *Dicens*, Non noui ὅτι οὐκ οἶδα Vel est mutatio personæ Hebræis familiaris, vel subaudiendum est participium quod expressi. Vide suprà capite 10. e. 33.

72 Tunc secundò καὶ ἐκ δευτέρου Vulgata, Et statim καὶ εὐθὺς, quo modo scriptum erat in octauo codice. Erasmus, Et iterum, καὶ πάλιν. Animum adiiciens, fleuit. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. ἐπιβάλλω inter alia declarat animum ad rem aliquam adiicere, vt ostendit prolatis exemplis Budæus. quam significationem, vt maximè appositam selegi. Nam paulo antè dixit Marcus Petrum secundo galli clamore velut ex altissimo somno expergefactum, cœpisse verborum Christi recordari. Nunc ergo addit, ipsum quum huic cogitationi incubuisset, & sui sceleris magnitudinem perpendisset, lacrymas fudisse. Vulgata, cœpit flere. Erasmus in annotationibus, prorupit in fletum. Nam (inquit) τὸ ἐπι-

βάλλειν inter alias ſignificationes interdũ etiã declarat aggredi ſiue impetum ſumere ad aliquid agẽdum. Sed(quod eius pace dixerim)ſi hoc ſignificare voluiſſet Marcus, omnino ſcripſiſſet ἐπέβαλε τοῦ κλαίειν. Deinde ſi ita accipias, non ſignificabitur Petrum eſſe lachrymatum, ſed conatum eſſe lachrymari. Poſtremò non deſunt qui ἐπιβαλὼν interpretentur Opertus, quaſi ſcilicet præ pudore Petrus caput inuoluerit, vt ii facere ſolent quos vehementer pudet, aut qui ſe mœrori & triſtitiæ dediderunt. Sed ἐπιβάλλειν non memini legere ita vſurpatum.

Cap. X V.

Matth.27.a.1 luc.22.g.66 ¶ET confeſtim mane conſilium faciẽtes ſummi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Et interrogauit eum Pilatus, Tu es Rex Iudæorũ? At ille reſpondẽs, ait illi, Tu dicis.

Et accuſabant eum ſummi Sacerdotes in multis.

Matth.27.b.12 luc.23.a.3. iohan.18.f.33 ¶Pilatus autem rurſum interrogauit eum, dicens, Non reſpondes quicquam? vide in quantis te accuſant.

Ieſus autem amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur Pilatus.

Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis quẽcunque petiſſent.

Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium.

Et quum aſcendiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſemper faciebat illis.

Pilatus autẽ reſpondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum?

Sciebat enim quòd per inuidiã tradidiſſent eum ſummi Sacerdotes.

Pontifices autem concitauerũt turbã vt magis Barabbã dimitteret eis.

Pilatus autem iterum reſpondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum?

B At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum.

Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.

Pilatus autẽ volens populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barabbã: & tradidit Ieſum flagellis cęſũ vt crucifigeretur.

Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii, & conuocant totam cohortem:

Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronã.

Et cœperũt ſalutare eum, Aue Rex Iudæorum.

Et percutiebant caput eius arundine: & conſpuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum.

Et poſtquam illuſerunt ei, exuerũt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerent eum.

Matth.27.d.32 luc.23.d.26 ¶Et angariauerunt prætereuntem (quempiã, Simonem Cyrenæum venientẽ de villa, patrẽ Alexãdri & Rufi)

Cap. X V.

1 ET ſtatim diluculo conſilio inito, ſummi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis ac toto conſeſſu, vinctum Ieſum abduxerunt, tradiderúntque Pilato. Chriſtus coram Pilato.

2 Tunc interrogauit eum Pilatus, Túne es ille Rex Iudæorum? Ipſe verò reſpondens, dixit ei, Tu dicis. Chriſtus Rex Iudæorum.

3 Et′multum accuſabant eum principes Sacerdotum.

4 Pilatus autem rurſus interrogauit eum, dicens, Non reſpondes quicquam? ecce quàm multa aduerſus te teſtificantur. Tacet Chriſtus.

5 Ieſus autem etiamnum nihil reſpõdit, *adeo* vt miraretur Pilatus.

6 In feſto autem″ dimittebat eis vnum captiuum, quencunque poſtulaſſent.

7 Erat autẽ quidã qui dicebatur Barabbas, vinctus cum″ſeditionis ſociis, qui″cædem per ſeditionem fecerant. Barabbas.

8 Et″quum exclamaſſet turba, cœpit petere″*ut faceret* ſicut ſemper fecerat ipſis.

9 Pilatus autem reſpondit eis, dicens, Vultis dimittam vobis Regem illum Iudæorum? Pilatus Chriſtũ tradit Iudæis crucifigendum.

10 Nouerat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum Principes Sacerdotum. Inuidia.

11 Principes verò Sacerdotum concitauerunt turbam vt potius Barabbam ipſis dimitteret.

12 Pilatus autem reſpondens, rurſum dicit eis, Quid ergo vultis faciam *ei* quem dicitis Regem Iudæorum?

13 Ipſi verò rurſum clamauerunt, Crucifige eum.

14 Pilatus autem dicebat eis, Enimuero quid mali fecit? Illi autẽ amplius clamauerunt, Crucifige eum.

15 Pilatus verò volens turbæ ſatiſfacere, dimiſit eis Barabbam: & Ieſum flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

16 Milites autem abduxerunt eum intra aulam, id eſt prætorium, & conuocant totam cohortem:

17 Et induunt eum purpura, & circumponũt ei plexam coronam ſpineam. Coronatur ſpinis Chriſtus.

18 Cœperúntque″ſalutare eum, *dicentes*, Aue Rex Iudæorum.

19 Et verberabant illius caput calamo, & inſpuebant in eum, ac ſũmiſſis genibus adorabant illum. Conſpuitur, & irridetur.

20 Et quum illuſiſſent ei, exuerunt eũ purpura, & induerunt eum veſtibus propriis: educúntque eum vt crucifigerent eum.

21 Et angariant prætereuntem quendam Simonem Cyrenæum, (qui veniebat rure, patrem Alexandri ′& Rufi) vt tolleret cru- Simõ Cyrenæus.

IN CAPVT XV.

3 Multum πολλὰ Vulgata & Eraſmus, de multis, id eſt περὶ πολλῶν. niſi malis ſubaudire κατὰ. Addit Complutenſis editio, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ipſe verò nihil reſpondit. idque videtur optimè conuenire cum iis quæ ſubiiciuntur.

6 Dimittebat ἀπέλυεν Vel, abſoluebat, id eſt abſoluere & liberare ſolebat, vt planius explicat Matthæus. Simile dicendi genus annotauimus ſuprà capite 14.b.12. 7 Seditionis ſociis, συστασιαστῶν, Ad verbum, conſeditioſis. Itaque nec Vetus interpres qui conuertit, ſeditioſis: nec Eraſmus qui interpretatur, ſeditionis authoribus, Græcum vocabulum expreſſerunt. Cædem fecerant. φόνον πεποιήκεισαν. Vulgata, fecerat homicidium. Eraſmus, cædem patrauerat. Videtur enim vterque legiſſe ὅστις ἐπεποιήκει: quanuis repugnet Frobenii editio. Cæterùm in vetuſtis codicibus ſcriptum conſtanter reperimus πεποιήκεισαν, pro ἐπεποιήκεισαν, vno excepto in quo legebatur πεποιήκασι.

8 Quum exclamaſſet ἀναβοήσας Vulgata, quum aſcendiſſet, id eſt ἀναβάς. Nam ἀναβήσας quod annotat Eraſmus, nuſquam memini legere. Vt *faceret* ſicut καθὼς Eclipſin ex vulgi ſermone petitam rectè Eraſmus ſuppleuit, quum Vetus interpres neglexiſſet.

18 Salutare eum, *dicentes*, ἀσπάζεσθαι αὐτὸν, Eclipſin huius participii ſuprà annotauimus capite 10.e.33, & 14.g.71. Complutenſis autem editio addit καὶ λέγειν, & dicere.

21 Et Rufi, καὶ ῥούφου, In quibuſdam codicibus legit Eraſmus τοῦ ῥούφου, id eſt qui filius erat Rufi: vt Rufus iſte ſcilicet auus fuerit Alexandri, pater autem Simonis. Nam hoc ita ille explicat: quod non video quî poſſit conuenire, niſi perperam illic impreſſum eſt τοῦ ῥούφου pro

τὸν ῥούφου. Cæterùm notos & celebres in Eccleſia Dei iſtos fuiſſe oportet, quorum nuda nomina Marcus expoſuerit. Mentio quidem fit Alexandri Act.19.f.33,& Rufi,Rom.16.b.13.Sed incertum eſt an hi ſint quorum hîc fit mentio:neque de eo magnopere ſolicitos eſſe oportet.

cem eius.

22 Ducúntque eum in ʹGolgotha locũ:quod eſt, ſi interpreteris, Caluariæ locus.

23 Et dederunt ei bibendum myrrhatum vinum: ipſe verò non ſumpſit.

Crucifigitur Christus.

24 Quúmque crucifixiſſent eum, diſpertiuerunt veſtimenta eius proiecta ſorte ſuper ea,quis quid tolleret.

25 Erat autem ″hora tertia quando crucifixerunt eum.

26 Erátque inſcriptio criminis ipſius inſcripta, *iſte eſt* REX *ille* IVDAEORVM.

Latrones.

27 Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextra,& alterum ab eius ſiniſtra.

28 Et impleta eſt Scriptura quæ dicit,Et ʹcũ iniquis numeratus eſt.

Conuitia in Christum.

29 Et qui præteribant, conuitiabantur ei, mouentes capita ſua, ac dicentes, ʹVah ″*tu* qui diſſoluis templum, & in triduo ædificas:

30 Serua teipſum, ʹ& deſcende à cruce.

31 Similiter autem & principes Sacerdotum ʹilludentes,dicebant alii ad alios cum Scribis, Alios ſeruauit, ſeipſum ″ſeruare non poteſt.

32 Chriſtus ille Rex Iſrael deſcendat nunc à cruce, vt videamus,&

vt tolleret crucem eius.

22 ¶Et perducũt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatum, Caluariæ locus.

Matth.27.d.33 lũc 23.d.33 iohan.19.c.17

23 Et dabant ei bibere myrrhatum vinum:& non accepit.

24 ¶Et crucifigentes eum,diuiſerũt veſtimenta eius, mittentes ſortẽ ſuper eis,quis quid tolleret.

Matth.27.d.35 luc 23.d.33 iohan.19.d.23 C

25 Erat autem hora tertia,& crucifixerunt eum.

26 Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, REX IVDAEORVM.

27 Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnum à dextris,& aliũ à ſiniſtris eius.

28 Et impleta eſt Scriptura quæ dicit, ¶Et cum iniquis reputatus eſt.

Eſa.53.d.12

29 Et prætereuntes blaſphemabant eum,mouentes capita ſua,& dicẽtes, Vah ¶qui deſtruit templum, & in tribus diebus reædificat:

Iohan.2.c.19

30 Saluũ fac temetipſum deſcendens de cruce.

31 Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, Alios ſaluos fecit,ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere.

32 Chriſtus Rex Iſrael deſcendat nũc de cruce,vt videamus,& credamus.Et

22 Golgotha γολγοθᾶ Nonnulla exemplaria ſcriptum habebant γολγοθᾶν: Græca ſcilicet inflexione, apud quos hæc nomina mirum in modum ſunt corrupta,propter Hebrææ & Syriacæ linguæ imperitiam.

25 Hora tertia ὥρα τρίτη Ita ſcriptum inuenimus ſummo conſenſu in omnibus codicibus tum manuſcriptis, tum impreſſis:& ex veteribus(vt Auguſtino & Hieronymo) apparet iampridem eam lectionem fuiſſe receptam,quanuis in ſpeciem non videatur conſentire cum eo quod ſcribitur Iohan.19.c.24,circiter horam ſextam fuiſſe condemnatum à Pilato Chriſtum. Laborat igitur Auguſtinus libro de conſenſu Euangeliſtarũ tertio,cap.13,in eo explicando nodo:ſed (quod tanti viri pace dictum eſſe velim) non ſatis appoſitè, vt eius opinionem minimè neceſſe ſit commemorare.Duplici autem ratione ſoluitur.Primùm enim ex conſueto loquendi modo hora tertia eſſe dicitur quum tertium ſignum datum eſt: & tertiam horam vocamus illud potius ſpatium quod inter tertiam & quartam intercedit,quàm quod inter ſecundam & tertiam: quum tamen hæc verè pro hora tertia ſit habenda. Deinde & hoc notandum eſt, veteres quanuis in duodecim vncias ſingulos dies diuiderent, id eſt totum illud ſpatium quo inter ortum ſolis & occaſum intercipitur: tamen interdum has vncias in quatuor quadrantes ſolitos diuidere,ſicut & noctem pariter ſecabant. Sed noctis quadrantes vocabant φυλακὰς, id eſt cuſtodias, quod nulla probatione indiget: diei verò quadrantes ſumebant eius horæ nomen à qua exordiebãtur. Hac ergo ratione primus quadrans, primæ horæ nomine interdum intelligebatur,ſecundus tertiæ,tertius ſextæ, quartus nonæ: vt minimè pugnet quod dicit Marcus horam fuiſſe tertiam quum crucifigeretur Chriſtus, cum eo quod ſcribit Iohannes,damnatum fuiſſe circiter horam ſextam. Imò verò ita explicat Iohannes quod obſcurius dixerat Marcus, quum hora tertia complectatur horas quartam, quintam,ſextam,vel potius (vt vulgum loqui diximus) tertiam, quartam,quintam,quam conſequitur ſexta,quæ propriè ſeptima eſt.Ita verò ſolitos fuiſſe veteres diem diſtinguere,apparet ex parabola quæ ſcribitur Matth. 20.a.1,vbi dies in iſtos quadrantes ſecatur, ex recepta nimirum conſuetudine. Altera ſolutio violentior eſt, nempe ſi à librariis corruptus locus dicatur.Nam quum à Græcis deſignẽtur numeri per notas:& hac nota γ pingatur hora tertia, hoc autem ſigno ϛ hora ſexta, lubricus fuit vtrinque lapſus.Hæc opinio eſt Hieronymi Pſalmo 77,ſicut Eraſmus obſeruauit. Quòd ſi libet exiſtimare deprauatam eſſe numeri notam, quod ad me quidem attinet, malim exiſtimare apud Iohannem potius reponendum eſſe ὡσεὶ τρίτης,quàm apud Marcum ὡσεὶ ἕκτης.Nam ſi hora erat penè ſexta quum damnatus eſt Chriſtus,quî potuit tam breui ſpatio abduci,crucifigi cum latronibus, ita otioſè derideri à prætereuntibus? Neceſſe eſt enim vt his omnibus vix dimidium horæ tribuamus, quum à ſexta ad nonam tenebræ terram inuoluerint. Ergo veriſimile eſt,quum primo diluculo ad Pilatum ductus fuerit Chriſtus, tres penè horas in ipſius cauſæ cognitione conſumptas, quum hora penè tertia damnatus fuerit:deinde hora tertia crucifixum,ad horam vſque ſextam fuiſſe omnium ludibriis expoſitum,ſicut copioſè explicant Euangeliſtæ: & hora demum nona poſt trium horarum tenebras mortuum: quod autem diei ſuperfuit,fuiſſe ſepulturæ datum. Sed liberum hîc cuiuis iudicium eſto. Quando crucifixerunt καὶ ἐσταύρωσαν Vulgata & Eraſmus ad verbum, & crucifixerunt:ſed καὶ pro ὅτε poſitum eſſe apparet ex Hebræorum idiotiſmo:apud quos ו interdum ponitur pro כאשר, vt docent Grammatici.

28 Cum iniquis numeratus eſt. μετ' ἀνόμων ἐλογίσθη. ἀνόμους vocat τοὺς παρανόμους, id eſt legis præuaricatores, quaſi exleges, aut extra legis orbitã ambulantes,quos Hebræi dicũt פושעים. Nos verò Iniquos interpretamur,vt quãpauciſſima vocabula immutemus: quũ alioquin Latini vix ſoleant ita loqui niſi adiuncto ſubſtantiuo, vt vocant. Cæterùm de verbo λογίζεσθαι, quod Vetus interpres vertit,reputare: Eraſmus,deputare: vel ipſum vocabulum τῆς λογιστικῆς quæ ſpecies eſt Arithmetices, indicat interdum pro ἀριθμεῖσθαι vſurpari: quam ſignificationem hîc ſeruandam fuiſſe non id modò declarat quod reſpondet verbo מנה quo vtitur Eſaias cap. 53. d. 12, ex quo petitum eſt hoc teſtimonium:ſed etiam hiſtoria ipſa(ni fallor)oſtendit.Dicitur enim Chriſtus non modò habitus fuiſſe pro impio & peccatore,qualis etiamnum habetur hodie à Iudæis,ſed vnà cum latronibus numeratus: quia ſcilicet quum publicè inter duos latrones penderet, pro tertio latrone propter pœnæ ſimilitudinem numerabatur. Denique plus eſt inter ipſos latrones coràm conſpici & numerari, quàm haberi pro latrone. Supereſt vt ex Vigilii antiqui & eruditi ſcriptoris libris aduerſus Eutychen annotemus, hunc locum ab Eutichianis fuiſſe impudentiſſimè deprauatum, quum ad ſtabiliendum ſuum errorem de vnica Chriſti natura,pro μετ' ἀνόμων legerent μετὰ νεκρῶν cum mortuis: vt inde colligerent non fuiſſe verè mortuum,ſed pro mortuo habitum.

29 Vah οὐὰ Eraſmus, Væ, id eſt οὐαί:cuius particulæ vſus eſt potius in maledicendo quàm irridendo. *Tu* qui diſſoluis ὁ καταλύων Hieronymus,qui deſtruit,vt Eraſmus obſeruat.Sed ſequens verbum σῶσον ſatis indicat accipienda hæc eſſe vocandi caſu:quod vt melius intelligeretur,pronomen TV expreſſimus.Similem loquendi formam annotauimus Matth.23.b.14.

30 Et deſcende καὶ κατάβα Atticus imperatiuus pro κατάβηθι, vt ἀνάστα pro ἀνάστηθι. Vulgata, deſcendens, id eſt καταβὰς: ſicut etiam legimus in octauo codice.

31 Illudentes, ἐμπαίζοντες, Illudentes ſcilicet Chriſto.Eſt enim poſt hoc participium adſcribenda diſtinctio,vt πρὸς ἀλλήλους connectatur cum ἔλεγον,ſicut rectè legitur in Theophylacto: alioquin pro ἐμπαίζοντες potius dicendum erat συμπαίζοντες,vt ſignificetur ipſos vnà inter ſe luſiſſe. Itaque ne poſthac poſſet hic locus corrumpi,citauimus verborum traiectionem. Seruare σῶσαι. In vetuſtis codicibus adſcripta erat interrogationis nota,quæ quidem magnum addit pondus ironiæ,vel ſarcaſmo potius.

	qui cum eo crucifixi erant, conuitiabãtur ei.		″credamus. Et qui crucifixi erant cum eo, probris afficiebant eũ.	
	Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram vſque in horam nonam.	33	Quum verò adueniſſet hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper″totam terram vſque ad horam nonam.	Tenebræ.
Pſal.21.a.2 matth.27.e.46	Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens, ‖ Eloi, eloi, lamma ſabacthani? quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vtquid dereliquiſti me?	34	Et hora nona clamauit Ieſus voce magna, dicens, Eloi, Eloi, lãma ſabachthani? quod eſt, ſiquis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur me deſeruiſti?	
D	Et quidam de circunſtãtibus audiẽtes, dicebant, Ecce, Eliam vocat.	35	Et quidã″aſtantium quum audiſſent, dicebãt, Ecce, Eliã vocat.	
Pſal.69.c.22	Currens autem vnus, ‖ & implens ſpõgiam aceto, circumponénſque calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite, videamus ſi veniat Elias ad deponendum eum.	36	Cucurrit autem quidam, & impleta ſpõgia aceto, & circumpoſita calamo, dedit ei potum, dicens, Sinite, videamus an veniat Elias ad deponendum eum.	Aceto potatur.
	Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit.	37	Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit.	
	Et velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum.	38	Et aulæum templi fiſſum eſt in duo, à ſummo vſque ad imũ.	
	Videns autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait, Verè hic homo filius Dei erat.	39	Quum vidiſſet autẽ Centurio qui aſtabat ipſi ex aduerſo, quòd ita emiſſo clamore expiraſſet, dixit, Verè homo iſte fili9 erat Dei.	Cẽturionis fides
	Erant autem & mulieres délonge aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome.	40	Erãt autem & mulieres eminus ſpectantes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioſe mater, & Salome.	Mulieres quæ Chriſto miniſtrauerant victum.
Luc.8.a.2	Et quũ eſſet in Galilæa, ‖ ſequebantur eum, & miniſtrabãt ei: & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam.	41	Quæ etiam quum eſſet in Galilæa, ſequutæ fuerant eum, & miniſtrauerant ei: aliæque multæ quæ ſimul aſcenderant cum eo Hieroſolyma.	
Matth.27.g.57 luc.23.g.50 iohan.19.g.38	‖ Et quũ iam ſero eſſet factum (quia erat Paraſceue, quod eſt anteſabbathum)	42	Quum autem ſerum *diei* iam eſſet (quoniam erat paraſceue, hoc eſt″anteſabbathum)	
	Venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis Decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.	43	″Veniens Ioſeph *ortus* ex Arimathæa, ″honeſtus Senator, qui & ipſe expectabat regnum Dei: ′fidenti animo introiit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.	Ioſeph ſepelit Chriſtum.
	Pilatus autẽ mirabatur ſi iam obiiſſet: & accerſito Cẽturione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet.	44	Pilatus autẽ miratus eſt″ſi iam mortuus eſſet: & aduocato Centurione, interrogauit eum an″iamdudum mortuus fuiſſet.	
	Et quum cognouiſſet à Cẽturione, donauit corpus Ioſeph.	45	Et *re* cognita ex Centurione, donauit corpus ipſi Ioſeph.	
	Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.	46	Is autem emit″ſindonem, & depoſitum eum inuoluit ſindone: depoſuítque in monumento quod erat exciſum è petra: & aduoluit ſaxum ad oſtium monumenti.	
	Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebant vbi poneretur.	47	Maria Magdalene verò, & Maria Ioſe *mater*, ſpectabant vbi poneretur.	
	Cap. XVI.		Cap. XVI.	
Luc.24.a.1 iohan.20.a.1	ET ‖ quum tranſiſſet ſabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.	1	ET quum tranſiiſſet ſabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi *mater*, & Salome, emerunt aromata, vt venientes, vngerent eum.	Mulieres accedunt ad ſepulchrum.

32 Credamus. πιστεύσωμεν. In ſexto codice additur αὐτῷ ei.

33 Totam ὅλην Apud Matthæum legitur πᾶσαν. Quæritur autem à multis an de Iudæa duntaxat, an verò potius de vniuerſo orbe terrarum hæc ſint accipienda: quod poſterius amplectitur Tertullianus apologet.cap.21, hoc ſolis deliquium vocans mundi caſum, quem Romani in ſuis archiuis habeant. Sed ego iis potius aſſentior qui de Ieruſalem & tota vicina regione hoc dictum accipiunt. Nam familiare eſt Sacris ſcriptoribus, terræ appellatione, etiãſi nihil adiiciatur, intelligere terram Chanaan: & γῆν pro χώραν, id eſt terram, pro regione reperimus alibi vſurpatam: vt Matth.9.c.26, & Luc.4.d.25, πᾶσαν τὴν γῆν legimus, pro πᾶσαν τὴν χώραν, vt ego quidem exiſtimo. Confert hoc autem ad prodigii nouitatem, ſi intellexerimus non modò in nouilunio accidiſſe hanc ſolis eclipſin, ſed etiam reliquum orbem illuſtrante ſole: atque adeò in ipſo meridie hunc vnum angulum in quo tantum facinus patrabatur, in denſiſſimis tenebris delituiſſe. Nam quod de Dionyſio illo refertur quem Areopagitam vocant, apud me non minus fide caret quàm multæ aliæ fabulæ quæ eiuſdem authoris nomen præferunt: & ſi vniuerſale fuiſſet hoc prodigium, eſſet proculdubio omnium ſcriptorum monimentis celebratum.

35 Adſtantium τῶν παρεστηκότων Id eſt τῶν παρόντων præſentium, de quo alibi diximus. Aderat autem Centurio cum ſuis, nequis ſcilicet pendentibus opem aliquam afferret, vt intelligere licet ex Matth.27.d.36, & f.54.

42 Anteſabbathum. προσάββατον. Id eſt dies quæ ſabbathum antegreditur. Latina Eccleſia Vigiliam olim vocabat. Eſt autem nouum hoc vocabulum in re ſcilicet noua, ſed non infœliciter (vt opinor) à Vetere interprete confictum. Eraſmus, quæ præcedit ſabbathum: quæ interpretatio non ſatis videtur explicare quid ſit παρασκευή, ſed potius ita accipi poteſt, quaſi aliqua eſſet paraſceue quæ non præcederet ſabbathum, à qua diſtingueretur iſta, cuius hîc fit mentio.

43 Veniens ἐλθὼν Ita legimus ex octauo codice. Nam ſi legas ἦλθεν (vt in omnibus aliis exemplaribus legitur) omnino addenda erit particula καὶ ante τολμήσας. Honeſtus εὐσχήμων Id eſt plenus grauitatis & authoritatis. Vulgata, nobilis, id eſt εὐγενής. Fidenti animo τολμήσας Ad verbum, audens. Vulgata, audacter. Eraſmus, ſumpta audacia. Ego audaciæ nomen repudiaui, quia in vitio ponitur. Idem autem valet hoc loco τολμήσας quod θαῤῥῶν vel πεποιθώς. Et certè mira fuit iſtius hominis fiducia. Nam corpus Ieſu poſtulare non poterat quin ſeſe non modò Iudæis omnibus, ſed ipſi etiam Pilato palàm opponeret: & tamen eo tempore videbatur actum eſſe de Chriſto. Itaque miror noſtro ſeculo aliquos inueniri poſſe tam impudentes, vt ſuæ diffidentiæ auſint Ioſeph & Nicodemi exempla prætexere. Hunc enim illi in ſepultura Ieſu comitem adiungit Iohannes.

44 Si εἰ Sic Terentius, Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Adhuc enim dubitabat Pilatus. Itaque non ponitur εἰ pro ὅτι, vt rectè obſeruauit Eraſmus. Iamdudum πάλαι Vulgata, iam, id eſt ἤδη, quod etiam teſtatur Eraſmus ſcriptum eſſe in nonnullis exemplaribus.

46 Sindonem, σινδόνα Id eſt ὀθόνιον linteum, vt intelligimus ex Iohan.19.g.40. Significatur autem hoc vocabulo materia, linum ſcilicet AEgyptiacum: non autem veſtis genus ex eo lino confectæ, ſicut ſuprà vſurpatum eſt cap.14.e.51.

	Itaque valde mane primo die hebdomadæ veniūt ad monumētum,″exorto ſole:	2	Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole:	
	Dicebántque inter ſeſe, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?	3	Et dicebāt adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?	
	(Et″quum reſpexiſſent, vident lapidem eſſe reuolutum) nam erat magnus valde.	4	(Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem) erat quippe magnus valde.	
Angelus mulieres alloquitur.	Et ingreſſæ in monumentum, viderunt adoleſcentulum ſedentem ad dextram, amictum ſtola candida:& expauerunt.	5	Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenē ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt.	Matth.28.a.1 iohā.20.c.12 B
	Ipſe verò dicit eis, Ne expaueſcatis: Ieſum illū quæritis Nazarenum,″qui fuit crucifixus: ſuſcitatus eſt, non eſt hìc, ecce locus vbi poſuerant eum.	6	Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt hic, ecce locus vbi poſuerunt eum.	
	Sed abite, dicite diſcipulis eius & Petro, quòd *ille* præit vobis in Galilæam: illic eum videbitis, ſicut dixit vobis.	7	Sed ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ‖ſicut dixit vobis.	Matth.26.c.32 ſuprà 14.c.28
	Tunc abeuntes″citò, fugerunt à monumento: habebat enim eas tremor & ſtupor, neque cuiquā quicquā dicebant: timebāt enim.	8	At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: inuaſerat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.	
Chriſtus apparet Mariæ Magdalenæ.	″Quum autem reſurrexiſſet Ieſus, mane primo die hebdomadæ apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua eiecerat ſeptem dæmonia.	9	Surgens autem mane prima ſabbathi, ‖apparuit primo Mariæ Magdalenæ, ‖de qua eiecerat ſeptē dæmonia.	Iohan.20.d.16 Luc.8.a.2
	Illa profecta renuntiauit iis qui cum ipſo fuerant, lugētibus ac flentibus.	10	Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.	C
Infidelitas.	Et illi quum audiſſent quòd viueret, ac ſpectatus eſſet ab ea, nō crediderunt.	11	Et illi audientes quia viueret & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.	
Euntibus in Emmaunta apparet.	Poſtea autem duobus ex ipſis ambulantibus apparuit alia forma, quum rus proficiſcerentur.	12	Poſthæc autem ‖duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam.	Luc.24.b.13
	Et illi abierunt, ac renuntiauerunt reliquis: *qui* ne illis quidem crediderunt.	13	Et illi euntes nuntiauerūt cæteris, nec illis crediderunt.	

IN CAPVT XVI.

2 Exorto ἀνατείλαντος Quomodo hæc inter ſe cōſentiant, iampridem à multis quæritur. Nā ſi orto demum ſole, venerunt ad ſepulchrū, cur dixit λίαν πρωῒ & Lucas etiam ὄρθρου βαθέως, id eſt profundo diluculo:& rurſum Iohannes σκοτίας ἔτι οὔσης, hoc eſt quum adhuc tenebræ eſſent? Ad hoc igitur reſponderi ſolet, ſummo quidem mane profectas eſſe, ſed ad ſepulchrum non ita mane perueniſſe. Atqui Euangeliſtæ, ac præſertim Iohannes, omnino videntur indicare illud ipſum momentum quo peruenerunt ad ſepulchrum. Deinde oportuiſſet procul ab vrbe diſſitum eſſe monumentum, ſi quum ante lucem exiſſent, non niſi poſt ortum ſolis eò peruenerunt. Nam quod rurſus excipiunt nonnulli, mulieres militum metu in itinere ſubſtitiſſe vſque dum diluxiſſet, ſola coniectura nititur. Ego igitur, quod ad me attinet, deprauatum eſſe hunc locum exiſtimo. Germanæ autē lectionis veſtigia adhuc ſupererant in tertio codice in quo ſcriptum erat ἔτι ἀνατείλαντος: quo modo etiā citatur hic locus ab Euſebio libro ἀποδεξ. ι. κεφ. η. pro quo Vetus interpres habet, orto iam ſole, quaſi ἔτι pro ἤδη poſitum ſit, ſequente ſcilicet aoriſto. Videbat enim commodè verti non poſſe, orto adhuc ſole. At ego ſuſpicor omiſſam particulam οὐκ, quum ſcripſiſſet Marcus οὐκ ἔτι ἀνατείλαντος ἡλίου, id eſt nondum orto ſole: ita ſcilicet explicans quod dixeras λίαν πρωΐ. ex quo etiam optimè intelligitur cur ſcripſerit Matthæus τῇ ἐπιφωσκούσῃ, & Lucas ὄρθρου βαθέως, & Iohannes σκοτίας ἔτι οὔσης, vt omnes inter ſe optimè conſentiant. Neque verò hìc duntaxat omiſſa eſt negans particula οὐ, ſed etiam ſuprà Matth. 8.d.30, ſiquis eum locum diligenter cōſideret. Quod ſicui placet integram Veterem lectionem ſeruare, interpretari licebit, adhuc oriente ſole, quaſi ſcriptum ſit ἀνατέλλοντος: vt intelligamus mulieres ſub primam auroram veniſſe. Nā certè niſi iam illuxiſſet, non potuiſſent eminus animaduertere reuolutum eſſe lapidem. Cæterùm in tanta varietate placuit nihil prorſus mutare, vt ſuum cuique iudicium liberum maneat.

4 Quum reſpexiſſent, ἀναβλέψασαι, Id eſt ἐπιβλέψασαι, quum ſepulchrum verſus conuertiſſent oculos. Vide ſuprà 8.c.24.

6 Qui fuit crucifixus: τὸν ἐσταυρωμένον Vulgata, crucifixum. Eraſmus autem rectè vſus eſt periphraſi, vt ſignificetur agi de re præterita. Nam apud Latinos hæc participia etiam paulo aliter vſurpātur. Erat autē adſcripta interrogationis nota in duobus codicibus. Sed præſtat (ni fallor) indefinitè legere, vt melius appareat Angelum vaticinari quod illi in animo habebant. Vnus tamen Deus eſt καρδιογνώστης. Sed hoc poterat Angelus ex manifeſtis etiam ſignis colligere:& legationis ſuæ rationem proculdubio ex eo intellexerat à quo fuerat huic muneri deſtinatus. 8 Citò, ταχὺ, Hoc deerat in vetuſtis codicibus.

9 Quum autem reſurrexiſſet, ἀναστὰς δὲ, In Complutenſi editione additur ὁ ἰησοῦς Ieſus. Admonet autem Theophylactus adſcribendam eſſe diſtinctionem qua ſignificetur πρωῒ ad ſequentia pertinere, quod ante eum obſeruarat Hieronymus in epiſtola ad Hedibiam, quæſtione 3, vt Eraſmus in annotationibus docet. Cauſam verò huic diſtinctioni quærendæ præbuit quòd alioquin videatur Marcus contraria cæteris Euangeliſtis narrare. Nam Matthæus (inquit Hieronymus) ſcribit, Veſpere ſabbathi illuceſcente in vnam ſabbathi Dominum ſurrexiſſe. Marcus autem, mane reſurrectionem eius factam eſſe commemorat. Hunc igitur nodum vt ſoluat, recurrit ad illam diſtinctionem de qua antè dixi, Aut (inquit) Marci teſtimonium non recipimus quod in raris fertur Euangeliis: omnibus penè Græciæ libris hoc capitulum in fine non habentibus. Hæc Hieronymus. Ego verò in hoc capite nihil animaduerto quod cum cæterorum Euangeliſtarum narratione pugnet, vel diuerſi authoris ſtilum arguat: & teſtor in omnibus vetuſtis codicibus quæ nobis videre contigit, hoc caput inueniri. Reperimus tamen in octauo codice quædam interiecta. Nam poſt ἐφοβοῦντο γὰρ hæc addita erant eadem manu in ipſo contextu, πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας, id eſt, Omnia autem quæ ipſis fuerant imperata, celeriter Petro & ipſius comitibus renunciarunt. Poſtea verò etiam Ieſus ipſe ab Oriente ad Occidentem per eos ſacrum illum & incorruptum æternæ ſalutis nuntium promulgauit. Sed quis hæc non animaduertat à diuerſo prorſus authore profecta? Certè mihi mirari ſubit eorum audaciam quos non puduit ſacra prophanis tam temere permiſcere. Quod autem ad illam quæſtionem attinet, non eſt quod in ea ſoluenda multum laboremus. Nata enim eſt ex falſa verborum Matthæi interpretatione de qua ſuo loco diximus: quam etiam ſi admitterem, tamen nuſquam reperio Matthæum, aut alium quempiam Euangeliſtam ſcripſiſſe, veſperéne ſabbathi, an verò circa diluculum primi diei hebdomadæ, quem nunc, Dominicum vocamus, Chriſtus reſurrexerit. imò verò probabilius ex iis quæ narrantur Matth. 28.a.2.3.4, diluculo reſurrexiſſe, atque adeò circa auroram, vt diſertè ſcribit Euſebius eo loco quem paulo antè citaui, receptam nimirum à Græcis opinionem commemorans.

Luc.24.e.36 iohan.20.c.19 |Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. 14

Matth.28.d.19 |Et dixit eis, Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euãgelium omni creaturæ. 15

D

Iohan.12.g.48 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: |qui verò non crediderit, condemnabitur. 16

Act.16.d.18 Act.2.a.4, & 10.g.46 Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur, In nomine meo |dæmonia eiicient: |linguis loquentur nouis: 17

Act.28.a.5 Act.28.b.8 |Serpentes tollent: & ſi mortiferũ quid biberint, non eis nocebit: |ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt. 18

Luc.24.g.51 Et Dominus quidẽ Ieſus poſtquã loquutus eſt eis, aſſũptus eſt in cælũ, & ſedit à dextris Dei. 19

Heb.2.a.4 Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, |Domino cooperante, & ſermonẽ confirmãte ſequẽtibus ſignis. 20

14 'Poſtremò 'vnà ſedentibus ipſis vndecim apparuit, & exprobrauit eis incredulitatem eorũ & cordis duritiem: quòd iis qui ipſũ vidiſſent ſuſcitatum, 'non crediſſent. Apoſtoli increduli.

15 Et dixit eis, Profecti in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium "omni creaturæ.

16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſeruabitur: qui verò nõ crediderit, condemnabitur. Fides. Baptiſmus.

17 Signa autem eos qui crediderint, hæc ſubſequentur, Per nomẽ meum dæmonia eiicient: linguis loquentur "nouis: Miracula.

18 Serpentes tollent: & ſiquid lethale biberint, nequaquam nocebit eis: ſuper inualidos manus imponent, & bene habebunt.

19 Dominus igitur poſtquam loquutus fuiſſet eis, ſurſum aſſumptus eſt in cælum, & ſedit à dextra Dei. Aſſumptio Chriſti.

20 Illi verò egreſſi, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſigna "ſubſequentia. Cooperator Deus. Miraculorũ vſus.

14 Poſtremò ὕστερον Vulgata, Nouiſſimè. Eraſmus, Poſtea, μετ' ἔπειτα. Ita enim alium nodum ſoluit, quem nectit Auguſtinus libro de conſenſu Euangeliſtarum 3. cap. 25. Nam exiſtimat hæc eueniſſe antequã appareret Chriſtus ad mare Tiberiadis, ſicut refert Iohannes, ideóque quærit qua ratione dici poſſit hæc apparitio poſtrema. Reſpondeo Marcum ſummo iudicio, vt breuitati ſtuderet, declarationem reſurrectionis Domini in tres veluti partes diſtribuiſſe. Primùm enim narrat quomodo mulieribus apparuerit: quod quidem non ſemel factum fuiſſe, ex aliis Euangeliſtis intelligitur: Marcus verò hæc omnia in vnum velut corpus coniungit. Deinde exponit quomodo eodem die fuerit duobus illis conſpectus, qui rus ibant. In poſtrema demum parte commemorat quomodo diſcipulis apparuerit: incipiens ſcilicet à prima illa apparitione quæ facta eſt eo ipſo die quo reſurrexit, quã aliæ poſtea multæ conſequutæ ſunt. Sed eas omnes rurſus in vnam velut hiſtoriã contrahit: ideóque poſtremã hanc apparitionẽ vocat, quæ ſcilicet ab ipſo die reſurrectionis ad aſcenſionem vſque porrigitur, vt liquet ex verſiculo 19. Eandem prorſus rationẽ ſequitur Lucas poſtremo capite, in quo ita connectit primã illam apparitionẽ cum poſtrema, vt niſi quis hoc quod dixi, cõſideret, ſit exiſtimaturus Dominũ eo ipſo die quo primũ apparuit diſcipulis, id eſt quo reſurrexerat, in cælum aſcendiſſe, quũ dies XL intercedant, vt ipſe refert Actorum primo. Vnà ſedentibus ἀνακειμένοις, id eſt quum vnà domi eſſent. Vulgata & Eraſmus de accubitu interpretantur, & ita adhuc conuertimus τὸ ἀνακεῖσθαι, quanuis (vt docet Athenæus) hoc verbum propriè de remigibus dicatur, quoties adducendo remo corpus in tranſtra reſupinant. Hìc autem non agi de accubitu, quaſi ſcilicet ipſis cœnantibus interuenerit Dominus, ſatis videtur declarare temporis circunſtantia quam explicat Lucas. Nam duo illi quibus in via apparuit Dominus, quum iam appeteret veſpera, domum ingreſſi ſunt, vbi tempus aliquod incipiendæ cœnæ datum eſt. inde, agnito Domino, ſtatim reuertuntur Hieroſolymam, vt iſta diſcipulis nunciarẽt. Iam verò quum Emmaus, vnde regreſſi ſunt, ſexaginta ſtadiis ab vrbe diſtaret, vt diſertè dicit Lucas: certè vt maximè etiam properarint, non niſi valde profunda iam nocte potuerunt ad diſcipulos peruenire, in quod tempus vix fieri poteſt vt diſcipuli cœnam reiecerint: vt maximè ſit probabile Chriſtum ipſis lugentibus & precantibus, potius quàm cœnantibus interueniſſe. Itaque exiſtimo ἀνακειμένοις optimè hoc loco explicari poſſe συναθροισμένοις vel συνηγμένοις: quibus verbis vtuntur Lucas & Iohannes eãdem hiſtoriam narrantes. Ponitur enim ἀνὰ pro σὺν interdum, ſicut in iſto Homeri verſiculo, Iliad. α. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ: vt τὸ ἀνακεῖσθαι idem valeat quòd συγκεῖσθαι, quod etiam declarat ſimul & vnà eſſe, vt in illo Sophoclis, βαλεῖτε χ' ἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους. Non crediſſent. οὐκ ἐπίστευσαν. Hìc obſeruat Eraſmus ex Hieronymi dialogo ſecundo aduerſus Pelagianos, in quibuſdam Marci exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus hæc ſcripta fuiſſe, Et illi ſatiſfaciebant, dicentes, Seculum iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt, quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehendi virtutem: idcirco iam nunc reuela iuſtitiam tuam. Sed quàm parum hæc conueniant Apoſtolorum perſonæ, & quàm impudenter Marco tribuantur, non eſt (opinor) cur pluribus oſtendere conemur.

15 Omni creaturæ. πάσῃ τῇ κτίσει. Suprà 13.c.19, annotauimus varium vſum huius vocabuli in his libris. Hìc quidem accipitur pro homine: ſed tamen ſi conuerterimus, omni homini, vel omnibus hominibus, magis quidem Latinũ id erit, verùm non expreſſerimus emphaſin quæ in hoc dicendi genere latet. Nam vocabulo κτίσεως ſimul indicatur loquentis dignitas: perinde acſi diceret Dominus, ſibi iam decretum eſſe, ſicut omnium hominum conditor eſt, ita etiam per vniuerſum orbem terrarum promulgare gratuitæ remiſſionis nuntium: quum antea vnam duntaxat gentem Iudæorum hoc beneficio eſſet dignatus, quaſi non etiam reliquas gentes cõdidiſſet. Denique ſignificatur hoc dicendi genere (quod explicat Petrus Act.10.e.34, & 35, & quod Galat.3.d.28, dicit Paulus) in Euangelio non eſſe Iudæum neque Græcum, nõ ſeruum neque liberum, non maſculum aut fœminam. Præterea declaratur his verbis Apoſtolicam functionem non vnius aut alterius Eccleſiæ anguſtiis terminari, ſed totius orbis terrarum finibus comprehendi: neque tamen hoc munus fuit aut vni Petro demandatum, aut in Eccleſia Dei perpetuum.

17 Nouis: καιναῖς· Nouas linguas appellat, non recenter fabricatas, ſed peregrinas, & quas nunquam antea noſſent, qui ſingulari Spiritus munere repente euadebant earum periti. Planius ergo loquitur Lucas Act.2.a.4, quum ἑτέραις id eſt alias & diuerſas vocat.

20 Subſequentia. ἐπακολουθούντων. Subſequentia ſcilicet eorum doctrinam, quæ iſtis tanquam ſigillis obſignabatur. Neque enim hæc ad ſubſequentem aliquem librum referri poſſunt. Ex ſignificatione verò huius vocabuli obſeruandum eſt, oportere cum ſignis ſemper coniungere doctrinam: & ita quidem vt huic priores partes tribuamus: cui ſcilicet confirmandæ illa adhibeantur, vt ſi falſa eſt doctrina, idem quoque de ſignis & prodigiis ipſis ſtatuamus, quemadmodum docet Dominus Deut.13.a.1.

Sanctum I E S V Chriſti Euangelium ſecundum Lucam.

Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.	VETVS.
Cap. I.	Cap.I.
Quandoquidem multiʹaggreſſi ſuntʹcomponereʹnarrationemʹearũ rerum quarũ plena fides nobis facta eſt,	1 Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum,
ʹProut tradiderunt nobis ii qui à principioʹſpectatoresʹ& miniſtri fueruntʹſermonis:	2 Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis:

IN CAPVT I.

1 Quandoquidem ἐπειδήπερ Vulgata, Quoniam quidem. Eraſmus, Quoniam. Neutram interpretationem reprehẽdo, quanuis hæ omnes particulæ à Latinis ferè ſubiici ſoleant in oratione. Quia tamen ἐπειδὴ nõ videtur propriè cauſam ſignificare, ſed occaſionẽ potius, idcirco aliud vocabulũ quæſiui. Aggreſſi ſunt ἐπεχείρησαν Vulg. conati ſunt. Significat autẽ τὸ ἐπιχειρεῖν, (vt rectè obſeruat Eraſmus) aliquid in manus ſumere: quod Latini, ratione non prorſus diſſimili, Aggrediẽdi vocabulo declarant: tranſlatione ſcilicet nõ à manibus, ſed à pedibus ſumpta. quæ ſignificatio diligenter eſt annotanda, nempe vt iſtos qui ſcribendi occaſionem noſtro Euangeliſtæ præbuerunt, ſciamus minimè id præſtitiſſe quod erant aggreſſi. Nam alioquin quid aliud Lucas teſtaretur, quàm ſe velle actũ (quod aiunt) agere? Ergo nec Matthæus, nec Marcus ante Lucam ſcripſerũt, de quibus proculdubio magis honorificè eſſet loquutus: & qui nobis putidas quaſdam nugas ſub Nicodemi, Nazaræorum, Thomæ, AEgyptiorum, Proteuangelii titulis obtrudunt, viderint quàm bene de Eccleſia Dei mereantur. Componere ἀνατάξασθαι Vulg. ordinare. Eraſ. contexere, & digerere: quæ vt tranſlatitia repudiaui. Budæus, adſtruere: quod nuſquam memini legere ea ſignificatione vſurpatum, quæ poſſit huic loco accommodari. Ego verò exiſtimo ἀνὰ pro σὺν poni, vt diximus Marci 16.c.14, & ἀνατάττεσθαι idem declarare atque τὸ συντάττεσθαι, ideſt componere, ſiue conſcribere & conficere. Narrationem διήγησιν Diſtinguere oportet, authore Aphthonio, διήγησιν & διήγημα, vt totũ & partẽ. Itaque διηγήσεως appellatione Lucas intelligit libros ipſos de Chriſti dictis ac factis cõſcriptos, quemadmodum ipſe explicat Act. 1. a. 1, vt ἀνατάττεσθαι διήγησιν nihil aliud declaret quàm hiſtoriam conſcribere. Earũ rerũ quarũ plena fides no. fa. eſt, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, Ad verbũ, de rebus quæ inter nos fuerũt prorſus certificatæ, vel certioratæ. neque enim poſſũ Græcum vocabulũ πληροφορεῖσθαι altero Latino explicare. Vulg. quæ in nobis cõpletæ ſunt rerũ: quæ interpretatio Græcis nõ reſpondet. Neque enim τὸ πληροφορεῖν declarat τὸ πληροῦν id eſt implere, ſed plenè certiorare, vt ſæpe loquitur Vlpianus Iuriſconſultus: vnde πληροφορεῖσθαι quum ad perſonam refertur, ſignificat certiorem ab aliquo fieri, ita vt de re quapiam nulla ſit amplius dubitatio. ſin autẽ ad res ipſas accommodetur, πεπληροφορημένα πράγματα dicuntur quæ certis teſtimoniis ita ſunt cõprobata, vt de iis ambigi nõ poſſit, niſi quis velit apertam veritatem inficiari. Inde factum vt Paulus πληροφορίαν vocet partim quidem teſtimonium illud Spiritus ſancti, per quẽ in corda electorum effunditur dilectio, qua nos Deus dilexit quum peccatores eſſemus: partim verò illius teſtimonii efficaciam in nobis: cuius vi ſcilicet certò ſcimus fore vt nihil nos poſſit ſeparare à dilectione illa qua nos Deus in Chriſto dilexit ab æterno. cui πληροφορία coniuncta eſt πεποίθησις illa quæ facit vt in mediis afflictionibus gloriantes, cum fiducia clamemus Abba, Pater. Sunt autem hi proprii & peculiares in electis effectus fidei, à qua fideles appellamur. Itaque qui hanc doctrinam oppugnant, ſciant ſeſe ipſi Chriſto & toti Chriſtianæ religioni bellum indixiſſe. Ergo Vetus interpres, quanuis alioqui videatur ſumma religione ſacros libros interpretatus, tamen quæ ſignificatio ſit horum vocabulorum non videtur cognouiſſe, nedum vt vim illorum intellexerit. Eraſmus autem paucis quidem expoſuit verborum germanam ſignificationem: ſed (quod mirum eſt tanto viro in tam fœlici ſeculo contingere potuiſſe) fidei πληροφορίαν aut non intellexit, aut certè diſſimulauit. Fidem enim dici putauit aſſenſionem qua Chriſti hiſtoriæ aſſentimur: quum quoties de ea fide diſſeritur qua Chriſtum apprehendimus, & quæ filiis Dei propria & peculiaris eſt, certam perſuaſionem declaret gratuitæ & æternæ electionis noſtræ in Chriſto, quæ per Spiritum ſanctum in nobis agentem, quotidie magis ac magis obſignatur. Idque ita eſſe liquet ex libello de præparatione ad mortem, in quo præcipuam illam pacis ac conſolationis noſtræ baſin non modò non fulſit, ſed etiã pro viribus conuellit: quod ego quidem nullo hominis odio, ſed cõmiſeratione potius annotaui: vt qui plus æquo ſunt illius ſcriptis addicti, meliorem ſibi, in his quidem rebus, præceptorem quærendũ eſſe intelligant. Sed ad rem redeo. Eraſmus igitur conuertit hunc locum his verbis, earum quæ inter nos certiſſimæ fidei ſunt, rerum: id eſt (vt ipſe in annotationibus explicat) quæ ſunt indubitatis argumentis perſuaſæ. Budæus autem interpretatur, de rebus inter nos exploratis, Atqui (ni fallor) Lucas huc non reſpexit, neque dicere voluit fidem adhibitam eſſe Apoſtolorum teſtimonio, ſed de iis rebus ſe ſcripturum eſſe, quarum plena fides antè ſit facta, & quidem ab oculatis teſtibus. Neque enim hìc quæritur ſitne creditum Apoſtolorum teſtimonio, annon: ſed quàm certo teſtimonio poſſint ea confirmari, de quibus ipſe dicturus eſt, quum ſint alioquin incredibilia.

2 Prout tradiderunt καθὼς παρέδοσαν Ex hoc loco apparet Lucam ea ſcripſiſſe quæ auditione acceperat, non tam à Paulo (vt veterum nonnulli tradunt) quàm ab Apoſtolis qui cum Chriſto iam inde ab initio erant verſati. Deinde hoc quoque videtur eorum ineptias refellere, qui Lucam ſcribunt vnum fuiſſe ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, cui cum Cleopa apparuerit Dominus. Hæc autem ſomnia nobis peperit quorundam περιεργία, qua iampridem vſus eſt Satanas, vt (ſi fieri poſſet) Sacris ſcriptoribus omnem fidem adimeret. Et fuit hoc fortaſſis, patrũ memoria, cõmiſeratione potius quàm inſectatione dignum, quũ dẽſiſſimæ tenebræ omnem lucis conſpectũ hominibus eripuiſſent: nunc verò in tam manifeſta luce veritatis quid non illi merentur quos non pudet Eccleſiæ Dei iſta ſomnia obtrudere, quibus ipſa Euangelii veritas in dubium reuocatur? Spectatores αὐτόπται id eſt θεαταί. Sic enim ſatis commodè mihi videtur conuerti poſſe Græcum illud vocabulum, quo ſignificatur qui ſuis oculis aliquid vidit: quem Plautus oculatum teſtem feſtiuè vocat, & teſti aurito opponit. Neque enim quiſquam alienis oculis dicitur quidpiam contemplari. Vulgata, qui ipſi viderunt. Eraſmus, qui oculis ſuis viderant. Huc autẽ pertinet quod ſcribitur 1. Iohan. 1. a. 1 & 3. Miniſtri ὑπηρέται Ita vocat Apoſtolos honeſto vocabulo, qui ſcilicet Chriſto affuerũt publica Euangelii prædicatione occupato: ita tamen vt ipſe potius illis miniſtrarit, quanuis illorum magiſter eſſet ac Dominus, vt teſtatur infrà 22. c. 27.

Sermonis: τοῦ λόγου· Sicui placet de Filio Dei intelligere, non reclamo: quia alioquin Lucas non meminerit eius de quo ſcribere conſtituit, ſed in genere dixerit ſe ſcripturum eſſe de rebus quibuſdam quas ab idoneis teſtibus acceperit: quod exordiũ obſcurum ac fortè vitioſum videri poſſet. Eraſmus interpretatur, eorum quæ narrabant: vt ſignificet ſe hæc didiciſſe ex iis qui rebus ipſis non modò interfuerint, ſed etiã pars eorũ magna fuerint. vt loquitur AEneas ille Virgilianus. Et certè fateor apud Hebræos דבר interdũ id declarare, ſicut ſæpe annotauimus. Quanquam autem videtur vberior fore ſententia ſi hæc de Chriſto ipſo accipiamus, quid tamen ſi appellatione τοῦ λόγου, nõ tam res à Chriſto geſtas, quàm ipſam Euangelii prædicationem intelligas, cuius miniſtri fuerunt Apoſtoli poſt mortẽ Domini? Bellè certè quadrat hæc expoſitio. Quod verò ad primam illam rationem de qua antè dixi, attinet, oportuiſſe ſcilicet Lucam ſaltem in prooemio attingere cuius hiſtoriam ſcribere inſtituiſſet, nihil mirum ſi Lucas de re nota apud ſuum Theophilum verba faciens, in eius explicatione minus fuerit ſolicitus. Siquis obiiciat, nomen αὐτόπται ad doctrinam non quadrare: reſponſio in promptu eſt, non opus eſſe duo hæc coniũgere: quia quum dixiſſet ſpectatores fuiſſe τοῦ πράγματος, addidit etiam λόγου miniſtros. Etiam apparet τοῦ λόγου, non modò ad ὑπηρέται, ſed etiam ad αὐτόπται pertinere. Non poſſunt autem Apoſtoli dici Euangelicæ prædicationis ſpectatores & miniſtri, niſi diuerſa & temporis & perſonarum ratione: vt hæc expoſitio cum illa ſuperiore Eraſmi prorſus videatur coniungenda.

3 Viſum eſt & mihi aſſequuto ōnia, à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere optime Theophile:

4 Vt cognoſcas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.

5 FVit in dieb' Herodis regis Iudææ ſacerdos quidā nomine Zacharias, de ‖ vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth.

1. Paral. 24. a. 1

6 Erant autem iuſti ambo ante Deū: incedentes in omnibus mādatis & iu-

Viſum eſt etiā mihi, ″omnia ′altè *repetita* ″penitus ′cōſequuto, ′ordine *de ijs* ad te ſcribere, ″præſtantiſſime Theophile:

Vt ′agnoſcas ″earum rerum veritatē quibus fuiſti informatus.

FVit ″in diebus Herodis ′illius regis Iudææ ſacerdos quidā nomine Zacharias, ″ex vice Abia: vxor verò ipſius *erat* ′ex filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth.

Zacharias.
Eliſabeth.

Erant autē iuſti ambo ″corā Deo, ′incedentes ′in omnibus mā-

3 Omnia πᾶσιν Hoc nonnulli ad Apoſtolos referunt, quos affectatus fuerit Lucas, vt rem totam ex ipſis cognoſceret. Sed præſtat ad ea referre de quibus ſe ſcripturum profitetur. Altè *repetita* ἄνωθεν Sic à Latinis dicuntur prooemia altè repetita quæ à primis initiis & ipſa vſque origine ducuntur. Vulgata & Eraſmus, ab initio, id eſt ἀπ' ἀρχῆς. Alii, denuò: quæ interpretatio non conuenit cum participio παρηκολουθηκότι. Budæus interpretatur, pridem, id eſt πάλαι. Sed res ipſa oſtendit quomodo hoc aduerbium ſit accipiendum hoc loco, quum Lucas multo altius quàm cæteri Euāgeliſtæ hanc hiſtoriam ſit exorſus. Addidi autem participium Repetita, partim vt planior eſſet ſententia, partim vt mollius cohærerēt duo aduerbia ἄνωθεν & ἀκριβῶς. Penitus ἀκριβῶς Græcum hoc vocabulum (vt etymologia oſtendit) illi Latino prorſus reſpondet. Penitus enim Latinis idem declarat atque Intrinſecus, & ad intima vſque, vt apud Virgiliū AEneidos 3, -& penitus cauſas tentare latentes. ἀκριβῶς autem à Græcis dicitur παρὰ τὸ εἰς ἄκρον βαίνειν, id eſt quòd ab imo ad ſupremum aſcendatur, quod eſt exquiſitæ & perfectæ diligentiæ. Vulgata, exactè: quæ interpretatio eſt planè barbara. Eraſmus, exacta diligentia: quæſita ſcilicet periphraſi propter aduerbium ἄνωθεν proximè præcedens. Quidam, accuratè, id eſt ἐπιμελῶς. Alii, diligenter, id eſt φιλοπόνως. Cōſequuto παρηκολουθηκότι, id eſt καταμαθόντι καὶ πεπυσμένῳ, quum perdidicerim & intellexerim: vt rectè (mea quidem ſententia) explicat Budæus in Commentariis. Nam verum quidem eſt quod Eraſmus tradit, τὸ παρακολουθεῖν propriè ſignificare aliquem affectari, vt Græci loquuntur, τὸ παρὰ πόδας ἀκολουθεῖν καὶ συμπαρομαρτεῖν: & de rebus etiam ipſis dici, quas qui ita cōſectetur vt nihil prætermittat, dicatur παρακολουθῆσαι. Sed Lucam opinor aliquid amplius ſignificare, ſe nimirùm ita hæc eſſe conſectatum vt etiam perdidicerit. Nam alioquin non omnia conſequimur quæ conſectamur aut perueſtigamus: vt accipiēdum eſt illud Ciceronis 2. Verr. Habeo autem certā viam atque rationem qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim. Itaque non puto ſatis exprimi Lucæ ſententiam ab iis qui vel Conſectandi vel Perueſtigandi vocabulo vti maluerunt: quum alioquin τὸ παρακολουθεῖν multis locis optimè poſſimus eo etiam modo interpretari: & quanuis Perueſtigare potius reſpondeat τῷ διιχεῖν, quo vtitur Lycophron initio Alexandræ. Ordine καθεξῆς id eſt diſtinctè & diſtributè, vt ii ſolent qui ad ſcribendam hiſtoriam aliquod iudicium afferunt: quam laudem Ambroſius meritò tribuit Lucæ. Vulgata, ex ordine. Eraſmus, deinceps. Græcum autem aduerbium propriè declarat Cohærenter, παρὰ τὸ ἔχεσθαι. Præſtantiſſime κράτιστε Vulgata & Eraſmus, optime, id eſt ἄριστε. Annotat tamen Eraſmus diuerſas interpretationes. Poteſt enim κράτιστος deduci vel à κράτος, quod robur & imperiū declarat: vel à κρατεῖν, id eſt vincere, ſiue compotem eſſe, quaſi plurimum pollentem aut potentiſſimum dicas: vel à κρείττων, quod etiam potentiorem & potiorem ſignificat: quam poſtremam expoſitionem vt ſimpliciſſimam ſelegi. Conuenit autem hoc epitheton viris principibus, & qui magna ſunt authoritate. Itaque tribuitur Felici Act. 23. f. 26: & Feſto, Act. 26. f. 25, vtrique Iudææ præſidi. Fuit igitur hic Theophilus, cui Lucas vtrunque ſuum librum inſcribit, inſignis quiſpiam princeps, quales paucos ſemper habuit Eccleſia Dei. Adiunctum enim epitheton omnino videtur oſtēdere proprium alicuius nomen eſſe: neque inde efficitur, vni duntaxat homini Lucam, aut potius Spiritum ſanctum, iſta ſcripſiſſe.

4 Agnoſcas ἐπιγνῷς Vulgata, cognoſcas, id eſt γνῷς, quod rectè emandauit Eraſmus, Theophylacti authoritatē ſequutus, qui hoc verbum ita expoſuit, vt ſignificet eius rei, quam vtcunque ſemel cognoueris, maiorem deintegro cognitionem capere. Earum rerum veritatem, quibus fuiſti informatus. περὶ ὧν κατηχήθης λόγων ἀσφάλειαν. λόγους vocat (Hebræorum more) idipſum de quo dicturus eſt. κατηχεῖν verò apud Lucam & Paulum ſignificat religionis rudimenta docere, vt Magiſtri ſolent in ludo, voce nimirum potius quàm ſcriptis. vnde κατηχούμενοι in vetere Eccleſia vocati. Vt autem melius intelligeretur de prima illa inſtitutione hîc agi, quæ viuam præceptoris vocem requirit, malui informatum dicere, quàm edoctum vel eruditum. Sic enim video etiam in re diſſimili ſemel vſurpatū. Act. 21. d. 21, vbi κατηχήθησαν omnino id declarat quod vernaculo ſermone dicimus, *ils ont eſte informez*. Cicero verò de prima illa inſtitutione loquēs, Nam vt primùm, inquit, ex pueris exceſſit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit. Porphyrius quoque initio ὁμηρικῶν ζητημάτων, παιδικὴν κατήχησιν vocat: quod annotare placuit propter eos qui apud profanos ſcriptores negant hoc vocabulum inueniri. Cæterùm ἀσφάλειαν non conuerti Certitudinem, cum Eraſmo (nam hoc vocabulum apud idoneos authores non legi) ſed Veritatem, id eſt ἀλήθειαν, cū Vetere interprete. Neque enim hîc quæritur (opinor) quàm firma, ſed quàm vera ſit Euangelii doctrina: quæ duo vt ſeparari vix poſſint, diſtingui tamen debent.

5 In diebus ἐν ταῖς ἡμέραις Id eſt temporibus: pro quo diſertiores Græci dicerent ἐπὶ Ἡρώδου. Illum autem Hebraiſmum libens retineo: quo nimirum optimè exprimitur quàm breuis & caduca ſit bonorum etiam Regum poteſtas, nedum vt ſit perpetua quorundam tyrānis.

Illius Regis τοῦ βασιλέως Articulum expreſſi, cuius vis eſt hoc loco διακριτική. Voluit enim (ni fallor) Lucas Herodem Iudææ Regem ab Herode Galilææ Tetrarcha diſtinguere. Ex vice ἐξ ἐφημερίας Quod Hebræi vocant מחלוקת & פקודה & משמרת: id Græci interpretes non modò διαίρεσιν, ἐπίσκεψιν, & κλῆρον, id eſt diſtributionem ſiue claſſem, munus, & ſortē conuertunt, ſed etiam ἐφημερίαν: idcirco nimirum quòd ſorte diſtributis ſacerdotibus ex poſteritate Aaron (vt ſcribitur 1. Paralip. 24. a. 1) ſingulæ familiæ certis dierum vicibus Sacerdotii munus obibant. Ex filiabus ἐκ θυγατέρων id eſt ex poſteritate: quod Hebræorum idioma alibi expoſuimus. Minimè autem mirandum eſt Eliſabeth cognatam fuiſſe Mariæ quæ ex tribu Dauidis erat. Lex enim illa qua cauetur vt filiæ nubant viris ex ſua tribu (ſicut ſcriptū eſt Numer. 36. b. 8) quum huc ſpectaret ne tribuū diſtributiones confunderentur, non impediebat quominus cæteræ tribus cum Leuitica affinitatem inirent, quia Leuitis nulla propriè aſſignata fuerat portio.

6 Coram ἐνώπιον Hebraicè בעני יהוה id eſt in oculis & cōſpectu Domini. Vulgata, ante, id eſt ἐναντίον. Eſt autē hic Hebraiſmus diligēter obſeruādus, & planè dignus qui omnibus linguis vſurpetur. Ita enim optimè diſtinguitur vera illa & germana pietas à falſa & adulterina, vt eos demū ſciamus bonos viros eſſe, qui non ex opinione aut longa conſuetudine, ſed ex verbo Dei vitam inſtituunt: deinde qui quales videri volunt, tales re ipſa exiſtunt in intimo animi receſſu, quouſque penetrare vni Deo licet. Hæc inquam eſt huius Hebraiſmi emphaſis. Qui verò ex hoc loco, & ſimilibus conantur iuſtitiam illam operum ſtabilire, quorum meritis ſalus noſtra vel in ſolidum, vel ex aliqua parte nitatur: illi ſe & indoctos, & blaſphemos eſſe ſciant. Incedentes πορευόμενοι Id eſt viuentes. Sic enim accipitur hoc loco πορεύεσθαι & in epiſtolis Petri & Iudæ ſæpe: quum reliqui potius vtantur verbo περιπατεῖν, pro quo dicunt Hebræi הלך. Eraſmus, verſantes, id eſt ἀναστρεφόμενοι. Nos hunc quoque Hebraiſmum ſeruauimus: ex quo ſcilicet perſpicuè intelligitur mandata Dei quaſi inſtar viæ eſſe probis & integris hominibus, intra quorum fines ſeſe contineant: vt neque ad dextram neque ad ſiniſtram deflectant, donec perueniant ad metam.

In omnibus mandatis & conſtitutis ἐν πάσαις ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι Sæpe in Sacris literis vbi agitur de Lege Dei, tria hæc vocabula cōiunguntur מצות חוקים משפטים: quæ Græci interpretes cōuertunt ἐντολάς, δικαιώματα, κρίματα. Videtur autem mihi eorum opinio probabilis, qui, quoties iſta coniunguntur, τὰς ἐντολὰς exponunt eam Legis partem quam Moralem vocāt: in qua ſcilicet præcipitur quid Deo, quid proximo debeamus: δικαιώματα verò ſacros ritus totámque adeò cæremonialem Legem: κρίματα denique eam partem quæ ad forenſes controuerſias pertinet, quam Iudicialem appellant. Cauſa autem manifeſta eſt cur Lucas non ſolùm mentionem fecerit τῶν ἐντολῶν, ſed etiam τῶν δικαιωμάτων: quia nimirum Zachatias vnus erat ex Sacerdotum principibus. item cur tertiam ſpeciem Legis præterierit: quia ſcilicet iudicia penes Romanos erant, niſi quum de cauſis religionis agebatur. Cæterùm τὰ δικαιώματα propriè apud Græcos declarant quæcūque profert aliquis, vt ius ſuum tueatur: vt apud Thucydidem libro primo, δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν ἱκανὰ κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων νόμους. Demoſthenes περὶ στεφ. vocat τὰ δίκαια, & Terentius in Phormione Iuſta interpretatur. Sed Græci Bibliorum interpretes hoc vocabulū poſtea ad totam Legem Dei, ac præſertim ad ſacros ritus tranſtulerunt: ita nimirum maximè commendata Lege, quòd certa ſit omnis virtutis ac præſertim pietatis regula. Itaque vulgò ſolent ad verbum conuertere Iuſtificationes: quam interpretationem idcirco tantùm reieci, vt hāc quoque occaſionem calumniandæ iuſtificationis ex fide præciderem: quum alioquin τὸ δικαιοῦν iuſtificare, & τὴν δικαίωσιν iuſtificationem interpretari malim, quàm noua vocabula quærere cum infirmorum offenſione. Quidam conuertit Inſtituta: ſed hoc vocabulo videtur ſignificari conſuetudo non perſcripta, quæ ſcilicet vſu potius quàm legiſlatoris authoritate inualuit: vt apparet ex illo Ciceronis loco in Piſonem, Qui eius ciuitatis in qua in principum numero vultis eſſe, non leges, non inſtituta, non mores, non iura noritis. Hîc verò agitur de ritibus ſacrorum à Deo acceptis, & à Moſe promulgatis ac perſcriptis, vt ipſa Hebraici vocabuli notatio declarat. Itaque videtur paulò melius hoc exprimi ſi Conſtituta voces, quo nomine vtitur Cicero in ea ſignificatione, libro ad Atticum ſecundo.

datis, & conſtitutis Domini″inculpaté.

7 Nec erat ipſis proles, eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo prouecti iam eſſent ætate.

8 Factum eſt autem, quum is Sacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum,

9 Secũdum morem functionis ſacerdotalis″ſortitus eſt″*munus* ſuffimenti faciendi poſtquam ingreſſus eſſet″in templum Domini.

10 Et omnis multitudo populi erat foris orans tempore ſuffitus.

11 Viſus autẽ eſt ei Angelus Domini, ſtãs à dextra altaris ſuffitus.

Zachariæ promittitur filius Iohannes.

12 Et Zacharias turbatus eſt *eo* viſo, ac timor incidit ſuper eum.

13 Dixit autẽ ad eum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio tua: vxórque tua Eliſabeth gignet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Iohannem.

14 Et erit″gaudio tibi & exultationi, multíque ſuper eius natiuitate gaudebunt.

Iohannes qualis futurus.

15 Erit enim magnus′coram Domino, & vinum′ſiceráque non bibet: & Spiritu ſancto implebitur″etiam ab vtero matris ſuæ:

16 Multóſque filiorum Iſrael″conuertet ad Dominũ Deũ ipſorũ.

17 Nam ipſe præcedet′in conſpectu eius,′cum ſpiritu & virtute Eliæ,′vt conuertat corda patrum in filios, &

ſtificationibus Domini ſinequerela.

7 Et nõ erat illis filius, eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.

8 Factũ eſt autem, quũ Sacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deũ,

9 Secundum conſuetudinem Sacerdotii ſorte exiit vt incẽſum poneret ingreſſus in templum Domini.

Leuit.16.d.17
Exod.30.a.7

10 ‖Et omnis multitudo populi erat orans ‖foris hora incenſi.

11 Apparuit autẽ illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi.

12 Et Zacharias turbatus eſt, videns: & timor irruit ſuper eum.

13 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniã exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem.

14 Et erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. B

15 Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram non bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ:

Malach.4.b.5
matth.11.b.14

16 ‖Et multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum.

17 Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, &

Inculpaté. ἄμεμπτοι. Id eſt ἀμύμονες, vt loquitur Homerus: eiuſmodi ſcilicet quos nemo iure poſſet culpare, quum ſint (vt Eraſmus cõuertit) irreprehenſibiles: id eſt ἀνεπίληπτοι, vt loquitur Paulus 1.Timoth.3.a.2. Nomen autem conuerti per aduerbium, vt amphiboliam vitarem. Vulgata, ſine querela, id eſt de quibus nemo vnquam queſtus fuerat: quam laudem Eraſmus maiorem eſſe putat, quàm ſiquis innoxius dicatur, id eſt ἀναίτιος. At ego cõtrà, quum non ſit æſtimanda probitas ex vulgi iudicio, qui ferè optimos quoſque perſequitur, magis laudabilem eius vitam eſſe puto qui nihil admiſerit iuſta reprehenſione dignum, & millies tamen ſit accuſatus, quàm qui flagitioſè vixerit, & nullum inuenerit reprehenſorem. Itaque ἄμεμπτον dici puto, non qui improbis etiam ipſis ſatiſfecerit, ſed qui verè fuerit (vt inquit ille) Integer vitæ, ſceleriſque purus. qualis præcipuè fuit Chriſtus Dominus noſter, toties ab improbis vexatus. Sed hîc obſeruandũ eſt quod Paulus ſcribit, Rom.4.a.2, Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet quod glorietur, ſed non apud Deum. Item 1.Corinth.4.a.4, Nullius mihi ſum conſcius, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Quum enim quæritur de ea iuſtitia quæ nos facit Chriſti cohæredes, tota eius laus Chriſto in ſolidum tribuenda eſt: qui quidem nobis per fidem gratuitò imputatur, vt ſtet illud Dauidis firmum, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo vllus viuens: & illud Pauli Galat.2.d.21, Si ex Lege eſt iuſtitia, fruſtrà nimirum Chriſtus mortuus eſt. Denique hoc loco & ſimilibus aliis ſciamus iuſtitiæ ipſius fructus & teſtimonia, non cauſam deſcribi.

9 Sortitus eſt ἔλαχε Vulgata, ſorte exiit. Eraſmus, ſorte illi obuenit. Ego non video cur quærenda fuerit periphraſis, quum apud Latinos Sortiri, quemadmodum apud Græcos λαγχάνειν, non modò ſignificet ſortem proiicere, ſed etiam ſortitione aliquid cõſequi. Liuius lib. 4. belli Maced. Illa tacita ſuberat cura, ne nouus c o s. Græciam prouinciam ſortiretur. *Munus* ſuffimenti faciendi τοῦ θυμιᾶσαι Vulgata, vt incenſum poneret. Solet enim pro ſuffimento incenſum dicere. Eraſmus, vt odores incenderet. Ego eam interpretationem ſum ſequutus, quæ propius abeſt à Græcis. Docent enim Grammatici quando τὸ λαγχάνειν coniungitur ſecundo caſui, ſubaudiendum eſſe μέρος vel ἔργον, quod nos expreſſimus: ideóque in ſequente participio conuertendo vſi ſumus periphraſi. In templum εἰς τὸν ναὸν Hîc manifeſtè diſtinguit Atrium à Templo, quod in Sanctum & in Sãctum ſanctorum diuidebatur. Dicitur enim populus foris fuiſſe: extra Sanctum ſcilicet in quo erat ara ſuffimenti collocata, quũ populo non liceret Atrii fines egredi. Atrium autem ipſum vocatur ἱερὸν Matth.21.a.12, & in Actis Apoſtolorum ſæpe. 14 Gaudio χαρὰ Vulgata & Eraſmus, ad verbum, gaudium. Sed puto nomen Iohannis repetendum ἀπὸ κοινοῦ, vt locus ſit appoſitioni & Hebræis & Græcis familiari, quã Latini exprimũt tertio caſu. 15 Coram Domino, ἐνώπιον τοῦ κυρίου, Hebraiſmus, quo ſignificatur ſingularis quædã præſtãtia, vt Gen.10.b.9, dicitur Nembrod גבור צידלפני יהוה, id eſt robuſtiſſimus venator corã Domino. Sicera σίκερα Vocabulũ Hebræũ retinuimus quo ſignificatur omne factitii vini genus, à שכר quod declarat inebriare, vt rectè obſeruat Eraſmus. Inde fortaſſis Galli potionem illam quam conficiunt ex pomis, vocant *du Sidre*. Sed quod quidam (vt etymologiam Hebræam adumbraret) temetum conuertit, mihi non placet. Sicera enim manifeſtè hoc loco diſtinguitur à vino, vt Leuit.10.b.9. Temetum autem antiquum fuiſſe nomen quo ſignificabatur vinum, declarat Plinius lib.14.cap.13. Etiam ἔτι Vulgata, adhuc: quæ interpretatio non conuenit, niſi pro ἐκ κοιλίας ex vtero, legas ἐν κοιλίᾳ in vtero. Fortaſſis enim reſpicit quod poſtea refertur verſu 41. Sed omnes codices conſtãter ſcriptum habebant ἐκ κοιλίας. Eraſmus, iam inde ab vtero: vt videatur ἔτι accepiſſe pro ἤδη: quam enallagen admitterẽ, ſi idonei authoris teſtimonio eſſet confirmata. Mihi autẽ videtur ἔτι hoc loco eſſe particula αὐξήσεως, quæ reſpõdet Hebræo aduerbio גם, ſicut vſurpatur Pſal. 14.a.3: aut certè accipi pro præterea, ita vt cohæreat cũ verbo πλησθήσεται, quaſi ſcriptũ ſit καὶ ἔτι πλησθήσεται πνεύματος ἁγίου ἐκ κοιλίας, & præterea implebitur Spiritu ſancto ab vtero. 16 Conuertet ἐπιστρέψει Id eſt faciet vt multi reſipiſcentes ſe conuertant ad Deũ à quo deſciuerant. Nam (vt alibi oſtendimus) Reſipiſcentia vocatur ab Hebræis conuerſio: quod in vernaculo noſtro ſermone retinuimus. Quidam vertit, reconciliabit: qui quamobrem à Græcis diſceſſerit neſcio. Nam ſi proprium vocabulum quærebat, non video quem potuerit meliorẽ Latinitatis authorem ſequi Cicerone, qui ſic loquitur libro de Nat. deorum primo, Quo facilius (inquit) animos imperitorũ ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent. Deinde impropriè loqui exiſtimo, qui Iohannem dicat Iſraelitas Deo reconciliaſſe. Hoc enim vnius Chriſti eſt, quanuis Deus in ore miniſtrorum Euangelii poſuerit reconciliationis ſermonẽ: neque vſquã (vt opinor) ita loquitur Spiritus ſanctus.

17 In conſpectu eius, ἐνώπιον αὐτοῦ, Id eſt ita vt ſolent qui Reges & Principes antegrediuntur. Solẽt enim habere qui antecedant: quos vbi conſpexeris, ſtatim intelligas Regem non procul abeſſe. Loquitur ergo ἐμφατικώτερον quàm ſi dixiſſet, antecedet eum: vt nuper quidã interpretatus eſt, ne hebraiſſare videretur. Nam omnes Prophetæ anteceſſerunt Chriſtum. Sed vnus Iohannes quaſi apparitoris vice fuit, vt annotauimus Marc.1.a.2. Cum ſpiritu & virtute Eliæ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, De enallage præpoſitionis ἐν pro σὺν alibi diximus. Spiritum autem per Metonymiam vſitatum eſt Sacris ſcriptoribus vſurpare pro gratuitis donis quæ in nobis efficit Spiritus ſanctus. Additur δύναμις ad ſignificandam illorum donorũ præſtantiam, quæ in Iohanne non minora aut maiora etiam fuerunt quàm in Elia: quem tamen vnum cum Iohanne confert, non modò habita perſonarum ratione, ſed etiam eorum temporum in quæ vterque incidit, & eius rationis vitæ quam vterque fuit ſequutus. Vt cõuertat ἐπιστρέψαι In editione Græca Veteris teſtamẽti legimus ἀποκαταστήσει, id eſt in priorem ſtatum reſtituet, eodem ſenſu. Placuit tamẽ hoc annotare, vt ſciamus illam editionem qua vtimur, diuerſam eſſe ab ea qua vſi ſunt Apoſtoli: vt facilè intelliget qui vtranque compararit. Cæterùm quia quod hîc dicitur de Iohannis munere, cum eo videtur prorſus pugnare quod

Chriſtus de ſe dicit infrà 12.g.51 & 53: ſciendum eſt hîc agi de vero & proprio Euangelii fine, illic autem Chriſtum differere de prædicationis Euangelicæ euentu, quæ longè maximam mundi partem offendit. Sed hoc tribui Euangelio non poteſt niſi κατὰ συμβεβηκὸς, quum ſit doctrina veræ concordiæ ac pacis, ſicut Angeli è cælo teſtati ſunt. Significat igitur Propheta fore vt Iohannes ille Chriſti apparitor vehementiſſima ſua oratione homines cõpellat ad reſipiſcentiã, vt cõcordibus animis Euãgelii nuntiũ accipiãt: quum antea nec patribus cum filiis, nec filiis cũ patribus conueniret, eſſéntque & illi paternæ charitatis, & iſti ſuæ in parẽtes pietatis immemores. Cõmemorauit enim Propheta eas inimicitias, ex quibus maximam in humana ſocietate perturbationem oriri neceſſe eſt, vt cæteræ quoque συνεκδοχικῶς intelligantur.

incredulos ad prudentiam iuſtorum: parare Domino plebem perfectam.		ʹcontumacesʹ ad prudentiam iuſtorum: vt paret Domino populumʹ inſtructum.	
Et dixit Zacharias ad Angelũ, Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis.	18	Tunc dixit Zacharias ad Angelum, ʹQuo *argumento* iſtud noſcam? ego enim ſum ſenex, & vxor meaʺ prouecta eſt ætate.	Incredulus Zacharias, mutus efficitur.
Et reſpondens Angelus, dixit ei, Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.	19	Et reſpondẽs Angelus, dixit ei, Ego ſum Gabrielʺ qui aſto in cõſpectu Dei: miſſúſque ſum vt loquar ad te, & hæc tibi læta nũtiẽ.	Gabriel.
Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem quo hæc fiãt: pro eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.	20	Et ecce ſilebis, nec loqui poteris *ad eum* vſque diem quo hæc fiãt: propterea quòd non credidiſti ſermonibus meis, qui implebuntur in tempore ſuo.	
Et erat plebs expectans Zachariã: & mirabantur quòd tardaret ipſe in templo.	21	mʺ Erat autem populus expectans Zachariam, & mirabantur quòd is tardaret in templo.	
C Egreſſus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis: & permanſit mutus.	22	Egreſſus verò *ille* non poterat loqui ipſis: & agnouerũt quòd viſionem vidiſſet in templo. Nam ipſe innuebat eis: permanſítque mutus.	
Et factũ eſt, vt impleti ſunt dies officii eius, abiit in domum ſuam.	23	Et factũ eſt, vt impleti ſunt dies officii ipſius, abiit domũ ſuã.	
Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius: & occultabat ſe mẽſibus quinque, dicens,	24	Poſt eos autem dies cõcepit Eliſabeth vxor eius: & occultabat ſe menſibus quinque, dicens,	Concipit Eliſábeth ſterilis.
Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.	25	Nempe ita mihi fecit Dominus in diebus quibus *me* reſpexit, vt auferret probrum illud meum inter homines.	
In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth,	26	In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in vrbem Galilææ, cui nomen Nazareth,	Angelus, ſalutata Maria, annuntiat Chriſti natiuitatem.
Ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria.	27	Ad virginemʺ deſponſam viro cui nomẽ erat Ioſeph, ʺex domo Dauid: nomen autem virginis, Maria.	

Contumaces ἀπειθεῖς Vulgata, incredulos, id eſt ἀπίστους, quemadmodum ἀπιστεῖν & ἀπειθεῖν ſæpe confundit. Sunt autem (fateor) hæc vitia coniuncta, ſed tamen diſtinguenda, hoc præſertim loco, vbi agitur de filiorum erga patres officio: vt nemo non videat, de filiorum contumacia potius quàm de diffidentia loqui Prophetam. Eraſmus, inobedientes conuertit: quod vocabulum non legi apud idoneos authores. Ad verbum, imparentes, quod reperias apud Feſtum. Sed malui vſurpare ſynonymon, quàm obſoletam vocem vſurpare. Nam inobſequẽtes apud vnum Senecam reperio, immorigeros nuſquam. Ad prudentiam iuſtorum: ἐν φρονήσει δικαίων, Nonnulli interpretantur, prudẽtia iuſtorum, id eſt non vi, vt homines inconſiderati faciunt, ſed prudenti & ſobria oratione, vt boni viri ſolent. Sed hanc interpretationem non admitto: primùm quia nihil tale legitur in Malachia, vnde petitus eſt hic locus: deinde quia hoc membrum ita videtur explicandum vt ſuperiori reſpondeat. Malo igitur ἐν pro εἰς poſitum eſſe, vt infrà 23.f.42, ſicut in hunc locum obſeruat Eraſmus, & nos ſæpe iam annotauimus. Idem autem valet εἰς quod ἐπὶ in ſuperiore membro, id eſt πρὸς, ſicut Latinè In, pro Erga vel Aduerſus, poni ſolet. Pulchrè igitur Angelus ita citat vaticinium Prophetæ, vt ſimul explicet. Nam pro eo quòd ſcripſit Malachias Erga patres, dixit Angelus, Ad prudentiã iuſtorum: attingens nimirum duas illas res quibus adduci poſſunt filii ad reuerendos patres: nempe ſi & prudentes & bonos viros eſſe cognouerint: quales ſcilicet illos efficiet Iohannis prædicatio, vt viciſſim his artibus ſibi filios adiungant: nempe vt quum Dominus paulo pòſt venerit, paratos habeat auditorum animos. Neque enim locus eſſe poteſt Euangelio, vbi nec patres nec filii officium faciunt, id eſt, vbi pacis ac concordiæ Spiritus non regnat. Ideo etiam Angelus hanc appendicem adiunxit, quæ apud Prophetam non extat, vt huius coniunctionis ſcopus ac finis intelligeretur. Quidam autẽ ἐν φρονήσει interpretatur, ad frugalitatẽ, id eſt εἰς σωφροσύνην, quàm rectè, ipſe viderit. Ad me quidem quod attinet, φρόνησιν ἀντὶ τῆς σωφροσύνης nuſquam legi, neque de frugalitate hîc agi puto. Inſtructum. κατεσκευασμένον. Vulgata, plebem perfectam, id eſt δῆμον κατηρτισμένον, quod neque vſquam legimus, neque putamus conuenire. Quanuis enim baptiſmus Iohannis non fuerit nudum (vt quidam volunt) reſipiſcentiæ ſymbolum, ſed annexam habuerit peccatorum remiſſionem in ſanguine Chriſti iamiam venturi: tamen conſtat ipſius miniſterium, ſi cum Chriſti prædicatione conferatur, quaſi rudem fuiſſe doctrinæ Euangelicæ informationem: vt populum perfeciſſe dici non poſſit, ſed vias tantùm Domino venienti præparaſſe.

18 Quo argumento κατὰ τί, id eſt τίνι, vel ἐκ τίνος, vt ſæpe apud Paulum κατὰ χάριν pro χάριτι. Vulgata, Vnde, id eſt πόθεν, ſenſu rectè expreſſo. Prouecta eſt ætate. προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Vulgata, ad verbum, proceſſit in diebus ſuis, vt ſuprà quoque verſu 7: quem Hebraiſmum non putaui neceſſariò retinendum. 19 Qui aſto ὁ παρεστηκὼς id eſt qui appareo Domino, vt Latini loquuntur. Eraſmus, qui aſtiti. Sed non video cur mutanda fuerit Vetus interpretatio. Vtitur enim præterito perfecto, reſpiciens illud ſcilicet quod facere conſueuerat: & vbicunque ſunt Angeli, ſunt in Dei conſpectu, parati ſcilicet ad capeſſenda eius imperia. Sic enim Hebræi de Regum & principum miniſtris loqui ſolent, quemadmodum à Latinis vocantur apparitores, quòd in magiſtratus conſpectu ſemper appareant.

21 Erat autem καὶ ἦν De vario vſu literæ ו apud Hebræos, non attinet repetere quæ toties iam diximus. Verbum autem ἦν quanuis videatur περιφραστικῶς poſitum, vt ſit ἦν προσδοκῶν pro προσεδόκα, tamen ſeruaui, quòd videatur longiorem quandam morã ſignificare: quaſi dicas, manebat vel perſeuerabat expectans, ſicut etiam accipitur ſuprà verſu 10.

27 Deſponſam μεμνηστευμένην id eſt ſponſione promiſſam. neque enim adhuc Ioſephus eam duxerat domum. Ideóque quum cogitaret de ipſa repudiãda, iuſſus eſt ab Angelo eam accipere, id eſt ducere vxorem, vt in Matthæo expoſuimus. Quod autem Eraſmus hîc tradit μνηστεύεσθαι Græcis propriè declarare ſponſam proco tradere, eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem indigeat. Ex domo ἐξ οἴκου Eraſmus annotat, Chryſoſtomum homilia in Matthæum ſecunda, addere καὶ πατριᾶς, id eſt & familia: ſicut etiam additur infrà 2.a.5. Eadem addita nos quoque reperimus in vno vetere codice: & certè quum Chriſtus diſertè dicatur filius Dauid, diſertè addendum fuiſſe videtur nomẽ τῆς πατριᾶς, vt intelligeretur ex ipſis Dauidis poſteris natus. Nam Domus appellatio etiam eos comprehendit qui vel cognatione attingebant familiam Dauidis, vel ex ipſius fratribus erant oriundi. Quod autem de Ioſepho dicitur, de Maria quoque intelligendum eſt. alioquin Chriſtus non poſſet dici, ex lumbis Dauidis prodiiſſe.

Ingreſſus igitur Angelus ad eam, dixit, ″Aue′gratis dilecta, Dominus″tecum *eſt*: ″benedicta tu inter mulieres.	28	Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.	
Illa verò ′quum *eum* vidiſſet, perturbata eſt ſuper ſermone eius: & cogitabat′qualis eſſet ſalutatio iſta.	29	Quæ quum vidiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.	
Tunc ait Angelus ei, Ne timeas Maria: ′es enim in gratia apud Deum.	30	Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.	
″Nam ecce concipies″in vtero & paries filium: ac vocabis nomẽ eius Ieſum.	31	[Ecce concipies in vtero, & paries filium: [& vocabis nomẽ eius Ieſum:	Eſa.7.c.14. Infrà 2.c.21. matth.1.d.21.
Hic erit magnus, & Filius′Altiſſimi″vocabitur, dabítque ei Dominus Deus ſedem Dauid patris ipſius:	32	Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Domin⁹ Deus ſedem Dauid patris eius.	
Regnabítque ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.	33	Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.	Dan.7.c.14.g.27. mich.4.b.7.
Dixit autem Maria ad Angelum, ″Quomodo′erit iſtud, quandoquidem′virum″non ſum cognitura?	34	Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?	D

28 Aue χαῖρε Id eſt Gaude. Nam Auere (vt ait Feſtus) etiam ſignificat gaudere. Eſt autem hoc omnibus gentibus familiare vt in primo congreſſu ſoleant occurrentibus bene precari. Gratis dilecta, κεχαριτωμένη, Hebraicè נרצה quod participium Lucas nouo Græco vocabulo expreſſit. id eſt, quam Deus, pro ſua gratuita bonitate, gratam, & acceptam habuit. Ad verbum, gratificata: participio ſcilicet paſſiuo deducto à verbo χαριτόω. quo vtitur Paulus Epheſ.1.b.6, Et hoc quidem quũ animaduerterit Eraſmus, miror cur gratioſam ſit interpretatus, id eſt κεχαρισμένην. Etſi enim hoc epitheto exprimitur propenſus Dei fauor, tamen negligitur quod præcipuum erat: ex quo ſcilicet intelligi poſſit huius fauoris cauſam in ſola Dei gratuita beneuolẽtia, atq; adeò in eo ipſo Chriſto reſidere, cuius mater erat futura. Vulgata cõuertit, gratia plena: quæ interpretatio non reſpondet Græcis, & multis occaſionem præbuit multa parum appoſitè in hunc locum ſcribendi. Quidam verò nuper interpretatus eſt acceptam: ſed ne hoc quidem ſatis oſtendit quæ ſit huius gratiæ origo. Mallem igitur conuertere, gratiam conſequutam, quum præſertim Angelus paulo pòſt velut hoc participium explicans, ipſam dicat χάριν εὑρηκέναι. Sed participium paſſiuum altero paſſiuo malui interpretari: & quia noſtris propriè laboribus aut certè conatibus dicimur aliquid conſequi, ideo quæſiui vocabula quibus omnem falſæ interpretationis anſam præciderem. Tecum *eſt*: μετὰ σοῦ. Expreſſi verbum ἐστι, quod deerat, nequis ſuppleat ἔστω, id eſt ſit. Videtur enim Angelus narrare potius & gratulari beneficium præſens, quàm futurum precari. Nihil tamen prohibet quo minus hoc etiam modo interpretemur. Scriptũ eſt enim, Qui iuſtificatus eſt, iuſtificetur adhuc: & ipſis ſactis Paulus gratiã ac pacem, ipſámque adeò Dei potentiam vbique ſolet optare. Benedicta εὐλογημένη Benedicta ſcilicet à Deo, id eſt fœlix & beata effecta præ cæteris mulieribus. Itaque non videtur ſatis conuenire Eraſmi opinio qui Laudatam interpretatur, & de qua omnes bene loquantur: quod & ipſum verùm eſſe non inficior: quis enim vltro non fateatur Mariam infinitis partibus omnium mulierum præſtantiam ſuperare? ſed tamen ſi huc reſpexiſſet Angelus, εὐλογητὴν vocaſſet potius quàm εὐλογημένην.

29 Quum *eum* vidiſſet, ἰδοῦσα, Deerat hoc participium in octauo codice. In quibuſdam autem Veteris editionis exemplaribus legitur, quum audiſſet, id eſt ἀκούσασα, ſublata nimirum meliore interpretatione à quopiam qui ita legendum putarit, vt iſta quæ ſequũtur, melius cohærerent. Sed facilè intelligi poteſt Mariam, conſpecto Angelo (in quo proculdubio maieſtas aliqua cæleſtis apparebat) deinde etiam audita mirifica iſta ſalutatione, vtraque re tam inſolenti fuiſſe non mediocriter commotam. Nam quòd nonnulli exiſtimant vel aſſuetam fuiſſe virginem his viſionibus, vel tam blandam ſalutationem ſuſpectam habuiſſe, mihi nõ probatur. Qualis ποταπὸς, id eſt, quò tandẽ ſpectaret, & quæ eſſet huius ſalutationis ſententia. Vel cuias, id eſt vnde profecta. Voluit enim probare ſpiritum.

30 Es enim in grati εὗρες γὰρ χάριν Vulgata & Eraſmus ad verbum, Inueniſti [vel, nacta es] enim gratiam. Hebraicè autem מצא חן, id eſt inueniſſe gratiam dicitur qui ~~eſt~~ in gratia cum aliquo. neque hic quicquam valet quod de meritis quidam nugantur. Nam nec Græcis quidem τὸ εὑρέσθαι ſemper dicitur de eo quod labore tuo vel collatis beneficiis fueris adeptus, quemadmodum explicatur ab Vlpiano grammatico, & vſurpatur Rom.4.a.1, ſed interdũ etiam de eo quod tibi nihil tale quærenti vel ſperanti obtigerit, nedum vt ſtudueris promereri. Sic Gregorius de Saule loquens Iſraelis Rege deſignato præter omnem ſpem & expectationem, ὅς, φησὶ, τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἐπιζητῶν, βασιλείαν εὕρατο. Neque tamen caſum aut fortunam vllam hîc agnoſco, ſed hoc potius conſtituo quod ait Paulus, nos eſſe dilectos à Domino quũ peccatores eſſemus, vt quiſquis gloriatur, in Domino glorietur.

31 Nam ecce καὶ ἰδοὺ Hebraicè והנה, de quo alibi diximus. Videtur autem καὶ pro γὰρ hoc quoque loco vſurpari. In nonnullis tamen codicibus impreſſis deeſt. In vtero ἐν γαστρὶ Hebræus pleonaſmus.

32 Altiſſimi τοῦ ὑψίστου Hebraicé. Nam inter cætera nomina quæ Deo tribuũtur, apud Hebræos etiam dicitur עליון id eſt ſummus vel ſupremus. Vocabitur, κληθήσεται, Filius Dei ſcilicet vocabitur, quia re vera Filius Dei eſt ab æterno vnigenitus: ſuó tamen tẽpore manifeſtatus in carne. Non eſt ergo quod יקרא ſimpliciter ita accipiamus pro יהיה cũm impio illo Serueto qui Samoſateni errorem renouauit: ſed potius manifeſtationem æterni Filii Dei ſciamus hoc vocabulo declarari. Es. 59. [illegible]

34 Quomodo πῶς Quidam admirationem Mariæ obſtupefactæ rei nouitate, nec prorſus aſſentientis Angelo: quidam verò ſimplicẽ quæſtionem eſſe volunt, cupientis ſcilicet amplius erudiri. Ego vtranque opinionem coniungo: ita tamen vt hanc admirationem non à diffidentia profectam, ſed ex eo potius ortam eſſe credam, quòd quum verbis Angeli credidiſſet, ipſa rei magnitudo cogeret ſciſcitari qua tandem ratione id fieri poſſet. Vt autem ita credã eo etiam adducor, quòd duntaxat de modo conceptionis quærit. ex quo intelligitur nõ fuiſſe hoc vnum quæſiturã niſi cæteris credidiſſet, quæ magis etiam erant incredibilia: imò verò idcirco percontatam eſſe quomodo hunc poſſet concipere, quòd intellexiſſet atque credidiſſet, fore vt Filium Dei æternum illum Regem ac Meſſiam pareret. alioquin cur miraretur Virgo deſponſa ſe concepturam ac parituram? Erit ἔσται Vulgata, fiet γενήσεται, eodem ſenſu. In tribus autem codicibus additum erat pronomen μοι mihi: quod niſi exprimatur, neceſſariò fuerit ſubaudiendum. Virum ἄνδρα Viri nomen hoc loco ſexum declarat. neque (vt arbitror) maritum Ioſephum ſignificat. Dixiſſet enim potius τὸν ἄνδρα, aut τὸν ἄνδρα μου, addito etiam pronomine. Non ſum cognitura? οὐ γινώσκω; Quia hoc verbum paulo aliter cõuerti quàm vulgò ſoleant, & difficilis eſt hic locus, viſum eſt paulo copioſius meam ſententiam explicare: quam tamen Eccleſiæ authoritati libens ſubiicio. Quidam igitur, etiam ex veteribus, afferri putant à Maria rationem cur penè incredibilis videretur Angeli narratio: vt ſit hæc ſentẽtia, Tu quidem dicis fore vt concipiam ac pariam: quod fieri non poteſt niſi cum Ioſepho congrediar, cui ſcilicet ſum deſponſa. Atqui adhuc ab eo abſtinui, & porrò conſilium eſt abſtinere. Quomodo tandem igitur credibile eſt fore quod dicis? Hanc autem interpretationem multis de cauſis non poſſum amplecti. Vnde enim probabitur Mariam eo tempore fuiſſe viro traditam, quum duntaxat dicatur μεμνηστευμένη, & diſertè iubeatur Ioſephus longo pòſt tempore, quum iam ſcilicet intumuiſſet vterus, illã [illegible] Item vnde hoc ſeruãdæ virginitatis propoſitũ in muliere, quod omni exemplo & teſtimonio caret? Deinde quũ intelligeret Maria cur ſit inſtitutũ matrimonium, & innupta manens, multo liberius ac tutius poſſet virginitatem ſeruare, cur matrimonii nomine abuteretur? Quòd ſi poſt deſponſionem demum de ea re cogitarat, nónne tamen mutuum viri conſenſum interuenire oportuit? Cõſenſiſſe autem Ioſephum, aut vllam eius rei mentionem inter eos factam vnde tandem colligemus? nimirum ex Proteuangelio (quod vocãt) libro certè impuriſſimo, & planè eiuſmodi vt inter Chriſtianos ſine flagitio ne nominari quidem poſſit, quum à Matthæo & Luca, id eſt à veritate, apertè diſſentiat. Poſtremò vt etiam ita eſſe demus, cur non potius ex Angeli ſermone colligit Maria mutandum eſſe hoc conſiliũ? cur non potius miratur quî fieri poſſit vt ex infimæ ſortis hominibus talis tantúſque puer naſcatur? Quidam igitur paulo aliter explicant. Volunt enim ſimplicem eſſe interrogationẽ, perinde acſi dixiſſet Maria, Aſſentior quidem tibi. Sed dic obſecro, quis ſit eius rei modus futurus. Nam nunc quidem integra ſum à viro, vtpote quæ nulli mortalium adhuc nupſerim. Num igitur erit mihi cum Ioſepho ſpõſo meo

conſueſcendum, aut alia quapiam ratione fiet quod dicis? nam certè quæ narras, vix poſſim à mortali quopiam ſperare. Videtur autem hæc expoſitio ſatis ſimplex & appoſita. ſed repugnat omnium codicum conſenſus, in quibus ſcilicet ſcriptam interrogationis notam reperio, non poſt τοῦτο, vt certè debuit ſi ita interpretari placet, ſed poſt γινώσκω. Fuiſſet autem ita potius diſtinguendus & conuertendus hic locus, Quomodo erit iſtud? nam virum non cognoſco. id eſt, nondum nupſi, & adhuc integra ſunt omnia. Præterea particula ἐπεὶ quum αἰτιολογικῶς ponitur, plerunque declarat connexum eſſe ſermonem (vt in coniuncto ſyllogiſmo) cui nullum locum relinquit iſta interpretatio. Id autem liquebit ſi non à concluſione (vt fecit Maria) ſed ab antecedente exordiaris, naturalem ordinẽ ſequutus, hoc modo ſcilicet, Quum virũ non cognoſcam, quomodo fiet iſtud? Quam orationem nõ poſſis illo modo explicare. Itaque non deſunt qui tertiam expoſitionem afferãt, 3. quaſi ſcilicet Maria μεμνηστευμένη, id eſt deſponſa dicta ſit κατὰ πρόληψιν, cuiuſmodi multa etiam in communi ſermone interdum dici ſolent. Mariam igitur aiunt ad iſtam conceptus & partus mentionem meritò fuiſſe attonitam, quum de matrimonio nondum cogitaſſet. Verùm probabile non eſt Mariam, accepto hoc nuntio, fœdus matrimonii fuiſſe inituram. Neque enim id facere poterat quin & marito ſuo imponeret, & matrimonio abuteretur: quin denique ſeſe in maximum diſcrimen adduceret. à quibus ſceleribus non dubito quin ſanctiſſima & caſtiſſima virgo longiſſimè abfuerit. Quid igitur? Mihi quidem de his rebus diu multùmque cogitanti ſimpliciſſima & maximè conſentanea viſa eſt interpretatio quam ſum ſequutus. 4 Venerat autem illa mihi iampridem in mentem, ſed nunc demum in ea acquieui, quum eam reperiſſem in optimi mei parentis & præſtantiſſimi theologi D. Iohannis Caluini commentariis annotatam. Conabor autem (quod alibi ſæpe facere ſtudui) paulo fuſius explicare quæ ille, ſuo more, breuiter ac præciſè tradidit. Maria quum in Prophetarum lectione valde eſſet exercitata (id enim vel ille nobilis ipſius hymnus ſatisſupérque oſtendit) Meſſiam nimirum eo ipſo tempore expectabat qui redempturus eſſet Iſraelem: & vt concedam perobſcurum adhuc fuiſſe tum ipſius perſonæ Chriſti, tum etiam futuri regni myſterium: tamen animo conceperat, Meſſiam fore extra omnium hominum ſortem, cui nimirum tam multa paſſim in Prophetis tribuantur quæ humanæ naturæ non cõueniant. Sed & in ipſo vulgo ſparſa erant eiuſmodi multa de Meſſia, veluti quod refertur Iohan. 7. d. 27, fore ſcilicet vt quũ ille veniret, nemo ſciret vnde veniſſet, aut quibus ortus eſſet parentibus. Maria igitur præter hæc omnia, quum eſſet ex ſtirpe Dauid, & diſertè audiſſet ex Angelo, ſe illam eſſe quam Deus ſingulari & omnibus ſeculis inaudito gratiæ exemplo delegiſſet, ex qua Filius ille Altiſſimi & Rex æternus naſceretur, rectè ſtatim colligit ex Angeli ſermone, hîc agi de mirifica aliqua concipiendi ratione. Hoc igitur aſſumens, ex Spiritus ſancti & fidei virtute, & nihilominus tamen tanti myſterii magnitudine perculſa, percontatur his verbis, quî tandem hoc fieri poſſit. Quandoquidem (inquit) virũ non ſum cognitura. id eſt, Quãdoquidem in eo quod polliceris, nullus locus eſt vulgari & cõſuetæ matrimonii cõiunctioni, age qua tandem ratione fiet quod narras? Hac igitur expoſitione non video quid dici poſſit accommodatius. Latini verò in hoc dicendi genere vtuntur participiali nomine in rus, quo rectè obſeruant Grammatici non innui tempus, ſed qualitatem vel animi voluntatem. Ea verò ſolet per Debeo, vel volo, vel poſſum (ſicut in potẽtiali modo) explicari: vt in illo Fabii exemplo, Detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura: commodiſſimè hoc participiale nomen expoſueris, quæ poſſent aut deberent vacare. Itaque pro γινώσκω dixi, ſum cognitura: quod etiam ſi libuerit futuri ſignificatione accipere, nouum videri non debet. Eſt enim hæc enallage futuri pro præſenti ſæpe iam à nobis annotata. Sic Virgilius, Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. pro, ducendã eſſe. Et Ariſtoph. τί δρῶ; pro τί δράσω; quid ſum facturus? atque adeò ne longius abeamus, ſic in proximo verſiculo τὸ γεννώμενον non declarat quod naſcitur, ſed quod naſcetur, id eſt (vt vernaculo ſermone dicimus) *ce qui doibt naiſtre*. & ſimili prorſus exemplo, Iohan. 7. d. 27, οὐδεὶς γινώσκει, nõ rectè transfertur, nemo ſcit, quum potius dicendum fuerit, nemo cogniturus eſt, id eſt (vt Galli vulgò loquuntur) *nul ne pourra cognoiſtre*. Supereſt, vt annotemus ex Hebræorum idiomate ידע, id eſt cognoſcere, honeſtè dici de mariti cum vxore & viciſſim vxoris cum marito conſuetudine. Itaque intempeſtiuè philoſophatur in hoc verbo Epiphanius in Antidicomarianitas, quod tamen rectè expoſuit in libro quem inſcripſit ἀγκυρωτόν.

Et reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideóque & quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei.	35	Et reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus ſanctus″ ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi inumbrabit te.″ Propterea *id* etiam quod naſcetur″ ex teʹ ſanctumʹ, vocabitur filius Dei.
Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis:	36	Atque ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa cõcepit filium in ſenectute ſua:″ & hic menſis eſt ſextus ipſi quæ vocabatur ſterilis:
Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.	37	Quia apud Deum non erit impoſſibile″ vllum verbum.

Filius Dei.

35 Superueniet ἐπελεύσεται Hoc vocabulo aptiſſimè ſignificatur fore vt Spiritus ſancti virtus quaſi patris generantis vices ſuppleat. Sed in eo ſummum eſt diſcrimen, quòd homines corrupti, ex ſua ſubſtantia filios gignunt in corruptis mulieribus, in hoc autem myſterio quod humana ratione comprehendi non poteſt, Spiritus ſanctus à Patre & Filio vnigenito procedens, Carnem non gignit ex ſeſe, ſed creat ex ſelectæ virginis ſubſtantia, cui deinde animam indit, vtranque ipſe ſua vi ſanctificans: cui deinde (eodem tamen momento) æternus ille Dei Patris Filius Deus in vnam eandémque perſonam coniungitur: NB. ita ſcilicet vt nec Deus in hominem, nec homo in Deum mutetur: nec rurſus duo Chriſti conſtituantur, quorum vnus ſit Dei, alter verò Mariæ Filius: ſed vnus ſit Filius Dei in carne manifeſtatus, & vnus inter Deũ & homines mediator. Quidam autem ἐπελεύσεται vertit Inuadet: quod verbum mihi non probatur hoc loco. Solet enim plerunque in vitio vſurpari, neque ſatis videtur exprimere diſcrimen illud inter ἐπέρχεσθαι & εἰσέρχεσθαι, quod rectè obſeruat his verbis Epiphanius aduerſus Theodotianos, εἰ Γαβριὴλ εἶπε, φησί, πνεῦμα ἅγιον εἰσελεύσεται εἴς σε, οὐκέτι υἱὸν τοῦ θεοῦ ἦν ἡγεῖσθαι ἐν σαρκὶ παραγεγονότα, ἀλλὰ πνεῦμα ἅγιον ἐν σαρκὶ παραγεγενέναι. id eſt, Si Gabriel (inquit) dixiſſet, Spiritus ſanctus veniet in te, non iam liceret exiſtimare Filium in carne veniſſe, ſed Spiritũ ſanctum. Hæc Epiphanius. ex quo apparet quanta fuerit impuri illius Serueti audacia, qui libro de Trinitate primo, quum hunc locum citaret, pro Spiritu ſancto ſubſtituit τὸν λόγον, quaſi λόγος hoc loco dicatur ἅγιον πνεῦμα, ac non potius vtriuſque hypoſtaſes ſint diſtinctæ. in quo etiam errore fuit ille cuius extant commentarii in Matthæum in 54 Homilias diſtributi, & falsò inſcripti Chryſoſtomo, vt Eraſmus ſua in eũ librum præfatione rectè obſeruauit. Propterea *id* etiam quod naſcetur διὸ καὶ τὸ γεννώμενον. vel, quod gignetur. Poteſt enim τὸ γεννᾶσθαι vel ad conceptum, vel ad partum accommodari. Particulam autem καὶ annotarunt veteres non pertinere ad verbum κληθήσεται, ſed ad τὸ γεννώμενον: qua de re libet eiuſdem Epiphanii verba ſubiicere cum iis cohærentia quæ modò citauimus. Gabriel (inquit) οὐκ εἶπε μόνον, διὸ τὸ γεννώμενον, ἀλλὰ διὸ καὶ τὸ γεννώμενον, ἵνα δείξῃ ἄνωθεν θεὸν λόγον καὶ ἐν μήτρᾳ γεννώμενον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, id eſt, non dixit ſolũ, Propterea quod gignetur, ſed, Propterea etiam quod gignetur, vt oſtenderet Deum verbum qui eſt ex alto, etiam in vtero genitum quum homo fieret. Hæc Epiphanius, oſtendens hac particula deſignari vtriuſque naturæ in vna Filii Dei perſona coniunctionem. quæ emphaſis vt melius intelligeretur, volui exprimere antecedens. Ex te ἐκ σοῦ Ita ſcriptum inuenimus in nonnullis Veteris editionis codicibus, item in libro Complutenſi, ſed & plurimis locis apud Epiphanium. Athanaſius denique in epiſtola quadam ad Epictetum Corinthiorũ Epiſcopum, ita legendum eſſe, his verbis oſtendit, Ὁ Γαβριὴλ, φησίν, ἀσφαλῶς εὐηγγελίζετο τῇ Μαρίᾳ, λέγων οὐχ ἁπλῶς, τὸ γεννώμενον ἐν σοί, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθείη· ἀλλ' ἐκ σοῦ, ἵνα φυσικὸν τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς εἶναι πιστευθείη, id eſt, Gabriel, inquit, planè ac certò nuntium expoſuit Mariæ, quũ non ſimpliciter diceret, Quod gignetur in te, ne quis exiſtimaret corpus in ipſam foris introductũ: ſed, Ex te, nempe vt natura fore ex ipſa crederemus quod gigneretur. Hæc Athanaſius aduerſus Dimæritas, qui corpus Chriſti cenſebant eſſe ipſius Diuinitati coeſſentiale: quorum errorem poſtea ſequuti ſunt Eutychiani & Monothelitæ: & noſtro ſeculo Schuenfeldius, & impius ille Seruetus. Minimè igitur dubitaui hæc verba reſtituere ex Græcis & Latinis pleriſque codicibus, aut temerè, aut malitioſè execta. nec pũdubito quin idem facturus fuerit Eraſmus, ſi Athanaſii locum illum obſeruaſſet. Sanctum, ἅγιον, id eſt, quum purum ſit, & ab omni peccato prorſus immune, templum denique Dei in ipſo corporaliter habitantis. Nam (vt rectè dicit Auguſtinus) eum oportuit ſine peccato concipi & naſci, qui venit vt mundi tolleret peccatum. Vocabitur κληθήσεται Hîc quoque (quemadmodũ ſuprà verſu 32) Vocãdi verbo manifeſtatio intelligi debet potius quàm eſſentiæ principiũ, vt rectè in Seruetum doctiſſimus Caluinus obſeruauit. Neque enim qui ex Maria natus eſt, duntaxat homo eſt, ſed Deus in carne manifeſtatus. Quamobrem rectè conſtituit Eccleſia aduerſus Neſtorium, vt Maria θεοτόκος diceretur.

36 Et hic menſis καὶ οὗτος μὴν Hebraicè, id eſt, ſextum iam menſem agit à conceptu. Dicit autem vocatam fuiſſe ſterilem, quòd nimirũ ſterilem adhuc fuiſſe inter omnes conſtaret, & ætate iam eſſet prouectiore.

37 Vllum πᾶν Vulg. & Eraſ. omne. Solent enim Hebræi quoties enuntiatio generaliter negat, pro nullo dicere לא כל, collocata tamen ante verbum negante particula. Sed apud Græcos & Latinos Non omne declarat orationem ſpecialem & indefinitam potius quàm generalem negationem. Itaque vix poſſis hunc Hebraiſmum retinere ſine ſenſus iniuria. Vllum verbum πᾶν ῥῆμα. id eſt, quicquid Deus ſemel futurum dixerit: vel res vlla, vt quidam ſunt non malè interpretati. Sed illam tamen interpretationem prætuli, quòd melius videatur conuenire Gabrielis nuntio, & Mariæ ipſius reſponſioni.

Dixit autem Maria,′Ecce ancilla Domini,fiat mihi ſecundum verbum tuum.Et abiit ab ea Angelus.

38 Dixit autem Maria,Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbũ tuũ. Et diſceſſit ab illa Angelus.

Maria viſitat Eliſabeth.

Quum autem ſurrexiſſet Maria per eos dies,profecta eſt′in mõtanam *regionem* cum feſtinatione,″in vrbem Iuda.

39 Exurgens autem Maria in diebus illis ,abiit in montana cum feſtinatione,in ciuitatem Iuda.

Et ingreſſa eſt in domum Zachariæ,ac ſalutauit Eliſabeth.

40 Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.

Salutatio.

Et factum eſt vt audiuit Eliſabeth ſalutationem Mariæ , ſaliit ″fœtus in vtero eius:& repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth.

41 Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth,exultauit infãs in vtero eius:& repleta eſt Spiritu ſãcto Eliſabeth. E

Exclamauítque voce magna,& dixit,Benedicta tu inter mulieres,″quia benedictus fructus ventris tui.

42 Et exclamauit voce magna , & dixit,Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui.

Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?

43 Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?

Ecce enim vt′peruenit vox ſalutationis tuæ ad aures meas , ſaliit cũ exultatione infans in vtero meo.

44 Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Et beata″quæ credidit: ′quoniam perficiẽtur ea quæ dicta ſunt ei à″Domino.

45 Et beata quæ credidit: quoniã perficientur ea quæ dicta ſunt ei à Domino.

Tunc ait Maria,′Magnificat anima mea Dominum:

46 Et ait Maria , Magnificat anima Mea Dominum:

Canticum Mariæ,quo Chriſtũ promiſſum veniſſe canit.

Et″exultat ſpiritus meus″ſuper Deo″ſeruatore meo.

47 Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

″Quia reſpexit′humilem ancillam ſuam:ecce enim ex hoc *tempore* beatam me dicent omnes′ætates.

48 Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

38 Ecce ancilla Domini ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου,Petitũ eſt hoc dicendi genus ex conſuetudine Hebræorum,qui de ſe perinde ac tertio quopiam loquentes,dicere ſolent, Ecce ſeruus domini mei.Sed hîc loquitur Maria ex animo, quum plerique in ore potius id habeant quàm in pectore. 39 In montanam *regionem* εἰς τὴν ὀρεινὴν Vulgata & Eraſmus,in montana.Intelligit autem montes Iuda expoſitos ad Meridiem Hieroſolymorum,vt paulo pòſt declarabimus. In vrbem Iuda. εἰς πόλιν Ἰούδα. In nullis codicibus inuenimus adſcriptũ ciuitatis nomen.In vno tamen exemplari ſcriptum erat εἰς πόλιν Δαβίδ,quaſi ſcilicet appellatione Ciuitatis Iuda ſignificetur ipſa Hieruſalem Iudææ metropolis, quæ & ciuitas Dauid dicitur propter arcem Mello in ea conditam, vt ſcribitur 2.Sam.5.b.9.Sed hoc planè repudio.Cogitãti verò mihi cur Euangeliſta non adſcripſerit ciuitatis nomen , venit fortaſſis in mentẽ id quod res eſt. Scribitur enim Ioſue cap.21.b.9,in ſorte Leuitarum,filiis Aaronis data fuiſſe nouẽ oppida de tribu Iuda & Simeon, inter quæ primo loco nominatur Ciriath-arba , quæ& Hebron dicitur,& diſertè etiam adiicitur ſitam fuiſſe in monte Iuda,quemadmodum copioſius refertur eiuſdem libri cap.14. Quum igitur Zacharias ex familia Aaronis eſſet,& vna hæc vrbs Sacerdotum commemoretur in montibus Iuda,non fuit neceſſe vt Euangeliſta de Zachariæ domicilio loquens,eius vrbis nomen diſertè exprimeret,quum nemo eſſet quin vbi mentio fieret Sacerdotum & ciuitatis Iuda,ſatis intelligeret Hebronem intelligi. 41 Fœtus βρέφος id eſt ἔμβρυον.Nam propriè dicitur βρέφος de partu recens edito.Hæc interdum apud alios etiam authores permutantur.Aphrodiſæus,ἐν μήτρᾳ δεκαμηνιαῖον βρέφος περιμένει.Dioſcorides,τό τε τὰ βρέφη ἐκτιτρώσκει. Phocylides autem vtrunque coniunxit in hoc verſiculo,Μήτε γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός, vt eſt ab aliis annotatum. Sed fortaſſis vſus eſt Lucas nomine βρέφους potius quàm ἐμβρύου, vt hunc motum inuſitatum fuiſſe oſtenderet , & puero iam nato magis conuenientem quàm adhuc intra vterum deliteſcenti.Nam alioquin minimè nouum eſt fœtus in vtero ſubſilire.Sed tamen hunc motum à Spiritu ſancto profectum eſſe ſatis etiam per ſe teſtatur Elizabethæ oratio de Chriſti cõceptu vaticinantis,cui non interfuerat,& quem aliũde cognoſcere non poterat. 42 Quia benedictus καὶ εὐλογημένος Benedictus dicitur Chriſtus humanæ naturæ ratione, id eſt,quatenus vnctus eſt,accepto Spiritu ſupra omnem menſuram,vt primogenitus ſit inter multos fratres. Particulam autem καὶ tanquam cauſalem conuerti,Theophylactum ſequutus,qui ita interpretatur,& prolatis exemplis hanc enallagen confirmat, de qua alibi diximus. Videtur autem vberior ſenſus ſi ita accipiamus: vt ſcilicet intelligatur benedictionem Mariæ ab eo manare quem in vtero geſtabat.

44 Peruenit ἐγένετο Vulgata & Eraſmus ad verbum,facta eſt.Vide Marc.9.c.33,& Iohan.6.b.19 & 21.

45 Quæ credidit: ἡ πιστεύσασα In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus legitur,quæ credidiſti,& paulo pòſt, fient tibi,quaſi ſcriptum ſit σοὶ pro αὐτῇ.Sunt autem frequentes apud Hebræos iſtæ perſonarum mutationes. Quoniam ὅτι Vel,quòd,vt poſt πιστεύσασα nõ adſcribatur diſtinctio,& ὅτι non αἰτιολογικῶς,ſed εἰδικῶς accipiatur,ſicut explicat Theophylactus. A Domino. παρὰ κυρίου.id eſt quod barbarè vulgò dicunt , ex parte Dei.Diſtingui enim debet παρὰ ab ὑπὸ, quanquam,quod ad rem ipſam attinet, nullum eſt diſcrimen. Dicitur enim Deus ipſe facere quod ipſius miniſtri faciunt eius mandato.

46 Magnificat μεγαλύνει id eſt altè & magnificè prædicat,quod Hebræi declarant verbo גידל Vide Matth.23.a.5.

47 Exultat ἠγαλλίασε Vulgata & Eraſmus ad verbum,exultauit.Sed manifeſta eſt temporis enallage,niſi καὶ iterum malis pro γὰρ, id eſt ET pro ENIM accipere.Nam oportuit præire intelligentiã Spiritus de tanto beneficio exultantis, vnde poſtea natum gaudiũ quo totus eſt animus perfuſus,vt lingua in apertas Dei laudes erũperet. Super Deo ἐπὶ τῷ θεῷ Vulgata & Eraſmus,in Deo,quaſi ἐπὶ pro ἐν ponatur. Ego malo ἐπὶ declarare cauſam,ipſámque adeò gaudii materiam. Seruatore σωτῆρι Vulgata,ſalutari,id eſt σωτηρίῳ, vt ſcriptum erat in octauo codice,eodem ſenſu. 48 Quia reſpexit ὅτι ἐπέβλεψεν Reſpicere pro diligere & gratuito fauore complecti,etiam à Latinis vſurpatur.Solent enim homines, ſi cuius ipſos capit commiſeratio,in eum intueri: ſi quem autem aſpernantur, ab eo auertere oculos.Itaque eoſdem etiam habitus Deo tribuunt,eo tropo qui dicitur ἀνθρωποπάθεια. Humilem ancillam ſuam ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus ad verbum,ad humilitatem ancillæ ſuæ. Sed humilitas ancillæ pro humili ancilla ponitur,ex Hebræorum idiotiſmo: de quo diximus Matth.24.b.15.Significat autem ταπείνωσις humilitatem, id eſt vilem & abiectã cõditionem,qualis eſt nimirum vilium ſeruulorum.Itaque inepti ſunt qui modeſtiam cæteráſque Mariæ virtutes hoc loco prædicant:quaſi ταπείνωσις illud ſit quod Græci ταπεινοφροσύνην vocant,Galli verò vernaculo ſermone *humilité*:quaſi denique Maria vlla ſua merita,ac non potius infinitam Dei miſericordiam collaudet, vt rectè obſeruat Eraſmus in hunc locum.Profert autem Theophylacti verba, quæ iterum libuit exſcribere, vt præpoſteri iſti Mariæ cultores intelligant,ſi quid illis mentis ac cordis ſupereſt,ſanis hominibus nunquã placuiſſe iſta quæ ipſi tam pertinaciter tuentur. Sic igitur ille, ἡ παρθένος,φησὶ,τελεώτερον πληροφορηθεῖσα,δοξολογεῖ τὸν θεὸν,ἐκείνῳ ἐπιγράφουσα τὸ θαῦμα,οὐχ ἑαυτῇ.ἐκεῖνος γὰρ,φησὶν,ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν,οὐκ ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβλεψα·ἐκεῖνός με ἠλέησεν,οὐκ ἐγὼ αὐτὸν ἐζήτησα· καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. οὐ μόνη Ἐλισάβετ, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν πιστευσάντων γενεαί.διατί δὲ μακαριοῦσιν; ἆρα διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετήν; οὐχί· ἀλλ' ὅτι ἐποίησε μετ' ἐμοῦ μεγαλεῖα ὁ θεός.Id eſt, Virgo plenius edocta glorificat Deum,illi miraculum adſcribens,non ſibi.Ille enim, inquit,reſpexit ad me humilem, non ego illum ſuſpexi: ille mei miſertus eſt, non ego illum quæſiui: & ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes.nõ ſola verò Eliſabeth, ſed & omnes credentium generationes.Sed quam ob cauſam beatã me dicent?num propter meam virtutem?Non,ſed quia mihi magnifica fecit Deus . Hactenus Theophylactus,& quidem Romæ excuſus annis ab hinc tredecim. AEtates. γενεαί. Hebraicè דורות vt diximus Matth.11.b.16.Quidam Nationes interpretantur,quaſi dicat Maria fore vt vniuerſus orbis terrarum hoc Dei beneficium celebret.Sed illud malo.

	Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.	49	Quia″magnificè mecũ egit″potens ille,″cuius ſanctũ *eſt* nomẽ.
	Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.	50	Et cuius miſericordia″in omnes ætates *parata eſt* timẽtibus ipſũ.
Eſa.51.b.9 Pſal.33.b.10 eſa.29.c.15	‖Fecit potẽtiam in brachio ſuo:‖diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.	51	″Forte facinus fecit″brachio ſuo:″diſſipauit ſuperbos″cogitatione cordis ipſorum.
	Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.	52	Detraxit″potentes″è thronis, & extulit″humiles.
1.Reg.2.a.6 pſal.34.b 11	‖Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.	53	″Famelicos impleuit bonis, & diuites″ablegauit inanes.
Eſa.30.d.18, & 41.b.8, & 54.b.5	‖Suſcepit Iſrael puerũ ſuũ, memorari miſericordiæ ſuæ,	54	″Suſtẽtauit Iſrael″puerum ſuum, vt memor eſſet miſericordiæ,
iere.31.a.3.d.20 Geneſ.17.e.19, & 22.c.16 pſal 132.b.11	(‖Sicut loquutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius) in ſecula.	55	(Sicut″loquutus eſt ad Patres noſtros,″nimirum Abrahamum, ″& ſemen eius)″in æternum.
	Manſit autẽ Maria cũ illa quaſi mẽſibus tribus: & reuerſa eſt in domum ſuam.	56	Manſit autem Maria cum illa quaſi menſes tres, & *deinde* reuertit domum ſuam.
	Eliſabeth autem impletum eſt tẽpus pariendi: & peperit filium.	57	Eliſabethæ verò impletum eſt tempus pariẽdi: & peperit filiũ.

49 Magnificè mecũ egit ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα Totum hoc dicendi genus Hebræis eſt familiare. Sic enim dicũt עשה גדולות, id eſt, ſublimia patrauit, pro, præſtantiam & magnificentiam ſuam inſigni aliquo facinore declarauit. Deflexi autem aliquantulum à verbis ipſis, tum in hoc Mariæ cantico, tum etiam in altero Zachariæ, vt obſcuriores Hebraiſmos illuſtrarem. Potens ille, ὁ δυνατὸς, Articulus hoc loco præſtantiam declarat, & ὁ δυνατὸς Deum Græcis ſignificat, ſicut האל Hebræis: pro quo tamen Græci interpretes τὸν ἰσχυρὸν plerunque dicunt. Fortis אל Annotandus præterea Hebraiſmus, quo reperitur antecedens loco relatiui. Videbatur enim potius dicendum αὐτὸς vel ἐκεῖνος, id eſt, ipſe vel ille. Cuius nomen καὶ ὄνομα αὐτοῦ Heb. ושמו. Vulgata & Eraſmus ad verbum, & nomen eius. Apparet autem Hebraiſmum eſſe à Græcorum & Latinorum idiomate alienum, nempe quòd ſoleant Hebræi ſua quæ vocant affixa nominibus ſubiicere.

50 In omnes ætates εἰς γενεὰς γενεῶν Vel, in omnem poſteritatẽ. In quibuſdam codicibus legitur eodem ſenſu εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Significatur autem γενεᾶς appellatione id quod Hebræi דור, vel עד, vel עולם vocant, Græci etiam αἰῶνα, Latini AEuum, vel ſeculũ, vel ætatem: vt intelligamus promiſſiones Dei complecti perennia ac perpetua bona: denique nunquam excidere verbum Dei, quemadmodum loquitur Paulus: vt hoc totum, illud ſit quod Hebræi dicunt לדור דורים, aut לעולם עולמים. Vel hoc vocabulo declarantur nepotes cæterique deinceps poſteri: vt ſit hæc ſententia, tantam eſſe Dei miſericordiam, vt non ſolos credentes, ſed etiam eorum poſteros faciat bonorum ſuorum participes, in mille vſque progenies, quemadmodum ipſe teſtatur Exod.20.b.6. Quòd ſi hãc interpretationem ſequamur cũ Vetere interprete, qui vertit, à progenie in progenies, id eſt ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν, & cũ Eraſmo, qui ad verbũ interpretatus eſt, in progeniem & progeniẽ: tum demum εἰς γενεὰς γενεῶν idem declarabit atque לבני בנים, id eſt in filios filiorũ. Reſpicit autẽ Maria, atque adeò totidẽ verbis repetit quod ſcriptum eſt Pſal.103.c.17, vbi vtriuſque interpretationis exemplum extat. Timentibus φοβουμένοις, id eſt, religioſe ac reuerenter ipſum colentibus. Nam apud Hebræos יראה totum Dei cultum declarat. verbum autem ſuppleui quod explendæ conſtructioni deerat.

51 Forte facinus fecit ἐποίησε κράτος Sic apud Hebræos עשה חיל vt Pſal.118.c.16. Vulgata, Fecit potentiam: Eraſmus, Præſtitit robur: vterque nimium obſcurè, quum eiuſmodi enallage vix habeat locum in Latino ſermone. Videtur autem ab hoc dicendi genere non multũ diſſidere Homericum illud Iliad. β'. -πρὶν καὶ Διὸς αἰγιόχοιο Γνώμεναι εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, ἠὲ καὶ οὐκί. Brachio ſuo: ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Pleonaſmus hic eſt maximæ energiæ, & Hebræis familiaris, apud quos etiam זרוע accipitur pro robore. Diſſipauit διεσκόρπισεν id eſt פיזר, tranſlatione ſumpta à turbine, qui paleas abreptas huc & illuc ſpargit: quæ ſimilitudo frequenter occurrit in Prophetis, & optimè declarat fore vt ſuperborum conſilia à ventis (quod aiunt) auferantur: id eſt, tãquam res inaniſſimæ, pereant, vt ſcribitur Eſa. capite 29. quod quidem caput videtur Maria hoc ſuo cantico quaſi commentariis quibuſdam illuſtrare. vel חפיץ, id eſt ita comminuit vt fruſta hinc & inde diſſilierint: quæ interpretatio videtur reſpondere illi quod paulo antè dixerat, ἐποίησε κράτος. Id autem Latini etiam Diſpergendi verbo declarant, vt apud Terentium, An tibi mauis cerebrum diſpergi? Itaque nõ reprehendo Veterem interpretem, quod ad ſententiã attinet. ſed tamen hoc vocabulum repudiaui vt ambiguum. Quid ſi verò διεσκόρπισεν idem valeat atque apud Hebræos הפר? Video enim in ſententia prorſus ſimili hoc vocabulũ frequenter vſurpari, vt Pſal.33.b.10, & 2.Sam.15.d.34, & Iob 5.b.12. Quocunque autẽ modo accipias, videtur Diſſipandi vocabulum optimè conuenire. Cogitatione διανοίᾳ Accommodari hoc poteſt diuerſo ſenſu ad verbum διεσκόρπισεν, vt ſignificetur à Domino diſſipari ſuperbos, idque iis ipſis conſiliis & artibus, quibus conantur alios euertere (comprehendit enim eos Dominus in aſtutia ſua, & malum conſilium (vt aiunt) ipſi conſultori peſſimum eſſe ſolet) aut diſſipari ſuperbos cum ſuis conſiliis, aut denique propter praua eorum conſilia. Vel coniungi poteſt cum nomine ὑπερηφάνους, vt ſit hæc ſententia, eos à Domino diſſipari qui ſibi in cõſiliis ſuis placent. Mihi verò ſatis fuit Græca ſimpliciter conuertiſſe, vt nulli expoſitioni præiudicium afferrem.

52 Potentes δυνάστας Græco vocabulo vtitur ipſe Cicero Philippica vndecima, & Seneca in Thyeſte, choro Actus tertii; Anxius ſceptrum tenet, & mouẽtes Cuncta dynaſtas: metuitque caſus Mobiles rerum, &c. adeò vt appareat in Oriente ita vocatos qui principes quidem eſſent, ſed Regibus & Tetrarchis inferiores. iidem fortaſſe atque illi quos Perſæ Satrapas vocabant. Nos tamen hîc noluimus nimium eſſe curioſi, quum ſatis conſtet ex antitheſi, quoſuis hîc ſignificari qui opibus aut genere ſint inſignes, id eſt ἐνδόξους potius quàm ἔξοχοι.

E thronis, ἀπὸ θρόνων, vel è ſoliis. Videtur enim his nominibus auguſtius aliquid ſignificari, quàm ſedis appellatione declaretur: quo vocabulo Vetus interpres & Eraſmus vti maluerunt. Humiles. ταπεινούς. Id eſt vilis & abiectæ conditionis homines. quod placuit rurſus obſeruare, nequis inter ταπεινοὺς & ταπεινόφρονας nullum diſcrimen conſtituat: quanuis hoc quidem loco ταπεινοὶ dicantur qui non modò inter homines ſunt infimi, ſed etiam coram Deo nihil prorſus ſibi tribuunt: qui denique verè pauperes ſunt ſpiritu.

53 Famelicos πεινῶντας Vulgata & Eraſmus, ad verbum, Eſurientes: quibus opponuntur πλουτοῦντες. Sed apparet participia loco nominum, quæ verbalia vocant, eſſe poſita, Hebræorum more. Deinde verò oſtendit antitheſis non vocari famelicos, id eſt רעבים eos qui ſimpliciter eſuriant. (poſſunt enim eſurire etiam qui ditiſſimi ſunt) ſed eos qui ad extremam inopiam redacti ſunt, quos Hebræi אביונים vocant ab אוה quod concupiſcere & deſiderare declarat. Eſt igitur vehementior antitheſis quàm ſi πένητας oppoſuiſſet πλουσίοις. Conueniunt autem hæc Mariæ verba cum iis quæ ab Hanna referuntur, 1.Sam.2.a.6. Ablegauit ἐξαπέστειλε Vulg. & Eraſ. dimiſit, id eſt ἀφῆκεν, vel ἀπέλυσεν. Vtendum autem fuit vocabulo duriore, quale eſt Ablegare à ſe & amandare.

54 Suſtentauit ἀντελάβετο id eſt, porrecta manu ſuſtinuit cadentem, vel proſtratum erexit & fulciuit: quod Hebræi declarant verbo תמך, vtitúrque eo Ieſaias 41.b.10, quem locum videtur Maria cantico ſuo accõmodare. Vulgata & Eraſmus, Suſcepit: id eſt, ab aliis deſertum ſuſcepit tuendum ac defendendum. aut, pro filio vel ſeruo agnouit & aſſeruit ab aliis oppreſſum. quod potius reſpondet τῷ προσλαμβάνειν. Puerum ſuum, παιδὸς αὐτοῦ, id eſt ſeruum ſuum. quanquam etiam vocatur filius, & quidẽ primogenitus, Exod.4.e.22. Sed videtur Maria (vt modò dixi) iſta repetere ex Ieſa.41.b.8 & 9, vbi diſertè dicitur Iſrael à Domino עבדי, id eſt ſeruus meus. Simpliciter tamen Græca conuerti, vt ſuum cuique iudicium integrum maneat. Loquutus eſt ἐλάλησε id eſt, pollicitus eſt. Sic enim etiã accipitur apud Hebræos אמר. *Nimirum* Abrahamum τῷ Ἀβραὰμ Rectè annotat Eraſmus Lucam variaſſe conſtructionẽ verbi ἐλάλησε, quod vt planius eſſet, adiecit particulã Nimirũ, & Abrahamo Latina terminatione cõuertit. Sed hæc mutatio ſyntaxeos vix locũ habet in Græco ſermone, niſi fortè apud Poetas. Itaq; malo referre ad variam cõſtructionẽ verbi, nec video cur hoc fuerit Latinè loquẽti retinendũ. Et ſemen e. καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ Heb. זרעו, id eſt poſteritatẽ eius, vt alibi diximus. Intelligit autẽ Iſaacum, Iacobũ, Dauidẽ, quibus nominatim Dominus renouauit promiſſionẽ factã Abrahamo, niſi aliter placeat explicare, vt ſtatim dicam. In æternũ. εἰς τὸν αἰῶνα. In quibuſdã codicibus legitur ἕως αἰῶνος, in æternũ vſque. Cæterũ in vetuſtis exemplaribus, atque adeò in Theophylacto Romano iſta ſic diſtinguũtur, vt hæc omnia καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, includãtur parẽtheſi, & εἰς τὸν αἰῶνα cõnectatur cum ſuperiore verſiculo. Ego verò quãuis nihil immutarim cõtra tot exemplariũ conſenſum, tamen vix tolerabilẽ eſſe puto hanc parẽtheſim. Neq; enim video cur non potius Lucas hæc annexuiſſet ipſi verſiculo ſuperiori. Fortaſſis igitur hæc eſt ſentẽtia, Dominũ miſertũ eſſe Iſraelis extremo hoc tempore, vt oſtenderet ſe memorem eſſe miſericordiæ, quẽadmodum pollicitus eſt maioribus, videlicet miſericordia vſurum tum erga Abrahamum, tum erga ipſius poſteros: idque non ad certum vſque gradum poſteritatis, ſed in infinitum vſque.

Et audierũt accolæ & cognati eius,quòd ″magnificè Dominus miſericordia ſua vſus eſſet erga illam:& gratulabantur ei. 58

Et factum eſt,in die octauo venerunt vt circunciderent puerulum,& vocabant eum ex nomine patris ſui,Zachariam. 59

Sed reſpõdẽs mater eius,ait,Nequaquã:ſed vocabitur Iohãnes. 60

Et dixerunt ad eam,Nemo eſt in cognatione tua qui vocetur iſto nomine. 61

″Innuebant autem patri eius,″quid vellet vocari eum. 62

Iſque poſtulatis tabellis ſcripſit, ″dicens,Ioannes eſt nomen eius.Et mirati ſunt omnes. 63

″Apertũ eſt autem os eius illico, &″lingua eius : & loquebatur, benedicens Deo. 64

″Ortus eſt igitur timor″ſuper omnes″accolas eorum: & in tota montana regione Iudææ″diuulgata ſunt″omnia verba iſta. 65

Et omnes qui audierunt,″repoſuerunt *ea* in corde ſuo,dicentes, Quidnam puerulus hic erit? ″Manus autẽ Domini erat cum eo. 66

Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto:prophetauítque,dicens, 67

Cãticum Zachariæ, in quo Chriſtum promiſſum veniſſe nuntiat.

″Benedictus Dominus Deus Iſraelis″quòd inuiſerit &″redemerit populum ſuum: 68

Et″erexerit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui: 69

Sicut ″loquutus eſt per os ſanctorum qui à ſeculo fuerũt, Prophetarum ſuorum, 70

58 Et audierunt vicini & cognati ei⁹, quia magnificauit Domin⁹ miſericordiam ſuam cum illa : ‖& congratulabantur ei. Suprà b.14

59 Et factũ eſt,in die octauo venerunt circuncidere puerum,& vocabãt eum nomine patris ſui,Zachariam,

60 Et reſpõdens mater eius,dixit,Nequaquã:ſed vocabitur Iohannes.

61 Et dixerunt ad illã, Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.

62 Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum.

63 Et poſtulans pugillarem , ſcripſit, dicens,‖Iohannes eſt nomen eius.Et mirati ſunt vniuerſi. Suprà b.13

64 Apertum eſt autem illico os eius,& lingua eius loquebatur benedicens Deum.

65 Et fact⁹ eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ:& ſuper omnia montana Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc.

66 Et poſuerunt omnes qui audierãt in corde ſuo , dicentes , Quiſputas puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

67 Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto:& prophetauit,dicens,

68 ‖Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebi ſuæ: Infrà 2.d.30 matth.1.d.22

69 ‖Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui: Pſal.132.c.17

70 ‖Sicut loquutus eſt per os ſanctorũ qui à ſeculo ſunt, Prophetarum eius, G Pſal,132.c.18 iere.23.a.6, & 30 b.10

58 Magnificè miſericordia ſua vſus eſſet ἐμεγάλυνε τὸ ἔλεος αὐτοῦ Vulgata,magnificauit miſericordiam ſuã, id eſt(vt loquuntur Hebræi) ויגדל חסדו: ſicut ſcriptum eſt Gen.19.d.19. 62 Innuebãt ἐνένευον id eſt,ſignis & nutibus petebant,quod loquendi genus ortum eſt ex vulgi conſuetudine,vt alia multa.veluti quod paulo antè vſurpauit, quum diceret veniſſe vt circunciderent puerum, pro,veniſſe vt circunciſioni pueri intereſſent. Quid τὸ τί,id eſt,quo nomine.Abundat autem articulus pleonaſmo Atticis familiari,vt in illo Ariſtoph. exemplo quod citat Budæus,εἰπὲ δή νυν ἐμοί. Σωκρατ. τὸ τί; 63 Dicens, λέγων, Id eſt,in hæc verba:vel eſt pleonaſmus,quem alibi diximus Hebræis eſſe familiarem,apud quos ſcilicet infinitis locis abundat לאמר.

64 Apertum eſt ἀνεῴχθη id eſt,reſtitutus eſt illi vſus vocis quem amiſerat.Videtur enim quodammodo illius os occluſum qui loqui non poſſit,qua ratione dicuntur etiam cæcorum oculi,& ſurdorum aures aperiri,vt ſcribitur Eſa.35.a.5. Lingua eius:ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. In editione Complutenſi additur διηρθρώθη,quo verbo ſignificatur ſoluta fuiſſe linguæ vincula,vt iam poſſet articulatè & diſtinctè loqui.Sed videtur repeti poſſe verbum ἀνεῴχθη,id eſt נפתח,quod apud Hebræos etiam ſignificat ſolui ac liberari è vinculis,vt Iob 12.b.14.

65 Ortus eſt ἐγένετο Vulg.factus eſt.Eraſ.peruaſit,id eſt διῆλθεν.Infrà verò Act.5.a.5,ita vertit,vt nos hoc loco. Accolas τοὺς περιοικοῦντας Sic Cicero Ennẽſes,Siciliæ populũ,vocat Cereris accolas,quòd apud eos Ceres diceretur habitare.Vulgata & Eraſmus,vicinos interpretãtur,id eſt γείτονας,cuius vocabuli viſa eſt nimis anguſta ſignificatio.Dicuntur enim hoc loco Periœci,id eſt accolæ,omnes illi qui totũ illum regionis tractum incolebant, vt declarat ſequens membrum, poſitum ſcilicet κατ᾽ ἐπεξήγησιν. alioquin apud Geographos multo latius patet Periœcorum appellatio,qua intelliguntur omnes ii qui ſub eodem parallelo habitant. Diuulgata ſunt διελαλεῖτο,Id eſt ad verbum, ſermonibus omnium celebrata ſunt,pro quo dixit Matth.28.c.15,διεφημίσθησαν.Poſitus enim hîc eſt παραστατικὸς ἀντὶ ἀορίστου. Omnia verba iſta. πάντα ῥήματα ταῦτα.Id eſt,quicquid hîc dictum aut factum fuerat.

66 Repoſuerunt ἔθεντο Heb.שמו id eſt,diligenter & attentè conſiderarunt,& velut infixerunt animo.Sic apud Homerum ſæpe,σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,pro quo Virgilius,Senſibus hæc imis,res eſt nõ parua,reponas.Et alibi, —memori quæ cõdita mẽte teneto.Item, —manet alta mẽte repoſtũ Iudiciũ Paridis. Manus autẽ Domini,&c.καὶ χεὶρ κυρίου,&c. Heb.יד יהוה היה עליו præſẽs Dei fauor & ſingularis quædam virtus in eo apparebat,ſicut Ezech.1.a.3.appellatione Manus Dei intelligitur Spiritus prophetiæ.Nõ diſſimili ratione Pindarus Olymp. 10,dixit θεοῦ σὺν παλάμᾳ,id eſt,τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ βοηθείᾳ.Cæterùm Vulgata conuertit,Etenim manus,id eſt,καὶ γὰρ χείρ,quod etiam ſcriptum erat in octauo codice,& videtur non malè conuenire. 68 Benedictus εὐλογητὸς Subauditur ἔστω.Perinde enim eſt,acſi dixiſſet,ἐπαινείσθω,vel δοξαζέσθω,id eſt laudetur ac prædicetur. Vel,εὐλογητὸς declarat omni gloria & laude dignum,vt incipiat Zacharias ab epiphonemate.Nos autem libenter retinuimus hoc etiam loco Benedicendi vocabulum,tanquã Theologis familiare: cuius ſignificationem alibi expoſuimus. Quòd inuiſerit ὅτι ἐπεσκέψατο Hebraicè פקד id eſt,quòd ſe memorẽ eſſe declarauerit populi ſui:adeò quidem vt ipſe è cælo deſcenderit,vt præſens eos inuiſeret,& infinito pretio redimeret. Ita enim loquitur Dominus Exod.3.c.8:quem locum videtur reſpexiſſe Zacharias:ſimul tamen deſignans Deum re ipſa iam præſtitiſſe quod olim adumbrarat,id eſt, è cælis verè deſcendiſſe vt verum Iſraelẽ à captiuitate diaboli,peccati,& mortis,ſanguine ſuo redemptum ſibi acquireret.Itaque propriam ſignificationem verbi פקד retinendam putaui,quo ſcilicet ipſa Filii Dei in carne manifeſtatio & præſentia diſertè exprimuntur.Quidam nuper admodum frigidè & ambiguè totum hunc locum eſt interpretatus, quum diceret , Deum procuraſſe populi ſui liberationem . Nam, vt emphaſin verbi ἐπισκέπτεσθαι prætereaṁ, de qua modò dixi,vel Chriſti beneficium quantum in nos extet,non ſatis intelligit, vel nimium parcè illud prædicat,qui ex Ieſu, id eſt vno & ſolo noſtræ ſalutis authore,facit ſalutis noſtræ procuratorem . Denique nimium ieiunè Deum laudat qui ab eo dicit id eſſe procuratum aut etiam adminiſtratum,quod ipſe ſolus vltrò & inchoauit & perfecit. Redemerit ἐποίησε λύτρωσιν Heb.עשה פדות. Eſt autẽ periphraſis quam vno verbo maluimus explicare,vt conſtructio melius cohæreret.Sed hoc obſeruandum eſt,quum multæ ſint liberationis ſpecies, eam demum ſignificari λυτρώσεως nomine,quæ nec vi(vt olim cõtigit quum Dominus populum eriperet Pharaoni)nec cum bona hoſtium gratia(vt quum populus Babylone reuerteretur)ſed iuſto perſoluto pretio impetratur . Ideo toties repetit Apoſtolus nos ſanguine Chriſti redemptos,ingenti ſcilicet illo pretio quod olim adumbrabatur victimarum cruore, vt de ſalute noſtra dubitare ſit nefas.Hoc itaque videtur quidam nuper non ſatis conſideraſſe,quum λύτρωσιν interpretaretur liberationem.

69 Erexerit cornu ſalutis ἤγειρε κέρας σωτηρίας Heb.הרים קרן הישועה.Eſt autem totum hoc dicendi genus tranſlatitium,quo ſignificatur, quũ planè collapſæ viderentur vires Iſraelis, ac inprimis actum eſſe videretur de,magnificis illis promiſſis Dauidi factis ſuper regno ipſius æterno,Dominum excitaſſe Chriſtum illum ſuum:ſicut ſcriptum eſt Amos cap.9,qui inuicto ſuo robore,tanquam cornu quodam proſtratis aduerſariis,Iſraelis æternum illud regnum aſſereret.Eſt autem Hebræis familiare קרן, id eſt cornu pro vi & robore vſurpare,tranſlatione ſumpta ab animalibus cornupetis,vt 2.Sam.22.a.3,& quidem adiecto verbo הרים quod reſpondet τῷ ἐγείρειν, quum agitur de amiſſæ poteſtatis aut virium inſtauratione,vt 1.Sam.2.b.10:& nominatim etiam vbi agitur de Meſſia,vt Pſal.132.d.17.

70 Loquutus eſt ἐλάλησε Heb.אמר id eſt diſertè promiſit,vt ſuprà diximus,verſu 55. A ſeculo ἀπ᾽ αἰῶνος Heb מעולם id eſt à condito mundo,vt Pſal.119.52,& Act.3.d.21.Interdum verò idem declarat ἀπ᾽ αἰῶνος quod Ab æterno,vt Pſal 92.a.2.& alibi ſæpe.

	Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos.	71	″*Fore ut nos* ſeruaret ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos.	
	Ad faciendam miſericordiam cum Patribus noſtris, & memorari Teſtamenti ſui ſancti.	72	″Vt vteretur miſericordia erga Patres noſtros, ac″memor eſſet ″Teſtamenti ſui ſancti:	
Gen.22.c.16 iere.31.f.33 heb.6.c.13.d.17.	‖Iuſiurandũ quod iurauit ad Abraham patrẽ noſtrũ, daturum ſe nobis,	73	″*Et* iuriſiurãdi quod iurauit Abrahamo patri noſtro: *nimirum*″ſe daturum nobis,	
	Vt ſine timore, de manu inimicorũ noſtrorum liberati, ſeruiamus illi.	74	Vt″ſine metu, è manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiremus ipſi,	
1.Pet.1.c.15	‖In ſanctitate & iuſticia corã ipſo, omnibus diebus noſtris.	75	Cũ ſanctitate & iuſtitia″coram ipſo, cunctos dies″vitæ noſtræ.	
	Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:	76	″Tu verò ″puerule, Propheta″Altiſſimi″vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, vt pares vias eius:	Iohãnis officiũ, docere populum Chriſtum veniſſe in remiſſionẽ peccatorum.
	Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorũ eorũ:	77	″*Et* vt des ſcientiam ſalutis populo ipſi″per remiſſionem peccatorum eius.	
Malach.4.a.2 ſuprà b.17 zachar.3.d.9 & 4.c.12	Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos ‖Oriẽs ex alto:	78	″Propter viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ″quibus inuiſit nos ″Germen ex alto:	

71 *Fore ut nos* ſeruaret ex inimicis σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν Vulgata ad verbũ, ſalutem ex inimicis. Refertur autem σωτηρίαν ad verbũ ἐλάλησε, quemadmodum & ſequentes verſiculi duo. Sed quia durior videri poſſet iſta traiectio, rectè fecit Eraſmus qui quæſita periphraſi ſtuduerit illã emollire. Sed in ipſa periphraſi ab eo diſſentio. Interpretatur enim, Fore vt ſeruaremur ab inimicis: cuius interpretationis amphiboliam nemo nõ videt. Malui igitur vti verbo ἐνεργητικῶς, & ſeruare præpoſitionẽ ἐξ, quũ ſic ſcripſerit Virgilius, Seruatũ ex vndis Strophadũ me littora primùm Accipiunt. 72 Vt vteretur miſericordia. ποιῆσαι ἔλεος Vulg. ad verbum, ad faciendã miſericordiã. Sic Heb. לעשות חסד quod eſſet in Latino ſermone obſcurius. Memor eſſet μνησθῆναι Id eſt, re ipſa declararet ſe memorem eſſe: quomodo etiã accipitur hoc verbum ſuprà, verſu 54. Teſtamenti διαθήκης vel potius, pacti & fœderis, id eſt ברית: quãuis Teſtamenti vocabulum ſua emphaſi nõ caret, vt docet epiſtola ad Hebræos. Itaque nolui quicquã mutare. 73 *Et* iuriſiurandi quod iurauit ὅρκον ὃν, &c. Apud Theophylactum legitur ὅρκου οὗ, & rectius (opinor) vitata ſcilicet mutatione conſtructionis. Nam etiamſi legas quarto caſu ὅρκον, non videtur tamen ſubaudienda præpoſitio κατὰ (quæ eclipſis in hoc dicendi genere eſt prorſus inuſitata) ſed erit potius mutatio cõſtructionis Hebraica. Hebræis enim verbũ זכר iungitur & genitiuo caſui, abſque articulo ſcilicet, & accuſatiuo, vt Græcis μέμνημαι, & Latinis, memini: apud quos tamen vix reperias diuerſas eiuſdem verbi in eadem periodo cõſtructiones, niſi varietur etiã ſignificatio. Ponitur ergo ὅρκον vel ὅρκου in appoſitione, quod aiunt: vt ſcilicet explicetur vocabulum διαθήκης præcedens. Ideo addidimus coniunctionem Et, vt intelligatur epexegeſis. *Se* daturũ nobis, τοῦ δοῦναι ἡμῖν Hebraicè לתת לנו. Eraſmus, vt daret nobis: vt videatur etiam τοῦ ποιῆσαι retuliſſe ad verbum ἐλάλησε, quod non poſſum probare. Apparet enim potius explicari his verbis iuſiurandũ ipſum, id eſt, quid illud ſit quod Deus iureiurando promiſerat Patribus. Ideo hæc accipio εἰδικῶς potius quàm τελικῶς. Nam etſi videtur articulus τοῦ indicare ſubintelligendum eſſe ἕνεκα (quæ particula finem declarat) tamẽ hoc ego nihil moror. Puto enim Hebraiſmũ eſſe, & articulũ τοῦ reſpondere ſeruili literæ ל, quæ nõ minus accipitur εἰδικῶς, quàm τελικῶς. Itaque Deut. 4.c.21, quod Hebraicè legimus לבלתי עברי & ולבלתי בוא, Græci verterunt ἵνα μὴ διαβῶ & ἵνα μὴ εἰσέλθω, pro ὅτι μὴ διαβήσομαι & ὅτι μὴ εἰσελεύσομαι. Itaque τοῦ δοῦναι perinde conuerti acſi ſcriptũ eſſet δώσειν, vel ὅτι ἔμελλε δοῦναι, Veterem interpretem ſequutus: à quo tamen in ea re diſſentio, quòd hæc videatur præcedentibus coniunxiſſe, vt nunc quidem iſta imperitè in templis cantantur, quum potius pertineant ad ſequentia. 74 Sine metu, ἀφόβως Hebraicè לבטח id eſt (vt loquitur Paulus Epheſ. 4.c.12) ἐν πεποιθήσει. Neque enim φόβον hîc vocat religioſum illum timorem qui alio vocabulo dicitur εὐλάβεια, & præcipua pars eſt pietatis, ſed futuri mali ægritudinem, quã Latini metum vocant. Ea vero pugnat ex diametro cum fiducia illa filiorũ Dei, qui fide iuſtificati pacem habent, vt loquitur Paulus Rom. 5.a.1. Hæc igitur vt diſtinguerem, ἀφόβως potius conuerti, abſque metu, quàm, ſine timore, cum Vetere interprete & Eraſmo. Cæterùm Theophylactus hoc aduerbium coniungit cum participio ῥυσθέντας, & interpretatur ἀκινδύνως, id eſt ſine vllo noſtro periculo. Chriſtus enim, inquit, quieſcẽtibus nobis crucifixus eſt. Sed vberior erit ſenſus & minus coacta interpretatio, ſi ad λατρεύειν potius retulerimus.

75 Coram ipſo, ἐνώπιον αὐτοῦ, Hebraicè בעיניו quam ipſe Deus animorum ſcrutator approbet vt minimè ſimulatam, vt diximus ſuprà verſu 6. Vitæ noſtræ. τῆς ζωῆς ἡμῶν. In codicibus ſecundo & octauo deerat τῆς ζωῆς, neque etiam Vulgata conuertit.

76 Tu verò καὶ σύ. καὶ omnino videtur accipi pro δὲ hoc loco, vt alibi ſæpe. Ita enim melius notatur apoſtrophe. In octauo autem codice ſcriptum legimus, καὶ σὺ δὲ, Sed & tu. Puerule, παιδίον, Vulg. & Eraſ. puer. Videtur autem aliqua eſſe emphaſis diminutiui, hoc ſaltẽ loco minimè negligenda, perinde ac ſi diceret Zacharias, Tu verò puerule qui nunc tantillus es, tamen in hoc Chriſti regno veluti primas tenebis. Eris enim Altiſſimi prænuncius, & viam ad ſalutem cæteris præmunies. Altiſſimi ὑψίστου Hebraicè העליון id eſt Dei, vt diximus ſuprà verſu 35. Vocaberis: κληθήσῃ Id eſt eris, & quidem publico teſtimonio. Vide Matth. 5.a.9.

77 *Et* vt des τοῦ δοῦναι Iterum putaui particulam ET adiiciendam, vt intelligatur epexegeſis. Explicat enim quomodo Iohannes præparaturus ſit viam Domino, nimirũ quòd annũtiaturus eſſet ſalutem in ſanguine agni illius, quem etiam erat cõmonſtraturus digito. Dare autem cognitionem, ex Hebræorum idiomate, id eſt לתת מדע, hoc loco dicitur qui aliis aditum patefacit ad rem quampiam cognoſcẽdam. Nam quum idem dicitur de Deo, lõgè maiorẽ habet emphaſin, vt Dan. 1.c.17. Per remiſſionem ἐν ἀφέσει Hebraicè בסליחת עונות. Nam alioquin admodum raró additur præpoſitio huic caſui, quum cauſam declarat inſtrumentalem aut quaſi inſtrumentalem. Eſt autem remiſſio peccatorum, modus ipſe per quem Deus Pater nos in Filio ſeruat, vt docet Paulus Rom. 4.a.7, ex illo Dauidis verſu, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Vulgata, in remiſſionem, id eſt εἰς ἄφεσιν. Nam ſæpe permutãtur ἐν & εἰς. ſed præſtat accipere ἐν ἀφέσει pro δι᾽ ἀφέσεως.

78 Propter viſcera miſericordiæ διὰ σπλάγχνα ἐλέους Hebraicè ברחמי חסדו id eſt propter intimam & in ipſis viſceribus hærentẽ miſericordiam. Alii putant hoc dicendi genere declarari eum amorem quo ſolent matres complecti ſua viſcera, id eſt, ſuos natos. quæ interpretatio ſenſum eundem gignit atque ſuperior. Sed poſtea videtur hîc adumbrare Zacharias Chriſti ἐνανθρώπησιν. qui ex ipſo patris ſinu ad nos miſſus eſt. Eſt igitur magna vis huius Hebraiſmi: quem idcirco libenter retinuimus, & ſuprà etiam attigimus, quum explicaremus verbum σπλαγχνίζεσθαι, quod reſpondet Hebræorum verbo רחם. Cæterùm Vulgata & Eraſmus conuerterunt, Per viſcera, id eſt διὰ σπλάγχνων: quanquam, quod ad ſententiam attinet, exiguum eſt in iſtis diſcrimen, niſi quum ſubtilius diſtinguendæ ſunt cauſæ ſalutis noſtræ. Quibus ἐν οἷς Id eſt, per quæ viſcera, & qua miſericordia impellente. Vulgata ad verbum, in quibus, nimium obſcurè. Abundat autem iterum præpoſitio ἐν ex Hebræorũ idiomate, quod paulo antè expoſuimus. Germen ἀνατολὴ Hebraicè צמח, Vocatur enim hoc nomine Meſſias ipſo etiam teſte Chaldæo paraphraſte, Ierem. 23.a.5. Zach. 3.c.8, & 6.c.12. quibus locis Græci interpretes cõuerterunt ἀνατολὴν, impropriè quidem, vt exiſtimo. Nam ἀνατολὴ quum de ſole dicitur, vel ipſum ſolis exortum, vel eam cæli partem declarat vnde ſol exoritur: quũ autem plantis & cæteris huiuſmodi rebus, aut etiã ipſorum hominũ ortui tranſlatitiè tribuitur (vt Heb. 7.c.14, dicitur Dominus ἀνατεταλκέναι ἐκ Ἰούδα, nihil aliud declarat quàm earum rerum exortum. In illis autem locis Ieremiæ & Zachariæ, & hîc quoque idipſum quod exoritur, vocatur צמח. Græci (quod ſciam) ἀνατολὴν nuſquam, ſed βλαστὸν, vel βλάστημα vocant. Homerus autẽ ὄζον ſæpe appellat, vt Latini Stirpem. Neque verò dubito quin eò reſpexerit alter hic Zacharias in hoc ſuo cãtico, & Filii Dei manifeſtationem in carne, & Diuinum ipſius conceptus & ortus arcanum his verbis indicarit. Addit enim ἐξ ὕψους, id eſt ex alto, pro quo Hebræi dicũt ממעל è cælo ſcilicet, vt ſit antitheſis cæterarum velut plantarum, quæ omnes è terra germinant, hæc autem è cælo, vnde Panis ille viuus in partes inferiores terræ deſcendit. Vulgata & Eraſmus Orientẽ interpretantur, quos deinde alii multi ſequuti ſunt: idcirco nimirũ, quia paulo pòſt fit tenebrarũ & lucis mẽtio. Sed nihil obſtat quominus dicamus Zachariam, quum ad diuerſas Phrophetias reſpiceret, diuerſas etiam tranſlationes coniunxiſſe. Certè non video quomodo vel Hebraicum illud וצמח quod Græcos oſtendi impropriè conuertere ἀνατολὴν, vel Græcum ipſum vocabulum ἀνατολὴ, vel Oriens

Latinum,poſſis aut pro ſole, aut pro luce accipere, niſi valde coacta interpretatione: quod & ſemel tantùm fortaſſe apud Poetam reperias: ſicenim AEneid.5,Et me,inquit,ſæuus equis oriẽs afflauit anhelis.Cæterùm in vno codice Argẽtoratẽſis editionis ſcriptũ legi ἀνατολῇ tertio caſu,vt ſit hæc ſententia, Dominum nos reſpexiſſe ſuo exortu ex alto:qui ſenſus bene quidem conuenit,ſed repugnat ſummus reliquorum exemplarium etiam manuſcriptorũ cõſenſus: & manifeſta eſt alluſio huius loci ad vaticinia illa Ieremiæ & Zachariæ quæ paulo antè citaui, in quibus Meſſias dicitur ἀνατολὴ recto caſu,& quaſi proprio nomine.

"Vt appareat iis qui in tenebris & "vmbra mortis poſiti ſunt,ad dirigendos pedes noſtros "in viam pacis. 79

Ipſe autem puerulus creſcebat & corroborabatur Spiritu : fuítque in deſertis "ad eum vſque diem quo ſe oſtenderet apud Iſraelem. 80

Cap. II.

Cenſetur vniuerſus orbis à Cæſ. Auguſto.

1 FActum eſt autem, in diebus illis "venit edictũ à Cæſare Auguſto, "vt deſcriberetur "tota terra.

2 (Hæc deſcriptio "prima facta eſt Præſide Syriæ "Cyrenio.)

3 Ibant igitur omnes vt deſcriberentur,in ſuam quiſque vrbem.

4 "Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa,ex vrbe Nazareth, in Iudæam,in vrbẽ Dauid quæ vocatur Bethlehem, propterea quòd eſſet ex domo & familia Dauid:

5 Vt deſcriberetur cũ Maria "deſpõſa ſibi vxore, quæ erat prægnãs.

79 Illuminare iis qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

80 Puer autem creſcebat,& confortabatur Spiritu: & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

Cap.II.

1 FActum eſt autem, in diebus illis exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.

2 (Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino.)

3 Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem.

4 Aſcendit autẽ & Ioſeph à Galilæa, de ciuitate Nazareth,in Iudæã, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid, Ioh.7.f.42

5 Vt profiteretur cũ Maria deſpõſata ſibi vxore,prægnante.

79 Vt appareat ἐπιφᾶναι Hìc germen illud è cælo exoriens confertur cum ſole,quemadmodũ ſæpe Sol iuſtitiæ & Lux ipſa in vtroq; Teſtamento dicitur. Alioquin etiam in genere apud Hebræos,Tenebrarum appellatione calamitas intelligitur,ac viciſſim Lucis nomine liberatio,& quæ illam conſequitur fœlicitas. Vmbra mortis σκιᾷ θανάτου id eſt vmbroſa & tenebricoſa morte. Vide Matth.4.c.16. In viam pacis. εἰς ὁδὸν εἰρήνης. id eſt in eam viam quæ ad veram fœlicitatem ducit. Nam Hebræi Pacis appellatione eum ſtatum intelligunt in quo aliquis meritò acquieſcat. Etſi autem multi multos ſibi & diuerſos fines proponant,tamen res ipſa oſtendit, eos demum rectam viam ingredi,qui Chriſtũ ducem ſequuti,ad alterã illam vitam contendunt. 80 Ad eum vſque diẽ quo ſe oſtẽderet ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ Vulgata ad verbum,vſque ad diem oſtenſionis ſuæ.Ego vt perſpicuitati ſtuderem, à Græcis aliquantulũ deflexi, nulla ſenſus iniuria.

IN CAPVT II.

1 Venit ἐξῆλθε Vulgata & Eraſmus ad verbum,exiit. Vide Marc.8.b.11. Vt deſcriberetur ἀπογράφεσθαι.id eſt,vt deſcriptis omnium ciuitatũ capitibus,intelligeretur quæ cuiuſque regionis,vrbis,familiæ,domus facultates eſſent. Ideóque vertit Eraſmus,vt cenſeretur, rectè quidem:ſed tamen hoc potius reſpondet τῷ τιμᾶσθαι: & Latini etiã Deſcribendi vocabulo vtuntur eadem ſignificatione qua Græci τῷ ἀπογράφεσθαι. Tota terra. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ad verbũ,tota habitabilis, ita vt ſubaudias γῆν terra. Sed hoc dictũ eſt ὑπερβολικῶς, quũ ſignificetur ea dũtaxat terræ portio quæ Romanis parebat. Regnabat autẽ in Iudæa Herodes,ſed precario,& ἐπὶ φόροις τεταγμένοις, vt teſtatur Appianus.

2 Prima πρώτη Hoc vocabulũ alii coniungunt cum ἀπογραφὴ,vt intelligamus primã hanc fuiſſe deſcriptionem Iudææ:alii cũ ἐγένετο, vt ſignificetur duas fuiſſe factas à Cyrenio deſcriptiones,quarum prior hìc commemoretur:ea ſcilicet cuius nulla fit mentio à Ioſepho,qui poſteriorem duntaxat commemorat ab eodem Cyrenio factam,quum pulſo Archelao,Iudæa in prouinciam redigeretur. Notandum tamen eſt,Lucã non ſcripſiſſe ὑπὸ κυρηνίου,quamuis Vetus interpres conuerterit, à Cyrino:ſed ſimpliciter κυρηνίου ἡγεμονεύοντος,id eſt, quũ præſidem Cyriæ ageret Cyrenius:vt videri poſſit explicare potius quando ſit facta hæc deſcriptio,quàm à quo ſit facta. Cyrenio. κυρηνίου. Ita legitur in omnibus exemplaribus quæ vidi,atque adeò in Iuſtino & Ioſepho Græco, quem apparet Eraſmum nunquam vidiſſe. Sed Dionis libro 54,legimus κυρίνιον,& in Latino Coſſ.catalogo,P.Sulpitiũ Quirinum:vt mihi quidem emendatiſſimè videatur ſcriptũ eſſe κυρείνου in Romano Theophylacto. Sed aliunde maior oboritur difficultas,de qua etiã mihi putaui aliquid dicendũ. Apparet enim ex Ioſepho nõ Cyrenium ſed Quintiliũ Varum,qui poſtea cæſus eſt ab Arminio in Germania,vltimis Herodis annis fuiſſe Syriæ præſidem,& quidem Saturnino ſucceſſorem datum,nequis exiſtimet inter Saturninum & Varum poſſe locum aliquem Cyrenio concedi. Deinde idem Ioſephus meminit quidem deſcriptionis factæ à Cyrenio , ſed quæ prorſus ſit diuerſa . nam hæc noſtra deſcriptio vniuerſalis eſt, illa verò Cyrenii ad Iudæam duntaxat pertinet:hæc viuente Herode,illa minimùm nouem annis interiectis, pulſo in exilium Archelao, fuit inſtituta: vt planè cùm in pleriſque aliis,tum verò in hoc quoque infantiam ſuã prodiderit Nicephorus ille,cuius magnum volumen nugarum & mendaciorum plenũ nuper quidam edidit. Quid igitur? Nempe quod ad poſteriorem nodum attinet,facilè ſolui poteſt,ſi dicamus duas diuerſas deſcriptiones fuiſſe à Cyrenio factas. Sed hìc nos inuoluet prior ille nodus,quum tempore naſcentis Chriſti(ſi Ioſephum ſequamur) non Cyrenius,ſed Varus,vel certè Saturninus Syriæ præfuerit. Ioſephum autem in re tam celebri & ex actis publicis cognita,mirum eſt potuiſſe tam turpiter hallucinari. Præterea vix(opinor)hoc ferre poteſt imperii Romani conſuetudo,vt vnus eidem pacatæ prouinciæ bis præfuerit. Neceſſe eſt tamen,vt Euangeliſtæ ſua conſtet authoritas. Itaque ſupereſt vt vel in Syriæ præſidibus enumerandis errauerit Ioſephus, vel potius vt, quemadmodum ipſe libro Antiquitatum 16,Volumnium adiũgit Saturnino quaſi collegam in Syriæ adminiſtratione(quem tamẽ libro primo de bello Iudaico procuratorem Cæſaris fuiſſe dicit) ſic etiam exiſtimemus,huius deſcriptionis tempore Varum quidem fuiſſe Syriæ præſidem,ſed ei adiunctum fuiſſe Cyrenium:qui quũ in Herodis regno non poſſet dici Iudææ præſes,neque tamen ſimplici procuratoris Cæſaris titulo videretur ſatis honeſtari,Syriæ etiã præſes diceretur. Quid ſi verò potius totum hoc αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου,quũ ab aliquo eſſet annotatum qui Cyrenii deſcriptionem cum iſta confuderit, poſtea ex margine in contextum irrepſit? Nam certè deeſt particula quæpiam qua verſiculus iſte cum ſuperiore connectatur,& ſimile quiddã factum videtur Marc.12.d.42,vt ſuo loco annotauimus,& fortaſſis etiam infrà Act.8.e.26. Sed hoc quidem eſt nodum ſecare potius quàm ſoluere. Abſit autẽ vt vel apicem vnum immutem,nedum quicquã detraham. Quod autẽ ad hanc orbis deſcriptionẽ attinet,libuit etiã quædam παρέργως ſubiicere, à nemine(quod ſciã)animaduerſa. Scribit Dion lib.56,quũ Auguſtus alendis exercitibus, quibus imperiũ Romanũ cõtinebatur, viceſimã inſtituiſſet,& id tributũ omnes ægerrimè ferrent,adeò vt quiduis potius paſſuri viderentur, conſtituiſſe tributũ ex agris & ædibus colligere. Statim igitur, inquit, μηδὲν εἰπών, μήθ' ὅσον, μήθ' ὅπως αὐτὸ δώσουσιν, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους,id eſt, quũ non dixiſſet,vel quantũ,vel quemadmodũ illud daretur,alios aliò miſit qui priuatorũ hominũ ipſarúmq; ciuitatũ bona deſcriberent. Poſſent igitur hæc Dionis verba videri ad hanc orbis deſcriptionẽ pertinere,cuius mentionem facit Lucas,niſi repugnaret tẽporis ſeries. Id enim ipſe refert in annũ imperii Auguſti penultimũ:quũ ſcilicet Chriſtus annũ iam ageret decimumquartũ. Itaque ſiquis hìc eſt cõiecturæ locus,exiſtimarim Auguſtũ pro ſuo iure,quũ Romani imperii breuiariũ cõficeret,huiuſmodi deſcriptionẽ inſtituiſſe:non vt noua tributa exigeret, ſed vt totius imperii facultates,copias,vires,ac prouentus quotidianos intelligeret. quãobrem etiam nullus eſt eo tẽpore in Iudæa excitatus tumultus,ſicut poſtea factũ eſt,quũ Archelao pulſo,& Iudæa à Cyrenio in prouinciã redacta,tributa à Romanis exigerentur. Neque enim alia ratione cõfici potuit hoc breuiariũ,de quo poſt Suetoniũ ſic ſcribit Dion eodem libro,Ab Auguſti morte,inquit, prolata ſunt quatuor ipſius volumina,quorũ tertiũ, τά τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα εἰς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε, id eſt,cõplectebatur quæ ad milites, quæq; ad reditus ſumptúſque publicos pertinebant, item quanta pecuniæ ſumma in fiſcis eſſet,& quæcunque eiuſmodi ad imperium ſpectabant. Sed de his hactenus.

4 Aſcendit ἀνέβη Hebraicè עלה id eſt,profectus eſt. Sunt tamen qui putent haberi rationem ſitus Hieroſolymorum.

5 Deſpõſa μεμνηστευμένη Differre τὸ μνηστεύεσθαι & τὸ γαμεῖν non minus quàm Sponſalia à nuptiis, alibi diximus. Cur igitur,dices, μεμνηστευμένη vocatur Maria quum iam nupſiſſet? nam probabile eſt ante profectionem apparuiſſe Ioſepho Angelum à quo iuſſus eſt eã ducere. Reſpondeo,fieri poſſe vt in ipſa profectione Ioſephus eam deprehenderit eſſe grauidam, & admonitus ſit ab Angelo: vel etiamſi nupſiſſet,tamen Lucam maluiſſe deſponſam vocare quàm nuptam, propterea quòd Ioſeph non ſecus abſtineret ab ea, quàm ſi nondum eam duxiſſet. Poſſunt autem hæc coniungi vel cum ἀπογράψασθαι,vel cum ἀνέβη.

Factum eſt autem quum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret.	6	Factum eſt autem quum eſſent illic, completi ſunt dies quibus ipſa pareret.	
Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eũ inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia nõ erat eis locus in diuerſorio.	7	Peperit igitur filium ſuũ primogenitum, ac faſciis eum inuoluit, reclinauítque eum in præſepi: eo quòd non erat eis locus in diuerſorio.	Naſcitur Chriſtꝰ
Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.	8	Erant autem paſtores in regione eadem "excubantes, & "agentes vigilias "noctis ſuper gregem ſuum.	Vigilantibus paſtoribus nuntiatur Chriſtus natus.
Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit illos: & timuerunt timore magno. B	9	Et ecce Angelus Domini "ſuperuenit ipſis, & "gloria Domini circunfulſit eos: & timuerunt timore magno.	
Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo:	10	Tunc dixit eis Angelus, Ne timeatis: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit toti populo:	
Quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid:	11	"Quòd *ſcilicet* natus eſt vobis hodie Seruator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid:	Saluator.
Et hoc vobis ſignum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitũ in præſepio.	12	Hoc autem vobis ſignum *erit*, Inuenietis infantem faſciis inuolutum, iacentem in præſepi.	
Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium,	13	Et de repente "affuit cum Angelo multitudo "exercituum cæleſtium, laudantium Deum, & dicentium,	Angelorum canticum.
Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bonæ voluntatis.	14	"Gloria "in *cælis* altiſſimis Deo, ac in terra pax, "in homines "beneuolentia.	

8 Excubantes, ἀγραυλοῦντες, Sic apud Heſiodũ in Theogonia ποιμένες ἄγραυλοι cognominantur, ἐν ἀγροῖς αὐλιζόμενοι, vt hîc explicat Theophylactus. quod Latini ſimili ratione declarant Excubãdi verbo, quaſi extrà cubare dicas, id eſt foris atque adeo ſub dio pernoctare. Idem etiam aliter interpretatur ἀγραυλοῦντας, τοὺς ἀγροικὸν αὐλοῦντας, quaſi ſcilicet ruſticis cantibus noctem tranſegerint paſtores: quam interpretationem planè repudio. Vulgata & Eraſmus, vigilantes, id eſt γρηγοροῦντες. Agentes vigilias φυλάσσοντες φυλακὰς Ad verbum, cuſtodientes cuſtodias, quam paronomaſiam vt explicaret Eraſmus, conuertit excubantes excubias. Noctis, τῆς νυκτὸς Hebræus eſt pleonaſmus, neque enim vllæ ſunt diei vigiliæ. Eraſmus, nocte, id eſt νυκτὸς, non addito articulo.

9 Superuenit ἐπέστη id eſt, repentè venit quum nihil minus expectarent. Nam inter omnes verbi ἐφιστάναι ſignificationes hæc mihi viſa eſt huic loco maximè accommodata. Sic autem Latini Superueniendi verbo vtuntur: vt Horatius, Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora. Vulgata, ſtetit iuxta illos: & Eraſmus, adſtitit, iſt eſt παρέστη. Idem tamen in annotationibus explicat, imminuit ex alto: quia nimirum cælitus apparuit Angelus, & ἐπὶ etiam declarat Super vel Suprà. Gloria δόξα Vulgata, claritas, nempe vt amphibolia vitaretur, quia interdum apud Hebræos כבוד יהוה pro ipſo glorioſo Deo accipitur, vt Exod. 16. c. 10, & alibi ſæpe.

11 Quòd *ſcilicet* natus eſt ὅτι ἐτέχθη Vulgata & Eraſmus, Quia natus eſt, quaſi ὅτι accipiatur αἰτιολογικῶς. At ego malo εἰδικῶς interpretari, vt ſit hæc ſententia, Annuntio vobis hodie magnum gaudium, nempe vobis hodie natum eſſe Meſſiam.

13 Affuit ἐγένετο id eſt παρεγένετο. Vulgata, & Eraſmus, facta eſt: quæ interpretatio non conuenit huic loco. Exercituum cæleſtium, στρατιᾶς οὐρανίου, Ita vocantur ab Hebræis copiæ Angelorum, quibus circunſepta eſt Dei, tanquam potentiſſimi cuiuſdam monarchæ, maieſtas. Vulgata & Eraſmus, militiæ cæleſtis. Ego verò militiam pro exercitu nuſquam legi. Deinde, vt melius conuenirent ſequentia, ſingularem numerum per pluralem conuerti.

14 Gloria δόξα Subauditur ἔστω vel ἐστὶ, id eſt eſto, vel eſt, ſenſu aliquantulum diuerſo propter ſequens membrum. Nam ſi Eſto ſubaudias, aut videbuntur Angeli non tam annuntiare factam pacem, quàm futuram precari: aut καὶ pro γὰρ accipias neceſſe eſt: quo modo etiam Theophylactus explicat, vt ſit hæc ſententia, Gloria ſit Deo, quòd pax in terris ſit hominibus conceſſa. Quòd ſi vtrobique ſubaudiamus ἐστὶ, Angeli videbuntur & Deo ipſi magnam ipſius gloriæ amplificationem, & hominibus ſingulare Dei beneficium gratulari.

In *cælis* altiſſimis ἐν ὑψίστοις Hebraicè במרומים, de quo aliquid diximus Matth. 21. a 9. Non deſunt etiam qui conuertant, Gloria Deo qui eſt in cælis, quaſi ſcriptum ſit τῷ ἐν ὑψίστοις. Sed interpretatio quam ſequuti ſumus, videtur melius conuenire ſequẽti antitheſi. Nam alioquin ſimili ratione non dicendum eſſet, pax hominibus in terra, ſed pax hominibus qui ſunt in terra. In homines ἐν ἀνθρώποις vel inter homines. Sed malo ἐν pro εἰς accipere: quam enallagen ſæpe iam annotauimus. Alioquin ſi ἐν ἀνθρώποις conuertamus In hominibus, aut coniungenda hæc erunt cum membro ſuperiori, vt εὐδοκία ſeorſim legatur: aut certè abundabit præpoſitio ἐν, vt alibi ſæpe, niſi pro εὐδοκία legamus εὐδοκίας, eo ſenſu quem paulo pòſt explicabimus. Annotat etiam Eraſmus, hanc præpoſitionem in nonnullis Græcis codicibus non addi, & in pleriſque Veteris editionis codicibus deeſſe conſtat. Beneuolentia. εὐδοκία. Hanc particulam omnia Græca exemplaria quæ vidimus, atque adeò Theophylactus, & Euſebius libro ἀποδείξεως ς΄, & Epiphanius κατὰ ἐβιωναίων, & Chryſoſtomus tomo quinto, homil. 56, quæ eſt De monachorum vita, & in epiſtolam ad Coloſſ. connectunt cum ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ita vt tria ſint huius gratulationis mẽbra: alii ſeorſim legunt, vt poſt ἐν τοῖς ἀνθρώποις adſcripta diſtinctione, εὐδοκία per appoſitionem connectatur cum εἰρήνη. Significat autem εὐδοκία idipſum quod Hebræi רצון, Latini beneuolentiam, id eſt propenſam animi voluntatem vocant, diciturque tum de gratuito & infinito illo Dei amore in electos, quos ipſe prior ante tempora æterna in Filio dilexit, vt Epheſ. 1. a. 5, & b. 9: pro quo Vetus interpres ſolet Beneplacitum dicere: tum verò de mutua hominum inter ſe amicitia, qua fit vt alii aliorum commodis ſtudeant, vt Rom. 10. a. 1: atque adeò de ea charitate qua homines ipſum Deum diligunt, vt Philip. 1. b. 15: quam poſtremam notionem Eraſmus videtur non animaduertiſſe. Sed idem rectè eos reprehendit qui putarunt hîc agi de hominum εὐδοκίᾳ, quum potius gratulentur Angeli hominibus gratuitam Dei cum ipſis reconciliationem. Rectè igitur Chryſoſtomus ad Coloſſ. εὐδοκίαν interpretatur καταλλαγὴν: quanuis hæc ab illa differat vt conſequens à cauſa. Non malè etiam Theophylactus ἐπανάπαυσιν, modò intelligamus Deum non in ipſis hominibus, ſed in vno filio acquieſcere: in quo ſcilicet dilectos ſuos ἐχαρίτωσεν. Occaſionem autem falſæ interpretationi præbuit non tam diuerſa lectio, quàm ignoratio idiotiſmi Hebræorũ. Apparet enim Origenem homilia in Lucam 13, itémque Chryſoſtomum plurimis locis, vt Homilia in Matth. 36, item in Sermone De aſcẽſione Domini, item Homilia De natiuitate Domini: Veterem denique interpretẽ pro εὐδοκία legiſſe εὐδοκίας. Hebræos autem nemo eſt qui neſciat ſolere adiectiuorum loco vti genitiuis appellatiuorũ. Sic filii promiſſionis, electionis, vaſa iræ, vaſa miſericordiæ, vaſa electionis Hebraicè dicuntur ii quibus Deus deſtinauit promiſſiones, quos elegit, in quos iram vel miſericordiam decreuit exercere, quorũ opera in rebus magnis vti conſtituit. Ita igitur quemadmodum & doctè & commodè (meo iudicio) primus in hunc locum Eraſmus annotauit, vocãtur οἱ ἄνθρωποι εὐδοκίας, id eſt ad verbum, homines beneplaciti, vel (vt Vetus interpres conuertit) homines bonæ voluntatis, quos Hebraicè dicas אנשי רצון, id eſt quos Deus ex gratuito ſuo propoſito diligit & complectitur in Filio, ſicut Daniel dicitur איש חמודות, id eſt vir deſideriorum, pro viro multis modis deſiderato. Hunc igitur Hebraiſmum veteres (quod cum eorum pace ac venia dictum eſſe velim) quum non conſiderarent, variè corruperunt. Nam alii, vt Origenes (de quo quid ſentirem, in præfatione dixi) εὐδοκίας coniungit cum εἰρήνη, traiectione prorſus violẽta: Chryſoſtomus in ſermone De natiuitate Domini, manifeſtè ad bonam hominum voluntatem retulit. Veteres Latini ita etiam ſunt interpretati, & eum errorem recentiores Sophiſtæ auxerunt. Ad me verò quod attinet, quanuis (vt antè dixi) in omnibus exemplaribus legerim εὐδοκία, & ita ſim interpretatus: tamen Origenis, Chryſoſtomi, Veteris interpretis authoritatem, ipſam denique rationem

Εὐδοκία [illegible]
[illegible]
[illegible]

ita [illegible]

[illegible]

ſequutus,malim legere εὐδοκίας,& totam hanc orationem in duo tantùm membra partiri,hoc modo,Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ,καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη,ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας,id eſt,Gloria in *cælis* altiſſimis Deo,& in terra pax in hominibus dilectis.vel,complacitis.Neque enim hæc pax ad omnes pertinet,ſed ad eos demum quos Deus gratia ſua dignatur.Certè hoc modo plana erit omnium membrorum antitheſis,& nihil prorſus hiulcum aut detortum apparebit.Contrà verò ſi legas εὐδοκία,duriſſima erit appoſitio:&,ſi tria membra conſtituas,vt nos quoque fecimus aliorum authoritatem potius quàm noſtrum iudicium ſequuti,deerit copula in tertio membro,quæ tamen eſt in ſecundo expreſſa:vt hanc eclipſim neceſſe ſit ex Hebræorum idiotiſmo ſuppleri,cuius exemplum prorſus ſimile annotaui Thren.3.b.11.Nam aliquantulum diuerſa eſt illa qua vtitur Apoſtolus,in bimembri ſcilicet oratione,1.Timoth.4.a.3.

15 Et factum eſt,vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum,'tum paſtores illi dixerunt alii ad alios,'Eamus'ſanè Bethlehem vſque,& videamus"factum iſtud quod Dominus'notum fecit nobis.

16 Venerunt igitur feſtinantes,& inuenerũt Mariam & Ioſeph,& infantem iacentem in præſepi.

17 Quum vidiſſent autem,"diuulgauerunt'id quod dictum fuerat ipſis de puerulo illo.

18 Et omnes qui audierunt,mirati ſunt ea quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.

19 Maria verò iſta omnia conſeruabat,"conferens *ea* in corde ſuo.

20 Et reuerſi ſunt paſtores,glorificantes ac laudantes Deum ſuper omnibus quæ audierant & viderant,ſicut dictũ fuerat ipſis.

Circũciditur Ieſus.

21 "Et quum adueniſſet dies octauus vt circunciderect puerulum,"tunc vocatum eſt nomen eius Ieſus,quod vocatum fuerat ab Angelo priuſquam ille in vtero conciperetur.

Puerperæ Mariæ purgatio.

22 Et quum impleti fuiſſent dies purgationis"Mariæ ſecundum legem Moſis,adduxerunt eum Hieroſolymam,'vt ſiſterent eum Domino.

23 (Sicut ſcriptum eſt in Lege Domini,Omnis maſculus'primogenitus,ſanctus Domino'erit.)

24 Et vt darent'oblationem,ſecundum *id*'quod dictum eſt in Lege Domini,par turturum,aut duos pullos columbarum.

25 Et ecce quidam erat in Ieruſalem,cui nomẽ Simeon:*erátque* ho

15 Et factum eſt,vt diſceſſerũt ab eis Angeli in cælum,paſtores loquebantur adinuicẽ,Tranſeamus vſq; Bethlehẽ,& videamus hoc verbũ quod factum eſt,quod fecit Dominus,& oſtendit nobis.

16 Et venerunt feſtinantes,& inuenerunt Mariam & Ioſeph,& infantem poſitum in præſepio.

C

17 Videntes autẽ,cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc.

18 Et omnes qui audierũt,mirati ſunt de iis quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.

19 Maria autem conſeruabat omnia verba hæc,conferens in corde ſuo.

20 Et reuerſi ſunt paſtores,glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant,ſicut dictũ eſt ad illos.

21 ‖Et poſtquã cõſũmati ſunt dies octo vt circũcideretur puer,‖vocatũ eſt nomẽ eius,Ieſus,quod vocatũ eſt ab Angelo priuſquã in vtero cõciperetur.

Geneſ.17.b.18
leuit.12.a.3
Suprà 1.c.31
matth.1.d.21
iohan.7.c.22

22 Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius‖ſecundum legem Moyſi,tulerunt illum in Ieruſalem,vt ſiſterent eum Domino,

D

Leu.12.b.6

23 Sicut ſcriptum eſt in Lege Domini,Quia omne maſculinũ adaperiẽs vuluam,ſanctum Domino vocabitur.

Exod.13.a.2
nume.8.c.16

24 Et vt darẽt hoſtiam‖ſecundũ quod dictum eſt in Lege Domini,par turturum,aut duos pullos columbarum.

Leuit.12.b.6

25 Et ecce homo erat in Ieruſalẽ cui nomen Simeon:& homo iſte,iuſtus

15 Tum paſtores illi καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες Duplex hìc eſt Hebraiſmus.Primùm enim ponitur καὶ pro τότε,in ſubiectione,vt apud Hebræos וי״ו pro אז,niſi malimus καὶ abundare:de quo pleonaſmo diximus Matth.28.b.9.Deinde appoſitio eſt ſpeciei ad genus,pro quo dicunt Hebræi אנשים הרועים:quod dicendi genus imitantur quidem interdum Græci & Latini,vt alibi obſeruauimus,ſed raró.Itaque Veterem interpretem ſequutus,prætermiſi οἱ ἄνθρωποι tanquam redundans.Eraſmus autem ad verbum conuertit,& homines paſtores,neglecto articulo,quem putaui potius exprimendum. Eamus διέλθωμεν Hebraicè נעבור Vulgata & Eraſmus ad verbum,tranſeamus.Sed apparet,compoſitum pro ſimplici accipiendum eſſe,quanuis aliquoties apud Terentium verbũ Tranſeo ſimili ſignificatione vſurpetur.Sed apud Græcos diſertiores διέρχεσθαι nuſquam legi pro ἰέναι καὶ πορεύεσθαι. Sanè δὴ Vulgata hanc particulam vt abundantẽ prætermiſit.Eraſmus conuertit,iam,id eſt ἤδη vel νῦν.Sed Latinos conſtat non aliter vſurpare aduerbium Sanè,præſertim in conceſſione.

Factum iſtud τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός,Hebraicè הדבר הזה אשר היה Vulgata,hoc verbum quod factum eſt.Eraſmus,hoc quod audiuimus accidiſſe.Putauit enim ῥῆμα,id eſt(vt Hebræi loquuntur) דבר dici rem nouam quæ rumore diuulgetur,quod vt interdum verum ſit(ſicut apud Latinos nonnunquam rumor pro eo dicitur quod ipſo rumore ſpargitur) tamen nõ eſt perpetuum.Imò verò hoc vocabulum non minus latè patet apud Hebræos,quàm πρᾶγμα apud Græcos,& Res apud Latinos:& ita hoc loco vſurpari credo,quũ præſertim addatur participium γεγονός.Poſſumus tamen pro ipſo Angelorum nuntio accipere,& interpretari,Iſtud de quo *nobis* facta ſunt verba:vt ſequentia per epexegeſin explicentur.Ideo etiam in vno codice expunctum erat participium γεγονός,quaſi redundans. Notum fecit ἐγνώρισεν Hebraicè הודיע Nam propriè apud Græcos γνωρίζειν ſignificat τὸ γινώσκειν vel ἐπιγινώσκειν.Interdum tamen accipitur,vt hoc loco,pro eo quod Ouidius vno verbo dixit,notificare:vt apud Athenæum dicitur Rex Perſarum præmia propoſuiſſe τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι.Vulgata,oſtendit,id eſt ἔδειξεν.Eraſmus aperuit,id eſt ἤνοιξεν.

17 Diuulgauerunt διεγνώρισαν id eſt διεφήμισαν,vt Marc.1.d.45.Vulgata,cognouerunt,pro quo Eraſmus in annotationibus ſubſtituit pernouerunt,vt ſignificetur,paſtores tum demum pernoſſe quod antè audierant ex Angelis.Sed prior expoſitio mihi videtur multo ſimplicior. Id περὶ τοῦ ῥήματος Hebraicè על הדבר pro את־הדבר,vt Thren.2.d.14.Vulgata & Eraſmus,de verbo.Sic in proximo verſiculo ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων pro ἐθαύμασαν τὰ λαληθέντα:in quo dicendi genere alii Euangeliſtæ ferè vſurpant præpoſitionem ἐπί.

19 Conferens *ea* συμβάλλουσα Vel redundat hoc participium,vel ſupplendum eſt relatiuum quod expreſſimus,vt in illo Virgilii,clypeóque ſiniſtram Inſertabam aptans.

21 Et quum adueniſſet dies octauus καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ Vulgata & Eraſmus,Et poſtquã conſummati ſunt dies octo.Vide Act.2.a.1. Tunc vocatum eſt καὶ ἐκλήθη Iterum καὶ pro τότε,niſi malimus abundare.Vide ſuprà,verſu 15.

22 Mariæ αὐτῆς Vulgata,eius,Mariæ videlicet.Oportuit enim impleri Legem,quanuis Maria Chriſti partu potius eſſet ſanctificata.expreſſimus autem ipſum antecedens,vt vitaremus ambiguitatem.In pleriſque codicibus legitur αὐτῶν,& ita etiam legit Origenes,quem ſequitur Eraſmus.Sed non video quî conueniat,quum Lex purificationis ad ſolam matrem pertineat.Itaque Veterem editionem ſequi malui,cui Complutenſis editio adſtipulatur. Vt ſiſterent παραστῆσαι Vel vt commendarent,inquit Eraſmus.Ego verò nuſquam legi hoc verbum in ea ſignificatione.Et tamen ſi hoc concederem,apparet τὸ παραστῆσαι reſpondere verbo העביר quo vtitur Moſes Exod.13.b.11,quod ad verbum declarat tranſire facere,id eſt ſiſtere in conſpectum.

23 Primogenitus,διανοῖγον μήτραν,Hebraicè פטר רחם id eſt πρωτότοκον.Neque enim ſimpliciter declarat eum qui naſcitur(vt putauit Eraſmus)ſed eum demum qui primus naſcitur.Itaque hunc Hebraiſmum vt obſcuriorem non retinui. Erit.κληθήσεται.vel,ad verbum,vocabitur.Ponitur autem futurum indicatiui pro imperatiuo,eſto.Sed vtrunque hunc Hebraiſmum ſæpe iam expoſuimus.

24 Oblationem,θυσίαν Hebraicè מנחה id eſt προσφοράν,niſi ſacrificium malimus vocare.Nam alioquin plurali numero dicendum erat,hoſtias. Quod dictum eſt τὸ εἰρημένον,id eſt,quod eſt mandatum.Ponitur enim אמר pro צוה,vt alibi annotauimus.In quinto exẽplari legebatur τὸ γεγραμμένον,quod ſcriptum eſt.

&timoratus, expectans conſolationem Iſrael: & Spiritus ſanctus erat in eo.

Et reſpōſum acceperat à Spiritu ſā cto, non viſurū ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini.

Et venit in Spiritu in templum. & quū induceret puerū Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem Legis, pro eo:

Et ipſe accepit eū in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit.

Nunc dimittis ſeruum tuū Domine, ſecundum verbum tuum, in pace:

quia viderūt oculi mei Salutare tuū,

E Quod paraſti ante faciem omniū populorum.

Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Et erat pater eius & mater eius mirātes ſuper iis quæ dicebātur de illo.

Eſa.8.e.14
rom.9.g.32
1.pet.2.b.8

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrē eius, Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionē multorum in Iſrael: & in ſignum cui contradicetur.

(Et tuam ipſius animā pertrāſibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat

mo iſte, iuſtus ac″religioſus, expectans conſolationem Iſrael: & Spiritus ſanctus erat″ſuper eum.

26 Fuerátque ipſi″Diuinitus nuntiatum à Spiritu ſancto *ipſum*″non viſurum mortem priuſquam vidiſſet″Chriſtum illum Domini.

27 Is igitur venit″impulſore Spiritu in tēplū. & quū inducerēt puerum Ieſū″parētes, vt facerēt ſecundū conſuetudinē Legis, pro eo:

28 ″Tum ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deo, ac dixit,

Simeon ſuſcipit Chriſtum.

29 Nunc″dimittis″ſeruū tuū Domine,″ſecūdū verbū tuū,″in pace:

Canticū Simeonis.

30 Quia″viderunt oculi mei″ſalutem tuam,

31 Quam paraſti″in oculis omnium populorum:

32 Lumen″reuelandum Gentibus, & gloriam populi tui Iſrael.

33 Pater autem & mater eius mirabantur ſuper iis quæ dicebantur de eo.

34 Et benedixit eis Simeon, dixítque ad Mariam matrem eius, Ecce″poſitus eſt iſte in″caſum & reſurrectionem multorū in Iſrael: & ″in ſignum cui contradicatur.

Ruina & reſurrectio, Chriſtus.

35 (Quin & tuam ipſius animam″traiiciet gladius) vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes.

36 Erat etiam *quædam* Anna prophetiſſa, filia Phanuel, ex tribu Aſer:

Anna prophetiſſa.

25 Religioſus εὐλαβὴς Vulgata barbarè, timoratus. Significat autem εὐλάβεια non quemuis timorem, ſed cum reuerentia potius quàm cum animi trepidatione coniunctū. Latini (ni fallor) religionem vocant. Eraſmus conuertit Pius, id eſt εὐσεβὴς: quo modo ſcriptum legimus in duobus codicibus vetuſtis. Super eum. ἐπ' αὐτόν. Hebraicè עליו: quo genere dicendi declaratur, vim illā Spiritus ſancti cælitus illabi. Appellatione autem Spiritus familiare eſt Sacris ſcriptoribus per Metonymiam ipſa Spiritus ſācti dona ſignificare. Itaque noluimus à verbis vſitatis diſcedere. 26 Diuinitus nuntiatum κεχρηματισμένον Vide Matth.2.b.12. Non viſurum mortem, μὴ ἰδεῖν θάνατον, id eſt mortem ſenſurum. Hebræa periphraſis, לבלתי ראות המות pro כי לא ימות, vt Pſal.89.g.49. Latini non diſſimili forma loquendi, Somnū videre dicunt pro Dormire. Chriſtum illum Domini. τὸν χριστὸν κυρίου. Hebraicè המשיח משיח יהוה. Eſt autē hæc appellatio omnibus Regibus cōmunis apud Hebræos: qua nimirū ſignificatur quod ait Solomon Prouerb.8.b.15, Reges à Domino accipere imperiū, vt ipſe quoq; Homerus multis locis teſtatur. Sed Meſſiæ id eſt Chriſti & Regis nomē peculiari ratione cōuenit Ieſu Seruatori. Ideo expreſſimus articulū.

27 Impulſore Spiritu ἐν τῷ πνεύματι Eraſmus, per Spiritum. Vulgata ad verbum, in Spiritu, id eſt ברוח: quem Hebraiſmum retinuimus Matth.22.d.43 Hîc verò propter amphiboliam explicuimus, nequis ſcilicet arbitretur iſta non re vera, ſed per ſpiritalem aliquam viſionem eueniſſe. Parentes, οἱ γονεῖς, Ita ſcriptum inuenimus in omnibus codicibus, hoc loco, & paulo pòſt verſu 41: ſed non dubium eſt quin Euāgeliſta ſpectet vulgi opinionē potius quàm quod res erat. Nā (vt poſtea cōmemorat) habebatur Ioſephus pro Chriſti patre. Et paulo pòſt, verſu 33 & 48, ita appellatur: quū tamen (vt pulchrè dicit Nanzianzenus) Chriſtus quatenus Deus eſt, ἀμήτωρ exiſtat: quatenus homo, ἀπάτωρ: & rurſus, quia vnus eſt, vnū tantùm patrem & vnam matrē habeat, ſed illum quidem Deū: hanc autē hominem, quia in ipſo diuerſæ diſtinctæque naturæ coaluerūt. Itaque nō eſt cur Hebionitæ aut alii hæretici ex hoc loco & aliis ſimilibus concludāt Ieſum fuiſſe Ioſephi filium. In Vulgata editione additur relatiuū eius, αὐτοῦ. 28 Tum ipſe καὶ αὐτὸς Vulg. Et Ipſe. Eraſ. ipſe quoque: quaſi ſcilicet alii quoq; ſint Chriſtum complexi. Vide ſuprà, verſu 15. 29 Dimittis ἀπολύεις id eſt decedendi poteſtatē facis: ex hac vita ſcilicet, vt patribus meis adiūgar, id eſt vt ad te redeam. Nam Dominus eum ad æternam pacem properantem velut è medio curſu reuocarat. Sanctos autem emorientes Deus à ſe non abnegat, ſed ad ſe potius reuocat, ſicut princeps quiſpiam qui Legatis facit copiam ex prouincia reuertendi. Vel τὸ ἀπολύειν reſpondet verbo הניח, quod etiam ſignificat ſtatuere & collocare. vt ſit hæc ſententia, Nunc demum Domine ſeruum tuum in vera pace ac tranquillitate conſtituis, vt qui præſens oculis ſuis cōſpexerit tuum Meſſiam, id eſt illum ipſum à quo vno fœlicitas omnis eſt expectanda.

Seruum tuū τὸν δοῦλόν σου Hebraicè עבדך id eſt me qui ſum ſeruus tuus. Secundum verbum tuum, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, Hebraicè כאמרתך, id eſt quemadmodū mihi pollicitus es. Reſpicit enim illud quod Diuinitus intellexerat, vt paulo antè narrauit Lucas. In pace: ἐν εἰρήνῃ Hebraicè בשלום id eſt fœliciter & beatè, vt alibi expoſuimus. 30 Viderunt oculi mei εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου Hebraicè ראו עיני. Eſt autē huius pleonaſmi magna emphaſis, vt quū Latinè dicimus, his ego oculis vidi, vt videri poſſit Pleonaſmus non eſſe. Nam animo quoque & opinione dicimur aliquid videre. Hîc autē de corporeo Chriſti cōſpectu ſibi gratulatur Simeon: quem tamē antea fide iam erat verè cōplexus, vt Abrahamus dicitur diē Domini vidiſſe. Apud Homerū autē Vlyſſes Circen alloquens, vt verū conſpectū à falſo & imaginario diſtingueret, λῦσον, inquit, ἵν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἐρίηρας ἑταίρους. Salutem tuā, σωτήριόν σου, Hebraicè ישועתך vt Pſal.50.d.23, id eſt eū quem ſeruādis electis tuis deſtinaſti, vnde etiā factum vt vocetur Ieſus. quod nomen Simeon adumbrat. Vulgata, & Eraſmus, ſalutare tuum. Sed iidem rectius Epheſ.6.c.17, ſalutem interpretantur. Nam abſurdior eſt amphibolia, quàm vt illi vitandæ neceſſe ſit ignotum vocabulum quærere.

31 In oculis κατὰ πρόσωπον Heb. לנכח, id eſt (vt alicubi dixit Virgilius) Ante ora. Sic Homer. Odyſſ. κ'. πρὶν λῦσαι δ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. Vulgata ad verbū, ante faciem, id eſt tāquā ſignū aliquod edito loco poſitū quò cōuertantur omniū oculi. Alioquin κατὰ πρόσωπον accipitur pro eo quod barbari dicunt, ſecundū apparentiā, vt 2.Cor.10.a.1. 32 Reuelandū Gētibus, εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Chald. לאיתגלאה לגוים, id eſt lucē quæ Gentibus manifeſtetur & illuceſcat. Alludit enim ad Pſal.98.a.2. & Eſa.9.a.2. & 42.a.6, & 49.b.6. Vulgata & Eraſmus ad verbum, ad reuelationem Gentiū, quæ interpretatio nimiū eſt obſcura. 34 Poſitus eſt κεῖται Hebraicè נצב, id eſt pro ſcopo eſt conſtitutus & deſtinatus à Deo, cui ſic placet gloriæ ſuæ conſulere. Sed tamen inter reproborū caſum & Dei conſiliū interuenit ipſorum corruptio & ſpōtanea infidelitas: quæ res facit vt totā exitii ſui culpā meritò ſuſtineant, quum Deus nō aliter exequatur ſuū cōſilium quàm ipſorum ſcelera iuſtè vindicando. Caſum & reſurrectionē πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν In caſum ſcilicet reproborū ſua ipſorū culpa pereuntiū, & in reſurrectionē electorū quibus datur vt credāt, quod multo antè prædixit Eſaias 8.c.14, & 15. Nā vocabulū πολλῶν ſigillatim eſt applicādum, nō cōiunctim. Sed operæpretiū eſt hoc loco conſiderare ſacrilegā eius audacia qui vtrunque Teſtamentum nuper ita conuertit, vt ſuo arbitrio quiduis non modò detraxerit aut addiderit, ſed etiā mutarit. Is igitur quia inter cæteros errores hunc etiam tuetur, qui homini liberū arbitrium cōcedit, à cuius voluntate pendeat Diuini cōſilii cōſtantia, id eſt qui cauſarū ordinem prorſus inuertit: videbat autē verbū κεῖται non poſſe ſine violenta interpretatione ad ſolū euentum referri, ſed potius æternā Dei deſtinationē declarare, idcirco in locum vnius copulatiuæ coniunctionis, duas diſiunctiuas ſubſtituit, & totū hunc locū ita interpretatur, Scito hunc multorū vel caſui, vel reſurrectioni in Iſraelitis deſtinatum eſſe. Hoc eſt ſcilicet Diuinæ prouidentiæ religioſè patrocinari. In ſignum εἰς σημεῖον Hebraicè למטרא vt Thren.3.b.12. Significat igitur Chriſtum veluti ſcopum fore, quem omnes certatim figere contendant. Sed paulo poſt diſcedit à tranſlatione, quā alicubi quanuis in re diſſimili, eleganter tamen expreſſit Antipater in Anacreontis Epitaphio.

35 Traiiciet διελεύσεται) Vulg. pertranſibit, quā interpretationem nō reiicerem, niſi (vt rectè obſeruat Eraſmus) inde arripuiſſet occaſionē Auguſtinus parū aptæ expoſitionis, quaſi ſcilicet ſignificare voluerit Simeon fore vt hic dolor non inſideret animo Mariæ, ſed pertranſiret duntaxat. Atqui Græcè non ſcriptum eſt παρελεύσεται, ſed διελεύσεται. Itaque Eraſmus, vt hoc incōmodum vitaret, maluit Penetrandi vocabulū vſurpare. Sed ne hæc quidem interpretatio Græco verbo reſpondet. Nam ferrum quidem quod traiicit, idem etiam penetrat, ſed non contrà quodcunque penetrat, illud etiam dici poteſt traiicere.

hæc proceſſerat in multam ætatem,& vixerat cum viro annis ſeptem à virginitate ſua.

37 Et *quum eſſet* vidua quaſi annorum octogintaquatuor, non abſcedebat à tẽplo,ieiuniis ac deprecationibus ſeruiẽs *Deo* noctẽ ac diẽ.

38 Hæc igitur eo ipſo momento quum ſuperueniſſet, viciſſim cõfitebatur Domino,& loquebatur de eo omnibus qui expectabãt redemptionem in Ieruſalem.

39 At *illi* vt perfecerunt omnia ſecundum Legem Domini,reuerſi ſunt in Galilæam,in vrbem ſuam Nazareth.

Puer Chriſtus.

40 Puerulus autem creſcebat,& roborabatur Spiritu, implebatúrque ſapientia:& gratia Dei erat ſuper ipſum.

41 Ibant verò parentes eius quotannis Hieroſolymã feſto Paſchæ.

42 Et quum factus eſſet annorum duodecim, aſcẽderunt ipſi Hieroſolymam ſecundum ritum feſti:

43 Peractíſque *eius* diebus, quum reuerterentur illi,remanſit puer Ieſus in Ieruſalem:neque *id* cognouerunt Ioſeph & mater eius.

44 Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, ierũt viam *unius* diei: ac requirebant eum inter cognatos & inter notos.

45 Et quũ nõ inueniſſẽt eũ,reuerſi ſunt in Ieruſalẽ, quærentes eũ.

Ieſus cum doctoribus diſputat.

46 Et factum eſt, triduo pòſt inuenerunt eum in templo ſedẽtem in medio doctorum,& audientem eos,ac interrogantem eos.

47 Percellebantur autem omnes qui eum audiebant, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

48 Et viſo eo attoniti ſunt:& dixit mater eius ad eum,Fili, cur ita feciſti nobis? ecce,pater tuus & ego cruciati quærebamus te.

49 Tunc ait ad eos, Quid eſt quòd quærebatis me? *an* neſciebatis ꝙ in iis quæ Patris mei ſunt,oportet me eſſe?

50 Sed ipſi non intellexerunt verba quæ loquutus eſt ipſis.

51 Deſcendit autẽ cũ eis,venítq; Nazareth:erátque ſubiectus eis. & mater eius conſeruabat omnia hæc in corde ſuo.

52 Ieſus autẽ proficiebat ſapiẽtia, & ſtatura,ac gratia apud Deum & homines.

Cap. III.

1 ANno autẽ decimoquinto imperii Tiberii Cæſaris,Põtio Pi-

in diebus multis, & vixerat cũ viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua.

37 Et hæc vidua vſque ad annos octogintaquatuor quæ nõ diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

38 Et hæc,ipſa hora ſuperueniens,cõfitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ieruſalem. F

39 Et vt perfecerunt omnia ſecundũ Legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam , in ciuitatem ſuam Nazareth.

40 Puer autem creſcebat,& confortabatur Spiritu,plenus ſapientia:& gratia Dei erat in illo.

41 Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Ieruſalẽ, in die ſolẽni Paſchæ Deut.16.a.1.

42 Et quum factus eſſet annorũ duodecim,aſcẽdentibus illis in Ieroſolymã ſecundum conſuetudinem diei feſti:

43 Cõſummatiſq; diebus, quum redirẽt,remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius.

44 Exiſtimantes autem illũ eſſe in comitatu,venerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos & notos.

45 Et non inuenientes, regreſſi ſũt in Ieruſalerem,quirentes eum. G

46 Et factum eſt,poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum,audientem illos, & interrogantem eos.

47 Stupebant autem omnes qui eũ audiebant,ſuper prudentia & reſponſis eius:

48 Et vidẽtes admirati ſũt:& dixit mater eius ad illũ, Fili , quid feciſti nobis ſic? ecce, pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49 Et ait ad illos, Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia ĩ iis quę Patris mei ſunt,oportet me eſſe?

50 Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt ad eos.

51 Et deſcẽdit cũ eis,& venit Nazareth: & erat ſubditus illis. & mater eiꝰ cõſeruabat õnia verba hæc ĩ corde ſuo.

52 Et Ieſus proficiebat ſapientia,& ætate,& gratia apud Deũ & homines.

Cap. III.

1 ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cęſaris,procurãte

37 Et *quum eſſet* vidua καὶ αὐτὴ χήρα Vulgata & Eraſmus, Et hæc vidua. Apparet Hebraicam eſſe repetitionem in αὐτὴ & ἥ, quam noluimus imitari ne non ſatis cohæreret oratio.Sed duplicis relatiui loco expreſſimus participium οὖσα quod in Græco ſermone ſubauditur.

Quaſi ὡς Vulgata,vſque ad,id eſt ἕως,quod ſcriptum erat in codicibus vetuſtis 8 & 14. Deprecationibus δεήσεσι Sic rectè Eraſmus,vt annotabimus Act.1.c.14. Vulgata,obſecrationibus,quum Græcis Obſecrare ſignificet τὸ ποτνιᾶν, vt idem Eraſmus in hunc locum annotauit. Seruiens *Deo* λατρεύουσα. Quid ſit λατρεύειν diximus Matth.4.b.10. Addidimus autem tertium caſum, vt amphiboliam vitaremus. 38 Eo ipſo momento αὐτῇ τῇ ὥρᾳ Vide Matth.9.c.22. Viciſſim confitebatur ἀνθωμολογεῖτο Vulgata,confitebatur,id eſt ὡμολογεῖτο. Sed(vt rectè obſeruat Eraſmus)non erat negligenda particula ἀντὶ, qua ſignificatur Annam quaſi ſuccinuiſſe Simeoni in prædicando Meſſiæ aduentu.Hunc enim intelligimus appellatione κυρίου.Nam ſi poſt αὐτοῦ ſubaudias παιδίου,antecedens videbitur lõgius petitum. In Ieruſalem. ἐν Ἱερουσαλήμ. In vno codice ſcriptum legimus ἐν τῷ Ἰσραήλ, in Iſrael. Sed & in nonnullis exemplaribus Latinis ſimpliciter legitur,redemptionem Iſrael.

40 Implebatúrque πληρούμενον Vulgata,plenus,πλήρης. Eraſmus autem rectè expreſſit vim participii, quo ſignificatur Diuinæ naturæ infinita illa vis pro ætatis progreſſu ſeſe in homine Chriſto exeruiſſe.

44 Ierunt ἦλθον Vulgata & Eraſmus,venerunt.Apparet autem ἔρχεσθαι poſitum eſſe pro ἰέναι id eſt iter facere.

48 Cruciati ὀδυνώμενοι Vulgata & Eraſmus,dolentes,λυπούμενοι.Sed τὸ ὀδυνᾶσθαι videtur ἐμφατικώτερον.

52 Et ſtatura,καὶ ἡλικίᾳ, Hæc deerant in vno vetere exemplari.Puto autem ab aliquo fuiſſe expuncta qui ἡλικίαν pro ætate accepit. Satis enim intelligitur ætas illius augeri qui pergit viuere.Malè igitur Vetus interpres & Eraſmus ἡλικίαν hoc loco ætatem interpretantur,quũ accipiatur pro ipſa corporis ſtatura,vt diximus Matth.6.d.27.Idem error admiſſus eſt infra Epheſ.4.c.13.Cæterùm in ſecundo exemplari primo loco ſcriptum erat ἐν τῇ ἡλικίᾳ,deinde σοφίᾳ καὶ χάριτι,qui ordo melius videtur conuenire.

IN CAPVT III.

1 Decimoquinto πεντεκαιδεκάτῳ ita reperitur ſcriptum ſummo conſenſu in omnibus exemplaribus:quod placuit annotare,vt intelligamus non conuenire Epiphanii ſupputationem , qui quatuor Herodis magni poſtremos annos Chriſti vitæ tribuit. Nam ſi verum eſt Archelaum Herodis ſucceſſorem nouem annis partim Regem,partim Tetrarcham Iudææ fuiſſe, cui deinde tres præſides vſque ad annum Tiberii primum ſucceſſerint,vt intelligimus ex Ioſepho,neceſſe eſt dicamus, cuius annus triceſimus in annum decimumquintum Tiberii incidit,vltimo anno Herodis & natum eſſe,& in AEgyptum deportatum,vnde redierit quum iam Archelaus in patris regnum ſucceſſiſſet.

Imperii ἡγεμονείας Apparet Lucam minimè fuiſſe ſolicitum de Tiberii imperio à Pilati præfectura diſtinguendo.Itaque nemo mirari debet quòd contra meum morem idem vocabulum in eodem verſiculo diuerſis modis ſim interpretatus.Sed & Græcos reliquos authores,qui Cæſarum vitas ſcripſerunt,video ſibi non conſtare.Nam pro imperio interdum ἡγεμονείαν, interdum ἀρχὴν,modò αὐτοκράτορα ἀρχὴν, modò αὐταρχίαν dicunt.Præſides autem prouinciarum ferè vocant ἐπάρχους vel ἐπιστάτας,nonnunquam etiam ἡγεμόνας.

Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituręæ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha,

Act.4.a.6 |Sub principibus Sacerdotū Anna & Caipha: factum eſt verbum Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium, in deſerto.

Matth.3.a.2 marc.1.a.4 |Et venit in omnē regionē Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum:

Eſa.40.a.3 iohan.1.c.23 Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonū Eſaiæ prophetæ, |Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

B Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua, in directa: & aſpera, in vias planas.

Et videbit omnis caro ſalutare Dei.

Matth.3.b.7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibāt vt baptizarētur ab ipſo, |Geniminavi perarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?

Facite ergo fructus dignos pœnitētiæ: & ne cœperitis dicere, Patrē habemus Abraham. dico enim vobis quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: omnis ergo arbor nō faciens fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur.

C Et interrogabant eum turbæ, dicētes, Quid ergo faciemus?

Iacob.2.c.15 1.iohan.3.c.17 Reſpondens autem dicebat illis, |Qui habet duas tunicas, det non habēti: & q̃ habet eſcas, ſimilirer faciat.

Venerunt autem & Publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad illum, Magiſter, quid faciemus?

At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.

Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

D Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus:

Matth.3.c.11 marc.1.a.8 Iohan.1.d.26 act.1.a.5, & 8.a.4. & 11.b.16, & 19.a.4 Reſpondit Iohannes, dicens omnibus, |Ego quidē aqua baptizo vos: veniet autē fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorū eius: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni.

Matth.3.c.12 |Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo.

Matth.14.a.3 marc.6.c.17 |Herodes autem tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade v-

lato præſide Iudææ, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenes tetrarcha,

2 Sub Pontificibus Anna & Caiapha: factum eſt verbum Domini′ad Iohannem Zachariæ filium, in deſerto. Iohannes hortatur ad reſipiſcētiā, docens Chriſtum veniſſe.

3 Venit igitur in omnem regionem circumiacentem Iordani, prædicans Baptiſmum reſipiſcentiæ in remiſſionē peccatorum:

4 Vt ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ, dicentis, Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quæ curua ſunt,″fient *via* recta, & aſperæ viæ *fient* planæ.

6 Videbítque omnis caro″ſalutem Dei. Salus Dei:

7 Dicebat igitur turbæ″venienti vt baptizaretur ab ipſo, Progenies viperarū, quis præmōſtrauit vobis vt fugeretis à futura ira? Viperæ.

8 Ferte igitur fructus dignos reſipiſcentia: &″ne cœperitis dicere apud voſipſos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quòd poſſit Deus etiam ex lapidibus iſtis ſuſcitare liberos Abraham. Opera reſipiſcētium. Abrahæ filii à Deo.

9 Iam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: omnis ergo arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignē abiicitur. Securis.

10 Tunc interrogauit eum turba, dicens,′Quid igitur faciemus?

11 Reſpondens autem dixit eis, Qui habet duas tunicas,″impertiat non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Tunicæ. Eſcæ.

12 Venerunt autem & Publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad eum, Magiſter quid faciemus? Publicani.

13 Ipſe verò dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis,′exigite.

14 Interrogarunt autem eum etiam′milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait eis, Neminem concutite, neque calumniemini: & contenti eſtote″ſtipendiis veſtris. Milites.

15 Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, numnam ipſe eſſet Chriſtus ille: Teſtimoniū Iohannis de Chriſto.

16 Reſpondit Iohannes, dicens vniuerſis, Ego quidem aqua baptizo vos: ſed venit qui validior me eſt, cuius non ſum dignus qui ſoluam corrigiam ſolearum: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni. Baptizare Spiritu ſancto.

17 Cuius ventilabrum in manu ipſius, & permundabit aream ſuā: & coget triticum in horreum ſuum, paleam autem exuret igni inextinguibili. Palea.

18 Multa igitur etiam alia″admonens, euangelizabat populo.

19 Herodes autem tetrarcha quum argueretur ab eo de Herodia-

2 Ad Iohannē ἐπὶ ἰωάννην .i. πρὸς ἰωάννην, vt Hebræi vſurpāt על pro אל. 5 Fient ἔσαι Heb. יהיו .i. γενήσεται fiēt, vt diximus Matth. 19.a.5. vbi tres Hebraiſmos expoſuimus qui hoc quoque loco vſurpantur. Ponitur enim Eſſe pro Fieri, & additur præpoſitio contra Græcæ & Latinæ linguæ conſuetudinē: Caro denique pro homine accipitur. 6 Salutem Dei. σωτήριον θεοῦ. .i. Meſſiam, ſalutis vnicum organum à Deo non vni duntaxat genti Iudæorum, ſed toti mundo exhibitum. Vulgata & Eraſmus, ſalutare Dei: de quo diximus ſuprà verſu 30.

7 Venienti ἐκπορευομένοις Id eſt quæ domo profecta, ad eum venerat: vt diximus Marci 8. b. 11. Nam familiare eſt Hebræis, poſito vno verbo alterum conſequens intelligere, quum Græci & Latini potius ſoleant ex conſequenti ſumere antecedens. vt Prouerb.25, c.22, גחלים אתה חותה על ראשו. id eſt, carbones tu accipies ſuper caput eius. id eſt, accipies & pones.

8 Ne cœperitis dicere μὴ ἄρξησθε λέγειν In ſecundo codice ſcriptum erat, μὴ δόξητε λέγειν, ſicut apud Matthæum legimus. id eſt, ne putetis *vobis* dicendum. 10 Quid igitur faciemus? τί οὖν ποιήσομεν; In eodem exemplari additur ἵνα σωθῶμεν; vt ſeruemur?

11 Impertiat μεταδότω Vulg. det, id eſt δότω, ſenſu aliquantulū diuerſo. 13 Exigite. πράσσετε. Vulg. faciatis: quæ eſt altera verbi πράττειν ſignificatio. Sed illā melius cōuenire, vel illud oſtendit quòd paulo pòſt cap.13.g.58, πράκτορες vocātur qui multas exigunt: vt obſeruat Eraſmus, & probat Budæus in commentariis. 14 Milites, στρατευόμενοι, Id eſt στρατιῶται. Nam alibi admonuimus Hebræos vti participiis loco nominum, quæ verbalia Grammatici vocant. Stipendiis veſtris. ὀψωνίοις ὑμῶν. Quid obſonii appellatione intelligatur, omnes norunt. Hic autem pro ſtipendio militari accipi puto, quia non modo pecunia, ſed etiam cibaria militibus dabantur: id eſt τροφὴ καὶ γέρα ſiue ἆθλα, vt vocat Dion. vnde etiam dictus eſt Sextarius caſtrenſis, duarum vrnarum capax, ſicut docet harum rerum peritiſſimus Georgius Agricola. 18 Admonens, παρακαλῶν, παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdum conſolari declarat. Hoc autem loco idem valet atque τὸ παραινεῖν. Rectè igitur Vulgata & Eraſmus conuerterunt, exhortans: ſed ſeruiendum fuit Latinæ conſtructioni.

	de vxore Philippi fratris eius, déque omnibus ſceleribus quæ″ipſe fecerat,		vxore fratris ſui Philippi, & de omnibus malis quæ fecit Herodes:	
Herodes incarcerat Iohannem.	Adiecit & hoc ſuper omnia,″quòd incluſit Iohannē in carcerē.	20	Adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcerem.	E
Baptizatur Chriſtus.	Factum eſt autem quum baptizaretur omnis populus, & Ieſus baptizatus eſſet & oraret, vt apertum ſit cælum:	21	Factum eſt autem quum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cælum.	Matth.3.d.13 marc.1.a.9 ioh.1.c.32
	Ac deſcenderit Spiritus ſanctus corporea ſpecie quaſi columba, ſuper ipſum: & vox de cælo facta ſit, dicēs, Tu es filiꝰ ille meus dilectus, in te acquieſco.	22	Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cælo facta eſt, Tu es Filiꝰ meus dilectus, in te complacuit mihi.	
Catalogus maiorum Chriſti.	″Ipſe autem Ieſus incipiebat eſſe quaſi annorum triginta, filiꝰ (vt exiſtimabatur) Ioſeph,″qui fuit *filius* Heli,	23	Et ipſe Ieſus erat incipiēs quaſi annorum triginta, vt putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli,	
	Qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi,″qui fuit Iāna, qui fuit Ioſeph,	24	Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph,	
	″Qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Eſli, qui fuit Nagge,	25	Qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge,	
	Qui fuit Maath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda,	26	Qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda.	F
	Qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,	27	Qui fuit Iohāna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,	
	Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam,″qui fuit Elmodam, qui fuit Er,	28	Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,	
	″Qui fuit Ioſe, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mattha, qui fuit Leui,	29	Qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui.	
	Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionā, qui fuit Eliacim,	30	Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim,	
	Qui fuit Melea, qui fuit Menā, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,	31	Qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,	
	Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon,	32	Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, q̃ fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon,	
	Qui fuit Aminadab, qui fuit Arā, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,	33	Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrō, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,	
	Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor,	34	Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,	
	Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,	35	Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,	
	″Qui fuit Arphaxad, qui fuit Sē, qui fuit Noe, qui fuit Lamech.	36	Qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,	
	Qui fuit Mathuſala, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan,	37	Qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,	
	Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,″qui fuit Dei.	38	Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.	

19 Ipſe ὁ ἡρώδης Hebræa repetitio antecedentis loco relatiui, de qua alibi dictum eſt à nobis.

20 Quòd incluſit καὶ κατέκλεισε Vulgata & Eraſmus, & incluſit: ita vt videantur iſta non ſatis cohærere. Puto igitur καὶ pro ὅτι vſurpari hoc loco, vt interdum apud Hebræos 'ויו pro 'ש, vel אשר   23 Ipſe autem Ieſus, &c. Καὶ αὐτὸς ἦν ἰησοῦς Hic locus paulo aliter citatur ab Epiphanio κατὰ ἐβιωναίων, & bis κατὰ τῶν ἀλόγων. Legit enim, ἦν δὲ ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ ἰωσήφ. id eſt, Ieſus autē incipiebat eſſe quaſi triginta annorum, filius exiſtens (vt exiſtimabatur) Ioſephi. Hanc autem lectionem maximè probo, quia ſi ὢν coniungas cum ἀρχόμενος, vt ſcriptum ſit ἦν ἀρχόμενος ὤν, durior erit hæc loquendi formula, pro ἤρχετο ὤν, vel εἶναι). Eadem tamē eſt ſentētia, vtramuis lectionē ſequamur.   Qui fuit *filius* Heli, τοῦ ἠλί, De hac eclipſi alibi. Nō deſunt qui γαμβροῦ malint ſubaudire, quod mihi non placet. Videtur enim eadem potius ratione eclipſis ſupplenda in Ioſepho atque in aliis qui ſequuntur. neque etiam nouum aut à ratione alienum eſt vt generi vocētur ſocerorū filii, quum nurus ſuas Noemi filias vocet. Deinde ſunt aliæ etiam rationes quibus Matthæus & Lucas in hac genealogia concilientur, quæ ex aliis peti poſſunt. Nunc verò ſatiſfeciſſe videbor officio meo ſi diuerſas duntaxat lectiones annotaro: quæ quidem alicuius ſunt momenti. Nam comperio in his ſcribendis nominibus infinitam eſſe codicum varietatem, partim propter ſummam Hebrææ linguæ imperitiam in pleriſque non modò librariis, ſed etiam interpretibus alioquin piis & eruditis, partim etiam quia puncta vocalia non omnes Hebræi eodem modo pronuntiant.   24 Qui fuit Ianna, τοῦ ἰαννά, In vno codice inter Ianna & Ioſeph adſcriptum erat τοῦ ἐλιέζερ, τοῦ φαρές, qui fuit Eliezer, qui fuit Phares. Deinde inter Ioſeph & Mattathiam, interiectum eſt, τοῦ ἰωρὶμ, τοῦ ἰούδα, qui fuit Iorim, qui fuit Iuda.   25 Qui fuit Matthathiæ, τοῦ ματταθίου, In eodem exemplari inter Matthatiam & Amos legitur τοῦ ματθάτ, τοῦ ἰακώβ, qui fuit Mattath, qui fuit Iacob. Deinde inter Amos & Naum interiicitur τοῦ λευΐ, τοῦ ἰσαάκ, qui fuit Leui, qui fuit Iſaac. Præterea inter Naum & Eſli adſcribitur τοῦ σιμεὼν, τοῦ ἀβραάμ, qui fuit Simeon, qui fuit Abraham. Poſtremò inter Eſli & Nagge interpoſitum erat, τοῦ ἰούδα, τοῦ θάρα, qui fuit Iuda, qui fuit Thara.   28 Qui fuit Elmodam, τοῦ ἐλμωδάμ, In vno exemplari legimus ἐλμωδάδ.

29 Qui fuit Ieſe τοῦ ἰωσῆ Alibi ſcriptum erat ἰησῶ, Ieſo, alibi ἰησοῦ Ieſu.

36 Qui fuit Arphaxad, ἀρφαξάδ, Ante hoc nomen, legitur τοῦ καϊνὰν, quod non dubitauimus expungere, ſequuti authoritatem Moſis Gen.11.b.12.   38 Qui fuit Dei. τοῦ θεοῦ. Scilicet Filius, non quòd ab eo vel ex eo ſit genitus, ſed quia ab eo factus. Nam hac quoque ratione Deus interdum ſeſe patrem vocat, vt Deut.32.a.6.c.18 & 29.

Cap. IIII.

Matth.4.a.1 marc.1.b.12

IEſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane: & agebatur in Spiritu in deſerto, 1

Diebus quadraginta, & tẽtabatur à diabolo. & nihil manducauit in diebus illis: & conſummatis illis, poſtea eſuriit. 2

Dixit autẽ illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. 3

Deut.8.a.3 matth.4.a.4

Er reſpõdit ad illum Ieſus, Scriptũ eſt, Quia nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei. 4

Et duxit illũ diabolus in montẽ excelſum, & oſtẽdit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis: 5

Et ait illi, Tibi dabo poteſtatẽ hãc vniuerſam, & gloriam illorum. quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. 6

Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia. 7

B

Deut.6.c.16, & 10.d.20

Et reſpondens Ieſus dixit illi, Scriptũ eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. 8

Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum. 9

Pſal.91.c.12

Scriptũ eſt enim quòd Angelis ſuis mandauit de te, vt conſeruent te. 10

Et quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuũ. 11

Deut.6.c.16

Et reſpondens Ieſus ait illi, Dictum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum. 12

Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo vſq; ad tẽpus. 13

Et regreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus in Galilæã: & fama exiit per vniuerſam regionem de illo. 14

Cap. IIII.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto, reuertit à Iordane, & actus eſtʺab *eodem* Spiritu in deſertum,

Christus tẽtatur in deſerto.

2 ʹDies quadragintaʺtentãte *eum* diabolo. neque comedit quicquam per illos dies: ſed iis exactis poſtea eſuriit.

3 Tũc dixit ei diabolꝰ, Si filiꝰ es Dei, dic lapidi huic vt fiat panis.

4 ʺEt reſpondit ei Ieſus, dicẽs, Scriptum eſt, ʺQuòd nonʺpane ſolo viuet homo, ſed omni verbo Dei.

Vita in verbo Dei.

5 Tunc quum ſubduxiſſet eum diabolus in montemʺſublimem, indicauit ei omnia regna terræʺin puncto temporis.

6 Et ait ei diabolus, Tibi daboʹpoteſtatẽ hanc vniuerſam, & gloriamʺillorum *regnorum*. nam mihiʹtradita eſt, & cuicunque voluero, do eam.

7 Itaqueʹſi tu adoraueris me, erunt tuaʹomnia.

Adorare.

8 Reſpondens autem Ieſus dixit ei, ʹAbſcede à me, Satana: ſcriptum eſtʺenim, Adorabis Dominum Deum tuũ, & ei ſoliʹſeruies.

Seruiendũ Deo.

9 Tum duxit eum in Ieruſalem, ſtatuítque eum ſuper pinnaculũ templi: & dixit ei, Si filius Dei es, iace teipſum hinc deorſum.

10 Scriptum eſt enim, quòd Angelis ſuis mandabit de te, vt cuſtodiant te.

11 Et quòd in manus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

12 Sed reſpondens Ieſus, ait ei, Dictum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum.

13 Et finita omni tentatione, diabolus abſceſſit ab eo ad tempus.

14 Reuerſus eſt autem Ieſus cum virtute Spiritus in Galilæam: & fama de eo peruenit in totam circumiacentem regionem.

IN CAPVT IIII.

1 Ab *eodem* Spiritu ἐν τῷ πνεύματι A ſpiritu ſancto ſcilicet, cuius mentio facta eſt in ſuperiore membro. Nam articulus vim habet ἀναφορᾶς, aut etiam repetitur antecedẽs pro relatiuo, Hebræorum more. Vulgata, in Spiritu, id eſt ברוח. Solent enim Hebræi, vt ſæpe iam diximus, cauſarum omne genus interdum exprimere præfixa litera ב, quæ pro varia cauſæ ratione explicanda eſt. Hìc autem nemo non videt ἐν τῷ πνεύματι, idem declarare atque ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Eraſmus, per Spiritum, id eſt διὰ τοῦ πνεύματος: quæ expoſitio non ſatis conuenit, & videtur etiam ambigua. Poſſet enim ita accipi quaſi non re vera ſed κατ᾽ ὀπτασίαν, id eſt imaginariè, fuerit actus in deſertum, vt etiam annotauimus ſuprà cap.2.d.26. 2 Dies quadraginta τεσσαράκοντα ἡμέρας Vetus interpres hæc coniungit cum verbo ἤγετο contra fidem omnium exemplarium quæ vidimus. Ita tamen diſtinguit Euſebius ἀποδείξ. γ. κεφ. β´. & mihi quoque non diſplicet hæc diſtinctio, ſi modò ex Marco ſuppleas quod hìc deeſſe videtur perficiendæ ſententiæ, hoc modo ſcilicet, Et actus eſt ab eodem Spiritu in deſertum, *fuítque illic* dies quadraginta, tentante eũ diabolo. Tentante *eum* dia. πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου, Vulgata & Eraſmus, & tentabatur à diabolo. Nam vt annotauimus Marci 1.b.13. rarò à Latinis vſurpatur paſſiuum participium præſentis temporis: qua de re adhuc inter Grammaticos certatur. Sic igitur nos quoque conuertimus apud Marcum. Sed mihi poſtea in mentem venit, multo commodius hoc exprimi poſſe, paſſiuo in actiuum mutato, vt hìc fecimus, & paulo pòſt verſu 15. 4 Et reſpõdit ei καὶ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτὸν Heb. ויאמר אליו, pro אותו vel ויען לו: quã conſtructionem Latini & Græci quoque reſpuũt, niſi quum de re agitur. Dicimur enim reſpõdere ad aliquid, nõ ad aliquem. Nam illud Plinii, Quũ ad eos reſpondiſſem, fortaſſis eſt ἅπαξ λεγόμενον. Sed & apud vnum Lucam reperias hanc conſtructionem verbi ἀποκρίνεσθαι, eámque non ita frequẽter, nimirum infrà cap.6.a.3, & 14.a.5, & Act.25.d.16. Quòd non ὅτι οὐκ Particulam ὅτι ab Eraſmo prætermiſſam non puto redundare, ſed potius εἰδικῶς poni, atque adeò repeti ex ipſo Moſe, Deut.8.a.4. Pane ἐπ᾽ ἄρτῳ Heb. עלהלחם pro quo Vetus interpres ad verbum, in pane. Sed Latinos conſtat in hoc dicendi genere omittere præpoſitionem.

5 In puncto temporis. ἐν στιγμῇ χρόνου. Hebræi רגע, id eſt in momento temporis, vt vertit Vetus interpres, diuerſa tamen tranſlatione, nimirum à ponderibus ſumpta. Momentum enim puto id eſſe quod Græci ῥοπὴν vocant. Sed vereor vt in hoc dicendi genere explicando nõ rectè ſentiat Eraſmus, ſũptã eſſe metaphoram à puncto Mathematico. Neque enim vulgò Geometræ ſuum punctũ vocant στιγμὴν, ſed σημεῖον, vt videatur potius orta tranſlatio à ſcribis & librariis, apud quos στιγμὴ in pingendis literarũ notis videtur eſſe id cuius apud Geometras σημεῖον in lineis animo cõcipiendis idea quædã eſt. 6 Poteſtatẽ ἐξουσίαν Poteſtatẽ vocat Satanas Metonymicè (vt opinor) non tam ius ipſum Monarchiæ, quàm ipſas regiones orbis terrarũ: quo modo Romanũ imperiũ dicitur tota ditio Romano imperatori ſubiecta. Nam alioquin dicendum erat, dabo tibi poteſtatem in hæc omnia. Illorum *regnorum*. αὐτῶν. Subauditur βασιλειῶν, quæ eclipſis in Latino aut Græco ſermone nullum locum habet, quia non ſatis cohæret cũ proximo eiuſdẽ periodi membro. Tradita eſt, παραδέδοται, Tradita eſt ſcilicet hæc poteſtas & gloria. Verè hactenus Satan qui princeps eſt huius mundi. Sed quod ſubiicit, falſum eſt. Neque enim pleno iure princeps eſt mundi, ſed precario duntaxat, & quidem definita poteſtate. Vulgatã & Eraſmus, tradita ſunt: quæ interpretatio non reſpondet Græcis, niſi pro αὐτὴν ſcribas αὐτὰ, vt etiam legit Vetus interpres. 7 Si tu adoraueris me, ἐὰν σὺ προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, Vulgatã ad verbum, ſi adoraueris coram me. Eraſmus, ſi adoraueris *pronolutus* coram me. Ego malui ἐνώπιόν μου accipere pro ſimplici pronomine, vt ſæpe apud Hebræos לפני ponitur ſimplicis affixi loco. Sed notanda eſt traiectio pronominis σὺ, quam miror ſeruatam fuiſſe ab interpretibus, quum in Latino ſermone diuerſam requirat conſtructionem. Referretur enim ad verbum poſterius, vt omnino dicẽdum fuerit, Tu igitur, ſi adoraueris me, omnia poſſidebis. In vno codice additum erat πεσὼν procidens. Omnia. πάντα. Ita loquitur Satan, quia totius mundi regna illi oſtentabat ex montis vertice: quod tamen non ita accipio quaſi vel ſit vllus mons tam ſublimis vt ex eo deſpici poſſit vniuerſus mundus, vel imaginariè hæc facta ſint, vt putat Theophylactus: ſed quòd ex editiſſimo monte Satan ſubiecta regione ampliſſima, ſitum regionum per ſingulas mundi partes Chriſto commonſtraret. Sed pro πάντα, in omnibus vetuſtis codicibus legimus πᾶσα, quod videtur melius cohærere cum ſuperiore verſiculo, vt conuertas ἔσται σοῦ πᾶσα, tota tua erit, ſcilicet gloria illa quam dixi mihi eſſe traditam.

8 Abſcede à me, Satana: ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Vide Marci 8.d.33. Cæterùm neque in Vulgata editione, neque in veteribus codicibus, ſecundo, ſeptimo, & octauo, hæc leguntur. In reliquis autem exemplaribus & apud Theophylactum reperiuntur. Enim, γὰρ, Hæc particula deerat in codicibus quorum paulo antè memini. Serules. λατρεύσεις. Eraſmus, coles. Vide Matth.4.b.10.

Nam ipſe docebat in ſynagogis eorum, ″omnibus ipſum glorificantibus.

Venit igitur in Nazareth vbi fuerat nutritus: intrauítque ſecūdum conſuetudinem ſuam die ″ſabbathi in ſynagogam: & ſurrexit vt legeret.

Tunc traditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ: ″quúmque explicuiſſet librum, inuenit locum *in* quo ſcriptum erat,

Spiritus Domini ſuper me, propterea quòd vnxit me: vt euangelizem ″pauperibus, miſit me, vt ſanem contritos corde, vt prædicem captiuis ″dimiſſionem, & cæcis ″viſus recuperationē, ″vt cō fractos emittam in libertatem:

Vt prædicem annum Domini ″acceptum.

Et complicatum librū quum reddidiſſet miniſtro, ſedit, & omnium in ſynagoga oculi erant ″intenti in eum.

Cœpit autē dicere ad eos, Hodie impleta eſt hæc Scriptura ″audientibus vobis.

Nazaræi ſcandalizantur in Chriſto.

Et omnes ″teſtimonium ſuum ei dabant, ″ac mirabantur ″ſuper ſermonibus *plenis* gratia, qui procedebant ex ore ipſius, dicebántque, Nónne iſte eſt filius Ioſeph?

Tunc ait ad eos, Omnino dicetis mihi ″hoc prouerbium, Medice, cura teipſum: quæcunque audiuimus facta fuiſſe in Capernaū,

15 Et ipſe docebat in ſynagogis eorū: & magnificabatur ab omnibus.

C

16 ¶Et venit Nazareth vbi erat nutrit⁹: & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogam: & ſurrexit legere.

Matth.13.g.54
marc.6.a.1
iohan.4.f.43

17 Et traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ: & vt reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat,

18 ¶Spirit⁹ Domini ſuper me, propter quod vnxit me: euāgelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionē, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem:

Eſa.61.a.1

19 Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

20 Et quū plicuiſſet librū, reddidit miniſtro, & ſedit: & omniū in ſynagoga oculi erant intendentes in eum.

21 Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta eſt hæc Scriptura in auribus veſtris.

D

22 Et omnes teſtimonium illi dabāt, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius, & dicebāt, Nónne hic eſt filius Ioſeph?

23 Et ait illis, Vtique dicetis mihi hāc ſimilitudinem, Medice, cura teipſum: quanta audiuimus facta in Caphar-

16 Sabbathi τῶν σαββάτων Eraſmus, ſabbathorum. Sed rectius conuertit Vetus interpres. Eſt enim enallage, de qua diximus Matth.12.a.1, niſi poſt τῶν σαββάτων adſcribatur diſtinctio, vt hæc cohæreāt cū participio εἰωθὸς, quemadmodū in Theophylacto Romano diſtinguuntur.

17 Quúmque explicuiſſet καὶ ἀναπτύξας In ſecundo codice legimus καὶ ἀνοίξας & quum aperuiſſet. Eſt autem vtrunque hoc participiū referendum ad eius temporis morem, quo libri non ita erant diſtinctis foliis compacti vt nunc ſunt, ſed terete baculo circumuoluti: cuius extrema vocabant vmbilicos, ſeu quòd vmbilici formam præferrent, ſeu quòd circumuoluto libro inſtar cuiuſdam vmbilici in medio ſita apparerent. 13 Pauperibus, πτωχοῖς, Sic verterunt Græci, quum in Hebræo non legatur עניים ſed ענוים. Verùm quod ad ſenſum attinet, nihil intereſt. nam hîc agitur de ſpirituali paupertate, id eſt περὶ ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος. Superbis autem reſiſtit Deus, quales ferè ſunt qui opibus abundant. Dimiſſionem, ἄφεσιν, Vulgata & Eraſmus, remiſſionem, quod non videtur conuenire. Nam remittuntur debita, dimittuntur captiui. Viſus recuperationem, ἀνάβλεψιν, Vulgata, viſum: quum ἀνάβλεψις potius declaret redditum viſum, quaſi reuidentiam dicas, vt Eraſmus obſeruat in annotationibus. De hoc autem membro quid mihi videatur, ſtatim dicam. Vt confractos emittā in liber. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Putauit Eraſmus hoc membrum abundare: & certè neceſſe eſt vt vel redundet, vel quod proximè præceſſit, id eſt καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. quod facilè intelliget quiſquis Hebræa cū Græcis contulerit. Certè Ambroſius hoc poſterius nō legit, quantum ex eius interpretatione colligi poteſt. Euſebius quoque quum in libris ἀποδείξεως hoc teſtimoniū citet quinquies aut ſexies, nuſquam tamen hæc addidit, niſi vno tantùm loco. Ego verò non dubito quin hic factum ſit quod alibi ſæpe, vt quum ad marginem editionis Septuaginta (quam vocant) vel annotata eſſet diuerſa aliqua eiuſdem loci interpretatio, Aquilæ puta, aut Symmachi, aut Theodotionis, vel non diſſimilis ſententiæ teſtimonium adſcriptum, librarii deinde hæc omnia promiſcuè in ipſo contextu deſcripſerint. Sic igitur habent Hebræa ולאסורים פקח־קוח pro quibus Septuaginta interpretes verterūt καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Acceperunt enim פקח־קוח pro vno vocabulo, ſicut etiā Kimhi interpretatur: & quia de oculorum apertione propriè dicitur, idcircò אסורים putarunt tranſlatitiè ſignificare עורים, id eſt cæcos, vt conſtaret antitheſis, quia ſcilicet qui vincti tenentur in carceris tenebris, non multo maiorem habent vſum lucis quàm qui oculis ſunt orbati, vt declaratur Eſaiæ 42.b.7. Hanc igitur interpretationem quum quiſpiam vel non intelligeret, vel putaret Hebræis non reſpondere, annotauit alium locum quo putauit iſtum poſſe illuſtrari: petitū ſcilicet ex eiuſdē Prophetæ cap.58.b.6, vbi in Hebræo legitur ושלח רצוצים חפשים, in Græcis autem ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει: quæ deinde in contextum irrepſerunt, mutato tantùm verbo ἀπόστελλε in ἀποστεῖλαι, quod alioquin non cohæreret conſtructio. Sed quiſquis hunc locum primus annotauit ad marginem, res ſanè diſſimillimas inter ſe comparauit: vt nulla poſſit ſubeſſe ſuſpicio duo eiuſdem Prophetæ teſtimonia coniungi. Poterat autem quiſquis ille fuit, alium locum prorſus ſimilem conferre ex cap.42.b.7, vbi pro eo quod in Hebræis legitur לפקוח עינים צורות להוציא ממסגר אסיר Græci habēt ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, id eſt, vt aperias oculos cæcorum, & educas ex vinculis vinctos. qui locus hunc optimè explicat, quum in vtroque agatur de Chriſti officio. Hæc igitur mea ſententia eſt. Sed mihi tamen religio fuit vel minimum apicem detrahere.

19 Acceptum. δεκτόν. In Hebræo legitur רצון, id eſt εὐδοκίας, vt ſcribit ſuprà cap.2.b.14. Addit autem Vulgata editio, & diem retributionis, id eſt καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως, quæ verba in Hebræis quidem habentur, ſed in multis Græcis codicibus reperiuntur hoc loco adſcripta.

20 Intenti ἀτενίζοντες Vulgata, intendentes. Eraſmus, defixi. Vide Act.1.b.10.

21 Audientibus vobis. ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Heb. באזניכם, id eſt (vt Vetus interpres & Eraſmus ad verbum interpretātur) in auribus veſtris. Sic interdum reperias בעיניכם, id eſt in oculis veſtris, pro, videntibus vobis. Sed hoc dicendi genus Latini quoque vſurpant, illud repudiant.

22 Teſtimoniū ſ. ei dabant, ἐμαρτύρουν αὐτῷ, Id eſt, approbabant communi conſenſu ac voce quæ ipſe diſſerebat. Nam τὸ μαρτυρεῖν hoc loco & aliis multis non declarat ſimpliciter teſtari de aliquo, vt ſolent teſtes à Iudice rogati, ſed publica profeſſione quidpiam ita teſtari, vt nō modò aſſentiaris, ſed etiam laudes ac comprobes. Itaque mihi quidem videtur reſpondere verbo Hebræo ידה pro quo ſæpe Sacri ſcriptores vſurpant verbum ὁμολογεῖν, vnde תודה, id eſt μαρτυρία καὶ ὁμολογία, vt 1.Tim.6.c.12 & 13. Sic apud Xenophontem lib. ἀπομνημ. α΄. κἀγὼ μαρτυρῶ τούτοις, id eſt, ego quoque teſtimonio meo hæc approbo. Ac mirabantur καὶ ἐθαύμαζον In ſexto codice additum erat οἱ ὄχλοι turbæ. Hinc autem licet duo colligere, quæ ſi fuiſſent conſeruata, non tam facilè quibuſdam licuiſſet tyrannidem ſuam conſtituere: nempe iſti collationi Scripturarum non ſolos doctores, ſed ipſam quoque plebem interfuiſſe, & vernaculum ſermonem in hac actione fuiſſe vſurpatum, vt quiuis omnia intelligere, quiuis etiam rogare ac reſpondere poſſet, rite tamen & certo ordine conſtituto, vt liquet ex Act.13.c.15: quem optimum ac planè neceſſarium Eccleſiæ morem quum Satan iam cœpiſſet Pauli ætate deprauare, reſtituit fidelis Apoſtolus, 1.Corin.14.e.16, & deinceps. Super ſermonibus *plenis* gra. ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, Vulgata perobſcurè, in verbis gratiæ. Neque enim gratia hoc loco (id eſt vt Hebræi loquuntur, חן) declarat gratuitam reconciliationem, ſed vim illam planè Diuinam quæ in Chriſti verbis totóque habitu inerat, vt qui illum audiebant, niſi qui planè erant ἀναίσθητοι, non poſſent non illum amare, ſuſpicere, complecti: quod etiam apparuit in illis militibus quorum fit mentio Iohan.7.g.46, vt prædictum erat Pſal.45.a.3. Eraſmus, ſuper gratia ſermonum, vt ſit hypallage, integro tamen ſenſu. 23 Hoc prouerbium, τὴν παραβολὴν ταύτην, Heb. זה המשל. Vulgata & Eraſmus, hanc ſimilitudinem. Nos verò alibi Græcum vocabulum ſeruauimus, quum ſcilicet allegorica quædam narratio inſtituitur. hîc autem nemo nō videt παραβολὴν dici quod Latini Prouerbium vocāt, quia nimirum in plerisque prouerbiis, cuiuſmodi hoc eſt, locus eſt ſimilitudini & allegoriæ: quam rationem ſequuti ſunt Donatus ac Diomedes in Parœmia definienda.

naum, fac & hic in patria tua.

24 Ait autem, Amen dico vobis quia ‖nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. — Iohan.4.f.44

25 In veritate dico vobis, ‖multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quādo clauſum eſt cælum annis tribus & mēſibus ſex, quum facta eſſet fames magna in omni terra: — 1.Reg.17.b.9 iaco.5.d.27

E 26 Et ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

27 ‖Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta: & nemo eorum mūdatus eſt, niſi Naaman Syrus. — 2.Reg.5.d.14

28 Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes.

29 Et ſurrexerunt, & eiecerunt illū extra ciuitatē: & deduxerūt illum vſque ad ſuperciliū mōtis (ſuper quē ciuitas illorum erat ædificata,) vt præcipitarent eum.

30 Ipſe autem tranſiens per mediū illorum, ibat.

31 Et deſcendit in Capharnaū ciuitatē Galilææ: ‖ibique docebat illos ſabbathis. — Matth.4.b.13 marc.1.c.21

32 ‖Et ſtupebāt in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. — Matth.7.d.29 marc.1.c.22

F 33 ‖Et in ſynagoga erat homo habēs dæmonium immundum: & exclamauit voce magna, — Marc.1.c.23

34 Dicens, Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio te quis ſis, Sanctus Dei.

35 Et increpauit illum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. Et quū proieciſſet illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

36 Et factus eſt pauor in omnibus: & colloquebantur adinuicem, dicentes, Quid eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt?

37 Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

38 ‖Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. — Matth.8.b.14 marc.1.c.29

G 39 Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuò ſurgens, miniſtrabat illis.

40 Quum autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebāt illos ad eum: at ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

41 ‖Exibant autem dæmonia à multis, clamantia, & dicentia, Quia tu es filius Dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui, quia ſciebāt ipſum eſſe Chriſtum. — Marc.1.d.35

fac & hîc in patria tua.

24 Ait autem, Amen dico vobis nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. — Propheta.

25 Sed ″in veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum ad tres annos & menſes ſex, ″*adeò* vt orta ſit fames magna per omnem terram: — Ad viduā miſſus Elias.

26 Sed ad nullā illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarephtha *urbem* ″Sidoniæ, ad ″mulierem viduam.

27 Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta: ſed nemo eorum purgatus eſt, niſi Naaman Syrus. — Leproſus Naaman.

28 Tum repleti ſunt omnes ″excādeſcentia in ſynagoga, hæc audientes.

29 Et ″quum ſurrexiſſent, eiecerunt eum extra vrbem, & duxerūt eum vſque ad ſupercilium montis (ſuper quem vrbs ipſorum erat ædificata) vt præcipitarent eum.

30 Ipſe autem quum tranſiſſet per medium ipſorū, profectus eſt:

31 Et deſcendit in Capernaum vrbē Galilææ, ibíque docebat eos ſabbathis. — Docet Chriſtus ſabbathis.

32 Et percellebātur ſuper doctrina eius: nam ″cum authoritate erat ſermo ipſius. — Dæmoniacus ſanatur.

33 Erat autem in ſynagoga quidam habens ″ſpiritum dæmoniacum impurum: ″qui exclamauit voce magna,

34 Dicens, Ah, quid nobis tecum Ieſu Nazarene? veniſti vt perderes nos? noui te quis ſis, *nimirum* Sanctus ille Dei.

35 Et obiurgauit illum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. Tunc dæmonium abiecto illo in mediū, exiit ab eo, nihílque ei nocuit.

36 Et factus eſt pauor ſuper omnes: & colloquebātur alii ad alios, dicentes, ″Quid hoc rei eſt, quòd cum authoritate ac poteſtate imperat immundis ſpiritibus, & exeunt?

37 Et peruenit rumor de eo in omnē locū circūiacentis regionis.

38 Quum ſurrexiſſet autem Ieſus è ſynagoga, introiuit in domum Simonis: ſocrus verò Simonis detinebatur febri magna: & rogauerunt eum pro illa. — Socrus Petri ſanatur à febre.

39 Tum *ipſe* aſtans ſupra eam, obiurgauit febrim: & febris eam dimiſit. Illa verò quum illico ſurrexiſſet, miniſtrauit eis. — Sanātur infirmi.

40 Occidente autem ſole, omnes qui habebant infirmos morbis variis, ducebant ipſos ad eum: ille verò vnicuique ipſorum impoſitis manibus, ſanauit eos. — Dæmones confitentur Chriſtū

41 Exibant autē & dæmonia à multis, clamantia ac dicentia, Tu es Chriſtus ille filius Dei. Sed *ipſe* obiurgans, non ſinebat ea loqui, quòd ſcirent ipſum eſſe Chriſtum.

25 In veritate ἐπ' ἀληθείας Sic loquitur etiam Quintilianus. de qua re diximus, Matth.22.b.16. *Adeò* vt orta ſit ὡς ἐγένετο Vulgata & Eraſmus, quū facta eſſet, vt ὡς pro ὅτε vel ἐπεὶ accipiatur. Sed præſtat (opinor) accipere pro ὥστε, quod à Græcis ἀποτελικὸν vocatur, & interdum etiam cum indicatiuo iungitur, quanuis frequentius conſtruatur cum infinitiuo.

26 Sidoniæ, τῆς σιδῶνος Vel, Sidoniorū. Eſt enim Metonymia, vel ſubauditur χώρας, vel πόλεως, quo nomine apud Græcos non vrbs modò ſignificatur, ſed hominum cœtus, quorum vnum eſt corpus, etiamſi per varios pagos habitent. Eraſmus, Sidonis, id eſt ad Sidona ſpectātem, ſiue quæ erat in Sidoniorū agro & ditione, eodem quidem ſenſu, ſed dicendi genere parum vſitato. Mulierem viduam. γυναῖκα χήραν. Heb. אשה אלמנה de quo pleonaſmo diximus ſuprà cap.2.b.15. 28 Excandeſcentia θυμοῦ Vulg. & Eraſ. ira, id eſt ὀργῆς.

29 Quum ſurrexiſſent, ἀναστάντες, Id eſt dimiſſo conuentu, egreſſi ex Synagoga. Eraſmus, inſurrexerunt, id eſt ἐπαναστάντες.

32 Cum authoritate ἐν ἐξουσίᾳ Vulgata ad verbum, in poteſtate. Sæpe autem annotauimus ἐν pro σὺν poni. & nomen ἐξουσίας expoſuimus, Matth.7.d.29, & Marc.1.c.27. 33 Spiritum dæmoniacum impurum: πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου· dæmonium immundum. ſenſu rectè expreſſo. Vulgata & Eraſmus ad verbum, habens ſpiritum dæmonii impuri. quæ interpretatio tolerabilis eſt, ſi πνεῦμα pro impulſu & afflictu accipias, quo modo ſæpe accipi cōſtat in vtroque Teſtamento. vt quum dicitur Daniel habuiſſe Spiritum Deorum ſanctorum, Dan. 4.a.5.6.c.15, & 5.c.11.d.14. Sed malo Hebræam eſſe geminationem: vt ſi ſpiritum diabolicum pro diabolo ipſo dicas. Sic enim reperias טיט יון lutum cœni, pro luto cœnoſo, id eſt cœno profundiſſimo, Pſal.40.a.3. & ארמת עפר terra pulueris, pro puluere terreſtri, id eſt humo, Dan.12.a.2. Idem dicendi genus reperio Apoc.16.c.14, alibi verò nuſquam in Nouo teſtamento. Qui exclamauit καὶ ἀνέκραξε De hoc dicendi genere diximus, Marc.1.a.10. Malo autem relatiuum referre ad ſpiritum illū quàm ad hominem ipſum, quòd homo fuerit duntaxat dæmonii organum. 36 Quid hoc rei eſt, Τίς ὁ λόγος οὗτος, Vulgata, Quod eſt hoc verbum. Eraſmus, Quis ſermo hic eſt. Mihi verò videtur planior interpretatio quam ſumus ſequuti: quāuis poſſit hoc etiam referri ad ipſum Chriſti ſermonem, vt interpretatur Theophylactus.

42 Orto autem die egreſſus,profectus eſt in deſertum locũ:& turba quærebat eum, venerúntque vſque ad ipſum: & detinebant eum ne diſcederet ab eis.

43 Ille verò dixit ad eos, Certè etiam aliis vrbibus oportet me euãgelizare regnum Dei:nam in hoc miſſus ſum.

44 Et prædicabat in ſynagogis Galilææ.

Cap.V.

Christus docet de naui.

1 FActũ eſt autem″quum turba immineret ei,audiendi verbi Dei cauſa,ipſe ſtabat iuxta ſtagnum Genezareth.

2 Vidítque duo nauigia quæ erant apud ſtagnum:piſcatores verò quum deſcendiſſent ex iis,abluebant retia.

3 Ingreſſus autem in vnũ iſtorum nauigiorum,quod erat Simonis , rogauit eum vt à terra″proueheret paululum,quúmque cõſediſſet,docebat è nauigio turbam.

4 Vt ceſſauit autẽ loqui,dixit ad Simonem , Prouehito in altũ, &″demittite retia veſtra ad capturam.

Piſcatores Petr⁹ cum ſociis Iacobo & Iohãne vocantur. Piſcium multitudo.

5 Tũ reſpondens Simon ait ei,″Magiſter″quum per totam noctẽ fuerimus fatigati,nihil cepimus:tamẽʹex tuo iuſſu demittã rete.

6 Et quum hoc feciſſent,concluſerunt piſcium multitudinẽ magnam.dirumpebatur autem rete eorum:

7 Et annuerunt ſociis qui *erant* in altero nauigio,vt venirent,″& opitularentur ſibi.Venerunt igitur,&impleuerunt ambas naues, *ita*″vt mergerentur.

8 Quum autem *hæc* vidiſſet Simon Petrus,accidit ad genua Ieſu, dicens,Exi à me,nam homo peccator ſum,Domine.

9 Pauor enim″circundederat eum & omnes qui cum eo *erant*,″ſuper captura piſcium quam comprehenderant:

10 Similiter autem & Iacobum & Iohannem filios Zebedæi , qui erant ſocii Simoni. Tunc ait ad Simonem Ieſus, Ne timeas: ab hoc *tempore* homines viuos capies.

11 *Illi* autem quum ſubduxiſſent in terram nauigia, relictis omnibus ſequuti ſunt eum.

Leproſus ſanatur.

12 Et factũ eſt,quum eſſet in quadam ciuitate,tum ecce *affuit* quidam plenus lepra:ac viſo Ieſu,procidens in faciem,rogauit eum, dicens,Domine,ſi velis,potes me purgare.

13 *Ieſus* autem extenſa manu tetigit eum, dicens, Volo: purgator. Et ſtatim lepra abiit ab eo.

14 Ipſe verò denuntiauit ei vt nulli *hoc* diceret:ſed,Vade, *inquit*,indica teipſum Sacerdoti,& offer pro purgatione tui, ſicut iniunxit Moſes,in teſtimonium ipſis.

15 Dimanabãt autem *eo* magis ſermones de eo:& cõueniebat turba multa vt audirent,& ſanarentur ab eo ab infirmitatibus ſuis.

Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum,& venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illũ ne diſcederet ab eis.

Quibus ille ait,Quia & aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare regnũ Dei:quia ideo miſſus ſum.

Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ. Cap.V.

FActum eſt autem quum turbæ irruerent in eum,vt audirent verbũ Dei,& ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth.

Matth.4.c.18 marc.1.b.16

Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum:piſcatores autem deſcenderant,& lauabant retia.

Aſcendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens docebat de nauicula turbas.

Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem,Duc in altum,& laxate retia veſtra in capturam.

Et reſpondẽs Simõ dixit illi, Præceptor,per totam noctem laborãtes, nihil cepimus:in verbo autem tuo laxabo rete.

Et quum hoc feciſſent,concluſerũt piſciũ multitudinem copioſam.rumpebatur autem rete eorum: B

Et annuerunt ſociis qui erant in alia naui,vt venirent & adiuuarẽt eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas,ita vt mergerentur.

Quod quum videret Simõ Petrus, procidit ad genua Ieſu , dicens , Exi à me,quia homo peccator ſũ,Domine.

Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant , in captura piſcium quam ceperant:

Similiter autem Iacobum & Iohãnem filios Zebedæi,qui erant ſocii Simonis.Et ait ad Simonem Ieſus,Noli timere:ex hoc iam homines eris capiens.

Et ſubductis ad terram nauibus,relictis omnibus,ſequuti ſunt eum. C

Et factum eſt,quum eſſet in vna ciuitatum,& ecce vir plenus lepra:& videns Ieſum, procidens in faciem, rogauit eum,dicens,Domine,ſi vis,potes me mundare.

Matth.8.a.2 marc.1.d.40

Et extendens manum,tetigit eum, dicens, Volo:mundare. Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo.

Et ipſe præcepit illi vt nemini diceret:ſed, Vade,oſtende te Sacerdoti, & offer pro emundatioue tua,ſicut præcepit Moyſes,in teſtimonium illis.

Leuit.14.a.4

Perãbulabat aũt magis ſermo de illo:& cõueniebãt turbę multę,vt audirẽt,& curarẽtur ab infirmitatib⁹ſuis.

IN CAPVT V.

1 Quum immineret ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι Id eſt,quum quaſi in illum incumberet præ viſendi & audiendi ſtudio: quæ res fecit vt cogeretur è naui docere.Hoc enim declarat τὸ ἐπικεῖσθαι hoc loco:quum alioquin etiam accipiatur pro inſtare,vt infrà cap.23.c.23. Vulgata,quũ irruerẽt,id eſt ἐν τῷ ἐφορμᾶν. 3 Proueheret ἐπαναγαγεῖν Id eſt ἀναπλεῖν,cui opponitur τὸ κατάγειν quo vtitur paulo pòſt,id eſt τὸ καταπλεῖν. Neque enim ἀνὰ iterationem declarat in hoc verbo,vt putauit Vetus interpres,qui vertit,reducere,ſed idem valet atque ἄνω. Eraſmus,abduceret,ἀπάγειν. 4 Demittite χαλάσατε Vulgata & Eraſmus,laxate,quod nullo modo reſpondet Græco vocabulo,de quo diximus, Marc.1.a.4. 5 Magiſter, ἐπιστάτα, ἐπιστάτης propriè declarat eum qui rei cuipiam ſit præfectus,quem vocant Hebræi נציב,vel נשיא. Sed & in eadem ſignificatione interdũ ponitur רב, ſicut Dan.2.g. 48: vt minimè dubitẽ ἐπιστάτην à Luca dici quẽ cæteri Euãgeliſtæ Hebraico nomine ſeruato רבי appellant. Quum fuerimus fatigati, κοπιάσαντες,Vulgata & Eraſmus,laborãtes.Vide Matth.6.d.28. Ex tuo iuſſu ἐπὶ τῷ ῥήματί σου Heb.כדברך iuxta verbum tuum,pro quo Vulgata ad verbum,in verbo tuo(id eſt vt vernaculo ſermone exprimimus) *a uoſtre parole.* Ponitur autem ἐπὶ pro κατὰ,vt apud Platonem in Epiſt.legimus ἐπὶ νῷ pro κατὰ νοῦν,id eſt, ex animi ſententia:& ῥῆμα pro mandato ponitur,ſicut Dicere pro Iubere,vt alibi annotauimus. 7 Et opitularentur συλλαβέσθαι Id eſt,vt vnà ſecum manus admouerent reti, quod ſimili tranſlatione dicũt Græci συναίρεσθαι.Vulgata & Eraſmus Adiuuandi vocabulo vtuntur,quod reſpondet τῷ ἐπικουρεῖν. Vt mergerentur. ὥστε βυθίζεσθαι. In ſecundo codice additum erat ἤδη,pro quo in nonnullis Veteris editionis codicibus legitur,penè.

9 Circundederat συνέσχεν Heb.סבב,vel אפף,id eſt vndique occuparat,& concluſum tenebat,ſicut Tacitus dixit Induere pauores.

Super captura ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ Capturam hoc loco vocat ipſos piſces captos,vt oſtendit relatiuum proximum.Nam alioqui dicendum erat ἧς non ᾗ.Sic Latini iactum rectis interdum appellant quicquid piſcium vno rectis iactu capitur.

Ipſe autem ſecedebat in deſertũ,& orabat. 16

D Et factum eſt in vna dierum,& ipſe ſedebat docens: & erant Phariſæi ſedentes & Legis doctores qui venerãt ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem : & virtus Domini erat ad ſanandum eos. 17

Matth.9.a.2 marc.2.a.3 ‖Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre,& ponere ante eũ. 18

Et non inueniẽtes qua parte illum inferrent præ turba,aſcenderũt ſuper tectum , & per tegulas ſummiſerunt eum cũ lecto in mediũ ante Ieſum. 19

Quorum fidem vt vidit,dixit, Homo,remittuntur tibi peccata tua. 20

Et cœperũt cogitare Scribæ & Phariſæi,dicentes,Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis poteſt dimittere peccata,niſi ſolus Deus? 21

E Vt cognouit autẽ Ieſus cogitationes eorũ , reſpondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus veſtris? 22

Quid eſt facilius,dicere,Dimittuntur tibi peccata: an dicere , Surge & ambula? 23

Vt autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata(ait paralytico)Tibi dico,ſurge,tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 24

Et confeſtim conſurgens coram illis,tulit in quo iacebat: & abiit in domum ſuam,magnificans Deum. 25

Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum: & repleti ſunt timore,dicentes,Quia vidimus mirabilia hodie. 26

Matth.9.a.9 marc.2.b.14 ‖Et poſt hæc exiit,& vidit publicanũ nomine Leui,ſedentem ad telonium, F & ait illi,Sequere me. 27

Et relictis omnibus, ſurgens ſequutus eſt eum. 28

Et fecit illi cõuiuium magnum Leui in domo ſua : & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant diſcumbentes. 29

Et murmurabant Phariſæi & Scribæ eorum, dicẽtes ad diſcipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? 30

Et reſpondens Ieſus, dixit ad illos, Non egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui malè habent. 31

1.Tim.1.c.15 ‖Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. 32

Matth.9.b.14 marc.2.c.18 ‖At illi dixerunt ad eum , Quare diſcipuli Iohannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt , ſimiliter & Phariſæorum: tui autem edunt & bibunt? 33

G Quibus ipſe ait , Nunquid poteſtis filios Sponſi,dum cum illis eſt Sponſus,facere ieiunare? 34

Veniẽt autem dies : & quũ ablatus fuerit ab illis Sponſus,tunc ieiunabũt in illis diebus. 35

---

16 Ipſe autem ſecedens erat in deſertis,& orabat. *In deſerto erat Chriſtus.*

17 Et factum eſt″quodam die,″quum ipſe doceret, eſſentq; Phariſæi ſedentes ac Legis doctores,qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Iudææ & *ex* Hieruſalem:& poteſtas Domini adeſſet *ei*″ad ſanandum eos.

18 ″Tum ecce *affuerunt* quidam ferentes in lecto hominem qui erat paralyticus:& quærebant eũ inferre,& ponere in ipſius cõſpectu. *Paralyticus ſanatur.*

19 Et quum non inueniſſent qua parte eum inferrent propter turbam,aſcenderunt ſupra domum,ac per tegulas demiſerunt eum cum lectulo in medium ante Ieſum.

20 Qui viſa fide eorũ,ait ei, Homo, remiſſa ſunt tibi peccata tua. *Fides.*

21 Tum cœperunt ratiocinari Scribæ & Phariſæi, dicentes , Quis eſt iſte qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus? *Remiſſio peccatorum.*

22 Ieſus autem,agnitis ipſorum ratiocinationibus, reſpõdens dixit ad eos,Quid ratiocinamini″in cordibus veſtris?

23 Vtrum eſt facilius dicere,Remiſſa ſunt tibi peccata : an dicere, Surge & ambula?

24 Vt autẽ ſciatis quòd Filius hominis habet authoritatem in terra remittendi peccata(ait paralytico)Tibi dico,ſurge , & ſublato lectulo tuo,proficiſcere in domum tuam. *Chriſtus peccata remittit.*

25 Is autem illico quum ſurrexiſſet in conſpectu eorum , ſublato eo in quo iacuerat,abiit in domum ſuam,glorificans Deum.

26 Et ſtupor cepit omnes, & glorificabant Deum :ac repleti ſunt timore,dicentes,Certè vidimus″inopinata hodie.

27 Poſt hæc autem exiit : ac vidit publicanum nomine Leui, ſedentem ad telonium,& ait ei,Sequere me. *Vocatio.*

28 Atque is relictis omnibus,ſurgens ſequutus eſt eum.

29 Et fecit ei Leui″epulum magnum in domo ſua:erátque turba multa publicanorum,& aliorum qui cum ipſis accumbebant.

30 ″Qui autem ex eis erant Scribæ ac Phariſæi murmurabant aduerſus diſcipulos eius,dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

31 Et reſpondens Ieſus,dixit ad eos,Nõ opus habent qui ſani ſunt, medico:ſed qui malè affecti ſunt. *Sani.*

32 Non veni vt vocarem iuſtos,ſed peccatores ad reſipiſcentiam. *Iuſti. Peccatores.*

33 Ipſi verò dixerunt ad eum , Quare diſcipuli Iohannis ieiunant crebrò,&″deprecationes faciunt,ſimiliter & Phariſæorum: tui verò edunt & bibunt?

34 Ipſe autẽ dixit ad eos,Num poteſtis facere vt filii thalami, quo *tempore* cum ipſis eſt Sponſus,ieiunent? *Ieiunia & afflictiones Apoſtolorum poſt aſcẽſionem.*

35 Venient autem dies″quum tolletur ab eis Sponſus,tunc ieiunabunt in illis diebus. *Sponſus.*

17 Quodam die, ἐν μιᾷ ἡμερῶν, Heb. באחד הימים pro quo Vetus interpres ad verbum, in vna dierum, id eſt, vt vulgò loquimur, *un iour*. Ponitur autem εἷς pro τὶς,vt etiam ἀνὴρ & ἄνθρωπος,ſicut ſæpe annotauimus. Quum ipſe καὶ αὐτός. καὶ pro τότε ex Hebræorum idiotiſmo interdum vſurpari,ſæpe iam diximus: hîc autem poni videtur ויו pro כאשר,id eſt pro ὅτε, vt reſpondeat initio verſiculi decimioctaui, ſicut Exo.2.d.21,& alibi ſæpe. Ad ſanandum eos. εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. In vnò codice pro αὐτοὺς legimus αὐτὸν, quam puto germanam eſſe lectionem,vt αὐτὸν referat Ieſum,& à parte anteriore conſtruatur,ſitque hic ſenſus,virtutem Domini ad ſanandum (id eſt χάρισμα ἰαμάτων, vt loquitur Apoſtolus,1.Cor.12.a.8)ſeſe eo tempore exeruiſſe in Chriſto. alioquin pronomen αὐτοὺς referendum eſt ad eos quorũ facta eſt mentio,verſu 15. 18 Tum ecce *affuerunt* καὶ ἰδοὺ Suppleuimus conſtructionem hoc loco,vt paulo antè.

22 In cordibus ve. ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; In quibuſdam Veteris editionis codicibus additur,mala:& in ſecundo Græco exemplari πονηρά.

26 Inopinata παράδοξα Sic Quintilianus τὸ παράδοξον interpretatur lib.9. Vulgata,mirabilia, θαυμαστά. Eraſmus,incredibilia, ἄπιστα.

29 Epulum δοχὴν Id eſt ad verbum,acceptionem,quòd paſſim in eo omnes accipiantur. Annotat autem Eraſmus ex libro Athenæi δειπνοσοφ.,ſplendidum epulum δοχὴν appellari. 30 Qui autem ex eis erant Scri. οἱ δὲ γραμματεῖς αὐτῶν Eraſmus non legit αὐτῶν,ſed reperitur apud Veterem interpretem,& in vetuſtis codicibus. Eſt autem hoc pronomen connectendum cum οἱ,non autem cum γραμματεῖς.

33 Deprecationes δεήσεις Vide Act.1.c.14. 35 Quum tolletur καὶ ὅταν ἀπαρθῇ In ſecundo codice deerat καὶ: & ſanè vel redundat, vel eſt tranſpoſita hæc particula,quum potius debeat conſtrui cum τότε,ſicut apud alios Euangeliſtas.

Sponſus.
Commiſſura.

Dicebat autem & parabolam ad eos,Nemo panniculum noui veſtimenti immittit in veſtimentum vetus:ſin minus,& illud nouum findit *uetus*,& veteri non cōſentit panniculus *ſumptus* ex nouo.

Et nemo iniicit vinum nouum in vtres veteres:ſin minus,rumpet vinum nouum vtres, & ipſum effundetur , & vtres peribunt.

Vinum nouum.

Sed vinum muſtum in vtres nouos iniiciendum eſt:& vtrique conſeruantur.

Et nemo qui biberit vetus,ſtatim vult nouum:dicit enim,Vetus vtilius eſt.

Cap.VI.

Sabbatho diſcipuli vellunt ſpicas.

FActum eſt autem vt ipſe in ſabbatho ″ſecundoprimo tranſiret per ſata:ac vellebant diſcipuli eius,ſpicas,edebántque, confricantes manibus.

Quidam autem Phariſæorum dixerunt eis,Cur facitis quod nō licet facere in ſabbatis?

Dauid.

Tunc reſpōdens Ieſus dixit ad eos, Ne hoc quidē legiſtis quod fecit Dauid,quum eſuriſſet ipſe & qui cum eo erant:

Quomodo introierit in domum Dei , & panes propoſitionis ſūmpſerit,ederítque,ac dederit etiam iis qui ſecum *erant*:quos *panes* non licet edere niſi ſolis Sacerdotibus?

Et dicebat eis, Filius hominis dominus eſt″etiam ſabbathi.

Arida manus ſanatur.

Factum eſt autē &in alio ſabbatho,vt ipſe ingrederetur in ſynagogam , ac doceret . Erat autem ibi quidam, ″cuius manus dextera erat arida.

Obſeruabant autem eum Scribæ ac Phariſæi,an in ſabbatho ſanaturus eſſet:vt inuenirent″accuſationem *aduerſus* eum.

Cogitationes nouit Chriſtus.

Ipſe verò ſciebat ratiocinationes eorum: & ait homini qui habebat manū aridā,Surge,& ſta in medio. Ille verò ſurgens, ſtetit.

Sabbathis benefaciendum.

Ait igitur ad eos Ieſus,″Interrogabo vos quiddam,Licet ſabbathis″benefacere an malefacere:hominem ſeruare,an perdere?

Et quum eos omnes circunſpexiſſet, ait homini, Extende manum tuam.″Ille autem ita fecit:& reſtituta eſt manus eius″ſana ſicut altera.

Ipſi autem repleti ſunt amentia:& colloquebātur alii ad alios, quidnam facerent Ieſu.

36 Dicebat autem & ſimilitudinē ad illos,Quia nemo commiſſurā à nouo veſtimento immittit in veſtimētum vetus:alioquin& nouū rūpit, & veteri non conuenit cōmiſſura à nouo.

37 Et nemo mittit vinū nouum in vtres veteres: alioquin rūpet vinū nouum vtres,& ipſum vinum effundetur,& vtres peribunt.

38 Sed vinum nouum in vtres nouos mittēdum eſt: & vtraque cōſeruātur.

39 Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum:dicit enim, Vetus meliꝰ eſt.

Cap.VI.

Matth.12.a.1
marc.2.d.23

1 FActum eſt autem in ſabbatho ſecundoprimo,quū trāſiret per ſata,vellebant diſcipuli eius ſpicas, & māducabant confricantes manibus.

2 Quidam autem Phariſæorum dicebant illis,Quid facitis quod non licet in ſabbathis?

1.Reg.21.b.6

3 Et reſpōdēs Ieſus ad eos dixit,[Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid,quum eſuriſſet ipſe & qui cum illo erant:

Exod.19.e.33
leuit.8.f.32,
& 24.b.9

4 Quomodo intrauit in domū Dei, & panes propoſitionis ſūpſit,& māducauit, & dedit iis qui cū ipſo erāt: quos non licet manducare [niſi tantum Sacerdotibus?

5 Et dicebat illis,Quia dominus eſt filius hominis,etiam ſabbathis.

Matth.12.a.5
marc.3.a.1

6 [Factum eſt autem & in alio ſabbatho vt intraret in ſynagogam , & doceret.Et erat ibi homo, & manus eiꝰ dextera erat arida.

7 Obſeruabant autem Scribę & Phariſæi ſi in ſabbatho curaret: vt inuenirent vnde accuſarent eum.

B

8 Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum:& ait homini qui habebat manū aridam,Surge,& ſta in mediū. Et ſurgens,ſtetit.

9 Ait autem ad illos Ieſus, Interrogo vos, ſi licet ſabbathis benefacere, an malè:animā ſaluā facere,an perdere?

10 Et circunſpectis omnibus, dixit homini,Extende manum tuam.Et extēdit:& reſtituta eſt manus eius.

11 Ipſi autem repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur adinuicem,quidnā facerent Ieſu.

IN CAPVT VI.

1 Secundoprimo δευτεροπρώτῳ Duæ erant Sabbathorum ſpecies.Vna eorum quæ ſeptimo quoque die recurrebant:altera eorum quibus ex peculiari Dei mandato feriandum erat, ſolennibus ſcilicet feſtis. Iam verò in feſto plurium dierum , vt Paſchæ & tabernaculorum, duo erant ſabbatha,primus ſcilicet eius feſti dies,& vltimus,eadem parique prorſus cæremonia,vt diſertè cauet Dominus,Leuit.23.Commodè igitur Lucas poſterius illud Sabbathum,id eſt vltimum diem Azymorum(id enim intelligitur ex eo quod fit mentio ſpicarum, vt rectè notat Epiph.κατὰ τῶν ἀνοήτων)vocat ſabbathum ſecundoprimum,quaſi alterum primum dicas. Sed hæc aliáque multa licebit ex variis commentariis petere. Volui tamen paucis indicare quam ſententiam maximè probarem.

5 Etiam ſabbathi. καὶ τοῦ σαββάτου. In ſecundo exemplari addita hæc reperimus,τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ,ἄνθρωπε,εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς,μακάριος εἶ·εἰ δὲ μὴ οἶδας,ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου,id eſt, Eodem die quum quendam conſpexiſſet operantem ſabbatho,dixit ei,Heus tu,ſi quidem ipſe noſti quid agas, beatus es:ſinautem non noſti, execrabilis es & Legis tranſgreſſor.Sed hæc in Eccleſia non leguntur,neque mihi quidem videntur ſapere maieſtatem Euangelicam.

6 Cuius manus καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ Hebraiſmus de quo diximus ſuprà cap.1.e.49.

7 Accuſationem *aduerſus* eum.κατηγορίαν αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus,vnde accuſarent eum,ὅθεν κατηγορήσωσιν αὐτοῦ,ſenſu tamen rectè expreſſo. Addidimus autē præpoſitionē Aduerſus.i.κατὰ,quæ hic neceſſariò ſubauditur,vt ſuprà Matth.10.a.1:quinetiā additur apud Theophylactum,item in editione Frobeniana,& vetuſtis codicibus 3.5 & 8. 9 Interrogabo vos quiddam, ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι, Triplex eſſe poteſt huius loci diſtinctio. Nam aut coniungitur τὶ cum ἐπερωτήσω,quam lectionem,vt ſimpliciſſimam ſequuti ſumus: aut ſequentibus adiungi,idque duplici ratione.Nam Theophylactus poſt τί,adſcribit diſtinctionem,vt ita conuertas,Interrogabo vos:quid?licet ſabbathis benefacere an malefacere?In pleriſque autem codicibus τί connectitur cum ſequentibus, ſine diſtinctione, & pro πότερον accipitur,hoc modo ſcilicet,Interrogabo vos,ecquid licet,&c.Eſt autem illud ἐπερωτήσω ὑμᾶς,dicendi genus à quo nos quoque in vernaculo noſtro ſermone ſæpe auſpicamur interrogātem orationem.Sic enim totum hunc locum explicaremus,*Ie uous demande*,*Eſt il loiſible*,&c.Vetus interpres pro ἐπερωτήσω legit ἐπερωτῶ interrogo,& pro τί videtur ſcriptum habuiſſe εἰ,id eſt Si,pro An,quā lectionem in octauo exemplari reperimus. Benefacere ἀγαθοποιῆσαι Benefacere legendum eſt coniunctim,vno vocabulo,ſicut etiam malefacere, quod reſpondet τῷ κακοποιῆσαι,quod notandum eſt,ne quis putet Chriſtum ſimpliciter quærere,num quid boni facere liceat ſabbatho.Id enim erat extra controuerſiam:& qui precationi aut concioni aut lectioni vacat,dicitur in genere rem bonam facere.Sed percontatur Chriſtus ecquid liceat ſabbatho charitatis officia proximo præſtare. Vide Marc.3.a.4. 10 Ille autem ita fecit: ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· Vulgata,Et extendit,καὶ ἐξέτεινε,vt legitur apud Matthæum & Marcum,& hîc quoque in ſecundo codice ſcriptum erat. Eraſmus,Ille autem fecit,prætermiſſa particula οὕτω,quam adiecit Stephanus noſter ex editione Complutenſi,cū qua conſentiebant quinque alii codices vetuſti. Sana ſicut altera. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Totum hoc deerat in ſecundo codice,neque reperitur in Vulgata editione.

Factum eſt autẽ in illis diebus, exĩit in mõtẽ orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. 12

Infrà 9.a.1 matth.10.a.1 marc.3.b.13 & 6.a.7

‖Et quum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit: 13

Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius: Iacobum & Iohannem: Philippũ & Bartholomæum: 14

C

Matthæum & Thomam: Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes: 15

Et Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. 16

Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri: & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa & Ieruſalem, & maritima Tyri & Sidonis: qui venerant vt audirent eum, & ſanarẽtur à languoribus ſuis. 17

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. 18

Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. 19

Matth.5.a.2

Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes. quia veſtrum eſt regnum Dei. 20

Eſa.65.c.13 Eſa.61.a.3, & c.7

‖Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. ‖Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. 21

Matth.5.a.3

‖Beati eritis quum vos oderint homines, & quum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tãquam malum, propter Filium hominis. 22

Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo: ſecundum hæc enim faciebãt Prophetis patres eorum. 23

Amos 6.a.1 eccli.31.a.8

‖Veruntamen, væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationẽ veſtram. 24

Eſa.65.c.13

‖Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. 25

Væ quũ benedixerint vobis omnes homines: ſecundum hæc enim faciebãt pſeudoprophetis patres eorum. 26

Matth.5.g.44

‖Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui oderunt vos. 27

Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos. 28

Matth.5.f.39 1.Cor.6.b.7

‖Et qui te percutit in maxillam, præbe & alterã: ‖& ab eo qui aufert tibi ve 29

12 Factum eſt autem in illis diebus, abiit in montem ad orandum, ″& pernoctauit *illic*, orans Deum.

13 Et quum dies ortus eſſet, aduocauit diſcipulos ſuos: ″& quum ex ipſis elegiſſet duodecim, quos & Apoſtolos nominauit:

14 (Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrẽ eius: Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum:

15 Matthæum & Thomam: & Iacobum Alphæi filium, & Simonẽ qui vocatur Zelotes:

16 Iudam Iacobi *fratrem*, & Iudam Iſcariotẽ, qui etiã fuit proditor)

17 Tum deſcendit cum eis, ſtetítque in loco campeſtri: turbáque diſcipulorum eius, & multitudo magna plebis ex omni Iudæa & Ieruſalem, & à ″maritima *regione* Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur à morbis ſuis:

18 ″Qui moleſtia afficiebantur à ſpiritibus immũdis: & ſanabãtur.

19 Et omnis turba quærebat eum tãgere: quia virtus ab eo exibat, & ſanabat omnes.

20 Ipſe verò ſublatis oculis ſuis in diſcipulos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei.

21 Beati qui eſuritis nũc: quia ſaturabimini. Beati qui fletis nunc: quia ridebitis.

22 Beati eritis quum vos oderint homines, & ″ſeparauerint vos, & conuitiati fuerint *vobis*, & nomen veſtrum vt malũ eiecerint, propter Filium hominis.

Afflicti propter Christum.

23 Gaudete in illo die, & ″geſtite: ecce enim, merces veſtra multa *eſt* in cælis: nam ″itidem faciebant Prophetis patres eorum.

Merces.

24 ″Sed væ vobis diuitibus: nam ″retuliſtis conſolationẽ veſtram.

Diuites.

25 Væ vobis ″qui impleti eſtis: nam eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: nam lugebitis & flebitis.

Saturati. Ridentes.

26 Væ vobis quum bene vobis dixerint ″omnes homines: nam itidem faciebant pſeudoprophetis patres eorum.

Benedicere.

27 Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui vos oderunt.

Diligendi inimici.

28 Benedicite iis qui deuouent vos: & orate pro iis qui infeſtant vos.

29 Ei qui tibi ″verberauerit maxillam, præbe & alterã: & ab eo qui

Percuſſa maxilla.

12 Et pernoctauit *illic*, orans Deum. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ. Vulg. & Eraſm. ad verbum, & erat pernoctans in oratione [vel, deprecatione] Dei. Ego verò malui aliquantulum à Græcis deflectere, vt planius loquerer. 13 Et quũ elegiſſet καὶ ἐκλεξάμενος Vulg. & Eraſm. & elegit. At ego exiſtimo hunc verſiculum decimumtertium cum decimoſeptimo coniungendum eſſe, ita vt tres interiecti includantur parentheſi. Simile hyperbaton eſt Marci 3.c.19. 17 Maritima *regione* Tyri τῆς παραλίου τύρου Vetus interpres, & maritima Tyri, quum explere debuerit conſtructionem. Sed Eraſmi explicationem non probo, qui exiſtimat hanc eſſe ſentẽtiam: veniſſe ſcilicet nonnullos à maritima parte Tyri & Sidonis, hoc eſt, ab extrema parte quæ ſpectat ad mare, aut à maritima parte Iudææ, nempe Tyro & Sidone. Ego verò puto Tyrum & Sidonem vocari non ipſas vrbes, ſed ipſis vicinam regionem, & totum illum maris tractum qui Syrophœnicia dicitur. Itaque genitiuos ſeruaui Tyri & Sidonis, quum ipſe conuerterit, maritima Tyro & Sidone. Neque enim video cur addendum fuerit τῆς παραλίου, niſi per appoſitionem id explices, ſicut ipſe fecit. Verùm hæc appoſitio non ſatis videtur cohærere.

18 Qui moleſtia afficiebantur οἱ ὀχλούμενοι Id eſt moleſtabantur. quo verbo vtitur Modeſtinus Iuriſconſul. ſi modò is Latinè ſcripſit. Vulgata & Eraſm. qui vexabantur, id eſt οἱ βασανιζόμενοι, eodem tamen ſenſu. Videtur enim hîc eſſe liptote in verbo ὀχλεῖσθαι, quo vnus Lucas vtitur, & quidem duobus tantùm locis, hîc ſcilicet & Act.5.c.16. Sed ſciendum eſt καὶ οἱ pertinere ad verbum ἔστησαν, (quod repetẽdum eſt per ſyllepſin à verſiculi ſuperioris initio) non autem ad verbum ἦλθον. 22 Separauerint ἀφορίσωσιν id eſt ἀποσυναγώγους ποιήσωσιν, ex ſynagoga eiecerint, vt explicat Iohan.16.a.2. Sed & paulo pòſt Lucas ipſe exponit quæ ſit iſta ſeparatio, quum ſcilicet nomen alicuius expungitur è populo Dei, ſicut apud Latinos dicebantur capitis diminutionem pati, quibus ius ciuitatis adimebatur. Eſt autem hæc pœna omnium maximè formidabilis in Eccleſia Dei: ſed ita demum ſi homines fuerint Dei inſtrumenta, id eſt ſi ex verbo Dei quiſpiam legitimo veræ Eccleſiæ iudicio damnetur. alioquin multò præſtat ex impiorum conſortio eiici, quàm inter eos numerari, vt etiam explicat Dauid Pſal.1.a.1, & 2.

23 Geſtite: σκιρτήσατε Dicuntur laſciuientes pecudes σκιρτᾶν, quod Hebræis ſignificat רקד vt Pſal.114.a.4. Latinis verò geſtire, tranſlatitiè de iis dicitur qui præ nimia lætitia non poſſunt ſe continere quin varios geſtus edant, hinc & inde ſubſilientes. Vulg. & Eraſm. exultate, eodem quidem ſenſu, ſed tamen verbo ſynonymo, quod potius reſpõdet τῷ ἀγαλλιᾶσθαι. Itidem κατὰ ταῦτα id eſt ὡσαύτως. Vulg. & Eraſm. ad verbum, ſecundum hoc. Exiſtimo autem ταῦτα pro τὰ αὐτὰ poſitum, ſicut in vno codice ſcriptum legimus infrà verſu 26.

24 Sed πλὴν Vulg. & Era. Veruntamen. Vide Matth.11.c.22. Retuliſtis ἀπέχετε id eſt, quicquid boni vnquam vobis poteſt accidere, hoc totum iam à veſtris opibus eſtis conſequuti. Itaque non eſt quod aliam felicitatem ſperetis. Vide Matth. 6.a.2, vbi huius vocabuli vim declarauimus. Vulg. & Eraſm. habetis. i. ἔχετε. 25 Qui impleti eſtis: οἱ ἐμπεπλησμένοι Virg. Implentur veteris Bacchi, pinguíſque ferinæ. Vulg. & Eraſm. qui ſaturati eſtis, οἱ κεχορτασμένοι, eodem tamen ſenſu. Sed in Theophylacti codice Romano additur νῦν, nunc, ſicut in ſuperioribus verſiculis. 26 Omnes πάντες Hæc particula deerat in vetuſtis codicibus omnibus.

tollit tibi pallium,etiam tunicam noli prohibere.

30 Cuiuis autem petẽti abs te, da, & ab eo qui tollit *res* tuas,ne repetas.

31 Et prout vultis vt faciant vobis homines,vos etiam facite eis ſimiliter.

32 Nam ſi diligitis eos qui vos diligunt,ʹquæ vobis erit gratia? nam & peccatores diligunt eos à quibus diliguntur.

33 Et ſi benefeceritis iis qui vobis benefaciunt,quæ vobis erit gratia?nam & peccatores idem faciunt.

34 Et ſi mutuum dederitis *iis* à quibus ſperatis vos recepturos,quæ gratia erit vobis?nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.

35 Itaque diligite inimicos veſtros,& benefacite,&mutuum date, nihilʹinde ſperantes:& erit merces veſtra multa,ac filii eritis illius Altiſſimi:nam ipſeʹbenignus eſt erga ingratos ac ſceleratos.

36 Eſtote ergo miſericordes,ſicut & Pater veſter miſericors eſt.

37 Ne iudicetis,& non iudicabimini:ne condemnetis,& non condemnabimini:abſoluite,& abſoluemini.

38 Date,& dabitur vobis,menſuram bonam,ʹpreſſam,agitatam,& ſuperfluentem dabuntʺin ſinum veſtrum: eadem enim menſura qua metimini,viciſſim metientur vobis *alii*.

39 Dicebat autem eis ʹparabolam , Nunquid poteſt cæcus cæco præire?nónne ambo in foueam cadent?

40 Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum:ʺſed quiſquis *erit* perfectus *diſcipulus*,erit vt magiſter.

41 Quid autẽ aſpicis feſtucam quæ *eſt* in oculo fratris tui : trabem autem quæ in oculo proprio eſt,non animaduertis ?

ſtimentum, etiam tunicam noli prohibere.

30 Omni autem petenti te, tribue, & qui aufert quæ tua ſunt,ne repetas. E

31 Et prout vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis ſimiliter. Matth.7.c.12 tob.4.c.16

32 Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia?nam & peccatores diligentes ſe,diligunt. Matth.5.g.46

33 Et ſi benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt.

34 Et ſi mutuum dederitis iis à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis?nam & peccatores peccatoribus fœnerantur,vt recipiant æqualia. Matth.5.g.42 deut.15.b.8

35 Veruntamen diligite inimicos veſtros,benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes: & erit merces veſtra multa,& eritis filii ¶ Altiſſimi:quia ipſe benign⁹ eſt ſup ĩgratos & malos. Matth.5.g.45

36 Eſtote ergo miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt.

37 ¶Nolite iudicare,& nõ iudicabimini, nolite condemnare,& non condẽnabimini:dimittite,& dimittemini. Matth.7.a.1

38 Date:& dabitur vobis. ¶menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſuper effluentem dabunt in ſinum veſtrum :eadem quippe menſura qua menſi fueritis,remetietur vobis. Matth.7.a.2 marc.4.c.24 F

39 Dicebat autẽ illis & ſimilitudinem, ¶Nunquid poteſt cæcus cæcũ ducere? nónne ambo in foueam cadent? Matth.15.b.14

40 ¶Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ: perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Matth.10.c.24 iohan.13.b.16, & 15,c.10

41 ¶Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui:trabem autem quæ in oculo tuo eſt,non conſideras? Matth.7.a.3

32 Quæ vobis erit gratia? *ποία ὑμῖν χάρις ἐστί;* Id eſt,quid eſt in hoc veſtro opere quod Deo gratũ eſſe poſſit?vel,quid gratiæ poſſitis à Deo conſequi hoc veſtro facto? Videtur enim hæc ita explicare Matthæus,quum inquit,*τίνα μισθὸν ἔχετε;* quam mercedem referetis? ex quibus etiam verbis apparet nonnullos fruſtra ſomniare mutuam inter meritum & mercedem relationem,quum idipſum à Luca *χάρις* dicatur,quod *μισθὸς* à Matthæo. Poſſumus tamen aliter etiam explicare,nempe ſi *χάριν* ad homines ipſos retulerimus,vt ſit hæc ſententia,quæ vobis eſt gratia?i.quæ eſt veſtra in ea re liberalitas ac beneficentia? Nam qui eũ diligit à quo viciſſim diligitur,nõ poteſt dici quippiã largiri,ſed reddere potius quod debet:adeò vt niſi id faciat,nõ poſſit vir bonus videri. Poſtremò qui eum demũ diligit à quo ſe diligi putat,is profectò videtur non tã amicum quàm ſeipſum diligere.itaque nõ aliis ſed ſibiipſi gratificatur. Sed videtur mihi prima interpretatio maximè conuenire:quamobrem etiam *ἐστὶ* verti per futurum,ſicut apud Matthæum *ἔχετε* interpretatus ſum habebitis, id eſt *ἕξετε*, quia de beneficiorum mercede diſſerit Chriſtus ex hypotheſi,quaſi diceret,Si in amando ſpectatis veſtra commoda,quærite ea commoda quæ verè commoda ſunt. diligite igitur inimicos veſtros. Nam ita oſtendetis vos ea commoda expectare quæ non ab hominibus,ſed à Deo proficiſcuntur,quum homines propter Deum diligatis. alioquin ſi amicos duntaxat diligatis,non à Deo,ſed ab ipſis amicis paria expectate,vt profani homines ſolent. Eſt autem inſignis hic locus, in quo apertè oſtenditur diſcrimen præceptorum Euangelii ac Philoſophiæ:quum alioquin etiam Plato de diligendis inimicis præcipiat.

35 Inde ſperantes: *ἀπελπίζοντες*· Fateor me nuſquam alibi legiſſe *ἀπελπίζειν* in hac ſignificatione, quum propriè declaret *τὸ ἀπογινώσκειν*, id eſt deſperare.Et certè videri poſſit Dominus hoc loco conſiderare quid plerunque ſoleat homines deterrere,ne fratri inopi pecuniã credant: quia nimirũ metuunt ne pereat quod inopi creditur:ideóque nobis iſtum metum velle extorquere, & nos huc adducere,vt quoties proximum in nomine Dei iuuerimus,nunquam illa cogitatio noſtros animos ſubeat,fruſtra id eſſe à nobis factum:quum Deus ipſe quaſi vadem & ſponſorem ſe interponat,fore vt multo etiam cum fœnore , quicquid crediderimus,recipiamus. Hanc autem interpretationem ſi ſequamur, pro inde ſperantes,dicendum erit,deſperantes. Sed tamen nolui ex recepta interpretatione quicquam mutare, quum & ipſa commodum ſenſum habeat,& in multis verbis ſimilem vim eſſe appareat præpoſitionis *ἀπὸ*,vt in *ἀπέχειν* & *ἀπολαμβάνειν*, id eſt ab alio accipere, & *ἀπογράφειν*, ab alio deſcribere,& aliis plurimis. Benignus *χρηστὸς* Hoc vocabulum tribus omnino modis interpretamur. Nam quum de re dicitur,aliquãdo id declarat quo facilè quis vti poſſit,vt Matth.11.d.30,Chriſtus teſtatur iugum ſuum eſſe *χρηστὸν*,id eſt facile:quo ſcilicet facilè & minima aut nulla potius cum moleſtia vtamur:interdum verò declarat *τὸ χρήσιμον*, id eſt vtile & vſui noſtro maximè accommodatum: quæ ſignificatio vt non multùm ſit à ſuperiore diuerſa, tamen diuerſo vocabulo exprimitur à Latinis, vt ſuprà.5.g.39, *οἶνος παλαιὸς* , id eſt vinum vetus dicitur *χρηστότερος*,vtilius & magis ſalubre.Poſtremò quum perſonis accõmodatur *χρηστὸς*,eum declarat qui facilem ſui vſum aliis præbet,quẽ Latini Benignum ac beneficum appellant hoc loco,& Rom.2.a.4,& Epheſ.4.g.32. vnde *χρηστότης* toties ab Apoſtolo laudata,quam nos Benignitatẽ ac facilitatem interpretamur. 38 Preſſam, *πεπιεσμένον*, Vulg.& Eraſm.confertam.à conſequenti ſcilicet. Nam epitheta hæc amnia petita ſunt ab eorum conſuetudine qui res aridas,vt frumentum vel legumina vel aliquid eiuſmodi liberaliter metiuntur. Solent enim idipſum quod admetiuntur,comprimere,deinde medium quatere,poſtremò etiam cumulare,adeò vt ſupra iuſtam menſuram aliquid redundet In ſinum veſtrum: *εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν*. Heb.אל חיקם. quæ loquutio Hebræis eſt familiaris, vt Pſal.79.d.12.

39 Parabolam, *παραβολήν*, Apud Theophylactum reperio *καὶ παραβολήν*,etiam parabolam,quemadmodum legit Vetus interpres.

40 Sed quiſquis *erit* perfectus *diſcipulus*, erit vt magiſter . *κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ* . id eſt tum demum ſe exiſtimet diſcipulus ad ſummum doctrinæ gradum perueniſſe,quum præceptori ſuo par euaſerit.Ita enim explicari videtur hæc ſententia Matth.10.c.25: quod tamen melius intelligetur,ſi permutetur conſtructio,hoc modo,Quiſquis autem eſt vt magiſter, is eſt perfectus diſcipulus.Sic etiam ſuprà 6.d.29,ſcriptum videtur,ab eo qui tollit tibi pallium,etiam tunicã noli prohibere,id eſt,eum qui tollit tibi pallium,noli à tunica prohibere, vt in illo Ouidii,In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.quod etiam Grãmatici per hypallagen explicãt.Itaque,vt ad rẽ redeam, Vetus interpres ſententiam rectè expreſſit,quum hunc locum ita interpretaretur, perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Eraſm. autem *ἔσται* videtur accipere pro *ἔστω*, id eſt ſit, Theophylactũ ſequutus.Putat enim his Domini verbis prohiberi diſcipulo, ne vſurpet ſibi quæ præceptor non vſurpauerit : nam ita perfectum fore , ſi per omnia ſuum præceptorem imitetur. Rurſus non incommodè poſſis *ἔσται* cum *κατηρτισμένος* connectere,& Conformem,id eſt *σύμμορφον*, nempe ad eandem veluti formam ac ſpeciem compoſitum,interpretari, vt conueniat hæc ſententia cum eo quod ſcribitur Rom.8.f.29.Mihi tamen videtur prima interpretatio ſimpliciſſima,vt ex Matthæo Lucas explicetur.

	Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eiiciam feſtucã de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabẽ non vides? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies vt educas feſtucã de oculo fratris tui.	42	Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eiiciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt: quum ipſe trabẽ quæ eſt in oculo tuo, non aſpicias? Hypocrita, eiice primùm trabem illam ex oculo tuo: & tum diſpicies vt eiicias feſtucã quæ eſt in oculo fratris tui.	
Matth.7.b.17 G	¶Non eſt enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum.	43	Non eſt enim arbor bona quæ ferat fructum malum: neque arbor putris quæ ferat fructum bonum.	Arbor ex fructu nota.
Matth.12.c.33 Matth.7.c.16.	¶Vnaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. ¶Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.	44	Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognoſcitur. Neque enim è ſpinis colligunt ficus, neque è rubo vindemiant vuam.	
	Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ: & malus homo de malo theſauro profert malum. ex abundantia enim cordis os loquitur.	45	Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. ex abundantia enim cordis loquitur os eius.	Cor ex operibus notum.
Matth.7.c.21 rom.2.b.13 iaco.1.d.22	¶Quid autem vocatis me Domine, Domine: ~~&~~ non facitis quæ dico?	46	Quid autẽ vocatis me, Domine, Domine: & nõ facitis quæ dico?	Facientes voluntatem Dei.
	Omnis qui venit ad me, ~~&~~ audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit.	47	Quiſquis venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: indicabo vobis cui ſimilis ſit.	
	Similis eſt homini ædificãti domũ, qui fodit in altum, & poſuit fundamẽtum ſupra petram. inundatione autẽ facta illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eã mouere: fundata enim erat ſupra petram.	48	Similis eſt homini ædificanti domum, qui [″]fodit & excauauit, poſuítque fundamentum ſuper petram. inundatione autẽ facta, illiſum eſt flumẽ domui illi, ſed non potuit eam [″]quatere: fundata enim erat ſuper petram.	
	Qui autem audit, & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domũ ſuam ſupra terram ſine fundamẽto: in quã illiſus eſt fluuius: & continuò cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna	49	Qui autem audiuit & non fecit, ſimilis eſt homini qui ædificauit domum ſuam ſuper terram abſque fundamento: cui illiſum eſt flumen: itaque ſtatim cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.	
	Cap. VII.		Cap. VII.	
Matth.8.a.5	QVũ autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum.	1	QVum autem [″]finiſſet omnia verba ſua [″]audiente populo, ingreſſus eſt Capernaum.	Centurionis ſeruus ſanatur.
	Centurionis autem cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretioſus.	2	Centurionis autem cuiuſdam [″]ſeruus malè affectus, [″]moribundus erat: qui erat ipſi [″]pretioſus.	
	Et quum audiſſet de Ieſu, miſit ad eum Seniores Iudæorũ, rogans eum vt veniret & ſaluaret ſeruum eius.	3	Is verò quũ audiſſet de Ieſu, miſit ad eum Seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & ſeruaret ſeruum ſuum.	
	At illi quum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicitè, dicentes ei, Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes:	4	Iſti autem quum veniſſent ad Ieſum, precati ſunt eum ſtudioſè, dicentes [″]dignum eſſe cui hoc præberet.	
	Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.	5	[″]Diligit enim, *aiebant*, gẽtem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.	
	Ieſus autẽ ibat cum illis. Et quum iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari: non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres.	6	[″]Ieſus ergo proficiſcebatur cũ eis. Sed quũ iam non longè abeſſet à domo, miſit ad eum Centurio ille amicos, [″]dicens ei, Domine, ne vexeris: nõ enim ſum dignus vt ſub tectũ meũ ingrediaris.	Fides Centurionis.
B	Propter quod & meipſum nõ ſum dignum arbitratus vt venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meꝰ.	7	Ideo ne meipſum quidem ſum dignũ arbitratus qui venirem ad te: ſed [″]dic verbo, & ſanabitur puer meus.	
	Nã & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habens ſub me milites:	8	Etenim ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub	

48 Fodit & excauauit, ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, Creſcit oratio. plus enim eſt excauare quàm fodere. Vulg. & Eraſm. fodit in altum, id eſt ἔσκαψεν εἰς βάθος, ſenſu tamen rectè expreſſo. Quatere: σαλεῦσαι: Paulo antè & alibi etiam aliquoties idem verbum conuertimus, agitare: hîc autem, quia amplius quiddam ſignificat, nimirum agitando ſubuertere, aliud vocabulum quæſiuimus. Vulg. & Eraſm. mouere, id eſt κινεῖν.

IN CAPVT VII.

1 Finiſſet ἐπλήρωσε id eſt ἐτέλεσε. Vulg. ad verbum, impleuiſſet: quam interpretationem, vt ambiguam, reieci. Audiente populo, εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, Vide ſuprà 4.d.21 2 Seruus δοῦλος Hinc colligit Eraſmus, apud Matthæum cap.5, παιδὸς appellatione nõ filium, ſed ſeruum neceſſariò intelligi: ſed non deſunt qui negent quod aſſumit Eraſmus, eandẽ ſcilicet hiſtoriam à Matthæo & Luca commemorari, quibus tamen non aſſentior. Moribundus erat: ἤμελλε τελευτᾶν Vulg. ad verbum, erat moriturus. Ego verò malui moribundum dicere. Eraſm. agebat animam. ſenſu quidem eleganter expreſſo, ſed recedens à verbis Lucæ. Pretioſus. ἔντιμος. id eſt quem plurimi faciebat. Ponitur enim ἔντιμος pro τίμιος. cui opponitur εὔωνος, id eſt vilis, & parui pretii. Eraſmus charum mauult interpretari, quia, inquit, pretioſus de re dicitur, de homine non item, niſi tranſlatitiè. atqui conſtat mancipia in bonis numerari.

4 Dignum eſſe ὅτι ἄξιός ἐστιν Senſum infiniti conuertimus per ipſum infinitum, vt melius intelligatur obliquam eſſe orationem: quod neque Vetus interpres neque Eraſmus ipſe videntur conſideraſſe, vt qui conuerterint παρέξει, præſtes, quaſi ſcriptum ſit παρέξῃ, in ſecunda futuri à παρέχομαι. 5 Diligit enim, *aiebant*, ἀγαπᾷ γὰρ Tranſitio eſt duriuſcula ab obliqua oratione ad rectam, cuius exemplũ extat prorſus ſimile ſuprà 5.c.14. Eam igitur vt emollirem, addidi verbum Aiebant, ſicut illo loco Eraſmus rectè ſuppleuit verbum, Inquit.

6 Ieſus ergo Ἰησοῦς δὲ Hoc loco δὲ pro οὖν accipi commodè (ni fallor) poteſt, ſicut rurſus in ſequenti membro videtur pro ἀλλὰ vſurpari. Ita enim melius cohæret tota oratio. Dicens ei, λέγων αὐτῷ, i. qui ei ſuo nomine hæc dicerent. Solent enim Hebræi, vt alibi etiã annotauimus, dialogis potius quàm obliquis ſermonibus res geſtas explicare. Eſt autem hæc conſuetudo notanda hoc loco, vt Matthæus cum Luca concilietur in huius hiſtoriæ narratione. 7 Dic verbo, εἰπὲ λόγῳ, id eſt ſolo duntaxat verbo iube vt ita fiat. Nam Dicere pro Iubere accipi ſæpe, iam annotauimus. Vide Matth.8.a.8.

me milites:& dico huic,Proficiſcere,& proficiſcitur:& alteri, Veni,ac venit:& ſeruo meo,Fac hoc,ac facit.

9 Auditis autem his Ieſus miratus eſt eum:& conuerſus,ſequenti ſe turbæ dixit, Dico vobis *quòd* ne in Iſrael quidem tantam fidem inueni.

10 Et domum reuerſi qui miſſi fuerant, inuenerũt ſeruum qui inualidus fuerat,ſanum.

Filius viduæ ſuſcitatur in Naim.

11 Et factum eſt″*die* ſequenti, proficiſcebatur in ciuitatem quæ vocatur Naim: & proficiſcebantur cum eo diſcipuli eius″multi, turbáque multa.

12 Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, tum ecce defunctus efferebatur″*qui* vnigenitus *erat* matri ſuæ,″& ipſi *quidem* viduæ:turbáque ciuitatis multa erat cum ea.

Miſericordia.

13 Ipſam autem quum vidiſſet Dominus, miſericordia cõmotus eſt ſuper ea,& ait ei,Ne fleas.

14 Et quum acceſſiſſet, tetigit loculum (ii verò qui portabant, reſtiterunt)& ait,Adoleſcentule,tibi dico,ſurge.

15 Tũc reſedit qui fuerat mortuus,& cœpit loqui: & *ille* dedit eum matri ſuæ.

16 Cepit autem omnes timor: & glorificabant Deum,dicentes,

Propheta.

Certè Propheta magnus″ſurrexit inter nos,&″certè Deus reſpexit populum ſuum.

17 Peruenítque iſte de eo ſermo in vniuerſam Iudæã,&in omnem regionem circumiacentem.

Iohannes mittit diſcipulos ſuos ad Chriſtum.

18 Et renuntiarunt Iohanni diſcipuli ipſius de his omnibus.″qui conuocatos duos quoſdam è diſcipulis ſuis

19 Miſit ad Ieſum,dicens,Tu es ille qui venturus erat,an alium expectabimus?

20 Quum igitur veniſſent ad eum″viri illi,dixerunt,Iohannes Baptiſta miſit nos ad te,dicẽs,Tu es ille qui venturus erat,an alium expectabimus?

21 ″Eadem autem hora multos ſanauit à morbis ac flagellis & ſpiritibus malis:& cæcis multis viſum″gratificatus eſt.

22 Et″reſpondens Ieſus dixit eis,Profecti renuntiate Iohanni quæ vidiſtis & audiſtis: quòd cæci viſum recipiunt, claudi ambulant, leproſi purgantur, ſurdi audiunt,mortui ſurgunt,pauperes euangelizantur.

Pauperes.

Beatus.

23 Et beatus eſt quicunque non fuerit offenſus in me.

Teſtimonium Chriſti de Iohanne.

24 Et quum abiiſſent nuntii Iohannis, cœpit de Iohãne dicere ad

& dico huic,Vade,& vadit:& alii,Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc,& facit.

9 Quo audito Ieſus miratus eſt: & cõuerſus,ſequentibus ſe turbis dixit,Amẽ dico vobis,nec in Iſrael tantam fidem inueni.

10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, domũ, inuenerunt ſeruum qui languerat,ſanum.

11 Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa.

12 Qum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur,filius vnicus matris ſuæ,& hæc vidua erat:& turba ciuitatis multa cum illa.

13 Quam quum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi,Noli flere.

14 Et acceſſit,& tetigit loculum (ii autem qui portabant,ſteterunt) & ait, Adoleſcens,tibi dico,ſurge. C

15 Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui:& dedit illum matri ſuæ.

16 Accepit autem omnes timor:& magnificabant Deum ,dicentes, Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.

17 Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo,& in omnem circà regionem.

Matth.12.a.2

18 Et nuntiauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his . & conuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohannes,

19 Et miſit ad Ieſum, dicẽs, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

20 Quum autem veniſſent ad eum viri,dixerunt,Iohannes Baptiſta miſit nos ad te,dicens, Tu es qui venturus es,an alium expectamus?

21 In ipſa autẽ hora multos curauit à languoribus & plagis & ſpiritib⁹ malis : & cæcis multis donauit viſum.

22 Et reſpondens dixit illis,Euntes renuntiate Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis:quia cæci vident, claudi ambulant,leproſi mundãtur,ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.

23 Et beatus eſt quicunque nõ fuerit ſcandalizatus in me.

24 Et quũ diſceſſiſſẽt nũtii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas,

11 *Die* ſequenti ἐν τῇ ἑξῆς Subauditur ἡμέρᾳ,vt quum dicimus τῇ ὑστεραίᾳ.In quibuſdam autem codicibus,atque adeò apud Theophylactũ
legitur ἐν τῷ ἑξῆς, ſubaudi καιρῷ,vt initio ſequentis capitis,id eſt Poſtea vel deinceps,vt expoſuit Eraſmus cum Vetere interprete.
Multi, ἱκανοὶ, Deerat in octauo exemplari, neque eſt in editione Vulgata. 12 *Qui* vnigenitus *erat* μονογενὴς Vulg.& Eraſm.
vnicus,id eſt μόνος. Expoſui autem participium ὢν,quod in Græco ſermone commodè ſubauditur,vt melius cohæreant ſequentia. Et ipſi
quidem viduæ: καὶ αὐτῇ χήρᾳ. Huius loci triplicem lectionem inuenio in manuſcriptis codicibus. Quidam enim habent,καὶ αὕτη ἦν χήρα,καὶ ὄ-
χλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ, id eſt,vt cõuerterunt Vetus interpres & Eraſmus,Et hæc vidua erat,& turba ciuitatis multa cũ ea. Sed hãc lectionem ſi ſequamur,nemo non videt duram eſſe repetitionem verbi ἦν in vltimo membro, quum illud καὶ ὄχλος non ſit cõiungendum cum καὶ
αὕτη,ſed cum καὶ ἰδοὺ ἐξεκομίζετο.Itaque nõnulli codices habent ἦν poſteriore loco,non autem priore, id eſt poſt ἱκανὸς,non autem poſt αὕτη,&
pro καὶ αὕτη χήρα legunt αὐτῇ χήρα, quam lectionem multo tolerabiliorem puto. Sed vtrique antepono eam quam ſum ſequutus in nonnullis
exemplaribus repertam,hanc ſcilicet,υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ αὐτῇ χήρᾳ· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ.
16 Surrexit ἐγήγερται Id eſt exortus eſt,vt diximus Matth.11.b.11. Certè ὅτι Sæpe quidem redundat hæc particula , ſed interdum tamen ſua vi non caret,vt hoc loco nõ videtur otioſa,quum præſertim bis repetatur. 18 Qui καὶ ὁ Ἰωάννης Vulgata & Eraſm.ad verbum,
& Iohannes.Eſt autem Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo: quæ repetitio vt vitari poſſet,inuenta eſſe pronomina teſtatur Apollonius.
20 Viri illi, οἱ ἄνδρες, Vulg.& Eraſm.prætermittunt articulum,cuius vis eſt ἀναφορικὴ hoc loco.ſed tamen hæc deeſſe comperimus in vno
vetuſto codice,nulla ſenſus iniuria. 21 Eadem autem hora ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ id eſt,eo ipſo tempore quo ad Ieſum venerunt.Neque
enim ὥρα hîc accipitur pro duodecima diei parte, quam etiam ob cauſam alibi conuertimus Momentum. Sed & in vno exemplari ſcriptum
legimus ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ,in illo die. Gratificatus eſt ἐχαρίσατο Vulg.& Eraſm.donauit, ἐδωρήσατο,eodem quidem ſenſu.Sed quum Gratificandi verbum ita vſurpetur frequenter ab ipſo Cicerone,vt prorſus reſpondeat verbo χαρίζεσθαι tum ſignificatione,tum etiam conſtructione,nulla eſt ratio cur ſynonymum quæramus. Itaque deinceps interpretabimur hoc modo,præſertim in Pauli epiſtolis.
22 Reſpõdens Ieſus ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς Theophylactus hoc loco non habet ὁ Ἰησοῦς,& certè videtur potius ſuperiori verſiculo cõuenire.

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento moueri?

Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtimentis indutum? ecce, qui in veſte pretioſa ſunt & deliciis, in domibus regum ſunt.

Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Vtique dico vobis, & pluſquam Prophetam.

Malach.3.a.1 Hic eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto Angelum meum ante faciẽ tuã, qui præparabit viam tuam ante te.

Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Iohanne Baptiſta nemo eſt: qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.

Et omnis populus audiens, & publicani, iuſtificauerunt Deum, baptizati Baptiſmo Iohannis.

Phariſæi autem & legiſperiti cõſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo.

Matth.11.b.16 ¶Ait autem Dominus, Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt?

Similes ſunt pueris ſedẽtibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicẽtibus, Cantauimus vobis tibiis, & nõ ſaltaſtis: lamentauimus, & non ploraſtis.

Venit autem Iohannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens vinũ: & dicitis, Dęmoniũ habet.

Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum.

Et iuſtificata eſt ſapiẽtia ab omnibus filiis ſuis.

F Rogabat autem illum quidam de Phariſęis vt manducaret cum illo: & ingreſſus domũ Phariſæi, diſcubuit.

Et ecce, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti:

Marc.15.d.40 iohan.20.c.11 Et ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat: & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Vidẽs autem Phariſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens, Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quę tangit eũ: quia peccatrix eſt.

turbam, Quid veniſtis "in deſertum vt ſpectaretis? arundinem quæ vento agitetur?

25 Sed q̃d exiſtis vt videretis? hominẽ mollibus veſtimẽtis amictũ? ecce, qui ſunt veſtitu "honorifico & in deliciis, ſunt in palatiis regũ.

26 Sed quid exiſtis vt videretis? Prophetam? "etiam dico vobis, & maiorem quàm Prophetam.

27 Iſte eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam coram te.

28 Nam, dico vobis, inter eos qui gignuntur è mulieribus, nemo eſt maior Propheta Iohãne Baptiſta: ſed qui minimus eſt in regno Dei, maior eſt eo.

29 Tunc omnis populus *his* auditis, & publicani "iuſtificarunt Deũ, qui baptizati fuerant Baptiſmo Iohannis. Iuſtificare Deũ.

30 Phariſæi autem & legiſperiti conſilium Dei "reiecerunt "aduerſus ſemetipſos, qui non *fuerant* baptizati ab illo.

31 "Ait autem Dominus, Cui ergo aſſimilabo homines nationis iſtius? & cui *rei* ſimiles ſunt?

32 Similes ſunt puerulis ſedentibus in foro, & qui acclamãt alii ad alios, ac dicunt, Cecinimus vobis tibiis, & nõ ſaltaſtis: lamentati ſumus vobis, & non fleuiſtis.

33 Venit enim Iohannes Baptiſta, neque edens panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. Iohannes non bibit vinum.

34 Venit Filius hominis edens ac bibens: & dicitis, Ecce homo edax, & vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum. Chriſtus bibit.

35 Sed iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis "omnibus.

36 Rogauit autẽ eum quidam è Phariſæis, vt veſceretur cum ipſo: itaque ingreſſus domum Phariſæi, accubuit. Chriſtus manducat cũ Simone Phariſæo.

37 Et ecce, mulier quæ fuerat in vrbe peccatrix, "quum cognouiſſet quòd accubuiſſet in domo Phariſæi, allato alabaſtro vnguẽti: Peccatrix rigat pedes Ieſu.

38 "Et ſtans ad pedes eius retro, flens cœpit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis ſui extergebat: & deoſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

39 Quum autem *id* vidiſſet Phariſæus qui vocauerat eum, ait apud ſe, "dicens, Hic ſi eſſet Propheta, noſſet quæ & qualis ſit ea mulier quæ tangit ipſum: nam eſt peccatrix.

24 In deſertum εἰς τὴν ἔρημον Annotat Eraſmus in nonnullis Latinis exemplaribus, poſt hæc verba ſubiici notam interrogationis, vt θεάσασθαι coniungatur ſequentibus: quæ diſtinctio mihi non diſplicet.

25 Honorifico ἐνδόξῳ id eſt, quo vtuntur viri nobiles, & ſuis opibus illuſtres. Eraſ. ſplendido, λαμπρᾷ. Vulg. pretioſo. i. τιμίῳ: quanuis, quod ad ſenſum attinet, nullum ſit in his diſcrimen. 26 Maiorẽ quàm Prophetã περισσότερον προφήτου In vetuſtis exemplaribus 3.5.8, & apud Theophylactum non additur προφήτου, neque etiam apud Matthæum. 29 Iuſtificarunt ἐδικαίωσαν id eſt Deum vt iuſtum, bonum, ac fidelem, & miſericordem laudarunt. Nam apud Hebræos ſæpe צדקה fidem, benignitatem, ac miſericordiam declarat: adeò vt ſeptuaginta illi, quos vulgò vocant, interpretes, interdum ἐλεημοσύνην interpretentur. Itaque τὸ δικαιοῦν hoc loco idem penè declarat atque ὁμολογεῖν, δοξολογεῖν, δόξαν δοῦναι, quæ verba alibi frequenter occurrunt: niſi fortaſſis malimus dici Deum ab iis iuſtificari, id eſt iuſtum declarari, qui fide amplexi ipſius promiſſiones, cæteris hominibus præbent luculentum iuſtitiæ ac bonitatis Diuinæ ſpecimen. Eos enim gratis iuſtificat Dominus in Chriſti ſanguine, vt iuſtitiam ſuam declaret, Rom.3.d.15. Vide Matth.11.c.19.

30 Reiecerunt ἠθέτησαν Sic accipitur verbum ἀθετεῖν Gal.2.d.21. Quidam conuertit, reſciderunt: & fateor τὸ ἀθετεῖν interdum hoc declarare, vt diximus Marci 6.d.26. Sed alibi teſtatur Paulus verbum Domini non poſſe excidere, & abſit vt de Deo minus Diuinè ſentiamus quàm de ſuo Ioue Homerus, quum ſic eum loquentem inducit, —οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ᾽ ἀπατηλὸν, Οὐδ᾽ ἀτελεύτητον γ᾽ ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Itaque quanuis ſoli homines in culpa ſint, quoties nullum beneficentiæ Dei locum relinquunt, tamen conſilium Dei reſcindi poſſe nego.

Aduerſus ſemetipſos, εἰς ἑαυτούς, id eſt ſuo maximo damno. Neque enim Deum, ſed ſeipſos lædunt qui Dei gratiam aſpernantur. Poteſt tamen etiam accipi εἰς pro ἐν, vt εἰς ἑαυτοὺς ſignificet, apud ſe: quia ſcilicet iſti non audebant palàm Iohannis doctrinam aſpernari, quòd populum metuerent, vt traditur Matth.21.c.26. Poſtremò quidam conuertit, εἰς ἑαυτούς, quantum in ſe fuit: quod genus dicendi nuſquam memini legere, & haud ſatis ſcio an reperiatur niſi præpoſito articulo. Poterat tamen videri hoc modo conuertiſſe, vt leniret præcedentem interpretationem verbi ἠθέτησαν, niſi omnes noſſent ita eum ſentire de quibuſdam Dei conſiliis, vt eorum euentum velit in hominis eſſe arbitrio ac poteſtate. Actum enim erat de Dei iuſtitia, niſi eius patrocinium bonus vir iſte ſuſcepiſſet.

31 Ait autem Dominus, εἶπε δὲ ὁ κύριος, Hæc verba deerant in omnibus vetuſtis codicibus, quæ tamen prorſus videntur requiri, niſi duos verſiculos proximè præcedentes includamus parentheſi, aut ſuo more Lucas ab oratione obliqua tranſeat ad rectam, vt ſuprà verſu 5.

35 Omnibus. πάντων. Deerat in ſecundo codice, & in Vulgata editione. Vide Matth.11.c.19.

37 Quum cognouiſſet ἐπιγνοῦσα id eſt γνοῦσα. Nam alioquin τὸ ἐπιγνῶναι interpretamur Agnoſcere.

38 Et ſtans καὶ στᾶσα id eſt exiſtens ac manens ad pedes. Nam τὸ ἱστάναι non opponitur τῷ κεῖσθαι hoc loco ſed nihil aliud declarat quàm παρεῖναι, ſicut etiam accipitur Act.7.g.56, & alibi ſæpe. Itaque non aſſentior Eraſmo qui ex hoc loco coligit, thorum tam altè fuiſſe extructũ vt ſtans attigerit accumbentis pedes. 39 Dicens, λέγων, Hebræus pleonaſmus verbi לאמור. Sic infrà 20.a.2.

40 Tunc reſpōdens Ieſus dixit ad eum, Simon, habeo quiddā quod tibi dicam. At ille ait, Magiſter, dic.

Debitores duo.

41 Duo debitores, *inquit Ieſus*, erant cuidam creditori: vnus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta.

42 Quum autem illi non eſſent ſoluendo, gratificatus eſt vtriſq;. Horum igitur dic vter eum plus diliget.

43 Reſpondens verò Simon dixit, Exiſtimo quòd is cui plus gratificatus eſt. At ille dixit ei, Rectè iudicaſti.

Lauare pedes.

44 Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hāc mulierem? ingreſſus ſum in domū tuā, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis ſui exterſit.

Oſculum.

45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo intraui, non intermiſit deoſculari pedes meos.

Oleo vngere caput.

46 Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Dilectio. Remiſſio peccatorum.

47 Cuius rei gratia, 'dico tibi *quòd* remiſſa ſunt peccata eius multa, "nam dilexit multū." cui autē paululū remittitur, paululū diligit.

48 Dixit autem ad eam, Remiſſa ſunt tibi peccata.

49 Et cœperunt qui ſimul accumbebāt, dicere inter ſe, Quis eſt hic qui etiam peccata remittit?

Fides.

50 Dixit autem ad mulierem, Fides tua te ſeruauit: vade in pace.

Cap. VIII.

Docet Chriſtus regnum Dei.

1 ET factum eſt deinceps, ipſe iter faciebat per ſingulas vrbes & vicos, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim illi *erant* cum eo:

Mulieres miniſtrantes Chriſto de facultatibus ſuis.

2 Ac quædam mulieres 'quas ſanauerat à ſpiritibus malis & infirmitatibus, Maria quæ vocabatur Magdalene, è qua ſeptem dæmonia exierant,

3 Et Iohāna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabant 'ei de facultatibus ſuis.

Parabola ſeminantis.

4 Quum autem multa turba conueniret, & qui in ſingulis vrbibus erant, 'proficiſcerentur ad eum, dixit per parabolam,

5 Quidam qui ſeminabat, exiit ad ſeminandum ſemen ſuum: & in ſeminando, aliud cecidit iuxta viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli deuorarunt illud.

6 Et aliud cecidit ſuper petram, & enatum aruit, quia non habebat humorem.

7 Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul enatæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.

8 Et aliud cecidit in terram bonam: & quum enatum eſſet, tulit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

9 Interrogabant autem eum diſcipuli eius, 'dicentes quæ eſſet iſta parabola.

Apoſtolis data cognitio Euangelii.

10 Ipſe verò dixit *eis*, Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei: reliquis autem per parabolas, vt videntes non videant, & audientes

40 Et reſpondens Ieſus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic.

41 Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingētos, & alius quinquaginta.

G

42 Non habētibus illis vnde redderēt, donauit vtriſque. Quis ergo eū plus diligit?

43 Reſpondens Simō dixit, Aeſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicaſti.

44 Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquā pedibus meis non dediſti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.

45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos.

46 Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

47 Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.

48 Dixit autem ad illam, Remittūtur tibi peccata.

49 Et cœperunt qui ſimul accūbebāt, dicere intra ſe, Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit?

50 Dixit autē ad mulierem, Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

Cap. VIII.

1 ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella, prędicās & euangelizans regnū Dei: & duodecim cum illo:

2 Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, ‖de qua ſeptem dæmonia exierāt, Marc.16.b.9

3 Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.

4 ‖Quum autem turba plurima cōueniret, & de ciuitatibus properarēt ad eum, dixit per ſimilitudinem, Matth.13.a.3 marc.4.a.1

5 Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.

6 Et aliud cecidit ſupra petrā, & natū aruit, quia nō habebat humorem.

7 Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerūt illud.

8 Et aliud cecidit 'in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat.

B

9 Interrogabāt autem eum diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola.

10 Quibus ipſe dixit, Vobis datum eſt noſſe myſteriū regni Dei: cæteris autem in parabolis, ‖vt vidētes non vi-

Eſa.6.c.9 matth.13.b.14 marc.4.b.12 iohan.12.f.40 act.18.f.26 rom.11.a.8

47 Dico tibi *quòd* remiſſa ſunt, &c. λέγω σοι, ἀφέωνται Particulā ὅτι expreſſi, quæ deeſſe videbatur hoc loco, & adſcripta etiam erat in vno vetuſto codice. Sic etiam paulo antè verſu 9, & Mar.6.a.5. Nam dilexit ὅτι ἠγάπησε Vulg. & Eraſm. quoniam dilexit. Ego verò malui illo modo interpretari, vt facilius intelligatur, in his verbis non oſtendi cauſam remiſſionis peccatorum, ſed id potius quod conſequitur peccatorum remiſſionem, & ex conſequente colligi antecedens. Deus enim prior nos dilexit, quum adhuc peccatores eſſemus. Itaque qui hoc loco abutuntur ad euertendam gratuitam ex ſola fide iuſtificationem, non modò ſummam impudentiam, ſed etiam infantiam ſuam patefaciunt

IN CAPVT VIII.

2 Quas ſanauerat αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι Paſſiuum expreſſimus per actiuum, vt amphiboliam vitaremus.

3 Ei αὐτῷ Ex vetuſtis codicibus quartus, 7.9.12.14, legunt αὐτοῖς, eis, id eſt Chriſto & eius diſcipulis.

4 Proficiſcerentur ἐπιπορευομένων Vulg. & Eraſm. properarent, σπευδόντων.

9 Dicentes λέγοντες Hoc participium neque in veteribus codicibus 2 & 8, neque in Vulgata editione reperitur: & certè videtur non poſſe conuenire, niſi pro εἴη legas ἐστι, vt ſit recta oratio.

	deant,& audientes non intelligant.		non intelligant.	
Matth.13.b.18 marc.4.b.15	¶Eſt autem hæc parabola: Semen, eſt verbum Dei.	11	Eſt autem hæc parabola: Semen, eſt ſermo Dei.	
	Qui autem ſecus viam, ii ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus,& tollit verbum de corde eorum, ne credētes ſalui fiant.	12	Qui autem iuxta viam, ii ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus,& tollit ſermonē è corde eorum, ne quū crediderint, ſeruentur.	
	Nam qui ſupra petram, qui quum audierint, cum gaudio ſuſcipiūt verbū: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt.	13	Qui verò ſuper petram, *ii ſunt* qui quum audierint, cum gaudio excipiunt ſermonē: ſed iſti radices non habent: qui ad tempus credunt,& in tempore tentationis abſiſtunt.	Tentatio.
	Quod autem in ſpinas cecidit, ii ſunt qui audierūt,& à ſolicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ eūtes ſuffocantur,& non referunt fructum.	14	Quod autem in ſpinas cecidit, ii ſunt qui audierunt, ſed ″profecti, à ſolicitudinibus & diuitiis ac voluptatibus vitæ ſuffocantur, nec ″fructum perferunt.	Solicitudo. Diuitiæ. Voluptates.
	Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent,& fructum afferunt in patientia.	15	Quod autem in bonam terram *cecidit*, ii ſunt qui in corde ″honeſto ac bono auditum ſermonem ″retinent, & fructum afferunt per patientiam.	
Infrà 12.e.33 matth.5.b.15 marc.4.c.22	¶Nemo autem lucernam accendēs, operit eam vaſe, aut ſubtus lectū ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.	16	Nemo verò quum lucernam accenderit, operit eam vaſe, aut ſubter lectum ponit: ſed in candelabrum ponit, vt qui ingrediuntur, videant lumen.	Lucerna.
C				
Infrà 12.a.2 matth.10,c.26 marc.4.c.22	¶Non eſt enim occultum quod nō manifeſtetur: nec abſconditum quod non cognoſcatur,& in palàm veniat.	17	Non eſt enim *quicquā* occultū quod nō manifeſtū ſit futurū: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum,& in apertū venturū.	
Matth.13.b.12, & 25.c.29 marc.4.c.25 infrà 19.d.26	Videte ergo quomodo audiatis: ¶q enim habet, dabitur illi: & quicunque nō habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.	18	Videte ergo quomodo audiatis: quiſquis enim habet, dabitur ei: & quicūque nō habet, etiā quod ″videtur habere, tolletur ab eo.	
Matth.12.d.46 marc.3.d.32	¶Venerunt autē ad illum mater & fratres eius: & non poterant adire eū præ turba.	19	Venerunt autem ad eum mater & fratres eius, & non poterant ″conuenire eum propter turbam.	Mater & fratres Chriſti.
	Et nuntiatum eſt illi, Mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes te videre.	20	Et nuntiatum eſt ei, ″dicentibus *nonnullis*, Mater tua & fratres tui ſtant foris, cupientes te videre.	
	Qui reſpondens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi ſunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.	21	Ipſe verò reſpondens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, iſti ſunt qui ſermonem Dei audiunt, ac faciunt eum.	
Matth.8.c.23 marc.4.d.16	¶Factum eſt autem in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans ſtagnū. Et aſcenderunt.	22	Factum eſt autem quodam die, ipſe ingreſſus eſt in nauigium, ac diſcipuli eius: & ait ad eos, Trāſeamus in vlteriorem ripam ſtagni. Ac ″prouecti ſunt.	Chriſtus ventis imperat.
	Et nauigantibus illis obdormiuit: & deſcendit procella venti in ſtagnū, & complebantur, & periclitabantur.	23	Nauigantibus autem ipſis ″ſopitus eſt: & deſcendit turbo venti in ſtagnum,& complebantur, ac periclitabantur.	

14 Profecti, πορευόμενοι, Id eſt, quum, audito verbo, redeunt domum ad agendas res ſuas. Eſt enim per traiectionē explicandum hoc participium: quæ figura apud Lucam ſingulis penè verſiculis occurrit. Itaque (quod tanti viri pace dixerim) non erat, opinor, cur Eraſmus in hoc explicādo nimiùm ſe torqueret, quaſi ſit paſſiuum participium à verbo πορεύω, quod, inquit, haud ſcio an ſignificet Copiam affero, vt ſignificetur, copia diuitiarum obrui. Atqui non modò τὸ πορεύειν ita nunquam, quod ſciam, accipitur, ſed ne πορεῖν quidem aut πορίζειν vſquam memini legere pro Abundare vel copiam afferre: ſed ἀπορεῖν potius aut ἀπορεῖσθαι, quod miror ipſi non veniſſe in mentē. Sed & altera expoſitio nihilo eſt magis accommodata, quaſi πορευόμενοι, dictum ſit pro ἐμπορευόμενοι, vt ad negotiatores pertineat. Quidam cōuertit, eò veniunt, id eſt, eò rediguntur, quaſi πορευόμενοι ad progreſſum temporis referatur: quam etiam expoſitionem affert Eraſmus. Fructum perferunt. τελεσφοροῦσι. Sic Columella lib.3.cap.10, videtur Græcū hoc vocabulum eleganti periphraſi explicare. Puto autem deriuari non à τέλος, vt exiſtimat Eraſmus, ſed à πλέος & φέρω, vt declaret fructum perfectum & abſolutum ferre, id eſt vſque eò vt matureſcat.

15 Honeſto ac bono καλῇ καὶ ἀγαθῇ Vulg. bono & optimo. quam interpretationem rectè quidem emendauit Eraſmus, ſed fortaſſis non tam feliciter expoſuit. Putat enim Hebraicam eſſe conduplicationem pro egregriè bono, nempe ſicut Ier.24.a.3, התאנים הטובות טובות ficus bonas bonas vocat Propheta, ficus valde bonas. At ego puto merè Græcum eſſe hoc dicēdi genus, & quidē ex ipſis Philoſophiæ adytis petitum: quanuis id etiam vulgus in ore haberet. Quia enim alia ſunt externa, fortunæ ſcilicet (vt vocant) & corporis, alia verò animi bona, hominem vtriſque Græci ornatū καλὸν κἀγαθὸν vocant, quanuis τὸ καλὸν interdū latius pateat. Huic autem loco ita eſt accōmodandum hoc dicendi genus, vt intelligamus poſtremum hoc hominum genus comparari primùm cum iis, qui quum externam quandam ſpeciem fructus præ ſe ferant initio, tamen ad bonam frugem non perueniunt, de quibus etiam vernaculum extat prouerbium, Inutilem eſſe pulchritudinem abſque bonitate: deinde cum iis qui nullum prorſum fructum ferunt. Iſti igitur è contrario dicuntur καλοὶ κἀγαθοὶ, id eſt qui non modò videri, ſed etiam reipſa boni eſſe ſtudeant: vt καλοὶ ad externam vitam, ἀγαθοὶ ad fidem, ſpem, charitatem, cæteráſque animi virtutes referatur. Retinent, κατέχουσι, Notanda vis eſt huius vocabuli, quo ſignificatur, non ſine magno certamine poſſe iſtud bonum ſemen aſſeruari, luctante ſcilicet carne ac diabolo aduerſus Spiritum Dei, nouum illum hoſpitem & capitalem ipſorum inimicum. Ideo etiam addit ἐν ὑπομονῇ, quia nimirum ſancti patiendo vincunt. Sed & in vno vetuſto codice adſcriptum erat πολλῇ multa.

18 Videtur δοκεῖ videtur, ſcilicet aut ſibi aut aliis, vt rectè notat Eraſmus, vel potius & ſibi & aliis. Nam hoc hominum genere nihil eſt ſuperbius, ſiquis videat quod intus cælat, aut magis comparatum ad fallendos homines. Vulg. putat ſe habere: quæ interpretatio vnum tantùm ſenſum admittit. 19 Conuenire συντυχεῖν Id eſt συνέρχεσθαι, quomodo etiam accipitur interdum τὸ συνεῖναι. Vulg. adire προσιέναι.

20 Dicentibus *nonnullis*, λεγόντων, Deeſt hoc participium in octauo codice & in Vulgata editione: in tertio autem & quinto exemplaribus additur αὐτῶν: quod relatiuum ſcilicet ad turbas refertur. Sed raro certè reperias ſimile dicendi genus, cuius tamen apud Plutarchū in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, hoc exemplum reperio, vbi miram cuiuſdam canis hiſtoriam commemorat. παρὼν γὰρ ὁ κύων μίμῳ πλοκὴν ἔχοντι δραματικὴν καὶ πολυπρόσωπον, ἄλλας τε μιμήσεις ἀπεδίδου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι καὶ πάθεσι προσφόρους, καὶ φαρμάκου ποιουμένων ἐν αὐτῷ πεῖραν, τὸν ἄρτον ἐδέξατο. & paulo pòſt, ἔπειτα θαυμασιώτατον, ἐξαναστὰς ἐβάδιζε πρὸς ὃν ἔδει.

22 Prouecti ſunt. ἀνήχθησαν. Vide ſuprà 5.a.3. Vulg. aſcenderunt ἀνέβησαν. Eraſmus, ſoluerunt, id eſt ἀπῆραν.

23 Sopitus eſt: ἀφύπνωσε· Vulg. & Eraſm. obdormiuit, ἐκάθευδε, eodem ſenſu: quanquam fortaſſis Lucas magis propriè loquutus eſt quàm Matthæus & Marcus. Teſtantur enim Grammatici τὸ ὑπνοῦν amplius quiddam ſignificare quàm τὸ καθεύδειν, & profundiſſimum fuiſſe hunc ſoporem declarat geminata illa inclamatio diſcipulorum in ipſo excitando.

	Accedentes autem expergefecerunt eum,dicentes,Præceptor, præceptor, perimus. Ipſe verò experrectus obiurgauit ventum ac fluctuationem aquæ:& ceſſauerunt,factáque eſt tranquillitas.	24	Accedentes autē ſuſcitauerūt eum, dicentes,Præceptor,perimus. At ille ſurgens increpauit ventum & tempeſtatē aquæ:& ceſſauit,& facta eſt tranquillitas.	
	Dixit autem eis,Vbi eſt fides veſtra? Timentes autē mirati ſunt, dicētes alii ad alios,Quiſnam iſte eſt,quòd ventis quoque & aquæ imperat,& auſcultant ei?	25	Dixit autem illis, Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt, adinuicem dicētes,Quis putas hic eſt,quia & ventis & mari imperat,& obediunt ei?	D
Dæmoniacus ſanatur.	Tunc nauigauerunt in regionem Gadarenorum, quæ eſt in oppoſita ripa Galilææ.	26	Et nauigauerunt ad regionē Geraſenorum,quæ eſt contra Galilæam.	Matth.8.d.8 marc.5.a.4
	Et ipſi egreſſo in terram, occurrit ex ea vrbe vir quidam qui habebat″dæmonia à temporibus multis, & veſtimento non induebatur,neque in domo manebat,ſed in monumentis.	27	Et quum egreſſus eſſet ad terrā,occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur,neque in domo manebat,ſed in monumentis.	
	Is ergò quum vidiſſet Ieſum,& exclamaſſet, accidit ei *ad pedes*, ac voce magna dixit, Quid mihi tecum Ieſu Fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me vexes.	28	Is vt vidit Ieſum,procidit ante illū: & exclamās voce magna,dixit, Quid mihi & tibi eſt,Ieſu Fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas.	
	(Denuntiabat enim ſpiritui impuro vt exiret ab eo homine. ″nam *à* multo tēpore corripuerat eum. ″itaque vinctus *ille* catenis & pedicis cuſtodiebatur:ſed diruptis vinculis″agitabatur à dæmone in deſerta)	29	Præcipiebat enim ſpiritui immūdo vt exiret ab homine. multis enim tēporibus arripiebat illum,& vinciebatur catenis & cōpedibus cuſtoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.	
	Interrogauit autē eum Ieſus,dicens,Quod tibi nomen eſt? Ipſe verò dixit,Legio. Nam dæmonia multa ingreſſa erant in eum.	30	Interrogauit autem illum Ieſus, dicens,Quod tibi nomen eſt? At ille dixit,Legio. Quia intrauerāt dæmonia multa in eum.	E
	Et precabantur eum ne imperaret ipſis vt abirent ″in abyſſum.	31	Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyſſum irent.	
	Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte : & precabantur eum *dæmonia* vt permitteret ipſis in illos ingredi:& permiſit eis.	32	Erat autem ibi grex porcorū multorum paſcentium in monte:& rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi:& permiſit illis.	
	Egreſſa autem dæmonia ab eo homine,ingreſſa ſunt in porcos: quorum grex ruit è præcipitio in ſtagnum,& ſuffocatus eſt.	33	Exierunt ergo dęmonia ab homine,& intrauerunt in porcos:& impetu abiit grex per præceps in ſtagnū,& ſuffocatus eſt.	
	Quum autem paſtores vidiſſent quod factum fuerat, fugerunt: & profecti renuntiarunt in vrbem & in agros.	34	Quod vt viderunt factū qui paſcebant,fugerunt:& nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.	
	Exierunt igitur vt viderent quod factum erat: venerúntque ad Ieſum,& inuenerunt ſedentem hominem illum à quo dæmonia exierant,veſtitum,ac ſanæ mentis,ad pedes Ieſu:& timuerunt.	35	Exierunt autē videre quod factum eſt: & venerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominē ſedentem à quo dæmonia exierant, veſtitum,ac ſana mēte, ad pedes eius:& timuerunt.	
	Renuntiauerunt autē ipſis ii qui viderant, quomodo ſeruatus fuiſſet is qui fuerat dæmoniacus.	36	Nuntiauerūt autem illis & qui viderant,quomodo ſanus factus eſſet à legione.	
Geraſeni Chriſtum reiiciunt.	Tunc rogauerunt eū omnis multitudo circumiacentis regionis Gadarenorum, vt diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur:ipſe autem ingreſſus nauigium reuerſus eſt.	37	Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum vt diſcederet ab ipſis:quia magno timore tenebantur : ipſe autem aſcendens nauim,reuerſus eſt.	F
	″Eſt autem eum deprecatus vir ille à quo dæmonia exierant,vt cum eo eſſet:ſed dimiſit eum Ieſus,dicens,	38	Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet : dimiſit autem eum Ieſus,dicens,	
Beneficia Dei narranda.	Reuertere domū tuam,& narra″quanta tibi fecerit Deus. Abiit igitur prædicans″per totam vrbem quanta ipſi feciſſet Ieſus.	39	Redi in domū tuam,& narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatem,prædicans quanta illi feciſſet Ieſus.	
	Factum eſt autem ″quum reuertiſſet Ieſus, excepit eum turba: nam omnes expectabant eum.	40	Factum eſt autem quū rediiſſet Ieſus, excepit eum turba: erant autem omnes expectantes eum.	
Iairi filia ſanatur	Tunc ecce venit quidam cui nomē Iairus,& ipſe princeps ſyn-	41	Et ecce venit vir cui nomen Iairus,	

---

27 Dæmonia δαιμόνια Ita legitur in omnibus codicibus. 29 Nam *à* multo tempore πολλοῖς γὰρ χρόνοις Id eſt iampridem. Videtur autem hæc interpretatio melius conuenire cum eo quod paulo antè dixerat, ἐκ χρόνων ἱκανῶν. Eraſm. frequenter,id eſt πολλάκις: quam etiam interpretationē nō improbo. Itaque vinctus *ille* καὶ ἐδεσμεῖτο Vulg.& vinciebatur.Ego verò ſtudui vitare amphiboliā quæ ex Hebræo idiomate naſcitur. Agitabatur ἠλαύνετο .i.cū impetu impellebatur,vt eques calcaribus equū agitat.Sic enim loquitur Plautus in Aſin.Vulg.& Eraſ.agebatur ἤγετο, quod verbū nimis eſt dilutū hoc loco. 31 In abyſſum. εἰς τὴν ἄβυσσον.Græcū vocabulū retinuimus,quod in noſtrum etiam,id eſt Gallicum idioma tranſiit. Significat autē immenſæ profunditatis voraginem, id eſt eum ipſum locum quem idem Lucas infrà 16.e.23, ᾅδην vocat,in quo ſcilicet Dæmones conſtricti tenentur caliginis tenebris,2.Pet.2.a.4:quod ne profani quidem ſcriptores ignorarunt.Sed hîc quoque videndum eſt vt admodū ſobriè philoſophemur,ne pro veritate aniles fabulas ſubſtituamus, quales multas Gregorius in ſuis Dialogis commemorat. 38 Eſt autem deprecatus ἐδέετο δὲ Eraſ.Rogauerat enim, id eſt ἐδέετο γάρ. Nam ita etiam impreſſit Frobenius.

39 Quanta ὅσα vel,quæcunque. Poſſumus enim vel ad multitudinem,vel ad qualitatē referre. Eraſmus illud maluit,ego poſterius delegi. Per totam vrbem καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν Vrbem Gadarorum proculdubio intelligit, ex qua hunc fuiſſe dixit ſuprà verſu 27. Quod autem narrat Marcus iſtum in Decapoli prædicaſſe, non pugnat cum eo quod Lucas hoc loco commemorat, quum Plinius lib.5.cap.18, inter Decapolitanæ regionis oppida numeret etiam Gadara.Fuit igitur Decapolis partim cis Iordanem,partim trans Iordanem ſita.

40 Quum reuertiſſet ἐν τῷ ὑποστρέψαι, id eſt μετὰ τὸ ὑποστρέψαι.Vide Act.2.a.1.

Matth.9.c.18
marc.5.c.22

& ipſe priceps ſynagogæ erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt intraret in domum eius:

Quia vnica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. (& cõtigit dum iret, à turbis cõprimebatur:

Et mulier quædã erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiã ſuam, nec ab vllo potuit curari,

Acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimẽti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.

Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autẽ omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erãt, Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?

G Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis: nam ego noui virtutem de me exiiſſe.

Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit corã omni populo, & quẽadmodum cõfeſtim ſanata ſit.

At ipſe dixit ei, Filia, fides tua ſaluã te fecit: vade in pace)

Adhuc illo loquente, venit quidã ad principem ſynagogæ, dicens ei, Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illũ.

Ieſus autem audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & ſalua erit.

Et quum veniſſet domum, nõ permiſit intrare ſecum quenquam, niſi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem & matrem puellæ.

Flebant autem omnes, & plangebant illam: at ille dixit, Nolite flere: non eſt mortua puella, ſed dormit.

Et deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet.

Ipſe autem tenens manũ eius clamauit, dicens, Puella, ſurge.

Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò: & iuſſit illi dare mãducare.

Et ſtupuerunt parẽtes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Cap. IX.

Matth.10.a.1
marc 3.b.13
& 6.a.7.

Conuocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Matth.10.a.7

¶Et miſit illos prædicare regnũ Dei, & ſanare infirmos.

Matth.10.a.9
marc 6.b.8

¶Et ait ad illos, Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram,

agogæ erat: quúmque accidiſſet ad pedes Ieſu, precabatur eum vt ingrederetur in domum ſuam:

42 Quoniam vnigenita filia erat ei quaſi annorum duodecim, & hæc moriebatur. (inter eundum verò turba coarctabat eum:

43 Et mulier quæ erat in fluxione ſanguinis ab annis duodecim, & in medicos impenderat ″totum victũ, nec ab vllo valuerat ″curari,

Mulier à fluxu ſanguinis ſanatur.

44 Quũ acceſſiſſet à tergo, tetigit fimbriam veſtimenti eius: & illico conſtitit fluxio ſanguinis eius.

45 Tunc ait Ieſus, Quis *eſt* qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum eo erãt, Magiſter, turba te conſtringunt & opprimunt: & dicis, Quis *eſt* qui me tetigit?

46 Ieſus autem ait, Tetigit me aliquis: nam ego ″cognoui virtutem à me exiſſe.

47 Quũ autem vidiſſet mulier illa quòd non latuiſſet, tremens venit, & accidẽs ei *ad pedes*, renuntiauit ei coram toto populo ob quã cauſam tetigiſſet eum, & vt ſanata fuiſſet illico.

48 Ipſe verò dixit ei, Confide filia, fides tua te ſeruauit: vade cum pace)

Fides ſaluat.

49 Adhuc eo loquente, venit quidam à principe Synagogæ, dicẽs ei, Mortua eſt filia tua: ne vexes Magiſtrum.

50 Ieſus autem *hoc* audito, ″reſpondit ei, Ne timeas, crede ſolummodo, & ſeruabitur.

Fidem requirit Chriſtus.

51 Ingreſſus verò in domum, non permiſit ingredi quẽquam, niſi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem ac matrem puellæ.

52 Flebant autem omnes, & plangebant eam: ipſe verò dixit, Ne fleatis: non eſt mortua, ſed dormit.

Fletus in mortuis.

Dormire.

53 Et deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet.

54 Ipſe autem ″eiectis foras omnibus, & prehenſa manu eius, clamauit, dicens, Puella, ſurge.

55 Tunc reuerſus eſt ſpiritus eius, ac reſurrexit illico: & *ipſe* iniũxit vt ei daretur cibus.

56 Et perculſi ſunt parentes eius: ipſe verò denuntiauit eis vt nulli dicerent quod factum erat.

Cap. IX.

1 Conuocatis autem *Ieſus* ″duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem & authoritatem in omnia dæmonia, & morbos ſanandi.

Apoſtolos mittit ad prædicandum Chriſtus.

2 Miſitque eos vt prædicarent regnũ Dei, ″& ſanarent inualidos.

3 Et ait ad eos, Nihil tollite ad iter, neque ″virgas, neque peram,

43 Totum victũ, ὅλον τὸν βίον, Id eſt, id omne ex quo antè victitabat. Nam apud idoneos etiã authores βίος pro οὐσία ponitur. Sed ſi Euſebio credimus, non fuit iſta tam inops quin ſuperfuerit vnde ſtatuam æneam ſibi & Chriſto poneret Cæſareæ Philippi: vnde nonnulli non minus futile quàm ineptum argumentum colligunt conſtituendæ ſuæ idolomaniæ. Curari, θεραπευθῆναι, Alibi τὸ θεραπεύειν vertere ſolemus Sanare: ſed hoc loco propriè accipitur, quum agatur de remediis quibus ad curandos morbos vtuntur medici. Vide Matth.4.d.23.

46 Cognoui ἔγνων Id eſt ſenſi, & percepi. Vulg. & Eraſ. noui, id eſt οἶδα.

50 Reſpondit ei, ἀπεκρίθη αὐτῷ, Id eſt principi Synagogæ, non autem ipſius ſeruo: quod quia ambiguum eſt, Vulgata & Eraſmus maluerunt exprimere antecedens.

54 Eiectis foras omnibus, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, Vetus interpres hæc nõ legit: reperimus tamẽ in omnibus vetuſtis codicibus, ſi ſecundũ & octauum excipias, quorum mirificus eſt cum Vulgata editione conſenſus. Eraſmus ex Marco addita ſuſpicatur. Nam, inquit, iam antè teſtatus eſt Lucas Ieſum non paſſum eſſe quenquam eò ingredi vbi funus erat puellæ, præter patrem & matrem & tres diſcipulos. Verùm (quod Eraſmi pace dixerim) vt hoc concedam, non tamen conſequi videtur, hæc addi non debuiſſe. Refertur enim illud ad eam turbam quæ cum Ieſu aduenerat. Quid igitur illis fiet quos plurimos domi reperit flentes ac eiulantes, vt diſertè ſcribit Marcus? Hi ſunt ſcilicet à quibus deridebatur, & quos idcirco domo eiecit. Hoc quum non conſideraret Eraſmus, alium hìc nodum nectit, quomodo ſcilicet poſſit turba dici eiecta quam non paſſus ſit ingredi. Sed, inquit, fieri potuit vt in veſtibulo conſtiterit turba, funus in interioribus ædibus poſitum fuerit. At ego exiſtimo alios non eſſe paſſum ingredi, alios verò intus repertos domo eieciſſe: vt planè hoc ſit quod aiunt, nodum in ſcirpo quærere.

IN CAPVT IX.

1 Duodecim diſcipulis ſuis, τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, In octauo codice legimus τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, id eſt duodecim Apoſtolis, ſenſu nihil variato. Placuit tamen annotare, nequis temere Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem ſimpliciter legit τοὺς δώδεκα.

2 Et ſanarent καὶ ἰᾶσθαι Hìc libuit quaſi παρέργως ſubiicere quæ Theophylactus ſanctè ac piè in hunc locum annotauit, his verbis, δεῖ τὸν τὴν διδασκαλίαν ἐγκεχειρισμένον, καὶ κηρύσσειν καὶ θαυματουργεῖν. τὸ γὰρ κήρυγμα διὰ θαυμάτων βεβαιοῦται, τά τε θαύματα διὰ τοῦ κηρύγματος. πολλοὶ γὰρ πολλάκις θαύματα ἐποίησαν ἀπὸ δαιμόνων, ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῶν τὸ κήρυγμα ὑγιές. διὸ οὐδὲ τὰ θαύματα αὐτῶν ἀπὸ θεοῦ. Hæc conſiderent qui miracula ſeparãt à Verbo.

3 Virgas, ῥάβδους, Sic ſcriptum inuenimus in omnibus vetuſtis exẽplaribus, præter octauum, quod cum Vetere editione legit ῥάβδον, id eſt virgam. Vide Matth.10.b.10.

neque panem, neque pecuniam, neque "binas tunicas "habete.

4 Et in quãcunque domũ intraueritis, illic manete, "& illinc exite.

5 Et quicunque non receperint vos, exeuntes ex vrbe illa, etiam puluerem à pedibus veſtris excutite in teſtimoniũ aduerſus eos.

Puluis pedum.

6 Exeuntes igitur "obibant "ſingulos vicos, euangelizantes & ſanantes vbique.

Populi de Chriſto opinio.

7 Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & "hæſitabat, propterea quòd dicebatur à quibuſdã quòd Iohannes ſurrexiſſet à mortuis:

8 A quibuſdam verò, quòd Elias apparuiſſet: ab aliis autem, quòd Propheta quiſpiam ex antiquis reſurrexiſſet.

9 Tunc ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Satiantur 5000 virorum quinque panibus.

10 Reuerſi autẽ Apoſtoli narrauerunt illi quæcunque fecerant. Tunc ipſis aſſumptis ſeceſſit priuatim in locum deſertum "vrbis quæ vocatur Bethſaida.

11 Sed quum *hoc* cognouiſſet turba, ſequuta eſt eum: *ipſe* autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei, & eos qui ſanatione opus habebant, ſanabat.

12 Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim dixerũt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in circumiacentes vicos & agros, "*illuc* diuertant, & inueniãt "cibaria: nam hîc in loco deſerto ſumus.

13 Ait autem ad eos, Vos date ipſis quo veſcantur. Ipſi verò dixerunt, Nõ ſunt nobis "plus quàm quinque panes & duo piſces, "niſi nos profecti emamus "toti huic populo eſcas.

14 "Aderant enim quaſi viri quinquies mille. Ait autem ad diſcipulos ſuos, Facite vt ipſi diſcumbant "in ſingulo quoque diſcubitu quinquageni.

15 *Ipſi* igitur ita fecerunt, & "diſcubuerunt *illi* omnes.

que panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

4 Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.

5 ‖Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos.

Infrà 10.b.11
matth.10.b.14
marc.6.b.11
act.13.g.51

6 Egreſſi autem circuibant per caſtella, euangelizantes & curãtes vbique.

7 ‖Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hæſitabat eò quòd diceretur à quibuſdam, Quia Iohannes ſurrexit à mortuis:

Math.14.a.1
marc.6.b.14

8 A quibuſdã verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis ſurrexit.

9 Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis eſt autẽ iſte de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

10 Et reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. ‖Et aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertũ qui eſt Bethſaidæ.

Matth.14.b.13
marc.6.c.35

11 Quod quum cognouiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illũ: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, ſanabat.

12 ‖Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villáſq; quæ circa ſunt, diuertant, & inueniant eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus.

Matth.14.b.16
marc 6.c.35
iohan.6.a.5
B

13 Ait autẽ ad illos, Vos date illis mãducare. At illi dixerunt, Non ſunt nobis plus quàm quinque panes & duo piſces, niſi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbam eſcas.

14 Erãt autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per conuiuia quinquagenos.

15 Et ita fecerunt: & fecerunt diſcumbere omnes.

Binas tunicas ἀνὰ δύο χιτῶνας Particula ἀνὰ distributionẽ declarat hoc loco, deerat autẽ in octauo codice. Habete. ἔχειν. Id eſt ἔχετε, enallage Græcis familiari: quanuis ſanè dura ſit, quum præcedat αἴρετε, & μηδὲν ſubſequatur. Itaque in octauo codice ſcriptum erat ἔχετε. in alio verò ſimpliciter ſcriptum erat μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, ita ſcilicet vt αἴρετε repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

4 Et illinc exite. καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In nono codice ſcriptum erat καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε, & ne illinc exeatis: quod in nonnullis etiã Veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Eraſmo reprehenditur. Mihi verò, etiamſi negationem addideris, videtur eadem manere ſentẽtia. Nam in ſumma prohibet Dominus ne hoſpitium mutent. Iubet igitur vt ex ciuitate aliqua diſceſſuri, illinc exeãt quò primùm diuerterint: aut vetat ne quum aliquò ſemel ingreſſi fuerint, inde exeant, ad alium ſcilicet quærendum hoſpitem.

6 Obibant διήρχοντο Vulg. & Eraſ. circumibant, id eſt περιῆγον. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi vertimus Trãſire, hîc interpretari maluimus Obire, quòd paulo melius videatur conuenire hæc ſignificatio. Singulos vicos, κατὰ κώμας, Vulg. & Eraſ. per caſtella. Ego exprimendam putaui particulam diſtributiuam. 7 Hæſitabat, διηπόρει, Hæſitãdi verbum videtur potius reſpondere τῷ ἐνέχεσθαι, ſed tamen ſatis commodè exprimit τὸ διαπορεῖν, quum de iis dicatur qui ita perplexi & impediti quaſi in luto tenentur, vt exitum non inueniãt, quod Græcis declarat πόρον εὑρίσκειν. Huius rei verum exemplum qui requirit, conſideret quid moliti ſint aduerſarii veritatis noſtra memoria, & quàm varia ſubinde conſilia fruſtra captent. 10 Vrbis quæ vocatur Bethſaida. πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulg. qui eſt Bethſaidæ, τὴν Βηθσαϊδά. In nonnullis codicibus legimus Βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur deſertum eſſe eius ciuitatis à qua cognominabatur: quòd ſcilicet aut in eius agro eſſet, aut occurreret iis qui Tyberiade proficiſcebantur in eam vrbem. Quomodo autem accipienda ſit dictio πέραν apud alios Euangeliſtas in huius hiſtoriæ narratione: & qua ratione Matthæus & Marcus cum Iohanne concilientur, dicemus Iohannis 6.

12 *Illuc* diuertant, καταλύσωσι. Alibi τὸ καταλύειν conuertimus Diſſoluere, quæ eſt propria huius verbi declaratio. Tranſlatitiè autẽ accipitur pro, recipere ſe in diuerſorium: ſed de iis tamen propriè dicitur qui curru iter cõficiunt, quia nimirùm equos ſoluunt quum ad diuerſorium ventum eſt. qua ſignificatione videtur Martialis vti Interiungendi vocabulo. Apud Latinos autem, qui in hoſpitium aut potius tabernam cõcedunt, dicuntur diuertere, quòd de via deflectant: & hoſpitia ipſa, diuerſoria vocantur ſimili ratione. Cibaria: ἐπισιτισμόν Vulg. & Eraſ. eſcas βρώματα. Eſt autem ἐπισιτισμὸς propriè, vt exiſtimo, militare vocabulum, & id declarat quod Latini frumentationem dicunt.

13 Plus πλεῖον Eraſ. plures, id eſt πλείους: quum in Frobenii editione legatur πλείω. Cic. Opiniones quum tam variæ ſint, alterum fieri poteſt vt earum nulla, alterum certè non poteſt, vt plus vna vera ſit. Terent. Ancillas ſecum adduxit plus decẽ. Niſi εἰ μήτι Sic ſæpe in eclipſi adhibentur eiuſmodi particulæ ex communi vſu loquendi. Poteſt autem hoc modo expleri ſententia, Non ſunt nobis plus quàm quinque panes & duo piſces. Itaque non poſſumus eis dare quo veſcantur, niſi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum eſt, hanc formulam loquendi ferè vſurpari quoties abſurdum quippiam aut ἀδύνατον ſequi ſignificatur. ideo ſubiicitur ἦσαν γὰρ Aderant enim: quibus verbis Lucas cauſam affert cur hoc diſcipuli tam abſurdum iudicarint. Toti huic populo εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον Hebr. לכל העם הזה Id eſt qui toti huic populo ſufficiat. Vulg. & Eraſ. Ad verbum, in omnem hũc populum: qua ſignificatione interdũ etiã vſurpatur præpoſitio In apud Latinos, ſed ita ferè vt rei potius quàm perſonæ declarandæ adhibeatur, vt apud Terentium reperias, emptos piſciculos in cœnam ſeni. Quidam nuper conuertit, ad omnem hunc populum: cuius loquutionis exemplum nuſquam reperi. Sed hæc fortaſſis παρέργως.

14 Aderant enim ἦσαν γὰρ Vulg. & Eraſ. Erant autem, ἦσαν δὲ, contra omnium codicum fidem. In ſingulo quoque diſcubitu quinquageni. κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. Κλισίας vocat Lucas quæ συμπόσια vocantur Marci 6.e.39, vbi expoſuimus hanc loquendi formulam.

15 Diſcubuerunt *illi* omnes. καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντες. Sic ſcriptum inuenio in Veteris editionis pleriſque exemplaribus: quam lectionem magis probo, quàm ſi ἅπαντας legas: & interpreteris, fecerunt omnes diſcumbere: quanuis eiuſmodi repetitiones ſint Hebræis familiares.

Acceptis autem quinque panibus & duobus piſcibus, reſpexit in cælũ, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerẽt ante turbas.

16 *Ipſe* verò acceptis quinq; illis panibus & duobus piſcibus, ſuſpiciens in cælum, ″benedixit eis, & fregit, ″dedítque diſcipulis, vt apponerent turbæ.

C Et manducauerunt omnes: & ſaturati ſũt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis fragmentorũ, cophini duodecim.

17 Comederunt igitur omnes *illi*, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit ipſis fragmentorum, cophini duodecim.

Vulgi opinio de Christo.

Matth.16.b.13 marc.8.c.27.

¶Et factũ eſt: quũ ſolus eſſet orans, erãt cum illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicẽs, Quem me dicunt eſſe turbæ?

18 Et factum eſt, quum ipſe ″ſolus eſſet orans, erant cum eo ″diſcipuli, interrogauítque eos, dicens, Quem me dicit eſſe turba?

At illi reſponderunt & dixerũt, Iohãnẽ Baptiſtã: alii autẽ Eliã: alii verò quia vnus Propheta de priorib. ſurrexit.

19 Ipſi autem reſponderunt & dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alii autẽ Eliã: alii verò, quòd Propheta quiſpiã ex antiquis reſurrexit.

Confeſſio Apoſtolorum.

Dixit autem illis, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei.

20 Dixit autem eis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondẽs autem Simon Petrus dixit, Chriſtum illum Dei.

At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc:

21 Ipſe verò interminatus eis, denuntiauit vt nulli hoc dicerent.

Matth.17.d.22 marc.8.c.31

Dicens, ¶Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & principibus Sacerdotũ & Scribis, & occidi, & tertia die reſurgere.

22 Dicens, Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die ſuſcitari.

Abnegare ſeipſum

Infrà 14.f.27 matth.10.d.38, & 16.d.24 marc.8.d.35

¶Dicebat autem ad omnes, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam quotidie, & ſequatur me.

23 Dicebat autem ad omnes, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam ″quotidie, & ſequatur me.

Crux.

Infrà 17.g.33 matth.10.d.39, & 16.d.25 marc.8.d.35 iohan.12.d.25

¶Qui enim voluerit animã ſuã saluã facere, perdet illã. nam qui perdiderit animam ſuam propter me: ſaluam faciet illam.

24 Quiſquis enim voluerit animam ſuam ſeruare, perdet illã: quiſquis verò perdiderit animam ſuam cauſa mea, iſte ſeruabit eam.

Perdere animã.

Math.16.d.26 marc.9.d.36

¶Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundũ, ſe autẽ ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat?

25 Quid enim iuuat hominem, ″ſi lucretur vniuerſum mundum, ſe autem ipſum perdat, aut *ſeipſo* multetur?

Infrà 12.b.9 matt.10.d.33 marc.8.d.38 2.tim.2.b.12

¶Nam qui me erubuerit & meos ſermones, hũc Filius hominis erubeſcet quum venerit in maieſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum.

26 Nam qui ″erubuerit me ac meos ſermones, eum Filius hominis erubeſcet quãdo venerit cum gloria ſua & Patris, ſanctorúmque Angelorum.

Erubeſcere Chriſtum.

Matth.26.d.28 marc.9.a.1

Dico autẽ vobis verè, ſunt aliqui hîc ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei.

27 Dico autem vobis verè, ſunt quidam ex iis qui hîc adſtant, qui nequaquam guſtabunt mortem, vſquedum viderint regnũ Dei.

Matth.27.a.2 marc.9.a.2

¶Factum eſt autem poſt hæc verba ferè dies octo, & aſſumpſit Petrum & Iacobum & Iohannem, & aſcendit in montem vt oraret.

28 Factum eſt autem, poſt hæc verba quaſi ″dies octo *interceſſerant*, quum aſſumptis Petro & Iohanne & Iacobo, aſcendit in mõtem vt oraret.

Transfiguratio Chriſti.

Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera: & veſtitus eius albus & refulgens.

29 Et facta eſt inter orandum, ſpecies vultus eius alia, & veſtitus eius albus *ac* emicans.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyſes & Elias,

30 Et ecce duo viri colloquebãtur cũ eo, qui erant Moſes & Elias:

Viſi in maieſtate: & dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Ieruſalem.

31 Qui viſi cum gloria, dicebant ipſius ″exitum, ″quo futurum erat vt defungeretur in Ieruſalem.

16 Benedixit eis, εὐλόγησεν αὐτοὺς, In ſecũdo codice legimus προσηύξατο καὶ κατέκλασε, precatus eſt & fregit. Apud Iohannem verò in huius hiſtoriæ narratione, 6.b.11, ſcriptum eſt καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκε & gratiis actis, dedit. Itaque nõ dubium eſt quin εὐλογεῖν hoc loco ſignificet τὸ εὐχαριστεῖν, id eſt gratias agere. Quia tamen additur relatiuum αὐτοὺς, & nimis abſurdum fuerit cogitare Chriſtum egiſſe panibus gratias, aut precatum eſſe panes ac piſces, emollienda eſt hæc interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixiſſe, id eſt de his panibus ac piſcibus gratias egiſſe Deo Patri, & ſimul eum precatus vt tãtilla panum ac piſcium copia tantam multitudinem paſceret: denique vt totum hoc cõuiuium ad Dei gloriam referretur. Sic de Samuele dicitur 1.Samu.9.b.13, יברך הזבח id eſt benedicere ſolet ſacrificio, & Paulus 1.Timoth.4.b.5, cibus dicitur ſanctificari verbo & oratione, ſiue gratiarum actione. Vtrunque enim ibi coniungit Apoſtolus, vt hic quoque coniũgendum eſt. Nam partim pro cibo præſtito aguntur Deo gratiæ, partim autem petitur vt purè & ſobriè eo vti liceat, vt reliquam vitã in Dei cultu conſumamus. Inde factum vt Chriſtiani dicantur benedicere menſæ & conſecrare menſam, quum tamen hæc benedictio non ad ipſos cibos ſed ad Deum potius & cõuiuas pertineat. In poculo verò benedictionis, cui benedicimus, vt ſcribitur 1.Corinth.10.d.16. vt ipſum Benedicendi verbum poſſit eodem modo explicari, tamen prorſus diuerſus eſt benedictionis finis, vt ſuo loco explicabimus. Dedítque καὶ ἐδίδου Vulg. & Eraſ. & diſtribuit, καὶ μετεδίδου.

18 Solus κατὰ μόνας Id eſt ſeorſim à turba: niſi malimus exponere ἐν τῷ εἶναι quum fuiſſet, vt ſuprà 8.f.40, ἐν τῷ ὑποστρέψαι quum reuertiſſet: aut fortaſſis quum ſolus oraret, interuenerunt diſcipuli. Diſcipuli, οἱ μαθηταὶ, Vulg. & Eraſ. & diſcipuli, καὶ οἱ μαθηταὶ, quum ne in Frobeniana quidem editione addatur καὶ. cui certè nullus hîc locus eſt. Nam ità ſignificaretur alios præterea affuiſſe: quod ſi verum eſt, quî dici poſſit Chriſtus fuiſſe κατὰ μόνας? 23 Quotidie, καθ' ἡμέραν, Hoc neque apud alios Euangeliſtas additur, neque legitur in Complutenſi editione & vetuſtis codicibus 4.6.9.12.14, neque explicatur à Theophylacto. Eſt tamen magna horum verborum emphaſis, quibus ſcilicet ſignificatur fore vt ſicut dies diem conſequitur, ita crux crucem excipiat.

25 Si lucretur κερδήσας id eſt, ἐὰν κερδήσῃ. vt Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim reſoluendum eſt interdum participium apud Græcos, vt in illo Homeri verſiculo Iliad. ι. ἴση μοῖρα μένοντι, id eſt ἐάν τις μένῃ. Subiicitur enim, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζῃ.

26 Erubuerit ἐπαισχυνθῇ Optarim, inquit in hunc locum Eraſmus, Latinum eſſe quod poſuit Vetus interpres. Atqui ſic Cicero in Saluſtium, Non erubuit ora veſtra: & Virg. Æneid.2, -ſed iura fidémque Supplicis erubuit. Nunquid igitur hoc Latinum non eſt?

28 Dies octo *interceſſerant*, ἡμέραι ὀκτὼ, Eraſ. diebus octo, ἡμέραις ὀκτώ. Ego malui conſtructionem explere. Quomodo verò cum Matthæo & Marco conciliandus ſit Lucas, diximus Mar.9.a.2. 31 Exitum, τὴν ἔξοδον, Vulg. & Eraſ. exceſſum, rectè quidem & eleganter, ſed ambiguè. Itaque nonnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde ſunt interpretati, ac ſi ἔκστασιν declararet: nonnulli rurſus, tanquam excellentiam ac præſtantiam, id eſt ἐξοχὴν aut ὑπεροχὴν ſignificet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam authores, vt annotat Valla. Quo futurum erat vt defungeretur ἣν ἔμελλε πληροῦν Vulg. & Eraſ. ad verbum, quem completurus erat. Ego malui ſynonymũ quærere, quo tamẽ optimè declaratur verbi Græci emphaſis. Fuit enim mors illa omnium acerbiſſima inſtar muneris impoſita Chriſto, quo ipſe non minus promptè quàm fideliter eſt defunctus, ita vt omnes Mediatoris partes impleuerit.

	Petrus verò & qui cum ipſo erant, grauati erant ſomno: ʺquum autem euigilaſſent, viderunt gloriam eius, & duos illos viros qui ſtabant cum eo.	32	Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant ſomno: & euigilantes, viderũt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo.	
	Et factum eſt, quum illi diſceſſiſſent ab eo, ait Petrus ad Ieſum, Magiſter, bonum eſt nos hîc eſſe: faciamus igitur tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moſi, & vnum Eliæ: neſciens quid diceret.	33	Et factum eſt quum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum, Præceptor, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnũ Eliæ: neſciẽs q̃d diceret.	
	Hæc autem ipſo loquente, facta eſt nubes quæ inumbrauit eos: timuerunt autem dum ingrederentur in nubem.	34	Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.	B
Audiendus Chriſtus.	Et vox facta eſt è nube, dicens, Iſte eſt filius ille meus dilectus: ʺipſum audite.	35	Et vox facta eſt de nube, dicẽs, Hic eſt Filius meus dilectus: ipſũ audite.	
	Et quum facta fuiſſet illa vox, inuentus eſt Ieſus ſolus: ipſi autem ſiluerunt, & nulli dixerunt ʺper id tempus quicquam eorum quæ viderant.	36	Et dum fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex iis quæ viderant.	
Lunaticus ſanatur.	Factum eſt autem ſequenti die, quum ipſi deſcendiſſent de mõte, occurrit ei turba multa.	37	‖Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.	Matth.17.b.14 marc.9.c.17
	Et ecce, quidã è turba exclamauit, dicẽs, Magiſter, deprecor te, reſpice ad filium meum, nam vnigenitus eſt mihi:	38	Et ecce, vir de turba exclamauit, dicens, Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meum, quia vnicus eſt mihi:	
	Et ecce, ſpiritus capit eum, & è repente clamat, & diſcerpit eum cum ſpuma, & vix diſcedit ab eo, ʺconterens eum.	39	Et ecce, ſpiritus apprehendit eum, & ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſcedit, dilanians eum.	
	Et deprecatus ſum diſcipulos tuos vt eiicerent ipſum: ſed non potuerunt.	40	Et rogaui diſcipulos tuos vt eiicerent illum: & non potuerunt.	
Infidelitas Apoſtolorum.	Reſpondens autẽ Ieſus ait, O natio infidelis & peruerſa, vſquequo tãdem ero apud vos, ac tolerabo vos? Adduc filium tuũ huc.	41	Reſpondens autem Ieſus dixit, O generatio infidelis & peruerſa, vſque quo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuum.	
	Quum adhuc autem accederet, ʺlacerauit eum dæmonium, & diſcerpſit: obiurgauit autem Ieſus ſpiritum impurum, & ſanauit puerum: & reddidit eum patri ſuo.	42	Et quum accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipauit: & increpauit Ieſus ſpiritum immũdum, & ſanauit puerum: & reddidit illum patri eius.	
De morte ſua præmonet Apoſtolos Chriſtus.	Percellebantur autem omnes ſuper ʺmagnifica virtute Dei. omnibus verò mirantibus ſuper omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos,	43	Stupebãt autem omnes in magnitudine Dei. omnibúſque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos,	F
	Reponite vos ʺin aures veſtras ſermones iſtos: futurũ eſt enim vt Filius hominis tradatur in manus hominum.	44	‖Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos: Filius enim hominis futurũ eſt vt tradatur in manꝰ hominũ.	Matth.17.d.22 marc 9.c.35
	Ipſi verò ignorabant dictum iſtud, erátque ʺoccultum ipſis, vt non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc dicto.	45	At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatũ ante eos, vt non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.	
De primatu contentio Apoſtolorum.	Ingreſſa eſt autem ratiocinatio in eos, quis eorũ maximus eſſet.	46	‖Intrauit autẽ cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.	Matth.18.a.1 marc 9.e,33
	Ieſus autem ratiocinatione ʺviſa cordis ipſorum, accepit puerulum, ſtatuítque eum iuxta ſe.	47	At Ieſus vidẽs cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe.	
Pueri.	Et ait eis, Quicunque exceperit puerulum hunc nomine meo, me excipit: & quicunque me exceperit, excipit eum qui me miſit. nam qui minimus eſt inter omnes vos, iſte ʺerit magnus.	48	Et ait illis, Quicũq; ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit: & quicũque me receperit, recipit eum qui me miſit. nam qui minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt.	
Eiiciens dæmonia in nomine Chriſti.	Reſpondens autem Iohãnes ait, Magiſter, vidimus quendã ſub nomine tuo eiiciẽtem dæmonia, & prohibuimus eũ, quia *te* non ſequitur nobiſcum.	49	‖Reſpondens autẽ Iohannes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiciẽtem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum.	Marc 9.f.38

32 Quum euigilaſſent διαγρηγορήσαντες Vulg. & Eraſ. experrecti, διεγερθέντες. 36 Per id tempus ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Vulgata & Eraſmus, Ad verbum, in diebus illis. Hunc autem Hebraiſmum quum alibi ſæpe retinuerimus, hîc mutauimus, quòd diſertè dicat Marcus, diſcipulos non aliquot diebus duntaxat tacuiſſe, ſed vſquequo Chriſtus reſurrexiſſet. 39 Conterens συντρῖβον Vulg. & Eraſ. dilanians, διασπαράττον. In nonnullis codicibus legit Eraſmus, συντρίβοντος, id eſt atterente ſeu conterente. Nam, vt in morbo etiã comitiali accidit, ſolẽt iſti in membrorum conuulſione caput cæteráque membra terræ illidere, ita vt ſeſe totos atterant. 42 Lacerauit ἔρρηξεν Vulg. eliſit, ideſt ἔρριψεν, vt exiſtimat Eraſmus, vel potius ἐξέθλιψεν. 43 Magnifica virtute μεγαλειότητι Vulg. magnitudine μεγέθει. Eraſ. magnificentia, μεγαλοπρεπεία. Ego periphraſin vſurpaui neceſſariò. Nam vt ſolent mirifica illa Chriſti facta vocari μεγαλεῖα, ita virtus illa cæleſtis iſtorũ operum effectrix, μεγαλειότης dicitur. 44 In aures veſtras εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν id eſt, Attendite diligenter, & ſemel audita conſeruate. Vulg. in cordibus veſtris, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, pro quo dicere ſolet Homerus, -σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. & Virgilius, - memori quæ cõdita mẽte teneto.

45 Occultum ipſis, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, Sic vſurpatur apud Hebræos נכחד vt Pſalm. 68.a.6, quũ Latini potius tertio caſu vtãtur. Vulg. & erat velatum ante eos, vt legiſſe videatur ἔμπροσθεν αὐτῶν. Eraſ. abſconditum ab illis: quæ interpretatio etiam ambigua eſt.

47 Viſa ἰδὼν Quod oculorum eſt, ad animum transfertur: quemadmodum etiam paulo antè poſitum eſt αἰσθάνεσθαι pro συνιέναι, id eſt Sentire pro Intelligere. In nonnullis autem codicibus legitur εἰδὼς, quum ſciret.

48 Erit ἔσται Vulg. legit ἐστὶν, eſt, in præſenti: quam lectionem magis ſinceram eſſe puto. Sed & pro τοῦτο τὸ παιδίον hunc puerulum, fortaſſis legendum eſt τοιοῦτο παιδίον, huiuſmodi puerulum.

	Et ait ad illum Ieſus, Nolite prohibere: qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.	50	Tunc ait ad eum Ieſus, ″Ne prohibeatis *illum*: qui enim non eſt aduerſum nos,pro nobis eſt.	
	Factum eſt autem dum complerētur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuā firmauit vt iret in Ieruſalē.	51	Factum eſt autem,″quum adueniſſet ″tempus quo ſurſum reciperetur, tum ipſe″ſeſe obfirmauit vt proficiſceretur in Ieruſalē.	
G	Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum:& euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum,vt pararent illi.	52	Miſitque nuntios ante faciem ſuam:qui profecti ingreſſi ſunt″in vicum Samaritanorum,″vt pararent ei *hoſpitium*.	Samaritani nolunt Chriſtum ſuſcipere.
4.Reg.8.b.10, & 12	Et non receperūt eum: quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.	53	Sed *illi* non receperunt eum,″quòd habitū præferret proficiſcentis in Ieruſalem.	
	Quum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Iohānes,dixerunt,Domine, vis dicimus vt ignis deſcendat de cælo,& conſumat illos?	54	Quum autē *hoc* vidiſſent diſcipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt,Domine,vis″dicamus vt ignis deſcendat è cælo, & conſumat eos,″vt etiam Elias fecit?	Vindicta.
	Et cōuerſus increpauit illos, dicēs, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.	55	Sed conuerſus Ieſus obiurgauit eos,dicens,Neſcitis″cuius ſpiritus vos ſitis.	
Matth.8.c.19	‖Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud caſtellum.	56	Filius enim hominis non venit vt perderet″animas hominum, ſed vt ſeruaret. Abierunt igitur in alium vicum.	Chriſtus ſaluator
	Factum eſt autem ambulantibus illis,in via dixit quidā ad illum,Sequar te quocunque ieris,Domine.	57	Factum eſt autem,proficiſcentibus ipſis,in via dixit quidam ad eum,Sequar te quocunque ieris, Domine.	Sequens Chriſtū ob diuitias.
	Et dixit illi Ieſus,Vulpes foueas habent,& volucres cæli,nidos:Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.	58	Dixit autem ei Ieſus,Vulpes luſtra habent, & volucres cæli, nidos:Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.	
Matth.8.c.21	‖Ait autē ad alterum , Sequere me. Ille autē dixit,Dn̄e,permitte mihi primùm ire &ſepelire patrem meum.	59	Ait autem ad aliū *quendam* , Sequere me. Ille verò dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeam ac ſepeliam patrem meum.	Sequens Chriſtū euangeliſta omnia relinquat.
	Dixitque ei Ieſus , Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade,annuntia regnum Dei.	60	Dixit autem ei Ieſus,Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos:tu verò profectus annuntia regnum Dei.	
	Et ait alter, Sequar te Domine:ſed permitte mihi primùm renūtiare iis qui domi ſunt.	61	Tunc ait etiā alius,Sequar te Domine:ſed permitte mihi prius vt dicam vale iis qui ſunt domi meæ.	
	Ait ad illum Ieſus,Nemo mittens manum ſuam ad aratrū,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei. Cap. X.	62	Ait autem ad eum Ieſus , Nemo qui manu ſua admota aratro, reſpexerit ad ea quæ à tergo *ſunt*,″aptus eſt regno Dei. Cap. X.	Manus ad aratrum. Reſpicere retro.
	POſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos :& miſit illos binos ante faciem ſuā in	1	POſt hæc autem deſignauit Dominus etiam alios″ſeptuaginta, miſitque eos binos ante faciem ſuam in omnem vrbem & lo-	Diſcipuli 70.

50 Ne prohibeatis *illum*: μὴ κωλύετε· In duobus exemplaribus ſtatim ſubiicitur, οὐ γὰρ ἔστι καθ᾽ ὑμῶν,non eſt enim contra vos.Deinde ſubiicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι. 51 Quum adueniſſet ἐν τῷ συμπληροῦσθαι Vulg.& Eraſ.ad verbum,dum compleretur. Vide Act.2.a.1. Tempus quo ſurſum reciperetur, τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, Vulg.& Eraſ.dies aſſumptionis eius. Sed (vt rectè obſeruauit idem Eraſmus Act.1.a.2) Aſſumi potius reſpondet τῷ προσλαμβάνεσθαι. cui tamen in eo non aſſentior quòd in ἀνάληψις putet præpoſitionem ἀνὰ declarare τὸ πάλιν,id eſt rurſum,quum potius aſcenſum in ſuperiorem locum ſignificet.quod vt exprimerē,coactus ſum periphraſin quærere, & à Græcis aliquantulum deflectere.Cæterùm quia apud Græcos ἀναλαμβάνειν τὸν παῖδα opponitur τῷ ἀποκηρύττειν, ſicut apud Latinos Agnitio liberorum contraria eſt abdicationi,exiſtimat doctiſſimus Budæus ἀνάληψιν hoc loco ſignificare id tempus quo Chriſtus antea velut à Patre abdicatus,ab eodem eſt agnitus & in paternam domum receptus.Sed hoc mihi quidem ſubtile nimium videtur. Seſe obfirmauit τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε Heb. הכין פניו, vt Ezech.4.a.3. Nam העז פניו non lego niſi in vitio poſitum, vt Prouerb.21.d.29. Significatur autem hoc genere dicendi, Chriſtum certo iam propoſito moriendi ſeſe dediſſe in viam,& depoſito omni mortis terrore iter ingreſſum. Nam qui aliquò proficiſcitur,eò conuertat vultum neceſſe eſt: ſed verbo הכין aliquid etiam amplius ſignificatur quàm vt ſimpliciter dicatur vultum ſuum direxiſſe Ieruſalem verſus. Quia verò obſcurior viſa eſt interpretatio,ſi dicamus ad verbum,obfirmauit faciem ſuam, perinde conuerti ac ſi ſcriptum eſſet ἐστήριξεν ἑαυτὸν,quum alioquin apud Hebræos ſæpe hæc periphraſis vſurpetur ſimplicis affixi loco, vt verſiculo ſequenti,Ante faciem ſuam,nihil aliud declarat quàm Ante ſe.In ſumma,hæc eſt ſententia,Chriſtum,quum ipſius hora veniſſet,ſeſe obfirmato animo ad ineundum iter comparaſſe.

52 In vicum εἰς κώμην In quibuſdam codicibus legitur εἰς πόλιν in vrbem:quam lectionē ſequutus eſt Vetus interpres.Sed illam præfero, quia poſtea ſequitur εἰς ἑτέραν κώμην in alium vicū.Non fit igitur hoc loco mētio ipſius Samariæ metropolis,quā Euangeliſta non vocaſſet κώμην:quum iam eſſet magnificè conſtructa ab Herode Antipatri filio,qui Sebaſten illam ab Auguſto cognominauit,ſed potius vicus aliquis obſcurus eius regionis ſignificatur. Vt pararent ei *hoſpitium*. ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Sic apud Hebræos vſurpari ſolent verba ἐκλειπτικῶς:& ita ponitur τὸ παρασκευάζειν Act.10.b.10. 53 Quòd habitum præferret proficiſcentis ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, Ad verbum,quia facies eius erat vadens. Sed (inquit Eraſmus) ſicut oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum velis,ita facies ire dicitur quæ præ ſe ferat iter aliquò deſtinatum eſſe.Ego verò per πρόσωπον intelligo totum habitum,ex quo facilè perſpicere potuerunt Samaritani Chriſtum cum ſuis Iudæū eſſe, & Hieroſolyma ad diem feſtum Paſchæ proficiſci.Norunt autem omnes quæ fuerit Samaritanorum hæreſis de templo Hieroſolymitano, quæ paucis explicatur Iohan.4.c.20. 54 dicamus εἴπωμεν id eſt iubeamus: quem Hebraiſmum ſæpe iam expoſuimus. Vt etiam Elias fecit? ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε; Hæc deſunt in octauo codice & in Vulgata editione,minimè tamen videntur expungenda,quum inſignem doctrinam contineant peruerſæ quorundam κακοζηλίας.Reperiuntur etiam & explicantur apud Theophylactum.

55 Cuius ſpiritus ſitis οἵου πνεύματός ἐστε Spiritum vocat,Hebræorum more,animi motum,qui partim ab interiore, partim ab externa aliqua vi proficiſcitur,puta vel à Spiritu ſancto,vel à ſpiritu malo. Inde factum vt dona Dei vocentur Spiritus : & econtrario quoque vitia hoc etiam nomine appellentur,vt ſpiritus auaritiæ,ſuperbiæ,furoris,& eiuſmodi multa quæ paſſim occurrunt.

56 Animas hominum, ψυχὰς ἀνθρώπων, Heb. נפשות האדם Id eſt homines ipſos,aut hominum vitam.Comperimus autem hæc omnia, καὶ εἶπεν, οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι,deeſſe in quinque vetuſtis codicibus.Rurſum in quibuſdam annotat Eraſmus non addi ἀνθρώπων,quod etiam omittitur in Vetere editione.

62 Aptus εὔθετος Ad verbum,bene diſpoſitus,vt vernaculo etiam ſermone loquimur.

IN CAPVT X.

1 Septuaginta, ἑβδομήκοντα, In Vetere editione legimus ſeptuaginta duos,caſune an errore,neſcio, quū vetuſtiſſimi quique interpretes 70 tātùm recenſeant,vt copioſius oſtendit Eraſmus in hunc locum.Sed in vno codice additū reperimus μαθητὰς diſcipulos:quo fit vt ſuſpicer in Ve-

tere editione, quum ſcriptum eſſet d̄los, vt ſæpe librarii indocti iſta compendia quæſierunt, poſtea nōnullos ex d̄los, duos feciſſe. qui deinde ver-
ſiculum 17 corruperunt, quum ex huius capitis initio vellent emendare. Verùm in eodem illo codice ſcriptum erat ἑβδομήκοντα δύο, vt planè ni-
hil certi habeam quod conſtituam, niſi quòd præſtat (opinor) ſeptuaginta legere, quum cætera exemplaria in ea lectione conſentiant. Nam quod
veteres huc afferunt de duodecim fontibus & 70 palmis, nihil habet ſolidi: neque verò res iſta tanti eſt momenti, vt de ea contendere oporteat.

cum quò futurum erat vt ipſe veniret.

Dicebat ergo eis, Meſſis quidẽ multa, ſed operarii pauci: deprecamini ergo dominũ meſſis, vt emittat operarios in meſſem ſuã. 2

Abite: ecce, ego mitto vos ſicut agnos in medium luporum. 3

Ne portetis ſacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam ſalutaueritis. 4

In quancunque domum ingrediamini, primũ dicite, Pax huic domui. 5

Et ſi illic fuerit ″quiſpiam filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra: ſin minus, ad vos reuertetur. 6

″In ea autẽ ipſa domo ″manete, edentes & bibentes ″quæ ab ipſis *appoſita fuerint*: dignus enim eſt operarius mercede ſua. Ne tranſeatis ″è domo in domum. 7

″Sed & in quancunque vrbem ingreſſi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponuntur vobis: 8

Et ſanate inualidos qui in ea fuerint, ac dicite eis, Appropinquauit ″ad vos regnum Dei. 9

In quãcunque autem vrbem ingreſſi fueritis, & non exceperint vos, egreſſi in plateas eius, dicite, 10

Etiam puluerem qui adhæſit nobis ex vrbe veſtra, abſtergimus in vos: tamẽ hoc ſcitote, quòd appropinquauit ad vos regnũ Dei. 11

Dico autem vobis quòd Sodomis in die illo tolerabilius erit quàm illi vrbi. 12

Væ tibi Chorazin, væ tibi Beth-ſaida. nam ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim cum ſacco & cinere ſedentes reſipuiſſent. 13

″Ideo Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm vobis. 14

Et tu Capernaum quæ vſque ad cælum ſublata es, vſque ad inferos deprimêris. 15

Qui vos audit, me audit: & qui vos ″reiicit, me reiicit. qui autem me ″reiicit, reiicit eum qui miſit me. 16

omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus.

Et dicebat illis, ‖Meſſis quidẽ multa: operarii autem pauci: rogate ergo dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam.

Ite: ecce, ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.

Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: ‖& neminẽ per viam ſalutaueritis.

‖In quancunque domũ intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.

Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur.

In eadem autem domo manete edentes & bibẽtes quæ apud illos ſũt. ‖dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domũ.

Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:

Et curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.

In quancunque autem ciuitatẽ intraueritis, & nõ ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite,

‖Etiam puluerẽ qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos. tamẽ hoc ſcitote, quia appropinquauit regnum Dei.

Dico vobis quia Sodomis in die illa remiſſius erit quàm illi ciuitati.

‖Væ tibi Chorozaím, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent.

Veruntamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm vobis.

Et tu Capharnaum vſque ad cælũ exaltata, vſque ad infernum demergeris.

‖Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. qui autẽ me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

Meſſis. Operarii.
Agni. Lupi.
Saccus.
Salutatio.
Pax domui.
Operarius diuinus cibo.
Ciuitatẽ ingreſſi diſcipuli.
Puluis.
Sodomæ.
Chorozaim. Tyrus, Sidon.
Capharnaum.
Audiendi Apoſtoli.

Matth.9.d.37
Matth.10.b.16
4.Reg.4.c.29
Matth.10.b.12 marc.6.b.10
B
Deut.24.c.14 matth.10.b.10 1.tim.5.c.18
Matth.10.b.11
Suprà 9.a.5 act.13.g.51. & 18.b.6
Matth.11.c.21
C
Matth.10.d.40 iohan.13.c.20

6 Quiſpiam filius pacis, ὁ υἱὸς εἰρήνης, Videtur non fuiſſe hoc loco prætermittendus articulus, cuius quidem vis eſt ἀόριστος, quum ferè ſoleat vel ἀναφορικῶς, vel κατ' ἐξοχὴν poni. Filius autem pacis Hebraico more vocatur qui non abhorret à doctrina pacis & Euangelii, ſiue quem Dominus cõſtituit ad veræ pacis cognitionem vocare. 7 In ea autem ipſa domo ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ Vulg. & Eraſ. in eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ δὲ οἰκίᾳ, quæ interpretatio etiam ambigua eſt. Poſſunt enim hæc ita accipi, quaſi omnes iubeãtur eundem habere hoſpitẽ, vel quaſi prohibeantur hoſpitium mutare: quod paulo pòſt ſubiicitur: adeò vt ſi ita interpreteris, vix poſſit hæc battologia excuſari. Erit autem plana ſententia ſi à Græcis non diſceſſeris. Nam nemo erit qui non intelligat præcipi Diſcipulis, ne de quærendo commodo hoſpite laborẽt, vti faciunt ſcilicet qui vel in aliquo loco conſtituerunt diutius commorari, vel delicias ac voluptates, commoda denique ſua captant. Iubet igitur econtrario Chriſtus vt Diſcipuli in quancunque domum fuerint ingreſſi, id eſt quæcunque domus illis venientibus patuerit, eam ipſam pro hoſpitio deligant. Neque enim hìc inſtituitur ſolennis quædã prædicatio Euangelii, qualis fuit à Diſcipulis vſurpata quũ iam Eccleſias cõſtituerent: ſed mittuntur iſti tanquam Chriſti apparitores, qui eum ſignificarent aduentare Hieroſolymã, & verum ac vltimum Iubileũ promulgarent, nempe vt Chriſtus ſupremarum ſuarum concionum, & paſſionis item ac reſurrectionis plurimos teſtes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hæc exiſtimo geſta eſſe in vltima Chriſti profectione, quia ſuperiore cap. verſu 51, addidit Lucas, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, id eſt, quum adueniſſet tempus quo futurum erat vt ſurſum reciperetur. Manete, μένετε, Id eſt, hoſpitiũ vobis deligite, quod Græci dicunt καταλύειν. Neque enim τὸ μένειν hìc propriè accipitur pro ישב id eſt habitare, & ſedes ponere, aut diutius hærere, ſed pro הלין id eſt diuertere & in hoſpitio tantiſper morari, dum quieueris, vt cœptum iter perſequaris. Vnde Mãſionis vocabulum pro Hoſpitio & diuerſorio vſurpatũ à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt מלן. Quæ ab ipſis *appoſita fuerint*: τὰ παρ' αὐτῶν. Subaudi, παρατιθέμενα, quod participium exprimitur ſequenti verſiculo. Vulgata, quæ apud illos ſunt, id eſt τὰ παρ' αὐτοῖς, vt Eraſmus rectè annotauit: quanuis quod ad ſententiam attinet, minimum intererſit. E domo in domum. ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Hic demum vetãtur hoſpitium mutare, ob eam cauſam quam paulo antè dixi: & bellè quidem hoc quadrat Mendicantium, quos vocant, fratrum aut ventrum potius inſtituto, quos tamen non pudet profiteri ſe Apoſtolicã vitam agere, quòd hoſtiatim victum mendicare ſoleant. 8 Sed & in quancunque καὶ εἰς ἣν δ' ἂν Vulg. & Eraſ. Et in quancunque καὶ εἰς ἣν ἂν, quum in emendatioribus exemplaribus addatur particula δ', & ita ferè loqui ſoleant diſertiores Græci. Ne quis verò exiſtimet hoc verſiculo repeti quod ſuperiore dictum fuerat, ac proinde inanem eſſe battologiam, conſideranda eſt ratio ſuperiori verſiculo adiũcta. Quum enim dixiſſet Dominus, edite & bibite quæ ab hoſpitibus appoſita fuerint, addit rationem: quia, inquit, dignus eſt operarius mercede ſua. Perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet, poſſe ipſos bona conſcientia veſci hoſpitis bonis, etiamſi non haberent vnde ſoluerent (mittebat enim eos ab omnibus rebus imparatos) quum ali etiam mercenarii ſoleant. Hìc autem alius eſt finis ipſi propoſitus. Vult enim vt contẽti ſint non modò quouis hoſpitio quod ipſis patuerit, ſed etiam quouis appoſito cibo, nempe ne ſeipſos quærant, eorum exemplo quorum Deus venter eſt.

9 Ad vos, ἐφ' ὑμᾶς, Vulg. & Eraſ. in vos. Sed conſtat ἐπὶ vſurpari ἀντὶ τοῦ πρὸς, vt ſuprà etiam annotauimus 3.a.2. Vtuntur autem hac enallage non modò Hebræi, ſed etiam diſertiores Græci. Sic enim Hom. Iliad. κ. ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορα δῖον εἶμι.

14 Ideo πλὴν Vulg. & Eraſ. Veruntamen. Vide Matth. 11.c.22. 16 Reiicit, ἀθετεῖ, Vide Marci. 6.d.26.

17 Reuerſi ſunt autē ſeptuaginta duo cum gaudio, dicētes, Domine, etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo.

18 Et ait illis, Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem.

19 Ecce, dedi vobis poteſtatem calcan- D di ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

20 Veruntamē in hoc nolite gaudere qa ſpiritus vobis ſubiiciūtur: gaudete autē quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

21 In ipſa hora exultauit Spiritu, & dixit, Cōfiteor tibi Pater, domine cæli & terræ quòd abſcondiſti hæc à ſapiētibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. etiam Pater quoniam ſic placuit ante te.

22 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. & nemo ſcit quis ſit Filius, niſi Pater: & quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Matth.13.b.16 23 Et conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit, ‖Beati oculi qui vidēt quæ vos videtis.

24 Dico enim vobis quòd multi Pro- E phetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Matth.22.d.35 marc.12.c.28 25 ‖Et ecce, quidam Legiſperitus ſurrexit, tentās illum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitā æternā poſſidebo?

26 At ille dixit ad eum, In Lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

Deut.6.a.1 27 Ille reſpondens dixit, ‖Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis: & ex omni mente

Leuit.19.d.18 tua: ‖& proximū tuum ſicut teipſum.

28 Dixitque illi, Rectè reſpōdiſti: hoc fac, & viues.

29 Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus?

30 Suſcipiēs autem Ieſus dixit, Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiā F deſpoliauerunt eū: & plagis impoſitis, abierunt, ſemiuiuo relicto.

31 Accidit autem vt Sacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo præteriuit.

32 Similiter & Leuita, quum eſſet ſecus locum, & videret eum, per-

17 Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cùm gaudio, dicētes, Domine, etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis per nomen tuum.

18 *Ipſe* autem dixit eis, ″Spectaui ſatanam vt fulgur de cælo cadere. Satan ſubiectus Apoſtolis.

19 Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici: & ″nihil vos lædet.

20 Sed de eo ne gaudeatis quòd ſpiritus vobis ſubiiciantur: gaudete verò potius quòd nomina veſtra ſcripta ſint in cælis. Gaudere.

21 Eo ipſo momento exultauit Ieſus ″ſpiritu, & dixit, Confiteor tibi Pater, domine cæli & terræ, quòd abſconderis hæc à ſapiētibus & intelligentibus, & reuelaris ea infantibus: etiam Pater, quia ″ita placuit tibi. Nomina ſcripta in cælis. Prudentes. Paruuli.

22 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: & nemo nouit quis ſit Filius, niſi Pater: & quis ſit Pater, niſi Filius, & cuicūque voluerit Filius reuelare.

23 Tunc conuerſus ad diſcipulos, ″ſeorſim dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Beatus.

24 Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & Reges cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nō audierunt.

25 Tum ecce, quidam Legis interpres ſurrexit, tentans eum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo? Vita æterna quomodo poſſideatur.

26 At ille dixit ad eum, In Lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

27 Ille verò reſpondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: & proximum tuum vt teipſum. Dilectio Dei.

28 Tum *ipſe* dixit ei, Rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues.

29 Ille autem volens ″iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus? Iuſtificare ſeipſum.

30 ″Excipiens autem Ieſus dixit, Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui expoliato eo, & ″plagis impoſitis, abierunt, ſeminece relicto. Proximus quis.

31 ″Fortè autem Sacerdos quidam deſcēdit per eandem viam: qui viſo eo, ″ex aduerſo præteriit.

32 Similiter & Leuita, ″quum veniſſet ″ad eum locum, & illum

18 Spectaui ἐθεώρουν vel Spectabam. Sed mihi quidem videtur prius aliquanto melius conuenire: quum præſertim ſingulis penè verſiculis occurrat hæc enallage. Annotat Eraſmus ſe in quibuſdam codicibus legiſſe, Videbant: tertia ſcilicet perſona pluralis numeri, quam interpretationem planè repudio. 19 Nihil vos lædet. οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει. Vel (vt Vulg. & Eraſ.) nihil vobis nocebit. Ponitur enim τὸ ἀδικεῖν ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, quum alioquin dicatur ἀδικεῖν quiſquis etiam aliquid præter iuſtum & æquum facere conatur, & omnium iniuriis nulli ſint æquè expoſiti, atque in quibus hoc vnum eſt curæ, vt Deum religioſè colant: adeò præpoſtera eſt hominum φιλαυτία.

21 Spiritu, τῷ πνεύματι, Id eſt animo. Quanuis enim in tribus vetuſtis codicibus addatur τῷ ἁγίῳ, id eſt ſancto, vt in nonnullis etiā vetuſtis codicibus Latinis legitur: tamen hanc eſſe germanam lectionem puto, nec magis commodè hæc poſſe exponi de Spiritu ſancto, quàm quod dicitur Ioh.13.c.21, turbatus fuiſſe ſpiritu: qui locus optimè explicatur Matth.26.d.38. Quod autē exiſtimat Eraſmus de Spiritu ſancto hæc intelligi, quia adiūctus eſt articulus, nō ſatis firma ratione nititur, vt alibi oſtendimus. Ita placuit tibi. οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Vide Matth. 11.d.27. Cæterùm in vetuſtis codicibus additur καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε, & cōuerſus ad diſcipulos dixit: quæ verba non legit Vetus interpres, & ſanè puto redundare, quāuis aliter ſentiat Valla. 23 Seorſim κατ' ἰδίαν Hoc deeſt in Vulgata editione, videtur autē additum, nō modò quia peculiariter pertinet ad diſcipulos quod dicturus eſt, ſed etiam ne videatur totum illud redūdare καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητάς, quum eadē addātur verſu 21. 29 Iuſtificare ſeipſū, δικαιοῦν ἑαυτόν, Id eſt ſeipſū à iuſtitia cōmēdare, ſiue ſeſe vt iuſtū approbare. Sic dicitur à Iacobo Abraham non modò ex fide, ſed etiam ex operibus iuſtificatus: quam homonymiā qui non animaduerterunt, conati ſunt gratuitā ex fide iuſtificationem eiuſmodi teſtimoniis euertere. 30 Excipiens ὑπολαβὼν Id eſt (vt loquitur Plato in Euthydemo) ὑποδεξάμενος, pro quo in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *prenant la parolle*. Sic Virgilius lib. Æneid.9, vtitur Excipiendi verbo abſolutè poſito, vt annotauit Valla, prolato etiam Xenophontis exemplo. Idem igitur declarat τὸ ὑπολαμβάνειν hoc loco, atque τὸ ἀπαμείβεσθαι apud Homerum. quamobrem Eraſmus cōuertit, reſpōdens, id eſt ἀποκριθεὶς, quū alioquin etiam ſignificet Exiſtimare, vt ſæpe ſumus interpretati, & Surſum rapi, vt Act.1.b.9, ſiue Suſcipere: quam poſtremam notionem ſequutus hoc loco Vetus interpres, quum conuertiſſet ὑπολαβὼν ſuſcipiens, ſciolus quiſpiam mutauit in Suſpiciens, quaſi hæc Chriſtus dixerit ſublatis in cælum oculis. Plagis impoſitis, πληγὰς ἐπιθέντες, Sic Latinè conuertit Vetus interpres, quum hoc dicendi genere vtatur Cic. pro Seſtio, & alibi ſæpe, vt minimè neceſſe fuerit à Græcis deflectere.

31 Fortè κατὰ συγκυρίαν Id eſt, κατὰ συμβεβηκὸς, pro quo vulgò dicimus ad verbum, *par rencontre*, quod tamen ita eſt accipiendum, vt ſciamus hominum quidem conſilium ac deliberationem, non autem prouidentiam Dei excludi, quæ ita moderatur rebus omnibus, vt caſui ac fortunæ nullus prorſus locus relinquatur. Ex aduerſo præteriit. ἀντιπαρῆλθεν. Vulg. & Eraſ. præteriit, id eſt παρῆλθεν. Sed nō erat (opinor) negligenda particula ἀντὶ, qua ſcilicet ſignificatur, iſtum non modò non acceſſiſſe, ſed etiam deflexiſſe de via, nempe quòd ei eſſet religio, vel illum contingere, ne cadaueris contactu pollueretur. 32 Quum veniſſet ad eum locum, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, Vulg. quum eſſet ſecus locum. Eraſ. quū iret iuxta locum. Vide Marci 6.a.2, & Ioh.6.b.20, vbi τὸ γίνεσθαι ponitur pro παραγίνεσθαι. Itaque videtur participium ἐλθὼν quod in pleriſque codicibus additur, redundare, neque etiam conuerſum eſt à Vulgato interprete.

vidiſſet,præteriit ex aduerſo.

33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit″ad eum, & viſo eo,miſericordia commotus eſt.

34 Et accedens obligauit vulnera eius, infundẽs oleum ac vinum: & ipſum impoſitum in ſuum iumentum,duxit in hoſpitium,& eius curam egit.

35 Poſtero autem die abiens,depromptos duos denarios dedit hoſpiti,& ait ei,Curã ipſius age: & quodcuuque præterea inſumpſeris,ego quum rediero,reddam tibi.

36 Quis igitur horũ trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones?

Miſericordia.

37 Ille autem dixit,Is qui vſus eſt miſericordia erga eum. Ait igitur ei Ieſus,Abi,& tu fac ſimiliter.

Chriſtus ſuſcipitur à Martha.

38 Factum eſt verò inter eundum,ipſe ingreſſus eſt in quendam vicum:mulier autem quædam Martha nomine excepit eum in domum ſuam.

39 Et huic erat ſoror quæ vocabatur Maria,quæ etiam aſſidens ad pedes Ieſu,audiebat ſermonem ipſius.

Maria ſoror Marthæ audit verbum Dei.

40 Martha autem diſtrahebatur circa frequẽs miniſterium.″ſuperueniens igitur ait,Domine,non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me vt ſola miniſtrem? dic ergo ei vt mihi viciſſim opituletur.

41 Reſpondens autem dixit ei Ieſus,Martha,Martha,ſolicita es,& turbaris circa multa:

42 Atqui vnius rei opus eſt.Maria verò bonam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.

Cap. X I.

Docet Chriſtus Apoſtolos orare.

1 ET factum eſt quum ipſe oraret quodam in loco,vt ceſſauit,dixit quidam ex diſcipulis eius ad eum,Domine, doce nos orare,ſicut & Iohannes docuit diſcipulos ſuos.

2 Dixit autem eis,Quum oratis,dicite,Pater″noſter qui es in cælis,Sanctificetur nomen tuum.Veniat regnum tuum.Fiat volũtas tua,quemadmodum in cælo,*ſic* etiam in terra.

3 Panem noſtrum quotidianum da nobis″in diem.

4 Et remitte nobis peccata noſtra: ″etenim ipſi remittimus omnibus qui debent nobis.Et ne nos inducas in tentationem,″ſed libera nos à Malo.

Perſeuerandum in oratione.

5 Dixit etiam ad eos,Quis veſtrum habebit amicum , & proficiſcetur ad eum media nocte , & dicet ei , Amice ,″da mihi mutuò tres panes:

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me,& non habeo quod apponam ei.

7 Et ille intus reſpondens dicat,Ne mihi moleſtiã exhibeas: iam

tranſiit.

33 Samaritanus autem quidam iter faciens,venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt.

34 Et appropians alligauit vulnera eius,infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum ſuum,duxit in ſtabulum,& curam eius egit.

35 Et altera die protulit duos denarios,& dedit ſtabulario,& ait,Curam illius habe: & quodcunque ſupererogaueris,ego quum rediero,reddã tibi

36 Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones?

37 At ille dixit,Qui fecit miſericordiã in illum. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter. G

38 Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum : & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam.

39 Et huic erat ſoror nomine Maria: quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini,audiebat verbum illius.

40 Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. quæ ſtetit, & ait, Domine,nõ eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? dic ergo illi vt me adiuuet.

41 Et reſpondens dixit illi Dominus, Martha Martha , ſolicita es,& turbaris erga plurima:

42 Porrò vnum eſt neceſſarium.Maria optimam partẽ elegit,quæ non auferetur ab ea.

Cap. XI.

1 ET factum eſt quum eſſet in quodam loco orans,vt ceſſauit,dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, Domine , doce nos orare,ſicut docuit & Iohannes diſcipulos ſuos.

2 Et ait illis, Quum oratis,dicite,Pater,Sanctificetur nomen tuum.Adueniat regnum tuum.Fiat voluntas tua ſicut in cælo,ſic in terra. Matth.6.b.9

3 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

4 Et dimitte nobis peccata noſtra:ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tẽtationem.

5 Et ait ad illos,Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte,& dicet illi, Amice ,commoda mihi tres panes:

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me , & non habeo quod ponã ante illum.

7 Et ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium

---

33 Ad eum, κατ᾽ αὐτὸν, ideſt,eò loci vbi ille iacebat: aliud enim eſt κατ᾽ αὐτὸν quàm πρὸς αὐτόν. Ideo Vetus interpres conuertit,ſecus eum.

40 Superueniens ἐπιστᾶσα Vide Marci 2.b.9.vt viciſſim mihi opituletur ἵνα μοι συναντιλάβηται. vel,vt vnà mecũ manus admoueat *operi*. Eſt enim metaphora ab oneribus ſumpta quæ vtrinque admotis manibus ſubleuantur. Vulg..& Eraſ.vt me adiuuet,id eſt, ἵνα μοι ἐπικουρήσῃ.

IN CAPVT XI.

2 Noſter qui es in cælis, ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Hæc non legit hoc loco Vetus interpres.

3 In diem. τὸ καθ᾽ ἡμέραν. Id eſt quanto in hunc diem opus eſt:nempe vt apud Quintilianum,declamatione 13,feræ ac volucres dicuntur præſentis modò cibi memores,in diem viuere:ad quorum exemplum nos reuocat Chriſtus,non vt honeſtam curã tuendæ huius vitæ nobis eximat,ſed potius ſolicitudinẽ illam & ægritudinem animi cum diffidentia coniunctam,qua ſe plerique conficiunt. Hãc igitur interpretationem ſi ſequamur,idem declarabit τὸ καθ᾽ ἡμέραν, atq; apud Matthæũ σήμερον,ſed illud tamen multo eſt expreſſius:quãobrem nolui cum Vetere interprete conuertere,hodie. Poſſumus tamen τὸ καθ᾽ ἡμέραν etiam exponere in ſingulos dies,id eſt quotidie,vt legitur in Veteris editionis quibuſdam codicibus,& in Eraſmi verſione.Sed quum Dominus nos vetet de craſtino eſſe ſolicitos,hanc expoſitionem non probo.Multo minus autẽ probo quod idem Eraſmus affert in annotationibus,nimirum hîc peti craſtinum panẽ.Nam, inquit,qui veſperi orat pro victu poſtridiano,quid aliud petit quàm victum quotidianum? Rectè ſanè,quaſi veſpere duntaxat ſit huic orationi locus.

4 Etenim ipſi καὶ γὰρ αὐτοὶ vel,καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ id eſt,etenim & ipſi,vt in vno vetuſto codice ſcriptum legimus. Vulg.& Eraſ.ſiquidem & ipſi,vt ſit καὶ αὐτοὶ. Sed libera nos à Malo. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hanc quoque particulam non legit Vetus interpres.

5 Da mihi mutuò χρῆσόν μοι Vulg.commoda mihi,impropriè,quia hîc affertur exemplum earum rerum quæ vſu conſumuntur, quanuis Plautus ſemel atque iterum ita loquutus reperiatur:& χρῆσαι Græcis tam de commodato quàm de mutuo dicatur.Meritò igitur eam interpretationẽ reprehendit Valla,cuius veſtigia ſequutus eſt Eraſmus. Quidam vertit,mutua:quod verbũ non memini legere apud idoneos authores.

B clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi.

8 Dico vobis, etſi non dabit illi ſurgẽs, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamẽ eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.

Matth.7.a.7 & 21.c.22 marc.11.c.24 iohan.14.b.13, & 16.c.22 iacob.1.a.10 Matth.7.b.7

9 ¶Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

10 ¶Omnis eni qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

Matth.9.d.32, & 12.b.22 marc.3.c.20

11 ¶Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi?

12 Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem?

13 Si ergo vos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum bonum petentibus ſe?

14 Et erat eiiciens dæmonium: & illud erat mutum. & quum eieciſſet dæmonium, loquutus eſt mutꝰ: & admiratæ ſunt turbæ.

Matth.9.d.24

15 Quidam autem ex eis dixerunt, In Beel zebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia.

16 Et alii tentantes, ſignũ de cælo quærebant ab eo.

Matth.12.b.25 marc.3.c.44

17 Ipſe autẽ vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis, ¶Omne regnũ in ſeipſum diuiſum, deſolatur: & domus ſupra domum cadit.

18 Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis, in Beelzebub me eiicere dæmonia.

19 Si autẽ ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filii veſtri in quo eiiciunt? ideo ipſi, iudices veſtri erunt.

20 Porrò ſi in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei.

21 Quũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum: in pace ſunt ea quæ poſſidet.

22 Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma eius aufert in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit.

23 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit.

oſtium clauſum eſt, & pueruli mei mecum ſunt in cubili: nõ poſſum ſurgere & dare tibi.

8 Dico vobis, etiamſi non dederit ei ſurgens, eo quòd amicus eius ſit: "at certè propter importunitatẽ eius ſurget, ac dabit ei quot quot habet opus.

9 Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

11 "Num quis autẽ ex vobis pater, *ſi* filius *ab eo* petierit panẽ, lapidẽ dabit ei? Aut ſi piſcem, num pro piſce ſerpentem dabit illi?

12 Aut ſi petierit ouum, num dabit ei ſcorpium?

13 Si vos igitur quum ſitis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris: quanto magis Pater veſter "cæleſtis dabit Spiritum "ſanctum iis qui ab eo petierint?

14 Tum eiecit dæmonium quod erat mutum: factum eſt autem, egreſſo dæmonio, loquutus eſt mutus: & mirata eſt turba.

15 Quidam verò ex eis dixerunt, Per Beelzebub principem dæmoniorum eiicit dæmonia.

16 Et alii tentantes, ſignum è cælo quærebant ab eo.

17 Ipſe autẽ quũ ſciret cogitationes eorũ, dixit eis, Omne regnũ partitũ "aduerſus ſeſe, vaſtatur: "& domus aduerſus ſeſe *partita*, cadit.

18 Quòd ſi etiã Satanas aduerſus ſeipſum partitus eſt, quomodo ſtabit regnũ eius? Nã dicitis, per Beelzebul eiicere me dæmonia.

19 Quòd ſi ego per Beelzebul eiicio dæmonia: filii veſtri per quem eiiciunt? propterea ipſi erunt veſtri iudices.

20 Si autem "digito Dei eiicio dæmonia: nempe peruenit ad vos regnum Dei.

21 Quum validus quiſpiam armatus cuſtodit "aulã ſuam, "in pace ſunt ea quæ ipſe habet.

22 Poſtquam verò quiſpiam validior eo "aggreſſus vicerit eum: totam armaturam eius aufert, in qua confidebat, & ſpolia eius diſtribuit.

23 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non mecũ, diſpergit.

Spiritus bonus datur petẽtibus

Dæmonium eiicitur.

Blaſphemia.

Digitus Dei.

8 At certè propter importunitatẽ διά γε τὴν ἀναίδειαν Particulam γε cõuerterunt Vetus interpres & Eraſmus, Tamen, id eſt μέντοι: quũ potius ſignificet Quidẽ certè, vel At certè. Rurſus quòd ἀναίδειαν exponunt Improbitatem, mihi nõ probatur. Improbitas enim declarat potius πονηρίαν vel κακίαν: neque puto ad rem pertinere quòd Virgilius laborẽ improbum vocauit. Significat autem in genere ἀναίδεια impudẽtiam: ſed quia de certa ſpecie impudentiæ hîc agitur, eorum ſcilicet qui nullo reſponſo poſſunt abigi quominus moleſtè vrgeant: ideo importunitatem vertimus: quanquam, ſi ſpectemus quod hac ſimilitudine Chriſtus adumbrauit, hæc importunitas & quaſi impudentia in Deo aſſiduè & ſingulis momentis die ac nocte rogando, vitium non eſt: imò verò in piis hominibus maximè commendatur.

11 Num quis autẽ, &c. Τίνα δὲ In quibuſdã codicibus legitur τίς δὲ ὑμῶν. Sed quomodocũque legas, nõ vitaris ἀνακόλουθον, cuius ſimile exemplũ habemus Exod.32.a.1. Itaque vt planior eſſet oratio, non vertimus κατὰ πόδας, ſed paulum deflexiмus: ita tamen (ni fallor) vt minus procul diſceſſerimus quàm alii interpretes quos nobis videre cõtigit. Videtur verò hoc fuiſſe vulgatũ prouerbium, cui reſpondet Plautinum illud quod Eraſmus obſeruat, Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Illi autem quod proximè ſequitur, reſpondet Græcorum illud ἀντὶ πέρκης σκόρπιον, id eſt, pro Perca Scorpium: quod idem Eraſmus in Chiliadibus commemorat.

13 Cæleſtis ὁ ἐξ οὐρανοῦ Malui receptæ interpretationi aſſentiri quàm quicquã mutare. Sed mihi tamen nõ prorſus propriè videtur Deus Pater dici ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quin potius dicatur ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Puto igitur expuncto articulo ita potius legendum, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν (additur enim pronomen in ſexto codice & in Vulgata editione) ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Id eſt, quãto magis Pater ille veſter dabit è cælo Spiritum ſanctũ iis qui ab eo petierint? Nihil tamen ſum auſus mutare ex coiectura. Sanctum Ἅγιον In Vulgata editione legitur bonũ, id eſt ἀγαθόν. Contrà verò in omnibus Græcis codicibus legimus ἅγιον, exceptis ſexto & octauo, quæ cum Vulgata editione conſentiebant.

17 Aduerſus ſeſe, ἐφ᾽ ἑαυτὸν, Valla potius conuertendum putat, in ſeipſo, vel ſupra ſeipſum: ſed meritò reprehenditur ab Eraſmo. Ponitur enim ἐπὶ pro κατὰ, vt in ἐπίσεχτος pro κατάσεχτος, & ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, quæ eſt Aeſchyli Tragœdia, pro ἑπτὰ κατὰ Θηβῶν, vt rectè emendat Euſtathius, quum vulgò legant ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Et domus aduerſus ſeſe *partita*, cadit. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Vulg. & Eraſm. & domus ſuper domum cadit. At ego puto poſt ἐπὶ οἶκον repetendum eſſe per ſyllepſin participium μερισθεὶς, quod & ſententia ipſa oſtendit, & ex Matthæi ac Marci collatione liquet. Nam Matthæus quũ de regno diuiſo mentionem feciſſet, ſubiicit, καὶ πᾶσα οἰκία μερισθεῖσα καθ᾽ ἑαυτῆς. Marcus autem, καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ᾽ ἑαυτὴν μερισθῇ. Sed & Theophylactus hunc locum explicans, repetit participium. Siue, inquit, de familia, ſiue de ipſius ædificii ſtructura hoc accipias. Dixit autẽ Lucas ἐπὶ οἶκον pro ἐφ᾽ ἑαυτὸν, Hebraica repetitione antecedẽtis pro relatiuo. 20 Digito Dei ἐν δακτύλῳ θεοῦ Heb. באצבע אלהים vt Exod.8.b.17, id eſt virtute ac poteſtate Diuina. Eſt autem Patris ac Filii virtus, Spiritus ſanctus. Ideo apud Matthæum legimus pro digito Dei, Spiritum Dei. 21 Aulam τὴν αὐλὴν id eſt regiam ſuam. Vulg. & Eraſ. atrium. Id enim propriè declarat αὐλὴ, locũ ſcilicet apertum & vacuum ante ipſas ædes expoſitũ, quem Galli vulgò Cortem vocant. Inde factũ vt pro Regum ac Principũ palatiis acciperetur, ſicut notat Athenæus: quæ ſignificatio melius conuenit huic loco. In pace ἐν εἰρήνῃ Heb. בשלום id eſt tranquillè ac beatè ſuis bonis perfruitur.

22 Aggreſſus ἐπελθὼν Vel (vt Vetus interpres conuertit) ſuperueniens, id eſt ex inopinato veniens, vt apud Hom. Odyſſ. ό, τῷ δ᾽ ἄρ᾽ υἱὸς ἐπῆλθε. Sed illud eſt ἐμφατικώτερον.

24 Quum impurus ſpiritus exierit à quopiā homine, ambulat per arida loca, quærens requiem: & quum non inueniat, dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui.

25 Veniens igitur, inuenit eam verſam & ornatam.

26 Tunc proficiſcitur, & accipit ſeptem alios ſpiritus peiores quā ſit ipſe: qui ingreſſi habitāt illic, fítque vltima conditio hominis illius deterior priore.

Beati.

27 Factū eſt autē quū hæc diceret, extollens vocē quædā mulier è turba, dixit ei, Beatus vēter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti.

28 Ipſe autem dixit, Imo verò beati qui audiunt ſermonem Dei, & cuſtodiunt eum.

Signa petunt Iudæi.

29 Quum autem turba cōgregaretur apud eum, cœpit dicere, Natio hæc″ſcelerata eſt: ſignum requirit, ſed ſignum non dabitur ei, niſi ſignum illud Ionæ prophetæ.

30 Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis: ita erit & Filius hominis nationi iſti.

Regina Saba.

31 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris nationis huius, & cōdemnabit eos: quòd venerit à terminis terræ, vt audiret ſapientiā Solomonis: & ecce plus quàm Solomon *eſt* hoc in loco.

Niniuitæ.

32 Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt eam: quòd ad prædicationē Ionæ reſipuerint: & ecce plus quàm Ionas *eſt* hoc in loco.

Lucerna.

33 Nullus verò lucernā accenſam, ′in occulto ponit, neque ſubter modiū: ſed in candelabrū, vt qui ingrediuntur, ′ſplendorē videāt.

Oculus ſimplex.

34 Lucerna corporis eſt oculus. quū igitur oculus tuus fuerit ſimplex, totum quoque corpus tuum lucidū erit: quum verò malus fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.

35 Conſidera ergo′num lumen quod in te eſt, tenebræ ſint.

36 Si ergo corpus tuum totum lucidum *fuerit*, non habēs aliquam partem tenebroſam: *ſic* erit lucidum totum, vt quum lucerna fulgore illuminat te.

Chriſtus illotus manducat cum Phariſæo.

37 Inter loquēdum autē, rogauit eum quidam Phariſæus vt pranderet apud ſe. ingreſſus igitur accubuit.

38 Phariſæus autem ′quū *hoc* vidiſſet, admiratus eſt ′quòd nō prius ablutus fuiſſet ante prandium.

Rapina. Iniquitas.

39 Dixit autem Dominus ad eum, ′Vos quidem Phariſæi exteriorem poculi patinæque partē purgatis: ſed ′pars interior, plena eſt rapina veſtra & ′ſcelere.

40 Amentes, nónne qui fecit quod foris eſt, etiam id quod intus

24 Quum immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem: & nō inueniens, dicit, Reuertar in domum meā vnde exiui. Matth.12.d.43

25 Et quū venerit, inuenit ſcopis mundatam & ornatam.

26 Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi. & fiunt nouiſſima hominis illius, peiora prioribus. Hebr.6.a.4 1.Pet.2.d.20

D

27 Factum eſt autē quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti.

28 At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

29 Turbis autē concurrentibus, cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam eſt: ſignū quærit, & ſignū nō dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Matth.12.c.38 Ionæ 2.a.1

30 Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi iſti.

31 Regina Auſtri ſurget in iudicio cū viris generationis huius, & condēnabit illos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiā Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hìc. 3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1

32 Viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio cum generatione hac, & condēnabunt illā: quia pœnitētiā egerūt ad prędicationē Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic.

E Ionæ 3.b.5

33 Nemo lucernam accēdit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Suprà 8.b.16 matth.5.b.15 marc.4.c.21

34 Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totū corpus tuum lucidū erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Matth.6.c.22

35 Vide ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint.

36 Si ergo corpus tuum totū lucidum fuerit, non habēs aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totū, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

37 Et quum loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus vt pranderet apud ſe. Ieſus autem ingreſſus recubuit.

38 Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere quare non baptizatus eſſet ante prandium.

39 Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Matth.23.c.25

40 Stulti, nōne q̃ fecit quod deforis eſt,

29 Scelerata eſt: πονηρά ἐστι. Cur πονηρὸν interdum malimus ſceleratum quàm malum dicere, alibi expoſuimus. Cæterùm apud Veterem interpretem & in codicibus Græcis 6 & 8 repetitur γενεὰ natio. 33 In occulto εἰς κρυπτὸν Sic loquitur Cæſar. Vulg. & Eraſ. in abſcondito, quod nuſquam legi. In omnibus autem codicibus vetuſtis legimus εἰς κρυπτὴν, & fortaſſe magis accommodatè. Cryptas enim & cryptoporticus vocabant olim abditos & concameratos locos, quos vulgò dicimus caueas. Splendorem τὸ φέγγος Vel τὸ φῶς lumen, vt legerūt & interpretati ſunt alii, eodem ſenſu. 35 Num ſint. μὴ ἐστὶν. Vulgata, ne ſint, μὴ ᾖ: quem errorem quum Valla animaduerterit, miror nō correctum ab Eraſmo. 38 Quum *hoc* vidiſſet, admiratus eſt ἰδὼν, ἐθαύμασεν In ſecūdo exemplari ſcriptum legimus, ἤρξατο διακρινόμενος ἐν ἑαυτῷ λέγειν, quam lectionem ſequutus Vetus interpres, conuertit, cœpit intra ſe reputans, dicere, quum τὸ διακρίνεσθαι alibi interpretetur hæſitare, vt Marc.11.c.23. Quòd non prius, &c. ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη Vulg. quòd non baptizatus eſſet, prætermiſſa particula πρῶτον, quæ videri etiam poteſt redundare. Sed τὸ βαπτίζεσθαι idem hìc declarat atque τὸ νίπτεσθαι καὶ χερνίπτειν, vt diximus Marc.7.a.4.

39 Vos quidem νῦν ὑμεῖς. Vulgata & Eraſmus, Nunc vos. Verùm particula νῦν hoc loco non videtur eſſe temporis aduerbium, ſed potius cōiunctio expletiua, niſi malimus interpretari, At vos, vel Vos veró. Sic enim ſæpe ſolet à Demoſthene vſurpari in aſſumptionibus argumentorum. Pars interior, τὸ ἔσωθεν, Vulgata, quod intus eſt veſtrū. Eraſmus Vallam ſequutus, quod intus eſt veſtri. Neutra verò harum interpretationum mihi ſatis perſpicua videtur, etiamſi ὑμῶν coniungendum eſſet cum ἔσωθεν. Sed ſiquis contulerit cū hoc loco ea quæ ſcribuntur Matth. 23.c.26, comperiet (opinor) ὑμῶν potius pertinere ad ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας, per traiectionem quæ huic noſtro Euangeliſtæ eſt familiariſſima. Matthæus enim apertè dicit patinas & pocula referta eſſe ipſorum rapinis: id quidem ad inſtitutum ſermonem multo accommodatius. Agitur enim de puro ciborum vſu, contra Phariſæorum ſententiam qui putabant mundatis patinis omnia eſſe munda. Quaſi verò (inquit Dominus) non ſit potius habenda ratio eius quod intra patinā eſt, quàm ipſius patinæ. Atqui dapes iſtæ quas apponitis, quanuis vobis mundæ videantur, quia ſcilicet patinas mundaſtis, & ex earum ſunt genere quarum vſus in Lege conceditur: tamen alia ratione ſunt immundæ, quia ſcilicet per rapinam & ſcelus bona veſtra comparaſtis. Scelere. πονηρίας. Vulg. iniquitate, id eſt ἀδικίας. Theophylactus inuidia interpretatur. Eſt enim hoc vitium ſemper cum mala mente & malo animo coniunctum.

etiam id quod déintus eſt,fecit?

Veruntamen quod ſupereſt,date eleemoſynam : & ecce omnia munda ſunt vobis.

F Sed væ vobis Phariſęis,quia decimatis mentam & rutam & omne olus:& præteritis iudicium & charitatē Dei: hæc autem oportuit facere , & illa nō omittere.

Infrà 20.f.46 matth.23.a.6 marc.12.d.38 Vę vobis Phariſæis,quia diligitis primas cathedras in ſynagogis,& ſaluta

eſt fecit?

41 "Date igitur"ea quæ intus ſunt,"*in* eleemoſynam: & ecce, omnia munda"erunt vobis.

42 "Sed væ vobis Phariſæis:"nam decimatis mentham & rutam,"& quoduis olus, ſed præteritis"iudicium & charitatē Dei. "Hæc autē oportuit facere,& illa non omittere.

43 Væ vobis Phariſæis , qui diligitis primum conſeſſum in con-

Decimaratæ.

Iudicinm, Charitas.

41 Date igitur πλὴν δότε Vel,Quin potius,vt rapinæ & ſceleri quæ impediebant quominus purè veſci poſſent,opponatur beneficentia, qua futurum ſit vt ſanctificetur quod intra patinam eſt, etiamſi ablutæ non fuerint patinæ.Eſt enim varius ac multiplex vſus iſtius particulæ,vt diximus Matth.11.c.22.Vulg.& Eraſmus, Veruntamen date:vt ſit hæc ſententia,Impurè quidem veſcimini,vt nunc facitis,& hallucinamini magnopere. Sed tamen remedium huic malo afferri poteſt, puta ſi ex veſtris iſtis facultatibus per fraudem partis dederitis eleemoſynam,nimirum(vt nonnulli tradunt)pro peccatorum ſatiſfactione. Atqui non hìc agitur (opinor) quo pretio poſſint pro rapinis & fraudibus ſatiſfacere(vna enim noſtra ſatiſfactio eſt Chriſtus) ſed peruerſa eorum opinio reprehenditur de legitimo ac puro ciborum vſu. Itaque hāc expoſitionem planè repudio. Quod autem attinet ad verbum δότε,affert alteram etiam interpretationē Eraſmus,puta ſi ſignificet Datis,indicandi modo,vt ſit hic ſenſus,Quod quum ita ſit.i.quum intus abundetis rapina & ſcelere,Dominus autem animi potius quàm patinarū purificationem requirat,tamen ita eſtis ſtulti,vt vos exiſtimetis liberari ab omni rapina ſi paululum ex ea contuleritis in pauperes. Sed væ vobis,&c.Nā alioquin(inquit idem Eraſmus)duriuſculè cohæret hæc adhortatio cū iis quæ præcedunt ac ſequuntur.Quî enim cōuenit vt quos modò fecerit tam ſceleroſos,ſubitò,data eleemoſyna,velit vndiquaque mūdos videri? Hæc ille. Atqui non videntur hæc pati poſſe Grāmaticorum regulæ,vt δότε pro δίδοτε accipiatur,neque mihi facilè perſuaſerim vſquam extare ſimilis enallages exēplum.Deinde hæc verba,& ecce omnia munda ſunt vobis,ironicè eſſent explicāda:quod fieri vix poteſt,quin coacta ſit interpretatio.Neque verò duriuſculè cohæret hæc adhortatio,quū nihil magis ſit conſentaneum quàm explicato morbo adhibere remedium,quod quidē quale ſit,non videtur Eraſmus(quod cum bona ipſius venia dictum eſſe velim)ſatis attentè conſideraſſe. Ea quæ intus ſunt, τὰ ἐνόντα .i.τὰ ἐντὸς τοῦ πινακίου καὶ παροψίδος.i.quæ ſunt intra patinam ac poculum.Ita enim loquitur Matthæus,tanquā Lucæ interpres,quanuis diuerſa ſit loci circunſtantia,quo hæc eadē apud eum dicit Dominus:& ſi ita exponas,plana erit antitheſis in propoſita hypotheſi. Quanuis enim hinc elicienda ſit generalis doctrina aduerſus eos omnes qui externo duntaxat cultu,eóque plerunque commentitio, pietatem metiuntur (vt noſtri etiam Phariſæi hodie docent) tamen niſi in argumento propoſito maneas,coacta fuerit verborum interpretatio.Quæſtio eſt igitur quis purè veſcatur. Exiſtimant Phariſæi duo hìc requiri, nempe vt cibus cæremoniali Lege interdictus non apponatur, deinde vt manus ac patinæ diligenter purificentur. Chriſtus contrà vult vt bonis artibus quæſitæ ſint dapes quæ apponuntur: deinde vt quemadmodum in ſacris oblationibus primitiæ Deo decerpebantur,quæ omnes fructus totumque conuiuium ſanctificabant:ita pro eo quòd ex pauperum bonis ſecurè epulabantur ſuis,nimirum externis purificationibus freti, partem potius eorum quæ apponuntur,in primis,pauperibus decidant. Ita enim fore vt purè veſcantur.Hæc igitur interpretatio mihi viſa eſt ſimpliciſſima & maximè ad id de quo agitur,accōmodata.Supereſt vt alias etiam proferamus. Vetus interpres cōuertit,quod ſupereſt,id eſt τὸ λοιπὸν,ſeu potius τὸ περισσεῦον.Vidit enim(opinor)germanam huius loci ſententiam,& conatus eſt illuſtrare quod obſcurius dictum videbatur.itaque quod generaliter dictum erat,ad partem reſtrinxit.Nam certum eſt Dominum non iubere,vt quicquid appoſitum eſt,largiamur pauperibus,ſed potius vt quod à Deo accepimus,cum pauperibus communicemus,ſiue id fiat conuiuii initio(quod maioris eſt charitatis ſignum)ſiue à conuiuio(vt ferè ſolent)ciborum reliquias pauperibus diſtribuamus.ad quam conſuetudinem Vetus interpres(vt opinor)reſpexit, quanuis aliter interpretetur Eraſmus. Ergo quod ad rem ipſam attinet, cum eo conſentio. Sed malui vocabulum quo vſus eſt Euangeliſta,conſeruare,non modò quia mihi religio eſt quicquam hìc audere,ſed etiam quia manifeſtè opponuntur τὰ ἐνόντα,id eſt ea quæ intus ſunt,τοῖς ἔξωθεν,id eſt externis:quæ antitheſis alioquin perierit. Theophylactus τὰ ἐνόντα interpretatur τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν, id eſt,quæ vobis adſunt, ſiue facultates veſtras. Sed hæc interpretatio præterquam quòd illam antitheſin tollit, de qua modò dixi, nimium etiā eſt generalis,& aberrat à propoſita hypotheſi.Quod autem idem exiſtimat Chriſtum maluiſſe dicere τὰ ἐνόντα,quàm τὰ ὄντα vt Phariſæorum auaritiam notaret,quia nimirum diuitiæ inſunt,atque adeò inſident auari hominis animo, id mihi quidem ſubtilius videtur quàm vt admitti poſſit.Affert Eraſmus tres alias interpretationes,quarum vna eſt,vt ſubaudita præpoſitione κατὰ interpreteris τὰ ἐνόντα iuxta ea quæ ſuppetunt vobis,id eſt pro facultatum ratione:altera vt τὰ ἐνόντα vocet ea quæ ſunt in noſtra poteſtate: tertia vt τὰ ἐνόντα poſitum ſit abſolutè pro, τὸ ἐνὸν,vt intelligas,quæ facta ſunt,fieri infecta non poſſe,illud reſtare quod ſit in eorum poteſtate, vt rapinas penſent eleemoſynis. Has autem omnes interpretationes eadem ratione reiicio qua ſuperiorē Theophylacti. Deinde quod ad primā illarum attinet,requiro etiam ſimilis ecclipſis exemplum.Nam illud τὸ κατ᾽ ἐμὲ,τό γε μοι ἐπιβάλλον,τοὐμὸν μέρος,& ſimilia,certè aliquantulum ſunt diuerſa.Secundā autem ſi admittas, quæram cur hoc ſit additum.neque enim cauſa vlla eſt cur ſuſpicari poſſimus Dominum iubere vt de alieno ſimus liberales.Poſtremò haud ſatis ſcio an τὰ ἐνόντα vſquam reperias abſolutè poſitum:& tota etiam hæc expoſitio (vt opinor) ſenſum habet cum vera Chriſti religione parum conſentientem. Neque enim exiſtimandum eſt eum facere quod Deo gratum eſſe poſſit,qui ex malè quæſitis partem ſibi ſeruet, partem pauperibus, aut Deo etiam ipſi decidat, nedum vt hac ratione pro peccatis ſatiſfaciat. Hinc illæ querelæ toties apud Prophetas repetitæ aduerſus eos qui externo cultu putabant ſe Dei fauorem mereri, quencunque animum ad hæc ſacra attuliſſent,quum, vt rectè ſcribitur Eccleſiaſtici 34.d.24,qui è bonis pauperum ſacrificat,ſimilis ſit eius qui mactat filium coram patre. *In* eleemoſynā: ἐλεημοσύνην Id eſt per beneficium & liberalitatem,ſi magis elegāter loqui placet.Sed nolui à Græcis recedere lōgius. Cohæret autem ἐλεημοσύνην cum τὰ ἐνόντα per appoſitionem,non modò Hebræis, ſed etiam Græcis familiarem.Sic Iſocrat.ad Demonicum, ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Sic etiā Plautus in Trinumo, Eſt ager(inquit)ſub vrbe nobis, eum dabo dotem ſorori. Erunt ἐστιν Id eſt ἔσται,vt etiam ſcriptum erat in ſexto exemplari.Eadem enallage occurrit Matth.28.d.10.

42 Sed væ vobis ἀλλ᾽ οὐαὶ ὑμῖν Optimè hæc cohærent cum ſuperioribus,vt minimè dubium ſit,quin ἀλλὰ ſic conuerti oporteat. Quum enim mentionem feciſſet beneficentiæ,futurū erat vt hìc Phariſæi ſuas decimas obiicerent. Oſtēdit igitur Dominus quantum abſint à vera liberalitate,quantumuis externā illius ſpeciem præ ſe ferant.Huc pertinet quod ait Paulus,1.Cor.13.a.3. Nam ὅτι In pleriſque Vulgatæ editionis codicibus non legitur Quia ſed Qui,tum hoc verſiculo,tum etiā aliis ſequentibus:quā lectionem germanā eſſe puto, & ab iis deprauatā qui,quum ſcriptū eſſet vt vides in iſto margine,& hoc literarū cōpendium ignorarent,pro οἱ legerūt ὅτι. Neque verò mirū hoc cuiquam videbitur,qui manuſcripta exemplaria cum impreſſis contulerit,in quibus permulta ſimilia errata tam ſæpe occurrunt,vt nemini dubium eſſe poſſit ex vno loco infinitos alios poſtea fuiſſe deprauatos,& ex vno aliquo exemplari errorem in alia plurima emanaſſe. Nihil tamen volui mutare,contra vetuſtorū codicum fidem. Decimatis ἀποδεκατοῦτε Id eſt,decimam partem deciditis, nimirum ex Dei Lege perſoluendam, quemadmodum Latinis dicebatur legio decimari,quum decimus quiſque ad ſupplicium legebatur ex militari diſciplina. Alii contrà ad auaritiam Phariſæorum hoc referunt,qui ex quibuſuis colligerent decimas. Et certè hoc etiam ſenſu accipitur verbum ἀποδεκατοῦν.Heb.7.a.5.Sed priorem interpretationem potius recipio. Et quoduis olus, καὶ πᾶν λάχανον, Vel quoduis olus,id eſt omne genus olerum, vt rectè explicat Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, cap.97, ſimili ratione docens exponi oportere quod ait Apoſtolus, 1.Timoth.2.a.4,Deum velle omnes homines ſaluos fieri. Iudicium τὴν κρίσιν Hebraicè משפט,id eſt quod iuſtum & æquum eſt.Complectitur enim hoc vocabum alteram illam partem Iuris gentium,QVOD TIBI FIERI NOLIS, ALTERI NE FACIAS.Charitas autem Dei ad primam tabulam ſpectat,quæ quidem præcipua eſt,adeò vt illa ab hac diuelli nullo modo poſſit. Eraſmus autem iudicium facit duplex, Vnum hominum,quando ſcilicet ex cultu externo metimur pietatem,alterum Dei,quum ex animi affectu pietas æſtimatur.Duplicem item charitatem,vnam hominum,quum leuiculo beneficio afficitur proximus: alteram Dei,quum in his ſuccuritur homini quæ ad æternam illius ſalutem pertinent. Sed hæc (vt opinor) ad hunc locum non ſpectant.Nam neque iudicium hìc accipitur pro animi opinione, aut ſententia:neque vocabulum Θεοῦ eſt repetēdum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ:neque charitas Dei aliud hìc declarat quàm eum amorē quem Deo debemus.

Hæc autem oportuit ταῦτα δὲ ἔδει Ita interpretatur Vulgata editio, & particulam δὲ additam reperimus in codicibus vetuſtis,ſexto & octauo.Eraſmus,imò oportuit μᾶλλον δὲ ἔδει.

ⓐ

Salutationes.

uentibus,& ſalutationes in foris.

44 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ:nã eſtis vt monumenta quæ non apparent,quæ neſciunt ii qui ſuper *ea* ambulant.

Legiſperitus.

45 Reſpondens autem quidam ex Legis interpretibus,ait ei, Magiſter,quum hæc dicis,etiam nos afficis iniuria.

Onera populi.

46 Ipſe autem ait, Væ vobis quoque Legis interpretibus : nam oneratis homines oneribus difficilibus portatu, ſed ipſi vno ex digitis veſtris non attingitis onera.

47 Væ vobis:nam ædificatis monumẽta Prophetarum, patres autem veſtri trucidarunt″eos.

48 Nempe″teſtimonio veſtro comprobatis facta patrum veſtrorum: quoniam illi quidem eos trucidarunt, vos autem ædificatis eorum monumenta.

Sapientia Dei.

49 Propterea etiam Sapientia Dei dixit, Mittã ad eos Prophetas & Apoſtolos,&″ex ipſis *quoſdam* trucidabunt,& *quoſdam*″expellent:

50 Vt à natione iſta″requiratur ſanguis omnium Prophetarum, ″effuſus à iactis fundamentis mundi.

51 A ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ,qui periit inter altare & ædem:etiam dico vobis,requiretur ab hac natione.

Clauis ſcientiæ.

52 Væ vobis Legis interpretibus: nã″ſuſtuliſtis clauẽ cognitionis: ipſi non introiſtis,& eos qui introibant prohibuiſtis.

53 ″Quum aum hæc ad eos diceret,cœperũt Scribæ & Phariſæi vehemẽter *ipſi*″imminere, ″& eum allicere ad loquendum de multis:

54 Inſidiantes ei,& cupidè venantes aliquid ex ore eius,vt accuſarent eum.

Cap. XII.

Fermẽtum Phariſæornm.

1 I″Nterea″quum coacta eſſet″permulta turbæ multitudo,*adeo* vt alii alios conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, Im-

tiones in foro.

44 ‖Væ vobis, quia eſtis vt monumẽta quæ non apparent, & homines ambulantes ſuprà,neſciunt.

Matth.23.c.27

45 Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis,ait illi,Magiſter, hæc dicẽs, etiam contumeliam nobis facis.

46 At ille ait,‖Et vobis Legiſperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas.

Matth.23.a.4
act.15.b.10

47 Væ vobis, qui ædificatis monumẽta Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos.

48 Profectò teſtificamini quòd conſentitis operibus patrum veſtrorũ: quoniam ipſi quidem eos occiderunt,vos autem ædificatis eorum ſepulchra.

G

49 Propterea & Sapientia Dei dixit, Mittã ad illos Prophetas & Apoſtolos, & ex illis occidẽt,& pe.ſequẽtur:

50 Vt inquiratur ſanguis omniũ Prophetarum qui effuſus eſt à cõſtitutione mundi à generatione iſta,

51 ‖A ſãguine Abel, vſque ad ſanguinẽ Zachariæ‖qui periit inter altare & ædem:ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Gene.4.b.8
1.Paral.24.f.22

52 Væ vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ:ipſi non introiſtis,& eos qui introibant,prohibuiſtis.

53 Quum autem hæc ad illos diceret, cœperũt Phariſęi & Legiſperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis,

54 Inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius,vt accuſarent eum.

Cap. XII.

1 MVltis autem turbis circunſtantibus, ita vt ſeinuicẽ cõculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, At-

Matth.16.a.5
marc.8.b.14

48 Teſtimonio ve.comp. μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε Vulg. teſtificamini quòd conſentitis.i.μαρτυρεῖτε ὅτι συνευδοκεῖτε. Vide ſuprà 4.d.22.

49 Ex ipſis *quoſdam* ἐξ αὐτῶν Subauditur τινὰς in Græco,quod Latinè expreſſimus,vt Matth.23.d.24,& 27.b.9,& Act.21.c.16. Expellent ἐκδιώξουσιν .i.ita inſectabuntur,vt tandem iniuriis ſuis expellant. Vulg. & Eraſ.perſequentur,id eſt διώξουσιν.Ita enim etiã excudit Frobenius.Sed vetuſti codices legunt ἐκδιώξουσιν quod quidẽ eſt multo ἐμφατικώτερον. 50 Requiratur ſan. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα. Heb. דם כל־הנביאים ידרוש.i.vt ratio à vobis repoſcatur atque adeò pœnæ exigatur fuſi ſanguinis Prophetarum. Cæterùm illud ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.i.à natione iſta,quum in Græcis ponatur in extremo verſiculo,collocauimus potius in principio,vt ſtuderemus perſpicuitati,ne quis ſcilicet cõnectat cum participio ἐκχυνόμενον.Nã potius cohærere cum ἐκζητηθῇ,apparet ex fine proximi verſiculi. Effuſus τὸ ἐκχυνόμενον Eraſmus, qui effunditur. Atqui rectius(ni fallor) Vetus interpres animaduertit præſens pro præterito,aut potius pro futuro exacto vſurpatum.

52 Suſtuliſtis ἤρατε Id eſt ἀπεκρύψατε καὶ ἠφανίσατε,abſcondiſtis & ſuſtuliſtis è medio, vt nuſquã compareant. Sic enim rectè (meo quidẽ iudicio) interpretatur Theophylactus. Nã quod Eraſmus exiſtimat potius ſignificari Scribas tuliſſe.i. in ſe recepiſſe,& geſtandas ſuſcepiſſe claues cognitionis,quia nimirum ſibi ſolis cognitionẽ Legis & docẽdi munus arrogabant:quanuis bene cõueniat, tamen nõ poſſum probare.Neque enim verbũ αἴρειν ſed αἴρεσθαι potius hac ſignificatione ſolet à Græcis vſurpari. 53 Quum autẽ,&c. λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς, In octauo codice ſcriptum erat καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντος αὐτοῦ,& eo illinc egreſſo. Imminere, ἐνέχειν Vulg.& Eraſ.inſiſtere. Vide Marc.6.c.19.In Cõplutenſi editione & quinto codice legimus συνέχειν.i.vrgere & quaſi comprimere. Et eum allicere ad loquen. καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν, Sic legitur in omnibus vetuſtis codicibus,ſi duo tantùm excipias,in quibus ſcriptum erat ἀποστομίζειν,eadẽ (vt opinor) manente ſententia.Sed vtrouis modo legas,rectè (vt opinor) Eraſmus in eo reprehendit Veterẽ interpretem,quòd ἀποστοματίζειν verterit,os opprimere, quum id potius declaret τὸ ἐπιστομίζειν, quo vtitur Apoſtolus Tit.1.c.11, neque vlla ratione videatur hæc expoſitio poſſe conuenire. Nã qui ex cuiuſpiã ore aliquid aucupatur vnde creet illi periculũ,potius eum conatur ad loquendũ prouocare,quàm os ipſi occludere.Theophylactus aliã præterea interpretationẽ affert,nempe vt ἀποστοματίζειν declaret ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν.i. vt vernaculo noſtro ſermone optimè explicamus, *prendre par le bec*.Sed neque hoc verbum vſquam reperio vſurpatũ ea ſignificatione,neque hæc expoſitio admitti poteſt,quin fateamur Lucã valdè impropriè loquutum,vt qui dicat Scribas cœpiſſe ipſum ἀποστοματίζειν.i.(ſi hãc interpretationẽ recipiamus)in ſermone illaqueare,quũ potius dicendũ fuerit ipſos id eſſe conatos,quod tamen nunquã vel minima ex parte obtinuerunt. Quid igitur? Eraſmus in hunc locũ multa annotat eruditè,ſed quid potiſſimum ſequatur,nõ oſtendit.Ego verò ingenuè dicã quod ſentio. ἀποστοματίζειν reperio apud Athenæũ pro Memoriter aliquid referre,cuius exemplum profert Eraſmus:apud Platonẽ autẽ in Euthydemo,accipitur ἀμεταβάτως,dicitúrque de Grãmaticis qui pueris ore ſuo verba præfantur,vt ſubſequantur illi,aut dictata excipiãt:vnde Horatius,Occidit miſeros Crambe repetita magiſtros,Loquẽs ſcilicet περὶ τῶν ἀποστοματιζομένων.i.de iis quæ præceptor viua voce ſolet diſcẽtibus inculcare: quo verbo vtitur etiã in ea ſignificatione Ariſtoteles Elench.cap.3.Poſtremò apud Plutarchũ in Theſeo vſurpatur μεταβατικῶς pro eo quod Latini dicunt Recitare & ore ſuo pronũciare,ſed cum quadam energia:vt furentes vates finguntur ſuos verſus cum impetu repente profundere. Loquitur enim de quadã Sibyllæ prædictione.Hæc autẽ omnia quum inter ſe cõparo,venio in eam opinionẽ,vt hoc loco putẽ ἀποστοματίζειν accipi forma Hebrææ coniugationis Hiphil,ſicut paſſim alia multa obſeruauimus,& eo ſignificari quod ſequẽti verſiculo declaratur,nẽpe conatos fuiſſe Phariſæos,multis ac variis propoſitis quæſtionibus varia ab ipſius ore reſponſa elicere:quòd fore ſperarẽt,vt aliquid aut nimiũ liberè,aut ambiguè, aut denique non ſatis conſideratè effutiret, vnde arriperent calumniandi occaſionem. Itaque conuerti ἀποστοματίζειν αὐτὸν eum allicere ad dicendum , vel loquendum,vt Græci vocabuli vim aliquatenus ſaltem adumbrarem. Eraſmus interpretatur,captioſè eum interrogare:quæ interpretatio ferè eandem habet ſententiam,ſed à Græci verbi genuina explicatione paulo longius diſcedit: vt ſequens verſiculus oſtendit. Nam vt paucis dicam,ἀποστοματίζειν αὐτὸν nihil aliud declarat quàm θηρεύειν τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ,id eſt venari quippiam ab ipſius ore.

IN CAPVT XII.

1 Interea ἐν οἷς Hoc eſt omnino quod vernaculo ſermone dicimus,*en ces entrefaictes*.Vulg.& Eraſ.autem,id eſt δέ. Quum coacta eſſet ἐπισυναχθεισῶν Vulgata,circunſtantibus περιεστωσῶν.Eraſmus,quum conueniſſet,συνελθουσῶν. Permulta multitudo μυριάδων Sic rectè Valla,Poſitus eſt enim definitus numerus pro infinito. Vulgata,multis,quod eſt nimis dilutum.

	tendite à fermento Phariſæorū, quod eſt hypocriſis.		primis cauete vobiſipſis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.	
Matth.10.c.26 marc.4.c.22	¶Nihil autem opertum eſt, quod nō reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur.	2	Nihil enim opertum eſt quod non ſit reuelandū: neque abſcōditum, quod non venturum ſit in notitiam.	
	Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aurem loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.	3	″Propterea quæ in tenebris dixiſtis, in luce audientur: & quod in aurem loquuti eſtis in cōclauibus, prædicabitur ſupra domos.	
Matth.10.c.28	¶Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab iis qui occidūt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant.	4	Dico autem vobis amicis meis, Ne ″timete *vobis* ab iis qui trucidant corpus, & poſtea non habent quod amplius faciant.	Amici.
	Oſtendam autem vobis quē timeatis: timete eum qui, poſtquam occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.	5	″Præmonſtrabo autem vobis quem timeatis: timete eum qui, poſtquam trucidarit, habet authoritatem iniiciendi in gehēnam: etiam dico vobis, hunc timete.	Quis timendus
Matth.10.c.29	¶Nónne quinque paſſeres veneunt dipondio: & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo?	6	Nónne quinque paſſerculi veneunt ″aſſariis duobus, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo?	Paſſeres Deo curæ.
B	Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis.	7	Quinetiam capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. ne igitur timeatis: multis paſſerculis præſtatis.	
Suprà 9.d.26 matth.10.d.32 2.tim.2.b.12	¶Dico autē vobis, Omnis quicūque confeſſus fuerit me corā hominibus, & Filius hominis confitebitur illū coram Angelis Dei:	8	Dico autem vobis, Omnis qui confeſſus fuerit ″me corā hominibus, & Filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei:	Cōfiteri Chriſtū
	Qui autē negauerit me corā hominibus, negabitur coram Angelis Dei.	9	Qui autem negauerit me coram hominibus, abnegabitur coram Angelis Dei.	
	Et omnis qui dicit verbum in Filiū hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctū blaſphemauerit, non remittetur.	10	Et quiſquis dicet quippiā in Filiū hominis, ei remittetur: ei verò qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.	Blaſphemia.
Matth.10.c.29 marc.13.b.12	¶Quum autem inducēt vos in ſynagogas, & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter aut qd reſpondeatis, aut quid dicatis:	11	Quum autem adduxerint vos ad ſynagogas, & ad magiſtratus, ac poteſtates, ne ſoliciti ſitis quomodo aut quid reſpōdeatis, aut quid dicatis:	Afflictiones.
	Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere.	12	Spiritus enim ſanctus docebit vos in eo ipſo momento, quid oporteat *vos* dicere.	
	Ait autem ei quidam de turba, Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecū hæreditatem.	13	Dixit autem ei quidam è turba, Magiſter, dic fratri meo vt partiatur mecum hæreditatem.	
	At ille dixit ei, Homo, quis me conſtituit iudicē aut diuiſorem ſuper vos?	14	Ipſe verò dixit ei, ″Heus tu, quis me conſtituit iudicem aut partitorem ſuper vos?	Hæreditas diuidenda.
	Dixitque ad illos, Videte, & cauete ab omni auaritia: quia nō in abūdātia cuiuſq̄, vita eiꝰ eſt ex iis quę poſſidet.	15	Dixit igitur ad eos, Videte, & cauete ab ″auaritia: ″neque enim quum *bona* cuipiam redundant, vita ipſi ″conſtat ex bonis ſuis.	Auaritia.

3 Propterea ἀνθ' ὧν Vulgata & Eraſmus, Quoniam: quaſi ſit ratio ſuperioris dicti, quum potius ſit conſequutio quæ inde colligitur.

4 Timete φοβηθῆτε Vulgata & Eraſmus, terreamini: ſenſu non multùm diuerſo, ſed tamen non ſatis rectè: quum τὸ φοβεῖσθαι nunquā (quod ſciam) paſſiuè accipiatur. 5 Præmonſtrabo ὑποδείξω De impendentibus periculis monet: quia ſcilicet improuiſa (quod aiunt) vehementius feriunt. Itaque non eſt otioſa præpoſitio, quam tamen neglexerunt Vetus interpres & Eraſmus. Vide Matth.3.b.7.

6 Aſſariis ἀσσαρίων Vulgata, dipondio, id eſt aſſibus duobus. Eraſmus, minutis aſſibus. Neuter videtur intellexiſſe quid ſit aſſarius, de quo diximus Matth.10.c.29. 8 Me ἐν ἐμοὶ Id eſt me, vt paulo pòſt ἐν αὐτῷ declarat αὐτὸν eū, vt ex Matthæo liquet. Itaque quæ in hūc locū cōmentatur Theophylactus, vt nihil aſperius dicā, certè ad rē nō pertinēt. 14 Heus tu, ἄνθρωπε, Vulg. & Eraſ. ad verbū, Homo.

15 Auaritia: τῆς πλεονεξίας Vulg. omni auaritia. i. πάσης πλεονεξίας, vt in ſecundo codice ſcriptum erat. Significat autem πλεονεξία immodicam acquirendi cupiditatē etiam cum aliorū detrimento. Itaque latius patet quàm φιλαργυρία. Neque enim quum, &c. οὐ γὰρ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Quidam codices ἐστὶν proximè coniungunt cum negāte particula, & rectius, vt opinor. Nam alioquin omnino videri poſſet mēbrum alterū deeſſe, in quo ſcilicet declaretur qua in re vita ſit poſita, quæ in bonis ſita non eſt. Præterea quædam exemplaria legunt ἡ ζωὴ αὐτῷ, pro ἡ ζωὴ αὐτοῦ, quædam etiam ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, eadem tamen manente ſententia. Quia verò ita collocata ſunt vocabula in hoc membro, vt magna ſit huius loci obſcuritas: ſententias aliorum paucis explicabimus, & noſtrā quoque confirmabimus, nequis nouitate offendatur. Quidam igitur τινὶ conſtruunt cum ἐστὶν, quorum ſententiā ſi ſequamur, neceſſe eſt (opinor) dicamus relatiuū αὐτοῦ quod ſequitur poſt ζωὴ, abundare ex Hebræorum idiotiſmo. Quidā coniungunt cum περισσεύειν, ſed ita vt ſit neutrius generis, neque de perſona, ſed de re dicatur, vt περισσεύειν τινὶ ſignificet re quapiam abundare: quorū ſententiam multis de cauſis repudio. Coniungo tamen τινὶ cum περισσεύειν, ita vt pronomen αὐτοῦ non redundet, & ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ idem declaret atque ἐν τῷ περισσεύειν τινά. i. quum quiſpiam abundat. Puto enim περισσεύειν vel imperſonaliter poni, vt in illo Philoſtrati in Heroicis, περιέστι σοφίας αὐτῷ, id eſt abundat ſapientia. vel, ſi hoc cuipiam videtur durius, ſubaudiendum eſſe cognatum caſum, puta κτήματα, vel ὑπάρχοντα, quod etiam expreſſimus vt planior eſſet hic locus. Quod igitur nonnulli putant Chriſtum ſignificare, nullius vitam in eo poſitam eſſe quod ipſi redundat ex facultatibus ſuis, mihi non probatur. Nam hoc modo damnaretur tantùm redundantia, & quidem duntaxat tanquam inutilis ad tolerādam vitam: quod non conuenit cum proxima parabola, neque reſpondet huius ſermonis grauitati. Deinde ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ connectendum eſſet cum ἐν τῷ περισσεύειν, per traiectionem, quæ mihi quidem videtur nimium violenta. Non deſunt igitur qui putent hìc damnari auarorum ingeniū, qui plerunque inter medias opes eſuriunt, quo nomine iubeat Chriſtus vt auaritiam deteſtemur. Sed præterquam quòd ne hoc quidem cohæret cum ſequente ſimilitudine, videtur etiam detorta expoſitio, ſi hæc verba, Nō eſt ipſi vita ex facultatibus ſuis, interpreteris, Nō fruitur bonis ſuis. Theophylactus autem totum hoc ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ in commentario non attingit, & illud ζωὴ ἐστὶν exponit de vitæ prorogatione: quia (inquit) οὐ συνεκτείνεται τὸ τῆς ζωῆς μέτρον τῇ περιουσίᾳ, id eſt, vitæ modus non producitur vnà cum facultatum incremento: quæ interpretatio quanuis videatur non malè congruere cum adiuncto exemplo, tamen mihi non ſatiſfacit. Exiſtimo enim illud ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ non redundare, ſed potius oſtendere aliquid amplius ſignificari. Eſt igitur (vt arbitror) germana hæc ſententia, Chriſtus vt ſuos ab iſta immodica opum cupiditate deterreat, euertit illud ipſum quo nituntur eiuſmodi hominum conſilia. Iam verò nemo eſt (opinor) tam amens, vt vitam diuturniorem ab opibus expectet. Ergo non huc ſpectant Chriſti verba. Quorſum igitur? nempe ſolent homines vitæ ſuæ præſidia in opibus collocare, adeò vt quo quiſque ditior eſt, eo minus omnia pericula atque adeò ipſam mortem reformidet. Hinc illa diui-

tum arrogantia & ſupinitas, quaſi Deum ipſum in ciſtis & horreis incluſum habeant in poteſtate. Contrà verò oſtendit Dominus, vt quiſpiam ſit locupletiſſimus, adeò vt omni opum genere redundet, tamen quod viuit, hoc minimè debere acceptum ferre opibus ſuis, quum ipſius vitam ne temporis quidem momento poſſint vllæ bonorum copiæ conſeruare. Vnus enim Deus qui vitam dedit, eam quoque quandiu libuit, & fouere & extinguere pro ſuo iure poteſt. Quorſum igitur quiſquam à diuitiis pendeat, vt ii ſolent qui de iis accumulandis tantopere ſunt ſoliciti? Hanc autem eſſe germanam ſententiam, vel ex conſequenti exemplo ſatis opinor liquere.

16 Dixit autem parabolam ad eos in hæc verba, Hominis cuiuſdā diuitis″exuberarat″regio. C Eccli 11.c.19

17 Itaque cogitabat apud ſe, dicens, Quid faciā, quòd non habeam vbi cogam fructus meos?

18 Et dixit, Hoc faciam, deſtruā horrea mea, & maiora ædificabo: & illic cogam omnes fructus meos, & bona mea.

19 Et dicā animæ meæ, Anima habes multa bona repoſita in annos multos: requieſce, comede, bibe, ″oblectare.

20 Dixit autē ei Deus, o demens hac nocte animā tuam repetunt abs te: quæ verò paraſti, cuius erunt?

Diues in Deo. 21 Ita *eſt* qui theſaurizat″ſibi, nec eſt″in Deo diues.

Solicitudo de victu & veſtitu deponenda. 22 Dixit autē ad diſcipulos ſuos, Propterea dico vobis, ne ſoliciti ſitis de anima veſtra, quid edatis: neq; de corpore, quo induamini. Matth.6.c.15 1.pet.5.b.7 pſal.54.d.26

23 Anima plus eſt quàm alimētum: & corpus, quàm indumentū.

Corui. 24 Conſiderate″quòd corui non ſeminant, neque metunt: quibus non eſt″cella neque horreū, ″& *tamen* Deus paſcit illos: quanto magis vos præſtatis volucribus?

25 Quis autem ex vobis ſolicitè cogitādo poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

26 Si ergo ne id quidem quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? D

Lilia. 27 Conſiderate quomodo lilia creſcunt: non fatigantur, neque nent: dico autem vobis, quòd ne Solomon quidem in omni gloria ſua amictus fuit vt vnum ex iſtis.

28 Quòd ſi herbā quæ hodie eſt in agro, & cras in clibanū mittitur, Deus ita circunueſtit: quanto magis vos ô parum fideles?

29 Vos igitur quærere nolite quid eſuri ſitis, aut quid bibituri: & ″ne animi pendeatis.

Gentes mundi. 30 Hæc enim omnia gentes mundi requirunt: Pater autem veſter nouit quòd iſtis″indigeatis.

Dixit autem ſimilitudinē ad illos, dicens, ‖Hominis cuiuſdam diuitis huberes fructus ager attulit.

Et cogitabat intra ſe, dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos?

Et dixit, Hoc faciam, deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc cōgregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea.

Et dicam animę meæ, Anima habes multa bona poſita in ānos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.

Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quę autem paraſti, cuius erunt?

Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & nō eſt in Deum diues.

Dixitque ad diſcipulos ſuos, Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animæ veſtrę, quid manducetis: neque corpori, quid induamini.

Anima plus eſt quā eſca: & corpus plus quàm veſtimentum.

Conſiderate coruos, quia non ſeminant neque metunt, quibus nō eſt cellariū neque horreū, & Deus paſcit illos. quāto magis vos pluris eſtis illis?

Quis autem veſtrū cogitādo poteſt adiicere ad ſtaturā ſuā cubitum vnū?

Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?

Conſiderate lilia quomodo creſcūt, non laborant, neque nent. dico autē vobis, nec Salomō in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis.

Si autem fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos, puſillæ fidei?

Et vos nolite quærere quid manducetis, aut qd bibatis: & nolite in ſublime tolli.

Hæc autem omnia gentes mundi quærunt: Pater autem veſter ſcit quoniam his indigetis.

16 Exuberarat εὐφόρησεν Vulgata & Eraſmus per periphraſin, vberes fructus attulit. Regio. ἡ χώρα. Vulgata & Eraſmus, ager, id eſt χωρίον. Videtur autem emphaſis eſſe in hoc verbo, quam etiam annotat Theophylactus, quaſi ſcilicet iſte non fundum quempiam, ſed totā aliquam regionem poſſederit, vt ii ſolent qui domum domo, agrum agro coniungunt, de quibus Eſaias 5.b.8.

19 Oblectare. εὐφραίνου. Vulg. epulare, quod nō ſatis latè patet. Eraſ. gaude, χαῖρε. Eſt autem hæc ſuiipſius compellatio Hebræis familiaris. Sic etiam apud Homerum Vlyſſes ſeipſum adhortatur his verbis, τέτλαθι δὴ κραδίη. 21 Sibi, ἑαυτῷ, .i. ſeſe reſpiciens, aut ſeipſo fretus. In vno codice legimus ἐν ἑαυτῷ. ex quo intelligitur quomodo dicatur aliquis πλούσιος εἰς θεὸν, quando ſcilicet omnia præſidia in vno Deo collocat, vt εἰς θεὸν idem declaret atque ἐν θεῷ, cui opponitur ἐν ἑαυτῷ. In Deo εἰς θεὸν Vel, apud Deum. Iubet enim nos Deus theſaurizare in cælis: qua de re Apoſtolus, 1.Tim.6.d.17.18.19. Vulg. in Deū. Eraſ. erga Deum. Vtranque interpretationē repudio, nequis ex ea occaſionē arripiat ſtatuendi operum merita, quanuis bonis operibus gratuitā mercedem conſtitutā eſſe non negem. Sequor enim quod ſcribitur Pſal. 16.a.2 & Rom.11.d.35. Cæterū in vetuſtis codicibus, 3.4.6.7.9. poſt πλουτῶν, id eſt diues eſt, ſubiicitur, ταῦτα λέγων ἐφώνει, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, Hæc dicens, clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat. 24 Quòd corui κόρακας ὅτι Constructio hæc Græca eſt, vt apparet ex ſequenti relatiuo. Sic Terentius in And. Obſerues filiū quid agat. Cella ταμεῖον Vel cellarium, vt vertit Vetus interpres. Sed illud eſt magis vſitatum. Eraſmus, penuarium, quod vocabulum non memini legere. Alibi ταμεῖον vertimus conclaue, in re ſcilicet nō prorſus ſimili. Et *tamen* Deus καὶ ὁ θεὸς Eclipſin particulæ aduerſatiuæ non diſſimilem obſeruauimus Matth.2.a.6.

29 Ne animi pendeatis. μὴ μετεωρίζεσθε. Quidam τὸ μετεωρίζεσθαι interpretantur in ſublime tolli, nempe vt ex aſtrorū curſu in futurū ſibi conſulant homines: quam interpretationē miror potuiſſe ab Eraſmo approbari. Quidā de diuitum arrogantia explicāt, vt idem declaret atque altū ſapere. Quidā ad inſtabilē illam hominum cupiditatem referūt, qui ſemper inhiant altioribus. Suū cuique liberum iudiciū eſto. Ad me verò quod attinet, quia μετέωρος Græcis non eum modo declarat qui poſitus eſt in ſublimi, vt Socrates ille apud Ariſtophanem ἀεροβατῶ καὶ τὸν ἥλιον περιφρονῶ, ſed etiam à conſequenti ſignificat τὸν ταλαντευόμενον καὶ ἀβεβαίως ἔχοντα. i. eum cuius animus velut in aere ſuſpenſus, modò huc modò illuc inclinat, ideò exiſtimo τὸ μετεωρίζεσθαι accipi pro eo quòd Latini dicunt Animi pendêre, & dubio ac ſuſpenſo animo eſſe: quod iis eueniat neceſſe eſt, qui de præſente vita ſoliciti, in humana duntaxat præſidia reſpiciunt.

30 Indigeatis. χρῄζετε. Clemens Alexandrinus in Pædagogo hæc omnia explicat περὶ τῆς τῶν περιττῶν ἐπιθυμίας. i. de cupiditate qua appetimus quæ minimè ſunt neceſſaria, delicias ſcilicet ac voluptates. & in eam ſententiam ſuperiore verſiculo Chriſtum dixiſſe putat, μὴ μετεωρίζεσθε. Nam (inquit) μετεώρους ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἀλαζονεία καὶ τρυφὴ ποιεῖ. Atqui vel hoc vocabulum χρῄζειν & ταῦτα πάντα quod ſequitur in proximo verſiculo, indicant hanc Chriſti doctrinam longius porrigi. Reprehēdit enim Dominus eos omnes qui præſenti vitæ ita ſunt addicti, vt beatam illam ac ſempiternam vitam vel prorſus obliuiſcantur, vel illi certè poſtponant. Item qui huius vitæ neceſſaria præſidia vel in aliis hominibus, vel in ſua diligentia ac induſtria collocant. ex quo fit vt plerique anxii & irrequieti, ne huius quidem vitæ commodis fruantur, quorum omnium vitiorum radix eſt diffidentia. Eam igitur his verbis Chriſtus conatur ſuis eximere, non vt officio ſuo deſint, ſed vt imprimis quærāt quod præcipuum eſſe debet, & ita laborent vt impiam illam animi ægritudinem vitent, omnes denique cogitationes in Patrem cæleſtem reiiciant, vt monet 1.Pet.5.b.7.

	Veruntamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.	31	″Quin potiꝰ quærite regnũ Dei,& hæc″omnia adiiciẽtur vobis.	Regnum Dei. Iuſtitia.
	Nolite timere,puſillus grex: quia cõplacuit Patri veſtro dare vobis regnũ.	32	Ne timeas tu parue grex : nam complacitũ eſt Patri veſtro dare vobis regnum.	Vita æterna.
Matth.6.c.20 E	Vẽdite quæ poſſidetis , & date eleemoſynã. Facite vobis ſacculos qui nõ veteraſcunt, theſaurũ non deficientẽ, in cælis: quò fur nõ appropiat, neque tinea corrumpit.	33	Vẽdite bona veſtra, & date″*in* eleemoſynam. Parate vobis marſupia quæ non veteraſcunt, theſaurum in cælis, qui nunquã poſſit deficere,quò fur non appropinquat,*& ubi* tinea nõ corrumpit.	Eleemoſina. Theſaurus.
	Vbi enim theſaurus veſter eſt,ibi & cor veſtrum erit.	34	Vbi enim theſaurus veſter eſt,illic & cor veſtrum erit.	
1.Pet.1.c.13	‖Sint lũbi veſtri præcincti , & lucernæ ardentes:	35	Sint lumbi veſtri præcincti,& *ueſtræ* lucernæ accenſæ:	Lumbi. Lucernæ.
	Et vos ſimiles hominibus expectãtibus dominũ ſuum quãdo reuertatur à nuptiis: vt quum venerit,& pulſauerit, confeſtim aperiant ei.	36	Et vos ſimiles hominibus expectantibus quãdo dominus ſuus ″reuertetur à nuptiis: vt quum venerit,ac pulſauerit,confeſtim aperiant ei.	Expectantibus dominũ ſimiles.
	Beati ſerui illi , quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. amen dico vobis,quòd præcĩget ſe, & faciet illos diſcumbere,& trãſiens miniſtrabit illis.	37	Beati ſerui illi,quos,quum venerit dominus,inuenerit vigilantes.amen dico vobis,quòd præcinget ſe,& faciet eos diſcumbere, & ″prodiens miniſtrabit eis.	Vigilare.
	Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit:beati ſunt ſerui illi.	38	Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, atque ita inuenerit:beati ſunt ſerui illi.	
Matth.24.d.43 Apoc.16.c.15	Hoc autem ſcitote quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret,vigilaret vtique , & non ſineret perfodi domum ſuam.	39	Hoc autẽ ſcitote , quòd″ſi ſciſſet paterfamiliâs qua hora fur vẽturus erat,vigilaſſet,nec permiſiſſet perfodi domum ſuam.	Fur in nocte.
	Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis,Filius hominis venit.	40	Et vos igitur eſtote parati:quia qua hora non putatis,Filius hominis veniet.	
F	Ait autem ei Petrus , Domine , ad nos dicis hanc parabolam:an ad omnes?	41	Ait autem ei Petrus,Domine,ad nos dicis iſtam parabolam,an etiam ad omnes?	
	Dixit autem Dominus, ‖Quis,putas,eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituet dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis in tempore,tritici menſuram?	42	Dixit autem Dominus,Quiſnam″eſt fidelis diſpenſator ac prudens,quem conſtituet dominus ſuper famulitium ſuum,vt in tẽpore det″demenſum?	Diſpenſator fidelis.
	Beatus ille ſeruus,quem, quum venerit dominus,inuenerit ita facientẽ.	43	Beatꝰ ille ſeruus,quẽ quũ venerit dominus,inuenerit ita faciẽtẽ.	
	Verè dico vobis quoniam ſupra omnia quæ poſſidet,conſtituet illum.	44	Verè dico vobis quòd ſuper omnia ſua conſtituet eum.	
	Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Morã facit dominus meus venire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas,& edere & bibere & inebriari:	45	Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Tardat dominus meus venire : cœperítque verberare ſeruos & ancillas , & edere biberéque & inebriari:	Seruus malus.
	Veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet.	46	Veniet dominus ſerui illius die quo non expectat , & hora qua non nouit:& ſeparabit eum,partémque eius cum infidis ponet.	
	Ille aũt ſeruꝰ qui cognouit volũtatẽ dñi ſui,& nõ præparauit,& nõ fecit ſecũdũ volũtatẽ eius:vapulabit multis.	47	Ille autem ſeruus qui nouit voluntatem domini ſui, nec ſe cõparauit,nec fecit ex voluntate eius,cædetur multis″plagis.	Seruus cognoſcens voluntatẽ domini.
	Qui autem nõ cognouit,& fecit digna plagis : vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt , multũ quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum,plus petent ab eo.	48	Qui autem non nouit, & fecit digna plagis , cædetur *plagis* paucis.Cuicunque verò multum datum eſt,multum quæretur ab eo: & apud quem depoſuerunt multum,″amplius petent ab eo.	
	Ignem veni mittere in terram , & quid volo niſi vt accendatur?	49	Ignem veni miſſurus in terram,& quid volo,″ſi iam accẽſus eſt?	Ignis.

31 Quin potius πλὴν Vulgata,Veruntamen. Vide ſuprà cap.11.f.41. & Matth.11.c.22. Omnia πάντα Deerat hæc particula in tribus vetuſtis codicibus.ſed mihi tamen videtur minimè ocioſa. 33 *In* eleemoſynam. ἐλεημοσύνην. Vide ſuprà 11.f.41.

36 Reuertetur ἀναλύσῃ Id eſt ἀναστρέψηται,tranſlatione à nautis ſumpta:qua ratione qui diſcedit,dicitur ſoluere.

37 Prodiens παρελθὼν Vulgata & Eraſmus,tranſiens:quæ ſignificatio non videtur conuenire huic loco,niſi eò referas,quòd qui miniſtrant conuiuis,eos ſubinde oporteat locum mutare.Sed præſtat(ni fallor)illo modo interpretari,vt idem declaret atque παριὼν,vt etiam accipitur infrà cap.17.b.7,vbi tamẽ agitur non de miniſtro,ſed de eo qui ad menſam accũbit. Abũdant autẽ huiuſmodi participia,ex Hebræorum idiotiſmo,vt in illis dicendi formulis,reſpondens dixit,ſurgens abiit,profectus venit,& ſimilibus.Sic tamen loquuntur etiam diſertiores Græci,quum ſignificare volunt repente & præter expectationem aliquem prodiiſſe in publicum. AEſch.ὁ δὲ σεμνῶς πάνυ παρελθὼν τὸν Καλλίαν ὑπερεπῄνει. Demoſth. ἐφάνην τοίνυν οὗτος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐγὼ, καὶ παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς,&c.quæ emphaſis fortaſſe non eſt hoc loco negligenda. 39 Si ſciſſet εἰ ᾔδει Vulgata,ſi ſciret,& paulo pòſt,vigilaret, & ſineret,pro vigilaſſet, & ſiuiſſet,vt rectè emendat Eraſmus. Agitur enim de eo cuius domus iam ſit perfoſſa. 42 Eſt ἐστὶν In vno exemplari ſcriptum erat,ἔσται erit. Demenſum? σιτομέτριον;Serui, inquit Donatus in Phormionem,quaternos modios frumenti accipiebant in menſem,& id demenſum dicebatur. Vulgata,menſuram frumenti.Eraſmus,demenſum cibum,vt loquitur Plautus in Sticho.

48 Amplius περισσότερον Amplius ſcilicet quàm ab eo cui non tam multa commiſſa ſunt:non autem,amplius quàm ſit ipſi commiſſum. Theophylactus autem hoc diſcrimen conſtituit in verbis διδόναι & παραθεῖναι. Illud enim accipit de miraculorum donis, hoc verò de verbi miniſterio. Legit autem καὶ ᾧ παρακατέθεντο,ídque,vt opinor,rectius. Nam prætérquam quòd παραθεῖναι τινὶ nuſquam legi pro commendare alicui,& fidei alicuius committere,ſed potius παρακατατιθέναι, Paulus etiam donum Spiritus ſancti eleganter vocat παρακαταθήκην, 1.Tim.6. d.20.& 2.Tim.1.d.14. 49 Si iam accenſus eſt? εἰ ἤδη ἀνήφθη; Ita legitur in omnibus vetuſtis codicibus quos vidimus, & apud Theophylactum,quem tamẽ miror τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;interpretari,πόσον θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;Neque enim video quomodo hæc cohæreant,niſi potius legas ἀναφθῇ,vt εἰ pro ὅπως accipiatur,quemadmodum apud Homerum ſæpe:& interpreteris, quantopere velim vt iam accendatur? Sed ne hoc quidem mihi ſatis placet. Vulg. niſi vt accendatur.Videtur enim legiſſe καὶ τί θέλω εἰ μὴ ἀναφθῆναι,vel potius καὶ τί θέλω ἢ ἤδη ἀνῆφθαι,id eſt,& quid *aliud* velim quàm iam eſſe accenſum?vt rectè coniicit Eraſmus.

Baptiſma. Paſſio Chriſti.

Sed baptiſmo″oportet me baptizari, &″quomodo coarctor vſquequo *hoc* perficiatur! 50

Putatis quòd pacem aduenerim daturus in terra? non, dico vobis, imò″diſſidium. 51

Diſſidia ob verbum Euangelii.

Erunt enim ex hoc *tempore* quinque in domo vna diſſidentes, tres ″aduerſus duos, & duo aduerſus tres. 52

Diſſidebit pater aduerſus filium, & filius aduerſus patrem: mater aduerſus filiam, & filia aduerſus matrem: ſocrus aduerſus nurum ſuam, & nurus aduerſus ſocrum ſuam. 53

Tempus Chriſti.

Dicebat autem etiam ad turbam, Quum videritis nubem oriētem ab Occaſu, ſtatim dicitis, Imber venit: & ita fit. 54

Et quum Auſtrum flantem, dicitis quòd æſtus erit: & fit *æſtus*. 55

Hypocritæ, faciem cæli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quî fit vt non probetis? 56

Cur autem & per vos ipſos non″iudicatis quod iuſtum eſt? 57

Aduerſarius in via.

Enimuerò dum abis cum aduerſario tuo ad magiſtratū, in via da operam vt libereris ab eo: ne″pertrahat te ad Iudicem, & Iudex tradat te″exactori, & exactor coniiciat te in cuſtodiam. 58

Dico tibi, non exibis inde, vſquequò vltimum etiam″minutū reddideris. 59

Cap. XIII.

Crudelitas Pilati narratur.

1 Affuerunt autem eo ipſo tempore quidam nuntiantes ei de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificiis ipſorum.

Chriſt⁹ ad pœnitentiā & conuerſionē hortatur.

2 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Putatis quòd hi Galilæi ″præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt?

3 Non, dico vobis: imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.

4 Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris″in Siloàm, & occidit eos: putatis quòd″debitores fuerint præ omnibus hominibus qui inhabitant in Ieruſalem.

5 Non, dico vobis, imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.

Ficus ſucciſa, quòd non ferat fructum.

6 Dixit autem hanc parabolam, Ficum habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quærens fructum in ea, neque inuenit.

7 Dixit autem ad vinitorem, Ecce, anni tres ſunt″ex quo″venio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio: excinde eam: ″quorſum etiam terram inertem reddit?

G

50 Baptiſma autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſquedum perficiatur!

51 ‖Putatis quia pacē veni dare in terram? nō, dico vobis: ſed ſeparationē. Matth.10.d.34

52 Erūt enim ex hoc, quinque in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres:

53 Diuidetur pater in filium, & filius in patrem ſuum: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam.

54 ‖Dicebat autē & ad turbas, Quum videritis nubem orientē ab Occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. Matth.16.a.2

55 Et quum Auſtrum flantem: dicitis, Quia æſtus erit: & fit.

56 Hypocritæ, faciem cęli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

57 Quid autem & à vobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?

58 ‖Quum autē vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad Iudicē, & Iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Matth.5.d.25

59 Dico tibi, nō exies inde, donec etiā nouiſſimum minutum reddas.

Cap. XIII.

1 Aderant autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum.

2 Et reſpondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilęis peccatores fuerint, q̄a talia paſſi ſūt?

3 Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiā habueritis, omnes ſimiliter peribitis.

4 Sicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitātes in Ieruſalem?

5 Non, dico vobis: ſed ſi pœnitentiā nō egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

6 Dicebat autē hanc ſimilitudinē, Arborem fici habebat quidā plantatam in vinea ſua: & venit quærēs fructum in illa, & non inuenit. B

7 Dixit autē ad cultorem vineę, Ecce, anni tres ſunt ex quo venio quærens fructū in ficulnea hac, & nō inuenio: ſuccide ergo illam: vtquid etiam terram occupat?

---

50 Oportet me baptizari, ἔχω βαπτισθῆναι, Vulgata & Eraſmus, habeo baptizari: quo dicēdi genere vtitur Suetonius. itaque non repudio, ſed malui planius loqui. Cæterùm in hoc verſiculo cōperi Epiphanium plurimùm variare ab omnibus codicibus quos mihi contigit inſpicere. Sic enim ille κτ' Ἀρειομανιτῶν hunc locum citat, ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; i. poculum habeo bibendum, & quid feſtino donec ipſum bibero? & baptiſmo oportet me baptizari, & quid volo ſi iam ſum baptizatus? Sed exiſtimo vel hunc locum eſſe in Græco Epiphanio deprauatum, vel doctiſſimum hominem, quum hæc ſcriberet, memoria ſua confiſum, & de ſententia potius ipſa quàm de verbis ſolicitum, ipſa exemplaria non conſuluiſſe. Eſt enim hoc veteribus omnibus familiare, vt in præfatione admonuimus: adeò vt eū oporteat ſummo iudicio præditū eſſe qui velit exēplaria noſtra ex ipſorū ſcriptis emendare. Quomodo πῶς i. πόσον quantopere: neque eſt interrogantis, ſed exclamantis. 51 Diſſidium. διαμερισμόν. Vulg. & Eraſ. ſeparationē, rectè quidem, niſi mauis diſparationem dicere. Nā diſpertitionem non dicimus. ſed Separare oppono τῷ ἀφορίζειν, ob eam cauſam quā alibi expoſuimus. alioquin Diſſidere reſpondet τῷ διΐστασθαι. 52 Aduerſus duos, ἐπὶ δυσί, Vulg. in duos: quæ interpretatio eſt obſcura propter præcedēs participium διαμεμερισμένοι, quod vertit diuiſi. Ponitur autē tertius caſus pro quarto, vt in illo Homeri verſiculo Iliados γ', οἳ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον πολύδακρυν ἄρηα, pro ἐπ' ἀλλήλους id eſt κατ' ἀλλήλων. Sic Lucas paulo pòſt ἐπὶ τὴν νύμφην & ἐπὶ τὴν πενθεράν.

57 Iudicatis κρίνετε In ſexto codice legitur διακρίνετε diſcernitis. 58 Pertrahat κατασύρῃ Ambroſius legit, condemnet. i. reū peragat: vt planè videatur pro κατασύρῃ legiſſe κατακρίνῃ, vt Eraſmus conicit. Exactori, πράκτορι, Vide ſuprà cap.3.c.13.

59 Minutum λεπτὸν Vide Marc.12.d.42. Qui autem ex hoc loco ſtatuunt purgatorium, ſaltē legant Theophylacti cōmentaria Romæ ipſius Pontificis auſpiciis excuſa.

IN CAPVT XIII.

2 Præ omnibus Galilæis παρὰ πάντας τοὺς γαλιλαίους In hoc dicendi genere, quod etiam paulo pòſt repetitur, neceſſariò ſubauditur ἄλλους vel λοιπούς, vt ſit plena loquutio, præ reliquis [vel, aliis] omnibus Galilæis. Sic Plinius de obeliſcis loquens, Omnibus (inquit) quæ in mari viſa ſunt mirabiliorem, pro, omnibus aliis. 4 In Siloàm, ἐν τῷ σιλωάμ, Subauditur τόπῳ, vel ποταμῷ propter adiunctum articulum. Fuit enim Siloam riuulus vnde aquæductus in vrbē ferebatur, cuius meminit Iohan.9.b.7, & Eſaias 8.b.6, vbi Hebraicè vocatur שלוח. Itaque hoc nomen nihil pertinet ad vrbem שלו quam Græci vocant σηλώμ, iam olim vaſtatā, vt liquet ex Ieremiæ 7.cap. Exiſtimandum eſt potius ad ipſam piſcinam fuiſſe extructam turrim quampiam, aut ipſius aquæductus caſtellum, quod repente proſtratum aliquot homines occiderit, ſub hoc tempus quo Chriſtus hunc habuit ſermonem. Debitores ὀφειλέται Id eſt ἁμαρτωλοὶ peccatores. Vide Matth.23.b.16.

7 Ex quo ἀφ' οὗ Hoc diſertè additum erat in octauo codice: quod alioquin ſubaudiendum eſt, niſi malimus ſic loquutum Lucam, vt ſcripſit Virgilius lib. Aeneidos 1, -vna cum gente tot annos Bella gero. Venio ἔρχομαι Id eſt veni, vel venire ſoleo. Similē loquendi formulam obſeruauimus Matth.26.b.23. Quorſum etiam terram, &c. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ, Vulgata, vtquid etiam terram occupat? Eraſmus, ad quid vel terram occupat? i. onerat, ſed inutili onere. hoc eſt enim (inquit) propriè καταργεῖν. at ego fateor me nuſquam legiſſe

8 At ille reſpõdens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vſquedum fodiam circa illam, & mittã ſtercora:

9 Et ſi quidem fecerit fructũ: ſin autẽ, in futurum ſuccides eam.

10 Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbathis.

C 11 Et ecce, mulier quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.

12 Quam quum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua.

13 Et impoſuit illi manus: & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum.

14 Reſpõdens autem archiſynagogus, indignans quia ſabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies ſunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini: & non in die ſabbathi.

15 Reſpondens autẽ ad illũ Dominus, dixit, Hypocrita, vnuſquiſque veſtrũ ſabbatho non ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare.

D 16 Hanc autem filiã Abrahę, quam alligauit ſatanas ecce decẽ & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto, die ſabbathi?

17 Et quum hęc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarii eius: & omnis populus gaudebat in vniuerſis quę glorioſè fiebant ab eo.

Matth.13.d.31 marc.4.c.31

18 Dicebat ergo, Cui ſimile eſt regnũ Dei, & cui ſimile æſtimabo illud?

19 Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortũ ſuum: & creuit, & factum eſt in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.

Matth.13..33

20 ¶Et iterum dixit, Cui ſimile æſtimabo regnum Dei?

21 Simile eſt fermento: quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum.

Matth.9.d.35 marc.6.a.6

E 22 ¶Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in Ieruſalem.

23 Ait autem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos,

latth.7.b.13

24 ¶Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.

25 Quum autem intrauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicẽtes, Domine aperi nobis: & reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis:

26 Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in pla-

8 Ille verò reſpondens dixit ei, Domine, dimittã eam etiam hoc anno, vſquequo fodero circum eam, & miſero ſtercus:

9 ″Et ſi quidẽ tulerit fructũ, *dimittes*: ſin minus, in futurũ excĩdes eã.

10 Docebat autem in quadam ſynagoga ſabbatho.

11 Et ecce, mulier ″adfuit, ″habens ſpiritum infirmitatis *ab* annis decem & octo: erátq; ″incuruata, nec prorſus *ſeſe* poterat recuruare.

12 ″Ipſam autem quum vidiſſet Ieſus, aduocauit, & ait ei, Mulier, ″abſoluta es ab infirmitate tua.

13 Et impoſuit ei manus: & illicò ″ſurrecta eſt, & glorificabat Deũ.

14 Reſpondens autem princeps ſynagogæ, indignans quòd ſabbatho ſanaſſet Ieſus, dixit turbæ, Sex dies ſũt quibus oportet operári: his ergo *diebus* venite, & ſanemini, & non die ſabbathi.

15 Reſpondit ergo ei Dominus & dixit, ″Hypocrita, vnuſquiſque veſtrum ſabbatho nónne ſoluit bouem ſuum aut aſinã à præſepi, & ducit aquatum?

16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam ligarat ſatanas ecce decẽ & octo annos, non oportuit à vinculo iſto ſolui die ſabbathi?

17 Et quum hæc diceret, pudore afficiebãtur omnes qui ſe opponebant ei: ſed tota turba gaudebat ſuper omnibus glorioſis rebus quæ fiebant ab eo.

18 Dixit autem *Ieſus*, Cui ſimile eſt regnum Dei? & cui *rei* aſſimilabo illud?

19 Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortũ ſuum: & creuit, & euaſit in arborem magnam, & volucres cæli nidulati ſunt in ramis eius.

20 Et rurſum dixit, Cui *rei* aſſimilabo regnum Dei?

21 Simile eſt fermento, quod acceptum mulier cõdidit in farinæ ſatis tribus, vſquequo fermentaretur tota.

22 Tranſibat igitur per ſingulas vrbes & vicos, docens, & iter faciens Hieroſolymam.

23 Ait autem ei quidam, Domine, num pauci *ſunt* qui ſeruentur? Ipſe verò dixit ad eos,

24 Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non valebunt.

25 ″Poſtquam ſurrexerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis: qui reſpondens dicet vobis, Neſcio vnde vos ſitis.

26 Tunc incipietis dicere, Edimus coram te & bibimus, & in pla-

Mulier inclinata ſanatur in ſabbatho.

Sabbatho licet benefacere.

Adaquare aſinũ in ſabbatho.

Satan alligans homines.

Granum ſinapis

Fermentum.

An pauci ſaluãdi

Anguſta porta.

Clauſum oſtiũ.

καταργεῖν pro inutiliter onerare vel occupare. Hoc quidem conſtat, τὸ ἀργὸν ſignificare quod eſt ignauũ & iners, ac nullis prorſus viribus, vnde τὸ καταργεῖν ſæpe apud Paulum occurrit, pro Eneruare, & caſſum ac irritũ reddere: deinde etiam metaphoricè τὸ καταργεῖσθαι pro liberari. Exiſtimo igitur hîc dici ficum τὴν γῆν καταργεῖν, quæ præterquam quòd erat infructuoſa, eam etiam terræ partem quam occupabat, ſterilem reddebat: quæ alioquin vitibus conſita, non fuiſſet inutilis. Cæterùm in quarto exemplari ſcriptum legimus ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῇ, id eſt, vt ne terram etiam inertem reddat. 9 Et ſi quidem tulerit fructum, *dimittes*: κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν, Hoc, inquit doctiſſimus Budæus, mutilatum videtur iis qui Græcè neſciunt. Eſt enim ſchema Græcum quod anantapodoton dicitur, Atticæ linguæ proprium, oratio ſcilicet vno membro defecta. Hæc Budæus, quæ prolatis etiam ex Ariſtophane & Cicerone exemplis confirmat, Annotationibus prioribus in Pandectas. Me verò non piguit explere quod deerat, vt perſpicuitati ſtuderem.

11 Adfuit, ἦν, Id eſt παρῆν. Sic enim malo accipere, quàm coniungere cũ participio ἔχουσα. Habens ſpiritũ infirmitatis πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας Id eſt, morbo à Satana inflicto laborans, vt explicatur poſtea, verſu 16. Sic ſpiritus auaritiæ dicitur ſpiritus ad auaritiã impellens. & ſimilia multa paſſim occurrunt, de quibus alibi diximus. Incuruata, συγκύπτουσα, id eſt κατακύπτουσα. Vulgata, inclinata: huius vocabuli vi, nõ ſatis expreſſa. Eraſmus, contracta: quod rectè quidem explicat in Annotationibus, ſed tamẽ non ſatis couenit. Contractus enim eſſe poteſt qui minimè ſit deorſum incuruus, imò verò qui ſit etiam reſupinatus. Huic opponitur τὸ ἀνακύψαι, id eſt recuruare. Nam recuruus aduerſatur incuruo, ſicut apud Græcos ὁ ἀνακεκυφὼς τῷ συγκεκυφότι. Abſoluta es ἀπολέλυσαι Vulg. dimiſſa es. Eraſ. liberata es. Vterque Græci vocabuli propriã ſignificationem neglexit, quam tamen ſeruare oportuerat. Tenebatur enim ſatanæ quaſi vinculis conſtricta, vt ne attollere quidem caput totis octodecim annis potuerit, ſicut Dominus ipſe poſtea loquitur. Vtitur ergo verbo ἀπολύειν compoſito pro ſimplici, ſicut à Latinis etiã interdum Abſoluere pro Soluere vſurpatur. 13 Surrecta eſt, ἀνωρθώθη, vel ſubrecta. Nam vtroque hoc participio vtuntur idonei authores. Vulgata & Eraſmus, erecta eſt. Erigimus autem iacentia, ſurrigimus quæ deorſum pendent.

15 Hypocrita, ὑποκριτὰ, Complutenſis editio cum vetuſtis codicibus 3.7.12.14, legunt ὑποκριταὶ hypocritæ: vt omnes ſcilicet doctores appellet, quum ſequatur ἕκαστος ὑμῶν, vnuſquiſque veſtrum.

25 Poſtquam ἀφ᾽ οὗ vel, Ex quo. Cohærent enim hæc cum præcedente verbo, & cauſa affertur cur volentibus ingredi non patebit aditus, quia ſcilicet ſerò venient occluſis iam foribus. Vulgata & Eraſmus, Poſtquam autem, quaſi noua inchoetur periodus.

teis noſtris docuiſti.

27 Et dicet, Dico vobis, neſcio vnde vos ſitis: abſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Regnum Dei.

28 Illic erit fletus & ſtridor dentium : quum videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

29 Tunc venient *multi* ab Oriente,& Occidente,& Borea,& Auſtro: & diſcumbent in regno Dei.

30 Et ecce ſũt vltimi qui erũt primi,& ſunt primi qui erũt vltimi.

31 Eo ipſo die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes ei, Exi, & abi hinc:″nam Herodes vult te trucidare.

Herodem vocat Chriſtus vulpẽ.

32 Tunc ait eis, Profecti dicite vulpi illi, Ecce″eiiciam dæmonia, &″ſanationes peragam″hodie & cras,& tertia die″conſummabor.

33 ″Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie iter facere, quia″non contingit vt Propheta pereat extra Ieruſalem.

Ieruſalẽ deſtructio ob contemptum Chriſtum.

34 Ieruſalem, Ieruſalem, quæ trucidas Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cogere liberos tuos, quemadmodum gallina″pullitiem ſuam ſub alas,& noluiſtis?

35 Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta. Amẽ autem dico vobis quòd non videbitis me vſquedum venerit *tempus* quum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Cap. XIIII.

Hydropicus ſanatur.

1 ET factum eſt, quum ipſe veniſſet domum cuiuſdam ex principibus Phariſæorum ſabbatho ad capiendum cibum, ipſi obſeruabant eum.

2 Et ecce, quidam hydropicus erat coram eo.

3 Tum reſpõdens Ieſus ait ad Legis interpretes,& Phariſæos,″dicens, Licétne ſanare ſabbatho?

Sabbatho licet benefacere.

4 Ipſi verò tacuerũt. Tũ ipſe apprehenſum eũ ſanauit ac dimiſit.

5 Et reſpondens eis, dixit,″Quis veſtrum, *ſi ipſius* aſinus aut bos in puteum incidat, non ſtatim retrahet eum die ſabbathi?

teis noſtris docuiſti.

F

27 Et dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarii iniquitatis.

Matth.7.c.13,& 25.d.41
Pſal.6.c.13

28 Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ: quũ videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

29 Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Auſtro: & accumbẽt in regno Dei.

30 Et ecce, ſunt nouiſſimi qui erũt primi,& ſunt primi qui erunt nouiſſimi.

Matth.19.d.30,& 20.b.16
marc.10.d.31

31 In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi, Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere.

32 Et ait illis, Ite,& dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras,& tertia die cõſũmor

G

33 Veruntamen oportet me hodie & cras & ſequenti ambulare: quia nõ capit Prophetam perire extra Ieruſalẽ.

34 Ieruſalẽ Ieruſalẽ, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quẽadmodum auis nidum ſuum ſub pennis,& noluiſti?

Matth.23.d.37

35 Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat quum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Cap. XIIII.

1 ET factum eſt, quum intraret Ieſus in domũ cuiuſdam principis Phariſæorũ ſabbatho manducare panem,& ipſi obſeruabant eum.

2 Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum.

3 Et reſpondens Ieſus dixit ad Legiſperitos & Phariſæos, dicens, Si licet ſabbatho curare?

4 At illi tacuerũt. Ipſe verò apprehẽſum ſanauit eum, ac dimiſit.

5 Et reſpondens ad illos, dixit, Cuius veſtrũ aſin⁹ aut bos in puteũ cadet:& nõ cõtinuò extrahet illũ die ſabbathi?

32 Eiiciam ἐκβάλλω Vulgata & Eraſmus, ad verbum, eiicio. Mihi verò videtur eſſe enallage præſentis pro futuro, quæ tamen ſua emphaſi non caret. Ita enim declarat ſe iam eſſe in ipſo opere, neque vel Phariſæorum inuidia, qui obiecto Herodis metu volebant eum abigere, nec Herodis conatibus & vllis cõſiliis poſſe impediri quominus quod ſemel eſt exorſus, ad finem perducat. Itaque Veterem etiam interpretationem non planè repudio. Sanationes peragam ἰάσεις ἐπιτελῶ Vulgata & Eraſmus, ſanitates perficio, quaſi ἴασις & ὑγεία idem declarent. Hodie & cras σήμερον καὶ αὔριον Prouerbialiter dici hoc videtur pro, exiguo temporis ſpatio, vt interpretatur Theophylactus. contigerunt enim hæc omnia in vltima Chriſti profectione, vt ego quidem arbitror. Nam quod ad hiſtoriæ ſeriem attinet, Lucam cenſeo quaſi pro regula nobis eſſe proponendum, ad quam deinde Matthæi & Marci ſcripta accommodentur: quum ipſe diſertè teſtetur in procemio, ſe in hiſtoria ordine digerenda plurimum operæ poſuiſſe. Sed hæc παρέργως. Poteſt tamen hoc dicendi genus etiam accipi ſenſu prorſus diuerſo, quaſi dicat ſeſe quicquid aduerſarii moliantur, nihilominus tamen & hodie & cras, id eſt & in præſenti,& in poſterum, quandiu ſcilicet libuerit, ſuo munere functurũ. Poſtremò notandum, hoc ita dici quaſi nuntii in ipſius Chriſti perſona loquantur, qui mos eſt Hebræis familiaris. Sed ferè proponi ſolet aliquid ex quo id poſſit intelligi, vt apud Prophetas כה אמר יהוה, id eſt hæc dicit Dominus, & in Iohannis Apocalypſi, τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος, hæc dicit primus & nouiſſimus. deinde inducitur Deus ipſe loquens. Itaque tale quidpiam hoc loco ſupplendum videtur. Conſummabor τελειοῦμαι Iterum præſens pro futuro ponitur, vt etiam annotat Eraſmus: cui tamen in eo non aſſentior quòd τελειοῦμαι putat actiuè poſſe accipi pro τελειῶ, id eſt, finiam [ſiue, abſoluam] opus meum. Nam etſi hæc ſententia bene conuenit, tamen τελειοῦμαι non memini legere actiuè poſitum:& vt ita vſurpari poſſe concedam, abſolutè tamen poni non potuit. Hoc quidem certum eſt, Chriſti mortem intra triduum futuram, id eſt iam proximam & inſtantem hîc deſignari, quæ vltima fuit peregrinationis Chriſti clauſula, quum à reſurrectione induerit immortalitatẽ. Sed malui Conſummãdi, quàm Finiendi vocabulo vti: quia Finiri propriè dicuntur ea quæ impoſito fine amplius non extant, vt finiri vita, dolor, morbus dicitur. Mors autem Chriſti neque Chriſto ipſi, neque ipſius officio finem propriè impoſuit, ſed Chriſtum potius conſummauit, adeò quidem vt eadem hac oblatione ſuos dicatur conſummaſſe, idque in perpetuum, quum ſit etiam æternus ſacerdos. Quinetiam fortaſſis vſus eſt Dominus verbo כלה quod ſacrificiis quoq; cõuenit.& Græcis Theologis dicuntur τελειοῦσθαι qui in mortem Chriſti baptizantur,& peculiariter τελειωθέντες abſolutè vocantur qui pro Chriſto ſanguinem fuderunt: quæ ſignificatio an huc pertineat,& an hac ratione fideles dicantur in Chriſto τετελειωμένοι, iudicium penes Eccleſiam eſto.

33 Veruntamen πλὴν Hæc nonnulli cum ſuperioribus coniungunt, quaſi iubeat Chriſtus hæc quoque Herodi nuntiari. Sed malo diſtinguere, vt ſit hic ſenſus, Quanuis quod mihi dicitis Herodem minari, non poſſit me impedire quominus fortiter pergam in eo quod cœpi, tamen non eſt quòd metuatis ne hîc maneam. Diſcedam ſanè,& quum aliquandiu oberraro, ipſam Hieroſolymam breui perueniam, vbi re ipſa declarabitis quo ſtudio me admoneatis vt mihi ab Herode caueam. Non contingit οὐκ ἐνδέχεται Vulgata, non capit, ſicut apud Græcos ἐγχωρεῖ accipitur pro ἔξεστι licet. Eraſmus, fieri non poteſt, ἀδύνατόν ἐστι. Docent autem Dialectici & Phyſici quomodo inter ſe differant τὸ μὴ ἐνδεχόμενον καὶ τὸ ἀδύνατον. 34 Pullitiem τὴν νοσσιὰν Sic loquitur Columella plurimis locis, proprii in his rebus ſermonis obſeruantiſſimus. Vulgata & Eraſmus, nidum, id eſt καλιάν Sic tamen Virgilius libro Georg. 4. -ipſáſque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus eſcam. In duobus autem codicibus legimus τὰ ἑαυτῆς νοσσία, pullos ſuos.

IN CAPVT XIIII.

3 Dicens, λέγων, Pleonaſmus eſt huius participii, de quo ſæpe iam diximus. 5 Quis veſtrum τίνος ὑμῶν Permutata eſt cõſtructio verborum in hac periodo, ex Hebræorum idiotiſmo, quem expoſuimus ſuprà 11.b.11. Ideo maluimus à Græcis aliquantulum deflectere, quàm verbum reddere pro verbo.

6 Et non poterant ad hæc reſpondere illi.

B 7 Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent: dicens ad illos,

8 Quum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo:

9 Et veniēs is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locū: & tūc incipias cum rubore nouiſſimū locum tenere.

Prouerb.25.a.7 10 ¶Sed quum vocatus fueris, vade, recumbe in nouiſſimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, aſcēde ſuperius: tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Infrà 18.c.14 matth.23.a.12 11 ¶Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

C 12 Dicebat autem & ei qui ſe inuitauerat, ¶Quum facis prandium aut cœnā, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Tob.4.b.7 prouerb.3.b.9

13 Sed quum facis conuiuiū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

14 Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

D 15 Hæc quum audiſſet quidā de ſimul diſcumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducat panem in regno Dei. Matth.22.a.2 apoc.19.b 9

16 At ipſe dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocauit multos.

17 Et miſit ſeruū ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iā parata ſunt omnia.

18 Et cœperūt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, Villam emi: & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excuſatum.

19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excuſatum.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo non poſſum venire.

21 Et reuerſus ſeruus nuntiauit hæc E domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliâs dixit ſeruo ſuo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.

22 Et ait ſeruus, Domine, factū eſt vt imperaſti: & adhuc locus eſt.

23 Et ait dominus ſeruo, Exi in vias & ſepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

24 Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

25 Ibant autem turbæ multæ cum eo: F & conuerſus dixit ad illos.

Suprà 9.c.23 matth.10.d.37, 16.d.24 26 Siquis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animā ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Matth.10.d.38, & 16.d.24 marc.8.d,24 27 ¶Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

28 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius, ſedens computat ſumptus qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum:

---

6 Et non poterant ad hæc contrà reſpondere ipſi.

7 Dixit autem parabolā ad eos qui vocati fuerant, ″attēdens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad eos,

8 Quum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accūbas in primo loco: nequando honoratior te ſit vocatus ab eo: In nuptiis quo loco accūbendū.

9 Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum pudore vltimum locum obtinere.

10 Sed quum vocatus fueris, vade ſeſſum in vltimum locum, vt quum venerit qui te vocauit, dicat tibi, Amice, aſcende ſuperius: tunc erit tibi gloria coram iis qui tecum diſcumbunt.

11 Nam omnis qui ſe extollit, deprimetur: & qui ſe demiſerit, extolletur.

12 Dicebat autem etiam ei qui ſe vocauerat, Quum facis prandiū aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: nequando & ipſi te viciſſim vocent, ac retribuatur tibi *beneficium*. Pauperes ad cōuiuiū inuitandi.

13 Sed quum facis epulum, voca pauperes, mācos, claudos, cæcos:

14 Et beatus eris, quia non poſſunt *gratiam* retribuere tibi. retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

15 Hæc autem quum audiſſet quidā ex iis qui ſimul accumbebāt, dixit ei, Beatus qui comedit panem in regno Dei. Inuitati ad cœnā & fidē in Chriſtū Iudæi renuunt venire.

16 Ipſe autem dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnā, & vocauit multos:

17 Miſitque ſeruum ſuum hora cœnæ, vt diceret vocatis, Venite, quia iam parata ſunt omnia.

18 Sed omnes cœperunt″ vna *ſententia* recuſare. Primus dixit ei, Agrum emi, neceſſe habeo exire, & videre eum: rogo te, habe me excuſatum.

19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & proficiſcor ad probādum ea: rogo te, habe me excuſatum.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi, & propterea non poſſum venire.

21 Quū igitur ſeruus ab iis veniſſet, renuntiauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliâs dixit ſeruo ſuo, Abi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac mancos, claudóſque & cæcos huc introducito.

22 Et ait ſeruus, Domine, factū eſt vt iniunxiſti, & adhuc locus eſt.

23 Tunc ait dominus ſeruo, Abi in vias & ſepes, & coge ingredi, vt impleatur domus mea. Gentes cōpulſæ accedunt ad fidē Chriſti.

24 Dico enim vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati fuerant, guſtabit cœnam meam.

25 Ibat autem turba multa cum eo: & conuerſus dixit ad eos,

26 Siquis venit ad me, nec odit patrem ſuum ac matrem, & vxorē & liberos, & fratres & ſorores, amplius autem etiam animā ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Odio habere parentes propter Chriſtum.

27 Et quiſquis non portat crucem ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Crux.

28 Quis enim ex vobis, qui velit turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, an habeat quæ ad perfectionē *operis requiruntur*: Turrim ædificaturus.

7 Attendens ἐπέχων id eſt προσέχων, quomodo etiam accipi τὸ ἐπέχειν obſeruat Euſtathius in Homerum Odyſſ. τ'.

18 Vna *ſententia* ἀπὸ μιᾶς. i. ἐξ ἑνὸς συνθήματος, inquit Teophylactus, quaſi ex compacto & conſtituto, pro quo dicimus vernaculo noſtro ſermone, *d'un accord*, expreſſa etiam præpoſitione ἀπό. Quanuis enim iſti aliquantulum diuerſas cauſas afferant, tamen in eo conueniunt omnes, quòd ſua negotia prætexunt ne ad cœnam adſint. Poteſt autem commodiſſimè ſuppleri γνώμης aut βουλῆς, id eſt ſententia vel conſilio, ſicut in illo Homeri verſiculo Iliad. β'. εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν. Itaque is qui nuper ἀπὸ μιᾶς conuertit, ad vnum, non videtur ſenſum aſſequutus, neque Vetus interpres qui Simul interpretatur, id eſt ἅμα.

Ne, poſtquam poſuerit fundamentum, nec valuerit perficere, omnes qui ſpectarint,incipiant illudere ei,

Dicētes,Homo iſte cœpit ædificare, nec valuit perficere *ædificium*.

Cōgreſſurus Rex cum hoſte.

Aut quis Rex proficiſcēs vt committat prælium aduerſus alterum Regem,non ſedens prius″cōſultat an poſſit cum decē millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit contra ſe?

Sin minus,quum adhuc ille procul eſt,legatione miſſa,rogat ea quæ ad pacem *pertinent*.

Renuntiare omnibus quæ poſſidemus.

Sic ergo quiſquis veſtrum non vale dicit omnibus bonis ſuis, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Sal.

Bonus eſt ſal:ſi verò ſal infatuatus fuerit,quo condietur?

Neque in terram neque in ſterquilinium″appoſitus eſt: foras abiiciunt eum. Qui habet aures ad audiendum,audiat.

Cap.X V.

Peccatores audiunt Chriſtum.

ACcedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores,vt audirent eum.

Et murmurabant Phariſæi ac Scribæ, dicentes, Iſte peccatores recipit,ac veſcitur cum eis.

Ipſe verò loquutus eſt ad eos parabolam hanc,dicens,

Ouis perdita.

Quis ex vobis homo qui habeat centum oues,& perdiderit vnā ex illis:non relinquit illas nonagintanouem in deſerto, & proficiſcitur vſque dum eam quæ periit,inueniat?

Et inuentam,imponit in humeros ſuos gaudens:

Veniénſque domū,conuocat amicos & vicinos,dicens eis,Cōgratulemini mihi:nam inueni ouem meam quæ perierat.

Gaudiū in cælo ob peccatorem conuerſum.

Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore reſipiſcente″*magis* quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non opus habent reſipiſcentia.

Drachma perdita.

Aut mulier quæ habeat drachmas decem,ſi perdiderit drachmā vnam,non accendit lucernam,&″verrit domum,quærítque accuratè vſquequo inueniat?

Et quum inuenerit,conuocat amicas ac vicinas,dicens,Cōgratulemini mihi:nam inueni drachmam quam perdideram.

Angeli.

Ita, dico vobis,gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore reſipiſcente.

De filio,qui conſumptis omnib' bonis reuertitur ad patrem.

Ait autem,Quidam habebat duos filios:

Quorum iunior dixit patri, Pater, da mihi partem ſubſtantiæ *mihi*″contingentem. *ille* igitur diuiſit″facultates.

Gentiū figura.

Poſt dies autem non multos,quum omnia coegiſſet iunior ille filius, peregre profectus eſt in regionem longinquam: & illic diſſipauit ſubſtantiam ſuam,viuendo″effuſé.

Omnibus verò ab ipſo cōſumptis,facta eſt fames valida in regione illa,& ipſe cœpit *victu* defici.

29 Ne poſteaquā poſuerit fundamentum, & nō potuerit perficere, omnes qui vident,incipiant illudere ei,

30 Dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſummare. G

31 Aut quis Rex iturus cōmittere bellū aduerſus aliū Regem, nō ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad ſe?

32 Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt.

33 Sic ergo omnis ex vobis qui nō renuntiat omnibus quæ poſſidet, nō poteſt meus eſſe diſcipulus.

34 ‖Bonum eſt ſal:ſi autē ſal euanuerit, in quo condietur? Matth.5.b.13 marc.9.g.50

35 Neque in terram,`neque in ſterquiliniū vtile eſt:ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi,audiat.

Cap.X V.

1 ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum.

2 Et murmurabāt Phariſæi & Scribę, dicentes,Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

3 Et ait ad illos parabolā iſtā,dicens,

4 ‖Quis ex vobis homo qui habet cētum oues,& ſi perdiderit vnam ex illis,nónne dimittit nonagintanouem in deſerto,& vadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eam? Matth.18.b.12

5 Et quum inuenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens:

6 Et veniens domum ·conuocat amicos,& vicinos,dicens illis,Congratulamini mihi,quia inueni ouem meam quæ perierat. B

7 Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitētiam agente, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.

8 Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnā, nónne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat?

9 Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas,dicens,Congratulamini mihi:quia inueni drachmam quam perdideram. C

10 Ita, dico vobis,gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

11 Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:

12 Et dixit adoleſcētior ex illis patri, Pater,da mihi portionē ſubſtātiæ,quę me cōtingit.Et diuiſit illis ſubſtātiā.

13 Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem lōginquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſé. D

14 Et poſtquam omnia diſſipaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere.

---

31 Conſultat βουλεύεται conſultat:ſcilicet adhibitis etiam aliis in conſilium,quum de Rege hîc agatur ac ſuſcipienda expeditione. Vulgata & Eraſmus,cogitat,id eſt λογίζεται vel ἐνθυμεῖται. 35 Appoſitus εὔθετον Id eſt aptus & accommodatus,vt Varro agrum dixit appoſitum ad vitem:& Cicero,dies ad agendum appoſitos. Vulg.& Eraſ.vtilis,id eſt χρήσιμον.

IN CAPVT XV.

7 *Magis* quàm ἢ Sic apud Hebræos interdum omittitur particula יותר,ſicut apud Græcos μᾶλλον,de quo alibi diximus.

8 Verrit σαροῖ In vetuſtiſſimis codicibus Vulgatæ editionis(vt poſt Vallam Eraſmus annotauit)perperam ſcriptum eſt Euertit pro Euerrit: qui error Gregorio Pontifici Romano & aliis Græcæ linguæ imperitis occaſionē præbuit multa in hunc locum parum appoſitè comminiſcendi. 12 Partem contingentem. τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Sic loquitur Caius Iuriſconſultus in l.domino,dig. de Senatuſc. Sylleiano. Alioquin conuertere etiam licuit,quæ ad me pertinet,id eſt τὸ καθῆκον μέρος, vel quæ mihi debetur. Nam ſic quoque accipitur τὸ ἐπιβάλλειν.ſed illa interpretatio prorſus reſpondet Græco vocabulo. Eraſmus,quæ ad me redit. Facultates. τὸν βίον. βίος,vt alibi diximus, tum vitam, tum illud ipſum declarat quo vitam tuemur. Ideo cōuertimus interdum Vitam,interdum Victum,nonnunquam Subſtantiam poſt Quintilianum, vt facturi eramus hoc loco,niſi in eodem hoc verſiculo occurreret οὐσία.

13 Effuſé. ἀσώτως. Deriuant Grammatici ἄσωτον ab α & σώζειν, vt eum declaret qui nihil ſibi ſeruat, quem Latini effuſum vel profuſum ſimili ratione vocant. Vulgata & Eraſmus,luxurioſé,id eſt ἀσελγῶς.

15 Et abiit, & adhæſit vni ciuiū regionis illius: & miſit illum in villam ſuā vt paſceret porcos.

16 Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

17 In ſe autem reuerſus dixit, Quanti mercenarii patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo!

18 Surgā, & ibo ad patrē meū, & dicā ei, Pater, peccaui in cælum & corā te:

E 19 Iā non ſū dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnū de mercenariis tuis.

20 Et ſurgens venit ad patrē ſuū. Quū autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſi⁹, & miſericordia motus eſt, & accurrēs cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.

21 Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cælum & corā te: iam nō ſum dignus vocari filius tuus.

22 Dixit autē pater ad ſeruos ſuos, Citò proferte ſtolam primā, & induite illum, & date annulū in manum eius, & calceamenta in pedes eius:

23 Et adducite vitulū ſaginatū, & occidite, & manducemus, & epulemur:

F 24 Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Et cœperunt epulari.

25 Erat autē filius eius ſenior in agro, & quum veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniā & chorū:

26 Et vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid hæc eſſent.

27 Iſque dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum ſaginatū, quia ſaluum illum recepit.

28 Indignatus eſt autē, & nolebat introire: pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum.

29 At ille reſpondens dixit patri ſuo,
G Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquā mandatum tuum præteriui, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer:

30 Sed poſtquā filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiā ſuā cū meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatū.

31 At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.

32 Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

Cap. XVI.

1 DIcebat autē & ad diſcipulos ſuos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illū, quaſi diſſipaſſet bona ipſi⁹.

2 Et vocauit illū, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationē villicationis tuæ: iā enim non poteris villicare.

3 Ait autem villicus intra ſe, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mēdicare erubeſco.

15 Abiit igitur & adhæſit vni ex ciuibus regionis illius: qui miſit eum in agros ſuos vt paſceret porcos.

16 Et cupiebat implere ventrem ſuum ſiliquis quibus porci veſcebantur: neque quiſquam illi dabat.

17 Quum autem ad ſe rediiſſet, dixit, Quot mercenarii patris mei abundant panibus, ego verò fame pereo!

Pœnitentia & conuerſio.

18 Surgens proficiſcar ad patrem meum, & dicam ei, Pater, ″peccaui in cælum & coram te:

19 Neque amplius ſum dignus vocari filius tuus: fac me vt vnum ex mercenariis tuis.

20 Surgens igitur venit ad patrem ſuum. Quum autem adhuc lōgè ″abeſſet, vidit eum pater ipſius, ac miſericordia motus eſt: & accurrens incidit in collum eius, & deoſculatus eſt eum.

Miſericordia Dei inexplicabilis erga peccatores conuerſos.

21 Dixit autem ei filius, Pater, peccaui in cælum & coram te, neque amplius ſum dignus vocari filius tuus.

22 Dixit verò pater ad ſeruos ſuos, Proferte ſtolā illā præcipuā, & induite eum, & date annulum in manum eius, & ſoleas in pedes:

23 Et adductum vitulum illum ſaginatum mactate, & veſcentes lætemur:

24 Quia filius iſte meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Cœperunt igitur lætari.

25 Erat autem filius eius ſenior in agro, qui vt veniens appropinquauit domui, audiuit concentum & choros.

Iudæorū figura.

26 Et vocatum ″vnum ex pueris, percontatus eſt quid iſtud eſſet.

27 Is verò dixit ei, Frater tuus venit: & mactauit pater tuus vitulum illum ſaginatum, quòd valentem illum receperit.

28 Indignatus eſt autem *ille*, nec voluit introire: pater ergo ipſius egreſſus precatus eſt eum.

29 Ipſe verò reſpondens dixit patri, Ecce, tot annos ſeruio tibi, nec vnquam mandatum tuum ″tranſgreſſus ſum, nec vnquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis lætarer.

30 Sed quum filius iſte tuus, qui deuorauit ″facultates tuas cū meretricibus, venit, mactaſti ei vitulum illum ſaginatum.

31 Ipſe verò dixit ei, Fili, tu ſemper mecū es, & ōnia mea tua ſūt:

32 Lætāri autem & gaudere oportebat, quòd frater tuus hic mortūus erat, & reuixit: perierátque, & inuentus eſt.

Cap. X V I.

1 DIxit autem & ad diſcipulos ſuos, Homo quidam erat diues, qui habebat diſpenſatorem: qui delatus eſt apud eum vt qui diſſiparet bona ipſius.

De diſpenſatore delato ad dominum.

2 Vocauit eū igitur, & ait ei, Quid hoc audio de te? redde rationē diſpenſationis tuæ: ″non enim poteris amplius ″eſſe diſpenſator.

3 Dixit autem apud ſe diſpenſator, Quid faciam, quòd dominus meus aufert à me diſpenſationem? fodere non valeo, mendicare pudet.

18 Peccaui in cælum, ἥμαρτον εἰς οὐρανὸν Id eſt peccaui in Deum. Sic enim potius Hebræi dicunt חטאתי ליהוה, adeò quidē vt in vtriuſque Teſtamenti contextu non putem reperiri huius loquutionis aliud exemplum. Puto autem hanc formulam ex eo ortam quòd Rabinorum ſermone interdum Cælorum appellatione Deus ipſe in cælis habitans intelligitur, vt annotauimus Matth. 21. c. 25.

26 Vnum ex pueris, ἕνα τῶν παίδων, Frobenii codex addit αὐτοῦ, id eſt ſuis, quod videtur expungendum. Apud Theophylactum autem legitur ἕνα ἐκ τῶν παίδων δούλων: ac mihi quidem dubium non eſt quin δούλων culpa librarii ex margine in contextum irrepſerit.

29 Tranſgreſſus ſum, παρῆλθον, id eſt ὑπερεῖδον, vel præterii, id eſt contempſi, quia quæ aſpernamur, ſolemus ne aſpecta quidem præterire. Theophylactus legit παρεῖδον, deſpexi. 30 Facultates tuas σοῦ τὸν βίον Vulgata, ſubſtantiam ſuam, id eſt τὸν αὐτοῦ βίον. Sed illud eſt ἐμφατικώτερον, & Græci omnes codices in eo conſentiunt.

IN CAPVT XVI.

2 Non poteris οὐ δυνήσῃ Id eſt tibi non fiet à me poteſtas. Nam alioquin diſpenſator eſſe poterat, ſi hoc dominus ipſi conceſſiſſet. Eſſe diſpenſator. οἰκονομεῖν. Vulgata, villicare: quod haud ſatis ſcio an aliud declaret quàm ruſticari. certè non tam latè patet quàm τὸ οἰκονομεῖν, quod ſignificat rem domeſticam curare. Eraſmus, diſpenſare, quod quidem non legi abſolutè poſitum.

4 Noui quid faciam,vt quum amotus fuero à diſpenſatione, recipiant me *aliqui* in domos ſuas.

5 Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dixit primo,Quantum debes domino meo?

6 Is autem ait,Centumʺbatos olei.Tum ille dixit ei,Accipeʺtabulas tuas,& ſede citò,& ſcribe quinquaginta.

7 Deinde alii dixit,Tu verò quãtũ debes? Is autẽ ait,Centũʺcoros tritici.Tum ipſe dixit ei,Accipe tabulas tuas,& ſcribe octoginta.

Filii huiꝰ ſeculi. 8 Et laudauit dominus diſpenſatoremʺiniquum, quòd prudẽter feciſſet:ʺquamobremʺfilii huius ſeculi prudentiores ſunt filiis lucisʺin ſuo genere.

Amici de mamona iniquitatis. 9 Et ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mamonaʺiniquo: vt quum defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula.

Fidelis in diſpẽſandis diuitiis. 10 Qui fidelis eſt in pauciſſimis, etiã in multis fidelis eſt: & quiʺin pauciſſimis iniquus eſt,etiam in multis iniquus eſt.

11 Si ergo in iniquo mamona fideles non fuiſtis:ʺverum *mamona* quis credet vobis?

12 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?

Duobus dominis ſeruire. 13 Nullus ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire:aut enĩ vnũ odio habebit,& alterum diliget:aut vni adhærebit,& alterum contemnet.non poteſtis Deo ſeruire & mamonæ.

14 Audiebant autem hæc omnia etiam Phariſæi qui erant auari: &ʺſannis excipiebant eum.

4 Scio quid faciã: vt quũ amotꝰ fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.

5 Cõuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui,dicebat primo, Quantum debes domino meo?

6 At ille dixit,Centum cados olei.Dixitque illi, Accipe cautionem tuam: & ſede,cito ſcribe quinquaginta. B

7 Deinde alii dixit,Tu verò quantum debes? Qui ait,Cẽtũ coros tritici. Ait illi,Accipe literas tuas,& ſcribe octoginta.

8 Et laudauit Dominus villicum iniquitatis,quia prudenter feciſſet: quia filii huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

9 Et ego vobis dico,facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt quum defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula.

10 Qui fidelis eſt in minimo,& in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt,& in maiori iniquus eſt. C

11 Si ergo in iniquo mamona fideles non fuiſtis: quod verum eſt quis credet vobis?

12 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt,quis dabit vobis?

13 Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire,aut enim vnũ odiet,& alterũ diliget:aut vni adhærebit, & alterũ contemnet. non poteſtis Deo ſeruire & mamonæ. Matth.6.e.24

14 Audiebant autem omnia hæc Phariſæi,qui erant auari: & deridebant illũ.

6 Batos βάτοις Vulgata,cados,& rectè quidem.Nam,vt apertè probat doctiſſimus Georgius Agricola,apud Hebræos בת mẽſura fuit rerum liquidarum,prorſus reſpondens Atticæ amphoræ,quæ Græcè non modo μετρητὴς,ſed etiam κάδος & κεράμιον dicitur. quod neque Epiphanius neque Hieronymus cognouit.Sed & in vetuſtis duobus codicibus,ſecundo & octauo,ſcriptum erat κάδοις.Immeritò igitur Eraſmus,hoc quidem loco,Veterem interpretem reprehendit. Tabulas γράμματα Sic vocant Latini obligationis inſtrumentum,vt vel ex eo liquet quod ipſi tabulas nouas appellant. Vulgata,cautionem,quo vocabulo ſic vtitur etiam Seneca.

7 Coros κόροις Apud Hebræos,vt hoc quoque παρέργως dicamus,כור pro quo Græci interpretes & ipſe quoque Ioſephus κόρον dicunt, menſura fuit rerum aridarum,quæ decem Atticos medimnos capiebat,vt teſtatur idem Ioſephus libro Antiquitatum 15, cap.12. Locus igitur quem ex eodem citat Eraſmus ex libri tertii vltimo capite,in quo videtur Corus æſtimari medimnis Atticis quadraginta vno,omnino deprauatus eſt vel in numeri nota vel in eo quod pro ἀττικοὶ,ſcribendum eſt ἰταλικοὶ, vt rectè obſeruat Georgius Agricola, homo (meo quidem iudicio)omnium qui de his rebus ad hunc diem ſcripſerunt,diligentiſſimus.

8 Iniquum, τῆς ἀδικίας, Heb.רעה id eſt iniquitatis,vt vertit Vulgata.Sed fortaſſis hic diſpenſator ſic vocatur,non quòd ex domini incõmodis ſua quæreret cõmoda,ſed quòd malus antea fuiſſet diſpenſator,id eſt non bene adminiſtraſſet hoc munus,vt qui bona patriſſamiliâs dilapidaſſet. Videtur enim hæc interpretatio magis accommodata, ne vidatur paterfamiliâs diſpenſatoris iniquum factum laudare, quum potius prudentiam approbet,qui ſibi voluerit in futurum proſpicere. Oporteret autem inter homines valde humanum ac liberalem eſſe patremfamiliâs qui eiuſmodi œconomum laudaret.Spectandum eſt igitur illud quod hac ſimilitudine adumbratur,ne putemus probari eum qui ſit ex alieno liberalis.eſſet enim hic potius habendus pro fure.Sed Deum repræſentat hic paterfamiliâs,qui prodigos bonorum ſuorum diſpenſatores laudat potius quàm parcos & auaros. Prodigos autem appello qui quarum rerum velut œconomi ſunt à Deo conſtituti,eas cũ pauperibus libenter ac benignè communicant.Hanc igitur interpretationem ſi amplectamur,præſtiterit τῆς ἀδικίας interpretari malũ quàm iniquũ,vt malus œconomus is ſit omnino quem vulgò vocamus,*un mauuais meſnager.* Quamobrem ὅτι Vulg.& Eraſ.quia.Mihi autem videtur in iis quæ ſequuntur,collatio eſſe ſimilitudinis, ita vt à comparatis argumentetur. Filii huius ſeculi οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου Sic apud Rabinos בני העולם הזה, id eſt homines præſenti vitæ addicti,quos vocat Apoſtolus σαρκικοὺς,& opponit πνευματικοῖς,qui hoc loco dicuntur Filii lucis,id eſt בני אורה, quos ſcilicet Dominus ſui ſpiritus luce illuſtrauit. In ſuo genere.εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτοῦ. Γενεὰν alicubi nationem,generationem,progeniem expoſuimus. eſt enim multiplex huius vocabuli declaratio.Sed mihi quidem videtur hìc accipi pro certo genere ac ſpecie hominũ,& εἰς pro ἐν vſurpari. Virg. Parce pio generi.Idem, Quod genus hoc hominũ. Vulg.in generatione ſua.Eraſ. in natione ſua.Nam Cicero quoque in hac ſignificatione nationẽ cãdidatorũ & nationẽ optimatiũ dicit.Sed illud planius eſt & magis tritũ.

9 Iniquo: τῆς ἀδικίας id eſt רעה,vel און quibus vocabulis quum ſignificetur etiam afflictio, quæ Latinis quoque malum dicitur, conſiderandum relinquo num ἡ ἀδικία, id declaret hoc loco,ex Hebræorum idiotiſmo: vt dicatur μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας ab effectu,quem deſignauit Horatius quum ſolicitas opes vocaret:niſi malimus ornatas eſſe diuitias hoc epitheto, vel quòd, vt verè ſcripſit Ouidius, ſint malorum irritamenta:vel quòd,vt vulgato prouerbio iactatur,ferè quiſquis eſt diues, aut ſit iniquus,aut iniqui hæres. Sed ſuperior expoſitio videtur paulo melius conuenire huic loco,quia hæc omnia ſunt dicta in eos qui quum verum diuitiarum vſum hunc eſſe neſciant,vt ſimus in pauperes munifici ac liberales,ex ſuis bonis nihil præter curam ac dolorem percipiunt. Quid ſi verò τὸν μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας interpretemur ממון שוא id eſt falſas aut mendaces opes? Nam paulo pòſt ἀδίκῳ μαμωνᾷ opponit τῷ ἀληθινῷ, vt hæc expoſitio quam nuper quidam attulit, mihi certè videatur ſimpliciſſima. Nolui tamen quicquam audere quod cæteris interpretationibus nullum locum relinqueret. Hoc quidem conſtat Mamonam iniquitatis intelligi non poſſe diuitias fraude aut ſcelere partas, quum ex infinitis locis conſtet Deo non placere liberalitatem quæ ex puro fonte non proficiſcatur. Magis eſſet probabilis opinio Theophylacti,qui ſic exiſtimat vocari facultates, quibus vel per auaritiam vel per luxum ante abuſus fuerat œconomus.

10 In pauciſſimis ἐν ἐλαχίστῳ Quia τὸ ἐλάχιστον hic opponitur τῷ πολλῷ,ideò non ſum interpretatus in minimo.Fuiſſet enim ſubiiciendũ ἐν μεγάλῳ,id eſt in magnis. Neque tamen ignoro & πολὺ & ὀλίγον interdum de continua etiam quantitate dici. Sed puto hìc ſignificari illud ipſum quod Dominus declarauit ſimilitudine talentorum Matth.25.b.23,& c.29,vbi iiſdem pene verbis vtitur.

11 Verũ *mamona* τὸ ἀληθινὸν, μαμωνᾶ quod puto eſſe indeclinabile,repetii ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Omnino enim id poſtulare videtur antitheſis, vt veræ opes,cæleſtes ſcilicet ac diuinæ fluxis ac caducis opponantur. In proximo verſiculo ſimilis eſt antitheſis. Nam quæ profani homines bona fortunæ & externa vocant,Chriſtus appellat aliena,noſtræ ſcilicet fidei commiſſa,eáque opponit iis,quæ qui ſunt conſequuti,verè poſſunt ſua dicere,quia pars hæc optima nunquam ab iis aufertur qui eam elegerunt.

14 Sannis excipiebant ἐξεμυκτήριζον Vulg.deridebant,κατεγέλων. Eraſmus in annotationibus,ſubſannabant,quod non memini legere,

D Et ait illis, Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autē nouit corda veſtra: quia quod hominib⁹ altum eſt, abominatio eſt ante Deum.

Matth.11.b.12

Lex & Prophetæ, vſque ad Iohānē: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.

Matth.5.c.18

Facili⁹ eſt autē cęlū & terrā pręterire, quàm de Lege vnū apicem cadere.

Matth.5.e.32, &19.b.9 1.cor.7.b.11

Omnis qui dimittit vxorem ſuā, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

E Homo quidā erat diues, & induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidé.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus:

Cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: ſed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.

Factum eſt autē vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. mortuus eſt autē & diues, & ſepultus eſt

F In inferno. Eleuans autem oculos ſuos quum eſſet in tormētis, vidit Abrahā alōge, & Lazarum in ſinu eius:

Et ipſe clamās dixit, Pater Abrahā, miſerere mei, & mitte Lazarū vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Et dixit illi Abraham, Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.

G Et in iis omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatū eſt: vt ii qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare.

Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.

Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.

Et ait illi Abraham, Habent Moyſen & Prophetas: audiant illos.

At ille dixit, Non, pater Abraham: ſed ſiquis ex mortuis ietit ad eos, pœnitentiam agent.

Ait autem illi, Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Cap. XVII.

Matth.18.a.7 marc.9.f.42.

ET ait ad diſcipulos ſuos, Impoſſibile eſt vt nō veniant ſcandala: vę autem illi per quem veniunt.

Vtilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnū de puſillis iſtis.

Attēdite vobis: Si peccauerit frater

15 Tunc ait eis, Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos corā hominibus: Deus autē nouit corda veſtra: quia quod apud homines eſt ſublime, abominandum eſt coram Deo.

16 Lex & Prophetæ vſque ad Iohannem: ab eo tempore regnū Dei annuntiatur, & quiuis in illud perrumpit.

17 Facilius eſt autem cælum & terram præterire, quàm Legis vnū apicem cadere.

18 Quiſquis dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

19 ʹQuidam verò erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & genio indulgebat quotidie ſplendidé.

20 Erat verò quidam mendicus nomine Lazarus, qui proiectus erat ad veſtibulum eius vlceroſus:

21 Cupiénſque ſaturari micis quæ cadebant à menſa diuitis: ſed & canes veniebant ac lingebant vlcera eius.

22 Factum eſt autē vt moreretur mēdicus, & aſportaretur ab Angelis in ſinū Abrahæ. mortuus eſt verò & diues ille, ac ſepultus eſt.

23 ʹEt apud inferos ſublatis oculis ſuis, quum eſſet in cruciatibus, videt Abraham eminus, & Lazarum in ſinu eius:

24 Tum ipſe clamans dixit, Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum vt mergat extremum digiti ſui in aquam, ac refrigeret linguam meam: quia crucior in iſta flamma.

25 Dixit autem Abraham, Fili memēto quòd receperis bona tua in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nūc autem hic ſolatio fruitur, tu verò cruciaris.

26 Et ʹſuper hæc omnia, inter nos & vos ʹhiatus ingens ʹconſtitutus eſt: vt ii qui volunt hinc tranſire ad vos, nō poſſint, neque iſtinc huc tranſire.

27 Dixit autem *ille*, Rogo ergo te pater vt eum mittas domum patris mei.

28 Habeo enim quinq; fratres, vt teſtificetur illis, ne & ipſi veniāt in hunc locum cruciatus.

29 Dicit ei Abraham, Habent Moſen ac Prophetas, audiant eos.

30 Ille verò dixit, Non, pater Abraham: ſed ſiquis ex mortuis ierit ad eos, reſipiſcent.

31 Abraham autem ait ei, Si Moſen & Prophetas non audiunt, neque ſiquis ex mortuis ſuſcitatus, credent.

Cap. XVII.

1 AIt autem ad diſcipulos, ʹFieri non poteſt quin veniant ſcandala, ſed væ illi per quem veniunt.

2 Expedit illi ſi mola aſinaria circumponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, *potius* quàm vt offendat vnum ex paruis iſtis.

3 Cauete vobis: Si peccauerit in te frater tuus, obiurga eum: & ſi

Iuſtificare ſe coram hominibus

Lex & Prophetæ

Lex.

Vxor.

Diues in inferno.

Moyſes & Prophetæ audiendi.

Mortui.

Scandala.

Peccanti in nos fratri remittendum.

---

19 Quidam verò ἄνθρωπος δέ τις In ſecundo exemplari legitur, εἶπε δὲ καὶ ἑτέραν παραβολὴν, ἄνθρωπός τις ἦν. Dixit autem aliam etiam parabolam, Quidam erat, &c. 23 Et apud inferos Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ Vulgata omiſit præpoſitionem καὶ, qui error in cauſa fuit cur ex veteribus nonnulli parum appoſitè diſputarint de ſepultura diuitis in inferno.

26 Super hæc omnia, ἐπὶ πᾶσι τούτοις, Id eſt, πρὸς τούτοις, præter hæc, vel ad hæc. Vulgata, in iis omnibus: quod Eraſmus iure correxit. Hiatus χάσμα Id eſt vaſta vorago, παρὰ τὸ χαίνειν. Sic Virgilius, -quæ nunc ſatis ima dehiſcat Terra mihi. Vulgata, chaos, librariorum errore, vt Budæus exiſtimat. Conſtitutus eſt: ἐστήρικται Vulgata & Eraſmus, firmatus eſt: quod non ſatis conuenit huic loco, quum agatur de re minimè firma ac ſolida, ſed vacua potius ac inani, quæ tamen dicitur ἐστηρίχθαι, id eſt firmo & conſtanti Dei robore ſtabilita, vt diffluere non poſſit. Fortaſſis vſus eſt Dominus verbo רקע quod quum propriè ſignificet expādere, Græci interpretes, vertere ſolent στερεοῦν, quod parum differt à στηρίζειν. vnde רקיע ipſi στερέωμα, id eſt firmamentum, appellant. niſi malimus στηρίζειν opponere Hebræorum verbo כון quod & ipſum commodè interpretari poſſumus, conſtituere & collocare, vnde מכון id eſt ſedes firma ac ſtabilis.

IN CAPVT XVII.

1 Fieri non poteſt ἀνένδεκτόν ἐστιν Id eſt, aliter non poteſt contingere, ſiue, neceſſe eſt, vt loquitur Matthæus 18.a.7. Cæterùm in tribus exemplaribus poſt μαθηταὶ, id eſt diſcipulos, additur αὐτοῦ id eſt ſuos. Item deerat articulus τοῦ in vno exemplari.

reſipuerit,remitte ei.

4 Et, ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te,dicens,Reſipui:remitte ei.

Fides.

5 Tunc dixerunt Apoſtoli Domino,Adiice nobis fidem.

6 Dixit autem Dominus,Si haberetis fidem ʹquantulum *eſt* granum ſinapis, diceretis huic ſycamino , Eradicator & plantator in mari:& obediret vobis.

7 Quis autem veſtrum habet ſeruum arantem aut paſcētem , qui regreſſo ab agro,dicat ſtatim,Prodi & accumbe:

8 Ac non potius dicit ei, Para quod cœnem, & præcinctus miniſtra mihi , vſquedum edero ac bibero : & poſt hæc edito & bibito tu?

9 Num gratiam habet ſeruo illi quia fecit quæ ei iniuncta fuerant?non puto.

Serui inutiles ſumus.

10 Ita & vos quum feceritis omnia quæ iniuncta ſunt vobis, dicite,Serui inutiles ſumus:quod debuimus facere,fecimus.

Leproſi decem ſanantur,

11 Et factum eſt inter eundum Ieroſolymam , ipſe tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.

12 Et quum ingrederetur in quendam vicum , occurrerunt ei decem viri leproſi,qui ſteterunt procul.

13 Et extulerunt vocem,dicentes,Ieſu magiſter miſerere noſtri.

14 Qui quum *eos* vidiſſet,dixit eis,Profecti indicate vos Sacerdotibus.Et factum eſt vt inter eundum purgati ſint.

Samaritanus ſanatus gratias agit Deo.

15 Vnus autem ex ipſis vt vidit quòd ſanatus eſſet,reuertit glorificans Deum voce magna:

16 Et prócidit in faciem ad pedes eius,gratias agens ei:erátque hic Samaritanus.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit,Nónne decem illi purgati ſunt? nouem autem illi vbi?

18 Non ſunt reperti qui redierint vt darent gloriam Deo , niſi alienigena iſte.

Fides.

19 Et ait ei,Surge,proficiſcere,fides tua te ſeruauit.

Regnū Dei quādo venturum.

20 Interrogatus autem à Phariſæis quando venturum eſſet regnū Dei:reſpondit eis & dixit, Non veniet regnum Dei ʹita vt obſeruari poſſit.

tuus,increpa illum:& ſi pœnitentiam egerit,dimitte illi.

4 ¶Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die couerſus fuerit ad te, dicens,Pœnitet me:dimitte illi. Matth.18.c.21

5 Et dixerunt Apoſtoli Domino,Adauge nobis fidem.

6 Dixit autem Dominus,Si haberetis fidem ſicut granum ſinapis , diceretis huic arbori moro , Eradicare & tranſplantare in mare : & obediret vobis. Matth.17.c.20

7 Quis autē veſtrum habens ſeruum arantem aut paſcentem,qui regreſſo de agro dicat illi,Statim tranſi,recumbe:

8 Et non dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam,& poſt hæc tu manducabis & bibes?

9 Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat ? non puto. C

10 Sic & vos quū feceritis omnia quę præcepta ſunt vobis,dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.

11 Et factum eſt, dum iret in Ieruſalē, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.

12 Et quum ingrederetur quoddā caſtellum,occurrerunt ei decem viri leproſi,qui ſteterunt alonge:

13 Et leuauerunt vocem,dicentes,Ieſu præceptor,miſerere noſtri.

14 Quos vt vidit, dixit , ite, ¶oſtendíte vos ſacerdotibus.Et factum eſt,dū irent,mundati ſunt. Leuit 14.a.2. D

15 Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus eſt : regreſſus eſt,cum magna voce magnificans Deum:

16 Et cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens. & hic erat Samaritanus.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit, Nónne decem mundati ſunt ? & nouem vbi ſunt?

18 Nō eſt inuentus qui rediret,& daret gloriam Deo,niſi hic alienigena.

19 Et ait illi, Surge , vade: quia fides tua te ſaluum fecit.

20 Interrogatus autē à Phariſæis quādo venit regnum Dei,reſpōdit eis,& dixit,Nō venit regnum Dei cum obſeruatione.

6 Quantulum *eſt* granum ſinapis, ὡς κόκκον σινάπεως, Cur à Græcis aliquantulum deflexerimus,diximus Matth.17.c.10.Miror autē potuiſſe cuiquam in mentem venire quod in hunc locum Eraſmus ſcripſit,cuius alioquin eruditioni ac diligentiæ plurimùm faueo.Neſcio,inquit,an interpres vſurparit κόκκον neutro genere.Nec enim eſſet ſenſus(mea ſententia)abſurdus,coccum velut habere fidem, quod in ſpeciē humile & abiectum,nō antè prodit vigorem ſuum quàm attritu prouocatum. Sic alibi vocat nos ad exemplum paſſerculorum ac liliorum. Hæc ille.Atqui κόκκον nuſquam memini legere neutro genere.Deinde quis non videt granum ſinapis pro re minima, prouerbiali figura, vſurpari?Perinde enim eſt acſi diceret Dominus,ſi vel tantillum fidei nobis ineſſet quantulum eſt granū ſinapis. Ergo quod de ſinapis natura hîc traditur,planè eſt ἀπροσδιόνυσον. Sycamino, τῇ συκαμίνῳ, vel (vt alii volūt) Sycomoro.Dioſcorides enim cap.144.lib.1,Sycomorū nonnullis eandem eſſe ſcribit quæ & Sycaminus dicitur. nihilominus tamen Sycaminum morum interpretatur:quæ etiam Galeni ſententia eſt libro ſecundo de Alimentis,capite de Sycaminis. Atque adeò paulo pòſt ſingulari capite de Sycomoris diſputat, quas inter ficum arborem & morum medias collocat.indéque nomen ipſis arbitratur eſſe poſitum:non autem(vt Dioſcorides ſcribit) διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως. id eſt propter inefficacem guſtum : quaſi fatuam ficum dixeris. Eandem ipſam arborem (quam & veluti non admodum frequentem, Galenus in Alexandria ſe vidiſſe ſcribit) dictionibus inuerſis Celſus Moroſycon appellat. Quare quum certò apud Galenum ſcriptorem tum doctiſſimum tum diligentiſſimum conſtet Sycaminum diuerſam eſſe à Sycomoro, Eraſmi ſententiam non recipio:vt qui perperam Sycaminum obſeruaſſe videatur eandem eſſe quam συκομωραίαν infrà 19.a.4,appellat Lucas. Propius enim vero eſt,quum diuerſis nominibus vtatur Euangeliſta,diuerſas quoque arbores notari:& Sycaminum quidem morum ſignificare (quam etiam opinionem ſequutus eſt Vetus interpres)Sycomorum verò vel συκομωραίαν, eam quæ inter ficum & morum media eſt,quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quanquam Plinio ficus AEgyptia ſit.Sed hæc fortaſſis non ſunt huius loci.

20 Ità vt obſeruari poſſit. μετὰ παρατηρήσεως. Id eſt,cum externo quopiam maieſtatis ſplendore,ex quo poſſit agnoſci.Alioquin ex manifeſtis etiam multis ſignis potuit intelligi,Chriſtum eſſe Meſſiam illum cuius regnum tandiu fuerat expetitum.Sed de iis ſignis & notis hoc accipiendum eſt quas Phariſæi animo conceperant , qui ſcilicet terrenum quoddam regnum Meſſiæ expectabant: in quo errore Iudæi etiamnum hodie verſantur. Theophylactus mauult ad tempus referre,quod obſeruari non poſſit:quia, inquit,regno Dei non eſt aliquod tempus conſtitutum,ſed ſemper eſt præſens ei qui velit credere,& viuere vt fidelem decet. Nonnulli demum παρατηρήσεις putant vocari παραδόσεις id eſt traditiones,in quibus illi ſummam pietatem ponebant:quaſi Chriſtus neget regnum Dei in iſtis externis rebus poſitum eſſe,ſed potius in animo per fidem purgato.Ex his autem interpretationibus primam maximè probo,quòd ſimpliciſſima videatur,& quæſtioni propoſitæ imprimis accommodata.Itaque non placuit ad verbum interpretari μετ᾽ παρατηρήσεως cum obſeruatione,ne nimis obſcurè loquerer.

E Neque dicent, Ecce hic, aut, ecce illic: ecce enim, regnũ Dei intra vos eſt. 21

Et ait ad diſcipulos ſuos, Venient dies quando deſideretis videre vnum diem Filii hominis: & non videbitis. 22

Matth.24.b.23
marc.13.c.21

Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic. nolite ire, neque ſectemini. 23

Nam ſicut fulgur coruſcans, de ſub cælo in ea quæ ſub cælo ſunt, fulget: ita erit Filius hominis in die ſua. 24

Primùm autẽ oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. 25

Gene.7.b.5
matth.24.d.38
1.pet.3.d.20

¶Et ſicut factum eſt in diebus Noe: ita erit & in diebus Filii hominis. 26

F Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias, vſque in diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. 27

Geneſ.19.e.24

Similiter, ſicut factum eſt in diebus Lot: edebant & bibebãt, emebãt & vẽdebant, plantabant & ædificabant: 28

Qua die autẽ exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: 29

Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur. 30

G In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter non redeat retro. 31

Gene.19.e.26

Memores eſtote vxoris Lot. 32

Suprà 9.c.24,
& 16.d.25
matth.10.d.39
marc.8.d.35
joh.12.d.25
Matth.24.d.41

¶Quicunque quæſierit animã ſuam ſaluam facere, perdet illam: & quicũque perdiderit illam, viuificabit eam. 33

¶Dico vobis, in illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. 34

Duæ erunt molentes in vnum: vna aſſumetur, & altera relinquetur. 35

Duo in agro: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. 36

Matth.24.c.28

Reſpondẽtes dicunt illi, Vbi Dñe? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. 37

21 Neque dicent, Ecce hîc, aut, ecce illic: ecce enim regnum Dei ″intus habetis.

Regnum Dei intra nos.

22 Dixit autem ad diſcipulos, Veniet tempus quum deſiderabitis videre ″vnum ex diebus Filii hominis: nec videbitis.

23 Et dicẽt vobis, Ecce hîc, ″aut, ecce illic: *ſed* ne abeatis, neque proſequamini.

Falſi Chriſti.

24 Nam ſicut fulgur coruſcans, è regione quæ ſub cælo eſt, in *alteram* quæ ſub cælo eſt, ſplendet: ita erit & Filius hominis in die ſuo.

Dies Chriſti.

25 Sed prius oportet eum multa pati, & reprobari à natione iſta.

26 Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

Noe.

27 Edebant, bibebant, vxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum vſque diem quo introiit Noe in arcam: venítque diluuium, ac perdidit omnes.

Diluuium.

28 Similiter etiam vt accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant:

29 Quo autem die exiit Lot è Sodomis, pluit igni & ſulphure de cælo, & omnes perdidit:

Lot.

30 Secundum hæc erit dies quo Filius hominis reuelabitur.

31 In illo die *ſi* quis fuerit ſupra domum, & vaſa eius in domo, ne deſcendat ad tollendum ea: & qui in agro, ſimiliter non reuertatur ad ea *quæ* retro *reliquerit.*

32 Memineritis vxoris Lot.

Vxor ipſius Lot.

33 Quicunque quæſierit animã ſuam ſeruare, perdet eam: & quicunque perdiderit eam, vitam ei parabit.

34 Dico vobis, illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur.

35 Duæ erunt molẽtes ſimul: vna accipietur, & altera relinquetur.

36 ″Duo erunt in agro: vnus accipietur, & alter relinquetur.

37 Tunc reſpondentes dicunt ei, Vbi Domine? Ipſe verò dixit eis, Vbi ″corpus, illuc cogentur & aquilæ.

21 Intus habetis. ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Hebr. בקרבכם Id eſt, ad verbum ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio veſtri, quod nihil aliud declarat quàm ἐν ὑμῖν, vt ferè ſemper conuerterunt Græci in Vetere teſtamento, pro παρ' ὑμῖν, id eſt apud vos, vt loquuntur Latini: niſi quòd particulæ ἐντὸς hæc videtur eſſe emphaſis, vt ſignificetur Meſſiam ita apud eos eſſe, vt minimè lateat, ſed in medio verſetur, omnium conſpectui expoſitus, vt loquitur Iohannes 1.d.27. vel fortaſſis ita declaratur, eos non modo propinquum ſed intus etiam, id eſt domi ſuæ, Meſſiam habere: vt niſi peruerſa illa opinio de terreno illius regno ipſis offunderet tenebras, non potuerint ipſum nõ agnoſcere. Denique teſtatur eos vt abſentem quærere quem domi præſentem reiicerent: & fontem eius erroris aperit, ſicut etiam teſtatur Iohannes 1.b.11, Chriſtum veniſſe in ſua, & à ſuis non agnitum. Ideò malui ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν interpretari, intus habetis, quàm apud vos, aut in vobis, aut inter vos eſt. Sunt qui malint ad verbum exponere, intra vos eſt, quaſi ſignificetur regnum Chriſti ſpirituale eſſe, non autem terrenum, vt Phariſæi imaginabantur: quæ ſententia vt vera ſit, fortaſſis tamen nõ eſt huic loco ſatis accommodata, tribus de cauſis. Primùm enim videtur mihi violẽta hæc expoſitio, Regnum Dei intra vos eſt, id eſt, poſitum eſt in iis quæ ad animum pertinent, non autem in externo illo ſplendore. Cuperem igitur aliquod exemplum proferri, non quo ſententia hæc confirmaretur (de cuius veritate non dubito) ſed ex quo intelligeretur, hoc dicendi genus ita eſſe explicandum. Deinde non dicit ſimpliciter ἐντός ἐστιν intus eſt, vel ἐν τοῖς ἐντὸς, ἐστιν, eſt in iis quæ intus ſunt, vel ἐντὸς ἀνθρώπου ἐστιν intra hominẽ eſt, ſed ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, intra vos eſt. Omnino autẽ habenda eſt ratio eorum quos alloquitur, nimirum Phariſæorum, à quibus certè non eſt veriſimile Chriſtum ſumere voluiſſe hypotheſin in regni ſui natura explicanda. Poſtremò non hìc agitur (opinor) de regno Chriſti in Eccleſia, ſed de ipſius aduentu in mundum. Itaque Chriſti reſponſum huc quoque accommodandum eſt: ex quo tamen poſtea rectè colligi poteſt generalis doctrina: quum eadem ſit conditio membrorum & capitis.

22 Vnum ex diebus Filii hominis: μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου: Cur vnum ex diebus malim interpretari quàm vnum dierum, alibi expoſuimus. Loquitur autem de priore Chriſti aduentu in mundum, & tempus fore dicit quo diſcipuli ipſum abſentem magna cum animi triſtitia fruſtra requirant. Nam quid non perpeſſos fuiſſe probabile eſt, ab ea nocte qua captus fuit, ad eum vſque diem quo ſeſe rediuiuum ipſis exhibuit, imò verò vſque dum à Spiritu ſancto confirmarentur? In proximo autem verſiculo diem Filii hominis appellat diem poſterioris aduentus Domini, quem ait fulguris inſtar tum repentinum, tum etiam clariſſimum fore: ita vt nullus ſit angulus terræ tam remotus quò non is fulgor perueniat. Itaque non eſſe audiendos eos qui vel hic vel illic Chriſtum dixerint latitare: ſicut hodie loquuntur qui Chriſtum è cælo eliciunt. Sed tamen hunc poſteriorem aduentum poſſumus à promulgato inter Gentes Euangelio auſpicari. Tum enim cogi cœpit Eccleſia in vniuerſo orbe terrarum: quam idcirco catholicam vocamus. Ex eo inquam cœpit Chriſtus inter ſuos regnare, nec prius pugnare aduerſus hoſtes deſinet quàm ſubactis tandem damnatiſque omnibus impiis, Deus ſit omnia in omnibus.

23 Aut, ecce illic: ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ: Vetus interpres legit καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ & ecce illic: eadem quidem manente ſententia, ſed tamen placuit hoc annotare, quòd alibi videantur interdum permutatæ hæ particulæ obſcuritatem nonnullam afferre, vt Rom.4.c.13: ſicut etiam annotauimus Matth.12.c.37. Cæterùm in duobus exemplaribus poſt ἐκεῖ additum reperimus ὁ χριστὸς Chriſtus.

36 Duo erunt in agro: Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ: Hunc verſiculum omiſit Eraſmus tanquam ex Matthæo adiectum: reperimus tamen in editione Complutenſi, & vetuſtis codicibus, 2.3.6.7.

37 Corpus, σῶμα, In vno exemplari & apud Theophylactum ſcriptum eſt πτῶμα, id eſt cadauer: ſicut etiam in nõnullis codicibus teſtatur ſe legiſſe Eraſmus, videtúrque hæc lectio magis accommodata ſimilitudini à carniuoris auibus ſumptæ. Vide Matth.24.c.28.

Cap. XVIII.

Orandũ ſemper.

1 DIxit autem eis etiamparabolam,"huc *ſpectantẽ*, quòd oporteret ipſos ſemper orare, nec"ſegneſcere:

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam vrbe qui Deum non timebat, nec"quenquam reuerebatur.

3 Erat autem in illa vrbe quædam vidua, quæ venit ad eum, dicens, Vindica me de aduerſario meo.

4 Ille autem noluit"ad *multum* tempus. Poſt hæc verò dixit apud ſe, Etſi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:

5 Tamen quia moleſtiã mihi exhibet vidua iſta, vindicabo eam, ne ad extremum veniendo,"obtundat me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex ille iniquus dicat.

Vindicta electorum Dei.

7 Deus autem nõ vindicabit electos ſuos, vociferantes ad ſe die ac nocte,"etiamſi iram differat ſuper ipſis?

Fides.

8 "Dico vobis quòd vindicabit eos citó. Veruntamen Filius hominis quum venerit, num reperturus eſt fidem in terra?

Confidentes in ſua iuſtitia.

9 Dixit autem etiam ad quoſdam, apud ſe perſuaſos quòd eſſent iuſti, & qui pro nihilo habebant reliquos, parabolam iſtam:

10 Duo homines aſcenderant in templum vt orarent: vnus Phariſæus, & alter Publicanus.

Phariſæi oratio.

11 Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat, Deus, gratias ago tibi quòd non ſim vt reliqui homines, rapaces, iniuſti, mœchi: vel etiam vt iſte Publicanus:

12 Ieiuno bis"in hebdomade, decimo omnia quæ poſſideo.

Oratio Publicani.

13 Publicanus autem eminus ſtans, nolebat vel oculos in cælum attollere: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori.

Humilitas.

14 Dico vobis, deſcendit iſte iuſtificatus domũ ſuã"potius quã ille.

Cap. XVIII.

1 DIcebat autẽ & parabolã ad illos, quoniam oportet ſemper orare, non deficere:

Eccli 18.c.22
rom.12.b.12
1.theſſ.5.c.17

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nõ timebat, & hominem non reuerebatur.

3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduerſario meo.

4 Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autẽ dixit intra ſe, Etſi Deũ non timeo, nec hominem reuereor:

5 Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit.

B

7 Deus autem non faciet vindictam electorũ ſuorũ clamantiũ ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis?

8 Dico vobis quia citò faciet vindictã illorũ. Veruntamẽ Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

9 Dixit autem & ad quoſdã qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam:

10 Duo homines aſcendebant in templum vt orarẽt: vnus Phariſæus, & alter Publicanus.

11 Phariſæus ſtãs hæc apud ſe orabat, Deus, gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus.

12 Ieiuno bis in ſabbatho, decimas do omnium quæ poſſideo.

13 Et Publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicẽs, Deus propitius eſto mihi peccatori.

14 Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. ‖quia o-

Suprà 14.e.11
matth.23.a.12

IN CAPVT XVIII.

1 Huc *ſpectantem*, quòd oporteret πρὸς τὸ δεῖν Sic rectè Eraſmus, vt Helleniſmum explicaret. Vulgata, quoniam oporteret, ὅτι ἔδει.
Segneſcere: ἐκκακεῖν: vel, afflictionibus & malis cedere. Nam κακὸς propriè dicitur de ſegni & meticuloſo, qui pedem referat in certamine, παρὰ τὸ χάζειν, vt annotat Euſtathius. Vulg. deficere, id eſt ἐκλιπεῖν. Eraſ. defatigari, id eſt ἐκκάμνειν.

2 Quenquam ἄνθρωπον Vel, homines, vt ſit enallage numeri. Sed ἄνθρωπον ſæpe pro particula τινὰ poſitum iam antea obſeruauimus. Puto igitur id eſſe quod vernaculo noſtro ſermone dicimus *Il ne craignoit homme, ou, Il ne craignoit perſonne.* Sed & hoc placet παρέργως annotare (ne quis miretur, impium & iniquiſſimum iudicem cum Deo comparari) hoc loco paria inter ſe non conferri, ſed minus cum maiore: quaſi dicat Dominus, Si etiam ab iniquiſſimis iudicibus per importunitatem ius obtinetur, quanto magis piorum aſſiduæ preces apud Deum valebunt?

4 Ad *multum* tempus. ἐπὶ χρόνον. Eraſ. aliquandiu, quam interpretationem non prorſus repudio. Sed tamẽ quia χρόνος interdum de longo temporis ſpatio dicitur, & ea ſignificatio melius repræſentat eam μακροθυμίαν cuius poſtea fit mentio, Veterẽ interpretem ſum ſequutus. Nam etiam apud Homerum Odyſſ. ξ', reperio ἐπὶ χρόνον ita vſurpatum vt non paruum temporis ſpatium declaret.

5 Obtundat me. ὑπωπιάζῃ με. Sic (ni fallor) quidam nuper multo rectius hunc locum interpretatus eſt, quàm Vetus interpres aut Eraſmus, qui verterũt, ſugillet, id eſt vituperet ac deroget, vt Eraſmus explicat. Quorſum enim hoc afferat qui nec Deum timet, nec homines reueretur? imo verò ὑπωπιάζειν propriè dicuntur pugiles quum pugnis aut cæſtibus antagoniſtam obtundunt, vnde ὑπώπια dicuntur vulnera ex contuſione accepta, præſertim in facie (vt grammatici tradunt) liuida ſcilicet ex collecto ad cutim ſanguine. Inde factum vt accipiatur pro domare & quaſi validis ictibus ſubiicere reluctantem, vt accipitur 1.Cor.9.d.27: vbi Paulus comparationem à pugilibus ſumptam proſequitur. Hîc verò de ea moleſtia dicitur quam ſuſtinet quiſpiam, cuius aures ab importuno aliquo flagitatore quaſi verberantur: ſicut apud Latinos ſimili prorſus tranſlatione vſurpatur verbum Obtundere, quod & ipſum propriè de pugilibus dici oſtendit illud Plauti in Amphitryone, Fateor, nam ſum obtuſus pugnis peſſimé. In quibuſdam igitur exemplaribus non videtur rectè legi ὑποπιάζῃ, ſiuè, vt ſcriptum eſt in Romano Theophylacto, ὑποπιέζῃ, id eſt opprimat aut affligat.

7 Etiamſi iram differat ſuper ipſis? ἢ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; Id eſt, quãtumuis tardus videatur in vlciſcendis ipſarum iniuriis. Omnino enim accipitur καὶ pro κἂν ſiue καίτοι, vt rectè explicat Theophylactus: quam etiam enallagen annotauimus Matth.5.c.19, & 15.a,6. Chryſoſtomus tamen in oratione poſteriore περὶ προσευχῆς, legit καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς; id eſt, & iram differet ſuper ipſis: quam lectionem ſequutus Vetus interpres conuertit, & patientiam habebit ſuper illis? quaſi neget Dominus ſe iram dilaturum, vt ſuos vlciſcatur, quia nimirum ſequitur, eum vindicaturum ſuos ἐν τάχει: quod alioquin pugnare videtur cum illa μακροθυμίᾳ. At ego non poſſum hanc ſententiam amplecti, quum & vniuerſa Scriptura & ſanctorum innumerabiles hiſtoriæ teſtentur, à Domino interdum diu differri ſupplicium in impios & Eccleſiæ aduerſarios conſtitutum: vnde illæ Dauidis & Prophetarum querelæ, & vox illa Martyrum quæ commemoratur Apoc.6.c.10. Sic enim placet Domino ſuos exercere, & patientiam etiam erga vaſa ad interitum compacta commendare: vt loquitur Apoſtolus Rom.9.e.22. alioquin quorſum iuberet Dominus vt in precando ſimus velut importuni, ſi ſtatim ad vindicandos ſuos prorueret? Quomodo autem intelligendum ſit illud ἐν τάχει tum in proximo verſiculo, tum verò aliis multis Scripturæ locis, indicatur 1.Pet.3.b.8 & 9: niſi malimus interpretari repente aut ſubitó: vel ad iræ Dei acerbitatem referre, quæ quidem tanta futura eſt vt ſimulatque momentũ illud aduenerit perdendis impiis conſtitutum, ſtatim eos penitus abſumat: vt canit Dauid Pſal.37.b.10, & 73.c.19 & 20.

8 Dico vobis quòd vindicabit eos λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν In Complutẽſi codice & manuſcripto exemplari duodecimo legitur Ναὶ λέγω, Etiam dico. Rurſus annotat Eraſmus, in quodam codice extremam partem ſuperioris verſiculi cum iſto connecti, hoc modo, Ναὶ λέγω, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, id eſt, Eraſmo interprete, Etiam dico, longanimis ſuper illis faciet vindictam. Sed receptam lectionem amplecti malo.

12 In hebdomade, τοῦ σαββάτου, Vulg. & Eraſ. Sabbatho: quæ interpretatio neq; ſatis plana eſt, neque huic loco cõuenit. Vide Matth.28.a.1.

14 *Potius* quàm ille. ἢ ἐκεῖνος. De Eclipſi particulæ μᾶλλον alibi diximus. Sed quod Hieronymus aduerſus Pelagianos vertit, plus quã ille, & Auguſtinus epiſtola 86, magis quàm ille: mihi quidem non placet. Stat enim illud Dauidis, Nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo vllus viuens. Item illud, Cor contritũ Deus non abiicies: ex quibus efficitur non fuiſſe ambobus iſtis cõmunem iuſtitiam. Cæterùm in codicibus manuſcriptis 2 & 8

ſcriptum erat παρ' ἐκεῖνον, eadem manente ſententia. Sic enim Heb.9.f.23, ponitur παρὰ ταύτας pro ἢ ταύτας. Itaque nō aſſentior Eraſmo qui παρ' ἐκεῖνον conuertit, præ illo. Vetus autem interpres videtur potius legiſſe παρ' ἐκείνου, vt qui interpretatus ſit, ab illo, ſententia prorſus inepta, quāuis eum conetur Eraſmus excuſare, prolato Gellii exemplo. Sed quod pleriq; Græci codices ſcriptū hadent ἢ γὰρ ἐκεῖνος, ſanè non intelligo, & hunc locum ſuſpicor variè fuiſſe deprauatum, quòd inſignem doctrinam contineat aduerſus operum fiduciam. Nam hoc illud eſt quod facit vt mundus Euangelio tam pertinaciter reſiſtat, quia nimirum arguitur de peccato.

mnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Matth.19.b 13 marc.10.b.13

15 Afferebant autem ad illum & infantes vt eos tangeret: quod quum viderent diſcipuli, increpabant illos.

16 Ieſus autem conuocans illos, dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite D vetare eos: taliū eſt enim regnū Dei.

17 Amen dico vobis, quicunque nō acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud.

18 Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciens, vitam æternam poſſidebo?

Matth.19.b.16 marc.10.b.17

19 Dixit autē ei Ieſus, Quid me dicis bonū? nemo bonus niſi ſolus Deus.

Exod.20.c.13

20 Mandata noſti, Non occides, Non mœchaberis, Nō furtum facies, Non falſum teſtimoniū dices, Honora patrem tuum & matrem.

21 Qui ait, Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea.

22 Quo audito Ieſus ait ei, Adhuc vnū tibi deeſt: omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis E theſaurū in cælo: & veni, ſequere me.

23 His ille auditis, cōtriſtatus eſt: quia diues erat valde.

24 Videns autem Ieſus illum triſtem factum, dixit, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnū Dei intrabunt.

25 Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſi e, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

26 Et dixerunt qui audiebant, Et quis poteſt ſaluus fieri?

27 Ait illis, Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.

Matt.19.d.27 marc.10.c.28

28 ¶Ait autem Petrus, Ecce, nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te.

29 Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domum, aut parētes, F aut fratres, aut vxorē, aut filios, propter regnum Dei,

30 Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam.

Matth.20.b.17 marc.10.c.32

31 ¶Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis, Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur.

33 Et poſtquam flagellauerint, occident eum: & tertia die reſurget.

34 Et ipſi nihil horum intellexerunt: & erat verbum iſtud abſconditum ab

quia quicūq; ſe extollit, deprimetur: & ꝗ ſe deprimit, extolletur.

15 Afferebant autem ad eum *à nonnullis* etiam infantes, vt eos tangeret: quum autem *hoc* vidiſſent diſcipuli, ʹobiurgarunt illos.

Puerorum eſt regnum cælorum.

16 Ieſus verò ʺquum puerulos aduocaſſet, dixit, Sinite puerulos venire ad me, ne prohibeatis eos: talium eſt enim regnum Dei.

17 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud.

18 Tunc interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?

19 Dixit autem ei Ieſus, ʺCur me dicis bonum? nemo bonus, niſi vnus, *nempe* Deus.

Vita æterna à quibus poſſidetur.

20 Mandata noſti, Ne mœcheris, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum teſtimonium dicas, Honora patrem tuum & matrem tuam.

21 Ille autem dixit, Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea.

22 Ieſus verò his auditis ait ei, Adhuc vnum tibi deeſt: omnia quæ habes, vende, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.

Vendere omnia & dare pauperibus.

23 At ille his auditis, valde triſtis factus eſt: nam diues erat valde.

24 Quum autem vidiſſet Ieſus eum valde triſtem factum, dixit, Quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt.

Diues.

25 Facilius eſt enim camelum per foramen acus introire, quàm diuitem introire in regnum Dei.

26 Qui verò *hoc* audierant, dixerunt, Et quis poteſt ſaluus fieri?

27 Ipſe autem dixit, Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.

Salus à Deo.

28 Ait autem Petrus, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.

Sequentes Chriſtum relictis omnibus.

29 Ipſe verò dixit eis, Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut liberos, regni Dei cauſa,

30 Qui non recepturus ſit multiplicia in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam.

31 Aſſumptis autem Ieſus duodecim, ait eis, Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & perficiētur ʹFilio hominis omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas.

Mortem ſuam prædicit Chriſtus Apoſtolis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & ʺcōtumeliis afficietur, & conſpuetur.

33 Et poſtquā flagellauerint, trucidabūt eū: ſed die tertia reſurget.

34 Ipſi verò nihil horum intellexerunt: erántq; iſta verba abſcōdi-

---

15 Obiurgarūt illos. ἐπετίμησαν αὐτοῖς. Id eſt, eos à quibus afferebantur τὰ βρέφη, vt explicatur Marc.10.b.15: teneri ſcilicet & adhuc ab vberibus pendentes pueruli. Eſt enim aduerſus hoſtes Pædobaptiſmi ſeruanda propria ſignificatio verbi προσφέρειν & nominis βρέφος, vt liquet ex eo quòd Dominus dicitur eos ἐναγκαλίσασθαι, id eſt in vlnas ſeu gremium recepiſſe, Mar.10.b.16: deinde ex iis quæ ſcribuntur infrà verſ.17, & explicantur 1.Pet.2.a.2. 16 Quum puerulos aduocaſſet, προσκαλεσάμενος αὐτὰ, Fateor relatiuum αὐτὰ ad puerulos referri: quod vt melius intelligeretur, expreſſi ipſum antecedens. Sed ex eo non conficitur, Dominum compellaſſe ipſos puerulos, ac proinde eos iam fuiſſe natu grandiores: imò ex vulgata loquendi conſuetudine dicitur puerulum ad ſe vocare qui nutricem accerſit quæ infantem ipſum afferat. Itaque ſic eſt hoc accipiendum, vt ſciamus eos à quibus afferebantur pueruli, quos diſcipuli abigebant, iuſſos fuiſſe à Domino propius accedere, vnà cum infantibus quos geſtabāt. 19 Cur me dicis bonum? &c. Τί με λέγεις ἀγαθόν; &c. Marcionē qui vnius Lucæ Euangelium admittebat, ſed plurimis locis diminutum & corruptum, teſtatur Epiphanius hunc locum ſic deprauaſſe, Μή με λέγε ἀγαθόν· οὐδείς ἀγαθὸς εἰμὴ εἷς, ὁ θεὸς ὁ πατήρ. Id eſt, Ne me dicas bonum: vnus bonus eſt, *nempe* Deus pater. Deinde in proximo verſiculo pro οἶδας noſti, ſubſtituerat οἶδα noui. 31 Filio hominis τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου Vetus interpres habet, de Filio hominis. Putauit enim deeſſe præpoſitionem, & τῷ υἱῷ conſtrui oportere cum participio γεγραμμένα, quum potius pertineant ad verbum τελεσθήσεται. Eſt enim in Græco contextu traiectio Lucæ familiaris, quam in Latina interpretatione mutauimus. 32 Cōtumeliis afficietur, ὑβρισθήσεται, Vulg. flagellabitur, id eſt μαστιγώσεται. Dicitur autem ὕβρις omnis maior improbitas ac flagitium per impotentiam perpetratum. Itaque non tantùm ad id pertinet quòd flagellatus eſt Dominus, ſed etiam quòd colaphis & bacillo cæſus eſt. imo verò ſeorſum meminit flagellationis in proximo verſiculo.

ta 'ipſis, nec cognouerunt quæ dicebantur.

Cæcus viſum recipit.

35 Factum eſt autem dum ipſe appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat iuxta viam, mendicans.

36 Quum igitur *is* audiſſet turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc eſſet.

37 Renuntiarunt autem ei quòd Ieſus Nazarenus tranſiret.

38 Tunc vociferatus eſt, dicens, Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

39 Et qui præibant, obiurgabant eum vt ſileret: ipſe verò multo magis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei.

40 Ieſus autem quum reſtitiſſet, iuſſit eum adduci ad ſe, & quum is appropinquaſſet, interrogauit eum,

41 Dicens, Quid tibi vis faciã? Ille verò dixit, Domine, vt viſum recipiam.

Fides.

42 Et Ieſus dixit ei, Recipito viſũ: fides tua te ſeruauit.

Laus Deo.

43 Illico igitur viſum recepit, ac ſequebatur eum, glorificans Deũ: & totus populus quũ *hoc* vidiſſet, dedit laudem Deo.

Cap. XIX.

Cũ Zacchæo publicano manet Chriſtus.

1 'Ieſus autem ingreſſus tranſibat per Iericho.

2 Et ecce quidam qui vocabatur Zacchæus, qui princeps erat Publicanorum, & diues:

3 Quærebátque videre quis eſſet Ieſus, nec poterat præ turba, quòd ſtatura paruus eſſet.

4 'Præcurrẽs igitur aſcendit in 'ſycomorum, vt videret eum: nam futurum erat vt 'illac tranſiret.

5 Vt autem venit ad eum locum, ſuſpiciens Ieſus, vidit eum, dixítque ad eum, Zacchæe, feſtinans deſcende: hodie enim domi tuæ oportet me manere.

Reſipiſcentia ſiue pœnitentia Zacchæi.

6 Tum *is* feſtinans deſcendit, & excepit eum gaudens.

7 Quúmque viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ingreſſus eſſet, apud hominem peccatorem diuerſaturus.

8 Adſtans autem Zacchæus dixit ad Dominum, Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & 'ſiquid cuipiã per calumniam eripui, reddo quadruplum.

Salus.

Filius Abrahæ.

9 Dixit verò Ieſus ad eum, Hodie ſalus domui huic contigit, 'eo quòd 'ipſe quoque es filius Abraham.

10 Venit enim Filius hominis vt quærat & ſeruet quod perierat.

eis, & non intelligebant quæ dicebãtur.

Matth. 20. d 29
marc. 10. g. 46
G

35 Factum eſt autem quum appropinquaret Iericho, cæcus quidã ſedebat ſecus viam, mendicans.

36 Et quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet.

37 Dixerunt autem ei quòd Ieſus Nazarenus tranſiret.

38 Et clamauit, dicens, Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

39 Et qui præibant, increpabant eum vt taceret: ipſe verò multo magis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei.

40 Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe: & quum appropinquaſſet, interrogauit illum,

41 Dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam.

42 Et Ieſus dixit illi, Reſpice: fides tua te ſaluum fecit.

43 Et confeſtim vidit: & ſequebatur illum, magnificãs Deũ: & omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo.

Cap. XIX.

1 ET ingreſſus perambulabat Iericho.

2 Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues,.

3 Et quærebat videre Ieſum quis eſſet: & nõ poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat.

4 Et præcurrens aſcendit in arborẽ ſycomorum, vt videret eum: quia inde erat tranſiturus.

5 Et quum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad eũ, Zacchæe, feſtinans deſcẽde: quia hodie ĩ domo tua oportet me manere.

6 Et feſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens.

B

7 Et quum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet.

8 Stans autẽ Zacchæus dixit ad Dominũ, Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

9 Ait Ieſus ad eum, Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ.

10 Venit enim Filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Matth. 18. b. 11

---

34 Ipſis, ἀπ' αὐτῶν, Heb. מהם ab ipſis, id eſt, ita vt quaſi ab ipſorum conſpectu eſſent remota: quod poſtea ad animũ transfertur. Expunximus autem præpoſitionem vt vitaremus amphiboliam.

IN CAPVT XIX.

1 *Ieſus* autem ingreſſus Καὶ εἰσελθὼν Suppleuimus Ieſu nomẽ vt magis perſpicua eſſet oratio. Deinde in proximo verſiculo pro καὶ αὐτὸς & καὶ οὗτος vſurpauimus ſimplex prouocabulum, vt Latinorum conſuetudini ſeruiremus. 4 Præcurrens προδραμὼν ἔμπροσθεν In Complutenſi editione & manuſcripto codice octauo legimus, καὶ προσδραμὼν ἔμπροσθεν & quum antè accurriſſet: quã lectionẽ magis amplector. nam alioquin abundabit aduerbium ἔμπροσθεν. Sycomorum, συκομωραίαν, De hoc arboris genere diximus nonnulla cap. 17, & multa commemorat in hunc locũ Eraſmus, quæ ex eo petere licebit. Sed hoc placuit annotare, in hoc nomine ſcribendo miram eſſe vetuſtorũ codicũ varietatẽ. nam præter συκομωραίαν legimus etiam συκομορέαν & συκομωρέαν & συκομοραίαν. Illac δι' ἐκείνης Sic rectè Eraſmus. Nã ſubauditur ὁδοῦ: quæ eclipſis in Græcis ſcriptoribus frequẽter occurrit, niſi malis repetere συκομωραίας. Vulg. inde, id eſt ἐκεῖθεν, quod nõ videtur poſſe cõuenire.

8 Siquid cuipiã per calumniã eripui, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, Sic placuit explicare Græcũ vocabulũ συκοφαντεῖν: cuius propria ſignificatio videtur optimè cõuenire perſonæ principis publicanorũ. Iſtis enim ferè mos eſt, ſuis latrociniis prætexere reip. cõmoda, & hoc obtẽtu ita impudẽter prædari, vt ſiquis ſeſe illorũ rapacitati opponat, iniuriam ſibi ac reip. fieri clamitent. Vulg. & Eraſ. ſiquid aliquẽ defraudaui: quæ interpretatio mihi videtur nimium eſſe generalis, neque ſatis expreſſè declarare iſtorum hominum ſummam in latrocinando impudentiam.

9 Eo quòd καθότι vel quatenus pro Quãdoquidem, vt apud Quintilianum lib. 4, Sed quatenus, inquit, ſorte quadam peruenimus ad difficilius narrationũ genus, iam de iis loquamur. Itaq; τὸ καθότι hoc loco cauſalis eſt particula, ponitúrq; pro διότι: ſicut Rom. 8. a. 3, ἐν ᾧ idẽ declarat atque διό, vt ſuo loco dicemus. Ipſe quoque eſt filius Abrahã. καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν. Filiũ eſſe Abrahæ nihil aliud declarat quàm gratis electũ eſſe: vt Rom. 9. b. 8: & veſtigiis fidei Abrahæ inſiſtere, vt Rom. 4. b. 12: & opera Abrahæ facere, vt Ioh. 8. e. 39: ex quibus demum rectè colligitur certa futuræ ſalutis expectatio, vt Rom. 8. f. 29. Quòd autem ex antecedẽte particulari Dominus nectit vniuerſalẽ concluſionẽ, id eſt quòd ex Zacchæi fide colligit totius familiæ ſalutẽ, æſtimandũ eſt ex ratione fœderis quod cum ipſo Abrahamo ita ſancitũ eſt, vt eius etiã familiã cõprehenderet. id enim ex fœderis teſſera liquet, quæ cũ tota Abrahã familia fuit cõmunicata: ita tamen vt Domino interim maneat libera eligẽdi vel reprobãdi facultas. Itaq; frigida eſt ratio quã Eraſmus affert, domũ vocari filiã Abrahæ, quòd talis eſſe ſolet familia, qualis eſt paterfamiliâs: & abſurdũ quoque puto quod exiſtimant nonnulli, appellatione Domus ſignificari Zacchæũ. Quòd autẽ Eraſmus hunc locũ ſic interpretatur, eo quòd & ipſa filia ſit Abrahæ, ea demum ratione nititur, quòd pro confeſſo aſſumpſerit pronomẽ αὐτὸς referri ad οἶκον, quod vocabulũ apud Græcos maſculinum eſt, quum Latinis domus fœmineo genere dicatur: quamobrem etiam pro υἱὸς, id eſt filius, conuertit, filia, id eſt θυγάτηρ. Eadem quoque ratio coegit Theophylactum & alios (opinor) vt per domũ intelligerẽt Zacchæũ ipſum, quia durè de familia dicatur, ipſam eſſe filium Abrahæ. Verùm quod ad Eraſmũ attinet, licet confitear, hoc loco domum accipi pro familia, tamen eius interpretationem non recipio, quia υἱὸς non poteſt filiam ſignificare: quãuis filiorum appellatione obſeruent Iuriſc. etiã filias comprehẽdi: neque (vt arbitror) vſquã hoc dicẽdi genus vſurpatur. Deinde cur non potius Lucas vteretur vocabulo οἰκίας & θυγατρός? Puto igitur αὐτὸς non referri ad οἶκον, ſed pro οὗ poſitum eſſe,

ſicut etiam conuertimus, perinde nimirum ac ſi ſcriptum eſſet καθότι ϗ σὺ υἱὸς Ἀβραάμ εἶ. Excuſatur autē hæc enallage duplici ratione. Sic enim alloquitur Dominus Zacchæum, vt rationem habeat circūſtantium. Itaque quum initio Zacchæum ipſum alloqueretur, poſtea ad illos ſe cōuertit: quam tamen perſonæ mutationem conati ſumus emollire, quòd non ita frequenter ſoleat à Græcis aut Latinis vſurpari, niſi quū à recta oratione ad obliquam tranſitur, aut contrà. Sic tamen videtur Iſocrates in Nicoclis perſona loquutus, his verbis, ἵν' ἐπίστησθε ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὑμῶν ὁ βασιλεὺς, ὃς οὐ μόνον διὰ τοὺς προγόνους, ἀλλὰ ϗ δι' ἐμαυτὸν, δικαίως ἂν ϗ μείζονος τιμῆς ἢ τηλικαύτης ἀξιωθείην, vbi fit tranſitus in eadem orationis ſpecie à tertia perſona ad primam, cōra quàm hoc loco à prima ad tertiam. Deinde nequis de hac enallage amplius dubitet, ſimile prorſus exemplum reperitur Pſal. 22. f. 26: vbi ponitur יראיו pro יראיך Et Eſaiæ 6. b. 10: vſurpatur ורפא לו pro ורפאתי לו.

Hæc illis audientibus, adiiciens dixit parabolã, eo quòd eſſet prope Ieruſalem, & quia exiſtimarent quòd confeſtim regnum Dei manifeſtaretur.

11 Hæc autem ipſis audiētibus, ″pergens, dixit parabolam, eo quòd eſſet prope Ieruſalem, & quòd putarent fore vt illico regnum Dei appareret.

Homo profectus ad accipiendum ſibi regnū.

Matth. 25. a. 14

Dixit ergo, [Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti.

12 Dixit ergo, Homo quidam genere clarus profectus eſt in regionem longinquam vt acciperet ſibi regnum, ac reuerteretur.

C

Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio.

13 Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem minas, & ait ad eos, Negotiemini donec veniam.

Minæ ſeruis datæ.

Ciues autem eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum, dicētes, Nolumus hūc regnare ſuper nos.

14 Ciues autem eius oderant eum, miſerúntque legationem poſt eum, dicentes, Nolumus hunc regnare in nos.

Et factum eſt vt rediret accepto regno, & iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque negotiatus eſſet.

15 Et factum eſt quum rediiſſet, accepto regno, tum iuſſit vocari illos ſeruos ad ſe, quibus dederat pecuniam: vt cognoſceret quis quid negotiatus eſſet.

Venit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit.

16 Affuit autem primus, dicens, Domine, mina tua decem minas ″lucrifecit.

Et ait illi, Euge bone ſerue: quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates.

17 *Ille* autem ait ei, Bene habet bone ſerue: quia in minimo fuiſti fidelis, habeto poteſtatem ſuper decem vrbes.

Et alter venit, dicēs, Domine, mna tua fecit quinque mnas.

18 Et alter venit, dicens, Domine, mina tua fecit quinque minas.

Et huic ait, Et tu eſto ſuper quinque ciuitates.

19 *Ille* verò & iſti dixit, Tu quoque præſis quinque vrbibus.

Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario:

20 Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua quam habui ſepoſitam in ſudario:

Mina recondita à ſeruo nequam.

Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.

21 Timui enim te, quòd homo auſterus ſis: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.

D

Dicit ei, De ore tuo te iudico ſerue nequam: ſciebas quòd ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui:

22 Tum *ille* dixit ei, Ex ore tuo te iudicabo, ſerue male: ſciebas quòd ego homo auſterus ſim, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui:

Et quare non dediſti pecuniã meã ad menſam, & ego veniens, cum vſuris vtique exegiſſem illam?

23 Quare igitur non dediſti pecuniam meam ″ad menſam, & ego veniens, cum vſuris exegiſſem illam?

Et aſtantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet.

24 Et aſtantibus dixit, Tollite ab eo minam, & date ei qui decem minas habet.

Et dixerunt ei, Domine, habet decē mnas.

25 *Illi* verò dixerunt ei, Domine, habet decem minas.

Suprà 8. c. 18
matth. 13. b. 12,
& 25. c. 29
marc 4. c. 25

[Dico autem vobis quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

26 ″*At ille*, Nam, *inquit*, dico vobis quòd omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet, tolletur.

Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc: & interficite ante me.

27 ″Quinetiam inimicos meos illos qui noluerunt me regnare in ſe, adducite huc: & mactate coram me.

E

Inimici Chriſti interficiuntur.

Et his dictis, præcedebat aſcendēs Ieroſolymam.

28 Et his dictis, ″præibat aſcendens Ieroſolymam.

Matth. 21. a. 1
marc 11. a. 1

Et factum eſt quum appropinquaſſet ad Beth-phage & Bethaniam, ad mōtē qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos,

29 Et factū eſt quum appropinquaſſet Beth-phage & Bethaniæ, ad montem qui vocatur Olearum, miſit duos ex diſcipulis ſuis,

Ieſus ingreditur Ieruſalem.

Dicens, Ite in caſtellum quod contra eſt: in quod introeūtes, inuenietis pullū aſinæ alligatū, cui nemo vnquã hominū ſedit: ſoluite illū, & adducite.

30 Dicens, Abite in vicum qui cōtra *uos* eſt, in quem introeuntes, inuenietis pullum alligatum, ſupra quem nemo vnquam hominum ſedit: ſolutum eum adducite.

11 Pergens, προσθεὶς, Vul. & Eraſ. ad verbum, adiiciens. Sed apparet hoc dicendi genus eſſe ab Hebræis petitū, qui ſic vſurpare ſolent verbū יסף quod reſpondet τῷ προσθεῖναι. Sed apud vnum Lucam reperio hunc Hebraiſmum, & quidem tribus præterea locis vſurpatum, nempe infrà 20. b. 11, & 12: & Act. 12. a. 3: alibi in Nouo quidem teſtamento, nuſquam. 16 Lucrifecit. προσειργάσατο. Ad verbū, adoperata eſt. Nos vocabulum quæſiuimus illi Græco proximum. Nam Græcis eleganter dicitur pecunia ἐργαζομένη vel ἐνεργὸς quæ fœnori data eſt: & contrà ἀργὸς id eſt otioſa, quæ domi aſſeruatur. Vulg. & Eraſ. acquiſiuit, προσεκτήσατο. 23 Ad mēſam, ἐπὶ τὴν τράπεζαν, id eſt τοῖς τραπεζίταις menſariis, vt legitur in Complutenſi editione. 26 *At ille*, Nam, *inquit*, dico vobis, λέγω γὰρ ὑμῖν Neceſſariò fuit adiiciendum aliquid vt cohæreret hic verſiculus cum ſuperiore. Sic autem vſurpaui particulam Nam, vt apud Virgilium poſitam inuenio, Æne. 8, Nam quis te iuuenū confidentiſſime noſtras Iuſſit adire domos? Quū nihil præceſſerit expreſſum cuius ratio afferatur: ſed ſubaudiēdum eſt aliquid ad id de quo agitur accommodatum. 27 Quinetiam πλὴν Vide Matth. 11. c. 22. 28 Præibat ἐπορεύετο ἔμπροσθεν Sic quoque Vetus interpres hoc accipit, vt ſit periphraſis verbi προηγεῖσθαι: quam expoſitionē maximè amplector. Nam hoc arguit ſingularē animi magnitudinem in Chriſto, ita alacriter ad mortem pergente (quanuis iam cum terrore mortis & iudicio Dei luctaretur) vt etiam timentibus diſcipulis præiret, ſicut diſertè refertur Marci 4. e. 32. Eraſmus, ibat pergens. Nam Græcis interdū εἰς τὸ ἔμπροσθεν προϊέναι accipitur ἀντὶ τοῦ προκόπτειν, id eſt promouere & pergere. Sed illa interpretatio mihi quidem plenior & vberior videtur.

Et ſiquis vos interrogauerit, Quare ſoluitis? ſic dicetis ei, Quia Dominus eo opus habet. 31

Profecti autem qui miſſi erant, inuenerunt ſicut dixerat eis. 32

Soluentibus autem ipſis pullum, dixerunt domini eius ad eos, Quare ſoluitis pullum? 33

Ipſi verò dixerunt, Quia Dominus eo habet opus. 34

Duxerunt igitur eum ad Ieſum: & iniectis veſtimentis ſuis ſuper pullum, impoſuerunt Ieſum. 35

Eunte autem eo, ſubſternebant veſtimenta ſua in via. 36

Et quum appropinquaret iam ad deſcenſum montis Olearum, cœpit omnis multitudo diſcipulorum gaudentium laudare Deũ voce magna, de omnibus quas viderant virtutibus: 37

Pax.

Dicẽdo, Benedictus Rex ille qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in *locis* altiſſimis. 38

Gloria.

Tum quidam Phariſæorum è turba dixerunt ad eum, Magiſter obiurga diſcipulos tuos. 39

Lapides.

Et ipſe reſpondẽs dixit eis, Dico vobis quòd ſi hi ſiluerint, ″mox lapides clamabunt. 40

Flens Chriſtus prædicit deſtructionẽ Ieruſalẽ.

Et vt appropinquauit, viſa vrbe, fleuit ſuper ipſa, 41

Dicens, ″o ſi ″vel tu noſſes ″vel ″hoc ſaltem tuo die, ″quæ ad pacem tuam *pertinent*: ſed *ea* nunc abſcondita ſunt oculis tuis. 42

″Nam veniet tẽpus in te *conſtitutum*, quo circuniicient tibi inimici tui vallum, & circuncingent te, & coarctabunt te vndique: 43

Téque ſolo æquabunt, & filios tuos intra te: neque relinquẽt in te lapidem ſuper lapidem: propterea quod non noueris ″tempus illud viſitationis tuæ. 44

Viſitationis tempus.

Vendẽtes eiiciũtur de templo.

Et ingreſſus in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant in illo & emebant. 45

Dicens eis, Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis eſt: vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum. 46

Et docebat ″quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum 47

31 Et ſiquis vos interrogauerit, Quare ſoluitis? ſic dicetis ei, Quia Dominus operam eius deſiderat.

32 Abierunt autem qui miſſi erant: & inuenerũt ſicut dixit illis, ſtãtẽ pullũ.

33 Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid ſoluitis pullum?

34 At illi dixerunt, Quia Dominus eũ neceſſarium habet.

35 ‖Et duxerunt illum ad Ieſum. & iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum.

Matth.21.a.7
iohan.12.b.14

F

36 Eunte autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via.

37 Et quũ appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ diſcentiũ gaudentes laudare Deum voce magna, ſuper omnibus quas viderant virtutibus:

38 Dicẽtes, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo: & gloria in excelſis.

39 Et quidam Phariſæorum de turbis dixerunt ad illũ, Magiſter increpa diſcipulos tuos.

40 Quibus ipſe ait, Dico vobis quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

41 Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam,

42 Dicẽs, Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

Infrà 21.a.6
matth.24.a.1
mar.13.a.1

G

43 Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabũt te, & coanguſtabũt te vndiq;.

44 Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

45 Et ingreſſus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo & ementes,

Matth.21.b.12
marc.11.b.11

46 Dicẽs illis, Scriptũ eſt, ‖Quia domus mea, domus orationis eſt: ‖vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Eſa.56.c.7
Ierem.7.b.11
matth.21.b.13
marc.11.c.17

47 Et erat docens quotidie in templo. Principes autem ſacerdotum & ſcri-

40 Mox clamabunt. κεκράξονται. Sic Eraſmus, vt emphaſin exprimat temporis paulo poſt futuri. Legebatur tamen in octauo codice κράξουσιν, id eſt clamabunt. 42 O ſi noſſes ὅτι εἰ ἔγνως Sic rectè hunc locum interpretatus eſt doctiſſimus Budæus prioribus in Pandectas annotationibus. Eſt enim oratio defectiua, hominis ſcilicet partim commiſerantis inſtantem vrbis cladem, partim inauditam perfidiam ac cõtumaciam ipſi exprobrantis: quod vt melius intelligeretur, addidimus particulam exclamandi. Hanc igitur germanam eſſe huius loci ſentẽtiam non dubito. Quidam tamen interpretantur, Vtinam noſſes: & fateor nonnunquam coniunctionẽ εἰ ſic explicari, ſed ita vt vel optandi modo vel ſubiunctiuo coniungatur, aut certè ſequatur ἂν particula δυνητική. Vel tu ϗ σὺ Vulg. & Eraſ. & tu. Ego verò non video quis hic locus eſſe poſſit copulatiuæ coniunctioni. Neque enim (opinor) deplorat Dominus quòd Ieruſalem quoque non accepiſſet Euangelium, quod aliæ vrbes accepiſſent: ſed hoc potius deflet, quòd ne ipſa quidem liberatorem agnoſceret, ſibi quaſi propriè præ cæteris vrbibus ac peculiariter deſtinatũ: vnde futurum denũtiat vt multo acerbiores det pœnas contẽpti Meſſiæ, quàm vrbes reliquæ: niſi quòd videtur nõ diſſimilia interminatus Chorazin, Bethſaidæ, & Capernaum, in quibus oppidis plerunque fuerat minimo cum fructu verſatus. Ponitur ergo particula ϗ ſicut apud Latinos Vel pro Saltem. Vel ſaltem καίγε Id eſt, ſi poſt tot Prophetas interfectos & me quoque prophetarum dominum toties repulſum, nunc ſaltem hac extrema profectione, aliquam tuiipſius rationem haberes. Ergo hìc quoque particula ϗ accipienda eſt vt paulo antè: quod etiam liquet ex particula γὲ adiuncta. Vulg. & tu. Eraſmus quoque ſimiliter interpretatur, ſed in annotationibus vehementer fallitur, niſi ego potius fallor. Putauit enim verbum ἔγνως abſolutè poni, & in poſteriore membro ſupplẽdum verbum, cui ſubiiciãtur à tergo τὰ πρὸς εἰρήνην σου, vt ſit hæc ſententia, Si aliqua intelligentia tu quoque prædita eſſes, ſaltem hoc tuo die curares quæ ad pacem tuam pertinent. Alii verò nonnulli, ſed recentiores, poſt ἔγνως ſubaudiunt aliquid, nempe imminentia tibi mala: & in poſteriore membro itidem aliud verbũ ſubaudiunt. Sed hæc nullius (quod ſciam) interpretis idonei authoritate nituntur: & totam huius orationis emphaſin eneruãt: deinde ſi ita libeat verba foris accerſere, quem locum non liceat hæreticis deprauare? Origenem autem annotat Eraſmus non legere καίγε, quarum tamen particularum maximum eſſe pondus rectè obſeruat. Hoc tuo die, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ Dies huius vrbis dicitur Hebræorũ more, tempus illud quo Dominus ſingulari beneficio eam dignatus erat, niſi non iam eminus vocantem ſed præſentem Deum ipſa contempſiſſet. Quæ ad pacem tuam *pertinent*. τὰ πρὸς εἰρήνην σου. (Heb. שאלו שלום vt Pſal. 122. 6) id eſt, in quibus poſita eſt tota tua fœlicitas. Nam extra Chriſtũ non eſt ſalus: ex quo efficitur, nullos ſibi peius conſulere quàm qui oblatum Chriſtum nolunt in ſe regnare. Quòd igitur Gregorius Pacis nomine intelligit huius mundi delicias, & alii quoque aliter interpretantur, ne refutatione quidem indiget. Sunt autem hæc (vt modò dixi) cum verbo ἔγνως, quod in hac oratione vnicum eſt, coniũgenda, vt non ineptè poſſis totam hanc orationem ſic explere, O ſi vel tu vel hoc ſaltem tuo die eum agnoſceres, à quo vno tota pax & ſalus tua dependet, quàm fœlix eſſes ac beata! Sed longè vehementiorem orationem efficit poſterioris membri apoſiopeſis.

43 Nam veniet tempus ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι Theophylactus hæc ita connectit cum ſuperioris verſiculi fine, vt ὅτι ponatur εἰδικῶς, in explanatione ſcilicet, hoc modo, Sed *ea* nunc ſunt oculis tuis tecta, quòd ſcilicet tẽpus imminet, quo tui hoſtes, &c. Poſſemus etiam (ni fallor) ὅτι accipere pro διότι, ita vt ſit concluſio ex ſuperioribus naſcens, & ſic cõuertas, Sed *ea* nunc tecta ſunt oculis tuis. Quamobrem veniet tempus quo, &c. Sed præſtat (ni fallor) pro cauſali coniunctione accipere, vt ſit altera apoſiopeſis in fine verſiculi ſuperioris, cuius maximam eſſe energiam diximus. Sic igitur poſſit expleri ſententia, Sed *hæc* tibi iam ſunt ignota. Itaque peribis. Nam veniet tempus, &c.

44 Tempus illud viſitationis tuæ. τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. Id eſt, hoc tẽporis punctũ quo Deus ipſe te inuiſit. Puto enim habendam eſſe rationẽ propriæ ſignificationis τῆς ἐπισκοπῆς, vt annotauimus ſuprà 1. f. 68. Nam alioquin Hebræis פקודה Pro quo Græci reddunt ἐπισκοπὴν, multo latius patet. 47 Quotidie τὸ καθ' ἡμέραν vel, interdiu. Nam veſpere ſolebat ſe extra vrbem recipere, vt apparet ex Matthæo & Marco.

bæ & principes plebis quærebant illum perdere:

Et non inueniebant quid facerent illi. omnis enim populus ſuſpenſus erat, audiens illum. 48

Cap. XX.

Matth.21.c.23 marc.11.d.27

1 ET factum eſt, in vna dierum docēte illo populum in templo & euāgelizante, conuenerunt principes ſacerdotum & Scribæ cum Senioribus,

2 Et aiunt, dicentes ad illum, Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? aut, quis eſt qui dedit tibi hāc poteſtatē?

3 Reſpondens autem Ieſus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnum verbum: reſpondete mihi,

4 Baptiſmus Iohannis de cælo erat, ā ex hominibus?

5 At illi cogitabant intra ſe, dicentes, Quia ſi dixerimus de cælo: dicet, Quare ergo non credidiſtis illi?

6 Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuerſa lapidabit nos: certi ſūt enim Iohannem prophetam eſſe.

B 7 Et reſpōderūt ſe neſcire vnde eſſet.

8 Et Ieſus ait illis, Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

Eſa.5.a.1 iere.2.d,21 matth.21.d.33 mar.12.a.1

9 Cœpit autem dicere ad plebē parabolam hanc, Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipſe peregre fuit multis temporibus.

10 Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi: qui cæſum dimiſerunt eum inanem.

11 Et addidit alterū ſeruū mittere: illi autē hunc quoq; cædentes, & afficiētes contumelia, dimiſerunt inanem.

12 Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes, eiecerunt.

13 Dixit autē Dominus vineæ, Quid faciam? mittā filiū meū dilectum: forſitan quū hunc viderint verebuntur.

C 14 Quem quum vidiſſēt coloni, cogitauerunt intra ſe, dicentes, Hic eſt hęres: occidamus illum, vt noſtra fiat hæreditas.

15 Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?

16 Veniet & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi, Abſit.

Pſal.117.c.22 eſa.28.d.16 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.pet.2.a.8

17 Ille autem aſpiciens eos, ait, Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerunt ędificātes, hic factus eſt in caput anguli?

18 Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, comminuet illum.

19 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc.

D 20 Et obſeruantes, miſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent: vt caperent eum in ſermone, vt traderent illū principatui & poteſtati Præſidis.

Matth.22.b.16 marc 12.b.13

21 Et interrogauerunt eum, dicentes, Magiſter, ſcimus quia rectè dicis & doces, & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces:

& Scribæ quærebant eum perdere, & primores plebis:

48 Nec inueniebant quid facerent: totus enim populus pendebat ab ipſo, quum audiret eum.

Cap. XX.

1 ET factum eſt, quodam dierum illorum, docēte ipſo populum in tēplo, & euangelizante, ′ſuperuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ, cum Senioribus,

De poteſtate interrogāt Chriſtū Phariſæi.

2 Et dixerunt ad eum, Dic nobis qua authoritate iſta facias, aut quis ſit qui dedit tibi iſtam authoritatem.

3 Reſpondens autem Ieſus dixit ad eos, Interrogabo vos & ego rem quandam: dicite igitur mihi:

4 Baptiſmus Iohannis è cælo erat, an ex hominibus?

Baptiſmus Iohānis.

5 At illi ratiocinabantur apud ſe, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidiſtis ei?

6 Sin autem dixerimus, Ex hominibus: plebs vniuerſa lapidabit nos: perſuaſa enim eſt, Iohannem prophetam eſſe.

7 Reſponderunt igitur ſe neſcire vnde *eſſet*.

8 Tū Ieſ⁹ dixit eis, Neq; ego dicā vobis qua authoritate hæc faciā.

9 Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Homo quidam plantauit vineam, & elocauit eam agricolis: & peregre fuit multum tempus.

Vinea locata agricolis.

10 Et in tempore miſit ad illos agricolas ſeruum, vt de fructu vineæ darent ipſi: qui cæſum remiſerunt inanem.

11 *Ille* verò perrexit alterum ſeruum mittere: at ipſi hunc quoque cæſum & dedecoratum remiſerunt inanem.

12 Et perrexit mittere tertium: at illi & iſtū vulneratum eiecerūt.

13 Dixit igitur dominus vineæ, Quid faciam? mittam filiū illum meum dilectum: forſitan quum hunc viderint reuerebuntur.

Filius hæres Chriſtus occiditur.

14 Viſo autē eo, agricolæ colloquuti ſunt inter ſe, dicentes, Iſte eſt hæres: venite, trucidemus eum, vt noſtra fiat hæreditas.

15 Et eiectum eum extra vineam, trucidarunt. Quid ergo faciet eis dominus vineæ?

16 Veniet & perdet agricolas iſtos, & dabit vineam aliis. *Hoc* autem quum audiſſent, dixerunt, Abſit.

17 Ille verò intuitus eos, ait, Quid illud eſt ergo quod ſcriptū eſt, Quem lapidē reprobauerunt ædificātes, is factus eſt caput anguli?

Lapis Chriſtus reprobatus à Iudæis,

18 Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem, cōquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, diſſipabit eum.

19 Tum quæſierūt principes Sacerdotum & Scribæ iniicere in eū manus eo ipſo momento: ſed timuerunt plebem: cognouerunt enim quòd ad ipſos dixiſſet ſimilitudinem hanc.

Sacerdotes quærunt Chriſtum occidere.

20 ′Itaque obſeruantes *eum*, miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos eſſe ſimularent: ′vt carperent eius ſermonem, traditurī eum ″imperio & poteſtati Præſidis.

21 Qui interrogauerunt eū, dicentes, Magiſter, ſcimus quòd rectè dicis ac doces, nec accipis perſonā, ſed viā Dei in veritate doces:

Tributū Cæſari reddendum.

IN CAPVT XX.

1 Superuenerunt ἐπέστησαν Vulg. conuenerunt, συνήχθησαν. Eraſmus in annotationibus, adorti ſunt, id eſt ἐπῆλθον. Vide ſuprà 2.b.9.

20 Itaque obſeruantes *eum*, Καὶ παρατηρήσαντες, Id eſt captantes. Ponitur enim τὸ παρατηρεῖν hoc loco in vitio, niſi libeat ſubaudire τὸν καιρὸν, & ſeruata Aoriſti ſignificatione, interpretari, Et obſeruato tempore opportuno. Vt carperent eius ſermonem, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, Id eſt, vt aliquid ex ipſius ſermone arriperent, & hac occaſione calumniam ei ſtruerent. Sic enim hoc loco explicandum eſt τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι. Vulg & Eraſ. vt caperent eum in ſermone: pro quo dicere maluiſſem, vt interciperent eum. Legerunt autem λόγῳ: & nos in quibuſdam codicibus legimus λόγον & λόγους. Sed magis eſt vſitata conſtructio quam ſumus ſequuti, & confirmatur etiam ſimili exemplo paulo pòſt, verſu 26.

Imperio & poteſtati Præſidis. τῇ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος. Id eſt, Præſidi penes quem erat imperium ac poteſtas. Sic περιφραστικῶς Cæſaream maieſtatem pro ipſo Cæſare dicimus.

22 Licet nobis cenſum dare Cæſari, annon?

23 "Animaduerſa autē eorū "calliditate, dixit ad eos, Quid me tētatis?

24 Oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes autem dixerunt, Cæſaris.

25 Tunc ait eis, Reddite igitur quæ *ſunt* Cæſaris, Cæſari: & quæ *ſunt* Dei, Deo.

26 Itaque non valuerunt verba eius "carpere ante populum: & mirati ſuper reſponſo eius, ſiluerunt.

De reſurrectione Chriſtum interrogāt Sadducæi.

27 Accedentes autem quidam Sadducæorum (qui negant eſſe reſurrectionem) interrogauerunt eum,

28 Dicentes, Magiſter, Moſes ſcripſit nobis, Si cuius frater mortuus fuerit, habens vxorem, & *quidem* "ſine liberis mortuus fuerit: vt accipiat eius frater eius vxorē illā, & exſuſcitet ſemen fratri ſuo.

29 Septem ergo fratres fuerunt, quorum primus accepta vxore, mortuus eſt ſine liberis.

30 Accepit igitur eam ſecundus, *qui* & ipſe mortuus eſt ſine liberis.

31 Deinde tertius accepit eam: itidem autem & illi ſeptem: nec reliquerunt liberos, & mortui ſunt.

32 Poſt omnes autem mortua eſt & mulier.

33 In reſurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? nam ſeptem habuerunt eam vxorem.

34 Tum reſpondens ait eis Ieſus, "Filii huius æui ducunt vxores, & nuptum dantur.

35 Qui verò digni habiti fuerint qui æuum illud conſequantur, & reſurrectionē ex mortuis, neq; ducunt vxores, neq; nuptū dantur.

Reſurgunt mortui.

36 Neq; enim mori poſſunt amplius. æquales enim Angelis ſunt: & filii ſunt Dei, quum ſint "filii reſurrectionis.

37 Quòd verò reſurgant mortui, etiam Moſes indicauit apud rubum, quum dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob.

38 Deus autē non eſt mortuorū, ſed viuorū: omnes enim viuūt "ei.

39 Reſpondentes autem quidam ex Scribis, dixerunt, Magiſter, bene dixiſti.

40 Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

Chriſtus filius Dauid.

41 Dixit autē ad eos, Quomodo "dicūt Chriſtū filium eſſe Dauid:

42 Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dexrris meis,

22 Licet nobis tributum dare Cæſari, annon?

23 Conſiderans autem dolum illorū, dixit ad eos, Quid me tentatis?

24 Oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inſcriptionē? Reſpōdētes dixerunt, Cæſaris.

25 Et ait illis, |Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Rom.13.b.7

26 Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in reſponſo eius, tacuerunt.

27 Acceſſerunt autem quidam Sadducæorū, qui negant eſſe reſurrectionē, & interroganerun eum, Matth.22.c.23 marc.12.b.18

28 Dicentes, Magiſter, |Moyſes ſcripſit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habēs vxorem, & hic ſine liberis fuerit: vt accipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Deut.25.a.5

29 Septē ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus eſt ſine filiis.

30 Et ſequens accepit illā: & ipſe mortuus eſt ſine filio.

31 Et tertius accepit illam: ſimiliter & omnes ſeptem: & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt.

32 Nouiſſimè omnium mortua eſt & mulier.

33 In reſurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? ſiquidem ſeptem habuerunt eam vxorem.

34 Et ait illis Ieſus, Filii huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias: F

35 Illi verò qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores:

36 Neque vltrà mori poterunt. æquales enim Angelis ſunt: & filii ſunt Dei, quum ſint filii reſurrectionis.

37 Quia verò reſurgunt mortui, & |Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Exod.3.b.6

38 Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum. omnes enim viuunt ei.

39 Reſpondētes autem quidam Scribarum dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti:

40 Et amplius non audebant eū quicquam interrogare. G

41 Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum, filium eſſe Dauid: Matth.22.d.44 marc 12.d.35

42 Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, |Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, Pſal.109.a.1

---

23 Animaduerſa κατανοήσας Vulg. Conſiderans, id eſt ἐννοῶν, vel σκεπτόμενος. Eraſ. Intellecta, id eſt συνιείς. Calliditate, πανουργίαν, Vulg. dolo, non ſatis expreſſē. Significat enim πανουργία quandam ad malè agendum ſolertiam, longo ſcilicet vſu & tractandis rebus omnibus quæſitam: ſicut Latinis callidus dicitur à callendo, vel ab eo quòd vſu artis callū duxerit. Eraſ. verſutia, id eſt πολυτροπία. Nam Cicero πολύτροπον verſutum interpretatur. 26 Carpere ἐπιλαβέσθαι id eſt, reprehendere. Sic Plato in Gorgia, ἐμοῦ δὴ λέγοντος τὸν λόγον ἐπιλαβοῦ.

28 Sine liberis mortuus fuerit: ἄτεκνος ἀποθάνῃ. Omnia quæ vidi exemplaria ita ſcriptum habent. Vetus tamen interpres habet, ſine liberis fuerit, ἄτεκνος ᾖ, & quidem rectius, vt opinor. 34 Filii huius æui Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου Hebraiſmus eſt quem ſuprà expoſuimus 16.b.8: qui tamē hoc loco paulo aliter accipitur. Nam illic vocātur Filii huius ſeculi qui præſenti vitæ ſunt addicti, & Filiis lucis opponūtur. Hîc verò dicuntur hoc nomine quicunque in hoc mundo adhuc verſantur. alioquin videretur matrimoniū ad Filios Dei non pertinere, vt impius ille Cyricius Papa docuit, contra tot manifeſta ſcripturæ teſtimonia, ac præſertim contra id quod ſcribitur Heb.13.a.4.

36 Filii reſurrectionis. υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως. Id eſt homines reſurrectionis participes. Eſt enim Hebraiſmus, quem ſæpe iam expoſuimus. Sicut autem verè dicūtur victuri qui æterna illa fœlicitate perfruentur: ita verè cenſentur reſurgere qui in vitam æternam reſurgunt: quum alioquin, ſi reſurrectionem in genere & per ſe conſideremus, ex plurimis aliis ſcripturæ teſtimoniis conſtet etiam impios reſurrecturos vt æternum exitiū ſubeant: quod quidem non vita, ſed mors dicitur, quia vita tam infœlix, propriè dici vita non debet.

38 Ei. αὐτῷ. id eſt, quod ad ipſum attinet, cui omnia futura ſunt præſentia. Itaq; niſi futurum eſſet vt Abraham, Iſaac, & Iacob reſurgerēt, Deus non ſe vocaret eorum Deum. Quòd ſi quis obiiciat, Deum non dicere ſe illorū Deū fore, ſed eſſe: ex quo conſequeretur, aut iam illos reſurrexiſſe, aut hæc non pertinere ad corporum reſurrectionem, ſed ad animi vitam: ſic reſpondet huic obiectioni Chriſtus, vt dicat, Deo iam viuere qui ſuo tempore ſunt reſurrecturi, ideóque Deū de re certò futura non aliter quàm de re præſenti loqui. Quamuis enim animi immortalitas nec debeat nec poſſit à corporis reſurrectione in hoc argumento ſeparari, tamen iis aſſentior qui hæc dicta accipiunt de corporum reſurrectione potius quàm de animi immortalitate, de qua quæſitum nō erat. Oſtendit autem particula γὰρ ita tractandum eſſe hoc membrum, vt ſit ad tacitam obiectionem reſponſio. Nam alioquin potius dicendum fuerat πάντες οὖν id eſt omnes igitur, quàm πάντες γὰρ, omnes enim.

41 Dicunt λέγουσι In duobus codicibus additur τινὲς quidam. Sed fortaſſis tertia perſona poſita eſt ſecundo loco, vt diximus ſuprà 19.b.9: niſi malimus hæc non tam ad Scribas quàm de Scribis dicta, ad quos tamen dicitur oratio dirigi, proptereaquod ipſi præſentes aderant quum Chriſtus hunc ſermonem haberet.

Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? 43

Dauid ergo Dominum illum vocat, 44 & quomodo filius eius eſt?

Audiente antem omni populo, di- 45 xit diſcipulis ſuis,

Suprà.11.f.43 matth.23.a.6 marc.12.d.38

Attendite à Scribis, qui volunt am- 46 bulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagógis, & primos diſcubitus in conuiuiis.

Qui deuorant domos viduarum: ſi- 47 mulantes lōgam orationem. ii accipient damnationem maiorem.

Cap. XXI.

Marc.12.d.41

Reſpiciens autem vidit eos qui 1 mittebant munera ſua in gazophylacium, diuites.

Vidit autem & quandam viduā pau 2 perculam mittentē æra minuta duo.

Et dixit, Verè dico vobis quia vi- 3 dua hæc pauper, plus quàm omnes miſit.

Nam omnes hi ex abundanti ſibi 4 miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum quem habuit, miſit.

Suprà.19.g.43 matth.24.a.1 marc.13.a.1

¶Et quibuſdam dicentibus de tēplo 5 quòd bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, dixit,

B

Hæc quæ videtis, veniēt dies in qui- 6 bus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.

Interrogauerunt autē illum, dicen- 7 tes, Præceptor, quando hæc erunt: & quod ſignum quum fieri incipient?

Qui dixit, Videte ne ſeducamini: 8 multi enim venient in nomine meo, dicētes quia ego ſum: & tēpus appropinquauit: nolite ergo ire poſt eos:

Quū autē audieritis prælia & ſedi- 9 tiones, nolite terreri: oportet primū hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.

Tunc dicebat illis, Surget gens cō- 10 tra gentē, & regnū aduerſus regnū:

Matth.24.a.8 marc.13.b.9

Et terræmotus magni erunt per lo 11 ca, & peſtilentiæ, & fames, terroréſq; de cælo, & ſigna magna erunt.

C

Sed ante hæc omnia iniicient vo- 12 bis manus ſuas, & perſequentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahētes ad Reges & Præſides propter nomen meum.

Cōtinget autem vobis in teſtimo- 13 nium.

---

43 Vſquedum poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?

44 Dauid ergo Dominum eum vocat, & quomodo filius eius eſt?

45 Audiente verò toto populo, dixit diſcipulis ſuis,

Scribæ quales.

46 Cauete à Scribis, qui volunt ambulare ſtolati, & amant ſalutationes in foris, ac primos conſeſſus in conuentibus, & primos diſcubitus in cœnis.

47 Qui penitus comedunt domos viduarum, & ʹin ſpeciem orationibus longis vtuntur. iſti auferent grauius iudicium.

Cap. XXI.

Viduæ ſupra vires liberalitas.

1 Qʹvum autem aſpexiſſet, vidit diuites mittentes munera ſua in gazophylacium.

2 Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illuc minuta duo.

3 Et dixit, Verè dico vobis, vidua hæc pauper plus quàm omnes miſit.

4 Nam omnes hiʺex eo quod ipſis ſupereſt, miſerunt ʹquod donarent Deo: hæc autem ex penuria ſua totum victum quem habebat, miſit.

5 Et quibuſdam dicentibus de templo quòd pulchris lapidibus acʹdonariis ornatum eſſet, dixit,

6 ʹHæccine ſpectatis? venient dies quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non diſſoluatur.

Signa præcedentia conſummationem ſeculi.

7 Interrogauerūt autem eum, dicentes, Magiſter, quando igitur hæc erunt? & quod ſignum quando futurum eſt vt iſta fiant?

Saluatores & falſi Chriſti.

8 Ipſe verò dixit, Videte ne ſeducamini: multi enim veniētʺin nomine meo, dicentes, Ego ſum *Chriſtus*: & tēpus illud appropinquat: ne igitur eatis poſt eos.

9 Quum verò audieritis bella & ſeditiones, ne terreamini: oportet enim iſta primùm fieri, ſed non ſtatim finis *erit*.

10 Tunc dixit eis, Surget gens in gentem, & regnum in regnum:

11 Et terræmotus magni erunt ſingulis locis, & fames, ac peſtilentiæ, terriculamentáque & ſigna è cælo magna erunt.

Afflictiones propter Chriſtum.

12 Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus ſuas, & *uos* perſequentur, tradentes in ſynagogas & carceres,ʺadductos ad Reges ac Præſides, nominis mei cauſa.

13 ʺ*Hæc* autem cedent vobis teſtimonio.

47 In ſpeciem orationibus longis vtuntur. προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Vulg. ſimulantes longam orationem, ſenſu rectè expreſſo: neque enim legendum opinor μακρᾷ, ſed μακρά, vt in Matthæo & Marco, accedente etiam duorum codicum fide.

IN CAPVT XXI.

1 Quū autē aſpex. ἀναβλέψας Id eſt βλέψας, vel ἐπιβλέψας, vt expoſuimus Marc.8.c.24. Vulg. reſpiciens, quod quidē declarat flexis in tergū oculis aſpicere. Eraſ. ſublatis oculis, quaſi gazophylaciū in edito loco eſſet. aut quòd antea ſuos intuitus, oculos ſuſtulerit in eos qui longius aberat. 4 Ex eo quod ipſis ſupereſt, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, In ſecūdo codice ſcriptū erat ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodē quidē ſenſu, ſed fortaſſis accommodatius, quia ſequitur ἐκ τοῦ ὑστερήματος. Quod donarent Deo: εἰς τὰ δῶρα τοῦ θεοῦ. Heb. לתת ליהוה, ita vt ל cauſam finalem declaret, & commodè etiam explicare poſſis, ad dandum Deo. τὸ διδόναι τῷ θεῷ. Nam dona Dei paſſiuè hìc dicuntur quæ Deo conſecrantur, vt fides Dei, quæ Deo habetur: & apud Hebræos verbalia interdum pro infinitis verborum ponuntur, ſúntque per gerundi modum explicanda, vt Eſai.7.a.1, עלה רצין מלך ארם ורקח בן רמליהו מלך ישראל למלחמה עליה pro להלחם Sed & εἰς τὰ δῶρα poſitū eſt fortaſſis pro ἐν τοῖς δώροις. i. inter dona. Aut Lucas τὰ δῶρα vocat ipſum templi ærarium ſeu gazophylacium, id eſt arculam ab Hebræis dictam ארון, cuius fit mentio 2.Reg.12.10. idque ex Chaldæorū idiomate, qui ſimili ratione hoc ærariū vocabant Corbanā, vt Matth.27.a.6: quū קורבן propriè declaret τὸ δῶρον, id eſt donū. Vulg. & Eraſm. in munera Dei: quæ interpretatio nimium eſt obſcura. 5 Donariis ἀναθήμασι Græci ἀναθήματα vocāt donaria quæ templorum ærariis conſecrantur, ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, id eſt (vt nonnulli explicant) quòd eiuſmodi dona ſoleant ex reliquis bonis excepta conſecrari: vel, vt quoſdam malle video, quòd ſoleant de parietibus aut columnis templi ſuſpēdi. Hebræi hæc eadem (opinor) תרומה vocant, à רום quod & ipſum declarat ſurſum attollere: ita ſcilicet vt ſolebat ſolenni ritu ſacerdos oblationes quas manu geſtabat, quaſi coram Dei conſpectu attollere. Sed ἀνάθεμα diuerſæ ſignificationis vocabulum, quanuis ab eodem verbo ἀνατιθέναι deriuetur, id declarat quod Hebræi חרם appellant, de quo dicemus Rom.9.a.3. quod diſcrimen rectè obſeruauit Budæus, neglexit autem Eraſmus quum in hunc locū ſcriberet. 6 Hæccine ſpectatis? ταῦτα ἃ θεωρεῖτε; Ad verbū, hæccine *ſunt* ea quæ ſpectatis? vel, hæcne quæ ſpectatis, ſcilicet miramini? Quanuis enim in Græcis codicibus non addatur interrogatio, quæ etiam apud Hebræos ſæpe omittitur, vt apud Eſaiā: tamen non dubitaui eam apponere ex Matthæo & Marco. Eraſmus, Ex his quæ videtis: quæ interpretatio non video quomodo cohæreat.

8 In nomine meo, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, Id eſt nomen meum vſurpantes, vt ipſe paulo pòſt explicat. Nam alioqui dicuntur in nomine Chriſti venire pſeudoprophetæ qui ſe fingunt à Chriſto miſſos. 12 Adductos ἀγομένους Vulg. & Eraſm. trahentes, quaſi ſcriptū ſit ἄγοντες: quam lectionem ſi ſequaris, ſubaudienda erit copulatiua καὶ, qua connectantur duo hæc participia.

13 Hæc autem cedent ἀποβήσεται Id eſt, is autem erit iſtarum rerum exitus, vt coram Deo & hominibus teſtata ſit veſtrorū hoſtium perfidia & crudelitas, ac veſtra viciſſim conſtantia. Vulg. & Eraſm. Continget autem, id eſt συμβήσεται δέ. Nos verò cur Cōtingentiæ vocabulum fugiamus, alibi expoſuimus.

ʹHabete igitur fixum in cordibus veſtris, non eſſe præmeditandam defenſionem: 14

Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt cõtradicere neque reſiſtere omnes qui ſe opponent vobis. 15

Trademini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte multabunt *quoſdam* ex vobis: 16

Et eritis exoſi omnibus propter nomen meum. 17

Patientia.

Sed pilus capitis veſtri non peribit. 18

Deſtructio Ieruſalem.

Per patientiam veſtram ʹpoſſidete animas veſtras. 19

Quum autem videritis Ieruſalem circuncingi ab exercitibus, tunc agnoſcite quòd appropinquarit vaſtatio eius. 20

Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes: & qui in medio eius, excedant: & quiʹin agris, non ingrediantur in eam. 21

Nã dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſũt. 22

Væ autem ventrem ferentibus & lactantibus in illis diebus: erit enim neceſſitas magnaʹin hac regione, & ʹira in populo iſto. 23

Et cadent ʹacie gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora ʹGentium. 24

Extremum iudicium.

ʹTunc erunt ſigna in ſole & lunaʹ& aſtris: & in terra anguſtia Gẽtiumʹin conſilii inopia, reſonante mari & ſalo. 25

Exanimatis hominibus præ timore & expectatione *malorum* inuadentium orbem terrarum. nam poteſtates cælorum agitabuntur. 26

Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum poteſtate & gloria multa. 27

Redemptio.

Quum autẽ hæc fieri incipient, ſuſpicite & attollite capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. 28

Dixit etiam eis *hanc* parabolam, Videte ficũ & omnes arbores. 29

AEſtatis ſigna.

Quum iam ʹemiſerint *folia*, *vos eas* cernentes, ex vobiſipſis agnoſcitis quòd iam propè ſit æſtas. 30

Ita & vos quum videritis hæc fieri, agnoſcite quòd propè ſit regnum Dei. 31

Regnum Dei.

Amẽ dico vobis, nequaquã præterierit ætas hæc, vſquequoʹhæc omnia facta fuerint. 32

14 Poniteergo in cordibus veſtris, nõ præmeditari quemadmodum reſpondeatis:

Supra 12.b.12
matth.10.b.19
mar.13.b.11

15 Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & cõtradicere omnes aduerſarii veſtri.

D

16 Trademini autem à parentibus & fratrib⁹ & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis:

17 Et eritis odio omnibus propter nomen meum.

18 Et capillus de capite veſtro nõ peribit.

Matth.10.c.30.

19 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

20 Quum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tũc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.

Matth.24.b.15
marc.13.b.14
dan.9.g.17

21 Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, diſcedãt: & qui in regionibus, non intrẽt in eã.

22 Quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.

E

23 Væ autẽ prægnãtibus & nutriẽtibus in illis diebus: erit enim preſſura magna ſuper terrã, & ira populo huic

24 Et cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Ieruſalẽ calcabitur à Gentibus: donec impleãtur tempora nationum.

25 Et erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in terris preſſura Gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ.

Eſa.13.b.10
ezech.32 b.7
matth.24.c.29
marc.13.c.24

26 Areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur.

27 Et tunc videbunt Filium hominis venientẽ in nube cum poteſtate magna & maieſtate.

F

28 His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.

Rom.8.d.23

29 Et dixit illis ſimilitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores:

30 Quũ producũt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam propè eſt æſtas.

31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propè eſt regnum Dei.

32 Amen dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiãt.

14 Habete igitur fixum ϑέσϑε οὖν Sic Eraſmus rectè expreſſit hoc dicendi genus, ipſis etiam Græcis diſertioribus familiare. hoc enim eſt quod ſæpe apud Homerum occurrit, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, pro quo Virg. - memori quæ condita mente teneto.

19 Poſſidete animas veſtras. κτήσασϑε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Id eſt, quantumuis multa vos vndique mala circunſtent, fruamini nihilominus v·- veſtra, hæc omnia fortiter ſuſtinendo. Nam vt mundus & Satan aduerſus Eccleſiam coniurarint, & extrema quæque experiantur, non poteſt tamen ipſius pacem ac tranquillitatem perturbare, quum ex ipſis doloribus arripiat lætitiæ & exultationis argumentum: vt ſcribitur Rom.5. a.1.2 & 3. Hanc igitur expoſitionem ſi ſequamur, Poſſidere animam nihil aliud declarabit quã vita fœlice ac beata perfrui. Nonnulli verò perinde hoc explicant, acſi ſignificet In hac vita verſari, ſenſu non multum diuerſo à ſuperiore: alii accipiunt pro vitam ſuam & animum regere: quo modo iubet Paulus vt quiſque vas ſuum poſſideat cum honore, 1.Theſſ.4.a.4, id eſt quiſque corpus ſuum ab omni labe purum conſeruet. Alii demum κτᾶσϑαι τὰς ψυχὰς putant idem declarare atque ſaluti ſuæ conſulere: &, ſicut hic noſter Lucas alibi ſcribit, ſeipſum lucrifacere. Nam vt ſcribunt Matthæus & Marcus, Qui perſeuerauerit ad finem vſque, ſeruabitur. Quanuis autem iſtæ interpretationes parum varient: tamen quia nonnihil differunt, integrum Hebraiſmum ſeruare maluimus quàm cuiuſquam opinioni præiudicium afferre.

21 In agris, ἐν ταῖς χώραις, Vulg.& Eraſm. in regionibus: quæ interpretatio nimium eſt obſcura. videtur enim Lucas hoc nomine intelligere hoc quidem loco villas, oppidula, prædia, ex quibus ferè ſolent ſeſe belli tempore in munitiorem locum recipere.

23 In hac regione, ἐπὶ τῆς γῆς, Vulg.& Eraſm. ſuper terram, non ſatis dilucidè, hoc quidem loco. Ira ὀργὴ Iram vocat, Hebræorũ more, eas calamitates quæ ab irato Deo immittuntur, alioquin ἐν τῷ λαῷ τούτῳ conuertiſſem, in hunc populum. 24 Acie στόματι Vulg. ad verbum, ore. Nam Hebræi gladiorum aciem vocant אבחת & Græci quoque στόμα, quòd ea parte quaſi mordeat, vel ſanguinem hauriat: vnde etiam gladius anceps dicitur à Græcis δίστομος & ἀμφίστομος. Gentium. ἐϑνῶν. In ſecundo exemplari deerat hoc vocabulum.

25 Tunc erunt καὶ ἔσται Id eſt, poſtquam exacta fuerint tempora Gentium ſaluti & Iudæorum vltioni conſtituta: qua de re copioſè Paulus Rom.11.c.25. Eſt autem notanda hæc particula, vt intelligamus qua ratione Chriſtus ab excidio Hieroſolymitano tranſeat ad futuri illius vniuerſalis ac ſupremi Iudicii narrationem. Ideo particulam καὶ oportuit hoc loco, ſi vſquam aliâs, per temporis aduerbium explicari.

Et aſtris: καὶ ἄστροις Vulg.& Eraſm. & ſtellis. Atqui conſtat ἀστέρα & ἄστρον inter ſe differre: vt partem & totum: quanuis quod ad ſenſum attinet huius loci, nullius ſit momenti hoc diſcrimen. In conſilii inopia, ἐν ἀπορίᾳ, Vulg. præ confuſione. Eraſm. per deſperationem. neuter ſatis propriè: neque etiam video qua ratione Vetus interpres & Eraſmus potuerint hæc connectere cum participio ἠχούσης.

30 Emiſerint *folia*, προβάλωσι, Lucas τὸ προβάλλειν hoc loco abſolutè pro ἐκφύειν ſeu βλαστεῖν vſurpat. Itaque Eraſmus, vt conſtructionem expleret, ſuppleuit gemmas, quas Græci ὀφϑαλμοὺς vocant. Vetus interpres ad fructum retulit, & ἀφ' ἑαυτῶν coniunxit cum προβάλωσι, neque legit participium βλέποντες, contra omnium codicum fidem. Quidam conuertit, pullularint, quod planè eſt ἄκυρον. Ego verò quod conſtructioni deerat, ſuppleui ex Matthæo & Marco. 32 *Hæc omnia* πάντα Addidimus ταῦτα ex Matthæo, quanuis in nullis vetuſtis codicibus ſcriptum inuenerimus.

Cælũ & terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt.

G Attendite autẽ vobis ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa.

Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedẽt ſuper faciem omnis terræ.

Vigilate itaque, omni tempore orantes vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti.

Et omnis populus mane ibat ad eũ in templo audire eum.

Cap. XXII.

Matth. 26.a.2 marc. 14.a.1 APpropinquabat autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha:

Et quærebant principes ſacerdotũ & Scribæ quomodo eum interficerẽt: timebant verò plebem.

Matth. 26.b.14 marc. 14.b.10 Intrauit autem Satanas in Iudam qui cognominabatur Iſcariotes, vnũ de duodecim.

Et abiit, & loquutus eſt cum principibus Sacerdotũ & Magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis.

Et gauiſi ſunt: & pacti ſunt pecuniam illi dare.

Et ſpopondit. & quærebat opportunitatẽ vt traderet illum ſine turbis.

Matth. 26.b.17 marc. 14.b.13 Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha.

Et miſit Petrum & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis paſcha vt manducemus.

At illi dixerunt, Vbi vis paremus?

Et dixit ad eos, Ecce, introeũtibus vobis in Ciuitatẽ, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum in quã intrat,

B Et dicetis patrifamilias domus, Dicit tibi Magiſter, Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem?

Et ipſe oſtẽdet vobis cœnaculum magnum ſtratum: & ibi parate.

Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis: & parauerunt paſcha.

33 Cælum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquã præteribunt.

34 Attendite autem vobis ipſis nequando grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & repente vobis ſuperueniat dies ille.

35 Nam vt laqueus, inuadet in omnes ʹqui habitant in ſuperficie totius terræ.

36 Excubate igitur, omni tempore deprecantes ʹvt digni habeamini qui effugiatis iſta omnia quæ futura ſunt, & ʹconſiſtatis coram Filio hominis.

37 Docebat autem interdiu in templo: noctu verò exiens diuerſabatur in monte qui vocatur Olearum.

38 Et omnis populus ʹdiluculo veniebat ad eum, vt in templo audiret eum.

Cap. XXII.

1 APpropinquabat autem feſtum Azymorum, quod dicitur Paſcha:

2 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum tollerent è medio: timebant enim plebem.

3 Introiit autem Satanas in Iudam cognominatum Iſcariotem, è numero duodecim.

4 Qui abiens colloquutus eſt cum principibus Sacerdotum ʹac præfectis *templo*, quemadmodum illum traderet eis.

5 Qui gauiſi ſunt: ac pacti ſunt *ſe* daturos ei pecuniam.

6 Et *ipſe* ʹſpopõdit: quærebátque opportunitatem vt traderet eum ipſis ʹſine turba.

7 Venit autem dies azymorũ in qua ʹoportebat mactari ʹPaſcha.

8 Et miſit Petrum ac Iohannẽ, dicens, Profecti parate nobis paſcha vt veſcamur.

9 Ipſi verò dixerunt ei, Vbi vis paremus *illud*?

10 At ille dixit ad eos, Ecce, quum vos introieritis in vrbem, occurret vobis quidam aquæ amphoram baiulans: ſequimini eum in domum in quam ingredietur.

11 Et dicite patrifamiliâs ædium, Dicit tibi Magiſter, vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis edam?

12 Tunc ipſe indicabit vobis cœnaculum magnum ſtratum: illic parate *paſcha*.

13 Profecti autem inuenerunt omnia ſicut dixerat eis: & parauerunt paſcha.

Crapula. Ebrietas. Curæ.

Oratio.

Docet Chriſtus in templo.

Azymorũ dies. Paſcha.

Iudas vendit Chriſtum.

Paſcha parant Apoſtoli.

35 Qui habitant in ſuperficie terræ. τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. Id eſt, in omnes homines, vbicunque tandem fuerint. Ponitur enim verbũ καθῆσθαι pro ſedes ponere, ſicut ab Hebræis vſurpatur ישב vt diximus Matth. 4.c.16, & πρόσωπον τῆς γῆς id eſt quod Hebræi פני הארץ Latini ſuperficiem terræ vocant. 36 Vt digni habeamini ἵνα καταξιωθῆτε Magna eſt huius verbi emphaſis, ex quo ſcilicet intelligimus omnia deberi gratuitæ Dei electioni, qui nos prior dilexit. Eraſmus igitur non ſatis expreſſè vertit, vt liceat vobis ἵνα ἐξῇ ὑμῖν. In duobus tamen codicibus legimus ἵνα κατισχύσητε ἐκφυγεῖν, vt valeatis effugere, nimirum per gratiam Dei quæ vobis aderit. Conſiſtatis σταθῆναι Id eſt, ita appareatis, vt intrepidè poſſitis vultum & ſententiam iudicis ſuſtinere. Hæc enim eſt filiorum Dei παῤῥησία καὶ πεποίθησις, quam pulchrè deſcribit Paulus Rom. 8.f.33, & 34. Conſiſtere igitur & Cadere opponuntur hoc loco: quemadmodum etiam Standi vocabulum à Terentio vſurpatur, quod tamen vt ambiguum repudiaui. Sic Pſalm. 1.b.5, dicit Dauid, quòd impii in iudicio לא יקומו id eſt non conſiſtent: pro quo Græcus interpres perperam reddidit οὐκ ἀναστήσονται. vnde poſtea emanauit eorum error qui impios reſurrecturos negarunt. tanti eſt momenti veram vocabulorũ ſignificationem tenere. 38 Diluculo veniebat ὤρθριζε Sic ſolent Septuaginta, quos vocant, interpretes, explicare verbum Hebræum, quaſi dicas, diluculari: pro quo in Veteri editione aliquoties legitur barbarũ vocabulum Manicare: quod ipſum etiam Auguſtinum offendit, vt Eraſmus in hunc locum obſeruauit Neque tamen ὀρθρίζειν declarat diluculo venire, ſed diluculo ſurgere: qua etiam ſignificatione reperio participium ὀρθροβοώμενος apud Lucianum in Gallo. Sed (vt ſæpe iam annotauimus) veluti Mar. 8.b.11, & ſuprà 3.b.7, Hebræis eſt familiare, poſito vno verbo intelligere conſequens.

IN CAPVT XXII.

4 Ac præfectis *templo*, στρατηγοῖς Vulg. & Eraſm. & Magiſtratibus, quo nomine potius intellexerim τοὺς πρεσβυτέρους. Vocatos autem fuiſſe στρατηγοὺς eos qui templi cuſtodiæ præerant (cuius fit mentio Matth. 27.g.65) & diſtinctos fuiſſe à Preſbyteris ac principibus Sacerdotum, liquet ex verſu 52 huius capitis. Quidam Antiſtites conuertit: quàm rectè, ipſe viderit. 6 Spopondit: ἐξωμολόγησε: Alibi τὸ ἐξομολογεῖσθαι declarat palàm profiteri. hîc autem ad mutuam ſtipulationem refertur, in qua ſcilicet vnus rogat, Spondes? alter reſpondet, Spondeo. Nam ὁμολογεῖν ad verbum declarat, paribus verbis loqui, vt ii ſolẽt qui petentibus aſſentiuntur. Sine turba. ἄτερ ὄχλου. Id eſt ſine tumultu, vel clam turba quæ eum ſolebat aſſectari. quamobrem etiam id tẽpus obſeruauit, quo ſolum eſſe ſciebat in horto. 7 Oportebat ἔδει Oportebat, ſcilicet ex Legis præſcripto. Sed hoc quoque Dei mandatum Iudæi plerique traditionibus ſuis violabant, vt annotauimus Matth. 26.b.17. Vulg. & Eraſ. neceſſe erat, ἀνάγκη ἦν. Paſcha. τὸ πάσχα. Id eſt Agnũ qui figura erat ipſius Phaſe: quæ metonymia alibi eſt à nobis annotata.

Paſcha comedit Chriſtus.	Quum igitur adeſſet″*conſtitutum* illud tempus,accubuit,ac duodecim Apoſtoli cum eo.	14	Et quum facta eſſet hora,diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo,	Matth.26.b.20 marc.14.b.18
	Et ait eis,″Deſiderio deſideraui hoc paſcha veſci vobiſcũ,antequam ego″patiar.	15	Et ait illis,Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum,antequam patiar.	
	Dico enim vobis quòd non amplius edam ex eo, vſquequo compleatur in regno Dei.	16	Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud,donec impleatur in regno Dei.	
Calix.	Et accepto poculo,quum gratias egiſſet,dixit,Accipite hoc,& diſpertite vobis ipſis.	17	Et accepto calice gratias egit, & dixit,Accipite,& diuidite inter vos.	
	Dico enim vobis quòd non bibam de fructu vitis, vſquequo regnum Dei venerit.	18	Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.	
Panis.	Et accepto pane,quum gratias egiſſet,fregit:ac dedit eis, dicẽs, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur:hoc facite in mei recordationem.	19	Et accepto pane gratias egit,& fregit:& dedit eis,dicẽs, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.	Matth.26.c.28 marc.14.c.22 1.cor.11.e.24
Sacramenti inſtitutio. Nouum Teſtamentum.	Itidem etiam *dedit eis* poculum, ′poſtquã cœnaſſet,dicens,″Hoc poculum *eſt*″Nouum illud teſtamentum per ſanguinem meum, ″qui pro vobis effunditur.	20	Similiter & calicem,poſtquam cœnauit, dicens, Hic eſt calix Nouũ teſtamentum in ſanguine meo,qui pro vobis fundetur.	
De Iuda proditore.	Veruntamen ecce,manus prodentis me,mecum eſt in menſa.	21	|Veruntamen ecce,manus tradentis me,mecum eſt in menſa.	Matth.26.b.21 marc.14.b.19 iohan.13.b.18
	Et filius quidem hominis prout″definitum eſt,vadit: veruntamen væ homini illi per quem proditur.	22	Et quidem Filius hominis|ſecundũ quod definitum eſt,vadit:veruntamẽ væ homini illi perquem traditur.	Pſal.40.c.11 C
	Tunc ipſi cœperunt mutuò quærere inter ſe quiſnam eſſet ex ipſis qui hoc facturus eſſet.	23	Et ipſi cœperunt quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc factur⁹ eſſet.	
Quis maior inter Apoſtolos.	Orta eſt autem etiam contentio inter eos, quis eorum videre-	24	Facta eſt autem & contentio inter	Matth.20.d.25 marc.10.f.42

14 *Conſtitutum* illud tempus ἡ ὥρα. Tot vocabulis libuit τὴν ὥραν interpretari,vt planius loquerer.Ita enim ſignificatur veſpertinum crepuſculum,intra quod oportuit hanc cœnam peragi:quod nõ ſatis videaris exprimere ſi cum Vetere interprete conuertas,Quum facta eſſet hora:vel cum Eraſmo, Quum iam eſſet tempeſtiuum. 15 Deſiderio deſideraui Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα Heb. תאוה התאויתי pro ſummopere deſideraui.Hunc autem verſiculum teſtatur Epiphanius ſic fuiſſe ab Hebionæis deprauatum, μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα κρέας φαγεῖν μεθ' ὑμῶν,id eſt,Non deſideraui deſiderio hoc paſcha carne veſci vobiſcum. Patiar. παθεῖν. Id eſt ſupplicio mortis afficiar.Libenter autem retinuimus hoc vocabulum,vt Eccleſiæ conſuetudini obſequeremur. 20 Poſtquam cœnaſſet, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, Hic libuit ſubiicere ex rituum Iudaicorum volumine quod ipſi כלבו vocant,cæremoniam communis panis & poculi quæ ſumũt Iudæi ſub finem Cœnæ Agni paſchalis.Ea igitur eiuſmodi eſt,Emanuele Tremellio homine doctiſſimo interprete.Paterfamiliâs initio conuiuii ſumit panem azymum integrum,quem in duas partes diuidit.quarum vni ſic benedicit,Benedictus es Domine Deus noſter, Rex vniuerſi,qui educis panem è terra: vel ſic,Benedictus es Domine Deus noſter,Rex vniuerſi, in eſu panis azymi. Alteram autem partem recondit ſub mappa, vt videntes pueruli rogent cur panem azymum abſcondamus,& eum differamus comedere: deinde ne ſi eum videant, comedant inter cœnandum imprudentes: Poſtea peragit cœnam ſuam quiſque lætus: qua peracta reſumit paterfamiliâs partem illam quam ſub mappa abſconderat, & ex ea recumbẽs comedit tantillum quanta eſt oliua,diſtribuítque ſingulis accumbentibus,in Paſchæ memoriam: nec quicquam cibi deinceps ea nocte guſtãt, vt guſtus panis azymi maneat in ore ipſorum.Deinde ad eundem modum diſcumbens bibit,& recitat gratiarum actiones, quibus ſumpto cibo ſolent gratias agere Deo. Hæc eſt igitur illorũ cæremonia, ad quam non deſunt qui putẽt Chriſtũ reſpexiſſe quum ſacroſanctam ſynaxin inſtitueret:quod ſi verũ eſt(neque enim hoc facilè conceſſerim)longè tamen aliter iudicandũ eſt de ſancta & ſolenni inſtitutione qua in ipſius Chriſti poſſeſſionem mittimur,quàm de externo illo ritu & humana traditione. Hoc poculum *eſt* τοῦτο τὸ ποτήριον Verbũ Subſtantiuum quod hîc deeſt,rectè ſuppletur ex 1.Cor.11.e.25,ſed à Vetere interprete non eſt poſitum ſuo loco.Vertit enim,Hic eſt calix,pro,Hic calix eſt.Eſt autem hoc loco duplex metonymia , quam agnoſcere coguntur etiam ii qui in hac formula non deſinunt τὸ ῥητὸν vrgere, vt quod ſemel tuendum ſuſceperunt,omnibus modis defendant.Primùm enim ponitur continens(vt Grammatici loquuntur)pro contento, poculum ſcilicet pro vino quod ipſo poculo cõtinetur.Deinde vinum dicitur eſſe ipſum fœdus,quum ſit duntaxat fœderis,aut eius potius quo fœdus ſancitur,nimirum ſanguinis Domini,ſymbolũ ac teſſera:vera quidem illa & minimè inanis,ſed tamen ab eo diſtinguenda quod ipſa repræſentat. Non eſt igitur quòd è cælo Chriſtum eliciamus,vel Chriſti corpus immenſum & inuiſibile comminiſcamur, vt propriam ſignificationẽ verbi EST cõſeruemus.Eſt autem hæc metonymia non modò in Sacris literis frequens,vt eſt ab eruditiſſimis hominibus toties inculcatũ, ſed etiam ab ipſo Homero vſurpata.Sic enim ille vbi mentionem facit fœderis inter Græcos & Troianos multis cæremoniis ſanciti,libro Iliad.γ', Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστά, Ἄρνε δύο, καὶ οἶνον εὔφρονα καρπὸν ἀρούρης, Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. In quibus verſiculis nemo non videt(liceat enim nobis profana cum Sacris hactenus comparare)agnis & vino, quæ fœderis duntaxat ſymbola erant, tribui ipſam fœderis appellationẽ, ſimili prorſus dicendi genere quo hîc vſus Lucas poculum vocauit Nouum teſtamentum. Nouum illud teſtamentum ἡ καινὴ διαθήκη vel potius fœdus.Nã mihi quidem videtur hæc interpretatio melius conuenire,vt plenior ſit veteris fœderis & noui collatio:neque tamen auſus ſum quicquam hîc mutare.Sed putaui exprimendũ articulum,qui additus videtur vt diſcipulis veniret in mentem quod pollicitus fuerat Dominus iam olim Ierem.31.f.31.quam promiſſionẽ probabile eſt in populo Dei celebrem fuiſſe, quanuis à Scribis & Phariſæis non rectè explicaretur.

Qui pro vobis effunditur. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Quum hæc verba,ſi conſtructionem ſpectemus,neceſſariò non ad ſanguinem,ſed ad poculum pertineant,neque tamen de vino nedum de poculo intelligi poſſint , aut manifeſtũ eſt ſolœcophanes , quum dicendum fuerit τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ:aut potius quum hæc eſſent ad marginẽ annotata ex Matthæo & Marco,poſtea in contextum irrepſerunt:quod eo quidem facilius eſt admiſſum,quòd quũ in ſuperiore verſiculo adſcriptum eſſet, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον,id eſt,quod pro vobis datur, ſimile quippiã videtur adiiciendũ fuiſſe vbi agitur de ſanguine. Sed neque hoc additur apud Paulum 1.Cor.11.e.25 (qui tamen videtur ex hoc loco deſcripſiſſe Cœnæ inſtitutionem)neque cauſam video cur ſolœcophanes Lucas vſurparet.Omnes tamen vetuſti noſtri codices ita ſcriptum habebant.

22 Definitũ eſt, τὸ ὡρισμένον, Sic loquitur Spiritus ſanctus Act.4.e.27,& quidem apertius aliquanto,nominans manũ ac conſilium Dei. Viderint igitur præpoſteri quidam iuſtitiæ Dei vindices ſcilicet ac patroni, qua fronte,quum de peccatis hominum agitur, prouidentiam Dei à conſilio & decreto ſeparent:nempe,inquiunt,ne Deum faciamus mali authorem. Quid verò?Chriſtũ prodere,deridere,crucifigere,ſcelus non fuit?& tamen dicit ipſe Chriſtus,dicunt Apoſtoli id eſſe à Deo definitum,id inquam Dei manu & conſilio prius, id eſt ab æterno,fuiſſe cõſtitutum. ſic,inquam,loquitur Deus ipſe,cuius authoritatem qui ſequitur, emendatè ſanè loquitur. Ergo, inquies, Deus fuit huius ſceleris author? Abſit.Clemens enim & bonus eſt Deus noſter mundum in Chriſto reconcilians ſibi:& iuſtus quoque peccatorum noſtrorũ iudex in eo qui factus execratio pro nobis:ſceleratus autem eſt Iudas,qui innocentiſſimũ hominem prodit vt auaritiæ ſuæ ſeruiat: ſcelerati Iudæi qui ſeruatorem ſuum poſtulant ad necem: ſceleratus Pilatus qui repugnante conſcientia inſontem damnat. Diſtingue igitur Dei conſilium ac decretũ à cauſis mediis,id eſt ab iſtorum mala conſcientia,& in vno eodémque facto,Dei iuſtitiam & bonitatem coles,diaboli & hominum iniquitatẽ & improbitatem deteſtaberis.Hæc non intelligis?Clama igitur cum Apoſtolo,O altitudo,&c.& ne temere reprehendas quod percipere non potes.

Matth.20.d.25 marc.14.f.42 eos, quis eorum videretur eſſe maior.

25 Dixit autem eis, Reges gentiũ dominãtur eorũ: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.

26 Vos autẽ non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

27 Nam quis maior eſt, qui recũbit, an qui miniſtrat? nónne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.

28 Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.

29 Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum,

Matth.19.d.28 30 Vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

1.Pet.5.c.8 31 Ait autem Dominus, Simon, Simõ, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum.

D

32 Ego autem rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquando cõuerſus, confirma fratres tuos.

33 Qui dixit ei, Domine, tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire.

Matth.26.c.34 marc.14.c.30 iohan.13.d.38. 34 ‖Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me.

Matth.10.a.9 35 Et dixit eis, Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil.

36 Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculum, tollat, ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicã ſuam, & emat gladium.

Eſa.53.d.12. 37 Dico enim vobis quoniam adhuc hoc ‖ quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me, Et cũ iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me, finem habent.

tur eſſe maior.

25 Ipſe verò dixit eis, Reges gentium dominantur eis: & qui poteſtatem habent in eas, ″benefici vocantur.

26 Vos autem non ita: ſed qui maximus eſt inter vos, ſit ſicut ′qui minimus eſt: & qui princeps eſt, ſicut qui miniſtrat.

27 Nam vter maior eſt, qui accumbit, an qui miniſtrat? nónne qui accumbit? At ego ″in medio veſtrum ſum, vt qui miniſtrat.

Miniſter Chriſtus.

28 Vos porrò ii eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationibus meis.

29 Ego igitur ′paciſcor vobis, prout pactus eſt mihi Pater meus, regnum,

30 Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

A Satana expetiti Apoſtoli.

31 Ait etiam Dominus, Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos ′vt ventilaret ſicut triticum:

32 Sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

Oratio Chriſti pro fide Petri.

33 Ipſe verò dixit ei, Domine tecum paratus ſum & in carcerem & ad mortem proficiſci.

34 At ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, priuſquam ter abneges te noſſe me.

35 Dixit etiam eis, Quando miſi vos abſque ſacculo & pera & ſoleis, num quid defuit vobis? Ipſi verò dixerunt, Nihil.

Apoſtolis nihil defuit. Sacculus. Pera.

36 Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculum, ′tollat: ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat pallium ſuũ, & emat gladium.

37 Dico enim vobis quòd adhuc oportet in me perfici ſcriptum illud, Et cum iniquis ″numeratus eſt. Etenim ea quæ *ſcripta ſunt* de me, finem habent.

Gladius. Scripturæ implendæ.

25 Benefici vocantur. εὐεργέται καλοῦνται. Id eſt magnificis titulis ornantur. Sic enim mos ſemper fuit Principes aliquibus cognomentis honeſtare, quæ poſtea tranſierunt etiam ad hæredes. Nominatim verò inter AEgypti Reges numerantur duo Euergetæ. Sed & ab Hebræis Principes generali nomine נדיבים id eſt munifici & liberales dicuntur per antonomaſiam, quò videtur Lucas reſpexiſſe.

26 Qui minimus eſt: ὁ νεώτερος: Propriè hoc dicitur de ætate, cuius tamen diſcrimina Dominus non tollit, niſi hactenus vt ſtulta & vana ambitio vitetur. Malo tamen νεώτερον accipere in genere pro eo qui minimæ eſt authoritatis: ſicut apud Hebræos interdum vſurpaur vocabulum צעיר. 27 In medio veſtrum ἐν μέσῳ ὑμῶν Id eſt inter vos, pro quo dicunt Hebræi בקרבכם, vt alibi annotauimus.

29 Paciſcor διατίθεμαι Vel, lego, teſtamento meo ſcilicet: quæ interpretatio conuenit morituro, & Græco etiam vocabulo non repugnat: deinde etiam nititur authoritate Epiſtolæ ad Hebræos cap.9 c.17. Sed tamen quia ſimili ratione non poteſt dici Pater Filio regnum legaſſe, hoc autem loco ſignificat Chriſtus ſeſe ius illud Filii nobiſcum communicare, quod quidem eiuſmodi eſt vt filius viuente etiam patre ſit ipſius bonorum particeps, præſertim ſi pater ita cum eo pactus fuerit: ideo ad ius illud pacti referre malo, quo in vitæ æternæ conſortium aſciti ſumus. Itaque locus ille Epiſtolæ ad Hebræos fortaſſis aliter explicandus eſt, vt ſuo loco dicemus: vel pro alluſione potius quàm pro genuina interpretatione accipiendus. Neque obſtat quòd vita æterna toties dicitur hæreditas, & Chriſti dicimur cohæredes. Nam in genere τὸ κληρονομεῖν accipitur pro Poſſidere, & κληρονομία pro eo quod poſſidemus, ſicut apud Hebræos accipitur נחלה & נחל: quibus tamen vocabulis vti videtur Scriptura, vt declaret nos non vllis noſtris meritis, ſed gratuita adoptione vitam æternam conſequi. Pendet autem hæc adoptio, non à teſtamento, ſed à fœdere, ſeu pacto, quod quidem non ipſius Patris qui nos adoptauit, & mori non poteſt, ſed Filii potius in quo adoptati ſumus, morte ſancitur. Itaque ſimili ratione dicimur hæredes Dei, qua cohæredes Chriſti: quia ſcilicet filii ſumus, ex fœdere tamen, non ex teſtamento: alioquin Patrem à quo adoptati ſumus, oporteret mori antequam hæreditatem acciperemus. Certè ſic iſta dicũtur de fœdere cum Abrahamo inito, Act.3. d.25, quod vocatur vbique ברית. Theophylactus quoque διατίθεμαι ὑμῖν interpretatur συμφωνῶ πρὸς ὑμᾶς: à quo tamen in eo diſſentio, quòd βασιλείαν connectit cum verbo διέθετο, hoc modo ſcilicet, Prout igitur Pater mihi pactus eſt regnum, ita vobiſcum paciſcor, vt edatis & bibatis, &c. Ego verò malo poſt ὁ πατήρ μου adſcribere diſtinctionem quæ in pleriſque exemplaribus reperitur, & verſiculum ſequentẽ accipere pro huius declaratione. 31 Vt ventilaret τοῦ σινιάσαι Id eſt agitaret & diſpergeret, vel etiam excuteret. Vulg. & Eraſm. vt cribraret. Ambroſius lib. primo de vocatione Gentium, cap. vltimo, vt cerneret. Sed hic agitur de illo Satanæ ſtudio quo totus ardet Eccleſiæ cœtũ modis omnibus agitatũ ac vexatum diſſipare, fidẽ denique nobis excutere. Cribrandi autem & Cernendi ſignificatio tum demum conuenit, vbi de Dei conſiliis agitur in Eccleſia ſua non perdẽda, ſed repurganda. Theophylactus interpretatur ταράξαι καὶ βλάψαι, id eſt turbare & lædere, quod propius eſt verbo σινιάσαι. 36 Tollat: ἀράτω: Id eſt ſumat, nimirũ vt eius pretio gladium redimat, vt omnino apparet ex iis quæ ſubiiciuntur de pallio: niſi malimus poſt ὁ μὴ ἔχων ſubaudire μάχαιραν, quod ex Hebræorũ conſuetudine, priore loco omiſſum, exprimitur in poſteriore, vice relatiui, vt ſit hic ſenſus, Et qui non habet gladium, vendat pallium, & gladium emat. Hanc interpretationem ſequutus eſt Theophylactus, qui ἀράτω interpretatur βασταζέτω. i. ferat: quaſi ſuos moneat Dominus ea tempora inſtare, quibus ipſi ſibi debeãt humanis etiam præſidiis proſpicere, quũ antea præſente Domino, ſola ipſius prouidentia tuti eſſent ac ſecuri. Ego verò neque hoc prorſus admitto, neque video quid torquere debuerit veteres in hoc loco explicando, quaſi de gladii aut belli iure hîc agatur. Oſtendunt omnes circunſtantiæ Chriſtum Apoſtolis ſuis denuntiare tempus illud inſtare, quo non vt antea, quietè ſecum eſſent verſaturi, minantibus potius quàm reipſa pugnantibus aduerſariis, ſed in extremum periculum venturi tum huius vitæ, tum etiam fidei amittendæ. Itaque totus hic ſermo allegoricus eſt, quaſi dicat, Vixiſtis adhuc in pace, commilitones, nunc verò bellum inſtat acerrimum, & cæteris rebus omiſſis, de vnis armis cogitandum. Quænam autem illa ſint arma, ipſe quum in horto precaretur, & Petrũ gladio ferientem reprehenderet, ſuo ſcilicet exemplo docere maluit, quàm importunè hoc loco ſtupidis adhuc & ad res iſtas non ſatis attentis diſcipulis explicare. Cæterùm in codicibus vetuſtis 2.4.6.7.9.12, & 14, pro ἀράτω, πωλησάτω, ἀγορασάτω, legimus ἀρεῖ, πωλήσει, ἀγοράσει, id eſt tollet, vendet, emet: quam lectionem annotat etiam Eraſmus ex Baſilio, ita ſcilicet vt ſermo ſit prædicentis imminentem afflictionem, non autem exhortantis ad parandum commeatum aut armaturam. Ego verò priorem & magis receptam lectionem potius amplector: quam etiam ſuſpicor deprauatam à quopiam qui non aliter potuerit hunc nodum expedire. 37 Numeratus eſt. ἐλογίσθη. Vulg. & Eraſ. deputatus eſt. Vide Mar.15.c.28.

38 At illi dixerũt, Domine, ecce duo gladii hîc. Ipſe verò dixit eis, Satis eſt.

Chriſt' in horto.

39 Et egreſſus profectus eſt ex conſuetudine in montem Oliuarũ: ſequuti ſunt autem eum etiam diſcipuli eius.

40 ʹQuum verò perueniſſet ad eum locum, dixit eis, Orate ne introeatis in tentationem.

41 Tum ipſe auulſus eſt ab eis quaſi ad iactum lapidis, poſitíſque genibus orabat,

Oratio Chriſti.

42 Dicens, Pater, ſi vis, transfer poculum hoc à me: veruntamen, non mea voluntas ſed tua fiat.

43 Viſus eſt autem ei Angelus è cælo corroborans eum.

Sudat ſanguinẽ Chriſtus.

44 Sed ʹconſtitutus in angore, ʹintentius orabat: & erat ſudor eius quaſi ʹgrumi ſanguinis, ʹdeſcendentes in terram.

45 Et quũ ſurrexiſſet ab oratione, veniſſétque ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia.

46 Et dixit eis, Quid dormitis? ſurgite, & orate ne introeatis in tentationem.

Iudas oſculo Chriſtum tradit.

47 Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & is qui dicebatur Iudas, vnus è duodecim, præibat eis, & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum.

48 Ieſus autem dixit ei, Iuda, oſculo Filium hominis prodis?

49 Videntes autem ii qui circa ipſum *erant*, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, percutiemúſne gladio?

Auriculam Malcho amputatam Chriſtus ſanat.

50 Et percuſſit quidam ex ipſis ſeruum principis Sacerdotum, & abſtulit auriculam eius dextram.

51 Reſpondens autem Ieſus dixit, Sinite huc vſque. Et tacta illius auricula, ſanauit eum.

52 Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes Sacerdotum ac præfectos templo, & Seniores, Vt in latroné exiſtis cum gladiis ac fuſtibus?

53 Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora illa veſtra, & poteſtas tenebrarum.

54 Comprehenſum autem eum duxerunt, & introduxerunt in domum Pontificis. Petrus verò ſequebatur eminus:

55 Quum auté accendiſſent ignem in medio aulæ, atque vnà conſediſſent, ſedit & Petrus inter eos.

56 Quum verò eum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad ignem, defixis in eum oculis, dixit, Et iſte cum illo erat.

57 Ipſe autem negauit eum, dicens, Mulier, non noui eum.

58 Et paulo pòſt alius videns eum, dixit, Et tu ex ipſis es. Petrus verò ait, Heus tu, non ſum.

59 Et interpoſita quaſi hora vna, alius quidam affirmabat, dicens,

---

E

At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis, Satis eſt.

Et egreſſus ibat ſecundũ conſuetudinem in montem Oliuarũ: ſequuti ſunt autem illum & diſcipuli.

Matth. 26. d. 36
marc. 14. d. 32
iohan. 18. a. 1

¶Et quum perueniſſet ad locum, dixit illis, Orate ne intretis in tentationem.

Matth. 26. d. 41
marc. 14. d. 38

Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat,

Dicens, Pater, ſi vis, trãſfer calicem iſtum à me: veruntamẽ non mea voluntas ſed tua fiat.

Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum.

Et factus in agonia, prolixius orabat: & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Et quum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia.

Et ait illis, Quid dormitis? ſurgite, orate ne intretis in tentationem.

Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Ieſus vt oſcularetur eum.

Matth. 26. e. 47
marc 14. e. 43
iohan. 18. a. 3

Ieſus autem dixit illi, Iuda, oſculo Filium hominis tradis?

Videntes autem ii qui circa ipſum erãt quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio?

Et percuſſit vnus ex illis ſeruũ principis Sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram.

Reſpondens autem Ieſus ait, Sinite vſque huc. Et quum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.

Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes Sacerdotũ & magiſtratus templi & Seniores, Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus?

Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.

¶Cõprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis Sacerdotũ. Petrus verò ſequebatur à lõge.

Matth. 26. f. 57
marc. 14. f. 53
iohan. 18. e. 24

¶Acceſo autem igne in medio atrii, & circunſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.

Matth. 26. g. 69
marc. 14. g. 66
iohan. 18. e. 16

Quem quum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, & eũ fuiſſet intuita, dixit, Et hic cum illo erat.

At ille negauit eum, dicẽs, Mulier, non noui illum.

Et poſt puſillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo, non ſum.

Et interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidã affirmabat, dicens,

---

40 Quum perueniſſet γενόμενος Vide Mar. 6. a. 2, & ſuprà 10. f. 32. 44 Conſtitutus in angore, γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, Vulg. ad verbum, & factus in agonia: quæ interpretatio nimium eſt obſcura. Significat autem ἀγωνία ſummam Chriſti luctantis anguſtiam. Neque enim cum mortis duntaxat terroribus luctabatur Chriſtus, vt cæteri homines ſolent, (alioquin videri poſſent multi Martyres ipſo Chriſto cõſtantiores) ſed cum terribili Patris irati iudicio, quo nihil formidabilius cogitari poteſt: quia nimirum peccatorum noſtrorum onus in ſe receperat. Itaque in hac Chriſti deiectione conſiſtit noſtræ conſolationis ſumma, tantum abeſt vt propterea quicquam de ipſius maieſtate diminuatur. Nã, vt Diuinè prorſus ait Nazianzenus, μὴ διὰ τοῦτο ἄτιμος, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; Id eſt, num propterea honore ſuo ſpoliandus eſt, quia propter te humilis factus? Intentius ἐκτενέστερον Vulg. & Eraſm. prolixius. Ego verò malo ad ipſam orationis qualitatem referre, tum hoc loco, tum & alibi. Grumi θρόμβοι Vulg. & Eraſm. guttæ: quæ interpretatio non ſatis eſt expreſſa. alioqui nolim eos imitari quos non pudet multa comminiſci vt mulierculas non tam ad reſipiſcentiam ac fidem excitent, quàm ad mollem quandam & inanem cõmiſerationem commoueant: id eſt vt Iudæos ac Pilatum potius quàm ſua peccata diſcant execrari. Sed viciſſim digni ſunt magna reprehenſione qui ne videantur Chriſto tribuere tam inſignia humanæ infirmitatis argumenta, partim iſta extenuant, in quibus tamen poſita eſt noſtræ pacis & cum Deo reconciliationis ſumma: partim etiam eò impudentiæ prouecti ſunt, vt nonnulla tanquam ab hæreticis infarta expunxerint. Siquidẽ (vt eſt ab Eraſmo annotatum) Hieronymus libro contra Pelagianos ſecundo, & Hilarius libro de Trinitate decimo, indicant in pleriſque Græcorum ac Latinorum codicibus non fieri mentionem neque de ſudore ſanguineo, neque de Angelo confortante. At ego ſacrilegam eorum audaciã execror qui hæc deleuerũt. Deſcendentes καταβαίνοντες Vel, deſcẽdentis. i. καταβαίνοντος, vt in nonnullis codicibus legit Eraſmus.

G Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt.

60 Et ait Petrus, Homo, neſcio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente, cantauit gallus.

Matth.26.c.34
iohan.13.d.31

61 Et cõuerſus Dominus reſpexit Petrum: & recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat, ‖ Quia prius quàm gallus cantet, ter me negabis.

Matth.26.c.34
marc.14.g.65

62 Et egreſſus foras Petrus fleuit amaré.

63 Et viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes:

64 Et velauerũt eũ, & percutiebãt faciẽ eius: & interrogabant eũ, dicẽtes, Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?

65 Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

Matt.27.a.1
marc.15.a.1
iohan.18.c.28

66 Et vt factus eſt dies, conuenerunt Seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illũ in cõcilium ſuum,

67 Dicentes, Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi:

68 Si autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis.

69 Ex hoc autem erit Filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei.

70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis qa ego ſum.

71 At illi dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſtimonium? ipſi enim audiuimus de ore eius.

Cap. XXIII.

1 ET ſurgens omnis multitudo eorum, duxerũt illum ad Pilatum.

Matth.22.b.21
marc.12.b.17

2 Cœperunt autem illum accuſare, dicẽtes, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã, & ‖ prohibentem tributa dare Cęſari, & dicentẽ ſe Chriſtum Regem eſſe.

Matth.27.b.11
marc.15.a.2
ioh.18.f.33

3 ‖ Pilatus autẽ interrogauit eum, dicẽs, Tu es Rex Iudæorum? At ille reſpondens ait, Tu dicis.

4 Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotũ & turbas, Nihil inuenio cauſæ in hoc homine.

5 At illi inualeſcebant, dicentes, Cõmouet populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc.

6 Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet.

7 Et vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus.

8 Herodes autẽ viſo Ieſu gauiſus eſt valde: erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eũ: eo quòd audiret multa de eo: & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri.

9 Interrogabat autẽ eum multis ſermonib⁹: at ipſe nihil illi reſpõdebat.

10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scribę conſtanter accuſantes eum.

11 Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.

12 Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant adinuicem.

Matth.27.c.23
marc.15.b.14
iohan.18.g.38, & 19.a.4

12 Pilatus autem conuocatis principibus Sacerdotum & magiſtratibus

---

Verè & iſte cum illo erat: etenim Galilæus eſt.

60 Ait autẽ Petrus, Heus tu neſcio quid dicas. Et illico adhuc ipſo loquente, cantauit gallus.

61 Tum cõuerſus Dominus intuitus eſt Petrum: & recordatus eſt Petrus ſermonis Domini, quomodo *ſcilicet* dixerat ipſi, Prius quàm gallus cantarit, ter me negabis.

Reſpicit Petrũ Chriſtus.

62 Et egreſſus foras Petrus fleuit amaré.

Flet Petrus.

63 At ii qui vna tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes *eum*.

Illuditur & cæditur Chriſtus.

64 Et quum circuntexiſſent eum, verberabãt faciem eius: & interrogabant eum: dicentes, Vaticinare quis ſit qui te feriit.

65 Et alia multa conuitiantes dicebant in eum.

66 Et vt ortus eſt dies, conuenerunt Seniores plebis & principes Sacerdotum & Scribæ, & adduxerunt eum in conſeſſum ſuum.

67 Dicentes, ″Num tu es ille Chriſtus? dic nobis. Dixit autem eis, Si vobis dixero, nequaquam credetis:

68 Quòd ſi etiam interrogauero, nequaquam reſpondebitis mihi, neque dimittetis.

69 Ex hoc tẽpore erit Filius hominis ſedens à dextra virtutis Dei.

Chriſtus ſe filiũ Dei fatetur.

70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Ipſe verò dixit ad eos, Vos dicitis me eſſe.

71 At illi dixerunt, Quid adhuc egemus teſtimonio? Ipſi enim audiuimus ex ore ipſius.

Cap. XXIII.

1 TVm ſurgẽs vniuerſa multitudo eorũ, duxit eum ad Pilatum.

Accuſatur Chriſtus corã Pilato.

2 Cœperunt autem eum accuſare, dicentes, Hunc comperimus peruertere″gentem, ac vetare tributa dare Cæſari, dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe.

3 Pilatus autẽ interrogauit eum, dicens, Tú*ne* es ille Rex Iudæorum? Ipſe verò reſpondens ei, dixit, Tu dicis.

Chriſtus Rex Iudæorum.

4 Ait verò Pilatus ad principes Sacerdotũ & turbas, Nullam inuenio″noxam in hoc homine.

5 At illi″inualeſcebant, dicentes, Concitat populum, docens per vniuerſam Iudæam, exorſus à Galilæa hucuſque.

6 Pilatus verò audita Galilæa, interrogauit num Galilæus eſſet.

7 Et quum agnouiſſet quòd ad Herodis poteſtatem pertineret, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Ieroſolymis erat per eos dies.

Chriſtus à Pilato mittitur ad Herodem.

8 Herodes autẽ viſo Ieſu, gauiſus eſt valde: cupiebat enim à multo *tempore* eum videre: eo quòd audiret multa de eo: & ſperabat ſe ſignum aliquod viſurum ab eo fieri.

Herodes vult ſigna videre.

9 Interrogauit autẽ eum multis ſermonibus: ſed ipſe nihil ei reſpondit.

Tacet Chriſtus.

10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ valde cõſtanter accuſantes eum.

11 Herodes autem ″cum agminibus ſuis, quum eum pro nihilo habuiſſet, & illuſiſſet *ei*, amictũ veſte ſplendida remiſit ad Pilatum.

12 Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes eo ipſo die: nã antea inimici erant inter ſe.

12 Pilatus verò conuocatis principibus Sacerdotum & magiſtra-

Pilat⁹ vult Chriſtum liberare.

---

67 Num tu es εἰ σὺ εἶ vel, ſi tu es. Nam in vetuſtis codicibus duobus nulla erat adſcripta interrogationis nota.

IN CAPVT XXII.

2 Gentem, ἔθνος, In codicibus manuſcriptis 3. 5 & 8 additum erat ἡμῶν, noſtram, & ita legit Vetus interpres. 4 Noxam αἴτιον Vocabulum Cauſæ quo vtitur Vetus interpres, nimium latè patet. Differentia autem illa inter noxam & noxiam, quæ hoc loco repetitur ab Eraſmo, infinitis idoneorum ſcriptorum teſtimoniis refutatur. 5 Inualeſcebant, ἐπίσχυον, Vel, contrà nitebantur. Nam vtrunque poteſt hoc verbo intelligi. 11 Cum agminibus ſuis, σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, Vel, copiis. Nam Exercituum nomen videtur nimium militare. στράτευμα verò tranſlatitiè hîc accipitur pro multitudine ſatellitum & nobilium qui Herodem è Galilæa ſequuti erant: ſicut apud Latinos agmen, manus, acies, copiæ, ſimili tranſlatione vſurpantur. Nam alioqui Pilatus non ſuſtinuiſſet Herodem armatũ cum ſuis in Iudæam ingredi.

tibus ac populo,

14 Dixit ad eos, Obtuliſtis mihi hunc hominem vt qui auertat populum: & ecce, ego coram vobis quæſtione habita, nullã noxam inueni in homine iſto, ex iis de quibus accuſatis eum:

15 Sed ne Herodes quidem: 'nam remiſi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte factum eſt ab eo.

16 Caſtigatum ergo eum dimittam.

17 Neceſſe autem habebat dimittere eis in feſto vnum *quempiam*.

Chriſtũ crucifigi, Barabbã volunt liberari Iudæi.

18 Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens, Tolle hunc, dimitte verò nobis Barabbam.

19 Qui erat propter ſeditionem quandã factam in ciuitate & cædem, coniectus in cuſtodiam.

20 Rurſus ergo Pilatus alloquutus eſt *eos*, volens dimittere Ieſum.

21 Ipſi verò inclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.

22 Ille autem tertiò dixit ad eos, Quid enim mali fecit hic? nullã noxam capitalem inueni in eo: caſtigatum ergo eum dimittam.

23 At illi inſtabant vocibus magnis, petentes vt crucifigeretur: & inualeſcebant voces eorum ac principum Sacerdotum.

24 Tum Pilatus adiudicauit vt fieret quod ipſi petebant.

Chriſtus morti adiudicatur.

25 Dimiſit autem ipſis eum qui propter ſeditionẽ & cædem coniectus fuerat in cuſtodiam: quem *ſcilicet* petierant: Ieſum verò tradidit cupiditati eorum.

Simon Cyrenenſis.

26 Quum igitur abducerent eum, apprehenſo Simone quodã Cyrenæo, qui veniebat rure, impoſuerunt ei crucem ferendam pone Ieſum.

Mulieres plangentes Chriſtũ.

27 Sequebatur autẽ eum magna multitudo populi ac mulierum: quæ & plangebant & lamentabantur eum.

28 Conuerſus autem ad eas Ieſus, dixit, 'Filiæ Ieruſalem, ne fleatis ſuper me, ſed ſuper vobiſipſis flete & ſuper liberis veſtris:

Deſtructio Ieruſalem.

29 Nam ecce, venient dies in quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Tegite nos.

31 Nam ſi in humido ligno iſta faciunt, in arido quid fiet?

Crucifigitur Chriſtus.

32 Ducebantur autem etiam alii duo malefici vt cũ eo tollerẽtur.

33 Quum igitur veniſſent in locũ qui vocatur Caluaria, illic crucifixerunt eum & maleficos: vnum à dextra, alterum à ſiniſtra.

Oratio Chriſti.

34 Ieſus autem dicebat, Pater, remitte eis: neſciunt enim quid faciant. Diſpertientes verò veſtimenta eius, miſerunt ſortem.

35 Et ſtabat populus ſpectans: ſannis autem excipiebant eum principes 'cum eis, dicentes, Alios ſeruauit, ſeruet ſeipſum, ſi hic eſt ille Chriſtus 'Dei electus.

Deridebatur Chriſtus.

36 Illudebant autẽ etiã ei milites, accedẽtes & acetũ offerentes ei,

37 Dicentéſque, Si tu es Rex ille Iudæorum, ſerua temetipſum.

38 Erat autem etiam inſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Romanis, & Hebraicis, Hic eſt Rex ille Iudæorum.

Latro blaſphemans Chriſtum.

39 'Vnus autem ex maleficis qui erant ſuſpenſi, conuitiabatur ei,

& plebe

C

14 Dixit ad illos, Obtuliſtis mihi hũc hominem quaſi auertentem populũ: & ecce, ego corã vobis interrogans, nullam cauſam inueni in homine iſto, ex iis in quibus eum accuſatis:

15 Sed neque Herodes: nã remiſi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum eſt ei.

16 Emendatum ergo illum dimittam.

17 Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, vnum.

18 Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

19 Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, miſſus in carcerem.

20 Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum.

21 At illi ſucclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.

22 Ille autẽ tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iſte? nullam cauſam mortis inuenio in eo: corripiã ergo illum, & dimittam.

D

23 At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur: & inualeſcebant voces eorum.

24 Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

25 Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerẽ, quem petebant: Ieſum verò tradidit voluntati eorum.

Matth.27.d.32
mar.15.b.21

26 Et quum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientẽ de villa: & impoſuerũt illi crucem portare poſt Ieſum.

27 Sequebatur autẽ illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum.

28 Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit, Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete & ſuper filios veſtros.

29 Quoniam, ecce, veniẽt dies in quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui nõ genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

E

Eſa.2.d.19
oſee 10.b.8
apoc.6.d.16

30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos.

31 Quia ſi in viridi ligno hęc faciũt, in arido quid fiet?

Matth.27.d.38
marc.15.b.27
iohan.19.e.18

32 Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur.

33 Et poſtquã venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerũt eũ: & latrones, vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris.

34 Ieſus autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimenta eius, miſerunt ſortes.

35 Et ſtabat populus ſpectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes, Alios ſaluos fecit, ſe saluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus.

36 Illudebãt autem ei & milites, accedentes & acetum offerentes ei,

37 Et dicentes, Si tu es Rex Iudæorum, ſaluum te fac.

F

38 Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic eſt Rex Iudæorum.

39 Vnus autem de iis qui pendebant

15 Nam remiſi vos ad illum: ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν: In tribus codicibus, nempe 3.5, & 14, ſcriptum erat ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, remiſit enim eum ad nos: quæ lectio mihi videtur optimè conuenire. Illud enim cõplectitur ex quo intelligi poſſit, ne Herodẽ quidem vllum in eo crimen comperiſſe. Nam, inquit, eum ad nos remiſit: quod facturus alioqui non erat, ſi dignum eſſe comperiſſet in quẽ animaduerteret.

28 Filiæ Ieruſalem, Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, Heb. בנות ירושלם id eſt, vos Ieroſolymitanæ mulieres.

35 Cum eis, σὺν αὐτοῖς, Hoc deerat in vno exemplari. Dei electus. ὁ τοῦ θεοῦ ἐκλεκτός. Heb. בחיר יהוה id eſt quem Deus præteritis cæteris hominibus hoc fauore complexus eſt, vt ipſum deſignarit Meſſiam. Alioqui ſolent electi Dei vocari quos Dominus ad vitam æternam ab æterno ſelegit. 39 Vnus autem εἷς δὲ Matthæus alterius latronis præterita hiſtoria, vtrunque pari ſcelere inuoluit: quod Auguſtinus per numeri heteroſin excuſat. Fuit enim in genere propoſitum Matthæo narrare, à Chriſto conuitiis lacerando nullum genus hominũ abſti-

nuiſſe. Sed & veriſimile eſt alterum ex latronibus ſaltem ſilentio ſuo aliquandiu viſum alteri conuitiatori conſentire, donec ſcilicet victus aduerſariorum Chriſti extrema improbitate, qui ſemimortuum, & non modò ad hæc omnia nihil reſponſantem, ſed etiam pro ipſis orantē exagitare non deſinebant, in præclaram illam & ſempiterna memoria dignam confeſſionem erumperet.

latronibus blaſphemabat eũ, dicens, Si tu es Chriſtus, Saluum fac temetipſum & nos.

dicens, Si tu es Chriſtus ille, ſerua teipſum & nos.

Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens, Neque tu times Deũ, quòd in eadem damnatione es?

40 Reſpondens autem alter, obiurgauit eum, dicēs, Ne times quidem tu Deum, quòd in eadem damnatione ſis?

Et nos quidē iuſtè: nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit.

41 Et nos quidem iuſté: nam digna factis recipimus: iſte verò nihil improbum fecit.

Et dicebat ad Ieſum, Domine, memento mei quũ veneris in regnum tuum.

42 Dixítque ad Ieſum, Domine, memento mei quum veneris in regnum tuum.

Latro fidelis ſaluatur.

Et dixit illi Ieſus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

43 Tum dixit ei Ieſus, Amē dico tibi, "hodie mecũ eris in paradiſo.

Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terrã vſque in horam nonam.

44 Erat autem quaſi hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram vſque ad horam nonam.

Et obſcuratus eſt ſol, & velũ templi ſciſſum eſt medium.

45 Et obſcuratus eſt ſol, & velum templi fiſſum eſt medium.

Moritur Chriſt.

Pſal.30.a.6

Et clamans voce magna Ieſus ait, |Pater in manus tuas commendo ſpiritũ meum. Et hæc dicens expirauit.

46 Quúmq; clamaſſet voce magna Ieſus ait, Pater in manus tuas "depono ſpiritum meum. Et quum hæc dixiſſet, expirauit.

Videns autē Centurio quod factũ fuerat, glorificauit Deũ, dicens, Verè hic homo iuſtus erat.

47 Quum vidiſſet autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè, hic homo iuſtus erat.

Centurio glorificans Deum.

G

Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud, & videbãt quæ fiebant, percutiētes pectora ſua reuertebantur.

48 Et omnis turba quæ ſimul acceſſerat ad ſpectaculum iſtud, ſpectans quæ facta fuerant, verberans pectora ſua, reuertebatur.

Pœnitentia.

Stabant autem omnes noti eius à longe: & mulieres quæ ſequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

49 Stabant autem omnes noti eius eminus, & mulieres quæ vnà ſequutæ eum erant à Galilæa, videntes iſta.

Et ecce vir nomine Ioſeph qui erat decurio, vir bonus & iuſtus.

50 Tum ecce vir nomine Ioſeph, ſenator, vir bonus ac iuſtus:

Matth.27.g.57
marc.15.d.43
iohan.19.g.38

Hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnũ Dei:

51 Qui non ſuffragatus fuerat conſilio ac facto eorum, ex Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui "expectabat & ipſe regnum Dei:

Sepelitur Chriſtus.

Hic acceſſit ad Pilatũ, & petiit corpus Ieſu.

52 Hic *inquam* veniens ad Pilatum, petiit corpus Ieſu.

Et depoſitum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

53 Et detractum inuoluit ſindone, poſuítque illud in monumento quod erat ex lapide exciſum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Et dies erat Paraſceues, & ſabbathum illuceſcebat.

54 Porrò dies erat Paraſceues, "& ſabbathi dies ſuccedebat.

Subſequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderũt monumentum, & quemadmodũ poſitum erat corpus eius.

55 Subſequutæ autē etiam mulieres quæ cum eo venerant ex Galilæa, ſpectarunt monumentum, & quomodo poſitum erat corpus eius.

Mulieres.

Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & ſabbatho quidem ſiluerunt ſecundum mandatum.

56 Reuerſæ verò parauerũt aromata & vnguēta: ac ſabbatho quidem quieuerunt, ſecundum mandatum.

Cap. XXIIII.

Matc.16.a.1
iohono.2.a.1

VNa autem ſabbathi valde diluculo venerũt ad monumētum, portantes quę parauerant aromata.

1 P"Rimo autem *die* hebdomadis, "profundo diluculo, venerunt ad monumentum, ferentes quæ parauerant aromata, "& nonnullæ cum ipſis.

Mulieres viſitãtes ſepulchrum.

43 Hodie σήμερον Quærit Theophylactus qui hoc conueniat cum iis quæ dicuntur Heb.11.g.40, veteres ſcilicet illos ſanctos, quorũ illic fit mentio, non accepiſſe promiſſionem: & ad hunc nodum explicandum multa ſanè abſurda cōmemorat, quæ non attingo, ne à ſcopo videar aberrare. Tantùm dico, nimium audaces fuiſſe qui particulam σήμερον adiecta diſtinctione cōiunxerunt cum verbo λέγω, quum in omnibus codicibus connectatur cum verbo ἔσῃ, & in quodam etiam exemplari legatur ὅτι σήμερον. Quomodo verò locus ille Pauli ſit explicandus, dicemus ſuo loco, & item alter ille Petri, cuius falſa interpretatio nobis genuit quem vocant Limbum.

46 Depono παραθήσομαι Vel, commendo, id eſt, συνίστημι. Sed illud magis eſt proprium & huius loci ſententiæ accommodatius. Eraſ. commendabo. Nam etiam Pſal.31.b.6, vnde petita ſunt hæc Chriſti verba, legitur אפקיד futuro tēpore. Sed præterquã quòd familiares ſunt Hebræis omnium temporũ permutationes, res ipſa oſtendit ſignificationē præſentis melius conuenire. Deinde in vetuſtis codicibus duobus & Theophylacto Romano ſcriptum eſt παρατίθημι, & in aliis tribus, παρατίθεμαι. 51 Expectabat προσεδέχετο Vel, exceperat, & amplexus fuerat, quæ eſt propria huius vocabuli ſignificatio. 54 Et ſabbathi dies ſuccedebat. καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Vulg. & Eraſ. ad verbum, & ſabbathum illuceſcebat: quæ interpretatio eſt perobſcura, niſi ſiquis Oſiandrũ ſequutus, veſperã proximam à qua inchoabant ſabbathum, putet appellatione φωτὸς intelligi. Ego verò exiſtimo Lucam hæc addidiſſe vt explicaret nomen Paraſceues, & ἐπὶ pro Poſt accipiendum: quod ita ſum interpretatus, vt perſpicuitati ſtuderem.

IN CAPVT XXIIII.

1 Primo autem *die* hebdomadis, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, Vulg. Vna autem Sabbathi. Eraſmus, Vno autã Sabbathorum. Noſtram interpretationē hoc loco confirmat Theophylacti authoritas. Vide Matth. 28.a.1. Profundo diluculo, ὄρθρου βαθέος, Id eſt (vt inquit Marcus) valde mane, ſiue (vt ait Iohannes) quũ adhuc tenebræ eſſent, id eſt, quũ vixdum inciperet luceſcere. Diuiditur enim crepuſculũ matutinum à Græcis in multas partes. Nam ὄρθρον propriè vocant primũ diluculi punctum, vnde gallus dicitur ὀρθροβόας, quòd lucem prænuntiet primo ſtatim diluculo. Huic ſuccedit τὸ λυκαυγὲς, quũ dubia iam lux eſt, quam excipit aurora. Totum autem crepuſculum matutinũ vocant δείλην πρωΐαν, & interdum quoque ὄρθρον: quamobrē Lucas addidit βαθέος, vt primã diluculi partem apertius declararet. Sed & Marcus quũ dixiſſet πρωῒ (quo vocabulo declaratur non modò crepuſculum totum matutinũ, ſed etiam prima diei pars) addidit λίαν, id eſt valde, ſicut Hom. Iliad. σ', qu um extremam partem crepuſculi deſcribēs vſus eſſet vocabulo πρωῒ, ſubiunxit ὑπ' ἠοῖ, vt planius loqueretur. Rectè ergo Ioh. dixit, σκοτίας ἔτι οὔσης, neque ab aliis Euangeliſtis diſſentit, & iſta (ni fallor) confirmant noſtrã coniecturam, de qua diximus Marci 16.a.2.

Et nonnullæ cum ipſis. καί τινες σὺν αὐταῖς. Hæc deerant in vno vetere exemplari, neque habentur in Vulgata editione.

Inuenerunt autem lapidem reuolutum à monumento. 2

Et ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu. 3

Et factum eſt ″dum conſternatæ in ea re hæſitarent, ecce, duo viri ſuperuenerunt ipſis,induti veſtibus fulgurantibus. 4

Angeli alloquūtur mulieres.

Quum autem expauefactæ eſſent,& declinarent faciem in terram,dixerunt ad eas,Quid ″inter mortuos quæritis eum qui viuit? 5

Non eſt hîc, ſed ſurrexit.memētote vt loquutus ″ſit vobis quū adhuc in Galilæa eſſet, 6

Dicens,Oportet Filium hominis tradi in manus hominū peccatorum,& crucifigi:& die tertio reſurgere. 7

Recordatæ ſunt igitur verborum illius. 8

Mulieres nuntiant Apoſtolis Chriſtum reſurrexiſſe.

Et reuerſæ à monumento,nuntiauerunt hæc omnia illis Vndecim,& reliquis omnibus. 9

Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi *mater*,& reliquæ ″cum eis *erant*,quæ hæc dicebant ad Apoſtolos. 10

Sed viſa ſunt apud eos quaſi deliramentum,verba earum, neque crediderunt ipſis. 11

Petrus currit ad ſepulchrum.

Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum,& ″quum introſpexiſſet,vidit lintea ſola *illic* iacentia: abiítque, apud ſemetipſum mirans hoc factum. 12

Proficiſcentibus in Emmaunta apparet Chriſt⁹.

Et ecce,duo ex iis ibant eo ipſo die in vicum diſtantem ſtadiis ſexaginta ab Ieruſalem,cui *vico* nomen *eſt* Emmaus: 13

Et ″colloquebantur inter ſe de iis omnibus quæ acciderant. 14

Et factum eſt dum colloquerentur,& *ſe* mutuò rogitarent,ipſe Ieſus appropinquans ibat vnà cum ipſis. 15

Oculi autem eorum ″tenebantur ne eum agnoſcerent. 16

Colloquentibus de ſe adeſt Chriſtus.

Dixit verò ad eos,Qui ſunt hi ſermones quos cōfertis inter vos ambulantes? ″& *quid* eſtis tetrico vultu? 17

Reſpondens autem alter,cui nomen ″Cleopas, dixit ei,Tu ſolus 18

2 Et inuenerūt lapidem reuolutum à monumento.

3 Et ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu.

4 Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce,duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.

5 Quum timerent autem,& declinarēt vultum in terrā, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuētem cū mortuis?

6 Nō eſt hic,ſed ſurrexit. recordamini qualiter loquutus eſt vobis, quum ad huc in Galilæa eſſet,

Suprà 9.e.22
matth.17.d.23
marc.9.e.31

7 Dicens,Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominū peccatorū,& crucifigi: & die tertia reſurgere.

8 Et recordatæ ſunt verborum eius.

9 Et regreſſæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis Vndecim, & cæteris omnibus. B

10 Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant,quæ dicebāt ad Apoſtolos hæc.

11 Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum, verba iſta, & nō crediderūt illis.

12 Petrus autem ſurgens occurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina ſola poſita: & abiit,ſecum mirans quod factum fuerat.

13 Et ecce,duo ex illis ibāt ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorū ſexaginta ab Ieruſalem,nomine Emmaus:

Marc.16.c.12

14 Et ipſi loquebantur adinuicem de iis omnibus quæ acciderant.

15 Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent,& ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis.

16 Oculi autem illorum tenebātur ne eum agnoſcerent.

17 Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes,& eſtis triſtes?

18 Et reſpondēs vnus cui nomē Cleophas, dixit ei, Tu ſolus peregrinus

4 Dum cōſternatæ in ea re hæſitarent, ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, Vulg.& Eraſ.dum mente conſternatæ eſſent de hoc. De verbo διαπορεῖν diximus ſuprà 9.a.7. Sed rectè annotat doctiſſimus Budæus διαπορεῖσθαι plus eſſe quàm διαπορεῖν, ſicut rurſus ἐξαπορεῖσθαι aliquid amplius declarare videtur quàm διαπορεῖσθαι,2.Cor.4.b.8.Ideo addidimus participium Cōſternatæ. 5 Inter mortuos μετὰ τῶν νεκρῶν Vulg. & Eraſ.cum mortuis.Sed præſtat pro μεταξὺ accipere: quanuis in hac ſignificatione ferè iungatur cum tertio caſu.Deinde ſciendum eſt,hoc pertinere ad verbum ζητεῖτε.Abundat enim Lucas verborum traiectionibus,quæ ſæpenumero ſententiam reddunt obſcuriorem.

6 Mementote μνήσθητε Μνήσθητε, inquit Eraſmus in hunc locū,anceps eſt imperatiuíne ſit modi an indicatiui.Id verò quid ſit,& quomodo probabile ſit,non video. 10 Cum eis, σὺν αὐταῖς,Vulg.& Eraſ.quæ cum eis erant, id eſt,αἱ σὺν αὐταῖς. 12 Quum introſpexiſſet, παρακύψας, Vetus interpres,procumbens,id eſt,προσπεσών.Idem Ioh.20.b.5,& c.11,vertit, quū ſe inclinaſſet,magis propriè, ni fallor. Alibi,id eſt,Iac.1.c.25,& 1.Pet.1.b.12,vti maluit verbo Proſpiciendi,quod hîc quoque ſubſtituit Eraſmus: quū Proſpicere aliud prorſus declaret,nimirum eminus conſpicere: quod quidē fit diuerſo corporis geſtu ab eo qui hoc verbo declaratur. Nam τὸ παρακύπτειν à conſequēti ſignificat,prono capite & propenſo collo diligētius introſpicere,niſi quū παρὰ deſignat præteritionē ac contemptum. Tunc enim declarat, obiter & quaſi prætereundo limis oculis aſpicere,vt ſi præteriens alicuius ædes,caput immittas,& eo vix cōſpecto, ſtatim diſcedas:pro quo Latini dicūt,A limine ſalutare.Eſt igitur Procumbēdi vocabulū nimis generale,Proſpiciēdi verò,impropriū.Neque verò hæc obſeruatio inanis eſt.Ita enim ſignificatur,Petrum rem totam diligenter eſſe perſcrutatum:quo minus eſt nobis dubitandum de huius hiſtoriæ fide.

14 Colloquebantur ὡμίλουν Eraſ.confabulabantur.à quo verbo libens abſtineo,ne fabulas narraſſe iſti videantur.quanuis non ignorem Fabulari apud Plautū ſæpe de omni ſermone dici,vt pote quod à fando deducatur. Verbum autem ὁμιλεῖν propriè quidem & αὐτολεξεὶ ſignificat vnà verſari,ſed hîc accipitur pro συλλαλεῖσθαι,quo verbo vtitur Nazianzenus. 16 Tenebantur ἐκρατοῦντο Id eſt retinebātur & impediebantur,ita ſcilicet ſtatuente Domino.Ex hoc autem loco apparet quàm incōſideratè faciant qui corpori Domini glorificato ea tribuunt quæ vero corpori nō poſſunt conuenire:veluti qui inuiſibile,nulla quantitate, nullo loco circunſcriptū imaginantur. Non multo minus errāt qui Chriſtū exiſtimant à reſurrectione varios vultus induiſſe:quia,inquiunt,corpus erat ſpirituale. Quāto melius Auguſtinus ad Coſentium,corpus animale definit quod propter mortis diſſolutionē & corruptionē cæteris animantibus ſimile eſt: ſpirituale verò quod iam cū ſpiritu eſt immortale?Et paulo pòſt,Sicut,inquit,animale corpus nō eſt anima,ſed corpus: ita & ſpirituale corpus nō ſpiritū debemus putare,ſed corpus.Quid quod idem in epiſtola ad Dardanū,ne animæ quidē Chriſti tribuit,nedū corpori,vt duobus ſimul locis exiſtere potuerit?Quod autem ad formæ & characteris mutationem attinet,ſi ita eſt vt vultum & ſtaturam mutarit Dominus, quid neceſſe fuit iſtorum oculos teneri? Quod igitur Theophylactus citat ex Marci 16.c.12,Chriſtum duobus iſtis apparuiſſe ἑτέρᾳ μορφῇ, ita explicandum eſt eſt,vt vel μορφὴ pro ipſo habitu & veſtitu corporis accipiatur.apparuit enim illis tanquā & ipſe ad iter accinctus : ſicut Mariæ viſus hortulani ſpecie,non antè eſt ab ea agnitus quàm nominatim eam compellaret:vel fortaſſis referatur ad eam formam qua ipſis viſus eſt, non qua ipſe eſſet reuera.Hactenus enim tenebantur ipſorum oculi, non vt nullam in eo formam viderent, ſed vt veram non perſpicerent, vnde ſcilicet agnoſci poſſet: ex quo efficitur,caligātibus eorum oculis diuerſæ formæ imaginem fuiſſe obiectam,quum reuera ſicut idem erat corpus,eadem etiam eſſet eius forma. 17 Et *quid* eſtis tetrico vultu? καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Addidi particulā quæ omnino ad explendam ſententiam requiritur.Sed in vno exemplari ſcriptum inuenimus,καὶ ἔστησαν σκυθρωποί,quod ego interpretarer,at *illi* conſtiterunt triſtes.Nam neque addita erat interrogationis nota, neque hæc cum ſuperioribus erant cōiuncta:& ſanè germanam hanc lectionē eſſe arbitror, quanuis nihil ſim auſus immutare.Quod autem attinet ad σκυθρωποὶ,rectè quidem Vetus interpres hoc loco triſtes interpretatur,ſed quum triſtitia propriè ſit animi,& de vultus habitu hîc agatur,ſtudui planius loqui,& vocabulum Græcum paulo expreſſius declarare. Alibi tetricum expoſuimus.

18 Cleopas, Κλεόπας, Alterum,fuiſſe hunc noſtrum Lucam quidam ex veteribus arbitrantur,quorum opinio videtur refelli ex præfatione Actis Apoſtolorum præpoſita.Epiphanius autem aduerſus Saturnilianos Nathanaelem fuiſſe tradit. Ita neceſſe vt repugnantia ſcribant qui curioſas quæſtiones tractant ex coniecturis.

es in Ieruſalem,& nõ cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus?

Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerũt, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & ſermone coram Deo & omni populo:

Et quomodo eum tradiderunt ſũmi Sacerdotes & principes noſtri in damnationẽ mortis, & crucifixerunt eum.

Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: & nunc ſup hæc omnia, tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt.

D Sed & mulieres quædã ex noſtris, terruerũt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentum,

Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionem Angelorũ vidiſſe, qui dicunt eum viuere.

Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentũ: & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerũt, ipſum verò non inuenerunt.

Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tardi corde ad credẽdũ in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ:

Nónne hæc oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuam?

Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erant.

Et appropinquauerũt caſtello quò ibant: & ipſe ſe finxit longius ire.

Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiſcum: quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis.

Et factũ eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.

Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum.

Et dixerunt adinuicem, Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dũ loqueretur nobis in via, & aperiret nobis Scripturas?

Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt congregatos Vndecim, & eos qui cum illis erant,

Dicentes quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo cognouerũt eum in fractione panis.

'cõmoraris in Ieruſalẽ, neq; noſti quæ facta ſunt ĩ ea per hos dies?

19 Ipſe verò dixit eis, Quæ? At illi dixerunt ei, De Ieſu Nazareno, qui fuit Propheta, potens operibus & ſermonibus ante Deum & totum populum.

20 Et quomodo eum tradiderunt principes Sacerdotum, & magiſtratus noſtri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.

21 Nos autem ſperabamus eum eſſe illum qui redempturus eſſet Iſrael: 'atqui ſuper hæc omnia, "tertium hunc diem agit hodie ex quo hæc facta ſunt.

22 Sed & mulieres quædã "ex nobis perculerunt nos, quæ diluculo affuerunt ad monumentum:

23 Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes *ſe* etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere.

24 Et abierunt quidam eorum qui erant nobiſcum, ad monumẽtum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerant, ipſum verò non viderunt.

25 Tum ipſe dixit ad eos, O amentes & tardi corde ad credendum omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ:

Infidelitas reprehenditur.

26 Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & introire in gloriã ſuam?

27 Et exorſus à Moſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ſe *ſcripta erant*.

Chriſtus interpretatur Scripturas.

28 Appropinquauerunt autem vico in quem proficiſcebantur, & ipſe fingebat ſe longius ire.

29 Sed *ipſi* coegerunt eum, dicentes, Mane nobiſcum: quoniam eſt circiter veſperam, & inclinatus eſt dies. Ingreſſus eſt igitur vt maneret cum eis.

30 Et factum eſt, quum ipſe accubuiſſet cum eis, ſumpto pane, benedixit, & fractum dedit eis.

31 Aperti ſunt autẽ oculi eorum, & agnouerunt eum: ſed ipſe 'ablatus eſt extra conſpectum ipſorum.

32 Et dixerũt inter ſe, Nónne cor noſtrum 'ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & quum aperiret nobis Scripturas?

33 Et ſurgentes eo ipſo momento reuerſi ſunt in Ieruſalem, & inuenerunt congregatos Vndecim, & eos qui cum illis erant,

34 Dicentes, Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

35 Tum ipſi narrarunt quæ *geſta erant* in via: & vt fuiſſet agnitus ipſis "in fractione panis.

Commoraris παροικεῖς Differre παροικεῖν à κατοικεῖν, ſicut apud Latinos Cõmorari & Habitare, obſeruauimus Matth.2.d.23. Sed hoc quidem loco nolim eam differentiã ſubtilius obſeruare. Sicui tamen hoc placuerit, ita licebit interpretari, Tu ſolus aduena *hoc ſcilicet die feſto* in Ieruſalem veniſti, qui hæc non noueris? niſi fortè malimus παροικεῖν interpretari accolere, vt ita exponatur, Túne ſolus accolis Ieruſalem, & iſta nõ noſti? Nam in vno codice legimus παροικεῖς ἱερουσαλὴμ, non addita præpoſitione ἐν: & iſtos veriſimile eſt ſuſpicatos eſſe, eum quẽ non agnoſcebãt, quique ſtatim à ſolẽni die feſto ex vrbe profectus eſſet, ex vicino aliquo pago veniſſe ad quẽ ſeſe reciperet. Vulg. & Eraſ. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem: vt παροικεῖν idem declaret atque τὸ ἐπιδημεῖν, quo vtitur Lucas Act.2.b.10. Sed mihi nõ ſatis placet eorũ expoſitio qui addũt particulã Adeò, vt ſit hæc ſentẽtia, Túne ſolus es adeò peregrinus & hoſpes in Ieruſalẽ, vt iſta nõ cognoueris? Nã tranſlatitiè dicitur hoſpes eſſe in aliqua ciuitate, qui ignorat quod cæteri illic norint. Sic Cic. pro Milone, An verò, Iudices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac vrbe verſamini, veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur? Sed hoc dicẽdi genus neſcio quomodo videtur à cõmuni loquendi vſu remotius quàm vt Lucas eò reſpexerit. Deinde iſta interpretandi libertas in his quidẽ libris mihi non placet, ne tum quidem quum de ſententia nihil detrahitur. 21 Atqui Ἀλλά γε Vulg. & nunc, καὶ νῦν γε. Tertium hunc diem agit τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει. Agit ſcilicet ille quem ſperabamus fore Iſraelis liberatorẽ. Quãuis enim duriuſculè hoc dicatur de eo quem ipſi adhuc mortuum eſſe putabant, tamen multo planior eſt hic ſenſus & mollior eclipſis, quàm ſi cum nonnullis ſubaudias χρόνος, id eſt, tempus: deinde hac etiam ratione poteſt hoc excuſari, quòd ab eo dicatur qui ambigat num reſurrexerit: & in eam quoque ſententiam videatur nõnihil propendere, vt ex ſequentibus apparet. Vulg. & Eraſmus, tertius hic dies eſt. Atqui hoc non eſt nodum expedire, ſed ſecare potius.

22 Ex nobis ἐξ ἡμῶν Id eſt, noſtri gregis. Itaque Vetus interpres, ſi ſenſum ſpectes, eleganter conuertit, ex noſtris, tum hoc loco, tũ etiam verſu 24. 31 Ablatus eſt extra conſpectum ipſorum. ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Vulg. euanuit ab oculis eorum. Sed rectè admonet Eraſmus, Euaneſcendi vocabulum non ſatis conuenire, quum hîc non de ſpectro, ſed de vero corpore fiat mentio. Quod autem idem interpretatur, ſubduxit ſeſe ab oculis eorum, non ſatis videtur repentinam illam corporis ſubductionem declarare. Cæterùm ἐμφατικώτερον dixit Lucas ἀπ' αὐτῶν, quàm ſi dixiſſet αὐτοῖς, nempe nequis exiſtimet præſentem quidem Chriſtum cum ipſis manſiſſe, ſed corpore, quod cerni nõ poſſet. Itaque dicere malui, extra ipſorum conſpectum, quàm ipſorum conſpectui aut oculis ablatum. 32 Ardebat καιομένη ἦν In ſecundo exemplari ſcriptum erat κεκαλυμμένη ἦν obtectum erat. 35 In fractione panis. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. Id eſt, quum panem frangeret: qui mos erat huius gentis, atque etiamnum hodie ſeruatur conuiuii initio, adhibita precatione. Eraſmus, ex fractione panis, quaſi ex hoc facto Chriſtus ab illis agnitus dicatur, quum tempus potius declaretur quo Chriſtum agnouerunt.

Hæc autem ipſis loquentibus, ſtetit Ieſus ipſe in medio eorũ, 36
& dixit eis, Pax vobis.

Apoſtoli nõ credunt Chriſtum reſurrexiſſe.

Territi verò *illi* & expauefacti, putabant *ſe* ſpiritum videre. 37

Tum dixit eis, Quid turbati eſtis, & quare cogitationes ſubeũt 38
in corda veſtra?

Spiritus non habet carnem.

Videte man⁹ meas & pedes meos: nã ego ipſe ſũ: cõtrectate me, 39
& videte: nã ſpirit⁹ carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere.

Et quum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac pedes. 40

Adhuc autem ipſis non credentibus, præ gaudio, & mirãtibus, 41
dixit eis, Habetis hîc edîle quippiam?

Tũ ipſi obtulerunt ei partẽ piſcis aſſi, & aliquid ex fauo apiario 42
Quæ ille accepit, & coram ipſis comedit. 43

Scripturæ impletæ: quarum intelligentia eſt à Chriſto.

Dixítque ad eos, Hi ſunt ſermones quos loquutus ſum ad vos, 44
quum adhuc eſſem vobiſcum: quòd *ſcilicet* oporteret impleri omnia quæ ſcripta ſũt in lege Moſis, & Prophetis, & Pſalmis, de me.

Tunc aperuit eorũ mentẽ, vt intelligerẽt Scripturas. 45

Et dixit eis, Ita ſcriptum eſt, & ita oportuit Chriſtũ pati, & reſur 46
gere à mortuis tertio die:

Pœnitentia.

Remiſſio peccatorum.

Et prædicari in eius nomine reſipiſcentiam ac remiſſionẽ pec- 47
catorum apud omnes Gentes, ″incipiendo ab Ieruſalem.

Teſtes Apoſtoli.

Vos autem eſtis teſtes horum. 48

Spirit⁹ Sanctus.

Et ecce, ego mittam promiſſum Patris mei ſuper vos: vos autẽ 49
″manete in vrbe Ieruſalem, vſquequo ″induamini virtute ex alto.

Eduxit autem eos foras vſque Bethaniam: & ſublatis manibus 50
ſuis, benedixit eis.

Aſcendit Chriſtus in cælum.

Et factũ eſt, dum ipſe benediceret eis, ″diſiũctus ab eis, ſurſum 51
ferebatur in cælum.

Ipſi autẽ adorato eo reuerſi ſunt in Ieruſalẽ cũ gaudio magno. 52

Laus.

Erántq; ſemper in tẽplo, laudantes & benedicẽtes Deũ. Amen. 53

36 Dum autem hæc loquuntur, ſtetit Ieſus in medio eorũ, & dicit eis, Pax vobis: ego ſum, nolite timere.

Marc.16.c 14
iohan.20.c.19

37 Conturbati verò & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre.

38 Et dixit eis, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra?

39 Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum. palpate & videte: quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere.

40 Et quũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & pedes.

41 Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur?

42 At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis.

43 Et quum mãducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit eis.

44 Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos quum adhuc eſſem vobiſcum: quoniam neceſſe eſt eſt ĩpleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me.

45 Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.

G

46 Et dixit eis, Quoniam ‖ ſic ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die,

47 Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma.

48 Vos autem teſtes eſtis horum.

49 ‖Et ecce, ego mittam promiſſũ Patris mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto.

Iohan.15.d.26
act.1.a.4.

50 Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis.

Marc.16.d.19
act.1.b.9

51 Et factum eſt: dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cęlũ.

52 Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno:

53 Et erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

47 Incipiẽdo ἀρξάμενον Vulg. incipientibus. i. ἀρξαμένων, ſcilicet ὑμῶν vobis. Sed apud Græcos interdum quartus etiã caſus abſolutè ponitur: quod omnes norunt. Quòd autẽ Eraſmus exiſtimat ad Chriſtum poſſe referri, nõ ob eam tantùm cauſam repudiandũ eſt quam ipſe commemorat, id eſt quia Chriſtus non cœperit ab Ieruſalem, ſed Apoſtoli: verùm etiã quia κηρυχθῆναι dixit non κηρύσσειν, & res ipſa clamat Chriſtum hîc agere de Apoſtolorum munere. 49 Manete καθίσατε Vulg. & Eraſ. ad verbum, ſedete, id eſt, moremini, quieti expectate. Sic enim apud Hebræos accipitur verbũ ישב, quod huic Græco opponitur, vt alibi obſeruauimus. Induamini virtute ex alto. ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Id eſt, vſquequo Spiritus ſanctus è cælo in vos illabatur. Sic enim loquuntur Hebræi, vt Iud. 6.f.34. Nos autem hunc quoque Hebraiſmum, quia perelegans videtur, libenter retinuimus. 51 Diſiunctus διέστη Vulg. & Eraſmus, receſſit, ἀνεχώρησεν.

Sanctum IESV Chriſti Euangelium ſecundum Iohannem.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην.

NOVA EX GRAECO TRALATIO. Cap.

″In principio ″erat ″Sermo ille, ″& Sermo ille erat apud Deũ, erátque ille Sermo Deus. 1

VETVS. Cap. I.

In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 In principio ἐν ἀρχῇ. Id eſt ἀπ' ἀρχῆς à principio, vt loquitur idem noſter Iohãnes ſuæ epiſtolæ 1.a.1, quod putaui obſeruandũ, vt appareat nõ ſatis appoſitam eſſe eorum interpretationem, qui ſeruata propria ſignificatione præpoſitionis ἐν principium interpretantur Patrẽ in quo erat Sermo. Principii autem appellatione nõnulli æternitatẽ ipſam intelligunt, quæ interpretatio mihi videtur impropria. Malo igitur hoc nomine intelligere temporis initiũ, quod quidem tum cœpit quum Deo placuit aliquid condere. Eſt igitur hæc ſentẽtia, Sermonẽ non cœpiſſe exiſtere, quum Deus initium faceret creandi quicquid conditũ eſt. Nam, inquit Iohannes, iam tum exiſtebat Sermo ille quum res creatæ cõdi cœperunt. Alioqui dicitur etiam diabolus homicida fuiſſe ab initio, infrà 8.f.44. i. quũ primus homo eſſet cõditus, ſiue à primo homine cõdito, antequam ſcilicet genus humanũ propagaretur. Nam nõdum exiſtente homine, quî potuit eſſe homicida? Hîc autẽ agitur de primo omnium rerum creatarũ exordio, ſicut liquet ex iis quæ conſequuntur. Itaque locũ illum de diabolo & ſimiles alios fruſtra citant hæretici, vt hæc Iohannis verba eludãt, quibus æterna Filii hypoſtaſis manifeſtò cõfirmatur. Erat ἦν Id eſt, ὑφίστατο ſubſiſtebat, vt rectè explicant Græci. Eſt enim proprietas ipſius verbi ἦν obſeruanda: quod quidem vni Deo propriè conuenit, qui idcirco ab Hebræis יהוה à Græcis ὁ ὢν dicitur: neque ideam quandam declarat (vt Samoſatenus exiſtimabat, & qui eius errorem renouauit Seruetus) ſed quod reuera exiſtit: & habenda etiam imprimis ratio præteriti imperf. quo ſcilicet ſignificatur Sermonis hypoſtaſis, id eſt æterna Filii generatio principio caruiſſe, vt qui iam exiſteret quum cõderetur quicquid conditum eſt, vt ipſe de ſe teſtatur infrà 17.a.5. Sermo ille, ὁ λόγος, Vulg. Verbum, id eſt, τὸ ῥῆμα, quod rectè mutauit Eraſmus, veterũ etiam fretus authoritate, puta Cypriani, Lactantii, Hilarii, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini. Sed apud Græcos latè patet λόγος. Nam & orationẽ, & rationem, & definitionẽ, & alia nonnulla declarat, vnde factum vt Græci præſertim theologi, quorũ veſtigia ſequuti ſunt Latini, variè hunc locum ſint interpretati, dum explicare volunt qua ratione Filius dicatur λόγος: quæ omnia videtur Nazianzenus his paucis

verbis diligēter & perſpicuè explanaſſe, Cōcione 2. περὶ υἱοῦ, Δοκεῖ δέ μοι λέγεσθαι λόγος ὅτι πρὸς τὸν πατέρα οὕτως ἔχει ὡς πρὸς νοῦν λόγος, οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς καὶ τὸ ἐξαγγελτικόν. τάχα δ' ἂν εἴποι τις ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο λέγεται λόγος. ὁ γὰρ νενοηκώς, φησί, τὸν υἱόν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑωρακώς) νενόηκε τὸν πατέρα, καὶ σύντομος ἀπόδειξις καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως ὁ υἱός. γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος σιωπῶν λόγος, Id eſt, Sermo dicitur, quòd eam rationē habeat cum Patre, quam Sermo cum mente: nō ſolùm quia ſit à Patre citra omnē perpeſſionem genitus; ſed etiā quòd Patri ſit cōiunctus, eúmque exprimat. Sed & fortaſſis dicere poſſit aliquis eandē eſſe Filii cū Patre rationem, quæ finitionis cum definito. nam λόγος etiam finitionē declarat. Etenim qui mente cōplexus eſt Filium (id enim eſt pro quo dixit, Qui vidit) is & Patrē cōprehendit, vt iam Filius nō ſit aliud quàm breuis ac facilis quædā demonſtratio naturæ Patris. Siquidē omnis fœtus eſt ceu tacita quædam expreſſio eius à quo productus eſt. Hæc ille. Baſilius autē alias etiam rationes affert Homilia in hunc locū ſcripta. Sed quanuis de rebus omniū abſtruſiſſimis loquatur Iohannes, & hæc teſtimonia de Filio Dei verè ac ſapienter dicta agnoſcā, mihi tamen non fit veriſimile tam ſubtiliter illū voluiſſe hoc loco diſſerere. Deinde habēda potius fuit (opinor) ratio idiomatis Hebræi quàm Græci. Quāuis enim Iohannes Græcè ſcripſerit, tamen in tradēda theologia ac præſertim in iſtis declarādis arcanis, neque à verbis neque à loquutionibus receſſit: quæ in verbo Dei & in Synagogis erant ita vſitatæ, vt ipſo etiam vulgo ſi nō res ipſæ, at certè vocabula intelligerentur. Iā verò in editione Chaldaica (quā opinor populari ſermoni maximè fuiſſe accōmodatā) innumeris penè locis pro eo quod in cōtextu ſcribitur יהוה, ſcriptū inuenimus מימר, vt mihi veriſimile videatur Iohannē hoc nomen veluti è medio ſumpſiſſe: quo ſcilicet ſoliti fuerint veteres illi Meſſiā vocare: quaſi cū dicas de quo loquutus eſt, ſiue quē pollicitus eſt Dominus. Nam Iudæi de Meſſiæ Diuinitate nō prius cœperunt diſputare quàm planè fuerūt excæcati, vt facilè cognoſcet quiſquis veterū Rabbinorum ſcripta cum recentiorū commentariis cōpararit. Fecit enim implacabile in Chriſtū odium, & iuſtū viciſſim Chriſti in eos iudicium, vt in torquendis Scripturæ locis qui pro Chriſti vtraque natura apertè faciunt, eos non pudeat ab ipſis etiam maioribus ſuis apertè diſſentire. Ergo, vt ad rem redeam, ὁ λόγος benedictum illud ſemen declarat, de quo Adæ, Abrahæ, Iſaaco, Iacobo, Dauidi & electis omnibus loquutus eſt Dominus, quaſi Sermonē ſeu Promiſſum Dei voces. niſi malis huc referre, quòd ſit vnicus Patris interpres: qua ratione etiam Angelus interdum appellatur, per quē ſcilicet Pater ipſe ſemper loquutus, tandem extremis tēporibus ſeipſum mundo patefecit, vt infrà declaratur verſ. 18. Sed tamen poſtrema hæc notatio videtur nonnihil impropria, quia λόγος nuſquam alibi (quod ſciam) accipitur pro interprete ſeu pro eo qui loquatur, ſed pro eo potius quod aliquis loquatur. Cæteræ verò ſignificationes huius vocabuli, quas Græci & Latini theologi tam cupidè arripiūt, Chaldaico vocabulo מימר non poſſunt vlla probabili ratione conuenire. Sed tamen hæc omnia atque adeò meipſum libens Eccleſiæ ſubiicio. Porrò quod annotant veteres Græci, additū eſſe articulum vt hic Sermo ab aliis diſcernatur (nam alioqui & Legē & Prophetas, & omnia Dei mandata Sermonē Dei vocamus) quia videtur cōmodè & ſuo loco obſeruatum, nullo modo negligendum cēſuimus, quāuis frequens illa pronominis repetitio nōnullis fortaſſe parū placebit. Et ſermo ille erat apud Deū, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, Repetitur antecedens loco relatiui, nō modò ex idiomate Hebræorum, ſed etiam vt magis perſpicua ſit oratio. Præpoſitio autē πρὸς hypoſtaſin Filii ab hypoſtaſi Patris diſtinguit aduerſus Sabelliū: ideóque non dixit ἐν τῷ θεῷ, vt rectè obſeruat Baſilius Homilia εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, & κατὰ σαβελλιανῶν, quanuis vt τὸ ὁμοούσιον indicet alibi ſe in Patre eſſe dicat, infrà 10. g. 38: quod tamen accipi poteſt de Diuinæ in Chriſto potentiæ manifeſtatione. Non deſunt etiam qui præpoſitionem πρὸς exiſtiment ſignificare μίμησίν τινα καὶ ὁμοίωσιν, id eſt, aſſimilationē quandam, vt πρὸς τὸν θεὸν idem declaret atque κατὰ θεόν: veluti quū ſcribit Phiol de Mundo, κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγενῆσθαι ἄνθρωπον, id eſt, ad imaginem & exemplar Dei conditū eſſe hominem: in qua opinione is eſt qui libellū ſcripſit περὶ συντάξεως, præferentē Baſilii Magni nomen. Eſt enim Filius Patris character & imago prorſus ἀπαράλλακτος: quæ interpretatio hypoſtaſes diſtinguit, & eandē οὐσίαν cōfirmat, quum in Deo nihil nō οὐσιῶδες conſideretur. Sed tamen hoc mihi ſubtilius videtur, quum in plurimis locis hæc præpoſitio ſimpliciter accipiatur pro Apud, vt Marci 6. a. 3. & 9. c. 19. Rom. 15. g. 30. 1. Cor. 16. a. 6, pro quo dixit ipſe Chriſtus παρὰ σοί, de Patre loquens, infrà 17. a. 5. Erátque ille ſermo Deus. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. In Græco ſermone additus articulus manifeſtè oſtendit τὸν λόγον habere ſubiecti rationē, θεὸν verò prædicati, vt etiā infrà 4. d. 24. quod omnino fuit annotandū, quia alioqui ſi inuerſa propoſitione dicas, καὶ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Deus ille erat Sermo, perſonā Patris & Filii confuderis, quia vis articuli eſt ἀναφορική. Deinde impropriè dicas Deum eſſe ſermonē, quia ὁ θεὸς vel ipſam οὐσίαν declarat, quæ tribus hypoſtaſibus eſt eadē, vel certè Patris hypoſtaſin ſignificat vt in ſuperiore membro. Itaque vt vitaremus periculoſam amphiboliam, quæ non eſt in Græco ſermone, naturalem ordinem conſtructionis ſequuti, priore loco ſubiectum, poſteriore prædicatum collocauimus.

Hoc erat in principio apud Deum.	2	″Hic *ſermo* erat in principio″ apud Deum.
Omnia per ipſum facta ſūt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factū eſt,	3	Omnia″ per eum *ſermonem* facta ſunt, &″ abſque eo factum eſt ″nihil quod factum ſit.

2 Hic *Sermo* οὗτος Expreſſi ipſum antecedens, ne quis τὸν θεὸν repetendum putet. Nam rectè quidē dicas Deum ex Deo genitū, Deum autem apud Deum, impropriè, quia πρὸς declarat hypoſtaſis diſtinctionē, Filius autē non diſtinguitur à Patre quatenus Deus eſt, ſed quatenus Filius. Coniunctim tamen dicere licebit, Hic Sermo Deus erat apud Deū, vt is rectè nōtat cuius aliquot extant in noſtrū hunc Euangeliſtam Homiliæ ſub Origenis nomine. Etſi autē iis aſſentior qui in his verbis putant epilogū quendam eſſe ſuperiorū ἀξιωμάτων, tamen etiā exiſtimo neceſſe fuiſſe hæc addi, vt intelligeremus illud ἐν ἀρχῇ repetendū eſſe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in duobus poſterioribus mēbris, quaſi ſcriptū ſit ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἐν ἀρχῇ θεὸς ἦν ὁ λόγος. quæ obſeruatio, & Sabellii & Samoſateni & Arrii, & vetuſtiorū, nempe Hebionis & Cerinthi, hæreſes manifeſtè cōuincit. Annotat Auguſtinus lib. De doctrina Chriſtiana 3. cap. 2, quoſdā poſt καὶ θεὸς ἦν, adſcripta diſtinctione, ὁ λόγος coniungere cū οὗτος, quaſi ita ſcripſerit Iohannes, In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, erátque Deus. Sermo iſte erat in principio apud Deum. Quæ diſtinctio mihi nō videtur peruertere ſententiam, ſi modò ante tertiū Erat, repetas ὁ λόγος, ita vt Deus à parte poſteriore cōſtruatur, tanquam prædicatum ſcilicet. Nam alioqui de Sermonis Diuinitate teſtimonium impiè corruperis.

Apud Deū. πρὸς τὸν θεόν. Quū non contentus Iohannes dixiſſe ἐν ἀρχῇ, hæc etiam addat: neque tamen veriſimile ſit eū voluiſſe ταυτολογεῖν, apparet non ſatis ſolidam eſſe Cyrilli ſententiam, qui In principio interpretatur In Patre, qui eſt principium. Nam quæ eſſet hæc ſententia, Sermo erat in Patre apud Deum? 3 Per eum *Sermonem* δι' αὐτοῦ Iterū expreſſi antecedens, vt planior eſſet oratio. Quòd autē Arriani ex hoc loco inæqualitatem Filii arguebāt, quaſi διὰ non cauſam efficientē, ſed inſtrumentalē duntaxat declaret, eruditè & elegāter refutatur à Baſilio Magno, libro De Spiritu ſancto, cap. 50, ex Scripturæ authoritate, quæ ἐξ οὗ & δι' οὗ tum Patri, tū Filio, tum etiā Spiritui ſancto tribuit, vt Rom. 11. d. 36. Eph. 4. d. 16. Coloſſ. 2. d. 19. Infrà 2. a. 6. Rom. 5. a. 5, & alibi ſæpe. Quomodo autē explicandus ſit hic locus, nemo Diuinius poſſit docere quàm Paulus Coloſſ. 1. b. 15 & 16. Abſque eo χωρὶς αὐτοῦ Is cuius extāt Homiliæ ſub Origenis nomine, interpretatur, extra eū (nam χωρὶς etiā declarat ſeorſum ac ſeparatim) & eius expoſitionis cauſam neſcioquā affert, Quia, inquit, quū Extrà audis, nihil omnino relinquis quod in ipſo & per ipſum factū non ſit. Hilarius quoque lib. De Trinit. primo obſcurā quandā, affert huius loci interpretationē. Ego exiſtimo Iohannem, quū dixiſſet, Omnia per ipſum cōdita (quibus verbis τὸ ὁμοούσιον καὶ ταυτοδύναμον declarat) nūc iterum hypoſtaſin diſtinguere, quū Filium adiungit Patri συνεργόν, vt ipſe de ſe teſtatur infrà 5. c. 17 & 19. Nihil quod factū ſit. οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Id eſt, ex iis quæ facta ſunt, nihil factū eſt abſque eo, ſiue (vt Epiphanii verbis vtar) πάντα τὰ γενόμενα, δι' αὐτοῦ ἐγένοντο. Itaque obſeruatio illa Vallæ diſtinguētis ἐγένετο & γέγονεν, nullius eſt momenti. Magis etiam ſunt importuni qui appellatione Nihili putant peccatū aut malitiā intelligi. Fuit autē hic locus varia diſtinctione corruptus, præſertim à Latinis. Cōiungunt enim ὃ γέγονεν, quod factū eſt, cum ſequēti verſiculo: quē rurſus trifariam diſtinguunt. Alii enim legunt, quod factum eſt, in ipſo vita erat, id eſt, quicquid factū eſt, ſubſiſtit etiā in eo non in ſeſe. quā diſtinctionē ſequitur ex Græcis Cyrillus, & Latini ferè omnes. Vel, quicquid factū, iam erat vita in eo, id eſt, iā in ipſo quodammodo viuebat. quod Auguſtino nō diſplicet. Alii legunt, quod factum eſt in ipſo, vita erat: quam lectionem non rectè tribuit Auguſtino Eraſmus in hunc locum ſcribens, quum disertè eā reprehendat lib. 5. de Geneſi ad Literam, cap. 13. Non, inquit, ita pronuntiare oportet, Quod factum eſt in illo, vita eſt. quid enim non in illo factum eſt? Theophylactus demum tertiam diſtinctionē affert cuiuſdā ex veteribus qui legerit, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, id eſt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factū eſt in ipſo: deinde adſcripto pūcto ſubnectit, Vita erat, & vita erat lux hominū. Chryſoſt. verò omnes has diſtinctiones reprehendit, aduerſus eos diſſerēs qui contendebāt Spiritum ſanctū, quem ipſi inter res creatas enumerabāt, intelligi in eo quod dicitur, Quod factū eſt. & ὃ γέγονεν oſtēdit ad οὐδὲ ἓν pertinere, ita vt ἐν αὐτῷ ſit ſequentis verſiculi initium. Nazianzenus quoque idem ſentit in Oratione περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. vt planè mirer quid Eraſmo in mentem venerit, vt eum exiſtimaret cum Cyrillo ſentire. Hæc ſunt autē ipſius verba, οὐδὲ ἐκεῖνο φοβηθήσομαι, τὸ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι λέγεσθαι, ὡς ἑνὸς τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν, εἴρηται, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα. οὐδὲ γὰρ ὁ πατήρ, οὐδ' ὅσα μὴ γέγονεν. Hæc ille, quæ manifeſtè oſtendūt eū cōiunxiſſe ὃ γέγονεν cū οὐδὲ ἕν, tanquā exceptionē, qua res creatæ à nō creatis diſtinguātur. Epiphanius quoque cōtra Ariomanitas, & in Anchorato, duobus locis eos disertè reprehēdit qui aliter diſtinguūt, vitiato tamē exēplari Græco, vt res ipſa oſtēdit. Idem κατ' ἀνομοίων apertè poſt ὃ γέγονεν diſtinguit. Præterea in omnibus manuſcriptis codicibus, vno duntaxat excepto, hanc diſtinctionē inuenimus. Theophylactus quoq; pro nobis facit. Itaque non dubitauimus hanc lectionem cæteris anteponere, quia planam habet ſententiam, & doctiſſimorum interpretū Græcorū authoritate nititur. Quòd autē affert Eraſ. ſibi magis placere lectionē quam hodie vulgò ſequitur Latinorū vſus (quia apud hunc Euangeliſtam ferè ſemper ex proximo membro ſumitur gradus ſequentis, vt In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū. Et paulo pòſt, in Ipſo vita erat, & vita erat lux hominū, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eā non cōprehenderunt: quaſi idcirco etiā legendū ſit, Et ſine eo factum eſt nihil: quod factum eſt, in ipſo vita erat) id non eſt eiuſmodi vt magnopere nos debeat mouere.

Vita.
Lux.
Iohānes teſtatur Lucē Chriſtū veniſſe.

″In ipſoʹvita″erat, & vitaʹerat″Lux illa hominum. 4
ʹEt Lux iſta in tenebris lucet, ſed tenebræ eā ʹnō cōprehenderūt. 5
Fuit quidam miſſus à Deo, cui nomen Iohannes: 6
Is venit in teſtimonium, *nempe* vt teſtaretur de Luce, vt omnes crederentʹper ipſum. 7
Non erat illeʹLux illa, ſed *miſſus erat* vt teſtaretur de illa Luce. 8

Lux Chriſtus.

Hic eratʹLux illa vera quæ illuminat omnem hominem″venientem in mundum. 9
In mūdo erat,″& mūdꝰ″ꝑ ipſū factꝰ eſt, ſed mūdꝰ eūʹnō agnouit. 10
ʹAd ſuos venit, & ſui eum non ʹacceperunt. 11

Filii Dei qui Chriſto credunt Fide à Deo.

Quotquot autem eum acceperunt, dedit eisʹ*hanc* dignitatem vt 12

4 In ipſo vita erat, & vita erat Lux hominum:
5 Et Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
6 Fuit homo miſſus à Deo, cui nomē erat Iohannes: Matth.3.a.1 marc.1.a.2 luc.3.a.2
7 Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de Lumine, vt ōnes crederent per illum.
8 Nō erat ille Lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de Lumine.
9 Erat Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mūdū B
10 In mundo erat, & mūdus per ipſū factus eſt, & mūdus eū nō cognouit. Heb.11.a.4
11 In propria venit: & ſui eum non receperunt.
12 Quotquot autem receperunt eū,

4 In ipſo ἐν αὐτῷ id eſt, Per ipſum, ipſius ſcilicet vi & efficacia. Idem enim vitā indidit qui fecit vt exiſterēt. Itaque præpoſitio ἐν idem declarat atque διὰ in ſuperiore membro, & cauſam vitæ effectricē ac cōſeruatricem declarat, ex idiotiſmo Hebræorū, quē ſæpe iam obſeruauimus. Itaque ſubtilius quàm par ſit argutantur qui vitā explicant in Sermone fuiſſe antequā res cōderentur, Platonicas ſcilices ideas reuocādo: quæ argutiæ mihi nō placent, quāuis non deſint rationes quibus poſſint cōfirmari. At illi impiè de Deo ſentiunt qui vitā in eo eſſe exiſtimāt, quaſi ipſius eſſentia rebus permiſceatur: quā etiam blaſphemiam nō puduit impuriſſimos illos Poſtellū & Seruetum affirmare. tanti eſt voculæ vnius obſeruatio. Et tamē vel ipſe quotidianus ſermo potuerat illos erudire. nam quū vitam ac ſalutē noſtrā in aliquo homine ſitā eſſe dicimus, quis eſt cui in mentē veniat iſta naturæ permiſtio, ac non potius de poteſtate, virtute, authoritate alicuius hominis cogitet? Itaque Cyrillus quū hunc locū rectè explicaret, nō ſimpliciter dixit ipſum cunctis cōmiſtum, vitam eorū fieri, ſed quaſi cōmiſtum: quam particulā Eraſmus, quū eius ſententiā annotaret, certè nō debuit prætermittere. Eadē ratio eſt explicandi illius quod ait Paulus Act. 17.f.28, nos in Deo viuere, moueri, & eſſe. Vita ἡ ζωὴ Additus articulus diſtinguit id vitæ genus de quo dicturus eſt, vitā ſcilicet humanā, ab ea quam indefinitè ζωὴν vocarat, cōmunem ſcilicet omnibus animātibus. Sed hæc diſtinctio nō videtur ſatis propriè hoc loco exprimi in Latino ſermone potuiſſe. Nam ſi dicas, vita illa, quū vitæ nomen præceſſerit, videbitur huius pronominis vis eſſe ἀναφορικὴ potius quàm διακριτική. Poteſt etiā Sermo dici ἡ ζωὴ, id eſt vita, ab effectu, quia ſcilicet is eſt qui viuificat Erat, ἦν, erat ſcilicet iam tū quum per eum eſſent facta omnia. alioqui dixiſſet ἐστιν eſt, vel ἦν in aoriſto ſecundo, id eſt fuit. Erat ἦν Iterū habenda eſt ratio præteriti imperf. quod vſurpauit Euangeliſta potius quàm præſens aut præteritum, vt ſignificaret lucem iſtam homini præluxiſſe ab ipſo ſtatim initio ipſius conditi. Lux illa τὸ φῶς Id eſt vis illa rationis & intelligētiæ in hominū animis accēſa: niſi rurſus malimus vitā illā, id eſt Sermonē viuificantē, ab effectu Lucem vocari, quòd hominē rationis luce donarit: quæ interpretatio nititur veterū authoritate, & optimè cohæret cū iis quæ proximè ſubiiciuntur. Siue autē pro huius lucis authore, ſiue pro ipſo lucis munere accipias, adiūctus erit articulus prædicato ad declarandā vel authoris vel muneris præſtantiā. Nam alioqui dicendum erat, ἡ ζωὴ ἦν φῶς ἀνθρώπων, ſicut dixit ὁ λόγος ἦν θεός.

5 Et lux iſta καὶ τὸ φῶς Id eſt, Quæ lux. Solent enim Hebræi, loco relatiui, ſæpe copulatiuā cōiunctionem vſurpare adiecto aut ſuppleto antecedente, vt annotauimus Mar.1.a.10, & alibi ſæpe. Non cōprehenderunt. οὐ κατέλαβον. Id eſt percipere & conſequi non potuerunt, atque adeò nō agnouerunt, vt ipſe paulo pòſt explicat, verſ.10 & 11, cuius rei cauſam affert Paulus Rom.1.c.21. 7 Per ipſum. δι' αὐτοῦ. Per ipſum ſcilicet Iohannē. Nā quū de Chriſto ipſo agitur, vſurpari ſolet particula εἰς vel ὅτι vel ἐν pro εἰς, præcedēte verbo πιστεύειν, vt infrà 12.f.36. Act.9.g.42. Rom.9.f.33. 8 Lux illa, τὸ φῶς, Lux illa ſcilicet de qua diximus, id eſt Chriſtus qui vnus poteſt noſtras tenebras illuſtrare, vt infrà 8.b.12. Eſt ergo vis articuli ἀναφορική. Nā alioqui additur etiā articulus Matth.5.b.14, vbi dicit Dominus Apoſtolis ſuis, Vos eſtis τὸ φῶς, id eſt, lux mundi. &, luceat τὸ φῶς, id eſt, lux veſtra. Item infrà 5.f.34, vbi de hoc ipſo Iohanne loquēs Dominus, Ille, inquit, erat ὁ λύχνος ὁ καιόμενος. i. lucerna illa ardēs, additis articulis duobus: quod miror nō fuiſſe à Cyrillo annotatū. 9 Lux illa vera τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν Id eſt quæ verè & propriè meretur Lucis nomen, quū natura luceat, non participatione. Cæterùm hæc omnia accipio pro prædicato. Itaque ante verbū ἦν ſubaudio οὗτος, vt ſit hæc integra propoſitio, Iſte, de quo ſcilicet hîc agitur, & qui cū Iohāne cōparatur, eſt Lux illa vera. Vetus interpres ad verbū, Erat Lux vera, neglectis etiā articulis. Eraſm. Erat Lux illa lux vera, quaſi ſcriptū ſit τὸ φῶς ἦν τὸ ἀληθινὸν, ſcilicet φῶς, quæ verborū traiectio nimis eſt violenta: quanuis ſententiā ipſam rectè alioqui expreſſerit, præſertim in Annotationibus. Veniētē in mundū. ἐρχόμενον εἰς κόσμον. Id eſt naſcentē, vt explicat Chriſtus ipſe hoc dicendi genus infrà 18.g.37. Quod autē nonnulli participiū ἐρχόμενον putant poſſe ad τὸ φῶς referri, vt ita conuertas, Hæc eſt Lux illa vera quæ veniens in mundū illuminat omnē hominem: id inquam nimis eſt violentum, & tractationē huius argumēti, id eſt manifeſtationis Chriſti, cōfundit. Significatur ergo, nullum hominē naſci huius Lucis expertē. Nam infantes etſi vſum rationis nō habent, aut certè perexiguū, tamē animo ipſo ſunt præditi qui ſuapte natura iā tum aptus eſt ad intelligendū ac ratiocinandū, vt rectè docet Lactantius: quanuis quominus officiū faciat, inſtrumentorum corporis infirmitas impediat. Apparet enim hoc loco diſſeri de beneficiis toti humanæ genti cōmunibus, vt minimè neceſſe fuerit nodū hunc nectere, qua ratione dicatur omnē hominem illuminare Chriſtus, quū tam multi in tenebris maneāt: quaſi ſcilicet de regenerationis gratia hîc agatur, quæ filiis Dei peculiariter eſt deſtinata. 10 Et mundus per ipſū factus eſt, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, Vel, nā mūdus. Hoc enim additū eſt ad explicandum ac confirmandū illud, In mundo erat. nam, inquit, mundus per ipſum factus eſt, itaque tota ipſius diſpoſitio, imò verò ſingularum mundi partiū conſideratio æternā opificis potentiam ac Diuinitatē oculis hominū obiiciebat, vt ſcriptū eſt Pſal.19.a.1. & Rom.1.c. 19 & 20. Ideo rurſus verbum ἦν explicandum eſt per præteritum imperf. quo ſignificatur hîc agi de Filii manifeſtatione quæ cum ipſo mundo cœpit, elucēte ſcilicet ipſius gloria ac maieſtate in rebus omnibus ab ipſo cōditis. Alterā verò, qua ſcilicet manifeſtatus eſt in carne, aggredietur proximo verſiculo. Per ipſum δι' αὐτοῦ Per eū ſcilicet qui eſt vera illa Lux. Neque enim ſubaudiendū eſt φωτὸς, quia dura eſſet loquutio, mundū factum eſſe per Lucem. quamobrem etiam in hoc verſiculo & duobus ſequentibus non vſurpauit pronomen αὐτὸ in neutro genere, ſed αὐτόν. Itaque initio verſiculi noni non ſuppleui τοῦτο, ſed οὗτος. neque conuerti, Hæc erat Lux illa vera, ſed, Hic erat Lux illa vera.

Non agnouit. οὐκ ἔγνω. Vulg. & Eraſ. non cognouit. Ego malui vſurpare vocabulū Agnoſcendi: quia quanuis homines in denſis illis tenebris verſantes, quas peccatū inuexit, Deum propriè nō cognouerint, tamen hactenus cognouerunt vt ſuo ipſorū teſtimonio cōuincantur, quòd eum quē cognouerant, ne cognitionis quidē modo agnouerint, id eſt, coluerint & gloria affecerint, vt declarat Apoſtolus Rom.1.c.21. & Act.14.c.16 & 17. 11 Ad ſuos εἰς τὰ ἴδια Siue, Ad populū ſuum (fuit enim Iſrael populus Domino peculiaris) vel, Ad terrā ſuā, vt Pſal.84.a.1, Terra Iſraeli à Deo tradita, in qua vna verus Deus coleretur. Terra Dei peculiari nomine dicitur, quū alioqui Domini ſit terra vniuerſa, & quicūque terrā incolunt. Vulg. In propria. Eraſ. In ſua. Nam τὰ ἴδια idem declarat atque τὰ ἑαυτοῦ. Sed vtraque hæc interpretatio in Latino ſermone videtur perobſcura, quū hoc dicendi genere nihil aliud declaretur quàm quod expreſſimus, vt etiā accipitur infrà 17.d.32. & Act.21.a.6, pro quo dicunt Hebræi לעמו vel אל ארצו. Infrà verò 19.c.27, ſignificat, אל ביתו id eſt domum ſuam, vel אלו id eſt ad ſe. & 1. Theſſ.4.c.11, πράσσειν τὰ ἴδια, declarat ſua negotia curare. Acceperūt. παρέλαβον. De propria ſignificatione verbi παραλαμβάνειν diximꝰ Mat.1.d.20, quā hîc puto obſeruandā. Ita enim ſignificatur quod ipſe Chriſtus alibi explicat, ſe nimirū à Patre exiiſſe, à Patre miſſum, à Patre datū, vt qui credit, nō pereat: ex quibus manifeſtò intelligitur, hæc eſſe de Chriſti in carne manifeſtatione accipiēda. Neq; obſtat quòd mox vtitur ſimplici verbo ἔλαβον. Eſt enim hoc ex Hebræorū idiomate explicandū, qui eiuſmodi cōpoſitis verbis carēt: quamobrē etiā paulo antè verſ.10, poſitū eſt ἔγνω pro ἐπέγνω. 12 *Hanc* dignitatē ἐξουσίαν. i. hoc iure & hac dignitate eos dignatus eſt, vt eos pro filiis adoptaret, ſicut & Cyrillus explicat. Nā hoc totū nihil aliud declarat quàm gratiā υἱοθεσίας, quā meritò vocat ἐξουσίαν. i. ἀξίωσιν, quū hac ratione ſimus Dei hæredes, cohæredes autē Chriſti. Itaq; qui ἐξουσίαν interpretātur quaſi dūtaxat ſignificet eligēdi poteſtatē, & hoc loco abutūtur, vt liberū ſuũ arbitriũ ſtabiliãt, quod & ipſum dicũt à gratia nõ penitus præſtari, ſed præueniri dũtaxat & adiuuari, ii nunquã intellexerũt quid beneficii per Chriſtũ fide cõſequamur, nẽpe vt nõ modò filii Dei eſſe poſſimꝰ ſi velimus, ſed velimꝰ & ſimus. Vulg. poteſtatẽ filios Dei fieri. Quidã authoritatẽ cõuertũt. Nos quũ alibi ſæpe ἐξουσίαν cõuerterimus poteſtatẽ & authoritatẽ, vtrũque tamẽ hoc loco repudiauimꝰ: quia nõ agitur de poteſtate quã habemꝰ in alios inferiores, ſed de eo dignitatis gradu quẽ obtinemus apud eũ qui eſt ſupra omnia. Eraſ. vt liceret filios Dei fieri, Sophiſtas fortaſſis ſequutus, & ſuũ imprimis Origenẽ, quorũ opinionẽ ãtea reiecimus. Idẽ tamẽ in Paraph. & piè & elegãter totũ hũc locũ expoſuit.

dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Filii Dei fierent, *nempe* iis qui credunt in nomen eius.

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

13 Qui non ″ex ſanguine, neque ″ex libidine carnis, neque ex libidine viri, ſed ex Deo geniti ſunt.

Matth.1.c.16
luc.2.a.7

Et Verbum Caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

14 Et Sermo ille ′Caro factus eſt, & ′commoratus eſt ″inter nos, (& vidimus gloriam eius, gloriam *inquam* vt vnigeniti ″*egreſſi* à Patre) ″plenus gratiæ ac veritatis.

Iohãnes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui poſt me vẽturus eſt, ãte me

15 Iohannes ′teſtatus eſt de eo, & clamauit, dicens, ′Iſte eſt ′de quo dicebam, ″*Is* qui poſt me venit, ′prælatus eſt mihi,

Iohãnis teſtimoniũ de Chriſto.

13 Ex ſanguine, ἐξ αἱμάτων, Heb. מדמים, vt Ezech.6. aliquoties. Malo enim hoc referre ad ſanguinem quo fœtus in vtero alitur ac confirmatur, & quo infectus naſcitur, quàm vel ad cognationẽ, vel ad ipſius viri ſemen. Neque verò hæc ſunt indigna quæ hoc loco ſaltẽ attingãtur, quum ab iſtis non abhorreant ipſi etiam Prophetæ, vt oculis hominũ ſubiiciant miſeram & ſordidã ipſorum originem. Hìc autem nemo non videt ſpiritualem illam & ſanctam ex gratia in Chriſto ἀναγέννησιν cum impuro illo & naturali hominis ortu conferri: de quo quum loqueretur Dauid, Ecce, inquit, in iniquitate ſum formatus, & in peccatis concepit me mater mea. Cæterùm quod Auguſtinus de ſeminis paterni ac materni cõmiſtione diſſerit, quaſi idcirco Euãgeliſta ſit vſus multitudinis numero, medicis relinquo. certè non videtur hoc ſuo loco obſeruatum, quum ſit potius enallage numeri ex Hebraico idiotiſmo. Ex libidine carnis, ἐκ θελήματος σαρκὸς, θέλειν alibi annotauimus accipi pro ἐπιθυμεῖν, itaque quũ de cupiditate omnium vehementiſſima hìc agatur, Voluntatis nomen quo vſi ſunt Vetus interpres & Eraſmus, nõ dubitaui expungere, tanquã non ſatis expreſſum. Quod autem nonnulli Carnis appellatione fœminam intelligunt, nimirum quia ſubiecit Iohannes οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, non video cur approbem, quanuis nonnihil eiuſmodi afferat etiam Theophylactus. imò verò Carnis nomine intelligitur craſſa illa & impura hominis natura, quæ ſpiritui opponitur paſſim, ac præſertim infrà 3.a.6. Nam tota illa Chriſti cum Nicodemo diſputatio huc pertinet. 14 Caro σὰρξ Heb. בשר, id eſt Homo, per ſynecdochen, vt Eſa.40.b.5, & Ioel.2.g.28. Itaque non minus ineptus quàm impius erat Apollinaris, quum ex hoc loco vrgeret animam hominis non fuiſſe à Chriſto aſſumptam: quod ſi verum eſſet, adhuc hæreret animus noſter in ea maledictione cui eſt obnoxius. Commoratus eſt ἐσκήνωσεν Id eſt, παρῴκησεν, de quo diximus Matth. 2.d.23. Eſt autem vocabulum à tabernaculis ſcilicet ſeu tentoriis deductum: ex quo intelligitur Chriſti moram apud nos temporariam fuiſſe. Nam quod nonnulli ex veteribus appellatione Tabernaculi, corpus intelligunt (ſicut etiam accipitur 2.Pet.1.c.13, & 14) putántque ita diſtingui duas in vno Chriſto naturas, quum alius ſit qui habitat, alius in quo habitatur, mihi quidem non placet. Scimus enim Neſtorium hac arrepta occaſione, Chriſtum in duas hypoſtaſes diſcerpſiſſe: & violenta eſt hæc expoſitio. Primùm quia σκηνοῦν & σκηνοποιεῖν non minus differunt quàm In tabernaculo commorari, & Tabernaculum ipſum conſtruere: quod diſcrimen Eraſ. in ſuis Annotationibus confundit. Deinde hæc eadem expoſitio cogit nos interpretari, In nobis, id eſt, in corpore huic noſtro ſimili: quam declarationem nemo non videt (opinor) eſſe detortam, quanuis veterum authoritate nitatur. Certè quum Paulus de Diuinitate Chriſti loquitur Coloſſ.2.b 9, non dicit Diuinitatem commoratam eſſe in ipſius corpore, ſed ipſam Deitatem corporaliter, id eſt, σωματικῶς, habitare in Chriſto. Chriſti autem nomen, totum Chriſtum declarat, qui his verbis ſignificatur verè & reipſa Deus eſſe, non participatione aut nuda ſanctificatione, quaſi Diuinitas tanquam hoſpitio vſa ſit ipſius corpore. Deinde vtitur verbo κατοικεῖν, quo fixum & perenne domicilium declaratur: neque dicit κατῴκησεν, ſed κατοικεῖ, præſenti tempore vtens, quum Iohannes vtatur verbo σκηνοῦν, quod (vt antè dixi) temporariam commorationem, non autem habitationem declarat, & quidem præterito tẽpore ἐσκήνωσεν, quia deſiit iſta commoratio Chriſti inter nos, quum iam in cæleſtibus ſedeat, vbi nobis quærendus eſt per fidem. Ergo Pauli locus ille non rectè poteſt cum iſto conferri. Inter nos, ἐν ἡμῖν, Vulg. in nobis: quam interpretationem proxima annotatione refutauimus: & hoc etiam quod ſubiicitur, Et ſpectauimus eius gloriam, ſatis refellit. Hoc quum rectè annotaſſet Eraſmus, poſtea à ſeipſo viſus eſt diſſentire, quum ſic interpretatur ἐσκήνωσεν, quaſi ſignificet, Habitaculum ſiue domicilium fecit in nobis, vt (inquit) intelligamus eum cœpiſſe habitare in nobis, nec tamen deſiiſſe. Hoc verò quid aliud eſt quàm Chriſti corpus adhuc in terris collocare, quod tamen Petrus teſtatur fore vt cæli capiant vſque ad tempora reſtitutionis omnium? Neque tamen Chriſti præſentiam tollimus ex Eccleſia, cum qua ſe perpetuò futurum dixit, ſed ita vt virtute Spiritus ſancti, præſentiæ modus definiatur, ne imaginariam Chriſti in cælum aſcenſionem conſtituamus.

Egreſſi à Patre. παρὰ πατρός. Suppleui participium ἐξελθόντος, quo vtitur ipſe Chriſtus infrà 16.d.27 & 28. item 17.b.8. Licuit etiã interpretari, qui eſſet à Patre, ſubaudito participio ὄντος. ſic enim & ipſe loquitur infrà 7.d.29. Cyrillus tamen, & Valla ac Eraſmus eum ſequuti, malũt παρὰ πατρὸς coniungere cũ δόξαν, vt ita cõuertas, gloriam vt Vnigeniti à Patre, ſcilicet profectã. Sed hæc traiectio mihi videtur parum neceſſaria. Deinde quod idem Eraſmus poſt Vallam μονογενῆ putat conuerti poſſe Vnicum, mihi quidem nõ placet. Nam vnicus etiam dici poteſt qui ex multis fratribus ſolus patri ſupereſt. Vnigenitus autẽ dicitur Chriſtus, Diuinæ propriè naturæ reſpectu, non humanæ: niſi quatenus humana natura cum Diuina vnita eſt, vt vnus tantùm ſit Dei Filius, Deus & homo. Plenus πλήρης Sic habebant omnia etiam manuſcripta Stephani noſtri exemplaria, exceptis duobus in quibus ſcriptum erat πλήρη: quæ lectio non video quomodo cohærere poſſit, niſi ad ἐθεασάμεθα referamus, ita vt maior fuerit habita ratio ſententiæ quàm verborum, vt in illo Hom. Iliados γ', Καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅ, τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Sed malo πλήρης legere, & connectere cum ὁ λόγος, ita vt illud καὶ ἐθεασάμεθα vſque ad πατρὸς includatur parentheſi. Vetus interpers conuertit, plenum, ſed nominandi caſu, vt rectè obſeruauit Valla, quia ὁ λόγος interpretatur Verbum. Quod autem Eraſmus coniectat poſſe hæc connecti cum ſequente verſiculo, quaſi his titulis ornetur Iohannes, poſſet fortaſſis etiam cõfirmari etymologia ipſius nominis, quia יוחנן declarat gratioſum. Sed iſtæ argutiæ fruſtra captantur, & præterquam quòd hæc diſtinctio nullius exemplaris authoritate confirmatur, ea quæ ſequuntur, ſatis indicant hæc ornamenta ad Chriſtum pertinere, & ita accipienda, vt ipſa gratiæ & veritatis οὐσίᾳ vnctum fuiſſe Chriſtum intelligamus. 15 Teſtatus eſt μαρτυρεῖ Vulg. & Eraſ. teſtatur. Sed exiſtimo temporis eſſe enallagen Hebræis familiarẽ, vt infrà 4.d.28. Sed durior eſt tamen trãſitus à præſenti ad præteritũ. ideo Cyrilli interpres vertit, Teſtatur & clamat. Chryſoſtomi verò interpres ſibi non cõſtat. Quidam annotant vſurpatum eſſe tẽpus præſens ab Euangeliſta, vt ſignificetur perennis authoritas huius teſtimonii: quaſi etiamnũ hodie hæc teſtaretur Iohannes. quã emphaſin ſiquis ſeruatã voluerit, cõuertat hoc modo, Iohannes teſtatur de eo, qui clamauit, dicẽs, &c. Iſte eſt οὗτος ἦν Vetus interpres, & Eraſ. Hic erat. Ego verò nõ video quis locus ſit præterito imperfecto in hoc ſermone. Certè Cyrilli interpres vtitur præſenti in libro De fide ad Reginas, & hãc enallagen τὸ ἦν pro ἐστι doctiſſimus Budæus annotauit, citans hæc verba Aphrodiſ. in primũ Topic. vbi explicat Ariſtotelicum illud, τὸ τί ἦν εἶναι. τὸ ἦν, φησί, οὐχ ὡς παρελθόντος χρόνου δηλωτικῷ κέχρηται νῦν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐστι. συνήθης δὲ ἡ τοιαύτη ἐστὶ χρῆσις. ὁ γὰρ λέγων τοῦτο ἦν, ἴσον λέγει τῷ τοῦτο ἐστι. ὡς ὁ λέγων, τίς ὁ κάπηλον ἦν τὴν θύραν, τίς ἐστιν ὁ κάπηλον, λέγει.

De quo ὃν Id eſt περὶ οὗ, vt ipſe explicat infrà verſu 31. Sic Ariſtoph. λέγε εἴ σοι δοκεῖ Λακεδαίμονα, pro περὶ Λακεδαίμονος.

Is qui poſt me venit, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, Id eſt, is ante quẽ ſum miſſus, viam ſcilicet illi paraturus. Quamobrẽ qui ad Chriſti natiuitatẽ hæc referunt (in qua opinione video eſſe nõ tantùm Auguſtinũ, ſed etiam Epiphanium aduerſus Ariomanitas: quia ſcilicet Iohãnes ſex menſibus maior natu fuit quàm Chriſtus) ii etſi nihil falſum aut impiũ tradunt, tamen nõ ſatis aptè hunc locũ explicãt. Quorſum enim hoc ad augendã Iohannis authoritatẽ, quòd aliquot mẽſibus maior natu eſſet quàm Chriſtus? Rectius ergo Chryſoſtomus & Cyrillus ad prædicationis munus referunt. Videbat enim Iohannes quæ eſſet Iudæorũ de ſe opinio, à qua quũ ipſos vellet reuocare, Quid in me obſtupeſcitis? inquit. imo verò ſcitote poſt me venturũ qui vt tempore poſterior, ita reipſa eſt infinitis partibus prior. Illũ igitur creſcere oportet, me verò minui, vt ipſe apertè dixit infrà 3.d.30. Cæterùm addidi particulã Is, vt perſpicuitati ſtuderẽ. Neq; enim Eraſ. rectè cõuertit, Qui quũ me ſequeretur, quũ hæc non cohæreãt cũ οὗτος, ſed cũ verbo εἶπον. Nã alioqui ὃς ἐρχόμενος dicendũ fuerat potius quàm ὁ ἐρχόμενος. Deinde quod ad participiũ ἐρχόμενος attinet, poteſt quidẽ etiam cõuerti per fututũ tempus, vt diximus Matth.3.c.11. & ita interpretãtur Chryſoſtomus & Vetus interpres. Hæc enim quæ nunc præſente Chriſto recitat Iohannes, proculdubio dixerat antequam Chriſtus ipſe Iohanni conſpiceretur. Sed tamen illud malui explicare præſenti tempore, vt Iohannem ſciamus de eo loqui cuius proximus ſit aduentus, atque adeò qui iam ſit in via. Prælatus eſt mihi, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, Sic Auguſtinus rectiſſimè omnium explicat hæc verba Loquutionum libro 7, Chryſoſtomus quoque ac Cyrillus in eandem ſententiam diſſerunt. Eſt autem ortum hoc dicendi genus ex eo quòd illis qui dignitate excellunt, prior locus tribui ſoleat. Nam ἔμπροσθεν propriè ordinis eſt ſeu loci, non temporis: quo modo etiam hîc accipitur. Itaque Epiphanius κατ' Ἀρειομανιτῶν non ſatis aptè hæc explicat de eo præſentiæ modo quo æternus Sermo ſeſe mundo conſpiciendum præbuit, antequam homo fieret: qua de re dictum eſt ſuprà verſu 10. Ineptiſſimè autem ille Pſeudorigenes hæc perinde accipit acſi Iohannes diceret Chriſtum ſibi obiectum ac cognitum fuiſſe iam pridem, nempe quum Maria inuiſeret Eliſabetham: quæ hiſtoria refertur Luc 1.d.41. Sed non eſt negligendum quod Chryſoſtomus obſeruat, Iohannem ſcilicet, quanuis de re futura loquatur, (adhuc enim erat obſcura Chriſti fama quũ Iohannes hæc diceret) tamen præterito vti, ex Prophetarum conſuetudine, quam & ipſam alibi obſeruauimus. Vulg. conuertit ad verbum, ante me factus eſt, perobſcurè profectò & impropriè. Neque enim vſquam dici ſolet Chriſtus factus eſſe, quin aliquid adiiciatur, ex quo poſſit intelligi quatenus ei conueniat verbum γίγνεσθαι, vt Rom. 1.a.2, Galat. 4.a, 3, & alibi. Deinde poſſet imperitus aut malitioſus aliquis vrgere participium factus eſt, vt Ariani quondam Græcum verbum ἐγένετο: quaſi hîc agatur de Chriſti ortu, aut quaſi hæc perpetua vis ſit verbi γίγνεσθαι, vt naturæ alicuius conditæ originẽ declaret. Sic enim iſti interpretabãtur ἔμπροσθέν μου ἐγένετο ſiue γέγονεν (vt ſcribitur infrà verſu 31) quaſi ſignificet πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, creatus eſt prius quàm ego. At ego iſtos libenter rogem vt vel vnũ ex Noui teſtamenti libris exemplum proferant in quo ἔμπροσθεν tempus declaret. Deinde ſi quoties verbum γίγνεσθαι occurret, οὐσίας initium imaginemur: quot vnius hominis creationes imaginabimur? Sed hæc petere ex aliis licebit.

Gratia. quia præſtantior me eſt.

16 Et ex plenitudine ipſiꝰ omnes ſumpſimus, & gratiã pro gratia. e.

17 Nam Lex per Moſen data eſt, Gratia & Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

18 Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Filius qui eſt in ſinu Patris, ille *nobis* enarrauit. Deus.

19 Hoc eſt igitur teſtimoniũ Iohannis, quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarẽt eũ, Tu quis es?

factus eſt: quia prior me erat.

¶Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: Coloſſ. 1.c.19 & 2.b.9 C

Quia Lex per Moyſẽ data eſt, Gratia & Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

¶Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. 1.Iohan.4.c.12 1.tim.6.d.16

Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es?

Quia præſtantior me eſt. ὅτι πρῶτός μου ἦν. Vulgata & Eraſmus, quia prior me erat. Et certè πρῶτος abſolutum pro comparatiuo πρότερος poſitum eſſe id oſtendit, quòd de duobus eſt ſermo. Nam alioqui principem & primariũ declarat, vt Luc. 19.g.47. Act 25.a.2, & alibi ſæpe: quamobrem etiam nonnulli πρῶτός μου interpretantur, princeps meus: quod mihi quidem durum & inſolens videtur. Sed & illis non aſſentior qui πρῶτον, id eſt πρότερον putant Chriſtum vocari temporis ordine, quia ſcilicet æternus erat Dei Filius: quo modo video veteres hunc locum interpretari. Exiſtimo potius cauſam afferri cur quum poſterior venerit, ſit priori prælatus, Quia, inquit Iohannes, agnoſco hoc mereri ipſius præſtãtiam, vt mihi anteponatur. Iterum ergo accipio ἦν pro ἐστὶ, vt oratio tota melius cohæreat: & πρῶτος non ad tẽpus, ſed ad dignitatem ac præſtantiam perſonæ refero. Quòd ſi libeat ἦν interpretari, erat, bene etiam quadrabit ſententia. Excellentior enim erat Iohanne Chriſtus, etiam antequam homines eum Iohanni præferrent. Nam eius præſtantia ab hominum fama ac iudicio non pendebat.

16 Et ex plenitudine ipſius καὶ ἐκ πληρώματος αὐτοῦ In duobus codicibus pro καὶ ſcriptum erat ὅτι, id eſt nam: quam lectionem ſequitur etiam Nonnus. Videntur enim iſta cum proximè præcedentibus ita poſſe cohærere, vt vel complectantur alteram rationem cur Chriſtus fuerit Iohanni prælatus, vel declarent qua ratione Chriſtus ſit Iohanne præſtantior: quod poſterius probabilius eſt. Præſtantior me eſt Chriſtus, inquit Iohannes. nam & ego & omnes alii doctores, quicquid habuimus, ex hoc perenni fonte hauſimus. Sic igitur explicat Theophylactus. At ego iis potius aſſentior qui Euangeliſtæ verba eſſe volũt, perinde acſi in ſuperiore verſiculo vſus eſſet obliqua oratione in Baptiſtæ teſtimonio commemorando. Eſt enim familiare Hebræis rectam loquutionẽ pro obliqua vſurpare, & ab illa ad hanc tranſire, vt infrà verſ. 19 & 20, & alibi ſæpe. Vt autem ita ſentiam, his rationibus adducor: primùm, quia res ipſa indicat, quod hîc ſubiicit de Chriſti plenitudine, Ex qua omnes ſumpſimus, multo probabilius & conuenientius cõnecti cum eo quod ſine controuerſia dixerat Euangeliſta, Et habitauit in nobis plenus gratia & veritate. Deinde quia de ea gratia loquẽs quæ in homines eſt effuſa per Chriſti prædicationẽ, Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratia. Atqui ii quos alloquitur Baptiſta, Chriſtum adhuc ignorabãt, & vt Chriſti officium nonnulli didiciſſent, tamen perobſcura erat hæc cognitio, vt cauſa non videatur fuiſſe ſatis idonea cur vteretur particula vniuerſali, & quidẽ præterito tempore potius quàm præſenti aut futuro. Quòd ſi malimus ad eos Prophetas & ſanctos referre qui Baptiſtã præceſſerunt, quanuis vera erit ſententia (vidit enim Abraham diem Domini, & gauiſus eſt) tamen paulo longius petita videbitur, quia totus contextus oſtendit hîc agi de Gratiæ copia in fideles nonniſi poſt Chriſti aſcenſionẽ effuſæ, & manifeſtè Moſes ac cũ Moſe omnes ſancti qui ſub Lege vixerunt, comparantur cum Chriſto, & iis qui in tẽporis plenitudinem inciderunt: vt ipſe quoque Chriſtus apertè docet Matth. 11.b.11 & 12: quæ antitheſis perierit ſi hæc de Baptiſta & prioribus Prophetis accipias. Poſtremò quũ vtatur præteritis ἐλάβομεν, ἐγένετο, ἐξηγήσατο, minus coactè iſta accipiuntur dicta ab Euangeliſta de ſe & iis omnibus, qui quũ hæc ſcriberet, in Chriſtum crediderant, & ampliſſimis donis Spiritus ſancti fuerãt donati: ex quibus certiſſimè apparet Chriſti hominis Diuinitas, cuius teſtimonia hoc loco ab Euangeliſta colliguntur. Huc enim pertinet quod ſcriptum eſt Marci 16.d.17. Lucæ 24.g.49, infrà 7.f.39. Act. 1.a.5. & 2.e.33. Et tamen fateor hæc poſſe excuſari ea ratione quã attulimus paulo ante, quũ explicaremus illud ἔμπροσθέν μου ἐγένετο, quia ſcilicet ſolent Prophetæ de re futura loqui tanquam de re quæ iam acciderit. Sed nolim ad hanc ſolutionem confugere niſi coactus. Itaque vt tandem abſoluam, ex his effici poſſe credo probabilius hæc accipi non pro Baptiſtæ, ſed pro Euãgeliſtæ verbis. Quamobrem niſi veritus eſſem aliorum ſententiæ præiudicium afferre, totum hunc locum ſic eſſem interpretatus, Et Sermo ille caro factus eſt, & habitauit inter nos plenus gratia ac veritate, & ſpectauimus gloriam eius vt vnigeniti egreſſi à Patre. Iohannes de eo teſtatus eſt & clamauit, dicens eũ eſſe de quo dixiſſet, illum qui poſt ſe veniret, ſibi eſſe prælatum, vt qui eſſet præſtantior. Et de ipſius plenitudine nos omnes ſumpſimus. Gratiam pro gratia. χάριν ἀντὶ χάριτος. Id eſt (vt quidã vir eruditus explicat) חן על חן gratiam ſupra gratiam, pro quo eleganter dixeris, gratiã gratia cumulatam, vt ſignificentur Spiritus ſancti dona pleno cornu per Chriſtum è cælis in ſuos effuſa. Sed etiamſi concederem, apud Hebræos præpoſitionẽ על, quæ propriè reſpondet præpoſitioni ἐπὶ, vt Eſa. 29.a.1, & 30.a.2: interdum poni pro תחת, id eſt ἀντὶ, quod ipſum nuſquã inuenio: tamen nõ cõſequitur ἀντὶ poſſe permutari cum ἐπὶ, niſi quis huius Hebraiſmi exemplũ proferat. Ego verò apud idoneos Græcæ linguæ ſcriptores duplicem tantùm reperio ſignificationem huius particulæ: quarum vna eſt propria, quum ſcilicet accipitur pro vice ſeu loco, vt ἀντὶ βρέφους loco pueri, ἀντὶ πολλῶν multorum loco, ἀντὶ βρώσεως, Heb. 12.d.16, id eſt ad verbũ, pro edulio. agitur enim de permutatione: altera tranſlatitia, quum accipitur pro διὰ, id eſt propter: ita tamen vt cauſam non finalẽ, ſed quæ velut origo eſt, declaret: veluti quũ dicimus ἀνθ' ὅλου & ἀνθ' ὧν, vt Luc. 19.g.44, Act. 12.d.23: & ἀντὶ τούτου, vt Epheſ. 5.g.31. His duas alias adiungo, quas Sacris ſcriptoribus peculiares opinor: vnam, quum accipitur pro ὑπὲρ, & commodum ac vtilitatẽ declarat: qua ſignificatione reperio poſitum tribus locis, & quidem ſemper perſonæ coniunctũ, non rei: nempe Matth. 17.d.27, & 20.d.28. Item Mar. 10.f.45: alteram quum finẽ deſignat, quo modo reperio duobus duntaxat locis vſurpatum, nempe Cor. 11.c.15, & Heb. 12.a.2. Ex his quatuor ſignificationibus (neque enim plures reperio) deligat prudens lector quã volet. Ad me quidem quod attinet, ego Chryſoſtomo, Cyrillo & Theophylacto aſſentior, qui primã appoſitiſſimam putarunt. Nam præterquam quòd propria eſt & maximè vſitata, ſequẽs verſiculus in quo vetus fœdus ac ſacerdotium cum nouo cõparantur, ſicut Ierem. 31.f.31.32.33.34, & in tota ad Hebræos Epiſtola, additus omnino videtur ad horum verborum explicationem, vt liquet ex particula cauſali.

17 Facta eſt. ἐγένετο. Sic Vetus interpres. Eraſmus, exorta eſt: quod non videtur ſatis expreſſum.

18 In ſinu εἰς τὸν κόλπον Id eſt qui Patri eſt intimus ac coniunctiſſimus, non modò amoris, ſed etiam naturæ coniunctione atque adeò vnione. Sic enim nobis loqui liceat, vt id exprimamus cui non poſſunt ſatis idonea vocabula inueniri. Alibi quæ chariſſima ſunt, vt liberi & vxores, dicuntur ab Hebræis eſſe בחיק, id eſt in ſinu, vt Num. 11.c.12, Deut. 13.b.6, & alibi ſæpe. Sed multo maiorem eſſe horum verborum emphaſin hoc loco cõtextus ipſe declarat. Nam ſi nemo Deum vidit, ne Filius quidem vidit, niſi vnum cum Patre Deum eſſe concedas, qui vnus ſeipſum videt, ideóque vnus ſeipſum potuit patefacere. Enarrauit. ἐξηγήσατο. Id eſt antea Legis vmbris occultatum, & humanæ mentis aciem effugientem detexit, & ſpectandũ exhibuit. Nam qui ipſum videt, videt & Patrẽ, à quo ſeparari non poteſt Spiritus ſanctus, cuius Gratia & Veritas in Chriſto etiam cæcis illuxit. Eſt igitur notanda emphaſis verbi ἐξηγεῖσθαι, quod de eo dicitur qui res alioqui latentes & obſcuras planè ac dilucidè declarat, vt rectè annotat Eraſmus: quanuis hîc perſonæ tribuatur. Huc quoque pertinet quod Sophoclis Græcus interpres obſeruat, ἐξηγεῖσθαι propriè de rebus Diuinis & excellentibus, ἑρμηνείαν de vulgaribus & paſſim obuiis dici.

19 Hoc eſt igitur Καὶ αὕτη ἐστὶν Sic interpretor, quia exiſtimo Euangeliſtã, quum quædam de ſuo interpoſuiſſet, quibus Chriſti hominis Diuinitatem confirmaret, reuerti ad pleniorẽ narrationem eius teſtimonii Iohãnis Baptiſtæ, quam duntaxat attigerat ſuprà verſu 15. Quòd ſiquis maluerit totum ſuperiorem ſermonem vni Baptiſtæ tribuere, vt hæc hiſtoria nouum teſtimonium aut potius idem repetitum complectatur, illi licebit interpretari, Hoc etiam eſt teſtimonium, &c.

	Et confeſſus eſt, & non negauit: & cõfeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus.	20	Et cõfeſſus eſt, neque negauit: confeſſus eſt inquam ſe non eſſe Chriſtum illum.	Iohannes teſtatur ſe non eſſe Chriſtum.
	Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ ſum. Propheta es tu? Et reſpondit, Non.	21	Tunc interrogauerunt eum, Quid ergo *es*? Elias es tu? *Ipſe verò* dixit, Non ſum. *Et illi*, Es tu Propheta ille? Qui reſpondit, Non.	
	Dixerunt ergo ei, Quis es? vt reſponſum demus iis qui miſerũt nos: quid dicis de teipſo?	22	Dixerunt ergo ei, Quis es? vt reſponſum demus iis qui miſerũt nos: quid dicis de teipſo?	
Eſa.40.a.3 matth.3.a.3 luc.3.a.4	Ait, Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta.	23	Ait, Ego *ſum* vox clamãtis in deſerto, Purgate viam Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta.	
	Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.	24	Porrò qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.	
D	Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elias, neq; Propheta?	25	Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta ille?	
	Reſpõdit eis Iohãnes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autẽ veſtrũ ſtetit, quem vos neſcitis:	26	Reſpondit eis Iohannes, dicens, Ego baptizo aqua: ſed in medio veſtrum ſtat, quem vos neſcitis:	
Matth.3.c.11 marc.1.a.7. luc.3.c.16 act.1.a.5, & 11.c.16, & 19.a.4	Ipſe eſt qui poſt me vẽturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.	27	Ipſe *is* eſt qui poſt me venit: qui prælatus eſt mihi: cuius ſolearũ ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiam.	
	Hæc in Bethania facta ſũt trãs Iordanem, vbi erat Iohãnes baptizans.	28	Hæc in Bethabara facta ſunt trans Iordanem vbi Iohannes baptizabat.	
	Poſtera die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.	29	Poſtero die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.	Agnus Dei, Chriſtus.
	Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat.	30	Iſte eſt de quo dicebam, Poſt me venit vir, qui prælatus eſt mihi: quia præſtantior me eſt.	Iohnnnes docebat Chriſtum veniſſe.
	Et ego neſciebam eum: ſed vt manifeſtetur Iſraeli: propterea veni ego in aqua baptizans.	31	Et ego nõ noueram eum: ſed vt manifeſtetur Iſraeli: propterea veni ego baptizans aqua.	

20 Confeſſus eſt, ὡμολόγησε Id eſt palàm & apertè agnouit ac dixit. Vide Matth.10.c.32. Neque negauit: καὶ οὐκ ἠρνήσατο: Pleonaſmus Hebræus, cuius tamen magna eſt emphaſis, vt Pſal.40.b.10.11.12, & Eſa.38.a.1. Quinetiã ſtatim repetit καὶ ὡμολόγησε, vt eo apertius & Iohannis modeſtiam ſingularem, & ipſius ſimplicem ac planam reſpõſionem, tum etiam Iudæorum improbitatem declaret. Se non eſſe Chriſtum illum. ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χριστός. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Non ſum ego Chriſtus. Ego verò etiam in hoc verſiculo, ſicut in ſuperiore, pro recta oratione ſubſtitui obliquam, vt perſpicuitati ſtuderem. Deinde articulum expreſſi, quo ſummum aliquid ſignificatur. Sic apud Virgilium, Tûne ille Æneas? & apud Hebræos quoq; המשיח. 21 Propheta ille? ὁ προφήτης; Omnino poſcit linguæ Græcæ ratio vt de vno & certo quopiã propheta hæc accipiantur, qui eximatur ex cæterorum turba. De Chriſto tamen ipſos non rogitare, ex duabus cauſis apertè intelligitur. Iam enim ab initio palàm & ſine ambagibus dixerat Iohannes ſe Chriſtum non eſſe: cur igitur de eo iterum quærerent? Deinde quod infrà ſubiiciunt verſu 25, ſi neq; Chriſtus ille, neque Elias, neque es Propheta ille, &c. omnino oſtendit ipſos à Chriſto diſtinguere eum Prophetam de quo percontantur. Itaque Chryſoſtomi, Cyrilli, & Theophylacti opinionem amplector, qui Iudæos tradunt in eo errore fuiſſe verſatos, vt non modo Eliæ illius Theſbitæ παλιγγενεσίαν expectarent, ex loco Malach.4.b.5, perperam expoſito: ſed etiam venturum quendam Prophetam ſperarent Moſi ſimilem, huc detorquentes quod Moſes ſcripſit Deut.18.c.15 & 18. Atqui hic Moſis locus partim de omnibus Prophetis, partim de ipſo Prophetarum capite, nimirum de Chriſto, eſt accipiendus: illud verò Malachiæ teſtimonium ad Iohannem ipſum pertinebat, ſed alio ſenſu quàm ipſi in animo haberent: vt nihil mirum ſit, Iohannem ipſum negare ſe Eliam eſſe: quod tamen de eo Chriſtus affirmat, Matth.11.b.14.

23 Purgate εὐθύνατε Vulg. & Eraſ. dirigite. Diximus Matth.3.a.3, τὸ εὐθὺ declarare quod & planũ eſt & æquabile. Itaque non dubito quin τὸ εὐθύνειν τὴν ὁδὸν id ſit hoc loco quod Latinè dicitur, Viam purgare. Nam, inquit Vlpianus, purgare viam propriè dicitur ad librametum propriũ redigere, ſublato eo quod ſupereſt. 26 In medio veſtrum μέσος ὑμῶν Id eſt, palàm & inter vos, vt alibi expoſuimus. Stat, ἕστηκε, Vulg. ſtetit. Itaque nonnulli hoc referunt ad hiſtoriam quæ refertur Luc.2.g.46, ſed parum accommodatè, ni fallor. Loquitur enim de re præſenti, & ἑστηκέναι ſignificationem præſentis habere, ex plurimis locis liquidò apparet, vt Luc.8.c.20. Act.1.b.11. Rom.5.a.2. & alibi ſæpe.

28 In Bethabara ἐν Βηθαβαρᾷ Vulg. in Bethania, ἐν Βηθανίᾳ: quo modo etiam ſcriptum erat in omnibus vetuſtis codicibus. Sic etiam legit Cyrillus, & eam lectionem annotat Epiphanius κατὰ τῶν ἀνοήτων. Sed magis placet aſſentiri Chryſoſtomo qui hanc lectionem emendat. Conſtat enim Bethaniam Iudææ reſpectu ſitam fuiſſe cis Iordanem ſtadiis ab Ieruſalẽ quindecim, vt ſcribitur infrà 11.b.18. Fit quidẽ mentio loci ביתברה ad Iordanem Iud.7.g.24. Sed à Ioſepho trans Iordanem ponitur regio Batanæa quæ ad Bethaniæ nomen proximè accedit. In tanta nominum varietate non habeo quod potiſſimum ſequar. 29 Videt βλέπει Sic legunt emendatiores codices vetuſtæ editionis, quos neque Valla vidit neque Eraſmus, & pro altera die, poſtero die. Eſt autem quædã emphaſis verbi βλέπει, quaſi non narretur res præterita, ſed præſens potius geratur. Agnus ille ὁ ἀμνὸς Articulus adiunctus (vt ex Chryſoſtomo & Theophylacto Eraſmus obſeruauit) emphaſin habet, nõ modo dignitatis, vt à Typico agno & cæteris legalibus victimis diſtinguatur, ſed etiam relationis. Reuocat enim in mentẽ prophetias Eſaiæ & aliorum. Qui tollit ὁ αἴρων Vide ne pro tollit legas tollet. Nam ita ſignificatur hanc vim perpetuam ac natiuam Agno iſti ineſſe: vt ſi dicas elleborum purgare cerebrum, nullum tempus certum declaras, ſed vim potius elleboro inſitam. Hæc Eraſmus Chryſoſtomũ ſequutus: rectè ſanè & appoſitè. Cæterùm Tollẽdi vocabulum ad temporis circunſtantiam accommodo. Quia igitur externo baptiſmate in quo occupatus erat Iohannes quum hæc diceret, abluuntur corporis ſordes: ita ſignificat vocabulo Agni, ſacrificium, cuius ſanguine deleto chirographo, expiamur: verbo autem Tollẽdi, naturalis illius labis ac maculæ ablutio deſignatur, quum Chriſto per internum baptiſmum inſitis nobis, vetus homo moritur & nouus induitur. Illud ergo ad Iuſtificationem, hoc autem ad Sanctificationem pertinet, in quæ veluti membra diſtribuere licet omne Chriſti in nos collatum beneficium. Peccatum τὴν ἁμαρτίαν Sic conſtanter ſcriptum habebant omnes noſtri codices vetuſti, quibus aſſentitur Auguſtinus libro aduerſus Fauſtum duodecimo, cap.30: & Theophylactus quoque. Chryſoſtomus tamen videtur legiſſe ἁμαρτίας id eſt peccata. Cyrilli autem interpres ſibi non conſtat. Ego verò non dubito quin legendum ſit ſingulari numero τὴν ἁμαρτίαν, neque tamen arbitror articulum ſignificare περιορισμὸν τοῦ καθόλου, rationem ſcilicet peccati formalem, quaſi ſcriptum ſit πάσας ἁμαρτίας, id eſt omnia peccata (vt explicat Theophylactus) ſed arbitror potius illum peccatorum omnium fontem, originale ſcilicet peccatum quod vocant, ita declarari: quod quidem in iis mortificatur per Chriſti Spiritum, qui Chriſtum baptiſmo induerũt, vetere illo homine in ipſis crucifixo, mortuo, ac ſepulto. qua de re copioſiſſimè diſſerit Apoſtolus toto capite 6 & 7 epiſtolæ ad Romanos, vtique ſcribens τὴν ἁμαρτίαν numero ſingulari: quia ſcilicet non agit de peccatorum remiſſione quæ pars eſt altera Iuſtificationis, ſed de inchoata in nobis Sanctificatione: quæ vt ſeparari non poſſint, diſtingui tamen debent. 31 Non noueram eum: οὐκ ᾔδειν αὐτόν: non noueram: ſcilicet de facie. Nam alioquin non poterat ignorare Iohannes Meſſiã pro foribus eſſe, quin vocationem ſuam ignoraret. Sed tamen ad eum diem non fuerat ipſi vlla cum Chriſto conſuetudo, vel vt ipſum poſſet ex vultu agnoſcere, veluti nec poſtea videntur vnà fuiſſe diutius, nempe ita conſtituente Dei prouidentia, ne res ex compoſito inter ipſos geri videretur. Cæterùm quod dicit Iohannes, non noueram eum, ad id tempus referendum eſt quod præceſſit Chriſti aduentum ad Iohannem, vt ab ipſo baptizaretur: qua de re ſcripſerunt alii Euãgeliſtæ. Antea igitur illum non norat, ſed quum ille ad baptiſmum accederet, monitus eſt à Deo Io-

hannes, eum qui accedebat, Chriſtum illum eſſe cui viam muniret, & adiuncto etiam, de more, externo ſigno, quo hæc reuelatio confirmaretur. Iohannes igitur etiam ante ſignum præſtitum, ex ea ſcilicet reuelatione, Chriſtum aduentantem agnouit: ideóque illum ad baptiſmum venientem conſpicatus, Imò verò, inquit, ego ſum abs te baptizandus, & tu ad me venis? quæ verba ſanè cum iis non pugnant quæ Iohannes hoc loco commemorat.

″Tum *inquam* teſtatus eſt Iohannes, dicens, Spectaui Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, *qui* etiam manſit ſuper eũ. 32

Vnde cognouit Iohannes Ieſum eſſe Chriſtum.

Et ego non noueram eum: ſed qui miſit me vt baptizarẽ aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris Spiritum deſcendentem ac manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto. 33

Ego igitur vidi, ″& teſtor quòd hic eſt ″Filius ille Dei. 34

Poſtero die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo. 35

Agnus Dei.

Et intuitus Ieſum ambulantem, dicit, Ecce Agnus ille Dei. 36

Diſcipuli Iohannis ſequuntur Chriſtum.

Audierunt autem eum duo diſcipuli loquentẽ, & ſequuti ſunt Ieſum. 37

Conuerſus verò Ieſus, & conſpicatus eos ſequentes *ſe*, dicit eis, Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, ſi interpreteris, Magiſter) ″vbi moraris? 38

Dicit eis, Venite & videte. Venerunt viderúntque vbi moraretur, & apud eũ mãſerũt die illo: ″hora enim erat ″quaſi decima. 39

Andreas.

Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant *illa* à Iohanne, & ſequuti fuerant eum. 40

Meſſias venit.

Inuenit hic ″prior fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Meſſiam illum, quod eſt, ſi interpreteris, ″Chriſtus. 41

Simon. Cephas.

Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dixit, Tu es Simõ filius ″Iona: tu ″vocaberis Cephas, quod declaratur ″Lapis. 42

Philippi vocatio

Poſtero die voluit Ieſus abire in Galilæam: inuenit autem Philippum, & dicit ei, Sequere me. 43

Erat verò Philippus ex Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri. 44

Nathanael.

Inuenit Philippus Nathanaelem, & dicit ei, Inuenimus ″*illum* de quo ſcripſit Moſes in Lege, & Prophetæ, *nempe* Ieſum filium Ioſeph illum Nazarenum. 45

Tum dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide. 46

Vidit Ieſus Nathanaelem venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. 47

Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, videbã te. 48

Fides Nathanaelis.

Reſpondit Nathanael & ait ei, Rabbi, tu es ille Filius Dei: tu es ille Rex Iſrael. 49

32 Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens, ‖Quia vidi Spiritum deſcendẽtem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.

33 Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem & manẽtem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſãcto.

34 Et ego vidi, & teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei.

35 Altera die iterum ſtabat Iohãnes, & ex diſcipulis eius duo.

36 Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dixit, Ecce agnus Dei.

37 Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

38 Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequẽtes ſe, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatũ, Magiſter) vbi habitas?

39 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt & viderũt vbi maneret, & apud eum manſerunt die illo: hora autem erat quaſi decima.

40 Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant eum.

41 Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonẽ, & dicit ei, Inuenimus Meſſiã, quod eſt interpretatũ, Chriſtus.

42 Et adduxit eum ad Ieſum. intuitus autem eum Ieſus, dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur Petrus.

43 In craſtinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum, & dicit ei Ieſus, Sequere me.

44 Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.

45 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem‖ſcripſit Moyſes in Lege, ‖& Prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth.

46 Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & Vide.

47 Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.

48 Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, vidi te.

49 Reſpõdit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei: tu es Rex Iſrael.

E
Matth. 3. d. 16
marc. 1. b. 10
luc. 3. d. 22

F

G
Gene. 49. b. 10
deut. 18. c. 18
Eſa. 4. a. 2
& 40. b. 10
& 45. b. 8
iere. 23. a. 5
& 23. c. 14
ezec. 34. f. 23
& 37. f. 24
dan. 9. f. 24

32 Tum *inquam* teſtatus eſt Καὶ ἐμαρτύρησεν Eandem hiſtoriam narrari puto. Neque obſtat huic expoſitioni quòd nouum ſermonem videatur inchoare. Nam ſæpe apud Euangeliſtas in media oratione ſolent eiuſmodi verba interponi, vt Marci 4. a. 9, & aliis plurimis locis. Siquis tamen hanc hiſtoriam malit à ſuperiore diſtinguere, is conuertat, Teſtatus eſt etiam Iohannes.

34 Et teſtor καὶ μεμαρτύρηκα Hic rurſus, quia de re præſenti loquitur Iohannes, præteritum per tempus præſens putaui exprimendum, quanquam hoc etiam poteſt ad tempus ipſum huius viſionis exprimendum referri. Filius ille ὁ υἱὸς Ne hîc quidem (vt rectè notat Chryſoſtomus Homilia 17) omittendus fuit articulus, cuius ea vis eſt, tum vt ſummum aliquid declaret, tum vt iſtum ab iis diſtinguat, qui paſſim à Moſe & Prophetis Filii Dei & Filii Excelſi dicũtur: quod & Cyrillus obſeruauit. 38 Vbi moraris? ποῦ μένεις; Id eſt, vbi tuum eſt hoſpitium, ſeu quò te recipis? Nam in Nazareth habitabat, itaq; eo in loco peregrinus erat, niſi quis exiſtimet ad oppidum Nazareth hæc eſſe geſta: quod non arbitror, quum dicatur infrà verſ. 43, hinc reuertiſſe in Galilæam. Vulg. & Eraſ. vbi habitas? ποῦ κατοικεῖς; Vide Luc. 10. b. 7.

39 Hora enim erat ὥρα δὲ ἦν Vulg. & Eraſ. Hora autem erat. Ego verò arbitror cauſam afferri cur totum illum diem apud Ieſum mãſerint, quia nimirum adueſperaſcebat quum Chriſtum conuenirent, à quo in diuerſorium deducti, non potuerunt eo ipſo die ad Iohannẽ reuerti: qua occaſione pro ſua prouidentia vſus eſt Deus ad illos diutius retinendos cum Chriſto. Quaſi ὡς Vide Marci 5. b. 13.

41 Prior πρῶτος Vulg. primùm, id eſt πρῶτον, vt ſcriptũ erat in duobus vetuſtis codicibus & Theophylacto Romano. Chriſtus. ὁ χριστός. Eraſ. vnctus: rectè quidem. Sed nomen illud, quanuis Græcum, tamen magis in omnibus idiomatibus vſitatum, malui retinere.

42 Iona: Ἰωνᾶ: In octauo codice ſcriptũ erat Ἰωάννου. Vide Matth. 16. c. 17. Vocaberis κληθήσῃ Alibi ſæpe καλεῖσθαι pro εἶναι, id eſt Vocari pro Eſſe accipitur. Sed hoc loco ſeruatur propria huius vocabuli notatio, quãuis futurum ſit vt res nomini reſpondeat, & præterea futuri tẽporis ſignificatio obſeruanda. Nam hoc nomen non tam illi nunc imponit, quàm ſe impoſiturum pollicetur. Lapis. πέτρος. Vulg. Petrus: quæ interpretatio propterea non conuenit, quia Petrus Latinis nomen eſt proprium duntaxat, Græcis verò πέτρος etiam appellatiuum eſt, vt diximus Matth. 16. c. 17. 45 *Illum* de quo ſcripſit ὃν ἔγραψε Vulg. quem ſcripſit. Vide ſuprà verſ. 15. Mutauimus autem verborum collocationem, vt planior eſſet conſtructio. Notanda quoque eſt emphaſis verbi εὑρήκαμεν, quod à Græcis etiam de lucro inſperato & repente oblato dicitur: quod ipſi idcirco εὕρημα vocant: quæ ſignificatio videtur hîc obſeruanda, quanuis Chryſoſtomus dicat inuenire, eſſe eius qui quærat: quod certè non eſt perpetuum.

Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis.

Et dicit ei, Amen amen dico vobis, amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.

Cap. II.

ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.

Vocatus eſt autē & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias.

Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum, Vinum non habent.

Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit vobis, facite.

Erant autē ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecūdū purificationē Iudæorū, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas.

Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſūmum.

B Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt.

Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factam (& nō ſciebat vnde eſſet: miniſtri autē ſciebant qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus:

Et dicit ei, Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & mater eius & fratres eius & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis diebus.

C Et propè erat Paſcha Iudæorū, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.

50 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, ′credis? maiora his videbis.

51 Et dicit ei, Amen amē dico vobis, Ab hoc tempore videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes ac deſcendentes ſuper Filium hominis.

Cap. II.

1 PORRO ′die tertio nuptiæ factæ ſunt in Cana *oppido* Galilææ: erátque mater Ieſu ibi.

2 Vocatus eſt autem etiam Ieſus ac diſcipuli eius ad nuptias.

3 Et quum defeciſſet vinum, dicit mater Ieſu ad eum, Vinū non habent.

4 Dicit ei Ieſus, ′Quid mihi tecū mulier? nondū venit hora mea.

5 Dicit eius mater miniſtris, Quodcunque dixerit vobis, facite.

6 Erant autem ibi lapideæ ′hydriæ ſex poſitæ ′ſecundum purificationē Iudæorum, capientes ſingulæ ′amphoras binas aut ternas.

7 Dicit eis Ieſus, Implete has hydrias aqua. Impleuerunt eas igitur vſque ad ſummum.

8 Tunc dicit eis, Haurite nunc, & offerte ′architriclino. Obtulerūt igitur.

9 Vt autem guſtauit architriclinus aquam illa quæ facta fuerat vinum (neſciebat autem vnde eſſet: ſed miniſtri ſciebant qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus:

10 Et dicit ei, ′Omnes primo loco bonum vinū apponunt, & ′quū *conuiuæ* ſitim expleuerint, tunc id quod deterius eſt: tu ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.

11 Hoc principium ſignorū fecit Ieſus ′in Cana *oppido* Galileæ, ′vt manifeſtaret gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

12 Poſtea deſcendit Capernaum ipſe, & mater, ′& fratres & diſcipuli eius: manſerúntque illic non multos dies.

13 ′Nam propè erat Paſcha Iudæorum. Aſcendit igitur Ieſus Ieroſolymam.

In nuptiis aquā in vinum cōuertit Chriſtus.

Gloria Chriſti.

Chriſtus cum matre & diſcipulis in Capharnaum.

Vendentes eiiciuntur de tēplo

50 Credis? πιστεύεις; Nonnulli codices indefinitè legunt. ſed in plerifque inuenimus additam interrogationis notam, quam etiam approbat Chryſoſtomus.

IN CAPVT II.

1 Die tertio τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ Die ſcilicet tertio ex quo profectus erat à Iohanne, vel ex quo in Galilæam peruenerat. Exactiorem autem horum dierum ſupputationem ſi quis requirat, conſulat Epiphanium κατὰ τῶν ἀνοήτων.

4 Quid mihi tecum Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ Id eſt quid mihi negotii tecum eſt, vt diximus Matth. 8. d. 29. Vulg. quid mihi & tibi: quod nonnullos fefellit, ita ſcilicet lenientes huius reſponſi aſperitatem, quaſi diceret Dominus, quid hoc ad nos pertinet quòd vinum non habeant?

6 Hydriæ ὑδρίαι Id eſt, Aquales, vt explicat Varro lib. 4 de lingua Latina. Retinuimus tamen Græcum vocabulum, quòd Cicero ipſe frequenter eo vtatur in orationibus in Verrē. Cæterùm oſtendit ipſa notatio nominis non vino ſed aquæ deſtinata fuiſſe hæc vaſa: quod ad fidē hiſtoriæ faciendam pertinet, nequis aut fæces aut vini quippiam intus reſediſſe ſuſpicetur, quod poſtea infuſæ aquæ vini colorem ac ſaporem indiderit. Eiuſmodi autē vaſa in quibus ſedētes lauabant, Latinis ſolia dicebantur. Secundum purificationem κατὰ τὸν καθαρισμὸν Id eſt, ſecundum ritum purificationis. Quòd ſi malimus conuertere, ad purificationem Iudæorum, id eſt purificandis Iudæis, κατὰ poſita fuerit pro εἰς, quæ enallage frequenter occurrit. De hac autem Iudæorum ſuperſtitione, quam poſtea in Eccleſiam Dei inuehere conatus eſt Hebion, atque adeò reipſa in Chriſtianorum templa intulit Satan, pluribus diſſeritur Marc. 7. a. 3. Amphoras μετρητὰς Seu, Metretas. ſeu, Cados. Nam vtroque hoc vocabulo vtuntur Latini etiam ſcriptores. Illud tamen malui, vt Latinis magis vſitatum. Sed amphoras Atticas accipe, non Romanas, quæ dimidio, id eſt vrna, illas ſuperant. Capiebant autem ſingulæ hydriæ ducenas aut trecenas vini libras, pondo ſingulas vnciarum duodecim. nam menſurales libras vix aut ne vix quidē poſſis inire. Pondus autē metretæ vini plenæ centum libris æſtimat doctiſſimus ac diligentiſſimus harum rerum ſcrutator Georgius Agricola. Ex his autem intelligimus Chriſtum ſuppeditaſſe magnam vini copiam, nimirum ad libras mille octingentas: quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem.

8 Architriclino. ἀρχιτρικλίνῳ. Ita vocat eum qui totum conuiuium curabat. Nonnulli cum eo confundunt qui Magiſter conuiuii dicebatur à Latinis, à Græcis συμποσίαρχος, vt conuertit Gaza libro de Senectute, vbi fit iſtorum magiſteriorum mentio: quorum munus quale fuerit, diſcere licet ex Plut. lib. συμποσιακῶν α. κεφ. δ. Fuit hic potius quem Græci ἐδέατρον vocabant, ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας, qui & προγεύστης erat, id eſt prægustator, & προθέτης, id eſt, cuius officium erat dapes cōuiuis apponere: quæ pulchrè explicātur Athenæi lib. 4, in Græcis autem dictionariis prætermiſſa ſunt, quemadmodum & alia infinita. Is eſt denique qui Geneſ. 43. d. 16 dicitur אשר על הבית & à nobis ſimili prorſus ratione *maiſtre d'hoſtel.* 10 Omnes πᾶς ἄνθρωπος Vulg. & Eraſ. ad verbum, Omnis homo. Sic paulopoſt, τίθησι, ponit: nos verò, apponunt, vt minus inculta eſſet oratio. Quum *conuiuæ* ſitim expleuerint, ὅταν μεθυσθῶσι, Vulg. & Eraſ. quum inebriati fuerint. Ego verò ſuppleui quod deerat explēdæ conſtructioni: deinde mollius verbum quæſiui. Neque enim apud Hebræos שכר quod reſpondet Græco verbo μεθύειν, ſemper in vitio ponitur, vt Gene. 9. c. 21, ſed interdum declarat liberalem vini vſum, qui tamen modum non excedat, vt Gene. 43. g. 34.

11 In Cana ἐν Κανᾶ Cōiungenda hæc ſunt cum verbo ἐποίησε, non autem cum ἀρχὴν τῶν σημείων, id eſt principium ſignorum, nequis cum nonnullis ineptis interpretibus exiſtimet, hoc primū fuiſſe ſignum non omniū quæ edidit Ieſus, ſed eorum duntaxat quæ edidit in Cana. Quorſum enim hoc? ergo vt amphiboliam vitarem, quæ quidem in Græco ſermone nulla eſt, verborum collocationem mutaui. Vt manifeſtaret καὶ ἐφανέρωσε Vulg. & Eraſ. ad verbum, & manifeſtauit. Ego malo accipere καὶ pro ἵνα ex Hebræorum idiotiſmo, Nehem. 13. c. 19.

12 Et fratres καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Frequens illa repetitio relatiui Eius reſpondet Hebræorum affixis, quæ vocant. Nos verò ſine vlla ſenſus iniuria expunximus. 13 Nam propè erat Καὶ ἐγγὺς ἦν Vulg. Et propè erat. Atqui vberior eſt ſententia ſi καὶ accipias pro γὰρ: quam particulam toties iam obſeruauimus reſpondere Hebræorum ו, ideóque non modò copulatiuam eſſe, ſed interdum quoque cauſalem, & diſcretiuam, atque adeò illatiuam, vt in hoc eodem verſiculo.

Et inuenit in templo eos qui vendebant boues & oues & colũbas,& numularios ſedentes. 14

Factóque flagello è funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues,&″argentariorum numulos effudit, menſáſque ſubuertit. 15

Dom⁹ orationis

Et iis qui columbas vendebant, dixit, Tollite iſta hinc:ne facite domum Patris mei, domum negotiationis. 16

Recordati ſunt autẽ eius diſcipuli quod ſcriptum eſſet,″Zelus domus tuæ deuorauit me. 17

Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, Quod″ſignum oſtendis nobis,″quî iſta facias? 18

Tẽplum ſiue corpus Chriſti ſoluẽdum à Iudæis.

Reſpondit Ieſus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. 19

Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum iſtud,& tu in tribus diebus eriges illud? 20

At ille loquebatur″de templo corporis ſui. 21

Quum ergo ſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius quòd hoc dixiſſet eis:& crediderunt Scripturæ,& ſermoni quem dixerat Ieſus. 22

Credunt Chriſto multi propter miracula.

Quum autẽ eſſet Ieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomen eius,ſpectantes ſigna eius quæ edebat. 23

Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet″omnes: 24

Hominem nouit Chriſtus.

Nec opus haberet vt quiſquã teſtaretur de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. 25

Cap. III.

Nicodemus noctu accedit ad Chriſtum vt doceatur.

ERat autem quidam ex Phariſæis cui nomen *erat* Nicodemo, princeps Iudæorum: 1

Hic venit ad Ieſum nocte,& dixit ei, Rabbi, ſcimus te à Deo veniſſe″magiſtrum:nemo enim poteſt hæc ſigna″edere quæ tu edis, ″niſi Deus ſit cum eo. 2

Reſpondit Ieſus & dixit ei, Amen amen dico tibi, niſi quis 3

14 Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & numularios ſedentes.

15 Et quum feciſſet quaſi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs,& menſas ſubuertit.

16 Et iis qui columbas vendebant, dixit, Auferte iſta hinc, & nolite facere domũ Patris mei, domum negotiationis.

17 Recordati ſunt verò diſcipuli eius quia ſcriptum eſt,|Zelus domus tuæ comedit me.

Pſal.68.b.10

18 Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis?

19 Reſpondit Ieſus,& dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Matth.26.f.61, &.27.e.40 marc.14.f.58, &.15.c.29

D

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc,& tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud?

21 Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

22 Quũ ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſũt diſcipuli eius quia hoc dicebat, & crediderut Scripturæ,& ſermoni quem dixit Ieſus.

23 Quũ autẽ eſſet Ieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quę faciebat.

24 Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet omnes:

25 Et quia opus ei non erat vt quis teſtimoniũ perhiberet de homine:ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Cap. III.

1 ERat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, prĩceps Iudæorum:

2 Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter: nemo enĩ poteſt hæc ſigna facere que tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

3 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Amen amen dico tibi, niſi quis natus

15 Argentariorum numulos τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα Collybiſtas vocat eos qui ex collybo,id eſt pecuniæ permutatione quæſtum faciebãt, quos in Matthæo & Marco numularios ſumus interpretati:hic verò malui dicere argentarios,quia κερματιστὰς ſuperiore verſiculo conuerti numularios:nempe nequis idem vocabulum in Græco repeti putet,quanuis nihil interſit quod ad ſententiam attinet. Cæterùm τὸ κέρμα quod alii æs exponunt,ego numulos interpretari malui,quia à κείρειν deriuatur,quod declarat in minuta fruſta concidere.

17 Zelus ὁ ζῆλος Hoc vocabulum & alia ab eo deriuata vt ζηλῶ & ζηλωτὴς obſeruaui variis ſignificationibus in Nouo teſtamento vſurpari,quas omnes placuit, compendii cauſa, ſemel annotare. Interdum igitur ζῆλος honeſtum illud ac laudabile ſtudium declarat quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas aut etiam ſuperandas, ſine vllo tamen ipſius odio, vt 1. Corinth.12.d.31. Item 14.a.1. c.12.g.39. 2. Corinth.9.a.2. Galat.4.c.18. Tit.2.d.14. Interdum verò Inuidiam ac liuorem, vt Act.5.c.17, & 7.b.9, & 13.g.45, & 17.b.5. Rom.13.d.13. 1.Corinth.3.a.3, & 13.b.4. 2.Corinth.12.f.20. Gala.5.d.20. Iaco.3.c.14,& 4.a.12. Tertiò, accipitur pro ſancta quadam zelotypia, quæ non proficiſcitur à cuiuſquam odio, verùm ab eorum amore quos non noſtri ſed ipſorum potius cauſa amamus, vt 2.Corinth.11.a.2. Quarto, pro ſuiipſius amore cui ſancta illa zelotypia prætexitur, vt Gal.4.c.17. Quintò, pro animi æſtu ex indignatione de iis concepta quæ indignè fiunt aduerſus eum quem amamus, puta vel aduerſus homines nobis charos, vt 2.Corinth.7.b.7. Coloſſ.4.c.13, vel aduerſus Deum ipſum. Eſt autem hic zelus duplex, vnus nimirum cum voluntatis Dei cognitione ac vera in eum fide coniunctus, qualis eſt Chriſti zelus de quo hîc agitur: item qui commendatur 2.Corinth.7.c.11,& Apocalyp.3.d.19. alter verò qui non eſt ſecundum ſcientiam,& cæcus potius impetus ac furor dici debet, vt Rom.10.a.2. Philipp.3.b.6. Act.21.d.20. & 22.a.3. Galat.1.c.14. Hinc demum ſexta ſignificatio orta eſt quum ζῆλος ad ignis ardorem transfertur, vt Heb.10.c.27.

18 Signum σημεῖον Quia Chriſtus hoc facto non modò rem nouam facit, ſed etiam repurgationem templi ac cultus Diuini reſtitutionem aggreditur: deinde etiam templum vocarat Patris ſui domum, iſti ſignum quærunt, id eſt miraculum aliquod, ex quo poſſit intelligi virtus ipſius ac authoritas cæleſtis, quæ ius illi tribueret tum ita loquendi, tum iſta etiam faciẽdi. Quidam σημεῖον interpretantur argumentum, vt ſit hic ſenſus, Quódnam nobis argumentum affers quo comprobes tibi iſta licere? Sed prior illa expoſitio eſt vberior, & melius quadrat Chriſti reſponſo. Cæterùm quòd quidam interpretatus eſt, Quod nobis exemplum præbes: quaſi ſcilicet iſti querantur Chriſtum hoc ſuo facto homines ad quanuis licentiã concitare: nõ modò frigidũ eſt, ſed etiã Græcis vocabulis vim affert. Quî,&c. ὅτι,&c. Vel, Cur iſta facias? aut ὅτι pro διότι, accipiatur. Vel, Quandoquidem iſta facis? Petitum eſt autem è medio hoc dicendi genus, quod alioquin paulo aſperius videtur. Ideò malui paululũ deflectere, quàm ad verbum interpretari ὅτι quòd. Ita tamen conuertimus Matth.8.c.23. Marci 1.c.27,& 6.a.2.

21 De templo corporis ſui. περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Id eſt de corpore ſuo quod Templum vocarat: ídque iure, quum in eo (vt ait Apoſtolus Coloſſ.2.b.9.) omnis plenitudo Deitatis corporaliter habitaret. Sed tamen apparet hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſſe.

24 Omnes: πάντας: In vno codice ſcriptum erat πάντα omnia.

IN CAPVT III.

2 Magiſtrum: διδάσκαλος: Id eſt, ſcimus te miſſum Diuinitus ad nos erudiendos. Verti autẽ per infinitum modum vt amphiboliam vitarem, nequis nimirum acciperet Magiſter vocandi caſu. Edere ποιεῖν Sic etiam vertit ipſe Eraſ. ſuprà 2.d.23. quum alioquin edere opponatur potius verbo ἀποδεικνύειν. Niſi Deus ſit cum eo. ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ. Ex Hebræorum idiotiſmo dicitur Deus eſſe cum illis in quibus Diuina quædam præſtantia elucet, quos ſimili pene ratione Græci vocant θείους καὶ ἀντιθέους, id eſt Diuinos,& quaſi alteros Deos. Quòd ſi Nicodemus Chriſtum bene noſſet, non modò dixiſſet Deum cum ipſo eſſe, quaſi ipſius συνεργὸν: ſed Deum eſſe in ipſo, vt loquitur Paulus 2. ad Corinthios 5.d.19.

fuerit denuo, non poteſt videre regnũ Dei.

Dicit ad eũ Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci quũ ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrẽ matris ſuæ iterum introire & naſci?

Reſpondit Ieſus, Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.

Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.

Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos naſci denuo.

Spiritus vbi vult ſpirat: & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde veniat & quò vadat: ſic eſt õnis q̃ nat⁹ eſt ex Spiritu.

Reſpondit Nicodemus & dixit ei, quomodo poſſunt hæc fieri?

B Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?

Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrũ non accipitis.

Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

Et nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis, qui eſt in cælo.

ʹfuerit genitusʹ denuo, non poteſtʹ videre regnum Dei. Naſci denuò.

4 Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo gigni ʹqui ſit ſenex? num poteſt in ventrem matris ſuæ ſecundò introire, ac gigni?

5 Reſpondit Ieſus, Amen amen dico tibi, niſi quis fuerit genitus ʹex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.

6 Quod genitum eſt ex carne, ʹcaro eſt: & quod genitũ eſt ex Spiritu, Spiritus eſt. Naſci ex aqua & Spiritus Sancto.

7 Ne mireris quòd dixi tibi, Oportet vos gigni denuo.

8 ʹVentusʹ quò vult ſpirat, & ʹſonum eius audis: ſed neſcis vnde veniat & quò vadat. ita eſt omnis qui genitus eſt è Spiritu. Spiritus.

9 Reſpondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo poſſũt hæc fieri?

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es ʹmagiſter ille Iſraelis, & hæc non noſti? Magiſter.

11 Amen amen dico tibi, quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: ʹſed teſtimonium noſtrum ʹnon recipitis.

12 Si terrena dixi vobis, & ʹnon creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

13 ʹNam nullus aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit è cælo, ʹ*nempe* Filius hominisʹ qui eſt in cælo. Aſcendens in cælum.

3 Fuerit genitus γεννηθῇ Vulg. & Eraſ. natus fuerit. Ego verò in tota hac hiſtoria malui vti Gignendi quàm Naſcendi verbo, quia de noua quodãmodo hominis creatione hîc agitur. Denuo, ἄνωθεν Hebraicè שנית. Sic enim Vetus interpres (meo iudicio) rectius intellexit quàm Eraſmus, qui interpretatur è ſupernis, id eſt ממרומים. Nam etſi Græca vox ἄνωθεν vtroque modo accipi poteſt, tamen conſiderandum fuit, hanc amphiboliam non eſſe in eo ſermone quo vſus eſt Dominus. Reſpõſum autem Nicodemi arguit Chriſtum vſum eſſe vocabulo quo nihil aliud quàm iteratio ſignificatur. Itaque Auguſtinus lib. de peccatorum remiſſ. 20. cap. 27, ita hunc locum citat. Chryſoſtomus quoque quanuis vtranque interpretationẽ annotet, tamen non obſcurè indicat ſe illam amplecti quam ſequuti ſumus, à qua miror cur defecerit Theophylactus, alioquin Chryſoſtomo prorſus addictus. maluit Eraſmus Cyrillum & ſuum illum Origenem ſequi. Videre regnum Dei. ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Id eſt, introire in regnum Dei, vt explicatur infrà verſ. 5. Regnum autem Dei non tam vocatur (opinor) ipſe Chriſtus (quãuis ita explicarint nonnulli ex veteribus) aut ipſa etiam vita æterna ad quam contendimus, quàm Eccleſia in qua Deus regnat. Diſſerit enim Chriſtus qua ratione ius Ciuitatis Dei nanciſcamur: Gratuita, inquit, adoptione per Spiritum ſanctum, quo regeneramur in ipſo Chriſto fide apprehenſo.

4 Qui ſit ſenex? γέρων ὤν; Vulg. & Eraſ. quum ſit ſenex? quæ interpretatio planè eſt ἄκυρος hoc loco. Neq; enim omnis homo ſenex eſt: quod tamen videtur affirmare qui ſic loquitur. Sciendum eſt autem Nicodemum perinde reſpondere acſi Chriſti verba ad ſe vnum pertinerent, id eſt, quod in genere Chriſtus dixerat, ad hypotheſin reuocare. Itaque ſic omnino vertendus eſt hic locus.

5 Ex aqua & Spiritu, ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, Vide infrà 4. b. 10.

6 Caro eſt: σάρξ ἐστι: Id eſt carnalis, totus ſcilicet impurus & iræ Dei obnoxius. Neque enim Carnis appellatione in hoc poſteriore loco ſignificatur carnea illa corporis moles, ſed tum animi tum corporis humani natura peccato & morti addicta. idque ita eſſe vel ex eo liquet, quòd Apoſtolus carni tribuit φρόνημα, Rom. 8. b. 7. Caro igitur pro Carnali ponitur, vt apud Hebræos ſæpe appellatiua pro adiectiuis vſurpantur, atque adeò apud Græcos & Latinos, vt quum quiſpiam dicitur κάθαρμα, id eſt ſcelus, pro ſcelerato: & miſeram hominis totius conditionem deſignat, vt Pſal. 56. b. 5, & 78. d. 39. Poſcit autem ratio antitheſis vt viciſſim Spiritus nomine poſteriore, loco nõ intelligamus hominis animum, ſed totum hominem ſpiritualem, id eſt Spiritus ſancti gratia Chriſto inſitum ac proinde in eo renouatum, qui & ipſe Spiritus dicitur, vt natura ipſius perẽnis, pura ac immortalis ſignificetur: quanuis adhuc ſuperſit lucta carnis, adeò vt vnus & idem homo fidelis, quandiu hîc verſatur, & Caro & Spiritus diuerſis reſpectibus dici poſſit, vt ſuo exemplo elegantiſſimè deſcribit Paulus cap. Epiſtolæ ad Romanos ſeptimo.

8 Ventus τὸ πνεῦμα Id eſt, ἄνεμος. Ariſt. de mundo, ἄνεμος οὐδέν ἐστι πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως πνεῦμα ἥ τε ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Apud Hebræos verò רוח magis etiam multiplicem habet ſignificationem, apud quos ſcilicet etiam pro Spiritu illo Dei omnia viuificante accipitur, vt & apud Græcos ac Latinos theologos, qui ex Hebræorum fontibus hauſerunt. Quia igitur Spiritus nomen eſt πολύσημον, & rarò etiam à Latinis pro vento accipitur, ventum malui interpretari quàm Spiritum. Nam hac ſignificatione πνεῦμα hoc loco explicandum eſſe, apertè tradunt veteres, vt Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Auguſtinus de quæſtionibus Veteris & Noui teſtamẽti, quæſtione 59. & id quoque manifeſtè probat quod de ſonitu poſtea commemoratur. Regulam enim Didymi, tradentis τὸ πνεῦμα Spiritum Sanctum declarare propter additum articulum, iam antè oſtendimus non eſſe perpetuam, quum prætermittatur etiam articulus ſuprà, verſ. 5. vbi tamen conſtat agi de Spiritu Sancto. Quò vult ὅπου θέλει Id eſt libero & vago impetu. Eſt enim trãſlatio ab iis animãtibus ſumpta in quibus propriè dicitur eſſe volũtas. Simili figura vtitur Paulus Rom. 8. d. 19. 20. 21. 22.

Sonum φωνὴν Id eſt ἦχον, vt Matth. 24. c. 31. item 1. Cor. 14. b. 7 & 8. Sic etiam apud Hebræos accipitur קול vt 2. Reg. 6. g. 32. Ezech. 43. a. 2.

10 Magiſter ille ὁ διδάσκαλος Hoc quoque loco videtur articulus ſuum pondus habere, quo ſcilicet ſignificatur Nicodemum non modò pro doctore, ſed etiam pro excellenti doctore haberi ab Iſraelitis.

11 Sed teſtimonium καὶ μαρτυρίαν Vulg. & Eraſ. & teſtimonium. Sed hîc quoque poni καὶ pro ἀλλὰ ſenſus ipſe oſtendit. Eſt autem tacita quædam antitheſis in his verbis diligenter, meo quidem iudicio, obſeruanda. Vos, inquit, tractatis ac docetis quæ non intelligitis, & creditur vobis: at ego certa & cognita doceo, & tamen doctrinam meam non admittitis. Non recipitis. οὐ λαμβάνετε. Id eſt, nõ admittitis. Id enim eſt pro quo poſtea dicit, non creditis. Nonnulli interpretantur, non accipitis, vel non capitis, pro, non eſtis idonei ad intelligendum: quam amphiboliam vt vitaremus, vertimus potius, recipitis, quàm accipitis. Chryſoſtomus autem videtur legiſſe οὐδεὶς λαμβάνει, id eſt nemo accipit.

12 Non creditis: οὐ πιστεύετε: In vno exemplari ſcriptũ erat, οὐκ ἐπιστεύσατε non crediſtis, & paulo pòſt, pro πιστεύσετε, id eſt credetis, in alio quodam inuenimus πιστεύσητε, id eſt credituri ſitis, eadem tamen manente ſententia.

13 Nam nullus Καὶ οὐδεὶς Id eſt οὐδεὶς γὰρ, vt ſuprà 2. b. 13, & alibi ſæpe. Reddit enim cauſam cur & ipſe cæleſtia poſſit ſuo iure docere, & homines plerique doctrinam cæleſtem non admittant: deinde hanc ipſam doctrinam explicat. Alioquin ſi cum Vetere interprete & Eraſmo conuertas, Et nemo, non facilè poſſis æſtimare quo modo tota hæc oratio cohæreat. *Nempe* Filius hominis ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου Abundat Iohannes huiuſmodi appoſitionibus in ſubiectione poſitis, vt ſuprà 1. b. 12, & f. 45. Quod autem Chriſtus ſe è cælo deſcendiſſe dicit, primùm ad Diuinam naturam, deinde etiam ad conceptionis modum referendum eſt, non ad corporis materiam, vt Apollinaris & alii hæretici exiſtimarunt, & qui errorem eorum noſtra memoria renouauit Schuenfeldius. Deinde quòd ſe Filium hominis, id eſt hominem in cælo eſſe docet, apertè duas naturas diſtinguit, & vnam hypoſtaſin confirmat. Qui eſt in cælo ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ Vel, qui erat in cælo. vt idem ipſe Chriſtus loquitur infrà, 6. g. 62. Certum eſt tamen quum Chriſtus quatenus homo eſt, cœperit exiſtere à conceptu, impropriam eſſe hanc loquutionem: impropriam dico ſiquis naturas ſigillatim conſideret. Nam alioquin maximè propria eſt, loquutio vt ſumma illa duarum in vno Chriſto naturarum cõiunctio ſignificetur. Chriſtus enim adeò vnus eſt, vt quod vnius naturæ eſt proprium, interdum toti Chriſto tribuatur: vt quum dicimus Chriſtũ natum, paſſum, ſepultum, &c. interdũ verò quod vnius eſt, ad alteram transferatur, vt quum dicitur Dominus gloriæ crucifixus, 1. Corinth. 8. b. 8.

quam formulam omnes veteres theologi vocarũt idiomatum(id eſt proprietatum)communicationem. Sed hæc fortaſſis neſcio quo modo planius explicarentur per Synecdochen, quæ quidem modò ſimplex eſt, modò duplex. Simplex, quum duntaxat in prædicato tribuitur toti quod ad partem tantùm propriè ſpectat, vt ſi dicas Chriſtum paſſum eſſe pro nobis: altera duplex, quum & in ſubiecto pars pro toto ponitur, & in prædicato tribuitur toti quod vnius & quidem alterius partis proprium eſt, vt quum dicitur Dominus gloriæ crucifixus, Deus acquiſiuiſſe Eccleſiam ſanguine ſuo, Filius hominis fuiſſe in cælo antequam deſcenderet. Nam in iis totus Chriſtus eſt ſubiectum, quãuis vna duntaxat ipſius natura nominetur, & in prædicato, toti Chriſto tribuitur quod vel hominis vel Dei proprium eſt, nempe vt Spiritus Sãctus nos doceat Chriſti naturas ita diſtinguere vt tamen alteram ab altera non ſeparemus. Nam niſi idem ille Chriſtus qui paſſus eſt, Deus eſt æternus, & viciſſim niſi idẽ Deus ille æternus paſſus eſt in carne ſua, vbi fides noſtra? Nam nec ſeruare poteſt, niſi Deus ſit, nec redimere niſi ſit homo: & neutrum poteſt niſi vnus & idem ſit Deus & homo. Itaque, vt ad rem redeam, tam licet nobis conuertere ὁ ὢν qui erat, quàm qui eſt. Libuit autem hæc paucis annotare aduerſus eos homines quos non pudet noſtro hoc ſeculo nefandos illos errores, iã olim totius Eccleſiæ tam aperto ac perpetuo conſenſu & tantis veterum omnium Patrum laboribus ac vigiliis damnatos, reuocare.

Serpens in deſerto.	Sicut autem Moſes extulit ſerpẽtem in deſerto: ita extolli oportet Filium hominis:	14	Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium hominis:	Num.21.c.9
Vita æterna.	Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.	15	Vt omnis qui credit in ipſo, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam.	
Dilectio. Fides.	″Ita enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum dederit: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.	16	¶Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat: ſed habeat vitam æternam.	1.Iohan.4.b.9
Salus. Fides in Chriſtũ	Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ″vt condemnet mundum: ſed ″vt ſeruetur mundus per eum.	17	Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.	C
	Qui credit in eum, non condemnatur: qui verò nõ credit, iam condemnatus eſt: quia nõ credidit in nomen vnigeniti filii Dei.	18	Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credidit in nomine vnigeniti filii Dei.	
Iudicium. Lux. Tenebræ.	Hæc eſt autem ″condemnatio, quòd Lux venit in mundum, ſed dilexerunt homines ″potius tenebras quàm Lucem: quia ſunt eorum mala opera.	19	Hoc eſt autem iudicium: quia ¶Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm Lucem: erant enim eorum mala opera.	Suprà 1.a.4
Opera.	Omnis enim qui peruerſè agit, odit Lucem, nec venit ad Lucem, ne arguantur ″opera ipſius.	20	Omnis enim qui mala agit, odit Lucem, & non venit ad Lucem, vt non arguantur opera eius.	
	″Qui autem ſincerè agit, venit ad Lucem: vt manifeſtentur facta ipſius: quòd ″ſecundum Deum ſint facta.	21	Quí autem facit veritatẽ, venit ad Lucem, vt manifeſtentur opera eius: quia in Deo ſunt facta.	
Chriſtus in Iudæa.	Poſtea venit Ieſus & diſcipuli eius ″in Iudææ territorium: & illic degebat cum eis, ac baptizabat.	22	Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eiꝰ in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & ¶baptizabat.	
Iohannes baptizat.	Baptizabat autem & Iohannes in AEnon prope Salim, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant *homines*, ac baptizabantur.	23	Erat autem & Iohannes baptizans in AEnõ iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.	Infrà 4.a.1
	Nondum enim coniectus fuerat Iohannes in cuſtodiam.	24	Nondum enim miſſus fuerat Iohãnes in carcerem.	
Purificatio.	Orta eſt ″igitur quæſtio ex diſcipulis Iohannis ″cum Iudæis de	25	Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iudæis de purifica-	

16 Ita enim οὕτω γὰρ Exiſtimat Eraſmus, ab hoc loco videri poſſe Euangeliſtæ verba, explanantis ſermonem quem Chriſtus cum Nicodemo habuerat. Sed non video quamobrem hoc ſit comminiſcendum. Imo verò Chriſtum oportuit hæc omnia ſubiicere, niſi vellet ſermonem in medio veluti curſu abrumpere. 17 Vt condemnet ἵνα κρίνῃ Id eſt, ἵνα κατακρίνῃ, vt diximus alibi. Vulgata, vt iudicet: quæ interpretatio planè eſt repudianda propter amphiboliam. ſcimus enim Dominum iudicaturum viuos & mortuos. Hoc igitur Eraſmus rectè emendauit. Sed præterea annotandum fuit, Condemnandi verbum non ſignificare ipſam actionem, ſed quaſi ipſius condemnationis materiam ac cauſam: veluti ſi dicas maleficum quempiam à ſua improbitate ſuiſque ſceleribus damnari, non autem à legibus quæ per ſe bonæ ſunt & ſanctæ, neque à magiſtratu qui ciues omnes bonos eſſe optaret. Sic igitur Chriſtus non condemnat, id eſt condemnationis cauſa non eſt, nec materia, (quî enim poſſit mors à vita proficiſci?) ſed Chriſti potius contemptus & peccata noſtra nos condemnant. Et tamen Chriſtus iuſtus iudex in reprobos ſententiam feret. Denique condemnare nihil aliud hoc loco declarat quàm perdere, vt liquet ex verbo Seruandi, quod ipſi opponitur.

Vt ſeruetur mundus ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος Id eſt, non vna Iudæorum gens, ſed quicunque crediderit in eum, vt dixit ſuperiore verſiculo. Mũdus ergo opponitur vni genti: & inepte(nequid acerbius dicã)faciunt qui eiuſmodi teſtimonia citant vt æternam Dei prædeſtinationẽ euertãt.

19 Condemnatio, ἡ κρίσις, Id eſt condemnationis cauſa ac materia, ſicut ſuprà expoſuimus ipſum verbum κρίνειν. Nam quod Oſeas de Iſraelitis dixerat 13.1.9, Perditio tua ex te eſt, hoc Chriſtus in omnes incredulos pronuntiat. Sed qui propterea æternum Dei conſilium tollit, perinde facit ac ſi negaret reprobos Dei voluntate naſci, quia ab hominibus gignuntur. Potius μᾶλλον Vulg. & Eraſ. magis: quæ interpretatio ſic poſſet accipi quaſi & lucem & tenebras dilexerint homines, ſed magis tamẽ tenebras quàm lucem, quum potius declaret Chriſtus homines contempta luce tenebras eſſe amplexos. Non diſſimilem errorem annotauimus Luc.18.c.14.

20 Opera ipſius. τὰ ἔργα αὐτοῦ. In vno codice additũ erat, ὅτι πονηρά ἐστιν, quia mala ſunt. quod membrum videtur opponi illi quod in proximo verſiculo additur, ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα, id eſt, quòd ſecundum Deum facta ſint.

21 Qui autem ſincerè agit, ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, Heb. עושה אמת Id eſt(vt ad verbum conuertit Vetus interpres & Eraſ.)qui facit veritatem. Veritatis autem nomẽ hoc loco declarat vitam verè bonam & omnis fraudis expertem, cui quum opponatur φαῦλον πράσσων, malui interpretari Peruerſè, quàm Malè agẽtem, vt melius appareat antitheſis. Hìc enim notatur animus ſibi malè cõſcius, nempe qui à recta via deflectit, & aliud ſimulat, aliud agit. Secundum Deum ἐν θεῷ Heb. את אלהים, id eſt cum Deo, vt Geneſ.6.b.9, Deo ſcilicet veluti duce, præeũte, id eſt σὺν θεῷ vel κατὰ θεόν. Alii interpretantur, per Deũ, quia Deus efficit in nobis velle & operari: ſed illa expoſitio eſt ſimplicior, & vſitatæ loquendi formulæ accommodatior. 22 In Iudææ territorium: εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν: Vulg. in Iudæã terram. Eraſ. in terram Iudæam. Eſt enim mollior collocatio ſi totum præcedat, pars ſequatur. Sed Euangeliſtam opinor aliò reſpexiſſe. Nam quum ex Iudææ metropoli exiret Ieſus, non poterat ſimpliciter dici exire in Iudæam. ideò additur γῆν, quo vocabulo territorium ipſius Ieruſalem, adeóque ipſa regio Iudææ vrbi circumiecta declaratur. Maluimus ergo territorium conuertere quàm terram. Sicut autem hoc dicendi genus nouum eſt, adeò vt putem eſſe ἅπαξ λεγόμενον, quod aiunt: ita vix(vt opinor)vſquam reperias qui annotarit quamobrem ſit ab Euangeliſta vſurpatum. Quinetiam in vno vetuſto codice monaſterii Victoriani ad Lutetiæ mœnia, comperimus ſimpliciter ſcriptum eſſe εἰς τὴν Ἰουδαίαν: quam lectionem ſi ſequaris, in aliam difficultatem incides multo maiorem, quomodo ſcilicet Chriſtus ex Iudæa in Iudæam dicatur profectus.

25 Igitur οὖν Vulg. & Eraſ. autem, rectè quidem ſi ſenſum ſpectes: ſed tamen interdum apud Latinos quoque iſtæ particulæ quãuis propriè accommodentur ſignificandis concluſionibus, ſermonis ingreſſum declarant, vt infrà 4.a.9. Sic apud Virgilium Egloga 7, Alternis igitur contendere verſibus ambo Cœperunt. Cum Iudæis μετὰ Ἰουδαίων In veteribus omnibus noſtris codicibus ſcriptum erat μετὰ Ἰουδαίου, id eſt cum Iudæo, ſcilicet quodam. & ita videtur legiſſe Chryſoſtomus.

tione.

26 Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu‖teſtimonium perhibuiſti, ecce, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Suprà 1.d.17, & c.34

D 27 Reſpondit Iohannes & dixit, Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo.

28 Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis quòd dixerim, ‖Non ſũ ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum. Suprà.1.c.20

29 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autẽ ſponſi qui ſtat, & audit eũ, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. hoc ergo gaudium meum impletũ eſt.

30 Illum oportet creſcere, me autẽ minui.

31 Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt: qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur: qui de cælo venit, ſuper omnes eſt.

32 Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur: & teſtimoniũ eius nemo accipit.

33 Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax eſt. Rom.3.a.4

34 Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. non enim ad mẽſuram dat Deus Spiritum.

35 Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Matth.10.b.26

36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt Filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Habac.2.a.4 1.ioh.5.b.10

Cap. IIII.

1 VT ergo cognouit Ieſus quia audierũt Phariſæi quòd Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat, quã Iohannes:

2 (Quanquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius:)

3 Reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.

purgatione.

26 Venerunt autem ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu″teſtimonium dediſti, ecce, is baptizat, & omnes veniunt ad eum.

27 Reſpondit Iohannes & dixit, ″Homo non poteſt″recipere quicquam, niſi fuerit ei datum è cælo. Iohannes docet diſcipulos ſuos ſe non eſſe Chriſtum.

28 Vos ipſi mihi teſtes eſtis quòd dixerim, Non ſum ego ille Chriſtus, ſed miſſus ſum″*qui apparerem* coram eo.

29 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat Sponſus. & audit eum, ″gaudio gaudet propter vocem ſponſi. hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

30 Illum oportet creſcere, me verò minui.

31 Qui″ſupernè venit, ſupra omnes eſt: ″qui è terra eſt, terrenus eſt, & terrena loquitur: qui è cælo venit, ſupra omnes eſt:

32 Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur: ſed teſtimonium eius nemo recipit.

33 Qui recepit eius teſtimoniũ, *is* obſignauit quòd Deus verax ſit.

34 Nam *is* quem miſit Deus, verba Dei loquitur. non enim *huic* ″admetitur Deus Spiritum.

35 ″Pater diligit Filium, & omnia″dedit in manum eius.

36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò″non paret Filio, ″non videbit vitam, ſed ira Dei ″manet ſuper eum.

Cap. IIII.

1 VT ergo cognouit Dominus audiſſe Phariſæos″quòd ipſe plures diſcipulos faceret & baptizaret, quàm Iohannes:

2 (Quanquam Ieſus ipſe non baptizabat, ſed diſcipuli eius:)

3 Reliquit Iudæam, & abiit rurſum in Galilæam.

26 Teſtimonium dediſti, μεμαρτύρηκας, Vide Luc 4.d.22. 27 Homo ἄνθρωπος Quidam hoc videntur ad Chriſtum referre, vt pro relatiuo poſitum ſit: quaſi diceret Iohannes, Iſte cui inuidetis, non excelleret tantis virtutibus niſi id eſſet cælitus conſequutus: itaque Dei ipſius liberalitati inuidetis. Sed ad hanc exprimendam ſententiam omnino dicendum fuerat ὁ ἄνθρωπος, vt Matth.26.g.72 & 74. Exiſtimo potius generalem eſſe ſententiam, quæ tamen non modò Chriſtum non complectatur, ſed etiam reliquos omnes homines: vt per ſe omnibus viribus deſtitutos illi opponat, & ſit hæc ſententia, Quid conamini meæ conditioni aliquid adiicere? hæc ſors eſt omnium hominum, vt ex ſe ne tantillum quidem poſſint conſequi, ſed quicquid eximium habent, ex Dei liberalitate tribui neceſſe ſit. Quæ ſit autem illius præſtantia, ipſi fatemini vos ex me intellexiſſe, & item quæ ſit muneris mei ratio: illum ſcilicet eſſe Chriſtum illum cui ſum miſſus apparitor. Quid ergo me vultis cum illo committere? imò, æquum eſt vt illius præſtantia paulatim emineat, ego verò paulatim deficiam. Mihi quidem nihil poſſit ea re iucundius accidere: vos autem tantum abeſt vt deterream quominus & ipſi ad eum tranſeatis, vt contrà moneam diligenter vt ab eo vno tanquam veræ ſalutis authore toti pendeatis. Recipere quicquam λαμβάνειν οὐδὲν Vel, quicquam accipere. Sed illo verbo vti malui, propterea quòd (vt modò dixi) non ſignificat Iohannes quid velint aut quid conentur homines, ſed quid iſtis conatibus obtinere ac conſequi poſſint.

28 *Qui apparerem* coram eo. ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Vulg. & Eraſ. ante illum: quæ loquutio eſt ambigua. Iam autem admonui, ἔμπροσθεν nunquã reperiri in Nouo teſtamento pro temporis aduerbio. Sed & ſi conuertas, miſſus ſum coram eo: diuerſa erit ſententia. Itaque neceſſariò fuit ſupplendum, ex quo intelligatur Iohannem miſſum vt quaſi apparitoris officio fungeretur.

29 Gaudio gaudet χαρᾷ χαίρει Heb. שמח שמחה pro eo quod Latinè dicas, mirificam quãdam voluptatem capit ex ipſius ſponſi ſermone. Terent. Nam hunc ſcio mea ſolidè gauiſurum gaudia. Plaut. Bene ei qui hoc gaudio gaudet. Ideò hanc paronomaſiam libenter ſeruauimus.

31 Supernè ἄνωθεν Vulg. & Eraſ. ex ſupernis: quod nuſquam memini legere apud idoneos authores. Qui è terra eſt, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, Id eſt, qui nihil aliud eſt quàm homo, terrenæ ſcilicet fæcis opificium. Itaque ὢν hoc loco originem declarat, ſed paulo pòſt, quum ſubiicitur ἐκ τῆς γῆς ἐστι, non ſignificatur ipſa origo, ſed quæ originem ſequuntur incommoda, nempe corruptio, ignorantia, tarditas, carnis rebellio, & ea quidem in ſolis regeneratis, qualis erat Iohannes. Itaque ſecundo loco ἐκ τῆς γῆς ἐστι, rectè conuertit Eraſmus, terrenum eſſe, vt omnis obſcuritas & ταυτολογία vitetur: quam etiam ob cauſam exiſtimo Auguſtinum alicubi legere, terra eſt, ſicut ſuprà verſ.6, caro eſſe dicitur qui carnalis eſt. Poſtremò ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν fructum iſtorum incommodorum declarat, nempe vt ab homine qui propterea quòd è terra eſt, terrenus eſt, nihil niſi terrenum, id eſt abiectum, humile, & quod hominis infirmã ac imbecillam naturã coarguat, poſſit proficiſci. Hæ ſunt laudes quas ſibi tribuit is quo nullus maior extitit inter eos qui è mulieribus gignuntur. Et tamen certum eſt, Deum incluſiſſe magnum theſaurum in vaſis iſtis fictilibus: verùm quicquid hoc eſt, ſi cum illis Chriſti diuitiis cõferatur (de quibus hîc agitur) perinde eſt ac ſiquis guttulam aquæ cum immẽſo mari cõparet.

34 Admetitur ἐκ μέτρου δίδωσιν Ad verbũ, dat ex menſura: quæ periphraſis illo vnico verbo clarius exprimitur. Vulg. & Eraſ. dat ad menſuram, id eſt ἐν μέτρῳ vel κατὰ μέτρον δίδωσιν. Rectè autem, meo iudicio, Eraſmus ſuppleuit pronomẽ αὐτῷ ei, ſcilicet Filio quem miſit. quãuis non deſint qui hæc in genere explicent, quaſi dicatur Deus non dare ex menſura, id eſt, non depromere quaſi ex vaſe ſua dona, quum ſit veluti fons inexhauſtus. Sed hæc ad vnum Filium pertinere, ſatis liquet ex verſiculo proximo.

35 Dedit in manum eius. δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id eſt, arbitrio ac poteſtati eius permiſit, vt ipſe Chriſtus explicat Matth.28.d.18. Altera autem interpretatio, quaſi ſignificetur omnia dare Pater per manum Filii, etſi veriſſima eſt, tamen non videtur accommodata, vel ob eam cauſam, quòd potius dicendum fuiſſet δίδωσιν quàm δέδωκεν.

36 Non paret ἀπειθῶν ſiue, qui non eſt dicto Filii audiens. vt conuertit Cyprianus lib. aduerſus Iudæos 2.cap. 26, ſicut Eraſmus obſeruauit, qui tamen maluit conuertere, qui non credit, id eſt ἀπιστῶν. Non videbit vitam, οὐκ ὄψεται ζωήν, Hebraiſmus, pro, vita non fruetur, vt alibi expoſuimus. Manet μένει Theophylactus legit, μενεῖ, id eſt manebit, & ita citat Cyprianus eo loco quem modò citaui. Cyrillus quoque ita legit, niſi falſus eſt interpres.

IN CAPVT IIII.

2 Quòd ipſe ὅτι Ἰησοῦς Vulg. & Eraſ. quòd Ieſus. Eſt autem antecedentis repetitio pro relatiuo, ex Hebræorum idiotiſmo, vt Pſal.48.a.1.

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.

5 Venit ergo in vrbem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Iosepho filio suo.

Potum lassus Christus petit à Samaritana.

6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere,″ita sedit ad fontem.″hora *enim* erat quasi sexta.

7 Venit mulier Samaritana vt hauriret aquam. dicit ei Iesus, Da mihi potum.

8 Nam discipuli eius abierant in vrbem vt cibos emerent.

9 Dicit″ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quum sis, potum à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim″vtuntur Iudæi Samaritanis.

Aqua viua.

10 Respondit Iesus & dixit ei, Si scires″donum illud Dei, & quis sit qui dicit tibi, Da mihi potum: tu petisses ab eo, & dedisset tibi″aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est: vnde ergo habes aquam illam viuam?

12 Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ipse bibit, & filii eius, ac pecora eius?

13 Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet rursus:

14 Quisquis autem biberit ex aqua illa quam ego dabo ei, non sitierit in æternum: sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ei mulier, Domine, da mihi istam aquam: vt non sitiam, neque veniam huc ad hauriendum.

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17 Respondit mulier & dixit ei, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, video quòd Propheta es tu.

20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quòd Ierosolymis est locus ille vbi oporteat adorare.

Adoratio vera.

21 Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitis Patrem.

Salus ex Iudæis.

22 Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia Salus ex Iudæis est.

23 Sed venit hora, & nũc est, quãdo veri adoratores adorabũt Patrem″Spiritu ac veritate: nã & Pater tales quærit qui adorẽt ipsum.

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.

5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit ‖Iacob Ioseph filio suo.

Gen. 33. d. 19. & 48. c. 22 iosue 24. g. 32

6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. hora erat quasi sexta.

B

7 Venit mulier de Samaria haurire aquã. dicit ei Iesus, Da mihi bibere.

8 Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quũ sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

10 Respondit Iesus & dixit ei, Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitã petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam?

12 Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius?

13 Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum:

14 Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fõs aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam: vt non sitiam, neque veniam huc haurire.

C

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17 Respondit mulier & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu.

20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia ‖Ierosolymis est locus vbi adorare aportet.

Deut. 12. b. 6

21 Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora quãdo neque in mõte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.

22 ‖Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia Salus ex Iudæis est.

4. Reg. 17. f. 29

23 Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum.

6 Ita οὕτως Id est, ita vt lassus erat, vel idcirco quia lassus erat. Sic enim hæc particula reperitur vsurpata apud Terentium & alios idoneos authores, vt Erasmus obseruauit: neque video qua ratione possis δεικτικῶς aut μιμητικῶς accipere, quum hæc non dicantur forma dialogi.

Hora *enim* erat ὥρα ἦν Apparet ex Cyrillo, Chrysostomo, & Theophylacti commentario, scriptum fuisse in ipsorum codicibus, ὥρα δὲ ἦν, vt suprà 1. f. 39, ita vt δὲ pro γὰρ accipiatur. Ita enim explicatur ratio cur ad fontem sederit: Quia, inquit, lassus erat de via, & instabat meridies, maximus scilicet diei æstus. Non dubitaui igitur causalem particulam supplere, quum alioquin in narrationibus istæ particulæ non sine quadam etiam gratia omitti soleant, à nostro præsertim Euangelista, vt suprà 1. d. 27, & 30, & f. 39. 40. 41. 42, & g. 45. 47, & in omnibus penè narrationibus.

9 Ergo οὖν Vide suprà 3. c. 25. Sic etiam accipitur infrà vers. 28. Vtuntur συγχρῶνται Vulg. coutuntur: quod vocabulum planè est barbarum & obscurum. Eras. commercium habent, recedens à Græcis, vbi minimè necesse est. Nam Vtẽdi verbum simili prorsus significatione vsurpant Latini, vt vel ex illo Ciceronis loco apparet. Sextum, inquit, Alphenum propinquum nostrum, quo iste vtebatur plurimùm.

10 Donum illud τὴν δωρεὰν Non dicit indefinitè δωρεὰν donum, neque plurali numero τὰς δωρεὰς dona. Itaque additus articulus ostendit Christũ de eximio aliquo dono disserere, de seipso scilicet quẽ Pater huic mulierculæ offerebat, & illud καὶ τίς ἐστιν accipiẽdum est pro epexegesi.

Aquam viuam. ὕδωρ ζῶν. Hîc quidem non dubium est quin allegoricè per aquam intelligatur immensa illa charitas Dei erga nos in Filio, effusa in corda nostra per Spiritum Sanctum in vitam æternam, cuius fit mentio Rom. 5. a. 5. neque video cur aliter sit explicandum quod scriptum est suprà 3. a. 5. Cæterùm aquam viuã appellat quæ perpetuò scaturiat, ita vt quisquis eam habet, perennem in se fontem habeat, neq; aliam aquam sitiat: opponens scilicet aquæ ex puteo haustæ, quæ in perpetuum vsum non possit sufficere. Deinde ab effectu, quòd illa vitam æternam afferat, hæc verò caducam hanc vitam ad tempus reficiat. Sunt autẽ hæ metaphoræ Hebræis familiares, vt Ierem. 2. c. 13. Ioelis 3. d. 18. Zach. 13. a. 1.

23 Spiritu ac veritate: ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ: Abũdat præpositio ἐν Hebræorum more, de quo diximus Matth. 3. c. 11. Spiritum autẽ opponit mandato quod carnale dicitur Hebr. 7. c. 16, in sese scilicet consideratũ & signo à re ipsa seiuncto, ac simili prorsus ratione veritati confert non mendacium, sed Legis cæremonias externas quæ duntaxat adumbrabant quod reipsa præstat Christus. Itaque quæ de vero & falso Dei cultu, itẽ de vtraque vita hîc disserit Theophylactus, ad rem non pertinent.

2.Cor.3.d.17

D ꝭSpiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.

24 'Deus eſt Spiritus: itaque qui adorant eum, oportet vt Spiritu ac veritate *eum* adorent.

Dicit ei mulier, Scio quia Meſſias venit, q dicitur Chriſtus: quũ ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

25 Dicit ei mulier, Scio quòd Meſſias veniet, *is ſcilicet* qui dicitur Chriſtus: quum venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

Dicit ei Ieſus, Ego ſum qui loquor tecum.

26 Dicit ei Ieſus, Ego *is* ſum qui loquor tibi.

Ieſus ſe eſſe Meſſiam fatetur Samaritanæ.

Et continuò venerũt diſcipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamẽ dixit, Quid quæris, aut, quid loqueris cum ea?

27 'Interea autem venerũt diſcipuli eius, & mirati ſunt quòd "cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid quæris, aut, quid loqueris cum ea?

Reliquit ergo hydriam ſuã mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus,

28 Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, dixítque 'eius loci hominibus,

Samaritana nuntiat ſuis Chriſtũ veniſſe.

Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid ipſe eſt Chriſtus?

29 Venite, videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid iſte eſt Chriſtus ille?

Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.

30 Exierunt ergo ex vrbe, & venerunt ad eum.

Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes, Rabbi, manduca.

31 Interim rogabant eum diſcipuli, dicentes, Rabbi, comede.

ꝭ Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.

32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo quo veſcar, quem vos neſcitis.

Cibus Chriſti.

Dicebant ergo diſcipuli adinuicẽ, Nunquid aliquis attulit ei mãducare.

33 Dicebant ergo diſcipuli, alii ad alios, Nunquis attulit ei quo veſcatur?

Dicit ei Ieſus, Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.

34 Dicit eis Ieſus, Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me, & perficiam opus eius.

Matth.9.d.37
luc.10.a.2

Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce, dico vobis, leuate oculos veſtros, & videte regiones: quia albæ ſunt iã ad meſſem.

35 Nónne vos dicitis, 'Adhuc quadrimeſtre *ſpatium* ſupereſt, & meſſis aderit? Ecce, dico vobis, attollite oculos veſtros, & ſpectate regiones: nam albæ iam ſunt ad meſſem.

Meſſis.
Regiones albæ ob meſſem.

Et qui metit, mercedẽ accipit, & cõgregat fructum in vitam æternã: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

36 Porrò qui metit, mercedem accipit, & cogit fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat, "ſimul gaudeat, & qui metit.

In hoc enim eſt verbum verũ, Quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit.

37 Nam in hoc "dictum illud 'verum eſt, Alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit.

Ego miſi vos metere quod vos nõ laboraſtis: alii laborauerunt, & vos in labores eorum introitis.

38 Ego miſi vos ad *id* metendum in quo vos non laboraſtis: alii laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

Metere.
Seminare.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

39 Ex vrbe autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorum, propter ſermonem mulieris, teſtantis quòd dixiſſet ſibi omnia quæcunque feciſſet.

Samaritani Chriſto credunt.

Quum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret: & manſit ibi duos dies.

40 Quum ergo veniſſent ad eum Samaritani, rogauerunt eum vt apud ſe maneret: & manſit ibi duos dies.

Et multo plures crediderunt propter ſermonem eius.

41 Ac multo plures crediderunt propter ſermonem ipſius.

Et mulieri dicebant, Quia iam nõ propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus & ſcimus quia hic eſt verè Saluator mundi.

42 Et mulieri dicebant, Non amplius "propter tuos ſermones credimus: ipſi enim audiuimus & ſcimus quòd hic eſt verè Seruator ille mundi Chriſtus.

Saluator

24 Deus eſt Spiritus: πνεῦμα ὁ θεός: Iterum adiunctus articulus oſtẽdit, Deum eſſe ſubiectum, Spiritum verò, prædicatum, quemadmodum ſuprà 1.a.1: quod vt facilius intelligeretur, ſequuti ſumus naturalem conſtructionis ordinem. Cæterùm Spiritus appellatio naturæ Diuinæ in vniuerſum tribuitur, nequis de tertia hypoſtaſi propriè hîc agi putet.

27 Interea ἐπὶ τούτῳ Hoc eſt, omnino. quod ad verbũ dicimus in vernaculo ſermone, *ſur cela, ou ſur ce propos.* Cũ muliere μετὰ γυναικὸς Id eſt, inquit Eraſmus, cum ea quæ nimirũ Samaritana eſſet: quomodo etiam video hunc locum à pleriſque explicari. Sed (vt mihi quidem videtur) exprimendæ huic ſententiæ dicendum erat cum articulo μετὰ τῆς γυναικός, vt infrà verſu 39 & 42 quod etiam annotauimus ſuprà 3.d.27. Deinde cur tantopere offenderentur colloquio Chriſti cum Samaritana qui ex ipſa vrbe venirent, vbi ex Samaritanis cibũ emerant? Mirantur ergo potius, ſolum cum ſola muliere extranea colloqui. Habenda enim eſt ratio temporis & loci: quum alioquin nõ repudiaret Chriſtus etiam mulieres alloqui, vtpote quæ ſunt illum Ieruſalem ſequutæ, & ipſi miniſtrabant: ſed tamen neque temere id fecit, neque frequẽter, neque alloquutus eſt quaſuis, neque vbiuis: ſed ita vt omnis quantumuis ſuſpicioſis hominibus maledicendi occaſio eriperetur.

28 Eius loci hominibus. τοῖς ἀνθρώποις. Hîc demum valet quod in ſuperiorem verſiculum non ita appoſitè Eraſmus annotarat. Si tamen ſimplici relatiuo vſus eſſet Euangeliſta, obſcurè eſſet loquutus. Conati autem ſumus articuli ἀναφορὰν paulò clarius exponere.

35 Adhuc quadrimeſtre *ſpatium* ſupereſt, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, Vulg. & Eraſ. ad verbum, adhuc quatuor menſes ſunt. Sic autem loquuntur Hebræi: ex quorum idiotiſmo hoc petitum eſt, vt Geneſ.40.b.12, & c.18. Ionæ 3.b.4, & infrà 7.c.33.

36 Simul gaudeat, ὁμοῦ χαίρῃ, Hoc eſt (opinor) quod ſcriptum eſt Hebr.11.g.40.

37 Dictum illud ὁ λόγος Id eſt parœmia ſeu prouerbium illud, vt ex Chryſoſtomo diſertè explicat Theophylactus. Cic. de Oratore, Bona dicta, quæ ſalſa ſint. nam ea, dicta appellantur proprio iam nomine. Verum, ἀληθινὸς, Vulgo legitur ὁ ἀληθινός. Sed in Theophylacto Romano nullus eſt additus articulus, & quiſquis Græcè vel mediocriter nouit, facilè iudicare poteſt nullum hîc eſſe locum articulo.

42 Propter tuos ſermones διὰ τὴν σὴν λαλιάν. λαλιὰ hoc loco non videtur declarare loquacitatem (quæ propria eſt huius vocabuli ſignificatio) neque idioma ſeu loquutionem (vt accipitur Matth.26.g.73. & Mar.14.g.70) ſed idem prorſus quod λόγος. quo vſus eſt Euangeliſta ſuprà verſu 39. Vetus autem interpres barbarè loquelam interpretatus eſt. Eraſmus, orationem: quod vocabulum vt ambiguum hoc loco repudiaui.

43 Duobus autem pòſt diebus exiit inde,& abiit in Galilæam.

44 Ipſe enim Ieſus teſtatus fuerat quòd Propheta in ſua patria honorem non haberet.

Chriſtus à Galilæis ſuſcipitur.

45 Quum ergo veniſſet in Galilæam,exceperunt eum Galilæi,quũ omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto. nam & ipſi venerant ad diem feſtum.

Filius reguli ſanatur.

46 Venit porrò Ieſus rurſum Cana *oppidum* Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinum. Erat autem in Capernaum regius quidam, cuius filius ægrotabat.

47 Is quum audiſſet quòd Ieſus veniſſet à Iudæa in Galilæã, abiit ad eum,& rogauit eum vt deſcenderet ac ſanaret ipſius filium: erat enim moribundus.

48 Dixit ergo Ieſus ad eum, Niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis.

Signa petunt Iudæi.

49 Dicit ad eum regius ille, Domine, deſcende prius quàm moriatur filius meus.

Fides.

50 Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei Ieſus,& profectus eſt.

51 Iam autem eo deſcendente,ſerui occurrerunt ei,& renuntiauerunt,dicentes,Filius tuus viuit.

52 Percontatus eſt ergo horam ab eis, in qua melius habuiſſet: & dixerunt ei, Heri *circiter* horam ſeptimam reliquit eum febris.

53 Agnouit ergo pater *id factum eſſe* illa ipſa hora qua dixerat ipſi Ieſus,Filius tuus viuit.& credidit ipſe,ac domus eius tota.

54 Hoc rurſum ſecundum ſignum ædidit Ieſus, quum veniſſet à Iudæa in Galilæam.

Cap. V.

1 Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.

Piſcina in Ieruſalem.

2 Eſt autem Ieroſolymis ad *forum* pecuarium, piſcina quæ nominatur Hebraice Betheſda,quinque porticus habens.

3 In his iacebat multitudo magna inualidorum, cæcorum,claudorum,aridorum,expectantium aquæ motum.

4 Angelus enim deſcendebat certo momẽto in piſcinam, & turbabat aquam : itaque qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ,ſanus fiebat à quocunque detineretur morbo.

---

43 Poſt duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.

44 Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit quia Propheta in ſua patria honorem non habet.

45 Quum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto. & ipſi enim venerant ad diem feſtum.

46 Venit ergo iterũ in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.Et erat quidã regulus, cuius filius infirmabatur, in Capharnaum.

47 Hic quum audiſſet quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam,abiit ad eũ, & rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filiũ eius:incipiebat enim mori.

48 Dixit ergo Ieſus ad eũ,Niſi ſigna & prodigia videritis,non credetis.

49 Dicit ad eũ regulus,Domine,deſcẽde prius quàm moriatur filius meus.

50 Dicit ei Ieſus, Vade , filius tuus viuit.Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus,& ibat.

51 Iam autem eo deſcendẽte, ſerui occurrerunt ei,& nuntiauerunt dicẽtes, quia filius eius viueret.

52 Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit : & dixerunt ei, Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.

53 Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, Filius tuus viuit.& credidit ipſe & domus eius tota.

54 Hoc iterum ſecũdũ ſignum fecit Ieſus,quũ veniſſet à Iudæa in Galilæam.

Cap.V.

1 Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.

2 Eſt autem Ieroſolymis ſuper Probatica,piſcina quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida, quinque porticus habens.

3 In his iacebat multitudo magna lãguentium,cæcorum,claudorũ , aridorum,expectantium aquæ motum.

4 Angelus autem Domini deſcendebat ſecũdum tempus in piſcinam , & mouebatur aqua:& qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ , ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

Matth.13.g.58 marc.6.a.4 luc.4.d.24

Suprà 2.a.1.b.11

G

Leuit.23.a.2 deut.16,a.1

---

44 Teſtatus fuerat ἐμαρτύρησεν Si ita cõuertas,perſpicuus erit locus,alioquin valde obſcurus,quique valde torſit pleroſque interpretes.Erit enim hæc ſententia,Profectus eſt in Galilæam Chriſtus. Nam ibi contemptus fuerat,& inde veluti extruſus , adeò vt ipſe palam queſtus eſſet de illorum perfidia.At iſta,dices,quomodo cohærẽt?optimè profectó.Cepit enim eum ipſorum commiſeratio,& voluit eò profectus experiri ecquid pergerent ſui Galilæi gratiam oblatam aſpernari. Subiicit deinde Euangeliſta,ipſum non fuiſſe ab illis ſpretum vt antea , ſed bene acceptum,quòd ſuis oculis vidiſſent Hieroſolymis ipſius doctrinæ ac pietatis mirifica exẽpla.Cæterùm nequis forſan moueatur quòd præterito perfecto tribuamus ſignificationem pluſquamperfecti, manifeſtum ſimilis enallages exemplum ſuggeret proximus verſiculus , in quo neceſſe eſt vt ἐποίησεν & ἦλθον interpreteris fecerat & venerant,& rurſus altero ſequente verſiculo ἐποίησε fecerat.

46 In Capernaum εἰς Καπερναούμ Hoc ego per traiectionem connecto cum verbo ἦν,quòd omnino id videatur poſtulare proximi verſiculi ſentẽtia.Ideò vt traiectionem vitarem,mutaui verborum collocationem. Regius quidam, τις βασιλικὸς, Id eſt,ex Herodis aulicis,& eorum numero qui plurimum apud eum poterant. Quanuis enim Herodes non Regis ſed Tetrarchæ nomen haberet,tamen,ſi nominis ambitionem excipias,Rex erat, ac ſaltem à vulgo Rex dicebatur,vt apparet Marci 6.b.14. Vulg. Regulum interpretatur, qui à Græcis non βασιλικὸς ſed βασιλίσκος dicitur. 47 Vt deſcenderet, ἵνα καταβῇ, Id eſt, veniret.Sic enim vtuntur Hebræi verbis Aſcendere ac Deſcendere pro ſitus locorum ratione. Erat enim moribundus. ἤμελλε γὰρ ἀποθανεῖν. Vide Luc.7.a.2.

50 Viuit. ζῇ. Id eſt valet,ex Hebræorum idiotiſmo.Huc pertinet quod ait quidam,Non eſt viuere,ſed valere,vita.

52 Melius habuiſſet: κομψότερον ἔσχεν: Id eſt, ἐπὶ τὸ βέλτιον.Erit ergo κομψῶς ἔχειν, id omnino quod Latini dicunt bellè habere.Sed hoc tamen eſt ἅπαξ λεγόμενον.

IN CAPVT V.

2 Ad *forum* pecuarium, ἐπὶ τῇ προβατικῇ, Subaudio ἀγορᾷ, potius quàm aliud quippiam,ſi modò ita legendum eſt.Nam mihi quidem magis probatur vt legamus cum Theophylacto, ἦν δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα: quam lectionem apparet habuiſſe Cyrilli & Chryſoſtomi exemplaria.Sic igitur conuertendus eſt (opinor) hic locus,Erat autem Ieroſolymis pecuaria piſcina,id eſt ex qua potare & in qua merſari pecudes ſolebant.quarum magnum numerum Ieroſolymis eſſe oportuit.Neque enim eſt quòd κολυμβήθρας vocabulum ad vrinatores referamus,nõ magis quàm ad piſces piſcinas,de quibus agit Columella lib.1.cap.5,niſi qui fortaſſis animi cauſa ſolebant illic natare. Bethesda, Βηθεσδά, Id eſt domus effuſionis,à fundendo(vt aiunt)victimarum ſanguine,vnde etiam factum vt nonnulli προβατικὴν victimariam ſint interpretati.At ego non puto victimas extra templum fuiſſe iugulatas,& in piſcinam effuſum ſanguinem. Itaque malim ab aquarum effuſione ſic fuiſſe dictam hanc piſcinam,fortaſſis quòd pluribus tribulis ac canalibus impleretur.Corruptè verò in Vulgata editione legitur Bethſaida,& in Theophylacto Romano Βηθσαϊδά. 4 Angelus enim Ἄγγελος γὰρ In duobus codicibus additum erat Κυρίου Domini.

	Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.	5	Erat autem quidam illic triceſimumoctauum annum "agens in infirmitate.	In ſabbatho ſanat infirmum Chriſtus.
	Hunc quum vidiſſet Ieſus iacẽtem, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet, dicit ei, Vis ſanus fieri?	6	Hunc quum vidiſſet Ieſus decumbentem, & cognouiſſet quòd iam multũ temporis egiſſet *in infirmitate*, dicit ei, Cupis ſanus fieri?	
B	Reſpondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinã: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit.	7	Reſpondit ei inualidus ille, Domine, nullum habeo "qui, quum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: ſed interim dum ego venio, alius ante me deſcendit.	
	Dicit ei Ieſus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.	8	Dicit ei Ieſus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.	
	Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. erat autẽ ſabbathũ in die illo.	9	Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuũ, & ambulabat. erat autem ſabbathum in die illo.	
Ierem.17.c.21	Dicebant ergo Iudæi, illi qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, ‖non licet tibi tollere grabatum tuum.	10	Dicebãt ergo Iudæi ei qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum.	Sabbathum.
	Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.	11	Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, is mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.	
	Interrogauerunt ergo eum, Quis eſt ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?	12	Interrogauerũt ergo eum, Quis ille eſt qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?	
	Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco.	13	Is autem qui ſanatus fuerat, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim "euaſerat "è turba quæ erat in illo loco.	
C	Poſtea inuenit eum Ieſus in tẽplo, & dixit illi, Ecce, ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.	14	Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit ei, Ecce, ſanus factus es: ne amplius pecces, vt nequid deterius "tibi contingat.	Infirmitas corpori ob peccata.
	Abiit ille homo, & nũtiauit Iudæis quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.	15	Abiit ille, & nuntiauit Iudæis quòd Ieſus is eſſet qui ſanũ eum reddiderat.	
	Propterea perſequebãtur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbatho.	16	Ac propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, & quærebant eum trucidare, quòd iſta feciſſet in ſabbatho.	Chriſtus filius Dei.
	Ieſus autẽ reſpõdit eis, Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.	17	Ieſus autem reſpondit eis, Pater meus vſque adhuc operatur, & ego operor.	
	Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia nõ ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo,	18	Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi trucidare, quia nõ ſolùm ſoluiſſet ſabbathum, ſed & Patrem "ſuum dixiſſet Deum, æqualem ſe faciens Deo.	
	Reſpondit itaque Ieſus & dixit eis, Amen amen dico vobis, nõ poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quod	19	Reſpondit ergo Ieſus & dixit eis, Amen amen dico vobis, "non poteſt Filius "à ſemetipſo operari, "*id eſt* niſi	Chriſtus omnia Patri tribuit.

5 Agens in infirmitate. ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ. Vulg. ad verbum, habens in infirmitate. Eraſ. morbo tenebatur, paulo longius recedens à Græcis. Ego ſpectaui quid vſus Latinæ linguæ ferret, tum hoc loco, tum etiam in proximo verſiculo. Ἀσθένειαν autem vocauit morbum, ab effectu, quo ſcilicet ita erat debilitatus vt conſiſtere non poſſet. alioquin morbum potius quàm infirmitatem, eſſem interpretatus.

7 Qui mittat ἵνα βάλλῃ Heb. לשלח pro quo dicunt ferè Græci τοῦ βάλλειν, vel πρὸς τὸ βάλλειν.

13. Euaſerat ἐξένευσεν Hoc vocabulum nuſquam in Nouo teſtamento reperitur niſi hoc vno loco. Significat autẽ clàm euadere, & ſe quodammodo ſurripere è turba: quum propriè dicatur de iis qui ex vndis enatant: fortaſſis quòd qui clàm nititur ex turba elabi, corpus demiſſum non aliter vibret, quàm qui ex vndis emergat. vnde etiam εἰσδύειν dicitur ratione tranſlationis non diſſimili, qui veluti ſe immergens, in locum aliquem ſubit & irrepit: cui opponitur τὸ ἐκδύειν. Sed & vſitatum eſt confertam & in varias partes velut exundantem multitudinem commoto mari conferre: vnde qui ſe recipiat, meritò dicatur quaſi enatare. Quod autem arbitratur Eraſmus, potius deducendum eſſe ἐξένευσεν à verbo ξενόω, quod declarat velut peregrinum & ignotum fieri, mihi quidem non poteſt probari. Vulg. declinauit. Nam ἐκνεύειν etiam hoc declarat, vnde viarum diuerticula dicuntur ἐκνεύσεις. Sed vtendum erat pluſquamperfecto, & ſuperior ſignificatio videtur expreſſior. E turba quæ erat in illo loco. ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Hæc (vt opinor) præſtat coniungere cum ἐξένευσεν, quàm accipere vt abſolutè poſita. Nam quod exiſtimat Eraſmus fuiſſe potius dicendum ὄχλου τοῦ ὄντος, non puto magni eſſe momenti.

18 Suum ἴδιον Id eſt, ſibi proprium ac peculiarem. Hoc autem illud eſt quo maximè offendebantur Iudæi, quum alioquin toti Iſraeli liceret Deum Patris nomine compellare, vt Exod. 4. c. 22. Verùm quũ ſibi Chriſtus idipſum vendicaret quod Iudæi ad vnũ Deum pertinere ſciebant, nempe ſummam ac perpetuam huius mundi adminiſtrãdi poteſtatem (id enim ſignificatur Operandi vocabulo, quod Chriſtus & Patri & ſibi commune eſſe dixerat) rectè colligunt illi, Chriſtum propria quadam ratione ſe Filium Dei dicere, cui etiam ſe parem faceret. Rectè, inquam, illi colligunt: ſed quia Chriſtum ex hominis duntaxat ſpecie metiuntur, & impedit ipſorum prauitas quominus Dei gloriam in tanto ipſius opere elucentem cernant: ideò quod verè dixit Chriſtus, blaſphemiam eſſe iudicant.

19 Non poteſt οὐ δύναται Τὸ μὴ δύνασθαι annotauimus Marci 6. a. 5, interdum poni pro μὴ θέλειν, id eſt Non poſſe pro nolle. Nam inter ſpecies τοῦ ἀδυνάτου rectè numerat τὸ ἀβούλητον Nazianzenus λόγ. β', περὶ υἱοῦ. Sed hoc loco agitur de eo quod omnibus modis ac propriè eſt ἀδύνατον. Neque tamen hoc arguit vllam in Chriſto imbecillitatem, ſiue hæc diuinæ naturæ, ſiue humanæ tribuas: niſi quis hoc accipiat pro imbecillitatis argumento, quòd Chriſtus nihil aut velit aut poſſit quod Pater per ipſum & ipſe cum Patre non velit & poſſit. A ſemetipſo ἀφ' ἑαυτοῦ Id eſt, ſine Patris non modò authoritate, ſed etiam vi ac potentia effectrice. Nam alioquin vitã etiam habet in ſeipſo, ſed quia à Patre accepit: vt infrà verſu 21 & 26. Sic apud Ciceronem de Oratore dicitur à ſe promere qui ab aliis non ſumit. Eſt autem illa interpretatio notanda. Neque enim his verbis reprehenditur volũtatum in Chriſto diſtinctio, ſed ſeparatio: neque ſimpliciter negat ſe ſua vi & authoritate, atque adeò pro ſuo iure operari, ſed ex Iudæorum hypotheſi, qui ipſum à Patre ſeparabant & nihil aliud quàm hominem eſſe putabant. qua de re plura dicemus infrà verſu 22. *Id eſt* niſi viderit ἐὰν μή τι βλέπῃ Vulg. niſi quod viderit, vt pro τι videatur legiſſe ὅ, τι. Admonet Eraſmus poſſe etiam expungi particulam τι, quæ ſæpenumero apud Græcos redundat. Sed τὸ ποιεῖν pro ἐργάζεσθαι abſolutè poſitum non temere reperias. quanquam id poteſt vtcunque excuſari idiotiſmo Hebræorum, de quo diximus Matth. 20. b. 12. Itaque ſupplẽdum eſſet, ἐκεῖνο, id eſt illud, quod ſcilicet facit Filius. Sed maior hìc oritur ſcrupulus. Ea enim eſt natura particulæ Niſi, vt, ſi conditionem ponas quam tollit, ſimul totum præcedens membrum vel ponatur, ſi neget: vel tollatur, ſi affirmet. Nam ſi dicas, nemo venit ad me niſi Pater meus traxerit eum, conſequitur aliquos venire ſi Pater eos traxerit, imò verò omnes quos traxerit, vt explicat diſertè Chriſtus infrà 6. d. 37, & e. 45. Item, ſi dicas, Mors manet

ſuper omnes,niſi Chriſto crediderint,efficitur,mortem nõ manere ſuper quenquam qui crediderit.Sic igitur hoc loco,ſi ita hæc cõuertas,Filius non poteſt à ſeipſo quicquã facere,niſi quid[vel,niſi quod]viderit Patrem facientẽ,videbitur conſequi,Filium à ſeipſo facere quod vidit Patrem facientem.Sunt autem hæc inter ſe contraria ex diametro , vt ſimul conſiſtere non poſſint. Quid ſi igitur dicamus particulam Niſi non conſtituere totum membrum præcedens, ſed eius priorem partem duntaxat? vt ſi argumentationem ita nectas, Filius non poteſt à ſeipſo quicquam facere, niſi quid prius viderit Patrem facientem. Ergo Filius facit id quod facientem Patrem viderit, nempe vt illud à ſeipſo,non repetatur in concluſione contraria. Sed hoc planè durum eſt. Relinquitur ergo,totum illud,Niſi quid viderit Patrem facientem, non eſſe partem propoſitionis alicuius hypotheticæ, ſed potius epexegeſin & interpretationem eius quod dixerat ἀφ' ἑαυτοῦ, id eſt à ſeipſo. Itaque vt planior eſſet ſententia,alioquin difficilis & impedita, non dubitaui particulam exegeticam ſupplere, quum præſertim viderẽ paſſim eiuſmodi eclipſes inueniri,vt infrà verſu 30,& 6.c.27,& 7.a.4.Poſtremò verò putaui illud quoque annotandum, οὐδὲν ποιεῖν, nihil aliud declarare quàm οὐκ ἐργάζεσθαι. ex quo etiam apparet τὸ ποιεῖν idem prorſus ſignificare quod ſimplex ἐργάζεσθαι. quod opponitur verbo שבת id eſt feriari, vnde ſabbathum dictum eſt: de cuius quiete violata Chriſtus accuſatus ſeſe purgat.Ideò,vt perſpicuitati ſtuderem, conuerti οὐδὲν ποιεῖν non operari, & τὸ ποιοῦντα operantem , ſicut in noſtro vulgato ſermone *ne faire rien,& ne beſongner point* ſynonyma ſunt, item *faire quelque choſe,& beſongner.*

″viderit Patrem operantẽ: quæcunque enim ille facit, hæc etiam Filius″pariter facit.

viderit Patrem facientem: quæcunq; enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit.

D

Suſcitare & viuificare mortuos.

20 Pater enim diligit Filium,& omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit:& maiora his demonſtrabit ei opera,vt vos miremini.

Pater enim diligit Filiũ,& õnia demonſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini.

21 Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ita & Filius quos vult viuificat.

Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat.

Iudicium.

22 ″Neque enim Pater iudicat quenquam,ſed omne iudicium dedit Filio,

Neque enim Pater iudicat quenquam,ſed omne iudicium dedit Filio.

Honorificare Chriſtum.

23 Vt omnes honorent Filium, ſicut honorant Patrem. qui non honorat Filium,non honorat Patrem qui miſit ipſum.

Vt omnes honorificẽt Filium,ſicut honorificant Patrem.qui non honorificat Filium,non honorificat Patrẽ qui miſit illum.

Fides. Vita æterna.

24 Amen amen dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me,habet vitam æternam, & in″condemnationẽ non veniet:ſed″tranſiuit à morte in vitam.

Amen amẽ dico vobis,quia qui verbum meum audit,& credit ei qui miſit me,habet vitam æternam:& in iudicium non venit:ſed tranſiit à morte in vitam.

Mortui.

25 Amen amen dico vobis,quòd veniet tempus,& nunc eſt,quando mortui audient vocem Filii Dei:& qui audierint,viuent.

Amen amen dico vobis,quia venit hora & nunc eſt,quãdo mortui audiẽt vocẽ Filii Dei:& qui audierint,viuẽt.

E

26 Sicut enim Pater habet vitam in ſeipſo,ſic dedit & Filio″habere vitam in ſeipſo.

Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo,ſic dedit & Filio habere vitã in ſemetipſo.

Viderit Patrem operantem: βλέπῃ τὸν πατέρα τι ποιοῦντα: In hoc ſermone duo verba vſurpantur quæ ſe mutuò reſpiciunt,Demonſtrare & Videre:illud Patri,hoc Filio tribuitur:& quidem (vt opinor)humanæ naturæ reſpectu,quatenus quidem cum Diuina hypoſtaticè coaluit. Nam ſi ſimpliciter ad Diuinam naturam hæc referas, præterquam quòd ſubtiliſſimè hæc erunt explicanda(vt facile apparet ex iis quæ veteres Græci ac præſertim Nanzianzenus,in hunc locum aduerſus Arrianos diſſerũt)videbitur etiam Chriſtus non magnam habuiſſe rationem ruditatis eorum quos alloquitur. Præterea ſicut veteres fatentur, humanæ naturæ reſpectu Filium dici miſſum, & Patrem illi iudicium dediſſe, Filio datam eſſe cæli & terræ poteſtatem,& ſimilia:ſic etiam opinor propriè dici Patrem Filio demonſtrare opera ſua, item Filium videre Patrem operantem,quatenus ſcilicet Filius homo factus Spiritum accepit ſine menſura: quum plenitudo Deitatis in ipſo habitet corporaliter. Nam Demonſtrare idem declarat atque docere:quo vocabulo vtitur infrà 8.d.28,id eſt,vim ac poteſtatem,ſuam deniq; Deitatem Filio communicare: & Videre idem valet atque intelligere ac diſcere, id eſt,illam vim recipere.quod idem paulo pòſt ſignificatur Audiẽdi verbo.Ergo, vt paucis omnia complectar,teſtatur Chriſtus, nihil prorſus à ſe fieri,cuius authorem non habeat Patrem,à quo impellatur ac regatur omnibus in rebus.& quãuis hæc ita dicat,vt ſeſe Iudæorum captui accõmodans,omnia Patri in ſolidum tribuat,quemadmodum & aliis plurimis locis,ſéque veluti diſcipulum in artificis officina eruditum proponat:tamen Diuinam ſuam maieſtatem fortiter aſſerit,quum Deum, Patrẽ vocat, quum ſeſe dicit pariter cum eo operari, quum ſe vitæ ac mortis æternæ poteſtatem habere, ſe mundi gubernatorem conſtitutum , ſuam denique gloriam à Patris gloria ſeparari non poſſe profitetur. Pariter ὁμοίως Id eſt,ſimili ratione,atque adeò vnà & coniunctim. Nam hoc, inquit Nanzianzenus,non eſt accipiendum κατὰ τὴν τῶν γινομένων ὁμοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν,id eſt,quaſi res à Patre factas Filius,ſimiles alias faciendo,exprimat:ſed quòd in agendo par ac coniuncta ſit Patris ac Filii virtus ac dignitas. Hæc ille,ſanctè quidem & piè, nequis Patris ac Filii bina opera inter ſe conferri putet.ſed tamen quia(vt modò dixi)hæc referenda potius opinor ad Filium,non ſimpliciter quatenus Deus eſt, ſed quatenus homo factus,Diuina illa vi,qua totus plenus eſt,regitur ac impellitur:idcirco exiſtimarim Chriſtum in ſuperiore illa magiſtri ac diſcipuli ſimilitudine permanere. ſunt igitur,inquit,Pater ac Filius in vna veluti officina pares ac coniuncti eorundem operum artifices, adeò vt quicquid facit Pater,hoc non faciat ſolus,ſed Filius etiam vnà cum ipſo,& pari quidem ratione, nequis quanuis ſimilia,tamen diuerſa Patris ac Filii opera eſſe putet,aut aliquod diſcrimen imaginetur inter Patris ac Filii in agendo conſilium ac virtutem. Sic igitur Filius de ſe vt homine loquitur,qui apud Patrem omnia viderit & ex ſeipſo nihil poſſit,vt tamen Patri ſe faciat æqualem, atque adeò vnum cum Patre,quatenus & ipſe homo,Deus eſt.Itaque nequis putaret Patris ac Filii opera nõ modo diſtingui, ſed etiã ſeparari, ὁμοίως malui conuertere Pariter quàm ſimiliter,vel itidem. 22 Neque enim Pater iudicat quẽquam, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, Iudicandi verbum hoc loco,& paulo pòſt verſu 17, & 30,reſpondet verbo שפט,quo ſcilicet ſignificatur συνεκδοχικῶς plenum imperium ac ſumma mundi adminiſtrandi poteſtas,vt planè in duobus verſiculis ſuperioribus videatur ſibi tribuere nomen illud Dei יהוה,in hoc autem verſiculo alludere ad nomen אלהים. Annotat etiam Eraſmus,Cyprianum duobus locis ita citare hunc locum,vt eum appareat pro οὐδένα legiſſe οὐδὲν,id eſt nihil:quæ lectio ſanè aptior videtur quàm altera. Noluimus tamen quicquam contra omnium codicum fidem mutare.Denique vt ſemel hæc dicendi genera explicentur,quæ in ſpeciem videri poſſent abſurda,& apud hunc Euangeliſtam plurimis locis inculcantur:ſciendum eſt,has negantes orationes non ſimpliciter aliquid negare,ſed κατά τι,id eſt ex eorum hypotheſi ad quos dirigitur oratio.Sic negat Chriſtus à Patre adminiſtrari hũc mundum,ita ſcilicet vt Iudæi arbitrabantur,qui Patrem à Filio ſeparabant,quum Pater contrà non niſi per Filium manifeſtatum in carne,mundum regat.Ergo non ſimpliciter remouetur Pater à mundi imperio,ſed corrigitur in ea re Iudæorum error. ſic dicit ſe nõ veniſſe vt faceret voluntatẽ ſuam,ſed voluntatem Patris,infrà verſu 30,& cap.6.d.38.ſic dicit hanc doctrinam ſuam nõ eſſe,ſed eius à quo erat miſſus,infrà 7.c.16.neutrum ſimpliciter,ſed ex eorum ſenſu qui ipſum à Patre ſeparabãt, quum reuera vna ſit Patris & ipſius voluntas ac doctrina. ſic dicit cæcũ illum aut parentes eius nõ peccaſſe,infrà 9.a.3,hactenus ſcilicet vt ab iis peccatis orta eſſet eius cæcitas,quum alioquin & ille & parentes eius peccatores eſſent, & quia homines erant,vt explicatur Rom.5.b.12,& 1.Ioh.1.d.8. 24 Condemnationem κρίσιν Id eſt κατάκρισιν,vt annotauimus etiam ſuprà 3.b.17. Id autem apparet ex antitheſi.Nam Condemnari & habere vitam æternam,contraria ſunt. Eſt autem hæc Hebræorum conſuetudo, vt quum volunt quippiam certiſſimè affirmare,iſtas antitheſes vſurpent,vt ſuprà 1.c.20,& 3.b.15.16.17,& d.36. Tranſiuit μεταβέβηκεν In quibuſdam Veteris editionis codicibus perperam legitur trãſibit.Vtitur enim præterito perfecto Chriſtus,vt quod nondum niſi ſpe poſſidemus,tam certò ſciamus futurum ac ſi iam nobis reipſa datum eſſet.Sic loquitur Paulus Epheſ.2.b.5 & 6, & alibi ſæpe. Itaque non eſt quòd grammatici vllam hìc ſomnient temporis enallagen. 25 Habere in ſeipſo. ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Vide ſuprà verſu 19 & 22.

Et poteſtatem dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis eſt. 27

Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius. 28

Matth. 25. d. 41 Et procedent ‖ qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in reſurrectionem iudicii. 29

Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. ſicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia nõ quæro volũtatẽ meã, ſed voluntatẽ eius ꝗ miſit me. 30

Infrà 8. b. 14 ‖ Si ergo teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniũ meũ nõ eſt verũ. 31

Matth. 3. d. 17 ‖ Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium quod perhibet de me. 32

Suprà 1. c. 27. ‖ Vos miſiſtis ad Iohannem, & teſtimonium perhibuit veritati. 33

F Ego autem nõ ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis. 34

Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius. 35

Ego autem habeo teſtimonium maius Iohanne: opera enim quæ de- 36

27 Et ″authoritatem dedit ei etiam ″iudicium faciendi, ″quatenus Filius hominis eſt.

28 Ne miremini hoc: nam veniet hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius. Iudiciũ Chriſti.

29 Et ″prodibunt, qui bona fecerunt, ″in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.

30 ″Non poſſum ego à meipſo facere quicquam: ″ſicut audio, ″iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, ″*id eſt* Patris. Reſurrectio vitæ. Voluntas.

31 Si ego ″teſtor de meipſo, teſtimonium meum ″nõ eſt idoneum.

32 Alius eſt qui teſtatur de me, & ſcio verum eſſe teſtimoniũ quod teſtatur de me. Teſtimoniũ Patris de Chriſto.

33 Vos miſiſtis ad Iohannem, & *is* ″teſtimonium dedit veritati:

34 Ego autem ab homine teſtimonium non capto: ſed hæc dico vt vos ſeruemini.

35 Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluiſtis ad tempus exultare in luce eius. Lucerna, Iohannes.

36 At ego teſtimonium habeo ″maius *teſtimonio* Iohannis: opera e- Opera Chriſti.

27 Authoritatem ἐξουσίαν Id eſt, hoc ius & hanc dignitatem, vt etiam expoſuimus ſuprà 1. b. 12. Vulg. & Eraſ. poteſtatem: rectè quidem, ſed ambiguè. Iudicium faciẽdi, κρίσιν ποιεῖν, Id eſt gubernandi & adminiſtrandi omnia, adeò vt vitæ ac necis poteſtatem habeat. Quatenus Filius hominis eſt. ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. Filium hominis nihil aliud quàm humanam naturam in genere declarare, quam Filius aſſumpſit, ideóque non eſſe additum articulum, rectè obſeruat Eraſmus, conſentientibus veteribus, Chryſoſtomo, Cyrillo, Auguſtino, Theophylacto. Sed quod ad diſtinctionẽ attinet, Chryſoſtomus, & qui eius quaſi epitomen confecit Theophylactus: obſeruant hæc eſſe coniungenda cum ſequẽti verſiculo, & poſt ποιεῖν plenum punctum eſſe adſcribendum: quanuis in Romano codice Theophylacti aliter ſit diſtinctus contextus, vt ſit hæc ſententia, Quia Filius hominis eſt, nolite hoc mirari. Id eſt, ne miremini tantam homini datam eſſe poteſtatem. Nam idem homo eſt etiam Filius Dei. Filium autem Dei eſſe apparet ex generali mortuorum reſurrectione. Hæc illi in ſumma, niſi quòd etiam addunt, impium illum Samoſatenum hæc coniunxiſſe cum præcedentibus, quæ ad ſequentia pertineant. At ego certè non video cur hæc non multo melius cum præcedentibus connectatur: neque Samoſatenum puto huius diſtinctionis authorem fuiſſe, quanuis falſa declaratione hunc locum corruperit. Certè coactam eſſe Chryſoſtomi expoſitionem, & verborum collocatio & ſermonis ipſa ſeries oſtendit: & Auguſtinus eam diſtinctionem ſequitur quam ille Samoſateno tribuit: vt planè appareat Latinam Eccleſiam ita ſemper legiſſe. Conſentiũt veteres omnes Græci codices quos vidimus. Cyrillus quoque non aliter diſtinguit: cuius verba Eraſmus in hunc locum, vel non ſatis attentè legit, vel non bona fide deſcripſit. Sic enim ille ad verbum. Nolite, inquit, mirari, ſi quum me hominem videatis, ſuſcitaturum tamen mortuos me pollicear, & in iudicium deducturum miniter. dedit enim mihi viuificandi virtutem Pater, dedit iudicandi poteſtatem. Sed vt lubricam Iudæorum mentem his retinere ſtuduit, ſic aliorum quoque curam non paruam habuit. Quapropter cauſam quare hæc ſibi data à Patre dixerit, illico ſubiecit, dicẽs, Quia Filius hominis eſt. Vt intelligamus omnia ſibi data fuiſſe vt homini: qui quum creatura ſit, nihil habet à ſeipſo. Hæc Cyrillus. ex quibus nemo non videt ipſum non modò iſta connectere cum præcedentibus, id eſt cum verbo ἔδωκεν, ſed etiam ita explicare illud μὴ θαυμάζετε τοῦτο, vt ad præcedentia referat. Aſſentior igitur Cyrillo, Auguſtino, & vetuſtis codicibus, atque adeò receptæ lectioni, & à Chryſoſtomo diſſentio in huius loci diſtinctione. Sed in ipſa explicanda ſententia ingenuè profiteor me non videre cur illorum opinionem ſequar. Referunt enim ὅτι ad verbum ἔδωκεν, ita vt cauſa reddatur quamobrem dicatur Pater iudicãdi poteſtatem dediſſe Filio, ſitque veluti reſponſio tacitæ obiectioni oppoſita, quia ſcilicet idem Filius Deus, etiam homo eſt, qui neceſſe eſt vt aliunde accipiat quod ex ſe non habet. At ego non dubito quin potius referendum ſit ad illud quod eſt propinquius, vt ſit hic ſenſus, Patrem dediſſe hoc ius Filio, vt quia homo eſt, etiam iudicet mũdum, vel vt etiam quia homo eſt, iudicet mundum: id eſt, Filium non modò quatenus Deus vnus eſt cum Patre (quod myſterium ignorabant Iudæi) eſſe mundi iudicem, ſed hanc poteſtatem à Patre accepiſſe, vt etiam iudicet mundum, quatenus eſt homo: ſicut rectè hunc locum expoſuit doctiſſimus interpres. Hanc autem expoſitionem confirmat particula καὶ addita, quæ alioquin videbitur redundare. Deinde, vt rectè notat Chryſoſtomus, ſi ideo dicatur iudicandi poteſtatem accepiſſe, quia homo eſt, nihil prohibuiſſet omnes homines iudices eſſe. Hoc enim abſurdũ illam expoſitionem ſequi vidit ille, ideóque aliam diſtinctionem quæſiuit, de qua diximus: quia ſcilicet veram interpretationem non vidit. Poſtremò, Chriſtus, quum hæc diceret, totus in eo erat, vt ſe oſtenderet hominem quidem eſſe, ſed tamẽ Diuina ac pari cum Patre poteſtate præditum: ad quem finem qui hunc locum non referunt, certè à ſcopo aberrant. Nam de ſua, id eſt Filii hypoſtaſi æterna, nullam hîc mentionem niſi ex conſequenti facit Chriſtus, Iudæorum ſcilicet captui ſeſe accõmodans. Ergo germana hæc eſt huius loci diſtinctio & interpretatio: quæ vt melius intelligeretur, ὅτι cõuerti Quatenus, quaſi καθότι, vel καθὼς ſcriptum ſit: à qua interpretatione neque Auguſtinus, neque Cyrillus hactenus diſſentiunt, quum ille exponat καθὼς υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί, velut homo eſt: iſte verò, vt homo eſt & creatura.

29 Prodibunt, ἐκπορεύσονται, Vel, exibunt, è ſepulchris ſcilicet. Vulg. procedent, id eſt προχωρήσουσι. Rectè autem annotat Eraſmus, poſt ἐκπορεύσονται addendam eſſe hypodiaſtolen, vt intelligamus non ſolùm bonos prodituros, ſed omnes qui in monumentis fuerint: deinde ſubnectantur duæ partes, vna bonorum, altera malorum. In reſurrectionem vitæ: εἰς ἀνάστασιν ζωῆς. Id eſt, eã reſurrectionẽ quam perennis vita conſequatur: quaſi vitalem dicas, ex Hebræorum idiotiſmo, qui adiectiuorum loco vtuntur genitiuis appellatiuorum, vt ſæpe iam diximus. Huic opponitur reſurrectio condemnationis, id eſt damnatoria.

30 Non poſſum ego à meipſo fa. οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ Vide ſuprà verſ. 19 & 22. Sicut audio, καθὼς ἀκούω, Id eſt, vt Deus mihi ſuggerit, intra me ſcilicet habitans. Vide ſuprà verſu 19, in hæc verba, Viderit Patrem operantem. Iudico: κρίνω: Vide ſuprà verſu 22. *Id eſt* Patris. πατρός. Deerat in duobus codicibus. Præſtat autem, ni fallor, exegeticam particulam ſupplere, quàm coniungere cum τοῦ πέμψαντος. Similem epexegeſin expoſuimus ſuprà, verſu 19, in hæc verba, Niſi viderit.

31 Teſtor μαρτυρῶ Eraſ. vertit, ſi teſtimonium perhiberem, & paulo pòſt οὐκ ἔστιν non eſſet. Atqui μιμητικῶς iſta dicuntur à Chriſto, quaſi ſibiipſi hæc opponat in aduerſariorum perſona: neque immeritò, quum hæc eadem poſtea diſertè fuerint ipſi ab illis obiecta, vt ſcribitur infra 8. b. 13. Malui igitur præſens tempus ſeruare, vt iſta μίμησις clarius appareat. Non eſt idoneum. οὐκ ἔστιν ἀληθής. Vulg. & Eraſ. ἀληθὴς interpretãtur, verum, fortaſſis non ſatis appoſitè, quia hîc, vt opinor, verum non opponitur falſo, vt in proximo verſiculo. Fieri enim poteſt vt quod aliquis de ſe teſtatur, verum ſit, & rurſus quod quiſpiam in aliquem teſtatur, ſit falſum, & tamẽ illud non erit idoneum: hoc verò contrà ratum habebitur, niſi quis firmam exceptionem afferat. Verum igitur hoc loco dicitur quod Hebræi vocat נאמן id eſt fidele, dignum ſcilicet cui fides habeatur, & planè validum ac firmum Latini idoneum vocant. Erat tamen, fateor, Chriſti teſtimonium idoneum, etiamſi ſolus ipſe teſtis eſſet, ſed habuit Chriſtus eorum rationem quos alloquebatur, adeò vt hoc etiam ipſis largiatur, ne ſibi credãt, niſi alios idoneos authores ac teſtes laudarit. Quomodo autem hoc conſentiat cum eo quod ſcribitur infrà 8. b. 14, ſuo loco dicemus.

33 Teſtimonium dedit μεμαρτύρηκε Diuerſa conſtructio diuerſam ſignificationem arguit, de qua diximus Luc. 4. d. 22.

36 Maius *teſtimonio* Ioannis: μείζω τοῦ Ἰωάννου: Vulg. maius Ioanne. quod meritò emendauit Eraſmus: neque enim teſtimonium Patris cum

Iohanne ipſo comparatur,ſed teſtimoniū Patris cum teſtimonio Iohannis.Itaque deeſt articulus. Plena enim loquutio erat μείζω τῆς τοῦ Ἰωάννου, vt infrà.6.d.32:quæ eclipſis non obſeruata,multis locis pleroſque interpretes fefellit,vt Rom.8.a.2, & Iac.2.d.26.

nim quæ dedit mihi Pater vt ea perficerē, ″ipſa *inquam* opera quæ ego facio,teſtantur de me quòd Pater miſerit me.

37 Et qui miſit me Pater,ipſe teſtatus eſt de me. Neque vocem eius vnquam audiſtis,neque ſpeciem eius vidiſtis,

Fides.

38 Et ſermonem eius non habetis in vobis manētem: quia quem miſit ille,huic vos non creditis.

Scripturæ.

39 Scrutamini Scripturas:nam vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere:& illæ ſunt quæ teſtificantur de me:

40 Nec vultis venire ad me,vt vitam habeatis.

41 Gloriam ab hominibus non capto.

Dilectio Dei.

42 Sed″noui quòd vos charitatem Dei non habeatis in vobis.

43 Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: ſi alius venerit nomine ſuo,illum recipietis.

Fides.
Gloria ab hominibus.

44 Quomodo vos poteſtis credere,quum gloriam alii ab aliis″captetis,& gloriam quæ à ſolo Deo proficiſcitur,non quæratis?

45 ″Ne putetis quòd ego accuſaturus ſim vos apud Patrem:eſt qui accuſet vos,Moſes,in quo vos ſperatis.

Moyſes accuſator Iudæorum.

46 Si enim credidiſſetis Moſi, credidiſſetis mihi: de me enim ille ſcripſit.

47 Si autem illius ſcriptis non creditis,quomodo verbis meis credetis?

Cap. VI.

Quinque panibus & duobus piſcibus ſaturantur 5000.

1 POſt hæc abiit Ieſus″trans mare ″Galilææ quod *eſt* Tiberiadis:

2 Et ſequebatur eum turba multa, quia videbant eius ſigna quæ edebat in iis qui inualidi erant.

3 Subiit autem in montem Ieſus,& ibi ſedit cum diſcipulis ſuis.

4 Propè autem erat Paſcha feſtum Iudæorum.

5 Quum ergo ſuſtuliſſet oculos Ieſus,& vidiſſet quòd multa turba veniret ad ſe, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt iſti veſcantur?

6 (Hoc autem dicebat,tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.)

7 Reſpondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt ſinguli eorum puſillum quippiam accipiant.

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis ipſius, *nempe* Andreas frater Simonis Petri,

9 Eſt puerulus quidam hîc, qui habet quinque panes hordeaceos & duos″piſciculos:ſed hæc quid ſunt inter tam multos?

---

dit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio,teſtimoniū perhibent de me quia Pater miſit me.

Et qui miſit me Pater,‖ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neque vocem eius vnquam audiſtis,‖neque ſpeciem eius vidiſtis, Matth.3.d.17, & 17.a.5 Deut.4.b.12

Et verbum eius non habetis in vobis manens:quia quem miſit ille,huic vos non creditis.

Scrutamini Scripturas,quia vos putatis in ipſis vitam eternam habere: & illæ ſunt quæ teſtimoniū perhibēt de me, G

Et non vultis venire ad me vt vitā habeatis.

Claritatē ab hominib⁹ nō accipio.

Sed cognoui vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis,

Ego veni in nomine Patris mei, & nō accipitis me:ſi alius venerit in nomine ſuo,illum accipietis.

Quomodo vos poteſtis credere, q gloriam abinuicem accipitis:&‖gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Infrà 12.f.43

Nolite putare quia ego accuſaturus ſim vos apud Patrem.eſt qui accuſat vos,Moyſes,in quo vos ſperatis.

Si enim crederetis Moyſi,crederetis forſitan & mihi.de me enim ‖ ille ſcripſit. Gen.3,c.15, & 22.d.28, & 49.b.10 deut.18.c.15

Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Cap. VI.

POſt hæc abiit Ieſus trās Mare Galilææ,quod eſt Tiberiadis:

Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper iis qui infirmabantur.

Subiit ergo in montem Ieſus,& ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Erat autē proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Leuit.23.a.2 deut.16.a.1

Quum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus,& vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum , dicit ad Philippū, Vnde ememus panes vt manducent hi? Matth.14.b.16 marc.6.c.38 luc.9.b.13

(Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.)

Reſpondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.

Dicit ei vnus ex diſcipulis eius,Andreas frater Simonis Petri,

Eſt puer vnus hîc qui habet quinque panes hordeaceos & duos piſces:ſed hæc quid ſunt inter tantos?

Ipſa *inquam* opera αὐτὰ τὰ ἔργα, Gaudet Iohannes huiuſmodi epanalepſi,cuius exemplum habes ſuprà 1.c.20,& d.28,& g.45.

42 Noui quòd vos non habeatis ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔχετε Hunc helleniſmum alibi obſeruauimus. Sic Terentius in Andr. Obſerues filium quid agat.Sed nihil vetat planius loqui. 44 Captetis, λαμβάνοντες, Vulgata & Eraſmus,qui accipitis.Ego Captandi vocabulo vti malo,vbi de ſtudio & conatu agitur.Itaq; ſic etiam ſum interpretatus ſuprà verſu 34 & 41. 45 Ne putetis,&c. Μὴ δοκεῖτε Hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſt,& diuerſum quippiam declarat quàm verba ipſa præ ſe ferāt. Neque enim negatio prorſus remouet,ſed corrigit:quaſi diceret ipſos nullum habituros acriorem accuſatorem Moſe,cuius patrocinio confidebant:quemadmodum ſiquis hodie obiiciat hoſtibus Euangelii id quod res eſt,nullos ipſis fore magis infeſtos in iudicio quàm Mariam virginem & totum fidelium cœtum:quibus tamen vnis confidunt:neque tamen hoc impedit quominus & Chriſtus & conſcientia reprobos omnes accuſent.Simile dicēdi genus extat Mar.9.e.37.

IN CAPVT VI.

1 Transmare πέραν τῆς θαλάσσης Siquis diligenter reliquos Euangeliſtas cum hoc noſtro comparet,nempe Matth.14.b.13.c.22.d.34. Marci 6.e.32,& 33.f.45.g.53.Luc.9.b.10,comperiet in hac hiſtoria particulam πέραν non declarare aduerſum littus,quò perueniri non poſſet niſi traiecto lacu,ſed has omnes regiones,nempe Tiberiadem,Deſertum,Bethſaida, Capernaum,cis lacum ſitas fuiſſe,Galilææ reſpectu. Vſus eſt tamē Euangeliſta aduerbio πέραν,& mētionem facit traiectionis:quia propter amplos ſinus nauigatio quaſi compendium itineris erat. deinde quia ex vno ſinus anfractu in alium traiectio fiebat.vt in hūc locum ſcripſit doctiſſimus interpres. Galilææ quod *eſt* Tiberiadis: τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος: In vno codice ſcriptum inuenimus duntaxat τῆς Τιβεριάδος, id eſt Tiberiadis,ita vt τῆς articulus non referat θάλασσαν.

9 Piſciculos: ὀψάρια: Sic piſces vocat παρὰ τὸ ὀπτᾶν, id eſt ab aſſando, quos ſcilicet moris erat aſſare,ac fortaſſis etiam aſſatos diuendere: quales ſunt quos in Heluetia vocant *Albæch*: idque ita eſſe liquet ex iis quæ infrà cap.20,ſcribuntur.Errant igitur qui hoc nomen deriuant παρὰ τὸ ὀψὲ, hoc eſt ſerò,vel quòd veſperi tantum iis veſcerentur,vel quòd ſerò tandem voluptatis gratia in vſum venerint.Sic nimirum ſolent multi in confingendis etymologiis ludere.alioquin ὀψάριον pro condimēto atque adeò pro opſonio ac omni cibo qui pani adiicitur,vſurpari ſolet,vt apud Athenæum lib.8.

B	Dicit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco. diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia.	10	Dixit autem Ieſus, Facite vt iſti diſcumbant. Erat autẽ gramen multum in eo loco. diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinquies mille.	
	Accepit ergo Ieſus panes, & quũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant.	11	Accepit autem panes illos Ieſus, & actis gratiis, ″diſtribuit diſcipulis, diſcipuli verò diſcumbentibus: ſimiliter etiam ex piſciculis illis″quantum volebant.	
	Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſuperauerũt fragmenta, ne pereant.	12	Vt autem expleti ſunt, dixit *Ieſus* diſcipulis ſuis, Cogite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ″nequid pereat.	
	Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt iis qui manducauerãt.	13	Coegerunt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentis ex quinque illis panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerant iis qui comederant.	Miracula quid faciant.
	Illi ergo homines quũ vidiſſẽt quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt verè Propheta qui vẽturus eſt in mundum.	14	Illi ergo quum vidiſſent ſignum quod Ieſus ediderat, dicebãt, Hic eſt verè Propheta ille″qui venturus erat in mundum.	
	Ieſus ergo quũ cognouiſſet quia vẽturi eſſent vt raperent eum, & facerẽt eũ Regẽ, fugit iterum in mõtem ipſe ſolus.	15	Ieſus ergo quum noſſet futurum vt venirent ac raperẽt ipſum, vt facerent ipſum Regem, ſeceſſit rurſus in montem ipſe ſolus.	
	Vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.	16	Vt autem ſerum *diei* factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.	
Matth.14.c.25 marc.6.f.47 C	Et quũ aſcendiſſent nauim, venerunt trãs mare in Capharnaũ. & tenebræ iã factę erãt, & nõ venerat ad eos Ieſus.	17	Et ingreſſi nauigium, ″ibant trans mare, verſus Capernaum. iam autem tenebræ erant, nec venerat ad eos Ieſus.	Diſcipuli vento agitati in mari.
	Mare autem, vẽto magno flante, exurgebat.	18	Et mare, vento magno flante, inſurgebat.	
	Quũ remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinq; aut triginta, vidẽt Ieſũ ambulantem ſupra mare, & proximũ naui fieri: & timurunt,	19	Quum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & appropinquantem naui: ac timuerunt.	
	Ille autem dicit eis, Ego ſum, nolite timere.	20	Ille verò dixit eis, Ego ſum, ne timete.	Timor.
	Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit ad terram quam ibant.	21	″Cupidè ergo receperunt eum in nauigium: & ſtatim nauigium affuit ad regionem in quam ibant.	
	Altera die turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi niſi vna, & quia nõ introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent:	22	Poſtero die turba quæ ſtabat trans mare, vt vidit quòd nauigiolum aliud non eſſet illic, niſi vnum illud in quod ingreſſi fuerant diſcipuli eius, & quòd non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauigio, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent:	Regem conſtituere volunt Iudæi Chriſtum.
	Aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi mãducauerant panem, gratias agente Dño.	23	Alia verò nauigiola à Tiberiade venerant″prope locum vbi comederant panem, poſteaquam gratias egiſſet Dominus.	
	Quum ergo vidiſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, & venerũt Capharnaum, quærentes Ieſum.	24	Quum ergo vidiſſet turba quòd Ieſus non eſſet illic, neque diſcipuli eius, ingreſſi ſunt & ipſi in nauigia, & venerunt Capernaũ, quærentes Ieſum.	
	Et quum inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quãdo huc veniſti?	25	Et eo inuento trans màre, dixerunt ei, Rabbi, quando huc affuiſti?	Vt ſaturentur quærũt Chriſtũ.
	Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Amẽ amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.	26	Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis panes illos, & ſaturati eſtis.	

11 Diſtribuit diſcipulis, diſcipuli verò diſcumbentibus: διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις: Vulg. diſtribuit diſcumbentibus, id eſt διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις, contra omnium noſtrorum codicum fidem: quibus etiam accedit Cyrilli ac Theophylacti authoritas.

Quantum volebant. ὅσον ἤθελον. In quibuſdam impreſſis exemplaribus legitur ὅσον ἤθελεν quantum volebat, ipſe ſcilicet Ieſus.

12 Ne quid pereat. ἵνα μή τι ἀπόληται. Vulg. ne pereant, quaſi ſcilicet particula τι redũdet. 14 Qui vẽturus erat ὁ ἐρχόμενος Vulg. & Eraſ. qui venturus eſt. atqui ſi iam venerat, impropriè dicitur eſſe vẽturus. 17 Ibant trans mare, verſus Capernaũ. ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Vulg. & Eraſ. conuertunt ἤρχοντο venerũt. Atqui nondũ eò venerant, ſed viã tantùm erant ingreſſi. itaque debuit ſeruari propria ſignificatio præteriti imperfecti, vt vir ſanctæ memoriæ M. Bucerus in hunc locũ annotauit. Deinde πέραν τῆς θαλάσσης Eraſmus nimiũ expreſſè conuertit, traiecto mari, quum (vt ante docui) non traiectus ſit lacus, ſed ſinus duntaxat. Poſtremò εἰς Καπερναοὺμ declarat demum quò contenderẽt. Nam quod ſcribitur Marc. 6. f. 45, iuſſos fuiſſe præire Bethſaida, ideò dictum eſt quòd Bethſaida in via occurrebat proficiſcentibus Capernaum: & fortaſſis Chriſtus dixerat ſe illuc ad eos venturũ. Ideò malui interpretari, verſus Capernaum quàm in Capernaum, cum Vetere interprete & Eraſmo. 21 Cupidè ergo receperunt eũ ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν Vulg. & Eraſ. Voluerũt ergo recipere eum. Atqui ex Matth. 14. d. 32 & 33, item Marci 6. g. 51, omnino apparet eum eſſe ingreſſum nauim, & ſedata tempeſtate, ab iis adoratum qui vnà vehebantur. Ergo illa interpretatio non videtur conuenire, quæ ſcilicet videtur innuere ipſos quidem paratos fuiſſe illũ excipere, ſed nauim ſtatim appuliſſe: quod non conuenit cum aliorum Euangeliſtarũ narratione. Puto igitur verbum ἤθελον opponi illi quod antè dixerat, eos fuiſſe perterritos: ex quo ſcilicet intelligitur ipſos fuiſſe eum auerſatos. nunc igitur agnita eius voce, & mutatis animis, eum quem fugiebant, cupidè accipiunt in nauim. Nam τὸ θέλειν alibi ſæpe obſeruauimus aliquid amplius interdum ſignificare quàm Velle. Sic igitur hunc locũ in vernaculo noſtro ſermone interpretarer, *Ils furent treſcontents de le receuoir dans le baſteau.* 23 Prope locum ἐγγὺς τοῦ τόπου Series ipſa hiſtoriæ oſtendit, opinor, verbum ἦλθε, cum his eſſe conectendũ, vt ſignificetur naues poſtridie, traiecto ſinu, Tiberiade veniſſe prope deſertum Bethſaida, vbi editum fuerat illud ſignum. Ideo non dubitaui collocationem verborum mutare, vt planior eſſet oratio.

Operari cibum,

27 ″Operemini non cibo qui perit,ſed cibo″illi qui permanet in vitam æternam,″quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater″conſignauit,″*id eſt* Deus.

Op⁹ Dei,fides in Chriſtum.

28 Dixerũt ergo ad eum,Quid faciemus vt operemur″opera Dei?

29 Reſpondit Ieſus & dixit eis,Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eũ quem miſit ille.

Miracula petũt.

30 Dixerũt ergo ei,Quod ergo tu edis ſignum,vt videamus & credamus tibi? quid operaris?

Manna.

31 Patres noſtri comederunt manna in deſerto,ſicut ſcriptum eſt, ″Panem cæleſtem dedit eis vt veſcerentur.

32 Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, non dedit vobis Moſes″panem illum cæleſtem: ſed pater meus dat vobis panem illum verè cæleſtem.

Panis verus, Chriſtus.

33 Panis enim ille Dei, is eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo.

Venire ad Chriſtum.

34 Dixerũt ergo ad eum, Domine,da nobis ſemper panem iſtum.

35 Dixit autẽ eis Ieſus,Ego ſum panis ille ″vitæ: qui venit ad me, nequaquam eſuriet:& qui credit in me,non ſitiet vnquam.

Credere in Chriſtum.

36 Sed dixi vobis quòd etiam vidiſtis me,nec creditis.

37 Quicquid dat mihi Pater,ad me veniet:& eum qui venit ad me, non eiicio foras:

38 Quia deſcendi è cælo, vt faciam″nõ voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me.

Fides à Deo, Voluntas Dei.

39 Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me, *id eſt* Patris, vt quic-

27 Operamini nõ cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam,quẽ Filius hominis dabit vobis:‖hũc enim Pater ſignauit Deus.

Suprà 1.d.32'
matth.3.d.17
& 17.a.3

D

28 Dixerunt ergo ad eum,Quid faciemus vt operemur opera Dei?

29 Reſpondit Ieſus & dixit eis, ‖Hoc eſt opus Dei , vt credatis in eũ quem miſit ille.

1.Ioh.3.d.23

30 Dixerũt ergo ei , Quod ergo tu facis ſignum,vt videamus & credamus tibi?quid operaris?

31 Patres noſtri manducauerunt mãna in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt,‖Panẽ de cælo dedit eis manducare.

Exod.16.c.14
nume.11.b.7
pſal.77.c.24
ſapien.16.c.20

32 Dixit ergo eis Ieſus,Amen amẽ dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cælo: ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.

33 Panis enim Dei eſt qui de cælo deſcendit,& dat vitam mundo.

34 Dixerunt ergo ad eum,Domine,ſẽper da nobis panem hunc.

35 Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis vitæ:qui venit ad me,non eſuriet: & qui credit in me,non ſitiet vnquã.

Eccli.24.c.29

36 Sed dixi vobis quia & vidiſtis me, & non creditis.

37 Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet:& eum qui venit ad me,nõ eiiciam foras:

38 Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam,ſed voluntatẽ eius qui miſit me.

39 Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me,Patris:vt omne quod dedit mi

27 Operemini non cibo,&c. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν Vulg.& Eraſ.operemini,non cibum,&c.quod planè barbarum eſt.Reſpondet autem hoc loco τὸ ἐργάζεσθαι verbo Hebræo עבד quod ſignificat operam ſuam ac cultum impendere. Quem ἣν Vel, quam,vt ad ζωὴν referatur.

Conſignauit, ἐσφράγισεν, Id eſt quem indita virtute ſua,quaſi impreſſo ſigillo,tum à cæteris hominibus diſtinxit,vt in eo tãquam antitypo Deus pater appareat:tum etiam (quod Chriſto proprium eſt) huic muneri inaugurauit, Deo ſcilicet homines reconciliandi in vitam æternam.Hanc expoſitionem video Cyrillo & aliis multis eruditis interpretibus probari:quam etiã confirmat ſimilis huius verbi vſus,quod ad priorem quidem partem attinet, 2.Cor.1.d.22.& Eph.1.c.13.Nam hìc quoque Chriſtus ſeſe ad Iudæorum captum accommodans, omnia ad Patrem refert,nulla ſui propriè facta mentione,quatenus Deus eſt,propriè inquam:nam ex conſequenti Diuinitatem quoque ſuam aſſerit,quæ à Patre ſeparari non poteſt.Chryſoſtomus & Theophylactus hoc referre malunt ad teſtimonia quibus Pater tum Chriſtum ipſum pro Filio ſe habere oſtendit,tum etiam ipſius munus confirmauit. Opera enim Chriſti,in quibus Diuina illa virtus clarè eminebat,aperta erant teſtimonia,quibus, tanquam appoſito ſigillo,Pater Filium approbabat.Simili ratione vſurpatum eſt verbum σφραγίζειν ſuprà 3.d.33. *Id eſt* Deus. ὁ Θεός. Vide ſuprà 5.d.19,in hæc verba,Niſi viderit.& e.30. 28 Opera Dei? ἔργα τοῦ Θεοῦ; Heb.pro operibus Diuinis,id eſt,quæ Deus exigit à nobis,ſiue, quæ Deo ſint grata.Nam quia operandi mentio facta erat,& vitæ æternæ,ideò iſti(vt homines ſolent)ſtatim cogitant vitam æternam ab implẽdæ Legis conditione pendére.Neſciunt enim quæ ſit Dei iuſtitia,dum ſuam volunt ſtabilire,neque Chriſtum habent pro Mediatore,ſed pro inſigni aliquo Legiſlatore aut Legis interprete.Itaque Chriſtus eos ad fidem & ad mediatoris officium,id eſt gratuitam reconciliationẽ reuocat, de qua Paulus Rom.3.c.20 & 21.Nam quòd in proximo verſiculo fidem vocat opus Dei, ego quidem non accipio paſſiuè pro opere quod Deus operetur in nobis,(quanuis vera ac pia ſit hæc doctrina,quia fides donum Dei eſt, vt ait Apoſtolus 1.Theſſ.3.a.2.& Eph.2.b.8)ſed potius per μίμησιν explicandum puto.Eſt enim hoc quoque dicendi genus petitum è medio, vt ſiquis ad medicum accedens, ab eo peteret quanta accepta pecunia velit ſibi remedium afferre,& medicus his verbis reſpondeat,Omnis pecunia quam à te peto,hæc eſt,vt mihi cõfidas,& tibi perſuadeas me nihil aliud quàm ſalutem tuam quærere. Si medicus inquam ita reſpondeat, quis ex hoc reſponſo eliciat pecuniam eſſe iſtam confidẽtiam quam medicus ab ægroto flagitat,vt ſanis conſiliis obſequatur?Sunt igitur planè ridiculi (vt alios paralogiſmos omittã) qui ex hoc loco eliciunt fidem eſſe opus,& nos per opera iuſtificari. 31 Panẽ cæleſtem ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Vulg.& Eraſ. è cælo,quaſi nimirum hoc pertineat ad verbum ἔδωκεν,vt ſit hæc conſtructio, Panem ipſis dedit è cælo.Inde orta quæſtio,quomodo Chriſtus neget in proximo verſiculo,Panẽ à Moſe datum è cælo.Atqui Pſalmo 78.c.24,vnde petitum eſt hoc teſtimonium, Manna non dicitur datum è cælo,ſed vocatur דגן שמים id eſt, frumẽtum cælorum ſeu cæleſte.Ergo non agitur de loco vnde datum ſit Manna,quod tamen è cælo & nubibus pluiſſe conſtat: ſed quæritur an hic panis verè ſit cæleſtis. Hoc negat Chriſtus,& ſe vnum potius dicit verè cæleſtem panem eſſe,vt qui in cæleſtem id eſt ſempiternam ac verè beatã vitam paſcat.Mannã tamen fateor,quatenus Chriſtum adumbrabat,rectè à Paulo ſpiritualem eſcam dici.Sed hic rurſus loquitur Chriſtus ex eorum hypotheſi quibuſcum diſſerit:qua de re copioſe ſuprà diximus 5.d.22.Eſt igitur,meo quidem iudicio,duplex in proximo verſiculo inſtituta collatio.vna Moſis, qui ſuos Iſraelitas pauerit Manna,cum cæleſti Patre qui ſuis & ipſe Panẽ cæleſtẽ miſerit. altera ipſius Manna cum Chriſto.Moſes homo erat,Pater Chriſti Deus eſt.Itaque ne Manna quidem dedit nobis Moſes,ſed Pater cuius fuit miniſter Moſes: Manna nõ propriè deſcendit è cælo,ſed ex nubibus,Chriſtus autem verè deſcendit è cælo,nempe è ſinu Patris:Manna hanc duntaxat vitam ſuſtinebat,eámq; ad tempus,Chriſtus ſuos in vitam æternam paſcit. 32 Panem illum cæleſtem: τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ: Rectè annotat Eraſmus additum articulum quo hic panis,nempe Chriſtus,à Manna diſtinguitur.Sed fuit etiam hoc notandum,ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ſubaudiendum eſſe articulum, quaſi ſcriptum ſit,τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ,id eſt,τὸν οὐράνιον,ſiue τὸν ὄντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ,hoc eſt cæleſtem,ſiue qui eſt è cælo, nequis putet coniungendum cum verbo δέδωκεν.Similis eclipſis exemplum habes ſuprà 5.f.36.Rom.8.a.2,& Iac.2.d.26.Eſt autem tranſpoſita particula οὐ,vt etiam infrà verſ.37.alioquin deerit ἀπόδοσις:dicendum enim fuerat,Non Moſes dedit vobis panem illum cæleſtem,id eſt Manna,ſed Pater meus,qui idem nunc vobis panem verè cæleſtem præbet. Chriſtus autem non ita loquitur, neque hoc loco inſtituit eos reprehendere,quòd Moſi tribuerẽt quod ad vnum Deum pertinebat:ſed oſtendit potius verum illius ſigni vſum,quod ipſi in medium protulerant. Manna enim ſymbolum erat Chriſti,vt docet Apoſtolus.Itaque Chriſtus tanto erat excellentior quàm Manna,quanto res ipſa ſigno præſtat. At illi nihil aliud quàm ventrem ſpectabant.

35 Vitæ: τῆς ζωῆς: Id eſt viuificum,ſeu vitalem,ex Hebræorum idiotiſmo toties iam à nobis annotato.

38 Non voluntatem meam, οὐ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, Quomodo hoc ſit intelligendum, expoſuimus ſuprà 5.d.22. Annotat etiam Nanzianzenus concione περὶ υἱοῦ ſecunda,in huiuſmodi dicendi generibus ſæpe nihil poni,ſed negari duntaxat omnia,veluti, ſi dicas Chriſtum nõ eſſe traditum in mortem propter ſua peccata,ſed propter noſtra:non tamen ponis vllum in Chriſto fuiſſe peccatum.Item quum dicit Paulus Tit.3.a.5, nos non eſſe ſeruatos ex operibus iuſtis quæ nos fecerimus,ſed ex Dei miſericordia, nõ ponit vlla in nobis iuſta opera,quibus noſtra ſalus tanquam cauſa nitatur:quod exemplum citat Nanzianzenus eo loco. Sic igitur negat Chriſtus ſe veniſſe vt voluntatem ſuam faceret , id eſt pro-

priam quandam voluntatem à Patris voluntate ſeparatam,quam certè nullam habuit. Nam quæcunque in ipſo fuit voluntas, ſeu Diuina ſeu humana,diſtincta quidem fuit in ſeſe à Patris voluntate:at non ſeparata, ſicut Iudæi imaginabantur: vt qui Chriſtum nō intelligerent eſſe ex Spiritu ſancto conceptum,ideóque ab omni peccati labe purum. Cæterùm in hoc verſiculo tranſpoſita eſt negans particula , vt etiam ſuprà verſu 32. Eraſ. quoque τὸ θέλημά μου elegantius vertit, quod ego volo. Idem tamē ab hac ſimplicitate loquendi nō abhorruit Matth. 7.c.21, & 12.d.49.

	hi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.		quid mihi dederit, non perdam ex eo , ſed ſuſcitem illud in vltimo illo die.	
E	Hæc eſt autē voluntas Patris mei qui miſit me, vt omnis qui videt Filium,& credit in eum, habeat vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.	40	Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me, vt omnis "qui videt Filium,& credit in eum,habeat vitam æternam: ego verò ſuſcitabo eum in vltimo illo die.	Vita.
	Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, Ego ſum panis qui de cælo deſcendi.	41	Murmurabant ergo Iudæi de eo, quia dixerat, Ego ſum panis ille qui è cælo deſcendi.	Scandalizantur in Chriſto.
Matth. 13.g.55	Et dicebant,‖Nónne hic eſt filius Ioſeph,cuius nos nouimus patrē & matrem? quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo deſcendi?	42	Et dicebant, "Nónne hic eſt Ieſus,filius Ioſeph,cuius nos nouimus patrem & matrē? quomodo ergo dicit iſte,E cælo deſcēdi?	
	Reſpondit ergo Ieſus & dixit eis, Nolite murmurare in inuicem.	43	Reſpondit ergo Ieſus & dixit eis,Nolite murmurare inter vos.	
	Nemo poteſt venire ad me,niſi Pater qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.	44	Nemo poteſt venire ad me,niſi Pater qui miſit me,traxerit eū: ego verò ſuſcitabo eum in vltimo illo die.	Fides in Chriſtū, à Patre eſt.
Eſa. 54.c.13 ierem. 31.f.33	Eſt ſcriptum in Prophetis,‖Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre & didicit,venit ad me.	45	Eſt ſcriptum "in Prophetis,Et erunt "omnes "docti à Deo. Quiſquis ergo audiuit à Patre & didicit,venit ad me.	Docti à Deo.
Matth. 11.d.27	Non quia Patrem vidit quiſquā, ‖niſi is qui eſt à Deo,hic vidit Patrem.	46	"Non quòd Patrem viderit quiſquam, niſi is "qui eſt à Deo,hic vidit Patrem.	
	Amen amen dico vobis qui credit in me,habet vitam æternam.	47	Amen amen dico vobis, "qui credit in me,habet vitam æternā.	Fides. Vita.
Exod. 16.c.15	Ego ſum panis vitæ.	48	Ego ſum panis ille vitæ.	Panis vitæ.
	Patres veſtri manducauerunt ‖mānna in deſerto,& mortui ſunt.	49	Patres veſtri comederunt Manna in deſerto,& mortui ſunt:	
F	Hic eſt panis de cælo deſcendēs, vt ſiquis ex ipſo manducauerit,non moriatur.	50	"Hic eſt panis ille qui è cælo deſcendit, vt qui eo veſcatur,non moriatur.	Caro Chriſti.
	Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſiquis māducauerit ex hoc pane,viuet in æternum: & panis quē ego dabo,caro mea eſt pro mūdi vita.	51	Ego ſum panis "viuificus qui è cælo deſcendi: ſiquis ederit "ex hoc pane,viuet in æternū:panis autem quem ego dabo,caro mea eſt,quam ego dabo pro mundi vita.	
	Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicētes , Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandū?	52	Pugnabant ergo Iudæi alii aduerſus alios,dicentes,Quomodo poteſt hic nobis carnem *ſuam* dare vt veſcamur?	
	Dixit ergo eis Ieſus , Amen amen dico vobis , niſi manducaueritis car-	53	Dixit ergo eis Ieſus,Amen amen dico vobis,niſi ederitis carnē	

40 Qui videt ὁ θεωρῶν Annotat Lactātius ex Triſmegiſto θεωρίαν propriè dici Diuinarum rerum contemplationē:quæ ſignificatio haud ſcio an conueniat. Sed notandum eſt ex hoc loco,duplicem eſſe cognitionem Chriſti, vnam vniuerſalem,qua etiam præditi diaboli dicuntur credere,Iac. 2.d.19:alteram fidelium propriam qua ſibi applicant promiſſiones generales. Ideo quum dixiſſet Iohānes ὁ θεωρῶν,addit ὁ πιστεύων.

42 Nonne hic eſt Ieſus, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς, In Vulgata editione omittitur nomen Ieſus,quod tamen non videtur ſua carere emphaſi. Ita enim indicant illi ſe eum optimè noſſe,atque adeò de ipſo nomine , vt falli non poſſint. Cyrillus quoque & Chryſoſtomus ita legunt, quanuis hanc rationem non afferant.

45 In Prophetis, ἐν τοῖς προφήταις, Ita ſcriptum habebant omnes noſtri codices,quanuis ex vno Eſaia ſit petitus hic locus. Sed facilis eſt hic nodus ad explicandum. Notum eſt enim Hebræos diuidere Vetus teſtamentum in tres ordines, videlicet in תורה Legem, נביאים Prophetas,& כתובים ſcripta,ſiue hagiographa. Hìc igitur citatur ſecūda ſectio illa Veteris teſtamēti,cuius pars eſt Eſaias.

Omnes πάντες Omnes ſcilicet filii Eccleſiæ,vt diſertè additur Eſa. 54.c.13, id eſt ordinati ad vitam, Act. 13.g.48. Nam ne omnes quidem audiunt,ſi de ſingulis accipias,nedum vt omnes accipiant credendi (vt vulgò dicūt ſophiſtæ) poſſibilitatem. Qui ergo abutuntur hoc teſtimonio vt tollant diſcrimen inter vaſa honoris & vaſa contumeliæ deſtinata , aut nimium imprudenter aut admodum impudenter faciunt.

Docti à Deo. διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. Plus eſt διδακτὸν eſſe quàm μαθητὴν. multi enim diſcipuli diſcedunt, quia non didicerunt,vt infrà verſu 66. Is demum autem eſt θεοδίδακτος, qui trahitur: cui ſcilicet datum eſt & audire & diſcere,ideſt per fidem venire ad Filium,à quo nunquam eiicitur foras. Vulg. docibiles Dei,barbarè & nimium obſcurè.

46 Non quòd οὐχ ὅτι Hæc oratio planè videtur mutila,qualia multa in cōmuni ac populari ſermone dicuntur. Eſt autem plena hæc ſententia, Omnes qui audierunt à Patre & didicerunt,veniunt ad me. Neque tamen exiſtimandum eſt quenquam Patrem vidiſſe, à quo ſcilicet audiat ac diſcat. Nam nemo vidit Patrē niſi vnus Filius. Itaque Pater nonniſi per eū ipſum nos docet ad quem nos vocat. Qui eſt à Deo, ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ, Quum hìc agat de cognitione Dei quam ait propriam eſſe Filio,non dubium eſt quin ex communi hominum ſorte ſe eximat. Ideo ſcripſit noſter Euangeliſta , Filium qui in ſinu Patris eſt,nobis enarrare Patrem. Itaque παρὰ τοῦ θεοῦ aliquid amplius declarare puto quàm ſimplicem miſſionem à Deo. vt infrà 7.d.29. Nam παρὰ veluti cognationem & coniunctionem declarat,vt Mar. 3.c.21. Quid enim Patri coniunctius quàm Filius? Senſim igitur Chriſtus iſtos reuocat à contemptibili hominis ſpecie ad contemplationem Diuinæ naturæ cum homine coniunctæ:cuius tamen plenitudinem non in ſeipſo,ſed in Patre ipſis proponit,ad illorum captum ſuam orationem accommodans.

47 Qui credit in me, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, Hìc neſcio quid venerit in mentem Eraſmo,vt contra ſuum morem verteret, qui confidit mihi. Certè confidentia ea eſt quam πεποίθησιν vocat Paulus,& à fide non minus diſtinguenda eſt quàm effecta diſtinguūtur ab efficientibus cauſis.

50 Hic eſt οὗτός ἐστιν. δεικτικῶς hæc ſunt accipienda. Nam quum hoc dicit,ſeipſum commonſtrat,vt etiam infrà verſu 58.

51 Viuificus ὁ ζῶν Id eſt,qui vitam dat mundo,vt ſuprà expoſuit,verſu 34. Itaque malui Viuificum interpretari quàm Viuum,aut Viuētem: quia vt aliquis viuat, non tamen neceſſariò intelligitur hanc vitam aliis impartiri: qui verò viuificus eſt, idem etiam viuat neceſſe eſt. Nam plus eſt ζωοποιεῖν quàm τρέφειν. Suprà tamen 4.b.10, ὕδωρ ζῶν aquam viuam conuerti,vt ſeruaretur antitheſis aquæ ex puteo hauſtæ.

Ex hoc pane, ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, Hilarium annotat Eraſmus libro de Trinitate x,ita hunc locum citare,vt legiſſe videatur ἐκ τοῦ ἄρτου μου,ex pane meo. Quod autem idem Eraſmus Panis appellatione doctrinam intelligit,in eo non poſſum illi aſſentiri,quum Chriſtus ipſe apertiſſimè declaret ſeipſum potius eſſe illum panem de quo hìc agitur. imò verò ne fructus quidem ipſos,quos ex Chriſto percipimus,puto panem dici. Quanuis enim non alium Chriſtum agnoſcam quàm eum qui verbo Dei docetur:neque aliunde petam ſapientiā, iuſtitiam,ſanctificationem, redemptionem,quàm à Chriſto:tamen Chriſtum ipſum & à doctrina & à ſymbolis atque adeò à ſuis donis ac beneficiis diſtinguo. Agi autem hìc de ipſa Chriſti ſubſtantia, cuius nos oporteat per fidem fieri participes,apertius eſſe puto quàm vt quiſquam inficietur qui hāc concionem attentè legerit.

Filii hominis,& biberitis eius ſanguinẽ,″nõ habetis vitã in vobis.

Mãducare carnẽ Christi,&bibere eius ſanguinem.

54 Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitã æternam:& ego ſuſcitabo eum in vltimo illo die.

55 Caro enim mea verè eſt cibus,& ſangis meus verè eſt potus.

56 Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in ipſo.

57 Sicut miſit me′Viuens ille Pater,′& ego viuo′per Patrem:ita & qui ederit me,viuet ipſe quoque per me.

58 Hic eſt panis ille qui de cælo deſcendit: non ſicut comederunt patres veſtri manna, & mortui ſunt: qui ederit hunc panem, viuet in æternum.

59 Hæc dixit in ſynagoga docens,in Capernaum.

60 Multi ergo ex diſcipulis eius *his* auditis dixerũt,Durus eſt hic ſermo:quis poteſt eum audire?

Scandalum.

61 Sciens autẽ Ieſus apud ſe quòd murmurarent de hoc diſcipuli ipſius,dixit eis,Hoc vos offendit?

62 *Quid* igitur ſi ſpectaretis Filium hominis aſcendentem eò vbi erat prius?

Spiritus.
Caro.
Fides.

63 Spiritus eſt qui viuificat,caro non prodeſt quicquã. verba quæ ego loquor vobis,ſpiritus ſunt,& vita ſunt.

64 Sed ſunt quidã ex vobis qui non credunt.Nouerat enim à principio Ieſus qui eſſent *ii* ″qui non credebant, & quis proditurus eſſet ipſum.

65 Et dicebat, Propterea dixi vobis quòd nemo poteſt venire ad me,niſi fuerit ei datum à Patre meo.

nem Filii hominis , & biberitis eius ſanguinẽ,nõ habebitis vitã in vobis.

1.Cor.11.f.27

54 Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam : & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

55 Caro enim mea verè eſt cibus,& ſãguis meus verè eſt potus.

56 Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſãguinem, in me manet,& & ego in illo.

57 Sicut miſit me Viuens Pater,& ego viuo propter Patrẽ: & qui manducat me,& ipſe viuet propter me.

58 Hic eſt panis qui de cælo deſcendit: non ſicut manducauerunt patres veſtri manna,& mortui ſunt:qui mãducat hunc panem,viuet in æternum.

G

59 Hæc dixit in ſynagoga docẽs,in Capharnaum.

60 Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt,Durus eſt hic ſermo:& quis poteſt eum audire?

61 Sciens autem Ieſus apud ſemet ipſum quia murmurarẽt de hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc vos ſcandalizat?

62 Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem|vbi erat prius?

Suprà 3.b.13

63 Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt qcquã,verba quæ ego loquutus ſum vobis,ſpiritus & vita ſunt.

64 Sed ſunt quidam ex vobis qui non credunt.Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent non credentes,& quis traditurus eſſet eum.

65 Et dicebat , Propterea dixi vobis quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.

53 Non habetis οὐκ ἔχετε Quidã conuertunt,habebitis,vt Matth.26.a.11.Sed mihi quidem videtur maxima eſſe emphaſis temporis præſentis. Nam ſi futurum vſurpaſſet, videri poterat Chriſtus non dare vitam, ſed duntaxat conſeruare: quaſi dixiſſet, vitam deinceps nõ habituros,id eſt amiſſuros.At quum dicit eos vitam non habere in ſe,id eſt,eos non viuere qui Filium hominis non poſſideant: intelligimus Chriſtum eſſe vitæ authorem:ſiquidem eius præſentiam vita comitatur,& vbi non eſt,ibi mors regnat. Non eſt ergo temporis catachreſis,vt Eraſmus exiſtimauit. Cæterùm in vno codice vetuſto mirum quiddam deprehendimus. nam poſt ἐν αὐτῷ, qui eſt finis verſiculi 56, adſcripta hæc erant, Καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ,Id eſt,Sicut in me Pater *eſt*,ita & ego in Patre. Amen amen dico vobis,niſi acceperitis corpus Filii hominis vt panem vitæ,nõ habetis vitam in ipſo.Hæc ego ſicut temere non expunxerim,ac præſertim priorem partem,quæ totidem verbis alibi repetitur: ita non facilè admiſerim,quum in vno illo exemplari ſint à nobis reperta.Certè alteram partem ſuppoſitã eſſe ſuſpicor,quia ſimile nihil alibi inuenio.Neque enim vſquam fit mẽtio ſumendi corporis,prætcrito ſanguine:& exemplar illud vnde hæc deſumpſimus,fuerat in Italia collatum, vbi facilè fuit aliquid ſubiicere in Boëmorum,id eſt,Euangelii odium. 57 Viuens ille Pater, ὁ ζῶν πατὴρ, Articulum neglexit Vetus interpres,& Eraſmus quoque,minimè tamen otioſum hoc loco. Quum enim oſtendere vellet Chriſtus vnde manaret vita illa perennis quã ſuis impertitur, auditores ſuo more relegat ad Patrem,à quo ſignificat ſe,quatenus ſcilicet homo eſt miſſus à Patre, vim iſtam viuificam accepiſſe.Ergo primo loco diſtinguendus fuit Pater à cæteris patribus:quod quidem factum eſt addito Viuentis epitheto,quod propriè vni Deo æterno & immutabili conuenit.Pendet autem hæc diſtinctio ab articulo. Et ego viuo κἀγὼ ζῶ Particula כן id eſt,Ita, in accommodatione cõparationis ſæpe deeſt apud Hebræos,vt alibi annotauimus.Eam igitur nonnulli hoc loco ſupplentes,conuerterunt,ita & ego viuo. Atqui ſi hæc eſſet altera pars collationis,dicendum fuerat potius,Sicut viuit Pater qui me miſit,ita &ego viuo:quemadmodum etiam quidam nuper auſus eſt interpretari.Ego verò id facere non auſim. ſequor igitur Cyrillum,qui alteram partem collationis differt in proximum membrum, vt ſit hæc ſententia,Miramini quòd carni meæ ac ſanguini,id eſt, mihi qui homo ſum,vim iſtam viuificandi tribuam, adeò vt extra me vita nulla ſit? miſſus ſum à Patre,qui fons eſt vitæ,atque adeò vita ipſa, neque alia eſt vita mea quàm Patris.quid mirum eſt igitur,ſi quemadmodũ Pater meus vita eſt,& me viuificat,ita & ego eadẽ vi polleam erga eos in quibus habito?Neque enim duntaxat ſum profectus à Patre,ſed ab eo ſum miſſus:cui tandem rei?nempe viuificandis aliis,ſicut ille me viuificauit. Per Patrem: διὰ τὸν πατέρα: Vulg.& Eraſ.propter Patrem.Sed & Cyrillus diſertè annotat,ſignificari æternam duntaxat Filii generationem,vt διὰ τὸν πατέρα non declaret,quia vitã à Patre recipiat,ſed propterea quòd naturaliter ex Viuente Patre ſit genitus.Sic enim vir iſte non minus doctus quàm pius Diuinitatis Chriſti aſſertor,reſpondendum putauit illis qui abutentes hoc teſtimonio,Chriſtum Deum faciebant Patre minorem.At ego(quod veterum pace dixerim)in ea ſum opinione vt Chriſtum credam de ſe vt homine loqui: quod tota concionis ſeries oſtendit,& crebra illa carnis ac ſanguinis repetitio.Deinde ratio antitheſis poſcit vt διὰ τὸν πατέρα non aliter interpreteris,quàm δι' ἐμὲ,quod proximè ſequitur.Atqui res ipſa clamat,huc pertinere totam hanc cõcionem,nõ vt ſciamus nos propter Chriſtũ viuere,ſed vt cognoſcamus nos per Chriſtum viuere, id eſt,ab vno Chriſto vitam æternam haurire,ſi fide ipſum amplectamur.Itaque non dubito quin διὰ τὸν πατέρα poſitum ſit pro διὰ τοῦ πατρός,vt δι' ἐμὲ pro δι' ἐμοῦ. Nã,vt obiter hunc locum explicem alioqui ſatis difficilem , Chriſtus ſignificat ſe,quanuis homo eſſet, tamen viuificam carnem habere, non ex ipſa carnis natura per ſe, ſed quia caro illa ſua per Patrẽ viuebat,id eſt,vim illam viuificã à Patre hauriebat,à quo miſſa erat,ex eius ſcilicet Spiritu cõcepta,&in ſeruãdis fidelibus deſtinata. At enim,dices,iſta carnis Chriſti viuificatio à natura Diuina oriebatur ipſi vnita,nõ autem ſimpliciter à Patris perſona, ſed κατά τι,quatenus ſcilicet Filius,vnus Deus eſt cum Patre ac Spiritu ſancto.Fateor quidem ita eſſe. ſed(vt ſæpe iam repetii)Chriſtus,quanuis Diuinam ſuam naturam ſimpliciter non declaret,Iudæorum ſcilicet ruditati hoc cõdonans, omniáque Patri referat accepta, reipſa tamen ſe Deum pronuntiat,quum Deum Patrem vocat, quum ſe è cælo deſcendiſſe,ſe vitam quam à Patre acceperit,ita habere in ſemetipſo dicit, vt ille in ſemetipſo habet,id eſt,minimè extrinſecam,aut κατὰ συμβεβηκὸς, ſed ita aduentitiam,quod ad carnem attinet, vt naturaliter tamẽ intus ſit,& ſuapte vi ſit efficax.quod vno verbo abſoluit Paulus, quum diceret plenitudinem Deitatis in Chriſto corporaliter habitare.Hæc autem qui cognouerit,facilè intelliget quid illud ſit quod inquit paulo pòſt,Carnem nõ prodeſſe quicquam,ſed Spiritum eum eſſe qui viuificet: &quàm parum appoſitè nonnulli eum locũ ſint interpretati.Spiritus enim vim illam declarat à Deo manantem:quæ facit vt caro Chriſti,quæ alioqui per ſe nihil eſſet quàm caro,& in ſe & in nobis ſit viuifica. 64 Qui non credebant, οἱ μὴ πιστεύοντες, In vno codice ſcriptum erat οἱ πιστεύοντες,qui credebant,& ita legit Cyrilli interpres,& Chryſoſtomi quoque.

Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. 66

Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nũquid & vos vultis abire? 67

Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitę æternæ habes: 68

Matth.16.c.16

Et nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei. 69

Reſpondit ei Ieſus, Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus, diabolus eſt? 70

Dicebat autem Iudam Simonis Iſcariotē: hic enim erat traditurus eũ, quum eſſet vnus ex duodecim. 71

Cap. VII.

POſt autem ambulabat Ieſus in Galilæa: non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. 1

Erat autē in proximo dies feſtus Iudæorum, Scenopegia. 2

Leuit.23.f.34

Dixerũt autē ad eũ fratres eius, Trãſi hinc, & vade in Iudæã, vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. 3

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palàm eſſe. ſi hęc facis, manifeſta teipſum mundo. 4

Neque enim fratres eius credebãt in eum. 5

Dicit ergo eis Ieſus, Tempus meũ nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. 6

Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt. 7

B

Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc: ego nondum aſcendã ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. 8

Hæc quum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. 9

Vt autem aſcenderũt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. 10

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille? 11

Et murmur multum erat in turba de eo: quidam enim dicebant, Quia bonus eſt: alii autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas. 12

66 Ex eo multi diſcipulorum eius″pedem retulerunt: nec amplius cum eo verſabantur.

67 Dixit ergo Ieſus″duodecim illis, Num & vos vultis abire?

Diſcipuli ſcandalizati, recedũt à Chriſto.

68 Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes:

Verba vitæ.

69 Et nos credimus & cognouimus quòd tu es Chriſtus, ille filius Dei Viuentis.

Confeſſio Apoſtolorum.

70 Reſpondit eis Ieſus, ′Nónne ego vos duodecim elegi, ſed vnus ex vobis eſt diabolus?

Diabolus Iudas.

71 Loquebatur autem de Iuda Simonis *filio* Iſcariota: futurum enim erat vt hic proderet eum, quum eſſet vnus ex illis duodecim.

Cap. VII.

1 V′Erſabatur autē Ieſus poſt hæc in Galilæa: ″nõ enim volebat in Iudæa verſari, quia quærebant eum Iudæi interficere.

Ieſus fugit Iudæos homicidas

2 Propè autem erat feſtum Iudæorum″Scenopegia.

3 Dixerunt igitur ad eum fratres eius, Digredere hinc & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis.

Scenopegia.

4 Nemo enim in occulto facit aliquid, & quærit ipſe ′celebris eſſe. ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo.

5 Nam ne fratres quidem eius credebant in eum.

Affines Chriſti infideles.

6 Dicit ergo eis Ieſus, Tempus meum nondum adeſt: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

7 Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtor de eo quòd opera eius mala ſint.

Chriſtus quare odio habitus.

8 Vos aſcendite ad feſtum hoc: ″ego nondum aſcendo ad hoc feſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt.

9 Hæc autem quum dixiſſet eis, manſit in Galilæa.

10 Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum, non manifeſtè, ſed velut in occulto.

11 Iudæi ergo quærebant eum in feſto, & dicebant, Vbi eſt ille?

12 Et murmur multum erat in turba de eo: alii quidem dicebant, *vir* bonus eſt: alii autem dicebant, Non: ſed ſeducit turbam.

Iudicium populi de Chriſto.

66 Pedem retulerunt: ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω: Vulg. ad verbum, abierunt retro. Eraſmus, deſciuerunt, eo relicto. Ego ſtudui nõ tam procul recedere à Græcis, quin ipſam formulam tranſlatitiè ſaltem exprimerem. Nam quod hìc philoſophatur Chryſoſtomus, allegoricum eſt, nec ſatis (vt opinor) accommodatum. 67 Duodecim illis, τοῖς δώδεκα, Hìc omnino videtur fuiſſe exprimendus articulus, quia iſtos duodecim opponit reliquis, tanquam ſelectos. Sic etiam infrà verſu 71.

70 Nónne ego οὐκ ἐγὼ Id eſt, Ego certé. Solent enim Hebræi in huiuſmodi affirmationibus adhibere interrogationem.

IN CAPVT VII.

1 Verſabatur περιεπάτει Id eſt ἀνεστρέφετο. Sic etiam accipitur ſuprà 6.g.66, & in hoc eodem verſiculo. Non enim volebat οὐ γὰρ ἤθελεν Sic habebant omnes noſtri codices. Apparet tamen Chryſoſtomum legiſſe οὐκ ἠδύνατο, vel οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, id eſt, non poterat, ſicut rectè obſeruauit Eraſmus. Sic quoque videtur legiſſe Auguſtinus. De Cyrillo nihil certi poſſum ex ipſius interpretatione colligere. ſed vtcunque ſit, eadem manet ſententia. Nam idcirco non poterat, quia nolebat: vt diximus Mar.6.a.5, quam ſpeciem ἀδυνάτου Nazianzenus ἀβουλήτου appellat. 2 Scenopegia. σκηνοπηγία. Sic dicitur à Græcis hoc feſtum à figendis tabernaculis, ab Hebræis חג הסוכות, quòd ſub tabernaculis totos ſeptem dies agerent, ex Domini mandato, Leuitici cap.23. Itaque miſerabilis eſt eorum inſcitia qui Scenophagia legunt & interpretantur. Cæterùm qui de hac re volet multas nugas audire, legat Plutarchum libro συμποσιακῶν δ′, κεφ. ε′.

4 Celebris ἐν παρρησίᾳ Ad verbum, cum celebritate. Nam παρρησία quum propriè declaret publicã ac ingenuam loquendi libertatem, paſſiuè hìc videtur accipi: vt is dicatur eſſe ἐν παρρησίᾳ, qui publicè omnium ſermonibus celebratur. Sed & aliter licebit interpretari, εἶναι ἐν παρρησίᾳ, haberi pro eo qui liberè & ingenuè dicat quod res eſt. quod de Chriſto profitētur ipſi eius aduerſarii, Matth.22.b.16. Vulg. in palàm, quia ſcilicet παρρησίᾳ interdum aduerbialiter accipitur pro φανερῶς, vt Marc.8.d.32, & infrà verſu 13.

8 Ego nondum aſcendo ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω In vno codice deerat totum hoc membrum, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην. in quibuſdam verò nõ legitur ταύτην. Ego hanc varietatem lectionum inde ortam ſuſpicor, quòd in nonnullis codicibus ſcriptum erat, ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non aſcendo. quam lectionem ſequitur etiam Cyrillus. Theophylactus videtur neſcioquid diuerſum legiſſe. Nam in ipſius Romano exemplari vitioſè ſcriptum eſſe puto οὔτε. Quia igitur Chriſtus paulo pòſt ad feſtum profectus eſt, multi in hoc explicando nodo ſe torſerunt. Cyrillus ita hæc conciliat, vt Ieſum dicat non aſcendiſſe vt feſtum ageret, ſed vt Iudæos moneret. Alii expunxerunt ταύτην, quaſi ita impoſuerit cognatis, non deſignato feſto ad quod ſe non venturum diceret. Nonnulli etiam totum hoc membrum vt adulterinum reiecerũt. Ego verò, vt meum quoque ſymbolum conferam, niſi in pleriſque, id eſt, in quindecim vetuſtis Stephani noſtri codicibus ſcriptum reperiſſem οὔπω, quam lectionem diſertè etiam approbat Chryſoſtomus, ſanè legendum cenſerem ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non aſcendo, & ita quidem vt ſeruetur propria præſentis ſignificatio. Nam qui dicit, Nondum aſcendo, occaſionem præbet auditori, quærendi quando igitur ſit aſcenſurus. quod non videntur fuiſſe prætermiſſuri iſti qui Chriſto tantopere inſtabãt. Qui verò dicit, Non aſcendo, nõ planè negat ſe aſcenſurum, ſed ſignificat ſibi nondum eſſe conſtitutum an ſit aſcenſurus nécne. quæ interpretatio nullũ locum relinquit inconſtantiæ aut ſimulationi, nedum mendacio: à quibus vitiis ſcimus Chriſtum longiſſimè abfuiſſe. Cæterùm quinam hìc vocentur Chriſti fratres, video inter veteres non conſtare. Alii enim fratres Chriſti hos fuiſſe volunt ὁμοπατρίους, Ioſephi ſcilicet ex alia vxore filios: quod imprimis tradit Epiphanius: alii verò duntaxat cognatos intelligunt, ex Hebræorum idiotiſmo omnibus noto. quorum opinionem potius amplector, vt qui videam veteres in illis radendis, inter ſe non conſentire.

Nullus tamen"palàm loquebatur de eo,propter metũ Iudæorũ. 13

Nemo tamen palàm loquebatur de illo,propter metum Iudæorum.

Chriſtus docet.

Feſto autem *die* iam dimidio, aſcendit Ieſus in templum , ac docebat. 14

Iam autem die feſto mediante,aſcẽdit Ieſus in templum,& docebat.

Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo iſte literas nouit, quum non didicerit? 15

Et mirabãtur Iudæi,dicentes, Quomodo hic literas ſcit , quum non didicerit?

Chriſtus Patri omnia tribuit.

Reſpondit eis Ieſus & dixit,Mea doctrina"non eſt mea,ſed eius qui miſit me. 16

Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Mea doctrina non eſt mea,ſed eius qui miſit me.

C

Siquis voluerit voluntatem eius facere,cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit,an ego à meipſo loquar. 17

Siquis voluerit voluntatem eius facere,cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit,an ego à meipſo loquar.

Qui à ſemetipſo loquitur,gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit ipſum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt. 18

Qui à ſemetipſo loquitur , gloriam propriam quærit: qui autẽ quærit gloriam eius qui miſit eum,hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Nónne Moſes dedit vobis Legem,& *tamen* nemo ex vobis"factis præſtat Legem? quid me quæritis trucidare? 19

Nõnne Moyſes |dedit vobis Legẽ: & nemo ex vobis facit Legẽ? |Quid me quæritis interficere?

Exod.24.a.3
Suprà 5.c.18

Blaſphemia.

Reſpondit turba & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit trucidare? 20

Reſpondit turba,& dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

Reſpõdit Ieſus & dixit eis,Vnũ opus feci, & omnes miramini. 21

Reſpõdit Ieſus, & dixit eis, Vnum opus feci,& omnes miramini.

In ſabbatho licet bene operari

"Attamen Moſes dedit vobis Circuncisionẽ,(nõ quòd ex Moſe ſit,ſed *quia* ex Patribus,)& ſabbatho circunciditis hominem. 22

Propterea Moyſes |dedit vobis Circuncisionem:(non quia ex Moyſe eſt, ſed ex |Patribus,) & in ſabbatho circunciditis hominem.

Leuit.12.a.3
Gen.17.b.10

Si Circũciſionem accipit homo ſabbatho,vt non ſoluatur"Lex Moſis,mihi indignamini quòd totum hominem ſanum fecerim ſabbatho? 23

Si Circũciſionem accipit homo in ſabbatho,vt non ſoluatur Lex Moyſi: mihi indignamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho?

D

Iudicare.

Ne iudicetis"ſecundum ſpeciem,ſed iuſto iudicio iudicate. 24

|Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Deuter.1.c.16

Dicebãt ergo quidam ex Ieroſolymitanis, Nónne hic eſt quem quærunt trucidare? 25

Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis, Nónne hic eſt quem quærunt interficere?

At ecce palàm loquitur,& nihil ei dicunt : num verè cognouerunt principes quòd hic verè eſt Chriſtus ille? 26

Atqui ecce,palàm loquitur,& nihil ei dicunt: nunquid verè cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?

Sed nouimus vnde hic ſit: quum autem venerit Chriſtus,nemo "cogniturus eſt vnde ſit. 27

Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem quum venerit , nemo ſcit vnde ſit.

Clamabat ergo Ieſus in templo, docens ac dicens , Et me noſtis,& vnde ſim noſtis,& à meipſo non veni,ſed eſt verax qui miſit me,quem vos non noſtis. 28

Clamabat ergo Ieſus in tẽplo,docens , & dicens, Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis,& à meipſo nõ veni, ſed eſt verus qui miſit me, quẽ vos neſcitis.

13 Palàm παῤῥησίᾳ Vel,liberè: ex quo intelligimus Iudæorum principes nihil magis optaſſe quàm ſepeliri eius famã. Hi ſunt enim quos vocat Iudæos,opponens ſcilicet Galilæis,& rudi vulgo qui ad feſtum conuenerat. 16 Non eſt mea, οὐκ ἔστιν ἐμή, Id eſt,mihi non eſt laboribus quæſita & ex doctorum diſciplina,ſed data mihi Diuinitus à Patre. quam vulgò ſcientiam infuſam vocant : quod Platoni præbuit occaſionem comminiſcendæ illius ἀναμνήσεως,tantopere à nonnullis Platonicis potius quàm Chriſtianis celebratæ. Loquitur ergo Chriſtus non ſimpliciter,ſed ex Iudæorum hypotheſi,vt diximus ſuprà 5.d.22. 19 Factis præſtat ποιεῖ Vulg. ad verbum, facit. Sed Eraſmus rectè quæſiuit periphraſin. Nam facere etiam dicitur Legem, qui Legem imponit,non tamen apud Hebræos.

22 Attamen διὰ τοῦτο Vel,Atqui. Vulg.& Eraſ. Propterea. Itaque hic locus multos exercuit,dũ quærunt cuius rei afferatur ratio: neque ſanè adhuc inueni qui meo iudicio ſatis idoneam interpretationem afferret illius lectionis. Nam Chryſoſtomus non attingit. alii quoque multi tranſiliunt. Cyrillus obſcurè refert ad id quod ſequitur, Circunciſionem non eſſe ex Moſe,ſed ex Patribus, quum hoc ſit extra cauſæ ſtatum,& dicti tantùm correctio. Non deſunt qui legant διὰ τό, repugnante prorſus Græca conſtructione . alii etiam aliud afferunt. Mihi verò imprimis placet perturbatam eſſe diſtinctionem,& διὰ τοῦτο eſſe ſuperiori verſiculo adiungendũ, vt legamus καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο, id eſt,& omnes de eo [vel, propterea]admiramini: deinde ſequatur Μωσῆς δέδωκεν, Moſes dedit,&c. Hæc coniectura pridem mihi in mentẽ venerat, quum ecce in Theophylacto Romano diſertè ita ſcriptum & diſtinctũ hunc locum inuenio: quæ res in ea coniectura magnopere me confirmauit, quum præſertim ſimilis conſtructio verbi θαυμάζειν occurrat Mar.6.a.6. Nihil tamen volui in recepta lectione mutare, quũ alia ratione poſſit etiam perſpicuus ſenſus elici, nempe ſi διὰ τοῦτο accipiamus non tanquã illatiuam particulam quam vocant(id eſt,quæ ex præcedentibus aliquid colligi oſtendat)ſed pro aduerſatiua, Atqui, Attamen,vel Sed tamen,ſicut nos conuertimus . Nam conſtat inchoari argumentum quo ſuperiora conuellantur. Eſt autem hæc ſignificatio petenda ex Hebræorum idiotiſmo,apud quos לכן,quum propriè ſignificet διὰ τοῦτο,ſeu διὸ vel διότι,id eſt,Ideo,vel Idcirco: interdum tamen accipitur pro Atqui & Attamen, vt Oſee 2.c.14, vbi quum Dominus adulteræ vxoris ſcelera commemoraſſet,& multa eſſet illi comminatus, ſtatim ſubiicit, Attamen ego blanditiis alliciam eam. qui locus videtur nõ ſatis fideliter adhuc fuiſſe expreſſus. 23 Lex Moſis ὁ νόμος Μωσέως, Id eſt,ſi Lex Circunciſionis à Moſe data tanti ſit apud vos, vt non dubitetis etiam ſabbatho circuncidere hominem, num meritò apud vos reprehendor, quòd hominem totum ſanarim ſabbatho? Vera igitur & germana eſt hæc diſtinctio,quam etiam ſequutum eſſe Epiphanium apparet ex iis quæ ſcripſit κατ᾽ Ἐβιωναίων,non procul à fine. Cyrillus tamẽ exiſtimat iſta aliter collocanda,hoc modo ſcilicet, Si Circunciſionem accipit homo ſabbatho, mihi indignamini quòd totum hominem ſanum fecerim ſabbatho, vt non ſoluatur Lex Moſis? quæ diſtinctio poſtea coegit illum neſcio quid comminiſci de curatione vulneris Circunciſionis, quæ opponatur hominis curationi. Sed quorſum hæc? Fefellit autem illum hoc vnum, quòd putauit Legem Moſis vocari Legem ſabbathi, quum agatur de Lege Circunciſionis, quæ quomodo & quatenus dicatur Lex Moſis, ſuperiore verſiculo expoſuit.

24 Secundum ſpeciem, κατ᾽ ὄψιν, Id eſt,ex eo quod præ me fero. Videor enim nihil aliud eſſe quàm Galilæus,vilis & contempti fabri filius : ſed ſpectare attentius rem ipſam & ex fructibus arborem æſtimate. ὄψιν igitur vocat idipſum quod ſæpe πρόσωπον alibi dicitur , vnde προσωποληψία, quæ iuſto iudicio opponitur, vt diximus Marci 12.b.14. Vulgata & Eraſmus aſpectum interpretantur. Sed hoc eſt potius quod Latini ſimili prorſus ratione ſpeciem vocant. 27 Cogniturus eſt γινώσκει Vulgata & Eraſmus, ſcit: quum manifeſta ſit temporis enallage,de qua diximus Luc.1.d.34.

Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.

29 Ego verò noui eum,quia″ab ipſo ſum,& ille me miſit.

E Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illũ manus, quia nondum venerat hora eius.

30 Quærebant ergo eum″prehendere:ſed nemo iniecit in eum manum,quia nondum venerat hora eius.

Hora.

De turba autem multi crediderunt in eum,& dicebant, Chriſtus quũ venerit,nũquid plura ſigna faciet quàm quæ hic facit?

31 Ex turba autem multi crediderunt in eum,& dicebãt,Chriſtus, quum venerit,num ſigna plura ædet iis quæ hic ædidit?

Credunt multi de turba.

Audierunt Phariſæi turbam murmurãtem de illo hæc: & miſerũt principes Sacerdotum & Phariſæi miniſtros vt apprehenderent eum.

32 Audierunt Phariſæi turbam hæc murmurantem de eo,& miſerunt Phariſæi ac principes Sacerdotum miniſtros vt prehenderent eum.

Sacerdotes iubẽt Chriſtum comprehendi.

Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modícum tempus vobiſcum ſum : & vado ad eum qui me miſit.

33 Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc pauliſper″ero vobiſcũ, deinde abibo ad eum qui me miſit.

Infrà 13.d.33

Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire.

34 Quæretis me,nec inuenietis: & vbi ego ero,eò vos non poteritis venire.

Dixerũt ergo Iudæi ad ſemetipſos, Quò hic iturus eſt,quia non inueniemus eum? nunquid in diſperſionem Gẽtium iturus eſt,& docturus Gẽtes?

35 Dixerunt ergo Iudæi inter ſeſe, Quò futurum eſt vt iſte proficiſcatur,″vt nos non inueniamus eum? num″ad diſperſos Græcos iturus eſt,& docturus Gentes?

F Quis eſt hic ſermo quẽ dixit,Quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi ſum ego,vos non poteſtis venire?

36 Quis eſt hic ſermo quem dixit,Quæretis me,& non inuenietis, & vbi ego ero,eò vos non poteritis venire?

Gentes.

Leuit.23.f.36

In nouiſſimo autẽ die‖magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus,& clamabat,dicens, Siquis ſitit,veniat ad me, & bibat.

37 In vltimo autem die illo magno feſti ſtetit Ieſus,& clamabat, dicens, Siquis ſitit,veniat ad me,& bibat.

Deut.18.c.15

Qui credit in me‖ſicut dicit Scriptura: flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ.

38 Qui credit in me,″ſicut dixit Scriptura, flumina aquæ viuæ fluent ex ventre eius.

Fides.

Ioel.2.g.28, act.2.c.17

(‖Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.nõdum enim erat Spiritus ſanctus: quia Ieſus nondum fuerat glorificatus.)

39 (Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in ipſum:″nondum enim erat Spiritus ſanctus, quia Ieſus nondũ erat glorificatus.)

Spiritus ſanctus.

Ex illa ergo turba quum audiſſent hos ſermones eius, dicebant, Hic eſt verè Propheta.

40 Multi ergo è turba quum audiſſent hunc ſermonem , dicebãt, Verè hic eſt″Propheta ille.

Alii dicebãt, Hic eſt Chriſtus.Quidam autem dicebant,Nunquid à Galilæa venit Chriſtus?

41 Alii dicebant, Hic eſt Chriſtus ille. Quidam autem dicebant, Enimuero num è Galilæa veniet Chriſtus?

Diſſenſio in turba ob Chriſtum.

Micheæ 5.a.2 matth.2.a.5

Nónne‖Scriptura dicit quía ex ſemine Dauid, & de Bethlehem caſtello vbi erat Dauid,venit Chriſtus?

42 Nónne Scriptura dicit quòd ex ſemine Dauid, & ex vico Bethlehem vbi erat Dauid,veniet Chriſtus?

Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.

43 Diſſidium ergo factum eſt in turba propter eum.

Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum : ſed nemo miſit ſuper eum manus,

44 Quidam autem ex ipſis volebãt eum prehendere, ſed nemo iniecit in eum manus.

Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos,& dixerũt eis illi, Quare non adduxiſtis illum?

45 Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, qui dixerũt eis,Quare non adduxiſtis eum?

Miniſtri Sacerdotum conuerſi ad Chriſtum.

Reſponderunt miniſtri,Nunquam ſic loquutus eſt homo , ſicut hic homo.

46 Reſponderũt miniſtri,Nunquam ita loquutus eſt homo vt hic homo.

Reſponderunt ergo eis Phariſæi, Nunquid & vos ſeducti eſtis?

47 Reſponderunt ergo eis Phariſæi,Num & vos ſeducti eſtis?

Nũquid ex Principibus aliquis credidit in eum,aut ex Phariſæis?

84 Num quis ex Principibus credidit in eum,aut ex Phariſæis?

Phariſæorum ſupercilium.

Sed turba hæc quæ non nouit Legem,maledicti ſunt.

49 Sed turba hæc quæ non nouit Legem,execrabilis eſt.

Suprà 3.a.2

Dixit Nicodemus ad eos , ‖ille qui

50 Dicit Nicodemus ad eos,is qui venerat ad eum nocte,qui vnus

Nicodemus.

29 Ego ve.no.e. ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν In quibuſdã Vulgatæ editionis codicibus excuſis ſic legitur hic verſiculus,Ego ſcio eũ:ſi dixero quia neſcio eũ,ero ſimilis vobis,mẽdax.Id eſt,ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῖν, ψεύστης.Sed hæc omnia ex margine irrepſerũt in contextũ,nec in ſcriptis codicib⁹ Latinis legũtur,ſuntq; petita ex cap.8.g.54,vt Eraſ.rectè annotauit. Ab ipſo ſum, παρ' αὐτοῦ εἰμι, Hîc manifeſtè diſtinguitur,à Patre eſſe,& à Patre miſſũ eſſe:quod annotauim⁹ ſuprà 6.e.45,niſi placet hoc poſterius accipere pro illius epexegeſi.

30 Prehendere: πιάσαι: Hoc vocabulo vti ſolet Iohannes pro eo quod reliqui Euangeliſtæ vſurpant τὸ κρατεῖν. Dicitur autem propriè de iis quos fugientes arripimus,vt & Prehendere apud Latinos, manu ſcilicet iniecta. 33 Ero εἰμι Sic ὑπάγω pro ὑπάξω,& iterũ εἰμὶ pro ἔσομαι,& δύνασθε pro δυνήσεσθε. 35 Vt ὅτι Heb.כי vt 2.Sam.7.c.18,quæ formula petita eſt è medio. Vide Matth.8.c.27,& ſuprà.2.d.18.

Ad diſperſos Græcos εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων Vulg.& Eraſ.in diſperſionem Gẽtium, ſeruato Hebraiſmo, qui frequentiſſimè occurrit apud Prophetas.Græcorum autem nomine alii ipſas profanas Gentes hinc & inde ſparſas volunt ſignificari: alii Iudæos per orbẽ terrarum diſperſos. 38 Sicut dicit Scriptura, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή,Hæc nonnulli præcedentibus coniungunt,vt Chryſoſt.& Theophylact.alii ſequẽtibus: quos potius ſequor. puto enim nullũ locũ propriũ hîc citari,ſed quæcũque in Prophetis toties repetuntur de donis Spiritus ſancti inſtar aquæ effundendis,huc pertinere. 39 Nondũ erat Spiritus ſanctus οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον Quid Spiritũ ſanctũ vocet, ipſe eodem verſiculo expoſuit, nempe viſibilia illa dona quæ initio naſcentis Eccleſiæ excellẽter viguerunt, vt prædictum erat Ioel.2.& μετωνυμικῶς intelliguntur Spiritus ſancti appellatione,cuius ſcilicet ſunt effecta in nobis, vt docet Apoſtolus 1.Cor.capite 12 penè integro. Act.19.a.2,& deinceps,& plurimis aliis locis. Quidam pro ἅγιον,id eſt,ſanctus,ſubſtituerunt datus,veriti nimirum ne hic locus pro iis faceret qui Spiritũ ſanctum numerant inter res creatas: quaſi verò de ipſa Spiritus eſſentia hîc agatur. 40 Propheta ille. ὁ προφήτης. Ne hoc quidem loco poteſt otioſus eſſe articulus, & planè oſtendit hic locus Iudæos inſignem aliquem Prophetam expectaſſe diuerſum à Meſſia,ſicut diximus ſuprà 1.c.21.

erat ex illis,

51 Num Lex noſtra condemnat quempiam, niſi prius″audierit ab ipſo,& cognouerit″quid faciat?

52 Reſponderunt & dixerunt ei, Num & tu Galilæus es? ſcrutare, & vide quòd à Galilæa Propheta non ſurrexit.

53 ″Et profectus eſt vnuſquiſque in domum ſuam.

Cap. VIII.

Docet Chriſtus populũ in tẽplo.

1 IEſus autem profectus eſt in montem.

2 Et″diluculo rurſus adfuit in templo, &″totus populus venit ″ad eum, & ſedens docebat eos.

Mulieri in adulterio deprehẽſæ condonãtur peccata.

3 Adducunt autem″ad eum Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & quum ſtatuiſſent eam in medio,

4 ″Dicunt ei, Magiſter,″hæc mulier deprehẽſa eſt in ipſo facto adultera.

5 ″In Lege autem Moſes mandauit nobis vt huiuſmodi″lapidarẽtur. tu ergo″quid dicis?

6 Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent″accuſare eum. Ieſus autem inclinans *ſe* deorſum, digito ſcribebat″in terra.

7 Quum autem perſeuerarent eum interrogare,″erexit *ſe*, ac dixit eis, Qui veſtrũ immunis eſt à peccato,″primus in illam lapidem iaciat.

8 Et rurſum *ſe* inclinans deorſum, ſcribebat in terra.

9 Auditis autem his,″redarguente ipſos conſcientia, ſingulatim alius poſt alium exibant, initio facto à ſenioribus,″vſque ad vltimos: & relictus eſt ſolus Ieſus, ac mulier in medio ſtans.

10 Quũ autem erexiſſet *ſe* Ieſus,″& neminẽ videret præter mulierẽ, dixit ei,″Mulier, vbi ſunt″illi tui accuſatores? nemo te cõdẽnauit?

11 Ipſa verò dixit, Nemo, Domine. Dixit autem ei Ieſus, Nec ego te condemno. vade, &″ne amplius pecces.

Lux Chriſtus.

12 Rurſum ergo Ieſus loquutus eſt eis, dicens, Ego ſum lux illa mundi: qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Teſtimonium.

13 Dixerunt ergo ei Phariſæi, Tu de teipſo teſtaris, teſtimonium tuum non eſt″idoneum.

---

venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis,

51 Nunquid Lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & ‖cognouerit quid faciat?

Deut.17.b.8. & 19.d.15.

52 Reſponderunt & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare, & vide quia à Galilæa Propheta non ſurrexit.

53 Et reuerſi ſunt, vnuſquiſque in domum ſuam.

Cap. VIII.

1 IEſus autem perrexit in montem Oliueti:

2 Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eũ, & ſedens docebat eos.

3 Adducunt autẽ Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & ſtatuerunt eam in medio,

4 Et dixerũt ei, Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.

5 ‖In Lege autẽ Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. tu ergo quid dicis?

Leuit.20.b.10

6 Hoc autem dicebant tentantes eũ, vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſũ, digito ſcribebat in terra.

7 Quũ ergo perſeuerarent interrogãtes eum, erexit ſe, & dixit eis, ‖Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illã lapidem mittat.

Deut.17.b.7

8 Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra.

9 Audientes autem vnus poſt vnũ exibant, incipientes à ſenioribus: & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans.

10 Erigens autẽ ſe Ieſus, dixit ei, Mulier, vbi ſunt qui te accuſabãt? nemo te condemnauit?

11 Quæ dixit, Nemo, Domine. Dixit autem Ieſus, Nec ego te condemnabo. vade, & iã amplius noli peccare.

B

12 Iterum ergo loquutus eſt eis Ieſus, dicẽs, ‖Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Suprà 1.a.9 infrà 9.a.5

13 Dixerunt ergo ei Phariſæi, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.

---

51 Audierit ab ipſo, ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ, Hæc quoque formula loquendi petita eſt è medio. Neque enim Lex ipſa, ſed Iudex cognoſcit. ideo Nonnus ſuppleuit δικασπόλος. Quid faciat? τί ποιεῖ; ſiue, quid patrauerit? ſcilicet qui defertur. 53 Et profectus eſt καὶ ἐπορεύθη Verſiculus iſte & quæ ab eo intercedunt vſque ad πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς, id eſt, ad verſum ſequentis capitis duodecimũ, neque apud Chryſoſtomum neque apud Theophylactum extãt. Euſebius quoque in extremo libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ apertè dicit à quodã Papia hanc hiſtoriam de muliere adultera ſcriptam fuiſſe, quæ habeatur in Euangelio quod dicitur ſecundum Hebræos. ſed & Nonnus eam prætermittit. Teſtatur denique Hieronymus dialogo aduerſus Pelagianos ſecundo, in nonnullis codicibus non fuiſſe deſcriptam. Ex vetuſtis Stephani noſtri codicibus ſeptemdecim vnus duntaxat illam non habebat, in reliquis ſcripta quidem erat, ſed ita vt mira eſſet lectionis varietas, quam placuit bona fide ſuis locis annotare. Ad me quidem quod attinet, nõ diſſimulo mihi meritò ſuſpectum eſſe quod veteres illi reiecerint. Deinde quòd narrat Ieſum ſolum fuiſſe relictum cum muliere in templo, neſcio quàm ſit probabile: & quod ſcribit, Ieſum digito ſcripſiſſe in terra, nouũ mihi & inſolens videtur, nec poſſum coniicere quomodo poſſit ſatis commodè explicari. Tanta denique lectionis varietas facit vt de totius hiſtoriæ fide dubitem.

IN CAPVT VIII.

2 Diluculo autem rurſus adfuit Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο In duobus codicibus additur βαθέος, profundo, & pro παρεγένετο legitur ἦλθεν, venit. Totus populus πᾶς ὁ λαὸς In vno codice ſcriptũ erat πᾶς ὁ ὄχλος, tota turba. Ad eum, πρὸς αὐτὸν, Hoc deerat in duobus exẽplaribus. 3 Ad eum πρὸς αὐτὸν Iterum hoc deerat in duobus codicibus. 4 Dicunt ei, λέγουσιν αὐτῷ, Vnus codex addit πειράζοντες tentantes. Hæc mulier αὕτη ἡ γυνὴ Quinque exemplaria ſcriptum habebant, ταύτην εὕρομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένην, Hãc deprehendimus adulteram in ipſo facto, & aliud quoddam non habebat μοιχευομένην. 5 In Lege autẽ Moſes mandauit nobis ἐν δὲ τῷ νόμῳ ἡμῖν Μωσῆς ἐνετείλατο. Duo codices ſcriptum habebant, καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἡμῶν, & in Lege noſtra. Rurſus in quinque aliis deerat ἡμῖν.

Lapidarẽtur λιθοβολεῖσθαι In quinque codicib⁹ legim⁹ λιθάζειν. In aliis quinque λιθάζεσθαι. Quid dicis? τί λέγεις; Tres codices addũt περὶ αὐτῆς; de ea? 6 Accuſare eum. κατηγορεῖν αὐτοῦ. Quinque exemplaria habebant κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, accuſationẽ aduerſus eum.

In terra. εἰς τὴν γῆν. In quinque codicibus additur μὴ προσποιούμενος, id eſt, diſſimulans. 7 Erexit *ſe*, ac dixit eis, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτοὺς, In vno codice legitur ἀναβλέψας εἶπεν αὐτοῖς, ſuſpiciens dixit eis. Primus πρῶτος Duo codices habent πρῶτον, primum.

9 Redarguente ipſos cõſcientia, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, Hoc deerat in editione Baſilienſi, cuius etiã alias varias lectiones neglexi, vt κατακύψας pro κάτω κύψας, & κατέγραφεν pro ἔγραφεν. Vſque ad vltimos: ἕως τῶν ἐσχάτων: Deerat hoc quoque in duobus codicibus & in editione Baſilienſi. 10 Et neminem videret præter mulierem, dixit ei, Mulier, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ, ἡ γυνὴ, In duobus exemplaribus ſcriptum erat, εἶδεν αὐτὴν, καὶ εἶπε, γύναι, id eſt, vidit eam, & dixit, Mulier. Mulier, ἡ γυνὴ, Deerat in quatuor exemplaribus. Illi ἐκεῖνοι Deerat in quatuor exemplaribus. 11 Ne amplius μηκέτι Sex codices legũt ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι, ab hoc tempore ne amplius. 13 Idoneum. ἀληθής. Vulg. & Eraſ. verum. Atqui hæc conſequutio nimium eſſet inepta, Tu teſtaris de teipſo, ergo falſum eſt quod teſtaris. Accipitur ergo ἀληθὴς pro eo quod Hebræi נאמן vel נכון, vt diximus ſuprà 5.e.31.

Suprà 5.c.31

14 Reſpondit Ieſus & dixit eis,Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni,& quò vado: vos autẽ neſcitis vnde venio,aut quò vado.

15 Vos ſecundum carnem iudicatis,ego non iudico quenquam.

16 Et ſi iudico ego, iudicium meũ verum eſt:quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me Pater.

Deut.17.a.6, & 19.c.15 matth.18.c.16 2.cor.13.a.1 heb.10.c.28

17 Et in Lege veſtra ſcriptũ eſt,‖quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.

18 Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me Pater.

19 Dicebant ergo ei,Vbi eſt Pater tuus?Reſpondit Ieſus,Neque meſcitis, neque Patrem meum: ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.

C

20 Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio,docens in templo:& nemo apprehendit eum , quia necdum venerat hora eius.

21 Dixit ergo iterum eis Ieſus,Ego vado,& quæretis me,& in peccato veſtro moriemini . quò ego vado , vos non poteſtis venire.

22 Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet ſemetipſum,quia dicit,Quò ego vado,vos non poteſtis venire?

D

23 Et dicebat eis, Vos de deorſũ eſtis, ego de ſupernis ſũ: vos de mũdo hoc eſtis,ego non ſum de hoc mundo.

24 Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris. ſi enim non credideritis quia ego ſũ,moriemini in peccato veſtro.

25 Dicebant ergo ei, Tu quis es?Dixit eis Ieſus,Principium quia &

14 Reſpondit Ieſus & dixit eis,′Etiamſi ego teſter de meipſo,idoneum eſt teſtimonium meum:quia ſcio vnde venerim,& quò vadam:vos autem neſcitis vnde venerim,& quò vadam.

15 Vos ſecundum carnem iudicatis,′ego non iudico quenquam.

Iudicare.

16 Quòd ſi etiam iudicem ego,iudicium meum verum eſt:quia ſolus non ſum,ſed ego & qui miſit me Pater.

17 ′Sed & in Lege veſtra ſcriptum eſt,quòd duorum hominum teſtimonium idoneum eſt.

18 ″Ego *is* ſum qui teſtor de meipſo,& teſtatur de me qui miſit me Pater.

19 Dicebant ergo ei,Vbi eſt tuus ille Pater? Reſpondit Ieſus,Neque me noſtis, neque Patrem meum: ſi me noſſetis,& Patrem meum noſſetis.

20 Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio,docens in templo:& nemo prehendit eum,quia nondum venerat hora eius.

Hora.

21 Dixit ergo iterum eis Ieſus,Ego vado,& quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.quò ego vado vos non poteſtis venire.

22 Dicebant ergo Iudæi, Nunquid trucidabit ſeipſum,qui dicat, Quò ego vado,vos non poteſtis venire?

23 Tum dixit eis, Vos ex inferis eſtis,ego ex ſupernis ſum: vos ex mundo hoc eſtis,ego non ſum ex hoc mundo.

Christus Deus.

Mundus.

Fides.

24 Dixi ergo vobis quòd moriemini in peccatis veſtris.Nam niſi credideritis quòd ego *is* ſum,moriemini in peccatis veſtris.

25 Dixerũt ergo ei,Tu quis es?Tum dixit eis Ieſus,″*Id* quod à prin-

14 Etiamſi κἂν Ergo quod antè negarat 5.c.31,accipiendum eſt per μίμησιν & conceſſionem. Cauſam verò quam addit cur ſuum teſtimonium ſit idoneum , non puto eo tantùm niti quòd ſupra communem hominum ſortem ipſe emineret, etiam quatenus homo eſt: ſed hìc puto Chriſtum altius conſcendere,quàm in ſuperiore concione,quæ de eadem re habita fuit capite quinto.Videtur enim hìc apertè Diuinitatẽ ſuam aſſerere, humanitati coniunctam, quando ipſe ſeſe conſiderat duplici ac diſtincto reſpectu, nempe & vt teſtẽ cui,Patrem coniungit,vt iã duo ſint teſtes:& vt eum de quo dicatur teſtimoniũ,tum à ſeipſo vt teſte,tum etiam à Patre.Perinde eſt igitur acſi diceret,Solus hìc vobis videor, ideóque teſtimonium meum non admittitis, quum præſertim videar de meipſo teſtari. atqui tres ſumus . Nam ego veluti duplex ſum, Deus ſcilicet & homo,& tamen vnus.Itaque mihi Deo licet de me homine teſtari. ſic vnum teſtem habetis. Accedit demum Patris teſtimonium, ergo duo adſunt de me idonei teſtes. Quòd ſi ſecundum Legem tenemini duorum hominum teſtimonium admittere,quanto magis Patris ac Filii,qui non ſunt homines,ſed vnus Deus? At enim, dices,vbi eſt illud teſtimonium? nempe pro teſtimonio erat hoc ipſum opus quod reprehendebant Phariſæi,in quo & Patris & Filii Diuina virtus palàm elucebat. Huic igitur probationi hoc fundamentũ ſubſternit, quòd à Patre venerit,id eſt,quòd ita ſit homo,vt ſit etiam Deus:quod illi ignorabant.Nam iudicabant ſecundum carnem,id eſt, nihil amplius in eo agnoſcebant,quàm quod cernebant oculis,ideóque damnabant tanquã blaſphemũ & impium. Sic enim accipitur hoc loco verbũ Iudicandi.

15 Ego non iudico quenquã. ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Pſeudocyrillus putat ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendũ κατὰ σάρκα,ſecundum carnem.Plerique verò laborant in hoc explicando,quomodo Chriſtus neminẽ iudicet.Atqui plana eſt doctiſſimi interpretis expoſitio. Perinde enim eſt acſi Chriſtus diceret,Vos de me ſententiam fertis,& quidem planè iniquam,quia ex ſpecie externa iudicatis.atqui nũc ego vos ſimpliciter doceo, neminem veſtrum condemno.& tamen ſi id facere libeat,ſanè pro meo iure faciam, & longè certiore iudicio. Hæc autem extra cauſæ ſtatũ dicuntur. ſed ratio quæ ſubiicitur,tum ad cauſam ipſam teſtimonii,tum ad digreſſionem pertinet. Neque enim(inquit)ſolus ſum quẽ cernitis, ſed mecum eſt Pater ille meus qui verè iudex eſt mundi. Quum autem me dico,eum etiam comprehendo quem vos non cernitis , quia ſecundum carnem iudicatis.

17 Sed & καὶ δὲ Id eſt,ἀλλὰ καί.Vulgata prætermittit particulam δὲ,quæ tamen eſt neceſſaria. Oſtẽdit enim applicandam eſſe rationem ſuperiorem non modò præcedenti digreſſioni de iudicio quod ipſe in eos non exerceret , ſed etiam imprimis ipſi cauſæ de qua agitur,id eſt,confirmando ſuo teſtimonio quod illi oppugnabant.

18 Ego *is* ſum ἐγώ εἰμι Hìc apertè diſtinguitur Diuinitas ab humanitate. Nam alioqui duo teſtes non eſſent, quum reus inter teſtes non numeretur:& tamen ne duo Filii conſtituantur, Ego (inquit) *is* ſum qui teſtor de meipſo.Id verò facit vt ipſe de ſeipſo poſſit meritò teſtari,quia non tantùm homo eſt(vt aduerſarii temere atque adeò impiè iudicabant)ſed homo Deus,& Deus homo.

25 *Id* quod à principio dico vobis. τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λέγω ὑμῖν. Hãc expoſitionem etiam affert Stapulenſis. Sed quia hic locus infinitis penè modis fuit expoſitus, & vera eius explicatio à ſignificatione verborum pendet,primùm explicabo cum bona lectoris venia diuerſas interpretationes, deinde paucis dicam quomodo putem eſſe intelligendum. Auguſtinus ergo(vt Eraſmus obſeruauit)τὴν ἀρχὴν putat nomen eſſe: & quia videt parum conuenire quartum caſum interrogationis formulæ,ſic conatur hoc excuſare,vt dicat illud,Tu quis es,perinde valere acſi dixiſſent Iudæi,Quẽ te eſſe dicis,aut quẽ te eſſe credemus? Et quaſi ſic interrogaſſent,Chriſtum reſpondiſſe,quarto caſu,Principium:id eſt, Quæritis quid debeatis credere?credite me eſſe principium. Deinde particulã ὅτι pro cauſali interpretatur,hoc modo,Quia & loquor vobis,id eſt,quia humilis propter vos factus,ad iſta verba deſcendo. Nam ſi principium ſicuti eſt,maneret apud Patrem, & non acciperet formam ſerui, & homo loqueretur hominibus: quomodo ei crederent, quum infirma corda intelligibile verbum ſine voce ſenſibili audire non poſſint?Ergo credite(inquit)me eſſe principium:quod vt credatis,nõ ſolùm ſum, ſed & loquor vobis.Hæc ille,quæ ſanè ſunt magis detorta quàm vt refutatione indigeant. Ambroſius(vt idem Eraſmus annotat)in eadem eſt ſententia, niſi quòd pro Quia legit Qui, id eſt ὅς vel ὅστις,repugnante omnium codicum fide. Is cuius Commentariorum in Iohannem libros quatuor Clichtoueus ille ſophiſta ſub Cyrilli nomine edidit, eandem prorſus interpretationẽ affert atque Ambroſius. Reliqui omnes eruditi quos mihi contigit inſpicere,τὴν ἀρχὴν accipiunt pro aduerbio(vt omnino poſcit linguæ Græcæ ratio)ſed diuerſo ſenſu: Alii enim explicant, Principio,id eſt,primo loco,id vobis ſcilicet reſpondeo,me eum eſſe qui vobiſcũ loquar. Verùm hæc expoſitio & coacta eſt,& frigidã ſententiam habet:denique etiam Græcis codicibus repugnat, in quibus legitur ὅτι non ὅς. Alii ſic exponũt, Principio id ſum quod etiã dico vobis.i. nõ ſtatim vobis indignis explico quicquid ſum, ſed hoc primùm dico, dum ſcilicet aptiores eritis reliquis audiendis, me miſſum eſſe à Patre, & præconem vitæ.Sed hæc quoque expoſitio(ne quid aliud dicam)longius eſt petita. Quid Chryſoſtomus & Theophylactus ſenſerint,difficile eſt explicare,quia ſingulis verbis nõ inſiſtunt,& obſcurè ſanè hæc cõnectunt. videntur autem in ſumma ſic interpretari, Quæritis quis ſim? indigni eſtis quibus id dicam,ſed digni quos grauiter arguam,ac quidem imprimis quòd vobis ſim loquutus,quo beneficio oſtẽditis vos eſſe indignos. Atqui hæc etiã expoſitio nõ video quomodo cũ verbis ipſis cohæreat.Eraſmus præter omnes iſtas interpretationes,exiſtimat poſſe etiam hæc cõnecti cũ eo quod dixerat,In peccatis veſtris moriemini:vt ſit hic ſenſus,In peccatis veſtris moriemini,primùm ob id ipſum quòd

hæc loquar vobis. Deinde pro eo quòd ſubiici oportuit ſecundam & tertiam aliquam rationem, addit in genere, Multa habeo de vobis dicere. Sed quorſum iſta interrogatione ſpreta, tam obſcurè loquatur Dominus? Quidam denique ex recentioribus exponit, Prorſus id quod loquor vobiſcum, id eſt, planè illud ipſum verbum ſum quod loquor vobiſcum. quia Chriſtus eſt verbum Patris: & quia ſe verbum eſſe teſtatur, vult in verbo cognoſci. Hæc verò interpretatio multo planior eſt quàm cæteræ omnes ſuperiores, neque vllum verbum detorquet. Nã apud Græcos conſtat τὴν ἀρχὴν interdũ declarare παντελῶς καὶ ὅλως. Sed mihi tamen videtur nimis arguta, ſi eos ſpectemus quos alloquebatur Dominus, quorũ etiã ruditati omnibus modis ſeſe accõmodat. Deinde cur non potius dixiſſet ὅς καὶ λαλῶ, vel ὁ καὶ λαλῶν ὑμῖν, id eſt, qui loquor vobis? quũ præſertim ὁ λόγος apud Græcos maſculino genere efferatur? Supereſt vna Nonni expoſitio (neque enim omnes libuit commemorare) quam vltimo loco adſcripſi, quòd eam cæteris anteponam. Quæſierũt (inquit) Iudæi, Τίς σὺ πέλεις; καὶ Χριστὸς ἀνίαχεν, ὅ,τι περ ὑμῖν Ἐξ ἀρχῆς ἀείδον, ἔχων νήμερτα δικάζειν Καὶ λαλέειν ἀλλ' ἐστὶν ἐτήτυμος ὅς με γενέθλῃ Ἀνδρομέῃ προέηκε. Hi ſunt illius verſiculi, quos eo libentius adſcripſi, quòd vulgò legantur corruptiſſimi, & videam à pleriſque non fuiſſe commodè explicatos. Apparet autem ex illis τὴν ἀρχὴν nihil aliud declarare quàm ἐξ ἀρχῆς, idque per traiectionem conſtruendum eſſe cum verbo λαλῶ, deinde ὅ,τι ſcribẽdum eſſe, ita vt non ſit coniunctio, ſed prouocabulum. Poſtremò repetendum eſſe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum εἰμι, vt in ſumma intelligamus, Chriſtum quærentibus Iudæis quis eſſet, reſpondere ſe id eſſe quod ab initio ipſis dixiſſet, id eſt, quod iampridem toties & tot modis illis inculcarat. Quid enim aliud tot concionibus conatus eſt illis exponere quàm & quis eſſet, & vnde eſſet, & cur in hũc mundum veniſſet? Cur autẽ hanc expoſitionẽ præ cæteris amplecterer, plurimis rationibus ſum adductus. Nam quod ad rem ipſam attinet, plana eſt ſententia, neque ſubtilis, neque detorta, ſed ad quæſtionem maximè accõmodata. Deinde verò in verborum explicatione ſeruatur genuina ac propria explicatio. Nam quod ad traiectionẽ attinet, infinita penè ſimilia exempla occurrunt, quæ paſſim annotauimus, vt Rom. 12. a. 3, & apud Lucam ſæpe, & infrà verſu 44. ὅ,τι verò non ὅτι ſcribendum eſſe, docet maxima pars ſuperiorum interpretationum, & ita etiam legitur in Theophylacto Romano. Poſtremò hæc eſt natura reſponſionum, vt in iis repetatur verbum poſitum in quæſtione: vt hoc loco planè ſit germana repetitio verbi ſubſtantiui quod fuerat in quæſtione vſurpatum. Quod autem attinet ad particulam καὶ, quanuis ea poſſit non incommodè accipi pro Etiam: tamen malui tanquam redundantem præterire. Eſt enim hic pleonaſmus in Græco ſermone non modò vſitatus, ſed etiam elegans, idque in eodem prorſus dicendi genere & eodem ſequẽte verbo, vt apud Syneſium, ἵν' εἰδῶμεν ὅ,τι καὶ λέγει, vt ſciamus quid ille dicat. Sic apud Gregorium ſæpe, τί χρὴ καὶ λέγειν; Deinde vtitur præſenti tempore λαλῶ Euangeliſta, non ſine emphaſi, quaſi diceret, Ego id ſum quod ab initio dixi vobis, & nunc etiam dico, nimirum Lux, Vita, Veritas, &c.

cipio dico vobis.

26 Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem: ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

Deus Pater Christi.

27 Non cognouerunt *autem*′ quòd de Patre eis loqueretur.

Crucifigendus Christus.

28 Dixit ergo eis Ieſus, Quum exaltaueritis Filiũ hominis, tunc agnoſcetis quòd ego *is* ſum & quòd ex meipſo nihil facio, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor.

29 Nam qui me miſit, mecum eſt: non reliquit me ſolum Pater, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Credunt Iudæi aliquot.

30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31 Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderant ipſi, Iudæos, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.

Veritas liberat.

32 Et cognoſcetis Veritatem, & Veritas vos′vindicabit.

33 Reſponderunt ei, Semen Abrahæ ſumus, neque cuiquam ſeruiuimus vnquam: quomodo tu dicis nos vindicandos?

Seruus peccati.

34 Reſpondit eis Ieſus, Amen amen dico vobis, omnis qui committit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Filius.

35 Seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum.

36 Si ergo vos Filius vindicarit, verè liberi eritis.

Abrahæ filii.

37 Scio quòd ſemen Abrahæ eſtis: ſed quæritis me trucidare, quia ſermo meus non habet locum in vobis.

38 Ego loquor quod vidi apud Patrem meum: & vos facitis′quod vidiſtis apud patrem veſtrum.

39 Reſponderunt & dixerunt ei, Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filii Abrahæ′eſſetis, opera Abrahæ faceretis.

40 ′Nunc autem quæritis me interficere, hominẽ qui Veritatem vobis loquutus ſum, quã audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

Fornicatio.

41 Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei, Nos′ex ſcor

loquor vobis.

26 Multa habeo de vobis loqui & iudicare: ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

27 Et non cognouerunt quia Patrem eis dicebat Deum.

28 Dixit ergo eis Ieſus, Quũ exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor.

D

29 Et qui me miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

30 Hæc illo loquente, multi crediderũt in eum.

31 Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis:

32 Et cognoſcetis Veritatẽ, & Veritas liberabit vos.

33 Reſponderunt ei, Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis?

34 Reſpondit eis Ieſus, Amen amẽ dico vobis quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Rom. 6. d. 20
2. pet. 2. d. 19

35 Seruus autem non manet in domo in æternũ: filius manet in æternum.

36 Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.

37 Scio quia filii Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis.

38 Ego quod vidi apud Patrẽ, loquor: & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

39 Reſponderũt & dixerunt ei, Pater noſter Abrahã eſt. Dicit eis Ieſus, Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.

40 Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus ſum, quã audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

41 Vos facitis opera patris veſtri. Dixerũt itaque ei, Nos ex fornicatione

27 Quòd de Patre eis loqueretur. ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Vulgata, quia Patrẽ eis dicebat Deum, id eſt, ὅτι πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν τὸν θεόν. quo modo ſcriptum inuenimus in vno codice, ſi duo tantùm vocabula excipias. nam pro αὐτοῖς ἔλεγεν ſcriptum erat αὐτοῦ λέγει. Ego verò pro his interpretarer, quòd de Deo Patre ipſis loqueretur, vel, quòd Deum, Patrem ſuum diceret. Non diſſimili ſignificatu vſurpatum eſt verbum λέγειν ſuprà 6. g. 71. 32 Vindicabit. ἐλευθερώσει. Vulgata, liberabit: Eraſmus, liberos faciet: quæ nimirum latè patent, neque proximæ obiectioni videntur locum relinquere. Manumittendi autem vocabulũ non quadrat, quia dominus, is eſt qui ſeruum manumittit. In hac autem ſpecie, peccatum, cuius ſerui eramus, non dicitur nos manumittere, ſed Veritas, ab ipſius ſeruitute in libertatem nos vindicare.

38 Quod vidiſtis apud patrem veſtrum. ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. In tribus codicibus ſcriptum erat, ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, quæ audiuiſtis à Patre veſtro. Sic legit etiam Chryſoſtomus, eodem tamen ſenſu: quum & ipſe Chriſtus de ſe loquens, Audiendi vocabulum vſurparit ſuprà 5. f. 30, & infrà verſu 4, nequis Videre & Audire putet inter ſe opponi. Loquitur autem ἀνθρωποπαθῶς, quia nulla apud nos exempla in vtranque partem plus valent quàm domeſtica. 39 Eſſetis, ἦτε, Id eſt ἐστὲ, & paulo pòſt etiam pro ἐποιεῖτε ἄν, faceretis, legit ποιεῖτε, facite, contra fidem vetuſtorum codicum. 40 Nunc autem Νῦν δὲ Particula Nunc non eſt temporis aduerbium hoc loco, ſed coniunctio quæ aſſumptionibus ſolet adhiberi, non modò à Græcis, ſed etiam à Latinis, vt Valla obſeruauit libro Elegantiarum 1. cap. 51.

41 Ex ſcortatione ἐκ πορνείας Vulgata, ex fornicatione. Eraſmus, è ſtupro. Vide Matth. 15. b. 19.

non ſumus nati: vnum patrem habemus, Deum.

42 Dixit ergo eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me. ego enim ex Deo proceſſi, & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.

43 Quare loquelam meam nõ cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum.

1.Iohen.3.b.8

44 ¶Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. F

45 Ego autem quia veritatẽ dico, non creditis mihi.

1.Iohen.4.a.6

46 ¶Quis ex vobis arguit me de peccato? ſi veritatẽ dico, quare vos non creditis mihi?

47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

48 Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Nõne bene dicimus nos qa Samaritanus es tu, & dęmoniũ habes?

49 Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

50 Ego autem non quæro gloriã meã: eſt qui quærat, & iudicet.

tatione non ſumus nati: vnum patrem habemus, ″*nempe* Deum. Fornicatio.

42 Dixit ergò eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis me: ego enim à Deo profectus ſum & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Pater Iudæorũ Deus.

43 Quare″ loquutionem iſtam meam″ nõ percipitis?″ quia non poteſtis audire ſermonem meum.

44 Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. ille″ fuit homicida ″à principio, & ″in veritate ″non perſtitit: ″nam non eſt veritas in eo. quotieſcunque loquitur mẽdacium, ″ex ſeſe loquitur, quia mendax eſt, ″& mendacii pater. Diabolus pater. Mendacium.

45 ″*Vos* autem, quia ego veritatem dico, non creditis mihi.

46 Quis ex vobis arguit me de peccato? ſi veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: ″propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis. Verbum Dei audire.

48 Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, Nónne bene dicimus nos quòd Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49 Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo, ſed honoro Patrem meum, & vos ignominia afficitis me. Blaſphemia in Chriſtum.

50 Ego autem non quæro gloriam meã: eſt qui quærat, ″& iudicet.

Nempe Deum. τὸν Θεόν. Vide Matth.19.c.17. 43 Loquutionem τὴν λαλιάν Id eſt idioma, ſeu etiam linguam. Eſt enim hæc expoſitio magis expreſſa, quàm ſi accipias pro eo quod verbis ipſis ſignificatur, vt ſuprà 4.f.42. Nam perinde eſt acſi diceret Dominus, Qui fit vt quod dico, non magis intelligatis, quàm ſi ignota ac peregrina lingua vobiſcum loquerer? Non percipitis? οὐ γινώσκετε; Vulgata, non cognoſcitis: rectè quidem, ſed tamen obſcurè. Eraſ. agnoſcitis, impropriè. Agnoſcimus enim quæ aliquãdo cognouimus. niſi pro προσίεσθαι, id eſt, admittere, accipias. Eſt autem ita proferenda hæc ſententia, vt ſciamus non tam eſſe interrogationem quàm increpationem cum admiratione coniunctam. Quia non poteſtis ὅτι οὐ δύνασθε Vel, vt non poſſitis. ſi quidem libeat legere vno contextu, & interrogationem reiicere in finem huius membri: quod etiam magis probo. Nam ſic quoque accipitur ὅτι particula, vt annotauimus ſuprà 2.c.18. Nihil tamen mutare volui contra fidem exemplarium. Eſt autem illud quoque obſeruandum, quanuis ſimus prorſus inepti ad Deum audiendum, niſi ipſe pro ſua bonitate nobis nouas aures tribuat, nóſque adeò totos quaſi deintegro fingat: tamen τὸ οὐ δύνασθαι hoc loco non propriè huc pertinere, ſed declarare potius ſummam Iudæorum peruicaciam, adeò vt ne aures quidem Chriſto audiendo vellent accommodare.

44 Fuit ἦν Vulgata & Eraſmus, erat, impropriè. Neque enim ſemper fuit homicida, quum homo ſemper non fuerit, ſed ſtatim ab initio, conditi ſcilicet mundi, & creati hominis, quem ſcilicet vixdum creatum ſuo mendacio præcipitauit in mortem. A principio, ἀπ᾽ ἀρχῆς, Quotieſcunque fit principii mentio, ſignificationem illius ad id de quo agitur, accommodare neceſſe eſt. Quum ergo hìc agatur de homicidio, cuius arguitur reus Satan ab initio, certè neceſſe eſt vt (quod etiam facit Nonnus) ad ipſius mundi atque adeò hominis initium referas, non autem ad Satanæ ipſius initium, niſi quatenus cœpit eſſe homicida: nedum vt hinc conſtituas, ab æterno diabolum extitiſſe, aut illud teſtimoniũ de Filii Dei æternitate eludas, de quo dictũ eſt ſuprà 1.a.1. Neque enim hìc ſimpliciter dicitur diabolus fuiſſe ab initio, vt quum dicitur Sermo ab initio fuiſſe, id eſt, extitiſſe, & quidem per præteritum imperfectum, vt ſciamus eius hypoſtaſin antiquiorẽ omnium rerum creatione, id eſt, æternã eſſe. nihil, inquã, eiuſmodi hìc dicitur de diabolo, ſed de qualitate ipſius agitur quã dicitur iam inde ab initio creati mundi induiſſe, quum ſcilicet factus eſt homicida. Auguſtinus, quem etiam Pſeudocyrillus citat, ad initium peccati refert: verè id quidem, ſi rem ipſam ſpectes (ſiquidem quum Satan per peccatum hominem interemerit, hinc demum cœpit eſſe homicida, quum peccatum ingreſſum eſt in mundum) ſed tamen ſubtilius. Malo igitur paulo craſſius hæc interpretari de ipſius humanæ gentis exordiis: neque rurſus ſubtiliter hæc refero ad illud primum momentum quo creatus eſt homo, ſed principium hoc etiam extendo ad tempus creationi mundi ac ipſius hominis vicinum, quo ſcilicet homo eſt à diabolo occiſus. In veritate ἐν τῇ ἀληθείᾳ Heb. באמת quo vocabulo ſignificatur vel fidelitas quam non ſeruauit diabolus ſuo opifici: vel quod opponitur mẽdacio, ad quod ſcilicet defecit Satan, aut potius quod ipſe primus excogitauit. Sed & fortaſſis In veritate id eſt, pro quo ſcribitur Iob 2.a.3, בתומה: vt Veritatis vocabulo ſignificetur integritas illa naturæ in qua conditus Angelus ille cum ſuis, poſtea non ſeruauit originem ſuam, vt ſcribitur Iudæ a.6. Non perſtitit: οὐχ ἕστηκεν: Id eſt, non permanſit, nec conſtanter perſeuerauit. quod apud Hebræos ſignificatur etiam verbo עמד, vt Pſal.19.c.10. quod alioqui reſpondet verbo ἱστάναι, cuius quũ ſit multiplex ſignificatio, nonnulli hunc locum peruertere conati ſunt varia interpretatione. quanquam fortaſſis non minus rectè conueniat huic loco verbum אמן, vt Pſal.78.d.37, ſi connecti poſſit cum eo quod ſequitur. Sed germanam eſſe hanc expoſitionem liquet ex eo quod ſcribitur 2. Pet.2.a.4, & Iudæ a.6. Vulgata & Eraſmus, nõ ſtetit: rectè quidem, quum verbum Standi ſic etiam apud Latinos accipiatur, vt alibi diximus: ſed ſtuduimus omnem amphiboliam vitare. Nam non eſt ὅτι οὐκ ἔστιν Vulgata & Eraſmus, quia. Atqui hæc verba non oſtendunt cauſam cur diabolus in veritate non perſtiterit, ſed conſequutionem, ex qua rectè collegit Dominus, argumentatus ſcilicet à conſequenti, illum à ſua origine defeciſſe. Simile exemplum occurrit Luc.7.g.47. Ex ſeſe ἐκ τῶν ἰδίων Id eſt, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, quo ſcilicet vnius inſtinctu, & ex ſuo propriè ingenio, vel quod verè ſuum ac ſibi proprium eſt. Et mendacii pater. καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Non ſimpliciter dicitur πατὴρ, ſed addito articulo ὁ πατήρ: non vt ab aliis patribus diſtinguatur (ſolus enim diabolus mendacium genuit) ſed vt ſiqua eſt in vitiis excellentia ac præſtantia, hæc omnis illi in ſolidum tribuatur. Sic Dido apud Virg. Túne ille AEneas? Hanc autem emphaſim nõ poſſis ſine aliqua ſpecie amphiboliæ explicare hoc loco. Sed & pro relatiuo αὐτοῦ ſubſtituimus antecedens, vt magis perſpicua eſſet oratio. Nam hoc quoque videtur Nonnum fefelliſſe, quum hæc ita interpretatur, ψεύστης αὐτὸς ἔφυ ψευδήμονος ἐκ γενετῆρος. Epiphanius κατὰ Ἀρχοντικῶν & κατὰ Καϊανῶν aliter legit hunc locũ, hoc modo ſcilicet, ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, ὅτι ψεύστης ἐστίν. & paulo pòſt, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστίν. Id eſt, Vos ex patre diabolo eſtis, quia mendax eſt. quum loquitur mendacium, ex ſuo loquitur, quia pater eius eſt mendax. nam & pater ipſius mendax eſt. Sed totus hic locus in Græco exemplari mendoſè legitur: neque minus incommoda eſt interpretatio quam affert in hunc locum, quaſi ſcilicet diabolus hoc loco ſit Iudas, cuius pater ſit Cain, & rurſus Caini pater ſit Satan, imitatione ſcilicet nõ propagatione, vt illi hæretici tradebant. Ad me quidem quod attinet, receptam lectionem exiſtimo veram eſſe ac germanam, ſed ſuſpicor ab aliquibus hæreticis addito articulo ſcriptum eſſe ὁ πατήρ. Nam certè planior erit ſenſus, ſi πατὴρ legamus ſine articulo.

45 *Vos* autem, quia ego Ἐγὼ, ὅτι Manifeſta hìc eſt traiectio, qualem ſuprà notauimus verſu 25. Suppleuimus autem pronomen Vos, vt melius appareat collatio iſta indolis patris & filiorum. Nonnus autem videtur ita hæc accepiſſe vt ὅτι ponatur εἰδικῶς. vt ſit hæc ſentẽtia, Vos autem non creditis mihi quòd vobis veritatem dicam. Sic enim interpretatur, ὑμῖν αὐτὸς ἔλεξα, καὶ οὐ πιστεύετε μύθῳ.

47 Propterea διὰ τοῦτο Videtur permutatum argumentum, ac potius dicendum fuiſſe, propterea ex Deo non eſtis. Nam non auditis.

50 Et iudicet. καὶ κρίνων. Id eſt, qui contemptum mei aut ſui potius vindicet. Quidam conuertit, & cum ratione: qui quam rationem habuerit, non video.

Seruare ſermonem Dei. Mors.	Amen amen dico vobis, ſiquis ſermonē meum ſeruauerit, ′mortem″non videbit″in æternum.	51	Amē amēdico vobis, ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.	
Abraham. Prophetæ.	Dixerunt ergo ei Iudæi, Nunc cognouimus quòd dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis, Siquis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem″in æternum?	52	Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & Prophetæ: & tu dicis, Siquis ſermonem meum ſeruauerit, nō guſtabit mortem in æternū?	
	Num tu maior es patre illo noſtro Abrahā, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. quem tu teipſum facis?	53	Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahā, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. quem teipſum facis?	G
	Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: Pater ille meus, is eſt qui glorificat me, quem vos dicitis Deū veſtrum eſſe:	54	Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt:	
	Neque noſtis eum: ego autem noui eum: & ſi dixero quòd non nouerim eum, ero ſimilis veſtri, *id eſt* mendax: ſed noui eum, & ſermonem eius ſeruo.	55	Et nō cognouiſtis eum: ego autem noui eum: & ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax: ſed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.	
Abraham vidit diem Chriſti.	Abraham pater veſter′geſtiuit vt videret″diem iſtum meum: & vidit, ac gauiſus eſt.	56	Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt.	
	Dixerunt ergo Iudæi ad eum, ″Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?	57	Dixerunt ergo Iudæi ad eū, Quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham vidiſti?	
	Dixit eis Ieſus, Amen amen dico vobis, ″priuſquam Abraham fieret, ego ſum.	58	Dixit eis Ieſus, Amen amen dico vobis, antequā Abraham fieret, ego ſum.	
	Suſtulerunt ergo lapides vt iacerent in eum: Ieſus autem occultauit ſe, & exiuit″è templo.	59	Tulerunt ergo lapides vt iacerētin eum: Ieſus autem abſcōdit ſe, & exiuit de templo.	
	Cap. IX.		Cap. IX.	
Cæco nato reſtituitur viſus.	PRæteriens autem vidit hominem cæcum à natiuitate:	1	ET præteriens Ieſus, vidit hominē cæcum à natiuitate:	
	Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicētes, Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus naſceretur?	2	Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?	
	Reſpondit Ieſus, ′Neque iſte peccauit, neque parentes eius: ″ſed *cæcus natus eſt* vt opera Dei manifeſtentur in eo.	3	Reſpondit Ieſus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.	
Cæcus ad gloriā Dei. Operari	Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: venit nox quum nemo poteſt operari.	4	Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari.	
	Quandiu fuero in mundo, Lux ſum mundi.	5	Quandiu ſum in mundo, ſum Lux mundi.	Suprà 1.a.9. & 8.b.12 Infrà 12.e.35 & g.46

51 Mortem non videbit θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ Id eſt, non morietur, ſiue, mortem non ſentiet. vt Pſal. 89.g.49, & Luc. 2.d.26. Fideles enim in ipſa morte vident vitā. Nam huic oppoſita loquutio eſt, Vitam videre, quam expoſuimus ſuprà 3.d.36. Sic in proximo ſenſu idem dicit, ſumpta translatione à diuerſo ſenſu, nempe à guſtatu. 52 In æternum? εἰς αἰῶνα; Additur interrogationis nota in emendatis codicibus, quæ tamen ita accipienda ſunt, vt ſciamus potius indignantiū eſſe quàm interrogantiū. 56 Geſtiuit ἠγαλλιάσατο Vulg. & Eraſ. exultauit, quo modo cōſueuimus interpretari. Sed quia hîc ſignificatur potius ſummū deſiderium rei nondū præſentis, ſed tamen futuræ, idcirco illud verbū prætulimus. exultamus enim de re præſenti. Diem iſtū meum: τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν: Placet hoc dicendi genus noſtro penè vni Euangeliſtæ: quod ſanè eſt elegans, & interdum videtur ἐμφατικώτερον, quàm ſi ſimplex pronomen vſurpetur. Cæterùm ex Hebræorum idiotiſmo יום פלוני, id eſt, dies alicuius nihil aliud declarat quàm ſpatium quo vixerit aliquis, aut inſigne quippiam ipſi vel facere vel ferre contigerit. quæ res notior eſt quàm vt teſtimonio egeat. Dies ergo Domini nihil aliud declarat quàm ipſius aduentū in carnem. Vidit enim eum eminus Abrahā, fidei ſcilicet oculis, vt declaratur Heb. 11.c.13. 57 Quinquag. an. nōdum habes, πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, Chryſoſtomus legit Quadraginta: ad quam ætatem (inquit) accedebat. Nam agebat annum circiter 34. Itaque aſſentior Eraſmo, qui quo minus eam lectionem amplecteretur, eo vno deterretur, quòd in omnibus exemplaribus, atque adeò apud Nonnū & Theophylactum, legitur πεντήκοντα. Certè quum Græci ſoleant numeros ſuarum literarū notis declarare, facilis fuit lapſus literæ μ in ν: qua ratione norunt omnes eruditi plurimos tum Græcos tū Latinos ſcriptores ita eſſe deprauatos, vt vix aut ne vix quidē reſtitui poſſe videantur. Sed tamen, quod ad hunc locū attinet, probabile eſt, Iudæos quinquaginta annorum mentionē feciſſe, vti facere ſolent qui aduerſario gratificantur, & plus etiā concedunt quàm auſit flagitare. 58 Priuſquam Abraham fieret, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, Eraſmus, antequam Abraham naſceretur. Ego verò, quanuis non exiſtimem Chriſtum hîc propriè agere de ſe, quatenus Deus eſt, ſed quatenus eſt viſus ab Abrahamo, vnus ſcilicet Dei & hominum mediator, homo Ieſus Chriſtus (nam alioqui non videretur appoſitè diſſerere) tamen quia vt mediator conſiderari non poteſt, niſi verè ſit Emmanuel: & hac etiam ratione dicitur Agnus à conſtitutione mundi occiſus, imo verò Chriſtus fuiſſe heri & hodie: putaui ſeruandā eſſe antitheſin. Itaque γενέσθαι malui conuertere Fieri quàm Naſci: vt opponatur τῷ εἶ[ναι], quod illi demum propriè tribuitur, qui ſolus verè exiſtit.

Excusat Chrysost.

59 E templo. ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Poſt hæc verba ſubiicitur in vetuſtis exemplaribus, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως, id eſt, tranſiens per medium eorum, & ſic præteriit: quæ etiam legit & interpretatur Nonnus. Ego verò aſſentior Eraſmo, qui priorem partem putat ex Luc. 4.e.30, irrepſiſſe in contextum culpa librariorum, qui in margine deſcripta inuenerunt: deinde vt hæc cum proximo capite cohærerent, additum fuiſſe καὶ παρῆγεν οὕτως. Vt autem ita credam, adducor non modò ea ratione quam ille affert, quia ſcilicet nec Chryſoſtomus nec Auguſtinus iſtius appendicis meminerunt: ſed etiam quòd videantur iſta parum probabiliter cohærere. Nam ſi eripuit ſe eorum oculis, quomodo per medium eorū tranſiit? niſi fortè aut illos excæcauit ad tēpus, aut factus eſt Diuina ſua virtute ἀόρατος: quod Theophylactus & Pſeudocyrillus cōmenti ſunt, vt hunc nodum explicarent. quorum neutrum eſt probabile. Alibi quidem, fateor, dicitur per medios hoſtes elapſus, ſed nulla ibi occultationis mentio: imò Dominus eo tempore neque oculos eorum excæcauit, neque euanuit ex oculis, ſed Diuinam ſuam virtutem in eo oſtendit, quòd eorum manus ad homicidium paratas ita continuit, vt palàm per mediam ipſorum turbam ſaluus euaderet. L. 4.

IN CAPVT IX.

3 Neque iſte peccauit, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, Diſputat Chriſtus ex diſcipulorum hypotheſi, vt annotauimus ſuprà 5.d.22. Sed *cæcus natus eſt* vt ἀλλ' ἵνα Aliquid ſæpe ante has particulas ſubaudiendū eſt, vt ſenſus expleatur, vt diximus Mar. 9.c.12, & 14.e.49. Nam qui tradunt ἵνα pro δεῖ poſitum eſſe, id eſt Vt pro Oportet, nodum potius ſecant quàm expediunt. Suppleuimus ergo ex Nonno quod viſum eſt maximè accommodatum.

6 Hæc quum dixiſſet, expuit in terrã, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutũ ſuper oculos eius,

7 Et dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns.

B 8 Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant, Nónne hic eſt qui ſedebat & mẽdicabat?

9 Alii dicebant, Quia hic eſt: alii autẽ, Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, Quia ego ſum.

10 Dicebant ergo ei, Quomodo aperti ſunt tibi oculi?

11 Reſpondit, Ille homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abii, & laui, & video.

12 Et dixerunt ei, Vbi eſt ille? Ait, Neſcio.

C 13 Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat.

14 Erat autem ſabbathum quando lutũ fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.

15 Iterum ergo interrogabant eũ Phariſæi quomodo vidiſſet. ille autẽ dixit eis, Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video.

16 Dicebant ergo ex Phariſæis quidã, Nõ eſt hic homo à Deo, qui ſabbathũ non cuſtodit. Alii autẽ dicebant, Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos.

D 17 Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia Propheta eſt.

18 Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerũt parentes eius qui viderat:

19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cæcus natus eſt? quomodo ergo nunc videt?

20 Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt:

21 Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatem habet, ipſe de ſe loquatur.

22 Hæc dixerunt parentes eius, quoniã timebant Iudæos. iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſiquis eũ confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.

23 Propterea parentes eius dixerunt, Quia ętatẽ habet, ipſum interrogate.

24 Vocauerunt ergo rurſum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriã Deo. nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.

25 Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cæcus quum eſſem, modò video.

6 Hoc quum dixiſſet, ſpuit humi, & fecit lutum ex ſputo, & illeuit lutum ſuper oculos cæci,

7 Dixítque ei, Vade, laua in piſcina Siloam, quod eſt, ſi interpreteris, miſſus. Abiit ergo, & lauit, rediítque videns.

8 Vicini ergo, qui & viderant eum prius quòd ipſe ʹcæcus eſſet, dicebant, Nónne hic eſt qui ſedebat & mendicabat?

9 Alii dicebant, Hic eſt: alii vero, ʹSimilis eſt ei. ʹIlle *autem* dicebat, Ego *is* ſum.

10 Dixerunt ergo ei, Quomodo aperti ſunt tibi oculi?

11 Reſpondit ille & dixit, Quidam qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piſcinam Siloam, & laua. Vt autem abii ac laui, viſum recepi.

12 Dixerunt ergo ei, Vbi eſt ille? Ait, Neſcio.

13 Adducũt eum ad Phariſæos, eum *inquam* qui olim cæcus fuerat.

Cæcus interrogatur à Phariſæis.

14 Erat autem ſabbathum, quum lutum faceret Ieſus, & aperiret oculos eius.

15 Rurſus ergo interrogarunt eum etiã Phariſæi quomodo viſum recepiſſet. ille autem dixit eis, Lutũ impoſuit ſuper oculos meos, & laui, & video.

16 Dicebant ergo ex Phariſæis quidam, Homo iſte non eſt à Deo. nam ſabbathum non ſeruat. Alii dicebãt, Quomodo poteſt homo peccator ʹtalia ſigna ædere? Et diſſidium erat inter eos.

Sabbathum. Peccator.

17 Dicũt cæco rurſus, Tu quid dicis de illo, quòd aperuerit oculos tuos? Ille autem dixit, Propheta eſt.

18 Non crediderũt ergo Iudæi de eo quòd cæcus fuiſſet, & viſum recepiſſet, vſquequo vocarunt eius parentes, eius *inquam* qui viſum receperat.

Increduli Phariſæi.

19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hiccine eſt ʹfilius ille veſter, quem vos dicitis cæcum natum eſſe? quomodo ergo nunc videt?

20 Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quòd hic eſt filius ille noſter, & quòd cæcus natus eſt:

21 Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus: ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur.

Parentes cæci rident excõmunicationes Phariſæorum.

22 Hæc dixerunt parentes eius, quòd timerent Iudæos: iam enim ʹconſtituerant Iudæi, vt ſiquis eum confiteretur eſſe Chriſtum, ʹſynagoga moueretur.

Excommunicantur qui Chriſto credunt.

23 Propterea parentes eius dixerant, AEtatem habet, ipſum interrogate.

24 Secundò ergo vocarunt hominem qui fuerat cæcus, & dixerũt ei, ʹDa gloriam Deo. nos ſcimus quòd hic homo ʹpeccator eſt.

25 Reſpondit ergo ille & dixit, An peccator ſit, neſcio: vnũ ſcio, quòd cæcus quum fuerim, nunc videam.

8 Cæcus τυφλὸς Vulg. mendicus, id eſt, προσαίτης. quam lectionẽ in vno tantùm exemplari inuenimus. ea verò ſicui placuerit, ita conuertat, vt ὅτι non ſit εἰδικὸν, ſed cauſale. Quòd ſi pro ὅτι legas ὅτε, id eſt Quũ, planior etiam erit ſentẽtia: ſed ex coniectura nihil placet mutare.

9 Similis eſt ei. ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Vulg. Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei, id eſt, vt in vno codice ſcriptum erat, οὐχὶ, ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν.

Ille *autem* ἐκεῖνος In vno exemplari legimus ἐκεῖνος δὲ, quo modo ſumus interpretati. 16 Talia τοιαῦτα Vulg. & Eraſ. hæc, id eſt ταῦτα. 19 Filius ille veſter, ὁ υἱὸς ὑμῶν, Additur articulus, vt certũ ac bene notum hominẽ deſignari ſciant. 22 Conſtituerant συνετέθειντο Vulg. & Eraſ. conſpirarant. rectè quidẽ, ſed tamen Cõiurare reſpõdet τῷ συμπνεῖν. Synagoga moueretur. ἀποσυνάγωγος γένηται. Vulg. extra Synagogã fieret, nimium obſcurè. Eraſ. è ſynagoga eiiceretur, ambiguè. Poteſt enim eiici è cœtu aut quopiam loco, cui tamen ius redeundi non adimitur. Placuit igitur mihi illam Latinorum ſolennem ac magis perſpicuam formulã potius imitari, apud quos dicebatur Senatu moueri, cui dignitas Senatoria, Cenſoris authoritate, abrogabatur, quem Græci, diuerſa ratione, ἀποδεδοκιμασμένον & ἀμνημόνευτον dicebant. 24 Da gloriam Deo. Δὸς δόξαν τῷ θεῷ. Apparet ex Ioſ. 7. c. 19, & 1. Sam. 6. a. 5, hanc fuiſſe ſolennem quandam formulam, qua adigebatur aliquis ad culpam coram Deo agnoſcendam. Perinde autẽ id erat acſi reo dictum eſſet, Cogita te coram Deo eſſe, qui rem totam nouit: reuerere igitur ipſius maieſtatem, & hunc illi honorem habe, vt palàm fateri rem totam malis quàm coram eo mentiri. Peccator ἁμαρτωλὸς Heb. חטא. homo ſcilicet impius, & qui peccandi velut artem factitat, quem Græci Poetæ ſimili ratione κακῶν ῥεκτῆρα vocant.

26 Dixerunt autem ei iterum, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?

27 Reſpōdit eis, Dixi vobis iam, nec audiſtis: cur iterum vultis audire? num & vos vultis diſcipuli eius fieri?

Moyſi diſcipuli.

28 Conuitiati ſunt ergo ei, & dixerūt, Tu diſcipulus illius eſto: nos autem Moſis diſcipuli ſumus.

29 Nos ſcimus ꝙ Moſi loquutꝰ eſt Deus: hic autē ″vnde ſit, neſcimꝰ.

30 Reſpondit eis ille & dixit eis, ′Enimuero in hoc mirū eſt quòd vos neſciatis ″vnde ſit, ″& *tamen* aperuit meos oculos.

Peccatores:

31 Scimus autem quòd peccatores Deus nō audit: ſed ſiquis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc audit.

32 ″Ab *omni* æuo nō eſt auditū quòd quis aperuerit oculos cæci nati.

33 Niſi eſſet hic à Deo, non poſſet facere quicquam.

Superbia Phariſaica.

34 Reſponderūt & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Cæcus à Chriſto doctus, credit in ipſum.

35 Audiuit Ieſus quòd eieciſſent eum foras: qúmque inueniſſet eum, dixit ei, Tú*ne* credis in filium Dei?

36 Reſpondit ille & dixit, quis eſt Domine, vt credam in eum?

37 Dixit autem ei Ieſus, Et vidiſti eū, & qui loquitur tecū, ipſe eſt.

Adorare.

38 At ille ait, Credo, Domine. Et adorauit eum.

Iudiciū Chriſti.

39 Et dixit Ieſus, ″Ad iudicium *exercendum* ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant: & ″qui vident, cæci fiant.

Cæci.

40 Audierunt autem hæc quidam ex Phariſæis, qui cum ipſo erāt, & dixerunt ei, Num & nos cæci ſumus?

41 Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, nō haberetis peccatū: nūc verò dicitis, Videmus: itaque peccatum veſtrum manet.

Cap. X.

Oſtium. Ouile. Latro. Paſtor.

1 AMen amen dico vobis, qui non ingreditur per oſtiū in caulam ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.

2 Qui autem ingreditur per oſtium, paſtor eſt ouium.

3 Huic ianitor aperit, & oues vocem eius audiunt, & ſuas oues vocat nominatim, & educit eas.

4 Qúmque ſuas oues emiſerit, ante eas vadit, & oues eū ſequuntur: quia norunt vocem eius.

5 Alienum autē nequaquam ſequentur, ſed fugient ab eo: quia non norunt vocem alienorum.

6 ′Hanc parabolam dixit eis Ieſus: illi autē nō cognouerunt quæ eſſent ea quæ loquebatur eis.

7 Dixit ergo eis rurſus Ieſus, Amen amen dico vobis, ego ſum oſtium ouium.

Oſtium. Latrones.

8 Omnes quotquot ″ante me venerunt, fures ſunt & latrones: ſed

26 Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

27 Reſpondit eis, Dixi vobis iā, & audiſtis: quid iterū vultis audire? nūquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?

28 Maledixerūt ergo ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.

29 Nos ſcimus quia Moyſi loquutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. F

30 Reſpōdit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile eſt quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos.

31 Scimus autē quia peccatores Deus nō audit: ſed ſiquis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

32 A ſeculo non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.

33 Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.

34 Reſponderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

35 Audiuit Ieſus quia eiecerunt eū foras: & quum inueniſſet eum, dixit ei, Tu credis in Filium Dei? G

36 Reſpondit ille, & dixit, Quis eſt Domine, vt credam in eum?

37 Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.

38 At ille ait, Credo, Domine. Et procidens adorauit eum.

39 Et dixit ei Ieſus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui nō vidēt, videant: & qui vident, cæci fiant. Suprà 3.b.17 Intrà 12.g.47

40 Et audierunt quidam ex Phariſæis qui cū ipſo erant, & dixerunt ei, Nūquid & nos cæci ſumus?

41 Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, Quia videmus: peccatū veſtrum manet.

Cap. X.

1 AMen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouiū, ſed aſcendit aliūde: ille fur eſt & latro.

2 Qui autē intrat per oſtium, paſtor eſt ouium.

3 Huic oſtiarius aperit: & oues vocē eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

4 Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.

5 Alienum autem non ſequūtur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

6 Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

7 Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen amen dico vobis quia ego ſum oſtiū ouium. B

8 Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones: ſed non audierunt

---

29 Vnde ſit, πόθεν ἐστίν, Hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſt, & aliud declarat quàm verba ipſa ſonent. neque enim de patria, familia, nomine ambigebant, ſed de ipſius munere & authoritate dicūt ſibi non cōſtare: videri tamen à Deo non eſſe, quia ſabbathū violaret.

30 Enimuero γάρ Vide Matth. 1.c.18. Et *tamen* καί Similem eclipſin particulæ aduerſatiuæ annotauimus ſuprà 9.a.6.

39 Ad iudicium *exercendum* εἰς κρίσιν Id eſt, cū ſummo imperio & authoritate, vt ſtatuant quod iuſtū & æquum eſt. Nam iudicium ſimpliciter hìc accipi pro condemnatione nō poteſt, ſed pro eo iure potius quod princeps aliquis habet hoc vel illud cōſtituendi: vt ipſe ſuprà expoſuit 5.e.27 & 30. qua de re pulchra narrat Dauid Pſal. 2.b.7, & Pſ. 50.a.1. Sed mihi tamē videtur, hoc quidē loco, Iudicii vocabulū præterea etiā cōplecti iuſtū illius poteſtatis vſum. Exiſtimo enim Dominū iniqua eorū ſententia offenſum, qui hunc tanquā profanū ac blaſphemum ex fidelium albo expunxerant, eū conſolari, & ſuā iuriſdictionē cum illorū tyrannide cōparare. quaſi diceret, Iſti pro arbitrio ſuo ſibi arrogāt populi Dei adminiſtrationē, quaſi ſoli omnia videant, & ſint lumen verſantiū in tenebris, vt Rom. 2.c.18. at ego veni vt iſtos reprimā. Mea eſt iuriſdictio, quā ego lōgè alia ratione exercebo quàm iſti ſoleant. nā quos iſti pro cæcis habēt, illos ego luce donabo: iſtos autē ſuperbos & arrogantes, qui ſe ſolos putāt acutiſſimè cernere, illos, inquā, ego tractabo vt æquū eſt, quum illos in denſiſſimas ignorantiæ tenebras demergā, vt prædictū eſt ab Eſaia, toto capite 29. Qui vident, οἱ βλέποντες, In cæcorū ac videntiū nominibus ironica eſt μίμησις: loquitur enim ex Phariſæorū opinione, qui reliquos in tenebris verſari, ſe ſolos omnia videre ſibi perſuaſerant: quos graphicè prorſus deſcribit Paulus Rom. 2.c.17. 18.19.20 & 21. Nec verò huius iuſti Dei iudicii exempla longius quàm ab hoc noſtro ſeculo petere neceſſe eſt. Prodeant omnes Phariſæorum noſtri tēporis academiæ, habet, Dei beneficio, Eccleſia illa cæca & hæretica quam vocant, ſeptennes pueros, qui, teſte vniuerſo mundo, poſſint illos non ad pudorē quidē (quē iampridem nullū habent) ſed ad inſaniā adigere.

IN CAPVT X.

6 Hanc parabolam ταύτην τὴν παροιμίαν Quod à cæteris Euangeliſtis dicitur παραβολή, ab vno Iohāne vbique dicitur παροιμία, quum alioqui Parœmia diuerſum quiddam declaret, vt alibi diximus. Sic nimirum voluit Iohannes exprimere quod Hebræi משל vocant.

8 Ante me πρὸ ἐμοῦ Hoc deerat in ſeptē exēplaribus: & pro εἰσί, ſunt, in vno ſcriptū erat ἦσαν, erāt. Quāuis autē vniuerſale ſit hoc pronuntiatum, eſt tamen accommodandum ad id de quo agitur. Chriſtus dicit ſe eſſe oſtium, quo dicto alios omnes excludit. Itaque fures ac la-

trones vocat eos omnes ſcilicet qui oſtii nomen ſibi vindicarunt. Atqui nullus vnquam ex ſanctis, nec Moſes, nec Prophetæ ſe dixerunt eſſe oſtium, ſed Chriſtum potius pro oſtio indicarunt ouibus. Ergo ad eos non pertinet hoc Chriſti dictum.

eos oues.

Ego ſum oſtium: per me ſiquis introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat: ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Eſa.40.c.11
eze.34.f.23

‖Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuā dat pro ouibus.

C

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum veniētem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & diſpergit oues.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.

Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ouibus.

Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & alias oportet me adducere, & vocem meam audient, ‖& fiet vnum ouile & vnus paſtor.

Ezech.37.f.22

D

Eſa.53.b.7

Propterea me diligit Pater, ‖quia ego pono animā meam, vt iterum ſumam eam.

Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eā à meipſo: poteſtatē habeo ponēdi eam, & poteſtatem habeo iterū ſumendi eam.‖ hoc mandatum accepi à Patre meo.

Act.4.d.28

Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos.

Dicebāt autem multi ex ipſis, Dæmonium habet & inſanit: quid eum auditis?

Alii dicebant, Hæc verba non ſunt dęmonium habentis. nunquid dęmonium poteſt cæcorū oculos aperire?

1.Machab.4.f.59

Facta ſunt autem Encęnia in Ieroſolymis, & hyems erat:

Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis:

Circundederūt ergo eum Iudæi, & dicebāt ei, Quouſq; animā noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palā.

non audierunt eos oues.

9 Ego ſum oſtium: per me ſiquis introierit, ſeruabitur: &″ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

10 Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, ac perdat *oues*: ego veni vt vitam habeant″& abundent.

11 Ego ſum paſtor ille bonus: bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus.

12 Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videns lupum venientem, deſerit oues, fugítque: lupus autem rapit ac diſpergit oues.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, &″non eſt illi cura ouium.

14 Ego ſum paſtor ille bonus, & agnoſco oues meas, & agnoſcor à meis.

15 Sicut″nouit me Pater, ita & ego noui Patrem: & animam meam pono pro ouibus.

16 Alias etiam oues habeo, quæ nō ſunt ex hac caula: illas quoque oportet me adducere. nam vocem meam audient, fiétque vnum ouile″*&* vnus *erit* paſtor.

17 ″Propterea me Pater diligit, quia ego″pono animam meam vt rurſus ſumam eam.

18 Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatē habeo ponendi eam, & poteſtatē habeo rurſus ſumendi eam. hoc mandatum accepi à Patre meo.

19 Diſſidium igitur rurſum factum eſt inter Iudæos, propter ſermones hos.

20 Dicebant autem multi ex ipſis, Dæmonium habet & inſanit, quid eum auditis?

21 Alii dicebant, Hæc verba non ſunt dæmonium habentis.″num dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

22 Facta ſunt autem″Encænia Ieroſolymis, & hyems erat:

23 Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Solomonis:

24 Circunderunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei, Quouſque animam noſtram″ſuſpendis? ſi tu es Chriſtus ille, dic nobis″apertè.

Vita.

Paſtor.

Mercenarius.

Gentes Chriſto crediture.

Chriſtus ſpōte ſe tradit pro ouibus.

Diſſenſio propter Chriſtum.

Interrogatur Ieſus an ſit Chriſtꝰ

9 Ingredietur & egredietur, εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, Heb. יבוא ויצא, id eſt, ſecurus vita perfruetur. Ita enim hoc quaſi prouerbium accipitur apud Hebræos, vt Deut.28.a.6. Pſal.121.8. Sicut Gallicè dicimus, *aller & uenir*. Hîc tamen videtur peculiaris eſſe alluſio, quia ſcilicet oues ad paſcua educuntur quotidie, & inde rurſus in caulas redeunt. Vide Act.1.d.21. 10 Et abundent. καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Vulg. & Eraſ. & abundantius habeant, quaſi videlicet aliquid antè habuerint quàm ad eas veniret paſtor.

13 Non eſt illi cura οὐ μέλει αὐτῷ Vulgata, non pertinet ad eum: barbarè & ambiguè.

15 Nouit γινώσκει Id eſt, diligit, approbat, gratum ſibi ac coniunctiſſimum habet. Sic apud Hebræos accipitur verbū ידע, vt Pſal.1.b.6, & 37.d.18. Matth.7.d.23. Itaque ad hunc locum non pertinet diſputatio illa ſubtilis potius quàm ſolida, quomodo Pater æternā ſuam ſapientiam noſcat. Nolui tamen quicquam mutare, ne aliorum ſententiis præiudicium afferrem. 16 Et vnus paſtor εἷς ποιμὴν Sic apud Hebræos ſæpe etiam inter duo inciſa deeſt copula, apud Græcos autem & Latinos admodum raró. Nam tria nimirum inciſa plerunque requiruntur, vt locus ſit aſyndeto. Similem eclipſin annotauimus ſemel apud Lucam, & 1.Tim.4.a.3. 17 Propterea διὰ τοῦτο Notandus eſt hic locus aduerſus eos qui διὰ τοῦ χριστοῦ & διὰ τὸν χριστὸν ſubtili quadā ratione diſtinguunt, vt Chriſti meritum eneruent. Chriſtus certè, quatenus homó eſt, ſua obedientia ac perfecta iuſtitia promeritus eſt vitam ac benedictionē quæ Legi eſt annexa, non ſuæ carni duntaxat, ſed nobis etiam omnibus, qui hac iuſtitia per fidem nobis imputata iuſti cōſtituimur, vt vnà cum ipſo regnemus: ſicut explicat Paulus Rom.5.d.19, & Philipp.2.a.7.8 & 9. Pono τίθημι Vel, ponā. Sed tamen præſens tempus ſeruare malui, quia Chriſtus, ex quo natus eſt, quodammodo cœpit vitam ſuam pro nobis ponere, ita vt tota ipſius vita nihil aliud ſit quàm iugis quædam mors quam pro peccatis noſtris ſubiit. Itaque iam tū moriebatur quum hæc diceret. 21 Num dæmonium μὴ δαιμόνιον In vno codice legimus μὴ δαιμόνιον ἔχων, num qui dæmonium habet.

22 Encænia τὰ ἐγκαίνια Sacer (vt quidā ſcribit) apud Iudæos dies ob memoriā inſtaurati templi, poſt diutinam in Perſide captiuitatem. Imò verò non vnius diei, ſed octo dierum hoc feſtum erat, nec inſtitutū in memoriā reditus ex Babylonia, quæ & ipſa diſtincta eſt à Perſide, ſed à Iuda Machabæo, quū pulſo Antiochi præſidio templū ac cultū Dei inſtauraſſet. Sic enim de his ſcribitur 1.Mach.4.g.59, καὶ ἔστησεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἐκκλησία Ἰσραὴλ, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν, ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνιαυτὸν, ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς χασλεῦ, μετ᾽ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. Id eſt, Conſtituit Iudas & fratres eius totáque Iſraelis cōcio, vt dies renouationis altaris ſuis temporibus agitarētur ſingulis annis, ſcilicet octo dies à x v. die menſis Chaſleu, magno cū gaudio ac lætitia. Hæc ille, ex quibus etiā apparet, ἐγκαίνια non ſatis expreſſè ab iis cōuerti, qui dedicationē interpretantur: etſi eam opinionē Nonnus amplectitur, ad Solomonē authorem hoc referens: quū potius oportuerit Renoualia cōuertere, vt quidā nuper fecit, ſi quidem nouum vocabulū fingere neceſſe eſſet. Hinc etiā liquet cur addat Iohannes hyemem fuiſſe, quū menſis כסליו maxima ex parte Decembri noſtro reſpondeat. 24 Suſpendis? αἴρεις; Id eſt, anxiā ac ſuſpenſam tenes. Non deſunt tamen qui αἴρειν accipiant pro tollere è medio ac perdere, veluti Latini dicūt, Quid me enecas?

Aperté. παῤῥησίᾳ. Vulg. palám. Ego malo ad ipſum loquēdi genus referre, vt etiā infrà accipitur, 11.b.14. Neque enim poſcunt vt publicè duntaxat reſpondeat, ſed vt apertè & ſermone minimè ambiguo dicat an ſit promiſſus illę Meſſias. Idem annotauimus Mar.8.d.32.

Iudæi quare non credunt.

Reſpondit eis Ieſus, Dixi vobis, nec creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me. 25

Sed vos non creditis. ″non enim eſtis ex ouibus meis, ″ſicut dixi vobis. 26

Oues Chriſti.

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: 27

Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam è manu mea. 28

″Pater meus qui *eas* dedit mihi, maior omnibus eſt: neque quiſquam poteſt eas rapere è manu Patris mei. 29

Ego & Pater vnum ſumus. 30

Suſtulerunt ergo rurſum lapides Iudæi, vt lapidarent eum. 31

Opera Chriſti oſtendebant eum eſſe Deum. Lapidare

Reſpondit eis Ieſus, multa bona opera demonſtraui vobis ex Patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis? 32

Reſponderunt ei Iudæi, dicentes, Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam, ″id eſt, quia tu, homo quum ſis, facis teipſum Deum. 33

Reſpondit eis Ieſus, Nón*ne* ſcriptum eſt in Lege veſtra, Ego dixi, Dii eſtis? 34

Dii qui.

Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ″ſolui Scriptura: 35

″*Me* quem Pater ſanctificauit & miſit in mundum, vos dicitis blaſphemare, quia dixi, Filius Dei ſum? 36

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 37

Sin verò facio, etiamſi mihi non credatis, operibus credite: vt cognoſcatis & credatis quòd Pater in me eſt, & ego ″in eo. 38

Rurſus ergo quærebãt eum prehẽdere: ſed exiuit è manu eorũ. 39

Abíitque rurſus trans Iordanem, in eum locum vbi fuerat Iohannes baptizans primúm: manſítque illic. 40

Multi autem veniebant ad eum, ac dicebant, Iohannes quidem ſignum ædidit nullum: omnia autem quæcunque ″ipſe dixit de hoc, vera erant. 41

Credunt multi.

Et crediderunt multi illic in eum. 42

Cap. XI.

Lazarus ægrotans.

AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus, à Bethania, ″*id eſt* ex vico Mariæ & Marthæ ſororis ipſius. 1

Maria ſoror Marthæ.

Maria autem ″ea eſt quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit 2

25 Reſpõdit eis Ieſus, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.

26 Sed vos non creditis. quia nõ eſtis ex ouibus meis, ſicut dixi vobis.

27 Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequũtur me:

28 Et ego vitam æternam do eis, & nõ peribunt in æternũ, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.

29 Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. F

30 Ego & Pater vnum ſumus.

31 Suſtulerunt ergo iterum lapides Iudæi, vt lapidarent eum.

32 Reſpõdit eis Ieſus, Multa bona opera oſtẽdi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?

33 Reſponderũt ei Iudæi, De bono opere nõ lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu, homo quum ſis, facis teipſum Deum.

34 Reſpõdit eis Ieſus, Nónne ſcriptũ eſt in Lege veſtra, ‖Quia ego dixi, Dii eſtis? Pſal.81.b.6

35 Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui Scriptura:

36 Quem Pater ſanctificauit & miſit in mundũ, vos dicitis, Quia blaſphemas: quia dixi, Filius Dei ſum? G

37 Si non facio opera Patris mei, nolite credere.

38 Si autem facio: & ſi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

39 Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.

40 Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Iohannes baptizans primúm: & manſit illic.

41 Et multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Iohãnes quidem ſignum fecit nullum: omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erãt.

42 Et multi crediderunt in eum.

Cap. XI.

1 ERat autem quidam infirmus Lazarus, à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororis ″eius.

2 (Maria autem erat ‖quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes

---

26 Nõ enim eſtis οὐ γάρ ἐστε In quibuſdã codicibus legitur, ὅτι οὐκ ἐστέ, quia nõ eſtis. Sed vtcunque legas, ſciendũ eſt cauſam afferri cur non credant, non autem conſequutionem, vt ſuprà 8.f.44, quum colligitur, diabolum non perſtitiſſe in veritate, ex eo quòd veritas in eo non ſit. Item Lucæ 7.g.47, vbi ex magna dilectione colligitur remiſſio multorum peccatorum, Quia (inquit) cui pauciora peccata remiſſa ſunt, is minus diligit. In illis igitur exemplis res ipſa oſtendit ὅτι notare conſequens, ex quo antecedens colligitur. Hìc verò ex contrario declarat antecedens, ex quo intelligitur conſequens. Prius enim oues nos eſſe oportet, id eſt, ouili Dei deſtinatos, quàm Paſtoris vocem audiamus: prius nos diligi quàm diligamus: prius trahi, audire ac diſcere, quàm ad eum veniamus. Iſti igitur nõ audiunt, idcirco quia nõ ſunt ex ouibus: quanquam rectè etiam hoc ex illo colligas, quia ouem eſſe, & ſuo tempore audire, ita ſunt inter ſe coniuncta, vt diſtingui quidem poſſint, ſeparari nõ poſſint. Sicut dixi vobis. καθὼς εἶπον ὑμῖν. Hæc à nonnullis connectuntur cum ſequenti verſiculo. Eraſmus putat à quopiam addita. Ego verò non puto redundare, quum præſertim in omnibus noſtris codicibus ſummo conſenſu legantur.

29 Pater meus ὁ πατήρ μου Auguſtinus & Pſeudocyrillus legũt, ὁ πατήρ μου ὃ δέδωκέ μοι, μεῖζον πάντων ἐστί, Quod mihi dedit Pater meus, maius eſt omnibus: idque Auguſtinus quidem de Eccleſia interpretatur, quæ omnem vim aduerſariorum ſuperat: Pſeudocyrillus verò de Diuina Chriſti virtute, cui fruſtra ſe opponat Satan cum ſuis. Ego eam lectionem ſum ſequutus quã in omnibus exemplaribus reperi, & Nonnus etiam expreſſit. 33 Id eſt, καὶ, Sic conuerti, vt oſtenderem καὶ hoc loco non propriè copulam eſſe, ſed potius per epexegeſin explicandã: quanuis ſic etiam loquuntur Latini, vt Virg. Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ. Theophylactus Romanus omittit, & ſimiles eclipſes multas iam annotauimus ſuprà 5.c.19. Solui λυθῆναι Id eſt, violari, aut irrita fieri, vt Matth. 5.c.17 & 19. aut deſtrui, vt ſuprà 7.d.23. 36 Me quem Pater ὃν ὁ πατὴρ Supplendum fuiſſe pronomen primæ perſonæ liquet ex eo quod dixit βλασφημεῖς potius quàm βλασφημῶ. Sed & orationẽ rectam mutauimus in obliquã, vt perſonæ mutationem vitaremus. qua de re diximus ſuprà 1.c.20.

38 In eo. ἐν αὐτῷ. In eo ſcilicet Patre. Nam ſic etiam legit Vulgata, & in vno exemplari ſcriptũ erat ἐν τῷ πατρί. 41 Ipſe dixit εἶπεν Ἰωάννης Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo, quam ſtuduimus vitare propter amphiboliam. Nam in vno exemplari deeſſe animaduertimus: & relatiua interdum, vbi etiam neceſſaria videntur, ſolet Iohannes negligere, vt ſuprà verſu 29.

IN CAPVT XI.

1 Id eſt è vico ἐκ τῆς κώμης Similem epexegeſin vide ſuprà 5.c.19, & 10.f.33. Ea eſt quæ vnxit ἦν ἡ ἀλείψασα. ἦν pro ἐστὶ interdum vſurpari, annotauimus ſuprà 1.d.30. quæ ſignificatio mihi viſa eſt melius hìc conuenire. Sed & notandum, eſt quæ de vnctione referuntur, dici κατὰ πρόληψιν. neque enim adhuc id factum erat. Ideo ſeruauimus propriam aoriſti ſignificationem, qui alioqui ferè poni ſolet pro præterito pluſquamperfecto.

eius capillis ſuis:cuius frater Lazarus infirmabatur.

3 Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ, dicentes, Domine, ecce,quem amas, infirmatur.

4 Audiens autem Ieſus dixit eis, infirmitas hæc nõ eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei : vt glorificetur filius Dei per eam.

5 Diligebat autẽ Ieſus Marthã, & ſororem eius Mariam,& Lazarum.

6 Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tũc quidem manſit in eodẽ loco duobus diebus.

7 Deinde poſt hęc dicit diſcipulis ſuis, Eamus in Iudæam iterum.

8 Dicunt ei diſcipuli, Rabbi,nũc quęrebant te Iudæi lapidare,& iterum vadis illuc?

B 9 Reſpõdit Ieſus , Nonne duodecim ſunt horæ diei?ſiquis ambulauerit in die,non offendit:quia lucẽ huius mũdi videt.

10 Si autem ambulauerit in nocte,offendit:quia lux non eſt in eo.

11 Hæc ait: & poſt hoc dicit eis,Lazarus amicus noſter dormit : ſed vado vt à ſomno exſuſcitem eum.

12 Dixerũt ergo diſcipuli eius,Domine,ſi dormit,ſaluus erit.

13 Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret.

14 Tũc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè, Lazarus mortuus eſt:

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) quoniam non eram ibi.ſed eamus ad eum.

C 16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos , Eamus & nos,vt moriamur cum eo.

17 Venit itaque Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

18 (Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.)

19 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam,vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

20 Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit, occurrit illi : Maria autem domi ſedebat.

21 Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine , ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.

22 Sed & nunc ſcio quia quæcunque popoſceris à Deo,dabit tibi Deus.

23 Dixit illi Ieſus , Reſurget frater tuus.

24 Dicit ei Martha,Scio quia reſurget ‖in reſurrectione,in nouiſſimo die.

Suprà 5.e.29
luc.14.e.14

25 Dicit ei Ieſus,Ego ſum reſurrectio & vita:‖qui credit in me:etiam ſi mortuus fuerit,viuet:

Suprà 6.d.35

26 Et omnis qui viuit,&credit in me, non morietur in æternũ. credis hoc?

27 Ait illi,Vtique Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus Filius Dei qui in mundum veniſti.

28 Et quũ hæc dixiſſet , abiit & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilẽtio,dicens,Magiſter adeſt,& vocat te.

29 Illa vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum.

pedes eius capillis ſuis:cuius frater Lazarus ægrotabat.)

3 Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes, Domine, ecce, *is* quem amas,ægrotat.

4 *Id* autem quum audiſſet Ieſus,dixit, Morbus iſte non eſtʺmortifer,ſed *immiſſus* pro gloria Dei:vt glorificetur ʺfilius Dei per eum.

Infirmitas ad gloriam Dei.

5 Diligebat autem Ieſus Martham,& ſororem eius,& Lazarum.

6 Vt ergo audiuit quòd ægrotaret, tum quidẽ manſit duos dies in eo loco vbi erat.

7 Deinde poſt hoc dicit diſcipulis,Eamus in Iudæam rurſus.

8 Dicunt ei diſcipuli,Rabbi, modò quærebant te Iudæi lapidare, & rurſum abis illuc?

9 Reſpondit Ieſus,Nón*ne* duodecim ſunt horæ diei?ſiquis ambulauerit interdiu,non offendit:quia lucem huius mundi videt.

Horæ diei duodecim.

10 Siquis autẽ ambulauerit nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo.

11 Hæc ait : & poſt hæc dicit eis, Lazarus amicus noſter dormit: ſed proficiſcor vt à ſomno excitem eum.

12 Dixerunt ergo diſcipuli eius,Domine,ſi dormit,ſeruabitur.

13 Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi verò putauerunt quòd de dormitione ſomni diceret.

14 Tunc ergo Ieſus dixit eisʺapertè,Lazarus mortuus eſt:

15 Et gaudeo propter vos(vt credatis)quòd nõ fuerim illic.ſed eamus ad eum.

16 Dixit ergo Thomas,qui dicitur Didymus,cõdiſcipulis,Eamus & nos,vt moriamur cum eo.

Thomas

17 Venit ergo Ieſus , & inuenit eum quartum iam diem in monumentoʺagentem.

18 (Erat autẽ Bethania prope Ieroſolymã ferè ſtadiis quindecim:

19 Multíque ex Iudæis venerantʺad Martham & Mariam , vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

20 Martha ergo vt audiuit quòd Ieſus ʺveniret,occurrit ei : Maria verò domi ſedebat.

21 Dixit ergo Martha ad Ieſum,Domine,ſi fuiſſes hîc,frater meus non fuiſſet mortuus:

Marthæ querimonia apud Chriſtum.

22 Sed & nunc ſcio quòd quæcunque petieris à Deo,dabit tibi.

23 Dicit ei Ieſus,Reſurget frater tuus.

24 Dicit ei Martha,Scio quòd reſurget in reſurrectione in vltimo illo die.

Reſurrectio.

25 Dixit ei Ieſus, Ego ſum reſurrectio & vita : qui credit in me,etiamſi mortuus fuerit,viuet:

Vita.
Fides.

26 Et omnis qui viuit,& credit in me,non morietur in æternum. credis hoc?

27 Ait illi,Etiam Domine: ego credo quòd tu es Chriſtus ille Filius Dei,qui in mundum venturus erat.

Fides & cõfeſſio Marthæ.

28 Et quum hæc dixiſſet, abiit, & clàm vocauit Mariam ſororem ſuam,dicens,Magiſter adeſt,& vocat te.

Maria currit ad Chriſtum.

29 Illa vt audiuit,ſurgit citò,& venit ad eum.

4 Mortifer, πρὸς θάνατον, Heb.למות Id eſt,idcirco immiſſus vt Lazarum perimat: pro quo Vulg.& Eraſm. ad verbum verterunt, ad mortem. Nam πρὸς finem declarat,alioqui dicendũ fuerat ἕως[vel, μέχρι] θανάτου,id eſt, עד־מות,vt Eſa.38.a.1. Filius Dei ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ In nonnullis Latinis codicibus legitur,Filius hominis,id eſt,υἱὸς ἀνθρώπου,& ita etiam Nonnus. 14 Apertè, παῤῥησίᾳ,Vide ſuprà 10.d.24.

17 Agentem. ἔχοντα. Vulg.& Eraſm.habentem:quo modo dixit Quintilianus lib.6.cap.4,triginta annos habere, pro,triceſimum annum agere,vt ſuprà etiam cõuertimus 8.g.57. Sed tamen nonnihil aſpera nobis viſa eſt hæc formula, quanuis ne hæc quidem qua vſi ſumus,nobis ſatiſfaciat. 19 Ad Martham & Mariam, πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, Ad verbum,ad eas quæ erant circa Martham & Mariam.Sed Græca eſt periphraſis admodum elegans,quam rectè expreſſit Vetus interpres,immeritò à Valla reprehenſus.Interdum tamen hæc periphraſis ſimpliciter accipienda eſt,vt Act.13.b.13. 20 Veniret, ἔρχεται, Eraſmus,veniſſet,impropriè:nam adhuc erat in via.

30 Nondum autem venerat Ieſus in vicum: ſed erat in eo loco vbi occurrerat ei Martha.

31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, quum vidiſſétʹquòd Maria citò″ſurrexiſſet,& exiſſet,ſequuti ſunt eam,dicentes,Abiit ad monumentum,vt fleat illic.

Mariæ querimonia.

32 Maria ergo quũ veniſſet eò vbi erat Ieſus,viſo eo,accidit ad pedes eiꝰ,dicẽs ei,Domine,ſi fuiſſes hîc,nõ eſſet mortuꝰ frater meus.

33 Ieſus ergo vt vidit eam flentẽ,& Iudæos qui vnà venerant cum ea,flentes,infremuit ſpiritu,& turbauit ſeipſum.

34 Et dixit,Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei,Domine,veni & vide.

Chriſtus lachrymatur.

35 Lachrymatus eſt Ieſus.

36 Dixerunt ergo Iudæi,Ecce quomodo amabat eum.

37 Quidam autem ex ipſis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci,facere vt & iſte non moreretur?

38 Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. erat autem ſpelunca,& lapis impoſitus erat ei.

Suſcitatur Lazarus.

39 Ait Ieſus,Tollite lapidem. Dicit ei Martha,ſoror eius qui mortuus fuerat,Domine,iam olet:quatuor enim dierum eſt.

Fides.
Gloria Dei.
Oratio Chriſti.

40 Dicit ei Ieſus, Nónne dixi tibi quòd ſi credideris, videbis gloriam Dei?

41 Suſtulerũt ergo lapidem *à loco* vbi mortuus ille fuerat poſitus. Ieſus autem attollens ſurſum oculos,dixit, Pater gratias ago tibi quòd me audieris.

Fides.

42 Ego autẽ ſciebam quòd ſemper me audis: ſed propter turbam circunſtantem *hoc* dixi: vt credant quòd tu me miſeris.

43 Et quum hæc dixiſſet,clamauit voce magna,Lazare, adeſdum foras.

44 Tũ qui fuerat mortuus,prodiit,manus & pedes vinctus faſciis. facies autem eius ſudario erat obuincta. dicit eis Ieſus, Soluite eum,& ſinite abire.

Iudæi quidam credunt Chriſto

45 Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & ſpectauerant quæ fecerat Ieſus,crediderunt in eum.

46 Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ feciſſet Ieſus.

Concilium Phariſæorum contra Chriſtum.

47 Coegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium,ac dicebant, Quid faciemus? nam hic homo multa ſigna ædit.

Romani.

48 Si ita ſinamus eum,omnes credent ei: veniéntque Romani, & ″delebunt tum locum noſtrum,tum gentem.

Caiaphas prophetat Chriſtum moriendum.

49 Vnus autẽ ex ipſis Caiaphas, Pontifex anni illius,dixit eis, Vos neſcitis quicquam,

50 Nec cogitatis quòd cõfert nobis vt vnus homo moriatur pro populo,ac tota gens non pereat.

51 Hoc autẽ à ſemetipſo non dixit: ſed quum eſſet Pontifex anni illius,prophetauit fore vt Ieſus moreretur pro ea gente:

Iudæorum & Gentium ſalus.

52 Et non tantùm ʹpro ea gente, ſed vt etiam filios Dei diſperſos cogeret in vnum.

Ieſus fugit Iudæos.

53 Ab illo ergo die conſultabant vnà,vt trucidarent eum.

54 Ieſus ergo iam non palàm verſabatur inter Iudæos: ſed abiit illinc in regionem″quæ eſt prope deſertum, in vrbẽ quæ dicitur

Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum:ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha.

Iudæi ergo qui erãt cũ ea in domo, & conſolabantur eam, quũ vidiſſent Mariam quia citò ſurrexit,& exiit,ſequuti ſunt eam,dicẽtes,Quia vadit ad monumentum,vt ploret ibi.

Maria ergo quum veniſſet vbi erat Ieſus,videns eum, cecidit ad pedes eius,& dicit ei, Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus.

Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu,& turbauit ſeipſum.

Et dixit,Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei,Domine,veni & vide.

Et lachrymatus eſt Ieſus.

Dixerunt ergo Iudæi,Ecce quomodo amabat eum. E

Quidã autem ex ipſis dixerũt,Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt hic non moreretur? Suprà 9.a.6

Ieſus ergo rurſum fremens in ſemet ipſo,venit ad monumentũ.erat autẽ ſpelũca,& lapis ſuperpoſitus erat ei.

Ait Ieſus, Tollite lapidem.Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat,Domine iã fœtet: quadriduanus eſt enim.

Dicit ei Ieſus,Nónne dixi tibi quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei?

Tulerunt ergo lapidem.Ieſus autẽ eleuatis ſurſũ oculis dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audiſti me.

Ego autẽ ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat,dixi,vt credãt quia tu me miſiſti.

Hæc quũ dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare,veni foras. F

Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus,ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. dixit eis Ieſus, Soluite eum, & ſinite abire.

Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus,crediderunt in eum.

Quidã autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.

Collegerũt ergo Pontifices & Phariſæi concilium,& dicebant,Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.

Si dimittimus eũ ſic,omnes credẽt in eũ:& venient Romani, & tollent & noſtrum locum & gentem.

Vnus autẽ ex ipſis Caiphas,quum eſſet Põtifex anni illius,dixit eis,Vos neſcitis quicquam,

Nec cogitatis quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo,& non tota gens pereat. Infra.8.c.14

Hoc autẽ à ſemetipſo non dixit:ſed quum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente: G

Et non tantùm pro gente,ſed vt filios Dei qui erant diſperſi,congregaret in vnum.

Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerent eum.

Ieſus ergo iã non in palàm ambulabat apud Iudæos,ſed abiit in regionẽ iuxta deſertum in ciuitatem quæ di-

---

48 Delebunt ἀρῶσι Vulg.& Eraſ.ad verbum,tollent:quæ interpretatio mihi quidem viſa eſt nimium obſcura.

52 Pro ea gente, ὑπὲρ τοῦ ἔθνους, Hoc quidem loco videtur exprimenda vis articuli,vt certam gentem cum reliquarum gentium hominibus conferri intelligamus.Idcirco enim iſtos vocat Diſperſos,quòd non vt Iudæi,in vna regione coacti eſſent,ſed ab Oriente ad Occidentem hinc & inde colligendi.

54 Quæ eſt prope deſertum, ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, Id eſt, τὴν ἐγγὺς ἐρήμου. Deeſt enim articulus:de qua eclipſi diximus ſuprà 5.f.36.Cæterùm pro ἐφραὶμ in vno codice legitur Ephren,& apud Nonnum quoque.

citur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Proximum autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſãctificarent ſeipſos,

Quærebant ergo Ieſũ, & colloquebãtur adiniuicẽ in tẽplo ſtãtes, Quid putatis quia non venit ad diem feſtũ?

Dederant autẽ Pontifices & Phariſæi mãdatũ, vt ſiquis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum.

Cap. XII.

Matth. 26. a. 6
marc. 14. a. 3

IEſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.

Fecerunt autẽ ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.

Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore vnguenti.

Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus.

Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis?

Infrà 13. c. 29

Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

B Dixit ergo Ieſus, Sine illã vt in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſt: & venerunt non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis.

Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum vt & Lazarũ interficerent.

Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Matth. 21. a. 8
marc. 11. a. 7
luc 19. c. 35.

In craſtinum autẽ turba multa quæ venerat ad Diem feſtum, quum audiſſent quia venit Ieſus Ieroſolymam:

Acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiã ei, & clamabant, Hoſanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael.

Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt,

Zachar. 9. b. 9

‖Noli timere filia Sion: ecce, Rex tuus venit ſedẽs ſuper pullum aſinæ.

C Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerũt ei.

Ephraim, & illic commorabatur cum diſcipulis ſuis. *Ephrem.*

55 Propè autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam ex illa regione ante Paſcha, vt purificarent ſe. *Sanctificare ſe.*

56 Quærebant ergo Ieſum, & loquebantur alii cum aliis in templo ſtantes, Quid videtur vobis, ʺ*num* quòd non veniet ad feſtum?

57 Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſiquis noſſet vbi eſſet, indicaret, vt prehenderent eum. *Sacerdotes iubẽt Chriſtum comprehendi.*

Cap. XII.

1 IEſus ergo ʺſexto die ante Paſcha venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitarat ex mortuis. *Chriſtus cœnat apud Martham cum Lazaro.*

2 Fecerunt igitur ei cœnã illic, & Martha miniſtrabat: Lazarus verò vnus erat ex iis qui ſimul accumbebant cum eo.

3 Maria ergo accepta libra vnguenti nardi ʺſpicatæ multi pretii, vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis: domus autem impleta eſt odore vnguenti. *Maria ſoror Marthæ vngit pedes Ieſu.*

4 Dixit ergo quidã ex diſcipulis eius, *nempe* Iudas Simonis *filius* Iſcariotes, qui erat eum proditurus,

5 Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt pauperibus? *Iudæ auaritia.*

6 Dixit autem hoc, non quòd pauperum ipſi cura eſſet, ſed quia fur erat, ac marſupium habebat, & ea quæ *intrò* mittebantur, portabat.

7 Dixit ergo Ieſus, Sine eã, in diẽ ſepulturæ meæ ʺſeruauit iſtud.

8 Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me verò non ſemper habebitis.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quòd illic eſſet: & venerunt non propter Ieſum tantùm, ſed etiam vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauerat à mortuis.

10 Conſultarunt autem principes Sacerdotum vt & Lazarũ trucidarent. *Lazarũ occidere conſultãt Iudæi.*

11 Quia multi ex Iudæis propter eũ abibant, & credebãt in Ieſum.

12 Poſtero die turba multa quæ venerat ad feſtum, quũ audiſſent quòd veniret Ieſus Ieroſolymam: *Ieſus aſinæ inſidens, ingreditur Ieruſalem.*

13 Acceperunt ramos palmarum, & egreſſi ſunt obuiam ei, & clamabant, Hoſanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex ille Iſrael.

14 Quum inueniſſet autem Ieſus aſellum, ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt,

15 Ne timeas filia Sion: ecce, Rex ille tuus venit, ſedens ſuper pullum aſinæ.

16 Hæc autem non cognouerũt diſcipuli eius primùm: ſed quum glorificatus eſſet Ieſus, tunc meminerunt quòd hæc eſſent ſcripta de eo, & *quòd* hæc ʺfeciſſent ei.

56 *Num* quòd non veniet ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ Id eſt, ὅτι οὐ μὴ ἐλεύσεται. Deliberant enim de re adhuc incerta, quum feſtum quidem inſtaret, ſed nondum tamen aduenisset. Itaque vt planior eſſet ſententia, ſuppleui particulam interrogantem. Nam Eraſmus mihi quidem non videtur ſenſum aſſequutus, quum interpretaretur, quòd non venerit.

IN CAPVT XII.

1 Sexto die ante Paſcha πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. Vulg. & Eraſ. ad verbum, ante ſex dies Paſchæ. quod nemo facilè intelligat.

3 Spicatæ πιστικῆς Vide Mar. 14. a. 3. Cæterùm pro eo quod λίτραν Iohannes ſcripſit, miror Nonnum τρία μέτρα interpretari: neque ſanè vnquam potui iſtius interpretationis rationem inire. λίτραν verò vocabulũ eſſe Latinum apertè declarat Galenus libro primo De compoſitione medicamentorum ſecundum genera. Sunt, inquit, ἐπιχώρια ταῦτα ὀνόματα τό, τε τῆς λίτρας καὶ τὸ τοῦ ξέστου καὶ τὸ τῆς οὐγγίας, de Romanis loquens. Neq; obſtat quod ex Polluce citat Eraſmus. Neque enim alios quàm Siculos Poetas, aut qui Siculos imitati ſunt, citat Pollux: quos vt alia multa, ſic etiã hoc vocabulum à vicinis hauſiſſe, vel hoc indicat quòd nulli alii Græci authores id vſurparent, Latini autem non aliter loqui ſoleant. Sed hæc παρέργως. 7 Seruauit τετήρηκεν Vulg. vt ſeruet, ἵνα τηρήσῃ, ſicut in vno codice ſcriptum inuenimus. Ita etiam legit Nonnus.

16 Feciſſent ἐποίησαν Id eſt, ἐτέλεσαν, vt vertit Nonnus. Poteſt autem hoc referri, vel ad diſcipulos, qui quum hũc aſinum adduxiſſent Domino, (vt alii Euangeliſtæ narrant) meritò poſtea cogitarunt ſe, quum nihil tale cogitarent, Deo operam ſuam præſtitiſſe vt vaticinium illud impleretur: vel ad turbam quæ aduenientem Chriſtum ita honorificè excepit, vt Propheta prædixerat.

Credentes ob Lazarum ſuſcitatũ.	Teſtabatur autem turba quæ erat cum eo, ″quòd Lazarum vocaſſet è monumento,& ſuſcitaſſet eum à mortuis.	17	Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarũ vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis.	
	Propterea etiam obuiam venit ei turba: quia audierat eum ædidiſſe hoc ſignum.	18	Propterea & obuiam venit ei turba,quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.	
	Phariſæi ergo dixerunt inter ſe, Videtis quòd nihil proficitis? ecce,″turba poſt eum abiit.	19	Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos,Videtis quia nihil proficimus? ecce,mundus totus poſt eum abiit.	
Gentiles volunt Chriſtum videre	Erant autem quidam Græci ex iis″qui aſcendere ſolent vt adorent in feſto:	20	Erant autem quidam Gentiles ex iis qui aſcenderant vt adorarent in die feſto.	
	Iſti ergo venerunt ad Philippum qui *erat* à Bethſaida Galilææ, & rogarunt eum,dicentes,Domine,″cupimus Ieſum videre.	21	Hi ergo acceſſerunt ad Philippum qui erat à Bethſaida Galilææ,& rogabant eum,dicẽtes,Domine,volumus Ieſum videre.	
	Venit Philippus,& dicit Andreæ:Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu.	22	Venit Philippus , & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dixerũt Ieſu.	
	Ieſus autem reſpondit eis,dicens, Venit tempus quo glorificetur Filius hominis.	23	Ieſus autẽ reſpondit eis,dicens, Venit hora vt clarificetur Filius hominis.	
Granũ frumẽti.	Amen amen dico vobis,niſi granum frumenti lapſum in terrã, mortuum fuerit,ipſum ſolum manet:ſi verò mortuũ fuerit,multum fructum affert.	24	Amen amẽ dico vobis,niſi granum frumẽti cadẽs in terram,mortuũ fuerit,ipſum ſolũ manet:ſi autẽ mortuũ fuerit,multum fructum affert.	D
Amare vel odio habere animam ſuam.	Qui amat animam ſuam,perdet eam:& qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodiet eam.	25	⌈Qui amat animam ſuã,perdet eã: & qui odit animam ſuã in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam:	Matth.10.d.39, & 16.d.25 marc.8.d.35 luc.9.c.24, & 17.g.33.
Miniſtrare Chriſto.	Siquis mihi miniſtrat,me ſequatur:″nam vbi ego fuero,illic & miniſter meus erit.″& ſiquis mihi miniſtrauerit, honorabit eum Pater.	26	Siquis mihi miniſtrat,me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit: ſiquis mihi miniſtrauerit,honorificabit eum Pater meus.	
Oratio Chriſti.	Nunc anima mea turbata eſt:& quid dicam?Pater, cõſerua me ab hac hora.ſed propterea veni in horam hanc.	27	Nũc anima mea turbata eſt:& quid dicã? Pater, ſaluifica me ex hac hora: ſed propterea veni in horam hanc.	
	Pater,glorifica nomen tuum. Venit ergo ″vox è cælo, *dicens*, Et glorificaui,& rurſus glorificabo.	28	Pater,clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo,Et clarificaui,& iterum clarificabo.	
Tonitruum. Angelus.	Turba ergo quæ adſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. alii dicebant,Angelus ei loquutus eſt.	29	Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. alii dicebant,Angelus ei loquutus eſt.	
	Reſpondit Ieſus & dixit,Non propter me hæc vox facta eſt,ſed propter vos.	30	Reſpõdit Ieſus, & dixit, Non propter me hæc vox venit , ſed propter vos.	
Iudicium.	Nunc iudicium adeſt mundi huius : nunc princeps mundi huius eiicietur foras.	31	Nunc iudicium eſt mundi : nunc princeps huius mũdi eiicietur foras.	
Chriſtus crucifigendus.	Et ego ſi″ſublatus fuero è terra,″omnes traham ad meipſum.	32	Et ego ſi exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipſum.	
	(Hoc autem dicebat,ſignificãs qua morte futurum erat vt moreretur.)	33	(Hoc autẽ dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus)	
	Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege quòd Chriſtus	34	Reſpõdit ei turba,Nos audiuimus	

17 Quòd Lazarum vocaſſet ὅτι Λάζαρον ἐφώνησεν Scio in pleriſque codicibus legi ὅτε Λάζαρον ἐφώνησεν, id eſt,quando Lazarum vocarat. Sed quia μαρτυρεῖν rarò ita poſitum inuenio,vt nihil prorſus habeat quod cohæreat,& planior eſt ſententia ſi ὅτι legas: non dubitauimus ita ſcribere & interpretari,partim duorum vetuſtorum codicum,partim etiam Nonni authoritate adducti.

19 Turba ὁ κόσμος Id eſt,ὁ ὄχλος.Eſt enim vocabulum Mundi πολύσημον,ſed apud Latinos(quod ſciam)nunquam hac ſignificatione accipitur,niſi velimus ὑπερβολικῶς hæc dici.Nam Vulgata & Nonnus addunt ὅλος,id eſt totus.

20 Qui aſcendere ſolent τῶν ἀναβαινόντων Vulg.& Eraſ.qui aſcenderant τῶν ἀναβάντων. At ego puto præſenti tempore ſolennem conſuetudinem ſignificari:qua de re diximus aliquid Matth.26.b.23. 21 Cupimus θέλομεν Vide Mar.10.e.35.

26 Nam erit. καὶ ἔσται. Alii cõuertunt,& eſto,vt futurum,Hebræorum more poſitum ſit pro imperandi modo,& ita explicetur quid ſit,Dominum ſequi : nempe vbicunque fuerit,illic eum comitari. Etſi autem hæc ſententia vera eſt & optimè cõuenit , tamen quia paulò antè non ſcriptum eſt ἀκολουθήσει,ſed ἀκολουθείτω,malui ſeruare propriam futuri ſignificationem. Et ſiquis καὶ ἐάν τις Vulg.& Eraſ.ſiquis. Atqui in omnibus vetuſtis codicibus additur καὶ,& apparet hoc eſſe additum vt explicetur præcedens promiſſio.

28 Vox è cælo,*dicens*, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Sic apud Hebræos ſæpe ſubauditur לאמור, vt annotauimus Mar.10.e.33.Sic autẽ loquitur Matth.17.a.5.Sed pro ὄνομά σου nomen tuum,in vno codice ſcriptum erat ὄνομά μου nomen meum.

32 Sublatus fuero è terra, ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, Vulg.& Eraſ.exaltatus fuero è terra.Atqui quum ex hac oratione naſcatur ſequens Iudæorum obiectio,neceſſe eſt exiſtimemus Chriſtum in ſuo idiomate verbum ambiguæ ſignificationis vſurpaſſe , quo ſcilicet ſignificetur aliquid tum attolli,tum etiam è medio auferri.Nam alioquin neque Iudæis occaſio data eſſet iſta obiiciendi,neque etiã Chriſtus tam commodè videri poſſit mortem ſuam ſignificaſſe.Puto autem id omnino eſſe quod Latini dicunt Tollere:Græci autem magis propriè αἴρειν quàm ὑψοῦν:Hebræi,vel רום,quod etiam declarat Separare & eximere,vt Exod.29.e.27:vnde oblationem תרומה,Chaldæus Paraphraſtes exponit אפרשותא, id eſt ſeparationes:vel potius עלה,quod reſpõdet quidem verbo ἀναβαίνειν, ſed in Niſhah accipitur pro ἐπαίρεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι,vt Græca editio habet Pſal.47.b.10,& 97.b.9.Sic factũ eſt vt elegãti trãſlatione vſurpetur pro Tolli è medio,vt Iob.5.d.26,vbi etiam de morte agitur:& pro Euaneſcere,fumi ſcilicet ac vaporis inſtar,qui Hebræis dicitur aſcendere è terra,vt Zach.14.c.13:quẽ locum Latini interpretes non rectè expreſſerũt:atque adeò pro Penitus deleri & excindi,vt Nah.2.b.7.pro eo quod in Hebræo legitur הועלתה, doctiſſimus Hebræorum habet נכרתה,id eſt , deletum & exciſum eſt. Omnes πάντας Id eſt,non ſolos Iudæos,vt rectè explicant Chryſoſtomus & Theophylactus. Vulg.omnia,id eſt πάντα,vt etiam legit Auguſtinus.Sed Græca omnia exemplaria ſcriptum habebant πάντας.

Pſal.88.e.37, & 109.b.4, & 116.a.2 eſa.40.b.8 ezech.37.g.25

ex Lege‖quia Chriſtus manet in æternũ: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? quis eſt iſte Filius hominis?

Suprà 1.a.9

Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicũ ‖lumen in vobis eſt: ambulate dũ Lucem habetis, vt non vos tenebræ cõprehendant. & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat.

Dum Lucem habetis, credite in Lucem, vt filii Lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Ieſus: & abiit, & abſcõdit ſe ab eis.

F

Quũ autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum:

Eſa.53.a.1 rom.10.c.16

Vt ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur quem dixit, ‖Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt?

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias,

Eſa.6.c.9 matth.13.b.14 marc.4.b.12 luc.8.b.11. act.28.f.26 rom.11.a.8

‖Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertãtur, & ſanem eos.

Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo.

Verũtamen & ex principibus multi crediderũt in eum: ſed propter Phariſæos nõ confitebantur, vt è ſynagóga non eiicerentur,

Suprà 5.g.44

‖Dilexerũt enim gloriam hominũ magis quàm gloriam Dei.

Ieſus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

G

Et qui videt me, videt eũ qui miſit me.

Suprà 8.c.18, & 9.g.39

‖Ego Lux in mundũ veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Suprà 3.b.17

‖Et ſiquis audierit verba mea, & nõ cuſtodierit, ego non iudico eum. non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum.

Marc.16.d.26

Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: ‖ſermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die:

Quia ego ex meipſo non ſum loquutus: ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.

Et ſcio quia mandatũ eius, vita æterna eſt. quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor. Cap. XIII.

Matth.26.a.2 marc.14.a.1 luc.22.a.1

ANte diem autẽ feſtum Paſchæ, ſciẽs Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mũdo ad Patrem: quum dilexiſſet ſuos qui erant in mũdo, in finem dilexit eos.

″manet in æternum: quomodo igitur tu dicis, Oportet tolli Filium hominis? quis eſt iſte Filius hominis?

Lumen. Tenebræ. Fides.

35 Dixit ergo eis Ieſus, ″Adhuc *ad* paruum tempus Lux vobiſcum eſt: ambulate donec Lucẽ habetis, ne vos tenebræ deprehendant. nam qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat.

36 Dum Lucem habetis, credite in Lucem, vt ″filii Lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Ieſus: & quum abiiſſet, occultauit ſe ab eis.

Abſcondit ſe Chriſtus.

37 Quum autẽ tot ſigna ædidiſſet corã eis, non credebant in eum:

Iudæi quare non credebant.

38 Vt ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit ſermoni noſtro, & ″brachium Domini cui reuelatum eſt?

39 Propterea ″non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias,

40 Excæcauit oculos eorum, & ″callum obduxit cordi eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & cõuertantur, & ſanẽ eos.

41 Hæc dixit Eſaias, quãdo vidit gloriã eius, & loquutus eſt de eo.

Principes credẽtes timent excõmunicari.

42 Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos nõ cõfitebantur, ne ſynagoga mouerẽtur.

43 Dilexerunt enim gloriam hominum ″potius quàm gloriã Dei.

Gloria hominũ.

44 Ieſus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, ″non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

45 Et qui ſpectat me, ſpectat eum qui miſit me.

Lux. Tenebræ.

46 Ego Lux in mundum veni, ″vt nullus qui credit in me, in tenebris maneat.

47 ″Nam ſiquis audierit verba mea, & non crediderit, ego non ″cõdemno eum. non enim veni vt condemnem mũdum, ſed vt ſeruem mundum.

Sperneus Chriſtum.

48 Qui reiicit me, nec recipit verba mea, habet qui condemnet ipſũ: ſermo quẽ loquutus ſum, ille iudicabit eũ in vltimo illo die.

49 Quia ego ex meipſo non ſum loquutus: ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandauit quid dicam & quid loquar.

Vita æterna.

50 Et ſcio quòd mandatum eius, vita æterna eſt. quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ita loquor.

Cap. XIII.

Chriſtus lauat pedes Apoſtolorum.

1 ANte feſtum autem Paſchæ, ſciens Ieſus quòd veniſſet hora ipſius, vt tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, quum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, vſque ad finem dilexit eos.

---

34 Manet in æternum: μένει εἰς αἰῶνα: Id eſt עמד vel כון: quæ quum opponantur verbo ὑψωθῆναι, apparet quod modò dixi, ὑψοῦσθαι hîc reſpondere verbo עלה, quod acceperint Iudæi tranſlatitia ſignificatione pro Euaneſcere & Tolli è medio.

35 Adhuc *ad* paruũ tempus ἔτι μικρὸν χρόνον Vulg. adhuc modicũ, ἔτι μικρὸν, ita vt nõ exprimatur χρόνον, ſed ſubaudiatur, aut potius μικρὸν degeneret in aduerbium, vt infrà 13.d.33: quum præſertim ſic dicant Hebræi. Quia verò idem interpres cõuertit τὸ φῶς neutro genere, quidam per imprudentiam hæc coniunxerunt, perinde ac ſi dicat Dominus, adhuc puſillum luminis in ipſis ſupereſſe: in quo errore verſatur etiam Auguſtinus. Atqui (vt rectè Eraſmus obſeruat) hoc ſenſu dicendum fuerat non μικρὸν τὸ φῶς ſed μικρὸν φῶς. Præbuit autem illud quoque errandi occaſionem, quòd μεθ᾽ ὑμῶν, id eſt vobiſcum, vertit, in vobis, pro Inter vos. Legit enim ἐν ὑμῖν, vt etiam ſcriptum inuenimus in tribus exemplaribus. Tanti eſt momenti, ad verum eruendum ſenſum, vel vnius particulæ obſeruatio.

36 Filii Lucis υἱοὶ φωτὸς Id eſt Lucis participes, ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Luc 16.b.8.

38 Brachium Domini ὁ βραχίων Κυρίου Hebr. זרועיהוה id eſt, Euangeliũ quod eſt potentia Dei in ſalutẽ omni credenti, vt definit Apoſt. Rom.1.b.16. Hanc expoſitionem id confirmat, quòd plerunque ſoleat pars poſterior vnius verſiculi apud Hebræos alterã explicare: facta autem fuerat mẽtio τῆς ἀκοῆς, id eſt Verbi annuntiati, quod ſcilicet illis eſt opertum qui pereunt, vt ait idem Paulus 2.Corinth.4.a.3. Deinde Brachii nomine apud Hebræos notum eſt, vim ac robur declarari, ſicut annotauimus Luc.1.e.51. Non eſt igitur Brachium Domini reuelatum iis quorum Dominus cor non aperuit, vt credant annuntiato Euangelio, Act.16.c.14.

39 Non poterant οὐκ ἠδύναντο Id eſt noluerunt, inquit Theophylactus, ex Chryſoſtomo: quem norunt omnes pii plus æquo ſuum illud αὐτεξούσιον extollere ſolere. Et tamen, ſi rem ipſam ſpectes, verum eſt reprobos idcirco non credere, quia credere nolũt. Atque adeò hæc eſt propinqua ac propria incredulitatis ipſorum cauſa. ſed altius conſcendit Euangeliſta, quũ iſtos dicit credere non potuiſſe. Nam ſicut credere nolũt reprobi, ita certum eſt non poſſe velle credere, quia tenebræ in quibus nati ſunt, lucem comprehẽdere non poſſunt. Deus autem (vt inquit Paulus) quos vult miſeratur, & quos vult indurat. Mira autem eſt hominũ arrogantia, qui rogant cur Deus aliquos induret, quum potius mirari debuerint, tantam ipſius eſſe bonitatem vt aliquos non induret.

40 Callum obduxit cordi eorum, πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, Vulg. indurauit, id eſt ἐσκλήρυνεν, alioquin πώρωσιν & πήρωσιν ſolet confundere, vt diximus Mar.3.a.5. 43 Potius quàm μᾶλλον ἤπερ Vulg. & Eraſ. magis quàm. Vide Luc.18.c.14, & ſuprà 3.c.19.

44 Non credit in me, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, Particula negans hoc loco non remouet, ſed corrigit potius, vt diximus Mar.9.c.37.

46 Vt nullus maneat. ἵνα πᾶς μὴ μείνῃ. Vide Luc.1.d.37. 47 Nam ſi quis Καὶ ἐάν τις Vulg. & Eraſ. Et ſiquis. Ego verò exiſtimo ſubeſſe in his verbis anthypophoram. Condemno κρίνω Vulg. & Eraſ. iudico. Vide ſuprà 3.b.17.

2 Et″cœna facta (quum diabolus iam immiſiſſet in cor ″Iudæ *filij* Simonis Iſcariotæ, vt proderet eum)

3 Sciens Ieſus quòd omnia dediſſet ſibi Pater in manus, & quòd à Deo exiſſet, & ad Deum abiret:

4 Surgit à cœna, & ponit″pallium: & accepto linteo, præcinxit ſe.

5 Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Petrus non vult ſibi lauari pedes à Chriſto.

6 Venit ergo ad Simonem Petrum: tum dixit ei ille, Domine, tu mihi lauas pedes?

7 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis nunc: cognoſces autem poſtea.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis meos pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus, Si non lauero te, ″nihil mecum habebis commune.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non ſolùm pedes meos, ſed & manus & caput.

10 Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt, non opus habet niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. & vos mundi eſtis, ſed non omnes.

Mundi Apoſtoli

11 Sciebat enim quiſnam eſſet qui proderet ipſum: propterea dixit, Non eſtis mundi omnes.

12 Poſtquam ergo lauiſſet pedes eorum, receptíſque veſtibus ſuis, rurſum accubuiſſet, dixit eis, Intelligitis quid fecerim vobis?

Magiſter & dominus Chriſtus. Lauare pedes.

13 Vos vocatis me″Magiſter ac Domine, & rectè dicitis: ſũ enim.

14 Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, vos quoque debetis inuicem alii aliorum lauare pedes.

15 Exemplum enim præbui vobis, vt ſicut ego feci vobis, *ita* & vos faciatis.

Seruus.

16 Amen amen dico vobis, ſeruus non eſt maior domino ſuo, neque″legatus maior eo qui legauit ipſum.

17 Si hæc noueritis, beati eritis ſi feceritis ea.

Iudas.

18 Non de omnibus vobis loquor: ego ſcio quos elegerim: ″ſed *oportet* vt impleatur Scriptura, Qui edit mecum panem, ſuſtulit ″iam nunc aduerſum me calcem ſuum.

19 Nunc dico vobis priuſquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis quòd ego *is* ſim.

Accipere miſſum à Chriſto,

20 Amen amen dico vobis, ″quãdo aliquem miſi, quiſquis *eum* recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me miſit.

2 Et cœna facta, (quum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes)

3 Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit:

4 Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & quũ accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

5 Deinde mittit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus.

6 Venit ergo ad Simonem Petrũ: & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?

7 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis modó: ſcies autẽ poſtea.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternũ. Reſpondit ei Ieſus, Si non lauero te, non habes partem mecum.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, nõ tantùm pedes meos, ſed & manus & caput.

10 Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. & vos mundi eſtis, ſed nõ omnes.

B

11 Sciebat enim quiſnã eſſet qui traderet eum: propterea dixit, Non eſtis mundi omnes.

12 Poſtquam ergo lauit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, quum recubuiſſet iterum, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis?

13 Vos vocatis me, Magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim.

14 Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.

15 Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

16 ‖Amen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum.

Infrà 15.c.20
matth.10.c.24
luc.6.f.40

17 Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.

18 Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim. ſed vt adimpleatur Scriptura, ‖Qui mãducat mecum panem, leuauit contra me calcaneũ ſuum.

Pſal.40.c.10

19 ‖Amodo dico vobis, priuſquam fiat: vt quum factum fuerit, credatis quia ego ſum.

20 Amen amen dico vobis, qui accipit ſiquẽ miſero, me accipit: qui autẽ me accipit, accipit eum qui me miſit.

Matth 10.d.40
luc.10.c.16

C

IN CAPVT XIII.

2 Cœna facta δείπνου γενομένου Eraſ. quum cœna fieret, δείπνου γινομένου. Atqui in vetuſtis codicibus omnibus, vno duntaxat excepto, & in Theophylacto Romano, ſummo conſenſu legitur γενομένου, ſignificatione aoriſti, & ita videtur poſcere ſententia. quorſum enim in media cœna ſurgeret Dominus? Δεῖπνον autem vocat Euangeliſta conuiuium illud Paſchæ, quo peracto accubuit Dominus cum ſuis diſcipulis. neque verò id cuiquam mirum videri debet. Nam totam eius domus familiam edendo Agno interfuiſſe veriſimile eſt, ex Legis præſcripto, & cæremoniæ potius cauſa, quàm in iuſtæ cœnæ morem Agnum illum edere conſueuiſſe. Iudæ *filii* Simonis Ἰούδα Σίμωνος Vulg. & Eraſ. Iudæ Simonis. Atqui perinde vertendum fuiſſe hunc locum acſi ſcriptum eſſet Ἰούδα τοῦ Σίμωνος, & non Iudam ipſum ſed ipſius patrem fuiſſe Simonem vocatum, apparet ex eodem hoc noſtro Euangeliſta, ſuprà 6.g.71. & 12.a.4.

4 Pallium: τὰ ἱμάτια: Sũmas veſtes hoc nomine declarari alibi oſtendimus. Itaque Veſtimenti nomen nimium latè patet, ne quis Dominum exiſtimet nudo corpore ſuis diſcipulis pedes abluiſſe. 8 Nihil mecum habebis commune. οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, non habes partem mecum, id eſt אין לך חלק בי. Sic enim loquũtur Hebræi, pro eo quod Latinè dicas, nihil tibi poſthac negotii mecum erit, renuntio tibi omnem amicitiam ac cõiunctionem, vt 1.Reg.12.d.16. quomodo & nos in vernaculo noſtro ſermone dicimus, *auoir a partir auec quelqu'un*. 13 Magiſter ac Domine, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος, Eraſ. Magiſtrum ac Dominum. Nam illa non conueniunt, inquit, niſi præſenti, ſic autem Ieſum diſcipuli etiam abſentem appellabant, vt infrà 21.b.7. Id ego verò fateor, ſed additum verbum φωνεῖν indicat hæc accipienda de communi oratione, qua ſolebat præſens à diſcipulis compellari. Sunt autem illa poſita τεχνικῶς, vt loquũtur grammatici, & rectus pro vocandi caſu vſurpatus eſt: quam enallagen alibi expoſuimus. niſi cum Epiphanio legere malimus ἐμὲ λέγετε κύριον καὶ διδάσκαλον. Sic enim ille hunc locum citat κατὰ τῶν Ἐβιωναίων. 16 Legatus ἀπόστολος Alibi ſeruauimus Apoſtoli nomen. hîc verò quum generalis ſit ſententia, Eraſmus meritò aliud vocabulum quæſiuit. 18 Sed *oportet* vt impleatur ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ De hac eclipſi diximus Marc.4.c.22, & 9.b.12, & 14.e.49, & ſuprà 9.a.3 Simile etiam occurrit exemplum 1.Ioh.2.c.19. Poteſt tamẽ, fateor, ἵνα conſtrui cum verbo ἐπῆρεν, quod ſequitur. Sed quum illius eclipſis tot occurrant exempla, malui ſine traiectione iſta interpretari. Iam nunc ἀπ' ἄρτι Heb. מעתה quod plerunque ſignificat Deinceps: hîc verò id declarat pro quo dicimus vernaculo ſermone, *des maintenant*, vt infrà 14.a.2.

20 Quando aliquem miſi, quiſquis *eum* recipit, ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω, Hîc occurrit manifeſtum traiectionis exẽplũ, vt rurſum paulo pòſt, verſu 29, & 15.b.10, quo optimè confirmari poteſt interpretatio quam attulimus ſuprà 8.d.25. Eraſmus pro ἐάν τινα conuertit quemcunque, id eſt ὅντινα ἄν. Sed præſtat accipere ἐὰν pro ὅταν, vt infrà 14.a.3.

Matth.26.b.21
marc.14.b.18
luc.22.b.21

21 Quum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.

22 Aſpiciebãt ergo adinuicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.

23 Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus

24 Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dixit ei, Quis eſt de quo dicit?

25 Itaque quum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Domine, qs eſt?

26 Reſpondit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et quũ intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ.

27 Et poſt buccellam, tunc introiuit in eũ Satanas: & dicit ei Ieſus, Quod facis, fac citius.

28 Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei.

29 Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret.

D

30 Quum ergo accepiſſet ille buccellã, exiuit continuò: erat autem nox.

31 Quum ergo exiſſet, dixit Ieſus, Nũc clarificatus eſt Filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo.

32 Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eũ in ſemetipſo: & continuò clarificabit eum.

Suprà 7.e.34

33 Filioli, adhuc modicũ vobiſcũ ſum. Quæretis me: & ‖ ſicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non poteſtis venire: & vobis dico modó.

Infrà 15.b..18
leuit.19.d.18
matth.22.d.39
1oh.4.d.21

34 Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

35 In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem.

Matth.26.d.24
marc 14.c.30
luc 22.d.34

37 Dicit ei Simõ Petrus, Domine quò vadis? Reſpondit Ieſus, Quò ego vado, non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſtea.

38 Dicit ei Petrus, Quare nõ poſſum te ſequi modó? animam meam pro te ponam.

39 Repondit ei Ieſus, Animam tuam pro me pones? Amẽ amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges.

Cap. XIIII.

1 NOn turbetur cor veſtrum: creditis in Deum, & in me credite.

Proditorem ſuũ Iudam indicat Chriſtus.

21 Quum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu,´& teſtatus eſt, dixítque, Amen amẽ dico vobis quòd vnus ex vobis prodet me.

22 Diſcipuli ergo intuebantur alii in alios, hæſitantes de quo diceret.

23 Erat autem quidam ex diſcipulis Ieſu recumbens in ſinu ipſius, *nimirum* is quem diligebat Ieſus.

Iohannes.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus, vt percontaretur quiſnam eſſet de quo diceret.

25 Ille verò incumbens pectori Ieſu, dicit ei, Domine, quis eſt?

26 Reſpondit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctam offulam dedero. Et quum intinxiſſet, offulam dedit *filio* Simonis Iſcariotæ.

Satan.

27 Et poſt *ſumptam* offulam ingreſſus eſt in eum Satanas. dicit igitur ei Ieſus, Quod facis, fac´citó.

28 Hoc autẽ nemo intelligebat diſcũbentiũ quorſum dixiſſet ei.

29 Quidam enim putabãt, quia marſupium habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus, Eme ea quibus opus eſt nobis ad feſtum, aut egenis vt aliquid daret.

30 Ille ergo accepta offula,´ſtatim exiuit. erat autem nox.

Iudas adit Phariſæos.

31 ´Quum ergo exiſſet, dixit Ieſus, Nunc glorificatus eſt Filius hominis, & Deus glorificatus eſt´in ipſo.

32 ´*Quòd* ſi Deus glorificatus eſt in eo, Deus quoque glorificabit eum in ſemetipſo, & ſtatim glorificabit eum.

Filioli.

33 Filioli, adhuc pauliſper vobiſcum ſum, quæretis me: ſed ſicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non poteſtis venire: *ita* & vobis dico nunc.

Dilectio.

34 Mandatum nouum do vobis, Vt alii alios diligatis, ſicut *inquam* dilexi vos, vt & diligatis alii alios.

35 Ex hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei ſitis, ſi charitatẽ habueritis alii in alios.

37 Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò abis? Reſpondit ei Ieſus, Quò ego abeo, non potes me nunc ſequi: ſequêris autem poſtea.

Diſcipuli Chriſti vnde cagnoſcuntur.

38 Dicit ei Petrus, Domine, quare non poſſum te ſequi nunc? animam meam pro te ponam.

Petrus ſecuturus Chriſtum & negaturus.

39 Reſpondit ei Ieſus, Animam tuam pro me pones? amen amen dico tibi, non canet gallus, vſquequo ter me abnegaueris.

Cap. XIIII.

Chriſti Diuinitas.

1 NE turbetur cor veſtrum: ´creditis in Deum, etiam in me credite.

---

21 Et teſtatus eſt, καὶ ἐμαρτύρησε, Id eſt, palàm ac cum aſſeueratione loquutus eſt. Idẽ enim hic declarat μαρτυρεῖν atque τὸ ὁμολογεῖν. quod etiã annotauimus Luc. 4.d.22 27 Citó. τάχιον. Vulg. & Eraſ. ad verbum, citius. At ego puto comparandi gradum pro abſoluto vſurpatum, vt etiam 2. Timoth. 1.d.18, βέλτιον pro εὖ poſitum videtur. 30 Statim exiuit. εὐθέως ἐξῆλθεν. Quum igitur nõ niſi cœna peracta Dominus ſacroſancta ſua myſteria inſtituerit, vt diſertè ait Lucas 22.b.20, & Iohannes non contentus dixiſſe, Iudam accepta offula exiiſſe, diſertè etiã addat aduerbium εὐθέως: aſſentior iis qui exiſtimant Iudam inſtituendæ ſacræ Cœnæ non interfuiſſe. qua de re nuper ſcripſit nonnulla homo & pius & doctus Ioh. Ribittus, meus, quum hæc ſcriberem, in hoc gymnaſio Lauſanenſi collega.

31 Quum ergo exiſſet, ὅτε οὖν ἐξῆλθε, In omnibus vetuſtis codicibus deerat particula οὖν, & iſta cum ſuperioribus connectebantur, hoc modo, ἦν δὲ νὺξ ὅτε ἐξῆλθε, Erat autem nox quum exiret. Sic etiam legit Theophylactus Romanus. Chryſoſtomi interpres variat. Ego tamẽ malui receptam lectionem ſequi, ad quam etiam accedit Nonni authoritas. In ipſo. ἐν αὐτῷ. Eraſ. per eum. Sic enim ſæpe vſurpari Hebraicum ב, ſæpe iam annotauimus, vt paulo poſt verſu 35. Sed quum hîc agatur non modò de ipſis Chriſti factis, ſed de Chriſto ipſo, malui, in ipſo, quàm per ipſum interpretari. 32 *Quòd ſi* εἰ Puto deeſſe particulam εἰ, quam ſuppleui. Non eſt autem hæc coniunctio hoc loco ſic accipienda quaſi conditionem notet, ſed vt cauſalis potius, vt etiam ſuprà 10.f.35.

IN CAPVT XIIII.

1 Creditis in Deum, πιστεύετε εἰς τὸν θεὸν, Propter amphiboliã verbi πιστεύετε, rectè annotat Eraſmus quadrifariam poſſe hunc locum conuerti: nẽpe vel hoc modo, Creditis in Deũ, & in me creditis. ergò ne turbemini. vos enim hæc fides inuictos præſtabit. Vel, Credite in Deũ, & in me credite. quo modo interpretantur Nonnus & Theophylactus. Hilarius quoque ita citat lib. de Trin. nono. vt ſit hic ſenſus. Ne turbemini. at quî fieri poterit, dicetis, vt non perturbemur? nempe ſi in Patrem meum & in me credideritis. Vel, Creditis in Deũ, & in me credite: quam interpretationem vt magis receptam ſumus amplexi, cuius hæc eſt ſententia, nempe, nemo veſtrum eſt qui non dicat ſe in Deũ credere. ſi ita eſt, credite etiam in me. Ita fiet vt verè demum in Deum credatis, neque vllis tempeſtatum procellis deiiciamini. Vel, Credite in Deũ, & in me creditis, id eſt, Credite in Deum: quod ſi facitis, eadem opera & in me creditis.

2 In domo Patris mei "habitationes multæ ſunt: "ſin minus, dixiſſem vobis, Vado paraturus vobis locum.

Per Chriſtum vita æterna.

3 "Et quum abiero, "& parauero vobis locum, rurſum veniam & aſſumam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

4 Et quò ego abeam ſcitis, & viam ſcitis.

5 Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quò abeas: quomodo igitur poſſumus viam ſcire?

Via. Veritas. Vita.

6 Dicit ei Ieſus, Ego ſum Via, & Veritas, & Vita. nemo venit ad Patrem niſi per me.

7 Si noſſetis me, Patrem etiam meum noſſetis: & "iam nunc cognoſcitis eum, & vidiſtis eum.

8 Dicit ei Philipp⁹, Domine, oſtēde nobis Patrē, & ſufficit nobis.

Pater & Chriſtus, idem.

9 Dicit ei Ieſus, "Tantum tempus vobiſcum ſum, & non cognouiſti me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem: quomodo igitur tu dicis, Oſtende nobis Patrem?

10 Non credis quòd ego in Patre ſum, & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor: ſed pater qui in me manet, ipſe facit opera.

11 Credite mihi quòd ego in Patre ſum, & Pater in me: ſin minus, propter ipſa facta credite mihi.

Fides. Opera.

12 Amen amē dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora iis faciet: nam ego ad Patrem abeo,

Petendum in nomine Chriſti.

13 Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.

14 Siquid petieritis in nomine meo, ego faciam.

Dilectio. Opera.

15 Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

16 Ego autem rogabo Patrem, & alium cōſolatorem dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.

Spiritus ſanctus conſolator.

17 "*Nempe* Spiritum illum veritatis quem mundus non poteſt reci-

2 In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quominus, dixiſſem vobis, Quia vado parare vobis locum.

3 Et ſi abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipſū: vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

4 Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis.

5 Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire?

6 Dicit ei Ieſus, Ego ſum Via, & Veritas, & Vita. nemo venit ad Patrē niſi per me.

7 Si cognouiſſetis me, & Patrē meū vtiq; cognouiſſetis: & amodo cognoſcitis eum: & vidiſtis eum.

8 Dicit ei Philippus, Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.

9 Dicit ei Ieſus, Tanto tempore vobiſcū ſū & non cognouiſtis me? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem. & quomodo tu dicis, Oſtende nobis Patrem?

10 Non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera.

B

11 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? alioquin propter opera ipſa credite.

12 Amen amē dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horū faciet: quia ego ad Patrem vado.

13 ¶Et quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.

Infrà 16.e.23 matth.7.b.7 marc.11.c.24 iacob.1.a.5

14 Siquid petieritis me ī nomine meo, hoc faciam.

15 Si diligitis me, mādata mea ſeruate.

16 Et ego rogabo Patrem, & aliū Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.

17 Spiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere: quia non videt

2 Habitationes μοναὶ ſiue domicilia. Sic enim Iohannes μονὴν pro οἰκίαν dixit: vt Heb. בית pro משכן Vulg. & Eraſ. ad verbū, māſiones, quo vocabulo vtitur Suetonius, ſed pro diuerſorio & hoſpitio, quod Hebræi vocant מלון. Plinius autem de locorum interuallis agens, manſionē id vocat quod à Græcis σταθμὸς, ab Hebræis מסע dicitur. Sin minus, εἰ δὲ μὴ, Id eſt, niſi ità eſſet vt dico, nempe, niſi in domo Patris mei non mihi vni, ſed etiam vobis pateret locus, nollem vos hac vana ſpe deludere, ſed ingenuè vobis id dixiſſem. Vulg. ſi quominus. Sed totum hunc locum miſerè corrupit peruerſa diſtinctio, quam quum annotaſſet Valla, miror ab Eraſmo reprehendi potuiſſe. Ea autem eſt eiuſmodi, vt poſt ὑμῖν plenum punctum adſcribatur: deinde alia ſententia incipiat, Vado ad parandum vobis locum. Eraſmus tamen aliter explicat, cuius verba placuit ſubiicere, vt liberum ſit penes lectorem iudicium. Omnino, inquit, cohærent hæc duo, quum hic ſenſus ſit, In domo Patris mei iam paratæ ſunt multæ māſiones, vt non mihi vni, ſed omnibus itē meis ſit locus. quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem me iam abire ad parandas eas manſiones: nunc nihil opus eſt, quum paratæ ſint, & vos breui ſequuturos expectent. Hæc Eraſmus. Atqui non dicit Dominus paratas eſſe illas manſiones (quod Eraſmus aſſumit) ſed manſiones illic eſſe dicit. Deinde ſequenti verſiculo apertè teſtatur ſe abire ad parandum locum, & poſtea ad eos reuerſurum. Eſt autem tota hæc oratio allegorica, qua ſuos conſolatur Dominus, ſignificans ſe abire in cælum, non vt illic ſolus regnet, ſed vt ſuis breui ſequuturis præeat: vt quum illi venerint, omnia parata inueniant. Hoc eſt ſcilicet quod ait Paulus, Nos electos eſſe ante tempora æterna, ſed addit, in Chriſto: quia non aliter poſſumus quàm per ipſum & in ipſo ingredi in æternum illud domicilium, nobis ab æterno quidem deſtinatum, ſed quod à Chriſto præparari oporteat. neq; enim poſſumus eſſe Dei hæredes, niſi Chriſti cohæredes ſimus. Eius ergo diſceſſum ſic debemus accipere, vt ſiquis accepto mandato nos in paternam domum deducendi, functus ſua legatione, nobis iam viam ingreſſis præiret, aduentum noſtrum ſignificaturus, vt domi parata omnia inueniremus: deinde nobis aduentantibus iret obuiam, vt nos domum ſecum introduceret.

3 Et quum abiero, καὶ ἐὰν πορευθῶ, Vulg. & Eraſ. Et ſi abiero. At ego exiſtimo ἐὰν pro ὅταν ſeu ἐπειδὰν poſitum eſſe, vt ſuprà 13.c.20, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos אם pro כאשר vſurpari cōſtat, vt Gene.38.b.9. Exod.20.d 25. Amos 7.b.2. Sed in Latino ſermone, Si pro Quum vel Poſtquam apud idoneos authores poni obſeruāt grammatici, vt apud Virg. lib. Æneid. 5, Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit. ideſt, poſtquam extulerit, interprete Donato. Hanc igitur enallagen ſi obſeruauerimus, plana erit ſententia. Quum enim Dominus dixiſſet ſe abire ad parandum locum, queri poterant diſcipuli ſe nihilominus ab eo deſeri. Hìc ergo ſubiicit ille, ſe quidem abire ad præparandum ipſis locum, id eſt vt communem hæreditatem tum ſuo, tum ſuorum etiam nomine cernat: ſed tamen poſtea rediturum, vt ſecum eos abducat eiuſdem dignitatis participes futuros: quæ doctrina ad totam Eccleſiam pertinet. Ideo dicebant Angeli attonitis diſcipulis, Quid ſtatis defixis in cælum oculis? Ieſus iſte ita veniet vt vidiſtis eum aſcēdere. Act.1.b.11: & paſſim in Scripturis plena conſolatio Eccleſiæ in eū diem reiicitur, quo Deus erit omnia in omnibus: qui idcirco dies redemptionis & reſtitutionis dicitur, electorum reſpectu. Cæterùm operæpretium eſt intelligere quomodo Eraſmus hunc verſiculum cum ſuperiore ſua expoſitione connectat: quod ego ſubiiciam, non vt eum inceſſam (cuius ſanè laboribus in hoc argumento ſuſceptis plurimùm faueo) ſed vt liberum ſit lectori omnia penſitare. Quod, inquit, abeo, ad breue tempus abfuturus, non ob id abeo vt parem manſiones, quæ iam paratæ ſunt, ſed vt viam in cælum mea morte vobis aperiam. nam antè inuium erat iter. Hæc Eraſmus: quæ certe non video qua non dico ratione, ſed rationis ſpecie poſſint ex Euangeliſtæ verbis elici. Theophylactus autē τὸ ἐὰν pro κἂν, id eſt etiam ſi, interpretatur: quaſi diceret Dominus, Si non eſſent parata vobis domicilia, ego proficiſcerer ad ea vobis parāda. etiamſi autē eius rei cauſa proficiſcerer, tamen non vos relinquerem, ſed vos vnà aſſumerem vt mecum eſſetis. Hæc Theophylactus, quæ auſim dicere non modò non eſſe appoſita, ſed prorſus etiā totam hāc conſolationem nobis eripere. Ita enim efficietur, Chriſtum, neque profectum eſſe vt nobis locum appararet, neque nos ſecum aſſumpturum, quia non ſit neceſſe, ſed duntaxat, ſi fuiſſet neceſſe, id fuiſſe facturum. Et parauero καὶ ἑτοιμάσω In vno exemplari ſcriptum erat, ἑτοιμάσαι, vt parem.

7 Iam nunc ἀπ' ἄρτι Vulg. amodo. Eraſ. nunc, Vide ſuprà 13.b.19.

9 Tantum tempus vobiſcum ſum, Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, Sic Virg. -vna cum gente tot annos Bella gero.

17 *Nempe* Spiritum illum veritatis Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας De particulæ huius exegeticæ eclipſi, quæ apud Euangeliſtam frequentiſſimè

occurrit,alibi diximus. Sed illud quoque notandum eſt, Spiritum ſanctum dici Spiritum veritatis,non tam quia in ſeſe verax eſt, vtpote Deus æternus:quàm ab effectu,quòd veritatem inſpiret vt infrà, 16.b.13.

eum,nec ſcit eum: vos autẽ cognoſcitis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

C Non relinquam vos orphanos:veniam ad vos. 18

Adhuc modicum,& mundus me iã nõ videt:vos autem videtis me: quia ego viuo,& vos viuetis. 19

In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 20

Qui habet mandata mea,& ſeruat ea,ille eſt qui diligit me.qui autẽ diligit me,diligetur à Patre meo : & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. 21

Dicit ei Iudas , non ille Iſcariotes, Domine, quid factũ eſt quia manifeſtaturus es nobis teipſum,& nõ mundo? 22

Reſpondit Ieſus,& dixit ei , Siquis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit: & Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. 23

D Qui nõ diligit me,ſermones meos nõ ſeruat: & ſermonem quẽ audiſtis, nõ eſt meus,ſed eius qui miſit me Patris. 24

Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens. 25

Paracletus autẽ , Spiritus ſanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo,ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. 26

Pacem relinquo vobis,pacem meã do vobis: non quomodo mũdus dat, ego do vobis:nõ turbetur cor veſtrũ, neque formidet. 27

Audiſtis quia ego dixi vobis,Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem:quia Pater maior me eſt. 28

Et nunc dixi vobis priuſquam fiat: vt quum factum fuerit,credatis. 29

Iam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps mundi huius,& in me non habet quicquam. 30

Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo Patrẽ: & ſicut mandatũ dedit mihi Pater,ſic facio:ſurgite,eam⁹ hinc. 31

Cap. XV.

EGo ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt. 1

Matth.15.b.13 Omnem palmitem in me non ferentem fructum,tollit eum: & omnẽ qui fert fructum,purgabit eum,vt fructum plus afferat. 2

Suprà 13.b.11 Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis. 3

Manete in me : & ego in vobis. ſicut palmes nõ poteſt ferre fructum à ſemetipſo , niſi manſerit in vite: ſic nec vos,niſi in me manſeritis. 4

Ego ſum vitis, vos palmites . qui manet in me, & ego in eo,hic fert fru 5

pere,quia non videt eum, nec nouit eum: vos autem cognoſcitis eum,quia apud vos manet,& in vobis erit.

18 Non relinquam vos orphanos:redibo ad vos. *Christus cũ ſuis.*

19 Adhuc puſillum, & mundus me non amplius videbit, vos autẽ videbitis me:quia ego viuo,& vos viuetis.

20 In illo die vos cognoſcetis quòd ego ſum in Patre meo, & vos in me,& ego in vobis.

21 Qui tenet præcepta mea, & ſeruat ea, is ille eſt qui diligit me: qui autem diligit me,diligetur à Patre meo:& ego diligam eum, &″conſpicuum ei exhibebo meipſum. *Dilectio. Opera.*

22 Dicit ei Iudas, ″non *ille* Iſcariotes, Domine,″quid eſt cur te ſis nobis conſpicuum exhibiturus,& non mundo?

23 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Siquis diligit me,ſermonem meũ ſeruabit:& Pater meus diliget eum,&ad eum veniemus,& mãſionem apud eum faciemus. *Dilectio. Opera.*

24 Qui non diligit me,ſermones meos non ſeruat:&ſermo quem auditis,non eſt meus,ſed eius qui miſit me Patris.

25 Hæc loquutus ſum vobis,apud vos manens.

26 Paracletus autem ille,*id eſt* Spiritus ſanctus,quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis. *Spiritus ſanctus, doctor noſter.*

27 Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis:non ſicut mũdus dat,ego do vobis:ne turbetur cor veſtrũ,neque formidet. *Pax Chriſti.*

28 Audiſtis quòd ego dixi vobis, Abeo,&″redibo ad vos. Si diligeretis me , gauderetis vtique quòd dixerim,abeo ad Patrem: quia Pater maior me eſt. *Gaudium.*

29 Et nũc dixi vobis priuſquam fiat:vt quũ factũ fuerit,credatis.

30 Non amplius multa loquar vobiſcũ:venit enim princeps mũdi″huius,& in me″non habet quicquam. *Princeps huius mundi.*

31 ″Sed *hæc fiunt* vt cognoſcat mundus quòd diligo Patrẽ:ſicut autẽ mãdauit mihi Pater,ita facio:ſurgite,abeamus hinc. Cap. XV.

1 EGo ſum vitis illa″vera,& Pater meus agricola eſt.

2 Omnem palmitem in me non ferẽtem fructum,tollit:&omnem qui fert fructum, purgat,vt fructum copioſiorem afferat. *Vitis. Agricola. Palmes.*

3 Iam vos puri eſtis propter ſermonẽ quẽ loquutus ſum vobis.

4 Manete in me,& ego in vobis.ſicut palmes nõ poteſt ferre fructum à ſemetipſo,″*id eſt*, niſi mãſerit in vite:ita nec vos,niſi in me manſeritis. *Operaà Deo. Fides purgat.*

5 Ego ſũ vitis,vos palmites.is qui manet ĩ me,″& ĩ quo ego *maneo*,

21 Conſpicuum exhibebo ἐμφανίσω Vulg.manifeſtabo,id eſt φανερώσω. Eraſ.aperiam ἀνοίξω.Idem declarat ἐμφανίζειν ſignificare tacitè & clàm indicare. At ego contra exiſtimo,plenam ac quaſi humanis oculis aſpectabilem declarationem hoc verbo ſignificari: vnde εἰς τὸ ἐμφανὲς & ἐν τῷ ἐμφανεῖ,id eſt palàm & in media luce. 22 Non *ille* Iſcariotes, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης, Non ille Iſcariotes,ſed alter ille Iacobi frater. Eſt ergo in iis verbis anacoluthon,cuius aliud prorſus ſimile extat ſuprà 6.c.46. Quid eſt τί γέγονεν Id eſt,quid cauſæ eſt. Vulg.& Eraſ. ad verbum,quid factum eſt,nimium obſcuré:quanuis Eraſmus annotet ſic loquutum eſſe impurum illum Martialem , cuius penè nomen hoc loco vſurpare mihi religio eſt. 28 Redibo ἔρχομαι Id eſt ἐπανελεύσομαι. Eſt enim ſimplex pro compoſito vſurpatum,ex Hebræorum more,vt ſuprà verſu 18. Sic paulo poſt,verſu 31, ἄγωμεν pro ὑπάγωμεν.

30 Huius, τούτου, Hoc deeſt in vetuſtis codicibus & apud Theodoritum lib.10 περὶ προνοίας. Nõ habet οὐκ ἔχει In duobus exemplaribus ſcriptum erat οὐχ εὑρήσει, non inueniet:quod videtur melius opponi verbo ἔρχεται. Me,inquit, mox aggredietur Satan totis viribus,ſed in me nihil comperiet quale ſe inuenturum ſperat. 31 Sed *hæc fiunt* vt cognoſcat ἀλλ' ἵνα γνῷ Vide ſuprà 13.c.18.

IN CAPVT XV.

1 Vera, ἀληθινή, In duobus exemplaribus additum erat,ὑμεῖς τὰ κλήματα,id eſt vos *autem* palmites.

4 *Id eſt*,niſi manſerit ἐὰν μὴ μείνῃ Quia præcedenti membro additũ eſt,ἀφ' ἑαυτοῦ à ſeipſo,omnino cogimur ſupplere particulam exegeticam,ex qua intelligamus totum hoc poni pro illius declaratione. Nam alioquin conſequeretur ex hac oratione,palmitem qui manſerit in vite,ferre fructum à ſemetipſo.quod cohærere non poteſt.Idem enim declarat ἀφ' ἑαυτοῦ, atque ſua ac propria quadam vi,quam ab alio non mutuetur:quam ſi haberet palmes,fructum ſanè ferret,etiam quum reſectus eſt à vite. Sed de hoc eodem dicendi genere copioſius diximus ſuprà 5.c.19. 5 Et in quo ego *maneo*, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, Vulg. & Eraſ. & ego in eo,ſeruata permutatione cõſtructionis,ex Hebræorum idiotiſmo,vt ואני בו pro ואשר אני בו.

hic fert fructum multum. nam abſque me nihil poteſtis facere.

Opera nulla ſine fide.

6 Niſi quis in me manſerit,'eiectus extra *uineam*,ſtatim vt palmes areſcet:"deinde cogũtur iſti *palmites*,& in ignẽ coniiciũtur,& ardẽt.

7 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerint, quicquid volueritis'petite,& fiet vobis.

Petendam in nomine Chriſti. Fructus.

8 In hoc glorificatus eſt Pater meus, vt fructum multum afferatis,"& fietis mei diſcipuli.

Dilectio Chriſti erga nos.

9 Sicut dilexit me Pater,*ita* & ego dilexi vos:manete"in charitate illa mea.

10 Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in charitate mea: ſicut & ego Patris mei mandata ſeruaui,& maneo"in eius charitate.

Gaudium.

11 Hæc loquutus ſum vobis,vt gaudium illud meum in vobis maneat,& gaudium veſtrum impleatur.

Dilectio.

12 Hoc eſt præceptũ meum, vt diligatis alii alios, ſicut dilexi vos.

13 Maiorem hac charitatẽ nemo habet,'quum quis animã ſuam ponit pro amicis ſuis.

Amici Chriſti.

14 Vos amici mei eritis,ſi feceritis quæcunque ego mando vobis.

Seruus.

15 Non amplius vos dicam ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo,nota feci vobis.

Electio. Petere.

16 Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos, & conſtitui vos vt abeuntes fructũ afferatis, & fructus veſter maneat:vt quicquid petieritis à Patre in nomine meo,det vobis.

17 Hæc mando vobis,vt diligatis alii alios.

Afflictiones propter Chriſti.

18 Si mundus vos odit,ſcitis quòd me "priuſquam vos odio habuerit.

19 Si de mundo fuiſſetis,'mũdus quod ſuum eſt,amaret:quia verò de mundo non eſtis,ſed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

20 Mementote ſermonis quem ego dixi vobis,Non eſt ſeruus maior domino ſuo.ſi me perſequuti ſunt,& vos perſequentur:ſi ſermonem meum ſeruauerunt,& veſtrum ſeruabunt.

21 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum,quia non nouerunt eum qui miſit me.

22 Si non veniſſem,& loquutus eſſem eis,'peccatũ non haberent:

ctum multum:quia ſine me nihil poteſtis facere.

Siquis in me nõ manſerit,mittetur foras ſicut palmes,& areſcet: & colligunt eũ,& in ignẽ mittunt,& ardent.

Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis,& fiet vobis.

In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum afferatis,& efficiamini mei diſcipuli.

Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos:manete in dilectione mea.

B

Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea: ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

Hæc loquutus ſum vobis vt gaudiũ meum in vobis ſit, & gaudium veſtrũ impleatur,

Hoc eſt præceptum meũ,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos.

Suprà 13.d.34
1.theſ.4,b.9
1.iohan.3.b.11,
& 4.c.21

Maiorem hac dilectionẽ nemo habet,quàm vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.

Iam nõ dico vos ſeruos,quía ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: vos autẽ dixi amicos,quia omnia quæcũque audiui à Patre meo,nota feci vobis.

Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos,& poſui vos vt eatis,& fructum afferatis, & fructus veſter maneat: vt quodcũque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Matth.28.d.19

C

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Si mũdus vos odit,ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.

Si de mundo fuiſſetis, mũdus quod ſuum erat,diligeret:quia verò de mũdo non eſtis,ſed ego elegi vos de mũdo,propterea odit vos mundus.

Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis,Non eſt ſeruus maior domino ſuo. ſi me perſequuti ſunt,& vos perſequentur : ſi ſermonem meũ ſeruauerunt,& veſtrum ſeruabunt.

Suprà 13.b.16
matth.10.e.24
Matth.24.a.9

Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eũ qui miſit me.

Si non veniſſem, & loquutus fuiſſem eis,peccatum non haberent:nũc

6 Eiectus extrà *uineam*,ſtatim areſcet. ἐβλήθη ἔξω, καὶ ἐξηράνθη. Vulg.mittetur foras & areſcet,mutatis præteritis in futura.Eraſmus,eiectus eſt foras,& exaruit,ſeruatis præteritis. Cur autem ego aliter mallem interpretari,has cauſas habui. Primùm omnium nemo eſt qui neſciat ἐβλήθη καὶ ἐξηράνθη idem prorſus declarare atque βληθεὶς ἐξηράνθη.itaque ſic mihi licuit interpretari.Deinde pro foras,conuertere malui,extra vineã,quòd alioquin nimium dura videatur tranſlatio.Poſtremò pro ἐξηράνθη,id eſt exaruit, verti per periphraſin,ſtatim areſcet,quia non ſatis commodè videtur hic ſeruari poſſe præteriti perfecti ſignificatio,cuius tamen ea eſt emphaſis,vt quod futurum eſt declaret& certò & mox futurũ, adeò vt pro eo poſſit haberi quod iam ſit factum:quod genus dicendi,vt multa alia, apparet petitũ eſſe è medio. Deinde coguntur iſti *palmites*, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, Vulg.& colligent eum,vt in pleriſque exemplaribus ſcriptum eſt.Legit enim αὐτὸ,quia præceſſit τὸ κλῆμα.Sed verbum συνάγειν non poteſt vni palmiti conuenire:quanuis ita ſcriptum inuenerimus in tribus codicibus,quorũ authoritate Vetus interpres facilè poteſt excuſari. Eraſmus,& colligent eos,rectè quidem,ſed tamẽ obſcurè,quia eiuſmodi mutatio numeri à Græcis & Latinis non ſolet vſurpari.Ideò expreſſi ipſum antecedens.Præterea συνάγουσιν per paſſiuum conuerti,quòd ſic potius Latini loqui ſoleant:qua de re diximus aliquid Matth.5.b.11.

7 Petite, αἰτήσεσθε, Vulg.& Eraſ.petetis.Ego vero exiſtimo futurũ indicatiui pro imperandi modo vſurpatum.Nam præterquã quòd ſenſus videtur ita poſtulare,in tribus etiam codicibus ſcriptũ inuenimus αἰτήσασθε. 8 Et fietis καὶ γενήσεσθε Vulg.& Eraſ.& efficiamini:quaſi ſcilicet hæc quoque pars pertineat ad coniunctionem ἵνα.quod ſanè fieri non poteſt,niſi legas γένησθε, ſicut in tribus codicibus ſcriptum erat,& apparet ex cõmẽtariis id legiſſe Theophylactum: ſed perperã,vt opinor.Puto enim potius repetẽdum eſſe ἐν τούτῳ:vt ſit hæc ſentẽtia,Ita glorificabitur Pater meus,& ita demum eritis mei diſcipuli,ſi multum fructum attuleritis.Nam ἵνα non ponitur τελικῶς hoc loco, ſed εἰδικῶς potius, veluti ſi dicas,in eo poſitam eſſe hominum ſalutem,vt Chriſtum fide amplectantur. Nam in hac quoque loqutione ἵνα non declarat finem, ſed illud ipſum explanat in quo poſita eſt ſalus.Sic etiam accipitur infrà verſu 12. 9 In charitate illa mea. ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ. Id eſt,in charitate qua ego vos proſequor.Sic enim verſiculo 10,vocat charitatem Patris,eam qua Pater filium complectitur.

10 In eius charitate. αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.Notandum eſt rurſus huius traiectionis exemplum,quo confirmatur interpretatio quam attulimus ſuprà 8.d.25. 13 Quum quis ponit ἵνα τις θῇ. Vulg.*quàm* vt quis ponat.Eraſmus,vt quis ponat.obſcurè vterque,vt mihi videtur.Malo igitur ἵνα accipere pro ὅτι,ſicut apud Hebræos interdum אשר ponitur pro כאשר.Similis eſt enallage infrà 16.a.2,& d.32.

18 Priuſquam vos πρῶτον ὑμῶν Vel,me qui primus ſum veſtrum.ſed meo quidem iudicio præſtat accipere πρῶτον aduerbialiter. Vulg. priorem vobis. 22 Peccatum non haberent: ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον: Hæc quoq; puto per conceſſionem ac μιμητικῶς dici,ſicut Suprà 9.g.39, quum diceret ſe veniſſe,vt qui vident,cæci fiant:veluti ſi de fure deprehenſo ac conuicto dicas,Niſi iſte conuictus teneretur,eſſet omnium innocentiſſimus,id eſt,clamitaret ſe innocẽtiſſimum eſſe.Ita etiam hoc loco,Niſi veniſſem,inquit Dominus,iſti coram Dei tribunali non deſinerẽt dicere ſe fuiſſe religioſos, & planè alienos à peccato,denique eſſent viri omnium qui viuunt,ſanctiſſimi:ſed quum ad eos venerim,& me planè reiiciant,ereptum eſt illis quicquid ſuæ improbitati alioquin prætexuiſſent:quia nihil poſſunt afferre cur me debeant odiſſe.Idem etiam paulo pòſt repetit,nempe verſu 24.

autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

Qui me odit, & Patrem meum odit. 23

Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum nō haberēt: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. 24

Pſal.34.c.19

Sed vt adimpleatur ſermo qui in Lege eorum ſcriptus eſt, ‖Quia odio habuerunt me gratis. 25

Luc.24.g.49. ſuprà 14.d.26

Quuum autem venerit Paracletus, ‖quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 26

Et vos teſtimoniū perhibetis, quia ab initio mecum eſtis. 27

Cap. XVI.

HAEc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. 1

Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora vt omnis q interficit vos, arbitretur obſequiū ſe præſtare Deo. 2

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me. 3

Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quū venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis. hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram. 4

Et nunc vado ad eū qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? 5

Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. 6

Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. ſi enim ego nō abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. 7

Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio. 8

De peccato quidem, quia non credunt in me: 9

De iuſtitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: 10

De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. 11

B

Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. 12

nunc autem non habent quod prætexant peccato ſuo.

23 Qui me odit, *is* & Patrem meum odit.

24 Si opera nō feciſſem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt non ſolùm me, verum etiam Patrem meum.

25 ″Sed *hæc fiunt* vt compleatur ſermo qui ″in Lege eorū ſcripus eſt, Oderunt me ″immeritò.

26 Quum autē venerit Paracletus, quem ego mittā vobis à Patre, Spirit⁹ *inquā* ille veritatis, qui à Patre ″procedit, ille teſtabitur de me

Spiritus ſanctus.

27 Sed & vos ″teſtabimini, quia à principio mecum eſtis.

Cap. XVI.

1 HAEc loquutus ſum vobis, vt ne offendamini.

Afflictiones euāgelizantium.

2 Mouebunt vos ſynagogis: imò veniet tempus ′quum quiſquis interficiet vos, putabit *ſe* cultum præſtare Deo.

3 Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

4 Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quū venerit tempus illud, memineritis eorum, quòd ego dixerim vobis. hæc autē vobis à principio non dixi, quia vobiſcum eram.

5 Nunc autem abeo ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quò abeam.

Triſtitia.

6 Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrū.

7 Sed ego veritatē dico vobis, cōfert vobis vt ego abeā. nam niſi abiero, Conſolator ille non veniet ad vos: ″ſin autem abiero, mittam eum ad vos.

Spiritus ſanctus.

8 Et quum venerit ille, ″arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio.

Peccatum.
Iuſtitia.
Iudicium.

9 De peccato quidem, quòd ″non credunt in me:

10 De iuſtitia verò, quòd ad Patrē abeā, & āplius nō videbitis me:

11 ″De iudicio autem, quòd princeps huius mūdi cōdemnatus ſit.

12 Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, ſed non poteſtis portare modò.

25 Sed *hæc fiunt* vt *Ἀλλ' ἵνα* Vide ſuprà 14.d.31. In Lege *ἐν τῷ νόμῳ* Heb.התורה. Eſt enim generale vocabulum, quo tota Doctrina ſacra nonnunquam intelligitur, vt etiam ſuprà 10.f.34, quum interdum Moſes Prophetæ & Pſalmi diſtinguantur, vt Luc.24.f.44. Immeritò. *δωρεάν*. Hebr.חנם Id eſt, *ἀναξίως*. Vulg. & Eraſ. gratis, impropriè. Gratis enim fieri dicitur quod pretio vel mercede non fit, vt quum dicitur Chriſtus nos gratis redemiſſe, id eſt nullo à nobis dato pretio.

26 Procedit, *ἐκπορεύεται*, Vel, egreditur. ſeu, exit. Sed noluimus diſcedere à verbo in ſcholis iampridem vſitato.

27 Teſtabimini, *μαρτυρεῖτε*, Vel, teſtamini, ſi libet præſentis ſignificationē ſeruare. Nōnulli conuertūt, teſtemini, modo ſcilicet imperādi.

IN CAPVT XVI.

2 Quum *ἵνα* Rurſus *ἵνα* pro *ὅτι* poſitum eſt, de quo diximus ſuprà 15.b.13, & Infrà verſu 32.

7 Sin autem abiero, *ἐὰν δὲ πορευθῶ*, vel, quum autem abiero, vt אם pro כאשר accipiatur: ſicut diximus ſuprà 14.a.3.

8 Arguet *ἐλέγξει* Id eſt conuincet: ita vt nihil habeat quod prætexat, ſic ut ſuprà dixit, 15.d.22 & 24. Quum autem variè ſit expoſitus hic locus, afferam & ego quod mihi dedit Dominus. Puto igitur Chriſtum de Spiritus ſancti in Eccleſia virtute ac efficacia agere aduerſus mundum, id eſt aduerſus eos qui Euangelio reſiſtunt, tum verò maximè illud tempus reſpicere quod ipſius in cælum aſcenſionem cōſequutum eſt, quum effuſo in Eccleſiam Spiritu omnes contradicentes manifeſtò coarguit. Dicit ergò fore vt per vim illam Diuinam, quam inſpiraturus eſt Apoſtolis atque adeò toti Eccleſiæ ſuæ, poſtquam in cælum aſcenderit, conuincatur mundus peccati, id eſt, ipſi hoſtes à quibus reiectus, ſpretus, in crucem adactus fuit, cogantur conſcientiæ ſuæ teſtimonio profiteri ſe magnopere in eo erraſſe, quòd non potius in illum crediderint. Ideò dicebant illi quos Petrus tanquam homicidas coarguerat Act.2.f.37, Quid faciemus viri fratres? Quid enim? annon hoc eſt mundum adigere ad homicidii confeſſionem voluntariam? Deinde, inquit, arguet mundū de Iuſtitia, non ipſius mundi certè, qui ſe peccatorem, velit nolit, agnoſcet, ſed de ipſius Chriſti iuſtitia. Quia, inquit, ad Patrem vado, nec amplius videbitis me. Id eſt, quum mundus præſens in Eccleſia ſpectabit Spiritum per me in vos effuſum, fateri cogetur me verè iuſtum fuiſſe, qui ex hoc mundo diſcedens, non fuerim damnatus à Deo pro blaſphemo & impio, ſed approbatus & receptus à Patre, cuius quum me Filium dicerem, illi idcirco me vt blaſphemum & impium damnarint. Hoc inquā fateri mundus cogetur, & cauſam meam Deo placere, quum vos, qui doctrinam meam aſſeretis, tot virtutibus planè cæleſtibus ornatos conſpicient. quod & ille Centurio ſtatim poſt Chriſti mortem agnouit, & qui reuertebantur plangentes, quum paulo antè iuſſiſſent illum tolli ac crucifigi. Poſtremò arguetur mundus de iudicio, id eſt, huc adigetur vt me, quem velut fabri filium contempſerit, adeò vt etiam cum ludibrio petierit vt de cruce deſcenderē: me, inquàm, verè Dei Filium agnoſcat, qui ſolutis mortis doloribus ſim dextra Dei exaltatus. Quia, inquit, princeps huius mundi iudicatus eſt, id eſt, quia re ipſa intelligent & cognoſcent me diabolo ſuperato imperium in mundo exercere, quū viderint omnes ſeſe fruſtra vobis opponere: quia vos armabo virtute illa cæleſti, qua deſtruatis omnem celſitudinem quæ extollitur aduerſus cognitionē Dei, & captiuam ducatis omnem cogitationem ad obediendum mihi. qua de re multa Apoſtolus 2.Corinth.10.c.12.& Eph.1.d.19.20.21.22.23. Etſi autem hæ omnes Chriſti virtutes à condito mundo in ipſius ſanctis excelluerunt, vt ſcriptum eſt toto capite vndecimo Epiſtolæ ad Hebræos: tamen à miſſione illa Spiritus ſancti clariſſimè cœperunt eminere, ita vt omnium oculos perſtringerent: ſicut prædixerat Ioel 2.g.28, & Dauid Pſal.68.c.19, vt ex Actis Apoſtolorum licet intelligere. 9 Non credunt *οὐ πιστεύουσιν* In vno exemplari ſcriptum erat, *ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν*, quòd non crediderint. & fortaſſis rectius. 11 De iudicio *περὶ κρίσεως* Id eſt (vt ego quidem exiſtimo) de authoritate illa ac poteſtate quam ego tum obtinebo in cælo & in terra: vt ipſe videtur explicare Matth.28.d.18. ſupra omnes cælos ſcilicet ſublatus, Philip.2.b.9.

Spiritus ſanctus doctor.

Quum autem venerit ille, *id eſt* Spiritus ille veritatis, introducet vos in omnem veritatē. non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit loquetur: & quæ vētura ſunt, renuntiabit vobis. 13

Ille me glorificabit, qa de meo accipiet quod renūtiabit vobis. 14

Omnia quæ habet Pater, mea ſūt: propterea dixi quòd de meo accipiet quod renuntiabit vobis. 15

″Paululum, & non videbitis me: & rurſum paululum, & videbitis me: quia ego vado ad Patrem. 16

De aſcenſione ſua ad Patrem poſt reſurrectionem loquitur Apoſtolis Chriſtus

Dixerunt ergo ″*quidam* ex diſcipulis eius, alii ad alios, Quid eſt hoc quod dicit nobis, Puſillum, & nō videbitis me, & rurſus paululum & videbitis me: &, Quia ego vado ad Patrem? 17

Dicebant ergo, Quid illud eſt quod dicit, Puſillum? neſcimus quid loquatur. 18

Cognouit autem Ieſus quòd cuperent ipſum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quòd dixi, Puſillum, & non videbitis me: & iterum puſillum, & videbitis me? 19

Afflictiones in prædicando Euangelio.

Amen amen dico vobis, flebitis & lamentabimini vos, mūdus autem gaudebit: vos verò triſtes fietis, ſed triſtitia veſtra euadet in gaudium. 20

Mulier pariens.

Mulier, quum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: quum autem genuerit puerū, iam non meminit oppreſſionis, quòd gaudeat hominem eſſe genitum in mundo. 21

Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis: ſed rurſum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrū nemo tollet à vobis. 22

Petendum in nomine Chriſti.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. ″Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis. 23

″Vſque nunc non petiſtis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit perfectum. 24

Hæc per prouerbia loquutus ſum vobis: veniet tempus quum iam non per prouerbia loquar vobis, ſed apertè de Patre meo renuntiabo vobis. 25

In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quòd ego rogaturus ſim Patrem pro vobis. 26

Dilectio. Fides.

Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quòd à Deo exiuerim. 27

Aſcenſurus Chriſtus ad Patrem.

Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum & proficiſcor ad Patrem. 28

Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce, nunc apertè loqueris, nec prouerbium vllum dicis. 29

Nunc ſcimus quòd ſcis omnia, nec opus eſt tibi vt quis te roget: per hoc credimus quòd à Deo exiſti. 30

Reſpondit eis Ieſus, Nunc creditis? 31

Ecce veniet tempus, & iam venit, ″quum diſpergemini ſinguli, quiſque ″ad ſuos, méque ſolum relinquetis. ſed non ſum ſolus: nam Pater mecum eſt. 32

Pax in Chriſto. Afflictiones.

Hæc loquutus ſum vobis, vt ″in me pacem habeatis: in mundo 33

13 Quum autē venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē. non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcūque audiet, loquetur, & quæ vētura ſunt, annuntiabit vobis.

14 Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

15 Omnia quæcūque habet Pater, mea ſunt: propterea dixi quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

16 Modicum, & iam non videtis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.

17 Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicum, & nō videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me: &, Quia vado ad Patrem?

18 Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod dicit, Modicum? neſcimus quid loquitur. C

19 Cognouit autē Ieſus quia volebāt eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicū, & nō videbitis me, & iterum modicū, & videbitis me:

20 Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mūdus autē gaudebit: vos autē contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

21 Mulier, quum parit, triſtitiā habet, quia venit hora eius: quum autē pepererit puerū, iā non meminit preſſuræ, propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.

22 Et vos igitur, nūc quidem triſtitiā habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollit à vobis.

23 Et in illo die me nō rogabitis quicquam. ‖Amen amē dico vobis, ſiquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Suprà 14.b.13
matth.7.a.7,
& 21.b.22
marc 11.c.24
luc.11.b.9
iac.1.a.5

24 Vſque modò non petiſtis quicquā in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. D

25 Hæc in prouerbiis loquutus ſum vobis: venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palàm de Patre annuntiabo vobis.

26 In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis:

27 Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exiui.

Infrà 17.b.8

28 Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29 Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.

30 Nūc ſcimus quia ſcis omnia, & nō opus eſt tibi vt quis te interroget. in hoc credimus quia à Deo exiſtis.

31 Reſpondit eis Ieſus, Modò creditis?

32 ‖Ecce, venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſq; in propria, & me ſolum relinquatis. & non ſum ſolus: quia Pater mecum eſt.

Matth.26.c.31
marc.14.c.27

33 Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo preſſu-

16 Paululum, Μικρὸν, Id eſt, Vbi paululum temporis præterierit. Eſt enim præciſum hoc dicendi genus, è medio petitum, quod non potuiſſem niſi longa periphraſi explicare. Vulg. Modicum. Eraſ. Puſillum. 17 *Quidam* ex diſcipulis ἐκ τῶν μαθητῶν Subauditur τινὲς, de qua eclipſi diximus Matth.27.b.9. eius autem alia etiam exempla extant Matth.23.d.34, & Act.21.c.16.

24 Vſque nunc ἕως ἄρτι Vide Matth.11.b.12. 32 Quum ἵνα Vide ſuprà 15.b.13, & ſuprà a.2. Ad ſuos, εἰς τὰ ἴδια, Vel, domum ſuam. Vide ſuprà 1.b.11. 33 In me pacem habeatis: ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε: Id eſt, in me prorſus conquieſcatis, ne vos vllæ tempeſtates auferat. Nam pacem habere hìc opponitur perturbationi ac triſtitiæ. Dixi autem potius In me quàm Per me, quòd noſtram illam cum ipſo Chriſto communicationem, qua in ipſum verè inſerimur, putem hac præpoſitione ſignificari.

ram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.

Cap. XVII.

1 HAEc loquutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te:

Matth.28.d.18 2 |Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam.

3 Hæc eſt autē vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum.

4 Ego te clarificaui ſuper terrā: opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam.

5 Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſū claritate quā habui prius quàm mundus eſſet, apud te.

6 Manifeſtaui nomen tuū hominibus quos dediſti mihi de mundo: tui erāt, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuū ſeruauerunt.

B

Suprà 26.d.27 7 Nunc cognouerūt quia omnia quę dediſti mihi, abs te ſunt:

8 Quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerūt verè quia à te exiui, & crediderūt quia tu me miſiſti.

9 Ego pro eis rogo: non prò mundo rogo, ſed pro iis quos dediſti mihi, quia tui ſunt.

10 Et mea omnia, tua ſunt, & tua, mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.

11 Et iam non ſum in mundo, & ii in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnū, ſicut & nos.

12 Quum eſſem cum eis, ego ſeruabā eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis: |vt Scriptura impleatur. Pſal.108.a.8

C

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.

14 Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.

15 Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à Malo.

16 De mūdo non ſunt, ſicut & ego nō ſum de mundo.

17 Sanctifica eos in veritate. ſermo tuus veritas eſt.

18 Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum.

oppreſſionem habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.

Cap. XVII.

HAEc loquutus eſt Ieſus, & ſuſtulit oculos in cælum, dixítque Pater, venit hora illa, glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te: Oratio Chriſti ad Patrem.

Sicut dediſti ei ″poteſtatem *in* omnem carnē, vt quotquot dediſti ei, det eis vitam æternam. Vita per Chriſtū omnibus.

Hæc eſt autem vita æterna, vt ″te ſolùm cognoſcant *eſſe* Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Vitam æternam vnde quis conſequatur.

Ego te glorificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem. Opus Chriſti.

Nunc igitur glorifica me tu Pater apud temetipſum ea gloria quam habui apud te prius quàm hic mundus exiſteret.

Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi *ſelectos* è mundo: ″tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonē tuū ſeruarunt. Apoſtoli.

Nunc cognouerunt quòd omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt:

Quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè quòd à te exiui, & crediderūt quòd tu me miſiſti. Verba Chriſti quæ dedit Apoſtolis.

Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, ſed pro *iis* quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Orat Chriſtus pro Apoſtolis.

Et mea omnia, tua ſunt, & tua, mea ſunt: & glorificatus ſū in eis.

Et iam non ſum in mundo, ſed ii in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos per nomen tuum, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut *&* nos.

Quum eſſem cum eis in mundo, ego ſeruabā eos nomine tuo: quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi ″filius ille perditionis: vt Scriptura compleretur. Iudas periit.

Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Gaudiū Chriſti.

Ego tradidi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt ex mundo, ſicut & ego non ſum ex mundo. Apoſtoli odio habiti à mundo.

Non rogo vt tollas eos è mundo, ſed vt ſerues eos à Malo.

Ex mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum ex mundo.

″Sanctifica eos tua illa veritate. ſermo tuus veritas eſt. Sanctificare.

Sicut me miſiſti in mundum, *ita* & ego miſi eos in mundum.

IN CAPVT XVII.

2 Poteſtatem *in* omnem carnem, ἐξουσίαν πάσης σαρκός, Vulg. & Eraſ. Poteſtatem omnis carnis, nimium obſcurè. Subauditur enim κατὰ, vt ſuprà Matth.10.a.1, & 12.c.31. Carnem autem pro homine accipi ex Hebræorum conſuetudine, ſæpe iam annotauimus.

3 Te *eſſe* ſolum σὲ τὸν μόνον Id eſt, te ſolum pro vero Deo agnoſcant. Nam ſi ita reſoluas, vt te cognoſcant, qui ſolus es verus Deus, frigida erit ſententia. Ideò ſuppleui verbum ſubſtantiuum, & naturalem conſtructionis ordinem ſeruaui, vt magis perſpicua eſſet oratio. Quod autem Arriani & alii Chriſti Diuinitatis hoſtes arrepta particula μόνον, hoc teſtimonio abutebātur vt Chriſtum ſua gloria ſpoliarent: facilè refelli poteſt. Nam, vt rectè annotat Nazianzenus concione περὶ υἱοῦ ſecunda, hac eadem ratione ſolus Pater eſſet ſapiens, ſolus immortalis, ſolus habitans lucem inacceſſam, ſolus Rex perpetuus & inuiſibilis, ex iis quæ ſcripta ſunt Rom.16.d.27. & 1. Tim.1.d.17. Sciēdum eſt igitur, Chriſtum ſuo more, totam Diuinitatem in vna Patris perſona proponere, à quo tamen quòd ſeipſum non diuellat, vel ex eo liquet quòd cum Patris cognitione etiam ſui notitiam, vt neceſſariam, requirit: quia, vt ante dixit, nemo ad Patrem venit niſi per eum: quatenus ſcilicet vnus eſt Dei & hominum mediator. Solum igitur & verum addit, nō vt Filium aut Spiritum ſanctum excludat, qui cum Patre ſunt vnus Deus: ſed vt falſis omnibus diis opponat.

6 Tui erant, & mihi eos dediſti, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, Hæc nonnulli per parentheſin ſeparant, ita vt quod ſequitur, & tuum ſermonem ſeruarunt, cum eo cohæreat, quod dixerat, quos dediſti mihi ſelectos ex hoc mundo. at ego nullam hic admitto parentheſin. Imò verò in iis verbis totam ſalutis noſtræ ſummam ſuis gradibus Diuiniſſimè deſcriptam conſidero. Nam quum ait, Tui erāt, æternam illam electionem declarat in ipſo Dei beneplacito abſconditam, quæ totius noſtræ ſalutis eſt baſis ac fundamentum. Deinde quum dicit, Quos dediſti mihi & quibus manifeſtaui nomen tuum, ſignificat æterni illius & abſconditi propoſiti declarationē in Chriſto factam, per quem demū fide apprehenſum iuſtificati ſumus & ſanctificati, vt electionis gloriam tandē conſequamur. ſicut paucis etiam hæc omnia complectitur Apoſtolus Rom.8.f.30, & Eph.1.a.4 & 5.

12 Filius ille perditionis, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, Eraſ. filium perditum. Nam, inquit, alioquin quid eſt filius perditionis, niſi quem genuit perditio? Atqui abſurdior eſt hæc amphibolia quàm vt cuiquam in mentem veniat. quòd ſi placuiſſet ab Hebraiſmo deficere, maluiſſem hominem perditum interpretari. Sed Hebraiſmum vltrò integrum ſeruaui: quia qui perditum hominem dicit, ipſum duntaxat euentum ac miſeram conditionem declarat. at Iudas dicitur filius perditionis, non modò quia periit, ſed etiam quia huic exitio erat deſtinatus ac deuotus, vt manifeſtè liquet ex iis quæ ſcripta ſunt Act.1.c.16, & 4.f.27 & 28. Neque tamen hæc faciunt vt vel Deus ſit in culpa, vel Iudas culpæ eximatur, ſicut copioſius alibi diximus.

17 Sanctifica ἁγίασον Id eſt ſanctos efficito. Sanctum autem dicitur quod Deo peculiariter deuotum ac conſecratum eſt: quamobrem etiam Spiritus Sanctus ſeu ſanctificationis vocatur, qui fidelium corda flectit, vt velint ac poſſint quæ Dei ſunt. Eſt autem hoc vocabulum, vt alia multa, profectum ab Hebræis: quod quum Latini Theologi retinuerint, nos quoque libenter ſeruauimus.

Sãctitas Christi, noſtra. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati per veritatem. 19

Oratio Christi pro nobis. Non pro eis autẽ rogo tantùm, ſed & pro iis qui crediturí ſunt per ſermonem eorum in me: 20

Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quòd tu me miſeris. 21

Et ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. 22

Ego in eis, & tu in me, vt ſint perfecti in vnum, & vt cognoſcat mundus quòd tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut me dilexiſti. 23

Pater, quos dediſti mihi, cupio vt vbi ſum ego, & illi ſint mecũ: vt ſpectent gloriam illam meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante iacta fundamenta mundi. 24

Pater iuſte, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & ii cognouerunt quòd tu me miſeris. 25

Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt charitas qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. 26

Cap. XVIII.

Chriſt⁹ in horto HAEc quũ dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans ″torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. 1

Nouerat autem eum locum etiam Iudas qui prodebat eũ, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. 2

Iudas prodit Chriſtum. Iudas ergo quum accepiſſet cohortem, & à Põtificibus ac Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. 3

Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, egreſſus dixit eis, Quem quæritis? 4

Reſponderũt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus, Ego is ſum. Stabat autem & Iudas qui prodebat eum, cum ipſis. 5

Vt ergo dixit eis, Ego is ſũ: abierũt retrorſũ, & ceciderũt humi. 6

Iterum ergo rogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Ieſum Nazarenum. 7

Reſpondit Ieſus, Dixi vobis quòd ego is ſum. ſi ergo me″quæritis, ſinite hos abire. 8

Vt compleretur ſermo quem dixerat, Ex iis quos dediſti mihi, non perdidi quenquam. 9

Simon autem Petrus quum haberet gladium, eduxit eum, & Auricula Malcho abſciſſa. feriit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram. erat autem nomen ſeruo Malchus. 10

Dicit ergo Ieſus Petro, Immitte gladium tuum in vaginam. annon bibam poculum quod dedit mihi Pater? 11

Cohors igitur & tribunus ac miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & vincierunt eum: 12

Chriſtus ducitur ad Annam, deinde ad Caipham. Et abduxerũt primũ ad Annã (erat enim ſocer Caiaphæ, qui erat Põtifex″anni illius) Is verò miſit eũ vinctũ ad Caiaphã Põtificẽ. 13

---

19 Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

20 Non pro eis autẽ rogo tantùm, ſed & pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me.

21 Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti. D

22 Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

23 Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mũdus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.

24 Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant claritatẽ meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Suprà 12.d.16

25 Pater iuſte, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & ii cognouerunt quia tu me miſiſti.

26 Et notum feci eis nomẽ tuũ, & notũ faciã: dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Cap. XVIII.

1 HAEc quum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans ‖torrentem Cedrõ, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. Matth.26.d.36 marc.14.d.32 luc.22.d.39 2.Reg.15.e.23

2 Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequẽter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

3 ‖Iudas ergo quum accepiſſet cohortem, & à Põtificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Matth.26.e.47 marc.14.e.43 luc.22.e.47

4 Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, proceſſit, & dixit eis, Quem quæritis?

5 Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus, Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cũ ipſis.

6 Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierũt retrorſum, & ceciderunt in terram.

7 Iterum ergo interrogauit eos, Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt, Ieſum Nazarenum.

8 Reſpondit Ieſus, Dixi vobis quia ego ſum. ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire.

9 Vt impleretur ſermo quem dixit, ‖Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Suprà 17.b.12

10 Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculã eius dexteram. erat autem nomen ſeruo Malchus.

11 Dixit ergo Ieſus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. calicem quẽ dedit mihi Pater, non bibam illum?

12 Cohors autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum:

13 Et adduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Luc 3.a.2

IN CAPVT XVIII.

1 Torrentem Cedron, τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων. Sic quidem legimus in omnibus exemplaribus, ſed manifeſto errore, quum Hebræi קדרן vocent, quaſi tenebricoſum dicas, ſicut hodie Germani Hercyniam Syluam *Schuartzuuald*, id eſt nigrum nemus, vocãt. Hoc verò quum quidam ignorarent, & putarent hic agi de cedris arboribus (quas tamen, vt rectè Capnion annotauit, Hebræi diuerſo prorſus vocabulo ארים appellant) hunc locum corruperunt: no quidem addito articulo, ſed mutato, vt rectè omnino coniicit Stapulẽſis. Neque enim dubito quin initio ſcriptũ fuerit, τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κέδρων, ſicut 1. Reg. 15. c. 13, ſcriptum eſt, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῷ Κέδρων, non autem τῶν Κέδρων, vt perperam legit Eraſmus.

13 Anni illius. τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Poſt hæc verba legit Cyrillus, καὶ ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, quantum quidem coniicere licet ex Latina interpretatione. nam Græcum codicem mihi non contigit videre. Hãc igitur lectionem approbat Eraſmus, cui ſicut in eo aſſentior, quòd hæc putet in contextum reponenda, ita quiddam præterea requiro. Cur reponẽda exiſtimem, his cauſis adducor. Primùm quia Cyrillus vetus ac nobilis interpres & πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ita legit & interpretatur. Deinde quòd alioquin non cohærebit narratio. Nã ſtatim ſubiicitur, Petrum in aulam Põtificis fuiſſe introductum, in qua etiã fuerit Chriſtus à Pontifice interrogatus, & ab ipſius miniſtro cæſus: quòd videretur non ſatis magnam habere Pontificiæ dignitatis rationem. quæ omnia nõ poſſunt ad alium quàm ad ipſum Caiapham pontificem referri. Præterea ſiquis cũ iſtis conferat quæ ab aliis Euangeliſtis narrantur, fatebitur omnia hæc nõ in ipſius Annæ, ſed in Caiaphæ domo geſta,

quia alioquin non poſsis Iohannem cum cæteris Euangeliſtis conciliare: ſiquidem ii magno conſenſu(vt rectè omnino Eraſmus obſeruat) tres Petri negationes ita narrant, vt in vnis Caiaphæ ædibus factas eſſe appareat.Deinde niſi ita hæc eſſe fateamur, præterierit Iohannes quicquid geſtum eſt aduerſus Chriſtum ab ipſo Caiapha, cui tamen vni ius fuit concilium cogendi & in Chriſtū inquirendi. Poſtremò epanalepſis illa quæ extat infrà verſu 24,omnem mihi dubitationem exemit.Nam ſanè nimis durum eſſet,ſuperiora omnia accipere veluti κατὰ πρόληψιν aut κατὰ σιώπησιν dicta.Itaque ſuo loco hæc repoſui.Sed quod vnū dixi præterea hîc à me requiri,quum apud Cyrilli interpretem legatur,Miſerúntque, id eſt, καὶ ἀπέστειλαν,ego contrà partim ex ipſius narrationis ſerie,partim etiam ex illa epanalepſi didici legendum eſſe, καὶ ἀπέστειλεν,& miſit,ipſe ſcilicet Annas,Ieſum vinctum ad Caiapham generum.Itaque in ipſius Annæ domo nihil geſtum eſt quod commemorandū putarit Euangeliſta. quo enim iure concilium ille cogeret,& in Chriſtum inquireret?ſed quum ad eum,vt Pontificis ſocerum,Chriſtus obiter eſſet deductus,ſtatim ſcilicet curauit ad ædes generi rapiendum : ex quo rurſus intelligitur cur cæteri Euangeliſtæ, nulla Annæ mentione facta, perinde hæc narrent ac ſi Chriſtus rectà ad Caiapham Pontificem pertractus eſſet.

Suprà 11.f.50

Erat autem Caiphas‖qui conſiliū dederat Iudæis, quia expedit vnū hominem mori pro populo.

14 Erat autem Caiaphas,is qui conſilium dederat Iudæis quòd cōferret vnum hominem mori pro populo.

Caiphas.

Matt.26.f.58
marc.14.f.54
luc.22.f.54

‖Sequebatur autē Ieſum Simon Petrus & alius diſcipulus.diſcipulus autem ille erat notus Pōtifici,& introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis.

15 Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus.diſcipulus verò ille erat notus Pontifici, & ſimul introiit cum Ieſu in aulam Pontificis.

Petrus Iohannē ſequitur ad domum Caiphæ.

Petrus autem ſtabat ad oſtium foris.Exiuit ergo diſcipulus ille alius qui erat notus Pontifici,& dixit oſtiariæ,& introduxit Petrum.

16 Petrus autē ſtabat ad oſtiū foris.Exiuit ergo diſcipulus ille alter q̄ erat notus Pōtifici,& loquutus eſt oſtiariæ,ac introduxit Petrū.

Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria, Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?Dicit ille,Non ſum.

17 Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria, Nónne & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?Dicit ille,Non ſum.

D

Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefiebant. erat autem cum eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe.

18 Stabant autem ſerui & miniſtri qui prunas congeſſerant,quia frigus erat, & calefaciebant ſe.erat autem cum eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe.

Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina eius.

19 Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina ipſius.

Caiphas interrogat Chriſtum.

Reſpondit ei Ieſus, Ego palàm loquutus ſum mūdo, ego ſemper docui in ſynagoga & in tēplo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil:

20 Reſpondit ei Ieſus,Ego apertè loquutus ſum mundo,ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quò ″vndique Iudæi conueniunt,& in occulto loquutus ſum nihil:

Quid me interrogas? interroga eos qui audierūt quid loquutus ſim ipſis:ecce, hi ſciunt quæ dixerim ego.

21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus ſim ipſis:ecce,hi ſciunt quæ dixerim ego.

Hæc autem quum dixiſſet,vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu,dicens,Sic reſpondes Pontifici?

22 Hæc autem quum ipſe dixiſſet, vnus ex miniſtris qui adſtabat, ″bacillo cecidit Ieſum,dicens,Itáne reſpondes Pontifici?

Pulſatus Chriſtus quid reſponderit.

E

Reſpōdit ei Ieſus,Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo:ſi autem bene, quid me cædis?

23 Reſpondit ei Ieſus,Si malè loquutus ſum, teſtare de malo: ſin bene,cur me cædis?

Matth.26.f.57
marc.14.f.59
luc.22.f.54

Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.

24 ″Miſerat ergo eum Annas vinctum ad Caiaphā Pontificem.

Matth.26.g.69
marc 14.g.66.
luc 22.f.55

Erat autem Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. ‖dixerūt ergo ei,Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille,& dixit,Non ſum.

25 Stabat autē Simon Petrus,& calefaciebat ſe. dixerunt ergo ei, Nónne & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille,& dixit,Non ſum.

Petrus negat Chriſtum.

Dicit ei vnus ex ſeruis Pōtificis,cognatꝰ eius cuius abſcidit Petrus auriculā,Nōne ego te vidi ī horto cū illo?

26 Dicit ei quidam ex ſeruis Pontificis,cognatus eius cuius abſciderat Petrus auriculam,Nónne ego te vidi in horto cum eo?

Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit.

27 Rurſus ergo negauit Petrus,& ſtatim gallus cantauit.

Matth.27.a.2
mar.15.a.1.
luc 23.a.1

Act.10.d.28.
& 11.a.3.

Adducunt ergo Ieſum à Caipha in Prætorium.erat autem mane, & ipſi non introierunt in Prætorium,vt nō contaminarentur,ſed vt manducarēt Paſcha.

28 Ducūt ergo Ieſum″à Caiapha in Prætorium. erat autem mane, & ipſi non introierunt in Prætorium, ne pollueretur, ſed vt veſcerentur Paſcha.

Chriſtus coram Pilato.

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,& dixit, Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?

29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?

F

Reſponderunt & dixerunt ei, Si non eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum.

30 Reſponderunt & dixerunt ei, Niſi iſte eſſet maleficus, non tibi tradidiſſemus eum.

Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eū vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis nō licet interficere quēquam.

31 Dicit ergo ei Pilatus, Accipite eū vos,& ſecundum legē veſtrā condemnate eum.Dixerunt ergo ei Iudæi,Nobis non licet trucidare quenquam.

Matt.20.c.19

‖Vt ſermo Ieſu impleretur,quem di

32 Vt ſermo Ieſu impleretur,quem dixit,ſignificās qua morte fu-

20 Vndique πάντοθεν Vulg.& Eraſ.omnes,id eſt πάντες. In vetuſtis codicibus legimus πάντοτε.Ego verò exiſtimo, vel legendum πάντες, vel πάντοθεν,quod facile potuit à librariis mutari in πάντοτε. 22 Bacillo cecidit ἔδωκε ῥάπισμα Id eſt,ἐῤῥάπισεν.Vulg.& Eraſ.dedit alapam.Vide Mar.14.g.65. 24 Miſerat ergo ἀπέστειλεν οὖν Particulā οὖν reſtituimus ex fide duorum codicum.Eſt autem epanalepſis quæ vſurpatur ab Euangeliſta redeunte ad ſuperiora.Nam quum exorſus eſſet narrare de Petro ſuprà verſu 18, quædā interiecerat quæ narrationis curſum abruperant.Nunc ergo eò rediens,vtitur epanalepſi : ex qua intelligimus illa fuiſſe reponenda quæ ex Cyrillo reſtituimus ſuprà verſu 13,& Iohannem in referenda Petri hiſtoria prorſus cum aliis Euangeliſtis conſentire. 28 A Caiapha ἀπὸ τοῦ Καϊάφα Id eſt,ab ædibus Caiaphæ:quod genus loquutionis expoſuimus Mar.5.d.35.Id verò quum nonnulli non intelligerent,pro à Caiapha ſubſtituerunt ad Caiapham, ſicut nimirum apud Marcum pro ab archiſynagogo ſuppoſuerant ad archiſynagogum.quæ res magnum errorē obiecit Auguſtino, fruſtra hîc multum laboranti,vt expediat quî fieri poſſit vt in Prætorium ſit ductus Ieſus, qui legatur adductus ad Caiapham:ſicut Eraſmus in hunc locum annotauit.

turum erat vt moreretur.

Chriſtus Rex Iudæorum.

33 Introiuit ergo rurſus in Prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, dixítque ei, Tú*ne* es Rex Iudæorum?

34 Reſpondit ei Ieſus, A teipſo tu hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

35 Reſpondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus ſum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti?

Regnũ Chriſti.

36 Reſpondit Ieſus, Regnum meum non eſt ex hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei″certarent ne traderer Iudæis:″nunc autem regnum meum non eſt hinc.

Rex Chriſtus.

37 Dixit ergo ei Pilatus, Num igitur Rex es tu? Reſpõdit Ieſus, Tu dicis quòd Rex ſum ego. ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium dem veritati. omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

Veritas.

38 Dicit ei Pilatus,″Quid eſt veritas? Et quum hoc dixiſſet, rurſum ″venit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullum inuenio in eo″crimen.

Barabbam petũt Iudæi.

39 Eſt autem conſuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Paſcha: vultíſne ergo dimittam vobis Regem″Iudæorum?

40 Clamauerunt autem rurſum omnes, dicentes, Non hunc, ſed Barabbam. Erat vero ille Barabbas latro. Cap. XIX.

Flagellatur Chriſtus, & coronatur ſpinis.

1 TVnc ergo acceptum Pilatus Ieſum″flagellauit.

2 Et milites plexam coronam è ſpinis impoſuerunt capiti eius, & pallio purpureo circundederunt eum.

3 ″Et dicebant, Aue Rex Iudæorum. Et bacillis eum cædebant.

4 Exiuit ergò rurſum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quòd nullũ in eo crimen inuenio.

5 Exiuit ergo Ieſus foras, ferẽs ſpineam coronam, & purpureum pallium. Tum dicit eis *Pilatus*, Ecce homo.

Iudæi petunt Chriſtum crucifigi.

6 Quum ergo vidiſſent eum principes Sacerdotum & miniſtri, clamarunt, dicẽtes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo crimen.

7 Reſponderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & ſecundum legem noſtram debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.

Pilatus timens interrogat Chriſtum.

8 Quum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

9 Et ingreſſus eſt Prætorium rurſus, & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? neſcis quòd poteſtatem habeam crucifigendi te, & poteſtatem habeam abſoluendi te?

Poteſtas à Deo.

11 Reſpõdit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet ſupernè: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Peccatũ Iudæ.

12 Ex eo quærebat Pilatus abſoluere eum: Iudæi autẽ clamabant, dicentes, Si hunc abſolueris, non es amicus Cæſaris. quicunque ſe Regem facit, contradicit Cæſari.

13 Pilatus ergo quum audiſſet hunc ſermonem, adduxit foras Ieſum, ſedítque pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

xit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.

Introiuit ergo iterum in Prætoriũ Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es Rex Iudæorum?

Matth.27.b.11
marc.15.a.2
luc.23.a.3

Reſpondit Ieſus, A temetípſo hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

Reſpondit Pilatus, Nũquid ego Iudæus ſum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti?

Reſpondit Ieſus, Regnũ meũ non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarẽt vt nõ traderer Iudęis: nũc autem regnũ meũ non eſt hinc.

G

Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Reſpõdit Ieſus, Tu dicis quia Rex ſum ego. ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati. omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

Dicit ei Pilatus, Quid eſt veritas? Et quum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo cauſam.

Eſt autem cõſuetudo vobis vt vnũ dimittã vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?

Matth.27.b.15
marc.15.a.6
luc.23.c.27

Clamauerũt ergo rurſum oẽs, dicẽtes, Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. Cap. XIX.

Act.3.c.14

TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.

Matth.27.c.26
marc.15.b.18

Et milites, plectẽtes coronã de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum.

Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue Rex Iudæorũ. Et dabãt ei alapas.

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce, adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam.

Exiuit ergo Ieſus foras, portãs coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis, Ecce homo.

Quum ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam.

B

Reſponderunt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, & ſecundum legem noſtrã debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.

Quum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

Et ingreſſus eſt Prætorium iterũ: & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?

Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

C

Exinde quærebat Pilatus dimittere eum: Iudæi autẽ clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. omnis qui ſe Regẽ facit, cõtradicit Cæſari.

Pilatus autem quum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

36 Certarent ἠγωνίζοντο Cyprianus lib. aduerſus Iudæos 2. cap. 28 (vt obſeruauit Eraſmus, citans hunc locũ) legit turbarẽtur. Itaque ſuſpicor eum vel legiſſe ἠγωνιάζοντο, vel confudiſſe ἀγωνίζεσθαι cum ἀγωνιάζεσθαι: quum tamen potius Græcè dicatur ἀγωνιᾶν vel ἀγωνιάζειν. Nunc autem νῦν δὲ Particula νῦν hoc quoque loco non eſt temporis aduerbium, ſed coniunctio συλλογιστική, vt etiam ſuprà 8.e.40.

38 Quid eſt veritas? Τί ἐστιν ἀλήθεια; Faſtidientis atq; adeò irridentis vox, non interrogãtis. Venit ἐξῆλθε Vulg. exiit. Vide Marc. 18.b.11. Crimen. αἰτίαν. Vulg. & Eraſ. cauſam. Vide Matth. 19.a.3. 39 Iudæorum? τῶν Ἰουδαίων; Id eſt veſtrum. Eſt enim Hebraica repetitio antecedentis.

IN CAPVT XVIIII.

1 Flagellauit. ἐμαστίγωσε. Vide Matth. 27.c.26. 3 Et dicebant, καὶ ἔλεγον, Vetus interpres legit, & veniebant ad eum, & dicebant, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον: quam lectionem reperimus in tribus exemplaribus manuſcriptis.

Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta: & dicit Iudæis, Ecce Rex veſter. 14

Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigã? Reſpõderunt Põtifices, Non habemus Regem niſi Cæſarem. 15

Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. ‖Suſceperũt autem Ieſum, & eduxerunt eum. 16

Matth.27.d.31
marc.15,b.21
luc.23.c.26

D

Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eũ qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha: 17

Vbi crucifixerunt eũ, & cũ eo alios duos hinc & hinc, mediũ autẽ Ieſum. 18

Scripſit autem & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper crucẽ. erat autẽ ſcriptũ, IESVS NAZARENVS, REX IVDAEORVM. 19

Hunc ergo titulum multi Iudæorũ legerunt: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. & erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. 20

Dicebant ergo Pilato Põtifices Iudæorũ, Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſũ Iudæorũ. 21

Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi. 22

Matth.27.d.35
marc.15.b.14
luc.23.d.33

Milites ergo quũ crucifixiſſẽt eum, acceperunt veſtimẽta eius (& fecerũt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicã. erat autẽ tunica incõſutilis, deſuper contexta per totum. 23

E

Dixerunt ergo adinuicem, Nõ ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens, ‖Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. 24

Pſal.22.e.29

Stabãt autẽ iuxta crucem Ieſu mater eius & ſoror matris eius, Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. 25

Quum vidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum aſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus. 26

Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. 27

Poſtea ſciens Ieſus quia omnia iã conſummata ſunt, ‖vt conſummaretur Scriptura, dicit, Sitio. 28

Pſal.68.e.22

Vas ergo erat poſitum aceto plenum. illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. 29

Quum ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit, Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. 30

14 Erat autem paraſceue Paſchæ, hora verò quaſi ″ſexta: tum dicit Iudæis, Ecce Rex veſter.

15 Illi autem clamarunt, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt principes Sacerdotum, Non habemus Regem niſi Cæſarem.

16 Tunc ergo tradidit eum illis vt crucifigeretur. Acceperunt autem Ieſum, ″& abduxerunt.

Chriſtus crucifigendus traditur Iudæis.

17 Atque *is* baiulans crucem ſuam, venit in eum locum qui dicitur Caluariæ, Hebraicè autem Golgotha:

18 Vbi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Ieſum.

19 Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, IESVS NAZARENVS, REX IVDAEORVM.

Titulus crucis Chriſti.

20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Ieſus. ″& erat ſcriptũ Hebraicè, & Græcè, & Latinè.

21 Dicebant ergo Pilato principes Sacerdotum Iudæorũ, Ne ſcribas, Rex Iudæorum: ſed quòd ille dixerit, Rex ſum Iudæorum.

22 Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi.

23 Milites ergo quum crucifixiſſent Ieſum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerũt quatuor partes, vnicuique militi partẽ) & tunicam. erat autem tunica inſutilis, à ſummo contexta ″tota.

Veſtimẽta Chriſti diuiduntur.

24 Dixerunt ergo inter ſe, Ne findamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius futura ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens, Diſpertiuerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

25 Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius & ſoror matris eius, ″Maria Clopæ *uxor*, & Maria Magdalene.

26 Quum vidiſſet ergo Ieſus matrem ac diſcipulum aſtãtem, quẽ diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus.

Matrem cõmendat Iohanni Chriſtus.

27 Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam diſcipulus ″domum ſuam.

28 Poſtea quũ ſciret Ieſus quòd ″*reliqua* omnia iam perfecta eſſent, vt perficeretur Scriptura, dicit, Sitio.

29 Vas igitur *illic* erat poſitum aceto plenũ. Illi verò impleuerunt ſpongiam aceto, & ″hyſſopo circumpoſitam admouerũt ori eius.

Potatus aceto Chriſtus moritur.

30 Quum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, Cõſummatum eſt: & inclinato capite ″tradidit ſpiritum.

14 Sexta: ἕκτη: In vno codice ſcriptum inuenimus τρίτη, vt videri poſſit γ', quæ eſt ternarii numeri nota, mutata in ϛ': quanuis non deſint aliæ rationes quibus conciliari poſſit Iohannes cum Marco, vt diximus Mar.15.c.25. 16 Et abduxerunt. καὶ ἀπήγαγον. Hic variant exẽplaria. Nam apud Theophylactum legimus, καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι, & duxerunt eum vt crucifigerent: quæ lectio, quod ad ſententiã ipſam attinet, cum altera conſentit. In vno autem codice ſcriptum erat ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον, duxerunt in Prætorium. Suſpicor verò nonnullos ita legere maluiſſe, propter ſequens verbum ἐξῆλθεν, exiit, quod non videtur poſſe cõuenire, niſi iterum dicatur ingreſſus in Prætorium: ſiquidem extra Prætorium fuiſſe ſitum tribunal, apparet ex verſu 13. Sed facilis erat ſolutio. Nam Exire accipitur ex Hebræorum idiotiſmo pro ex aliquo loco proficiſci, atque adeò pro venire: vt ſæpe annotauimus, ac præſertim Mar.8.b.11. Deinde, ſi propriã ſignificationem libuerit ſeruare, non minus commodè poteſt hoc referri ad locum tribunalis quàm ad Prætorium. 20 Et erat ſcriptum καὶ ἦν γεγραμμένον Scriptum erat ſcilicet in eo titulo. Nam alioquin dicendum erat, καὶ ἦν γεγραμμένος. 23 Tota. δι᾽ ὅλου. Siue, per totum, vt loquitur Plinius, id eſt omnino.

25 Maria Clopæ *uxor*, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, In Latinis codicibus legitur Maria Cleopæ vel Cleophæ. Subaudiri autẽ poteſt, vel vxor vel filia: ſed magis eſt vſitatum vt mulieres à maritis cognominentur. 27 Domum ſuam. εἰς τὰ ἴδια. ſiue, ad ſe. Vul. & Eraſ. in ſua. Nam quod in nõnullis Veteris editionis codicibus legitur in ſuam, acceptum ferendum eſt eorum impudentiæ qui quicquid non intelligunt, putant mendo non carere. Vide ſuprà 1.b.11. Ambroſius interpretatur in ſua, id eſt in ſuum ius: quæ expoſitio mihi magnopere non probatur.

28 *Reliqua* omnia πάντα Vulg. & Eraſ: omnia. Atqui nondum omnia erãt completa, quum vel hoc ipſum adhuc requireretur, quod erat facturus: mors ipſa denique, ſalutis noſtræ κεφάλαιον. Apparet igitur id eſſe referendum ad ea quæ præceſſerant, & ſubaudiri quod ſuppleuimus. Sic Plinius de quodam obeliſco loquens, Omnibus, inquit, quæcunque in mari viſa ſunt, mirabiliorem. id eſt omnibus aliis: vt alibi annotauimus.

29 Hyſſopo ὑσσώπῳ Vide Matth.27.f.58. 30 Tradidit Spiritum. παρέδωκε τὸ πνεῦμα. ſiue, reddidit animam: vt Virgilius loquitur lib. Georg.3. Sed tamen quia παρέδωκε ſcriptum eſt, non ἀπέδωκε, & videtur Euangeliſta alludere ad ea verba quæ moriens Dominus protulit ex Pſal.31.a.6, quibus ſcilicet animam in Patris manus depoſuit: hãc formulam integrã libens retinui. Cæterùm poſt hæc verba Cyrillus ſubiicit, Et poſtquam expirauit, velum tẽpli ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum, id eſt, ἐπεὶ δ᾽ ἐξέπνευσεν, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. &, ne quis hæc putet apud Cyrillum ſuppoſita, proprium etiã caput huic particulæ tribuit, vt annotauit Eraſmus, nempe triceſimum ſeptimum libri vndecimi. Sed tamẽ ſuſpicor iſta ex aliis Euangeliſtis irrepſiſſe, quia Iohannes nihil iſtorum commemorat: facturus, vt opinor etiam reliquorum mentionem, ſi ſciſſi veli meminiſſet.

Crura latronib⁹ franguntur.

31 Iudæi ergo, vt non manerent in cruce corpora ſabbatho: quoniam erat Paraſceue: (erat enim ″magnus dies illius ſabbathi) rogarunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, ac tollerentur.

32 Venerunt ergo milites, & prioris quidem *latronis* fregerunt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo.

Latus Chriſti lãcea aperitur.

33 Ad Ieſum autem quum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.

34 Sed quidam ex militibus lancea latus eius ″fodit, & ſtatim exiuit ſanguis & aqua.

35 ″Et qui vidit, teſtatur, & verum eſt teſtimonium eius: ille *inquam* ſcit quòd vera dicit, vt & vos credatis.

36 Facta ſunt enim hæc vt Scriptura impleretur, ″Non confringetur *ullum* os ipſius.

37 Et rurſus alia Scriptura dicit, Videbunt quem ″transfixerunt.

Ioſeph ab Arimathæa.

38 Poſt hæc autẽ rogauit Pilatũ Ioſeph Arimathiẽſis (qui erat diſcipul⁹ Ieſu, ſed occultus propter metũ Iudæorũ,) vt tolleret corpus Ieſu: quod permiſit Pilat⁹. Venit ergo & ſuſtulit corpus Ieſu.

Nicodemus.

39 Venit autem & Nicodemus (is qui venerat ad Ieſum nocte primùm) ferẽs miſturæ myrrhæ & aloes libras quaſi centum.

Sepelitur Chriſt⁹.

40 Acceperunt ergo corpus Ieſu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

41 In eo autem loco vbi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumentum nouum, ″in quo nondum quiſquã poſitus fuerat.

42 Ibi ergo propter Paraſceuem Iudæorum, quòd monumentum illud propè eſſet, poſuerunt Ieſum.

Cap. X X.

Maria Magdalene venit ad ſepulchrum.

1 P″Rimo verò die hebdomadis Maria Magdalene venit mane quum adhuc tenebræ eſſent, ad monumẽtum: vidétque lapidem ſublatum à monumento.

2 Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit eis, Suſtulerunt Dominum è monumento, & neſcimus vbi poſuerint eum.

Petrus & Iohãnes currunt ad ſepulchrum.

3 Exiit ergo Petrus & alter ille diſcipulus, & venerunt ad monumentum.

4 Currebãt autem duo ſimul, ſed alter ille diſcipulus præcucurrit citius Petro, venítque prior ad monumentum.

5 Et incuruatus, vidit poſita lintea: non tamen introiuit.

6 Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, vidítque lintea poſita:

Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora ſabbatho: (erat enim magnus dies ille ſabbathi) rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

Venerũt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo.

Ad Ieſum autem quum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura:

Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.

Et qui vidit, teſtimoniũ perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. G

Facta ſunt enim hæc vt Scriptura impleretur, ‖Os nõ comminuetis ex eo. Exod.12.g.46 num.9.b.12

Et iterum alia Scriptura dicit, ‖Videbunt in quem transfixerunt. Zach.12.c.10

‖Poſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathæa, (eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autẽ propter metũ Iudæorũ) vt tolleret corpus Ieſu: & permiſit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Ieſu. Matth.27.g.57 marc.15.d.42 luc.23.g.50

‖Venit autem & Nicodemus (qui venerat ad Ieſum nocte primùm) ferens miſturã mirrhæ & aloes quaſi libras centum. Suprà 3.a.2

Acceperũt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

Erat autẽ in loco vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumẽtũ nouũ, in quo nõdũ quiſquã poſitus fuerat.

Ibi ergo propter Paraſceuẽ Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Cap. X X.

VNa autem ſabbathi, Maria Magdalene venit mane quum adhuc tenebræ eſſent, ad monumẽtum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. Marc.16.a.1 luc 24.a.1

Cucurrit ergo, & venit ad Simonẽ Petrum, & ad alium diſcipulum quẽ amabat Ieſus, & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento. & neſcimus vbi poſuerunt eum.

Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumẽtum.

Currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipul⁹ præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentũ.

Et quum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non tamen introiuit.

Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita:

31 Magnus dies illius Sabbathi, μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου, Vulg. & Eraſ. magnus ille dies ſabbathi, eodem ſenſu. Loquitur enim de die Paſchæ, qui eo anno in ſabbathum incidebat, ex traditione quam expoſuimus Matth.26.b.17. Ideo dicitur hoc ſabbathum magnum, id eſt ſolenne & celebre, concurrente ſcilicet duplici celebritate. 34 Fodit, ἔνυξε, Vel, ſauciauit. Vulg. aperuit, vt videri poſſit legiſſe ἤνοιξε. Quód autem nonnulli hæc conuertunt per pluſquamperfectũ, quaſi Chriſto adhuc viuenti facta ſint, meritò reprehenduntur Clementina prima, vt Eraſmus quoque annotauit. 35 Et qui vidit, Καὶ ὁ ἑωρακὼς, Inter cauſas cur Iohannes tantopere hoc aſſeueret, hæc certè non eſt prætermittenda quam Eraſmus attingit, quia nimirum hoc vulnere plena fit mortis Chriſti fides. Nam effuſa aqua ex illo lateris vulnere, indicauit ferrum vſque in περικαρδίαν penetraſſe, illius ſcilicet aquæ conceptaculum, quo vulnerato neceſſe eſt animal omne protinus mori. alioquin calumniari poſſent veritatis hoſtes, Chriſtum ſemimortuum è cruce detractum & tumulo illatum, vt reſurrectionis teſtimonium eleuaretur. Cæterùm id quoque obſeruandum eſt, videri poſſe hoc etiam loco permutatam conſtructionem, ac potius fuiſſe dicendum, eum qui id teſtaretur, id vidiſſe, ac proinde idoneum eſſe ipſius teſtimonium. Non diſſimilem hypallagen ſuprà annotauimus 8.f.47.

36 Non confringetur *ullum* os ipſius. ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Vel, nõ comminuentur oſſa ipſius, vt ſit enallage numeri. Ita igitur ſcriptum inuenimus in vetuſtis codicibus, excepto vno, qui legit ἀπ' αὐτοῦ, cum quo conſentit Theophylactus. Vulg. & Eraſ. os non comminuetis ex eo, ὀστοῦν οὐ συντρίψετε ἀπ' αὐτοῦ, quæ lectio Hebrææ veritati reſpondet. Sed tamen quod ad ſenſum attinet, nullum eſt in iſtis diſcrimen.

37 Transfixerunt. ἐξεκέντησαν. Id eſt דקרו: quũ Græca editio habeat κατωρχήσαντο ſaltarunt, id eſt רקדו, vt annotauit Eraſmus ex Hieronymo. Ergo vel iſta non citauit Iohannes ex Græca tranſlatione (quod tamen mihi non ſit veriſimile, vt qui Græcè ſcripſerit, & quidem Orientis Eccleſiis, quæ Græcè maxima ex parte loquebantur) vel potius, aliam Græcam editionem vſurpabant Eccleſiæ, quum iſta quæ nunc extat, craſſiſſimis erroribus plurimis ſcateat, & plurimùm variet à teſtimoniis quæ paſſim in Nouo teſtamento citantur.

41 In quo nondum quiſquã poſitus fuerat. ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀνάστασις ὡς ἄλλου ἀναστάντος, inquit Theophylactus, id eſt, ne quis ipſius reſurrectionem calumniaretur, quaſi alius quiſpiam reſurrexiſſet. Ideo non contentus Euangeliſta dixiſſe nouum fuiſſe ſepulchrum, hæc etiam addidit: quæ temere ſunt in vno codice deleta.

IN CAPVT XX.

1 Primo verò die hebdomadis Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulg. Vna autem Sabbathi. Eraſ. Vno verò die ſabbathorum. Vide Matth.28.a.1.

	Et ſudariũ quod fuerat ſuper caput eius,non cum linteaminibus poſitũ, ſed ſeparatim inuolutũ in vnum locũ.	7	Et ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteis poſitum,ſed ſeorſim inuolutum in vnum locum.	
	Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum,& vidit,& credidit.	8	Tunc ergo introiuit etiam alter ille diſcipulus qui venerat prior ad monumentum,vidítque,& credidit.	
	Nõdũ enim ſciebant Scripturã,quia oporteret eum à mortuis reſurgere.	9	″Nondum enim nouerant″Scripturã,′*id eſt* quòd oportuiſſet eum à mortuis reſurgere.	**Apoſtoli ignorantes reſurrectionem.**
C	Abierũt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos.	10	′Redierunt ergo diſcipuli″ad ſuos.	
Matth.28.a.1 marc.16.b.5	Maria autem ſtabat ad monumẽtũ foris plorans:dum ergo fleret,inclinauit ſe,& proſpexit in monumentum,	11	Maria autem ſtabat ad monumentum″foris flens.dum ergo fleret,incuruauit ſe in monumentum,	**Maria Magdalene plorat ad ſepulchrum.**
	Et videt duos Angelos in albis,ſedẽtes, vnũ ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu.	12	Et vidit duos Angelos′albatos,ſedentes,vnum′ad caput, & alterum ad pedes,*illic* vbi iacuerat corpus Ieſu.	**Angeli.**
	Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum,& neſcio vbi poſuerunt eum.	13	Qui & dixerunt ei,Mulier,quid fles? Dicit eis,Suſtulerunt′Dominum meum,nec ſcio vbi poſuerint eum.	
	Hæc quum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum,& vidit Ieſum ſtãtem,& non ſciebat quia Ieſus eſt.	14	Et quum hæc dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, vidítque Ieſum ſtantem,nec ſciebat quòd Ieſus eſſet.	
D	Dicit ei Ieſus,Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimãs quia hortulanus eſſet,dicit ei,Domine,ſi tu ſuſtuliſti eũ,dicito mihi vbi poſuiſti eũ, & ego eum tollam.	15	Dicit ei Ieſus,Mulier,quid fles? quem quæris? Illa putans hortulanum eſſe,dicit ei,Domine,ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi vbi poſueris eum,& ego eum tollam.	
	Dicit ei Ieſus,Maria.Conuerſa illa, dicit ei,Rabboni,quod dicitur magiſter.	16	Dicit ei Ieſus,Maria.Conuerſa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur′magiſter.	
Pſal.22.c.23	Dicit ei Ieſus,Noli me tangere:nõdum enim aſcendi ad Patrem meum: vade autẽ ad fratres meos,& dic eis, Aſcẽdo ad Patrẽ meũ & Patrẽ veſtrũ, Deum meum & Deum veſtrum.	17	Dicit ei Ieſus, Ne me tangas:″nondum enim aſcẽdi ad Patrem meum:ſed proficiſcere″ad fratres meos,& dic eis,″Aſcendo ad Patrem meum″& Patrem veſtrum,& Deum meum & Deũ veſtrũ.	**Ieſus Magdalenam alloquitur.**
	Venit Maria Magdalene annũtiãs diſcipulis, Quia vidi Dominum , & hæc dixit mihi.	18	Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis quòd vidiſſet Dominum,& ea dixiſſet ſibi.	**Reſurrexit Chriſtus.**

9 Nondum enim οὐδέπω γὰρ Ita ſcriptum inuenio in omnibus codicibus. Dupliciter autẽ explicari poteſt particula cauſalis. Poteſt enim verbum ἐπίστευσεν ad id referri quod viſuri venerant Petrus & Iohannes:atque adeò quod ipſi viderant,Chriſti corpus ſcilicet,nõ amplius ſupereſſe in ſepulchro. Nam Mariæ id referenti ſi credidiſſent,non properaſſent ad ſepulchrum. Erit ergo hæc ſententia,ipſos tandem oculis ſuis teſtibus credidiſſe,Domini corpus ſurreptum fuiſſe è ſepulchro , quia ſcilicet non nouerant quæ de Chriſti reſurrectione fuerant prædicta. Hæc expoſitio mihi quidem videtur omnium ſimpliciſſima . Neque enim inuſitatum eſt vt Credendi verbum ad id referatur de quo agitur, vt Matth.24.b.23.Mar.16.c.11. Quòd ſi Credendi verbum libeat ad fidei initium referre, non erat ſubiicienda cauſalis coniunctio,ſed locus erat potius particulæ Tamen, & ita ſcribendum, Viditque & credidit,non tamen nouerat Scripturam,&c.id eſt,credebat quidem, ſed ita vt tenuia eſſent fidei principia,quũ ſcilicet verbo Dei non niteretur.Sed tamẽ alia expoſitio ſupereſt quæ tolerabilis videtur,etiãſi Credendi vocabulum ad reſurrectionẽ referas,ita ſcilicet vt particula γὰρ cauſam declaret cur Iohannes non antè crediderit quàm viderit,quaſi ita ſcriptum ſit, Tunc introiit etiã alter ille diſcipulus qui venerat prior ad monumentũ, viditque vacuum,ſcilicet ſepulchrũ,& tum demũ credidit. Nam non intellexerat ex Scripturis, oportuiſſe Chriſtũ reſurgere. Scripturã, τὴν γραφὴν, Ita vſus obtinuit vt Sacra illa ſcripta, quibus tanquam tabulis perſcripta eſt ac conſignata Dei voluntas,hoc nomine per antonomaſiam intelligãtur,quemadmodum ſolent Rabbini vocare הכתוב. Quidã maluit Literas interpretari,nempe ne videretur literas neſcire. *Id eſt* quòd oportuiſſet ὅτι δεῖ Hoc dicendi genus aliquoties annotauimus in hoc noſtro Euangeliſta , vt ſuprà 5.c.19,& 15.a.4. quod quia neglexerunt Vetus interpres & Eraſmus , obſcurè interpretati ſunt hunc locũ. 10 Redierũt ἀπῆλθον πάλιν Vulg.& Eraſ. Abierunt rurſus. At ego exiſtimo πάλιν hoc loco idem declarare atque εἰς τοὐπίσω, id eſt,retro,eò ſcilicet vnde venerant. Itaque ἀπέρχεσθαι πάλιν conuerti tanquam eſſet periphraſis verbi ἐπανέρχεσθαι. Ad ſuos πρὸς ἑαυτοὺς Id eſt,אל מקומם. Vulg.& Eraſ. ad ſemetipſos,nimiũ obſcurè. Dixit autẽ Euangeliſta Ad ſe pro Domũ ſuam,vt in vernaculo ſermone dicimus,*chez ſoy*,id eſt,eò vbi tunc tẽporis manebant,& vnde fuerant profecti.ſicut paulo antè,ad Caiapham,pro,ad ædes Caiaphæ.Iam verò quia ex ſequentibus hiſtoriis apparet vndecim diſcipulos vnà vel habitaſſe,vel plerunque fuiſſe verſatos,ideo conuertere malui,ad ſuos quàm ad ſe.

11 Foris ἔξω Id eſt, extra ipſam ſpeluncam, in qua exciſum erat ſepulchrum. 12 Albatos, ἐν λευκοῖς, Vulg.ad verbum,in albis. quod vix quiſquam intelligat. Eraſ.albis amictos,quum potius dicendum fuerit,albo amictos,vt dixit Virg. -maculis diſtinctus & albo. Subauditur verò ἱματίοις,vt Apoc.3.a.4 & 5:& ἐν pro σὺν ponitur,ſicut alibi expoſuimus. Latini vno verbo id cõmodè explicant. Cic. Quũ epuli dominus Q. Arius albatus eſſet,tu te in tẽplum Caſtoris cum C.Figulo atrato cæteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti. Ad caput, πρὸς τῇ κεφαλῇ, Figuratè hæc accipiuntur pro ea parte in qua caput Chriſti fuerat.quod genus dicendi,vt & alia plurima,petitum eſt è medio.Ideo ὅπου ἔκειτο non ſatis expreſſè cõuertit Vetus interpres,vbi poſitum fuerat: minus etiam rectè Eraſ. vbi poſuerãt. Neutrum enim ex his verbis aliud indicat quàm poni deſiiſſe.Potius ergo dicendum fuit,vbi iacuerat:vt illic iacere deſiiſſe intelligamus. 13 Dominum meum,τὸν Κύριόν μου, Loquitur Maria vulgi more,qui de cadauere ſic loquitur,vt ſi non hominis pars,ſed homo eſſet. Notandum eſt autem hoc genus dicẽdi,quod citat etiam Theodoritus in Polymorpho ad confirmandã κοινωνίαν ἰδιωμάτων, ſeu ſynecdochen potius.de qua diximus ſuprà 3.b.13.

16 Magiſter. διδάσκαλε. Ex hoc loco apparet,differentiam illam inter Rabbi & Rabboni,quæ à nonnullis conſtituitur,non ita magnum habere pondus.qua de re diximus etiã nõnulla Mar.10.g.51. 17 Nõdũ enim οὔπω γὰρ Quid igitur?an poſtquã aſcẽderit ad Patrẽ,licebit tangere? Ita certè,eo quidem modo quo Chriſtũ quærere nos oportet,vt nobis ſit ſapientia,iuſtitia,ſanctificatio,ac redemptio,per fidẽ ſcilicet ſublatis ſurſum animis in cælum,vbi cum eo ſedemus ad Patris dextrã. Poterant igitur vel iſtis Chriſti verbis doceri homines,carnalem illum Chriſti manducandi modum,quem tanta peruicacia defendunt, non modò imaginarium eſſe, ſed etiam cum Dei verbo & inſtitutione ex diametro pugnare. Fratres meos, τοὺς ἀδελφούς μου, Id eſt,diſcipulos.Iam enim erat primogenitus ex mortuis inter multos fratres,Rom.8.f.29, & Coloſſ.1.c.18: & doctiſſimo interpreti aſſentior,qui putat Chriſtum alluſiſſe ad id quod ſcriptum eſt Pſalmo 22.c.23. Id verò non conſiderarunt qui fratres putant hìc duntaxat vocari Chriſti affines ac cognatos, quum in proximo verſiculo diſertè ſcribatur Maria id quod iuſſa erat,annuntiaſſe diſcipulis. Aſcendo ἀναβαίνω De re paulo pòſt futura loquens vtitur tempore præſenti. Sed & illud ex Hebræorum cõſuetudine facit,quòd obliquæ orationis loco rectã vſurpat,vt annotauimus Luc.13.f.32. Nam ſcribendum potius videbatur,Et dic eis me aſcendere ad Patrem,&c. Et Patrem veſtrum,καὶ πατέρα ὑμῶν, Eruditè Eraſmus in hunc locum obſeruat,priore tantùm loco dixiſſe τὸν πατέρα addito articulo,vt ſcilicet communis hic vnus Pater ac Deus eſſe intelligatur:cõmunis, inquam, capiti ac membris. Hic enim de ſe Chriſtus vt mediatore loquitur,vt filii Dei fiant quicunque credunt in nomen eius. Nã ſi dixiſſet τὸν πατέρα μου καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν,duos patres facere videretur.Item ſi non contentus dixiſſe τὸν πατέρα μου,etiam dixiſſet,καὶ τὸν θεόν μου,viſus fuiſſet alium dicere Patrem ſuum, alium Deum ſuum.

Christus conſpicitur ab Apoſtolis.

19 Quum ergo veſpera eſſet die illo primo hebdomadis, & fores eſſent clauſæ, *illic* vbi erant diſcipuli coacti propter metum Iudæorum, venit Ieſus, ſtetítque in medio, & dicit eis, Pax vobis.

20 Et quum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac latus ſuum. gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino.

21 Dicit ergo eis iterum, Pax vobis. ſicut miſit me Pater, *ita* & ego mitto vos.

Apoſtolis datur Spiritus ſanctus, & claues.

22 Et quum hæc dixiſſet, flauit in eos, & dixit eis, Accipite Spiritũ ſanctum.

23 Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta ſunt.

Thomas.

24 Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venerat Ieſus.

25 Dixerunt ergo ei alii diſcipuli, Vidimus Dominũ. Ille autem dixit eis, Niſi videro ″in manibus eius veſtigium clauorum, & miſero digitum meum ″in veſtigium clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, nequaquam credam.

26 Octo igitur pòſt diebus rurſus erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. venit Ieſus ″ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis.

Thomas corripitur à Chriſto.

27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & profer manum tuam, & mitte in latus meum, & ne ſis incredulus, ſed credens.

Chriſtus, Deus.

28 Reſpondit autem Thomas & dixit ei, Dominus meus & Deus meus *es*.

Credere.

29 Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui nõ viderunt & crediderunt.

30 Multa igitur etiam alia ſigna edidit Ieſus coram diſcipulis ſuis, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

Ieſus eſt Chriſt⁹. Vita æterna.

31 Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis per nomen eius.

Cap. XXI.

1 Poſtea manifeſtauit ſe rurſus Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis: manifeſtauit autem ſic,

Piſcatoribus Petro & aliis apparet Chriſtus.

2 Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, alíque ex diſcipulis eius duo.

Dicit eis Simõ Petrus, Abeo piſcatum. Dicunt ei, ″Imus & nos tecum. Profecti ſunt, & aſcenderunt in nauigium ſtatim, & illa nocte nihil ″ceperunt.

4 Mane autẽ iam exorto ſtetit Ieſus in litore: non tamen cognouerunt diſcipuli quòd Ieſus eſſet.

5 Dicit ergo eis Ieſus, Pueri, num quid ″obſonii habetis? Reſponderunt ei, Non.

---

19 Quũ ergo ſero eſſet die illo vna ſabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli cõgregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dicit eis, Pax vobis.

Marc.16.c.14
luc.24.c.36
2.cor.15.a.5
E

20 Et quum hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & latus. gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino.

21 Dixit ergo eis Ieſus, iterum, Pax vobis. ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.

22 Et hoc quum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis, Accipite Spiritum ſanctum.

23 Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Matt.28.d.18

24 Thomas autẽ, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cum eis quando venit Ieſus.

F

25 Dixerunt ergo ei alii diſcipuli, Vidimus Dominũ. Ille autẽ dixit eis, Niſi videro in manibus eius figurã clauorum, & mittã digitũ meum in locũ clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

26 Et poſt dies octo iterum erãt diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis.

27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitũ tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

G

28 Reſpondit Thomas & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.

29 Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderũt & crediderunt.

30 Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorũ, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

Infrà 21.d.25

31 Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Cap. XXI.

1 Poſt hæc manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis. manifeſtauit autem ſic,

2 Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ: & filii Zebedęi, & alii ex diſcipulis eius duo.

Dicit eis Simõ Petrus, Vado piſcari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderũt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4 Mane autem iam facto ſtetit Ieſus in litore: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt.

5 Dicit ergo eis Ieſus, Pueri, nũquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei, Non.

---

25 In manibus eius veſtigium clauorum, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων. Crebra illa repetitio articuli magnam habet emphaſin, quæ Latino ſermone explicari non poteſt. Vetus autem interpres τύπον vertit figuram, pro quo deinde ſciolus quiſpiam ſubſtituit fixuram: quo modo etiam interpretatus eſt Trapezuntius in Cyrillo. In veſtigium clauorum, εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, Vulg. in locum clauorum. Nam pro τύπον legit τόπον: quam lectionem maximè probo, in hoc quidẽ poſteriore loco. 26 Ianuis clauſis, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, Ergo, inquiũt nonnulli, corpus Chriſti erat ἄτοπον, ἀόρατον, ἄμετρον, καὶ ἀπερίγραπτον. Nego conſequutionem. hanc probent ipſi ex verbo, & credemus eis.

IN CAPVT XXI.

3 Imus ἐρχόμεθα Vel, ibimus. Ponitur enim ἔρχεσθαι pro ἰέναι. Sic Hom. Iliad. α', Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. Ceperunt. ἐπίασαν. Vide ſupra 7.e.30. 5 Obſonii προσφάγιον Vulg. & quidam etiam nuper conuertit, pulmentarium, ineptè profectò. Nam cur à piſcatoribus pultem petat? Deinde quàm bene hoc cõuenit cum eo quod ſequitur, Mittite rete in dextram partem nauigii, & inuenietis. Eſt ergo προσφάγιον idem quod ὄψον & προσόψημα, de quo ſic Athenæus libri ſeptimi initio, οὐκ ἀγνοῶ ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν. ἤτοι παρὰ τὸ ἑψόν ἐστιν, ἢ παρὰ τὸ ὀπτῆσθαι ὠνόμασται. Paulo antè verò dixerat, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίκησεν ὁ ἰχθὺς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕτως καλεῖσθαι, διὰ τοὺς ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς ταύτην τὴν ἐδωδήν. λέγομεν οὖν ὀψοφάγους, οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας, &c. ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους. Hæc ille. ex quibus optimè intelligitur quid ſit hoc loco προσφάγιον, quod Latini etiam obſonium vocant, peculiariter piſcibus accommodato nomine, vt ex Terentio Eraſmus annotauit ſuprà 6.a.9.

Dicit eis, Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non valebāt illud trahere præ multitudine piſcium.

B Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro, Domin⁹ eſt. Simō Petrus quum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

Alii autem diſcipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducētis) trahētes rete piſcium.

Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.

Aſcēdit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, cētū quinquaginta tribus: & quū tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

C Dicit eis Ieſus, Venite, prandete. Et nemo audebat diſcentium interrogare eum, Tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt.

Et venit Ieſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis quum reſurrexiſſet à mortuis.

Quum ergo prādiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Iohānis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiā Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos.

Dicit ei iterum, Simō Iohannis, diligis me? Ait illi, Etiā Dn̄e: tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Dicit ei tertiò, Simō Iohānis, amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te. Dicit ei Ieſus, Paſce oues meas.

Amen amen dico tibi, quum eſſes iunior, cingebas te, & ābulabas vbi volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò non vis.

D Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Et quū hoc dixiſſet, dicit ei, Sequere me.

6 At ille dicit eis, Mittite in dextram nauigii partem rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & nō amplius valebant illud trahere præ multitudine piſcium.

7 Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro, Dominus eſt. Simon ergo Petrus quum audiſſet quòd *is* Dominus eſſet, "amiculum ſuccinxit, ("erat enim nudus) & abiecit ſe in mare.

Piſcium multitudo.
Petrus.

8 Alii autem diſcipuli nauigio venerunt, (non enim longe aberāt à terra, ſed circiter cubitis ducentis) trahentes rete *plenum* piſcium.

9 Vt ergo deſcenderunt in terram, vident prunas poſitas, & "piſcem impoſitum, & panem.

10 Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus quos modò cepiſtis.

11 Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenū magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus: & quum tot eſſent, non eſt fiſſum rete.

12 Dicit eis Ieſus, Venite, prandete. Nullus autem diſcipulorum audebat interrogare eum, *dicens*, Tu quis es? quum ſcirent quòd Dominus eſſet.

13 Venit ergo Ieſus, & accipit panē, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

14 Hac iam tertia vice manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, quum reſurrexiſſet à mortuis.

15 Quum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon "*fili* Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Etiam Domine: tu noſti quòd amem te. Dicit ei, Paſce agnos meos.

Amor in Chriſtū paſtori Euangelico neceſſarius.

16 Dicit ei "rurſum denuo, Simon *fili* Ionæ, diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu noſti quòd amem te. Dicit ei, Paſce oues meas.

17 Dicit ei tertiò, Simō *fili* Ionæ, amas me? Triſtis fuit Petrus quòd dixiſſet ſibi "tertiò, Amas me? dixítque ei, Domine, tu omnia noſti, tu noſti quòd amem te. Dicit ei Ieſus, Paſce oues meas.

18 Amen amen dico tibi, quū eſſes iunior, "cingebas te, & ibas quò volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet "quò noles.

Petri mors prædicitur.

19 Hoc autē dixit, ſignificans "qua morte glorificaturus eſſet Deū. Et quum hoc dixiſſet, dicit ei, Sequere me.

7 Amiculum ſuccinxit, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. Ἐπενδύτην quidem cōſtat à ſuperinduendo ſic vocari. Vulg. tunicam vertit, quod Eraſmo non diſplicet. Quia, inquit, quum alioqui tunica ſit veſtis interior, veriſimile eſt, piſcatoribus tunicam fuiſſe ſummam veſtem. Quidam vertit Induſium, non incommodè. Nam neque pallio, neque tunicæ vllum hîc locum relinquit, quum hæc minimè ſint natanti idonea. ſed ex Pollucis libro 7. cap. 12, cōſtat, hoc nomine intelligi χιτωνίσκον, id eſt, amiculum ex lino, quod ſcilicet natanti minimè obſiſteret. Sed & illud dicitur Petrus διαζώσασθαι, id eſt, ſuccinxiſſe, nempe pudoris cauſa: vnde ſubligacula vocant διαζώματα: & qui ſubligar præcinxit, dicitur διεζωσμένος.

9 Piſcem ὀψάριον Athenæus lib. 7 & 8, piſciculi meminit ex Aphyarum genere, quem ἑψητὸν vocat, aut potius plurali numero ἑψητούς, ſed à quo diſtinxerim ὀψάριον, quòd ſcilicet aſſaretur, quū illis potius elixis veſcerentur. Hoc autem vocabulum quum alioqui non minus latè pateat quàm ὄψον, tamen peculiariter de piſcibus dici idem Athenæus ex Platone Comico, Menandro, & aliis probat. Vide ſuprà 6. a. 9.

15 *Fili* Ionæ, Ἰωνᾶ, Vulg. & Eraſ. Iohannis. i. Ἰωάννα. Vide Matth. 16. c. 17. Nos quidē hoc loco in omnibus vetuſtis codicibus, vno excepto, ſcriptum inuenimus Ἰωνᾶ. 16 Rurſum denuo, πάλιν δεύτερον, Vetus interpres non legit δεύτερον. Similis tamen pleonaſmi exemplum reperio Matth. 26. d. 42. 17 Tertiò, τὸ τρίτον, Nempe æquum erat vt triplici abnegationi triplex confeſſio opponeretur, ne de tanti peccati remiſſione & reſtitutione muneris Apoſtolici dubitaret Petrus. 18 Cingebas te, ἐζώννυες, Huius loci explicatio pēdet à verbo ζωννύειν. Qui igitur peregrè profecturi ſunt, præſertim in Oriente & iis regionibus quarum incolæ laxioribus & prælongis veſtibus vtuntur, illos neceſſe eſt ſuccingi: deinde etiam conſtat ſolitos fuiſſe in zona pecuniam ferre in viaticum, vt Matth. 10. a. 9. Inde factum eſt vt Heb. חגר מתניו Græcis ζωννύεσθαι, Latinis Præcingere & Accingere, ſignificet ſeſe ad iter comparare: quāuis Græcum illud vocabulum ferè in re militari vſurpetur, ἀντὶ τοῦ ὁπλίζεσθαι. Iam verò quia non diſſimili ratione captiui loris ac vinculis cinguntur, præſertim ſi quò mittendi ſunt: huc reſpexit Chriſtus quum diceret, καὶ ἄλλος σε ζώσει, quaſi diceret, Nūc liberè te accingis vt proficiſcaris quò libuerit: atqui tempus erit quū non te zona accinges, ſed alius te vinculis conſtringet, vt te pertrahat etiam inuitum. Sic autem apud Hebræos interdum accipi verbum חגר pro Ligare & vinctū tenere, oſtendit Kimhi in libro Radicum, explicans Pſal. 76. c. 11. Et transferet οἴσει Vulg. & Eraſ. ducet. ac fateor quidem φέρειν & ἄγειν ſæpe permutari. Sed mihi videtur potius hîc fuiſſe retinenda propria ſignificatio, vt melius appareat antitheſis. Tu cingebas te zona, alius te cinget vinculis: ibas quò volebas, nunc non gradieris, ſed vinctus transfereris, ac deportaberis ad ſupplicium. Quò noles. ὅπου οὐ θέλεις. Hoc verò nō eſt ſimpliciter ita accipiendum, quaſi futurum ſit vt Petrus inuitus pro Dei veritate quicquam ferat, quum eum legamus gaudentem rediiſſe è concilio in quo fuerat flagris cæſus: ſed quia hæc voluntas non proficiſcetur à carne, ſed ab illo aduētitio Spiritus dono, ideo repugnātiam quandam Chriſtus ſignificauit, quum ita loqueretur: denique naturalē illam libertatem captiuitati opponit.

19 Qua morte ποίῳ θανάτῳ Qui ex hoc loco colligunt Petrū fuiſſe crucifixū, ineptè argumentantur, quū Chriſtus in genere prædicat Petri mortem violentam fore. Certè ſi credimus illi non modò ineptiſſimo, ſed etiam planè impio libello qui inſcribitur De Petri paſſione, ſub Lini cuiuſdam Epiſcopi nomine: vix vnquam iuſtiore de cauſa quiſquam damnatus eſt quàm Petrus, vt qui vxores à ſuis maritis, contra Chriſti & Apoſtoli doctrinam, abduceret. Sed abſit vt hæc cuiquam in mentem veniant, qui vel à limine Chriſtianam religionem ſalutarit. Imò tota illa narratio iis verbis, iis ſententiis eſt deſcripta, vt neſciam vtrum magis debeam admirari, ipſiúſne Satanæ vecordiam, qui in iſtis confingendis maiorem aſtum non adhibuerit, an verò noſtrorum maiorum ſtuporem, qui tam craſſas fraudes non agnoſcerent.

Iohannes.

Conuerſus Petrus videt illum diſcipulū quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuerat in cœna ſuper pectus eius, & dixerat, Domine, quis eſt ille qui tradit te? 20

Hunc ergo quum vidiſſet Petrus, dicit Ieſu, Domine, hic autem quid? 21

Dicit ei Ieſus, ″Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. 22

″Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quòd diſcipulus ille nō moreretur: ſed non dixerat ei Ieſus, Non moritur: ſed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? 23

Hic eſt diſcipulus ille qui teſtatur de his, & hæc ſcripſit: ″& ſcimus quòd verum eſt teſtimonium eius. 24

Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur ſigillatim, ne mundum quidem ipſum opinor capturum eos qui ſcriberentur, libros. Amen. 25

20 Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequentem, ‖qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit, Domine, quis eſt qui tradet te? Suprà 13.c.23

21 Hunc ergo quū vidiſſet Petrus, dicit Ieſu, Domine, hic autem quid?

22 Dicit ei Ieſus, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere.

23 Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, Non moritur: ſed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

24 Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus qā verū eſt teſtimoniū ei⁹.

25 ‖Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mūdum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt, libros. Suprà 20.g.30

22 Si velim ἐὰν θέλω Nulla eſt in Græco textu amphibolia: conſentiunt interpretes non modò Græci, ſed etiam Latini, quum, vt eruditè annotat Eraſmus, à librariis deprauatus ſit Auguſtinus. Itaque non dubium eſt quin legendum ſit, ſi velim, non autem, ſic volo, vt vulgò cantillant, quibus id vnum ſapit quod nihil ſapit. 23 Exiit ἐξῆλθεν Heb. יצא Id eſt, dimanauit & ſparſus eſt hic rumor, vt alibi expoſuimus.

24 Et ſcimus quòd καὶ οἴδαμεν ὅτι Iſta neſcio quo modo non videntur conuenire, quum Iohannes ipſe de ſe loquatur. Nam ſi quis excipiat, ipſum de ſe loqui plurali numero, videtur omnino pro αὐτοῦ ipſius, dicendū fuiſſe ἡμέτερον, id eſt, noſtrum. Certè Chryſoſtomus & Theophylactus videntur legiſſe οἶδα noui, ſingulari numero. Verùm ne hoc quidem mihi ſatiſfacit. nam quum de ſe ex Hebræorum more loquatur in tertia (quod aiunt) perſona, omnino videtur dicendum potius fuiſſe καὶ οἶδεν ὅτι, & nouit quòd verum ſit ſuum teſtimonium, vt ſuprà 21.f.35. Sed hæc poſſunt ex Hebræorum idiotiſmo excuſari, apud quos vix quicquam frequentius occurrit iſtis perſonarum mutationibus.

Acta ″ſanctorum Apoſtolorum.

Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

Acta πράξεις Nonnulli Actus, quidā Geſta, alii Actiones conuertunt, nō modò ex recentioribus, ſed etiā ex veteribus. Acta enim Latini vocant rerum publicè geſtarum cōmentarios, publicæ memoriæ cauſa conſcriptos. Aliter tamen ſenſit Valla: ſed meritò in eo (vt ego exiſtimo) à Budæo reprehenſus. Videtur ergo πράξεων ſignificatio apud Græcos latius patere quàm Actorum apud Latinos. Sed quū hic liber cōplectatur veluti publicos totius reip. Chriſtianæ commentarios & annales, ego quidem malim Acta quàm alio quouis nomine vocare.

Sanctorum Apoſtolorum. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. In pleriſque codicibus non additur ἁγίων. In Complutenſi autem editione hæc adſcripta reperimus, τοῦ ἁγίου Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, id eſt, Sancti Lucæ Euangeliſtæ: vt nemini dubium eſſe debeat quin Lucas ſit huius libri ſcriptor.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.

Cap. I.

″Primum Quidem librū confeci, Theophile, de omnibus quæ cœpit Ieſus ″& facere & docere, 1

″Ad *eum* vſque diem, quo ″quum mandata dediſſet ″Apoſtolis per Spiritum ſanctum *deſignatis*, quos *ſcilicet* e- 2

VETVS.

Cap. I.

1 Primū Quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere,

2 Vſque in diem qua præcipiens A-

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Primum quidem librum confeci, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, Vulg. Primum quidem ſermonē feci. Eraſmus, Superiore quidem volumine diximus. Nos neutrā verſionem ſequuti ſumus. nam meritò reprehendi putamus Veterem interpretem ab Eraſmo, quòd λόγον verterit Sermonem: & Sermonem facere, pro Habere, nemo Latinè dixerit. Idem tamen nulla neceſſitate coactus à Græcis diſcedit, quaſi ita ſcripſerit Lucas, τῷ μὲν πρώτῳ λόγῳ εἶπον. Cæterùm quòd τὸν πρῶτον vertimus Primum, quum de altero Lucæ libro agatur, id tueri poſſumus Ciceronis ipſius authoritate, qui, quum duo tantùm ſint de Inuentione libri, ſic in ſecundo illorum ſcribit, In primo (inquit) libello diximus. Deinde quanuis λόγον ποιεῖσθαι Græcis interdum idem declaret quod Latinis Verba facere, vel, Sermonem habere: tamē adiuncta hæc verba τὸν μὲν πρῶτον, faciunt vt potius exiſtimē λόγον idem hìc valere quod σύγγραμμα. Nā alioqui ſcripſiſſet Lucas, Τὸ μὲν πρῶτον, vel πρῶτον μὲν. Itaq; Librū interpretamur, ſicut idem Cic. Xenophontis λόγον οἰκονομικὸν, Librū OEconomicū interpretatur. 2 Ad *eum* vſq. di. q. ἄχρι ἧς ἡμέρας Vulg. vſque in diē qua. Auguſtinus quodā loco vertit, in die quo, diuerſum aliquod à noſtris exēplar ſequutus. Quum mand. ded. ἐντειλάμενος Vulg. præcipiens, neglecta aoriſti ratione, quæ hìc fuit obſeruanda. Significatur enim his verbis, Dominum non antè diſceſſiſſe à ſuis, quàm certa illis dediſſet mandata (quæ nimirum ipſe Lucas poſtea copioſius explicat) vt facere ſolent qui ab amicis vel etiam ex hoc mundo diſcedunt. Ad verbum, quum mandaſſet. Sed hoc verbum nō puto à Latinis abſolutè vſurpari. Apoſtolis per Spiritum ſanctum *deſignatis*, τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, Vulgata, Apoſtolis per Spiritum ſanctum. Eraſmus, Apoſtolis impertitus in hoc ipſum Spiritum ſanctū. Locus hic perobſcurus eſt, propterea quòd hæc verba διὰ πνεύματος ἁγίου, vel cū præcedentibus, vel cū ſubſequentibus coniungi poſſunt. Qui ad præcedentia referunt, nēpe ad participiū ἐντειλάμενος, ex iis alii hæc ita accipiūt, quaſi Chriſtus dicatur per Spiritū ſanctum dediſſe mandata, id eſt, ſpiritualia & ſpiritualibus de rebus, vel Spiritus ſancti afflatu & Diuina authoritate: alii de ea Spiritus ſancti miſſione intelligūt, quā refert Iohannes cap. 20.e.22. quam poſteriorē expoſitionē ſequutus Eraſmus, paulo fuſius hunc locū explicuit. Sed nullam harū interpretationum amplector. Nam quod ad primam illam vtranque attinet, ſatis erat dixiſſe, hæc mandata fuiſſe à Chriſto data, vt eſſe cæleſtia & à Diuina authoritate profecta intelligeremus: neque hoc quidem loco videtur Lucas illorum præſtantiam cōmendare, ſed in genere proponere eam narrationem, quam poſtea ex ſuperioris libri vltimo capite repetitam, copioſè & per partes explicat. Vltima verò quam ſequitur Eraſmus, prætérquam quòd à Græcis nimium procul recedit, etiam vim facit particulæ διά: quum potius dicendū fuerit ἅμα τῷ πνεύματι, vt intelligeremus vnà cum mandatis etiam Spiritum ſanctum fuiſſe datum Apoſtolis. Præterea quum priore illa Spiritus inſpiratione, cuius mentionē facit Iohannes, aſperſi potius quàm imbuti fuerint Apoſtoli, ideóque nouum alium Baptiſmum iubeantur expectare: mallem quidem ego, ſi ad Spiritus ſancti miſſionem hæc placeret referre, vti participio futuro, imperiturus, quàm præterito impertitus. Alii igitur poſt ἀποστόλοις diſtin-

ctionem adſcribunt, & ita ſcriptum inuenimus in vetuſtis duobus codicibus, vt hæc verba διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου cum ſequente verbo ἐξελέξατο per traiectionem connectantur, ſitque hæc ſententia, Data eſſe à Chriſto mandata Apoſtolis quos per Spiritum ſanctū delegerat. Eſt autem plana hæc interpretatio, & huiuſmodi traiectionū exempla paſſim annotauimus, vt Ioh.15.b.10. Rom.8.a.3. & 12.a.3, & Ioh.8.d.25. Sed quū omnes codices, præter vnum & alterum, aliter ſint diſtincti, neque ſit omnino neceſſe per traiectionem iſta explicare, mihi potius placet ea referre ad membrū ſuperius. Neque tamē proximè cum participio ἐντειλάμενος, ſed cum τοῖς ἀποστόλοις coniungo, quaſi ſcripſerit Lucas, τοῖς διὰ πνεύματος ἁγίου ἀποστόλοις: vel, repetito articulo, τοῖς ἀποστόλοις τοῖς διὰ πνεύματος ἁγίου. Nā ſæpe ſolent articuli à Sacris ſcriptoribus in hoc dicendi genere prætermitti, vt aliquoties apud Iohannem, & Rom.8.a.2, ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, pro τοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Itē Iac.2.d.26, ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων, pro ἡ χωρὶς τῶν ἔργων, ex Hebræorum idiotiſmo ſcilicet, apud quos pene ſemper relatiuum cum verbo ſubſtātiuo ſubauditur. Quamobrem etiam ego participium expreſſi quod mihi viſum eſt illuſtrandæ ſententiæ maximè conuenire: & ab eo verbo deducitur quo vſus eſt ſuprà Lucas in eodem argumento cap.10.a.1, id eſt, ἀναδειχθεῖσι, vel προκεχειροτονημένοις. quod vſurpaui infrà cap.10.f.41. Apparet igitur hoc additum eſſe à Luca ad commendandam eorum vocationem: de quorū rebus geſtis poſtea dicturus eſt. Idcirco enim totum hoc prooemium & quaſi ἀνακεφαλαίωσιν contexit, vt intelligant lectores quanti fieri debeat hæc hiſtoria, eorum ſcilicet geſta complectens, qui à Spiritu ſancto ſunt Apoſtoli deſignati, & quos ipſe Filius Dei ſelegerit. Nam hæc verba, οὓς ἐξελέξατο, videntur in epexegeſi poſita, quibus illud explicetur quod dictū erat, iſtos ſcilicet per Spiritū ſanctum eſſe Apoſtolos. Sicut Paulus Rom.14.d.22, quum dixiſſet κατὰ σεαυτὸν, mox ſubiungit ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, quibus verbis illa explicantur: cuiuſmodi exempla plurima obſeruauimus Ioh.5.c.19. Videtur ergo mihi hæc interpretatio ſimpliciſſima, quum præſertim eodem dicendi genere vtatur Apoſtolus Gal.1.a.1, vbi teſtatur ſe Apoſtolum eſſe, οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

poſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt:

legerat, ″ſurſum receptus eſt.

Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis, & loquens de regno Dei.

3 Quibus etiā ſeipſum, ″poſtquam ipſe paſſus fuit, ″ſtiterat viuū, ″multis indubitatis ſignis, per dies quadraginta ″apparens eis, ″ac dicens quæ ad regnum Dei *pertinent*.

Luc.24.g.49
iohan.14.d.25

Et conueſcens, præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederēt, ſed expectarēt promiſſionē Patris, ‖quā audiſtis, inquit, per os meum:

4 ″Et congregans *eos*, denuntiauit eis ne abſcederēt Ieroſolymis, ſed *ut* expectarent promiſſionem Patris, quam, *inquit*, audiſtis *à* me.

Matth.3.c.11
marc.1.c.8
luc.3.c.12
iohan.1.d.26
infrà 2.a.2,
& 11.b.16,
& 19.a.4.

‖Quia Iohannes quidam baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto,

5 ″Nam Iohannes baptizauit quidem aqua, vos autem baptizabimini ″Spiritu ſancto,

Baptiſmus Spiritus ſanctus.

Surſum receptus eſt. ἀνελήφθη. Vulgata, aſſumptus. Sed Aſſumi dicitur qui in conſortium adiungitur, quod Græci dicunt παραλαβεῖν vel προσλαμβάνειν, vt rectè obſeruat Eraſmus, qui quidem idcirco addidit particulam Surſum. Idem tamen in Annotationibus & infrà vertit, receptus eſt, nimirum in cælum vnde venerat, quaſi ſcilicet ἀνὰ repetitionem declaret. At ego potius putarim ἀνὰ idem declarare quod ἄνω, vt ἀναλαμβάνεσθαι ſignificet ſurſum, id eſt, in cælum recipi. Non deſunt qui ſubtiliorem interpretationē afferant, quaſi ſignificetur Pater tum demum agnouiſſe & adſciuiſſe Filium. vnde ἀνάληψις τῶν παίδων, quam Iuriſconſulti vocant liberorum agnitionē. 3 Poſtquam ipſe paſſus fuit, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, Vulg. poſt paſſionem ſuam, μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ. Eraſmus autem maluit per periphraſin interpretari, poſteaquam ſupplicio fuiſſet affectus. Nam Pati à Latinis pro Affici ſupplicio, vix vſurpatur abſolutè: imò verò ne à Græcis quidem τὸ πάσχειν, vt opinor. Sed hoc ſanè nobis vſurpare liceat, cui tanto iam tempore Chriſtianorum aures aſſueuerūt. Stiterat παρέστησεν Vulgata, præbuit. Eraſmus, exhibuerat, id eſt παρέχειν. Nos eo Latino vocabulo vſi ſumus quod Græco παριστάναι optimè reſpondet. Multis indubitatis ſignis, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, Hæc verba nonnulli diſtinctione ſublata, cum ſequenti participio ὀπτανόμενος connectunt. Nos verò pleroſque codices ſequuti, ſuperioribus adiunximus. Vulgata ad verbum, in multis argumentis. Sed (vt rectè notat Eraſmus) in multis, Hebraico more dictum eſt, pro per multa: quas quidem particulas quū vererer ne typographi per incuriam coniungerent, ſexto caſu vti maluimus. Eraſmus de ſuo addidit particulam Idque, id eſt, καὶ τοῦτο, nimirum propter participium ζῶντα longius poſitum. Vertit enim, idque compluribus argumentis. At ego malui verborum conſtructionem in Latino ſermone, perſpicuitatis gratia, immutare, non hoc tantùm loco, ſed etiam ſuperiore verſiculo, nulla, vt arbitror, ſenſus iniuria. Cæterùm vt noſtræ interpretationis rationem afferamus, τεκμήρια Græci (ſicut ex Ariſtotele teſtatur Quintilianus lib.5.cap.9) indubitata & neceſſaria ſigna vocant. Sicut hæ actiones, loqui, ambulare, edere, bibere τεκμήρια ſunt vitæ. Item ſeſe conſpiciendum & manibus contrectādum præbere, τεκμήρια veri & naturalis corporis. Item pedum & manuum & lateris vulnera exhibita, τεκμήρια ſunt illud ipſum corpus reſurrexiſſe quod crucifixum & lancea confoſſum fuerat. Item ſanguis & aqua ex confoſſo latere promanans, certiſſimum vulneratorum precordiorum & mortis τεκμήριον. Illa ſunt igitur quibus affirmat Lucas Chriſtum ſuæ reſurrectionis fidem feciſſe, quæ ſuperiore libro copioſius narrauit. Quidam probationes interpretantur: rectè id quidem. ſed tamen hoc vocabulum mihi viſum eſt latius patere. Vulgata & Eraſmus verterunt, argumenta, non ſatis propriè, vt oſtendit Quintilianus lib.5.cap.9: cuius authoritatem ſequuti, expoſuimus per periphraſin quod vno verbo ſatis cōmodè dici non poſſe videbatur. Apparens eis, ὀπτανόμενος αὐτοῖς, Eraſmus, dum conſpicitur ab illis. Videtur enim ei verbum illud nimis dilutum. Siquidem, inquit, apparet id quoque quod non eſt. Atqui Lucæ 24.e.34, idem interpretatus eſt ὤφθη, apparuit. Et Mar.16.b.9, legimus ἐφάνη, id eſt, apparuit. Quinetiam Rom.7.c.13, vſurpatur ἐμφατικώτατα. Itaque hoc quidem loco, vt cōſtructione ſeruata periphraſin effugeremus, perinde conuertimus ac ſi ſcriptum fuiſſet φαινόμενος. Ac dicens quæ ad regnū Dei *pertinent*. καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Vulgata & Eraſmus, & loquens de regno Dei, id eſt, καὶ λαλῶν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Prætermiſerūt igitur articulum, & Helleniſmum non expreſſerunt: cuius ea vis eſſe videtur, vt intelligamus Chriſtum diſcipulis ſuis vniuerſam doctrinam Euangelicam copioſè ac luculenter expoſuiſſe. Frequentius tamen in hoc dicendi genere περὶ cum quarto caſu coniungitur.

4 Et congregans *eos*, καὶ συναλιζόμενος, Subauditur relatiuum αὐτοῖς, quod perſpicuitatis gratia expreſſi. Vulgata, & conueſcens. quem locum Valla non rectè putat eſſe deprauatum, quaſi interpres non ſcripſerit conueſcens, ſed conuerſans. Apparet enim Veterem interpretem potius Græca ſcholia ſequutum eſſe, quæ συναλιζόμενος interpretantur συνεσθίων, κοινωνῶν ἁλῶν καὶ τραπέζης. Mutuam enim vitæ conſuetudinē ἅλας tranſlatitiè vocant Græci. Sed res ipſa oſtendit hoc verbum idem valere quod συναθροίζειν, à nomine ἁλία deductum, quo frequenter apud Herodotum coactus hominū cœtus ſignificatur. Idem in Euterpe de Pherone loquens AEgypti Rege, cum dicit ἐς μίαν πόλιν τὰς γυναῖκας συναλίσαντα, ὑποπρῆσαι πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλει, id eſt, quum in vnam vrbem mulieres congregaſſet, omnes cum vrbe ipſa ſubiecto igne cremaſſe. Congregauit ergo eos Dominus, quū diſperſi huc & illuc fugiſſent, vt eos vnà omnes haberet aſcenſionis ſuæ teſtes. Quamobrem etiam paulo pòſt dicuntur συνελθεῖν, id eſt, cōueniſſe, illo ſcilicet ita imperāte. Annotat Valla, in quibuſdam codicibus legi συναυλιζόμενος, id eſt, eodem vtens tecto & domicilio, vt nullum relatiuum ſubaudiatur: quam lectionem ſequutus eſt Epiphanius in Anacephalæoſi. Sed neque ita ſcriptum reperi in vllis antiquis exemplaribus, neque hoc participium puto cum proximo verſiculo coniungendū, ſed cum iis quæ ſecundo verſiculo dicta ſunt: ita vt tertius verſiculus videatur interiectus, ſitque hæc verborū conſtructio ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος, &c. ἀνελήφθη, καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν, &c. id eſt, vſque ad diem quo quum mandata dediſſet, &c. ſublatus eſt, & congregans *eos* denuntiauit eis, &c. Eraſmus de ſuo addidit, in idem loci, id eſt, ἐπὶ τὸ αὐτό. Quidam vertit, ac eos frequentando: non minus incommodè, vt arbitror, quàm obſcurè.

Quam, *inquit*, audiſtis *à* me. ἣν ἠκούσατέ μου. Vulgata, per os meū, id eſt διὰ τοῦ στόματός μου. Mutatur autem oratio ex obliqua in rectam: quod frequenter occurrit, vt ſuprà Luc.5.c.4, & 7.a.5, & infrà 15.a.5. Itaque additum eſt verbum inquit, ad tranſitionem declarandam. Expreſſa etiam eſt præpoſitio A, id eſt, παρὰ, quæ apud Græcos interdum additur, vt apud Plat. in epiſtolis, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ: interdum ſubauditur, vt hoc loco. Nonnulli interpretantur, de quo ſcilicet promiſſo audiſtis, id eſt, περὶ ἧς.

5 Nam ὅτι Vulg. Quia. Eraſmus, Quoniam. Ego aliter malui, vt melius appareret nouā eſſe periodum. Quod igitur nonnulli hæc connectunt cum ſuperioribus, quaſi ὅτι non αἰτιολογικῶς, ſed εἰδικῶς accipiatur: id præterquam quòd durum eſt, etiam videtur nō ſatis rectè affirmari. Neque enim vſquam legimus diſcipulos hoc audiſſe ex Chriſto, ſed ex Iohanne potius, cuius verba Chriſtus ipſis in memoriam reuocat, vt eius prophetiæ euentum eo certius expectent. Spiritu ſancto, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, Præpoſitio ἐν rectè eſt prætermiſſa. Nam ſi quis conuerterit, per Spiritum ſanctum, iſta perinde accipi poſſent ac ſi Spiritus ſancti perſona Iohanni opponeretur. quaſi diceret Chriſtus, Iohannes quidem vos baptizauit, ſed Spiritus ſanctus vos baptizabit. Hîc autem eſt antitheſis duplex, ni fallor. Vna Iohannis cū Chriſto vel Deo Patre. Nam poſt βαπτισθῆναι, id eſt, baptizari, omnino neceſſe eſt vt ſubaudias ὑπ' ἐμοῦ, à me, vel ὑπὸ τοῦ πατρὸς, id eſt, à Patre: vel ὑπ' ἐμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, à me & à Patre, quum ab vtroque procedat Spiritus ſanctus. Altera eſt aquæ ab Iohāne effuſæ, & Spiritus ſancti Apoſtolis mittendi: quæ Spiritus ſancti miſſio & effuſio tranſlatitiè vocatur Baptiſmus, vt antitheſis melius intelligatur.

″non multis his pòst diebus.

6 ″Quum igitur illi cōuenissent, interrogarunt eum dicētes, Domine, ″num in tempore hoc ″restitues regnum Israeli?

Tempus.

7 Dixit autem ad illos, Nō est vestrū nosse tempora ″aut opportunitates, quas Pater in ″sua ipsius posuit potestate.

8 ″Sed accipietis ″virtutem Spiritus sancti, postquam superuenerit in vos, & eritis mihi testes ″& in Ierusalem, & in tota Iudæa, Samariáque, & ″vsque ad vltimas terras.

Testes Christi Apostoli.

Ascensio Christi in cælum.

9 ″Et quum hæc dixisset, ″aspicientibus ipsis ″eleuatus est, & nubes ″surripuit eum ab oculis eorum.

10 ″Et quum essent intentis in cælum oculis, ″eo proficiscente, ″ecce, viri duo astiterunt illis ″albo vestitu:

11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis intuētes in cælum? hic Iesus qui sursum receptus est ″à vobis in cælum, ita veniet quemadmodum ″spectastis eum proficiscentem in cælum.

Apostoli in Ierusalem expectant Spiritum sanctū

12 Tunc reuersi sunt in Ierusalem à mōte qui vocatur Oliueti, qui est prope Ierusalem, ″distans itinere sabbathi.

13 ″Et quum introissent, ascenderunt ″in cœnaculum vbi cōmo-

non post multos hos dies.

B

6 Igitur qui cōuenerant interrogabāt eum, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?

7 Dixit autē eis, Non est vestrū nosse tempora vel mométa, quæ Pater posuit in sua potestate:

8 ‖Sed accipietis virtutē superueniētis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

Infrà 2.a.1

9 ‖Et quum hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Luc.24.g.5

10 Quúmque intuerentur in cælū euntem illum, ecce, duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis:

11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eū euntem in cælum.

12 Tunc reuersi sunt Ierosolymam à mōte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, sabbathi habens iter.

13 Et quum introissent in cœnaculum, ascenderunt vbi manebant Petrus &

C

Non multis his pòst diebus. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Vulg. non post multos hos dies. Sed traiectio est cōstructionis. Dicendū enim erat potius μετ' οὐ πολλὰς ταύτας ἡμέρας, sicut Græci ferè loqui solent. 6 Quum igitur illi conuenissent, οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, Vulgata, Igitur qui conuenerant. Sed existimo potius οἱ μὲν οὖν positum pro αὐτοὶ vel οὗτοι μὲν οὖν. Num εἰ Vulgata ad verbū, si. Vide Matth.12.b.10.

Restitues ἀποκαθιστάνεις Erasmus, restituis. Sed apparet, enallagen esse præsentis pro futuro: quia nimirum de eo quærunt Apostoli quod paulo pòst futurum arbitrabantur. Idem dicendi genus reperies suprà Luc.24.g.49. 7 Aut opportunitates, ἢ καιροὺς, Vulgata, vel momenta, quæ interpretatio non satis conuenit. Significat enim momentum particulam aliquam temporis, etiam si non fuerit opportuna. Erasmus per periphrasin, articulos temporum. Significat enim χρόνος spatium temporis in genere, καιρὸς autem opportunitatem rei gerēdæ, quam Terentius articulum vocat. malui tamen, vt perspicuitati studerem, opportunitates vertere. Sed hoc annotandum est, opportunitates hìc considerari, quatenus à Dei decreto pendent, ideóque non tam significare tempus agendis rebus opportunū, quàm tempus agendis rebus à Deo constitutum: quanquam hæc duo ita sunt inter se coniuncta vt diuelli non possint. Sua ipsius ἰδίᾳ Sic rectè conuertit Erasmus, vt amphibologiam vitaret, perinde acsi scriptum esset τῇ ἑαυτοῦ. 8 Virtutem Spiritus sancti, postquam superuenerit in vos, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, Vel, virtutē, postquam superuenerit in vos Spiritus sanctus. Possunt enim hæc vel cum δύναμιν coniungi, vel vt absolutè posita conuerti. sed illud malo. Erasmus contrà vt absolutè posita interpretatur. in quo tamen hoc reprehendo, quòd pro ἐπελθόντος vertit, quū aduenerit, id est, προσελθόντος, quum ἐπὶ præpositio hoc quidē loco idem valeat quòd Supernè, vt significetur eam virtutē cælitus in Apostolos illapsuram: quod etiam ostenderunt igneæ illæ linguæ singulorum verticibus insidentes. Rectius ergo Vetus interpres videri poterat conuertisse, ἐπελθόντος, superuenientis, nisi temporis rationem neglexisset: quam vt obseruaremus, coacti sumus verborum collocationem mutare. Quidam interpretatus est, qui inuadet, non modò neglecto tempore, sed etiam impropriè, quum neque verbi illius Græci vim expresserit, neque inuadere dicatur qui iuuandi causa accedit. Et in Ierusalem, & in tota Iudæa, ἔν τε Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, Quia, inquit Erasmus, subiunxit Iudæam Ierusalem, totum parti, non potuit reddi gemina coniunctio neque per geminū Et, neque per Tum. Proinde nos reddidimus, Non solùm Ierosolymis, verumetiam in vniuersa Iudæa. Hæc Erasmus. Ego verò causam non video cur hoc sit in Latino sermone magis absurdum quàm in Græco. Vsque ad vltimas terras. ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Vulgata ad verbum, vsque ad vltimum terræ. Eras. vsque ad extrema terræ. Vide Matth.5.d.26. 9 Et quum hæc dixisset, καὶ ταῦτα εἰπὼν, Sic rectè Vetus interpres. Erasmus autem, Atque hæc loquutus, καὶ ταῦτα λαλήσας. Aspicientibus ipsis βλεπόντων αὐτῶν Vulgata, videntibus illis, id est, ὁρώντων ἐκείνων. Eras. Videntibus iisdē, id est, τῶν αὐτῶν ὁρώντων. Vide Matth.5.d.28. Eleuatus est, ἐπήρθη, Sic vtitur hoc vocabulo Plautus. Cape dum, inquit, hunc lapidem, & eleua. Dicere tamen solemus pro ἐπαίρειν, attollere, nisi quum participiis passiuis opus est. Erasmus per periphrasin, in altum sublatus est.

Surripuit ὑπέλαβεν Vel, vt Erasmus vertit, subduxit. Mihi tamen illud magis placuit, quia Græcos video interdū exponere ὑπολαμβάνειν per ὑφαρπάζειν. Vetus interpres, suscepit: quæ est propria huius verbi significatio. 10 Et quū essent intentis in cælum oculis, καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν. Possunt quidē hæc verba εἰς τὸν οὐρανὸν etiam cum participio πορευομένου cōiungi: sed ex oratione Angelorum apparet, potius esse cum superioribus connectenda, sicut post Erasmum fecimus. Quod autē attinet ad particulam ὡς, vide Matth.28.b.8. Cæterùm Vulgata ἀτενίζειν vertit Intueri, id est, ἐμβλέπειν, pro quo Erasmus hoc quidem loco, defixis oculis esse, quum Intuendi verbum aliquoties retinuerit, vt infrà 3.b.12. & 6.d.15. Certè ἀτενίζειν aliquid amplius declarat quàm ἐμβλέπειν, cōposito scilicet verbo ab α particula ἐπιτάσεως, & τείνω, id est, tendo: quā ob causam Erasmus, modò defixis, modò immotis, modò intentis oculis esse, interpretatur. Nos illud delegimus quod visum est ad Græci verbi etymologiam proximè accedere. Vtuntur quidem Angeli proximo versiculo verbo ἐμβλέπειν, de eadem re agentes, sed addito altero verbo ἑστήκατε, vt sit quædā velut periphrasis τοῦ ἀτενίζειν. Eo proficiscente πορευομένου αὐτοῦ Vulg. euntē illum, quasi hæc referantur ad participium ἀτενίζοντες, quod non patitur ratio constructionis. Erasmus, eunte illo, id est, ἰόντος ἐκείνου. Ecce, καὶ ἰδοὺ, Hebraismus, de quo vide Matth.28.b.9. Albo vestitu, ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, Vulg. in vestibus albis: de quo genere dicendi diximus Matth.11.c.21, & 25. c.31. Huius autē exemplum etiam proferre possumus ex Herodoto in Euterpe. Sic enim scribit, de Neco AEgyptiorū Rege disserens, ἐν τῇ δ' ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, id est ad verbum, Eam autem vestē in qua res istas gesserat, Apollini cōsecrauit. Erasmus, amicti vestibus albis: sensu optimè expresso. nostra tamen interpretatio, ni fallor, & Latina est, & à Græcis propius abest.

11 A vobis ἀφ' ὑμῶν id est, è vestro conspectu: quod annotare placuit, ne quis ineptus hæc perinde accipiat quasi scriptum sit ὑφ' ὑμῶν.

Spectastis ἐθεάσασθε Vulg. & Eras. vidistis. Vide Matth.6.a.1. Cæterùm pro οὕτως, id est, ita, in tribus vetustis codicibus scriptum erat οὗτος, iste, per epanalepsin: quæ quidem lectio magnam habet emphasin, & omnē cauillandi occasionem iis præcidit, qui, vt sui illius Iouis Elicii corporalem præsentiam aduersus apertū hoc Angelorum testimoniū tueantur, hærent in ista particula οὕτως. Quotidie enim (aiunt) imò verò singulis momentis descendit, sed aliter quàm ascēderit, inuisibiliter scilicet καὶ ἀπεριγράπτως. egregium certè cauillū. At nos potius fide in cælum ascendamus, vt Christum illic re vera amplectamur, quàm illum è cælo ante summū illum diem deducamus, & in terrestribus elementis hæreamus. 12 Distans sabbathi itinere. σαββάτου ἔχον ὁδόν. Vulg. sabbathi habens iter. Eras. paulo longius recessit à Græcis. Atqui ἔχον ponitur pro ἀπέχον, ex Hebræorum idiotismo, qui eiusmodi compositis carent. Verbū autem ἀπέχειν ita vsurpatum inuenies Luc.24.b.13. Cæterùm per iter sabbathi duo passuum millia significari declarant interpretes. 13 Et quum introissent, καὶ ὅτε εἰσῆλθον, Domum scilicet ingressi sunt, quam sibi Ecclesia eo tempore veluti cōmune domicilium delegerat, quæcunque tandem ea fuerit. nam ista scrutari curiosorum est hominum. Sed quod Nicephorus ineptus & ridiculus Ecclesiasticæ historiæ scriptor ex Euodio quodā prodidit, hanc scilicet fuisse domum Iohannis Euangelistæ Zebedæi filii, in qua etiam postremū Pascha egerit Dominus, id ne verisimile quidem est. Quòd si diuinandum hìc esset, existimarem potius domum fuisse Mariæ matris Iohannis cognomento Marci, cuius fit mentio infrà 12.c.12. In cœnaculum εἰς τὸ ὑπερῷον id est, in superiorem domus partē, vt explicant Varro & Vitruuius lib.2. Erat enim ea pars à frequentia & conspectu hominū remotior. Itaque apud Homerū mulieres ἐν ὑπερῴῳ collocantur, sic vocato, vt ait Eustathius, à præpositione ὑπὲρ, & ᾠὸν, quod Spartanorum lingua declarat οἴκημα, id est domicilium siue habitationem.

	Iohannes & Iacobus & Andreas,Philippus & Thomas,Bartholomæus & Matthæus,Iacobus Alphæi & Simon Zelotes & Iudas Iacobi.		rabātur & Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus *filius* Alphæi & Simon Zelotes &″Iudas Iacobi *frater*.	
	Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu,& fratribꝰ eius.	14	Hi omnes″perdurabant concorditer ″*in* oratione″& deprecatione″cum vxoribus & Maria matre Ieſu,& cum ″ipſius fratribus.	Maria.
	‖In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrū,dixit,(erat autem turba nominum ſimul ferè centum viginti.)	15	Et in diebus his aſſurgens Petrus in medio″diſcipulorum,dixit, (erat autem turba″nominum″eodem *loci* quaſi centū viginti.)	Oratio Petri ad Apoſtolos vt pro Iuda ſubſtituaretur aliquis. 12
Pſal.49.b.9 Iohan 13.b.18	Viri fratres oportet impleri Scripturam‖quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de‖Iuda,qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum:	16	Viri fratres,oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda,qui fuit″dux viæ iis qui cōprehenderunt Ieſum:	
	Qui connumeratus erat in nobis & ſortitus eſt ſortem miniſterii huius.	17	″Quia″annumerabatur nobiſcum, & ſortitus erat partem miniſterii huius.	
Matth.27.a.5	Et hic quidem poſſedit agrū de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius:& diffuſa ſunt omnia viſcera eius.	18	″Is igitur ″acquiſiuit agrum ex mercede ſceleris,&″præcipitatus crepuit medius,& effuſa ſunt omnia viſcera eius.	Iudas ſuſpenſus.
	Et notum factum eſt omnibus habitātibus Ieruſalem:ita vt appellaretur ager ille,lingua eorū,Haceldema, hoc eſt,ager ſanguinis.	19	Innotuítque omnibus habitantibus Ieroſolymæ:adeò vt vocetur ager ille″propria ipſorum lingua , Aceldama: hoc eſt, ager ſanguinis.	
D Pſal.68.f.26 Pſal.108.a.8	Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum,‖Fiat commoratio eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea.‖Et epiſcopatum eius accipiat alter.	20	Scriptum eſt enim in libro Pſalmorū,Fiat cōmoratio eius deſerta, & nō ſit qui habitet in ea.Et″epiſcopatū eius accipiat alius.	

Iudas Iacobi *frater*. Ἰούδας Ἰακώβου. Hîc quoque ob eandem cauſam,Fratris nomen adſcribendū putauimus: quod quidem addi conſtat, vt diſtinguatur fidelis Apoſtolus ab altero illo Iuda proditore.ſed & apparet ex Epiſtolæ ipſius inſcriptione, ita fuiſſe vulgò vocitatū, etiam poſt proditoris illius mortem,quum alioqui idem & Thaddæus & Lebbæus diceretur,ſicut apparet ex Matth.10.c.3,& Mar.3.c.18.

14 Perdurabant προσκαρτεροῦντες Vel,vt Vulg.perſeuerantes. Illud tamen mihi videtur vocabulū Græcū melius exprimere.Significat enim καρτερεῖν fortiter & inuicta quadā animi duritia & firmitate in aliqua re facienda vel ſuſtinēda pergere.De hoc eodē vocabulo diximus Mar.3.b.9. *In* oratione τῇ προσευχῇ Præpoſitionē addidimus vt Latinæ cōſtructioni ſeruiremus. Cæterùm quod Eraſ.vertit,in deprecatione,potius cōuenit illi quod proxime ſequitur. Deprecamur enim mala. προσευχὴ autē(vt ipſa nominis notatio oſtendit) illud orationis genus eſt quo bona petimus,ideóque Græcis ſcholiis in 1.Tim.2.a.1,definitur αἴτησις ἀγαθῶν.quæ propria huius vocabuli ſignificatio vt nō vbiq; locum habeat,hîc tamen videtur fuiſſe obſeruanda.Significat enim Lucas(ni fallor) Apoſtolos his precibus partim Spiritum ſanctum, partim liberationem à præſentibus periculis quibus circunſidebantur,à Domino aſſiduè flagitaſſe. Et deprecatione καὶ τῇ δεήσει Vulgata totum hoc membrum non legit.Eraſmus, & obſecratione. Cur deprecationem interpretari malimus, paulo antè dictum eſt à nobis. Nam certè videtur verbum δέομαι παρὰ τὸ δέος,id eſt,à timore,oriri.Itaque δέησιν eadem illa Græca Scholia definiunt,ἱκεσίαν ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λυπηρῶν προσφερομένην,id eſt,ſupplicationem oblatam,vt ab iis liberemur quæ nobis ſunt moleſta. Cum vxoribus σὺν γυναιξὶ Vulgata, cum mulieribus.Sed illa interpretatio ipſi etiam Eraſmo in Annotationibus non diſplicet: & certè aliquanto eſt vberior. Nam(ſicut rectè ab aliis eſt obſeruatum)par fuit Apoſtolorum etiam vxores confirmari,quas partim peregrinationis illorum comites eſſe oportebat, partim illorum abſentiam domi patienter expectare. Quòd autem Maria ex numero τῶν γυναικῶν non eximatur , non eſt tam firmum argumentum quàm putauit Eraſmus.Habemus enim ſimile de Petro exemplum,Mar.16.b.7.Sic Virg.Troas relliquias Danaûm atque immitis Achilli. Ipſius fratribus. τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Id eſt,ipſius Ieſu cognatis.Nam relatiuum αὐτοῦ apud Græcos minimè eſt ambiguum. Fratres autē iſti ſunt nimirum alterius Mariæ filii quatuor,nempe Iacobus & Ioſes,Simon & Iudas:de quibus Matth.13.g.53,& Mar.15.d.49. niſi Iacobum placeat vnū fuiſſe ex Vndecim,eum ſcilicet qui Minor & Alphæi filius dicitur,à quo tamen non deſunt qui Iacobum fratrem Domini diſtinguant. Quod igitur ex Hippolyto refert ineptus ille Nicephorus, iſtos nimirum fuiſſe Ioſephi filios ex Salome Aggæi Zachariæ fratris filia & priore ipſius vxore ſuſceptos,ex Euangeliſtarum authoritate refelli poteſt. 15 Diſcipulorum, τῶν μαθητῶν, Vulgata, fratrum, id eſt,ἀδελφῶν, ſicut etiam nonnulli impreſſerunt. Nominū ὀνομάτων .i.hominum.Solent enim homines(vt rectè explicat Eraſmus)nominatim cenſeri,quū exquiritur eorū numerus.Latini capita vocant. Eodē *loci* ἐπὶ τὸ αὐτὸ Ad verbū,in idem.quo genere dicendi vtitur Seneca lib.2.de benef. cap.29.Vulg.& Eraſ.ſimul.i.ἅμα,& paulo pòſt 2.a.1,in eodē loco. 16 Dux viæ ὁδηγὸς Iudas præit cæteris,vt apparet Mat.26.e.48. Vulg. & Eraſ.dux.i.ἡγεμών.Addidi igitur appellatiuum Viæ,vt tollatur ambiguitas ſermonis, quū præſertim id poſtulet Græci vocabuli cōpoſitio.

17 Quia ὅτι Vulg.qui.i.ὅστις,quod nuſquā reperi. Annumerabatur nobiſcū ,κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, In vno ex vetuſtis codicibus legitur,ἐν ἡμῖν,quā lectionē ſi ſequaris,optimè vertes ad verbū,numerabatur in nobis.Nā κατηριθμεῖσθαι loco ſimplicis hîc ponitur.Vulg. vtitur Connumerandi verbo,quod nuſquam legi apud idoneos authores.Eraſ. autē vtens periphraſi minimè neceſſaria,vertit,cooptatus erat in numerum noſtrū,id eſt,καταλεχθεὶς ἦν εἰς ἀριθμὸν ἡμῶν. 18 Is igitur οὗτος μὲν οὖν Vulgata & Eraſ.Et is quidem, id eſt,καὶ οὗτος μὲν,quam lectionē non ſequor, quia nulla ſequitur antapodoſis, & nullius exemplaris authoritate confirmatur. Acquiſiuit ἐκτήσατο Ita loquitur Euāgeliſta, ſpectans videlicet non quid conatus ſit Iudas , ſed conſiliorū ipſius euentum. Iudas igitur auaritia corruptus agrum ſanè ſibi acquiſiuit ex proditionis ſuæ præmio,ſed multo aliter quàm ſperaret. Sic Latinè dicitur aliquis ſibi malum vel periculum quærere, habita non conſilii & voluntatis,ſed euentus ratione. Vulgata,poſſedit:quam interpretationem non poſſum probare hoc loco.Eraſmus,parauit.

Præcipitatus πρηνὴς γενόμενος Hoc eſt nimirum quod Græci vno verbo dicunt κατακρημνίζεσθαι, id eſt,pronū ſe in caput deiicere.Vulg. & Eraſ.interpretantur,ſuſpenſus.Vtitur enim diſertè Matthæus verbo ἀπήγξατο,quod propriè ſignificat ſtrangulare,id eſt,conſtricta gula necare.Sed & nonnulli hanc periphraſin Petrū adhibuiſſe exiſtimant,vt & habitū exprimeret hominis laqueo præfocati.Verùm,vt dicā quod ſentio,iſta huius periphraſis explicatio mihi videtur longius petita, & quum verbum ἀπάγχεσθαι omnibus modis ſtrangulationum poſſit accommodari,ſimplicior huius loci expoſitio videtur,declarare,Iudam, quū ſeipſum præcipitaſſet, intercluſo ſpiritu medium crepuiſſe. quod etiam illis decem mille Idumæis accidit ab Amazia præcipitatis, quorum fit mentio 2.Paral.d.25.Poſſemus tamen Petri verba ad ſuſpendium hac ratione, ni fallor,ſatis cōmodè referre,quòd qui laqueo præfocantur,ſolent ex æditiore loco præcipites deiici. Sed quocunque modo accipias,πρηνὴς γενόμενος præcipitatum declarat,id eſt,vt Græca ſcholia explicant,κατενεχθέντα.Quæ verò à Græcis de Iuda cōmemorantur,qui quum ſeipſum ſuſpendiſſet,rupto laqueo ſuperuixerit,& præcipitatus,mirum in modū intumuerit,poſtremò à prætereunte curru fuerit eliſus:cæteráque eiuſmodi,vt fabuloſa prætermitto. 19 Propria ipſorum lingua, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, Vetus interpres,lingua eorum. Eraſmus,lingua illis vernacula.Eſt autē illud ἰδίᾳ diligenter obſeruandū. Nam hac quoque in parte proponitur à Petro cōſiderandum Dei iudicium,quòd iſti agro nomē ſit impoſitū,ea lingua quæ vernacula erat huius ſceleris conſciis vel authoribus potius.Et hæc quidem cauſa eſt cur Petrus potius dixerit,τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν,propria ipſorum lingua,quàm ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ,id eſt,noſtra lingua:quanuis,ni fallor, Galilæi & Ieroſolymitani(ſi pronuntiationem excipias,& aliqua fortaſſis idiomata)vna & eadem lingua vterentur.

20 Epiſcopatum ἐπισκοπήν Id eſt,munus & functionem,quaſi inſpectionem dicas.Hebræi פקודה eadem prorſus ratione vocant,vt Numer.3.e.32.Nos vocabulum illud libenter retinuimus,quia de Eccleſiaſtica & ea quidem Apoſtolica functione hîc agit Petrus, quum alioqui Dauid hæc propriè ſcripſerit in Doeg regiis armentis præfectum.Solent autem paſtorum,ouium, & gregis vocabula ſæpiſſime ad Eccleſiaſticam adminſtrationem transferri.

Oportet igitur ex iis viris ″qui nobiſcum cõuenerunt toto tempore quo Dominus Ieſus″munere ſuo functus eſt inter nos, 21

Exorſus à Baptiſmo Iohannis,ad eum vſque diem quo ſurſum receptus eſt à nobis:″vnũ fieri nobiſcum teſtẽ reſurrectionis eius. 22

″Statuerũt igitur duos,″Ioſeph qui vocatur Barſabas,qui cognominatus eſt″Iuſtus,& Matthiam. 23

Oratio Apoſtolorum.

Et ″orantes, dixerunt,Tu Domine, qui corda noſti omnium, ″oſtende″vtrum elegeris ex his duobus, 24

Vt accipiat″ſortem miniſterii huius & Apoſtolatus, ″à quo aberrauit Iudas,vt abiret in locum ſuum. 25

Sors. Matthias.

″Poſuerũt igitur ſortes″eorũ,& cecidit ſors ſuper Matthiam:qui ″cõmunibus calculis allectus eſt″cũ vndecim Apoſtolis. 26

Cap. II.

Q″Vum autem aduenisſet dies Pentecoſtes, erant 1

21 Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati,in omni tẽpore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Ieſus,

22 Incipiẽs à Baptiſmate Iohannis vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis: teſtẽ reſurrectionis eius nobiſcũ fieri vnum ex iſtis.

23 Et ſtatuerunt duos, Ioſeph,qui vocabatur Barſabas,qui cognominatus eſt Iuſtus,& Matthiam.

24 Et orãtes,dixerunt,Tu Domine qui corda noſti omnium,oſtende quẽ elegeris ex his duobus vnum,

25 Accipere locum miniſterii huius & Apoſtolatus,de quo præuaricatus eſt Iudas,vt abiret in locum ſuum.

26 Et dederũt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam , & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.

Cap. II.

1 ET quum complerentur dies Pentecoſtes , erant

21 Qui conuenerunt τῶν συνελθόντων .i.qui nobiſcũ vnà ſeſe coniunxerunt ad audiendã Chriſti doctrinã.Multos enim diſcipulos habuit Chriſtus,quorũ plurimos ſcribit Iohannes ab eo diſceſſiſſe,cap.6.g.66. Ideo addidit Petrus ἐν παντὶ χρόνῳ,toto tẽpore. Munere ſuo functus eſt inter nos, εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς, Vulgata ad verbũ,intrauit & exiuit inter nos.Eſt autem Hebraiſmus in Latino ſermone perobſcurus,ideóque à nobis minimè expreſſus ad verbum:quem quidem haud ſatis ſcio an Eraſmus ſit aſſequutus,quũ verteret,perpetuam vitæ conſuetudinẽ egit nobiſcum:pro quo breuius(ni fallor)dicere potuerat,perpetuò nobiſcum verſatus eſt. Nam quæ proximè conſequuntur,apertè oſtendunt Petrum de Chriſti prædicatione agere, & certè hoc genus dicẽdi declarat functionis publicæ eiúſque laborioſæ adminiſtrationẽ,quum de iis agitur qui publicũ munus gerunt:vt ex Deut.31.a.1, apparet,vbi Moſes dicit ſeſe propter ſenectutem non poſſe amplius ingredi & egredi,id eſt,muneris ſui laboribus ſatiſfacere, quum alioqui vegeta eſſet ipſius ſenectus. Itẽ ex 2.Paralip.1.c.10,vbi Salomon prudentiam & intelligentiam petit à Domino, vt poſſit ingredi & egredi coram populo, id eſt, non vt cum populo ſimpliciter verſari,ſed vt ſuum officium facere poſſet. Item 1.Paralip.27.a.1. Alioqui non nego ad priuatæ etiam vitæ officia hanc parœmiam pertinere, vt Deuteron.28.a.6, & Pſal.121.b.8,& Ioh.10.b.9. 22 Vnum fieri nobiſcum teſtem reſurrectionis eius. μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων.Eraſ.vt vnus quiſpiã cõſtituatur qui ſit vnà nobiſcũ teſtis reſurrectionis eius.Nos maluimus Veteris interpretis ſimplicitatẽ ſequi,in eo tantùm variata interpretatione,quòd particulã τούτων propter longum hyperbaton, cum antecedente ἀνδρῶν cõiunximus,& verborum collocationẽ,perſpicuitatis cauſa,mutauimus. 23 Statuerunt ἔστησαν Auguſtinus (apud quem totum hoc caput admodum mendoſè citatur lib.cõtra Felicem 1.cap.4 & 5)interpretatur ſingulari numero,ſtatuit, periculoſo errore. Nihil enim hîc priuatim à Petro geritur,quaſi excellentiore dignitate prædito,ſed publicè & totius Eccleſiæ ſuffragiis. Ioſeph Ἰωσὴφ In vno vetere exemplari ſcriptum erat Ἰωσῆν Ioſen.Contrà verò infrà cap.4.g.36,pro Ἰωσῆς,in vno exẽplari legimus Ἰωσὴφ, & ita vertit Vetus interpres,vt videri poſſit vtrobique idem deſignari. Nam etiam in cognomento Barnabæ & Barſabæ paruum eſt diſcrimen. Iuſtus, Ἰοῦστος, Vox iſta Latina eſt, cuiuſmodi pleraque alia in Euangeliſtis annotauimus.Rectè igitur Eraſmus Gloſſam ordinariam quã vocant, reprehendit,quæ tanquã Hebræum vocabulum interpretatur. 24 Orantes, προσευξάμενοι, Eraſmus,precatione facta.Ego verò exiſtimo tẽporis eſſe enallagen.

Oſtende ἀνάδειξον id eſt,indica & declara.Idem enim valet hoc loco ἀναδεικνύειν quod ſimplex δεικνύειν.Sed Luc.10.a.1, accipitur pro Cõſtituere & creare,ſicut Latini quoque interdũ Deſignandi & Declarandi vocabulũ vſurpant. Vtrum ὃν ἕνα Vulg.ad verbũ,quem vnum, Cæterùm nõ vno modo legitur hic locus.Nam in vno exẽplari ſcriptũ reperimus,ἀνάδειξον ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, ὃν ἐξελέξω,id eſt,deſigna ex his duobus vnũ,*cum ſcilicet* quẽ elegiſti.In pleriſque verò codicibus ſic legitur,ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα,id eſt, oſtende vtrũ(ponitur enim ὃν ἕνα pro πότερον)ex his duobus elegeris. Baſilienſis autẽ editio Frobeniana anni 1519 & 1535, poſteriorẽ hanc lectionẽ aptius,ni fallor, diſtinguit,hoc modo,ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο, ἕνα λαβεῖν.i.oſtende quẽ elegeris ex his duobus,vt vnus accipiat,&c. 25 Sortẽ κλῆρον,id eſt,vt ſit ipſe conſors & particeps huius miniſterii. Nã quod exiſtimat Eraſ.ex Hieronymo, κλῆρον referri hoc loco poſſe ad hæreditariam ſucceſſionẽ, quia ſcilicet hîc agitur de ſucceſſore & quaſi hærede Iudæ deligendo, mihi non probatur, quũ Petrus paulo antè loquens de ipſo Iuda qui nulli ſucceſſit, eodem vocabulo vtatur . Idem ergo valet κλῆρος quod μερὶς , infrà 8.d.21. A quo aberrauit ἐξ ἧς παρέβη Vel,à quo deſciuit.Vulg.de quo præuaricatus eſt Iudas. Eraſ.vnde præuaricatus excidit Iudas. Sed primùm omnium nemo eſt qui non videat Præuaricandi vocabulũ non reſpondere Græco παραβαίνειν.deinde vt παραβαίνειν interdũ idem valeat quod Tranſgredi.i.violare,tamen ipſa cõſtructio oſtendit non eſſe hoc loco in ea ſignificatione vſurpatum: dicendũ enim fuiſſet ἣν παρέβη. Quod autẽ attinet ad Eraſmi verſionem, primùm omniũ miror eum vni Græco verbo tribuere duo Latina diuerſæ ſignificationis. deinde παραβαίνειν pro ἐκπίπτειν certè nuſquã memini legere. Exiſtimo igitur παρέβη poſitũ eſſe pro παρεξέβη:quum præſertim ἐξ præpoſitio caſui cõſtructionis poſtea adiungatur. Dicunt enim promiſcuè Græci παράβασιν & παρέκβασιν,pro eo quod Latini Digreſſionẽ vocant & aberrationem. Hanc autẽ eſſe germanã huius loci interpretationẽ,ex iis intelligi poteſt quæ proximè cohærent. Eſt enim cuiuſuis vocatio,quaſi via & ſtadiũ in quo currere nos oportet,ſi metam volumus cõtingere. Ab hac igitur via,id eſt,ab Apoſtolatu, dicitur Iudas digreſſus:imò verò ea prorſus relicta,in contrarium latus deflexiſſe,vt in eum tandẽ locum deueniret quem illi Deus iuſto ſuo iudicio deſtinarat. 26 Poſuerunt ſortes ἔδωκαν κλήρους id eſt,ſortiti ſunt,cõiectis ſcilicet ſortibus vel in ſinum:vt apud Salomonẽ Prou.16.d.33.vel in vaſculũ aliquod. Nam apud Hom.Iliad.η,coniiciuntur in galeam:apud Plautũ in Caſina,in ſitulã: apud Ciceronẽ 4 in Verrẽ oratione,in hydriam: ſicut apud Virg.lib. AEneidos 6,in vrnam: adeò variæ fuerunt ſortiendi rationes. Cæterùm διδόναι κλήρους hîc ponitur pro τίθεσθαι κλήρους,ſicut loquitur Euripides, & Leuit.16.b.8, vſurpatur verbum נתן,quod etiã ponere ſignificat:quũ tamen Hebræi ferè vtãtur verbo ירה vel הפיל,quæ reſpondent Græco verbo βάλλειν,quod vſurpatur ab omnibus Euangeliſtis in Paſſionis hiſtoria. Alioqui κλῆρον διδόναι Græcis aliud declarat , nempe partẽ ſuam alicui aſſignare, ſicut ab Hom.accipitur Odyſſ.ξ. Quamobrẽ,vt homonymiam vitaremus,noluimus ad verbum interpretari ἔδωκαν κλήρους,dederunt ſortes: diximus autem,poſuerunt ſortes,quia(vt antè dixi)διδόναι pro τίθεσθαι accipitur, & ſic etiã loquitur Plautus in Caſina,act.2,ſcena 6. Eorũ, αὐτῶν, Hoc dicẽdi genus,ſicut & illud quod proximè ſequitur,ex vulgi conſuetudine petitũ eſt. Dicuntur enim ſortes eſſe illorum ſuper quibus fit ſortitio,& ſuper eum cadere qui in ſortitione euadit ſuperior. Cõmunibus calculis allectus eſt συγκατεψηφίσθη Vulg.annumeratus eſt, id eſt,συνηριθμήθη .Eraſmus ex Vallæ ſentẽtia,cooptatus eſt.Sed Græco verbo aliquid amplius ſignificatur quod non niſi circuitu verborum potui explicare,nempe hunc ſortis euentum cõmunibus omnium calculis & ſuffragiis fuiſſe cõprobatum:quum antea pars illorum aliqua Barſabæ eſſet ſuffragata. Cum μετὰ Eraſ.ad numerũ,id eſt,πρὸς ἀριθμὸν,vel τῷ ἀριθμῷ.

IN CAPVT II.

1 Quũ autem aduenisſet Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι Eraſmus ad verbum,& quum compleretur.Ego duplicem hîc Hebraiſmum eſſe puto, & quidem vtrunque perobſcurũ:quæ cauſa fuit vt contra meam conſuetudinẽ à Græcis diſcederem. Primùm enim ſi ἐν particulæ naturã conſideres,ſignificari videbitur aliquid non præteritũ,ſed adhuc vigens, quod initio quidem exiſtimari poſſet optimè huic loco conuenire, quum ea de quibus dicturus eſt Lucas,ineunte ipſo die Pentecoſtes euenerint:ſed quominus id ita accipi poſſit,impedit verbum συμπληροῦσθαι,quod ſi accipiatur pro Complere(id enim propriè declarat)dies ipſe Pentecoſtes,ſi non prorſus exactus,at certè iam ad veſperã declinans intelligetur, quod vtrunque cũ hiſtoria rei geſtæ pugnat: ſin autẽ pro Aduenire, id eſt pro eo quod vernaculo ſermone dicimus *eſcheoir* (quomodo intelligendũ eſſe,paulo pòſt docebimus)apparet ἐν τῷ συμπληροῦσθαι poſitũ pro μετὰ τὸ συμπληρωθῆναι. Nã profectò abſurdũ ſit dicere hæc euenisſe quũ dies Pentecoſtes adueniret,tũc demũ autẽ dici poteſt dies Pẽtecoſtes aduenisſe quũ XLIX dies toti præterierũt,& quinquageſimus ipſe dies eſt inchoatus. Ex quo efficitur ἐν pro μετὰ poſitũ eſſe, ſicut contrà oſtendimus μετὰ pro ἐν vſurpatum Marci 8.d.31. Nam ב apud Hebræos, quod propriè reſpondet Græcorũ præpoſitioni ἐν,infinito iunctũ,interdum vigentẽ adhuc actionẽ declarat,vt initio Pſalmi 126.a.1, בשוב,quũ conuerteret:vel futurum exactũ,vt Iere.31.d.23,בשובי,quũ conuertero. & Leuit.12.d.6,במלאת,poſtquã impleti fuerint. vel præteritũ,vt Eſa.20.a.1, בשלוח,poſtquam miſiſſet. Deinde verò quod attinet ad verbum συμπληροῦσθαι.primùm affirmamus ex Hebræorum idiomate,apud quos infinitus modus temporibus nõ diſtinguitur, poſitum eſſe præſens pro præterito συμπληρωθῆναι . Præterea hoc dicimus,verbum מלא ſæpe apud

Hebræos vſurpari quũ agitur de certo temporis præſcripti ſpatio quod nõ fuerit prorſus expletum,ſed cuius vltimus annus vel dies aduenerit. veluti ſi intra decem dies me facturum aliquid promiſero,ſtatim poſt nouem exactos dies, ineunte decimo,dicerentur ab Hebræis decẽ dies cõpleti,id eſt decimus dies aduenisse.Id autẽ verum eſſe,vel illud Ieremiæ probat,quod eſt cũ hoc noſtro prorſus ſimile,etiam cũ illo כ,quod diximus Græcæ præpoſitioni ἐν reſpondere:cap.25.c.12.כמלאת שבעים שנה,id eſt,ſi noſtrum hunc Euangeliſtam placet imitari,ἐν τῷ συμπληροῦσθαι ἑβδομήκοντα ἔτη,quum tamen anni ipſius ſeptuageſimi initium ſignificetur,quo liberati ſunt Iſraelitæ, vt ex Ioſepho & Chronographis liquet. Atque adeò vt iam nemo de hac interpretatione dubitare poſſit, Lucas noſter in ſuperiore libro,de Circunciſione Domini ſcribens,ita loquitur,καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ,id eſt,ad verbum,quum impleti fuiſſent dies octo. quum tamen ipſe dies octauus non præteriiſſe,ſed aduenisse intelligatur, in quo ſcilicet fuit circunciſio facienda ex Lege, non autem in diem nonum differenda, ſicut ſcribitur Leuitici 12.a.3; & apud ipſum Lucam noſtrum capite 1.f.59,vbi Iohannis circunciſionem deſcribit.Rectè igitur illum locum interpretati ſumus, Quum aduenisset dies octauus:& hunc quoque, Quum aduenisset dies Pentecoſtes.

	omnes pariter in eodem loco.		″omnes ″concorditer eodem *loci*.	
Suprà 1.a.5 infrà 11.b.15, & 19.a.6.	¶Et factus eſt repẽte de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehemẽtis: & repleuit totam domum vbi erant ſedentes.	2	Tum factus eſt repente è cælo ſonitus tanquam ″ruentis ″flatus ″violenti, qui repleuit totam domum vbi erant ſedentes.	Spiritus ſanctus miſſus in Apoſtolos.
	Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum.	3	Et viſæ ſunt eis diſpertitæ linguæ ″inſtar ignis, ″*qui* & ſedit ſuper vnumquenque eorum.	
	Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.	4	Repleti ſunt autem omnes Spiritu ſancto, cœperúntque loqui ″aliis linguis, ″prout Spiritus ille dabat eis ″eloqui.	
	Erant autẽ in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione quæ ſub cælo eſt.	5	Erant verò Ieroſolymis ″commorantes Iudæi viri religioſi, ex omni natione ″*eorum* qui ſub cælo *ſunt*.	Apoſtoli, ebrii existimantur, accepto Spiritu ſancto.
	Facta autem hac voce, cõuenit multitudo, & mẽte confuſa eſt, quoniã audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes.	6	″Orto autem hoc rumore, conuenit multitudo, & confuſa eſt, quòd audiret vnuſquiſque propria lingua ſua eos loquentes.	
	Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes, Nónne, ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?	7	Percellebantur autem omnes ac mirabantur, dicẽtes alii ad alios, Nónne, ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?	
B	Et quomodo nos audimus vnuſquiſque linguam noſtram in qua nati ſumus?	8	Quomodo igitur nos audimus eos ″ſua quiſque lingua in qua nati ſumus?	

Omnes ἅπαντες In duobus vetuſtis codicibus additum erat οἱ ἀπόστολοι, Apoſtoli, & certè exiſtimo iſta ſic cohærere cum extremo ſuperiore capite, vt ſolis Apoſtolis ſit propria hæc Spiritus ſancti miſſio quæ poſtea refertur. Nam certè illos oportuit nouæ Eccleſiæ,quaſi duodecim patriarchas futuros peculiari quadam inaugurationis forma conſecrari. Itaque paulo pòſt quum ii in quos Spiritus ſanctus illapſus erat, cœpiſſent loqui linguis,attonita turba omnes eſſe Galilæos dicit,nec aliorum fit mentio quàm vndecim Apoſtolorum,quorum cauſam agit Petrus,veluti Apoſtolici collegii patronus.Conueniſſe quidem cum Apoſtolis alios diſcipulos,atque adeò religioſas etiam illas & ſanctas fœminas,ex ſuperiore capite apparet.Sed neque vnum cœnaculum potuit tot hoſpitibus commune eſſe domicilium,neque probabile eſt omnes illos centum viginti quorum facta eſt mentio, vnà ſemper fuiſſe, ſed potius certis temporibus Eccleſiam in commune illud Apoſtolorum hoſpitium conueniſſe.Mane igitur quũ Apoſtoli vnà ſoli eſſent,geſta eſſe opinor quæ Lucas commemorat,& ridiculè facere eos, qui, quum hanc hiſtoriam pingunt, ſolẽt Mariam matrem Domini in medio Apoſtolorum collocare, nimirum vt Apoſtolici etiam collegii principem faciant:quod ſanctiſſimæ illi Virgini nuſquam in mentem venit. Concorditer ὁμοθυμαδὸν Vel, vt plerunque. Vulgata & Eraſmus, vnanimiter. quod tamen nuſquam legere memini. Vetus interpres hoc loco vertit, pariter, & eum exiſtimat Eraſmus legiſſe ὁμαδόν: quam etiam lectionem probat. Ego verò neque id vſquam reperi in vetuſtis codicibus, neque poſſum etiam probare, propter illud ἐπὶ τὸ αὐτὸ, quod proximè conſequitur. 2 Ruentis φερομένης, id eſt ὁρμώσης. Nam φέρεσθαι Græcis ſignificat cum impetu venire, ſicut apud Latinos quoque Ferri in ea ſignificatione vſurpatur. Sed coacti ſumus ſynonymon quærere,& paſſiuum participium actiuè interpretari. Quòd ſi quis hæc malit vt abſolutè poſita accipere, rectè verterit cum Auguſtino, tanquam ferretur. Vulgata, aduenientis, id eſt προσερχομένης. Eraſmus per periphraſin, impetu venientis. Flatus πνοῆς Vulgata, ſpiritus, idque fateor non malè. Sed πνεῦμα, cuius hìc fit mentio, voluimus à πνοῇ diſtinguere, id eſt, ſymboli ſignificatum ab ipſo ſymbolo: quum alioqui πνεῦμα pro flatu & vento interdum ponatur: vt Iohan.3.a.8, πνοὴ tamen pro Spiritu ſancto nuſquam, quod ſciam. Violenti βιαίας Vulgata, vehementis, id eſt σφοδρᾶς.

3 Inſtar ignis, ὡσεὶ πυρὸς, Eraſmus, tanquam igneæ, ad vitandam amphiboliam. Nam ſi interpreteris, tanquam ignis, non minus id poſſis in recto quàm in gignendi caſu accipere. Atqui ſi ὡσεὶ ita cõuertas vt nos fecimus hoc loco, illud incommodum vitaris, neque à Græcis deflectes. *Qui* & ſedit ἐκάθισέ τε Eraſmus, ſederúntque, ἐκάθισαν, quia nimirum pro ignis conuerterat igneas. Putauit enim rectum à ſuperioribus repetendum, ſicut & ſcholia Græca tradunt,& probabilius eſt. Quia tamen nonnulli malunt ad Spiritum ſanctum referre, idque ex Hebræorum idiotiſmo, quibus familiare eſt, rectum in priore membro prætermiſſum, in ſecũdo exprimere, Græca ſimpliciter reddidi, vt cuique liberum ſuum iudicium maneat. 4 Aliis ἑτέραις Vulgata, variis, id eſt ποικίλαις. Alias autem linguas vocat, quæ diuerſæ eſſent ab ea quæ Apoſtolis erat familiaris: eas denique quas Marcus cap.16.d.17, nouas appellat. Prout καθὼς Alibi hanc particulam conuertimus per ſimilitudinis aduerbium. hìc autem κατὰ vim habet diſtributiuam. Significat enim Apoſtolos nec temere, nec fanaticorum inſtar, modò hac, modò illa lingua loquutos, ſed magnam eorum rationem habuiſſe in quos incidebant: nihil denique dixiſſe niſi Spiritu ſancto linguam ipſorum moderante, qui nullius eſt confuſionis author. Eloqui. ἀποφθέγγεσθαι. Vulgata & Eraſmus rectè exiſtimarunt præpoſitionẽ ἀπὸ non abundare. Nam ἀποφθέγγεσθαι dicũtur ii demum qui ſententioſa quædam & mirifica loquuntur, cuiuſmodi certè hæc erant quæ paulo pòſt Lucas vocat μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ: item qui numinis afflatu & alieno impulſu loquuntur: quod & ipſum Apoſtolis optimè conuenit. 5 Commorantes κατοικοῦντες Alibi τὸ κατοικεῖν conuertimus, habitare, & diſtinximus à παροικεῖν, quod declarat commorari. Sed hoc quidẽ loco videntur κατοικοῦντες generaliter dici quicunque exteri eo tempore Ieroſolymis verſabantur. adeò vt nõ modò exteros cõprehendat, qui ſedes illic vt in vrbe maxima ac frequentiſſima, poſuerant, ſed eos quoque qui ſtudiorũ ac religionis diſcendæ cauſa illic ad tempus cõmorabantur. quorum diſtributa fuiſſe collegia intelligimus ex iis quæ narrantur infrà 6.c.9,& 9.e.29: eos denique qui ex variis gentibus ad feſtum cõfluxerant. *Eorum* qui ſub cælo *ſunt*. τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Vulg. prætermiſit articulum. Eraſ. repetit ἐθνῶν, admonẽs etiam ad homines referri poſſe: quam ſententiam vt magis probabilẽ ſum amplexus. Eſt autem hæc hyperbole Hebræis familiaris, vt Deut.2.c.25

6 Orto autem hoc rumore, γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, Græca ſcholia φωνὴν interpretantur de vehementi illo venti ſonitu, qui totam ciuitatem cõmouerit. alii nonnulli ad Apoſtolorum voces. Ego veró φωνὴν malo accipere pro rumore, quem idem noſter Lucas ἦχον, id eſt ſonitum, ſimili prorſus ratione vocat ſuprà 4.f.37,& φάσιν infrà 21.f.31. Sed & illud notandũ eſt, figuratè Lucã dixiſſe φωνῆς ταύτης pro φωνῆς περὶ τούτου, id eſt, hoc rumore, pro huius facti rumore. quod genus dicẽdi animaduertimus etiã Matth.9.c.26. 8 Sua quiſque lingua ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Probabilius eſt (inquit Eraſ.) Apoſtolos ſua lingua fuiſſe loquutos,& miraculo factum vt nemo non intelligeret, perinde ac ſi ſuam quiſque linguam audiſſet. Itáne veró? ſanè ſi ita eſt, miraculum non in ipſis Apoſtolis, ſed in eorũ auditoribus æditum fuerit. At enim (inquit ille) eundem hominem eodem tempore diuerſis loqui linguis, implicat contradictionem. Eſto. ſed vbi hoc factum eſſe ab Apoſtolis narrat Lucas? Imò narrat Apoſtolos variis linguis loqui cœpiſſe, id eſt, modò hac, modò illa, non tamen confuſè aut furioſè, ſed prout hic vel ille in varias gentes inciderat, & prout expediebat, præeunte ſcilicet & animum ac mentem moderante Spiritu ſancto. Hìc verò nihil video quod (vt ipſe ait) contradictionem implicet. Sed hoc illi facilè condonari poteſt, veterum nonnullorum veſtigia ſequuto. Verùm quod ſubiicit, Nunquam legi hoc miraculi accidiſſe aliàs, niſi fortè ſemel atque iterum, veluti Act.10. de familia Cornelii: & Paulus ſcribẽs Corinthiis, gloriatur quòd omnium illorũ linguis loqueretur: id verò miror ab Eraſmo viro docto & intelligente proficiſci potuiſſe. Puto enim omnibus vel mediocriter in horum temporum hiſtoria verſatis, conſtare, hoc linguarum donum, quemadmodũ etiam ſanationum & prophetiæ,

in primis illis Eccleſiis ita viguiſſe, vt etiam Spiritus ſancti appellatio interdum eiuſmodi donis tribuatur, vt apparet ex iis quæ ſcribuntur infrà 8.c.15 & 16. Item 19.a.2 & 6. Item 1.Cor.12.13 & 14.

9 Parthi & Medi, & Elamitæ, & qui incolimus Meſopotamiã, Iudæámque & Cappadociam, Pontum, & Aſiam,

10 Phrygiam & Pamphyliã, AEgyptum, & partes Libyæ eius quæ eſt ſecundũ Cyrenẽ, "& aduenæ Romani, Iudæíque & proſelyti,

11 Cretes & Arabes: audimus eos loquentes noſtris linguis "magnifica Dei *facta*.

Prædicãtes Petro, conuerſi ad Chriſtũ multi.

12 Per cellebantur ergo omnes, ac "hæſitabant, dicentes alius ad alium, "Quid hoc *rei* eſſe poſſit?

13 Alii autem "vafrè eludentes, *dicebant*, "Vino dulci pleni ſunt *iſti*.

14 Stans autem Petrus cum Vndecim, extulit vocem ſuam, & eloquutus eſt eis, dicens, "Viri Iudæi, *vóſque* omnes qui habitatis Ieroſolymis, hoc vobis notum ſit, & "auribus percipite verba mea.

15 Non enim, vt vos exiſtimatis, iſti ebrii ſunt, quum ſit hora diei tertia.

16 Sed hoc illud eſt quod dictum eſt per prophetam Ioel,

17 Et erit vltimis temporibus (dicit Deus) effundã de Spiritu meo "ſuper quamlibet carnem: & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.

18 Et quidem ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.

19 Et "edam prodigia in cælo ſupernè, & ſigna in terra infernè, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

20 Sol cõuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, priuſquam veniat dies ille Domini magnus atque illuſtris.

Salus.

21 Et futurum eſt vt quicunque inuocauerit nomen Domini, ſeruetur.

Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam,

Phrygiam, & Pamphyliam, AEgyptum, & partes Libyæ quæ eſt circa Cyrenen, & aduenæ Romani,

Iudæi quoque & proſelyti, Cretes, & Arabes: audimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

Stupebant autẽ omnes & mirabantur, adinuicem dicentes, Quidnã vult hoc eſſe?

Alii autẽ irridentes dicebant, Quia muſto pleni ſunt iſti.

C

Stans autẽ Petrus cum Vndecim, leuauit vocẽ ſuam, & loquutus eſt eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalẽ vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea.

Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrii ſunt, quum ſit hora diei tertia.

Sed hoc eſt quod dictum eſt per prophetam Ioel,

Ioel.2.g.28 eſa.44.a.3

¶Et erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnẽ: & prophetabũt filii veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt,

Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas in dieb⁹ illis effundã de Spiritu meo, & prophetabunt:

Et dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſãguinem, & ignem, & vaporem fumi.

Ioel.2.g.32.

¶Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequã veniat dies Domini magnus & manifeſtus.

Rom.10.c.13

¶Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

10 Et aduenæ Romani, Iudæíque & proſelyti, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Eraſmo aſſentior in eo quòd Iudæos hîc tradit nõ ex gente dici, ſed ex religione & origine: à quibus Lucas diſtinguat proſelytos natione paganos, religione factos Iudæos. Id enim ita eſſe partim oſtendit manifeſta Iudæorum & proſelytorum antitheſis: deinde etiam quòd paulo antè mentio facta eſt incolarum Iudææ, à quibus iſtos diſtinguere oporteat. Sed ab illo tamen duabus in rebus diſſentio in huius loci explicatione. Primùm quòd Romanos hîc putat in Iudæos & proſelytos diſtingui. Deinde quòd Cretenſes & Arabes, quorum poſtea fit mentio, ita putet ad priorem recenſionem referendos, vt tamen ad ſolos proſelytos pertineant: quaſi ſcilicet ex Creta & Arabia nulli venerint Iudæi, quòd eò non perfugiſſent, ſed tantùm proſelyti. At ego libenter quæſierim cur Lucas eorum duntaxat Iudæorum mentionem faceret qui Roma aduenerant, quî ſit probabile nullos in Cretam aut in Arabiam Iudæos profugiſſe, quum Damaſcus in Arabia cenſeatur, vbi tam frequẽs erat ſynagoga, & tamen aliquos inde proſelytos veniſſe. Sunt autem hæc, meo iudicio, nimium abſurda, quæ tamen ex illa interpretatione ſequi neceſſe eſt. Exiſtimo igitur, quum Lucas tot gentium mentionem feciſſet, has omnes poſtea in duo quaſi hominum genera diſtinguere, nempe in Iudæos & proſelytos, idque optima ſanè ratione. Veriſimile enim eſt, eos, qui quanuis inter gentes exteras eſſent diſperſi, tamen erant origine Iudæi & in patria lege educati: quẽadmodum hodie, ſic etiam eo tempore, & quidem multo magis ſtante adhuc illorum templo ac religione, ſi non omnes, at certè pleroſque, & eos præſertim qui Ieroſolymam venire conſueuerant, vernaculam Iudæorum linguam aliquatenus ſaltem tenuiſſe. Ideo Lucas, nequis calumniaretur, Apoſtolos potuiſſe à diuerſis gentibus ſine miraculo intelligi, diſertè dixit, vnumquenque audiſſe Apoſtolos loquentes proprio eius regionis idiomate in qua natus eſſet, & in qua habitaret: deinde vt omnis calumniandi occaſio præcideretur, proſelytos etiam, id eſt, eos qui ex Paganiſmo ad Iudaiſmum erant cõuerſi, à Iudæis diſtinxit, id eſt, ab iis qui iam inde à maioribus Legẽ Moſis erant profeſſi. Quod autem ad Cretenſes & Arabes attinet, quanuis iſti diſtinctioni ſubiiciantur, tamen eadem conditione cenſendi ſunt qua ſuperiores gentes. Apparet enim, Lucam in hac recenſione non magnam habuiſſe ordinis rationem, rei ſcilicet ipſi potius quàm oratoriis præceptis intentum.

11 Magnifica Dei *facta*. τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Heb. גדולות, vt diximus Luc.1.e.49.

12 Hæſitabant, διηπόρουν, Siue, ambigebant: quod tamen propriè reſpondet τῷ ἀμφιβάλλειν. quanquam τὸ διαπορεῖν videtur eius eſſe qui non tantùm ambigat apud ſe, ſed etiam aliquid de quo ambigat ex altero percontetur, aut etiam à ſeipſo, vt ſolent homines cogitabundi. ideo additur participium λέγοντες. Quid hoc *rei* eſſe poſſit? Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Vulgata & Eraſmus ad verbum, Quidnam vult hoc eſſe? id eſt, Τί θέλει τοῦτο εἶναι; pro quo potius dicas Latinè, Quid hoc ſibi vult? At ego putaui potentialem modum exprimendum eſſe. Neque enim duntaxat quærunt quid hoc ſit rei, ſed quò tandem futurum ſit vt iſta euadant. Ponitur autem τὸ θέλειν ἀντὶ τοῦ δύνασθαι, id eſt, Velle pro Poſſe. quam enallagen annotat Corinthus in Attica dialecto, vt in illo Platonis, τὰ χρεία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν.

13 Vafrè eludentes, χλευάζοντες, Vulgata & Eraſmus, irridentes, id eſt καταγελῶντες, quum τὸ χλευάζειν aliquid amplius ſignificet, quod non potui ſatis commodè vno verbo explicare. Vino dulci γλεύκους Vulgata & Eraſmus, muſto, quod fateor quidem à Græcis γλεῦκος dici: ſed quum hæc geſta ſint ipſo die Pentecoſtes, quo tempore nullum eſt muſtum, malo in genere pro vino dulci & præſtanti accipere: quemadmodum etiam videtur accipi עסיס Eſa. 49.g.26, quum alioqui vinum recens expreſſum eo nomine declaretur, vt ipſa notatio declarat. nam muſtum raò & multo minus quàm vinum inebriare teſtantur Philoſophi. Si quis tamen malit de muſto accipere, non magnopere repugno, quia teſtatur Lucas hæc dicta eſſe χλευαστικῶς, id eſt, cum vafra & maledica deriſione.

14 Viri Iudæi, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, In hoc dicendi genere Latini ſolo epitheto contenti ſunt, quum Hebræi & Græci addere ſoleant ſpeciei nomen. Quòd igitur nonnulli ex hac formula ſtatim arripiunt occaſionẽ diſputandi de huius vitæ conditione, nõ nititur ſatis firma ratione. Auribus percipite ἐνωτίσασθε Finxerunt hoc vocabulum Græci interpretes, quod reſpondet verbo Hebræorum האזין.

17 Super quamlibet carnem: ἐπὶ πᾶσαν σάρκα: Ponitur hîc quoque Caro pro homine, vt alibi ſæpe annotauimus. Libenter autẽ retinuimus hunc Hebraiſmum, vt intelligatur opponi carni ſpiritum, rem ſcilicet præſtantiſſimam rei planè fragili ac caducæ: quam tamen Dominus pro ſingulari ſua bonitate dignetur excellenti Spiritus ſui munere. Sed & illud annotandũ eſt, πᾶσαν non propriè hoc loco conuerti omnem, ſed potius indefinitam eſſe particulam, vt res ipſa oſtendit, & ſequentia declarant: qua de re diximus aliquid Matth.4.d.23, & dicemus 1.Tim. 2.b.4. 19 Edam δώσω Vulgata & Eraſmus ad verbum, dabo. Vide Matth.24.c.24.

D	Viri Iſraelitæ,audite verba hæc: Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigiis & ſignis quę fecit Deus per illum in medio veſtri,ſicut & vos ſcitis:	22	Viri Iſraelitæ, audite ſermones iſtos:′Ieſum illum Nazarenũ, virum″à Deo approbatum′apud vos″præſtantibus factis & prodigiis, & ſignis quæ ædidit per eum Deus in medio veſtri, ſicut & ipſi noſtis:	Chriſtus à Deo datus nobis in ſalutem.
	Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum,affigentes interemiſtis.	23	Hunc *inquam* definito conſilio &′prouidentia Dei deditũ quum accepiſſes,″manibus iniuſtis″*cruci* affixum ſuſtuliſtis.	
	Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni,iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo.	24	Quem Deus ſuſcitauit,ſolutis′doloribus mortis,″eo quòd impoſſibile erat illum ab ea retineri.	Reſurrectio.
Pſal.15.c.7	Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſẽper:quoniam à dextris eſt mihi,ne cõmouear.	25	Dauid enim dicit de eo,Prouidebam Dominũ coram me ſemper:quoniam eſt à dextra mea mihi,ne commouear.	
	Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea:inſuper & caro mea requieſcet in ſpe:	26	Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: quin etiam caro mea requieſcet in ſpe:	
	Quoniam non derelinques animã meam in inferno,nec dabis Sanctum	27	Quoniam non derelinques″cadauer meum″in ſepulchro,nec	

22 Ieſum illum Nazarenum, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, Expreſſimus articulum, cuius vis eſt hoc loco διακριτική. Vocat autem Ieſum Nazarenum Petrus,non vt communi Iudæorum errori patrocinetur,ſed vt de illo ipſo Ieſu hîc agi intelligant quem ipſi per contemptum ſolebant ita vocitare, & addita hac inſcriptione crucifixerant. A Deo ἀπὸ τοῦ θεοῦ Id eſt,ὑπὸ τοῦ θεοῦ: quam enallagen annotauimus Matth.11.c.19, & 16.c.21.Mar.8.d.31.Luc.9.c.23,& 17.e.25. Approbatum ἀποδεδειγμένον Id eſt (inquiunt Græca ſcholia) οὐ μὴ ἀμφισβητούμενον,ἀλλ᾽ ἀποδεδειγμένον διὰ τῶν ἔργων ὧν ἐποίησε δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεὸς,ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἦν. Id eſt,quaſi eiuſmodi vt de eo ambigi non poſſit,& qui ſit iis operibus quæ per eum fecit Deus,tanquam neceſſariis demõſtrationibus,comprobatus à Deo fuiſſe. quomodo accipitur idem verbum infrà 25.b.7. Itaque fallitur Eraſmus tum in eo quòd Veterem interpretem putat legiſſe ἀποδεδεγμένον, tum etiam in eo quòd maluit interpretari exhibitum quàm approbatum. Similis error admiſſus eſt infrà 1.Corinth.2.a.4. Apud vos εἰς ὑμᾶς Vel,inter vos, atque adeò ſpectantibus vobis, ſiue vt paulo pòſt ſubiicit,in medio veſtri.Demoſthenes περὶ στεφ. παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς ἅ μου ἀκούσατε. Idem,εἶπον ποτὲ ἐν τῷ δήμῳ. Vulg.in vobis.Eraſ. erga vos. neuter (vt opinor) ſenſum eſt aſſequutus. Præſtantibus factis δυνάμεσι Alibi conſueuimus δυνάμεις conuertere,virtutes, ob eam cauſam quam expoſuimus Matth.7.c.22.Hic autem ſtudui vitare amphiboliam, ne quis pro δυνάμεσι ſcriptum putet ἀρεταῖς, quod vocabulum nimis eſt dilutum. 23 Prouidentia προγνώσει Id eſt, προνοίᾳ,ſiue præeunte, id eſt æterna,cognitione.Cognitionis autem vocabulo non eſt quòd cum Epicureis otioſam aliquam in Deo rerum futurarum cognitionem imaginemur, quum prouidentia Dei nec debeat,nec poſſit ab eiuſdem definito conſilio ac decreto diuelli, vt hodie nonnulli ſe facere dictitant, ne Deum videantur malorum authorem facere.Abſit verò à nobis hoc facinus:ſed abſit viciſſim vt quicquam Deo vel conniuente vel inuito fieri aut accidere dicamus. Certè nullum vſquam facinus in terris editum eſt quod cum Iudæ perfidia & Iudæorum ſcelere ſit comparandum: & tamen apertè dicit Spiritus ſanctus,nihil hîc geſtum quod Deus non modò cognouerit ab æterno, ſed etiam æterno & immutabili ſuo conſilio in optimum finem non definierit. Nos igitur non pudeat Spiritus ſancti ſermonem vſurpare : quòd ſiquid humana imbecillitas obganniat, Deo nihilominus ſummæ iuſtitiæ gloriã tribuamus,nobis totã culpam adſcribamus:ea denique arcana quæ perſcrutari nec licet nec fas eſt,adoremus vt par eſt,ac reuereamur.

Manibus iniuſtis διὰ χειρῶν ἀνόμων Vulgata & Eraſmus,per manus iniquorum. Hæc autem nonnulli cum nomine ἔκδοτον coniungunt, quo modo diſtinctus eſt hic locus in pleriſque codicibus. Sed præterquam quòd præpoſitio διὰ non ſatis commodè connecti poteſt cum illo nomine, aut cum participio λαβόντες, planior etiam erit ſententia, ſi adſcripta diſtinctione poſt λαβόντες (ſicut in Græcis ſcholiis adſcribitur) iſta potius cum ſequẽtibus cõſtruantur,nempe vel cum participio προσπήξαντες,vt Iudæis Petrus hoc quoque ſcelus obiiciat,quòd Chriſtũ in manus profanorum hominum,id eſt Pilati & militum Romanorum,dediderint ad necem:vel cum verbo ἀνείλετε. Nam qui interficiendum curat, perinde reus eſt acſi ſua manu interfeciſſet. Quod autem attinet ad nomen ἀνόμων, quia non habet adiunctum articulum, apparet non eſſe ſubaudiendum ἀνθρώπων, vt conuertas per manus *hominum* iniquorum, ſed potius ita accipiendum vt ſumus interpretati. *Cruci* affixum προσπήξαντες Vulgata,affigẽtes,neglecto tempore.Nam quod in quibuſdam exemplaribus legitur,affligentes,factum eſt librariorum negligentia,vel ſciolorum audacia.Quidam vertit,ad palum alligatum:quàm rectè,ipſe viderit.

24 Doloribus mortis, τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, Locus iſte mihi quidem videtur obſcurior quàm præ ſe ferat.Neque enim fas eſt arbitrari Chriſtum,quum ſemel ſpiritum emiſiſſet,in vllis doloribus fuiſſe verſatum.Itaque quum mors ipſius cruciatibus finem attulerit,quî dici poteſt ſolutis mortis doloribus reſurrexiſſe? Hæc cauſa fuit, opinor,cur Vetus interpres potius conuerterit, ſolutis doloribus inferni, id eſt,λύσας ὠδῖνας ᾅδου, intelligens fortaſſis hæc ad deſcenſum Chriſti ad inferos pertinere, vnde veteres Patres eruerit. in quo errore mirum eſt pleroſque veterum fuiſſe verſatos, quum apud Hebræos appellatione שאול,pro quo Græci interpretes ᾅδην dicunt, nihil aliud quàm ſepulchrum declaretur.Græci vt hunc nodum expedirent,ſubtilem quidẽ,ſed parum ſolidam expoſitionem ſunt commenti.ſic enim dolores mortis explicant,quaſi mors ipſa per proſopopœiam dicatur quodammodo laboraſſe,quum Chriſtum incluſum teneret.At ego dolores mortis pro morte dolorum plena accipio, ſicut abominatio deſolationis pro abominanda deſolatione accipitur, Matth. 24. b.15. & damnatio meretricis pro damnanda meretrice,Apocal.17.a.1,ex Hebræorum idiotiſmo. Deinde quanuis corpus in ſepulchro iacens,omnis doloris,atque adeò omnis ſenſus expers eſſet(ſiquidem verè ac certò Chriſtus mortuus eſt) tamen quum mors ipſa nihil aliud eſſe videretur quàm ipſorum cruciatuum ac dolorum quaſi victoria ac plenum imperium, Chriſtus meritò dicitur tum demum dolores iſtos lethales ac mortiferos ſuperaſſe, quum mortuus mortem vicit, vt in æternum cum ſuis Deo viuat. Præterea annotandum eſt,apud Hebræos vnum idémque vocabulum modò dolorem,modò funẽ ſignificare,leui tantũ vnius pũcti diſcrimine.Nam חבל cũ ſeri & ſegol Græci ὠδῖνα.i.dolorẽ,חבל cũ duobus ſegolin,χοινίον.i. funẽ interpretãtur. quòd ſi mihi liceret grãmaticorum authoritatẽ in dubiũ vocare,ſanè dicerẽ nõ minus חבל cũ quinquepũctis, quàm חבל cum ſex,declarare funẽ, & quicquid illud eſt quo aliquid vincitur,nec pro dolore ſeu morbo aliter quàm traſlantitiè accipi, ídque ita eſſe apparet ex eo quod 2.Sam.22.a.5, & Pſal.18.a.6.quũ priore loco ſcriptum ſit חבלי שאול,ſubiicitur מוקשי מות. ſcimus autẽ hanc conſuetudinem eſſe Dauidis,vt plerunque pars vna verſiculi alteram explicet,vt mihi quidem probabile videatur,חבלי & מוקשי idem prorſus declarare. Suſpicor igitur,Petrum,quum ad hunc Dauidis locum alluderet,חבלי שאול,id eſt vincula mortis dixiſſe,Lucam autem Græcam editionem ſequutum, pro δεσμοὺς conuertiſſe ὠδῖνας: quod ſi ita eſt, conuertemus, ſolutis vinculis mortis,& optimè conueniet tũ participium λύσας, tum etiam verbum κρατεῖσθαι.Nihil tamen auſus ſum mutare ex coniectura. Eo quòd καθότι Vetus interpres,iuxta quod,barbarè & obſcurè. Eraſmus, quatenus, ambiguè.Nam ſi pro καθ᾽ ὅσον,id eſt,in quantum,accipias,non conueniet ſententia.Iidem multo rectius ſunt interpretati,Luc.1.a.7.

27 Cadauer meum τὴν ψυχήν μου Vel,vitã meam.Eſt enim quodammodo vita in ſepulchro incluſa quandiu corpus illic mortuũ iacet. Mihi tamen illa interpretatio viſa eſt ad hunc locum maximè accommodata,quum ſic diſertè accipiatur nomen נפש Leuitici 21.a.1,vbi Græci interpretes לנפש expoſuerunt ἐν ταῖς ψυχαῖς. Vulg. & Eraſ.animam meam:quæ interpretatio non iis modò errorem obiecit,qui tradiderũt animas cum corporibus dormire(in quo hallucinatus eſt etiam Irenæus antiquiſſimus ſcriptor) ſed aliis quoque nonnullis erroribus aditum patefecit:de quibus proxima annotatione dicemus. In ſepulchro,εἰς ᾅδου, Heb. לשאול,quo vocabulo nemo eſt qui neſciat ſepulchrum notari,à שאל.i.à poſtulãdo,quòd noua ſemper cadauera quodãmodo videatur inexplebili quadã voracitate poſtulare.Græci interpretes ᾅδην cõuerterunt, quaſi locũ tenebricoſum dicas,quum hoc vocabulo Græci poetæ ſoleant ſignificare quos Latini inferos vocãt. Obiecit hæc amphibolia errorem nonnullis,qui de animæ Chriſti ad inferos deſcenſu multa nõ minus certò affirmarunt, quàm ſi idoneis Scripturæ teſtimoniis hoc dogma confirmaretur.Ita ædificatus eſt Lymbus,cui poſtea Purgatorium impoſitum eſt. Tandem etiam inuentus eſt noſtra ætate qui Chriſti animam diceret verè ad loca damnandis nocentibus deſtinata perueniſſe, & ibi peccatorum noſtrorum pœnas luiſſe. Nam (inquit ille) alioqui nõ erit plena ipſius pro nobis ſatiſfactio.Atqui,ſi ita eſt,miror cur non ipſum etiam Chriſti corpus iiſdem pœnis ſubiecerit,ſi qui-

dem noſtrum corpus non minus eſt obnoxium pœnis æternis quàm noſter animus. Quid verò? quum Chriſtus paueret, quum ſanguinis grumos ſudaret, quum ſe à Deo ſuo derelictum contentiſſima voce clamaret, non luebat ipſius anima pœnas illas peccatis noſtris debitas? Sed ad rem redeo. Quum vnius & alterius vocabuli dubia interpretatio tot monſtra pepererit, ſimpliciter malui pro anima, cadauer, pro inferno ſepulchrum dicere, quàm fœdos illos errores fouere.

″ſines″Sanctum tuum″ſentire″corruptionem.

28 ″Notas mihi feciſti vias vitæ, replebis me iucunditate cum facie tua.

Dauid.

29 Viri fratres,′licet liberè dicere apud vos de patriarcha Dauid, quòd & obierit & ſepultus ſit, & monimentum eius ſit apud nos vſque in hunc diem.

30 Propheta igitur quum eſſet, & ſciret quòd ″iureiurãdo iuraſſet ſibi Deus *ſe* ″de fructu lumbi ipſius, quo ad carnem, Chriſtum ſuſcitaturum,″*quem* collocaret ſuper ſedem eius:

31 Præſcius loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quòd non derelictum ſit in ſepulchro cadauer eius, neque caro eius ſenſerit corruptionem.

32 Hũc Ieſum ſuſcitauit Deus:′cuius *rei* omnes nos ſumus teſtes.

33 Poſtquã igitur″dextera Dei fuit exaltatus,″& promiſſum Spiritum ſanctum accepit à Patre, effudit hoc quod nunc ſpectatis & auditis vos.

Ieſus, eſt Chriſt⁹

34 Non enim Dauid aſcendit in cælos, ſed dicit ipſe, Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam,

35 Donec″ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

36 Certò ſciat ergo tota domus Iſrael, quòd & Dominum & Chriſtum″fecerit illum Deus,″hũc *inquam* Ieſum quem vos crucifixiſtis.

37 *His* autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum

tuum videre corruptionem.

28 Notas mihi feciſti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.

29 Viri fratres, liceat audẽter dicere ad vos de patriarcha Dauid|quoniam & defunctus eſt, & ſepultus eſt: & ſepulchrum eius eſt apud nos vſque in hodiernum diem. 3.Reg.2.b.10 infrà 13.c.36 E

30 Propheta igitur quũ eſſet, & ſciret quia iureiurando|iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius: Pſal.131.c.11

31 Prouidẽs loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia |neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Pſal.15.c.10 infrà 13.e.35

32 Hunc Ieſũ reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus.

33 Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus ſancti acceptà à Patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis.

34 Non enim Dauid aſcendit in cælũ: dicit autem ipſe, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, Pſal.109.a.1

35 Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

36 Certiſſimè ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia & Dominũ eũ & Chriſtũ fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.

37 His autem auditis cõpũcti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reli-

Sines δώσεις Heb. תתן: quod etiam accipitur ἀντὶ τοῦ ἐᾷν καὶ συγχωρεῖν, vt Geneſ.31.a.7. Vulgata ad verbum, dabis. Sanctum tuum τὸν ὅσιόν σου Heb. חסידך quod propriè declarat hominem benignum ac liberalem. Sentire ἰδεῖν Heb. לראות Vulgata & Eraſmus ad verbũ, videre. Sed alibi diximus Videre interdum acipi pro αἰσθάνεσθαι, atque adeò pro πάσχειν, vt Ioh.8.f.51. Corruptionem. διαφθοράν. Græci interpretes rectè omnino hunc locum expreſſerũt. Nam שחת apud Hebræos ideo ſignificat ſepulchrum, quòd corpora corrumpat. Itaque dici quidem poteſt Dominus vidiſſe שאול vel בור, vel קבר, non autem שחת, niſi ἀκύρως accipias.

28 Notas mihi feciſti Ἐγνώρισάς μοι Id eſt, aditum mihi ad verã vitam patefeciſti: me denique feciſti veræ vitæ participem. Nam in hoc dicendi genere, cuius plurima extant exempla præſertim in Pſalmis, docere dicitur Deus quos donorum ſuorum participes facit, & viciſſim cognoſcere qui Dei benignitatem reipſa ſentiunt & experiuntur. 29 Licet ἐξὸν Id eſt, ἔξεστι, ex Hebræorum idiotiſmo omnibus noto. Eraſmus autem putauit hoc abſolutè poni, vt ferè ſolet apud Atticos. Ideo vertit, quandoquidem licet, non ſatis cohærente ſententia.

30 Iureiurando iuraſſet ὅρκῳ ὤμοσεν Hebraicas eiuſmodi repetitiones, quibus etiam interdum Attici vtuntur, alibi annotauimus nõ mediocre pondus addere ſententiæ. Itaque dicitur Dominus iureiurando iuraſſe, id eſt, non ſimpliciter, ſed ſolenni quadam formula & conceptis verbis Dauidi promiſiſſe id de quo agitur. De fructu lumbi ipſius, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, Hebraica veritas Pſalmo 132. habet מפרי בטנך, id eſt ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου, è fructu ventris tui, vt verterunt etiam Græci. Vocant autem Hebræi poſteritatem fructum ventris.

Quo ad carnem, Chriſtũ ſuſcitaturum, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, In Œcumenii ſcholiis & editione Frobeniana legitur ἀναστῆσαι, & ſubiicitur hoc mẽbrum proximè ſequẽti, hoc modo ſcilicet, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν, προϊδὼν ἐλάλησεν: quam lectionem non video cur amplecti non liceat, ſi καθίσαι & ἀναστῆσαι ſignificatione futuri accipias (vt ſunt apud Hebræos frequẽtes iſtæ permutationes) & ἀναστῆσαι cum participio προϊδὼν coniungas. Certè vt hanc lectionem non improbẽ, duæ cauſæ faciunt: vna, quòd niſi ita legas, videtur diſcerpi teſtimonium ex Pſalmo 132 petitum: altera, quòd verbum ἀναστήσειν videtur melius præſenti argumento quadrare, ſi de reſurrectione Chriſti accipiatur, quàm ſi ad Chriſti exortum ac conceptum referas. Poſtremò ſicut εἰδὼς ad iuſiurandum illud pertinet, ita videtur aliquid deſiderari quod cum participio προϊδὼν connectatur. Scio tamen non deeſſe quæ iſtis opponãtur. Videtur enim Petrus cum verſiculo illo 11. Pſalmi 132, coniungere quod ſcriptum eſt 2.Samu.7.b.11, vbi vtitur Propheta verbo קום, pro quo Græci interpretes verterunt ἀναστήσω: neque quicquam impedit quominus verbũ ἀναστῆσαι hoc etiam loco de reſurrectione commodè accipiatur: quia tum demum etiam dicitur Chriſtum verè genuiſſe Pater eo die quo illũ ſuſcitauit à mortuis, vt interpretatur Paulus ipſe infrà 13.e.33. Poſtremò participiũ προϊδὼν commodiſſimè cum iis quæ ſequuntur, conſtrui poteſt. Itaque eam lectionem ſum amplexus quam in omnibus vetuſtis codicibus inueni. Notandum eſt tamen, in Vulgata editione totum hoc membrum deeſſe. Sic enim in ea legitur, quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedẽ eius: Prouidens loquutus eſt. Poſtremò ſciendũ eſt, Carnis appellatione ſerui formã intelligi, quã accepit Filius Patri æqualis, id eſt, veram hominis naturam, non tamen quatenus corrupta eſt, ſed quatenus res eſt à Deo creata, vt fieret Adam ſecundus è cælo in Spiritum viuificantem. *Quem* collocaret καθίσαι Heb. להשית Vulgata & Eraſmus Sedendi verbo vti maluerunt: ſed mihi quidem videtur verbum actiuum reſpondere verbo השית, quo vtitur ipſe Dauid Pſal.132.b.11.

32 Cuius *rei* οὗ Sic placuit interpretari, quaſi ſcilicet neutro genere ponatur, potius quàm vel ad Chriſtum, vel ad Deum referre: quæ tamen expoſitiones poſſunt etiam conuenire. 33 Dextera τῇ δεξιᾷ Heb. בימין pro virtute ac potentia, vt Pſalmo 44.a.4.

Et promiſſum Spiritum ſanctum accepit τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν Vulgata & Eraſmus, promiſſione Spiritus ſancti acceptà. quem Hebraiſmum expoſuimus Matth 24.b.15, & ſuprà verſu 24. reiecimus autem hoc loco, propter amphiboliam.

35 Ponam ἂν θῶ Hebraiſmus, pro reddam & efficiam, vt declarauimus Matth.22.d.44.

36 Fecerit ἐποίησε Id eſt, conſtituerit, ac in eum gradum euexerit, vt ſi quis dicatur Rex aut potens Imperator factus. Quod igitur Ariani hunc etiam locum proferebant, vt docerent tempus fuiſſe quo Chriſtus non erat, ſi quidem eum fecit Deus: ita eſt non modò impiè, ſed etiam ineptè dictum, vt ne mereri quidem reſponſum videatur. Nam præterquam quòd in tota hac concione Petrus de Chriſto vt homine loquitur, quatenus ſcilicet mortuus ac ſepultus reſurrexit, & in cælos aſcendit, nimirum ſeſe iſtorum ruditati accommodans (qua ratione meritò dici poteſt à Deo factus ex Dauidis carne) illud etiam conſtat, Faciendi verbum hoc loco non referri ad οὐσίαν, ſed ad ποιότητα.

Hunc *inquam* Ieſum τοῦτον τὸν Ἰησοῦν In ſuperiore membro fieri poteſt vt redundet pronomen αὐτὸν, ex idiotiſmo Hebræorum. Ideo expunxit Eraſmus. Sed quum poſt ἐποίησε adſcripta ſit diſtinctio in omnibus codicibus, puto non redundare, & hæc potius per epanalepſin explicanda: cuius exempla annotauimus Ioh.1.c.19, & alibi ſæpe: ſic etiam in altera Petri concione, infrà 10.f.37.

quos Apoſtolos, Quid faciemus, viri fratres?

38 Petrus verò ad illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ veſtrorũ: & accipietis donum Spiritus ſãcti.

39 Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris, & omnibus qui longè ſunt quoſcunque aduocauerit Dominus Deus noſter.

40 Aliis etiam verbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicẽs, Saluamini à generatione iſta praua.

41 Qui ergo receperunt ſermonẽ eius, baptizati ſunt: & appoſitę ſunt in die illa animæ circiter tria millia.

42 Erant autẽ perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & cõmunicatione G fractionis panis, & orationibus.

43 Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & ſigna per Apoſtolos in Ieruſalem fiebãt, & metus erat magnus in vniuerſis.

44 Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia:

45 Poſſeſſiones & ſubſtãtias vẽdebãt, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

46 Quotidie quoque perdurãtes vnanimiter in tẽplo, & frangentes circa domos panem, ſumebãt cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis.

ac reliquos Apoſtolos, Quid faciemus, viri fratres?

38 Petrus autem ait ad eos, Reſipiſcite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus ſancti.

39 Vobis enim *facta eſt* "promiſſio, & liberis veſtris, & omnibus qui longè ſunt, quoſcunque *ſcilicet* aduocauerit Dominus Deus noſter.

40 Aliiſq; ſermonibus plurimis "obteſtabatur, & exhortabatur eos, dicens, "Eripite *vos* à natione iſta praua.

41 Qui ergo libenter acceperunt ſermonem eius, baptizati ſunt: & addita ſunt *Eccleſiæ* die illo "capita quaſi ter mille.

42 Erántque perdurantes in doctrina Apoſtolorum "& communicatione, "& fractione panis, & orationibus.

43 Obortus eſt autem "omnibus timor, multáque prodigia & ſigna per Apoſtolos ædebantur.

44 Omnes autem qui credebant, erant "eodem *loci*, & habebant omnia communia:

45 "Poſſeſſiones ac facultates vendebant, ac diſpertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat.

46 Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac "frangentes "domi panem, "capiebant cibum "cum exultatione "& ſimplicitate cordis.

Pœnitentia.
Baptiſmus.
Remiſſio peccatorum.

Promiſſiones de Chriſto Iudæis & Gentibus.

Doctrina.
Communicatio
Fractio panis.
Oratio.

3000

Vnanimitas.
Panis.

frolich und fri

39 Promiſſio ἐπαγγελία Vel, pollicitatio. Neque enim deſunt qui inter Polliceri & Promittere hoc diſcrimen ſtatuant, quaſi illud de eo quod vltro promittas, iſtud verò de mutua ſtipulatione dicatur. Eſt autem notanda hæc propria ſignificatio ἐπαγγελίας à doctiſſimo Budæo obſeruata, quæ ſcilicet gratuitum Dei promiſſum declarat. Vulgata & Eraſmus repromiſſionem interpretantur, neſcio qua ratione adducti.

40 Obteſtabatur, διεμαρτύρετο, Id eſt, interpoſita Dei authoritate, atque adeò per ipſius Dei nomen monebat, vt præſcribit Timotheo ſuo Paulus 2. Tim. 2. b. 14. Vulg. & Eraſ. teſtificatus eſt, id eſt, palàm ac apertè teſtatus: quæ ſignificatio videtur hoc quidẽ loco nõ ſatis expreſſa. Eripite *vos* σώθητε Heb. השמרו in Niphal reciproca tranſitione, pro quo Vulg. vertit, ſaluemini, barbarè. Eraſ. ſeruemini, magis quidem Latino vocabulo, ſed nõ minus incommodè. 41 Capita ψυχαὶ Heb. נפשות id eſt, animæ, vt Vulgata & Eraſmus ad verbum interpretantur. quod dicendi genus mutauimus, ne cui imperito errorem obiiceret. 42 Et communicatione, καὶ κοινωνίᾳ, Vel, communione. Intelligitur autem hoc vocabulo idipſum quod poſtea explicat, illa ſcilicet facultatum communicatio, & alia mutuæ coniunctionis officia. Sic enim accipitur κοινωνία, pro charitate ſcilicet ac liberalitate, Rom. 15. f. 26, & 2. Corin. 9. d. 13. Heb. 13. c. 16. Pro Sacris verò myſteriis nuſquã legi in Nouo teſtamento abſolutè poſitum hoc nomen. Vetus interpres conuertit, & communicatione fractionis panis, id eſt, καὶ κοινωνίᾳ κλάσεως τοῦ ἄρτου. quod nuſquam inuenio. Et fractione panis, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, Nouum genus dicendi in re noua vſurpandum fuit. Nouum autem appello, Græcorum ac Latinorum auribus inauditũ, priuſquam Chriſti Eccleſiæ accenſerentur. Cæterùm apparet, ex Hebræorũ more, qui Panis appellatione omnem cibum intelligunt, & panibus vtebantur latioribus ac minus ſpiſſis, vt frangerentur potius quàm cultris ſecarentur, factum eſſe vt mutuus conuictus, ipſaque adeò conuiuia, quæ vnà agitare ſolebant, nomine fractionis panis intelligerentur. In illis autem cõuiuiis quæ Agapas vocabant, & quorum fortaſſis fit mentio Iudæ b. 12, ſolitos etiam fuiſſe ſacram Domini Cœnam vſurpare, liquet ex iis quæ ſcribit Paulus 1. Cor. 11, eam conſuetudinem iam tum conatus emendare, quæ multis corruptelis erat deprauata. qua de re agit Tertullianus in Apologetico cap. 39. 43 Omnibus πάσῃ ψυχῇ, Id eſt, πᾶσι. Eſt enim Hebræa ſynecdocheac periphraſis, nequis in Animæ nomine aliquid myſterii ſubeſſe putet. Vulgata & Eraſmus ad verbum, omni animæ. 44 Eodem *loci*, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, Vel, ſimul, vt infrà 3. a. 1. Vulg. pariter. Eraſmus, coniunctim. Ego verò communes Eccleſiæ cœtus ita exiſtimo ſignificari, quia εἶναι ἐπὶ τὸ αὐτὸ pro conſentire nuſquam legi: neque tamen illam animorum conſenſionem tollo, ſed ſtabilio potius. Sunt enim Eccleſiaſtici cœtus communis concordiæ vincula.

45 Poſſeſſiones ac facultates τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις Quanuis vtroque hoc vocabulo in genere declaretur quicquid quiſpiam in bonis habet, puto tamen hoc loco ὑπάρξεις vocari mouentia, quæ vocant, bona: κτήματα verò τὰ χωρία, id eſt, prædia ac poſſeſſiones. Ita enim hoc vocabulũ explicatur infrà 5. a. 1 & 3. 46 Frãgentes panẽ, κλῶντες ἄρτον, Id eſt, veſcentes, vt paulo antè expoſuimus. Quod igitur Græca ſcholia ex hoc loco eliciunt, parcè ac frugaliter vixiſſe, verũ quidẽ eſt, ſed non ſatis ſolido fundamento nititur, quũ hæc formula apud Hebræos etiam in ſolennibus & lautis conuiuiis vſurpetur, vt Gen. 43. g. 25, & f. 34, & alibi ſæpe. Domi κατ᾽ οἶκον Græca ſcholia οἶκον interpretãtur τὸ ἱερόν. i. templũ: quã declarationẽ non admitto. Nã manifeſtè opponuntur ἐν τῷ ἱερῷ & κατ᾽ οἶκον, ſicut etiam infrà 5. g. 42. Vulg. circa domos. i. περὶ τοὺς οἴκους: quæ expoſitio nõ indiget refutatione. Eraſ. per ſingulas domos, quẽ cur nõ ſequerer, his cauſis ſum adductus. Primũ enim ſi ſingulæ domus ſignificarẽtur, potius ſcribendũ erat κατ᾽ οἴκους, vt infrà 8. a. 3, & 20. d. 20. Deinde quũ (vt antè dixi) & ex 1. Cor. 11. capite ac veterũ ſcriptis apparet) iſtis Agapis. i. cõmunibus conuiuiis, Cœnã quoque Domini adiungerent, & iſta panis fractio (vt mihi quidẽ videtur) non poſſit diuerſa cenſeri ab ea cuius paulo antè facta eſt mentio, quin manifeſta vis Lucæ verbis afferatur: ſacrilegium fuiſſet, ſacroſanctum illud epulum, quod vnius corporis eſt ſymbolum, cum cœnis priuatis confundere. Sic autem accipi κατὰ nõ tanquam diſtributiuum, ſed pro ἐν præpoſitione, ita vt κατ᾽ οἶκον nihil aliud declaret quàm ἐν οἴκῳ, cui opponatur ἐν τῷ ἱερῷ, liquidò cõſtat ex aliis plurimis exemplis, vt Rom. 16. a. 5, & 1. Cor. 16. d. 19. Coloſſ. 4. d. 15, ad Philem. a. 2. Quòd ſi quis hìc roget, ecquid in vnam domũ conuenirent: reſpondeo, mihi quidem probabile videri, quandiu id facere licuit, in vnam ſanè domum conueniſſe. quod non modò probabile eſt, ſed etiam prorſus apparet ex iis quæ ſcribuntur infrà 4. e. 23, & f. 31, & 19. b. 9, & 20. b. 7. Item 1. Cor. 11. d. 20. vnde miniſterium illud menſarum, cuius cauſa initio conſtituti fuerũt diaconi infrà capite 6. Poſtea verò quum maior iam eſſet multitudo quàm vt vno in loco cõmodè poſſet conuenire, non dubito quin vt rite & ordine omnia fierent, Eccleſia in varios cœtus fuerit diſtributa, vnde ortum Parœciarum nomen. Capiebãt cibum μετελάμβανον τροφῆς Eraſmus, inuicem capiebant cibum. Ego verò malim dicere, vnà capiebant cibum, ſi quidem libeat præpoſitionem μετὰ ad communem illum victum referre. Cum exultatione ἐν ἀγαλλιάσει Poni ἐν pro σὺν ex Hebræorum idiotiſmo, alibi obſeruauimus. Sed hæc in quibuſdam exemplaribus conſtruuntur cum verbo μετελάμβανον, in aliis verò cum participio αἰνοῦντες. Et ſimplicitate cordis. καὶ ἀφελότητι καρδίας. Simplicitatem cordis vocat quæ à Græcis dicitur etiam ἁπλότης, vnde ἁπλῶς, id eſt ἄνευ κακίας. ſed hæc ſignificatio accommodanda eſt ad id de quo agitur. Itaque his vocabulis declaratur, omnia inter iſtos bona fide geſta fuiſſe initio, nullos fuiſſe μεμψιμοίρους, nullas exquiſitas delitias, quoſuis de ſuo libenter & alacri animo cum fratribus communicaſſe: quod Paulus 2. Corinth. 9. d. 13, vocat ἁπλότητα κοινωνίας: verè denique fuiſſe δαῖτας ἐΐσας, vt loquitur Homerus. Sed ſumma iſta pax & coniunctio ne in his quidem conuiuiis quibus præerant Apoſtoli, integra eſſe potuit, vt apparet ex initio capitis ſexti, & iis quæ commemorat Paulus 1. Corinth. 11. capite. Sic etiam veterum monachorũ cœnobia in ſuperſtitionum & omnium vitiorum luſtra degenerarunt.

Laudantes Deum,&″habentes gratiam apud totum populum. ″Dominus autem addebat quotidie″Eccleſiæ qui ſalui fierent.

Cap. III.

Claudus ſanatur in nomine Chriſti.

POrrò Petrus & Iohannes ″ſimul aſcendebāt in templum,″ſub horam precationis,″*nempe* nonam.

Quidam autem claudus ex aluo matris ſuæ,baiulabatur,quem ponebāt quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa,vt peteret eleemoſynam ab iis qui ingrederentur in templum.

Is quum vidiſſet Petrum ac Iohannē ingreſſuros in templum, rogauit vt eleemoſynam acciperet.

Intentis autem in eum oculis Petrus cum Iohanne, dixit,Aſpice in nos.

Ille igitur″intendebat eis,ſperans ſe aliquid ab eis accepturum.

Argentum. Aurum.

Petrus autem dixit, Argentum & aurum nō eſt mihi: quod autem habeo,hoc tibi do,In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.

Et prehenſa manu eius dextera,erexit *eum*:illico verò″confirmati ſunt″pedes ipſius″ac malleoli.

Et exiliens ſtetit,& ambulauit,ac ingreſſus eſt cum eis in templum,ambulans & ſaliens,ac laudans Deum.

Laus Deo.

Vidítque eum totus populus ambulantem ac laudantē Deum.

Agnouerúntq; eum, quòd eſſet is qui ad *petendam* eleemoſynam ſedebat ad Speciosam portam tēpli: & impleti ſunt pauore & ſtupore ſuper eo quod contigerat ei.

″Quum teneret autem qui ſanatus fuerat claudus Petrum & Iohannem, cucurrit totus populus ad eos in porticum quæ appellatur Salomonis, expauefactus.

Quo viſo Petrus reſpōdit ad populum, Viri Iſraelitæ,quid miramini ſuper hoc? aut quid intentos oculos in nos habetis, quaſi noſtra vi″aut pietate effecerimus vt hic ambularet?

Deus ille Abraham& Iſaac & Iacob,Deus *inquam*″Patrum noſtrorum glorificauit filium ſuū Ieſum, quem vos prodidiſtis & abnegaſtis in conſpectu Pilati,quum ille iudicaſſet eſſe abſoluendum.

47 Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui ſalui fierent quotidie,in idipſum.

Cap. III.

1 PEtrus autem & Iohānes aſcendebant in templum,ad horā orationis nonam.

2 Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ,baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portā templi quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemoſynā ab introeuntibus in templū.

3 Is quum vidiſſet Petrū & Iohannē incipientes introire in tēplum,rogabat vt eleemoſynam acciperet.

4 Intuens autem in eum Petrus cum Iohanne,dixit,Reſpice in nos.

5 At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis.

6 Petrus autem dixit,Argētum & aurum non eſt mihi: quod autē habeo, hoc tibi do, In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.

7 Et apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum,& protinus cōſolidatę ſunt baſes eius & plantæ.

8 Et exiliēs ſtetit, & ambulabat,& intrauit cum illis in templum,ambulās & exiliens,& laudans Deum.

9 Et vidit omnis populus eum ambulantem,& laudantem Deum. B

10 Cognoſcebāt autem illū, quòd ipſe erat qui ad eleemoſynam ſedebat ad Speciosam portam templi:& impleti ſunt ſtupore & ecſtaſi in eo quod contigerat illi.

11 Quū teneret autem Petrum & Iohannem,cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis,ſtupentes.

12 Videns autē Petrus,reſpōdit ad populum,Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini,quaſi noſtra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?

13 Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorū glorificauit Filium ſuum, Ieſumquem vos quidē tradidiſtis & negaſtis ante faciem Pilati,iudicante illo dimitti.

47 Habentes gratiā ἔχοντες χάριν Id eſt,grati & accepti populo.Sic Plin.lib.19.cap.1,Candor æquè in Fauentinis, ſed lanugo nulla:quod apud alios gratiam,apud alios offenſionem habet. Eccleſiæ,ἐκκλησίᾳ, Eraſmus hoc loco vertit,congregationi.In pleriſque autem Veteris editionis codicibus deeſt hoc nomen,quod tamen in omnibus Græcis inuenio.

IN CAPVT III.

1 Simul ἐπὶ τὸ αὐτὸ Hoc in Vetere editione Latina attexitur ſuperiori capiti, & in duobus etiam Græcis codicibus. Sub horā ἐπὶ τὴν ὥραν Sic Thucyd. ἐπὶ τὴν ἕω, ſub auroræ exortum. Vulg. & Eraſ.ad horam. *Nempe* nonā. τὴν ἐννάτην. Niſi hoc addas aut aliquid ſimile, videbuntur horæ minimùm nouem conſtitutæ ad habendas preces,quum potius ſignificetur hora nona fuiſſe precationi conſecrata, nēpe ſacrificio veſpertino.Neque tamen Apoſtoli ad ſacrificium conueniebant,quum ſcirent,verum illum Agnum,qui tollit peccata mundi,ſuo ſacrificio,Legis vmbras deleuiſſe:ſed aderant potius vt hoc ipſum docerent, nempe id eſſe reipſa exhibitū quod cæremoniæ Legis adumbrarant.neque tamen dubito quin ſeſe quoad eius fieri potuit,Legis cæremoniis accommodarint tantiſper dum infirmos ac rudes Chriſto lucrifacerent.Sed quorſum hoc ad illorum errorem confirmandum,qui diabolicis blaſphemiis non dubitant ſe polluere,& nihilominus iſti impietati charitatem proximi prætexunt? 5 Intendebat ἐπεῖχεν Siue,attendebat,animo ſcilicet & oculis. Vide infrà Philipp.2.c.16:quē locum interpretes fœdè corruperunt. 7 Confirmati ſunt ἐστερεώθησαν Vulg.& Eraſ.vti maluerunt Conſolidandi verbo,quod videtur Iuriſconſultis peculiare. Pedes ipſius αὐτοῦ αἱ βάσεις Vulg. baſes conuertit. Eraſ.plantas. Pollux ex Platone πόδας interpretatur. Eſt enim tibia quaſi columnæ inſtar,cui ſubiicitur pes pro baſi. Ac malleoli. καὶ τὰ σφυρά.Vulg.interpretatur plantas,id eſt,πελώματα,imperitè.Eraſ.talos conuertit,id eſt ἀστραγάλους,quū hoc vocabulo declarentur τὰ ἀπολήγοντα πρὸς τῷ ἀστραγάλῳ καὶ ἐκ πλαγίου ἐξέχοντα, id eſt, extrema illa quæ ad talum deſinunt & ad latera extuberant, proceſſus nimirum illi appendicū oſſium quæ tibiam conſtituunt, quos Græci σφυρά, Latini malleolos vocant,quòd mallei ſpeciem quodammodo repræſentent.Nos in vernaculo ſermone pedis cauillas,id eſt clauos,vocamus, quòd in illa vertebra pes vertatur,quæ niſi firma fuerit,gradiri non poſſis.Quidam crura & talos conuertit:& fateor quidem interdum à parte totum ſignificari,ſed tamen non video cur id facere neceſſe fuerit hoc loco. 11 Quum teneret autem qui ſanatus fuerat claudus, κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ, Sic conſtanter legitur in omnibus Græcis codicibus quos inſpeximus, & apud OEcumenium quoque. Veteris autē editionis codices duobus modis hîc ſunt deprauati. Alii enim habent,quum viderent autem,id eſt, ἰδόντες δέ:alii,quum tenerent,κρατοῦντες δὲ, & totum illud τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ prætermittunt. κρατεῖν autem hoc loco non declarat prehendere,ſed ita tenere vt tibi elabi non ſinas.quod arguit,claudum iſtum vel eorum amore à quibus curatus fuerat,vel fortaſſis metu ne ſi eos ex oculis ſemel amiſiſſet, iterum claudus fieret,ab eorum latere nō diſceſſiſſe. 12 Aut pietate ἢ εὐσεβείᾳ In quibuſdā exemplaribus Vulgatæ editionis legitur,aut poteſtate,id eſt,ἢ ἐξουσίᾳ:quæ lectio non diſplicet Eraſmo, ac ne mihi quidem, quanuis nullius codicis Græci authoritate confirmetur. Neque tamen illa inepta eſt: ſic enim colligebat turba,vt Nicodemus Ioh.3.a.2, & Cæcus ille oculatiſſimus Ioh.9.f.31, Peccatores, inquit, Deus non exaudit: ſed ſi quis eſt θεοσεβὴς,id eſt Dei cultor,& voluntati eius eius pareat,hunc audit.quod ne Homerus quidem ignorauit,quum ſuum Achillem induceret dicentem, Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται,μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Matth.27.b.20
marc.15.a.11
luc.23.c.18
iohan.18.g.40

[Vos autem Sanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis. 14

Authorem verò vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis: cuius nos teſtes ſumus. 15

C Et in fide nominis eius, hunc quem vos videtis & noſtis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum eſt, dedit illi integrã ſanitatem iſtam in cõſpectu omnium veſtrum. 16

Et nunc fratres, ſcio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. 17

Deus autem quæ prænuntiauit per os omnium Prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit. 18

Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra: 19

Vt quum venerint tempora refrigerii à conſpectu Domini, & miſerit eum qui prædicatus eſt vobis, Ieſum Chriſtum. 20

Quem oportet quidem cælum recipere vſque in tempora reſtitutionis omnium, de quo loquutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum, à ſeculo, Prophetarum. 21

Deut.18.e.15
infrà 7.e.37

Moyſes quidem dixit, [Quoniã Prophetã ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tãquam me: ipſum audietis iuxta omnia quæcunque loquutus fuerit vobis. 22

D

Erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. 23

Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps qui loquuti ſunt, & annuntiauerunt dies iſtos. 24

Gen.12.a.1
galat.3.b.8

Vos eſtis filii Prophetarum & teſtamenti quod diſpoſuit Deus ad Patres noſtros, dicens ad Abrahã, [Et in 25

14 Vos autem Sanctum illum & iuſtum ″negaſtis, & poſtulaſtis vt homicidam gratificaretur vobis.

15 Authorem verò vitæ trucidaſtis, quẽ Deus excitauit à mortuis: cuius *rei* nos teſtes ſumus.

16 ″Et per fidem in nomen ipſius, hunc quem ſpectatis ac noſtis, confirmauit nomen ipſius: ″fides inquam quæ per ipſum *eſt*, dedit iſti ″integritatem hanc in conſpectu omnium veſtrum.

Teſtes reſurrectionis.
Fides.

17 Sed nunc fratres, ſcio quòd per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes veſtri.

Ignorantes Iudæi.

18 Deus autem quæ prænuntiauerat per os omnium Prophetarũ ſuorum, Chriſtum paſſurum, ita impleuit.

Scripturæ impletæ.

19 Reſipiſcite igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra, ″poſtquã venerint tempora refrigerationis à conſpectu Domini.

Pœnitentiam. sc. p

20 Et miſerit eum ″qui antè prædicatus eſt vobis, Ieſum Chriſtũ.

21 Quem oportet quidem ″cælõ capi vſque ad tempora reſtitutionis omnium, ″quæ ~~*tempora*~~ ″prædixit Deus per os omnium ſanctorum ſuorum à ſeculo, Prophetarum.

[illegible]

22 Moſes etenim ad patres dixit, Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris, ſicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit vobis.

Moyſi de Chriſto Prophetia.

23 Futurum eſt autem vt quiſquis non audierit Prophetam illũ, ″diſperdatur è populo.

Audiendus Chriſtus.

24 Sed & omnes Prophetæ à Samuele & iis qui deinde *ſequuti ſunt*, quotquot loquuti ſunt, etiam ″prænuntiarunt dies iſtos.

25 Vos eſtis ″filii Prophetarũ ac pacti quod pactus eſt Deus erga Patres noſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine tuo benedictio-

16 Et per fidem in nómen ipſius, Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, Miror quid hîc venerit in mentẽ Eraſmo doctiſſimo viro, vt nodum in ſcirpo quæreret. Incertum eſt (inquit) quid referat αὐτοῦ, & quis ſit nominatiuus verbi ἐστερέωσε, & ὄνομα rectus ſit caſus an accuſatiuus. Ego verò nõ video quî vel ambigere poſſit quiſquã quin hæc ſit legitima & naturalis horũ verborũ conſtructio, Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσε τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id eſt, Et nomen ipſius (quem ſcilicet Deus à mortuis excitauit) iſtum quem ſpectatis & noſtis, cõfirmauit per fidem nominis ipſius. id eſt, quia fide amplexus eſt illum à mortuis excitatum, cuius nomen ex nobis audiit. Aliæ autem duæ interpretationes quas Eraſmus affert, nõ video qua tandem ratione poſſint ex Petri verbis elici. Cæterùm vt planior ſit huius loci explicatio, ſciendum eſt ἐπὶ (quæ particula reſpondet literæ Hebræorum ב) idem hîc declarare atque διὰ, nimirum inſtrumentalem cauſam. Deinde πίστιν ὀνόματος paſſiuè dici fidẽ quæ habetur ipſius nomini, vt Marci 11.c.22, & Rom.3.c.22. Poſtremò nomen Chriſti pro Chriſto ipſo poni, ſicut Dei nomen pro Deo: quæ periphraſis minimè eſt otioſa. Ita enim ſignificatur mutua quædam relatio inter Deum & Verbum, cuius prædicatione ſeſe patefacit mundo, vt eam demum fidem eſſe ſciamus quæ eſt ex Verbi auditu. Fides inquam quæ per ipſum *eſt*, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, Vt hic locus commodè poſſit intelligi, conferat lector quæ ſcripta ſunt 1.Pet.1.d.21. Integritatem ὁλοκληρίαν Heb. מתום, vt Eſa.1.a.6. Opponitur autem corpus integrum vitioſo apud Ciceronem lib. de Diuinat.1, & apud Celſum vitioſus ſanguis integro. Sic Virgilius, -vos ô quibus integer æui Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires. Vnde apud Ciceronem 5. de Finibus, integritas corporis pro valetudine dicitur. Vulgata, integram ſanitatem. Irenæi interpres, incolumitatem. Nam Irenæum puto Græcè ſcripſiſſe.

19 Poſtquam venerint ὅπως ἂν ἔλθωσι Hic locus à plurimis interpretibus mirũ eſt quàm variè ſit explicatus. Vetus enim interpres conuertit, vt quum venerint, id eſt ὅπως ὅταν, non ὅπως ὅτε, vt tradidit Eraſmus. Tertullianus, vt veniãt vobis, ὅπως ἔλθωσιν ὑμῖν. Irenæi interpres, & veniant, καὶ ἔλθωσι. Eraſmus anantapodoton eſſe putat, aut ὅπως ἂν poni pro Vtcũque. Atqui ὅπως ἂν nihil aliud declarat quàm ἐπειδὰν, id eſt, poſtquam, quod idoneorũ ſcriptorũ authoritate facilè poteſt cõfirmari. Sic enim Herodotus in Clio, ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα εἰσέβαλε τὴν στρατιήν. Idem Thalia, ἐλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅκως ὕοι. Idem eodem libro, ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια ἀπεθώμαζε. Sophocles Tyranno, ὅπως γὰρ ὀργῇ χρωμένη παρῆλθ' ἔσω. Idem, πύλας δ' ὅπως εἰσῆλθ' ἐπιρρήξασ' ἔσω. Ex quibus exẽplis apparet, ſicut ὅπως & ὡς ſunt ſynonyma, quando coniunctiones ſunt & πλικῶς ponuntur, ſic etiam vtrunque interdum eſſe temporis aduerbium. Idem igitur declarat ὅπως ἂν hoc loco atque ὡς ἂν, 1.Cor.11.g.34. vt non poſſim ſatis mirari, interpretes tam multos, ac præſertim Eraſmum, in hoc loco conuertendo ſic potuiſſe hallucinari. 20 Qui antè prædicatus eſt τὸν προκεκηρυγμένον Veteres omnes Græci codices quos vidimus, ſcriptum habebant προκεχειρισμένον, id eſt, repræſentatum ac velut expromptum, vel deſtinatum ac deſignatũ. Sic enim accipitur verbum προχειρίζεσθαι infrà 22.c.14. & huc pertinet quod ait Paulus, Chriſtum fuiſſe Circunciſionis miniſtrum. 21 Cælo capi τὸν οὐρανὸν δέχεσθαι Id eſt, cõtineri. Nam (vt alibi diximus) apud Hebræos vno verbo poſito ſæpe intelligitur conſequens, vt quũ ἐξελθεῖν pro Venire ponitur, & ſimilia multa quæ ſuis locis annotauimus. Quod autem paſſiuum dicendi genus potius quàm actiuum vſurpauerimus, factum eſt à nobis vt amphibolia omnis vitaretur. Nam operæpretium eſt in Eccleſia Dei extare perſpicuũ hoc teſtimonium, aduerſus iſtos, qui pro eo quòd fide aſcendẽdum eſt nobis in cælos, vt capiti noſtro cõiungamur, Chriſtum iterum è cælo, veluti Iouem quendam Elicium, non modò cenſent, ſed etiam pertinaciſſimè tuentur nobis euocandũ. Quæ *tempora* ὧν Hæc particula neceſſariò cohæret vel cũ χρόνων, vel cum πάντων: cum iſto verò coniungi nõ poteſt, quin videatur exceptionis vim habere: quaſi ſcilicet non ſint reſtituenda omnia, ſed quædam duntaxat quæ prædixit Dominus: quæ ſententia cũ verbo Dei non conſentit. Ergo ad χρόνων referenda eſt: quod vt planius eſſet, antecedens ipſum repetii. Prædixit ἐλάλησεν Vulg. & Eraſ. loquutus eſt: quod dicendi genus non ſatis videtur conuenire Latino ſermoni. Ideo fortaſſis Vetus interpres conuertit, de quo loquutus eſt, id eſt, περὶ οὗ ἐλάλησεν. Legimus tamen in vno exemplari, περὶ ὧν ἐλάλησεν, de quibus loquutus eſt.

23 Diſperdatur ἐξολοθρευθήσεται Id eſt, ex populo expungatur exilio deuotus. Vulgata & Eraſmus vti maluerũt verbo Exterminandi, quod reſpondet τῷ ἐξορίζειν. 24 Prænuntiarunt προκατήγγειλαν Vulgata & Eraſmus, annuntiarunt, κατήγγειλαν.

25 Filii Prophetarũ ac pacti υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης Id eſt, ii eſtis quibus peculiariter deſtinati fuerunt Prophetæ, & quibuſcũ fœdus eſt ſancitum, ex Hebræorum idiotiſmo quẽ ſuprà aliquoties annotauimus. Huc pertinet quod ait Paulus Rom.9.a.4. Sed & propriè accipi poteſt Filiorum nomen, vt dicantur Iudæi poſteritas eſſe Prophetarum, Abrahami ſcilicet, Iſaaci & Iacobi: & filii fœderis, id eſt, ſemen illud Abrahæ in fœdere comprehenſum. Ideo non receſſimus à verbis Lucæ.

~~nem~~ consequentur omnes familiæ terræ.

Pœnitentia. Vobis primùm Deus" suscitatum filium suum Iesum misit, qui benediceret vobis," vnumquenque auert~~ẽdo~~ ab ip~~sius~~ sceleribus. sui 26

Cap. IIII.

Petrus cum Iohanne incarceratur. 1 LOquentibus autem ipsis ad populum, superuenerunt Sacerdotes ac præfecti templo & Sadducæi,

2 Multum laborantes quòd docerent populum, & annuntiarent in nomine Iesu resurrectionem ex mortuis.

3 Et iniecerunt eis manus, posuerúntque eos in custodiam in posterum diem: nam erat iam vespera.

Fides. 4 Multi verò eorum qui audierant sermonem, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinquies mille. 00.

Petrus & Iohãnes confitentur Christum solum esse saluatorem. 5 Factum est autem postero die vt cogerentur principes eorum & Seniores & Scribæ in Ierusalem:

6 Et Annas Pontifex, & Caiaphas, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant ex genere Pontificio.

7 Quum igitur statuissent eos in medio, percontati sunt, Qua virtute, aut" quo nomine fecistis hoc vos?

8 Tunc Petrus repletus Spiritu sancto, dixit ad eos, Principes populi & Seniores Israel,

9 "Quandoquidem" de nobis hodie quæstio habetur" super beneficio in hominem inualidum *collato*," quomodo *scilicet* iste seruatus sit:

10 Notum sit omnibus vobis & toti populo Israel, quòd per nomen Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis," per hoc *inquam* iste astat coram vobis sanus.

Lapis reprobatus. 11 Hic est Lapis ille pro nihilo habitus à vobis ædificantibus, qui factus est caput anguli:

12 Nec est in alio quoquam salus: nec enim" aliud nomen est" sub cælo," quod datũ sit" inter homines, per quod oporteat nos seruari.

13 Visa autem Petri in dicendo libertate ac Iohannis, compertóque quòd homines essent illiterati &" idiotæ, admirabantur, & a- ἐπεγίνωσκον

femine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

26 Vobis primùm Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis, vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

Cap. IIII.

1 LOquentibus autem illis ad populũ, superuenerunt Sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi,

2 Dolentes quòd docerent populum & annuntiarent in Iesu resurrectionẽ ex mortuis:

3 Et iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinũ: erat enim iam vespera.

4 Multi autẽ eorum qui audierãt verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinque millia.

5 Factum est autem in crastinũ vt cõgregarentur principes eorum, & Seniores & Scribæ in Ierusalem:

6 Et Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Iohannes, & Alexãder, & quotquot erãt de genere Sacerdotali.

7 Et statuentes eos in medio, interrogabant, In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? B

8 Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos, Principes populi & Seniores Israel,

9 Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est:

10 Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quẽ Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.

11 ‖Hic est Lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: Psal.117.c.22 esa.28.d.16 matth.21.d.42 marc.12.a.10 luc.20.c.17 rom.9.g.33 1.petr.2.a.7

12 Et non est in alio aliquo salus: nec enim aliud nomẽ est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

13 Videntes autem Petri constantiam & Iohannis, cõperto quòd homines essent sine literis & idiotæ, admirabã- C

26 Suscitatum ἀναστήσας Id est, exortũ & exhibitum mundo, si quidem libeat ad Christi conceptũ referre: vel, suscitatũ, id est, excitatum à mortuis, & in regnum suum euectũ: ad quod tempus Paulus accommodat illud Dauidis, Hodie genui te, infrà 13.e.33. Vnumquenque auertendo ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον Vulg. & Eras. vt vnusquisque se conuertat. Sed illa expositio mihi quidem visa est minus violenta, & magis accommodata ad id de quo agitur. In quibusdam codicibus additur ὑμῶν, id est, vestrum.

IN CAPVT IIII.

7 Quo nomine ἐν ποίῳ ὀνόματι Id est, qua authoritate, vel, cuius mandato. 9 Quandoquidem εἰ Id est, ἐπεὶ, vt rectè interpretãtur Græca scholia. nẽpe sicut apud Hebræos אם ponitur pro כי. Vulg. & Eras. Si, quæ particula interdum etiam est causalis, vt Rom.11.c.24.

De nobis quæstio habetur ἡμεῖς ἀνακρινόμεθα Vulg. diiudicamur: barbarè & obscurè, in ea significatione quæ hîc requiritur. Eras. examinamur: quod verbũ passiuo genere nusquã legi. Est autem ἀνακρίνεσθαι verbũ forense, & in eum dicitur de quo cõstituitur iudicium. Irenæi interpres vertit, redarguimur. Super beneficio in hominẽ inualidũ *collato*, ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, Vulg. prorsus barbarè, in benefacto hominis infirmi. Eras. eo quòd benefecerimus homini infirmo, sensu sic quoque rectè expresso. Quomodo ἐν τίνι Vel, vt Eras. qua ratione. Sic apud Hebræos accipitur במה, vt Psal.119.9, de quo aliquid diximus Matth.5.b.13. 10 Per hoc *inquam* ἐν τούτῳ Per hoc scilicet nomen. Erasmus, per hunc: eodem quidem sensu, sed tamen sine causa discedens à Græcis. Nam τούτῳ videtur necessariò referendum ad ὀνόματι.

12 Aliud nomen ὄνομα ἕτερον Id est, alius, vel alia vis cuiusquã siue authoritas. Ortum est autẽ hoc dicendi genus Hebræis perfamiliare, ex eo quòd in periculis ac votis appellari soleant ii à quibus opẽ ac præsidium expectamus. Sub cælo, ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, Id est, vspiam. neque enim hoc loco Cælũ opponitur terræ, quasi in cælo sint alii præter Christũ deprecatores, in terra verò non item: sed Hebraicus est pleonasmus, de quo alibi diximus: cuius tamen hîc videtur peculiaris quædã esse energia. Ita enim significat Petrus imperii Christi amplitudinẽ: & partim Iudæorũ, qui templo suo addicti erant, partim aliarũ gentium superstitiosos cultus reprehendit. Deest tamen hoc in nonnullis codicibus, & in OEcumenii scholiis. Quod datum sit τὸ δεδομένον Id est, ὃ δέδοται, alioqui videtur prorsus redundare articulus, & sic etiã legimus apud Irenæum. Participium autẽ δεδομένον non accipio translatitiè pro Auditũ (vt placuit Erasmo) sed propria significatione, vt subaudiatur ὑπὸ τοῦ θεοῦ, à Deo. Huc enim pertinet quod scriptũ est Ioh.3.b.16, & Petrũ oportuit, quũ Christũ pro vnico seruatore proponeret, ad Deũ vsque assurgere, ne docere Iudæos videretur expectandã ab homine salutem. Sed tamen Petrus Christi ipsius exemplo, ita sese istorũ ruditati accõmodat, vt illius Diuinitatẽ videatur non aliter asserere quàm ex consequenti. Quum enim dixisset in eo vno positã esse omnium salutem, causam addit, quia Deus per eum vnũ seruat: ex quo rursus consequitur, eundem Christum Deum esse, quũ scriptum sit, Gloriã meam alteri non dabo. Sed in hãc disputationem Petrus non ingreditur, quòd nondum haberet idoneos istis mysteriis auditores. Inter homines, ἐν τοῖς ἀνθρώποις, Heb. באדם id est, hominibus, vt rectè conuertit Vetus interpres, & Irenæus quoque lib.3.cap.12, sicut infrà 7.f.44, ἐν τοῖς πατράσιν nõ aliud declarat quàm πατράσιν. Inter homines (inquit Erasmus) additur ob Mosen cui fidebant Iudæi. At ego non puto Iudæos ita fuisse corruptis iudiciis, vt à Mose salutẽ expectarint. Quòd siquis excipiat, per Mosen intelligi Legem à Mose traditã, respondeo, hanc declarationẽ magis etiam ineptã videri. Neque enim hîc propriè agitur de Christi doctrina, quasi cum Lege aut cum traditionibus Pharisæorũ comparetur, sed de ipsa Christi (vt ita dicã) persona, per quẽ vnum Deus homines seruet. 13 Idiotæ, ἰδιῶται, Hoc Græco epitheto propriè significãtur homines plebeii & viles, quos Græci τοὺς τυχόντας etiam vocant. Iam verò quia eiusmodi homines ferè indocti sunt & rerũ imperiti, idcirco factum est vt idiotæ dicantur qui minimè ingeniosi sunt aut intelligentes: cuius translationis exempla passim apud Ciceronem occurrunt.

tur,& cognoſcebant eos quoniam cũ Ieſu fuerant:

14 Hominem quoque videntes ſtantẽ cum eis,qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15 Iuſſerunt autem eos foras extra cõciliũ ſecedere,& conferebãt adinuicẽ,

16 Dicẽtes,Quid faciemus hominibus iſtis? quoniam quidem notum ſignũ factum eſt per eos:omnibus habitantibus Ieruſalem manifeſtũ eſt,& non poſſumus negare.

17 Sed ne amplius diuulgetur in populum,comminemur eis ne vltrà loquãtur in nomine hoc vlli hominum.

D 18 Et vocantes eos,denuntiauerũt ne omnino loquerẽtur neque docerent in nomine Ieſu.

19 Petrus verò & Iohannes reſpondẽtes dixerũt ad eos,Si iuſtum eſt in cõſpectu Dei vos potius audire quàm Deum,iudicate.

20 Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus,non loqui.

21 At illi cõminantes,dimiſerunt eos, nõ inuenientes quomodo punirent eos,propter populũ,quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.

22 Annorũ enim erat amplius quadraginta homo,in quo factũ fuerat ſignũ iſtud ſanitatis.

E 23 Dimiſſi autem venerunt ad ſuos,& annuntiauerũt eis quãta ad eos principes Sacerdotũ & Seniores dixiſſẽt.

24 Qui quum audiſſent,vnanimiter leuauerunt vocem ad Deũ,& dixerunt, Domine, tu es Deus qui feciſti cælũ & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt:

25 Qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti,‖Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania?

Pſal.2.a.1

26 Aſtiterũt Reges terræ,& principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

27 Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuũ Ieſum,quẽ vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Iſrael,

F 28 Facere quæ manus tua & conſiliũ decreuerunt fieri.

29 Et nunc Domine,reſpice in minas eorum,& da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30 In eo quòd manum tuam extẽdas ad ſanitates, & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti Filii tui Ieſu.

sciebant ὅτι

gnoſcebant eos cum Ieſu fuiſſe:

14 Illum verò conſpicientes ſtantem cum eis, qui ſanatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15 Iuſſis autem ipſis extra conſilium abire,conferebant inter ſeſe,

Inhibetur Petro & Iohanni ne Ieſum prædicent.

16 Dicentes,Quid faciemus hominibus iſtis?nam celebre ſignum æditum eſſe per eos:manifeſtum eſt omnibus habitantibus in Ieroſolymis,nec poſſumus negare.

17 "Sed ne *id* amplus ſerpat in populum,minaciter interminemur eis ne poſthac vlli hominum loquantur in nomine iſto.

18 Itaque vocatis ipſis denuntiarunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Ieſu.

19 Petrus autem & Iohannes reſpondentes dixerunt ad eos,An coram Deo iuſtum ſit vos potius audire quàm Deum,iudicate.

20 Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus,non loqui. Oportet nos testim dare veritati.

21 Illi vero "non inuenientes quomodo punirent eos, additis minis,eos dimiſerunt, propter populum, quia omnes glorificabant Deum ſuper eo quod factum fuerat.

22 Annorum enim erat amplius quadraginta homo ille,in quo æditum fuerat ſignum iſtud ſanationis.

23 Dimiſſi autem *illi* venerunt ad ſuos,& annuntiauerunt quæ ſibi principes Sacerdotum & Seniores dixerant.

24 Iſti vero quum *hæc* audiſſent,concorditer ſuſtulerunt vocem ad Deum, dixeruntque,"Domine, tu es Deus ille qui feciſti cælum ac terram,mare,& omnia quæ in eis ſunt:

Oratio Apoſtolorum.

25 "Qui per os Dauid pueri tui dixiſti,"Quare fremuerunt Gentes & populi meditati ſunt inania?

Locus Pſalmi ſecundi exponitur.

26 Aſtiterunt Reges terræ, & principes coacti ſunt eodem *loci* aduerſus Dominum,& aduerſus Chriſtum eius.

27 Coacti ſunt enim "verè aduerſus ſanctum Filium tuum Ieſum quem vnxeras, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus"& populis Iſrael,

28 "Vt facerent quæcunque "manus tua, & conſilium tuum prius definierat facienda.

Iudæi decreto Dei occiderunt Chriſtum.

29 Nunc igitur Domine,intuere in minas eorum,& da ſeruis tuis vt cum omni libertate loquantur ſermonem tuum,

30 "Manu tua à te extenſa ad ſanandum,*ut* que ſigna & prodigia ædantur per nomen ſancti Filii tui Ieſu.

17 Sed ἀλλὰ Vel,Itaque.Eſt autẽ ſupplendum ſuperioris verſiculi anantapodoton,quaſi dixiſſent iſti, Quũ inficiari non poſſimus quod omnibus eſt perſpectum,iſtos ſcilicet inſigne opus ædidiſſe,nulla ſcilicet occaſio nobis relicta eſt in illos animaduertẽdi.Sed ne amplius,&c.

21 Non inuenientes quomodo μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς Id eſt,μὴ εὑρίσκοντες πῶς. Poſitũ eſt enim nomen μηδὲν aduerbii loco propter ſequentem articulum,quem quidem ſolet Lucas peculiari quodam pleonaſmo vſurpare,vt ſuprà 9.f.46,& 22.a.2 & 4.

24 Domine,tu es Deus ille qui feciſti Δέσποτα,σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας In vno exẽplari ſcriptum inuenimus,Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ποιήσας,Domine Deus ille noſter qui feciſti. 25 Qui per os Dauid pueri tui dixiſti, ὁ διὰ τοῦ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών, Vulg.& Irenæus,Qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti,id eſt,ὁ πνεύματι ἁγίῳ διὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών:quam lectionem reperimus in nonnullis codicibus Græcis,ſed perturbatã, vt mihi quidẽ videatur neſcioquid hoc loco infartũ à Macedonianis aut Eunomianis.

27 Verè ἐπ' ἀληθείας Heb.באמונה.Vetus interpres addit,in ciuitate iſta, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ: quam lectionem reperimus in quinque exemplaribus. Et populis Iſrael, καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, Heb.עמי ישרל. Nam etſi plerunq; ſingulari numero populus Iſrael dicantur Iſraelitæ,tamen interdum quoque pluralis numerus vſurpatur,non modò propter duodecim tribus(quarum ſingulæ veluti populum quendam diſtinctũ conſtituebant,vt precatus eſt Iſaac Iacobo Geneſ.28.a.3,& Deus ipſe eidem dicitur pollicitus Geneſ.48.a.4.)ſed etiam propter ingentem multitudinem:quaſi plures ſimul gentes coiſſent,vt Iud.5.b.14. 28 Vt facerẽt ποιῆσαι Referendum eſt verbum ποιῆσαι non ad conſilia & volũtates Herodis & Pilati,ſed ad ipſorum conſiliorum euentum:habenda denique ratio non operis illorũ qui ſcelerati fuerunt homicidæ & profani veritatis hoſtes, ſed operis Dei,quod illi nihil tale cogitantes peragebant. Hæc autem diſtinctio rectè obſeruata , moderatis omnibus ingeniis ſatiſfaciet,vt Dei conſilium ac decretum(ſic enim loquitur Spiritus ſanctus) à præſcientia nunquam ſeparent, & tamen ſcelerum culpã totam in ſecundis cauſis,diabolo ſcilicet & homine cõſtituant.Sic Deus indurat Pharaonem, ſic Rex Aſſur eſt ſerra quam agitat Dominus,ſic Abſalomo Deus tradit patris vxores,ſic decem tribuum rebellionem Deus ſuum opus vocat,ſic impii à quibus exagitatur Dauid,ſunt Dei manus,ſic Caiaphas dicitur prophetaſſe:ſic denique omnia fiunt vi propoſiti Dei iuxta volũtatis ipſius decretum.Eph.1.b.11. Manus tua, ἡ χείρ σου, Hebr.ידך id eſt,tu pro tua poteſtate tuóque iure.Sic paulo pòſt manum vocat ipſius δύναμιν in ædẽdis ſignis ac prodigiis.Verbum autem προορίζειν Vetus interpres hoc loco interpretatur decernere,quod non videtur ſatis expreſſum,quia negligitur præpoſitio πρὸ:ex qua intelligitur Dei decretum ac propoſitum cæteras omnes cauſas etiam ordine antegredi.

30 Manu tua à te extenſa ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε Vulg.barbarè & obſcurè,In eo quòd manum tuam extendas.Eraſ.rectè & dilucidè expreſſa ſententia,Manum tuam porrigendo.Malui tamen actiuum dicendi genus in paſſiuum mutare, vt interpretando , nullum vocabulum deperiret.

Miracula.
Spiritus ſanctus.

31 Quum autem ipſi oraſſent, commotus eſt locus in quo erant coacti, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquuti ſunt ſermonem Dei cum libertate.

32 Multitudinis autem eorum qui crediderant,″erat cor & anima vna: nec quiſquam aliquid eorum quæ habebat, ſuum eſſe dicebat,ſed erant illis omnia communia.

Reſurrectio.
Egens nullus inter primos Chriſtianos.

33 Et virtute magna ædebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini Ieſu:& gratia magna erat ſuper omnes eos.

34 Nam nemo egens erat inter eos:quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendita fuerant,

Vendere poſſeſſiones.

35 Et deponebant ad pedes Apoſtolorum. diſtribuebatur autem *hoc* ſingulis prout cuique opus erat.

Barnabas.

36 ″Ioſes igitur qui cognominatꝰ eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt,ſi interpreteris,filius conſolationis) Leuites, Cyprius genere,

37 Quum haberet agrum, vendidit eum,& attulit″pecuniam, depoſuítque ad pedes Apoſtolorum.

Cap. V.

Ananias moritur ob mẽdaciũ.

1 VIr autem quidã nomine Ananias, cum Sapphira vxore ſua vendidit poſſeſſionem,

2 Et″interuertit *aliquid* ex pretio,conſcia etiam vxore ſua:allatámque partem aliquam,ad pedes Apoſtolorum depoſuit.

3 Dixit autem Petrus,Anania,cur″impleuit Satanas cor tuum,″vt mẽtireris ĩ Spiritũ ſanctũ, & interuerteres ex pretio″iſtius prædii?

4 Nónne″ſi ſeruaſſes,manebat tibi,& venundatum in tua erat poteſtate? quid *erat* cur induceres in animũ rem iſtam? non es mentitus hominibus,ſed Deo.

Mentiri.

5 Audiẽs autem Ananias hos ſermones, cecidit exanimis. Ortus eſt igitur timor magnus ſuper omnes qui audiebant hæc.

6 Surgentes autem iuuenes corripuerunt eum , elatúmque ſepelierunt.

Vxor Ananiæ moritur propter mendacium.

7 Interceſſit autem fermè horarum trium interuallum,quũ vxor quoque ipſius,neſciens quod factum fuerat,ingreſſa eſt.

8 Dixit autem ei Petrus,Dic mihi,num tanti prædium vendidiſtis? Ipſa verò dixit,Etiam tanti.

31 Et quum oraſſant, motus eſt locus in quo erant cõgregati, & repleti ſũt omnes Spiritu ſancto, & loquebãtur verbum Dei cum fiducia.

32 Multitudinis autem credentiũ erat cor & anima vna:nec quiſquam,eorũ quæ poſſidebat,aliquid ſuum eſſe dicebat,ſed erant illis omnia communia.

33 Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini : & gratia magna erat in omnibus illis. G

34 Neque enim quiſquã egẽs erat inter illos : quotquot enim poſſeſſores agrorũ aut domorũ erant,vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant,

35 Et ponebãt ante pedes Apoſtolorũ. diuidebantur autẽ ſingulis prout cuique opus erat.

36 Ioſeph autẽ qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatũ,filius conſolationis)Leuites,Cyprius genere,

37 Quum haberet agrũ,vendidit eum, & attulit pretiũ, & poſuit ante pedes Apoſtolorum. Cap.V.

1 VIr autem quidam nomine Ananias,cũ Sapphira vxore ſua vẽdidit agrum,

2 Et fraudauit de pretio agri,conſcia vxore ſua: & afferens partem quandam,ad pedes Apoſtolorum poſuit.

3 Dixit autem Petrus,Anania,cur tẽtauit Satanas cor tuũ, mentiri te Spiritui ſãcto,& fraudare de pretio agri?

4 Nónne manens,tibi manebat,& venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? nõ es mentitus hominibus,ſed Deo.

5 Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit.Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt.

6 Surgentes autem iuuenes amouerunt eum,& efferentes ſepelierunt.

7 Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium,& vxor ipſius,neſciẽs quod factum fuerat,introiuit. B

8 Reſpondit autem ei Petrus , Dic mihi,ſi tanti agrum vendidiſtis . At illa dixit,Etiam tanti.

32 Erat ἦν Auguſtinus epiſtola octaua ad Lætum,quam exiſtimat Eraſmus Paulino potius tribuendam, legit,Erat in Deum, id eſt ἦν εἰς θεόν:quam lectionem maximè amplecterer ſi accederet alicuius codicis authoritas. mallem tamen interpretari, in Deo,quàm in Deum, vt ſignificetur Deum eſſe huius coniunctionis vinculum,ſicut monet Apoſtolus Phil.4.a.2,τὸ αὐτὸ φρονεῖν,id eſt,vt idẽ ſentiamus,ſed ἐν Κυρίῳ:quod tamen etiam ſi non addatur hoc loco,per ſe ſatis intelligitur,quum de iis agatur qui crediderant.

36 Ioſes igitur Ἰωσῆς οὖν In vno codice ſcriptum erat Ἰωσήφ,quemadmodum etiam legit Vetus interpres. Cæterùm quod ad Barnabæ cognomentum attinet,qui ſunt Chaldaicæ linguæ periti,deriuant à בר quod eſt Filius,& נפש quod eſt anima,quaſi dicas qui animum reficit.

37 Pecuniam, τὸ χρῆμα, Heb.כסף,quum Græci plurali numero χρήματα dicant. Vulg.& Eraſ.pretium,id eſt τιμὴν,vt infrà 5.a.2.

IN CAPVT V.

2 Interuertit ἐνοσφίσατο Vel,auertit. Significat autem vtrunque hoc verbum callidè quippiam ſurripere,& quaſi efficere ne quippiam ad dominum perueniat,aut ab illius oculis remouere. Græci idem dicunt verbo νοσφίζεσθαι, diuerſa tamen tranſlationis ratione, quia ſcilicet quod furatur quiſpiam,id ſolet ſibi ſeponere ac recondere,vt hoc loco Ananias & Sapphira : quum hoc prædium Domino conſecraſſent , poſtea per ſacrilegium partem pretii ſepoſuerunt,ne in Eccleſiæ conſpectum veniret: quod tamen diſſimulabant , ita vt ad ſacrilegium etiam accederet diffidentia & hypocriſis. Vulg.fraudauit,quod verbum latius patet.Eraſ.ſepoſuit,propriè id quidem,niſi νοσφίζεσθαι tranſlatitia ſignificatione aliquid amplius ſignificaret,pro quo Latini auertere aut interuertere dicunt,ſeponere non item.

3 Impleuit ἐπλήρωσεν Id eſt,prorſus occupauit.Nam omnis abundãtia Hebræis ſignificatur verbo מלא vt Pſal.83.c.17, imple facies eorum ignominia.& Iob.8.d.21,donec cõpleatur riſu os tuum & os tuũ exultatione. Vulg.tẽtauit.Nam pro ἐπλήρωσεν legit ἐπείρασεν. Vt mentireris *in* Spiritũ ſanctũ, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Quia vſus eſt Lucas quarto caſu,non tertio,idcirco poſſit etiam aliquis interpretari,vt falleres,[vel vt ludificareris]Spiritũ ſanctum? Sed tamen quia paulo pòſt vſurpatur tertius caſus,& apud Hebræos reperio iſta interdũ confundi: vnde orta illa dicendi genera,Benedico te,Euangelizo te, quæ Græci theologi ab Hebræis, & ab illis rurſum Latini ſumpſerunt:puto hunc verſiculum explicandum ex eo qui proximè conſequitur,quum præſertim,vtrouis modo explices,eadem maneat ſententia. Cur tamen mallẽ vertere *in* Spiritum ſanctum quàm Spiritui ſancto,hanc cauſam habui quòd in vno codice ſcriptum reperi εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Altera interpretatio quam affert Eraſmus,quaſi ψεύσασθαι accipi poſſit pro ſimulare,mihi non placet. Quanuis enim iſti inſignes eſſent hypocritæ,tamen ex iis quæ ſequuntur,apparet Petrum multo grauioris ſceleris eos accuſare,nempe quòd quum Spiritus ſancti impulſu prædiũ illud totum conſecraſſent Eccleſiæ,poſtea non dubitaſſent partem precii interuertere,& quidem ea ſpe quaſi ſibi non cum Deo,ſed cum hominibus eſſet negotium, qui hoc ſacrilegium non poſſent redarguere.Id enim eſt quod Petrus vocat,Spiritui ſancto,id eſt Deo,mentiri,non hominibus:& paulo pòſt, tentare Spiritum Domini. Iſtius prædii? τοῦ χωρίου; Vel,agri? quod tamen vocabulum eſt ambiguæ ſignificationis.

4 Si ſeruaſſes,manebat tibi, μένον σοὶ ἔμενε, Vulg.ad verbum,manens tibi manebat.quem Hebraiſmum tanquam hoc loco obſcuriorem quũ illuſtrare vellet Eraſmus,cõuertit,nónne prorſus tibi manebat? Atqui τὸ μένον & τὸ πραθὲν puto potius opponi,quæ antitheſis fuit explicãda.

Petrus autem ad eã, Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te.

9 Petrus autem ait ad eam, Quid *eſt* cur conuenerit inter vos″ vt tentaretis Spiritum Domini? ecce, pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium *adſunt*, & efferent te.

Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. intrãtes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum.

10 Illico vero cecidit ad pedes eius exanimata. ingreſſi autẽ iuuenes inuenerunt eam mortuam, & elatam ſepelierunt iuxta virum ſuum.

Et factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.

11 Et ortus eſt timor magnus ſuper totam Eccleſiam, & ſuper omnes qui hæc audiebant.

C Per manus autem Apoſtolorũ fiebant ſigna & prodigia multa in plebe (& erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis.

12 Per manus autem Apoſtolorũ ædebantur ſigna ac prodigia multa in populo(& erant concorditer omnes in porticu Salomonis.

Miracula.

Cæterorum autem nemo audebat ſe cõiungere illis, ſed magnificabat eos populus.

13 Reliquorum autem nemo audebat ipſis agglutinari, ſed″magnificabat eos populus.

Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum.)

14 Magis autem″accreſcebat multitudo credẽtium Domino, virorum ſimul ac mulierum)

Ita vt inpleteas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum.

15 ″Adeo vt in plateas efferrẽt inualidos, & ponerẽt in lectis ac grabatis: vt venientis Petri vel vmbra obumbraret aliquem eorum.

Vmbra Petri.

Concurrebat autem & multitudo vicinarũ ciuitatum Ieruſalem, afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes.

16 Conueniebat autem etiam vulgus vicinarum vrbium in Ieruſalem, adducens inualidos″ac vexatos à ſpiritibus impuris. qui ſanabantur omnes.

D Exurgens autẽ princeps Sacerdotũ & omnes qui cũ illo erãt, quæ eſt hæreſis Sadducæorum, repleti ſunt zelo:

17 Exurgens autem Pontifex, & omnes qui cum illo erant, quæ eſt ″ſecta Sadducæorum, repleti ſunt ″inuidia:

Incarcerantur Apoſtoli.

Et iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.

18 Et iniecerunt manus in Apoſtolos, poſuerúntque eos in cuſtodiam publicam.

Angelus autem Domini per noctẽ aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit,

19 Sed Angelus Domini per noctẽ aperuit fores carceris, eductíſque illis dixit,

Angelus aperit eis ianuas.

Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

20 Abite, & ſtantes loquamini populo in templo omnia ″verba vitæ huius.

Verba vitæ.

Qui quum audiſſent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium & omnes ſeniores filiorum Iſrael: & miſerunt ad carcerẽ vt adducerentur.

21 Illi verò quum *hæc* audiſſent, introierunt ſub diluculum in templum, ac docebant. Aduenïẽs autem Pontifex & qui cum eo *erant*, conuocauerunt concilium & vniuerſum Senatum filiorum Iſrael:″miſerúntque in carcerem *miniſtros*, à quibus illi adducerentur.

Quum autem veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inueniſſent illos: reuerſi nuntiauerunt,

22 Quum autem veniſſent miniſtri, non inuenerunt eos in carcere: *quod* reuerſi nuntiauerunt,

Dicentes, Carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligẽtia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus.

23 Dicentes, Carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes foris ſtantes ante fores: quum aperuiſſemus autem, neminem intus inuenimus.

Vt autem audierunt hos ſermones magiſtratũs templi & principes Sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret.

24 Vt verò audierunt hos ſermones &″Pontifex & præfectus templo, principéſque Sacerdotum, ambigebant de illis quidnam hoc futurum eſſet.

Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Quia ecce viri quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in templo ſtantes, & docentes populum.

25 Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Ecce, viri quos poſueratis in cuſtodiam, ſtant in templo, ac docent populum.

Comprehẽduntur Apoſtoli docentes.

9 Vt tentaretis Spiritum Domini? πειράσαι τὸ πνεῦμα Κυρίου; Notandum eſt diligenter hoc dicendi genus, profanis quidem ſcriptoribus ignotum, ſed dignum de quo ſemper cogitent Filii Dei. Nam quoties mala conſcientia fit aliquid, toties homines in ſeipſos ſententiam ferunt, & quantum in ſe eſt, Deum ad iram ſolicitant, quaſi de induſtria volentes periculum facere ecquid ſit iuſtus & omnipotens.

13 Magnificabat ἐμεγάλυνεν Id eſt, magnis laudibus efferebat. Vide Luc.1.c.46.

14 Accreſcebat, &c. προσετίθεντο, &c. Hic nonnihil à Græcis deflexīmus neceſſariò, vt perſpicuitati ſtuderemus.

15 Adeo vt in plateas ὥστε κατὰ τὰς πλατείας In vno codice legimus, ὥστε καὶ εἰς τὰς πλατείας, Adeò vt etiam in plateas. idque rectius, vt opinor.

16 Ac vexatos ὀχλουμένους Vide Luc.6.c.18. 17 Secta αἵρεσις Non dubium eſt quin hoc vocabulum propriè declaret electionem. inde factum vt pro eo acciperetur quod Latini ſectam vocant, id eſt (vt definit Cicero) pro certa quadam diſciplinæ formula, factione, ſtudio, ratione vitæ: fuitque initio vocabulum hoc μέσον, vt pleraque alia: ſed tandem non niſi in vitio poni cœpit, vnde hæreticus dicitur qui à recepta Eccleſiæ doctrina ita aberrat, vt contempto Dei & Eccleſiæ ipſius iudicio, in ſententia permaneat, & diſcipulis aſcitis, Eccleſiæ concordiã violet.

Inuidia: ζήλου: id eſt, φθόνῳ, vel præpoſtera æmulatione atque adeo zelotypia Legis. Vide Ioh.2.c.17.

20 Verba vitæ huius. τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Verba ſcilicet quibus annuntiatur quæ ſit ad ſalutẽ via, vt Ioh.6.g.68. Sed ſanè præter morem additur pronomen ταύτης, quod ſcilicet quum adiungitur vocabulo Vitæ, non æternam ſed præſentem potius vitam declarat, vt 1.Corinth. 15.c.17. Itaque non deſunt qui hæc explicẽt per hypallagen, quaſi ſcriptum ſit ῥήματα τῆς ζωῆς ταῦτα. hæc verba vitæ: quæ hypallage apud Hebræos interdum reperitur, vt 2.Sam.2.a.4. קשת גבורים חתים id eſt, arcus fortium fractorum, pro קשת גבורים חתה id eſt arcus fortium fractus.

21 Miſerunt *miniſtros* ἀπέστειλαν Vide Matth.2.b.16. 24 Pontifex, ὁ ἀρχιερεὺς, Hoc prætermiſit Vetus interpres. Eraſmus autem vertit Sacerdos ὁ ἱερεὺς, ſicut in plerisque codicibus legitur & in Œcumenio quoque. ſed in Complutenſi editione rectius legitur ὁ ἀρχιερεὺς.

Tunc profectus cum miniſtris, adduxit eos,"non *tamen* per vim: (timebant enim populum ne lapidarentur.) 26

Et adductos eos ſtatuerunt in concilio. Tunc interrogauit eos princeps Sacerdotum, 27

Dicens,"Nónne"etiam atque etiã denũtiauimus vobis ne doceretis in nomine iſto? & ecce,repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis ſuper nos inducere"*effuſum* ſanguinem hominis iſtius. 28

Obedire Deo.

Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli,dixerunt,Obedire oportet Deo"potius quàm hominibus. 29

Deus Patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem interfeciſtis vos ſuſpenſum in ligno. 30

Saluator Chriſt9

Pœnitentia.
Remiſſio peccatorum.
Teſtes.
Spiritus ſanctus.

"Hunc *inquam* Deus dextra ſua euectum *fecit* principẽ ac ſeruatorẽ ad dandam reſipiſcentiam Iſraeli ac remiſſionem peccatorum. 31

Ac nos ſumus ei teſtes horum quæ dicimus:quin & Spiritus ſanctus,quem dedit Deus obedientibus ipſi. 32

At *illi his* auditis"dirumpebantur, & conſultabant vt eos tollerẽt. 33

Gamalielis conſilium.

Surgens autem in conſilio quidam Phariſæus, nomine Gamaliel,Legis doctor,honoratus toti populo,iuſſit vt pauliſper abducerent foras Apoſtolos. 34

Dixítque ad illos, Viri Iſraelitæ attendite vobis ipſis, quod ad iſtos homines *attinet* quid facturi ſitis. 35

Theudas.

"Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, dicens ſe eſſe aliquem,cui adhæſit numerus virorum circiter quadringẽtorum: qui ſublatus eſt,& omnes qui parebant ei,diſſoluti ſunt,& redacti ad nihilum. 36

Iudas Galilæus.

Poſt hunc exortus eſt Iudas ille Galilæus temporibus deſcriptionis,& auertit populum multum poſt ſe: periit & ille, & omnes qui paruerant ei,diſperſi ſunt. 37

26 Tũc abiit magiſtratus cũ miniſtris, & adduxit illos ſine vi: timebant enim populum ne lapidarentur.

27 Et quum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps Sacerdotum,

28 Dicẽs,præcipiẽdo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto: & ecce, repleſtis Ieruſalẽ doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinẽ hominis iſtius.

29 Reſpondens autẽ Petrus & Apoſtoli,dixerunt,Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. F

30 Deus Patrum noſtrorũ ſuſcitauit Ieſum,quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.

31 Hunc Principẽ & Saluatorẽ Deus exaltauit dextera ſua,ad dandã pœnitẽtiã Iſraeli, & remiſſionẽ peccatorũ.

32 Et nos ſumus teſtes horũ verborũ: & Spiritus ſanctus, quẽ dedit Deus omnibus obedientibus ſibi.

33 Hæc quum audiſſent, diſſecabãtur, & cogitabant interficere illos.

34 Surgens autẽ quidã in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, Legis doctor honorabilis vniuerſæ plebi,iuſſit puſillum foras Apoſtolos ſecedere.

35 Dixitque ad illos,Viri Iſraelitæ,attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis.

36 Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens ſe eſſe aliquẽ: cui conſenſit numerus virorũ circiter quadringentorum: qui occiſus eſt, & omnes quicunque credebãt ei,diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. G

37 Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit populum poſt ſe: & ipſe periit, & omnes quotquot cõſenſerũt ei,diſperſi ſunt.

26 Non *tamen* per vim: οὐ μετὰ βίας: Addidimus particulam aduerſatiuam,de cuius eclipſi diximus Matth.2.a.6. alioquin erit in hac oratione manifeſtum anantapodoton,cuius ſimile exemplum extat Rom.8.c.12.

28 Nónne οὐ Id eſt οὐχί. Sic ſæpenumero conuertimus hanc particulam, quòd alioquin interrogatio non ſatis ſentiatur,niſi ex pronuntiatione. Etiam atque etiam denuntiauimus παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν Vulg.ad verbum,præcipiendo præcepimus: quem Hebraiſmum,vt obſcuriorem, Eraſmus illuſtrauit. *Effuſum* ſanguinem τὸ αἷμα Id eſt cædem,vt expoſuimus Matth.27.c.24.

29 Potius quàm μᾶλλον ἢ Vulg.& Eraſ.magis quàm. Atqui in hac ſpecie ne tantillum quidẽ concedendũ eſt hominibus.Vide Ioh.3.c.19.

31 Hunc *inquam* Deus,&c. Τοῦτον ὁ θεὸς,&c. Vetus interpres & Eraſmus ita explicãt hunc locũ,quaſi τοῦτον prorſus cohæreat cum ἀρχηγὸν & σωτῆρα, quum potius hæc ſint accipiẽda perinde ac ſi dictum eſſet ὁ θεὸς ὕψωσε τοῦτον τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ εἰς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα, id eſt ad verbum, Deus dextera ſua hunc extulit in principem ac ſeruatorem. quod vt intelligi commodius poſſet,mutaui verborum collocationem,nulla (vt opinor) ſenſus iniuria:deinde pro ὕψωσε cõuerti euectum conſtituit,quaſi ſcriptum ſit ὑψωθέντα ἐποίησε,ſiue κατέστησε,fretus eiuſdem Petri authoritate qui hanc eandem ſententiam ſic expreſſit ſuprà 2.f.36,ex quo demum loco didici hunc locum ita eſſe explicandum.

33 Dirumpebantur, διεπρίοντο, Vulg.& Eraſm.diſſecabantur:quod verbum nuſquam legi vſurpatum hac ſignificatione.Declarat autem διαπρίεσθαι eorum geſtum qui præ rabie dentibus frendunt ac ſtrident, veluti ſiquis ſerram traheret. quod quum non poſſem altero Latino ſignificare, illud poſui quod Latini in re non diſſimili vſurpant. 36 Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, Cur tempora maluerim interpretari quàm Dies, non tantùm hæc cauſa eſt, quia vſitatum eſt Hebræis, Dies dicere quoduis tempus quo dictum ſit aliquid aut factum: ſed etiam quia puto hiſtoriam non prorſus recentem hoc loco commemorari. Nam aut ego vehementer fallor,aut magnopere hallucinatus eſt Euſebius libro Eccleſiaſt. hiſtoriæ ſecundo, quum ad hunc locum applicaret quæ Ioſephus libro antiquitatum 20.cap.2,de quodam Mago Theuda commemorat.idque ita eſſe non admodum difficile fuerit intelligere. Teſtatur enim Ioſephus hunc Theudam exortum ſimul & extinctum fuiſſe Cuſpio Fado Iudæam adminiſtrante.Atqui hunc Fadũ conſtat Iudææ præfuiſſe,quum poſt Agrippæ mortem iterũ in Prouinciã eſſet redacta,anno ſcilicet Claudii quarto.Supereſt ergo vt vel hæc poſt Agrippæ mortem à Gamaliele dicta ſint,vel de alio Theuda accipiantur.Poſt mortem autẽ Agrippæ hæc geſta non eſſe,declarat totius hiſtoriæ ſeries, quũ infrà demum capite duodecimo,ſub Herodis nomine mors illius horrenda commemoretur,Paulo iam non modò reuerſo ex Arabia,vbi triẽnium prædicarat,ſed etiam Tarſum profecto,& inde à Barnaba Antiochiam deducto,vbi conſtituta iam erat Eccleſia. Ergò,vt paucis abſoluã, quum hæc acciderint lõgè ante Fadum præſidem, ſub quo Theudam illum extitiſſe narrat Ioſephus:imò verò,vt ego quidem exiſtimo,etiam ante Agrippæ regnũ,qui VII annis regnauit,ſub Caligula & Claudio:relinquitur,Theudæ iſtius nondum exorti,nõ potuiſſe mentionem hoc tẽpore fieri à Gamaliele.Deinde quum alterum ſubiiciatur exemplum Iudæ illius qui fuit tempore deſcriptionis,id eſt,vel quum naſceretur Dominus,vel potius decẽnio pòſt,quum ſcilicet Archelao pulſo in exilium, Iudæa primùm redigeretur in prouinciã,qua tandem ratione Gamaliel in tam paucis exemplis temporum ſeriem confunderet? Denique cur Iudam diceret poſt illum Theudam extitiſſe,qui tamẽ tot annis prior fuerit? Nam certè μετὰ τοῦτον,non poteſt accipi pro Præterea, quin violẽta ſit expoſitio:ad quam non eſt neceſſe nos confugere,ſi,quod veriſſimum eſſe ex ſuperioribus rationibus apparet, Theudam hunc Gamalielis à Theuda Ioſephi, vt quadraginta minimum annis antiquiorem, diſtinxerimus. Quòd ſiquid aſſequi poſſum cõiectura,putarim hanc hiſtoriam referri ad ea tẽpora,quibus Iudæam ſcribit Ioſephus lib. Antiquitatum 17.cap.12,innumeris ſeditionibus fuiſſe exagitatam,quas ægrè Varus Sabnio ab obſidione liberato compeſcuerit.Incidunt autem hæc in id tempus quo poſt Herodis Magni mortem veluti interregnum in Iudæa fuit, Archelao Romam profecto, vt ex patris teſtamẽto regnum impetraret:quo tempore Dominus noſter Ieſus Chriſtus in AEgypto exulabat. Se eſſe aliquem, εἶναί τινα ἑαυτόν, In tribus codicibus additur μέγαν,id eſt magnum.quod etiam infrà adiicitur 8.b.9.quanuis addi minimè ſit neceſſe. Nam τὶς in hoc dicendi genere idem declarat atque μέγας,& ab idoneis ſcriptoribus tum Græcis,tum Latinis ita vſurpatur,vt obſeruat doctiſſimus Budæus in Commentariis.

	Et nunc dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur:	38	Et nunc dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite eos: quoniam ſi eſt "ex hominibus cõſilium aut opus hoc, diſſoluetur.	
	Si verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Conſenſerunt autem illi:	39	Sin ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, "*ac neſcio* an etiam cum Deo pugnare comperiamini.	
	Et conuocantes Apoſtolos, cæſis denuntiauerunt ne loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos.	40	Perſuaſi igitur *illi* ab eo, quum aduocaſſent Apoſtolos, cæſis denuntiarunt ne loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos.	
	Et illi quidem ibãt gaudentes à conſpectu concilii, quoniã digni habiti ſũt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati.	41	Ipſi ergo gaudentes profecti ſunt à conſpectu cõcilii, quòd digni habiti eſſent qui pro nomine Ieſu contumelia afficerentur.	Cæſos ſe Apoſtoli gaudent propter Ieſum.
	Omni autẽ die nõ ceſſabant in templo circa domos docẽtes & euangelizantes Chriſtũ Ieſum.	42	Et quotidie in templo & "domi non ceſſabant docere & euangelizare "Ieſum Chriſtum.	
	Cap. VI.		Cap. VI.	
	IN diebus autem illis creſcente numero diſcipulorum, factũ eſt murmur Grecorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.	1	IN diebus autem illis quum multiplicarentur diſcipuli, ortum eſt murmur "Græcorum aduerſus Hebræos, quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ ipſorum.	Diaconi conſtituuntur qui viduis miniſtrẽt, dum Apoſtoli prædicant.
	Conuocãtes autem duodecim multitudinem diſcipulorũ, dixerunt, Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.	2	Itaque duodecim illi, aduocata multitudine diſcipulorum, dixerunt, "Non eſt æquum nos derelicto ſermone Dei, miniſtrare "menſis.	
	Cõſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus.	3	Diſpicite ergo fratres, ex vobis viros ſeptem "idoneo teſtimonio ornatos, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos præficiamus huic negotio.	
	Nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus.	4	Nos verò ĩ oratione & adminiſtratione ſermonis "perdurabim⁹	
Infrà 21.b.8	B Et placuit ſermo coram omni multitudine. & elegerunt Stephanũ virũ plenũ fide & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorũ, & Nicanorẽ, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.	5	Placuit autem hæc oratio coram tota multitudine: itaque elegerunt Stephanum, virum plenum fide ac Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonẽ, & Parmenam, & Nicolaum proſelytum Antiochenſem.	Stephanus.
	Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum: & orantes impoſuerunt eis manus.	6	Quos ſtatuerunt coram Apoſtolis: "qui quum oraſſent, "impoſuerunt eis manus.	Oratio. Impoſitio manuum.
	Et verbum Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.	7	Itaque ſermo Dei creſcebat, ac multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde: multáque turba Sacerdotum auſcultabat "fidei.	Sacerdotes obædiunt fidei.

38 Ex hominibus ἐξ ἀνθρώπων Id eſt, fictum & commentitium: quod apparet ex antitheſi, vt Matth. 21. c. 25. Huc pertinet quod ait Demoſthenes περὶ στεφ. σαθρόν ἐστι φύσει πᾶν ὅ,τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον.

39 *Ac neſcio* an etiam cum Deo pugnare cõperiamini. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Vulg. ne fortè. Eraſ. ne quando. Ego verò non video qua ratione hæc poſſint cum præcedentibus ſatis commodè connecti. Puto igitur præciſum eſſe dicendi genus. quomodo ſæpe vſurpari hanc particulam obſeruauimus ex doctiſſimo Budæo, Matth. 25. a. 9. 42 Domi κατ' οἶκον Vulg. circa domos. Eraſ. per ſingulas domos, κατ' οἴκους, de quo diximus ſuprà 2. g. 46. Noſtram interpretationem confirmat etiam Irenæi interpres, qui κατ' οἶκον conuertit, in domo. Loquitur ergo de ea domo in qua ſolebat Eccleſia Agapas agitare. quanquam ſiquis vrgeat, vnam duntaxat domum non fuiſſe, non repugnem. Simpliciter enim κατ' οἶκον & ἐν τῷ ἱερῷ opponuntur, vt ſignificetur, Apoſtolos tum publicè audientibus etiam ac ſpectantibus incredulis Iudæis, tum etiam priuatim in fidelium conuentu docuiſſe. Ieſum Chriſtum. Ἰησοῦν τὸν χριστόν. Apud Irenæum, lib. 3. cap. 12. additur Filium Dei, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ.

IN CAPVT VI.

1 Græcorum τῶν Ἑλληνιστῶν Id eſt, eorũ qui ex peregrinis Iudæis crediderant, qualis erat Nicolaus Proſelytus Antiochenus. Paganos enim ſeu Gentiles Græcos quomodo admiſiſſent qui multo pòſt tempore tam difficiles ſe præbuerunt illis ad Euãgelii conſortium admittendis? Deinde id etiam oſtendit antitheſis, quum Hebræos iſtis opponit, Hebraicè ſcilicet loquentes, iis qui Græco id eſt patrio idiomate vtebantur: alioquin apud Paulum Græcorum appellatione intelliguntur quicunque non erant circunciſi.

2 Non eſt æquum οὐκ ἀρεστόν ἐστιν Eraſmus ad verbum, Placitum. Sed hoc loco (vt ipſe quoque rectè obſeruauit) non narrant Apoſtoli quid ſibi placeat, aut non placeat: imò potius hoc negant eiuſmodi eſſe vt placere debeat. Itaq; Vetus interpres, quem ſequi maluimus, ſatis commodè videtur ſententiam expreſſiſſe. Menſis. ταῖς τραπέζαις. Id eſt cõuiuis, aut in conuiuiis, de quibus ſcilicet diximus ſuprà 2. g. 46. quanquã (vt ego quidem exiſtimo) συνεκδοχικῶς cætera etiam munera intelliguntur, quæ cum iſto erant coniuncta, atque adeò illa etiam quæ ad pauperum curam & Eccleſiaſticæ pecuniæ diſtributionem pertinẽt: ita tamen vt omnia rite & ordine fierent, & Diaconi Preſbyterio ſubeſſent: idq; ita fuiſſe vſurpatum antequàm omnis Eccleſiaſticus ordo prorſus euerteretur, liquet ex veterum Canonum decretis, atque adeò ex ipſis etiam Gregorii epiſtolis. 3 Idoneo teſtimonio ornatos, μαρτυρουμένους, Vulg. boni teſtimonii. quod actiuè etiam accipi poteſt. Eraſm. ſpectatæ probitatis. quorum verborum ſignificatio nimium eſt, vt ita dicam, anguſta. Quod autem Græci vno verbo declarãt, id neceſſariò expoſuimus pluribus verbis, Ciceronem ſequuti, qui mihi quidem videtur id voluiſſe explicare in oratione De aruſp. reſponſis, vbi de Deiotaro loquens, Teſtimoniis, inquit, clariſſimorum imperatorum ornatus Deiotarus.

4 Perdurabimus. προσκαρτερήσομεν. Vulg. inſtantes erimus. Eraſ. incumbemus. Vide Marc. 3. b. 9.

6 Qui quum oraſſent, καὶ προσευξάμενοι, Vulg. & Eraſ. & quum oraſſent. Connectit autem particula καὶ diuerſas perſonas. quod quum in Latino ſermone ſit obſcurius, maluimus vſurpare prouocabulum: qua de re diximus Marc. 1. a. 10. Simile dicendi genus reperio apud Plutarchũ in Dialogo πότερα τῶν ζῴων φρον. vbi de Pica ſic loquitur κουρεύς τις θαυμαστόν τι χρῆμα πολυφώνου καὶ πολυφθόγγου κίττης ἔτρεφε, καὶ ἀνθρώπου ῥήματα καὶ θηρείους φθόγγους ἀνταπεδίδου. quod quidem fuit obſeruandum, vt ſciamus penes Eccleſiam fuiſſe ſuffragia: ita tamen vt Apoſtoli authores fierent.

Impoſuerunt eis manus. ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Hæc formula dicendi, ſicut & ritus ipſe qui per eam ſignificatur, ab Hebræis fluxit, qui hac cæremonia ſolebant vti partim in publicis ac ſolennibus victimarum conſecrationibus, vt apparet ex Leuitico: partim etiam in precibus ac benedictionibus priuatis, vt liquet ex Geneſ. 48. c. 14. quem ritum deinde ſeruauit Eccleſia Chriſtiana tam in miniſtris conſtituendis, vt ex hoc loco & 1. Tim. 5. d. 22, & aliis multis conſtat, tum etiã in cõferendis Spiritus ſancti donis, vt infrà 8. c. 16. & fauſtis precationibus, vt Matth. 19. b. 13. Sed nulla hîc chriſmatis, raſuræ, crucis, lineæ veſtis, cæreorum, & huiuſmodi portentorum mentio.

7 Fidei. τῇ πίστει. Id eſt, doctrinæ Euangelicæ, quæ metonymicè dicitur Fides, quia nihil eſt aliud quàm potentia Dei ad ſalutem omnium credentium. ὑπακούειν autem pro πείθειν ponitur, vt annotauimus Matth. 8. d. 27. Eſt ergo notanda mutua relatio inter miniſtrum, verbum Dei, ac fidem, vt falſos miniſtros à veris, & fidem ab opinione diſtinguamus.

8 Stephanus verò plenus″fide ac″potentia, ædebat prodigia & ſigna magna″in populo.

9 Exorti ſunt autem quidam″è ſynagoga quæ dicitur″Libertinorum, & Cyrenæorum, & Alexandrinorum, & eorum qui ſunt ex Cilicia & Aſia, altercantes cum Stephano:

Stephani ſapientia & Spiritus.

10 Nec valebāt reſiſtere″ſapiētiæ″& Spiritui″per quē loquebatur.

11 Tunc ſubiecerunt quoſdam, qui dicerent″ſe audiuiſſe eum loquentem verba blaſphema in Moſem ac Deum.

Falſi teſtes contra Stephanum.

12 Commouerúntque plebem & Seniores & Scribas: atque″ingruentes correptum eum adduxerunt in concilium:

13 Statuerúntque falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema aduerſus locum ſanctum hunc, & Legem.

14 Audiuimus enim eum dicētem quòd Ieſus Nazarenus iſte demolietur locū hunc, & mutabit ritus quos tradidit nobis Moſes.

Facies Stephani.

15 Tunc intentis in eum oculis, omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius quaſi faciem Angeli.

Cap. VII.

Cōcio & reſponſio Stephani aduerſus falſos teſtes.

1 DIxit autem princeps Sacerdotum, Num hæc ita habent?

2 Ipſe verò dixit, Viri fratres & patres, audite: Deus ille gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ quum eſſet″in Meſopotamia, prius quàm habitaret in Charran.

3 Et dixit ad eum, Exi è terra tua & è cognatione tua, & adeſdum in terram quancunque indicaro tibi.

4 Tunc exiit è terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et illinc, poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit eum in terram hanc in qua nunc vos habitatis.

C

8 Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo.

9 Surrexerunt autem quidā de ſynagoga quæ appellatur Libertinorū, & Cyrenenſium, & Alexādrinorū, & eorum qui erant à Cilicia & Aſia, diſputātes cum Stephano:

10 Et non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur.

11 Tunc ſummiſerunt viros qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen & Deum.

D

12 Commouerunt itaque plebē, & Seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eū, & adduxerūt in conciliū:

13 Et ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte nō ceſſat loqui verba aduerſus locum ſanctum & Legem.

14 Audiuimus enim eum dicētem, quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyſes.

15 Et intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

Cap. VII.

1 DIxit autem princeps Sacerdotū, Si hæc ita ſe habent?

2 Qui ait, Viri fratres & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ quū eſſet in Meſopotamia, prius quàm moraretur in Charran.

Gene.12.a.1

3 Et dixit ad illum, ‖Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monſtrauero tibi.

4 Tunc exiit de terra Chaldæorū, & habitauit in Charrā. Et inde poſtquā mortuus eſt pater eius, tranſtulit illū in terram iſtam in qua nunc vos habitatis.

8 Fide πίστεως Hic aliter accipitur Fides quàm in ſuperiore verſiculo, nimirum pro eo animi aſſenſu quo oblatam in Chriſto iuſtitiā amplectimur. Sed in quatuor codicibus ſcriptum inuenimus πλήρης χάριτος plenus gratia: quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. Potentia δυνάμεως Id eſt, eximiis & excellentibus illis donis Spiritus ſancti, quæ δυνάμεως, id eſt potentiæ, nomine intelliguntur ab effectis, ſiue quòd virtutis illius ac poteſtatis cæleſtis teſtimonia ſint. In populo. ἐν τῷ λαῷ. Id eſt, δημοσίᾳ, palàm ſcilicet, quia ex ipſo populo multos ſanabat. Reperimus autem in duobus codicibus additum, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, per nomen Domini Ieſu Chriſti.

9 E ſynagoga ἐκ τῆς συναγωγῆς Id eſt, ex collegio. Nam certè oportuit tam amplam ciuitatem, ad quam etiam vndique Iudæi, tanquam ad communem academiam, ſuos erudiendos mitterent, in varia collegia diſtribui: quæ quidem apparet ex hoc loco, pro nationum varietate diſtincta, quemadmodum hodie etiamnum Lutetiæ multa collegia à variis gentibus cognominantur, quibus etiam peculiariter ac propriè ſunt conſtituta. Libertinorum, Λιβερτίνων, Ridiculum eſt profectò quod à quibuſdam eſt annotatū, Libertinos ſcilicet iſtos Romanos fuiſſe, quia Latinum eſt vocabulum, & à Liuia Auguſti coniunge ſic cognominatos. Alii alias cauſas afferunt, quarum nulla mihi quidē adhuc probari potuit. Neque enim video qua ratione Lucas iſtos appellet ex conditione, cæteros verò ex gēte ac patria. Itaque quo propius hunc locum inſpicio, eo magis confirmor in ea opinione, vt exiſtimem fuiſſe à librariis deprauatum, & pro λιβερτίνων reponēdum eſſe λιβιστίνων. Iidem ſunt autem Libiſtini qui & Libyes & Libyci, vt diſertè teſtatur Stephanus, ex Libya ſcilicet oriundi: quæ quū inter Cyrenaicam & Ægyptū media ſit interiecta, meritò ſcilicet coniunguntur cum Cyrenaicis & Alexandrinis, ſicuti rurſus Cilices cum Aſiaticis. Occaſionē autem errori præbere potuit partim ſumma nominis affinitas inter Libiſtinos & Libertinos, partim etiam quòd iſti multo frequētius Libyes, quàm Libiſtini dicātur, vt imperitus aliquis facilè ſuſpicari potuerit locum eſſe deprauatum, quem ipſe tamen deprauarit. Sed quid ſi potius hæc mea coniectura quod rectè ſcriptum eſt, peruerteret? nam certè mirus eſt omnium codicum conſenſus. Quamobrem ne apicem quidem mutare volui: tātum placuit, lectori quod ſuſpicarer, bona fide proponere, vt aliquid conſtituant iſtarum rerum peritiores.

10 Sapientiæ τῇ σοφίᾳ In vno exemplari additum erat τῇ οὔσῃ ἐν αὐτῷ, quæ in ipſo erat. Et Spiritui καὶ τῷ πνεύματι Rurſus in eodem exēplari additur τῷ ἁγίῳ Sancto. Per quem lòquebatur. ᾧ ἐλάλει. Vulg. qui loquebatur, id eſt ὃ ἐλάλει: quæ lectio prorſus conuenit cum eo quod ſcriptum eſt Marc.13.b.11: ſed nullius (quod ſciam) exēplaris authoritate cōfirmatur. Nam quod exiſtimat Eraſmus ᾧ poſitū eſſe pro ὃ propter datiuum πνεύματι præcedentem, non facilè conceſſerim, quia huius enallages nullum vnquam exemplum memini legere in conſtructione intranſitiua. Sed hoc maioris eſt momenti, quòd in vno vetuſto codice reperimus poſt ἐλάλει omnia hæc adſcripta, διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας. μὴ δυνάμενοι οὖν ἀντοφθαλμεῖν τῇ ἀληθείᾳ, τότε ὑπέβαλον, &c. Id eſt, quòd ipſi ab eo coarguerentur omni cum libertate. Itaque quum non poſſent obniti veritati, tunc ſubiecerunt quoſdam, &c. Eſt autem ἀντοφθαλμεῖν verbum elegās, quod de iis dicitur, qui aperta vi reſiſtunt, & obuerſis vultibus manum conſerunt. Sic vſurpatur à Polybio lib. hiſtoriarum 4, vbi de Meſſeniis agit, & ab hoc noſtro Luca dicitur de naui, quæ obuerſa vento prora rectum curſum tenet, infrà 27.c.15.

11 Se audiuiſſe, ὅτι ἀκηκόαμεν Cur interdum (quod tamē rarò fecimus) formā orationis rectā obliqua interpretemur, diximus Ioh.1.b.16.

12 Ingruentes ἐπιστάντες Vel, adorti. Plus enim eſt hoc loco ἐφιστάναι quàm Superuenire, vt etiam infrà 17.a.5. Vulg. concurrentes, id eſt συνδραμόντες. Eraſ. inuadentes, id eſt ἐπερχόμενοι.

IN CAPVT VII.

2 In Meſopotamia, ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, Conſentiunt omnes codices. Itaque quum paulo poſt dicat Abraham è Chaldæa egreſſum, omnino neceſſe eſt vt Meſopotamiam Stephanus vocet non eam modò regionem quæ duobus amnibus Euphrate & Tigri includitur, ſed etiam Babyloniam, cuius pars eſt Chaldæa, ſicut etiam Plinius lib.6.cap.27, Babylona tribuit Meſopotamiæ, vt vir ille fœlicis memoriæ Ioachimus Vadianus obſeruauit, diligens planè ac eruditus harum rerum obſeruator. Quòd autem videtur Stephanus à Moſe diſſentire, quum Geneſ.12.a.1, iſta perinde videantur narrari acſi dicta eſſent Abrahamo poſt patris mortem, quum iam ex Charran eſſet profecturus: id, inquam, ortum eſt ex interpretis negligentia, qui initio illius capitis duodecimi conuertere debuit per pluſquamperfectum, Dixerat autem, &c. Idque ita fuiſſe faciendum, vel illud ſatis declarat, quòd iubetur ex terra ſua & cognatione ſua exire. ex quo liquidò apparet, hæc pertinere ad id tempus quo primùm ex patria migrauit. quod illi non videntur ſatis conſideraſſe qui vt hunc nodum ſoluerent, duplicem fecerunt Abrahæ vocationem, quarum vnam à Moſe prætermiſſam recenſeat Stephanus. Atqui ſi hæc Stephanus non accepit à Moſe, à quo tandem accepit? deinde quis non videt, Stephanum, ſi quædam à Moſe diſcrepantia narraſſet, maximam calumniandi occaſionem fuiſſe aduerſariis præbiturum?

Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis: & repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini eius poſt ipſum, quum non haberet filium.

5 Et non dedit ei poſſeſſionẽ in ea, ″ne veſtigium quidem pedis: ″quanuis promiſiſſet ſe daturum″ei eam obtinendam, & ſemini eius poſt ipſum, quum non haberet prolem.

Gen.15.c.13, & d.16

Loquutus eſt autem Deus, ‖quia erit ſemen eius accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis.

6 Loquutus autem eſt″ita Deus, Erit, *inquit*, ſemen″tuum inquilinũ in terra aliena, ″vbi ſeruituti ſubiicietur, & malis premetur″annis quadringentis.

Et gẽtẽ cui ſeruierint, iudicabo ego, dixit Deus: & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto.

7 Sed gentem cui ſeruierint, puniam ego, dicit Deus: & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto.

Gene.17.b.9
Gen.21.a.2
Gene.25.c.24
Gene.29.d.35, & 30.a.5, & 35.d.23

‖Et dedit illi teſtamentum circunciſionis:‖ & ſic genuit Iſaac, & circuncidit eum die octauo: & ‖Iſaac, Iacob, & ‖Iacob, duodecim Patriarchas.

8 Dedítque ei pactum circũciſionis:″& ita *Abraham* genuit Iſaac, & circuncidit eum in die octauo: Iſaac autem *genuit* Iacob, & Iacob duodecim Patriarchas.

Circuncisio.

Gene.37.f.28

B

Et Patriarchæ æmulantes, ‖Ioſeph vendiderũt in AEgyptum: & erat Deus cum eo.

9 Patriarchæ verò inuidia moti, Ioſephum vendiderunt *abducendũ* in AEgyptum: ſed″erat Deus cum eo:

Ioſeph.

Gene.41.c.37

Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius,‖ & dedit ei gratiam & ſapientiã in cõſpectu Pharaonis regis AEgypti, & conſtituit eum præpoſitum ſuper AEgyptum, & ſuper omnem domum ſuam,

10 Et exemit eum ex omnibus ipſius oppreſſionibus, dedítque ei gratiam & ſapientiam coram Pharaone Rege AEgypti, qui conſtituit eum præfectũ ſuper AEgyptum, & *ſuper* totã domũ ſuam.

Venit autẽ fames in vniuerſã AEgyptũ & Chanaã, & tribulatio magna: & nõ inueniebãt cibos Patres noſtri.

11 Venit autem fames in vniuerſam terram AEgypti & Chanaã, & oppreſſio magna: nec inueniebant cibos Patres noſtri.

Gene.42.a.1

‖Quum audiſſet autẽ Iacob eſſe frumentum in AEgypto, miſit Patres noſtros primúm.

12 Quum audiſſet autem Iacob eſſe frumenta in AEgypto, miſit Patres noſtros primúm.

Gene.45.a.4

‖Et in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & manifeſtatum eſt Pharaoni genus eius.

13 Et in ſecunda *profectione* agnitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & innotuit Pharaoni genus Ioſeph.

Mittens autem Ioſeph, accerſiuit Iacob patrẽ ſuũ, & omnẽ cognationẽ in animabus ſeptuagintaquinque.

14 ″Miſſis autem *nuntiis* Ioſeph accerſiuit patrem ſuum Iacob, omnémque cognationem ſuam, capitum″ſeptuagintaquinque.

5 Ne veſtigium quidem pedis: οὐδὲ βῆμα ποδός: Id eſt, ne tãtillum quidem, vt in ſolo ſuo poſſet pedem figere. Sic enim prouerbiali quadã figura loquuntur Hebræi, מדרך כף־רגל vt Deut.2.a.5. Quãuis promiſiſſet καὶ ἐπηγγείλατο Vulg. & Eraſ. & repromiſit. Irenæi interpres, ſed promiſit: rectius profectò quàm illi. Sed ipſa tamen ſeries oſtendit καὶ pro καίπερ commodius accipi poſſe, vt Matth.5.c.19, & 15.a.5. Item Luc.18.b.7. ſicut apud Hebræos וי״ו accipitur pro אף על פי ש, vt Eccleſiaſt.9.d.16 Diximus autem alibi de verbo ἐπαγγέλλεσθαι. Ei αὐτῷ Cohæret hoc pronomen cum verbo δοῦναι, vt apparet ex eo quod ſequitur. Itaque in vno codice ſic ſcriptum legimus, καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτῷ, καὶ τῷ σπέρματι. quam lectionem ſynceram eſſe puto. 6 Ita οὕτως In nonnullis codicibus Veteris editionis pro ita legitur ei, id eſt αὐτῷ, vt in vno etiam exemplari Græco ſcriptum legimus: in aliis verò expungitur. Tuum αὐτοῦ Sæpe iam annotauimus frequentes eſſe apud Hebræos iſtas perſonarum mutationes, ac præſertim Luc 19.b.9, vbi ſimilem prorſus enallagen obſeruauimus. Omnino enim præſtat recta loquutione iſtum verſiculum explicare, vt cum proximo cohæreat. Sed & in vno codice pro αὐτοῦ disertè ſcriptum legimus σοῦ. Vbi ſeruituti ſubiicietur, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, Quia poſt καὶ ſubaudiendum eſt ἐκεῖ ex Hebræorum idiotiſmo, qui (vt ſæpe iam diximus) relatiui loco vtuntur coniunctione copulatiua, vnà cum demonſtratiuo aut relatiuo pronomine, eóque vel expreſſo, vel ſubaudito: ideò perinde hoc conuerti ac ſi ſcriptum eſſet ὅπου. Deinde relatiuum αὐτὸ ſiue αὐτούς, vt legit Vetus interpres, & quidam codices habent, tanquam in Latino ſermone redundans expunxi. Poſtremò δουλώσουσι & κακώσουσιν paſſiuè ſum interpretatus, vt perſonæ mutationem vitarem. Annis quadringentis. ἔτη τετρακόσια. Eraſmus teſtatur quandam editionem peruetuſtam legere cccc x x x, adſtipulatore etiam Rabano, neque ſuum hîc iudicium interponit. Illud quidem certum eſt, Geneſ.15.c.13, vnde hæc petita ſunt, non plures annos numerari quadringentis: vt nemo dubitare iure poſſit quin hæc ſit germana lectio. Nam cccc x x x anni, quorum fit mentio Exod.12.f.41, & Gal.3.c.17, ab initio peregrinationis Abrahami numerãtur, ſicut quadringentis iſtis ab initio exorti ſeminis Abrahami, id eſt à nato Iſaaco, neceſſe eſt auſpicari: vt apertè demõſtrant Chronographi, ac præſertim Funccius, omnium qui in hoc argumento ſunt verſati, vt mihi quidem videtur, longè diligentiſſimus: à quo tamen in eo diſſentio, quòd peregrinationem Abrahami ab eo tempore inchoat, quo profectus eſt ex Charran. quam ego potius auſpicer ab eo tempore quo vnà cum Patre ex Vr Chaldæorũ venit in Charran: vnde, quinquennium illic moratus, amiſſo Patre ad Chananæos peruenit. Puto enim veram eſſe Iudæorum ſupputationem quæ Iſraelis peregrinationi in AEgypto, annos tribuit ducentos decem duntaxat: qua de re alius fortaſſe dabitur dicendi locus. 8 Et ita καὶ οὕτως Eraſ. atque hîc, καὶ οὕτως. Ego verò potius Vulgatam editionem ſequor, quia in vetuſtis & emendatiſſimis quibuſque codicibus legimus καὶ οὕτως. Ponitur autem interdum hæc particula tanquam παρέλκον, vt orationis ſeriem connectat, ſicut annotauimus Iohan.4.a.6. 9 Erat Deus cum eo: ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ: Hebræum eſt etiam hoc genus dicendi, quo peculiaris quidam Dei fauor erga aliquos declaratur. Videtur enim quodammodo ab iis abeſſe, quos iuuare non ſuſtinet: contrà verò, præſens illis quos ex maximis quibuſque periculis eripit. 14 Miſſis *nuntiis* ἀποστείλας Vide Matth 2.c.16. Septuaginta quinq;. ἑβδομήκοντα πέντε. Sic legitur in omnibus codicibus quos inſpeximus, & iampridem ita ſcriptũ fuiſſe, apparet ex Hieronymo & Auguſtino, qui multùm laborarunt vt hunc locum conciliarent cum eo quod ſcriptum eſt Geneſ.46.c.27, vbi in Hebræa veritate L x x capita duntaxat numerantur, conſentiente etiam Ioſepho, libro Antiquitatum 2.cap.4. Hoc quidem certum eſt, in eiuſmodi controuerſiis ad fontes eſſe recurrendum, vnde reliquæ tranſlationes ſunt deriuatæ. Itaque ingenuè profiteor, editionem Græcam eo loco mihi videri deprauatam, quod minimè mirum eſt accidiſſe in tanta Hebraicæ linguæ imperitia: de iis loquor qui Græcos codices verſarunt in manibus. Nam hunc errorem ſanè malim exiſtimare ab iſtis ortum, quàm ab ipſis Græcis interpretibus: quos vix mihi quiſquam perſuaſerit tam negligentes eſſe potuiſſe, vt eorum qui apud Moſen recenſentur, ſaltẽ nomina non numerarent. Sed magis eſt eorum audacia reprehendenda, qui quum viderent, numerum eorum qui ſigillatim illic recenſentur, collectæ ſummæ non reſpondere: auſi ſunt addere Ioſephi nepotes & abnepotes, vt ſummam explerent. qua quidem ratione nõ rectè putauit Auguſtinus, poſſe ſeptuaginta quinque capita numerari. Cur enim Ioſephi nepotes & abnepotes potius adiiciãtur, quàm aliorum Patriarcharum? quia fortaſſis dicat aliquis, ſolus Ioſephus iſtos ſuſtulerat, quum Iacob in AEgyptum deſcenderet. Imò verò conſtat ex cap. Geneſ.41.f.46, Ioſephum, quũ x x x annos ageret, fuiſſe præfectũ AEgypto, quibus ſi ſeptem illos annos fertiles & duos ſteriles addas, omnino triginta nouem annos efficies, quot natum eſſe oportuit Ioſephum, quum Iacob in Ægyptum veniret, anno ſcilicet ſterilitatis tertio ineunte, ſicut apparet Geneſ.45.a.6, vt ne nepotes quidem eo tempore vllos habuerit, vt qui anno ad ſummum triceſimo vxorem duxiſſet, Geneſ.41.f.45. Ergo, vt ad rem redeam, corruptè legitur hic numerus in Græcis codicibus: & qui Ioſephi nepotes & abnepotes auſi ſunt adiicere, vt ſummam explerent, errorem auxerunt: niſi potius fortaſſis, quum ad marginem eſſent iſti Ioſephi nepotes & abnepotes quinque ab aliquo annotati, ac poſtea per librariorum incuriam in contextum irrepſiſſent (quod infinitis penè locis factum eſſe comperiet quiſquis Hebræa cum Græcis comparabit) tandem repertus ſit qui quum videret ſummam non conuenire, nec Hebraicæ veritatis fontes adire poſſet, errorem (vt exiſtimabat) manifeſtum

emendarit. Eum autem non eſt quòd quiſquam miretur tàm multos porrò ſequutos eſſe, quũ quiſquis illa nomina in Græco contextu numeraret, putaret ſe in ſummæ numero manifeſtũ errorem deprehẽdiſſe. Quæ quum ita ſe habere ex iſtis minimè, vt opinor, vanis coniecturis appareat, nemini profectò mirum videri debet, eoſdem illos poſtea hunc Lucæ locum ex illo Moſis deprauato, ſimili ratione corrupiſſe. de quo vt minimè dubitem, illud quoque facit, quòd pari audacia aut imperitia potius videam alium Moſis locum corruptum Deuter. 10. d. 22, vbi ſimiliter, in iis quidem codicibus qui noſtra memoria ſunt excuſi, mentio fit LXXV animarum, quum diſertè teſtetur Hieronymus ſuo tempore Græcam interpretationem eo loco ab Hebræis non variaſſe. Sed & mox in hac eadem concione maioris etiam audaciæ veſtigia detegemus. Nobis tamen ſumma fuit religio quicquam ex coniectura mutare.

	Deſcendit ergo Iacob in AEgyptum, obiítque ipſe & Patres noſtri.	15	‖Et deſcendit Iacob in AEgyptũ, & ‖defunctus eſt ipſe & Patres noſtri.	Gene.46.a.5 Gen.49.d.33
	Qui "tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti in ſepulchro "quod emit Abraham pretio argenti à filiis Emor filii Sichem.	16	‖Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro ‖quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filii Sichem.	Gene.50.b.7 Ioſ.24.g.32 Gene.23.d.16 C
	Quum autem appropinquaret tempus promiſſionis, "cuius *cauſa* Deus iurauerat Abrahæ, creuit populus & multiplicatus eſt in AEgypto:	17	Quũ autẽ appropinquaret tempus promiſſionis, quã cõfeſſus erat Deus Abrahę, creuit populus & multiplicatus eſt in AEgypto:	Exod.1.a.7
	Vſquequo exortus eſt alius Rex, qui non nouerat Ioſeph.	18	Quoaduſque ſurrexit alius Rex in AEgypto, qui non ſciebat Ioſeph.	
	Hic "aduerſus genus noſtrum ingenioſus, malis oppreſſit patres noſtros, *adeo* vt exponerent infantes ſuos ne vitales eſſent.	19	Hic circumueniẽs genus noſtrum, afflixit patres noſtros, vt exponerent infantes ſuos ne viuificarentur.	
Moyſes.	Quo tempore natus eſt Moſes, qui fuit "gratus Deo, ac nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui.	20	Eodẽ tempore natus eſt Moyſes, & fuit gratus Deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui.	Exod.2.a.2 heb.11.e.23
	Expoſitum autẽ illum ſuſtulit filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi "pro filio.	21	Expoſito autem illo, ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi in filium.	
	Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia AEgyptiorum: erátque potens dictis & factis.	22	Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia AEgyptiorum: & erat potens in verbis & in operibus ſuis.	
	Vt verò expletum eſt ei quadraginta annorum tempus, ſubiit in cor eius vt inuiſeret fratres ſuos filios Iſrael.	23	Quũ autẽ impleretur ei quadraginta annorũ tẽpus, aſcendit in cor eius vt viſitaret fratres ſuos filios Iſrael.	
	Et quum vidiſſet quendam iniuria affici, defendit ac vindicauit eum qui moleſtia afficiebatur, percuſſo Agyptio.	24	‖Et quum vidiſſet quendam iniuriã patiẽtẽ, vindicauit illũ, & fecit vltionem ei qui iniuriã ſuſtinebat, percuſſo AEgyptio.	Exod.2.b.11
	Exiſtimabat autem intelligere fratres ſuos quòd Deus per manum ipſius daret ſalutem illis: at illi non intellexerunt.	25	Exiſtimabat autẽ intelligere fratres quoniam Deus per manũ ipſius daret ſalutẽ illis: at illi nõ intellexerũt.	
	Porrò ſequenti die viſus eſt ipſis certantibus, & compulit eos in pacem, dicens, Viri, fratres eſtis vos: cur alii alios iniuria afficitis?	26	‖Sequenti verò die apparuit illis litigantibus, & recõciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres eſtis: vt quid nocetis alterutrum?	Exod.2.b.13

16 Tranſlati ſunt μετετέθησαν Tranſlati ſunt, ſcilicet ipſi Patriarchæ Iacobi filii, quanuis vnius Ioſephi mentio fiat, Ioſ. 24. g. 32. Nam Hieronymus quoque in Paulæ Epitaphio, duodecim Patriacharum ſepulchra in Sichem collocat: vt tum ex hoc loco, tum etiam ex oculati teſtis Hieronymi authoritate, facilè mihi perſuaſerim firmum non eſſe quod narrat Ioſephus lib. Antiquitatum 2. cap. 4, cæterorum ſcilicet Patriarcharum corpora, vno Ioſepho excepto, Hebronem relata, ibíque ſepulta fuiſſe: quũ de eo nihil in hiſtoria ſacra narretur, & hic, vt dixi, locus apertè repugnet. Quod autem ad ipſum Iacobum attinet, is nempe fuit ſepultus in Hebron, in illa ſcilicet duplici ſpelunca cum Abrahamo & Iſaaco, vt diſertè ſcribitur Geneſ. 50. b. 13. à qua narratione nihil diſcrepat quod hic teſtatur Stephanus, ſiquis dextrè intelligat. Neque enim quicquam eſt quod nos cogat iſta accipere de ipſo Iacobo. Quod emit Abraham ὃ ὠνήσατο Ἀβραάμ Hìc verò locus non dubito quin primùm ab imperito quopiam fuerit deprauatus: qui, quum Euangeliſta ſimpliciter & nullo adiecto nominatiuo ſcripſiſſet ὃ ὠνήσατο τιμῆς ἀργυρίου, exiſtimauerit imperfectam eſſe orationem: & quum meminiſſet emptæ cuiuſdam ſpeluncæ ab Abrahamo (cuius fit mentio Gene. capite viceſimotertio) Abrahami nomen ad marginem annotarit, quaſi videlicet explendæ conſtructioni deeſſet. vnde factum vt facilè in contextum irreperet, & error, quod aiunt, priore peior naſceretur. Atqui non erat ſupplẽdum Abrahami nomen, ſed relatiuũ potius αὐτὸς aut ἐκεῖνος, id eſt ipſe vel ille, ſcilicet Iacobus, cuius nomen in ſuperiore atque adeò cohærẽte membro fuit expreſſum. Neque enim Abraham is eſt qui emit agrum in Sichem à filiis Emor filii Sichem, in quo Patriarchæ fuerunt ſepulti, ſed Iacobus potius, vt diſertè ſcribitur capite Geneſeos triceſimotertio. Fuit autem res iſta celebris ea etiam tempeſtate, & omnibus nota, vt liquet ex cap. Ioh. 4. a. 5, vt ἀνδροτήματι μνημονικῷ nullus hic locus relinquatur: quod etiam haud ſcio quàm religioſum fuerit, aut ipſi Stephano iam velut ex ipſis cælis concionanti, aut Lucæ hæc ſcribenti tribuere. Simili quorundam partim temeritate partim ignorantia factum puto, vt Matt. 27. a. 9, nomen Zachariæ, Mar. 2. d. 26, Abiatharis pontificis ac fortaſſis etiam Luc. 2. a. 2, Cyrenii præſidis nomen in contextum reponeretur. Quinetiam teſtatur Hieronymus De optimo genere interpretandi ad Pammachium, Matth. 13. e. 35, in multos codices irrepſiſſe nomen Eſaiæ, pro quo deinde ſubſtitutũ ſit nomen Aſaph, quum hodie neutrum illic legatur, & optima quidem ratione, vt opinor. Item Marci 12. d. 42, magna cauſa eſt cur ex margine totum hoc ὅ ἐστι κοδράντης additum eſſe ſuſpicer, & infrà quoque 8. e. 26, mihi videtur totum hoc aſcititium αὕτη ἐστὶν ἔρημος, vt ſuo loco dicemus: quæ exempla alii nonnulli etiam ex veteribus ante me, ſi non omnia, certè pleraque, annotarunt: & idcirco proferẽda putaui hoc loco, vt hanc coniecturam oſtenderem non modò probabilibus rationibus niti quas ante expoſuimus, ſed etiam ſimilibus exemplis non carere. Suum interim cuique liberum iudicium eſto.

17 Cuius *cauſa* iurauerat ἧς ὤμοσεν Vulg. quam confeſſus fuerat ἧς ὡμολόγησεν, quod non probo, &, ſi maximè probarem, mallem conuertere, quam ſpoponderat. 19 Aduerſus genus noſtrum ingenioſus, κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vulg. & Eraſ. circumueniens, quam ſignificationem fateor quidem huic verbo tribui, ſed tamen non putaui huic loco ſatis accommodatam. Nam obſecro, in iſtis Pharaonis edictis quis non apertam potius crudelitatem perſpiciat quàm callidam aliquam aſtutiam? Sed in eo videtur ſolers & ingenioſus Pharao quòd rationem inuenerit Iſraelitas paulatim extinguendi, ita tamen vt magnas ex iis ipſis vtilitates caperet, quas alioquin erat amiſſurus, ſi vel eos omnes ſemel perdidiſſet, vel Ægypto eieciſſet. Idem ergo valet κατασοφίζεσθαι atque τεχνάζειν ἢ μηχανᾶσθαι κατὰ τοῦ γένους, id eſt, ſolerter & ingenioſè aliquid excogitare aduerſus genus noſtrum. Idque etiam ex eo liquet, quòd Moſes Exod. 1. b. 10, non vtitur verbo רימה, ſed נתחכמה לו inquit, id eſt, ſolertia & ingenio aduerſus eum vtamur. nam etiam tradunt doctiſſimi Hebræi intranſitiuè accipiendum. Meritò autẽ id dicitur de eo qui ex ſuis inimicis non modò nullum damnum, ſed magnos etiam fructus tulit, ſi quidem ipſius conſilia ſpectes. Nam quæ poſtea geſta ſunt, extra ordinem facta ſunt à Domino, vt verum eſſe comprobaret quod ait ille, malum conſilium conſultori eſſe peſſimum.

20 Gratus ἀστεῖος Id eſt, χαρίεις. Nam alioquin hoc nomen declarat vrbanum ac feſtiuum, vt rectè annotauit Eraſmus.

21 Pro filio εἰς υἱὸν Heb. לבן, id eſt, vt rectè quoque vertit Eraſmus, vice filii. Vulg. ad verbum, in filium.

D Qui autem iniuriam faciebat proximo,repulit eum,dicens,Quis te cõſtituit principẽ & iudicem ſuper nos?

Nunquid interficere me tu vis,quẽadmodum interfeciſti heri AEgyptiũ?

Fugit autẽ Moyſes in verbo iſto,& factus eſt aduena in terra Madiam,vbi generauit filios duos.

Exod.3.a.2 Et expletis annis quadraginta,|apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.

Moyſes autem vidẽs,admiratus eſt viſũ:& accedẽte illo vt conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini,

Ego ſum Deus Patrum tuorũ,Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyſes,non audebat conſiderare.

Dixit autem illi Dominus, Solue calceamentum pedum tuorum:locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.

Videns vidi afflictionẽ populi mei qui eſt in AEgypto,& gemitũ eorum audiui: & deſcẽdi liberare eos.& nũc veni,mittam te in AEgyptum.

Hunc Moyſem quem negauerunt, dicentes, Quis te conſtituit principẽ & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem miſit cum manu Angeli qui apparuit illi in rubo.

Exod.7.8.9.10.11.14 |Hic eduxit illos,faciẽs prodigia & ſigna in terra AEgypti, & ĩ rubro mari,&|in deſerto annis quadraginta.

E

Exod.16.a.1 ſuprà 3.d.22 Deut.18.c.15 Hic eſt Moyſes qui dixit filiis Iſrael, |Prophetã ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris tanquam me: ipſum audietis.

Exod 19.a.3 Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis.

Cui noluerunt obedire patres noſtri:ſed repulerunt,& auerſi ſunt cordibus ſuis in AEgyptum,

Exod.32.a.1 Dicẽtes ad Aaron,Fac nobis deos qui præcedant nos: Moyſes enim hic qui eduxit nos de terra AEgypti,neſcimus quid factum ſit ei.

Et vitulum fecerũt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro: & lætabantur in operibus manuum ſuarum.

Amos 5.g.25 Conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli: ſicut ſcriptũ eſt in libro Prophetarum. Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael?

27 Is autem qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te conſtituit principem ac iudicem ſuper nos?

28 Num interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri AEgyptium?

29 Ad hunc autem ſermonem Moſes fugit, & factus eſt aduena in terra Madiam,vbi genuit filios duos.

30 Expletis verò annis quadraginta, viſus eſt ei in deſerto montis Sina Angelus Domini flammeo igne rubi.

Apparet Angelus Moyſi in rubo.

31 Moſes autem vt conſpexit,admiratus eſt viſum:& quum accederet ad conſiderandum,facta eſt ad eum vox Domini,

32 Ego *ſum* Deus ille Patrum tuorum, Deus Abraham,& Deus Iſaac,& Deus Iacob.Tremefactus autem Moſes,non audebat conſiderare.

33 Dixit autem ei Dominus, Solue ſoleas pedum tuorum: locus enim in quo ſtas,terra ſancta eſt.

Terra ſancta.

34 Vidi, vidi afflictionem populi mei qui *eſt* in AEgypto, & ſuſpiria eorum audiui:& deſcẽdi vt eximam eos. nunc ergo adeſdum, mittam te in AEgyptum.

35 Hunc Moſen quem abnegauerant, dicentes, Quis te conſtituit principem & iudicem? hunc, *inquam*, Deus principem & redemptorem miſit,″ductu Angeli qui viſus fuerat ei in rubo.

36 Hic eduxit illos,æditis prodigiis & ſignis in AEgypto, & in rubro mari,″& in deſerto annis quadraginta.

37 Hic eſt Moſes ille qui dixit filiis Iſrael, Prophetã ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter è fratribus veſtris,″ſicut me:cũ audite.

38 Hic ille eſt qui fuit in congregatione in deſerto, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina,& cum patribus noſtris, qui excepit″oracula viua vt daret nobis.

39 Cui noluerunt auſcultare patres noſtri, ſed repulerunt & auerſi ſunt corde ſuo in AEgyptum,

40 Dicentes ad Aaron,Fac nobis deos qui præeant nobis. Moſi enim iſti qui eduxit nos è terra AEgypti,neſcimus quid acciderit.

Idololatræ Iudæi.

41 Et vitulum fecerunt in diebus illis, obtulerúntque hoſtiã idolo:& oblectati ſunt in operibus manuum ſuarum.

42 Auertit *ſe* autem Deus,&″tradidit eos *in reprobum ſenſum*, vt ſeruirẽt ″exercitui cæli:ſicut ſcriptum eſt in libro″Prophetarum, Num victimas″& oblationes obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto,domus Iſrael?

35 Ductu ἐν χειρὶ Heb. ביד id eſt(vt Vulg.& Eraſ.ad verbum interpretantur)per manum.quæ interpretatio ſæpe quidem conuenit,vt paulo antè verſu 25,& infrà 15.c.23: hic autem viſa eſt paulo obſcurior. Vocãt enim Hebræi יד,id eſt manũ,quicquid eſt vice inſtrumẽti ad aliquid agendum. ſed peculiaris atque adeò prorſus diuerſa eſt hoc loco iſtius tranſlationis ratio. Eſſet enim nimium frigida interpretatio,ſiquis hæc ita acipiat,quaſi dicatur Dominus Angeli miniſterio Moſen vocaſſe:quum, ni fallor, hoc quoque ſignificetur, Moſen iſtius manu ac poteſtate fuiſſe armatum,vt Angelus ille,nimirum Chriſtus(ſicut explicat Apoſtolus 1.Cor.10.a.4) verus fuerit liberator ac ductor: cuius miniſter fuerit Moſes.Hunc autem Hebraiſmum ſic nuper quidam non incommodè viſus eſt expreſſiſſe,tranſlationis etiam ratione obſeruata.

36 Et in deſerto annis quadraginta. καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. Id eſt,& in deſerto,vbi verſatus eſt annos quadraginta.Eſt enim præciſum hoc dicendi genus,petitum ſcilicet è medio,ſicut pleraque alia: cuiuſmodi & illud eſt quod vſurpauit ſuprà verſu 9,quum diceret Patriarchas vendidiſſe Ioſephum in Ægyptum,id eſt,vt in Ægyptum abduceretur.

37 Sicut me: cum audite. ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Vulgata,tanquam me,ipſum audietis. Pro quo nonnulli corruptè impreſſerunt, tanquam meipſum audietis: quaſi ὡς ἐμὲ non pertineat ad ſuperiora, & pro ἐμὲ ſcriptum ſit ἐμαυτοῦ. quem errorem annotauit quidem Eraſmus, ſed ita vt immeritò videatur interpreti tribuere,nec etiam vnde ortus ſit,cognouiſſe. 38 Oracula viua λόγια ζῶντα Vocantur λόγια à Græcis,inquit Thucydidis interpres,τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ καταλογάδην λεγόμενα,id eſt,quæ à Deo dicuntur oratione ſoluta,quotidiano ſcilicet ſermone,& quaſi nobiſcum colloquatur.Nam verſus illos fatidicos quos furentes vates fundebant,χρησμοὺς Græci vocãt. Non dubium eſt ergo quin λόγια Lucas appellet quæ Hebræi vocant הדברים,& huc reſpiciat,quòd Deus ipſe dicatur ea pronũtiaſſe,& digito ſuo deſcripta Moſi tradidiſſe. Vetus interpres conuertit,verba vitæ,id eſt λόγους ζωῆς. Quidam etiam codices legunt λόγοι ζῶντα, id eſt ſermonem viuum:quo modo interpretatus eſt Eraſmus.ſed λόγιον amplius quiddam declarat quàm λόγος. 42 Tradidit eos *in reprobum ſenſum*, παρέδωκεν αὐτοὺς, Id eſt,eos à ſuo Spiritu deſertos tradidit Satanæ & peruerſis cupiditatibus.Eſt enim præciſum hoc genus dicẽdi,quod ſuppleuimus ex Paulo Rom.1.d.28.

Exercitui cæli: τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ: Vulg.& Eraſ.militiæ cæli.de quo diximus Luc.2.b.13.Vocat autem hoc loco exercitum cæli,non ipſos Angelos,ſed ſolem,lunam,& reliqua ſydera,vt manifeſtè apparet ex Deut.17.a.3. Prophetarũ, τῶν προφητῶν, Vide Marc.1.a.2. Et oblationes καὶ θυσίας Heb.מנחה. Ideò oblationes potius conuerti quàm hoſtias,quum alioqui vertere ſoleant Græci θυσίας,quæ ab Hebræis dicuntur זבחים,vt diximus Marc.12.c.33. Accipitur tamen θυσία pro מנחה,etiam Marci 9.g.49,quum nonnulli ſint qui θυσίαν à thure deriuent,vt propriè declaret Thuris ſuffitus.

Moloch.

"Imò baiulaſtis"tabernaculũ Moloch,"& ſydus Dei veſtri Remphan, figuras quas feciſtis ad adorandum eas: itaque transferam vos"vltra Babylonem. 43

Et ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch, & ſydus dei veſtri Remphan, figuras quas feciſtis, adorare eas: & transferam vos trans Babylonem. F

"Tabernaculum teſtimonii fuit patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuerat is qui dixerat Moſi vt faceret illud ſecundum figuram quam viderat: 44

Tabernaculum teſtimonii fuit patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, ‖loquens ad Moyſẽ vt faceret illud ſecũdum formam quam viderat. Exod.25.d.40 heb.8.b.5

Dauid.

Quod &"acceptum introduxerunt patres noſtri cum Ieſu"*ingredientes* in poſſeſſionem Gentium, quas expulit Deus"à cõſpectu patrum noſtrorum, vſque ad dies Dauid, 45

‖Quod & induxerunt ſuſcipientes Patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionẽ Gẽtium, quas expulit Deus à facie patrum noſtrorum‖vſque in diebus Dauid, Ioſue.3.c.14 2.Reg.6.c.17 pſal.131.a.3

"Qui fuit in gratia apud Deum, petiitque vt inueniret tabernaculum Deo Iacob. 46

Qui inuenit gratiam ante Deum, & petiit vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.

Solomon autem ædificauit ei ædem. 47

‖Salomon autem ædificauit illi domum. 1.Paral.17.b.12 3.reg.6.a.1

Sed Excelſiſſimus ille in manufactis templis"non habitat, ſicut Propheta dicit, 48

‖Sed non Excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta dicit, Infrà.17.f.24

Vbi habitet Deus.

Cælum mihi thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam ædem ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus requietis meæ eſt? 49

‖Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedũ meorum. Quã domũ ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus requietionis meæ eſt? Eſa.66.a.1

Nónne manus mea fecit hæc omnia? 50

Nónne manus mea fecit hæc omnia?

Incircũciſus corde.

Duri ceruice &"incircunciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto *vos* obiicitis, ſicut patres veſtri, *ita* & vos. 51

‖Dura ceruice & incircũciſis cordib' & auribus, vos ſemper Spiritui ſãcto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, & vos. Iere.9.g.26 ezeh.44.c.9

Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri? trucidarunt, inquam, eos qui prænuntiarunt aduentum Iuſti illius, cuius vos nunc proditores & occiſores fuiſtis: 52

Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri? & occiderũt eos qui prænuntiabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis. G

Qui accepiſtis Legẽ"per diſpoſitionẽ Angelorũ, nec ſeruaſtis. 53

‖Qui accepiſtis Legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis. Exod.19.a.1

Audientes autem hæc, dirumpebantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum. 54

Audientes autem hæc, diſſecabãtur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.

43 Imò baiulaſtis Καὶ ἀνελάβετε Heb.ונשאתם.id eſt, in humeros veſtros ſublatũ tuliſtis. quod etiam de arca fœderis dicitur 1.Reg.2.d.26. Idem ergò valet τὸ ἀναλαμβάνειν hoc loco, atq; τὸ αἴρεσθαι:& ויו poſitũ eſt pro aduerſatiua. Vulg.& Eraſ. ſuſcepiſtis. Quidã per futurũ conuertũt, quos ſi ſequamur, cõuertemus potius, Baiulabitis igitur. Tabernaculũ Moloch, τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, Stephanum lingua ſua loquentẽ non dubito Prophetæ verba citaſſe ita vt ſunt. At Lucas Græcè ſcribens, Græcam æditionem ſequutus eſt, quam fateor ab Hebraica veritate in hoc teſtimonio plurimùm variare: ſed ita tamen, vt verba quidem diuerſa ſint, ſententia prorſus ſit eadem. Non eſt ergò quòd hac varietate quiſquam offendatur, quam ego ſigillatim annotabo. Pro eo igitur quod in Hebræis סכות מלככם id eſt, Siccuth regem veſtrum (eſt enim Siccuth Idoli nomen) Græci legerunt סוכות מלככם id eſt, tabernaculũ veſtro Moloch: quanuis pronomen hic ſit prætermiſſum. Et ſydus Dei veſtri Remphan, figuras quas feciſtis καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε Hebræa ſic habẽt, ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם id eſt, & Ciun imaginem veſtram, ſtellam deorum veſtrorum quos feciſtis vobis. Apparet igitur, in Græcis perturbatum eſſe ordinem, vt qui priore loco legerint כוכב אלהיכם id eſt, ſtellam deorum veſtrorũ. deinde pro Ciun, quod nomẽ eſt Idoli, ſubieciſſe aliud nomẽ, quod vnde tandem petitum ſit, ego quidem nondũ coniicere potui: in quo etiã ſcribendo plurimũ variant codices, quũ alii Ῥεμφὰν, alii Ῥαιφὰν, alii Ῥαμφὰν, alii Ῥεφὰν, alii Ῥαφὰν (vt Iuſtinus) alii denique Ῥεφὰς ſcribant, vt corruptum eſſe hoc ſaltem nomen facilè appareat. Poſtremo צלמיכם, pro quo verterunt τοὺς τύπους ὑμῶν, id eſt imagines ſeu figuras veſtras, coniunxerunt cum verbo עשיתם, id eſt ἐποιήσατε feciſtis, prætermiſſo pronomine לכם, cuius demum loco ſubſtituerunt προσκυνεῖν αὐτοῖς ad adorandum eas. niſi hoc fortaſſis, quemadmodum & alia multa, ex aliis locis annotatum, poſtea in contextum irrepſit. Id autem ita eſſe apparet ex Iuſtino, qui in Dialogo πρὸς Τρύφωνα, hunc locum citans, legit οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς, neque quicquam addit amplius. Vltrà Babylonem. ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Hebraica veritas habet מהלאה לדמשך:& Iuſtinus eo loco quem modò citaui, legit ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, vltra Damaſcum, vt hìc ſaltem deprauatum eſſe hunc locum appareat.

44 Tabernaculum teſtimonii ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου Sic Græci interpretes ſolent exprimere quod Hebraicè dicitur חואל מוער, id eſt tabernaculum conuentus, in quo ſcilicet ſolebant Iſraelitæ conuenire. ſicut non prorſus diſſimili ratione hodie Chriſtianorum templa vulgo ſolent Eccleſiæ, id eſt congregationes & conuentus, vocari. Videntur autem Græci alienæ radicis עוד ſignificationem ſequuti.

45 Acceptũ διαδεξάμενοι Id eſt, per manus traditũ, Nam διαδέχεσθαι id dicimur quod de manu (quod aiunt) in manũ traditũ ad nos peruenit, vt patrimonia & quæcunq; alia per varios gradus ſucceſſionis ad nos deueniunt. Eraſ. qui ſucceſſerunt: quæ interpretatio mihi nõ ſatis probatur, quia διαδέχεσθαι plerunque eſt actiuum. *Ingredientes* in poſſeſſionem Gentium, ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, Similes eclipſes annotauimus ſuprà, verſu 36. quanquam hæc etiam licebit ſine eclipſi interpretari, ſi metonymicè per poſſeſſionem Gentium intelligas ipſas regiones quæ à Gentibus obtinebantur, & ad verbum εἰσήγαγον referas. A cõſpectu patrum noſtrorũ, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, Heb. מלפי אבותיכם id eſt, quas Deus expulit, vt ingredientibus maioribus noſtris cederent harum regionum poſſeſſione. Perinde enim loquitur acſi Deus illis venturis iter muniens, Gentes illas deleuiſſet, vt in vacuam hoſtibus poſſeſſionem mitterentur: quod etiam præſtitit, ſicuti ſe facturum promiſerat, Exod.23.f.28, & Ioſ.24.d.12, & Dauid agnoſcit Pſ.44.a.4, & exprobrat illis Eſaias mirifica antitheſi 17.c.9. Hæc igitur vis eſt, opinor, huius Hebraiſmi, quem ſanè non expreſſit qui conuertit, eorum cauſa. 46 Qui fuit in gratia Ὃς εὗρε χάριν Vide Luc 1.c.30.

48 Non habitat, οὐ κατοικεῖ, Similem metatheſin particulæ negantis vnã & alteram obſeruauimus in Iohanne, quam niſi obſerues, anantapodoton eſſe videbitur vbi nuſquam eſt. 51 Incircunciſi corde & auribus, ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, Duplicis circunciſionis mentio fit in Vetere teſtamento, vnius ſcilicet externæ, alterius verò interioris, quam Paulus vocat ἀχειροποίητον, cuius illa Symbolum erat. Inde factum vt duas Iudæorum ſpecies idem conſtitueret, Rom.2.d.28 & 29: quæ niſi obſerues, non poſſis intelligere quid illud ſit de quo Stephanus Iudæos hoc loco reprehendat, id eſt, cur incircunciſi corde dicantur qui in naturæ corruptæ vitiis adhuc hærent demerſi, & incircunciſi auribus, qui vocem Dei ne audire quidem ſuſtinent: quales quidem omnes ſumus natura.

53 Per diſpoſitionem Angelorum, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, Id eſt Angelorum miniſterio, Nam mihi videtur διαταγὴ vſurpari hoc loco pro eo quod διακονία dicitur Heb.1.d.14, quod annotandum fuit nequis Angelos putet ipſius Legis authores, quum internuncii duntaxat fuerint, & adhibiti teſtes in Legis promulgatione à Deo facta. Sic accipiẽdum eſt quod ait Apoſtolus Gal.3.c.19, Legem per Angelos fuiſſe ordinatam: qui locus iſtum optimẽ explicat. Auguſtinus aliquoties hæc citans, interpretatur, in edictis, quaſi διαταγὴ & διάταγμα ſeu διάταξις idem declarẽt: quod vt concedam, tamen hanc explicationem apparet admodum eſſe impropriam.

Quum autem eſſet plenus Spiritu ſancto,intendens in cælũ,vidit gloriã Dei,& Ieſum ſtantem à dextris Dei.

Et ait,Ecce,video cælos apertos,& Filium hominis ſtãtem à dextris Dei.

Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas,& impetum fecerunt vnanimiter in eum.

Et eiiciẽtes eum extra ciuitatẽ,lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus.

Et lapidabant Stephanum,inuocantem & dicentem,Domine Ieſu,ſuſcipe ſpiritum meum,

Poſitis autem genibus clamauit voce magna, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.Et quum hoc dixiſſet, obdormiuit.

Cap. VIII.

Saulus autem erat conſentiens neci eius.facta eſt autẽ in illa die perſequutio magna in Eccleſia quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ,præter Apoſtolos.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati,& fecerunt planctum magnum ſuper eum.

Saulus autem deuaſtabat eccleſiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres,tradebat in cuſtodiam.

Igitur qui diſperſi erant,pertranſibant,euangelizantes verbum.

Philippus autem deſcendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum.

Intendebant autem turbæ iis quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes ſigna quæ faciebat.

Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna,exibant:multi autem paralytici & claudi curati ſunt.

B

Factum eſt ergo gaudium magnũ in illa ciuitate.

Vir autem quidam nomine Simõ, qui antè fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentẽ Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum:

Cui auſcultabãt omnes à minimo vſque ad maximum,dicẽtes, Hic eſt virtus Dei quæ vocatur magna.

Attendebant autem eum, propter quòd multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos.

Quum verò crediſſent Philippo euangelizanti de regno Dei, &

---

55 Quum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cælum oculis vidit″gloriam Dei,& Ieſum″ſtantem ad dextram Dei.

Stephanus videt gloriam & Chriſtum Dei.

56 Et ait, Ecce,video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextra Dei.

57 Exclamantes autem *illi* voce magna continuerunt aures ſuas, & irruerunt concorditer in eum.

58 Et eiectum eum ex vrbe,lapidabant: teſtes autem depoſuerunt pallia ſua ad pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus.

59 Lapidarunt igitur Stephanum, inuocantem ac dicentem, Domine Ieſu,ſuſcipe ſpiritum meum.

Lapidatur Stephanus.

60 Poſitis autem genibus,clamauit voce magna, Domine,″ne ſtatuas eis peccatum hoc.Et quum hoc dixiſſet,″obdormiuit.

Cap. VIII.

1 Saulus autem comprobarat necem eius. orta eſt verò per id tempus perſequutio magna aduerſus Eccleſiã quæ *erat* Ieroſolymis,&omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ,præter Apoſtolos.

Affligitur eccleſia Chriſti.

2 ″Extulerunt autem vnà Stephanum viri″religioſi, fecerúntque planctum magnum ſuper eum.

Planctus in morte Stephani.

3 Saulus verò vaſtabat Eccleſiam,per ſingulas domos intrans:trahénſque viros ac mulieres, tradebat in cuſtodiam.

Saulus perſequitur Chriſtianos.

4 Illi igitur diſperſi peragrabant *regionem*, euangelizantes ſermonem Dei.

5 Philippus autem quum deſcẽdiſſet″in vrbem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum.

Philippus diaconus prædicat Chriſtum Samaritanis.

6 Attendebant autem turbæ concorditer ea quæ à Philippo dicebantur,audientes & videntes ſigna quæ ædebat.

7 ″Spiritus enim immundi à multis qui *eos* habebant,exibant,clamantes voce magna:multi autem paralytici & claudi ſanati ſunt.

8 Et gaudium fuit magnum in illa vrbe.

Gaudium.

9 Vir autem quidam nomine Simon, prius fuerat in ea vrbe artẽ exercens magicam,″ac gentem faſcinarat Samariæ, dicens ſe eſſe quempiam magnum:

Simon magus qualis.

10 Quem attendebant omnes à minimo vſque ad maximum, dicentes,Iſte eſt virtus illa Dei magna.

11 Attendebant autem eum propterea quòd multo tempore magicis artibus dementaſſet eos.

12 Quum verò crediſſent Philippo euangelizanti quæ ad re-

---

55 Gloriam Dei, δόξαν Θεοῦ, Id eſt,glorioſum Deum,quatenus quidem humanis oculis cerni poteſt. Vide Luc.2.b.9. Stantem ἑστῶτα Id eſt,ὄντα exiſtentem.Itaque ineptè quæritur quomodo hìc dicatur ſtare qui alibi dicitur ſedere:de quo aliquid diximus Luc.18.c.13.

60 Ne ſtatuas μὴ στήσῃς Statuendi vocabulo ſignificari puto firmam ac perennem(vt ita dicam) peccati imputationem coram Deo, ſicut contrà dicuntur deleri ac remitti peccata quæ condonantur. Obdormiuit. ἐκοιμήθη Id eſt,mortuus eſt. Vide 1.Theſſalon.4.c.13.In quibuſdam Latinis codicibus additur in Domino,ἐν Κυρίῳ.

IN CAPVT VIII.

2 Extulerunt autem vnà συνεκόμισαν Vel,comportarunt,ex eo loco ſcilicet in quo iacebat lapidibus obrutus. Vulg.& Eraſm.curauerunt: quod nimium latè patet,neque etiam Græcò verbo reſpondet.Cæterùm nulla hìc mentio conditarum Stephani reliquiarum, aut orationũ pro mortuis,aut adorationis mortuorum. Religioſi, εὐλαβεῖς, Vulg.barbarè,timorati.Vide Luc.2.d.25.

5 In vrbem Samariæ,εἰς πόλιν Σαμαρείας, Id eſt, in vrbem Samariam. Virgil. Hic tamen ille vrbem Pataui,ſedéſque locauit Teucrorũ. Neque his obſtat quòd articulus non ſit adiectus,quum paulo pòſt addatur: & reliquæ vrbes videantur potius oppidula fuiſſe quàm vrbes. Dedit autem hæc metropolis toti regioni nomen, & ſub nomine Sebaſtes ab Herode Magno fuit inſtaurata,vt narrat Ioſephus lib.de bello Iudaico primo,cap.6. 7 Spiritus enim, &c. πολλῶν γὰρ,&c. Vulg. legit πολλοὶ γὰρ τῶν ἐχόντων, &c. Ideò conuertit, Multi enim eorum qui habebant,& paulo pòſt,ἐξήρχοντο exibant.Eſt autem omiſſum antecedens priore loco,deinde loco relatiui poſitum, ex Hebræorum idiotiſmo: qui niſi obſeruetur,vix intelligere licebit quæ ſit legitima iſtorum verborum ſtructura. Eſt autem,vt opinor,eiuſmodi, τὰ πνεύματα γὰρ ἀκάθαρτα πολλῶν τῶν ἐχόντων[αὐτὰ]βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχετο,id eſt,Spiritus enim impuri multorũ qui *ea* habebant,clamãtes magna voce egrediebãtur. Eraſmus autem πολλῶν coniunxit cum verbo ἐξήρχετο, & τῶν ἐχόντων [αὐτὰ] paſſiuè conuertit. Sic enim interpretatur,Spiritus enim immundi à multis qui illis tenebãtur,exibant. 9 Ac faſcinarat καὶ ἐξιστῶν Id eſt,ita obſtupefecerat ſuis præſtigiis,vt cæco quodam furore amentes, toti eſſent illi addicti. Alibi τὸ ἐξιστάναι vertimus percellere. Sed quum hìc agatur de magicis præſtigiis, vſurpauimus vocabulum magis proprium,quod tamen propriè reſpondet τῷ βασκαίνειν.quo vtitur Apoſtolus Gal.3.a.1. Vulg.ſeducens,id eſt ἐξαπατᾶν,vocabulo nimis diluto. Eraſ. Demẽtandi verbo vti maluit,quod etiam vſurpat Vetus interpres proximo verſiculo. Ego verò nuſquam illud inuenio apud idoneos ſcriptores.

Tt.ii.

gnum Dei & nomen Ieſu Chriſti *pertinent*, baptizabantur, viri ſimul ac mulieres.

Simon magus baptizatur.

13 Simon verò & ipſe credidit: & baptizatus "perſtabat apud Philippum: vidénſque ſigna & virtutes magnas ædi, "percellebatur.

Baptizantur Samaritani.

14 Quum autem audiſſent Apoſtoli qui erant Ieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum ac Iohannem.

Oratio.

Spiritus ſanctus.

15 Qui quum deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperẽt "Spiritum ſanctum.

16 (Nondum enim in quenquam illorum illapſus fuerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu.)

17 Deinde impoſuerunt manus ſuper eos, & receperunt *illi* Spiritum ſanctum.

18 Quum vidiſſet autem Simon quòd per impoſitionẽ manuum Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecunias,

19 Dicens, Date etiam mihi poteſtatem iſtam, vt cuicunque impoſuero manus, recipiat Spiritum ſanctum.

Donum Dei pecunia non poſſidetur.

20 Petrus autẽ dixit ad eum, Argentum tuum tecum "pereat, "qui donum Dei exiſtimaris pecuniis acquiri.

21 Non eſt tibi pars neque ſors in ratione hac: cor enim tuum nõ eſt "rectum coram Deo.

22 Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua, & deprecare Deum, ſi fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui:

23 "In felle enim amariſſimo "& nexu iniquitatis video te eſſe.

24 Reſpõdens autem Simõ dixit, Deprecemini vos pro me apud Dominum, nequid eueniat in me *horum* quæ dixiſtis.

25 Illi igitur teſtificati & loquuti ſermonem Dei, reuerſi ſunt Ieroſolymam, "& multis vicis Samaritanorum euangelizarunt.

Philippus annũtiat Chriſtum eunucho Candaces reginæ.

26 Angelus autem Domini loquutus eſt ad Philippum, dicens, Surge, & vade Meridiem verſus, ad viam quæ ab Ieruſalem deſcendit Gazam: "quæ eſt deſerta.

nomine Ieſu Chriſti, baptizabantur, viri ac mulieres.

13 Tunc Simon & ipſe credidit: & quũ baptizatus eſſet, adhærebat Philippo: videns etiam ſigna & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur. C

14 Quum autem audiſſent Apoſtoli qui erant in Ieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohannem.

15 Qui quum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperẽt Spiritum ſanctum.

16 Nondum enim in quenquam illorũ ſuperuenerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu.

17 Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctum.

18 Quum vidiſſet autem Simon quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam,

19 Dicens, Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicũque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. D

20 Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniã donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

21 Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.

22 Pœnitentiã itaq; age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui:

23 In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.

24 Reſpondes autem Simõ dixit, Precamini vos pro me ad Dominũ, vt nihil veniat ſuper me horũ quę dixiſtis.

25 Et illi quidem teſtificati & loquuti verbum Domini, redibant Ieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant.

26 Angelus autem Domini loquutus eſt ad Philippum, dicens, Surge, & vade contra Meridianum, ad viam quæ deſcẽdit ab Ieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta.

13 Perſtabat apud Philippum: ἦν προσκαρτερῶν τῷ φιλίππῳ: Vulg. & Eraſm. adhærebat, προσεκολλᾶτο. Vide Marc. 3. b. 9. Percellebatur. ἐξίστατο. Nemo nõ videt, opinor, hoc verbũ aliter quàm paulo antè accipi hoc loco. Illic enim de eo dicitur qui mentem ac iudicium omne malis artibus amiſit, hîc pro magna admiratione ponitur, quum perculſus animus non habet quid conſtituat. Vide Marc. 2. b. 12.

15 Spiritum ſanctum. πνεῦμα ἅγιον. Id eſt, dona illa eximia quibus ornatos eſſe oportebat illos præſertim qui præficiendi erant Eccleſiæ. Nam proculdubio miſſi ſunt eò Petrus ac Iohannes à cæteris Apoſtolis, partim vt Philippi diaconi doctrinam ipſi confirmarent: deinde apoſtolica authoritate Eccleſiæ formam aliquam conſtituerent.

20 Pereat, εἴη εἰς ἀπώλειαν, Heb. יהי לאבדון. id eſt, vt ad verbum interpretantur Vulgata & Eraſmus, ſit in perditionem. Qui exiſtimaris ὅτι ἐνόμισας Vulg. & Eraſ. quoniam exiſtimaſti. Vide Ioh. 2. c. 18.

21 Rectum coram Deo. εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Id eſt, verè rectum & ſine ſimulatione. Vide Luc. 1. a. 6.

23 In felle enim amariſſimo εἰς γὰρ χολὴν πικρίας Alludit omnino Petrus ad locum Moſis Deut. 29. c. 18, & fel amaritudinis, id eſt, amariſſimum, vocat interiorem cordis malitiam, & virus illud diabolicæ impietatis quo magus iſte totus erat oppletus. Nam idem vocabulũ ראש & venenum & fel declarat Hebræis, & vtraque ſignificatio optimè quadrat: quia vtrouis modo accipias, nullum eſt magis mortiferum venenum, nullum etiam fel magis amarum peccato, quum ſemel conſcientiam obtinuit. Cæterùm videri poſſet hoc dicendi genus, eſſe in felle, per hypallagen eſſe explicandum, ac dicendum potius, video fel amariſſimum in te eſſe. ac fateor me aliquando in ea opinione fuiſſe vt hunc locum ita interpretandum putarem: ſed tandem comperi mutari non poſſe hũc Hebraiſmum quin tota huius dicti emphaſis pereat. Sic enim loquuntur Hebræi, vt hominem prorſus oppreſſum ac quaſi intus ſepultum declarent. Quemadmodum igitur qui quempiam in aquis eſſe dicit, aliquid ſignificat multo grauius quàm ſi aquas in quopiam eſſe dixerit: ſic in felle eſſe, multo eſt vehementius dictum, quàm fel in aliquo eſſe. Sic accipio quod ait Dauid Pſal. 51. b. 7, ſe in iniquitate natum & in peccato conceptum: & quod exprobrant Phariſæi Cæco illi Ioh. 9. f. 34, ipſum totum natum eſſe in peccatis: item illud quod toties repetitur apud Paulum, in carne eſſe & in Spiritu. quorum dictorum emphaſis non intelligetur, niſi Hebraiſmum integrum ſeruaris. Quidam verò eadem audacia vſus in his explicandis atque in pleriſque aliis, ita interpretatus eſt hunc locum, Nam tibi acerbam imminere bilem video. quaſi videlicet fellis appellatione intelligatur ira Dei, in qua dicatur eſſe Simon, id eſt illi obnoxius. Hoc eſt ſcilicet interpretem agere, Deo tribuere fellem amaritudinis. Et nexu iniquitatis εἰς σύνδεσμον ἀδικίας Id eſt, iniquitatis vinculis ac laqueis irretitum, ſicut etiam loquitur Paulus 1. Tim. 2. d. 26. Puto autem, ſicut peccata vocantur Chald. חובין, id eſt debita: ſic etiã totum hoc dicendi genus à creditorum ſæuitia ac crudelitate ſumptum: quam Iudæis exprobrãs Dominus Eſa. 58. b. 6, iubet aperiri חרצובות רשע id eſt colligationes iniquitatis, quæ ipſa verba Petrus tranſlatitiè hîc vſurpat. Neq; enim tam arcta ſunt vlla vincula, neq; tam moleſtus eſt vllus flagitator, atque malæ conſcientiæ teſtimonium.

25 Et multis vicis πολλάς τε κώμας Vulg. & multis regionibus, πολλάς τε χώρας. Vide Luc. 21. d. 21.

26 Quæ eſt deſerta. αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Siquid hîc valerent coniecturæ, dicerem hoc quoque ex margine irrepſiſſe in contextum, ſicut & illa quæ annotauimus ſuprà 7. b. 16. Quorſum enim hoc additum eſſet vel à Spiritu, vel à Luca? Nam quod plerique interpretes tradunt, duas fuiſſe Gazas, vnam veterem ab Alexandro dirutam, alteram nouam: ideóque oportuiſſe hanc ab illa diſtingui, id non inuenio vllius idonei ſcriptoris authoritate confirmatum. Nam etſi ab Alexandro Magno expugnatam eſſe Gazam conſtat, tamẽ prorſus fuiſſe ſubuerſam nõ lego: imo verò nõ impotentẽ adhuc fuiſſe apparet ex eo quòd aliquot pòſt ſeculis, nẽpe ſub Ptolemæo Lathuro, qui penultimus fuit Ptole-

mæorum , denuo fuit expugnata ab Alexandro Iannæo Iudææ rege , vt diſertè commemorat Ioſephus libro Antiquitatum 13.cap.19. Deinde, qui Gazæ alicuius nouæ meminerit,quæ illis temporibus extaret,neminem ſanè inuenio. imo verò ſi Sozomeno credimus, veram eſſe noſtrã coniecturam apparebit.Is enim diſertè ſcribit, Gazæorum nauale,cuius etiam meminit Strabo lib.16,ad Cõſtãtini Cæſaris tempora,nõ Gazam ſed Maiumam vocatum fuiſſe.cuius quidem nominis etymologiam Hebræam eſſe puto, quaſi Marinã dicas.deinde quòd Chriſti religionem eſſet amplexa,à Conſtantino ius ciuitatis adeptam,& de filii Conſtantii nomine vocatam Conſtantiam, ad Iuliani vſque tempora,qui profanis Gazæis illam conceſſit,& Gazam nouam iuſſit vocari. Quum igitur à Iuliani temporibus cœperit Gazæ veteris ac nouæ diſcrimen,quî dici poſſit Lucas tanto antè tempore epithetum Deſertæ addidiſſe,vt veterem à noua diſtingueret?imò potius quum iam cœpiſſet duplex eſſe Gaza,aliquis hoc annotauit ad marginem,vt lector intelligeret vtrius Gazæ hoc loco meminerit Lucas:quod poſtea librarii in ipſum contextũ cõiecerunt,vt & illud quod de Cyrenii deſcriptione commemoratur Luc.2.a.2. Nam hîc quoque eadem particula αὕτη nihilo melius cohæret quàm illic. At enim,dicet aliquis,Strabo lib.16 de Gaza loquens, diſertè teſtatur euerſam ab Alexandro manſiſſe deſertam.vixit autem Strabo circiter hæc ipſa tempora quibus geſta ſunt quæ hic à Luca commemorantur.Fateor ſanè. Sed tamen ex aliis omnibus qui de his rebus ſcripſerunt,ac præſertim ex Ioſepho,& Mela,qui ſub Claudio Cæſare videtur vixiſſe, apparet non ita fuiſſe deſertam quin ampla adhuc eſſet ciuitas ac bene munita,donec ſcilicet in locum magis opportunum plerique cõmigrarunt.Sed quorſum,obſecro,Lucas ſtatum ac conditionem illius deſcriberet hoc loco?neque enim ad hiſtoriæ fidem aut ſcopum pertinet, paruáne an magna,frequens an deſerta fuerit.Itaque non deſunt qui αὕτη referant ad ὁδὸς,quaſi dicatur hæc via fuiſſe deſerta,ad quam mittatur Philippus.ſed ne hoc quidem video quorſum addi oportuerit.

Et ſurgẽs abiit:& ecce vir AEthiops eunuchus, potens Candaces reginæ AEthiopũ , qui erat ſuper omnes gazas eius , venerat adorare in Ieruſalem.	27	Is igitur ſurgens profectus eſt:& ecce″quidam AEthiops eunuchus, ″dynaſtes″Cãdaces reginæ AEthiopum:qui præerat vniuerſæ gazæ illius,venerátque adoraturus in Ieruſalem.
Et reuertebatur ſedens ſuper currũ ſuum,legénſque Eſaiam prophetam.	28	Et reuertebatur ſedens in curru ſuo, legebátque Eſaiam prophetam.
Dixit autem Spiritus Philippo,Accede,& adiunge te ad currum iſtum.	29	Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum iſtum. Spiritus ſanctꝰ.
¶ Accurrens autẽ Philippus,audiuit eum legentem Eſaiam prophetam, & dixit,Putáſne intelligis quæ legis?	30	Accurrens autem Philippus,audiuit eum legentem Eſaiã prophetam,& dixit,Nempe noſti quæ legis?
Qui ait,Et quomodo poſſum,ſi non aliquis oſtenderit mihi?Rogauítque Philippum vt aſcenderet ,& ſederet ſecum.	31	At ille ait,Quî enim poſſim,niſi aliquis dux viæ mihi fuerit?Et precatus eſt Philippum vt aſcenderet,ſederétque ſecum.
Eſa.53.c.7 Locus autẽ Scripturæ quam legebat,erat hic, ǀTanquam ouis ad occiſionem ductus eſt:& ſicut agnus corã tondente ſe,ſine voce,ſic non aperuit os ſuum,	32	″Locus autem Scripturæ quem legebat,hic erat,Vt ouis ad mactationem ductus eſt: & vt agnus coram tondente ſe mutus, ita non aperuit os ſuum.
In humilitate iudicum eius ſublatũ eſt:generationẽ eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius.	33	″In depreſſione ipſius,iudicium eius ſublatum eſt:″ſeculum autem eius quis enarrabit?quoniam tollitur è terra vita eius.
Reſpondens autẽ eunuchus Philippo,dixit,Obſecro te,de quo Propheta dicit hoc?de ſe an de alio aliquo?	34	Reſpondens autem eunuchus Philippo,dixit, Rogo te, de quo Propheta dicit hoc?de ſe,an de alio quopiam?
Aperiens autem Philippus os ſuũ, & incipiens à Scriptura iſta,euangelizauit illi Ieſum.	35	Tum Philippus aperto ore ſuo,& incipiẽs à Scriptura iſta, euãgelizauit ei Ieſum.

27 Quidam Æthiops eunuchus, ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος Ridiculum ſanè ac tanti viri nomine indignum eſt quod quidam annotat, virum dici qui ſit eunuchus:quum pugnent inter ſe virum eſſe & eunuchum eſſe:vnde & euirati dicuntur. Verùm(inquit) in Chriſto neque ſexus eſt neque conditio,ſed noua creatura.Obſecro quorſum hoc?verùm quidem illud eſt,eunuchis patere Dei regnum non minus quàm aliis,quum in Veteri lege diſcrimen aliquod fuerit inter eunuchos & alios qui eunuchi non erant,vt apparet ex Deut.23.a.1: ſed hoc nihil pertinet ad hanc antitheſin,quæ certè nulla eſt.Neque enim ἀνὴρ hîc aliud declarat quàm εἷς,id eſt quidam,vt & aliis infinitis penè locis annotauimus,idque nõ modò quia Hebræi ſuum איש ita ſolent vſurpare,ſed etiam ex Græcorum more,vt aliquoties apud Herodotum præſertim annotauimus.

Dynaſtes δυνάστης Vulg,potens.Eraſ.præfectus.Vide Luc.1.e.52. Candaces Κανδάκης Vide Plinium lib.6.cap.29.

32 Locus autem ἡ δὲ περιοχὴ Certè non potuit magis Latinè hoc vocabulum conuertere Vetus interpres. vt planè mirer Eraſmum maluiſſe Argumentum aut Sententiam interpretari. quãuis enim περιοχὴ idem declaret atque argumentũ libri quod vocant,id eſt ſumma eorum quæ in aliquo libro ſcripta ſunt,paucis comprehenſa, παρὰ τὸ περιέχειν: tamen quum Lucas ipſa Eſaiæ verba citet , res ipſa oſtendit περιοχὴν dici à Luca quod Hebræi פרשה id eſt ſectionem , barbari vulgò paſſum Scripturæ vocant , Latini ſcriptores locum.Sic enim Terentius,-cum Plautus locũ Reliquit integrum: eum hic locũ ſumpſit ſibi In Adelphos. Sic Cicero 2. De legibus,Et hunc locum ſatis in iis libris quos legiſtis,expreſſit Scipio. Cur autem Lucas περιοχὴν ea ſignificatione vſurparit , duplex cauſa afferri poteſt. Vna, fortaſſis tamen ſubtilis potius quàm probabilis,quòd inter Græcos Iudæos hebraiſſantes, vocabulum Hebræum פרשה in hoc Græcũ degeneraſſet in ſynagogis:qualia multa non dubito quin fuerint in populari ſermone corruptè obſeruata. Nam certè mira eſt affinitas inter פרשה & περιοχὴ.Sic Latina vocabula multa annotauimus Græca terminatione fuiſſe vſurpata Matth.5.d.26, ac præſertim epithetum illud πιστικὴ pro ſpicata nardo. Marc.14.a.3. Altera ratio huius ſignificationis hæc dari poteſt,quòd περιοχὴ,quum propriè ſignificet complexionem ac quantum vno ambitu contineri poteſt, optima ratione poſſunt iſtæ ſectiones ſic etiam vocari,quaſi partem dicas certis terminis comprehenſam & à reliquis diſtinctam.

33 In depreſſione ipſius,iudicium eius ſublatum eſt: ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη: Hebraica veritas habet,מעוצר וממשפט לוקח quæ ſic interpretor , E clauſtro & iudicio aſſumptus eſt. Vocat autem clauſtrum (vt opinor) ſepulchrum ipſáque adeò mortis vincula. Nam עוצר retentionem declarat. Iudicium verò accipio pro ſupplicio quo affectus eſt , & miſerabili conditione quam ſubiit Chriſtus , noſtri cauſa, Patris iram ſuſtinens. Inde igitur ſublatus eſt, ruptis mortis vinculis , vt ſuprà dixit Petrus 2.d.24. Quod autem ad Græcam interpretationem attinet, in vno codice comperimus αὐτοῦ deeſſe:quòd ſi pro ἡ κρίσις legeretur ἐκ κρίσεως , prorſus reſponderet Hebræis. & ἡ. pro ἐκ facilè potuit non tantùm ſcribi,ſed etiam ab interprete vſurpari.Pro clauſtro verò ſiue carcere verterunt Græci ταπείνωσιν , vt melius appareret antitheſis verbi αἴρειν,neque id incommodè,ſi ſententiam ſpectes.Tum enim planè fuit depreſſus & ad inferos vſque detruſus,quum in vmbra mortis & ſepulchri tenebris clauſus iaceret.Sed hæc ab interpretibus copioſius ſunt explicata.Certè vt varient verba,idem tamen ſenſus manet, etiamſi legas,ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη,vt habẽt omnia exemplaria.Tum enim ſublatum eſt iudicium quum ex ipſo iudicio ſaluus euaſit. Seculum autem eius τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ Heb.דורו id eſt,quãdiu ſcilicet æuum ipſius ſit duraturũ.Nam(vt ait Paulus Rom.6.b.9.)Chriſtus excitatus ex mortuis, non amplius moritur,mors illi non amplius dominatur.Ingreſſus enim eſt regnum illud cuius non erit finis,vt Mariæ prædixit Angelus.Significat autem דור Hebræis quod Latini ſeculum aut ætatem vocant. Itaque magis etiam propria eſt iſta interpretatio quàm ſi de ipſius Chriſti progenie,id eſt de Eccleſia,accipias,quam Deo Patri genuit:quanuis eandem membrorum ac capitis conditionem eſſe non diffitear,ſiquidem vnà cum ipſo in cæleſtibus conſidemus.quæ omnia doctiſſimus interpres in hunc locum piè ac doctè annotauit.Veteres autem fefellit (quod bona cum ipſorum venia dixerim)Hebraicæ linguæ ignoratio,quum de Chriſti vel Diuino & æterno vel humano ortu in huius loci explanatione differerent.Nam iſta οὐδὲν πρὸς ἔπος.

	″Quum verò pergerent in via,venerunt ad quandam aquã: tum ait eunuchus,Ecce aqua,quid prohibet me baptizari?	36	Et dum irent per viam,venerunt ad quandam aquam: & ait eunuchus, Ecce aqua,quid prohibet me baptizari?	G
Fides eunuchi.	″Dixit verò Philippus,Si credis ex toto corde,licet.Reſpondens autem *ille* dixit,Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.	37	Dicit autem Philippus,Si credis ex toto corde, licet . Et reſpondens ait, Credo Filiũ Dei eſſe Ieſum Chriſtum.	
Baptizatur eunuchus.	Iuſſitque ſiſti currum:ac deſcenderunt ambo in aquam,Philippus ſimul & eunuchus:& *ille* baptizauit eum.	38	Et iuſſit ſtare currum : & deſcenderunt vterque in aquam, Philippus & eunuchus: & baptizauit eum.	
Lætitia fidei.	Quum autem aſcendiſſent ex aqua,″Spiritus Domini rapuit Philippũ, nec amplius vidit eum eunuchus : pergebat itaque per viã ſuam gaudens.	39	Quum autẽ aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippũ, & amplius non vidit eũ eunuchus : ibat autem per viam ſuam gaudens.	
	Philippus autem″inuentus eſt Azoti: & pertranſiens euangelizauit omnibus vrbibus,vſquequo veniret Cæſaream.	40	Philippus autem inuentus eſt in Azoto : & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,donec veniret Cęſaream.	
	Cap. IX.		Cap. IX.	
Saulus incarcerat Chriſtianos.	SAulus autem adhuc ſpirans minas ac cædem aduerſus diſcipulos Domini,acceſſit ad principem Sacerdotum,	1	SAulus autem adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini,acceſſit ad principẽ Sacerdotum,	Rom.9.a.3 galat.1.c.13
	Et petiit ab eo epiſtolas″*perferendas* Damaſcum ad ſynagogas: vt ſiquos inueniſſet″huius ſectæ tum viros,tum mulieres,vinctos duceret Ieroſolymam.	2	Et petiit ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas : vt ſiquos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem.	
Saulum conuertit Chriſtus ad ſe	Quum autem iter faceret, factum eſt vt appropinquaret Damaſco:tum èrepente circunfulſit eum lux è cælo.	3	Et quum iter faceret,contigit vt appropinquaret Damaſco:& ſubitò circunfulſit eos lux de cælo.	
	Et quũ cecidiſſet in terram,audiuit vocem dicentem ſibi,Saul, Saul,quid me perſequeris?	4	Et cadens in terram,audiuit vocem dicẽtẽ ſibi,‖Saule,Saule,quid me perſequeris?	1.Cor.15.a.8
	Dixit autem, Quis es Domine? Dominus autẽ dixit, Ego ſum ″Ieſus, quem tu perſequeris. ″durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare.	5	Qui dixit,Quis es Domine?Et ille, Ego ſum Ieſus,quem tu perſequeris. durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.	
	Is uerò tremens & pauens,dixit,Domine,quid me vis facere? tũ Dominus ad eum,Surge,& ingredere vrbem,″& dicetur tibi quid te oporteat facere.	6	Et tremens ac ſtupens dixit, Domine,quid me vis facere ? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem , & dicetur tibi quid te oporteat facere.	
	Viri autem illi qui cum Saulo iter faciebant,″ſteterũt attoniti, audientes quidem″*eius* vocem,neminem autem videntes.	7	Viri autem illi qui comitabãtur cũ eo,ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem,neminem autẽ vidẽtes.	B

36 Quum verò pergerent ὡς δὲ ἐπορεύοντο In vno exemplari additum hîc inuenimus συζητοῦντες μετ᾽ ἀλλήλων, vnà inter ſe ſermonem cõferentes. 37 Dixit verò εἶπε δὲ Totum hunc verſiculum comperimus deeſſe in quinque codicibus,atq; adeò in Cõplutenſi editione.

39 Spiritus Domini πνεῦμα Κυρίου In vno codice hæc legimus, πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ κυρίου ἥρπασε τὸν φίλιππον. Spiritus ſanctus illapſus eſt in Eunuchũ, Angelus autem Domini rapuit Philippum: quã lectionem Rabanus in Gloſſa ordinaria annotauit. Pergebat itaque ἐπορεύετο γὰρ Iterùm πορεύεσθαι verti Pergere,vt planius loquerer. Vulg. ibat autem,vt videatur pro γὰρ legiſſe δὲ. Eraſmus,ibat enim. At mihi videtur potius γὰρ accipi pro οὖν,quemadmodum apud Hebræos particula כי plurimas eáſque planè diuerſas habet ſignificationes.

40 Inuentus eſt εὑρέθη Eraſ. repertus eſt. Nam, inquit, quis illum quærebat vt illic fuerit inuentus? Ego verò non perpetuam puto differentiam illam inter inuenire & reperire. Reſpondet autem εὑρέθη hoc in loco verbo מצא in coniugatione Niphal,vt hoc ſit quod in vernaculo ſermone dicimus, *Il ſe trouua*,non autem, *Il fut trouué.*

IN CAPVT IX.

2 *Perferendas* Damaſcum εἰς Δαμασκὸν Similis eclipſis exemplum eſt ſuprà 7.b.9. Huius ſectæ τῆς ὁδοῦ Articulus,vt rectè notat Eraſmus,vim obtinet pronominis hoc loco, κατ᾽ ἀναφορὰν ſcilicet. ὁδὸν autem vocat αἵρεσιν. Ideò hæc vocabula vt ſynonyma connectit Paulus infrà 24.d.14. Solent enim Hebræi דרך id eſt viam vocare omne vitæ genus quod aliquis inſiſtat.

5 Ieſus Ἰησοῦς In vno exemplari additum erat ὁ Ναζωραῖος, ille Nazarenus,vt etiam additur infrà 22.b.8. Durum eſt tibi,&c. σκληρόν σοι Omnia hæc vſque ad πρὸς αὐτὸν deſunt in vetuſtis omnibus codicibus quos inſpeximus,& videntur addita ex iis quæ commemorantur infrà 22.c.10,& 26.d.14. Sic autem in iis legebatur, ὃν σὺ διώκεις. ἀλλ᾽ ἀνάστηθι, quem tu perſequeris. ſed age ſurge,&c.

6 Et dicetur καὶ λαληθήσεταί In duobus exemplaribus ſcriptum legimus, κἀκεῖ λαληθήσεται,& illic dicetur.

7 Steterunt εἱστήκεισαν Id eſt conſtiterunt,ita ſcilicet vt progredi non poſſent,ſed attoniti manerent,tanquam ſaxei. Neque enim hoc pugnat cum eo quod infrà dicitur 26.c.14,vnà omnes fuiſſe in terram proſtratos. Alii,vt hunc nodum expediant,collapſos quidem fuiſſe volunt, ſed poſtea in pedes erectos:quod vt verũ ſit,tamen non puto Lucam huc reſpexiſſe,quum diceret eos attonitos conſtitiſſe. Puto enim potius ſtuporem hoc vocabulo ſignificari: quum alioquin fuerint quamcelerrimè aufugituri. Itaque τὸ ἑστηκέναι opponitur τῷ προϊέναι, non autem τῷ καθέζεσθαι,vt Marc.10.g.49. *Eius* vocem, τῆς φωνῆς, Ipſa ratio conſtructionis poſcere videtur,vt quum paulo antè præceſſerit αὐτῷ,hìc quoque ſubaudiatur idem relatiuum quod ad Saulum ſcilicet referatur , potius quàm ἐκείνου,quod loquentem Chriſtum deſignet,ſicut in proximo verſiculo,quum inquit, χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν, neceſſe eſt, idem pronomen ſubauditum adiungas aut participio χειραγωγοῦντες,aut potius verbo εἰσήγαγον. Erat igitur iſtius ſtuporis cauſa duplex,vna quòd repẽtino fulgure proſtrati eſſent in terram: altera, quòd Saulum audirent cum altero loquentem,& neminem tamen viderent, quicum ſcilicet colloqueretur. Ita conciliant hunc locum Græca ſcholia cũ eo quod infrà ſcribitur 22.c.9. quæ explicatio mihi maximè probatur tribus de cauſis. Primùm enim(vt dixi) ſi ita accipias,plana & ſimplex erit verborum conſtructio:deinde maximè probabile eſt,Sauli vocẽ ab iis auditam qui aderant,Chriſti verò non itẽ: quum hæc fierent vnius Saulis cauſa,vt res ipſa oſtẽdit:ſiquidẽ neque hoc loco neque vſquam alibi,quoties narratur hæc hiſtoria,vlla fit mentio iſtorum Pauli comitũ, quaſi Chriſtum ſint amplexi:quod tamen veriſimile eſt fuiſſe facturos ſi loquentis vocem audiuiſſent. ſed putarunt ſcilicet eum repentino fulguris ictu perculſum exiſtimaſſe ſe audire quod non audiret , vt attoniti homines ſolent:ita nimirum hæc diſponente Diuina prouidentia, vt qui hæc poſtea ſuæ gentis hominibus narrarent,minus ſuſpectæ fidei eſſent. Ideò etiam vnus Paulus dicitur excæcatus:ex quo intelligimus totam viſionem ad ipſum pertinuiſſe, cæteros hactenus vidiſſe huius lucis ſcintillas & proſtratos fuiſſe , ac loquentem ipſum Paulum audiuiſſe, quatenus id neceſſe fuit,vt de hoc facto teſtari poſſent. Poſtremò videtur hoc disertè Paulus infrà explicare 22.c.9, vbi vocem quam non audierint comites,disertè à ſua diſtinguit. Neque enim ſimpliciter dicit τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν,vt hoc loco ſcripſit Lucas, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, ſed

addit, τοῦ λαλοῦντός μοι, quum hîc (vt dixi) neceſſariò ſubaudiatur αὐτοῦ. Afferuntur tamen aliæ etiam rationes quibus hæc concilientur, nempe vt ἀκούειν hoc loco accipiatur pro Audire, & φωνὴ pro confuſo quodam ſono: illic verò ἀκούειν Intelligere, & φωνὴ vocem declaret. Valla deprauatũ hunc locum ſuſpicatur, & legẽdum eſſe potius, θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, μηδένα δὲ ἀκούοντες. Sed hoc quidẽ eſt nodum ſecare potius quàm ſoluere.

Surrexit autem Saulus de terra: apertiſque oculis nihil videbat: ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum.

Et erat tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit.

Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: & dixit ad illum in viſu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce, ego Domine.

Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicũ qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulũ nomine, Tarſenſem: ecce enim orat.

Et vidit virum Ananiã nomine, introeutem, & imponẽtem ſibi manus vt viſum recipiat.

C Reſpondit autẽ Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſãctis tuis in Ieruſalem:

Et hîc habet poteſtatem à principibus Sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum.

Dixit autem ad eum Dominus, Vade: quoniã vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & regibus, & filiis Iſrael.

Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

Et abiit Ananias, & introiuit in domũ: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus miſit me Ieſus (qui apparuit tibi in via qua veniebas) vt videas, & implearis Spiritu ſancto.

Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ, & viſum recepit: & ſurgens baptizatus eſt.

D Et quũ accepiſſet cibũ, confortatus eſt. Fuit autem cum diſcipulis qui erãt Damaſci, per dies aliquot.

Et continuò ingreſſus, in ſynagogis prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius Dei.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nônne hic eſt qui expugnabat in Ieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum?

Saulus autem multò magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus.

Quum autẽ implerentur dies multi, conſilium fecerunt Iudæi vt eum interficerent.

2.Cor.11.g.32 Notæ autem factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. ‖cuſtodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent.

Accipientes autem eum diſcipuli nocte, per murum demiſerunt eũ ſub mittentes in ſporta.

8 Surrexit autem Saulus è terra, apertíſque oculis ſuis neminem videbat: itaque manu ducentes eum introduxerunt Damaſcum.

9 Vbi fuit tribus diebus, non vidẽs, ac non comedit neque bibit.

10 Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: ad quem dixit per viſum Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce, ego *adſum* Domine.

Ananias.

11 Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiſcere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulũ *quendam* nomine, Tarſenſem: ecce enim orat.

Oratio.

12 ″Et vidit per viſum virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem ſibi manum vt viſum reciperet.

13 Reſpondit autem Ananias, Domine, audiui ex multis de viro iſto, quot mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem.

Ananias timet ſibi à Paulo.

14 Quinetiam hoc loco habet poteſtatem à principibus Sacerdotum, vinciendi omnes qui inuocant nomen tuum.

15 Dixit autem ad eum Dominus, Proficiſcere: nam ″inſtrumentum electum eſt mihi iſte, vt perferat nomen meum coram Gentibus, & regibus, ac filiis Iſrael.

Vas electum. Paulus.

16 Ego enim oſtendam ei quàm multa oporteat eum pro nomine meo pati.

Afflictiones.

17 Abiit igitur Ananias, & introiuit ″in domum illam: & impoſitis manibus, dixit, Saul frater, Dominus miſit me: (Ieſus *inquã* qui apparuit tibi in via qua veniebas) vt viſum recipias, & implearis Spiritu ſancto.

18 Statim autẽ deciderunt ab oculis eius quaſi ſquamæ, & viſum recepit illico: ac ſurgens baptizatus eſt.

Baptizatur Paulus.

19 Quúmque cepiſſet cibum, corroboratus eſt. Fuit autem Saulus cum diſcipulis qui erant Damaſci, per dies aliquot.

20 Et ſtatim in ſynagogis prædicauit Chriſtum, *nempe* quòd is eſſet filius ille Dei.

Paulus prædicat Ieſum eſſe Chriſtum.

21 Percellebantur autem omnes qui eum audiebant, ac dicebant, Nónne hic eſt qui populatus eſt in Ieruſalem eos qui inuocabant nomẽ iſtud: & huc idcirco venit vt vinctos eos abduceret ad principes Sacerdotum?

22 Saulus autem magis inualeſcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci, ″confirmans quòd is eſſet Chriſtus.

23 Expleto autem multo tempore, inierunt inter ſe Iudæi cõſiliũ illum tollendi.

Inſidiæ Paulo tenduntur.

24 Sed intellectæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. adſeruabant autẽ portas die ac nocte, vt eum tollerent.

25 Acceptum igitur eum diſcipuli nocte, per murum demiſerũt, fune ſummiſſum in ſporta.

12 Et vidit καὶ εἶδεν Quidam hæc includunt parentheſi, quaſi ſint non Domini ſed Lucæ verba. quòd non videtur Dominus ita fuiſſe cõpellaturus ipſum Ananiam. Sed facilis eſt reſpõſio. dicuntur enim hæc à Domino, habita ipſius Sauli ratione, cui alioquin Ananias erat ignotus.

15 Inſtrumentum electum σκεῦος ἐκλογῆς Vel, vt Eraſmus, organũ electum: quod & ipſum Græcum eſt vocabulum, ſed à Latinis vſurpatur, præſertim in iis quæ ad architecturam pertinent. Scimus autem, paſſim Eccleſiam ædificio comparari. Vulgata, ad verbum, vas electionis, nimium obſcurè. Vide Matth.12.b.9.

17 In domum illam: εἰς τὴν οἰκίαν: Vulg. & Eraſ. in domum, nimis obſcurè. Nam qui ita loquitur, omnino videtur domum eius ſignificare qui dicitur ingreſſus. Eſt autem hoc loco articuli vis ἀναφορική. refertur enim ad id quod mandarat Dominus, nempe vt in domo Iudæ Saulum quæreret. 22 Confirmans συμβιβάζων Id eſt, collatis ſcripturæ locis probans. Ita enim hoc verbum accipiendum eſt: quum alioquin poſſit etiam affirmari quod idoneis teſtimoniis probari non poſſit. Græca autem ſcholia interpretantur, μετ' ἐπιεικείας διδάσκων, id eſt, cum quadam animi æquitate ac moderatione docens, vt amicam collationem potius quàm altercationem fuiſſe ſciamus. quæ interpretatio (meo iudicio) non eſt ſatis expreſſa.

Non creditur Paulus eſſe Chriſti diſcipulus.

26 ″Quum verò Saulus adueniſſet Ieroſolymam, tētabat ſe adiungere diſcipulis:ſed omnes timebant eum,non credentes quòd eſſet diſcipulus.

27 Barnabas autem acceptum eum duxit ad Apoſtolos,& narrauit eis quomodo in via vidiſſet Dominum, qui loquutus eſſet ei: & quomodo in Damaſco liberè loquutus eſſet in nomine Ieſu.

28 Fuit igitur″conuerſans″cum eis in Ieruſalem.

Paulus diſputat cum Gentibus.

29 ″Et liberè in nomine Domini Ieſu″loquebatur ac diſceptabat aduerſus Græcos:illi verò conabantur eum *è medio* tollere.

30 Quod quum agnouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & emiſerunt Tarſum.

Pax.

Timor Dei.

31 Eccleſiæ igitur per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem,″*&* ædificabantur,ac pergentes *in* timore Domini: & conſolatione ſancti Spiritus multiplicabantur.

Sancti.

32 Factum eſt autem vt Petrus,dum peragraret per omnes,deueniret etiam ad ſanctos qui habitabant Lyddæ.

AEneas paralyticus ſanatur.

33 Reperit autem illic quendam nomine AEneam ab annis iam octo decumbentem in grabato,qui erat paralyticus.

34 Et ait ei Petrus,AEnea,″ſanat te Ieſus Chriſtus: ſurge, &″ſterne tibi ipſi ſtratum. *Is* autem ſtatim ſurrexit.

Chriſtiani in Lydda & Sarona

35 Et viderunt eum omnes qui incolebāt Lyddam″& Sarona, qui conuerſi ſunt ad Dominum.

Tabitha ſuſcitatur.

Opera.

Eleemoſynæ.

36 Ioppæ autem fuit quædam diſcipula nomine″Tabitha, quæ,ſi interpreteris,dicitur Caprea:hæc erat″diues operum bonorum & eleemoſynarum quas præſtabat.

37 Factum eſt autem in diebus illis vt morbo correpta moreretur. quam quum lauiſſent, poſuerunt in cœnaculo.

Quum autē veniſſet in Ieruſalem, tentabat ſe iungere diſcipulis:& omnes timebāt eum, nō credentes quòd eſſet diſcipulus. E

Barnabas autem apprehēſum illū duxit ad Apoſtolos: & narrauit illis quomodo in via vidiſſet Dominū, & quia loquutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu.

Et erat cum illis intrās & exiens in Ieruſalē, & fiducialiter agens in nomine Domini.

Loquebatur quoque Gentibus: & diſputabat cum Græcis:illi autem quęrebant occidere eum.

Quod quū cognouiſſēt fratres,deduxerūt eū Cæſareā,& dimiſerūt Tarſū.

Eccleſia quidem per totā Iudæam, & Galilæam, & Samariā habebat pacem,& ædificabatur ambulās in timore Domini,& cōſolatione Sancti ſpiritus replebatur.

Factum eſt autem vt Petrus dū trāſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos qui habitabant Lyddæ. F

Inuenit autem ibi hominem quendam,nomine AEneam,ab annis octo iacentem in grabato,qui eras paralyticus.

Et ait illi Petrus, AEnea, ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus:ſurge,& ſterne tibi.Et continuò ſurrexit.

Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Saronæ: qui conuerſi ſunt ad Dominum.

In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, que interpretata dicitur Dorcas. hæc erat plena operibus bonis & eleemoſynis quas faciebat.

Factum eſt autem in diebus illis vt infirmata moreretur. quam quum lauiſſent,poſuerunt eam in cœnaculo.

26 Quum verò adueniſſet παραγενόμενος δὲ Inter liberationem Pauli & aduentum ipſius in vrbem,intercedunt anni tres,vt nonnulli volunt, quos ſcilicet conſumpſit partim Damaſci, partim in Arabia, vt narrat ipſe Paulus Galat.1.d.17 & 18. Neque enim omnia narrauit Lucas, ſed præcipua duntaxat.Verùm quod ad me attinet,vt mollius iſta connectantur,quum diſertè dicat Apoſtolus illo loco,ſe Damaſco in Arabiā, & inde rurſus Damaſcum rediiſſe,vnde demum venerit Ieroſolymam:putarim potius triennium illud cōprehendi à Luca,eo quòd dixit verſiculo 23.Expleto autem multo tempore,ita vt Paulum intelligamus,ſimulatque liberatus fuit,ſtatim contendiſſe Ieroſolymam. Ita nihil videbitur prætermiſiſſe Lucas quod ad hanc hiſtoriam attinet. Nam ipſa Damaſcus Arabiæ tribuebatur,vt apparet ex 1.Cor.12.g.33.neq; ex loco illo Epiſtolæ ad Galatas intelligi poteſt quandiu in Arabia fuerit.Ideò ſatiſfeciſſe videtur hiſtoriæ Lucas, quum inquit,Paulum poſt multum tēpus, triennium ſcilicet,illic expletum,Damaſci nimirum & in vicina regione,fuiſſe Iudæorum inſidiis petitum.

28 Conuerſans εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος In nonnullis codicibus deeſt καὶ ἐκπορευόμενος.Sed puto hæc eſſe ab aliquo expuncta,qui quū hunc Hebraiſmum ignoraret,quem expoſuimus ſuprà 1.d.21,putauit ita ſignificari Paulum egreſſum fuiſſe ex Ieruſalem cum Apoſtolis. Itaq; pro eo quod Vulg.& Eraſ.ſeruato Hebraiſmo conuerterūt,intrans & exiens,ego planius loqui ſum conatus. Cum eis μετ᾽ αὐτῶν Id eſt,cum Petro & Iacobo:eos enim ſolos ex Apoſtolis ſibi tum fuiſſe conſpectos narrat Paulus Gala.1.d.28 & 29.ex quo etiam intelligimus,ita accidiſſe vt eo tempore ſoli iſti ex Apoſtolis fuerint Ieroſolymis. Nam cur vel ipſe alios non inuiſiſſet, vel alii ab ipſius cōgreſſu abſtinuiſſent? At quonā, dices,iſti abierant?Id verò ſcrutari curioſorum eſt hominum: & quæ ſomnia in Dei Eccleſiam inuexerit iſta curioſitas, vel ex illis apparet quæ ſub Abdiæ cuiuſdam Babylonii nomine circunferuntur, ſcriptoris non modò inepti,ſed etiam impii ac profani. Ac illa quidem non miror licuiſſe olim comminiſci:quid enim aliud merebatur hominum perfidia,quàm vt in profundiſſimas tenebras demergerentur? ſed hoc ego nō tam demiror quàm ægerrimè fero,in ea ciuitate cui Chriſtus illuxerit,impune quibuſdam licere Chriſto & ipſius Eccleſiæ illudere,atque adeò ſpargendis paſſim quibuſuis quantumuis execrandis blaſphemiis lucrum facere. 29 Et liberè καὶ παρρησιαζόμενος Vulg.barbarè,& fiducialiter.Eraſ.& cum fiducia loquens.Sed rectè Vetus interpres participium per aduerbium expreſſit. eſt enim hæc enallage Græcis familiaris, & multo commodius connectitur participium hoc cum verbo ἐλάλει,quàm cum præcedentibus. Loquebatur ac diſceptabat ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει Hæc,vt modo dixi,coniungenda ſunt cum participio παρρησιαζόμενος,ita vt τε connectat duo verba,nempe ἦν & ἐλάλει.Sed Vetus interpres conuertit, loquebatur quoque cum Gentibus & diſputabat cum Græcis,id eſt ἐλάλει τε μετὰ τῶν ἐθνῶν καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς ἑλληνιστάς:quam lectionem neque in vllis codicibus Græcis inuenio,neque poſſum approbare. Nam hoc tempore Gentes opinor non modò non diſputaſſe aduerſus Euangelium,ſed etiam tum Iudæos tum Chriſtianos deriſiſſe. Quinam autem hìc dicantur ἑλληνισταὶ,expoſuimus ſuprà 6.a.1.

31 Et ædificabantur, οἰκοδομούμεναι, Hoc participium ab eo diſtinguo quod proximè ſequitur, vt quū duo ſint huius periodi verba,nempe εἶχον εἰρήνην & ἐπληθύνοντο, illud cum οἰκοδομούμεναι, iſtud cum πορευόμεναι conſtruatur. Ita enim plana erit ſententia, & ordo minimè perturbatus. 34 Sanat ἰᾶται Vulg.& Eraſ.ſanet,id eſt ἰάσθω. Sterne tibi ipſi ſtratum. καὶ στρῶσον σεαυτῷ Vulg.& ſterne tibi.Eſt autem familiare Hebræis,cognatæ ſignificationis nomen in omnibus intranſitiuis verbis ſubaudire, vt alibi annotauimus. Sed præterea annotandum eſt,ſternere lectum hoc in loco videri vſurpatum pro lectum colligere,potius quàm pro apparare ad decubitum.quorſum enim hoc,quum ſurgere iubeatur? Iacebat autem in grabato,id eſt lectulo:cuiuſmodi erant ſtrata in quibus ſani etiam homines ſolebant meridiari,quæ ſcilicet deinde moris erat colligere,& ſuo loco reponere.vnde illud ſæpe dictum à Domino,Tolle grabatum tuum & ambula.

35 Et Sarona, καὶ τὸν σάρωνα, Corruptè legitur σαρωνᾶ & σαρωνᾶν,quum ab Hebræis dicatur שרון vt Eſ.33.b.9,&1.Paral.27.d.29. Vera igitur lectio eſt σάρωνα à recto σάρων,adſtipulante etiam vno vetuſto exemplari. Quod autem nonnulli ſcribunt Ἀσσάρωνα, inde factum eſt,quòd apud Eſaiam legitur השרון,præpoſita litera ה,quam Græci interpretes ſæpe coniunxerunt cum nominibus locorum & appellatiuis. Neque eſt quod vrbis nomen eſſe putemus, quaſi pro ἀσκάλωνα perperam ſcriptum ſit ἀσσάρωνα. Nam præterquam quòd nulla vrbs hoc nomine recenſetur in iſto tractu,articulus maſculinus qui hìc legitur,ſummo omnium codicum conſenſu,& aliis etiā citatis locis,non patitur vt pro vrbe accipiamus.

36 Tabitha, Ταβιθὰ, Syriacum vocabulum,pro quo dicunt Hebræi צביה Græci δορκάδα. Latini capream,aut,vt alii cenſent,damam. Diues πλήρης Id eſt πλουσία. Vulg.& Eraſ.ad verbum,plena.

G Quum autem propè eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audiētes quia Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eū, rogantes, Ne pigriteris venire vſque ad nos. 38

Exurgens autem Petrus venit cum illis: & quū adueniſſet, duxerūt illū in cœnaculū, & circūſtererūt illū omnes viduæ, flētes, & oſtendētes ei tunicas & veſtes quas faciebat illis Dorcas. 39

Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponēs genua orauit: & cōuerſus ad corpus, dixit, Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro reſedit. 40

Dans autem illi manū, erexit eam: & quum vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam viuam. 41

Notum autem factum eſt per vniuerſam Ioppen: & crediderunt multi in Domino. 42

Factum eſt autē vt dies multos moraretur in Ioppe apud Simonē quendam coriarium. 43

Cap. X.

VIr autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, 1

Religioſus ac timens Deum, cū omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſēper: 2

Is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli. 3

At ille intuens eum, timore correptus, dixit, Quis es Domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. 4

Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem quendā qui cognominatur Petrus. 5

Hic hoſpitatur apud Simonē quendā coriariū cuius eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi qd te oporteat facere. 6

Et quū diſceſſiſſet Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos ſuos, & militem metuentem Dominum ex iis qui illi parebant. 7

Quibus quum narraſſet omnia, miſit illos in Ioppen. 8

B Poſtera autem die iter illis facientibus, & appropinquātibus ciuitati, aſcēdit Petrus in ſuperiora vt oraret, circa horam ſextam. 9

Et quum eſuriret, voluit guſtare. parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, 10

Et videt cælum apertum, & deſcendens vas quoddā velut linteum ma- 11

38 Quum autē Lydda eſſet prope Ioppen, diſcipuli, audito quòd Petrus eſſet in ea, duos viros miſerunt ad eum, precantes ″ne cunctaretur venire vſque ad ſe.

39 Exurgēs igitur Petrus venit cum eis: quem, vbi affuit, duxerunt in cœnaculum: vbi aſtiterunt ei omnes viduæ, flentes, & oſtendentes tunicas & pallia quæ faciebat quum eſſet cum ipſis Dorcas.

40 Eiectis verò omnibus foras, Petrus poſitis genibus orauit: & cōuerſus ad corpus, dixit, Tabitha, ſurge. Illa verò aperuit oculos ſuos, viſóque Petro, reſedit.

Oratio.

41 Data autem ei manu, *Petrus* erexit eam: & vocatis ſanctis ac viduis, ſtitit eam viuam.

42 Id autem innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in Dominum.

43 Factum eſt autem vt dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

Petrus apud coriarium habitat.

Cap. X.

1 POrrò quidam erat Cæſareæ, nomine Cornelius, cēturio ex cohorte quæ dicitur Italica,

Cornelii centurionis integritas.

2 Religioſus ac timens Deum, cum tota domo ſua, & faciens eleemoſynas multas populo:

3 ″Qui quum deprecaretur Deum per omne *tempus*, vidit per viſum manifeſtè quaſi hora diei nona Angelū Dei introeuntem ad ſe, dicentémque ſibi, Corneli.

4 At ille intentis oculis in eum & expauefactus, dixit, ″Quid eſt Domine? Dixit autem ei, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ ″aſcēderunt ″pro monimento coram Deo.

Oratio. Eleemoſynæ.

5 Nunc igitur mitte aliquos Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus.

Iuſſu Dei, Cornelius accerſit Petrum.

6 Hic diuerſatur apud Simonem quendam coriarium, cui eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

7 Vt autem diſceſſit Angelus qui loquebatur Cornelio, vocauit duos ex famulis ſuis, & militem religioſum ex iis qui ſecum aſſidui erant,

8 Et quum eis expoſuiſſet omnia, miſit eos Ioppen.

9 Poſtridie verò facientibus illis iter, & propinquantibus vrbi, aſcendit Petrus ″ſupra domum, vt oraret, circa horam ſextam.

Petro oſtēditur, Gentes fide in Chriſtum purificatas eſſe.

10 Accidit autem vt eſſet famelicus, voluítque ″capere cibum. parantibus autem illis, incidit in eum ″mentis ſeceſſio.

11 Tum videt cælum apertum, ac deſcendens ad ſe vas quoddam

38 Ne cunctaretur μὴ ὀκνῆσαι Vel, ne pigraretur. Vtitur enim etiam Cicero hoc verbo, pro quo Vetus interpres barbarè dixit, ne pigriteris, mutata etiam perſona, quaſi ὄκνησαι imperandi modo ſit poſitum. Eraſ. ne grauaretur, quaſi duntaxat rogarent ne Petro graue aut moleſtum eſſet, Ioppen venire. At ego exiſtimo potius peti vt nulla interpoſita mora adeſſet. Neque enim videbatur iſta res vllam dilationem ferre, quum iam mortua eſſet Tabitha.

IN CAPVT X.

3 Qui quum deprecaretur καὶ δεόμενος Id eſt, καὶ αὐτὸς δεόμενος, pro ὃς δεόμενος, vt ſæpiſſimè iam annotauimus. Alii cū ſuperioribus conſtruunt hoc participium. Ego verò malui coniungere cū verbo εἶδεν, quum alioqui videatur hiare cōſtructio, adſtipulante nobis vno codice.

4 Quid eſt Domine? Τί ἐςι Κύριε; Id eſt, quid me vis Domine? Vulg. Quis es Domine? Τίς εἶ Κύριε; perperā. neque enim dubitat Domini nuntiū hunc eſſe, ſed comparat ſe ad audiendū nuntiū. Aſcenderunt ἀνέβησαν Id eſt, exauditæ ſunt. Eſt autē tranſlatio ſumpta ab holocauſti ritu ad preces: quod dicendi genus frequens eſt in Vetere præſertim teſtamento. Huc enim pertinent illi vituli labiorum, quorum fit mentio apud Hoſeam: ſacrificium laudis, cuius toties meminerunt Sacri ſcriptores. Ideo mihi quaſi religio fuit hunc Hebraiſmum mutare.

Pro monimento εἰς μνημόσυνον Id eſt, vt Deum veluti non ſinant tui obliuiſci. Sic enim ſolet nobiſcum interdum Scriptura quaſi balbutire. Vulg. & Eraſ. in memoriam. Poſſit etiam aliquis, ad memoriam interpretari. Sed præterquam quòd inter μνήμην & μνημόσυνον aliquid intereſt, planior etiam videtur interpretatio quam ſum ſequutus, propter verbum ἀνέβησαν.

9 Supra domum, ἐπὶ τὸ δῶμα, Vulg. in ſuperiora, Eraſ. in ſuperiora domus. Vide Matth. 10. c. 27. 10 Capere cibū. γεύσασθαι. Vetus interpres, guſtare. Eraſ. guſtare cibū. neuter (vt opinor) rectè. Eſt enim γεύσασθαι præciſè dictū ex Hebræorū idiotiſmo, qui ſolent cognatæ ſignificationis nomina ſupplere, quū plena ſit loquutio לטעם הלחם, id eſt, guſtare panē. Deinde γεύσασθαι, pro quo etiam Græci πάσασθαι dicunt, non id declarat quod Latinum verbum Guſtare, hoc quidem in loco, ſed τὸ ἐσθίειν καὶ φαγεῖν, id eſt, veſci ac cibum capere. Sed & fortaſſis γεύσασθαι non ineptè conuerteris, prandere. Nam (vt placet Euſtathio in librum Odyſſ. β΄, τὸ ἄριστον, ἔστι τὸ κοινῶς λεγόμενον γεῦμα. Mentis ſeceſſio. ἔκστασις. Vulg. & Eraſ. mentis exceſſus. Illud mollius eſt, ni fallor. Nam Stuporis ac Perculſionis nomen non conueniret, quum neque ſtupidus, neque perculſus Petrus dicatur, ſed quaſi ſemoto ad tēpus à corpore animo, cum Deo colloquutus. Non ſtupet igitur Petrus, ſed Dei colloquio fruitur, & myſteria ipſius docetur: neq; exceſſit mēs ex ipſius corpore, ſed quaſi ſeceſſit altius euecta, breui tandē ad ſedes ſuas reditura.

vt linteum magnum,quatuor initiis deuinctum,quódque demitteretur in terram.

In quo erant ″quæuis quadrupedia terræ, & feræ,ac ″reptilia,& volucres cæli.

Et facta eſt vox ad eum,Surge Petre,macta & veſcere.

Ait autem Petrus, Nequaquam Domine: nam nunquam edi quicquam commune ſeu impurum.

Tum vox rurſus ad eum ſecundò,Quæ Deus purificauit, tu″ne polluas.

Hoc autem factum eſt ter:& rurſum ſublatum eſt vas in cælũ.

Petrus deſcẽdit ad Cornelium.

Quum autem apud ſeſe hæſitaret Petrus quodnam eſſet viſum illud quod vidiſſet,ecce,viri qui miſſi erant à Cornelio, percõtati de domo Simonis,ſuperuenerunt ad veſtibulum.

Et euocato *quopiam* percontati ſunt an Simon qui cognominaretur Petrus,illic diuerſaretur.

Petro verò cogitante de viſione,dixit ei Spiritus,Ecce,tres viri quærunt te.

Surgens itaque, deſcende, & proficiſcere cum eis, nihil diſceptans:nam ego miſi eos.

Deſcendens ergo Petrus ad viros qui miſſi erant à Cornelio ad ipſum,dixit,Ecce,ego *is* ſum quem quæritis:quæ cauſa eſt propter quam adeſtis?

Ipſi verò dixerunt,Cornelius cẽturio,vir iuſtus ac timens Deũ, & teſtimonio ornatus à tota gente Iudæorum,Diuinitus admonitus eſt ab Angelo ſancto, vt accerſeret te domum ſuam, & audiret *quædam* verba abs te.

Intrò vocatos igitur eos accepit hoſpitio.ſequenti verò die Petrus abiit cum ipſis,& quidam ex fratribus Ioppenſibus comitati ſunt eum.

Poſtridie verò introierunt Cæſaream . Cornelius autem expectabat eos,conuocatis cognatis ſuis ac neceſſariis amicis.

Vt autem factum eſt vt introiret Petrus , occurrens ei Cornelius,& accidens ad pedes,adorauit.

Petrus non vult ſibi flecti genu.

Petrus verò erexit eum,dicens,Surge,& ego ipſe homo ſum.

Et colloquens cum eo,ingreſſus eſt,inuenítque multos qui cõuenerant.

Mundi omnes Iudæi & Gentes per Chriſtum.

Dixítque ad eos,Vos ſcitis nefas eſſe cuiquam Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenã: ſed mihi oſtendit Deus nequem pollutum aut impurum dicerem hominem.

Quapropter etiam ″ſine cõtrouerſia veni accerſitus. Percontor igitur qua ratione me accerſiueritis.

Tum Cornelius ait, ″Nudiuſquartus ″vſque ad hanc horã eram ieiunus,& hora nona orabam in domo mea,&ecce,quidam ſtetit coram me *indutus* veſte ſplendida,

gnum,quatuor initiis ſubmitti de cælo in terram:

12 In quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ,& volatilia cæli.

13 Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre,occide & manduca.

14 Ait autẽ Petrus,Abſit Domine:quia nunquam manducaui omne commune & immundum.

15 Et vox iterum ſecundò ad eũ,Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris.

16 Hoc autem factum eſt per ter:& ſtatim receptum eſt vas in cælum.

17 Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnã eſſet viſio quam vidiſſet,ecce, viri qui miſſi erant à Cornelio,inquirentes domum Simonis,aſtiterunt ad ianuam:

C

18 Et quum vocaſſent , interrogabant ſi Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hoſpitium.

19 Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei,Ecce,viri tres quærũt te:

20 Surge itaque & deſcende , & vade cum eis,nihil dubitans:quia ego miſi illos.

21 Deſcendẽs autem Petrus ad viros, dixit , Ecce , ego ſum quem quæritis: quæ cauſa eſt propter quam veniſtis?

22 Qui dixerunt,Cornelius centurio, vir iuſtus & timens Deum,& teſtimonium habens ab vniuerſa gẽte Iudæorum,reſponſum accepit ab Angelo ſãcto, accerſire te in domum ſuam, & audire verba abs te.

23 Introducens ergo eos, recepit hoſpitio. ſequenti autẽ die ſurgẽs profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eum.

D

24 Altera autem die introiuit Cæſaream . Cornelius verò expectabat illos, cõuocatis cognatis ſuis & neceſſariis amicis.

25 Et factum eſt, quum introiſſet Petrus , obuius venit ei Cornelius , & procidens ad pedes eius,adorauit.

26 Petrus verò eleuauit eum, dicens, Surge,& ego ipſe homo ſum.

27 Et loquẽs cum illo intrauit,& inuenit multos qui conuenerant.

28 Dixitque ad illos , Vos ſcitis quomodo abominatũ ſit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenã: ſed mihi oſtendit Deus, neminem communẽ aut immundũ dicere hominẽ.

29 Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus. Interrogo ergo quam ob cauſam accerſiſtis me.

30 Et Cornelius ait , A nudiuſquarta die vſque ad hanc horã, orans eram hora nona in domo mea , & ecce vir ſtetit ante me in veſte candida,

E

12 Quæuis quadrupedia πάντα τὰ τετράποδα Hic manifeſtè apparet,particulã vniuerſalem pro indefinita poni,vt etiam accipienda eſt.1. Tim.2.b.4. Appellatio autẽ quadrupedum non tam latè hic patet atque apud Phyſicos, ſed ea dũtaxat complectitur quæ ad communẽ vſum hominum ali ſolent,vt cameli,equi,canes,boues, oues, porci,& alia id genus. Ideo adiungit τὰ θηρία, id eſt feras,quas non rectè prætermiſit Vetus interpres.Eraſmus autem Beſtias conuertit,vocabulo nimium generali. Reptilia τὰ ἑρπετὰ Vetus interpres,ſerpentia,quod mihi non diſpliceret,niſi vſus obtinuiſſet vt Serpentum nomine τοὺς ὄφεις intelligeremus.Quàm latè autem pateat nomen τῶν ἑρπετῶν,quæ reptilia vocauimus, vocabulo Latinis non ita vſitato, apparet ex Leuitici capite vndecimo. 15 Ne polluas. μὴ κοίνου. Id eſt,ne pro pollutis & impuris habeas. quamobrem etiam Vetus interpres conuertit , ne commune dixeris. Eſt enim hoc quoque genus dicendi petitum è medio, quoties factum pro dicto ponitur,vt in illo Virgilii ex Sileno,Tum Phaethõtiadas muſco circundat amaræ Corticis,atque ſolo proceras erigit alnos.id eſt,canit circundatas,& erectas,ſicut annotauit Linacer grammaticorũ doctiſſimus. 29 Sine controuerſia ἀναντιῤῥήτως Vulg.ſine dubitatione,rectius(vt opinor)quàm Eraſmus,qui interpretatur,incunctãter.Cunctari enim,negligentis eſt potius quàm hæſitãtis. 30 Nudiuſquartus ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας Vulg.A nudiuſquarta die,ambigué.Nam hæc ita dici viderentur,quaſi quartum iam diem Cornelius ieiunaſſet. Vſque ad hanc horam μέχρι ταύτης τῆς ὥρας Hæc quoque formula loquendi petita eſt è medio . Neque enim eandem horam declarat,ſed æqualem,duorum ſcilicet diuerſorum dierum nonam.quod mox ipſe explicat.nam καὶ ponitur in epexegeſi.

Et ait, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei.

Mitte ergo in Ioppen, & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur in domo Simonis coriarii iuxta mare.

Confeſtim ergo miſi ad te, & tu benefeciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta ſũt à Domino.

Deuter.10.d.17 2.paral.19.b.17 iob.34.b.19 ſapien.6.b.8 eccli.35.b.16 rom.2.b.11 galat.2.b.6 epheſ.6.b.9 coloſ.3.d.25 1.pet.1.c.17

Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit, In veritate comperi quia non eſt perſonarum acceptor Deus:

Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

Verbum miſit Deus filiis Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtũ, (hic eſt omnium Dominus.)

F

Luc.4.b.14

Vos ſcitis quod factum eſt verbum per vniuerſã Iudæam, incipiens enim à Galilæa, poſt Baptiſmum quod prædicauit Iohannes:

Ieſum à Nazareth quomodo vnxit eũ Deus Spiritu ſancto & virtute, qui petranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo.

Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in regione Iudæorũ & Ieruſalẽ:

31 Dixítque, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ in memoria habitæ ſunt coram Deo.

32 Mitte ergo qui *eant* Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus: hic diuerſatur in ædibus Simonis coriarii ad mare, qui quum adfuerit, loquetur tibi.

33 "Eodem igitur *momento* miſi ad te, & tu bene feciſti quòd adfueris. Nunc ergo omnes nos coram Deo adſumus, vt audiamus omnia quæ tibi præcepta ſunt à Deo.

34 Tum aperto ore, Petrus dixit, In veritate deprehẽdo quòd Deus "non accipiat perſonam:

Prædicat Petrus Chriſtum.

35 Sed in quauis gente "quiſquis timet ipſum, & operatur iuſtitiam, is acceptus eſt ei.

36 "Id quod ſignificauit filiis Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum, "qui eſt omnium Dominus.

37 Vos noſtis "quod geſtum eſt in tota Iudæa, initio facto à Galilæa poſt Baptiſma quod prædicauit Iohannes.

38 "Vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus Spiritu ſancto & virtute, qui obambulauit beneficiis afficiens & ſanans omnes "*tyrannicè* oppreſſos à diabolo: quoniam Deus erat cum eo.

39 "Quorum omnium quæ & in regione Iudæorum & in Ieruſalem

Teſtes.

33 Eodem igitur *momento* ἐξαυτῆς οὖν In Græcis ſubauditur ὥρας, quod putaui exprimendum. Vulgata & Eraſmus, confeſtim.

34 Non accipiat perſonam. οὐκ ἔστι προσωπολήπτης. Vide Mar.12.b.14. 35 Quiſquis timet ὁ φοβούμενος Articuli vis hoc loco eſt ἀόριστος, aut potius rationem rei formalem indicat, quam vocant, veluti ſi dicam, ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ λογικὸν ζῶον, non certum hominẽ deſignem, ſed ipſam hominis ſpeciem. Ideo conuertendũ potius fuit, quiſquis timet, quàm qui timet. Cæterùm ſæpe iam annotauimus, per timorem Dei apud Hebræos vniuerſum Dei cultum declarari. ex quo intelligitur, quum ſine fide nemo placere poſſit Deo (vt diſertè ſcriptum eſt Heb.11.a.6) Cornelium non modò antequam baptizaretur, ſed etiam antequam Ieſum ſciret eſſe verum Meſſiam, verè tamen fidelẽ ac religioſum fuiſſe, quemadmodum ii omnes fuerunt qui in Chriſtum venturũ crediderunt. Inepti ſunt igitur qui ex hoc loco conantur, opera quæ vocãt præparatoria & liberum arbitrium conſtituere, perinde acſi poſſemus bonos fructus ædere antequam viti inſeramur. Inepti etiam qui Spiritum ſanctum & ipſius in nobis effecta Sacramentis alligant, & doctrinam ex opere operato ſtabiliunt, quum idcirco potius adhibeantur vt in credentium quidem infantibus adoptionem, in adultis verò etiam fidem obſignent.

36 Id quod ſignificauit τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε Heb. את הדבר אשר. Nam vſitatum eſt Hebræis præponere antecedens relatiuo, etiam quando cum illo conſtruitur, vt ſuprà 21.d.42, λίθον ὃν pro ὃν λίθον. Hìc autem articulus τὸν reſpondet literæ ה in הדבר, vt ſignificetur id referri ad præcedentia, per appoſitionem ſcilicet. Hic ergo ſenſus eſt, Nũc demum reipſa deprehendo, quicunque bene ac religioſè viuat, ſiue Iudæus ſit, ſiue ex alia quauis gente, gratum eſſe Deo. id quod ſignificauit Iſraelitis, quum annuntiaret pacem ac reconciliationem Dei cum hominibus, per Ieſum Chriſtum: qui ſcilicet non vnius gentis, ſed omnium dominus eſt. Hæc autem ita cohærent, vt ipſa ſeries mihi quidem videatur iſtã explicationem planè cõfirmare. Eſt enim tacita quædam antitheſis inter miniſterium Moſis & Chriſti, id eſt, inter Legem & Euangelium. Nam Moſes Legis miniſter fuit, & quidem vnis Iudæis: Euangelium verò, id eſt Chriſtus ipſe, potentia eſt Dei in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm, deinde & Græco, Rom.1.b.16. Huc pertinet quod idem ſcribit Rom.3.d.19, Nũquid Iudæorum Deus tantùm? Et dirutam eſſe maceriam, Eph.2.c.14. Denique nunc demũ fatetur Petrus ſe cœpiſſe intelligere quod nuntiarant Angeli, quũ dicerent pacem eſſe in terra hominibus: item quod à reſurrectione dixerat Dominus, ſibi datam eſſe poteſtatem in cælo & in terra, id denique quod Dominus diſcedens ipſi cæteriſque Apoſtolis præceperat, vt Euangeliũ annuntiarent omni creaturæ. Quamobrem, meo quidem iudicio, nulla cauſa eſt cur iſta cõnectantur cũ verbo οἴδατε, ac ſequente verſiculo: ſed cũ ſuperioribus prorſus cohærent. Nã præterquã quòd plana eſt ſentẽtia & multo melius cõſentiens, primùm omnium ex omnibus codicibus Græcis vel manuſcriptis vel impreſſis nullus eſt (quẽ mihi quidem inſpicere licuerit) qui ὑμεῖς οἴδατε cum iſtis adiungat. Deinde, obſecro, quàm durum & inſolens fuerit per parentheſin includere οὗτός ἐστι πάντων κύριος, vt videantur iſta prorſus alieno loco collocata? Præterea quomodo hæc dicat Petrus Cornelio, & ipſius amicis ac neceſſariis? ipſum ſcilicet noſſe quid annuntiarit Chriſtus, id eſt, ipſum Chriſti officium, quum ad hoc ipſum Cornelio prædicandum veniſſet? Etſi enim pius ac religioſus erat ille, tamen ſatis apparet, eum de Ieſu Chriſto nihil ante Petri aduentũ amplius cognouiſſe, quàm quod de ſignis & prodigiis per eum æditis & ſingulari eius virtute ac pietate potuerat vel abſens ex rumore, vel præſens etiam ſuis oculis cognoſcere. Meſſiam autem hunc eſſe qui ſua morte homines cum Deo reconciliaſſet, id ego Cornelium cum ſuis ante hunc diem ne ſuſpicatum quidem fuiſſe opinor. Quomodo igitur hæc iſtis nota eſſe Petrus diceret? Poſtremò quorſum hoc, & quidem per parentheſin, addidiſſet Petrus, Chriſtũ, aut, ſi ad Deum Patrem referre mauis, Deum eſſe omnium Dominum? Has igitur habui huius interpretationis cauſas: quas pluribus cõmemoraui, partim propter ſummam huius loci obſcuritatem, partim nequid temere viderer mutaſſe. Quod autem τὸν λόγον ὃν. i. ὃν λόγον, perinde ſim intepretatus acſi ſcriptũ eſſet, ὅ,τι, vel ὅ,περ: non eſt, opinor, cur pluribus excuſem. Puto enim omnibus iam eſſe notũ דבר apud Hebræos non minus latè patere, quàm πρᾶγμα apud Græcos, & Res apud Latinos. Sed tamen magis propriè videtur hoc loco vſurpari: quia de prædicatione Euangelii agitur: quã ſcimus κατ' ἐξοχὴν τὸν λόγον vocari, vt fortaſſis nõ minus rectè poſſis intepretari τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλεν quẽ ſermonem, [vel, quẽ nuntium] ſignificauit. Denique quod attinet ad verbum ἀπέστειλεν, in eo quoque ſequutus eſt Lucas Hebræorum idiotiſmum, apud quos ſæpe ex antecedente intelligitur conſequens, vt pluribus annotauimus Mar.8.b.11, & Luc.3.b.7. Hinc factũ eſt vt ἀποστέλλειν accipiatur pro σημαίνειν, id eſt Mittere pro ſignificare, per nuntium ſcilicet eius rei cauſa miſſum. Qui eſt οὗτός ἐστιν Demonſtratiuum pronomen poſitum eſt pro relatiuo, ex idiomate Hebræorum, cuius duo exempla prorſus ſimilia extant Luc.2.e 36 & 37. Item 7.b.12. Quòd ſi etiam libuerit propriam ſignificationem ſeruare, adſcribendum erit punctum poſt χριστοῦ, id eſt Chriſti. Ita vt ſit hæc periodus μονόκωλος, & quaſi per epiphonema dictum ſit, Iſte eſt omnium Dominus. Cur autem mihi non placeat per parentheſin accipere, dixi in proxima annotatione. Quidam referũt ad τὸν λόγον, ſed nulla, vt opinor, idonea ratione freti. Eſt igitur in hoc vno verſiculo triplex Hebraiſmus ab interpretibus neglectus. Vnus in τὸν λόγον ὅν, pro ὃν λόγον: alter in ἀπέστειλε, pro ἐσήμανε, vel ἐξηγήσατο: tertius in οὗτός ἐστι, pro ὅς ἐστι. 37 Quod geſtum eſt τὸ γενόμενον ῥῆμα Vulg. verbum quod factum eſt. Eraſ. de quo ſermone fama diuulgatum fuit. Vide Luc.3.b.15. 38 Vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς Abũdat relatiuum αὐτὸν ex more Hebræorum: quem pleonaſmum qui negligunt, vel duplicem epanalepſin coguntur hic conſtituere (quaſi ſcilicet Ἰησοῦν pertineat ad verbum οἴδατε) vel aliquod verbum foris accerſere: vt is fecit qui conuertit, Ieſum *dico* à Nazaretha. Quod autem ad verbũ Vngendi attinet, hæc quoque formula loquendi orta eſt ex Hebræorũ conſuetudine, apud quos vngebantur Reges, Sacerdotes, ac Prophetæ. Inde factũ eſt vt dicantur vngi à Deo quos ipſe donis ac virtutibus imbuit & exornat. Deinde peculiaris eſt alluſio ad nomen משיח quem Græci ſimili ratione vocant Χριστὸν, id eſt, vnctũ. Tyrannicè oppreſſos καταδυναστευομένους Addidi aduerbium Tyrannicè, vt melius appareret huius verbi energia, quam Eraſmus quoque in Annotationibus rectè annotauit. 39 Quorum omnium πάντων ὧν Hìc quoque nõnihil mutauimus collocationem quæ eſt in Græcis, nempe vt perſpicuitati ſtuderemus, propter relatiuum ὃν longius poſitum. Id autem meritò factum eſſe fatebitur, vt ſpero, quiſquis noſtram interpretationem cum aliis compararit.

fecit,nos etiam teſtes ſumus:quē ſuſtulerunt ſuſpēſum in ligno.

40 Hunc Deus ſuſcitauit tertio die,effecítque vt manifeſtus fieret,

41 Non toti populo,ſed teſtibusʺquos prius ſuffragio ſuo deſignauit, *nimirum* nobis qui comedimus ac bibimus vnà cum eo, poſteaquam reſurrexit à mortuis.

Index Chriſtus.

42 Denuntiauit autem nobis vt prædicaremus populo,ac teſtaremur quòd ipſe ſit ille qui definitus eſt à Deo iudex viuorum ac mortuorum.

Prophetæ.

Remiſſio peccatorū per fidem.

43 ʺHuic etiam omnes Prophetæ teſtimonium ferunt,quòd remiſſionem peccatorum accepturus ſit per nomen eius quiſquis crediderit in eum.

Spiritus ſanctus ſuper Gentes.

44 Adhuc loquente Petro verba hæc, illapſus eſt Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant hunc ſermonem.

45 Fideles autē qui *erant* ex circunciſione, & venerant cum Petro, perculſi ſunt quòd & in Gētes donū Spiritus ſancti effuſum eſſet.

46 Audiebant enim eos ʺloquentes linguis ac magnificantes Deū. Tunc reſpondit Petrus,

quē occiderunt ſuſpendētes in ligno.

Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri,

Non omni populo,ſed teſtibus præordinatis à Deo,nobis qui manducauimus & bibimus cū illo,poſtquam reſurrexit à mortuis.

Et præcepit nobis prædicare populo,& teſtificari quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorū & mortuorum.

Huic omnes Prophetæ teſtimoniū perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Infrà 15.b.9
iere.31 f.34
mich.7.d.11
G

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum.

Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.

Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus,

41 Quos prius ſuffragio ſuo deſignauit, προκεχειροτονημένοις, Tot verbis vtendum fuit ad explicandam Græci vocabuli ſignificationem. Vulg.præordinatis à Deo.Eraſ.prius ad hoc delectis à Deo:quas interpretationes minimè quidem reprehendo,ſed tamen non piguit mutare, quia iſta Dei χειροτονία declarat non eſſe priuatum hoc munus de quo agitur, ſed publicum atque adeò præcipuum in Eccleſia. Quanuis enim Deus præſit Eccleſiæ ſuffragiis in legitima miniſtrorū deſignatione,tamen tacita quædā eſt hoc loco antitheſis inter Dei χειροτονίαν & hominū ſuffragia. Sunt enim Apoſtoli immediatè (quod aiunt) ab ipſo Chriſto, id eſt à Deo,deſignati, vt diſertè quoque expreſſit Lucas in huius libri procemio:ideo quum de ſurrogādo Iudæ ſucceſſore quæreretur,res eſt ſorti cōmiſſa,tanquam arcano ipſius Dei iudicio. quod in aliis factum eſſe nuſquam legimus,nec ſanè(vt opinor)fieri potuit aut debuit. 43 Huic etiam omnes τούτῳ καὶ πάντες Addidimus particulam καὶ ex fide veteris codicis.Videtur autem optimè conuenire,quum ad ſuperiora teſtimonia iſtud quoque adiungatur.

46 Loquentes linguis λαλούντων γλώσσαις Etſi nihil magis inuitus facio quàm vt à quoquam diſſentiam, in hoc præſertim genere ſcribendi,in quo ſatis ſcio fieri non poſſe quin ipſe in varias reprehenſiones incurram: tamen non poſſum hìc diſſimulare,quæ Eraſmus in hoc caput de linguarū dono diſſeruit,eiuſmodi mihi videri,vt bonis doctiſque omnibus meritò debeant diſplicere.Nam aut ego non ſum aſſequutus quæ ſcribit,aut huc tendunt omnia ipſius argumenta,vt doceat ſermonem Apoſtolorum non fuiſſe è Spiritu ſancto. Sic enim in margine annotatus eſt quæſtionis ſtatus.Neque verò mihi quiſquam hìc obiiciat,de verbis hic quæri,nō de rebus ipſis. Id ego verò vt concedā,tamen hæc quæſtio multo maioris eſt momenti quàm præ ſe ferat. Ecquis enim non videat,ſi ſemel ſit conſtitutum, ita balbutiſſe Apoſtolos, vt quæ ſcripſerunt,melius dici poſſint,quæ feneſtra omnium audaciæ ac libidini aperiatur?Id à me fruſtra non dici,vtinā nullis exemplis poſſem probare. Impurus ille Origenes dum in Epiſtolis Pauli ſuam illam ſynecdochen inuehit , quaſi obſcurè loquutus ſit Paulus, quum nos diceret fide iuſtificari,quid aliud eructat quàm infandā blaſphemiam,quæ ex diametro pugnat cum præcipuo Chriſtianæ religionis capite?Idem tractans locum illum ex octauo capite Epiſtolæ ad Romanos,τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει,quàm ineptè ἐν ᾧ,ad Legem cæremonialē refert,vt non modò id de quo agebatur,ſed etiam ſuū idioma videatur ignoraſſe?& hūc miramur Pauli hyperbatis,anantapodotis,amphiboliis offendi,qui id vnū videtur conatus,vt Pauli doctrinā obſcuraret?Erūt hæc pleriſque fortaſſis παράδοξα.ſed bene habet quòd libri extant,ex quibus ſiquis incorruptè velit iudicium ferre,nihil vereor ne nimium audacter videar loquutus. Chryſoſtomus certè longè aliter de Paulo ſentit,qui tamen & ipſe vtinam vbique ſimplicitati maluiſſet ſtudere,quàm quædā philoſophica dogmata permiſcere. Sed hoc illi cum Græcis penè omnibus commune eſt.Hieronymi verò iudicium in exponēdis Scripturis quid aliud prodit quàm Origenis diſcipulum?Paulus,inquit,Græci ſermonis fuit imperitus.Atqui de Paulo non ita iudicarunt Athenæ ipſæ:neque Portius Feſtus hoc de Paulo iudiciū tulit,quòd barbarè nimis & obſcurè loqueretur.Erat,inquit,diſertior in lingua Hebræa quàm in Græca.Hoc verò vnde didiciſti Hieronyme?nēpe ex crebris Hebraiſmis qui in ipſius Epiſtolis occurrunt.Neceſſarium ſcilicet argumentū. quid autem? Lucas ille Antiochenus an minus hebraiſſat quàm Paulus?Nempe multo minus,inquies,& ſcio multos in ea eſſe opinione. At ego hoc audeo affirmare,ſi vnum Marcum & Petrum excipias,Lucā nec pauciores nec minus peregrinos Hebraiſmos quàm cæteros omnes habere.nec mihi credi poſtulo,niſi id ita eſſe comperiat quiſquis attentè ſingula expenderit.Illud verò quàm ridiculū?Diſſidet,inquit,poſterior Epiſtola Petri à phraſi prioris, quòd in ea ſit alio vſus interprete. Paulus ob id Titum deſiderat,quòd is eſſet in Græci ſermonis facultate promptior. Hæc verò ſiquis neget,quomodo tandem probarit Hieronymus? Sed eſto,an idcirco iſti ita barbarè & obſcurè loquuti ſunt,vt ſermo eorum videri non poſſit à Spiritu ſancto profectus? Iſtud verò iudiciū de ſcriptis Apoſtolicis vtinam noſtra hæc ætas non ſentiret quò tandem ſit euaſurum . Nam eò res iam deuenit, vt non modò qui ex ingenio aliquid commentantur,à conſuetis & familiaribus Scripturæ verbis,tanquam obſcuris,inſipidis,obſoletis abhorreant: ſed etiam qui Scripturam è Græco conuertunt in Latinum,aut aliud aliquod idioma,quiduis ſibi in interpretando licere putent. quos ſi reprehendas,ſtatim audies interpretis officio defungi , non qui verbum conuertat è verbo, ſed qui ſententiam exprimat. Ita fit vt dum quiſque iudicium ſuum liberè ſequi mauult,quàm religioſe Spiritus ſancti interpretem agere,plurima non tam conuertat quàm peruertat.cui libidini & audaciæ niſi occurratur, næ, aut ego vehementer fallor, aut intra paucos annos pro Chriſtianis Ciceroniani euademus, & paulatim ipſarum quoque rerum poſſeſſione depellemur . Ergo non de nihilo hìc agitur , ſed de re omnium maximè neceſſaria . Audiamus igitur quid de linguarum dono ſentiat Eraſmus,Nempe hoc donum non fuiſſe perpetuum,id eſt perpetuò illis non adfuiſſe, ſed quoties ita vſus poſtulabat:ſicuti, inquit, nec ſemper ſanabant ægrotos,nec ſemper excitabant mortuos.Hæc verò qua tandem ratione probas?Semel , inquit,legimus Apoſtolos nouis linguis loquentes miraculo fuiſſe,& huius voluminis capite 19 narrantur qui baptizati Spiritum ſanctum acceperant,linguis loquuti & prophetaſſe. Ad hæc ego reſpondeo,verum quidem illud eſſe,Apoſtolos ita vſos fuiſſe Spiritus ſancti donis,vt vſus poſtulabat,ſed,obſecro,quis propterea meritò colligat,hæc dona ipſis perpetuò non adfuiſſe?an medicus eſſe deſinet qui tum demū medicina vtatur,quū aut ad ægrotos vocabitur,aut ita flagitarit neceſſitas? Rationem autem illam quam affert,ſuprà oſtendimus nulla non modò ratione,ſed ne idonea quidem coniectura niti. Certè debuerat Eraſmus cōſiderare quid hoc ipſo capite commemoretur, vt hoc ſaltem Cornelii exemplum cæteris adiungeret. Viguiſſe autem in Eccleſiis eo tempore linguarum donum,vel ex iſtis liquet,itémque ex Marci vltimo,& 1.Cor.12.13 & 14 capitibus.Subiicit deinde quale fuiſſe putet donū illud linguarum in Apoſtolis,nempe eiuſmodi,vt quum vna lingua loquerentur,ab omnibus intelligerentur. Id verò etſi ex nonnullorū veterum ſententia Eraſmus ſcribit,quis tamen non videt abſurdiſſimè dici, quū hac ratione non in ipſos Apoſtolos,ſed in eorum auditores Spiritus ſanctus illapſus dicatur? Quid amplius? Non eſt,inquit,neceſſe, opinor,quicquid fuit in Apoſtolis,protinus tribuere miraculo.Homines erant,quædam ignorabant,in nonnullis errabant.Hæc ego verò vt concedam,quorſum tandē dicuntur? nempe vt eò tandem deueniat,ſi donum illud linguæ non ſemper affuit Apoſtolis,ne tum quidem affuiſſe quum ſcriberent:ſi hoc donū fuit eiuſmodi,non vt loquendi facultatem Apoſtolis afferret,ſed auditores faceret illis intelligendis idoneos,fruſtra nos contendere,Apoſtolos,quod ad ipſum ſermonem attinet,fuiſſe Spiritus ſancti organa. Quid ergo?à quo præceptore Græcam linguam illi didicerunt?Nil mirum,inquit,Apoſtolos citra miraculum Græcè nouiſſe,quum AEgyptus,ac Syria,totáque Cilicia vulgò Græcè loqueretur.Id verò Eraſmus probet,Iudæis Græcum idioma ita fuiſſe familiare,vt idiotis ac piſcatoribus notum eſſe potuerit. At illud poſtea cum Græcis verſantes didicerunt.Diſcere certè potuerunt,ſed quū linguarū dono inſtructos eſſe oportuerit qui omnibus Gentibus eſſent Chriſtū annuntiaturi,& diſertè teſtetur Lucas id eos vno

momento eſſe cõſequutos, vt audirentur infinitarũ penè gentium linguis loquẽtes: quæ obſecro hæc pertinacia eſt, malle id induſtriæ tribuere quàm miraculo? Sed vt hoc quoque largiar: (neque enim de eo propriè quæritur:) an idcirco efficitur, ſermonem Apoſtolorum non fuiſſe à Spiritu ſancto, quia vſu & diligentia Græcã linguam perdidicerunt? Audiamus ergo tandem firmiſſimam rationẽ. Quum, inquit, ea quæ fiunt virtute Diuina, perfectiora ſint iis quæ fiunt naturæ ordine vel hominum induſtria, qui fit vt Apoſtolorum ſermo non ſolùm impolitus ſit & inconditus, verumetiam imperfectus, perturbatus, aliquoties planè ſolœciſſans? Placebat Spiritui ſancto ſermonis ſimplicitas, ſed pura tamen & integra, atque iis vacans incommodis quæ ſolent auditorũ intelligentiam impedire. Atqui in his paſſim deſudant Græci interpretes, quibus Demoſthenes & Plato facilis erat & perſpicuus. Hæc ille: quæ ſi vera ſunt, quid ſupereſt niſi vt dicamus Apoſtolos in ſcribẽdo non adhibuiſſe eam perſpicuitatẽ ac integritatem ſermonis quæ neceſſaria erat, & quam ipſe Spiritus ſanctus requirebat? Sed abſit à nobis, abſit iſta peruerſa opinio, quæ (vt antè dixi) ſi ſemel inuecta fuerit in Eccleſiam Dei, actum eſt de Scripturæ authoritate, ac proinde de totius Chriſtianæ religionis incolumitate. adeò vafer eſt Satanas in nobis per obliquos ac penitus latentes cuniculos oppugnandis. Sic igitur potius conſtituo, Simplicitatem in Apoſtolicis ſcriptis ſummã agnoſco, hyperbata, anantapodota, ſolœciſmos etiam non diffiteor. Sed illud ego virtutem non vitium appello: qua de re poſtea dicam: ab iſtis verò quis vel Demoſthenem vel Homerum ipſum vindicarit? Sed hoc præterea dicere auſim, multa in Paulo videri hyperbata, multa anantapodota, quæ tamen nõ ſunt. ſed quia de rebus diſſerit à noſtro ſenſu prorſus alienis, & pauci ſemper fuerunt qui ad legenda Apoſtolica ſcripta purum, religioſum, attentum animũ attulerint: pauci qui Hebraicos fontes adire ſuſtinuerint, vnde iſti tanquam riuuli deducti ſunt: pauci qui precibus, vigiliis, aſſiduitate conati ſint intelligentiæ lucem conſequi: nihil mirum eſt pleroſque in iſtis ita cæcutire vt ſæpe nodum in ſcirpo inueniant, clamitent ambiguum eſſe quod eſt ſimpliciſſimũ, putent non cohærere quæ tam exacta támque erudita methodo perſcripta ſunt, vt hoc auſim affirmare, nulla extare cuiuſquam ſcripta, in quibus par cõſenſio ac omnium membrorum nexus appareat. Denique cæci homines quia non agnoſcũt tenebras in ſe eſſe incluſas, ideo Spiritus ſancti ſermonem vt tenebricoſum refugiunt. Quod autem attinet ad ſermonis ſimplicitatem, eam quidem ego non modò nõ reprehendo, ſed etiam non poſſum ſatis admirari: & tamen quoties Paulo tonare libuit, nõ video quid fingi poſſit δριμύτερον. in admonitionibus verò & exhortationibus quæ ſe prodit lenitas, quæ ſermonis illecebræ? Legatur, vt vnum ex multis exemplum proferã, concio illa quam ad Epheſinam Eccleſiam habuit, ſoluẽs ex litore, quis vllam hîc dicendi virtutem requiret? quid quum carnis & ſpiritus certamen depingit, ad Romanos ſcribens? quum Philippenſes obteſtatur? quum Corinthiorum vanam eloquentiam ridet? quum de ſuo in gentiles ſuos amore teſtatur? in Iohanne verò quæ grauitas? in Petri concionibus quæ libertas, quæ maieſtas apparet? Dicam certè quod ſentio, qui hac ſimplicitate pios animos magis afficiant, ſcriptores prorſus nullos extare. Neque de rebus ipſis loquor duntaxat, ſed de verbis ac dicendi genere, quod quidem mirum & incredibile eſt, quũ ſimpliciſſimum ſit: ita tamen animos permouere, vt Diuinæ planè virtutis manifeſti effectus ſentiantur, & fides vnius Dei opus eſſe reipſa cõperiatur. Sed cur iſta potius ſimplicitas placeret quàm ornata eloquutio, grauiſſimas cauſas habuerunt Apoſtoli: atque adeò cur interdũ etiam balbutiendum atque adeò ſolœciſſandum putarent. Sic placuit Deo confundere huius ſeculi ſapientes, vt ex profeſſo Paulus aduerſus Corinthios illos diſertulos diſſerit. Deinde res illis erat maxima ex parte cum rudibus ac plebeiis hominibus: quorum ſermonẽ ſiquis ad grammaticorum aut rhetorum præcepta exegerit, ineptè profectò fecerit. Vt autem Hebraiſmos permiſcerent, non modò hæc cauſa fuit, quia Hebræi erãt (potuiſſet enim Spiritus ſanctus hoc quicquid erat in ipſis emendare, ſi diſplicuiſſet) ſed quia quũ de iis rebus diſſererent quæ Hebraicis literis erant traditæ, neceſſe fuit multa retineri, ne doctrina aliqua noua afferri videretur. & certè tam multos Hebraiſmos ab illis ſeruatos fuiſſe, minimè miror, quum plerique ſint eiuſmodi vt nullo alio idiomate tam fœliciter exprimi poſſint, imò interdũ ne exprimi quidem: vt niſi illas formulas retinuiſſent, noua illis interdum vocabula & noua dicendi genera cõminiſcenda fuerint, quæ nemo planè intellexiſſet. Poſtremò vt tandem dicendi finẽ faciam, quum hos vnos delegerit Deus, per quos ſcribi vellet quæcũque ad noſtram ſalutẽ neceſſaria ſunt, illud quoque nobis eſt cõſtituendum, eundem illum Deum ita eſſe eorum linguæ moderatum, vt ne verbum quidem temerè ipſis exciderit, omnia ita planè, aptè & appoſitè dixerint, vt planius ac melius à quoquam de his dici nunquã potuerit. Quicquid in his ſcriptum eſt aut ambiguum aut occultum, id partim noſtræ cæcitati ac ignorantiæ tribuamus, partim ad acuendã noſtram diligẽtiam id eſſe à Domino factum agnoſcamus. Excitata ſunt iterum noſtris temporibus linguarum ac bonarum artium ſtudia, accenſa ſunt Diuinitus hominum ingenia, veritatis ac lucis deſiderio, patefacta plurimis Euangelii myſteria. Iſtis Dei donis certatim omnes pro fidei mẽſura vtamur, vt in timore ac tremore Templum illud Domini ædificetur. Abſit autem à nobis imprimis profana omnis cogitatio & blaſphema audacia, vt Scripturæ ſua maieſtas & authoritas ſacra & inuiolabilis conſeruetur. Hac enim ſalua, non eſt quòd Satanam aut mundi inſultus reformidemus: hac amiſſa, nihil iam ſupereſt quominus veritas prorſus interierit.

Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi qui Spiritum ſanctum acceperũt ſicut & nos?	47	Num quis aquam prohibere poteſt, quo minus *ſcilicet* baptizentur iſti qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?
Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tũc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus. Cap. XI.	48	Iuſſítque eos baptizari in nomine Domini. Rogauerũt autem eum vt maneret ad dies aliquot. Cap. XI.
AVdierunt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniã & Gentes receperunt verbum Dei.	1	AVdierunt autẽ Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quòd & Gentes recepiſſent ſermonem Dei.
Quum autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptabãt aduerſus illum qui erant ex circunciſione,	2	Quum igitur aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptarunt aduerſus eum qui *erant* ex circunciſione,
Dicentes, Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?	3	Dicentes, Ad viros præputium habentes introiſti, & vnà ediſti cum eis.
Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, dicens,	4	Exorſus autem Petrus, *omnia* expoſuit eis ordine, dicens,
Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & vidi in exceſſu mentis viſionẽ, deſcendẽs vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſummitti de cælo, & venit vſque ad me:	5	Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & vidi in mentis ſeceſſione *hoc* viſum, nimirũ deſcẽdere vas quoddã ceu linteum magnũ, quatuor initiis *deuinctũ*, quod demittebatur è cælo, & venit vſq; ad me.
In quod intuens conſiderabam, & vidi quadrupedia terrę, & beſtias, & reptilia, & volatilia cæli.	6	In quod quum intendiſſem oculos, animaduerti, & vidi quadrupedia terræ, & feras & reptilia, & volucres cæli.
Audiui autem & vocem dicentẽ mihi, Surge Petre, occide & manduca.	7	Audiui autem etiam vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & veſcere.
Dixi autẽ, Nequaquam Domine: quia omne commune aut immundũ nunquam introiuit in os meum.	8	Dixi verò, Nequaquam Domine: nam nihil commune aut impurum vnquam introiuit in os meum.
Reſpondit autem mihi vox ſecundò de cælo, Quæ Deus mundauit, tu	9	Reſpõdit autẽ mihi vox ſecundò è cælo, Quæ Deus purificauit,

Correptus Petr⁹ ab Apoſtolis quòd Gentibus Chriſtum annũtiaſſet, oſtendit factã eſſe Gentibus miſericordiam.

47 Aquam τὸ ὕδωρ Quidam hoc connectunt cum verbo βαπτισθῆναι, ita vt vel ſubaudiatur κατ', vel hoc ſit dictum ea forma qua dicimus βαπτισθῆναι βάπτισμα. Sed præterquã quòd dura ac planè inſolens fuerit iſta traiectio, quid illud βαπτισθῆναι καθ' ὕδωρ, aut βαπτισθῆναι ὕδωρ pro ὕδατι, niſi quis καθ' ὕδωρ accipiat pro ἐν ὕδατι. Simpliciter igitur interpretor, & illud τοῦ μὴ explico per epexegeſin, cuius exempla ſingulis penè verſiculis occurrunt.

IN CAPVT XI.

3 Introiſti, ὅτι εἰσῆλθες, Vulg. Quare introiſti, ita ſcilicet vt ὅτι pro διότι intelligatur. Ego verò in nullis codicibus adſcriptam inuenio interrogationis notam. Itaque puto expoſtulationem potius eſſe quàm percontationem.

tu ne polluas.

Idque accidit ter: & rurſum omnia ſurſũ attracta ſunt in cælũ. 10

Tum ecce eodem momento tres viri ſuperuenerunt in ædes in 11
quibus eram, è Cæſarea miſſi ad me.

Dixit verò mihi Spiritus vt cõgrederer cum eis, nihil diſceptãs. 12
Venerunt autem mecum etiam ſex iſti fratres: & ingreſſi ſumus
in domum cuiuſdam:

Qui renuntiauit nobis quomodo vidiſſet Angelum domi ſuæ, 13
qui aſtitiſſet ac dixiſſet ſibi, Mitte aliquos Ioppé, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus.

Qui tibi ea dictur⁹ eſt per quæ ſerueris & tu & tota domus tua. 14

Saulus.

Quum autem exorſus eſſem loqui, illapſus eſt Spiritus ſanctus 15
in eos, quemadmodum & in nos in̄ principio.

Baptizari Spiritu ſancto.

Memini autem illius dicti Domini, quomodo *ſaliat* dixerit, Io- 16
hannes quidem baptizauit aqua, vos verò baptizabimini Spiritu ſancto.

ʼPoſtquam igitur par donũ dedit eis Deus, vt & nobis, quũ cre- 17
didiſſemus in Dominum Ieſum Chriſtum: ego porrò quis eram
qui poſſem prohibere Deum?

His autem auditis quieuerunt, & glorificauerunt Deum, dicen- 18
tes, Nempe etiam Gentibus Deus reſipiſcentiam dedit ad vitam.

Pœnitentia & conuerſio Gentibus data.

Illi porrò qui diſperſi fuerant ex oppreſſione orta ob Stepha- 19
num perambulauerunt vſque ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes ſermonem *Dei*, niſi ſolis Iudæis.

Aetiochenſibus annuntiatur Chriſtus.

Sed quidam fuerunt ex iis Cyprii & Cyrenenſes, qui quum in- 20
troiſſent Antiochiam, ʼloquuti ſunt Græcis, euangelizantes Dominum Ieſum.

ʼʼFuit autem manus Domini cum eis: multúſque numerus cre- 21
dentium conuerſus eſt ad Dominum.

Peruenit autem rumor de ipſis ad aures Eccleſiæ quæ erat Iero 22
ſolymis: miſerunt igitur Barnabam ʼvt iret Antiochiam vſque.

Barnabas hortatur Antiochenſes ad fidem.

Qui quum affuiſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt, & pre- 23
catus eſt omnes vt propoſito cordis permanerent in Domino.

Nam erat vir bonus ac plenus Spiritu ſancto & fide. & addita 24
eſt multa turba Domino.

Abiit autem Barnabas Tarſum, vt requireret Saulum: 25

Et eum inuentum duxit Antiochiam. factum eſt autem vt an- 26
nũ totum cõuenirent in Eccleſiam, docerentque turbã multam,
& diſcipuli ʼnominarentur primùm Antiochiæ Chriſtiani.

Chriſtiani primi

Per id tempus autem deſcenderunt ab Ieroſolymis prophetæ 27
Antiochiam.

Agabus.

Fames.

Surgénſque vnus ex eis, nomine Agabus, ſignificauit per Spiri- 28
tum famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ etiam
facta eſt ſub Claudio Cæſare.

Singuli autem diſcipulorum, prout cuique ſuppetebat, decreue 29

ne commune dixeris.

10 Hoc autem factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia rurſum in cælum.

11 Et ecce viri tres confeſtim aſtiterũt in domo in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me.

12 Dixit autem Spiritus mihi vt irẽ cũ illis, nihil hæſitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri.

13 Narrauit autem nobis quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua, ſtantem & dicentem ſibi, Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus.

14 Qui loquetur tibi verba in quibus ſaluus eris tu & vniuerſa domus tua.

15 Quum autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio.

Suprà 2.a.4
infrà 13.b.6

16 Recordatus ſum autem verbi Domini, ſicut dicebat, Iohãnes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto.

Suprà 1.a.5
infrà 19.a.4
matth.3.c.11
marc.1.a.8
luc.3.c.16
iohan.1.d.27

17 Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum: ego quis eram qui poſſẽ prohibere Deũ?

C

18 His auditis tacuerunt, & glorificauerũt Deum, dicẽtes, ergo & Gẽtibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

19 Et illi quidem qui diſperſi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat ſub Stephano, perambulauerũt vſque Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquẽtes verbũ, niſi ſolis Iudæis.

Suprà 8.a.1

20 Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui quũ introiſſẽt Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiantes Dominum Ieſum.

21 Et erat manus Domini cũ eis: multúſque numerus credentium conuerſus eſt ad Dominum.

22 Peruenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ quæ erat Ieroſolymis, ſuper iſtis: & miſerunt Barnabam vſque ad Antiochiam.

23 Qui quum perueniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino:

24 Quia erat vir bonus & plenus Spiritu ſancto & fide. & appoſita eſt multa turba Domino.

25 Profectus eſt autẽ Tarſum, vt quæreret Saulum.

26 Quẽ quũ inueniſſet, perduxit Antiochiã: & annũ totũ conuerſati ſunt ibi in Eccleſia, & docuerũt turbã multam, ita vt cognominarẽtur primùm Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani.

27 In his autẽ diebus ſuperuenerũt ab Ieroſolymis prophetæ Antiochiam.

28 Et ſurgens vnus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per Spiritum, famem magnam futuram in vniuerſo orbe terrarum: quæ facta eſt ſub Claudio Cæſare.

29 Diſcipuli autem prout quis habebat, propoſuerũt in miniſterium mit

---

17 Poſtquã igitur εἰ οὖν. Ei pro ἐπεὶ vel ἐπειδὴ, vt annotauimus ſuprà 4.b.9. 20 Loquuti ſunt Græcis ἐλάλουν πρὸς τοὺς ἑλληνιστάς. Quũ hoc loco opponi videantur ἑλληνισταὶ Iudæis, quorũ mẽtio facta eſt in ſuperiore verſiculo, & Antiochenã Eccleſiam cõſtet veluti nouam quandam Gentium Ieruſalem fuiſſe: apparet ἑλληνιστῶν appellatione nõ iam prouinciales Iudæos, id eſt huc & illuc diſperſos, ſed ipſos ἕλληνας intelligi. Alioqui non dubito quin ſi iſti fuiſſent Iudæi, iam tum fuerint accedentibus in ipſorum cœtum Græcis eam controuerſiam moturi: quæ tandem etiam fuit excitata, ſed per eos qui ex Iudæa venerant, vt diſertè dicitur infrà 15.a.1, & e.24: quum antea tranquilla fuiſſet Eccleſia Antiochena, annis (vt mihi quidem videtur) non paucis. ſiquidem poſt quatuordecim demum annos aſcendit Paulus Ieroſolymam, vt cum Apoſtolis cõferret de ea doctrina quam inter Gentes promulgarat, Gal.2.a.1. 21 Fuit autem manus Domini καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου Vide Luc.1.f.66. 22 Vt iret Antiochiam vſque. διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Vulg. legit duntaxat, εἰς Ἀντιόχειαν, Antiochiam. Vide Luc.3.b.15.

26 Nominarentur χρηματίσαι Id eſt, ὀνομάζεσθαι. Plut. νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητέρων χρηματίζειν. Eraſmus annotat hinc dictam vocem, quòd cognomen ex officio quo quis fungitur, addi ſolet, veluti Publicani dicũtur, quòd publica vectigalia colligunt: ita Chriſtiani, quòd Chriſtum profiterentur.

tere habitantibus in Iudæa fratribus.

30 Quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabæ & Sauli.

Cap. XII.

1 EOdem autẽ tempore miſit Herodes rex manus vt affligeret quoſdam de Eccleſia.

2 Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis, gladio.

3 Vidẽs autem quia placeret iudęis, appoſuit apprehendere & Petrum, (erant autem dies azymorum)

4 Quem quum apprehẽdiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum ad cuſtodiendum eum, volens poſt Paſcha producere eum populo.

5 Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.

6 Quum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.

7 Et ecce, Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſóque latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderũt catenæ de manibus eius.

8 Dixit autẽ Angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit
B ſic. & dixit illi, Circũda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me.

9 Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quia verũ eſt quod fiebat per Angelum: exiſtimabat autem ſe viſum videre.

10 Tranſeuntes autem primam & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portã Ferream quæ ducit ad Ciuitatem, quæ vltro aperta eſt eis. & exeuntes proceſſerunt vicum vnũ. & continuò diſceſſit Angelus ab eo.

11 Et Petrus ad ſe reuerſus dixit, Nũc ſcio verè quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

C 12 Conſiderânſque, venit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus eſt Marcus, vbi erant multi congregati & orantes.

13 Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceſſit puella ad videndum, nomine Rhode.

14 Et vt cognouit vocẽ Petri, præ gaudio non aperuit ianuã, ſed intrò currens nuntiauit ſtare Petrum ante ianuam.

15 At illi dixerunt ad eam, Inſanis. Illa autem affirmabat ſic ſe habere. illi autem dicebant, Angelus eius eſt.

15 Petrus autẽ perſeuerabat pulſans. quum autem aperuiſſent, viderunt

runt″in ſubſidium mittere *aliquid* habitantibus″in Iudæa fratribus.

Chriſtiani pauperes.

30 Quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manum Barnabæ ac Sauli.

Cap. XII.

1 CAEterùm per id tempus″aggreſſus eſt″Herodes rex affligere quoſdam ex Eccleſia.

Herodes occidit Iacobum.

2 Suſtulit autem Iacobum fratrem Iohannis, gladio.

3 Et quum vidiſſet *id* gratum eſſe Iudæis, perrexit comprehendere & Petrum. (erant autem dies azymorum.)

Petrus coniicitur in carcerem ab Herode.

4 Quem etiam prehenſum poſuit in carcerem, traditum quater quaternis militibus, vt eum ſeruarent: volens poſt Paſcha producere eum populo.

5 Petrus igitur ſeruabatur in cuſtodia. oratio autem″aſſidua fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo.

Orat eccleſia pro Petro.

6 Quum verò futurum eſſet vt produceret eum Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium obſeruabant carcerem.

7 Et ecce, Angelus Domini ſuperuenit, & lux fulſit″in carcere, percuſſóque latere Petri excitauit eum, dicẽs, Surge velociter. Et exciderunt ei catenæ ex manibus.

Ab Angelo liberatur Petrus.

8 Dixítque Angelus ad eum, Præcingere, & ſubliga ſandalia tua. Fecit autem ita. tum *ille* dixit ei, Circunda tibi pallium tuum, & ſequere me.

9 Itaque egreſſus *Petrus* ſequebatur eum, nec ſciebat verum eſſe quod fiebat per Angelum: ſed putabat *ſe* viſum videre.

10 Quum autem præteriiſſent primam ac ſecundã cuſtodiam, venerunt ad portam Ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ ſponte aperta eſt eis: & egreſſi proceſſerunt vicum vnum. & ſtatim abſceſſit Angelus ab eo.

11 Tum Petrus″ad ſe reuerſus, dixit, Nunc verè agnoſco quòd miſerit Dominus Angelum ſuum, & exemerit me è manu Herodis & ex omni expectatione populi Iudæorum.

12 Et *re* conſiderata venit domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominabatur Marcus: vbi erant multi congregati & orantes.

13 Quum pulſaſſet autem Petrus oſtium veſtibuli, prodiit puella vt ſubauſcultaret, nomine Rhode:

Rhode.

14 Quæ agnita voce Petri, præ gaudio nõ aperuit veſtibulum, ſed intrò currens renuntiauit ſtare Petrum ante veſtibulum.

15 Illi verò dixerunt ad eam,″Inſanis. Illa autem aſſeuerabat ita ſe *rem* habere. at illi dicebant,″Angelus eius eſt.

15 Petrus autẽ permanebat pulſans. quum igitur aperuiſſent, vi-

Angelus.

In ſubſidium εἰς διακονίαν Vulg. ad verbũ, in miniſterium, id eſt, vt ex eo poſſent Diaconi pauperibus ſubuenire. Omnia enim rite & ordine adminiſtrari oportuit: quamobrẽ etiam dicuntur hæc miſiſſe ad Preſbyteros. i. ad Eccleſiæ gubernatores. de quibus Paulus 1. Tim. 5. c. 17.

IN CAPVT XII.

1 Aggreſſus eſt ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας Id eſt, ἐπεχείρησεν. Quum enim nullus perſonæ caſus, quem vocant, adiũgatur, apparet, hanc periphraſin ita eſſe explicandam. Vulg. miſit manus. Eraſ. iniecit manus. Herodes Ἡρώδης Hic eſt quem Ioſephus Agrippam vocat, Herodis maioris nepos ex Ariſtobulo, & Herodiadis frater, quæ cum Herode tetrarcha cõſueuerat, eius Agrippæ pater cuius fit mentio infra cap. 25 & 26. Hanc autem eandem hiſtoriam commemorat etiam Ioſephus libro Antiquit. 19, cap. 7.

5 Aſſidua ἐκτενὴς Vel, intenta, ſi ad animorum ardorem placet referre. Vulgata & Eraſmus, ſine intermiſſione, id eſt ἀδιάλειπτος.

7 In carcere, ἐν τῷ οἰκήματι, Sic honeſtiore vocabulo carcerẽ vocari teſtatur Plutarch. in Solone. Videtur tamen ſignificari hoc loco non totus carcer, ſed ea pars in qua vinctus erat Petrus. Vulg. & Eraſ. in habitaculo. quod nomẽ neq; Latinũ eſt, opinor, nec huic ſententiæ cõuenit.

11 Ad ſe reuerſus, γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, Ad verbum, factus in ſeſe. Nã antea prorſus attonitus quaſi extra ſe erat. Latinis verò dicitur, apud ſe non eſſe, qui ita perculſus eſt vt ſui non ſit cõpos. 15 Inſanis Μαίνῃ Vel, Num inſanis? Nam in duobus exemplaribus reperimus adſcriptam interrogationẽ. Angelus eius eſt. ὁ Ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. Apparet, Eccleſiam eo tempore, præterquam quòd ex Dei verbo norat fideles Angelorũ præſidio eſſe circumſeptos, etiã eiuſmodi viſis aſſueuiſſe. Loquũtur enim de Petri Angelo, vt de re minimè noua aut ambigua. Qui plebeios & vulgares homines putant, quum hæc dicerent, ex vulgi opinione loquutos, miror cur inepta atque adeò impia hæc ſubterfugia quærant, nimirum quòd cum Sadducæis dubitent an ſint Angeli, aut potius nullos eſſe arbitrẽtur. Quoſdam denique vidi & audiui qui hunc locum ita conuertendum dicerent, Nuntius eſt ab eo, vt Ἄγγελος non pro ſpiritu, ſed pro homine accipiatur, qui nuntius Petri, id eſt à Petro miſſus, aut de Petro aliquid nuntiaturus venerit: ſicut Angelus Domini dicitur Angelus miſſus à Domino. Atqui iſtam interpretationem adiunctus articulus manifeſtè refutat: & quid hoc aliud quàm nodum in ſcirpo quærere?

derunt eum,& perculſi ſunt.

Petrus narrat ſe liberatū de manu Herodis.

17 Quum innuiſſet autem eis manu vt ſilerent, narrauit eis quomodo Dominus eduxiſſet ipſum è cuſtodia: dixítque, Nuntiate iſta Iacobo & fratribus. Et egreſſus, profectus eſt ″in aliū locum.

18 Orto autem die fuit tumultus nō paruus inter milites, quidnam factum eſſet Petro.

19 Herodes verò quum requiſiſſet eum, nec inueniſſet, quæſtione de cuſtodibus habita, ″iuſſit ad ſupplicium rapi, & quum deſcēdiſſet è Iudæa Cæſaream, *ibi* commoratus eſt.

20 Herodes autem ″animo bellum agitabat in Tyrios ac Sidonios. at illi concorditer venerūt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui præerat cubiculo Regis, petebāt pacem: eo quòd aleretur regio ipſorum ″ex Regis *agro*.

Herodes conſumitur à vermibus.

21 Statuto autem die, Herodes indutus veſte regia, & conſidens pro tribunali, concionabatur ad eos.

22 Populus verò acclamabat, ″Vox Dei, & non hominis.

Angelus. Honor Deo.

23 Illico verò percuſſit eum Angelus Domini, pro eo quòd ″non dediſſet gloriam Deo: & ″eroſus à vermibus, exanimatus eſt.

Verbum Dei.

24 Porrò ″ſermo Domini creſcebat ac multiplicabatur.

Iohannes Marcus.

25 Barnabas autem ″& Saulus reuerſi ſunt ″ex Ieruſalē, expleto miniſterio, ſimul aſſumpto & Iohāne qui cognominabatur Marcus

Cap. XIII.

Paulus & Barnabas ſegregantur in prædicationē

1 ERant autem Antiochiæ in Eccleſia quæ *illic* erat, ″quidam Prophetæ ac doctores, ″videlicet Barnabas, & Simeon qui vocaba

eum, & obſtupuerunt.

17 Annuēs autem eis manu vt tacerēt, narrauit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere: dixitque, Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egreſſus, abiit in alium locum.

18 Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum eſſet de Petro.

19 Herodes autē quū requiſiſſet eum, & nō inueniſſet, inquiſitione facta de cuſtodibus, iuſſit eos duci: deſcendénſque à Iudæa in Cæſareā, ibi commoratus eſt.

20 Erat autē iratus Tyriis & Sidoniis. at illi vnanimes venerumt ad eū, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum Regis, poſtulabāt pacē: eo quòd alerentur regiones eorum ab illo.

21 Statuto autē die, Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

22 Populus autē acclamabat, Dei voces, & non hominis.

23 Cōfeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quòd non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus, expirauit.

24 Verbum autem Domini creſcebat & multiplicabatur.

25 Barnabas autem & Saulus reuerſi ſunt ab Ieroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Iohanne qui cognominatus eſt Marcus. Suprà 11.d.19

Cap. XIII.

1 ERant autem in Eccleſia quę erat Anticiochiæ, Prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simō qui Suprà 14.d.26

17 In alium locum. εἰς ἕτερον τόπον. Romam abiit ſcilicet, vt inde ad Concilium rediret Ieroſolymam, vbi dextram daret Paulo, vt Apoſtolatu inter Gentes fungeretur, ipſe verò, deſerto Epiſcopatu, iterum ad Circunciſionem rediret. vt interim diſſimulem quanta fiat Petro & Eccleſiæ iniuria, dum ex Apoſtolo fit Epiſcopus, vel ex Epiſcopo Apoſtolus. Sed illos xxv annos quibus Petrum aiunt Romæ ſediſſe, vnde tandem auſpicabuntur? Nempe ſi crucifixus eſt xxxvii anno à Chriſti paſſione, (vt ſcribit Nicephorus lib. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ 2. cap. 36) ad vltimum Neronis annum, id eſt, xiiii, neceſſe eſt peruenias: vnde ad ſecundum, aut certè tertium Claudii annū recurras oportet, vt iſtos xxv annos numeres. ſiquidem Neronem conſtat annis xiiii plus minus, & Claudium quoque circiter totidem imperaſſe. Vbi igitur ſeptem illi anni quibus aiunt eum Antiochiæ ſediſſe? quid quòd Damaſus, cui tribuitur liber quidam Pontificum, tomo primo Conciliorum inſertus, Petrum ait ſub Nerone Romam ingreſſum? quid quòd Nicephorus libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ 14. cap. 39, ex Anterio quodam Epiſcopo, Petrum ait Antiochia Romam tranſlatum, & inde rurſus Antiochiam tranſiiſſe? quod ſi verum eſt, quomodo Petrus xxv annos Romæ ſedit, & ibi eſt mortuus? quid quòd in Epiſtolis à Paulo ex vrbe ſcriptis, non modò nulla Petri mentio, quum tam multi alii commemorētur, ſed etiā toties dicit ſe ab omnibus relictū? omnes quæ ſua ſunt quærere? Sed de his ſatis. Videant quomodo hæc cohæreāt iſti qui Romanū primū Epiſcopum faciunt Petrū, & hac ratione Romano Pontifici tribuunt vniuerſalis Epiſcopi nomen, id eſt Antichriſti, ſi vel ipſi Gregorio Papæ fides adhibetur, epiſtolis 76. 78. 79. 83. 92. 194. 19 Iuſſit ad ſupplicium rapi. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Ἀπάγεσθαι quū propriè declaret Abduci, interdum eſt forenſe verbum, & tria omnino ſignificat: nempe vel ad iudicem trahi, vel duci in vincula, vel etiam ad pœnā rapi: præſertim abſolutè poſitū: quanuis addatur interdum τὴν ἐπὶ θανάτῳ, vt prolatis exēplis oſtendit doctiſſimus Budæus. Quū autē paulo antè habitam fuiſſe dicat à Rege quæſtionem de cuſtodibus, id eſt, Regem in iudicio de illis cognouiſſe, liquet ἀπάγεσθαι multo rectius de ipſa pœna, quàm de vocatione in ius, aut de vinculis, accipi: quomodo etiam interpretatur Chryſoſtomus. 20 Animo bellum agitabat ἦν θυμομαχῶν Id eſt, de bello gerendo cogitabat. Eſt enim verbum compoſitum ex θυμὸς, id eſt animus, & μάχομαι pugno, vt rectè obſeruat Eraſmus in Annotationibus. Idem tamen in contextu vertit, infenſus, & Vulgata habet, iratus: quia nimirum θυμὸς excandeſcentiā propriè declarat, & μάχη de quauis contentione dicitur. Sed quia paulo pòſt ſubiicitur, pacem ab illis petitam, viſa eſt mihi prior interpretatio multo accommodatior. Ex Regis *agro*. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Vulg. ab illo, ἀπ' αὐτοῦ, quod nuſquam inuenio. Eraſ. regia annona, vel pecunia, aut alimonia. Ita enim ſupplendum putat quod deeſt: quod ego non video qua ratione faciat. Nam præterquam quòd illæ eclipſes non ita videntur vſitatæ, res ipſa oſtendit nomen χώρας repetendū eſſe ἀπὸ κοινοῦ. 22 Vox Dei Θεοῦ φωνὴ Vulg. Dei voces, θεοῦ φωναί. Quod autem nonnulli contendunt legendum eſſe φωνῇ in tertio caſu, ne ſpeciem quidem habet rationis, & optimo iure refellitur ab Eraſmo.

23 Non dediſſet gloriam Deo. οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ θεῷ. Hoc quid ſit, optimè poteſt intelligi ex Ioſepho, qui in huius hiſtoriæ narratione teſtatur Regem ipſas adulatorū voces non repreſſiſſe. quam ob cauſam & ipſe moriens de iſta adulatorum vanitate cōqueſtus eſt. Itaque dare gloriam Deo, paulo aliter accipitur quàm Ioh. 9. e. 24. Eroſus à vermibus, γενόμενος σκωληκόβρωτος, Ad verbū, factus vermiuorus, paſſiua ſignificatione. σκώληκας autem Marcellus in Dioſcoridem teſtatur nō tantùm ad ventris animalia, ſed ad alios etiam vermes, qui in quauis alia corporis parte gignuntur, poſſe pertinere. Itaque non deſunt qui hæc referunt ad phthiriaſin, id eſt pedicularem morbum, quo auus quoque ipſius Herodes Magnus periit. Ioſephus torminibus repentè maximis obortis ſublatum dicit. Nec verò iſta pugnant, ſed torminū cauſam aperit Lucas, eroſis ſcilicet à vermibus inteſtinis, vt ille ſe Deum non eſſe viuus ſentiret.

24 Sermo Domini creſcebat ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ηὔξανε Hoc quoque genus dicendi petitū eſt è medio. Nam, ſi res ipſa ſpectetur, ſermo ipſe nec creſcit, nec multiplicatur, ſed eorum potius turba qui ſermonem audiunt. 25 Et Saulus καὶ Σαῦλος Eraſmus legit Παῦλος, & ita etiam interpretatur, contra omnium vetuſtorū codicum fidem. Ex Ieruſalem ἐξ Ἱερουσαλὴμ In duobus codicibus additur εἰς Ἀντιόχειαν Antiochiam. Contrà verò in quibuſdam excuſis legitur, εἰς Ἱερουσαλὴμ in Ieruſalem. quā lectionem ſi ſequamur, coniungenda hæc erunt cum participio πληρώσαντες.

IN CAPVT XIII.

1 Quidam τινὲς Hoc non legit Vetus interpres, & in quodam codice vetuſto non reperimus: ac mihi quidem videtur redundare. Videlicet Barnabas, ὅ,τε Βαρνάβας, Vulg. in quibus Barnabas, id eſt, ἐν οἷς ὁ Βαρνάβας, quod nuſquam inuenio. Cæterùm ſi hæc conſequuta ſunt Agrippæ mortem (vt ipſa narrationis ſeries oſtendit) acciderunt ſanè anno Claudii quarto. ſiquidem diſertè annotat Ioſephus, anno tertio Claudii mortuum eſſe Agrippam. Vbi interim Petrus? num Romæ? atqui aiunt Antiochia Romam veniſſe, & quidem quum illic ſeptennium ſediſſet. Quòd ſi Antiochiæ tum erat, cur præteritur? cur eò miſſus Barnabas? cur intra ſeptennium eundum eſt Ieroſolymam ad conſulendos Apoſtolos, ac præſertim Petrum? cur poſt annos quatuordecim, nimirum à reditu in Ciliciam ex Iudæa (vt ſcriptum eſt Gal. 1. d. 21, & 2. a. 1, & b. 9) aſcendit Paulus Ieroſolymam cum Barnaba & Tito, vt ſuum Euangelium cum Apoſtolis conferret? vbi interim illi vigintiquinque anni pontificatus Romani? Hos nodos expedite, ſi poteſtis, vos qui Romanæ meretrici operam veſtram locaſtis.

vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.

Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus ad quod aſſumpſi eos.

Tunc ieiunantes & orantes, imponẽteſque eis manus, dimiſerũt illos.

Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum.

Et quum veniſſent Salaminam, prędicabãt verbum Dei in ſynagogis Iudæorum: habebant autem & Iohannem in miniſterio.

B Et quũ perambulaſſent vniuerſam inſulam vſque ad Paphum, inuenerũt quendam virum magum pſeudoprophetã Iudæũ, cui nomen erat Barieſu:

Qui erat cũ Procõſule Sergio Paulo, viro prudente: hic accerſitis Barnaba & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei.

Reſiſtebat autem illis Elymas magus (ſic enim interpretatur nomẽ eiꝰ) quærens auertere Proconſulẽ à fide.

Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu ſancto, intuens in eum,

tur Niger, & Lucius Cyrenæus & Manahen qui fuerat vnà cum Herode tetrarcha educatus, & Saulus.

2 ″Quum igitur ii miniſtrarẽt Domino, ieiunarẽntque, dixit Spiritus ſanctus, Separate mihi Barnabam & Saulum operi ad quod eos″aduocaui. Ieiunium.

3 Tũc *igitur* poſtquam ieiunaſſent & oraſſent, impoſuiſſẽntque eis manus, dimiſerunt. Oratio.

4 Et ipſi quidem emiſſi à Spiritu ſancto, deſcenderũt Seleuciam, & illinc abnauigarunt Cyprum.

5 Quúmque deueniſſent Salamina, annuntiarunt ſermonẽ Dei in ſynagogis Iudæorum: habebãt autem & Iohannem miniſtrũ. Salamina.

6 Et peragrata inſula vſque Paphum, inuenerunt quendam magum pſeudoprophetam Iudæum, cui nomen *erat* Barieſus:

7 Qui erat cum Proconſule Sergio Paulo, viro intelligente: hic aduocatis Barnaba & Saulo, requirebat audire ſermonem Dei.

8 Obſiſtebat autem eis Elymas, *id eſt* Magus (″ita enim explicatur nomen eius) quærens auertere Proconſulem à fide.

9 Saulus autem (″qui & Paulus) repletus Spiritu ſancto, intentis in eum oculis, Saulꝰ qui & Paulus.

2 Quum miniſtrarent λειτουργούντων .i. quum munere ſuo fungerentur, docendi ſcilicet ac prophetandi. Nam paulo antè Doctores ac Prophetas fuiſſe dixerat. Itaque Chryſoſtomus rectè interpretatus eſt λειτουργούντων miniſtrantibus .i. inquit, κηρυττόντων prædicantibus. Nemo autẽ eſt vel mediocriter peritus Græcæ linguæ, qui λειτουργεῖν neſciat dici de publicis præſertim functionibus, tum verò de iis quoque qui ad vſus reipublicæ pecunias conferunt: quod etiam ſignificatur verbo διακονεῖν. Vnde Paulus ipſe Rom. 13, magiſtratus appellat modò τοῦ θεοῦ διακόνους, modò λειτουργούς. Sed notandum tamen eſt illud diſcrimen quod attingit AEſchines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος inter ἀρχὴν & ἐπιμέλειαν καὶ διακονίαν, quæ idem declarant atque λειτουργία. Nam, vt definit Ariſtot. lib. pol. 4. cap. 15, ἀρχὴ videtur imperioſius quiddam declarare. Inde factum vt ad Eccleſiaſticas functiones vtrunque hoc vocabulum transferretur, vt Luc. 1. c. 23, Heb. 10. b. 11, ſuprà 1. c. 17. d. 25, Rom. 11. b. 13: itémque ad pauperũ ſubſidia, vt Phili. 2. d. 25, & ſuprà 11. d. 29. Sed ἀρχῶν vel ἀρχόντων nulla fit in Apoſtolicis ſcriptis mentio, quũ de Eccleſiæ politia diſſeritur: imò ne Κυρίων quidẽ, vt nullus ſe dominũ ac principẽ cleri, ſed vnius principis ac Domini miniſtrũ eſſe ſciat: quemadmodũ expoſuit diſertè ipſe Dominus, ac ſuo exemplo docuit Matth. 20. d. 25 & deinceps, Itẽ Ioh. 13. b. 13. Quinetiã ipſe Petrus 1. Pet. 5. a. 3, cuius qui ſucceſſores videri volunt, quũ ſeſe ſeruorum ſeruos vocent, nihilominus tamẽ nõ aliter quàm Sanctiſſimi domini noſtri ſalutantur, imperia & regna transferũt, in ipſas denique animas ſibi omne imperiũ merum ac miſtum vſurpãt. Ergo, vt ad rem redeã, perinde cõuerti λειτουργούντων, acſi ſcriptum eſſet διακονούντων, & quidẽ vſus Miniſtrandi verbo abſolutè poſito, quod video pleriſque Theologis placuiſſe. Quidã vertit operantibus, nẽpe nihil reformidãs nouitatẽ. Eraſ. ſacrificantibus, quæ interpretatio tolerabilis quidẽ eſt, quũ ſic transferri ſoleat Sacrificii nomen, non modò ad publicas Eccleſiæ Chriſtianæ functiones, ſed ad priuatã quoque Sanctorum vitã: vt Rom, 12. a. 1, & 15. d. 16, Epheſ. 5. a. 2, Phil. 2. c. 17, & 4. d. 18, Heb. 13. c. 15. 1. Pet. 2. a. 5. Qua etiã ratione certũ eſt Cœnã Domini à veteribus nõnullis λειτουργίαν, ἱερουργίαν, ſacrificiũ vocari: ſed tamen mihi omnino videtur expungẽda, tum quia nimium eſt anguſta, tum verò propter execrandũ illorum errorem qui Filiũ Dei re ipſa quotidie in Eccleſia ſacrificari & offerri cõtendunt .i. qui Chriſtianã religionẽ radicitus cõuellunt. Aduocaui. προσκέκλημαι. Inde ortum κλήσεως nomẽ .i. vocationis, quod libenter ſeruauimus. ſignificat autẽ genus illud vitæ ac functionis tũ priuatæ tum publicæ, cui deſtinatus eſt Vocatio qd aliquis à Deo, idque ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos dicitur Dominus vocare quos facit exiſtere, & viciſſim à Domino vocari qui exiſtere incipiunt, ſiue id referatur ad ipſam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, vt quum dicitur Dominus vocare quæ non ſunt, tanquã ſint: ſiue ad qualitates aut attributa, vt 1. Cor. 7. d. 20 & 21: ſiue ad æterni cõſilii Dei publicã declarationẽ, quo nos certo muneri ac veluti ſcopo in hoc mundo deſtinatos, quaſi in eius poſſeſſionẽ mittit: ſiue id de quo agitur ſit omnibus ſãctis cõmune, vt quũ electioni ſubordinatur vocatio, vt Rom. 8. f. 30: vel peculiarẽ functionem reſpiciat, vt quum dicit Chriſtus ſe ab vtero vocatũ Eſa. 49. a. 1, & Paulus vocatũ Apoſtolum. Quomodocunque autẽ accipias, trãſlatitia eſt ſignificatio, inde ſumpta quòd quũ aliquid exiſtere incipit, tum nomẽ habeat: & quũ nouã induit qualitatẽ, tum quoq; nouũ ſumat cognomentũ: deinde etiã ſumpta eſt tranſlatio à principibus qui ad ſe vocãt quorũ opera vti cõſtituerunt, & quibus ſufficit aliquid mãdaſſe: quæ quidẽ poteſtas vni Deo propriè tribuitur. Hic enim vnus eſt qui mãdauit ſalutẽ, & dixit oĩa, & facta ſunt: quod ne Homerꝰ quidẽ ignorauit, quũ Iouẽ ſic induceret loquẽtẽ, οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, Οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. 8 Ita enim, &c. οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Μεθερμηνεύεσθαι nuſquã inuenio aliud ſignificare, quàm ex vna lingua in aliã cõuertere, quod Latinis eſt interpretari, vt Matth. 1. d. 23, Marc. 5. d. 41. & 15. b. 22, & c. 34, Ioh. 1. f. 41, & ſuprà 4. g. 36. Itaque nõ poſſũ hoc loco iis aſſentiri qui perinde accipiunt acſi nulla nominis interpretatio, ſed alterũ potius iſtius magi nomen afferretur, & quidẽ eiuſdẽ linguæ, Syriacæ ſcilicet. Sed nõ parua difficultas hìc oboritur, quod nomen explicetur, & qua lingua. Dicã paucis quod ſentio. Nomẽ Barieſu explicari nõ arbitror. Quid enim hoc aliud eſſet, quàm ſimplex & facillimæ etymologiæ nomẽ alio obſcuriore explicare? id verò nullus interpres faciat. Deinde quũ Græcè ſcribat Lucas, certè peregrinũ vocabulũ nõ alia lingua quàm Græca explicaret, vt alibi ſemper factũ eſt. Elymas autẽ Græcũ eſſe vocabulũ qui diceret, neminẽ adhuc reperi. Syriacũ eſſe, video exiſtimare interpretes, de quo nolim cõtendere: ſed cuiuſcũque tandẽ linguæ ſit, illud perabſurdũ mihi videtur, dicere interpretationẽ eſſe alterius nominis Barieſu, tũ ob eas rationes quas modò dixi, tũ verò quia nulla fuit cauſa cur Lucas Syriaca Syriacè explicaret. Ergo, vt dicã quid mihi videatur, exiſtimo vocabulũ Elymas idipſum eſſe quod Lucas interpretatur ὁ μάγος, & ita vocatũ fuiſſe à Cypriis Barieſũ, per Antonomaſiã, vt quũ dicimus τὸν Ἀπόστολον, Paulũ intelligimꝰ. Ideo addidimus particulã Id eſt, quod ſæpe à nobis fieri neceſſe fuit: quoties ſcilicet incidit epexegeſis, vt diximus Ioh. 5. c. 19. Simile prorſus exẽplum occurrit hoc eodẽ cap. verſ. 33. Quo autẽ idiomate Elymas id declaret quod Græcis μάγος (ſumpto tamẽ à Perſis vocabulo) id pro certo dicere nõ poſſũ, niſi quòd res ipſa videtur poſcere vt Cypriorũ linguæ tribuatur. Ea verò ſi fuit eadem atque Syriaca (eſt enim Cyprus Syriæ proxima) videbitur Elymas declarare Dei conſiliarium ab אל Deus & יעץ .i. conſiliarius. Nam in formandis propriis nominibus ſæpe permutatur צ cum ס. Optimè autem conuenit hæc etymologia, cuius me admonuit Antonius Ceualerius Emmanuelis Tremellii viri doctiſſimi doctiſſimus gener, & mihi amiciſſimus: quum à Perſis conſtet Magos vocari ipſorum Sacerdotes ac philoſophos, vt diximus Matth. 2. a. 1.

9 Qui & Paulus, ὁ καὶ Παῦλος. Hoc primùm loco cœpit Apoſtolus à Luca Paulus dici, quum vbique antea Saulũ vocarit, nec deinceps alio quam Pauli nomine vſquam vocabitur. Id verò diligenter conſideratũ, fortaſſis aditum nobis patefaciet ad intelligendũ quid de Sauli & Pauli nomine conſtituendum ſit, quod non prorſus alienum fuerit à ſcopo nobis propoſito: quũ ſuprà 12. d. 25, admonuerimus ex vetuſtis codicibus, legendum eſſe Σαῦλος non Παῦλος. Sunt igitur qui iam inde ab initio binomium fuiſſe Apoſtolũ putent, cuius ſententiæ author eſſe videtur Origenes, vt ex altero nomine Iudæus, ex altero ciuis Romanus eſſe intelligeretur. Sunt cõtra qui cum religione nomen etiam mutaſſe putent, quum ex Phariſæo fieret Chriſtianus, vt & nõnullis Apoſtolis noua nomina indita ſunt à Domino. Sunt demũ qui à Sergio Paulo Proconſule ad Chriſtum conuerſo hoc cognomen adeptũ eſſe putent. Ac iſtorum quidẽ opinio vel ex hoc loco videtur refutari, quũ antè nominetur Paulus, quàm Proconſul ipſe conuerſus legatur. Denique neque coniectura vlla vehemẽti, neque Lucæ authoritate nititur

hæc opinio. Cur verò nomẽ mutaſſe exiſtimemus, ſanè non video: non modò quia nullũ habemus eius rei teſtimoniũ, ſed etiã quia quoties nomina mutata ſunt, aliquid in eo myſterii latuit, quod nouo nomine ſignificaretur: vt in Abrahamo, Sarah, Cepha, Banerges, & ſimilibus: Pauli verò nomen nihil eiuſmodi declarat. Neque enim Ambroſius (quod cũ tantorum virorũ pace dixerim) aptè in Romano nomine Græcam etymologiã quærit. Auguſtinus verò potius argutè quàm ſolidè philoſophatur, Paulũ dictũ quòd ex ſuperbo Phariſæo paruulus Chriſti diſcipulus ſit factus. Deinde ſi hoc verum eſt, cur in hunc locũ diſtulit Lucas eũ hoc nomine vocare? cur toties Saulum appellauit, ex quo Chriſtianus factus erat? Sed & poſtrema hæc ratio videtur indicare binomiũ non fuiſſe. Neque enim temere exiſtimarim Lucã nuſquã antea Paulum illũ vocaſſe, nuſquam deinceps Saulũ dicere: quaſi ex hoc loco incipiat noui cuiuſdã hominis geſta auſpicari. Quid igitur? Nẽpe neque binomium fuiſſe, aut ſaltem duo diuerſa nomina hîc ei tribui, neque etiã nomen propriè mutaſſe crediderim: ſed quemadmodũ ſi quis Hebraicè יוחנן, Græcè ac Latinè Iohãnes, Gallicè *Iehan*, Germanicè *Hãs*: ſiquis Germanico vocabulo *Luduuik* aut *Dietrich*, Latinè Ludouicus aut Theodoricus, Gallicè *Louys ou Thierry* nominetur. quãuis in iſtis multo maior ſit varietas quàm in Saulo & Paulo: tamẽ nemo totidẽ hæc eſſe diuerſa nomina dixerit, ſed eadẽ potius pro idiomatũ ratione variata. Sic puto quẽ Hebræi & Syri שאול, eundẽ à Græcis, qui eo tẽpore Romanis nominibus magis aſſueuerãt, Paulũ fuiſſe dictũ propter ſummã horũ nominũ affinitatem. Quũ igitur ab hoc tẽpore atq; adeò ab hac hiſtoria incipiat Paulus ſuo illo inter Gentes Apoſtolatu defungi (antea enim nõniſi inter Syros & Iudæos erat verſatus) meritò incipit ab hac hiſtoria Lucas illud nomẽ ei tribuere, quod illi perpetuũ poſtea fuit inter Gentes: quibus ſcilicet nunquã deinde deſtitit Euãgelium prædicare: ac facile mihi quidem perſuadeo, primùm à Proconſulis Romani familia ita vocari cœpiſſe.

10 Dixit, O plene omni dolo & omni″maleficio, fili diaboli, hoſtis omnis iuſtitiæ, non deſines″peruertere vias Domini rectas?

Bar-Ieu magus cæcus effici ur.

11 Nunc igitur ecce″manus Domini aduerſum te, eríſque cæcus, nõ vidẽs ſolẽ ad opportunũ vſque tẽpus. Illico verò incidit in eũ caligo ac tenebræ: & circumiens quærebat, qui ſe manu ducerent.

Sergius Paulus credit Chriſto.

12 Tunc Proconſul quum vidiſſet quod factũ fuerat, credidit, perculſus ſuper doctrina Domini.

Iohãnes Marcus

13 Prouecti autem Papho′Paulus & qui cum eo erant, venerunt ′Pergen Pamphyliæ *urbem*: Iohannes autem abſcedens ab eis, reuerſus eſt Hieroſolymam.

Antiochia.

14 At ipſi quum perrexiſſent Perga, venerunt Antiochiam *urbem* Piſidiæ, & ingreſſi ſynagogam die″Sabbathi, ſederunt.

Lectio Legis & Prophetarum.

15 Poſt lectionem autem Legis ac Prophetarum miſerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, ſiquis eſt″in vobis ſermo exhortationis ad populum, dicite.

Prædicat Paulus

16 Quum ſurrexiſſet igitur Paulus, manu ſilentio indicto, ait, Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.

17 Deus populi huius Iſrael elegit Patres noſtros, & populum′extulit, quum eſſent incolæ in terra AEgypti, & ex ea eduxit eos ′extento brachio.

18 Et circiter quadraginta annorum tempus mores eorum pertulit in deſerto.

19 Et quum deleuiſſet ſeptem gẽtes in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram earum.

20 Et poſthæc annis circiter′quadringentis quinquaginta, dedit

Dixit, O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas?

Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem vſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in eũ caligo & tenebræ, & circumiẽs, quærebat, qui ei manum daret.

Tunc Proconſul quum vidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini.

Et quum à Papho nauigaſſent Paulus & qui cum eo erant, venerũt Pergen Pamphyliæ: Iohannes autem diſcedẽs ab eis, reuerſus eſt Ieroſolymã.

Illi verò pertrãſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſynagogam die Sabbathorum, ſederunt.

Poſt lectionem autẽ Legis & Prophetarum, miſerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.

Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait, Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite,

Deus plebis Iſrael elegit Patres noſtros, & plebem exaltauit quũ eſſent incolæ ‖in terra AEgypti, & ‖in brachio excelſo eduxit eos ex ea.

Exod.1.a.1

Exod.13.d.14

Et per‖quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.

Exod.16.a.1

Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, ‖ſorte diſtribuit eis terrã eorum,

D

Ioſue 14.a.1

Quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: & ‖poſt hęc dedit Iu-

Iudic.3.b.9

10 Maleficio, ῥᾳδιουργίας. id eſt κακουργίας, ſiue hoc libeat in genere accipere pro omni malitia ac ſcelere (nam ῥᾳδιουργίαν vocant Græci vitium illud, quo qui laboret, ad quoduis ſcelus facilè ac propenſo animo feratur) ſiue malimus ad id de quo agitur accommodare, nimirũ ad malas illas artes, quibus qui vtuntur, peculiari quadã ratione malefici dicuntur. Nã quia eiuſmodi homines toti ſunt in diaboli poteſtate, ideo nullum eſt tantum ſcelus, vt ab eo poſſint abhorrere. Vulg. fallaciã interpretatur. Eraſ. verſutiã, vocabulis (meo quidẽ iudicio) nimiũ dilutis. Peruertere διαστρέφων. Sic conuertimus ad verbum. Sed tamen apparet τὸ διαστρέφειν opponi τῷ εὐθείας ποιεῖν, quod vertimus rectas facere. i. planas & æquabiles, pro quo dicit vno verbo Vlpianus Vias purgare, hoc eſt (vt ipſe interpretatur) ad proprium libramentum, ſublato eo quod ſupereſt, redigere. Quia igitur impius iſte ſe opponebat viis Domini, id eſt doctrinæ Apoſtolicæ quæ vna ad Deum ducit, dicitur vias Domini peruertere, quod declarat hoc in loco, impedimentis ac quaſi ſentibus complere, vt iter non ſit peruium.

11 Manus ἡ χεὶρ Manus Domini hoc in loco ex Hebræorum idiotiſmo, pro virtute quidem ac poteſtate Dei accipitur, vt ſæpe iam annotauimus: ſed ea demum quam exerit feriendis atque adeò proterẽdis ſuis hoſtibus. 13 Paulus & qui cũ eo erant, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Sic vertendum eſſe hunc locũ apparet (ni fallor) ex eo quod mox de Iohanne ſubiicitur, & ſententia ipſa oſtendit. Alioquin ſolent Græci eleganter hoc dicendi genere ſingulares etiam perſonas ſignificare, vt quum pro Platone τοὺς περὶ Πλάτωνα, pro Ariſtotele τοὺς περὶ Ἀριστοτέλη dicunt, cuius exemplum extat Iohan.11.c.19. Sed hoc perpetuum non eſſe, doctiſſimus Budæus prolatis exẽplis docet: neque ſanè videtur hoc loco ſatis commodè ita accipi poſſe. Pergen Pamphyliæ *urbem*: Πέργην τῆς Παμφυλίας. Rectè annotat Eraſmus, regionis nomen adiici nõ ob diſcretionem, quum vna ſit Perge, ſed ad ſitum eius vrbis explicandum. Sequenti autẽ verſiculo Antiochiam nominans, Piſidiæ nomen addidit, vt hãc Antiochiã ab altera illa Syriaca diſtingueret. 14 Sabbathi, σαββάτων. Vulg. & Eraſ. Sabbathorũ. Atqui manifeſta eſt numeri enallage, de qua diximus Matth.12.a.1. 15 In vobis ἐν ὑμῖν. Vel, vobis, vt loquũtur Græci & Latini. Sed iſtius Hebraiſmi videtur nõnulla eſſe emphaſis: ex quo ſcilicet intelligitur quicquid in nobis eſt Diuinæ gratiæ, id Diuinitus eſſe in nos delapſũ, vt tanquã theſaurum in teſtaceis vaſis incluſum circunferamus: ſicut ait Paulus 2.Cor.4.b.7: quò etiã pertinet Dauidis illud Pſal.40.a.4, Poſuiſti in os meum canticũ nouum. 17 Extulit, ὕψωσεν .i. העלה aſcendere fecit: quo verbo vtitur plerunque Moſes hãc liberationẽ deſcribẽs. aut הרים. i. ſublatũ euexit in dignitatẽ: 1.Reg.16.a.2, & Pſal.9.c.14: quò pertinent magna illa beneficia quæ elegãtiſſimè deſcribuntur in Moſis cantico, & Deuteronomii 4, & Ezech.16: vt mihi quidem videatur hæc poſtrema interpretatio maximè conuenire. Extento bracchio. μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ. Heb. בזרוע נטויה. i. apertè exerta vi ad hoſtes populi ſui conterendos.

20 Quadringentis quinquaginta, τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα. Totus hic locus in Vulgata editione aliter legitur. Sic enim habet. Sorte diſtribuit eis terram eorum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit Iudices, &c. Atqui controuerſia eſt quî poſſis commodè iſtos 430 annos numerare. Nam à vocatione Abrahami ad exitum ex AEgypto, numerantur anni 430, Exodi 12.f.40: quibus ſi addideris 40 illos quibus præfuit Moſes in deſerto, iam collegeris annos 470. Sin autẽ ab exitu ex AEgypto numeres, cõperies duntaxat annos 250 vſque ad ingreſſum in terram Chanaan. Quid ſi à nato Iſaaco? certè conueniet ſupputatio, hoc modo ſcilicet: à nato Iſaaco ad exitum ex AEgypto numerantur anni quadringẽti, Gen.15.c.13, vt expoſuimus ſuprà cap.7.a.6. His adde 40 quibus commorati ſunt in deſerto, & confece-

ris 440. Hîc demum adiiciendi ſunt ſeptem, quos ab ingreſſu Iſraelitarum vſque ad diſtributionem terræ Chanaã interceſſiſſe, ſic probatur. Si conferatur initium capitis noni Numerorum cum eiuſdem libri cap. 13, comperietur, miſſos fuiſſe exploratores anno ſecundo exitus ex AEgypto. Iam verò Ioſ. 14, Caleb numerat ab eo tempore quo miſſus fuit explorator vſque ad diſtributionem terræ, annos quadragintaquinque, ex quorum numero ſi ſubduxeris 38, qui conſumpti fuerunt in deſerto, donec ſcilicet 40 anni explerentur, ſicut futurum dixerat Dominus Num. 14. f. 34: relinquẽtur anni illi ſeptem in delendis Chananæis ſub Ioſua conſumpti, quos ſi addideris illis 440, compereris in ſumma annos 447 à nato Iſaac ad terræ diſtributionem. quamobrem etiam Paulus addidit particulam ὡς id eſt circiter, quum plenum numerum dixiſſet tribus annis maiorem. Cur autem ab Iſaac nato potius quàm à vocatione Abrahami numerare incipiat, cauſa etiam optima poteſt afferri: quia ſcilicet de ſemine Abrahami hîc agitur, cuius initium ab ipſo Iſaac ducitur. quamobrem etiam Moſes quadringentos annos ſeruitutis ab eodem initio auſpicatur Gen. 15. c. 13. Itaque Latina exemplaria fortaſſis non modò non tam ſunt deprauata, quàm quidam ſunt arbitrati: ſed fortaſſis etiã rectius habẽt quàm Græca quæ nunc habemus. Nã etiam in vno vetuſtiſſimo codice manuſcripto diſertè ſcriptũ erat, κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις πεντήκοντα καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτὰς, &c. quã lectionem apparet ſequutum eſſe Veterẽ interpretem. Quia tamen in cæteris omnibus ſummo conſenſu adſcribitur punctum poſt αὐτῶν, & deinde legitur, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς, &c. non auſi ſumus à Græcæ lectionis veſtigiis diſcedere. Emendare tamen licuit manifeſtum errorem, à Magno illo M. Luthero animaduerſum, qui pro τετρακοσίοις quadringentis ſubſtituendum putat τριακοσίοις trecentis: quod nequis temere factũ eſſe clamitet, chronologiam paucis ſubiiciam: ex qua appareat manifeſtum videri poſſe errorem, & de quo penè ambigi non poſſit. Numerantur ergo 1. Reg. 6. a. 1, ab exitu AEgypti ad inchoatã templi ſtructurã anni duntaxat 480. Hinc primũ excipiẽdi ſunt 40 quibus Moſes populũ duxit in deſerto, & quos Paulus quum dicit μετὰ ταῦτα, manifeſtè ab iſtis ſeparat. deinde 40, qui tribuũtur Samueli & Sauli in proximo verſiculo. præterea 40 illi quibus regnaſſe Dauid dicitur 2. Sam. 2. b. 11. poſtremò tres primi anni regni Salomonis. nam ineunte demum quarto templum inchoauit, 1. Reg. 6. a. 1. Hi coniuncti efficiunt annos 123, quos ſi à 480 ſubduxeris, ſupererunt duntaxat 357, qui Iudicibus relinquũtur. Ideò Paulus, quum duntaxat 350 dixiſſet, quia ſcilicet plenus eſt numerus, addidit particulam ὡς id eſt circiter, propter ſeptem illos annos ſuperantes: ſicut Iud. 11. e. 26, ſiquis rectè ſupputet, comperiet ſex annos ſuperantes à Iephte prætermitti. Itaque nullo modo videtur legi poſſe τετρακοσίοις, ſed omnino ſcribendũ eſſe τριακοσίοις. Et hæc quidẽ valde probabiliter vir ille diſſeruit. Sed quum ventum eſt ad annos ſingulorum Iudicum ſupputandos, fateor me nondum inuenire potuiſſe quomodo non plures 357 annis illis tribuantur. Itaque tantiſper dũ quiſpiam hanc quoque partem ita explicet vt omnia ſint planiſſima, quum mihi non liqueat, nolui ab eo diſcedere in quo video omnes Græcos codices conſentire.

	dices, vſque ad Samuel prophetam.		iudices vſque ad Samuelem prophetam.	
1. Reg. 8. a. 5 1. Reg. 9. c. 15 & 10. a. 1	Et exinde ‖poſtulauerũt Regem & ‖dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin annis quadraginta.	21	Et exinde petierũt Regem, dedítque iis Deus Saul filium Cis, virum ex tribu Beniamin, annis quadraginta.	
1. Reg. 16. c. 13 Pſal. 88. d. 21	Et amoto illo, ſuſcitauit illis Dauid regem: cui teſtimonium perhibẽs, dixit, ‖Inueni Dauid filium Ieſſe, virũ ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.	22	Et amoto illo, excitauit eis Dauid regem, cui etiã teſtimonio dato dixit, Inueni Dauid *filium* Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.	
Eſa. 11. a. 1	Huius Deus ex ſemine ‖ſecũdũ promiſſionem eduxit Iſrael ſaluatorem Ieſum,	23	Huius è ſemine, Deus ſecundum promiſſionem ′excitauit Iſraeli Seruatorem Ieſum,	
Matth. 3. a. 1 marc. 1. a. 2	‖Prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius, Baptiſmum pœnitẽtię omni populo Iſrael.	24	Quum antè prædicaſſet Iohãnes ″coram eo iam aduentante, Baptiſmum reſipiſcentiæ Iſraeli.	
Marc. 1. a. 7 ioha. 1. c. 20	Quum impleret autem Iohannes curſum ſuum, dicebat, ‖Quem me arbitramini eſſe, non ſum ego: ſed ecce venit poſt me, cuius non ſum dignus calceamenta pedum ſoluere.	25	Quum autem expleret Iohãnes curſum, dixit, Quem me ſuſpicamini eſſe? non *is* ſum ego, ſed ecce venit poſt me, cuius pedũ ſoleam non ſum dignus qui ſoluam.	
F	Viri fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt.	26	Viri fratres, filii generis Abrahæ, & qui inter vos timent Deũ, vobis ″ſermo ſalutis huius miſſus eſt.	
	Qui enim habitabant Ieruſalem, & principes eius hunc ignorãtes, & voces Prophetarũ quæ per omne Sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt:	27	Qui enim habitant in Ieruſalem, & principes eorum, quum ignorarent illum, & *eo* damnato, voces Prophetarum, quæ per omne ſabbathum leguntur, impleuerunt:	
Matth. 27. c. 22 marc. 15. b. 13 luc. 23. c. 23 iohan. 19. a. 6	Et nullam cauſam mortis inueniẽtes in eo, ‖petierunt à Pilato vt interficerent eum.	28	Et nulla cauſa mortis inuenta, petierunt à Pilato vt interficeretur.	
	Quúmque conſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erãt, deponẽtes eũ de ligno, poſuerũt eũ in monumẽto.	29	Quum verò perfeciſſent omnia quæ de eo ſcripta erant, detractum è ligno, poſuerunt in monumento.	
Matth. 28. a. 2 marc. 16. b. 6 luc. 24. a. 7 iohan. 20. c. 19	‖Deus verò ſuſcitauit eum à mortuis tertia die:	30	Deus autem excitauit eum à mortuis:	
	Qui viſus eſt per dies multos iis qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa in Ieruſalem, qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem.	31	Qui viſus eſt per dies multos iis qui ſimul aſcenderant cum eo à Galilæa in Ieruſalem, ſúntque teſtes eius apud plebem.	
	Et nos vobis annuntiamus eã quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt.	32	Nos quoque vobis euangelizamus, quòd eam promiſſionem quæ ad Patres facta eſt,	Promiſſiones Patribus factæ, impletæ.
	Quoniam hanc Deus adimpleuit filiis noſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut	33	Deus adimpleuerit filiis illorum, *id eſt* nobis, ″ſuſcitato Ieſu,	

23 Excitauit Iſraeli Seru. Ie. ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν. Nonnulla exemplaria pro ἤγειρε habent ἤγαγε adduxit, ſed illud videtur δεξιότερον. Quædam etiam legunt pro σωτῆρα, σωτηρίαν ſalutem. Quædã etiam expungunt Ἰησοῦν. Mihi verò videtur non redũdare, ſed addi potius à Paulo, vt ſignificet Ieſum verè id fuiſſe quod dicebatur. 24 Corã eo iam aduen. πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. Vulg. & Eraſ. perobſcurè ad verbum, ante faciem aduentus eius. Quidam non ſatis expreſſè, ante cuius ingreſſum, quum id cæteris etiam Prophetis quantumuis à Chriſti aduẽtu remotis, tribui poſſit. Itaque πρὸ προσώπου αὐτοῦ. i. vt Hebræi loquuntur, לפני בואו nõ tam præcedẽs tẽpus declarat quàm præſentiam illius cui aliquis præerat. Indicat enim Iohannem fuiſſe apparitoris inſtar, qui Chriſtum non eminus, vt alii Prophetæ, venturũ ſignificaret, ſed iam iter ingreſſum, imò iam præſentem & ſibi à tergo imminentem commonſtraret: quam ſententiam conati ſumus exprimere, quòd alioquin hic Hebraiſmus in eo videretur obſcurior, quòd pro εἰσερχομένου ſeu προσερχομένου αὐτοῦ, Lucas hebraiſſans, dixerit τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. i. aduentũ pro ipſo qui aduentat. 26 Sermo ſalutis hu. ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης. i. nuntius iſte ſalutis ſiue ſalutifer. Videtur enim hoc cõmodiſſimè poſſe explicari per hypallagen, de qua diximus ſuprà 5. d. 20. 33 Suſcitato Ieſu, ἀναστήσας Ἰησοῦν. Verbũ ἀναστῆσαι duplici reſpectu dicitur. Interdum enim refertur ad primum illum exortum, interdũ verò opponitur morti quæ ſomnus dicitur: ſed quum poſteriore ſignificatione accipitur, addi ſolet aliquid, ex quo id poſſit intelligi. Itaq; quũ hoc loco nihil addatur, imò verò in proximo verſiculo peculiaris mẽtio fiat reſurrectionis, malim hoc quidẽ loco τὸ ἀναστῆσαι referre ad myſteriũ ἐνσαρκώσεως, potius quã ad reſurrectionẽ

de qua poſtea ſeorſim agit. cur enim in proximo verſiculo vteretur hac præfatione? Deinde quanuis exhibitionis Chriſti veluti clauſula ac periodus ſit reſurrectio, tamen quum propoſitio ſit vniuerſalis, exhibitum fuiſſe Chriſtum Patribus promiſſum, videtur omnino verbum ἀναστήσας non poſſe ad reſurrectionem reſtringi, quin violenta ſit expoſitio. Poſtremò formulæ promiſſionum illarum, quas præſtitas fuiſſe dicit, reſpiciendæ ſunt. In illis autem in genere fit mentio Seminis ac Prophetæ exorituri. Itaque verbum ἀναστήσας ſic quoque explicandum eſt, quum de promiſſionis exhibitione agitur. Poſtremò verbũ Gignendi nonniſi tranſlatitiè & καταχρηστικῶς de reſurrectione intelligi poteſt. Eſt autem quoad eius fieri poteſt propria declaratio verborum obſeruanda. Hæc autem vel ob eam cauſam putaui explicãda, quòd pleroſque interpretes videam hunc locum ita exponere, quaſi ſine controuerſia ad reſurrectionem pertineat.

	vt etiam in″Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te.		& in Pſalmo ſecũdo ſcriptum eſt, ‖Filius meus es tu, ego hodie genui te.	Pſal.2.b.7 heb.1.b.5,&5.b.5
Reſurrectio	Quòd autẽ excitauerit eũ à mortuis nõ ampli⁹ reuerſurũ″in ſepulchrum, ita dixit, Dabo vobis″firmas illas Dauidis beneficẽtias.	34	Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionem, ita dixit, ‖ Quia dabo vobis ſancta Dauid fidelia.	Eſa.55.b.3
	Ideo & aliâs dicit, Non permittes vt Sanctus tuus ſentiat corruptionem.	35	Ideóque & aliâs dicit, ‖Nõ dabis Sãctum tuum videre corruptionem.	Pſal.15.d.10 F
Dauid.	Nam Dauid quidem″quum ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio, dormiuit, & adiunctus eſt patribus ſuis, ſenſítque corruptionem:	36	Dauid enim in ſua generatione quũ adminiſtraſſet voluntati Dei, ‖dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem.	3.Reg.2.b.10
	At is quem Deus ſuſcitauit, non ſenſit corruptionem.	37	Quem verò Deus ſuſcitauit, non vidit corruptionem.	
Remiſſio peccatorum.	Notũ igitur ſit vobis fratres, quòd per hunc vobis remiſſio peccatorum annũtiatur: ″& *quòd* ab omnibus à quibus nõ potuiſtis per Legem Moſis″abſolui,	38	Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorũ annuntiatur, & ab omnibus quibus nõ potuiſtis in Lege Moyſi iuſtificari,	
Fides.	Per hunc omnis qui credit abſoluitur.	39	In hoc õnis qui credit, iuſtificatur.	
	Videte ergo ne ſuperueniat in vos quod dictũ eſt″in Prophetis.	40	Videte ergo ne ſuperueniat vobis quod dictum eſt in Prophetis,	
Contemptores.	Videte″contemptores, & admiramini, & euaneſcite: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis, ſiquis enarrauerit vobis.	41	‖Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod nõ credetis ſiquis enarrauerit vobis.	Habac.1.b.5
	″Egreſſis autem è ſynagoga Iudæorum, rogarunt *eos* Gentes vt ſequenti ſabbatho loquerentur ſibi″verba hæc.	42	Exeuntibus autem illis, rogabant vt ſequenti ſabbatho loquerentur ſibi verba hæc.	
Gratia.	Soluto autem conuentu, ſequuti ſunt multi ex Iudæis & religioſis proſelytis Paulum ac Barnabam: qui alloquentes eos, ſuadebant eis vt permanerent in gratia Dei.	43	Quúmque dimiſſa eſſet ſynagoga, ſequuti ſunt multi Iudæorum, & colentium aduenarum Paulum & Barnabam: qui loquentes ſuadebant eis vt permanerent in gratia Dei.	
	Sequenti verò ſabbatho vrbs propè tota coacta eſt ad audiendũ ſermonem Dei.	44	Sequenti verò ſabbatho penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbum Dei.	G
Iudæi contradicunt Paulo.	Viſa autem turba Iudæi repleti ſunt″inuidia, & contradice-	45	Videntes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, & contradicebãt iis quæ	

Pſalmo ſecundo ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ Ita ſcriptum inuenimus in omnibus vetuſtis codicibus. Apparet tamen ex Hieronymo, Hilario, & Auguſtino, quos citat in hunc locum Eraſmus, vetuſtiora exemplaria ſcriptum habuiſſe, Pſalmo primo: ſiue quòd Pſalmus ille, Beatus vir, nõ ſit olim propriè habitus pro Pſalmo, ſed potius pro eius libri præfatione: ſiue quòd Pſalmus quem hodie ſecundum facimus, vnus olim fuerit cum primo. 34 In ſepulchrum, εἰς διαφθοράν, Vulgata & Eraſmus, in corruptionem. Atqui nimis impropriè diceretur Dominus eò reuerti quò nunquam deuenit. Sciendum eſt ergo, Lucam Græcos Veteris teſtamẽti interpretes ſequutũ, διαφθοράν conuertere id quod Hebræis dicitur שחת, id eſt ſepulchrum à שחת, quod eſt corrumpere, vt à Græcis ſimili ratione dicitur ſarcophagus. cuius tranſlationis exempla occurrunt multis locis, vt Pſal.107.b.20. Thren.4.d.20. atque adeò interdum in genere accipitur pro foſſa, vt Pſal. 32. a.7. Sed in ſequentibus verſiculis vbi aliud verbum adiungitur, nempe ἰδεῖν pro παθεῖν, id eſt ſentire & affici, corruptionem declarat potius quàm ſepulchrum: quum ſic etiam accipitur שחת, & quidem propria ſignificatione, vt Leuit.22.d.25. Firmas Dauidis beneficentias. τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Sancta Dauid fidelia, nimium obſcurè. Sciendũ eſt igitur, Græcos interpretes quos hîc quoque ſequutus eſt Lucas, חסיד.i. benignũ ac beneficum interpretari ſolere ὅσιον, vnde factum vt חסדים beneficentias, id eſt gratuitas illas promiſſiones, ὅσια conuerterint. Dicuntur autẽ Dauidis paſſiua ſignificatione, nimirum quòd Dauidi ſint factæ: vt fœdus Abrahami vocatur fœdus cũ Abrahamo initum. Et hæ quidem Dei Dauidi promiſſæ munificentiæ, vocantur πιστὰ fideles, id eſt firmæ & conſtantes, ex Hebræorum quoque idiotiſmo: quia vt ſint homines mendaces, nihilominus tamen rata ſunt Dei promiſſa, neque nos vnquam fallunt. Quum igitur omnes Dei promiſſiones ſint in Chriſto (vt ait Apoſtolus) Etiam & Amen, firmiſſimum, perpetuum, & immortale exiſtere ipſum promiſſionum omnium fundamẽtum rectè colligit Paulus.

36 Quum ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio, ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ, Vulgata, in ſua generatione quum adminiſtraſſet volũtati Dei: quam interpretationem probo quatenus ad huius loci diſtinctionem attinet. Eraſmus verò poſt ὑπηρετήσας diſtinguit, & τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ coniungit cum ἐκοιμήθη, & ita conuertit, quum ſuæ ætati inſeruiſſet, conſilio Dei dormiuit. Ego verò hanc diſtinctionem in vetuſtis exemplaribus non inuenio, nec ſatis idoneam cauſam inuenio cur dixerit Paulus Dauidem conſilio Dei mortuum eſſe. In ſuperiore autem interpretatione nihil eſt eiuſmodi, ſed plana ſunt omnia. 38 Et *quòd* ab omnibus à quibus καὶ ἀπὸ πάντων ὧν Diſtinguenda ſunt ἀπὸ πάντων & ὑπὸ πάντων: quod diſcrimen niſi obſerues, non rectè poſſis hunc locum explicare. Neque enim hæc pertinent ad cæremonias, à quibus omnibus, id eſt per quas non potuerint Iudæi abſolui: ſed ad peccata, à quibus liberari ſeu abſolui non potuerunt in Lege Moſis, id eſt per Legis cæremonias: abſoluuntur autem per iſtum, id eſt per Chriſtum, ſi fide eum amplectantur. Abſolui, δικαιωθῆναι, Hebraicè הצדיק, id eſt iuſtũ declarari ſiue abſolui, cui opponitur הרשיע, quaſi dicas improbificare, id eſt nocentem declarare, ſeu damnare. Neque verò refugio Iuſtificandi verbum, quod etiam vſurpaui Matth.11.c.19, & 12.c.37. ſed ne quis illud Ab omnibus perinde acciperet, acſi caſus eſſet modi aut inſtrumẽti per quod iuſtificemur, id eſt iuſti fiamus ac pronuntiemur, aut pro iuſtis habeamur: hoc quidem loco malui Abſoluendi verbum vſurpare, vt magis perſpicua eſſet oratio. Sed de hoc verbo copioſius (ſi Dominus dederit) diſſeremus in epiſtola ad Romanos.

40 In Prophetis. ἐν τοῖς προφήταις. Quia ex vno Habacuc petitum eſt hoc teſtimonium, annotat Eraſmus eſſe numeri ἑτέρωσιν: ſed alia eſt ratio expediendi huius nodi multo certior & verior: de qua dixi Marc.1.a.2, & Iohan.6.e.45.

41 Contemptores, οἱ καταφρονηταί, In Hebræo legitur בגוים, pro quo videntur Græci legiſſe בוגדים.

42 Egreſſis autem, &c. Ἐξιόντων δὲ, &c. Vel, Egreſſis autem Iudæis è Synagoga. Nam hanc quoque interpretationem admittunt Græca. Sed & in vno codice ſcriptum erat Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, & totum illud ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, expunctum. Gentes, τὰ ἔθνη, Hoc non legimus in vno peruetuſto exemplari: & fortaſſis ab aliquo expunctum eſt, cui mirum fuerit, Gentes in hoc cœtu inueniri. Atqui dicit Lucas eos fuiſſe egreſſos, quum eos rogarent Gentes: & in proximo conuentu apparet etiam Gentes affuiſſe. Verba hæc. τὰ ῥήματα ταῦτα. In quibuſdam codicibus hoc deeſt. in quodam verò inuenimus τὰ ῥήματα τὰ αὐτὰ, id eſt eadem illa verba.

45 Inuidia, ζήλου, Vulgata & Eraſmus, zelo. Vide Iohan.2.c.17.

à Paulo dicebantur, blaſphemantes.

Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerũt, Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei: ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cõuertimur ad Gẽtes.

Eſa.49.b.10

Sic enim prçcepit nobis Dominus, Poſui te in lucem Gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ.

Audientes autẽ Gẽtes, gauiſæ ſunt, & glorificabãt verbũ Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

Diſſeminabatur autem verbũ Domini per vniuerſam regionem.

Iudæi autem concitauerunt mulieres religioſas & honeſtas, & primos ciuitatis, & excitauerũt perſequutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus ſuis.

Infrà 18.b.6
matth.10.b.14
marc.6.b.11
luc.9.a.5

At illi excuſſo puluere pedũ in eos, venerunt Iconium.

Diſcipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu Sancto. Cap.XIIII.

FActum eſt autem Iconii vt ſimul introirent ſynagogam Iudæorũ, & loquerentur ita vt crederet Iudæorum & Græcorũ copioſa multitudo.

Qui verò increduli fuerunt Iudæi, ſuſcitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduerſus fratres.

Multo igitur tẽpore demorati ſunt, fiducialiter agentes in Domino, teſtimoniũ perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna & prodigia fieri per manus eorum.

Diuiſa eſt autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apoſtolis.

Quum autem factus eſſet impetus Gentilium & Iudæorum cum principibus ſuis, vt contumeliis afficerẽt & lapidarent eos,

Intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lyſtrã & Derben, & vniuerſam in circuitu regionem,

Et ibi euangelizantes erant.

Et quidam vir Lyſtris infirmus pedibus ſedebat, claudus ex vtero matris ſuæ, qui nunquam ambulauerat.

Hic audiuit Paulum loquẽtem: qui intuitus eum, & vidẽs quia fidem haberet vt ſaluus fieret,

---

bant iis quæ à Paulo dicebantur, ″contradicẽtes ac blaſphemãtes.

46 Tunc libertate vſi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis neceſſe fuit primùm exponi ſermonem Dei: poſtquam autem abigitis illum, & indignos vos ipſos ″decernitis æterna vita, ecce conuertimur ad Gentes.

AEterna vita. Gentibus prædicat Paulus.

47 Sic enim nobis mandauit Dominus, *dicens*, Conſtitui te pro luce Gentium, vt ſis ſalus vſque ad vltimas terras.

48 Audientes autẽ *hæc* Gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant ſermonẽ Domini: & crediderũt quotquot erãt ″ordinati ad vitã æternã.

Gentes præordinatæ credunt.

49 Perferebatur autem ſermo Domini per totam illam regionẽ.

50 Iudæi verò extimulauerũt mulieres ″religioſas & honeſtas, & primos vrbis, & incitauerunt perſequutionem in Paulum ac Barnabam, eiecerúntque eos è finibus ſuis.

Perſequutio à Iudæis.

51 At illi excuſſo puluere pedum ſuorum in eos, venerũt Iconiũ.

52 Diſcipuli verò replebãtur gaudio & Spiritu ſãcto. Cap.XIIII.

Gaudium.

1 FActum eſt autem Iconii vt ſimul introirẽt ſynagogam Iudæorum, & loquerentur ita vt crederet Iudæorum ſimul & Græcorum magna multitudo.

Iudæi & Gentes aliquot conuerſi ad Chriſtum.

2 ″Qui verò immorigeri fuerunt Iudæi, incitarunt & ″malè affectos reddiderunt animos Gentium aduerſus fratres.

3 Multum igitur tempus ″liberè loquentes cõſumpſerunt, ″freti Domino, qui teſtimonium reddebat ſermoni gratiæ ſuæ, dabátque vt ſigna & prodigia ederentur per manus eorum.

Miracula, Euangelii teſtimonia.

4 Diuiſa eſt autem multitudo vrbis: & vni erant à Iudæis, alteri ab Apoſtolis.

5 Quum autem factus eſſet impetus Gentium ac Iudæorum vnà cum principibus ſuis, vt iniuria afficerent & lapidarent eos,

Afflictio.

6 Re conſiderata perfugerunt in ciuitates Lycaoniæ Lyſtram & Derben, & circumiacentem regionem:

Fugit Paulus in Lyſtram.

7 Et illic prædicabant Euangelium.

8 Quidam autem vir Lyſtris ″impotens pedibus ſedebat, claudus ab vtero matris ſuæ, qui nunquam ambulauerat.

Claudus ſanatur.

9 Hic audiuit Paulum loquentem: qui quum intendiſſet in eum oculos, & vidiſſet quòd fidem haberet *ſe* ſeruatum iri,

Fides.

Contradicentes ac blaſph. ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. In tribus codicibus ſcriptum erat duntaxat βλασφημοῦντες: & ſanè videtur totũ illud ἀντιλέγοντες καὶ redundare. 46 Decernitis κρίνετε .i. hoc veſtro facto quaſi ſententia in vos ipſos lata, ſtatuitis ac decernitis. Vulg. & Eraſ. iudicatis: rectè quidẽ, ſed ambiguè. Poſſet enim hoc ad mentis iudiciũ referri, quaſi iſti animi ſui iudicio & apud ſe ſtatuerẽt ſe hac Dei gratia indignos eſſe: vt facere ſolent qui peccatorũ ſuorum ſenſu tangũtur: qui quidẽ primus eſt ad ſalutem gradus. id verò in iſtos nõ cadit.

48 Ordinati τεταγμένοι Ergo vel non omnes erant vitæ æternæ deſtinati, vel omnes crediderunt: vel hoc temere dictũ eſt à Luca: quod abſit vt vel in mẽtẽ nobis veniat. Agitur autẽ hic nõ de præſciẽtia ſimplici, ſed de ordinatione æterna, & ita quidẽ vt ei ſubiiciatur fides. Hoc cõſiderent illi qui præſcientiã Dei à decreto ſeparãt, quiq; præuiſam fidẽ faciunt electionis cauſam. Sed & hic locus manifeſtè oſtẽdit quàm parum ſolida atque adeò (quod cum bona quorundam veterum pace dictum ſit) quàm inepta ſit illa diſtinctio verbi actiui προητοίμασεν à paſſiuo κατηρτισμένα: quã nonnulli excogitarunt vt eluderent Pauli diſputationẽ de æterna Dei prouidentia, vt copioſius explicabimus nono capite epiſtolæ ad Romanos. Cæterùm Vetus interpres pro Ordinati conuertit Præordinati, quum Græcè non ſit ſcriptum προτεταγμένοι, vel προκεχειρισμένοι, vt ſolet transferre: ſed tamen eadem prorſus manet ſententia. Nam ſi crediderunt quia ordinati erant ad vitam, certè ordinatio hæc fidem antegreditur, ac multo magis ipſa fidei effecta. Itaque Dei decretum primo loco ſtatuatur neceſſe eſt, non tantùm tempore (eſt enim æternum) ſed etiã cauſarum ordine: quũ cætera quæ ad ſalutẽ ſpectant, ſine vlla exceptione illi ſubiiciãtur, vt effecta ſubordinata, cauſæ. 50 Religioſas & hon. σεβομένας καὶ εὐσχήμονας, Paulo antè σεβομένους vocauit veri Dei cultores: hoc autem loco ſuperſtitioſas mulieres ita appellat, nimirum vel Gẽtilium ſuperſtitionibus addictas, vel quæ & ipſæ cæco quodã Legis zelo ferrentur: aut fortaſſis quum eas ornat iſtis epithetis Lucas, non ſpectat quales eſſent reuera, ſed quales vulgò haberentur. De altero epitheto idẽ ſtatuendum, vt primariæ authoritatis mulieres & honeſtæ apud vulgum exiſtimationis intelligamus.

IN CAPVT XIIII.

2 Qui verò immorigeri fuer. οἱ δὲ ἀπειθοῦντες. i. qui nõ paruerunt doctrinæ, neque ſe perſuaderi ſiuerunt. Vulg. & Eraſ. Qui verò increduli erant, οἱ δὲ ἀπιστοῦντες, quanuis, quod ad ſenſum attinet, minimum in eo ſit diſcrimen. Malè affectos redd. ἐκάκωσαν Vulg. ad iracũdiam concitauerunt. id eſt παρώργισαν: vt ſolent Græci interpretes conuertere verbum הכעיס. Eraſ. corruperunt. quo vocabulo vtuntur quidem Iuriſconſulti: ſed tum demum vbi agitur de eo vel qui in æſtimationem venit, vt ſeruo vel ancilla: vel quem noſtra intereſt non fieri deteriorem, vt iis qui in noſtra ſunt poteſtate. Hîc ergo ponitur τὸ κακοῦν ſignificatione nonnihil diuerſa, quum alioquin hoc vocabulum alibi ſoleat vſurpari pro Opprimere ſiue affligere, ſeu damnum aliquod inferre: adeò quidẽ vt hoc quoque ſit ἅπαξ λεγόμενον. Rectè tamen & eleganter vſurpatũ eſt à Luca, quia iſti de quibus agitur, & malis artibus & ad improbè agendum ſunt à Iudæis inducti: quo modo corruptionẽ definit Vlpianus. 3 Liberè loquentes παρρησιαζόμενοι Vulg. fiducialiter agentes. Eraſ. fortiter agentes. Ego, quũ hîc agatur de Euãgelii prædicatione, puto retinendam propriam ſignificationem τοῦ παρρησιάζεσθαι. Dicitur autem id propriè de loquendi libertate. Freti Domino, ἐπὶ τῷ κυρίῳ, Heb. ביהוה: quem Hebraiſmum non ſatis videaris exprimere ſi ad verbum conuertas, in Domino.

8 Impotens ἀδύνατος Vel, pedibus captus. Nam impotens apud Latinos ad animum plerunque refertur. Vul. infirmus. Eraſ. debilis: neuter ſatis expreſſè.

10 Dixit magna voce,″Surge in pedes tuos rectus . Tum *ille* quum exiliiſſet, ambulauit.

11 Turbæ verò quum vidiſſent quod fecerat Paulus,ſuſtulerūt vocem ſuam,Lycaonicè dicentes,Dii aſſimilati hominibus,deſcenderunt ad nos.

Paulo & Barnabæ volunt Lyſtrenſes ſacrificare.

12 Vocabántque Barnabam , Iouem : Paulum verò,Mercurium, quòd is eſſet dux ſermonis.

13 Sacerdos autē Iouis, qui erat ante ciuitatem illorū,quū″tauros vittatos ad veſtibula adduxiſſet, cum turba volebat ſacrificare.

14 Quod quum audiſſent Apoſtoli Barnabas & Paulus,ʹdiruptis palliis ſuis inſilierunt in turbam,clamantes,

Vana idola.

15 Ac dicentes,Viri,cur iſta facitis? nos quoque iiſdē quibus vos, obnoxii malis ſumus homines, annuntiantes vtʹab iſtis vanis *diis* conuertamini ad Deum illum viuum,qui fecit cælum & terram, & mare,& omnia quæ in eis ſunt.

16 Quíque præteritis ætatibus ſiuit omnes Gentes″ſuis ipſarum viis ambulare.

Gentibus etiam benefecit Deus ante conuerſionem.

17 Quanquam nō paſſus eſt ſe *eſſe* expertem teſtimonii , dum *nobis* benefecit, dās nobis cælitus pluuias ac tēpora fructifera,implens cibo & lætitia corda noſtra.

18 Et hæc dicentes,vix compeſcuerunt turbā″ne ſacrificaret ipſis.

Lapidatur Paul⁹

19 Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, ″qui perſuaſa turba , Paulum lapidatum traxerunt extra vrbem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

20 Sed quum circundediſſent eum diſcipuli, ſurrexit, & ingreſſus eſt vrbem:ac poſtridie abiit Derben cum Barnaba.

21 Quúmque euangelizaſſent vrbi illi , ac docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconium & Antiochiam,

Fides. Tribulatio.

22 Confirmantes animos diſcipulorum,exhortantes vt perſeuerarent in fide, & *dicentes* oportere per multas oppreſſiones nos ingredi in regnum Dei.

23 Quum verò ipſisʹper ſuffragia creaſſent per ſingulas Eccleſias Preſbyteros, precatíque eſſent cum ieiuniis , commendarunt eos Domino in quem crediderant.

24 Peragratáque Piſidia,venerunt in Pamphyliam.

Antiochia.

25 Ac Pergæ loquuti″*Dei* ſermonem,deſcenderunt″Attaliam.

26 Et illinc abnauigaruntʹAntiochiam,vnde fuerant commenda-

10 Dixit magna voce,Surge ſuper pedes tuos rectus.Et exiliuit, & ambulabat.

11 Turbæ autē quum vidiſſent quod fecerat Paulus,leuauerūt vocem ſuā, Lycaonicè dicentes, Dii ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos.

12 Et vocabant Barnabam,Iouē: Paulum verò Mercurium , quoniam ipſe erat dux verbi.

13 Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatē, tauros & coronas ante ianuas afferens , cum populis volebat ſacrificare.

C

14 Quod vbi audierunt Apoſtoli Barnabas & Paulus, cōſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas,clamantes,

15 Et dicentes,Viri , quid hæc facitis? &nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis cōuerti ad Deum viuum,‖qui fecit cælum,& terram,& mare,& omnia quæ in eis ſunt:

Geneſ.1.a.1 pſal.145.b.6 apoc.14.b.7

16 Qui in præteritis generationibus ‖dimiſit omnes Gentes ingredi vias ſuas.

Pſal.80.c.13

17 Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciēs, de cælo dans pluuias, & tēpora fructifera, implens cibo & lætitia corda veſtra.

18 Et hęc dicentes,vix ſedauerūt turbas ne ſibi immolarent.

19 Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi,& perſuaſis turbis‖& lapidato Paulo, traxerūt extra ciuitatem,exiſtimantes eū mortuum eſſe.

2.Cor.11.f.22

20 Circundantibus autē eum diſcipulis,ſurgens intrauit ciuitatem:& poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derben.

21 Quúmque euangelizaſſent ciuitati illi,& docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconium & Antiochiam,

D

22 Confirmantes animas diſcipulorū, exhortātéſque vt permanerēt in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

23 Et quū cōſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Preſbyteros,& oraſſent cum ieiunationibus,cōmendauerunt eos Domino,in quem crediderunt.

24 Tranſeuntéſque Piſidiam,venerūt in Pamphyliam.

25 Et loquentes verbum Domini in Perge,deſcenderunt in Attaliam.

Suprà 13.a.1

26 ‖Et inde nauigauerūt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in o-

---

10 Surge ἀνάστηθι In quinque codicibus & Complutenſi editione ſcriptum legimus, σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κῦ ἰῦ χῦ, ἀνάστηθι, Tibi dico, in nomine Domini Ieſu Chriſti,ſurge in pedes, &c.quam lectionem maximè probo.Ita enim ſolent aliquid addere Apoſtoli, ex quo intelligat turba,ipſos non ſua ſed Chriſti virtute agere quod agunt,quum Chriſtus contrà ſoleat ſuo iure imperare,vt qui nimirum ſit αὐτοκράτωρ.

13 Tauros vittatos ταύρους καὶ στέμματα Rem vnam duabus vocibus explicauit,id eſt ἓν διὰ δύο, vt grammatici loquuntur,vt in illo Virgilii,-Pateris libamus& auro.i.inquit Seruius,aureis pateris.Idem,Victori velatum auro vittiſque iuuēcum. Ideo vittatos malui quàm coronatos dicere.Veſtibula autem vocat(opinor)templi porticus.In vno codice reperimus ἐπὶ τοῦ πυλῶνος,id eſt pro veſtibulo:vt fortaſſis veſtibulum earum ædium intelligatur,in quas diuerterant Apoſtoli. Neque enim fruſtra dixit Lucas,tēplum ipſum Iouis extra vrbē fuiſſe:& probabile eſt Sacerdotē non iam ad deorū aras,ſed ad ipſos(vt arbitrabātur)deos victimas adduxiſſe. 14 Diruptis palliis διαρρήξαντες τὰ ἱμάτια. Vide Matth.26.g.65. 15 Ab iſtis vanis *diis* ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων Aut θεῶν ſubaudiendū eſt ἀπὸ κοινοῦ,aut ex Hebræorū more idola vocat τὰ μάταια.i.vt illi loquuntur,הבלים. 16 Suis ipſarum viis amb. πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Heb.להלוך בדרכיהם.i.ex arbitrio ſuo viuere:nulla ſcilicet ipſis præſcripta ratione religionis.Nā Hebræorū more,Ambulare poſuit pro Viuere,&Viā pro Vitæ ratione.

18 Ne ſacrificaret ipſis.τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. In quatuor codicibus additum erat,ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια.Διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων ἐπῆλθον,&c.Id eſt,ſed vnuſquiſque domum ſuam abiret.Ipſis autem *illic* verſantibus ac docentibus,ſuperuenerunt ab Antiochia,&c.

19 Qui perſuaſa turba, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, In iiſdem quatuor exemplaribus ſcriptum legimus,καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παρρησίᾳ,ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι ἀπ᾽ αὐτῶν,λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν,ἀλλὰ πάντα ψεύδονται.i.quúmque illi liberè diſputarent,perſuaſerunt turbæ vt ab iis deficeret,quòd dicerent eos nihil veri dicere,ſed in omnibus mentiri. 23 Per ſuffragia creaſſ.χειροτονήσαντες, Ortum eſt hoc verbū ex Græcorum cōſuetudine,qui porrectis manibus ſuffragia ferebant.Vnde illud Ciceronis pro L.Flacco,Porrexerūt manus:pſephiſma natum eſt.Eſt autem notanda vis huius verbi,vt Paulum ac Barnabam ſciamus nihil priuato arbitrio geſſiſſe , nec vllam in Eccleſia exercuiſſe tyrannidem: nihil denique tale feciſſe,quale hodie vel Romana illa meretrix,vel ipſius aſſeclæ,quos ordinarios vocant.

25 *Dei* ſermonem, τὸν λόγον, In tribus codicibus diſertè additur τοῦ κυρίου,quod expreſſimus,vt magis eſſet perſpicua oratio. Attaliā. εἰς Ἀτταλίαν. Ridiculum eſt quod in quibuſdā Latinis codicibus pro Attaliā legitur Italiam. magis excuſanda eſt eorum imperitia qui Mattaliam ſcripſerunt, in nomine tantùm decepti.Eſt autē Attalia vrbs Pamphyliæ maritima,Lyciæ finibus proxima: ideóque apud Stephanū Lyciæ attributa.Nā in Græco Stephano corruptè excuſum eſt λυδίας pro λυκίας:quē craſſiſſimū errorem miror nō fuiſſe ab Eraſmo animaduerſum,quum Lydiæ littora ad Occidentem expoſita mari AEgæo,non paruo tractu abſint à Lyciæ ac Pamphyliæ in Meridiem obuerſis.

26 Antiochiam, εἰς Ἀντιόχειαν, Græca ſcholia legunt εἰς Μίλητον,Miletum,ſed perperam,vt illic etiam eſt annotatum.

pus quod compleuerunt.

Quum autem veniſſent,& congregaſſent Eccleſiam,retulerunt quanta feciſſet Deus cũ illis,& quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei.

Morati ſunt autem tempus nõ modicum cum diſcipulis. Cap.X V.

Galat.5.a.1 ET quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres,Quia niſi circũcidamini ſecundũ morem Moyſi, nõ poteſtis ſaluari.

Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos,ſtatuerunt vt aſcenderẽt Paulus & Barnabas,& quidam alii ex illis ad Apoſtolos & Preſbyteros in Ieruſalem, ſuper hac quæſtione.

Illi ergo deducti ab Eccleſia, pertrãſibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuerſionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Quum autem veniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia & ab Apoſtolis & Senioribus,annuntiãtes quanta Deus feciſſet cum illis.

B Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum qui crediderunt,dicentes, Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque ſeruare Legem Moyſi.

Cõuenerúntque Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc.

Suprà 10.e.30, & 11.b.13 Cum autem magna cõquiſitio fieret,ſurgens Petrus dixit ad eos,‖Viri fratres,vos ſcitis quoniã ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelii,& credere.

Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis.

Suprà 10.g.43 ‖Et nihil diſcreuit inter nos & illos,fide purificans corda eorum.

1.cor.1.a.1 Matth.23.a.4 C Nunc ergo quid tentatis Deum,imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?

Sed per gratiã Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.

Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulũ narrantes quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in Gentibus per eos.

Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacob⁹,dicẽs,Viri fratres,audite me,

ti gratiæ Dei in opus quod expleuerant.

27 Quũ autẽ affuiſſent & coëgiſſent Eccleſiã,retulerũt quæcũque feciſſet Deus″per ipſos, & quòd aperuiſſet Gẽtibus oſtium fidei.

Oſtiũ fidei apertum Gentibus.

28 Conſumpſerúntque illic multũ tẽpus cũ diſcipulis.Cap.X V.

1 PORRÒ″quidam qui deſcenderãt à Iudæa,docebant fratres *dicentes*, Niſi circuncidamini ritu Moſis,non poteſtis ſeruari.

Falſi fratres docentes circuncisionem neceſſariã Chriſtiano.

2 Orta igitur ſeditione ac diſceptatione nõ exigua Paulo ac Barnabæ aduerſus illos,ſtatuerunt vt aſcenderẽt Paulus & Barnabas, & quidam alii ex illis, ad Apoſtolos ac Preſbyteros Ieroſolymã, *percontaturi* de hac quæſtione.

3 Illi ergo miſſi ab Eccleſia, peragrarunt Phœnicẽ & Samariam, exponentes conuerſionem Gentium:& adferebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Gentiũ cõuerſio.

4 Quum autem affuiſſent in Ieruſalem, accepti ſunt ab Eccleſia & ab Apoſtolis ac Preſbyteris, annuntiauerúntque quæcunque Deus feciſſet per ipſos.

5 ″Sed, *aiebant*, quidam ſurrexerunt è ſecta Phariſæorum qui crediderunt,dicentes quòd oporteret circuncidere eos, ac mandare ſeruandam Legem Moſis.

6 Coacti ſunt igitur Apoſtoli ac Preſbyteri,vt diſpicerent de hoc negotio.

7 Quum autem magna diſceptatio fuiſſet, ſurgens Petrus dixit ad eos,Viri fratres,vos ſcitis quòd″iampridem Deus″inter nos″elegit *me*,″vt per os meũ audirẽt Gẽtes verbũ Euãgelii,crederéntq;.

Petri oratio ad Apoſtolos.

Gentes à Deo electæ.

8 Deus autem qui nouit corda,reddidit eis teſtimonium,dato ipſis Spiritu ſancto,ſicut & nobis.

Spiritus ſanctus

9 Nihilq; diſcreuit inter nos & illos,fide purificatis cordib⁹illorũ.

Fides purificans corda.

10 Nũc ergo quid tẽtatis Deum, vt imponat iugum ſuper ceruicẽ diſcipulorũ,quod neque patres noſtri,neq; nos portare potuim⁹?

Iugum Legis.

11 Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus nos ſeruatum iri,quemadmodum & illi.

Gratia.

Salus.

12 Tacuit autẽ tota multitudo,& audiebant Barnabã ac Paulũ,exponẽtes quæ Deus edidiſſet ſigna & prodigia inter Gẽtes ꝑ ipſos.

13 Poſtquam autẽ cõticuiſſent,reſpondit Iacobus,dicẽs,Viri fratres,audite me.

Iacobi oratio ad Apoſtolos.

27 Per ipſos, μετ' αὐτῶν, Heb.בהם.Neque enim μετὰ hoc loco propriè declarat σὺν,ſed potius διὰ.i.cauſam inſtrumentalẽ,cui ſolent Hebræi præpoſitiones adiungere,vt ſuprà 13.c.17,& infrà 15.a.4.Vulg.& Eraſmus,cum illis.

IN CAPVT XV.

1 Quidam τινες Nempe Cerinthus cum ſuis,ſi credimus Epiphanio κατὰ κηρινθιανῶν. 5 Sed,*aiebant*,&c. Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως,&c. Hunc locum video omnes perinde interpretari, acſi eſſent verba Lucæ, quaſi quũ ſuam expeditionẽ narrarent Paulus ac Barnabas,inſurrexerint qui Circunciſionẽ vrgerent.quod mihi non fit admodũ probabile:ſed potius illos, expoſita ſua expeditione,ſubieciſſe controuerſiam illã Antiochiæ excitatã,cuius cauſa ipſi Ieroſolymã venerant. Puto igitur eſſe illorũ verba,non Lucæ:ideóque addidi verbum,aiebãt,vt oſtenderẽ tranſitionem eſſe ab obliqua oratione ad rectã,cuius ſimile exemplũ extat Luc.5.c.14 & 7.a.4 & 5.Sed & apud diſertos ſcriptores huiuſmodi eclipſis in narrationib⁹elegãter vſurpatur.Sic enim Cæſar,Coniurationẽ nobilitas fecit,& ciuitati perſuaſit vt de finibus ſuis cũ omnibus copiis exirẽt: perfacile eſſe,quũ virtute omnibus præſtarẽt,totius Galliæ imperio potiri.Pro,Dixit enim perfacile eſſe:quod quidẽ dicendi genus innumerabilibus penè locis apud Titũ Liuium inuenias. 7 Iam pridẽ ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων Heb. מימי קדם pro quo Vulg.& Eraſ.habent ad verbũ, à diebus antiquis: quo genere dicendi ſignificatur plerunque tempus antiquiſſimum, vt Deut.4.e.32,& 32.a.7. hic autẽ deſignat quæ nõ ita multo poſt Stephani mortem acciderãt.i. (quantũ poſſum ex Epiſtola ad Galatas coniicere)ab annis circiter tredecim. Inter nos ἐν ἡμῖν Heb.בנו,pro ממנו ex nobis, ſeu לביננו ex medio noſtri.i.ex hoc noſtro cœtu.Ponitur enim ſæpe ב.i.in,pro מן vel בין:vt 1.Paral.11.e.20.Nonnulli ad loci ac perſonarũ circunſtantiã referunt:quaſi hoc pertineat ad ἔθνη vel ad verbum ἀκοῦσαι, vt ſit hic ſenſus,Deus elegit vt per me Gentes audirent verbũ Dei inter nos: vel,vt Gẽtes quæ inter nos ſunt,ex me verbũ Dei intelligerẽt:ſed hæc traiectio dura eſt,neque(vt opinor)vllo modo neceſſaria. Quidã etiam exponunt Inter nos,præſentibus,ſeu teſtibus nobis:quæ ſententia vt cõueniret,videtur potius dicendũ fuiſſe ἐν ἡμῖν.i.inter nos.Ego puto interpretationẽ illã quã ſequutus ſum,ſimpliciſſimam ac veriſſimam eſſe.Perinde enim eſt acſi diceret Petrus, Quid tam longa diſceptatione opus eſt? non verebor de meipſo dicere quod verũ eſſe omnes noſtis,me ſcilicet ex hoc noſtro cœtu ac numero delectũ eſſe à Deo,ex cuius ore Gẽtes intelligerẽt & amplecterẽtur Euãgelicam doctrinã.Itaque quum Inter nos,ſiue Ex nobis,dicit Petrus,x11 Apoſtolorum cœtũ intelligit,qui vidẽtur peculiariter ad eũ diem fuiſſe circunciſioni deſtinati: ſicut Paulus Gentibus,eo dũtaxat excepto quòd Petrus primitias Gentiũ obtulit Deo. Quamobrẽ diſtributionem illã prouinciarum mundi inter duodecim Apoſtolos factã, cuius meminerunt veteres, puto vel maxima ex parte ex ingeniorũ curioſitate natam,vel certè Iudæorum cauſa fuiſſe inſtitutam,aut certè factam poſt Hieroſolymitanã hãc Synodum,quum iam paſſim Gentes in regnum Dei irrumperent. Elegit *me*, ἐξελέξατο .i.habito inter nos delectu voluit. Nam ἐκλέγεσθαι ponitur hoc loco ἀμεταβάτως, quod necui ſcrupulum iniiceret,ſuppleuimus pronomen,ſententia nihil immutata.

14 ″Symeon expoſuit quomodo primùm Deus reſpexerit *Gentes* vt ſumeret″ex ipſis populum″nomini ſuo:

15 Et huic *rei* conſonant verba Prophetarum: ſicut ſcriptum eſt,

Prophetia de Gētibus ſaluandis.

16 Poſt hæc reuertar, ac reædificabo tabernaculum Dauid collapſum: & ruinas eius reædificabo, ac rurſus erigam illud:

17 Vt requirant qui reliqui ſunt homines, Dominū, & omnes Gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum: dicit Dominus, qui facit hæc omnia.

18 ″Nota ab *omni* æuo ſunt Deo omnia opera ſua.

19 Quamobrem ego″cenſeo non obturbandū eſſe illis qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum:

20 Sed ſcribendum ad eos vt abſtineant″à pollutionibus idolorū, & ſcortatione, & ſuffocato,″& ſanguine.

Lex Moyſi Sabbathis lecta.

21 Moſes enim ab ætatibus antiquis in ſingulis ciuitatibus habet qui ipſū prædicēt, quū in ſynagogis per ſingula ſabbatha legatur.

22 Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cum tota Eccleſia, delectos ex ſeſe viros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba: *nempe* Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primarios inter fratres,

Literæ Apoſtolorum.

23 Et iſta per manus eorum *mittenda* ſcribere, Apoſtoli & Preſbyteri & fratres, iis qui ſunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus qui *ſunt* ex Gentibus, ſalutem.

24 Quoniam audiuimus quòd quidam è nobis egreſſi, turbauerūt vos verbis, labefactantes animas veſtras, iubentes *vos* circuncidi, & ſeruare Legem,″quibus *hoc* non imperaueramus:

25 Viſum eſt nobis concorditer coactis, electos viros mittere ad vos cum dilectis noſtris Barnaba & Paulo,

26 Hominibus qui expoſuerunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

27 Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis eadem renuntiabunt.

28 Viſum eſt enim Spiritui ſancto ac nobis, nequid amplius imponeremus vobis oneris, quàm hæc neceſſaria:

29 *videlicet* vt abſtineatis ab his quæ ſunt immolata ſimulachris, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione: à quibus ſi conſeruaueritis voſipſos,″bene agetis. Valete.

30 Illi igitur dimiſſi, venerunt Antiochiam: & coacta multitudine reddiderunt epiſtolam.

31 Quam quum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione.

Prophetæ.

32 Iudas autem & Silas, quum eſſent & ipſi Prophetæ, multo ſermone″adhortati ſunt fratres, ac confirmarunt.

33 Et quum egiſſent *illic* aliquandiu, dimiſſi ſunt″cum pace à fra-

Simon narrauit quemadmodū primùm Deus viſitauit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo:

Et huic concordant verba Prophetarum: ſicut ſcriptum eſt,

Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigā illud: Amos 9.c.11

Vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes Gētes ſuper quas inuocatum eſt nomem meum: dicit Dominus faciens hæc. D

Notum à ſeculo eſt Domino opus ſuum.

Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum:

Sed ſcribere ad eos vt abſtineant ſe à cōtaminationibus ſimulachrorū, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſāguine.

Moyſes enim à tēporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbathum legitur.

Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cū Paulo & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus,

Scribentes per manus eorū, Apoſtoli & Seniores, fratres, iis qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, ſalutem. E

Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertētes animas veſtras: quibus non mandauimus:

Placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos, cū chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo,

Hominibus qui tradiderūt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi verbis referent eadem.

Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria:

Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodiētes vos, bene agetis. Valete. F

Illi ergo dimiſſi, deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.

Quam quum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione.

Iudas autem & Silas, & ipſi quum eſſent Prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt fratres & cōfirmauerunt.

Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus

14 Symeon συμεὼν Heb. שמעון ſicut etiam pleraque exemplaria ſcriptū habēt 2.Pet.1.a.1: quū aliis omnibus locis dicatur σιμὼν שימון Simon. Sed videtur à Græcis Simon pro Simeon corruptè dici, propterea quòd literam gutturalem non poſſunt exprimere. Neque enim duo illa Hebræa idem nomen declarare facilè conceſſerim. Ex ipſis ἐξ ἐθνῶν Antecedens priore loco omiſſum, poſitum eſt in poſteriore, relatiui loco, ex Hebræorū idiotiſmo, quem ſi obſerues, obſcurior fiet oratio. Nomini ſuo: ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ: Heb. לשמו Eſt autē περιφραστικῶς dictum Nomini ſuo, pro Sibi: aut huc reſpexit Iacobus, quòd ſancti à Chriſto cognominentur Chriſtiani.

18 Nota ſunt, &c. γνωστὰ, &c. Complutenſis editio legit ἅ ἐστι γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ. i. quæ ſunt ei nota ab æterno, ſiue ab omni æuo. Nam αἰὼν id eſt עולם, hoc loco ita oportet explicare. 19 Cenſeo κρίνω Vulg. Iudico, quod nimiū videri poſſit imperioſum, niſi addas τὸ κατ' ἐμὲ, id eſt quod ad me attinet, vt apparet legiſſe Irenæum lib.3.cap.12. 20 A pollutionibus idol. ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, Vel à ſacrificiis ſeu conuiuiis quæ in idolorū templis agitabantur. Intelligit enim idolothyta, vt liquet ex adiuncta epiſtola, & τὸ ἀλισγεῖν etiā declarat τὸ ἑστιᾶν. Irenæi interpres habet, à vanitatibus. Et ſanguine. καὶ τοῦ αἵματος. In duobus codicibus & apud Irenæū additur καὶ ὅσα ἂν μὴ θέλωσιν αὐτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. i. & quæcunque ſibi nolint fieri, aliis ne faciant. Idque etiā paulo pòſt in Epiſtola ipſa Synodi eodem loco rurſus adſcriptum inuenimus, nō tantùm in duobus illis exemplaribus, ſed & in editione Cōplutenſi. Apud Irenæum tamen nulla fit mētio ſuffocati. 24 Quibus *hoc*, &c. οἷς οὐ διεστειλάμεθα. Notādum eſt hoc pertinere ad verbum ἐτάραξαν, non autē ad participium λέγοντες. Sed & hæc omnia λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, in Vetere editione non leguntur. Apud Irenæum autem ſubiiciuntur poſt ψυχὰς ὑμῶν. 29 Bene agetis. εὖ πράξετε. Irenæi interpres addit, ambulantes in Spiritu ſancto πορευόμενοι ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

32 Adhortati ſunt παρεκάλεσαν Vel, conſolati ſunt, vt etiam in ſuperiore verſiculo παράκλησιν poſſumus interpretari Cōſolationem, vel Abhortationem. 33 Cum pace μετ' εἰρήνης Heb. בשלום, id eſt fratribus benè illis precantibus, & cum bona Eccleſiæ venia. Hæc au

tem refero non ad illorum profectionem,ſed dimiſſionem:ne cogamur ſynecdochen hîc conſtituere. Venit ergo vterque diſcedendi veniam petiturus ab Eccleſia, quæ quum eos benignè à ſe dimiſiſſet,& iam profecturi viderentur,Silas tamen manſit Antiochiæ, certis de cauſis nimirum mutato conſilio,quanuis illas Paulus non explicet.

ad eos qui miſerant illos.

Viſum eſt autē Silæ ibi remanere.

Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ,docentes,& euāgelizantes cum aliis pluribus verbū Domini.

G Poſt aliquot autē dies dixit ad Barnabā Paulus,Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo ſe habeant.

Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Iohannem , qui cognominabatur Marcus:

Paulus autem rogabat eum,vt qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia , & non iſſet cum eis in opus , non debere recipi.

Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicē: & Barnabas quidē aſſūpto Marco nauigaret Cyprū:

Paulus verò electo Sila profectus eſt,traditus gratiæ Dei à fratribus.

Perambulabat autem Syriā & Ciliciam,confirmans Eccleſias.

Cap.XVI.

Rom.16.c.21
philip.2.c.19
1.theſſa.3.a.2

PEruenit autem in Derben & Lyſtram:& ecce, diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus,filius mulieris cuiuſdam Iudææ fidelis , patre Gentili.

Huic teſtimoniū bonum reddebāt qui in Lyſtris erāt & Iconio fratres,

Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci:& aſſumens circūcidit eū propter Iudæos qui erant in illis locis.ſciebāt enim omnes quòd pater eius erat Gētilis.

Quum autem pertranſirent ciuitates,tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & Senioribus qui erant Ieroſolymis.

Et Eccleſiæ quidem confirmabantur fide,& abundabant numero quotidie.

Tranſeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia.

Quum veniſſent autem in Myſiam tentabant ire in Bithyniam : & non permiſit eos Spiritus Ieſu .

Quum autem pertranſiſſent Myſiam,deſcenderunt Troadem:

B Et viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt,Vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum, & dicens, Tranſiens in Macedoniam,adiuua nos.

Vt autē viſū vidit,ſtatī quæſiuimus ꝓficiſci in Macedoniā,certi facti quòd vocaſſet nos Deus euāgelizare eis.

Nauigantes autem à Troade,recto curſu venimus Samothraciam,& ſequenti die Neapolim:

tribus ad Apoſtolos.

34 Sed viſum eſt Silæ manere ibi.

35 ″Paulus quoque & Barnabas cōmorati ſunt Antiochiæ, docentes & euāgelizantes cum aliis etiam multis ſermonem Domini.

36 Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabā Paulus, Reuerſi iam inuiſamus fratres noſtros per omnes ciuitates in quibus annuntiauimus ſermonem Domini, ″*cognituri* quomodo habeant.

37 Barnabas autem ″conſuluit vt aſſumerent ſecum Iohannē, qui vocabatur Marcus.

38 Paulus autem ″æquū non cēſebat,eum ſecum aſſumere qui defeciſſet ab ipſis ex Pāphylia,nec eorū comes in illo opere fuiſſet.

39 ″Sic igitur ſunt exacerbati, vt alter ab altero abſcederet:& Barnabas aſſumpto Marco nauigaret Cyprum:

40 Paulus verò allecto Sila abiit,cōmēdatus gratiæ Dei à fratribꝰ.

41 Peragrauítque Syriam ac Ciliciam,confirmans Eccleſias.

Cap.XVI.

1 DEuenit autem Derben & Lyſtram: & ecce , diſcipulus quidā erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cuiuſdam Iudææ fidelis,cæterùm patre Græco.

2 Hic ornabatur teſtimonio fratrum qui Lyſtris erant & Iconii.

3 Eum *itaque* voluit Paulus ſecum proficiſci:& aſſumptum circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis:ſciebant enim omnes patrem eius Græcum eſſe.

4 Peragrantes autem vrbes tradebant eis ſeruanda ″placita, quæ fuerāt decreta ab Apoſtolis & Preſbyteris qui erāt Ieroſolymis.

5 Itaque Eccleſiæ confirmabantur fide , & abundabant numero quotidie.

Fides.

6 Peragrata verò Phrygia & Galatica regione, prohibiti à Spiritu ſancto loqui ſermonem in Aſia,

In Aſia vetatur Paulus à Spiritu euāgelizare.

7 Quum veniſſent in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam : ſed non permiſit eis Spiritus.

8 Præterita autem Myſia,deſcenderunt Troada.

6 Et viſio per noctem Paulo viſa eſt,Vir Macedo quidam aderat ſtās & precās eū,ac dicēs,Traiice in Macedoniā,& ſuccurre nobis.

Viſio Pauli vt Macedonibus euangelizaret.

10 Vt autem viſum vidit,ſtatim ſtuduimus abire in Macedoniam, ″coniicientes quòd vocaſſet nos Dominus ad euangelizandū eis.

11 Profecti igitur ″Troade , rectum curſum tenuimus Samothracen,& ſequenti die ″Neapolim:

35 Paulus quoque Παῦλος δὲ Si cum Vetere interprete & Eraſmo conuertas, Paulus autem, iſta non admodum videbuntur cohærere. Sed ſi præcedenti verſiculo adieceris quod in vno codice ſcriptum inuenimus,pulchrè omnia cohærebunt: iſta ſcilicet μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη,Solus verò Iudas profectus eſt. 36 *Cognituri* quomodo habeant. πῶς ἔχουσι. Suppleui,vt rudioribus cōſulerem,quod prætermiſſum reddebat ſententiam obſcuriorem:quanuis in communi ſermone multa eiuſmodi ſoleant vſurpari.Sic Dido apud Virgilium, -equidem per littora certos Dimittam,& Libyæ luſtrare extrema iubebo, Siquibus eiectus ſyluis aut vrbibus errat.

37 Conſuluit ἐβουλεύσατο In duobus codicibus legimus ἐβούλετο volebat,& quidē rectius,vt opinor. 38 AEquū nō cēſebat,ſecū aſſumere οὐκ ἠξίου συμπαραλαβεῖν Vulg.rogabat nō debere recipi,barbarè & obſcurè. Eraſ.nolebat vt adiungeretur:quod durius quiddā declarat.

39 Sic igitur ſunt exacerbati, ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, vel,*Tanta* igitur fuit animorum exacerbatio. Vulgata maluit παροξυσμὸν vertere Diſſenſionem,non ſatis expreſſè: quo nomine quum meritò reprehendatur ab Eraſmo, miror cur Acrem diſceptationem maluerit interpretari. Nam mihi quidem hoc videtur magis etiam dilutum quàm illud.

IN CAPVT XVI.

4 Placita, δόγματα, Vel,decreta:illa ſcilicet quorum antè facta eſt mētio.Neque enim Dogmatis appellatione doctrina ipſa intelligitur.

10 Coniicientes συμβιβάζοντες id eſt συμβάλλοντες,vt rectè exponit doctiſſimus Budæus: ſed ita vt certam hanc cōiecturam fuiſſe ſciamus:alioquin accipitur hoc verbum pro Rationes ac conſilia conferre:vt 1.Corinth.2.d.16.Item pro componere & coagmentare:vt Epheſ.4.d.16,& Coloſſ.2 d.19. denique pro Collatis rationibus aliquid pro certo docere ac comprobare:vt ſuprà 9.d.22.qua ſignificatione nonnulli etiā hunc locum declarant.Vulgata & Eraſmus,certi facti,id eſt πληροφορηθέντες,aut certè συμβιβασθέντες.

11 Troade,ἀπὸ τῆς Τρωάδος,Eraſmus vrbem fuiſſe dicit eius nominis maritimam,quæ & Antigonia dicta fuerit:quod apud vnum Pliniū inuenio.Nam cæteri Troada non pro vrbe,ſed pro regione accipiunt.Fuit autem iſtius ciuitatis triplex nomen, nempe Troas, Antigonia, & Alexandria,cuius frequenter meminit Galenus,non autem illius AEgyptiæ. Neapolim:εἰς Νεάπολιν.Ridiculum eſt quod de Cariæ Nea

poli quidam tradidit hoc loco, quum hæc manifeſtè appareat ad Neapolim illam pertinere quæ proxima eſt Philippis, in ipſo ſcilicet Thraciæ ac Macedoniæ confinio.

	Et illinc Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ vrbs, colonia. conſumpſimus autem in ea vrbe aliquot dies.	12	Et inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. eramus autem in hac vrbe diebus aliquot conſiſtentes.	
Mulieribus euangelizat Paulus.	Et die ſabbathi egreſſi ſumus ex vrbe iuxta flumẽ, vbi ″ſolebat eſſe precatio: vbi quum conſediſſemus, alloquuti ſumus mulieres quæ conuenerant.	13	Die autẽ Sabbathorum egreſſi ſumus foras portã iuxta flumen, vbi videbatur oratio eſſe: & ſedẽtes loquebamur mulieribus quæ cõuenerant.	C
Lydia baptizatur. Aperire cor.	Quædam autem mulier nomine Lydia, ″quæ purpurã vendebat in vrbe Thyatirorum, Deum colens, *nos* audiuit: cuius Dominus aperuit cor vt attenderet iis quæ dicebantur à Paulo.	14	Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorũ, colẽs Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere iis quæ dicebãtur à Paulo.	
	Quum verò baptizata eſſet, & domus eius, precata eſt, dicẽs, Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, ingreſſi domum meam, manete. Et adegit nos.	15	Quũ autem baptizata eſſet, & domus eius, deprecata eſt, dicens, Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.	
Pythonis ſpiritũ habẽs puella, ſanatur.	Factum eſt autem proficiſcentibus nobis ad precationem, vt ″ancillula quædam habens ſpiritum Pythonis, occurreret nobis: quæ quæſtum magnum præbebat dominis ſuis, diuinando.	16	Factum eſt autem eũtibus nobis ad orationem, puellam quandam habẽtem ſpiritum pythônem, obuiare nobis, quæ quæſtum magnũ præſtabat dominis ſuis, diuinando.	
Diuinare.	Hæc ſubſequuta Paulum ac nos, clamabat, dicẽs, Iſti homines, ſerui ſunt Dei illius ſummi, qui annuntiant nobis viam ſalutis.	17	Hæc ſubſequuta Paulũ & nos, clamabat dicens, Iſti homines, ſerui Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.	
	Hoc autem faciebat multos dies. ſed moleſtè ferens Paulus, & conuerſus, ſpiritui dixit, Denuntio tibi per nomen Ieſu Chriſti, vt exeas ab ea. Exiit igitur eodem illo momento.	18	Hoc autem faciebat multis diebus. dolens autem Paulus, & conuerſus, ſpiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exiit eadem hora.	D
Paulus cum Sila cæditur virgis, & incarceratur.	Videntes autem domini eius quòd abiiſſet ſpes quæſtus ſui, apprehẽſum Paulum & Silam traxerunt in forum ad magiſtratus.	19	Videntes autem domini eius quia exiuit ſpes quæſtus eorum, apprehẽdentes Paulum & Silam, perduxerũt in forum ad principes.	
	Et offerentes eos ″præfectis, dixerunt, Homines iſti conturbant ciuitatem noſtram, quum ſint Iudæi:	20	Et offerentes eos magiſtratibus, dixerunt, Hi homines conturbant ciuitatem noſtram, quum ſint Iudæi:	
	Et annuntiant ritus quos non licet nobis ſuſcipere, neque vſurpare, quum ſimus Romani.	21	Et annuntiant morem quem non licet nobis ſuſcipere, neq; facere, quũ ſimus Romani.	
	″Vnà autem inſurrexit turba aduerſus eos: ac præfecti ″diruptis eorum veſtibus iuſſerunt *eos* ″virgis cædi.	22	Et cucurrit plebs aduerſus eos: & magiſtratus ſciſſis tunicis eorum, iuſſerunt eos virgis cædi.	2. Cor. 11, f. a 1. theſ. 2. a. a
	Qúmque multas plagas eis impoſuiſſent, coniecerunt *eos* in carcerem, quum denuntiaſſent cuſtodi carceris vt diligẽter aſſeruaret eos.	23	Et quum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerẽ, præcipientes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos.	
	Qui quum tale mãdatum accepiſſet, coniecit eos in interiorẽ carcerem, & pedes eorum adſtrinxit ″in numella.	24	Qui quum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerẽ, & pedes eorum ſtrinxit ligno.	E
Paulus cum Sila laudat Deum in carcere. Terræmotus.	Media autem nocte orantes Paulus & Silas, hymnos canebant, & exaudiebant eos qui vincti erant.	25	Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audiebãt eos qui in cuſtodia erant.	
	Subitò verò terræmotus factus eſt magnus, ita vt cõcuterentur fundamẽta carceris: & illico aperta ſunt omnia oſtia, & omnium vincula remiſſa ſunt.	26	Subitò verò terræmotus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamẽta carceris: & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt.	
	Experrectus autem cuſtos carceris, quum videret ianuas apertas carceris, extracto gladio erat ſeipſum interfecturus, exiſtimãs effugiſſe vinctos.	27	Expergefactus autem cuſtos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos.	
Cuſtos carceris Chriſto credit cũ tota familia.	Clamauit autem Paulus voce magna, dicens, Nequid feceris tibiipſi mali: omnes enim hîc ſumus.	28	Clamauit autem Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi mali feceris: vniuerſi enim hic ſumus.	
	Is verò petito lumine, irrupit, ac tremefactus accidit Paulo &	29	Petitóq; lumine, introgreſſus eſt, & & tremefactus procidit Paulo & Si-	F

13 Solebat ἐνομίζετο id eſt, vbi de more ac conſuetudine haberi conſueuerat conuentus. Vetus autem interpres deceptus huius verbi varia ſignificatione, conuertit Videbatur, id eſt ἐδόκει. 14 Quæ purpuram vendebat πορφυρόπωλις id eſt πορφυρόβαφα πωλοῦσα. Ideo ſingulari numero dicere malui purpuram, nequis de purpuris piſcibus agi putet. 16 Ancillula quædam παιδίσκην τινὰ Vulgata, puella quædam. ſed conditionem, non ætatem deſignari apparet ex eo quòd mox fiat mentio dominorum.

20 Præfectis, στρατηγοῖς, Vel, prætoribus. Sic enim Græci ſcriptores eos vocant quos Latini in prouincias miſſos prætores vocant.

22 Vnà autem inſurrexit καὶ συνεπέστη Vulgata, Et cucurrit, καὶ ἔδραμε. Eraſ. Et concurrit, καὶ συνέδραμε. Diruptis eorum veſtibus περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια Eraſmus, ſciſſis veſtibus ſuis. Eſt autem, inquit, anceps ſermo vtrum magiſtratus lacerarint Apoſtolorum tunicas, an ſuas ipſorum. Ego verò nullam hîc video ſpeciem ambiguitatis: & multo etiam magis miror, Eraſmum eam opinionem eſſe amplexũ quæ nullam veri ſpeciem habet. Virgis cædi. ῥαβδίζειν. Vide Marc. 14. g. 65.

24 In numella. ἐν ξύλῳ. Vulgata & Eraſmus, perobſcurè, in ligno. Neque verò ξύλον hoc in loco lignum declarat, ſed ligneæ machinæ genus, quod Latini numellam vocant: in qua (vt ait Nonius) & pedes & collum immitebant, Ariſtophanes, εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα Herodotus, ἐν ξύλῳ ἔδησαν.

læ ad pedes:

Et producens eos foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt ſaluus fiam? 30

At illi dixerunt, Crede in Dominũ Ieſũ, & ſaluus eris tu & domus tua. 31

Et loquuti ſunt ei verbum Domini cum omnibus qui erãt in domo eius. 32

Et tollẽs eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus eſt ipſe, & omnis domus eius continuò. 33

Quúmq; perduxiſſet eos in domũ ſuam, appoſuit eis menſam: & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo. 34

Et quum dies factus eſſet, miſerunt magiſtratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos. 35

G Nuntiauit autẽ cuſtos carceris verba hæc Paulo, Quia miſerunt magiſtratus vt dimittamini: nũc igitur exeuntes, ite in pace. 36

Paulus autem dixit eis, Cæſos nos publicè, indẽnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciũt? non ita: ſed veniãt, & ipſi nos eiiciant. 37

Nuntiauerũt autem magiſtratibus lictores verba hæc: timuerúntque audito quòd Romani eſſent. 38

Et venientes, deprecati ſunt eos: & educentes, rogabant vt egrederentur de vrbe. 39

Exeuntes autem de carcere, introierũt ad Lydiam: & viſis fratribus, cõſolati ſunt eos, & profecti ſunt. 40

Cap. XVII.

Qvum autẽ perambulaſſent Amphipolim & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, vbi erat ſynagoga Iudæorum. 1

Secundum conſuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per ſabbatha tria diſſerebat eis de Scripturis, 2

Adaperiens & inſinuans quia Chriſtũ oportuit pati, & reſurgere à mortuis: & quia hic eſt Ieſus Chriſtus, quẽ ego annuntio vobis. 3

Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. 4

B Zelantes autem Iudæi, aſſumentéſque de vulgo viros quoſdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & aſſiſtẽtes domui Iaſonis, quærebant eos producere in populum. 5

Et quum non inueniſſent eos, trahebant Iaſonem & quoſdam fratres ad 6

Silæ *ad pedes*:

30 Et productis ipſis foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt ſeruer?

31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Ieſum Chriſtum, & ſeruaberis tu ac domus tua.

32 Et loquuti ſunt ei ſermonem Domini, & omnibus qui erant in domo eius.

33 Is verò ipſis aſſumptis illa ipſa hora noctis, abluit plagas: & baptizatus eſt ipſe, & omnes *domeſtici* illius illico.

Baptiſmus. Lætitia per fidẽ

34 Quúmque perduxiſſet eos domum ſuã, appoſuit eis menſam: & exultauit quòd cum vniuerſa domo ſua crediſſet Deo.

35 ″Die autem exorto, præfecti miſerũt viatores qui dicerent, Dimitte homines illos.

36 Renuntiauit autem cuſtos carceris ſermones hos Paulo, Miſerunt, *inquit*, præfecti vt dimittamini: nũc igitur egreſſi, ite in pace.

37 Paulus autem dixit eis, Cæſos nos publicè, indicta cauſa, quũ ſimus Romani, coniecerũt in carcerem, & nunc clàm nos eiiciũt? ″non profectò: ſed veniant ipſi, ac nos educant.

Paulus Romanũ ſe iactat in tempore.

38 Renuntiarunt autem præfectis viatores ″verba hæc: timuerúntque audito quòd Romani eſſent.

39 Et venientes, precati ſunt eos: ac eductos rogarunt vt egrederentur ex vrbe.

40 Egreſſi autem è carcere, introierunt ″ad Lydiam: & viſis fratribus, conſolati ſunt eos, & egreſſi ſunt.

Cap. XVII.

1 Qvum autem iter feciſſent per Amphipolim & Apolloniã, venerunt Theſſalonicam, vbi erat ſynagoga Iudæorum.

Theſſalonicenſibus annuntiat Paulus Ieſum eſſe Chriſtum.

2 Secundum conſuetudinem autem *ſuam* Paulus introiuit ad eos, & per ſabbatha tria diſſeruit *cum* eis ex Scripturis,

3 ″Adaperiens & proponens, oportuiſſe Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis: & hũc eſſe Chriſtum Ieſum, Quem ego, *inquit*, annuntio vobis.

4 Quidam igitur ex eis crediderunt, & ″cõſociati ſunt Paulo & Silæ, & religioſorũ Græcorum multitudo magna, mulieréſque primariæ non paucæ.

Credentes.

Mulieres.

5 Sed inuidia commoti Iudæi qui non paruerant, aſſumptis quibuſdam ″circunforaneis viris ſceleratis, ac turba coacta, perturbarunt vrbem: & ″adorti domum Iaſonis, quærebant eos producere ad populum.

Iudæi infideles volunt Paulum occidere.

6 Et quum non inueniſſent eos, traxerunt Iaſonem & quoſdam

Iaſon ſuſcepit Paulum.

35 Die autem exorto, ἡμέρας δὲ γενομένης, In vno codice additum legimus poſt hæc verba, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἀναμνησθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα, ἐφοβήθησαν καὶ ἀπέστειλαν τοὺς ῥαβδούχους. id eſt, coierunt præfecti eodem loci in forum, & recordati terræmotus qui factus fuerat, timuerunt, miſerúntque viatores, &c. 37 Non profectò: οὐ γάρ: Vulgata, non ita. Sic Virgilius lib. AEne. 2, Scilicet hæc Spartam incolumis patriáſque Mycenas Aſpiciet, partóque ibit regina triumpho? Et paulo pòſt, Non ita: nãque etſi, &c. id eſt, vt vernaculo ſermone dicimus, *Il n'en ira pas ainſi*. 38 Verba hæc: τὰ ῥήματα ταῦτα. Ab hoc loco vſque ad extremum caput, comperimus miram in quodam codice varietatem, ſi verba ſpectes. Sic enim ſcriptum habebat ἀνήγγειλαν οἱ ῥαβδοῦχοι ῥήματα ταῦτα τὰ ῥηθέντα πρὸς τοὺς στρατηγούς. οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι, ἐφοβήθησαν, καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες, Ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς, ὅτι ἐστὲ ἄνδρες δίκαιοι. Καὶ ἐξαγαγόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς, λέγοντες, Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθετε, μή ποτε πάλιν συστραφῶσιν ὑμῖν, ἐπικράζοντες καθ' ὑμῶν. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν, καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησε κύριος αὐτοῖς, παρακαλέσαντες αὐτούς. Id eſt, Viatores renuntiarunt præfectis hæc verba quæ dixerãt. Illi verò quum audiſſent Romanos eſſe, timuerũt: & cum multis amicis venientes in carcerem, precati ſunt eos vt abirent, dicentes, Ignorauimus veſtram conditionem, & quòd viri iuſti eſſetis. Deinde eductos ipſos precati ſunt, dicentes, Exite ex hac vrbe, ne rurſus coeuntes clament aduerſum vos. Egreſſi igitur ex carcere, venerũt ad Lydiam, & viſis fratribus, narrabant quæ ſibi feciſſet Dominus, ipſos conſolati.

40 Ad Lydiam: εἰς τὴν Λυδίαν: Id eſt πρὸς τὴν Λυδίαν, vt etiam in nonnullis vetuſtis codicibus ſcriptum legimus. Ponitur tamen εἰς ἀντὶ τοῦ πρὸς, etiam apud idoneos authores. App. εἰς Σύλλαν ἔπεμψεν. Dem. ἀναφέρειν εἰς τὸν ἄρχοντα. Idem, εἰς ὑμᾶς λέγω.

IN CAPVT XVII.

3 Adaperiens διανοίγων Hebraicè, פותח id eſt declarans & explicans, vnde פתח pro declaratione, Pſal. 119, verſu 130.

4 Conſociati ſunt προσεκληρώθησαν id eſt συνεκληρώθησαν, quod verbum diſertiores Græci vſurpant ad declarandam matrimonii coniunctionem ac vinculum arctiſſimum. 5 Circunforaneis τῶν ἀγοραίων id eſt cuiuſmodi ſolent in foro vitam terere, viles ſcilicet & abiecti ac venales. Ideo Vetus interpres conuertit, de vulgo Adorti ἐπιστάντες Vulgata, aſſiſtentes, παρεστηκότες. Eraſmus, vrgentes. quod & ipſum non videtur ſatis expreſſum.

fratres ad præfectos vrbis, vociferãtes, Iſti ſunt qui orbis terrarũ ″ſtatum ſubuerterunt: & hîc adſunt,

7 Quos ″excepit Iaſon: qui omnes contra decreta Cæſaris faciũt, Regem alium dicentes eſſe Ieſum.

8 Concitauerũt autem turbam, & præfectos vrbis audiẽtes hæc.

9 ″Qui tamen ſatiſfactione accepta ab Iaſone & à cæteris, dimiſerunt eos.

10 Fratres verò ſtatim per noctem emiſerunt Paulum ſimul & Silã in Berœã: qui quũ adueniſſent, abierũt in ſynagogam Iudæorũ.

Nobiles viri Theſ. Scripturas ſcrutantur.

11 ″Fuerunt autem iſti generoſiores iis qui erant Theſſalonicæ: vt qui receperint ſermonem cum omni alacritate, quotidie ſcrutantes Scripturas, an hæc ita ſe haberent.

12 Multi igitur crediderunt ex eis, & Græcæ mulieres honeſtæ, & viri non pauci.

13 Vt autem cognouerunt Theſſalonicenſes Iudæi quòd Berœæ quoque annuntiatus eſſet à Paulo ſermo Dei, venerunt etiam illuc, concitantes turbam.

14 Sed ſtatim Paulum emiſerunt fratres, vt iret ″velut ad mare: Silas autem & Timotheus ſubſtiterunt illic.

Tribulationẽ fugiẽs Paulus, ꝓficiſcitur Athenas

15 ″Qui verò Paulum ſuſceperant tuto loco conſtituendum, deduxerunt eum Athenas vſque: & accepto mandato ad Silam ac Timotheum, vt quamcitiſſimè venirent ad ſe, profecti ſunt.

Atheniẽſibus annuntiat Paulus Chriſtum ſaluatorem.

16 Paulo autem Athenis eos expectante, irritabatur ſpiritus eius in ipſo, quum ſpectaret vrbem ″idolis obnoxiam.

17 Diſſerebat igitur in ſynagoga cum Iudæis & religioſis, & in foro quotidie ″cum quibuſuis obuiis.

principes ciuitatis, clamãtes, Quoniã hi qui orbem concitant, & huc venerunt:

″Quos ſuſcepit Iaſon, & hi omnes cõtra decreta Cæſaris faciũt, Regem alium dicentes eſſe, Ieſum.

Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hæc.

Et accepta ſatiſfactione ab Iaſone & à cæteris, dimiſerunt eos.

Fratres verò confeſtim per noctem dimiſerunt Paulũ & Silã in Berœã. Qui quũ veniſſent, in ſynagogam Iudæorum introierunt. C

Hi autem erant nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperũt verbũ cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent.

Et multi quidem crediderũt ex eis, & mulierum Gentilium honeſtarum, & viri non pauci.

Quũ autem cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Berœæ prædicatum eſt à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbãtes multitudinem.

Statimque tunc Paulum dimiſerũt fratres, vt iret vſque ad mare: Silas autem & Timotheus remanſerunt ibi.

Qui autem deducebant Paulũ, perduxerunt eum vſque ad Athenas. & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, vt quàm celeriter venirẽt ad illum, profecti ſunt. D

Paulus autem quũ Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, vidẽs idololatriæ deditã ciuitatẽ.

Diſputabat igitur ĩ ſynagoga cũ Iudæis & colẽtibus, & in foro per omnes dies ad eos qui aderant.

6 Statum ſubuerterunt: ἀναστατώσαντες: Vulgata, concitant. Eraſmus, conturbarunt: neuter ſatis expreſſè, vt opinor.

7 Excepit ὑποδέδεκται Eraſmus, clanculum excepit, propter præpoſitionem ὑπό. atqui in hoc verbo non ea vis eſt huius præpoſitionis, ſed idcirco potius adiungitur, quòd hoſpites de via deflectentes, ſub idem tectum admittamus. Itaque hæc interpretatio nulla ratione nititur.

9 *Qui* tamen ſatiſfactione accepta καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν Vel, *Qui* tamen quum ſatis accepiſſent. Nam doctiſſimus Budæus & plerique eum ſequuti, hoc referunt ad ſatiſdationem IVDICIO SISTI. Sunt autem hæc dicendi genera mutuò inter ſe coniuncta apud Iuriſcõſultos, Satiſpetere, Satiſdare, & Satiſaccipere. At ego quãuis non facilè à doctiſſimorum hominum ſententia diſceſſerim, tamen in ea ſum opinione vt hæc potius de apologia & excuſatione Iaſonis accipiam, quàm de iudiciaria ſatiſdatione. Primùm enim τὸ ἱκανὸν λαμβάνειν nuſquã lego pro διεγγυᾶν. Deinde non video qua fide ac conſcientia Iaſon ac cæteri ſatiſdent, eos iudicio ſiſti, quos ipſi paulo pòſt emittant. Fateor tamen aliquid viciſſim poſſe ad hæc reſponderi: ſed quum ſententia illa quam ſequuti ſumus, minimè ſit obſcura, neque vllum verbum detorqueat, non video cauſam eſſe cur aliam quæramus.

11 Fuerunt autem iſti generoſiores οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι Vulgata, Hi autem erant nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ. quam interpretationem vt emendaret Eraſmus, vertit, Illi autem erant ſummo genere nati inter eos qui erant Theſſalonicæ. Putauit enim εὐγενέστεροι explicandum eſſe per ſuperlatiuum, & iſta de Theſſalonicenſibus dici. At ego cauſam non video cur Lucas ad hiſtoriam Theſſalonicenſium redeat, quum Paulum & Silam Berœam deduxerit. Deinde verſiculus ſequens oſtendit planè, Berœenſes cum Theſſalonicẽſibus collatos, ipſis anteponi hoc nomine, quòd fuerint multo alacriores in verbo Dei recipiẽdo. Poſtremò res ipſa id indicat, quum Iudæi qui Theſſalonica venerant, non potuerint ab eis impetrare vt omnes à ſe dimitterent, Theſſalonicenſium exemplo. Nam Silam & Timotheum apud ſe retinuerunt: & vt Paulum dimitterent, vidẽtur potius ſtudio ſeruandi illius, quàm vllo metu adducti. Itaque propriam comparatiui ſignificationem ſeruare malui. ſed quanuis εὐγενὴς de genere propriè dicatur, tamen quum comparatio hîc ſit inſtituta, non generis, ſed virtutis ac pietatis, generoſiores malui interpretari quàm nobiliores: quum præſertim conſtet, apud Græcos tranſlatitiè τὴν εὐγένειαν ad mores & animum accommodari, ita vt μεγαλοπρεπὴς, εὐγενὴς, γενναῖος, ſæpe ſint ſynonyma.

14 Velut ad mare: ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν: Vulgata, vſque ad mare, quaſi ὡς pro ἕως accipiatur. Ego verò illam interpretationem antepono, quia Athenas vſque deductum fuiſſe Paulum, poſtea narratur: ex quo etiam intelligimus, Paulo fuiſſe datum hoc conſilium vt Iudæi perſequi illum deſinerent, quaſi naui conſcenſa ex his regionibus emigraſſet. Siue autem mari, ſiue terra deductus ſit Athenas vſque, longa ſanè via fuit, quum tota Theſſalia, Bœotia, & Attica inter Macedoniam & Athenas intercedant: vnde rurſus perſpicitur, non fruſtrà laudatos eſſe Berœenſes à Paulo, quòd longe maiore cum alacritate Euangelium accepiſſent, quàm Theſſalonicenſes. Arbor enim ex fructibus cognoſcitur.

15 *Qui* verò Paulum ſuſceperant tuto loco conſtituendum οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν παῦλον, Vulgata, *Qui* deducebant. Eraſmus, Qui proſequebantur: neuter ſatis expreſſè, aut etiam ſatis rectè. Nam τὸ καθιστᾶν in hac ſignificatione nuſquam legi, quod tamen hoc loco non potui aliter quàm longo verborum circuitu explicare. Quanuis enim τὸ καθιστᾶν reſpondeat Latino verbo Conſtituere, tamen pro varia ratione rerum de quibus agitur, intelligendum eſt. Inde factum vt pro Peruehere & perducere accipiatur, id eſt certo loco conſtituere: pro quo dicimus in vernaculo ſermone, *rendre en quelque lieu*: vt apud Plutarchum, προπέμψαι καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον, comitari hominem, ac domum perducere. Hom. καταστῆσαι πύλον δέ. Pylum peruehere. Sed præterea videtur etiam aliquid amplius declarare hoc in loco, & aliis ſimilibus ſiqui occurrerint. Nam quod nutat ac vacillat, dicitur conſtitui, quando ad meliorem ac certiorem ſtatum adducitur. Id verò ſi poſtea ad perſonam transferas, ſignificabit aliquem ex periculo ereptum, tuto loco conſtituere: pro quo dicimus *rendre ou mettre en ſeureté*. quam ſignificationem putaui huic loco maximè conuenire, vt præciſè dixerit Lucas καθιστῶντες pro εἰς ἀσφαλὲς καθιστῶντες. Cur enim iſti Paulum Athenas vſque deduxerunt, niſi vt eum per ignotas regiones in eum vſque locum perducerent, vbi ab hoſtium inſidiis tutus videretur?

16 Idolis obnoxiam. κατείδωλον. Id eſt idolis mancipatam. Nam κατὰ ſubiectionem atque adeò ſeruitutem declarat. Quàm autem verè hoc ſcripſerit Lucas, vel ex ipſis Græcis ſcriptoribus licet intelligere. Nam Pauſanias certè in hac vna vrbe plura penè idola quàm in reliqua Græcia commemorat: & disertè etiam de Athenienſibus loquens, τούτοις δὲ, φησὶν, οὐ τὰ ἐς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν (nam paulo antè egerat de Miſericordiæ ara) ἀλλὰ καὶ ἐς θεοὺς εὐσεβεῖν ἄλλων πλέον. καὶ γὰρ αἰδοῦς σφίσι βωμός ἐστι, καὶ φήμης, καὶ ὁρμῆς. Id eſt, Iſtis verò non modo conſtituta ſunt quæ ad humanitatis officia pertinent, ſed maiorem etiam quàm alii pietatis in deos curam habent. Nam etiam pudoris, & famæ, & appetitionis ara apud ipſos extat. Sed & Xenophon in Athenienſium republica, ἄγουσι, φησὶν, ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι, id eſt, Feſta duplo plura agitant quàm alii.

17 Cum quibuſuis obuiis. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. Circunſtantia loci indicat quomodo exponendum ſit verbum παρατυγχάνειν, nempe quencunque obuium reperiſſet Paulus

qui modò vel minimum ſuſtineret loquentem audire,cum eo ipſe diſſerebat,totus nimirũ ardens ſancto illo gloriæ Dei zelo,& illud ipſum vſurpans quod aliis poſtea ſubiecit,vt opportunè & importunè ſtudeant amplificando Dei regno.Hæc enim eſt verè cæleſtis ac Diuina prudentia,quam mundus ſtultitiam vocat.

Quidam autem Epicurei & Stoici philoſophi diſſerebãt cum eo: & quidam dicebant, Quid vult ſeminator verborum hic dicere? Alii verò, Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator eſſe. quia Ieſum & reſurrectionẽ annuntiabat eis:

18 Quidam autem ex Epicureis & Stoicis philoſophis conflictabãtur cum eo: & quidam dicebant, Quid vult″nugator iſte dicere? Alii verò, Peregrinorum *inquiebant* deorum videtur annuntiator eſſe, quia Ieſum & reſurrectionem annuntiabat eis.

E

Et apprehenſum eum, ad Areopagum duxerunt, dicẽtes, Poſſumus ſcire quæ eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina?

19 Et apprehenſum eum″in Areopagum abduxerunt, dicẽtes, Poſſumúſne ſcire quæ ſit iſta noua quæ à te dicitur doctrina?

Noua enim quædam infers auribus noſtris: volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.

20 Peregrina enim quædam ingeris auribus noſtris: volumus ergo ſcire quidnam iſta ſibi velint.

Atheniẽſes autẽ omnes & aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui.

21 Nam Athenienſes & qui illic commorabantur hoſpites, nulli alii rei vacabant niſi ad dicendum aut audiendum aliquid noui.

Stãs autem Paulus in medio Areopagi, ait, Viri Atheniẽſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.

22 Stans autem Paulus in medio Areopago, ait, Viri Athenienſes, per omnia″quammaximè deorum timentes vos video.

Præteriens enim & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptũ erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.

23 Præteriens enim & contemplans cultus veſtros, inueni etiam aram cui inſcriptum erat,″IGNOTO DEO. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.

Suprà 7.f.48

¶Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ quũ ſit Dominus, non in manufactis templis habitat:

24 Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ quum ſit Dominus, non in manufactis templis habitat:

Deus qualis & quomodo adorandus.

Pſal.49.b.8

¶Nec manibus humanis colitur, indigẽs aliquo, quum ipſe det omnibus vitam & inſpirationem & omnia:

25 Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipſe det omnibus vitam & halitum,″& omnia:

Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tẽpora & terminos habitationis eorum:

26 Fecitque″ex vno ſanguine omne genus hominum, vt inhabitarent per vniuerſam ſuperficiem terræ, definitis temporũ opportunitatibus quæ præſtituit, & poſitis finibus habitationis eorum:

Quærere Deum ſi fortè attrectent eum & inueniant: quanuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum.

27 Vt quærerent Deum, ſi fortè″palpando eum inuenirent: quanuis profectò non longè ſit ab vno quoque noſtrum.

18 Nugator iſte σπερμολόγος Qui σπερμολόγον interpretãtur τὸν τοὺς λόγους σπείροντα, id eſt inanium verborum ſatorem, quanuis aliquid videantur dicere, quòd hæc quoque etymologia huius nominis ſignificationi nõ inepta videatur: tamen nihil dicũt. Nam qui vel mediocriter ſunt Græcæ linguæ periti, norũt Græcorum hanc eſſe cõſuetudinem, vt quoties ex nomine & verbo aliquod vocabulum componũt, nomen priores partes, verbum poſteriores teneat. Itaque ſi hæc etymologia valeret, neque σπερμολόγος, neque σπειρολόγος (in quo manifeſtè hallucinatur Eraſmus) dici debuit, ſed λογοσπόρος, ſi nouũ nomen libeat comminiſci, vt φυτοσπόρος, πυκνοσπορία, & ſi qua ſunt eiuſmodi. Quid ſit igitur σπερμολογεῖν, & qui dicãtur σπερμολόγοι, ſic docet Euſtathius diligentiſſimus Homeri interpres. σπερμολογεῖν, inquit, τέτραπται ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἀμεθόδως ἐπὶ μαθήμασιν ἔκ τινων παρακουσμάτων. ὁ δὲ κυρίως, φασί, σπερμολόγος, καὶ σπερμονόμος, εἶδός ἐστιν ὀρνέου λωβωμένου τὰ σπέρματα, ἐξ οὗ οἱ Ἀττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων, φασίν, ἀπορρέοντα, καὶ διαζῆν ἐκ τούτων. τὴν αὐτὴν δὲ ἔλαχον κλῆσιν καὶ οἱ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι. Id eſt, σπερμολογεῖν ad eos tranſlatũ eſt qui nulla cũ arte eam quã ex quibuſdã auditionibus adepti ſunt ſcientiam oſtentant. Propriè autem σπερμολόγον & σπερμονόμον appellari aiunt auem quandam quæ ſemina diſſipat. Vnde Attici vocabant ſpermologos eos qui in mercatibus & foris cõmorarentur, eo quòd illa quæ ex ſarcinis decidebant, ipſi colligerent, atque inde victum quærerent. Idem verò poſtea nomen hominibus nihili & nullius pretii impoſitum eſt.

19 In Areopagum ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον Sic rectè Vulgata, quum Cicero ipſe Græcum vocabulum ſeruarit. Eraſmus, Martium vicum. Atqui πάγος non declarat vicum, ſed colliculum potius, vt ipſe Eraſmus rectè explicat: neque Areopagus vici nomen erat, ſed curiæ (vt ego exiſtimo) in qua coire ſolebant iudices: idcirco vocati Areopagitæ, qui quidem perpetui erant, & de ſummis criminibus cognoſcebant: ac nominatim quidem de impietate, vt apparet ex eo quod de Theodoro illo impio narrat Laertius. Huc igitur pertractus eſt Paulus vt ἀσεβείας, id eſt impietatis, reus perageretur, eius ſcilicet criminis cuius damnatum fuiſſe Socratem, idem Laertius teſtatur: nempe οὓς μὲν νομίζει θεοὺς ἡ πόλις οὐ νομίζοντα, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενον. id eſt, quòd non eoſdem atque ciuitas deos putaret, & noua numina inueheret. Idque ita eſſe, tum ex ſuperiore verſiculo, tum ex ipſa Pauli apologia apparet, qui non temere certè mentionem fecit Aræ Dei ignoti quam in ipſa vrbe reperiſſet. Non videtur tamen coram ipſis iudicibus cauſam dixiſſe: ſed quum illuc per tumultũ raptus eſſet, poſtea mirabili Dei prouidentia diſſipatis aduerſariis euaſiſſe. Fuit autem hæc curia ſita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια quæ vocant, vt teſtatur Pauſanias, ideóque Areopagus vocata eſt, quaſi Martium collem dicas, vel quòd Marti conſecratus eſſet, vel quòd primus Mars (vt aiunt) cædis cauſam in eo iudicio dixiſſet. 22 Quammaximè deorum timentes ὡς δεισιδαιμονεστέρους Vulgata, quaſi ſuperſtitioſiores. Eraſmus, ferè ſuperſtitioſiores, vt particula ὡς mitiget quod acerbius dictum videri poterat. Ego verò δεισιδαιμονίαν raròlegi apud veteres in vitio poſitam. Quanuis autem profanam iſtam Athenienſium idololatriam minimè probet Paulus, tamen quia ad vnius veri Dei cultum eos vocaturus, voluit exordium ſumere ex Ara illa quam ignoto Deo cõſecrarant, in hoc procemio videtur vſus vocabulo quo illi nullo modo poterant offendi: & tamen id vitium optimè ſignificabatur, quod in iis conſtituerat reprehendere. Itaque δεισιδαίμων hoc loco non conuerterim ſuperſtitioſum, non modò quia hoc nomine valde ipſos offendiſſet, ſed etiam quia Paulus (vt opinor) nõ ita factus eſt omnia omnibus, vt eos qui erant omnium hominum ſuperſtitioſiſſimi fuerit per diſſimulationem ferè ſuperſtitioſiores dicturus. Imò verò potius puto comparatiuum pro ſuperlatiuo vſurpatum, & (vt paulo antè dixi) Paulum ita rem totam circunſpectè expreſſiſſe, vt quum nihil prorſus diſſimularit, tamen vſus ſit exordio quo nihil potuerit illorum auribus gratius accidere.

23 Ignoto Deo. Ἀγνώστῳ Θεῷ. Mentionem quidem facit huius aræ Pauſanias in Atticis, ſed inſcriptionem addit plurali numero Θεῶν ἀγνώστων. Græca ſcholia Philippidæ cuiuſdam hiſtoriam narrant diſſentiẽtes à Pauſania, & hanc afferunt inſcriptionẽ, ΘΕΟΙ͂Σ ἈΣΙ͂ΑΣ ΚΑῚ ΕὐΡΏΠΗΣ ΚΑῚ ΛΙΒΎΗΣ, ΘΕΩ͂Ι ἈΓΝΏΣΤΩΙ ΚΑῚ ΞΈΝΩΙ. Id eſt, Diis Aſiæ & Europæ & Libyæ, Deo ignoto ac peregrino. Sed teſtem huius inſcriptionis nullum proferunt. 25 Et omnia: καὶ τὰ πάντα Sic ſcriptum inueni in vetuſtis duobus codicibus, ad quos accedit Veteris editionis Latinæ authoritas. Itaque ſic legere malui quàm κατὰ πάντα, id eſt per omnia: ex quibus verbis vix poſſis aptam ſententiam eruere. Deinde manifeſta eſt antitheſis, quum dicit Deum nulla re indigere, vt qui & vitam & omnia omnibus ſuppeditet. 26 Ex vno ſanguine ἐξ ἑνὸς αἵματος Vulgata legit duntaxat, ἐξ ἑνὸς ex vno, ſcilicet homine: quam lectionem non dubitaſſem amplecti, ſi vel vnum Græcum codicem conſentientem comperiſſem.

27 Palpando eum inuenirẽt: ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν Vulgata, attrectent & inueniant, quã interpretationem non probo, quia Attrectare eorum eſt qui inuenerunt. Eraſmus, palpent & inueniant. Quanuis autem ſic habeant Græca, puto tamen commodius hæc exprimi

gerundi modo. Nam verbo ψηλαφήσειαν declaratur homines cæcorum inſtar Deum nonniſi palpando potuiſſe inueſtigare, antequam vera illa lux mundo illuceſceret. Neque tamen harum tenebrarum originem Paulus aperit, quia nimirùm habet eorum rationẽ quos alloquitur, qui ne ortum quidem ac conditionem hominis norant. Neque enim hoc docent Philoſophorum ſcripta, ſed vnius Moſis.

Per ipſum enim viuimus, & mouemur, & ſumus, ſicut & quidã
Aratus.
veſtratium poetarum dixerũt, Nam huius progenies etiã ſumus.

Progenies ergo Dei quum ſimus, non debemus exiſtimare auro aut argento, aut lapidi "ſcalpturæ artis aut cogitationis hominis, Numen eſſe ſimile.

Et 'temporibus quidem iſtius ignorantiæ diſſimulatis, Deus
Pœnitentia.
nunc annuntiat omnibus vbique hominibus vt reſipiſcant,

Iudicium.
Fides.
Eo quòd ſtatuit diem quo iuſtè iudicaturus eſt orbem terrarum, per eum virum quem definiit, 'fide palàm facta omnibus, illo à mortuis excitato.

Quum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, alii quidẽ ſannis exceperunt: alii verò dixerunt, Audiemus te rurſus de hac re *diſſerentem*.

Et ita Paulus exiuit è medio eorum.

Dionyſius.
Quidam verò adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Diony-
Damaris.
ſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

Cap. XVIII.

Cum Aquila & Priſcilla manet Paulus docens Corinthios Ieſũ eſſe Chriſtum.

POſt hæc Paulus diſcedens Athenis, venit Corinthum.

Et reperto quodam Iudæo, nomine Aquila Pontico natione, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcilla vxore eius (eo quòd edixiſſet Claudius vt omnes Iudæi Roma diſcederent) venit ad eos.

Et quia eiuſdem erat artificii, manebat apud eos, & operabatur (erat enim ars illorum conficere tabernacula.

Diſputabat autem in ſynagoga "per ſingula ſabbatha, ſuadebátque Iudæis pariter & Græcis.

Quum veniſſent autem è Macedonia Silas & Timotheus, 'coartabatur Spiritu Paulus, teſtificans Iudæis Chriſtum eſſe Ieſum.

Illis autem *ſeſe* opponentibus ac blaſphemãtibus, excuſſis veſtibus, dixit ad eos, 'Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: purus ego, ab hoc tempore ad Gentes proficiſcar.

28 In ipſo enim viuimꝰ, & mouemur, & ſumus: ſicut & quidam veſtrorum poetarum dixerũt, Ipſius enim & genus ſumus.

29 Genus ergo quũ ſimus Dei, nõ debemꝰ æſtimare auro aut argẽto, aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum eſſe ſimile. Eſa.40.c.18 G

30 Et tempora quidem huius ignorãtiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitẽtiam agant,

31 Eo quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidẽ præbẽs omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

32 Quum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant: quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum.

33 Sic Paulus exiuit de medio eorũ.

34 Quidam verò viri adhærẽtes ei, crediderũt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

Cap. XVIII.

1 POſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corinthum.

2 Et inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam vxorem eius (eo quòd præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos. Rom.16.a.3

3 Et quia eiuſdẽ erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autẽ ſcenofactoriæ artis.)

4 Et diſputabat in ſynagoga per omne ſabbathũ, interponẽs nomẽ Domini Ieſu, ſuadebátque Iudæis & Græcis.

5 Quum veniſſent autem de Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat verbo Paulus, teſtificãs Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum. B

6 Contradicentibus autem eis & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. Suprà 13.g.51 matth.10.b.14

29 Scalpturæ artis χαράγματι τέχνης. Eraſmus, arte ſculpto. Ego malui vertere κατὰ πόδας, quod aiunt. Puto enim non eſſe appoſitionem, ſed potius enumeratis aliquot ſpeciebus Paulum tandem ipſum genus ſubieciſſe. Deinde appellatione χαράγματος ſciendum eſt, non modò ſculptile opus, ſed etiam pictũ ποικιλοχρόως, omnia denique ea intelligi quibus vtuntur homines colendo aut repræſentando numini.

30 Temporibus diſſimulatis, τοὺς χρόνους ὑπεριδών. Mihi quidem videtur Vetus interpres non malè conuertiſſe ὑπερορᾶν Deſpicere, quãuis aliter cenſeat Eraſmus. Sed planior tamen eſt interpretatio quam ſequuti ſumus. Illud verò miror Eraſmum hoc ita accipere quaſi Paulus dicat Deum antea quodammodo tacuiſſe: deinceps verò non eſſe amplius diſſimulaturum, quaſi nimirum hæc Pauli verba comminationem contineant, ac non potius inſignem Diuinæ beneficentiæ commendationem in profanas etiã Gentes. Perinde enim eſt acſi diceret Paulus, Deum quantumuis diu illuſerint illi homines, nec eum modis omnibus prouocare tot ſeculis deſtiterint: tamen quaſi ad hæc omnia conniuentem, tanquam nihil eiuſmodi contigiſſet: nunc pro eo quòd mundum meritò potuerat perdere, mundum tamen ad ſalutem benignè inuitare. Nam quemadmodum dicitur Dominus viſitare iniquitates quarum pœnas exigit, ſic contrà dicitur ὑπεριδεῖν, id eſt deſpicere, & quaſi ad illas conniuere, quas condonat. Sed hæc tamen ita accipienda ſunt, vt de mundo vniuerſo hîc Paulũ diſſerere meminerimus, non autem de ſingulis hominibus. Stat enim illud firmum, Qui ſine Lege peccauerunt, ſine Lege perituros.

31 Fide palàm facta omnibus, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν. Vulgata, fidem præbens omnibus: quam interpretationem ſi ſequamur, hæc erit ſententia, Deum eſſe iudicaturum orbem terrarum per Chriſtum, quem huic rei deſtinauit, facta vniuerſo mundo poteſtate ipſum per fidem amplectendi. Offertur enim Chriſtus vniuerſo mundo: quod tamen rurſus ita accipiendum erit, vt ad omnes Gentes, nõ autem ad ſingulos homines referas. Neque enim omniũ eſt fides, neque volentis aut currentis, ſed miſerentis Dei, vt ait idem Apoſtolus 2. Theſ.3.e.2, Rom. 9.d.16. Sed iſta expoſitio mihi quidem non magnopere arridet. puto potius Paulum dicere, Chriſtum palàm mundi iudicem à Deo declaratum eſſe per reſurrectionem à mortuis, vt idem teſtatur Rom.1.a.4. Ideo παρέχειν πίστιν hoc loco non declarat Fidem præbere, id eſt credendi poteſtatem facere: ſed fidem facere, & quidem palàm ac publicè, vt hæc comprobatio ſit exhibita omnium oculis. Eraſmus, fide præſtita omnibus non ſatis accommodatè, ni fallor. Nam præſtare fidem dicitur qui bona fide aliquod negotium adminiſtrat, vel qui reipſa præſtat quod promiſit. Ac fateor quidem, hac ratione Deum in Scripturis paſſim Fidelem dici: ſed de hoc non puto Apoſtolum hoc loco diſſerere.

IN CAPVT XVIII.

4 Per ſingula ſabbatha, κατὰ πᾶν σάββατον. In Vulgata editione additur, interponens nomen Domini Ieſu. παρεντιθέμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, quod in nullis Græcis codicibus inuenimus. 5 Coartabatur Spiritu συνείχετο τῷ πνεύματι. id eſt Spiritus afflatu correptus æſtuabat, geſtiente ſcilicet illo ardore prorſus erumpere, & pectore ipſo tantum zelum non capiente. Itaque tantum abeſt vt (quod cum Eraſmi pace dixerim) hæc ita accipienda ſint, vt Paulum intelligamus inuitum ac reluctantem id feciſſe, quaſi præſentiſceret ſe operam luſurum, vt contrà hoc verbo ſignificetur, tantum fuiſſe Pauli ardorem, vt heroico impetu totus ſui oblitus, ad prædicandum Chriſtum ferretur. Id autem diſertiores Græci declarant verbo κατέχεσθαι. vnde κάτοχοι dicuntur οἱ θεοφορούμενοι καὶ ἐνθουσιῶντες. Sed hoc intereſt, quòd furor ille de quo diſſerunt profani ſcriptores, homines reddebat verè inſanos, hîc autẽ Lucas eius Spiritus meminit, qui vnus Diuinæ ac germanæ ſapiẽtiæ igniculos in nobis accendit. Vulgata, inſtabat verbo. cuius interpretationis nullam rationem poſſum inire.

6 Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Hebraicè דמכם על ראשכם in 2.Sam.1.c.16. Eſt autem obteſtationis quædam ſpecies, quaſi diceret Paulus, Video vos in perniciem veſtram ruere. Ego igitur Deum hîc coram vobis teſtor, nõ me ſed vos vo

biſipſis cauſam eſſe exitii,vt loquitur Dauid 2.Sam.1.c.16. Sanguinis enim appellatione tum cædes, tum verò omne exitii genus intelligitur, cuius cauſa is eſſe dicitur, Hebræorum more,cuius(vt ita loquar)capiti imponitur,id eſt cui imputatur.Itaque non ſatis rectè quidam hunc Hebraiſmum nuper expreſſit,quum interpretaretur,Vos veſtram perniciem capite luetis.Nam,obſecro,quid illud eſt,luere ſuam perniciem? neque verò hîc duntaxat perituros illos prædicit Paulus,ſed ſua ipſorum culpa perituros: quod diſertus iſte interpres aut prætermittere, aut obſcuriſſimè dicere maluit quàm hebraiſſare,& ipſius Lucæ veſtigia ſectari.

	Et migrans inde, intrauit in domũ cuiuſdam,nomine Titi Iuſti,colentis Deum,cuius domus erat cõiuncta ſynagogæ.	7	Et digreſſus illinc , introiit in domũ cuiuſdam nomine″Iuſti, colentis Deum,cuius domus erat confinis ſynagogæ.	Titus Iuſtus.
C 1.Corinth.1.b.14	[Criſpus autẽ archiſynagogus credidit Domino,cum omni domo ſua: & multi Corinthiorũ audientes credebant & baptizabantur.	8	Criſpus autem archiſynagogus credidit Domino cum tota domo ſua :multíque Corinthiorum audientes, credebant ac baptizabantur.	Criſpus. Corinthii.
	Dixit autẽ Dominus nocte per viſionem Paulo,Noli timere,ſed loquere, & ne taceas.	9	Dixit autem Dominus nocte per viſionem Paulo, Ne timeas, ſed loquere,″& ne taceas.	
	Propter quod ego ſum tecũ:& nullus nocere poterit tibi: quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate.	10	Nam″ego ſum tecum,& nemo tibi *manus* iniiciet,vt tibi maleſaciat:quoniam populus eſt mihi multus in hac vrbe.	
	Sedit autem annum & ſex menſes, docens apud eos verbum Dei.	11	″Commoratus eſt itaque illic annum & ſex menſes, docens apud eos ſermonem Dei.	
	Gallione autem procõſule Achaiæ, inſurrexerũt vno animo Iudæi in Paulum,& adduxerunt eum ad tribunal,	12	Quum autem Gallio″eſſet Proconſul Achaiæ, inſurrexerũt cõcorditer Iudæi in Paulum,& adduxerunt eum ad tribunal,	Corã Gallione accuſatur Paulus.
D	Dicentes,Quia cõtra Legẽ hic perſuadet hominibus colere Deum.]	13	Dicentes,Cõtra Legem hic perſuadet hominibus colere Deũ.	
	Incipiẽte autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos , Si quidẽ eſſet iniquum aliquid,aut facinus peſſimũ, ô viri Iudæi,rectè vos ſuſtinerem:	14	Paulo verò iam os aperturo dixit Gallio ad Iudæos,Si qua iniuria eſſet,aut maleficiũ,ô Iudæi,″quatenus æquũ eſſet,vos tuerer:	
	Si verò quæſtiones ſunt de verbo & nominibus, & lege veſtra, vos ipſi videritis:iudex ego horum nolo eſſe.	15	Si verò quæſtio eſt de ſermone ac nominibus & lege veſtrate, ipſi videritis:iudex enim ego iſtarum rerum eſſe nolo.	
	Et minauit eos à tribunali.	16	Et abegit eos à tribunali.	
E	Apprehendentes autem omnes Soſthenem principem ſynagogæ,percutiebant eum ante tribunal:& nihil eorum Gallioni curæ erat.	17	Omnes autem Græci Soſthenem principem ſynagogæ apprehẽſum verberabant ante tribunal:neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.	Soſthenes percutitur.
Nume.6.c.18 infrà 21.d 24	Paulus verò quum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciẽs, nauigauit in Syriam (& cum eo Priſcilla & Aquila) qui ſibi totõderat in Cenchris caput: habebat enim votũ.	18	Paulus verò quum adhuc *illic* manſiſſet dies multos, vale dicto fratribus enauigauit in Syriam(comitantibus eum Priſcilla & Aquila) ″quum totõdiſſet caput Cenchreis: habebat enim votum.	Votum.
	Deuenitque Epheſum, & illos ibi reliquit. ipſe verò ingreſſus ſynagogam,diſputabat cum Iudæis.	19	Deuenit autem Epheſum, & eos ibi reliquit. ipſe verò ingreſſus ſynagogam,diſſeruit cum Iudæis.	Aquila & Priſcilla morantur Epheſi.
	Rogantibus autem eis vt ampliori tempore maneret,non conſenſit,	20	Rogãtibus autẽ ipſis vt diutius maneret apud ipſos,nõ annuit:	
1.Cor.4.d.19 Iac.4.d.15 F	Sed valefaciens,& dicens, Iterũ reuertar ad vos,Deo volente:profectus eſt ab Epheſo.	21	Sed vale dixit eis,dicẽs,″Oportet omnino me feſtum quod inſtat,agere Hieroſolymis:ſed iterum reuertar ad vos, Deo volẽte. & prouectus eſt Epheſo.	
	Et deſcendens Cæſaream,aſcendit, & ſalutauit Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam.	22	Quúmque deſcẽdiſſet″Cæſaream, aſcendiſſétque *Hieroſolymam,* ac ſalutaſſet Eccleſiam,deſcendit Antiochiam.	
	Et facto ibi aliquanto tẽpore,profectus eſt,perambulans ex ordine Galaticam regionem & Phrygiam,confirmans omnes diſcipulos.	23	Et″quum peregiſſet *illic* aliquantum temporis , abiit, peragrans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos.	
2.Cor.1.b.12	[Iudæus autẽ quidam , Apollos nomine , Alexandrinus genere , vir eloquens, deuenit Epheſum , potens in Scripturis.	24	Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexãdrinus natione, vir eloquens,deuenit Epheſum,″potens in Scripturis.	Apollos potens in Scripturis,docet Ieſum eſſe Chriſtum.

9 Et ne taceas. ϗ μὴ σιωπήσῃς. Pleonaſmus Hebraicus,de quo diximus Iohan.1.c.20. 10 Ego ſum tecum, ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. Vide Luc 1.f.66. 11 Commoratus eſt ἐκάθισε. Vulgata & Eraſmus,ad verbum,Sedit:quod verbum poſtea veteres Epiſcopi ſuum fecerunt,meritò id quidem,quum docendi officio fungerentur.Sed quorſum hoc ad illos qui ſedem docendi populi cauſa nunquam aſpexerunt? Eſt autem in hoc verbo Hebraiſmus,quem obſeruauimus Matth.4.c.16. 12 Eſſet Proconſul Achaiæ, ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας. id eſt totius Græciæ.Cur autem Achaiæ Proconſul diceretur,explicat his verbis Pauſanias, καλοῦσι δὲ, φησὶν, οὐχ Ἑλλάδος ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο τοὺς Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. Vocant,inquit,non Græciæ ſed Achaiæ præſidem Romani, quòd Græcos ſubiecerint per Achæos qui tum in Græcia principes erant. 14 Quatenus æquum eſſet, κατὰ λόγον. Vulgata,rectè, ὀρθῶς. Eraſ. meritò, εἰκότως. Ego hoc accipio exceptionis loco,vt illud ſit omnino quod vernaculo ſermone dicimus, *entant que de raiſon.*

18 Quũ totondiſſet caput κειράμενος τὴν κεφαλήν. Vulgata,qui totonderat caput,manifeſtè hoc referens ad Aquilam.Beda etiam teſtatur codicem ſe vidiſſe,qui plurali numero haberet,qui totonderant caput,& habebant votum: vt ad Aquilam & Priſcillam referretur. Quia tamen ambiguus eſt ſermo,vt non minus ad Paulum quàm ad Aquilam referri poſſit,ita conuerti,vt liberum iudicium lectori relinquatur.

21 Oportet omnino δεῖ πάντως. Totum hoc membrum deeſt in Vulgata editione. 22 Cæſaream, εἰς Καισάρειαν. Cæſaream ſcilicet Stratonis, portum ab Herode ſtructum,vt inde Hieroſolymam contenderet.Ridiculum eſt autem quod Hieronymus de Cæſarea Cappadociæ iſta interpretatur. 23 Quum peregiſſet ποιήσας. Sic etiam accipitur idem verbum ποιεῖν pro διατρίβειν infrà 20.a.3. quanquam fortaſſis ea eſt emphaſis huius verbi, vt etiam ſignificet Paulũ quandiu illic verſatus eſt,in perpetuo opere fuiſſe,vt expoſuimus Matth. 20.b.12. 24 Potens in Scripturis. δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Hebraiſmus,pro, Scripturarum cognitione egregiè inſtructus.

25 Hic erat initiatus via Domini: & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Domini: ſciens tantùm Baptiſma Ioannis:

Baptiſmus Iohannis.

26 Cœpítque liberè loqui in ſynagoga. Quem quum audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſerũt eum, & exquiſitius expoſuerũt ei viam Dei.

27 Quum autem vellet tranſire in Achaiam, illũ ad hortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis vt ſuſciperent eum: qui quum affuiſſet, cõtulit multum iis qui crediderant per gratiam.

28 Magna enim cõtentione Iudæos magis ac magis redarguebat publicè, oſtẽdẽs ꝑ Scripturas ꝗ Ieſus eſſet ille Chriſt⁹. Cap.XIX.

Paulus docet Epheſi.

1 Factum eſt autem interim dum Apollos eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum: vbi inuentis quibuſdam diſcipulis,

Spiritus ſanctus.

2 Dixit ad eos, Num Spiritum ſanctum accepiſtis, poſteaquam credidiſtis? At illi dixerunt ad eum, Imò ne hoc quidem audiuimus an ſit Spiritus ſanctus.

Baptiſma Iohannis.

3 Tunc ait ad eos, In quid ergo Baptizati eſtis? At illi dixerũt, In Iohannis Baptiſma.

4 Dixit autem Paulus, Iohãnes quidem baptizauit Baptiſmo reſi

25 Hic erat edoctus viam Domini: & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Ieſu, ſciẽs tantùm Baptiſma Iohannis.

26 Hic ergo, cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem quum audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſerunt eũ, & diligẽtius expoſuerunt ei viã Dei.

27 Quum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis vt ſuſciperet eũ: qui quũ veniſſet, contulit multum iis qui crediderãt.

28 Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, oſtẽdens per Scripturas, eſſe Chriſtum, Ieſum. Cap.XIX.

1 Factum eſt autem quũ Apollos eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, & inueniret quoſdam diſcipulos:

2 Dixitque ad eos, Si Spiritũ ſanctũ accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus.

3 Ille verò ait, In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt, In Iohannis Baptiſmate.

4 Dixit autem Paulus, Iohannes baptizauit Baptiſmo pœnitentiæ popu

Matth.3.c.12
marc.1.a.8
luc.3.b.6
ioh.1.d.26

25 Initiatus κατηχημένος. Siue, informatus. Vulgata, edoctus. Eraſmus, inſtitutus. Vide Luc.1.a.4. Diligenter ἀκριβῶς. id eſt ἐπιμελῶς. Sic enim commendatur illius ſumma diligentia, potius quàm peritia Euangelicæ doctrinæ quam duntaxat deguſtarat, vt apparet ex iis quæ ſequuntur. 26 Exquiſitius ἀκριβέστερον. Vulgata, diligentius, quod non quadrat. Neque enim de diligentia hoc dicitur, vt in ſuperiore verſiculo, ſed de doctrina ipſa. Eraſmus, exactius. Vide Luc.1.a.3. Viam Dei. τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. id eſt viam quæ ad Deum ducit, quam paulo antè viam Domini vocauit, quem Hebraiſmum expoſuimus Marc.12.b.14.

27 Per gratiam. διὰ τῆς χάριτος. Connecti hoc poteſt vel cum participio proximo, vel cum verbo συνεβάλετο, quod probabilius quidem eſt, ſi ſententiam ſpectes: ſed durius tamen propter traiectionem. Si ad participium referas, χάριτος appellatione intelligetur gratuitus Dei fauor à quo vno manat fides: ſin cum verbo, χάρις declarabit dona illa Dei eximia in hunc hominem collata, quibus non mediocriter adiuta fuit Eccleſia Corinthiaca. Ego neutri expoſitioni volui præiudicium afferre.

28 Magna enim contentione εὐτόνως γάρ. Vti volui hac periphraſi vt Græci vocabuli emphaſin ſeruarem, quo ſignificatur eloquentem hunc hominem omnes (quod aiunt) neruos reuincendis Iudæis contendiſſe. Vulgata & Eraſmus, vehementer, id eſt ἰσχυρῶς. Sed & paulo pòſt non ſatis expreſſè vidẽtur interpretati διακατηλέγχετο reuincebat. Nam præpoſitio διὰ ſignificationem auget, vt in διακαρτερεῖν, διακριβοῦν, & ſimilibus. Ideo conuerti, magis ac magis redarguebat.

IN CAPVT XIX.

2 Spiritum ſanctum πνεῦμα ἅγιον. id eſt dona illa eximia Spiritus ſancti, μετωνυμικῶς, quæ tũ in Eccleſia vigebant, vt vel ex eo apparet quod ſcribitur infrà verſu 26. 3 In quid ergo baptizati eſtis? εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Id eſt, qua igitur doctrina imbuti & initiati eſtis? Vulg. In quo igitur baptizati eſtis? Eraſ. Quo igitur baptizati eſtis? Vtrãque hãc interpretationẽ, ac illam præſertim idcirco repudio, quòd εἰς pro ἐν interpretetur, perinde acſi ſcriptũ eſſet ἐν τίνι, vt ſit hæc ſentẽtia. Si nõ eſtis baptizati Spiritu ſancto, qua re igitur eſtis baptizati? Quãuis enim εἰς pro ἐν ſæpe vſurpetur, tamen hæc enallage (meo iudicio) nullo modo huic loco conuenit. Neque enim puto quærere Apoſtolum aut à quo, aut quomodo, aut quorſum ſint baptizati: denique ne hoc quidem puto rogare an ſint baptizati: ſed quum illi dicerent ſe neſcire an ſit Spiritus ſanctus, ac proinde oſtenderent ſe ignorare totam Eccleſiæ Chriſtianæ rationem, qui tamen ſe diſcipulos dicebant: credo ſciſcitari Paulum, cui igitur doctrinæ nomen dederint, & quales ſe eſſe profiteantur. Vtitur autẽ vocabulo Baptizandi & Baptiſmatis, quia Baptiſmus erat ipſius initiationis ac profeſſionis teſſera. quod vt planius fiat, ſciendum eſt, hæc dicendi genera quæ in Scripturis occurrunt, quid valeant, & quatenus inter ſe differant. Baptizari in aliquem, vt in Moſen, 1.Corinth.10.a.2. Baptizari in baptiſma alicuius, vt Iohannis hoc in loco. Baptizari in nomen alicuius, vt Patris, Filii ac Spiritus ſancti, Matth.28.d.19, vel Chriſti, vt ſuprà 2.f.38, vel Pauli, vt 1.Corinth.1.b.14. Baptizari in mortem Chriſti, vt Rom.6.a.3, ſeu pro mortuis, vt 1.Corinth.15.d.29, ſeu in vnum corpus, vt 1.Cor.12.b.13, ſeu in remiſſionem peccatorum, vt ſuprà 2.f.38: denique baptizari aqua & baptizari Spiritu ſancto. Itaque baptizari in Moſen, declarat Moſis auſpiciis ac ductu baptizari: quod dicendi genus ſemel tantũ reperio: baptizari in Iohãnis Baptiſma ſignificat doctrinã quã Iohannes annuntiabat, ac Baptiſmi ſymbolo obſignabat, profiteri & amplecti: baptizari verò in eius nomẽ dicimur, cui nos per Baptiſmũ dicamus ac cõſecramus. quãobrẽ rectè Paulus negat ſeſe in nomen ſuũ quenquã baptizaſſe. Baptizari autẽ dicũtur fideles in mortẽ Chriſti ſeu pro mortuis, id eſt vt per Chriſti mortem peccatũ in ipſis moriatur ac aboleatur: & in vnum corpus, vt omnes in Chriſto capite coaleſcãt: & in remiſſionẽ peccatorũ, vt Chriſti ſanguine abluantur: vt præpoſitio εἰς in iſtis omnibus finalem (quã vocãt) cauſam deſignet. Baptizari aqua ſiue ἐν ὕδατι, id eſt in aqua, nihil aliud quàm aqua immergi declarat, quæ eſt externa Baptiſmi cæremonia: baptizari autẽ Spiritu aliò pertinet, nẽpe ad Spiritus ſancti dona quibus fideles cælitus viſibili ſigno imbuebantur, interdum ante Baptiſmum aquæ, vt ex Cornelii hiſtoria apparet: interdum poſt Baptiſmum, vt iſtis accidit de quibus hic agitur. Ex his autem diligenter conſideratis hoc quoque efficitur, Baptiſmatis vocabulum triplici ſignificatione vſurpari, quarum vna propria eſt, duæ tranſlatitiæ. Propria eſt, quum immerſionem ſeu tinctionem declarat, quæ etiam ab effectu ablutio ſeu lauacrum dicitur. Vna eſt tranſlatitia quum pro donorum Spiritus ſancti quaſi effuſione accipitur, vt ſuprà 1.a.5, & 2.a.2, & 10.g.47, & 11.b.16. Altera quum pro Iohannis doctrina, vt quũ quæritur an Baptiſmus Iohannis è cælo ſit an ex hominibus: quum dicitur Apollos nihil nouiſſe quàm Iohannis Baptiſma, vt ſuprà 18.g.25: item quum dicitur Iohannes prædicaſſe Baptiſmum reſipiſcentiæ, vt ſuprà 13.d.24, & in hoc verſiculo ac proximè ſequente. Quod autem de Baptiſmatis nomine dicimus, de ipſo quoque Baptizandi verbo ſimili ratione accipiendum eſt. Nam baptizare dicitur miniſter qui aqua tingit, & baptizari qui aqua tingitur. item baptizat Deus quum Spiritus ſui dona impertitur, & baptizatur Spiritu à Deo: qui Spiritus donum accipit. baptizauit demum Baptiſmo reſipiſcentiæ Iohannes quum reſipiſcentiam doceret, cuius ſymbolum erat Baptiſmus quem primus adminiſtrauit, & baptizati dicuntur in Baptiſmate Iohannis quicunque eo doctrinæ genere fuerunt inſtituti. Quum autem appareat minimè extinctã fuiſſe cum Iohanne ipſius exiſtimationem, ſed poſt eius obitum multos fuiſſe tũ qui ea docerent quæ de Meſſiæ officio ac vitæ innocentia Diuinitus diſſeruerat, tum etiam qui hæc audita amplecterentur, quanuis Chriſti officiũ nõ noſſent, vt de Apollo paulo antè Lucas teſtatus eſt: nec tamen vſquã legamus, vel etiam probabile videatur, iſtos, etiamſi eadem illa in genere docerent quæ Iohannes, Baptiſmum tamen Iohannis exemplo vſurpaſſe: minimè certè neceſſe eſt, vt vbicunque fit Baptiſmatis Iohannis mentio, ipſam Baptiſmi cæremoniam vſurpatam putemus. Itaque qui propterea quòd iſti paulo pòſt dicuntur in nomine Ieſu Chriſti baptizati, colligunt diuerſum fuiſſe Baptiſmum Iohannis à Baptiſmo Chriſti, ideóque iſtos fuiſſe rebaptizatos, certo fundamento deſtituuntur. Sunt autem multo ineptiores qui rebaptizationem volunt ex hoc loco ſtabilire. Nam etiam ſi concederem iſtos bis fuiſſe baptizatos, non tamen conſequeretur, iterandum Chriſti Baptiſmum.

pulum, dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent, hoc eſt in Ieſum.

B 5 His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.

6 Et quũ impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

7 Erãt autẽ õnes viri ferè duodecim.

8 Introgreſſus autem ſynagogam, cũ fiducia loquebatur, per tres menſes diſputans & ſuadens de regno Dei.

9 Quum autem quidam indurarẽtur & non crederent, maledicentes viæ coram multitudine, diſcedens ab eis, ſegregauit diſcipulos, quotidie diſputans in ſchola Tyranni cuiuſdam.

10 Hoc autem factum eſt per bienniũ, ita vt omnes qui habitabant in Aſia, audirent verbũ Domini, Iudæi atque Gentiles.

11 Virtutéſque nõ quaſlibet faciebat C Deus per manum Pauli:

12 Ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebãtur.

13 Tentauerunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ieſu, dicentes, Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prædicat.

14 Erant autem quidam Sceuæ Iudæi principis Sacerdotum ſeptẽ filii qui hoc faciebant.

15 Reſpondens autẽ ſpiritus nequam, dixit eis, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis?

16 Et inſiliens homo in eos: in quo erat dæmoniũ peſſimũ, & dominatus amborũ, inualuit cõtra eos: ita vt nudi & dilacerati effugerẽt de domo illa.

17 Hoc autem notũ factum eſt omnibus D Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Epheſi: & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomẽ Domini Ieſu.

18 Multique credentium veniebant, cõfitentes & annũtiantes actus ſuos.

19 Multi autem ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & cõbuſſerunt corã omnibus: & cõputatis pretiis illorũ, inuenerunt pecuniã

piſcentiæ, dicẽs populo vt "in eum qui venturus erat poſt ipſum, crederent, hoc eſt in Chriſtum Ieſum.

5 His igitur auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.

6 Et quum impoſuiſſet eis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, ac prophetabant.

Spiritus ſanctus

7 Erant autem omnes iſti viri circiter duodecim.

8 *Ipſe* porrò ingreſſus ſynagogam, liberè loquebatur, ad tres menſes diſſerens & ſuadens quæ ad regnum Dei *pertinent*.

9 Quum autem quidam indurarentur & parere nollent, malè loquentes de via *Domini* coram multitudine, abſcedens ab illis, ſegregauit diſcipulos, quotidie diſſerens in ſchola "Tyranni cuiuſdam.

Incredul.

10 Hoc autem factum eſt per biennium: *ita* vt omnes qui habitabant in Aſia, audirent ſermonẽ Domini Ieſu, tũ Iudæi tũ Græci.

11 Virtutes autem non vulgares edebat Deus per manus Pauli:

Miracula.

12 *Ita* vt etiam ſuper inualidos deferrentur à corpore eius "ſudaria ſeu ſemicinctia, & recederent ab eis morbi, & ſpiritus mali exirent ab eis.

13 Aggreſſi ſunt verò quidam ex circulatoribus Iudæis exorciſtis appellare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ieſu, dicẽtes, Adiuramus vos *per* Ieſum quem Paulus prædicat.

Exorciſtæ Iudæi à diabolo cæduntur.

14 Erant autem quidam filii Sceuæ Iudæi principis Sacerdotum ſeptem qui hoc faciebant.

15 Reſpondens verò ſpiritus malus, dixit, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis?

16 Et inſiliẽs in eos homo in quo erat ſpirit' malus, ac "ſupatis illis, inualuit cõtra eos: ita vt nudi & vulnerati effugerẽt ex domo illa.

17 Id verò innotuit omnibus tum Iudæis tum Græcis qui habitabant Epheſi: & incidit timor ſuper omnes eos, ac magnificabatur nomen Domini Ieſu.

18 Multíque eorũ qui crediderant, veniebant, confitentes & "prodentes facta ſua.

Confeſſio.

19 Multi quoque ex eis qui curioſas artes exercuerant, comportatos libros exuſſerũt coram omnibus: quorũ ſupputatis pretiis, re-

Libri impii combuſti.

4 In eum qui venturus erat εἰς τὸν ἐρχόμενον. Eraſmus, de eo qui venturus eſſet. Hæc enim coniunxit cum participio λέγων, quum per traiectionem conſtruenda ſint cum verbo πιστεύσωσι. idque ita eſſe vel ex eo apparet, quòd in vetuſtis codicibus poſt λέγων ſubiicitur diſtinctio. 9 Tyranni cuiuſdam. Τυράννου τινός. In vno codice additum legimus, ἀφ' ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης, ab hora quinta ad decimam. Cæterùm Tyranni appellatione nonnulli potentem quempiam principem intelligunt. Alii ſentiunt gymnaſium ab aliquo Tyranno fuiſſe olim ædificatum, à quo cognomentum accepiſſet. Sed ſimpliciſſima erit expoſitio ſi proprium nomen eſſe dixerimus. At enim (inquit Eraſmus) ſi nomen eſt proprium, cur addidit τινός? Imò verò conſtat hoc dicendi genus frequenter vſurpari, quoties ignotus quiſpiam nominatim appellatur. & ne longius petantur exempla, ſic noſter Lucas infrà cap. 21. c. 16, & 22. c. 12, & 24. a. 1, & 25. e. 19. Reperio tamen nonnihil apud Strabonem lib. 14, quod fortaſſis ad huius nominis explicationem facit. Notum enim eſt omnibus, Tyrannos à veteribus fuiſſe dictos in genere, quos poſtea βασιλεῖς, id eſt reges vocarunt. Sic autem Strabo qui non procul his temporibus vixit, Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Ἀθηνῶν βασιλέως, γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην· διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συστῆναί φασι. καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. Id eſt, Ducẽ fuiſſe Ionũ demigrationis, quæ AEolicam eſt cõſequuta, Androclum Codri Athenarum regis legitimum filium, ait Pherecides, ac Epheſum condidiſſe: quamobrem etiam aiunt Ionum regiam Epheſi collocatam. Sed & nunc quoque qui ex eo genere ſunt Reges vocantur, & quibuſdam fruuntur honoribus, vt qui primo loco ſedeant in certaminibus, purpuram habeant regiæ gentis inſigne, ſcipionem quoque pro ſceptro, & Eleuſiniæ Cereris ſacra.

12 Sudaria ſeu ſemicinctia, σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Duo ſunt Latina vocabula terminatione Græca inflexa: ac de priore quidem conſtat, de poſteriore non item. In vno quidem exemplari Græco hæc reperimus ad marginem annotata, Ἀμφότερα λινοειδῆ εἰσί. πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται, τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, δάκρυα, πτύελον, καὶ τὰ ὅμοια. Id eſt, vtraque linea ſunt: ſed ſudaria quidem capiti iniiciuntur, ſemicinctia verò manibus geſtant, abſtergendis humidis à facie excrementis, vt ſudore, lachrymis, ſputo, & ſimilibus. Hanc expoſitionem ſi ſequamur, ſudarium id erit quod vocamus *un couurechef*, ſemicinctium *un mouchoir*. Græcus ſcholiaſtes eadem habet: quibus tamen addit nonnulla, ſed eiuſmodi vt intelligere non potuerim. Mihi verò Lucas videtur ſudarium & ſemicinctium pro eodem accipere, niſi pro ἢ legas καὶ: quam lectionem in vno duntaxat codice deprehẽdimus. Nos in vernaculo noſtro ſermone ſemicinctia vocamus quandam muliebrium cingulorum ſpeciem. Martialis quoque in Apophoretis pro cingulo videtur potius accipere quàm pro breuiore veſte, vt nonnulli explicarunt: idque etiam ipſa vocabuli notatio videtur confirmare.

16 Superatis illis, κατακυριεύσας αὐτῶν. Vulgata, dominatus amborum. Nam pro αὐτῶν legit ἀμφοτέρων. Eraſmus, dominatus eis. Sed τὸ κατακυριεύειν tranſlatitiè hîc accipitur, nec aliud declarat quàm dæmoniacum iſtum illis ſeſe fruſtra tuentibus ſuperiorem euaſiſſe.

18 Prodentes ἀναγγέλλοντες. Vulgata & Eraſmus, annuntiantes. Ego illud malui, quia non agitur hîc de nuntio aliquo, ſed τὸ ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύπτειν. Publicè igitur iſti metu Diuini iudicii perterriti, errata ſua profeſſi ac deteſtati ſunt. Sed quorſum hoc ad carnificinam illam confeſſionis quam auricularem vocant?

pererunt″denariorum quinquaginta millia.

20 Ita fortiter creſcebat ſermo Domini & inualeſcebat.

21 His autem expletis, propoſuit Paulus″per Spiritum peragrata Macedonia & Achaia proficiſci in Ieruſalem, dicens, Poſtquam fuero illic, oportet me etiam Romam videre.

22 Miſſis autem in Macedoniam duobus ex iis qui miniſtrabant ſibi, videlicet Timotheo & Eraſto, ipſe ſubſtitit ad tempus in Aſia.

23 Ortus eſt autem illo tẽpore tumultus non paruus″de ſecta illa.

Diana.

24 Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius qui faciebat″tẽpla argentea Dianæ, præbebat artificibus nõ paruũ quæſtũ.

25 Quibus congregatis, & iis qui ſimilium rerum *erant* opifices, dixit, Viri, ſcitis quòd ex hoc opificio noſtræ ſunt facultates.

26 Et ſpectatis ac auditis quòd non ſolùm Epheſi, ſed penè totius Aſiæ Paulus perſuaſam auertit multam turbam, dicens deos illos non eſſe qui manibus fiant.

27 Periculum eſt autem nõ ſolùm″ne pars iſta nobis per iſtũ confutata, pereat: ſed ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo habeatur, futurúmque ſit vt etiam deſtruatur maieſtas eius quam tota Aſia & orbis colit.

28 His autem auditis, pleni excandeſcentia, clamauerunt, dicentes, Magna Diana Epheſiorum.

Gaius.
Ariſtarchus.

29 Et impleta eſt ciuitas tota confuſione: & irruerunt concorditer in theatrum, correpto Gaio & Ariſtarcho Macedonibus, &″ſociis peregrinationis Pauli.

30 Paulo verò volente prodire ad populum, non ſiuerũt diſcipuli.

31 Sed & quidam ex Aſiæ principibus quum eſſent ei amici, *nuntiis* ad eum miſſis, precati ſunt ne ſe daret in theatrum.

32 Alii igitur aliud clamabant: erat enim concio confuſa, & plerique neſciebant cuius *rei* cauſa conueniſſent.

Alexander.

33 Ex turba verò *quidam* produxerunt Alexandrum, propellenti-

denariorum quinquaginta millium.

Ita fortiter creſcebat verbum Dei & confortabatur.

His autem expletis, propoſuit Paulus in ſpiritu, tranſita Macedonia & Achaia, ire Ieroſolymã, dicens, Poſtquam fuero ibi, oportet me & Romã videre.

Mittens autẽ in Macedoniã duos ex miniſtrãtibus ſibi, Timotheũ & Eraſtum, ipſe remãſit ad tempus in Aſia.

Facta eſt autem illo tempore turbatio non minima de via.

Demetrius enim quidam nomine, argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum:

Quos cõuocãs, & eos qui huiuſmodi erãt opifices, dixit, Viri, ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio:

Et videtis, & auditis quia non ſolum Epheſi, ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſuadẽs auertit multã turbã, dicẽs quoniã nõ ſũt dii qui manibꝰ fiũt.

Non ſolùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire: ſed & magnæ Dianæ templũ in nihilũ reputabitur: & deſtrui incipiet maieſtas eius, quam tota Aſia & orbis colit.

His auditis repleti ſunt ira, & exclamauerunt, dicentes, Magna Diana Epheſiorum.

Et impleta eſt ciuitas tota cõfuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrũ, rapto Gaio & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli.

Paulo autem volente intrare in populum, non permiſerunt diſcipuli.

Quidam autem & de Aſiæ principibus qui erant amici eius, miſerunt ad eũ, rogantes ne ſe daret in theatrũ.

Alii autẽ aliud clamabãt: erat enim eccleſia confuſa, & plures neſciebant qua ex cauſa conueniſſent.

De turba autẽ detraxerunt Alexan-

---

19 Denariorum ἀργυρίου. Hebraicè כסף. Eraſmus ad verbum, pecuniæ: nimium generali nomine, quum nemo etiam ſic loquatur. Idem in annotationibus numos interpretatur, quod & ipſum non placet: niſi numos denarios, non ſeſtertios accipias. quod à Latinis etiam interdũ fieri docuit Agricola. Romanorum enim fuit numis (id eſt H-S) numerare: non Græcorum, qui drachmis potius ſupputabãt. Denarius autem proximè ad drachmam accedit. Sed Aſiaticos conſtat non drachmis, ſed ciſtophoris numeraſſe: vt planè difficile ſit hanc ſummam inire, niſi quòd ex iis quæ Feſtus de Euboico talento ſcribit apparet ciſtophorum penè dimidia parte leuiorem fuiſſe drachma, ſiue denario. Etſi enim Attica drachma ſeptima parte leuior eſt denario, tamen (vt docuit doctiſſimus Georgius Agricola) Latini Græca interpretantes, ὡς ἔγγιστα drachmam cum denario comparant. Aeſtimat autem Feſtus 4000 drachmas ciſtophoris 7500: quam rationem ſi ſequamur, & ex Budæi ſupputatione tribus aſſibus regiis & ſemiſſe drachmam æſtimemus, niſi me calculus fefellit, 50000 ciſtophorûm æſtimanda ſunt Francicis libris 4666, & præterea aſſibus tredecim & vnciis quatuor. Sin autem ad drachmas placet reuocare exquiſitiore calculo, 50000 drachmarum conficient Frãcicas libras 7500. ſin ad denarios ſeptima parte grauiores, 50000 denariûm æſtimabimus Francicis libris 8750: quod quidem non fuit alienum à Lucæ propoſito, pluribus explicuiſſe.

21 Per Spiritum ἐν πνεύματι. Id eſt Spiritus ſancti inſtinctu & impulſu. ponitur enim ἐν pro διὰ, vt alibi ſæpe annotauimus. Eſt autem hoc diligenter obſeruandum, ne videatur poſtea Paulus pertinaciter in mortem ruere, repudiatis fratrum precibus ac conſiliis. Vulgata & Eraſmus, in ſpiritu, id eſt (vt quidam conuertit) cum animo ſuo: quæ interpreratio ſanè frigida eſt, ſi cum altera illa comparetur.

23 De ſecta illa. περὶ τῆς ὁδοῦ. Id eſt περὶ τῆς αἱρέσεως ἐκείνης, quo modo ſumus interpretati vt planior eſſet oratio. Vulgata, de via. Eraſmus, de via illa: nimium obſcurè. Dicuntur autem hæc per μίμησιν in perſona eorum qui hunc tumultum excitarunt: & hoc nimirum in ore habebant, Chriſtianos vetere religione contempta, nouam quandam ſectam comminiſci.

24 Templa argentea ναοὺς ἀργυροῦς. Vulgata, ædes. Eraſmus, delubra: admonens in annotationibus, hoc vocabulo ſignificari ædiculas ſeu thecas templi effigie, in quibus reponebantur ſtatuæ. Chryſoſtomus ſimili ratione putat declarare κιβώτια μικρὰ, id eſt parua ſcriniola: ita tamen vt hoc non affirmet. quòd ſi hanc interpretationem ſequi libeat, putarim tamen potius hæc ſcriniola donariis potius quàm ſtatuis ipſis fuiſſe conſecrata. Sed non video qua ratione arculæ iſtæ poſſint ναοὶ, id eſt templa, dici: niſi idoneis teſtibus probet Eraſmus, templi ſpecie fuiſſe fabricatas, quod mihi ne veriſimile quidem videtur. Itaque quod ad me attinet, ſimpliciter accipio, Demetrium hunc templa argentea Dianæ ſolitum procudere. id eſt aut in numis, aut aliis imagunculis celeberrimi illius templi typum repræſentare, ac peregrinis aduentantibus diuendere. nempe vt etiamnum hodie faciunt eiuſmodi artifices iis in locis quò ſolent à nonnullis, religionis cauſa, vota ſuſcipi. Iſtæ igitur imagunculæ ſeu numi, (dicitur enim ἀργυροκόπος à percutiendis ſeu feriendis argenteis numis) ab ea figura quam repræſentabant, Templorum cognomentum retulerunt: ſicuti ſimili prorſus ratione, Deliorum ſeu Athenienſium numos quoſdam boues, eorundem Athenienſium alios quoſdam κόρας, id eſt puellas, alios Corinthiorum πώλους Pullos, alios Peloponneſiorum χελώνας teſtudines vocabant.

27 Ne pars iſta nobis per iſtum confutata, pereat: ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Vulgata ad verbum, nobis pars hæc in redargutionem venire: quod nemo non videt quàm obſcurè ſit dictum. Eraſmus, ne hæc pars reprobetur. Si placuiſſet ad verbum interpretari, maluiſſem vertere, ne pars hæc nobis redarguatur: ac potius coniunxerim ἡμῖν cum verbo ἐλθεῖν quàm cum verbo κινδυνεύει. Sed res ipſa oſtendit quid ſignificet Demetrius: fore ſcilicet, vt ſi Paulus quemadmodum cœperat, ita etiam pergeret opinionem de Dianæ imaginibus confutare, totus hic quæſtus illis periret. Ideo addit pronomen ἡμῖν nobis, quaſi diceret, Si falſi conuincatur iſte Dianæ cultus, nobis certè conuincetur.

29 Sociis peregrinationis Pauli. συνεκδήμοις τοῦ Παύλου. Vulgata, comitibus Pauli. Addidi ex Eraſmi annotationibus quod neceſſarium fuit explicando Græco vocabulo. Neque enim quiſquis eſt comes, idem etiam eſt συνέκδημος.

drum,propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu ſilentio poſtulato,volebat reddere rationē populo.

Quem vt cognouerunt Iudæum eſſe,vox facta vna eſt omniū quaſi per G horas duas clamantium, Magna Diana Epheſiorum.

Et quum ſedaſſet ſcriba turbas, dixit,Viri Epheſii,quis enim eſt hominum qui neſciat,Epheſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, Iouiſque prolis?

Quum ergo his cōtradici non poſſit,oportet vos ſedatos eſſe,&nihil temere agere.

Adduxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos, neque blaſphemātes deam veſtram.

Quòd ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices,habent aduerſus aliquē cauſam, conuentus forenſes agūtur, &Procōſules ſunt:accuſent inuicem.

Siquid autem alterius rei quæritis, in legitima eccleſia poterit abſolui.

Nam &periclitamur argui ſeditionis hodiernæ:quum nullus obnoxius ſit de quo poſſimus reddere rationē cōcurſus iſtius. Et quum hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam. Cap. X X.

POſtquam autē ceſſauit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus eſt vt iret in Macedoniam.

Quum autem perambulaſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone,venit ad Græciam:

Vbi quum feciſſet menſes tres, factæ ſunt illi inſidię à Iudæis nauigaturo in Syriam:habuitque conſilium vt reuerteretur per Macedoniam.

Comitatus eſt autem eum Sopater Pyrrhi,Berœenſis:Theſſalonicēſium verò Ariſtarchus,&Secūdus,& Gaius Derbæus,& Timotheus: Aſiani verò Tychicus & Trophimus.

Hi quum præceſſiſſent, ſuſtinuerūt nos Troade:

B Nos verò nauigauimus poſt dies azymorum à Philippis,& venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati ſumus diebus ſeptem.

Supra 2.g.46 Vna autē Sabbathi quum cōueniſſemus ad frangendū panem, Paulus

bus eum Iudæis. Alexander igitur quum manu innuiſſet,volebat ″excuſationem afferre populo.

34 Quem vt cognouerunt Iudæum eſſe, vox orta eſt vna omniū quaſi ad horas duas clamantium, Magna Diana Epheſiorum.

35 Tum ſcriba quum repreſſiſſet turbam,dixit, Viri Epheſii,quis enim eſt hominum qui neſciat Epheſiorum vrbem æditiuam eſſe magnæ deæ Dianæ,&″à Ioue delapſi ſimulachri?

36 Quum igitur iſtis non poſſit contradici,oportet vos contineri, nec quicquam præceps facere.

37 Adduxiſtis enim homines iſtos,neque ſacrilegos neque contumelioſos in deam veſtram.

38 Quòd ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices, cauſam habēt aduerſus aliquem,″agitur forum,&″Procōſules ſunt:alii alios poſtulent.

39 Si quid autem de rebus aliis requiritis,″in legitima concione abſoluetur.

40 Nam periculū eſt ne poſtulemur″ſeditionis propter *diem* hodiernum,″quum nulla ſubſit cauſa ob quam poſſimus reddere rationē cōcurſus iſtius. Et quū hæc dixiſſet, dimiſit concionē. Cap. X X.

1 POſtquam autem ceſſauit tumultus,quum aduocaſſet Paulus diſcipulos,& cōplexus eſſet, abiit profecturus in Macedoniā.

2 Quum autem peragraſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone,venit in Græciam:

3 Et ibi ″peractis mēſibus tribus, quū à Iudæis factæ eſſēt inſidiæ ei prouehendo in Syriā: cenſuit reuertendum per Macedoniam.

4 Comitatus eſt autem eum vſque in Aſiam″Sopater Berœenſis: Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus,& Secundus, ac Gaius Derbæus,ac Timotheus: Aſiani verò Tychicus & Trophimus.

5 Qui quum præiſſent,expectarunt nos Troade:

6 Nos verò enauigauimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi conſumpſimus dies ſeptem.

7 ″Primo autem die hebdomadæ coactis diſcipulis ad frangen-

Macedonia.

Græcia.

Totam noctē docet Paulus quòd Ieſus ſit Chriſt⁹.

33 Excuſationem afferre ἀπολογεῖσθαι. Vulg.& Eraſ.rationem reddere λόγον διδόναι. Puto autē hunc Alexandrum à Iudæis paulatim extra turbam productum in eum locum vnde poſſet exaudiri,non vt ipſum in diſcrimen adducerent (cur nō enim potius in tumultu diſcerperent,aut Epheſios ſaltē in eum prouocarent?cur denique ex turba protruderent vt locus illi ad dicendū pateret?)ſed vt per eū,quicunque tandem is fuerit,populum placarent. Neque enim dubito quin quum de ſuæ Dianæ cultu aſſerendo laborarēt Epheſii,magna pars illorū in Iudæos ferretur:idq; ita eſſe vel ex eo liquet,quòd vbi Alexandrum Iudæum eſſe cognouerunt,ſtatim in apertam rabiem exarſerunt, nec potuerunt induci vt loquētem audirent. 35 A Ioue delapſi ſimul. τοῦ διοπετοῦς. Sub. ἀγάλματος. Vulg. Iouiſque prolis. Conſtat autem ex Plinio lib.16.cap.40,vitigineum fuiſſe hoc ſimulachrum,à Canetia quodam artifice fabricatum,ſed lōgè antiquiſſimum,vtpote quod nunquam ſit mutatum ſepties reſtituto templo. Antiquitas igitur & ſacerdotum auaritia huic ſuperſtitioni facilè viam inuenerunt.

38 Agitur forū,ἀγοραῖοι ἄγονται. Id eſt ἡ ἀγορὰ τελεῖται. Ad verbū,forenſes agunt,vel aguntur,ſeu cogūtur. pro quo dicimus in vernaculo ſermone,*on tient les plaids*.i.vt loquitur Cicero, forū agunt. Appellatione verò τῶν ἀγοραίων intelliguntur vel ipſi forenſium cauſarū iudices, vel cauſidici, vt rectè explicant Græca ſcholia: illi denique qui forenſia ſolent tractare. Sudas quoque ἀγοραίων δικαστῶν meminit,& ἀγόραιον προπαροξυτόνως, ſignificare dicit diem Faſtū,quem ferè ſolēt Græci κρίσιμον vocare. Eraſmus Veterē interpretem ſequutus,cōuertit,*conuentus* forenſes aguntur:rectè quidem ſi ſenſum ſpectes.ſed cui tamen in eo nō aſſentior,quòd in græcis ſubaudiri putet, cognitiones aut lites.i.κρίσεις aut ἀμφισβητήσεις,quū ipſi potius qui in foro aut iudicant aut contendunt,ἀγοραῖοι dicantur. Proconſules ſunt: ἀνθύπατοί εἰσιν. Nomine Proconſulū intellige etiam legatos Procōſulis, & qui eius vices in cognoſcendis grauioribus cauſis obibant. Leuioribus enim ordinaria illa & quotidiana iudicia ſufficiebant:quibus(inquit ſcriba)ſi non acquieſcat Demetrius cum ſuis, adeant Proconſulem,aut ipſius legatos.

39 In legitima conc. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ. Quia de ſacro conuentu hîc non agitur,ideo ἐκκλησίαν nō conuerti Eccleſiam meo more,ſed Concionē: quod Eraſmus quoque annotauit. Cæterùm ἔννομος ἐκκλησία.i.legitima concio, non tantùm opponitur τῇ συστάσει.i.ſeditioſæ & tumultuoſæ coitioni,ſed etiā τῇ συγκλήτῳ.i.illi quæ extra ordinem aduocabatur. Erāt enim certi dies habendis concionibus conſtituti quas ἐννόμους & τεταγμένας Græci oratores vocant. Ad illas igitur ſcriba populū reuocat.i.ad maiorū morem. 40 Seditionis propter *diē* hod. στάσεως περὶ τῆς σήμερον. Vulg.& Eraſ.hodiernæ ſeditionis,id eſt περὶ τῆς στάσεως τῆς σήμερον. eodem quidem manente ſenſu, ſed ita tamen vt ſine cauſa à verbis Lucæ diſcedant. Quum nulla ſubſit cauſa μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος. Vulg. quū nullus ſit obnoxius. Sed præſtat αἴτιον in neutro genere interpretari.

IN CAPVT XX.

3 Peractis menſibus tribus, ποιήσας μῆνας τρεῖς. Vide ſuprà 18.f.23. 4 Sopater Σώπατρος. In tribus codicibus legimus Σωσίπατρος Soſipater. Vulg. addit Pyrrhi,ſcilicet filius.& in Complutenſi editione & quatuor exemplaribus additur Πύρρου.

7 Primo autem die hebdomadæ ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulgata, Vna autem Sabbathi. Eraſmus, Vno autem die Sabbathorum. Vide Matth.28.a.1. Quominus autem poſſimus interpretari,quodam die Sabbathi,duo impediunt: vnum,quòd μία σαββάτων pro ἑνὶ σαββάτῳ nuſquam inuenias:alterum,quia adiunctus articulus declarat hanc particulam indefinitè accipi non poſſe. Primus itaque Hebdomadæ dies hîc omnino intelligitur,is ſcilicet quem Dominicum vocamus:& ex hoc loco,tum etiam ex eo quod ſcribitur, 1.Cor.16.a.2, non ineptè colligitur,iam tum conſueuiſſe Chriſtianos hoc die ſolennes conuentus agere,paulatim euaneſcente Iudaici Sabbathi cæremonia.

dum panem, Paulus diſſerebat eis, profecturus poſtridie: protendítque ſermonem vſque in mediam noctem.

8 ′Erant porrò lucernæ multæ in cœnaculo vbi erant coacti.

9 Et ſedens quidam adoleſcens, nomine Eutychus, in feneſtra, deiiciente *eum* ſomno profundo, quū ′diutius diſſereret Paulus, ″præ ſomno ruens, decidit ex tertia contignatione deorſum, & ſublatus eſt mortuus.

Euthychus ſuſcitatur.

10 Quum deſcendiſſet autem Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus, dixit, Ne tumultuemini: anima enim eius in ipſo eſt.

11 Quum igitur aſcendiſſet, fregiſſétque panem ac deguſtaſſet, diu colloquutus vſque ad diluculum, ″ita demum profectus eſt.

12 Adduxerūt autē puerū viuū, & refocillati ſunt nō mediocriter.

13 Nos autem progreſſi ad nauem, prouecti ſumus ″Aſſon, illinc recepturi Paulum: ſic enim ordinauerat, quum ipſe pedibus *illuc* eſſet iter facturus.

14 Vt autem coniunxit ſe nobiſcum ad Aſſon, recepto eo venimus in Mitylenen.

15 Et quum illinc abnauigaſſemus, ſequenti die deuenimus cōtra Chium, poſtridie verò appulimus Samum: & quū ″diuertiſſemus Trogyllium, ſequenti die venimus Miletum.

Pentecoſte.

16 Statuerat enim Paulus præternauigare Epheſum, ne tempus tereret in Aſia: feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, vt die Pentecoſtes eſſet Hieroſolymis.

17 A Mileto autem miſſis Epheſum *nuntiis*, aduocauit Preſbyteros Eccleſiæ.

Hortatur Paulꝰ preſbyteros Epheſiorum.

18 Qui quum perueniſſent ad ipſum, dixit eis, Vos ſcitis à primo die quo ingreſſus ſum Aſiam, quomodo vobiſcum per omne tēpus fuerim,

Seruire Deo.
Humilitas.
Lachrymæ.
Tentationes.

19 Seruiens Domino cum omni ′modeſtia & multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi euenerant ex inſidiis Iudæorum:

20 Vt ″nihil ſuffugerim eorum quæ vobis conducerent, quin *ea* annuntiarem vobis, & docerem vos publicè ac per ſingulas domos,

Pœnitentia.
Fides.

21 Teſtificans Iudæis ſimul & Græcis eam quæ erga Deum *eſt* reſipiſcentiam, ac fidem erga Dominum noſtrum Ieſum.

Afflictiones Pauli.

22 At nunc ecce, ego ″vinctus Spiritu, proficiſcor in Ieruſalē, quæ in ea obuentura ſint mihi, ignorans:

23 Niſi quòd Spiritus ſanctus per ſingulas ciuitates teſtificatur, dicens quòd vincula & afflictiones me manent.

Miniſteriū Pauli.

24 Verùm nullius rationem habeo: neque vita mea chara eſt mihi ipſi, vt conſummem curſum meum cum gaudio, & miniſterium quod accepi à Domino Ieſu, ad teſtificādū Euāgeliū gratiæ Dei.

25 Et nunc ecce ego noui quòd amplius nō videbitis faciē meam vlli ex vobis omnibus, per quos tranſiui prædicans regnum Dei.

diſputabat eis, profectuꝰ in craſtinū: protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem.

Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo vbi eramus congregati.

Sedens autem quidam adoleſcens, nomine Eutychus, ſuper feneſtram, quū mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, ductus ſomno, cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus.

Ad quem quum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & cōplexus, dixit, Nolite turbari: anima enim ipſius in ipſo eſt. C

Aſcendens autem, frangénſque panem & guſtans, ſatíſque alloquutus vſque in lucem, ſic profectus eſt.

Adduxerunt autem puerum viuentem, & conſolati ſunt non minimé.

Nos autem aſcendentes nauē, nauigauimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum: ſic enim diſpoſuerat ipſe, per terram iter facturus.

Quum autem conueniſſet nobiſcū in Aſſon, aſſumpto eo venimus Mitylenen.

Et inde nauigantes, ſequenti die venimus contra Chium: & alia applicuimus Samum: & ſequēti, venimus Miletum.

Propoſuerat enim Paulus trāſnauigare Epheſum, ne qua mora illi fieret in Aſia: feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis. D

A Mileto autem mittens Epheſum, vocauit maiores natu Eccleſiæ.

Qui quum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis, Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim,

Seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum:

Quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtiliū, quominus annūtiarem vobis, & docerē vos publicè & per domos,

Teſtificans Iudæis atque Gētilibus in Deum pœnitentiā, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Et nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Ieruſalem: quæ in ea ventura ſint mihi, ignorans: E

Niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicēs quoniam vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent.

Sed nihil horū vereor: nec facio animā meā pretioſiorē quàm me, dūmodo cōſummē curſū meū, & miniſteriū quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.

Et nunc ecce ego ſcio quia amplius nō videbitis faciem meā vos omnes, per quos trāſiui prædicās regnū Dei.

---

8 Erant ἦσαν. Veteres codices legunt ἦμεν, Eramus: idque rectius, vt ex ſuperioribus apparet. Pertinet autem hoc quoque ad fidem ſcriptori faciendam, vt qui oculatus ſit teſtis. 9 Diutius ἐπὶ πλεῖον. In omnibus vetuſtis codicibus additur diſtinctio poſt πλεῖον, vt nō dubium ſit quin connectendum hoc ſit cum participio διαλεγομένου, contra quàm exiſtimauit Eraſmus. Præ ſomno ruens, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου. Vulgata, ductus ſomno. Eraſ. magis depreſſus ſomno. Ego verò exiſtimo κατενεχθεὶς propria ſignificatione accipiendum hoc poſteriore loco. 11 Ita οὕτως. Vide Iohan. 4. a. 6. 13 Aſſon, εἰς τὴν Ἄσσον. Aſſon ſcilicet vrbem AEolidis, ſeu Myſiæ. Puto enim eādem eſſe vrbem. Nonnulla exēplaria pro Ἄσσον legunt Θάσσον, ſed lectione manifeſtè deprauata, ſicuti quæ pro Τρωγυλλίῳ Mycales montis promontorio eregione Sami, legunt ϛρογγυλαίῳ. 15 Diuertiſſemus Trogyllium μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ. Vide Luc. 10. a. 7.

19 Modeſtia ταπεινοφροσύνης. Vulgata, humilitate: quo vocabulo ſignificatur obſcuritas ac ignobilitas, vt diximus Luc. 1. e. 48. Eraſ. animi humilitate: quod ego quidem inter vitia numerarim. 20 Nihil ſuffugerim οὐδὲν ὑπεςειλάμην. Id eſt, nihil aut per metum, aut lucri cauſa, vel prorſus ſubticuerim, vel aliqua ex parte diſſimularim. Nam ὑποστέλλεσθαι dicuntur quos metus (vt ita dicam) contrahit, aut qui tāquam vela colligunt in loquendo. 22 Vinctus Spiritu, δεδεμένος τῷ πνεύματι. Id eſt, Spiritus ſancti impulſu ac mandato, tanquam vinculo quodam, me illuc pertrahente: de quo diximus ſuprà 19. d. 21. Quorſum autem hoc Paulus? an quòd inuitus illuc pertraheretur? minimè verò, vt ipſe teſtatur, & res ipſa oſtendit: ſed nequis ex fratribus hoc iter ipſi diſſuadeat, monet eos, ſeſe Dei mandato illuc proficiſci, ne putetur Eccleſiæ ac Prophetarum prædictiones ac concilia contemnere.

Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium.

F Nõ enim ſubterfugi quominus annuntiarem omne conſiliũ Dei vobis.

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meã lupi graues in vos, non parcentes gregi.

Et ex vobiſipſis exurgẽt viri loquẽtes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.

Propter quod vigilate, memoria retinẽtes quoniam per triẽnium nocte & die non ceſſaui, cum lachrymis monens vnumquenque veſtrum.

Et nunc cõmendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus.

G Argentum aut aurum, aut veſtẽ nullius concupiui.

1.Cor.4.c.12
1.theſſ.2.b.9
2.theſſ.3.b.8

Ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum ſũt, miniſtrauerunt manus iſtæ.

Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborãtes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare quàm accipere.

Et quum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis.

Magnus autem fletus factus eſt omnium: & procumbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum,

Dolẽtes maximè in verbo quod dixerat, quoniã amplius faciem eius nõ eſſent viſuri. & ducebãt eũ ad nauem.

Cap. XXI.

QVum autem factum eſſet vt nauigarem[*], abſtracti ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum: & inde Patarã.

Et quum inueniſſemus nauem trãſfretantem in Phœnicen: aſcendentes, nauigauimus.

Quum apparuiſſemus autẽ Cypro, relinquẽtes eã ad ſiniſtrã, nauigauim[*]

26 Ideo teſtor vobis hodierno die, quòd ʹmundus ego *ſum* à ſanguine omnium.

27 Non enim ſubterfugi quominus annuntiarem vobis ʺomne cõſilium Dei.

Conſilium Dei.

28 Attendite igitur vobis ipſis & toti gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos, ad paſcẽdam Eccleſiam ʺDei, quam acquiſiuit ʺſuo illo ſanguine.

Grex.
Epiſcopi.
Chriſtus Deus.

29 Ego enim noui hoc, quòd poſt diſceſſum meum ingreſſuri ſint in vos lupi graues, non parcentes gregi.

Lupi.

30 Et ex vobiſipſis exorientur viri qui loquantur peruerſa, vt diſcipulos poſt ſe abſtrahant.

31 Ideo vigilate, memores quòd per triennium nocte & die nõ ceſſauerim cum lachrymis monere vnumquenque.

Vigilare.
Monere cum lachrymis.

32 Nunc quoque fratres, commendo vos Deo ʺ& ſermoni gratiæ ipſius: ʺqui *quidem Deus* poteſt ſuperſtruere, & dare vobis ʺquod hæreditatis iure poſſideatis ʺcum ſanctificatis omnibus.

33 Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui.

34 Imò ipſi noſtis quòd vſibus meis, & his qui mecũ ſunt, ſubminiſtrarunt manus iſtæ.

Laborat manibus Paulus Epiſcopus.

35 ʺIn omnibus oſtendi vobis quòd ſic laborantes oportet ʹſuſtinere inualidos, ac meminiſſe verborum Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit, Beatum eſt dare potius quàm accipere.

Dare.
Accipere.

36 Et quũ hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cũ omnib[*] illis.

Oratio.

37 Magnus autem fletus ortus eſt omnium: & ruentes in collum Pauli, deoſculabantur eum,

Oſcula.

38 Dolentes maximè ob ſermonem quem dixerat, quòd amplius faciem eius nõ eſſent ſpectaturi. & deduxerunt eũ ad nauigium.

Cap. XXI.

1 VT autem prouecti ſumus, auulſi ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum: & illinc Patara.

2 Et inuento nauigio quod traiiceret in Phœnicen, *eo* conſcenſo, prouecti ſumus.

3 ʺQuum autem cœpiſſet *nobis* apparere Cyprus, relicta ea ad ſini-

26 Mundus à ſanguine καθαρὸς ἀπὸ ἅιματος. Id eſt, quòd nulli veſtrum ſim author exitii: ex Hebræorum idiotiſmo, quem expoſuimus ſuprà 18.a.6. 27 Omne conſilium πᾶσαν τὴν βουλήν'. Irenæi interpres lib.3.cap.14, conuertit Omnem ſcientiam. ſiue (vt in aliis codicibus legitur) omnem ſententiam: de quo non eſt neceſſe (opinor) vt laboremus. ſiquidem hunc interpretem quicunque tãdem fuit, apparet Latinæ linguæ fuiſſe admodum imperitum. Sed tamen ſuſpicor hanc interpretationem ab aliquo profectam cui viſus ſit Apoſtolus nimiũ arroganter dicere, omne conſilium Dei à ſe fuiſſe Epheſiis explicatum: quaſi verò iſta ad officium Apoſtolatus accõmodari non debeant. Eſt autem hoc quoque obſeruandum propter illos qui, quoties libuit, vniuerſales iſtas particulas ita ſolent vrgere, vt nullam interpretationẽ admittãt. 28 Dei, τοῦ Θεοῦ. In quinque exẽplaribus legitur κυρίου καὶ θεοῦ, Domini & Dei. Suſpicor autẽ τοῦ κυρίου initio fuiſſe adſcriptũ ad marginẽ à quopiã qui Dei vocabulũ ſic explicaret aduerſus Anthropomorphitas, ne ſcilicet Paulus videatur ſanguinẽ ipſi Diuinati tribuere: deinde quum hoc irrepſiſſet in contextum, & iſta τοῦ κυρίου θεοῦ non bene viderentur cohærere, interpoſitam eſſe particulam καί. Sed hæc ego tanquam diuinans dico. Hoc quidem certum eſt, explicanda hæc eſſe per κοινωνίαν ἰδιωμάτων: quod dicendi genus non ita eſt ἄκυρον, neque reprobandum (vt nuper poſt Eutychetem impiè quidam dicere ac ſcribere auſus eſt) ſed ſummam noſtræ conſolationis continet: illud nimirum diſertè explicans quod ait Iohannes, Verbum factum eſſe carnem: ita vt qui verè Deus eſt, verè nobis & Deus & homo ſit factus. Suo illo ſanguine. τοῦ ἰδίου αἵματος. In vno codice legimus τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου. Vtrouis autem modo legas, ſeruanda vis eſt articuli, quo præſtãtia huius ſanguinis, & antitheſis illa declaratur, quæ copioſius exponitur Heb.9.c.12. Fuit enim hic ſanguis verè purus ac ſanctus, imò verò purificans & ſanctificus ſanguis: ex illo manans nimirum, qui ſicuti verè homo, ita etiam verè Deus exiſtit.

32 Et ſermoni gratiæ ipſius: καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Hæc per epexegeſim explico, quaſi diceret Paulus, Commendo vos Deo, vt vos præſidio ſuo conſeruet: id eſt Euangelio, ſiue gratiæ ſuæ nuntio. Idcirco enim Euangelium dicitur ſalutis ſermo ſuprà cap.13.d.26.

Qui *quidem Deus* poteſt τῷ δυναμένῳ. Eraſmus in annotationibus hoc coniungit cum λόγῳ. At ego puto minus coactam fore interpretationem ſi cum τῷ θεῷ coniunxeris. Ideo nonnihil ſuppleui ex quo id poſſet intelligi. Deinde & hoc notandum eſt, articulum hoc loco non tam διάκρισιν quàm αἰτιολογίαν declarare. Quod hæreditatis iure poſſideatis κληρονομίαν. Hebraicè נחלה: quod vocabulum multo làtius patet quàm hæreditas apud Latinos, vt alibi diximus: & tamen videtur declarare quo iure conſequuturi ſimus illud tanquam prædium quod poſſidebimus, nimirum gratuito adoptionis iure, quaſi filii. Ideo periphraſim paulo lóngiorem vſurpaui. Cum omnibus ἐν πᾶσιν. Hebraicè בכל, ἐν pro σὺν poſita: quam enallagen alibi ſæpe annotauimus. Vulgata, in omnibus. Eraſmus, inter omnes.

35 In omnibus πάντα. Vel, Per omnia. Nam ſubaudienda eſt præpoſitio κατ', vt 1.Cor.9.d.25, & 10.g.33, & Epheſ.4.c.15. Quid ſi verò πάντα ſuperiori verbo ὑπηρέτησαν adiunxeris? nolui tamen quicquam mutare ex coniectura. Suſtinere ἀντιλαμβάνεσθαι. Id eſt alioquin collapſuros quaſi porrecta manu retinere. Dicuntur enim hæc tranſlatitiè de illis qui nondum ſatis confirmati doctrina & exemplis, offendicula ibi inueniunt, vbi planiſſima via eſt: ideóque ferendi ſunt quoad eius fieri poteſt (ſalua ſcilicet cõſcientia) & cauenda diligenter omnia quibus poſſint offendi. Hoc enim eſt labentes fulcire. Vide Luc.1.e.54. Vulgata & Eraſmus, ſuſcipere.

IN CAPVT XXI.

3 Quum autem cœpiſſet *nobis* apparere Cy. ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον. Sic legunt veteres codices. Eraſmus autem legit ἀναφάναντες. &

nonnulli habent ἀναφανέντος δὲ τῆς Κύπρου,lectione manifeſtè corrupta,quum potius ſcribendum ſit ἀναφάναντες.Cæterùm τὸ ἀναφαίνειν opponitur hoc in loco τῷ ἀποκρύπτειν,& id declarat pro quo Virgilius aperire dixit lib.AEneid.3, Quarto terra die primùm ſe attolere tandem Viſa,aperire procul montes,ac voluere fumum. Idem eodem libro, Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis Et formidatus nautis aperitur Apollo. Quia ſcilicet nauigantibus præſertim: vt non immeritò Eraſmus pro eo quòd in Vulgata editione legitur,Quum aperuiſſemus autem Cypro,Veterem interpretem ſuſpicetur ſcripſiſſe,Quum autem aperuiſſemus Cyprum.

ſtram,nauigauimus in Syriã,ac deuecti ſumus Tyrum: illuc enim nauigium erat onus expoſiturum.

4 Permanſimus ibidem dies ſeptem inuentis diſcipulis:qui Paulo dicebant″per Spiritum,ne aſcenderet in Ieruſalem.

5 Sed quũ nos peregiſſemus dies illos,abiimus,omnibus deducẽtibus nos cum vxoribus & liberis,donec exiſſemus vrbem:& poſitis genibus in litore,orauimus.

Oratio in litore.

6 Ac alii alios″complexi,conſcendimus nauigium:illi autem reuerſi ſunt ad ſuos.

7 Nos verò nauigatione perfecta,deuenimus Tyro Ptolemaida: & ſalutatis fratribus,manſimus diem vnum apud eos.

8 Poſtridie verò egreſſi,″Paulus & nos qui cum eo eramus, venimus Cæſaream:& ingreſſi domum Philippi Euangeliſtæ(qui erat vnus″ex illis ſeptem)manſimus apud eum.

Philippus Euangeliſta.

9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines,prophetantes.

Virgines prophetantes.

10 Et quum *illic* permanſiſſemus dies complures, aduenit à Iudæa quidam Propheta nomine Agabus.

11 Qui quum veniſſet ad nos,tulit zonam Pauli,& vinctis ſibi pedibus ac manibus,dixit,Hæc dicit Spiritus ſanctus, Virum cuius eſt zona hæc, ſic vincient in Ieruſalem Iudæi, tradéntque in manus Gentium.

Agabus.

12 Vt verò iſta audiuimus,precati ſumus & nos & qui in eo loco erant,ne aſcenderet in Ieruſalem.

13 Tunc reſpondit Paulus, Quid facitis flentes & comminuentes cor meum? enimuero ego non ſolùm vinciri,ſed & mori paratus ſum in Ieruſalem pro nomine Domini Ieſu.

Paulus libẽs patitur ꝑpter Chriſtum.

14 Quum igitur illi non perſuaderetur,acquieuimus,dicẽtes,Domini voluntas fiat.

15 Porrò poſt dies iſtos″ſublatis ſarcinis aſcendimus in Ieruſalẽ.

16 Venerunt autem ſimul etiam *quidam* ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum,adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur,Mnaſonem quendam Cyprium,antiquum diſcipulum.

17 Quum igitur veniſſemus Hieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Poſtero autem die introiit Paulus nobiſcum ad Iacobum,& omnes Preſbyteri affuerunt.

19 Quos complexus expoſuit ſigillatim, quæ Deus feciſſet inter Gentes per miniſterium ipſius.

20 At illi *his* auditis,glorificarunt Dominum: dixerúntque ei, Vides frater quot ſint millia Iudæorum qui crediderunt:ſúntque omnes″accenſi zelo Legis.

Iacobi conſilio Paulus purificat ſe more Iudaico, cũ quatuor aliis.

21 ″Audierunt autem de te ex aliorum ſermone, quòd defectionẽ

in Syriã,& venimus Tyrum:ibi enim nauis expoſitura erat onus.

4 Inuentis autẽ diſcipulis,manſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebãt per Spiritũ,ne aſcẽderet Ieroſolymã.

5 Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vſque foras ciuitatẽ: & poſitis genibus in litore,orauimus.

6 Et quum valefeciſſemus inuicẽ,aſcẽdimus nauẽ:illi autẽ redierunt in ſua.

7 Nos verò nauigatione expleta,à Tyro deſcẽdimus Ptolemaidam: & ſalutatis fratribus, manſimus die vna apud illos.

B

8 Alia autẽ die profecti,venimus Cæſareã: & intrantes domum Philippi Euangeliſtæ(‖qui erat de ſeptem)mãſimus apud eum.

Suprà 6.b.5

9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines,prophetantes.

10 Et quum moraremur per dies aliquot,ſuperuenit quidam à Iudæa Propheta nomine Agabus.

11 Is quum veniſſet ad nos,tulit zonã Pauli,& alligans ſibi pedes & manus dixit,Hæc dicit Spiritus ſanctus,Virũ cuius eſt zona hæc,ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus Gentium.

12 Quod quũ audiſſemus,rogabamus nos & qui loci illius erãt,ne aſcenderet Ieroſolymam.

C

13 Tũc reſpõdit Paulus,& dixit,Quid facitis flentes & affligentes cor meũ? ego enim nõ ſolùm alligari,ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu.

14 Et quum ei ſuadere non poſſemus, quieuimus,dicentes, Domini voluntas fiat.

15 Poſt dies autem iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſalem.

16 Venerunt autem & ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecũ apud quem hoſpitaremur, Mnaſonem quendam Cyprium, antiquum diſcipulum.

17 Et quũ veniſſemus Ieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum,omnéſque collecti ſunt Seniores.

D

19 Quos quũ ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in Gẽtibus per miniſterium ipſius.

20 At illi quum audiſſent, magnificabant Deum:dixerúntque ei, Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes æmulatores ſunt Legis.

21 Audierunt autem de te quia diſceſſionem doceas à Moyſe eorum qui

---

4 Per Spiritum,διὰ τοῦ πνεύματος. Id eſt ex Diuina Spiritus reuelatione.Quid igitur?an ſibi ipſi repugnat Spiritus ſanctus?minimè veró. Sed vt iſti ex Spiritus reuelatione intelligerent quantum periculum Paulo immineret: non tamen conſequitur,eos cognouiſſe quid viciſſim Paulo idem Spiritus præcepiſſet. 6 Complexi, ἀσπασάμενοι. Vulgata,quum valefeciſſemus,id eſt ἀποταξάμενοι.

8 Paulus & nos qui cum eo eramus, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Vide ſuprà cap.13.b.13. Ex illis ſeptem ἐκ τῶν ἑπτὰ. Vulgata & Eraſmus, ex ſeptem.Ego puto ſeruandum articulum,cuius vis eſt hoc loco ἀναφορική. 15 Sublatis ſarcinis ἀποσκευασάμενοι. Id eſt ἀνασκευασάμενοι,vt loquũtur diſertiores. Nam ἀποσκευάζεσθαι ſignificat potius onus deponere,item è medio tollere.ἀνασκευάζεσθαι verò dicuntur οἱ μετοικιζόμενοι,id eſt qui ex aliquo loco demigraturi,ſarcinas colligunt.Significat igitur Lucas Paulum cum ſuis Cæſarea profectum, quaſi nunquam eò rediturum. Vulgata,præparati,id eſt παρασκευασάμενοι:quam lectionem in vno codice inuenimus:neque ſanè velim repudiare. In aliis quinque legitur ἐπισκευασάμενοι,id eſt inſtructi & comparati,ad quæuis ſcilicet ſubeunda.

20 Accenſi zelo ζηλωταί. Vide Iohan.2.c.17. 21 Audierunt ex aliorum ſermone,Κατηχήθησαν. Vide Luc.1.a.4.

per Gentes ſunt Iudæorum, dicens nõ debere eos circũcidere filios ſuos, neque ſecundũ conſuetudinẽ ingredi.

Quid ergo eſt? vtique oportet conuenire multitudinem: audient enim te ſuperueniſſe.

Hoc ergo fac quod tibi dicim⁹. Sũt nobis viri quatuor, votum habentes ſuper ſe:

Num.6.c.18 ſuprà 18.c.18

His aſſumptis ſanctifica te cum illis, & impẽde in illis, ‖vt radant capi-

E ta: & ſcient omnes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt: ſed ambulas & ipſe cuſtodiens Legem.

Suprà 15.d.20, & f.29

De iis autẽ qui crediderunt ex Gentibus, nos‖ſcripſimus, iudicãtes vt abſtineant ſe ab idolis, immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.

Num.6.c.13 infrà 24.c.8

Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis, intrauit in templũ, ‖annuntiãs expletionem dierum purificationis', donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

Dum autem ſeptem dies conſummarentur, ii qui de Aſia erant Iudæi, quum vidiſſent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus,

Clamãtes, Viri Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſus populũ, & Legem, & locum hunc omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violauit ſanctũ locũ iſtũ.

F Viderant enim Trophimum Epheſium in ciuitate cum ipſo, quem æſtimauerunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus.

Commotáque eſt ciuitas tota: & facta eſt concurſio populi: & apprehendentes Paulum, trahebant eum extra tẽplum: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ.

Quærentibus autem eum occidere, nũtiatum eſt Tribuno cohortis, Quia tota confunditur Ieruſalem.

Qui ſtatim aſſumptis militibus & Cẽturionibus, decucurrit ad illos: qui quum vidiſſent Tribunũ & milites, ceſſauerunt percutere Paulum.

Tunc accedens Tribunus apprehẽdit eum, & iuſſit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.

G Alii autẽ aliud clamabãt in turba: & quum non poſſet certum cognoſcere prę tumultu, iuſſit duci eum in caſtra.

Et quum veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi.

Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.

Et quũ cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit Tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè noſti?

Suprà 5.g.36

Nónne tu es ‖AEgyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum?

Infrà 22.a.3

Et dixit ad eũ Paulus, Ego homo ſũ quidẽ Iudæ⁹ à‖Tarſo, Ciliciæ nõ ignotæ ciuitatis municeps: rogo autẽ te,

doceas à Moſe, omnes qui inter Gentes ſunt Iudæos, dicens non debere eos circuncidere filios, neque″*ſecundum* ritus ambulare.

22 Quid eſt ergo? omnino oportet conuenire multitudinẽ: audiẽt enim te veniſſe.

23 Hoc igitur fac quod tibi dicimus. Sunt′nobis viri quatuor″voto obnoxii: **Votum.**

24 His aſſumptis, purifica te″cum eis, & fac ſumptum cum eis, vt radant capita: & norint omnes quòd quæ de te audierunt ex aliorũ ſermone, nihil ſunt: ſed incedis & ipſe cuſtodiens Legem.

25 De iis autem qui crediderunt ex Gẽtibus, nos ſcripſimus, quũ ſtatuiſſemus nequid huiuſmodi obſeruent, niſi vt caueant & ab iis quæ ſunt immolata ſimulachris, & à ſanguine,″& ſuffocatis, & ſcortatione.

26 Tum Paulus aſſumptis viris illis, inſequenti die purificatus cũ eis, ingreſſus eſt in templum, denuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

27 Quum autem ſeptem dies iam penè eſſent explẽdi, quidam ab Aſia Iudæi, quum vidiſſent eum in templo, conturbarunt totam turbam, & iniecerunt ei manus, **Comprehẽditur Paulus.**

28 Clamãtes, Viri Iſraelitæ, ſuccurrite: hic eſt homo ille qui aduerſus populum, & Legem, & locum hunc omnes vbique docet: quin etiã & Græcos introduxit in templũ, & polluũt ſanctũ locũ iſtũ.

29 Antè enim viderunt Trophimum Epheſium in vrbe cum eo, quem exiſtimauerunt quòd in templum introduxiſſet Paulus. **Trophimus.**

30 Commota eſt igitur vrbs tota, & factus eſt concurſus populi: & apprehenſum Populũ trahebant è tẽplo: ſtatímq; clauſæ ſũt fores.

31 Quærentibus autem ipſis eum trucidare,″peruenit fama ad Tribunum cohortis, quòd tota Ieruſalem conturbata eſſet.

32 Qui″eo ipſo *momento* aſſumptis militibus ac Centurionibus, decurrit ad illos: at illi quum vidiſſent Tribunum ac milites, ceſſarunt verberare Paulum.

33 Tunc appropinquans Tribunus, apprehendit eum, & iuſſit vinciri catenis duabus: & percõtatus eſt quiſnã eſſet, & quid feciſſet.

34 Alii autem aliud vociferabantur in turba: & quum non poſſet certi *quicquam* cognoſcere propter tumultũ, iuſſit duci eũ in caſtra.

35 Quum igitur veniſſet ad gradus, euenit vt portaretur à militibus propter violentiam turbæ. **Paulus vinct⁹ catenis à tribuno.**

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.

37 Et quum cœpiſſet duci in caſtra Paulus, dicit Tribuno, Licétne mihi loqui ad te? Qui dixit, Græcè noſti?

38 Nónne tu es AEgyptius ille qui ante hos dies ad ſeditionem cõcitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia ſicariorum?

39 Dixit autem Paulus, Ego quidẽ ſum homo Iudæus Tarſenſis, non obſcuræ Cilicum vrbis ciuis: rogo autem te, permitte mihi

Secundum ritus τοῖς ἔθεσι. In vno codice legitur τοῖς ἔθεσι πατρῴοις πορεύεσθαι, paternis ritibus viuere.

23 Nobis ἡμῖν. In vno exemplari legimus ἐν ἡμῖν, inter nos: & quidem rectius, vt opinor. Voto obnoxii: εὐχὴν ἔχοντες ἐφ᾽ ἑαυτῶν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, habentes votum ſuper ſe: quod videtur paulo obſcurius. Significatur autem hoc dicendi genere votum voluntarium, quod nimirum quiſpiam in ſeſe quaſi onus receperit: qua ratione etiam factum vt apud Græcos τὸ ὑποστῆναι καὶ ὑποσχέσθαι de pollicitatione dicantur: ὅτι ὁ ὑποσχόμενος, inquit Euſtathius, βάρει τινὶ ἑαυτὸν ὑπέθετο. id eſt, quòd qui aliquid promittit, ſeipſum oneri ſubiiciat.

24 Cum eis, ἐπ᾽ αὐτοῖς. Vel, ipſorum cauſa, vt tu huic voto non tantum interfuiſſe, ſed etiã præfuiſſe videatis. Erant enim in oblationes ac purificationes ſumptus faciendi. Ideo dicitur ipſe poſtea dies purificationis denuntiaſſe.

25 Et ſuffocatis, καὶ πνικτόν. Hoc non legit Auguſtinus in Speculo, vt Eraſmus obſeruauit.

31 Peruenit fama ἀνέβη φάσις. Vulgata & Eraſmus, nuntiatum eſt, ἀπηγγέλθη. Illud verò eſt ἐμφατικώτερον.

32 Eo ipſo *momento* ἐξαυτῆς. Vulgata & Eraſmus, ſtatim. Vide ſuprà cap. 10. c.33. Continet autem hic locus admirandum ſanè prouidentiæ Diuinæ exemplum.

loqui ad populum.

40 Quum igitur ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu plebi: & magno ſilentio facto, loquutus eſt lingua Hebræa, dicens,

Cap. XXII.

Paulus narrat ſu dæis quomodo conuerſus ſit ad Chriſtum.

1 Viri fratres & patres, audite meam, qua nunc apud vos vtor, excuſationem.

2 (Quum audiſſent autem quòd Hebræa lingua ſibi loqueretur, magis præbuerunt ſilentium: tum dixit,)

Gamaliel præceptor Pauli.

3 Ego quidem ſum vir Iudæus, natus in Tarſo *vrbe* Ciliciæ, educatus verò in hac ipſa vrbe″ad pedes Gamalielis, inſtitutus″ad exactã formã patriæ Legis,″zelo″Dei accẽſus, ſicut & vos õnes eſtis hodie.

4 Qui hanc ſectam perſequutus ſum vſque ad mortem, vinciens ac tradens in carceres tum viros tum mulieres,

5 Vt & princeps Sacerdotũ mihi teſtis eſt,″& totus Seniorum ordo: à quibus etiam epiſtolis ad fratres acceptis, Damaſcum proficiſcebar, adducturus etiam eos qui illic eſſent, vinctos in Ieruſalem, vt punirentur.

6 Euenit autẽ mihi iter faciẽti & appropinquãti Damaſco circiter meridiem, vt erepente de cælo circunfulſerit me lux multa:

7 Cecidíque in ſolum, & audiui vocem dicẽtem mihi, Saul, Saul, quid me perſequeris?

8 Ego verò reſpõdi, Quis es Domine? Dixítque ad me, Ego ſum Ieſus ille Nazarenus quem tu perſequeris.

9 Porrò qui mecum erant,″lucem quidem viderunt, & expaueſacti ſunt: vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecũ.

10 Dixi verò, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi, Surge, ac proficiſcere Damaſcum: & illic tibi dicetur de omnibus quæ ordinata ſunt tibi vt facias.

11 Quum verò non viderem præ gloria lucis illius, manu deductus ab iis qui mecum erant, veni Damaſcum.

Ananias.

12 Ananias autem quidam, vir pius ſecundum Legem, teſtimonio ornatus omnium *illic* habitantium Iudæorum,

13 Veniens ad me, & aſtans, dixit mihi, Saul frater, recipe viſum. Et ego eodem illo momento illum conſpexi.

14 Ipſe autem dixit, Deus Patrum noſtrorum″delegit te vt cognoſceres voluntatem ſuam, & videres″Iuſtum illum, & audires vocem ex ore eius:

Teſtis Chriſti electus Paulus.

15 Nã eris ei teſtis apud omnes homines, *eorũ* quæ vidiſti & audiſti.

16 Nunc igitur quid cunctaris? exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini.

17 Factum eſt autem quum eſſem reuerſus in Ieruſalem, & orarẽ in templo, vt raperer extra me,

18 Et viderem eum dicentem mihi, Feſtina & exi citò ex Ieruſalẽ: quoniam non accipient teſtimonium tuum de me.

permitte mihi loqui ad populum.

40 Et quũ ille permiſiſſet, Paulus ſtãs in gradibus, annuit manu ad plebem: & magno ſilẽtio facto, alloquutus eſt lingua Hebræa, dicens,

Cap. XXII.

1 Viri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.

2 Quum audiſſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentium: & dicit,

3 Ego ſum vir Iudæus, natus Tarſo Ciliciæ, nutritus autẽ in iſta ciuitate ſecus pedes Gamaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ Legis, æmulator Legis, ſicut & vos omnes eſtis hodie.

4 Qui hanc viã perſequutus ſum vſque ad mortem, alligans & tradẽs in cuſtodias viros ac mulieres, Suprà.9.a.2

5 Sicut princeps Sacerdotũ mihi teſtimonium reddit, & omnes maiores natu: à quibus & epiſtolas accipiens ad fratres, Damaſcum pergebam, vt adducerẽ inde vinctos in Ieruſalem, vt punirentur. Suprà 9.a.2

B

6 Factum eſt autem eunte me, & appropinquãte Damaſco media die, ſubitò de cælo circunfulſit me lux copioſa:

7 Et decidens in terrã, audiui vocem dicentem mihi, Saule, Saule, quid me perſequeris?

8 Ego autem reſpondi, Quis es Domine? Dixitque ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris.

C

9 Et qui mecum erant, lumẽ quidem viderunt, vocem autem nõ audierunt eius qui loquebatur mecum.

10 Et dixi, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit ad me, Surgẽs vade Damaſcum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere.

11 Et quum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damaſcum.

12 Ananias autem quidam, vir timoratus ſecũdum Legem, teſtimonium habens ab oĩbus habitãtibus Iudæis,

13 Veniens ad me, & aſtans, dixit mihi, Saule frater, reſpice. Et ego eadẽ hora reſpexi in eum.

D

14 At ille dixit, Deus Patrum noſtrorum præordinauit te vt cognoſceres voluntatem eius, & videres Iuſtum, & audires vocem ex ore eius:

15 Quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ vidiſti & audiſti.

16 Et nunc quid moraris? exurge, & baptizare, & abluere peccata tua, inuocato nomine ipſius.

17 Factum eſt autem reuertenti mihi in Ieruſalem, & oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis,

18 Et videre illum dicentem mihi, Feſtina, & exi velociter ex Ieruſalẽ: quoniã nõ recipiẽt teſtimoniũ tuũ de me.

E

IN CAPVT XX.

3 Ad pedes παρὰ τοὺς πόδας. Id eſt aſſiduus auditor. Huc enim reſpexit, quòd qui docent, ſoleant ex ſuperiore loco diſcipulos alloqui in ſubſelliis ſedentes. Ad exactam formam patriæ Legis, κατ' ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vulgata, iuxta veritatem paternæ Legis: vt pro ἀκρίβειαν videatur legiſſe ἀλήθειαν. Eraſmus, accuratè in patria Lege, id eſt κατ' ἀκρίβειαν, vel ἀκριβῶς τὸν πατρῷον νόμον. Zelo accenſus, ζηλωτής. Vulgata, æmulator. Eraſmus, ſectator. Neuter Græcam vocem expreſſit. Vide Iohan.3.c.17. Dei τοῦ Θεοῦ. Vulgata, Legis, id eſt τοῦ νόμου: quam puto germanã eſſe lectionem. 5 Et totus Seniorum ordo: καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Id eſt συνέδριον: quod etiam Hebræi Magiſtri vocant סנהדרין. Vulgata, & omnes maiores natu: quum hîc non agatur de ſenibus, ſed de Senatoribus.

9 Lucem quidem τὸ μὲν φῶς. Vide ſuprà 9.b.7. 14 Delegit προεχειρίσατο. Vel deſignauit, vt infrà 26.d.16. Poteſt autem hoc vel ad æternum Dei conſilium, vel ad eius exequutionem ac declarationẽ referri: quod poſterius malo. Vulgata, præordinauit, id eſt προετάξατο. Eraſmus, præparauit. Hoc enim retulit ad ruinam ac cæcitatem Pauli, quibus illum præparauit Chriſtus ad Euangelii fidem. Id verò mihi non placet. Iuſtum illum, τὸν δίκαιον. Nempe Chriſtum, vt 1.Iohan.2.a.1. Eraſmus, id quod iuſtum eſt, id eſt τὸ δίκαιον: quod in nullo vetere codice inuenio: ac ſanè frigidum eſt, atque adeò ineptum, vt liquet ex eo quod ſequitur.

Suprà 8.a.3

19 Et ego dixi, Domine, ipſi ſciunt ‖quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per ſynagogas eos qui credebant in te.

Suprà 7.g.58

20 Et quũ funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego‖aſtabam & conſentiebam, & cuſtodiebam veſtimenta interficientium illum.

21 Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes longè mittam te.

22 Audiebãt autem eum vſque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem ſuam, dicẽtes, Tolle de terra huiuſmodi: nõ enim fas eſt eum viuere.

F 23 Vociferantibus autem eis, & proiicientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aerem,

24 Iuſſit Tribunus induci eũ in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri eũ: vt ſciret propter quam cauſam ſic acclamarent ei.

25 Et quum aſtrinxiſſent eum loris, dicit aſtãti ſibi Cẽturioni Paulus, Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?

26 Quo audito, Cẽturio acceſſit ad Tribunum, & nuntiauit, dicens, Quid acturus es? hic enim homo, ciuis Romanus eſt.

G 27 Accedẽs autẽ Tribunus, dixit illi, Dic mihi, ſi tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

28 Et reſpõdit Tribunus, Ego multa ſumma ciuitatẽ hãc cõſequutus ſũ. Et Paulus ait, Ego autem & natus ſum.

29 Protinus ergo diſceſſerunt ab illo qui eum torturi erant: Tribunusquoque timuit, poſtquam reſciuit quia ciuis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum.

30 Poſtera autem die volens ſcire diligentius qua ex cauſa accuſaretur à Iudæis, ſoluit eũ, & iuſſit Sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum, ſtatuit inter illos.

Cap. XXIII.

1 INtendens autem in cõcilium Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conſciẽtia bona cõuerſatus ſum ante Deum vſque in hodiernum diem.

2 Princeps autem Sacerdotum Ananias, præcepit aſtantibus ſibi percutere os eius.

3 Tũc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate: & tu ſedes iudicans me ſecundum Legem, & cõtra Legem iubes me percuti.

4 Et qui aſtabãt dixerunt, ſummũ Sacerdotem Dei maledicis?

Exod. 22.d.28

5 Dixit autem Paulus, Neſciebã fratres, quia princeps eſt Sacerdotũ. ſcriptum eſt enim, ‖Principem populi tui non maledices.

6 Sciens autem Paulus quia vna pars

---

19 Et ego dixi, Domine, ipſi ſciunt quòd ego pertrahebã in carcerem, & cædebam in ſingulis ſynagogis eos qui credebant in te.

20 Et quũ funderetur ſanguis Stephani″martyris tui, ego quoque aſſiſtebam, & aſſentiebar interfectioni illius, & cuſtodiebam veſtimenta eorum qui interficiebant eum.

21 Tum *is* dixit ad me, Proficiſcere: nam ego ad Gentes procul mittam te.

Paulus, Gẽtium Apoſtolus.

22 Audiebant autem eum ad hunc vſque ſermonẽ: tum *uerò* ſuſtulerunt vocem ſuam, dicentes, Tolle è terra *hominem* iſtiuſmodi: non enim conuenit eum viuere.

23 Clamantibus autem eis, & proiicientibus veſtimenta, & puluerem iactantibus in aerem,

24 Iuſſit Tribunus eum duci in caſtra, & iuſſit vt flagellis haberetur quæſtio de eo: vt ſciret propter quã cauſã ſic clamarent in eũ.

Cæditur Paulus

25 Vt autem adſtrictus eſt loris, dixit aſtanti Cẽturioni Paulus, Num hominem″Romanum & indemnatũ licet vobis flagellare?

26 *Hoc* verò quum audiſſet Centurio, acceſſit ad Tribunũ, & nuntiauit ei, dicẽs, Vide quid facturus ſis: hic enim homo, Romanus eſt.

Paulus cõtendit ſe Romanũ non debere cædi.

27 Accedẽs autem Tribunus dixit ei, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

28 Et reſpondit Tribunus, Ego multa ſumma ciuitatem iſtam cõparaui. Paulus autem ait, Ego verò etiam natus ſum *ciuis*.

29 Statim igitur abſceſſerunt ab eo qui fuerãt de eo quæſtionem habituri: Sed & Tribunus quoque timuit agnito quòd Romanus eſſet, & quia vinxerat eum.

30 Poſtero autem die volens pro certo ſcire cuius *rei* accuſaretur à Iudæis, ſoluit eum à vinculis, & iuſſit principes Sacerdotum venire, totúmque cõſeſſum ipſorum: ac deductum Paulum ſtatuit coram eis.

Cap. XXIII.

1 INtentis autem oculis in conſeſſum, Paulus ait, Viri fratres, ego omni conſcientia bona″ſeruiui Deo ad hunc vſque diem.

Paul⁹ defẽdit ſe.

2 Pontifex autem Ananias iniunxit aſtantibus ſibi vt os eius verberarent.

Ananias iubet percuti Paulum.

3 Tunc Paulus dixit ad eum, ″Futurum eſt vt percutiat te Deus, paries dealbate: & tu ſedes iudicans me ſecundum Legem, & contra Legem iubes me percuti?

Paries dealbat⁹.

4 Tum ii qui aſtabant, dixerunt, Pontifici Dei conuitiaris?

5 Dixit autem Paulus, Neſciebã fratres quòd Pontifex eſſet. ſcriptum eſt enim, Principi populi tui non maledices.

6 Quum verò noſſet Paulus quòd vna pars eſſet Sadducæorum,

20 Martyris τοῦ μάρτυρος. Hìc ego Græcum vocabulum ſeruare malui quàm Teſtem conuertere: propterea quòd obtinuit communis vſus, vt martyres peculiariter dicantur qui non oris modò confeſſione, ſed etiam ſuo ſanguine Chriſti doctrinam ſanciuerunt.

25 Romanum Ῥωμαῖον. Romanum ſcilicet non patria, ſed ciuitatis iure, quum Tarſus eſſet Colonia. Itaque Græca ſcholia hoc loco nodum (quod aiunt) in ſcirpo quærunt.

IN CAPVT XXIII.

1 Seruiui Deo πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ. id eſt ἐλειτούργησα, καὶ ἐλάτρευσα, vt Philipp. 2.c.17, & 2. Timoth. 3.a.3. Nam πολιτεύεσθαι dicuntur nõ modò qui publico aliquo munere funguntur, ſed etiam priuati homines: quod ad ea quidem attinet quæ in communi ad omnes ſpectant, qualia ſunt militia, religio, & ſiqua ſunt eiuſmodi: vnde πολίτευμα illud ἐν οὐρανοῖς, cuius fit mentio Philipp. 3.d.20, & ἡ κατὰ τὸν θεὸν καὶ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία, cuius mentio fit toties apud Baſilium in Aſceticis. Vulgata & Eraſmus, conuerſatus ſum ante Deum, periphraſi parùm neceſſaria.

3 Futurum eſt vt percutiat te τύπτειν σε μέλλει. Græcus ſermo omnino oſtendit non eſſe imprecationem, ſed pœnæ denuntiationem cum obiurgatione coniunctam. Eiuſmodi eſt illud, Væ vobis Scribæ & Phariſæi, toties à Chriſto repetitum. Ecquis autem eſt qui Legem dicat à Chriſto violatam? Non eſt ergo quòd Pauli facto quæramus excuſationem, quum nulla reprehenſione dignum ſit. Imò Hieronymus (ſi verum eſt quod de eo ſcribit in hunc locum Eraſmus) non modò in eo facit Apoſtolo iniuriam, quòd manſuetudinem in eo facto requirat, vbi ſeſe planè heroica virtus prodit: verùm etiam apertè blaſphemus eſt in eo quòd in ipſo quoque Chriſto aliquod imperfectæ pietatis veſtigium inquirit. Neque eſt quòd cauſetur Eraſmus, aliud eſſe colligare nodis aduerſariũ, aliud docere diſcipulum: aliud agere qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Eſto id quidem: ſed quum de veritate Dei agitur, ſceleratus, profanus, impius eſt, qui ita ſeruit cauſæ, vt verbum Dei ſciens ac prudens torqueat. Id verò an committat in huius loci explicatione Hieronymus in dialogis aduerſus Pelagium, nõ aſſero, niſi addita conditione, ſi verum eſt quod in hunc locum ſcripſit Eraſmus, immodicus alioqui Origenis & Hieronymi admirator: ſed hoc ego coram Deo & Angelis ipſius affirmo, intolerandam eſſe multis locis in detorquẽdis Scripturis illius audaciam: quod fatebitur quiſquis vel ea diligenter legerit quæ in Iouinianum aduerſus ſecundas nuptias, & aduerſus Vigilantium de mortuorum inuocatione diſſerit.

Paulꝰ Phariſæus

& altera Phariſæorũ clamauit in conſeſſu, Viri fratres,ego Phariſæus filiꝰ ſũ Phariſæi:de ſpe &reſurrectiõe mortuorũ ego accuſor.

7 Quum autẽ hoc eſſet loquutus,orta eſt ſeditio inter Phariſæos ac Sadducæos:&″ſciſſa eſt multitudo.

Sadducæi quid credant.

8 Nam Sadducæi quidem dicunt nõ eſſe reſurrectionem,neque Angelum,neque ſpiritum:Phariſæi autem″vtrunque cõfitentur.

Phariſæi.

9 Ortus eſt igitur clamor magnus. & quum ſurrexiſſent Scribæ ex partibus Phariſæorum,depugnabant,dicentes,Nihil mali inuenimus in homine iſto : quòd ſi Spiritus loquutus eſt ei, ſeu Angelus,″ne repugnemus Deo.

10 Et quum magna ſeditio eſſet,veritus Tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis,iuſſit milites deſcendere, & rapere eum de medio eorum,ac ducere in caſtra.

Conſolatur Paulum Deus.

11 Sequenti verò nocte adſtans ei Dominus ait,Confide Paule:vt enim teſtificatus es de me in Ieruſalem,ſic te oportet etiam Romæ teſtificari.

Coniuratio contra Paulum.

12 Orto autem die quidam ex Iudæis facta coitione″deuouerunt ſeſe,dicentes, neque eſuros ſe, neque bibituros, vſquequo trucidaſſent Paulum.

13 Erant autem plures quàm quadraginta *viri* qui hanc cõiurationem fecerant.

14 Qui acceſſerunt ad principes Sacerdotum ac Seniores, & dixerũt,Deuotione deuouimus noſipſos, nihil guſtaturos,vſquequo trucidauerimus Paulum.

15 Nunc ergo vos indicate Tribuno′ex conſeſſus volũtate,vt cras deducat eũ″ad vos,veluti exquiſitius cogniturosde iis quæ ad eũ *ſpectant*:nos verò priuſquã appropĩquet,parati ſumus ipſũ tollere.

16 Quum autẽ audiſſet filius ſororis Pauli, inſidias, affuit,ac ingreſſus in caſtra,nuntiauit Paulo.

17 Aduocato autem Paulus quodam ex Centurionibus,ait, Adoleſcentem hunc abduc ad Tribunũ:habet enim quod renũtiet ei.

18 Ille igitur aſſumptum eum duxit ad Tribunum, & ait,Vinctus Paulus aduocatum me rogauit vt hunc adoleſcentem ducerem ad te,habentem aliquid quod loquatur tibi.

19 Apprehenſa verò Tribunus manu illius, quum ſeceſſiſſet ſeorſum,percontatus eſt,Quid eſt quod habes ſignificandum mihi?

20 I*lle* autem dixit, Iudæi conſtituerunt rogare te vt cras Paulum deducas in conſeſſum, quaſi aliquid exquiſitius percontaturi ſint de eo.

B

Infrà 24.f.23

philip.3.b.5

eſſet Sadducæorũ, & altera Phariſæorũ,exclamauit in cõcilio,‖Viri fratres, ego Phariſæus ſũ filiꝰ Phariſæi: de ſpe &reſurrectiõe mortuorũ ego iudicor.

7 Et quum hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos &Sadducæos: & ſoluta eſt multitudo.

Matth.22.c.23

8 Sadducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionem,neque Angelum,neque ſpiritum:Phariſæi autem vtraque cõfitentur.

9 Factus eſt autem clamor magnus. & ſurgentes quidam Phariſæorum, pugnabant, dicentes,Nihil mali inuenimus in homine iſto: quid ſi Spiritus loquutus eſt ei,aut Angelus?

C

10 Et quũ magna diſſenſio facta eſſet, timẽs Tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere, &rapere eum de medio eorum,ac deducere eum in caſtra.

11 Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus,ait,Cõſtãs eſto:ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalẽ,ſic te oportet & Romæ teſtificari.

12 Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudęis,& deuouerunt ſe,dicẽtes,neque manducaturos,neque bibituros donec occiderent Paulum.

D

13 Erant autẽ plusquàm quadraginta qui hanc coniurationem fecerant.

14 Qui acceſſerũt ad principes Sacerdatum &Seniores,& dixerunt,Deuotione deuouimus nos, nihil guſtaturos,donec occidamus Paulum.

15 Nũc ergo vos notum facite Tribuno cum concilio,vt producat illũ ad vos,tanquam aliquid certius cognituri de eo: nos verò priuſquam appropiet,parati ſumus interficere illum.

16 Quòd quum audiſſet filius ſororis Pauli,inſidias, venit,& intrauit in caſtra,nuntiauitque Paulo.

17 Vocans autem Paulus ad ſe vnum ex Centurionibus,ait,Adoleſcentem hũc perduc ad Tribunũ , habet enim aliquid indicare illi.

18 Et ille quidem aſſumens eum duxit ad Tribunũ,& ait,Vinctus Paulus vocans rogauit me hunc adoleſcentem perducere ad te,habentem aliquid loqui tibi.

E

19 Apprehendẽs autem Tribunus manum illius,ſeceſſit cũ eo ſeorſum , & interrogauit illum, Quid eſt quod habes indicare mihi?

20 Ille autem dixit,Iudæis conuenit rogare te,vt craſtina die producas Paulũ in cõciliũ, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo.

---

7 Sciſſa eſt ἐσχίσθη. Vulgata,ſoluta eſt,id eſt ἐλύθη.Eraſmus,diſſecta eſt,διετμήθη. Virgilius,Sciditur incertũ ſtudia in cõtraria vulgus.
8 Vtrunque ἀμφότερα. Quòd numerum pluralem vſurpauit Lucas, ex Græcorum conſuetudine fecit.Sed in eo nonnihil laborant,quũ
ἀμφότερα de duobus dicantur,quî conueniat hoc vocabulum,quum tria præceſſerint quæ inficiati ſint Sadducæi,nempe reſurrectio,Angeli,
ſpiritus.Itaque nonnulli Angelos & ſpiritus pro eodem accipiunt,quorum opinionem nõ probo:quia ſi ita eſſet, dixiſſet Lucas ἢ πνεῦμα,nõ
autem μήτε πνεῦμα,id eſt,ſiue ſpiritum,potius quàm,neque Spiritum. Alii putãt impropriè loquutum eſſe Lucam,quod ego tamen non facilè
conceſſerim.Sciendum eſt igitur(quod annotauit doctiſſimus Budæus) hoc vocabulum etiam de pluribus dici , ſed tum demum quum
duo genera conſtituunt.Sic Cicero 2.in Catilinã,non de duobus ciuibus,ſed de duobus ciuium generibus differens,Vtroſque,inquit,Quirites,
in eodem genere prædatorum direptorúmque pono.Sic igitur Lucas hoc etiam loco errores iſtos Sadducæorum in duo membra diuidit.
Nam quia ſimilis eſt,aut certè παρόμοιος Angelorum ac animorum natura, vnus error fuiſſe videtur,Angelorum & animorum negare
ὑπόστασιν,in qua hæreſi ſunt etiamnum hodie Libertini. 9 Ne repugnemus Deo. μὴ θεομαχῶμεν.Hoc non legit Vulgata:& Eraſmus
quoque irrepſiſſe ſuſpicatur ex capite quinto.Atqui in omnibus codicibus vetuſtis hoc inuenimus: & niſi addatur,hiabit ſententia:
neque idem verbum capite quinto vſurpatur. 12 Deuouerunt ſeſe,ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς. Vide Matth.26.g.74
15 Ex conſeſſus voluntate, σὺν τῷ συνεδρίῳ.Id eſt Senatu ita fieri petente.nempe ne priuato quorundã ſtudio Tribunus id à ſe peti exiſtimet.
Ita enim interdum apud Græcos accipitur σὺν præpoſitio,vt σὺν Θεῷ cum Deo.id eſt Θεοῦ συνθέλοντος.Deo iuuãte & probante. Vulgata,
cum concilio:admodum obſcurè,niſi ita conſtruas,Vos igitur cum concilio,id eſt vos & concilium,indicate Tribuno,&c.Nam quod
Lyranus interpretatur,Vos & concilium,id eſt vos ſimul conciliati Sadducæi & Phariſæi,ne per veſtram diſſenſionem impediatis mortem
Pauli,Græcis non poteſt cõuenire.Eraſmus,& concilio,καὶ τῷ συνεδρίῳ,quod impreſſit Frobenius,& ſcriptum inuenimus in duobus codicibus
vetuſtis.Sed non videtur poſſe admitti hæc lectio quin multa ſupplenda ſint.Neque enim concilio ſignificandum erat vt Paulum adduceret,
ſed potîus nuntiandum vt conueniret: fore enim vt Tribunus Paulum adduceret. Ad vos,πρὸς ὑμᾶς. Quædam exemplaria legũt
πρὸς ἡμᾶς,ad nos:quædam etiam pro μέλλοντας ſcribunt μέλλοντες,vtrunque corruptè,vt exiſtimo.

Tu verò ne credideris illis: inſidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui ſe deuouerũt nõ mãducare neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati ſunt, expectantes promiſſum tuum.	21	Tu verò ne perſuaderi te ſinas ab eis: inſidiantur enim ei ex iſtis viri plures quadraginta, qui ſeipſos deuouerunt neque eſuros neque bibituros vſquequo ſuſtulerint eum: & nunc parati ſunt, expectantes″quid à te renuntietur.
Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiẽs necui loqueretur quoniam hæc nota ſibi feciſſet.	22	Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, denuntians *vt* nulli effutiret″quòd hæc ipſi indicaſſet.
F Et conuocatis duobus Centurionibus, dixit illis, Parate milites ducẽtos, vt eant vſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis:	23	Et accerſitis duobus quibuſdam ex Centurionibus, iuſſit vt pararent milites ducentos, vt proficiſcerentur vſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, &″ſtipatores ducentos, à tertia hora noctis:
Et iumenta præparate, vt imponẽtes Paulum, eum ſaluum perducerẽt ad Felicem præſidem:	24	Et iumenta″ſiſterent, vt impoſitum Paulum″ſaluum perducerent ad Felicem præſidem:
Scribẽs epiſtolam continentẽ hæc,	25	Scripta epiſtola″quæ hanc ſummam contineret,
Claudius Lyſias optimo præſidi Felici ſalutem.	26	Claudius Lyſias præſtantiſſimo præſidi Felici ſalutem.
Virum hunc comprehenſum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, ſuperueniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus eſt:	27	Virum hunc comprehenſum à Iudæis, quum iam eſſet interficiendus ab eis, ſuperueniens cum exercitu, exemi,″cognito quòd Romanus eſſet:
Volénſque ſcire cauſam quam obiiciebant illi, deduxi eum in conciliũ eorum.	28	Volénſque ſcire cauſam propter quam eum criminarentur, deduxi eum in ipſorum conſeſſum.
G Quem inueni accuſari de quæſtionibus Legis ipſorũ: nihil verò dignum morte aut vinculis habentem crimẽ.	29	Quem comperi accuſari de quæſtionibus Legis ipſorum, nullũ dignum morte aut vinculis habentem crimen.
Et quum mihi perlatum eſſet de inſidiis quas parauerant illi, miſi eum ad te, denuntians & accuſatoribus, vt dicant apud te. Vale.	30	Indicatis verò mihi″futuris in illum inſidiis Iudæorum, hoc ipſo momento miſi *eum* ad te, denuntiato etiam accuſatoribus, vt quæ *habent* aduerſus eum, dicant apud te. Vale.
Milites verò ſecundum præceptũ ſibi aſſumentes Paulũ, duxerunt per noctem in Antipatridem.	31	Milites igitur ſicut ſibi iniunctum erat, acceptum Paulum duxerunt per noctem Antipatrida.
Et poſtera die dimiſſis equitibus vt cum eo irent, reuerſi ſunt ad caſtra.	32	Poſtero autem die dimiſſis equitibus vt cum eo irent, reuerſi ſunt in caſtra.
Qui quum veniſſent Cæſaream, & tradidiſſent epiſtolam Præſidi, ſtatuerunt ante illum & Paulum.	33	Qui quum veniſſent Cæſaream, ac reddidiſſent epiſtolam Præſidi, ſtiterunt coram eo etiam Paulum.
Quũ legiſſet autem, & interrogaſſet de qua prouincia eſſet, & cognoſcens quia de Cilicia,	34	Quum legiſſet autem *literas* Præſes, & interrogaſſet ex qua prouincia eſſet, ac cognouiſſet quòd ex Cilicia,
Audiam te, inquit, quum & accuſatores tui venerint. Iuſſitque in prætorio Herodis cuſtodiri eum.	35	Audiam te, inquit, quum accuſatoreſquoque tui affuerint. Iuſſitque in prætorio Herodis ipſum cuſtodiri.
Cap. XXIIII.		Cap. XXIIII.
POſt quinque autem dies deſcẽdit princeps Sacerdotum Ananias cũ Senioribus quibuſdam & Tertullo quodam oratore, qui adierunt Pręſidem aduerſus Paulum.	1	QVinque autem pòſt diebus deſcendit Pontifex Ananias cũ Senioribus & Tertullo quodam oratore: qui comparuerũt coram Præſide contra Paulum.

Paulus perducitur ad Felicem præſidem.

21 Quid à te renuntietur τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. vel, quid à te promittatur. ſeu (vt vertit Vetus interpres) promiſſum tuũ. Sed ἐπαγγελία mihi quidem videtur potius hoc loco nuntium declarare quàm promiſſionem. 22 Quòd hæc ipſi indicaſſet. ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Tranſitio eſt à tertia perſona ad primam, quam rectè vitauit Vetus interpres. Vide Iohan. 1. c. 20.

23 Stipatores δεξιολάβους. Id eſt παραφύλακας, vt explicat Varinus, ſiue hoc accipere libeat de ipſius Tribuni ſtipatoribus, ſiue ita vocẽtur quibus propriè cõmittebatur deducẽdus Paulus: vt quoad extra periculũ eſſet, ab eius latere nõ diſcederent. Vulgata, lãcearios exponit: quia nimirum à Græcis etiam dicuntur δορύφοροι principum ſtipatores, quos tamen rectius haſtatos interpreteris. Eraſmo idem videtur δεξιολάβος declarare atque δεξιοβόλος. At ego non video qua ratione hoc nitatur. Δεξιοβόλους quidem nuſquã ſcriptum inuenio, neque interpretari velim, qui dextra mittant haſtilia, ſed potius dextros, id eſt peritos funditores aut iaculatores. Nicephorus lib. Eccleſ. hiſtoriæ 20, cap. 28, hanc hiſtoriam recitans, mentionem tantùm facit ducentorum iſtorum & LXX equitum.

24 Siſterent, παραστῆσαι. Id eſt parata exhiberent. Vulgata, præparate, aut potius, præparare, id eſt παρασκευάσαι. Eraſmus, præbete, παρέχετε. Sed haud ſatis ſcio an poſſit infinitus modus accipi pro imperandi modo, quum plures alloquitur. Malim quidem ego aut pro ἑτοιμάσατε legere ἑτοιμάσαι τε, vel exiſtimare Lucam à recta loquutione (quam vocant) ad obliquam tranſire. Saluum perducerent διασώσωσι. Hic quoque Hebræorum more ex antecedente intelligitur conſequens: qua de re diximus Luc. 3. b. 7. Porrò quæ in nonnullis codicibus adduntur, hæc omnia ſcilicet, Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſuſtineret, tãquam accepturus pecuniam: hæc inquam in nullis Græcis exemplaribus inuenimus. 25 Quæ hanc ſummam contineret, περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον. Vulgata, continentem hæc, id eſt περιέχουσαν ταῦτα. Eraſmus, in hanc formam, ſenſu non malè expreſſo. diſcedit tamen à Græcis: & τύπον (ni fallor) ſummam aut compendium hoc loco commodius verteris, quàm formam: vnde τυπωδῶς, ſeu τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, διορίζειν, toties à Græcis ſcriptoribus vſurpata. qua de re nonnihil etiam Gellius lib. 1. cap. 25. 27 Cognito μαθών. Atqui non prius cognouit ciuem eſſe Romanum, quàm eum ereptum ex Iudæorũ manibus, quæſtioni & equuleo ſubieciſſet. Diſſimulat ergo Tribunus id de quo reprehendi iure potuiſſet: & deflectit etiam à veritate, niſi poſt αὐτὸν adſcripto puncto, legas μαθὼν δὲ ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, βουλόμενος γνῶναι, &c. Sed nihil auſim, aut etiam velim ex coniectura immutare. Quidam conuertit, ac didici Romanum eſſe: ſed hoc quidem eſt nodum potius ſecare quàm expedire. 30 Futuris μέλλειν ἔσεσθαι. Id eſt μελλούσης ἔσεσθαι. Sed ſanè non video quomodo hæc cohæreant: quòd ſiquis hîc relictus eſt coniecturæ locus, ita legerem, Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα τῶν Ἰουδαίων, vel Μηνυθέντος δέ μοι ἐπιβουλὴν ἐπὶ τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Vetus interpres videtur legiſſe Μηνυθέντος δέ μοι περὶ ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα, id eſt, quũ mihi indicatũ eſſet de inſidiis in illum comparatis.

Tertulli oratoris oratio contra Paulum.

2 Citato igitur eo, cœpit accuſare Tertullus, dicẽs, 'Nos per te, tuæque prudentiæ egregia in hac gente facinora multam pacem conſequutos,

3 'Et prorſus & vbique"agnoſcimus, præſtantiſſime Felix, cum omni gratiarum actione.

4 Ne verò te diutius interpellem, precor te vt audias nos paucis pro tua æquitate.

5 Enimuero comperimus virum hunc peſtilentem, ac mouentem ſeditionem omnibus Iudæis per vniuerſum orbem, ac'principem ſectæ Nazarenorum:

6 Qui etiam templum tentauit'profanare,'quem etiam prehenſum voluimus ſecundum Legem noſtram iudicare.

7 Sed ſuperueniens Tribunus Lyſias, cum magna vi 'abduxit eũ è manibus noſtris,

8 Iuſſis ipſius accuſatoribus ad te venire: ex quo poteris ipſe inquiſitione facta, de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum.

9 'Aſſenſerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere.

Paulus dicit cauſam pro ſe cõtra Tertullum.

10 Reſpõdit autem Paulus, quum annuiſſet ipſi Præſes vt diceret, Quia"à multis annis te iſti genti præfuiſſe ſcio, meliore animo de iis quæ ad meipſum *pertinent* reſpondeo.

11 Quum tu poſſis noſſe quòd non plures *exacti* ſunt mihi dies quàm duodecim, ex quo aſcendi adoraturus Ieruſalem.

12 Neque verò in templo inuenerunt me cum aliquo diſſerentẽ, aut coitionẽ facientẽ turbæ, neque in ſynagogis, neq; in ciuitate:

13 "Neque probare poſſunt ea de quibus nunc me accuſant.

Fides & opera Pauli.

14 Hoc verò tibi cõfiteor, quòd"ſecundũ viã illã,"quã ſectã dicunt, ita colo patriũ Deũ, credẽs *ſcilicet* omnibus quæ in Lege"& in Pro-

2 Et citato Paulo, cœpit accuſare Tertullus, dicẽs, Quũ in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam,

3 Semper & vbique ſuſcipimus, optime Felix, cum omni gratiarũ actione.

4 Ne diutius autẽ te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clemẽtia. B

5 Inuenimus hunc hominem peſtiferum & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectæ Nazarenorũ.

6 Qui etiam templum violare conatus eſt: quem & apprehenſum voluimus ſecundũ Legẽ noſtrã iudicare.

7 Superueniens autem Tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris,

8 Iubens accuſatores eius ad te venire: à quo poteris ipſe iudicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum. C

9 Adiecerunt autem & Iudæi, dicẽtes hæc ita ſe habere.

10 Reſpondit autem Paulus, annuente ſibi Præſide dicere, Ex multis annis te eſſe iudicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatiſfaciam.

11 Potes enim cognoſcere quia non plus ſunt mihi dies quàm duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem.

12 Et neque in templo inuenerũt me cum aliquo diſputantem, aut cõcurſum facientem turbæ, neque in ſynagogis, neque in ciuitate:

13 Neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant. D

14 Confiteor autem hoc tibi, quòd ſecundum ſectam quã dicunt hæreſim, ſic deſeruio patrio Deo meo, credẽs

IN CAPVT XXIIII.

2 Nos per te, &c. πολλῆς εἰρήνης, &c. In hoc vno verſiculo duobus locis coactus ſum à Vetere interprete & ab Eraſmo diſſentire. Primum in eo quòd participium τυγχάνοντες altero participio interpretantur, quum potius poſitum videatur pro ἐπιτυχεῖν, enallage Græcis familiari, participii pro verbo infinito. Nam alioqui verbum ἀποδεχόμεθα abſolutè fuerit explicandum, vt & ipſi expoſuerunt: in quo nõ poſſim illis aſſentiri, niſi ſimile proferatur exemplum. Deinde quòd καὶ κατορθωμάτων Vetus interpres conuerterit, & multa corrigantur, quaſi κατορθώματα idem declarent atque διορθώματα. Eraſmus autẽ, & multa rectè gerantur: quas interpretationes ſi ſequamur, neceſſe fuerit cõnectere κατορθωμάτων cum verbo τυγχάνοντες, quod planè ineptum videtur, quum ſit potius præpoſitio διὰ repetenda ἀπὸ κοινοῦ, ſicut fecimus. Explicat enim Tertullus quid illud ſit quod vno verbo dixerat, διὰ σοῦ per te. id eſt, egregiis tuis rebus geſtis, in quibus ſingularis tum prudentia tum fœlicitas tua apparet. Liberarat enim Iudæam Felix magna cura, capto Eleazaro ſicariorum duce, & profligato (paulo antequam Paulus caperetur) Aegyptio illo impoſtore qui magnos tumultus in Iudæa excitarat: vt narrat Ioſephus lib. Antiquitatum 20, cap. 11, & de bello Iudaico 2, cap. 12: quum alioquin crudeliter & auarè Felix prouinciam adminiſtrarit: vt hæc planè Tertullus oratoriè magis quàm verè dixerit. κατορθώματα verò quæ Cicero libro Officiorum 1, & de Finibus 3, recta officia & recta facta interpretatur, in genere vocant Græci quæcunque ſumma virtute ac pari etiam fœlicitate à quopiam perficiuntur.

3 Et prorſus πάντῃ τε. Vulg. & Eraſ. Et ſemper, id eſt πάντοτε, quam lectionem nuſquam niſi in vno tantùm exemplari inuenimus. Agnoſcimus, ἀποδεχόμεθα. Id eſt προσιέμεθα, vt rectè & eruditè explicat doctiſſimus Budæus.

5 Principem πρωτοστάτην. Id eſt quaſi primos ordines ducentem, ſeu primipilarem. Eſt enim hoc vocabulum militare. Vulgata & Eraſ. authorem, ἀκύρως. 6 Profanare, βεβηλῶσαι. Vulgata, violare, βιάσασθαι. Quem etiam ὃν καί. Videntur quidem hæc redũdare, ac potius dicendum fuiſſe αὐτὸν ἐκρατήσαμεν, prehendimus eum. Sed puto potius in ſuperiore verſiculo εὑρόντες Hebræorum more poſitum pro εὕρομεν, vt infrà 26. e. 20, ἀπαγγέλλων pro ἀπήγγειλα: quo modo etiam Vetus interpres conuertit. Cæterùm in nonnullis Vulgatæ editionis codicibus multa hoc loco prætermittuntur, quæ tamen inuenimus in exemplaribus Græcis.

7 Abduxit ἀπήγαγε. In nonnullis codicibus ſcriptum legimus ἀφείλετο exemit, in quibus etiam additum erat, καὶ πρὸς σὲ ἀπέστειλε, & ad te miſit. 9 Aſſenſerunt συνέθεντο. Id eſt, orationem Tertulli comprobarunt. Vulgata & Eraſmus, Adiecerunt.

10 A multis annis ἐκ πολλῶν ἐτῶν. Hoc dicit Paulus, quia biennio duntaxat antequam de prouincia decederet, geſta hæc eſſe conſtat ex iis quæ ſcribuntur infrà verſu 28. Deinde quia Felix antequam Iudææ ipſi præficeretur à Claudio, adminiſtrarat Trachonitidem, Batanæã, & Gaulanitidem, vt teſtatur Ioſephus lib. de bello Iud. 2 cap. 11. κριτὴς autem hoc loco, non tantùm declarat iudicem (vt Vetus interpres & Eraſmus interpretantur) ſed præfectum ac gubernatorem, ex Hebræorum conſuetudine, de qua ſæpe iam diximus.

13 Neque probare οὔτε παραστῆσαι. Id eſt ob oculos ſiſtere, ac certis argumentis confirmare. In nõnullis codicibus additur με, quæ cauſa fuit vt Eraſmus putarit παραστῆσαι poſitum eſſe pro ἐλέγξαι, id eſt conuincere & coarguere. Verùm in Complutenſi editione & vetuſtis codicibus emendatioribus, atque adeò in Vetere editione Latina non additur: ſed poſt δύνανται poſſunt, ſiue (vt in quibuſdam legitur) δυνήσονται poterunt, additur pronomen σοι tibi: quod optimè conuenit, & legitur etiam apud Veterem interpretem.

14 Secundum viam illam, κατὰ τὴν ὁδόν. Hæc accipio pro aperta ac ſimplici profeſſione eius religionis quam Tertullus Paulo obiecerat, Chriſtianæ ſcilicet. Fuit enim hoc Pauli officium, & reſponſio accommodanda eſt ad accuſationem. Aduerbium autem οὕτω refero ad ea quæ mox adduntur: quibus ſcilicet explicatur ſumma eius religionis cuius ſe ſectatorem agnoſcit Apoſtolus. Quam ſectam dicũt, ἣν αἵρεσιν λέγουσιν. Diuerſis expoſitionibus præiudicium non affero. tantùm dico mihi quoque videri Paulum, propterea quòd Romanũ hominem alloquens, Viæ vocabulũ ex Hebræorum idiotiſmo pro vitæ genere ac inſtituto vſurparat, hoc addidiſſe, vt Græco vocabulo tãquam clariore, illuſtraret quod obſcurius dictum videbatur. Neque enim puto αἱρέσεως nomen ita fuiſſe illis temporibus infame, niſi aliquid adderetur, ex quo intelligi poſſet in vitio vſurpari: vt 1. Corint. 11. d. 19; Galat. 5. d. 20, Tit. 3. c. 10. Et in Prophetis καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Ita ſcriptum inuenimus in tribus codicibus vetuſtis: & ſanè vel ita legendum eſt, vel καὶ τοῖς προφήταις, vt κατὰ repetatur ἀπὸ κοινοῦ.

omnibus quæ in Lege & Prophetis ſcripta ſunt:

Spem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram iuſtorum & iniquorum.

In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum & ad homines ſemper.

Poſt annos autem plures, eleemoſynas facturus ingentem meam veni, & oblationes, & vota,

Suprà 21.e.27

‖In quibus inuenerunt me purificatum in templo, nō cum turba, neque cum tumultu.

Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare, ſiquid haberēt aduerſum me:

Aut ii ipſi dicant, ſiquid inuenerunt in me iniquitatis, quum ſtē in cōcilio,

Suprà 23.b.7

Niſi de vna hac ſolummodo voce, qua clamaui inter eos ſtans, ‖Quoniā de reſurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.

F

Diſtulit autem illos Felix, certiſſimè ſciens de via hac, dicens, Quum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos.

Iuſſitque Centurioni cuſtodire eū, & habere requiem, nec quenquam de ſuis prohibere miniſtrare ei.

Poſt aliquot autem dies veniēs Fe-

phetis ſcripta ſunt:

15 Et ſpem habens in Deum, fore quam & ii ipſi expectant reſurrectionem mortuorum, iuſtorum ſimul & iniuſtorum.

16 In hoc igitur ipſe ʺ*me* exerceo, vt conſcientiam habeam ſine offēdiculo apud Deum & apud homines ſemper.

Conſcientia.

17 ʹPluribus autē annis interiectis, affui eleemoſynas exhibiturus ingentem meam, & oblationes:

18 ʺQuo tempore inuenerunt me purificatum in templo, haud cū turba, ʹneque cum tumultu,

19 ʹQuidam ex Aſia Iudæi, quos ʹoportuit apud te adeſſe, & accuſare, ſiquid haberent aduerſum me:

20 Aut ii ipſi dicant, ſiquod inuenerint in me ʹ*aliud* iniuſtè factum,

21 ʺquum ego ſtarem in conſeſſu,

22 ʹQuàm ʺquod ad vnam hanc vocem *attinet*, qua clamaui inter eos ſtans, De reſurrectione mortuorum ego accuſor hodie à vobis.

23 Auditis autē his, Felix diſtulit eos, ʺPoſtquam, inquiens, exquiſitius cognouero quæ ad ſectam iſtam pertinent, quū Tribunus Lyſias deſcenderit, pernoſcam veſtrum negotium.

Felicis beneuolētia erga Paulum.

24 Iniunxítque Centurioni vt ſeruaretur Paulus, ac relaxaretur: & nequē prohiberet ex ipſius familiarib' ei miniſtrare, aut eū adire.

25 Aliquot autem pòſt diebus quum adeſſet Felix cum Druſilla

Felici & vxori annuntiat Paulus Chriſtum.

16 Me exerceo, ἀσκῶ. Vulgata & Eraſmus, ſtudeo, σπουδάζω. Cæterùm in quatuor vetuſtis codicibus adſcribitur diſtinctio poſt ἀσκῶ, & pro ἔχειν, id eſt vt habeam, ſcribitur ἔχων, id eſt habens. 17 Pluribus autem annis interiectis, Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων. Vide Marc. 2.a.1.

18 Quo tempore ἐν οἷς. Vel, inter hæc, vt loqui ſolet Liuius. id eſt, quibus rebus dum eſſem occupatus, vt infrà 26.c.12. Nam etiam in duobus codicibus pro ἐν οἷς legimus ἐν αἷς, ita vt ſubaudias προσφοραῖς. Captus enim fuit Paulus, quum iam eſſet voto ſatiſfacturus in templo. Sed præſtat ſubaudire χρόνοις. Ita enim loqui ſolēt diſertiores etiam Græci, vt Demoſt. ἐν οἷς τὰς γραφὰς ἀπέφυγον, quo tempore iudiciis abſoluebar. Idem, ἐν οἷς τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, quo tempore rationes meas obſignabatis. Idē, ἃ γὰρ εὐθενούντων τῶν πραγμάτων ἠρνεῖσθε διομνύμενοι, ταῦτ' ἐν οἷς ἔπταισεν ἡ πόλις, ὡμολογήσατε, nam quæ proſpero rerū ſtatu eiurabatis, illa quo tempore cladem acceperat reſpublica, confeſſi eſtis. Hunc autem Helleniſmum ſanè videntur neglexiſſe Vetus interpres & Eraſmus, quum ἐν οἷς interpretarentur In quibus. Neque cum tumultu, μήτε μετὰ θορύβου. In nonnullis exemplaribus Vulgatæ editionis ſubiiciuntur iſta quæ in nullis Græcis codicibus inuenimus, Et apprehenderunt me clamantes, ac dicentes, Tolle inimicum noſtrum, καὶ ἐκράτησάν με κράζοντες, καὶ λέγοντες, αἶρε τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν.

19 Quidā ex Aſia Iudæi, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι. In nōnullis codicibus legitur, eodē ſēſu, τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαίων. quidā ex Aſiaticis Iudæis. Sed meo quidem iudicio, magnus in eo error eſt, quòd plerique codices poſt θορύβου adſcripto pūcto, nouam hìc inchoant periodum, & legunt, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι. Ita fit vt in ſuperiore verſiculo deſit rectus qui cum verbo εὗρον conſtruatur, & in iſto prorſus hiet ſententia, de qua explenda multi fruſtra laborarunt. Hanc autem germanam eſſe lectionem, ita vt ſublata coniunctione δὲ, & puncto nullo poſt θορύβου addito, iſta cum verbo εὗρον connectantur: apparet primùm ex ipſa hiſtoria, quæ commemorat ab Aſiaticis deprehenſum fuiſſe Paulum, ac totam ſeditionem excitatam, ſuprà 21.e.27. Deinde ex eo quòd alioquin duriſſimum, ac Lucæ præſertim inuſitatum erit iſtud anantapodoton. Sed hæ tamen rationes non habuiſſent apud me tantum ponderis, vt receptam lectionem mutarem, niſi accederet duorum vetuſtorum codicum authoritas, in quibus ita ſcriptum inuenimus: & Chryſoſtomi quoque teſtimonium, qui non aliter legit.

Oportuit ἔδει. Vel, oportebat. Pleraque tamen exemplaria legunt δεῖ oportet: ſed minus commoda lectione.

20 *Aliud* iniuſtè factum ἀδίκημα. Subauditur ἄλλο. quam eclipſin alibi annotauimus, & Latinorum etiam authoritate cōfirmauimus.

Quum ego ſtarem στάντος μου. Vulgata & Eraſmus, quum ſtem: quaſi ſcilicet loquatur Paulus de præſenti cognitione. Atqui res ipſa clamat, hoc potius accipiendum de ſuperiore iudicio, quum à Tribuno in concilium Seniorum deductus eſt. Perinde enim eſt acſi diceret Paulus, Iam ego cauſam coram ipſis dixi, exponant cui tandem crimini obnoxium eſſe me deprehenderint. certè nihil aliud habent quod proferre poſſint, niſi fortaſſis hoc vnum, quòd clamaui me in iudicium vocari, quòd reſurrectionem mortuorum affirmem. Dicit autem hæc Paulus, non quaſi crimen hoc eſſe fateatur, ſed εἰρωνικῶς. Deinde ſi de Præſidis cognitione hoc eſſet accipiendum, certè non dixiſſet ἐπὶ τοῦ συνεδρίου (id enim de eo demum loco dicitur, in quo plures ſedent iudices) ſed ἐπὶ σοῦ, vt paulo antè hac eadem oratione, & ſuprà 23.g.30: aut ἐπὶ τοῦ βήματος, vt infrà 25.c.10, & ſuprà 18.e.17. 22 Quàm ἤ. Vulgata & Eraſmus, Niſi, εἰ μή. Quod ad vnam hanc vocem *attinet*, περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς. Vulgata & Eraſmus, ad verbum, de vna hac voce. ego periphraſin quæſiui, quòd alioquin non videantur iſta ſatis cohærere cum ſuperioribus. 23 Poſtquam, inquiens, exquiſitius cognouero quæ ad ſectam iſtam pertinent, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών. Vel, quòd penitus noſſet quæ ad viam illam pertinebant. id eſt ad religionem Moſis: ita vt facilè potuerit ex confeſſione Pauli intelligere, nihil eum contra Legem admiſiſſe. Verùm appellatione τῆς ὁδοῦ nuſquam inuenio in Nouo teſtamento Legem ſignificari, niſi quid adiiciatur ex quo id poſſit intelligi: ſed Euangelicam potius doctrinam, vt ſuprà 9.a.2, & 19.b.9 & d.23, item 22.a.4. Deinde vt hoc concedam, vix tamen mihi videtur exactam Legis cognitionem Lucas Felici voluiſſe tribuere. Quidam igitur appellatione Viæ intelligunt ipſos Sacerdotum mores ac ingenia quæ optimè noſſet Felix: vt facilè coniicere potuerit, Paulum ab ipſis per inuidiam ac calumniam accuſari. Ac bellè quidem conuenit hæc ſententia, ſed τὴν ὁδὸν nuſquam inuenio hac ſignificatione vſurpari, quum præſertim non addatur pronomen αὐτῶν eorum: quod tamen videtur omnino fuiſſe adiiciendum, ſi hæc eſſet horum verborum ſententia. Itaque potius exiſtimaui participium εἰπών per traiectionem explicandum eſſe, ita ſcilicet vt hoc totum tribuatur Felicis perſonæ, & ita hic locus explicetur. accuſatus fuerat violatæ religionis Paulus, quaſi nouam quandam ſectam inueheret. Hoc crimen ita ipſe eſt inficiatus, vt doceret ſectam illā quam profitebatur, à vera & Patria religione nihil prorſus diſſentire. Hìc naſcitur quæſtio, ſitne ſecta Nazaræorum (quam Iudæi vocabant) Legi Moſaicæ repugnans, vt ſit Paulus condemnandus impietatis. Erant præterea nonnulla crimina quæ Iudæi obiiciebant, concitatæ nimirum ſeditionis & profanati templi. Hæc Paulus prorſus ac ſimpliciter inficiatur. Hinc naſcitur facti quæſtio. De impietate conſtituere non poterat Felix, niſi melius cognita ratione eius viæ, id eſt ſectæ quam profitebatur Paulus. De reliquis audiendus erat in primis Lyſias, qui omnibus in Ieruſalem geſtis interfuerat. Iure itaque Felix reum ampliat, dum accuratius intelligat quæ ſit ratio ſectæ illius, quam ſibi obiectā Paulus agnoſcebat ſe complecti: itémque dum ex Lyſia de cauſis illius tumultus cognoſcat: vt tum demum reus vel, damnetur, vel abſoluatur. Hæc expoſitio (ni fallor) plana eſt ac ſimpliciſſima. Quod autem ad traiectionem attinet, nō eſt quòd quiſquam detortam ac violentam putet. Neque enim ferè aliter in dialogis vſurpari ſolent iſtæ particulæ ἔφην, ἔφη, ἦν δ' ἐγώ, ἦ δ' ὅς, apud Platonem: & apud Latinos, Inquam & inquit. Quinetiam ſimilis aut durioris etiam in eodem verbo traiectionis exempla inuenies Luc. 5.f.24, & 7.f.42, & infrà, 25.a.5. Fateor tamen plerunque hāc traiectionem in medio aliquo membro inueniri, quū hìc inter duo membra vſurpetur: ſed ſumma illa puritas non debet in his authoribus quæri: & ſententiæ perſpicuitas videtur noſtram interpretationem, etiamſi cæteræ rationes deſint, ſatis confirmare.

vxore ſua, quæ erat Iudæa, accerſiuit Paulum: & audiuit eum de fide quæ eſt in Chriſtum.

26 Diſſerente autem ipſo de iuſtitia, & continentia, & iudicio futuro, expauefactus Felix reſpondit, Nunc quidem abi: cæterũ opportunitatem nactus, accerſam te.

27 Simul & illud ſperãs, fore vt pecunia ſibi daretur à Paulo, vt ſolueret ipſum: quamobrem etiam frequẽtius accerſens eum, colloquebatur cum eo.

Porcius Felici ſuccedit.

28 Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum: ac volens gratiam inire à Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

Cap.XXV.

1 FEſtus ergo ingreſſus prouinciam, triduo pòſt aſcendit Ieroſolymam ab *urbe* Cæſarea.

2 Indicarunt autem ei Pontifex ac primarii ex Iudæis de Paulo: ac precati ſunt eum,

3 Petentes gratiam aduerſus eum, vt accerſeret eum in Ieruſalẽ, factis inſidiis ipſi in via interficiendo.

4 Feſtus autem reſpondit, vt ſeruaretur quidem Paulus Cæſareæ, ſe verò citò *illuc* profecturum.

5 Qui ergo inter vos, inquit, ″poſſunt, vnà deſcendant, & ″ſiqua eſt in hoc viro improbitas, accuſent eum.

Paul⁹ corã Feſto cauſam dicit.

6 Conſumptiſque inter eos diebus ″non pluribus ″quàm decem, quum deſcẽdiſſet Cæſaream: poſtero die ſedit pro tribunali, iuſſitque Paulum adduci.

7 Qui quũ affuiſſet, circunſteterunt *eum* qui ab Hieroſolymis deſcenderant Iudæi, multas & graues accuſationes afferentes aduerſus Paulum, quas non poterant demonſtrare:

8 Quum ipſe reſponderet, *ſe* neque in Legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quicquam peccaſſe.

9 Sed Feſtus volens gratiam inire à Iudæis, reſpondens Paulo, dixit, Vis Ieroſolymam aſcendere, *&* illic de his iudicari apud me?

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari: Iudæis nulla in re iniuriam feci, ſicut & tu ″pulchrè noſti.

11 Nam ſiquam iniuriã ac dignum morte aliquid feci, non recuſo mori: ſi verò nihil eſt *eorum* quorum iſti me accuſant, nemo poteſt me illis gratificari. Cæſarem appello.

Paulus Cæſarem appellat.

12 Tunc Feſtus cum conſilio colloquutus, reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem proficiſcêris.

Feſtus cũ Agrippa & Bernice negotiũ Pauli tractat.

13 Quum verò dies aliquot interceſſiſſent, Agrippa rex & Bernice deuenerunt Cæſaream, ſalutaturi Feſtum.

14 Et quum dies complures illic conſumpſiſſent, Feſtus Regi expoſuit quæ ad Paulum *pertinebant*, dicens, Vir quidam eſt relictus à Felice vinctus,

15 De quo, quum veniſſem Hieroſolymam, indicarũt mihi principes Sacerdotum & Seniores Iudæorũ, petentes ″damnationem

lix cum Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum: & audiuit ab eo fidem quæ eſt in Chriſtum Ieſum.

26 Diſputante autem illo de iuſtitia & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accerſiam te.

27 Simul & ſperans quòd pecunia daretur à Paulo: propter quod & frequẽter accerſiens eum, loquebatur cum eo.

28 Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix, Porcium Feſtum: volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

Cap.XXV.

1 FEſtus ergo quum veniſſet in prouinciam, poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à Cæſarea.

2 Adierũtque eum principes Sacerdotum, & primi Iudæorum aduerſus Paulum: & rogabant eum,

3 Poſtulantes gratiam aduerſus eũ, vt iuberet perduci eum in Ieruſalem, inſidias tendẽtes vt interficerẽt eum in via.

4 Feſtus autem reſpõdit, ſeruari Paulum in Cæſarea: ſe autem maturius profecturum.

5 Qui ergo in vobis, ait, potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſiquod eſt in viro crimen, accuſent eum. B

6 Demoratus autem inter eos, dies non amplius quàm octo aut decem, deſcendit Cæſaream: & altera die ſedit pro tribunali, & iuſſit Paulum adduci.

7 Qui quũ perductus eſſet, circũſteterunt eum qui ab Ieroſolyma deſcenderant Iudæi, multas & graues cauſas obiicientes, quas non poterant probare:

8 Paulo rationem reddente, Quoniã neque in Legem Iudæorũ, neque in tẽplũ, neq; in Cæſarẽ quicquã peccaui.

9 Feſtus autem volens gratiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit, Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? C

10 Dixit autẽ Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari: Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti.

11 Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuſo mori: ſi verò nihil eſt eorum quæ hi accuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello.

12 Tunc Feſtus cum cõſilio loquutus, reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.

13 Et quũ dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderũt Cæſaream ad ſalutandum Feſtum.

14 Et quum dies plures ibi demoraretur, Feſtus Regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus, D

15 De quo, quum eſſem Ieroſolymis, adierunt me principes Sacerdotum & Seniores Iudæorũ, poſtulantes ad-

---

IN CAPVT XXV.

5 Poſſunt, δυνατοί. Sub. εἰσίν. Id eſt, quibus commodum eſt Cæſaream venire, & aduerſus Paulum agere. Vulgata ineptè, Qui in nobis potentes ſunt. Siqua eſt improbitas εἴ τι ἔστιν ἄτοπον. Ita legunt emendatiores codices vetuſti quinque. Ἄτοπον autem vocat hoc loco, non quod ineptè & abſurdè, ſed quod improbè ac malitioſè fit: vnde ἀτόπημα de ſcelere dicitur, & ἄτοπος pro improbo ac ſcelerato accipitur, 2. Theſſ. 3. a. 2. Sic idem hoc vocabulum vſurpauit Lucas noſter cap. 23. f. 41, alterius libri.

6 Non pluribus οὐ πλείους. Omnino videtur poſcere ſententia vt negans particula in plerîſque exemplaribus omiſſa, reſtituatur. Dixerat enim Feſtus ſe breui profecturum. Ita etiam legit Vetus interpres, & in tribus exemplaribus ita diſertè ſcriptum inuenimus. Quàm decem, ἢ δέκα. Vulgata, quàm octo aut decem ὀκτὼ ἢ δέκα: quam lectionem comperimus in codicibus tribus.

10 Pulchrè κάλλιον. Id eſt optimè. Nam fortaſſis in hoc dicendi genere commodius poteſt comparandi gradus accipi pro ſuperlatiuo (quem vocant) quàm pro abſoluto. Hom. Iliad. δ'- σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι, id eſt ὡς τάχιστα. Sequitur enim, αἶψα μάλ᾽ ἐς στρατὸν ἐλθὲ, &c.

15 Damnationem δίκην. Tria minimùm ſignificat δίκη, nimirum & actionem ipſam coram iudice, & iudicis cognitionẽ, & ipſius deni-

que cognitionis exequutionẽ. Ex his autem ſignificationibus quænã maximè cõueniat, res ipſa oſtẽdit: neque dubito quin ſicut plurimis locis κρίνω accipitur pro κατακρίνω, & κρίσις pro κατάκρισις: ſic etiam δίκην ponatur hoc loco pro καταδίκην: quomodo etiam diſertè ſcriptũ inuenimus in duobus codicibus. At enim (inquit Eraſmus) quis poſtulat damnationẽ à iudice indicta cauſa? Iudæi certè hoc olim aduerſus Chriſtũ petierant ac impetrarant: & nũc quoque flagitant in Paulum, vt apparet ex iis quæ ſcripta ſunt ſuprà cap. 3, atque etiã ex ipſo Feſti reſponſo: quod planè ineptum erit ſi δίκην interpreteris Cognitionem. Cur enim hanc illis recuſaret, quod Romanos diceret facere conſueuiſſe?

uerſus illum damnationem.

16 Ad quos reſpondi, Quia non eſt Romanis conſuetudo donare aliquẽ hominem, priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

E 17 Quum ergo huc conueniſſent, ſine vlla dilatione ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi adduci virum.

18 De quo quũ ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant de quibus ego ſuſpicabar malum:

19 Quæſtiones verò quaſdam de ſua ſuperſtitione habebãt aduerſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

20 Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam ſi vellet ire Ieroſolymam, & ibi iudicari de iſtis.

F 21 Paulo autem appellante vt ſeruaretur ad Auguſti cognitionem, iuſſi ſeruari eum, donec mittam eum ad Cæſarem.

22 Agrippa autem dixit ad Feſtum, Volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

23 Altera autem die quum veniſſet Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introiſſent in auditorium cum Tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus.

G 24 Et dicit Feſtus, Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcũ viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ieroſolymis & hic, petentes & acclamantes nõ oportere eum viuere amplius.

25 Ego verò cõperi, nihil dignũ morte eum admiſiſſe: ipſo autem hoc appellante ad Auguſtum, iudicaui mittere:

26 De quo quid certũ ſcribã domino, non habeo. propter quod produxi eũ ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid ſcribam.

27 Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & cauſas eius non ſignificare.

Cap. XXVI.

1 AGrippa verò ad Paulũ ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere,

2 De omnibus quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo me beatũ, apud te quũ ſim defẽſurus me hodie:

3 Maximè te ſciẽte omnes quæ apud Iudæos ſunt, cõſuetudines & quæſtiones. propter quod obſecro patienter me audias.

4 Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in

aduerſus illum.

16 Quibus reſpondi, non eſſe Romanis morem ″vt quempiam dedant ad pœnam, priuſquam is qui accuſatur, in conſpectu habeat accuſatores, & locũ defenſionis accipiat ″ſuper criminatione.

17 Quũ ergo huc conueniſſent, abſque vlla dilatione cõſequenti die quum ſediſſem pro tribunali, iuſſi adduci hominem.

18 Cuius accuſatores quum adſtarent, nullum crimen obiiciebant eorum quæ ego ſuſpicatus eram:

19 Sed quæſtiones quaſdam de ſua ″religione habebãt aduerſus eũ, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

20 Hæſitans autẽ ego in eiuſmodi quæſtione, dixi num vellet proficiſci in Ieruſalem, & illic iudicari ſuper iſtis.

21 Hic verò quum ipſe prouocaſſet vt ſeruaretur Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum, vſquequo mitterem eum ad Cæſarem.

22 Agrippa verò dixit ad Feſtum, Volebam & ipſe hominem audire. At ille, Cras, inquit, audies eum.

23 Poſtero igitur die quum veniſſet Agrippa & Bernice cum multa ″oſtentatione, & introiſſet in auditorium cum Tribunis & eminentiſſimis eius vrbis ciuibus, iubente Feſto adductus eſt Paulus.

24 Tum Feſtus, Agrippa rex, inquit, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum, videtis iſtum de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me & Hieroſolymis & hîc, acclamãtes non oportere eum viuere amplius.

25 Ego verò quum cõpererim, nihil dignum morte eũ feciſſe: tamen quum is ipſe appellarit Auguſtum, ſtatui mittere eum:

26 De quo quid certi ſcribam ″domino, non habeo. quapropter produxi eum ad vos, & maximè ad te rex Agrippa, vt inquiſitione habita, habeam quod ſcribam.

27 Nam ″præter rationem mihi videtur, mittere vinctum, & crimina in eum *collata* non ſignificare.

Cap. XXVI.

1 AGrippa verò ad Paulum ait, Permittitur tibi pro teipſo dicere. Tunc Paulus extenta manu reſpondit,

2 Super omnibus de quibus poſtulor à Iudæis, rex Agrippa, beatum me duco, quòd reſponſurus ſim apud te hodie:

3 ″Maximè quòd te gnarum eſſe ſciam omniũ quæ apud Iudæos ſunt, & conſuetudinum & quæſtionum. ideo rogo te vt patienter me audias.

4 Itaque vitam quidem meam actã à iuuẽtute, quæq; à principio

16 Vt quempiam dedant ad pœnam, χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. Vetus interpres interpretatur χαρίζεσθαι donare, & omittit εἰς ἀπώλειαν. Eraſmus, ob gratiam donare: pro quo malim vno verbo dicere, Gratificari. Sed propter illa quæ ſubiiciuntur, non videtur ſeruari poſſe propria ſignificatio verbi χαρίζεσθαι, alioquin ſupplenda eſſent multa, & totus hic locus ita explicandus, non eſſe Romanis hunc morẽ vt quempiam gratificentur ad pœnam, neque damnare quenquã conſueuiſſe, priuſquam is qui accuſatur, &c. Super criminatione. περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Vulgata, ad abluenda crimina. Eraſmus, de crimine. Atqui ἔγκλημα non ſignificat crimen, ſed criminationem.

19 Religione δεισιδαιμονίας. Impropriè quidem profanus homo de veri Dei cultu loquitur: ſed tamen ne hîc quidem δεισιδαιμονίαν acceperim in vitio, quum non ſit probabile, Feſtum voluiſſe Agrippam offendere, quem ſciebat Iudaicam religionem profiteri. Vulgata & Eraſmus ſuperſtitionem: quomodo etiam δεισιδαιμονία explicatur à Plutarcho, nempe pro nimio & importuno deorum metu, vnde exortæ ſunt ſuperſtitioſæ cæremoniæ. Huic autem opponit ἀθεότητα, ita vt in medio tanquam μεσότης conſtituatur εὐσέβεια.

23 Oſtentatione, φαντασίας. Quid propriè ſit φαντασία, non eſt quòd pluribus diſſeramus. Hîc quidem certum eſt, hoc nomine declarari quod vulgo apparentiam vocamus, magnum ſcilicet pompæ ac regiæ magnificentiæ ſplendorem in ſpectantium oculos incurrentem. Eraſ. apparatu, παρασκευῇ. Vulg. ambitione, φιλοτιμίᾳ. 26 Domino, τῷ κυρίῳ. Id eſt Cæſari. quã appellationem ab adulatoribus ortam Tyranni primùm affectarunt: deinde etiã boni principes nõ recuſarunt, vt ex Plinii ad Traianum epiſtolis apparet. Additur autem in tribus exemplaribus pronomen μου, meo. 27 Præter rationem ἄλογον. Vulgata, ſine ratione. Eraſmus, iniquum ἄδικον.

IN CAPVT XXVI.

3 Maximè quòd te gnarum eſſe ſciam μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδώς. Vulg. maximè te ſciẽte. Eraſ. quũ tu maximè ſis gnarus. Poteſt enim hoc vt abſolutè poſitũ exponi non ineleganter. quia tamen in vno codice peruetuſto adſcriptum erat participiũ εἰδώς, quod etiam annotauit Eraſmus poſſe ſubaudiri, in altero verò ἐπιστάμενος, & ſi ita legas, multo planior eſt conſtructio: mihi non fuit religio ita interpretari.

fuit in gente mea Hieroſolymis,ſciunt omnes Iudæi,

5 ″Vt qui antea nouerint,me″iam inde à maioribus(ſi velint teſtari)″ſecundum exquiſitiſſimam illam ſectam noſtræ religionis vixiſſe Pharisæum.

Pharisæus Paulus.

6 Nūc verò ob ſpem promiſſionis quæ Patribus noſtris facta eſt à Deo,ſto in iudicium vocatus:

7 Ad quā duodecim tribus noſtræ *Deū* nocte & die″perpetuò colētes,ſperāt ſe peruēcturas.de qua ſpe poſtulor,rex Agrippa,à Iudæis

8 ″Quid?īcredibile iudicatur apud vos″quòd Deꝰ mortuos excitet?

Reſurrectio.

9 Equidem mihi viſum fuit aduerſus nomen Ieſu Nazareni multa contraria facienda:

Paulus perſequitur ante conuerſionem.

10 Quod feci Hieroſolymis: nam multos ſanctorum ego carceribus incluſi,à principibus Sacerdotum authoritate accepta:& quū occiderentur,″tuli ſuffragium.

11 Ac per omnes ſynagogas ſæpe ipſos puniens,coegi ad blaſphemandum: & ſupramodum furens aduerſus eos,perſequutus ſum in exteras vſque ciuitates.

12 ″Quo tempore etiam proficiſcens Damaſcum cum authoritate″& procuratione principum Sacerdotum,

13 Die medio,Rex,in via vidi cælitus lucē, quæ ſplendorem ſolis ſuperabat, circunfulſiſſe me & eos qui mecum faciebant iter.

14 Quum autem omnes nos decidiſſemus in terrā, audiui vocem alloquentem me,ac dicentē Hebraica lingua,Saul,Saul, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare.

15 Ego autem dixi,Quis es Domine? At ille dixit, Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris.

16 Sed exurge,& ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi,vt deſignarem te miniſtrum ac teſtem tum eorum quæ vidiſti,tum eorum *in* quibus apparebo tibi,

17 Eximens te″ex hoc populo,& gentibus″ad quos nunc te mitto,

Ieroſolymis,nouerunt omnes Iudæi, B

5 Præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniā ſecūdum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.

6 Et nūc in ſpe quæ ad Patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo,ſto iudicio ſubiectus:

7 In quā duodecim tribus noſtræ nocte & die deſeruientes,ſperant deuenire.de qua ſpe accuſor à Iudęis,Rex.

8 Quid incredibile iudicatur apud vos,ſi Deus mortuos ſuſcitat?

9 Et ego quidem exiſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere:

10 Quod & feci Ieroſolymis,& multos ſanctorum ego in carceribus incluſi,à principibus Sacerdotum poteſtate accepta:& quum occiderentur, detuli ſententiam. Suprà 8.a.3 C

11 Et per omnes ſynagogas frequenter puniens,eos compellebam blaſphemare:& amplius inſaniēs in eos, perſequebar vſque in exteras ciuitates.

12 In quibus dum irem Damaſcum cū poteſtate & permiſſu principum Sacerdotum, Suprà 9.a.2

13 Die media,in via vidi,Rex de cælo ſupra ſplendorem ſolis circunfulſiſſe me lumē,& eos qui mecū ſimul erāt.

14 Omnéſque nos quū decidiſſemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua, Saule, Saule quid me perſequeris? durū eſt tibi cōtra ſtimulum calcitrare.

15 Ego autem dixi,Quis es Domine? Dominus autem dixit,Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. D

16 Sed exurge,& ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, vt cōſtituā te miniſtrum & teſtem eorum quæ vidiſti,& eorū quibus apparebo tibi,

17 Eripiens te de populo & gentibus in quas nunc ego mitto te,

5 Vt qui antea nouerint προγινώσκοντες. Vulg. Præſcientes.Eraſmus, Qui prius nouerant. Neuter videtur ſenſum aſſequutus. Nam particula πρὸ ad id tempus refertur quo Paulus in Iudæorum conſpectu vixerat Hieroſolymis:neque ſimpliciter ſe dicit olim fuiſſe ab iis cognitum,ſed quis antea fuerit,vbi & quomodo vixerit,id ipſos probè noſſe dicit. Iam inde à maioribus ἄνωθεν. Vulgata & Eraſmus, ab initio,quaſi hæc pertineant ad participium προγινώσκοντες,quum potius cohæreant cum verbo ἔζησα. Nam illud,Nouerūt me quòd vixerim, Græcorum more dictū eſt,pro,nouerunt me vixiſſe,aut nouerunt quòd ego vixerim,vt in illo Ariſtoph. ἄγε δὴ σὺ πρότερον σαυτὸν ὅστις εἶ φράσον. Et in illo Terentii, Quum meipſum noris quàm elegans formarū ſpectator ſiem. Significat ergo Paulus non ſe modò Phariſæum fuiſſe, ſed etiā quòd in medio Iudæorū cœtu vociferatus fuerat,ſuprà 23.b.6,ex Phariſæis eſſe oriūdum. Secundū exquiſitiſſimā illam ſectā κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν. Nō eſt(opinor)quòd ex hoc loco colligamus,Phariſaiſmū à Paulo fuiſſe tantopere laudatum,vt vitæ genus exquiſitiſſimum vocarit. Loquitur enim Paulus ex aduerſariorum hypotheſi,quaſi diceret,Iudæi Phariſaicā ſectam habēt pro ſanctiſſima ac religioſiſſima,eam ipſi norunt me iam inde à meis maioribus fuiſſe profeſſum. non eſt ergo cur anteactam vitam reprehendant. Deinde verò ad id vitæ genus progreditur quod hoc ipſo tempore amplectebatur,id eſt ad Chriſtianam religionem,cuius præcipuum caput, id eſt reſurrectionem ex mortuis,explicat. 7 Perpetuò ἐν ἐκτενείᾳ. Vel,cum aſſiduitate.quanquam illud magis proprium eſt. nam ἐκτενὴς dicitur quod in longum protenditur. Hoc autem omiſit Vetus interpres. 8 Quid? τί; Ita diſtinguunt Græca ſcholia:neque dubito quin germana ſit hæc lectio. Nam præterquam quòd alioquin hiabit ſentētia,plena etiam eſt hæc oratio ſummæ grauitatis. Poſtquam enim Paulus non aliò quàm ad ſpem immortalitatis ferri oſtendit totā Diuini cultus inter Iudæos rationē,antequam aliud argumentū longè validiſſimum adiungat,ſumptū ſcilicet à Chriſti reſurrectione,quem ipſe loquentē è cælo audierat:concluſionē inter iſta argumenta,ſuo more, quaſi mediam interponit:& ita quidem vt auditores ſuos excitans,aſſentiri cogat. Quid?inquit,an vobis incredibile videtur quòd Chriſtus mortuos excitet?quod vernaculo ſermone ita optimè expreſſeris. *Quoy? eſtimez-vous une choſe nō croyable que Dieu reſuſcite les mors?* Deinde paulatim ad Chriſti reſurrectionē accedit,ea ſcilicet proponens quæ partim ad hiſtoriam pertinent, partim etiā huc ſpectant ne fides ipſius eleuetur. Quòd εἰ. Vulg.& Eraſ.ſi.Sed res ipſa oſtendit εἰ pro ὅτι poſitum eſſe, vt diximus alibi.Sic AEſch. ἐπιτιμᾷς δέ μοι εἰ μὴ συνεχῶς, ἀλλὰ διαλείπων πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι. 10 Tuli ſuffragiū. κατήνεγκα ψῆφον. Id eſt συνευδόκησα,vt ipſe interpretatur ſuprà 22.e.20. Vulg.& Eraſ.detuli ſententiā,quaſi nō tulerit ſuffragiū ipſe Paulus,vt qui nō videatur fuiſſe ex iudicū numero,ſed iudicū decretū, vt miniſter & exequutor,detulerit. Atqui nihil prohibet quominus ipſum quoque Paulū putemus inter iudices ſediſſe : quod oſtendit tanta hæc authoritas ex cōcilii cōſenſu illi cōceſſa. Deinde qui ſententiam ab aliis latam approbat,& modis omnibus adiuuat,is quoque videtur quodammodo calculū ſuum adiicere. Denique ψῆφον ſingulari numero nuſquam legi pro iudicum decreto,quod ψήφισμα vocāt: neque temere mihi perſuaſerim poſſe vſquam inueniri. Itaque puto καταφέρειν pro ſimplici φέρειν eſſe vſurpatū. Notū autē eſt omnibus quid ſit ψῆφον φέρειν & ψηφοφορία. 12 Quo tēpore ἐν οἷς. Vulg. In quibus.Eraſ.Quarū rerum ſtudio.id eſt,ἐφ᾽ οἷς,vel ὧν χάριν. Vide ſuprà 24.e.18. Et procuratione καὶ ἐπιτροπῆς. Id eſt,vt vernaculo ſermone loquimur,*charge & commiſſion*. Vulgata & Eraſmus,permiſit:qua ſignificatione nō putarim hoc vocabulū apud Græcos inueniri. Fefellit autē eos,quòd ἐπιτρέπειν & ἐπιτρέπεσθαι interdū etiā συγχωρεῖν declarat.id eſt cōcedere, ac gratiā facere,vt ſuprà hoc eodē capite,verſiculo primo. 17 Ex hoc populo ἐκ τοῦ λαοῦ. Sic putaui exprimendū articulū. Sed & in duobus exemplaribus additur τῶν Ἰουδαίων Iudæorū,quod noſtrā interpretationē confirmat. Ad quos εἰς οὕς. Sic cōſtanter legimus in omnibus codicibus,quū dicendū fuiſſe videatur εἰς ἅ,ad quas. Sed duplici ratione poteſt hoc excuſari. Nam vel eſt ſyllepſis per genera,ita ſcilicet vt relatiuū quū ad vtrunque ſuperius referatur,cū digniore coniungatur:vel habita eſt potius ratio ſignificationis quàm vocis,vt in illo Quintiliani, Illud ingeniorum præcox genus non temere vnquā venit ad frugem,hi ſunt qui parua faciūt. Et in illo Euripidis quod alibi etiam citauimus, κατέσχ᾽ Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ᾽ Ἑλληνικὸν, πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην.

E 18 Aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate Satanæ ad Deum, vt accipiãt remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſãctos per fidem quæ eſt in me.

19 Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni:

Sup. à 13. & 14

20 Sed iis qui ſunt Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in omnem regionẽ Iudææ, & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterẽtur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

Su, ra 20.f.10

21 Hac ex cauſa me Iudæi, quum eſſẽ in templo, comprehenſum tentabãt interficere.

F 22 Auxilio autem adiutus Dei, vſque in hodiernum diem ſto, teſtificãs minori atque maiori, nihil extrà dicens quàm ea quæ Prophetæ loquuti ſunt futura eſſe, & Moyſes,

23 Si paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus eſt populo & Gentibus.

24 Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniã conuertunt.

25 Et Paulus, Non inſanio, inquit, optime Feſte, ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor

G 26 Scit enim de his Rex, ad quem & cõſtanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: neque enim in angulo quicquam horum geſtum eſt.

27 Credis rex Agrippa Prophetis? ſcio quia credis.

28 Agrippa autem ad Paulum, In modico ſuades me Chriſtianum fieri.

29 Et Paulus, Opto apud Deum, & in modico & in magno non tantùm te, ſed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.

30 Et exurrexit Rex, & Præſes & Bernice, & qui aſſidebant eis.

18 Vt aperias oculos eorum, vt ſe conuertant à tenebris ad lucem, & à poteſtate Satanæ ad Deum, vt remiſſionem peccatorũ & ſortem inter ſanctificatos accipiant″per fidem quæ eſt erga me.

19 Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens cæleſti viſioni:

20 Sed iis qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis, & per omnem regionem Iudææ, *deinde* & Gentibus″annuntiaui vt reſipiſcerent, & conuerterent ſe ad Deum, opera facientes digna iis qui reſipuiſſent.

21 Horum cauſa Iudæi me in templo comprehenſum tentauerũt interficere.

22 Sed adiumentum à Deo nactus, perſtiti in hunc vſque diem, teſtificans″tum paruis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moſes prædixerunt futura eſſe,

23 ″*Nempe* quòd Chriſtus eſſet paſſurus, ac primus″ex reſurrectione mortuorum,″lucem″annuntiaturus huic populo & Gentibus.

24 Hæc autem ipſo reſpondente, Feſtus magna voce ait, Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt.

25 Tum ille, Non inſanio, inquit, præſtantiſſime Feſte, ſed″vera ac ſobria verba″eloquor.

26 Scit enim iſta Rex, apud quem etiam liberè loquor: nam latere eum quicquã horũ nõ arbitror: neque enim id in ãgulo geſtũ eſt.

27 Credis rex Agripa Prophetis? ſcio quòd credis.

28 Agrippa autem ad Paulum ait, ″Propemodum perſuades mihi vt fiam Chriſtianus.

29 Tum Paulus dixit, Optarim à Deo, vt″& propemodum & admodum nõ tu modò, ſed omnes etiam qui me audiunt hodie, fieretis tales qualis ego ſum, exceptis vinculis his.

30 Quum autem hæc dixiſſet, ſurrexit Rex, ac Præſes & Bernice, & qui conſederant cum eis.

Aperire oculos
Conuerſio.
Tenebræ.
Lux.
Remiſſio peccatorum.
Pœnitentia.
Opera.
Scripturas impletas prædicat Paulus.
Lumen.
Inſanus iudicatur Paulus.

18 Per fidem τῇ πίστει. Poteſt quidem hoc referri ad participiũ ἡγιασμένοις, quemadmodũ retulit Eraſmus: ſed multo vberior erit ſentẽ-
tia, ſi cũ verbo λαβεῖν cõiungas, ſicut nos fecimus. Nã etiã in vetuſtis codicibus idcirco adhibetur diſtinctio poſt ἡγιασμένοις, quæ prætermiſ-
ſa, videtur Eraſmum fefelliſſe. 20 Annuntiaui ἀπαγγέλλων. Id eſt ἀπήγγελλον, vel κατήγγελλον, vt in nonnullis codicibus ſcriptum in-
uenimus. Sed puto hanc germanam eſſe lectionem: ac iterum participium pro verbo poſitũ eſſe Hebræorum more, vt diximus ſuprà 24.b.6.
22 Tum paruis tum magnis, μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ. Id eſt quibuſuis, & nullo quoad eius fieri potuit, prætermiſſo: pro quo dicunt Hebræi
prouerbiali quadã figura מן הקטון ועד הגדול, vt 1. Samu. 30. e. 19. 23 *Nempe* quòd Chriſtus eſſet paſſurus, εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. Vulg. Si
paſſibilis Chriſtus. Eraſmus, An paſſurus fuerit Chriſtus. Sic enim, inquit, diſputabat ex Prophetis, vt oſtenderet illorũ vaticinia in Chriſtũ
cõpetere. At ego malo hæc ita accipere vt contineant explicationẽ eorũ quæ dixit, Prophetas futura prædixiſſe: id eſt ita vt εἰ nõ pro An, ſed
pro ὅτι, & quidem εἰδικῶς ponatur, nimirũ ad explicandum per ſpecies quod in genere tantùm propoſuerat. Ideo addidi particulã NEMPE.
Coniunctionem autem εἰ pro ὅτι vſurpari apud idoneos etiam ſcriptores, doctiſſimus Budæus in Cõmentariis obſeruauit: & particulam כי
etiam εἰδικῶς vſurpatam, comperio à Græcis interpretibus interdum per ἐάν conuerti, vt Iob 22. a. 3. Poſtremò quòd Vetus interpres παθητὸν cõ
uertit Paſſibilem, nõ videtur cõuenire. Quanuis enim παθητὸς propriè declaret eum qui patibili ſit natura: tamen ſententia ipſa poſtulat vt
accipiatur pro eo qui non modò pati potuerit, ſed etiã paſſurus fuerit, atque adeò pœnis ac ſuppliciis perferendis deſtinatus: id eſt, vt non ſit
δυνάμεως duntaxat, ſed etiam ἐνεργείας σημαντικόν. Neque enim ambigebant Iudæi quin Meſſias eſſet verus homo futurus: adeò quidem vt
pauci ſibi perſuaderent Deum fore, quod etiamnum hodie illis videtur incredibile: ſed Meſſiam animo conceperant qualem hodie quoque
imaginantur, id eſt cuius regnũ eſſet ex hoc mundo. Dicit cõtrà Paulus, prædictum eſſe à Prophetis Meſſiam fore παθητόν, id eſt ferendis no
ſtris calamitatibus ac peccatorũ noſtrorum pœnis deſtinatũ: qui tamen in æternam gloriam primus eſſet reſurrecturus, quam poſtea cũ ſuis
cõmunicaret. Ex reſurrectione mortuorũ, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Id eſt ex iis qui à mortis ſomno ſunt excitati, μετωνυμικῶς, vt quum cir-
cunciſionis appellatione circuncisi Iudæi intelliguntur. Lucem φῶς. Id eſt vitam, & eam quidem cum perenni fœlicitate coniunctam.
Opponitur enim tenebris, quæ partim mortem, partim etiam calamitatem tranſlatitiè ſignificant nõ modò apud Hebræos, ſed etiam apud
Græcos & Latinos. vnde illud Catulli, non minus impiè tamen quàm eleganter dictum, Nobis quum ſemel occidit breuis lux, Nox eſt
perpetua vna dormienda. 25 Vera ac ſobria ἀληθείας καὶ σωφροσύνης. Vulgata & Eraſmus ad verbum, veritatis ac ſobrietatis. Σω-
φροσύνη autem hoc loco, mentis (vt ita dicam) ſanitatem declarat, & τῇ μανίᾳ, id eſt furori ac inſaniæ opponitur: ſicut apud Xenophontem, τί δί-
καιον, τί ἄδικον· τί σωφροσύνη, τί μανία. ſic etiam ὁ σωφρονῶν opponitur τῷ δαιμονιζομένῳ, Marc. 5 b. 15, & Luc. 8. e. 35. Eloquor. ἀποφθέγγομαι. Vul
gata, loquor. Vide ſuprà 2. a. 4. 28 Propemodum Ἐν ὀλίγῳ. Hebraicè במעט, pro quo diſertiores Græci dicunt παρ' ὀλίγον, id eſt, (vt ad
verbum exprimimus in vernaculo ſermone) *a peu pres*, vel, *peu s'en faut*. Non deſunt tamen qui accipiant pro δι' ὀλίγου, & ſubaudiãt vel χρόνου,
vt ſignificet Breui temporis ſpatio: vel λόγου, id eſt breui ſermone, ſiue paucis verbis. Eraſmus verò ſubaudire videtur μέρους, quũ interpreta-
tur, modica ex parte. Mihi videtur ſimpliciſſima interpretatio quam ſum amplexus. 29 Et propemodum & admodum καὶ ἐν ὀλίγῳ
καὶ ἐν πολλῷ. Hebraicè במעט ובמאוד, quod etiã interpretari poſſumus, & aliquantulũ & valde, id eſt καὶ κατ' ὀλίγον καὶ κατὰ πολύ, ſiue καὶ παρ' ὀλίγον καὶ
παρὰ πολύ. Neque verò Propemodũ & Admodum ſunt repugnantia, ſed diuerſa duntaxat. Nam perinde hoc eſt ac ſi diceret Paulus, Prope-
modum (vt inquis) tibi perſuadeo vt fias Chriſtianus: vtinam verò & ita ſit vt dicis, id eſt proximè abſis à Chriſtianiſmo: atque adeò aliquid
amplius, nempe vt prorſus id ſis quod ego ſum: neque verò tibi duntaxat, ſed etiam vobis omnibus exopto, qui me hîc loquentem auditis.
Alii aliter interpretantur. Vulgata perobſcurè, & in modico & in magno. Eraſmus, non ſolũ modica ex parte, verũ etiam ex magna: quæ in-
terpretatio à Græcis recedit. Græca ſcholia καὶ δι' ὀλίγων λόγων, καὶ διὰ πολλῶν, & paucis verbis, & multis: quaſi ſe paratum diceret Paulus ad illos
copioſius docendos, vt ſui ſimiles fiãt. Ego nullius opinionem prorſus reiicio: ſed eam tamen interpretationem non potui non amplecti, quã
non video quid planius aut ſimplicius in hunc locum dici poſſit.

31 Et quum ſeceſſiſſent,loquebantur alii ad alios,dicentes, Nihil morte aut vinculis dignum facit homo iſte.

32 Agrippa autem Feſto dixit,Dimitti poterat homo hic,niſi appellaſſet Cæſarem.

Cap. XXVII.

Paulus Romam proficiſcitur.

1 VT autem decretum eſt vt nos nauigaremus in Italiam,tradiderunt tum Paulum tum quoſdam alios vinctos Cēturioni nomine Iulio,cohortis Auguſtæ.

Ariſtarchus.

2 Conſcenſo igitur nauigio″Adramytteno, nauigaturi″ſecūdum Aſiæ regiones,prouecti ſumus,quum nobiſcum eſſet Ariſtarchus Macedo Theſſalonicenſis.

3 Altera autē die deuecti ſumus Sidonē. & Iulius humaniter tractato Paulo, permiſit vt ad amicos profectus,ab illis curaretur.

4 Illinc verò prouecti,″ſublegimus Cyprum,propterea quòd eſſēt venti contrarii.

5 Et pelagus″quod eſt ſecundum Ciliciam & Pamphyliam emenſi,deuenimus″Myra *urbem* Lyciæ.

6 Et illic nactus Centurio nauigium Alexandrinum nauigās in Italiam,impoſuit nos in eam.

7 Et quū multis diebus tardè nauigaremus,víxque deueniſſemus ſecundum Gnidum,non permittente nobis vento *appellere*, ſublegimus Cretam″ſecundum Salmonem:

8 Et vix præterlegentes illam, peruenimus in locum quendam quem vocant″Pulchros portus,cui propinqua erat ciuitas Laſæa.

Perículoſam nauigationē præmonenti Paulo non creditur.

9 Multo autē tēpore peracto, & quum iam eſſet periculoſa nauigatio,quòd iam etiā″ieiunium præteriſſet:admonebat *eos* Paulus,

10 Dicens eis, Viri,video quòd cum iniuria multóque damno nō ſolùm oneris & nauis, ſed etiam″capitum noſtrorum, futura ſit nauigatio.

31 Et quum ſeceſſiſſent,loquebātur ad inuicem,dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid facit homo iſte.

32 Agrippa autem Feſto dixit,Dimitti poterat homo hic,ſi non appellaſſet Cæſarem.

Cap. XXVII.

1 VT autem iudicatum eſt nauigare eum in Italiam,& tradi Paulum cum reliquis cuſtodiis Centurioni nomine Iulio,cohortis Auguſtæ:

2 ‖Aſcendentes nauem Adrumetinā, incipiētes circa Aſiæ loca,ſuſtulimus, perſeuerante nobiſcū Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi.

2.Cor.11.f.25

3 Sequenti autem die deuenimus Sidonem. humanè autem tractans Iulius Paulum,permiſit ad amicos ire, & curam ſui agere.

4 Et inde quum ſuſtuliſſemus,ſubnauigauimus Cyprum,propterea quòd eſſent venti contrarii.

5 Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ nauigantes, venimus Lyſtram, quæ eſt Lyciæ:

B

6 Et ibi inueniens Centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiā, tranſpoſuit nos in eam.

7 Et quum multis diebus tardè nauigaremus,& vix deueniſſemus contra Gnidum,prohibente nos vento,adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem:

8 Et vix iuxtà nauigantes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni port⁹,cui iuxta erat ciuitas Thalaſſa.

9 Multo autem tempore peracto, & quum iam non eſſet tuta nauigatio, eo quòd & ieiunium iam præteriſſet, conſolabatur Paulus,

10 Dicens eis, Viri,video quoniam cū iniuria & multo damno nō ſolùm oneris & nauis,ſed etiam animarū noſtrarum,incipit eſſe nauigatio.

IN CAPVT XXVII.

2 Adramytteno, Ἀδραμυττηνῷ. Quia non vno modo ſcribitur huius ciuitatis nomen,variant etiam codices in hoc epitheto ſcribendo. Nam(vt diſertè annotat Stephanus)tot modis ſcribi poteſt, Ἀδραμύττειον, Ἀδραμύττιον, Ἀτραμύττειον, Ἀτραμύττιον, Eſt autem hæc ciuitas Myſiæ, penè eregione Mitylenes. Nō deſunt etiam qui ab Adrumeto Africæ oppido deriuent, quod Stephanus Ἀδρύμητα vocat: vnde factum vt in Vetere verſione Adrumetinā nauem legamus, contra omnium Græcorū codicum fidem. Sed perlepidus eſt hoc loco Carrenſis, qui Adrumetinam dici putat,quaſi quæ ad Romam eat. Secundum Aſiæ regiones, τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους. Vulg.& Eraſ. iuxta Aſiæ loca. Illud(ni fallor)magis propriè dicitur. Aſiam autem intelligit propriè ſic dictam ipſi Myſiæ con finem vbi ſitum eſt Adramyttium.

4 Sublegimus Cyprum, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον. Vetus interpres, ſubnauigaui mus Cyprum. Eraſmus,ſubnauigauimus iuxta Cyprū. Neuter certè videtur ſententiam expreſſiſſe:quæ vt à nobis explicetur,ſciendum eſt, qui Sidone Aſiam verſus pergunt,curſum in Occidentem dirigere,ita tamen vt Septentrionem verſus contendant: qui verò Sidone in Ciliciam, rectà in Septentrionem curſum dirigere: qui ex Cilicia in Lyciam ac Cariam,rectà ab Oriente in Occidentem ferri. Eſt autem inter has regiones quaſi intercepta Cyprus, quam qui Sidone in Aſiam atque adeò in Lyciam nauigant,à dextra Orientem verſus: qui in Ciliciam, à ſiniſtra contra Occidentem:qui à Cilicia in Lyciam & Aſiam,à ſiniſtra Meridiem verſus relinquunt,vt ex hoc diagrammate apparet.



Sit igitur A Sidon,inde proficiſcens nauis ad B, quæ eſt Lyciæ vrbs Myra, quia ventum habet aduerſum, ſublegit C inſulam Cyprum,vt obliquo curſu & obiectu inſulæ tuta, in D Ciliciam perueniat:quod Lucas ſignificauit verbo ὑποπλεῦσαι. Inde litora Ciliciæ & Pamphyliæ legens, à D in B tandem peruenit. Ita fit vt pro vno trianguli latere aduerſo, altera duo tranſuerſa emetiatur,vt ventus non proram,ſed latus nauis duntaxat feriat:ita tamen vt hoc etiam modo non poſſit non eſſe tarda nauigatio, quod poſtea ſignificat Lucas. Nam qui ex Lycia in Cariā & inde in Cretam nauigat,aduerſo vento(partim ſcilicet ex Septentrione,partim ex Occidente)dextrum nauis latus feriente,neceſſe eſt vt vehementer luctetur,aut Meridiem & Orientem verſus reiiciatur:quod etiā accidiſſet proculdubio Paulo, niſi coortus Euroaquilo Meridiem quidem verſus illum reieciſſet,ſed ita vt in Occidentem deflecteret.

5 Quod eſt ſecundum Ciliciam τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν. Id eſt, quod Ciliciam alluit. Eraſmus, quod eſt contra Ciliciam. Myra εἰς Μύρα. Myra numerat Strabo inter præcipuas Lyciæ vrbes. Qui Smyrnam legunt,planè ſunt iſtarum rerum imperiti. Eſt enim Smyrna longè diuerſo tractu, nempe in Ionia ſupra Epheſum in AEgæum pelagus obuerſa: Paulus verò nondum erat Gnidum præteruectus,vt apparet ex iis quæ ſubiiciuntur. Sed longè omnium ineptiſſimi ſunt qui Lyſtram legunt Lycaoniæ vrbem tam procul mari in continente ſitam.

7 Secundum Salmonem. κατὰ Σαλμώνην. Ptolemæus & Strabo in codicibus emendatis Salmonium vocant, Cretæ ſcilicet promontoriū Occidentale,Gnido & Rhodo obuerſum. Itaque coacti ſunt ad ſiniſtrā deflectere,vt Occidētali fronte Cretæ ad Auſtralē oram deflecterent.

8 Pulchros portus, καλοὺς λιμένας. Stephanus καλὴν ἀκτὴν vocat: ſed ciuitatis Laſeæ nulla vſquā mētio apud Geographos,quos ego quidē legerim. Ego corruptū nomen ſuſpicor,quū Vetus interpres Thalaſſam legerit. Plinius inter Cretæ vrbes etiā Laſon numerat, ſed mediterraneā. Ptolemæus etiā quandā Liſſon vocat,ſed parti Orientali proximam.

9 Ieiunium τὴν νηστείαν. Tēpus deſignat Lucas ex more Iudaici populi:vt doctiſſimus interpres in hunc locū rectè annotauit,cui etiam in eo aſſentior quòd de feſto expiationis hæc intelligit,cuius fit mentio Leuit.23.d.27. Incidit autē hoc feſtū in ſeptimū menſem,qui quidē aliqua ex parte noſtro Octobri reſpondet. Inſtabat igitur Nouember,vt meritò omnino cēſuerit Paulus,potius eo loco hyemandū,quàm hybernā nauigationem tentandā. Quidam vertit Trāquillitatem,cuius interpretationis nullam potui inire rationem.

10 Capitum noſtrorum, τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Vulgata & Eraſmus,animarum noſtrarum:quem Hebraiſmum alicubi ſeruauimus:hìc autem putauimus poſſe nonnullis imperitis errorem obiicere.

Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quàm iis quæ à Paulo dicebantur.

C Et quum aptus portus non eſſet ad hyemandum, plurimi ſtatuerunt conſiliũ nauigare inde, ſiquo modo poſſent deuenientes Phœnicem, hyemare, portum Cretæ reſpicientem ad Africum & ad Chorum.

Aſpirante autem Auſtro, æſtimãtes propoſitum ſe tenere, quum ſuſtuliſſent de Aſſo n, legebant Cretam.

Non poſt multum autem miſit ſe cõtra ipſam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.

Quúmque arrepta eſſet nauis, & nõ poſſet conari in ventũ, data naue flatibus, ferebamur.

In inſulam autem quandam decurrẽtes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere ſcapham.

Qua ſublata, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem: & timẽtes ne in Syrtin inciderent, ſummiſſo vaſe ſic ferebantur.

D Validè autem nobis tempeſtate iactatis, ſequenti die iactum fecerunt:

Et tertia die ſuis manibus armamẽta nauis proiecerunt.

Neque autem ſole neque ſyderibus apparẽtibus per plures dies, & tẽpeſtate non exigua imminẽte, iã ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.

11 Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quàm iis quæ à Paulo dicebantur.

12 Et quum appoſitus portus non eſſet ad hybernandum, plerique ceperunt conſilium ſoluendi etiã illinc, ″*experturi* ſiquo modo poſſent deuecti ″Phœnica, illic hybernare: qui eſt portus Cretæ ſpectans ad Africum & ad Chorum.

13 ″Quum autem aſpiraſſet Notus, rati ſe propoſiti compotes, ″quum ſoluiſſent propius, præterlegebant Cretam.

14 Verùm haud multo pòſt coortus eſt contra ipſam ventus ″turbulentus qui vocatur ″Euroclydon.

15 Quúmque correptum eſſet nauigium, nec poſſet ″obniti ventõ, dato *nauigio flatibus*, ferebamur.

16 ″Et quum infra paruam quandam inſulam, quæ Clauda vocatur, curſu delati eſſemus, vix valuimus ſcaphæ compotes fieri.

17 Qua ſubducta, adiumẽtis vtebantur, ſuccincto nauigio: timentéſque ne in Syrtin inciderent, demiſſa ſcapha, ″ita ferebantur.

18 Quum autem vehementi tempeſtate iactaremur, ſequenti *die* iacturam fecerunt:

19 Ac tertio die ipſi noſtris manibus armamẽta nauis proiecim⁹.

21 Quũ autẽ neque ſol neq; ſydera apparuiſſẽt ad cõplures dies, & tẽpeſtas nõ parua incũberet, iã ablata erat ſpes õnis ſalutis noſtræ.

12 *Experturi* ſiquo modo ἔιπως. De hac eclipſi alibi diximus. Sic Virgilius AEneid. primo, -equidem per litora certos Dimittã, & Libyæ luſtrare extrema iubebo, Siquibus eiectus ſyluis aut montibus errat. Phœnica, Φοίνικα. Vrbem ipſam Ptolemæus ita vocat, portũ autem φοινικοῦντα, in Auſtrali Cretæ litore. Addit autem eius ſitum Lucas, nõ modò vt fidem faciat hiſtoriæ, ſed etiam vt à Phœnice regione diſtinguat. 13 Quũ autem aſpiraſſet Notus, ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου. Id eſt, quũ leniter cœpiſſet ſpirare, ita vt nauis poſſet curſum tenere. Nã alioquin ex Oriente in Occidentẽ contendebãt. Itaque quũ Notus partim puppim, partim ſiniſtrũ nauis latus feriret, nõ ſinebat eos à Cretæ litore diſcedere, ita vt aberrare nõ poſſent, quũ præſertim lenis eſſet Auſter, à quo ſcilicet in ſcopulos non impellerentur. Quum ſoluiſſent propius, præterlegebant Cretã. ἄραντες ἆσσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Superiore verſiculo Eraſmus rectè ſanè Carrenſem reprehendit, qui pudendo errore ex Choro, id eſt vento qui flat ab Occaſu ſolſtitiali, inſulam facit vel ciuitatem in Creta. Sed haud ſcio an minus pudendus ſit interpretum error qui hoc in loco ἆσσον, quod eſt aduerbiũ idem declarans atque Propius vel Propinquius, fecerũt vrbis nomen. Et operæpretium etiam eſt hoc loco intelligere quid de hac vrbe quidam ſcripſerint. Nam quia nulla in Creta huius nominis ciuitas apud Geographos inuenitur, confugiendũ fuit ad cõiecturas. Aſſos, inquiunt, eſt Lyciæ ciuitas in promontorio ſita. Quorſum autẽ hoc? Nam (vt rectè doctiſſimus Vadianus annotauit) Cretæ litus legebant, non Lyciæ quam à tergo reliquerant. Sed fœdior etiã in eo eſt error, quòd non animaduertũt locũ hunc in Stephano eſſe deprauatũ, & pro Λυκίας legendũ Μυσίας: idque ita eſſe, facilè potuerãt ex Strabone colligere, vnde totum illum locũ Stephanus deſumpſit. Aſſus igitur Stephani ea ipſa eſt quam Hieronymus rectè collocat in Aſia, & cuius mentio facta eſt ſuprà 20.c.13: neque ad hunc locũ magis poteſt accõmodari, quàm ſiquis Romam in litore Narbonenſi quæreret. Mauult igitur Eraſmus Lucam ſentire de Aſo oppidulo Cretæ, vnde Iupiter Aſius dicitur. Atqui Aſum, quam eãdem vrbẽ Strabo (ni fallor) Praſum, & Stephanus Præſum vocat, Plinius diſertè in Mediterraneo collocat: hìc autem neceſſe eſt vt de maritima ciuitate hoc accipiatur. Labitur etiã in eo Vetus interpres, quòd ἄραντες ἆσσον vertit, quum ſuſtuliſſent de Aſſon. Nam vt hoc omittã, quòd omnino dicendum fuerat ἄραντες ἀπὸ τῆς Ἄσσου, quî poterant Aſſo ſoluere qui erant in Pulchro portu? Quid ergo? Certè vel ipſa conſtructio docere potuit ἆσσον non eſſe vrbis nomen. Nam dicendũ fuerat ἄραντες ἐπὶ vel εἰς τὴν Ἄσσον, vt ſuprà 20.c.13, neque vlla ratione potuit omitti præpoſitio: deinde potius dixiſſet Lucas γενόμενοι κατὰ τὴν Ἄσσον, vt ſuprà verſu 7, vel καταντήσαντες εἰς Ἄσσον. Nam quòd quidam ἄραντες vertit Præteruecti, hoc quidẽ ille pro ſuo more fecit, vt non ſeſe verbis, ſed verba potius ſuo ſenſui accommodaret. Poſcit autem conſtructio vt ἆσσον pro ἐγγύτερον accipiatur: quo aduerbio non ſemel vtitur Homerus, nempe vt in populari ſermone vſitato, quem in primis apparet ſequutos fuiſſe Euangeliſtas. Sed & ipſa ratio quam affert Lucas, id videtur flagitare. Cur enim iſti Auſtralem oram Cretæ ab Oriente Occidentem verſus legentes, ſperant ſe propoſiti compotes aſpirante Noto futuros? quia nimirum Notus efficiebat vt ipſam Cretæ oram quaſi raderent, vt nullum periculum eſſe videretur ne in altum prouecti, curſum tenere non poſſent. Ideo Lucas non contentus dixiſſe nauim παραλέξασθαι τὴν Κρήτην, id eſt ſecundum litora Cretæ nauigaſſe, addit etiam ἆσσον, id eſt propius: vt ſignificaret ipſam penè à Cretæ littoribus non diſceſſiſſe, Auſtro ſcilicet ad Cretæ oram impellente. 14 Turbulentus τυφωνικός. Vel, tempeſtuoſus, ac typhonis quodãmodo æmulus. Quid ſit autem typhon, copioſè docent author libri de Mundo & Plinius lib. 20, cap. 48: ſed hoc quidẽ fieri potuiſſe miror, vt quidã de typhone hìc agi putarint, quũ typhon nõ inter ventos, ſed inter repentinos flatus numeretur: Lucas autẽ nõ meminerit flatus typhonis, ſed venti procelloſi, cuius etiam edit nomen εὐροκλύδωνα, quod ipſum vel ex eo quoque colligi poterat, quòd Lucas non repentinũ quendam turbinem, ſed diuturnã tempeſtatem fuiſſe dicat, quæ typhoni non poſſunt cõuenire. Euroclydon. Εὐροκλύδων. Vulg. Euroaquilo. ſiue quòd legerit Εὐρακύλων (ſic enim etiã Aquilã vocat Lucas Ἀκύλαν) ſiue quòd Euroaquilonẽ hũc eſſe, id eſt ventũ ab ortu ſolſtitiali flantẽ, inde iudicarit, ꝙ ex Cretico litore partim Meridiẽ, partim Occidentẽ verſus impulſa ſit nauis, Melitã videlicet quæ inter Africam & Siciliã ſita eſt: quũ præſertim timuiſſe dicãtur ne in Syrtin Meridiem verſus impellerẽtur. Itaque mihi nõ poteſt hæc cõiectura diſplicere, quũ Eurum etiã Ripheum vocet Virgilius, & Hybernis tẽpeſtatibus optimè cõueniat hic ventus. Seruaui tamen id vocabulũ quod in omnibus Græcis exẽplaribus inueni: ex quo intelligitur ventũ hũc Orientalẽ fuiſſe, & quidem valde procelloſum. Nã Græci fluctuationẽ κλύδωνα vocãt. Is eſt ergo quẽ Hebræi רוח קדם, Latini poetæ aquoſum, nubiferũ, nigrum, ſæuũ, tonantem vocãt. Horatius, Niger rudentes Eurus inuerſo mari Fractóſque remos differat. Idem, -vt neque largis Aquoſus Eurus arua radat imbribus. Et Silius, -vbi nubifer Eurus Naufragiũ ſpargens operit freta. Itaque quanuis Occidentẽ verſus, id eſt in Italiã, Eurus nauim impelleret: tamen non mirũ eſt in tanta tempeſtate curſum rectũ tenere nõ potuiſſe, ſed modò huc modò illuc arbitrio fluctuũ fuiſſe impulſam: quòd ſi etiã fuit hic ventus Euroaquilo, ab Italia certè arcebat: ac mirũ eſt nõ fuiſſe nauim Africæ litoribus impactam. 15 Obniti ἀντοφθαλμεῖν. Id eſt obuerſa prora luctari, quod pulchrè deſcribit Clemens in Pædagogo, his verbis, Κυβερνήτης, φησὶν, οὐκ ἀεὶ τοῖς ἀνέμοις ὑπείκει, ἀντίπρωρος δ' ἔσθ' ὅτε ὅλαις ἀνθίσταται καταιγίσιν. Hoc ergo poſterius eſt quod Lucas declarat verbo ἀντοφθαλμεῖν, quaſi dicas aduerſo vultu, ac oppoſita frõte intueri, de quo diximus in hoc eodem libro. 16 Et quum infrà curſu delati eſſemus καὶ ὑποδραμόντες. Vulg. In inſulam decurrẽtes. Atqui non ſignificat Paulus nauim fuiſſe infra illam paruam inſulam vi tempeſtatis abreptam, relicto ſcilicet ad dextram & à tergo Phœnicis portu. Nam Clauda magis expoſita eſt ad Occidentale litus Cretæ quàm Phœnix, & quidẽ Meridiem verſus, ita vt in Syrtin recta ferri viderentur. Hanc autem inſulã annotat doctiſſimus Vadianus à Mela & Plinio Gaudon, à Ptolemæo Claudon dici. Annotant etiã alii quædã exemplaria legere Καύδην Caudam. & Sudas videtur Καυδὼ dicere: adeò corrupta ſunt hæc nomina vrbium & locorum, partim vulgi inconſtantia, partim ſcriptorum negligentia, ac in primis quidem librariorum imperitia.

17 Ita οὕτως. Vide Iohan. 4. a. 6.

21 Ac quum multa iam eſſet inedia, tunc ſtans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, mihi obtemperando non prouehi Creta,ʹac vitare iniuriam hanc & damnum.

Paulus hortatur ad fidem in promiſſum a Deo auxilium.

22 Sed nunc admoneo vt bono animo ſitis: iactura enim nulla erit cuiuſquam ex vobis, præterquam nauigii.

Angelus.

23 Aſtitit enĩ mihi hac nocte Angelꝰ Dei, cuius ſũ ego, quẽ & colo,

24 Dicens, Ne timeas Paule, Cæſari te oportet ſiſti: & ecce gratificatus eſt tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

Fides.

25 Propterea bono animo eſtote, viri: credo enim Deo quòd ita erit quemadmodum loquutus eſt mihi.

26 In inſulam autem quandam oportet nos eiici.

27 Poſtquam verò quartadecima nox ſuperuenit, quũ nos differremurʺin Adria circa medium noctis, ſuſpicabãtur nautæʺappropinquare ſibi aliquam regionem.

28 Qui &ʹdemiſſa bolide inuenerunt paſſus viginti: ac breui interuallo digreſſi, rurſúmq; demiſſa bolide inuenerũt paſſus quindecĩ.

29 Timentéſque nequo modo in aſpera loca inciderẽt, iactis è puppi anchoris quatuor, optabant diem oriri.

30 Nautis verò quærentibus fugere è nauigio, demiſſa ſcapha in mare, ſub obtentu velut è prora anchoras extenſuri,

31 Dixit Paulus Centurioni & militibus, Niſi iſti in nauigio mãſerint, vos ſeruari non poteſtis.

32 Tũc abſciderũt milites funes ſcaphæ, & ſiuerunt eam excidere.

33 Porrò quũ dies inciperet oriri, hortabatur Paulus omnes vt ſumerent cibum, dicens, Die hic decimuſquartus eſt quòd expectantes, ieiuni permanetis, nihil *cibi* capientes.

Hortatur Paulus naufragium paſſuros.

34 Ideo hortor vos vt ſumatis cibum: hoc enim ad ſalutem veſtrã pertinet: nam nullius veſtrum capillus ex capite cadet.

Gratiarũ actio.

35 Et quum hæc dixiſſet, ſumpto pane gratias egit Deo in oculis omnium: & quum fregiſſet, cœpit edere.

36 Omnes verò quum iam bono animo eſſent, ſumpſerunt & ipſi cibum.

37 Eramus verò vniuerſa capita ĩ nauigio, ducẽta ſeptuaginta ſex.

38 Et ſatiati cibo, alleuabãt nauigiũ, eiicientes frumentũ in mare.

39 Quum autem dies ortus eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum verò quendam animaduerterunt habentem litus, in quem cogitabant, ſi poſſent, impingere nauigium.

40 Et quum anchoras ſuſtuliſſent, permiſerũt *illud* mari, ſimul laxatis juncturis gubernaculorum: & ſublato artemone ad auræ flatũ, tendebant ad litus.

21 Et quũ multa ieiunatio fuiſſet, tũc ſtans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, audito me non tollere à Creta, lucrique facere iniuriam hanc & iacturam.

22 Et nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe: amiſſio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis.

23 Aſtitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius ſũ ego, & cui deſeruio, E

24 Dicẽs, Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

25 Propter quod bono animo eſtote, viri: credo enim Deo quia ſic erit quẽadmodum dictum eſt mihi.

26 In inſulam autem quandam oportet nos deuenire.

27 Sed poſtea quã quartadecima nox ſuperuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, ſuſpicabãtur nautæ apparere ſibi aliquam regionem.

28 Qui & ſummittẽtes bolidem, inuenerunt paſſus viginti: & puſillum inde ſeparati, inuenerunt paſſus quindecĩ.

29 Timentes autem ne in aſpera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.

30 Nautis verò quærẽtibus fugere de naui, quum miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtemptu quaſi inciperent à prora anchoras extendere,

31 Dixit Paulus Centurioni & militibus, Niſi hi in naui mãſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. F

32 Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ, & paſſi ſunt eam excidere.

33 Et quum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes ſumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie, expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes.

34 Propter quod rogo vos accipere cibum pro ſalute veſtra: quia nullius veſtrum capillus de capite peribit.

35 Et quum hæc dixiſſet, ſumens panẽ, gratias egit Deo in cõſpectu omniũ: & quum fregiſſet, cœpit manducare.

36 Animæquiores autem facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum.

37 Eramus verò vniuerſæ animæ in naui, ducentæ ſeptuaginta ſex.

38 Et ſatiati cibo, alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare.

39 Quum autem dies factus eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum verò quendam conſiderabant habentem litus, in quem cogitabant, ſi poſſent, eiicere nauem. G

40 Et quum anchoras ſuſtuliſſent, cõmittebant ſe mari, ſimul laxantes iũcturas gubernaculorum: & leuato artemone ſecundum auræ flatum, tendebant ad litus.

21 Ac vitare κερδῆσαί τε. Vulgata, lucrique facere: non ineptè. Nam qui damnũ vitat, ſanè aliquod lucrum facit. Sed illud tamen planius eſt. Eraſmus, nec accerſere. Putat enim κερδαίνειν id ſignificare hoc loco, & repetit negantem particulam μὴ: cui non poſſum aſſentiri, niſi quis idoneo exemplo id confirmet. 27 In Adria ἐν τῷ Ἀδρίᾳ. Sub. πελάγει, vel κόλπῳ. Latini Adriaticum aut Adrianũ mare, vel ſinum vocant. Adriam etiam Poetæ, Græcorum more, ita vt ſinum ſubaudias. Cæterùm quia nonnullos fefellit hoc nomen, adeò quidem vt (quemadmodum infrà dicemus 28.a.1) iſta de interiore ſinu Adriatico explicarint, qui & ſuperum mare dicitur: adſcribendam putaui huius deſcriptionem ex Strabonis lib. 7, quæ maximè viſa eſt huc pertinere. Sic igitur Strabo de Cerauniis Epiri montibus diſſerens, quos Acroceraunios vocat Ptolemæus, Hoc, inquit, principiũ eſt oris Ionici ſinus & Adriatici. τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστί. διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα ἐστίν· ὁ δ' Ἀδρίας, τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. Ex his autem Strabonis verbis apparet Adriaticum ſinum propriè dici mare quod à Ceranniis montibus intus, Venetias vſque penetrat: quod autem Epirum & ſubiectas partes alluit, Ionium quidem propriè vocari: ſed iam tum tamen Strabonis ætate, qui in Tiberii Cæſaris tempora incidit, totum illum maris tractum Adriaticum dici conſueuiſſe. Straboni aſſentitur Ptolemæus, qui Antonini temporibus dicitur vixiſſe, vt qui Orientale Siliciæ litus Adriatico pelago (id eſt hoc ipſo quo iactabatur Paulus, quum in Melitam eiectus eſt) allui ſcribat γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως libro tertio.

Appropinquare ſibi προσάγειν αὐτοῖς. Vulgata & Eraſmus, apparere ſibi: ſenſu quidem rectè expreſſo, ſed ita vt elegans iſtud dicendi genus non percipiatur. Nam quia nauigantibus litora moueri videntur, idcirco maluit Lucas dicere προσάγειν αὐτοῖς τινὰ χώραν, accedere ad ſe regionem aliquam, quàm προσάγειν αὐτούς τινι χώρᾳ, ſe ad regionem aliquam accedere. Sic Virgilius, Prouehimur portu, terræque vrbéſque recedunt. 28 Demiſſa bolide βολίσαντες. Bolida Græci vocant nauticum perpendiculum quo altitudinem maris explorant ne vadis illidantur. Herodotus καταπειρατηρίαν vocat. Noſtri nautæ plumbum appellant, & pro βολίζειν dicunt *ſonder*, id eſt fundum explorare. Latini (quod ſciam) altero vocabulo non explicant. 34 Capillus ex capite cadet. θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Hebraicum prouerbium, vt 1. Reg. 1. g. 52, quo ſignificatur, prorſus ſaluos & integros ipſos fore.

41 Et quum incidiſſemus in locum dithalaſſum,impegerunt nauem:& prora quidem fixa manebat immobilis, puppis verò ſoluebatur à vi maris.

42 Militum autem conſilium fuit vt cuſtodias occiderent:nequis quum enataſſet,effugeret.

43 Centurio autē volens ſeruare Paulum,prohibuit fieri:iuſſitque eos qui poſſent natare, emittere ſe primos, & euadere,& ad terram exire:

44 Et cæteros alios in tabulis ferebāt, quoſdam ſuper ea quæ de naui erant. & ſic factum eſt vt omnes animæ euaderent ad terram. Cap. XXVIII.

1 ET quum euaſiſſemus,tunc cognouimus quia Melita inſula vocabatur.

2 Barbari verò præſtabāt non modicam humanitatem nobis : accenſa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrē qui imminebat,& frigus.

3 Quum congregaſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem,& impoſuiſſet ſuper ignem,vipera à calore quum proceſſiſſet , inuaſit manum eius.

4 Vt verò viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, ad inuicē dicebant,Vtique homicida eſt homo hic, qui quum euaſerit de mari,vltio non ſinit eum viuere.

5 B Et ille quidem excutiēs beſtiam in ignem,nihil mali paſſus eſt.

6 At illi exiſtimabant eum in tumorem conuertendum, aut ſubitò caſurum & mori: diu autem illis ſpectantibus,& videntibus nihil mali in eo fieri,cōuertētes ſe,dicebāt eū eſſe deū.

7 In locis autē illis erāt prædia principis inſulæ,nomine Publii,qui nos ſuſcipiens,triduo benignè exhibuit.

8 Contigit autē patrem Publii febribus & dyſenteria vexatum iacere:ad quem Paulus intrauit,& quū oraſſet, & impoſuiſſet ei manus,ſaluauit eū.

9 Quo facto, & omnes qui in inſula C habebant infirmitates , accedebant, & curabantur:

10 Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt,& nauigātibus impoſuerunt quæ neceſſaria erant.

11 Poſt mēſes autē tres nauigauimus in naui Alexādrina,quæ in inſula hyemauerat,cui erat inſigne Caſtorum.

12 Et quum veniſſemus Syracuſam, manſimus ibi triduo.

13 Inde circūlegētes,deuenimus Rhegiū:& poſt vnum diem flante Auſtro, ſecunda die venimus Puteolos.

41 Sed quū incidiſſent in locū bimarē, illiſerūt nauē: ac prora quidē infixa manebat īmobilis, puppis verò ſoluebatur à vi vndarū.

Naufragium.

42 Militum autem conſilium erat vt vinctos trucidarent : nequis quum enataſſet,effugeret.

43 At Centurio volens ſeruare Paulum, prohibuit eos ab hoc conſilio:iuſſitque vt qui poſſent natare,abiicerent ſe primos,& in terram euaderent:

44 Reliqui verò partim in tabulis,partim quibuſdam nauis *fragmentis*. & ita factū eſt vt ōnes ſalui euaderēt in terrā. Cap.XXVIII.

1 ET quum ſalui euaſiſſent,tunc agnouerunt quòd″Melita inſula vocaretur.

2 Barbari verò præſtabant non vulgarem humanitatem nobis:accenſa enim pyra acceperunt nos omnes propter imbrem qui inſtabat,& propter frigus.

Barbarorum humanitas erga Paulum.

3 Quum igitur congregaſſet Paulus nonnihil ſarmentorum , & impoſuiſſet in pyrā,vipera è calore prorepēs , inuaſit manū eius.

Vipera non nocet Paulo.

4 Vt verò viderunt Barbari pendentem″beſtiam è manu eius,alii ad alios dicebant,Omnino homicida eſt homo iſte,quem ſeruatū è mari″vltio″non ſiuit viuere.

5 At ille excuſſa beſtia in ignem,mali nihil paſſus eſt.

6 Illi verò expectabant dum intumeſceret,aut concideret repente mortuus: ſed quum multum *tempus* expectaſſent,& viderent″nihil incommodi illi accidere,mutati, dicebant eum eſſe deum.

7 Cæterùm circa locum illum erant prædia primo inſulæ, nomine Publio,qui nos exceptos,triduo peramicè in hoſpitio habuit.

8 Factum eſt autem vt pater Publii febribus ac dyſenteria ″detētus,decumberet:ad quem Paulus ingreſſus,quum oraſſet,impoſitis ei manibus ſanauit eum.

A febribus ſanatur pater Publii.

9 Hoc igitur facto,reliqui etiam qui habebant infirmitates in inſula,accedebant,& ſanabantur.

10 Qui etiam multis honoribus nos honorarunt,& quū proueheremur, impoſuerunt quæ vſui *nobis* erant.

11 Tribus itaque pòſt menſibus prouecti ſumus in naui Alexādrina,quæ in inſula hyemauerat,cui erat inſigne Caſtor & Pollux.

12 Et deiecti Syracuſas,*illic* manſimus triduo.

13 Vnde circumlegentes,deuenimus Rhegium : & altero pòſt die afflante Auſtro,ſecundo die venimus Puteolos.

IN CAPVT XXVIII.

1 Melita μελίτη. Ridiculus eſt Carrenſis,qui Miletum putat legi poſſe,vrbis inſignis nomen in Caria ſitæ,cuius mentio facta eſt ſuprà cap.20.c.15.In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus pro Melita legitur Mitylene,quæ vrbs eſt celeberrima Leſbi inſulæ,à qua & ipſa inſula idem nomen eſt ſortita,ſed in AEgæo mari poſita eregione Aſſi & Adramyttii.Eſt igitur hic error ab Eraſmo rectè emendatus, qui tamen haud ſatis ſcio an eius erroris originem cognouerit. Sciendum eſt igitur duas eſſe Melitas inſulas, vnā inter Africam & Siciliā quæ hodie Malta dicitur,& ab illis cruciferis equitibus obtinetur,quos Patrū memoria Rhodios vocabāt: alteram in Adriatico mari Corcyræ vicinam,vt diſertè ſcribit Plinius lib.4.cap.26,& Stephanus quoque ex Callimacho(opinor)quē authorem laudat Plinius.Illam verò Ptolemæus Melitā,hanc Melitinen appellat.Itaque quū ſuperiore capite dixerit Lucas iactatā fuiſſe nauem in Adriatico mari,& protinus in Melitā expulſam, factū eſt ſcilicet vt quidā potius de Adriatici quàm de Siculi maris Melita hìc agi exiſtimarent: ideóque ad marginem annotarent Melitines nomen.Id verò quid eſſet,indoctus aliquis ignorans,ex Melitine nō ita celebri nomine Mitylenen fecit. Cæterùm de Africani litoris Melita hìc agi ſatis liquet ex eo quòd in hoc eodem capite Lucas ex Melita Paulū deducit Syracuſas,& inde Rhegiū intra Siculi freti anguſtias.Nam ſi in alterā illam Melitam ſeu Melitinen appuliſſet, rectà inde Brūduſium cōtendiſſet, vnde ſoluere ſolebāt qui ex Italia in aduerſum Macedoniæ, aut Epiri litus nauigabāt:aut certè rectà Rhegium Sicilia à tergo relicta cōtendiſſent, quū tranquillo mari & ſecundo vento vterentur. Quod autē ad Adriaticū mare attinet,latius patere ipſius nomen oſtendimus ex Strabone ſuprà 27.e.27. Supereſt vt hoc quoque παρέργως admoneam, Plinium & Stephanū apertè in eo diſſentire à Strabone: quòd illi ab Adriatici maris,iſte à Siculi maris Melita canes Melitæos cognominatos tradit,manifeſto vel illorum,vel iſtius errore. 4 Beſtiam τὸ θηρίον. Hoc vocabulum latè patere diximus Marc.1 b.13.Sic videtur vti Beſtiæ vocabulo Cicero 5.Tuſc.Alias,inquit,beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit,alias volucres cælo frui libero,ſerpentes quaſdam eſſe gradientes. Vltio δίκη. Vel,ius & fas:id denique quod Nemeſin Græci vocant. Non ſiuit οὐκ εἴασεν. Vulg.& Eraſ.non ſinit.Eſt autē ſeruanda præteriti tēporis ſignificatio,quæ iſtos indicat non magis dubitaſſe de Pauli exitio,quàm ſi iam eueniſſet. 6 Intumeſceret, πίμπρασθαι. Quum iſtud verbum tam incendi,quàm intumeſcere ſignificet,hoc ſecundum prætuli: quia Dioſcorides lib.6.cap.38,vipere morſum totius corporis tumorem gignere ſcribit.quod idem teſtātur Actuarius & Nicander in Alexipharmacis,vbi de bupreſtide loquens,hoc idem verbum bis vſurpat. Nihil incommodi μηδὲν ἄτοπον. Alibi ἄτοπον vocat Lucas quicquid præter officium factum eſt,vt prioris libri capite 23.f.41.Hìc autem declarat illud ipſum quod vernaculo ſermone vocamus *inconuenient*.

8 Detentus, συνεχόμενος. Vulgata & Eraſmus,vexatus.Vide Matthæum 4.d.24.

14 Vbi repertis fratribus rogati ſumus manere″apud eos, dies ſeptem:″& ita″contendimus Romam.

Paulo occurrũt fratres.

15 Vnde quum audiſſent fratres de nobis,prodierunt in occurſum nobis vſque ad Appii forum,″ac Tres tabernas.quos quum vidiſſet Paulus,gratiis actis Deo,ſumpſit fiduciam.

16 Quum autem veniſſemus Romam, Centurio tradidit vinctos ″præfecto exercituum:ſed permiſſum eſt Paulo vt maneret ſolus cum milite qui ipſum cuſtodiret.

Exponit Paulus Iudæis quare Romam perductus ſit.

17 Factum eſt autem vt tertio pòſt die conuocaret Paulus Iudæorum primos: & vbi conueniſſent, dixit eis, Ego, viri fratres, quũ nihil fecerim aduerſus populum aut ritus patrios, vinctus Hieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum.

18 Qui quæſtione de me habita volebant me dimittere,propterea quòd nullum crimen capitale eſſet in me.

19 Sed contradicẽtibus Iudæis ,coactus ſum appellare Cæſarem: non quaſi habeam de quo gentem meam accuſem.

20 Propter hãc igitur cauſam aduocaui vos,vt viderem & alloquerer:nam ſpei Iſraelis cauſa catena hac circundatus ſum.

Spes.

21 Illi verò dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa:neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit,aut loquutus eſt aliquid de te mali.

22 Volumus autem ex te audire quæ ſentias : nam de ſecta iſta notum eſt nobis quòd vbique *ei* contradicitur.

Annuntiat Paulus regnum Dei & Ieſum ſecundum Scripturas.

23 Quũ igitur conſtituiſſent ei diem, venerũt ad eum in hoſpitiũ complures,quibus″cum teſtificatione exponebat regnũ Dei:ſuadénſque eis quæ ad Ieſum *pertinent*, ex Lege Moſis & Prophetis, à mane vſque ad veſperam.

24 Et alii quidem aſſentiebantur iis quæ dicebantur, quidam verò non credebant.

25 Quum autem inter ſe non eſſent concordes,diſceſſerunt, Paulo hoc vnũ dicente, Sanè bene Spiritus ſanctus loquutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres noſtros,

26 Dicens,Vade ad populum iſtum,& dic,″Auditu audietis,& nõ intelligetis:& videntes videbitis,& non cernetis.

27 Pinguefactum eſt enim cor populi huius,& auribus grauiter audierunt,& oculis ſuis conniuerunt: nequando cernant oculis, & auribus audiant,& corde intelligant,&conuertantur,& ſanẽ eos.

Gentibus miſſus Chriſtus.

28 Notum ergo ſit vobis quòd Gentibus miſſa eſt hæc ſalus Dei, & ipſi audient.

29 Quum ergo hæc dixiſſet,exierunt Iudæi,multam habentes inter ſe diſceptationem.

30 Manſit autem Paulus biennium totum in ſuo conducto: & accipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipſum,

Prædicat Paulus Chriſtum omnibus accedẽtibus.

31 Prædicans regnum Dei, ″ac docens quæ ad Dominum Ieſum *pertinent*,cum omni libertate loquendi,nemine prohibente.

14 Vbi inuẽtis fratribus rogati ſumus manere apud eos, dies ſeptem : & ſic venimus Romam.

D

15 Et inde quum audiſſent fratres occurrerunt nobis vſque ad Appii forũ, ac Tres tabernas : quos quum vidiſſet Paulus, gratias agens Deo , accepit fiduciam.

16 Quum autem veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.

17 Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum:quúmque conueniſſent,dicebat eis,Ego,viri fratres, nihil aduerſus plebem faciẽs aut morem paternũ,vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorũ.

18 Qui quum interrogationem de me habuiſſent,voluerunt me dimittere, eo quòd nulla eſſet cauſa mortis ĩ me.

E

19 Contradicentibus autẽ Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarem:nõ quaſi gentẽ meã habẽs aliquid accuſare.

20 Propter hanc igitur cauſam rogaui vos videre & alloqui : propter ſpẽ enim Iſrael catena hac circundatus ſũ.

21 At illi dixerunt ad eũ, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa:neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit aut loquutus eſt quid de te malum.

22 Rogamus autem à te audire quæ ſentis:nam de ſecta hac,notum eſt nobis quia vbique ei contradicitur.

23 Quum cõſtituiſſent autem illi diẽ, venerunt ad eum in hoſpitiũ plures, quibus exponebat , teſtificans regnũ Dei , ſuadénſque eis de Ieſu ex Lege Moyſi & Prophetis,à mane vſque ad veſperam.

F

24 Et quidam credebant iis quæ dicebantur,quidam verò non credebant.

25 Quúmque inuicem non eſſent conſentientes,diſcedebant, dicente Paulo vnum verbum,Quia bene Spiritus ſanctus loquutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres noſtros,

26 Dicẽs,‖Vade ad populũ iſtũ,& dic ad eos, Aure audietis,& nõ intelligetis: & vidẽtes videbitis,& nõ pſpicietis.

Eſa.6.c.9
matth.13.b.14
marc.4.b.12
luc.8.b.10
iohan.12.f.40
rom.11.a.8

G

27 Incraſſatũ eſt enim cor populi huius,& auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt : ne fortè videant oculis,& auribus audiant, & corde intelligant,& conuertantur,& ſanem eos.

28 Notum ergo ſit vobis quoniam Gẽtibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei , & ipſi audient.

29 Et quum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter ſe quæſtionem.

30 Manſit autem biennio toto in ſuo conducto : & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum,

31 Prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto,cũ omni fiducia,ſine prohibitione.

---

14 Apud eos, ἐπ' αὐτοῖς. In duobus codicibus ſcriptum inuenimus παρ' αὐτοῖς,& quidem rectius,vt opinor.Sed & vnum exemplar poſt παρεκλήθημεν addit οὐ μετρίως,non mediocriter. Et ita καὶ οὕτως. Vide Iohan.4.a.6 Contendimus ἤλθομεν. Id eſt,dedimus nos in viã. Vulgata & Eraſmus,venimus. Atqui τὸ ἔρχεσθαι hoc loco nihil aliud declarat quàm τὸ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι, vt in illo Homeri, ἔρχεσθον κλισίην,Iliados α',quo modo etiã accipitur Iohan.6.b.17. Id verò non obſeruatũ,in cauſa fuit cur nonnulli Appii forũ, cuius fit mentio proximo verſiculo,in ipſa vrbe collocarint:quum(vt rectè obſeruat Eraſmus)longius abſit Roma quàm Aritia,vt liquet vel ex hoc Horatii verſiculo, Digreſſum magna me accepit Aritia Roma Hoſpitio modico,rhetor comes Heliodorus Græcorum lõgè doctiſſimus,inde forũ Appi,

15 Ac Tres tabernas. καὶ τριῶν ταβερνῶν. Et hic quoque locus in Appia via ſitus eſt:meminítque eius Cicero in epiſtolis ad Atticum.

16 Præfecto exercituum: στρατοπεδάρχῃ. Id eſt præfecto prætorio,vt Latini vocant.

23 Cum teſtificatione διαμαρτυρόμενος. Id eſt,argumentis idoneis adhibitis probans regnum Dei à Prophetis prædictum aduenisse.

26 Auditu ἀκοῇ. Vel,auditione,vt rectè vertit Hieronymus.Vulgata, Aure.Eraſmus, Auribus.Vide Matth.13.b.14.

31 Ac docens καὶ διδάσκων. Hic quoque ponitur καὶ in epexegeſi,quemadmodum alibi annotauimus locis penè innumerabilibus.

EPISTOLA PAVLI Apoſtoli ad Romanos.

Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή.

VETVS. Cap.I.

Paulus Seruꝰ Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolꝰ, ſegregatus in Euangelium Dei; Quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis

Act.13.a.2

NOVA EX GRAECO TRALATIO. Cap. I.

1 Paulus ″Seruus ″Ieſu Chriſti, ′vocatione ′Apoſtolus, ″ſeparatus ″ad *prædicandum* Euangelium Dei,

2 ′Quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſãctis

Euangelium. Chriſtus.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Paulus Παῦλος. De Pauli nomine diximus quid nobis videatur Act. 13.b.9. Seruus δοῦλος. Id eſt διάκονος miniſter. Neque enim ſeruus hoc loco opponitur libero, ſed munus ac officium declarat, quemadmodum apud Hebræos nomen עבד latè patet. Pertinet autẽ hoc ad ſuſceptum argumentum, ne Paulus accuſari poſſit πολυπραγμοσύνης, quaſi videlicet aliena curet, & ea quæ ad ſe nihil attinent. Poſſunt autem hac ratione Chriſtiani omnes dici Ieſu Chriſti ſerui, ſed pro diuerſa functionum tum priuatarum tum publicarum ratione, quum vnius capitis membra ſimus. Ideo Paulus quod in genere dixerat ſpeciali nomine, poſtea explicat, quum ſe Apoſtolum dicit. Itaque vel ex hoc loco apparet quàm acutus fuerit in explicando Paulo Origenes, cui nonnulli nihil non tribuunt. Nam quum quatuor afferat rationes cur ſe ſeruum dicat Paulus, nulla eſt quæ planè non ſit ἀπροσδιόνυσος. Seruum, inquit, ſe vocat modeſtiæ cauſa. imo verò vt audientiã impetret, eam authoritatem prætexit qua nihil fuit honorificentius: vt planè hic titulus poſſit omnium Cæſarum ac Regum magnificentia auguſtior videri: vel quia factus eſt omnia omnibus. Id verò quorſum ad hunc locum attinet? Vel quòd ab vxoris ſeruitute ex eius cõſenſu tranſiſſet in ſeruitutem Chriſti. Miram certè argutiam, cui etiam confirmandæ non pudet illum torquere quod non de coniugio, ſed de ſeruili conditione diſſeruit Apoſtolus 1.Cor.7.d.21. Vel (inquit) quia iam non carni, ſed ſpiritui ſeruiebat: quanuis nondũ plena eſſet hæc libertas. Nempe hoc eſt rem acu tangere. Neque verò quum hæc dico, quicquam volo Patrum authoritati detrahere, ſed ſanè quod ad me attinet, Origenem non poſſum bona conſcientia inter eos Patres collocare quos velim imitari. Itaque non pudebit illius errata paſſim refellere, nullo (ita me bene Deus amet) obtrectãdi ſtudio, ſed quòd impurũ ſcriptorẽ exoptem aut ex lectorũ manibus excuti, aut ſummo cũ iudicio à ſtudioſis tractari. Ieſu Chriſti, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Exiſtimat Eraſmus ex Ambroſio tacitè opponi Moſen Chriſto. Sed hoc quoque mihi nõ videtur dictum ſuo loco. Vocatione κλητός. Id eſt Dei gratia ac etiã mandato deſignatus ad fungendum Apoſtoli munere. Duo igitur efficit Paulus. Nam præterquam quòd explicat apertius quod in genere dixerat, omnem etiam ambitionis ſpeciem vitat, & Romanos ad legendam hanc epiſtolam compellit, tanquam ex Dei ipſius mandato perſcriptam. Cæterùm quid Vocationis nomine ex Hebræorum idiotiſmo intelligatur, alibi expoſuimus. Hîc tamen ſciẽdum eſt, Vocationis nomine non ſignificari ipſam miniſterii Apoſtolici functionem, aut vitæ genus, quemadmodum accipitur 1.Corinth.7.d.20, & Epheſ.4.a.1, & alibi ſæpe: ſed oſtendi potius à quo ſit hæc dignitas in Paulum collata, nimirum à Deo, & quidem ex ſingulari beneficentia, quum ille non modò non ambiret hunc honorem, ſed etiam Chriſtũ perſequendo dignus eſſet qui periret, nedum qui aliis iter ad vitam commonſtraret, vt ipſe explicat 1.Corinth.15.a.9. Deinde notandum diſcrimen à Græcis Theologis annotatum inter participium κεκλημένον, & κλητὸν nomen, quod à Latinis explicari non poteſt, apud quos ſcilicet Vocatus nunquam tranſit in nomen. Nam κεκλημένος etiã dicitur qui vt vocetur à Deo, tamen non reſpõdet, id eſt cuius vocatio nõ eſt efficax: κλητὸς verò propriè qui Deo vocãti paret, & re ipſa eſt quod dicitur. quæ differentia nõ eſt quidem perpetua, vt apparet ex Matth.22.b.19, ſed tamen videtur hoc loco fuiſſe obſeruanda: quamobrem etiam noluimus κλητὸν Vocatum interpretari, nequis participium eſſe putet, cuius non ea vis eſt quæ nominis: quam interpretationem tamen non potuimus vbique obſeruare. Quod autem attinet ad differentiam inter Vocari & Congregari annotatam ab Auguſtino, quaſi illud cõueniret Eccleſiæ, iſtud vero ſynagogæ, eam ſanè non puto huic loco accommodatam: aut etiam ſatis firma ratione niti: quum vocãdi appellatione toties vtantur Prophetæ, & Ieſa.48.b.12, Dominus Iſraelem compellans, diſertè dicat, ישראל מקוראי id eſt, ad verbum, Iſrael mi vocate. Apoſtolus, ἀπόστολος. Id eſt legatus, vt alibi expoſuimus. Sed tamẽ quicunque ad miniſterium docendi, in Eccleſia vocabãtur, non poterant dici Apoſtoli, vt qui à Prophetis, Euangeliſtis, Paſtoribus ac Doctoribus, ac multo etiam magis à Diaconis & Gubernatoribus diſtinguantur, vt Epheſ.4.b.11: niſi quum generalius accipitur, vt Philip.2.d.25. Apoſtoli itaque dicebantur duodecim illi (quibus Paulus etiam adiungitur) ab ipſo Chriſto immediatè, vt loquuntur, delecti, vt noui populi eſſent veluti Patriarchæ, & ſupremam à Chriſto in Eccleſiæ iaciendis fundamentis authoritatem obtinerent. Itaque fuerunt in eo, Epiſcopis ac reliquis miniſtris ſuperiores, quòd nõ eſſent certis Eccleſiis addicti, ſed prout illos regebat Spiritus ſanctus, Eccleſias ipſas vndique cõſtituebant, vt ex Actorum hiſtoria apparet. Fuit igitur Apoſtolica functio tẽporaria in Eccleſia, cuius deinde ſpeciem obtinuerũt Metropolitani, & poſtea inter Metropolitanos cõſtituti Patriarchæ: donec tandem Patriarchis de Monarchia litigãtibus, Epiſcopus Romanus non cõtentus Apoſtolica dignitate, vt planè ſe Antichriſtum eſſe oſtenderet, Chriſti ipſius vnici Eccleſiæ capitis locũ occupauit. Sed cur Apoſtolũ ſe Paulus diſertè vocat? nempe vt oſtẽdat ſe nihil ab officio ſuo alienũ facere Romanis erudiendis, neque etiã Romanis licere hãc doctrinã impune aſpernari. Separatus ἀφωρισμένος. Id eſt, ad prædicandi Euãgelii munus à Deo ſelectus, ſiue hoc ad æternã Dei electionẽ, ſiue ad eius electionis ac prædeſtinationis declarationẽ referas. Cur autẽ ſeparatũ, potius quàm ſegregatum interpretari maluerim, dixi Matth.13.g.49. Sed operæpretiũ eſt videre quàm impurè Origenes hũc in locũ totius religionis Chriſtianæ myſteria tractarit. Nos, inquit, dicimus quòd Paulus neque fortuitò, neq; naturali differẽtia electus eſt, ſed electionis ſuæ cauſas in ſemetipſo dedit ei qui ſcit omnia antequã fiant. Et paulo pòſt, Quòd Paulus ſegregatus in Euangeliũ dicitur, & ſegregatus à ventre matris ſuæ, cauſas in eo & merita quibus in hoc ſegregari debuerit, vidit ille quem nulla mens latet. Præuidit enim quòd abũdantius quàm cæteri omnes laboraturus eſſet in Euangelio. Item, Præcedit ergo præſcientia Dei, per quã noſcũtur qui in ſe virtutes & labores habituri ſint: & ita prædeſtinatio ſequitur, nec tamen prædeſtinationis cauſa putabitur præſcientia. Quod enim apud homines vniuſcuiuſque meritum penſatur ex præteritis geſtis, hoc apud Deum iudicatur ex futuris. Hæc impuriſſimus ille ſcriptor, docens ſcilicet omnes homines ea cõditione eſſe natos vt bene poſſint & velle & facere, vel ex ſeſe, vel gratia Dei adiuti: qua itidem omnibus oblata, poſſint omnes vel bene vel malè vti. Ita fiet nimirum vt præuiſis noſtris operibus bonis, ac virtutibus ſalus noſtra nitatur. quæ doctrina ſi vera eſt, cur toties Paulus noſter gratiã operibus, vt ignem aquæ opponit: item propoſitum 2.Timoth.1.c.9, & vocationẽ quoque infrà 9.c.11? nempe quia nondũ exiſtebant illa opera, ſed duntaxat erant præuiſa. Egregiũ ſcilicet cauillũ & Origene dignũ. Refellatur ergo Apoſtolus qui opera ex fide, fidẽ ex gratuito propoſito deducit, Quod, inquit, propoſuit Deus in ſemetipſo. Denique ſi noſtra ſalus nobis nititur, vbi noſtra illa conſolatio eſt, fore vt non eiiciamur foras, Quanto melius Auguſtinus, diſertè iſtam aduerſus gratiam Dei, impuriſſimam blaſphemiam diſertè refutans epiſtola ad Sixtum 106? qua de re plura commodiore loco. Placuit tamen hæc adſcribere, vt ſi deinceps Origenem (quo nemo videtur Gratiæ Dei magis ſecundum Pelagium aduerſatus) acerbius reprehendero, nemo me clamitet acriorem eſſe quàm par ſit. Supereſt vt hoc annotemus, in eo quoque hallucinari Eraſmum quòd poſt Ambroſium putauit in participio ἀφωρισμένος alluſiſſe Paulum ad ſectam Phariſaicam. Neque enim (vt rectè ex erudito illo Capnione obſeruauit ſanctiſſimæ memoriæ vir Martinus Bucerus) Phariſæi dicti ſunt à פרס, quaſi ſeparatos dicas: ſed פרשים vocabantur, à פרש quod declarat Enarrare, vnde מפרשים enarratores. Ad *prædicandum* Euangelium Dei εἰς τὸ εὐαγγέλιον Θεοῦ. Quia quiſquis fidelis eſt, dici poteſt in Euangeliũ Dei id eſt ad credendum Euangelio ſelectus: ideo quaſi παραφραστικῶς addidi participium, vt planior eſſet ſententia. Cõſtat enim Paulum ita voluiſſe definire cuiuſmodi ſit Apoſtolicum illud munus, cuius mentionem fecerat. quòd ſi hæc definitio vera eſt, miror ſanè qua fronte auſit Romanus ille lupus Apoſtolicam authoritatem iactare.

Orig.

2 Quod antè promiſerat ὃ προεπηγγείλατο. Origenes neſcio quid monſtri tegit hoc loco, quaſi nimirum hæc dicta ſint ad diſtinctionem

alterius Euangelii quod æternum vocetur in Apocalypſi, cum quo ſcilicet apparuerit Chriſtus ordini Euangelico: & huc etiam detorquet Danielis & Ezechielis quoſdam locos. Ego verò non agnoſco aliud Euangelium quàm hoc ipſum cuius miniſter fuit Paulus: & non modò periculoſum eſſe dico, vt ipſe Origenes inquit, iſta chartis committere, ſed etiam planè impium.

ʼDe Filio ſuo ʼfacto ʼex ſemine Dauidis ʼquo ad carnem, 3 De Filio ſuo, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

ʼDeclarato Filio Dei ʼpotẽter ʼquo ad Spiritum ſanctificationis, 4 Qui prędeſtinatus eſt Filius Dei in virtute ſecundum Spiritum ſanctifi-

3 De Filio ſuo περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Explicat Paulus quæ ſit illius Euangelii ſubſtantia cuius ſe miniſtrum dixerat, & quod à Deo promiſſum eſſet per Prophetas. Omnia igitur, inquit, tendunt ad Filium Dei quem Deus mundo promiſſum exhibuit. Quum autem Filium Dei dicit, vtriuſque naturæ coniunctionem declarat in vnā Chriſti perſonam, aduerſus Neſtorium: & rurſus Filium à Patre quo ad hypoſtaſim manifeſtè diſtinguit, aduerſus Sabellium. Deinde in iis quæ ſubiicit, vtranque vnius Chriſti naturam ſigillatim aſſerit: adeò vt vix vllus ſit in Scripturis locus in quo contineatur breuiore & certiore compendio quidquid nobis eſt de Chriſti perſona credendum. Facto τοῦ γενομένου. Vel, orto. Sic enim malim interpretari quàm nato vel genito, vt poſt Vallam conuertit Eraſmus, quaſi ſcriptum ſit γεννηθέντος vel γεννωμένου. Nam diſertè etiam veteres non natum, ſed factum & interpretantur & explicant, vt Tertullianus in Praxeam, Irenæus lib. 3, cap. 32 aduerſus hæreſes, Vigilius in Eutychetem lib. 5, & Auguſtinus lib. 2. de Trinitate, cap. 5, aliiſque multis locis: & multo certè apertior eſt hæc interpretatio aduerſus eos omnes tum qui humanam Chriſti naturam oppugnarunt, vt Marcionem, Valentinum, & alios: tum qui è cælo corpus in Mariam intuliſſe tradiderunt: quorum hæreſim noſtra memoria renouarunt Seruetus & Schuenfeldius: tum etiam aduerſus Hebionē & cæteros qui Chriſtum putarunt ex hominis coitu conceptum: quum Paulus hoc loco & Gal. 4. a. 4, non dicat Chriſtum γεννηθέντα neque γεννώμενον, ſed γενόμενον: quo verbo vſus eſt etiā Iohannes quum omnia diceret per Verbum eſſe facta, ipſum autē Verbum Carnē eſſe factū. Fateor tamen Matthæum cap. 1. c. 16, & 2. a. 1 & 4, vti verbo γεννᾶσθαι: ſed ità vt vbique paſſiuum vſurpet, & quidē manifeſtè poſitum pro τίκτεσθαι id eſt naſci, ſicut ſuo loco annotauimus. Duobus tamen locis, nempe Matth. 1. d. 20, & Luc. 1. d. 35, de ipſo conceptu dicitur: ſed ità vt Spiritui ſancto tribuatur, ex quo ſcilicet Chriſtus conceptus eſt in Maria, ità tamen vt nuſquam illum genuiſſe dicatur Spiritus ſanctus, vt qui ſcilicet eum ex ſua eſſentia non generauerit, ſicut ex patribus gignuntur filii, ſed ex Virginis ſubſtantia in ipſius vtero vi ſua condiderit: id eſt, non Patris generantis, ſed duntaxat cauſæ præparatam materiam formantis partes in Chriſti conceptu peregerit. Ideo Paulus & Iohãnes propriè omnino dixerunt eum γενέσθαι, id eſt factum eſſe: & veteres illi Theologi non minus verè quàm eleganter & acutè Chriſtum Diuinæ naturæ reſpectu ἀμήτορα, id eſt ſine matre, humanæ autem naturæ ratione ἀπάτορα, id eſt ſine patre vocarunt. Vulgata addit pronomen ei, id eſt αὐτοῦ, quod in nullis Græcis codicibus inuenio. Ex ſemine Dauidis ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Sæpe iam admonuimus appellatione Seminis, quod Hebræi vocant זרע, intelligi poſteritatem: quæ interpretatio valebit hoc etiam loco, ſi τοῦ γενομένου conuerteris nato vel genito: ſin autem interpretemur facto (quam expoſitionem maximè probo) ſemen Dauid nō tantùm declarabit poſteritatem Dauidis, id eſt Mariam virginem, ſed ipſam etiam carnem de Virgine aſſumptam, quemadmodum Galat. 4. a. 4, dicitur factus ex muliere, aduerſus eos qui cæleſte corpus Chriſti eſſe tradiderunt quod per Virginem quaſi per canalem tranſierit: quæ hæreſis fundamentum noſtræ ſalutis funditus euertit, & diſertè repugnat Spiritui ſancto promittenti fore vt ex lūbis Dauid, & fructu ventris ipſius Rex ille noſter exoriatur. Id autem etiam declarat præpoſitio ἐκ, de qua perpulchrè Baſ. περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, κεφ. ε΄, vt dicemus alio loco epiſtolæ ad Galatas. Quo ad carnem, κατὰ σάρκα. id eſt, quatenus homo eſt. Caro enim hoc loco per ſynecdochem totam hominis naturam declarat, & quidem quatenus infirma eſt: quæ tamen infirmitas dūtaxat fuit ad tēpus, non autē quatenus corrupta, vt Iohan. 1. b. 14, & 1. Tim. 3. d. 16, & Heb. 5. c. 7, & 1. Pet. 3. c. 18, & 4. a. 1, & 1. Iohan. 4. a. 2: quanuis corporis duntaxat ſubſtãtiam, nō autem animam ex Virgine aſſumpſerit. Itaque ineptè Origenes hoc loco carnem opponit animæ, quum potius Diuinæ naturæ opponatur. Sed rectè veteres annotant hanc particulam omnino indicare ex alia etiam natura Chriſtum eſſe æſtimandum, ea ſcilicet quæ paulo pòſt explicatur. Nam alioquin cur hoc Paulus adiecisset?

4 Declarato τοῦ ὁρισθέντος, i. ἀποδειχθέντος, vt Act. 2. d. 22, καὶ ἀποφανθέντος, demonſtrato & manifeſtato, vt explicat Chryſoſtomus, & Tertullianus in Praxeā. Nā definitione, quæ ὅρος à Græcis dicitur, ſolēt obſcura explicari, & nō diſſimili ratione modū ὁριστικὸν vocāt Grāmatici, .i. finiendi ſeu iudicandi, quòd certū aliquid indicet ac explicet, vt rectè obſeruat Eraſmus. Alioquin τὸ ὁρίζειν ſignificat ſuis finibus circūſcribere, ſeu definire, item certo ſcopo deſtinare, atq; adeò quippiā decernere ac cōſtituere. Itaque Vulgata, prædeſtinatū cōuertit, pro quo Origenes mauult legere deſtinatū, Quia, inquit, prædeſtinatur qui nōdū eſt, deſtinatur qui eſt. Sed hæc diſtinctio poteſt eo refelli, quòd Chriſtus apertè dicitur προεγνωσμένος 1. Pet. 1. d. 19, officii ſcilicet, nō autē eſſentiæ ratione: quo reſpectu nō minus dici poteſt προορισθεὶς quàm ὁρισθείς. Quid quod Epiphanius κατὰ Θεοδοτιανὸν legit προορισθέντος: ſed corrupto fortaſſis exēplari. Vtcūque ſit, nullus hîc locus eſt vel prædeſtinationi, vel deſtinationi, quum potius propoſitum ſit Paulo oſtēdere quibus teſtimoniis Chriſtus ſit approbatus pro vero & naturali Dei filio. Rectius itaque Tertullianus in Praxeam, declaratum conuertit, quem nos ſumus ſequuti. Potenter ἐν δυνάμει. Heb. בגבורה pro quo Vetus interpres ad verbum, in virtute: Eraſmus autem, cum potentia: quia ἐν interdum pro σὺν accipitur, vt ſæpe annotauimus. Chryſoſtomus ἐν pro διὰ interpretatur, & δύναμιν exponit virtutem qua edita ſunt à Chriſto tot prodigia, quæ idcirco δυνάμεις dicuntur. Et ſi autem verum eſt, iſtis ſignis fuiſſe Diuinam Chriſti virtutem quaſi ſigillo quodā obſignatam, tamen non videtur hæc explicatio huc pertinere: & (quod tanti viri pace dixerim) in tota huius loci diſpoſitione coacta eſt eius interpretatio. Putat enim Apoſtolū quatuor argumentis cōfirmare Chriſti Diuinitatē, nempe ex Prophetarū oraculis, ex eo quòd ex Semine Dauid, id eſt ex Virgine ſit natus, ex Spiritu ſanctificante, & demum ex reſurrectione. Atqui ex his argumētis primū aliò ſpectat nempe ad verbū προεπηγγείλατο: ſecūdum verò adhibetur nō Diuinitati ſed humanitati cōfirmandæ, vt antè oſtendimus: tertiū autem & quartum nuſquā hîc inuenio. Dicendum enim fuiſſet καὶ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, aut certè in poſteriore membro καὶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Fateor tamen copulatiuas ſæpe omitti: ſed nō fuit tamen perturbanda pulcherrima illa, ac optimè diſtincta primùm totius Chriſti, deinde vtriuſque naturæ ſigillatim adhibita deſcriptio, & quidem adiuncto vtrinque neceſſario argumēto. Eſt igitur ἐν δυνάμει cōiungendum cum participio ὁρισθέντος, aut cū υἱοῦ Θεοῦ: quā poſteriorem interpretationē ſi ſequamur, pro potenter, cōuertemus potente. Vtrãuis autem interpretationem amplectamur, opponitur Dei gloria ac potens illa virtus quæ mortem ſuperauit, infirmitati carnis, ſecundū quā Chriſtus factus, natus, paſſus, mortuus ac ſepultus eſt: quo modo Ambroſius rectiſſimè (meo quidem iudicio) hunc locum explicauit. Nā quòd Eraſmus eo vſque hanc antitheſin porrigit, vt meminerit etiā impuritatis ac concupiſcentiarū carnis, atque adeò Spiritū ſanctificantem dicat carnis immūditiæ opponi, hactenus Chriſto quadrat, vt in ipſo cōceptus momento ſciamus carnem quā Chriſtus aſſumpſit, ab omni labe fuiſſe repurgatam quū virtute Spiritus ſancti Verbū carni cōiungeretur. Quo ad Spiritum ſanctificationis, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Quidam exiſtimant Chriſti naturarum deſcriptionem deſinere in δυνάμει, & iſta cōiungunt cū participio ἀφωρισμένος ſeparatus, quaſi dicat Apoſtolus, ſe fuiſſe prædicando Euãgelio ſelectum per Spiritum ſanctū poſt Chriſti reſurrectionē. Sed hæc diſtinctio præterquam quòd plane eſt violenta, & nullius codicis authoritate nititur: ſententiā quoque peruertit. Cur enim Paulus diceret Chriſtū eſſe declaratū Filium Dei, nec eam declarationem explicaret, quū præſertim humanā naturā de qua minimè ambigebatur, tamen exiſtimarit aliquo argumento cōfirmandā? Itaque hanc diſtinctionem prorſus repudio. Sed & in eo non poſſum pleriſque aſſentiri (quibuſcum tamen quod ad rem ipſam prorſus mihi cōuenit) quòd per Spiritū ſanctificationis intelligunt Spiritum ſanctum, aut potius Spiritus ſancti virtutem, qua perfuſa eſt Eccleſia quum iam Chriſtus in cælos aſcendiſſet: ex quo optimè ſcilicet intelligitur Chriſtum nō modò nō eſſe mortuū, ſed planè Deum eſſe cū Patre regnantē. Quominus autem hanc expoſitionē amplectar, iſtæ cauſæ impediūt: quas in mediū propono, vt lector ſequatur quod probabilius videbitur. Primū omnium (ſi hanc interpretationem ſequar) κατὰ πνεῦμα nō rectè cōuerterimus ſecundum Spiritū, quū potius dicendum ſit, per Spiritū. ego verò κατὰ πνεῦμα pro πνεύματι vel διὰ τοῦ πνεύματος nuſquam memini legere. Deinde quanuis tria hæc membra, ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, ſic poſſint explicari, quaſi mutua ſit illorum epexegeſis, tamen violentū mihi videtur hoc aſyndeton, niſi quis ſimile exemplū proferat. Denique quū hîc manifeſtè opponãtur κατὰ σάρκα & κατὰ πνεῦμα, res ipſa omnino poſtulat (ni fallor) vt ſicut appellatione Carnis humana natura intelligitur, ſic etiā nomine τοῦ πνεύματος alteram Chriſti naturā, id eſt Diuinam οὐσίαν accipiamus: quia Chriſti perſonam certum eſt hoc loco deſcribi ab Apoſtolo, eius ſcilicet doctrinæ fundamētum quā tradere conſtituit: vt nō poſſim nūc quidem aliter putare hunc locū explicandū. Neque verò nouum eſt aut inuſitatum Spiritus appellatione ipſam Dei οὐσίαν intelligere, id eſt Θεοῦ δύναμιν, vt exponit idem noſter Apoſtolus 2. Corinth. 13. b. 4, veluti locum hunc explicās: quā Tertullianus in lib. De carne Chriſti, ſpiritualem ſubſtantiam vocat: & carnali merito opponit, quum Deus diſertè dicatur eſſe πνεῦμα Iohan. 4. d. 24, & paſſim in Scripturis, atque adeò nominatim altera Chriſti natura hoc nomine declaretur, vt 1. Pet. 3. d. 18, & 1. Tim. 3. d. 16. Fuit autē optima ratio cur potiſſimū πνεύματος, id eſt Spiritus nomine vteretur Paulus. Nā quia dixerat κατὰ σάρκα, non autē κατ' ἄνθρωπον, vt ipſam hominis naturā craſſam ac imbecillā declararet: ſic vt ſibi cōſtaret antitheſis, oportuit illum quærere vocabulū aliquod quo Diuinæ naturæ vis illa ſubtilis & planè incōprehēſibilis ſignificaretur: nullū autē cōmodius occurrere poterat quàm hoc ipſum quod vſurpauit. Addidit autē

ἁγιωσύνης id eſt ſanctificationis nomen,certam ob cauſſam,quæ & ipſa digniſſima eſt quam intelligamus. Quum enim hæc reſurrectio quã affert pro Diuinitatis argumento,ad humanitatem pertineat,videri poſſet ineptè Paulus colligere: quem nodum Origenes perobſcurè explicauit. Sciendum eſt igitur,à Paulo ità conſiderari Chriſtum, primùm vt hominem,deinde vt Deum,vt tamen illum nuſquam diſcerpat. Itaque probaturus hominem eſſe, adhibuit argumentum ex quo colligeret alia ratione hominem eſſe, quàm nos ſimus, factum ſcilicet ex matris ſubſtantia, non autem generatum ex viri ſemine. Sic igitur in altera etiam parte, in reſurrectione quæ carnis eſt, proponit vim illam Verbi conſiderandam, non ſimpliciter & per ſe(fuiſſet enim cõtentus vocabulo Spiritus) ſed quatenus carni coniuncta, illam ſanctificauit, & quodammodo deificauit, vt manere in morte non potuerit, neque vllam corruptionis labem perſentiſcere. qua ratione etiam dicit Dominus ipſe Ioh.4.g.63,Carnem ſuam nil prodeſſe, Spiritum eum eſſe qui viuificet. Hic enim eſt Spiritus ſanctificus, qui carnem Chriſti tũ in ſeſe viuificauit,illi hypoſtaticè coniunctus: tum verò etiam nobis qui per fidem cum eo coaluimus, viuificam reddit. At enim (dicet aliquis)quid ſiquis ad hæc excepiſſet,Chriſtum vel non reſurrexiſſe,vel ſua vi non reſurrexiſſe, Reſpõdeo, Paulũ ad eos ſcribere qui de Chriſti hiſtoria nihil ambigerent,ac proinde ex hypotheſi meritò argumentari. Ita, ni fallor, optimè omnia ad ſcopum accommodabuntur,conſtabit ſibi tota antitheſis,neque vlla erit in verbis violenta expoſitio. Me verò in hac interpretatione non modò ſuperiores rationes confirmant,ſed etiam Tertulliani & Ambroſii authoritas. Sic enim ille contra Praxeam hũc locum explicans, Qui factus eſt,inquit,ex ſemine. Dauid ſecundum carnem, hic erit homo & Filius hominis: qui declaratus eſt Filius Dei ſecũdum Spiritum, hic erit Deus & Sermo, Dei Filius. Ambroſius autem, Eum,inquit,qui erat Dei Filius ſecundum Spiritum ſanctum,id eſt ſecundum Deum(quia Deus Spiritus eſt, & ſine dubio ſanctus) factum dicit iuxta carnem, Dei Filium ex ſemine Dauid. Quos locos ante me annotauit ſanctæ memoriæ vir Ioachimus Vadianus in libro pro Veritate carnis triumphantis ſcripto,cui titulum fecit Ἀνακεφαλαίωσιν.

cationis,ex reſurrectione mortuorũ, Ieſu Chriſti Domini noſtri:		"per reſurrectionem à mortuis, "*nempe* Ieſu Chriſto Domino noſtro.
Per quẽ accepimus gratiã & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus,pro nomine eius,	5	"Per quem accepimus "gratiam & Apoſtolatum "in obediẽtiam fidei, "inter omnes Gentes "pro ipſius nomine,
In q̃b' eſtis & vos, vocati Ieſu Chriſti:	6	Inter quas eſtis etiam vos, "vocati Ieſu Chriſti:
Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis, gratia vobis &	7	Omnibus qui Romæ eſtis, dilectis Dei, vocatis ſãctis. Gratia *ſit*

Per reſurrectionem à mortuis ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Vulgata ad verbum, ex reſurrectione mortuorum. Eraſmus, ex eo quòd reſurrexit è mortuis. Ego perinde conuerti acſi ſcriptum eſſet δι' ἀναστάσεως, vt planior eſſet ſententia. Nam ἐκ præpoſitionem hoc loco id declarare ex quo ſeu per quod Chriſti Diuinitas mundo patefacta eſt ac comprobata, conſentiunt omnes interpretes, paucis quibuſdam exceptis, qui putant ἐξ ἀναστάσεως, idem declarare atque μετὰ τὴν ἀνάστασιν poſt reſurrectionem. & hoc referunt vel ad participium ἀφωρισμένος: quam ſententiam paulo antè refutaui: vel ad πνεῦμα ἁγιωσύνης, propterea quòd poſt Chriſti reſurrectionem illapſus eſt Spiritus ſanctus: quam explicationem cur non admitterem, dixi in proxima annotatione. Sit igitur ἐκ poſita pro διὰ. Sed quia Paulus non dixit ἐξ ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, ſed ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, id eſt ex reſurrectione mortuorum, non autem reſurrectione à mortuis: ideò nonnulli hoc accipiunt de reſurrectione non ipſius Chriſti, ſed eorum quos ſcribit Matthæus cum Chriſto ſurrexiſſe & apparuiſſe multis: cuius opinionis author eſt Origenes, huc etiam ſuo more detorquens quod dixit Paulus, Chriſtum primogenitum eſſe ex mortuis, & primitias dormientium. Sed quæſo(vt nihil aſperius dicam) quàm hoc longè petitum & quàm ineptum eſt? Itaque non inſiſtam pluribus in hac opinione refutanda. Alii de reſurrectione fidelium accipiunt: ſed hoc quoque videtur ἀπροσδιόνυσον. Vult enim omnino Apoſtolus ex claro & inſigni facto, non autem ex re futura Diuinam Chriſti, quanuis hominis, naturã ac virtutem aſſerere: vt certum ſit fundamentum cui doctrinã Euangelii ſuperſtruat. Siue igitur actiuè reſurrectionem accipias, quòd ſua vi Chriſtus reſurrexerit: ſiue paſſiuè, quòd Caro ſuſcitata ſit à Deo corporaliter habitãte in ipſa: de ipſius Chriſti reſurrectione hæc accipio. neque eſt cur nos remoretur quòd Paulus nõ dixerit ἐξ ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, quũ ſententiæ ipſius tenor manifeſtè oſtendat quomodo hoc ſit explicandum, & ita etiam poſſit alibi idem dicendi genus commodè exponi, vt 1.Corinth.15.e.42, & Heb.6.a.2. *Nempe* Ieſu Chriſto Ἰησοῦ Χριστοῦ. Veteres ac recentiores hæc connectunt cum præcedentibus. Ideò Vetus interpres cõuertit, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti: & Eraſmus, ex eo quòd reſurrexerit à mortuis Ieſus Chriſtus. Ego malui Vallæ diſtinctionem amplecti, quam & ipſe Eraſmus in annotationibus comprobat. Itaque hæc connecto cum eo quod antè dixerat περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, quod & Græca facilè admittunt, nulla prorſus mutata diſtinctione, & multo planiorem ſententiam habet. Sicui tamen libuerit à à veteribus non diſcedere, is ſciat poſitum eſſe antecedens relatiui loco, ex idiotiſmo Hebræorum, de quo ſæpe iam diximus.

5 Per quem δι' οὗ. Id eſt, A quo. Nam præpoſitio διὰ hoc loco eam vim habet, vt eum ipſum declaret non modò ex cuius authoritate, vt reliqui etiam miniſtri: ſed etiam per quem ſit deſignatus Apoſtolus, vt tacita ſit inter Chriſtum & homines antitheſis, quam expoſuit Galat.1.a.1. Gratiam & Apoſtolatum χάριν καὶ ἀποστολήν. Id eſt hoc beneficium eximiæ planè liberalitatis, quòd mihi omnium ſanctorum minimo datum eſt euangelizare imperueſtigabiles Chriſti diuitias, vt ipſe explicat, Epheſ.3.b.8. Idem quoque prædicandi Euangelii munus vocat χάρισμα, 1.Tim. 4.d.14, & 2.Tim.1.b.6. Itaque particula καὶ poſita eſt in epexegeſi, quaſi dixerit Paulus, gratiam Apoſtolatus, vel gratiam, id eſt Apoſtolatum. Explicat enim, aut, propter longum hyperbaton, repetit quod antè dixerat, ſe eſſe ſeparatum in Euangeliũ Dei. Alii gratiam longius extendunt, nimirùm quòd à Phariſaiſmo ad Chriſtianiſmum eſſet reuocatus. alii(vt Origenes, ſuo more abſurdiſſima quæque proponens) referunt ad patientiam laborum: qua gratia factum ſit vt copioſius laborauerit, quàm alii. In obedientiam fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Id eſt vt homines fide obediant Deo. niſi malimus Fidei nomine ipſam doctrinam Euangelicam intelligere, quo ſenſu conuertit Vetus interpres, ad obediendum fidei: & Eraſmus, vt obediatur fidei. Nam ſic quoque dicuntur fidelium animi fuiſſe purificati ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος, id eſt eo ipſo quòd veritati obedierunt per Spiritum, 1.Pet. 1. d.28. Cæterùm τὸ ὑπακούειν & τὸ κηρύσσειν (vt apparet ex hoc loco & ipſa verbi notatione) mutuò ſe reſpiciunt: quæ vel vna obſeruatio ſatis firma eſt euertendis omnibus ἐθελοθρησκείαις, quas vulgo bonas intentiones vocant. Inter omnes Gentes ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Hoc nonnulli ad ὑπακοὴν referunt. Ego malo connectere cum verbo ἐλάβομεν, ideò poſt πίστεως adſcripſi diſtinctionem. Nam alioquin non cohæreret quod ſtatim ſubiicitur de Chriſti nomine. Eſt autem hoc loco notandum: hìc quoque πάντας, id eſt omnes pro quibuſuis poni(quam enallagen ſæpiſſimè annotauimus) & Iudæis opponi Gentes, quibus ſcilicet peculiariter deſignatus erat Apoſtolus ex Eccleſiæ conſenſu, vt ſcribit Galat.2.b.7.8.& 9.

Pro ipſius nomine, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id eſt ἕνεκα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, nominis eius cauſa, nempe vt eius nomen inter Gentes quoque innoteſcat, ſicut explicatur 2.Theſſ.1.d.12: ſiue vt gloria ipſius amplificetur. Ponitur enim nomen pro fama & exiſtimatione, atque adeò pro dignitate, vt Philipp.2.b.9. Itaque veri miniſtri dicuntur profecti ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, & opponuntur mercenariis, Iohan.3.b.7. Ambroſius interpretatur pro eius nomine, id eſt vice ipſius, ſiue in ipſius nomine: quam interpretationem haud ſcio an Græca admittant, niſi nomen Chriſti pro ipſo Chriſto accipias: vt hoc ſit quod ait idem noſter Apoſtolus, 2.Corinthiorum 5. d.20, ſe ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύειν, id eſt Chriſti nomine fungi legatione: alioquin dicendum erat potius ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, vt Marc. 11.b.9. Quidam ὑπὲρ pro περὶ accipiunt: quo ſenſu conuertit Eraſmus, ſuper ipſius nomine: ita ſcilicet vt hæc cohæreant cum εἰς ὑπακοὴν πίστεως, quaſi ſcriptum ſit, Vt inter omnes Gentes obediatur fidei quæ eſt de Ieſu Chriſti nomine. Ego malo referre ad ſuperiora, id eſt ad id quod dixerat ſe accepiſſe Apoſtolatum vt inter omnes Gentes portaret Chriſti nomen, ſicut loquutus eſt Dominus quum eum deſignaſſet Apoſtolum, Act. 9. c. 15: qui locus planè videtur iſtum explicare. 6 Vocati Ieſu Chriſti: κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, qui Dei beneficio eſtis Ieſu Chriſti, ſiue in Ieſu Chriſto adoptati. Itaque ſi vocatos expoſueris ἐπωνύμους, id eſt ex Chriſti nomine cognominatos, ſicut à Chriſto Chriſtiani denominantur, non ſatis expreſſeris eum quem Hebræi מקורא, Theologi Græci, ac præſertim Paulus, κλητὸν vocant. Declarat enim non eum modò cui tribuitur re vera id quod dicitur, ſed etiam Dei mera benignitate factum eſſe vt eiuſmodi ſit qualis eſt, quemadmodum dicebat Paulus, Gratia Dei ſe id eſſe quod erat. Hoc modo explicandum etiam eſt illud Vocatis ſanctis, quod ſubiicitur in proximo verſiculo, quum eoſdem dixiſſet ἀγαπητοὺς Θεοῦ dilectos Dei, id eſt Deo chariſſimos & quaſi ipſius delicias, nempe vt intelligeremus hanc beneuolentiam inde oriri quòd Deus nos prior dilexerit, vt ſcriptum eſt 1.Iohan.4.b.10, & d.19. 7 Gratia *ſit* vobis & pax χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Nouam hìc periodum incipio, adſcripto puncto poſt ἁγίοις. quemadmodum in reliquis epiſtolis ſummo omniũ codicum conſenſu legitur. Itaque poſt ἁγίοις ſubaudiẽdum eſt verbum ἐπιστέλλω, id eſt hanc epiſtolam mitto, Paulus ſcilicet Apoſtolus. Deinde ſequitur ἀσπασμὸς τὴν ἐπιγραφὴν, ſubaudito verbo ἔστω, quod expreſſimus partim vt planior eſſet constructio, partim verò ne poſthac poſſit huius loci vera diſtinctio deprauari. Nam alioquin manifeſtus eſſet ſolœciſmus, quum potius dicendum fuerit χάριτα καὶ εἰρήνην, gratiam & pacem, prætermiſſo pronomine ὑμῖν vobis, niſi ex Hebræorum idiotiſmo placuerit repetere. Cæterùm vocabulo Gratiæ quæ ab Hebræis חן dicitur, non iam dona ipſa Dei, id eſt χαρίσματα (vt paulò antè) ſed fontem ipſum declarat vnde hæc beneficia promanant, nempe gratuitam illam Dei beneuolentiam etiam quo tempore inimici eramus, nequis gratiam cum operibus præparationis, aut præuiſis meritis (quæ Sophiſtæ vocant) conciliari poſſe putet, contra quàm Paulus ſcribit infrà 4.a.4,& aliis innumerabilibus locis. Deinde huic beneuolentiæ ſubiungit εἰρήνην pacem, quam vocant Hebræi שלום, id eſt omnium rerum fœlicem ac proſperum in Deo ſucceſſum. Ita enim hoc vocabulum ab Hebræis vſurpari, ſæpe iam annotauimus.

Gratiarũ actio.

Fides Romanorum.

Seruire Deo in ſpiritu.

Optat Paulus videre Romanos.

vobis & pax à Deo patre noſtro, ″& Domino Ieſu Chriſto.

8 ″In primis quidẽ gratias ago″ Deo meo per Ieſum Chriſtum ſuper omnibus vobis, ′quòd fides veſtra annũtiatur″ in toto mũdo.

9 Teſtis enim″ mihi eſt Deus, ″cui ſeruio″ ſpiritu meo ″in Euãgelio Filii ipſius, quòd indeſinenter″ mentionem veſtri faciam:

10 Semper in orationibus meis rogans″ vt, ſiquomodo tandem aliquando proſperum iter mihi detur ex volũtate Dei, veniã ad vos.

11 Expeto enim videre vos, vt aliquod impertiar vobis donũ ſpirituale ad vos ſtabiliendos.

12 Hoc eſt, ′vt communẽ exhortationem percipiam apud vos, per mutuam fidem, veſtram ſimul & meam.

13 Nolo autem vos ignorare fratres, quòd ſæpe propoſui venire ad vos (″ſed prohibitus ſum vſque adhuc) vt fructum aliquem haberem inter vos quoque, ſicut & inter reliquas Gentes.

pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.

8 Primùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. B

9 Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio Filii eius, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio:

10 Semper in orationibus meis obſecrans ſiquo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.

11 Deſidero enim videre vos, vt aliquid ĩpertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos:

12 Id eſt, ſimul conſolari in vobis, per eam quæ inuicem eſt, fidem veſtram atque meam.

13 Nolo autem vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos (& prohibitus ſum vſque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis, ſicut & in cæteris Gentibus.

Et Domino καὶ Κυρίου. Quidam conuertunt, Et Domini, vt intelligamus Patrem nobis eſſe cum Chriſto communem. Sed amplector potius eorum opinionem qui repetunt ἀπὸ præpoſitionem. Sic igitur Paulus precatur illis gratiam, vt ſimul explicet per quem nobis à Deo Patre detur hæc pax ac gratia, nimirum per Chriſtum illum vnicum μεσίτην. neque verò Spiritum ſanctum prætermittit, quum Spiritus ſit ea ipſa gratia quæ à Patre ac Filio proficiſcitur. 8 In primis quidem Πρῶτον μὲν. Vel, vt Vulgata & Eraſmus, Primùm quidem. neque requiritur vt aliquæ aliæ diſtributionis partes ſequantur. Nam particula πρῶτον ſimpliciter declarat hoc eſſe ſermonis initium, quaſi diceret Paulus, Vt loquendi initium faciam, gratias ago, &c. Sic Titus Liuius hiſtoriam inchoans, Iam primùm omnium, inquit, ſatis conſtat, &c. Sed & aliis locis annotauimus πρῶτον ita collocari, vt nihil ſecundum aut tertium ſubiiciatur, vt infrà cap.3.a.2, Matth.10.a.2, Marc.3.b.16, Act.26.d.20. Deo meo τῷ Θεῷ μου. Annotauit quidem Origenes hanc loquutionem propriam eſſe fidelium, ſed rationem tamen eius non intellexit. Putat enim huius loquutionis emphaſin eſſe in Dei nomine, quia ſoli ſancti verum Deum adorant: quum potius tota energia ſita ſit in pronomine Meus: ſicut rectè annotarunt Græca ſcholia Quòd fides veſtra annuntiatur ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται. Id eſt, quòd ea ſit veſtra fides vt paſſim in Eccleſiis commendetur, & de vobis multus vbique ſit ſermo. Quòd autẽ Origenes ita etiam accipi hæc poſſe putat, quaſi dicat Paulus ſe gratias agere quòd fides Romanorum, id eſt doctrina quam erant amplexi, ea ſit quæ in toto mũdo prædicetur: planè violentum eſt ac detortum. In toto mundo. ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Id eſt paſſim per omnes Eccleſias. Eſt enim hyperbole petita è medio. Itaque quod Origenes de cælis philoſophatur, quò etiam peruenerit rumor de Romanorum fide, & vbi quoque prædicetur ea ipſa fides ac doctrina cui crediderant Romani: id inquam planè ſapit Origenicam contemplationem.

9 Mihi μου. In vno codice ſcriptum legimus μοι, ac fortaſſe rectius. Nam non ita trita videtur hæc enallage, & vereor vt nimis coactũ ſit μου connectere cum ὁ Θεὸς per traiectionem, vt conuertas, Teſtis enim meus eſt Deus. quanuis nonnihil venuſtatis habeat illa repetitio, quum dixiſſet, Gratias ago Deo meo. Cui ſeruio ᾧ λατρεύω. Id eſt ᾧ λειτουργῶ. Eraſmus, quem colo, rancidam illam Duliæ & Latriæ differentiam nobis obtrudẽs, quum & apud idoneos ſcriptores δοῦλος & λάτρεις ſynonyma ſint, & paſſim in Scripturis hæc permutẽtur, vt Act.20.d.14, Infrà 7.b.6, & 12.c.11, & 14.d.18, Epheſ.6.b.7, Philipp.2.c.22, Coloſſ.3.d.24, & alibi ſæpe. Vide Matth.4.b.10. Spiritu meo ἐν τῷ πνεύματί μου. Id eſt planè volens & ex animo illi addictus. Quanuis enim tacita quædam ſit antitheſis inter cultum cæremonialem & ſpiritualem, tamen non eò puto Paulum reſpicere, ſed huc potius vt fidem faciat ſe verum dicere, aduocato ſcilicet in teſtem Deo, cuius maieſtatem ac gloriam quanti faceret, non potuit melius aut certius oſtendere quàm ex ea diligentia qua vtebatur in annuntiando Euangelio ſibi commiſſo. Quod autem Origenes in hunc locum de carne & ſpiritu Legis diſſerit, huc etiam detorquens dictum illud Pauli, Litera occidit, Spiritus eſt qui viuificat, id totum reiiciemus in initium capitis octaui: vbi quàm ignotum fuerit Origeni beneficium Chriſti, planum faciemus. In Euangelio Filii ipſius, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id eſt promulgando Filio ipſius, ſicut dicit Apoſtolus ſe Chriſtum prædicare, id eſt reconciliationem ac pacem per Chriſtum: quia ſcilicet Chriſtus eſt ipſa Euangelicæ prædicationis quaſi materia ac ſubſtantia. Euangelium itaque hoc loco non ſignificat doctrinam ipſam, ſiue illud quod annuntiatur, vt plerunque ſolet: ſed doctrinæ ipſius prædicationẽ, vt infrà 15.d.19, & 1.Cor.9.b.14, Philipp. 4.c.15: quæ ſignificatio non obſeruata, Hieronymum & eos omnes fefellit qui exiſtimarunt Paulũ, 2. Cor.8. c.18, quum diceret ſe ad Corinthios fratrem miſiſſe, cuius laus erat in Euangelio per omnes Eccleſias, de Luca agere & libris ab eo perſcriptis. 10 Vt, ſiquo modo εἴ πως. Hanc interpretationem ſum amplexus ex duorum codicum authoritate, in quibus adſcripta erat diſtinctio poſt δεόμενος, ita ſcilicet vt connectatur cum verbo ἥκειν, & alia interiiciantur: quæ ſententia ſimplex eſt & plana. Nam alioquin neceſſariò ſupplendũ eſt aliquid explẽdæ ſentẽtiæ accommodatum. niſi malimus legere ὅπως, id eſt Vt: quam lectionem inuenimus in vno duntaxat exemplari. Supereſt vt variam huius loci diſtinctionem annotemus. Nam alii poſt ποιοῦμαι adſcripto puncto, ſequentia connectunt cum δεόμενος: alii connectunt omnia vſque ad προσευχῶν μου: quam diſtinctionẽ ſi ſequamur, videbitur omnino redundare πάντοτε, quod etiam non additur in Græco Chryſoſtomo: & fortaſſis irrepſit in contextum ex margine, vbi annotatum erat pro expoſitione aduerbii ἀδιαλείπτως. 12 Vt communem exhortationem percipiam apud vos, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Vulgata ad verbum, non obſcurè modò, ſed etiam barbarè, ſimul conſolari in vobis. Eraſmus, vt communem conſolationem capiam in vobis. Ego verò D. Bucero potius aſſentior, qui exhortationem potius quàm conſolationem conuertit, quia de mutuò confirmandis animis hîc agitur. Deinde ἐν ὑμῖν in vobis non poſſum accipere pro δι' ὑμῶν per vos, propter illa quæ ſequuntur. Nam ſanè non probo quod Chryſoſtomus tradit in hunc locum, indignum eſſe videlicet exiſtimare quod Paulus dixerit ſe potuiſſe Romanorum fide adiuuari: neque item quod exiſtimat Ambroſius, Romanos quo tempore hæc ſcripſit Apoſtolus, nondum fidem Chriſti rectè tenuiſſe. Nam potius ex iis quæ hoc loco de iis Paulus commemorat, & infrà cap.15.c.14, apparet egregiè fuiſſe inſtructos. Sed quum omnes ex parte cognoſcamus, non dubium quin & illi ex Paulo partim multa intelligere, partim ea quæ intelligebant, accuratius cognoſcere: & Paulus etiam ipſe (quantunuis excellens) ab Eccleſia illa tum erudiri magis ac magis, tum confirmari, illos etiam docendo, potuerit. 13 Sed prohibitus ſum καὶ ἐκωλύθην. καὶ pro ἀλλὰ poſitum, ſæpe iam annotauimus. Prohibitum autem ſe dicit vel à Satana, vt 1. Theſſal.2.d.18, vel ab ipſo ſancto Spiritu qui ſingulis rerum momentis moderatur, vt Act.16.b.6 & 7: vel quòd aliò vocaretur, dum nullam prædicandi Euãgelii occaſionem prætermittit: quam rationem maximè amplector, quòd ita omnino videatur Apoſtolus ipſe explicare infrà cap.15.e.20 & 21. Sunt autem hæc ita interiecta vt ſententiam veluti abrumpant, ſicut in communi ſermone multa eiuſmodi hyperbata committuntur. neque eſt cur ſtatim exclament nonnulli Paulum ſcatere hyperbatis & anantapodotis, quibus illam Synchyſin Homeri oppono, quo tamen certiſſimum eſt nullum vnquam ſcriptorum magis facundum extitiſſe. Sic igitur ille Iliados β'. Ὣς ἔφατ', Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, (ἀμφὶ δὲ νῆες Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν) Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο. Vt interim taceam Hebræos ſolere etiam inter elegãtias numerare iſtas traiectiones, aut etiam nonnullas aſperiores, vt Pſal.40.b.11, & 139.b.14. Sicut autem Origenes diligens fuit in annotãdo hyperbato quod manifeſtiſſimum erat: ita in hac diſtribuenda conſtructione bis peccauit. Neque enim hæc reponit in ſuum locũ, & putat etiã eſſe eclipſin relatiui οἷς in proximo verſiculo, quaſi videlicet καθὼς & οὕτω mutuò ſe reſpiciãt. Itaque ſic iſta collocat, Nolo vos ignorare quòd propoſui ſæpe venire ad vos vt fructum aliquem haberẽ etiam inter vos, ſicut & in cæteris Gentibus, Græcis ſimul ac Barbaris, ſapiẽtibus & inſipientibus *quibus* debitor ſum: ſed vſque adhuc ſum prohibitus.

Deinde quaſi huius conſtructionis immemor, decimumquartum verſiculum ita cōnectit cum ſuperioribus, quaſi noua periodus inchoet à καθώς, hoc modo ſcilicet, Propoſui venire ad vos, vt fructum aliquem haberem etiam inter vos, ſed prohibitus ſum vſque adhuc. Sicut in cæteris Gētibus, Græcis ſimul, &c. *quibus* debitor ſum. Ita, quantum in me eſt, paratus ſum etiam vobis qui Romæ eſtis, euangelizare. Ego verò ſic potius conſtruo, Nolo autem vos ignorare fratres, quòd ſæpe propoſui venire ad vos, vt aliquem fructum haberem etiam inter vos, ſicut & inter reliquas Gentes: ſed impeditus ſum vſque adhuc. Et Græcis & Barbaris, tum ſapientibus tum inſipientibus debitor ſum. Itaque omnis mea facultas prompta eſt ad euangelizandum vobis quoque qui Romæ eſtis.

Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum:	14	Et Græcis & Barbaris, ″tum ſapientibus tum inſipientibus debitor ſum.
Itaque quod in me promptum eſt, & vobis qui Romæ eſtis, euangelizare.	15	ʹItaque″ prompta *eſt* mea facultas ʹvobis quoque qui Romæ eſtis, euangelizare.
Non enim erubeſco Euangelium: virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco.	16	Non enim me pudet Euangelii Chriſti: potentia ſiquidem eſt Dei, ad ſalutem cuiuis credēti, Iudæo in primis, ″tum etiā Græco.
Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex	17	ʹIuſtitia enim Dei per illud ″exhibetur ʹex fide in fidē: ſicut ſcri-

ἀνόητοι galatae

14 Tum ſapientibus tum inſipientibus σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις. Aſſentior illis qui hæc referunt ad ſingulares perſonas: illud autem, Græcis ac Barbaris, ad nationes ipſas in genere comprehenſas. Illud quidem certum eſt, Romanorum appellatione ab Apoſtolo ſignificari quicunque Romæ degebant, cuiuſcūque gentis eſſent: vt liquet partim ex eo quòd Apoſtolus in genere ſalutem dicit iis qui Romæ ſunt: partim etiam ex eorum catalogo quos ſaluere iubet in extrema epiſtola.

15 Itaque οὕτω. Vel, Ita pro Itaque, quo modo apud ipſum Ciceronem vſurpatur hæc particula in concluſionibus. Sic enim Cic. lib. 1 de Natur. deor. Virtus, inquit, actuoſa eſt, & deus veſter nihil agens, expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem eſt. Quod autem Græca ſcholia in ſuperiore verſiculo ſubaudiunt ὥσπερ, & laborat Origenes vt iſta in eandem periodum cogat, planè nihil eſt: quum ſit potius in his verbis concluſio argumenti. Debitor ſum, inquit Apoſtolus, & Græcis & Barbaris. id eſt, teneor ex Apoſtolico munere quod à Domino accepi, quibuſuis hominibus Chriſtum annuntiare. itaque nihil magis expeto quàm apud vos quoque munere meo defungi. Subiicitur deinde anthypophora, Neque enim me pudet Euangelii. Prompta *eſt* mea facultas τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον. Subaudi ἐστὶν, eſt. Vulgata, quod in me promptum eſt, obſcurè quidem, ſed fideliter tamen ad verbum expreſſa ſententia. Neque enim τὸ κατ' ἐμὲ ſeparandū eſt à πρόθυμον, neque hoc loco ſignificat τὸ ἐμὸν μέρος vel ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, id eſt pro virili, vel quātum in me eſt: ſed illud ipſum ſignificat quod in aliquo ſitum eſt, ſiue alicuius facultate. niſi ſimpliciter malimus explicare τὸ κατ' ἐμὲ per ſimplex pronomen ἐγώ, vt in illo Platonis, lib. De legibus ſecundo, τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα, ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμα ἂν εἴη· τὰ δ' ἐμά, βούλεσθαι μὲν ἕτοιμα, δύνασθαι δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδια. id eſt (doctiſſimo Budæo interprete) Vos quidem igitur audire, vt videtur, parati: ego autem velle quidem promptus, ſed non perinde poſſe facilis. Sic igitur hunc etiam locum eleganter conuertas, Itaque promptus ſum ego vobis quoque qui Romæ eſtis, euangelizare. Hæc autem phraſis non animaduerſa, fecit vt hic locus à Græcis ipſis non rectè explicaretur, quorum alii putarūt ὀφειλέτης εἰμὶ repetendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ: quæ eclipſis planè eſt violenta in diuerſa periodo: alii ὀφειλέτης εἰμὶ ſine vlla repetitione coniunxerunt cum εὐαγγελίσασθαι, hoc modo, Et Græcis & Barbaris teneor, itidem & vobis qui Romæ eſtis, pro animi mei promptitudine euangelizare. quam interpretationem ſi ſequaris, non ſatis cohærebit quod poſtea ſubiicitur, Non enim me pudet. Origenes verò alia etiam commenta excogitauit, de quibus paulo antè diximus. Latini verò Græcorum etiam errorem auxerunt, vt qui poſt τὸ κατ' ἐμὲ diſtinctionem adſcripſerunt: & quia verbum finitum deerat, verterunt πρόθυμον paratus, vel promptus ſum: quaſi idem declaret atque πρόθυμός εἰμι vel προθυμοῦμαι: quæ enallage abſurdior eſt quàm vt refutatione ſit opus. Nihilo melior eſt (opinor) Vallæ ſententia, qui putat πρόθυμον ſignificare τὴν προθυμίαν. Inde etiam factum vt typographi Vulgatam editionem corrumperent, quum excuderent, Itaque (quod in me) promptum eſt & vobis, &c. pro eo quòd excudendum fuit ſine parentheſi, Itaque quòd in me promptum eſt, &c. id eſt, quicquid ſitum eſt in me, id promptum eſt ad euangelizandum etiam vobis. Sic enim explenda eſt Græca oratio, οὕτω τὸ ὂν κατ' ἐμὲ πρόθυμόν ἐστι καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. Vobis quoque καὶ ὑμῖν. Notāda eſt particula καί. Indicat enim in ſuperiore diſtributione (meo quidem iudicio) Romanos non fuiſſe comprehēſos, quod Ambroſiū latuit, & veteres pleroſque. Nam Romanos qua tandem ratione Græcos vocaret, quum Græcos Iudæis non opponat, ſed Barbaris? inter Barbaros autem quo iudicio illos recēſeret, præſertim in epiſtolæ exordio, quum vix vllo nomine magis potuerint offendi? Sed tamen ſuum hìc quoque cuiuis iudicium liberum eſto.

16 Tum etiam Græco. καὶ Ἕλληνι. Semel hoc dictum ſit, apud Paulum Græcorum nomine, quoties opponuntur Iudæis, omnes Gentiles (quos vocant) ſignificari, orta nimirum hac loquendi conſuetudine ex eo quòd maxima pars Orientis Græcè loquebatur.

17 Iuſtitia enim Dei Δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ. Quia Deus iuſtus eſt, ideóque iuſtitiæ amans & iniuſtitiæ hoſtis, neceſſe eſt vt quæ doctrina nos docet qua ratione iuſtitiam adipiſcamur, illa quoque aditum ad ſalutem patefaciat. Rectè igitur Paulus argumentatur ab iis quæ ſunt perpetuo vinculo neceſſariò coniuncta. Non eſt igitur propriè ſtatus huius epiſtolæ, Nos in Chriſto fide apprehēſo gratis iuſtificari: ſed hic potius, Nos à Deo per vnum Chriſtum ſeruari, ſi Euangelio crediderimus. cui propoſitioni ſubtexitur illa, Nos ſola in Chriſtum fide iuſtificari. Hæc autem diligenter conſiderata, manifeſtè indicant quid vocabulo Iuſtitiæ Dei intelligatur: perfectio ſcilicet illa & ſumma integritas qua quiſquis donatus eſt, ſiſtitur coram Deo ἅγιος, ἄμωμος, καὶ ἀνέγκλητος, vt loquitur Paulus Coloſſ. 1. c. 22, id eſt ſanctus, inculpatus, & qui nullius criminis poſſit poſtulari. Ea igitur à Paulo dicitur Iuſtitia Dei, non tam quia gratuitum eſt Dei donum, idque per imputationē, aut quia hanc largiendo Deus ſe iuſtum, id eſt fidelem ac veracem præſtat: quàm vt opponatur iuſtitiæ hominum ſiue ex operibus, qua teſtatur Dauid nullum hominem iuſtificari: quum ne pater quidem ipſe credentium Abraham de ea iure poſſit coram Deo gloriari, vt inquit Apoſtolus infrà cap. 4. a. 2. Exhibetur ἀποκαλύπτεται. Vulgata, reuelatur. Eraſmus, patefit: quas ſignificationes fateor huic verbo conuenire: neque tamen putaui huic loco ſatis accommodatas. Neque enim (vt opinor) Paulus eo duntaxat nomine commendat Euangeliū, quòd in eo retegatur, & ſpectandum proponatur quod antea ignorabant homines, fide nimirum quærendam eſſe in Chriſto eam iuſtitiam & integritatem, cuius vi à Deo ſalutem adipiſcamur: ſed quòd hanc iuſtificandi rationem ita proponat, vt etiam re ipſa exhibeat: vt hoc modo conſtet, Euangelium verè eſſe potentiam Dei in ſalutem, id eſt validum & efficax Dei inſtrumentum quo vtatur ſeruandis per fidem hominibus. Itaque pro conſuetudine Hebræorum de qua copioſius diximus Marci 8. b. 11, Lucæ 3. b. 7, ex antecedente intelligendū eſt conſequens. Quòd igitur nonnulli hoc referunt ad bona opera, vel ad Spiritus ſancti dona quæ ſunt veluti index Iuſtitiæ Dei in nobis imputatæ, & doctrinam Euangelicā confirmant: mihi videtur parū appoſitum. Ex fide in fidem: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Id eſt, fide quæ quotidie incrementum accipiat: ſicut Pſal. 84. b. 7. Nam ſicut vnus eſt Deus, ita etiam vna eſt fides: ſed quæ ſuis gradibus in nobis perficienda ſit. Rectè itaque Clemens, στρωματέων λόγῳ ε΄. Ἀπόστολος, φησὶν, φαίνεται διττὴν καταγγέλλων πίστιν, μᾶλλον δὲ μίαν, αὔξησιν καὶ τελείωσιν ἐπιδεχομένην. Apoſtolus, inquit, videtur duplicem fidem annuntiare, ſed potius tamen vnicam tantùm annuntiat, quæ per incrementa ad perfectionem contendat. Alii argutius interpretantur, quorum opiniones non eſt noſtri inſtituti commemorare. Sed quid fides declaret apud Apoſtolum, neceſſe eſt ſemel explicemus, quoties quidē de fide quæritur qua iuſtificamur. propterea quòd apud Theologos paulo aliter accipitur hoc vocabulū quàm apud alios authores: & multa Eraſmus in hunc locum videtur non ita accommodatè diſſeruiſſe. Quidam igitur fidem interpretantur obedientiam qua fit vt homines, ſicut polliciti ſunt Deo, ita etiam ex ipſius voluntatis præſcripto viuant: ſicut à Cicerone definitur fides, dictorū ac conuentorum conſtantia ac veritas. Sed de hac fide Paulum non agere, vel illud oſtendit, quòd vbique fidei opponit opera. Itaque valeāt Sophiſtæ cum qualitate ſua inhærente vel infuſa, quoties de iuſtitia Dei quæritur. Alii fidem definiunt aſſenſionem qua credimus verum eſſe quicquid vtrunque Teſtamētum nobis credendum proponit: addunt etiam nonnulli, quicquid præcipit credēdum Eccleſia: neque interim definiunt quæ ſint Eccleſiæ illius legitimæ notæ, ſed ſub ſpecioſo hoc nomine hominibus illudunt: quinetiam docent ſatis eſſe ſi in genere credant homines quod credit Eccleſia, nec de ſingulis explicandis laborant. At Chriſtiani contra nullum aliud fidei obiectum agnoſcunt, quàm verbum Dei ſcriptum: neque vllam aliam Eccleſiam, quàm quæ vnius ſponſi vocem audit: neque fidem illam implicitam aliud eſſe putant, quàm diabolicam ἀναισθησίαν: quia nemo rei incognitæ, niſi fortaſſis per ſomnium, aſſentitur. Verùm ne hanc quidem fidem eſſe dicimus qua iuſtificati, pacem habemus: quum diaboli hanc etiam fidem habeant & contremiſcant. Fidem igitur de qua hìc quæritur, eſſe definimus firmam illam & conſtātem animi perſuaſionem, qua certus eſt apud ſe vnuſquiſque fidelium non modò verū ac firmum eſſe in genere verbū Dei, ac præſertim promiſſiones Dei de gratuita per Chriſtum reconciliatione: ſed etiam iſtas, vt eſt à Spiritu ſancto edoctus, credit ad ſe propriè ac peculiariter pertinere: qua, inquam, vniuerſalem illam promiſſionem vitæ æternæ per ſanguinem Chriſti omnibus

De vocabulo fidei.

credentibus acquiſitæ ſinguli amplectuntur,ac ſibi ipſis applicant.Hanc vnam fidem eſſe dicimus quæ nos & Chriſti & omnium ipſius donorum,id eſt omnis perfectionis ac integritatis,ſummæque illius iuſtitiæ faciat per gratuitam imputationem participes: vt verè ac in ſolidū per eum gratis iuſtificati,pacem habeamus,facti ſcilicet hæredes Dei,ac Chriſti cohæredes.Deinde nos quoque per eiuſdem Chriſti fide apprehenſi Spiritum & peccato mortificari,& iuſtitiæ viuificari dicimus,vt incipiamus velle ac facere quæ Dei ſunt:& cum fide,indiuiduo nexu,coniungimus fiduciam,ſpem,patientiam,inuocationem,charitatem,ac bona opera,iuſtitiæ illius Dei non cauſas,ſed effectus: quos qui non habeat,falſo ac fruſtra ſe cauſam illarum virtutum,id eſt fidem habere iactet.Hæc in ſumma eſt Apoſtolicæ doctrinæ ſumma,propter quā nos hodie immeritò à diabolo & Antichriſto vexari,quum & certo fundamento,id eſt verbo Dei ſcripto,non autem hominū opinione aut conſuetudine nitatur, & Deo totam ſalutis noſtræ gloriam vindicet,nos quidem Deum cum ſuis ſanctis Angelis ac beatis ſanctorum ſpiritibus in cælis teſtem habemus:ad cuius tribunal ab immani Satanæ & mundi crudelitate prouocamus.

ptum eſt, Iuſtus autem "ex fide viuet.

"Palàm eſt enim ira Dei è cælo "aduerſus omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, "vt qui "veritatem "iniuſtè detineant:

Propterea quòd id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt "in ipſis: Deus enim eis manifeſtauit.

Nam quæ eius ſunt inuiſibilia, "dū per res cōditas intelligūtur, "ex creatione mundi peruidentur, "æterna ſcilicet eius tum potentia tum Diuinitas: ad hoc vt ſint ipſi inexcuſabiles.

Propterea quòd quum Deum cognouerint, "*tamen* vt Deum nō

fide in fidem: ſicut ſcriptum eſt, ‖Iuſtus autem ex fide viuet.

18 Reuelatur enim ira Dei de cælo, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiā hominum eorum qui veritatem in iniuſtitia detinent:

19 Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit.

20 Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mūdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciūtur, ſempiterna quoque ei9 virtus & Diuinitas: vt ſint inexcuſabiles.

21 Quia quū cognouiſſent Deum, nō

Habac.2.a.4
galat.3.b.11
heb.10.g.38
C

Epheſ.4.d.17

Ex Fide ἐκ πίστεως In Hebræo legitur באמונתו .i. ex fide ſua,pro quo Græci interpretes(vt annotat Hieronymus)legerunt באמונתי,id eſt ex fide mea. Apoſtolus pronomen non expreſſit, partim quia propoſitum eſt illi in genere oſtendere fidem eſſe iter ad vitam, partim quia hæc pronomina per ſe ſatis in Græco idiomate intelliguntur,quemadmodum etiam in Latino,adeò vt ferè prætermitti ſoleant.

18 Palàm eſt ἀποκαλύπτεται. Vulgata,Reuelatur.Eraſmus, Palàm fit: quaſi ſcilicet hoc quoque retegatur per Euangelium. Nam proculdubio nihil æquè arguit mundum de peccato, atque lux Euangelii.ſed hoc tamen eſt κατὰ συμβεβηκός,nimirum quia irritatus Satan, furit cū ſuis: quum alioquin arguere peccata,potius ad Legis quàm ad Euangelii miniſteriū pertineat. Sed quorſum hoc? aſſumeret enim Paulus hoc ipſum quod eſt in quæſtione poſitum, nempe ſitne Euangeliū potentia Dei in ſalutem:id eſt,an per Euangelium Deus exerat virtutem ſuā ſeruandis hominibus.Hoc probaturus Paulus,dixit fidem(cuius mutua eſt relatio cum Euangelii prædicatione)afferre nobis eam iuſtitiam quæ coram Deo nos approbet,ac proinde iter ad ſalutem oſtendere. Nūc ſupereſt vt hoc probet,nos ſcilicet nullo alio inſtrumento quàm fide,hanc iuſtitiam conſequi. Probatur autem hoc ex hac diuiſione ἀμέσῳ: aut per fidem,imputata ſcilicet nobis Chriſti iuſtitia,iuſti ſumus coram Deo:aut noſtra iuſtitia,id eſt Legis Diuinæ obſeruatione. Atqui tota vita hominū clamat,Deum in homines è cælo iram ſuam effudiſſe. non ſunt igitur iuſti homines in ſeſe. Deus enim iuſtis non indignatur,ſed iniuſtis.Cedo verò vnde ira iſta Dei colligitur? ex eo quòd homines laxatis habenis,in omne ſcelus ferūtur:quod liquidò apparebit ſiquis ad præſcriptum Legis tū naturalis tum Moſaicæ vitā ipſorum exigat.Hoc eſt filum Paulinæ diſputationis vſque ad cap.3.c.20, vbi hæc pars dilemmatis concluditur. Indicant autem hæc quomodo conuertendum ſit verbum ἀποκαλύπτεται hoc in loco,nimirum pro Manifeſtè apparet.Item quid declaret illud ἀπ' οὐρανοῦ è cælo,in quo explicando veterum plerique intempeſtiuè profectò philoſophantur: quum ſimpliciter ſignificet Paulus, manifeſtius eſſe quàm vt quiſquā inficiari poſſit,Dominum è cælo(vbi ſcilicet illum vel natura ipſa duce quærimus)in omnes ac ſingulos homines indignari.Cōſiderat enim Paulus omnes homines,quales in ſeſe exiſtunt,nimirū impii in Deū,& in alios homines iniuſti. Aduerſus omnē,&c. ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων .i.aduerſus omnes impietatis ac iniuſtitiæ ſpecies quæ in hominibus extant,ſicut infrà verſu 29,dicuntur homines pleni omni iniuſtitia. Quidā tamen malūt explicare per hypallagen,pro,aduerſus omniū hominū impietatē & iniuſtitiam. Aliis Hebraiſmū eſſe placet,de quo diximus Matth.24.b.15,pro,aduerſus omnes homines impios & iniuſtos. Sed hoc in primis notandū eſt,ita accipiendum nō eſſe quaſi aliqui ſint homines qui non ſint impii nec iniuſti, quos Apoſtolus hîc non arguat: ſed ita potius vt ſciamus omnes, atque adeò ſingulos homines ab Apoſtolo vtriuſque ſceleris coargui.Id enim ita eſſe intelligendū,apparet ex eo quòd inſtituta eſt diſputatio non modò aduerſus omnes in genere,ſed ſigillatim aduerſus ſingulos homines,vt in vno Chriſto ſalutem quærant:quod etiam docet ipſa Apoſtoli concluſio quæ vniuerſaliter exprimitur infrà cap.3.c.20. Apoſtolus itaque de miſera hominum in ſeſe conditione dicturus,vt iuſtitiam ex fide ſtabiliat,omnia illorum ſcelera ad duo capita reuocat,impietatem ſcilicet & iniuſtitiam:vt qui Legem naturæ nō aliter diuidat, quàm Deus ipſe decalogum.i.Legis naturæ inſtaurationem,in duas partes diſtinxit.Impietas enim ad Dei cultum peruerſum, iniuſtitia ad charitatem violatam pertinet.Deinde ſigillatim vtrunque caput explicatur. Vt qui detineant τῶν κατεχόντων. Vulgata & Eraſmus,qui detinent. Sed res ipſa poſtulat vt articulus non accipiatur διακριτικῶς,ſed αἰτιολογικῶς:quem vſum alibi ſæpe annotauimus. Reddit enim rationem Paulus quare omnes homines dixerit eſſe iudicio Dei obnoxios, tum vt impios tum vt iniuſtos: quia ſcilicet veritatem iniuſtè detinent.Hoc non vidiſſe Origenem ac ſophiſtas,minimè miror,quum Pauli ſcopum ac totam ſeriem diſputationis non multo melius intellexerint quàm ſi Paulum nunquam inſpexiſſent. Veritatem τὴν ἀλήθειαν. Ita vocat Paulus quicquid lucis in homine relictum eſt:nō vt hac duce in Dei gratiam redeant (hoc enim eſt vnius Chriſti opus, qui ſolus vera lux eſt, via,ac veritas) ſed vt ſuo ipſorum iudicio ſceleris conuincantur tum in Deum tum in homines, ſemen ſcilicet cognitionis Dei ad eum colendum, & diſcrimen aliquod iuſti & iniuſti: vnde Lex illa naturæ orta,ad quam Paulus vitam hominum exigens,omnes ac ſingulos manifeſtò coarguit. Iniuſtè ἐν ἀδικίᾳ. Heb. בחמס, pro quo ad verbum Vulgata & Eraſmus,in iniuſtitia.Eſt autem iniuſtitia ſuum cuique non reddere. Quum igitur veritas nos doceat vnum verum Deum vt omnipotentem & æternum colere, & nulli facere iniuriam, & huc quodammodo geſtiat ipſa veritas erumpere: iniuſtè faciunt homines quòd nec verum numen rite colant, nec ceſſent alii alios atque adeò ſeipſos lædere: & veritatem quaſi intus luctantem reprimunt quominus vim ſuam exerat.Accipitur ergo nomen ἀδικίας in hoc loco latiore ſignificatione quàm in ſuperiore membro.

19 In ipſis: ἐν αὐτοῖς. Sic malui conuertere,quàm,inter eos,vel apud eos:ſicut nonnulli fecerunt.Puto enim ſeruandam propriā ſignificationem præpoſitionis ἐν,vt ἐν αὐτοῖς idem valeat atque In ipſorum animis,& quaſi intra eos:quia hæc Dei notitia recondita eſt quaſi in intimi mentis penetralibus,vt velint nolint idololatræ,quoties ſeipſos adhibent in conſilium,toties à ſeipſis redarguantur.

20 Dum per res conditas intelliguntur τοῖς ποιήμασι νοούμενα .i.cognita ex rerum conditarum contēplatione.Eraſmus ποιήματα interpretatur Opera,paulo obſcurius:quòd Operum nomē latius pateat.Sed idem participium νοούμενα rectius cōuertit per præſens Dum intelligūtur, quàm per præteritum Intellecta. Ex creatione mundi ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Vulgata,à creatura mundi:id eſt ab homine,vt ineptè nonnulli explicant:quum Paulus pulcherrima ſerie oſtendat quibus gradibus homo, intelligentiæ lucem ſequutus, ad æternam vſque Dei potentiam ac Diuinitatem conſcendat.Primùm igitur(inquit) homo res conditas contemplans,huc perducitur vt aliquem eſſe fateatur à quo hæc omnia ſint condita,& cuius virtute adminiſtrentur. Inde verò ad æternam eius potētiam ac Diuinitatem prouehatur neceſſe eſt. Siquidem eum qui omnia condiderit,rebus omnibus conditis antiquiorem,ac proinde æternum eſſe oportet:& incredibilis iſta vis quæ tantæ regendæ moli ſufficiat,excellentior ſit neceſſe eſt quauis alia etiam præſtantiſſima virtute. Idipſum autem eſt quod Deum vocamus, qui rurſus niſi vnus ſit,certè neque is ſit qui omnia condiderit,neque qui omnia adminiſtret:ac proinde neque æternus,neque omnipotens,neque αὐτάρκης,denique Deus non fuerit. Aeterna ſcilicet eius tum potentia tum Diuin. ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Vulgata,ſempiterna quoque eius virtus & Diuinitas.Eraſmus,ipſaque æterna eius potentia ac Diuinitas. At ego exiſtimo particulam τε non copulatiuè,ſed per epexegeſin explicandam: & his verbis Paulum declarare quid ſit illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ & quæ illius ἀόρατα quæ Deus hominibus patefecit,dum ſeſe illis contemplandum in rebus conditis,tanquam in ſpeculo quodam,exhibet.Ineptè igitur Origenes per inuiſibilia Dei intellexit inuiſibiles ſpiritus,& quicquid humanis oculis inaſpectabile Deus condidit.

21 *Tamen* vt Deum non glorificarunt, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. Addidi particulam *Tamen*, quæ optimè conuenit huic loco,& interdum ex Hebræorum idiotiſmo deſideratur,vt diximus Matth.2.a.6,& Iohan.10.f.30. Deinde aduerbium negans quod & ipſum erat Hebræorū more tranſpoſitum(vt alibi eſt à nobis aliquoties obſeruatum, veluti Iohan.6.d.32 & 37)ſuo loco repoſuimus, quòd alioquin videretur membrū

vnum deeſſe explendæ ſentẽtiæ. Nam quum audis,Non vt Deum glorificarunt,ſtatim venit in mentem vt quæras,ſi non vt Deum,quomodo igitur glorificarint. Cæterùm Deum vt Deum glorificare is demum dicitur qui Deum colit eo cultu qui ipſius æternæ potentiæ ac Diuinitati conueniat. qua in parte neceſſe eſt vt omnes homines ſe hallucinatos eſſe confiteantur: atque adeò Iudæi ipſi partim in cæremoniis ipſis hærentes & opere operato,quod vocant: partim ſuis traditionibus ritus à Deo traditos corrumpentes. Eant nunc noſtri Phariſæi, & clamitent,bene fieri quicquid fit bona(quam dicunt)intentione.

ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.

Dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt:

Et mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum,& ſerpentium.

Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.

Qui commutauerunt veritatẽ Dei in mendacio:& coluerunt,& ſeruierũt creaturæ poti⁹ quàm Creatori,qui eſt benedictus in ſecula.Amen.

D Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ: nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam.

Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ,exarſerũt in deſideriis ſuis inuicẽ,maſculi in maſculos turpitudinem operantes,& mercedem (quam oportuit)erroris ſui in

glorificauerunt,neque gratias *ei* egerunt, ſed vani facti ſunt″in ratiocinationibus ſuis,& obtenebratum eſt deſipiens cor eorum.

22 ″Quum ſe profiterentur eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt:

23 ″Commutarunt enim gloriam″incorruptibilis Dei, ″formata imagine mortalis hominis,& volucrium,& quadrupedum,& reptilium.

24 ″Quamobrem etiam ″tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ſuorũ in impuritatem,vt ignominia afficerẽt corpora ſua inter ſe:

Peccatum pœna peccati.

25 ″Vt qui Dei veritatem commutarint mendacio,& coluerint ac ſeruierint rebus creatis,″præterito Creatore,qui eſt benedictus in ſecula.Amen.

26 Propterea *inquam* tradidit eos Deus cupiditatibus ignominioſis: nam & fœminæ illorum mutarunt naturalem vſum eo qui eſt præter naturam.

27 Similitérque etiam maſculi,relicto naturali vſu fœminæ,exarſerunt per appetentiam ſui alius in aliũ, maſculi in maſculos fœda perpetrantes, &″compẽſationẽ (quam oportuit) erroris ſui in

In ratiocinationibus ſuis, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Vel(vt vertit Eraſmus)per cogitationes ſuas.niſi quòd Ratiocinationes malim interpretari. Huc enim homines cum ratione(quod aiunt) inſanientes,deuenerunt,vt magis ac magis ſeſe vanos eſſe oſtenderent. qua de re ſiquis legerit Ciceronis De natura deorum dialogos, & cum hoc Pauli loco contulerit, comperiet quàm meritò omnes à Spiritu Dei coarguamur impietatis. Interpretor autem ἐματαιώθησαν Vani facti ſunt,potius quàm Fruſtrati ſũt,cum Eraſmo: aut Euanuerũt, cum Vetere interprete: quia opinor Apoſtolum hoc vocabulo non tantùm declarare iſtos non effeciſſe quod ſperabant, ſed potius tam ſolicitè cogitando,nihil tãdem niſi planè vanum & inane conſtituiſſe, idola ſcilicet.i. falſarum cogitationum falſa ſimulachra, quæ idcirco dicuntur nihil eſſe, 1.Corinth.8. a.4, & ab Hebræis vocantur הבלים. 22 Quum profiterentur φάσκοντες. Vel,Quum putarent. Nam apud Hebræos אמר, quod reſpondet τῷ λέγειν καὶ φάσκειν, accipitur etiam pro Intus & apud ſe aliquid conſtituere,vt Pſal.14.a.1. Quidam conuertunt, Qui profitebantur ſe eſſe ſapientes: vt hæc propriè pertineant ad omnium gentium philoſophos, quales celebrantur Gallorum Druydes, Thuſcorum Aruſpices, Græcorum Philoſophi, AEgyptiorum Sacerdotes, Perſarum Magi, Indorum Gymnoſophiſtæ, Iudæorum Rabbini. Hi ſunt enim qui fœdis ſuperſtitionibus ſeſe totúmque vulgus imbuerunt,vt ex ipſorum libris & hiſtoriis apparet. Huc pertinet quod ait Cicero,lib. De natura deorum primo, Quis, inquit, tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit,vt non videret,ſpecies iſtas hominum collatas in ,, deos aut conſilio quodam ſapientum, quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent: aut ſuperſtitione, ,, vt eſſent ſimulachra,quæ venerantes,deos ipſos ſe adire crederent? ,, 23 Commutarunt enim Καὶ ἤλλαξαν. Vulgata, Et mutauerunt. Eraſmus,Mutaueruntque. Mihi verò videtur καὶ pro γὰρ vſurpata. Incorruptibilis ἀφθάρτου. Eraſmus,immortalis: qui tamen fatetur in annotationibus,amplius aliquid ſignificare ἄφθαρτον quàm ἀθάνατον. Nam in Sacris præſertim literis φθορὰ nõ modò ad οὐσίαν,ſed ad ποιότητα pertinet: quemadmodum etiam apud Latinos corrumpi dicitur animus vitiis, & perire etiam aliquis, qui tamen eſſe non deſinit,ſed vitioſus aut miſerrimus:de quo plura dicemus,1.Cor.15.g.53,& Epheſ.4.g.22. Formata imagine ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος. Vulgata,in ſimilitudinem imaginis:quod eſt perobſcurum. Eſt autem Hebraiſmus qualem annotauimus Matth.24.b.15. Nam aſſimilatio imaginis hominis dicitur,pro imagine ad formam hominis efficta,vt rectè conuertit Eraſmus, recedens tamen paulo longius à Græcis. Mutare autem gloriam Dei,eſt pro glorioſo Deo aliud amplecti: & notanda eſt duplex,atque adeò triplex antitheſis. Opponitur enim natura ἄφθαρτος, id eſt omnis corruptionis expers,naturæ hominis tam variæ & inconſtanti: Deus omnium rerũ opifex,rei ne conditæ quidem,ſed effictæ duntaxat: Deus denique immenſa gloria ac maieſtate refulgens, rerum etiam abiectiſſimarum infimæ ac miſerrimæ conditioni. Hoc eſt idololatrarum & ἐθελοθρησκευόντων(id eſt omnium hominum)acumen,quibus verbi Dei fax non prælucet.

Ci.

24 Quamobrem etiam Διὸ καί. Vulgata & Eraſmus prætermiſerunt particulam καὶ,quæ tamen non eſt otioſa: neque copulatiuè accipitur,ſed(vt in concluſionibus ſolet)oſtendit quàm firmum ſit & iuſtum quod in cõcluſione ponitur vel negatur. Indicat hoc in loco quàm iuſta ſit pœna qua Dominus impios homines affecit.1. quæ ſit peccati & ſupplicii analogia,quã pulchrè explicat Apoſtolus verſu 25 & 28. Deus (inquit)ab hominibus ſumma contumelia fuit affectus: æquum fuit igitur vt & ipſi à ſeipſis contumelia afficerentur. Deum cognitum noluerunt agnoſcere homines pro Deo, neque cultum quem illi debebant exhibuerunt:æquum igitur fuit,homines in iis tenebris verſari,vt alii alios non agnoſcerent,& mutuis iniuriis ſeſe conficerent. Hæc igitur vitiorum & ſcelerum, ac proinde omnium mundi calamitatũ origo exiſtit,quam non potuit perſpicere carnis prudentia. Atque vtinam hæc conſiderent principes qui religionis curã ad ſe nihil pertinere putant:& propoſitis politicis legibus,fieri poſſe ſperant vt iuſtitia,ac proinde pax & tranquillitas inter ciues ſuos cõſeruetur:quaſi ſcilicet prius exhauriri poſſint riui quàm fons ipſe obſtruatur. Tradidit παρέδωκεν. Tradidit nimirum vt iuſtus iudex. Cedo verò an qui facinoroſum tradit carnifici,inuitus tradit an volens? an carnificum arbitrio ita exponit,vt pœnæ genus certis finibus non circunſcribat? cuius denique vi & authoritate agit carnifex?an non iudicis? Neque tamen,quum hæc dico, carnificis opus cum iudicis imperio confundo. Quorſum igitur nonnulli,vt veluti laboranti iuſtitiæ Dei ſubueniant,otioſam in Deo permiſſionem imaginantur? nempe ne Deus videatur malorum author. Id verò abſit vt cuiquam bono vel in mentem veniat. ſed cauendum eſt etiam atque etiam ne hæc præpoſtera modeſtia in ſummã arrogantiam deſinat. Quum enim Scriptura non vereatur vbique Deo dare quòd impios excæcet,induret,ſeducat,tradat in reprobum ſenſum: præſtat certè hæc fateri,& Deo gratias agere quòd nos reſpexerit, quàm vel pro reprobis litigare,vel nullam in Deo iuſtitiam agnoſcere,cuius cauſa non poſſit à nobis intelligi:denique modeſtiæ cuiuſdam prætextu magis ac magis friuolas ac falſas diſtinctiones comminiſci. Hæc igitur curioſis ſinamus:nobis ſatis ſit myſteria Dei adorare, & illum precari ne nos pro noſtris meritis, non dico ſinat in tentationem induci, ſed ne nos in tentationem inducat, vt loquitur ipſe Dei Filius. 25 Vt qui οἵτινες. Vulg.& Eraſ. Qui. Ego verò illo modo conuertere malui,vt oſtenderẽ iſta dici αἰτιολογικῶς,& cum proximo verſiculo prorſus cohærere. Præterito Creatore, παρὰ τὸν κτίσαντα. Sic purè & eleganter conuertit Hilarius,libro de Trinitate duodecimo, quod quũ obſeruarit Eraſmus,miror eum maluiſſe interpretari,ſupra eum qui condidit. Nam qui hoc modo loquitur,videtur confiteri homines Deo quoque cultum aliquem exhibuiſſe,ſed ita vt ſecundas demum partes tenuerit. Apoſtolus verò ne hoc quidem hominibus concedit, ſed eos potius coarguit quòd totum illum cultũ qui vni Deo debebatur,ad res creatas tranſtulerint. Vulgata,potius quàm Creatori:ſententia quoque non ineptè expreſſa,quamuis à verbis receſſerit.

26 Propterea *inquam* Διὰ τοῦτο. Vel, propterea *igitur*. Nam perſpicuitatis cauſa non ineptè poteſt aliquid adiungi,vt epanalepſis intelligatur. quod quum non animaduerteret Origenes,& Pauli methodũ non ſeruat,tantum abeſt vt obſcura illuſtret,vt contrà quæ maximè ſunt perſpicua,obſcuret. 27 Compenſationem ἀντιμισθίαν. Id eſt mercedem quæ meritis reſponderet. Plus enim eſt ἀντιμισθία quàm

μισθὸς,vt rectè annotauit Eraſmus.Errorem autem vocat πλάνην,id eſt aberrationem à recta via quam natura ipſa commonſtrabat, nequis errorem putet vocari ἁμάρτημα,id eſt peccatum per eam imprudentiam commiſſum quæ veniam mereatur.

ſeſe recipientes.

Et ſicut non″cōprobarunt vt Deum agnoſcerēt : *ita* tradidit eos Deus″in mentem omnis iudicii expertem, vt facerent quæ minimè conueniunt: 28

Oppleti omni iniuſtitia,ſcortatione, improbitate, auaritia malitia,pleni īuidia,cæde, cōtētione,dolo,″malignitate, ſuſurrones, 29

Obtrectatores,Dei oſores,contumelioſi,ſuperbi,glorioſi,inuētores malorum,parentibus immorigeri, 30

Inſipiētes,″fœdifragi,″charitatis expertes,″implacabiles,immiſericordes. 31

″Qui poſt Dei ius cognitum,″*nempe* quòd ii qui talia faciūt,digni ſint morte:″nō ſolū ea faciūt,ſed etiam″patrocinantur iis qui hæc faciunt. 32

Cap. II.

1 Q″Vapropter inexcuſabilis es,ô homo,

ſemetipſis recipientes.

28 Et ſicut non probauerunt Deū habere in notitia:tradidit illos Deus in reprobum ſenſum , vt faciant ea quæ non conueniunt:

29 Repletos omni iniquitate,malitia, fornicatione,auaritia, nequitia , plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo,malignitate,ſuſurrones,

30 Detractores,Deo odibiles , contumelioſos,ſuperbos,elatos,inuētores malorū,parentibus non obedientes,

31 Inſipientes,incompoſitos,ſine affectione,abſque fœdere, ſine miſericordia.

32 Qui quū iuſtitiā Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniā qui talia agūt,digni ſūt morte:nō ſolū qui ea faciūt,ſed etiā qui cōſentiūt facietibus.

Cap. II.

PRopter quod inexcuſabilis es ô

28 Non comprobarunt οὐκ ἐδοκίμασαν. Id'eſt,ſicut illis non viſum eſt, neque placuit Deum agnoſcere: ita etiam Deus illis ademit τὸ κριτήριον in mutua conſuetudine,ita vt homo homini ſit factus lupus. Vulg.& Eraſ.non probarunt,ambiguè: quia δοκιμάζειν id eſt probare, dicitur tam is qui explorat aliquid,quàm qui explorata comprobat:qua poſteriore ſignificatione accipitur hoc loco. In mentem omnis iudicii expertē,εἰς νοῦν ἀδόκιμον. Id eſt in mentē inſanā ac peruerſam:vnde fit vt adempta primùm conſcientia, deinde etiā maxima ex parte ſyntereſi, homines tandē præcipites in ōne ſcelus ferantur:quos ἀπηλγηκότας vocat Apoſtolus, Eph.4.c.19, & ſæpenumero mortuos in peccatis:in quibus ſcilicet animus non multo melius faciat officium,quàm ſi eſſent mortui.Omnino enim veriſſimum eſt Ciceronis illud,Hominem naturæ obedientem homini nocere nō poſſe.Quod quum ita ſit,quanuis nemo repente peſſimus euadat,tamen certiſſimum eſt, nullos prorſus homines exiſtere (ſi filios Dei excipias Spiritu ipſius ſanctificatos) in quibus non extent manifeſta iſtius Diuini furoris veſtigia.Itaque non ſatis rectè videtur Eraſmus ἀδόκιμον νοῦν interpretari Mentē quæ propter ſcelera omnibus diſpliceat.Eſt enim hæc interpretatio nimium(vt ita dicam)diluta:ſicut contrà qui Reprobam mentem,interpretantur A Deo reiectam,ſicut reprobos opponimus electis:videntur,meo quidem iudicio,multo ſeueriores quàm par ſit.Ita enim vel omnes homines inter reprobatos numerare oporteret,vel eos duntaxat excipere quos Dominus maturè ſanctificaret:id eſt antequam præcipites in hæc vitia ruerent.Nam aut hæc Pauli doctrina ad omnes homines ſigillatim pertinet,quatenus ſunt filii Adam, aut manca eſt ipſius diſputatio hac in parte:quod ſtatui nec debet, nec poteſt. Neque enim valet hæc conſequutio, Nonnulli legem naturæ violant, ii ſcilicet qui traditi ſunt in reprobum ſenſum, id eſt reprobati: ergo lege naturæ nemo iuſtificatur.Sed firmum erit argumentum hoc modo,Nemo legem naturæ implet,imò verò omnes(vt apparet ex flagitioſa ipſorum vita)ita inſaniunt vt præcipites in ſcelera ferantur : ergo neceſſe eſt homines aliunde quàm à lege naturæ.i. à ſeipſis, iuſtitiam ſperare.Noſtrum verò non eſt,certos fines aut temporum momenta Dei miſericordiæ præſcribere:& ipſa non modò promiſſionum formula,ſed etiam experientia conuincit,Dominum interdum ex intimis etiam vitiorum gurgitibus electos vocare.Quid igitur?nempe ἀδόκιμον νοῦν hoc loco non debemus paſſiua ſignificatione accipere,pro mente à Deo citra vllā ſpem ſalutis reprobata:ſed actiuè potius,pro ea in qua ſit etiam ad tempus vis illa iudicii & rationis ſepulta:vt homo illa non vtatur, ſed quaſi ſublato boni & mali diſcrimine,pronus ad peccandū ruat:qua ſignificatione videtur idem vocabulum explicandum,Tit.1.d.16.Itaque vt planius loquens,conſcientiarum paci conſulerem,malui vti periphraſi,quàm cum Vetere interprete & Eraſmo Reprobam mentem interpretari.

29 Malignitate, κακοηθείας. Sic rectius(vt opinor)Vetus interpres quàm Eraſmus, qui conuertit,malis præditi moribus. Definit enim κακοήθειαν Ariſtoteles τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν πάντα, id eſt vitium illud quibuſdam innatum, quo fit vt omnia in deteriorem partem accipiant.quo nomine à Plutarcho Herodotus acerrimè reprehenditur,inſcripto libello περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

30 Glorioſi, ἀλαζόνας. Vel,vani oſtentatores:vt ferè ſolent errones & circulatores,quòd non poſſint ita facilè in mendacio deprehendi, vt is cui obiectum eſt, En Rhodus,en ſaltus. Differt igitur hoc vitium à ſuperiore, quòd ἀλαζόνεια verſetur in veritate ac mēdacio, ὑπερηφανία verò in honore ac infamia. 31 Fœdifragi ἀσυνθέτους. Id eſt pactorū ac conuentorum immemores,quas συνθήκας vocant Græci, ſicut Demoſthenes vulgus vocat ἀσυνθετώτατον, id eſt perfidioſiſſimum.Itaque Vulgata non rectè cōuertit Incompoſitos. Charitatis expertes,ἀστόργους. Vulgata,ſine affectione:quum non omnis affectio ſit στοργή. Eraſmus longiore circuitu, alieni à charitatis affectu.Intelligit autē Paulus στοργὰς φυσικάς,vt parentum in liberos,mariti & vxoris,& alias eiuſmodi quas Stoici ſtultè inter vitia numerarunt. Implacabiles,ἀσπόνδους. Id eſt(vt rectè expreſſit Eraſmus)fœderis neſcii:cuiuſmodi vitium vocatur à Græcis μνησικακία, hodie inter aulicorū virtutes numeratum. 32 Qui poſt Dei ius cognitum, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες. Vulgata & Eraſmus,τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ vertunt Iuſtitiam Dei δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ:quū iuſtitia illud declaret quo Deus iuſtus eſt,δικαίωμα verò ſignificet ius ipſum à Deo poſitum,quod à Philoſophis lex naturæ,à Iuriſconſultis ius gentium dicitur.Quāuis enim Lex Moſis ſit duntaxat illius plana ac perfecta explanatio: tamen quū Apoſtolus aduerſus omnes homines adhuc diſſeruerit,non poſſunt iſta ſatis commodè de Lege Moſis intelligi. Quod autem attinet ad participium ἐπιγνόντες,non iam accipitur vt paulo antè, ſed pro γνόντες. *Nempe* quòd ὅτι. Sic legunt omnia Græca exemplaria quæ nobis contigit inſpicere. Vetus tamen interpres(quem etiam ſequitur Cyprianus libri primi epiſtola quarta)ſcriptum habet, non intellexerūt quoniā qui talia faciunt,&c. id eſt οὐ συνῆκαν ὅτι,&c.quæ verba puto addita eſſe ad explanandā ſententiam,quia nimirū paulo pòſt legit οἱ ποιοῦντες & οἱ συνευδοκοῦντες,de quo mox dicemus. Non ſolùm ea faciunt, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσι. Iſidorus in Græcis ſcholiis annotat,nonnullos legere,οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι.id eſt(vt etiam vertit Vetus interpres) non ſolùm qui ea faciunt,ſed etiā qui conſentiunt facientibus.Atqui præterquam quòd in omnibus vetuſtis codicibus reperitur ea lectio quam ſequuti ſumus,hiabit etiā contextus ſi ita legeris,niſi ſuppleas aliquid,nempe illud οὐ συνῆκαν,id eſt non intellexerunt:quæ forma eclipſeos eſt planè inuſitata.Deinde multo vberior eſt ſententia quam ſumus amplexi. imponit enim Paulus quaſi colophonem iſtorum portentorum enumerationi,addito eo ſcelere quo nullum eſt maius,quum ſcilicet non cōtenti peccare,aliorum etiam ſcelera pro virili adiuuamus,& quidem aliqua cum voluptate.

Patrocinantur συνευδοκοῦσι. Id eſt συνηγορεῖν,vt commodè(meo quidem iudicio)exponit Theophylactus,quem ſum in eo ſequutus. Alioqui τὸ συνευδοκεῖν alibi conuertimus Comprobare ſeu aſſentiri.Hìc verò quiddam amplius videtur ſignificare: quum præſertim Chryſoſtomus duobus vtatur in illo declarando,nempe τῷ συμπαραθεῖν καὶ ἐπαινεῖν:quibus etiam Græca ſcholia adiiciunt εἰς τὸ κακὸν παρακαλεῖν. Denique omnes conſenſionis ſpecies hoc vocabulo declarantur.

IN CAPVT II.

1 Quapropter διό. Origenes iſta cum proximis ita connectit,vt prorſus cohæreant: & caput ſecundum incipit à Scimus autem quòd iudicium Dei,&c.à cuius ſententia nō abhorret Eraſmus.Si modo(inquit)ſuperiore verſiculo addatur οἱ,vt legamus hoc pacto,οὐ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦσι ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι. Ego verò non video(etiamſi ita legeris)quomodo non hiet tota illa periodus,vt diximus in penultima ſuperioris capitis annotatione. Deinde etiamſi hoc concederem ita eſſe vt vult Eraſmus:quis tamen nō videt Origenem bis peccare quum hæc ita connectit?Paulum enim aliud hominum genus aggredi ſatis oſtendit vocabulum κρίνειν,quod ſignificat reprehendere ac damnare:quū antea diſertè oſtenderit ſe aduerſus illos agere qui & ipſi malè agunt,& malè agentes ſua conſenſione iuuant. ex quo conſequitur,ab Origene,quum iſta connectit,diuerſa prorſus argumenta coniungi.Deinde quod Paulus ſubiungit,Scimus autem quòd iudicium Dei eſt ſecundum veritatem: quis eſt tam cæcus qui non videat adhiberi, vt quod paulo antè præceſſerat, confirmaret?Alter ergo hic eſt error Origenis,

quòd coniunctiſſima dirimat. Itaque Vulgatam diſtinctionem ſequi maluimus, quàm cum illo aberrare à ſcopo. Sed ſi hæc diuerſa ſunt (dicet aliquis) quorſum vtitur Apoſtolus particula διὸ, qua ſanè indicat ea quæ dicturus eſt à ſuperioribus pendere? Reſpondeo, non contraria ſed diuerſa hæc eſſe, nempe vt diuerſas ſpecies in eodem genere coeuntes, ac proinde Paulum vtrique parti argumentum meritò adhibere à communi vtriuſque ratione ſumptum. Genus eſt, Legem violare, ac proinde iuſtum non eſſe, ſed iræ Dei obnoxiū. Ratio generalis eſt, noſſe ius Dei, quod videlicet qui hoc vel illud agant, digni ſunt morte, & nihilominus contra ius Dei facere. Species diuerſæ ſunt: vna, apertè Legem Dei violare: altera, nonnihil habere æquitatis & malè agentes reprehendere. Aduerſus illos egit priore loco Apoſtolus, iſtos nunc aggreditur: vtroſque autem communi illa ratione confutat, ideóque vtitur particula διὸ.

Matth.17.a.1

homo omnis qui iudicas. ‖in quo enim iudicas alterum, teipſum condēnas: eadem enim agis qui iudicas.

Scimus enim quoniam iudiciū Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. 2

Exiſtimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? 3

An diuitias bonitatis eius & patiētiæ & longanimitatis cōtemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? 4

Secundū autē duritiā tuā & impœnitens cor, theſaurizas tibi irā in diē iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, 5

Matth.16.d.27

‖Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: 6

Iis quidem qui ſecundum patientiā 7

″quiſquis *alios* damnas. ″nam hoc ipſo quod damnas alterum, teipſum condemnas: ″eadem enim facis tu qui *alios* damnas.

2 ″Scimus verò quòd iudicium Dei eſt ″ſecundum veritatē aduerſus eos qui talia agunt.

3 Putas autem hoc, ô homo qui damnas eos qui talia faciunt, & facis eadem, fore vt tu effugias iudicium Dei?

4 An ″copiam benignitatis eius & tolerantiæ ac ″lenitatis contemnis, ignorans ″quòd benignitas Dei ad reſipiſcētiam te ″allicit?

5 Sed pro duritia tua & corde reſipiſcere neſcio, theſaurizas tibi ipſi iram ″in diem iræ & declarationis ″iuſti iudicii Dei:

6 Qui reddet vnicuique ″ſecundum opera ipſius:

7 Iis quidem qui perſtant, ″boni operis gloriam & honorem & im

Ad pœnitentiā inuitat Deus ſua tolerantia.

Quiſquis *alios* damnas. πᾶς ὁ κρίνων. Vulg. omnis qui iudicas. Eraſ. quiſquis es qui iudicas. Nos Damnandi vocabulo vti maluimus: primùm quia κρίνειν hoc loco accipitur pro Culpare & reprehēdere, nec ſatis rectè à nonnullis reſtringitur ad iudices, vel politicos, vel Eccleſiaſticos: deinde vt ſeruarē paronomaſiā quæ eſt in verbis Græcis κρίνεις & κατακρίνῃς. Sed prudenter hoc quoque conſiderandū eſt, nō eſſe propoſitū Paulo, eorū factū reprehēdere qui aliorū vitia carpūt (neque enim hoc ad propoſitam diſputationem facit: & ſi rectè fiat, eſt in primis laudabile) ſed potius oſtēdere, ne eos quidē qui nō aſſentiūtur malè agētibus, idoneā excuſationē habere corā Deo, imò aduerſus ſeipſos ſententiā ferre. Nā hoc ipſo ἐν ᾧ γὰρ. Vulgata, in quo enim: quæ interpretatio nimiū eſt anguſta. Pertinet enim dūtaxat ad eos qui eorundē vitiorū ſunt rei: vt ſiquis impius impiū, aut adulter adulterum reprehendat, quod non eſt perpetuum: quia fieri poteſt vt furari minimè velit qui furem damnet. Paulus autem in ipſo genere paritatem iſtam non in criminis ſpecie conſiderat: itaque fieri poſſe negat vt qui alium reprehendit, idcirco iuſtus ſit coram Deo. Cur enim reprehendit? nempe quia iudicat eum malè agere, id eſt Legem violare. ecquis autem eſt qui Legem non violet aliqua in parte? Itaque quiſquis alios damnat vt Legum tranſgreſſores, ipſe ſeipſum eo ipſo condemnat quòd alium damnet. In vno codice ſcriptum erat ἐν ᾧ γὰρ κρίματι, quod puto irrepſiſſe ex Matth. 7. a. 2, neque ad rem pertinet. Eadem enim τὰ γὰρ αὐτά. Non inculcat Apoſtolus quod in extremo capite ſuperiore dixerat, vt putauit Eraſmus. Neque enim idem declarant αὐτὰ & τὰ αὐτὰ, id eſt ea & eadem. Verùm cur ita loquitur, quum qui alios reprehendunt, non ſemper iiſdem vitiis ſint obnoxii? Reſpōdet Paulus ſequenti verſiculo, quem idcirco diximus cum iſto prorſus connectendum. 2 Scimus verò οἴδαμεν δέ. Prudenter Paulus in tota hac diſputatione non adhibet ſentētias ex verbo Dei petitas (differit enim aduerſus omnes homines in genere, inter quos pauci admodum vel de ipſo nomine verbum Dei cognouerant) ſed potius προλήψεις & cōmunes illas notiones quas Deus in hominis natura ita inſculpſit, vt Satan prorſus delere nūquam potuerit: cuiuſmodi hæc eſt, Deū longè acutius omnia cernere quàm homines, & iuſtiſſimum eſſe ſcelerum vindicem: quò etiam pertinet tritus ille apud Græcos verſiculus Πάντ' ἐφορᾷ θεοῦ ἔκδικον ὄμμα. Secundum veritatem κατ' ἀλήθειαν. Hominum opiniones Diuinis iudiciis opponit: quæ vera eſt ratio homines coarguendi, quantumuis aut aliis aut ſibiipſis iuſti videantur. Seuerus es aliorum reprehenſor: atqui mirum eſt ni iiſdem vitiis intus ſcateas, quæ in aliis reprehendis: certè eorundem vitiorum ſemina in te ineſſe oportet, ſi homo es: & vt non iiſdem ſceleribus ſis obnoxius, neque hoc vel illo crimine contaminatus: tamen alia intus foues nihilo minus exeeranda coram Deo. denique etiamſi tibi non ſis conſcius vllius ſceleris (quod tamen fieri non poteſt) quàm multa ducis pro virtutibus, quæ coram Deo manifeſta ſunt ſcelera: & tu quoque, ſi propius inſpiceres, ſcelera eſſe confitereris? Socrates in foro differit de virtute, & religionem interim .i. publicum errorem colit: ſiquidem moriens iubet gallum Æſculapio reddi: quinetiam communes eſſe mulieres oportere cenſet. Nam certè Plato non ſeruauit τὸ πρέπον, ſi hos ſermones falſò tribuit præceptori. Cato acerrimus virtutis cuſtos, fœnus iniquiſſimum exercet, vxorem proſtituit, nec dubitat ſibi mortem conſciſcere. Idem de cæteris eſto iudicium. Itaque Paulus hoc vno verbo vniuerſam carnis ſanctimoniam ad inferos detrudit, & meritò in iſtos acrius quàm in alios omnes inuehitur.

4 Copiam τοῦ πλούτου. Quum πλοῦτος propriè declaret diuitias (vt conuertit Vetus interpres) ſolet tranſlatitiè vſurpari à Paulo, quoties ingentem alicuius rei vim ac copiam vult intelligi: ſicut rectè obſeruauit Eraſmus, vt infrà cap. 9. e. 23, & alibi ſæpe. Lenitatis μακροθυμίας. Vulgata, longanimitatis, Barbarè. Quidam, lentitudinis, id eſt ἀοργησίας, quæ inter vitia meritò numeratur. Vide Matth. 18. c. 26. Allicit? ἄγει; Vulgata, adducit? quod videtur declarare euentum, quum hìc ſignificetur duntaxat conſilium ac voluntas.

5 In diem ἐν ἡμέρᾳ. Sic malo interpretari quàm In die, quia de futuro loquitur. Huc pertinet egregium illud Homeri dictum Iliados δ', quod adſcribere libuit vt intelligamus quàm eruditè diſputet Apoſtolus ex communibus humanæ mentis prænotionibus. Sic igitur Agamemnon de Troianorum periurio conquerens, Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσεν, Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν Σὺν σφῇσι κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσιν. Iuſti iudicii δικαιοκρισίας. Vetera exemplaria legunt καὶ δικαιοκρισίας, & Græca etiam ſcholia. Mihi tamen magis placet omitti coniunctionem: quo modo Vetus interpres conuertit, & citat Auguſtinus lib. contra Iulianum 5. cap. 3, & De ciuitate Dei 1. cap. 8. Cæterùm cui tantum eſt otii, vt mirificas nugas velit cognoſcere, cur ſcilicet Deus in vltimum diem reiècerit vniuerſale iudicium, legat quæ Origenes ſuo more in hunc locum μετεωρολογεῖ, aditum ſcilicet patefaciens mortuorum inuocationi, & igni purgatorio, detorto etiam ad ſua ſomnia Apoſtolico dicto, 1. Tim. 5. d. 24, Quorundam hominum peccata antè manifeſtè præcedunt in iudicium, quoſdam autem etiam ſubſequuntur, quaſi in eo loco Paulus de ſupremo illo Dei iudicio differat.

6 Secundum opera ipſius: κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ergo (inquiunt Sophiſtæ) etiam operibus iuſtificamur coram Deo. Ego verò contrà colligo quod diſertè aiūt Dauid & noſter Apoſtolus infrà cap. 3. c. 20, Ergo ex operibus ſuis nullus hominum iuſtificabitur. Ecquis enim afferet hæc opera quibus vitam æternam perſolui dicit Apoſtolus? an homines non regenerati? atqui reuelatur ira Dei è cælo aduerſus omnes homines, quia omnes peccauerunt. an filii Dei? at ne Abraham quidem habet de quo glorietur coram Deo, vt infrà cap. 4. a. 2. Ergo vnus Chriſtus hæc afferet, factus nimirum nobis iuſtitia & ſanctificatio, quem quidem ſola fide apprehendimus. Quis enim dedit illi prior, & retribuet ei? Ergo qui huius loci teſtimonio abutuntur ſtabiliendæ operum iuſtitiæ, præterquam quòd manifeſtè detorquent Pauli verba in contrariā prorſus ſententiā, ineptè etiā ac planè ſophiſticè aſſumunt τὸ κρινόμενον in argumentando. 7 Iis quidem qui perſt. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν. Id eſt τοῖς μὲν ὑπομένουσιν, vt contentioſos vocat τοὺς ἐξ ἐριθείας, & circunciſos τοὺς ἐκ περιτομῆς: vt etiam explicat Ambroſius, & diſtinguunt Græca ſcholia. Eraſmus autem Origenē ſequutus, coniungit ἔργου ἀγαθοῦ cum ὑπομονὴν, & omnia hæc ſubiicit participio ζητοῦσι. Sic enim interpretatur, Illis quidem qui perſeuerantes in opere bono, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam. Vulgata autem vertit ad verbum, Iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: eadem diſtinctione ſeruata, niſi quòd Boni operis, poteſt conſtrui cum iis quæ ſequuntur. Boni operis gloriam ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν. Id eſt gloriam bonis operibus debitam. Sic enim multo planior & magis perſpicua eſt ſententia, quàm ſi ἔργου ἀγαθοῦ coniungas cum ὑπομονὴν, neque aliam diſtinctionem norunt Græca ſcholia quæ ſequuti ſumus: vt planè mirer Eraſmum aliter tradidiſſe. Ecce verò iterum inſurgunt Sophiſtæ, & mercedem proponūt operibus debitam. Cedo verò quos alloquitur Apoſtolus? an eos in quibus fides operatur? atqui de iis nondum differuit: & diſertè etiam teſtatur Auguſtinus, bona opera nō præcedere iuſtificandum, ſed iuſtificatū ſequi: quod & ipſum docet

ſenſus communis:ſiquidem arbor fructum gignit,non fructus arborē̃ qua gignitur. Supereſt ergo vt eos alloquatur Apoſtolus qui Chriſto nondum per fidem ſunt inſiti.Iſti verò quæ bona opera proferent?ſiquidem quicquid abſque fide fit,peccatum eſt:fides autem eſt ex auditu,iſti verò vel non audierũt,vel certè non didicerũt.At enim ſi tales nulli ſunt quales hîc deſcribit Paulus,cur hoc profert?an vt vanā aliquā ideā proponat?minimè verò,ſed vt hac propoſita cõditione ſalutis omni ex parte quo ad hominis vires ac facultates ἀδυνάτῳ omnes ſua ipſorũ iuſtitia ſpoliatos ad eũ adducat,à quo vno per ſolā fidē̃ apprehēſo,gratis iuſtificētur:vt ipſe diſertè cõcludit infrà 3.c.20.21,& deinceps.

mortalitatem, *id eſt* iis qui quærunt vitam æternam.

8 Iis verò qui ſunt contentioſi,& qui veritati quidem non obtēperant,ſed obtemperant iniuſtitiæ, *reddetur* excandeſcentia & ira.

9 Oppreſſio & anguſtia aduerſus omnem animam hominis perpetrantis malum,tum Iudæi in primis,tum etiam Græci:

10 Gloria verò & honor & pax omni operanti bonum tum Iudæo in primis,tum & Græco.

11 Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum.

12 Quicunque enim ſine Lege peccauerunt,ſine Lege & peribũt: & quicunque in Lege peccauerunt, per Legem damnabuntur.

13 (Non enim qui audiunt Legem,iuſti ſunt apud Deum:ſed qui Legem præſtant, iuſtificabuntur.

14 Nam quum Gētes quæ Legem non habent, natura quæ Legis ſunt faciant,iſti Legem non habentes,ſibiipſis ſunt Lex,

15 Vt qui oſtendant opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis,vnà teſtimonium reddente ipſorum conſcientia,& cogitationibus ſeſe mutuò accuſantibus,aut etiam excuſantibus)

16 In die quo iudicabit Dominus de occultis hominum *factis* iuxta Euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

17 Ecce,tu cognominaris Iudæus,& acquieſcis in Lege,& gloriaris in Deo,

boni operis gloriam & honorem & incorruptionē quærunt, vitā æternā. B

8 Iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcũt veritati,credũt autem iniquitati,ira & indignatio.

9 Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci:

10 Gloria autem & honor & pax omni operāti bonum,Iudæo primùm, & Græco.

11 Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum.

Dent.10.d.17
2.par.19.b.7
iob 37.b.19
act.10.c.34

12 Quicunque enim ſine Lege peccauerunt, ſine Lege & peribunt:& quicunque in Lege peccauerunt,per Legem iudicabuntur.

13 (Nõ enim auditores Legis iuſti ſũt apud Deum:ſed factores Legis iuſtificabuntur.

Matth.7.c.21
iac.1.d.22

14 Quum enim Gentes quæ Legē nõ habent, naturaliter ea quæ Legis ſũt faciunt,eiuſmodi Legem non habentes,ipſi ſibi ſunt Lex, C

15 Qui oſtendunt opus Legis ſcriptũ in cordibus ſuis,teſtimonium reddēte illis conſcientia ipſorum , & inter ſe inuicem cogitationum accuſantiũ aut etiam defendentium)

16 In die quum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

17 Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in Lege, & gloriaris in Deo,

Id eſt iis qui quærunt ζητοῦσι. Sic rurſus diſtinguunt Græca ſcholia,& rectè,meo quidem iudicio.Nam eiuſmodi epexegeſes frequentiſſimè occurrunt,vt in Iohanne præſertim annotaui.Addidi tamen particulam exegeticam,vt planior eſſet ſententia.Explicat ergo Apoſtolus quinam ſint καθ' ὑπομονὴν, ii ſcilicet qui ad immortalem vitam nullis doloribus aut moleſtiis fracti peruenerunt: quò pertinet illud Heſiodi, Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι,χαλεπὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, &c. Hæc igitur rectè Philoſophi : ſed in eo tamen hallucinati,quòd homines putarunt diligentia & longa conſuetudine virtutis habitum conſequi, quum ne ingredi quidem viam poſſint,nedum vt ad metam perueniant:vt Paulus vno verbo expoſuit quum Deum diceret κατ' ἀλήθειαν iudicare. Quæ verò diſputat tribus paginis Origenes in hunc locũ de fidelium lucta,planè ſunt ἀπροσδιόνυσα,quũ illos Paulus non alloquatur.

8 Excandeſcentia θυμός. .i.ira ſubitò inflammata,Dei ſcilicet in peccatorē,non ipſius peccatoris in ſeſe,vt putauit Origenes.Solent autem Græci interpretes pro eo quòd in Scripturis dicitur חמה θυμὸν interpretari,pro צרה θλίψιν.i. oppreſſionem,pro צוקה στενοχωρίαν.i.anguſtiam: éſtque ἀπὸ κοινοῦ per ſyllepſin ſubaudiendum verbum ἀποδοθήσεται,quum alioquin dicendum θυμὸν καὶ ὀργὴν quarto caſu.Sed & illud annotandum eſt,Veritatis appellatione non iam prædicationem verbi Dei,ſed naturalem notitiam intelligi,vt ſuprà verſu 18.quod quia Origenes,& ex veteribus nonnulli non viderunt,totam Pauli diſputationem perturbarunt.

9 Oppreſſio Θλίψις. Plerique connectunt hæc duo cum præcedentibus , quod non incommodè etiam fieri poteſt. Sed mihi videtur melius reſpondere antitheſis verſiculi decimi,ſi nouam periodum hîc inchoemus.

11 Non eſt perſonarum reſp. οὐκ ἔστι προσωποληψία. Ergo(clamitant præpoſteri quidam iuſtitiæ Diuinæ patroni) Deus neminē ab æterno reprobauit.Mirum certè hominum acumen,qui quum negare non poſſint Deum aliquos ab æterno elegiſſe in ſemetipſo, tamen imaginantur,ſic potuiſſe nonnullos eligi vt nullus repudiaretur.Deinde ſciendum eſt, eligere aliquos,& aliquos reprobare ab æterno,non eſſe προσωποληψίαν:ſed ſi Deus ex aliquot paribus nonnullos in ipſis eligeret.i. qualitatem aliquam reſpiciens in ipſis hærentem , alios verò repudiaret, tum demum προσωπολήπτης,ac proinde(quod abſit)iniquus iudex humanæ rationi videri poſſet. Quum verò tanquam figulus priuſquā vaſa condat,alia gloriæ,alia contumeliæ deſtinat,quæ tandem hîc eſſe poteſt προσωποληψίας ſuſpicio? Denique πρόσωπον non declarat ipſos homines,ſed externas qualitates, & quidem non ſine diſtinctione,vt diximus Marc.12.b.14.

13 Iuſtificabuntur.δικαιωθήσονται. Id eſt iuſti pronuntiabuntur.vt ſanè iuſti ſunt apud Dei tribunal. Quid igitur ſupereſt(dicet Sophiſta) quominus operibus decidas aliquam ſaltem iuſtitiæ partem?Reſpõdeo,hoc ipſum ſupereſſe quod tu nuſquā niſi in vno Chriſto inuenies.i. vt iſtam iuſtitiam afferas.Iſtam ſi habes,profer,& ſanè iuſtus eris ex Lege.ſed quum non habeas, niſi fortè iuſtior es quàm Abraham & Apoſtolus ipſe,clamans ſe non eſſe ſibi conſcium,nec tamen in hoc iuſtificatum:aut tibi,miſer Sophiſta,cum tuis meritis,bullis & indulgētiis pereundum eſt : aut (quod vtinam potius facias) amplectenda tibi iuſtitia ex fide & Gratia , quæ iuſtitiam Lege tibi imputatam ſtabiliat. Cæterùm notandum eſt verſiculos 13.14,& 15,parentheſi eſſe includendos,ita vt 16 cum 12 connectatur: in quo non dubito quin mihi aſſentiatur quiſquis diligenter expenderit diſputationis ſeriem. Deinde parentheſis in duas partes diſtinguitur. Nam verſiculus 13 ad Iudæos pertinet quos dixerat per Legem condemnandos,ad quorum etiam cauſam agendam paulatim progreditur Apoſtolus. Reliqui verò duo verſiculi confirmant quod dixerat,perituros ſine Lege qui ſine Lege peccarũt. Quia,inquit,vt Legē Moſis non habeant(cœpit enim Gentes Apoſtolus cum Iudæis comparare) habent tamen aliam legem in cordibus ſuis inſculptam: quod vel ex eo produnt,quòd & ipſæ inter vitia & virtutes(præeunte illa luce)diſcrimen aliquod conſtituunt: vt planè ſint ἀναπολόγητοι. Hæc eſt germana huius loci explicatio: quam quum plerique ex veteribus non obſeruarint, mirum eſt quantum à ſcopo Apoſtoli aberrarint: dum alii putant hæc accipienda de Gentibus quæ in Chriſtum prædicatum crediderunt:alii naturam intelligunt fide in Chriſtum reſtitutam:alii etiam diſputant de iis qui ex Gentiũ numero in Chriſtum venturum crediderunt, vt Melchiſedec, & ſiqui alii tales fuerunt. quæ omnia quàm parum appoſitè dicantur,res ipſa oſtendit. Eſt enim vniuerſalis hæc doctrina ad omnes omnium ætatum profanos homines pertinens , nec ad commendandas illorum virtutes accommodata,ſed huc potius vt omnis excuſatio illis adimatur.

16 In die ἐν ἡμέρᾳ. Hæc(vt modo dixi)cum verſiculo duodecimo cohærent. Itaque ineptè profectò fecit qui in ſuperiore verſiculo συμμαρτυρούσης conuertit Teſtabitur,itémque κατηγορούντων, accuſabunt,& ἀπολογουμένων defendent:vt cum iſtis cohæreant.Nam præterquam quòd temporis ratio repugnat(quod temere mutādum non erat)hoc modo fiet vt multo ſit infirmius Pauli argumentum,ſi teſtimonium illud conſcientiæ(ex quo colligitur,Gentes in animis ſuis inſcriptum gerere quod Iudæi in tabulis lapideis)in tempus illud ſupremi iudicii reiiciatur. Sed multo etiā magis reprehendēdus Vetus interpres qui λογισμῶν κατηγορούντων vertit ſecundo caſu,cogitationum accuſantium:quum hæc conſtet abſolutè poni,ſicut Eraſmus rectè annotauit.

17 Ecce ἴδε. Nunc peculiariter differit aduerſus Iudæos Lege Moſis confidentes. Itaque optimè conuenit hæc particula illos ἐπαναπαυομένους.i.quaſi Legi placidè indormientes excitans,vt apertum ac proximum periculum cernant. Vulg.Si autem,εἰ δὲ:quo modo ſcriptũ inuenimus in tribus codicibus.Sed & Origenes & Ambroſius & Theophylactus ita vidētur legiſſe:neque tamē dubito quin ἴδε ſcribēdũ ſit.

Et nōsti voluntatem, & probas vtiliora, instructus per Legem.

Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumē eorum qui in tenebris sūt,

Eruditorem insipiētium, magistrū infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in Lege.

Qui ergo alium doces, teipsum nō doces? qui prædicas non furādum, furaris?

Qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis?

Qui in Lege gloriaris, per præuaricationem Legis Deum inhonoras?

Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptū est.

Circūcisio quidem prodest, si Legē obserues: si autē præuaricator Legis sis, circuncisio tua præputiū facta est.

Si igitur præputiū iustitias Legis custodiat, nónne præputium illius in circuncisionem reputabitur?

Et iudicabit id quod ex natura est præputium, Legem consummans, te qui per literam & circuncisionē præuaricator Legis es?

18 Et nosti *eius* voluntatem, &″exploras quæ discrepant, institutus ex Lege:

19 Confidísque te ducē esse cæcorū, lucem eorū qui *sunt* in tenebris,

20 Eruditorem insipiētium, magistrum″infantium, vt qui habeas ″informationem cognitionis ac veritatis per Legem.

21 Qui igitur doces alium, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?

22 Qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium admittis?

23 Qui de Lege gloriaris, per Legis transgressionē Deū dedecoras?

24 Nam nomen Dei propter vos blasphematur inter Gētes: sicut scriptum est.

25 Nam circuncisio quidem prodest, si Legē seruaris: quòd si trāsgressor Legis fueris, circuncisio tua præputium facta est.

Circuncisio. Iudæi.

26 Ergo″si præputium″iura legitima Legis seruauerit, nónne″præputium illius″pro circuncisione reputabitur?

Præputiū. Gentes.

27 Et″quod est ex natura præputium,″si Legē seruet,″damnabit te qui″per literam & circuncisionem transgressor es Legis?

18 Exploras quæ discrepant, δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Gloriamini, inquit, de Deo, id est quòd noueritis Dei voluntatē, & possitis discernere quæ ab illa discrepant, vt qui sitis à pueris instituti in Lege. Sic Philip.1.b.10, idem dicendi genus explico. Vulgata, probas vtiliora: quo modo etiam interpretatur Theophylactus. Nam τὸ διαφέρειν interdum accipitur pro συμφέρειν, id est vtilem esse, vt prolatis exemplis ostendit doctissimus Budæus: quum Erasmus de eo videatur dubitare. ideo conuertere maluit, probas eximia, quia τὸ διαφέρειν interdum declarat præstare & antecellere. Mihi vero neutra interpretatio satis placuit. 20 Infantium, νηπίων. Erasmus, imperitorum. Nam, inquit, nemo infantes docet. Ego vero id fateor: sed quis non videt Apostolum his epithetis repræsentare Iudæorum fastum, qui cæteros homines non tantùm pro imperitis, sed quasi pro infantibus haberent? Itaque nisi infimum istum imperitiæ gradum significaris, peribit huius dicti energia. Informationem μόρφωσιν. Id est rationem instituendi ac formandi alios in cognitione veritatis. Quod autem nonnulli accipiunt pro inani ac falsa specie cognitionis, haud satis scio an possit conuenire, quum hæc à Paulo referātur μιμητικῶς in Iudæorum persona: quos quidem certum est, non vanam, sed solidam sibi Legis peritiam arrogasse: quanuis falsa hæc esset eorum opinio, vt apparet ex Nicodemi cum Christo colloquio. 26 Si præputium ἐὰν ἡ ἀκροβυστία. Priore hoc loco præputium accipitur pro præputiato, id est pro ipso incircunciso. metonymicè alioquin quid declararet præputium præputii? posteriore autem loco, non pro ipso incircunciso, sed pro eius statu & conditione ponitur, id est pro incircūcisum esse, siue pro Gentilismo, vt ita dicam: vt in superiore versiculo, quum diceret circuncisionem versam esse in præputium, id est Iudaismum in Gentilismum. nam certè pro ipsa pellicula neutro loco videtur satis commodè accipi posse. Iura legitima τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου. Quid significent δικαιώματα, diximus Luc.1.a.6, vbi constituta vertimus. hîc verò maluimus iura interpretari, quia in genere, hoc vocabulo significatur hoc loco quicquid Lex fieri præcepit: vt apparet ex antithesi, quum opponatur ὁ παραβάτης τοῦ νόμου transgressor Legis, ei qui τὰ δικαιώματα obseruat. Vulgata & Erasmus verterunt, iustificationes, de qua interpretatione dicam infrà 5.c.16. Pro circuncisione εἰς περιτομήν. Id est, pro circūcisum, seu ex populo Dei esse. Itaque vtitur verbo λογίζεσθαι, de quo dicemus infrà cap.4. 27 Quod est ex natura præputiū, ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία. Id est qui natura & genere est incircuncisus, vt apparet ex antithesi. Sic Galat.2.c.15, ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, nos qui nati sumus Iudæi. Si Legē seruet, τὸν νόμον τελοῦσα. Vulgata cōuertit Legē cōsummās, & putat Origenes obseruandā propriā significationē verbi τελεῖν, nēpe vt significet aliquid amplius quàm φυλάττειν, & hoc ad externā cæremoniā, illud ad spiritualem obseruationē spectet. Ego verò puto hæc esse synonymia: quod etiā liquet ex superiore versiculo, quum alioqui τελεῖν propria significatione de vno tantū Christo dici possit: ergo qui ex hoc loco colligunt Legē non esse eiusmodi vt præstari à nobis non possit, ineptè certè faciunt: primum, quia (vt modo dixi) τὸ τελεῖν hoc loco opponitur non illi qui perfectè non præstet Legem, sed illi potius qui externa duntaxat cæremonia contentus, de Lege factis præstanda nihil laboret. Deinde quis nescit, in disputando multa poni quæ tamen nō affirmentur? Damnabit κρινεῖ. Hæc quoque phrasis notanda est quæ in Sacris literis frequentissimè occurrit, qua dicitur aliquis ab eo damnari, cuius honesto exemplo possit improbitatis aut vitii alicuius coargui. vt Matth.12.d.41 & 42. Per literam & circuncisionem διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς. Literæ vocabulum Spiritui oppositum solet Paulus peculiari quadam significatione vsurpare. Nam primùm omnium, quia Lex illa quæ Mosis dicitur, tum Dei ipsius digito (vt Scriptura loquitur) insculpta est in tabulis, quo ad decalogum attinet: tum verò Dei ipsius iussu à Mose literarū monimentis tradita est: optima fuit ratio cur Lex illa diceretur γράμμα per antonomasiā: quod rectius cōuerteris scriptum quàm literā, & tamen voluimus ex more literā interpretari. Sed aliquid tamen amplius spectauit Paulus. Nam quia Lex non modò cæremonialis, sed etiā moralis, id est decalogus (quem vocant) ad Christum ducebat, qui nobis omni modo factus est iustitia: hunc autem Legis vsum Iudæi partim ignorabant, partim aspernabantur: hinc factum est vt Paulus de Lege loquens, modò ex Iudæorum hypothesi, qui eam à Christo separatam, seorsim & per se consideratam sibi applicabant: modò ex vero ipsius vsu & legislatoris voluntate, vocabula excogitarit isti distinctioni accommodata. Itaque Legem nudam & à Christo separatam γράμμα vocare solet, tanquam scilicet mortuam quandam scripturam, quòd ad salutem nihil prosit, carnis nostræ vitio, quia scilicet morbum duntaxat indicare potest in visceribus nostris latentem, sanare verò non item: quinetiam quia Lex illa extra Christi Spiritum considerata, peccatum in nobis irritat: vt fiat supramodum peccans, & morti nos dedat, infrà 7.c.13: idcirco dicit Paulus literam occidere, & Mosis ministerium vocat ministeriū mortis & condemnationis, 2.Cor.3.b.6 & 7: & Legē quoque peccati virtutē, 1.Cor.15.g.56. quæ quidem de vniuersa Lege accipienda sunt, quatenus extra Christum consideratur. Interdum verò peculiariter hoc dicitur de cæremoniarum vmbris, quarum corpus erat Christus. Hac igitur ratione Paulus hoc loco externam circuncisionem vocat γράμμα, ex qua dicit non metiendum esse Iudaismum: quam alibi tradit nihil esse, 1 Corin. 7.d.19: & alibi in genere dicuntur cæremoniæ Mosis, viribus destitutæ & inutiles, Heb.7.c.18: & iustificationes carnis Heb.9,c.10: & litera obsoleta, infrà 7.b.6. ex illa scilicet quā antè dixi hypothesi, & quatenus Christus cæremoniis, id est vmbræ corpus ipsum successit. Nā alioquin circūcisio æstimata ex legitimo vsu & legislatoris mente, fuit ad tēpus sigillū iustitiæ fidei, infrà 4.b.11, & Lex iusta & sancta meritò prædicatur. Huic autē literæ idem Paulus opponit Spiritū, id est ipsam Legis substantiā, nō in tabulis, sed in cordibus nostris per Spiritū Dei insculptā: qua ratione dicitur Spiritus viuificare quos Lex occidit, 2.Corin.3.b.6. & hoc loco circūcisio Spiritus siue cordis quæ & ἀχειροποίητος dicitur, Colos.2.b.11, opponitur circūcisioni literæ, id est externæ & quidem seorsim cōsideratæ, qua etiā ratione Euangelicū ministeriū ministerio Mosis ex illa hypotesi oppositū, dicitur nō esse literæ, sed Spiritus, 2.Corin.3.b.6, & 8, quia scilicet vis illa tota à Christo manat, cuius diem vidit quidē Abrahā, & salutē annuntiarunt Lex & Prophetæ: sed eminus tantū, & admodū obscurè præ illis qui nouissimis temporibus exhibito iā Christo & Spiritu eius copiosissimè effuso, sermonē factæ reconciliationis summa cū Dei virtute annuntiarunt. Et hæc quidē habui quæ in hunc locū semel dissererē, tum vt hoc dicendi genus pro meo instituto explicarē: tum verò vt intelligerēt lectores quo spiritu ductus Origenes, ille cuius diligentiam nonnulli tantopere cōmendant, pulcherimā hanc distinctionem literæ occidentis & Spiritus viuificātis profanarit, vt fœdis & impuris suis allegoriis Christi doctrinā omniū ludibrio exponeret. Taceo plurima tū falsa, tū absurda, quæ in hūc

locum differit,veluti quòd aberrans à ſcopo Apoſtoli diſputantis aduerſus iuſtificationẽ ex lege cæremoniali, quærit quæ circuncißio proſit ſi Legem ſeruaueris,& circuncißionem definit,cauere mala,cuſtodire Legem, facere quod rectũ eſt: quaſi propoſitum ſit Apoſtolo docere,nõ ſatis eſſe abſtinere à malo,niſi etiam facias quod bonũ eſt.Deinde in aliam partem abreptus,definit eum dici φυλάττειν,id eſt cuſtodire Legem qui ſecundũ literã viuit:τελεῖν verò,id eſt perficere,qui ſecundum ſpiritum.quæ quàm abſurdè dicantur,res ipſa oſtendit. Illud verò nónne falſiſſimũ eſt quod tam præfractè tuetur,proſelytis ad Eccleſiam accedẽtibus non fuiſſe impoſitã circũciſionis legem? & quidẽ impudentiſſimè detorquens quod ſcriptũ eſt Exodi 12.g.48,& Ezech.44,c.9.Illud verò quantã oſtendit oſcitãtiam,quòd Iſraelitas illos quos circuncidit Ioſue in Galgal,exiſtimat bis fuiſſe circunciſos,vt duas nobis circunciſiones cordis pro vna conſtitueret? Sed de his plus ſatis. Vnum tamen ſupereſt quod annotem,hunc locum perperam mihi videri à quodam explicatum,qui ita conuertit, Qui natura præputiatus Legẽ exequitur,damnabit te qui literas & circũciſionem habens,contra Legem facis. Nam multo vehementius eſt quod dicit Apoſtolus,Iudæos ſcilicet non modò non iuſtificari circunciſione externa,eo quòd tranſgreſſores eſſent Legis,ſed etiam per eam ipſam circunciſionẽ trãſgredi Legem, vt qui hoc ipſo profanarent ſacroſanctum Domini ſymbolum. veluti ſi hodie dicamus contra ſophiſtas, non modò non conferri gratiam ex opere operato Baptiſmi iis qui ſordes conſcientiæ non abluerunt,ſed quotidie magis ac magis ſe polluũt: vt etiã per hoc ipſum quòd baptizati ſunt,magis ſint iræ Dei obnoxii,ipſorum tamen vitio,non Baptiſmi.

Iudæus.

Non enim is qui *ſolùm* in propatulo *Iudæus ſit*, Iudæus eſt: nec ea quæ *ſolùm* in propatulo *ſit circunciſio* carnis,circunciſio *eſt*: 28

Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt: neque quæ in manifeſto in carne, eſt circunciſio:

Circunciſio.

Sed qui in occulto Iudæus *fuerit*,& circunciſio cordis,*id eſt* in ſpiritu, non litera: cuius *Iudæi* laus non *eſt* ex hominibus, ſed ex Deo. 29

Sed qui in abſcõdito Iudæus eſt, & circunciſio cordis,in ſpiritu,nõ litera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

Cap. III.

Iudæi Gentibus non excellentiores.

QVæ eſt igitur præſtãtia Iudæi? aut quæ vtilitas circũciſionis? 1

Multa per omnem modum. Primariũ enim *illud eſt* quòd illis credita ſunt oracula Dei. 2

Cap. III.

QVid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis? 1

Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei. 2

Quid tum enim, ſi quidam fuerũt increduli? num incredulitas eorum,fidem Dei faciet irritam? 3

Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum,fidem Dei euacuabit?

Abſit: imò ſit Deus verax, omnis autem homo mendax,quemadmodũ ſcriptũ eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, 4

Abſit: eſt autem Deus verax,omnis autem homo mendax,ſicut ſcriptum eſt,Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,

28 Qui *ſolum* in propatulo ὁ ἐν τῷ φανερῷ. Id eſt qui foris duntaxat & externa circunciſione quæ fit manibus.Ideo addidi particulam excluſiuam, quæ omnino ſubaudienda eſt, ne in errorem Manichæorum incidamus,accuſantium Legem,aut ex hoc loco colligamus,externa ſymbola vel impune à nobis contemni poſſe,vel ſuo fructu carere:neque hoc loco duntaxat ea eclipſis vſurpata eſt à Paulo, ſed etiam infrà ita manifeſtè vt neminem inficiari poſſe putem cap.4.b.9.Sic quoque Lucianus Δίκη φωνηέντων.Δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς εἰ δικάζετε νῦν,ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν. 29 In Spiritu, ἐν πνεύματι.Id eſt,cuius vis eſt interior & in animo.Eraſmus,quæ Spiritu conſtat,referẽs ſcilicet ad Spiritum ſanctũ,cuius vnius opus eſt iſta circunciſio ἀχειροποίητος.Mihi verò videtur ἐν πνεύματι additum partim propter antitheſim γράμματος, partim vt explicaret quid vocarit circunciſionem cordis,ex ipſius ſcilicet Moſis conſuetudine. Ideò addidi particulam exegeticam,vt ſuprà verſu 7. Non litera: οὐ γράμματι. Videtur poſcere ratio antitheſis, ſi ἐν πνεύματι conuertas,in ſpiritu (ita vt nos fecimus) vt pro οὐ γράμματι ſcriberet οὐ σαρκὶ non carne.Sed optima fuit ratio cur ſic loqui mallet Apoſtolus,quia ſcilicet carnis circuncißionem non damnat ſimpliciter vt inutilem,ſed eatenus duntaxat quatenus inane eſt ſignum:qua ratione diximus externam circunciſionem ab ipſo vocari γράμμα,id eſt cæremoniã ſcriptã quæ ſua vi & efficacia ſit ſpoliata. Cuius *Iudæi* laus οὗ ἔπαινος. Id eſt qui Deo non hominibus ſeipſum approbat,vt teſtatur Apoſtolus ſe Chriſti ſeruum non futurum ſi hominibus placeret,Galat.1.b.10,quatenus ſcilicet homines Deo opponuntur.Nam alioquin vult etiam Dominus vt lux noſtra coram hominibus ſplendeat. Cæterùm fefellit pleroſque interpretes relatiuum CVIVS,apud Latinos ambiguum:quod ad circunciſionem omnes ferè retulerunt,ſenſu non ita plano,quum in Græcis nõ legamus ἧς ſed οὗ, vt omnino ſit ad perſonam veri illius Iudæi accommodandum. Tradit enim Apoſtolus,veri Iſraelitæ notam:ex qua intelligatur cordis circunciſio,alioquin hominibus futura ignota,niſi ex effectis cognoſcatur.

IN CAPVT III.

1 Quæ eſt præſtãtia τί τὸ περισσόν. Hoc vocabulum interdum in vitio poni diximus,quoties videlicet declarat quod prorſus redundat,vt Matth.5.f.37.Hic verò declarat præſtantiã aliquã & eminentiam. 2 Multa πολύ. Eraſmus cenſet legendũ πολλή,vt reſponſio referatur ad propinquius.Ego verò puto Paulũ maluiſſe neutrũ genus vſurpare, vt cohæreret cũ τὸ περισσόν,non modò quia in idem recidit duplex interrogatio,vt liberũ illi fuerit cũ vtrauis cõnectere reſponſionẽ:ſed etiã quia in poſteriore vſus fuerat duobus fœmineis nominibus ὠφέλεια & περιτομή,quod potuiſſet nõnihil obſcuram reddere reſponſionẽ, ſi fœmineũ genus vſurpaſſet. Nos in Latino ſermone non potuimus hoc obſeruare:nec ſanè in eo laborandũ eſt,quum plana ſit ſententia,vtrouis modo legas,πολὺ vel πολλή. Primarium enim *illud eſt*, πρῶτον μὲν γάρ. Accipio πρῶτον pro primaria quadã ſorte & cõditione.Sic enim accipitur πρῶτος,vt Luc.19.g.47,& Act.25.a.2: & πρώτη, vt Luc.15.e.22: & πρῶτον,vt 2.Pet.1.d.20,& 3.a.3,quãuis in his locis per aduerbiũ Præcipuè aut per In primis cõuerti poßit,vt ſemel atque iterum in hac eadem epiſtola ſumus interpretati.Neque enim neceſſe eſt,vt quum præceſſerit πρῶτον,ſequatur δεύτερον aut τρίτον,vt diximus ſuprà 1.a.8.Putauit Eraſmus ſignificare ſermonis ordinem,cuius opinio fortaßis tolerabilis eſſet ſi Paulus duntaxat πρῶτον μὲν dixiſſet, ſed quũ ſcriptũ ſit μὲν γάρ,neceſſe eſt (ni fallor) vt verbum ἐστὶν ſubaudiatur, ita vt nullũ ſit anantapodoton,ſed plana ſit oratio,nẽpe ſi πρῶτον ἀντὶ τοῦ ἐξαιρέτου accipias,vt nos ſumus interpretati.In qua opinione illud quoque me confirmat,quòd in vno vetuſto codice ſcriptum inuenimus πρῶτοι γὰρ ἐπιστεύθησαν,primis enim cõmiſſa ſunt.Origenes perinde interpretatur acſi ſcriptum eſſet ὅτι πρῶτον ἐπιστεύθησαν. Vetus autẽ interpres videtur legiſſe πρῶτον μὲν ὅτι ἐπιστεύθησαν.Vertit enim,primũ quidẽ quia.Seligat lector quod maxime placuerit. Oracula τὰ λόγια Vide Act.7.e.38. 4 Vt iuſtificeris ὅπως ἂν δικαιωθῇς. Hebraice למען תצדק,id eſt,Vt de iuſtitia tua conſtet,vel Vt ſecundũ te iudicetur,vel potius,Vt tua ſingularis bonitas ac fides in promiſſis præſtandis appareat.Eſt autem multiplex huius verbi ſignificatio,ideóque ſemel à nobis explicanda. Nam quia iuſtificatio non ſemper cõſideratur abſolutè in eo cui accedit iuſtitia,ſed etiam cõparatè & alterius alicuius ratione,cui tum demũ incipit iuſtus eſſe aliquis quũ ipſius iuſtitia patefit: hinc factũ eſt vt Iuſtificare accipiatur etiã pro Iuſtitiã vel ſuã vel alienã declarare & ſeſe aut alium quempiam pro iuſto habere & agnoſcere, vt Matth.11.c.19.Luc.7.e.29 & 35.Item 10.e.29,& 16.d.15.Iam verò quia in iudiciis qui inſons declaratur,is etiam liberatur,& iudicio eximitur:hinc quoque factum vt Iuſtificare & Cõdemnare opponãtur, id eſt vt Iuſtificari,nihil aliud declaret quàm Abſolui,ſicut apud Hebræos הצדיק & הרשיע ſunt oppoſita,vt Matth.12.c.37.Act.13.f.38 & 39,infrà 5.d.18,&.8.b.34,& vbicũque dicũtur fideles nõ condẽnari. Neq; id verò dũtaxat in re forẽſi dicitur,ſed in genere Iuſtificari à re aliqua,ſignificat declarari ab ea re prorſus immunem & alienum,vt infrà 6.b.7.Denique quia Iuſtitiæ nomine interdum vniuerſalis quidam virtutum omnium cõcentus declaratur,interdum verò virtus illa qua ſuum cuique reddimus:denique nonnunquam Dei bonitas in eo præcipue apparens, quòd nobis quãtumuis indignis præſtet quicquid vltro pollicitus eſt:pro varia iuſtitiæ ſignificatione, variè quoque dicitur iuſtus aliquis vel fieri vel declarari.Sic dicitur Chriſtus iuſtificatus Spiritu.1. Timoth. 3.d.16, id eſt Diuina illa natura quæ in ſeſe eſt integerrima ac perfectiſſima, ipſáque adeò integritas ac perfectio hominibus patefacta eſt per Diuinam illam virtutem in Chriſto corporaliter habitantem, quæ toties ac præſertim in carnis ipſius reſurrectione ſeſe exeruit.Sic Iacobo dicimur ex operibus iuſtificari,id eſt iuſti declarari, quia is demũ iuſtus eſt qui iuſtitiam facit:& contrà,operibus neminem iuſtificari teſtatur noſter Apoſtolus,id eſt iuſtum fieri,integrũ ſcilicet & ἀνέγκλητον coram Deo. vt ipſe explicat Coloſſ.1.c.22.Sic qui iuſtus eſt, debet laborare vt adhuc iuſtificetur, id eſt cui datum eſt velle ac facere,is quotidie debet donum Dei in ſemetipſo ſuſcitare,vt magis ãc magis in ſtudio pietatis ac innocentiæ proficiat. Totidem igitur inuenio horum verborum ſignificationes,quas quidem conabimur ſingulis locis pro virili applicare.

	& vineas quum iudicaris.		& vincas″quando de te fit iudicium.
	Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? nūquid iniquus eſt Deus qui infert irā? (ſecundum hominem dico)	5	Quòd ſi″iniuſtitia noſtra Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? nū iniuſt⁹ Deus qui inferat″pœnā? (″humano more loquor)
	Abſit: alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?	6	Abſit: alioquin quomodo iudex erit Deus mundi?
	Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc & ego tāquā peccator iudicor?	7	Etenim ſi″veritas Dei per meum mendacium redūdauit in gloriam ipſius, cur amplius″ego vt peccator condemnor?
	Et non (ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidā nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorū damnatio iuſta eſt.	8	Ac non (ſicut de nobis malè loquuntur, & ſicut quidā aiunt nos dicere)″faciamus mala, vt veniāt bona? quorū dānatio iuſta eſt.
	Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquā: præcauſati enim ſumus Iudæos & Græcos ōnes ſub peccato eſſe:	9	″Quid igitur? præcellimus? Nullo modo: nam″antè criminati ſumus & Iudæos & Græcos omnes eſſe ſub peccato:
Galat.3.d.22	Sicut ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus quiſquam:	10	Sicut ſcriptum eſt, Non eſt iuſtus, ne vnus quidem:
Pſal.13.a.2 & 52.a.3	Non eſt intelligens, non eſt requirens Deum.	11	Non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum.
	Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonū, non eſt vſque ad vnum.	12	Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui exerceat bonitatem, nō eſt″vſque ad vnum.
	Sepulchrum patens eſt guttur eorū, linguis ſuis doloſè agebāt: venenum	13	Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis ſuis″ad dolum vſi

Quando de te fit iudicium. ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Vulg. & Eraſ. paulo obſcurius, quum iudicaris. Etſi autem Hebræa בשפטך poſſint etiam actiuè explicari, vt ſit hæc ſententia, Deum inueniri iuſtum ac purum, quum ſua iudicia exercet, quia non niſi merentes caſtigat: tamen ſentētia ipſa videtur poſtulare vt paſſiuè accipiamus. Deus enim ab iis quaſi in iudicium vocatur qui in ipſius facta curioſius inquirunt, ſed eminet tandem ipſius iuſtitia vt improbi ſua conſcientia conuicti teneantur. neque hìc (vt opinor) diſſeritur de iudiciis quæ Deus in peccatores exercet, ſiuè electi ſint illi quos velit vt filios caſtigare, ſeu reprobi quos perdere conſtituerit: ſed de ipſius potius incredibili bonitate ac fidelitate in iis præſtandis quæ reipſa promiſit. Quæſtio enim eſt, an quorundam incredulitas poſſit efficere vt Deus fidē non ſeruet. Abſit verò, inquit Paulus, vt hoc dicamus. imò hoc potius fateamur quod veriſſimum eſt, omnes quidem homines mendaces ac perfidos eſſe, ſed Deum nihilominus ſibi ſemper conſtare: adeò quidem vt hoc ipſo quòd electi tam grauiter interdum labantur, ſūma eius iuſtitia ac fides in primis illuſtretur. Hoc in ſe agnouit Dauid quū peccati ſui magnitudinem conſiderans, & nihil tamē de peccati ſui remiſſione dubitans, in intima vſque cōſilia Dei ingreſſus, animaduertit ſe idcirco inductum fuiſſe in grauiſſimam illam tentationem, non vt perderetur, ſed vt aduerſus eos omnes qui Dei fidem ac iuſtitiam in dubium vocarent, Deus manifeſtum ederet ſuæ conſtantiæ ac fidei in præſtandis promiſſis ſpecimē, ſeruato ſcilicet eo qui omnium hominum fuiſſet perfidioſiſſimus. Hæc eſt (opinor) germana huius loci explicatio, ita vt appoſitiſſimè citatum ſit hoc teſtimonium ab Apoſtolo, & omnia tum præcedentia, tum ſubſequentia optimè inter ſe conſentiant. Hac itaque ratione למען non fuerit conuertendum διὸ id eſt propterea, neque ὥστε, id eſt ita vt, ſed rectè omnino eſt explicatum per ὅπως, quum finem declaret non ipſis quidem peccatoribus, ſed Deo propoſitum, quum ſuos ad tēpus videtur Satanæ tradidiſſe. Nam hoc ipſum eſt omnino quod ait infrà verſ. 25, Deo idcirco placuiſſe nos fide potius in Chriſtum, quàm noſtris operibus iuſtificatos ſeruare, vt iuſtitiam ſuam mundo patefaceret. Nam (vt quidam rectè & pereleganter ſcripſit) dare non dignis, res mage digna Deo eſt. Cæterùm qui Origenis in tractandis Scripturis dexteritatem volet cognoſcere, legat quæ in hunc locum ſcripſit: & comperiet quæ in torquendis omnibus fuerit iſtius audacia.

5 Iniuſtitia ἀδικία. Id eſt perfidia cū ſuis fructibus, vt poſtea vocabit verſu 7. Huic opponitur iuſtitia Dei, id eſt fides ac veritas. Quòd autem putant nonnulli tum ex veteribus, tum ex recentioribus, Paulum negare iniuſtitia noſtra iuſtitiam Dei commendari, eiúſque veritatem per noſtrum mendacium in gloriam eius excellere: mihi certè probari non poteſt. Nam contrà puto hoc ipſum eſſe quod docuerat Apoſtolus ex illo Dauidis teſtimonio, & apertè confirmat infrà d.25. quod denique probat tum Scripturæ authoritas teſtantis Deum incluſiſſe omnes ſub peccato, vt omnium miſereretur. Certè ipſa experientia atque adeò ſenſus communis oſtendit, vbi abundauit delictum, illic ſuperabundare gratiam quoties illa vti Domino placuit. Hoc ergo minimè negat Paulus, ſed id quod aduerſarii falſò ac planè ſophiſticè inde colligebant. Pœnam? ὀργήν; Vulgata & Eraſmus ad verbum, iram: quod videtur obſcurius. Ponitur enim hoc loco (vt & alibi ſæpe) ex idiotiſmo Hebræorū ira Dei pro iis effectis ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur, vt ſolet de Deo Scriptura loqui ἀνθρωποπαθῶς. Humano more loquor. κατ' ἄνθρωπον λέγω. i. Hæc verò ego nō in perſona mea loquor, quaſi ita ſentiam: ſed hunc ſermonē humanæ illi ſapientiæ tribuo, quæ Dei voluntati non ſubiicitur. Cæterùm ex iis quæ ſcribit Origenes in hunc locum, apparet nonnullos codices pro κατ' ἄνθρωπον λέγω, ſcriptum habuiſſe κατ' ἀνθρώπων, aduerſus homines, expuncto verbo λέγω. qui quidem ſenſus planus eſt: ſed conſtat apud Paulum frequēter phraſin illam inueniri & quidem diuerſa ſignificatione. Interdum enim adhibetur vitandæ ſuſpicioni blaſphemiæ, vt hoc loco. interdum fugiendæ inuidiæ cauſa: veluti quum cogitur Apoſtolus de ſuis geſtis aliquid dicere, vt muneris ſui authoritatem aſſerat, ſolet præfari ſe in ea re cogi ex hominum conſuetudine loqui, quanuis in diuerſum finem, vt 1. Corinth. 15. d. 32, & 2. Cor. 11. d. 16 & 17 & 21. nonnunquam verò vtitur hac formula loquendi quum docendi cauſa exemplum aliquod ex communi hominum vſu petit, vt infrà 6. d. 19, & Gal. 3. c. 15. item aliquoties quum hominis doctrinam Dei authoritati opponit, vt illa iſti cedat, vt 1. Corinth. 9. b. 8, & Galat. 1. b. 11. Poſtremò κατ' ἄνθρωπον interdum idem declarat atque κατὰ σάρκα, id eſt ſecundum carnem: cui opponitur ſecundum Spiritum, vt 1. Corinth. 3. a. 3, & 1. Pet. 4. b. 6.

7 Veritas Dei ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ. Heb. אמונת אלהים, id eſt fides ac conſtantia, atque adeò veracitas, vt ita dicam. Neque enim hoc loco aut ſpectatur hæc veritas in ipſa Dei doctrina, aut declarantur hoc vocabulo veræ illæ προλήψεις καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, quas ita vocauit Apoſtolus ſuprà 1. b. 18, ſed Deo ipſi hæc veritas tribuitur. quod quum non conſideraret Origenes, mirum quàm multa ineptè in hunc locum ſit commentatus. Eodem igitur ſpectat veritas atque iuſtitia illa Dei cuius in ſuperiore verſiculo facta eſt mentio: niſi quis malit ex hac Dei veritate veluti fonte, exoriri illius iuſtitiam, aut contrà veritatem ex iuſtitia, adeò arcto vinculo ſunt iſta inter ſe deuincta. Nam Deus & quia ſummè iuſtus eſt ac verax, idcirco fidem quam vltro dedit, vltro conſeruat: & quia exhibet quātumuis perfidis quicquid ſemel pollicitus eſt, idcirco ſummè iuſtum ſeſe ac veracem præſtat. Iſtis autem opponitur hominum iniuſtitia ac mendacium ſiue perfidia, ſimili prorſus ratione æſtimanda vt illis ex diametro opponantur. Dicuntur autem hæc omnia à Paulo in aduerſariorum perſona. Ego κἀγὼ Vulgata & Eraſmus, & ego: quæ interpretatio eſt perobſcura. Abundat autem coniunctio καὶ, ſicut oſtendimus Iohan. 8. c. 25.

8 Faciamus ἵνα ποιήσωμεν. Puto ὅτι redundare, vt alibi ſæpe: neque hic quicquam ſubaudio.

9 Quid igitur? præcellimus? τί οὖν; προεχόμεθα; Sic diſtinguūt veteres etiam codices: neque dubito quin hæc ſit vera huius loci diſtinctio. Sicut enim Paulus vt mederetur offenſioni Iudæorum, aliquatenus præpoſuerat eos Gentibus: ſic veritus nequid Iudæi hoc nomine ſuperbirent, nunc declarat præſtantiam iſtam non eſſe in ipſis Iudæis conſiderandam, ſed in Dei benignitate duntaxat: quum nihilominus & Iudæi & Gentiles in eo pares ſint, quòd vtrique ſint in ſeſe peccatis, ac proinde iræ Dei obnoxii, vt vtrique in Chriſto exæquētur. Neque dixit Apoſtolus προέχετε præcellitis, ſed προεχόμεθα præcellimus: tum quia veritas poſtulat vt ita loquatur, tum vt omnē offenſionis occaſionē tollat, quum ſeſe in eodem gradu collocet. Origenes autem legit coniunctim τί οὖν προεχόμεθα, id eſt in quo igitur præcellimus? quod nullo modo cohæret: quanuis Græca ſcholia quādam afferant huius lectionis interpretationem, ſed planè detortam ac violentam. Antè criminati ſumus προῃτιασάμεθα. Id eſt ἠλέγξαμεν arguimus, vt Græca ſcholia explicant. Neque enim inſtitutam duntaxat, ſed peractam accuſationem declarat. Vulgata, præcauſati, barbarè. Eraſmus, antè cauſis redditis oſtendimus. qua ſignificatione vix crediderim verbum αἰτιᾶσθαι inueniri. 12 Vſque ad vnum. ἕως ἑνός. Id eſt, ne vnus quidem, vt habet Hebræa veritas. Itaque intempeſtiuè loquuntur qui appellatione Vnius, intelligunt Chriſtum deſignari: qua in re deceptus etiam eſt Auguſtinus, omnium veterum theologorum tum Græcorum tum Latinorū (meo quidem iudicio) quod ad dogmata religionis attinet, facilè princeps. Tanti eſt momēti ex fontibus ipſis veritatē haurire.

13 Ad dolum vſi ſunt: ἐδολιοῦσαν. Id eſt ἐδολίουν ex Chaldaica dialecto, vt annotant grammatici, ſicut ἤλθοσαν pro ἦλθον pſal. 77. a. 2.

ſunt: venenum aſpidum ſub labiis eorum.
Quorum os diris & amarulentia plenum eſt:
Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
Contritio & calamitas in viis eorum.
Et'viam pacis non cognouerunt.
Non eſt timor Dei coram oculis eorum.
Scimus autem quòd quæcunque'Lex dicit, iis qui in Lege ſūt dicat: vt omne os obthuretur, &'obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.
'Propterea "ex operibus Legis "nulla caro 'iuſtificabitur

aſpidum ſub labiis eorum.
14 ¶Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: Pſal.9.b.7
15 Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Eſa.59.b.7 prouerb.1.c.16
16 ¶Cōtritio & infœlicitas in viis eorū. Pſal.13.a.1
17 Et viam pacis non cognouerunt.
18 Non eſt timor Dei antè oculos eorum. Pſal.35.a.2
19 Scimus autem quoniam quæcunque Lex loquitur, iis qui in Lege ſunt loquitur: vt ōne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo.
20 Quia ex operib⁹ Legis nō iuſtificabit

17 Viam pacis ὁδὸν εἰρήνης Heb. דרך שלום: quibus verbis vita pacifica & innocens declaratur.

19 Lex ὁ νόμος Non tantùm additus articulus, ſed ipſa contextus ſeries indicat Legē κατ' ἐξοχὴν vocari tum Moſis tum aliorum Prophetarum ſcripta, totūdenique Vetus teſtamentū, vt rectè explicāt Græca ſcholia. Occurrit enim tacitæ obiectioni, ne excipiāt Iudæi nihil ad ſe pertinere quæ citarat Apoſtolus partim ex Pſalmis, partim ex Ieſaia. Fallitur ergò Origenes in eo quòd de lege vniuerſali, id eſt lege naturæ, hæc accipit. nam ſi ita eſſet, ecquis poterat inficiari hanc legem ad ſe non ſpectare? At enim, dices, concluſio eſt vniuerſalis: & quod Legi tribuit in ſequenti verſiculo, ad legem naturæ non minus pertinet quàm ad Legem Moſis. Reſpondeo, concluſionem vniuerſalē eſſe, quia non ex hoc vno dicto, ſed ex tota diſputatione ſuperiore naſcitur: deinde ex hoc etiam dicto non ineptè poſſe colligi argumento à comparatis ſumpto. Nam ſi Lex Moſis non iuſtificat, quomodo & quo iure id tribuas legi naturæ? Quod autē ad alterum attinet, concedo, quæ in ſequente verſiculo dicuntur, de tota Lege intelligenda, quum ſint accommodanda concluſioni & ipſa eſt vniuerſalis, neque Apoſtolus dicat διὰ γὰρ τοῦ νόμου, ſed διὰ νόμου, ſine articulo. Obnoxius fiat ὑπόδικος γένηται. Id eſt reus eſſe cōperiatur: ſicut paulo antè diximus Iuſtificari interdum accipi pro Iuſtū cōprobari. Neque enim illa oracula faciunt vt rei ſimus, ſed reos nos eſſe declarant. Cæterū ὑπόδικον Vetus interpres ſubditū, nec ſatis expreſſè cōuertit. Subditus enim apud Latinos nihil aliud quā ſuppoſitū, id eſt ſummiſſum, aut clàm appoſitū, declarat. Eraſmus obnoxiū interpretatur: rectè id quidem, ſed tamen ambiguè propter huius vocabuli homonymiā. Ideo cōuerti, obnoxius fiat cōdemnationi: quia δίκην in ὑπόδικος, nō tantùm declarat iudiciū, in quo ſcilicet vel abſolui, vel damnari poſſit aliquis (hac enim ſignificatione ipſi etiā filii Dei ſunt ὑπόδικοι in quibus tamen nulla eſt condemnatio) ſed καταδίκην, id eſt condemnationē declarat, ſicut αἰτία in ὑπαίτιος. Nam hoc ipſum eſt quod alibi teſtatur Apoſtolus, nos omnes naſci filios iræ, id eſt natura obnoxios eſſe Dei condemnationi.

20 Propterea διότι. Vulg. & Eraſ. Propterea quòd: quaſi ex hac cōcluſione pendeat quod dixerat, totum mundū ſcilicet, id eſt omnes homines quacūque mūdi regione ſint collocati, iræ Dei eſſe obnoxios. Ego verò etſi hæc veriſſima eſſe cōfitear, tamen puto Apoſtolum potius hoc de quo hìc agitur, ex illo colligere. Quid enim erat Apoſtolo propoſitū? docere ſcilicet nullū hominū alia ratione quàm fide in Chriſtū ſalutē cōſequi. Hoc probat ex eo quòd vna fide in Chriſtū iuſtificemur. Nos vna fide iuſtificari ex eo docuit, quòd neceſſe ſit nos aut fide, aut Lege iuſtificari. Lege verò nos nō iuſtificari oſtendit ex eo quòd nemo ſit hominū cui Deus è cælo nō teſtetur ſe infeſtiſſimū eſſe. Nā ex ira colligitur iræ cauſa, id eſt iniuſtitia. Cedo verò vnde hanc iniuſtitiā? ex eo quòd neque Gētes naturæ legē obſeruant, ſiue Dei cultū cōſideremus, ſiue mutua hominū inter ſe officia: neque Iudæi Moſis Legem cuius cognitione gloriantur. Hæc in ſumma Paulus adhuc demōſtrauit, ſimulque aduerſus ea obiter diſſeruit, quæ vel hi vel illi obiicere poterāt. Nunc verò tādem ex eo quòd totū mundū probauit iræ Dei eſſe obnoxiū, concludit quod probandū ſuſceperat, nullum ſcilicet hominem ex operibus vllius legis iuſtificari, ac proinde ſeruari: ac ita demum ſublata vna parte dilemmatis, alterā ponit, nos ſcilicet quū Lege nō iuſtificemur, vna fide iuſtificari, ac proinde vna fide ſeruari, quæ quidem eſt ex Euāgelii auditu. Ita tandem efficitur, Euangeliū eſſe potentiā Dei in ſalutem omni credenti, in qua quæſtione poſuimus huius epiſtolæ ſtatū. Hæc autē diligenter cōſiderata, manifeſtè indicāt, in hoc verſiculo appellatione Legis intelligi omnem doctrinā ſeu ſcriptam ſeu nō ſcriptam, quæ aliquid aut iubeat aut interdicat, vt probat argumentorū ſeries, & effectus ille quē Legi tribuit, nēpe quòd peccatum retegat: vt planè, vel teſte Auguſtino, hallucinentur fœdiſſimè & periculoſiſſimè qui ad Legis Moſaicæ cæremonias hæc reſtringunt. Ex operibus Legis ἐξ ἔργων νόμου. Id eſt ex eo quòd præſtetur Lex. Neque enim hæc poſſunt aut debent de operibus Legis ſimpliciter & abſolutè intelligi, quæ vel κοιναὶ ἔννοιαι, quas diximus legem naturæ vocari, vel Lex Moſis quæ eſt illarū inſtauratio, præcipiunt aut vetāt, quū ea ſint reuera eiuſmodi vt ſiquis ea præſtaret, iuſtitiā ei fuerint meritò collatura: ſed opera Legis vocat eorū præſtationem quæ Lex præcipit, ſiue quatenus à nobis aut præſtātur, aut nō præſtantur, non autē ſimpliciter quatenus præcipiuntur à Lege. Nulla caro οὐ πᾶσα σάρξ. Heb. לאיצדק כל בשר id eſt (vt Vetus interpres & Eraſ. ad verbū conuerterūt) nō omnis caro: quæ enūtiatio quū apud Græcos & Latinos ſit particularis, apud Hebræos eſt vniuerſalis. Itaque nō potuit hic Hebraiſmus ſine ſenſus iniuria ſeruari. Cæterū quod ad vocabulū Carnis attinet, ſæpe iam diximus ex Hebræorum idotiſmo accipi pro homine. ſed particularis eſt huius nominis emphaſis hoc in loco, vt omnino ſeruari debuerit. Sic enī explicatur antitheſis Hominis qui nihil eſt aliud q̄ caro per peccatū inquinata, & Dei illius in ſeſe puriſſimi ac perfectiſſimi. Liceat ergo hominibus inter homines ſpeciē aliquā obtinere, ſed coram Deo quid aliud quā ſe carnem impurā eſſe fateātur quicūque vſquā ſunt homines? Ineptè igitur Origenes hoc dicit ad eos demū pertinere qui in carne ſunt, id eſt qui ſecūdū carnē viuūt. quaſi verò Paulus totū humanū genus hìc non cōſideret extra Chriſtū: & qui ſecundū ſpiritum viuunt, hoc ipſo iuſtificentur corā Deo: ac nō potius ideo ſecundū ſpiritū viuant quòd iam ſint gratis per fidem in Chriſtū iuſtificati. Quid multa? Certè hoc auſim dicere, ſi hæc ſunt Origenis cuius titulum præferūt, hunc hominē fuiſſe ſelectū Diaboli organum Apoſtolicæ doctrinæ funditus euertendæ deſtinatum. Iuſtificabitur δικαιωθήσεται. Varias huius verbi ſignificationes ſuprà expoſuimus verſu 4, itémq; quid Iuſtitiæ appellatione intelligatur, ſumma ſcilicet illa puritas & integritas pro naturæ humanæ gradu, quā neceſſe eſt in conſpectū Dei afferat qui vult æternæ vitæ particeps fieri. Sed quid hìc valeat iuſtificādi verbū, non immeritò quæritur, quū nulla poſſit grauior quæſtio exoriri, & ab huius verbi explicatione tota penè pendeat huius cōtrouerſiæ deciſio: de qua tantū à nobis dicetur quod ad ſcopum noſtrum pertinet, qui noſtræ verſionis cauſas ſtudemus explicare. Dicūt igitur Sophiſtæ, Nos fide iuſtificari, ſic accipiēdū eſſe, quòd credētibus, id eſt iis qui in genere aſſentiūtur verbo Dei, inſeratur gratia præparationis operibus præeūtibus data, qua adiuuāte & cooperāte induti iuſtitia ſeruamur, ſicut ſcriptū eſt, Si vis ad vitā ingredi, ſerua mādata. Itaq; apud iſtos Fide iuſtificari nō declarat iuſtū fieri ἐνεργείᾳ ſed δυνάμει. i. gratiā accipere, cuius adiutorio poſtea noſipſos iuſtos faciamus. Hæc illorū eſt doctrina quæ certè cū verbo Dei ita cohæret, vt facilius ignē cum aqua, veritatem cū mendacio, iniuſtitiā cum iuſtitia conciliaris. Itaque ii per quos noſtra ætate Dominus veluti ſepultū crucifixi beneficiū in lucem reuocauit, quum hæc viderent ex diametro pugnare cū Apoſtoli doctrina & argumētis, in hac propoſitione, Iuſtificamur fide ſine operibus, ſiue gratis, ſiue ſola (hæc enim omnia idem pollēt) Iuſtificari explicāt ex Hebræorū cōſuetudine, pro abſolui corā Dei tribunali: non quòd iuſti ſimus in nobiſipſis (fruſtrà enim Chriſtus eſſet mortuus, vt colligit Apoſtolus Galat.2.d.21.) ſed quia Chriſti iuſtitia nobis imputetur gratis per fidē: ſiue quia Deus nos in Chriſto ἐχαρίτωσεν Epheſ.1.b.6. cuius iuſtificationis effectus eſt illa innouatio Spiritus, quæ in nobis nō per opera corā Deo iuſtificādis, ſed iam antea fide iuſtificatis, fructus illos iuſtitiæ profert, de quibus loquens Apoſtolus propoſito nobis Abrahamo credentiū patre, Si Abrahā, inquit, ex operibus iuſtificatus fuit, habet quod glorietur, at nō apud Deū. Hanc igitur doctrinā qui nō amplectitur, anathema ſit. Sed tamen, vt ingenuè dicā quod ſentio, quanuis in re ipſa ne tantillū quidem diſſentiam: tamen nō video quî cogamur in hoc argumēto Iuſtificari explicare per Abſolui & pro iuſto haberi, niſi quū iuſtificatio diſertè opponitur condemnationi. Nā certè Apoſtolus ipſe infrà videtur τὸ δικαιοῦσθαι interpretari δίκαιον καθίστασθαι, id eſt iuſtū cōſtitui, infrà 5.d.19: quod copioſius explicat Coloſ.1.c.22. & ſanè, quum Dei iuſtitiæ manifeſtè repugnet, eū pro iuſto habere qui iuſtus non ſit: neceſſe eſt (opinor) vt prius iuſtificetur quiſpiā, id eſt iuſtus fiat, quàm abſoluatur. Prudēter itaq; iſtæ ſignificationes diſtinguēdæ ſunt, ne huius vocabuli homonymia ita nobis imponat, vt Dei miſericordiā, Sophiſtarū more, à iuſtitia ſeparemus. Sed non minus cautè & illud notandū eſt, quòd dicimur iuſti fieri, non ita intelligendū quaſi nobis indatur qualitas à qua iuſti denominemur, quam Sophiſtæ Iuſtitiam inhærentem vocant (neque enim hæc eſt eius iuſtitiæ per quam ſeruamur, cauſa, ſed teſtis) ſed quia Chriſti iuſtitia nobis per fidem gratis imputatur, vt tota ſalutis noſtræ laus in ſolidū Deo cedat, neque tamē Legē inutilē reddamus, ſed potius ſtabiliamus. Alioquin certè inutilis futura eſt ſalutis promiſſio, quū tantum abſimus à Lege præſtanda per quam viuamus, vt contrà non poſſimus non incurrere in eam maledictionem cui obnoxius eſt quiſquis vel in vno deliquerit, niſi is non dico ſuppleat quod deeſt, ſed omnia gratis nobis præſtet, qui factus eſt credentibus ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, redemptio.

	omnis caro coram illo. per Legem enim cognitio peccati.		″in conſpectu eius. per Legem enim″agnitio peccati.
Suprà 1.b.17	¶Nunc autem ſine Lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt: teſtificata à Lege & Prophetis.	21	Nunc verò″abſque Lege″iuſtitia Dei manifeſtata eſt, comprobata teſtimonio Legis ac Prophetarum.
	Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credũt in eũ. non enim eſt diſtinctio:	22	Iuſtitia″inquam Dei per fidem ″Ieſu Chriſti in omnes″& ſuper omnes qui credunt. non enim eſt diſtinctio:
	Omnes enim peccauerunt: & egẽt gloria Dei.	23	Omnes enim peccauerunt, ac″deficiuntur gloria Dei.
	Iuſtificati gratis per gratiã ipſius: per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu:	24	″Iuſtificantur autem″gratis, *id eſt* eius gratia, per redemptionẽ factam per Chriſtum Ieſum:
	Quẽ propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorũ,	25	Quem propoſuit Deus *ut eſſet* placamen″per fidem, ″*fuſo* ſanguine ſuo, ad declarandam″iuſtitiam ſuam, ″per remiſſionem ″præcedentium peccatorum,
	In ſuſtentatione Dei ad oſtenſionẽ iuſtitiæ eius in hoc tẽpore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.	26	″Ex Dei tolerantia, ad declarandam iuſtitiam ſuam″præſenti tẽpore: ″vt ſit ipſe iuſtus, ″& iuſtificans eum″qui eſt ex fide Ieſu.

In conſpectu eius. ἐνώπιον αὐτοῦ. Tacita eſt antitheſis iuſtitiæ coram hominibus & iuſtitiæ Dei, ſeu quæ coram Deo poſſit ſubſiſtere. de qua agitur Coloſ.1.c.22. Itaque hoc loco & aliis ſimilibus Coram Deo non opponitur duntaxat ei quod fictitium eſt ac ſimulatum, vt Luc.1.a.6: ſed cuiuis hominum etiam ſanctiſſimorum iuſtitiæ comparatur. quia iuſtitiam qua nitimur, vt hæreditatis cæleſtis participes fiamus, neceſſe eſt eſſe eiuſmodi, vt & plena ſit pro peccatis ſatiſfactio, & perfecta omni ex parte impletio mandatorum: Diuinæ denique imaginis in nobis plena inſtauratio, vt in nobis Dominus opus ſuum agnoſcat: quæ in vno Chriſto nobis per fidẽ gratis exhibẽtur, vt coram Deo prorſus ἀνέγκλητοι καὶ ἄμωμοι, ac proinde omnis condemnationis ſecuri compareamus. Agnitio ἐπίγνωσις. Hoc ego non refero ad intelligentiam, quòd videlicet Lex faciat vt peccatum (quod alioquin in nobis quaſi mortuum erat) incipiat à nobis ſentiri. qua de re pluribus agit Apoſtolus infrà capite 7, ſed ad ipſius peccati redargutionem, vt non ſit noua quædam ratio, ſed potius ſuperioris diſputationis ſumma, vnde pendeat vniuerſalis concluſio, Neminem ex operibus Legis iuſtificari, quum è contrario Lex illud ſit ex quo omnes conuicit eſſe peccati reos. 21 Abſque Lege χωρὶς νόμου. Iterum poſcit argumenti ſeries vt Legis appellationem, non addito articulo, vniuerſaliter intelligamus, ſicut paulo pòſt, vbi iuſtitia Dei dicitur cõprobata teſtimonio τοῦ νόμου, Moſes intelligitur: quod rectè annotauit Origenes. Itaque nodus ille facilimus eſt ad explicãdum, quem Auguſtino placuit nectere libro De Spiritu & litera, cap.9, quum hunc locum exponeret. Sed idem (vt opinor) rectius ſentit quàm Origenes in eo quòd χωρὶς νόμου, id eſt abſque Lege, non connectit cum Manifeſtata eſt, ſed cum δικαιοσύνη, id eſt Iuſtitia. Nam alioquin abſurdiſſima erit ſententia & nihil ad rem pertinens. Debuit tamẽ ſcribi ἡ χωρὶς νόμου, vt plena eſſet constructio, ſicut rectè annotat Eraſmus. ſed hæc eclipſis non debuit impedire quominus Auguſtino aſſentiretur, quum multis locis articulus in hoc genere dicendi prætermittatur, vt annotauimus Iohan.5.f.36. Iuſtitia Dei δικαιοσύνη Θεοῦ. Vide ſuprà 1.b.17.

22 Inquam δέ. Vulgata & Eraſmus ad verbũ, verò. Mihi videtur illud melius cõuenire epanalepſi, quæ quidem hoc loco adhibetur ab Apoſtolo, quia in ſuperiore verſiculo dixerat quidẽ nos abſque Lege iuſtificari, ſed quodnã illud eſſet quo iuſtificamur, nõdum expreſſerat.

Ieſu Chriſti Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quæ habetur Chriſto, vel quæ Chriſto nititur. Hoc enim addendum fuit nequis exiſtimaret fidem illud eſſe quod nos iuſtificat, quum ſit duntaxat inſtrumentum quo Chriſtum iuſtitiam noſtram apprehendimus. Et ſuper omnes καὶ ἐπὶ πάντας. In duobus exemplaribus manuſcriptis comperimus hæc deeſſe. Mihi tamen videtur hæc repetitio maximam emphaſin habere: & certum eſt veteres hanc quoque particulã legiſſe: quorum tamen interpretatatio arguta potius quàm ſolida videtur in eo quòd εἰς πάντας referunt ad Iudæos, ἐπὶ πάντας ad Gentes. 23 Deficiuntur gloria Dei. ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Vulg. egent gloria Dei, id eſt δέονται, vel χρείαν ἔχουσι: quæ interpretatio hoc quidem in loco ſententiam Apoſtoli eneruat. Eraſmus, deſtituũtur gloria Dei. quod & ipſum non eſt ſatis expreſſum. Hoc quidem certum eſt, ὑστερεῖσθαι propriè de iis dici qui in curſus certamine defecti viribus, relinquuntur à tergo, ita vt ad metam peruenire non poſſint. Ex hoc autem facilè eſt cognoſcere, per gloriam Dei, nec cognitionem illam Dei quæ nobis patefit in Euangelio, neque gratiam regenerationis, neque gratuitam iuſtificationem, non denique eam gloriam de qua coram Deo gloriari poſſimus, ſed metam potius ipſam ad quam contendimus, id eſt vitam æternam quæ in gloriæ Dei communicatione conſiſtit: hoc loco intelligi. Ad eam igitur quominus poſſint peruenire, teſtatur Apoſtolus omnes homines eo impediri quòd ſint peccato contaminati, vt oporteat omnes ad vnum vel à gloria Dei excludi, quod abſit: vel aliunde integram illam puritatem ac iuſtitiam mutuari, quam neceſſe eſt afferat quiſquis gloriæ Dei particeps eſſe cupit. 24 Iuſtificantur autem δικαιούμενοι δέ. Vulgata, Iuſtificati, omiſſa coniunctione, quæ prorſus videtur neceſſaria, ſicut in Græcis ſcholiis legitur hic locus. Deinde δικαιούμενοι pro δικαιοῦνται poſitũ eſt Hebræorũ more, quẽ alibi annotauimus: vt rectè omnino Eraſmus hunc locũ expreſſerit, & fruſtrà quæratur ratio ſupplendi anantapodoti quod nuſquã eſt. Gratis, δωρεάν. Id eſt ex gratuito dono ac mera liberalitate: quod vt planius etiã fieret, adiunxit Apoſtolus τῇ αὐτοῦ χάριτι, id eſt ipſius gratia. Hoc verò vtinam tandem conſiderent qui vel opera præparatoria, vel fidem ſubſequentia in cauſis iuſtificationis numerant, vel cæremonialia duntaxat opera à iuſtificatione excludunt, qui denique nobis blaſphemiæ crimen impingunt quòd ſola fide iuſtificari hominem dicamus.

25 Per fidem, διὰ τῆς πίστεως. Hoc non legit Chryſoſtomus. Ambroſius autem videtur legiſſe ἱλαστήριον πίστεως, propitiatorem fidei.

Fuſo ſanguine ſuo, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Sic lego ex fide vetuſtorum codicum, & hæc refero ad ἱλαστήριον potius quàm ad προέθετο, vel ad πίστεως. Cæterùm Eraſmus propter ἐν præpoſitionem addidit participium Intercedente. ego verò malui interpretari *fuſo* ſanguine ſuo, quia ſanguis ex Hebræorum idiotiſmo cædem declarat. Iuſtitiam ſuam, τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Id eſt fidelitatem ac veritatem in præſtandis promiſſis, vt diximus ſuprà verſu 4 & 7. Per remiſſionem διὰ τὴν πάρεσιν. Ambroſius legit πρόθεσιν, id eſt propoſitum, ſenſu admodum obſcuro. Vulgata & Eraſmus, propter remiſſionem. Ego verò perinde cõuertendũ puto acſi ſcriptum eſſet διὰ τῆς παρέσεως. Eandẽ enallagen annotauimus Iohan.6.f.57, & apud idoneos ſcriptores non ſemel inuenias. Præcedentium peccatorum. προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Quid igitur? num peccata iuſtificationem conſequuta, vel remedio carent, vel alia vlla ratione quàm Chriſti ſanguine eluuntur? Egregium ſcilicet cõmentum. quaſi verò non conſideret Paulus omnes in genere homines, quorũ dicit miſertum eſſe Dominũ, quo tẽpore erãt ipſius inimici, peccatis ſcilicet ac denſiſſimis tenebris ſepulti. Id autem ita eſſe præterquam quòd tota Euangelica doctrina oſtendit, vel illud abundè declarat quod poſtea ſubiicitur ἐν τῷ νῦν καιρῷ præſenti tempore. ex quo apparet tempus aduentus Chriſti cõparari cum ſeculis quæ præceſſerunt. πάρεσιν igitur accipio pro ἄφεσιν. quia verbũ παριέναι interdũ etiã declarat condonare, & de ſuo iure aliquid remittere, ſiue trãſilire, qua ſignificatione videtur etiã noſter Apoſtolus vſurpare verbũ ὑπερορᾶν. Act.17.g.30. Græca tamen ſcholia aliã interpretationẽ afferũt à nullis Latinis interpretibus, quos quidem nouerim, annotatam. Nã quia πάρεσις propriè declarat viriũ eneruationem ſiue defectionem, vnde πάρετος declarat παραλελυμένον, id eſt eum cuius vires ſunt exolutæ, putãt διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων declarare ſtatũ illum in quo ſunt homines propter præcedẽtia peccata. qua ratione ſolet Apoſtolus nos mortuos vocare, vt iſta cõmodè poſſis interpretari, propterea quòd homines erant præcedentibus peccatis eneruati. Deinde ἐν τῇ ἀνοχῇ explicant de tẽpore quo homines abutentes Dei patientia, in iſtis peccatis immerſi languebant. 26 Ex Dei tolerantia, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. Id eſt pro ſua patientia ac facilitate. Repetitur enim antecedens, Hebræorum more. Præſenti tempore: ἐν τῷ νῦν καιρῷ. Series ipſa argumenti & antitheſis præcedentiũ peccatorum manifeſtè oſtendunt præſens tempus vocari ab Apoſtolo ſeculum illud quo hæc ſcribebat. quod quidem vniuerſum vocari ſolet tempus nouiſſimum & dies Domini. Itaque ineptus eſt hîc quoque Origenes, quòd præſens tẽpus opponat futuro ſeculo, Quia, inquit, præſentis ſeculi tempore in ſuſtẽtatione eſt iuſtitia Dei, futuri verò in retributionẽ. Quæſo verò, (lector) quid eſt ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, ſi hoc non eſt? Vt ſit ipſe iuſtus εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον. Id eſt vt ſummè verax ac fidelis cõperiatur. Nam quũ Deus in ſeſe ſemper ſit fideliſſimus, nobis tamen talis tum demũ eſſe ac quodãmodo fieri incipit, quum ſuã nobis in Chriſto miſericordiam gratis patefacit. Explicat ergo Paulus quod iam bis dixerat εἰς ἔνδειξιν. Et iuſtificans καὶ δικαιοῦντα. id eſt iuſtum ac irreprehenſibilem conſtituens, vt Coloſ.1.c.22.

Qui eſt ex fide Ieſu. τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ. Id eſt ex eorum numero qui Chriſtum fide ſunt amplexi. quibus opponuntur qui ex circunciſione, id eſt qui ex Lege ſalutem expectabant.

Vbi igitur gloriatio? excluſa eſt. ʹPer quã: legem? operum? Nõ: imò per legem fidei. 27

ʹColligimus igitur, fide iuſtificari hominem abſque operibus Legis. 28

Deꝰ, Iudæorum & Gentium.

An Iudæorum Deus ſolúm? an non & Gentiũ? certè & Gentiũ. 29

Siquidem vnus Deus *eſt* qui iuſtificabit ʺcircuncíſionẽ ex fide, & præputium ʺper fidem. 30

Lex.

ʺLegem igitur ʹinanem reddimus per fidem? Abſit: imò Legem ʹſtabilimus. 31

Cap. IIII.

Abraham fide iuſtificatus.

QVid igitur dicemus Abraham patrem noſtrum ʹadeptum eſſe ʺſecundum carnem? 1

ʹNã ſi Abrahã ex operibus iuſtificatus fuit, habet quod glorietur, 2

27 Vbi eſt ergo gloriatio? excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non: ſed per legem fidei.

28 Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus Legis.

29 An Iudæorum Deus tãtum? nónne & Gentium? imò & Gentium.

30 Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificabit circũciſionẽ ex fide, & præputium per fidem.

31 Legem ergo deſtruimus per fidẽ? Abſit: ſed Legem ſtatuimus.

Cap. IIII.

1 QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecũdum carnem?

2 Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam,

27 Per quam legem? διὰ ποίου νόμου; Id eſt, per quam doctrinam? eámne quæ nos docet operibus noſtris niti vt ſalutem obtineamus, an per eam potius quæ docet iuſtitiam nobis per fidem gratis imputari? Notandum eſt igitur νόμον, id eſt legem (ſicut interdum apud Hebræos תורה) hoc in loco vſurpari in genere pro doctrina quæ aliquid præſcribit: qua ratione Euangelium vocat legem fidei, id eſt doctrinam quæ ſalutem proponit ſub conditione, SI CREDIDERIS. quam & ipſam cõditionem Dominus gratis dat vt implere poſſimus: opponitúrque hæc doctrina legi operum, id eſt omni doctrinæ quæ ſalutem promittit cum cõditione, SI OMNIA FECERIS: quam vnus Chriſtus nobis impleuit. Illa igitur, inquit Apoſtolus, omnem gloriationem tollit: vtpote quæ iuſtitiam, ac proinde ſalutem non acquirendam à nobis, ſed ab alio nobis quæſitam donet, idque vnum flagitet vt donatam velimus fide recipere, denique efficiat vt velimus: iſta verò non item, quum ea à nobis requirat propter quæ ſalus nobis ex debito reddatur. Puto autem Apoſtolum μιμητικῶς dixiſſe Legem fidei pro fide, quòd aduerſarii gratiæ perpetuò ſolerent in ore habere Legis nomen. qua etiam ratione Fidem Dominus vocauit opus, Ioh.6.c.29, vt ſuo loco expoſuimus.

28 Colligimus λογιζόμεθα. Id eſt, συλλογιζόμεθα, vt rectè explicat Theophylactus. Eſt enim in his verbis concluſio argumenti ſumpti à cauſa finali, quam vocant: cuius pondus ſi noſſent Sophiſtæ, nunquam huc deueniſſent vt in iuſtificatione vellent opera cum fide concurrere. Vulg. & Eraſ. arbitramur, rectè id quidem, ſed tamen ambiguè, quia hoc verbum plerunque accipitur pro opinari, & de re etiam incerta dicitur: quæ ſignificatio repugnat ſententiæ Pauli ex diametro. 30 Circuncíſionem περιτομήν. Id eſt circunciſos. ſicut incircunciſos vocat præputium, vt annotauimus ſuprà 2.d.26. Per fidem. διὰ τῆς πίστεως. Differentia illa quam Origenes in hunc locum ſcribens obſeruauit inter ἐκ & διὰ, ita eſt vana & futilis, vt ne ipſe quidem potuerit huic argumento applicare: quum alioquin alicubi ſit obſeruanda, ſed (vt notat Baſilius in libro de Spiritu ſancto) certiore cum iudicio. Nã quàm ſiniſtrè vir ille doctrinam iuſtificationis gratuitæ explicarit, vel ex eo apparet, quòd quum paulo antè diſertè dixiſſet ſola fide nos iuſtificari, ita vt nec expletum opus requiratur, nec explendũ expectetur: nunc à ſeipſo diſſentiens, Siquis, inquit, requirat curioſius, ii qui ex fide iuſtificantur per quem iuſtificentur, & rurſum ii qui per fidem iuſtificantur, in quo iuſtificentur: licet fortaſſis multa in hoc curioſitas videatur, tamen conuenienter dicere poſſumus, quòd qui ex fide iuſtificãtur, initio ex fide ſumpto per adimpletionem bonorum operũ conſummantur, & qui per fidem iuſtificantur, à bonis operibus exorſi, per fidem ſummam perfectionẽ accipiunt. Quid eſt verò iuſtitiam ex operibus ſtabilire, ſi hoc non eſt? Hic enim agitur de ipſa iuſtificatione? nõ de eius declaratione. 31 Legem νόμον. Hic propria ſignificatione ponitur νόμος, ſed ita (meo quidem iudicio) vt in genere de omni lege loquatur. quomodo etiam accipiendum puto ſuprà verſu 27 & 28. Nam alioqui non eſſet vniuerſalis Pauli doctrina, niſi ſuppleatur argumento à cõparatis ſumpto, quod quidem nõ videtur fuiſſe prætermiſſurus Apoſtolus, nempe, Quandoquidem ex Lege Moſis non iuſtificamur, nos nulla alia lege iuſtificari: quũ nulla ſit lex cũ Lege Moſis cõparanda. Sed hìc rurſus obſtrepit Origenes, in hoc eodẽ capite per iuſtitiã Dei abſque Lege manifeſtatã intelligens Euangelicas (quas vocat) leges, vt, Neſciat dextra tua quid faciat ſiniſtra tua. Verùm obſtrepat ille licet cum ſophiſtis omnibus, nullam aliam iuſtitiam coram Deo agnoſcimus quàm quæ tota in ſolidum, & quidem per imputationem, à Chriſto manat, vt omnis gloriatio excludatur. Inanem reddimus καταργοῦμεν. Siue, otioſam & ignauã, omnibúſque viribus deſtitutam. Hoc enim ἀργὸν vocant Græci quaſi ἀεργόν. Annotat Origenes Paulum nõ dixiſſe, Νόμος οὖν καταργεῖται, Lex igitur deſtruitur, ſed νόμον οὖν καταργοῦμεν, Legem igitur deſtruimus. Nam, inquit, Lex quidem deſtruitur cõparatione gloriæ Euãgelii: ſed Paulus illam nõ deſtruit. Nempe Origenes quum ſophiſta eſſet, Paulum metitus eſt ex ingenio ſuo. Quis enim tam eſt imperitus, vt nõ videat iſta non obiici ipſi Paulo, ſed potius illi doctrinæ quam aſſerebat? Videbatur enim Legem inutilem reddere, quum doceret ſine ea iuſtificari, ac proinde ſeruari tum Iudæos, tum Græcos: vt hodie quoque Gratiæ Dei hoſtes nobis obiicere non deſinunt, bona opera à nobis damnari. quòd iuſtitiam ſine operibus cum Apoſtolo doceamus. Stabilimus. ἱστῶμεν. id eſt firmam & potentem reddimus, vt opponatur τῷ καταργεῖν. Ac meritò quidem hoc dicit Apoſtolus. nam Chriſti ſatiſfactio quid aliud quàm Legis minas oſtendit minimè irritas eſſe, quum illas luere Chriſtum oportuerit? ſed & Chriſti iuſtitia quid aliud eſt quàm plena Legis præſtatio? ſanctificatio denique Chriſti hominis quò pertinet, niſi vt Lex quæ in nobis propter corruptionem non poterat vim ſuam exerere in ſalutem, in Chriſto ſit nobis efficax? Doctrina igitur ex fide quum non prius nos ſeruet, quàm iuſtificet, id eſt, Chriſtum nobis per imputationem applicet his omnibus virtutibus Legis ornatum: certè iuſtitiam ex Lege non modò non euertit, ſed potius ſtabilit in nobis. Poſtremò quum Spiritu Chriſti induamur per fidem, quo agente incipimus velle & facere quæ Dei ſunt, quis non videt hac etiam in parte Legem in nobis alioquin prorſus inutilem niſi ad nos perdendos, per Euangelium reddi efficacem? Sed & quod ad cæremonias attinet, non poteſt dici Chriſtus illas deſtruxiſſe niſi κατά τι: quatenus ſcilicet ſolis exortu vmbræ diſparuerunt. Nam alioquin illas non extinxit, ſed quod adumbrabant, hoc re vera exhibuit. Hæc quum Origenes nõ intellexerit, non mirum eſt eum ita excurrere vt Paulum nunquam ſeriò inſpexiſſe videatur, niſi fortaſſis vt eius doctrinam deprauaret.

IN CAPVT IIII.

1 Adeptum eſſe εὑρηκέναι. Alibi εὑρίσκειν ſæpe dictum eſt de eo quod caſu inuenitur: vnde inſperatum lucrum Græci εὕρημα vocant: hìc verò dicitur de eo quod tuis laboribus quærendo inueneris: quo modo explicatur ab Vlpiano in Demoſthenis orationes. Itaque verbũ Inueniendi quo vſus eſt poſt Veterem interpretem Eraſmus, mihi non placuit vſurpare hoc loco: quia differentiam illã planè inanem puto quam ſtatuunt grammatici inter inuenio & reperio. Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt (vt ipſe Apoſtolus explicat) ex operibus, puta ſi Abrahamũ cõſideremus in ſeſe, non autẽ quatenus iuſtificatus eſt per fidem. Hæc enim refero ad verbũ εὑρηκέναι. Vetus tamẽ interpres & Eraſmus, pleroſque ex veteribus ſequuti, coniunxerunt cum τὸν πατέρα ἡμῶν per traiectionem, hoc modo, Quid igitur dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecũdum carnem? Quorum opinionem quominus ſequerer, his cauſis ſum adductus. Primùm quia nõ propoſuit Apoſtolus iuſtitiæ laudem ſimpliciter adimere Abrahamo, ſed κατά τι, id eſt iuſtitiæ ex operibus corã Deo: quod omnino fuit in ipſo quæſtionis limine proponendum. Deinde cur obſecro addiderit κατὰ σάρκα; nempe (vt poſt Chryſoſtomum ſcripſit Theophylactus) vt Iudæos de carnali cogitatione gloriantes à ſpirituali excluderet. Atqui vt valeret hæc ratio, oportuit (ni fallor) Apoſtolũ potius dicere πατέρα ὑμῶν patrem veſtrum. Itaque nolui in verborum collocatione quicquam immutare.

2 Nam ſi Abraham εἰ γὰρ Ἀβραάμ. Id eſt, quòd enim Abraham iuſtificatus eſt ex operibus. Sic enim accipienda eſt coniunctio εἰ hoc in loco: quod etiam alibi obſeruauimus. Deinde particula γὰρ cauſalis quidem eſt, ſed quæ diligenti conſideratione indigeat, vt argumenti ſeries intelligatur. Apparet enim Apoſtolum non tam confidentiæ cauſa (vt putat Chryſoſtomus) quàm vt offenſionem omnẽ vitaret, vſum eſſe communicatione hoc in loco, & quidem adhibita interrogatione, cui nulla reſpõſio ſubiiciatur: quod niſi animaduertas, vix perſpicias quomodo hæc cohæreant. Sit igitur hæc indefinita formula (quam ſequutus fuiſſet Paulus, niſi aduerſarios maluiſſet paulatim Chriſto lucrifacere, quàm paradoxis quibuſdam deterrere) Abraham pater noſter nihil adeptus eſt ſecundum carnem. Hìc iam finge Iudæum perculſum excipere, Quid igitur Paule? tun' negas Abrahamum adeptum eſſe iuſtitiam? Ego verò, reſpondet Paulus, hoc non inficior: ſed

quod attinet ad eam iuſtitiam quam tueris,id eſt ad iuſtitiam operum,eam dico, vt coram hominibus ſit aliquid, tamen coram Deo nihil eſſe:idque ita eſſe oſtendit Scriptura,quæ quum Abrahamum à iuſtitia laudaret,diſertè dixit,iuſtum fuiſſe habitum non propter inſignia opera,quæ tamen in eo multa erant,ſed quòd Deo crediderit. Iam verò ſi Abraham ipſe non alia ratione quàm fide potuit iuſtificari, ne vos quidem aliunde ſalutem expectetis.

	ſed non apud Deum.		″at non apud Deum.	
Geneſ.15.b.6 galat.3.a.6 iacob.2.d.23	Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.	3	Quid enim Scriptura dicit? Credidit autem Abraham Deo, & ″imputatum eſt ei″pro iuſtitia.	
	Ei autem qui operatur,merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.	4	″Atqui ei qui operatur,merces″non imputatur ex gratia, ſed ex debito:	Opera.
	Ei verò qui non operatur,credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam.	5	Ei verò qui non operatur, ſed credit in eum″qui iuſtificat impium,imputatur fides ſua pro iuſtitia.	Fides.
	Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus acceptā fert iuſtitiam ſine operibus,	6	Sicut etiam Dauid narrat beatitatem hominis,cui Deus imputat iuſtitiam abſque operibus,*dicens*,	Beatitudo.
Pſal.32.a.1	Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata.	7	Beati″quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorū obtecta ſunt peccata.	
B	Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum.	8	Beatus vir cui non imputarit Dominus peccatum.	
	Beatitudo ergo hæc,in circunciſione tantùm,aut etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.	9	Beatitas igitur iſta″in circunciſionem *ſolùm* an & in præputiū *cadit*? Dicimus enim quòd imputata fuerit Abrahæ fides pro iuſtitia.	

At non apud Deum. ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὸν Θεόν. Ergo,inquit Origenes,iuſtificatus eſt Abraham ex fide. Nam habet gloriam apud Deum. Obſecro,lector,quid eſt veritatem Dei peruertere,ſi hoc non eſt? Totus enim in eo eſt Apoſtolus vt doceat,homines, quia gratis porſus iuſtificantur,nihil omnino in ſe habere de quo poſſint tanquam de ſuo gloriari: iſte verò Abrahamum habere dicit de quo glorietur apud Deū, quia videlicet credidit. Quaſi verò & ipſa fides non ſit donum Dei prorſus gratuitum. quod & ipſe Origenes alibi agnoſcit: aut quaſi fides illud ſit quod nos iuſtificat, ac non potius inſtrumentum duntaxat,& quidem gratis nobis datum,quo,tanquam manu quapiam, Chriſtum iuſtitiam noſtram apprehendimus. At iſte fidem putat habere gloriam apud Deum,non apud homines: quia fides in occulto eſt,opera autē palàm ſunt. Neque interim nego fidelibus adeſſe de quo abundè glorientur,ſed in Domino,non in ſeſe.

3 Imputatum eſt ei ἐλογίσθη αὐτῷ Hebræa veritas habet ויחשבה לו. ità vt manifeſtè ſit repetēdum Dei nomen ἀπὸ κοινοῦ: quod vt planius fieret, Paulus actiuam loquutionem in paſſiuam conuertit. Vtraque autem coniuncta omnem calumniandi occaſionem præcidit iis qui apud Moſen repetunt non Dei ſed Abrahami nomen: vt ſit hic ſenſus, Abrahamū Deo credidiſſe,& hoc ei imputaſſe ad iuſtitiam, quòd ſcilicet tam magnifica promiſſa ab eo accepiſſet. Item qui extrinſecus ſupplent rectum,vt ſit oratio perfecta. Credidit Abrahā Deo, & *mundus* ob eam cauſam habuit Abrahamum pro viro probo. Sic fruſtra fuit ingenioſus Satan in hoc pulcherrimo & pretioſiſſimo teſtimonio peruertendo. Sed tamen hic quoque laborauit Origenis ingenium. qui quum neque quid ſit gratuita imputatio, neque quid ſit fides, neque quid iuſtitia aut iuſtificatio, intelligeret: perfectam fidem in Abrahamo fuiſſe ſomniauit, quæ mereretur ad iuſtitiā reputari: vt qui diſertè teſtetur non ei qui ex parte,ſed qui ex integro & perfectè credit,fidem ad iuſtitiam reputari. Ita conatus eſt Satan per hūc ſcriptorem fructum huius doctrinæ miſeris peccatoribus,id eſt omnibus hominibus,eripere: quaſi non apertè dixerit Paulus iuſtitiam Dei exhiberi in Euangelio ex fide in fidem. Sed quidni hoc dicat Origenes,quem etiam non puduit hoc loco idem cæteris virtutibus,vt miſericordiæ,manſuetudini,humilitati tribuere,vt & ipſæ dicantur ad iuſtitiam reputari? Pro iuſtitia. εἰς δικαιοσύνην. Vulg.& Eraſm. ad verbum,ad iuſtitiam,quod eſt obſcurius dictum. Eſt enim hic quoque (vt ſuprà 2.d.26) Hebraiſmus in præpoſitione εἰς,id eſt ל,quæ ſignificat Vice & loco,vt Pſal.30.a.3,& alibi ſæpe. Quid autem intelligatur Iuſtitiæ vocabulo expoſuimus aduerſus Sophiſtas ſuprà 1.b.17 & 3.c.20.

4 Atqui ei qui operatur, τῷ δὲ ἐργαζομένῳ. Id eſt,Ei qui ex opere ſit aliquid promeritus. Cui opponitur ὁ μὴ ἐργαζόμενος, qui non operatur,id eſt,qui opus nullum affert,cuius mercedem flagitet, ſed gratuita Dei promiſſione nititur. Ac illud quidem dicitur per conceſſionem,ſimilitudine ab humanis commerciis ac contractibus ſumpta. Nam alioquin,quis prior dedit,& retribuetur ei? Hoc verò non conſiderans Origenes,quamuis meritum ex condigno quod alibi ſtabiliit,hic euertat: tamen perturbat omnia,dum appellatione Debiti intelligit pœnam peccatis debitam: obiter etiam corrumpens locum ex Iohan.3.d.34. Nec multo melius iſta in Græcis ſcholiis explicantur. Quum enim hæc differat Apoſtolus, vt ſuperioris argumenti conſequutionem probet à contrariis, quia fidem imputare pro iuſtitia,& operum debitam mercedem perſoluere,pugnant ex diametro,(iuſtificatio enim illa gratiæ eſt in Chriſto, iſta vero meriti in nobis) Græci tamen ſcholiaſtæ putarunt fidei & operum mercedem inter ſe comparari,quòd illa multo amplius præmium habeat. Ita fit vt non modò aberrent à ſcopo,ſed etiam fidei merito arrogent quod vnius eſt Chriſti,& gratiam Dei funditus euertant. Non imputatur οὐ λογίζεται. Id eſt,non numeratur neque tribuitur. Nam Imputare hoc loco non poſſis exponere per Acceptum ferre,vt in præcedenti & in conſequenti quoque verſiculo,vbi imputari,id eſt acceptū ferri dicitur quod nō ipſi exoluimus,ſed alius pro nobis. alioquin idem verbum & pro ſubductis velut rationibus ſecum aliquid conſtituere accipitur,vt ſuprà 2.a.3,& pro συλλογίζεσθαι,id eſt concludere,& ex argumentis præcedentibus colligere,vt ſuprà 3.d.28.

5 Qui iuſtificat impium, τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ. Id eſt,qui eum qui in ſeſe eſt impius,facit iuſtum in Chriſto. Nam (vt alibi dixi) nullos pro iuſtis approbat Deus niſi quos prius verè ac ſummè non in ipſis ſed in Chriſto ſuo, id eſt imputata Chriſti iuſtitia,iuſtificarit: qua ratione optimè conciliatur hic locus cum eo quod ſcriptum eſt Exod.23.b.7.

7 Quorum remiſſæ ſunt iniquitates, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, Diſtinctio quā hoc loco tradit Origenes inter ἀνομίαν & ἁμαρτίαν, nō admodū firma eſt,neq; ſatis appoſita,quū hæc doctrina ad quaſuis trāſgreſſiones pertineat. Ideò 1 Ioh.3.a.4, ἁμαρτία dicitur eſſe ἀνομία, id eſt quicquid non tantū Legi Moſis,ſed in genere Legi Dei aduerſatur. Libuit autē hoc etiā loco ſubiicere Origenis verba,ex quibus intelligatur iuréne an iniuria toties eum,vt Apoſtolicæ doctrinæ corruptorem,reprehendam. Vide,inquit,ſi fortè poteſt iſte ordo in anima vna eadémque intelligi: vt quia initiū eſt cōuerſionis animæ mala derelinquere,pro hoc iniquitatum remiſſionē mereatur accipere: quum autē cœperit bona facere,veluti ſingula quæque quæ præceſſerant mala,bonis recentibus obtegēs,& abundātiorem numerum bonorum introducens,quàm prius fuerat malorū, tegere peccata dicatur. vbi verò iam ad perfectum venerit,ita vt omnis de eo malitiæ radix penitus amputetur,euſq; vt nullum in ea veſtigium poſſit inueniri nequitiæ, vbi iam perfectæ beatitudinis ſumma promittatur, tum nullū poſſit Dominus imputare peccatū. Hæc verò ſi vera ſunt,cur non pronuntiauit Dauid beatum illum eſſe qui peccata ſua obtegat: & quid iam ſupereſt quominus falſi damnetur Apoſtolus,qui in ſententiam prorſus contrariam hunc locum citarit,nempe vt beatos nos eſſe oſtenderet non ex meritorum mercede,ſed ex gratuita peccatorum remiſſione: ex eo,inquam,quòd Deus peccata noſtra obtegat,& peccatores gratis iuſtificet?

9 In circunciſionem *ſolùm* ἐπὶ τὴν περιτομήν. Particula ἢ quæ mox ſequitur,omnino oſtendit ſubaudiendum eſſe μόνον,id eſt ſolùm vel tantùm: quod Vetus etiam interpres rectè ſuppleuit: de qua eclipſi diximus ſuprà 2.d.28. Itaque neſcio quid in mentem venerit cuidam quum totum hunc locum ſic interpretaretur. Hæc igitur beatitudo in circunciſionémne cadit an potius in præputium. Nam ἢ non poteſt ſignificare μᾶλλον niſi admodum violenta interpretatione, & poſcit argumēti ſeries aliam interpretationem. Sed & verbum πίπτει,id eſt cadit,quod explendæ ſententiæ deerat, ex Theophylacto ſuppleuimus.& hoc quoque notandum eſt, iam tertiò circunciſionem accipi pro circunciſis, præputium verò pro incircunciſis. Deniq; vt lectoribus gratificer, paucis ſubiiciā huius diſputationis membra, quæ non minus argutè quàm ſanctè & eruditè à Paulo tractantur. Ex hoc vnius Abrahami exemplo conſtituit Apoſtolus vniuerſalem concluſionem elicere. Id verò vt ſeſe iure facere oſtendat,primùm omnium admonet, in ipſo quæſtionis limine Abrahamum à ſe proponi,non ſimpliciter tāquam vnum ex fidelium numero,ſed vt Eccleſiæ patrem: vt merito à patre ad filios argumentetur: quod poſtea explicabit. Nūc igitur poſtquam probauit patrem

ex vna fide iuſtificatum per imputationem gratuitam, idem vult poſtea in filiis ſtatuere:& hos quidem duorum generum eſſe in primis oſtendit, vnos videlicet incircunciſos, alteros circunciſos, ne Iudæi obſtreperent. Deinde vtroſque ait ex fide eſſe æſtimandos: ita ſcilicet, vt nec incircũciſi deſinant filii eſſe Abrahami, quia incircunciſi ſunt, ſi modo fidem habuerint: nec circunciſi, etiamſi ſecundum carnem nati fuerint ex Abrahamo, & circũciſi, idcirco tamen ſint illius filii, niſi & ipſi crediderint. Ac prius quidem illud, id eſt duplices eſſe Abrahami filios, ſic probat, vt quia de circunciſis non ambigebatur, hanc partẽ non attingat: de incircunciſis verò ſic reſpondeat, Abraham incircunciſus iuſtificatus eſt ante circunciſionem. ergo præputium non eſt alienum à fœdere Dei & iuſtificatione. Poſterius verò ſic colligit, Abraham iuſtificatus eſt in præputio per fidem. ergo & incircunciſi per fidem poſſunt iuſtificari. Poſterius autem hoc modo. Abraham fuit quidem circunciſus: ſed tum demum quum iam iuſtificatus eſſet per fidem. Ergo iuſtificatio circunciſorum non pendet à circunciſione, ſed à fide. Atenim, quæret Iudæus, ſi Abraham erat ante circunciſionem iuſtificatus, cur circunciſionis Legem accepit? vt, inquit Paulus, circunciſio iuſtitiam fidei obſignaret tum in ipſo Abrahamo, tum in ipſius poſteritate. Itaque filii Abrahæ eritis ſi ipſius veſtigia ſequuti, non à circũciſione & Lege ſalutem expectaueritis, ſed habueritis in vobis illud ipſum cui obſignando data eſt circunciſio. Hìc verò duæ exoriuntur quæſtiones. Vna, an ſicut fidelis Abraham circunciſus eſt, ſic etiam circuncidi fideles ex Gentibus oporteat. Altera, ſi hoc verum eſt quod de Abrahamo dicitur, cur igitur Iudæi octauo die circuncidantur, quo tempore per ætatem non modò non intelligere, ſed ne credere quidem poſſint. Sed quũ hæc ad Apoſtoli ſcopum non pertineant, meritò relinquit intacta. Hæc eſt, meo quidem iudicio, legitima huius loci explicatio. Neque enim nunc in eo verſatur Paulus, vt doceat Iudæos non iuſtificari per circunciſionem: quum hanc quæſtionem ſuo loco pertractarit ſuprà capite ſecundo: ſed in eo potius vt omnes tum Iudæos tum Græcos ex fœdere cum Abrahamo communi patre inito, doceat fide iuſtificandos. Diuerſa autem ſunt, circunciſione non iuſtificari, & Fide iuſtificari.

	Quomodo ergo imputata eſt? quum eſſet in circunciſione, an *quum eſſet* in præputio? non in circunciſione, ſed in præputio.	10	Quomodo ergo reputata eſt? in circunciſione, an in præputio? nõ in circunciſione, ſed in præputio.	
Circuncisio.	Et ″ſignum accepit circunciſionis, ″quod obſignaret iuſtitiæ fidei, quæ fuerat in præputio: vt eſſet pater ′omnium credentium in præputio, vt imputetur etiam ipſis iuſtitia.	11	Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculũ iuſtitiæ fidæi quæ eſt in præputio: vt ſit pater omnium credentiũ per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam:	Gen.17.b.11
Pater credentiũ, Abraham.	′Et pater circunciſionis, ″iis *ſalicet* qui nõ ſolùm ſunt ex circunciſione, ″ſed qui etiam incedunt veſtigiis fidei patris noſtri Abrahami, quæ fuit in præputio.	12	Et ſit pater circũciſionis, nõ iis tãtũ qui ſunt ex circũciſione, ſed & iis qui ſectantur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.	
Lex. Promiſſio. Fidei iuſtitia.	Non enim ″per Legem promiſſio *ceſſit* Abrahæ, aut ſemini eius, ′vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei.	13	Nõ enim per Legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei.	C

11 Signum Circunciſionis, σημεῖον περιτομῆς. Id eſt circunciſionem, quæ ſignum eſt: vt ſacramentum Baptiſmi dicimus pro Baptiſmo qui eſt ſacramentum. Nam σημεῖον hoc loco quum alioquin latius pateat, nihil aliud declarat quàm Sacramentum. Itaque ratio huius appellationis, meo iudicio, vniuerſalis eſt, vt non minus aliis Sacramentis quàm circunciſioni poſſit applicari: niſi quòd circunciſio fuit initiationis teſſera, & notam habuit in ipſa carne inuſtam. Hæc autem communis ratio Sacramentorum eſt, quòd ſint externa ſigna eius pacti quod Dominus nobiſcum & cum poſteritate noſtra iniit. Sed peculiari tamen ratione hoc conuenit Abrahamo, cui vni dictum eſt, In te benedicentur omnes gentes. Itaque ſibi & poſteris, id eſt omnibus omnium Gentium fidelibus, ſolus Abraham hoc ſignum circunciſionis accepit: reliqui verò ſibi duntaxat, & ſuo peculiari ſemini. quod niſi conſideres, vix intelligas cur addiderit Paulus εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα, vt eſſet pater. & tamen hoc eſt totius applicationis exempli συνέχον, cohærens potius (vt ego quidem exiſtimo) cum verbo ἔλαβε propinquiore, quàm cum verbo ἐλογίσθη per traiectionem, vel cum participio γενομένης. quod ſubauditur poſt τοῦ articulum. Cæterùm in duobus codicibus ſcriptum inuenimus, καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομήν, & pro ſigno accepit circunciſionem: vt manifeſtum ſit explicanda hæc eſſe per appoſitionem quam vocant.

Quod obſignaret σφραγῖδα. Quid magnificentius dici de vllo Sacramento poſſit? Itaque qui veteris fœderis Sacramenta à noſtris re ipſa diſtingunt, nunquam videntur Chriſti officium quàm latè pateat cognouiſſe. Vocarat Paulus circunciſionem σημεῖον quod ad externam cæremoniam attinet. nunc illius ſigni ſubſtantiam & effectum explicat, id eſt quorſum adhibeatur, nempe iuſtitiæ fidei qua in ipſius Chriſti poſſeſſionem mittimur, non ſimpliciter ſignificandæ, ſed vna etiam obſignandæ, quatenus ſcilicet Spiritus ſanctus reipſa id intus præſtat quod externa cæremonia prædicationi Verbi cõiuncta, oculis repræſentat. Hanc interpretationẽ ſiquis cum iis contulerit quæ non Origenes modò, ſed nonnulli etiam ex Patribus alioquin pietate & eruditione clariſſimis, in hunc locum ſcripſerunt: comperiet profectò quantam veritatis lucem Dominus in nos omnium hominum maximè indignos noſtra memoria effuderit. Cæterùm Signaculi nomen quod Vetus interpres & Eraſmus vſurpant, libens refugi, partim quòd non ſit admodum vſitatum, partim quòd non ſatis videatur illam vim obſignationis declarare. Omnium credentium in præputio, πάντων τῶν πιστευόντων δι᾽ ἀκροβυστίας. Id eſt, πάντων τῶν ὄντων ἐν ἀκροβυστίᾳ καὶ πιστευόντων, vt rectè explicant Græca ſcholia. Nam omnino hoc poſcit ſentẽtia, vt διὰ pro ἐν accipiatur: quomodo etiam explico 1.Tim.4 d.14. Vulg. omnium credentium per præputium. quam interpretationem miror Eraſmum intactam reliquiſſe, quum nullus inde ſenſus elici poſſe videatur. 12 Et pater circunciſionis, Καὶ πατέρα περιτομῆς. Id eſt, pater circunciſorum, vt etiam mox, eſſe ex circunciſione, declarat, eſſe ex circunciſis. Iis *ſcilicet* qui non ſolùm ſunt ex circunciſione, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον. Sic legimus in omnibus codicibus. Ita etiam legit Chryſoſtomus, & Græca quoque ſcholia diſertè interpretãtur, vt & ipſa ſententia flagitat. Nam quemadmodum de incircunciſis loquens, non ſimpliciter dixerat, omnium illorum eſſe patrem Abrahamum, ſed eorum demum qui crederent: eãdem diſtinctionem in Iudæis quoque meritò ſeruauit: quia (vt ante dixi) nõ eſt ſimpliciter propoſitũ Apoſtolo docere Abrahamum patrem eſſe tum incircunciſorum tum circunciſorum, ſed etiam in primis qua ratione ſit vtrorumque pater, qui eſt ipſius ſcopus. Nam filium eſſe Abrahami coram Deo, & fide iuſtificatum eſſe, cohærent. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, non iis tantùm qui ſunt ex circunciſione, id eſt οὐ μόνον τοῖς ἐκ περιτομῆς: quanuis eiuſmodi traiectiones interdum apud Hebræos inueniantur: & ne longius abeamus, ſic vſurpetur infrà verſu 16 & 23. Ab Eraſmo autem in eo vno diſſentio, quòd τοὺς ἐκ περιτομῆς interpretatur eos qui genus ducunt ex circunciſis, quum generaliter, vt opinor, eſſe ex circunciſione dicatur ab Apoſtolo, pro eſſe ex circunciſorum numero. Sed qui etiam incedunt ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι. Planior quidem erit oratio, ſi vel articulum τοῖς expungas, vel legas ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσι: & fortaſſis permutata eſt horum collocatio ab iis qui in priore membro putarunt eſſe traiectionem. Sed vt ſit, plana eſt Apoſtoli ſententia, diſtinguentis Iudæos infideles à fidelibus. Nam vt obiter hoc quoque dicam, incedere veſtigiis fidei Abrahæ, non de fidei fructibus (de his enim nondum differit Apoſtolus) ſed de fide ipſa accipiendum eſt: nec aliud declarat, quàm credere, ſicut & Abraham credidit.

13 Per Legem διὰ νόμου Hoc eſt, per præſtita aliqua opera, aut addita implendæ Legis conditione. Legem autem ſine articulo vocat aut legem ipſam naturæ non Moſis, quæ nondum data erat, vel etiam Legem Moſis: vt hoc idem argumentum tractatur Gala.3.c.18. Rectè autem Eraſmus ſuppleuit verbum Contigit ad conſtructionem explendam, niſi quòd contingentiam nullam hìc agnoſco. Quid ſi igitur ſuppleas δέδοται data eſt? Nam hoc innuunt Græca ſcholia. Sed hac ratione non fuerat dicendum τὸ κληρονόμον εἶναι vt hæres eſſet, ſed τὸ κληρονόμον ἔσεσθαι hæredem fore, vt expoſuit Eraſmus, idq; perperam, ni fallor. Neque enim diſputat Paulus an Deus præcedentibus Abrahæ operibus adductus fuerit ad dandam ipſi promiſſionem, ſed qua ratione ſit promiſſionis particeps factus Abraham, an quia fide eam apprehẽdit, an verò quia Legem impleuit. Itaq; verbum Ceſſit aut Euenit ſupplere malim. Vt hæres eſſet mundi, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, Id eſt, vt pro filiis haberet omnes nationes orbis. Coniungit enim Paulus promiſſiones à Deo factas Abrahamo, velut in vnum corpus, & quum omnes credẽtes ſiue incircunciſos, ſeu circunciſos docuiſſet eſſe filios Abrahæ, merito ſanè Abrahamum vocat mundi hæredem: Mundi appellatione omnes nationes intelligens, & in eo ipſo ſequutus Domini veſtigia. Nam quum dixiſſet Dominus Abrahamo, ſe fore Deum ipſius & ſeminis eius, poſtea expoſuit quid Seminis appellatione intelligeret, nimirum omnes terræ nationes, quũ fore diceret vt illas omnes in eo gratia ſua dignaretur. Hæc eſt omnino germana ac maximè accõmodata huius loci explicatio, quam & ipſe Apoſtolus poſtea explicat verſu 17, declarans ipſius nominis Abrahami etymologiam. Nam mihi quidem videtur non poſſe ſatis appoſitè ad inſtitutum Apoſtoli, aut ſatis genuina interpretatione per mundum intelligi regio Chanaan. quanuis ſuum hic quoque cuiuis iudicium vltro (ſicut par eſt) integrum & illibatum relinquo. Eſt autem (vt ad rem redeam) peculiaris quidam Hebraiſmus in his verbis annotandus, qui ſententiam mirè illuſtrat. Neque enim Hæredis nomen

propriè hîc accipitur:ſed quia Hebræis נחלה,id eſt hæreditas,dicitur quicquid alicui gratis cedit in poſſeſſionem,ac nominatim quidem filii dicuntur hæreditas quæ patri à Deo datur Pſal.127.a.3,ideo hæredem eſſe mundi,declarat totum mundum habere pro filiis, & hac ratione quaſi vniuerſo mundo potiri. Sic dicitur Chriſtus totius mundi hæres conſtitutus, in quo ſcilicet & ipſe pater Abraham cum toto mundo adoptatus pro filio benedicitur, Heb.1.a.2. Sic dicimur Dei hæredes correlatiuè infrà 8.c.17, quia Dei ſumus hæreditas cum Chriſto: quum alioquin Græcis & Latinis, Alicuius eſſe hæredem, declaret, in alicuius bona poſt mortem ſuccedere. Poſtremò notanda eſt ratio cur Paulus addiderit, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ vel ſemini[id eſt poſteris]eius. Quid enim?an ſemini eius facta eſt promiſſio, fore vt poſſideat mundum? Nēpe id nō poteſt niſi perabſurdè dici, quum potius appellatione Mundi ipſum ſemen ſignificetur. Eſt igitur hoc intelligendū ex mutua patris & filiorum relatione. Quum enim diceret Deus Abrahamum fore patrem multitudinis Gentium, ſimul pollicetur multitudini Gentiū fore vt Abrahamum habeat pro patre: quod vtrinque eſt ſingulare beneficium, ex fœderis formula, Ero Deus tuus & ſeminis tui. Itaque Paulus quum in eo ſit vt doceat filios Abrahæ ex vna fide æſtimandos, ſiue circuncisi ſint, ſiue incircuncisi: meritò expreſſit promiſſionem pertinere non ad Abrahamum ſolum, ſed etiam ad ipſius ſemen: quanuis in ipſa promiſſionis formula explicanda id tantùm expreſſerit quod ad patrem ſpectat, alterum ſcilicet lectori cogitandum relinquens, ex natura eorum quæ inter ſe cōparantur. Plena enim fuiſſet hæc oratio, οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κληρονομεῖσθαι τὸν κόσμον. ἀλλὰ,&c.

	Si enim qui ex Lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.	14	Etenim "ſi ii qui ex Lege *ſunt*, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides, & inanis reddita eſt promiſſio:	
	Lex enim iram operatur. vbi enim non eſt Lex, nec præuaricatio.	15	Nam "Lex iram efficit. ſiquidem "vbi non eſt Lex, ibi nec tranſgreſſio *eſt*.	Abrahā quomodo fide iuſtus.
D	Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam, vt firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex Lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum.	16	Propterea ex fide *eſt hæreditas*, vt ſit per gratiam, vt firma ſit promiſſio "toti ſemini, "*id eſt* non ſolùm ei quod *eſt* ex Lege, verum etiam ei quod *eſt* "ex fide Abrahami, qui eſt pater omniū noſtrum.	
Geneſ.17.a.4	(Sicut ſcriptum eſt, ‖Quia patrem multarum Gentiū poſui te)ante Deū, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt.	17	(Sicut ſcriptum eſt, Patrem multarum Gentium conſtitui te) "corā eo cui credidit Deo, "viuificante mortuos, "ac vocante quæ non ſunt, tanquam ſint.	
Geneſ.15.a.5	Qui contra ſpem in ſpem credidit: vt fieret pater multarum Gentium, ſecundum quod dictum eſt, ‖Sic erit ſemen tuum.	18	Qui *Abraham* contra ſpem ſub ſpe credidit, vt fieret pater multarum gentium: ſecūdum id quod *ei* dictū fuerat, Ita erit ſemē tuū.	
	Et non in firmatus eſt fide: nec cōſiderauit corpus ſuum iam emortuū, quum ferè centum eſſet annorum, &	19	Ac "minimè imbecillis fide, non conſiderauit ſuum ipſius corpus iam "emortuum, quum centum circiter natus eſſet annos, nec	

14 Si ii qui ex Lege ſunt οἱ ἐκ νόμου. Id eſt, ſi ii demum ſunt hæredes qui Legem impleuerint, ſiue, ſi ad hoc vt aliquis ſit in hæreditate Abrahami, requiritur Legis impletio, inanis eſt fides ac promiſſio, id eſt, fruſtra promiſſioni creditur, & fruſtra fit promiſſio. Nam tantū abeſt vt hāc conditionē aliquis præſtare poſſit, vt cōtrà (ſicut antè primis tribus capitibus penè integris eſt demōſtratum) Lex nihil aliud quàm peccata hominum coarguat, ipſorum quidem vitio, non Legis. Itaque ex Lege eſſe, non idem declarat atque circunciſum eſſe & Legi Moſis initiatum, quemadmodū paulo pòſt accipitur verſ.16: ſed idem valet atque εἶναι ἐξ ἔργων, Gal.3.b.10. Ex operibus eſſe, id eſt operibus ſuis, ſeu Legis impletione niti. 15 Lex iram efficit ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Vulg. & Eraſmus, Lex iram operatur. Ego verò exiſtimo Apoſtolū potius vſurpaſſe compoſitum κατεργάζεσθαι, quàm ſimplex ἐργάζεσθαι: quia quum iam inde à noſtro exortu ſimus iræ Dei obnoxii, ſuperuenit poſtea Lex, quæ noſtra quidem culpa, non ſua, damnationem cumulet, ac veluti cœptum opus abſoluat. Eſt autem operæpretium intelligere quid in hunc locum comminiſcatur Origenes. Legis nomine, inquit, lex membrorum intelligitur. Quòd ſi placet de Lege Moſis accipere, Iræ nomine pœnas accipe quas Lex Moſis proponit delinquentibus, nempe vt crementur, lapidentur, ſuſpendantur tranſgreſſores. Quid amplius? Poteſt, inquit, eſſe Lex vbi præuaricatio non ſit. Et paulo pòſt, Etſi (inquit) Legem Moſis ponamus, non continuò omnes qui ſub Lege Moſis vixerunt, in præuaricatione facti ſunt. Alioqui ſimul & Prophetas & omnes iuſtos videmur inuoluere. Hæc ille. ex quibus certè apparet non multo melius eum intellexiſſe quid ſit Lex, quod eius officium, quod Euangelii & Legis diſcrimen, quàm ſi Paulum nunquam inſpexiſſet. Vbi non eſt Lex, οὗ οὐκ ἔστι νόμος. Vel (vt quidam malunt) cuius Lex non eſt. nam ambiguum eſt Græcū vocabulum.

16 Toti ſemini, παντὶ τῷ σπέρματι. Id eſt omnibus credentibus. Nam qui non credunt, etiamſi ſint circuncisi, & ſecundum carnem orti ex Abrahamo, non ſunt tamen ex ſemine, quia mutua eſt promiſſionis, fidei & ſeminis relatio. Eſt autem in his verbis concluſio præcedentium à verſ.13, ad hunc vſque locum. *Id eſt* non ſolùm ei quod eſt ex Lege, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. Quum in genere dixiſſet, hæreditatem eſſe ex fide, vt firma eſſet promiſſio gratis toti ſemini, id eſt omnibus credentibus: nunc ſemen iſtud diuidit in eos qui ſunt ex Lege, id eſt in Iudæos fideles circunciſos, & in eos qui ſunt ex fide, id eſt Gentiles qui ſola fide referunt Abrahamū, quum ſint incircuncisi. Itaque, quod non intellexit Origenes, Ex Lege, &, ex fide eſſe, nō opponūtur ſimpliciter hoc loco, vt paulo antè verſ.14, ſed κατά τι, id eſt quatenus fidei adiuncta eſt aut nō adiuncta circūciſio. vt idem hîc declaret ἐκ τοῦ νόμου εἶναι, atque ἐν τῷ νόμῳ εἶναι ſuprà 3.c.19. Nā fides vtrinque ponitur, quia præcedit in prolepſi, παντὶ τῷ σπέρματι. Eadem quoque ratio oſtendit particulā μόνον per traiectionē cohærere cum negante particula, non cum participio ὄντι ſubaudito: neque rectè hunc locum à quibuſdam ſic conuerti, Non ei quod eſt tantùm ex Lege, ſed etiā ei quod eſt ex fide. Cur enim Paulus adderet καὶ in poſteriore membro? Ex fide Abrahami, ἐκ πίστεως Ἀβραάμ. Argutatur hoc loco Eraſmus, quaſi Ἀβραὰμ pertineat ad articulum τῷ, tertio caſu ſcilicet, vt duos Abrahamos faciat Paulus, ſicut alibi duos Adamos, vnum iuſtificatum in præputio per fidē, qui pater eſt Gentium ſpiritualis, alterum iuſtificatum per fidem in circunciſione: qui duplici nomine pater eſt Iudæorum credentium. Ego verò nuſquam inuenio poſteriorē iſtum Abrahamum. Deinde quorſum hæc dicantur, quum manifeſtè Paulus diuidat in duo membra quod in genere dixerat? nimirum vt aditum ſibi patefaciat nouo argumento ex ipſius promiſſionis formula petito. quæ quidem diſertè facit non vnius, ſed multarum Gentium mentionem. Nam quod ait Eraſmus, additurum alioqui fuiſſe Paulum τοῦ Ἀβραὰμ, nullius eſt momenti: quum ſoleat multis locis omittere articulum, vt infrà 9.b.7, & 11.a.1, & Gal.3.a.7, & alibi ſæpe.

17 Coram Deo, κατέναντι Θεοῦ. Id eſt cognatione ſpirituali, quæ coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit. Nam quum benedictio incluſa ſit in ſemine Abrahæ, filiū eius fieri oportet, vt ſimus vitæ æternæ participes. Verùm apud homines alia eſt ratio, apud quos ſcilicet mortuis nō gignuntur filii, & quòd non videntur vlli propriè eſſe poſſe illorū filii, ex quibus non ſunt orti. Quidā tamen Chryſoſtomū ſequuti, κατέναντι exponunt, ad exemplū, ſeu ſimilitudinem, quòd videatur quandam cum Deo ſimilitudinis ſpeciem habere Abrahamus, in eo quòd totius mundi ſit pater, & quidem ſpirituali ratione. Sed mihi quidem hæc ſubtilitas videtur inanis: neque vſquā in Nouo teſtamento reperio κατέναντι poſitum pro ὁμοίως. Viuificante. ζωοποιοῦντος. Id eſt qui vitæ reſtituit, vt expoſuit Eraſmus per periphraſin. Addūtur autem hæc ab Apoſtolo, vt aditum ſibi patefaciat ad declarandā magnitudinem fidei Abrahami. Ac vocante καὶ καλοῦντος. Id eſt apud quē iam exiſtūt quæ reipſa nō exiſtūt, vt qui vel vno verbo quiduis poſſit ex nihilo efficere. Sic enim accipitur apud Hebræos verbū קרא, id eſt vocauit, vt alibi obſeruauimus. Videtur autem Paulus quū mentionē facit viuificationis, reſpicere circunciſos natos ex Abrahami quaſi iam emortui lumbis, non naturæ, ſed fidei virtute. Nam quod de morte per peccatum hîc diſputat Origenes, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Quum autē meminit vocationis eorum quæ non ſunt, videtur ſpectare incircunciſos, qui virtute promiſſionis facti ſunt quod prius non erant, quaſi, (quod etiam interminatur Iohannes Matth.3.b.9) ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitarit Dominus, quum ex non populo fecit populum.

19 Minimè imbecillis μὴ ἀσθενήσας. Hic mos eſt apud Hebræos, vt cōtrarium eius quod negant, fortiſſimè aſſeuerent: quæ figura à grammaticis dicitur liptote. Itaque minimè imbecillis fortiſſimum ac conſtantiſſimū declarat: quod non ſatis vidētur expreſſiſſe Vetus interpres & Eraſ. quum interpretarentur μὴ ἀσθενήσας, non infirmatus. Sed tamen in eo fœdè hallucinatur Origenes, quòd ex his verbis colligit, fidem in Abrahamo perfectam fuiſſe: huc etiam detorquens quod de infirmis in fide ſuſtinendis præcipit infrà 14.a.1, & Tit.1.b.13, de ſanis in fide. quibus locis fides accipitur diuerſa ſignificatione, id eſt pro ipſa Euangelii doctrina quæ credenda proponitur. Emortuam νενεκρωμένον Id eſt viribus effœtum, & ad gignendam ſobolem ineptum. Itaque intempeſtiuè diſſerit Origenes de mortificatione ſpirituali.

emortuam vuluam Saræ.

20 Aduerſus promiſſionem autem Dei″non diſceptauit infidelitate:ſed robuſtus factus eſt fide,ʹdata gloria Deo:

21 Ac″plenè perſuaſus,*eum*″quod promiſerat,poſſe etiam facere.

22 ʹQuapropter etiam *hoc* imputatum eſt ei pro iuſtitia.

23 Non ſcriptum eſt autem″propter eum ſolum,quòd *hoc* imputatum fuerit ei:

24 Sed etiam propter nos, quibus futurum eſt vt imputetur, qui crediderimus in eum qui excitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis,

Mors Chriſti.
Reſurrectio.

52 ″Traditum *in mortem*″propter offenſas noſtras, & excitatum propter iuſtificationem noſtri.

Cap. V.

Fides.
Pax.

1 IVſtificati igitur ex fide,″pacem habemus erga Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

Gloria in afflictionibus.

2 ʹPer quem etiam fide habuimus aditum in gratiam hanc,ʹper quam″ſtamus,&″gloriamur ſub ſpe gloriæ Dei.

3 ″Neque *id* ſolùm,ſed etiam gloriamur in oppreſſionibus, ſcientes quòd oppreſſio patientiam efficiat:

4 Patientia verò″experientiam, experientia autem ſpem:

emortuam vuluam Saræ.

20 In repromiſſione etiam Dei nõ hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide,dans gloriam Deo:

21 Pleniſſimè ſciens quia quæcunque promiſit,potens eſt & facere.

22 Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

23 Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia reputatũ eſt illi:

24 Sed & propter nos,quibus reputabitur,credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis,

52 Qui traditus eſt propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Cap.V.

1 IVſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

2 |Per quẽ & habemus acceſſum fide in gratiam iſtam in qua ſtamus,& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

Ephes.2.d.18

3 Non ſolùm autẽ, ſed & |gloriamur in tribulationibus, ſciẽtes quòd tribulatio patientiam operatur:

Iacob.1.a.3

4 Patientia autem probationẽ, probatio verò ſpem:

20 Nõ diſceptauit οὐ διεκρίθη. Vide Matth.21.b.21. Data gloria Deo: δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ. Id eſt,Deo agnito ac collaudato,vt qui ſummè bonus ac verax eſſet,ſicut ſcriptum eſt Ioh.3.d.33.Sic accipitur hoc dicendi genus Luc.17.d.18,ſed paulo aliter Ioh.9.c.14.

21 Plenè perſuaſus, πληροφορηθείς. Vide Luc.1.a.1. Quod promiſerat, ὃ ἐπήγγελται. Eraſmus,is qui promiſerat,ὃς ἐπήγγελται.

22 Quapropter etiam διὸ καί Quomodo,inquit Origenes,nõ ad iuſtitiam.reputaretur ei qui non ſolùm in fide,ſed & in omnibus virtutibus perfectionem tenebat?Hæc ille,nempe vt nihil eſſet quod non contaminaret. 23 Propter eum ſolum, δι' αὐτὸν μόνον. Id eſt,quum hæc ſcriberet Moſes,non habuit rationem vnius Abrahami, nempe vel hominis præſtantiam amans, vel vt inſignis alicuius facti memoria eſſet ſempiterna:ſed noſtri etiam erudiendi cauſa hæc ſcripſit,qui filii illius ſumus per fidẽ,in eo benedicendi. Neque enim proponitur Abraham vt exemplar duntaxat, ſed etiam vt pater credentium. Neque video cur neceſſe ſit nos aſſentiri Origeni, qui δι' αὐτὸν interpretatur περὶ αὐτοῦ,de eo,& δι' ἡμᾶς,de nobis. 25 Traditum *in mortem* ὃς παρεδόθη. Vulg.& Eraſmus,qui traditus eſt. Ego ſuppleui quod deeſſe videbatur,& vſus ſum participio,vt amphiboliam vitarem. Propter offenſas noſtras, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν. Id eſt,vt offenſas noſtras lueret.Nam διὰ hoc loco finem declarat.

IN CAPVT V.

1 Pacem εἰρήνην. Alibi diximus שלום Hebræis, id eſt pacem, dici res proſperas & ſecundas. Notum etiam eſt hoc vocabulo declarari concordiam.Ad has ſignificationes accedit etiam tertia,quoties videlicet εὐθυμίαν,id eſt animi tranquillitatem & ſerenitatem declarat,quam nonnulli ex philoſophis pro ſummo bono habuerũt, ſed perperam definitam, vt mox dicemus.Poteſt autem hæc tertia ſignificatio ſub ſecunda etiam comprehendi.Pacem enim ac concordiam habent homines, aut cum Deo,aut alii inter alios,aut denique cũ ſeipſis. Quidam igitur primam illam concordiæ ſpeciem hìc putant ſignificari,vt ſit hæc ſententia,Nos fide iuſtificatos,iam reconciliatos eſſe cum Deo per Chriſtum , qui inimicitiarum cauſas ſuſtulit : quæ doctrina,veriſſima quidem eſt,ſed non ſatis appoſitè traditur hoc loco . Neque enim Apoſtolus propriè hìc agit de mediatoris Chriſti opere , ſed à fidei effectis argumentatur . Quidam igitur hanc pacem cum Deo initam aliter explicant,nempe vt qui ſemel reconciliati ſunt Deo,pacem iſtam colant,vitantes ſcilicet peccata,& iuſtitiam colentes. quæ & ipſa interpretatio,quanuis piam ſententiam gignat,tamen eſt ἀπροσδιόνυσος. Alii ergo de ſecundo genere pacis hæc accipiunt, & legunt ἔχωμεν, habeamus,quaſi nos fide iuſtificatos Paulus ad mutuam pacem colendam hortetur.quæ etiam interpretatio ad ſcopum Apoſtoli nõ pertinet. Supereſt tertia concordiæ ſpecies,quum quiſpiam animi tranquillitate fruitur : quæ rurſus accurata diſtinctione indiget. Triplex enim eſt in homine diſſidium,nempe & perturbationum animi aduerſus rationem(cuius mali neque quæ ſit origo,neque quod ſit remedium,intelligere potuit philoſophia)& Carnis,id eſt totius hominis ψυχικοῦ aduerſus nouum hominem,quem Scriptura Spiritũ vocat.quod diſſidium quũ ſit filiis Dei peculiare(cæteri enim nihil aliud ſunt quàm Caro)minimè mirum eſt philoſophos hoc certamẽ ne ſuſpicari quidẽ vnquam potuiſſe.Imminent denique homini terrores conſcientiæ iudicii Diuini ſenſu perculſæ,quos poetæ ſub Nemeſis & Furiarum ſpecie repræſentarunt.Huic triplici certamini pax triplex opponitur. & quod ad primam quidem attinet,qui fide ſunt iuſtificati,quum ſint quoque peccato mortificati,aliquem huius pacis guſtum habeant neceſſe eſt:ſed quum carnis lucta ſuperſit , non eſt quòd hanc pacem ſeſe habituros ſperent,quandiu hic verſantur.De ſecunda idem ſtatuendum eſt,tum aduerſus Pelagium, qui quanta ſit hominis labes,cognoſcere non potuit:tum aduerſus Origenem,Celeſtinum,Anabaptiſtas, Libertinos & eiuſmodi omnes fanaticos, qui iuſtificatos conſtituunt ἀναμαρτήτους. Supereſt vera illa pax mundo incognita,de qua hìc agit Apoſtolus,id eſt incredibilis illa & conſtantiſſima mentis recreatio,qua fit vt de beneuolentia Dei ſecurus homo,ſuperatis conſcientiæ terroribus,clamet cum Dauide, Dominus illuminatio mea,& ſalus mea,à quo timebo? &,In te Domine ſperaui,ergo non confundar in æternum. Hanc verò pacem mundus quidẽ ſomniat, ſed apprehendere nullo modo poteſt. Nam aut prorſus eſt ἀπηλγηκώς,id eſt ſtupidus & omnis doloris expers,aut pro Deo ſibi idolũ fabricat, ipſius miſericordiam à ſumma iuſtitia ſeparans:vel iræ Dei opponens vana hominum commenta,ſeſe denique ſuis inſomniis paſcens. Vna verò fides quæ verbo ipſius Dei nixa,Chriſtum veram iuſtitiam apprehendit,hanc pacem affert. Quid verò fidem,quid iuſtitiam appellet Paulus, ſuo loco expoſuimus. Eant nunc Sophiſtæ,& eos arrogantes eſſe clamitent, qui vna Chriſti iuſtitia per ſolam fidem apprehenſa ſub certa ſpe gloriæ Dei in Deo glorientur:& hæc effecta vel ſuæ fidei ſuiſque iuſtitiis tribuant,ſi poſſunt:vel ſi tribuere non poſſunt,Chriſto gloriam dare malint,quàm Eccleſiam Dei perſequendo,& ſeſe conficere,& illorum conſtantiam confirmare. 2 Per quam ἐν ᾗ. Vel,in qua:ſiue accipiamus Gratiæ nomine ipſam Dei εὐδοκίαν,id eſt,gratuitam beneuolentiam,cui ſcilicet hæc laus tribuenda eſt,vt in ſolidum omnia in nobis & inchoet & perficiat:ſiue eam conditionem in quam gratuitò ſumus aſciti. Nonnullis etiam placet ad fidem referre,quod tamen mihi non ita probatur.

Stamus, ἑστήκαμεν. Id eſt,firmi permanemus,aut erecti.Poteſt enim opponi vel τῷ πίπτειν, vt 1.Cor.10.c.12, vel τῷ κεῖσθαι. Alii cõuertunt, ſtetimus. Gloriamur καυχώμεθα Id eſt εὐδοκοῦμεν,vt 2.Cor.12.c.10, id eſt non modò æquo animo & moderato ſumus , ſed etiam magna lætitia perfuſi,nobis placemus de hæreditate cæleſti quæ nos manet.Sic enim accipiendum eſt verbum καυχᾶσθαι,quum alioqui ſuprà dixerit omnem gloriationẽ excludi fidei doctrina. Ex hoc autem loco apparet quàm turpiter hallucinati ſint philoſophi in definitione εὐθυμίας, quum ſapientem illum ſuum non ſolùm metu,ſed etiam ſpe vacare vellent.

3 Neque *id* ſolùm,οὐ μόνον δέ. Præciſum eſt hoc dicẽdi genus,Paulo familiare,quum ſuperiora vult amplificare,vt infrà 8.d.23,& 9.b.10.

4 Experientiam, δοκιμήν. Vulgata & Eraſmus,probationem.quod vocabulum eſt ambiguum,quia vel actiuè vel paſſiuè accipi poteſt: δοκιμὴ verò nunquam niſi paſſiuè accipitur.Placuit autem hoc annotare, nequis putet Paulum à Iacobo diſſidere,qui cõtrario ordine ſcribit 1.a.3,quòd probatio pariat patientiã. Nã in Græcis eſt τὸ δοκίμιον,id eſt exploratio,quo nomine ipſa oppreſſio dicitur ab eius effectu.

Spes autē non confundit, quia charitas Dei diffusa est ī cordibus nostris per Spiritū sanctum qui datus est nobis.

Vt quid enim Christus, quū adhuc infirmi essemus, secundum tēpus pro impiis mortuus est?

Hebr.9.d.15
1.petr.3.c.18

Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

Commendat autem charitatē suā Deus in nobis, quoniam quū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Multo igitur magis nūc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

Si enim, quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Non solùm autē, sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrū Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

Propterea sicut per vnum hominē

5 Porrò spes non pudefacit, quòd 'charitas Dei effusa sit in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

6 Christus enim, 'quū adhuc nullis viribus essemus, 'suo tempore pro impiis mortuus est:

7 Enimuero vix 'pro iusto quisquam moriatur": nam pro eo qui sit *ipsi* vtilis, forsitan aliquis etiam mori sustineat.

8 Commendat autem suam charitatē erga nos Deus, quòd quū adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit.

9 Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur nunc "multo magis per eum ab ira.

10 Nam 'si, quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

11 Neque id solùm, verùm etiam 'gloriamur in Deo per Dominū nostrū Iesū Christū, per quē nūc reconciliationē assequuti sumus

12 'Propterea

Spes.
Charitas Dei.
Iustificare.
Ira.
Mors Christi.
Vita
Gloriari in Deo.

5 Charitas Dei ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. Passiuè hoc accipiendum esse, de ea charitate qua nos Deus complectitur, non modò ostendit argumenti series, quum de constantiæ nostræ fundamento hìc agatur, sed etiam Paulus ipse explicat infrà versu octauo.

6 Quum adhuc nullis viribus essemus, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Primùm omnium notanda est traiectio particulæ ἔτι, cuius loco Vetus interpres perperam legit, εἰς τί, Vt quid: quanuis eam lectionem sequatur Ambrosius. Deinde obseruandum est ἀσθενεῖς non rectè hoc loco conuerti Infirmos. Nam ἀσθένεια interdum quidem morbum declarat, ab effectu, quòd vires eneruet: qua ratione τὸν ἀσθενῆ rectè conuertere possis, ægrotum, aut inualidum. interdum autem dicitur de animi defectu, vbi destituimur spiritualibus donis. Ea verò donorum facultas si vlla quantumuis per se languida in homine nondum regenerato constituatur, non rectè dixerit Paulus, Quid habes quod non acceperis? Illic enim non agit de natura, sed de gratia: vt disertè ostendit aduersus Pelagianos Augustinus, qui, sicut hodie nostri sophistæ, ita etiam olim hoc cauillo vtebantur, vt probarent se nihil gratiæ Dei detrahere, naturæ vires extollendo, quòd videlicet Dei gratiam facerent condendæ naturæ humanæ causam. Non sic Paulus, qui quos vocauit ἀσθενεῖς, statim appellat impios, peccatores, & Dei hostes: sicut & alibi carnis prudentiam dicit inimicitias esse aduersus Deum. cuius voluntati subiici non modò nolit, sed etiam non possit. alioqui fides nonnisi ex parte donum Dei esset, neque omnem gloriationē excluderet. Nonnunquam tamen ἀσθένεια pro istius facultatis animi non priuatione, sed imbecillitate accipitur: idque rursus duplici ratione. Quum enim, quādiu hic versamur, nonnisi ex parte cognoscamus, 1.Cor.13.c.9, ἀσθενεῖς, id est infirmi, omnes meritò vocamur, tantisper dum ad metam perueniamus, Philipp.3.c.12: & tamen in hac imbecillitate certi sunt gradus, adeò vt alii præ aliis robusti, alii infirmi meritò appellentur. de quibus tolerandis Apostolus passim disserit, ac præsertim in extremis huius epistolæ capitibus, & epistola ad Corinthios priore. Cæterùm de aliis etiam corporis & animi dotibus dicitur ἀσθενὴς ab Apostolo, & de cæremoniis quoque, atque adeò tota Lege, quatenus à Christi Spiritu est separata. quas significationes suis locis annotabimus. Suo tēpore κατὰ καιρόν. Id est, tempore idoneo & opportuno, quod Pater scilicet ab æterno cōstituerat. vnde toties mentionē facit Christus horæ suæ, siue tēporis sui. Ambrosius interpretatur, ad tēpus, quia scilicet tertia die resurrexit, quasi πρὸς καιρὸν scripserit Paulus: vt interim taceam hoc parum pertinere ad scopum. Erasmus vertit, iuxta temporis rationem, retulitque ad præcedentia. i. ad participium ὄντων, quum essemus, quasi voluerit Apostolus mitigare quod de infirmitate dixerat. Ego verò puto nunquam hoc venisse in mentem Apostolo, vt caueret ne de hominis dignitate nimium videretur detrahere: quum quanto abiectior fuisse dicitur natura nostra ante vocationē, tanto maior in Deo benignitas elucet. quod argumentum ex professo tractauit hoc in loco. Imò verò si superiora voluit emollire, cur quos ἀσθενεῖς duntaxat vocarat, id est omnibus viribus destitutos, ad intelligenda quæ Dei sunt, nedum consequenda, mox asperioribus epithetis vtens, peccatores, impios, Dei hostes appellat? Itaque vetera exemplaria omnia quæ vidi, & Græca scholia sequutus, ista coniunxi cum verbo ἀπέθανε. 7 Pro iusto ὑπὲρ δικαίου. Id est, iusti alicuius hominis vice, aut iustitiæ ac virtutis asserendæ causa. Sed illud malo, vt viro iusto & innocenti opponantur peccatores. Conuerti verò particulam γὰρ Enimuero potius quàm Enim, cum Vetere interprete & Erasmo propterea quòd ista non continent probationem, sed explicationem & ἐπεξεργασίαν superiorum. Nam pro eo qui sit *ipsi* vtilis, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ. Amplificat Dei erga nos charitatem Apostolus duplici collatione. Vix enim, inquit, pro iusto quopiam homine quisquam velit mortem subire. at Deus Christum suum dedit, qui pro nobis non modò non iustis, sed etiam sceleratissimis moreretur. Rursus eius causa à quo beneficium acceperimus, forsan aliquis sustineat mori. at Deus quum nō modò nullis à nobis beneficiis esset affectus (quid enim à nobis, aut à quoquā commodi consequatur?) sed etiā nos sibi infestissimos hostes esse nō ignoraret: tamen filii sui morte suam in nos beneuolentiam sanciuit. Iam verò quum tantum ipsius in nos amoris pignus misero illo tempore acceperimus, qua tandem ratione nunc iustificati & cum ipso reconciliati dubitemus quin nos ab ira. i. ab iis pœnis quibus hostes suos vlciscitur, saluos & incolumes præstet? & quum nos moriens Christus reconciliarit Deo, num verebimur ne nunc viuus nos reconciliatos in periculis deserat? Sic puto hunc locum explicandum. Nā si ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ interpreteris neutro genere, pro bono. i. pro bona causa, perierit posterior collatio. Deinde si ἀγαθὸν pro bono, cui opponitur πονηρὸς malus, accipias, siue masculino, siue neutro genere: non modò non opponetur ὁ ἀγαθὸς τοῖς ἐχθροῖς (sicut ὁ δίκαιος τοῖς ἁμαρτωλοῖς,) sed etiam à seipso dissentire videbitur Apostolus, qui dicat aliquem vix pro iusto mori, pro bono verò nonnullos: quum inter iustum & bonum (eum dico cui opponitur improbus) vix aliquid intersit. Poscit ergo sentētia vt τὸν ἀγαθὸν accipiamus masculino genere ἀντὶ τοῦ ἀγαθοποιοῦ vel τοῦ ἀγαθοποιοῦντος: (vt Luc.6.e.33) id est pro eo à quo cōmodum siue bonum aliquod percipiamus. Nam in eo planè ridiculum se præbet Origenes, quòd τὸν ἀγαθὸν de Christo interpretatur, pro quo martyres mori non recusent. Quorsum enim hoc? Vtitur autem particula γὰρ, non quasi probaturus quod dixerat, sed per Anthypophoram, vt suprà cap.4.a, initio versiculi 2.

9 Multo magis πολλῷ μᾶλλον. Origenes omnia suo more peruertens, hæc retulit ad participium δικαιωθέντες iustificati, quum manifestū sit argumentum à comparatis sumptum, ideóque ista necessariò pertineant ad verbum σωθησόμεθα. Ostendit, inquit, quòd neque fides nostra sine sanguine Christi, neque sanguis Christi sine fide nostra nos iustificat. Ex vtroque tamen multo magis sanguis Christi quàm fides nostra iustificat. Et ideo quū in superioribus simpliciter dixerit, Iustificati ex Fide, hìc addidit, Multo magis nunc iustificati in sanguine eius: vt doceret, quia ab ira ventura etiamsi fides nostra nos saluet, etiamsi opera iustitiæ, super hæc tamē omnia multo magis sanguis Christi saluos nos faciat à ventura ira. Hæc ille, non minus ineptè quàm falsò atque adeò impiè: nisi fortè impietas non est, gloriam Dei ipsi ereptam ad nos transferre. Nos igitur quanuis id non esset ita necesse facere, tamen vt omnem ambigendi ansam præcideremus, naturalem constructionis ordinem sequuti sumus in Latina interpretatione. 10 Si εἰ. Id est quum, vel quandoquidem, vt sæpe alibi obseruauimus.

11 Gloriamur καυχώμενοι. Erasmus, gloriātes, non satis rectè, quum prorsus hiet sentētia. Positum est igitur ex Hebræorum consuetudine participium præsens pro verbo, vt Act.24.a.5, & 26.e.20. Sed & in vno codice scriptum inuenimus καυχώμεθα. Verum suspicor mutatam germanam lectionem ab iis qui hunc Hebraismum non cognouerint. 12 Propterea διὰ τοῦτο. Vel, Itaque. Cohærent enim ista cum eo quod dixerat, nos etiam habere de quo gloriemur, non tamen in nobis, sed in Deo. Nam à superiore versiculo aditū sibi parat ad sequentem tractationem, quam ego quidem à præcedente distinguo. Adhuc enim disseruerat partim in genere de tota iustificatione, partim verò peculiariter de primo iustificationis capite. i. de gratuita remissione peccatorum in Christo. Nunc verò alterum caput aggreditur, nempe imputatæ Christi iustitiæ. Nam sicut tenebamur non modò non violare Legem, sed etiam implere singuli pro nostræ vocationis modo: sic in Christo duplex remedium adipiscamur oportet: nempe & satisfactionem pro peccatis, & iustitiam quæ nobis deest: iustitiam inquam, id

eſt plenam ac perfectam obedientiam, qualem ab homine Deus meritò requirit:& præſtiturus erat homo, niſi in id peccatum ſeſe ſpõte præcipit aſſet: quo fit vt non modò Legis impletionem ne inchoare quidem poſſit, ſed etiam non poſſit non omnibus modis violare. Hæc quum olim non diſcernerent plerique, nihil mirum ſi à Pauli ſcopo longiſſimè aberrabant, & abſurdiſſima quæque coaceruabant. Apparet autẽ hæc diſtinctio manifeſtè partim quidem ex tota collatione iniuſtitiæ Adami & iuſtitiæ Chriſti: illius ſcilicet, per propagationem, iſtius verò per imputationem nobiſcum, id eſt cum fidelibus, communicatæ: partim verò ex participio καυχώμενοι, à quo Apoſtolus auſpicatur tranſitionem ad hoc explicandum argumentum. Neque enim propriè habemus de quo gloriemur in Deo quòd peccata nobis remiſſa ſint, quanuis de eo æquiſſimum ſit vt ipſi immortales gratias agamus. Verùm quum ad peccatorum remiſſionem acceſſit iuſtitiæ illius Chriſti ornamentum, noſtrã ignominiam obtegens, quo induti poſſumus confidenter vitæ æternæ præmium poſtulare: tum demum habemus de quo gloriemur. Neque id tamen in nobis, ſed in Deo: quia iuſtitia hæc merum eſt Dei donum, nobis imputatum, non autem inhærens: ne quis me putet de noſtra regeneratione hæc diſſerere. Hæc enim ſeorſum conſiderabitur ab Apoſtolo, neque eiuſmodi eſt vt de ea vel tantillum poſſimus glori coram Deo, vt dixit Apoſtolus ſupra 4.a.2,

Adam & Chriſtus cõferuntur. Mors.

″ſicut per vnum hominem ″peccatum in mũdum introiit, ′ac per peccatum mors:& ita in omnes homines mors′trãſiit,″in quo ′omnes peccarunt.

peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors:& ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

13 ′Nam vſque ad Legem peccatum erat in mundo. peccatũ ve-

Vſque ad Legem enim peccatũ e-

Sicut ὥσπερ. Nullius eſt momẽti quod annotat Eraſmus, poſſe accipi ὥσπερ pro Quia. eſt enim omnino aduerbium comparandi quod vocant. Confertur autem Adamus cum Chriſto, tum in re ſimili, tum in contraria. Similes enim ſunt in eo quòd vterque quod ſuum eſt, cũ ſuis communicat: ſed in eo planè diſſimiles, quòd ille peccatum in ſuos natura deriuat in mortem, Chriſtus verò ſuam iuſtitiam cum ſuis per gratiam communicat in vitam. Deinde in illa quoque ſimilitudine oſtendit Paulus per partes quanta ſit imparitas. Eſt igitur manifeſtum anantapodoton, quum altera pars collationis deſit: ſed quod facilè excuſari poſſit. Primùm enim ea eſt cõtrariorum natura, vt vnum ex altero facilè intelligatur, quanuis non fuerit expreſſum, vt infrà cap.8.c.12. Deinde vix etiã fieri potuit vt altera pars exprimeretur quin ambigua eſſet tota oratio: quod ita eſſe ſic colligo. Vt plena eſſet ac perfecta antitheſis, hæc addi oportuit. Ita per vnum hominem iuſtitia in mundum introiit, ac per iuſtitiã vita, & ſic in omnes homines vita peruaſit: in quo omnes iuſtificati ſunt. Sed ſi ita loquutus eſſet Paulus, præterquam quòd diſplicere poterat iſta multorum vocabulorum repetitio, videri etiã potuiſſet non minus late patere Chriſti iuſtitiæ effectus ad vitam, quàm Adami peccatum ad mortem. quanquam non deſit quod huic obiectioni reſpondeatur: quum ſic etiam loquatur plena antitheſi Apoſtolus, 1.Corinth.15.c.22. Verùm alteram illam partem quum neceſſe eſſet vel priore, vel poſteriore loco collocare, vtrũuis feciſſet, non paruum incommodum cõſequebatur. Nam ſi priore loco collocaſſet, videri potuiſſent ſequentes probationes ad totam collationẽ pertinere, quum vni duntaxat membro applicandæ ſint, nimirum ei quod de Adamo dicitur. Sin autem in poſteriorem locum reieciſſet, rurſus viſa eſſet probatio ad ipſum poſterius membrum referenda.i.ad Chriſtum: quum ad Adamum pertineat. Oportuit igitur membrum illud ſubticeri, quod (vt dixi) ex cõtrariorum collatione per ſe ſatis intelligitur, potius quàm illo adiecto obſcuram fieri argumẽtorum connexionem: niſi fortè in finem verſiculi 14, reiicere placuiſſet. quod & ipſum non caruiſſet magna obſcuritate, propter interiectas prioris membri probationes. Cauſa verò huius anantapodoti quã affert Origenes, quaſi ſcilicet Apoſtolus veritus ſit deſidiæ occaſionem præbere: ſanè indigna eſt quæ Paulo tribuatur. Peccatum ἡ ἁμαρτία. Sic vocare ſolet Apoſtolus morbum illum hæreditariũ cuius fructus ſunt triplices, vt dicemus infrà cap.6.b.12: adeò quidem vt vix aut ne vix quidem apud Paulum inuenias τὴν ἁμαρτίαν addito articulo, aliud declarare. Sine articulo verò idem quoque interdum ſignificat, interdum autem formalem (vt ita dicam) peccati naturam, veluti quum nomine τοῦ ἀνθρώπου tota hominis ſpecies intelligitur, idque non ita frequenter. Solet enim in hac ſignificatione. id eſt, vbi de illius radicis fructibus agitur, plurali ferè numero dicere τὰς ἁμαρτίας. quæ diſtinctio diligenter obſeruata, magnam non huic modò diſputationi, ſed & plurimis aliis locis lucem affert. Certè ſi hoc annotaſſet Origenes cum veteribus aliquot aliis (quos imitari maluit Eraſmus quàm Auguſtinũ, qui penè vnus, à Pelagianis ſcilicet excitatus, hunc locum rectè tractauit) non tam fœde eſſent hallucinati in explicanda Pauli ſententia: neque inde arripuiſſent occaſionem recentiores Sophiſtæ ita extenuandi originis peccatum, vt neque quid ſit, neque quanta eius vis, & quàm pertinax ſit malum, cognouerint. Sed de his aliàs. Nunc ſupereſt vt hoc quoque lector intelligat, duo conſiderari in originis peccato: reatum ſcilicet & corruptionem, quæ vt non poſſint ſeparari, diſtingui tamen accuratè debent. Sicut enim Adam admiſſo peccato primũ reus factus eſt iræ Dei: deinde quia reus erat, pœnã peccati.i.corruptionem illã tum animi tum corporis ſubiit: ſic quoque in poſteros naturam tranſmiſit tum ream in primis, tum deinde corruptam. De reatus igitur propagatione propriè agit hoc loco Apoſtolus, cui opponitur imputatio obedientiæ Chriſti, quæ per imputationẽ cum fidelibus cõmunicata, poſtquã idẽ Chriſtus morte ſua reatum eluit, eos etiã imputata iuſtitia induit. Quod autẽ ad corruptionem attinet, ea diuerſum habet remedium, nimirum ſanctificationem humanæ naturæ in Chriſto. de cuius imputatione differet itidem Apoſtolus ſuo loco, id eſt capitis octaui initio. Ac per peccatum καὶ δι' ἁμαρτίας. Eraſmus putat conuerti etiam poſſe, ita & per peccatũ mors, nẽpe vt ſuppleatur particula οὕτως, vt Luc.11.a.2, & alibi ſæpe, vt vitetur anantapodoton, de quo paulo antè diximus. Sed certè non eſt propoſitũ Apoſtolo docere, vt peccatum, ſic etiam mortem ab Adamo in omnes homines propagatam: imò potius iuſtitiam Chriſti docere credentes viuificare, vt Adami peccatum omnes morti addixit. Itaque hæc interpretatio admitti non poteſt quin deprauetur hic locus. Tranſiit, διῆλθεν. Vel, peruaſit. Origenes (cui potius quàm Auguſtino hunc errorem impingere Eraſmus debuerat) quia non magis Apoſtoli ſcopum intellexit quàm ſi nunquam librum inſpexiſſet, vt qui ad actualia peccata (quæ vocant) & imitationem transferat quod de peccati originis propagatione dictum eſt (quem errorem deinde ab eo arreptum pertinaciſſimè defenderunt Pelagiani) diſcrimen ſtatuit inter mundum in quem peccatum intrarit, & homines in quos pertranſierit. Nam Mundi appellatione terrenos intelligit, in quos, inquit, peccatum intraſſe ſcribit Apoſtolus: homines autem dici putat qui iam incipiunt ſe agnoſcere, & ſcire quòd ad imaginem Dei conditi ſunt, in quos ſcribat Apoſtolus pertranſiſſe peccatum.i. fuiſſe quidem, ſed per pœnitentiam conuerſionis depulſum, & pertranſiſſe, nec vltrà in eis ſtetiſſe. Hæc ille, quaſi Apoſtolus hoc membro non tradat doctrinam ad omnes homines pertinentẽ quatenus ex Adamo ſunt exorti. Sed & is quoque cuius in hanc epiſtolam extant commentarii ſub Hieronymi nomine, Mors, inquit, non in Abraham, Iſaac, & Iacob pertranſiit, de quibus dicit Dominus, Omnes illi viuunt. Hoc conſiderent qui in Patrum lectione putant theologiæ ſtudioſis conſeneſcendum, ac præſertim Origene & Hieronymo: quibus certè interdum nihil impurius fingi poteſt. In quo ἐφ' ᾧ. Id eſt ἐν ᾧ. Neque enim nouum eſt vt ἐπὶ pro ἐν accipiatur, vt Heb.9.b.17: & apud idoneos etiam authores, ſicut videre eſt in Græcis dictionariis. Eraſmus quatenus, vel, per hoc quòd, vt mordicus teneat fœdiſſimum errorem quem ſemel arripuit, hæc ſcilicet ad imitationis peccata pertinere, nempe vt ſimili quoque ratione (quod rectè prorſus obſeruauit Auguſtinus aduerſus Pelagianos) in altera collationis parte idẽ ſtatuatur, nos ſcilicet per Chriſtum ſola quoque imitatione fieri iuſtos. En quid ſit à ſcopo aberrare, & errorem pertinacius tueri. Cæterùm vt ad rem redeam, eſt quidem in his verbis hyperbaton, ſed quod minimè obſcuret ſententiam, ac facilè poſſit excuſari. Nã poſt διῆλθεν, repetendum eſt ex præcedentibus δι' ἑνὸς ἀνθρώπου. Omnes peccarunt. πάντες ἥμαρτον. Non dicit omnes in Adamo fuiſſe corruptos (quod tamẽ verum eſt) ſed in eo peccaſſe, in ipſius ſcilicet lumbis incluſos. Nam (vt antè dixi) non conſiderat Paulus hoc loco, peccatum originis quatenus fons eſt noſtræ corruptionis, vnde poſtea tot noui reatus emergunt quot peccata prodeunt: ſed quatenus Adamũ nóſque omnes in ipſo reos conſtituit. cuius reatus pœna eſt corruptio. 13 Nam vſque ad Legem ἄχρι γὰρ νόμου. Id eſt, eo tempore quod ab Adamo ad Moſen interceſſit, vt Apoſtolus ipſe poſtea explicat. Quod igitur Origenes exponit, vſque ad Legem. id eſt, vſque ad Chriſtum, ſiue vſquequo Lex permanſit, ridiculum eſt. Sed & altera illius expoſitio prorſus inepta eſt, nec vllo modo ad rem pertinens. Vſque ad Legem peccatum erat in mundo, ſubaudi mortuum. Nec dixit in hominibus, inquit, ſed in mundo. nam homines ſentit rationis capaces, & qui naturalibus legibus parent. Rectè ſcilicet & perappoſitè, quum contrà conſtituerit Apoſtolus probare, etiam antè Moſis Legem omnes homines peccati reos naſci conſueuiſſe. Sed & illis non aſſentior qui adiecta parentheſi, hunc verſiculum à proximo diuellunt: quum (vt mihi quidem videtur) prorſus iſta cohæreant, non aliter quàm vnius ſyllogiſmi partes. Nam quia mundus quid ſit peccatum illud hæreditarium, id eſt, omnium malorum fontem, ignorat, neque per peccatum intelligit quicquam aliud quàm actuales, quas vocant, tranſgreſſiones: Apoſtolo fuit explicandum quod dixerat, nimirum quoddam eſſe peccatum, quo infecti & contaminati omnes homines naſcerentur, Primo igitur loco de iis differit qui Legem Moſis anteceſſerunt, de quibus nimirum maximè ambigi poterat: & ex hypotheſi quam poſuerat, nempe vbi mors eſt, ibi eſſe peccatum, ſic argumentatur vt in primis conſideret quid præcipuè contra originis peccatum dici poſſit. Hoc ſcilicet perabſurdum videri, vt vbi Lex non eſt, ibi imputetur peccatum. Itaque fieri non poſſe vt quiſquam naſcatur peccati reus, quum homini nondum nato lex poni non poſſe videatur. Ad hæc excipit Apoſtolus eadem illa quæ afferre poterant aduerſarii : nempe quòd eius temporis homines quod Legem Moſis præceſſit,in Adamo peccarint , ex conſequenti apparere, id eſt ex eo quòd ſontes fuerint,ac proinde lex aliqua extiterit ob cuius transgreſſionem ſontes fuerint habiti. Sontes autẽ fuiſſe inde liquere,quòd mors,id eſt peccati pœna,in ipſos ius ſuum exercuerit. Et ne quis exciperet,legem hanc fuiſſe naturæ legem,ob cuius tranſgreſſionem mors in homines etiam ante Moſen regnarit,ac proinde non eſſe quòd colligeret ex hoc argumento Apoſtolus, homines alicuius peccati reos naſci : non ſimpliciter dixit Paulus mortem regnaſſe ab Adamo ad Moſen,ſed regnaſſe etiam in eos qui ad ſimilitudinem Adami non peccarunt,id eſt in quos nec cognitio legis naturæ cadit,nec vlla actualis(quam vocant)tranſgreſſio:nullus denique concupiſcẽtiæ motus,nempe tenerrimos adhuc & vix dum natos infantes. Ex quo efficitur omnes homines non tantùm actualibus(quæ vocant) peccatis,ſontes fieri ac morti obnoxios,(ita enim ſoli adulti morerentur)ſed planè reos naſci,contracta iam inde à primo parente culpa,qui legem illam ſibi ac ſuo generi violauit,cuius tranſgreſſionem mors eſt cõſequuta. Hæc autem quorſum? nempe vt poſtquam longè aliter didicerint homines de miſera illa conditione ſua iudicare, eum per fidem amplectantur cuius obedientiæ gratuita imputatione iuſti fiant in vitam,non aliter quàm ex ſuo parente peccatum per ſontis naturæ propagationem hauſerunt in mortem:imò vero etiam tanto magis,quanto fortior eſt Chriſtus iuſtus ad ſeruandum per gratiam, quã iniuſtus Adam ad perdendum per naturam. At enim,dicet aliquis,ſi rectè colligit Apoſtolus peccati imputationem ex morte, quæ ſit peccati, & quidem imputati pœna:cur igitur moriuntur fideles quibus tamen non imputatur peccatum? Reſpondeo,omnes in genere homines ab Apoſtolo in ſeipſis hoc loco conſiderari,ac proinde peccatum ac mortem rectè quoque æſtimari ex ſui natura. De iis autem qui in fide moriuntur,longè aliter conſtituendum. in his enim tunc alia omnia quæ ſuapte natura mala ſunt,& à peccato profecta,cooperantur tamen in bonum: tum verò mors ipſa per Chriſtum fide apprehenſum ità ſanctificatur,vt quod in aliis,ex ſui ſcilicet natura,nihil aliud eſt quàm peccati imputati pœna,idipſum in iſtis fiat per Chriſtum fide apprehenſum incœptæ mortificationis carnis veluti complementum.

rat in mundo : peccatum autem non imputatur,quum Lex non eſt.		rò″non imputatur″quum nulla eſt lex.
Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen,etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ qui eſt forma futuri.	14	Regnauit autem mors ab Adam vſque ad Moſen , ″in eos quoque″qui non peccauerant″ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adã, qui eſt typus″illius qui erat futurus.
Sed nõ ſicut delictum, ita & donũ.	15	At non ″vt offenſa, ita etiam *eſt* quod *Deus* gratificatur . nam ſi

Adam ſecundus.

Non imputatur οὐκ ἐλλογεῖται. Id eſt, vbi lex nulla poſita eſt, nemo vt reus ac nocens punitur. Hæc enim vis eſt imputationis peccati: & de iudicio Dei,non hominum hìc agi,oſtendit argumenti ſeries. Itaque non aſſentior iis qui de peccati agnitione hoc accipiunt. Nã aliud eſt peccati agnitio,aliud peccati imputatio,& de hominum reſpectu videtur extra cauſam diſſeri. Denique ſcribẽdum fuit potius, οὐκ ἐνελογεῖτο non imputabatur,ſi de certo tempore ac certis hominibus hæc dicerentur. Poſtremò aliud eſt Legem non eſſe, quàm Legem non noſſe. Non deſunt etiam qui hæc dici velint in aduerſarii perſona. Sed mihi videtur ſolere Paulus aliquid adiicere,ex quo intelligatur ipſum alienam perſonam ſumere. Quum nulla eſt lex. μὴ ὄντος νόμου. Vocabulum Legis hìc ponitur in genere. Eſt enim vniuerſalis ſententia. In priore autem membro de Lege Moſis intelligitur,quum ipſe Apoſtolus verſiculo proximo ita explicet. Nam Vſque ad Legem,idem valet atque Ab Adam ad Moſen. 14 In eos quoque καὶ ἐπὶ τοὺς. Ita ſcriptum habent omnes codices tum Latini tum Græci , & ſic legendum eſſe apparet ex tractatione argumenti quam paulo antè per partes expoſuimus. Atqui ſi hæc verba pro iis accipias qui Legis Moſis cognitionem non habuerint,id eſt qui ſine Lege peccarint(de quibus ſuprà Apoſtolus cap.2.b.12)redundabit particula καὶ,quũ hæc fuerit vniuerſalis omnium hominum conditio ab Adamo ad Moſen, vt nulli excipi potuerint. Supereſt ergo vt de paruulis accipias qui penè prius moriũtur quàm naſcantur, ſicut paulo antè expoſuimus. & rectè omnino cenſuit Auguſtinus : alioquin in eo durior quòd infantium ſalutem Baptiſmi ſacramẽto præciſè includat. Origenes verò in huius verſiculi explicatione multis modis aberrat ab Apoſtoli ſcopo,atque adeò ab ipſa veritate. Primùm in eo quod hæc verba, Ab Adamo ad Moſen interpretatur Ab Adamo ad Chriſti aduentũ. quaſi Moſis appellatione per metonymiã Lex Moſis intelligatur:& particula Vſque,tẽpus incluſũ declaret. Atqui Apoſtolus diſertè Moſen Adamo opponit. Itaq; ſimili ratione per Adamũ intelligenda eſſet lex naturæ. quod vtrũque facile eſt videre quàm ſit abſurdũ,quũ de originis peccato diſſerat Apoſtolus, quod neque legis naturæ, neque Legis Moſis trãſgreſſio dici propriè poteſt. Deinde ſeorſim de iis qui ſub Lege fuerũt,incipiet Apoſtolus diſſerere,infrà verſ.20. Alter Origenis error in eo eſt,quòd diuerſa prorſus expoſitione putat particulã Vſque,tẽpus ſub Lege excludere,in quo grauiter hallucinatur quatenus diuerſam putat hominũ conditionẽ fuiſſe ſub Lege. Nã,inquit,per Legẽ cœpit purificatio peccatorũ aperiri,& ex parte aliqua Tyrannidi peccati obſiſti per hoſtias,per expiationes varias,per ſacrificia,per præcepta. Ita igitur apparet Origenẽ ex diametro repugnare Apoſtolo:vtqui apertè doceat vbique,& quidẽ in primis hoc ipſo capite,Legẽ Moſis ſuperueniſſe,nõ vt extingueretur peccatũ(hoc enim eſt vnius Chriſti officiũ)ſed vt amplius abundaret. tantũ abeſt vt ſcopum Apoſtoli attigerit Origenes.

Qui nõ pecc. τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. Nõ ſuper omnes,inquit Origenes,ſed in eos qui peccarunt in ſimilitudinẽ præuaricationis Adã. Nã introiuit quidem mors in mundum,& in omnes pertranſiit,non tamen in omnes regnauit. Aliud enim eſt pertranſire, aliud regnare. Hæc ille non minus ineptè,quàm falſó. Nam etiamſi expungas negantem particulam μὴ (quã tamen iam tum ſuo ſeculo teſtatur Auguſtinus lib. De peccat. mer.& remiſſ.1.cap.11,in codicibus aut omnibus,aut penè omnibus ſcriptam fuiſſe,& nos quoque in omnibus exemplaribus,Chryſoſtomo, Theophylacto, Græcis denique ſcholiis inuenimus:& neceſſariã eſſe clamat ipſa argumenti ſeries antè à nobis expoſita)tamen particula καὶ illam interpretationem ægrè admittit. Hoc quum ipſe videret,aliam interpretationem magis ridiculam comminiſcitur. Nam fortaſſis,inquit,excepti ſunt aliqui & occultiore myſterio deſignati,qui ad ſimilitudinem præuaricationis Adæ peccaſſe memorantur, in quos ſolos regnauerit mors. Sed hoc quoque quàm ineptum? Taceo aliam expoſitionem,vt omnes comprehendat Apoſtolus qui parentum peccata imitantur. Nam hoc quoque alieniſſimum eſſe ab Apoſtoli ſcopo,demonſtrauimus. Ac penè incredibile mihi aliquando viſum eſt fieri potuiſſe vt Eraſmus ita ab Origene deciperetur hoc loco , vt eius tuendæ ſententiæ ſtudio,nonnulla effunderet à Pelagianiſmo non longiſſimè remota:veluti quum diſertè ſcribit,de naturali quadam ad peccandum pronitate, Quæ,inquit,videtur omnibus inſita, quanquam arbitror magis ab exemplis proficiſci quàm à natura. Item vbi Chryſoſtomi ſententiam piam & orthodoxam prorſus deprauans, His verbis,inquit,non tribuit Chryſoſtomus vllum peccatum infantibus,ſed ait mortem corporis in eos dimanaſſe,perinde quaſi cum Adam progenitore de vetito ligno ediſſent,hoc eſt pro alieno peccato dediſſe pœnas. Hæc ille, ab Origene nimirũ faſcinatus,quæ quã verè dicta ſint, iudicium penes Eccleſiam eſto. Neque enim hæc ego(ita me bene Deus amet)vllo obtrectãdi ſtudio annotaui:ſed vt doctiſſimi ſaltem viri exemplo diſcant ſtudioſi quanto cum iudicio in quorundam Patrum,ac præſertim iſtius Origenis,ſcriptis verſari ipſos oporteat. Ad ſimilitudinem ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι. Id eſt,κατ᾽ ὁμοιότητα,vt Græca ſcholia enarrant. Peccauit enim ſciens ac prudens Adam:ipſius autem poſteri, qui ſimul penè naſcuntur ac intereunt, rei quidem ſunt peccati,ſed quia in Adamo incluſi peccarunt. Itaque ὁμοίωμα dicitur hoc loco exẽplar peccandi quod ſequutur adultiores,quoties cupiditatibus obſequuntur. Græca ſcholia ex Chryſoſtomo aliam proferunt diſtinctionem huius loci,adſcripta diaſtole poſt ἁμαρτήσαντας peccauerant, vt hæc connectatur cum verbo ἐβασίλευσεν regnauit: ſed præterquam quòd iſta diſtinctio obſcurã planè ſententiam gignit,nullius etiam exemplaris vetuſti authoritate adiuuatur,quod ego quidem inſpexerim. Illius qui erat futurus. τοῦ μέλλοντος. Vulgata,futuri. Eraſmus,illius futuri. rectè expreſſo articulo. Eſt autem repetendum ἀπὸ κοινοῦ nomen Adami. Duos enim Adamos facit,quorum prior fuerit poſterioris typus & exemplũ in iis quæ poſtea perſequetur,& copioſè etiam explicat,1.Cor. 15.c.21,& 22.d.45.47,& deinceps. Neque enim typus dicitur Adamus Chriſti,quaſi ad imitandum propoſitus ſit vterque, ſed propter inſitam vim ſimilẽ aliquatenus in vtroque:in illo quidem perniciẽ propagãdi in ſuos poſteros:in hoc verò,id eſt in Chriſto,ſuos iuſtificandi. Eſt igitur in huius loci explicatione apertè Pelagianus ille cuius extant commentarii in hãc epiſtolam ſub Hieronymi nomine, ita hæc exponẽs, Sicut,inquit,Adam primus mandatum Dei præuaricatus,exemplum eſt Legem Dei præuaricari volentibus:ſic & Chriſtus voluntatem Patris complexus,exemplum eſt imitari eum cupientibus. Hæc ille,aduerſus quæ Auguſtinus libros De peccatorum mer. ac remiſſ. ſcripſit. Sed & hoc in loco æſtimãdum relinquo Eccleſiæ quàm verum ſit quod hìc diſertè annotauit Eraſmus. Si quis,inquit,nobis hìc proferat infantes, de his hìc non videtur Paulus agere:nec ea quæſtio tum mouebatur,quum nondum eſſet receptum infantes baptizari. Cæterùm vt ad rem redeam,pro eo quod Eraſmus cõuertit τοῦ μέλλοντος illius futuri,ego malui interpretari,illius qui erat futurus. Loquitur enim Paulus de Chriſto,Adami peccantis reſpectu,non eius temporis quo hæc ſcripſit. Nam quòd annotat Eraſmus,τοῦ μέλλοντος poſſe abſolutè capi neutro genere,vt referatur non ad poſteriorem Adamum, ſed ad peccatum quorumlibet Adamum parentem imitantium: rurſus pro Pelagianis facit, & hunc locum manifeſtè torquet. Potius enim hoc additum eſt vice alterius membri omiſſi per anantapodoton,de quo antè diximus,vt apparet etiam ex iis quæ ſubiiciuntur,quibus ſcilicet ratio huius typi ſeu analogiæ explicatur.

15 Vt offenſa, ὡς παράπτωμα. Vulg. ſicut delictum. Sic enim ſolet παράπτωμα interpretari,vocabulo nimirum(vt ita loquar)diluto,& di-

uerſa etiam trāſ lationis ratione. Eraſmus, vt peccatum. Ego verò puto τὴν ἁμαρτίαν in hac quidem diſputatione ita diſtinguendā ab eo quod Paulus παράπτωμα vocat, vt effectum à cauſa diſtinguimus. nam παράπτωμα dicitur ipſa Adami ruina, vnde manat ἡ ἁμαρτία, id eſt tum reatus ille, tum corruptio in omnium hominum natura hærens. Itaque τὴν ἁμαρτίαν conuertere malui peccatum, παράπτωμα verò offenſam, cui opponitur τὸ χάρισμα ſeu δώρημα, id eſt Chriſti obedientia quā Pater cæleſtis nobis imputat. inter quæ tamen hoc videtur eſſe diſcrimē, quòd τὸ χάρισμα dicitur illud ipſum quod Deus gratificatur: δώρημα verò conditionem declarat in qua ſunt ii qui liberalitatis illius ſunt facti participes, nempe quòd non modò ſunt à reatu abſoluti, ſed etiam Chriſti iuſtitia exornati. Denique δώρημα eſt ipſius χαρίσματος effectum, vt viciſſim τὸ κρίμα ipſius παραπτώματος. veluti (exempli cauſa) ſi quis princeps cuipiam ſibi obſtricto, & nihil minus quàm vllum beneficium cōmerito, adde etiam inopi, & à quo nullum vnquam commodum poſſit percipere, non modò æs alienum omne remittat, ſed etiam ingētem aliquem theſaurum largiatur: hanc principis liberalitatem ex Pauli idiomate vocaris χάριτα ſeu δωρεὰν, id eſt gratiā ac liberalitatem: ipſum verò theſaurum χάρισμα, id eſt quod gratificatus ſit princeps. Beneficium, verò id eſt idipſum quod quis ex principis liberalitate fuerit aſſequutus, nempe quòd ex paupere diues ſit factus, δώρημα appellaris: quod diſcrimen etſi fortaſſis ſubtilius videri poſſit, tamen obſeruandum videtur, vt ratio collationum intelligatur: adeò vt ob eam cauſam χάρισμα putarim per periphraſin conuertendum, & δωρεὰν quidem donum, δώρημα verò beneficium, id eſt εὐεργέτημα ſim interpretatus. Cur autem Chriſti obedientiam χάρισμα bis vocarit, ſemel verò δικαίωμα, nempe verſiculo 18, cauſa eſt manifeſta, quia ſcilicet Chriſti iuſtitiam non conſiderat abſolutè, ſed κατὰ σχέσιν, eámque duplicem. Nam reſpectu Dei nobis illam imputantis, dicitur χάρισμα à gratificando: noſtri verò ratione qui per eam imputatam iuſti ſimus, meritò dicitur δικαίωμα, quòd nos iuſtos efficiat, ſeu quòd ea iuſti fiamus: vt explicat ipſe Apoſtolus verſ. 19, quo nititur totum huius collationis robur. Ea verò vt intelligatur, non pigebit hoc etiam auctarii vice adiicere, in hoc verſiculo conferri Adamum cum Chriſto, & illius offenſam cum iſtius iuſtitia, vt quæ ſit vis vtriuſque ſeſe in ſuos deriuandi intelligatur. In verſiculo verò 16, vim vtriuſque, offenſæ ſcilicet Adami propagatæ per naturam, & Chriſti obedientiæ per gratiam imputatæ vnà comparari. Tertio demum loco, id eſt verſiculo 17, fines ipſos inter ſe conferri. Denique verſ. 18, tres iſtas collationes vnà connecti, quarum baſis ac communis ratio verſiculo 19 explicatur.

Donum & gratia Dei.

"illius vnius delicto 'multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei & donum per gratiam, quæ *eſt* vnius hominis Ieſu Chriſti, in multos redundauit.

ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.

16 Neque 'vt *illud quod introiit* per vnum qui peccauit, *ita eſt* beneficiū: nam "reatus quidem 'ex vna *offenſa introiit* ad condemnationē: quod autem gratificatur *Deus, datur* ex multis offenſis 'ad iuſtificationem.

16 Et non ſicut per vnum peccantem, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationē: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem.

Regnum.

17 Etenim ſi 'per vnam offenſam mors regnauit per vnum, multo magis *ii* qui redundantem illa gratiam & donum 'iuſtitiæ accipiunt, "in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.

17 Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.

Illius vnius τοῦ ἑνός. Exprimendus fuit articulus, vt vis collationis perſonarum intelligatur. Neque enim vnus quiuis, ſed certus quidā. i. Adamus, cum Chriſto & ipſo homine comparatur. Multi οἱ πολλοί. Id eſt plures vno. Multos enim opponit vni, non paucis vel omnibus. neque hic diſſeritur quàm multi vel quàm pauci ab Adamo ſint contaminati, (omnes enim homines, vno excepto Chriſto, paulo antè dixit peccati labe fuiſſe cōſperſos) aut viciſſim quàm multos Chriſtus repurget: ſed propoſitum eſt Apoſtolo docere, neque in vno Adamo offenſam, neque in vno Chriſto obedientiam conſtitiſſe, ſed vtrunque communicaſſe cum aliis quod ſuum erat.

16 Vt *illud quod introiit* per vnum qui peccauit, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. In Veteris editionis codicibus nonnullis legitur, vt per vnum peccatum, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος. Sed quocunque modo legas, ſupplendum eſt aliquid quod opponatur τῷ δωρήματι. Ideo conuertit Eraſmus, ſicut per vnum qui peccauerat, venerat mors. in quo primùm non probo quòd præteritis pluſquamperfectis ſit vſus: deinde quòd Mortis nomen ſuppleuerit. Neque enim hæc antitheſis ad hunc verſiculū pertinet, ſed ad proximū potius. Puto igitur articulū τὸ deeſſe, quam eclipſin annotauimus Ioh. 5. f. 36: & ſignificare Apoſtolū miſerabilē hominū cōditionē quos omni integritate ac iniuſtitia ſpoliatos, horribilis illa peccati ignominia cooperuit: cui cōditioni opponitur τὸ δώρημα. i. præſtans illa ſors filiorū Dei quā imputatæ Chriſti iuſtitiæ beneficio cōſequuntur. Eſt autē diligenter in primis annotandū hoc diſcrimen. Nā quanuis iſtius priuationis iuſtitiæ, de qua recipiēda hîc agit Apoſtolus, origo ab illo Adami ſcelere in nos propagato, ſit exorta: acceſſerūt tamē ad eā cauſam aliæ etiā innumerabiles, cōtinua ſcilicet illa peccatorū ſeries quæ tum maiores noſtri admiſerunt, à quibus naturam hac ratione infinitis modis ream & corruptā accepimus: tum quæ nos etiā quotidie non pudet admittere. Ac de illorum quidem omnium abolito reatu ac pœna per Chriſtum perſoluta, in priore tractatione diſſeruit Apoſtolus. Nunc verò quia nō modò nos ſine peccato apparere oportet coram iuſti Dei tribunali, ſed etiam perfecta, pro creationis noſtræ gradu, iuſtitia exornatos: diſputat Apoſtolus, vbi hanc iuſtitiam nanciſci poſſimus. Quòd niſi latius ſe propagaret Chriſti virtus nobis imputata, quàm Adami propagatus reatus: non modò non eſſemus per Chriſtum prorſus iuſtificati, ſed infinitis adhuc pœnis obſtricti teneremur, eorum ſcilicet peccatorum quæ ad Adami lapſum adiecimus. Itaque ſicut Chriſti ſanguis aſperſus purificat nos non modò à peccati originis reatu, ſed etiam ab aliis quibuſcunque peccatis: ſic Chriſti iuſtitia nobis imputata, in omnium illorum reatuum vicem ſuccedit, vt hac demū ratione poſſimus in Deo, non modò gratias agere de ſublata iniuſtitia, ſed etiam de donata iuſtitia plena ac perfecta gloriari. Reatus κρίμα. Heb. משפט, vt Ierem. 26. c. 11. Nam ex reatu oritur condemnatio. Vulgata, iudicium. Eraſmus, condemnatio, admodum obſcuré.

Ex vna *offenſa* δι' ἑνός. Theodoritus in Diuinorum decretorum epitome ſubaudit ἀνθρώπου, nempe Adamum intelligens: ſed ratio oppoſitionis, & quod ſubiicitur, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων ex multis offenſis, oſtendunt ſubaudiendum eſſe potius παραπτώματος, vt diſertè plurìmis locis annotatum eſt ab Auguſtino. Ad iuſtificationem. εἰς δικαίωμα. Δικαιώματα ferè vertunt Græci interpretes quæ Hebræi חוקים vocāt, ſacros ſcilicet Legis ritus, vt diximus Luc. 1. a. 6. interdum tamen latius patet hoc vocabulum, & omnia Domini mandata, ipſum denique ius Diuinum complectitur, vt ſuprà cap. 1. d. 32, & 2. d. 26. Sed & eleganti ſignificatione accipitur ἀντὶ τῶν δικαιολογημάτων, id eſt pro iis quæ quiſpiam iuris ſui tuendi cauſa proferat: quæ ſignificatio poſſet videri non inepta hoc in loco, niſi oppoſitum nomen κατάκριμα, id eſt condemnatio, oſtenderet commodius pro abſolutoria ſententia capi, eáque non ſimpliciter abſolutoria, qua ſcilicet declaremur innocentes deleto per ſanguinem Chriſti chirographo, (hoc enim pertinet ad primum caput iuſtificationis. i. ad remiſſionem peccatorum) ſed qua iuſti pronūtiemur, impleta ſcilicet in Chriſto à nobis omni iuſtitia. Paulo pòſt verò vſurpabitur δικαίωμα pro eo ipſo quod Apoſtolꝰ χάρισμα vocat, vt ſuo loco dicemus. 17 Per vnam off. δι' ἑνὸς παραπτώματος. Vulg. & Eraſ. per vnius delictū. quā ſententiā ſi ſequaris penè videbitur Apoſtolus ταυτολογεῖν in proximo verſiculo. Deinde ratio antitheſeos poſceret vt ſi hoc membrū interpretaremur de offēſa quā Adamus cōmiſit, ſic etiā ἑνὸς δικαίωμα, id eſt vnius iuſtificationem acciperemus de iuſtitia qua Chriſtus ipſe iuſtificatus eſt: quod non videtur admodum conuenire, tum propter ταυτολογίαν de qua modò dixi, tum quia iuſtitia Chriſti dicitur δικαίωμα, noſtri potius quàm Chriſti reſpectu. Poſtremò videtur fuiſſe dicturus τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι & τῷ τοῦ ἑνὸς δικαιώματι, addito articulo, vt antè fecit. vel, διὰ τοῦ παραπτώματος τοῦ ἑνὸς & διὰ τοῦ δικαιώματος τοῦ ἑνός, vt in proximo verſiculo. Mihi verò plana ac perſpicua videtur ſententia, Sicut vna offenſa nos omnes iuſtitia ſpoliatos cōdemnationi addixit: ita vnam eſſe rationem iuſtificationis, per quam iuſti declarati, vitam conſequamur. Quænam autē illa tum offenſa, tum iuſtitia ſit, à quo & quomodo in nos emanet, ſequenti verſiculo explicat. Suum tamen cuique liberum iudicium (vt par eſt) relinquo: quia quod ad ſentētiam ipſam attinet, eadem manet: etiamſi Per vnius offenſam & per vnius iuſtificationem conuerteris, modò Iuſtificationis nomine iuſtitiam intelligas cuius imputatione iuſti reddimur in Chriſto. Iuſtitiæ τῆς δικαιοσύνης. Iuſtitiam Chriſti intelligit fidelibus imputatam, non autem qualitatē homini inhærentem, quod indicat vocabulum περισσείας: niſi quis opera ſupererogationis velit ex Satanæ officina inuehere. Denique verſiculus 19, manifeſtè hoc conuincit. Theodoritus autem legit καὶ τῆς δικαιοσύνης: quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres, & Ambroſius quoque: ſed perperam, vt mihi videtur. Dixit autem Apoſtolus ex Hebræorum idiotiſmo (quem alibi ſæpe annotauimus) περισσείαν τῆς χάριτος pro περισσεύουσαν τὴν χάριτα. Itaque redundantem gratiam maluimus interpretari, quàm abundantiam [aut, exuberātiam] gratiæ: Deinde quod ſubiicitur, καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης, in epexegeſi poſitum eſt, quia Gratiæ nomē quum ad omnia Dei beneficia pertineat, fuit explicandū: vt intelligeret lector, nō de omnibus Dei beneficiis, quæ per Chriſtū percipimus, ſed propriè de iuſtitiæ Chriſti imputatione hîc agi: quanuis hæc omnia inter ſe ita cohæreant vt vnum ab altero ſeparari nec poſſit, nec debeat. In vita ζωῇ. Id eſt veræ & perennis vitæ participes facti.

Igitur ſicut per vnius delictũ, in omnes homines in condemnationẽ: ſic & per vnius iuſtitiã, in omnes homines in iuſtificationem vitæ.	18	Nempe igitur ſicut per vnam offenſam″*reatus uenit* in omnes homines ad condemnationem: ita etiam per vnam iuſtificationem ″*beneficium redundauit* in omnes homines″in iuſtificationem vitæ.	
Sicut enim per inobedientiã vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.	19	Sicut enim per contumaciam vnius hominis, peccatores″conſtituti ſunt ″multi: ita ″per obedientiam vnius, iuſti conſtituentur multi.	
Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia:	20	″Lex verò″præterea introiit vt augeretur offenſa. Sed vbi auctũ eſt peccatum, *ibi*″ſuperabundauit gratia.	
Vt ſicut regnauit peccatum in morte: ita & gratia regnet per iuſtitiã in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.	21	Vt quemadmodum regnauerat peccatum ″in mortem, ita etiã ratia regnaret per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum″Dominum noſtrum.	
Cap. VI		Cap. VI.	
QVid ergo dicemus? permanebimꝰ in peccato vt gratia abũdet?	1	QVid igitur dicemus?″permanebimus″*in* peccato vt gratia auctior fiat?	Non ſeruiendũ peccato.
Abſit. qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?	2	Abſit.″qui mortũi ſumus peccato, quomodo ad huc viuemus in eo?	
An ignoratis quia quicunque bapti-	3	An ignoratis quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſtũ Ieſũ	Baptimus.

18 *Reatus uenit* in omnes homines εἰς πάντας ἀνθρώπους. Neceſſariò ſubaudiendum eſt aliquid vnde emanet condemnatio. Illud autem quid ſit, apertè expoſuit Apoſtolus verſ.16. Itaque inde ſupplere malui, quàm cum Eraſmo addere, propagatum eſt malum: quum ſic nuſquã loquatur Apoſtolus, neque etiam conueniat antitheſis. *Beneficium redundauit* in omnes homines εἰς πάντας ἀνθρώπους. Quia præciſa eſt oratio, ſuppleuimus quod deerat, ex verſ.15 & 16. Nam quod Eraſmus adiecit, propagatum eſt bonum, multis de cauſis mihi diſplicuit. Primùm quia quanuis de plenitudine Chriſti accipere nos oporteat: tamen inter naturæ propagationem & gratuitam imputationem diſcrimẽ aliquod conſtitui par eſt. Deinde quia nuſquam (quod ſciam) ita loquitur Apoſtolus. Præterea vetuſtus ille ſophiſtarum error, qui pro imputata iuſtitia inhærentẽ qualitatem ſubſtituunt, tantus eſt támq; execrandus bonis omnibus, vt nihil æquè fugiendum putem. In iuſtificationem vitæ. εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Paulus quædam habet ita peculiaria, vt mutari nec facilè poſſint, nec certè debeant, quum multo ſit æquius vt illius idiomati aſſueſcamus: quo nemo vnquam (meo iudicio) nõ modò verius, ſed ne grauius quidem aut expreſſius myſteria Diuina tractauit. Quòd igitur quidam exiſtimant δικαίωμα hoc in loco & δικαίωσιν idem declarare, non facilè admiſerim, ne inanis quædam argutia tribuatur Apoſtolo. i. Spiritui ſancto. Δικαίωμα igitur ipſam iuſtificationis noſtræ (vt ita dicam) materiam hîc declarat ab effectu, nempe ipſius Chriſti obedientiam, cuius imputatio nos iuſtos in ipſo facit: quam paulo antè vocauit χάρισμα, quòd Deus gratis eam nobis largiatur. Δικαίωσις verò τῷ κατακρίματι. i. damnatoriæ ſententiæ, opponitur. Quemadmodum igitur reatum conſequitur condemnatio, ita etiam per fidẽ imputata nobis Chriſti iuſtitia, in reatus vicem ſuccedens, quem ipſius ſanguis eluit, efficit vt à Deo iuſti declaremur ac proinde vitam æternam conſequamur. Id autem ego diſertè annotandum putaui, non modò vt inter δικαίωσιν & δικαίωμα quod ſit hoc loco diſcrimen, oſtenderem, ſed etiam vt intelligeret lector in hoc capite δικαίωσιν aliquid amplius declarare quàm in ſuperiore. Nam peccatorum remiſſione. i. imputata Chriſti ſatiſfactione, dicimur iuſtificari. id eſt perſoluta per illũ pœna vt inſontes abſolui: obedientia verò Chriſti imputata etiam iuſti declaramur, vt ex ipſa quoque Legis formula vitam æternam petere poſſimus, quum Chriſtus quem fide poſſidemus, omnem iuſtitiam nobis impleuerit. 19 Conſtituti ſunt κατεστάθησαν. Eraſmus, conſtituti fuimus, id eſt κατεστάθημεν, vt Frobenius etiam excudit.

Multi: οἱ πολλοί. Multos iterum opponit Vni, non paucis vel omnibus, ſicut expoſuimus ſuprà verſ.15, neque (vt ego quidem exiſtimo) quicquam hoc pertinet ad explicationem ſigni vniuerſalis quod vſurpauit in ſuperiore verſiculo. qua de re dicemus, 1. Cor.15.c.22. Per inobedientiam διὰ τῆς παρακοῆς. Hoc vocabulum non repudiaui hoc loco, vt paronomaſiam exprimerem quæ eſt in Græco ſermone. Apparet autem vel ex hoc verſiculo inſigniter eos hallucinari qui ſuperiora expoſuerunt de imitationis peccato.

20 Lex verò νόμος δέ. Legem Moſis proculdubio intelligit. Nam à verſ.14, diſſeruerat de iis qui ab Adamo ad Moſen interceſſerunt. Itaque Origenes in eo fallitur, quòd de Lege membrorum hîc agi putat. Præterea introiit παρεισῆλθεν. Id eſt, acceſſit ad morbum illũ quo laborabant omnes homines vnius hominis peccato cõtaminati. Vulgata, ſubintrauit. Eraſmus, obiter ſubiit. quã interpretationem non poſſum admittere. Neque enim præpoſitio παρὰ in omnibus verbis hanc vnã vim habet, vt idem declaret atque Clanculum & Obiter: neque commodè id dici poſſit de Lege publicè tantis cum cæremoniis rogata & accepta. Quomodo verò per Legem multiplicatæ ſint peccati vires, explicat Apoſtolus infrà cap.7. quod vnus penè ex Veteribus Auguſtinus cognouit. Superabundauit ὑπερεπερίσσευσεν. Eraſmus, magis exuberauit, id eſt (vt explicat in Annotationibus) vehementer ac ſupramodum redundauit. Ego verò puto Apoſtolum non modò declarare quanta ſit Gratiæ vis, ſed etiã addidiſſe ὑπὲρ, vt collationem peccati ac gratiæ declararet, quaſi diceret, Legis quidem interuentu factũ eſſe vt immenſa quædam vis eſſet peccati, ſed gratiam tamen è cælo tanta copia fuiſſe effuſam, vt peccatum non æquarit modò, ſed etiam infinitis partibus ſuperarit. Gratiam autem vocat gratuitam iuſtitiæ Chriſti imputationem.

21 Et in mortem, ἐν τῷ θανάτῳ. Vulgata & Eraſmus, in morte, id eſt (vt Eraſmus interpretatur) per mortem. Ego verò puto ἐν pro εἰς vſurpari: quod apparet ex antitheſi: & ita quidem vt finalem (quã vocant) cauſam declaret. Dominum noſtrum τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Hæc, inquit Eraſmus, non adiiciuntur apud Græcos niſi in nonnullis exemplaribus. Ego verò in vetuſtis omnibus inueni & Complutenſi quoque editione.

IN CAPVT VI.

1 Permanebimus ἐπιμενοῦμεν. Vel, immorabimur. Eraſmus, manebimus. Mihi verò videtur præpoſitio ἐπὶ aliquid põderis addere verbo ſimplici. *In* peccato τῇ ἁμαρτίᾳ. Peccatum in hac diſputatione idem prorſus declarat quod in ſuperiore, ſed diuerſo reſpectu. Nam illic diximus conſiderari peccati originalis reatum, in cuius locum ſuccedat Chriſti iuſtitia per fidem nobis imputata: hîc verò in eodem illo malo corruptionem, id eſt morbum ipſum inhærentem ſpectat Apoſtolus, docétque qua ratione vis illa peccati in nobis ſenſim extinguatur, & in eius locũ cæleſtis virtus ſuccedat, quam regenerationem vocamus. Sophiſtæ verò iuſtitiam inhærentem, cuius quidem neque ortum, neque progreſſum, neque fructum norunt Sed & illud quoque annotandum eſt de quo nõnihil diximus Act.8.d.23, amplius aliquid ſignificari his verbis, permanebimus in peccato, & paulo pòſt, viuemus in peccato, quàm ſi dixiſſet, peccatũ in nobis permanebit, aut viuet.

2 Qui οἵτινες. Vetus interpres legit οἵ τινες γάρ. Qui enim. Mortui ſumus peccato, ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Mortuus peccato, id eſt, quod ad peccatum attinet, dicitur ab Apoſtolo quiſquis virtutis Chriſti particeps ita eſt factus, vt natiua illa corruptio ſit in eo emortua, id eſt vigore illo ſuo (qui tranſlatitiè vita peccati dicitur) extincto, fructus illos amariſſimos non edat. Cõtrà verò viuere dicitur peccato & iniuſtitiæ quiſquis eſt in carne. i. quencunque Spiritus Dei à natiuæ corruptionis ſeruitute non aſſeruit. Itaque non ſcribunt appoſitè qui Peccati nomine diabolum intelligunt, item qui mortificationis nomine terrores conſcientiæ putant ſignificari. Sed & illud ſciendum eſt, hoc loco & aliis ſimilibus, ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, id eſt mori peccato, aliud prorſus declarare, quàm νεκρὸν εἶναι τοῖς παραπτώμασι, id eſt mortuum eſſe peccatis, Epheſ.2.a.1 & 5, & Coloſſ.2.b.13. Nam mori peccato is dicitur tertio caſu, in quo vis illa peccati extincta eſt per Chriſti virtutem, quicũ fide coaluit: adeò vt mutuò inter ſe reſpondeant, mori peccato & viuere Deo, ſeu iuſtitiæ, ſeu Chriſto. Contraria vero ſignificatione mortuus peccatis dicitur ſexto caſu is qui peccatis quaſi immortuus tenetur, qui & mortuus abſolutè dicitur, vt infrà verſ. 13, & infrà cap.7.b.10, Eph.5.c.14. 1. Tim.5.a.6, qui etiam dicitur in vmbra mortis habitare, Eſa.9.a.1.

3 In Chriſtum Ieſum εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Id eſt, vt cum Chriſto Ieſu coaleſcentes, vim ipſius perciperemus extinguendo peccato, & creando nouo homini. vt expoſuimus Act.19.a.2, Nam qui Chriſtum accipiunt duntaxat pro exemplari nobis ad imitandum propoſito, vt Origenes & aliquot ex veteribus ab ipſo decepti, non videntur intellexiſſe de quo Paulus diſſereret, neque finem ac ſcopum Baptiſmi præcipuum, cũ

ſcilicet de quo hîc agitur, intellexit Eraſmus, quum annotaret nos idcirco dici ab Apoſtolo in Chriſtum Ieſum baptizatos, quia per Baptiſmum inſerimur in corpus Chriſti myſticum. Hîc enim de ipſo Chriſti corpore agitur, non de Eccleſia: quanuis qui Chriſti membrum eſt, idē etiam ſit Eccleſiæ pars. Sed hoc tamen non facit vt hos fines confundere oporteat. Alioquin Veterem interpretem rectè reprehendit in eo quòd conuerterit, in Chriſto Ieſu, pro, in Chriſtum Ieſum.

″in mortem eius baptizati ſumus?

Baptiſmus. Sepulti igitur ſumus vnà cum eo per Baptiſmum in mortem: 4
Reſurrectio. vt ſicut excitatus eſt Chriſtus ex mortuis″in gloriam Patris: ita
Nouitas vitæ. & nos noua vita″incedamus.

″Nam ſi coaluimus″cōformatione mortis eius, ″nimirum etiā 5
″reſurrectionis *conformatione* coaleſcemus:

Vetus homo. Illud ſciētes quòd″vetus ille noſter homo″cum *eo* crucifixus eſt, 6

zati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?
4 Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſt⁹ ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.
5 Si enim complātati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus:
6 Hoc ſcientes quia vetus homo no-

In mortē eius εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ. Quod dixerat in genere, nunc explicat per partes. Nā tres facit noſtræ innouationis partes, nēpe mortem peccati, ſepulturam eiuſdem, & noui hominis excitationem. Manant autem hæc tria effecta ab vno Chriſto, quicum per fidem coaluimus: ſed peculiariter mors peccati à Chriſti morte, ſepultura ab eodē ſepulto, noui hominis creatio ab eiuſdē reſurrectione dicitur quaſi ex fonte profluere. Nam Chriſti hominis per Diuinitatem ſanctificati virtus in interimendo peccato, quod quum noſtrum eſſet, ipſi erat imputatum, ac ſuperandis omne genus tentationibus, in ipſius morte maximè eluxit. Sepultura autem eſt mortis progreſſus, in qua rurſus potiſſimùm eluxit eiuſdem Chriſti virtus, quum mortis ipſius vincula quibus tenebatur, dirupit. victoria demum & ipſius ſanctificationis conſummatio in reſurrectione apparuit. Sic igitur & nos iſtius virtutis participatione morimur peccato. & quia non ſtatim extinguitur in nobis hic vetus homo, ſed ſenſim corrumpitur, donec in nihilum redigatur: ſepelimur etiam peccato, vt demum in nouam vitam emergere paulatim incipiamus, donec tādem hoc corruptibile in futuro ſeculo incorruptibilitatē induerit. Harum autem partium ſymbola manifeſta ac efficacia habemus in Baptiſmo, quatenus eſt noſtræ regenerationis teſſera. Hinc ortæ ſunt illæ formulæ Paulo familiares, crucifigi, conſepeliri, reſurgere cum Chriſto, baptizari in ipſius mortem, ſeu pro mortuis: crucifigere corpus peccati, reſurgere in nouam vitam, veterē hominem corrumpere, mortificari, viuificari, & ſimila, vt ſuis locis explicabimus. Quod autem Eraſmus conſiderandum proponit, num præpoſitio σὺν pertineat ad Iudæos & Gentiles, ſimul in vnum Chriſtum collectos: hoc quidem loco nullius eſt momenti.

4 In gloriam Patris: διὰ δόξης πατρός. διὰ pro ἐν vſurpari probauimus manifeſto exemplo ſuprà cap. 4. b. 11: hîc autem exiſtimo poſitā eſſe pro εἰς, & quidem ita vt finalem (quam vocant) cauſam declaret. Cur enim reſurrexit Chriſtus. i. in quem finem? nempe ſi ipſum caput cōſideres, in gloriam Patris, id eſt, vt depoſita infirmitate, glorioſus, Deo viueret in æternum: ſicut Apoſtolus ipſe explicare videtur infrà verſ. 10. ſin autē nos ſpectes, qui ſumus Chriſti membra, idcirco reſurrexiſſe dicit Apoſtolus, vt & ipſi participes illius virtutis facti, incipiamus viuere vitam nouam, quaſi nimirum iam in cælis ipſis verſemur, quærentes quæ cæleſtia ſunt. Niſi verò ita interpreteris, non video quî conſtare poſſit altera pars collationis: neque etiam quorſum hîc commemoret Paulus cuius virtute reſurrexerit Chriſti caro. quod alibi quidem ſæpe expoſuit, ſed certam ob cauſam. Vulgata & Eraſmus ad verbū, per gloriam Patris. i. glorioſi Patris virtute ac poteſtate, ex Hebræorum idiotiſmo, ſicut nouitas vitæ pro noua vita dicitur. Incedamus. περιπατήσωμεν. Vel (vt Vulgata & Eraſmus) ambulemus. quāquam illud mihi videtur mollius. Nā Incedere apud Latinos accipitur pro Vitæ genus aliquod ſectari, ſicut apud Hebræos vſurpatur verbū הלך.

5 Nam ſi coaluimus εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν. Eleganti tranſlatione Chriſtum, qui mortuus ac ſepultus reſurrexit, comparat Apoſtolus cum planta, quæ humi defoſſa ſuo tempore germinarit. Deinde verò quia nos quoque vnà dixerat cum Chriſto mortuos peccato, ac ſepultos, reſurrexiſſe in iuſtitiam, vt indicet hæc omnia in nobis eo quaſi ſucco fieri quem ex Chriſto hauriamus, dicit nos cum ipſo in vnam plantam coaluiſſe, ſicut τὰ σύμφυτα vt adhærentes arboribus fungi, muſcus, viſcum: quod (vt inquit elegātiſſimus poeta) nō ſua ſeminat arbos: & ſi quæ ſunt eiuſmodi: ita cum arbore ipſa coaleſcunt, vt communi ſucco viuant. Sic igitur Apoſtolus aptiſſima tranſlatione arctiſſimam illam noſtri cum ipſa Chriſti ſubſtantia coniunctionem & viuificam illam virtutem inde in nos manantem expreſſit: qua etiam ratione Chriſtus ſeſe viti, nos verò palmitibus comparat: & in ipſo creſcere, ipſéque viciſſim in nobis dicitur adoleſcere. Sic comparatur Chriſtus virgulto apud Eſaiam, ſic comparatur Verbum ſemini, ſic dicimur arbores fructiferæ, ſic plantare & rigare dicuntur Miniſtri, & fideles in Chriſto radicari: adeò fœcunda eſt iſta tranſlatio. Vulgata & Eraſmus, ſi inſititii facti ſumus. Ego verò quanuis libens agnoſcam, nos nonniſi inſitione poſſe cum Chriſto coaleſcere, & Apoſtolus non diſſimili ratione dicat nos in veram oleam inſitos, infrà 11. c. 24: tamen putaui propriam Græci vocabuli ſignificationem ſeruandam. Conformatione mortis eius, τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Id eſt quatenus, non dico imitatione (hoc enim eſt Origenis cōmētum) ſed virtute ab ipſo in nos deriuata, perinde morimur peccato, vt & ipſe mortuus eſt. Hoc enim eſt quod dixerat, nos baptizatos eſſe in ipſius mortem: & ſtatim ſubiiciet nos vnà cum ipſo cruci affixos, vt ſicut ipſe mortuus eſt peccato, ita & nos peccato moriamur, declarans quod ſit iſtud ὁμοίωμα. Vulgata, ſimilitudini mortis eius. quod planè repudio. Nā præpoſitio σὺν in σύμφυτοι, ſicut in συνθάπτεσθαι, συσταυροῦσθαι, συζῆν, συμπάσχειν, συμμορφοῦσθαι, συμβασιλεύειν, συνδοξάζεσθαι, id eſt, vt iſta ad verbum explicemus, conſepeliri, concrucifigi, conuiuere, compati, conformari, conregnare, conglorificari, & ſimilia, ad ipſam Chriſti perſonam referēda puto: ita vt ſubaudiendum ſit αὐτῷ, quod vt exprimeret Eraſmus, conuertit, Nam ſi inſititii facti ſumus *illi* per ſimilitudinem mortis eius. Ego verò aliam ob cauſam ab hac interpretatione diſceſſi. Fauet enim Pelagianis, qui hanc noſtri cū Chriſto conformationē putāt ab imitatione proficiſci, quū contrà imitatio omnis ex iſta cōformatione naſcatur. i. ex eo quòd Chriſti participes ſimus, cū eo & per eū peccato mortui, vt Deo viuamus. Ipſe enim eſt qui in nobis efficit vt velimus ac faciamus quæ Dei ſunt. Itaque his verbis nō declarat Paulus vel materiā noſtræ mortificationis. i. Chriſtū mortuū: vel cauſam efficientē. i. Deū per Spiritū ſuū agentem: vel inſtrumēta. i. Verbū, Miniſtrū, Baptiſmū, fidem, nō denique finē, aut remotū, aut propinquū, ſed qua in re ſeu quatenus cū Chriſto coaluerimus, nimirum in eo quod antè expoſuimus. Baſilius autē libro περὶ βαπτίσματος ad cauſam inſtrumentalem. i. ad Baptiſmū, refert. Sic enim interpretatur, ἐν τῷ τοῦ ὕδατος βαπτισμῷ, ὅπερ ἐστὶν ὁμοίωμα τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου. i. in aquæ Baptiſmo, qui eſt crucis ac mortis aſſimilatio ſeu figura. Quominus autē hanc expoſitionē ſequar, ea ratione impedior, quòd Baptiſmus omnes partes renouationis repræſentat: hîc verò Paulus manifeſtè cōformationē mortis à cōformatione reſurrectionis diſtinguat. quāuis hæc ab illa ſeparari nō poſſit. Illa verò Cyrilli interpretatio nō modò violeta, ſed etiā nonnihil eſt periculoſa: quaſi Chriſti mors nō tam mors fuerit, quàm mortis quædā imago, quòd tā cito reſurrexerit. Quorſum enim hoc, ſi ſpectes noſtri cū Chriſto collationem, id eſt Apoſtoli ſcopum? Nimirum etiam ἀλλὰ καί. Sic rectè Eraſmus, quum ἀλλὰ hoc loco non adhibeatur aſſumptioni, ſed concluſioni. Vulgata, ſimul etiam ἅμα καί: quæ lectio mihi non diſplicet. Reſurrectionis *conformatione* coaleſcemus: τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Qui vel mediocriter eſt Græcæ linguæ peritus, facilè animaduertit deeſſe articulum τῷ: quod & ipſa collationis ratio oſtendit, ita ſcilicet vt repetantur duo vocabula ἀπὸ κοινοῦ. Nam plena eſſet oratio, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς ἀναστάσεως ſcilicet τῷ ὁμοιώματι σύμφυτοι ἐσόμεθα: in qua eclipſi nihil prorſus eſt violētum aut inuſitatū, niſi quòd articulus à diſertis ſcriptoribus vix ſoleat in hoc dicendi genere prætermitti. Annotauimus autem ſimilem prorſus eclipſin Io. 5. f. 36, Eraſmus, reſurrectionis participes erimus, quaſi εἶναι ἀναστάσεως, id eſt eſſe reſurrectionis, ſignificare poſſit Ex eorum numero eſſe ad quos reſurrectio pertineat. Id ego verò mihi vix perſuaſerim, vt interim taceam vtrinque requiri ὁμοίωμα primariæ plantæ cum nobis συμφύτοις, tum in morte ſcilicet, tum in reſurrectione, quod & ipſe Apoſtolus poſtea copioſè explicat. Cur autē vti maluerit futuro tempore quàm præſenti, cauſa eſt manifeſta: quia ſcilicet nondū prorſus mortui ſumus peccato, niſi quatenus reliquiæ non imputantur. ex quo conſequitur, nos nondum totos reſurrexiſſe, ſed quotidie emergere dum perficiatur quod Deus in nobis inchoauit. Mutua enim eſt inter mortem peccati & vitam Spiritus non tantum relatio, ſed etiam proportio.

6 Vetus ille noſter homo ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. Veterem hominem vocat quod paulo antè peccatum dixerat: alibi ψυχικὸν, id eſt animalem, vocat, vniuerſam videlicet hominis naturam, ita vt cum iniquitate conceptus eſt & in hanc lucem editus. Additur autem Veteris epitheton, partim primi illius Adami collatione facta cum altero poſteriore vt 1. Cor, 15. f. 45, partim verò natiuæ noſtræ deformationis reſpectu, quam altera recentiore permutamus: ea ſcilicet quæ indies inſtauratur ad agnitionem quæ reſpondeat imagini eius qui ipſum condidit, Coloſſ. 3. b. 10. Cum *eo* crucifixus eſt, συνεσταυρώθη. Hoc quoque vocabulum Paulo eſt familiare, idem declarans atque ſi peccatū dixiſſet mortuum aut nos peccato mortuos cum Chriſto. Hoc tantum intereſt, quòd quum crucifixum dicit, mortis genus explicat, cuius participatione mortificamur peccato. Itaque nihil dicunt qui Paulum exiſtimant crucifixum potius quàm mortuum dixiſſe, quòd viuat adhuc

& vigeat aliqua ex parte. quod doctiſſimus interpres meritò non probauit. Sed duo hîc notanda ſunt: Vnum, quum dicitur vetus homo cū Chriſto crucifixus, non ita hoc eſſe accipiendum quaſi corrupta hæc natura Chriſto alia ratione quàm per imputationem tribuatur (Nam iā inde ab ipſo conceptus momento carnem noſtram ipſe ſibi ac nobis ita ſanctificauit, vt omnis corruptionis expers fuerit. Itaque nobis veterem hominem crucifixit: ſicut mortuus dicitur peccato, non vt peccare deſineret, ſed vt peccatum deſtrueret) Alterum, quòd dicitur Chriſtus peccata noſtra per crucem expiaſſe, prudenter eſſe ab eo diſtinguendum de quo hîc diſſeritur. Illud enim pertinet ad gratuitam pro peccatis noſtris ſatiſfactionem, quæ nobis imputatur. hîc autem agitur de regeneratione intra nos per Spiritum Chriſti reipſa inchoatā.

ſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus Peccati, vt vltrà nōſeruiamus Peccato.		vt ′eneruetur ″corpus Peccati, ne poſthac nos ſeruiamus Peccato.	
Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à Peccato.	7	Etenim qui mortuus eſt, ″liber eſt à Peccato.	Mori peccato.
Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto:	8	Quòd ſi mortui ſumus cum Chriſto, credimus quòd etiam viuemus cum eo:	
Scientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur.	9	Vt qui ſciamus quòd Chriſtus excitatus ex mortuis, non amplius moritur: mors *inquam* ei non amplius dominatur.	
Quod enim mortuus eſt, Peccato mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo.	10	Nam ′quod mortuus eſt, ′Peccato mortuus eſt ″ſemel: quod autem viuit, ′viuit Deo.	Viuere Deo.
Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe Peccato, viuentes autem Deo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.	11	Ita etiā vos ″colligite, vōſipſos tum mortuos eſſe Peccato, tum verò viuere Deo per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.	
Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis cō cupiſcentiis eius.	12	″Ne regnet igitur Peccatum in mortali veſtro ′corpore, vt obediatis Peccato in cupiditatibus corporis.	Ne regnet peccatum.

Eneruetur καταργηθῇ Vulg. deſtruatur καταλυθῇ. Eraſm. aboleatur, id eſt ἀπόληται. Vide Luc. 13.a.6, & ſuprà 3.d.31. Corpus Peccati τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. Id eſt caro in qua peccatum ipſum hæret, ſicut pulchrè explicatur 1.Pet.4.a.1, & 2. Alibi ſolet Apoſtolus ſimili ſignificatione Membrorum nomen vſurpare, non hoc tantùm corpus aſpectabile deſignans, ſed omnes hominis partes ſine vlla prorſus exceptione, niſi quatenus eas in filiis Dei inſtaurauit Chriſti cōmunicatio, vt expoſuimus Iohan.3.a.6. Mihi tamen videtur Paulus propria quadam ratione hoc in loco mentionem feciſſe ′corporis. nempe quia crucifixi & ſepulti Chriſti meminerat, cui nos factos eſſe συσσώμους, id eſt, vt ita loquar, concorpores, ſcribit Epheſ.3.b.6. 7 Liber eſt δεδικαίωται. Id eſt ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται, κεκαθάρισται, vt pulchrè explicat Baſilius libro περὶ βαπτίσματος, de quo diximus ſuprà 3.c.20. Vulgata & Eraſmus, iuſtificatus eſt. Quidam etiam conuertit, abſolutus eſt. Ego verò has interpretationes hoc quidem loco, vt ambiguas reieci: ne quis de peccati vel peccatorum remiſſione ſeu abſolutione à peccatis hoc dictū acciperet. Neque enim de his diſſerit Apoſtolus, ſed de mortis effectu, quæ ſcilicet efficiat vt mortui, neceſſariò ab actionibus huius vitæ ac proindeà peccando ſuperſedeamus. Hoc eſt denique quod dixit Anacreon (ſi profana licet cum ſacris comparare) Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. 10 Quod mortuus eſt ὃ ἀπέθανεν. Declarant Græci grammatici ὃ pro ὅτι coniunctione vſurpari: ſed malim hoc quidē in loco ſupplere κατὰ, vt plena ſit oratio. Nam in eo quod mortuus fuit, id eſt, quantum ad ipſius mortem attinet. Neque enim Vallæ aſſentior qui potius putat couertendum hoc eſſe ad verbum neutro genere, Quod enim mortuum eſt. quanuis ſic etiā legat Hilarius ex antiquis codicibus libro de Trinitate nono, vt Eraſmus obſeruauit. quaſi ſcilicet mortuum referatur ac corpus humanum, viuit ad naturam Diuinam. Ego verò non video quomodo conueniat hæc interpretatio cum eo de quo agitur. Deinde etiam periculoſam puto hanc interpretationem; quòd videatur quodammodo pro Neſtorianis facere, atque adeo noſtræ ſatiſfactionis fundamentū euertere. Quanuis enim Chriſtus, quatenus Deus eſt, nec mori, nec reſurgere dici poſſit, tamen idem homo ille qui mortuus eſt ac reſurrexit, etiam Deus erat, & totus nunc Deo viuit. alioquin nec morte ipſius mortificari peccato, nec reſurrectione poſſemus Deo viuificari. Semel ἐφάπαξ. Id eſt, vna vice pro omnibus. Quod enim ſemel tantùm fit, id non habet regreſſum vt iterum fiat. Sic ad Hebræos accipitur hoc aduerbium aliquoties: vt Chriſti oblationis perennis illa vis declaretur, oppoſita Leuiticis ſacrificiis, quæ quotidie repeti oportuit. Oſtendit autem ex hac capitis & membrorum collatione Apoſtolus hoc loco, in iis qui per Chriſtum verè ſanctificati ſunt, peccatum ſemel mori, id eſt, ita vt priſtinas vires nunquam recipiat, ſed quotidie, tanquam corpus in ſepulchro, corrumpatur, donec funditus intereat. Quòd ſi perpetuus eſt mortis peccati progreſſus, perpetuum eſt quoque viuificationis incrementum, quum ſit mutua inter mortificationem veteris hominis & inſtaurationem noui non modò relatio, ſed etiam proportio. Quomodo igitur qui mortuus eſt peccato, in eo permanebit vt gratia abundet? Diximus autem qua ratione ſit explicandum quod dicitur Chriſtus peccato mortuus, in quo tamen peccatum non fuit, ſuprà verſu 6. Nam in hac quoque locutione Chriſtus peccato mortuus eſt, hoc vocabulum peccato accipio non in ſexto caſu (vt declaretur cauſa quæ Chriſtum adegit ad mortē, nempe quia noſtrorum peccatorum reus erat) ſed tertio caſu potius, vt finem declaret, nempe Chriſtum idcirco mortuum, vt ſemel eneruaret peccatum in carne noſtra. Hoc enim eſt de quo hîc agitur, non autem de peccatorum expiatione per imputationem: & ratio antitheſeos hoc poſcit. Viuit Deo ζῇ τῷ Θεῷ. Id eſt, viuit apud Deū, & quidem vita planè Diuina ac cæleſti. Sicut enim mortuus peccato dicitur is in quo peccatū vim ſuā non magis exerit quàm ſi extinctum eſſet, ita etiā viuere Deo, ex formula Paulo familiari, dicitur is qui Spiritu Dei agitur, vt explicat Apoſtolus infrà 8.c.14, & Epheſ.3.d.20. Sed ſicut mortē peccati diximus aliter in capite quàm in membris conſiderari, ſic quoque de eo ſtatuendū quòd Chriſtus dicitur Deo viuere. Is enim iam inde à primo conceptu totus quidem Deo vixit, ſed tamen à cōceptu ad reſurrectionē, ac præſertim in morte ac ſepulchro luctandū illi fuit cū ſatana, & morte, atque adeò cum noſtris omnibus malis quæ pater illi imputarat, vt nos in eo cōſummaret. Itaque poſt reſurrectionē demū dicitur Deo viuere: quū iam omni depoſita carnis infirmitate, & ſuperatis omnibus hoſtibus, ad dextram Patris cōſedit. Noſtra verò ſanctificatio ex illius virtute promanans, nunquam hîc in nobis perficitur, quum ab ipſa morte pendeat noſtræ ſanctificationis conſummatio: & tamen dicitur mori peccato is in quo peccatum mori cœpit, & Deo viuere qui Spiritu Dei donatus cœpit facta carnis mortificare. vt ſcribitur infrà 8.c.12.

11 Colligite λογίζεσθε. Hoc ego refero ad fidei ſyllogiſmum, vt inde colligamus ac verè ſentiamus nos in peccato eſſe mortuos per Chriſti mortis communicationem, tum verò Deo viuere, id eſt iuſtitiæ per eundem viuificatos. Sic enim vrget Paulus vt Chriſti mortem, ſepulturā ac reſurrectionem ad nos transferamus. Quod autem ſcribit Origenes λογίζεσθαι idem valere atque cogitare, quaſi ſcilicet hoc totum poſitum ſit in cogitatione, iis relinquamus quos doctores contemplantes vocant ſophiſtæ.

12 Ne regnet Μὴ βασιλευέτω. τὸ βασιλεύειν apud Paulum, id eſt regnare, ponitur pro ſummum imperium obtinere, ita vt nullus ſe opponat, vel ſiquis obſiſtat, fruſtrà hoc faciat. Commodùm igitur hæc adhortatio ſubiicitur præcedentibus, vt intelligamus quatenus ſimus mortui peccato, quandiu hîc verſamur. hactenus ſcilicet vt reluctetur quidem, ſed non regnet. Corpore σώματι. Vide ſuprà verſu 6 Videtur autem hoc loco & aliis ſimilibus Apoſtolus corporis ac membrorum facere mētionem, propterea quòd hæc ſunt inſtrumenta quibus peccatum exequitur quod cogitauit. Loquitur enim Apoſtolus de peccato tanquam violento quopiam tyranno. Sit igitur mens illa tātopere à philoſophis celebrata, primus peccati, id eſt natiuæ illius corruptionis, adminiſter, ad ſuggerendos prauos motus: qui vbi commouerint voluntatem, alterā peccati adminiſtram, naſcuntur ἐπιθυμίαι. Tum verò corpus ab animo impulſum, huc & illuc tranſuerſum rapitur, vt tyranni arbitrio ſeſe ac ſeſſorem præcipitet. Monet igitur Apoſtolus vt quū omni ex parte coerceri motus nō poſſint, ſaltē corpus habeamus in poteſtate. quæ tamen doctrina ad cæteras etiam hominis partes pertinet: quum hæc inter ſe ad peccandum mutuo conſenſu conſpirent. vnde factum vt has cupiditates Paulus corporis eſſe dicat, quia ſcilicet animus per illas corpus commouet, ac viciſſim animum corpus ſollicitet. Itaque alibi diſertè monet, vt & ſpiritu ſeu mente, & anima & corpore integri coram Domino appareamus. 1.Theſſ.5.d.23. Cæterùm pro relatiuis αὐτῇ & αὐτῷ coacti ſumus antecedentia ipſa ſubſtituere, vt amphiboliam vitaremus: quia peccatum & corpus apud Latinos eiuſdem ſunt generis.

Membra.

Neque″ſiſtite″membra veſtra, ″arma iniuſtitiæ,peccato:ſed ſiſtite vos Deo, vt ex mortuis viuos, & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo. 13

Peccatũ enim vobis non dominabitur.″Non enim eſtis ſub Lege, ſed ſub Gratia. 14

Lex.
Gratia.

Quid igitur? peccabimus, ″quòd non ſimus ſub Lege, ſed ſub Gratia? Abſit. 15

An neſcitis quòd cui ſiſtitis voſipſos ſeruos ad obediendum, eius ſerui eſtis cui obeditis: vel peccati ad mortem, vel obediẽtiæ ad iuſtitiam? 16

Serui peccati.

Gratia autem *ſit* Deo, quòd fuiſtis *quidem* ſerui peccati, ſed ex animo obediſtis formæ eius doctrinæ″in quam eſtis traditi. 17

Serui iuſtitiæ.

Et liberati à peccato, mancipati eſtis iuſtitiæ. 18

″Hominum more loquor, propter infirmitatem carnis veſtræ. 19

Membra ſeruiãt Deo.

″Nẽpe ſicut ſtitiſtis membra veſtra ſerua impuritati & iniquitati,″ad *patrandam* iniquitatem: & nunc ita ſiſtite mẽbra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctimoniam.

Liberi iuſtitiæ.

Quum enim ſerui eſſetis peccati,″liberi eratis iuſtitiæ. 20

Quem igitur fructum habebatis″tunc? ea de quibus nunc erubeſcitis?″nam finis illorum, mors *eſt*. 21

Mors.
Serui Dei.

Nunc verò liberati à peccato, mancipati autem facti Deo, habetis fructum veſtrũ in ſãctimoniã: finẽ autem, vitam æternam. 22

Sed neque exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo.

Peccatum enim vobis non dominabitur. Nõ enim ſub Lege eſtis, ſed ſub Gratia.

Quid ergo? peccabimus, quoniam non ſumus ſub Lege, ſed ſub Gratia? Abſit.

¶Neſcitis quoniã cui exhibetis vos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius cui obeditis: ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiã? Iohan.8.d.34 2.petr.2.d.19

Gratias autẽ Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quã traditis eſtis.

Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.

Quem ergo fructum habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum, mors eſt.

Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſãctificationem, finem verò vitam æternam.

13 Siſtite παριστάνετε. Vulg. Exhibeatis παρέχετε. Eraſ. accommodetis. Mihi verò videtur ſiſtendi verbum multo accommodatius, quòd paulò antè fecerit regni mentionem, & Paulo pòſt etiã Domini. Dicuntur enim miniſtri, & ſerui παριστάναι ἑαυτούς, id eſt ſiſtere ſeſe in Domini conſpectu, & præſto eſſe ad accipienda mandata: vt pereleganter ſit vſurpatum hoc verbum Apoſtoli, vt indicaret quã proni ac volẽtes ad peccandũ ferantur quicunque Spiritu Dei nõ aguntur. Membra veſtra τὰ μέλη ὑμῶν. Hoc quàm latè pateat expoſuimus ſuperiore verſ.6, & 12. Arma iniuſtitiæ ὅπλα ἀδικίας. Id eſt, pro inſtrumẽtis quibus ad patrãda ſcelera vtatur. Græcis enim ὅπλα, & Latinis arma de quibuſuis inſtrumentis dicuntur. Sed melius conuenit armorum nomen tranſlationi à tyrannorum ſatellitibus & apparitoribus ſumptæ. Sic Gen.49.a.5, Simeon & Leui dicuntur כלי חמס. 14 Non enim eſtis ſub Lege οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον. Hoc quoque dicendi genus Paulo eſt familiare, ſed non vno modo explicandũ, quia præterquam quòd Legis nomẽ eſt πολυώνυμον & variæ ſunt Legis ſpecies, variè quoque ſolet Apoſtolus de ea diſſerere. Itaque Origenes de lege mẽbrorum, id eſt de peccato, hæc accipit. cui nõ aſſentior: quia nuſquã inuenio Legis nomen ita vſurpatum, niſi quippiã adiiciatur ex quo id poſſit intelligi. Sed & de cæremoniis hoc accipi cõmodè nõ poteſt. Reſtat igitur vt ad Legem moralem, quã vocant, applicetur. Nã politicæ Legis quorſum meminiſſet? Putãt igitur plerique ſub Lege nõ eſſe, idẽ declarare atq; Legis maledictioni nõ amplius eſſe obnoxiũ, quũ Chriſtus factus ſit maledictio pro nobis. Sed quorſum hoc? Nã hoc certè pertinet ad peccatorum remiſſionẽ: hìc verò agitur de mortificatione peccati, & iuſtitia in nobis per Chriſti Spiritũ inchoata. neque ſpectatur dominatio peccati, quatenus imputatur vel non imputatur, ſed quatenus viget aut non viget in vobis. Itaque alii explicare malunt, Sub Lege nõ eſtis ſed ſub gratia, id eſt, non iam eſtis ea cõditione qua olim, quũ vos Lex reos faceret, iubendo, nõ adiuuando, vt explicat Auguſtinus. Hãc verò ſententiam vt ſimpliciſſimã & maximè accõmodatam amplector: ſed ita vt paulo aliter explicem quàm vulgò ſoleãt. Propoſitũ eſt igitur Apoſtolo nos hortari vt fortiter reluctemur peccato. Nam, inquit, omnino futurũ eſt vt illo ſuperato, victoriam reportetis. Id verò vnde tam certò coniicit futurũ? Quia nimirũ ſub Lege nõ ſumus, ſed ſub gratia. Lex enim, vt ſequenti capite explicabit, inſtrumentũ illud eſt per quod vetus ille noſter maritus, id eſt peccatũ, in nobis vitioſas illas cupiditates & actiones tanquã liberos, gignebat. illud eſt inquam vnde accepta occaſione peccatũ alioquin veluti mortuum reuiuiſcit & nos interimit. Lex denique eſt peccati virtus, vt ſcribitur 1.Cor.15.g.56. Valet igitur cõſecutio, nos aduerſus peccatum potituros victoria, quum non ſimus ſub Lege, quatenus eſt virtus peccati, ſed ſub gratia, id eſt Spiritu Chriſti donati. cuius freti virtute, reliquias etiam peccati iam inermis penitus profligemus. Quomodo verò alibi accipiatur Sine Lege eſſe, vel Sub Lege non eſſe, item Legem non eſſe iuſto poſitam, ſuis locis explicabimus. 15 Quòd non ſimus, &c. ὅτι οὐκ ἐσμὲν, &c. Naſcitur hæc obiectio ex eo quòd ambiguũ erat dicendi genus ab Apoſtolo vſurpatũ. Ideo ſequenti capite copioſè ab ipſo explicabitur. Nam apud impios (cuiuſmodi ſunt hodie Libertini, Dauidiſtæ & cæteri Carpocratianorum ſucceſſores) ſub Lege non eſſe, ſignificat pro arbitrio ſuo quiduis audere: Sub gratia autem eſſe, non poſſe damnari. 17 In quem eſtis traditi εἰς ὃν παρεδόθητε. Hoc dicẽdi genus magnã quandam emphaſin videtur habere. Ita enim ſignificatur, Euangelicam doctrinã quaſi inſtar typi cuiuſdam eſſe cui innitamur, vt eius figuræ conformemur. Itaque nolui Eraſmũ imitari, qui conuertit, in quã traducti eſtis. Quidã interpretatur, quæ vobis eſt tradita ὃς ὑμῖν παρεδόθη, quaſi ſcilicet εἰς reſpondeat literæ ל, vt εἰς τύπον idem declaret atque τύπῳ, deinde ὃν παρεδόθητε dictum ſit vt ἐπιτρέπομαι τοῦτο pro τοῦτό μοι ἐπιτρέπεται. Nam aliã huius interpretationis rationem inuenire non potui: quam tamen minimè probo. 19 Hominum more loquor Ἀνθρώπινον λέγω. Id eſt κατ᾽ ἄνθρωπον, vt ſuprà 3.a.5. Puto verò Apoſtolũ nihil aliud hoc loco ſignificare hac loquẽdi formula, quàm ſeſe, quũ de rebus cæleſtibus ac diuinis diſſerat, libenter tamẽ, vt ſeſe eorũ captui accõmodet ad quos ſcribebat, ſimilitudines iſtas ſeruitutis & libertatis ex mutuis hominũ cõmerciis ſumere: quo melius iſta percipiant. Hanc enim eſſe humanæ naturæ imbecillitatẽ, vt qui etiã Spiritus Chriſti ſunt participes, tamen ad hæc cognoſcenda ſtupidi ſint ac tardi. Alii humanũ accipiunt pro eo quod præſtare poſſint homines: quaſi dicat Apoſtolus ſe non ſummã aliquã perfectionem requirere, ſed duntaxat, vt nõ minus ſtrenuè colant iuſtitiam quàm olim paruerunt peccato. Ego verò illã interpretationem, vt ſimpliciorẽ, amplector, vel ob eam cauſam quòd iſta Apoſtoli petitio quæ ſequitur, eiuſmodi eſt vt vel perfectiſſimi quique inter homines vix illam poſſint præſtare. Alioquin aliis etiã locis humanũ dicitur quod eſt eiuſmodi vt hominũ vires non ſuperet, vt 2.Samu.7.b.14, & 1.Cor.10.c.13. Vulg. humanũ dico, imperitè. Eraſ. Humanum quiddam dico. Nempe ſicut ὥσπερ γάρ. Vulg. Sicut enim. Eraſ. Quemadmodũ enim. Ego verò nõ video quomodo cauſalis particula ſatis cõmodè poſſit cũ ſuperioribus connecti. Ad *patrandam* iniquitatem εἰς τὴν ἀνομίαν. Eraſ. ad *aliam atque aliam* iniquitatem, Græca ſcilicet ſcholia ſequutus. Ego verò potius exiſtimo Paulũ priore loco per impuritatẽ & iniquitatẽ intellexiſſe cupiditates illas, tum quibus ſeipſos contaminãt homines, vt quibus ſollicitãtur ad ebrietatem, laſciuiã, luxuriã, & alias eiuſmodi peſtes: tum quibus prouocantur ad alios offendẽdos, furtis, homicidiis, iniuriis & cæteris id genus ſceleribus: deinde poſteriore loco ἀνομίαν generalius vſurpaſſe pro ipſis cupiditatũ effectis. Ideò ſuppleui participiũ patrandã, ex quo id intelligatur. 20 Liberi eratis iuſtitiæ. ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Id eſt, quod ad iuſtitiã attinet, nullũ erat eius in vos imperiũ. Eratis enim peccati iugo prorſus mancipati. Hoc verò quũ ita ſe habeat, miror qua tandẽ fronte audeant ſophiſtæ liberũ ſuum arbitrium tueri, liberũ ſanè iuſtitiæ, ſeruũ autem peccati, vt illis toties exprobrat Auguſtinus. 21 Tunc? ea de quibus, &c. τότε; ἐφ᾽ οἷς, &c. Sic diſtinguit Clemẽs libro στρωματ. δ'. & rectius, ni fallor. Vulg. tũc in quibus nũc erubeſcitis? Eraſ. in his de quibus nunc erubeſcitis? Nã finis illorum τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων. Vel, merces ſeu vectigal. vt reſpondeat illi quod paulo pòſt vocat ὀψώνιον. Nam τέλος, vtrunque poteſt ſignificare: & apud Hebræos quoque אחרית, tum finem tum etiam id declarat quod alicuius opus conſequitur.

	Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.	23	Nam″ſtipendia peccati, mors: donum autem Dei *eſt* vita æterna per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.	Vita æterna.
	Cap. VII.		Cap. VII.	
	AN ignoratis fratres (ſciẽtibus enim Legem loquor) quia Lex in homine dominatur quanto tempore viuit?	1	A″N ignoratis fratres (peritos enim Legis alloquor) quòd Lex *tantiſper* dominetur″homini quoad *ipſe* vixerit?	
1.Cor.7.g.33	¶Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuẽte viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt à lege viri.	2	Nam viro ſubiecta mulier, viuenti viro deuincta eſt per legẽ: quòd ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri.	Mulier mortuo marito, libera à lege viri.
	Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio viro: ſi autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.	3	Proinde viuente viro mœcha″vocabitur, ſi fiat alterius viri: ſin autem mortuus fuerit vir, libera eſt à lege illa: vt non ſit mœcha ſi fiat alterius viri.	
	Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis Legi per corpus Chriſti: vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificemus Deo.	4	Itaque fratres mei, vos quoque″mortificati eſtis Legi″in corpore Chriſti: vt eſſetis alterius,″eius *ſcilicet* qui ex mortuis excitat° eſt, ″vt fructum feramus″Deo.	Liberati à Lege ſeruiunt Deo in ſpiritu.
	Quũ enim eſſemus in carne, paſſio	5	″Quum enim eſſemus in carne,″affectiones peccatorum	

23 Stipendia ὀψώνια Nazianz. εἰς Ἰουλιανὸν, ὀψώνιον interpretatur τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς. id eſt regiũ cõmeatum & dona quæ ex Lege dignitatibus tribuebantur. Bene igitur conuenit hæc tranſlatio, quum Peccatum Tyranno comparaſſet.

IN CAPVT VII.

1 An ignoratis ἢ ἀγνοεῖτε Explicat quid illud ſit quod dixerat, peccatum nobis non dominari, quòd non ſimus amplius ſub Lege ſed ſub Gratia: ſumitque ex coniugii Lege pulcherrimum & appoſitiſſimum exemplum. Etſi verò iuris gentium theſi nititur quod tradit Apoſtolus, morte ſcilicet mariti dirimi coniugii vinculum, tamen iis libenter aſſentior qui ad Legis Moſis præſcriptum hoc exemplum reuocant: quòd propriè de Decalogo ſit accipiendum quod dixit, Nos ſub Lege non eſſe: ideóque melius conueniat collatio ſi hanc ſimilitudinem dicamus ex eodem fonte petitam. Quoad *ipſe* vixerit ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Eraſmus, quoad ea vixerit. id eſt, quoad Lex viguerit. Sed malo Chryſoſtomo aſſentiri qui de hominis ipſius vita intelligit. Nam ita omnino poſcit ſimilitudo quæ ſubiicitur. quanuis aliter cenſuerit Origenes, & Ambroſius, ab eo non ſemel (quod eius pace dixerim) deceptus. Sed & verbum ζῶ hoc videtur indicare. quod multo magis propriè homini quàm Legi tribuitur.

3 Vocabitur χρηματίσει. Id eſt erit, & quidem omnium voce ac conſenſu. Vide Act.11.d.26.

4 Mortif. eſtis Legi ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Mortificari peccato & mortificari Legi (libenter enim Mortificandi verbũ retineo) mutuo inter ſe reſpondent, non ſimpliciter tamen, ſed κατά τι: quatenus ſcilicet Lex eſt peccati virtus. Nã hactenus etiam dicimur ſub Lege nõ eſſe, vt expoſuimus ſuprà 6.c.14. Itaque licet quidem interpretari mortuos eſſe peccato eos in quibus peccatum mortuum eſt: quo nomine ſæpe iam diximus hæreditariam corruptionem intelligi: de Lege verò dici hoc non poteſt, in nobis eſſe mortuam. imò ne in ſeſe quidem mortuam aut irritam eſſe factam, quoties de Lege Decalogi agitur, vt hoc loco. Nam præterquam quòd Lex extrinſecum quiddam eſt, tantùm etiam abeſt vt ſit mortua in illis, in quibus mortuum eſt peccatum, vt contrà in iis ſolis ſit efficax quos inuenit per Spiritum ſanctum idoneos factos ad volendum & faciendum quod Deus per ipſam præcipit. Ideo dixit Apoſtolus ſuprà 3.d.31, Legem non fieri irritam per fidem, ſed potius ſtabiliri. Sed & illud quæritur neceſſariò, quum vxori cõparemur ſecundo marito copulatæ, cur nos mortuos eſſe dicat. Omnino enim videtur potius fuiſſe dicẽdum nos eſſe marito mortuo ſuperſtites. Video igitur pleriſque placere, Apoſtolum vitandæ inuidiæ cauſa dixiſſe potius, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ quàm ἐθανατώθη ἡμῖν ὁ νόμος, id eſt mortificati eſtis Legi, non autem, mortificata eſt nobis Lex. à quibus veniam peto quòd diſſentiam. Videntur enim aſſumere quod exiſtimo non poſſe vllo modo conuenire, nempe in prioribus nuptiis Legem ſuſtinere mariti perſonam. quod fortaſſis locum haberet ſi de cæremoniarũ abolitione ageretur, vel de Lege peccati: ſed de Lege Decalogi diſſerere Apoſtolum conſtat ex ſequenti obiectione. Sciendum eſt igitur, tum maritum, tum vxorem in vno & eodem homine conſiderari in vtroque matrimonio, vt meritò ac propriè Apoſtolus nos quoad maritum mortuos eſſe dixerit, quum maritus ille fuerit in nobis atque adeo in viſceribus noſtris habitarit. quod vt intelligatur, hoc eſto prioris matrimonii diagramma.

Maritus	Vxor	Liberi ex hoc matrimonio.
Peccatum (ſiue vis illa natiua ciens in nobis affectiones peccatorum) occaſione per Legem arrepta, à qua ſcilicet irritabatur, alioquin veluti mortuum, vt infrà verſu 11.13, & 14.	Caro ſeu membra noſtra, nimirum facultates tum animi, tum corporis, in quibus agebat peccatum tanquã maritus in vxore.	Peccata, ac vitioſa omnia opera, quæ nos ex peccato tanquã marito concepta pariebamus in mortem.

POSTERIORVM VERO NVPTIARVM HAEC SIT DESCRIPTIO.

Maritus.	Vxor	Liberi.
Spiritus, id eſt vis Chriſti nobiſcũ cõmunicati: qui Spiritus priori illi marito perempto ſucceſſit, & ſanctos motus in nobis ciet.	Nouus homo, id eſt facultates tũ corporis tum animi, per ſpiritũ ſanctificatæ, in quibus ille agit tanquã maritus in vxore.	Fructus Spiritus, quos ex Spiritu concipimus & parimus, vt recenſentur ab Apoſtolo Galat.5.d.22.

In corpore Chriſti διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Vulgata & Eraſmus, per corpus Chriſti. quæ interpretatio non eſt ſatis expreſſa. Neque enim per Chriſti corpus duntaxat, ſed etiam in Chriſti corpore dicimur mortui multo ἐμφατικώτερον, vt ſumma illa & arctiſſima communicatio intelligatur. Itaque διὰ pro ἐν poſitam eſſe puto ſicut ſuprà 4.b.11. quo pertinet etiam illud quod ſcribitur 2.Corinth.5.c.14.

Eius *ſcilicet* qui ex mortuis excitatus eſt τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι. Id eſt, eius qui peccato mortuus, repẽtè cum Chriſto factus eſt rediuiuus: noui ſcilicet illius mariti: qui Spiritus dicitur, quòd ſit nouum opus Spiritus ſancti, quo tanquam vinculo connectimur cum Chriſto ſicut membra cũ capite. Ideo ſæpiſſime nouus hic maritus dicitur ipſe Chriſtus, cuius ſcilicet virtute creatur in nobis vis illa ſanctos in nobis motus excitans: vnde bona opera prodeunt. Quod igitur ait ἐκ νεκρῶν ex mortuis, intelligendum eſt de morte quam infligebat peccatum, vt ſuprà 6.c.13, & Epheſ.2.a.1, & b.5, & Coloſſ.2.c.12, & 13. Vt fructum feramus ἵνα καρποφορήσωμεν. Καρπὸν vocat liberos quos vxor tollit ex marito, vt Luc. 1. d. 42. ex Hebræorum idiotiſmo ſcilicet apud quos filii vocantur פרי בטן id eſt fructus ventris, vt Pſal. 127.a.3, & 132.c.11. cuius tranſlationis ratio aperitur Pſal.128.3. Cæterùm quòd à ſecunda perſona ἐθανατώθητε mortificati eſtis tranſeat ad primam, tribuendum eſt Hebræorum conſuetudini, quam alibi ſæpe obſeruauimus. Deo τῷ Θεῷ. Id eſt qui ſint Deo grati, vel ex Dei præſcripto, ac proinde quos Deus coronet, ſed gratis. Vide ſuprà 6.b.10.

5 Quum eſſemus in Carne ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. Eſſe in carne ſignificat prioris coniugii conditionem. quæ etiam in proximo verſiculo vocatur vetuſtas literæ. Carnem igitur appellat hominem ψυχικὸν, id eſt qualis ex Adamo procreatur, natura peccato omni ex parte penitus obnoxia. Huic opponitur Eſſe in Spiritu. de quo dicemus proximo capite. Affectiones peccatorum τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. Pro eo quod videbatur Paulus ſcribere debuiſſe ἡ ἁμαρτία, ſubſtituit τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν affectiones peccatorum, id eſt motus ad peccandum ſollicitantes, quicunque tandem illi ſint. Id autem fecit, ni fallor, duabus de cauſis. Vna eſt, quia quum ἁμαρτία ſit fœminei generis, non ſatis accommodatè illi tribui poſſe videbatur mariti perſona. Altera, quòd explicandum etiam fuit qua ratione peccatum cum marito conferatur. Itaque affectus peccatorum ſunt tanquam aculeus peccati, per quem ſcilicet gignit in nobis carnis opera veluti partus. quorũ catalogus contexitur Gal.5.c.19. Cæterùm duo quoque hîc notanda ſunt: nempe παθημάτων nomen apud Paulum multò latius patere, quàm apud philoſophos: vt qui illam etiam ipſam rationem Peccato obnoxiam faciat, quam philoſophi pro virtutis regula ſibi proponunt. Alterum παθήματα dici quatenus mens ab illis afficitur, ſuntque ab ipſo peccato ingenerati motus, quibus intellectus patiens, quem vocant, agitatur, totúm-

que ſecum hominem rapit.quod quidem annotandum fuit, ne quis miretur illis tribui ἐνέργειαν id eſt agendi vim, quæ tamen παθήματα, id eſt ad verbum perpeſſiones,dicuntur . Sed & hoc eodem nomine ſæpe apud Paulum intelliguntur quæcunque pietatis cauſſa fideles perpetiuntur,vt infrà 8.d.18. Alibi,nempe Gal.5.d.24,coniunguntur παθήματα & ἐπιθυμίαι.

ꝑ Legē *exiſtentes*″vigebāt in mēbris noſtris,ad fructū ferendū morti.
6 Nunc autē″liberi ſumus à Lege,″mortuo *eo*″in quo detinebamur,
″vt ſeruiamus in nouitate Spiritus ac non″*in* vetuſtate Literæ.
7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum *eſt*? Abſit.″Imò peccatum nō cognoui , niſi per Legem . nam etiam ″cupiditatem non noſſem niſi Lex dixiſſet, Non concupiſces.
8 Sed peccatū occaſione″ſūpta″genuit in me omnē cōcupiſcētiā,

Per Legē cognitio peccati.

torū quæ per Legē erāt,operabātur in mēbris noſtris,vt fructificarēt morti.
6 Nunc autē ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur : ita vt ſeruiamus in nouitate Spiritus,& nō in vetuſtate literæ.
7 Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? Abſit.Sed peccatū nō cognoui,niſi per legem. nam cōcupiſcētiam neſciebam niſi Lex diceret, ‖Non concupiſces,
8 Occaſione autē accepta, peccatū per

Exod.20.e.17. deut.5.b.11

Per legem *exiſtentes* τὰ διὰ τοῦ νόμου Eraſm. qui *ſunt* per Legem.quæ interpretatio non conuenit, quum de præterita conditione loquatur, vt apparet ex eo quòd dixerat ἦμεν.Rectius ergo Vetus interpres,qui per Legem *erant*. Eſt autem hoc diligenter conſiderandum, Apoſtolum non dixiſſe τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου,id eſt hos motus extitiſſe ſeu prodiiſſe à lege,ſed per Legem extitiſſe,natos ſcilicet ex peccato intus habitante & ex Lege occaſionem iſtorum motuum arripiente,nullo quidem Legis ſed noſtro potius vitio : vt explicatur infrà verſ.11.& 13.Hoc verò nō animaduerterunt Manichæi,quum Legem Dei auderent damnare:neque item ille qui nuper hunc locum conuertit,Peccatorum perturbationes à lege orientes.falſa certè interpretatione & quæ pro Manichæis faciat. Vigebant ἐνηργεῖτο Id eſt agebant ac vim ſuam intus exerebant. Alludit enim honeſtè Apoſtolus ad matrimonii copulam,vt Peccati in nos vim intrinſecam deſignet.

6 Liberi ſumus κατηργήθημεν. Opponitur hoc verbum τῷ ἐνεργεῖσθαι: quod vſurpauit ſuperiore verſiculo. & nos, adhuc conuertimus eneruari,id eſt,inertem & languidum reddi,adeóque vires omnes amittere. Vulg.ſoluti ſumus,ἀπελύθημεν, vel ἀπηλλάγημεν. Eraſ. liberati ſumus. Quidam prorſus barbarè,euacuati ſumus. Ego in hac interpretatione ſequutus ſum Apoſtolum, qui κατήργηται expoſuit ἐλευθέρα ἐστὶν ſuprà verſ.3. Eſt autem hoc dictum non ſimpliciter accipiendum,ſed κατά τι,ſicut & illud expoſuimus, ſub Lege non eſſe,ſuprà 6.c.14. quo etiam pertinent quæ ſubiiciuntur.neque tamen hæc puto eo ſpectare quòd à maledictione Legis ſoluti ſimus per gratuitam peccatorū remiſſionem:quia de regenerationis gratia hîc agitur. Mortuo *eo* in quo detinebamur, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Vetus interpres, quem ſequuntur veteres etiam Latini(inter quos Origenis quoque interpretem,id eſt Rufinum recenſeo)legit,à Lege mortis in qua detinebamur.quaſi pro ἀποθανόντες ſcriptum ſit θανάτου.ac fateor quidem peccatum,priorem ſcilicet noſtrum maritum,dici poſſe Legem mortis,vt infrà 8.a.2.ſed nullius Græci codicis authoritate cōfirmatur hæc lectio:& Legis vocabulū pro Lege morali quam vocant in tota hac collatione accipiendum eſſe oſtendit ſequens obiectio.Græci igitur ſummo conſenſu,ſi Chryſoſtomum excipias,legunt ἀποθανόντες,ſed diuerſè explicant.Nā alii referunt ad κατηργήθημεν,hoc modo,Nos verò qui mortui ſumus,ſumus liberi à Lege in qua detinebamur.Sed iſta traiectio ſanè eſt violenta: & præterea nuſquam inuenio mortuos dici ſimpliciter eos in quibus mortuum eſt peccatum,de quibus ſcilicet hîc agit Apoſtolus.Imò quoties nihil adiicitur,conuenit hæc appellatio vel iis qui hac vita ſunt defuncti,vel tranſlatitia ſignificatione,iis qui in peccatis ſuis quaſi mortifera quadam nocte ſepulti tenentur. Alii igitur,vt Origenes,connectunt cum ſequentibus,alia traiectione,in hāc ſententiam,Nos verò liberi ſumus à Lege in qua mortui detinebamur. Sed, vt de traiectione nihil dicam (inueniuntur enim aliæ nihilo minus aſperæ)nuſquam hoc dicendi genus apud Paulum inuenio,ut quis dicatur mortuus in Lege,nulla addita peccati mentione. Alii denique,vt Eraſmus poſt Theophylactum,ſubaudito pronomine ἐκείνῳ ita hoc explicant. Nunc verò liberati ſumus à Lege, mortui [*ei*] in qua detinebamur. At ego ſimilis eclipſis exemplum requiro in cōſtructione trāſitiua,nec video quis locus eſſe poſſit epexegeſi multò obſcuriori quàm eſſent ſuperiora. Supereſt Chryſoſtomi lectio qui legit ἀποθανόντος,nulla diuerſæ lectionis facta mētione:vt omnino appareat eam lectionē fuiſſe tum ſine controuerſia receptam.quanuis apud Baſilium ſemel atque iterum inueniam ſcriptum ἀποθανόντες,eorum fortaſſis vitio qui ad Græca exemplaria Euangelici contextus emendarunt antiquorum interpretum libros. Legit igitur Chryſoſtomus ἀποθανόντος . quam lectionem ita probo vt germanam eſſe non dubitem. Sed eam rurſus vel Eraſmus vel alius aliquis deprauauit. coniungit enim ἀποθανόντος cum τοῦ νόμου,vt ſit hæc ſententia,Nunc autem liberati ſumus à Lege mortua in qua detinebamur. Atqui Paulus nunquam, opinor,dicturus fuit Legem Dei mortuam.neque Chryſoſtomo id vnquam in mentem venit : vt qui ſic iſta explicet,vt planè conſtare poſſit eum poſt ἀποθανόντος ſubaudiſſe ἐκείνου, hæcq; vt abſolutè poſita expoſuiſſe. Sic enim explicat, Quaſi,inquit,diceret, Vinculū quo detinebamur,emortuum eſt ac diffluxit,ita vt quod detinebat,peccatum ſcilicet,iam non habeat quo nos contineat. Hæc ille,quæ quidem maximè amplector. Nam Legem pro marito accipi non debere,toties ex Paulo liquet quoties nos eſſe peccato mortuos dicit:quatenus ſcilicet mariti perſonā ſuſtinemus. Fuit itaque explicandum quomodo & quatenus dixerit nos Legi mortuos ſeu à Lege liberos eſſe factos. quod vno verbo facit quum dicit,nos idcirco à Lege eſſe liberos factos quòd is interierit qui nos occaſione à Lege accepta,ſeu per Legem detinebat. Vnde rurſus oritur quæſtio,ſitne Lex peccatum .quandoquidem à Lege dixerat nos eſſe,peccato mortuo,liberatos. Deinde minimè violenta aut inuſitata eſt hæc eclipſis in conſtructione ἀμεταβάτῳ. Sic enim Demoſth. συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν. Et Plut. ᾧ διακρούονται ταῦτα μὴ παρόντος. Si cui tamen potius placuerit legere ἀποθανόντες propter exemplarium conſenſum,& ſubaudire ἐκείνῳ,is ita interpretetur, Nunc verò liberi ſumus à Lege,mortui ei in quo detinebamur,peccato ſcilicet,priori noſtro marito. Neque obſtat quòd ἁμαρτία ſit fœminini generis. nam tanquam de marito loquitur. In quo ἐν ᾧ. Sic dicere maluit Paulus quàm ὑφ᾽ οὗ, vt doceret hunc maritum intra nos eſſe. Sic enim explicare malo propriè,quàm vt accipiatur pro מִן,vel vt inſtrumenti ſit nota,ab. Hoc vel non vidit vel neglexit quidam,interpretatus,qua tenebamur. Detinebamur κατειχόμεθα. Græci omnem poſſeſſionem κατοχὴν videntur vocare:ſed tamen ex eo ſumpta origine,vel quòd ſiqua ex communibus incipiunt nobis propria fieri,illa obtinere vi quadam videamur:vel quòd quæ noſtra ſunt,nonniſi Per vim nobis poſſint eripi.nam certè τὸ κατέχειν violētum quiddam ſignificat. Neque tamen in hoc argumento vim vllam nobis fieri à peccato demonſtrat,quaſi coacti peccemus(ſponte enim peccamus,quum peccatum ſit intra nos)ſed declarat vel tyrannidem illam ſatanæ, qui fraude nos addixit peccato & ſibi:vel ſaltem corruptio,tanquam malæ fidei poſſeſſor,à natura diſtinguitur. Vt ὥστε. Quidam conuertunt, ita vt.ſed perperam, ni fallor:quum prorſus τελικῶς ponatur,nec pertineat ad verbum κατειχόμεθα detinebamur,ſed ad κατηργήθημεν,vel ad ἀποθανόντος. In nouitate Spiritus ἐν καινότητι πνεύματος. Id eſt,vt eos decet qui vetere mortuo marito,Spiritui ſunt adiuncti. quos ſcilicet Spiritus Dei renouauit. Itaque malui hoc quoque Paulinum dicendi genus integrum ſeruare,quàm cum Eraſmo conuertere per nouitatem Spiritus. Quòd ſi à Pauli verbis diſcedere libuiſſet,dixiſſem potius,ex nouatore Spiritu,quàm nouo Spiritu,cum alio quodam diſertiore interprete. *In* vetuſtate literæ ἐν παλαιότητι γράμματος. Vetuſtatem vocat priſtini coniugii conditionem, cum altera recentiore comparatam. Literæ autem nomine Legem vocat illius veteris conditionis reſpectu.quia ſcilicet apud homines ψυχικούς, id eſt, priuſquam voluntas noſtra per Spiritum ſanctum formata ſit,Lex ſurdis canit,ac proinde nobis eſt muta ac veluti mortua,quod ad eius præſtationem attinet:quanuis peccatum ab ea arripiat occaſionem nos interimendi,niſi Dei Spiritus occurrat,à quo mortificetur. Qui verò literæ nomine,vel cæremonias intelligunt,vel ſenſum literæ quem vocant,illos ego cum ipſorum duce Origene Anticyram mittendos cenſeo.

7 Imò ἀλλά. Vulgata & Eraſmus,Sed.quam coniunctionem etiam nonnulli ita explicant,quaſi ſit obiectio aduerſus id quod inficiatus erat Apoſtolus. At ego contrà non dubito quin ſit argumentum à contrariis ſumptum,quaſi diceret Apoſtolus,Imò tantum abeſt vt ſit peccatum,id eſt peccatum gignat aut foueat,vt contrà nihil æquè aduerſetur peccato. Ea enim vna eſt quæ illud alioquin latens prodit ac detegit. quòd ſi inde irritatum peccatū in rabiem feratur,ac multò magis ſæuiat quàm antea,quorſum hoc Legi imputetur,quæ,quod vnū potuit,hoſtis inſidias detexit? Cupiditatem τὴν ἐπιθυμίαν. Nudam cupiditatem intellige. Nam prauas cupiditates Lex etiam naturæ, quanuis obſcurè,tamen ſatis acriter damnat . Delegit autem illud Apoſtolus in quo natiua illa labes veluti ſedem poſuit, vnde tyrannidem exerceat:quam ne ſuſpicari quidem philoſophia potuit. Hoc conſiderent ſophiſtæ qui Paulum putant nihil amplius quàm de abolitis cæremoniis diſſerere. 8 Sumpta λαβοῦσα. Vulg.& Eraſ.accepta,quod non placet propter ambiguitatem. Nam accipere declarat ab alio traditum capere.id eſt ἀπολαμβάνειν,vt docet Demoſthenes in oratione περὶ τῆς ἁλοννήσου. Occaſionem autem excitandi cupiditates in nobis non præbet Lex,ſed vt non præbeat,arripit tamen peccatum. Genuit κατειργάσατο. Vulg.operatum eſt. Eraſmus verò rectius videtur gignendi verbum vſurpaſſe,vt ſeruetur tranſlatio à coniugio ſumpta,non repugnante Græco vocabulo.

mandatũ operatũ eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine Lege enim peccatum mortuum erat.

Ego autem viuebam ſine Lege aliquãdo: ſed quum veniſſet mãdatum, peccatum reuixit.

Ego autem mortuus ſum: & inuentum eſt mihi mãdatum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.

Nam peccatum occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit.

Timoth.1.b.8 Itaque Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum.

Quod ergo bonum eſt, mihi factũ eſt mors? Abſit. ſed peccatum, vt appareat peccatum, per bonũ operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modũ peccans peccatum per mandatum.

Scimus enim quòd Lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, vænundatus ſub peccato.

Quod enim operor, non intelligo. nõ enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi, illud facio.

Si autem quod nolo, illud facio: cõſentio Legi quoniam bona eſt.

Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ.

″per illud mandatum. Nam abſque Lege, peccatum′*eſt* mortuum.

9 ″Ego enim″viuus eram ſine Lege quondam: mandati autem illius aduentu peccatum′reuixit:

10 At ego′mortuus ſum: & repertum eſt illud mãdatum quod *inſtitutum erat* ad vitam, mihi *cedere* ad mortem.

11 Nam peccatum occaſione ſumpta ſeduxit me″illo mandato, & per illud occidit.

12 Itaque Lex ipſa quidem, ſancta, &′mandatũ illud, ſanctum, ac iuſtum & bonum.

13 Ergo ꝙ bonũ *eſt*, mihi factũ eſt′mortiferũ? Abſit. imo peccatũ *mihi factum eſt mortiferum*: quũ,′vt proderetur *eſſe* peccatũ, mihi ꝑ id ꝙ bonũ eſt, gigneret mortẽ. *id eſt* vt ipſũ fieret″ſũmè″peccãs ꝑ illud mãdatũ.

14 Scimus enim quòd Lex, ſpiritualis eſt: at ego carnalis ſum, venditus ſub peccatum. Lex ſpiritualis

15 Quod enim perpetro,″nõ agnoſco. nõ enim quod volo, hoc ago, ſed quod odi, hoc facio.

16 Si verò quod nolo, hoc facio, conſentio Legi quòd bona *ſit*.

17 ′Nunc itaque non amplius ego id perpetro, ſed″*morbus* peccati quod in me habitat. Peccatum.

Per illud mandatum διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc perperam in nonnullis exemplaribus coniungi puto cum participio λαβοῦσα, quum potius pertineãt ad κατειργάσατο, id eſt genuit. Ideo nonnihil mutaui in verborũ collocatione. Cur autem articulum expreſſerim, dicã infrà verſ.12.

Eſt mortuum νεκρά Vulg. & Eraſm. ſubaudiunt ἦν erat. Ego verò doctiſſimo interpreti aſſentior, qui mauult theſin eſſe, cui deinde ſuum exemplum accommodet. Cæterùm quid Paulo ſignificet mortuum peccatum, apparet tum ex antitheſi ſuperioris verſiculi, tum ex iis quæ ſequuntur: nempe quod in nobis quidem eſt, ſed non agnoſcitur pro peccato: neque ita furit vt ſolet poſt Legis cognitionem. quãobrem etiam Paulus omnem concupiſcentiam dixit, non quòd ante Legis perceptionem nulla eſſet concupiſcentia, ſed quòd tanquam nulla eſſet, aut certè nõ tãta ita ſentiretur: vt annotauit multis in locis Auguſtinus. Itaque fallitur Origenes, qui hæc accipit de lege naturali, quũ in propoſito exemplo Non concupiſces, maneat Apoſtolus. & in eo rurſus grauiſſimè, quòd mortuum peccatum dici putat quaſi non imputetur. Imò verò hæ tenebræ ſunt ab hæreditaria corruptione, & in omnibus merito puniuntur, in quibus non operiuntur Chriſti iuſtitia.

9 Ego enim ἐγὼ δὲ. Id eſt ἐγὼ γάρ. Sæpe enim δὲ pro γὰρ apud idoneos etiã authores legitur, vt doctiſſimus Budæus obſeruauit. & hoc exẽplum cõſtat probationis loco ſubiici ſuperiori theſi. Viuus eram ſine Lege ἔζων χωρὶς νόμου. Simili ratione explicandum eſt hoc Paulinum dicendi genus, quatenus ſcilicet Legem ignoramus. Nam alioquin nobis etiam ignorantibus poſita eſt Lex. neque nos iuris ignorantia coram Deo excuſat, quum à peccato manet, non à natura. Sic quoque loquitur de mandato: quaſi tum primùm adueniat quum illud intelligimus. Verti autem ἔζων, viuus eram, potius quam viuebam, vt ſibi conſtet antitheſis ſequens. Neque enim tantùm dicere voluit Paulus ſe olim vixiſſe aliquandiu ſine Lege, id eſt Legis cognitionem non habuiſſe, ſed potius ſe eo tempore viuum fuiſſe quo Legem non cognouit. Reuixit ἀνέζησεν. Si reuixit, nẽpe mors illa cuius antè meminerat, potius ſopor fuit quàm mors. Quòd ſi ita eſt, quomodo ſeſe antea dixit viuum fuiſſe? Nempe quum omnes in peccatis, ac proinde mortui, naſcamur, hæ formulæ accipiuntur non ſimpliciter ſed quadãtenus: puta ſi priſtinæ vitæ conditio ſub Legis ignoratione, conferatur cum eo tempore quo vixit in cognitione Legis, literæ, inquam, non Spiritus. Malo igitur legere ἀνέζησεν quàm ἔζησεν, vt legitur in Complutẽſi editione: deprauata, vt ſuſpicor, lectione ab aliquo, qui timuerit ne hæc fauerent μετεμψυχώσει Pythagoreorum. 10 Mortuus ſum ἀπέθανον. Hìc diſtingue mortem in peccato ſeu per peccatum (de qua ſcilicet hic agit, & Epheſ.2.a.1) à mortificatione peccati: quæ pars eſt noſtræ viuificationis. 11 Illo mãdato διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc iterũ connecto cum verbo ἐξηπάτησε ſe fellit. 12 Et mandatum illud καὶ ἡ ἐντολή. Niſi hoc referas ad exemplum mandati Non concupiſces, (quod vnũ, vt ante dixi, aptiſſimum erat Pauli inſtituto) odioſa erit ταυτολογία, & minimè cõueniens Paulo. Ideò vbique putaui exprimendũ articulum. 13 Mortiferum? θάνατος; Id eſt, mortis meæ culpam ſuſtinet? Vulg. & Eraſ. mors. Ego verò malui per adiectiuum interpretari hoc in loco, vt magis perſpicua eſſent quæ ſequuntur. Imò peccatum *mihi mortiferum factum eſt* ἀλλ' ἡ ἁμαρτία. Vulg. Sed peccatum. Eraſmus rectius, Imò peccatum, ſupple, mihi factum eſt mors. quod quanuis facilè per ſe ſubaudiatur, tamen perſpicuitatis gratia à me fuit expreſſum. Nam qui ſequentibus adiungunt, coguntur κατεργαζομένη interpretari operatum eſt, pro κατειργάσατο. quæ enallage poſſet quidem vtcunque excuſari ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Act.26.e.20: ſed tamẽ eſt violenta, neque vllo modo neceſſaria, quum plana ſint omnia ſi Græci contextus veſtigia ſequamur. Transfert enim Apoſtolus culpam omnem mortis à Lege in peccatum vno verbo, repetens ſcilicet à cõmuni prædicatum quæſtionis: vt in reſponſionibus ferè fieri ſolet. Veluti ſi dicas, Nũ hæreticus aliquis ſcripſit hãc epiſtolam? & ego reſpondeam, Abſit. imò Paulus, vt eleemoſynas Achaiæ in Iudæam perferret, proficiſcens Hieroſolymam. Additur enim participium κατεργαζομένη, id eſt, dum gignit, ſiue gignendo. vt oſtendatur quomodo factum ſit mortiferum peccatum. Vt proderetur *eſſe* peccatum ἵνα φανῇ ἁμαρτία. Id eſt, vt peccatum ſe oſtenderet eſſe peccatũ. nempe vt proderet id eſſe quod eſt re vera. Nã antea quaſi mortuum deliteſcebat. Itaque ἁμαρτία poſteriore loco eſt prædicatum, & in Græcis ſubauditur participium οὖσα. quod expreſſimus.

Id eſt vt ipſum fieret ἵνα γένηται ἁμαρτία. Exponit quid illud ſit quod vno verbo dixerat, vt appareret *eſſe* peccatũ. Ideò addidi particulã explicatiuã, ſicut plurimis locis neceſſariò faciendũ fuit, ac præſertim in Iohãne. Deinde pro eo quod ex Hebræorũ idiotiſmo repetitur antecedens ἁμαρτία, ſubſtitui relatiuum. Summè καθ' ὑπερβολήν. Id eſt, quammaximè explicatis omnibus ſuis viribus. Vulg. Et Eraſ. ſupra modum, obſcurè, vt mihi videtur. Peccans ἁμαρτωλός. Ad verbum, peccator. Loquitur enim de peccato, tãquam de violento quodam tyrãno, per proſopopœiam. Alibi autem annotauimus ἁμαρτωλὸν dici qui peccandi velut artem factitet, ita vt ſibi velut habitũ quẽdam compararit. Ad ipſum igitur peccandi morbum ſi hoc transferas, perinde erit acſi ſceleſtum ſcelus dicas.

14 Spiritualis πνευματικός. Spiritum Paulus ſuo more Carni opponit, id eſt, cæleſtem & integram naturam, terrenæ, id eſt, peccati iugo mancipatæ. Inde fieri dicit vt peccatum per Legem irritetur. Eam autẽ eſſe noſtram naturã probat, etiam in regeneratis, ſuo ex emplo. nedum, vt alia ſit nõ regeneratorũ natura. ſimulque hac occaſione oſtendit quis ſit Legis vſus ſub gratia, & quatenus diremptũ ſit priſtinum illud coniugiũ. Quidã σαρκικὸν cõuertit humanũ: quam rectè, ipſe viderit. Mihi quidem videtur Carnis nomẽ multò melius declarare quæ ſit hominis natura. nec is eſſe velim cui Paulinæ iſtæ formulæ diſpliceant: quibus nihil vſquam grauius aut expreſſius inueniri poſſe puto. Origenis ineptias mitto, qui Spiritus nomine ſuas allegorias intelligit. 15 Non agnoſco οὐ γινώσκω. Eraſ. nõ probo. οὐ δοκιμάζω, ambiguè: Tam enim ſignificat explorare quàm cõprobare. Vulg. non intelligo. Nam etiã Chryſoſtomus ad intelligentiam iſta refert quaſi vertigine quadam peccati obrutam. Atqui de voluntatis iudicio eſſe potius accipiẽda liquet ex eo quod ſequitur. Dixiſſet enim Apoſtolus, Nõ quod intelligo, facio, ſed quod ignoro, hoc facio. Poni autem interdum Noſcere pro Agnoſcere, id eſt, approbare & gratũ habere, ſatis conſtat, vt Pſal.1.b.6, & Mat.7.d.23. 17 Nunc itaque νῦν δὲ. Vulg. & Eraſ. Nunc autem. Ego puto illationem eſſe ex ſuperioribus naſcentem.

Morbus peccati ἁμαρτία. Quidam vitioſitatem conuertit, id eſt κακίαν, nec id prorſus malè. quanquã mallem Pauli verbum retinere, quo fons huius vitioſitatis ſimul aperitur. Verùm ſi peccatũ dixeris, nimium ambigua erit ſententia in Latino ſermone, quum eadem ſit recti & ſexti caſus terminatio. Itaque *morbum* peccati ſum interpretatus per periphraſin.

Noui enim quòd nõ habitet in me, id eſt in carne mea, bonũ. 18 nam velle adeſt mihi, ſed ʹvt quod bonũ eſt, perficiã, ʹnõ aſſequor.

Nõ enĩ quod volo, facio bonũ, ſed quod nõ volo malũ, hoc ago. 19

Quòd ſi id facio quod ego nolo, non amplius ego id perpetro, 20 ſed *morbus* peccati quod in me habitat.

Comperio igitur volenti mihi facere bonum ʹhanc legem *eſſe* 21 quòd mihi malum adiaceat.

Internus homo.

Congratulor enim Legi Dei quoad ʺinteriorem hominem. 22

Lex mẽbrorum, ſiue peccati.
Lex mentis.

Sed video ʺaliam legem in membris meis, rebellantem ʺlegi mẽtis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris mei. 23

ʹMiſer ego homo: quis me eripiet ʹex iſto corpore mortis? 24

Mens.
Caro.

ʺGratias ago Deo per Ieſũ Chriſtũ Dominũ noſtrũ. ʹNẽpe igitur ipſe ego mẽte quidẽ ſeruio Legi Dei, carne verò legi peccati. 25

Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nã velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio.

Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo, malum, hoc ago

Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet:

Condelector enim Legi Dei ſecundum interiorem hominem.

Video autem aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.

Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?

Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mẽte ſeruio Legi Dei: carne autem legi peccati.

18 Vt perficiam, τὸ κατεργάζεσθαι Eraſm. vt faciam. Mihi videtur aliquid amplius ſignificare verbum compoſitum quàm ſimplex ἐργάζεσθαι. Nam aliquo tenus progrediuntur regenerati: ſed ita tamen vt longè abſint à meta, & cuiuis potius quàm ſibiipſis placeant. Itaque κατεργάζεσθαι in laude poſitum conuerto perficere: in vitio, perpetrare. Non aſſequor οὐχ εὑρίσκω Vulg. & Eraſ. non inuenio. obſcurè. Vide ſuprà 4.a.1. Citant hos locos Sophiſtæ probando libero arbitrio: quos ego ad Auguſtinum ablego, apertè tandem profitentem (nam hoc nõ intellexerat initio, iſta in eũ demũ cõuenire quẽ Gratia Dei innouauit. & ſanè ita eſt. Nam vbi nõ eſt Spiritus, quæ tandẽ erit carnis lucta? 21 Hanc Legem *eſſe* τὸν νόμον. Nulla eſt eclipſis magis vſitata quàm verbi ſubſtãtiui. quod ſi ſubaudias, vt nos fecimus, plana ac perſpicua erit concluſio ex præcedẽti ſermone nata. Nã hæc verba ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται) quòd mihi malum adiaceat, ponuntur εἰδικῶς, & explicant quænam ſit illa lex cui ſe obnoxiũ eſſe re ipſa cõperit, quoties voluit facere quod bonum eſt. Hoc enim explicandũ fuit omnino quòd nõ ſoleat Legis vocabulũ in ea ſignificatione poni ſine adiectione aliqua, vt Lex carnis, peccati, membrorum, mortis. Additúſque eſt articulus vt certa quædã Lex ſignificaretur, ea ſcilicet quã ſtatim erat explicaturus. Itaque maioris perſpicuitatis cauſa τὸν νόμον reieci in poſteriorẽ locũ. Mirum eſt autẽ ac penè incredibile quomodo ſeſe. Græci præſertim interpretes hîc torſerint, inter quos etiã non puduit Origenẽ dicere cõiunctiones redundare, vel nõ ita adhibitas vt oportet. Eius deinde veſtigia ſequutus Eraſmus ſcripſit Paulũ hoc ſermone balbutiſſe: quum ipſe (dicã enim quod res eſt) potius ineptiat. Deſcripſi igitur varias illas interpretationes ordine: neque refutationes putaui adiiciendas, partim ne cui fiat præiudiciũ, partim quòd mihi quidem videantur refutatione nõ indigere. Quid enim hoc modo peruertere non liceat? Hæc ergo eſt Origenis, omnia perturbãtis. Igitur quia malũ adiacet, volens facere bonũ, inuenio Legem Dei, & condelector, &c. id eſt ὅτι ἄρα τὸ κακὸν παράκειται, θέλων ποιεῖν τὸ καλὸν, εὑρίσκω τὸν νόμον, καὶ συνήδομαι αὐτῷ, &c. Hæc eſt Theophylacti ex Chryſoſtomo, Inuenio ergo Legem [fauentẽ] mihi volenti quod bonũ eſt facere, [ſed non facienti] eo quòd mihi malũ adiacet. Item altera, Inuenio igitur Legẽ [nemini alteri eſſe niſi] mihi volẽti, &c. vt in ſuperiore. Hæ ſunt verò Photii in Græcis ſcholiis citati, Inuenio Legem [eſſe in bonũ] mihi volenti facere quod bonũ eſt, [ſed ſimiliter inuenio] quòd malũ mihi adiacet. vel, [ſed nihil aliud mihi præſtare] quia malũ, &c. Item alia, Inuenio legem [eſſe bonam] mihi volenti facere quod bonum eſt: [ſed non facio] quia malum mihi adiacet. Item alia, Inuenio Legem (id eſt didici quæ ſit Legis vis & natura, & quàm mihi nihil poſſit prodeſſe) quia mihi volẽti facere quod bonũ eſt, adiacet malũ. Item alia, Inuenio igitur mihi volẽti ſecundũ Legẽ facere quòd bonũ eſt, quod mihi malũ adiaceat. Itẽ alia, Inuenio igitur Legem (quia malũ mihi adiacet) mihi quod bonum eſt facere volenti [opitulari.] ita ſcilicet vt ὅτι cauſam reddat cur ſocietate Legis indigeat. Hæ verò ſunt Eraſmi, Inuenio igitur Legem, quũ facere conor quod bonũ eſt [facere vt intelligã] quòd malũ (id eſt peccãdi fons & origo) adiacet mihi, id eſt, in meipſo eſt, non in Lege. Item, hæc quoque, Reperio igitur [per] Legem, volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiunctum ſit. 22 Interiorem hominem. τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Interior & nouus homo, qui & Spiritus dicitur, non dubium eſt quin idem declarẽt apud Paulum. quod fatebitur quiſquis iſta & Epheſ.3.c.16, cõpararit cum Coloſſ.2.b.9, & 10. Huic autem opponitur exterior ſeu vetus homo, qui & carnis & mẽbrorum appellatione intelligitur. Sed hoc diligenter notandum eſt quod veteres plerique, ac præſertim Græci à Pelagianis nõ vexati, non ſatis attentè conſiderarunt: nempe hoc diſcrimen hominis interioris & exterioris, Spiritus & Carnis, non conſiſtere in diſtributione facultatum hominis, quaſi Spiritus & interior homo mentem ac rationem, Caro verò & exterior homo (qui etiã membrorũ nomine intelligitur) reliquas duntaxat inferiores partes cõplectatur quas philoſophi ἀλόγους vocant. Philoſophica enim hæc eſt nõ Chriſtiana partium hominis diſtributio. Vocat igitur Spiritus Dei carnem ſeu membra ſeu exteriorem hominem, quicquid eſt in homine vel intus vel foris à capite ad calcem: quatenus quidem homo non eſt gratia Dei regeneratus. idque vel ex eo liquet quod diſertè Apoſtolus inter corruptiſſimas partes mentem numerat ſuprà 1.d.28, & 1.Tim.6.b.5, & 2.Tim.3.b.8, & Tit.2.d.15, & Epheſ.4.f.23, vult renouationem ad Spiritum vſque mentis pertinere. denique res ipſa oſtendit nihil æquè reluctari Spiritui, atque humanæ prudentiæ ac rationis tenebras. Ex his autem viciſſim intelligitur quid vocabulum Spiritus carni oppoſitum, ſeu interior ac nouus homo declarent. 23 Aliam Legem ἕτερον νόμον. Paulus alluſione quadã, Legis vocabulum tribuit imperiis & quaſi edictis tum peccati, tum membrorum, id eſt tum corruptæ illius naturæ, tum cupiditatum ex illa naſcentiũ: quas vocauit affectiones peccatorũ. quibus opponit Legem Dei, quæ propriè ſic dicitur: & legem mentis cum ea conſentientis. Legi mentis meæ τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. Impoſuit fortaſſis hic locus iis qui per interiorem hominẽ putarunt ſuperiores animi partes ſignificari, ſed ii cogitare debuerant, mentem ab Apoſtolo non conſiderari ſimpliciter, vt ipſi faciunt, ſed quatenus oppoſita eſt mẽbris quia Legi Dei cõſentit, quod in ſolis regeneratis accidit. Idque ita eſſe vel ex eo liquet quòd idem noſter Paulus alibi quandã diſertè nominat mentem carnis Coloſſ.2,d.18. quam etiam vocat φρόνημα σαρκὸς infrà 8.b.7. 24 Miſer ταλαίπωρος. Id eſt, ærumnoſus & perpetuis pugnis fatigatus. Nam alioquin miſer pro innocente accipitur. Vulg. Infœlix. quam verſionem planè repudio. Ex iſto corpore mortis? ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Eraſ. Ex hoc corpore morti obnoxio. cui in eo aſſentior quòd τούτου maluerit ad corpus quàm ad mortem referre, ſicut retulit Vetus interpres. Sed corpus mortis dicere malui ad verbũ quàm corpus morti obnoxiũ, quòd hic Hebraiſmus mihi quidẽ videatur multo ἐμφατικώτερος. Sic enim Paulus per corpus deſignat carneã iſtam corporis molem: vt ſimul ſignificet nos in nobiſipſis nihil aliud quàm maſſam quandam peccati ac mortis exiſtere, vnde exoptat liberari. 25 Gratias ago εὐχαριστῶ. Vulg. Gratia Dei, χάρις τοῦ θεοῦ, repugnantibus omnibus codicibus. Apparet autem deprauatam eſſe lectionem ab iis qui hæc ita expoſuerũt, quaſi cõplectantur reſponſionẽ ad ſuperiora. Atqui in ſuperioribus nõ interrogat Paulus, ſed ſuſpirat potius. Deinde ſe colligit, & ſe acquieſcere ſignificat in ea ſpe quã habeat in Chriſto Ieſu fundatã. Quod autẽ quædam exẽplaria habent χάρις τῷ θεῷ, id eſt, Gratia [ſit] Deo, nihil prorſus mutat in ſententia. Nempe igitur ipſe ego Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγώ. Sic rectè Vetus interpres: niſi quòd præteriit particulã nẽpe. Eraſmus Itaque idem ego, quaſi ſcriptũ ſit ὁ αὐτὸς ἐγώ, quũ illud ſit multo ἐμφατικώτερον. Sic Terent. Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum. Mirũ eſt autem, quum tam expreſſè teſtetur Apoſtolus ſeſe de ſeipſo loqui (in quo ſcilicet omnes ſerui Dei tanquã in ſpeculo ſeipſos intueantur, ne ſibi nimium placeant) tamen Origenem potuiſſe in hunc locũ ſcribere, iſta non conuenire Apoſtolo: quaſi nimirum indigna ſint tanto Chriſti ſeruo: ac nõ potius nõ ipſe intellexerit quod veriſſimè & elegãtiſſimè dixit Auguſtinus, ſiqua hîc eſſe poteſt fideliũ perfectio, in eo poſitã eſſe vt ſe imperfectos eſſe agnoſcant. At cõtrà Origenes putat hæc dici in aliena perſona, eius ſcilicet qui gratiæ Diuinæ nondum particeps, luctetur adhuc cum carnis affectibus, illis impar. & nequid ſalui ſupereſſet quod iſte non corrumperet, ad aliam perſonam refert exclamationẽ, miſer ego homo, &c. ad aliam, ſermonem gratias agentis Deo. quam expoſitionem quis non impuram, detortam, violentam eſſe videt? Et tamen Ambroſius & Hieronymus, ab iſto inducti in errorẽ. putant Apoſtolũ non ſuſpirare in ſua perſona, tãquam liberandũ, ſed tanquã liberatũ gratias agere. quod ego quum legerem, ſanè fateor me exhorruiſſe. Quãto verò rectius Auguſtinus iſta exponit de Paulo, & fidelibus omnibus in ipſius perſona repræſentatis? Nam certè ita eſt, & qui hoc non nouit, nondum ſeipſum nouit. Eſt autem planè mi

ſerabilis in hunc locum Eraſmi oratio, qui ab Origene ſuo faſcinatus, putat hæc potius ab Auguſtino torqueri, quum magis, inquit, conueniat Paulum humani generis perſonam in ſe recipere, in qua eſt ethnicus exlex, Iudæus carnalis ſub Lege, & Spiritualis per gratiam liberatus. At ego prorſus neſcio quid ſit Scripturas penitus peruertere, ſi hoc non eſt.

Cap. VIII.

Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundum carnem ambulant.

Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

Nã quod impoſſibile erat Legi, ĩ quo infirmabatur per carnẽ: Deꝰ Filiũ ſuũ mittẽs in ſimilitudinẽ carnis peccati,

Cap. VIII.

1 Nvlla igitur nunc *eſt* condemnatio iis′qui *ſunt* in Chriſto Ieſu, ″*id eſt qui* non″ſecundũ carnem incedunt, ſed ſecundũ Spiritũ. Damnatio.

2 Nam″lex Spiritus vitæ″*qui eſt* in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Libertas.

3 ″Nam″legis impotẽtia quum″nihil poſſet″in carne, Deus ſuo ipſius Filio miſſo″conformato″carni peccato obnoxiæ,

IN CAPVT VIII.

1 Qui *ſunt* in Chriſto Ieſu, τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Eraſ. iis qui *ſunt inſiti* in Chriſto Ieſu. Ego malui ad verbum interpretari, quum per ſe ſatis plana ſit ſententia. *Id eſt qui* non ſecundum carnem μὴ κατὰ σάρκα In pleriſque codicibus poſt Ἰησοῦ additur diſtinctio, & quidem rectè, vt opinor: perinde ac ſi ſcriptum ſit τοῖς μὴ κατὰ σάρκα. Ita enim eſt multo vberior ſententia: & eiuſmodi eclipſin articuli ſæpe iam annotauimus, cuius exemplum etiam alterum eſt in proximo verſiculo. Hoc igitur additum eſſe non dubito pro definitione eorum qui ſunt in Chriſto, à conſequentibus & neceſſariis ſignis ſumpta, vt declaratur 1. Ioh. 1. c. 6, & 7, & 2. a. 5, & 6. Et eorum interpretationem non facilè admiſerim qui ſine diſtinctione iſta connectunt. Secundum carnem κατὰ σάρκα Id eſt, carnem, tanquam ducem, ſecuti, vt dixit Cicero, ſecundum naturam viuere. Nam qui Spiritum ſequitur ducem, quanuis interdum à carne quaſi pertractus extra viam veſtigium ponat, ſecundum carnem viuere non dicitur. Vocat autem Carnem, vniuerſam hominis naturam, vt corrupta excidit à priſtina dignitate, ſicut alibi diximus aliquoties. cui opponitur Spiritus, eadem ſcilicet inſtaurata per ſpiritum Dei. Et quòd attinet ad verbum περιπατεῖν, ſæpe iam annotauimus illud reſpondere verbo הלך, quo ſignificatur tota vitæ ratio, ac veluti hominis inceſſus, quandiu huius vitæ curriculum conficit.

2 Lex Spiritus vitæ ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς. Legis vocabulum latè patere apud Paulum, multis iam locis oſtendimus, ac præſertim ſuprà 3. d. 27. Hîc quidem per legem nihil aliud ſignificari puto quàm ius & authoritatem, cui opponitur tyrannis peccati ac mortis ex peccato promanantis. Sed & Spiritus appellatio quid comprehendat, & cur epitheton vitæ, id eſt vitalis ſeu viuifici, adiiciatur, ex contraria antitheſi apparet. Ad me quidem quod attinet, vt dicam quod ſentio, Legem Spiritus vitæ, nec Legem fidei cum Ambroſio, nec propriè ipſum Spiritum ſanctum, cum Chryſoſtomo, ſed eius potius efficaciam, vt in ſuperiore verſiculo, qua ſcilicet peccatum ipſaque adeò mors mortificatur, denique regenerationis gratiam intelligo: cui opponitur Carnis corruptio. Et hactenus quidem non dubito quin mecum faciant quicunque hunc locum propius inſpexerunt: ſed in huius regenerationis conſideratione peculiare quiddam ſpectandum puto, de quo proxima annotatione dicam. *Qui eſt* in Chriſto Ieſu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſmus per Chriſtum Ieſum: quam verſionem cur omnino repudiarẽ cauſas, ni fallor, neceſſarias habui. Nam hac ratione oporteret iſta potius connecti cum verbo ἠλευθέρωσε contra omnium codicum fidem. Deinde ſi ita expoſueris, videbitur nimirum Apoſtolus diſſerere de regenerationis gratia quæ in nobis eſt per Chriſtũ inchoata: cui ſanè tribui hoc nõ poteſt, quòd nulla ſit in nobis condẽnatio. Explico igitur iſta de reliqua iuſtificationis noſtræ parte, quæ ſcilicet cõſiſtit in ſanctificatione ipſa Ieſu Chriſti nobis imputata: vt opponat Apoſtolus Legẽ Spiritus vitæ, quæ in Chriſto eſt perfecta & abſoluta, noſtræ illi, quæ quũ in nobis ſit duntaxat inchoata (vt ſuperiore capite expoſuit) nõ poteſt ſalutis noſtræ cauſa, ſed teſtimonium potius dici. Itaque non dubito quin præpoſitio ἐν ſeruanda ſit, & ſupplendus articulus, perinde acſi ſcriptum ſit τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς τοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Liberauit me ἠλευθέρωσέ με. Hoc certè videtur dici non poſſe de regeneratione in nobis inchoata, quæ ſcilicet huius liberationis non cauſa, ſed teſtis eſt. Sanctificationi autem Chriſti nobis imputatæ ita propiè conuenit vt nihil ſuprá. A Lege ἀπὸ τοῦ νόμου. Eraſmus, à iure, quum in ſuperiore membro vti maluerit Legis vocabulo: quod & ego amplecti malui, quòd Paulus tacitè videatur ad Legem Dei alluſiſſe, vt apparet ex ſequentibus. 3 Nam quum ἐν ᾧ γὰρ. Hæc eſt, opinor, ſimpliciſſima & appoſitiſſima explicatio huius formulæ: cuius traiectio nõ modo non eſt aſpera ſed etiã elegans, vt mihi videtur. ſicut & illa prorſus ſimilis quam vſurpat infrà 11. d. 31, & 12. a. 3. Multo certè minus aſpera eſt quã illæ à nobis obſeruatæ Iohan. 8 d. 25, & 15. b. 10, & Act. 1. a. 2. Vulg. in quo, obſcurè quidem, propter traiectionem, ſed tamen ſalua manente ſententia. Eraſmus, ea parte qua, vel quatenus, vt ἐν poſita ſit pro κατὰ. quam interpretationem repudio nõ modò vt coactam ac detortam, ſed etiam vt Pauli ſententiæ atque adeò veritati repugnantem ex diametro: tum propter falſam illã & verè Origenicã diſtinctionem Legis in carnẽ & Spiritũ (de qua paulo pòſt dicemus) tũ etiã quia, vt ſemel dicamus, quicquid Legi tribuis, Chriſto detrahis. Quid ſi verò cõuertas, eo quòd? Hæc verò ſententia mihi non diſplicet, quæ vel nihil, vel certè parũ à noſtra interpretatione diſſidet, & aliquo etiã exẽplo cõfirmari poteſt, quũ ſic prorſus ἐν ᾧ vſurpetur Heb. 2. d. 18. Vnũ tamẽ me remoratur, nẽpe quia, ſi ita explices, videbitur pendere τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, vt mox dicemus. Impotentia Legis τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Impotẽtiæ nomen ſic vſurpauit Terentius in Adelphis. Nihil autẽ aliud iſta declarãt quàm ὁ ἀδύνατος νόμος, id eſt Impotens lex. vt hoc eodem capite, verſu 19, ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, expectatio creaturæ, pro ἡ ἀποκαραδοκοῦσα κτίσις, creatura expectãs. & Heb. 7. c. 19, ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, ſuperintroductio ſpei melioris pro ἐπεισαχθεῖσα κρείττων ἐλπὶς, ſpes melior ſuperintroducta, ex Hebræorũ idiotiſmo quẽ annotauimꝰ Mat. 24. b. 15. Videtur tamẽ de induſtria hoc modo loquutus Paulus, vt Legẽ ipſam culpæ eximeret: cuius etiam impotẽtiam doceat à nobis proficiſci. Vulgata, quod impoſſibile erat Legi. quæ interpretatio conueniret ſi pro τοῦ νόμου ſcriptũ eſſet τῷ νόμῳ. Sic enim uſurpatur articulus τὸ apud Atticos, quũ obliquis caſibus antecedentibus, oratio recto caſu clauditur, vt apud Gregoriũ, τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν, id eſt, ὅ, τι ἐστὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν. & τὸ πρόδηλον, τὸ φαυλότατον pro ὅ, τι ἐστὶ πρόδηλον, & ὅ, τι ἐστὶ φαυλότατον. Sic apud Syneſiũ, οὗ διατρίβων εἰ λήψῃ καὶ πέμψῃς ἐπιστολάς, τὸ τιμαλφέστατον ἐμοὶ τῶν ἀπὸ Θράκης ἀγωγίμων, id eſt, vbi ſi cõmoratus fueris, tũ accipies tũ mittes epiſtolas, quod mihi pretioſiſſimũ eſt omniũ quæ ex Thracia importãtur. vt doctiſſimus Budæus in cõmentariis annotauit. Itaque, vt ad rem redeã, dicendũ fuiſſet τὸ ἀδύνατον τῷ νόμῳ, vt explicare poſſemus, ὃ γὰρ ἐστιν ἀδύνατον τῷ νόμῳ, quo modo etiã Demoſthenes περὶ στεφάνου, ὃ δὲ πάντων, φησίν, καὶ φοβερώτατον καὶ μάλιστα ὑπὲρ ἐχθρῶν, οὗτοι παρεσκευάκασι τοὺς περιχώρους πάντας ἐχθρὰς ἢ φιλίας ἐγγυτέρω. Eraſmus verò multò lõgius à Græcis recedẽs, vertit, Etenim quod Lex præſtare nõ poterat. & quia omnino ſibi perſuaſerat hæc poſita eſſe quarto caſu, ſuppleuit poſt σαρκὸς ἁμαρτίας verbũ præſtitit: de quo mox dicemus. Nihil poſſet ἠσθένει. Ἀσθενεῖν, vt alibi annotauimus, ſic etiã hoc loco, nõ ſignificat vires aliquas imbecillas, ſed prorſus nullas. Itaque nõ eſt quod ſophiſtæ ſtabiliẽdo ſuo libero arbitrio, abutantur Apoſtoli authoritate. nec rectè cõuertit Vetus interpres, infirmabatur, nec Eraſmus, imbecillis erat. In carne διὰ τῆς σαρκός. Id eſt ἐν σαρκί, vt ſuprà 4. b. 11, δι᾽ ἀκροβυστίας pro ἐν ἀκροβυστίᾳ. Carnẽ autem vocat conditionẽ hominis nõ regenerati cuius morbũ poterat quidem Lex indicare, at nõ ſanare. Itaq; in Chriſto perfectè fuit inſtaurata, deleto in ipſa ſemel ac penitus peccato, vt ſuos etiã in æternũ ſanctificet. Vulg. & Eraſ. per carnẽ, admodũ obſcurè. Sed quod ex Origene mutuatus eſt Eraſmus, id verò planè ineptũ eſt & Euãgelii gloriæ plurimũ detrahit. Diuidit enĩ Legẽ Origenes in Carnẽ & Spiritũ, id eſt carnalẽ intelligẽtiã & ſpiritualẽ. quod quidẽ mihi placeret maximè ſi Legis vmbras cum veritate cõpararet (nã certè puto huc reſpexiſſe Apoſtolũ: vt hic locus optimè explicari poſſit ex collatione cap. 9 epiſtolæ ad Heb. & 10. c. 13.) ſed nihil tale ipſi in mentẽ veniſſe, ex eo liquet quòd iſtã Legis impotentiã in eo totã collocat, quòd impoſſibile fuerit Legis cæremonias ſecundũ carnem, id eſt ſecundũ literã (vt loquitur) obſeruare. Quid enim, inquit, tam impoſſibile quàm ſabbathi obſeruatio ſecundũ literã Legis? Subiũgit deinde de ſacrificiis & legibus lepræ, quas Iſrael nunquã potuerit implere. quaſi verò, quũ Lex dicitur à nobis præſtari nõ poſſe, nõ aliò reſpiciatur: aut quaſi de Legis præſtatione hîc diſſeratur, ac nõ potius quæ ſit ipſius in natura noſtra ſanctificãda virtus. Certè qui ſic loquitur, nõ modò videtur non intelligere de quo hîc agatur, ſed etiã Chriſti beneficiũ non habere perſpectũ. Itaque hunc ſcriptorẽ vt impurum & alienũ à nobis, ſemel nunc miſſum facio. Conformato ἐν ὁμοιώματι. Id eſt, vt ego quidem exiſtimo, ὁμοιωθέντα. Vulg. in ſimilitudinem. quod videtur nimis dilutũ. Eraſ. ſub ſpecie, ambiguè. Nã & ipſe Marcion ſpeciẽ carnis fatebatur in Chriſto, at nõ veritatem ac fateor quidem hunc locũ, quod ad qualitatẽ attinet, ſic à veteribus & recẽtioribus pleriſque explicari: quia re vera caro Chriſti nõ fuit peccato obnoxia, ſed huic noſtræ ſimilis, quoad ſubſtantiã, quũ ſerui formã induerit filius Dei: ſed quũ noſter Apoſtolus Philip. 2. a. 7, eodẽ vocabulo vtitur, rei ipſius ſubſtãtiã deſignans, malui conformãdi verbo vti. Nã qui formã dicit, ſimpliciter loquitur, quũ ὁμοίωμα ſit ex eorũ genere quæ nonniſi cõparatè dicuntur. Ego verò non verear dicere Chriſtum aſſumpſiſſe carnem, id eſt naturã peccato obnoxiam: ſed quam ab ipſo cõceptionis momẽto ſanctificarit, quũ eam idcirco ſibi adaptaret vt peccatũ in ea deſtrueret. Carni peccato obnoxiæ, σαρκὸς ἁμαρτίας. Id eſt, hominis naturæ quæ corrupta fuit per peccatũ, donec illã ſanctificaret. Vulgata ad verbũ, Carnis peccati. Quidam vertit, Corpore ſontis ſimili:quã interpretationẽ,vt affectatã,repudio. Quidã alius, carnẽ peccatricẽ interpretatur:quod nõ temerè admiſerim. Videtur enim peccatricis epitheton ad actualia,quæ vocãt,peccata reſpicere:hìc verò de ipſo peccatorũ fonte quæritur. Quod autẽ Eraſmus & quidã eum ſecutus ſuppleuerũt verbũ Præſtitit:partim eo factũ eſt quòd τὸ ἀδύνατον putarũt quarto caſu poſitũ(in quo manifeſtè hallucinantur) partim verò quia ſequens mẽbrum coniunxerunt cum κατέκρινε. itaque verbum aliquod neceſſariò requiri putarunt in ſuperiore membro.

Carnales. ″*id* que pro peccato,″condemnauit peccatum″in Carne:

″Vt ius illud Legis compleatur″in nobis,qui non ſecundum carnem incedimus,ſed ſecundum Spiritum. 4

Nam″qui ſecundum carnem ſunt,quæ carnis ſunt″ſapiunt:qui
Spirituales. verò *ſunt* ſecundum Spiritum,quæ Spiritus ſunt. 5

Nam intelligentia carnis, mors eſt: intelligentia verò Spiri-
Pax. tus,vita & pax: 6

Propterea quòd intelligẽtia carnis,″inimicitia *eſt* aduerſus Deũ. 7
Caro. Legi enim Dei non ſubiicitur:nam ne poteſt quidem.

″Ergo qui in carne ſunt,Deo placere non poſſunt. 8

Spiritus Chriſti in nobis. Vos autẽ nõ eſtis in carne,ſed in Spiritu:″ſi quidẽ Spirit⁹ Dei habitat in vobis. quòd ſiquis″Spiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt ei⁹. 9

Porrò ſi Chriſtus in vobis eſt,″corpus quidem mortuũ eſt″pro- 10

& de peccato damnauit peccatum in carne:

Vt iuſtificatio Legis impleretur in nobis,qui non ſecũdum carnem ambulamus,ſed ſecundum Spiritum.

Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui verò ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt Spiritus ſentiunt.

Nam prudẽtia carnis,mors eſt:prudentia autem Spiritus,vita & pax:

Quoniam ſapientia carnis inimicitia eſt in Deum:Legi enim Dei non ſubiicitur,nec enim poteſt.

Qui autem in carne ſunt,Deo placere non poſſunt.

Vos autem in carne non eſtis ſed in Spiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis.ſiquis autem Spiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius.

Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter

Id que pro Peccato καὶ περὶ ἁμαρτίας, Id eſt,vt ipſum peccatum aboleret, in Carne noſtra quod & factũ eſt ab eo, quum nos in ſeſe in nouũ ſcilicet illũ hominẽ,conderet vt ſcriptum eſt Eph.2.c.15.Itaque fuit hoc adiiciendũ,vt finis iſtius aſſumptionis carnis explicaretur, quæ eſt noſtræ illius perfectæ ſanctificationis fundamentum : & optimè etiam declarat nos non poſſe Chriſti virtutum fieri participes, niſi prius cum ipſius eſſentia communicemus. Vulg.& Eraſ.& de peccato. quam particulam omnes ferè interpretes connectunt cum κατέκρινε, ideóque in eius explicatione magnopere laborant. Alii enim exponunt ,Deum de peccato, id eſt peccati, condemnaſſe peccatum in carne, quòd iniquè vim attulerit Chriſto.& fateor ſimilem conſtructionem inueniri Iohan.16.a.9.Sed hæc expoſitio,vt nihil aliud dicã,ſanè ſubtilis eſt potius quàm appoſita. Alii peccati nomine ſentiunt victimam pro peccato,quam Hebræi ſimili ratione אשם vocant,id eſt Chriſtum ipſum,ſignificari.& hunc locũ comparant cũ 2.Cor.5.d.21. At ego,etſi is non ſum qui vllius ſententiæ præiudicare velim,aut etiã poſſim,tamen hanc interpretationẽ minus etiam admiſerim quàm ſuperiorem. Primũ enim,aut ego prorſus fallor,aut præpoſitio περὶ nulla ratione poteſt hanc interpretationẽ admittere. Deinde nõ facilè mihi perſuaſerim de peccatorũ expiatione hìc agi. Eſt enim pars illa iãpridem ab Apoſtolo explicata,adeò vt à verſu 12 capitis quinti aliud argumentũ ſit exorſus:quamobrem etiã non dixit Apoſtolus περὶ ἁμαρτιῶν pro peccatis,ſed περὶ ἁμαρτίας.hoc nomine,vt mihi quidem videtur,natiuam illã labem ſignificans quæ in carne noſtra hærebat,priuſquam Chriſtus illam aſſumptã plenè ſibi ac ſuis ſanctificaret. Itaque περὶ ἁμαρτίας prorſus exiſtimo pertinere ad participiũ πέμψας,additáque diſtinctione à ſequentibus ſeparari oportere. Nam præterquã quòd,ſi hanc lectionem ſequamur,neque confundetur partiũ iuſtificationis explicatio, neque vllius vocabuli ſignificationem detorſeris,nititur etiã hæc diſtinctio authoritate Græcorũ ſcholiorum,à quibus diſertè annotatur: & Epiphanii,vetuſti & orthodoxi ſcriptoris,qui ſic diſtinguit κατ' ἁμαρτιῶν.niſi corruptus eſt codex. περὶ autem pro ὑπὲρ nõ modo apud Sacros ſcriptores frequentiſſimè,vt Matth.9.d.36,& 26.c.28,& 1.Pet.3.d.18,ſed etiam apud alios diſertiores,vt norũt omnes in Græca lingua vel mediocriter verſati. Condemnauit κατέκρινε. Id eſt,nullum in nos ius mortis habere declarauit. Nã imputata nobis Chriſti ſanctificatione, peccatum pro nihilo habetur,quanuis ſuperſint eius reliquiæ in nobis. In carne: ἐν σαρκὶ. Eraſmus per Carnem,Origenem ſuũ ſequutus, qui de Chriſti perſona hoc intelligit,quũ indefinitè ſignificet hominis naturam,in Chriſto capite in primis, deinde etiã in membris ipſius ſanctificatã:non tamen quatenus eſt in nobis inchoata ſanctificatio(alia enim afferenda eſt quũ de iudicio Dei agitur) ſed quatenus in Chriſto perfecta nobis,qui membra illius ſumus,per fidem imputatur:ſicut & peccatorum remiſſio & Legis impletio.

4 Vt ius illud Legis ἵνα τὸ δικαίωμα. Vulg. & Eraſ.vt iuſtificatio Legis. Ego verò puto τὸ δικαίωμα declarare hoc etiã in loco,vt ſuprà 1.d.32,ipſam Legis Dei ſubſtãtiam id eſt,quod requirit Lex,vt poſſimus iuſti & integri coram Deo inueniri. Nam quũ ad peccatorum remiſſionem & impletionem iuſtitiæ,acceſſit etiam hoc tertium,id eſt naturæ noſtræ integritas (quæ omnia gratis conſequimur per Chriſtum fide apprehenſum)vt in omnes facies ſe conuertat ſatan,iuſti ſumus coram Deo, etiam ex illa abſolutiſſima Legis formula. quamobrem etiam dixit Apoſtolus ſuprà 3.d.31,ſe Legem non euertere ſed ſtabilire. In nobis, ἐν ἡμῖν, Non dicit Apoſtolus ὑφ' ἡμῶν, à nobis. Neque enim idcirco nulla in nobis eſt condemnatio,quòd iuſtitia ſit in nobis inchoata:ſed quia in Chriſto ſumus,in quo plenè ſumus ſanctificati. Nam quod de imputata Chriſti ſanctificatione dicimus,ita accipiendũ eſt, vt ſciamus nõ idcirco nos ſanctos coram Deo haberi quòd Chriſti hominis integritas ſarciat quod noſtræ deeſt,ſed quòd ille nos in ſolidũ ſanctificarit in ſeſe in æternũ. Quorſum igitur,dices,illa iuſtitia in nobis per eundem Chriſtũ inchoata?nempe vt ſit teſtis,nos in Chriſto eſſe,in quo omnia ſumus adepti. Ideò Apoſtolus admodum appoſitè ſubiicit quæ ad noſtræ illius in Chriſto cœptæ iuſtificationis vſum pertinent:vt ſcilicet intelligamus quod veriſſimum eſt, fruſtra de fide ac Chriſto apprehenſo gloriari qui reipſa non oſtendant ſe Chriſti Spiritus eſſe participes. 5 Qui ſecundum carnem ſunt, οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. Eraſ.qui carnales ſunt rectè quidem,ſi ſenſum ſpectes(quũ hos eoſdem Apoſtolus nonnunquã σαρκικοὺς appellet,eos ſcilicet in quibus corrupta illa natura dominatur)malui tamen ab Apoſtoli verbis non diſcedere:quorũ hæc eſt emphaſis,vt in eiuſmodi hominibus intelligatur nihil inueniri quod carnis præſcripto & exemplari ad amuſſim non reſpondeat.quibus opponuntur qui ſunt ſecundum ſpiritum. Sapiunt: φρονοῦσιν. Eraſ.curant. Alii,cogitant,quas interpretationes non repudio. Transfertur enim hoc verbũ ad omnes animi partes.mihi tamen videtur Apoſtolus hoc verbum vſurpaſſe, quod ſcilicet de excellentiſſima illa animi parte propriè dicitur, vt quod ſit carnis ingenium,declararet,hoc ſcilicet,vt quo magis eſt illi deditus aliquis,eo magis inani faſtu turgens,ſibi mirificè placeat. Deinde vberior etiam eſt iſta interpretatio. Nam ſi ſapientia carnis excluditur,quis tandem locus reliquis partibus inferioribus relinquetur? Itaque φρόνημα non aliter quàm σύνεσιν interpretor. 7 Inimicitia *eſt* ἔχθρα. Sic legitur in omnibus codicibus quos vidimus.éſtque multo expreſſius hoc dictum,quàm ſi dixiſſet,inimicam eſſe carnem Deo.quanuis nonnulli ita legant in Latinis exemplaribus, manifeſto errore, quum nuſquam legatur ἐχθρά,imò verò ne legi quidem poſſit. Dicendum enim fuiſſet ἐχθρὸν,vt rectè obſeruauit Eraſmus.

8 Ergo qui in carne ſunt, οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. Particulam δὲ haud ſcio an alibi pro οὖν poſitam inuenias:ſed omnino videtur poſcere ſententia vt ita explicetur. Deinde notandum eſt Paulinum dicendi genus,In carne eſſe.quod expoſuimus Act.8.d.23 vt planè blaſphema ſit ac Diabolica vox illa Siritii Papæ,qui de matrimonii coniunctione hoc dictum interpretatur.

9 Siquidem εἴπερ Id eſt,ἐπείπερ quandoquidem,vt 2.Theſſ.1.a.6.Itaque non rectè videtur Vetus interpres conuertiſſe,Si tamen.

Spiritum Chriſti πνεῦμα χριστοῦ. Nomine ſpiritus Chriſti,vel Spiritus ſanctus intelligendus eſt,quem ſpiritum Dei vocarat:vel eius nobiſcum per Spiritum ſanctum communicati efficacia in nobis.de qua actum eſt cap.6.Itaque ineptus etiam eſt Schuenfeldius,quum ex hoc loco vult vrgere vt vel carnem Chriſti faciamus ſpiritualem,vel totum Chriſtum à nobis fateatur non poſſideri.

10 Corpus quidem τὸ μὲν σῶμα. Quod carnem vocarat,nunc corpus dicit,vt ex eadem antitheſi apparet, & ex eo quod ſubiicit infrà verſu 13,nempe non hoc tantum,quod ex oſſibus & neruis compactũ,corpus vocamus,ſed quicquid adhuc in peccati & mortis ſalebris hæret. Itaque ſimili etiam ratione vocabulum Spiritus corpori oppoſitũ,explico,itémque mortis & vitæ ac viuificationis.de quibus omnibus dictum eſt ſuprà capite ſexto. Propter peccatum: δι' ἁμαρτίαν. Quidam conuertit,Per peccatum,δι' ἁμαρτίας:& fateor quidem interdũ hæc confundi,& peccatum omnibus modis dici poſſe mortis cauſam, ſed ratio collationis poſcit vt eandem præpoſitionem vtroque loco ſimiliter interpretemur. Non poteſt autem dici ſpiritus noſter viuere per inhærentem iuſtitiam,vt corpus ſuo peccato mori: quum ne Abraham quidem habeat de quo coram Deo glorietur. Spiritus verò pro ipſo Spiritu ſancto accipi vix ſatis commodè poſſit, propter oppoſitum corporis nomen:nec rurſus iuſtitiæ vocabulum de imputata iuſtitia intelligi, quum de regenerationis gratia hìc agi conſtet ex argumenti

ſerie. Itaque δι' ἁμαρτίαν conuerto, propter peccatum, & διὰ δικαιοσύνην propter iuſtitiam. Sed diligenter conſiderandum puto qua de re diſſerat Paulus. Neque enim diſſerit de mortis & vitæ cauſis, quum hoc argumentum abſoluerit: ſed ex quibus teſtimoniis poſſimus intelligere ecquid in vita ant in morte ſimus. Vnde igitur, inquit, ſentiemus nos Chriſti eſſe? ſi Spiritum eius habuerimus. At hunc Spiritũ vnde rurſus percipiam? nempe ſi, quemadmodum vna noſtri pars adhuc mortua eſt (quod intelligitur ex peccato, cuius reliquiæ in ea manent) ſic altera pars viuat. Viuere autem illam ex iuſtitia cognoſcemus, id eſt ex eo quòd iuſtitiæ viuit: quæ eſt Spiritus Chriſti virtus in nobis.

peccatum: Spiritus verò vita propter iuſtitiam.		pter peccatum: Spiritus autem "vita *eſt* propter iuſtificationem.	
Quòd ſi Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſũ à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.	11	"Sed ſi Spiritus eius qui excitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Chriſtũ ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, "per inhabitantem eius Spiritum in vobis.	
Ergo fratres debitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus:	12	Nempe igitur fratres, debitores ſumus "non carni, vt ſecundũ carnem viuamus, *ſed ſpiritui.*	
Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem Spiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis.	13	Nam ſi ſecundum carnem vixeritis, futurum eſt vt moriamini. ſed ſi Spiritu actiones corporis "mortificetis, viuetis.	Non ſecũdũ carnem viuendum.
Quicunque enim Spiritu Dei agũtur, ii ſunt filii Dei.	14	Quotquot enim Spiritu Dei ducuntur, ii ſunt filii Dei.	Spiritus ſanctus in filiis Dei.
Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.	15	Nõ enim "accepiſtis "ſpiritũ ſeruitutis rurſus ad metum: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis, per quẽ clamamus, "Abba, *id eſt* Pater.	
Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei.	16	"Qui ipſe Spiritus "teſtatur vnà cum ſpiritu noſtro, quòd ſimus filii Dei.	
Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamẽ compatimur vt & conglorificemur.	17	Quòd ſi filii, etiam "hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: "ſi modo ſimul *cum eo* patimur, vt & ſimul *cum eo* glorificemur.	Hæredes. Cohæredes. Tribulatio.
Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis.	18	"Nã ſtatuo "minimè *eſſe* paria quæ præſenti tẽpore perpetimur, futuræ gloriæ nobis reuelandæ.	

Vita *eſt* ζωή, id eſt viuit. Sic autẽ maluit ſcribere Apoſtolus quàm ζῇ, vt ſpiritus efficaciã oſtẽderet in reliqua parte, id eſt Corpore eripiẽdo ex morte, fermẽti cuiuſdã inſtar, toti maſſæ vim ſuã inſinuãtis. Accipio igitur vt ſuprà ver. 6. quia ſicuti Corpus ita etiã Spiritũ vt hominis alterã partẽ accipio, quo ſibi cõſtet antitheſis. Nã ſi de ipſo Chriſti Spiritu nõ noſtro interpretemur, cuius mẽtio fit in proximo verſiculo, nõ cohærebit collatio. ſin autẽ pro regenerationis gratia, opponi illi debuit nõ Corpus ſed Peccatũ. Sicui tamẽ alterutrã harũ interpretationũ ſequi libuerit, Vita eſt, dictũ erit pro ζωοποιεῖ, id eſt vitã cõfert. 11 Sed ſi Εἰ δὲ Vulgata & Eraſmus, Quòd ſi. Ego verò expreſſius malui interpretari. Nã quia dixerat, hominẽ in quo Spiritus Chriſti eſſet, altera adhuc ſui parte hærere in morte, non videbatur niſi dimidiæ ſalutis ſpẽ nobis feciſſe. Addendum igitur hoc fuit, partim vt explicaret quod dixerat, nẽpe ſpiritum noſtrũ non modò viuere, ſed etiam vitã eſſe, partim vt plenam aliquando vitam noſtram fore oſtenderet. Per inhabitantem ipſius Spiritum in vobis. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν. Sic lego ex Complutenſi codice & alio etiam ex noſtris manuſcripto, potius quàm ſexto caſu διὰ τὸ ἐνοικοῦν, &c. Ita enim vberior eſt ſententia, & grauiſſimum erit argumentum, à diuina ſcilicet virtute petitum, quæ ſicut ſeſe primùm in capite noſtro Ieſu Chriſto exeruit, ita etiam in nobis, qui membra ipſius ſumus, quotidie exeritur: nec prius pugnare deſinet quàm vetus homo prorſus ſit confectus, quum ſcilicet integri coram Deo, abſorpta noſtra mortalitate, conſiſtemus.

12 Non carni, οὐ τῇ σαρκί. Aut tranſponenda eſt negans particula, ſicut Iohan. 6. d. 32, & 38, aut potius ſupplenda eſt altera pars oppoſita. quam eclipſin diximus Paulo eſſe familiarem ſuprà cap. 5. b. 12. Expreſſimus igitur, perſpicuitatis cauſa, alterũ membrum quod deeſſe videbatur. 13 Mortificetis, θανατοῦτε, Vulgata, mortificaueritis. Ego malui præſens tempus ſeruare, quo ſignificatur pugna adhuc vigere. 15 Accepiſtis ἐλάβετε Tranſit Hebræorum more à tertia perſona ad ſecundam. Spiritum ſeruitutis πνεῦμα δουλείας, Spiritum vocat Spiritum ſanctum: quem dicimur accipere quum in animis noſtris eſt efficax. Is igitur quia prædicatione Legis ſalutem quidem proponit. Sed addita duriſſima & planè ἀδυνάτῳ conditione, nihil niſi timorem poteſt in animis noſtris ciere, vt quaſi ſerui iram Domini magna cum anxietate pauida conſcientia expectet. Ideò dicitur ab hoc effectu, ſpiritus ſeruitutis ad metũ, id eſt quaſi in ſeruilem conditionem nos redigens. Contrà verò quia gratuita in Chriſto adoptione, ſalutem obſignat in animis credentium à Legis maledictione liberatis Paulus, illum eleganter vocat Spiritum adoptionis, qui nobis os aperiat, non modò ad loquendum, ſed etiam ad clamandum: & ita quidem vt quem veluti aſperrimum Dominum metuebamus, eum vt benigniſſimum patrem appellemus. Abba *id eſt* Pater. Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Duobus præterea locis inuenio Abba Syriacum vocabulum in Nouo teſtamento, nempe Marc. 14. d. 36, & Galat. 4. a. 6. & vtrobique inuenio adiũctum ὁ πατὴρ Pater. quod cur factũ ſit, non immeritò quæritur ab interpretibus. Pleriſque igitur placet hanc geminationem non carere ſua emphaſi: quod ſi verum eſt, ſupererit adhuc alia quæſtio, cur ſacri Scriptores non potius eodem idiomate vſi ſint, vt hæc duplicatio melius appareret. Ad hoc reſpondetur ex Auguſtini ſententia, ſic declarari Chriſtum non minus ad Græcos quàm ad Iudæos pertinere. Sed quid fiet Marco, apud quẽ Chriſto etiam tribuitur Ἀββᾶ ὁ πατήρ, qui tamen Græcè, vt opinor, non eſt loquutus? Mihi itaque viſa eſt hæc ratio magis arguta quàm ſolida: ac potius in eam venio ſententiam vt ὁ πατὴρ additum ſit Syriaco vocabulo explicando. quod obiter etiam attigit Eraſmus, ex Valla: cuius tamen argumentum nõ eſt ſatis firmum, quũ alibi annotauerimus rectũ pro Vocandi caſu vſurpari. 16 Qui ipſe Spiritus Αὐτὸ τὸ πνεῦμα Vulgata, Ipſe Spiritus, neglecto articulo. Eraſmus, Idem Spiritus, Τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Nonnulli addunt particulam cauſalem vt iſta cum ſuperioribus poſſint connecti. Teſtatur vna cum ſpiritu noſtro, συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. Hac ratione duo erunt teſtes, nẽpe Spiritus Dei & ſpiritus noſter ab eo certior factus. Vulgata, teſtimonium reddit Spiritui noſtro. Nam συμμαρτυρεῖν dicitur etiã de vnico teſte, qui ſuo teſtimonio cõfirmat quod alius dicit. Chryſoſtomus verò præpoſitionem σὺν refert ad vocis teſtimonium, & clamorem illum cuius antè facta eſt mentio: vt commodè etiam interpretari poſſis, Simul teſtatur ſpiritui noſtro.

17 Hæredes: κληρονόμοι· Id eſt bonorum patris participes, idque gratis: quia filii adoptiui, non ex emptione aut alio eiuſmodi titulo. Nã alioquin viuo patre filius hæres dici non poteſt, nunquam verò moritur Pater cuius dicimur cum Chriſto cohæredes. ex quo efficitur κληρονόμοι ex Hebræorum idiotiſmo dici qui bonis ſibi conceſſis fruitur, vt annotauimus ſuprà cap. 4. d. 13. Si modo εἴπερ Vulgata, ſi tamen, eodem ſenſu. Eraſmus, ſi quidem: quaſi hoc etiam loco, vt paulo antè, cauſam potius quàm conditionem declaret. Ego verò Ambroſio malui aſſentiri, qui conditionem crucis putat requiri. 18 Nam ſtatuo λογίζομαι γὰρ Vulgata exiſtimo, quod verbum vt nimis dilutum rectè reprehendit Eraſmus. ideóque reputandi verbo vti maluit, pro ſecũ perpendere. quod & ipſum non ſatis videtur expreſſum. Significat autem in genere τὸ λογίζεσθαι hoc loco, vt idem rectè obſeruauit, collatis vtrinque rationibus & ſubducto velut calculo, aliquid certi ſtatuere. Vtitúrque Paulus particula cauſali, quia non tantùm dixerat fore vt noſtras calamitates gloria exciperet, ſed diſertè meminerat eius gloriæ quæ cũ Chriſto nobis eſſet communis, id eſt cæleſtis & infinitæ. Minimè *eſſe* paria Ὅτι οὐκ ἄξια Vulgata, Quòd non ſunt condignæ. vnde factum vt Sophiſtæ multa de merito congrui & condigni nugarentur: quorum tamen doctrina ex hoc loco refelli poſſit. Sed oſtendit argumenti ſeries Paulum hoc loco non diſſerere de valore ſeu pretio afflictionum quas pro Chriſto perferimus, imò potius ex earum qualitatis ac quantitatis, vt ita dicam, collatione cum vita æterna, colligere nos infinitis partibus cũ Chriſto feliciores fore quàm nũc miſeri ſimus. Itaque ἄξια rectè & propriè vſurpauit. quod nomen teſtantur grammatici de iis dici quæ appenſa, eiuſdem ponderis inueniantur. Eſt autem in οὐκ ἄξια figura quam Liptoten vocant, quum minus dicitur quàm intelligatur. Ideò malui conuertere minimè pares quàm non pares.

Creatura.	"Etenim res creatæ *quaſi* exerto capite obſeruantes, expectant dum palam fiant filii Dei.	19	Nā expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.
Gloria.	Nam "vanitati res creatæ ſubiectæ ſunt, non ſua ſpōte: ſed propter eum qui ſubiecit *eam* ſub ſpe.	20	Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens: ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe.
	"Quòd & ipſæ vindicabuntur ex ſeruitute interitus, in libertatē gloriæ filiorum Dei.	21	Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.
	Scimus enim quòd omnes res creatæ "ſimul ſuſpirent & ſimul parturiant ad hoc vſque *tempus*:	22	Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.
Adoptio filiorū. Redemptio corporis.	"Neque *illæ* ſolùm, ſed & ipſi qui primitias Spiritus habēt, id eſt nos ipſi "apud nos ipſos ſuſpiramus, adoptionem expectātes, "*id eſt* redemptionem corporis noſtri.	23	Non solùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectātes, redemptionem corporis noſtri.
Spes.	Nā ſpe ſeruati ſumus. "Spes autem ſi cernatur, nō eſt ſpes. quod enim quis cernit, "cur ſperet?	24	Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, nō eſt ſpes. nā quod videt quis, quid ſperat?
	Si verò quod non videmus ſperamus, *nempe* per patientiam expectamus.	25	Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam expectamus.
Orare.	Itidem autem & Spiritus "ſimul ſubleuat infirmitates noſtras. "quid enim oremus "vt oportet, non nouimus: ſed ipſe Spiritus "poſtulat pro nobis ſuſpiriis inenarrabilibus.	26	Similiter autē & Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
	Qui verò ſcrutatur corda, nouit "quis ſit ſenſus Spiritus: "quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.	27	Qui autē ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.
	Nouimus autem quòd eos qui diligunt Deum, "omnia ſimul	28	Scimus autem quoniam diligenti-

19 Etenim res creatæ *quaſi*, &c. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, Vulgata, Nam expectatio creaturæ, barbarè nec ſatis expreſſé. Eraſmus, Etenim ſolicita creaturæ expectatio. Ego verò ſtudui Græcum vocabulum exprimere, quo ſignificatur geſtus illius qui cupidiſſimè aliquid expectet: nimirum qui exerat caput, & oculos intendat, quaſi eminus venturum proſpiciens. quod ſignificauit Propheta Pſal. 119, 81. Deinde Hebraiſmum volui emollire, de quo diximus ſuprà verſ. 3, quum explicaremus quid eſſet τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου.

20 Vanitati ματαιότητι Id eſt τῇ φθορᾷ interitui. quo ſcilicet rediguntur in nihilum, ſi indiuidua ipſa ſpectes. Nam ἡ ματαιότης declarat quod ab Hebræis dicitur חבל. Itaque quod Eraſmus putat hoc vocabulo ſignificari fruſtrationem: quòd rerum natura aliud ex alio indiuiduum propagans, meditetur immortalitatem quandam, ſed fruſtra, id inquam magis eſt ſubtiliter quàm appoſitè dictum.

21 Quòd & ipſæ Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις. Vulgata, Quia & ipſa creatura. Eraſmus, Quoniam & ipſa creatura. Ego verò exiſtimo ὅτι accipiendum eſſe εἰδικῶς, vt quænam ſit ſpes illa declaret. Repetitur autem Hebræorum more antecedens relatiui loco.

22 Simul ſuſp. συστενάζει Vulgata, ingemiſcit. Eraſmus, congemiſcit, referens ſcilicet ad nos, quaſi illæ vicem noſtram doleant. Nam paulo pòſt, συνωδίνει vertit nobiſcum parturit. quæ interpretatio ſi recipiatur, redundabit οὐ μόνον δὲ, quod ſubiicitur in proximo verſiculo. Neque tamen cum vetere interprete puto præpoſitionem σὺν redundare, ſed ad ipſas res conditas refero, quarum in eo ſummus eſt conſenſus, quòd omnes vnà magno cum dolore finem malorum expectant. Loquitur enim de illis per Proſopopœiam. Sed & illud videndum, ne πᾶσα potius accipiatur pro Quæuis quàm pro Omnis: quū in hoc numero neque Angeli comprehendantur, vt qui non ſint interitui obnoxii, neque diaboli, qui redemptionem Filiorum Dei horreant potius quàm expectent, neque ipſi adeò homines. Nam qui inter illos ſunt reprobi, pari gradu collocandi ſunt cum diabolis: Filii autem Dei ſeorſim conſiderantur in proximo verſiculo. Sed vtcunque ſit, ſciat lector, ſobriè hîc quoque eſſe philoſophandum. 23 Neque *illæ* ſolùm, Οὐ μόνον δὲ, Vide ſuprà cap. 5. a. 3. Apud nos ipſos ἐν ἑαυτοῖς Id eſt ex imo corde. Neque enim tacita hæc eſſe ſuſpiria ſic declarat Apoſtolus, ſed potius ex intimis penetralibus animi proficiſci. niſi malimus conuertere, inter nos ipſos, vt hos gemitus ſignificet Eccleſiæ eſſe communes. *Id eſt* redemptionem corporis noſtri. ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Similis appoſitionis exemplum eſt Matth 15. b. 9. Redemptionem autem corporis vocat, vt opinor, non liberationem à corpore. i. diſſolutionem, vt exiſtimat Eraſmus, ſed extremam illam inſtaurationem quæ futura eſt noſtræ adoptionis conſummatio.

24 Spes ſi cernatur, Ἐλπὶς βλεπομένη, Metonymicè ſpem vocat idipſum quod ſperatur, in hoc membro. Cur ſperet? τί καὶ ἐλπίζει; Abundat particula καὶ, de quo pleonaſmo diximus Iohan. 8. c. 25 26 Simul ſubleuat συναντιλαμβάνεται. Particula σὺν ad nos laborantes refertur, quorū tamen vis omnis ab eo Spiritu proficiſcitur qui ſicut nos penitus collapſos erexit, ita etiam erectos regit, ideó que dicitur συναντιλαμβάνεσθαι, id eſt ipſe viciſſim onus attollere ex altera parte ne ſub eo fatiſcamus. Vulgata, adiuuat. Eraſmus, auxiliatur.

Quid enim oremus τὸ γὰρ τί Sic interdum addi ſolet articulus particulæ τί interroganti, etiam quum nullum eſt ἀντερώτημα, vt prolatis exemplis docet Budæus aduerſus Gazam. Eraſmus, Siquidem hoc ipſum quod oraturi ſimus. Putauit enim articulum τὸ non referri ad τί ſed ad totum orationis complexum. quæ expoſitio eſt prorſus violenta. Vt oportet, καθὸ δεῖ Hoc coniungunt quædam exemplaria cū προσευξώμεθα, quæ ſum ſequutus. quædā cum οἴδαμεν. Poſtulat ὑπερεντυγχάνει .i. πρεσβεύει, inquit Nazianz. cōcione De filio ſecunda: vbi etiam indicat de eo dici ſolere qui alium accuſet. vt omnino id ſit pro quo Latini poſtulare dicunt. Nam, vt inquit Vlp. l. i. Tit. de poſtulando, Poſtulare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in Iure apud eum qui Iuriſdictioni præeſt, exponere: vel alicuius deſiderio cōtradicere. Eraſmus, intercedit. quod vix inuenias in ea ſignificatione apud idoneos authores. Quod autem attinet ad præpoſitionem ὑπὲρ, exiſtimat Eraſmus per eam ſignificari Spiritum ſanctum veluti præfectū eſſe ſanctorum votis, vt ea ſcilicet moderetur. in qua opinione etiā eſt Ambroſius. quæ tamen obſeruatio mihi non placuerit, niſi quopiam exemplo confirmetur. Putarim autem ego potius vel idem declarare atque ἕνεκα, ſicut in ὑπερμαχεῖν ὑπεραπολογεῖσθαι, & ſimilibus, ita tamen vt prætermitti potuerit, quia ſequitur ὑπὲρ ἡμῶν: vel ſummū quoddam ſtudium ita ſignificari: vel denique ita declarari Spiritum ſanctum è cælis iſtos motus in nobis ciere. Sic enim accipiendum eſt quod dicitur pro nobis poſtulare, ſuo videlicet afflatu. 27 Quis ſit ſenſus Spiritus τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, Id eſt quæ preces quæve ſuſpiria à Spiritus ſui afflatu proficiſcantur. Hoc enim eſt quod Paulus vocat Senſum Spiritus, id eſt quem Spiritus cieat. vt non ineptè poſſis Senſum Spiritualem interpretari. Vulgata, ſcit quid deſideret Spiritus, ſenſu, vt arbitror, non bene expreſſo.

Quia ſecundum Deum, &c. ὅτι κατὰ θεὸν, &c. Id eſt, quia ſanctos docet precari ex ipſius Dei voluntate, vt κατὰ θεὸν (id eſt ſecundum Deum, ſiue ita vt Deo placet) explicet quod ante dixerat καθὸ δεῖ ſicut oportet: ſitque hæc nota ex qua Deus ſuſpiria à Spiritu manantia diſcernat à prophanorum precibus. Nam vt modò dixi, Spiritum poſtulare pro ſanctis, nihil aliud declarat, quàm ſanctorum animos ad precandum incitari, niſi nobis inſtilletur, neque quis rogandus, neque quomodo rogandus, neque quid aut quomodo precādum ſit, poſſit cuiquam in mentem venire. Alii κατὰ θεὸν interpretantur, diuino motu & inſtinctu, ſiue diuinitus. quòd ita ſoleat hæc particula ab idoneis ſcriptoribus vſurpari. Alii denique κατὰ θεὸν interpretantur apud Deum. Sed & non ineptè legere poſſis ὅ, τι, vt ita conuertas, Qui ſcrutatur corda, nouit quis ſit ſenſus eius Spiritus, (id eſt quæ ſuſpiria manent ab eo Spiritu) qui ſecundum Deum (vel apud Deum, vel diuino impulſu) poſtulat pro Sanctis, id eſt Sanctos decet pro ſeipſis poſtulare. Ex his autem interpretationibus eam ſum amplexus quæ mihi viſa eſt omnium ſimpliciſſima. 28 Omnia ſimul adiiuuant πάντα συνεργεῖ Verbum cooperandi, vt obſcurius, nec ſatis Latinum, reieci. Cæterùm præpoſitionem σὺν eò refero quòd quum de rebus aduerſis hîc agat Apoſtolus, eæ certè non ſolæ ſunt nobis commodæ & vtiles, ſed aliæ etiam multæ, quibus & iſtæ non immeritò accedunt. Durum autem eſt ac planè violentum quod exiſtimat Eraſmus verbum συνεργεῖν poſſe referri ad Spiritum: niſi ſubaudias κατὰ, vt κατὰ πάντα idem declaret atque ἐν πᾶσι. Nam τὸ συνεργεῖν ſemper eſt ἀμετάβατον.

bus Deū omnia cooperātur in bonū, iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

29 Nā quos præſciuit, & prædeſtinauit cōformes fieri imaginis Filii ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratrib⁹.

30 Quos autē prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autē iuſtificauit, illos & glorificauit.

31 Quid ergo dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos?

32 Qui etiā proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donauit?

33 Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat.

34 Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortu⁹ eſt, imò qui & reſurrexit, qui & eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

35 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculū, an perſequutio, an gladius?

Pſal.43.d.23

36 Sicut ſcriptum eſt, ‖ Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

37 Sed in his omnibus ſuperamus pro

adiuuant in bonum: eos *ſcilicet* qui″ex propoſito *ipſius*″vocati ſunt.

29 Nā quos″præſciuit, *eoſdem* & prædeſtinauit conformes fieri imagini Filii ſui: vt is ſit primogenitus inter multos fratres.

30 Quos verò prædeſtinauit, eos etiam vocauit: & quos vocauit, eos etiam iuſtificauit: quos autē iuſtificauit, hos & ″glorificauit.

31 Quid igitur dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos?

32 Is quidem qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum *in mortem*, quî non etiam cum eo omnia nobis gratificetur?

33 Quis intentabit crimina aduerſus electos Dei? ″Deus *eſt* qui iuſtificat.

34 Quis eſt qui condemnet? Chriſtus *eſt* qui mortuus eſt, imò verò qui etiā excitatus eſt: qui etiam eſt ad dexteram Dei: qui etiam poſtulat pro nobis.

35 Quis nos ſeparabit″à charitate Chriſti? num oppreſſio, num anguſtia, num perſequutio, num fames, num nuditas, num periculū, num gladius?

36 Sicut ſcriptum eſt, Cauſſa tua″occidimur totum diem: habiti ſumus velut oues deſtinatæ mactationi.

37 ″Imò in his omnibus plus quàm victores ſumus

Vocatio.

Prædeſtinatio.

Iuſtificatio.
Glorificatio.

Donatus nobis Chriſtus.

Orat Chriſtus pro nobis.

Dilectio Dei erga nos propter Chriſtum.

Ex propoſito *ipſius* κατὰ πρόθεσιν Propoſitum vocare ſolet Paulus quod Deus ab æterno apud ſe pro bona ſua voluntate conſtituit. vt id planè ſit quod dicitur ὡρισμένη βουλή, Act.2.d.23, definitum conſilium, & εὐδοκία τοῦ θεοῦ ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, Beneplacitum Dei quod propoſuit in ſeipſo. & βουλὴ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ, conſilium voluntatis Dei, Epheſ.1.b.9, & 11. Itaque grauiſſimè hallucinantur, & Apoſtoli ſententiæ repugnant ex diametro qui bonum hominum propoſitum præuiſum intelligunt: quaſi quicquam boni in nobis ſit quod præuidere poſſit Deus, niſi prius propoſuerit illud nobis inſerere: quaſi denique Paulus vbique Dei propoſitum non opponat hominum operibus, vt 2.Tim. 1.c.9. Et tamen ita ludunt Græci Theologi, quorū dux & princeps eſt Origenes in hoc loco & aliis ſimilibus peruertendis. Itaque addidi pronomen *ipſius*: vt iam nemo poſſet de vera Pauli ſententia dubitare. Vocati ſunt κλητοῖς οὖσιν. Vulg. vocati ſunt ſancti, contra fidē Græcorum exemplarium. quanquam ſententia ipſa vera eſt & pia. 29 Præſciuit, προέγνω. Quod πρόθεσιν dixerat, hoc ipſum nunc vocat πρόγνωσιν, vt mihi quidem videtur. Nam τὸ γινώσκειν non tantùm noſcere declarat, ſed etiam decernere, & quidem decreto approbare, quum electis peculiariter applicatur, vt infrà cap.11.a.2, & 2.Tim.2.c.19, & Galat.4.b.9, & 1.Pet.1.a.2. Si quis tamen ſubtilius malit diſtinguere, Propoſitum dixerim quaſi vniuerſalem eſſe deliberationem, & eam quidem non incertam & quaſi adhuc fluctuantem (vt exiſtimauit Eraſmus poſt Theophylactum) ſed ita firmam ac certam vt omnium rerum firmitas hoc ſolidiſſimo fundamento nitatur. Præſcientiam autem illi ſubtexi, qua ſcilicet Dominus iam incipiat quod in genere decreuerat diſtribuere. Verbi gratia, Propoſuit Dominus gloriam ſuam illuſtrare. hoc ſit propoſitum propriè vocatum. Deinde conſtituit quorum hominum ſalute glorificetur, ita vt illos habeat in conſpectu quos peculiari fauore dignetur ſuis momentis. hæc ſit præſcientia vel prænotio. Poſtremò huic præſcientiæ attexitur προορισμὸς prædeſtinatio, qua ſcilicet Dominus certis gradibus ſuos illos deſtinat ad ſe vocare: vt quemadmodum propoſuit, eorum ſalute glorificetur. cuius prædeſtinationis fons & caput eſt Chriſtus. Ita fiet vt electio vtrunque illud. i. tum præſcientiam illam de qua dixi, tum etiam prædeſtinationem comprehendat. Iam verò quia certum eſt Dei definito conſilio & præſcientia, non illa modò fieri quæ in ſeſe bona ſunt & approbātur, ſed etiam ea quæ non quatenus Dei conſilio & manu prædeſtinata ſunt vt fierent, ſed quatenus à peruerſis & corruptis inſtrumentis fiunt, planè ſunt ſceleratiſſima & ipſi etiam Deo execranda (vt Act.2.d.23, & 4.f.28, & aliis innumerabilibus locis) hac ratione licuerit Propoſitū aut generale decretum accipere quod ad reprobos etiam pertineat, & præſcientiam illi adiūgere, qua fiat vt dominus omnia ac ſingula proſpiciat: itémque prædeſtinationem, docendi cauſſa, ad vtranque partem porrigere, qua electos miſericordiæ in Chriſto, reprobos verò indurationi in Adamo deſtinarit: vt in vtriſque propoſitum gloriæ ſuæ exequatur. quæ item prædeſtinatio non ad vltimum finem duntaxat ſed ad omnia etiā ſingulariſſima pertineat. Qui verò præſcientiæ nomen referunt ad qualitates in hominibus præuiſas, quibus Dominus ad eligendum vel reprobandum ducatur, puta, fidem vel incredulitatem, perſeuerantiam aut defectionē, bona vel mala opera, illi ſciant ſe ita eſſe ineptos & imperitos, vt ne refutatione quidem indigeant. 30 Glorificauit ἐδόξασε. Vtitur præteritis Paulus pro præſentibus, non tantùm ex Hebræorum idiotiſmo, ſed etiam vt continuum actum declaret. quaſi dicatur Dominus iam tum quū ſuos ſub crucis ferula erudit, eos ad ſe vocare, iuſtificare, & quodammodo etiam glorificare: quòd in cruce quoque Filio Dei conformentur. vnde factum vt in ipſa etiam cruce fideles habeant de quo glorientur, quibus datum eſt pro Chriſto pati. 33 Deus *eſt* qui iuſtificat Θεὸς ὁ δικαιῶν. Id eſt, qui non modò inſontes ſed etiā prorſus iuſtos in Filio pronuntiat. Subauditur autem verbum ἐστὶν. quod quum non expreſſiſſet vetus Interpres, occaſionē præbuit Auguſtino vt omnia hæc per interrogationem legeret. Iam verò quòd quidam, vt ſibi conſtet antitheſis, hoc membrum connectunt cum ſequente, in hunc modum, Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condēnet? id verò mihi non probatur, quanuis ſic videantur Græca ſcholia diſtinguere. Nam ſi ita legas, prior iſta interrogatio τίς ἐγκαλέσει, nullam habebit ſubiectam reſpōſionem, & χριστὸς ὁ ἀποθανὼν quaſi ex abundanti adiicietur. Deinde mihi quidem videtur Paulus non ſine magna emphaſi permutaſſe antitheſeos membra, vt annotauit doctiſſimus interpres. Nam alioquin Chriſti patrocinium opponendū fuerat accuſationi, & condemnationi abſolutio. Quum verò contrà opponit accuſationi abſolutionē, ſignificat ne locum quidem patere iis accuſandis quos Deus habet pro iuſtis: ne dum vt rei peragantur. Itē quum condemnationi opponit Chriſti patrocinium, oſtendit Chriſti expiationem præuertiſſe iudicium, vt ne in diſquiſitionem quidem veniant noſtra peccata. Hoc verò non animaduerterunt qui aliter diſtinxerunt hunc locum, contra omnium ferè exemplarium fidem.

35 A charitate Chriſti? ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ χριστοῦ; Id eſt qua nos Chriſtus dilexit, ſiue Deus in Chriſto, vt explicatur verſiculo 39. Itaque perperam nonnulli actiuè interpretantur de amore quo Chriſtum redamamus. Fefellit autem eos quòd de noſtra non Chriſti conſtantia diſſerat Apoſtolus. Sed notare debuerant, huius ipſius conſtantiæ baſin ſubſterni eum amorem quo nos Deus in Chriſto proſequitur: à quo dicimur ſeparari, quum grauitas afflictionum facit vt eum nobis hoſtem ac inimicum eſſe putemus. Atqui, inquit Apoſtolus, nititur hic amor, Dei propoſito, quod eſt inuariabile: & beneuolentiæ Dei pignus eſt Chriſtus. Quæ igitur tanta erit calamitas vt nobis perſuadeat Deum eſſe à nobis abalienatum? 36 Occidimur totum diem: θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Petitum eſt hoc dicendi genus è medio, quum nemo niſi ſemel poſſit occidi. Vel igitur quia tota Eccleſia illic inducitur loquens, ſignificat aduerſarios totum diem modò in his modò in illis occidendis conſumere: vel declarat miſerabilem Eccleſiæ conditionem, quæ veluti ſingulis momentis moriatur propter perpetuos terrores. 37 Imò Ἀλλά. Vulgata, Sed. Eraſmus, Verùm, quaſi ſcilicet ad præcedentem verſiculum pertineat. Ego verò malo ad totam illam percontationem referre, quaſi nos diceret non modò tot malis non frangi, ſed etiam amplius quàm victores eſſe omniū illorū. Neque enim ſimpliciter dixit νικῶμεν, ſed ὑπερνικῶμεν, quia ſcilicet in cruce etiā gloriamur, nedum vt animū deſpōdeamus,

"per eum qui dilexit nos.

Nam mihi"perſuaſum eſt quòd neque mors,neque vita, neque 38
angeli,"neque principatus,neque poteſtates,neque inſtantia, neque futura,

Neque ſublimitas,neque profunditas, neque vlla alia res crea- 39
ta poterit nos ſeparare à"charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Cap.IX.

Vim dilectionis Dei oſtẽdit Paulus.

VEritatẽ dico"per Chriſtum, non mentior:atteſtante mihi ſi- 1
mul conſcientia mea per Spiritum ſanctum,

Quòd triſtitia mihi ſit magna, & perpetuus dolor cordi meo. 2

"Optarim enim ego ipſe"anathema eſſe *ſeparatum* à Chriſto,pro fra- 3
tribus meis,cognatis *inquam* meis"ſecundum carnem,

Qui ſunt Iſraelitæ:quorũ *eſt*,adoptio,&"gloria,&"fœdera,& Le- 4
gis conſtitutio,& cultus,& promiſſiones:

Christus Deus.

Quorum *ſunt* Patres, & ii ex quibus eſt Chriſtus" quoad carnem, 5
"qui eſt"ſupra omnes

pter eum qui dilexit nos.

38 Certus ſũ enim quia neque mors, neque vita,neque angeli,neque principatᵘ,neque virtutes,neque inſtãtia, neque futura,

39 Neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Cap.IX.

1 VEritatẽ dico in Chriſto,nõ mentior: teſtimonium mihi perhibẽte conſcientia mea in Spiritu ſancto,

Act.9.a.1
1.corinth.15.b.7

2 Quoniam triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo.

3 Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnẽ,

4 Qui ſunt Iſraelitæ,quorũ adoptio eſt filiorum,& gloria,& teſtamenta, & legiſlatio,& obſequiũ,& promiſſa.

Suprà 2.c.17
Epheſ.2.c.12

5 Quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem,qui eſt ſu

Per eum qui dilexit διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος. Vulg.propter eum qui dilexit:ſenſu etiam deprauato.quanuis ita legerit Ambroſius. ſed repugnãtibus omnibus codicibus,& Græcis ac Latinis interpretibus. 38 Perſuaſũ eſt πέπεισμαι γὰρ &c.Indicat tacitè Paulus hoc verbo,vnde manet iſta fiducia:nẽpe ex verbi prædicatione efficaci vt declarat 1.Cor.2.c.12.Itaque nõ ſatis rectè interpretatur vetus interpres,certus ſũ. Neque Principatus,neque Poteſtates οὔτε ἀρχαὶ,οὔτε δυνάμεις His vocabulis vti ſolet Paulus & aliis etiam nonnullis ad Spirituum excellẽtem naturam declarandam, tum bonorum, vt Epheſ.1.d.21, Coloſſ.1.b.16:tum etiam malorum , quatenus illorum οὐσία non autem corruptio conſideratur.vt Epheſ.6.b.12,& Coloſſ.2.c.15.Nota autem eſt omnibus,opinor,enallage illa Hebræis familiaris, appellatiui pro adiectiuo, vt principatus,pro principibus,poteſtates pro iis qui poteſtate fungantur. Sic etiam ſublimitas pro rebus ſublimibus, & profunditas pro rebus profundis.

IN CAPVT IX.

1 Per Chriſtum ἐν χριστῷ. Id eſt νὴ τὸν χριστόν. Nam ב reſpondens Græcorum præpoſitioni ἐν interdũ etiam in iureiurando adhibetur, vt Gen.22.c.16, & Ioſ.2.b.12. Vel,in Chriſto.i.ſecundum Chriſtum:ita ſcilicet vt eum facere par eſt qui Chriſtum reuereatur. vel per Chriſtũ.i. Spiritu Chriſti linguam meam moderante.vt minimè ſit dubitandum quin verũ loquar.vt paulo pòſt In Spiritu ſancto,accipitur pro Spiritu ſancto duce ac moderatore. 3 Optarim Ηὐχόμην. Id eſt ηὐχόμην ἄν,vt rectè omnino explicãt Græca ſcholia.Frequenter enim occurrit hæc eclipſis. Vulg.Optabam.quaſi ſcilicet de eo tempore diſſerat Apoſtolus quo Eccleſiam perſequebatur,ſeſe à Chriſto ſeiungens. quod quàm parum appoſitè dicatur,res ipſa oſtẽdit. Anathema ἀνάθεμα.Duo hìc nobis obſeruanda puto,nempe huius vocabuli ſignificationem,deinde etiam vſum.Illud igitur conſtat,ἀνάθεμα & ἀνάθημα à verbo ἀνατίθεσθαι deduci. cuius quum multiplex ſit ſignificatio,nõ ſatis conuenit inter doctos homines quænam hìc debeat obtinere. Putat enim Chryſoſtomus ἀναθέματα ſiue ἀναθήματα dici à ſeponendo. Quemadmodum enim,inquit,τὰ ἀναθήματα intacta ſunt & Deo conſecrata, hominúmque commercio ac vſui exempta,ſic ab Eccleſia eiecti & extorres, communione ac cõuictu fidelium multati ſunt & abſtracti. Simili ratione Photius apud OEcumẽnium ἀνάθεμα εἶναι exponit χωρισθῆναι καὶ ἀλλοτριωθῆναι,id eſt ſeparari & alienum prorſus reddi.At Budæus ἀναθέματα dici tradit homines ſacros,id eſt quorum capita inferis dicata ſunt & deuota:ἀναθήματα verò donaria diis conſecrata. & vtrunque deriuat παρὰ τὸ ἀναθεῖναι, id eſt ἀνάπτειν.quòd & illorũ hominum deteſtatio ſoleat in cippis expoſita proſcribi, & ita in parietibus ac columnis templorum ſuſpendi. Hæc illi.de quibus ſi mihi fas ſit dicere quid ſentiam,diſtinctionem ἀναθέματος & ἀναθήματος non agnoſco,quum paſſim Græci interpretes conuerterint ἀνάθημα, vt Leuitici 27.d. 28 & 29. pro quo vbique Paulus ſcribit ἀνάθεμα. Deinde etiam in nominis vtriuſque etymologia,Chryſoſtomi ſententiam potius velim amplecti,quòd præpoſitio ἀπὸ quam ſubiicit Apoſtolus, id omnino oſtendat: & præterea etiam Græci interpretes interdum vtantur verbo ἀφορίζεσθαι in ea ipſa ſignificatione,vt Leuit.27.c.21.pro eo quod legimus in Hebræis שדה חרם verterunt ἡ γῆ ἡ ἀφωρισμένη, terra ſeparata. Quod autẽ attinet ad vſum huius vocabuli,petẽdus eſt ex Moſis Lege,apud quẽ dicitur חרם res quæuis Deo cõſecrata, ipſique adeò homines:idq; non vulgari quadã conſecratione,ſed ſacrato deuotóq; eius capite,qui eã rem in peculiarem ſuũ vſum cõuertiſſet, vocabulo deducto à verbo חרם quod declarat delere ac penitus excindere,vnde votum חרם,quum quis rem aliquam penitus à ſe abdicat,quam nec redimere nec ſoluta æſtimatione recipere poſſit. Græci igitur Theologi , diuerſa quidem etymologia ſed tamen quæ in idem recidat, ἀνάθεμα vel ἀνάθημα vocarunt à ſeparando,quod Hebræi חרם à delendo & excindendo.Ex eo autem quod Apoſtolus addidit ἀπὸ τοῦ χριστοῦ à Chriſto, ſatis intelligi poteſt de ſempiterno exitio hæc eſſe accipiẽda.quo etiã optarit Paulus,ſi fieri potuiſſet, Iſraeliticæ gentis abdicationem redimere.Tanti erat apud illum Dei gloria,& charitas in ſuos. Hallucinatur ergo Hieronymus ad Algaſiam quæſtione nona,quum veritus ne hoc deſiderium parum conuenire videretur Apoſtolo,de occiſione corporali accipi poſſe dixit,non pro exitio mentis.Idémq; Photius apud OEcumenium,quum iſta perinde accipit acſi Apoſtolus dixiſſet,Optarim vos ad fidem aſcitos eſſe,& me adhuc à Chriſto alienatum. Secundum Carnem κατὰ σάρκα. Carnem hoc loco appellat ſanguinis coniunctionem,vt Gen.29.b.14, non autem humanam naturam in genere:vt ſuprà cap.1.a.3,& infrà verſu.5.& hoc addidit Apoſtolus,vt quæ vis ſit huius coniunctionis,id eſt στοργὴν φυσικὴν,declararet.

4 Gloria ἡ δόξα. Hoc ego peculiariter refero ad arcam fœderis, quod erat præſentiæ Dei teſſera , ideóque per metonymiam dicitur Gloria Domini,1.Samuel.4.d.21,& 22.& Templum propterea etiam dicebatur habitatio gloriæ Dei,vt Pſal.26.b.8. Fœdera διαθῆκαι. Id eſt Tabulæ fœderis,per metonymiam:quum propriè dicantur לחות הברית,id eſt Tabulæ fœderis,vt Deut.9.b.11 & 15.Heb.9.a.4. Vtitur ergo plurali numero quòd duæ eſſent tabulæ.& mihi multo commodior videtur hæc interpretatio, quàm ſi ad fœdus cum Abrahamo & eius poſteris initũ referas.Primùm quia nonniſi vnũ fuit hoc fœdus,quãuis ſæpius renouatũ.Deinde quia paulo pòſt meminit ἐπαγγελιῶν quæ ab illo fœdere vix poſſunt commodè ſecerni. Poſtremo quia ſic videtur diſtinxiſſe Legem Paulus commodiſſimè in ſuas partes , nempe in διαθήκας,νομοθεσίαν & λατρείαν,id eſt Legem quam vocant moralem, iudicialem,& cæremonialem:vt melius appareat ſingularis in hunc populum beneuolentia Dei. 5 Quoad carnem τὸ κατὰ σάρκα Articulus additus vim habet maiorem excipiendi alteram naturam, diuinam ſcilicet quam poſtea deſcribit.Itaque vetus Interpres nõ ſatis rectè conuertit, ſecundum carnem. Eraſmus verò periphraſin quæſiuit non prorſus neceſſariam,Quantum attinet ad carnem. Qui eſt Deus benedictus ὁ ὢν θεὸς εὐλογητός. Hanc eſſe germanam huius loci diſtinctionem & interpretationem partim ſummus omnium codicum conſenſus, partim ipſa orationis ſeries oſtendit. Æquum enim fuit diuinitatem quoque explicari , vt appareret quæ ſit in eo Iſraeliticæ gentis præſtantia: quòd ex ea ſit ortus Chriſtus qui idem & homo & Deus eſt.Certè nihil hìc eſt violentum aut longius petitum.& mirari ſatis non poſſum quid Eraſmo doctiſſimo viro in mentem venerit vt diceret ſignificandæ huic ſententiæ ſcribendum fuiſſe ὃς ὢν potius quàm ὁ ὤν.Nam contrà ſi ὃς ὢν legeris,hiabit cõſtructio verborum:niſi poſt εὐλογητὸς ſubaudias ἐστίν.& nemo qui vel à limine Græcam linguam ſalutarit , ignorat articulum præpoſitiuum cum participio ſæpe conſtrui loco prouocabuli cum verbo finito.vt ὁ ὢν nihil aliud declaret quàm ὅς ἐστι. Commentus eſt tamen Eraſmus duas alias diſtinctiones,ſed contra fidem omnium codicum quos inſpeximus,& planè,vt mihi quidem videtur,repudiandas. Vna eſt,vt poſt πάντων adſcripto puncto,ea quæ ſequuntur, nouum membrum conſtituant, hoc modo, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων. Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας , qui eſt ſuper omnia. Deus benedicatur in ſecula.Altera eſt,vt poſt σάρκα finiatur ſententia:deinde ſequentia connectas in hũc modum,ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας,Deus qui eſt ſuper omnia,benedicatur in ſecula. Supra omnes ἐπὶ πάντων. Vel,vt Vulgata,ſuper omnia. Mihi tamen placuit potius hoc accipere maſculino genere,vt ſit collatio Chriſti cũ cæteris illis patribus ex eodem genere prognatis. Annotat etiã

Eraſmus hoc poſſe connecti cum εὐλογητὸς, vt accipiamus Chriſtum ſuper omnia vel ſuper omnes laudandum in ſecula. quæ diſtinctio mihi videtur longius petita. Sed & in eo non poſſum illi aſſentiri, quòd ἐπὶ πάντων connertit in omnibus, id eſt ἐπὶ vel ἐν πᾶσι.

	per omnia Deus benedictꝰ in ſecula. Amen.		ʹDeus laudandus in ſecula. Amen.	
Suprà 2.d.28	Nō autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Iſrael, ii ſunt Iſraelitæ:	6	ʹFieri tamen non poteſtʹvt exciderit ſermo Dei. non enim omnes qui *ſunt* ex *patre* Iſraele, ſunt Iſrael:	
Geneſ.21.b.12 heb.11.d.15	Neque quia ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii: ‖ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen:	7	Neque quia *ſunt* ſemen Abrahæ, *ideò* omnes *ſunt* Filii: ſedʹin Iſaac vocabitur tibi ſemen.	Abrahæ filii
Galat.4.d.28	Id eſt, nō qui filii carnis, hi filii Dei: ſed qui‖filii ſunt promiſſionis, æſtimā tur in ſemine.	8	Hoc eſt, nō quiʹfilii carnis,ʹii filii Dei: ſed qui *ſunt* filii promiſſionis,ʹnumerantur in ſemine.	
Geneſ.18.b.10	Promiſſionis enim verbum hoc eſt, ‖Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.	9	Promiſſionis enim ſermo hic eſt, Hoc ipſo tempore veniam, & erit Saræ filius.	Filii promiſſionis.
Geneſ.25.c.21	Non ſolum autem: ‖ſed & Rebecca ex vno concubitu habens, Iſaac patre noſtro.	10	ʹNeque *hic* ſolùm, ſed & Rebecca, quum ex vno concepiſſetʹ, *nempe* ex Iſaac patre noſtro, *hæc experta eſt.*	
	Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, (vt ſecundum electionem propoſitū Dei maneret,)	11	ʹNōdum enim natis *pueris*, quum neque boni quippiam feciſſēt neque mali, vtʹpropoſitum Dei quod *eſt* ſecundum *ipſius* electionē, *id eſt* non ex operibus ſed ex vocante, *firmum* maneret.	

Deus Θεὸς Hoc omittit Cyprianus libro aduerſus Iudæos 2, cap. 5, & Hilarius quoque Pſalmum enarrans 122, ſicut Eraſmus obſeruauit, librariorum fortaſſis vitio. quanquam etiam ſi omittatur, ſatis ſit expreſſa Dei naturæ explicatio, quum dicitur ὁ ὢν ἐπὶ πάντων, qui eſt ſuper omnes. 6 Fieri tamen non poteſt οὐχ οἷον δὲ Id eſt ἀλλ' οὐχ οἷόν τε ἐστὶν. Sic enim interdū poni οἷον pro δυνατὸν, non addita particula τε, doctiſſimus Budæus prolatis exemplis oſtendit. Itaque multo planior eſt locus quàm Eraſmus putarit, & Græcus etiam ſcholiaſtes. quorum ſententiam ſi ſequamur, non modo ſupplenda erunt plurima, ſed etiam abundabit particula ὅτι. Vulg. Non autem quòd exciderit. quaſi οἷον redūdet. Eraſm. Non autē *hæc loquor* quòd exciderit. quæ interpretatio nō video quomodo cū Græcis cohæreat. Vt exciderit ὅτι ἐκπέπτωκεν id eſt ἐκπεπτωκέναι. Sic enim reſoluitur infinitiuus modus in ὅτι quod εἰδικὸν vocant. Opponūtur autē inter ſe Excidere & Stare. i. firmum eſſe & in ſuo ſtatu permanere. Ex *patre* Iſraele ἐξ Ἰσραήλ. Ita conuerti, quod mihi quidē videātur ſimpliciſſimè iſta interpretari qui Iſrael priore loco accipiunt pro ipſo Iacobo, à quo orti ſunt duodecim patriarchæ: poſteriore autem, pro ipſa Gente, quæ metonymicè ſic vocatur. Negat igitur Apoſtolus omnes qui ex Iſraele trahunt originem, cenſeri inter Iſrael. i. in gente illa quæ in fœdere Dei comprehenditur. Ait denique Iſraelitas non ex genere, ſed ex electione æſtimandos, aſcēdens nimirum ad primariam cauſam: quum alibi aliquoties in eodem argumento hæreat in cauſis proximis, puta vel in fide, vt Galat.3.a.7, vel in fidei fructibus, vt ſuprà 2.d.28 & 29.

7 In Iſaac vocabitur tibi ſemen, ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Id eſt, Iſaac tibi erit verus ac germanus filius, ac proinde tuæ benedictionis hæres. Nam quia pater in filio quodammodo reſurgit, & filius ex patris nomine dicitur, ideò ex Hebræorū idiotiſmo, dicitur ſemen patris vocari in eo quem gignit. i. filii reſpectu. Itaque qui ἐν Ἰσαὰκ conuertere maluerunt Per Iſaac, vel Ex Iſaaco, haud ſatis ſcio an hunc Hebraiſmum intellexerint. quem neceſſe fuit integrum ſeruari, vel longiore ambitu verborum deſcribi. Vidētur autē (quod eorum pace dixerim) eo decepti quòd ſequenti verſiculo videtur hæc ita explanare Paulus, quaſi nō tam de ipſo Iſaaco quàm de eius poſteritate ſint intelligenda, quam ſcilicet Dominus, præterito Iſraelis ſemine, ſit amplexus. Atqui hiſtoriæ ſeries oſtendit de ipſo Iſaaco & Iſmaele illic agi, vbi hæc dicit Dominus. & liberæ Dei electioni probandæ multo magis idoneum eſt argumētum ab Iſaaco & Iſmaele, tanquā ſingularibus exēplis, ſumptum, quàm ſi vtrunque illorū dicamus cum ſuis poſteris comprehēdi. Itaque neceſſe eſt, opinor, vt conſtituamus Paulum in proximo verſiculo non propriè explicare hoc Moſis teſtimonium, ſed potius doctrinæ ſummam proponere quam ex eo Domini oraculo collegit. Nam ſi Dominus ex duobus Abrahami filiis vno præterito alterum demum vult pro filio haberi, efficitur, nō omnes qui ex Abrahamo generantur, cenſeri in filiis. Deinde (quod Paulus in verſ.9. probabit alio oraculo) ſi Iſaac non ideo electus eſt quia natus erat ex Abrahamo, ſed contra ideò natus eſt ex Abrahamo quia Dominus illum dedit Abrahæ, cōſequitur, titulum illum ſeu ius filii nulla re alia niti quàm gratuita Dei voluntate, quæ vt tempore ita etiam ordine omnia antegreditur.

8 Filii carnis τὰ τέκνα τῆς σαρκός. Quum alibi ſoleam τέκνα liberos interpretari, ego aliquoties in hoc argumento malui filios conuertere, vt amphiboliam vitarem. Vocat autem Filios carnis ex Hebræorum idiotiſmo, eos quorum Abraham non alia ratione pater eſt, quàm ea ipſa qua ſolent conſueto naturæ ordine homines ex hominibus gigni. Iis autem opponūtur Filii promiſſionis. i. quos Deus dat Abrahæ, quia ſic illi viſum eſt, vt eos in illo Abrahæ ſemine adoptet, per quod & ipſe Abrahā & eius germana poſteritas cæleſtis hæreditatis ſit particeps. Qui verò promiſſionis filios interpretantur eos qui per fidem amplectuntur promiſſionem, dicunt quidem quod res eſt, ſed non ſatis appoſitè loquuntur. Neque enim Paulus hoc loco filios Ahrahami à cæteris diſtinguit fidei nota, vt ſuprà cap.4, & ad Galat.cap.3, ſed de primaria cauſa. i. de ipſius fidei fonte, gratuita ſcilicet electione, differit. Numerantur λογίζεται. Vulgata, æſtimantur. Eraſmus, recenſentur. Vide Marc.15.c.28, & ſuprà 4.a.5. 10 Neque *hic* ſolùm οὐ μόνον δὲ. Vulgata, Non ſolùm autem, perobſcurè. itaque in quibuſdā exemplaribus legitur, Neque ſolùm *illa*. Eraſmus, Non ſolum autem *hoc*. Ego verò malui ſupplere pronomen maſculinum, quòd ſcilicet ſuperius illud exemplum delecti alterius ex duobus filiis, multò commodius videatur ad Abrahamum vtriuſque patrem quàm ad Saram alterius tantùm matrem referri. Quod autem attinet ad hoc dicendi genus Paulo familiare, vide ſuprà 5.a.3. Quum ex vno concepiſſet ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα. Ad verbum, quum ex vno ſemen haberet. in vtero ſcilicet retentum. Nam κοίτην hoc loco honeſtè vocat non torum, neque concubitum, ſed ſemen ipſum, ex Hebræorum idiotiſmo: qui à conſequenti שכבה ſemen vocant à verbo שכב quod cubare ſignificat. Itaque dicitur vir נתן שכבתו, id eſt, (vt Græci interpretes cōuerterunt Leuit.18.d.23, Item 20.c.15, & Num.5.c.20) κοίτην vel κοιτασίαν διδόναι. ac proindè hic à Paulo dicitur mulier ſimili ratione κοίτην ἔχειν quando ſemen retinuit. quod vno concipiendi vocabulo optimè ac penè ad verbum exprimitur. Vulg. ex vno concubitu habens, deprauata lectione, pro concubitum habens, vt rectè annotatum eſt ab Eraſmo. Nam alioquin nemo non videt dicendum fuiſſe ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔχουσα. ita vt ἔχειν accipiatur pro concipere & grauidam fieri. Eſt itaque manifeſtè deprauatus hic locus à quopiam Græcæ linguæ prorſus ignaro. & ſiue concubitu ſiue concubitum legas, minimè appoſitā eſſe interpretationem, liquet ex iis quæ diximus. Eraſmus igitur maluit interpretari, ex vno conceperat, rectè quidem vſus concipiendi verbo, quanuis rationem, non tradat cur κοίτην ἔχειν accipiatur pro concepiſſe: ſed ita vt ſatis appareat (quod tanti viri pace dictum velim) ipſum non intellexiſſe quæ ſit iſtorum verborum ſtructura, & nonnihil etiam obſcuraſſe Pauli ſententiam. Nam certè ſi ita conuertas, neceſſe erit vt particulam cauſalem in proximo verſiculo ita explices, quaſi rationem reddat cur Rebecca ex vno cōceperit. quod quàm ſit abſurdum, nemo non videt. Deinde quòd ἔχουσα poſitum putat pro ἐχούσης abſoluta conſtructione, quanuis à grammaticis obſeruetur in Attica dialecto, tamen hoc loco planè eſt violentum. quia ſequens particula cauſalis prorſus oſtendit ſupplendum eſſe aliquid conſentaneum, ſicut nos fecimus, vt plena ſit ac perfecta ſententia, cuius ratio ſubtexatur. Quod enim idem Eraſmus putauit hæc referri ad verbum ἐρρήθη, nullo negotio refelli poteſt, quum particula γὰρ & ἵνα neceſſariò cum hoc ipſo verbo ἐρρήθη cohæreant. *Nempe* ex Iſaac Ἰσαάκ. Addidi particulā nempe, hoc etiam in loco, vt planius fieret iſta cum ἑνὸς cohærere. Nam quod nonnulli ἐξ ἑνὸς referunt ad Iacobum filium, non autem ad Iſaacum patrem, eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem indigeat. & quod apud Ambroſium legitur, Iſaac patrem noſtrum, manifeſtè deprauatum eſſe apparet, vt obſeruauit Eraſmus. Nec enim Rebecca genuit Iſaacum, ſed ex eo ſuſtulit gemellos Eſau & Iacobum.

11 Nondum enim natis *pueris* μήπω γὰρ γεννηθέντων. In vno codice additum inuenimus αὐτῶν ipſis. Sed mihi quidem magis placuit quod ſuppleuit Eraſmus. Eſt enim hæc eclipſis Hebræis familiaris, apud quos verbale nomen quod vocant, includi dicitur in ipſo verbo. vt dicturus fuerit Paulus Hebraicè ſcribens בטרם נולדו. Propſitū Dei quod, &c. ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις .i. vt Dei decretum, quod proficiſcitur ex ipſius mera voluntate, qua illi viſum eſt in ſeſe, vno præterito, alterū aſſumere, &c. Vulg. & Eraſ. vt ſecundū electionē propoſitum Dei, neglecto articulo. *Id eſt* non ex operibus, &c. οὐκ ἐξ ἔργων ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. Quidam hæc connectunt cum verbo ἐρρήθη

dictum eſt:ſed,niſi vehementer fallor,res ipſa oſtendit Paulum voluiſſe his verbis explanare quid valeret electionis vocabulum. quam expoſitionem ſi Sophiſtæ ſatis attentè conſideraſſent,nunquam eò dementiæ veniſſent,vt præſcientiam futurorum ſubſternerēt electioni vel reprobationi,id eſt vt omnia peruerterent:quum contrà totus ſit Paulus in eo vt probet Propoſitum omnes cauſas antegredi, & nihilominus Deum eſſe iuſtum.

12 Dictum eſt ei,Maior ſeruiet minori.

13 Sicut ſcriptum eſt,Iacob dilexi,Eſau verò odio habui:

14 Quid igitur dicemus? Num iniuſtitia *eſt* apud Deum? Abſit.

Miſericordia Dei.

15 Nam Moſi dicit,Miſerebor 'cuiuſcunque miſertus fuero,& cōmiſerabor quencunque commiſeratus fuero.

16 Nempe igitur *electio* non eſt eius qui velit neque eius qui currat, ſed miſerentis Dei.

Pharao.

17 'Dicit enim Scriptura Pharaoni,Ad hoc ipſū"excitaui te vt oſtēdā in te poteſtatē meā, & vt annūtietur nomē meū in tota terra.

Miſereri. Indurare.

18 Itaque cuius vult,miſeretur:quem autem vult,indurat.

19 Dices ergo mihi, Quid adhuc 'ſuccenſet? nam voluntati illius quis"reſtitit?

20 'Imò verò,ô homo,tu quis es qui ex aduerſo reſpondes Deo? nū dicet figmentum fictori,Cur me talem feciſti?

Figulus.

21 Annon habet poteſtatem figulus luti, vt ex eadem maſſa fingat aliud quidem vas'ad decus, aliud verò ad dedecus?

Vas.

22 *Quid* ſi verò volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam,'pertulit multa"lenitate'vaſa iræ,coagmentata ad interitū:

23 'Et vt notas faceret"diuitias gloriæ ſuæ erga vaſa miſericordiæ, quæ præparauit ad gloriam?

Geneſ.25.e.23 malach.1.a.2

12 Dictum eſt ei, Quia maior ſeruiet minori.

13 Sicut ſcriptum eſt,Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.

14 Quid ergo dicemus? nūquid iniquitas apud Deum? Abſit.

Exod.33.d.19

15 Moyſi enim dicit , Miſerebor cui miſereor: & miſericordiam præſtabo cui miſerebor.

16 Igitur non volentis,neque currentis,ſed miſerentis eſt Dei.

Exod.9.d.16

17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te,vt oſtendam in te virtutem meam : & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra.

18 Ergo cui vult miſeretur : & quem vult indurat.

19 Dices itaque mihi,Quid adhuc queritur? volūtati enim eius quis reſiſtit?

Eſa.45.b.9

20 O homo,tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentū ei qui ſe finxit,Quid me feciſti ſic?

Sapient.15.b.7 ierem.18.a.6

21 Annō habet poteſtatem figulus luti,ex eadem maſſa facere aliud quidē vas in honorem,aliud verò in contumeliam?

22 Quòd ſi Deus volens oſtēdere irā, & notam facere potentiam ſuam,ſuſtinuit in multa patientia,vaſa iræ aptata in interitum,

23 Vt oſtēderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam:

15 Cuiuſcunque miſertus fuero ὃν ἂν ἐλεῶ. Vulg. cui miſereor. Eraſ. cuiuſcunque miſereor. Sed particula ἂν poſtulare videtur vt hæc in futuro ſubiunctiui accipiamus. neque aliud declaratur hoc dicendi genere,quàm Deum ſeruandis electis cauſam intermediam ſtatuiſſe Miſericordiam,& eam quidem gratuitam.Itaque quanuis libera ſua voluntate eligat Deus,nullo qualitatis eorum quos eligit reſpectu, tamē quum nonniſi per miſericordiam ſeruet quos elegit.i. in Chriſto iuſtificatos & ſanctificatos per fidem, nulla eſt in eo iniuſtitiæ ſpecies. Itē quum inter reprobandi propoſitū,quod & ipſum Deus in ſemetipſo propoſuit,& damnationem reproborū,interſit induratio,quæ vitioſam hominis qualitatem ponit,cui meritò infenſus eſt Deus:hic quoque Deus eſt extra omnem perditionis reproborum culpam,vtpote quæ in cauſis ſecundis.i.Diabolo & homine corrupto tota hæreat. 17 Dicit enim Scriptura Phar. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ .i.Deus in Scriptura ſic alloquitur Pharaonem,vel Scriptura ſic Deum inducit alloquentem Pharaonem.vt Gal.3.d.22, dicitur Scriptura cōcluſiſſe omnia ſub peccatum:quod magis propriè tribuitur ipſi Deo infrà 11.d.32. Non diſſimili genere dicendi Silenus apud Virgiliū Phaethontiadas muſco circundat amaræ corticis.i.canit circūdatas. Excitaui ἐξήγειρα.i.feci vt exiſteres העמדתיך. Alii cōuertunt euexi te,in regnū ſcilicet. Sed quū nullū nomen addatur,proferant ipſi ſimile exēplū.Deinde vt proferant,quis tā eſt cæcus vt nō videat ex cōcluſione,Paulū ad fontē ipſū.i.ad propoſitū Dei progredi? Alii malūt interpretari,obfirmaui te,quia in cōcluſione fit mētio indurationis. Sed neceſſe eſt vt altius .i.ad Dei volūtatē, ordine iſta omnia antecedentem conſcēdamus.neque hanc interpretationē admittit verbū ἐξεγείρειν. Græcus autē interpres cōuertit διετηρήθης ſeruatus es.cui interpretationi fauet Chaldaica paraph.& Hebræorū interpretū ſententia.Sed nō video cur meliorem interpretem quæramus quàm Paulū.i.ipſum eundē Spiritum ſanctū per os tum Moſis tum Apoſtoli loquentē.cui verò hæc ratio non ſatiſfecerit,eum ſinā cum ratione inſanire. 19 Succenſet? μέμφεται; Vulgata,queritur. quæ interpretatio impoſuit Aquinati,quaſi ſcriptū ſit quæritur à verbo quæro.vt Eraſmus annotat,qui vertit conqueritur.Ego malui imperioſius verbū vſurpare. Reſtitit ἀνθέστηκε. Vulgata & Eraſmus,reſiſtit. Multa enim verba ſunt apud Græcos quæ in præteritis habent præſentis ſignificationē.Mihi tamen videtur propria declaratio præteriti melius conuenire,vt ſit hic ſenſus in perſona impiorum, quaſi adſtantium ad Dei tribunal, & illic aduerſus ipſum iudicem litigantium.Si peccauimus quia indurati,& indurat Dominus quoſcunque libuit,certè non reſtitimus eius volūtati,ſed potius obſequuti ſumus.Quid ergo cauſæ eſt cur ſuccenſeat? 20 Imò verò Μενοῦνγε. Vulgata hanc particulā prætermiſit.Eraſ.Atqui interpretatur,non ſatis expreſſē.Eſt enim aduerſatiua hoc in loco,vt rectè tradidit doctiſſimus Budæus.ſic Luc.11.d.28.

21 Ad decus εἰς τιμήν. Id eſt vſus honeſtos.Nam ſæpe iam annotauimus appellatiua pro adiectiuis poni apud Hebræos.Sic autem malui interpretari quàm ad honorem,vt ſeruarem paronomaſiam τιμῆς & ἀτιμίας.

22 *Quid* ſi verò εἰ δέ. Ita vſurpari ſolere interdum has particulas oſtendit Budæus ex iſto Demoſthenis exemplo, Θάρρει νὴ Δία φήσειέ τις ἄν. οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ. ἐὰν δὲ, πότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; id eſt, At enim dicet aliquis, Cōfide,iam ſecurus eſto ſimilis iniuriæ.Quid ſi verò? tūncne iram veſtram exercebitis in eum quem nunc impunè abire ſiueritis? Vulg.& Eraſ.quòd ſi. Quidam alius,Quid Deus? ſi volēs. Quæ interpretationes ita ſuſpendunt ſententiam vt hient omnia.Itaque nonnullis placuit verſ.23, connectere cum 30, reliquis à 24 ad 29, per parentheſin incluſis.quæ diſtinctio prorſus eſt violenta. Vitaris autem omnia incommoda ſi ita cōuertas vt nos fecimus,doctiſſimum interpretem ſecuti. Erit enim ſimplex reticentiæ ſpecies,in qua ſubaudiendum erit, Quis Deum propterea poſſit iniuſtitiæ inſimulare, aut diem illi dicere? Pertulit ἤνεγκεν. Vel,vt Vetus interpres,ſuſtinuit. Nam τὸ φέρειν idem hoc loco declarare atque τὸ ἀνέχεσθαι καὶ ὑπομένειν, prorſus liquet ex nomine μακροθυμίας adiuncto. Auguſtinus tamen vti maluit verbo afferendi, quaſi dicatur Deus vaſa iræ producere,vel in lucem edere,vel ad pœnam ſuis gradibus ac paulatim adducere.Sed hæc planè ſunt longius petita,nec ſatis appoſitè dicuntur.Nam quod affert Eraſmus,nō eſſe ſcriptū ἔφερεν ſed ἤνεγκεν,ne refutatione quidē indiget. Lenitate μακροθυμίᾳ. Vide Matth.18.c.26. Vaſa iræ σκεύη ὀργῆς. Græci σκεύη appellant,vt & Latini vaſa,quæcunque inſtrumenta ad vſum domeſticū pertinent.Sed Hebræi præterea ſuum כלי ad homines ipſos transferunt,vt Gen.49.a.5.quem Hebraiſmum à Paulo vſurpatū libenter ſeruauimus,propter accommodationem ſimilitudinis à figulo ſumptæ.Vocat igitur Apoſtolus vaſa iræ eos homines quibus tanquam inſtrumentis vtitur Deus,demonſtrandis ſuæ ſeueritatis iudiciis.quibus opponuntur miſericordiæ vaſa. Coagmentata κατηρτισμένα. Vulgata,aptata ἡρμοσμένα.Eraſmus,apparata, id eſt κατεσκευασμένα.ſatis rectè,quum ſequatur τὸ προετοιμάζειν,& illud verbū ſic prorſus vſurpetur Heb.2.a.3 & 4. Sed tamen videtur Paulus verbo καταρτίζειν vti maluiſſe,vt in ſimilitudine figuli perſeueraret Nam τὸ καταρτίζειν dicitur de iis qui κατὰ σύνθεσιν aliquid operis faciunt.vt ex partibus totum quidpiam componitur. Ac mihi quidem vidētur non minus ineptè dicere qui vaſa iræ dicunt καταρτίζεσθαι à ſeipſis,quam qui vas aliquod diceret nō à figulo ſed à ſeipſo fingi. Eſt enim hoc verbum ad creationem ipſam referendum. quod ni facias,nulla cauſa erat cur ad Deū ipſum Paulus aſſurgeret.Vide 2.Pet.2.c.12. 23 Et vt καὶ ἵνα. Vetus interpres non legit particulam καὶ, quam etiam comperimus deeſſe in vno vetuſto exemplari. Mihi tamen non videtur otioſa,ſed complecti alteram cauſam cur vaſa iræ coagmentata ſeu compacta ſint à Domino: nempe vt ex eorum interitu Dominus patefaciat quanta vtatur benignitate in eos quos elegit. Diuitias πλοῦτον. Id eſt magnitudinem immenſam.Vide ſuprà cap.2.a.4.

Quos & vocauit, non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus: 24

Oſee 2.d.23 1.petr.2.b.10

Sicut in Oſee dicit, ‖Vocabo nõ plebẽ meam, plebem meã: & nõ dilectã, dilectã: & non miſericordiã cõſecutã, miſericordiam conſecutam. 25

Oſee 1.d.10

‖Et erit, in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabũtur filii Dei viui. 26

Eſa.10.c.22

Eſaias autem clamat pro Iſrael, ‖Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquã arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. 27

Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate: quia verbũ breuiatũ faciet Dominus ſuper terram. 28

Eſa.1.c.9

Et ſicut prædixit Eſaias ‖Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut Sodoma facti eſſem⁹, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. 29

Quid ergo dicem⁹? Quòd Gẽtes quæ nõ ſectabãtur iuſtitiã, apprehẽderũt iuſtitiã: iuſtitiã autẽ quæ ex fide eſt: 30

Iſrael verò ſectãs Legem iuſtitiæ, in Legem iuſtitiæ non peruẽnit. 31

Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. offenderunt enim in lapidem offenſionis, 32

Eſa.8.c.14, & 28.d.16, & 1.petr.2.a.6, pſal.118.c.22

Sicut ſcriptũ eſt, ‖Ecce pono in Siõ Lapidem offenſionis, & Petram ſcãdali. & omnis qui credit in eum, non confundetur. 33

Cap. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deũ fit pro illis in ſalutem. 1

Teſtimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: 2

Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. 3

Galat.3.d.24

‖Finis enim Legis, Chriſtus: ad iuſtitiam omni credenti. 4

Gẽtium vocatio

24 'Quos etiã vocauit," *nimirum* nos non ſolùm ex Iudæis, verùm etiam ex Gentibus,

25 Vt etiam in Oſee dicit, Vocabo populũ qui meus non *erat*, populum meum: "& eam quæ dilecta non *erat*, dilectam.

26 Et erit, in loco vbi dictum fuerat eis, Non populus meus vos: illic vocabuntur Filii Dei viuentis.

Pauci ex Iudæis ſaluati.

27 Eſaias autem clamat ſuper Iſrael, *Etiam* ſi fuerit numerus filiorũ Iſrael vt arena maris, reliquiæ "ſeruabuntur.

28 "Rationem enim conficiet, & in cõpendium rediget cum iuſtitia: quoniam rationem compẽdiariam inibit Dominus in terra.

29 Et ſicut "prius dixit Eſaias, Niſi Dominus "Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, facti fuiſſemus vt Sodoma, & Gomorrhæ aſſimilati fuiſſemus.

Gentes ſuſceptæ in populum Dei. Iudæis reiectis.

30 Quid igitur dicemus? Quòd Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderũt iuſtitiam: iuſtitiã autem eam quæ *eſt* ex fide:

31 Iſrael verò qui ſectabatur Legem iuſtitiæ, ad Legem iuſtitiæ non peruenit.

32 Quare? Quia non ex fide, ſed velut "ex operibus Legis. offenderunt enim ad Lapidem offendiculi,

33 Quemadmodũ ſcriptũ eſt, Ecce pono in Sion Lapidem offendiculi & Petram offenſionis: & quiſquis credit in eũ, nõ pudefiet.

Cap. X.

Orat Paulus pro Iudæis.

1 FRatres, "propenſa quidem voluntas cordis mei & deprecatio ad Deum ſuper Iſrael eſt ad ſalutem.

2 Teſtor enĩ *de* ipſis, quòd zelũ Dei habẽt, ſed nõ ex cognitione.

3 Nam ignorãtes Dei iuſtitiam, & propriã iuſtitiam quærentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubiecti.

4 Nam "finis Legis, Chriſtus: ad iuſtificationem cuiuis credenti.

24 Quos etiam vocauit οὓς καὶ ἐκάλεσεν. Dicendum fuerat potius ἃ neutro genere: ſed quia vocandi nomen parum conuenit vaſis, habuit Apoſtolus ſententiæ rationem potius quàm verborum. & quia vaſorum nomine, vt paulo antè dixi, homines intelliguntur, vſus eſt maſculino relatiuo, quaſi pro σκεύη dixiſſet ἀνθρώποις. Nõ diſſimilis generis eſt illud Euripidis in Hecuba, Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν Πρὸς οἶκον δ' εὐθύνοντας εἰναλίαν πλάτην, accõmodata ſcilicet cõſtructione πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sed & fortaſſis habita eſt ratio ſequẽtis pronominis ἡμᾶς, vt in illo Ciceronis, Tum domicilia cõiuncta, quas vrbes dicimus. *Nimirum* nos ἡμᾶς. Rectè omnino ſuppleuit Eraſmus particulã exegeticam, quòd alioquin ſit obſcurius hoc dictum. 25 Et eam quæ dilecta non *erat*, dilectam. καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. In vetere tralatione additur, & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam, id eſt καὶ τὴν οὐκ ἠλεημένην, ἠλεημένην. quod quidem propius accedit ad Hebræam veritatem, quæ habet ורחמתי את לא רוחמה, id eſt miſerebor Lo-ruhamæ, eius ſcilicet quæ fuit miſericordia deſtituta. Sed ſi hoc poſterius legas, alterum redundabit. neque dubito quin duorum alterum irrepſerit ex margine in contextum. 27 Seruabuntur σωθήσονται. Hebraica veritas habet ישוב בו, id eſt reuertentur ex eo ad Deum ſcilicet. vt ex iis apparet quæ illic præcedunt. Itaque ſententia rectè eſt expreſſa. 28 Rationem enim conficiet & in compendium rediget. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων. Hebraica veritas habet כליון חרוץ שוטף צדקה, id eſt conſumptio deciſa inundat iuſtitiam. vt facilè appareat Græcum interpretem non magnam habuiſſe ſingulorum verborum rationem. Vulgata, Verbum enim cõſummans & abbreuians. Eraſmus, Sermonem enim perficiens & abbreuians. quod nonnulli, ac præſertim Græci, Hebraicæ linguæ prorſus imperiti, non rectè ſunt ita interpretati, quaſi Euangelium ſit, reſectis cæremoniis, veluti Legis compendium. Quidam igitur λόγον malunt rem interpretari. quorum opinionem ſi ſequi liberet, mallem negotium dicere. Sed quum mentio fiat Iſraelis ad paucitatem redigendi, melius fuerit ni fallor, λόγον pro ratione & calculo accipere. quod etiam declarat verbum συντέμνειν adiunctum. Participia autem Hebraico more poſita ſunt pro verbis.

29 Prius dixit προείρηκεν. Vulgata, prædixit. quod rectè mutatum eſt ab Eraſmo. Significatur enim duntaxat, hoc dictum poſteriore loco citatum extare prius apud Eſaiam. Eſt enim hoc idem petitum ex cap.1, illud verò ex 10. Sabaoth Σαβαώθ. Id eſt exercituum τῶν στρατευμάτων vt conuertere ſolet Aquila. Quum autem Græci interpretes, quorum veſtigia ſequutus eſt Paulus, Hebræam vocem ſeruarint, nolui quicquam immutare. 32 Ex operibus Legis ἐξ ἔργων νόμου. Scilicet, iuſtitiam apprehenſuri, ſectati ſunt Legem iuſtitiæ. Vetus interpres omiſit νόμου, quod, inquit Eraſmus, additum eſt vt intelligas de operibus fide ac charitate vacuis. Egregia ſcilicet annotatio: quaſi operibus quæ fidem conſequuntur, coram Deo iuſtificemur, ac non potius, quia iuſtificati, idcirco bene operemur. Sed multo etiam minus eſt appoſita interpretatio Græcorum, qui tradunt particulam ὡς additam vt ſignificetur Iudæorum opera non fuiſſe verè opera Legis. Iudæis quoque facit iniuriam Eraſmus quòd eos exiſtimet ſalutem acceptam tuliſſe ſuis operibus, excluſa Dei gratia. Nam contrà ex Phariſæi illius oratione apparet Iudæos de meritis & gratia non aliter ſenſiſſe quàm nunc faciant Sophiſtæ, qui liberi arbitrii cũ gratia, & fidei cum operibus concurſum ſtatuunt.

IN CAPVT X.

1 Propenſa voluntas εὐδοκία. Vide Luc.2.b.14. 2 Zelum ζῆλον. Vulg. æmulationem. Eraſ. ſtudium. Vide Iohan.2.c.17.

4 Finis τέλος. Id eſt τὸ οὗ ἕνεκα, quod Latini tum finem, tum extremum, tum etiam ſcopum tranſlatitiè vocant. Finis autem Legis eſt illos iuſtificare qui eam obſeruant. quem finem quominus aſſequatur, impedit nõ ipſius Legis vlla qualitas, ſed carnis noſtræ vitioſitas: cui demum ita medetur Chriſtus, vt in eo vno gratis per fidem nobis imputato finem Legis conſequamur, per illum ſcilicet iuſtificati. qui quia pro nobis Legem impleuit, factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, &c. quamobrẽ etiã Apoſtolus dixit ſuprà 3.d.31, ſe per Fidẽ non tollere Legem ſed ſtabilire. Eraſmus perfectionem maluit interpretari, id eſt τελείωσιν vel πλήρωμα: cuius ſententia mihi non placet omni ex parte. Nã τέλος non memini legere in ea ſignificatione, & Paulum opinor non modò Legem à Chriſto impletam dicere, ſed de huius impletionis efficacia diſſerere, nobis ſcilicet per imputationem iuſtificandis. Eorum itaque opinionem non ſequor qui perfectionis ſignificatione ambigua decepti, putant Chriſtum idcirco dici Legis perfectionem, quòd Spiritu Chriſti regenerati incipiamus velle ac facere quæ Dei ſunt: quum apertè opponatur hoc loco iuſtitia fidei iuſtitiæ operum, ideóque non poſſint iſta cõmodè accipi de iuſtitia inchoata in nobis, ſed de

vera & perfecta iuſtitia quam in Chriſto gratis imputato conſequimur. Non deſunt etiam qui τέλος pro fine, id eſt interitu accipiant, quòd Chriſtus cæremoniis Legis finem attulerit. quæ interpretatio videtur non indigere refutatione. Quidam denique volunt Chriſtum dici finem, id eſt ſcopum Legis, quòd nos peccatorum ſenſu percellat. vnde fiat vt ad Chriſtum veniant electi. Sed certè quòd ad Chriſtum veniamus, tribui non poteſt Legi niſi κατὰ συμβεβηκός. & prima illa expoſitio quam ſequuti ſumus, mihi videtur vberior.

Iuſtitia duplex.

Moſes enim 'deſcribit iuſtitiam quæ eſt ex Lege, *his uerbis*, Quòd 5
qui fecerit homo "ea, viuet per illa.

Iuſtitia fidei.

At quæ ex fide eſt iuſtitia, ita dicit, 'Ne dixeris in corde tuo, 6
Quis aſcendet in cælum? hoc, eſt Chriſtum ex alto deducere.
Aut ꝗs deſcēdet in abyſſū? hoc, eſt Chriſtū ex mortuis reducere. 7
Sed quid dicit? Prope te' verbum eſt in ore tuo & in corde tuo. 8
Hoc eſt verbum illud fidei quod prædicamus.

Confeſſio. Fides.

Nempe quòd ſi confeſſus fueris ore tuo Dominum Ieſum, & cre- 9
dideris in corde tuo quòd Deꝰ illū excitauit à mortuis, ſeruaberis.
Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē. 10
Dicit enim Scriptura, "Quiſquis credit in eum, non pudefiet. 11
Non enim eſt diſtinctio vel Iudæi vel Græci: nam idem Domi- 12
nus omnium, "eſt diues in omnes à quibus inuocatur.

Inuocare Deum.

Quiſquis enim inuocauerit nomen Domini, ſeruabitur. 13

Inuocare. Credere. Audire.

Quomodo igitur inuocabunt eū in quem non crediderint? quo 14
modo autem credent *ei* de quo non audierint? quomodo autem
audient abſque prædicante?

Prædicare. Mitti.

Quomodo autem prædicabunt, niſi miſſi fuerint? ſicut ſcriptū 15
eſt, Quàm ſpecioſi pedes euāgelizantiū pacē, euāgelizantiū bona.
Sed non omnes auſcultarunt Euangelio. Eſaias enim dicit, Do 16
mine quis credidit "ſermoni noſtro?
Ergo fides ex auditu eſt: auditus autem "per verbum Dei. 17
'Sed (inquam *ego*) annon audierunt? 18

5 Moyſes enim ſcripſit, Quoniā iuſtitiam quæ ex Lege eſt qui fecerit homo, viuet in ea. Leuit.18.a.5 ezech.20.b.11 galat.3.b.12

6 Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcēdet in cælū? id, eſt Chriſtum deducere. Deut.30.c.12

7 Aut quis deſcēdet in abyſſum? hoc, eſt Chriſtum à mortuis reuocare.

8 Sed quid dicit Scriptura? Propè eſt verbū, in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. Deut.30.c.14

9 Quia ſi cōfitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris quòd Deus illū ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.

10 Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

11 Dicit enim Scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Eſa.28.d.16

12 Nō enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. nam idem Dominus omniū, diues in omnes qui inuocant illum.

13 Omnis enim qui inuocauerit nomē Domini, ſaluus erit. Ioel 2.g.32

14 Quomodo ergo inuocabunt in quē non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?

15 Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt, Quàm ſpecioſi pedes euangelizātium pacē, euangelizantium bona. Eſa.52.b.7 nahum 1.d.15

16 Sed non omnes obedierunt Euangelio. Eſaias enī dicit, Domine, quis credidit auditui noſtro? Eſa.53.a.1 iohan.12.f.38

17 Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbum Chriſti.

18 Sed dico, Nunquid non audierunt?

5 Deſcribit γράφει. Simplex poſitum eſt pro compoſito, ex Hebræorum more. Iuſtitiam τὴν δικαιοσύνην. Eraſmus, de iuſtitia, περὶ δικαιοσύνης, vt cohæreret oratio. At ego potius puto poſt νόμου ſuppleri לאמור, id eſt dicens, eclipſi Hebræis familiari, quā aliquoties iam obſeruauimus. Vetus autem interpres, Pauli verba cum Moſis teſtimonio permiſcuit. Perinde enim conuertit hunc locum acſi ſcriptum eſſet ὅτι τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτῇ, id eſt, quòd qui homo fecerit iuſtitiam ex Lege, viuet per eam. Hanc verò interpretationem ſi ſequamur, verbum γράφει ſimpliciter accipiendum erit, & omnia optimè cohærebunt: ſed tamen hæc lectio nullius codicis authoritate confirmatur, quem quidem nanciſci potuerimus. Ea αὐτά. Ea ſcilicet præcepta ac iudicia. Citatur enim locus ex Leuit.cap.18.a.5, vbi præceſſit את־משפטי deinde ſequitur אשר יעשה אותם האדם quod annotādum fuit, nequis miretur relatiuum poſitum abſque antecedente. quod tamen interdum facere conſueuerunt Hebræi, vt alibi annotauimus.

6 Ne dixeris in corde tuo, μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Id eſt ne apud te cogitaris. Hoc enim declarat Hebræis אמר.i. dicere in corde, vt facere ſolent ſcilicet qui perplexo animo & in varias partes alternante ſententia ſecum ratiocinantur. Diuiniſſimè itaque Paulus pacem illam quam affert iuſtitia ex fide, vt dixit ſuprà cap.5.a.1, opponit perplexis eorum cogitationibus qui Legis iuſtitiam quærunt. Sunt autem ex omnino duplices. Nam quia Lex cælum nō niſi ſub conditione ἀδυνάτῳ proponit, abyſſum autem minatur ob eam culpā cui omnes ſunt obnoxii, neceſſe eſt vt quiſquis in Legis iuſtitia hæret, cogatur exclamare, Quis in cælum aſcendet, &, Quis deſcendet in abyſſum, vt me ſcilicet illuc deducat, & hinc eruat? At contrà fides ſuggerit, Chriſtum eum eſſe qui in cælum aſcendit vt nos ſecum eo eueheret, impleta omni iuſtitia: & in abyſſum mortis deſcendit, vt perſoluta pœna pro nobis eum aboleret qui mortis habet imperium. Apparet ergo Apoſtolum non interpretari Moſis verba, ſed ad illa duntaxat alludere: vt oſtendat Euangelio propriè conuenire quod Moſes legiſlator de Lege ſcripſit, quia ſcilicet fuit hoc ipſius miniſterii proprium, indicare morbum quem Chriſtus Euangelii prædicatione ſanaret.

8 Verbum τὸ ῥῆμα. Heb. הדבר quo vocabulo Moſes illic intelligit Legem, quam ſcilicet Dominus voce ſua promulgauit, audiente vniuerſo populo ſuo, ita vt nullam ignorantiam poſſet prætexere: quum eius tabulas haberet deſcriptas, eámque adeò ſinguli & ore recitare poſſent, & intus haberent quaſi in cogitatione & animo inſculptā. Sed quod Moſes dixit de Lege, hoc totū Paulus ad Euangelium accōmodat, per alluſionem: vt per Euangelium demum doceat nos reipſa potiri eo quod Lex pollicetur: & ab eo malo liberari quod interminatur.

Credere fd.

11 Quiſquis credit in eum πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. Hebræa veritas Eſa.28.d.16, particulam vniuerſalem non habet, neque illud ἐν αὐτῷ in eum, ſed ſimpliciter legit המאמין qui credit. Itaque Apoſtolus mentem Prophetæ reſpexit potius quàm verba ipſa. Credere autem in Deum ſeu credere Deo, nihil aliud eſt quàm ita aſſentiri Dei promiſſioni de ſalute per Chriſtum parta, vt nō modò in genere verum id eſſe credas quod annuntiatur, ſed etiam ad te pertinere ſcias, nihilque adeò de Deo tibi per Chriſtum reconciliato dubites. vnde naſcitur confidentia quam Paulus πεποίθησιν vocat. Itaque videtur Eraſmus non ſatis propriè conuertiſſe ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ qui confidit illi, quum à fide confidentiā, vt ab efficiente cauſa effectum, diſtinguere oporteat. Non pudefiet οὐ καταισχυνθήσεται. Hebræa veritas habet לא יחיש non feſtinabit, ſenſu vel eodem, vel non multum diuerſo. Qui enim feſtinat, idem quoque fluctuat, ex eo ſcilicet quòd ſibi periculum imminere proſpiciat. Contra verò qui credit, in illa certa perſuaſione acquieſcit, placidè omnia expectans.

12 Eſt diues πλουτῶν. Id eſt πλουτεῖ, participio ſcilicet poſito vice verbi, ex Hebræorum idiotiſmo, vt diximus ſuprà cap.9.f.28, & aliis aliquot locis. 16 Sermoni noſtro τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. Vulgata, auditui noſtro, nimis obſcurè, vt rectè annotauit Eraſmus. Nam ἀκοὴ paſſiuè hic accipitur, pro שמועה id eſt pro ſermone, qui ſcilicet ab auditore excipitur ex loquentis ore. Alibi verò vel pro ipſa audiendi actione accipitur, vt in proximo verſiculo: vel pro rumore & fama, quam etiam Latini auditionem vocant.

17 Per verbum Dei διὰ ῥήματος θεοῦ. Id eſt ex Dei mandato, à quo mittuntur qui Euangelium prædicent. Alii verbum Dei accipiunt pro ipſa prædicationis materia ac ſubſtantia. Sed nō temere eſt quòd Apoſtolus dixit potius διὰ ῥήματος quàm ἐκ ῥήματος vel τοῦ ῥήματος θεοῦ, omiſſa præpoſitione. & quū in iſtis verbis ſit cōpendium ſuperioris gradationis, cōmodius videtur hoc accipere de mittēdis Dei vocatione. Quod autē Vetus interpres legit διὰ ῥήματος τοῦ χριστοῦ per verbū Chriſti, inuenimus quidem in tribus Græcis exemplaribus, ſed tamē vix poſſim probare. 18 Sed (inquam *ego*) Ἀλλὰ λέγω. Vulgata & Eraſmus, Sed dico. Ego verò ſtudui apertius declarare hæc eſſe accipienda pro obiectione: quòd videam nonnullos alioquin eruditos interpretes id non animaduertiſſe. quia nimirum ſoleant obiectiones tertia potius perſona concipi: vt clarior etiam futura fuerit interpretatio, ſi conuertiſſem, Sed (dicet aliquis) annon audierunt? Puto autem hæc dici in Iudæi alicuius perſona, qui cæterorum patrocinium ſuſcipiat. Sicut enim ex effectorum cōſequutione Paulus electas Gētes probarat, ita pleroſque ex Iudæis eſſe ad tempus reiectos, oppoſita argumentatione probare conſtituit: vtque ſibi aditum ad eam rem paterace-

ret,exordium ſumit ab obiectione,in cuiuſpiam perſona qui velit in Paulum ipſum retorquere ſuperiora.quaſi dicat,Tu ex eo quòd Gentes vocatæ ſunt ad Dei cognitionem,collegiſti eas eſſe electas.quod ſi verum eſt,cur non idem dixeris de Iudæis? Nam & illi nónne de Deo aliquid audierunt? Ad hoc autem ſic reſpondet Paulus,vt plus etiam concedat quàm petit aduerſarius. Egóne verò,inquit, Iudæos dixerim à Deo non eſſe vocatos, qui Deum didicerim ſeſe omnibus quantumuis remotis pateteciſſe, nedum vt populum ſuum nunquam ſit affatus? Hîc verò aduerſarius non contentus hoc reſponſo , quo ſcilicet videbat non effici quod volebat, At ego,inquit,de vocatione illa efficaci loquor,quam conſequitur cognitio. Quid igitur? annon cognouit Deum Iſrael? Hîc verò Paulus,vt inuidiam vitet, Moſen & Eſaiam inducit ita reſpondentes,vt ſatis appareat Iudæos, vocantem Deum contempſiſſe, quem amplexæ ſint Gentes. ex quo colligitur tum illorum reiectio(quam tamen proximo capite neque vniuerſalem neque perpetuam fore dicit) tum etiam Gentium electio,vt propoſuerat ſuprà 9.g.30.

Pſal.19.a.5 ‖Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorū,& in fines orbis terræ verba eorum.

Deut.32.e.21 Sed dico,Nunquid Iſrael nō cognouit? Primus Moyſes dicit,‖Ego ad æmulationem vos adducam in non gētem,in gentem inſipientem: in iram vos mittam.

Eſa.65.a.1 Eſaias autem audet,& dicit,‖Inuentus ſum à non quærentibus me: palā apparui iis qui me non interrogabāt

Eſa.65.a.2 Ad Iſrael autem dicit,‖Tota die expandi manus meas ad populū nō credentem,& contradicētem. Cap.XI.

DIco ergo, Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit.Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraham, de tribu Beniamin.

Non repulit Deus plebē ſuam quā præſciuit. An neſcitis in Elia quid dicit Scriptura? quemadmodum interpellat Deum aduerſum Iſrael?

1.Reg.19.b.10 ‖Domine,Prophetas tuos occiderūt, altaria tua ſuffoderūt: & ego relictus ſum ſolus,& quærunt animam meā.

Sed quid dicit illi Diuinum reſpōſū?

1.Reg.19.d.18 ‖Reliqui mihi ſeptem millia virorū, qui non curuauerūt genua ante Baal.

Sic ergo & in hoc tempore reliquię ſecundum electionē gratiæ factæ ſūt.

″Imò verò in omnem terram exiuit″ſonus eorum,& in fines orbis terrarum,verba eorum.

19 Sed,inquam *ego*,″nunquid Iſrael non cognouit *Deum*? Primus Moſes dicit,Ego ad æmulationem prouocabo vos″ per gentem quæ non eſt gēs:per gentē intelligentiæ expertē ad irā vos prouocabo.

Iudæis reiectis, Gētes ſuſceptæ.

20 Eſaias autē″vtitur audacia, dicítque, Inuētus ſum ab iis qui me nō quærebāt:cōſpicuus factus ſū iis qui de me nō interrogabāt.

21 ″Aduerſus Iſraelē autem dicit,Toto die expādi manus meas ad populum″immorigerum & contradicentem.

Cap.XI.

Non omnes Iudæi reiecti.

1 NVm igitur,inquam *ego*,abiecit Deus populum ſuum? Abſit. nam & ego Iſraelita ſū,ex ſemine Abrahæ,tribus Beniamin.

2 Nō abiecit Deus populum ſuum, ″quem præcognouit. An neſcitis″de Elia quid dicat Scriptura? quomodo colloquatur *cum* Deo,″dicens aduerſus Iſraelem,

3 Domine,″Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderūt: & ego relictus ſum ſolus,& quærunt animam meam.

4 Sed quid dicit ei Diuinum reſponſum?″Reſeruaui mihi ſeptem millia virorum,qui non flexerunt genu″*imagini* Baal.

5 *Ita* igitur & hoc tempore,″reſeruatio″ſecundum electionē gratuitam facta eſt.

Imò verò Μενοῦνγε. Vulgata,Et quidem. Eraſmus,Atqui.Vide ſuprà 9.d.20. Sonus φθόγγος. In Hebræo legimus קום,id eſt regula ſeu amuſſis eorum. quo vocabulo ſignificatur, cōpoſitam illam & ad amuſſim fabrefactam cælorum molem velut prædicare infinitam artificis præſtantiam.Græci verò vel קולם legerunt pro קום vel locutionem ſtuduerunt emollire, ſecuti ſcilicet proximi membri ſententiam: quia Dauidis præſertim hic mos eſt,vt vna verſiculi parte alteram explicet.

19 Nunquid Iſrael non cognouit *Deum*? μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; Iſrael collocaui priore loco,Veterem etiam interpretem in eo ſequutus, & caſum conſtructionis ſubieci verbo cognouit:ne quis putaret Iſrael quarto caſu accipiendum.quæ amphibolia in Græco ſermone nulla eſt. ſcripſiſſet enim Paulus τὸν Ἰσραήλ, addito articulo. Per gentem quæ non eſt gens: ἐπ' οὐκ ἔθνει. Hebraicè בלא עם. Vulgata ad verbum,in non gentem.i.aduerſus gentem quæ non eſt gens.Sed præſtat particulā ἐπὶ accipere pro inſtrumenti declaratione. Vocat autē gentem non gentem,omnes prophanos populos.ſicut viuere non dicuntur ſed mori,qui æternis pœnis ſunt addicti.

20 Vtitur audacia, ἀποτολμᾷ. Id eſt intrepidè ac liberè loquitur.Vulgata,audet,quod non memini legere abſolutè poſitum.Eraſmus, poſt hunc,audet.Putat enim præpoſitionem ἀπὸ indicare Eſaiam ex illis Moſis verbis ſumpſiſſe fiduciam.quam obſeruationem inanem eſſe puto. 21 Aduerſus Iſraelem πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Id eſt εἰς τὸν Ἰσραήλ,vel de Iſraele.vt ſit Hebræorum phraſis,apud quos ſæpe ל pro על ponitur. Vulgata, ad Iſrael,quum Deus illic non introducatur Iſraelem ipſum compellans. Immorigerum & contrad. ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. Tot verbis vnum Hebræum vocabulum סורר expreſſerunt Græci interpretes.

IN CAPVT XI.

2 Quem præcognouit ὃν προέγνω. Id eſt,quem ab æterno electum amplexus eſt. Hæc enim vis eſt præpoſitionis πρὸ,vt æternitatem ipſam declaret omni tempore antiquiorem. neque eſt quòd comparatiuè accipiamus quòd Gētes poſterius ſint vocatæ: quum de vocatione non agatur hoc in loco,ſit autem non minus Gentium quàm Iudæorum æterna prædeſtinatio,vt declaratur Act.15.d.18,& Epheſ.1.a.4,& b.8 & 9.Verbum autem γινώσκειν ſæpe iam oſtendimus non declarare nudam aliquam cognitionē in Deo, vt ii exiſtimant qui de præſcientia Dei Epicureorum more diſputant:ſed eam quæ cum decreto æternæ prædeſtinationis coniuncta,gratuitum Dei fauorem complectitur. quo modo etiam accipitur ſuprà 8.f.29.vbi prolixius de hoc verbo diſſeruimus:itémque Galat.4.b.9,& 1.Pet.1.a.2. quamobrem etiam diſertè Auguſt.libro De bono perſeuerantiæ 2.cap.18,præſciuit interpretatur prædeſtinauit. quem etiā ſequitur Lyranus. Sed & illud obſeruandum eſt,Paulum addito hoc verbo firmamentum huius argumentationis detegere, quòd ſcilicet fieri non poſſit vt Deus ſentētiam mutet, id eſt reiiciat quos ſemel elegit ad ſalutē. Vulgata,præſciuit,interpretatione nimium ieiuna,niſi à præſciſcere deducas. Eraſmus,antè agnouerat,non ſatis expreſſa præpoſitione πρὸ,nec ſatis rectè vſurpato ὑπερσυντελικῷ. De Elia ἐν Ἠλίᾳ. Vulgata ad verbū,In Elia.quod nonnulli explicant,In Eliæ hiſtoria. ſed ego iis aſſentior qui Paulum locutum putant ex Hebræorum idiotiſmo , apud quos בית interdum ponitur pro על,id eſt ſuper vel de. Dicens aduerſus Iſraelem κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ λέγων. Vulgata & Eraſmus κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ connectunt cum verbo ἐντυγχάνει, ego verò cum participio λέγων, quia mihi videtur Elias eo in loco non propriè incitare Deum aduerſus Iſraelem ,ſed tamen id dicere quod contra Iſraelem facit,cuius ſcilicet perfidiam deplorat.

3 Prophetas tuos τοὺς προφήτας σου. In Hebræa veritate priore loco fit mentio altarium,deinde prophetarum:ſed permutatus ordo nihil mutat in ſententia. 4 Reſeruaui κατέλιπον. Sic Hebræa veritas habet והשארתי vt intelligamus Deum loqui de reliquiis ab æterno electis,non autem in futuro eligendis.ne quis ſcilicet arbitretur iſtos fuiſſe eligendos quòd mundi eſſent ab idololatria,quum potius mundi fuerint ab idololatria quòd per gratiam electionis eſſent ſeruati diuinitus,ne Baalis cultu contaminarentur: vt rectè & eruditè Volfangus Muſculus(quem honoris cauſa nomino)in hunc locum annotauit. Multo itaque rectius ſcripſit Paulus κατέλιπον reliqua feci,quàm Græci interpretes καταλείψω relinquam.Malui autem,perſpicuitatis cauſa,Reſeruandi,quàm ambiguum Relinquendi verbum vſurpare. *Imagini* Baal τῇ Βαάλ. Sic rectè Eraſmus.Nā fœmineus articulus indicat ſubaudiendū eſſe εἰκόνι.Cæterùm apud Hebræos בעל declarat eum in cuius poteſtate ſumus,vt eſt mancipium in domini,vxor in mariti poteſtate. Inde factum vt pro idolo accipiatur:cui ſcilicet idololatræ ſeſe totos mancipant. Id verò etiamnum hodie declarant qui Mariam virginem non alio quam Dominæ noſtræ nomine compellant, cæteróſque Diuos,ad quos cultum tranſtulerunt vni Deo debitum,nonniſi addita Dominorum & Patronorum præfatione,ſolent inuocare.

5 Reſeruatio facta eſt λεῖμμα γέγονεν. Vulg.reliquiæ factæ ſunt,nimium obſcurè:quamobrem etiam nonnulli legerunt,reliquiæ ſaluæ factæ ſunt,contra omnium Græcorū codicum fidē.Eraſ.reliquiæ fuerunt,vel ſunt,nihilo planius,& minus etiā accommodatè.Malui igitur craſſius loqui,vt Græca apertius declararem. Nam etiāſi converteris, reliquiæ ſuperſunt,tamen illud γέγονεν non ſatis expreſſeris. Secūdum electionē grat. κατ' ἐκλογὴν χάριτος.Vulg & Eraſ.ad verbum,ſecundum electionem gratiæ.quem Hebraiſmum ſæpe iam expoſuimus.

Gratia. Opera.

6 Quòd ſi per gratiam, non iam ex operibus: alioquin, gratia iã non eſt gratia. Sin ex operibus, iã non eſt gratia. alioquin, opus iam non eſt opus.

7 Quid igitur? Quod requirit Iſrael, hoc non eſt aſſequutus, ſed electi aſſequuti ſunt, reliqui verò occalluerunt.

Electi Iudæi ſaluati.

8 Sicut ſcriptum eſt, Dedit eis Deus ſpiritum ſoporis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vſque ad hodiernum diem.

9 Et Dauid dicit, Fiat menſa ipſorum pro laqueo, & tendicula, & offendiculo, & talione ipſis.

10 Obtenebrentur oculi eorum, vt non cernant: & tergum ipſorũ ſemper incurua.

11 Num igitur, inquam ego, ideò impegerunt, vt conciderent? Abſit: ſed per eorum offenſam ſalus *eſt* Gentibus: in hoc vt eos ad æmulationem prouocaret.

12 Quòd ſi eorum offenſa, diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorũ

6 Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia.

7 Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſequutus: electio autem conſequuta eſt: cæteri verò excæcati ſunt.

8 Sicut ſcriptum eſt, Dedit illis Deus ſpiritum cõpunctionis: oculos, vt nõ videãt: & aures, vt non audiant, vſque in hodiernum diem.

9 Et Dauid dicit, Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueum, & in captionẽ, & in ſcãdalũ, & in retributionẽ illis.

10 Obſcurẽtur oculi eorum ne videãt: & dorſum eorum ſemper incurua.

11 Dico ergo, Nunquid ſic offenderũt vt caderẽt? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt Gẽtibus, vt illos æmulentur.

12 Quòd ſi delictum illorũ, diuitiæ ſūt

Eſa. 29. b. 10
& 6. c. 9
matth. 13. b. 14
iohan. 12 f. 40
act. 28. f. 26
Pſal. 69. c. 12

6 Alioquin, ἐπεὶ Sic rectè vulgata, quomodo probat Budæus accipi hanc particulam, in argumentatione ab abſurdo ſumpta, vt ſuprà 3. a. 6, & infrà 22, & 1. Cor. 5. c. 10, & 7. c. 14, & 15. d. 29, & Heb. 9. g. 26. Eraſmus, quandoquidem, non obſcurè modo, ſed etiam perperam deprauata ſententia, niſi multa ſubaudias. Vtinam verò hanc operum & fidei antitheſin cõſiderarent qui iuſtitiam partim gratiæ, partim operibus tribuũt. Sed hîc ſcio quid reſpõdeant, iſta ſcilicet de gratia præueniẽte dũtaxat intelligi. quaſi verò hic diſputetur, ſola gratia an verò etiã operibus fidẽ cõſequamur, ac nõ potius gratiáne an verò operibus vel prorſus vel aliqua ex parte electionẽ ac proinde ſalutẽ adipiſcamur. quod poſterius affirmant Sophiſtæ, qui præuiſam fidem, vel opera faciunt electionis cauſam. Id verò ſi verum eſt, concluſio falſa erit, Iſraelem non eſſe aſſecutum quod quærebat. niſi quis ita ſit rerum imperitus, vt exiſtimet Iudæos nihil Dei gratiæ tribuiſſe. quod ne Phariſæus quidem ille dixerit cuius ſit mentio Luc. 18 cap. Deinde vbi noſtra illa eſſet gloriatio quam deſcripſit Apoſtolus ſuprà cap. 8? Sed & ineptè admodum diceremur fide iuſtificari, niſi Chriſtus in ſolidum factus eſſet nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Denique neque gratia eſſet gratia ſi ex operibus præuiſis eligeremur, vel minima ex parte. neque opus eſſet opus, ſi gratiæ ſubſidiũ vllo modo requireret. Sin ex operibus, &c. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶ ἔργον. Hanc partem totam non legit Vetus interpres, quæ tamen ſummo omnium codicum conſenſu in Græca veritate extat, & mihi quidem planè videtur neceſſaria explendæ operum & fidei antitheſi: adeò quidem vt vix vllum inueniatur apertius teſtimonium quo omnis opinio meriti ſemel tollatur, quũ diſertè neget Apoſtolus opus eſſe opus quod gratiæ ſubſidium requirat. 7 Electi aſſequuti ſunt ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχε. Vulg. & Eraſ. ad verbum, electio conſequuta eſt, ſeruata metonymia, de qua diximus ſuprà 2. c. 26. Idcirco verò nos non ſeruauimus, vt altera pars antitheſeos melius poſſet intelligi. Occalluerunt ἐπωρώθησαν. Vulg. & Eraſ. excæcati ſunt. Vide Marc. 3. a 5. 8 Dedit eis Deus ſpir. ſop. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Quæritur vnde petitũ ſit hoc oraculum: & pleroſque interpretes video Origeni aſſentiri, qui fatetur ſe nuſquã hoc legiſſe in Scripturis, putátque hæc nõ eſſe prophetæ ſed Apoſtoli verba. Mihi verò id planè videtur violentũ, quum præceſſerit καθὼς γέγραπται ſicut ſcriptũ eſt. neque dubito quin Paulus, vt alibi aliquoties, ſic etiã hoc in loco duo Eſaiæ teſtimonia in vnũ veluti corpus coniunxerit. Eſt enim prior hæc pars petita ex Eſa. 29. c. 10, vbi Hebræa veritas habet ad verbũ כי נסך עליכם יהוה רוח תרדמה pro quo Græca interpretatio habet, πεπότικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως. i. præbuit vobis Dominus põtandum Spiritum ſoporis. Paulus igitur pro πεπότικεν ſcripſit ἔδωκεν, vt ſequens teſtimonium petitum ex eiuſdem Prophetæ 6. c. 9. cum iſto poſſet connecti. Vocatur autem τὸ πνεῦμα, Hebræorum more, afflatus virtutis Dei, interdũ per Spiritum ſuum agentis (vnde Spiritus intelligentiæ, ſapientiæ, pietatis, conſilii & alii eiuſmodi Spiritus in Scripturis cõmemorati) interdum per Spiritus malos, qui & mendacii & erroris Spiritus vocãtur. vnde Spiritus fornicationum, auaritiæ, vertiginis, & alii ſimiles afflatus. Quod autem ad κατάνυξιν attinet, quam cæteri compunctionem ſunt interpretati, quanuis hæc ea ſignificatio poſſit interdum conuenire (quòd τὸ νύσσειν vellicare & fodicare declaret:) vnde factum vt κατάνυξις moleſtiam ac dolorem ſignificet, quo ſcilicet corpus vel animus vulneretur: tamen quum ex Hebrææ veritatis collatione appareat κατάνυξιν reſpondere vocabulo Hebræo תרדמה, nemo mirabitur quòd maluerim ſoporem aut etiam ſtuporem conuertere. Ita enim Hebræi vocant altiſſimum veternum, quòd omnem ſenſum adimat: idque optimè conuenit iis quæ ſubiiciuntur de nullo oculorum vel aurium vſu. Sed & diſertè Heſychius κατάνυξιν interpretatur ἡσυχίαν.

9 Fiat menſa. &c. Γενηθήτω ἡ τράπεζα, &c. Hæc quoque interpretatio nõ modò cũ Hebræa veritate prorſus non cõſentit, ſi verba annumeres, ſed ne cũ Græca quidem editione. Nã pro eo quod ſcribitur εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν legimus duntaxat in Hebræo לפח vt alterum ex illis duobus videatur redundare: & fortaſſis ex quapiã verſione, puta vel Symmachi vel Aquilæ vel Theodotionis, annotatũ, ex margine irrepſiſſe in contextum, quod iam aliquoties annotauimus: quũ in Græca editione duntaxat legatur εἰς παγίδα. Deinde pro εἰς ἀνταπόδομα Hebræa veritas habet ולשלומים *uelisſlomim*. i. pacifica, illa ſcilicet in quibus acquieſcunt. pro quo tamen Græca editio, quanuis alia ſerie, habet εἰς ἀνταπόδοσιν, aliam ſcilicet ſignificationem ſecuta, quaſi ſcriptum ſit ולשלומים *ulſillumim*. Sed hæc varietas nihil in ſententia immutat. Nam in ſumma imprecatur Propheta ſeu potius Chriſtus ipſe apud Prophetam, quod Iudæis accidit, nempe vt quemadmodum infœlices aues eo ipſo illiciuntur ad mortem vnde vitam petunt, ſic Iudæis in mortem cederet illud ex quo vno vitam captabãt: nimirum Lex Dei, cuius præpoſtero zelo Euangelium repudiarunt. 10 Incurua σύγκαμψον. Hebræa veritas habet המעד, id eſt fac mutare, ſeu vacillare. neque ab Hebræis diſcrepant Græca: quum dorſi incuruatio virium imbecillitatem arguat.

11 Vt ἵνα. Vul. ſic vt, id eſt ὥστε, quod rectè emendauit Eraſmus ex veteribus. Neque enim, inquit, de magnitudine lapſus hîc agitur, ſed de euentu. At ego non video quomodo hæc diſtingui ſatis commodè poſſint: & quum ἵνα ſit coniunctio τελική. (i. finem ac ſcopum declarans) puto hîc ſignificari non tam euentum quam finem ac deſtinationem. i. quo conſilio Deus Iſraelitas excæcarit: nempe non vt hæc gens ſemel excideret à Dei fœdere, quod irritũ fieri non poteſt: ſed quòd ipſi hac occaſione placuerit vti, vt Gentes quoque in regnum Dei introducerentur. quarum tandem æmulatione prouocati Iſaelitæ, & ipſi eo reſtituerentur vnde eſſent delapſi: itáque totus mundus (.i. tum Gentes tum Iudæi,) per miſericordiam ſeruaretur. Alioquin ſi euentũ à deſtinatione Dei ſepares, quid ſupererit niſi vt (quod ſummæ fuerit impietatis) Deo vel conniuente vel inuito id factum dicas? Nam etiamſi ad permiſſionem, vnicum quorundam in hac diſputatione aſylũ, perfugias, huc quoque relabaris neceſſe eſt, vt vel omnipotentem Deum eſſe neges, ſi inuitus permiſit: vel volentem permiſiſſe fatearis.

Vt eos ad æmulationem prou. εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Vulg. vt illos æmulentur. i. vt Iudæi poſtea Gentium exemplum imitentur. quo modo etiam explicat Photius. Sed illam tamen interpretationem magis probo. Reſpondet enim τὸ παραζηλοῦν verbo Hebræo הקניא, vt apparet ex teſtimonio Moſis citato ſuprà 10. d. 19. quod quidem accipi nõ poteſt pro μιμεῖσθαι. i. imitari vel æmulari, quũ ſit cõiugationis Hiphil.

12 Diuitiæ mundi πλοῦτος κόσμου. Diuitias vocat Euangelii cognitionẽ in vitam æternã. per mundum autẽ intelligit Gentes per vniuerſum mundũ diſperſas, vt ipſe proximo mẽbro explicat. Diminutio ἥττημα. Lapſus ſiue offenſa Iudæorum hoc eſt, quòd ad Chriſtum, tanquã ad lapidẽ, impegerint. Hinc illa diminutio huius gentis, quòd ſcilicet tam pauci Chriſtũ ſint amplexi. Nam populus qui Deũ non colit in Chriſto, habetur pro non populo: vt meritò dicantur Iudæi cõtumacia ſua ad paucitatẽ redacti. Huic verò opponitur plenitudo vẽtura, quum ſcilicet futurũ eſt vt tota Gens in cõmuni ad Chriſtũ accedat. Idem de plenitudine Gentium ſtatuendũ eſt, quã cõmemorabit infrà verſ. 25. Sed hoc quoque diligenter eſt obſeruandum in hac diſputatione, Apoſtolũ ſcilicet de Iudæorum ac Gentiũ natione in genere diſſerere, nõ autem de ſingulis hominibus loqui, & earũ nationum conditionẽ ex illa diminutione & plenitudine æſtimare: ita vt quandiu durat diminutio, Iudæi vel Gentiles exciſi, ſub plenitudine verò inſiti dicantur. quum, ſi ſingulos homines ſpectes, qui ſemel ad Chriſtum venit & didicit, nunquam eiiciatur foras.

mundi: & diminutio eorũ,diuitiæ Gẽtium: quanto magis plenitudo eorũ?

Vobis enim dico Gẽtibus,quandiu quidem ego ſum Gẽtium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, 13

Siquo modo ad æmulandum prouocem carnem meam,& ſaluos faciã aliquos ex illis. 14

Si enim amiſſio eorum,reconciliatio eſt mundi:quæ aſſumptio,niſi vita ex mortuis? 15

Quòd ſi delibatio ſancta eſt,& maſſa:& ſi radix ſancta,& rami. 16

Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autẽ quum oleaſter eſſes, inſertus es in illis,& ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es: 17

Noli gloriari aduerſus ramos.quòd ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. 18

Dices ergo,Fracti ſunt rami,vt ego inſerar. 19

Bene:propter incredulitatẽ fracti ſunt,tu autem fide ſtas.noli altum ſapere,ſed time. 20

Si enim Deus naturalibus ramis nõ pepercit,ne fortè nec tibi parcat. 21

Vide ergo bonitatem & ſeueritatẽ 22

diuitiæ Gentium:quanto magis plenitudo ipſorum?

13 Nam,(quod vobis dico Gentibus, ″quatenus ego quidem ſum Apoſtolus Gentium)miniſterium meum″illuſtro,

Pauli charitas erga Iudæos,

14 ″*Vt experiar* ſiquo modo ad æmulationem prouocẽ ″conſanguineos meos, & ſeruem aliquos ex ipſis.

15 Nam ſi abiectio eorum,eſt reconciliatio mundi:quæ *erit* aſſumptio,niſi″vita ex mortuis?

16 ″Quòd ſi primitiæ ſanctæ,*ſancta*″etiam maſſa:&ſi radix ſancta *eſt*, etiam rami.

17 Quòd ſi nonnulli rami defracti ſunt,tu verò quum eſſes oleaſter,inſitus es″pro ipſis, & conſors radicis ac pinguitudinis oleæ factus es:

Oleaſter. Oliua.

18 Ne glorieris aduerſus ramos. quòd ſi gloriaris,non tu radicem portas,ſed radix te.

Gentes ne glorientur aduerſus Iudæos,ſed timeant.

19 Dices igitur, Defracti ſunt rami,vt ego insererer.

20 Rectè:per infidelitatem defracti ſunt, tu verò per fidẽ ſtas. ″ne efferaris animo,″ſed timeas.

21 Nam ſi Deus naturalibus ramis non pepercit,″*vide* ne tibi quoque non parcat.

22 Vide igitur″benignitatem ac ſeueritatem Dei:in eos quidẽ qui

13 Quatenus quidem ἐφ' ὅσον μὲν. Vnus codex ſcriptum habebat ἐφ' ὅσον εἰμὶ,expuncta particula μὲν,& ὑμῖν δὲ,pro ὑμῖν γὰρ.Cæterùm Apoſtolus hoc ita ſcripſit,vt quanuis ſingularem ſuam modeſtiam declaret,ne ſibi priuatim aliquid iuris tribuere videretur: interim tamen facile ſit cernere totam vim huius rationis,qua vult Gentes ſuo exemplo,ad Iudæos pro viribus lucrifaciendos excitare,in eo eſſe poſitam, quòd loquitur tanquam Gentium Apoſtolus: cuius ſcilicet authoritas & exemplum meritò aut etiam impune non poſſit contemni. Itaque ἐφ' ὅσον ſic puto poſitũ in exceptione,vt tamẽ vim habeat cauſali particulæ proximã: neque hoc membrũ connecto cũ verbo δοξάζω,ſed cũ λέγω. Illuſtro δοξάζω.i.inſigne & illuſtre reddo,ſiue exorno:ſicut iubet prouerbiũ vt Spartã quã quiſque nactus eſt,hãc exornet.Significat enim Apoſtolus ſe ipſorũ Iudæorũ cauſa nihil omittere quod ad officiũ ſuum illuſtrãdũ ac nobilitandũ pertineret:vt aliquo zelotypiæ ſtudio accẽſi,Iudæi ad Chriſtũ accederẽt.Vulg.honorificabo.Legit enim δοξάσω,quo modo etiã nõnulli impreſſerũt,ſed perperam,vt puto.

14 *Vt experiar* ſiquo modo εἴπως. Ita ſolent Græci has particulas in eclipſi vſurpare,quam ſupplendam putauimus perſpicuitatis cauſa, vt Act.27.c.12,& Philipp.3.c.11. Conſanguineos meos μου τὴν σάρκα. Vulgata & Eraſmus ad verbum, carnem meam, qui Hebraiſmus fortaſſis fuiſſet nonnullis obſcurior hoc in loco. 15 Vita ex mortuis? ζωὴ ἐκ νεκρῶν; Cohæret quidem reſurrectio à mortuis cũ reconciliatione:ſed de illa propriè non agit Apoſtolus hoc in loco:verùm prouerbiali quadã dicendi figura,fore dicit vt quum ad Euangelium acceſſerint etiã Iudæi,mũdus quaſi reuiuiſcat, argumento à cõparatis ſumpto.Nã,inquit,ſi ex iſta Iudæorum calamitate hoc lucrũ retulit mundus,vt fieret reconciliationis particeps:quid aliud mundo ſperandum ex ipſorum fœlicitate quàm vt veluti reuiuiſcat? Tum enim plenũ ac cumulatum erit mundi gaudium, quũ & ipſi Iudæi vnà cum Gentibus Chriſtũ complexi, cõmuni illa fœlicitate perfruentur. Nã quanuis reconciliatio per mundum iam ſit diſperſa,tamen quũ Iudæorum gens maneat adhuc in morte,nondũ planè mundus reuixit. Itaque ironia quam nonnulli putant hoc loco vſurpatã à Paulo,non modò nullum hîc locũ habet, ſed etiam Pauli ſententiæ repugnat ex diametro. 16 Quòd ſi primitiæ Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία. Theophylactus τὴν ἀπαρχὴν interpretatur ζύμην, id eſt fermentum, expoſitione prorſus coacta. Nihilo melior eſt,vt arbitror,Eraſmi opinio,qui ἀπαρχὴν dici putat frumentũ ex quo ſumitur maſſa. Neque enim ἀπαρχὴ dici poteſt vnde ſumitur aliquid,ſed id ipſum potius quod ex alio delibatur.Sed & in eo mihi videtur hallucinari, (quod cum bona ipſius venia dictum velim) quòd φύραμα non putat referri ad farinam humore temperatam,ſed magis ad molas ſiue collyridas , id eſt farinam oleo cõſperſam,quæ olim ex Legis Moſaicæ ritu immolabatur.Nam præterquam quòd φύραμα pro libo interpretari planè durum eſt, quænam obſecro fuerit ſimilitudinis analogia, quum res ipſa oſtendat Abrahamum,Iſaacum & Iacobum cum primitiis, ipſorum autem poſteros in vno corpore comprehenſos cum maſſa comparari? Sed & mihi videtur non poſſe conuenire expoſitio,ſi ad primitias ipſarum frugum referas.Neque enim maſſam,ſed fruges aut meſſem ſcripſiſſet Paulus,vt inſtitutam tranſlationem ſeruaret.Itaque non dubito quin hoc potius pertineat ad duorum illorum panum primitias,quorum ablatione,tota maſſa Iſraelitis ſanctificabatur: quòd ſcilicet tum demum poſſent in reliquum annum ſuas fruges bona conſcientia pinſere ac coquere,perſolutis primæ illius maſſæ primitiis,vt ſcribitur Leuit.23.c.14 & 17.

Etiam maſſa καὶ τὸ φύραμα. Vulg.& Eraſ.& conſperſio.quod vocabulum non memini in ea præſertim ſignificatione legere.

17 Pro ipſis ἐν αὐτοῖς. Id eſt in ramorum defractorum locum. Puto enim ἐν αὐτοῖς, id eſt,vt Vetus interpres ad verbum expreſſit, in illis, perinde accipiendum ac ſi Hebraicè ſcripſiſſet Apoſtolus בהם pro בם קומם. Videtur tamen Eraſmo hæc interpretatio ridicula, ſed vereor ne ſit potius ridiculum quod in hunc locum eſt commentus. Putat enim relatiuum αὐτοῖς non ſignificare ramos exciſos, ſed populũ ipſum Iudæorum fidelium, qui per oleam intelligatur: ac proinde nihil eſſe quod nos offendat numeri vel generis mutatio, in collectiuis ſcilicet nominibus vſitata. Atqui nulla adhuc mentio facta eſt oleæ, ſed duntaxat radicis & ramorum, quorum nonnullos defractos fuiſſe dicit, vt insererentur alii ex oleaſtro decerpti.neque dubiũ eſt quin radicis nomine intelligatur Abraham credentium Pater : oleæ verò appellatione Eccleſia Iſraelitica,quæ ex Abrahamo,tãquam radice, exorta,benedictionis ipſius quaſi ſucco viuit.Duplices igitur ſunt natiui rami,vni quos ſanctos eſſe dixit,in olea hærentes:alteri verò,defracti. Iſtis accedunt inſititii, qui ſcilicet ex oleaſtro decerpti,poſtea inſiti ſunt ἐν αὐτοῖς, id eſt vel cum illis qui ſemper hæſerunt in olea, ſi hoc referre placeat ad ſuperioris verſiculi extremam partem,vt ἐν poſitum ſit pro σὺν ſicut alibi ſæpe: vel pro illis qui ſcilicet ſunt exciſi,quorum proximè facta eſt mentio. quæ poſterior interpretatio mihi ſimplicior videtur. Quod autem putat Eraſmus præpoſitionem ἐν redundare,ſicut in Confiteri in aliquo, Percutere in gladio, & ſimilibus formulis, mihi non videtur probabile hoc in loco. 20 Ne efferaris animo μὴ ὑψηλοφρόνει. Vulgata,noli altum ſapere,nec Latinè nec ſatis perſpicuè.

Sed timeas ἀλλὰ φοβοῦ. Timorem alibi diximus ex Hebræorum conſuetudine,religioſum Dei cultum ſignificare:quæ declaratio non penitus diſcrepat ab iſta Pauli admonitione. Neque enim timorem vocat trepidationem illam conſcientiæ de reconciliatione dubitantis, ſed piam illam ac modeſtam ſolicitudinem animi cum magna religione ac reuerentia ſeipſum accuſantis , & tamen quoties in promiſſa Dei reſpicit,ita in illis acquieſcentis,vt in mediis etiam fluctibus portum tranquilliſſimum inueniat. Sicut enim arrogantiam à fiducia, ſic religioſum timorem à dubitationis ac diffidentiæ metu diſtinguere oportet.& ita nos de noſtra ſalute ſecuros eſſe vult Dominus,vt tamen de retinenda fide dies ac noctes laboremus.

21 *Vide* ne μήπως. Hæc quoque particula in eclipſi ponitur vt μήποτε,Matth.25.a.9,& εἴπως ſuprà verſu 14.Nonnulli codices habent φείσεται, Complutenſis ſcilicet & duo alii manuſcripti. cui quidem lectioni ſi aſſentiri libuerit, addiderim interrogationis notam, & ita conuerterim,Num quo modo tibi parcet? Sed & in vno manuſcripto deerat particula μήπως.

22 Benignitatem χρηστότητα. Id eſt facilem ac lenem animum, cui opponitur ἀποτομία.i. præciſa ſeueritas, quum ſcilicet omnia ſummo iure ad vluum reſecantur. Vulg.& Eraſ.bonitatem interpretantur,quod vocabulum videtur latius patere.

	ceciderunt, ſeueritatem: in te verò benignitatem, ſi permanſeris ″in benignitate. ″alioquin & tu exciderîs:		Dei: in eosquidem qui ceciderūt, ſeueritatem: in te autem, bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate. alioquin & tu exciderîs:	
	Sed & illi, ſi non permanſerint in infidelitate, inſerētur: poteſt enim Deus rurſum eos inſerere.	23	Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.	
	Etenim ſi tu ex naturali exectus es oleaſtro, & præter naturam inſitus es in veram oleam: quanto magis ii qui naturales ſunt, inſerentur propriæ oleæ?	24	Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oliuam: quanto magis ii qui ſecundum naturam, inſerētur ſuæ oliuæ?	
De cæcitate Iſraelis, & eius ſuſceptione.	″Velim enim vos″non ignorare fratres myſterium hoc (vt ne ſitis″apud voſmetipſos arrogātes) quòd″obduratio *iſta quæ eſt* ex parte, Iſraeli euenit, ″vſquequo plenitudo Gentium introierit.	25	Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc: (vt non ſitis vobiſipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret:	
	Et ita″totus Iſrael ſeruabitur, ſicut ſcriptum eſt, Veniet″ex Siō ille″liberator, ″& auertet impietates à Iacob.	26	Et ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt, ‖ Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.	Eſa.59.d.20
	Et hoc illis à me″fœdus, ″Quum abſtulero peccata ipſorum.	27	Et hoc illis à me teſtamentum, ‖Quū abſtulero peccata eorum.	Eſa.27.c.9
	″Itaque quoad Euangelium, *ſunt* inimici propter vos: quoad electionem autem, diliguntur propter Patres.	28	Secundum Euāgelium quidem, inimici propter vos: ſecundum electionē autē, chariſſimi propter Patres.	
Dona. Vocatio.	Nam dona & vocatio Dei ″eiuſmodi ſunt vt eorū ipſum pœnitere non poſſit.	29	Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei.	
	Sicut enim & vos quondam non paruiſtis Deo, nunc autem miſericordiam eſtis conſequuti″per iſtorum contumaciam:	30	Sicut enim aliquando & vos non crediditis Deo, nunc autem miſericordiā conſequuti eſtis propter incredulitatem illorū:	

In benignitate. ἐν χρηστότητι .i. in ea conditione ad quā Dei benignitas te euexit. Eſt autem hoc loco diligenter conſiderandum quod initio huius tractationis monuimus, non de ſingulis hominibus, ſed de Gentibus ac Iudæis in genere diſſerere Apoſtolum: ne quis fortè putet incertum eſſe Dei decretū vel in eligēdo vel in reprobando. quod ſi nonnulli attentè conſideraſſent, non tam fœdè ad hunc veluti ſcopulū naufragium feciſſent. Deinde etiam inſitio ab electione illa immutabili, quæ certo & æterno Dei propoſito nititur, itémque & exciſio à reprobationis decreto eſt diſtinguenda, vt doctiſſimus interpres pluribus oſtendit. Alioquin ἐπεί. Vide ſuprà verſ.6.

25 Velim enim, &c. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Vulg. Nolo enim vos ignorare. Eraſ. Nō enim volo vos ignorare. Ego verò exiſtimo negātem particulā, Hebræorū more tranſpoſitā, vt iā aliquoties annotauimus. Apud voſmet. arr. παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι. i. ne intus inſoleſcatis. φρόνιμος enim hoc loco non ad prudentiam, ſed ad affectum refertur, & τὸ φρονηματίαν declarat, vt infrà 12.c.16. Vulg. vt non ſitis vobiſipſis ſapiētes. i. vt ne vobiſipſis placeatis, quaſi ſoli theſauros ſapiētiæ Dei intus, & (vt ille filius perditionis inquit) in ſcrinio pectoris incluſos teneatis. Mihi tamē ſuperior interpretatio ſimplicior videtur. Obduratio *iſta quæ eſt* ex parte πώρωσις ἀπὸ μέρους. Cur πώρωσιν cū Vetere interprete & Eraſmo nolim excæcationē cōuertere, dixi ſuprà verſ.7, & Mar.3.a.5. vbi πώρωσιν cōuerti callū obducere: quū hîc coactus ſim ſynonymo vti. ἀπὸ μέρους autem aliud certè declarare nō poteſt quàm κατὰ μέρος, & ad verbū γέγονεν cōmodius quàm ad πώρωσις refertur, quaſi ſcriptum ſit ἡ ἀπὸ μέρους. quā articuli eclipſin ſæpe iam annotauimus. Itaque, vt nemo iā falli poſſet, nōnihil addidimus de noſtro. Nā quod ἀπὸ μέρους Ambroſius refert ad tēpus, nō facilè admiſerim: neque etiā puto Apoſtolū emollire voluiſſe quod vbique ac præſertim ſuprà ver.7, apertè dixit. Puto potius duo ab ipſo ſignificari. Vnū, iſtā obdurationē nō cōprehendere totū Iſraelē, ſed eius duntaxat partē: quū ſuperſint reliquiæ, vt ab initio capitis expoſuit. Alterū, ne hāc quidē obdurationē partis Iſraelis quā ſuprà vocauit ἥττημα verſ.12. perpetuā fore, ſed venturū tempus quo nō iā Iſraelis reliquiæ. i. pauci quipiā ex Iſaelitis, ſed totus Iſrael. i. gēs ipſa, cōmuni cōſenſu ad Eccleſiā Chriſti aggregetur. & hoc quidē eſt illud propheticū arcanū quod non vult à Gētibus ignorari, ne Iudæos tanquā in perpetuū reiectos deſpiciāt. Vſquequo ἄχρις οὗ. i. donec. tēporis enim ſpatiū definit, quod quidē videtur maxima iā ex parte cōfectū. Nā, obſecro, quàm pauci ſuperſunt hodie populi in orbe terrarū qui Chriſtū vel nomine tenus profiteātur? At interim Iudæorū gens, quāuis toto terrarū orbe diſperſa & miſerrimè iactata, dici tamen nō poteſt (vt vno ore confirmāt omnes qui ex Oriēte ad nos veniūt) quàm ſit frequēs ac numeroſa: vt etiānū hodie ſe exerat benedictio illa Abrahamo facta, Ge.22.d.17. Id verò quis nō videat temere à Deo nō fieri, & eā hodie exerceri in Euāgelii profeſſores crudelitatē ac rabiē, quæ planè mereatur vt queādmodū nos olim Iudæis poſſeſſione eiectis, ſic illi nobis viciſſim nūc ſuccedāt? Cæterū quid vocet plenitudinē Gentiū Apoſtolus, expoſui ſuprà verſ.12. Vtitur autē verbo introeundi, ex Scripturæ conſuetudine, quæ de Eccleſiæ cœtu, tāquā de certo quodā loco, diſſerit. 26 Totus Iſr. πᾶς Ἰσραήλ. Horū verborū explicatio, ni fallor, pēdet ex oppoſitione eius quod dixerat ἀπὸ μέρους. vt totus Iſrael nihil aliud declaret quā Iſraelis plenitudinē. cui opponitur τὸ ἥττημα καὶ κατάλειμμα. i. diminutio & reliquiæ. alioquin nō video quod ſit arcanū illud quod ſuperiore verſiculo cōmemorauit. Sed rurſus notādū eſt de toto Iſraele nō de ſingulis hîc diſſeri. Ex Sion ἐκ Σιών. Heb. לציון. i Sioni, ſiue in Sionis gratiā, pro quo Græca editio rectè habet ἕνεκα Σιών. ac fortaſſis librariorū culpa ex ἕνεκα factū eſt ἐκ. Liberator ὁ ῥυόμενος. Vulg. qui eripiat. Eraſ. ille qui liberat. Ego verò puto participiū poſitū pro verbali, ex Hebræorū more, de quo etiam diximus Matt.2.a.6, & alibi aliquoties. Et euertet, &c. καὶ ἀποστρέψει, &c. Hebræa veritas habet, ולשבי פשע ביעקב. i. & ad eos qui reſipuerint à peccato in Iacob. pro quo Græca editio habet quod hic ab Apoſtolo citatur, verbis quidē nōnihil diſſidēs ab Hebræis, ſed in re cōſentiens. Neque enim conuerti poteſt ad Deū quē Deus prius nō conuerterit, vt ſcriptū eſt Iere.31.c.18. 27 Fœdus διαθήκη. Vulg. & Eraſ. teſtamētum. Atqui in Hebræis legitur ברית quo nō poteſt ſignificari teſtamentū. Itaque hæc interpretatio nō conuenit quoties citātur Hebræa. & in Epiſtola ad Hebræos potius videtur Apoſtolus alludere ad alterā Græci nominis ſignificationē, quàm verā ipſiꝰ interpretationē tradere.

Quum abſtulero, &c. ὅταν ἀφέλωμαι. Exiſtimāt plerique Apoſtolū hæc addidiſſe alluſione facta ad locū Iere.31.f.34, vbi ſumma noui fœderis exponitur, quemadmodū etiā Ezech.11.c.18. verùm, vt dicā quod ſentio, exiſtimo potius hāc partē ex eodē Eſaia petitā, ex quo etiā ſuperior eſt deſcripta, ſicut ſuprà verſ.8, duo eiuſdē Prophetæ teſtimonia Apoſtolus vnà cōiunxit. Eſaias igitur 27.c.9, de hac ipſa Iſraelitarum acceſſione vaticinans quæ explicatur ab Apoſtolo, inter cætera ſic ſcribit, וזה כל־פרי הסיר חטאתו. i. & hoc omnis fructus, ablatio peccati eius. pro quo Græca editio habet καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ ὅταν ἀφέλωμαι ἁμαρτίαν αὐτοῦ, & hoc erit beneficiū, ſiue hæc demū eſt benedictio ipſius, quum ſuſtulero iniquitatē eius. vnde mihi quidē videtur Apoſtolus iſta ad verbū deſcripſiſſe. 28 Itaque quoad Euāg. Κατὰ μὲν οὖν τὸ εὐαγγέλιον. Vulg. & Eraſ. Secundū Euangeliū quidē, κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον. Ego particulā οὖν non dubitaui adiicere ex vndecimo Roberti noſtri codice manuſcipto: quā quū Eraſmus vel eſſe adiiciendā vel certè ſubaudiendā nō animaduerteret, putauit ſolœciſmū eſſe in Paulo, quaſi potius dicēdū fuerit ἐχθρῶν & ἀγαπητῶν, inimicorū & dilectorū, vt cū αὐτῶν iſta cohæreāt. Atqui vt de veteris illius codicis authoritate nihil dicā, quā ſuſpicari non potuit Eraſmus, diſtinguendū tamen eſt Prophetæ teſtimoniū à Pauli ipſius verbis: vt minimè quærenda fuerit iſta cōnexio. Cæterùm manifeſtè oſtēdit hic locus verū eſſe quod antè monuimus, Paulū ſcilicet nō de ſingulis Iudæis ſed de Iudæorū gente in genere diſſerere, qui ſcilicet quoad Euangelium. i. quatenus Euangelium non admittunt, nempe in præſenti cōditione, ſunt Deo exoſi: quoad electionē autē. i. quatenus Deus cōſiderat nō quid mereātur. ſed quid ipſe Abrahamo & ſemini eius promiſerit, diliguntur à Deo, ideóque ſuo tēpore dignabitur eos ſua gratia, quia, vt omnis homo ſit mendax, Deus tamē conſiliū nō mutabit. Nā quod nōnulli odiū & amorē. hūc ad Apoſtolū referunt, mihi non placet. 29 Eiuſmodi ſunt, vt &c. ἀμεταμέλητα. Vulgata, ſine pœnitentia, obſcura & periculoſa quoque interpretatione, vtpote quæ Ambroſium etiam videatur fefelliſſe. Auguſtinus alicubi legit impœnitenda, vt Eraſmus obſeruauit: ſed ambigua eſt hæc tralatio. Nam Latinis non pœnitendum munus dicitur, cuius aliquem non poſſit pudere, ſeu quod minimè debeat contemni. Quidam alius irreuocabilia conuertit. Ego periphraſin Eraſmi potius probo, quòd à Græcis non diſcedat.

30 Per iſtorum contumaciam τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Vulgata, propter incredulitatem, διὰ τὴν ἀπιστίαν. Eraſmus autem rectè mutauit Propter

in Per:quanuis Apostolus non de eo per quod propriè Gentes sunt misericordiam adeptæ,sed de dispensatione Dei loquatur,cui nimirum placuit occasionem transeundi ad Gentes ex incredulitate Iudæorum sumere,vt suprà dictum est versu 11.

31 Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiā,vt & ipsi misericordiam consequantur.

32 Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem,vt omnium misereatur

33 O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciētiæ Dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eiꝰ.

Esa.40.c.13
sapien.9.c.13
1.cor.2.d.16

34 ‖Quis enim cognouit sēsum Domini?aut quis consiliarius eius fuit?

35 Aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei?

36 Quoniā ex ipso,& per ipsum, & in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula. Amen.

Cap.XII.

1 OBsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam,Deo placētem , rationabile obsequium vestrum:

2 Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, ‖vt probetis quæ sit voluntas Dei, bona, & beneplacēs & perfecta.

Ephes.5.d.17
1.thes.4.a.1

Sic & isti nunc non paruerunt, ″vt per vestram misericordiam & ipsi misericordiam consequantur.

Cōclusit enim Deus ″ōnes in cōtumacia,vt omniū misereretur.

″O profundas diuitias tum sapiētiæ tum cognitionis Dei: quā inscrutabilia sunt ″iudicia eius,& imperuestigabiles ″viæ eius.

Increduli ōnes.

Quis enim cognouit mētē Domini?aut quis ei fuit à consiliis?

Aut quis ″prior dedit ei, & reddetur ei?

Nam ex eo,& per eum, & ″in & ipsum *sunt* omnia . ipsi *sit* gloria in secula. Amen.

Cap.XII.

PRecor igitur vos,fratres,per miserationes Dei, ′vt sistatis corpora vestra hostiam viuam,sanctam,acceptam Deo, ″rationalem illum cultum vestrum:

Hostiā Deo plācens.

Et ″ne cōfiguremini seculo isti,sed transformemini per renouationē mentis vestræ,ad hoc vt probetis quæ sit voluntas Dei ″bona illa,accepta & perfecta.

31 Vt per vestram miseric.&c. τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Peruersa huius loci distinctio multas peperit incōmodas interpre-
tationes,quarū satis fuerit nonnullas commemorasse. Vulgata interpretatur, in vestrā misericordiam, quasi scriptū sit ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, &
quidē pro εἰς τὸ ὑμέτερον ἔλεος.i.in gratiā Christi. quia gratiæ oblatæ restiterunt Iudæi. quā constructionē non admittit verbū ἀπειθεῖν.vel,in
vestrā misericordiam.i.vt inde ad vos deueniret misericordia.sed si ita exponas,nullū erit membrū quod opponatur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ:& bis
idē dixerit Apostolus,quod nō admittunt hæ voces.quemadmodū & Ita,vt Erasmus rectè obseruauit.Quod enim dictū fuerat ὑμεῖς δὲ ἠλεή-
θητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ,hoc ipsum in diuersa parte repeteret ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει,perinde acsi dicat aliquis,Vt principes ditescunt paupertate
populi,ita populi paupertas diuitias addit principibus.quod fuerit ineptissimū. Ambrosius,in vestra miseratione ἐν ὑμετέρῳ ἐλέει.quā lectio-
nem nusquā inuenio.i.quū essetis ad misericordiā vocati:contumaces fuerūt Iudæi.quæ interpretatio tollit etiā antithesin de qua modo di-
xi.Eras.sic & isti nunc increduli facti sunt,ex eo quòd vos misericordiā estis adepti,vt & ipsi misericordiā consequātur. Putat enim Aposto
lum significare misericordiā Gentibus factā.i.Gentiū fidem offendiculo fuisse Iudæis vt alienarentur ab Euangelio.Atqui hæc expositio,ni
fallor,repugnat sententiæ Pauli ex diametro.Nā cōtrà vers.11.13.14.17,& in eo qui proximè præcessit,disertè dixit Apostolus,per Iudæorum
contumaciā partā esse salutem Gētibus,& ante excisos fuisse ramos naturales quàm ascititii insererētur.ex quo cōsequitur quod & ipsa hi-
storia confirmat,nō prius vocatas fuisse Gētes quā Iudæi Euangeliū respuissent.Deinde quod maioris etiā est momenti,tantū abest vt Gē-
tium vocationē Apostolus censeat obstaculo fuisse Iudæis, vt cōtrà scribat eam esse à Deo captā occasionem,vt & ipsi Iudæi ex æmulatione
Euangeliū amplectantur.Quid igitur?nempe vnus,ni fallor,Theophylactus hìc vidit quod res est. Omnino enim τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει oppositū
est superiori illi mēbro τῇ τούτων ἀπειθείᾳ,& ἵνα explicandū per traiectionē, sublata distinctione quæ post ἐλέει adscribi solet,quū hoc totum
τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει nō pertineat ad ἠπείθησαν sed ad ἐλεηθῶσι:sicut in superiore vers. τῇ τούτων ἀπειθείᾳ cōnectitur cum ἠλεήθητε. Ita fiet vt plana sit
sentētia & cū præcedētibus ab subsequētibꝰ ita cōsentiēs,vt de eius veritate nō possim dubitare.Nā quod ante proposuerat,Iudæorū offensā
saluti fuisse Gētibus,nō vt perirēt Iudæi,sed cōtrà vt hac salutis Gentiū æmulatione accēsi,fierent & ipsi eiusdē salutis participes:id ipsū nūc
repetit in cōclusione,vt par erat,nēpe sicut per Iudæorū cōtumaciā Gētes sūt cōsecutæ misericordiā,ita Iudæos esse cōtumaces,nō vt pereāt,
sed vt misericordiæ Gentibus factæ exēplo prouocati,misericordiā & ipsi consequātur.Ita enim placuisse Deo, mirifica illa & incōprehensi-
bili sapientia,tū Gētes tum Iudæos per contumaciā ad misericordiā vocare.Similis verò traiectionis exēpla permulta annotauimus, vt Ioh.
8.d.25,& 15.b.10, Act.1.a.2,& suprà 8.a.3,& hoc ipso cap.vers.2,& infrà 12.a.3.   32 Oēs τοὺς πάντας.i.tū Iudæos tū Græcos,de quibꝰ disseruit:
quod etiā ostendit adiūctus articulus.Itaque Vetus interpres nō rectè conuertit,omnia.Et qui hoc loco abutuntur ad euertendā æternā Dei
prædestinationē,qua nonnullos misericordiæ,nonnullos seueritati iudicii sui destinauit,ita mentiuntur vt etiā ineptias suas apertè prodāt.
33 O profundas diuit. Ω βάθος πλούτου. Vulg.O altitudo diuitiarū.Eras.O profunditatem diuitiarū, quasi scilicet καὶ σοφίας καὶ γνώσεως per-
tineat ad βάθος,& dixerit Paulus,O profunditatē diuitiarū,profunditatem sapiētiæ,profunditatē cognitionis.Itaque frustra se torquēt nō-
nulli interpretes dum quærūt quæ sint istæ Dei diuitiæ.Nā ex Hebræorū idiotismo dictū est ὦ βάθος πλούτου,pro ὦ βαθὺν πλοῦτον. &,quod etiā
animaduertit Chrysostomus,genitiui sequētes nō pendēt à βάθος,sed à duarū illarū vocū cōplexu.πλοῦτον verò Hebræorū etiā more,quē ali-
bi annotauimus,copiā ac abundantiā vocat:& quia sunt ista opes penitus defossæ, & quo maior est opum cumulus,eo etiā altior est ac pro-
fundior,ideò profunditatis meminit.Deinde sapientiā & cognitionē pro eodem accipio,vt sit duplicatio Hebræis familiaris.   Iudicia e.
τὰ κρίματα αὐτοῦ. Heb.משפטו.i.ratio quā tenet in rebus vniuersis ac singularibus administrandis. Nā iudicare apud Hebræos pro regere &
summæ rerum præesse accipitur,vt sæpe annotauimus apud Iohannem.   Viæ αἱ ὁδοί. Heb.דרכיו.i.consiliorū ac factorū ipsius rationes.
35 Prior dedit προέδωκεν. Noua est ista significatio verbi προδιδόναι pro ante dare,sicut suprà 9.f.29,προειρηκέναι accipitur pro ante di-
cere.Reperio tamen in illa significatione etiā apud Aristotelē lib.OEcon.2.   36 In ipsum εἰς αὐτόν. Vulg.in ipso,ἐν αὐτῷ,quod egò
quidē non probo.Nā finem omniū Dei factorū hìc puto significari,Deū scilicet ipsum,ad cuius gloriā omnia referuntur quæcunque sunt in
cælo vel in terra,quemadmodū etiā ab eo condita sunt omnia,& per eū administrantur.neque verò dūtaxat in genere de rerū creatione &
administratione hæc accipiūtur,sed in primis de nouis ipsius operibus,quæ in electis suis edit.Sed de his copiosè Basil.lib.de Spiritu sancto,
vbi de vsu istarū præpositionum ἐξ,διά,& εἰς,accuratè & pereruditè disputat.

IN CAPVT XII.

1 Vt sistatis παραστῆσαι. Allusio est ad veterem ritū sacrificiorū.Sisti enim oportebat victimam ad aras.Ideò etiā corporū meminit:quā-
uis totum hominē συνεκδοχικῶς hoc nomine cōprehendat.Sequentia autē epitheta cōplectuntur horum sacrificiorū comparationē cum vè
teribus. Nā mortuæ pecudes Deo adolebantur:viuas nunc hostias requirit.olim sanguine hircorū & taurorum delectabatur Deus(nō pro-
priè quidē,sed quatenus pura mente offerebatur ex fide)nunc vmbras istas non requirit,sed verè sibi gratas hostias, totum scilicet hominē
ad pietatem & charitatē ex verbi præscripto cōpositum. Vulg.exhibeatis.Eras.præbeatis. Mihi videtur sistēdi vocabulū magis propriū & ex-
pressum.   Rationalē illum,&c. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. i.Spiritualē,vt explicatur,1.Pet.2.a.5.Est enim tacita antithesis cultus in quo sei-
psum homo spiritualiter Deo cōsecrat,& veteris cultus,in quo bruta,quæ ἄλογα Græci vocāt,cæteráq; nō modò rationis sed etiā sensus ex-
pertia,carnalibus adhibitis cæremoniis Deo offerebātur. Vulg.rationabile obsequiū,barbarè: quod deinde nonnulli admodū imperitè ac-
ceperunt pro eo quod est ratione temperatū,quasi immodico ac superstitioso opponatur.   2 Ne cōfiguremini μὴ συσχηματίζεσθε. Cō-
figurandi verbo vtitur in hac significatione Columella.Vulg.nolite cōformari,μὴ συμμορφοῦσθε.Eras.ne accōmodetis vos ad figuram,quasi-
ta periphrasi non necessaria.   Bona illa τὸ ἀγαθόν. Hoc ego accipio pro voluntatis Dei epithetis.Nā id demum verè bonū est, acceptū
Deo,& omnibus numeris suis cōstans,quod cum Dei voluntate cōsentit.simúlque tacita est allusio ad eas cōditiones quæ sub Lege require-
bātur in victimis immolādis:de quibus præcipitur Leuit.22.c.22.Articulū autē accipere possumus vel tanquā energiæ causa positū,vt volun-
tatis diuinæ præstantiā declaret:vel διακριτικῶς,vt vetus fœdus à nouo distinguatur:vel denique vt per appositionē quā vocāt, referat quod
præcessit.idq; rursus dupliciter.nēpe vel illud dūtaxat proximū, Vt probetis quæ sit volūtas Dei, quod bonū est acceptūq; & perfectū:quo
modo interpretatus est Erasmus:vel totū illud quod superiore quoque vers.dictū est,sicut exposuit Augustinus lib.de Ciuit.Dei.10.& epist.
86.itémque Ambrosius.Sed & ante τὸ ἀγαθὸν suppleri potest particula καὶ in Epexegesi,vt sit hæc sententia,Ad hoc vt probetis quæ sit Dei vo-
luntas,& quid bonum,& acceptum & perfectum.quæ interpretatio D.Bucero placuit præ cæteris.

Sapere.

Nam per gratiam quæ mihi data eſt, ″edico ″cuiuis verſanti inter vos, ″ne *ſibi* ſapiat ſuprà quàm oporteat ſapere: ſed ſapiat ″ad ſobrietatem, ″prout cuique Deus partitus eſt menſuram ″fidei. 3

Corp⁹ vnũ Chriſtiani.

Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus, membra verò omnia eandem non habent actionem: 4

Sic multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alii aliorum membra. 5

″Habentes autẽ diuerſa dona pro gratia quæ nobis data eſt, ſiue prophetiam, *prophetemus* pro proportione fidei: 6

Siue miniſteriũ, *uerſemur* ″in miniſtratione: ″tum is qui docet, ″in docendo. 7

3 Dico enim per gratiã quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, nõ plus ſapere quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, ‖vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.

1.Cor.12.b.11.
Epheſ.4.b.7

4 Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem mẽbra non eundem actum habent:

5 Ita multi vnũ corp⁹ ſumus in Chriſto, ſinguli autem, alter alterius membra.

6 ‖Habẽtes autẽ donationes ſecũdũ gratiam quæ data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiam, ſecũdum rationem fidei:

1.Petr.4.b.10

7 Siue miniſterium, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina:

3 Edico λέγω. Id eſt præcipio. Sic enim accipitur interdum verbum אמר apud Hebræos, & quod ſubiicit διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, id eſt tanquam Dei Apoſtolus, & Spiritũ Dei habens, additum eſſe apparet tum vt maioris ponderis eſſet hoc præceptum, tum verò vt omnem dicti inuidiam à ſe auerteret. Cuiuis παντί. Hanc particulam ſæpe iam annotauimus interdum eſſe indefinitam potius quàm vniuerſalem. Vulgata, omnibus. quæ interpretatio non ſatis exprimit hanc doctrinam ad quoſuis & quidem ſigillatim pertinere. Ne *ſibi* ſapiat ſuprà quàm oporteat ſapere, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. Id eſt, ne ſibi immodicè placeat: vt ii ſolent qui ſibi videntur plus ſapere quàm re vera ſapiant. Sic enim accipitur interdum verbum φρονεῖν: quod vt commodius intelligeretur, addidi pronomen ſibi, quum alioquin ab Eraſmi ſententia non diſſideam. Omnino enim videtur Apoſtolus in eo eſſe vt ſingulos doceat ſeſe intra vocationis ſuæ limites continere. quod ab homine arrogante & ſui opinione inflato nunquam impetraris. Vulgata, non plus ſapere quàm oportet ſapere: quaſi nos arceat Apoſtolus à curioſa perſcrutatione rerum ſubtilium magis quàm vtilium. Nonnulli demum τὸ φρονεῖν accipiunt pro curare: quaſi damnet Apoſtolus πολυπραγμοσύνην. quas etiam interpretationes minimè repudio.

Ad ſobrietatem εἰς τὸ σωφρονεῖν Quid ergo? an aliqua eſt moderata arrogantia? minimè verò: ſed tamen quemuis oportet ſibi aliquatenus ſapere, id eſt, eorum donorum eſſe conſcium quæ à Domino accepit, vt bona conſcientia poſſit vocatione ſua defungi. Verùm duo ſunt limites quibus definitur ea ſobrietas ac moderatio quam requirit Apoſtolus. Vnus eſt, ne nobis arrogemus quod non habemus: alter, ne de eo quod accepimus gloriemur, ſed acceptis donis vtamur cum tremore in Domini gloriam. Alii ad ſobrietatem ita interpretantur, quaſi poſcat Paulus vt iis ſtudiis intenti ſimus quibus ad modeſtiam erudiamur. quorũ etiã opinionem non improbo. Nam vtranuis interpretationem ſequaris, ſobrietas declarabit ταπεινοφροσύνην, quæ eſt Chryſoſtomi germana, vt opinor, expoſitio. Origenes mauult de temperantia accipere. quod ſequitur Auguſtinus epiſtola 47. Hieronymus verò in pugna aduerſus Iouinianum plus æquo incaleſcens, & in eo ipſo peccãs quod hoc loco reprehenditur ab Apoſtolo, quaſi à nemine diſcere, omnes verò erudire poſſet, hunc locum ad pudicitiam detorquet, Latinos etiam codices emẽdans in quibus ſcribitur Ad ſobrietatem. quum ipſe potius magnam reprehenſionem mereatur quòd hũc locum & alios plurimos impudenter detorſerit. Prout cuique ἑκάστῳ ὡς Manifeſta eſt traiectio particulæ ὡς. cuiuſmodi plurimas annotauimus ſuprà cap.11.d.31. Nam manifeſtus eſt error in eo quòd in nonnullis veteris editionis codicibus legitur, & vnicuique, repugnantibus ſummo conſenſu omnibus exemplaribus Græcis. vt planè intempeſtiuè ſcripſerit Eraſmus, Paulum hoc in loco ſpectaſſe ſenſum magis quàm ſermonis integritatem: ſitque planè ineptus Origenes, ſubindicans aliquid ſubaudiendum, quum ait, vt cuſtodiat vnicuique ſicut diuiſit Deus menſuram fidei. Fidei πίστεως. Fidem appellat συνεκδοχικῶς cognitionem Dei in Chriſto, cum donis quæ ex eo manant in fideles per Spiritum ſanctum. Idem ergo valet hoc dictum atque id quod alibi ſcripſit, pro menſura donationis Chriſti, Epheſ.4.b.7: & manifeſtatio Spiritus, 1.Cor.12.a.7. Sed & pro πίστεως in vno codice ſcriptum inuenimus χάριτος, gratiæ.

6 Habentes autem ἔχοντες δὲ Malè in quibuſdam Latinis codicibus expungitur particula autem, quæ prorſus eſt retinenda, nec id tamen, meo iudicio, quaſi hac coniunctione iſta connectantur cum præcedenti verbo ἐσμὲν, vt exiſtimauit Eraſmus: ex cuius etiam ſententia Frobenius poſt μέλη, id eſt membra, diſtinctionem ſimplicem adſcripſit. Nam contrà in omnibus vetuſtis codicibus plenum punctum ſcribitur, vt nouam periodum inchoet participium ἔχοντες. & vtraque ratio huius diſtinctionis quam affert Eraſmus, facilè refelli poteſt. Illud enim planè nihil eſt, quod tradit, Apoſtolum ſcilicet, quum dixiſſet, Singuli ſumus alius alius membra: ne confuſionem imaginaremur, adieciſſe, ſumus quidem eiuſdem corporis membra, ſed habentes dona, &c. Huius enim confuſionis ſuſpicionem omnem ſuſtulerat Apoſtolus quum membra omnia diceret eãdem functionem non habere. Deinde altera ratio quæ ſubiicitur, nihilo eſt probabilior, nempe abſque iſta diſtinctione fore imperfectam orationem. Supplendum enim eſt neceſſariò verbum ex communi loquẽdi vſu, ita vt nos fecimus, cum quo cohæreant iſta quæ ſequuntur, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ἐν τῇ διακονίᾳ, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, &c. quæ omnia alioquin hiare neceſſe eſt, etiamſi iſtam Eraſmi diſtinctionem ſequaris. Nam hic rurſus corrupta ſunt exemplaria, quæ poſt προφητείαν, διακονίαν, διδάσκων, παρακαλῶν, &c. non habent adſcriptam diſtinctionem, quaſi perpetuo tenore legendum ſit, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, &c. repugnantibus omnibus vetuſtis codicibus Græcis, & ipſa quoque ſententia, vt in Græcis ſcholiis explicatur. Itaque, vt paucis abſoluam, particula Autem non rectè fuit expuncta, quia hæc periodus à ſententia ſuperioris pendet. Eraſmus verò, neque particulam δὲ rectè conuertit Sed tamen, neque totum hunc locum videtur percepiſſe. *Prophetemus* pro proportione fidei κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Diſtinctio illa poſt προφητείαν addita in omnibus Græcis codicibus, & ſententia quoque ipſa ſatis, ni fallor, vel hoc verbum vel aliud eiuſmodi ſupplendum eſſe cõfirmant, veluti μενέτω maneat, vel στοιχείτω incedat, quæ Græcus ſcholiaſtes ſubaudit. Neque eſt cur hæc eclipſis diſpliceat, quum multæ eiuſmodi aut etiam multo duriores ſoleant in communem loquendi vſum incidere. Puto autem ἀναλογίαν dici quod antea μέτρον vocarat. Quum enim Apoſtolus monuiſſet in genere vt quiſque ſeſe Deo conſecraret, meritò ſubiecit quæ ad vocationum diſcrimen pertinent, vt quiſque ſeſe intra ſuæ ſortis metas contineat. Id verò nunc per partes explicat. ac primùm quidem Eccleſiaſticarum functionum meminit, quas diuidit in duas ſpecies, ſiue ſubalterna, quæ vocant, genera, nempe in prophetiam & diaconiam: prophetiæ ſcilicet nomine comprehendens quæ ad docendi munus pertinent, diaconiæ verò alia Eccleſiaſtica munera, quibus ſe abdicarunt Apoſtoli, Act.6.a.2.3, & 4. Iam verò quia in docendi munere non vna eſt functio, ſed varii ſunt gradus, neque in vna & eadem functione par eſt Spiritus menſura, ideo Apoſtolus prophetas monet vt prophetent pro fidei proportione. id eſt vt quiſque reuelationis ſuæ modum teneat, ne vnus ſibi omnia ſcire videatur. quod ſi ſeruatum fuiſſet in Eccleſia, nunquam in ea pericula incidiſſet, vnde quum vix nunc cœperit emergere, cauendum eſt etiam atque etiam ne eodem relabatur: ni fiat quod monuit Apoſtolus, 1.Cor.14.f.30.32, & 33. Alioquin prophetiæ nomen anguſtiore ſignificatione accipitur, vt Epheſ.4.b. 11, & 1. Corinth.12. d. 28. & diaconia contrà multo ampliore, ita vt omnia munera Eccleſiaſtica comprehendat ipſámque adeo Apoſtolicam functionem. quia nimirum publicè ac priuatim nos omnes oportet Deo miniſtrare, vt ſuprà cap.11.b. 13. Act. 6.a. 4.& 12.d.25. 7 In miniſtrando ἐν τῇ διακονίᾳ. Eraſ. in adminiſtratione. quã interpretationẽ etſi non repudio, tamen illi poſtpono. Nam priore loco διακονία munus ipſum declarat, poſteriore verò ipſam muneris functionem: quam diſtinctionem mihi videtur melius expreſſiſſe Vetus interpres gerundi modo. Tum is qui docet εἴτε ὁ διδάσκων. Vel, vt Vulgata & Eraſmus, ſiue qui docet. Cæterùm quòd Paulus genus dicendi mutat, video torſiſſe nonnullos: qui tamen non videntur eius rei cauſam cognouiſſe. Solent enim à pleriſque interpretibus hæc ita explicari quaſi quinque Eccleſiaſticas functiones diuerſas commemoret Apoſtolus. quod non puto: nec dubito mihi aſſenſuros quicunque attentius hunc locum conſiderabunt. Puto igitur Paulum in primis, vt ante dixi, Eccleſiaſticas functiones perpetuas (alias enim temporarias merito omittit) ad duo genera reuocare, Apoſtolorum exemplo, Actorum 6.a.2. 3.4, vt paulo antè diximus: nempe ad prophetiam & diaconiam. quam diſtributionem etiam ſequitur idem noſter Apoſtolus, 1. Timoth.3. mentionem duntaxat faciens epiſcoporum & diaconorum. Deinde ſingula illa duo genera in ſuas ſpecies diuidere, nempe prophetas in doctores & paſtores: diaconos verò in eos qui eleemoſynas diſtribuunt, in gubernatores, & eos qui curandis ipſis pauperibus Eccleſiæ ſeruiebant: quales erant ferè viduæ, de quibus ſeorſim agitur, 1.Tim.5.b.9. Vtque hæc diſtinctio melius intelligeretur, mutauit, opinor, Apoſtolus dicendi genus.

In docendo ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Vulgata & Eraſmus, in doctrina, quam interpretationem, vt ambiguam, repudio. Doctrina enim ferè Latinis declarat idipſum quod docetur, quum διδασκαλία hoc loco ſignificet ipſum docendi munus. Cæterùm doctorem vocat Apoſtolus cum qui ſcripturæ duntaxat interpretationi vacat in Eccleſia, vt pura ac ſyncera doctrina retineatur, ſicut doctiſſimus interpres in Chriſtianæ religionis Inſtitutione veriſſimè docuit. Repetẽdum eſt autem ἀπὸ κοινοῦ verbum verſetur,tum in hoc membro,tum in aliis ſequentibus.

Matth.6.a.2 2.Cor.9.b.7	Qui exhortatur, in exhortando: ¦qui tribuit,in ſimplicitate:qui præeſt,in ſolicitudine:qui miſeretur,in hilaritate.	8	′Tum qui exhortatur,in exhortatione:″qui diſtribuit,cum ſimplicitate:″qui præeſt,cum diligẽtia:″qui miſeretur,cũ hilaritate.	
Amos.5.d.15	Dilectio,ſine ſimulatione.¦Odiẽtes malum,adhærentes bono.	9	Dilectio *ſit* minimè ſimulata.″*ſitis* abhorrẽtes quod malum,″agglutinati bono.	Dilectio.
Epheſ.4.a.2 1.pet.2.c.17	¦Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.Honore inuicem præuenientes.	10	″Fraterna charitate″alii ad alios amãdos propẽſi.Honore alius alii″præeuntes.	
1.Petr.5.b.8	¦Solicitudine non pigri.Spiritu feruentes.Domino ſeruientes.	11	Studio minimè cũctãtes.Spiritu feruẽtes.′Domino ſeruiẽtes.	N.B.
Luc.18.a.1 1.cor.16.a.1 Heb,13.a.2 1.petr.4.b.13 Matth.5.g.44	Spe gaudentes.In tribulatione patientes.¦Orationi inſtantes.	12	Spe gaudẽtes. In afflictione tolerãtes. In oratione perdurãtes.	
	¦Neceſſitatibus Sanctorum cõmunicantes.Hoſpitalitatem ſectantes.	13	″Neceſſitatibus ſãctorũ cõmunicãtes. Hoſpitalitatẽ ſectantes.	
	¦Benedicite perſequentibus vos:benedicite,& nolite maledicere.	14	′Benedicite iis qui vos inſectantur. benedicite *inquam*,″& ne imprecemini.	
	Gaudete cum gaudentibus,flete cũ flentibus.	15	″Gaudete cum gaudentibus,& flete cum flentibus.	
Prou.3.a.7 eſa.5.c.11	Idipſũ inuicẽ ſentientes.¦Non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.	16	″Eodẽ animo inter vos mutuò affecti. Non elatè *de uobiſipſis* ſentientes, ſed″humilibus obſecundantes. Ne ſitis″prudentes apud voſmetipſos.	
Prou.20.c.22 matth.5.f39 1,petr.3.b.9 2.cor.8.d.11	¦Nulli malum pro malo reddẽtes. Prouidentes bona non tantum corã Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.	17	Nemini malum pro malo viciſſim reddentes.′Procurantes honeſta coram omnibus hominibus.	

8 Tum qui exhortatur εἴτε ὁ παρακαλῶν. Vetus interpres non legit εἴτε.quam tamen coniunctionem vbique inuenimus,& addere neceſſe eſt,vt ſibi conſtet diſtributio.Exhortatorem autem vocat eum qui alibi dicitur paſtor,vt 1.Cor.12.d.28,Epheſ.4.c.11:& prophetã quoque interdum,vt 1.Cor.14.f.31.eum ſcilicet qui doctrinam cum monitionibus & exhortationibus atque adeo cum ſacramentorum adminiſtratione coniungit. Qui diſtribuit ὁ μεταδιδοὺς Vetus interpres,qui tribuit.Eraſ.qui impertit. Vterque nimium lata interpretatione, quũ hic ſignificẽtur qui Diaconi propriè dicuntur,ii nimirum qui eleemoſynas diſtribuebant.Iubetur autem is verſari in ſuo munere cum ſimplicitate. i. bona fide & ſine perſonarum reſpectu. Opponitur enim ἁπλότης τῇ κακίᾳ, & in his tribus poſterioribus ἐν pro σὺν commodiſſimè accipitur. Qui præeſt ὁ προϊστάμενος. Hæc eſt altera ſpecies preſbyterorum, eorum ſcilicet qui politiam Eccleſiaſticam adminiſtrabãt: qui & ipſi interdum doctrinæ verbi præerant,vt apparet ex 1.Tim.5.c.17.quorũ munus vocatur κυβέρνησις,1.Corinth.12.d.28. Qui miſeretur ὁ ἐλεῶν. Videtur quidem hoc latius patere:ſed quum Paulus agat de functionibus Eccleſiaſticis,nõ poteſt ſatis commodè hoc accipi de miſericordia cui præſtandæ tenentur quicunque Chriſto nomen dederunt. Deinde quum iſtum diſtinguat ab eo qui diſtribuit,iis aſſentior qui Paulum exiſtimant proprio quodam dicendi genere,per eos qui miſerentur,eos intelligere qui curandis ipſis pauperibus erant deſignati,vt ferè erant viduæ,quarum fit mentio Act.6.a.1,& 1.Timoth.5.b.9.

9 *Sitis* abhorrentes malum ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. Vulgata,odientes,barbarè. Eraſmus,odio proſequentes, non ſatis expreſſè. Plus enim eſt ἀποστυγεῖν quàm μισεῖν. Deinde verbum ſitis, quod neceſſariò ſubintelligitur, expreſſi ex Clemente Στρωματέων λόγῳ β′,quo loco nonnulla præterea inſerit,ſed contra omnium codicum fidem, nec ſatis aptè. Agglutinati κολλώμενοι. Vulgata & Eraſmus, adhærentes,non ſatis expreſſè. 10 Fraterna charitate τῇ φιλαδελφίᾳ. Clemens libro Pædagogi tertio,capite vltimo,videtur hoc connectere cum ſuperiore membro. Alii ad alios amandos propenſi. εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Vulgata,inuicem diligentes, nimium, vt ita dicam,dilutè.Nam φιλοστοργία non tantùm amorem, ſed etiam ipſam ad amandum propenſionem declarat.Eraſmus,ad mutuò nos diligendos propenſi.Ego amandos dicere malui, quia,ſicut (authore Chryſoſtomo) plus eſt στέργειν quàm φιλεῖν, ſic Latinis plus eſt amare quàm diligere. Sic enim Cicero, Sed tamen vt ſcires eum à me non diligi ſolùm,ſed etiam amari. Præeuntes προηγούμενοι. Vulgata & Eraſmus,præuenientes,προφθάνοντες. 11 Domino ſeruientes. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες. Rectè hoc ſubiunxit Apoſtolus,quo Chriſtianæ charitatis præcepta à philoſophorum monitis diſtinguuntur: & ita in probatiſſimis quibuſque codicibus vetuſtis & Græcis ſcholiis legitur. Sic quoque legunt Chryſoſtomus & Theophylactus, & ita citatur hic locus à Baſilio in Ethicis, definitione 68, & à Clemente. Eraſmus tamen interpretatus eſt, Tempori ſeruientes,id eſt καιρῷ δουλεύοντες.quæ lectio annotatur etiam ab Origenis interprete, & Gloſſa ordinaria quam vocant.explicatur autem tribus modis.Sunt enim qui exiſtiment hoc dicto moneri pios vt ſiquid incommodi acciderit,boni conſulant:vt hoc cohæreat cum eo quod ſequitur. Alii verò putant præſcribi fidelibus vt pro temporis ratione ſeſe accommodent fratribus: ſicut dicit Apoſtolus ſe factum eſſe omnibus omnia. Alii demum καιρὸν accipiunt pro occaſione:quòd velit Paulus nos ſtudioſè omnem iuuandi occaſionem captare.quæ interpretatio mihi maximè probatur præ cæteris. Sed vtcunque accipias,non expreſſeris ſignificationem verbi δουλεύειν,quod plus eſt quàm ſeſe accommodare tempori,aut occaſionem captare.neque puto vllum eſſe locum Scripturæ in quo ſimile dictum occurrat. Denique hanc ſententiam vix putarim tam commodè poſſe accipi quin à Chriſtianiſmo prorſus diſſideat. Itaque omnino legendum eſſe puto τῷ κυρίῳ,& ab iis corruptum eſſe locum qui compendium illud ſcribendi κῷ)putarunt καιρῷ declarare: idque eo veriſimilius eſt,quòd etiamnum hodie apud Baſilium eo loco quem ante citaui,ita ſcriptum inuenitur.

N.B.

13 Neceſſitatibus ταῖς χρείαις. Ambroſius legit, Memoriis ταῖς μνείαις, ſed perperam, ni fallor. quanuis ita Latinos codices habuiſſe ſcribat Origenis interpres,vt Eraſmus annotauit. 14 Benedicite Εὐλογεῖτε. Id eſt bene precemini.vt opponatur τῷ καταρᾶσθαι.Eraſ. Bene loquamini. Ego verò vocabulum Theologis vſitatũ retinere malui:neque exiſtimo de locutione duntaxat hic agi, ne hoſtibus detrahamus,ſed de eo potius,vt hoſti bene precemur.quod quũ Eraſmus viderit,miror cur vel benedicatis vel bene precemini potius nõ conuerterit quàm bene loquamini.Vide Matth.5.g.44. Et ne imprecemini καὶ μὴ καταρᾶσθε. Sic ſolent interdum Hebræi ταυτολογεῖν,ſed ita tamen vt hæc minimè ſit inepta aut inutilis ταυτολογία.de qua diximus Iohan.1.c.20. 15 Gaudete Χαίρειν. Vrget ſympathiam Chriſtianam Paulus. Eſt autem nota omnibus enallage infinitiui pro imperandi modo,Atticis familiaris.

16 Eodem animo inter vos mutuò affecti, Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. Id eſt inter vos concordes atque adeò vnanimes.quod Græci vno verbo dicunt ὁμοφρονεῖν.Vulg.Idipſum inuicẽ ſentientes:duplici errore. Neque enim τὸ αὐτὸ declarat idipſum, ſed idẽ. quod tamen nuſquam animaduertit Vetus interpres in hac exprimenda ſentẽtia,niſi bis,nempe 2.Cor.13.d.11,& Philip.3.c.16.& φρονεῖν nõ accipitur hoc loco pro ſentire.i.ſenſu percipere,vel intelligere,vel ſcire,vel opinari (quanuis ita explicent Græca ſcholia) ſed pro affectũ eſſe animo, quẽ φρένας Græci interdũ vocant.Sed & Eraſmus ſibi in eo non conſtat. Nã τὸ αὐτὸ φρονεῖν alibi vertit idẽ ſentire,infrà 15.a.5,& Phil.2.a.2.nõ ſatis rectè, opinor:& cõcordes eſſe Philipp.3.d.16,& 4.a.2:itẽ vnanimes eſſe,2.Cor.13.d.11.Quod autem εἰς ἀλλήλους conuertit,alii in alios,mihi non probatur.Neque enim Græcè dicitur φρονεῖν εἴς τινα,ſed φρονεῖν τινι.Itaque non dubito quin εἰς ἀλλήλους poſitum ſit pro ἐν ἀλλήλοις, vt explicat idẽ noſter Apoſtolus infrà 15.a.5. Humilibus τοῖς ταπεινοῖς. Quum paulo antè τὰ ὑψηλὰ dixerit, poſcit antitheſis vt ταπεινοῖς accipiamus etiam neutro genere.Nihil autem æquè ſcindit concordiam atque ambitio,quum quiſpiam humilia faſtidit,ſublimia ambitioſè ſectatur.

Prudentes φρόνιμοι. Eraſmus,arrogantes, quo ſenſu idem dictum expoſuimus ſuprà 11.c.25. Sed hoc in loco ne videatur inanis eſſe ταυτολογία,φρονεῖν παρ᾽ ἑαυτῷ accipio pro prudentiæ opinione turgere,& ſuo iudicio ſapere: ita vt fontem arrogantiæ aperiat Apoſtolus, idque ſit planè quod prohibetur Prou.3.a.7,Ne ſis חכם.i.ſapiens,in oculis tuis.quod repetitur,Eſai.5.e.21.

17 Procurantes προνοούμενοι. Sic vertit Eraſmus infrà 2.Cor.8.d.21,qui tamen hîc conuertere maluit,prouidè curantes.Vulg.prouidentes,obſcurè & ambiguè.Nam prouidere potius eſt ſpeculationis quàm actionis,niſi quum pro cauere accipitur. Hîc verò Paulus monet vt in primis attenti & ſoliciti ſimus de vita benè & honeſtè inſtituenda,vt nemo quicquã habeat quod in nobis meritò poſſit culpare. Quod

autem in vulgata editione ſubiicitur, non tantùm coram Deo οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, in multis codicibus nō inuenio: & inſertum fuiſſe opinor ex 2.Cor.8.d.21, vt in eo fruſtra ſe torſerit Eraſmus.

18 ″Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominib⁹ in pace viuentes.

19 Non voſmetipſos vlciſcentes, dilecti: ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, Mihi vltio: ego rependam, dicit Dominus.

20 Si igitur eſurit inimicus tuus, ciba eum: ſi ſitit, da ei potū. hoc enim ſi feceris, ″carbones ignis coaceruabis in caput eius.

21 Ne vincaris″ab eo quod malū eſt, ſed vince bonitate malitiā.

Cap. XIII.

Magiſtratibus obediendum,

1 O″Mnis anima Poteſtatibus ′ſupereminentibus ſubiecta eſto. non enim eſt Poteſtas niſi à Deo: & quæ ſunt Poteſtates, ″ſunt à Deo ordine diſtributæ.

2 Itaque quiſquis *ſe* opponit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ″ipſi ſibi condemnationem″ferent.

3 Nam magiſtratus nō ſunt terrori″*pro* bonis operibus, ſed malis. Vis autem non timere Poteſtatem? quod bonum eſt facito: & feres laudem ab ipſa.

4 Dei enim miniſter eſt tibi in bonū. Quòd ſi feceris quod malum eſt, time. non enim temerè gladium geſtat. nam Dei miniſter eſt, vltor ad iram ei qui quod malum eſt fecerit.

5 Quapropter ′neceſſe eſt ſubiici, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

6 Propter hoc enim & vectigalia ſoluitis: ſiquidem ′miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum ′incumbentes.

‖Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cū omnibus hominibus pacem habentes.

‖Non voſmetipſos defendētes chariſſimi, ſed date locum iræ. ſcriptū eſt enim, ‖Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.

‖Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.

Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

Cap. XIII.

OMnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim Poteſtas niſi à Deo. quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt.

Itaque qui reſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. qui autem reſiſtūt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.

Nā principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere Poteſtatē? bonū fac: & habebis laudem ex illa.

Dei enim miniſter eſt tibi in bonū. Si autem malum feceris, time. non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in irā ei qui malum agit.

Ideo neceſſitati ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, ſed etiā propter conſcientiam.

Ideo enim & tributa præſtatis. miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.

Heb.12.d.14

Eccli.2.a.18
matth.5.f.39

Deut.32.e.35
heb.10.f.30

Prouer.15.c.22

Sapient.6.a.4
tit.3.a.1
1.petr.2.b.13

18 Si fieri poteſt εἰ δυνατόν. Hæc putat Eraſmus connecti poſſe rectius cum ſuperiore ſententia, contra omnium exemplarium fidem, & fortaſſis non optima ratione. Neque enim cum conditione præcipitur vt vitam honeſtè inſtituamus corā omnibus hominibus, ſed ſimpliciter omnino tenetur hoc facere quiſquis Chriſtum profitetur: pacem verò colere cum omnibus ſine exceptione, nemo nec poteſt nec etiam debet. 20 Carbones ignis ἄνθρακας πυρός .i. ignitos ſeu candentes, ex Hebræorum conſuetudine. Sic etiā Solomon ænigmaticè declarat iram Dei alicuius capiti imminentem, & eo quidem ardentiorem quo maior eſt alicuius peruerſitas, veluti eius qui ne benignitate quidem prouocari poteſt ad eum diligendum qui pro accepta iniuria beneficium referat.

21 Ab eo quod malum eſt ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Vulgata & Eraſmus, à malo, ambiguè.

IN CAPVT XIII.

1 Omnis anima Πᾶσα ψυχή. Anima per Hebraicam ſynecdochen pro homine ponitur, vt alibi quoque annotauimus: hîc verò videtur hoc dicendi genus nō carere emphaſi. vt dicat Apoſtolus omnes mortales, nullo prorſus excepto, ſubiici magiſtratui oportere. Videant igitur quo iure priuilegia immunitatis hodie iactent qui ſe Eccleſiaſticos vocant. Hi verò ſi verbo Dei credere nolūt niſi addita Patrū interpretatione, ſaltē audiant quid in hūc locū ſcripſerit Chryſoſtomus. Sic enim habet ad verbum, Ὅτι πᾶσι ταῦτα διατάττεται καὶ ἱερεῦσι καὶ μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον, ἐκ προοιμίων αὐτὸ δῆλον ἐποίησεν, οὕτω λέγων· πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. κἂν ἀπόστολος ᾖς, κἂν εὐαγγελιστὴς, κἂν προφήτης, κἂν ὁστισοῦν· οὐδὲ γὰρ ἀνατρέπει τὴν εὐσέβειαν ἡ ὑποταγή. Hæc ille, qui, Deus bone, ſi hodie viueret, quàm acerbè in lupū illum inueheretur qui non modò Regibus non ſubiicitur, ſed ipſa etiam regna & imperia tranſfert, & tamen Chriſti vicarius vult videri? Cæterùm qui Origenis ingenium noſſe volet, legat quàm fœdè hunc locum deprauarit. Supereminentibus ὑπερεχούσαις. Hoc poſitum eſt αἰτιολογικῶς. Cauſa enim affertur cur ſubiici nos oporteat magiſtratibus: quia nimirum in ſuperiore gradu ſunt collocati. Vulg. ſublimioribus, non obſcura modo ſed etiam periculoſa interpretatione, vt quæ ſic poſſit accipi, quaſi ſummis duntaxat magiſtratibus, non inferioribus, ſit parendum. Sunt à Deo ordine diſtributæ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Vulgata & Eraſmus, à Deo ordinatæ ſunt. Ego verò hæc verba, A Deo, putaui poſtponenda verbo ſubſtantiuo, vt falſæ diſtinctioni anſam præciderem, quæ nonnullos fefellit. Quidam enim legunt, quæ verò ſunt à Deo, ordinatæ ſunt, quaſi Græcè ſcriptum ſit ἀπὸ non ὑπό. Præterea quia vetus Interpres ἐξουσίαι non legit: (quod tamen vocabulū in omnibus vetuſtis codicibus inuenimus: & niſi addatur, nemo non videt ἀπὸ κοινοῦ ſubaudiendum) nonnulli pro ordinatæ legerunt ordinata, quaſi Græcè ſcriptum ſit, τὰ δὲ ὄντα, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένα ἐστίν. Cæterùm participium τεταγμέναι Vulgata & Eraſmus conuerterunt ordinatæ: quam interpretationem eſſem amplexus, niſi viderem eius verbi ambiguam ſignificationē, errorem obieciſſe nonnullis. Nam quia ordinare interdum idem declarat atque inſtituere, & ex mandato faciendum aliquid decernere, cenſuerunt Paulum his verbis oſtendere Deum eſſe magiſtratuum dignitatis authorem. Id verò ego ita eſſe fateor: ſed quum in ſuperiore membro ſit hoc diſertè dictum ab Apoſtolo, cauſam non video cur hoc ipſum iterum inculcet, & quidem addita particula δέ, quæ non eadem, ſed diuerſa ſolet copulare: quātum quidem obſeruare potui. Exiſtimo igitur Apoſtolum primùm quidem teſtari in genere ius ipſum & poteſtatem magiſtratus à Deo eſſe: deinde verò, quia varii ſunt magiſtratuum gradus, & dixerat oportere omnes non vni alicui poteſtati ſed poteſtatibus ſubiici, huius etiam poteſtatis diſtributionem & διαταξίαν eidem Deo vendicare, vt extremis etiam ordinibus parendum eſſe ſciamus. Sunt autem hæc duo connexa, id eſt magiſtratibus dignitas & eius dignitatis diſtributio: vt vtrunque Apoſtolus merito vocet διαταγὴν τοῦ Θεοῦ, id eſt Dei ordinationem, in proximo verſiculo. 2 Ipſi ſibi ἑαυτοῖς. Sic rectè Vetus interpres, pro quo Eraſmus non rectè ſibiipſis ſubſtituit: vt ſenſus ipſe oſtendit. Rectius quoque Vetus interpres κρῖμα vertit damnationem, quàm Eraſmus iudicium. Ferent λήψονται. Sic Latini dicunt non impune vel inultum ferre, & pretium ferre ob ſtultitiam. Vulgata, acquirunt, neglecta temporis ratione. Eraſmus, accipiant, obſcurè, vt diximus Matth.23.b.14.

3 *Pro* bonis operibus τῶν ἀγαθῶν ἔργων. Vulgata, boni operis, nimium obſcurè. Eraſmus, bene agentibus, rectè expreſſa ſententia. Ego ſtudui propius abeſſe à Græcis. Nam etiam in vno codice ſcriptum inuenimus, τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ.

5 Neceſſe eſt ſubiici ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. Vulgata, neceſſitati. vel, vt alii codices habent, neceſſitate ſubditi eſtote, id eſt ἀνάγκῃ ὑποτάσσεσθε, contra omnium noſtrorum codicum fidem, ſi duos tantum excipias, ſed quibus ipſa etiam ſententia repugnet. Neque enim præcipit Apoſtolus vt pareamus magiſtratibus, quòd vrgeat neceſſitas: quaſi liceat alioquin iugum excutere: ſed potius quia æquiſſimum eſt vt Dei miniſtro ſubiiciamur, neque res eſt media ſeu ἀδιάφορος, ſed eiuſmodi vt hominis etiam conſcientiam obliget. Cæterùm qui Originē legerit in hunc locum, comperiet hinc quoque Anabaptiſtas ſui furoris principia hauſiſſe, aut illum certè iiſdem furiis olim fuiſſe agitatum quibus hodie Anabaptiſtæ. 6 Miniſtri λειτουργοί. Vide Act.13.a.2. Incumbentes προσκαρτεροῦντες. Vulgata, ſeruientes, non ſatis expreſſè. Videtur enim Apoſtolus hoc verbum vſurpaſſe, vt oſtenderet à magiſtratu pondus minimè leue ſuſtineri, oppugnandi ſcilicet malos, & bonos tuendi: vt planè inuicta quadam ac diuina animi fortitudine inſtructum eſſe oporteat qui publico hoc

munere ita defungi velit vt Deo fidem ſuam approbet. Itaque meritò illis & vectigalia ſolui, & honorem, tanquam reip. cauſſa infinitos labores perferentibus, tribui. Nos verò alibi προσκαρτερεῖν vertimus perdurantes, ſed diuerſa conſtructione.

Matth.22.b.21 Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

7 Reddite igitur omnibus quod debetis: ″cui tributũ *debetur*, tributum: cui vectigal, vectigal: ″cui timorem, timorem: cui honorẽ, honorem. Tributum.

Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis (qui enim diligit proximum, Legem impleuit.

8 Nemini quicquã ″debeatis, niſi *hoc*, vt alii alios diligatis. (nam qui diligit alterum, Legem expleuit. Dilectio.

Exod.20.c.14 deut.5.b.18 Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

9 Siquidem illud, Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces: & ſi quod aliud *eſt* mandatum, in hoc ſermone ″ſummatim comprehẽditur: nempe, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Leuit.19.d.18 matth.22.d.39 marc.12.c.31 galat.5.c.14 iac.2.b.8 1.Tim.1.a.1 Dilectio proximo malũ nõ operatur. Plenitudo ergo Legis, eſt dilectio)

10 Charitas proximum non afficit malo. conſummatio itaque Legis eſt charitas.)

Et hoc, ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nũc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus.

11 ″Idque, ″perſpecta opportunitate, quòd *ſcilicet* tẽpeſtiuum iã ſit nos à ſomno expergiſci. Nunc enim ″propius nos eſt ſalus, ″quàm quum credidimus. Somnus.

Luc.21.f.14 Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

12 Nox ″præteriit, dies autẽ ″aduenit. Abiiciamus igitur ″opera tenebrarum, & induamur ″habitu qui luci conueniat. Nox. Dies.

7 Cui tributum, τῷ τὸν φόρον. Subaudi ὀφειλομένῳ, vel χρεωστουμένῳ, vt in epigram. dicitur ὀφειλόμενος τὰς εἰκόνας, cui debentur imagines. Ideo expreſſi verbum, ne quis putet τῷ pro ᾧ poſitum. quod Ionibus eſt peculiare. Cæterùm, meo iudicio, φόρος dicitur capitatio, id eſt tributum quod in capita ciuium aut, viritim aut pro cenſus ratione imponitur: quod & εἰσφορὰν, id eſt collationem, vocari puto, id ſcilicet quod *taleam* vernaculo ſermone Galli vocãt. τέλος verò quicquid alio nomine perſoluitur reipublicæ, vt decumæ, portoria, ſcriptura, & quæ pro inuectis aut exportatis mercibus perſoluuntur. Cui timorem τῷ τὸν φόβον. Timorem, Hebræorum more, vocat obedientiam, eámque ex animo proficiſcentem. Honoris autem nomine intelligit reuerentiã quã magiſtratui habere par eſt, eámque ſynceram & voluntariam: cuiuſmodi fuit illa Q. Fabii Maximi, filium Conſulem reuerentis, vt refert Liuius Dec.3.lib.4. quanquam multo altius aſſurgere nos iubeat Paulus. 8 Debeatis ὀφείλετε. Incertum eſt, inquit Eraſmus, an ſit Debetis, indicandi modo, an Debete. Atqui res ipſa nullum huic amphiboliæ locum relinquit. Sed & ex duabus interpretationibus quas affert, altera quam Ambroſio affingit nihil tale cogitanti, ita eſt inepta, vt mirer homini tam ingenioſo in mentẽ venire potuiſſe: quaſi ſcilicet ſuperiora ad magiſtratus Ethnicos referãtur, iſta verò ad Chriſtianos. Id verò quum ſit abſurdiſſimum, vnde tandem colligitur Ambroſio placuiſſe? Scribit enim, inquit, in hunc locum, Pacẽ vult nos habere, ſi fieri poteſt, cum omnibus, dilectionem verò cum fratribus. Quaſi verò Ambroſius, quum hæc ſcriberet, compararit cum hoc dicto ſuperiores huius capitis verſiculos, ac non potius ſuperioris capitis verſiculũ 18, quòd affines inter ſe ſententias contineant. Itaque, quod etiam in præfatione monui, & cum tanti viri pace dictum velim, ſicut Eraſmi diligentiam laudo, ita maiorem in eo attentionem interdum requiro. Sed ad rem. Scitè profectò & pereleganter Paulus, quum de noſtro in magiſtratum officio aut pietate potius diſſeruiſſet, nunc omnium forenſium litium ac controuerſiarum fontem aperit, nempe quòd ſuum cuique nonniſi inuiti, & magiſtratus imperio coacti reddamus, vnde fit vt poſtea nobis ſit inuidioſum & exoſum magiſtratus nomen. Videte ergo, inquit, ne cuiquam quicquam debeatis, niſi hoc vnum vt vos mutuò diligatis. Nam hoc quidem debiti genus, eiuſmodi eſt vt bonus vir ſemper inueniat quod proximo debeat, ac proinde ſeſe hoc veluti ære alieno libens obſtrictum eſſe fateatur. 9 Summatim comprehenditur ἀνακεφαλαιοῦται. Id eſt, in ſummam ac compendium redigitur. Nam tota Lex nihil aliud quàm amorem Dei & proximi præcipit, ſed perfectum & omnibus numeris abſolutũ. Sed tamen quum Apoſtolus de mutuis hominum officiis diſſerat, Legis vocabulum hoc in loco ad ſecundam tabulam reſtringendum eſt. Vulgata, inſtauratur, vt planè videatur legiſſe ἀνακαινοῦται vel ἀνανεοῦται. 11 Idque καὶ τοῦτο. Vulg. Et hoc, admodum obſcurè. Neque enim hoc cohæret cum participio εἰδότες, ſed cum eo quod dixerat verſu 8, nemini quicquam debeatis. Cui dicto, quum Apoſtolus ſubieciſſet rationem quæ paulò longiore confirmatione indigebat, nunc tandem ad inſtitutum redit. Adduntur autem hæ particulæ, orationis amplificandæ cauſa, vt initio Officiorum Ciceronis, Quanquam te iam annum audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet, &c.

Perſpecta opportunitate εἰδότες τὸν καιρόν. Vulg. & Eraſ. ſcientes, vel, quum ſciamus tempus, admodum obſcurè. Nos Græcum hoc dicendi genus ad verbum ſic exprimimus in vernaculo ſermone, *veu le temps, ou, veu la ſaiſon*. Quæ ſit autẽ hæc opportunitas, ſtatim ſubiicit per epexegeſin. Propius nos eſt ſalus ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία. Vulg. propior eſt noſtra ſalus. Poteſt enim ἡμῶν etiam connecti cum σωτηρία per traiectionem: cuius aliud exemplum annotauimus Iohan.15.b.10, vt Veterem interpretem Eraſmus non optimo iure flagellarit.

Quàm quum credidimus ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Eraſ. quàm quum credebamus. Nam, inquit: ſub Moſe opinio fuit potius ſalutis quàm ſalus, & vmbra potius quàm res. Atqui Apoſtolus Romanis ſcribit non Iudæis: & quanuis in Romana Eccleſia nonnulli etiam eſſent qui ex circunciſione crediderant, tamen quũ minimus fuerit hic numerus, ſit autem hæc vniuerſalis doctrina, non fit mihi veriſimile hoc ita explicandum vt ad ſolos Iudæos pertineat. Puto igitur cum doctiſſimo interprete, Apoſtolum tempus illud deſignare quod fidẽ præceſſit, à quo ſcilicet ſumpſit hoc argumentum, quaſi diceret, Olim antequam crederemus, fruſtrà hæc nobis eſſent dicta: nunc verò quum non iam longiſſimè à nobis abſit ſalus, vt antea, ſed proximè ad nos acceſſerit, danda eſt opera ne hanc occaſionem videamur neglexiſſe. Itaque ἐγγύτερον non ita eſt accipiendum quaſi quod antea eſſet propinquum, cœperit eſſe propinquius, ſed quia quòd longiſſimè ac planè aberat, iam propius ſit admotum. quam interpretationem vel hoc cõfirmat quòd tempus illud tenebris nocturnis comparat, vt etiam Act.26.d.18, & Epheſ.4.d.28, & aliis plurimis locis. 12 Præteriit προέκοψεν. vel, vt Cyprianus interpretatur Sermone de zelo & liuore, tranſiit. Vulgata, præceſſit. pro quo Eraſmus legendum putat, proceſſit. Ipſe autem cõuertit, progreſſa eſt, quaſi ſignificetur noctem nondum totã præteriiſſe, ſed penè totã: ita ſcilicet vt quũ ſub auroræ aduentum rareſcunt tenebræ. Ego verò etſi fateor nos nondum plena luce frui, tamen hanc interpretationem non probo. Nam ipſa etiam aurora tribuitur diei, non nocti, & vbique video credentium conditionem non extremæ nocti, ſed luci comparari, quaſi iam nox præterierit, vt 2.Cor.4.b.6, & 6.b.14, Epheſ.5.b.8, & deinceps 1.Theſ.5.a.5, 6 & 7, Col.1.b.13, 1.Iohan.2.b.8, vbi vſurpatur quidem verbum προάγεται, ſed vel præteriti loco, vel certè declarando fidei progreſſui. Neque repugnat ſignificatio verbi προκόπτειν, quũ non ſemper accipiatur pro promouere & progredi, ſed etiam pro διέρχεσθαι, vt diſertè explicatur apud Sudam. Deinde haud ſcio an προκόπτειν, pro procedere ſeu progredi, de eo dicatur qui recedat à nobis. poſcit autem omnino antitheſis verbi ἐγγίζειν, vt τὸ προκόπτειν de noctis receſſu accipiatur. Aduenit ἤγγικεν. Vulg. appropinquauit. quod verbũ mox dicam cur hoc loco repudiarim. Eraſ. in annotationibus, Appropinquat ſiue In propinquo eſt, nẽpe vt ſuperiorẽ interpretationem verbi προέκοψεν tueretur. Ego verò iis rationibus adductus quas ſuperiore annotatione dixi, puto præteriti perfecti ſignificationem prorſus retinendam, & verbum ἤγγικεν reſpondere Hebræorũ verbo קרב quod quidem non modò dicitur de eo quod non procul abſit, ſed etiam de eo quod iam adſit præſens, vt Leuit.9.b.8, Deut.25.b.11, Malach.3.a.5, & alibi ſæpe. Neque verò id mirum, quum nihil ſit propinquius eo quod eſt ad manum. quamobrem etiam apud Latinos Accedere vtraque illa ſignificatione vſurpatur. propinquare tamen vel appropinquare, quod quidem ſciam, non item. Itaque perſpicuitatis cauſa ἤγγικεν cõuerti potius aduenit quàm acceſſit aut appropinquauit. Opera tenebrarum ἔργα τοῦ σκότους. Id eſt eam vitam quam agere ſolent qui lucis conſpectũ fugiũt. qua de re poeta verè & elegãter dixit, Nox & amor vinúmque nihil moderabile ſuadẽt: Illa pudore caret, Liber amórq; metu. In quam ſententiã diſſeritur quoque Epheſ.5.c.12, & 1.Theſ.5.b.7. quãquã Tenebrarũ nomen latius hîc patet, totã ſcilicet ſuperiorem vitam cõprehendens in Chriſti ignoratione tranſactam. Habitu qui luci cõueniat τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Vulg. & Eraſ. arma lucis. quæ interpretatio mihi videtur perobſcura. Etſi enim in re non diſſimili Apoſtolus armorum meminerit 1.Theſ.5.b.8, tamen non video cur arma lucis commemoret, quum nulla ſint arma tenebrarum quæ illis opponantur. deinde quod ſtatim ſubiicitur, oſtendit metaphoram ab habitu & cultu corporis ſumptam eſſe, de quo nimirum ſoliciti ſunt omnes modeſti homines, non noctu, quum à nemine conſpiciuntur, ſed interdiu, vt nihil indecorum appareat. Latè autem patet appellatio τῶν ὅπλων, adeo vt apud Homerum τὸ ὁπλίζεσθαι accipiatur pro ἀπαρτίζεσθαι, id eſt inſtrui & apparari.

Vt interdiu, compoſitè ambulemus: non *in* comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac laſciuiis, non lite & inuidia. 13

Iuduere Chriſtū

Sed "induamini Domino Ieſu Chriſto, & carnis curam ne habeatis ad *explendas* cupiditates. 14

Cap.XIIII.

De infirmis in cibis & ratione dierum.

EVm verò qui "fide eſt infirmus, aſſumite "non *tamen* ad certamina diſputationum *ineunda*. 1

Alius quidem "credit veſcendum eſſe quibuſuis: 'alius autem *fide* infirmus "edit olera. 2

De cibis.

Qui edit, non edentem ne pro nihilo habeat: & qui non edit, edentem ne condemnet. Deus enim eum aſſumpſit. 3

Tu quis es qui condemnas alienum famulum? proprio domino ſtat aut cadit. "ſtabilietur autē: poteſt enim Deus eū ſtabilire. 4

Dies.

Aliusquidem "æſtimat diem præ die. Alius autem 5

13 Sicutin die, honeſtè ambulem⁹, nō in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.

Luc.21.f.34

14 Sed induite Dominū Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

Galat.5.c.16
1.petr.2.c.11

Cap.XIIII.

1 INfirmū autem in fide aſſumite, nō in diſceptationibus cogitationum.

2 Alius enim credit ſe manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus mā ducat.

3 Is qui manducat, non manducantē non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit.

4 Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum.

5 Nam aliusiudicat diem inter diem

14 Induamini Domino Ieſu Chriſto ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Perſiſtit Paulus in metaphora: ſed & alioquin apud Hebræos verbum לבש ita vſurpari ſolet in re quauis, cuius acceſſione vel ornamur (vt quum dicitur aliquis indui decore, ſalute, magnificētia, iuſtitia) vel contrà dedecoramur, vt indui confuſione, maledictione, deſolatione. Videtur tamen peculiaris eſſe energia iſtius formulæ, quòd in poſſeſſionem Chriſti mittamur, ita vt ille ſit in nobis & nos in illo, vt Galat.3.d.27. ſicut dicitur Spiritus Domini induiſſe Gedeonem, Iud.6.f.34. Hoc autem loco fructus ſanctificationis ſignificat Apoſtolus à Chriſti Spiritu exorientes, quibus vult nos eſſe ornatos, vt copioſius explicat Coloſſ.3.b.10, & 12, & deinceps.

IN CAPVT XIIII.

1 Eum qui fide eſt infirmus τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει. Quid fides declaret hoc in loco, diximus ſuprà 4.d.19. Aſſumite προσλαμβάνεσθε. Id eſt, adiungite vobis & quidem vltrò expetite, nedum vt mediæ & indifferentis rei cauſa eius conſortium defugiatis. Plus enim eſt προσλαμβάνεσθαι quàm venientem excipere. Quidam vertit, opitulemini: neque verbo ipſo, neque ſenſu ſatis fœliciter expreſſo. Differunt enim ſignificatione & conſtructione τὸ προσλαμβάνεσθαι & ἀντιλαμβάνεσθαι, quo vtitur Paulus Act.20.g.35. Non *tamen* ad certamina diſceptationum *ineunda* μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Vel, ad diſputationum ambiguitates, id eſt, vt variis & perplexis diſputationibus diſcedat incertior quàm venerit, aut perturbata conſcientia reſiliat. Nam ex multiplicibus ſignificationibus verbi διακρίνειν hæ duæ mihi videntur ad hunc locum appoſitiſſimæ. Vulgata, non in diſceptationibus cogitationum, quaſi εἰς pro ἐν accipiatur, & διάκρισις idem valeat atque διάσκεψις. quaſi denique διαλογισμός hic declaret cogitationem, quum multò commodius pro diſſertatione poſſit intelligi. Eraſmus, ad diiudicationes diſputationum. ac fateor quidem διάκρισιν id interdum declarare, ſed non tamen hoc loco, vt mihi videtur. Nam re vera aſſumi debet infirmus, vt diiudicētur diſputationes, id eſt vt tandem agnita veritate firmior euadat, ſed pedetentim hoc fieri iubet Apoſtolus, vt nulla ſit contentio, neque diſputatio inanis, aut non ſuo loco adhibita. Quidam demum hunc locum ita conuertit, Siquis autem imbecilla fide eſt, huic nulla cum animi diſputatione opitulemini. ſententia profectò non modò nō expreſſa, ſed etiam valde deprauata. Cæterùm quòd Tamē ſuppleuimus, ideo fecimus, vt hiatus conſtructionis expleretur, quòd alioquin videatur integrum membrū deeſſe. Deinde adiecimus participium ineunda, ſicut etiam in extremo verſiculo ſuperiore: vt iſta formula in qua præpoſitio εἰς ad finem declarandum adhiberetur, aliquanto mollior euadat Latinorum auribus. 2 Credit πιστεύει. Id eſt, nouit ex fide. ſiue, perſuaſus eſt per Dominum Ieſum, vt explicatur infrà verſu 14. Nam πιστεύειν aliud ſignificat quàm νομίζειν, id eſt putare. quod non videtur Eraſmus ſatis attentè conſideraſſe, quum interpretaretur Credit, id eſt putat. Alius autem *fide* infirmus ὃς δὲ ἀσθενῶν. Sic potius lego quàm ὁ δὲ ἀσθενῶν. quia non præceſſit ὁ μὲν ſed ὃς μὲν, quū alioquin, vtrouis modo legas, eadē prorſus maneat ſentētia. Solent enim Græci in diſtributionibus, nō tantùm præpoſitiuis ſed etiam poſtpoſitiuis articulis vti: vt Luc.23, e.33, & infrà verſu 5. Cæterùm nolui ſimpliciter infirmum dicere, ſed fide adiunxi ex ſuperiore verſiculo, nequis ineptus (quales ſunt nimium multi) quia fit olerum mentio, putet infirmos à Paulo vocari quos oportuit ægrotos vocare. Nam ita exiſtimarunt qui in Vulgata editione, pro, olus manducat, ſcripſerunt, olus manducet, vt apparet ex Origene qui totum hunc locum fœdiſſimè corrupit: vbi explicat quod ſuprà ſcriptum eſt cap.4.d.19. Abrahamum non fuiſſe infirmatum fide. Edit olera λάχανα ἐσθίει. Vulg. olus manducet, vt in pleriſquè codicibus legitur, manifeſto errore. Nam præterquā quòd omnia Græca exemplaria ſcriptū habent ἐσθίει non ἐσθιέτω, ſententia ipſa prorſus flagitat vt vtrunque membrum exprimatur non imperandi ſed indicandi modo. vt iis non poſſim aſſentiri qui conuertunt φαγεῖν veſcatur. Certum enim eſt Apoſtolum, propoſita generali doctrina, nunc illam ſuis ſpeciebus ſeu caſibus, quos vocant Iuriſconſulti, applicare. Aç prior quidem iſte ſumptus eſt à ciborum diſcrimine: alter verò quem cōplectitur verſiculus 5, ad diſcrimē dierū pertinet. Nihil ergo præcipitur in his verſiculis duobus, 2 ſcilicet & 5, ſed ponitur ſpecies, deinde ſubiicitur doctrina.

3 Ne condemnet μὴ κρινέτω Vulg. & Eraſm. ne iudicet, nimium obſcurè, vt alibi ſæpe in hoc eodem verbo peccatum eſt, quum, ex Hebræorū more, ſimplex κρίνειν pro κατακρίνειν ſit poſitum, tum hoc in loco, tum in ſequentibus verſiculis aliquoties. Sed & in ſuperiore mēbro ἐξουθενείτω non ſatis expreſſè conuertit vetus interpres ſpernat, neque Eraſmus, deſpiciat: quum ſignificet aliquid amplius, nempe pro nihilo habere. Voluit enim Paulus hoc verbo repræſentare immodicum eorum faſtum qui Chriſtianæ libertatis cognitione tumidi, cæteros vix dignos putant quos vel pili faciant: alioquin Charitas poſcit vt prudenter & amicè moneantur.

4 Stabilietur autem σταθήσεται δέ, Vulg. ſtabit autem, στήσεται δέ Eraſm. imò fulcietur vt ſtet. Ego verò, vt de periphraſi nihil dicam, puto hoc prorſus cohærere cum eo quod dixerat ἢ πίπτει aut cadit, hoc ſcilicet accommodans ad infirmum, qui dum mauult carnibus prorſus abſtinere & oleribus veſci, quàm cibum immundum attingere, ſanè in eo oſtendit ſe nondum ſtare, id eſt nondum firmo gradu conſiſtere, atque adeo veluti ruinam minatur. ſed tamen (inquit Apoſtolus) non eſt quòd idcirco eum vt deſperata ſalute condemnes. Quem enim aſciuit Dominus, eum ſuo tempore ſtabiliet. 5 AEſtimat diem præ die κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν. Secunda eſt iſta ſpecies, eorum ſcilicet qui diſcrimina dierum ex Legis præſcripto obſeruabant: vt planè ſint hallucinati veteres Græci (à quibus deceptus etiam eſt Ambroſius) quum hîc neſcio quid comminiſcerentur de iis qui vel alternis diebus vel quotidie ieiunabant. Quanuis enim ἡμέραν παρ' ἡμέραν ſignificet alternos dies, tamen perpetua non eſt iſta ſignificatio, vt quæ locum nullum habeat in conſtructione actiua quam vocant, cuiuſmodi hæc eſt. Deinde nulla eſt ieiunii mentio. & res ipſa oſtendit de Legis cæremoniis indifferentibus hîc diſſeri, quarum cauſa non vult Apoſtolus Eccleſiam ſcindi, ſed infirmitati fratrum aliquid ad tempus concedi. Itaque aſſentior Eraſmo, qui tradidit παρὰ hoc in loco relationem declarare, ut in prouerbio, πορφύραν παρὰ πορφύραν. quanquam nolim conuertere diem iuxta diem, ac multo etiam minus diem ſupra diem, cum Hieronymo, quanuis ſic accipiatur παρὰ Heb.3.a.3. Spectandum enim eſt quid cuique loco conueniat. ac mihi quidem videtur παρὰ prorſus hîc reſpondere Latinæ præpoſitioni præ, vt in illo Terentii, Quum te poſtputaſſe omnes res præ parente intelligo. Sed & in verbo κρίνειν interpretando, quod nonnullos torſit magnopere, doctiſſimum interpretem libens ſum ſequutus. Nam inter cætera τὸ κρίνειν ſignificat iudicium ferre de re quapiam, quod quidem ſine æſtimatione fieri non poteſt: quum iudicare nihil aliud ſit quàm quanti rem aliquam facias vel tecum inire vel apud alios dicere, quæ expoſitio & ſimpliciſſima eſt & ſententiæ Apoſtoli accommodatiſſima. Nam quominus accipias pro διακρίνειν, id eſt diſcernere ſeu diſtinguere, obſtat proximum membrum: quod iſtam expoſitionem nullo modo admittit. & tamē, vt ſibi conſtet antitheſis, ſimili ratione debet explicari. Quod autem quidam τὸ κρίνειν accipiunt pro ſanctificare, id eſt pro præſtātiore & ſanctiore

habere, quanuis ſententiæ conueniat, tamen mihi videtur coactum: niſi quis exemplum ſimile proferat. Poſtremò ſi κρίνειν conuertas iudicare, obſcura fuerit expoſitio: quũ nemo facilè intelligat quid ſit iudicare diem præ die, ac multo minus, iudicare quẽuis diem aut de quouis die. libuit tamen more meo adſcribere varias interpretationes, vt cuique ſuum iudicium integrum ſeruetur. Sic igitur Vulgata, Nam alius iudicat diem inter diem. Sic Auguſtinus in Quæſtionibus huius Epiſtolæ (quem ſequitur Budæus) Alius quidem iudicat alternosdies. ſic Hieronymus libro aduerſus Iouinianum ſecundo, Alius iudicat diem plus quàm diem. Sic denique Eraſmus, Hic quidem iudicat, diem ad diem conferens.

alius autem iudicat omnem diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.

ʹperæquè æſtimat quẽuis diẽ. ʹVnuſquiſque in animo ſuo plenè certus eſto.

Qui ſapit diem, Domino ſapit: & qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo: & qui non mãducat, Domino nõ manducat, & gratias agit Deo.

6 ʹQui curat diem, ʹDomino curat: ʹ& qui non curat diem, Domino non curat. ʺQui edit, Domino edit: gratias enim agit Deo: & qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.

Nemo enim noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur.

7 Nullus enim noſtrũ ʺſibiipſi viuit, & nullus ſibiipſi moritur.

Siue enim viuimus, Domino viuimꝰ: ſiue morimur, Domino morimur Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus.

8 Nam ſiue viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue igitur viuamꝰ, ſiue moriamur, Domini ſumꝰ. Viuere. Mori.

In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt & reſurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur.

In hoc enim Chriſtus ʺ& mortuus eſt & reſurrexit & reuixit, vt & mortuis ac viuentibus dominetur.

2.Cor.1.b.10 Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ? aut tu, quare ſpernis fratrẽ tuũ? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.

10 Tu verò cur iudicas fratrem tuum? aut etiam tu, cur pro nihilo habes fratrẽ tuũ? Omnes enim ſiſtemur apud tribunal Chriſti.

Peræque æſtimat quenuis diem κρίνει πᾶσαν ἡμέραν Vulg. iudicat omnem diem. quod nemo intelligat. Eraſ. idem iudicat de quouis die, ſentẽtia recte expreſſa. Malui tamẽ hìc quoque doctiſſimi interpretis veſtigiis hærere, quòd minus recedat à Græcis. Nequis autẽ quærat cur aduerbiũ peræquè addiderimus, quum κρίνειν ſimpliciter duntaxat ſignificet æſtimare, ſciendũ eſt hoc aduerbium incluſum eſſe in πᾶσαν ſyncategoremate non vniuerſali hoc in loco, vt etiam ſuprà verſu 2, ſed particulari indefinito. Vnuſquiſque in animo ſuo plenè certus eſto ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Vel in eo quod ipſe ſentit, ſiue ſententiæ ſuæ, certus eſto, ſi libeat τὸν νοῦν pro ſententia ſeu conſilio accipere. Sed malim quidem ego pro Conſcientia interpretari, vt ſcilicet vnuſquiſque apud ſe poſſit meritò dicere quod commemorat Apoſtolus infrà verſu 14, ſe noſſe ac ſibi eſſe perſuaſum per Dominum Ieſum, nihil eſſe per ſe impurum. Itaque τὸ εἰδέναι καὶ πεπεῖσθαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, (nam hoc quoque addendum eſt) optima eſt expoſitio verbi πληροφορεῖσθαι. de quo abundè etiam diximus Luc.1.a.1. Vulg. vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet, id eſt vnuſquiſque mentem ſuam ſequatur: ſiue (vt Ambroſius explicat) conſilio ſuo remittatur. Atqui præterquam quòd abundare in ſuo ſenſu, propriè dicitur de homine præfracto & obſtinato, neque πληροφορεῖσθαι ſignificat abũdare, neque hæc ſententia, Chriſtiana eſſe poteſt. Dominus enim Deut.12.a.8, etiam de rebus mediis & indifferentibus differens, diſertè prohibet nequis faciat quod ſibi viſum fuerit: & innumerabilibus locis damnat bonas, quas vocant, intentiones. Sed & Apoſtolus noſter paulo pòſt apertè reiicit hoc commentum, quum dicit neminem ſibiipſi viuere aut mori, & ἐθελοθρησκείας damnat Coloſſ.2.b.8, & d.23, 1.Tim.4.a.1, & 3. Itaque hanc interpretationem prorſus repudio, vt & illam Eraſmi, quæ in idem recidit, Vnicuique ſua mens ſatiſfaciat. Neque rurſus iis aſſentior qui hoc vnum putant præcipi ab Apoſtolo, vt nemo dubia aut hæſitante conſcientia quicquam hic aggrediatur. Neque enim ſatis eſt vt conſcientiæ teſtimonium cum eo quod facimus conſentiat, ſed hoc in primis eſt curandum, vt conſcientia noſtra ex verbo Dei certioretur. Quid ſi enim ea fallatur? vt certè falli neceſſe eſt niſi verbo Dei nitatur: in quo nobis ille ſuam volũtatem pleniſſimè patefecit. Hoc eſt igitur quod hìc vrget Apoſtolus, nempe vt pro eo quòd tam prompti erant in ſeſe viciſſim condemnandis, vnuſquiſque potius de ſeipſo ſit ſolicitus: vt & firmis de ſua libertate bene conſtet, & infirmi quoque quotidie proficiant.

6 Qui curat ὁ φρονῶν. Vulg. qui ſapit, quod Eraſmus rectè mutauit. Nam φρονεῖν etiam declarat animum ad aliquid adiicere, & de re quapiam ſeriò cogitare. vnde factũ eſt vt Paulus eos dicat φρονεῖν ἡμέραν qui hũc vel illum diem peculiari quadam ratione obſeruant: agens ſcilicet non de quouis dierum diſcrimine (qua in re proculdubio hallucinati ſunt veteres plerique interpretes) ſed de eo demũ quod in Lege Moſis præcipitur, vt apparet ex eo quod ſcriptum eſt Coloſ.2.c.16. Domino curat, Κυρίῳ φρονεῖ. Id eſt, Domini eſt iudicium, recténe faciat quum diem curat, an ſecus. Itaque cur nõ potius laboratis de eo vt quiſque ſe Deo approbet, quàm vt aliena curetis? Hæc enim eſt concluſio harum rationum quæ ſubiicitur infrà verſu 12 & 13. & paulo antè quoque id attigerat Apoſtolus quum diceret, ſuo Domino ſtat aut cadit, id eſt, ſiue ſtet ſiue cadat, res Domini agitur, non tua. Neque verò ignoro aliter hunc locum & alios ſequentes ſolere à recentioribus etiam explicari: quorum ſententiæ nihil præiudico. Tantùm dico hanc expoſitionem mihi videri cum iis quæ ſubiiciuntur optimè conſentire, vt omnes rationes minimo negotio poſſint connecti. Sed quodcũque accipias, notãda hic ſunt tria, nequis vniuerſalem hanc doctrinam eſſe putet, quum charitas præcipiat vt alii de aliorum ſalute ſoliciti ſimus, & quæ contra Dei voluntatem fiunt, vt iniuſtè facta reprehendamus. Primùm, de ſolis rebus ſuapte natura mediis & indifferentibus hìc agi, & quidem iis demum quæ ſub Lege indifferentes nõ erant. Deinde non facti ipſius iudicium, modò moderatio adhibeatur ex charitatis regula, ſed id demum quo perſonæ ipſæ damnãtur, à Paulo reprehendi. Tertiò, non de præfractis & pertinacibus (quos alibi canes & conciſionem vocat, Philip.3.a.2, & quibus ne tantillum quidem cedere voluit, Galat.2.a 4, & 5) ſed de infirmis hìc differi, quibus ſcilicet Dominus nondum integram libertatem Chriſtianam patefecerat. Itaque non eſt quòd quidam iſtiuſmodi teſtimoniis abutantur vt ἐθελοθρησκείας ſuas ſtabiliant: aut Academici, vt ſuam ἀκαταληψίαν inuehãt.

Et qui non curat, &c. καὶ ὁ μὴ φρονῶν, &c. Totum hoc membrum deeſt in Vulgata editione, & Latinis aliquot interpretibus: ſed in Græcis omnibus exemplaribus, & apud Photium quoque in Græcis ſcholiis reperitur: & ſanè omnino addendum eſt, vt aliquid opponatur ſuperiori membro de iis qui diem curant. quod nonniſi coacta interpretatione poſſis de firmis accipere: quanuis in contrariam ſententiam Eraſmus nonnihil videatur inclinare. Qui edit, ὁ ἐσθίων. Id eſt, qui nullum facit ciborum diſcrimen. Huic opponitur Qui non edit, id eſt qui cibos non attingit quos immundos putat ex Lege. Neque enim ſimpliciter agit de edendo aut non edendo, vt rectè annotauit Auguſtinus: ſed ex verſu ſecundo explicandum eſt hoc dictum. quod quum Græci non viderent & ex Latinis Ambroſius, putarunt hìc Apoſtolum de ieiuniis differere. Cæterùm quum Eraſmus pro Qui edit, maluerit dicere Qui veſcitur: ego cõtra, propter amphiboliam, malui Veterẽ interpretationem retinere. Sequitur enim Domino veſcitur: quod etiam ſexto caſu poſſet accipi ab imperitis.

7 Sibiipſi viuit ἑαυτῷ ζῇ. Sibi viuere Latinis dicitur, qui ſe vnum reſpicit, vt ex ſuo vnius arbitrio ac voluntate viuat. pro quo Hebræi dicunt היטיב לנפשו id eſt bene facere animæ ſuæ, vt Pſal.49.c.19. Hic ergo Paulus negat fideles ſibi viuere, nẽpe quòd nõ ſuam ſed Domini voluntatem fateantur ex gratiarum actione ſe habere pro vitæ regula: denique ita viuant vt Domino ſibi reddendam vitæ rationem cogitent: cuius ſcilicet iuri & poteſtati ſubſint. Quorſum igitur, inquit Paulus, hoc iudicium in conſeruum tuum vſurpas? Facit autem mortis quoque mentionem, non modò vt pleniſſimum hoc ius Domini eſſe oſtendat, quod ne morte quidem terminetur, ſed etiam in primis quia hæc iudicia quæ reprehendit, ad futuram vitam præcipuè pertinent: quaſi ſcilicet homines eam habeant in ſua poteſtate, vt cui dicant eſſe ademptam, ei adimatur à Deo. 9 Et mortuus eſt, & reſurrexit & reuixit καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν. Hic plurimùm variant codices. Nam in vetuſtis codicibus legitur ἔζησεν, ſed eodem ſenſu: quum ex Hebræorum more ſimplicia ſoleant pro compoſitis vſurpari. niſi malimus, ex Eraſmi ſententia, præteritum vixit interpretari pro præſenti, viuit, ne videatur Paulus ταυτολογεῖν. quanquam alia etiam ratione occurri poteſt battologiæ, ſi reſurrexit & reuixit perinde accipiamus ac ſi ſcriptum eſſet, reſurgens reuixit, id eſt per reſurrectionẽ nouum vitæ ſtatum eſt conſequutus. Ambroſius verò legit καὶ ἔζησεν καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, & vixit, & mortuus eſt, & reſurrexit. Paulinus autem codex, quo vſus eſt Eraſmus, ſcriptum habebat, & mortuus eſt & reuixit καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν. quam lectionem Chryſoſtomum ſequutum eſſe apparet ex commentario, eo tantùm excepto quòd pro ἀνέζησεν legit ἔζησεν. Sic enim ſcribit in extremo, καὶ νεκρὸς ὢν ἔζησεν. At ex contrario, Vulgatæ æditionis exemplaria pleraque ſcriptum habent, & mortuus eſt & reſurrexit, καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ita vt ἔζησεν expungatur. Sed vtcunque legas, eadem manet ſententia.

11 Scriptum eſt enim,′Viuo ego,dicit Dominus:Quoniam″mihi *ſeſe* flectet omne genu:& omnis lingua″confitebitur Deo.

12 Nempe ergo vnuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem reddet Deo.

13 Ne amplius igitur alius de alio iudicemus:″ſed hîc potius adhibete iudicium vt ne offendiculum ponatur fratri′aut ſcandalū.

14 Noui,&″perſuaſum habeo per Dominum Ieſum,nihil eſſe″impurum ″per ſe,niſi *quòd* ei qui exiſtimat aliquid eſſe impurum,*id* ei impurum *eſt*.

15 Verùm ſi propter eſcam frater tuus triſtitia afficitur, non iam ſecūdum charitatem ambulas:ne eſca tua illum perdas pro quo Chriſtus mortuus eſt.

16 Ne″veſtrum igitur bonum″blaſphemetur.

Regnum Dei.

17 Non enim eſt regnum Dei,eſca & potus:ſed iuſtitia, & pax,& gaudium per Spiritum ſanctum.

18 Nam qui″per hæc ſeruit Chriſto , gratus eſt Deo , & acceptus hominibus.

19 Nempe igitur quæ ad pacem faciunt,ſectemur,″& quæ ad mutuam ædificationem.

20 Ne cibi cauſa diſſoluas opus Dei.omnia quidem pura : ſed malum *eſt* homini qui edit″cum offendiculo.

Scandalum.

21 Bonum *eſt* non veſci carnibus, neque bibere vinum,neque *quicquam* in quo frater tuus impingit,aut offenditur, aut infirmus eſt.

22 ″Tu fidē habes:apud temetipſum habe coram Deo. Beatus qui

11 Scriptum eſt enim,|Viuo ego,dicit Dominus : quoniam mihi flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo: Eſa.45.d.23 Philip.2.b.10

12 Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.

13 Non ergo amplius inuicem iudicemus:ſed hoc iudicate magis,ne ponatis offēdiculum fratri vel ſcandalum.

14 Scio & cōfido in Domino Ieſu,quia nihil commune per ipſum: niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi cōmune eſt.

15 Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas:|noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuꝰ eſt. 1.Cor.8.d.11

16 Non ergo blaſphemetur bonū noſtrum.

17 Non eſt enim regnum Dei, eſca & potus: ſed iuſtitia,& pax,& gaudium in Spiritu ſancto.

18 Qui enim in hoc ſeruit Chriſto,placet Deo, & probatus eſt hominibus.

19 Itaque quæ pacis ſunt,ſectemur,& quæ ædificationis ſunt inuicem.

20 Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.|omnia quidem ſunt munda : ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Tit.1.d.15

21 Bonū eſt nō mãducare carnē, & nō bibere vinū,neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. 1.Cor.8.d.13

22 Tu fidem habes:penes temetipſum habe coram Deo. Beatus qui non iu-

11 Viuo ego ζῶ ἐγώ. Hebraicè חי אני quæ formula eſt iuriſiurandi, & quidē Deo peculiaris, vt qui vnus verè ſua vnius vi ac poteſtate exiſtat. Perinde eſt ergo acſi diceret Dominus,tam certò futurum aliquid,ac certum eſt ipſum viuere,id eſt Deum eſſe.Itaque quāuis Eſaiæ 45.d.23(quem locum hîc citat Paulus)non ſcriptum ſit חי אני ſed כי נשבעתי,id eſt per meipſum iuraui,tamen quod ad ſententiam ipſam attinet,Apoſtolus nihil mutauit. Mihi *ſeſe* flectet omne genu ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ. Omiſit hic nonnulla Apoſtolus,vt qui non conſtituerit ſyllabas numerare,ſed ita tamen vt integra maneat ſententia. Quod autem in Complutenſi editione additur ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων,cæleſtium,terreſtrium,& inferorum,puto irrepſiſſe ex Philipp.2.b.10. Confitebitur Deo ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Id eſt me agnoſcet pro Deo.Cæterùm quod in Hebræo legitur תשבע כל לשון ſub. לי. id eſt iurabit omnis lingua mihi,in idem prorſus recidit.Eſt enim iuſiurandum,vera ac aperta eius Dei profeſſio,quem vt teſtem & periurii vindicem appellamus,adeò quidem vt interdum συνεκδοχικῶς iuſiurandum declaret vniuerſum Dei cultum,vt Eſa.19.c.18.

13 Sed hìc potius adhibete iudicium ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον. Vulg.ſed hoc iudicate magis,Eraſ.Verū illud iudicate magis,nimiū certè obſcurè,vt multo præſtiterit vſurpare periphraſin. Eſt autē elegans antanaclaſis in verbo κρίνειν,quod quum in priore membro ſignificet τὸ κατακρίνειν, id eſt dānare,in hoc poſteriore declarat iudicio & conſideratione vti in aliqua re conſtituenda.Obliquè enim(vt argutè & verè obſeruauit doctiſſimus interpres)malignos iſtos cenſores perſtringit,qui huc conferunt totum ſuum acumen, vt aliquid carpendum inueniant in fratrum vita,quum potius omne rationis iudicium huc conferre oportuerit, ne ſuo neglectu fratres ſuos vel præcipitent,vel in aliquod offendiculum impellant.Itaque vt iſtam antanaclaſin vtcunque ſeruaremus, priore loco maluimus κρίνωμεν conuertere iudicemus quàm damnemus. Aut ſcandalum ἢ σκάνδαλον. Sic nonnulli diſtingunt πρόσκομμα & σκάνδαλον,vt illud quidem de eo dicatur qui ita impingat vt tamen non concidat: ſcandalum verò ruinam complectatur.Ideo conuertit Eraſmus,aut lapſus occaſio. Sed contrà fortaſſis σκάνδαλον minus eſt quàm πρόσκομμα. quanquam de hoc nolim litigare.Hoc quidem certum eſt, vt hæc differentia hoc loco valeat, tamen non eſſe perpetuam. 14 Perſuaſum habeo πέπεισμαι. Id eſt ἐπληροφορήθην,nimirum à Domino Ieſu:cuius ſpiritu erat edoctus. vel,per Dominum Ieſum.quem ſcilicet didici ſuo aduentu maceriā diruiſſe,& omnes iſtas vmbras depuliſſe. Vulgata,confido,id eſt πέποιθα. Impurum κοινόν. Vulg.& Eraſ.ad verbum,Cōmune.de quo diximus Matth.15.b.11.Nos quidem noſtræ interpretationis authorem habemus Petrum Act.10.b.14,qui τὸ κοινὸν interpretatur ἀκάθαρτον.Quod autem præterea ſuppleuimus,omnino deerat explendæ conſtructioni. Per ſe δι' ἑαυτοῦ. Id eſt φύσει natura,vt rectè exponit Eraſmus ex Chryſoſtomo & Theophylacto.Vulg.Per ipſum δι' αὐτοῦ,quæ lectio planè eſt deprauata,quanuis in nonnullis etiam codicibus vetuſtis & in Græcis ſcholiis inueniatur. niſi exiſtimemus αὐτοῦ pro αὑτοῦ poſitum eſſe:quod interdum apud idoneos authores inueniri docet prolatis exemplis Budæus.Nam Per ipſum interpretari cū Theodorito,per Chriſti beneficium:vel cum Seueriano,per Deum,mihi nimis coactum videtur.

16 Veſtrum ὑμῶν. Vulg.noſtrum,ἡμῶν,contra omnium noſtrorum codicum fidem,nulla tamen ſenſus iniuria. Significat enim Paulus beneficium illud Chriſtianæ libertatis, cuius & ipſe particeps erat.Id verò conqueritur maledicētiæ hominum exponi,quum nonnullorum abuſu fit vt infirmi clamitent Euangelio reſcindi Dei voluntatem,ac proinde hanc doctrinam à Deo non eſſe. Blaſphemetur βλασφημείσθω. ſiue,malè audiat.Eraſ.hominum maledicentiæ ſit obnoxium. quæ periphraſis mihi non videtur ſatis expreſſa, vt intelligamus hanc maledicentiam in Deum ipſum redundare. Vide Matth.9.a.3. 18 Per hæc ἐν τούτοις. Id eſt Qui pacem ac iuſtitiam tranquillè colit per Spiritum ſanctum.Vulg.in hoc,id eſt ἐν τούτῳ,ita ſcilicet vt ad Spiritum ſanctum referatur. quam lectionem inuenimus in vno vetuſto codice,Ambroſio,Origene,Auguſtino denique libro de moribus Manichæorum ſecundo,cap.14.

19 Et quæ ad ædificationem καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς. Familiare eſt Paulo ædificandi verbum, quo ſignificantur omnia officia quæ proximo debemus,vel vt Chriſto adiungatur,vel vt ei iam adiunctus, quotidie magis ac magis coaleſcat. Dicuntur enim fideles eſſe templum Dei in quo ſcilicet per Spiritum ſanctum reſideat:& totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati,id eſt nouæ Hieruſalem, cōparatur,ex ipſis fidelibus quaſi lapidibus conſtructæ.vt pereleganter ac planè Diuinitus deſcribitur Eſa.cap.54.& Apoc.cap.21.

20 Cum offendiculo διὰ προσκόμματος. Vulgata & Eraſmus,per offendiculum.Ego verò exiſtimo διὰ hoc in loco reſpondere בית Hebræorum,pro μετὰ vel σὺν vſurpatæ.Nam διὰ pro ἐν interdum poni annotauimus ſuprà 4.b.11. ἐν vero pro σὺν toties iam obſeruauimus vt pigeat exemplum adſcribere. 22 Tu fidem habes: σὺ πίστιν ἔχεις. Quid ſit fides hoc in loco,& quid fidem habere, docuit ipſe Apoſtolus ſuo exemplo ſuprà verſu 14.nempe certum ac ſecurum eſſe libertatis Chriſtianæ in rebus mediis & indifferentibus:vt ipſe quoque Chryſoſtomus interpretatur.Id verò notandum eſt diligenter aduerſus eos qui ſuo torpori hunc Apoſtoli locum obtendūt,quaſi fidei profeſſio non requiratur.Cæterùm quum poſt ἔχεις ferè adſcribi ſoleat nota interrogationis,ego veteres omnes noſtros codices & Græca quoque ſcholia ſequutus,ſuſtuli. Videntur enim hæc potius per conceſſionem quàm per interrogationem dici.

dicat ſemetipſum in eo quod probat.

Qui autem diſcernit, ſi manducaue rit, damnatus eſt: quia non ex fide. omne autem quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt.

Cap. X V.

Debemus autẽ nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere.

Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem.

Psal. 69. b. 10 Etenĩ Chriſtus nõ ſibi placuit, ſed, ſicut ſcriptum eſt‖Improperia improperantium tibi, ceciderũt ſuper me.

Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem Scripturarum, ſpem habeamus.

1. Cor. 1. b. 10 Deus autẽ patientiæ & ſolatii‖det vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecundum Ieſum Chriſtum:

Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcipit vos in honorem Dei.

Dico enim Chriſtũ Ieſũ miniſtrum fuiſſe Circũciſionis propter veritatẽ Dei, ad cõfirmãdas pmiſſiones Patrũ

Psal. 18. d. 50 / 2. reg. 22. d. 50 Gentes autẽ ſuper miſericordia honorate Deũ: ſicut ſcriptũ eſt, ‖Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.

non condemnat ſeipſum in *eo* quod″approbat.

23 ″Qui verò ambigit, ſi ederit, condemnatus eſt: quoniam non *edit* ex fide. quicquid verò ex fide″non eſt, ″peccatum eſt.

Cap. X V.

Infirmi ferendi.

1 DEbemus autem nos qui firmi *ſumus*, imbecillitates infirmorum portare, ac non″indulgere nobiſipſis.

Proximo placẽdum.

2 ″*Itaque* vnuſquiſque″noſtrum proximo indulgeat″in bonum, *id eſt* ad *eius* ædificationem.

3 Etenim Chriſtus non indulſit ſibiipſi, ſed, ſicut ſcriptum eſt, Conuitia eorum qui conuitiantur tibi, inciderunt″in me.

Scripturarũ vſus

4 Nam quæ antè ſcripta ſunt, in noſtram doctrinam ſcripta ſũt: vt per patientiam″& conſolationem Scripturarũ, ſpẽ habeamus.

5 Deus autem patientiæ & conſolationis *author* det vobis″vt eodem animo inter vos mutuò affecti ſitis ſecundum Chriſtũ Ieſũ:

6 Vt concorditer vno ore glorificetis Deum ac Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

7 Propterea″aſſumite alii alios, ſicut & Chriſtus″aſſumpſit″nos in gloriam Dei.

Chriſtus impleuit promiſſiones Iudæis factas.

8 ″*Illud* autem dico, Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe″circunciſionis, ″pro Dei veritate, vt confirmaret promiſſiones″Patrũ:

Gentibus facta miſericordia.

9 ″Et vt Gentes pro miſericordia glorificent Deum: ſicut ſcriptũ eſt, Propterea″confitebor tibi inter Genter & nomini tuo pſallã.

Approbat δοκιμάζει. Id eſt quod amplectitur. Multi enim ſunt qui dubia conſcientia aliquid audeant, aliorum ſcilicet exemplo facti audaciores, de quibus agitur proximo verſiculo. Aliis potius placet examinandi verbum: quia ſcilicet multi ſunt quos conſcientia non redarguit, qui tamen grauiſſimè peccant. Id verò fit quòd aliis cogitationibus occupati in facta ſua non inquirant. Cenſent ergo nonnulli Paulum hoc adieciſſe vt ſtuporem conſcientiæ à iudicio diſtingueret.

23 Qui verò ambigit ὁ δὲ διακρινόμενος. vel hæſitat aut ſecum diſceptat. Vulgata, qui autem diſcernit. Eraſmus, qui autem diiudicat. Vide Matth. 21. b. 21. Peccatum eſt ἁμαρτία ἐστίν. Hic in omnibus noſtris vetuſtis codicibus & Græcis etiam ſcholiis attexuntur tres verſiculi qui in impreſſis ſolent hanc epiſtolam claudere, nempe decimi ſexti capitis verſ. 25, incipiens à τῷ δὲ δυναμένῳ, 26 & 27, deſinens in ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ac fortaſſis præter omnium codicum conſenſum. non deſunt etiam aliæ rationes quibus probetur hæc potius hoc loco miſceri debere quàm ad calcem epiſtolæ reiici. Noluimus tamen in recepta lectione quicquam mutare.

IN CAPVT XV.

1 Indulgere ἀρέσκειν. Vulgata & Eraſmus, placere. Atqui apud Latinos placere ſibi dicitur qui effertur & gloriatur: de quo non agit propriè hoc loco Apoſtolus, ſed de eo potius qui cæteris contemptis ſui vnius rationem habet, idque vnum ſpectat, vt animo ſuo morem gerat. quod vitium etſi cum illo coniunctum eſt, tamen nonnihil eſt diuerſum. *Itaque* vnuſquiſque ἕκαστος. In codicibus impreſſis addi ſolet particula γὰρ, quam nos expunximus, quòd in omnibus noſtris codicibus vetuſtis deeſſet. pro qua in vno duntaxat ſcriptum erat ἕκαστος δέ. Nam certè nõ video quis hîc ſit locus illi cõiunctioni, etiamſi pro expletiua accipias. Animaduerti autem aliquoties Paulum in his præceptis particulas omittere quibus connectatur oratio: quemadmodum fit in eo dicendi genere quod Phalereus διῃρημένην ἑρμηνείαν vocat, vt ſuprà 13. d. 13, & 14. d. 15. Id verò quum quiſpiam non animaduerteret, ſuppleuit γὰρ. quam deinde alius mutauit in δέ. quum potius conueniret οὖν, illatiua ſcilicet coniunctio. Noſtrum ἡμῶν, Vulgata, veſtrum ὑμῶν, quod non æquè probo, quia præceſſit ὀφείλομεν debemus, & ſequitur ἡμετέραν noſtram verſu 4. Vtitur tamen Apoſtolus interdum huiuſmodi tranſitionibus, vt ſuprà 13. d. 13, quum dixiſſet περιπατήσωμεν ambulemus, ſubiecit, ἐνδύσασθε induite. Sic enim frequenter ſolent Hebræi. In bonum εἰς ἀγαθόν. Id eſt cum ipſius bono ac commodo. quod poſtea explicat. Sic enim hanc formulam vſurpat Apoſtolus, vt ſuprà 8. e. 28, & 13. a. 4, quam & nos libenter retinuimus. Non deſunt tamen qui hoc loco εἰς ἀγαθὸν explicent, pro ἐν ἀγαθῷ, id eſt in re bona & honeſta. quòd non ſit in re quauis indulgendum proximo. Sed hoc mihi non ſatis aptum videtur. Eſt enim id omnibus magis notum quàm vt dici oportuerit: & optimus eſt ſui interpres Apoſtolus, quum ſubiicit πρὸς οἰκοδομήν, illud ſcilicet explicans quod videri potuiſſet obſcurius. Quid ſit autem οἰκοδομὴ, diximus ſuprà 14. d. 19.

3 In me ἐπ' ἐμέ. Vt ſermo ſit abſolutus, dicendum potius ἐπ' αὐτὸν in eum: ſed huiuſmodi multa incidunt in quotidianum ſermonem, quæ ſententiam nihil immutant: quanuis, ſiquis propius inſpiciat, parum videatur cohærere. Sed & alia ratione poſſumus huic loco mederi: nẽpe ſi poſt ἀλλὰ aliquid eiuſmodi ſuppleas, ſed aliis, vel, ſed nobis, vel, ſed Deo. quod tamen mihi coactius videtur.

4 Et conſolationem καὶ τῆς παρακλήσεως. Vel, exhortationem, vt legit Ambroſius. Vtrunque enim Græco vocabulo conuenit. Sed illud tamen videtur melius cohærere cum patientia. 5 Vt eodem animo affecti ſitis τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vulg. idipſum ſapere, de quo diximus ſuprà 12. c. 16. 7 Aſſumite προσλαμβάνεσθε. Vulg. ſuſcipite. quod non videtur ſatis expreſſum, ob eam cauſam quam diximus ſuprà 14. a. 1. Aſſumpſit nos in gloriam Dei προσελάβετο εἰς δόξαν Θεοῦ. Id eſt, nos minimè dedignatus, vltrò adſciuit quos gloriæ Dei faceret participes. Quidam verò conuertit, vt & Chriſtus nobis opitulatus eſt ad gloriam Dei, ſententia, ni fallor, deprauata. quãuis hoc quoque veriſſimum ſit, quicquid beneficii in Chriſto percipimus, ad Dei Patris gloriam redundare, vt ſcriptum eſt Ephe. 1. b. 6. Sed tamẽ quod Chryſoſtomus & Theophylactus εἰς δόξαν Θεοῦ connectunt cum προσλαμβάνεσθε, mihi planè violentũ videtur. Deinde pro eo quod Vetus interpres δόξαν conuertit honorem id eſt τιμὴν, Eraſmus rectius interpretatus eſt Gloriam. Videtur enim magnificentius quiddam declarare, vt ipſe rectè annotauit. Nos ἡμᾶς. Vulg. vos, ὑμᾶς. Sed ego quidem illud malo.

8 *Illud* autem dico λέγω δέ. Id eſt, Quum autem nos dico à Chriſto in gloriam Dei aſſumptos, hoc eſt quod ſignificare volo, Chriſtum ſcilicet, &c. Vulgata, Dico enim λέγω γὰρ, id eſt, Hoc enim affirmo. quã lectionem in duobus vetuſtis exemplaribus inuenimus, & ego maximè probo. Vult enim Apoſtolus confirmare vtroſque tum Iudæos tum Gentiles ab vno Chriſto eſſe aſſumptos, vt Chriſti exemplo ad mutuam in eodem Chriſto concordiam inuitet. Itaque optimè videtur conuenire particula cauſalis. Circunciſionis τῆς περιτομῆς. Id eſt, circunciſorum. Iudæorum ſcilicet intra quorum fines ſe continuit quandiu inter homines verſatus eſt, vt de ſe teſtatur, Matth. 15. c. 24. Alioquin dici non poteſt circunciſionis miniſter, id eſt Legis, quam ſuo aduentu abrogauit, aut potius compleuit. Pro Dei veritate ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ. Id eſt, vt Deum veracem eſſe conſtaret. Veritas enim hoc quoque loco ſic accipitur, vt diximus ſuprà 3. a. 7. Patrum τῶν πατέρων. Id eſt Patribus factas. 9 Et vt Gentes τὰ δὲ ἔθνη. Id eſt καὶ τὰ ἔθνη. Eſt enim coniunctio ἡ συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, vt loquitur Gaza. Repetitur ergo à cõmuni εἰς τὸ, & vtrũque membrũ cum verbo γεγενῆσθαι cohæret. Sic enim fuit Iudæorum miniſter Chriſtus, vt Euãgelium quoque voluerit Gentibus annuntiari, quemadmodum ipſe diſertè teſtatur, Iohã. 10. c. 16. Certè λέγω pro iubeo & δοξάσαι pro δοξάσατε accipi non poteſt niſi admodum violenta interpretatione: quanuis ita videatur interpretari Græcus ſcholiaſtes.

Confitebor tibi ἐξομολογήσομαί σοι. Id eſt, apertè profitebor & celebrabo nomen tuum, ex Hebræorum idiotiſmo, quem explanauimus Matth. 10. c. 32.

10 Et rurſum dicit,″Gaudete Gentes cum populo eius.

11 Et rurſum,Laudate Dominum omnes Gẽtes,& collaudate eũ omnes populi.

12 Et rurſum Eſaias dicit,Erit radix Ieſſe,″& qui exurgat ad imperandum Gentibus,″in ipſo Gentes ſperabunt.

13 ″Quòd vtinam Deus ſpei impleat vos″omni gaudio & pace″in credendo:vt ſpe abundetis per virtutem Spiritus ſancti.

14 Perſuaſum autẽ habeo,fratres mei,& ipſe ego de vobis,″quòd ipſi per vos pleni ſitis″bonitate,impleti omni cognitione,& qui poſſitis etiam″vos mutuo monere.

15 Audacius verò ſcripſi vobis,fratres,aliqua ex parte,veluti commonefaciens vos,propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo,

Miniſter Gentiũ Paulus.

16 Ad hoc vt ſim miniſter Ieſu Chriſti″apud Gentes:″operans Euãgelio Dei,″vt fiat oblatio Gentium accepta,ſanctificata per Spiritum ſanctum.

17 Habeo igitur quod glorier per Chriſtum Ieſum, in iis quæ ad Deum *pertinent*.

18 ″Non enim ſuſtinuerim″loqui quicquã quod nõ effecerit Chriſtus per me,″*adducendis* ad obedientiam Gentibus, verbis & factis,

Deut.32.f.43 10 Et iterum dicit,‖Lætamini Gentes cum plebe eius.

Pſal.117.a.1 11 Et iterum,‖Laudate omnes Gẽtes Dominum, & magnificate eum omnes populi.

Eſa.11.c.10 12 Et ruſ9 Eſaias ait,‖Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gẽtes,in eo Gẽtes ſperabunt.

13 Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in ſpe,in virtute Spiritus ſancti.

14 Certus ſum autem,fratres mei, & ego ipſe de vobis,quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione,repleti omni ſcientia,ita vt poſſitis alterutrum monere.

15 Audacius autem ſcripſi vobis,fratres,ex parte, tanquam in memoriã vos reducens: propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo,

16 Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentibus, ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, ſanctificata in Spiritu ſancto.

17 Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum.

18 Nõ enim audeo aliquid loqui eorũ quæ per me nõ effecit Chriſtus in obedientiam Gentium,verbo & factis,

10 Gaudete εὐφράνθητε. Totus hic locus Deut.32.f.43, ita eſt corruptus in Græca editione quæ ſub nomine Septuaginta legitur,vt vix vllum appareat Hebraicæ veritatis veſtigium.ſic autem habent Hebræa הרנינו גוים עמו,id eſt vt Hebræi interpretes explicãt,Celebrate,ô Gẽtes,populum eius.Paulus autem vel ſuppleuit עם vt ſit עם עמו,vel ſententiam ſpectauit.Non poſſunt enim Gentes populum Dei vt fœlicem ac beatum ex animo laudare,quin eius fœlicitate affecti,eundem etiam Deum agnoſcant.

12 Et qui exurgat ad imperandum Gentibus ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. Hebræa habent עומד לנס עמים id eſt,quæ ſtat in vexillum populorum.Græci igitur ſententiam potius quàm verba ſunt ſequuti,quòd ſub principis vexillo agat populus. In ipſo ſperabunt ἐπ᾽ αὐτῷ ἐλπιοῦσιν. Hebraicè ידרושו id eſt ipſum requirent.Idem verò ſenſus eſt. Nam vulgatiſſimo Scripturæ vſu, Quærere Deum, nihil eſt aliud quàm in ipſum ſperare.

13 Quod vtinam Deus ὁ δὲ Θεός. Vulgata & Eraſmus, Deus autem.Ego optandi modum ita volui exprimere vt mollior eſſet iunctura.Deinde Deum ſpei dicere malui hoc loco ſimpliciter,Hebræorum more,quàm Deum ſpei authorem: quanuis ita hunc Hebraiſmũ emollierimus ſuprà, verſu quinto. Aſſentior enim potius doctiſſimo interpreti, qui hoc putat cum extremo ſuperiore verſiculo cohærere: quaſi diceret Apoſtolus,Faxit verò Deus ille in quo omnes ſperamus, vt omni gaudio abundetis. Omni πάσης. Id eſt perfecto & cumulato. Non enim omnis generis gaudium & pacem Apoſtolus ſuis exoptat. Sic accipitur hæc vniuerſalis particula Epheſ.1.a.3, & 1.Corinth.13.a.2.Quid autem Pacem vocet,diximus abundè ſuprà 5.a.1.Quanquam etiam ſiquis pro mutua concordia accipiat, fortaſſis non ineptè ſenſerit. In credendo ἐν τῷ πιστεύειν. Gaudio & paci fidem,vt effectis cauſam,adiunxit.Sunt tamen qui ἐν τῷ πιστεύειν accipiant pro εἰς τὸ πιστεύειν,id eſt ad hoc vt credatis,ſiue ad credendum.Sed ego illud malo.

14 Quòd ipſi per vos ὅτι καὶ αὐτοί. Id eſt vltrò & ſponte veſtra. Sic enim à Græcis ſcriptoribus vſurpatur hæc loquendi formula, vt apud Homerum,καί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις, quemadmodum eruditè in hunc locum Eraſmus annotauit: quanuis maluerit cum Vetere interprete conuertere,quòd & ipſi. Bonitate ἀγαθωσύνης. Vulgata,dilectione,id eſt ἀγαπωσύνης,vt quidem exiſtimat Eraſmus. Nam quod ad me attinet,nuſquã memini legere hoc nomen, ac putarim potius Veterem interpretem nomine ἀγαθωσύνης intellexiſſe quandam naturæ comitatem & ad mutuam concordiam propenſionem: quum tamen Græci interpretes tradant ἀγαθωσύνην opponi τῇ πονηρίᾳ,id eſt improbitati,& vniuerſam quandam virtutem ſignificare.Mihi tamen non diſplicet Veteris interpretis opinio,propter illa quæ de cognitione ſubiicit,& mutuæ admonitionis facultate.Videtur enim Apoſtolus hæc prætexere non tam epiſtolæ vniuerſæ, quàm extremæ parti,in qua tam copioſè,támque vehemẽter eos monuerat vt firmi haberent infirmorum rationem. Vos mutuò ἀλλήλους. vel,alii alios,vt ferè ſolemus ad verbum interpretari.Sed in quatuor codicibus ſcriptum inuenimus ἄλλους alios.quod eſt fortaſſis ἐμφατικώτερον.

16 Apud Gentes εἰς τὰ ἔθνη.Vulgata,in Gentibus.Eraſmus, in Gentes. In vno codice adiectum inuenimus πάντα omnes,quod minimè videtur otioſum. Operans Euangelio ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον. Vulgata,ſanctificans.Eraſmus,ſacrificans.Auguſtinus,conſecrans. quæ omnes interpretationes nimium certè ſunt obſcuræ.Conſtat autem τὸ ἱερουργεῖν prorſus reſpõdere Latino verbo operari,quod & ipſum de rebus Sacris propriè dicitur,ſi Nonio credimus. Vt fiat oblatio Gentium accepta ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος. oblationem Gentium paſſiuè vocat Gentes ipſas,quibus ſe tanquam ſacrificum dicit Deo quaſi victimis litare.

18 Non enim ſuſtinuerim dicere οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν. Vulgata & Eraſmus hoc loco accipiunt τολμᾶν pro Audere, perinde acſi diceret Apoſtolus ſe non eſſe aliena facta,ſed ſua vnius commemoraturum. Atqui quiſquis hoc modo præfatur, ſe ſcilicet non audere aliquid eloqui,quid aliud ſignificat quàm voluntatem ſibi non deeſſe, ſed facultatem? Itaque hanc interpretationem non poſſum amplecti. Illud verò conſtat,τολμᾶν apud Græcos interdum reſpondere Latino verbo Suſtinere,pro poſſe & parem eſſe alicui graui & difficili rei præſtandæ.Sic Plato lib.2.de Repub.ὅς ἂν τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων,qui ſuſtineat ab alieno abſtinere. Sic Quintilianus lib.2.cap.4,Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo.Sic quoque accipitur ſuprà 5.b.7:& mihi videtur hæc ſignificatio huic loco in primis accommodata.

Loqui quicquam quod non effecerit Chriſtus per me, λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ.Id eſt,ita mihi omnibus in rebus omnibúſque modis affuit Chriſtus, vt etiamſi maximè velim,tamen dicere non poſſim quid per me non effecerit,vt Gentes Euangelio obedirent.Quanuis igitur Græca habeant ad verbum,Quicquam eorum quæ per me non effecit Chriſtus, vt etiam Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt,tamen hoc perinde accipiendum eſt,acſi ſcriptum eſſet λαλεῖν τι ὃ οὐ κατειργάσατο,quod quidem commodè fieri poteſt, ita vt nulla vis vllo verbo afferatur.Is enim per quem Chriſtus omnia effecit, quomodo poſſit quicquam dicere eorum quæ Chriſtus per ipſum non effecerit?Hæc eſt igitur(vt opinor)germana huius loci expoſitio,quam videntur etiam Græca ſcholia ſignificare, & Ambroſius apertè amplectitur. Quominus autem cum Eraſmo ſequar Origenis ſententiam, non tantùm obſtat verbum τολμῶ, de quo in ſuperiore annotatione dixi,ſed hoc etiã in primis,quòd ſi eam ſequaris,neceſſe prorſus fuerit,quantũ quidem poſſum iudicare,iſta omnia οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ,per parentheſin diſtinguere ab iis quæ ſequuntur,vtpote quæ Paulus non de aliis,ſed de ſe vno cõmemoret.Id verò ſi facias, non video quî poſſint ſatis aptè iſta cum verſiculo decimoſeptimo connecti. quod tamen neceſſariò faciendum erit. Quòd ſiquis hîc eſſet coniecturæ locus,dicerem tranſpoſitam eſſe particulam negantem,ac potius legendum, οὐ γὰρ τολμήσω οὐ λαλεῖν τι ὧν κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ, id eſt,Non enim ſuſtinuerim non dicere, id eſt tacendo diſſimulare quicquam ex iis quæ per me Chriſtus effecit. Nam ſic ſolet Paulus nonnihil præfari quoties de ſe dicere cogitur,vt muneris ſui dignitatem conſeruet. Abſit tamen vt quicquam mutem ex coniectura,in tanto præſertim codicum conſenſu. *Adducendis* ad obedientiam Gentibus εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν. Vulg.& Eraſ.ad verbum,In obedientiam Gentium.quod nemo facilè intelligat.

	In virtute ſignorum & prodigiorũ, in virtute Spiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricũ repleuerim Euangelium Chriſti.	19	Per virtutem ſignorum ac prodigiorum,′*id eſt* per virtutem Spiritus Dei. adeò vt ab Hieruſalem″& circumiacentibus *regionibus* vſque ad Illyricũ′impleuerim ′prædicandi Euãgelii Chriſti munus.
	Sic autẽ prædicaui Euangeliũ hoc, nõ vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ędificarẽ:	20	Ita porrò″ambiens prædicare Euangelium, non vbi nominatus eſſet Chriſtus, vt ne ſuper′alienum fundamentum ædificarem:
Eſa.52.d.15	Sed ſicut ſcriptum eſt, Quibus nõ eſt annuntiatũ de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.	21	Sed ſicut ſcriptum eſt, Quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.
Suprà 1.b.13 1.Theſſ.1.d.17	Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos.	22	Quapropter etiam impeditus ſum″ſæpe *ne* venirem ad vos.
Suprà 1.b.11	Nunc verò vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniẽdi ad vos ex multis iã præcedentibus annis:	23	Nunc verò quum non amplius habeam locum in his regionibus, deſiderium autem habeam veniendi ad vos à multis annis:
	Quum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc: ſi vobis primùm ex patre fruitus fuero.	24	″Quandocunque proficiſcar in Hiſpaniam,″veniam ad vos: ſpero enim fore vt *iſtac* præteriens, videam vos, & à vobis deducar illuc: ſi tamen″veſtra conſuetudine prius ex parte′expletus fuero.
	Nunc igitur proficiſcar in Ieruſalẽ miniſtrare Sanctis.	25	Nunc autem′proficiſcor Hieroſolymam,″miniſtrans Sanctis.
	Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum qui ſunt in Ieruſalem.	26	″Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ′conferre aliquid in pauperes Sanctos, qui ſunt Hieroſolymis:
1.Cor.9.b.11	Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. nam ſi ſpiritualiũ eorũ participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare illis.	27	Placuit enim *inquam*, & debitores illorum ſunt. Nam ſi ſpiritualia ipſorum *bona* Gentes participarunt, debẽt etiam in carnalibus, ″miniſtrare ipſis.
	Hoc igitur quum conſummauero & aſſignauero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam.	28	Hoc igitur vbi perfecero, & ″eis conſignauero″hunc fructum, abibo″per vos in Hiſpaniam.
	Scio autem quoniã veniens ad vos,	29	Scio verò quòd quum veniam ad vos, ″cum plena benedictio-

19 *Id eſt* per virtutem Spiritus Dei ἐν δυνάμει πνεύματος Θεοῦ. vel, [promanantem] à virtute Spiritus Dei. Nam priore loco δύναμις declarat vim & efficaciam prodigiorum in animis hominum percellendis: poſteriore verò loco ſignificat diuinam poteſtatem illius effectricem. Illud autem leuiculum eſt quòd Vetus interpres pro πνεύματος Θεοῦ legit πνεύματος ἁγίου Spiritus ſancti. Et circumiacentibus *regionibus* καὶ κύκλῳ. Vulg. per circuitum, ἐν κύκλῳ. Impleuerim πεπληρωκέναι. vel obierim, vt Matth.10.c.23. Sed illud tamen videtur magis expreſſum. Prædicandi Euangelii Chriſti munus εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Euangelium Chriſti, nimium profectò obſcurè. Vide ſuprà 1.b.9. 20 Ambiens, &c. φιλοτιμούμενον, &c. Vetus interpres, Sic autẽ prædicaui Euangeliũ hoc, prorſus diuerſam lectionem ſequutus. Eraſ. annitens, quod mihi videtur nimis dilutum. Alienum ἀλλότριον. Id eſt, ab alio quopiam iactum. Nam alioquin alienũ dicitur quod eſt extraneum. id eſt, quod non fit Chriſti auſpiciis: vt Iohan 10.a.5. 22 Sæpe τὰ πολλά. Id eſt πολλάκις. Vulg. plurimùm, manifeſto errore. Nec minus lapſus eſt Stapulenſis (vir alioquin beatæ memoriæ) quum ſcriberet vertendum eſſe multis, vel circa multa. 24 Quandocunque ὡς ἐάν. Eraſmus in hunc locum, Si, inquit, ὡς ἐάν legatur diſiunctim, ſonat, vt ſi: ſi coniunctim, verti poterat, ſimulatque. Ego verò docui ex idoneis authoribus ὡς & ὅπως eſſe interdum aduerbia quæ temporis vocant, Act.3.c.19. vt ὡσάν, vel ὡς ἐάν (vtrunque enim legitur) idem declaret atque ὅταν. quod vidit quoque Stapulenſis. Nam ita etiam accipitur 1.Cor.11.g.34. Sed idem non rectè legit πορεύομαι in præſenti. Veniam ad vos ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Hoc videtur non legiſſe Chryſoſtomus: nec tamen poſſis tollere, niſi etiam γὰρ expungas poſt ἐλπίζω. Origenem nihil moror, cuius commentarios ita videtur deprauaſſe Rufinus (is enim eſt eorum interpres, non Hieronymus) vt errata erratis cumularit. Denique plana eſt ea lectio quæ paſſim eſt recepta, quam etiam in omnibus noſtris vetuſtis codicibus integram inuenimus. Veſtra conſuetudine ὑμῶν. Vulg. ad verbum, vobis, obſcurè. Expletus fuero ἐμπλησθῶ. Vulg. fruitus fuero, ἀπολαύσω. quod neque ſatis eſt expreſſum declarãdo ſummo deſiderio, neque admodũ, opinor, vſitatum. Neque enim alibi memini legere quàm ſemel apud Vlpianum, non optimum Latinitatis authorem. 25 Proficiſcor πορεύομαι. Vulg. proficiſcar, πορεύσομαι, non ſatis aptè mutato tempore. Significat enim Paulus ſe iam eſſe in procinctu, vt profectionem differre non poſſit.

Miniſtrans διακονῶν. Id eſt, Sanctis hoc officii impendens perferendæ ad eos pecuniæ in ipſorũ vſus collectæ. Nam verbũ διακονεῖν, quum alioquin ad omnes functiones Eccleſiaſticas pertineat, hic peculiariter accipitur pro eo munere quod adminiſtrabant qui diaconi propriè dicebantur, id eſt qui ærario Eccleſiaſtico præerant, vt diximus alibi. Miniſtrandi autem vocabulum abſolutè poſuimus, ex theologorũ more quem attigimus Act.13.a.2. 26 Placuit εὐδόκησαν. Vulg. ad verbũ, probarunt. quanquã etiã aliquid amplius videtur hoc verbo ſignificari, nẽpe quũ vltrò & ex bonitate quadã alacri beneuolumus cuipiam, aut rem aliquã probamus. Sed hoc loco alacritatem illã duntaxat declarat quãmaximè requirit Deus in charitatis officiis, vt ſcriptũ eſt 2.Cor.9.b.7. quum alioquin, vt mox ſubiicitur, nihil hic fecerint Achæi vel Macedones quod facere non tenerentur. Sed de hoc verbo plura diximus Matth.3.d.17, & Luc.2.b.14. Cõferre aliquid κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. vel, vt Vetus interpres, collationem aliquã facere. Stapulenſis mauult cõmunionem: vt non ineptè quoque poſſis conuertere, Cõferre aliquid in cõmunionem pauperũ ſanctorũ, &c. Eraſ. Communicationem aliquam facere. quam periphraſin nuſquã memini legere.

27 Miniſtrare λειτουργῆσαι. Id eſt διακονῆσαι, vſibus ſcilicet ipſorũ inſeruire. qua ratione omnes Chriſtiani dici poſſunt λειτουργοὶ, præſertim quũ iuuare proximũ, ſit quædam, vt ita dicam, ſacrificii ſpecies, & quidem Deo gratiſſimi. Alioquin λειτουργὸς vt & διάκονος, dicitur qui publico munere fungitur, vt diximus Act.13.a.2. Cæterùm leuiculũ eſt quòd κοινωνεῖν verti participare, actiua ſignificatione, pro participẽ fieri, vt vertit Vetus interpres: quũ Eraſmus maluerit vti cõmunicandi vocabulo. deinde σαρκικὰ interpreter carnalia, potius quàm humana, vt nuper quidã nouè cõuertere maluit quàm cõſuetudini & vſui aliquid cõdonare. Quaſi verò Paulo etiã non licuerit pro πνευματικὰ dicere τὰ θεῖα, & pro σαρκικὰ, ἀνθρώπινα vel ἀνθρώπεια. Sed multo ſcilicet expreſſius loquitur Apoſtolus, nõ iam ſimpliciter Diuina cũ humanis cõferens, ſed etiam oſtẽdens quantũ inter hæc interſit, quũ iis vtatur vocabulis quibus harũ rerum natura ipſa explicatur. Sed iſta ſcilicet aut nõ vident aut diſſimulant ſe videre qui altioribus reuelationibus ſunt intenti. 28 Eis conſignauero σφραγισάμενος αὐτοῖς. Id eſt apud ipſos fideliter & quaſi annulo obſignatũ depoſuero. Cõmendat enim, opinor, tum ſuã in illa perferenda, tum etiã illorũ in cuſtodiẽda illa pecunia diligentiã ac fidem: trãſlatione ſumpta à veterũ more, qui annulis obſignabãt quæ in tuto volebant repoſita. Neque verò video qua ratione relatiuũ αὐτοῖς eis, cõmodius ad Macedonas dãtes quàm ad Hieroſolymitanos è manu Pauli accipiẽtes referatur: quãuis in ea opinione ſit Eraſmus. Hunc fructum τὸν καρπὸν τοῦτον. Id eſt hanc pecuniã in vſus pauperũ collectam. Elegans certè loquendi formula, ex qua intelligimus eleemoſynas verũ eſſe fidei & charitatis fructũ, ſiue dantem ſiue accipientem, ſiue vtrunque ſpectes. Per vos δι' ὑμῶν Id eſt, ita vt vos inuiſam, iſtac ſcilicet iter faciens. Eſt itaque hoc quoque dicendi genus, vt alia multa, petitum è medio, ex ſententia ipſa nõ ex verbis æſtimandum. 29 Cum plena benedictione Euangelii ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου. Duplicem Hebraiſmum, ἐν pro σὺν & duo appellatiua pro conſtructione appellatiui cum adiectiuo (ita enim Grammatici loquuntur) ſæpe iam annotauimus. Vulg. in abundãtia benedictionis Chriſti, expungens τοῦ εὐαγγελίου (quod etiam non legit Ambroſius) & vtroque ſeruato Hebraiſmo: quorum tamen prior nõnihil eſt obſcurus. Eraſ. in plenitudine Euangelii Chriſti, admodum obſcurè. Eſt autẽ hæc ſententia, opinor, certò ſcire Apoſtolum, ſuum aduẽtum Romanis futurũ maximè frugiferũ. tum enim fore vt Deus ipſis cumulatiſſimè impertiat Euãgelicorum myſteriorũ cognitionem

cum illis cōmunicandam. Itaque non aſſentior Eraſmo qui putat Benedictionis nomine ſignificari eleemoſynam, quaſi Romanos quoque exhortetur Apoſtolus ad conferendū aliquid. Sunt quoque qui hanc abundantiā benedictionis ad Romanos referant: quaſi dicat Apoſtolus ſe non dubitare quin apud eos copioſiſſimum Euangelii fructum inueniat. quam ſententiam ſi ſequaris, accipiendum erit ἐν πληρώματι pro εἰς πλήρωμα, in plenitudinem benedictionis Euangelii, id eſt, in eum locum vbi plenè abundat Euangelii gratia.

ne Euangelii Chriſti veniam.

Orationes fratrū petit Paulus.

30 Precor autem vos, fratres, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem Spiritus, vt mecum certetis *veſtris* pro me apud Deum orationibus.

31 Vt liberer ab iis qui immorigeri ſunt in Iudæa, vtque miniſterium hoc meum erga Hieruſalem, acceptum ſit ſanctis:

32 Vt cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, vnáque vobiſcum refociller.

33 Deus autē pacis *princeps ſit* cū ōnibus vobis. Amē.

Cap. XVI.

1 Commendo autem vobis Phœben ſororem noſtrā, quæ eſt miniſtra Eccleſiæ Cenchreenſis:

2 Vt eam excipiatis in Domino vt dignum eſt ſanctis, & adſitis ei quacunque in re *ipſi* vſus fuerit vobis. nam hæc cum multis hoſpitium præbuit, tum mihi etiam ipſi.

3 Salutate Priſcillam & Aquilā, adiutores meos in Chriſto Ieſu:

4 (Qui pro anima mea ſuam ipſorum ceruicem ſuppoſuerūt: quibus non ego ſolus gratias ago, ſed & omnes Eccleſiæ Gentium:)

5 Item Eccleſiam quæ in domo eorum eſt. Salutate Epænetum mihi dilectum, primitias Achaiæ in Chriſto.

6 Salutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.

7 Salutate Andronicū & Iuniā, cognatos meos, & cōcaptiuos meos q ſūt īſignes īter Apoſtolos, qui etiā ante me fuerunt in Chriſto.

8 Salutate Ampliam dilectum mihi in Domino.

9 Salutate Vrbanum, adiutorem noſtrum in Chriſto, & Stachyn mihi dilectum.

10 Salutate Apellen, probatum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli *familiaribus*.

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui *ſunt* ex Narciſſi *familiaribus*. eos *inquam* qui *ſunt* in Domino.

12 Salutate Tryphænam & Thryphoſam, quæ laborāt in Domino.

in abundantia benedictionis Chriſti veniam.

Obſecro ergo vos fratres, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum:

Vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, & obſequii mei oblatio accepta fiat in Ieruſalem ſanctis:

Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiſcū.

Deus autē pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

Cap. XVI.

Commendo autem vobis Phœbē ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ quę eſt in Cenchris:

Vt eam ſuſcipiatis in Domino dignè ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocūque negotio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoque aſtitit multis & mihi ipſi.

Salutate Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu: Act.18.a.2.g.26

(Qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt: quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ Gentium:)

Et domeſticam Eccleſiam eorum. Salutate Epænetum dilectū mihi, qui eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto:

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis.

Salutate Andronicum & Iuniā cognatos & concaptiuos meos, qui ſūt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto.

Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino. B

Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum.

Salutate Apellen probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli.

Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt in Domino.

Salutate Thryphænā & Tryphoſam, quæ laborant in Domino. Salu-

30 Per charitatem Spiritus διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος. Id eſt, per mutuā illam coniunctionē, qua Spiritus ſanctus animos noſtros deuinxit: quam vocat cōmunionē Spiritus, Philip.2.a.1. vnde Chriſtiana illa συμπάθεια charitatis Chriſtianæ effectrix: quū vno ſpiritu mēbra omnia reguntur. Hoc igitur vnum eſt ex illis Pauli phraſibus quibus nihil neque grauius, neque excellentius, neque Diuinius cogitari poteſt.

Vt mecum certetis συναγωνίσασθαί μοι. Vulg. vt adiuuetis me βοηθῆσαί μοι, non ſatis expreſſē. Indicat enim Paulus magnum ſibi certamē inſtare, metaphora à re militari ſumpta: præſagiens nimirū quod euenit, vt extremū periculū adiret. Eraſm. vt me laborantem adiuuetis, id eſt συμπονῆσαι, vel συναντιλαμβάνεσθαι, quod & ipſum eſt nimis dilutum. 31 Erga Hieruſalem ἡ εἰς Ἱερουσαλήμ. Id eſt, vt conuertit Eraſmus, quod exhibeo Hieroſolymis. Vetus interpres legit ἐν Ἱερουσαλήμ ſublato articulo, & cum verbo γένηται coniunxit. Idem quoque pro ἡ διακονία μου vertit miniſterii mei oblatio, id eſt ἡ τῆς διακονίας μου προσφορά.

33 Deus autem pacis *princeps* ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. Hunc Hebraiſmum ſuppleuimus ex Eſa.9.b.7.

IN CAPVT XVI.

2 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt Chriſti nomine, ſeu in Chriſti gratia. Eſt autem notandum hoc quoque, quo exprimitur τὸ ἴδιον Chriſtianæ charitatis, quum alioquin etiam apud prophanos homines extēt iſtarum virtutum ſimulachra. Hoſpitium præbuit προστάτις ἐγενήθη. προστάτις in genere præfectum declarat. item patronum ac defenſorem. qua ſignificatione putarunt hîc plerique Phœben dici προστάτιν, quòd multis & ipſi quoque Paulo affuiſſet. Mihi verò videtur hoc nomen grauius, ſi in ea ſignificatione accipias, quàm vt mulieri conueniat. Sciendū eſt igitur προστάται peculiari nomine dictos qui & πρόξενοι dicebantur, id eſt qui à ciuitate aliqua deligebantur, vt hoſpites ac peregrinos domū ſuam atque adeò in fidem ſuā reciperent. quod ſignificat Euſtathio προΐστασθαι τῶν ξένων. Significat ergo Apoſtolus huius Phœbes miniſtræ Eccleſiæ Cēchreenſis domum, veluti publicæ ſanctorum hoſpitis, fratribus peregrinis patuiſſe. quas virtutes in vidua requirit 1. Tim.5.b.10. 3 Priſcillam Πρίσκιλλαν. Sic vocatur huius Aquilæ vxor Act.18.a.2, & g.26. Conſentiunt hic quoque pleraque exemplaria. In nonnullis tamen legitur Πρίσκαν Priſcam, vt etiam legit Vetus interpres.

5 Eccleſiam ἐκκλησίαν. Id eſt fidelium cœtum. Erant enim iſti tum pietate tum eruditione inſignes, vt teſtatur Lucas, & Paulus ipſe qui pro collegis ſuis illos numeret. neque mirum eſt in tam ampla ciuitate diſtinctos fuiſſe fidelium cœtus. Cæterùm, vt Græcum vocabulum retinerem, non eo tantùm ſum adductus quòd tritum ſit Latinorum auribus, ſed etiam vt tandem dediſcat mūdus craſſum illum errorem, quo factū eſt vt Eccleſiā duntaxat pro tēplo accipiant plerique. At contrà Eraſmus hoc dedit ſuo ſeculo, vt mallet congregationē interpretari. Primitias Achaiæ ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας Alluſio eſt ad Legales cæremonias, quòd hic primus ex Achæis ſeſe Chriſto conſecraſſet, Euangelium amplexus. Sic enim malo accipere quàm cum Ambroſio referre ad hominis dignitatem. Cæterùm pro Ἀχαΐας Vetus interpres legit Ἀσίας Aſiæ, quam lectionem in vno duntaxat codice vetuſto inuenimus. Quod autem idem Vetus interpres ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ conuertit, qui eſt primitiuus, meritò mutatum eſt ab Eraſmo in Qui eſt primitiæ. Sed hoc quoque mihi viſum eſt duriuſculum.

7 Inter Apoſtolos ἐν τοῖς ἀποστόλοις. Id eſt quorum nomen apud ipſos etiam Apoſtolos viget. vel, qui & ipſi ſunt inſignes Apoſtoli. Sic enim accipitur interdū hoc nomen in genere pro iis qui Chriſti nomine funguntur legatione, vt 2.Cor.8.d.23. Fuerunt in Chriſto γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. Id eſt, Chriſto ſunt per fidē inſiti. éſtque diligenter notanda hæc formula. cuius emphaſin non expreſſeris, ſi dixeris, qui Chriſto acceſſerūt vel Chriſto nomen dederunt. 8 Ampliam Ἀμπλίαν. Vulgata legit Ἀμπλιάτον Ampliatū, quod & in vno codice inuenimus.

tate Perſidem chariſſimam,quæ multùm laborauit in Domino.

Salutate Rufum electũ in Domino, & matrem eius & meam.

Salutate Aſyncritum, Phlegõtem, Herman, Patroban, Hermen,& qui cum eis ſunt fratres.

Salutate Philologum & Iuliã, Nereũ & ſororem eius, & Olympiadẽ: C & omnes qui cum eis ſunt Sanctos.

2.Cor.16.d.20 2.cor.13.d.12 1.pet.5.d.14 ‖Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.

Rogo autẽ vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis,faciunt: ‖ 2.Ioh. d.10 &declinate ab illis.

Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocẽtium.

Veſtra enim obedientia in omnem locum diuulgata eſt.Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapiẽtes eſſe in bono, & ſimplices in malo.

Deus autem pacis conterat ſatanã ſub pedibus veſtris velociter. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ.

Act.16.a.1 philip.2.c.19 D Salutat vos ‖Timotheꝰ adiutor meꝰ & Lucius, & Iaſõ, & Soſipater, cognati mei.

Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam, in Domino.

Salutat vos Gaius hoſpes meus & Eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus frater.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ omnibus vobis. Amen.

Ephe.3.d.20 ‖Ei autẽ qui potens eſt vos confirmare iuxta Euangeliũ meũ & prædicationẽ Ieſu Chriſti ‖ Epheſ.1.b.9 coloſſ.1.d.26 2.tim.1.c.7 tit.1.a.1 ſecũdũ reuelationẽ myſterii tẽporibꝰ æternis taciti,

Salutate Perſidem dilectam,quæ multũ laborauit in Domino.

13 Salutate Rufum ſelectum in Domino,& matrem eius ac meã.

14 Salutate Aſyncritum,Phlegontem,Herman,Patroban,Mercurium,& qui cum iis ſunt fratres.

15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereũ & ſororẽ eius,& ″Olympam,& qui cum iis ſunt,omnes ſanctos.

16 Salutate alii alios ′oſculo ſancto. Salutant vos Eccleſiæ Chriſti. Oſculum.

17 Precor autem vos fratres, ′vt ſpeculemini diſſidiorũ & ſcãdalorũ authores, præter doctrinã quã vos didiciſtis,& declinetis ab eis.

18 Nam qui eiuſmodi *ſunt*, Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt,ſed ſuo ventri: & ′per blandiloquentiam ″& aſſentationem corda ″minimè malorum ſeducunt. Propter vẽtrem prædicantes.

19 Veſtra enim obedientia ad õnes peruenit. Gaudeo igitur quod ad vos *attinet*: ſed volo vos ″ſapientes quidem eſſe quoad bonum, ″innocentes verò quoad malum. Obedientia.

20 Deus autem ″pacis *princeps* ″conteret ſatanam ſub pedes veſtros citò. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* vobiſcum. Amen.

21 Salutant vos Timotheus adiutor meus & Lucius,& Iaſon,& Soſipater,cognati mei.

22 Saluto vos ′in Domino ego Tertius, ′qui deſcripſi epiſtolam,

23 Salutat vos ″Gaius hoſpes meus & Eccleſiæ totius. Salutat vos Eraſtus ′procurator vrbis,& Quartus frater.

24 ″Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cũ omnibus vobis. Amẽ.

25 ″Ei verò qui poteſt vos ſtabilire, ſecundum Euangelium meũ, & præconium Ieſu Chriſti, ex reuelatione ″myſterii quod à ″temporibus æternis tacitum fuit, Euangelium.

15 Olympan Ολυμπᾶν. Viri nomen, non mulieris. Vulg. Olympiadem, contra omnium noſtrorum codicum fidem.

16 Oſculo φιλήματι. Referendum hoc eſt ad eorum temporum morem: cuius exempla paſſim non modò in Sacris literis, ſed etiam apud profanos ſcriptores extant. Sanctum autem vocat quod ab animo proficiſcitur ſanctæ illius charitatis pleno.

17 Vt ſpeculemini σκοπεῖν. Id eſt, attentè & diligenter quaſi hoſtes è ſpecula obſeruetis. Vulg. vt obſeruetis, id eſt τηρεῖν vel φυλάττειν. Eraſ. conſideretis, quod minus etiam quadrat. 18 Per blandiloquen. διὰ τῆς χρηστολογίας. Hoc vocabulum ſicut ex duobus compoſitũ eſt, ita duplicem vim habet, quam vix poſſis niſi longo circuitu verborum Latinè exprimere. Primùm enim is eſt χρηστολόγος qui verbis multum pollicetur, re nihil præſtat: deinde quem ſi audias, dicas de te & commodis tuis magis quàm de ſeipſo ſolicitum. Huius ſceleris exemplar ſit Satanæ tentatio qua Euam fefellit. quanquam non ita procul abeundum vt plurima & certiſſima ſpectemus eius exempla.

Et aſſentationem καὶ εὐλογίας. τὸ εὐλογεῖν Græcis declarat τὸ ἐπαινεῖν laudare, vnde εὐλογία dicitur oratio ad prædicandas alicuius laudes accommodata: cuiuſmodi eſſe præcipuè ſolet aſſentatorum, vt pulchrè deſcribit Plutarchus libello in adulatores edito. Sed & εὐλογία pro fucata illa & inani facundiæ ſpecie accipi poteſt, qua tecti pſeudoprophetæ ſolent ſimplicium animos fallere. Item quum apud theologos εὐλογία accipiatur etiam pro fauſta precatione, poteſt hæc quoque ſignificatio huic loco conuenire: quòd his præcipuè artibus ſoleant vti pſeudoprophetæ, vt ſimplices præſertim mulierculas ſub pietatis & longarum precum prætextu deuorent. Hi ſunt ſcilicet quos peculiari nomine religioſos vocamus, & noſtro idiomate *chatemites, bigots, pates pelues*, id eſt, vt vno verbo omnia complectar, monachos: adeò à vetuſtis illis patribus degenerauerunt. Minimè malorum τῶν ἀκάκων. Sic mihi videtur Terentius Græcum hoc nomen ad verbum expreſſiſſe. Vulg. innocentiũ. Eraſ. ſimplicium. 19 Sapientes σοφούς. Id eſt, cognitione veritatis & prudentia quoque inſtructos, vt bona amplecti, mala vitare, fraudes & laqueos pſeudoprophetarum effugere, illis etiam apertè obſiſtere poſſitis. quæ ſæpe inculcat Apoſtolus. Vbi igitur fides illa implicita quam vocant? Innocentes ἀκέραιοι. Id eſt qui nullam prorſus nocendi artem teneatis, nedum vt re ipſa noceatis cuiquam. Vulgara, ſimplices. Eraſmus, ſynceros. Vide Matth.10.b.16.

20 Pacis *princeps* εἰρήνης. Vide ſuprà 15.g.33. Conteret συντρίψει Sic habent omnes codices Græci quos inſpeximus. Vetus tamen interpres legit συντρίψαι conterat, vt non ſit promiſſio ſeu diuinatio qua confirmentur Romani ad perſeuerandum: ſed precatio potius vt Dominus ipſorum conatibus proſperum det ſucceſſum.

22 In Domino ἐν Κυρίῳ Hoc quidem ita collocatum eſt in Græco contextu vt etiam ad verbum ἔγραψα referri poſſit, quaſi dicat Tertius ſe hanc epiſtolam deſcripſiſſe in Domino, id eſt hanc operam Apoſtolo propter Dominum cõmodaſſe. Sed vberior & planior erit ſenſus ſi cum ſalutandi verbo connectas, ita vt nos fecimus. Qui deſcripſi ὁ γράψας. Id eſt, qui dictante paulo excepi, vel ex eius aduerſariis deſcripſi. Vulg. & Eraſ. qui ſcripſi, vocabulo ambiguo.

23 Gaius Γάϊος. Duorum Gaiorum fit mentio in hiſtoria Apoſtolica: vnius Derbæi, qui Paulum aſſectabatur, Act.20.a.4. Alterius Corinthii, quem Paulus ipſe baptizauit, 1.Cor.1.b.14, cuius hîc fieri mentionem probabile eſt. Itaque iis aſſentior qui hanc epiſtolam dicunt Corinthi ſcriptam, quum Apoſtolus tertiò illuc veniſſet, vt ipſe ſignificat 2.Cor.12.e.14, nempe vltima illa in Græciam profectione quæ deſcribitur initio capitis Actorum vigeſimi: vnde profectus quum Hieroſolymam veniſſet, ibi captus & Romam tandem inde deuectus eſt.

Procurator ὁ οἰκονόμος. ſeu Curator, quod nomen in veteribus inſcriptionibus ſæpe inuenitur. Græcum autem vocabulum declarat rei domeſticæ diſpenſatorem. Ideo maluit Eraſmus quæſtorem ærarium interpretari. quod & ipſum non improbo. Arcarium autem, quo vtitur Vetus interpres, non memini legere. Cæterùm vrbis nomen non exprimit Apoſtolus, ſed Corinthum ſignificari exiſtimo, iis coniecturis adductus quas paulo antè expoſui. 24 Gratia Domini ἡ χάρις Quia hæc eadem paulo antè poſita ſunt, nempe verſu 20, apud Ambroſium & Origenem hîc non repetuntur, nec in vetuſtiſſimo codice Conſtantienſi. Apud Chryſoſtomum priore loco nõ addũtur, ſed hîc duntaxat, idque poſt δοξολογίαν, ita ſcilicet vt epiſtolam claudat. Hæc Eraſmus.

25 Ei verò qui poteſt τῷ δὲ δυναμένῳ. Admonuimus ſuprà 14.d.23, in omnibus noſtris vetuſtis codicibus deſinere hanc epiſtolam in ſuperiorem verſiculum, quomodo etiam cæteræ clauduntur: reliqua vero ab hoc verſiculo ad finem vſque, attexi decimoquarto capiti.

Myſterii μυστηρίου. Id eſt arcani. Vocat autẽ arcanũ, opinor, non tam Euangelicã doctrinam, quàm Gentiũ vocationem, vt ipſe explicat Epheſ.cap.3. A tẽporibus æter. χρόνοις αἰωνίοις. Id eſt, vt alibi loquitur, ἑτέραις γενεαῖς, aliis omnibus ætatibus, ac iam inde à mũdi initio, nequis hic nobis æternũ mundum fabricet. Neque enim αἰών pro quo Hebræi עולם dicũt, ſemper declarat tempus quod vel nunquam cœperit, vel nunquam deſinat: ſed ſpectandum eſt quibus rebus accommodetur.

Scripturæ.

Fides.

Nũc verò factũ eſt manifeſtũ'& ꝑ ſcripturas Propheticas ex īperio æterni Dei'in obedientiã fidei, apud quaſuis gẽtes "declaratũ. 26

"Soli *inquam* ſapiẽti Deo,gloria per Ieſũ Chriſtũ,"in ſecula. Amẽ. 27

Ad Romanos ſcripta fuit Corintho,per Phæben miniſtram Cenchreenſis Eccleſiæ.

26 Quod nũc patefactũ eſt per ſcripturas Prophetarum ſecundum præceptũ æterni Dei, ad obeditionẽ fidei, in cunctis Gentibus cogniti.

27 Soli ſapienti Deo,per Ieſũ Chriſtũ, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amẽ.

Scripta fuit à Corintho,per Phœbẽ miniſtram Cenchreenſis Eccleſiæ.

26 Et per ſcrip. διά τε γραφῶν. Vetus interpres expunxit particulã τε,quæ tamẽ eſt prorſus neceſſaria, vt cõnectãtur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος:neque verò cauſam video cur hìc laboraret Eraſmus,quaſi τε ſẽper debeat cũ præcedẽtibus cohærere,aut καὶ ſubiũgi. In obedientiam fidei εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Vide ſuprà 1.a.5. Declaratum γνωρισθέντος. Id eſt oblatum & quarumuis Gentium cognitioni expoſitum.Sed duo hìc notanda ſunt, nẽpe neque vniuerſaliter hoc dici, quaſi quũ hæc Paulus ſcriberet, nulla prorſus gens eſſet ſub cælo,cui non eſſet annuntiatum Euangeliũ(hìc enim particula πᾶς,vt alibi ſæpe,non omnẽ ſed quenuis declarat)neque de ſingulis hominibus hoc eſſe accipiendum,quum non ſit omnibus datum vt Dei myſteria nouerint,Matth.13.b.11.Vulgata,cogniti,ſenſu multum diuerſo ac prorſus etiam falſo.Nam longè aliud eſt γινώσκειν,id eſt cognoſcere,quàm γνωρίζειν,id eſt notificare.

27 Soli *inquam* Μόνῳ. Hoc hyperbaton(quod multos ex veteribus torſit & ipſum etiam Eraſmum,adeò vt ingenuè dicat ſe nõ reperire quod hic cõminiſcatur)ſtudui illuſtrare,primùm addito verbo inquam,quod in epanalepſi ferè ſolet vſurpari:deinde particula ᾧ, vnde nata eſt tota difficultas,ſine difficultate expuncta,non tam quia in Complutenſi editione deeſt, quàm quòd manifeſtus ſit Hebraiſmus, quum ſcilicet expreſſo antecedente relatiuum πλεονάζει. In ſecula. εἰς αἰῶνας. Vide Matth.6.b.13.Nonnulli codices addunt τῶν αἰώνων ſeculorũ. Sic enim Hebræi dicunt לעולם עולמים,quod expoſuimus Luc.1.e.50.

EPISTOLA PAVLI AD Corinthios prior.

Πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

Sanctificatio.

Inuocare Chriſtum.

Gratia per Chriſtum.

Paulus 'Vocatione Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei,& Soſthenes frater: 1

Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi,"ſanctificatis'in Chriſto Ieſu,"vocatis ſanctis,"cum omnibus "qui inuocant nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti,in quouis loco, "*Domini inquam* tũ ipſorum,tum noſtri: 2

"Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro,& Domino Ieſu Chriſto. 3

'Gratias ago Deo meo ſemper de vobis,ob gratiam Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu. 4

VETVS.

Cap.I.

Paulus Vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti,ꝑ voluntatem Dei,& Soſthenes frater.

Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi‖ſanctificatis in Chriſto Ieſu,‖vocatis ſanctis, cum omnibus‖qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco,ipſorum & noſtro:

Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro,& Domino Ieſu Chriſto.

Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu:

Act.15.b.9
1.theſ.4.b.7
Rom,1.a,7
epheſ,1.a.1
coloſſ.1.c.22
2.tim.1.c,9
tit.2.c.1
2.Tim.1.d.22

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Vocatione κλητὸς Vide Rom. 1.a.1, vbi non hoc tantùm ſed alia etiam multa expoſuimus,quæ tum in huius epiſtolæ tum etiam aliarum inſcriptione occurrunt. 2 Sanctificatis ἡγιασμένοις. Ratio conſtructionis poſcebat vt potius ſcriberetur ἡγιασμένῃ ſanctificatæ.Sed in collectiuis omnibus ſolet interdum ſententiæ potius quàm verborum ratio haberi in omnibus linguis. Quod autem attinet ad verbum ſanctificandi,de eo diximus multis locis,ac præſertim Iohan.17.c.17,& Rom.6.d.19. In Chriſto Ieſu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſmus, per Chriſtum Ieſum,vt etiam Græca ſcholia explicant.Ego verò malui ſeruare præpoſitionem ἐν,quòd melius declaret quomodo nos Pater per Chriſtum ſanctificet,id eſt à reliqua hominum colluuie ſeparatos ac purgatos,ſibi pro filiis conſecret, nempe donando nos Filio ſuo,vt ipſe ſit in nobis & nos in eo. Eadem cauſa fecit vt infrà verſu 4, iterum eadem verba ſimili modo conuerterim,& verſu 5, ἐν αὐτῷ ſim interpretatus in eo,potius quàm per eum. Vocatis ſanctis κλητοῖς ἁγίοις Id eſt,quos Deus pro gratuita ſua bonitate ſibi ſegregauit,vel quos Deus ad ſanctitatem vocauit.Illa expoſitio fontem ſanctificationis,iſta finem aperit.Illud autem ſæpe iam eſt à nobis annotatum,verbum קרא id eſt vocare,apud Hebræos interdum declarare ipſius ὑπάρξεως initium, quod Deo tribuatur,vt qui ſcilicet ſolo verbo res omnes condat:interdũ verò publicã eámque minimè nudã nuncupationem ſignificare,ſed quicum res ipſa cõſentiat.quo modo etiã Euſtathius nobilis Homeri interpres explicat verbum καλεῖσθαι libro Iliad.δ΄.ſcribens in verba illa,καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι. Cum omnibus σὺν πᾶσι. Si hæc accipias prorſus vniuerſaliter,catholica fuerit hæc epiſtola,præter Apoſtoli conſuetudinem. Itaque hunc locum explicandum puto ex altera epiſtola,quæ diſertè inſcribitur non tantũ Corinthiis, ſed etiam reliquis totius Achaiæ fratribus, cuius metropolis erat Corinthus:ſicut epiſtola ad Galatas generalem etiam inſcriptionem habet. Verùm, vt dicam quod ſentio,mihi potius placet legere συμπᾶσι, ſicut in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. quam lectionem ſi amplectamur,ita licebit hũc locum interpretari,Vocatis ſanctis vniuerſis,qui ſcilicet inuocant,&c.vt τοῖς ponatur αἰτιολογικῶς,ſicut Rom.1.d.18. vel,Vocatis ſanctis[id eſt] omnibus iis qui inuocant,&c. Sunt autem addita hæc omnia ad explicandum Eccleſiæ nomen. Qui inuocant τοῖς ἐπικαλουμένοις. Inuocandi verbum propriè de eo dicitur qui Dei ſubſidium cum clamore petat,vt qui in periculo eſt conſtitutus.Eſt itaque vera inuocatio,fidei fructus.Nemo enim Deum appellat niſi qui eius præſidio tutum ſe fore ſperat.Inde factum vt κατὰ συνεκδοχὴν pro toto Dei cultu accipiatur,vt Inuocare nomen Chriſti,idem valeat atque Chriſtum pro Deo re ipſa agnoſcere. *Domini, inquam,*tum ipſorum,tum noſtri αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Vulg.ipſorum & noſtro. Eraſ.vel ſuo vel noſtro. Retulerunt enim hæc ad τόπῳ,quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen iis aſſentior qui coniungunt cum Κυρίου,vt ſit correctionis ſpecies,quia ſcilicet duntaxat dixerat Κυρίου ἡμῶν Domini noſtri. in qua opinione eſt Photius, primi inter Græcos ſcholiaſtes nominis,itémque Chryſoſtomus & Theophylactus.Primùm enim nullã ſatis idoneã cauſam video cur hoc addatur,ſi de loco accipias,quum ſatis fuerit dixiſſe,omnibus & in omni loco.Deinde ne hoc quidem videre poſſum cur Paulus noſtrũ locum vocet Iudæam,vt interpretatur Ambroſius,ipſorum verò locũ cunctas Gentiũ Eccleſias.Nam neque hæc cõſuetudo eſt Pauli vt Gentes compellans,ſeſe cum Iudæis cõiungat, præſertim in prooemiis: neque etiam Paulus ex Iudæa erat,(hìc autẽ de loco non de religione agitur) denique ſi Iudæos conſtituerat Apoſtolus Gentibus opponere, cur Iudææ vnius meminiſſet, quum per orbem terrarum eſſent diſperſi qui ex Iudæis crediderant?Poſtremò id quoque obſeruandum puto,Apoſtolum non ita ſcripſiſſe vt vertit Eraſmus,vel ſuo vel noſtro: ἢ αὐτῶν ἢ ἡμῶν,per diſiunctionem,ſed connexa enuntiatione dixiſſe αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, & ipſorum & noſtro: vt prorſus neceſſe videatur hæc accipere de eo quod Apoſtolus ſignificet vtrorumque eſſe commune.At enim cur iſta Paulus commemorat?Optima certè ratione.Nempe vt iam inde ab initio iaciat futuræ diſputationis fundamentum.Nam ſi Corinthii cæterique omnes ab vno Deo vocati ſunt & in vno Chriſto ſanctificati,ſi omnes vnum eundémque Dominũ habent ac profitentur,vnde factiones iſtæ quæ inter eos vigebant,quaſi Chriſtus eſſet diuiſus?

3 Gratia χάρις. Vide Rom.1.a.7,vbi totum hunc verſiculum expoſuimus.

Quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in õniſciẽtia:

5 Quòd″in õnib⁹″ditati ſitis″in ipſo,õni ſermone õníq; cognitione:

Sicut teſtimonium Chriſti cõfirmatum eſt in vobis:

6 ″Prout teſtimonium Chriſti confirmatum fuit in vobis.

Tit.2.c.11
philip.3.d.20

Ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia ‖expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti,

7 ′Adeovt nullo dono″deficiamini,″expectantes″dũ reueletur Dominus noſter Ieſus Chriſtus,

1.Theſſ.3.d.18.
& 5.d.23

‖Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

8 ″Qui Deus etiam confirmabit vos vſque ad finem″inculpatos″in die″Domini noſtri Ieſu Chriſti.

1.Theſſ.5.d.24

B

‖Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filii eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

9 ″Fidelis Deus,″per quem vocati eſtis in′communionem filii ipſius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Obſecro autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & nõ ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti eadem mente, & eadem ſententia,

10 Precor autem vos,fratres,per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti,vt″idem loquamini omnes,&non ſint inter vos″diſſidia, ſed ſitis″coagmentati,eadem mente & ſententia.

5 In omnibus ἐν παντὶ Eraſm.omnibus,quaſi dicat Apoſtolus eos in Chriſto abũdare omni genere beneficiorum quæ ſolet Eccleſia ex Deo percipere. Idipſum verò quum paulo poſt , id eſt verſiculo 7,dicatur,non facilè admiſerim hanc ταυτολογίαν.Deinde quum poſtea enumerẽtur ſpecies,alterum neceſſe fuit,nempe vt vel eæ ſpecies enumerarentur quæ totum genus comprehenderent,vel adiiceretur particula quæ oſtenderet exempli cauſa certas duntaxat eáſque præcipuas ſpecies recenſeri.Sed neque particula vlla adiicitur , neque duæ illæ ſpecies nempe λόγος & γνῶσις,videntur omnia comprehendere.Itaque ἐν παντὶ exiſtimo idem declarare atque in omni re ſeu negotio. Ditati ſitis ἐπλουτίσθητε Annotauimus Ro.2.a.4,diuitiarum nomine omnem copiam ac abundantiam ſignificari apud Paulum: quo modo etiam apud idoneos ſcriptores τὸ πλουτεῖν pro εὐπορεῖν accipitur. In ipſo ἐν αὐτῷ Eraſm.per ipſum.Vide ſuprà verſ.2. Omni ſermone ἐν παντὶ λόγῳ Hîc demum Apoſtolus ſignificat quæ ſint opes quibus Corinthii abundent in omni negotio:itaque redundat præpoſitio ἐν ex Hebræorum idiotiſmo,vt Ephe.2.a.4,Iac.1.b.10,1.Tim.6.d.18.Solent enim Græci τὸ πλουτεῖν potius connectere cum ſecundo caſu, aut tertio ſine præpoſitione.Particula autem πᾶς hoc loco,vt Rom.15.c.14,1.Cor.13.a.3,& alibi ſæpe, non eſt propriè vniuerſalis, ſed totum quiddam & integrum declarat , quod tamen rurſus ita eſt accipiendum vt meminerimus eius quod ſcribitur infrà 13.c.9, Nos omnes,quandiu hic verſamur, nonniſi ex parte cognoſcere ac prophetare . Itaque quum omnem ſermonem omnémque cognitionem tribuit Corinthiis Apoſtolus,quædam eſt ſpecies hyperboles,ad præſentem fidelium conditionem reſtringendæ.Cæterùm λόγον, id eſt ſermonem,vocat eximiam rerum Diuinarum intelligentiam,quam alibi σοφίαν appellat,& ferè cum γνώσει coniungit,vt inferiore. Aſſentior igitur Chryſoſtomo,qui Paulum cenſet ab iis donis commendare Corinthios,quorum abuſum eò iuſtius paulo pòſt eſſet in ipſis reprehenſurus,quòd ſcilicet illis ad inanem oſtentationem & vanam facundiæ ſpeciem abuterentur.

6 Prout καθὼς Eraſ. Quibus rebus,id eſt δι᾽ ὧν,vt etiam Græca ſcholia interpretantur,ſed prorſus coactè,quum per ſe plana & aperta ſit ſentẽtia.Gratias ago Deo,inquit Apoſtolus,quòd in Chriſto ſitis ditati omni cognitione & ſermonis etiã gratia.quod ita eſſe vt dico,ſatis apparet ex eo quòd Chriſti teſtimonium ſit in vobis confirmatum.id eſt, ex eo quòd firma ac luculenta ſint in vobis quæcunque de Chriſti præſentia ac virtute teſtantur.nempe dona illa omnia Spiritus ſancti , quibus tam abundè eſtis inſtructi vt nullum vos deficiat. Hæc eſt,ni fallor,huius loci genuina expoſitio:quam quum etiam Photius in Græcis ſcholiis annotarit, miror ab Eraſmo fuiſſe præteritam . Simili ratione argumentatur Petrus Act.10.g.47,& 13.b.7 8 &9.nimirùm ab effectis ad cauſam.

7 Adeò vt ὡς. Vt hoc loco non notat finem ſed conſequutionem,ſicut rectè annotauit Eraſmus. Ego adiicio,cohærere non cum verſ.5, ſed cum verbo ἐβεβαιώθη confirmatum eſt,cuius nimirum reddat rationem.vt ab iis planè diſſentiam qui verſiculum ſextum addita parentheſi ab iſto diuellunt. Deficiamini ὑστερεῖσθαι. Vulg.deſit.Eraſ.deſtituamini. Vide Rom.3.c.23. Expectantes ἀπεκδεχομένους.Id eſt, interim dum expectatis:quaſi ſcriptum ſit ἐν τῷ ἀπεκδέχεσθαι. Dum reueletur τὴν ἀποκάλυψιν. Vulg.& Eraſ.reuelationem,ambiguè,quum etiam actiuè poſſit accipi.Loquutur autem Paulus de altero Chriſti aduentu,vt & Petrus 1.epiſt.1.b.7,& c.13.

8 Qui Deus ὅς. Repetendum eſt Dei nomen à verſu 4,vbi dixerat, εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, Gratias ago Deo, & paulo pòſt, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ,pro ἐπὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ,id eſt,ob gratiam Dei,pro,ob gratiam ipſius, repetito antecedente,ex Hebræorum more,loco relatiui. Neque eſt quòd quiſquam hac eclipſi offendatur,quum ſuperiores verſiculi,nempe 5.6 & 7,cum extremo quarto prorſus cohæreant. Inculpatos ἀνεγκλήτους. Id eſt,vt ſitis inculpati.inculpatos autem vocat non quos nunquam quiſquam culparit,ſed quos nemo poſſit meritò culpare. id eſt eos qui ſunt in Chriſto Ieſu,in quibus ſcilicet nulla eſt condemnatio. vt expoſuit Rom.8.a.1, & f.33. Vide Luc.1.a.6, vbi expendimus quod iterum hoc loco inculcat Eraſmus,eſſe ſcilicet perfectius atque etiam difficilius ἀνέγκλητον eſſe quàm innocentem. In die ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Eraſ.in diem,Id eſt εἰς τὴν ἡμέραν,vt Rom.2.a.5,quod mihi non placet hoc in loco.Dies autem Domini quid ſignificet,declarauit ipſe Apoſtolus Rom.2.c.16. Domini noſtri τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Vulg.aduentus Domini noſtri,τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis πιστός. Id eſt verax & conſtans,vt illum prædicat Dauid Pſal.138.Itaque vera & propria ſignificatione accipitur fidei nomen hoc in loco,nempe pro dictorum ac conuentorũ conſtantia & veritate,vt à Cicerone definitur. quanuis peculiariter hic videatur conſtantia Dei ſignificari.Nam quòd vocet in filii ſui communionem,id omne ipſius veritati tribuendum eſt, qui verax eſſe non deſinat etiamſi mendaces ſimus:quòd autem quoſcunque ſemel donauit filio,nunquam poſtea illi eripiat,ſed perſeuerantiæ Spiritu donet, in eo ſe verè conſtantem declarat. Alioquin πιστοὺς diuerſa ſignificatione ſolet vocare Apoſtolus eos qui fide ſunt Chriſtum amplexi. πιστὸς autem λόγος vocatur 1.Tim.4.c.9,& 2.Tim.2.b.11,ſermo firmus & qui fallere nunquam poſſit,eadem ratione qua fidelis ipſe Deus dicitur. Per quem δι᾽ οὗ. Id eſt ὑφ᾽ οὗ à quo.Eſt enim promiſcuus harum præpoſitionum vſus:vt planè inepti ſunt qui iſtis ſyllabarum aucupiis conantur homines imperitos irretire,vt Dei οὐσίαν diſcerpant,aut perſonarum inæqualitatem inuehant:aduerſus quos egregiè diſputat Baſilius. Cõmunionem κοινωνίαν. Vulg.ſocietatem.Eraſ.conſortium.Sed Communionis vocabulum,vt rectè indicauit doctiſſimus interpres,& Græcam vocem & noſtram illam cum ipſa Chriſti ſubſtantia coniunctionem melius declarat.

10 Idem τὸ αὐτό. Vulg.idipſum,de quo diximus Rom.12.c.16. Diſſidia σχίσματα. Vulg.ſchiſmata,id eſt διχοστασίας,quas Apoſtolus ab hæreſibus diſtinguit Gal.5.d.20.Eſt enim,vt opinor,propriè σχίσμα ſeu διχοστασία,animorum ſimpliciter ſeu voluntatum diſſenſio,quũ alii aliis hominibus,vel externis ritibus ita ſunt addicti,vt quanuis alioquin in ipſis religionis capitibus conſentiant, tamen animis ſint abalienati & factiones quaſdam ineant:vt Corinthii,quorum alii Apollo,alii Cepham,alii Paulum iactabant.Hæreſis verò propriè declarat certam quãdam factionem doctrinæ cauſa exortam, vt expoſuimus Act.5.d.17. Hic tamen Paulus ſchiſma in genere vocat omnem diſſidii ſpeciem, vt apparet ex eo quòd illi opponitur:id eſt ex conſenſione quam requirit tum in ſententia ſeu eodem in religionis capitibus iudicio (id enim propriè declarat γνώμη)tum in animorum ſeu voluntatis coniunctione,(id enim eſt quod mentis appellatione intelligit:vnde ὁμόνοιαν Græci vocant quam Latini concordiam)denique in ipſa etiam oratione,quæ & iudicii & voluntatis eſt index . Vt autem ita hunc locum interpreter non eo tantùm adducor,quòd hac ratione ſeruetur ſimplex ac genuina verborum ſignificatio,ſed etiam quòd ita maximè appareat naturalis & concinna omnium partium collocatio . Aſcendit enim Paulus ordine retrogrado ab imis ad ſumma, nempe à locutione ad voluntatem,à voluntate ad fontem ipſius tum voluntatis tum locutionis,id eſt ad animi iudicium. Coagmentati κατηρτισμένοι ſiue coadunati , ac compacti,vt totum quippiam quod ſuis omnibus partibus aptè inter ſe cohærentibus componitur. Nam ſicut alibi expoſuimus,hoc verbum de quantitate diſcreta,quam vocant,propriè dicitur. vt autem res omnes eiuſmodi ex multis partibus compoſitæ,ſuis numeris conſtent,duo requiruntur,nempe vt pars nulla deſit,aut ſuperſit:deinde vt omnes aptè inter ſe cohæreant. Inde factum vt ἄρτιος integrum & perfectum declaret,quum ſcilicet de numero pari propriè dicatur,& ἀρτίζειν cum ſuis compoſitis non modò pro componere ſeu cõpingere ac coagmentare,vt Ro.9.d.22,ſed etiam pro perficere accipiatur. Deinde etiã apud medicos vſurpetur pro luxata membra in ſuũ locum reſtituere.qua ſignificatione videtur trãſlatitiè poni Gal.6.a.1.Denique etiam pro ſarcire quod ruptum eſt ac diſſolutum,vt Mat.4.d.21. Sed ſpectandum quid cuique loco conueniat.Mihi quidem non placet Veteris interpretis ſententia, qui κατηρτισμένους exponit perfectos, quum hoc nomine ferè intelligãtur perfectæ virtutis homines.Eraſmus verò longius à Græcis receſſit quum interpretaretur, ſed ſitis integrum corpus:nec ſatis etiam perſpicuè videtur loquutus.

'Declaratum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, 'à domeſticis Chloes, quòd lites ſint inter vos. 11

Hoc autem dico, vnumquenque veſtrũ dicere, Ego quidem ſum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cephæ, "ego verò Chriſti. 12

'Num diſpertitus eſt Chriſtus? num Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut "in nomen Pauli baptizati fuiſtis? 13

Gratias ago Deo meo, quòd neminem veſtrum baptizauerim, niſi Criſpum & Gaium: 14

Vt ne quis dicat quòd in meum nomen 'baptizauerim. 15

Baptiſmus.

Baptizaui autem etiam Stephanæ familiam: cæterum haud ſcio num quem alium 'baptizauerim. 16

Euangelizare.

'Non enim miſit me Chriſtus vt baptizarem, ſed vt euangelizarẽ: "non *tamen*" cum dicẽdi peritia, ne inanis reddatur crux Chriſti. 17

Crux.
Stultitia.
Dei virtus.

Nam "ſermo ille de cruce, iis quidem qui pereunt, ſtultitia eſt: nobis autem qui ſeruamur, "potentia Dei eſt. 18

Sapientia mundi reiicitur.

Scriptum eſt enim, Abolebo ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentium "tollam è medio. 19

11 Significatum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos.

12 Hoc autẽ dico, quòd vnuſquiſque veſtrum dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem ‖ Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Act.18.f.24

13 Diuiſus eſt Chriſtus? nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?

C

14 Gratias ago Deo quòd neminem veſtrum baptizaui, niſi ‖ Criſpum & Gaium: Act.18.c.8

15 Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati eſtis.

16 Baptizaui autem & Stephanę domum ‖: cæterum neſcio ſi quem alium baptizauerim.

17 Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare: ‖ non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Galat.5.a.2 2.petr.1.c.16 infrà 2.a.14

18 Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt: iis autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, ‖ Dei virtus eſt. Rom.1.b.16

19 Scriptum eſt enim, ‖ Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Eſa.29.c.14

11 Declaratum eſt ἐδηλώθη Vulg. & Eraſ. Significatum eſt ἐσημάνθη. Declarat autẽ τὸ δῆλον aliquid amplius quàm τὸ σημαινόμενον, vt apud Latinos differunt declarare & ſignificare. Sic enim Cicero, ad Luceium ſcribens, Itaque, inquit, hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolùm ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Pertinet autem huius vocabuli explicatio ad ſententiæ pondus, ne ſcilicet Apoſtolus cuiuis delationi temere videatur crediſiſſe. A domeſticis Chloes ὑπὸ τῶν Χλόης Similis dicendi formula occurrit Rom.16.b.10 & 11, vt mihi dubium eſſe non poſſit quin Chloe ſit religioſæ alicuius matronæ nomen. Nam neque vllus in eo tractu locus commemoratur hoc nomine, neque ſi locus ſignificaretur, prætermiſſa fuiſſet præpoſitio, vt rectè obſeruauit Eraſmus. Deinde paſſim apud Græcos hoc nomen mulieribus tribuitur. 12 Hoc autem dico, vnumquenque veſtrum dicere, λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει. Id eſt, quod autem vobis dictum volo, ſiue, quod mihi dico à domeſticis Chloes declaratũ, illud eſt, vos ſcilicet hoc ſolere dictitare, Ego quidem ſum Pauli, &c. Similis formula occurrit Rom.15.b.8. Aliis placuit ὅ,τι excudere, quaſi ſit pronomen: nos tamen nuſquã inuenimus ita ſcriptum. Ab aliis denique ὅτι accipitur pro διότι, id eſt, quia vel propterea quód. Suum cuique liberum iudicium eſto. Nam quocunque modo accipias, eadem manebit ſententia. Illud verò notandum eſt, ſingulis non tribui hæc omnia, ſed alia aliis. Neque enim vnuſquiſque dicebat, Ego ſum Pauli, ego ſum Cephæ, ſed alius quidem Paulum, alius verò Cepham iactabat. Itaque hoc quoque dicendi genus, vt alia multa, petitum eſt è medio.

Ego verò Chriſti ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Chryſoſtomus, quantũ licet ex eius interpretatione colligere, ſic iſta diſtinxit quaſi non ſint Corinthiorum, ſed ipſius Apoſtoli verba, Corinthios ſuo exemplo docentis quidnam ſentire ac docere deberent. Eam verò expoſitionẽ ſi ſequamur, adſcribendũ erit punctũ poſt Κηφᾶ, & pro Ego verò Chriſti, dicendũ erit, At ego ſum Chriſti, & verſiculus 13 ab his verbis inchoandus. Fuit autem in hanc ſententiam adductus Chryſoſtomus, eo quòd non videatur reprehendi poſſe qui ſe Chriſti eſſe dicunt: quæ ratio quum non adeò ſit firma quin conuelli facilè poſſit, & omnes codices vno conſenſu iſta connectant cum præcedentibus (quaſi vna etiam iſtorum factio fuerit qui ſe Chriſti eſſe dicerent) nolim à recepta lectione temere diſcedere. Puto igitur ſuperiores factiones, eorum fuiſſe qui plus æquo his vel illis verbi miniſtris erant addicti, adeò vt cæteros aſpernarentur, & homines potius quàm Chriſtum ipſum colerent: hanc autem poſtremam particulã ad eos pertinere qui in contrariã partem peccabant, id eſt qui ſe vnius Chriſti ita eſſe dicebant, vt interim iis per quos Deus loquitur nihil tribuerent. quo peſtilentiſſimo morbo vtinam nulli hodie laborarent. Itaque Apoſtolus non reprehendit eos ſimpliciter qui vnius Chriſti ſe eſſe dicerent, ſed qui Chriſtum ita profitebantur, vt nec Paulum, nec Apollo, nec Cepham, id eſt nullos miniſtros quantumuis excellentes pro miniſtris agnoſcerent. Nec enim minus peccat qui Dei miniſtros ſpernit, quàm qui certis hominibus nimium tribuit.

13 *Num* diſpertitus eſt Chriſtus? μεμέρισται ὁ Χριστός; Sic malo legere quàm tollere interrogationem cum Theodorito. Itaque ſubaudienda eſt particula μὴ, quam Eraſmus rectè expreſſit, ne poſthac corrumpi facilè poſſit hic locus: & in vno Græco exemplari additã cõperimus. Quòd autem Chryſoſtomus actiuè interpretatur μεμέρισται, diuiſit, nimis eſt violentũ, quum plana ſit ſentẽtia, nõ poſſe vel aliquos miniſtros nullo loco haberi, vel Chriſtũ miniſtris opponi, quin veluti diſcerpatur. In nomen Pauli εἰς ὄνομα Παύλου. Ortũ eſt hoc dicendi genus ex Baptiſmi formula quæ deſcribitur Matth.28.d.19. Quid autem valeat nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti in ea formula, diximus Act.3.c.16, & 19.a.3. In ſumma, baptizamur in Chriſti nomen, id eſt in Chriſtũ (ac proinde Patrẽ ac Spiritum ſanctũ) quòd eũ profiteamur nos pro Deo habere, à cuius authoritate pendeamus, & cuius virtute ſanctificemur. 15 Baptizauerim ἐβάπτισα. Quidã vetuſti codices habent ἐβαπτίσθητε baptizati ſitis, vt legit Vetus interpres. Quidã ἐβαπτίσθη, baptizatus ſit. quã poſtremã lectionẽ cæteris antepono, quòd optimè cohæreat cũ ἵνα μή τις, vt ne quis. Quidã vertit lauauerim, illoto certè ſermone, vtinã ne etiã animo. 17 Non miſit οὐκ ἀπέστειλε. Atqui iuſſi ſunt etiã baptizare Apoſtoli, & ipſe Apoſtolus aliquot baptizauit. Eſt igitur quædã ſpecies hyperboles, petita & ipſa è medio, vt opinor, quando abſolutè negatur quod tamen κατά τι negari debuit. Intelligit enim Paulus ſe nõ peculiariter & præcipuè baptizandi ſed Euãgelizãdi munus à Deo accepiſſe. Similis eſt loquẽdi forma Ierem.7 e.21. Nõ *tamen* οὐκ. Addidi hãc particulã, vt oppoſiti mẽbri eclipſis minus ſentiatur. Nã ad explẽdã ſententiam adiiciendũ fuerat, ſed per ſapientiã Dei. Similis eclipſis occurrit Ro.14.a.1. Cum dicendi peritia ἐν σοφίᾳ λόγου. Vulg. barbarè & obſcurè, in ſapiẽtia verbi. Eraſ. erudito ſermone. Porrò σοφία & φρόνησις ſic diſtinguũtur, vt illa in cõtẽplatione, iſta in actione verſetur. Sed σοφίας vocabulũ conſtat interdũ latius patere: adeò vt omnis generis artifices periti ſoleant à Græcis σοφοὶ appellari, vt infrà 3.b.10. Sed & nominatim ſophiſtæ dicti ſunt qui illã in rebus ciuilibus adminiſtrãdis ſolertiã cum forẽſi facundia cõiunxerunt, & ab agendo ſeſe ad dicendũ contulerũt, vt ait in Themiſtocle Plutarchus. Itaque non dubito quin oratoriã facultatẽ Apoſtolus appellet λόγου σοφίαν, quam à ſe non modò vt nõ neceſſariã remouet, ſed etiã vt Apoſtolicæ facultati prorſus contrariã. Quid igitur? an nõ adfuit Paulo ſua δεινότης? certè adfuit quanta nulli vnquam obtigit: ſed cæleſtis, non humana: quũ alioquin ipſius ſermone nihil ſimplicius dici poſſit.

18 Sermo ille de cruce ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ. Id eſt, prædicatio de Chriſto crucifixo. vel genus illud orationis quo vtimur in annuntianda vobis ſalute per Chriſti crucifixi mortem. Potentia Dei δύναμις Θεοῦ. Id eſt illud in quo Deus mirificam & infinitam vim ſuam ſeruandis electis declarat: quæ quidem non ita emineret, ſi ab humanarum artium, aut humanæ ſapientiæ, vllius denique rei ſubſidio penderet, quæ ab ipſis hominibus poſſit proficiſci. Ita enim ſibi tribuerent homines quod vnius crucis proprium eſt.

19 Tollam è medio ἀθετήσω. Editio Græca habet κρύψω abſcondam. Hebræa autem veritas totum hunc locum ſic legit Eſa.29.c.14, ואבדה חכמת חכמיו ובינת נבוניו תסתתר id eſt, & peribit ſapientia ſapientum eius, & prudentia prudentum eius abſcondet ſeſe. Itaque etſi Græca non reſpondeant Hebræis, ſi vocabula ſpectes, tamen eadem manet ſentẽtia. Tantùm enim in eo differunt quòd Propheta verbis neutris vſus eſt, quæ Græci in actiua cõuerterunt. Nam perit ſapientia, ſed Domino deſtruente: & ſapientia euaneſcit, ſed à Domino ſublata & obliterata. Verbum autem ἀθετεῖν, quod propriè declarat loco ſuo amouere, vt expoſuimus Marc.6.d.26, conuertimus tollere è medio, potius quàm reprobare, cum Vetere interprete, & reiicere, cum Eraſmo. non tantùm ex doctiſſimi interpretis authoritate, ſed etiam veritatem ipſam Hebræam ſequuti. Neque enim quicquid reiicitur, euaneſcit, ſed quod è medio tollitur ita vt nuſquam appareat. quamobrem etiam Græca Eſaiæ editio qua nunc vtimur, vſurpauit verbum κρύψω.

	Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi conquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?	20	Vbi ſapiens? ″vbi ſcriba? vbi″conquiſitor″ſeculi iſtius? Nonne infatuauit Deus ſapientiam mundi huius?	Sapientia mundi reiicitur.
	Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deũ: placuit Deo per ſtultitiã prædicationis ſaluos facere credentes.	21	Nam poſtquam″in ſapiẽtia Dei non cognouit″mundus per ſapiẽtiã Deũ: ″placuit Deo ″ꝑ ſtultã prædicationẽ ſeruare credẽtes.	Sapientia Dei
Matth.12.e.38	‖Quoniam & Iudæi ſigna petũt, & Græci ſapientiam quærunt:	22	Quãdoquidẽ & Iudæi ſignũ petũt, & Græci ſapientiã quærũt.	Iudæi.
	Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalũ, Gentibus autem ſtultitiam:	23	Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis verò ſtultitiam:	Gentes.
	Ipſis autem vocatis, Iudæis atque Gręcis, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.	24	″Ipſis autem vocatis, tum Iudæis tum Græcis, Chriſtum, Dei potentiam ac Dei ſapientiam.	
	Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus.	25	Nam ſtultitia Dei″ſapientior eſt quàm homines: & infirmitas Dei validior eſt quàm homines.	
	Videte enim vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecũdum carnem, non multi potentes, non multi nobiles:	26	″Videtis enim″vocationem veſtrã, fratres, quòd non multi *ſitis* ſapientes″ſecundum carnem, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles.	Quales vocauerit Chriſtus.
	Sed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia:	27	Verùm quæ ſtulta *ſunt* in mundo, elegit Deus, vt pudefaciat ſapientes: & quæ *ſunt* infirma in mundo, elegit Deus vt pudefaciat ea quæ ſunt robuſta:	
	Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quę non ſunt, vt ea quę ſunt deſtrueret:	28	Et quæ ignobilia ſunt in mundo, & pro nihilo habita, elegit Deus, ″& ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt″aboleret.	
	Vt non glorietur omnis caro in cõſpectu eius.	29	Vt ne gloriaretur″vlla caro coram eo.	
	Ex ipſo autẽ vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factꝰ eſt nobis ſapiẽtia à Deo, & iuſtitia & ſanctificatio & redẽptio:	30	″Sed ex ipſo vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui″factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo, iuſtitiáque, & ſanctificatio, & redemptio:	Sapientia.
Ierem.9.g.23	Vt, quẽadmodum ſcriptũ eſt, ‖Qui gloriatur, in Domino glorietur.	31	Vt ſicut ſcriptum eſt, Qui gloriatur, ″in Domino glorietur.	

20 Vbi ſcriba? ποῦ γραμματεύς. Id eſt Legis interpres, vt expoſuimus Matth.2.a.4. Siue in genere, quia de Iudæis propriè non loquitur, Vbi es ô literate, & terendis libris exercitate? Magnam autem emphaſin habet ſingularis numerus: quòd ita videatur Apoſtolus ſingulos cõpellare: quaſi diceret, ne vnum quidem nominari poſſe ex iſtorum numero qui hoc arcanum Dei vel ſuſpicari potuerit vel humanæ rationis vi conſequi: cui ſcilicet ratio ipſa repugnet ex diametro. Conquiſitor συζητητὴς. Id eſt ô tu qui in huius mundi arcanis perſcrutandis & acutiſſimis quibuſque quæſtionibus explicandis omnem ætatem conſumis. Aſſentior autem doctiſſimo interpreti, qui hæc putat eſſe ipſius Pauli verba, humanæ ſapientiæ inſultantis, non autem Eſaiæ. Quanuis enim ſimile quiddam in ſpeciem videatur ſcriptũ Eſa.33.c.18, tamen nec eadem ſunt verba, nec idem ſcopus, ſed prorſus diuerſus. Seculi iſtius? τοῦ αἰῶνος τούτου; Videntur iſta nõ ineptè poſſe cum aliis etiam duobus præcedentibus connecti, vt vno interrogationis tenore legantur.

21 In ſapientia Dei ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, in hac mundi fabrica, in qua ſingularis illa Dei ſapientia inſculpta eſt & omniũ oculis expoſita. Mundus ὁ κόσμος. Id eſt omnes homines nõ regenerati, ſed cuiuſmodi ſunt quum in hanc lucem prodeunt: vt alibi ſæpe. Interdũ verò pro ſolis reprobis accipitur, vt Iohan.14.b.17, & c.22. interdũ pro hominibus huius mundi incolis in genere, vt Iohan.3.b.16. Quid autem propriè declaret, omnibus notum eſt. Placuit εὐδόκησεν. Eraſ. viſum eſt. Declaratur autẽ hoc verbo, nõ modò ita viſum eſſe Deo, ſed etiam qua re impulſus id voluerit, nimirũ gratuita illa & infinita ſua bonitate. Per ſtultã prædicationem διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος. Sic vocat Euangelii prædicationem, loquens per conceſſionem ex hominum hypotheſi. vt etiam in ſequenti verſiculo, ſtultitiam & infirmitatem Dei vocat, idque grauiſſima cum hominum reprehenſione: qui iſta malint, repugnante etiam cõſcientia, Deo affingere, quàm ſuam ipſorum ſtultitiam & imbecillitatem agnoſcere ac deprecari. Vulg. & Eraſ. per ſtultitiã prædicationis. quem Hebraſmum annotauimus Mat.24.b.15, & alibi ſæpe. 24 Ipſis autem vocatis αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. Id eſt, iis autem qui vocati ſunt. Eraſ. Sed iiſdem τοῖς αὐτοῖς δὲ, quod mihi nõ placet. Neque enim idem declarat vtraque loquutio, id eſt αὐτοὶ οἱ κλητοὶ & οἱ αὐτοὶ κλητοὶ, neque Paulum exiſtimo eoſdem illos vocatos dicere quibus Chriſtus offendiculum erat aut ſtultitia. ſed quum in genere de Iudæis & Græcis videretur loquutus, eos poſtea excipere qui tum ex his tum ex illis crediderant. Quinam verò κλητοὶ dicantur ab Apoſtolo, expoſuimus Rom.1.a.6.

25 Sapientior eſt quàm homines σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Vulg. ſapiẽtius eſt hominibus. quod meritò reprehendit Auguſtinus lib. De doctrina Chriſtiana 2.cap.13, propter amphiboliam: quòd incertũ ſit an Hominibus ſit dandi caſus an auferendi. quaſi dicas, ſtultum eſt tibi, ſed ſtultius huic. Quid ſi verò oppoſitum aliquid ſubaudias, vt ſit plena hæc constructio, ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τοῦ σοφοῦ τῶν ἀνθρώπων, Nam ſtultitia Dei ſapientior eſt ſapientia hominum. & poſtea, τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τοῦ ἰσχυροῦ τῶν ἀνθρώπων, infirmitas Dei robuſtior hominum robore. Ita enim clarior eſſet antitheſis: quæ ſanè videtur hãc eclipſin minus duram efficere, propter mutuam cõtrariorum rationem: vt etiamſi non addantur, facilè poſſint intelligi. Nam quum eadem dictio repetenda eſt, videtur multo durior eclipſis, cuius tamẽ extat exemplum in eodem dicendi genere Iohan. 5. f. 36, Rom. 6.a. 5. Malui tamen hoc relinquere lectoris arbitrio, quàm nimium confidenter aliquid audere. 26 Videtis enim βλέπετε γάρ. Vulg. Videte enim, Imperandi modo, quæ interpretatio conſiſtere non poteſt niſi particulam γὰρ accipiamus pro enimuero, ita ſcilicet vt ſit expletiua potius quàm cauſalis. Sed & aliam cauſam affert Eraſmus cur potius ſit locus indicandi modo: nempe quia Apoſtolus videtur non tam admonere Corinthios vt videant quod ſciebant, quàm ipſos facere eius argumenti teſtes quo vti conſtituit, tum vt ſuperiora confirmet, tum etiam vt eorum faſtum deiiciat. Vocationem veſtram τὴν κλῆσιν ὑμῶν. Id eſt, quam rationem ſequutus ſit Dominus in vobis vocandis. vel, quinam ex vobis ſint vocati. vt vocatio pro vocatis metonymicè ponatur, ſicut paſſim circunciſio pro circunciſis, & præputium pro incircunciſis. Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt eo ſapientiæ genere quod vnum hominibus probatur: qui quum carnei ſint, ſpiritualem ſapientiam non norunt.

28 Et ea quæ non ſunt τὰ μὴ ὄντα. Id eſt quæ penè nulla ſunt, hominum ſcilicet iudicio, non Dei. Nam ex Hebræorum idiotiſmo dicuntur non eſſe quæcunque ita ſunt abiecta vt nullo loco habeantur. quibus opponuntur ea quæ ſunt, id eſt quæ in pretio habentur.

Aboleret καταργήσῃ. Id eſt vana & inutilia atque adeò nihili eſſe oſtenderet. Vide Rom.3.d.31.

29 Vlla caro πᾶσα σάρξ. Quod attinet ad vniuerſalem particulam coniunctam cum aduerbio negante, diximus de toto hoc genere enũtiationum Luc.1.d.37. Sed & alibi annotauimus Carnem pro homine accipi apud Hebræos, quorum morem eò libentius ſeruauimus hoc in loco, quòd de induſtria videatur Paulus id vocabulum vſurpaſſe vt infirmam, & miſerabilem hominis cõditionem Dei maieſtati opponeret, vt Eſa.31.b.3 30 Sed ex ipſo vos eſtis ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε. Quos antea deiecerat nũc ſupra omnes mortales euehit, ſed ita vt omnẽ ipſorum dignitatẽ doceat extra ipſos, id eſt in Chriſto, reſidere, in quo ſcilicet ſunt adoptati, vt cæteris hominibus tanto ſint nobiliores (vtpote nati ex Deo, vt ſcriptũ eſt Iohã.1.b.13) quanto Dei gloria omnibus excellit. Eraſ. ex eodem autẽ vos eſtis, quaſi ſcriptũ ſit ἐκ τοῦ αὐτοῦ. quod nuſquã inuenio. Factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. Id eſt, qui datus eſt nobis à Deo vt in ipſo omnem ſapientiam cõſequeremur, quæ quidem hoc nomine verè digna ſit: quũ in eo vno poſſimus Deũ & eius arcana cõtemplari, quæ ne ſuſpicari quidẽ vnquã acutiſſimi homines potuerũt. Idem de iuſtitia & ſanctificatione ſtatuendũ eſt. Quod enim fruſtrà pollicita eſt omnis philoſophia & quæcũque in mundo religiones viguerunt, id vnum gratis in Chriſto vno per fidem adipiſcimur, vt omnibus modis iuſti & ſancti ſimus in ipſo. Poſtremò dicitur nobis factus redẽptio, quòd ita per eũ iuſtificati & ſanctificati certã redemptionẽ tandem aſſequamur. 31 In Domino glorietur ἐν Κυρίῳ. Id eſt Deo omnia tribuat cũ gratiarũ actione. Nõ eſt igitur quòd vlla pars libero arbitrio decidatur, quũ omnia in ſolidũ ſibi vindicet Dei gratia. Quid ſit autẽ in Domino gloriari, docetur Iere,9.g.23, vnde hæc petiit Paulus.

Paulus non vtitur eloquētia in prædicando.

Cap.II.

EGo igitur quum venirem ad vos, fratres, ″non veni cum eminētia locutionis aut ſapiētiæ, annūtiās vobis ″teſtimoniū Dei. 1
Non enim quicquam ad cognoſcendum delegi inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, eúmque crucifixum. 2
Fuíque ego ″cum infirmitate & timore ac tremore multo apud vos. 3
Neque oratio mea & prædicatio mea *uerſata eſt* ī perſuaſoriis humanæ ſapiētiæ verbis, ſed ″in demonſtratione ″Spiritualis potētiæ, 4
Ne fides veſtra cōſiſtat in ſapiētia hominū, ſed in potētia Dei. 5

Sapientiam Dei prædicat Paulus.

″Sapientiam verò loquimur inter perfectos: ſapientiam autem non ſeculi huius, neque ″principum ſeculi huius ″qui abolentur: 6
″Sed loquimur ſapientiam Dei ″*latentem* in myſterio, ″*id eſt* abſconditam illam, quam præfinierat Deus ante ſecula in gloriā noſtrā. 7
Quam nemo ″principum ſeculi huius cognouit: nam ſi cognouiſſent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 8
″Sed *prædicamus* ſicut ſcriptū eſt, quæ ocul⁹ nō vidit, nec auris audiuit 9

Cap.II.

ET ego quum veniſſem ad vos, fratres, ‖veni non per ſublimitatem ſermonis aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Sap.1.c.19
Nō enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hūc crucifixum.
‖Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: Act.18.a.1
Et ſermo meus & prædicatio mea ‖nō in perſuaſibilibus humanæ ſapiētiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis: Suprà 1.c.17 2.petr.1.c.10
Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.
Sapientiam autem loquimur inter perfectos: ſapientiam verò nō huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui deſtruuntur:
Sed loquimur Dei ſapientiā in myſterio, quæ abſcondita eſt. quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriā noſtram.
Quam nemo principum huius ſeculi cognouit. ſi enī cognouiſſēt, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſēt.
Sed ſicut ſcriptum eſt, ‖quod oculus Eſa.64.a.4

IN CAPVT. II.

1 Non veni ἦλθον οὐ Veni non annuntians, dictum eſt, pro non veni annuntians, tranſpoſita negante particula, vt Ioh.6.d.32 & 38, & Ro. c.21. Locutionis λόγου Vide infrà 4.d.19, Teſtimonium Dei τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ Id eſt Euangelium quo ſcilicet Deus ſeipſum patefacit hominibus, vel cuius Deus eſt author ac teſtis. Vulg. pro τοῦ Θεοῦ legit τοῦ Χριστοῦ, eodē ſenſu, niſi quòd ſi Chriſti legas, paſſiuè accipiēdum erit, teſtimonium Chriſti, pro de Chriſto. Ambroſius verò pro μαρτύριον legit μυστήριον, quod etiā in duobus vetuſtis codicibus inuenimus, & videtur optimè cōuenire. 2 Non enim quicquā ad cognoſcendū delegi οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι. vel, nihil eximiū duxi, ſeu in pretio habui quod cognoſcerē. vt τὸ κρίνειν accipiatur pro habere in pretio, ſicut Ro.14.a.5. vel, Nō enim quicquā cognitione ſum dignatus, vt ἔκρινα ſimpliciter accipiamus pro ἐτίμησα καὶ ἠξίωσα & τοῦ εἰδέναι pro τῆς εἰδήσεως καὶ ἐπιστήμης. ſicut dixit Perſius, Scire tuū nihil eſt. Ego verò ſequutus ſum quod mihi viſum eſt à cōmuni vſu minus remotū, quum τὸ κρίνειν ſecernere & ſeparare atque adeò adhibito iudicio ſeligere interdū apud idoneos ſcriptores declaret, & ante τοῦ εἰδέναι nulla præpoſitio cōmodius ſubaudiri poſſit quàm ἕνεκα. Vulg. & Eraſ. Non enim iudicaui ſcire quicquā, quaſi ſcilicet expungēdus ſit articulus τοῦ, & particula οὐ pertineat ad εἰδέναι. & ſanè in duobus Roberti noſtri codicibus ſcriptum erat, οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι. 3 Cum infirmitate ἐν ἀσθενείᾳ. Id eſt, infirmus. Eraſ. per infirmitatē. quæ interpretatio nō video quī cōueniat. Infirmitatē autem opponit Apoſtolus τῇ ὑπεροχῇ λόγου ἢ σοφίας eminētiæ ſermonis & ſapientiæ. Itaque nō dubium eſt quin declaret ſummā illam Apoſtoli tum in dicendo tum in omnibus actionibus ταπεινοφροσύνην. qua quidē nihil eſt apud eos contēptibilius, qui, hominū more, inanem illum ſplendorē conſectantur. ideo cōiungit timorem ac tremorē, tāquam veræ modeſtiæ comites, nō illos quibus perterrefiat cōſcientia, ſed qui vanitati & arrogātiæ opponuntur. interim tamen Apoſtolo nō deerat vis illa incredibilis, cui ne Diaboli quidem poſſent obſiſtere, ſed ea prorſus erat cæleſtis, vt paulo pòſt explicabit. qua de re pulchrè diſſerit Chryſoſtomus Dialogo περὶ ἱερωσύνης quarto.

4 In demōſtratione ἐν ἀποδείξει Vulg. & Eraſ. Oſtenſione. quem errorem annotauimus Act.2.a.2. Nam certè multo expreſſius vtitur Apoſtolus hoc vocabulo, declarans ſcilicet ſibi nihil defuiſſe quod ad plenā fidem Euangelio faciendā & cogēdos ad Dei reuerentiā homines pertineat. Notum enim eſt ἀπόδειξιν probationē dici quæ ex certis & neceſſariis rationibus aliquid demonſtrat. Quod autē in hunc locū diſſerit Eraſmus de altera ἀποδείξεως ſignificatione, quaſi etiā declaret oſtentationē, nō facilè mihi perſuaſerit niſi prolato exēplo. Nam mihi quidem hoc videtur potius ἐπίδειξις vocari. Spiritualis pot. πνεύματος καὶ δυνάμεως. Vulg. Spiritus & virtutis. Eraſ. Spiritus ac potentiæ. Ego puto eandē eſſe figurā atque in illo Virgilii, Pateris libamus & auro, pro pateris aureis. Spiritualem autē vim, id eſt Diuinā (ſicut ipſe ſequenti verſiculo explicat, & nos expoſuimus Rom.1.a.4,) humanæ, vt cæleſtem alibi terrenæ, opponit. 6 Sapientiam loquimur inter perfecto. Σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. Id eſt perfectis demum ſapit quod annunciamus, quòd ii ſoli poſſint hoc ſapiētiæ genus agnoſcere quod cæteri pro ſtultitia habent. Perfectos autē vocat nō eos qui iam ſint perfectionē adepti, ſed qui ad eam contendant, vt Philip.3.c.15. aut qui ſunt integro & incorrupto iudicio, per fidem ſcilicet illuminati, vt infrà 14.c.20. Quē enim Hebræi תם vocant, Paulus ſolet τέλειον dicere. Eraſmus aliter interpretatur, quaſi ſcilicet Paulus ſignificet ſe non inter quoſlibet loqui, ſed inter perfectos: ne porcis obiiciat roſas. Atqui hæc interpretatio, niſi vehementer fallor, nō modò non pertinet ad ſcopū, ſed falſa etiā eſt: quū teſtetur Apoſtolus ſe & ſapientibus & inſipientibus eſſe debitorē, Ro.1.b.14, & cōſtet eum factū eſſe omnibus omnia, vt declarat infrà 9.c.22. Illud verò Domini dictū, ne porcis obiiciātur margaritæ, alio ſpectat. Principum ſeculi huius τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου. Id eſt eorū qui inter homines vel ſapiētia vel opibus ac potētia cæteris præſtāt. Omnino enim videtur Apoſtolus hoc in loco & infrà verſu 8, ἄρχοντας dicere quos רברבין vocant. Qui abolentur τῶν καταργουμένων. Vel, quæ abolentur, ſi libeat tum ad ſeculum hoc, tum ad ſeculi huius principes referre.

7 Sed loquimur ἀλλὰ λαλοῦμεν. Adiecit verbū λαλεῖν per epanalepſin, quū alioquin videri poſſit abundare. *Latentem* in myſterio ἐν μυστηρίῳ. Suppleui participiū vt Hebraiſmum explicarē. Idem enim declarat ſapiētia in myſterio atque ſapiētia arcana, & quā ne ſuſpicari quidem homines vnquā potuiſſent, vt explicatur Ephe.1.d.26, & 3.a,4.5. Itaque nō ſatis appoſitè videtur Eraſmus hoc retuliſſe ad verbū λαλοῦμεν, quaſi ſcilicet Apoſtolus nō propalàm nec paſſim, ne eſſet offendiculo, ſed ſecretò docuerit. quā interpretationē ego ne verā quidem eſſe puto, aut in Eccleſia recipiendā, niſi magno adhibito iudicio. *Id eſt* abſcōditam illam τὴν ἀποκεκρυμμένην. Hîc rurſus addidi particulā ex qua intelligatur epexegeſis. Omnino enim explicat Apoſtolus cur Euangelium vocarit arcanū. Sed & articulū exprimēdum putaui quo ſignificatur huius myſterii præſtantia. 8 Principum ἀρχόντων. Vide ſuprà verſum 6. Dominum gloriæ τὸν κύριον τῆς δόξης. Id eſt potentē illū Deum, veræ gloriæ ac maieſtatis plenū. quem idcirco etiā Dauid Pſal.24.b.7, מלך הכבוד id eſt Regē gloriæ dicit, & Stephanus Deū gloriæ Act.7.a.2. vnde factū vt apud Hebræos כבוד יהוה id eſt gloria Dei, Deū ipſum περιφραστικῶς declaret, ſicut pro Cæſare Cæſaream Maieſtatē dicimus. Cōtinet igitur hic locus duo inſignia teſtimonia, vnū Diuinitatis Chriſti, quæ opponitur crucis ignominiæ: alterū, cōiunctionis naturarū in vnam perſonā. adeò vt quod ſolius eſt humanitatis (ſi naturas ſeorſim cōſideres) cū diuinitate cōmunicetur. quem tropū Theologi κοινωνίαν ἰδιωμάτων vocāt: de quo copioſius diximus Iohan.3.b.13. 9 Sed *prædicamus*, ſicut ſcriptū eſt, quæ oculus, &c. Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς, &c. Suppleui verbū κηρύσσομεν ex authoritate Clemētis, qui ita citat hunc locū libro Στρωματέων quinto. quāquam fortaſſis præſtiterit repetere verbū λαλοῦμεν ex verſu 7. Vetus autē interpres legit ὃ ὀφθαλμὸς quod oculus, quam interpretationem nō poſſum amplecti propter illud ἃ quod ſequitur. ſed tamen, ſiquis hîc eſt cōiecturæ locus, putarim germanā eſſe Græcā hanc lectionē ſi modò nō ὃ ſed ὁ legas, detracto ſcilicet tono, vt nō ſit prouocabulū ſed articulus, cuius vis ſit indefinita. veluti quū ὁ ἄνθρωπος dicimus de tota hominis ſpecie. Nam præterquā quòd nō eſt contēnenda vetus lectio, in qua certū eſt nō adhibitos fuiſſe apices, lubricus etiā fuit lapſus ὁ in ἃ. Præterea ſi ita legeris, facilis & plana erit triū verſiculorū, octaui, noni & decimi cōnexio, nec quicquā prorſus erit ſubaudiendū. Ita enim totum hunc locū conuertes ac diſtingues, Quam nemo principū huius ſeculi cognouit. Nā ſi cognouiſſent, nequaquā Dominū gloriæ crucifixiſſent. Sed, ſicut ſcriptū eſt, Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderūt quæ Deus præparauit iis qui ipſum diligunt, Deus verò nobis reuelauit per Spiritum ſuum. Nolui tamen quicquā mutare, ex coniectura. Quæ oculus nō vidit ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε Hebræa ſic habēt Eſa.64.a.4. ומעולם לא שמעו לא האזינו עין לא ראתה אלהים זולתך יעשה למחכה לו id eſt, à ſeculo nō audierūt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, ô Deus præter te, quæ facies expectantibus te. Sic enim malo accipere אלהים cum doctiſſimo interprete, vocandi

non accuſandi caſu, quum minimè repugnet accētus. & perſonam tertiam poſitam puto pro ſecunda, aſſipulāte etiam nobis Chaldæo paraphraſte. Apparet autē Paulum ſingulis Prophetæ verbis non inſtitiſſe, & tamen fideliter ſententiam expreſſiſſe: quum illic Propheta, vt veteres ipſi Rabini docent, teſte R. Solomone, nõ de caducis & fluxis, ſed de perpetuis & æternis bonis iſta commemoret.

nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit quæpræparauit Deꝰ iis qui diligunt illum.

Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

Quis enim hominum ſcit quæ ſũt hominis niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi Spiritus Dei.

Nos autem non ſpiritum mūdi accepimꝰ, ſed Spiritũ qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſũt nobis:

¶ Quæ & loquimur, nõ in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

Animalis autem homó nõ percipit ea quæ ſũt Spiritus Dei. ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. quia

"nec in mētē homini venerũt quæ parauit Deꝰ "iis ꝗ ipſũ diligũt.

10 'Nobis autem Deus *ea* reuelauit per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia "ſcrutatur, etiam profunditates Dei.

11 Quis enī hominū nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritꝰ hominis ꝗ eſt ī eo? ita etiā ea quæ ſũt Dei nemo nouit niſi Spiritꝰ Dei.

12 Nos verò non "ſpiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui *eſt* ex Deo: "vt ſciamus "quæ Deus eſt nobis gratificatus.

13 Quæ etiam loquimur, "non ſermonibus quos docet humana ſapientia, "ſed quos docet Spiritus ſanctus: "ſpiritualia cum iis quæ ſpiritualia ſunt "coniungentes.

14 'Animalis autem "homo "non eſt capax eorum quæ ſunt ſpiritus Dei. "ſunt enim ei ſtultitia, nec poteſt *ea* cognoſcere: "quia

Spiritus Dei, doctor noſter.

Suprà 1.c.17
2.petr.1.c.16

Nec in mentem homini venerunt καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη Id eſt, ne cogitare quidem poteſt homo de iis quæ Deus ſuis parauit. tantum abeſt vt ea poſſit ſenſibus complecti. Vulg. & Eraſmus, ſeruarunt Hebraiſmū. Nam Hebræis עלה על לב idem declarat atque Latinis, in mentem venit. Sunt autem hæc addita à Paulo vt Prophetæ ſententiam vberius explicaret.

Iis qui ipſum diligunt τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν Hebræa habent למחכה לו pro quo Eraſmus putat Paulum, vel eum interpretem quem ipſe ſequutus eſt, legiſſe למחבה à geminato חבב, quòd ſumma ſit harum literarum ב & כ affinitas. Sed ratio Grammatices hoc non patitur. Neque etiā poſſumus deducere à חבה vt alibi inuenio, quia hoc thema in ſignificatione diligēdi nõ extat. Sequutus eſt igitur interpres ſenſum nõ verba Prophetæ, quū ſpes & expectatio à dilectione promanet. 10 Nobis autem ἡμῖν δὲ. Sic ſcriptum legimus in omnibus vetuſtis codicibus. Stapulenſis tamen legit ἡμῖν δὴ nobis ſane. putauit enim hoc connectendū cum ἃ ἡτοίμασεν, hoc modo, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ ſcilicet præparauit Deus diligentibus ſe, nobis ſanè reuelauit. At ego (vt paulo antè dixi) putarim illa potius cõiungenda cū ἀνέβη, ita vt ſint non quarti caſus ſed recti. Clemens verò libro στρωματέων quinto legit ἡμῖν γὰρ, nobis enim, quia ſcilicet ſuppleuit verbū κηρύσσομεν in ſuperiore verſiculo, vt ſuo loco diximus. Eraſmus denique iſta refert ad id quod præceſſit, Nemo principū huius ſeculi nouit, ſed Deus nobis reuelauit. Ita fiet vt quæ interpoſita ſunt, includantur parentheſi. quod mihi planè coactū videtur. Scrutatur ἐρευνᾷ. Id eſt, nihil in Deo tam eſt profundè ac penitus abditū quò nõ penetret Spiritus, quo nos docet, quū ipſe nimirum ſit Deus vnus cū Patre ac filio. Vel, ſcrutatur, id eſt ſcrutari docet, vt Ro.8.e.26, dicitur poſtulare quòd nos ad poſtulādū impellat. Quòd ſi Spiritum hoc loco malimus non pro ipſo ſancto Spiritu, ſed pro ipſius vi & afflatu accipere, ſimpliciter hoc erit accipiendum.

11 Spiritus hominis τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου Id eſt, mens ipſa hominis, intelligendi ac iudicandi facultate prædita.

12 Spiritū mundi τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου. Accipere Spiritū declarat Spiritu afflari. Itaque ſignificat Paulus fideles nõ afflari eo Spiritu qui ea doceat quæ mūdus curat, & quorū capaces ſunt homines quadā naturæ ſpõte: ſed eum qui nos ad Deū vſque ſubuehat, cuius vi ſcilicet ſcrutemur & intelligamus ſalutis noſtræ myſteriū, alioquin imperueſtigabile. Eſt autē hic locus diligenter etiam atque etiā omnibus piis obſeruandus vt quid ſit fides, vnde promanet, quæ illius vis aduerſus ſophiſtas, intelligatur. Vt ſciamus ἵνα εἰδῶμεν. Hic demum valere debet ſcientiæ definitio quæ à philoſophis traditur, cuius ſcilicet ἀπόδειξις eſt verè αὐτόπιστος, vt dixit ſuprà verſu 4, & 10 Quæ Deus eſt nobis gratificatus τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. Vulg. quæ à Deo donata ſint nobis. Ego verò malo χαρίζεσθαι exprimere verbo gratificandi, vt dixi Luc.7.c.21, ideóque paſſiuā constructionem mutaui in actiuā. Eraſ. quæ à Chriſto donata ſunt nobis. cuius errorem miror à pleriſque non fuiſſe animaduerſum, quū in nullis Græcis codicibus legatur ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ſed ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. & Apoſtolus per Dei dona ipſum Chriſtum in primis, imò ferè vnum intelligat, quū nihil nobis niſi in Chriſto ſit largitus. 13 Nõ ſermonibus quos docet humana ſapiētia οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. Vulg. non in doctis humanæ ſapiētiæ verbis. quod quū vix quiſquā intelligat, rectè mutatū eſt ab Eraſmo, qui etiā annotat ſe in quibuſdā exēplaribus legiſſe διδακτικοῖς λόγοις, id eſt, ſermonibus qui humanā ſapientiā doceāt. Verū hæc lectio mihi nullo modo probatur. Nā res ipſa oſtēdit, argumentū quod ſumpſerat Apoſtolus ab ipſa natura eius doctrinæ quam profitebatur, vt ſcilicet ſuū illud ſimplex docēdi genus humanæ facundiæ opponeret quæ Corinthios faſcinarat, nunc accõmodari ad id de quo agitur. quaſi dicat Apoſtolus, Ea demū ratio tradēdæ alicui diſciplinæ maximè eſt appoſita, quæ propriis & ad id de quo agitur accõmodatis vocabulis ac formulis vtitur. Atqui Euangeliū ſicut à Deo nõ ab hominibus manat, ita etiā res docet ab humano ſenſu prorſus remotas. Merito igitur in eo tradendo nõ humanā ſed Diuinā eloquentiā vſurpauimus. quā quidem mirū non eſt ab hominibus irrideri, quū eam percipere nõ poſſint.

Sed quos docet Spiritus ſanctus, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς τοῦ πνεύματος ἁγίου· Vulg. ſed in doctrina Spiritus ſancti, id eſt ἀλλ' ἐν διδαχῇ τοῦ πνεύματος ἁγίου. quam lectionē inuenimus in vno codice, ſed ab aliquo, vt opinor deprauatam, qui nõ animaduerterit λόγοις repetendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ.

Spiritualia cū iis quæ ſpiritualia ſunt cõiungentes πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, Id eſt verba rei accõmodantes, vt ſicut ſpiritualia ſunt quæ docemus, ita ſpirituale ſit noſtrū docendi genus. Spirituale autē vocat quod planè Diuinū eſt & ab hominū ſenſu remotū. Itaq; quod Chryſoſtomus exiſtimauit hæc à Paulo dici, quaſi ſignificet ſe ad probanda Euāgelii myſteria principiis eiuſdem naturæ, id eſt ſpiritualibus, vti, & ex verbo Dei petitis, mihi prorſus videtur ἀπροσδιόνυσον: neque etiā eſſe perpetuū, quū Chriſtus ipſe & Apoſtoli ſæpe ſoleāt rationes petere è medio, vt ea cõfirmēt quæ vel maximè ſunt παράδοξα, vt paulo antè verſu 11, & infrà 15.e.36, & deinceps vbi de reſurrectione diſſerit. Denique hoc nõ ſpectat ad id de quo agitur. Sed illi minus etiā appoſitè loquuntur qui πνευματικοῖς referunt ad homines. Quorſum enim hoc? Itaque maluimus πνευματικοῖς per periphraſin interpretari, iis quæ ſpiritualia ſunt, quam ſpiritualibus, cū Vetere interprete & Eraſmo, vt amphiboliam vitaremus. Nec obſtat quod paulo pòſt animalis hominis fiat mentio, qui ſpirituali opponitur. Id enim additū eſt à Paulo vt obiectioni reſpõdeat, qui fiat vt cæleſtē ſapientiā tam pauci agnoſcant. Coniungentes συγκρίνοντες. Id eſt adhibito iudicio ita cõnectentes vt verba rebus prorſus reſpondeant, & in vnū veluti corpus coaleſcāt. Nā hoc quoque declaratur verbo συγκρίνειν cui opponitur τὸ διακρίνειν. vnde τὸ σύγκριμα quod & σύστημα dicitur, vt prolatis exemplis docet Budæus. Vulg. & Eraſ. comparantes, non ſatis, expreſſé.

14 Animalis homo ψυχικὸς ἄνθρωπος. Id eſt homo nõ alio quàm naturali animi luce præditus, vt definitur Iudæ.d.19. & ita quidem vt omnes tam ſuperiores quàm inferiores facultates cõprehendantur, aduerſus ſophiſtas qui inferiores duntaxat putāt hic ſignificari, quemadmodum etiā Eraſmus perperā hic definiit animalem hominē eum qui affectus humanos ſequatur. quū manifeſtum ſit Apoſtolū de intelligendi & iudicādi facultatibus diſſerere, neque dūtaxat cõtumaciā humani ingenii, quā & ſophiſtæ agnoſcũt, ſed etiā impotentiā arguere, eámq; eiuſmodi vt quod ad ea intelligēda attinet in quibus poſita eſt ſalus, omnia prorſus adimat homini naturalibus tantū facultatibꝰ prædito. Fateor tamē quod alibi docuit Paulus & res ipſa teſtatur, inuiſibilia Dei ex rerū aſpectabiliū contēplatione ab hominibus etiam non regenitis intelligi: ſed aliud eſt Deum vt omnipotentē & æternum noſſe, (hoc enim eſt τὸ τοῦ Θεοῦ γνωστὸν quod vocat Apoſtolus Ro.1.c.19) aliud verò vt Patrem in Filio recõciliatum. quæ ſapientia non poteſt intelligi ac multo etiā minus agnoſci niſi ab iis quibus Spiritus ſanctus peculiari gratia patefecerit. Itaque (vt ad rem redeam) ψυχικὸς ἄνθρωπος idem declarat atque Rom.8, & alibi ſæpe Caro, & in Carne eſſe: cui opponitur Spiritualis, Spiritus, & in Spiritu eſſe. Non eſt capax οὐ δέχεται. Sic malui interpretari quàm Nõ capit, propter amphiboliā. Vulg. non percipit. quod ſignificat perfectè capere, ideóque non cõuenit. Neque enim ſignificat Apoſtolus infirmas, ſed nullas prorſus eſſe hominis facultates ad ſpiritualia cognoſcenda. Eraſmus, non accipit, rectè id quidem, ſed nimium ambiguè in re tanti momenti. quum accipere etiam dicatur aliquis quod approbat & gratum habet. At Paulus, vt mox ſubiicitur & apertè dixit Rom.8.b.7, non modò contumaciam humani ingenii, ſed etiam impotentiam declarat. metaphora à minoribus vaſis ſumpta, quæ maius quippiā ipſorum proportione capere nulla ratione poſſint. Sunt ἐστί. Vulg. eſt. quod rectè mutauit Eraſmus, quū præcedat neutrū plurale. Quia ὅτι. Sic Vetus interpres, à quo quum nollemus diſcedere, ſuppleuimus relatiuum ea in priore membro. Verùm ſi legamus ὅ,τι ita vt ſit prouocabulum, nihil fuerit ſupplēdum, &

Sareerin
cēſ. Su
felm

eadem manebit ſententia, id ſcilicet quod nonniſi Spiritualiter, id eſt Spiritus vi &afflatu cognoſci poteſt, ab eo cognoſci non poſſe qui eo Spiritu non ſit præditus. Sed & poſſumus cũ Eraſmo vertere ὅτι quòd, ita vt εἰδικῶς accipiatur: quaſi ſignificet Apoſtolus, animalem hominem ne cognoſcere quidem poſſe, iſta de quibus agitur, ſolius Spiritus vi intelligi. id eſt, ne id quidem noſſe in quantis tenebris verſetur. Nã alioquin ea non haberet ludibrio, ſed miſeram ſuam conditionem potius deploraret.

″ſpiritualiter ″diiudicantur.

15 At ſpiritualis″diiudicat quidem omnia, ipſe verò à ″nemine diiudicatur.

16 Quis enim″nouit ″mentem Domini, ″qui ″inſtructurus ſit eũ? Nos autem″mentem Chriſti habemus.

Cap. III.

Spirituales. Carnales. Paruuli in Chriſto. Lac.

1 EGo porrò, fratres, non potui loqui vobis vt ſpiritualibus, ſed *loquendum fuit*″vt carnalibus, ″*id eſt* vt infantibus in Chriſto.

2 ″Lactis potu vos alui, & non″eſca: ″nondũ enim poteratis *id ferre*. imò ne nunc quidem adhuc poteſtis.

Sectas inſectatur Paulus.

3 Nã adhuc carnales eſtis. quũ enim in vobis *ſint* ″liuor, & cõtentio, ″& diſſidia, nónne carnales eſtis, ″& ſecũdũ hominem inceditis?

4 Etenim quũ dicit quidam, Ego quidem ſum Pauli: alter verò, ego *ſum* Apollo: nónne carnales eſtis?

Miniſtri.

5 ″Quis igitur eſt Paulus, quis autem Apollos, ″niſi miniſtri″per quos crediſtis, ″& vt cuique Dominus dedit?

6 Ego plantaui, Apollos rigauit: ſed Deus dedit incrementum.

7 Itaque neque is qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat: ſed Deus qui dat incrementum.

8 ″Is verò qui plantat, & is qui rigat, vnum ſunt: vnuſquiſque verò ſuam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.

ſpiritualiter examinantur.

15 ‖Spiritualis autẽ iudicat omnia: & ipſe à nemine iudicatur. Prouerb.27.e.19

16 ‖Quis enim cognouit ſenſum Domini qui inſtruat eum? Nos autem ſenſũ Chriſti habemus. Esa.40.d.13 ſap.9.c.13 rom.11.d.34

Cap. III.

1 ET ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus: ſed quaſi carnalib⁹, tãquã paruulis in Chriſto,

2 Lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis. ſed nec nũc quidem poteſtis:

3 Adhuc enim carnales eſtis. quum enim ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?

4 Quum enim quis dicat, Ego quidẽ ſum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nonne carnales eſtis?

5 Quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? Miniſtri eius cui crediſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit.

6 Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incrementum dedit.

7 Itaque neque qui plãtat, eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementũ dat, Deus.

8 Qui autem plantat, & qui rigat, vnum ſunt: ‖vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Pſal.62.d.13 galat.6.b.5

Spiritualiter πνευματικῶς. Id eſt vi & afflatu ſolius ſancti Spiritus, non autem τῆς ψυχῆς, id eſt animi, quo præditi ſunt omnes homines. Neque enim Spiritualiter hoc loco, vel modum, vel qualitatem, ſed cauſam ipſam in filiis Dei agentem declarat, à qua Spirituales denominantur. Diiudicantur ἀνακρίνεται. Id eſt intelliguntur ac perſpiciuntur, vt ab aliis internoſci & certò ſciri poſſint. Gignit enim in nobis Spiritus fidem, & fides πεποίθησιν illam ac πληροφορίαν toties ab Apoſtolo commemorandam. Sed hoc ſciamus, Spiritum à Verbo non ſeparari, & eo quidem verbo quod prædicarunt & ſcripſerunt Apoſtoli, vt explicatur Rom.10.b.8, & c.17. ne vel furioſi Anabaptiſtæ & Academici ſuas reuelationes, vel Papiſtæ ſua commenta, aut mortuorum reſponſa nobis pro Dei Spiritu obtrudant. Vulgata, examinantur. quæ interpretatio nimium eſt diluta, quum alioquin verbo ἀνακρίνεσθαι conueniat.

15 Diiudicat ἀνακρίνει. Id eſt intelligit ac perſpicit, pro Spiritus ſcilicet menſura. Chryſoſtomus tamen mauult pro ἐλέγχειν accipere, id eſt pro redarguere. A nemine ὑπ' οὐδενὸς A nemine ſcilicet homine. Nam ne tum quidem quum Prophetæ de Prophetis iudicant, hominis eſt, ſed Spiritus iudicium. tanta eſt Euangelicæ doctrinæ præſtantia. Vel à nullo, id eſt à nulla re, vt οὐδενὸς neutro genere accipiatur, quia præceſſit πάντα. Ita enim planior erit antitheſis ac multo vehementior, vt nõ homines ipſi modo, ſed quicquid etiam ab ipſis proficiſcitur, quicquid denique vſquam eſt, Spiritui ſubiiciatur, ac proinde verbo Spiritus. quo maiore reprehẽſione digni erant Corinthii quum alios aliis anteponerent, vana quorundam garrulitate capti.

16 Nouit ἔγνω. Hebræa habẽt Eſa.40.c.13, מי תכן id eſt Quis direxit. Quod igitur figuratè dixit Propheta, Græci ſimpliciter expoſuerũt. Videntur tamen Hebræa amplius quiddam ſignificare: ſed in hoc nullum eſt momentum quod attinet ad ſcopum Apoſtoli. Mentem νοῦν. Heb. רוח id eſt Spiritum. Itaque Vetus interpres non rectè videtur ſenſum interpretari tum hoc loco, tum in ſequenti verſiculo.

Qui ὃς. Refertur prouocabulum ad τίς, vt ego quidem exiſtimo. Placuit tamen Stapulenſi potius referre ad νοῦν, id eſt mentẽ, ſed ſententia parũ appoſita vt ex Hebræorũ collatione liquet. Inſtructurus ſit eũ συμβιβάσει αὐτόν. Id eſt, collatis conſiliis edocturus quid ei ſit agendũ. Hoc enim etiã declarat τὸ συμβιβάζειν vt diximus Act.16.b.10. pro quo Hebræa habẽt ויבינהו id eſt, & fecit eũ intelligere. Itaque nõ ſatis appoſitè Photius συμβιβάζειν hoc loco interpretatur per καταλλάττειν, id eſt conciliare: Chryſoſtomus autem non malè per κατορθοῦν, id eſt dirigere: vti facere ſolent qui alios docent, vnde & καθηγηταὶ dicuntur. Mentem Chriſti habemus νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Id eſt Chriſti Spiritum qui nobis arcana illa alioquin inſcrutabilia omnémque adeò veritatem patefecit, vt Iohan.16.b.13. & Rom.8.b.9. niſi malimus pro ipſius Spiritus vi & afflatu accipere, eadem manente ſententia. Eraſmus, mentẽ Chriſti tenemus. Putauit enim νοῦν hoc loco declarare conſilium ac voluntatem, cum Vetere interprete, qui Senſum conuertit. Sed & Theophylactus pro notitia ſeu intelligentia exponit: quæ Chriſti eſſe dicatur quòd à Patre in nos per Chriſtum promanat. Quidã denique mẽtem Chriſti interpretantur Deum Patrẽ. quæ interpretationes mihi videntur longius petitæ. Itaque malo in hoc quoque membro, vt in Eſaiæ teſtimonio, νοῦν accipere pro רוח id eſt Spiritu. in qua etiam opinione eſt Photius.

IN CAPVT III.

1 Vt carnalibus ὡς σαρκικοῖς. Carnales vocare ſolet Paulus qui in carne ſunt, ac proinde placere Deo nõ poſſunt, vt Ro.8.a.5, & b.8. Hîc verò pro iis accipit qui ſunt quidẽ in Spiritu, ſed tamen adhuc νεόφυτοι, & quaſi teneri adhuc infantes. quod explicat ipſe Apoſtolus. nã illud ὡς νηπίοις poſitum eſt in epexegeſi. *Id eſt* vt infantibus in Chriſto ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. Fide inſerimur Chriſto, cuius Spiritu vegetamur. Itaque pro menſura fidei ac profectus dicimur etiã adoleſcere, vt Epheſ.4.c.13. Eſt autẽ paſtoris munus ſeſe ad eorum captum accõmodare quos alendos ſuſcepit: ita tamen vt pro lacte nunquã porrigat venenũ. Lac enim & ſolidus cibus re quidem eadem ſunt, ſed tradẽdi modo & forma differunt. 2 Lactis potu vos alui γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. Vulg. ad verbũ, Lac vobis potũ dedi. quod fœliciter mutauit Eraſmus, quia quod de cibo ſubiicitur, nõ ſatis propriè referri poteſt ad ἐπότισα. Sciendũ eſt igitur ſubaudiri cognatæ ſignificationis verbũ, vt in illo Homeri οἶνον καὶ σῖτον ἔδοντες, & alibi ἔδουσί τε πίονα μῆλα Οἶνόν τ' ἔξαιτον μελιηδέα. Eſca βρῶμα. Id eſt στερεὰν τροφὴν ſolido alimento, vt explicatur Heb.5.d.12, eo ſcilicet cibi genere quod cõmolitione & firmiore vẽtriculo indigeat: πρὸς τὸ βρώσκειν. Ideo malui eſcã interpretari quàm cibum. Nondum poteratis *id ferre* οὔπω ἠδύνασθε. nimirũ vt vos ſolido cibo paſcerem. Suppleui igitur quod deerat explendæ conſtructioni. quanuis etiã poſſimus δύνασθαι abſolutè interpretari, viribus ſeu robore eſſe præditum. 3 Liuor ζῆλος. Vulg. zelus. Eraſ. æmulatio. Vide Iohan.2.c.17. Et diſſidia καὶ διχοστασίαι. Hoc non legit Vetus interpres, neque etiã Clemens, libro στρωματέων quinto hunc locum citans. Et ſecundũ hominem inceditis καὶ κατ' ἄνθρωπον περιπατεῖτε. Exponit quid ſit carnalem eſſe, id eſt humani iudicii imbecillitati eſſe obnoxiũ. quod quidẽ aliquatenus in eos etiã cadit qui alioqui ſunt Spirituales, quũ omnes ex parte cognoſcamus. Sed tamen quia errabant Corinthii in hoc veluti Chriſtianæ religionis tyrocinio, ideo grauius à Paulo reprehendũtur, vt eorũ faſtum cõpeſcat: quum alioquin variis & excellentibus donis plurimi inter eos excellerent, vt dictũ eſt ſuprà 1.a.5. Vide Ro.3.a.5. vbi expoſuimus quid declaret κατ' ἄνθρωπον.

5 Quis eſt τίς ἐστι. Vulg. Quid eſt, τί ἐστι. quod etiã melius videtur cõuenire cũ concluſione verſ.7. Niſi ἀλλ' ἤ. Hoc nõ Legit Vetus interpres, & in vno exẽplari deeſſe cõperimus. ac mihi quidẽ videtur melius cohærere oratio, ſi poſt Ἀπολλῶς adſcripta nota interrogationis, ſubiiciatur pro reſponſo, διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε miniſtri *ſunt* per quos crediſtis. Per quos δι' ὧν. Vulg. eius cui, vt videatur legiſſe εἰς ὅν. Et vt cuique καὶ ἑκάστῳ ὡς. Videtur Paulus delectatus hac traiectione, cuius aliud extat exemplum Ro.12.a.3. Vide infrà 12.b.11.

8 Is verò qui plãtat ὁ φυτεύων δέ. Duplex igitur fuit error, vnus quòd in ipſis miniſtris hærerẽt: alter, quòd miniſtros miniſtris apponerẽt.

Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.

9 Etenim Dei ſumus″adminiſtri: Dei″aruū, Dei ædificatio eſtis.

Agricultura. Aedificatio Dei

Secūdum gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiēs architectus, fundamētum poſui: alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet.

10 ″Secundum gratiam Dei quæ data eſt mihi, ″vt peritus architectus, fundamētum poſui:″alius autem ſuperædificat. Porrò quiſque videat quomodo ſuperædificet.

Fundamētum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitū eſt, qui eſt Chriſtus Ieſus.

11 Nam fundamentū aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus.

Fundamentum Eccleſiæ.

Siquis autem ſuperædificat ſuper fūdamentum hoc, aurum, argentū, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulā:

12 Quòd ſiquis ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam:

Vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.

13 Cuiuſque opus manifeſtum fiet: ″dies enim declarabit.″Nam per ignem reuelabitur: & cuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.

Ignis.

Sicuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.

14 Sicuius opus manebit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.

Sicuius opus arſerit, detrimentum

15 Sicuius opus exuſtū fuerit,″damnum faciet:″ipſe verò″ſerua-

9 Adminiſtri συνεργοὶ Auguſtinus & Eraſmus, cooperarii. Ambroſius, operis participes. Vulg. adiutores. Vocabulo, fateor, Latino, ſed quod rectè, vt opinor, reprehendit Stapulenſis. Dicimur enim eum adiuuare cui vires non ſufficiunt. quis autem hoc de Deo dicat? Ei autem ſubſeruire nihil prohibet, cui opera noſtra vti placeat in eo quod ipſe ſolus, ſi velit, poſſit efficere. Sed in hoc opere de quo hìc diſſeritur, amplius etiam aliquid conſiderandum eſt. Primùm ſcilicet, iſtos qui Dei ſunt adminiſtri, viribus vti non à natura inſitis, ſed à gratia collatis, vt apta & idonea fierent inſtrumenta: ſicut ſignificat Apoſtolus infrà 15.b.10, & 2.Cor.3.b.6: vt nihil habeant συνεργοὶ de quo in ſeſe glorientur. Deinde quod præcipuum eſt in hoc opere, id eſt vitam & augmentum, id omne ita manare à Deo vt nullum habeat συνεργόν. Aruum γεώργιον vel ſeges. ſignificat enim γεώργιον id ipſum in quo excolendo laborauit agricola. Vulg. agricultura. Eraſ. agricolatio, id eſt γεωργία. Quod verò Vetus interpres hoc loco addit eſtis ἐστέ, reperimus in vno exēplari, neque inane eſſe puto, propter repetitionis emphaſin. Eſt autem hæc argumentorum ſeries. Si Pauli eſtis, ergo & Apollo: quum Paulus & Apollos vnum ſint. Sed neque Pauli neque Apollo eſtis, niſi quatenus ſūt vnius Dei miniſtri. Nā reuera vnius Dei eſtis, quū is propriè vos excoluerit & ædificarit in filio ſuo. Vnde igitur iſtæ factiones?

10 Secundum gratiam Κατὰ χάριν. Hoc nonnulli adiungunt præcedentibus. Ego pleraque exemplaria ſequutus, coniungere malui cū verbo τέθεικα poſui. Eſt enim hoc additum ab Apoſtolo ne de ſe videretur nimium magnificè loqui, quaſi ſuis ipſius viribus fundamenta huius Eccleſiæ ieciſſet, ac non potius vt Dei adminiſter. deinde vt doctrinæ ſuæ authoritatem conciliaret. Sed & ab his verbis videtur à populo conuertere orationem ad ipſos paſtores: obliquè tamē initio, & de ipſis potius quàm ad ipſos loquens, idque in genere & indefinitè, vt ſit grauis potius quàm acerba reprehenſio. Vt peritus architectus ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων. Vulgata & Eraſmus, vt ſapiens architectus. Sed haud ſcio an ſapiens apud Latinos tam latè pateat atque σοφὸς apud Græcos, de quo diximus aliquid ſuprà 1.c.17. Alius autem ἄλλος δὲ. Hoc omnino indicat Apoſtolū nunc de iis agere qui in Corinthiorum Eccleſia docebant. Ii verò nuſquam reprehenduntur à Paulo, quòd falſam doctrinam annuntiarent: ſed eo nomine duntaxat quòd curioſis argutiis & humanæ potius quàm Diuinæ ſapiētiæ dediti eſſent: vnde poſtea illæ in populo factiones erant exortæ. Aberrant igitur à ſcopo qui ad doctrinas verbo Dei vlla ex parte contrarias hanc Pauli ſimilitudinem accommodant: in quibus etiam numero ciborum delectum, dierum & veſtium diſcrimina, reliquiarum venerationem, & cætera id genus. Sed ii multo longius excurrunt qui ad priuatorum vitam & actiones hoc referunt. Longiſſimè denique atque adeò in contrariam partem feruntur qui hoc loco purgatorium ſuum ignē extruunt. Sed bene habet quòd is ex ſtipula, ligno & fœno ſit extructus: vt nihil mirum ſit illum, noſtra memoria, Dei flamma rurſus accenſa, magna iam ex parte conflagraſſe. Certè præclaros iſtos architectos oportuerat ſuo ſaltem Gregorio aſſentiri. ſiquidem (vt ipſi volunt) Papam nefas eſt à quoquā iudicari, & eum quidem qui in diuorum album ſit relatus. Is verò lib. Dialog. 4. cap. 39, quum aliquot Scripturæ teſtimonia citaſſet, Ex quibus ſententiis, inquit, conſtat quia qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur: ſed tamen de quibuſdam LEVIBVS CVLPIS ante iudicium purgatorius ignis cēſendus eſt. Deinde quænam illa ſint leuia peccata exponens, Sicut eſt, inquit, aſſiduus otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur qui à culpa qualiter declinare debeāt, ſciunt, aut non in grauibus error ignorantiæ: quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in vita poſitis minimè fuerint relaxata. Nā quum Paulus dicat Chriſtum eſſe fundamentum, atque ſubiungat, Si quis ſuperædificauerit, &c. quanuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito poſſit intelligi, tamē ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicitè eſt: quia illum per ignem dixit poſſe ſaluari nō qui ſuper hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt peccata MAIORA, & idcirco duriora atque tūc iam inſolubilia: ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt peccata MINVTA ET LEVISSIMA, quæ ignis facilè conſumat. Hæc Gregorius, & papa, & diuus, & doctor (vt volunt) irrefragabilis: ineptè quidem, quum Paulus de doctrina ac docēdi modo diſſerat, & quidē ex hypotheſi ad Corinthiorum doctores accōmodata: ſed ita tamen vt blaſphemum hunc errorem res ipſa clamet ab eius ſucceſſoribus plurimum auctum, qui leuia illa peccata reliquerunt aquæ aſpergine eluenda: maiora verò atque adeo maxima quæque ſibi reſeruarunt, vt horum ſcilicet obtentu non animos repurgent, (id enim vnius Dei eſt efficere per fidem in Chriſtum, vt Act.15.b.8. clamat ipſe Petrus, cuius authoritatem iſtos non pudet ementiri) ſed crumenas fœdiſſima illa ſua nundinatione emungant.

13 Dies enim ἡ γὰρ ἡμέρα. Id eſt tempus, vel lux veritatis, ſuo tempore, diei inſtar exoriens, vt ignorantiæ tenebras pellat. Tū enim quæ pro auro & argento nunc admiramini (id eſt curioſa iſta humanæ ſapientiæ oſtentatio) apparebūt nihil aliud eſſe quàm res inanis ac prorſus vana: quam quum cœperit illuceſcens animis veſtris Dominus tanquā igne explorare, neceſſe erit eam euaneſcere ac tanquam lignum aut fœnum ac ſtipulam, conſumi. Ignis enim proprium eſt vt illuſtret & probet. eſtque tota hæc oratio allegorica. vt ii planè ſint inepti qui quū in cæteris allegoriam cogantur agnoſcere, tamen in vocabulo ignis hærent, nec interim conſiderant quod rectè obſeruauit Auguſtinus, huic igni ſubiici tam bonos quàm malos ædificatores, vt, ſi iſtorum doctrina valeat, neceſſe ſit bona opera non minus quàm mala in iſto purgatorio excoqui. Cæterùm quod in quibuſdam Latinis codicibus adiicitur Domini, non inuenio in Græcis exemplaribus, nec puto conuenire: quòd ferè ſoleat ſupremus ille dies hoc addito epitheto ſignificari: in quem certè non reiicit hoc examen Apoſtolus. Eſt tamen addito articulo ſcriptum ἡ ἡμέρα, vt ſcilicet ſignificetur certum eſſe à Domino tempus conſtitutum quo cuiuſque miniſtri opus exploret.

Nam ὅτι. Ego nouam propoſitionem ab his verbis puto inchoari, qua probetur aut explicetur potius illud ἡμέρα δηλώσει, dies declarabit. Itaque poſt δηλώσει non adſcribo διαστολήν, ſed στιγμήν. neque dubito quin ὅτι ſit coniunctio, non prouocabulum.

15 Damnum faciet ζημιωθήσεται. Id eſt iacturam hanc faciet, operis ſcilicet ac laboris, vt ſiquis architectus non rectè ſtruxerit parietē, non modò non perſoluitur ei merces operis, ſed etiam opus diruitur. Vulgata, detrimentum patietur. Eraſmus, damnum patietur. vterque ambiguè. Ipſe verò αὐτὸς δὲ Nonnulli conuertunt Ipſum verò, quaſi hoc ſcilicet ad θεμέλιον, id eſt ad fundamentum, referatur. quam opinionem non probo. Primùm enim quorſum hoc Paulus, quod erat extra omnem controuerſiam? Deinde coacta eſt interpretatio verbi σώζεσθαι pro perdurare & integrum manere, quum fundamentū ipſum in nullo pereundi periculo verſaretur, ex Pauli hypotheſi, ſuprà verſ. 11: Præterea θεμέλιος ab ipſo vſque 12 verſiculo eſſet repetendum. quod & ipſum eſt vi quadam detortum, vt ſine neceſſaria cauſa non debeat admitti. Deinde cur addita eſſet conditio quæ ſubiicitur? Denique apparet ex antitheſi, ea quæ ſuperſtruuntur, non cōparari cum fundamento quod Paulus iecerat, ſed inter ſe conferri, ipſóſque opifices non cum fundamenti architecto, ſed inter ſe alios cum aliis committi, eos ſcilicet qui rectè & ſolidè ſuperſtruunt cum iis qui fœnum ac ſtipulam, id eſt inutilem materiam congerunt. Seruabitur σωθήσεται. Id eſt opere quidem ac mercede ſperata, non tamen vita, multabitur. Neque enim eos vt pſeudapoſtolos reprehendit Paulus, quique vt à fundamento deſciſcant, ſed vt curioſa quædam ac humana potius quàm diuina conſectantes, vti fecit ille Dionyſius, Corinthiorum, opinor, ipſorū epiſcopus, qui in cæleſti Hierarchia deſcribenda ſeſe plerunque fruſtra fatigat. vti etiam hodie faciunt qui Scripturæ ſimplicitatem faſtidientes, philoſophicas aut ne philoſophicas quidem ſpeculationes permiſcēt: qui denique aſcititio quodam cultu natiuam illam verbi quaſi formam inficiunt.

bitur,ita tamen″vt per ignem.

Templum Dei. Spiritus ſãctus.

An neſcitis quòd templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? 16

Siquis templum Dei″violat,hunc″perdet Deus:nam templum Dei ſanctum eſt,″quod eſtis vos. 17

Sapiens. Stultus.

Nullus ſeipſum ſeducat.ſiquis *ſibi* videtur ſapiens eſſe inter vos ″in hoc ſeculo,ſtultus fiat vt fiat ſapiens. 18

Sapientia enim mundi huius,ſtultitia *eſt* apud Deum.ſcriptum eſt enim,″Capit ſapientes″cum verſutia ipſorum. 19

Et rurſum, Dominus nouit quòd cogitationes″ſapientiũ ſint vanæ. 20

Nõ gloriandum in hominibus.

″Itaque nullus″glorietur in hominibus:õnia nanque veſtra ſũt. 21

Siue Paulus,ſiue Apollos,ſiue Cephas,ſiue mundus,ſiue vita, ſiue mors,ſiue præſentia,ſiue futura:omnia *inquam*″veſtra ſunt. 22

Vos autem,Chriſti:Chriſtus verò,Dei. 23

Cap.IIII.

Miniſtri.

1 S″Ic de nobis reputet″homo vt de miniſtris Chriſti & diſpẽſatoribus myſteriorum Dei.

2 ″Quod ſupereſt autem,*illud* requiritur in diſpenſatoribus,″quòd fidus quiſque comperiatur.

Iudicare.

3 Mihi verò pro minimo eſt″quòd à vobis diiudicer,aut″ab humano iudicio:imò nec meipſum″diiudico.

4 Nullius enim rei mihi conſcius ſum : ſed nõ per hoc iuſtificatus ſum:ſed Dominus is eſt qui me diiudicat.

patietur:ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Nẽſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Infrà 6.d.19. 2.cor.6.d.16

Siquis autem templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus. Templũ enim Dei ſanctum eſt,quod eſtis vos.

Nemo ſe ſeducat:ſiquis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat,vt ſit ſapiens.

Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum . ſcriptum eſt enim,‖Comprehẽdam ſapientes in aſtutia eorum. Iob.5.b.13

Et iterum,‖Dominus nouit cogitationes ſapiẽtium quoniã vanæ ſunt. Pſal.94.b.11

Nemo itaque glorietur in hominibus:omnia enim veſtra ſunt.

Siue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas,ſiue mũdus,ſiue vita,ſiue mors, ſiue præſẽtia,ſiue futura:omnia enim veſtra ſunt:

Vos autẽ, Chriſti.Chriſtus autem, Dei.

Cap.IIII.

SIc nos æſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

Hîc iam quæritur inter diſpenſatores,vt fidelis quis inueniatur.

Mihi autẽ pro minimo eſt vt à vobis iudicer,aut ab humano die:ſed neque meipſum iudico.

Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autẽ iudicat me,Dominus eſt.

Vt per ignem. ὡς διὰ πυρός. Id eſt,ita tamen vt examinis illius rigorem non effugiat, & nõ niſi probatus & exploratus abſterſis demũ ſordibus placeat.Hæc enim eſt conditio quæ in recipiendis omnium doctorum ſcriptis valere debet,quum ſolum Dei verbum ſit αὐτόπιστον. 17 Violat φθείρει. Id eſt,vt rem ſacram polluit ac contaminat. Eraſ.prophanat,βεβηλοῖ. Perdet φθερεῖ. In Græcis idem verbum repetitur.quamobrem etiam Hilarius Pſal.64, vtrobique corrũpendi vocabulo vſus eſt,ſed nimiũ impropriè.Meminit & ipſe Auguſtinus contra epiſtolam Manichæi capite 39, vt Eraſmus annotauit. Quòd ſi quis velit paronomaſiam ſeruare, vertat licebit, Siquis templum Dei deſtruit,hunc deſtruet Deus,vt Eraſmo placuit in annotationibus. Quod eſtis οἵτινες. Ad verbum,qui eſtis.Sed hoc nullius eſt momenti.Sic enim ſolent Græci interdum rationẽ eius quod ſequitur potius quàm antecedentis habere.& Latini quoque,vt in illo Saluſtii,Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur. 18 In hoc ſeculo,ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. Hoc nonnulli præcedentibus,nonnulli ſequentibus attexunt. Ego præcedentibus malo. Fuit enim definiendum Apoſtolo quod ſapientiæ genus excludat ab Eccleſiaſtico miniſterio, eam ſcilicet quæ à carne manat non à Spiritu. Nam alioqui non errat quiſquis eſt ſibi ſapientiæ conſcius,ſi in Domino glorietur,nec alios deſpiciat, vt infrà 7.g.40,& 11.a.1. 19 Capit Ὁ δρασσόμενος. Hebræa habent Ioh.5.b.13,לוכד.i.irretit.Eſt autẽ τὸ δράσσεσθαι id quod dicimus vulgato noſtro ſermone,*Il empoigne*,vnde δρὰξ manipulus,*une poignee*,éſtque poſitum participium,Hebræorum more,pro verbo.Vul.cõprehendam,non ſatis rectè,quum ibi non loquatur Dominus ſed Eliphaz.Eraſ.qui comprehendit,ὃς καταλαμβάνει, vel ὁ καταλαμβάνων, vt habet ea editio Græca qua nunc vtimur. Cum verſutia ἐν τῇ πανουργίᾳ. Vel vafritia ac calliditate.i.vtcunque ſint vafri,eos tamen Dominus capiet,quum ſcilicet eorum artes re ipſa declarabit illud ipſum eſſe quo ſeſe inuoluerint.Itaque præpoſitio ἐν vel pro σὺν.i.cũ,vel pro διὰ accipitur.Vulg.& Eraſ.in aſtutia,obſcurè:niſi ſic accipias quaſi dicat,In media ipſa verſutia illos à Deo occupari. 20 Sapientũ τῶν σοφῶν. Hebræa veritas habet Pſal.94.b.11,אדם hominũ, ſed rectè omnino Apoſtolus Prophetæ ſenſum expoſuit. Cuius enim virtutis eſſet, ſtultorũ aut vulgarium hominum vanitatem noſſe?Loquitur ergo Dauid de iis qui inter homines præcipuè excellunt,quorum tamen omnẽ ſapientiam iudicio Dei teſtatur nihil aliud quàm meram eſſe inanitatem, ideóque contemptim generali nomine eos vocat אדם ſuæ ſcilicet illos conditionis admonens. 21 Itaque ὥστε. Sequitur iam vniuerſalis concluſio,qua primo loco admonet auditores, ne in ipſis miniſtris ſubſiſtant,ſed ad eũ aſcendant qui per illos agit,tribus ſcilicet verſ. proximis.vt deinde nihilominus habeant pro miniſtris & arcanorũ Dei diſpenſatoribus, verſ.ſequentis capitis 1. Secundo autem loco miniſtros monet vt ſe non dominos ſed œconomos eſſe meminerint: ac proinde nihil alienum vel in doctrina vel in ipſa docendi ratione admiſceant, ſed vt fideles œconomi ea demum quæ acceperunt,bona fide diſtribuant.idque complectitur verſ.ſequentis capitis ſecundo. Deinde ad arrogantiam vtrorumque compeſcendã tranſit. Itaque meo quidem iudicio debuit ſequentis capitis ſectio incipere ab Ἐμοὶ δὲ,Mihi verò,præcedẽtes autem verſiculi primus & ſecundus huic capiti attexi.

Glorietur in hominib. καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις. Id eſt,ſibi ita placeat in hominibus quicunque tandẽ illi ſint,vt illis ſit addictus,& quod Dei eſt,ad eos transferat.vt ii faciebant qui huius aut illius ſe eſſe dicebant, & etiamnum hodie qui Franciſcũ, Dominicum, Benedictũ profitentur. 22 Veſtra ſunt ὑμῶν ἐστιν. Id eſt adminicula vobis deſtinata,vt ad Chriſtum & à Chriſto ad Deum ſubuehamini,non autem vt in illis adminiculis hæreatis.Ita enim fieret vt non veſtra eſſent illa,ſed illorum potius eſſetis.

IN CAPVT IIII.

1 Sic de nobis reputet οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω. Vulg.& Eraſ.Sic nos æſtimet,οὕτως ἡμᾶς ἡγείσθω,quod vocabulum mihi videtur paulo ſuperbius.Eſt autẽ cũ hoc loco cõferendum quod ſcripſit Apoſtolus ſuprà 1.b.12,quum eos etiam increparet qui dicebãt Ego ſum Chriſti,ita ſcilicet vt miniſtros non agnoſcerent:quum non minus peccet qui miniſtros ſpernit(quos quidem veros Dei miniſtros eſſe cognouit)quàm qui plus illis defert quàm par ſit. Homo ἄνθρωπος. Id eſt ἕκαστος,quiſque.enallage non modo Hebræis familiari,ſed quæ etiam vſurpatur apud diſertiores Græcos.Demoſth.καὶ γὰρ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ πόλιν κοινῇ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ δεῖ τὰ λοιπὰ πειρᾶσθαι προσφέρειν.Videtur tamen Hominis nomen ſua emphaſi non carere hoc in loco. nempe vt quiſque ex ſuæ imbecillitatis conſideratione melius intelligat quanta ſit miniſterii Eccleſiaſtici dignitas,quæ tamen non in ipſis hominibus ſed in eorum munere ſit poſita.

2 Quod ſupereſt autem ὃ δὲ λοιπόν. Vulg.Hîc iam quæritur. vt rectè ſuſpicetur Eraſmus legiſſe, ὧδε λοιπὸν ζητεῖται, ſed refragantibus ſummo conſenſu Græcis codicibus.Deinde quæritur pro requiritur,obſcurè dictum eſt.

3 Quòd ἵνα. Vulg.& Eraſ.vt, quæ particula raro aliud declarat quàm finem, vt & apud Græcos ἵνα: hîc tamen ponitur pro ὅτι, εἰδικῶς ſcilicet non τελικῶς. Ab humano iudicio ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. Vulgata,ab humano die,perobſcurè. Ponitur autẽ dies pro iudicio, ex Cilicum idiotiſmo,vt Hieronymo placet: qui tamen non video quo iure omnem elegantiam Paulo detrahat. Sed de ea re diximus alibi: & putarim potius diem pro iudicio accipi ex Scripturæ more,quæ diem Domini ſolet vocare diem ſupremo iudicio conſtitutum. Diiudico ἀνακρίνω. Id eſt de meipſo iudico quantus ſim vel non ſim. Nam ſicut nullius ſum mihi conſcius vnde fortaſſis poſſem alicuius gloriationis occaſionem arripere, ita etiam probè noui mihi longe alia coram Deo iuſtitia opus eſſe, vt nulla ſit cauſa cur mihiipſi placere debeam. itaque totum hoc iudicium Domino relinquo.Eſt igitur hoc Pauli dictum ad certam hypotheſin reſtringendum. Neque enim Co-

rinthii de doctrinis iudicabant ex Dei verbo, ſed de hominibus ipſis, idque perperam. quum à quibuſdã, Pythagoreorum more, penderẽt, vt eos diceres, tanquam agonothetas aliquos, non tanquam auditores Euangelii ſedere. Alioquin & Spiritus probandi ſunt, & nos ipſos explorare debemus an ſimus in fide. Nec priuata etiã charitatis iudicia, ac multo minus vel Ciuilẽ vel Eccleſiaſticã politiã dãnat Apoſtolus.

Matth.7.a.1 rom.2.a.1	¶Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ: & tunc laus erit vnicuique à Deo.	5	Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, vſquedum venerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & manifeſta faciet cõſilia cordium: ac tunc ″laus erit vnicuique à Deo.	
	Hæc autem fratres, transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in nobis diſcatis ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterũ infletur pro alio.	6	Hæc autem, fratres, per figuram tranſtuli ad meipſum & in Apollo, propter vos: vt ″in nobis diſceretis, ″*de uobis* ſuprà id quod ſcripſi, non ſentire: ″vt ne alius pro alio inflemini aduerſus alium.	
	Quis enim te diſcernit? quid autẽ habes quod nõ accepiſti? Si autẽ accepiſti, q̃d gloriaris quaſi nõ acceperis?	7	Quis enim te ″diſcernit? quid autem habes quod non acceperis? quod ſi etiam accepiſti, quid gloriaris vt qui non acceperis?	Omnia accepta ferenda Deo.
	Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis. & vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus.	8	Iam ſaturati eſtis, iam ditati eſtis, abſque nobis ″regnum adepti eſtis: atque vtinam ſanè regnum adepti eſſetis, vt & nos ſimul vobiſcum regnaremus.	Ingrati Corinthii.
	Puto enim quòd Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquã morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mũdo & angelis & hominibus.	9	Puto enim quòd Deus nos ″vltimos Apoſtolos deſignarit tanquam morti addictos. Nam ſpectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus.	Pericula Apoſtolorũ in prædicãdo Euangelio.
	Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.	10	Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto. nos infirmi, vos autem validi: vos glorioſi, nos ignominioſi.	
	Vſque in hanc horã & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur & inſtabiles ſumus,	11	″Ad hoc vſque tempus & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & incertis ſedibus erramus.	
Act.20.g.34 1.theſſ.2.b.9 2.theſſ.3.b.8	¶Et laboramus, operãtes manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemꝰ.	12	Et laboramus, operantes propriis manibus. conuitiis affecti, bene precamur: perſecutionem patientes, ſuſtinemus:	Laborat manibus Paulus.
Matth.5.g.44 luc.23.e.34 act.7.g.60.	¶Blaſphemamur, & obſecramus. tãquã purgamenta huius mũdi facti ſumus: omniũ peripſema vſque adhuc.	13	″Infamati precamur. ″purgamenta mundi facti ſumus, *utque* omnium ″ramentum vſque adhuc.	
	Non vt confundã vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo	14	Non quo vos pudorè ſuffundam, hæc ſcribo, ſed vt filios meos dilectos admoneo.	Correptionis modus.
	Nam ſi decem milia pædagogorũ habeatis in Chriſto,	15	Nam *&* ſi decem millia pædagogorum habueritis in Chriſto,	Pædagogus.

5 Laus ἔπαινος. Laudari quidem non poterat vnus quiſpiam præ cæteris à Corinthiis, quin cæteri culparentur, vt etiam apparet ex verſiculo ſequente: ſed laudis mentionem potius quàm vituperii facit Apoſtolus, quia iſtius mali hæc erat origo, quòd certis hominibus plus tribuerent quàm par eſſet. 6 In nobis ἐν ἡμῖν. Id eſt noſtro hoc exemplo, qui aliorum etiam vitia in noſtras perſonas transferre maluimus, quàm nominatim quenquam carpere. Vnus codex ſcriptum habebat ἐν ὑμῖν, id eſt apud vos, ſiue intus, & in animis veſtris: vel, inter vos. De vobis non ſentire μὴ φρονεῖν. Hoc in loco accipitur τὸ φρονεῖν, pro iudicio animi quod quiſpiã vel de ſe vel de alio concepit. Deerat autem in vno codice manuſcripto, & apparet Veterem interpretem illud non legiſſe, vt qui ſic conuerterit hunc locum, vt in nobis diſcatis ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro alio, id eſt ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται ἕνα κατὰ τοῦ ἑτέρου μὴ φυσιοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ἑνός. Vt ne inflemini ἵνα μὴ φυσιοῦσθε. Sic Libanius in primam Demoſth. Olynthiacam, ἵνα μὴ δοκοῦσι. alioquin rectè annotauit Eraſmus nouam eſſe hanc conſtructionem: vt fortaſſis hoc loco legendum ſit φυσιοῖσθε, & apud Libanium δοκῶσιν. Vetus autem interpres, vt paulo antè diximus, legit φυσιοῦσθαι, & ſuſtulit ἵνα μή.

7 Diſcernit? διακρίνει; Id eſt ſegregat aut eximit è cæterorum grege: aut, ita præſtantem te reddit vt alii præ te pro nihilo habeantur. Eraſmus, diiudicat. quæ interpretatio, vt mihi videtur, non cõuenit. vt nec illud quod coniicit legi poſſe, τί σε διακρίνεις; cur te ſegregas? Theophyl. interpretatur ψηφίζει. id eſt, cuius ſuffragio iſta præſtantia tibi tribuitur quòd cæteris anteponaris? nempe hominis non Dei. Atqui falluntur humana iudicia. cur igitur inflaris? Quòd ſi etiam non fallantur homines in iudicando, quid tamen habes quod precario non poſſideas? Mihi prima expoſitio videtur ſimpliciſſima.

8 Regnum adepti eſtis ἐβασιλεύσατε. Vulgata, regnatis, βασιλεύετε, eodem tamen ſenſu.

9 Vltimos deſignarit ἐσχάτους ἀπέδειξεν. Hoc dicit Paulus quòd proculdubio id etiam ipſi obiiceretur ad eleuandam ipſius authoritatem, quòd non eſſet cum Chriſto verſatus, vt alii Apoſtoli, ſed quaſi abſente Chriſto deſignatus: vt apparet ex prooemio epiſtolæ ad Galatas. Quod autẽ ἀπέδειξεν, poſt Veterẽ interpretem Eraſmus cõuerterit, oſtendit (quaſi ſcilicet ſumpta ſit metaphora ab iis qui ignominiæ cauſa circũducti, ad mortẽ denique trahuntur) quanuis videatur ei cõuenire cũ eo quod de ſpectaculo ſubiicitur, tamen nõ auſus ſum amplecti, quia verbum ἀποδεικνύειν nuſquam memini legere in ea ſignificatione, ſed ἐπιδεικνύειν, θριαμβεύειν, παραδειγματίζειν, θεατρίζειν, & interdum quoque φανερὸν καθιστάναι, vt apud Plut. in problemat. Græcorum. Ἀποδεικνύειν autem pro deſignare & ad munus aliquod deligere, non minus eleganter dicitur quàm ἀναδεικνύειν, Luc.10.a.1, & χειροτονεῖν, Act.10.f.41. Sed puto ἐπιθανατίους ſubiectum eſſe παρ' ὑπόνοιαν, vt in ironico ſermone. quaſi diceret Apoſtolus, Si quidem ita metiri oportet miniſterii dignitatem vt vos facitis, nos ſcilicet vltimi Apoſtoli nõ ad miniſterium ſed ad mortem erimus deſignati à Domino, & quidem poſt acerbiſſimas quaſque ignominias. Atqui prorſus aliter ſe res habet: neque noſtis quid ſit de Chriſti regno & Eccleſia iudicandum.

11 Ad hoc vſque tempus ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας. Hoc attexitur præcedentibus apud Græcum ſcholiaſten. Incertis ſedibus erramus. ἀστατοῦμεν. Vulgata, inſtabiles ſumus, quod Latinis ſignificat leuem & inconſtantem eſſe. Cæterùm qui egregiam volet Pauli & Antichriſti, qui ſe illius ſucceſſorem mentitur, antitheſin habere, Romanæ Curiæ delicias illas Sodomiticas cum Pauli conditione componat.

13 Infamati βλασφημούμενοι. Siue, probris affecti. Eraſmus, conuitiis affecti. quod potius reſpondet τῷ λοιδορεῖσθαι. quanuis iſta nonnunquam permutentur. Vt purgamenta ὡς περικαθάρματα .i. recrementum, fæx, ſcoria, vel ſordes quæ ex lurida re quapiam repurgantur: quicquid denique prorſus inutile ſupereſt ex rei cuiuſpiam repurgatione. quamobrem etiam Eraſmus excrementum conuertit. Ego verò Græci vocabuli etymologiam libens ſeruaui. Addit autem pondus præpoſitio περὶ, quaſi dicas ſordes vndique euerrendo collectas, id eſt ἀποσαρώματα, vt Græcus Scholiaſtes exponit. niſi pro ὡς περικαθάρματα, legendum ſit ὥσπερ καθάρματα. Cæterùm probat quidem Budæus ex vtriuſque linguæ variis authoribus καθάρματα dictos fuiſſe quos Latini ſacros homines dicebant. quorum ſcilicet capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius ſcelera luebantur, quique auertendæ deorum iræ mactabantur. ſed mihi quidem non ſit veriſimile vel immanem illam conſuetudinem fuiſſe tum Græcis notam, vel Paulum ad eam reſpexiſſe. Si cui tamen hæc opinio magis arriſerit, piacula licebit interpretari.

Ramentum περίψημα. Vulgata, peripſema. Eraſmus, reiectamentum. Eſt autem περίψημα ramentum, ſiue ſcobs: aut, vt Græca ſcholia volunt, vilis panniculus quo ſudor abſtergitur. Significat enim τὸ ἀποψᾶν radere & extergere. In ſumma confert ſeſe Apoſtolus cum iis quæ non modò nullius penitus ſunt pretii, ſed etiam quæ omnes à ſe quam longiſſimè abeſſe velint.

Patres.

non multos tamen patres:in Chriſto enim Ieſu per Euangelium ego vos genui.

Imitatores.

″Precor vos igitur,imitatores mei ſitis.

Propterea miſi vobis Timotheum,qui eſt filius meus dilectus & fidelis in Domino,qui vobis″in memoriā reducet″quæ ſint viæ meæ in Chriſto,ſicut vbique in omnibus Eccleſiis doceo.

Cæterū perinde quaſi ego nō ſim vēturus ad vos,inflati ſūt q̄dā:

Sed veniam breui ad vos,ſi Dominus voluerit , & cognoſcam non″locutionem iſtorum qui inflati ſunt,ſed *ſpiritualem*″virtutem.

Sermo.
Virtus ſiue potētia.

Non enim in locutione *ſitum eſt* regnū Dei,ſed in *ſpiritus*″virtute.

Quid vultis? cum virga veniam ad vos,an cum charitate &″ſpiritu lenitatis?

Cap. V.

Fornicarius ex-communicatur.

OMnino auditur *eſſe* inter vos″ſcortatio, & eiuſmodi ſcortatio quæ ne inter Gentes quidem″nominatur : *nempe* vt quis vxorem patris habeat.

Et vos inflati eſtis,ac non potius luxiſtis, vt tolleretur de medio veſtrum″qui facinus hoc patrauit.

Excōmunicatio

Enimuero ego vt abſens corpore,præſens autem″ſpiritu,iam vt præſens iudicaui vt is qui hoc″ita perpetrauit,

Vobis & meo ſpiritu″in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti cōgregatis,″cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti,

″Tradatur eiuſmodi *inquam homo* ſatanæ″ad interitū carnis,vt ſpi-

ſed non multos patres.nam in Chriſto Ieſu per Euangeliū ego vos genui.

16 Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote.

17 Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in Domino,qui vos commonefaciet vias meas quę ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbique in omni Eccleſia doceo.

18 Tanquam non vēturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam:

19 ‖Veniam autem ad vos cito,‖ſi Dominus voluerit, & cognoſcam nō ſermonem eorū qui inflati ſunt, ſed virtutem.

Act.19.d.21
Iac.4.d.15

20 Non enim in ſermone eſt regnum Dei,ſed in virtute.

21 Quid vultis? in virga veniā ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?

Cap.V.

1 OMnino auditur inter vos fornicatio ,& talis fornicatio qualis nec inter Gētes: ita vt vxorem patris aliquis habeat.

2 Et vos inflati eſtis , & non magis luctum habuiſtis , vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.

3 ‖Ego quidē abſens corpore,præſens autem ſpiritu,iam iudicaui vt pręſēs, eum qui ſic hoc operatus eſt,

Coloſſ.2.a.5

4 In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu,

5 ‖Tradere huiuſmodi ſatanæ in inte

1.Tim.1.d.20

16 Precor παρακαλῶ. Eraſmus, Adhortor,quod non videtur ſatis expreſſum. Quod autem poſt γίνεσθε in quibuſdam Latinis codicibus additur,ſicut & ego Chriſti καθὼς ἐγὼ χριστοῦ puto irrepſiſſe ex huius epiſt.11.a.1. quanuis in vno Græco exemplari adſcriptū inuenerim.

17 In memoriam reducet ἀναμνήσει. Vulgata, commonefaciet. Sed rectius illo modo Eraſmus. Eſt enim tacita quædam exprobratio obliuionis in verbo ἀναμιμνήσκειν,quæ commonefaciendi verbo non ſatis exprimitur. Quæ ſint viæ meæ,&c. τὰς ὁδούς μου,&c. Id eſt quam viam & regulam ſequar in docendis paſſim Eccleſiis. Vulg.& Eraſ.obſcurè,vias meas quæ *ſunt* in Chriſto.

19 Locutionem τὸν λόγον. Cognoſcam,inquit,id eſt attentius perſpiciam & conſiderabo non iſtorum facundiam,ſed δύναμιν.i.quanta Spiritus virtute polleant. Vulg.& Eraſ.ſermonem, rectè id quidē,ſed non ſatis expreſſè, atque etiā ambiguè, quum ſermonis appellatione Paulus ferè ſoleat intelligere idipſum de quo habetur ſermo.Quidā,orationem,Latina quidem ſed magis etiam ambigua interpretatione. Virtutem δύναμιν. Alibi addere ſolet vocabulum πνεύματος Spiritus,vt ſuprà 2.a.4.vel θεοῦ,vt ibidem a.5.vt intelligatur de qua virtute ſeu facultate agatur.Ideò hoc mihi permiſi vt adderem,ne quis putaret ſermonem eſſe περὶ ἀρετῆς.

21 Spiritu lenit. πνεύματι πραότητος. i.leniter in nos affectus. Eſt autē ex Hebræorum idiotiſmo ſpiritus lenitatis idem atque ſpiritus lenis.ſed hunc Hebraiſmū libens retineo,ex quo ſcilicet intelligatur,veras virtutes nō ab humanis viribus ſed ab afflatu diuini Spiritus exoriri.Debuit autem quiſquis capitum ſectionem inſtituit,ab hoc verſ.5.caput inchoare.Nam hinc etiam Græci ſecundū κεφάλαιον auſpicantur.

IN CAPVT V.

1 Scortatio πορνεία. Vulg.fornicatio,barbarè.Eraſ.ſtuprū. Ego malui etymologiā ſeruare. Sed latè patet hoc loco ſcortationis nomē, quo ſcilicet inceſtū declaratur.Addidi autem verbum εἶναι eſſe,non tantùm vt conſtructionem explerem,ſed etiā vt oſtenderem ἐν ὑμῖν inter vos nō pertinere ad ἀκούεται.Neque enim ſignificat Apoſtolus eā ſcortationē eſſe auditam inter Corinthios,ſed omnino peruulgatū eſſe hūc rumorem de Corinthiis,quòd eiuſmodi ſcelus apud eos patratum eſſet,& quidē impune. Nominatur ὀνομάζεται. Hoc cōperimus in vno Græco exemplari deeſſe.neque etiam legit Vetus interpres.Videtur tamē magnam habere emphaſin:quaſi diceret Apoſtolus,Quis hoc ſperaſſet,vt apud vos id ſcelus reipſa impune patraretur,quod inter gentes extraneas ne fando quidē audiatur? Nam certè eiuſmodi ſcelerū exempla ſemper rara fuerunt niſi inter gentes prorſus immanes. 2 Qui facinus hoc patrauit ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Vulgata,qui hoc opus fecit,nimium dilutè:vt etiam quum paulo pòſt τὸν κατεργασάμενον interpretatur eum qui operatus eſt.

3 Spiritu πνεύματι. i.animo,cogitatione,voluntate:Spiritus denique ſancti vinculo,qui res etiā longiſſimè diſſitas coniungit. Sed illud ſimplicius eſt,propter corporis antitheſin. Quod autē Hieronymus ex hoc loco imperitiam Græci ſermonis in Paulo reprehendit quòd μὲν nō addiderit in priore membro cui δὲ reſponderet,ſanè ridiculum eſt. Quis enim Xenophonte purior? & is tamen ita ſcribit, ἐπειδὴ γὰρ ἀφῃρέθημεν τὰ ἐν τῇ ὑπερορείᾳ κτήματα,pro τὰ μὲν ἐν τῇ ὑπερορείᾳ κλήματα ἀφῃρέθημεν.Sequitur enim,ἐν δὲ τῇ ἀττικῇ ὁ πατήρ μου οὐδὲν κατέλιπεν. & eiuſmodi eclipſis exempla quāuis non ita frequenter,tamen ſatis multa occurrunt. Ita οὕτως. Suſpicari videtur Eraſmus hoc aduerbiū in hūc locum irrepſiſſe ex ſuperiore verſ.qua in re nō poſſum ei aſſentiri. Puto enim circunſtantiā temporis ac loci ita ſignificari, quaſi diceret Apoſtolus,eum quem non puduit poſt auditū & acceptum Euangeliū,palàm in media Eccleſia tantū ſcelus cōmittere,tradendū eſſe Satanæ.

4 In nomine Dom. ἐν τῷ ὀνόματι .i.inuocato Dei nomine,& vt facere eos oportet qui non ſuū ſed vnius Domini negotiū ex ipſius verbo curant. Hoc autem coniunxi cum συναχθέντων,quòd ita videatur ſententia ipſa poſtulare. Cum poteſtate Dom.σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυ', Eraſ. vnà cū poteſtate Domini.i.nō ex veſtra authoritate,neque vt priuati homines, ſed imperio eius cōmuniti, cuius nomine conueniſtis. Putauit autē hoc referendū ad participiū συναχθέντων,ideóque σὺν conuertit vnà cū: ita vt repetitū ſit antecedēs pro relatiuo,ex Hebræorū more. At ego potius puto hæc cōnecti cum παραδοῦναι,& præpoſitionē σὺν non tam comitem(quāuis ab hoc cœtu minimè excludatur, ſed potius ei præſideat Chriſtus)quàm authoritatē declarare:vt fortaſſe rectiꝰ cōuerti poſſit,ex poteſtate.qua de re diximus aliquid, Act.13.d.15.

5 Tradatur eiuſmodi,&c. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ. Abundat quidem τοιοῦτον ex Hebraicæ linguæ phraſi,ideóque ab Eraſmo prætermiſſum eſt. ego verò exprimendum putaui,quaſi ſit epanalepſis. Omnino enim videtur magnā emphaſin habere, vt intelligant Corinthii ſceleris magnitudinē acerbitati pœnæ reſpondere. Quid ſit autem Satanæ tradere,non eſt cur ex Chryſoſtomo potius quàm ex Domino ipſo diſcamus.Hoc enim certè nihil aliud eſt quàm fieri ſicut ethnicū & publicanum,Matth. 18.c.17.i.ius Chriſtianæ ciuitatis amittere, ſiue excommunicari,Satanæ denique mācipari,qui extra Eccleſiā regnat. Ad interitum carnis,&c. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός,&c. Hoc nō rectè intellectū,fecit,opinor,vt tradere Satanæ,nōnulli pro corporis afflictione acceperint quæ infligeretur à Satana iis qui tum eſſent Satanæ traditi excruciandi,quū miniſtri dono miraculorū pollerēt. Atqui nō ſatis idonea fuit hæc vna ratio,cur hoc excogitaretur:& coactū id eſſe, poteſt multis rationibus oſtendi. Primùm quia ὄλεθρος nunquā,quod ſciam,de temporario exitio dicitur.nemo autem,vt opinor, dixerit in mentē vnquam veniſſe vlli Eccleſiæ vt lapſos dederet Satanæ perpetuò excruciādos. Deinde vt demus Apoſtolū illius vocabuli propriā ſignificationē non obſeruaſſe(quod tamen non facilè cōceſſerim)cur mentionē faceret Carnis.i.corporis,vt ipſi interpretantur:quū certū ſit huiuſmodi Eccleſiaſtica iudicia non corpus,vt ciuilia,ſed animum propriè ſpectare? Poſtremò qui poteſt peſſundato corpore ſeruari ſpiritus? Alii igitur hoc explicant de afflictionibus quæ excōmunicationem ſequūtur,nempe pudore ac triſtitia & ſimilibus. Sed hæc certè ad animum potius quàm ad corpus pertinēt: neque ὄλεθρος poteſt afflictionē declarare niſi admodū coacta interpretatione. Alii igitur exitiū ſeu

interitum carnis exponunt exitium tēporarium.quæ & ipſa explicatio quanuis veram & conſentaneam ſentētiam gignat,tamen mihi vix videtur ex iſtis verbis elici ſatis commodè poſſe.Nam neque vllum exemplum ſimile inuenio,neque ὄλεθρον de temporario exitio dici cō modè poſſe puto.Neque plena eſſet oppoſiti mēbri antitheſis.Dicendū enim fuiſſet,vt ſalutem Spiritus.i.æternā,conſequatur(quæ etiam expoſitio mihi planè videtur coacta)nō autem vt Spiritus ſeruetur:quū aliud ſit quod ſeruatur, alia ipſa ſalutis qualitas,ac vt ita dicam, duratio.Itaque,vt paucis abſoluam,carnis & ſpiritus vocabula non aliter accipio quàm aliis innumeris locis apud Paulum: neque aliud puto his verbis ſignificari quàm pœnam iſtam infligi,non vt miſer iſte pereat ſed contrà vt ſeruetur.i.vt quum ipſe pudore ac triſtitia ſapere didicerit, caro quæ in hoc præcipitiū ipſum abripuit,funditus pereat, Spiritus autem qui videbatur in certamine prorſus ſuccubuiſſe,iterum ſeſe erigat,nec aboleatur,ſed illa interempta ſuperſtes maneat.Hic enim eſt finis Eccleſiæ propoſitus nō modò in extremo iſto remedio, ſed etiā in omnibus tum admonitionibus tum reprehenſionibus,vt caro dometur,ſpiritus confirmetur:quemadmodum paſſim explicatur,ac diſertè quidem 2.Cor.4.c.10,& 1.Pet.4.b.6.

teritum carnis,vi ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.

Galat.5.b.9 Non eſt bona gloriatio veſtra.‖Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?

C Expurgate igitur vetus fermentū, vt ſitis noua conſperſio: ſicut eſtis azymi.etenim Paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus.

Itaque epulemur,non in fermento veteri,neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis.

Non vtique fornicariis huius mundi,aut auaris,aut rapacibus,aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de

D hoc mundo exiſſe.

Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri,ſi is qui frater nominatur inter vos,eſt fornicator,aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus,aut rapax: cū eiuſmodi nec cibum ſumere.

Quid enim mihi de iis qui foris ſūt iudicare? Nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis?

ritus ʹſaluus ſit ʹin die illo Domini Ieſu.

6 ″Non *eſt* bona gloriatio veſtra. An neſcitis quòd paululum fermenti totam ″maſſam ″fermentat?

7 Expurgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua maſſa, ″ſicut eſtis ″fermenti expertes. ″Etenim paſcha noſtrum ″pro nobis ſacrificatum eſt, *nempe* Chriſtus.

8 Itaque ″feſtum agitemus, non fermento veteri, nec fermento malitiæ & nequitiæ: ſed non fermentatis *panibus* ſynceritatis & veritatis.

9 Scripſi vobis in Epiſtola, ″ne cōmiſceremini cū ſcortatoribus.

10 Ac non omnino cum ſcortatoribus mundi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut idololatris: ″alioquin debetis ſcilicet è mundo exire.

11 Nūc autem ſcripſi vobis ne cōmiſceamini, ″ſi quis quum frater nominetur ″ſit ſcortator aut auarꝰ, ″aut idololatra, aut cōuitiator, aut ebrioſus aut rapax: ″cum eiuſmodi, *inquam*, ne edatis quidem.

12 Quid enim mea *intereſt* etiam de extraneis iudicare? nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis?

In die illo Do. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου. Diem Domini alibi diximus peculiariter vocari diē alteri aduentui Domini deſtinatum,iudicandis viuis & mortuis. Inde factum vt in hac loquendi formula quidam tradiderint Diem pro Iudicio vſurpari,vt ſuprà 4.a.3.

6 Non *eſt* bona οὐ καλόν .i.immeritò & non bona ratione gloriamini,quaſi excellatis,quum inter vos tātum ſcelus inueniatur.quo modo bonam cauſam & bonam rationē dicimus.Ideò ſubiicit, An neſcitis.quaſi diceret, Vos qui de ſapientia tātopere gloriamini,an hoc ignoratis,cuius vos ipſæ mulierculæ admonere poſſint? Quidā codex poſt ὑμῶν habebat adſcriptā interrogationē,ut ſit, Num bona eſt,&c.Auguſt.quoque contra Parmenianū aliam indicat lectionem,ſublata negante particula, vt ſit hîc quoque ironia,ſicut ſuprà 4.b.8,& 10.Quidā vertit,Non eſt honeſta,parum,vt exiſtimo,accommodatè. Maſſam φύραμα. Vulg.conſperſionem,barbarè Mutauit ergo Eraſmus hoc in loco,ſed in proximo verſiculo retinuit. Vide Rom.11.b.16. Fermentat ζυμοῖ. Vulg.corrumpit,φθείρει,quod reprehendit ipſe Hieronymus lib.in epiſt.ad Galatas 5.vt Eraſmus obſeruauit. 7 Sicut eſtis fer. καθώς ἐστε,&c. φύραμα.i.maſſam,appellat vniuerſum collectæ Eccleſiæ corpus.ſingulos autem dicit azymos,id eſt ſpiritu innouatos,detracta vetere corruptione. Vult ergo eiici è cœtu ſceleratum illum, vt ſicut ſigillatim ſunt puri,ita etiam in vniuerſum tota Eccleſia ſit pura,quæ contagione illius prius erat contaminata. Fermenti expertes ἄζυμοι.Vulgata Græcum verbū retinuit,vt & nos alibi quum de diebus feſtis Paſchæ ageretur.Eraſmus,infermētati,ambiguè.Itaque ſequenti verſiculo panes dixit fermento carentes. Etenim καὶ γὰρ. Eraſ.nā &,deprauatè,vt opinor,aut certè periculoſa amphibolia,quaſi alius etiam aliquis ſit pro nobis ſacrificatus,aut noſtra integritas aliunde etiā quàm à Chriſti ſacrificio pendeat.qua tamen ſuſpicione nolim Eraſmum grauare.cæterùm alibi annotauimus Paſcha metonymicè pro Agno Paſchæ vſurpari. Pro nobis ὑπὲρ ἡμῶν. Hoc deeſt in vetere interpretatione,& tamen ſummo conſenſu legitur in Græcis,& minimè eſt otioſum.

8 Feſtum agitemus ἑορτάζωμεν. Vulgata,epulemur,εὐωχώμεθα,nempe quòd Paſcha ſoleret ſolenni epulo celebrari.

9 Ne commiſceremini μὴ συναναμίγνυσθαι. Id eſt commercium haberetis,aut familiariter vteremini.

10 Alioquin debetis ſcilicet è mundo exire ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Id eſt(vt,meo quidem iudicio,rectè expoſuit Aquinas,immeritò ab Eraſmo hoc in loco flagellatus)Alioquin ſi prorſus vobis abſtinendum ſit ab eiuſmodi hominum conſortio,vobis migrandum eſt in nouum aliquem mundum. De iis igitur loquor qui in ſinu Eccleſiæ verſantur,quos debetis diſciplina Eccleſiaſtica ad frugē reuocare:non autem de exteris,quos debetis omnibus modis Chriſto lucrifacere.Sed hoc tamen ex aliis locis ita eſt intelligendum,vt cum ſceleribus eorum nihil ſit piis commune,& Deus rite interim animo & corpore colatur: quemadmodū ſcilicet Chriſtus cum publicanis ac peccatoribus cibum capiebat.Aliis placet potius interpretari,Nā debetis ex mundo exiſſe,quaſi diceret Apoſtolus,de illis nihil attinet ad vos ſcribere,quum vos iampridem par ſit à mūdo,id eſt ab iſtis,eſſe remotos.Sed quominus hanc expoſitionem amplectar impedit quod ſubiicitur,Quid enim mea intereſt extraneos iudicare? Nam videtur his verbis Apoſtolus rationē reddere cur de externis nihil ſtatueretur. Statuitur autem ſi nō minus fugiendi ſint quàm alii.Eraſmus denique interpretatur,Alioquin vtinam videlicet è mūdo exiſſetis,quam interpretationem non poſſum probare.Nam præterquam quòd(vt arbitror)non ſatis conuenit ipſa ſententia,nuſquam certè legi ὀφείλετε pro vtinam.Vulg.conuertit debueratis ὠφείλετε,eadem atque ego ſentētia, quanuis in nullis Græcis ita ſcriptum inueniā,niſi illud ſit fortaſſis quod corruptè in quibuſdā legitur ὠφείλεται. 11 Siquis quū frater nom. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. Vel,vt Vulgata,Si is qui frater nominatur. Sed illa tamen interpretatio melius conuenit, quòd ſit indefinita.Photius aliter etiam exponi poſſe docet, puta ſi quis hæc coniungat,εἴ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος.i.ſi quis inter vos ſcortator nominetur.Sed hoc mihi videtur nonnihil coactum.Quod autem Vulgata addit inter vos, non eſt in Græcis. Sit ſcortator ἦ πόρνος. Sic lego,non tantùm ex Veteris interpretis authoritate,qui conuertit, eſt fornicator:ſed etiam ex Græcorum ſcholiorum & duorum manuſcriptorum codicum fide:quum vulgo legatur ἢ πόρνος, ita vt ſupplendum ſit verbum ſubſtantiuum.quæ tamen eclipſis nō ita dura eſt aut inſolens vt Eraſmum oportuerit Paulo imperitiam Græci ſermonis idcirco obiicere.Sed & in eo cogor ab illo diſſentire quòd fuerit quàm ſit ſupplere maluerit,quum falſa ſententia inde poſſit elici.Neque enim vetat nos Apoſtolus cum eo cibum capere qui fuerit,ſed qui ſit ſcortator. Aut idololatra ἢ εἰδωλολάτρης. Vulgata,idolis ſeruiens,magis propriè certè exprimens Græcum vocabulum quàm Eraſmus,qui cultorem pro ſeruo conuertit, quanuis eadem maneat ſententia. Ego verò vocabulū Græcū ſatis iam ſupérque tritum malui retinere. Nā Deaſtricolæ nomen iſtis relinquo qui nouitatis gratiā quærunt. Sed ſanè miror quid Eraſmum coegerit hoc in loco Delium natatorē quærere. Nam aut ego non video quod ille vidit, aut plana hîc ſunt omnia, quocunque modo accipias.Quod enim miratur mentionem fieri idololatriæ,quam non ſit veriſimile tum inter Chriſtianos fuiſſe,facilè poteſt explicari vel ex iis quæ poſtea in eos dicet,quibus nulla erat religio ſacrificiis idolorum intereſſe.Denique mirum ni Corinthiis acciderit quod hodie nimium paſſim in reſtitutis & reformatis Eccleſiis quas vocant,vt multi vtríque parti placere ſtuderent. Cum eiuſmodi *inquam* τῷ τοιούτῳ. Vſurpauit epanalepſin propter longius hyberbaton,ſimúlque clarius explicat quæ ſit vis verbi συναναμίγνυσθαι.

13 De extraneis verò Deus iudicat. ʹtollite igitur ʹiſtum ſceleratum ex vobiſipſis.

Cap.VI.

De iudiciis forẽſibus.

1 ʺSVſtinet aliquis veſtrum, negotium habẽs cum altero, ʺiudicio experiri ſub iniuſtis, & non magis ſub ſanctis?

2 An non noſtis quòd ſancti mũdum ʺiudicabunt? quòd ſi ʹper vos ʺiudicabitur mundus, indigni eſtis ʺminimis iudiciis?

3 Non noſtis quòd angelos iudicabimus? ʺnedum *ut* quæ ad huius vitæ vſum pertinent *non iudicemus*.

4 Itaque ſi ʺiudicia habeatis de iis quæ ad huius vitæ vſũ pertinẽt, eos qui minimi fiunt in Eccleſia, eos *inquam* ʺin ſubſelliis collocate.

5 ʹPudoris cauſa vobis *hoc* dico. Itáne non eſt inter vos ſapiẽs, ne vnus quidem, qui poſſit diiudicare inter fratres ſuos?

6 Sed frater cum fratre ʹiudicio experitur, ídque ſub infidelibus?

7 Iam igitur omnino ʺimpotentia in vobis eſt, quòd ʹiudicia habetis ʹinter vos ipſos. quare non potius ʺiniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis?

Iniuriæ & dãna Chriſtianis ferẽda.

8 At vos iniuriam facitis, & damno afficitis, ídque fratres.

9 An neſcitis quòd iniuſti regni Dei hæreditatem non conſequẽtur? Ne erretis: neque ſcortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum maſculis,

10 Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque conuitiatores,

13 Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſpſis.

Cap.VI.

1 AVdet aliquis veſtrum, habẽs negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſãctos?

2 An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mũdus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis?

3 Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia?

4 Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.

5 Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuũ?

6 Sed frater cum fratre iudicio contẽdit, & hoc apud infideles?

7 Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

Matth.5.f.39
luc.6.d.29
rom.12.d.19

8 Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.

1.Theſſ.b.6

9 An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebũt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores:

10 Neque fures, neque auari, neque e-

13 Tollite igitur καὶ ἐξαρεῖτε .i. ἐξάρετε οὖν. Poſitũ enim eſt futurum indicatiui, Hebræorũ more, pro imperãdi modo: quẽ tamen in duobus exemplaribus ſcriptũ inueni. Deinde καὶ illatiuum ſæpe iam annotauimus. Sed & nõ ineptè conuertas, Sed tollite, ſi modo in priore membro legas κρινεῖ iudicabit, vt ſcriptũ inuenimus in quatuor probatæ fidei codicibus, & legit Vetus interpres. καὶ verò pro ἀλλὰ ex Hebræorũ phraſi ſuprà aliquoties obſeruauimus, vt Act.10.d.28. Iſtum ſceler. τὸν πονηρόν. Vetus interpres, malum. Eraſ. iſtum qui malus eſt. neuter, vt opinor, ſatis expreſſẽ.

IN CAPVT VI.

1 Suſtinet τολμᾷ. Vulg. audet, nõ prorſus malè: quaſi diceret Apoſtolus, Eóne audaciæ vos proceſſiſſe vt vos nõ pudeat palàm Euangeliũ exponere profanorũ ludibriis? Sub iniuſtis ἐπὶ ἀδίκων .i. corã iniuſtis. Sic Horatiꝰ, -& adhuc ſub iudice lis eſt. Iniuſtos autẽ vocat quotcũque nõ ſunt in Chriſto ſanctificati, vt ex antitheſi cõſtat. 2 Iudicabunt κρινοῦσι. Sic habent omnia exẽplaria perpetuo conſenſu: ex quo (vt alias rationes omittã ab aliis expreſſas) apparet hunc locum eſſe propriè explicandũ ex eo quod ſcriptum eſt Matth.19.d.28. Nã ſi de præſenti ſanctorum vita hoc dictũ eſſet, quorũ ſcilicet exemplo redarguũtur ſceleratorũ flagitia, vt accipitur verbũ κατακρίνειν, Matt.12.d.41 & 42, & Heb.11.b.7. dicẽdũ potius fuiſſet κρίνουσι iudicãt quàm κρινοῦσι iudicabũt. Iudicabitur κρίνεται. Vel iudicetur. Nã in hoc dicẽdi genere, vel futurò indicatiui vel præſẽti cõiunctiui locꝰ eſt in Latino ſermone. idq; omnino hoc loco faciẽdũ eſſe, apparet ex propoſitione, cui neceſſe eſt vt reſpõdeat aſſumptio. & ita etiã φθείρει pro φθερεῖ poſitũ eſt ſuprà 3.d.17, & μένει pro μενεῖ, ibidem 3.c.14. Itaque nulla cauſa cur hîc ſeſe torqueret Eraſmus. Per vos ἐν ὑμῖν. Hebraiſmus, quẽ expreſſit Vetꝰ interpres ad verbũ, in vobis. Nõnulli, inter vos .i. in veſtro cœtu. Minimis iudiciis? κριτηρίων .i. infimis ſubſelliis. Nã κριτήρια dicuntur loca ipſa in quibus aguntur cauſæ, alibi quidẽ grauiores, alibi leuiores. Ideò Vetus interpres per periphraſin, cõuertit, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Cæterùm quod Chryſoſtomus & Theophylactus hoc legunt indefinitè, quaſi ſit aſſeueratio, non modo coactum eſt, ſed etiam comperimus repugnare noſtris omnibus Græcis codicibus. 3 Angelos ἀγγέλους. Diabolũ ſcilicet cum ipſius angelis, vt Matth.25.d.41. Nedũ μήτιγε. Vulg. quanto magis, πόσῳ μᾶλλον, quo modo Heſychius illã particulã expoſuit. quod quũ annotarit Eraſmus, miror cur interpretari maluerit, non tantùm. Suppleui autẽ nõnulla quæ ad explendam ſententiã requiri omnino videbãtur: vt in cõmuni ſermone multa conciſè dici ſolent. Quæ ad huius, &c. βιωτικά. Vul. ſecularia, quod vocabulum libens refugio, vel vt falſam illam ac diabolicam Eccleſiaſticorum & Laicorũ ſeu ſeculariũ diſtinctionẽ aboleã. 4 Iudicia κριτήρια .i. fora ac curias. Eſt enim in hoc vocabulo vehemẽs reprehenſio. quaſi diceret Apoſtolus, Si tanta litigãdi cupiditate ardetis, agite, cõſtituite etiã vobis fora, vt illic ſedeãt iudices. ſed quid neceſſe eſt accerſere infideles iudices? ſedeãt potius qui inter vos ſunt minimi pretii. Neque enim res iſtæ tantæ ſunt quin vel infimi quique ex fratribus poſſint illis iudicandis ſufficere. Dicũtur ergo iſta per cõceſſionẽ, & quidẽ grauiſſima cum reprehenſione Corinthiorum: vt vel ex proximo verſiculo apparet. qua de re etiam dicemus infrà verſ.7. In ſubſelliis coll. καθίζετε. Vſus eſt propriè & eleganter hoc verbo, quòd ſoleãt iudices ſedẽtes de adſtantibus iudicare. Vulg. conſtituite ad iudicandũ .i. κριτὰς καθίσατε. Eraſ. verò minus etiã expreſſè, cõſtituite. Quæ ſit autẽ Pauli ſententia diximus in ſuperiore annotatione. Nam quòd quidã hæc nuper interpretatus eſt per interrogationẽ, quaſi ſcilicet Paulus à maiore ad minus argumentetur, indignos eſſe extraneos qui de fideliũ controuerſiis iudicẽt, quandoquidẽ ipſi fideles nolint pro iudicibus quoſuis etiã ex fideliũ numero habere, quos tamen cõſtet quibuſuis infidelibus anteponẽdos, id inquã omnium exemplariũ fidei repugnat. Quidã verò καθίζετε accipiunt præſenti tẽpore, & nomine iſtorum contemptibiliũ in Eccleſia profanos homines intelligunt, quaſi ſit propoſitionis repetitio. Sed quorſum hãc repetitionẽ? neque verò dicendũ fuerat ἐὰν ἔχητε ſi habeatis, ſed ἔχοντες, vel διότι ἔχετε quia habetis. 5 Pudoris cauſa πρὸς ἐντροπὴν. Vulgata, ad verecundiam veſtram. Videtur enim legiſſe ὑμῶν. Eraſmus, ad erubeſcentiam veſtram, quod vocabulum non memini legere apud idoneos authores. 6 Iudicio exper. κρίνεται. Vel, vt Vulg. iudicio cõtendit. Eraſ. litigat, ἐρίζει. Vnũ exemplar habebat κρίνετε, iudicio experimini. Sed paſſiua terminatio magis eſt in ea ſignificatione vſitata. 7 Impotentia ἥττημα. Impotentia animi apud Latinos iis tribuitur qui à cupiditatibus ſe ſuperari ſinunt: vitium, inquit Cicero, à temperantia & moderatione plurimum diſſidẽs. Itaque hoc ipſum eſſe opinor quod Apoſtolus hoc loco ἥττημα vocauit, περὶ τὸ ἡττᾶσθαι, quum eos ſcilicet perſtringeret qui ferendæ iniuriæ ſunt impares. Et tamen hi ſunt hodie qui ſoli nobiles, fortes, magnanimi dicuntur: adeò corrupta ſunt mundi iudicia. Vulg. delictum quam interpretationem vt impropriam reprehendit quidem Eraſmus in annotationibus, ſed ita vt non docuerit quomodo eſſet emendanda. Iudicia κρίματα. Id eſt controuerſias in foro diſceptandas. quã etiã ob cauſam Eraſmus maluit lites cõuertere. Nã alioquin κρίσεως ſeu κρίματος nomen latè patet, adeò vt etiã arbitria cõprehendat: quæ tamen minimè damnari ab Apoſtolo, conſtat ex verſ.6. vt nec ipſa etiã iudicia forenſia, niſi ex hypotheſi, nempe quòd Corinthii cõtendere corã infidelibus nõ poſſent ſine alterutrius aut vtriuſq; partis publica dãnatione, ac proinde nõ ſine offendiculo: deinde quòd litigioſi eſſent, vt facilè appareret eos lucri potius quàm pacis eſſe ſtudioſos. Nã alioquin pii magiſtratus præſidio ius ſuũ tueri bona cõſcientia licet, modò omnis vindicandæ iniuriæ cupiditas abſit. quanquã ne ad hoc quidem venire, boni viri, niſi quodãmodo coacti extremo vti remedio. Inter voſmetipſos μεθ' ἑαυτῶν. Vulg. inter vos, ἐν ὑμῖν. Eraſ. inter vos inuicem μετ' ἀλλήλων. Ego puto aliquã vim eſſe pronominis reciproci, quod proinde volui exprimere. Oſtendit enim tantam eſſe omnium fidelium coniunctionem, vt ſecum videatur diſſidere qui cum fratre contendit, ſitque inter has lites & alia iudicia nõ minus diſcrimen quàm inter bellum ciuile ſeu domeſticũ & ea bella quæ cum publicis hoſtibus geruntur. Iniuriam patimini ἀδικεῖσθε. Vel, vt Vulg. iniuriam accipitis. Eraſmus tamen ſententiam Apoſtoli rectius expreſſit. Nam ἀδικεῖσθαι hoc loco non ſimpliciter ſignificat iniuria affici, ſed iniuriam quam acceperis, ita ferre vt damnum nõ

recuſes potius quàm cum Eccleſiæ offendiculo ius tuum iudicio perſequaris. Nam certè non poteſt propriè dici iniuria affici qui quantū in ſe eſt iniuriam repellit. Idem ſtatuendum eſt περὶ τοῦ ἀποστερεῖσθαι, de quo etiam diximus Marc.10.c.19.

ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

Tit.3.a.3

‖Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu C Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.

Infrà 10.d.23
Eccli.37.f.31

‖Omnia mihi licent‖ſed non omnia expediunt: omnia mihi licēt, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.

Eſca vētri, & venter eſcis: Deus autem & hūc & has deſtruet. corpus autem non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori.

Deus verò & Dominum ſuſcitauit: ‖& nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.

Rom.6.a.5

Neſcitis quoniam corpora veſtra, mēbra ſunt Chriſti? Tollens ergo mēbra Chriſti, faciā mēbra meretricis? Abſit.

An neſcitis quoniam qui adhęret meretrici, vnū corpus efficitur? Erūt enim (inquit) duo in carne vna.

Geneſ.2.d.24
matth.19.a.5
marc.10.a.7
epheſ.5.g.32

Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.

Fugite fornicationem. omne peccatum quodcūque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autē fornicatur, in corpus ſuum peccat.

‖An neſcitis quoniā mēbra veſtra, templum eſt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

Suprà 1.d.37
1.cor.6.d.16.

‖Empti enim eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deū in corpore veſtro. Cap.VII.

Infrà 7.d.23
1.pet.1.d.19

DE quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierē nō tangere.

neque rapaces, regni Dei hæreditatem conſequentur.

11 Et hæc eratis quidam: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini Ieſu, & per Spiritū Dei noſtri.

Sanctificari.
Iuſtificari.

12 Omnia mihi licent, at non omnia conducunt: omnia mihi licent, at ego non redigar ſub vllius rei poteſtatem.

13 Eſcæ ventri *deſtinatæ ſunt*, & venter eſcis: Deus autem & hūc & eas abolebit. corpꝰ verò nō ſcortationi, ſed Dn̄o: & Dominus corpori.

Scortatio fugienda.

14 Deus autem & Dominum ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per poteſtatem ſuam.

15 Non noſtis quòd corpora veſtra, membra ſunt Chriſti? num igitur tollens membra Chriſti, faciam *ut ſint* ſcorti membra? Abſit.

Membra Chriſti

16 An non noſtis quòd qui adglutinatur ſcorto, vnum corpus eſt? Fient enim, inquit, qui duo erant, caro vna.

17 Qui verè adglutinatur Domino, vnus ſpiritus eſt.

18 Fugite ſcortationem. omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus eſt: ſed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat.

19 An non noſtis quòd corpus veſtrum, templum eſt Spiritus ſācti, *qui eſt* in vobis, quem habetis à Deo: neque eſtis veſtri iuris?

Templū Spiritus ſancti.

20 Nam empti eſtis pretio: glorificate igitur Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.

Cap.VII.

1 CAEterùm de quibus ſcripſiſtis ad me: Bonū *fuerit* viro, mulierem non attingere.

De coniugatis.

11 Quidam τινὲς. In multis codicibus veteris editionis corruptè legitur quidem pro quidam, manifeſto errore, quanuis ita quoque citarit Auguſtinus. Nā quod ſic etiam legitur in Ambroſii exemplaribus impreſſis, imputandū eſſe librariis, liquet ex eius interpretatione, vt rectè obſeruauit Eraſmus. Græci certè ſummo conſenſu legunt τινὲς, & pro particulari nota interpretatur. Fateor tamen multo planiorē & vberiorē fore ſententiā ſi dixerimus τινὲς redūdare, ex phraſi Græcis familiari: vt quemadmodū Apoſtolus in genere deſcribit Epheſios Eph.2.a.1.2, & 3, & c.12, & 5.b.5, & 8: & Petrus totū Eccleſiæ cœtū, 1.Pet.4.a.3: ſic etiā hæc reprehenſio nō tantùm certos quoſdā, ſed omnes ac ſingulos Corinthios cōprehendat. Neque enim vllus eſt hominū qui ſi nō oībus illis vitiis, at ſaltē aliquibus atque adeo pleriſq; non fuerit ante regenerationē addictus. Deinde ſicut ablutio illa & ſanctificatio, totius eſt Eccleſiæ, nō video cur Paulus certorū dūtaxat hominū præcedentem conditionē notaret. Sed tamen, vt dicā quod res eſt, nō habeo quid hìc certi conſtituā: quòd planè ſit neceſſe dicere, vt hunc pleonaſmū tueamur, vel ταῦτα τινες corruptè ſcriptū eſſe pro τοιοῦτοί τινες, vel ταῦτα per enallagen poſitum eſſe pro τοιοῦτοι. Neutrum verò ſine codicis aut exēpli alicuius authoritate auſim affirmare. Itaque à recepta lectione diſcedere nolui. In nomine Do. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου .i. in Domino Ieſu. quā formulā expoſuimus ſuprà 1.a.4. Puto enim Nomen Domini Ieſu ex Hebræorū phraſi nihil aliud quàm ipſū Dominū Ieſum declarare hoc in loco. Eraſ. per nomen. i. per virtutē ac potentiā Domini Ieſu. 12 Omnia πάντα. i. quæuis, vt alibi ſæpe expoſuimus. Sed quocunque modo accipias, reſtringendū eſt τὸ καθόλου, vt res tantū medias cōprehendat: de quibus nouā nunc diſputationē inchoat Apoſtolus, docétq;, Corinthios tum in earū vſu dupliciter peccare, tū etiā in eo grauiter errare quòd inter ἀδιάφορα quædā numerarent quæ tamen eiuſmodi non erant. Quis enim putet Corinthios ita fuiſſe rerū imperitos vt omnia ſibi ſine exceptione vlla licere crediderint? Itaque, vt παρέργως hoc dicā, nimium eſt infirmum eorū fundamentū qui ex vniuerſali ſigno volunt falſiſſimū ac pernitioſiſſimū dogma vniuerſalis Gratiæ in Eccleſiā inuehere. Vllius rei τινός. Sic malui interpretari quàm vllius aut nullius, vt appareat τινὸς neutro genere poſitum eſſe, cui ſcilicet τὰ πάντα opponātur: nec ad perſonas, ſed ad res ipſas referri. Nā certè iis ſubiicitur quicūque ſe carere ipſis nō poſſe putat: vt planè ſeruitus ſub ſpecie libertatis abblādiens manū in eiuſmodi homines iniiciat. 13 Ventri *deſtinatæ ſunt* τῇ κοιλίᾳ. Rectè ſuppleuit Eraſm. quod omnino requiritur ad explendā conſtructionē. niſi malimus exiſtimare tertiū caſum poſitū pro ſecundo, vt Rom.7.a.3, Hebræorum more, vt Geneſ.47.a.1, quoties ſcilicet ל cōſtruitur cū nomine vel relatiuo. Cōſtat autē Paulum his verbis oſtēdere quis ſit verus ciborū vſus, nempe vt in hac vita cōſeruemur ad tēpus. Cur igitur huius vel illius cibi cauſa fratrē perdiderim, aut nō aliter contenderim quàm ſi de ſumma ſalutis æternæ ageretur? Et hūc & ταύτην. Itaque ventris appellatione nō ventrē ipſum ſed nutritionē ſignificat Apoſtolus quæ in ventre conficitur. 19 Corpus veſt. τὸ σῶμα ὑμῶν. In tribus codicibus legimus τὰ σώματα ὑμῶν corpora veſtra, vt ſuprà verſ.15. quæ lectio, fortaſſis mutata eſt à quopiā, propterea quòd ſequitur ναὸς templū, ſingulari ſcilicet numero nō plurali. Atqui Apoſtolus quū ſic loquitur, ſignificat ſe de fidelibus nō ſingulis duntaxat, ſed omnibus in vnū collectis loqui, vt tota Eccleſia ſit vnū Dei templū. Vulg. legit τὰ μέλη ὑμῶν mēbra veſtra. Veſtri iuris ἑαυτῶν. Vul. ad verbū, veſtri, paulo obſcurius. 20 Pretio τιμῆς. Nihil quidē emitur niſi interueniente pretio, ſed hoc tamen additū magnā emphaſin habet: veluti quum dicimus Ore loqui, oculis videre, auribus audire. Vulg. addidit epitheton magno, μεγάλης, contra Græcorum codicum fidem, nempe quòd alioquin illud videretur redundare: vel ex eo quod ſcriptum eſt 1.Pet.1.c.18. Glorificate igitur Deū δοξάσατε δὴ τὸν Θεόν .i. ita ab omni ſcortatione abhorrete prorſus, ita, inquā, vos totos tum corpore tū animo ad omnē puritatem cōparate, vt veſtræ omnes & cogitationes & actiones ad gloriā Dei referantur, à quo ſcilicet tum corpus tū animum idcirco accepiſtis, vt vtroque in ipſius gloriā vteremini. Vulg. addit, & portate καὶ ἄρατε, Græcis codicibus repugnantibus. Eraſ. autē δὴ interpretatur pro ἤδη iam. Et in Spiritu veſtro καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν. Hæc quum in omnibus Græcis exemplaribus inueniantur, mirum eſt in omnibus Latinis deeſſe. Vocat autem Paulus Spiritum alteram hominis partem, vt πνεῦμα & ψυχὴ nihil hoc in loco differant.

Quæ ſunt Dei ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. Hoc quoque deeſt in Latinis codicibus. Ponitur autem relatiuum ἀπολογικῶς.

IN CAPVT VII.

1 De quibus περὶ ὧν. Id eſt, quod attinet ad ea de quibus ad me ſcripſiſtis. Sic enim etiam apud Latinos vſurpatur præpoſitio De.

Bonum *fuerit* καλόν. Id eſt συμφέρον, vt infrà verſ.35. commodum ſcilicet, & expediens, vt loquuntur. quia coniugium multas ſecum moleſtias affert, idque ex Diuinæ inſtitutionis corruptela. Neque enim bonum ita accipitur hoc loco vt opponatur vitio, quum adiungatur tertius caſus: & ſatis conſtet honoratum eſſe coniugium inter omnes & thorum abſque macula, Heb.13.a.4. Itaque Hieronymus perperā ſanè, vt nihil acerbius dicam, hūc locum corrupit vt matrimonii cōiunctionē à Spiritu ſancto toties cōprobatam, in iis numeraret quæ per ſe mala ſunt ac vitioſa. Longè ſanctius ac melius Clemens, Epiphanius κατ' ἀποστολικῶν, Auguſtinus denique aduerſus ipſum Hieronymū: qui omnes ita laudarunt virginitatem, vt ſuam quoque nuptiis dignitatem aſſererent: vt qui intelligerent nec in virginitate nec in coniugio propriè ac per ſe poſitum eſſe Dei cultum, ſed κατὰ συμβεβηκός duntaxat. Viro ἀνθρώπῳ. Id eſt ἀνδρὶ, quum opponatur nomen γυναικός. Vulg. & Eraſ. homini. Mulierem non attingere. γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Eraſmus, vxorem non attingere. i. vt ipſe interpretatur, ab vxore ducenda abſtinere. Ego verò exiſtimo Paulum verbo ἅπτεσθαι ſignificaſſe in genere viri cum muliere congreſſum: quem tamen per ſe non damnat,quum eo velit homines vt remedio vti,idque in matrimonio,ſi continere ſe non poſſint: minimè id facturus ſi malum eſſet coniugium. Nam præcipit quidē humana prudentia vt ex duobus malis quod minus malū eſt eligamus,Chriſtiana verò religio contrà,vt quicquid malum eſt,ſine vlla exceptione,vitemus.Falſa eſt igitur Hieronymi doctrina,qui aduerſus Iouinianum diſſerens,verbum ἅπτεσθαι ita vrget quaſi in ipſo etiam mulieris contactu ſit periculum. quum conſtet virum non minus bona conſcientia vti poſſe ac debere vxore ſua quàm eſca & potu,vt rectè defendit Auguſtinus. Neque eſt verò cur Hieronymum quiſquam hic excuſet, quaſi verbum Domini torquere liceat quoties hortamur,aut conſolamur,aut deterremus, aut ludimus. Imò verò cauendum potius etiam atque etiam ne diuinis Literis vllo modo aut vſquam abutamur.

2 Sed propter ſcortationes,ſuam quiſque vxorem″habeat,& proprium quæque virum habeat.

3 Vxori vir″debitā beneuolētiā reddat:ſimiliter autē & vxor viro.

4 ″Vxor proprium corpus nō habet in poteſtate,ſed vir: ſimiliter autem & vir proprium corpus non habet in poteſtate,ſed vxor.

5 Ne fraudetis alius alium,niſi ſiquid ex cōſenſu, ″ad tempus, vt ″vacetis″ieiunio & orationi: & rurſum ″in vnum″conuenite,ne tentet vos ſatanas″propter incontinentiam veſtram.

6 Hoc autem dico″ex conceſſione,non ex præcepto.

7 ″Nam velim ōnes homines eſſe vt & ipſe ſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo,alius quidem ita,alius autem ita.

8 Dico autem ″innuptis & viduis,bonū″eis eſt ſi māſerint vt ego:

9 Quòd ſi ſe nō continent,nubant:nam ″melius eſt nubere quàm ″vri.

De innuptis & viduis.

10 Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt,denuntio,non ego , ſed Dominus,vxor à viro ″ne diſcedat:

11 Quòd ſi diſceſſerit,maneat innupta , aut viro″reconcilietur . & vir vxorem ne dimittat.

Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.

‖Vxori vir debitum reddat:ſimiliter autem & vxor viro.

Mulier ſui corporis poteſtatē non habet,ſed vir: ſimiliter autem & vir, ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.

Nolite fraudare inuicem,niſi fortè ex conſenſu ad tempus,vt vacetis ieiunio & orationi:& iterum reuertimini in idipſum , ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.

Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium.

Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum:ſed vnuſquiſque proprium donū habet ex Deo,alius quidem ſic,alius verò ſic.

Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permāſerint ſicut & ego:

Quòd ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere,quam vri.

Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio,nō ego,ſed Dominus, ‖vxorem a viro non diſcedere:

Quòd ſi diſceſſerit , manere innuptam,aut viro ſuo reconciliari. & vir vxorem ne dimittat.

1.Petr.3.b.7

B

Matth.5.e.32 & 19.b.9 marc.10.b.11 luc.16.d.18

Habeat ἐχέτω Apertè contentioſi ſunt:qui ex hoc verbo colligūt Apoſtolum de iis tantum agere qui iam ſunt in matrimonio : quum tota diſputationis ſeries contrarium probet, neque vel ratio vlla vel vſus huius verbi id poſtulet.

3 Debitam beneuolentiam τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν Vulg.debitum,τὴν ὀφειλήν, quam lectionem in vno etiam Græco exemplari inueni & apud Clemētem,libro στρωματέων tertio. Sed & alicubi legitur τὴν ὀφειλομένην τιμὴν debitum honorem,quæ lectio conſentit cum eo quod ſcriptum eſt 1.Pet.3.b.7 Cæterùm debiti appellatione non id tantùm intelligo quod vulgo ſolent,ſed omnia coniugii officia:quanuis Apoſtolus vnam ſpeciem poſtea copioſius perſequatur,in qua ſcilicet grauius ac frequentius quàm in cæteris pleríque peccant.

4 Vxor ἡ γυνή. Vulg.mulier,impropriè,quū de coniugio agatur. 5 Ad tempus πρὸς καιρόν. Eraſ.pro tēpore,κατὰ καιρόν,deprauata etiā ſententia. Vacetis σχολάζητε .i.toti hoc vnum agatis. Loquitur enim de ſolenni aliquo pœnitentiæ teſtimonio, vel publico vel priuato,pro rei neceſſitate.Nam alioquin aſſidua eſſe debet oratio,& ſobrietas perpetua. Ieiunio & orat. τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. Ita legimus in omnibus noſtris Græcis codicibus,vno duntaxat excepto.& ſolent iſta ferè coniungi,vt Matth.17.c.21, quòd ieiunium ſit optima ad orationem præparatio. Quædam tamen vulgatæ editionis exemplaria nullam faciunt ieiunii mentionem,vt nec Chryſoſtomus nec Theophylactus. In vnum, ἐπὶ τὸ αὐτό. Vel ſimul,quòd vnus ſit viri ac vxoris thorus. Vulg.barbarè,in idipſum. Conuenite συνέρχησθε .i. συνέρχεσθε, vt alicubi etiā ſcriptum inuenimus. Vulg.reuertimini,ἐπανέρχεσθε.Eraſ.cōueniatis,vt ἵνα ſubaudiatur ἀπὸ κοινοῦ. Propter incōtinent. διὰ τὴν ἀκρασίαν.Siue propter impotentiā,vt alii malunt interpretari.i.quia hæc eſt naturæ veſtræ imbecillitas,vt inde facilè poſſit Satan occaſionē arripere vos impellendi in ſcortationē,niſi coniugio vt remedio vtamini.Eraſ.intemperantiā.i.ἀκολασίαν,impropriè hoc in loco.Repugnat enim coniugii ſanctitati intemperantia,incontinentia non item.quanquam fateor nonnunquam iſta duo nomina confundi.

6 Ex conceſſione, κατὰ συγγνώμην .i.συγχώρησιν. Nam veniæ nomen vel indulgentiæ vix videtur illic conuenire , vbi nullum ſimpliciter vitium ineſt.Puto verò hoc pertinere ad id quod ſcriptum eſt ſuprà verſ.2.Viſus enim erat coniugiū ab omnibus,& quidē vt præceptū,exigere.Hoc igitur nūc explicat,docétq; ſe coniugium nō flagitare præciſè vt præceptum,quod ſcilicet qui negligat,Deū offendat, aut in quo per ſe poſitus ſit Dei cultus,(de his enim rebus præcepta fiūt) ſed quòd Deus hoc remediū iis cōcedat quibus nō dedit vt ſe poſſint cōtinere. quū alioquin etſi ipſum coniugiū per ſe purū ſit ac honeſtū,tamen ipſius vſus vix aut ne vix quidē careat aliqua ἀταξία,ſed quæ matrimonii velo obtegatur.Itaque συγγνώμην vocat cōmodam dicti interpretationē, habita boni & æqui ratione, vt definitur etiam ab Ariſtotele Eth.6. Quod autē in quibuſdā codicibus legitur κατὰ γνώμην ſecundū opinionē,ſiue ſententiā,quaſi ſcilicet teſtetur Apoſtolus ſe in eo tātùm dicere quid optimum factu putet,nō autē quicquā præcipere,haud ſcio an ſatis redoleat grauitatem Apoſtolicā.quū nihil adiiciat quo iſtā modeſtiam tēperet,vt infrà verſ.25,& 40. 7 Nā velim θέλω γάρ .i.optarim,vt diximus Marc.10.d.35.Vulg.volo autē,impropriè.Itaque Tertullianus(quod eius pace dixerim)nō ſatis firma ratione vtitur quū ex hoc verbo vrget hanc purā & abſolutā fuiſſe Apoſtoli voluntatē.

8 Innuptis & viduis τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις. Theophylactus legit ταῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις,quā lectionem ſincerā eſſe puto, vt ſuperior verſiculus ad viros pertineat,ſequētes autē duo ad fœminas:quæ quidē vel ſunt innuptæ ſeu virgines,vel viduæ. Nā niſi ita legas,nō erit plena ac iuſta diuiſio: quū nomine τῶν ἀγάμων nō poſſint viri vxoribus ſuis orbati,niſi impropriè, ſignificari.neque iidē rurſus cōmodè nomine τῶν χηρῶν comprehendi.Itaque ſupereſſet vt priore membro viri dūtaxat cælibes cōprehenderentur (niſi per ſynecdochen dicamus virgines etiam puellas intelligi)poſteriore autem mulieres tantùm viduæ ſignificarentur,nō viri:quum minimè ſit vſitatum,nominatis fœminis,viros etiam complecti. Quid igitur virginibus puellis & viris viduis fiet?Eadem,dices,omnium eſt ratio Sanè fateor: ſed cur vel illas vel iſtos non exprimeret Apoſtolus? Rectè autem habebunt omnia,neque quicquā deſiderabitur,ſi,vt dixi, hoc vtrunque ad fœminas retulerimus, Nā de viris vno verbo trāſegit in genere,ſuperiore verſiculo,ſiue cælibes,ſiue vxore orbati fuerint.Cur igitur idē nūc inculcaret?At magna cauſa fuit cur vnā & eandē doctrinam ſigillatim viris,ſigillatim fœminis applicaret,vt ſuprà verſ.2,& infra 10,& 11.& alibi ſæpe in hoc argumento,nempe vt parem hîc eſſe viri ac vxoris conditionē diſertè ſignificet. quorum alioquin nōnulla eſt in quibuſdam imparitas. Eis αὐτοῖς. Hîc quoque legendum puto αὐταῖς,ac proinde in proximo verſiculo γαμησάτωσαν conuerti nubant cum Vetere interprete, & γαμῆσαι nubere:quanuis quo ad ſententiam attinet,nihil prorſus interſit,quum hæc doctrina tum in viris tum in fœminis ſimili ratione valeat.

9 Melius eſt κρεῖσσον γάρ. Vel,potius,aut ſatius,aut interpretatur Eraſmus. Neque verò propria eſt iſta comparatio,quaſi ſcilicet coniugium cum vſtione ita comparetur,ac ſi vſtio quoque eſſet res bona,aut coniugium dicatur melius.i.minus malum,ſicut improbè Hieronymus cauillatur : ſed petitum eſt è medio iſtud dicendi genus, veluti ſi dicas, Melius eſſe cum Chriſto egere, vt cælo potiamur: quàm opibus mundi abundare,vt cum mundo pereamus. Vri πυροῦσθαι. Id eſt libidine ita æſtuare vt aut volūtas ſuccūbat tentationi,aut certe Deum pacata conſcientia non poſſis inuocare. Nam alioquin ecquis eſt qui carnis ſtimulis non pungatur?

10 Ne diſcedat μὴ χωρισθῆναι. Eraſ.ne ſeparetur. Ego verò puto potius τὸ χωρίζεσθαι verbo neutro quàm paſſiuo explicandū,& diſcedendi verbum melius conuenire,vt paulo pòſt verſ.15,& Act.18.a.1,& 2.quum Paulus non de legitimis diuortiis hîc agat,ſed de diſſidiis potius.

11 Reconcilietur καταλλαγήτω. Hoc quoque ſatis oſtendit de quibus diuortiis hîc diſſerat Apoſtolus: de iis ſcilicet quæ non ſcortationis cauſa,(hæc enim matrimonium dirimebant)ſed propter aliquam animorum offenſionem interueniebant:vt ſolebant olim facilè mariti

vxoribus nuntium remittere,& vxores à viris ſecedere.His igitur negat Apoſtolus matrimonii vinculũ diſſolui.neque mirandũ eſt non eſſe additam ſcortationis exceptionem ab Apoſtolo.Facile enim fuit Corinthiis applicare Apoſtoli reſponſum quæſtioni de qua ad eum ſcripſerant:ſicut noſtrum eſt ex reſponſo elicere quæ fuerit quæſtio,nempe non de legitimo diuortio,ſed eo quod ex diſſenſione aliqua exoritur.

Nam cæteris ego dico, non Dominus,Siquis frater vxorem habet infidelem,& hæc cõſentit habitare cum illo,non dimittat illam.

12 ″Reliquis autem ego dico,″non Dominus , Siquis frater vxorẽ habet infidelem , & hæc conſentit ad habitandum cum eo , ne dimittat eam.

Et ſiqua mulier habet virum infidelem,& hic conſentit habitare cum illa,non dimittat virum.

13 Et vxor quæ habet virũ infidelem,qui conſentit ad habitãdum cum ea,ne dimittat eum.

C Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virũ fidelem. alioquin filii veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt.

14 ″Sanctificatus eſt enim maritus infidelis″per vxorem: & ſanctificata eſt vxor infidelis″per virum.alioqui″nempe liberi veſtri impuri eſſent:″nunc autem ſancti ſunt.

Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat. non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi: in pace autem vocauit nos Deus.

15 Quòd ſi incredulus diſcedit,diſcedat.nõ eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror″in huiuſmodi *rebus*: ſed″ad pacẽ vocauit nos De⁹. Pax.

Vnde enim ſcis mulier,ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir , ſi mulierem ſaluam facies?

16 ″Ecquid enim noſti vxor,an virum ſis ſeruatura? aut ecquid noſti vir,an vxorem ſis ſeruaturus,″an non?

Niſi vnicuique ſicut diuiſit Dominus,vnũquenque ſicut vocauit Deus, ita ambulet,& ſicut in õnibus Eccleſiis doceo.

17 ″Vt vnicuique″*donum* partitus eſt″Deus,vt vnumquenque ″vocauit Dominus, ita incedat:& ita in Eccleſiis omnibus conſtituo. Vocatio.

D Circunciſus aliquis vocatus eſt? nõ adducat præputiũ. in præputio aliquis vocatus eſt? non circuncidatur.

18 Circunciſus aliquis vocatus eſt? ″ne attrahat *præputium*. in præputio aliquis vocatus eſt? ne circuncidatur. Circuncisio. Præputium.

Circunciſio nihil eſt,& præputium nihil eſt , ſed obſeruatio mãdatorum Dei.

19 Circunciſio nihil eſt,&præputiũ nihil eſt,ſed obſeruatio mandatorum Dei.

Epheſ.4.a.1 ‖Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt,in ea permaneat.

20 Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus fuit,in ea maneat.

Seruus vocatus es? non ſit tibi curę ſed & ſi potes fieri liber,magis vtere.

21 Seruus vocatus es? ″ne ſit tibi curæ:ſed ſi etiam potes liber fieri, potius *eo* vtere.

12 Reliquis autem Τοῖς δὲ λοιποῖς. Reliquorum appellatione eos intelligit qui impari matrimonio conſtricti degebant, ac veluti ſeſe pollui infidelis conſortio putabant:quod negat Apoſtolus. Non Dominus οὐχ ὁ Κύριος. Suum id eſſe dicit Apoſtolus de quo nihil diſertè expreſſiſſet Dominus in Lege aut Prophetis : non quod ipſe ex ſeſe temere aut ſuo arbitrio eſſet commentus. Id enim ſe feciſſe negat infrà verſ.25,& 40.Sed interim fundamentum eius doctrinæ quam tradit,authoritate verbi Dei nititur,cuius erat interpres Apoſtolus:quũ Dominus arctiſſimum eſſe coniugii vinculum multis locis docuerit,& cum charitatis regula prorſus conſentiat hæc Apoſtoli doctrina.

14 Sanctificatus eſt ἡγίασται. Sanctum opponit impuro ac profano.id eſt,illi quod vitio eſt contaminatum,nec cum voluntate Dei cõſentiens.Dicitur ergo vir infidelis per vxorem fidelem ſanctificari.i.pietas vxoris plus valere ad hoc vt cõiunctio iſta pro ſancta & pura habeatur,quàm mariti infidelitas ad hoc vt coniugiũ iſtud profanetur,vel vt vxor bona cõſcientia vti marito non poſſit.Neque enim longius porrigitur iſta mariti aut vxoris ſanctificatio. Per vxorem ἐν τῇ γυναικί. Vulgata, per mulierem fidelem, ἐν τῇ γυναικὶ πιστῇ, quam lectionem in vno etiam Græco codice inuenimus:& rurſum paulo pòſt ἐν τῷ ἀνδρὶ πιστῷ per virum fidelem. Sed γυναῖκα oportuit hoc in loco interpretari vxorem,non mulierem. Per virum ἐν τῷ ἀνδρί. Auguſtinus libro primo quo exponit ſermonem in monte habitum,legit in fratre fideli, ἐν τῷ ἀδελφῷ πιστῷ. Nunc autem ſancti ſunt νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. Vel,ſancti ſunt autem.Nam particula νῦν hoc in loco non eſt temporis aduerbium,ſed eſt coniunctio quæ adhiberi ſolet in argumentorum aſſumptionibus,vt alibi oſtendimus.Cæterùm ſancti vocantur liberi , quanuis ex impari matrimonio ſuſcepti.i. puri ac proinde ſegregati Domino, vt in Eccleſia ipſius,ex fœderis formula,ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI, cenſeantur:quemadmodum ex iure ciuili cenſentur liberi qui ex altero parente libero naſcuntur.

15 In huiuſmodi *rebus* ἐν τοῖς τοιούτοις. Id eſt,quum eiuſmodi quidpiam inciderit, nempe vt fidelis cum infideli fuerit iunctus matrimonio,(neque enim de contrahendis iſtis matrimoniis diſſerit Apoſtolus,ſed quatenus vel firma vel inualida ſint oſtendit)& infidelis ſua ſpõte fidelem deſerat. Vulgata & Eraſmus,admodum obſcurè.in eiuſmodi. Ad pacem ἐν εἰρήνῃ. Id eſt εἰς εἰρήνην,vt pacata conſcientia ac concorditer viuamus:ex quo conſequitur retinendum eſſe nobis infidelem ac omnibus officiis quoad eius fieri poteſt ac debet, demerendum:nedum vt vel eum ipſi deſeramus,vel ad nos deſerendos prouocemus. Hoc igitur pertinet ad ea quæ ſequuntur potius quàm ad ſuperiora:quod etiam indicat ſequens coniunctio cauſalis. 16 Ecquid enim noſti Τί γὰρ οἶδας. Confirmatio eſt(opinor) ſuperioris ſententiæ,non cur diſcedente infideli fiat quoque poteſtas fideli diſcedẽdi, ſed contrà,cur ita ſit vtendũ hac libertate vt infidelem ſi fieri poteſt retineat fidelis,ac Chriſto lucrifaciat.Itaque Vetus interpres meo iudicio ſententiã corrupit,quũ cõuerteret,Vnde enim ſcis, πόθεν γὰρ οἶδας, & Eraſmus quoque quum interpretaretur,Quî nanque ſcis? πῶς γὰρ οἶδας; Sed multo ineptius quidam qui in ſuperiore verſiculo, ἐν δὲ εἰρήνῃ conuertit,quin ad pacem,& ita quidem vt prorſus annecteret præcedentibus:deinde Τί γὰρ οἶδας qui ſcis autem,quaſi γὰρ pro δὲ accipiatur.

An non? ἢ μή; Sic teſtatur Eraſmus quoſdam Græcos codices habere:ſic etiam legunt ac diſtinguunt Græcorum ſcholia,ex Seueriani cuiuſdam authoritate.quæ lectio quia planam & appoſitam ſententiam gignit, mihi potius placuit quàm altera quæ ferè obtinuit. Vulgo enim ſcribunt εἰ μὴ & ſequentibus connectunt, ſed varia interpretatione.Nam alii cum Vetere interprete conuertunt niſi, & multa coguntur ſupplere,quaſi ſcilicet dicat Apoſtolus,Quid ergo ſupereſt niſi vt quiſque ita incedat vt eũ vocauit Dominus? vel,Nihil tẽtetur aut nouetur propter alterum infidelem: tantùm vt cuique ſors obtigit, ita maneat. Alii conuertunt, vtcúnque fuerit, vel in ſumma, vt Eraſmus: quæ loquendi forma,inquit,vti ſolemus quoties omiſſis quæ incerta ſunt,ad id redimus quod certum eſt. Hæc ille,citans etiam Terentii quendã locum,ſed meo quidem iudicio,non prorſus appoſitè. 17 Vt vnicuique ἑκάστῳ ὡς. Hãc traiectionem,vt Paulo familiarem,annotauimus Rom.12.a.3.& ſuprà 3.a.5.Vide infrà 12.b.11. *Donum* partitus eſt ἐμέρισεν. Vſitatum eſt Hebræis nomen verbale ſupplere. quam eclipſin expleuimus ex verſ.7. Deus ὁ Θεός. Vulgata,Dominus, ὁ Κύριος, & in membro ſequenti vbi legitur ὁ Κύριος Dominus, legit ὁ Θεός Deus,quod haud ſatis ſcio an alicuius ſit momenti. Vocauit κέκληκεν. Id eſt,certo vitæ generi addixit, & donis ad id pertinentibus pro ſua liberalitate inſtruxit,qualem denique eſſe vnumquenque voluit.Id enim ſignificari Vocãdi verbo,ex Hebræorum idiotiſmo, ſæpe iam annotauimus,& cur hunc Hebraiſmum retinuerimus. 18 Ne attrahat *præputium* μὴ ἐπισπάσθω. Τὸ ἐπισπᾶσθαι quod in genere ſignificat attrahere,accipio paſſiua ſignificatione, vt de eo dicatur qui chirurgi opera,vt ita dicam,præputiatur: quod quidem fit cute ferro adducta vt glandem rurſus operiat,quemadmodum docet Celſus lib.7.cap.25,& teſtatur Epiphanius in libello De ponderibus & menſuris.pro quo etiã facit quod ſcriptum eſt Maccab.1.b.16. Certè ita accipiendũ eſſe apparet ex verbo περιτέμνεσθαι,quod ei opponitur:neque dubito quin de hoc quoque ad Paulũ ſcripſerint Corinthii, quemadmodũ de cælibatu, de matrimonii debito, de diſſidiis in matrimonio, ex animorum offenſione & ingeniorum diſſimilitudine interueniẽtibus, de impari matrimonio,de ſeruitute,de virginitate,de ſecũdis nuptiis.quas omnes quæſtiones Apoſtolus hoc capite ita explicat,vt ſatis appareat,cõtrouerſias quas poſtea Satã in Eccleſiã de iis rebus inuexit,nunquã fuiſſe exorituras ſi hæc epiſtola fideliter fuiſſet Eccleſiis explicata, nec vllis aliis ſynodis aut cõciliis ad eas explicãdas opus eſſe.

21 Ne ſit tibi curæ μή σοι μελέτω. Id eſt,ne de eo ſis anxiè ſolicitus,quaſi ſit conditio Chriſtianis indigna:ſed eo potius te conſolare,quòd à miſera ſeruitute peccati ac mortis ſis per Chriſtum manumiſſus,quanuis in hac vita ſeruias,quandiu Deo viſum fuerit.Vide infrà verſ.32.

22 Etenim″qui in Domino vocatus eſt ſeruus,libertus Domini eſt: ſimiliter & qui liber vocatus fuit,ſeruus eſt Chriſti.

23 ″Pretio empti eſtis,ne fiatis ſerui hominum.

24 Vnuſquiſque in quo vocatus fuit, fratres, in hoc maneat′ apud Deum.

De virginibus.

25 De virginibus autẽ″præceptũ Domini non habeo:′ſed do *uobis* quod ſentio,″vt cui Dominus per miſericordiã dederit fidũ eſſe: tãquã miſericordiã cõſequutus à Domino,in hoc vt ſim fidelis.

26 Exiſtimo igitur″hoc′bonum eſſe′propter inſtantem neceſſitatem,″quòd *inquam* bonum *ſit* homini ita eſſe.

27 Alligatus es vxori?ne quæras diſſolutionem.Solutus es ab vxore?ne quæras vxorem.

28 Quòd ſi etiam duxeris vxorem,non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccauit : ſed′afflictionem in carne habituri ſunt *qui ſunt* huiuſmodi.ego verò′vobis parco.

29 Hoc autem aio,fratres,′quoniam tempus cõtractum eſt in poſterum,′vt & qui habent vxores,ſint vt non habentes:

30 Et″qui flent,vt non flentes:& qui gaudent, vt non gaudentes, & qui emunt,vt non obtinentes.

31 Et qui vtuntur″mundo hoc,vt non abutentes.

22 Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus,libertus eſt Domini : ſimiliter qui liber vocatus eſt,ſeru⁹ eſt Chriſti.

23 [Pretio emptis eſtis,nolite fieri ſerui hominum.

Supra 6.d.20. 1.petr.1.d.20.

24 Vnuſquiſque in quo vocatus eſt,fratres,in hoc maneat apud Deum.

25 De virginibus autem præceptum Domini non habeo:conſilium autem do,tanquam miſericordiã conſequutus à Domino vt ſim fidelis . E

26 Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniã bonum eſt homini ſic eſſe.

27 Alligatus es vxori?noli quærere ſolutionem . Solutus es ab vxore ? noli quærere vxorem.

28 Si autem acceperis vxorẽ,nõ peccaſti:& ſi nupſerit virgo,nõ peccauit: tribulationem tamen carnis habebũt huiuſmodi . ego autem vobis parco.

29 Hoc itaque dico,fratres,tẽpus breue eſt:reliquum eſt vt & qui habẽt vxores,tanquam non habentes ſint:

30 Et qui flent,tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudẽtes:& qui emunt,tanquam non poſſidentes: F

31 Et qui vtuntur hoc mundo,tanquã

22 Qui in Domino voc.eſt ſer. ὁ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος. Id eſt,qui quum ſeruus ſit conditione,vocatus eſt ad Chriſti participationẽ. Eſt enim illud in Domino,Hebræorum more dictum,quem expoſuimus ſuprà 1.a.2. Quidam verò nuper,vt elegantius loqui videretur,pro in Domino,dicere maluit,in re Dominica. 23 Pretio empti eſtis Τιμῆς ἠγοράσθητε. Vide ſuprà 6.d.20.

24 Apud Deũ παρὰ τῷ Θεῷ. Puto hãc formulã idem declarare atque ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ corã Deo.i.ita ſyncere & ex animo vt vos Deo approbetis.vel,perinde ac miles coram duce ſolet ſtationem ſeruare,ſic vos apud Deum eſtote cõſtantes in eo vitæ genere cui vos deſtinauit, perpetuo ſcilicet memores vos in eius conſpectu verſari. 25 Præceptũ Dom.non ha. ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω. Quid igitur?nũ Paulus verbi limites trãſgreditur, vt ii tradunt qui ſibi licere volũt pro arbitrio leges cõſcientiis imponere? Minimè veró. Imò eos diſertè damnat qui præcipere de his rebus quicquã audẽt quas Deus liberas eſſe voluit.ſed tamen ex tẽporis,loci ac perſonarũ circunſtãtiis tradit quid expediat.i.quid ſit Dei voluntati cõſentaneum.Hæc enim eſt Dei voluntas vt ſancti ſimus & ipſius cultui quam maximè addicti. ad quã regulam Apoſtolus propoſitã de virginitate quæſtionẽ exigens, nouas certè leges nullas præſcribit, ſed à Domino præſcriptas ad præſens negotium accõmodat:idq; tanta cum modeſtia,vt eos facilè redarguat qui ſe illius ſucceſſores eſſe mentiuntur,vt iugũ conſcientiis imponãt. id eſt,vt quod vnius Dei eſt,ad ſe trãſferant. Sed do *nobis* quod ſen. γνώμην δὲ δίδωμι.i.ſententiã meã vobis perſcribo. Vulg.cõſilium autẽ do. Eraſ.conſiliũ tamen do,obſcurè vterque & nõnihil impropriè.Differunt enim γνώμη & βουλή.quanuis certum ſit Apoſtolũ nõ aliud conſulere quàm quod ſentiat.Deinde diſcrimen illud Sophiſticũ & falſum inter præceptũ & conſiliũ libẽs refugio. quanquã eò pridẽ deuentũ eſt vt homines nõ iam cõſilia ſed præcepta ſua iactent, & quidẽ tanto cum ſupercilio vt ipſis Dei præceptis apertè anteponant. Vt cui Dom.&c. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Paſſiuã locutionem actiuè ſum interpretatus,vt planior eſſet ſententia.Aſſerit autẽ his verbis Apoſtolus miniſterii ſui authoritatẽ,ne ſpernatur à Corinthiis ipſius ſentẽtia,quaſi ab homine nõ à Deo profecta. Quod dicturus ſum,inquit, dico ego qui homo quidẽ ſum,ſed dignus cui fides habeatur:quia vt talis eſſem,à Domino ſum conſequutus. πιστὸν enim vocat,opinor,nõ eũ qui fideliter officium facit,quo modo ferè interpretantur,(nam fuiſſet aliquid adiungendũ,puta miniſter vel Apoſtolus) ſed eum cui fides meritò ſit habenda,vt ſæpe ſolet πιστὸν λόγον dicere,& πιστὸν ἄνθρωπον,2.Tim.2.a.2.Sic πιστὸς κτίστης dicitur, 1.Pet.4.d.19.& μάρτυς πιστὸς ſæpe in Apocalypſi. Vulg.tanquã miſericordiã cõſequutus à Domino vt fidelis eſſem. Eraſ.tanquã miſericordiã conſequutus à Domino,in hoc vt fidelis eſſem.i.εἰς τὸ πιστὸς εἶναι,obſcurè profectò & impropriè. Nam πιστὸς εἶναι hoc in loco declarat miniſterii ipſius dignitatem quam Deus Apoſtolo ſit largitus.Cæterùm quod πιστὸς εἶναι quidam conuertit Fidentẽ eſſe.i.ex credentium numero eſſe,(ſic enim ſolet vocare quos fideles dicimus) id,vt mihi quidẽ videtur,Apoſtoli ſententiã eneruat. 26 Hoc τοῦτο. i.cælibem eſſe. Bonũ καλόν. Vide ſuprà verſ.1. Propter inſtan.neceſſ. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην . i.propter neceſſitatẽ quæ ſanctos ſolet aſſiduè vrgere,quorũ ſcilicet perpetua eſt iactatio:vt eorũ conditio minimè videatur ad cõiugiũ accõmodata:niſi ex altera parte carnis infirmitas ad illud adigat. Vetus interpres & Eraſ. ἐνεστῶσαν conuertũt præſentem,ex eorũ ſcilicet ſententia qui hoc referũt nõ ad Eccleſiæ conditionẽ illã perpetuam de qua modo dixi,ſed ad eius duntaxat tẽporis circunſtantiã quo hæc ſcripſit Apoſtolus,quũ ſcilicet vix liceret fidelibus vllo loco cõſiſtere.Solent enim Græci grãmatici tẽpus præſens ex Stoicorũ dogmate vocare χρόνον ἐνεστῶτα.Sed prior expoſitio mihi videtur vberior, quũ poſteriorẽ etiam cõprehẽdat, & in vno exemplari ſcriptũ inuenerimus ἐφεστῶσαν.i.capiti imminentẽ & incumbentem. Quòd *inquã* bo.*ſit*,ὅτι καλόν. Vulg.quoniã bonum eſt.Eraſ.Nam bonũ eſt.Ego verò exiſtimo potius eſſe epanalepſin,cuius infinita penè exẽpla annotauimus.Nã alioquin videbitur Apoſtol⁹ idẽ,quod aiũt, per idẽ probare,veluti ſi dicas,Bonũ eſt cælibẽ eſſe,quia bonũ eſt homini ſi ſit cælebs. 28 Afflictionẽ in carne θλῖψιν τῇ σαρκί. Carnẽ hic vocat Apoſtolus externum hominẽ,& quæcunque ad præſentem vitã ſpectãt.Coniugium enim multas eiuſmodi moleſtias ſecũ trahit ex hæreditario illo peccato exortas,veluti curã liberorum,& rei domeſticæ ſolicitudinẽ. vt alia omittã mille incõmoda quæ ex morum deprauatione naſcuntur.Itaque Apoſtolus ad cælibatũ inclinat, non quòd in eo collocet Dei cultum magis quàm in matrimonio, ſed propter ea incõmoda quibus,ſi fieri poſſet, cuperet omnes eximi,vt vni Deo vacarent. Vobis parco ὑμῶν φείδομαι. i.cupio infirmitati veſtræ cõſultum,vt vos cõiugio nõ indigere exoptẽ,quo ſitis omnibus iſtis moleſtiis vacui. Aliter exponebãt Manichæi(à quorum opinione nõ multũ abeſt Hieronymus in dãnando matrimonio)ſed quos egregiè refellit Auguſt.in lib.De ſancta virginitate. 29 Quoniã tempus,&c. ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν. Sic lego & diſtinguo hunc locũ ex ſedecim vetuſtorum Stephani codicũ, itémq; ex Græcorũ ſcholiorũ, Baſilii denique fide,qui duobus locis ita citat:niſi quòd ὅτι omittit. Cæterùm συνεσταλμένον quod Hieronymus vertit in collecto,Vulgata, breue,vocat Apoſtolus tempus in anguſtias quaſi cõplicatum,tranſlatione à velis & cæteris id genus ſumpta quã copioſius perſequitur Ezechias Eſa.38.c.12. Neque tamẽ vt opinor,Apoſtolus ad vitæ humanæ breuitatem ſimpliciter reſpexit,ſed huc potius quòd in fines ſeculorum ſit deuentum,& finis omniũ immineat,vt 1.Pet.4.b.7.inſtante ſcilicet die Domini,vt de aliis rebus magis ſeriis ſit cogitandum. Sic enim ſolent Apoſtoli de die illo loqui quaſi iam proximo,vt 2.Pet.3.b.8 & 9.Ideò addidit Apoſtolus τὸ λοιπόν.i.deinceps & in poſterum. Vulg.tẽpus breue eſt:reliquum eſt vt,&c.ὁ καιρὸς συνεσταλμένος.τὸ λοιπὸν ἐστιν ἵνα,&c. quã lectionem,vt modo dixi,in nullis vetuſtis exẽplaribus inueni.

Vt ἵνα. Si noſtram lectionem ſequaris.ἵνα coniungendum erit cum φημί,aio:ſin minus,cum τὸ λοιπόν ἐστιν,ſupereſt.

30 Qui flent οἱ κλαίοντες. Fletus appellatione,Hebræorum more,res aduerſæ:gaudii,res ſecundæ intelliguntur.i.cauſæ ex effectis.

31 Mundo hoc τῷ κόσμῳ τούτῳ. Mundi appellatio quum varia ſit ac multiplex in ſacris Literis,hìc,vt opinor,ſignificat omnia quæ nobis hìc viuentibus vtenda conceduntur ad breue temporis ſpatium.neque verò iubet Apoſtolus vt bona abiiciamus quæ à Domino accepimus:ſed primùm omnium vt quod quiſque eſt,id eſſe velit:deinde ne fluxis iſtis rebus vel nimium ſimus addicti,quaſi(vt dicebat ille)non illas poſſideamus,ſed ab ipſis poſſideamur:vel perperam ac in alium vſum vtamur quàm ſunt conditæ,vti faciunt non modò qui earũ vſum immutant,ſed etiam qui temere profundunt.Has enim omnes ſignificationes admittit participium καταχρώμενοι,& apud Latinos abutendi

verbum. Mihi tamen maximè videtur appoſita prima expoſitio, vt immodicum vſum declaret: aduerſus eos ſcilicet qui toti ſunt præſentis vitæ negotiis immerſi. Baſilius tamen in libello quem inſcripſit τοὺς κατὰ πλάτος ὅρους, legit & interpretatur παραχρώμενοι, quaſi notet Apoſtolus profuſionem & nimium ſumptum, id eſt τὴν παρὰ τὴν χρείαν δαπάνην.

non vtantur. præterit enim figura huius mundi.		″præterit enim″ſpecies huius mundi.
Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo:	32	″Velim autem vos abſque ſolicitudine eſſe. Qui cælebs eſt, ″curat ea que *ſunt* Domini, quomodo placiturus ſit Domino:
Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mūdi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt:	33	At qui duxit vxorem, ″curat ea″quæ ſunt mūdi, quomodo placiturus ſit vxori.
Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.	34	″Diſcretæ ſunt ea quæ *eſt* vxor & ea quæ *eſt* virgo. quæ *eſt* innupta, curat ea quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta cum corpore, ″tum Spiritu: quæ verò nupta eſt, curat ea quæ ſunt mundi, quomodo placitura ſit viro.
Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi.	35	Hoc autem dico, ″vt quid vobis conducat oſtendam: non vt laqueum vobis iniiciam, ſed″vt *indicem* quomodo decēter & aptè adhæreſcatis Domino, abſque vlla diſtractione.
Siquis autem turpē ſe videri exiſti-	36	Cæterùm ſi quis″aliquid non decens *à ſe* in virginem ſuam cō-

Præterit παράγει Id eſt παρέρχεται, vt interpretantur Græca ſcholia, quæ expoſitio mihi videtur maximè conſentanea illi quod ſuprà dictū erat de anguſto temporis ſpatio. Mauult tamē Stapulenſis (quem ſequitur Alciatus libro παρέργων 2, cap. 30) nterpretari παράγει id eſt fallit ſeu decipit, blanda ſcilicet ſpecie homines alliciens. Budæus verò neutram interpretationem ſecutus, exponit παράγει id eſt παρεκτρέπει transuerſum agit. Nam hoc quoque ſignificat τὸ παράγειν. Dixi quid mihi ſimpliciſſimum videatur: lector ſuum iudicium hìc ſequatur.

Species τὸ σχῆμα. Seu habitus, figura, vel forma. Nā in genere ſignificat nihil eſſe in mūdo ſolidū, ſed vanā quandā eſſe rerum iſtarū duntaxat imaginē, quas ſtulti homines tantopere admirātur. Cic. de Amic. Quæ eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidē blāda, ſed reipſa multis locis repudianda eſt. 32 Velim Θέλω. Vulg. Volo. Vide ſuprà verſ. 7. Sine ſolicitud. ἀμερίμνους. Solicitudinē vocat Apoſtolus hoc in loco nō in genere curā omnem, (neque enim hoc cōuenit cum eo quod ſcripſit 2. Cor. 11. f. 28) ſed id genus curarū duntaxat quod ſecum trahit cōiugium. quod & ipſum tamen ſimpliciter non dānat, quum alibi præcipiat, vt 1. Tim. 5. b. 8: ſed quòd omnes cupiat, ſi fieri poſſet, quàm maximè expeditos currere in Euāgelii ſtadio. Quod autē alibi præcipitur de modo in his rebus tenēdo, ita ſcilicet vt diligentia ac ſedulitas ab anxietate vitetur, ad hūc locum nō pertinet. Curat μεριμνᾷ. Diximus Matt. 6. d. 27, hoc verbo ſignificari curā cum anxietate animi ac proinde cū diffidentia coniunctā: quo modo etiam accipiendū eſt verbū μελέτω ſuprà verſ. 21. Sed hoc loco μεριμνᾶν in genere pro φροντίζειν accipitur. Itaque rectius Eraſmus cōuertit curat, quàm Vulg. ſolicitus eſt. Cyprianus in ſecundo tractatu De habitu virginū, vertit, cogitat. quo modo etiā Vetus interpres in verſ. 34. 33 Curat μεριμνᾷ. Vulg. & Eraſ. ſolicitus eſt de iis quæ ſunt mūdi. Vix enim quiſquā eſt qui in iſtis modū teneat. Malui tamē curādi verbum hìc quoque retinere, partim vt melius appareat ſuperioris mēbri antitheſis, partim etiam quòd Paulū exiſtimem iſta duo curarū genera inter ſe ſimpliciter cōparare. Quæ ſunt mūdi τὰ τοῦ κόσμου. Mūdi appellatione rurſus intellige quæ ad præſentē vitā in cōiugio tranſigendā neceſſario requiruntur. Neque enim de iis agit quæ per ſe ſunt vitioſa: ſicuti rurſus non ita addicit mūdo cōiuges, vt à rerum diuinarū cogitatione prorſus excludat (nā, vt rectè ſcribit Clemēs lib. στρωματέων 3, licet etiā ei quæ nupſit, gratias Deo agere, & ei qui vxorē duxit, in coniugio curare quæ ſunt Domini. quod Ambroſius quoque annotauit, & Auguſt. De bono cōiugali: vt & cōtrà quod de cœlibatu dictū eſt in ſequenti verſ. iis nō conuenit de quibus agit Apoſtolus 1. Tim. 5. a. 6) ſed diſtrahi ſignificat cogitationes eorum qui ſunt coniugio deuincti, ideóque commodiorem eſſe cœlibatum, ſi cui datum ſit vt ſe poſſit continere.

34 Diſcretæ ſunt ea quæ *eſt*, &c. Μεμέρισται ἡ γυνή, &c. Sic accipitur vocabulū διαιρέσεως pro diſcrimine ſeu differentia infrà 12. a. 4. 5. 6. Quod autē Apoſtolus de viris dixerat, hoc quoq; ſigillatim dicit de mulieribus: quod in hac diſputatione ſæpe fecit: neque dubitare poſſū quin hæc ſit vera lectio, quā in omnibus vetuſtis Stephani noſtri codicibus Græcis inueni, ſi duo tantùm excipias. Cōſentiunt etiam Græca ſcholia, Theophylactus, Hieronymus ad Heluidiū, item ad Euſtochium de ſeruanda virginitate: quanuis alibi à ſeipſo diſſentiat. Facit etiam pro me Baſilius in libello περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας, ter ita citās hunc locum, eo tantū excepto quòd præpoſitionē καὶ inſerit duobus locis, ſic nimirū, τὸ μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος, &c. ſed nihil variante ſententia, quū τὴν γυναῖκα diſertè interpretetur τὴν γαμήσασαν. i. eam quæ nupſit, ſiue eam quæ eſt vxor. Inuenio tamen duas diuerſas lectiones, quarū vna hæc eſt, τὸ μεμέρισται, & diuiſus eſt. i. in varias partes ac diuerſas curas diſtractus, is ſcilicet qui vxorem duxit, quum partim curare illum oporteat quæ ſunt coniugii, partim quæ ſunt Domini. Deinde ſequitur noua ſententia, ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ, &c. Mulier quæ eſt innupta & virgo curat, &c. Hanc lectionem ſequitur Vulgata editio qua nunc vtimur, reſtituta ſcilicet ex libro priore Hieronymi aduerſus Iouinianum, vbi ita legendum eſſe contendit Hieronymus, à ſeipſo diſſentiens. Ita etiā legit Ambroſius De viduis, & Auguſt. lib. De bono viduitatis cap. 2. in eo tamen diſſentiens ab Hieronymo, quòd τὴν ἄγαμον viduā interpretatur: quum Hieronymus velit τὴν ἄγαμον & τὴν παρθένον idem declarare. Alteram. i. tertiā demum lectionem apud vnū Ambroſium inuenio, niſi deprauatus eſt codex. Sic enim legit, hūc locum interpretans, Et diuiſus eſt: diuiſa eſt mulier & virgo. καὶ μεμέρισται· μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Tum Spiritu καὶ πνεύματι. i. animo, vt ſuprà 2. c. 11. Neque verò hāc corporis & animi ſanctitatem cōiugibus adimit, ſed facilius cōtingere dicit extra cōiugium, propter varia auocamenta, ut diſertè defendit Clemens lib. στρωματέων 3, & Auguſt. De bono cōiugali, contra quàm tradit Hieronymus aduerſus Heluidium. 35 Vt quid vobis, &c. πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον. Vulg. ad vtilitatē veſtrā. Eraſ. ad id quod vobis cōducibile. Obſcurè vterque, ac præſertim Eraſ. Itaque à Græcis nōnihil deflexi, vt perſpicuitati ſtuderem. In ſumma ſignificat Apoſtolus ſe nemini imponere neceſſitatem vel ducendæ vxoris, vel non ducendæ: ſed ſimpliciter oſtēdere vtrum vitæ genus per ſe ſit cōmodius, vt quiſque ſuas hìc vires expendat. Vt *indicem* quomodo, &c. πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον Κυρίῳ. Quædā exemplaria legunt εὐπάρεδρον eodē ſenſu, quædā εὐπρόσδεκτον, ſed corruptè, opinor, vt liquet tum ex aduerbio ἀπερισπάστως, tū ex eo quòd Paulū apparet de induſtria vſurpaſſe ea vocabula quibus arctiſſimū illud cōiugii vinculū maximè propriè exprimatur: quaſi diceret, ſe tradere qua ratione homines lōgè meliore & arctiore etiā cōiunctione iungātur, quàm ſit ipſum cōiugii vinculū, quomodo ſcilicet cū Deo aptiſſimè poſſint cōnecti: minimè id quidē quaſi vel per ſe hoc præſtet cælibatus, vel impediat matrimoniū: ſed quòd cælebs minus diuerſis curis impediatur. Cæterùm quū, vt rectè annotauit Eraſ. iſta ad verbū trāſferre ſit difficillimū, diſceſſi & ego à Græcis nōnihil, vt planior eſſet ſententia. Sic autem Vulg. vt nunc quidē legimus, (quum vt teſtatur Hieron. aduerſus Iouinianum, hæc olim in Latinis codicibus eſſent omiſſa propter interpretationis difficultatē,) ad id quod honeſtum eſt & quod facultatem præbeat ſine impedimēto Dominum obſeruādi. in qua interpretatione id primùm mihi nō placet quòd τὸ εὔσχημον interpretatur honeſtū: quaſi ſcilicet indecorum ſit matrimonium, quod τίμιον vocat Petrus: quum τὸ εὔσχημον, vt opinor, ſignificet potius hoc loco τὸ πρέπον καὶ προσφυές. i. quod eſt cōueniens & accōmodatum, vt etiā infrà 14. g. 40 εὐσχημόνως ſignificat decenter & cōuenienter. Nā quia Deus puriſſima quædā res eſt & ab omni cōmixtione aliena, ad eam naturam propius videtur accedere cui datū eſt vt ſe ab omni mulieris conſuetudine poſſit continere: quanuis ea alioquin & bona & honeſta ſit ſi in ſeſe cōſideretur, non quatenus peccatum immoderatæ illius libidinis ἀταξίαν inuexit. Deinde quòd ἀπερισπάστως vertit Sine impedimēto. i. ἀνεμποδίστως, impropriè, & nō ſeruata tranſlatione quam Apoſtolus à matrimonii cōiunctione ſumpſit. Nam opinor Dominum obſecrādi, perperam ſcriptum eſſe à librariis pro Dominū obſeruādi, vel, vt cōiicit Eraſmus, pro Domino obſeruiendi. pro quo mallem dicere Domino obſequendi, vt totum illud, quod facultatem præbeat obſeruandi, exprimat Græcum vocabulum τὸ εὐπρόσεδρον, impropriè id quidem & neglecta rurſus tranſlatione, inde ſumpta, quòd vxor quaſi à viri latere nunquam diſcedat. Hieronymus autē conuertit, vt ad id quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire Domino abſque vlla diſtractione, vos adhorter: nihilo fœlicius, ſi aduerbium ἀπερισπάστως excipias. Eraſ. vt quod honeſtum ac decorum eſt ſequamini, & adhæreatis Domino abſque vlla diſtractione.

36 Aliquid non decens *à ſe* in virginem ſuam committi. ἀσχημονεῖν. Tot verbis hìc ſum vſus vt vnicum Græcum exprimerem, pro quo

Vulgata, turpē ſe videri ſuper virgine ſua, quū, vt arbitror, Apoſtolus de eo non agat quod in ſe turpe eſt, ſed de eo quod aptū eſt & conueniens, vt etiam in ſuperiore verſ. diximus accipi τὸ εὔσχημον. quanuis ex eo quòd parentes non conſiderent quid liberis conueniat, concedam turpia & flagitioſa multa conſequi. Eraſ. indecorum eſſe virgini ſuæ: quum τὸ ἀσχημονεῖν referatur ad Patrem non ad filiam. Cæterùm quod Hieronymus virginem ſuam interpretatur virginitatē, nimium eſt coactum, meritóque refutatur ab Auguſtino in quæſt. ſuper Numeros.

mitti putat″ ſi florem ætatis excedat, & ita″ debet fieri: quod vult faciat, ″non peccat: ″iungantur matrimonio.

37 Qui verò ſtat firmus″ in corde, ″nec adigitur neceſſitate, ſed in poteſtate habet propriam voluntatem, & hoc decreuit in corde ſuo, vt ſeruet ſuam virginem, bene facit.

38 Itaque qui dat nuptum, bene facit: qui verò non dat nuptum, ″melius facit.

39 Vxor alligata eſt″ Lege quandiu viuit vir ipſius: quòd ſi ″obdormierit vir ipſius, libera eſt ad cui velit nubendū: tātū ″in Domino.

40 Sed beatior eſt ſi ita maneat, ſecundum meam ſententiam. puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

Cap. VIII.

Idolis immolata

Scientia. Charitas.

1 CAEterùm de iis quæ idolis immolantur, ſcimus quòd ″omnes ſcientiā habemus. Scientia inflat, charitas verò ″ædificat.

2 Quòd ſi quis ″*ſibi* videtur aliquid ſcire, ″nondum quicquam nouit ſicut oportet noſſe.

3 Sed ſi quis diligit″ Deum, ″hic edoctus fuit ab eo.

Vnus Deus.

4 De eſu igitur eorū quæ idolis immolātur, ſcimus quòd ″idolū ″nihil *eſt* in mundo, & quòd nullus *eſt* Deus alius, niſi vnus.

5 Nam etiamſi ſint qui dicantur dii, & in cælo, & in terra (″ſicut ſunt dii multi, & domini multi:)

6 Nobis tamen vnus *eſt* Deus, Pater ille à″ quo omnia, & nos

mat ſuper virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, nubat. G

Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatē autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginē ſuam, bene facit.

Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

‖Mulier alligata eſt legi quanto tēpore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat: tātum in Domino. Rom,7.a.1

Beatior autē erit ſi ſic permāſerit, ſecūdū meū cōſiliū. ‖puto autē quòd & ego Spiritū Dei habeam. Cap. VIII. 1.Theſſ.4.b.8

DE iis autem quæ idolis ſacrificantur, ſcimus quia omnes ſcientiā habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat.

Siquis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oportet eum ſcire.

Siquis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.

De eſcis autē quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolū in mūdo, & quòd nullus eſt Deus niſi vnus. B

Nam & ſi ſunt qui dicātur dii, ſiue in cælo ſiue in terra (ſiquidem ſūt dii multi, & domini multi.)

Nobis tamē vnus Deus, Pater, ex quo o-

Si florem ætatis excedat ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος. Vulgata, quòd ſit ſuperadulta. Eraſ. ſi prætereat nubendi tempus. Illud quidem conſtat ἀκμὴν hîc dici quaſi ætatis ad nuptias cōtrahendas maturitatem, vt exprimit Virgilius in illo verſu, Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Debet ὀφείλει. Debet ſcilicet ita fieri, vt vitetur ſcortatio, vt ſuprà verſ. 2. & 7. Vulg. & Eraſ. oportet, δεῖ. Non peccat οὐχ ἁμαρτάνει. Id eſt rectè facit, ſicut explicat Apoſtolus verſ. 38: vt neceſſe ſit concidere Hieronymi cauillum aduerſus Iouinianū, quaſi Paulus hoc factū non laudet, ſed tantùm excuſet à peccato. Iungantur matrimonio γαμείτωσαν. Vtitur plurali numero Paulus, quòd in coniugio neceſſe ſit duos interuenire, virum ſcilicet & vxorem. vel vt oſtendat in filio non minus quàm in filia eandem regulam valere. Nam τὸ γαμεῖν teſtantur grammatici de viro propriè dici, vt τὸ γαμεῖσθαι de vxore. quod tamen non obſeruauit Paulus ſuprà verſ. 34, vbi ſcripſit ἡ γαμήσασα pro ἡ γαμηθεῖσα. Vulgata, nubat. id eſt γαμείσθω. Theophylactus legit γαμησκέτωσαν.

37 In corde ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraiſmus, pro, apud ſe. vel, vt loquitur Cic. 5. Verr. Qui ſtatutum ac deliberatum aliquid cum animo habet. Opponitur autem hoc τῷ νομίζειν. Nec adigitur neceſſitate μὴ ἔχων ἀνάγκην. Vulgata & Eraſmus obſcurè & nouè ad verbum, non habēs neceſſitatem. i. cui non obſtat filiæ infirmitas aut alia aliqua ratio, quominus poſſit liberè eam ſeruare virginem. Id enim ita accipiendum eſſe liquet partim ex antitheſi, (his enim opponitur τὸ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι,) partim ex eo quod ſubiicitur. Nam is dicitur voluntatem ſuam habere in poteſtate, cuius voluntas ab altero non pendet. Pendet autem patris voluntas à liberorum voluntate, hactenus vt teneatur illorum infirmitatis rationem tantam habere, vt nec iure poſſit nec debeat ab illis exigere cœlibatum, qui hoc donum à Deo non acceperint.

38 Melius facit κρεῖσσον ποιεῖ. Id eſt commodius liberis conſulit, vt diximus ſuprà, verſ. 1. idque non ſimpliciter ſed ſub conditionibus antè expreſſis ab Apoſtolo. Sic quoque accipiendum eſt quod ſubiicitur, beatiorem eſſe eam quæ à repetitis nuptiis abſtineat.

39 Lege νόμῳ. Id eſt per legem matrimonii, vel Legi, tertio caſu. Obdormierit κοιμηθῇ. Id eſt mortuus fuerit, ex Scripturæ phraſi quam alibi expoſuimus. In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt religioſe, & cum Dei timore.

IN CAPVT VIII.

1 Omnes πάντες. Eos vnos alloquitur Apoſtolus qui eo prætextu defendebant ſe poſſe quibuſuis veſci, quòd ſcirēt idolum nihil eſſe, vt apparet ex verſ. 7. Itaque reſtringenda eſt vniuerſalis particula. quanquā ne hoc quidem illis tribuit niſi per conceſſionē, aut μίμησιν Ironicam, vt apparet ex eo quod ſubiicitur verſ. proximo. Ædificat οἰκοδομεῖ .i. inſtruit proximum, cúmque promouet in pietatis ac religionis ſtudio, quatenus ſcilicet ſcientia charitate deſtituitur. quanquā ne tum quidem eſt aliquod in ſcientia vitium, ſed in hominibus potius qui ea abutuntur. Eſt autem Scripturis familiaris iſta tranſlatio, inde exorta quòd Eccleſia dicatur domus Dei, ex fidelibus quaſi lapidibus conſtructa, ipſique adeò fideles Templum Dei dicantur. Accipitur tamen interdum in vitio, vt infrà verſ. 10.

2 *Sibi* videtur δοκεῖ. Vulg. ſe exiſtimat, non ſatis expreſſé. Nā verbo δοκεῖν ſignificatur nō ſimplex aliqua perſuaſio, ſed quæ cū ſuperbia & inſolentia coniuncta eſt: quum alioquin nihil æquè repugnet fidei atque Academicorū dubitatio. Vide Matt. 3. b. 9. Nondum quicquā nouit οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν. Geminatio negantis particulæ vehementius negat, vt rectè notat Eraſmus. Quod autē Vetus interpres οὐδὲν prætermiſit, hoc fecit ex ſui, opinor, exēplaris fide: ſiquidē & nos in vno ex noſtris deeſſe cōperimus, & alibi quoque γινώσκειν pro peritum eſſe aut ſcientia præditum, ponitur abſolutè, vt infrà 13. c. 9. 3 Hic edoctus eſt ab eo ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. Heb. הודיע אותו. i. ad verbum, ſcire fecit eū, ex quo cōſequitur eiuſmodi demum hominē vera ſcientia eſſe præditum, ea ſcilicet quam à Deo ipſo didicerit. ſed Hebræum tranſitiuū Paulus Græco paſſiuo expreſſit. Nā Hophal Hebræū paſſiuum nō admittit caſum perſonæ agētis. Vulg. & Eraſ. cognitus eſt ab eo. i. approbatur ab eo, ac proinde vera hæc eſt ſcientia, nō autē adulterina illa qua præditi ſunt qui nō Deū ſed ſeipſos amant. Sed ſi illo modo interpretemur, planior erit ſuperioris mēbri antitheſis: & eiuſdē Hebraiſmi ſimile prorſus exemplū extat Gal. 4. b. 9, & infrà quoque 13. d. 18.

4 Idolum εἴδωλον. Græcā vocem theologis Latinis ſatis tritā, libenter retinui. Significat autē Græcis hoc vocabulū id quod Latinis ſimulachrum, effigiē ſcilicet qua nobis repræſentetur forma alicuius rei vel fictæ vel etiā veræ. Tranſlatitiè verò poſtea accōmodari cœpit ad formas ac ſpecies rerū in animo cōceptas: denique etiā ad mortuorū ſpectra, quæ Latini vmbras & manes vocāt: & Virgilius quoque ſimulachra. Sed hoc in loco & aliis plerīſque peculiariter idola vocātur ſimulachra ad numen aliquod repræſentandū, cui cultus exhibeatur qui dicitur idololatria. Nihil *eſt* in mūdo οὐδὲν ἐν κόσμῳ. i. nullis prorſus viribus eſt præditū in rerū natura, atque adcò res eſt prorſus vana & inanis: nedum vt vlla ſit eius vis vel ad ſanctificandū vel ad polluendum res oblatas. de quo infrà 10. d. 19. Ideò vocantur הבלי שוא Pſal. 31. b. 7. ob eas cauſas quæ copioſè paſſim explicātur. neque velim ſubtilius philoſophari de mutua rei figuratæ & figuræ relatione. Quod autē Eraſmus pro nihil eſt, ſubſtituit nullū eſt, & ἐν κόσμῳ. i. in mundo, putauit referendū ad verbū eſt ſubauditū. q. d. Apoſtolus, nullū eſſe in mundo. i. nullū eſſe vſquā ſimulachrū: id verò nō video quomodo ſatis cōmodè poſſit intelligi. Nā vt ſimulachrū ſit res inanis, tamē ſimulachrū eſſe nō deſinit rei fictitiæ & imaginariæ. neque fit mihi veriſimle, Apoſtolū tā ſubtiliter philoſophatū in verbo ἐστί. 5 Sicut ſūt, & c. ὥσπερ εἰσί, &c. Vulg. ſiquidem ſunt. Apud Ambroſium autem hoc totum deeſt. 6 A quo ἐξ οὗ. ἐξ principium declarat in perſonarum diſtinctione. Nam alioquin Chriſto etiam competit, quatenus Deus vnus eſt cum Patre. Hîc verò manifeſtè Patrem à Filio diſtinguit.

Johan.13.c.13 infrà 12.a.5 mnia,& nos in illum|& vnus Dominus,Iesus Christus,per quem omnia, & nos per ipsum.

7 Sed non in ōnibus est scientia. quidam autē cum conscientia vsque nūc C idoli, quasi idolothytum manducāt: &conscientia ipsorum quum sit infirma,polluitur.

8 Esca autem nos non commendat Deo.neque enim si māducauerimus, abundabimus:neque si non māducauerimus,deficiemus.

9 Videte autem ne forte hæc licētia vestra offendiculum fiat infirmis.

10 Si enim quis viderit eum qui habet scientiam,in idolio recumbētem, nōne conscientia eius quum sit infirma, D ædificabitur ad manducandum idolothyta:

Rom.14.c.15 11 |Et peribit infirmus in tua sciētia frater,propter quem Christus mortuus est?

12 Sic autem peccantes in fratres, & percutientes cōscientiam eorum infirmam,in Christum peccatis.

Rom.14.d.21 13 |Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnē in æternum,ne fratrē meū scādalizē.

Cap.I X.

1 Non sum liber?non sum Apostolus?nónne Christum Iesum Dominum nostrū vidi?nónne opus meū vos estis in Domino?

2 Si aliis non sū Apostolus, sed tamē vobis sum:nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

3 Mea defensio apud eos qui me interrogant,hæc est,

4 Nunquid non habemus potestatē manducandi & bibendi?

5 Nunquid nō habemus potestatem

″ĩ ipso:& vnꝰ Dominus Iesus Christꝰ,′per quē ōnia,& nos ꝑ ipsū. Vnus Dominus Christus.

7 Sed non in omnibus *est*″ea scientia.nonnulli enim′*cum* conscientia idoli vsque ad hoc tempus,vt idolis immolatum edunt:&conscientia eorum,infirma quum sit,polluitur.

8 Atqui esca nos non commēdat Deo.neque enim si vescamur, ″abūdātiores sumꝰ:neque si nō vescamur,′pauperiores reddimur. Esca.

9 Sed videte ne quo modo potestas illa vestra offendiculo sit iis qui infirmi sunt. Scādala in cibis.

10 Etenim si quis viderit te qui habes scientiam, ′in idoleo accūbentem,nónne consciētia eius qui infirmus est, ′instruetur ad edendum ea quæ sunt idolis immolata:

11 Et′tua ista scientia peribit frater qui infirmus est,propter quē Christus est mortuus?

12 Ita autem peccantes in fratres,&′vulnerantes ipsorum consciētiam infirmam,″in Christum peccatis.

13 Quapropter si esca″facit vt offendat frater meus,nō vescar carnibus in æternum,ne faciam vt frater meus offendat.

Cap.I X.

1 Annon sum Apostolus?Annō sum liber?annon Iesū Christū Dominū nostrū vidi?annō opꝰ meū vos estis ′in Domino? Prædicatoribus Euangelii victus & vestitus debetur.

2 Si aliis non sum Apostolus,at certè vobis sum. nam′sigillum apostolatus mei vos estis in Domino. Opus Pauli.

3 Mea responsio apud eos′qui in me inquirunt,hæc est,

4 Num non habemus potestatem″vescendi ac bibendi?

5 Nū non habemus potestatē′sororem vxorē circunducendi, vt

In ipso εἰς αὐτὸν Id est ἐν αὐτῷ,scilicet subsistimus. vbi rursus notandum est patri propriè tribui præpositionem ἐν,vbi de vi agitur quā conseruatur οὐσία:quanuis hoc non sit perpetuum,quum de Filio dicatur Iohan.1.a.4. Vulg. & Eras.in illum, vt scilicet notetur causa finalis,quòd nos & nostra omnia debeamus in illum vt extremum finem dirigere. quo modo idem dicendi genus accipitur Rom. 11.d.36. Sed quum statim subiiciatur de Christo , nos per ipsum esse, & Paulum appareat commune Patri ac filio opus tribuere, distinctione tamen adhibita quæ personis cōueniat,ideo malui interpretari in ipso,quàm in ipsum. Per quē δι' οὗ. διὰ Filio tribuitur relatiuè,ita tamē vt sciamus Filium nō instrumentalem sed efficientem causam esse cum Patre,tum in creādo tum in conseruando.quod & ipsum rursus ita est accipiendū,vt nec duas causas cōstruamus,quū Filius sit οὐσίᾳ vnus cū Patre: nec rursus in personarū distinctione inæqualitatē aut separationē imaginemur. 7 Ea scientia ἡ γνῶσις. Articulum expressi ab aliis neglectū,quum eius vis sit ἀναφορική. Nonnulli enim τινὲς δὲ pro γὰρ sæpe iam obseruauimus:quæ enallage mihi visa est huic loco optimè cōuenire. *Cum* cōscientia idoli τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου. Cōscientiā idoli Apostolus suo quodam dicendi genere vocat tacitum eorum iudicium qui immunda esse putabant quæ idolis fuerāt oblata: ideóque bona cōscientia illis vesci nō poterant.Hæc enim vis est conscientiæ,vt opus natura sua mediū,si bona fuerit,bonū reddat:sin mala, malum. 8 Abundantiores sumus περισσεύομεν .i.quicquā nobis accedit. Vulg.abundabimus.Eras.aliquid nobis superest. Vide Matt. 13.b.12. Pauperiores reddimur ὑστερούμεθα. Ita explicandum esse hoc verbum hoc in loco,apparet ex antithesi. Vulg.deficiemur.Eras. quicquam nobis deest.Est autem ista tum abundantia tum inopia ad res spirituales referenda, quæ explicantur Rom.14.c.17.

10 In idoleo ἐν εἰδωλείῳ. Id est idolorū templo. Puto enim Apostolum ex fideliū consuetudine maluisse εἰδωλεῖον dicere quàm νεὼν aut ἱερόν,vt εἴδωλα potius quàm ἀγάλματα vel ξόανα,& εἰδωλόθυτα potius quàm θεόθυτα,quæ vocabula ipsis profanis erant familiaria. Quidā tamen malunt εἰδωλεῖον accipere pro ipsa mēsa in qua eiusmodi epula celebrabātur.quæ declaratio mihi nō ita videtur probabilis. Erasmus verò neutrā opinionem sequutus,ἐν εἰδωλείῳ interpretatur in epulo simulachrorum. Illud quidem constat vel ex ea historia quam refert Herodotus in Clio de Cleobi & Bitone, veteres intra ipsum tēplum solitos fuisse solennia sacrificiorum conuiuia agitare. quod apparet etiam ex Aristophane in Pluto. Instruetur οἰκοδομηθήσεται. Vulg.& Eras.ad verbum,ædificabitur,vt & nos alibi. Habuimus tamen hoc loco perspicuitatis rationem,quum præsertim & ipsum instruendi vocabulum eadem translationis ratione dicatur,quam exposuimus suprà.

11 Tua ista scientia ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει. Pertinent ista ad verbum ἀπολεῖται,nō autem ad participium ἀσθενῶν. Abundat itaque præpositio ἐπὶ ex Hebræorum idiotismo quem exposuimus Matth.3.c.11,& expungi debuit ab Erasmo. Deinde etiam exprimendus erat articulus.

12 Vulnerantes τύπτοντες. Vulg.percutientes, non satis expressè. Intelligendum enim est ex antecedente consequens. Est autē translatio inde sumpta,quòd offendiculis animus,perinde ac telis corpus, afficiatur: sitque duplex malum, si quis affectā partem cædat. Sic Virgilius, -grauior ne nuncius aures Vulneret. In Christū εἰς Χριστόν. Ambrosius εἰς Χριστὸν positū putat pro ἐν Χριστῷ in Christo,quasi dicatur in Christo peccare qui peccāt dum Christum profitentur. sicut peccare dicuntur in Lege,qui quum Legem habeant,nihilominus peccāt. Sed aptior est altera expositio. 13 Facit vt offendat frater meus σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου. Vide Matth.5.c.29.

IN CAPVT IX.

1 In Domino? ἐν Κυρίῳ; Id est,per Dominum. vt hac ratione emolliat quod eos dixerat opus suum esse. Vel opus suum in Domino vocat quos ipse veluti in Domino ædificarat,quòd eius opera ac ministerio in Christo coaluissent.

2 Sigillum σφραγίς. Id est,sigilli instar quo confirmetur meum Apostolatum verè esse à Domino.

3 Qui in me inquirunt τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι. Id est,qui de me,quasi iudices de reo,quæstionem habent.Est enim τὸ ἀνακρίνειν forense vocabulum,vt diximus Act.4.b.9. quod de industria vsurpauit Apostolus vt obiter arrogantiam eorum notaret qui ipsius vocationem in dubium vocabant,quasi iudices sederēt de hac causa cognituri. Vulg.& Eras.qui me interrogāt, non satis expresse. Alii,qui me diiudicāt. quo modo etiam conuertimus suprà 4.a.3. Quidam alius,Qui me explorant.qui quidem nescio cur diuersa translatione magis sit delectatus.

4 Vescendi ac bibendi? φαγεῖν καὶ πιεῖν; Ecclesiæ scilicet sumptu.

5 Sororem vxorem ἀδελφὴν γυναῖκα. Vulgata,mulierem sororem,peruerso etiam ordine,contra omnium nostrorum exemplarium fidem. Eras.sororem mulierem Ego verò non dubitaui γυναῖκα potius interpretari vxorem, quum plerosque Apostolos testentur veteres in coniugio vixisse,ideóque multo probabilius sit de vxoribus hoc intelligēdum. Cur autem ἀδελφὴν.i. sororem,addiderit:nō ea est causa quā nonnulli diuinant,quòd ab vxorum congressu abstinerent:sed idem declarat hoc epitheton,atque πιστήν.i.fidelem seu Christianā.deinde etiā commendat Christiani coniugii honestatem. Ambrosius pro Sororem mulierem legit mulieres, contra omnium nostrorum codicū fidē: in eo etiam deceptus quòd hæc explicat,cū Græcis scholiis,de mulieribus quibusdā piis & diuitibus quæ Apostolos affectabantur,& ex suis fa

cultatibus illis ſubminiſtrabant,vt prædicationi facilius vacarent.Id verò refellitur etiã(vt doctiſſimus P.Martyr obſeruauit) ex eo quòd eiuſmodi matronæ nõ ſatis propriè dicerentur ab Apoſtolis circũduci,quũ hoc potius ſignificet ius mariti in vxorẽ,aut heræ in ancillã.Deinde eiuſmodi mulieribus locupletibus Eccleſia nõ fuiſſet grauata,ſed ſubleuata potius. Itaque ineptè faceret Paulus qui hoc afferret vt ſe oſtẽderet de ſuo iure deceſſiſſe:vt taceam quod ante dixi,in Græcis codicibus ſcriptum eſſe γυναῖκα ſingulari numero,non γυναῖκας.Hieronymus aduerſus Iouinianum,mulieres etiam legit:ſuo more fortaſſis verbum Domini deprauans,vt ſuæ cauſæ ſeruiat.Ex his verò apparet, opinor,γυναῖκα non mulierem ſed vxorem conuerti oportere.

& reliqui Apoſtoli,& fratres Domini & Cephas?

6 An ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatẽ ʺnõ operãdi?

7 Quisʺmilitat propriisʺſtipendiis vnquam? quis plantat vineã, & de fructu eius non edit? aut quis paſcit gregem,& de lacte gregis non edit?

8 Numʺſecundum hominem hæc dico? nónne etiã Lex hæc dicit?

9 Nam in Moſis Lege ſcriptum eſt,Non obligabis os boui trituranti.ʺNum boues curæ ſunt Deo?

10 An *hoc* propter nos omnino dicit? propter nos enimʺ*hoc* ſcriptũ eſt. Nã ſub ſpe debet is qui arat,arare:ʺ& qui triturat ſub ſpe,ſpei ſuæ particeps eſſe.

11 Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus,magnum eſt ſi nos veſtra carnalia meſſuerimus?

12 Si aliiʺ*ſui* apud vos iuris participes ſunt, *cur* non potius nos? atqui non vſi fuimus iure iſto:ſed omnia ʺſuſtinemus, ʺne quid remoremur Euangelium Chriſti.

Gratis Paulus euãgelizauit,ne oneri eſſet Chriſtianis.

13 An neſcitis quòd qui ſacris operãtur,ʺquæ ex ſacrario ſũt,edũt: ʺqui altari aſſident,ʺcum altari participant?

14 Ita & Dominus conſtituit iis qui Euangelium annuntiant, vt ʺex Euangelio viuant.

15 Ego tamen nullo horum vſus fui. Neque verò hæc ſcripſi vt ita fiat in me:nam bonum eſt mihi mori,potius quàm vt gloriationem meam aliquis inanem reddat.

16 Etenim ſi euãgelizem,nõ eſt quod glorier:neceſſitas enim mihi incumbit.ʺVæ autem mihi eſt niſi euangelizem.

mulierem ſororem circunducendi,ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini,& Cephas?

6 Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?

7 Quis militat ſuis ſtipendiis vnquã? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?

B

8 Nunquid ſecundum hominem hęc dico? an & Lex hæc non dicit?

9 Scriptum eſt enim in Lege Moyſi, ‖Non alligabis os boui triturãti.Nunquid de bobus cura eſt Deo?

Deut.25.a.4
1.tim.5.c.18

10 An propter nos vtique dicit? nam propter nos ſcripta ſunt,quoniam debet in ſpe,qui arat,arare:& qui triturat,in ſpe fructus percipiendi.

11 ‖Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus,magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?

Rom.15.f.27

12 Si alii poteſtatis veſtræ participes ſunt,quare non potius nos? ſed non vſi ſumus hac poteſtate:ſed omnia ſuſtinemus,ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.

13 ‖Neſcitis quoniam qui in ſacrario operãtur, quæ de ſacrario ſunt,edũt? qui altari deſeruiunt, cum altari participant?

Deut.18.a.1

14 Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiant,de Euangelio viuere.

15 Ego autem nullo horum vſus ſum. Non autem ſcripſi hæc vt ita fiant in me:bonum eſt enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.

C

16 Nã & ſi euãgelizauero, nõ eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incũbit. Væ enĩ mihi eſt ſi nõ euãgelizauero.

6 Nõ operan. τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι .i.nõ viuendi ex manuũ labore? Inde enim ſeſe victum toleraſſe teſtatur,Act.20.g.34.neque μὴ ἐργάζεσθαι ſignificat in otio degere,vt nõnulli interpretantur,ſed ad manuarias artes duntaxat refertur. Vulg.hoc operãdi .i.hoc agendi. vt ad circunductionẽ vxoris hoc referatur.quaſi Græcè ſcriptũ ſit τοῦ τὸ ποιεῖν.Nã vix etiam conueniat huic interpretationi verbum ἐργάζεσθαι.vt planè mirer putaſſe Eraſmũ hanc expoſitionẽ defendi poſſe. 7 Militat ςρατεύε) .i.militare ſolet.Simile exemplum vide Matth.26.b.23, & infrà 15.d.29. Stipendiis ὀψωνίοις.Vide Luc.3.c.14.quẽ locũ explicans Nazianzenus in Iulianum,ſic ſcribit,τί λέγων ὀψώνιον; τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον δηλονότι,καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς.i. Quid vocat ὀψώνιον; nempe teſſerã frumentariã quam à rege percipiunt,& dona quæ dignitatibus ex Lege tribuũtur. 8 Secundum hom. κατ' ἄνθρωπον .i.num iis tantũ nitor quæ hominũ cõſuetudine nituntur? Vide Rom.3.a.5. 9 Num boues,&c. μὴ τῶν βοῶν.i.nũ ad boues ipſos propriè reſpexit Dominus quũ hanc Legẽ cõderet? Nam alioquin minima etiam quæque cõplectitur Dei prouidẽtia,vt Matth.10.c.29,& 1.Tim.4.c.13,& Pſal.36.b.6.Eſt itaque κατά τι accipiendũ quod Apoſtolus ſimpliciter enuntiauit.quod quidẽ diligenter annotandũ eſt multis locis,vt in hac eadẽ epiſtola 8.a.1,& hoc eodem cap.verſ.4,& 25,& 10.g.33. Hæc ταῦτα.Eraſ.eadẽ,ταὐτὰ,vt etiã videtur Ambroſius legiſſe. 10 *Hoc* ſcriptũ eſt ἐγράφη. Rectè omnino additũ eſt pronomen ab Eraſmo,ne quis putet ſequentia citari ab Apoſtolo,quũ ſint potius ſuperioris dicti explicatio,& ὅτι non accipiatur εἰδικῶς ſed αἰτιολογικῶς. Et qui ſub ſpe triturat,&c. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν,ἐπ' ἐλπίδι. Mihi videtur ἐπ' ἐλπίδι abundare in hoc membro,& irrepſiſſe in contextum ex margine,in qua fuerat annotata altera lectio,quam in vno tantùm codice inuenimus,nempe καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν,& qui triturat ſub ſpe fructus percipiendi,ſiue participãdi,vt legit etiam Vetus interpres:ita ſcilicet vt ſubaudiatur, ὀφείλει ἀλοᾶν debet triturare.Græca tamen ſcholia addunt hoc etiã loco ἐπ' ἐλπίδι, neque per traiectionem connectunt cum ἀλοῶν (vt ego feci,Eraſmum ſequutus)ſed cum μετέχειν,ita ſcilicet vt ſignificetur, verbi miniſtros alteram etiam ſpem habere multo meliorem , futurorum ſcilicet bonorũ.Dixi quid mihi in primis probetur.Lector ſuũ hîc quoque iudiciũ ſequatur. 12 *Sui* apud vos iuris τῆς ἐξουσίας ὑμῶν.Ius appellat facultatẽ viuendi alieno ſumptu.Nã ὑμῶν paſſiuè accipiendũ eſt:& mihi coactũ videtur quòd ἐξουσίαν Græci interpretes putant immodicã quorũdam quaſi tyrannidẽ declarare hoc in loco,quum de ſe loquens Apoſtolus,eodem vocabulo ter vſus ſit paulo antè,& hoc etiã eodẽ verſ. Vulg.admodũ obſcurè,poteſtatis veſtræ.Eraſ.nõ ſatis etiam perſpicuè,poteſtatis erga vos. Quidã verò imperitè τὴν ἐξουσίαν interpretatur facultates.i.τὰ ὑπάρχοντα. Suſtinemus στέγομεν.i. ὑπομένομεν.Videretur tamen melius cõuenire στέργομεν.i. ἀγαπῶμεν, boni cõſulimus.Iſocr. στέργε μὲν τὰ παρόντα,Præſentibus acquieſce.ſeu,Præſentia boni cõſule.Vide infrà 13.c.7. Ne quid remor. ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν.i.ne quã interruptionem demus,ſi quis ad verbum interpretari malit.Vulgata,ne quod offendiculum demus,quaſi ſcriptũ ſit σκάνδαλον vel πρόσκομμα,cuius effectum eſt ἐγκοπή,vt ex Theophylacto annotauit Eraſmus.Sed quod ad ſententiam tamen attinet,nihil intereſt.

13 Quæ ex ſacrario ſunt ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Ad verbum,ex ſacrario,ſiue ex templo μετωνυμικῶς pro ex iis quæ in templo offeruntur.Eraſ.ex ſacrificio.i.ἐκ θυσίας vel ἐξ ἱερείου,impropriè & nimium anguſta ſignificatione:quum potius intelligantur decimæ,oblationes,& primitiæ. Nã ad ſacrificia ipſa pertinet alterum membrum. Qui altari aſſident οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες. Vulg.qui altari deſeruiunt. Eraſ.qui ſacrario aſſiſtunt.Neuter videtur ſatis expreſſiſſe verbum προσεδρεύειν, quo ſignificatur hoc munus perpetuam aſſiduámque curam requiſiſſe,vt ſacerdotes quærendo alia ratione victui vacare non potuerint.Deinde Eraſmus impropriè conuertit θυσιαστήριον ſacrarium,quum eo vocabulo nihil aliud quàm βωμὸς declaretur. Cum altari participant τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Id eſt altaris ſunt ſocii in diuidenda victima. Nam συμμερίζεσθαι ita accipitur : & de altari loquitur per proſopopœiam , quòd vna pars velut ab altari ipſo vorabatur , ea ſcilicet quæ adolebatur:altera verò ſacerdotibus cedebat ex Lege.Et ſi verò id quoque in profanarum gentium ſacrificiis obſeruabatur, tamen mihi ſit probabilius Apoſtolum ad Legalia ſacrificia in vtroque membro reſpexiſſe.Eraſmus,vna cum ſacrario partem accipiunt,diſcedens certè ab Apoſtoli ſententia,ſi vocabula ipſa ſpectes:quum rectè omnino verterit Vetus interpres.

14 Ex Euangelio ἐκ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt ex eo quòd Euangelium prædicant. Vide Rom.1.b.9.Sic etiam paulo pòſt verſ.18.

16 Væ autem οὐαὶ δὲ Vulgata,Væ enim οὐαὶ γὰρ,quo modo etiam ſcriptum inuenimus in tribus codicibus.

Si enim volēs hoc ago, mercedem habeo: ſi autē inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.

Quæ eſt ergo merces mea? vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponā Euangelium, vt non abutar poteſtate mea in Euangelio.

Nam quū liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruū feci, vt plures lucrifacerem.

Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: iis qui ſub Lege ſunt, quaſi ſub Lege eſſem (quū ipſe nō eſſem ſub Lege) vt eos qui ſub Lege erant lucrifacerem:

Iis qui ſine Lege erant, tanquam ſine Lege eſſē (quū ſine lege Dei nō eſſem, ſed in Lege eſſē Chriſti) vt lucrifacerem eos qui ſine Lege erant.

Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerē ſaluos.

Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.

Neſcitis quòd ii qui in ſtadio currūt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiū? ſic currite vt cōprehēdatis.

Omnis autem qui in agône contēdit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

Ego igitur ſic curro, nō quaſi ī incertū: ſic pugno, nō quaſi aerē verberās:

Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte quū aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar.

Cap. X.

Nolo enim vos ignorare fratres, ‖quoniam Patres noſtri oēs ſub nube fuerunt‖ & oēs mare tranſierūt.

‖Et omnes in Moyſe baptizati ſūt in nube & in mari:

Et omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt:

Num.9.c.18
exo.13.d.21
Exod.14.c.22
Exod.16.d.18

17 Nam ſi volens hoc faciam, mercedem habeo: ſin inuitus, diſpēſatio credita eſt mihi.

18 Quæ igitur mihi eſt merces? vt quum euangelizem, ″gratuitū conſtituam Euangelium Chriſti, in hoc ne abutar poteſtate mea in Euangelio.

19 Nam quum liber ſim ab omnibus, omnibus meipſum ſeruum feci, vt plureis lucrifaciam.

20 Et factus ſū Iudæis vt Iudæus, vt Iudæos lucrifaciā: iis qui ſub Lege ſūt, ′vt *ſi eſſem* ſub Lege, vt eos qui ſub Lege ſunt, lucrifaciā: Seruus Paulus.

21 Exlegibus vt exlex (quum non ſim exlex Deo, ſed in Lege in Chriſto) vt lucrifaciam eos qui ſunt exleges.

22 Factus ſum infirmis vt infirmus, vt infirmos lucrifaciam. omnibus factus ſum omnia, vt ′omnino aliquos ſeruem.

23 ′Hoc autem facio propter Euangelium, vt particeps eius fiam.

24 An neſcitis quòd qui in ſtadio currunt, omnes quidē currunt, ſed vnus accipit præmium? ſic currite ′vt comprehendatis.

25 Porro″quiſquis certat, ″in ōnibus eſt continens. Illi quidē igitur vt″peritur ā coronā accipiant, *ſunt continentes*: nos autē, vt incorruptā. Præmium propoſitum.

26 Ego igitur ita curro, vt nō in incertum: ſic pugilem ago, vt aerem non cædens:

27 Sed″contundo″corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne quo modo, quum aliis prædicarim, ipſe ſim ′reprobus. Cap. X.

1 N″Olo autē vos ignorare, fratres, quòd Patres noſtri omnes ſub″illa nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt:

2 Et omnes″in Moſen baptizati ſunt nube & mari:

3 Et omnes″eandem″eſcam ſpiritualem ederunt:

18 Gratuitum ἀδάπανον. i. pro quo nullus fiat ſumptus ab iis quibus illud annūtio. Vulg. obſcurè, Sine ſumptu. Nā ἀδάπανον paſſiuè accipitur, neque refertur ad verbū θήσω, ſed cohæret cum εὐαγγέλιον. Deinde θεῖναι cōmodius videtur hoc in loco exprimi verbo cōſtituendi, quàm ponēdi vel efficiendi. 20 Vt *ſi eſſem* ſub Lege ὡς ὑπὸ νόμον. Vulg. addit, quum ipſe nō eſſem ſub Lege, μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον, quæ etiā reperimus in vno exemplari. Eſt autē Legis vocabulum ad eius partē. i. ad cæremonias, reſtringendū: vt etiā quum dicit ſe factū omnibus omnia, de rebus mediis dūtaxat loquitur. 22 Omnino aliq. πάντως τινὰς. i. in omnes velut formas me mutaui, vt omni ratione aliquos ſeruarem. Vulg. vt omnes ἵνα πάντας. i. vt quoſuis, ſeu ex omni hominū genere aliquos. 23 Hoc autē τοῦτο δὲ Vulg. Omnia autem, πάντα δὲ, vt etiā habet Chryſoſtomus Græcus. 24 Vt ἵνα. Vt τελικῶς, nō ὥστε ἀποστατικῶς. 25 Quiſquis certat ὁ ἀγωνιζόμενος. i. certare ſolet, ſiue gymnaſticen exercet. Vide ſuprà ver. 7. Vulg. qui in agone cōtendit. In omnibus eſt cōt. πάντα ἐγκρατεύεται. Exquiſitiſſima quædā erat gymnaſtarum viuēdi ratio quā deſignat Apoſtolus, admodū appoſita ſimilitudine vtens, quū tota Græcia iſtis certaminibus vacaret, inter quæ etiā erāt Iſthmia quæ Corinthi celebrabātur. In eo verò ſū ſequutus Cyprianū quòd ἐγκρατεύεται cōuerti, cōtinens eſt, pro quo Vetus interpres habet, ab oībus ſe abſtinet πάντων ἀπέχεται, & Eraſ. per omnia tēperās eſt, πάντα σωφρονεῖ. Periturā φθαρτὸν Huc pertinet illud Archiæ epigramma,

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο·
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Id eſt, interprete Alciato,

Sacra per Argiuas certamina quattuor vrbes
Sunt, duo facta viris, & duo cælitibus:
Vt Iouis, & Phœbi, Melicertæque, Archemorique:
Præmia, oliuaſter, poma, apium, picea.

27 Contundo ὑπωπιάζω. Sic legitur in codicibus impreſſis, & Græcis ſcholiis. Nos de hoc verbo diximus Luc. 18. a. 5. Vetuſta tamen legunt ὑποπιάζω, & nōnulli quoque ex veteribus, vt Clemens lib. στρωμ. 3, & Nazianzenus κατ' Εὐνομιανῶν, legūt ὑποπιέζω. i. deiectū opprimo, eadem trāſlationis ratione. Sed tamē τὸ ὑπωπιάζειν melius conuenit pugili, vt τὸ ὑποπιέζειν luctatori. Vulg. caſtigo. Eraſ. ſubiicio. Corpus m. τὸ σῶμά μου. i. veterem hominē Spiritui repugnantem. Reprobus ἀδόκιμος. Reprobū opponit probato, eum ſcilicet quē experientia oſtenderit nō talem eſſe qualē eſſe oportebat, quū præſertim aliis præſcriberet probatæ vitæ regulā. Sic vſurpatur idē vocabulū 2. Cor. 13. b. 6. Sic argentum reprobū dicitur Iere. 6. g. 30, & reproba terra. Inepti ſunt igitur qui ex hoc loco effici volunt nō eſſe firmam electionem. quibus hoc oppono quod ſcribit noſter Apoſtolus Rom. 8. f. 38. Nō pugnat ergo Apoſtoli ſolicitudo cum electionis firmitate, ſed ab ea potius dependet. Nā ſicut firma eſt & certa perſeuerantia electorū, ita conſtituit Dominus vt hac pia ſolicitudine aleretur. Deinde quod eſt iſtud argumenti genus? Laborauit Paulus ne reprobus fieret: ergo reprobus fieri potuit. Sic enim liceat colligere Chriſtum potuiſſe non mori, quia rogauit vt calix ille à ſe trāſiret, & ſimilia infinita quibus nihil abſurdius fingi poteſt.

IN CAPVT X.

1 Nolo autē οὐ θέλω δὲ Vul. Nolo enim, οὐ θέλω γὰρ, vt legit etiā Ambroſius, cōſentientibus vetuſtis nonnullis codicibus. Ego tamen malo legere δέ. 2 In Moſen εἰς Μωσῆν. i. Moſis ductu & miniſterio. vel, vt alii volunt, in Legem Moſaicā. Auguſtinus verò enarrans Pſal. 77. perinde legit ac ſi εἰς Μωσῆν ſcriptum eſſet pro ἐν Μωσῇ. i. per Moſen. quam enallagen ſæpe annotauimus. Vide Act. 19. a. 3. Nube illa, ἐν τῇ νεφέλῃ. Abundat præpoſitio, vt diximus Matth. 3. c. 11. Articulum autem expreſſi, cuius vis eſt hoc loco δεικτική.

3 Eandem τὸ αὐτὸ. Eandem ſcilicet atque nos: quia eadem fuit veterum ſacramentorum & noſtrorum ſubſtātia, ſicut vel ex eo apparet quòd Paulus illis noſtrorū & noſtris viciſſim illorū nomina accommodat, vt hoc loco, & ſuprà 5. c. 7, & Phil. 3. a. 3, & Coloſſ. 2. b. 11. Eſcam Spiritualem βρῶμα πνευματικόν. Mannam vocat eſcam ſpiritualem, connectens ſcilicet ſignum cum re ſignificata, id eſt eam conſiderans vt ſacramentum: quanuis qui fidei os non afferebant, nihil ſpirituale comedebant, ſed externum ſignum duntaxat. Interim verò Manna non deſinebat eſſe ſacramentum, ac proinde eſca Spiritualis. quum hominis infidelitas non poſſit irritam facere Dei promiſſionem. Spiritualis igitur eſca dicitur Manna, quòd cum ea offerretur aliquid minimè terrenum, ſed planè cæleſte, & quod ſolius Spiritus vi, id eſt fide, conſpici & edi poterat, nimirum Chriſtus ſuo tempore naſciturus, & mortis ac reſurrectionis ipſius beneficium, iam tum iis præſens & efficax qui eum venturum fide amplectebantur. Eadem ratio eſt Spiritualis potus.

4 Et omnes eundem potum ſpiritualem biberunt:(″bibebant enim ex ſpirituali″ſequente petra: Petra verò″erat Chriſtus.)

Petra.

5 Sed pleroſque illorum″non approbauit Deus. proſtrati ſunt enim in deſerto.

Concupiſcentia.

6 Hæc autem″typi noſtri fuerũt,in hoc ne concupiſcamus res malas,ſicut illi concupierunt.

Idololatræ.

7 Neque idololatræ ſitis, ſicut quidam eorum , vt ſcriptum eſt, Sedit populus vt veſceretur ac biberet, & ſurrexerunt ad ludendum.

Fornicatio.

8 Neque ſcortemur,ſicut quidam eorum ſcortati ſunt, & ceciderunt vno die″vigintitria millia.

Tentare Deum.

9 Neque tentemus Chriſtum,ſicut″quidam eorum tentarunt,& ″à ſerpentibus perierunt.

Murmurare.

10 Neque murmuretis,ſicut quidam eorum murmurarunt, & perierunt″ab exterminatore.

11 Hæc autem omnia″typicè eueniebant eis : ſcripta verò ſunt ad admonitionem noſtri,in quos fines ſeculorum occurrerunt.

12 Itaque″qui *ſibi* videtur ſtare,videat ne cadat.

Tentatio.

13 ″Tentatio vos non″cepit , niſi humana : fidelis autem eſt Deus qui non ſinet vos tentari ſupra *id* quod poteſtis, ſed″præſtabit vna cum tentatione etiam euaſionem,vt poſſitis ſufferre.

Idololatria fugienda.

14 Quapropter″dilecti mei,fugite ab idololatria.

15 Vt peritis loquor:iudicate vos quod aio.

16 Poculum″benedictionis″cui benedicimus,nónne

4 ‖Et omnes eundem potum ſpiritalẽ biberunt,(bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra : Petra autem erat Chriſtus.) Exod.17.b.6 num.20.b.10

5 ‖Sed nõ in pluribus eorum bene placitum eſt Deo. nam proſtrati ſunt in deſerto. Num.26.g.64

6 Hæc autem in figura facta ſunt noſtri,vt non ſimus concupiſcentes malorum,‖ſicut & illi concupierunt. Num.11.a.4 & 26.g.64 pſal.106.c.14

7 Neque idolorum cultores efficiamini,ſicut quidam ex ipſis . quemadmodum ſcriptũ eſt,‖Sedit populus mãducare & bibere,& ſurrexerũt ludere. Exod.32.b.6

8 Neque fornicemur , ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt,‖& ceciderunt vna die vigintitria millia. Num.25.e.9

9 Neque tẽtemus Chriſtũ,‖ſicut quidam eorum tentauerunt,& à ſerpentibus perierunt. Num.21.b.6 pſal.106.c.14

10 Neque murmurauerits ſicut quidã eorum murmurauerũt, & perierũt ab exterminatore. Num.14.f.37

11 Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram,in quos fines ſeculorum deuenerunt.

12 Itaque qui ſe exiſtimat ſtare,videat ne cadat.

13 Tentatio vos non apprehendit, niſi humana:fidelis autem Deus eſt,qui non patietur vos tẽtari ſupra id quod poteſtis:ſed faciet etiã cum tẽtatione prouentum,vt poſſitis ſuſtinere.

14 Propter quod chariſſimi mihi,fugite ab idolorum cultura.

15 Vt prudentibus loquor:vos ipſi iudicate quod dico.

16 Calix benedictionis cui benedicim⁹

4 Bibebant enim ἔπινον γὰρ Vulg.bibebant autem,ἔπινον δὲ,contra omnium noſtrorum codicum fidem. fortaſſis autem alluſit Paulus ad Eſaiæ locum 43.c.20. Sequente ἀκολουθούσης. Vel obſequente,Iſraelitarũ ſcilicet voluntati ac deſiderio,vt Photius exponit.Simplicior tamen videtur expoſitio ſi hoc referas ad riuum ex rupe profluentẽ qui populum nunquã deſeruerit,ac ſi rupes ipſa eos eſſet comitata.Ita enim tradũt Hebræi,& diſertè explicat Chaldæus paraph.Num.21.b.16.Neque obſtat quòd in deſerto Zim murmur alterũ excitatum eſt propter ſitim, & alia rurſus percuſſa eſt rupes.Nam de hac ipſa rupe nõ de priore hoc intelligunt Hebræi:deinde potuit ſemel riuus deficere ad tẽpus propter Iſrael infidelitatẽ:donec ſcilicet ſecũdò educeretur aqua ex altera rupe.Denique etiã ſi riuus ille prior nõ eſt exercitũ Iſraelitarũ conſequutus,quia tamen tanto pòſt tẽpore iterum illis eductus eſt ſimilis riuus ſimili ratione,videbatur quodãmodo rupes illa prior eos aſſiduè ſecuta,vt iterũ eis aquas funderet,quãuis re vera non fuerit eadẽ rupes.Quòd ſi cui iſta vel non ſatis certa vel nimium arguta videbuntur, alterã expoſitionem ſequatur de qua diximus, vt ἀκολουθεῖν declaret obſequi ac ſeſe alicuius vſui ac deſiderio accõmodare.Nã quod quidam hoc referunt duntaxat ad rem ſignificatã,ad Chriſtum ſcilicet aſſiduũ Iſraelitarum comitẽ,mihi non placet,duas ob cauſas. Primũ quia res hac ratione diuellitur à ſigno,contra Apoſtoli ſcopum:deinde,quia falſum eſt omnes ex Spirituali petra.i.ex Chriſto,bibiſſe,quum Chriſtus nõniſi fide ac proinde à ſolis fidelibus potuerit percipi,quãuis interim etiã infidelibus hæc Petra,ſi Dei ordinationẽ ſpectes, Sacramentum.i.Spiritualis petra eſſe nõ deſineret. Erat ἦν.i.ſignificabat,μετωνυμικῶς,vt explicat Auguſtinus contra aduerſariũ Legis lib.20. cap.6.ſed ita vt ſigno verè adiuncta eſſet rei veritas,nõ tamen naturali vnione,vel localiter,ſed ſacramentali modo:quia Deus cum ſigno rẽ ſignificandam offert fide percipiendam.Vide Matth.26.c.26. 5 Non approbauit οὐκ εὐδόκησεν. Vide Matth.3.d.17.

6 Typi noſtri τύποι ἡμῶν.i.exemplaria in quibus tanquam tabellis Deus nobis delineauit quid fugere,quid ſequi debeamus. Vul.hæc autem in figura facta ſunt noſtri.Eraſ.Hæc autẽ figuræ noſtri fuerunt. quæ expoſitiones aditum patefaciunt phreneticis quibuſdã,ex hoc loco colligentibus in veteri populo omnia fuiſſe vmbratilia. quaſi ſcilicet Iſrael nõ fuerit vera Eccleſia, ſed veræ duntaxat Eccleſiæ vmbra & figura:vnde infiniti poſtea errores exorti.quũ tamen Paulus hæc dicat typos fuiſſe nõ Iſraelitarũ ſed noſtri reſpectu. quanquã etiam Iſraelitis fatear ſacramenta,cæremoniáſque cæteras, ipſaq; adeò Dei beneficia ac pœnas inflictas,fuiſſe rerũ ſpiritualium typos,ſed ita vt rei veritatem ſimul haberent. 8 Vigintitria millia εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες. Apud Moſen legimus vigintiquatuor millia Num. 25.c.9. exemplariũ fortaſſis vitio. ſed in re ipſa nihil variat.Cæterùm quòd poſt εἶναι ſubiunxit γίνεσθε,deinde πορνεύωμεν,poſtea γογγύζετε,factũ eſt ex Hebræorum idiotiſmo,qui modos & tẽpora & perſonas frequentiſſimè permutant. 9 Quidã eorum καί τινες αὐτῶν. Abũdat καὶ vt in κἀκεῖνοι verſ.6.& in proximo quoque.adeò vt in quibuſdã etiam codicibus deſit.Sic Ioh.8.c.25.& infrà 13.d.12. Sed & in nonnullis exẽplaribus legitur αὐτὸν eum.Vtrouis autẽ modo legas,hæc ad Chriſtũ referuntur.Nam planè durum fuerit poſt ἐπείρασαν ſubaudire τὸν Θεὸν Deũ, quum multo cõmodius Χριστὸν repetatur ἀπὸ κοινοῦ,ſi αὐτῶν legas. A ſerpentibus perier. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο.Sic rectè Vulgata,vt non fuerit neceſſe mutare in extincti ſunt.Plinius,M.Marcello circa mortẽ quũ periit ab Annibale, iecur in extis defuit. 10 Ab exterm. ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Heb.ממשחית,vt Exo.12.d.23,ſiue de bono ſiue de malo angelo accipias,cuius miniſterio Dominus iudiciũ ſuum exequatur cũ vltimo impiorũ exitio.Græci ἀλάστορα vocãt,quem poetæ Latini Furiarũ nomine deſignant. 11 Typice τύποι.i.τυπικῶς,vt in duobus codicibus vetuſtis ſcriptũ inuenimus,hoc eſt,vt nobis eſſent quaſi exẽplaria & tabellæ in quibus perſpiceremus quæ nos ira Dei maneat ſi iiſdem vitiis fuerimus obnoxii. Vulg.Hæc autem omnia in figura contingebant eis.Eraſ.Hæc autem omnia figuræ contigerunt eis. Vide ſuprà verſ.6.

Fines τέλη. Vel conſummationes.Nam & hi dies vocantur nouiſſimi,& verè ætas Chriſti aduentũ conſecuta dici poteſt ſeculorum perfectio ac complementum. 12 Qui *ſibi* videtur ὁ δοκῶν. Iterum τὸ δοκεῖν vanã illam & arrogantẽ ſecuritatem declarat,eã ſcilicet quæ non Dei promiſſione ſed ſtulta de ſe opinione nititur,vt ſuprà 8.a.2.Nam alioquin is demum fidelis eſt qui in Dei promiſſiones ſecurus incumbit,Apoſtoli exemplo,Rom.8.g.38.neque verò hæc ſecuritas torporẽ ſed piam ſolicitudinem, pium inquã illũ timorem ac tremorẽ gignit,quibus alitur perſeuerantia in fide,& magis ac magis fideliũ animi de ſua vocatione & electione certi fiunt,2.Pet.1.a.5.vſque ad verſ.11.

13 Tẽtatio πειρασμός. Ita vocat Apoſtolus quicquid ſolicitare nos poteſt,ſiue res ſint proſperæ,ſiue aduerſæ,ſiue etiã præterita peccata. Et humanã dicit tentationẽ, quæ hominibus ſoleat vſuuenire,ſitque quotidiani exempli. Cepit εἴληφεν. Quædã exemplaria veteris editionis & Ambroſius quoque ſcriptũ habẽt apprehẽdat,ſed corruptè. Præſtabit euaſionẽ, ποιήσει τὴν ἔκβασιν.Idẽ,inquit,ille qui vos in tentationẽ induxit veſtri boni cauſa,aditum faciet ad euadendũ. Vulg.faciet prouentum.i.ſucceſſum.Nã proculdubio ſignificat Apoſtolus fore vt tentatio in bonũ cedat,vt Rom.8.e.28.Eraſ.faciet euentum.Ego mallẽ exitum interpretari cũ Hieronymo in Ionã,& Auguſt.in Pſal. 61,& epiſt.89,vt annotauit Eraſmus.Sed tamen ſequutus ſum quod maximè videtur accommodatum.

14 Dilecti mei ἀγαπητοί μου. Complutenſis editio addit ἀδελφοὶ fratres. 16 Benedictionis τῆς εὐλογίας. Id eſt gratiarum actionis,ſiue quod adhibetur in ſolenni illo epulo quo Domino gratias agimus:vnde etiam Euchariſtia dicitur. Cui benedicimus ὃ εὐλογοῦμεν. Id eſt, quod cum gratiarum actione ſumimus, vt interpretatur Chryſoſtomus. Sed nuſquam legi εὐλογεῖν tranſitiuè vſurpatum pro

gratias agere, de quo verbo pluribus diximus Matth.5.g.44, Item 25.c.34, Item 26.c.26, Item Luc.9 b.16, vbi eadem conſtructione ac ſignificatione accipitur atque hoc in loco, quanuis in diuerſum finem. Puto enim εὐλογεῖν idem hic declarare atque infinitis locis Veteris teſtamenti קדש id eſt ἁγιάζειν καὶ καθιεροῦν, ſanctificare ſeu conſecrare, quia ſcilicet recitata & expoſita Dei ordinatione, panis & vinum huic vſui ſacro deſtinantur, vt ſint veri & naturalis corporis & ſanguinis Chriſti ſacramenta, id eſt ſymbola & teſſeræ & ita quidem vt vnà cum ſigno: etiã id quod ſignificatur, verè nobis offeratur & exhibeatur à Deo. Quia verò cum Dei laude & ſolenni gratiarũ actione coniuncta eſt tota hæc actio, idcirco Paulum exiſtimo verbo εὐλογεῖν rem totam ſignificaſſe, vt meo quidem iudicio OEcumenius planè & breuiter expoſuerit ὃ εὐλογοῦμεν, id eſt ὃ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, id eſt quod cum laude & gratiarum actione adornamus, nequis nos putet conſecrationis vocabulo magicam aliquam incantationem intelligere.

nónne comunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt?

″communio ſanguinis Chriſti eſt? ″panis quẽ frangimus, nónne ″communio corporis Chriſti eſt? Panis.

Quoniã vnus panis, vnum corpus multi ſumus: nam omnes de vno pane participamus.

17 Quoniam vnus″panis, vnum corpus multi ſumus: nam omnes vnius panis ſumus participes.

Videte Iſrael ſecũdum carnem, nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?

18 Videte Iſraelem″*qui eſt* ſecundum carnem: nónne qui edunt victimas, ″participes altaris ſunt?

Quid ergo dico? quòd idolis immolatum, ſit aliquid? aut quòd idolũ ſit aliquid?

19 Quid ergo dico? idolum aliquid eſſe, aut quod idolis immolatum eſt, aliquid eſſe?

Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum.

20 Imò *illud dico*, quòd quæ immolant Gentes, dæmoniis immolãt, & non Deo: nolim autem vos″participes dæmoniorum eſſe.

Non poteſtis calicẽ Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſę dęmoniorum.

21 Nõ poteſtis poculum Domini bibere, &″poculum dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

An ęmulamur Dominum? Nũquid fortiores illo ſumus?

22 An prouocamus ad iram Dominũ? num validiores eo ſumus?

Suprà 6.c.13] eccli. 37.d.31.

[Omnia mihi licẽt, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed nõ omnia ędificant.

23 ″Omnia mihi licent, at non omnia conferunt: omnia mihi licent, ſed non omnia″ædificant. De cibis.

Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed quod alterius.

24 Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quiſque quod alterius *eſt*.

Omne quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter

25 Quicquid in″macello venditur, edite, ″nihil interrogantes pro-

Communio κοινωνία. Id eſt efficax teſſera (fideles enim alloquitur Paulus) noſtræ cum Chriſto coniunctionis atque adeò incorporationis, μετωνυμικῶς, vt Euangelium dicitur potentia Dei, id eſt efficax Dei inſtrumentum, Rom.1.b.16, & ſuprà 1.c.18. Vulg. participatio, repũgnante Chryſoſtomo, qui communionem plus eſſe dicit quàm participationem. quòd ad hanc, inquit, ſatis ſit partem habere, ad illam autem requiratur vt prorſus vniamur, atque totum id percipiamus quod nobis proponitur. Panis quem τὸν ἄρτον ὃν pro ὁ ἄρτος ὅν. Similem loquutionem annotauimus Matth.21.d.42, & Act.10.e.36.

18 *Qui eſt* ſecundum carnem, κατὰ σάρκα, Addidi *qui eſt*, ne Secundum carnem connecti poſſit cum verbo βλέπετε. Vocat autem Iſraelitas ſecundũ carnẽ, eos qui externis ſacrificiis & cæremoniis adhuc erant addicti, quæ ſeorſim à Chriſto & per ſe æſtimari dicũtur: ſanctificationes & iuſtificationes carnis, quòd ad animũ vſque nõ pertingãt Heb.9.c.10, & d.13 De illis autẽ Iſraelitis ac nõ de ſanctis illis Patribus agi qui ex fide olim ſacrificarant, apparet vel ex eo quòd Apoſtolus dicit κοινωνοί εἰσι non κοινωνοὶ ἦσαν, participes ſunt, non autem, participes erãt vel fuerunt. Participes altaris ſunt? κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί; Id eſt, eiuſdẽ cultus ac ſacrificii ſunt conſcii, ſiue in eodem ſacrificio conſortes ac ſocii, ac eius quaſi vinculo in eadem religione copulati. Nam altaris appellatione ipſum cultum accipio qui in altari exhibebatur. quo modo etiam verſu 21 accipitur Menſæ nomen pro conuiuio quod illic agitabatur, atque adeò pro ipſius conuiuii fine ac ſcopo, nimirum vt is pro Deo agnoſceretur cuius honori ſacrum erat conuiuium. Cæterùm perinde hoc intelligo, acſi Apoſtolus dixiſſet, Vobis Corinthiis religio eſſet in Ieruſalem ſacrificare cum Iudæis qui illic adhuc veteri ritu ſacrificant. quamobrem id verò? quia ſcilicet exiſtimatis eos omnes qui his ſacrificiis interſunt, eiuſdem ſacrificii eſſe conſortes, ac proinde vno conſenſu Chriſti ſacrificium, quantum in ſe eſt, irritum facere. Cur non idem multo magis ſtatuitis de profanis idololatrarum ſacrificiis? Alios ſcio aliter explicare: ſed hoc dixi quod mihi viſum eſt maximè appoſitum. 20 Participes dæmoniorũ eſſe κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Id eſt cũ dæmoniis quicquam habere commune, aut in eam ſocietatem coire quæ dæmoniorum auſpiciis coit. Alludit enim Apoſtolus ad corporis Domini cõmunicationem, quum alioquin Gentes minimè dicerent ſe fieri deorum ſuorum participes, vt nos Chriſtiani verè dicimus nos in Cœna Domini cum Chriſto in vnum corpus coaleſcere. Dæmoniorum autem appellatione Diabolos intelligo, ex Scripturæ conſuetudine, ad quam probabile ſit Paulum potius reſpexiſſe, quàm ad Græcorum morem, qui δαίμονος nomen etiam in laude vſurpabant: vnde poculum quod ipſi ἀγαθοδαίμονος vocabant.

21 Poculum dæmoniorum ποτήριον δαιμονίων. Hinc ſumpſit hanc dicendi formulam Apoſtolus quòd ſolerent profanæ quoque Gentes feſta ſua conuiuia libationibus & eius diui laudibus claudere cui ſacrificatum fuerat, vt pulchrè deſcribit Virg. lib. AEneid.8, vbi inquit,

Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi,
Rex Euander ait, Non hæc ſolennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana ſuperſtitio veterúmve ignara deorum
Impoſuit: ſæuis, hoſpes Troiane, periclis
Seruati, facimus, meritóſque nouamus honores. Et tandem,
Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémque vocate deum, & date vina volentes.

Eiuſmodi igitur cæremonias Paulus confert cum Cœna Domini, vt Corinthios pudeat eiuſmodi conuiuia in rebus mediis numerare, quibus intereſſe non poſſent quin cum manifeſtè blaſphemis ſocietatem coirent, & adhibitis aliis ſymbolis, Cœnæ, id eſt communicationi Chriſti renuntiarent. 23 Omnia mihi licẽt, πάντα μοι ἔξεστιν. Reſtringendum eſſe τὸ καθόλου ad id de quo agitur, ſuprà diximus. Huc autem pertinet illud Clementis, ταχὺ καταπίπτουσιν ἐπὶ τὸ δρᾶν τὸ μὴ ἐξὸν, οἱ πάντα δρῶντες ἃ ἐξόν. id eſt, Qui faciunt quicquid licet, huc citò delabuntur vt faciãt quod non licet. Idem legit in proximo verſu, Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἑτέρου, id eſt, Nemo quod ſuum eſt duntaxat, quærat, ſed etiam quod eſt alterius. AEdificant οἰκοδομεῖ. Vide ſuprà 8.a.1.

25 Macello μακέλλῳ. Id eſt κρεοπωλίῳ, vt Plutarchus interpretatur. Vocabulum Latinum atque adeò Romanum, ſi Varroni & Feſto ipſique adeò Plutarcho credimus, ſed Græca forma vſurpatum, vt alia aliquot paſſim à Sacris ſcriptoribus, quæ ſemel annotauimns Matth.5.d.26. Cæterùm quum Apoſtolus hoc loco non diſſerat aduerſus eos qui erant ex circũciſione, & ciborum delectũ retinebant, ſed aduerſus idolothyta, aſſentior Auguſtino qui teſtatur in epiſtolã ad Romanos, antiquitus cõſueuiſſe etiã proſtare venales carnes ſacrificatas: eas ſcilicet quæ ſupererant: quarũ pecunia ad ſacerdotes redibat. Nã teſtatur quoque Herodotus ſolitos fuiſſe AEgyptios pecudũ immolatarum capita in forũ aſportata Græcis diuendere. Sed & Ariſtophanis interpres exponens hunc verſiculũ, τοῦτο δὲ τὸ κρεάδιον τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών, ſolitos fuiſſe dicit à ſacrificiis redeuntes, ex ipſa victima portiunculam domeſticis afferre, atque etiam ſiquid ſuperfuiſſet aſportare. In eiuſmodi igitur idolothytis & in priuato quoque infideliũ cõuictu docet Apoſtolus nihil eſſe quo nõ poſſint fideles bona vti conſcientia, ſi modo infirmorũ haberent rationem. Nihil interrogantes μηδὲν ἀνακρίνοντες. Id eſt, non percontantes, antequam ematis, ecquid illud quod

venum proponitur,ſit idolothyton,an ſecus.Quidam vertunt,hæſitantes,id eſt διακρινόμενοι,ſenſu tamen eodem,quum hæc ipſa interrogatio ex hæſitatione conſcientiæ oriatur.Solent autem empturi rem aliquam,de eius conditione venditorem percõtari,niſi ſatis ſit eis nota. Ideo addidit διὰ τὴν συνείδησιν propter conſcientiam,id eſt,quaſi dubites ſitne ex earum rerum genere quibus veſci liceat.

pter conſcientiam.

26 Domini enim eſt terra,&″plenitudo eius.

27 Quòd ſi quis vocat vos infidelium,& vultis ire,quicquid apponitur vobis,edite,nihil interrogantes,propter conſcientiam.

28 Quòd ſi quis vobis dixerit,Hoc idolis immolatum eſt:ne edatis,propter illum qui indicauit,& propter conſcientiam.″Domini enim eſt terra,& plenitudo eius.

29 Conſcientiam autem dico,non tuam, ſed illius alterius.cur enim libertas mea″damnatur ab alia conſcientia?

30 Et ſi ego″per gratiã *cibum* participo,cur *ob*″*id* impius iudicor , pro quo ego gratias ago?

31 Siue igitur editis,ſiue bibitis,ſiue quid facitis,omnia in gloriã dei facite.

Offendiculum.

32 Eſtote ſine offendiculo & Iudæis,& Græcis,& Eccleſiæ Dei:

33 Sicut & ego″*per* omnia omnibus placeo, nõ quærens meã ipſius vtilitatem,ſed multorum,vt ſeruentur.

Cap.XI.

Imitari Deum.

1 I″Mitatores mei eſtote,ſicut″ego Chriſti.

2 Laudo verò vos fratres,quòd″omnia mea meminiſtis,&″ſicut tradidi vobis,″traditiones″retinetis.

Caput viri.

3 Volo autem vos ſcire quòd omnis viri caput,Chriſtus eſt:caput autem mulieris,vir:caput verò Chriſti,Deus.

Vir quare nõ velat caput.

4 ″Omnis vir″orans aut prophetans operto capite , dedecorat caput ſuum.

Mulier velata & comata.

5 Omnis verò mulier orans aut prophetans non″operto capite,

conſcientiam.

26 Domini enĩ eſt terra & plenitudo ei⁹ Pſal.24.a.1

27 Siquis vocat vos infidelium,& vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate,nihil interrogantes,propter conſcientiam.

28 Siquis autem dixerit , Hoc immolatitium eſt idolis : nolite mãducare, propter illũ qui indicauit, & propter conſcientiam.

29 Conſcientiam autem dico , nõ tuã, ſed alteri⁹.vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia?

30 Si ego cum gratia participo , quid & blaſphemor ꝓ eo quod gratias ago?

31 Siue ergo manducatis,ſiue bibitis, ſiue quid facitis , omnia in gloriam Dei facite. Coloſſ.3.c.17

32 Sine offenſione eſtote Iudæis & Gẽtibus, & Eccleſiæ Dei:

33 Sicut & ego per õnia omnibus placeo,non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis,vt ſalui fiãt.Cap.XI.

1 IMitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. 2.Theſſ.3.c.9

2 Laudo autem vos fratres , quòd ꝑ õnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis,præcepta mea tenetis.

3 Volo autem vos ſcire quòd omnis viri caput,Chriſtus eſt: caput autem mulieris,vir:caput verò Chriſti Deus Epheſ.5.c.23

4 Omnis vir orãs aut prophetãs velato capite,deturpat caput ſuum.

5 Omnis autem mulier orãs aut pro

26 Plenitudo eius τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Id eſt,infinita illa rerum copia quibus plena eſt.Id enim Dauidi ſignificat מלואה.

28 Domini enim,&c. τοῦ γὰρ Κυρίου. Poteſt quidem aliquo modo videri hoc teſtimonium huic etiam loco conuenire , quod legunt Græca ſcholia & Eraſmus:ſed tamen non deſunt qui librariorum incuria putent irrepſiſſe,quia hic præcedunt eadem verba quibus clauditur verſiculus 25,cui deinde iſta attexuntur.Nam certè ea res multos errores inuexit,vt facilè confitebuntur qui vetera exemplaria aliquãdo contulerunt:& in vno vetuſto codice comperi iſta hoc loco deeſſe.

29 Damnatur κρίνεται. Id eſt κατακρίνεται,vt alibi ſæpe.Puto autẽ hunc eſſe ſenſum,Si libertate temere vtaris,fiet vt infirmus frater malè de tuo facto iudicet,atque hoc modo libertatis beneficium ipſi cedat in ruinam,cuius tu ſis conſcius, vt qui nullam habueris infirmitatis eius rationem.Itaque ne lædatur eius conſcientia,abſtinere debes ab idolothyto.Sed perſonæ mutatio ex Hebræorum idiotiſmo,ſentẽtiam reddidit obſcuriorem.Videbatur enim potius dicendum ἐλευθερία σου,libertas tua,& in ſequenti etiam verſiculo σὺ μετέχεις & βλασφημῇ.ita autem accipiendum eſſe verbum κρίνεσθαι liquet etiam ex verbo βλασφημοῦμαι quod ſequitur. Eſt enim ſequens verſiculus explicatio iſtius.

30 Per gratiam χάριτι. Id eſt,ſi ex beneficio Dei hoc vel illo cibo vti mihi licet, cur committam vt mea culpa hoc Dei beneficium mihi vitio vertatur?Sic enim,meo iudicio,rectè omnino explicat doctiſſimus interpres.Nam ſi hæc eſt obiectio Corinthiorum,vbi reſponſio,aut cur illam prorſus omitteret Apoſtolus?quomodo etiam ſequens concluſio cohærebit?Vulg.& Eraſ.cum gratia,id eſt cum gratiarum actione, quod nimis eſt coactum.Ambroſius,Si gratiæ particeps ſum.Verùm,vt rectè annotauit Eraſmus,μετέχω cum tertio caſu iungi non ſolet,niſi ad ſocium communionis referatur,non ad rem cuius ſis particeps,vt ſi dicas μετέχω σοι τούτου,vel τοῦτο. Impius iudicor βλασφημοῦμαι. ſiue,maledictis impetor,aut,de mea exiſtimatione detrahitur. Sed illo modo explicare malui,quòd hic agatur de religione.

33 Per omnia omnibus placeo πάντα πᾶσιν ἀρέσκω. Quod ſine exceptione dictum eſt,ad id de quo agitur,id eſt ad res medias & ad infirmos,reſtringere oportet,de quo diximus ſuprà 9.b.9.

IN CAPVT XI.

1 Imitatores mei μιμηταί μου. Hunc quoque verſiculum perperam Latini à ſuperiore capite abſecuerunt,cum quo prorſus cohæret. Ego κἀγώ. Iterum abundat καὶ ex Græcorum idiotiſmo,vt diximus ſuprà 10.b.9.

2 Omnia mea meminiſtis πάντα μου μέμνησθε. vel,quòd in omnibus mei memores eſtis,vt ſubaudiatur κατὰ,ſicut ſuppleuit Vetus interpres.Sic enim vſurpatum eſt hoc dicendi genus ſuprà 9.d.15,& 10.g.33.neque valet altera Eraſmi coniectura,qui eum ſuſpicatur legiſſe πάντη.Verùm quod generaliter hic enuntiatum eſt,poſtea Apoſtolus ſuis exceptionibus reſtringet. Vt autem ita loqueretur,eò adductus eſt opinor quòd traditiones pleraſque retinuiſſent,& quidem eam in primis de qua dicturus eſt:quanuis nonnulli refragarentur. Sicut tradidi vobis καθὼς παρέδωκα ὑμῖν. Ambroſius legit,& quomodo vbique trado,ὅπως πανταχοῦ παραδίδωμι. Traditiones παραδόσεις. Vulg.præcepta,ἐντολάς,à quo vocabulo de induſtria abſtinuit Apoſtolus.Eraſ.inſtituta. Vide Matth.15.a.3. Ambroſius addit μου meas.Qui verò ex hoc loco nituntur quæuis portenta in Eccleſia retinere,vix digni ſunt quibus reſpondeatur.Cui enim perſuaſerint vel iſtas traditiones fuiſſe doctrinæ partem,vel,etiam ſi ita eſt,in traditionum Apoſtolicarum numero iſtas partim pueriles,partim Apoſtolorum ſcriptis ex diametro repugnantes,partim prorſus tyrannicas leges cenſeri oportere?Denique ſi Apoſtolicæ traditiones ſine exceptione ſeruandæ erãt, cur eas ipſi aboleuerunt? Retinetis κατέχετε. Id eſt ſummo ſtudio obſeruatis.Id enim declarat præpoſitio κατὰ. Quædã vulgatæ editionis exemplaria legunt,tenete,imperandi modo. 4 Omnis vir πᾶς ἀνήρ. Particula vniuerſalis,ordinum & ætatum diſcrimen tollit, quantum quidem ad id de quo agitur. Orans aut prophetans προσευχόμενος ἢ προφητεύων. Quia de decoro in communi cœtu ſeruãdo agit Apoſtolus,idcirco de publica oratione & prophetia,id eſt ſcripturæ tractatione,hæc accipio:neque verò ad eum duntaxat refero qui orationem concipit,aut Scripturæ locum interpretatur:ſed etiam ad auditorum conſeſſum. quia etiamſi vnus loquatur,communis tamen eſt actio,vt totus cœtus hac ratione dici poſſit orare & prophetare.Nam primum omnium rationes quas affert Apoſtolus,omnibus viris communes ſunt in Eccleſiæ cœtu verſantibus,atque etiam,fateor,extra Eccleſiæ cœtum.Sed tamen quæſtio propoſita & concluſio de non operiẽdo capite,oſtendunt eas rationes ad eius loci & temporis circunſtantiam teferendas quò conuenit Eccleſia . Deinde ſi ad vnam orantis aut prophetantis perſonam hoc referas,non conueniet oppoſitum membrum mulieris.quum mulieri non permittat Apoſtolus vt in Eccleſia, id eſt communi cœtu,loquatur:infrà 14.g.34,& rationes quoque quas affert cur velari debeant , ſatis liquet ad omnes & ſingulas mulieres pertinere,quæ in publico Eccleſiæ cœtu verſantur. 5 Operto capite κατὰ κεφαλῆς ἔχων. Eraſmus ad verbum,quicquam habens in

capite, Græcos ſcilicet interpretes ſequutus: qui hoc etiam de coma intelligũt quæ & ipſa caput tegit: ſed ineptè, vt opinor, quaſi ſcilicet nullis niſi tonſis licuerit orare aut prophetare. Nam quod poſtea de tondendo loquitur, alio pertinet. Poſcit autem omnino antitheſis, vt externum velamen hîc prohiberi intelligas, ſicut mulieribus præcipitur. Velata autem dici non poteſt mulier etiamſi comis obuolutum caput habeat. itaque ne viri quidẽ caput opertum dicetur quod ſolis capillis obtegitur. Cæterùm politicam eſſe hanc Pauli legem, ac proinde nō ſine diſtinctione locorum & temporum accipiendam, vel ex eo intelligi poteſt, quòd hodie contraria prorſus ratione, capite operto in cœtu loqui, ſignum eſt authoritatis: aperto verò, ſubiectionis teſtimonium. Pertinent autem ad hunc locum quæ ſcribit Plutarchus ἐν κεφαλαίῳ ῥωμαϊκῷ καταγραφῇ, Τοὺς θεοὺς προσεκύνουν ἐπικαλυπτόμενοι, ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς.

	phetans non velato capite, deturpat caput ſuum: vnum enim eſt acſi decaluetur.		dedecorat caput ſuum: nam *id* vnum ac idem eſt″ acſi raſa eſſet.	
B	Nam ſi non velatur mulier, & tondeatur. ſi verò turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari, velet caput ſuum.	6	Nam ſi non velatur mulier, etiam tōdeatur: quòd ſi turpe mulieri tonderi aut radi, veletur.	
Geneſ.1.c.26,27 & 5.a.1, & 9.b.6 coloſſ.3.b.10	Vir quidem nō debet velare caput, quoniam imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria viri eſt.	7	Vir enim non debet velare caput, quum *is*″ imago ſit & gloria Dei: at mulier,″ gloria viri eſt.	
	Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.	8	Non enim eſt vir ex muliere: ſed mulier ex viro.	
Geneſ.2.d.23	Etenim non eſt creatus vir propter mulierẽ: ſed mulier propter virum.	9	Neque enim conditus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.	
	(Ideo debet mulier poteſtatem habere ſupra caput ſuum, propter angelos.	10	Propter hoc debet mulier″ poteſtatem habere in capite, propter angelos.	
	Verũtamen neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro, in Domino.	13	Attamẽ neque vir abſque muliere, neque mulier abſque viro, ″in Domino.	
C	Nam ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.	12	Sicut enim mulier″ ex viro eſt, ita & vir per mulierem: omnia verò ex Deo.	
	Voſipſi iudicate, decet mulierẽ nō velatam orare Deum?	13	Apud voſipſos iudicate,″ *Num* decorũ eſt mulierẽ nō velatã Deũ orare?	
	Nec ipſa natura docet vos quòd vir quidem ſi comã nutriat, ignominia eſt illi:	14	An ne natura quidem ipſa hoc docet vos, quòd viro quidẽ comatum eſſe dedecori ſit:	
	Mulier verò ſi comam nutriat, gloria eſt illi: quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt?	15	Contrà mulieri, comatam eſſe, gloriæ ſit? Nam coma″ pro velamine data eſt ei?	
	Siquis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem cōſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei.	16	Quòd ſiquis videtur contentioſus eſſe, nos huiuſmodi conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei.	Eccleſia Dei nō contentioſa.
	Hoc autem præcipio, non laudans	17	″Hoc verò *ita* denuntio vt vos non laudem	De cœna Domini.

Ac ſi raſa eſſet τῇ ἐξυρημένῃ. Vulg. ac ſi decaluetur, vocabulo non modò non Latino, ſed etiam improprio. Neque enim quiſquis raditur, idem fit caluus. neque decaluari aliud poſſit ſignificare quàm ex caluo fieri nō caluum. Deinde ſpectauit Paulus hominum habitum, quorum alii tondebant comam, alii etiam radebant, pro diuerſa gentium conſuetudine. Tonſam autem comam voco, non eam tantùm quæ penè ad cutim præciditur, ſed eam in genere quæ abſecatur: vt inter muliebrem & virilem comam conſtituatur diſcrimen.

7 Imago & gloria Dei εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ. Id eſt imago gloriæ Dei, in quo ſcilicet elucet Dei maieſtas & imperium. Eſt enim vir in ſupremo gradu collocatus in hoc mundo, & tanquã ſecundarius aliquis Deus, vt ita dicam, ipſius etiam mulieris reſpectu. Hæc igitur non eſt imago illa ad quam condita etiam eſt mulier, ſed alia viro peculiaris, quæ ex ipſo creationis tum ordine tum fine elicitur ab Apoſtolo. Mulier enim ex viro creata eſt, & viri ipſius cauſa, non contrà. Inde verò efficitur, in communi virorum & mulierum cœtu τὸ πρέπον poſtulare vt in viro aliquod eius præſtantiæ teſtimonium appareat. Gloria viri δόξα ἀνδρός. Paſſiuè hoc accipio, pro eo quod ornetur à viro, vel ſi actiuè malis, quod vir exornet, non quod exornet virum, quod ad politicam iſtam graduum diſtinctionem attinet. Neque enim caput à mẽbris, ſed membra à capite decorem accipiunt, quanuis caput ſine membris ſit mutilum. & niſi ita accipias, videbitur retorqueri poſſe argumentum. Nam ſi non operit caput vir, quia gloria Dei eſt, vix effici poſſe videtur, velandum eſſe caput mulieris quòd gloria ſit viri: niſi, vt modò dixi, gloriam viri dici intelligas quam vir exornet, vt ei ſit eo nomine ſubiecta, non contrà ſubiectus vir mulieri, quòd ab ea aliquid accipiat. 10 Poteſtatem ἐξουσίαν. Id eſt velamen quod ſit ſubiectionis teſtimoniũ, μετωνυμικῶς. adeò vt in nonnullis etiã Veteris interpretis codicibus, velamen legatur, non poteſtatem. Nam inde etiã factum vt Latinis dicantur nubere mulieres quæ in viri poteſtatem tranſeunt. & pileus quoque Libertinæ conditionis erat inſigne, vt teſtatur Liuius in extremo libro 45. Sed Paulus tamen hac doctrina ipſas quoque virgines comprehendit, quum generales afferat rationes. Sed & Plutarchus in genere de mulieribus loquens in problem. Romanis, ait συνηθέστερον, ταῖς μὲν γυναιξὶν ἐγκεκαλυμμέναις, τοῖς δὲ ἀνδράσιν ἀκαλύπτοις εἰς τὸ δημόσιον προϊέναι.

11 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt per Dominũ, ſiue Domino authore & cōſeruatore mutuæ iſtius cōiunctionis. Sic enim eminet vir vt cōſiſtere nō poſſit ſine muliere: ſic quoq; mulier ſubiecta viro, vt vir aliquid ab ea accipiat. quũ ſicut ipſa ex viro primũ ſumpta eſt (quo nomine vir eſt caput) ita etiã vir nōniſi per ipſam poſſit propagari, quòd ſit in adiutoriũ data viro. Itaq; neque ille ſua poteſtate abutatur vt tyrãnus, neque mulier de ſua conditione vt nimiùm abiecta conqueratur, ſed vterque, tum vir tum mulier, in vno Deo coaleſcant, qui vtrunque hac conditione creauit. Dicuntur autẽ hæc obiter & extra cauſam ab Apoſtolo, vt tum virorum imperiũ, tum mulierũ ſubiectionem temperet.

12 Ex viro ἐξ ἀνδρός. ἐκ principium materiale declarat. διὰ verò in διὰ γυναικὸς inſtrumentalem cauſam. ἐκ denique in ἐκ Θεοῦ primũ principium & verum αἴτιον ſignificat. 13 *Num* decorum eſt πρέπον ἐστί. Plut. Παρ' Ἕλλησιν ὅταν δυστυχία τις γένηται, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες. ὅτι τοῖς μὲν, κείρεσθαι, τοῖς δὲ κομᾶν συνήθές ἐστι. Κομᾶν autem hoc loco non ſimpliciter ſignificat comã gerere (qua ratione Homerus καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς vocat) ſed comam prolixam mulierum inſtar nutrire, quam ſcilicet ferrum non attingat. Itémque τὸ κείρεσθαι non accipitur præciſè pro radi, aut ad cutim tonderi, ſed in genere de quauis capillorum præſectione dicitur, pro varia gẽtium conſuetudine. Veteres quidem Romanos ſolitos fuiſſe non tantùm barbam radere (quod tradit Gellius lib.3.cap.4) ſed etiam comam, poſſum docere ex Scipionis, Ciceronis & Iulii Cæſaris peruetuſtis numis, quos penes me habeo.

15 Pro velamine ἀντὶ περιβολαίου. Id eſt, vt eſſet velamen, & quidem eiuſmodi quod aliud accerſeret. Neque enim coma propriè velamen eſt, ſed indicat mulieris caput velamine indigere. Natura enim viro breuiores capillos, etiam ſiquis ſinat excreſcere, mulieri prolixiores & capiti obuoluendo idoneos tribuit. Itaque hoc in loco ἀντὶ non ſignificat loco ſeu vice: neque διὰ, id eſt rei originem, ſed finem declarat, vt Heb.12.a.2. Vide Iohan.1.c.16. 17 Hoc verò *ita* denuntio vt *vos* non laudem τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. Eadem erit ſententia, ſed paulò dilucidior, ſi pro παραγγέλλων legeris παραγγέλλω, & pro ἐπαινῶ ſcripſeris ἐπαινῶν, vt ego conuerti, eo audacius quòd Vetus interpres ita legerit, & duo ex noſtris vetuſtis codicibus ita ſcriptum habuerint. Alioquin nec Veterem interpretem nec Eraſmum in eo ſequi velim quòd τὸ παραγγέλλειν expoſuerint præcipiendi verbo: quum hoc loco Apoſtolus nihil aliud declaret, opinor, quàm ſe aliquid eſſe illis nuntiaturum, fama ſcilicet ab aliis acceptum, de quo non poſſit eos non reprehẽdere: quum in ſuperiore ſermone eos idcirco laudarit quòd in pleriſque eum ordinem retinerent quem in eorum Eccleſia conſtituiſſet, quanuis contentioſi nonnulli repugnarent. Eraſmus ex Græcis ſcholiis aliam expoſitionem affert, quaſi ſcilicet dicas, Hoc verò [me] vobis præcipere non laudo. id eſt, id verò non laudo quòd vobis iſta præcipere me oporteat, de quibus ſcilicet ſum dicturus.

ʹquòd *ſcilicet* non cum emolumento ſed cum detrimẽto cõuenitis.

18 ʹPrincipiò enim quum cõuenitis in Eccleſia, audio diſſidia inter vos eſſe:ʹidque *uerum* aliqua ex parte *eſſe* credo.

19 Oportet enimʹetiam hæreſes inter vos eſſe,vt quiʹprobati ſũt, manifeſti fiant inter vos.

20 ʹItaque quum conuenitis in vnum,ʹnon licet dominicam cœnam edere.

21 Nam vnuſquiſque propriam cœnamʹpræoccupat in veſcendo:& hic quidem eſurit,ille verò ebrius eſt.

22 Enimuerò num domos non habetis ad edendum & bibẽdum, aut Eccleſiam Dei contemnitis,& pudefacitis eos qui nõ habẽt? Quid vobis dicam? laudabo vosʹin hoc? non laudo.

23 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quòd *ſcilicet* Dominus Ieſus in ea nocte qua proditus eſt,accepit panem:

24 Et gratiis actis,fregit,ac dixit,Accipite,edite:hoc meũ eſt corpusʹquod pro vobis frangitur:hoc facite in mei recordationem.

25 Itidem & poculum,poſtquam cœnaſſet,dicens,Hoc poculum eſt Nouum illud teſtamentum,per meum ſanguinem: hoc facite quotieſcunque biberitis,in mei recordationem.

26 Quotieſcunque enim ederitis panem hunc,& poculum hoc biberitis,mortem Domini annuntiatis,vſquequo venerit.

27 Itaq; quiſquis ederit panẽ hũc, aut biberit hoc poculũ Dominiʺindignè,ʺtenebitur crimine *ſpreti* corporis & ſãguinis Domini.

quòd non in melius, ſed in deterius conuenitis.

18 Primùm quidem, conuenientibus vobis in Eccleſiam,audio ſciſſuras eſſe inter vos: & ex parte credo. D

19 Nam oportet & hæreſes eſſe: vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.

20 Conueniẽtibus ergo vobis in vnũ, iam non eſt Dominicam cœnam mãducare.

21 Vnuſquiſque enim ſuam cœnã præſumit ad manducandum: & alius quidem eſurit,alius autem ebrius eſt.

22 Nũquid domos non habetis ad mãducandum & bibendum? aut Eccleſiã Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? laudo vos in hoc? non laudo. E

23 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem:

24 ¶Et gratias agẽs fregit,& dixit,Accipite & mãducate:hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Matth.16.e.26
marc.14.c.22
luc.22.b.17

25 Similiter & calicem,poſtquam cœnauit,dicens,Hic calix,nouũ teſtamẽtum eſt in meo ſanguine : hoc facite quotieſcunque biberitis,in meam cõmemorationem.

26 Quotieſcũque enim manducabitis panẽ hũc,& calicẽ bibetis,mortẽ Domini annuntiabitis,donec veniat. F

27 Itaque quicunque mãducauerit panẽ hũc,vel biberit calicẽ Dñi indignè reus erit corporis & ſanguinis Dñi.

Quòd *ſcilicet* non cum emolumento ſed cum detrimento conuenitis. ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. Vulg. quòd non in melius ſed in deterius conuenitis.Ego verò primùm omnium addidi particulam ſcilicet,ex qua intelligatur ὅτι non oportere intelligi αἰτιολογικῶς,ſed εἰδικῶς,vt infrà,verſu 23(quanuis aliter cenſeat Photius)deinde quia illud,in melius & in deterius,videbatur obſcurè dictũ,ſtudendum putaui perſpicuitati. 18 Principio enim πρῶτον μὲν γάρ. Vulg.Primùm quidem.Eraſ.Nam primùm quidem.Ego verò puto πρῶτον ſimpliciter declarare ſermonis initium,vt Rom.1.b.8.quanuis quæ tribus proximis capitibus continentur,ad eundem etiam finem,id eſt,ad conuentus Eccleſiaſticos,pertineant. Idque *uerum* aliqua ex parte *eſſe* credo. καὶ μέρος τι πιστεύω. Ad verbum, & partem aliquam credo,vos ſcilicet inter vos animis diſſidere. Vulg. & Eraſmus,& ex parte credo. quod ſic poteſt accipi , quaſi dicat Apoſtolus ſe non prorſus credere famæ,nec prorſus etiam non credere.Atqui apparet Paulum non ſcripſiſſe de re incerta,vt qui manifeſtè in Corinthiis maiorem animorum coniunctionem & charitatem requirat.neque verò Apoſtolicæ grauitati conuenit vt aliter credamus . Significat ergo potius ſe non dubitare quin verè inter ipſos non conueniat:non quòd omnes ſint à communi concordia alieni, ſed quòd nonnulli ſint inter eos qui coniunctionem animorum ſcindant.neque enim dubium eſt quin iis ſaltem qui de his rebus Apoſtolum admonuerant,factiones iſtæ magnopere diſplicuerint,quos non oportuit cum cæteris inſimulari.Itaque mihi permiſi nonnihil adiicere in hoc loco interpretando, vt omnis ambiguitas tolleretur. 19 Etiam hæreſes καὶ αἱρέσεις. Facilè credo,inquit Apoſtolus,quandam inter vos eſſe animorum diſſenſionem,quum vos ſciam,vt & fideles omnes,maioribus etiam malis eſſe obnoxios,id eſt hæreſibus:vbi non de ordine aut volũtatibus, ſed de doctrina ipſa excitantur factiones:idque non vt perdamini,ſed vt verè pii ab hypocritis hac probatione diſtinguantur . Sic oſtendit Apoſtolus ſe non temerè huic famæ credidiſſet& interim tamen bonos conſolatur, & infirmos erigit. neque tamen ſic loquens, Corinthios arguit quaſi hæreſes iam tum apud illos eſſent vulgò receptæ,vt erant ſchiſmata.Concidunt igitur Chryſoſtomi rationes,quibus adductus eſt vt exiſtimaret hæreſes & ſchiſmata hoc loco pro eodem accipi:neque quærendam puto nouam aliquam horum interpretationem, quũ potius ſimplici & propria ſignificatione accipiantur. Probati δόκιμοι. Id eſt quas eſſe pietatis & fidei ſynceræ ipſa experientia docuerit.Eſt enim nomen,non participium,quum alioquin explorentur etiam hypocritæ:qui tamen probati dici non poſſunt. Quod autem annotat Chryſoſtomus ἵνα non ſignificare cauſam ſed euentum,eatenus admitto vt ſciamus hoc propriè non manare ab hæreſi,ſed κατὰ συμβεβηκός,& tamen Dei conſilium ac ſcopum hunc eſſe. 20 Itaque οὖν. οὖν non eſt illatiua coniunctio hoc loco,ſed epanalepſin declarat:quia ſuperiore verſiculo extra cauſam inſerto,nunc ad facti narrationem redit Apoſtolus. Non licet οὐκ ἔστι. Id eſt οὐκ ἔξεστι,quũ in communi cœtu hoc fieri neceſſe ſit,vos autem non expectetis alius alium. Vel Nõ eſt,vt cõuertit Vetus interpres. quaſi dicat Apoſtolus, Hoc veſtrum conuenire,non eſt Dominicã cœnam edere. 21 Præoccupat προλαμβάνει. Id eſt aliis non expectatis ſumit. Vulg. præſumit,id eſt præcipit,Latinè quidem,ſed ambiguè.In vno codice legimus προσλαμβάνει,ſed deprauatè,vt apparet ex verſu 33.

22 In hoc? ἐν τούτῳ; Quidam hoc connectunt cum ἐπαινέσω,quos ſequuti ſumus. quidam cum ſequente ἐπαινῶ, hoc modo,Quid dicã vobis? laudabo vos? in hoc non laudo.quaſi dicat,ſanè in quibuſdam laudabo,vt paulo antè feci:ſed in hoc tamen abſit vt laudem vobis tribuam. 24 Quod pro vobis frangitur τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Sic conſtanter legunt omnes Græci,& Ambroſius quoque. Vulgata, quod pro vobis tradetur,id eſt, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον,niſi quod tẽpus mutauit,quum Dominus de re iamiam futura loquẽs,de induſtria maluerit tempus præſens vſurpare.ſed quod ad ſenſum attinet,eodem recidit,opinor,vtraque lectio.Neque enim iis ſeu Græcis ſeu Latinis interpretibus aſſentior,qui putarunt frangi idem hìc valere quod diſtribui:quum hoc neceſſe ſit(vt mihi quidem videtur)non de ſigno quod iam fregerat Dominus quum hæc diceret, ſed de re ſacramenti,id eſt de ipſo Chriſti corpore accipere: neque dixerit Dominus, quod vobis frãgitur,id eſt diſtribuitur,ſed,quod pro vobis frangitur.Puto igitur fractionis vocabulo deſignari mortis genus, quòd ſcilicet Domini corpus grauiſſimis cruciatibus laceratum,contuſum, fractum denique fuerit : quanuis non perinde fracta fuerint eius crura vt latronum. Puto denique hoc vocabulum habere admodum expreſſam ſignificationem vt figura rei prorſus reſpondeat, id eſt, vt fractio illa panis (quam & ipſam cæremoniam oportuit in Eccleſia retineri)fractionem illam corporis repræſentet. Neque verò dubium eſt quin Paulus de cœna ipſa Domini hìc agat,cuius appendices erant agapæ,de quibus diximus Act. 2.g.42 & 46.Quorſum enim Paulus Corinthios ad Domini inſtitutionem reuocaret?Deinde quæ in hunc locum diſputat Eraſmus de conſecratione,ſatis oſtendunt hominem alioquin doctiſſimum,nunquam cognouiſſe quid veteres illi patres conſecrandi vocabulo intellexerint:quòd ea res ſcilicet à ſcholaſticis mirum in modum ſit deprauata,& denſiſſimis tenebris obruta. Quid autem illud ſit,paucis diximus ſuprà 10.d.16.

27 Indignè ἀναξίως. Id eſt aliter quàm dignum eſt tanta myſteria tractari.In tribus codicibus additũ erat τοῦ Κυρίου,vt etiam legerũt Chryſoſtomus& Ambroſius,id eſt,aliter quã Domini dignitati conueniat. Tenebitur crimine *ſpreti* corporis ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος. Vulgata & Eraſmus,reus erit corporis. Vide Matth.5.c.21. Quod autem addidi participium ſpreti,hoc feci ex ſententia Apoſtoli,verſu 29.quãuis nonnullos ſciam aliter explicare.

2.Cor.13.b.5	‖Probet autẽ ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat, & de calice bibat.	28	Probet autem'quiſque ſeipſum, & ita de pane illo edat,& de poculo illo bibat.	
G	Qui enim manducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.	29	Nam qui edit & bibit indigne,damnationem ſibiipſi edit & bibit,″non diſcernens corpus.Domini.	
	Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles,& dormiunt multi.	30	Propterea inter vos multi *ſunt* debiles & inualidi, &″obdormiunt multi.	
	Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.	31	Etenim ſi noſipſos'diiudicaremus,″non puniremur.	
	Dum iudicamur autem, à Domino corripimur,vt nõ cũ mũdo dãnemur.	32	Sed quum punimur,à Domino erudimur,ne cum mundo condemnemur.	Iudicari à Domino.
	Itaque fratres mei, quũ conuenitis ad manducãdum,inuicem expectate.	33	Itaque fratres mei , quum conuenitis ad veſcendum,alius alium expectate.	
	Siquis eſurit,domi mãducet: vt nõ in iudiciũ conueniatis.Cætera autem quum venero,diſponam.	34	Quòd ſi quis eſurit,domi edat:ne ad condemnationem conueniatis.Reliqua verò,quum venero,conſtituam.	
	Cap.XII.		Cap.XII.	
	De ſpiritualibus autem nolo vos ignorare,fratres.	1	Porrò″ de ſpiritualibus *donis* fratres , nolo vos″in ignoratione verſari.	
	Scitis quoniam quum Gentes eſſetis,ad ſimulachra muta prout ducebamini, euntes.	2	Scitis quòd″Gentes eratis,″& ad idola illa muta,″prout rapi contigiſſet, abripiebamini.	
Marc.9.f.39 Iohan.13.b.13 ſuprà 8.b.6 philip.2.b.10	Ideo notũ vobis facio quòd‖nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſum:‖& nemo poteſt dicere Dominus Ieſus,niſi in Spiritu ſancto.	3	Quapropter notum vobis facio quòd nullus per Spiritũ Dei loquens,″dicit Ieſum anathema:& nemo poteſt dicere Ieſum Dominum,niſi per Spiritum ſanctum.	Spiritus ſãctus.
	Diuiſiones verò gratiarum ſunt,idẽ autem Spiritus:	4	″Diſcrimina autem donorum ſunt,ſed idem'Spiritus.	Donorũ diſtributio.
	Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus.	5	Et diſcrimina miniſteriorum ſunt,ſed idem Dominus.	
	Et diuiſiones operationum ſunt, i-	6	Et diſcrimina″facultatum ſunt,ſed idem eſt Deus,efficiens	

28 Quiſque ἄνθρωπος. Heb.אִישׁ,id eſt homo,pro ἕκαστος, id eſt quiſque.Eſt autem hoc dictum cum emphaſi,vt ſinguli ſciant hoc ſibi faciendum,nequis fidem quam vocant implicitam requiri ſomniet,aut ab aliena fide pendeat.

29 Non diſcernens μὴ διακρίνων. Verbum diiudicandi mihi viſum eſt paulo obſcurius hoc in loco. Diſcernere autem corpus Domini dicitur qui dignitatis illius habet rationem,vt à cæteris rebus diſtinguat,ac proinde cum ſumma reuerentia ad hunc panem & hoc poculum,non tanquam ad profanos cibos,ſed tanquam ad myſteria rei omnium pretioſiſſimæ, tremens accedat. Cæterùm quod de corpore dicitur,de ſanguine quoque intelligitur συνεκδοχικῶς,vt ſuprà 10.d.17:aduerſus ſacrilegos illos qui quum alteram ſacramenti partem Laicis quos vocant,ademerint,ſacrilegium ſuum aliquot ſimilibus locis perperam explicatis obtegere conantur.

30 Obdormiunt κοιμῶνται. Id eſt moriuntur,vt ſæpe iam expoſuimus. Viderint ergo qui ad Cœnæ cæremoniam quicquam addunt aut detrahunt. 31 Diiudicaremus διεκρίνομεν. Id eſt probaremus & exploraremus. quod fieri non poteſt quin in nos ipſos inquiramus,noſtra ſcelera damnemus,fide denique & reſipiſcentia noſipſos à profanis ſecernamus.quæ omnes ſignificationes conueniunt verbo διακρίνειν.In eo verò non aſſentior Eraſmo,quòd præterito pluſquamperfecto vertere maluerit,diiudicaſſemus. Non puniremur οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Id eſt,Deus non ſumeret pœnas de nobis,immiſſis ſcilicet morbis & aliquot è cœtu noſtro ſublatis. Vulg.& Eraſ.non iudicaremur,paulò obſcurius.

IN CAPVT XII.

1 Porrò de Spiritualibus *donis* περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν.ſub.χαρισμάτων.vt Rom.1.b.11. In ignoratione verſari ἀγνοεῖν. ἀγνοεῖν abſolutè hìc accipitur pro rudem & ignarum eſſe,vt infrà 14.g.38,& Heb.5.a.2.Videbantur enim Corinthii,alioquin egregiis donis inſtructi,non ſatis intelligere aut certè obliti à quo & in quem finem ea dona accepiſſent.

2 Quòd Gentes eratis ὅτι ἔθνη ἦτε. Id eſt à veri Dei cultu ac fœdere prorſus alieni,vt explicatur Epheſ.2.c.11 & 12. Sic enim cæteros populos Hebræi vocant גוים.Vulg.quoniam quum Gentes eſſetis ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε.quo modo ſcriptum legimus in Complutenſi editione & duobus præterea vetuſtis codicibus.Sed ea lectio ſtare nõ poteſt niſi ἀπαγόμενοι dicamus Hebræorum more poſitũ pro ἀπήγεσθε,cuiuſmodi Hebraiſmum annotauimus Act.24.b.6,& 26.e.20.Non deſunt etiam qui legant οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε,Scitis quum Gentes eratis. quæ lectio non poteſt vllo modo admitti,niſi ὡς conſtruas per traiectionem.quaſi ſcriptum ſit,οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε ὡς πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ κωφὰ ἤγεσθε ἀπαγόμενοι.Sed quominus ita poſſis conſtruere,impedit particula ἄν,de qua mox dicemus.Sequutus ſum igitur eam lectionem quam in pleriſque codicibus inueni,vt omniũ ſimpliciſſimam. Et ad idola illa muta abripiebamini πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ κωφὰ ἀπαγόμενοι.Participiũ paſſiuum præſentis temporis neceſſariò conuerti per periphraſin,quod quidem cum ἔθνη parum cohærere in genere nemo mirabitur qui nouerit frequentiſſimè hoc vſuuenire in collectiuis nominibus quæ vocant.Conuerti autem abripiebamini,vt melius declaretur impetus ille Satanæ ſuos idololatras turbinis inſtar auferentis.quod etiãnum hodie in iis cernere licet qui huc & illuc difficillimis quibuſque temporibus & itineribus feruntur:nec tamen habent vel tantillum rationis quod prætexant,cur nulla nec ſui nec ſuorum habita ratione,tot moleſtias vltrò ſibi acceſſant.Eraſmus aliam rationem amplexus,vertit,ſequentes eratis,quaſi ſcilicet ἀπάγεσθαι non tam impetum illum de quo modò dixi , quàm ἀναισθησίαν & ſtuporem ſummum declaret,qui idololatrarum animos ita occuparit,vt nihil cogitent quò properent:ſed brutorũ inſtar,quocunque præierit dux,eò illum conſequantur.Cæterùm in τὰ εἴδωλα τὰ κωφὰ putaui articulum ab aliis omiſſum non poſſe prætermitti ſine ſenſus iniuria.Deinde annotandum eſt κωφὰ etiam perappoſitè conuerti poſſe ſurda:quòd idolis idcirco offerãtur preces vt exaudiant,quas tamen exaudire nullo pacto poſſint. Prout rapi contigiſſet ὡς ἂν ἤγεσθε. Primùm τὸ ἄγεσθαι cõuerti potius rapi quàm duci,vt impetum illum ſignificarem de quo modò dixi,deinde ὡς ἂν nolui ſimpliciter conuertere prout,cum Eraſmo & Vetere interprete, quia ἂν in iſto dicendi genere vniuerſale quiddam & indefinitum declarat , ſicut apud Latinos particula cunque, quaſi Latinè dicas, quocunque modo raperemini.id eſt,Nulla nec loci nec temporis nec veſtri habita ratione,ad quæcunque idola vos traheremini,Satanæ ſcilicet furore impulſi, eò abripiebamini. 3 Dicit anathema λέγει ἀνάθεμα. Id eſt,execrari ſe profitetur, Deum eſſe negans, & idola amplectens. Plinius ad Traianum ſcribens,Quum,inquit,præeunte me Deos appellarent,& imagini tuæ,quam propter hoc iuſſeram cum ſimulachris numinum afferri,thure ac vino ſupplicarent,præterea maledicerent Chriſto(quorum nihil cogi poſſe dicuntur qui ſunt re vera Chriſtiani) dimittendos putaui.Hæc ille.Huic autem opponitur Dicere Ieſum Dominum,id eſt,pro Domino ac Deo agnoſcere.De anathemate diximus Rom.9.a.3. 4 Diſcrimina διαιρέσεις. Vulg.& Eraſ.obſcurè,diuiſiones.Vide ſuprà 7.f.33. Cæterùm quum Apoſtolus manifeſtè inter χαρίσματα,διακονίας & ἐνεργήματα diſtinguat,ego χαρίσματα,id eſt, dona,pro genere accipio,διακονίας verò pro variis miniſterii Eccleſiaſtici functionibus quas enumerat verſ.28.ἐνεργήματα demum pro facultatibus à Spiritu ſancto in ſingulos collatis.quas ſigillatim incipit recenſere à verſ.8,ad 11,vbi dicit omnia hæc effici à Spiritu ſancto,exponens ſcilicet quæ vocarit ἐνεργήματα. Spiritus πνεῦμα. Spiritum apertè hìc diſtinguit à donis ipſius aduerſus Pneumatomachos. Sed notanda eſt tacita relatio inter dona & Spiritum, inter miniſteria & Dominum,inter facultates denique & Deum omnia efficientem.

6 Facultatum ἐνεργημάτων. Sic vocat Paulus vim illam intrinſecam à Spiritu ſancto manantem in fideles:quæ quidem illos ad mirifica quædam aptos & idoneos reddit,vt ea tum dicãt tum faciãt quæ ſint ſupra communem mortalium captũ. Vulg.operationes conuertit.Eraſ,

efficacias.Ego facultates malim vel efficacitates.quanquã efficacitas potius eſt ἐνεργία,id eſt effectus ipſe τοῦ ἐνεργήματος. Nam ἐνέργημα dicitur donum ipſum, ἐνεργία verò ipſius doni efficacia in nobis. ſicut aliud eſt medicum eſſe, aliud,quia medicus ſis,poſſe ægrotum ſanare. Hilarius ἐνεργίαν vertit inoperationem , ſed habita ipſius Spiritus ſancti agentis ratione,non hominum intra quos agit.

"eas omnes"in quibuſuis.

7 Vnicuique verò"datur declaratio Spiritus ad vtilitatem:

8 Nam huic quidem"per Spiritum datur ſermo ſapiẽtiæ, alii verò"ſermo cognitionis per eundem Spiritum:

9 Alii verò"fides per eundem Spiritum:alii verò dona ſanationũ per eundem Spiritum:

10 Alii verò"facultates *edendarum* virtutũ,alii verò" ꝑphetia,alii verò diſcretiões"ſpirituũ,alii verò genera lĩguarũ, alii verò "ĩterpretatio linguarũ.

11 Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem Spiritus,diſtribuẽs"priuatim *illa*"ſingulis ſicut vult.

Mẽbra varia in vno corpore.

12 Sicut enim corpus vnum eſt,& membra habet multa , omnia verò membra corporis vnius,multa quum ſint, vnum ſunt corpus:ita & Chriſtus.

13 Etenim per vnum Spiritum nos omnes"in vnum corpus baptizati ſumus , ſiue Iudæi,ſiue Græci,ſiue ſerui,ſiue liberi:& õnes "vnam potionem potauimus in vnum Spiritum.

14 Etenim corpus non eſt vnum membrum,ſed multa.

15 Si dicat pes, Non ſum manus, non ſum de corpore:num ob id non eſt ex corpore?

16 Et, ſi dicat auris, Non ſum oculus,non ſum decorpore:num ob id non eſt ex corpore?

17 Si totũ corpus oculꝰ,vbi auditus? ſi totũ auditus, vbi"odoratus?

dem verò Deus,qui operatur omnia in omnibus.

7 Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem:

8 Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientæ : alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum:

9 Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia ſanitatum,in vno Spiritu: B

10 Alii operatio virtutum,alii prophetia,alii diſcretio ſpirituũ, alii genera linguarũ:alii interpretatio ſermonum.

11 Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult.

Rom.12.a.5 epheſ.4.b.8

12 Sicut enim corpus vnum eſt,& mẽbra habet multa, omnia autem membra corporis,quum ſint multa,vnum tamen corpus ſunt:ita & Chriſtus.

13 Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus,ſiue Iudæi, ſiue Gentiles,ſiue ſerui, ſiue liberi : & omnes vnum Spiritum potauimus.

14 Nam & corpus non eſt vnum mẽbrum,ſed multa.

15 Si dixerit pes , Quoniam non ſum manus, non ſum de corpore:nõ ideo non eſt de corpore?

16 Et, ſi dixerit auris , Quoniam non ſum oculus,non ſum de corpore : nõ ideo non eſt de corpore? C

17 Si totum corpus oculus , vbi auditus? ſi totum auditus , vbi odoratus?

Eas omnes τὰ πάντα. Vulg.& Eraſ.omnia.Ego puto articulum hoc in loco vim habere ἀναφορικὴν, vt quod in genere dictum eſt,ad id de quo agitur,id eſt ad ἐνεργήματα,reſtringatur.Solet tamen articulus in hoc dicendi genere abundare apud Apoſtolum,vt ſuprà 8.b.6, & 11.c.12,& 2.Cor.5.c.14.& in genere quoque verum eſt iſtud pronuntiatum:modò peccatum à Dei actione prudenter diſtinguamus. In quibuſvis ἐν πᾶσι. Vulg.& Eraſ.in omnibus,ambigué.Neque enim hæc dona impertitur Deus omnibus, ſed quibuſvis,id eſt, ſingulis quibus libuit,vt Apoſtolus explicat infrà verſ.11,& 18. 7 Datur declaratio Spiritus δίδοται φανέρωσις τοῦ πνεύματος. Id eſt,Spiritus ſeſe gratis patefacit,quum ſcilicet dona hæc largitur ex quibus ipſius vis præſens intelligitur,idque ad vtilitatem,id eſt,ad vſum & commodum totius corporis, vt paulo pòſt explicabitur. 8 Sermo ſapientiæ λόγος σοφίας. Quidam putant λόγον abundare, ſicut apud Hebræos דבר vt Iob 41.a.3,ודבר גבורות,id eſt,verbum virium,pro גבורות,id eſt vires:quam interpretationem minimè reprehendo, vt λόγος σοφίας idem declaret atque σοφία ſapientia,& λόγος γνώσεως,idem atque γνῶσις,cognitio ſiue ſcientia. Ego tamen nihil volui detrahere. ſuſpicor enim Apoſtolum in his duobus λόγος addidiſſe,quòd ſapientiæ & ſcientiæ iſtius vſus in docendo aut certè in loquendo ſit poſitus:quũ alia ſubiiciantur quæ ad facta potius referuntur,ſi prophetiam excipias,donum linguarum,& linguarum interpretationem: in quibus tamen non fuit neceſſe facere ſermonis mentionem:quum in ipſis vocabulis comprehendatur,in illis autem,id eſt in ſapientia & ſcientia,non item.Cæterùm quomodo ſapientia hoc in loco à ſcientia diſtinguatur , copioſè in hunc locum diſſeruerunt doctiſſimi interpretes, & infrà dicemus 14.b.6. 9 Fides πίστις. Fidem particularem intellige,Chriſtum ſcilicet eatenus apprehendentem quatenus vim ſuggerit edendi miracula,vt infrà 13.b.2.Eam Chryſoſtomus fidem non dogmatum ſed ſignorum vocat.

10 Facultates *edendarum* virtutum ἐνεργήματα δυνάμεων. Vulg.operatio virtutum.Legit enim ἐνέργημα, vt paulo antè χάρισμα, & διάκρισις ſingulari numero,ac fortaſſis rectius.Eraſ.efficaciæ potentiarum.Virtutes autem vocat, opinor, ſeueras illas iudicii Dei executiones, quibus vti oportebat paſtores,quo tempore præſidio magiſtratus non erat armata Eccleſia.quarum exempla habemus in Anania & Elyma mago,& meminit Apoſtolus 2.Cor.10.b.6.Quidam verò nuper totum hoc omiſit, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι , alii verò dona ſanationum per eundem Spiritum,fortaſſis typographi incuria. Prophetia προφητεία. De hoc dono diximus Rom.12.b.6,& dicendi locus erit infrà cap.14. Spirituum πνευμάτων. Id eſt afflatuum,vel ipſorum Prophetarum,vel doctrinarum quæ à Prophetis aut falſis aut veris proponuntur:qua in re nonnulli præ aliis ſingulari iudicio valent, vt pſeudoprophetas eorúmque fraudes maturè agnoſcant & caueant. Interpretatio linguarum ἑρμηνεία γλωσσῶν. De hoc quoque locus erit dicendi cap.14.

11 Priuatim ἰδίᾳ. Sic legi in omnibus noſtris codicibus:Vetus tamen interpres aut non legit aut neglexit. Auguſtinus libro de Trinitate & vnitate Dei,cap.8,vt obſeruauit Eraſmus,legit ἴδια, vt qui conuerterit propria,id eſt ſua . At mihi quidem magis arridet hæc lectio, quòd alioquin ſatis fuerit dixiſſe ἑκάστῳ vnicuique.additur autem ſententiæ non leue pondus ſi Deum dicamus de ſuo hæc omnia largiri, vel quæ propria vnicuique eſſe velit,nequis ſuis neglectis aliena inuadat. Singulis ἑκάστῳ. Poteſt hoc conſtrui cum διαιροῦν,vel cum βούλεται per traiectionem,prout vult ſingulis vel vnicuique. Nam in hoc ipſo dicẽdi genere obſeruaui Paulum iſta traiectione mirũ in modum delectari,ex Hebræorum ſcilicet idiotiſmo,qui ſic dicerent לכלאחד כאשר,vt Rom.12.a.3.Item ſuprà 3.a.5.& bis 7.c.17. & ita fiet vt ἰδίᾳ non redundet.Cæterùm ἑκάστῳ non temere malui interpretari ſingulis quàm vnicuique,nempe nequis Origenis exemplo poſſit hũc locum detorquere.Is enim enarrans epiſtolam ad Romanos,quod Eraſmus annotauit quidem,ſed non reprehendit vt par erat,ita hunc locum torſit quaſi βούλεται ad eum referatur cui Spiritus dona ſua largitur.acſi dicas,in vnoquoque ſitum eſſe vt quamplurimum gratiæ nobis impertiat Deus.quæ interpretatio Pauli ſententiæ repugnat ex diametro.

13 In vnum corpus εἰς ἓν σῶμα. Id eſt,vt cum Chriſto vnum corpus fieremus, atque adeò vt in vnum Chriſti corpus coaleſceremus, adeò vt Eccleſia tota nihil aliud ſit quàm vnus Chriſtus:cuius coagmentationis efficaces teſſeræ ſunt fidelibus Baptiſmus & Cœna Domini.

Vnam potionem potauimus in vnum Spiritum ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα. Sic legunt Græca ſcholia, nulla diuerſæ lectionis facta mentione.Sic quoque vetuſtus vnus codex,niſi quòd addit præpoſitionem εἰς. Legit enim εἰς ἓν πόμα, vt ἐποτίσθημεν, paſſiuum ſit, acſi dicas, vna potione irrigati ſumus.Clemens quoque libro Pædagogi primo legit ἑνὶ πόματι ἐποτίσθημεν,vno poculo potauimus,eadem manente ſententia,quancunque harum lectionum ſequamur.Reſpondet autem εἰς ἓν πνεῦμα ſuperiori membro εἰς ἓν σῶμα in vnum corpus, iucunda admodum permutatione:vt vtriuſque ſacramenti vnus ſcopus eſſe intelligatur,quanuis peculiariter in Cœna dicamur Domino incorporari, in Baptiſmo verò Spiritu ipſius regenerari.Itaque in vnum Spiritum vnã potionem potare, idem declarat atque vno viuifico ſanguinis Domini potu,participes fieri vnius Spiritus ipſius,qui per omnia membra permeans,ſingula viuificet reddátque ſuis functionibus idonea. Vulgata & Eraſmus,vnum Spiritum potauimus.quam interpretationem non probo, etiamſi legas εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Ita enim tollitur mutua illa corporis & ſanguinis relatio de qua modò dixi.

17 Odoratus ἡ ὄσφρησις. Eraſmus,olfactus,quum illud ſit Ciceronianum,hoc Plinianum.

Nunc autẽ poſuit mẽbra,vnũquodque eorum in corpore ſicut voluit.

Quòd ſi eſſent omnia vnum membrũ, vbi corpus?

Nunc autem multa quidem membra,vnum autem corpus.

Non poteſt autem oculus dicere manui,Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non eſtis mihi neceſſarii.

Sed multo magis quævidentur mẽbra corporis infirmiora eſſe,neceſſariora ſunt:

Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis,his honorem abundantiorem circundamus:& quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent.

Honeſta autem noſtra nullius egẽt: ſed Deus tẽperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem:

Vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint mẽbra.

D

Et ſiquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum,congaudent omnia membra.

Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

Epheſ.4.c.11

¶Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia,primùm Apoſtolos,ſecundò Prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes,exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.

Nunquid omnes,Apoſtoli? nũquid omnes,Prophetæ? nunquid omnes, Doctores? nunquid omnes, virtutes?

Nũquid omnes gratiã habent curationum? nunquid omnes linguis loquũtur? nũquid õnes interpretãtur?

AEmulamini autem chariſmata

18 'Nunc autem Deus collocauit membra "ſingula ſigillatim in corpore ſicut voluit.

19 Quòd ſi eſſent omnia vnum membrum,vbi corpus?

20 Nunc verò multa quidem membra ſunt,vnum verò corpus.

21 Non poteſt autem oculus dicere manui, Nõ eſt mihi opus te: aut rurſum caput pedibus,Non eſt mihi opus vobis.

22 Imò"multo potius,quæ videntur membra corporis"infirmiſſima eſſe,neceſſaria ſunt:

23 Et quæ putamus *membra* corporis maximè eſſe inhoneſta,iis"honorem ampliorem circumponimus: & indecora noſtra *membra* copioſiorem decorem habent.

24 'Nam quæ ſunt decora in nobis,*iis decore* non eſt opus:ſed Deus "ſimul temperauit corpus, ei cui deerat , copioſiore tributo honore.

25 Ne ſit diſſidium in corpore, ſed alia pro aliis "idem curent membra.

26 'Itaque ſiue patitur vnum membrum,ſimul dolent omnia mẽbra:ſiue honore afficitur vnum membrum, congratulantur omnia membra.

27 Vos autem eſtis corpus Chriſti,& membra"ex parte.

Chriſti corpus Eccleſia.

28 'Et alios quidem conſtituit Deus in Eccleſia,primùm Apoſtolos,deinde Prophetas,tertiò Doctores,deinde *conſtituit*"Poteſtates. deinde dona ſanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.

29 Num omnes,Apoſtoli? num omnes,Prophetæ? nũ omnes,Doctores? num omnes *ſunt* poteſtates?

30 Num omnes donum habent ſanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

31 'Ambitis verò dona potiora?

18 Nunc autem Νῦν δὲ Alibi diximus hanc particulam interdum non eſſe temporis aduerbium, ſed argumentorum ſeriem cõnectere,vt hoc loco & verſu 20. Singula ſigillatim ἓν ἕκαστον αὐτῶν. Vulg.ad verbum,vnumquodque eorum.quod durius eſt propter præcedentia.Eraſ.vnumquodque ſigillatim. 22 Multo potius πολλῷ μᾶλλον. Sic Eraſmus,vt μᾶλλον declaret correctionem potius quàm comparationem.Vulg.multo magis,ſed illud magis cum comparatiuo neceſſariora commode iungi non poteſt. Infirmiſſima ἀσθενέστερα. Id eſt minimarum & abiectiſſimarum facultatum,ac proinde præ cæteris aſpernabilia. Nam ex antecedente intelligitur conſequens.Sic 2.Cor.12.c.10,Infirmitates vocat ea per quæ ab aliis abiectus & vilis habebatur. Honorem ampliorem circumponimus τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν. Id eſt,maiore ſtudio tegimus.Eſt enim aſcititium ornamentum quicquid membris iniicimus tegendæ nuditatis cauſa:& latè patet apud Hebræos vocabulum honoris,vt vel ex illo præcepto apparet quo iubemur patrem & matrem honorare.

24 Nam δὲ. Id eſt γὰρ,vt alibi ſæpe.Videtur enim ita hoc in loco commodius explicari,quàm per verò,vel autem. Simul temperauit συνεκέρασε. Vulgata præpoſitionem σὺν neglexit:cuius hæc vis eſt vt multas partes certo temperamento in vnum corpus iunctas declaret. 25 Idem curent τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν. Id eſt,ad totius corporis commodum & conſeruationem ſuas functiones conferant. Nam alioqui ſigillatim non omnia idem curant,quum aliud ſit manus,aliud oculi,aliud pedis officium. Vulg.barbarè,idipſum ſolicita ſint. Eraſ.eandem ſolicitudinem gerant. 26 Itaque καὶ. Vulg.& Eraſ.&, ita ſcilicet vt duo hæc verba, nempe συνεκέρασε & συμπάσχει copulentur,non autem μεριμνῶσιν & συμπάσχει,quia ἵνα repetere oporteret ἀπὸ κοινοῦ.Ego verò malo καὶ pro σὺν accipere,ex Hebræorũ idiotiſmo,qui ſic quoque ſuum illud ו vſurpant. Simul dolent συμπάσχει. Condolendi verbum Latinis nihil amplius quàm ſimplex dolere ſignificat.Vulg.barbarè,compatiuntur,vt etiam συγχαίρει congaudent.Eraſ.ſimul patiuntur,non multo melius,ſi Latinitatem ſpectes: Raro enim legas pati abſolutè poſitum pro dolere ſiue cruciari. Honore afficitur δοξάζεται. ſiue exornatur,id eſt κοσμεῖται.Eraſ. ad verbum,glorificatur. Vulgata,gloriatur,niſi mendum hoc eſt librariorum.

27 Ex parte ἐκ μέρους. Ideſt aliquatenus.Nam omnes Eccleſiæ per orbem diſperſæ diuerſa ſunt vnius corporis membra. niſi ἐκ μέρους accipere libeat pro κατὰ μέρος. ac ſi dicas,pro ſe quiſque,nimirum quiſque pro ſuæ functionis munere. quæ ſignificatio videtur præcedentibus & ſequentibus accommodatior.Sed tamen ἐκ μέρους in ea ſignificatione alibi nuſquam memini legere. Vulg.membra ex membro, καὶ μέλη ἐκ μέλους,vt etiam legit Ambroſius,quaſi dicas,membra alia ab aliis pendentia,mutuæ ſcilicet connexionis vinculo.

Et alios quidẽ καὶ οὓς μὲν Hic neceſſe eſt anapodoton eſſe fateamur, cuiuſmodi tamen apud idoneos etiam ſcriptores inuenias. Nam pro δεύτερον vel ἔπειτα,dicendum fuerat,οὓς δὲ alios verò,vt cohæreret conſtructio. Poteſtates δυνάμεις. Id eſt,qui fungantur facultate edẽdarum virtutum.de quibus diximus ſuprà verſu 10.Neque enim hic de dono ipſo agitur,ſed de eo qui hac adminiſtratione fungatur, veluti quum magiſtratum dicimus eum qui eſt in magiſtratu.Notãdum eſt autem, hanc adminiſtrationem à dono ſanationum rurſus diſtingui, itémque à gubernatione,cui quidem ego ordinariam diſciplinam Eccleſiaſticam tribuo. Opitulationes ἀντιλήψεις.Ita vocat,opinor, Diaconorum & viduarum miniſteria,pauperibus & ægrotis ſubleuandis deſtinatorum. Gubernationes κυβερνήσεις. Preſbyterorum ordinem declarat,qui diſciplinæ & politiæ Eccleſiaſticæ cuſtodes erant,vt alibi diximus. Genera linguarum γένη γλωσσῶν. In quibuſdam codicibus veteris editionis additur interpretationes ſermonum, id eſt ἑρμηνείας γλωσσῶν. Sic quoque legit & interpretatur Ambroſius.& ſanè hoc adiiciendum puto,non modò quia ſuprà verſu 10 & capite decimoquarto disertè diſtinguuntur hæc duo,ſed etiam quia in repetitione quæ ſequitur,vtriuſque ſigillatim fit mentio.

31 Ambitis verò ζηλοῦτε δὲ. Vulg.æmulamini,non ſatis expreſſé. Eraſmus, ſectemini.Putauit enim ζηλοῦτε poſitum eſſe imperandi modo.At mihi omnino videtur vberior eſſe ſentẽtia & quæ multo melius cohæreat, ſi cum Vetere interprete accipiamus indicandi modo, & per interrogationem iſta efferamus.quam lectionem maximè probant Photius & Theodoritus in Græcis ſcholiis, ac ſi dicat Apoſtolus, Cupitis verò alii aliis excellere? en qua via & ratione vobis liceat maxima cum laude ambitioni indulgere. Eſt igitur hoc prooemii inſtar

ad futuram tractationē animos Corinthiorum excitans.Itaque ineptè hæc diuulſa ſunt à ſequenti ſectione,contra Græcorū codicum fidē.

′en inſuper etiam quàm diligentiſſimè viam vobis indico.

Cap.XIII

Charitas.

1 SI linguis hominum loquar″& angelorum, charitatem autem non habeam,factus ſum′æs reſonans,aut cymbalum″tinniēs.

2 Et ſi habeam prophetiam,& nouerim myſteria omnia omnēque ſcientiam:& ſi habeam″totam fidem,adeo vt montes transferam,charitatem autem non habeam,nihil ſum.

3 Et ſi″inſumam alēdis egenis omnes facultates meas, & ſi tradā corpus meum′vt comburar,charitatem autem non habeam, nihil iuuor.

4 Charitas,′patiens eſt, comis eſt: charitas non inuidet, charitas ′non eſt inſolens, non inflatur,

5 Nihil vt indecorum faſtidit, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur,non cogitat malum,

6 Non gaudet de iniuſtitia,gaudet autem′iuſtitia.

7 ″Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet.

8 Charitas nunquam excidit :″ſed & prophetiæ abolebuntur , & linguæ ceſſabunt, & cognitio abolebitur.

meliora. & adhuc excellentiorem viā vobis demonſtro.

Cap.XIII

1 SI linguis hominum loquar & angelorum , charitatem autem non habeam,factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.

2 Et ſi habuero prophetiam,& nouerim myſteria omnia, & omnem ſciētiam : & ſi habuero omnem fidem,ita vt montes transferam,charitatem autem non habuero,nihil ſum.

B

3 Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum vt ardeam: charitatem autem non habuero , nihil mihi prodeſt.

4 Charitas patiēs eſt,benigna eſt,charitas non æmulatur, non agit perperam,non inflatur,

5 Non eſt ambitioſa,non quærit quę ſua ſunt , non irritatur , non cogitat malum,

C

6 Nō gaudet ſuper iniquitate, cōgaudet autem veritati:

7 Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet.

8 Charitas nūquam excidit: ſiue prophetię euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruetur.

En inſuper etiam quàm diligentiſſimè vobis viam indico. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. Vulg.Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.Eraſ.Et adhuc his excellentiorem viam vobis oſtendo.Ego vero non video qui ſatis commodè poſſit καθ' ὑπερβολὴν accipi pro ὑπερβάλλουσαν,niſi ſubaudias κρείττω per ſyllepſin ἀπὸ τοῦ κοινοῦ,quæ eclipſis etiā dura eſt.Itaque ſimpliciſſimè exponere malui pro δι' ἀκριβείας,& coniungere cū verbo δείκνυμι.Addidi autē aduerbiū En,vt melius intelligeretur emphaſis enallages in verbo δείκνυμι pro δεῖξαι.

IN CAPVT XIII.

1 Et Angelorum καὶ ἀγγέλων. Sic interdum per hyperbolen loquitur Paulus ex hypotheſi, maximæ emphaſeos cauſa, acſi diceret,Si linguæ eſſent aliquæ Angelorum,& ego eas tenerem,neque illis vterer ad commodum proximi,id verò nihil aliud eſſet quàm inanis & obſtrepera loquacitas.Similis eſt hyperbole Rom.8.g.39,vbi quum res omnes creatas,ſummas,medias & infimas nominaſſet, addit,neque alia vlla res creata.Item Gal.1.b.8,vbi ſi de malis Angelis loquitur,friget atque adeò abſurdus eſt ſermo:ſin de bonis,in eos non cadit falſa prædicatio.Relinquitur ergo,id quoque dictum eſſe ὑπερβολικῶς ex hypotheſi: vt planè inepti ſint qui hoc loco diſputant de Angelorū linguis, digni ſcilicet qui cum Homero potius diſſerant de lingua illa τῶν ἀθανάτων,cuius ſæpe meminit. AEs χαλκός. Vulg.velut æs,ὡς χαλκὸς contra fidem Græcorum exemplarium:& certè videtur comparatio magis efficax ſi particula ſimilitudinis omittatur. Tinniens ἀλαλάζον. Id eſt inconditum & confuſum ſonum edens,fictitio verbo deducto ab incondita voce ἀλαλά.

2 Totam fidem πᾶσαν πίστιν. Fidem hic accipi pro dono edendorum ſignorum vt ſuprà 12.a.9,apparet ex ipſius effectis,quorum vnum commemorat. Sed & pro fide hiſtorica quam vocant,accipi poteſt,quum de Chriſti omni-potentia perſuaſos eſſe oporteat qui in ipſius nomine credunt ſe poſſe quiduis efficere.Quum autem & illa improbis multis,vt Matth.7.c.22,& iſta diabolis quoque tribuatur,vt Iac.2.d.19, non mirum eſt ſeparari à charitate ex hypotheſi. Fides autem illa iuſtificans quæ ſcilicet Dei miſericordiam in Chriſto apprehendit.cogitatione quidem à charitate ſecerni poteſt, re ipſa verò nunquam: quia qui credit,Filius Dei fit,Iohan.1.b.12: qui autem Filius Dei eſt,agitur Chriſti Spiritu,Rom.8.b.9.vnde efficitur,fidem illam à charitate non poſſe magis diuelli,quàm lucem ab igne,vt Iohan.2.a.4. Itaque vel de hac fide non agitur hoc loco,vel certè dicendum eſt,ex hypotheſi duntaxat fieri hāc ſeparationem. vt planè ſint inepti qui ex hoc loco ſimpliciter & categoricè argumentantur. Quod autem attinet ad πᾶσαν (quam particulam vrget Pighius cum Sophiſtis, non ſignificat hoc in loco vniuerſalem complexum ſpecierum,ſed iſtius ſpeciei perfectionem declarat,id eſt totam potius quàm omnem ſignificat, vt Rom.7 b. 8,& alibi ſæpe.Sic dicitur aliquis omnibus viribus,omni contentione, omni animo aliquid aggredi. Necui tamen imperito imponeret hæc enallage,totam potius quàm omnem dicere malui.

3 Inſumam alendis egenis ψωμίσω Propriè τὸ ψωμίζειν declarat cibum conciſum & intinctum veluti in os indere,vt puerulis & ægrotis ſolemus:pro quo dicimus in vernaculo ſermone *apaſteler*.Hìc verò ſignificat in eum vſum bona auidiſſimè impendere. Vulg. & ſi diſtribuero in cibos pauperum.Eraſ.& ſi inſumam in alimoniam. Vt comburar ἵνα καυθήσωμαι. Quidam codices legunt ἵνα καυχήσωμαι vt glorier:quam lectionem non ineptam puto,vt ſcilicet ſignificetur quì poſſint iſta Deo non placere: puta ſiquis hæc fecerit gloriæ cupiditate, non autem Dei aut proximi charitate impulſus.Habet enim etiam Diabolus ſuos martyres.

4 Patiens eſt μακροθυμεῖ. Id eſt,ad verbum,iram differt,Vide Matth.18.d.26. Non eſt inſolens οὐ περπερεύεται Id eſt οὐκ ἀλαζονεύεται.Alii,non adulatur,οὐ κολακεύει.Alii,non eſt præceps,οὐ προπετεῖ.Alii,non garrit.Alii,non eſt leuis & inconſtans.Clemens libro Pædagogi tertio,non eſt fucata.Nam,inquit,περπερεία ὁ καλλωπισμός.Vulg.non agit perperam:vt videri poſſit ad Græcam vocem alluſiſſe.

5 Nihil vt indecorum faſtidit οὐκ ἀσχημονεῖ. Vel vt Eraſmus,non eſt faſtidioſa, id eſt,nihil faſtidit vt ſibi non ſatis decorum, ſed demittit ſeſe ad omnia quantumuis vilia:Chriſti ſcilicet exemplo,qui venit vt miniſtraret: & ipſius Apoſtoli,qui omnibus factus eſt omnia. Vulg.non eſt ambitioſa.cuius interpretationis rationem inire non potui. Non quærit quæ ſua ſunt οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς.Clemens libro Pædagogi tertio,legit,οὐ ζητεῖ τὸ μὴ ἑαυτῆς,id eſt non quærit quod ſuum non eſt.

6 Gaudet autem iuſtitia συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. Id eſt,iuſtis autem iuſtitiam gratulatur.Nam præpoſitio σὺν facit vt iuſtitia pro hominibus factiſque iuſtis commodius accipiatur.Vulgata & Eraſmus ad verbum,congaudet autem veritati . Sed apparet ex oppoſito membro, veritatis nomine hoc loco iuſtitiam in genere declarari,ex Hebræorum idiotiſmo qui אמת in genere accipiunt pro iuſtitia,quòd nulla ſit vera iuſtitia quæ non ſit fraudis expers. 7 Omnia ſuffert πάντα στέγει. Cyprianus De ſimplicitate prælatorum,tractatu tertio legit,omnia diligit,πάντα στέργει,pro quo dicere malim,in omnibus acquieſcit.& ſanè mihi magis probatur hæc lectio, de qua etiam diximus ſuprà 9.b.12.Quomodocunque autem legas,ſciendum eſt in iſtis omnibus particulam πάντα ita reſtringendam,vt ea demum complectatur quæ ferri,credi,ſperari, ſuſtineri bona conſcientia poſſunt ac debent.Dixit enim non gaudere iniuſtitia charitatem.

8 Sed & prophetiæ abolebuntur εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται. Vulg.ſiue Prophetiæ euacuabuntur.Eraſ.ſiue Prophetiæ abolebūtur,admodum obſcurè,ni poſt προφητεῖαι adſcribas diaſtolen,vt ſubaudias ὦσι ſint:itémque poſt γλῶσσαι,& poſt γνῶσις.quam interpunctionem reperi in codicibus tribus.Sed longè planior erit oratio ſi εἴτε accipias pro δὲ,vt Coloſſ.1.c.20,& infra 15.b.11. Et cognitio καὶ γνῶσις. Id eſt,ratio adipiſcendæ ſcientiæ ex prophetia,ſeu ex aliorum inſtitutione.Neque enim ipſe ſcientiæ & cognitionis habitus abolebitur, ſed perficietur.quod in prophetia & linguis locum non habet,quæ non perficientur ſed prorſus extinguentur. Fuerit antem valde coacta interpretatio ſi abolendi verbum aliter de cognitione quàm de prophetia vel linguis dictum accipias . Deinde ſi aboleri dicamus quod perficitur,non conueniet charitatis comparatio cum ſcientia.ſiquidem dubium non eſt quin charitas quoque ex contemplatione Dei perficiatur:& de modo cognoſcendi,non de ipſa ſcientia hìc agi,apparet ex verſu duodecimo.Hæc cauſa eſt cur cognitionem quàm ſcientiam maluerim interpretari.quanquam ne cognitionis quidem nomen mihi ſatiſfacit.Perceptionem aut diſciplinam dicere maluiſſem,niſi ho-

rum quoque ambigua eſſet ſignificatio. Si auſus eſſem vocabulum fingere, diſcentiam dixiſſem. Nam ſicut προφητεία διδαχὴν, ita γνῶσις μάθησιν hoc loco declarat. cuius rei obſeruatio neglecta multos interpretes fefellit: adeò vt nonnulli putarint τὸ ἐκπίπτειν non accipi pro excidere, id eſt deficere & aboleri, ſed pro abrumpi: quia vera charitas vitia quidem odit, homines autem ipſos non item. quam interpretationem quanuis parum appoſitam, ſecutos eſſe video Chryſoſtomum & Photium. Quidam paulo aliter explicāt pro aberrare ſiue ὑστερεῖν: quaſi dicatur charitas nunquam nos deſtituere, quum ſæpe prophetiæ & ſcientiæ donum nos deſtituat, in rebus ſcilicet abſtruſioribus. Sed hæc quoque interpretatio mihi probari non poteſt, quum non minus imperfecta ſit charitas quandiu hîc viuimus, ac fortaſſis etiā magis quàm prophetia aut ſcientia, in præſtantiſſimis quoque hominibus.

Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.	9	'Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus:	
Quū autem venerit quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.	10	Poſtquam autem aduenerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt abolebitur.	
Quum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus ſū vir, euacuaui quæ erant paruuli.	11	Quū eſſē infās, vt infās loquebar, vt infās cogitabā, vt infās ſētiebā: poſtquam autem factus ſum "vir, 'aboleui quæ infantis erant.	Paruulus. Vir.
Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.	12	'Cernimus enim nunc per ſpeculum" *&* per ænigma: tunc autē 'coram *cernemus*. Nunc cognoſco ex parte: tunc verò cognoſcam "prout edoctus fuero.	
Nunc autem manet fides, ſpes, & charitas, tria hæc: maior autem his eſt charitas. Cap. XIIII.	13	'Nunc verò manet fides, ſpes, charitas, tria hæc: "maxima autē illarum charitas. Cap. XIIII.	Charitas.
SEctamini charitatem, æmulamini ſpiritualia: magis autem vt prophetetis.	1	P'Erſequamini charitatem, "ambite" *dona* ſpiritualia: magis tamen vt 'prophetetis.	Prophetia.
Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo: nemo enim audit, ſpiritu autē loquitur myſteria.	2	Nam "qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo: nullus enim audit, "ſpiritu verò loquitur myſteria.	Loqui lingua.
Nam qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.	3	"Qui autem prophetat, hominibus loquitur "ædificationem & exhortationem & conſolationem.	

9 Ex parte ἐκ μέρους. Id eſt imperfecto modo & ratione diſcimus, quum doctores etiā ex parte prophetent. Mutua enim eſt inter docēdi & diſcendi modum relatio. Itaque quū in ipſo Deo omnia cōtemplabimur, quorſum ſcholæ, quorſum omnia adminicula quibus homo vel doceat vel inſtruatur? Scientia igitur ipſa non abolebitur, imo perficietur, ſed ratio cognoſcendi & docendi cedet Dei ipſius cōtemplationi. Inepti ſunt igitur Academici, hoc loco abutentes vt incertā eſſe doceāt doctrinam quam ex verbo Dei ſcripto conſequimur. Item fanatici Anabaptiſtæ & Libertini, qui hæc ſemper habent in ore vt ſua ſomnia imperitis obtrudāt. Nā vt alias multas rationes omittā, cogitare ſaltem debuerāt, plenioris reuelationis tempus ab Apoſtolo in futurum ſeculū differri, nec ſcientiam cū ſcientia, vt res natura & re ipſa diuerſas, ſed vnius & eiuſdem ſcientiæ adipiſcendæ modos prorſus & diuerſos & impares, inter ſe ab Apoſtolo comparari.

11 Vir ἀνήρ. Hinc apparet in Sacris etiam literis verū eſſe quod tradunt grammatici, ἄνδρα, id eſt virum, interdum eſſe ſexus nomen, vt quum γυναικὶ .i. mulieri, opponitur: interdum maritum ſignificare, vt quando γυναικὶ id eſt cum vxore confertur: interdum ætatem conſtantem & integram declarare, vt hoc in loco, & Ephe. 4. c. 13, vbi tamen additur τέλειος explanationis cauſa. Quartam autē ſignificationem, quū ſcilicet vir nomen eſt ἀρετῆς .i. fortem & magnanimū declarat, nō memini legere in Noui fœderis libris, niſi infrà 16. c. 13, vbi ἀνδρίζεσθαι accipitur pro virum ſe præſtare. Aboleui quæ erant infantis κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. In quibuſdam Græcis codicibus excuſis, perperā legitur κατήργην κατὰ τοῦ νηπίου, fortaſſis pro κατηργήθην τὰ τοῦ νηπίου. 12 Cernimus enim nūc per ſpeculū βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου. διὰ hoc in loco idem declarat atque trans, vel intra. Sūpta autē eſt tranſlatio à ſpeculis quæ non rem ipſam ſed eius imaginem intuentibus obiiciunt: ac fortaſſis ad ea reſpexit Paulus quæ phyſici de phātaſia & intelligentia docent. Cæterū, quia Apoſtolus ſeſe propoſuit pro exemplo, & in hoc eodem verſiculo ſequitur γινώσκω, non γινώσκομεν, malim cū Theodorito περὶ προνοίας λόγῳ τ, legere, ἄρτι γὰρ βλέπω ὡς ἐν ἐσόπτρῳ .i. Nunc enim cerno quaſi in ſpeculo. *Et* per ænigma ἐν αἰνίγματι. Vulg. & Eraſ. in ænigmate. Ego malo ἐν pro διὰ poſitum eſſe, ex Hebræorū idiotiſmo. Theodoritus autē eo loco quem modo citaui, legit καὶ ἐν αἰνίγματι, & per ænigma. quā lectionē maximè ſynceram eſſe puto. Videtur enim nō vna ſed duplex eſſe tranſlatio, vna ſcilicet ſumpta ab iis quæ externis oculorū ſenſibus, altera ab iis quæ ipſa intelligētiæ facultate vſurpantur. Ænigma enim dicitur oratio obſcura & quaſi inuolucris quibuſdam obtecta. Oratio porrò in oculos nō incurrit, ſed menti obiicitur: vt Paulus fortaſſis myſteria ſpeculis, verbi prædicationem ænigmati cōpararit. Neque id tamen ſimpliciter accipiendum eſt quod hîc dicit Apoſtolus, ſed quatenus iſta conferuntur cum re præſenti .i. cum ipſius naturæ Dei contemplatione, prout à re creata Deus ipſe cerni poteſt. Quidam nuper conuertit, per ambages, quàm propriè & accōmodatè, ipſe viderit. Corā πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Vulg. & Eraſ. ad verbū, facie ad faciem .i. vt in vernaculo ſermone exprimimus, *uis a uis*. Prout edoctus fuero καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Particulā καθὼς exiſtimo cōuenientiam illā ſignificare quæ eſt inter inſtitutionem & perceptionem. Nam quo excellentior erit doctor noſter, ipſe ſcilicet Deus, & præſtātior docendi ratio, ipſa ſcilicet præſentis Dei contēplatio, addo etiā, quo melior erit noſtra cōditio, quum ſcilicet induerimus immortalitatē: eo etiā perfectior erit doctrina. Itaq; ἐπεγνώσθην accipitur pro ἐδιδάχθην, ex idiotiſmo Hebræorū, de quo ſuprà 8. a. 3, & infrà 8. a. 3, idq; in futuro exacto quod Grāmatici vocāt. Redūdat autē particula καὶ, vt ſupra admonuimus 10. b. 9, & Iohan. 8. c. 25. Vulg. ſicut & cognitus ſum. Eraſ. quemadmodū & cognitus ſum .i. ita vt ipſe me notū habet ac perſpectū, vt ſit mutua quædā cognitio, & ſimilitudo tamen potius quàm æqualitas notetur. Aliis potius placet, cognitū eſſe, accipi pro approbatū eſſe: ſicut interdū accipi cognoſcendi verbum annotauimus ſuis locis. 13 Nunc Νῦν. Puto νῦν & τότε opponi .i. præſentis vitæ conditionē cū futura. Redit enim ad inſtitutū, aut potius diſputationē cōcludit, acſi dicat, Ea igitur tum erit noſtra cōditio. Vt verò nunc ſumus, tria nobis adſunt & neceſſario manent, ſi modò Chriſti ſumus: inter quæ rurſus excellit charitas. Vtitur autē, ni fallor, manendi vocabulo, vt hæc dona ab aliis diſtinguat, quæ ſcilicet cum religione neceſſariò non cohærent, nec ſunt, vt ita dicā, ſubſtantialia. Maxima μείζων .i. μεγίστη, vt in illo verſiculo Catulli, poetæ alioquin indigni cuius nomen hîc adſcriberē, Heſpere qui luces cælo iucundior ignis. Sic Matth. 23. a. 11, & Marc. 4. d. 32. & infrà 15. c. 19. Quo autem reſpectu dicatur maxima charitas, ab eruditis interpretibus copioſè explicatum eſt.

IN CAPVT XIIII.

1 Perſequamini διώκετε. Vulg. ſectamini, nec ſatis expreſſè, nec appoſitè, quū hîc ſit potius locus imperandi modo. Ambite ζηλοῦτε .i. φιλοτιμεῖσθε. Eſt enim minus quiddā quàm διώκειν. Vulg. & Eraſ. æmulemini, haud ſcio an ſatis Latinè. *Dona* ſpiritualia τὰ πνευματικά. Vide ſuprà 12. a. 1. Prophetetis προφητεύητε. Quid ſit prophetia, apparet ex verſu 3. & diximus Ro. 12. b. 6. Quidam conuertit, vaticinemini, quia fortaſſis doctrina omnis cæleſtis neceſſe eſt nobis è cælo reueletur. Sed tamen peculiare vaticinādi donū ab hoc munere interpretādi verbi & Eccleſiæ applicandi diſtinguendum eſt. 2 Qui loquitur lingua ὁ λαλῶν γλώσσῃ. vel γλώσσαις .i. linguis, vt in quibuſdā codicibus legitur. Lingua autē hoc loco & ſimilibus nō declarat locutionis inſtrumentum, ſed idioma peregrinū, quod nemo intelligat niſi interpretatio adiungatur. Spiritu verò πνεύματι δέ. Id eſt afflatu quem à Spiritu accepit. Videtur autem hoc reſpondere illi quod dixerat, eiuſmodi hominem Deo loqui, & οὐδεὶς γὰρ ἀκούει nullus enim audit, explicare τὸ οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, non loquitur hominibus. Itaque myſteria tum ob eam cauſam, tum etiam ob id quod ſequitur verſu 4, non accipio ſimpliciter pro rebus occultis propter peregrinum idioma, ſed pro Dei arcanis, cuiuſmodi ſcilicet afflabat Spiritus diuinus. quo magis hîc erat reprehenſione dignus, vt qui cum cœtu non communicaret tam pretioſa quæ in hunc vſum à Domino accepiſſet.

3 Qui autem prophetat ὁ δὲ προφητεύων. Vetus interpres pro δὲ legit γὰρ, ſed perperam, quum hæc ſit pars altera collationis. Ædificationem οἰκοδομὴν. Id eſt, quæ homines promoueant in pietatis cognitione & ſtudio. Vide ſuprà 8. a. 1.

4 Qui loquitur lingua,ſeipſum ædificat:qui verò prophetat,'Eccleſiam ædificat.

5 Velim autem omnes vos loqui linguis,magis tamē vt prophetetis:maior enim qui prophetat,quàm qui loquitur linguis: "niſi ſi interpretetur,vt Eccleſia ædificationem accipiat.

6 Nunc verò fratres,ſi veniam ad vos linguis loquens, quid vos iuuabo:niſi vobis loquar"aut per reuelationem,aut per cognitionem,aut per prophetiam,aut per doctrinam?

7 "Atqui inanima quæ ſonum edūt, ſiue tibia,ſiue cithara,niſi diſtinctionem tonis dederint, quomodo cognoſcetur quod tibia canitur aut cithara?

8 Etenim ſi īcertū ſonū tuba dederit,quis apparabitur ad bellū?

9 Ita & vos ꝑ linguā niſi"ſignificātē ſermonē edideritis,quomodo intelligetur quod dicitur?eritis enim in aerem loquentes.

10 Tot,'prout inciderit, genera vocum ſunt in mundo,'& nihil *eſt* mutum.

11 Niſi igitur ſciero vim vocis,ero ei qui loquitur,barbarus:&qui loquitur,'apud me barbarus *fuerit*.

12 'Ita & vos,quandoquidem'Spiritus ambitis,ad ædificationem Eccleſiæ quærite vt excellatis.

13 Quapropter qui loquitur lingua,oret vt interpretetur.

14 Nam"ſi orem lingua,"ſpiritus meus orat:

4 Qui loquitur lingua ſemetipſū ædificat:qui autem prophetat, Eccleſiā Dei ædificat.

5 Volo autem omnes vos loqui linguis,magis autem prophetare .nam maior eſt qui prophetat,quàm qui loquitur līguis:niſi fortè interpretetur, vt Eccleſia ædificationem accipiat.

6 Nunc autē fratres,ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſciētia,aut in prophetia,aut in doctrina?

7 Tamen quæ ſine anima ſunt vocē dantia,ſiue tibia,ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint,quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

8 Etenim ſi incertam vocem det tuba,quis parabit ſe ad bellum?

9 Ita & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis,quomodo ſcietur id quod dicitur?eritis enim in aera loquentes.

10 Tam multa,vt puta,genera linguarū ſūt in mūdo , & nihil ſine voce eſt. C

11 Si ergo neſciero virtutem vocis,ero ei cui loquor,barbarꝰ: & qui loquitur,mihi barbarus.

12 Sic & vos,quoniam æmulatores eſtis ſpirituum , ad ædificationem Eccleſiæ quærite vt abundetis.

13 Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.

14 Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus

4 Eccleſiam ἐκκλησίαν.Id eſt cœtum & congregationem,vt vertit Eraſmus.Ego malui vocabulum adeo vſitatum retinere.Nam nimiū eſt craſſa eorum ignorantia qui hoc vocabulo nihil niſi templi parietes intelligunt,de quorū ædificio hîc non agitur. Vulg.addit,Dei,quod non additur in noſtris Græcis,& per ſe ſatis intelligitur.

5 Niſi ſi interpretetur ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ. Apparet ex hoc loco & verſ.5.non omnes potuiſſe quod peregrina lingua dicerent commodè explicare,vel quòd ſemper non tenerent eorum idioma quibuſcum erant in cœtu, vel potius quòd non omnibus datum ſit publicè aliquid enarrare.Neque enim fit mihi probabile,vel Spiritum ſic agitaſſe linguam nonnullorū,vt non intellecta proferrent,furentiū inſtar: vel nonnullos iam tum in eo cœtu nonnulla demurmuraſſe quæ nec ipſi nec alii intelligerent, vt hodie faciunt qui ſoli volunt pro Eccleſia haberi. 6 Aut per reuelationem ἢ ἐν ἀποκαλύψει. Reuelationem,quam,vt opinor,vocauit σοφίαν,id eſt ſapientiam,ſuprà 12.a.8,& Hebræi appellant חכמה coniungo prophetiæ,cuius munus eſt,prout Spiritus animum regit,non ſimpliciter interpretari verbum,ſed corripiēdo,minando,hortando,conſolando,applicare:vt planè hîc opus ſit cæleſti quodam afflatu quem homines ſuo marte conſequi non poſſint. Cognitionem autem,id eſt דעת doctoribus tribuo,quorum officium eſt ex ſcripturarum collatione verbum Domini fideliter explicare,vt in Eccleſia Domini ſana doctrina retineatur: quod & ipſum,donum Dei eſt eximium,ſed quod Deus per homines & externa adminicula ſubminiſtrat. 7 Atqui ὅμως. Stapulenſis legit ὁμῶς pro ὁμοίως ſimiliter, quod nuſquam memini legere niſi apud poetas.Puto igitur aduerſatiuam eſſe,ſed ita vt nō tam cohæreat cū ſuperiore interrogatione,quàm cū reſponſione Corinthiorū,quæ nō exprimitur.quaſi ſcilicet ſcriptū ſit, Quid vos iuuabo, niſi vobis loquar aut per reuelationē,&c.aut per doctrinā?num magna aliqua in re?Atqui inanima,&c. Solent enim in cōmuni ſermone ac præſertim in Hebræorū lingua multa eiuſmodi ſubaudiri. quas tamen eclipſes nolim admittere, niſi vbi ſententia ipſa hoc expoſcit Eraſ.Quin &,ἀλλὰ καὶ. 9 Significantē εὔσημον.Huc pertinet illud Ariſtotelis περὶ ἑρμηνείας,ἔστι τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. 10 Prout inciderit εἰ τύχοι.Prout inciderit,inquit,id eſt καθὼς ἔτυχεν,vt Græca ſcholia exponunt. Nam modò hæc modò illa vox auditur. Vulg.vtputa.Eraſ.verbi cauſa.Certè ad verbū εἰ τύχοι declarat,ſi inciderit,vt propriè omnino accipitur infrà 15.e.37.Poteſt autem hoc,ni fallor,per epiphonema rectiſſimè explicari: vt quia tum de inanimorū ſonis, tum de hominū linguis diſſeruerat , hoc demum epiphonemate hunc ſermonem claudat . Tot ſunt,inquit, támque multiplices,prout res tulerit, vocum ſpecies in mundo.ſiquidem in mundo nihil eſt mutū. omnibus enim animantibus ſua vox eſt,ipſaque adeò inanima ſonū edunt.Iſtis porrò cōmodiſſimè ſubtexitur illatio verſiculi 11,quū ſcilicet tam variæ ſint cuique voces,habendā neceſſariò rationē linguæ illius qui loquētē audit,ne alter alteri ſit barbarus. Et nihil *eſt* mutum καὶ οὐδὲν ἄφωνον.vel vocis expers,ſcilicet in mundo.quod tamē intellige dictum,nō de ſingulis,ſed in genere:quia nimirū mentionē quoque fecerat τῶν ἀψύχων.nec incōmodè καὶ pro cauſali aut explanatiua particula quā vocant,accipi poteſt. Scio verò pleroſque codices legere καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον.i.vt vertit Eraſmus, & nihil eorū mutum. pro quo malim dicere, & nullū eorū mutum,quū γένος repetendum ſit ἀπὸ κοινοῦ.Hanc verò lectionē ſi admittamus,neceſſe fuerit ἄφωνον accipere ἀντὶ ἀσήμου καὶ ἀδιαγνώστου.i.pro cōfuſo & quod diſcerni non poſſit.ſicut quaſdam literas Græci vocant ἄφωνα γράμματα quòd ſtridorē potius quàm ſonum edant, niſi vocales habuerint adiunctas.Sed affectatè mihi videretur Apoſtolus dixiſſe nullū eſſe φωνῆς γένος ἄφωνον:deinde etiā potius fuiſſe dicturus, ſi ea eſſet huius dicti ſententia,καὶ οὐδεμία αὐτῶν ἄφωνος.i.& nulla earū muta,vt potius φωνὴ repeteretur quàm γένος. Poſtremò,non eſt hoc prorſus verum, quū omnia ſonorū & linguarū genera poſſint hac ratione dici ἄφωνα, iis quidē qui nō norunt ea diſtinguere. Denique hoc mihi multo coactius videtur quàm illud quod ſequutus ſum,partim ex Veteris interpretis, partim ex trium etiam vetuſtorū exemplarium fide, in quibus nō legitur αὐτῶν,nec etiā apud Clementem libro Stromateωn primo. 11 Apud me barbarus ἐν ἐμοὶ βάρβαρος.In vno codice non erat præpoſitio ἐν,& rectè quidem,opinor.Barbarū autem vocat,eum cuius ſit peregrinū & ignotū idioma. & obliquè perſtringit Corinthios, qui ex eo habendi eſſent pro barbaris vnde captabāt facundiæ gloriā.Huc pertinet Ciceronis illud Tuſc.5. In his,inquit, linguis quas nō intelligimus,quæ ſunt innumerabiles,ſurdi profectò ſumus.Item Ouidii verſiculus,Barbarus hic ego ſum,quia non intelligor vlli.

12 Ita & vos οὕτω καὶ ὑμεῖς. Quidam,vt refert Theophylactus,hæc connectunt cum præcedētibus, vt hic verſiculus incipiat ab ἐπεὶ,ſitque hæc ſententia,Ita & vos,ſcilicet barbari eritis inter vos,ſi incognita lingua inter vos vtamini. Spiritus ambitis ζηλωταί ἐστε πνευμάτων.Spiritum alibi docuimus pro ipſis ſpiritualibus donis accipi,vt hoc etiam in loco:niſi fortaſſis perperā πνευμάτων ſcriptum eſt pro πνευματικῶν.

14 Si enim orem lingua ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ. Id eſt, ſi incognito idiomate in Eccleſiaſtico cœtu preces concipiam, neque adhibeatur interpretatio,vt ſuprà,Loqui lingua, verſ.2.cuius ſpecies eſt,Orare lingua.Cur enim de priuatis precibus nunc ageret Apoſtolus à ſuo propoſito aberrans?& ſanè de publicis precibus agi apparet ex verſiculis 16 & 19,totáque adeo orationis ſerie,& ipſo Apoſtoli ſcopo.

Spiritus meus orat τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται. Id eſt,donum quidem & afflatus Spiritus ſuas partes agit,ſed mihi ſoli, vt ſuprà verſ. 2 & 4.Alii vt Eraſmus,Spiritum pro voce accipiunt,coacta interpretatione:quum ſatis liqueat, quo ſenſu toto hoc capite Spiritus vocabulum ſit accipiendum.Alii,pro intentione quam vocant , vt qui hodie quas vocant Horas canonicas non intellectas,animo tamen precandi, recitant,dici poſſunt intentione quidem precari,mente verò & intelligentia non item. Sed nimis foret abſurdum credere Spiritum ſanctū hoc vnquam cuiquam dictaſſe vt faceret:nec poſſunt iſtæ dici preces,ſed mera Dei & Eccleſiæ ludibria.

orat,mens autem mea ſine fructu eſt.		″ſed intelligentia mea eſt infructuoſa.	
Quid ergo eſt?orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu,pſallam & mente.	15	Quid igitur eſt?orabo ſpiritu,ſed orabo ′etiam intelligentia: pſallam ſpiritu,ſed″pſallam etiam intelligentia.	Orare.
Cæterum ſi benedixeris ſpiritu,qui ſupplet locū idiotæ, quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionē?quoniam quid dicas neſcit.	16	Quandoquidem″ſi benedixeris ſpiritu, is″qui implet locum idiotæ,quomodo dicturus eſt″Amen ad tuam gratiarum actionē? Nam quid dicas neſcit.	Benedicere.
D Nam tu quidem bene gratias agis: ſed alter non ædificatur.	17	Nam tu quidem bene gratias agis:ſed alius non ædificatur.	
Gratias ago Deo meo quòd omniū veſtrum lingua loquor.	18	Gratias ago Deo meo,quòd magis quā ōnes vos,līguis loquar.	
Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui,vt & alios inſtruam: quàm decē millia verborū in lingua.	19	Sed in Eccleſia″malim ″quinque verba intelligētia mea loqui, vt & alios′informem,quàm decem millia verborum lingua.	Pueri malitia.
Fratres,nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote,ſenſibus autem perfecti eſtote.	20	Fratres ne ſitis′pueri intelligentia:ſed malitia pueri, intelligētia verò ″adulti ſitis.	
Eſa.28.a.11 In Lege ſcriptum eſt,|Quoniam in aliis linguis & labiis alius loquar populo huic:& nec ſic exaudient me, dicit Dominus.	21	″In Lege ſcriptū eſt,′Propterea ꝑ diuerſæ līguæ *homines* & alia labra loquar populo huic:&″ita quoque me nō audiēt,dicit Dominus.	

Sed intelligentia mea eſt infructuoſa. ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Id eſt,quod ad precantis mentem,ſiue ad ipſius precationis ſentētiam attinet,nullus inde fructus ad Eccleſiam redit. Nam infructuoſam dici,non ipſius precantis reſpectu,qui ſeipſum ædificat,vt ſuprà,verſ.4,ſed Eccleſiæ quæ ex ea nihil iuuetur,apparet ex ſcopo Apoſtoli,ac præſertim ex verſ.4,6,12,16,17,& 19. Intelligentiam autem malui interpretari quàm mentem,aut,vt quidam etiam ineptius fecit,animum:quia non ſimpliciter declarat mentem,ſed quod aliquis in animo ſuo conceptum,ita proponit vt ab omnibus poſſit intelligi quos inſtituat,vt infrà verſ.19. Nam alioqui ſi pro mente ſimpliciter ac propriè accipias, quiſquis ſpiritu orat,idem etiam orat mente,quum ſeipſum ædificet,vt ſuprà verſ.4,& rectè gratias agat,infrà verſ.17.

15 Etiam intelligentia καὶ τῷ νοΐ. Id eſt,ita vt etiam mens ab aliis intelligatur,& alios inſtituam,vt verſu ſequenti,& 19. Pſallam ψαλῶ. Pſallere non eſt ſimpliciter canere,ſed ad muſicum inſtrumentum, vt vult Auguſtinus in Pſalmos. Sed tamen apud Hebræos זמר quod Græci ψάλλειν vertunt,vnde מזמור Pſalmus,non aliud declarat quam שיר,id eſt ore canere, éſtque diuerſum à נגן quod de inſtrumentis dicitur. Hîc quidem accipitur pro canendo gratias agere,vt ex proximo verſiculo apparet. Nam etiam Plinius ad Traianum ſcribens,Chriſtianos refert ſolitos ante lucem conuenire,& carmen Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem:inſtrumenti verò nullam facit mentionem.

16 Si benedixeris Spiritu ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι. Spiritu ſcilicet ſolo,non autem intelligentia. Eſt enim hoc intelligendū non ſimpliciter,quaſi qui Spiritu benedicit,nunquā poſſit intelligi:ſed ex hypotheſi, qua ſpiritum ab intelligentia ſeparauit. Itaque nō rectè fecerūt qui quū hanc hypotheſin nō conſiderarent,hoc vocabulū expunxerunt. vnde factū vt in quibuſdam codicibus non legatur. Cæterùm,benedicere accipi pro gratias agere,liquet ex eo quod ſubiicitur. Suſpicor autē Apoſtolū attingere celebrandæ Domini cœnæ ritū, & ſolennē illam gratiarū actionem. de qua libuit ſubiicere quæ ſcripſit Iuſtinus ſecundo Apologetico,quòd ad hunc locū intelligendū,& eos conuincendos qui peregrinā linguā in Eccleſiæ ſacris retinendā putant,magnum momentū habere videatur. Sic ergo ille, Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν. καὶ παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων Ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται. Id eſt, Die qui ſolis dicitur, omnes tum qui in oppidis,tum qui in agris morātur,in vnū conuenimus,& ex cōmentariis Apoſtolorum vel Prophetarum ſcriptis recitatur quantum licet. Deinde vbi deſtitit qui recitat,antiſtes orationem habet qua admonet hortatúrque ad pulchrarū illarum rerum imitationem. Poſtea omnes vná ſurgimus ac precamur. Poſtquam autem à precibus deſtitimus, profertur panis & vinū & aqua. Tum antiſtes ſimiliter precatur & gratias agit quāta poteſt cōtentione,populúſque acclamat,dicens Amen,& iis ſuper quibus actæ ſunt gratiæ,vnuſquiſque participat. Qui implet locū idiotæ ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. Id eſt,qui ſedet inter idiotas. Oportuit enim ordinē aliquem ſeruari,ne qui miniſterio fungebātur,pro doni ſui ratione,permixti ſederēt cū iis quorū partes erāt in cœtu dūtaxat audire,& aſſēſum ſignificare. Hos igitur vocat idiotas,quaſi priuatos,vt iis opponātur qui miniſtrabant:vel vt alioquin illiteratos.i.donis illis excellētibus nō præditos. Hinc nimirum orta laicorum & Eccleſiaſticorū diſtinctio,tyrannide Eccleſiā inuadente. Amen ἀμήν. Vnus igitur preces nuncupabat, cuius verba totus cœtus animo ſequebatur dū ad finem ventū eſſet, tum verò omnes Amen ſuccinebant: quæ vox eſt Hebræa,ab eodem verbo deducta à quo Fides aut Veritas. Eſt autē duplex illius vſus, nēpe tum in affirmādo,tum in optādo. Itaque alii ex Græcis interpretibus conuerterunt πεπιστωμένως.i.certò & cōfirmatò,vt ita loquar:alii γένοιτο.i.fiat. Eiuſmodi verò voces,vt Amen, Aleluia, Hoſanna, Sebaoth,fuerunt initio receptæ quòd primitiua Eccleſia ex Hebræis magna ex parte eſſet cōflata. Ita factū vt in omnes Eccleſias dimanarēt quū ab omnibus intelligerentur.

19 Malim θέλω. Subaudiendū eſt μᾶλλον potius,de qua eclipſi diximus alibi. Quinque verba πέντε λόγους.i.pauciſſima.vt ſint omniū hominū ineptiſſimi qui de his quinque verbis cōtendunt. Cur non verò etiam de decem millibus verborū quæ ſubiicit,& decem millibus pædagogorū,ſuprà 1.Cor.4.c.15. Informē κατηχήσω. Vide Luc.1.a.4. Maluit autē Paulus dicere κατηχήσω quàm οἰκοδομήσω,vt Corinthiorū faſtum deprimeret. Primū enim ita oſtendit ſe paratum eſſe ad infimum etiā onus ſubeundū,nimirū ad rudes & imperitos primis religionis elementis imbuendos:deinde etiā linguarum donum ad rudes potius quàm ad eruditos pertinere. quod poſtea copioſius explicat. Pendet igitur ſequentiū cōnexio & iunctura ab iſtius verbi propria explicatione.

20 Intelligentia ταῖς φρεσίν. Vulg. ſenſibus,ambiguè. Auguſtinus,mētibus. φρένας autē propriè vocāt Græci præcordia. vnde factū vt,quū veteres animū in corde collocarent, hoc nomine mens ipſa cū ſuis facultatibus ac præſertim intelligēdi,ratiocinādi & iudicādi,ſignificaretur. vnde Homericū illud σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,& τὸ φρονεῖν,φρόνησις,φρόνιμος,& ſimilia. Adulti τέλειοι. Vulg.&Eraſ.perfecti,nō ſatis expreſſē. Perſiſtit enim Paulus in metaphora ab ætate ſumpta,quicū etiā cognitionis & prudentiæ vſus accreſcit,& peculiari iſta ſignificatione τέλειος à Græcis accipitur,dicitúrque tū de hominibus tum etiā de brutis,vt docet in cōmentariis doctiſſ.Budæus.

21 In Lege ἐν τῷ νόμῳ. Legis vocabulum generaliter hîc declarat ſacræ doctrinæ libros,vt apud Hebræos תורה vt Pſal.19.c.9,& alibi paſſim. Interdū verò multo anguſtius accipitur. Propterea per diuerſæ ling.*homines* & alia labra loq.pop.huic ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. Hebræa ſic habent Eſa.28.c.11, כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל העם הזה.i. Propterea blæſis labris,& lingua aliena loquetur ad populū hūc. Itaq; ſi perſonæ mutationē demas,(in qua nihil eſt poſitū,quū Deus ipſe per Prophetas loquatur)duo interſūt dūtaxat inter Hebraicā veritatē & Græcā interpretationē,nō eā qua nūc corruptiſſima vtimur,ſed qua vſus eſt Paulus. Primū ꝙ לשון אחרת.i.lingua aliena priore loco collocauit.nā līgua aliena|& diuerſæ linguæ homines|idē declarāt. Verū hæc trāſpoſitio nihil addit ſentētiæ,aut de ea detrahit. Alterū ꝙ pro בלעגי שפה.i.blæſis labris poſuit ἐν χείλεσιν ἑτέροις.i.aliis labris. Et ſanè fateor Paulū ab Hebræis pleriſq; interpretibus in eo diſſentire. Iſti enim hæc putāt eo referri ꝙ qui pueros fari docent,ſoleāt cum illis balbutire:vel ita exprobrari Iudæis eorū infantiam quòd Prophetas nō magis intelligant quàm blæſum & balbum ſolemus. At mihi Pauli authoritas pluris eſt quàm omniū Rabbinorum,quū præſertim nihil afferre poſſint cur blæſa labra & alienā ſeu peregrinam & ignotā linguam cōmodè nō poſſis pro eodem accipere,vt interpretatus eſt Paulus:quia ſcilicet garrire aut balbutire potius quàm loqui nobis vidētur qui nobiſcū vtūtur ignoto ſermone. vnde & barbari generali nomine fictitio dicuntur. Cōtinent ergo iſta,vt opinor,non exprobrationē infantiæ Iudæorū,ſed cōminationem grauiſſimā:qua ſignificet Dominus ſe vlturum verbi ſui contemptū,& affectatā illorū ignorantiā,ſicut prædixerat illis,Deut.28.e.49,& vaticinatus eſt etiā Ieremias 5.d.15,& Ezechiel 3.a.5. ſicut denique re ipſa vltus eſt eos Dominus,quū captiui Babylona traherētur. Hinc verò Paulus rectè colligit,linguarū peregrinarum vſum,ita vt eo vtebātur Corinthii,ſignum eſſe deſtinatū nō iis qui credunt,ſed infidelibus.i.maledictionis qua profanos Dominus vlciſceretur, nō benedictionis qua ſuos erudiret. Itaq; eos præpoſtero hoc vſu nihil aliud quàm ſuorū infantiā prodere quā Dominus ſic vlciſceretur. Vtinā verò iſtius horrēdæ maledictionis Dei domeſtica exēpla nobis non ſuppeditarēt eæ gētes quæ ſolæ hodie Chriſti nomine gloriātur. Et ita quoque me,&c. καὶ οὐδ' οὕτως

εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος. Id eſt, & hac quoque ratione futurum eſt vt eorum ignorãtia augeatur. Eſt enim, vt dixi, in iis verbis grauiſſima Domini cõminatio. Vulg. & nec ſic exaudient me. Eraſ. & ne ſic quidem exaudient me. quæ interpretatio quanuis Græcis ſatis reſpondeat, tamen cõuenire nõ poteſt: quũ ignota lingua loqui, nõ ſit beneficium quo Deus homines erudiat, ſed maledictio potius qua ingratos vlciſcatur. Neque mihi videtur cõmodè dici poſſe linguarum donum fuiſſe ſignum quo Deus voluerit rudes adhuc & imperitos percellere, vt rei nouitate attoniti Euangelium audirent. Id enim vt verũ ſit, tamen ex illo Eſaiæ loco certè elici nec poteſt nec debet, & à Paulo ſatis liquet hoc linguarũ donum conſiderari non ſimpliciter & in ſeſe, ſed quatenus eo abutebantur Corinthii. Cæterum totum hoc, & ita quoque me non exaudient, additum eſt à Paulo ad illuſtrandum Prophetæ locum, id eſt vt conſilium Dei exponat. Neque enim anxiè ſolent Apoſtoli ſyllabas numerare in citandis Scripturæ teſtimoniis: vt qui ſint eodem ſpiritu præditi quo & ipſi Prophetæ. Illud verò λέγει Κύριος dicit Dominus, ſatis notum eſt omnibus ferè ſolere prophetiis attexi.

22	Linguæ igitur″ſunt ſignum, non iis qui credũt, ſed infidelibus: Prophetia verò non infidelibus, ſed credentibus.	Itaque linguæ in ſignum ſunt nõ fidelibus, ſed infidelibus: prophetia autem, non infidelibus, ſed fidelibus.	E
23	Si igitur conuenerit Eccleſia tota in vnũ, & omnes linguis loquantur: ingrediantur autem″idiotæ aut infideles, nónne dicent vos furere?	Si ergo conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur: intrent autem idiotæ aut infideles, nónne dicent quòd inſanitis?	
24	Sed ſi omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quiſpiã aut idiota: arguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:	Si autem omnes prophetẽt, intret autẽ quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:	
25	Et ita occulta cordis eius manifeſta fiunt: atque ita procidens in faciẽ, adorabit Deum, renuntians quòd Deus verè in vobis ſit.	Occulta cordis eius manifeſta fiũt. & ita, cadens in faciẽ, adorabit Deũ, pronuntians quòd verè Deus in vobis ſit.	
26	Quid igitur eſt, fratres? quoties conuenitis, ″quiſque veſtrûm canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet. omnia ad ædificationem fiant:	Quid ergo eſt, fratres? quum cõuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationẽ habet. omnia ad ædificationẽ fiãt:	F
27	Siue lingua quis loquitur, *fiat* per binos, aut″*ad* plurimũ ternos, & viciſſim: vnus autem interpretetur.	Siue lingua quis loquitur, ſecundũ duos, aut vt multum, tres, & per partes: & vnus interpretetur.	
28	Quòd ſi non ſit interpres, taceat in Eccleſia *qui loquitur lingua*, ſibiipſi verò loquatur & Deo.	Si autẽ nõ fuerit interpres, taceat in Eccleſia: ſibi autem loquatur & Deo.	
29	Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alii diiudicent.	Prophetæ autẽ duo aut tres dicãt, & cæteri diiudicent.	
30	Quòd ſi alii fuerit reuelatum aſſidenti, prior taceat.	Quòd ſi alii reuelatum fuerit ſedẽti, prior taceat.	
31	Poteſtis enim ſigillatim omnes prophetare, vt omnes diſcant, & omnes″conſolationem accipiant.	Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant & omnes exhortentur.	
32	Et″ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiiciuntur.	Et ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt.	
33	Non enim eſt confuſionis *author* Deus, ſed pacis, vt in omnibus Eccleſiis ″ſanctorum.	Nõ enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis ſanctorum.	
34	Mulieres veſtræ″in cœtibus ſileãt: nec enim permiſſum eſt eis vt loquantur:″ſed *imperatur* vt ſubditæ ſint, ſicut & Lex dicit.	Mulieres in Eccleſiis taceant: nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & Lex dicit.	1.Tim.2.d.12. Gen.3.c.16 G
35	Quòd ſiquid diſcere volunt, domi ſuos viros interrogent. nam turpe eſt mulieribus in cœtu loqui.	Siquid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogẽt. turpe eſt enim mulieri, loqui in Eccleſia.	
36	An à vobis ſermo Dei profectus eſt? an ad vos ſolos deuenit?	An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit?	
37	Siquis videtur Propheta eſſe, aut″ſpiritualis, agnoſcat quæ ſcribo vobis quòd Domini ſint mandata.	Siquis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat quę ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.	
38	Qui verò ignarus eſt, ″ignarus eſto.	Siquis autẽ ignorat, ignorabitur.	
39	Itaq; fratres, hoc ãbite, vt prophetetis, & loq̃ lĩguis ne vetueritis	Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui lĩguis nolite prohibere.	

22 Sunt ſignum σημεῖον εἰσίν. Σημεῖον, id eſt אות vocat Scriptura inſigne aliquod Domini factum, ſiue quo conſoletur, ſiue etiam quo puniat, vt Deut. 28.d.37. Vulg. in ſignum. Eraſ. ſigni vice. 23 Idiotæ ἰδιῶται vel, vt Eraſ. indocti. Vide Act. 4.c.13.

26 Quiſque ἕκαστος. Id eſt, alius quidem pſalmum habet, alius doctrinam, &c. Sic enim reſoluendum eſt τὸ ἕκαστος, nequis ſingulos putet omnibus iſtis donis fuiſſe præditos. 27 Ad plurimum τὸ πλεῖστον. Eraſ. ad ſummum. Vulg. vt multum, barbarè: vt & illud quòd κατὰ δύο vertit ſecundum duos, pro bini: & ἀνὰ μέρος per partes, pro viciſſim. 31 Conſolationem accipiant παρακαλῶνται. Vel exhortationem accipiant. Nam τὸ παρακαλεῖν tum hortari, tum conſolari declarat. 32 Spiritus Prophetarum πνεύματα προφητῶν. Id eſt doctrina quam afferunt Prophetæ tanquã Spiritu Dei ſuggerente. Sunt enim multi pſeudoprophetæ, ſunt & falſi afflatus, qui ipſis veris alioquin Prophetis imponant. Ideo iubet etiam Iohannes probari Spiritus, an ex Deo ſint ſcilicet. Nam quod ex Deo eſſe conſtiterit, hominum probatione non eget. 1. Iohan. 4.a.1. 33 Sanctorum τῶν ἁγίων. In vno codice additum inuenimus διδάσκω, doceo, fortaſſis ex capite 4.d.17. 34 In cœtibus ἐν ἐκκλησίαις. Vulg. in Eccleſiis, non ſatis aptè hoc in loco, & in ſequenti etiã verſiculo, quòd mulier etiã in Eccleſia ſit, id eſt ex fidelium numero, quum domi eſt, nec tamẽ ſilere iubeatur niſi in publico Eccleſiæ cœtu. Sed *imperatur* vt ſubditæ ſint, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. Subaudiendum eſt cognatæ ſignificationis verbum, vt & alibi diximus. Sic 1.Tim. 4.a.3, quum præceſſiſſet κωλυόντων γαμεῖν, prohibentium matrimonium contrahere, ſubiicitur ἀπέχεσθαι βρωμάτων pro τῶν κελευόντων ἀπέχεσθαι, & iubentium abſtinere. Duo codices ſcriptum habebant, ὑποτασσέσθωσαν ſubiiciantur. 37 Spiritualis πνευματικός. Id eſt, in rebus ſpiritualibus cognoſcendis ac diiudicandis eruditus: cui opponitur tum carnalis, tum qui adhuc infans eſt in Chriſto, vt ſuprà 3.a.1.

38 Ignarus eſto ἀγνοείτω. Vulg. ignorabitur. quam lectionem ſequuntur cõmentaria Hieronymo inſcripta, & Ambroſius quoque, referens ad id quod ſcriptum eſt Matth. 7.d.23. Sed & in vno Græco codice ſcriptum inuenimus, ἀγνοεῖται, ignoratur. Mihi verò magis arridet recepta lectio, quæ fortaſſis ita cõmodiſſimè poteſt explicari, acſi diceret Apoſtolus, Qui inter vos præditus eſt intelligentia, is agnoſcat, ea quæ dico, à Spiritu Dei proficiſci: itaque hæc noſtra ſedulo obſeruet: qui verò ignarus eſt, ignarus eſto, id eſt hanc ſuam ignorantiam agnoſcat, neque turbet Eccleſiam, ſed peritiorum iudicio acquieſcat. Vnde enim turbæ magna ex parte, niſi quòd imperiti nolunt imperiti eſſe, ſed peritiorum locum occupant? Cæterum τὸ ἀγνοεῖν non verti ignorare cum Vetere interprete & Eraſmo, quia abſolutè ponitur, vt apparet ex antitheſi: qua de re diximus ſuprà 12.a.1.

Omnia autem honeſtè & ſecundũ ordinem fiant in vobis. Cap.X V.

Galat.1.b.11 N|Otum autẽ vobis facio,fratres, Euangelium quod prædicaui vobis,quod & accepiſtis,ĩ quo & ſtatis,

Per quod & ſaluamini,qua ratione prædicauerim vobis,ſi tenetis,niſi fruſtra credidiſtis.

Eſa.53.b.5 1.petr.2.d.42 Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: |quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecũdum Scripturas:

Ionas 2.a.1 |Et quia ſepultus eſt:& quia reſurrexit tertia die,ſecundum Scripturas:

Iohan.20.e.19 |Et quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndecim:

Deinde viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul:ex quibus multi manent vſque adhuc,quidam autẽ dormierunt.

Deinde viſus eſt Iacobo: deinde Apoſtolis omnibus.

Act.9.a.4 epheſ.3.b.8 |Nouiſſimè autem omnium tanquã abortiuo,viſus eſt & mihi.

Ego enim ſũ minimus Apoſtolorũ: qui nõ ſũ dignus vocari Apoſtolus, quoniã perſecutus ſum Eccleſiã Dei.

B Epheſ.3.b.7 |Gratia autẽ Dei ſũ id quod ſũ: & gratia eius in me vacua nõ fuit,ſed abundantius illis omnibus laboraui:nõ ego autem,ſed gratia Dei mecum.

Siue enim ego,ſiue illi,ſic prędicamus,& ſic credidiſtis.

Si autem Chriſtꝰ prædicatur quòd reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?

Si autem reſurrectio mortuorũ nõ eſt,neque Chriſtus reſurrexit.

Si autem Chriſtus non reſurrexerit,inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.

Inuenimur autẽ & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus ad-

40 Omnia verò″decenter & ordine″fiant. Cap.X V.

1 E″*cce* porrò vobis declaro,fratres,Euangelium quod euãgelizaui vobis,quod & accepiſtis,″in quo & ſtatis,

Euangelium à Paulo prædicatum.

2 Per quod etiã,″ſi retinetis quo ſermone vobis euãgelizauerim, ſeruamini ʹniſi ſi fruſtra credidiſtis.

3 Tradidi enim vobis in primis quod & acceperã:quòd *ſaliat* Chriſtus mortuus ſit pro peccatis noſtris,ſecundum Scripturas:

4 Et quòd ſepultus ſit:& quòd ſuſcitatus ſit tertio die, ſecundũ Scripturas:

5 Et quòd viſus ſit Cephæ,deindeʹduodecim illis:

6 Poſtea viſus ſitʹplusquàm quingẽtis fratribusʹſemel:ex quibus plerique manent vſque adhuc,quidam autem obdormierunt.

7 Poſtea viſus eſt Iacobo:deinde Apoſtolis omnibus.

8 Vltimo verò omnium,velut abortiuo,viſus eſt etiam mihi.

Paulo viſus Chriſtus.

9 Ego enim ſum minimus Apoſtolorũ, qui nõ ſumʹdignus qui vocer Apoſtolus,propterea quòd perſequutus ſum Eccleſiã Dei.

10 Sed gratia Dei ſum id quod ſum:& gratia eius in me *profecta* nõ fuit inanis,ſed amplius quàm illi omnes laboraui: nõ ego tamẽ, ſed″gratia Dei quæ mecum *eſt*.

11 ″Et ego igitur & illi ita prædicamus,& ita credidiſtis.

12 Quòd ſi Chriſtus prædicatur ex mortuis ſuſcitatus eſſe,quomodo dicunt quidam inter vos,non eſſe reſurrectionem mortuorũ?

Chriſtus primus reſurrexit:& omnes per ipſum re reſugent.

13 ″Nam ſi reſurrectio mortuorum non eſt, Chriſtus quoque nõ eſt ſuſcitatus.

14 Quòd ſi Chriſtus non eſt ſuſcitatus,inanis videlicet eſt prædicatio noſtra,inanis autem eſt & fides veſtra.

15 Reperimur autẽ & falſi teſtes Dei:quoniã teſtificati ſumꝰ″de Deo,

40 Decenter εὐσχημόνως.Id eſt,κατὰ τὸ πρέπον,vt etiam accipi diximus τὸ εὔσχημον ſuprà 15.f.35,& 36. Fiant γινέσθω.Vetus interpres addit in vobis,ἐν ὑμῖν.

IN CAPVT XV.

1 *Ecce* porrò vobis declaro γνωρίζω δὲ ὑμῖν. Huiuſmodi trãſitionibus vti ſolet Apoſtolus quæ ſint præfationis inſtar,vt ſuprà 11.c.17.Pertinet igitur hoc procemiũ ad ea de quibus dicturus eſt,ideóque addidi particulam *ecce*, vt intelligeretur emphaſis verbi γνωρίζω pro γνωρίσω, ſicut ſuprà 12.d.31.Deinde γνωρίζω non verti Notum facio,cum Eraſmo & Vetere interprete,vt & nos ſæpe ſumus interpretati. Neque enim ad illos de re noua aut inaudita ſcribit,vt ipſe diſertè ſignificat,ſed hoc ipſum illis declarat & explicat quod antè audierãt. In quo & ſtatis ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε. Id eſt,quod adhuc etiam profitemini,vel,per quod etiã datum eſt vobis vt erecti ſtetis: ſicut eadem formula accipitur Ro.5.a.2,& ſtandi verbũ ſuprà 10.c.12.Sed & præterito tẽpore poſſumus interpretari ad verbũ, ἑστήκατε ſtetiſtis. acſi dicat Apoſtolus,ſe proponere quod non ſimpliciter ſint amplexi,ſed ita vt ad hoc tempus in eo cõſtanter perſeuerarint. quo turpior erit inconſtantia,ʹſi nunc defecerint.

2 Si retinetis quo ſermone vobis euangelizauerim τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε.Manifeſta eſt traiectio,quæ in Latino ſermone minus eſt vſitata,ac proinde obſcurior quàm in Græco.Similes autẽ alias annotauimus Iohan.8.d.25,Act.1.a.2,Ro.8.a.3,itẽ ſuprà 14.g.37,& in frãverſ.12,& ſparſim aliis multis locis.Cæterùm τίνι λόγῳ.i.quo ſermone,nõ locutionis formã,ſed doctrinæ ipſius ſubſtãtiã declarat,& τὸ εὐαγγελίζεσθαι,quod verbũ libenter retinuimus,abſolutè ponitur pro κηρύττειν.i.prædicare,vt conuertit Vetus interpres. Niſi ſi fruſtra credidiſtis ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε. Hoc pertinet ad verbum σώζεσθε ſeruamini,nõ ad κατέχετε retinetis. Nam argumentatur ab abſurdo:vel ipſos ſcilicet fruſtrà crediſſe Euangelio,quod pro abſurdo & ἀδυνάτῳ aſſumit,ad fideles ſcilicet ſcribens:vel eorũ ſalutem in eo Euangelio eſſe poſitã,cuius inquit Euãgelii vel præcipuũ caput eſt reſurrectio mortuorũ. Quibuſdã placet ſubaudire copulam,ex Hebræorũ idiotiſmo,quaſi ſcriptũ ſit,καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ,& niſi.Sed hac ratione videretur τὸ ἐκτὸς redundare. 5 Duodecim illis τοῖς δώδεκα.Id eſt ſelectis illis Apoſtolis qui vulgò dicebantur οἱ δώδεκα,adeò vt tum quoque nomen maneret,quũ expuncto Iuda,& nondũ allecto Matthia,vndecim tantũ eſſent: veluti cõmuni loquendi cõſuetudine,etiãſi ex XXIIII viris ſex aut ſeptẽ duntaxat cõuenerint in Senatũ,dicentur tamen XXIIII viri cõueniſſe.Itaque non eſt quòd corruptè ſcriptũ eſſe putemus δώδεκα pro ἕνδεκα.i.duodecim pro vndecim, in tanto codicũ conſenſu,quum præſertim veteres,vt Chryſoſtomũ & Auguſtinũ,ita legiſſe cõſtet,vt,qui in hoc expediendo nodo,laborent.Ambroſius tamen legit vndecim,& quidem expreſſo articulo,quẽ non rectè omiſit Vetus interpres. 6 Plus quàm quingentis ἐπάνω πεντακοσίοις.Ad verbũ,ſuprà quàm quingentis,ſi verũ eſt quod admonet Eraſmus, ſubaudiri ἢ.i.quàm,vt quum dicimus, plus mille. quum alioquin ἐπάνω ſecundò caſui iungatur,vt Marc.14.a.5.hìc verò nõ potuit ſcribi ἀδελφῶν,propter verbũ ὤφθη.Quid ſi verò ſcriptũ erat ἐπάνω ν' ἀδελφοῖς.i.πεντήκοντα.i.quinquaginta? Nam certè mirum eſt quingentos hìc fratres cõmemorari,quum poſtea coacto vniuerſo cœtu in ipſa vrbe Hieroſolymorum (in qua vna tum videtur fuiſſe ſpecies Eccleſiæ)numerẽtur duntaxat centũ & viginti, Act.1.c.15.Sed tamẽ in tãto codicum & veterũ interpretũ cõſenſu nihil volui mutare,ex cõiectura.Chryſoſtomus verò ἐπάνω interpretatur ἄνωθεν.i.cælitus,ſiue è ſublimi,quaſi ſcilicet iſta ſint ad aſcẽſionem referẽda. Verùm ſi hæc interpretatio admittatur,neceſſe fuerit dicere, vel Apoſtolum neglexiſſe hiſtoriæ ordinẽ,vel duplicem illã apparitionẽ cuius fit mentio verſu 7,poſt aſſenſionẽ cõtigiſſe,vt & illã Pauli.quorum neutrum cõceſſero,niſi quis idoneas rationes afferat. Semel ἐφάπαξ. Id eſt,non diuiſim, ſed vnà,eodémque tẽpore.pro quo dicimus in vernaculo noſtro ſermone *a une fois*. Vulg.& Eraſ.ſimul,ἅμα. 9 Dignus ἄξιος. Eraſ.idoneus.Vide Matth.3.c.11. 10 Gratia Dei quæ mecũ *eſt* ἡ χάρις Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Vulg.gratia Dei mecum,neglecto articulo:cuius vim obſeruauit etiã Hieronymus aduerſus Pelagianos.Certè inepti ſunt Sophiſtæ qui ex hoc inſigni loco, inepiè cõuerſo, volunt liberi arbitrii meritum ſtabilire. nam etiãſi nõ eſſet adſcriptus articulus,debuerãt animaduertere,Paulum ita ſeipſum facere gratiæ adminiſtrũ, vt nihil ſibi prorſus tribuat. Sic enim laboraui,inquit,vt tamen nõ ego,ſed gratia Dei quæ mihi adfuit,& per quam ſum quicquid ſum,per me omnia effecerit. 11 Et ego igitur εἴτε μὲν οὖν ἐγώ. Iterum εἴτε pro καὶ vt ſuprà 13.c.8.

13 Nam ſi reſurrectio εἰ δὲ ἀνάστασις.Vulg Si autem.Eraſ.Porrò ſi,&c.Sed præſtat hìc quoque accipere δὲ pro γάρ.

15 De Deo κατὰ τοῦ Θεοῦ. Sic vſurpant Dialectici hanc præpoſitionem,vbi de ſubiecto & prædicato diſſerunt. Vulg. aduerſus Deum. nam hoc certè in Dei iniuriam redundat,quod ei falſò tribuitur.Alii à Deo.Nam κατὰ interdum idem declarat quod ἀπὸ vel ἐκ, vt Matth.8.d.32. Marc.5.b.13,& Luc,8.e.33,κατὰ τοῦ κρημνοῦ,ſed addito verbo ὥρμησε.ex quo facile deprehẽdi poſſit ea ſignificatio.Itaque hæc interpretatio mihi videtur nonnihil coacta,ſi huius particulæ verum vſum ſpectes.

quòd ſuſcitarit Chriſtum: quem non ſuſcitauit, ſi videlicet mortui non ſuſcitantur.

16 Nā ſi mortui non ſuſcitātur, Chriſtus quoque nō eſt ſuſcitatus.

17 Quòd ſi Chriſtus nō eſt ſuſcitatus, inanis eſt fides veſtra: ʹadhuc eſtis in peccatis veſtris.

18 Nempe & qui obdormierunt in Chriſto, perierunt.

19 Si in hac ″ſolùm vita ſpem in Chriſto habemus, ″miſerrimi omnium hominum ſumus.

20 Nunc autem Chriſtus ſuſcitatus eſt ex mortuis: ʹprimitiæ eorum qui obdormierunt.

21 Poſtquam enim per hominem mors, per hominem quoque reſurrectio mortuorum:

22 Sicut enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Chriſtum ″omnes viuificabuntur:

23 Vnuſquiſque autem ſuo ordine: ʹprimitiæ Chriſtus *reſurrexit*, poſtea ii qui ſunt Chriſti, in aduentu ipſius *reſurgent*.

24 Deinde *erit* finis, ʹquum tradiderit regnum ʹDeo ac Patri: quum aboleuerit omnem principatū & omnem poteſtatem & virtutē.

25 Nam oportet eum regnare vſquequo poſuerit omnes inimicos ſub pedes ″ſuos.

26 Vltimus autem ʹhoſtis aboletur mors.

27 Nam omnia ſubiecit ſub pedes illius. (″Quū autem dicit quòd omnia ſubiecta ſint, palàm eſt quòd *hoc dicatur* ″extra eum qui ſubiecit ei omnia.)

28 Quum autem ſubiecta fuerint ei omnia, tūc & ipſe filius ſubiicietur ei qui ſubiecit ipſi omnia, vt Deus ſit ōnia in omnibus.

uerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtū: quē non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt.

16 Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.

C

17 Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra. adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.

18 Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt.

19 Si in hac vita tātùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.

20 Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.

21 Quoniam enim per hominē mors, & per hominē reſurrectio mortuorū:

Coloſſ.1.e.18
apoc.1.b.5

22 Et ſicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chriſto omnes viuificabūtur:

23 Vnuſquiſque autem in ſuo ordine: primitiæ Chriſtus, deinde ii qui ſunt Chriſti, in aduentum eius.

1.Theſſ.4.d.15

24 Deinde finis, quū tradiderit regnū Deo & Patri: quum euacuauerit omnē principatū & poteſtatē & virtutē.

25 Oportet autem illū regnare donec ponat ōnes inimicos ſub pedibus eiꝰ.

Pſal.110.a.1
act.2.e.34
heb.1.d.13
& 10.c.13

D

26 Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors.

27 Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Quum autem dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia.

Pſal.8.c.7
heb.2.b.8

28 Quū autē ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius, ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.

17 Adhuc ἔτι. Vulg. adhuc enim, ἔτι γὰρ, quæ lectio mihi non diſplicet. Eſſe autem in peccatis, declarat ſanctificatum non eſſe, nec peccatorum remiſſionem conſequutū. Pendet enim noſtra viuificatio à Chriſti reſurrectione, vt Rom.6.a.4. mortificatio & peccatorum remiſſio à morte. Mors autē Chriſti inefficax eſt, ſi in morte māſit. 19 Solùm μόνον. Notanda eſt in primis traiectio huius particulæ, qualis eſt Ro.4.d.16. ita ſcilicet vt cohæreat cum ζωῇ, ſicut nos coniunximus. Nā alioquin minimè reprehenderentur qui in ſolo Chriſto ſpem ſuā in hac vita collocant. Cæterùm, in hac vita, declarat, huius vitæ gratia, ſiue, ita vt hæc fides aliud quàm hanc vitam non reſpiciat. Miſerrimi ἐλεεινότεροι. Id eſt ἐλεεινότατοι, vt ſuprà 13.d.13. 20 Primitiæ eorum qui obdormierunt, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Alludit ad primitias quarū oblatio reliquos fructus ſanctificabat. Mihi verò videtur Eraſmus impropriè cōuertiſſe κεκοιμημένων qui dormierant: & puto expungendum verbū ἐγένετο quod in codicibus Græcis inuenitur, niſi ſubaudias ἐστὶ ex Hebræorū idiotiſmo in oratione bimembri, ſicut 1.Tim.4.a.3, vt conuertas, & primitiæ eorū qui obdormierunt, factus eſt. Vetus certè interpres nō legit, & in vno ex noſtris exēplaribus cōperimus non addi. 22 Omnes viuif. πάντες ζωοποιηθήσονται. Quidā, omnes reuiuiſcent. Sed notandū eſt verbum paſſiuū, quod declarat eos nō ſuapte vi, ſed aliena reſurgere: quæ emphaſis verbo reuiuiſcēdi non exprimitur. Tanti eſt momenti veſtigiis Apoſtoli potius inſiſtere, quàm verba quædam vt parū Latina refugere. Cæterùm quod dicit omnes per Chriſtum viuificatū iri, dextrè intelligendū eſt. Neque tamen difficilis eſt huius loci explicatio. Liquet enim tum ex ſuperioribus, veluti ex illis abſurdis ex quibus Apoſtolus duxit argumenta, tum ex iis quæ ſubiicit, ac præſertim de corporibus cū gloria reſurrecturis: ex iis inquā liquet Apoſtolum ſolis fidelibus iſta ſcribere, & de illorū duntaxat reſurrectione diſſerere. Nam alioqui ſi negotium illi fuiſſet cum Epicureis, longè alia adhibuiſſet argumenta. Riſiſſent enim illi hæc omnia, & Chriſtum non reſurrexiſſe, vanam eſſe hanc prædicationem ac fidem, ſtultos eſſe Apoſtolos dixiſſent, ac proinde eluſiſſent omnia Pauli argumenta. Itaque τὸ καθόλου hic quoque vt aliquoties in hac eadem epiſtola, veluti 8.a.1, & 9.d.25, & 10.g.33, reſtringendum eſt ad id de quo agitur: idque nō in hoc tantū membro, ſed etiā in altero ſuperiore iſti oppoſito faciendū cenſeo. Quanuis enim vniuerſaliter & ſine exceptione verū ſit omnes in Adamo mori, tamen par eſt vt idem ſignū in vtroque cōparationis eiuſdem membro, ſimili ratione explicetur.

23 Primitiæ Chriſtus *reſurrexit* ἀπαρχὴ Χριστός. Addendū putaui omnino verbū præteriti tēporis hoc in loco, vt fanaticorū quorundam ſomnio occurratur, qui deprauatè ſupplēt hunc locū, quaſi ſcilicet Chriſtus nondū ſurrexerit, ſed in vltima reſurrectione primus ſit reſurrecturus. Ea fortaſſis cauſa fuit cur in ſuperiore verſiculo Ruffinus ſymbolum exponens, legerit viuificantur, non viuificabuntur.

24 Quū tradiderit, &c. ὅταν παραδῷ, &c. Quomodo perſpicuè poſſit totus hic locus explicari, paucis dicam, in lectoris gratiā. Chriſtus homo & Eccleſiæ caput Dei reſpectu dicitur Deo ſubiectus: mūdi verò reſpectu, regnare: quia ſcilicet miniſterio ſuo defunctus & ad dextrā Patris euectus, omnē poteſtatem accepit in cælo & in terra. qua ratione rex cæli & terræ deſignatus eſt, ſed ita vt Deus per eum hæc omnia adminiſtret. quo rurſus reſpectu Deo ſubiicitur. Poſitū eſt autē illud Chriſti regnū tum in gubernādis fidelibus, vt magnificè deſcribit Apoſtolus Ephe.4: tum in debellādis aduerſariis, inter quos etiā mors diſertè numeratur ab Apoſtolo, vt ſcilicet ad reſurrectionē mortuorū iſta deſcriptio accōmodetur. Debellatis igitur cūctis ad vnū hoſtibus, ſublatíſque omnibus illis gradibus qui illi regno & adminiſtrationi ſeruiebant, fidelibus denique victoriā adeptis & capiti ſuo prorſus cōiunctis, ceſſabit ſcilicet illud regnū quod inferiorū reſpectu obtinebat: idq; nulla cū Chriſti imminutione, ſed ſumma cū gloria: vt ſiquis præſes prouinciæ, re omni proſperè confecta, domū rediret ad triumphū. Tūc igitur Chriſtus homo iam integer. i. cū mēbris ſuis omnibus (quæ vocat Apoſtolus Chriſti πλήρωμα, Ephe.1.d.23) Deo plenè ſubiicietur, vt omnes plenè Dei gloria impleātur, omnes, inquā, nullo medio interpoſito velo, Dei contēplatione fœlices ac beati in æternū perfruantur. Nā quo propior erit iſta ſubiectio, eo maior erit fœlicitas. Interim verò Chriſtus ſemper eminebit, tū quia Deus eſt Patri in omnibus cū Spiritu ſancto æqualis, tū quia Eccleſiæ caput, ſed cū eo iam cohæredis, ac proinde non tam illi ſubiectæ, quàm cū eo cōiunctæ. Deo ac patri τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Hæc formula nō Paulo modò, ſed & Iacobo & Petro eſt familiaris, Latinis nōnihil ambigua: ſiquis cauillari velit Deum & Patrē duas eſſe perſonas. Sed in Græco ſermone nulla eſt ambiguitas, quū vnus ſit articulus. Neque enim dicit τῷ Θεῷ καὶ τῷ πατρί. Perinde eſt ergo acſi diceres Latinè, illi qui Deus eſt ac Pater. 25 Suos αὐτοῦ. Vulg. eius, αὐτοῦ, & fortaſſis rectius propter verſ.27. Itaque ante verbū ὑπέταξεν ſubiecit, ſubaudiendū erit relatiuū is, ſcilicet Deus & Pater. 26 Hoſtis ἐχθρός. Vulg. inimicus, nō ſatis expreſſè, vt rectè annotauit Valla. 27 Quū autē dicit ὅταν δὲ εἴπῃ. Id eſt εἰπὼν δέ. Nō rectè igitur Vulg. & Eraſ. quū autem dicat, quaſi hîc ſit aliquod enthymema, cuius hoc ſit antecedēs: quū ſint hæc potius per parentheſin explicāda. Extra eum qui ſub. ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος. Vulg. præter eum qui ſubiecit. Eraſ. excipiēdū eū. Ego malui ſupplere quod deerat, & ἐκτὸς interpretari adverbū: quū ſic quoq; elegāter loquantur Latini.

Alioquin quid facient qui baptizãtur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? vt quid & baptizãtur pro illis?

Vt quid & nos periclitamur omni hora?

Quotidie morior per veſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Si (ſecundum hominem) ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi

29 Alioqui quid facient ii qui baptizantur pro mortuis? ſi omnino mortui non ſuſcitantur, cur baptizantur pro mortuis?

30 Cur nos periclitamur omni momento?

31 In dies morior per gloriationem veſtram, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

32 Si ſecundum hominem aduerſus beſtias pugnaui Epheſi, quæ mihi vtilitas, ſi mortui non

Baptizari pro mortuis.

29 Qui baptizantur pro mortuis? οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν Id eſt qui baptizantur ita vt mortuis non viuis proſit hic eorum baptiſmus: vt qui paulo ante mortem baptizabantur. Nam ii certè, ſi nulla eſt corporum reſurrectio, fruſtra baptizantur, ſaltem quoad corpus. Hanc expoſitionem affert inter cæteros Epiphanius κατὰ Κηρινθιανῶν: ad quam alii proximè accedũt, explicantes, qui pro mortuis, id eſt, qui tanquam mortui ſiue moribundi, baptizantur. Omitto eos qui ſimpliciter exponunt Baptizari pro mortuis, id eſt, mortuorum vice: item qui ad clinicorum baptiſmum referunt. Neque enim probabile eſt, Paulum tam craſſos támque ſuperſtitioſos abuſus non fuiſſe reprehenſurũ. Verùm vtraque illa altera expoſitio videtur ſatis firmum argumentum non continere. Erant enim reſponſuri aduerſarii, baptiſmum moribundis quoad animum prodeſſe, ac proinde non fruſtra baptizari, etiamſi corpora non reſurgant. Itaque valeret hoc argumentum duntaxat aduerſus negantes animorum immortalitatem. Nam ſi excipias, Paulum argumentari ex hypotheſi, quaſi ſcilicet baptiſmus etiam corporibus proſit: reſpondeo nunquam fuiſſe hanc hypotheſin conceſſuros aduerſarios, niſi additis exceptionibus: & certè alioqui Paulus idipſum aſſumeret de quo quæritur. Puto igitur Apoſtolum à generali fine baptiſmi argumẽtari, vt baptizari pro mortuis idem declaret atque baptizari vt mors ipſa extinguatur, ſiue in reſurrectionem à mortuis, cuius nimirum eſt ſymbolum baptiſmus, vt declaratur Rom.6.a.3,4, & 5. vbi tamen de Spirituali reſurrectione, id eſt regeneratione, diſſerit. In hac etiam opinione ſunt Græca ſcholia, Photius, & Theophylactus. Atenim, dices, hoc loquendi genus, Quid facient qui baptizantur pro mortuis, videtur quoſdã duntaxat deſignare. Eſto id verò, non tamẽ inde efficitur argumentũ non duci à generali fine baptiſmi. Sed notandũ eſt Apoſtolum nõ dixiſſe, qui baptizati ſunt (vt antea dixerat verſ. 18, qui obdormierũt) ſed qui baptizantur: vt ſatis appareat illũ ſicut verſ. 18 propoſuerat dũtaxat mortuos, ita etiã hoc in loco hoc argumentum tractare in hypotheſi duntaxat eorũ qui baptizãdi quotidie, prout naſci cõtigiſſet aut credere, offerebãtur: quanuis illud etiã morituris & hoc quoque iampridem baptizatis non minus cõueniret. Perinde eſt ergo acſi diceret Apoſtolus, Si mortui nõ reſurgunt, cur baptiſmus pro mortuis inſtitutus eſt in Eccleſia? Nam quid illis fiet qui ſic ſolent à vobis baptizari, aut cur pro mortuis baptizãtur? Baptizantur ergo, indicat actũ vigentẽ in Eccleſia: & additur, pro mortuis, non vt aliquorũ baptiſmus ab aliorũ baptiſmo diſtinguatur, ſed vt intelligatur quæ ſit vis argumenti à baptiſmo ſumpti ad probandã corporum reſurrectionem.   Si omnino, &c. εἰ ὅλως, &c. Hoc plerique cõnectunt cum ſuperiore mẽbro: ego verò non dubito ſequẽtibus adiungere. Nã ἐπεὶ particula ſatis indicat abſurdũ elici ex præcedẽtibus, quaſi diceret Apoſtolus, Alioqui, niſi vera ſunt quæ dixi de Chriſti regno & ſubiectione, quid illis fiet quos Eccleſia quotidie baptizat in mortis deſtructionem? Deinde ſequitur nouũ argumentum ab alio abſurdo ſumptũ, ſed quod ſuperiori prorſus reſpõdeat, ſicuti mortis deſtructio & reſurrectio correlatiua ſunt, quũ morti ſuccedat vita.   Cur baptizãtur pro mort. τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ νεκρῶν; Subauditur οἱ βαπτιζόμενοι qui baptizãtur, vt ſit plena oratio, Qui baptizãtur, cur baptizãtur pro mortuis. i. in reſurrectionẽ à mortuis, ſi mortui nõ reſurgũt? quod etiã ſuperiorẽ interpretationẽ cõfirmat, Paulũ ſcilicet à generali fine baptiſmi argumẽtari. Cæterũ particulã καὶ à Vetere interprete & ab Eraſmo expreſſã liquet ex Græcorũ idiotiſmo redundare, quibus eſt familiaris pleonaſmus, præſertim poſt τίς & ὅ,τι Xenoph. τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; Idem. ὥς τινα καὶ κλέψωσι, τὰ ἑαυτῶν κλέψοι. Thucyd. καί τινα καὶ ἐνέδραν πεποιημένας. Pauſ. καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν. Greg. τί χρὴ καὶ λέγειν. Syneſ. ἵν᾽ εἰδῶμεν ὅ,τι καὶ λέγει. quæ exempla citat doctiſſ. Budæus in Commentariis. Diximus etiã de hoc pleonaſmo aliquid Iohã. 8.c.25. Sic ſequẽte verſ. τί καὶ ἡμεῖς .i. cur nos, &c. Quod autẽ Vetus interpres nõ conuertit pro mortuis, ſed pro illis. i. ὑπὲρ αὐτῶν, planè deprauatũ eſſe puto, quũ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν in duodecim manuſcriptis codicibus, itémque in Cõplutenſi editione & Græcis ſcholiis ſcriptũ inuenerimus, ὑπὲρ αὐτῶν autem in tribus dũtaxat exemplaribus, ex Marcionitarũ opinione, vt arbitror, qui pro mortuis interpretati ſunt, vice mortuorum, & hoc loco ſunt abuſi vt craſſam illam profanationem baptiſmi tuerentur, cuius meminit Chryſoſtomus, ideóque pro τῶν νεκρῶν ſuppoſuerũt αὐτῶν, vt ego quidẽ cõiicio.

30 Omni momento: πᾶσαν ὥραν. Vulgata, omni hora, Eraſmus, omni tempore. Vide Matth. 9.c.21.

31 Per gloriationem veſtram quam habeo, &c. νὴ τὴν καύχησιν ὑμετέραν ἣν ἔχω, &c. In quibuſdam vulgatæ editionis Latinæ codicibus legitur propter. Sic quoque legitur apud Ambroſium, & in commentariis Hieronymo inſcriptis. Dubitant quoque Græca ſcholia num legendum ſit διὰ, & in eam ſententiam videtur inclinare Theophylactus. Sed nõ dubito quin νὴ legendum ſit, ita vt ſit obteſtationis ſpecies. quod agnoſcit Baſilius εἰς ψαλμὸν ιδ΄, & Auguſtinus epiſt. 29. & Sermone de verbis Apoſtoli, 28. Neque eſt cur nobis inſolens videatur hoc factum. Eſt enim inter obteſtationẽ & iuſiurandum magna differentia, quũ liceat, Prophetarum exemplo, teſtes etiam cælum & terram appellare, nedum Angelos, vt 1. Tim. 5.d.21, earũ quidem rerum quas palam & in luce geſſerimus. Quidni enim hoc æquè liceat ac hominũ teſtimonio vti? At in vero iureiurãdo Deus vnus tũ in rebus arcanis & quæ ab ipſo ſolo poſſunt intelligi, veluti in iis quæ intus latẽt: tum verò etiam in aliis, quoties ita requirit neceſſitas, non modò vt teſtis, ſed etiam vt iudex ac vindex periurii, aduocatur, adeò vt ſine ſummo ſacrilegio non poſſit aliud nomen in iureiurando vſurpari. Sed ad rem. Si Per gloriationem noſtram legas, dicemus perinde eſſe acſi Apoſtolus teſtes quotidianæ illius ſuæ mortis appellaret moleſtias illas innumerabiles de quibus verè poterat in Domino gloriari. Sin verò legamus Per veſtram gloriationem, eadem quidem erit ſententia, ſed peculiariter accommodata Corinthiis: acſi diceret Apoſtolus, Quotidie morior, eiuſque rei teſtes appello omnes ærumnas, quas verè gloriari poſſum me apud vos ſuſtinuiſſe: vel, teſtis ſit mihi gloriatio veſtra, id eſt veſter profectus in Euangelio, quod ego apud vos promulgaui ſummis cum periculis, vt ea quoque nonnihil ad me pertineat in Chriſto Ieſu. Mihi tamen ex duabus iſtis expoſitionibus prior maximè placet. Cur autem malim ὑμετέραν, id eſt veſtram, legere, quàm noſtram, non eo tantũ adducor quòd magis accõmodata ſit ſententia ſi ita legas, ſed etiam quia poſt ἡμετέραν, id eſt noſtram, videtur potius ſubiiciendum fuiſſe numero plurali ἔχομεν habemus, quàm ἔχω habeo. Deinde quia ita legi in Complutenſi editione, in tribus vetuſtis codicibus, in Græcis ſcholiis Chryſoſtomo, Theophylacto, Ambroſio, Auguſtino, ipſo denique Hieronymo, in ea epiſtola cuius initium eſt Sæpe & multum, vt Eraſmus quoque obſeruauit, vbi tamen pro Gloriationẽ legit ſalutem.   32 Secundum hominẽ κατ᾽ ἄνθρωπον Id eſt, nõ Diuino aliquo impulſu, neque in Deũ reſpiciens, ſed vel gloria vel temeritate actus, cæteriſue eiuſmodi cauſis adductus, quarũ ſtudio homines in pericula præcipites ruũt. Aliis verò placet iſta includere parẽtheſi: quorũ ſententiã ſi ſequamur, præciſa fuerit oratio: quaſi dixiſſet Apoſtolus, Vt humano more loquar, id eſt, vt aliquid de meipſo dicã ſicut homines ſolent. Moris enim eſt Apoſtolo iſtis præfationibus vti in re ſimili, vt 2. Cor. 11.d.6. 17.21.22. Mihi tamen prior expoſitio videtur ſimplicior. Vide Ro. 3.a.5.   Aduerſus beſtias pugnaui ἐθηριομάχησα. Meritò reprehenditur Eraſmus à doctiſſimo interprete, quòd eos qui aduerſus beſtias pugnabant, putarit eoſdem eſſe atque eos qui beſtiis obiiciebãtur: quũ illi armati in arenã prodirent, vt virtute & robore ſuo freti euaderẽt ſi poſſent: & nõnulli etiam beſtiarii vocati ad eam rem perinde ac gladiatores inſtituerentur: beſtiis autem nudi obiicerentur, nõ vt pugnarent, ſed vt laniarentur. Quod autẽ ad rem attinet, etſi probabiles ſint rationes aliquæ cur hoc ad ſeditionẽ illam Demetrii referatur (vſitatũ enim eſt vulgũ concitatũ belluis cõparare) tamen nõnullæ ſunt viciſſim cõtrariæ cõiecturæ minimè inanes. Nã in hac eadem epiſtola dicit ſe Epheſi vſque ad Pentecoſten mãſurum. quod conſilium vix capere potuit poſt Demetrii ſeditionẽ: quũ ex Lucæ hiſtoria ſatis appareat Paulum ſtatim coactis fratribus diſceſſiſſe. Deinde inter miſſam hanc epiſtolã & profectionem Pauli ex vrbe Epheſi aliquod magnũ tẽporis ſpatium interueniſſe, ex eo etiã apparet, quòd in hac quidẽ epiſtola non promittit ſe venturũ niſi quũ Macedoniã pertranſierit, idque poſt Pentecoſten infrà. 16.a.5, & b.8. Atqui ad Pẽtecoſten affuit in Hieruſalem, peragrata iã Macedonia & Achaia. quod ne poſſimus de eadẽ Pentecoſte exponere, quaſi Paulus repẽte fuerit coactus Epheſo proficiſci, mutato conſilio, duæ certæ coniecturæ impediũt. Vna, quòd nihil opus fuiſſet Apoſtolũ in altera epiſtola excuſationes afferre cur ad eos nõ veniſſet ſicuti promiſerat. nam ſi illud verũ eſſet, citius etiã veniſſet quàm fuerat pollicitus. Altera eſt, quòd in hac epiſtola iubentur paratam habere collationẽ, infrà 16.a.2: in altera verò epiſtola cap. 9.a.2, mẽtio fit eiuſdẽ rei quaſi anno ſuperiore geſtæ. Poſtremò quũ in hac epiſtola ſcribat ſe per Macedoniã ad eos venturũ: in altera ſignificat ſibi fuiſſe cõſtitutũ recta ad eos ire, vt inde in Macedoniã tranſiret, & à Macedonia rurſus ad eos rediret. 2. Cor. 1.c.15. Cur autẽ conſiliũ mutaret Paulus? nẽpe quòd diutius mãſiſſet Epheſi quàm putaſſet, neq; ſtatim ſoluiſſet poſt Pentecoſtẽ, vt eis fuerat in hac epiſtola pollicitus. Itaque quũ ſtatim poſt Demetrii ſeditionẽ Epheſo diſceſſerit, iſta θηριομαχία nõ po-

teſt de illa ſeditione intelligi,vt quæ multo pòſt tempore fuerit conſequuta. Quid igitur? dicam quod cõiicio. nã pro certo nihil affirmo. ϑηριομαχεῖν propriè accipere non poſſum,quòd Lucas quanuis non omnia ſcripſerit, tamen mihi videtur tam nobilem hiſtoriam nõ fuiſſe prætermiſſurus, vt qui res Epheſi actas tam accuratè ac præſertim ſeditionem illam expoſuerit. Deinde ne Demetrius quidem videtur hoc fuiſſe prætermiſſurus, iſtum eſſe impurum illum hominem & infamem quem iam olim ad beſtias damnaſſent. In ſumma igitur, hoc expono vt tranſlatitiè, dictum de Iudæis illis aduerſus quos totos tres menſes decertauit, ac etiam exorciſtis illis itidem filiis Sceuæ principis Sacerdotum, vt ſcribitur copioſè à Luca capite Actorum 19.Nam in tam longo ſpatio , & tanta eius gentis peruicacia, non dubium eſt quin Apoſtolus infinita quaſi cum ferociſſimis beluis certamina ſuſceperit, à quibus etiam quotidie ad necem quærebatur. Vſitatum eſt autem in Scripturis,ac præſertim apud Dauidem,crudeles & peruicaces hoſtes ſæuiſſimis quibuſque beſtiis cõparare:& Apoſtolus ipſe Neronem leonis nomine deſignat, 2.Tim.4.d.17.Hanc autem epiſtolam Epheſi ſcriptam eſſe puto altero ineunte anno ab ipſius aduentu.

	ſuſcitantur?″edamus &bibamus:cras enim″moriemur.		mortui non reſurgunt? |mãducemus & bibamus:cras enim moriemur.	Eſa.22.d.13. ſapien.2.b.6
Menander.	Ne ſeducamini.Mores bonos colloquia″corrumpunt mala.	33	Nolite ſeduci.Corrumpũt mores bonos colloquia mala.	
	″Euigilate″iuſtè,& ne peccetis:quidam enim Deum″non norũt, ″ad pudorem vobis *incutiendum* loquor.	34	Euigilate iuſtè, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidã habẽt: ad reuerentiam vobis loquor.	E
	At dicet aliquis , Quomodo ſuſcitantur mortui ? quali autem corpore prodeunt?	35	Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgunt mortui? quali autẽ corpore venient?	
Quomodo reſurgant mortui.	Demens,″quod tu ſeminas, non″viuiſcit, niſi″mortuum fuerit.	36	Inſipiens,tu quod ſeminas non viuificatur,niſi prius moriatur.	
	Et quod ſeminas,nõ corpus oriturum ſeminas, ſed nudum granum,″prout inciderit,tritici, aut alicuius ex reliquis granis.	37	Et quod ſeminas,non corpus quod futurum eſt ſeminas , ſed nudum granũ,vt puta,tritici,aut alicuiꝰ cęterorũ.	
	Sed Deus ei dat corpꝰ vt voluit,& vnicuique ſeminũ ſuũ corpꝰ.	38	Deus autem dat illi corpus ſicut voluit : & vnicuique ſeminum propriũ corpus.	
	Non omnis caro,eadem caro,ſed alia quidem caro hominum, alia verò caro pecorum,alia verò piſcium,alia verò volucrium.	39	Non omnis caro, eadem caro : ſed alia quidem hominum, alia verò pecorum,alia volucrium,alia piſcium.	
	Et ſunt corpora cæleſtia,& ſunt corpora terreſtria:ſed alia quidem cæleſtium gloria,alia verò terreſtrium.	40	Et corpora cæleſtia,& corpora terreſtria:ſed alia quidem cæleſtium gloria,alia autem terreſtrium.	
	Alia gloria ſolis,& alia gloria lunæ,& alia gloria ſtellarum. ſtella ſiquidem à ſtella differt in gloria:	41	Alia claritas ſolis,alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum . ſtella enim à ſtella differt in claritate:	
	Ita &reſurrectio mortuorum.″ſeminatur *corpus*″corruptioni obnoxium,ſuſcitatur incorruptum.	42	Sic & reſurrectio mortuorũ, ſeminatur in corruptione, ſurgit in incorruptione.	F
	Seminatur″ignominioſũ, ſuſcitatur glorioſum:ſeminatur infirmum,ſuſcitatur″potens.	43	Seminatur in ignobilitate,ſurgit in gloria:ſeminatur in ĩfirmitate, ſurgit in virtute:	
	Seminatur″corpus animale,ſuſcitatur corpus ſpirituale.eſt corpus animale,& eſt corpus ſpirituale.	44	Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale.ſi eſt corpus animale, eſt & ſpirituale.	

Edamus φάγωμεν. In duobus vetuſtis codicibus annotatur quod etiam ſcribit Valla, prouerbium hoc fuiſſe Laconicum , nempe ex Leonidæ illius hiſtoria.quod mihi non fit veriſimile, quum nulla gens frugalius vixerit. Apparet autem omnino fuiſſe parœmiam Epicureis familiarem, vt Sardanapali illud,Lude,bibas,comedas:poſt mortem nulla voluptas.& Martialis illud, Vita nimis ſera eſt craſtina: viue hodie.Ita etiam ſcribitur apud Eſa.22.c.13,vnde videtur petiiſſe Paulus,quanquam in diuerſum finem. Moriemur ἀποθνήσκομεν. Præſens pro futuro, vt infrà verſu 35,& alibi ſæpe.Nam etiam apud Eſaiam legimus נמות.

33 Corrumpunt φθείρουσιν. Iambicus eſt ſenarius ex Menandri comœdia nomine Thadia,vt annotatum inueni in vno vetuſto codice.vbi tamen pro Θαδία legendum puto Θαΐδι,cuius nominis comœdiam Menandri citat Athenæus.

34 Euigilate ἐκνήψατε. Τὸ ἐκνήφειν propriè de ebriis dicitur qui à ſomno demum ſunt ſobrii. Iuſtè δικαίως. Id eſt,vt iuſtitiæ vacetis,quod explicat per antitheſin,Hebræorum more. Non norunt. ἀγνωσίαν ἔχουσι. Vulgata & Eraſmus ad verbum,ignorantiam Dei habent,quod videtur durum in Latino ſermone. Ad pudorem vobis *incutiendum* loquor πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν. Id eſt,vt vos pudeat iſtos ſectari.Vulg.ad reuerentiam vobis loquor,quaſi ſcilicet Apoſtolus in hac reprehenſione ipſis quadam verecundia pepercíſſet. Ego non video quì melius conueniat hæc interpretatio huic loco quàm ſuprà 6.a.5. 36 Quod tu ſeminas σὺ ὃ σπείρεις. Vulg.& Eraſ.Tu quod ſeminas,neglecta traiectione.quam niſi obſerues,videtur oratio non cohærere. Viuiſcit ζωοποιεῖται. Plin.lib.17,cap.10,Pleraque ex his natura ipſa docuit,& in primis ſemen ſerere,quũ decidens exceptúmque terra,viuiſceret. Vulg.& Eraſ.viuificatur. à quo verbo alibi nõ abhorruimus,ſed in re diſſimili. Mortuũ fuerit ἀποθάνῃ. Tranſlatitiè dictũ,pro corruptũ fuerit. Vulg.addit,prius,πρῶτον. 37 Prout inciderit εἰ τύχοι. Vulg.vtpura,id eſt οἷ̄. Eraſ.exempli cauſa. Vide ſuprà 14.b.10. 42 Seminatur. σπείρεται. Id eſt ſepelitur,& inſtar ſeminis humo conditur. Pergit enim in tranſlatione à ſeminibus ſumpta,qua nihil aptius dici potuit.Accipio autem σπείρεται non vt imperſonale,ſed vt perſonale,vt vbique ſubaudiatur σῶμα,id eſt corpus,quod idcirco expreſſi primo loco. Corruptioni obnoxium ἐν φθορᾷ Vulg.& Eraſ.ad verbũ,in corruptione.quam rationem etiam tenuerunt in iis quæ ſequuntur.Ego verò puto ἐν φθορᾷ poſitũ eſſe pro φθαρτὸν, ex Hebræorum idiotiſmo. 43 Ignominioſum ἐν ἀτιμίᾳ. Id eſt ſplendoris & decoris expers.Quid enim eſt fœdius cadauere?Itaque Cyrus moriens apud Xenophontem,non vult ſe mortuũ ſpectari.Deinde ſi ſpectemus quæ ſit corporis putreſcentis in ipſo ſepulchro ignominia,quid turpius cogitari poteſt? Potens ἐν δυνάμει. Id eſt à priori imbecillitate liberum, quod ſcilicet viciſſitudini tam variæ ſit obnoxium,nec ſeſe tueri niſi cibo,potu,& cæteris eiuſmodi præſidiis poſſit.Neque enim ſic potens erit vt ſit omnipotens,aut ἀπείκαστον, aut vllam denique induat qualitatem quæ Dei ſit propria . Id enim eſſet non qualitatem ſed naturam ipſam mutare, & ex homine Deum, planè fieri. 44 Corpus animale σῶμα ψυχικὸν Vt quid hoc ſit, dextrè intelligatur,notandum eſt non agi de animorum immortalitate,ſed de corporum reſurrrectione. Deinde non cõparari inter ſe duo corpora,ſed vnius eiuſdémque corporis humani ſcilicet diuerſas atque adeò contrarias qualitates,ipſáſque demum harum qualitatum cauſas, & eas quidem tum qualitates tum cauſas, non nudas,ſed in ipſis ſubiectis hærentes.Eæ igitur cauſæ ſunt,Anima & ſpiritus,illa in priore Adamo,iſtæ in poſteriore. Qualitates verò ſunt,Animalem eſſe,ſpiritualem eſſe,eæque primùm in iiſdem illis ſubiectis,nempe illa in Adamo,iſta in Chriſto,deinde vtræque in vno & eodem ſubiecto, nempe in cuiuſuis fidelis corpore:diuerſo tamen reſpectu conſideratæ,illa ſcilicet ante reſurrectionem,iſta poſt reſurrectionem . Animam igitur,alteram hominis partem vocat,quæ corpori caducam hanc vitam præſtat.à qua parte dicitur corpus ψυχικὸν,id eſt animale. Spiritum autem appellat Diuinam naturam cuius particeps corpus cognominatur πνευματικὸν,id eſt ſpirituale. Animale ergo corpus dicitur cui anima vitales facultates præbet,imbecillas tamen illas & temporarias.vnde fit vt ſit corruptioni obnoxium,ſordidum,mille denique modis infirmum,præſertim quum ab anima deſtitutum ſeritur,id eſt conditur humo quod ψυχικὸν fuerat.Spirituale verò dicitur quod Diuinæ illius naturæ particeps,tãto excellentionẽ vitam viuit,quanto Deus anima præſtat.vnde fit vt eiuſmodi corpus ſit æternũ,gloria & ſplẽdore inſigne, omni denique imbecillitate liberũ.Illud ergo,id eſt animale corpus,tribuit Paulus priori Adamo, ac proinde nobis omnibus ante reſurrectionẽ,vt in illo cõditis & collapſis.Iſtud verò,id eſt ſpirituale,poſteriori Adamo,homini ſcilicet cæleſti,id eſt vero Deo &vero homini,tribuit,ac proinde ſanctis omnibus, poſt reſurrectionẽ,(de his enim vnis agit,vt diximus ſuprà verſ.22) in illo ſcilicet rurſum genitis per eundem Spiritũ,& in vitã æternã euectis.Sed tria hìc notãda ſunt. Vnũ,qualitatẽ animalẽ ſic in nos eſſe ab Adamo propagatã vt corpus dũta-

xat ex eius ſubſtãtia acceperimus,animã verò nõ item,ideóque Apoſtolũ nõ dicere Adamũ factũ eſſe in animã viuificantẽ,ſed in animam viuentẽ,aduerſus eos qui animãvolũt à traduce deriuari. Alterũ eſt,Chriſtũ ad tẽpus quoque fuiſſe in animãviuentẽ,excepto peccato,Spiritu ſcilicet in eo vim integrã nõ exerẽte,donec omni infirmitate ſuperata glorioſus reſurgeret,& in cælo ad dextrã,Patris ſederet,eóque reſpectu à Paulo hîc cõſiderari,& nos quoque in illo. Tertiũ,ſic eſſe Spirituale Chriſti corpus,nõ ſubſtantia(vt ante dixi)ſed qualitate,id eſt æternum,glorioſum,potens,vt hæc à Spiritu.i.diuina natura accipiat, hypoſtaticè ipſius corpori & animæ iam tum coniuncta,quum verbum fieret caro:noſtra verò corpora fore Spiritualia,non nouæ alicuius partis adiunctione quæ Spiritus dicatur,ſed ipſius Spiritus.i.diuinæ naturæ, Chriſti virtute,ídque non per hypoſtaticam vnionem,ſed participationem,vt Rom.8.b.11,& 2.Pet.1.a.4.cuius erit vinculum idem ille Spiritus, qui iam efficit vt illum,quanuis in cælis ſedentem,fide tamen amplexi,ſpe poſſideamus in terris:tũc verò efficiet vt illo præſente præſentes perfruamur. Hæc qui ſic tractat,fanaticorum ſpeculationibus facilè occurret.

Geneſ.2.b.7	Sicut ſcriptũ eſt,‖Factus eſt primus homo Adam in animam viuentẽ: nouiſſimus Adã, in Spiritum viuificãtẽ.	45	″Ita etiam ſcriptum eſt, Factus eſt″prior homo Adam in″animal viuens:″poſterior *autem* Adam *factus eſt*″ſpiritus viuificus.	Adam duplex.
	Sed nõ prius quod ſpirituale eſt:ſed quod animale,deinde quod ſpirituale.	46	At non prius *factum eſt* quod *eſt* ſpirituale:ſed′quod animale,deinde quod ſpirituale.	
	Primus homo de terra,terrenus:ſecundus homo de cælo, cæleſtis.	47	Primus homo è terra,″terrenus:″ſecũdus homo,ipſe Dominus è cælo.	Primus & ſecundus homo.
	Qualis terrenus,tales & terreni:& qualis cæleſtis,tales & cæleſtes.	48	Qualis terrenus ille,tales & qui terreni ſunt: & qualis ille cæleſtis,tales & qui cæleſtes ſunt.	
	Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni,portemus & imaginẽ cæleſtis.	49	Et ſicut geſtauimus″imaginem terreni,″geſtabimus etiam imaginem cæleſtis.	
	Hoc autem dico, fratres, quia caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt:neque corruptio incorruptelam poſſidebit.	50	Hoc autem dico,fratres,″quòd″caro & ſanguis regni Dei hæreditatem accipere non poſſunt: neque corruptio incorruptæ naturæ hæreditatem accipit.	
G	Ecce,myſteriũ vobis dico, Omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur.	51	Ecce,″myſterium vobis dico,″Non omnes quidem obdormiemus, ſed omnes mutabimur.	

45 Ita etiam οὕτω καὶ Vulg. Sicut ſcriptum eſt,ὅπως γέγραπται,quam lectionem quanuis in nullis codicibus Græcis inuenerim, tamẽ ſynceram eſſe puto:ita tamẽ vt per traiectionem explicetur,hoc modo, Primus homo Adam,ſicut ſcriptum eſt,factus eſt &c. Nam omnino hoc non pertinet niſi ad prius membrum,quod ſcilicet citatur ex Gen.2.b.7:& tamen parum cohæret ſi receptam lectionem ſequaris, quam nõ auſus ſum mutare,ſine idonei teſtis authoritate. Quidam conuertit,quumque ita ſcriptum ſit, ſuo more ſcilicet. Prior homo Adam ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδάμ Hîc quoque nihil mutauimus. ſed tamen annotatũ eſt à Stapulenſi ἄνθρωπος redundare,quũ ex collatione appareat אדם eſſe ſpeciei nomen hoc in loco,vt ἄνθρωπος verſ.47. Nam alioquin dicendum fuerat in oppoſito membro ἄνθρωπος Χριστός. Putarim tamen potius Chriſtũ vocari poſteriorem Adamum, nec proprio nec appellatiuo nomine, ſed vt qualitas indicetur quam Chriſtus cum Adamo habeat communem:quia ſcilicet & ipſe non tanquam ſingularis quiſpiam homo,ſed vt radix ac principium,conſideratur,in quo ſpirituales omnes tanquam principio comprehendantur:ſicut in illo priore animales, cui nomen fuit Adamo. Erit ergo Chriſtus hac ratione alter Adamus.ſed durum planè & obſcurum fuiſſet eum appellare ſecundum hominem Adamum. Itaque receptam lectionem reliqui intactam. Animal viuens εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Heb.לנפש חיה.i.ad verbum,in animam viuentem, vt Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt. Dicitur autem homo animatus συνεκδοχικῶς anima.quod videtur optimè exprimi animalis vocabulo. Nam hoc quoque ab anima,vt præſtantiore hominis parte,deducitur. Poſterior ὁ ἔσχατος. Vulgata,nouiſſimus. Eraſmus,poſtremus. Ego putaui ſtudendum perſpicuitati,quum præſertim pro ἔσχατος ponat δεύτερος,verſ.47.niſi quis vltimum putet dici,quòd non ſit alius inſtaurator expectandus. Spiritus viuificus εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Chriſtum vocat Spiritum, ab excellentiſſima parte, id eſt Deo corporaliter habitante in ipſo, vt Adamum ψυχὴν ab altera itidem præſtantiore parte nuncupauit. Non minus ergo ſunt inepti qui ex hoc loco colligunt corpus Chriſti fuiſſe ex materia cæleſti & Spirituali,quàm ſi negarẽt Adamo fuiſſe terreſtre corpus quia ψυχὴ dicitur. vt interim taceam ἐγένετο repetendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ, vt hic quoque factus dicatur,non tamen quatenus Spiritus,ſed quatenus homo Spiritu præditus. Deinde conſideranda antitheſis Viui & Viuifici,quam expoſuimus ſuprà verſ.44. Vulgata & Eraſmus ad verbum,in Spiritum viuificantem.

47 Terrenus χοϊκός. Id eſt πήλινος.in cœno manens,& terreſtri naturæ addictus,ac proinde mortalis, fæculentus & imbecillis:vt alludat Apoſtolus ad Iob 4.d.19. Nec enim χοϊκὸς eſt nomen μεταστατικὸν hoc in loco,ſed τοπικόν,quaſi dicas in limo verſantem,ipſumque adeo limũ, vnde & ſumptus eſt. Nam ad Adæ creationem & nomen proculdubio alludit. & ita eſt τοπικὸν, vt ſimul materiæ ac loci contagionem declaret,vnde illæ corporis qualitates quarum comparationem inſtituit. Materiæ autem nomen propriè non eſſe hoc in loco liquet apertiſſimè ex antitheſi,in ſequentibus verſiculis. Nam ἐπουράνιος non declarat eum qui ſit ex cæleſti quadam materia compactus, ſed qui in cælis maneat,& hactenus particeps cæleſtium qualitatum,id eſt immortalitatis,gloriæ,ac potentiæ. Non tantùm igitur improbi & ſcelerati,ſed etiã inepti & imperiti ſunt qui ex hoc loco arguũt Chriſtum è cælo corpus in Virginis vterum intuliſſe,id eſt,qui nobis omnem ſalutis ſpem eripiunt. Secundus homo ipſe Dom.è cælo. δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Vulgata,ſecundus homo è cælo cæleſtis,vt pro ὁ Κύριος legatur ἐπουράνιος.quo modo etiam legũt Ambroſius & Hieronymus. Mihi verò placet recepta lectio quam ſummo conſenſu Græci omnes quos vidi,ſequuntur. Multo enim vehementior eſt antitheſis Terreni & Domini,quàm Terreni & cæleſtis,quum multæ ſint res cæleſtes creatæ,Dominus autem ſummum in omnes imperium declaret. Deinde ſi ſtatim oppoſuiſſet Terrenum cæleſti, non emineret illa tanta qualitatum diuerſitas,ſed varius tantùm ſitus videretur ſignificari. Hoc verò ſemel explicato, tum demum licuit cæleſtem terreno planè ac perſpicuè opponere,vt factum eſt duobus ſequentibus verſiculis. Sed duo hîc annotanda ſunt, Vnum,conſiderari corpus Chriſti in gloria,non in humilitate:ſiquidem antea ſi ex ſua natura ſeorſim à diuinitate æſtimetur, χοϊκὸν erat ſicut & cæterorum hominum, excepto peccato,cuius tamen etiam pœnam ferebat quatenus erat ipſi imputatum. Alterum,quòd dicitur è cælo, id per communicationem ἰδιωμάτων eſſe intelligendum,vt diximus Iohan.3.b.13 & merito quidem ita loqui Apoſtolum,vt ipſam Chriſti carnem ſciamus Dei inhabitantis virtute hanc gloriam eſſe aſſecutam,quam cum ſuis membris tandem aliquando communicaret.

49 Imaginem εἰκόνα. Imaginem intellige non vanam & inanem,ſed quam res ipſa conſequatur. Verè enim & re ipſa χοϊκοὶ ſumus,huius vitæ reſpectu,verè item ἐπουράνιοι erimus poſt reſurrectionẽ,vt membra capiti conformia euadãt. Sic enim accipitur ſæpe imaginis nomen,vt Gen.5.a.3.& μορφὴ ſic vſurpatur,itémque σχῆμα & ὁμοίωμα,Philipp.2.a.8. Geſtabimus φορέσομεν. In Complutenſi editione & tribus codicibus legimus φορέσωμεν,nempe ex Chryſoſtomi opinione,qui putat Paulum à ver. 47,auſpicari exhortationem ad vitæ nouitatem. Sed hoc planè eſt detortum,quum res ipſa clamet,Paulum in argumento ſuſcepto pergere.

50 Quòd ὅτι. εἰδικῶς hoc accipio non αἰτιολογικῶς. Caro & ſanguis σὰρξ καὶ αἷμα. Id eſt corpus hoc animale,ita vt nunc eſt. Neque enim perimetur ſubſtantia,ſed immutabitur qualitas, ita vt ex animali ſpirituale, ex terreno cæleſte fiat corpus. Caro igitur & ſanguis nomina ſunt quibus corpus non nudũ ſed cũ infirmitate adiuncta ſignificatur hoc in loco,vt apparet ex eo quod ſubiicitur de corruptione, corporis inquã,de quo ſolo hîc agi diximus. Nã alibi carnis & ſanguinis appellatione totus homo intelligitur quatenus eſt corruptus peccato.& aliis etiã modis accipitur,ſicut expoſuimus Matth.16.c.17. 51 Myſteriũ μυστήριον.i.rem arcanã,& adhuc occultam,ideóque dignisſimam quam attente audiatis. Non omnes quidem obdorm.&c. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Qui non animaduerterunt de ſolis ſanctorum corporibus hîc agi(quod annotauimus ſuprà verſ.22)ii quia non conſiderabant particulam vniuerſalem ad eos de quibus agebatur eſſe reſtringendam,duas alias lectiones in hunc locum inuexerunt,de quibus copioſè Hierony.in epiſtola ad Minerium & Alexandrum, & Auguſtinus in quæſtionibus ad Dulcitium, quæſt.3. Earum vna eſt, πάντες μὲν ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησό-

μεθα,omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur,vt etiam legimus in vetere Latina editione. Altera quam Hieronymus dicit Græcos codices habuiſſe,πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα,ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα. Vtraque,meo iudicio,reiicienda. Nam præterquã quòd non aliter dicit omnes immutatum iri quàm ſuprà dixit, Omnes in Chriſto viuificãdos,liquet vel ex eo quod cõfitemur Dominũ venturũ ad iudicandũ viuos & mortuos,& ex eo quod ſcriptũ eſt 1.Theſſ.4.d 15.16.17:fore vt quos Dominus adueniẽs viuos ex ſanctis inuenerit, repente,nõ interueniente morte,nec corruptione illa ordinaria,immutet,vt cum ſanctis qui reſurrexerint,rapti in nubibus Domino occurrãt.

Momento,″& iactu oculi,ad vltimam tubã(canet enim)& mor 52
tui ſuſcitabuntur incorrupti,& nos mutabimur.

Oportet enim hoc corruptioni obnoxium induere incorruptã 53
naturam,& mortale hoc induere immortalitatem.

Quum autem hoc corruptioni obnoxium induerit incorruptã 54
naturam , & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet″illud
quod ſcriptum eſt,″Abſorpta eſt mors ad victoriam.

Mors. ″Vbi tua ô mors,victoria, vbi tuus ô ſepulchrum ſtimulus? 55

Peccatum. Stimulus autem mortis *eſt* peccatum: robur verò peccati,Lex. 56

Victoria. Sed Deo *ſit* gratia, qui dedit nobis victoriam″per Dominũ no- 57
ſtrum Ieſum Chriſtum.

Itaque fratres mei dilecti , firmi ſitis , immobiles, abundantes 58
in opere Domini ſemper, quum ſciatis quòd labor veſter non eſt
inanis per Dominum.

Cap. X V I.

Collectæ in pauperes ſanctos. PORrò″de collecta in ſanctos, quemadmodum conſtitui Eccle 1
ſiis Galatiæ,ita & vos facite.

″Primo quoque *die* hebdomadæ vnuſquiſque veſtrum apud ſe 2
reponat , recondens″quod pro Dei benignitate licuerit:ne,quum
venero,tunc collectæ fiant.

Poſtquã autem acceſſero, quoſcunque probaueritis″per epiſto 3
las,hos mittam vt perferant″beneficẽtiam veſtram Hieruſalem.

52 In momento,in ictu oculi,|in nouiſſima tuba(canet enim) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Matth.24.e.31 1.theſ.4.d.16

53 Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ,& mortale hoc induere immortalitatem.

54 Quum autem corruptũ hoc induerit incorruptionem , & mortale hoc induerit immortalitatem,tunc fiet ſermo qui ſcript⁹ eſt,|Abſorpta eſt mors in victoria.

55 Vbi eſt, mors,victoria tua? vbi eſt, mors,ſtimulus tuus? Oſee.13.d.14 heb.2.d.14 1.ioh.5,a.5

56 Stimulus autem mortis,peccatum eſt:virtus verò peccati,Lex.

57 Deo autem gratias,qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

58 Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles , abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

Cap. X V I.

1 DE collectis autem quæ fiũt in Sãctos , ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiæ,ita & vos facite. Rom.12.c.13

2 Per vnam ſabbathi vnuſquiſque veſtrum apud ſe reponat,recõdẽs quod ei beneplacuerit: vt non,quum venero,tunc collectę fiant.

3 Quum autem præſens fuero,quos probaueritis per epiſtolas hos mittã perferre gratiã veſtram in Ieruſalem.

52 Et iactu oculi ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Vulgata & Eraſmus,in ictu oculi,non ita propriè,ni fallor. Quidam codices legunt ῥοπῇ .i. inclinatione. Vtroque vocabulo breuiſſimum temporis ſpatium ſignificatur:quum nihil ſit celerius oculi motu. Sed ῥιπὴ tranſlatum eſt à fulminis iactu,ῥοπὴ à motu lancis ſeu libræ. 54 Illud ὁ λόγος. Heb. דבר quod vocabulum pro quacunque re accipi ſæpe diximus. Abſorpta eſt mors ad victoriam Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Miror quì videri potuerit hic locus ex Oſea ſumptus,quum ſit penè conuerſus ad verbum ex Eſaiæ 25.c.8. Sic enim habent Hebræa בלע המות לנצח .i. abſorpſit mortem in æternum. Sed pro in æternum ſcriptũ eſt εἰς νῖκος ad victoriam,quòd נצח néſah deducatur à נצח quod vincere declarat. Idem autem ſignificat ad victoriam,atque vſque ad victoriã .i. ita vt ſit prorſus debellata. Ambroſius verò legens in contentione,deceptus fuit à librario qui Græcè ſcripſerit νεῖκος pro νῖκος.

55 Vbi tua,ô mors,victoria? ποῦ σου,θάνατε,τὸ νῖκος; Quia in ſequente verſiculo ſtimulus tribuitur morti,ideò hoc loco plerique codices ſcripſerunt τὸ κέντρον, & contrà in poſteriore mẽbro τὸ νῖκος. Sed apparet ex Hebræorum collatione,iſta eſſe permutata:& Vetus interpres hoc quoque oſtẽdit,qui germanam lectionem retinuit:quam quum in vno etiam vetuſto codice integram inueniſſem,non dubitaui reſtituere. Sic autem habẽt Hebræa Oſeæ 13.d.14,vnde ſcilicet petitum eſt hoc poſterius membrum אהי דבריך מות .i. Ero peſtes tuæ,mors. Itaque Græca editio quam ſequutus eſt Paulus,legit איה .i. vbi, pro אהי ero,per metatheſin, quam notant eo loco quidã ex Hebræis interpretibus. Deinde דבריך deduxerunt non à דבר *deber* quod peſtem declarat,ſed à דבר *dabár* quod ſignificat verbum. Græca autem verſio tranſlatitiè accepit pro eo quod vernaculo ſermone dicimus *un plaid*,inuidioſo etiam vocabulo pro garrula loquacitate. Ideo in Græca editione qua nunc vtimur,ſcriptum eſt δίκη, pro quo ſanè exiſtimo Paulum ſcripſiſſe non νῖκος vt nunc legimus, ſed νεῖκος .i. litigioſa contentio. Nihil tamen volui mutare,ex coniectura:quanquam ad illam coniecturam altera etiam accedit, quòd,quia in præcedente verſiculo,itémque in 57,ſcriptum eſt νῖκος,facile fuit hominibus imperitis exiſtimare ita etiam hoc loco ſcribendum eſſe. Vbi tuus,ô ſepulchrum,ſtimulus? ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον; Hebræa eodem illo Oſeæ loco habent אהי קטבך שאול,id eſt ero tuũ excidium,ſepulchrum. Itaque hìc rurſum Græca editio,quã ſequutus eſt Paulus,legit,ſiue vlla tamen ſenſus iniuria,& non repugnantibus quibuſdam Hebræorum interpretibus, איה id eſt vbi,pro אהי ero,vt in præcedente membro. Quod verò verterunt ſtimulum,propriè ſignificat ὄλεθρον .i. excidium & internecionẽ præſentem. Hieronymus ſolet morſum interpretari,Symmachus ἀπάντημα,quod ſcilicet repẽte & ex inopinato occurrat. ᾅδης verò id eſt שאול hìc quoque cõuerti ſepulchrum potius quàm infernum,cum Vetere interprete & Eraſmo:quia hic agitur de corporis ſuſcitatione. & ea etiam eſt propria vocabuli Hebraici ſignificatio,vt diximus Act.2.d.27. 57 Per Dom. ἐν Κυρίῳ. Hebr. ביהוה, id eſt Dei ope ac bonitate id efficiente Sin autem accipias in Domino pro in negotio Domini,vel ſecundum Dominum,dura erit traiectio, quaſi ſcilicet ſcriptum ſit,Labor veſter in Domino non erit inanis.

IN CAPVT XVI.

1 De collecta. περὶ τῆς λογίας. Hoc vocabulo vtitur in ea ſignificatione Cicero 2.de Orat. Ego verò libenter illud retinui, vel ob eã cauſam vt quiuis cognoſcat quid illud ſit quod poſtea ſacrificuli ad inanes quaſdam cantiunculas tranſtulerunt. Fuiſſe verò in Eccleſia vſurpatã hanc conſuetudinem conferendi eleemoſynas(quas tamen iubet Apoſtolus vnumquenque apud ſe ſeponere, quòd nimirum eſſent extraordinariæ,idque die primo hebdomadæ,qui Solis dies à profanis,Dominicus à ſanctis dicebatur)docet Iuſtinus Apologetico ſecũdo, vbi quũ deſcripſiſſet Concionis & Cœnæ Dominicæ apparatum illi diei peculiarem, tandem ſubiicit, quenque pro facultatum ratione vt ſibi libuiſſet aliquid conferre ſolitum,quod poſtea Antiſtes quem τὸν προεστῶτα vocat,orphanis,viduis,ægrotis,egenis,captiuis,peregrinis diſtribueret

2 Primo quoque die hebdo. Κατὰ μίαν σαββάτων. Vulg. Per vnam ſabbathi. Eraſ. In vna ſabbathorum. Hoc quidem conſtat κατὰ vim habere diſtributiuam quam vocant,neque dubium eſt μίαν σαββάτων declarare primum diem ſeptimanæ, vt oſtendimus Matth. 28. a.1, & explicat diſertè Marcus ipſe 16.b.9 Sed & in vno vetuſto codice additum erat τὴν Κυριακὴν,ad hoc ſcilicet explicandũ, & eo die iam tum ſolitos fuiſſe ſanctos conuenire,liquet ex Act.20.b.7. Quod pro Dei benignitate licuerit ὅ,τι ἂν εὐοδῶται. Vel,vt in quibuſdam codicibus legitur,εὐοδωθῇ. εὐοδοῦσθαι autẽ paſſiuè dicitur qui proſperum iter à Deo obtinet, vt Rom.1.b.10. ſed præterea ad rerum omnium proſperos ſucceſſus transfertur,vt Iohan.10.a.2. Itaque ſenſus eſt,vt quiſque conferat pro ratione proſperitatis quam à Domino obtinuerit. neque prorſus malè conuertit Eraſmus,quicquid commodum fuerit,niſi quòd paſſiuum verbum non expreſſit,cuius ea eſt vis vt declaret eam commoditatem ab aliquo concedi,nimirum à Deo. Latet ergo in hoc verbo argumentum quod Eraſmus non expreſſit,nempe vt partẽ eius quod Dei benignitate ſumus conſecuti,liberaliter ipſius membris largiamur. Vulgata,quod ei bene placuerit,ὅ,τι ἂν εὐδοκῇ pro εὐοδωθῇ. Nam εὐδόκηται,quod illi tribuit Eraſmus,nuſquam memini legere.

3 Per epiſtolas δι' ἐπιστολῶν. Per epiſtolas ſcilicet quas illis dabitis perferendas,quum iſtuc venero. Sed & poteſt hoc connecti cum verbo πέμψω,vt ſit ſenſus, Quos probaueritis,eos mittam cum literis vt eleemoſynas perferant. Beneficentiam ve. τὴν χάριν ὑμῶν. Vulg. ad verbum,gratiam,quæ etiam apud Latinos pro beneficio, hìc verò pro eo ipſo accipitur quod aliquis gratuitò confert.

Quòd ſi dignum fuerit vt & ego eā: mecum ibunt.

4 Quòd ſi res digna fuerit vt & ipſe proficiſcar: mecum proficiſcentur.

Veniam autem ad vos, quum Macedoniam pertranſiero: (nam Macedoniam pertranſibo.)

5 Veniam autem ad vos, quum Macedoniam tranſiero: (Macedoniam enim "pertranſibo)

B Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunque iero.

6 Apud vos autem fortaſſe permanebo, aut etiam hybernabo: vt vos me proſequamini quocunque proficiſcar.

Nolo enim vos modò in trāſitu videre: ſpero enim me aliquantulum tēporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.

7 Nolo enim vos nunc in tranſcurſu videre: ſed ſpero temporis aliquantum manſurum *me* apud vos, ſi Dominus permiſerit.

Permanebo autē Epheſi vſque ad Pentecoſten.

8 Permanebo autem Epheſi "vſque ad Pentecoſten.

Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & euidens, & aduerſarii multi.

9 Nam oſtium mihi apertum eſt magnum & "efficax, "& aduerſarii multi.

Si autem venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos: opus enim Domini operatur, ſicut & ego.

10 Quòd ſi venerit Timotheus, videte vt ſecurè ſit apud vos: opus enim Domini operatur, vt & ego.

Timotheum cōmendat Paulus.

Ne quis ergo illum ſpernat: deducite autem illum in pace, vt veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus.

11 Ne quis igitur eum pro nihilo habeat: ſed proſequamini eum "cum pace, vt veniat ad me: expecto enim eum cum fratribus.

C De Apollo autem fratre, multū rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret: veniet autē quū ei vacuum fuerit.

12 Porrò de Apollo fratre, multum precatus ſum eū vt iret ad vos cum fratribus: "ſed omnino non fuit *ei* voluntas nunc eundi: venturus eſt autem "quum tempus opportunum habuerit.

Apollos.

Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini.

13 Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, eſtote fortes.

Omnia veſtra in charitate fiant.

14 Omnia veſtra cum charitate fiant.

Vigilare, Fides. Charitas.

Obſecro autem vos, fratres, noſtis domum Stephanæ & Fortunati, quoniam ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſteriū ſāctorū ordinauerūt ſeipſos:

15 Precor autem vos, fratres: noſtis familiam "Stephanæ "eſſe primitias Achaiæ, & ſeſe in miniſterium ſanctis "addixiſſe:

Stephanæ familia.

Vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti.

16 Vt & vos "ſubiiciamini talibus, & cuiuis adiuuanti & laborāti.

D Gaudeo autem in prȩſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipſi suppleuerunt.

17 Gaudeo verò de aduētu Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam "abſentiam veſtram hi ſuppleuerunt.

Refecerunt enim & meum ſpiritū & veſtrum. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.

18 Refecerūt enim "ſpiritum meum ac veſtrum. Agnoſcite itaque huiuſmodi.

Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum Aquila

19 Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum

5 Pertranſibo διέρχομαι. Hoc verbum aliquoties iam annotauimus habere incluſam ſignificationem futuri temporis, vt Matth.11.a.3. Apocal.1.a.4. Hoc puto non conſideraſſe eos qui putant hanc epiſtolam ſcriptam Philippis, quum iam peragraret Macedoniam. Nam ex verſiculis 8 & 19 apparet potius miſſam Epheſo: idque, vt opinor, eo tempore quod ſubſequutum eſt Demetrii ſeditionem, quum nondum conſtituiſſet tam ſubitò diſcedere Epheſo. quam hiſtoriam breuiſſimè & vno verbo perſtrinxit Lucas initio Act.20.a.1.

8 Vſque ad Pentecoſten ἕως τῆς πεντηκοστῆς. Eraſmus putat ita ſubaudiendum ἡμέρας, vt ſimpliciter ſignificentur quinquaginta dies, non autem feſtum Pentecoſtes. quòd, inquit, haud ſatis ſcio an id temporis Gentium auribus notum fuerit: quum in epiſtola ad Romanos Apoſtolus tollat dierum diſcrimen. At ego ſuperuacaneum eſſe puto quærere an huiuſmodi feſta initio fuerint obſeruata, vt hoc daretur Iudæorum infirmitati. Sed vt obſeruata non fuerint, non tamen conſequitur hoc non fuiſſe vſitatum in Eccleſiis, vt præſertim ii qui ex circuncisione crediderant, ab his feſtis interualla temporum numerarent. Sic Act. 20.b.6. dicitur Apoſtolus ſoluiſſe Philippis poſt dies Azymorū: quos tamen quis idcirco dixerit fuiſſe ab Eccleſiis obſeruatos? Sic etiam Act.27.b.9, ſignificatur inclinatio Autumni per diem ieiunii ſiue Propitiationis feſtum. Itaque illa interpretatio nulla ratione nititur.

9 Efficax ἐνεργής. Id eſt ad magnas res conficiendas opportunum. Vulgata, euidēs, id eſt ἐναργής, pro quo malim patens dicere, vt perſiſtat in metaphora. Et ſanè hæc lectio mihi magis arridet, quum eundem ſenſum gignat, & multo mollior ſit tranſlatio. Et aduerſarii καὶ ἀντικείμενοι. Hieronymus in Ioelem, legit, ſed aduerſarii. & καὶ pro ἀλλὰ ſæpe ponitur, vt Act.10.d.28, & infrà verſ.12. Sed malim tamen receptam interpretationem. nam quo plures aduerſarii, eò magis requiritur paſtoris præſentia: & continet iſta expoſitio neceſſariā doctrinā.

11 Cum pace ἐν εἰρήνῃ. Id eſt ſaluum & incolumem, atque adeo bona cum gratia, ex Hebræorum idiotiſmo ſæpe iam à nobis explicato.

12 Sed omnino non fuit καὶ πάντως οὐκ ἦν. Hîc omnino καὶ ponitur pro ἀλλὰ, & ἦν explicandum eſt per Aoriſtum ſecundum. Non ſatis aptè igitur Vulgata conuertit, Et vtique non fuit. neque etiam Eraſmus, ſatis appoſitè, Et omnino non erat. Quum tempus opportunum habuerit ὅταν εὐκαιρήσῃ. Vulgata, quum ei vacuum fuerit. Vide Marc.6.d.31.

15 Stephanæ Στεφανᾶ. Vulgata addit, & Fortunati καὶ Φορτουνάτου. Quædam etiam exemplaria adiiciunt & Achaici, καὶ Ἀχαϊκοῦ, fortaſſis ex verſiculo 17. Stephanæ verò nomen non fœminam ſed virum declarat: quod annotaui in gratiam imperitorum Græcæ linguæ, vt & alia multa. Eſſe primitias ὅτι ἐστὶν ἀπαρχή. Vulgata ad verbum, quoniam ſunt primitiæ. Solet enim quoniam vſurpare εἰδικῶς. Eſt autem Helleniſmus, vt in illo Terentii, Scin' me in quibus ſim gaudiis? Eſtque alluſio ad Leuiticum ſacerdotium. qua ratione etiam fideles dicuntur oblatio Domini. Seſe addixiſſe ἔταξαν ἑαυτούς. Pronomina compoſita ſæpe iam admonuimus pro ſimplicibus interdum vſurpari apud idoneos etiam ſcriptores. Ita igitur puto hoc loco accipi ἑαυτούς, vt omnino alienum ſit ab Apoſtoli ſcopo quod nonnulli putant, iſtos nimirum commendari eo nomine, quòd vltrò & nonniſi à ſeipſis vocati, cœperint miniſterio Eccleſiaſtico vacare. Imò verò contrà nihil aliud tradit Apoſtolus quàm iſtos ſeſe totos ſanctorum miniſterio deuouiſſe, legitimè ſcilicet vocatos: ſiue de prædicationis miniſterio accipias, ſiue (quod potius amplector) de ea functione quæ pauperum ſubſidiis & gubernationi Eccleſiaſticæ dicata erat. Itaque τάττειν ἑαυτούς verti, ſeſe addicere, ita ſcilicet vt gradus & ſtatio conſtanter ſeruetur in qua fuerit aliquis collocatus. Hoc enim declarat verbum τάττειν. Vulgata & Eraſ. ad verbum, ordinauerunt ſeipſos. quæ interpretatio præbuit occaſionē illi quæſtioni de qua diximus, quia ſcilicet vocationes Eccleſiaſticæ cœperunt peculiariter Ordines vocari, κατ' ἀντίφρασιν opinor, quum nihil vſquam ſit æquè confuſum ac perturbatum.

16 Subiiciamini ὑποτάσσησθε. Id eſt honore & reuerentia proſequamini, illis cedite: & ab iis ſinite vos regi vt par eſt, quum ſeſe & ſuas facultates vobis iuuandis conſecrarint. 17 Abſentiam veſtram τὸ ὑστέρημα ὑμῶν. Id eſt, quod mihi deerat à vobis, quia ſcilicet à me aberatis, vt veſtro conſpectu frui non poſſem. Vulgata, quod vobis deerat, ſenſu deprauato. Eraſ. obſcurè, id quod mihi deerat veſtri. Quidā legunt τὸ ὑστέρημά μου, id eſt, id quod mihi deerat, nempe vt vos conſpicerem, & rerum veſtrarum ſtatum intelligerem. Nam ineptum fuerit ad collationem aliquam pecuniariam referre quam ab illis ipſe acceperit: quum tam expreſſè teſtetur ſe gratuito illis prædicaſſe, nec vnquā paſſurum vt hæc gloria ſibi extorqueatur. 18 Spiritum τὸ πνεῦμα. Id eſt, animum, vt ſuprà 2.c.11.

Aquila & Priſcilla, cum ea quæ in domo ipſorum *eſt* 'Eccleſia.

Oſculum. Salutant vos fratres omnes. Salutate alii alios 'oſculo ſancto. 20

Salutatio manu mea Pauli. 21

Siquis non amat Dominum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, 'maran atha. 22

Gratia Domini Ieſu Chriſti *ſit* vobiſcum. 23

Charitas mea *eſt* cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. 'Amen. 24

Ad Corinthios prior, miſſa fuit 'Philippis, per Stephanam & Fortunatū & Achaicum & Timotheum.

& Priſcilla, cū domeſtica ſua Eccleſia.

20 Salutant vos omnes fratres. |Saluta te inuicem in oſculo ſancto. Rom.16.e.16 2.cor.13.d.12 1.pet.5.d.14

21 Salutatio, mea manu Pauli.

22 Siquis non amat Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, ſit anathema, Marā atha.

23 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.

24 Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu Amen.

Ad Corinthios prior, miſſa fuit à Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicum & Timotheum.

19 Eccleſia ἐκκλησία. Eraſmus in annotationibus vertendum potius dicit Congregatione: qua in re ab eo diſſentio. Apparet enim Apoſtolum commēdare Aquilæ & Priſcillæ familiam, quaſi ſit Eccleſiola quædam. alioquin dixiſſet σὺν τῷ οἴκῳ αὐτῶν cum domo ipſorū. Quod autem reperitur apud Ambroſium, & in exemplaribus nonnullis veteris editionis Latinæ, Apud quos & hoſpitor, in nullis Græcis codicibus inueni. 20 Oſculo ſancto ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Id eſt, ſanctè ametis inter vos. Petita eſt autem hæc forma dicendi vel à conſuetudine illa mutuo ſeſe oſculandi in ſalutando, Iudæis magis quàm Græcis familiari: aut à mutuæ oſculationis ritu in Cœna Domini, ad ſummam illā animorum conſenſionem declarandum: quem ritum diſertè declarat Iuſtinus Apologetico ſecundo.

22 Maran atha μαρὰν ἀθά. Alii codices ſcribunt vno verbo μαραναθά, quod video eruditis nonnullis placere, quaſi vna ſit dictio Syriaca idem declarans atque apud Hebræos חרם, perperam tamen ſcripta à librariis, vt alia pleraque peregrina, quum ſcribēdum fuerit Maharamatha. Aliis placet duas eſſe dictiones, nempe מרן Dominus, & אתא venit. Aliis etiam tres, nempe מרן Dominus נא noſter אתא venit. Sed vtrouis modo ex duobus iſtis legas, puto non ſatis aptè conſiderari ſignificationem huius vocabuli in hoc loco interpretando, quum potius ſit τεχνικῶς accipiendum. Sic enim exiſtimo deſignari ſpeciem extremi anathematis: quia nimirum ea erat eius formula, quòd qui eo damnatus eſſet, Domini iudicio quaſi in manus citra vllam veniæ ſpem dederetur: vt ea ſit fortaſſe ſpecies tertia anathematis quam Thalmudiſtæ vocant שמתא, vt refertur in Theſbi Eliæ. Nam alioquin cauſa non erat cur Corinthios alloqueretur Chaldaicè, niſi vocabulum hoc fuiſſet Eccleſiis familiare, vt Amen, Aleluia, & alia nonnulla. Quòd ſi vera eſt potius eorum opinio qui vnicum vocabulum eſſe volunt, idem declarās atque Hebræorū חרם. miror ſanè cur non poſteriore loco poſuerit ἀνάθεμα, Syriaci ſcilicet vocabuli explicationē, vt in Abba Pater. Quid ſi igitur vel librarii mutarunt ordinem. vel, ἀνάθεμα ad marginem pro Syriaci vocabuli interpretatione annotatum, poſtea in contextum irrepſit? Sed de his hactenus: nihil enim hìc auſim aut velim affirmare.

24 Amen. Ἀμήν. Id eſt, ita eſt. Eſt enim confirmantis potius quàm optantis: niſi libeat interpretari ἡ ἀγάπη μου μεθ' ὑμῶν, &c. charitas mei *ſit* cum vobis omnibus in Chriſto Ieſu. Sicut ſubiici ſolet in extremis epiſtolis, Vale, & nos ama. Philippis ἀπὸ Φιλίππων. Sic ſcriptum inueni in omnibus Græcis codicibus: ſed tamen aſſentior iis qui Epheſi ſcriptam putant, vt dixi ſuprà verſ.5.

EPISTOLA PAVLI AD Corinthios ſecunda.

Πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐπιστολὴ δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, ac Timotheus frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, vna cum ſanctis omnibus qui ſunt in tota Achaia: 1

Sancti.

'Gratia *ſit* vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. 2

Gratiarū actio. 'Benedictus 'Deus ac Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater *inquam* ille 'miſericordiarum & Deus omnis conſolationis *author*, 3

Cōſolator Deus in tribulationibus. Conſolans nos in omni oppreſſione noſtra: in hoc vt nos poſſimus conſolari eos qui ſunt in quauis oppreſſione, per conſolationem qua nos ipſos conſolatur Deus. 4

Nam ſicut abundant 'perpeſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat & conſolatio noſtra. 5

'Siue autem opprimimur, 6

VETVS.

Cap.I.

1 Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia:

2 Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

3 |Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius cōſolationis, Epheſ.1.a.3 1.pet.1.a.3

4 Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi cōſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo.

5 Quoniam ſicut abundāt paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.

6 Siue autem tribulamur, pro veſtra B

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 Gratia & pax χάρις καὶ εἰρήνη. Hæc ſunt à nobis in epiſtola ad Romanos & ſuperiore expoſita.

3 Benedictus εὐλογητὸς. Id eſt, Laus & gloria tribuatur. Sic enim homines benedicunt Deo, vt alibi expoſuimus. Deus ac Pater ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1.Cor.15.c.24. Miſericordiarum τῶν οἰκτιρμῶν. Heb. רחמים. i. ſummè miſericors. Hæc enim eſt emphaſis pluralis numeri. quanquam aliis placet ſubtilius hoc explicare. 5 Perpeſſiones Chriſti τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ. Id eſt ærūnæ quas ob Chriſtum perpetior, ſiue quas in me perpetitur Chriſtus, vt Rom.8.d.17, & Col.1.d.24. Quod autē attinet ad πάθημα, de eo diximus Rom.7.a.5.

6 Siue autem opprimimur, εἴτε δὲ θλιβόμεθα. Triplicem huius loci lectionem inuenio: vnam ſcilicet quam ſum ſequutus, in Complutenſi editione, quinque vetuſtis codicibus, & Græcis etiam ſcholiis: alterā in Vetere interprete: tertiam, quā amplexus eſt Eraſmus, & habēt omnes excuſi codices quos quidē inſpexerim. Vetus ergo interpres ſic legit, εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, id eſt, ſiue autem opprimimur, pro veſtra conſolatione (ſic enim malo cum Eraſmo interpretari, quàm exhortatione) & ſalute *opprimimur*: ſiue conſolationem accipimus, *id fit* pro veſtra conſolatione & ſalute quæ efficitur in tolerantia earundem perpeſſionum quas &

nos patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis. Hîc tamen variant codices. nam in quibuſdam inſeritur aliud membrum, Siue conſolamur, pro veſtra conſolatione. manifeſto tamen errore, quum conſolari & exhortari Græcis ſit vnum verbum. Deinde pro Quæ efficitur in tolerantia, nonnulli codices habent, Quæ operatur tolerantiā: & pro, Etiā ſpes noſtra firma eſt, legitur alicubi, Vt ſpes noſtra firma ſit, repugnantibus omnibus Græcis exemplaribus quæ quidem inſpexerim. Tertia autem lectio hæc eſt, εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. id eſt, Siue autem affligimur, *id fit* pro veſtra conſolatione ac ſalute, quæ efficitur in tolerantia earundem perpeſſionum quas & nos patimur: ſiue conſolationem accipimus, pro veſtra conſolatione ac ſalute. & ſpes noſtra firma eſt de vobis. Cæterùm ex tribus iſtis lectionibus primam potiſſimum ſum amplexus, non modò ex eorum codicum fide & authoritate quos antè citaui, ſed etiam quòd optimè omnium cohæreat. Nam niſi ita legas, manifeſtum erit ſolœcophanes in participio εἰδότες verſ. 7.

exhortatione & ſalute: ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute quæ operatur in tolerantiam earũdem paſſionum quas & nos patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis:

Scientes quòd ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.

Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.

Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſũ mortis habuimus, vt non ſimus fidẽtes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos,

Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem ſperamus quoniam & adhuc eripiet.

Rom. 15. g. 30. C ‖Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agãtur pro nobis.

″pro veſtra conſolatione ac ſalute *opprimimur*, ″quæ efficitur in tolerantia earundem perpeſſionum quas & nos patimur: ″& ſpes noſtra″ de vobis firma *eſt*: ſiue cõſolationes accipimus, pro veſtra conſolatione ac ſalute *conſolationem accipimus*.

7 ″Scientes quòd ſicut ſocii eſtis perpeſſionum, ita *ſocii eritis* etiam conſolationis.

8 Non enim volumus vos ignorare, fratres, ″de oppreſſione noſtra quæ nobis fuit in Aſia, quòd *ſcilicet* ſummè grauati fuimus ſupra facultatem, ″àdeo vt nos prorſus animi penderemus etiam quoad vitam.

9 ″Sed ipſi″ apud nos″ decretum mortis habuimus, vt ne confideremus in nobiſipſis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos, Fidendum Deo.

10 Quí *que*″ ex tanta morte liberauit nos, & liberat: in quo ſperamus quòd etiam adhuc liberabit.

11 ″Vobis etiam vnà operam conferentibus pro nobis in deprecationem, ″vt pro dono ex multis perſonis in nos *collato*, gratiæ″ per multos agantur″ pro nobis. Orationes.

Pro veſtra conſolatione ac ſalute *opprimimur* ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας Vulg. pro veſtra exhortatione & ſalute. Eraſmus, *id fit* pro veſtri conſolatione ac ſalute. Ac certè mihi videtur παράκλησις hoc in loco conſolationem potius quàm exhortationem declarare: Deinde quum in omnibus codicibus poſt θλιβόμεθα adſcribatur diſtinctio, omnino ſubaudiendum eſt verbum aliquod ad explendam ſententiam. quod etiam indicat copulatiua coniunctio ſequens in καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, & ſpes noſtra. Ideo Eraſmus ſuppleuit, id fit: ego verò putaui idem verbum potius repetendum, vt in Græcis etiam ſcholiis repetitur. Sic enim loqui mos eſt: ideóque opinor hãc eclipſin fuiſſe vſurpatã, ne moleſta eſſet eiuſdem verbi repetitio: vt infrà 2.b.10, & 5.c.13. Quæ efficitur τῆς ἐνεργουμένης Noua quidem eſt hæc formula Latinorum auribus, ſed digniſſima quæ à Chriſtianis omnibus vſurpetur. Etſi enim gratuitò nobis datur ſalus, quia tamen certo itinere ad eã peruenitur, nimirum innocentis & integræ vitæ curriculo peracto: ideo dicimur ſalutem noſtram operari, vt Philipp. 2.b.12. Iam verò quia Deus vnus eſt qui pro gratuita ſua beneuolẽtia in nobis omnia efficit, ideo dicitur ſalus ab eo effici in nobis, per ea ipſa ſcilicet per quæ nos ad æternam vitam oportet, ſuperatis omnibus difficultatibus, contẽdere. Vulg. & Eraſ. quæ operatur, actiua ſcilicet ſignificatione: quo modo fateor hoc participium à Paulo ſolere vſurpari, vt Galat. 5.a.6. & verbum ἐνεργεῖσθαι Rom. 7.a.5, & infrà 4.c.12. ſed tamen ſi ſpectemus de quo hîc agatur, quomodo ſcilicet aliorum exemplis conſolatio ipſáque adeo ſalus in ſanctis efficiatur, fatebimur paſſiuè id accipiendum hoc in loco, vt etiam explicat Chryſoſtomus. Et ſpes noſtra καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν. Eraſmus, ſpes etiam noſtra, quia ſcilicet in ſequentem verſiculũ hoc reiecit. Mihi verò videtur ſimpliciſſima lectio ac planè germana quã ſum ſequutus. Neque enim poſſumus ſatis commodè ſubaudire particulam οὕτω, id eſt ſic, quia non præceſſit ὡς. De vobis ὑπὲρ ὑμῶν. Id eſt περὶ ὑμῶν. Nam has præpoſitiones ſæpe permutari ſatis conſtat apud idoneos etiam authores. Vulg. & Eraſ. pro vobis. 7 Scientes εἰδότες. Vt melius agnoſcatur iunctura huius participii cũ ſuperiore verſiculo, repetimus verbum παρακαλούμεθα. Niſi verò ita legas vti nos fecimus. i. ſi in hunc locum reiicias, Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, dicendum erat εἰδότων potius quàm εἰδότες. 8 De oppreſſione ὑπὲρ τῆς θλίψεως. Iterum ὑπὲρ pro περὶ, vt ſupra verſ. 6. Sicut in illo Virgilii, Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Adeò vt nos prorſus animi pender. ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς. Id eſt, vt prorſus perplexi & inopes conſilii eſſemus quomodo periculũ vitæ euaderemus. quoad humana ſcilicet præſidia, & quantum ipſe poterat iudicare. Dicitur enim ἀπορεῖσθαι qui non nouit quomodo ſeſe ex aliqua difficultate expediat: cuius verbi vim auget præpoſitio ἐξ. Vulgata, ita vt tæderet nos, ſententia non modò non expreſſa, ſed etiam deprauata. Eraſmus, vt deſperauerimus. à quo verbo libens abſtinui.

9 Sed ἀλλά. Eraſmus, Quinetiam, ἀλλὰ καὶ, quaſi amplius aliquid ſignificetur quàm ſuperiore verſiculo. Apud nos ἐν αὐτοῖς. Id eſt intus & in animo. Vulg. & Eraſ. in nobiſipſis. Decretum mortis hab. τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου. Id eſt, apud me conſtitutum & decretum erat mori: ſed metaphora ab iis ſumpta in quos pronuntiatum eſt capitis iudicium, vt τὸ ἀπόκριμα non aliud declaret quàm κρίμα. quum alioqui ſecretionem ſignificet. Quibuſdam verò placet pro reſponſo ſeu denuntiatione accipere: quaſi præſentia pericula præſentem mortem veluti denuntiarent. Mihi videtur ſimpliciſſima prior interpretatio. 10 Ex tanta morte ἐκ τηλικούτου θανάτου. Summa illa pericula per auxeſin vocat mortem. Vulg. ex tantis periculis, non expreſſa illa amplificatione. Ambroſius videtur legiſſe ἐκ τηλικούτων θανάτων, ex tantis mortibus. 11 Vobis etiam vnà, &c. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. Vulg. Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis. Eraſ. Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis. Atqui ſcriptum non eſt τῇ ὑπὲρ ἡμῶν δεήσει. Deinde δέησις deprecationem potius quàm orationem declarat, vt diximus Act. 1.c.14. Sed tamen quod ad ſententiam ipſam attinet, nihil variat. Vt pro dono ex multorum, &c. ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα. Primùm omnium rectè, meo iudicio, annotauit Valla traiectionem articuli: quaſi ſcilicet ſcriptum ſit ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα. neque cauſa erat cur hac traiectione offenderetur Eraſmus. cuius ſimile exemplum occurrit hoc ipſo capite, verſ. 24, vbi ſcriptum eſt ὑμῶν τῆς πίστεως pro τῆς ὑμῶν πίστεως. Quod autem attinet ad ἐκ πολλῶν προσώπων, præpoſitionem ἐκ ſimpliciter ita accipio vt cauſam inſtrumentalem declaret. Hoc enim dicit Apoſtolus, fore vt quum per multorum deprecationem fuerit è periculis liberatus (quam liberationem χάρισμα vocat) per multos viciſſim agãtur gratiæ pro eo beneficio: vnde rectè colligit ſeſe communi Eccleſiæ totius bono affligi ſolere, vt explicat infrà 4.d.15. Ergo προσώπων hoc loco nihil aliud declarat quàm ἀνθρώπων, niſi malimus accipere pro reſpectu, id eſt pro מפני vt Hebræi loquuntur: ita tamen vt eadem maneat ſententia. i. vt cauſa inſtrumentalis declaretur, non autem finalis. Hoc enim vix ferat præpoſitio ἐκ. Vulg. ex multarum perſonis facierum, manifeſtè corrupta lectione: quũ ſemel duntaxat ſcriptum ſit προσώπων, vt mihi quidem omnino videatur interpres ad verbum conuertiſſe ex multorum facie. vel, vt Eraſ. quoque perobſcurè vertit, ex multorum perſonis. In quibuſdam codicibus legitur ἐν πολλῷ προσώπῳ. quod & ipſum eſt admodum obſcurũ, ac fortaſſis perperam ſcriptum eſt pro ἐν πολλῶν προσώπῳ. i. publicè & coram multis, nimirũ in publico cœtu. Legit enim Ambroſius, in multorum facie. Per multos διὰ πολλῶν. Hoc nuper quidam prætermiſit, ſuo more ſcilicet quiduis vel adiiciens, vel detrahens, vel immutans. Græca verò ſcholia, quia ἐκ πολλῶν προσώπων interpretantur de iis ipſis à quibus agendæ ſint gratiæ, ne hoc poſterius videatur redundare; perinde explicarũt ac ſi ſubaudiretur τρόπων. i. multis modis. quæ interpretatio prorſus eſt violenta. Pro nobis ὑπὲρ ἡμῶν. Complutenſis editio & quatuor vetuſti codices ſcriptum habent ὑπὲρ ὑμῶν, pro vobis. i. veſtro nomine, vel quòd veſtris precibus fuerim liberatus. Sed altera lectio mihi videtur huic loco melius conuenire.

Synceritas Pauli in prædicãdo Euangelio.

Nam gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium *ſcilicet* conſcientiæ noſtræ: quòd cum ſimplicitate″ & ſynceritate Dei, non cum ſapiẽtia carnali, ſed″ cum gratia Dei conuerſati fuerimus in mũdo, ″potiſſimum autem″ apud vos. 12

docentes doctrinã gratiæ.

Non enim alia ſcribimus vobis″ quàm″ quæ legitis′ aut etiam agnoſcitis. ſpero autẽ quòd′ vſque ad extremũ quoque agnoſcetis, 13

ſ: [illegible] prius audita ἐπιγ:

Sicut & agnouiſtis nos ex parte, ″quòd *ſcilicet* gloriatio veſtra ſumus, quemadmodum & vos noſtra, ″in diem Domini Ieſu. 14

Itaque hac fiducia volui ad vos venire ″primùm, ′vt ſecundam gratiam haberetis: 15

Et per vos tranſire in Macedoniam, & rurſum à Macedonia venire ad vos, ac′ à vobis deduci in Iudæam. 16

Hoc igitur′ quum conſultarem, nunquid leuitate ſum vſus? aut num quæ conſulto, ″ſecundum carnem conſulto, ′vt ſit apud me Etiam & Non? 17

′Imò″ fidelis Deus, quòd ſermo noſter quo *vſus ſum* apud vos, nõ fuit Etiam & Non. 18

Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium cõſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei, cõuerſati ſumus in mundo, abundãtius autem ad vos.

Nõ enim alia ſcribimus vobis, quã quę legitis & cognoſcitis: ſpero autẽ quòd vſque in finem cognoſcetis,

Sicut & cognouiſtis nos ex parte, quòd gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, ĩ die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Et hae confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis:

Et per vos tranſire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudęam.

Quum ergo hoc voluiſſem, nũquid leuitate vſus ſum? aut quę cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me Eſt & Non?

Fidelis autẽ Deus, quia ſermo noſter qui fit apud vos, non eſt in illo Eſt & Non? D

12 Et ſynceritate Dei καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, Id eſt candore, & animi quaſi perſpicuitate ſancta & vera, vt hactenus quæ coram Deo conſtet. ſicut Iuſtitia Dei dicitur apud Paulũ Iuſtitia qua coram Deo habemur pro verè iuſtis, in Chriſto ſcilicet. Cum gratia Dei ἐν χάριτι Θεοῦ Id eſt, fretus ea ſapientia quam Deus mihi cælitus eſt gratificatus. Gratiam enim μετωνυμικῶς accipit pro ipſo dono: & pro ſpecie poſuit genus ipſum, vt apparet ex antitheſi. quanuis nihil prohibeat cum ſapientia adiungere reliqua Spiritus dona. Potiſſimum autem περισσοτέρως δὲ Vulg. & Eraſ. nonnihil horridè, abundantius autem. Apud vos πρὸς ὑμᾶς. Id eſt παρ' ὑμῖν, vt apud Demoſthenẽ πρὸς ὑμᾶς ζῶσι apud vos degentibus. Vulgata, ad vos. Eraſ. erga vos. Sic accipitur infrà 3.a.4.

13 Quàm ἀλλ' ἤ. i. ἤ. Sic Plato in Apologia, ἵνα ἄλλον λόγον ἔχοισι βοηθοῦντες ἐμοὶ, ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθὸν καὶ δίκαιον; Quæ legitis ἃ ἀναγινώσκετε. Non diſſimilis locus occurrit infrà 3.a.3. Venuſtè autem dicit Paulus, ſe non aliud ſcribere quàm quod legeretur, id eſt candidè, ſyncerè & abſque vllo fuco ſcribere: vt eam ſynceram ſimplicitatem probaret quam ſibi tribuerat ſuperiore verſiculo. Nam qui tecta aut fucata oratione vtitur, meritò ſanè dicitur alia ſcribere quàm quæ leguntur: veluti ſiqua honeſta mulier dicat ſe non aliam faciem afferre quàm quæ ſpectatur: quod non poſſit ei tribui quæ ſeſe fuco illinat, & quîcum, vt inquit ille, facies ſua non dormiat. Videtur tamen hæc expoſitio nimium frigida doctiſſimo interpreti. Itaque pro ἀναγινώσκετε exponit recognoſcitis. i. tacito animi conſenſu verum eſſe intelligitis, ἐπιγινώσκετε verò, agnoſcitis. i. veſtro conſenſu approbatis. ſicut agnoſcere liberos accipitur apud iuriſconſultos ἀντὶ τοῦ προσίεσθαι. Aut etiam agnoſcitis ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. Id eſt, aut etiam ipſi iam ſatis noſtis & intelligitis. vt non iam epiſtolam, ſed ipſos eorum animos faciat Apoſtolus ſui illius perpetui candoris teſtes, quo aduerſum eos vſus fuerat. quæ expoſitio videtur optimè cohærere cum iis quæ ſubiiciuntur. Nam alioquin quanuis oratio ſit animi interpres, tamen non ita difficile eſt candorem ſcribendo ſimulare. Aut, agnoſcitis, nempe vt iam antè vobis nota, vel ſaltem iis prorſus reſpondentia quæ olim ex me præſente audiſtis. ſicut Baſilius prima epiſtola teſtatur ſe ἐπιγνῶναι, id eſt agnouiſſe epiſtolam à Gregorio profectam, ſicut, inquit, quoſdam agnoſcimus eſſe quorundam filios, ex eo quòd parentum vultum referant. Cæterùm in Græcorum ſcholiorum contextu nõ legitur hoc membrum, ſed librariorum incuria prætermiſſum eſt, vt ex interpretatione appa ret. Exponunt autem τὸ ἀναγινώσκειν non vti nos fecimus, legendi verbo, ſed recognoſcendi. Recognoſcimus verò quæ reminiſcendo cognoſcimus. vnde ἀνάγνωσιν Macrobius repetitam cognitionem interpretatur. ἐπιγινώσκειν autem accipiunt de ſimplici cognitione. quaſi diceret Apoſtolus ſe non alia ſcribere quàm quorum poterant ipſi Corinthii recordari, aut etiam quæ ſponte ipſi ſcirent & intelligerent, etiamſi ea non ſuggereret. Verùm ea interpretatio mihi videtur violenta, nec ſatis cũ præcedentibus & ſequentibus cohærere. Vetus interpres legit καὶ ἐπιγινώσκετε & cognoſcitis, ſublata diſiunctiua particula. Vſque ad extremum ἕως τέλους. Id eſt perfectè. Huic enim opponitur τὸ ἀπὸ μέρους, id eſt ex parte. Vos, inquit Paulus, quis ſim cognouiſtis aliqua ex parte, vt qui apud vos fuerim tandiu verſatus, & ad vos etiã antea ſcripſerim. Spero autem fore vt eundem eſſe me porrò cognoſcatis, vt initium reſpondeat extremo.

14 Quòd *ſcilicet* gloriatio veſtra ſumus ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμέν. Vel gloriationem veſtram eſſe. Nam ὅτι accipiendum eſſe εἰδικῶς non αἰτιολογικῶς pro ſiquidem aut quoniam, vel ex eo apparet quòd in nullis Græcis codicibus adſcriptum inuenimus punctum poſt μέρους, ſed ſimplicem tantùm diſtinctionem. Gloriatio autem Pauli hæc erat in Domino, quòd Corinthios lucrifeciſſet: Corinthiorũ verò quòd à tali Apoſtolo tam purè ac ſyncerè fuerant inſtituti. In diem ἐν ἡμέρᾳ. Sic malo conuertere quàm in die, quia nõ præceſſit ἐσόμεθα erimus, ſed ἐσμὲν ſumus. Diem autem vocat Domini Ieſu, ſiue, vt in aliis codicibus legitur, Domini noſtri Ieſu Chriſti, diem illum quo ſupremus ille iudex ſedebit, vt declarat ipſe Apoſtolus Rom.2.d.16. 15 Primùm πρότερον. Id eſt vos primos inuiſere. vt à vobis demum in Macedoniam venirem, vt ſequenti verſiculo explicat. Aliud tamen antea fuiſſe ipſius conſilium liquet ex prioris epiſtolæ cap.16.b.5.6, & 7, & res ipſa hoc comprobauit. Vide 1.Cor.15.d.32. Secundam gratiam δευτέραν χάριν. Id eſt alterum hoc beneficium, nempe ſi vos in hac profectione bis inuiſiſſem, vt ſequẽti verſiculo exponit. Neque enim ad priorem epiſtolam hoc ſatis commode referri poſſe videtur. Alioquin etiam ſolet epiſtolæ miſſionem ſub aduentus nomine comprehendere, vt dicemus infrà 13.a.1. Græci χάριν interpretantur χαρὰν id eſt gaudium, ſicut in vernaculo noſtro ſermone vocamus *un plaiſir* tum beneficium ipſum, tum etiam voluptatem quæ ex eo percipitur. Eraſmus, geminam gratiam. 16 A vobis ὑφ' ὑμῶν. In vno codice ſcriptum erat ἀφ' ὑμῶν, à vobis. i. à veſtra regione.

17 Quũ conſul. βουλευόμενος. Vulg. quũ voluiſſẽ βουλόμενος. Eraſ. quũ in animo verſarẽ, διανοούμενος vel ἐνθυμούμενος. Idẽ tamen mox vertit βουλεύομαι cogito, cum Vetere interprete, quẽ alioquin frequenter ſolet reprehendere quòd copiã affectet minimè neceſſariam. Secundũ carnẽ κατὰ σάρκα .i. hominũ more, qui & temere ſolent polliceri quiduis, & leuiter conſilium mutare. quod ante explicauit vocabulo ἐλαφρίας à ceruorum leuitate ducto. Aliis placet contraria prorſus ſententia exponere, ſecundum carnem, id eſt vt homines ſolent, qui ſcilicet ſine exceptione conſtituunt quicquid libuit, ideóque ſæpe ſua ſpe falluntur: quum ſancti nihil ſoleant decernere niſi addita conditione cuius ſit mentio Iacob.4.c.15. Sed alteram interpretationem potius amplector. Vt ſit apud me Etiam & Non? ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ Ναὶ καὶ Οὔ; Id eſt, vt aliquid modò affirmem, modò negem? Nam τὸ ναὶ quod conuertimus Etiam, declarat affirmantem ſermonem, τὸ οὐ negantem, vt diximus Matth.5.f.37. Eraſmus, vt ſit apud me *quod eſt* etiam, etiam, & *quod eſt* non, non? ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ; & fateor ita legi in Græcis codicibus, & Chryſoſtomum quoque hæc interpretari, quaſi negaret Apoſtolus ſe in hac deliberatione ſequutum hominum conſuetudinem, qui ſine exceptione ſolent aliquid ſe facturos aut non facturos polliceri. ſed has cauſas habui cur aliam lectionem ſequi mallem, nimirum quòd longè melius cohæreant quæ ſequuntur, & ita etiam legat Vetus interpres: cum quo facere comperimus vnum ex vetuſtis noſtris codicibus. Suſpicor autem locum fuiſſe deprauatum ex ſimilium locorum collatione, nempe Matth.5.f.37, & Iacob.5.c.12.

18 Imò δὲ Id eſt μᾶλλον δὲ, vt rectè expoſuit Eraſmus, quum ſubiiciatur interrogationi. Sed nihil tamen ſubaudio inter præcedentem interrogationem, & hanc reſponſionem. Fidelis Deus πιστὸς ὁ Θεός. Id eſt verax, & de cuius fide ſit nefas dubitare. Eſt autem in his verbis ſpecies iuriſiurandi: quaſi dicat Paulus (calumniæ ſcilicet depulſionem à perſona transferens ad doctrinam, de cuius retinenda authoritate potiſſimum laborabat,) Teſtis ſit mihi Deus ipſe fidelis & omni exceptione maior. vel, nouit Deus fidelis teſtis, me vobis eandem veritatem conſtanter prædicaſſe. Vocat enim τὸν λόγον prædicationem Euangelii, vt exponit proximo verſiculo, non autem quod epiſtola priore promiſerat, vt putauit Eraſmus.

19 Dei enim Filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me & Syluanũ & Timotheũ, nõ fuit in illo Eſt & non, ſed Eſt in illo fuit.

20 Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo Eſt: ideo & per ipſũ, Amẽ, Deo ad gloriam noſtram.

21 Qui autem confirmat nos vobiſcũ in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus.

22 Qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

23 Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthum.

24 Non quia dominamur fidei veſtræ: ſed adiutores ſumus gaudii veſtri. nã fide ſtatis. Cap. II.

1 Statui autem hoc ipſum apud me, ne iterũ in triſtitia venirẽ ad vos.

2 Si enim ego cõtriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?

3 Et hoc ipſum ſcripſi vobis, vt non quum venero, triſtitiã ſuper triſtitiã habeã, de quibus oportuerat me gau

19 Nã Dei filius Ieſus Chriſtus, qui inter vos per nos prædicatus eſt, *id eſt* per me & Syluanum ac Timotheum, ′nõ fuit Etiam & nõ, ″ſed Etiam in ipſo fuit.

20 Quotquot enim *ſunt* promiſſiones Dei, in ipſo ′*ſunt* Etiam, ″& in ipſo *ſunt* Amen, ″ad Dei gloriam ′per nos.

21 Porrò ′qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtum, ′& qui vnxit nos, Deus *eſt*:

Confirmatio. Vnctio.

22 Qui etiam obſignauit nos, deditque ′arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.

Spiritus ſanctus.

23 ″Ego verò teſtem Deum inuoco ′in animam meam, quòd parcens vobis, nondum venerim Corinthum:

24 Non quòd ″dominemur veſtræ fidei, ſed *quod* adminiſtri ſimus ″gaudii veſtri. nam fide ſtatis.

Cap. II.

1 HOc autem mihi faciendum iudicaui, vt ne rurſus ad vos cũ triſtitia venirem.

De Corinthio Eccleſiæ cõſeſſu eiecto: qui reſipiſcẽs receptus eſt.

2 Nam ſi ego triſtitia vos afficiam: ′quis eſt qui exhilaret me, niſi is qui triſtitia afficitur ex me?

3 Et ſcripſi vobis ″hoc ipſum, ne, quum venero, ′triſtitiam capiam ex iis ex quibus oportebat me gaudere: ″cõfiſus vobis omnibus,

19 Non fuit Etiam & non οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ οὔ. Id eſt, non fuit varius & inconſtãs, ſed prorſus idem. Vulgata, non fuit in illo Eſt & nõ, deprauatè. Nam in illo, irrepſit ex ſequenti verſiculo. In duobus autem codicibus pro ἐγένετο legimus ἐστὶ, quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres, eadem manente ſententia. Sed Etiam in ipſo fuit ἀλλὰ Ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Id eſt, idem ſemper & vnus fuit in Deo. Nam ἐν αὐτῷ ad Deum neceſſario pertinet, cuius filius eſt ipſe Chriſtus, ipſa conſtantiſſima Patris veritas.

20 *Sunt* Etiam in ipſo ἐν αὐτῷ τὸ Ναί. Id eſt, omnes in vno Chriſto proponuntur exhibendæ ac præſtandæ, conſtanti ac inuariata ratione. Neque enim poſſumus Deo aliter quàm in vno Filio placere, ac proinde promiſſionum participes fieri. Et in ipſo *ſunt* Amen καὶ ἐν αὐτῷ Ἀμήν. Id eſt, & in ipſo ſunt exhibitæ ac completæ, quum ille ſcilicet munere ſuo defunctus, & ſibi & nobis hæreditatem illam cæleſtem creuerit. Itaque τὸ ναὶ ad promittentem refero, qui Chriſtum vt vnum certúmque promiſſionum ſcopum propoſuerit, τὸ ἀμὴν verò ad Chriſtum ipſum qui illas impleuerit, vt nobis quoque ratæ fierent. Nam τὸ ναὶ ſpondentis eſt, τὸ ἀμὴν verò ratum habentis quod dictum eſt aut factum. de quo diximus 1. Corinth. 14. c. 16. Sicui tamen nimium arguta videbitur hæc diſtinctio, non incommodè dixerit, Apoſtolum, Hebræorum more, & emphaſeos cauſa bis idem dixiſſe, diuerſis tamen linguis, vt in Abba Pater. Sed Vetus interpres totum hũc locum ita legit, διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀμὴν, ideo & per ipſum Amen, quo modo in vno Græco exemplari ſcriptum inuenimus. Ad Dei gloriam τῷ Θεῷ εἰς δόξαν. Id eſt, vt Deo cedat gloria, vt Græca ſcholia rectè exponunt. Sed hæc traiectio videtur paulo obſcurior in Latino ſermone, ſi cum Vetere interprete & Eraſmo conuertamus ad verbum, Deo ad gloriam. Reperio autem in omnibus codicibus Græcis diſtinctionem additam poſt ἀμὴν, vt τῷ Θεῷ commodè non poſſit cum præcedentibus connecti. quod tamen faciẽdum eſt, ſi Veterem interpretem ſequamur.

Per nos δι' ἡμῶν. Id eſt, vt per nos, Euangelii ſcilicet miniſtros, Dei gloria in Chriſto pateſiat. niſi malimus, eadem tamen manente ſententia, hoc connectere cum præcedentibus. ſic enim omnes promiſſiones ſunt Etiam & Amen in Chriſto, vt ad hoc ipſum beneficium nobis applicandum Deus miniſtrorum opera vtatur. Vulgata, noſtram, id eſt ἡμῶν, ſublata præpoſitione.

21 Qui nos confirmat vobiſ. ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν. Hæc diſtinctio oſtendit de quibus dictum ſit δι' ἡμῶν, id eſt per nos, ſuperiore verſiculo, nimirum de miniſtris verbi. Vult enim Paulus oſtendere quomodo valeat ductum argumentum à Chriſti perſona ad miniſtros verbi, quia ſcilicet quod Chriſtus præſtitit, hoc ipſum annũtiatur à miniſtris, & Chriſti idem Spiritus per miniſtros Eccleſiam regit. Et qui vnxit καὶ χρίσας. De miniſtris loquens quos Spiritus Dei dicitur vngere, alludit ad Sacerdotum & Prophetarum atque adeo Regum vnctionem in Lege vſurpatam. quanuis fatear hoc etiam poſſe in genere de omnibus fidelibus dici, vt 1. Pet. 2. b. 9. Sed ſpectandum de quo hîc laboret Paulus, nempe de aſſerenda miniſterii ſui & ſuorum collegarum dignitate: aduerſus eorum calumnias qui ipſum accuſabant leuitatis, quaſi Spiritu Dei non regerentur, vt qui ad eos non veniſſent ſicut polliciti fuerant.

22 Arrhabonem ἀῤῥαβῶνα. Hebræi, à quo videntur hoc vocabulum ſumpſiſſe Græci, ערבון vocant id omne quo dato confirmatur fideiuſſio. Ideò Vetus interpres pignus conuertit. Sed arrha ſiue arrhabo peculiariter dicitur pars aliqua perſoluta pretii in venditione interuenientis, vt fides fiat reliquæ perſoluendæ ſummæ. Tranſlatitiè igitur Paulus dicit miniſtros verbi accipere à Deo Spiritus dona, quaſi pro arrhabone ſuæ vocationis. i. pro fideiuſſione pacti quod cum illis iniit, tum miniſtrorum, tum auditorum reſpectu.

23 Ego verò Ἐγὼ δὲ. Hinc oportuit auſpicari ſecundum caput. In animam meam ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. Id eſt, in meum caput, ſiue vitæ meæ periculo. Nam in vero iureiurando Deus non tantùm vt teſtis, ſed etiam vt vindex aduocatur, ſicut diximus 1. Cor. 15. d. 31. Sic apud Hebræos additur לנפשי. Quidam hoc loco teſtem in animam meam interpretatus eſt, animi mei .i. ſentẽtiæ aut voluntatis teſtem. quàm rectè, ipſe viderit. 24 Dominemur veſtræ fidei κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως. Id eſt τῆς ὑμῶν πίστεως, vt ſuprà 1. c. 11. Eraſ. dominemur vobis *nomine* fidei, quaſi ſubaudiatur ἕνεκα, vt vitetur traiectio articuli. Sed hoc planè eſt violẽtum. Cæterùm hoc addidit Paulus, quòd alioquin videri poſſet nimium imperioſè loquutus. quaſi diceret, Quod autem dixi me non veniſſe vt vobis parcerem, ſic accipite non quaſi pro meo iure poſſim apud vos quiduis in religione & conſcientiis veſtris obſtringendis vel relaxandis, ſed quia ſum Dei adminiſter ad vos cõſolandos & erigendos. Quidam nuper ſic conuertit hunc locum, Non quòd vobis fiduciam derogemus, ſed cõſulamus veſtro Gaudio. Obſecro verò quid eſt ſumma impudentia quiduis audere in interpretando, ſi hoc non eſt? Gaudii τῆς χαρᾶς. Gaudium ac pacem conſciẽtiæ, cuius Deum facit authorẽ, ſe verò adminiſtrũ cum ſuis, tacitè opponit tyrannico terrori: ſimúlq; propriũ Euangelii finẽ deſignat.

IN CAPVT II.

1 Cum triſtitia ἐν λύπῃ. Id eſt triſtitiæ cauſam vobis afferens. quod futurum erat ſi prius ad eos veniſſet quàm reſipuiſſent, vt ab ipſo fuerant admoniti priore epiſtola, cuius etiam reſpectu addidit particulam πάλιν.

2 Quis eſt καὶ τίς ἐστιν. Vulgata & Eraſmus, & quis eſt. Ego verò exiſtimo καὶ prorſus παρέλκειν. Hic enim ſenſus eſt, Conſtitui omnino ita ad vos venire, vt nullam vobis rurſus afferam triſtitiæ occaſionem. Nam ſi vos affecerim moleſtia, quis ſuperſit qui me exhilaret? Vos enim ii vni eſtis ex quibus nunc poſſim voluptatem capere: quibus iterum moleſtia affectis, non eſt quòd aliunde gaudium ſperem. Sed ſingulari numero dicit ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ, tacitè (vt ex ſequentibus apparet) eum deſignans quem iuſſerat tradi Satanæ: nunc autem in primis ſibi conciliatum cupit, quòd eum reſipuiſſe intellexiſſet. Quòd ſi quis velit ſeruare particulam καὶ, neceſſe fuerit apoſiopeſin bene longam conſtituere poſt λυπῶ ὑμᾶς. 3 Hoc ipſum τοῦτο αὐτό. Illud ipſum ſcilicet quod illi ac vobis moleſtiam attulit. Hoc enim ad priorem epiſtolam referendum eſt, qua illum iuſſerat tradi Satanæ. Itaque ἔγραψα non cõuerti ſcripſeram, ſed ſcripſi: nec ἐλθὼν quum veniſſem, ſed quum venero, cum Vetere interprete: nec λύπην ἔχω, triſtitiam caperem, ſed triſtitiam capiam. Triſtitiam capiam λύπην ἔχω. Vulgata, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, λύπην ἐπὶ λύπῃ ἔχω, quod exiſtimo, perinde vt Eraſmus, trãſlatum eſſe ex Philipp. 2. d. 27. quanuis ita legerim in Complutenſi editione, & alio quodam codice vetuſto. Confiſus πεποιθώς. Quia, inquit, omnino ſperaui fore vt quod mihi diſplicere intelligeretis, ſtatim tolleretis: quia mea gaudia exiſtimatis vobis eſſe communia:

quòd meum gaudium, omnium veſtrum ſit.

Lachrymæ Pauli.

4 Nã ex multa oppreſſione & anxietate cordis ſcripſi vobis, per multas lachrymas: non vt triſtitia afficeremini, ſed vt cognoſceretis charitatem quam habeo abundantiſſimam erga vos.

5 Quòd ſiquis ʹtriſtitiã attulit, ʺnon mihi triſtitiam attulit, ʺſed quadantenus, ne ~~illum~~ aggrauem, vo~~bi~~s omni~~bus~~.

6 Sufficit iſtiuſmodi *homini* obiurgatio hæc *facta* à pluribus:

7 ʹVt è contrario potius vos condonetis & conſolemini, ne quo modo ʺredundante triſtitia abſorbeatur *vir* huiuſmodi.

8 Quapropter precor vos vt ʹratam faciatis in illum charitatem.

9 Nam ʺin hũc finem etiã ſcripſi, vt cognoſcerem probationẽ veſtri, *id eſt* an ad omnia obedientes ſitis.

10 Cui verò cõdonatis, & ego *condono*. nam & ego ſiquid cõdonaui, cui condonaui, propter vos *condonaui*, ʺin conſpectu Chriſti.

11 ʹNe occupemur à ſatana: nõ enĩ illi⁹ ʺmachinatiões ignoramus

12 ʹPorrò quum veniſſem Troadem ʹad *prædicandum* Euangeliũ Chriſti, & oſtium mihi eſſet apertum per Dominum,

Titus.

13 Non habui relaxationem *in* ʺſpiritu meo, eo quòd non inueniſſem Titum fratrem meũ: ſed ʺquũ illis valedixiſſem, abii in Macedoniam.

14 Deo autem gratia, ʺqui ſemper facit vt nos triũphemus in Chriſto: & odorem notitiæ ſuæ manifeſtum facit per nos in õni loco.

Odor vitæ & mortis.

15 Nam Chriſti bona fragrantia ſumus Deo, in iis qui ſeruantur,

quia meũ gaudiũ, omnium veſtrũ eſt.

4 Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas B lachrymas: non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis.

5 Siquis autem contriſtauit, non me contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerem omnes vos.

6 Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus:

7 Ita vt è contrario magis donetis & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.

8 Propter quod obſecro vos vt confirmetis in illum charitatem.

9 Ideo enim & ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimẽtum veſtrum, an in o- C mnibus obedientes ſitis.

10 Cui autem aliquid donatis, & ego. nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti,

11 Vt non circũueniamur à ſatana: nõ enim ignoramus cogitationes eius.

12 Quum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtiũ mihi apertum eſſet in Domino,

13 Non habui requiem ſpiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrẽ meum: ſed valefaciens eis, profectus D ſum in Macedoniam.

14 Deo autem gratias, qui ſemper triũphat nos ĩ Chriſto Ieſu: & odorẽ notitię ſuę manifeſtat per nos in õni loco.

15 Quia Chriſti bonus odor ſum⁹ Deo

5 Triſtitiam attulit λελύπηκεν. Vulgata, contriſtauit. Eraſmus, dolore affecit. Ego illo modo malui interpretari, quia caſum non habet adiunctum. Non mihi triſtitiam attulit οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν. Quidam ſubaudiunt μόνον tantùm, interpretatione non modò violenta (vt ego exiſtimo) ſed etiã minimè omniũ appoſita. Neque enim in eo verſatur Paulus vt inceſtuoſi illius ſcelus exaggeret (quod ſanè faceret ſi non ſe duntaxat, ſed totam Eccleſiam diceret ab eo triſtitia affectã) ſed contrà quantum poteſt illum ſubleuat ac conſolatur, poſt reſipiſcentiam. Primùm igitur quod ſimpliciter verum erat, quaſi dubitans & ſub conditione exprimit, Siquis, inquiens, triſtitiam attulit. Deinde ſe ab eo negat vllo dolore affectum: quaſi diceret perinde abſterſam eſſe illã omnem moleſtiam acſi nunquã illam ſenſiſſet, quia ſcilicet ille reſipuerat, ſicut dicit Dominus fore vt iniquitatum noſtrarum amplius non recordetur. Sed quadantenus ἀλλ' ἀπὸ μέρους. Mecum, inquit Paulus, nullum eſt amplius ipſi negotium. Supereſtis vos, quos omnes ſanè offendit. Sed hoc quoque Apoſtolus emollit, addens ἀπὸ μέρους, id eſt quadantenus, ſeu propemodum, ſiue quodammodo. Ne, inquit, aggrauem, id eſt, ne iam per ſe grauato onus adiiciam, quod potius detractum cupio. Sic Chryſoſtomus hunc locum ſimpliciter ac dilucidè interpretatur: vt planè mirer quoſdam maluiſſe nouis & violentis eclipſibus totum hunc locum conturbare. Vulgata, & Eraſmus, ſed ex parte, nimium obſcurè, ſed multò tamen rectius quàm is qui nuper hunc verſiculum ſic eſt interpretatus, Quòd ſiquis contriſtauit, non me contriſtauit niſi aliquatenus, ne vos omnes onerem. quaſi ſcilicet pro ἀλλὰ ſcriptum ſit εἰμή, & in ἐπιβαρῶ abundet præpoſitio. Nam cum pleriſque communem habet tertium errorem, quòd ſcilicet ἐπιβαρῶ coniunxerit cum πάντας ὑμᾶς, quum hoc verbum ſoleat potius tertio caſui adiungi, ſitque hoc in loco, (vt mihi quidem videtur) adhibita diſtinctione quaſi parentheſi ſecludendum, vt πάντας ὑμᾶς cohæreat cum λελύπηκεν.

7 Vt è contrario ὥστε τοὐναντίον. Id eſt, vt pro eo quòd antea illum ſeuerè vlti eſtis, nunc illi condonetis: pro eo quòd in ſummam triſtitiam conieciſtis, nunc illum contrà conſolemini. Sunt enim hæc prorſus contraria. Itaque malui cum Vetere interprete conuertere è contrario, quàm cum Eraſmo, è diuerſo. Hoc enim vrget Paulus, vt Corinthii in illo recipiendo nõ minus ſint clementes, quàm in eiiciendo fuerant ſeueri. Redundante περισσοτέρᾳ. Vulgata, abundantiori. Eraſmus, immodico. Vide Matth. 5. f. 37.

8 Ratam faciatis κυρῶσαι. Id eſt, vt me deprecatore, publico Eccleſiæ conſenſu declaretis vos illum denuo pro fratre complecti, ſicut publico Eccleſiæ iudicio fuit eiectus. Nam τὸ κυροῦν ratam & authenticam confirmationem declarat. vnde factum vt is à cuius authoritate pendet aliquid, à Græcis dicatur eius rei κύριος. Hinc κύριαι ἀρχαί, id eſt αὐτοκρατορικαί, ad quas proculdubio reſpexit Paulus ſuprà 1. d. 24. Eraſmus, longa periphraſi, nec ſatis expreſſa, efficite vt valeat in illum charitas. Alluſit enim Paulus ad iudiciorum morem, quo modo etiam accipiendum verbum παρακαλῶ. Vocant enim Græci παρακλήτους quos Latini aduocatos, eos ſcilicet qui præſentiam ſuam amico commodabant. 9 In hunc finem εἰς τοῦτο. Vulgata, Ideò. Eraſmus, in hoc.

10 In conſpectu Chr. ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. Id eſt, verè & ex animo, quaſi inſpectore Chriſto, vt diximus Luc. 1. a. 6. vel propter Chriſtũ, ſic enim etiam accipitur מפני apud Hebræos, vt expoſuimus ſuprà 1. c. 11. Vel fortaſſis rationem habuit ſupremi illius iudicii, in quo futurum ſit vt Chriſtus hanc condonationem ratam habeat. Vulgata, in perſona Chriſti, id eſt Chriſti nomine ac vice, vt explicat Ambroſius. Mihi prima expoſitio videtur ſimpliciſſima. 11 Ne occupemur ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν. πλεονεκτεῖν dicitur μεταβατικῶς qui per auaritiam aliena vel vi vel fraude, denique malis artibus occupat. Itaque non ineptè etiam Vetus interpres conuertit, Vt non circumueniamur, quanuis non ſatis expreſſè. Machinationes τὰ νοήματα. Id eſt nefanda conſilia, & ſceleratam voluntatem, vt Hebræi vtuntur vocabulo מזמות: ideò malui machinationes interpretari quàm cogitationes.

12 Ad *prædicandum* Euangelium εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Id eſt ad annuntiandum Chriſtum. Eraſmus perobſcurè, in Euangelium Chriſti. Elicitur autem etiam ex hoc loco, priorem epiſtolam non eſſe datam Philippis, ſed Epheſi. Nam alioqui receſſiſſet à Corinthiis, veniens Philippis Troada: nec dixiſſet, veni, ſed redii in Macedoniam. 13 Spiritu meo τῷ πνεύματί μου. Id eſt, animo meo, ſiue apud me. vt expoſuimus 1. Cor. 2. c. 11. & alibi ſæpe. Quum illis valedixiſſem ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Eraſmus, dimiſſis illis, impropriè. Dimittimus enim eos quibus abeundi poteſtatem facimus. Hic verò Paulus ipſe diſcedit. Vide Marc. 6. f. 46. Deinde videtur ex hoc verbo elici poſſe, Paulum nonniſi conſtituta Eccleſia aut certè additis mandatis, Troade diſceſſiſſe.

14 Qui ſemper facit vt nos triumphemus πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Vulgata, qui ſemper triumphat nos, impropriè & perobſcurè. Nã triumphari poetis præſertim Latinis dicuntur qui ignominiæ cauſa in triũpho ducebantur: & captiuos dicitur Græcis dux victor θριαμβεύειν, id eſt de illis triumphare. Hìc verò τὸ θριαμβεύειν à Paulo accipitur forma coniugationis Hiphil. Eraſmus, qui ſemper triumphat per nos, ne ſic quidem propriè expreſſa Pauli ſententia, Deo potius gratias agentis quòd ipſe in eo triũphet: vti ſolent legati & milites participes eſſe ducis triumphi, ſicut Eraſmus ipſe in annotationibus rectè expoſuit. Sed eam ſcilicet expoſitionem hauſit ex Hieronymo ad Hedibiã, quæſtione vndecima. vbi alia etiam affertur multo ineptior, nempe, qui triumphat de nobis. Quæ verò de odore ſubiiciuntur, reſpiciunt Sacerdotum vnctionem, & ſacrificiorum ſuffitus.

in iis qui ſalui fiunt, & in iis qui pereunt.

Aliis quidem, odor mortis in mortem: aliis autem, odor vitæ in vitam. ‖& adhæc quis tam idoneus?

Rom.11.d16

Inf.4.2.2

Nō enim ſum⁹: ſicut plurimi, ‖adulterantes verbum‖ Dei, ſed ex ſynceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.

Cap. III.

INcipimus iterum noſmetipſos cōmendare? aut nūquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis?

Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus:

Manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.

Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum.

B

Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliqd à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt:

Qui & idoneos nos fecit miniſtros Noui teſtamenti, non Literæ, ſed Spi

&in iis qui pereunt.

16 His quidem, "odor mortis ad mortem: illis verò, odor vitæ ad vitam. & ad hæc quis "idoneus?

17 "Nō enim, vt plerique, "cauponamur ſermonem Dei, ſed "vt ex ſynceritate, ſed vt ex Deo, in cōſpectu Dei, "de Chriſto loquimur.

Adulterare verbum Dei.

Cap. III.

1 I"Ncipimus rurſus noſipſos commendare? num egemus, vt nōnulli, commendatitiis epiſtolis apud vos, aut à vobis commendatitiis?

2 "Epiſtola noſtra vos eſtis, inſcripta in cordibus noſtris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus:

3 "~~Dum palam fit~~ vos eſſe epiſtolam Chriſti, "ſubminiſtratam à nobis, inſcriptam non atramento, ſed Spiritu "Dei viui: "nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carneis.

Corinthii epiſtola Chriſti erant.

4 "Fiduciam autem huiuſmodi habemus per Chriſtū "apud Deū.

5 Non quòd idonei ſimus ex nobiſipſis ad cogitādum quicquā, velut ex nobiſipſis: "ſed quod idonei ſumus, *id* ex Deo eſt:

6 Qui fecit vt idonei etiam eſſemus miniſtri Noui teſtamenti,

16 Odor mortis, ὀσμὴ θανάτου. Odorem mortiferū eſſem interpretatus, vt etiam paulo poſt ὀσμὴν ζωῆς odorem vitalem, ex Hebræorū idiotiſmo, niſi duæ rationes obſtitiſſent, quas Lectori relinquo æſtimandas. Vna, quòd ſi ita verteris, videbitur redundare εἰς θάνατον in mortem, & εἰς ζωὴν in vitam, aūt certè non magnum pondus addere ſententiæ, quum odor mortifer & vitalis ab effectu dicatur. Altera, quòd in vno codice & apud Clementem libro Pædagogi ſecundo ſcriptum inuenerim ὀσμὴ ἐκ θανάτου odor ex morte, & ὀσμὴ ἐκ ζωῆς, odor ex vita. Fortaſſis igitur prædicatio crucis dicitur odor ex morte, in eorum exitium qui mortem Chriſti tantùm vt mortem conſiderabant, quibus ſcilicet erat vel ſtultitia, vel offendiculum: aliis verò odor vitæ ad vitam, qui ſcilicet vitam in hac morte propoſitam amplectebantur. Idoneus? ἱκανός; Vide Matth.3.c.11. In veteris editionis codicibus corruptè legitur, quis tam idoneus? pro quiſnam idoneus, vt rectè, meo quidem iudicio, diuinauit Eraſmus. 17 Non enim οὐ γὰρ Connectenda eſt cauſalis particula non cum proximo epiphonemate, quod veluti interiectum fuerat, ſed cum iis quæ de ſe dixerat verſ.14 & 15. quod Græcus ſcholiaſtes non animaduertens, multum hîc laborat.

Cauponamur ἐσμὲν καπηλεύοντες. Id eſt, callidè & auarè, minus denique ſyncerè tractamus. vt Apoſtolus ipſe explicat infrà 4.a.2. Caupones enim, quos in vernaculo ſermone *regratatores* vocamus, infames ſemper & ſordidi ſunt habiti, ſicuti & mangones: quòd merces adulterent, & quibuſuis artibus lucrum captent. Ideò vocat Horatius perfidos & malignos. Sed & Græci καπήλους appellant à corrumpendo vino. quo fortaſſis alluſit Martialis in illo verſiculo, Non potes, vt cupias, vendere caupo merum. Hinc καπηλεύειν pro decipere, & ad quæſtum abuti. quanuis mihi quidem videatur Apoſtolus in metaphora illa ab vnguentis pretioſis ſumpta perſiſtere. nam quia pretioſa erant, & aduehebantur ex longinquis regionibus, in his adulterandis magnæ erant mercatorū impoſturæ lucroſæ. Ideò vetus interpres καπηλεύοντες, vertit adulterantes, rectè quidem, ſed non ſeruata metaphora: à qua non abhorruit Ennius in iis verſiculis quos citat Cicero lib. Offic.1, Nec mî aurum poſco, nec mî pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, ſed belligerātes. Eiuſmodi homines Nazianzenus elegāter vocat χριστοκαπήλους καὶ χριστεμπόρους. Vt ex ſynceritate ὡς ἐξ εἰλικρινείας. Vulg. ex ſynceritate, ſublata particula ὡς, quam tamen minimè puto otioſam, ſed eam eſſe potius quam Hebræi vocant כף אמתות .i. *caph veritatis*, nimirum quæ non ſimilitudinem, ſed veram congruentiam declaret, veluti infrà 3.d.18, καθάπερ. & quum dicit Iohannes, Vidimus gloriam eius vt vnigeniti à Patre, Iohan.1.b.14. Neque eſt imperfecta oratio, vt putauit Eraſmus, ſed cohærent iſta cum verbo λαλοῦμεν. & ἐσμὲν καπηλεύοντες accipio pro καπηλευόμεθα. Cæterùm quid ſit τὸ εἰλικρινὲς, pulchrè declarat Baſilius ἐν ὅροις κατ' ἐπιτομήν, quæſtione 264, & nos expoſuimus ſuprà 1.c.12. De Chriſto loquimur ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. Vulg. in Chriſto. Eraſ. per Chriſtum. Ego puto Euangelicæ prædicationis materiam ſignificari, eámque tam pretioſam vt adulterare ſit prorſus nefas. Sic apud Hebræos בעללותיך אשיחה .i. in facinoribus tuis diſſeram, vt Pſal.77.c.13. in qua phraſi בית *beth* ponitur pro על.

IN CAPVT III.

1 Incipimus Ἀρχόμεθα. Scripta eſt epiſtola nomine Pauli & Timothei. quibus etiam tertius Syluanus adiunctus eſt ſuprà 1.d.19. Ideò, vt opinor, pluralem numerum vſurpauit, ſicut, quum de ſe vno propriè diſſerit, ſingularem adhibet. quod in hac epiſtola notandum eſt, & aliis aliquot communi nomine ſcriptis. quanuis hæc obſeruatio non ſit perpetua.

2 Epiſtola noſtra ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν. Tota hæc tranſlatio lepida eſt ac venuſta. ac mihi quidem videtur Apoſtolus in vtraque ad Corinthios epiſtola floridum etiam quoddam dicendi genus ſectatus, vt cornicum, quod aiunt, oculos configeret. Eſt autem hæc ſentētia, Quod nos videmur tam magnificè efferre, extra omnem ſuſpicionem eſt adulationis, aut ambitioſæ vanitatis. Nam neque neceſſe eſt vt aliorum, nedum noſtris literis vobis commendemur, neque à vobis vllam apud alios cōmendationem venemur. Vos ipſi quales nunc eſtis per Chriſtum noſtro miniſterio effecti, nobis eſtis inſtar epiſtolæ ab omnibus lectæ & intellectæ, qua & ipſi vobis & aliis rurſum per vos commendamur. Hæc eſt huius loci ſententia. ſed meminerimus Apoſtolum cum eius collegis ſenſim à perſonarum commendatione ad rei ipſius .i. ad miniſterii Euangelici præſtantiam commendandam delabi. 3 Dum palàm fit φανερούμενοι. Hoc connectendum eſt cum verbo ἐστὲ, id eſt cum ſuperioris verſiculi initio. Eraſmus, dum declaratis. Vetus autem interpres, manifeſtati, obſcurius quidē, ſed fidelius. Eſt enim paſſiuè accipiendum hoc participium, non actiuè. Subminiſtratam à nobis διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν. Id eſt, in qua ipſi operam noſtram impendimus, quaſi ſcilicet fuerimus Domini ſtylus quo fuiſtis inſcripti. Dei viui Θεοῦ ζῶντος. Addi ſolet hoc epitheton Deo tanquam vitæ authori. Hîc verò tacita ſubeſt antitheſis virtutis Dei viuificæ ad regenerandos animos, cum atramento, re ſcilicet inanima, quo ſcribuntur quidem epiſtolæ, ſed vis intelligendi quæ ſcripta ſunt, lectori non confertur. In tabulis lapideis ἐν πλαξὶ λιθίναις. Alludit ad Legem cuius in lapideis tabulis perſcriptæ miniſter fuit Moſes. Adumbrabant autem lapideæ tabulæ humani ingenii ſummam duritiem, à qua cor hominis nō regenerati lapideum denominatur Ezech.11.c.19, & 36.f.26, cui opponitur cor carneum: nō quod in carne verſetur, (vt accipi ſolet hoc epitheton, quando caro Spiritui opponitur) ſed contrà, id eſt vi Spiritus Dei, factum eſt mollius, vt in eo, tanquam nouis tabulis, poſſit Euangelii gratia inſculpi, ſicut prædictum eſt Ierem.31.e.31.

4 Fiduciam habemus πεποίθησιν ἔχομεν. Id eſt, hanc confidentiam exerimus, & ita magnificè nobis gloriari licet de noſtri ſcilicet miniſterii dignitate ac fructu. Apud Deum πρὸς τὸν Θεόν. Vulgata, ad Deum. Eraſmus, erga Deum. Vide ſuprà 1.c.12.

5 Sed quòd idonei ſumus ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν. Id eſt, quòd apti & accommodati ſimus ad tantam gratiam aliis etiam impertiendam. Ad verbū, idoneitas noſtra ſiue aptitudo, ſi ſic loqui liceat. Vulgata, ſed ſufficientia noſtra. quam interpretationem arripuerunt Sophiſtæ, vt fingerent aliquam eſſe in homine non regenerato facultatem ad bonum, ſed ita infirmam, vt niſi à Deo adiuuetur, non ſufficiat. Mira verò non tantùm ignorantia, ſed etiam impudentia, hoc ipſum audere ad eripiendam Deo gloriæ partem vſurpare quod idcirco ſcripſit Apoſtolus ne non omnia Dei gratiæ tribuere videretur. Illis verò vno verbo reſpōdemus, cum Apoſtolo, Quid habes quod non acceperis? Quod dictum ſi audeant ad naturæ dotes transferre, illos ego, vt apertè Pelagianos, ad Auguſtinum relego.

″nō literæ,ſed Spiritus.nā Litera occîdit,Spiritus autē viuificat.

Litera. Spiritus. Lex.

Quòd ſi mortis miniſterium literis ″informatum in ſaxis, fuit ″glorioſum,adeò vt non poſſent intueri filii Iſrael in faciem Moſis,propter gloriam vultus eius,quæ abolenda erat:

Quî non potius″miniſterium Spiritus erit″glorioſum?

Nam ſi miniſterium condemnationis *fuit* glorioſum : multò magis miniſterium″iuſtitiæ abundat in gloria.

Euangelium.

Etenim quod glorificatum fuit , ne glorificatum quidem fuit ″hac in parte,″*id eſt* quod ad ſuperantem gloriam attinet.

Nam ſi″quod abolendū erat,*fuit*″glorioſum,multò magis eſt glorioſum id quod manet.

Itaque quum habeamus huiuſmodi ſpem, ″multa in loquendo euidentia″vtimur.

Velamē Myoſi.

″Nec *ſumus* ſicut Moſes,*qui* imponebat″velamen faciei ſuæ,

ritus.Litera enim occidit,Spiritus autem viuificat.

7 Quòd ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus,fuit in gloria, ita vt non poſſent intēdere filii Iſrael in faciem Moyſi,propter gloriam vultus eius,quæ euacuatur:

8 Quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria?

9 Nam ſi miniſtratio dānationis,gloria eſt:multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. C

10 Nam nec glorificatum eſt quod claruit,in hac parte, propter excellentē gloriam.

11 Si enim quod euacuatur, per gloriā eſt:multo magis quod manet, in gloria eſt.

12 Habentes igitur talem ſpem,multa fiducia vtamur:

13 ‖Et nō ſicut Moyſes ponebat velamē Exod.34.d.34

6 Nō literæ ſed Sp. οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος.De Litera & Spiritu abūdè diximus Rom.7.b.6.Hîc quidē res ipſa oſtēdit, Literā vocari Legē cuius miniſter fuit Moſes,Euāgeliū autē vocari Spiritū quē attulit Chriſtus, deditq; Apoſtolis,ac miniſtris verbi per quos Eccleſiā ædificat.Neque enim melius potuit Paulus dignitatē ſuā apud Corinthios aſſerere,quā ſi indicaret ſe excellētioris doctrinæ miniſtrū eſſe, quàm fuiſſet ipſe Moſes,quatenus quidem Chriſto opponitur. Sed cur Legem vocat literam? nempe quòd lapideis tabulis inſculpta primū fuerit,vt explicat Apoſtolus ſequenti verſiculo. Deinde quòd Moſes nihil aliud quàm lapidibus inſculptam tradere potuerit, cor autem ne ſuum quidem,nedum aliorum,potuerit hac ratione immutare:Euangelii verò ſubſtantia eſt is ipſe qui attulit illud in mūdum,nempe Chriſtus,qui deinde illud tradidit Apoſtolis, ipſorum cordibus inſcriptum: vt ipſi viciſſim tum voce tum ſcriptis illam eandem gratiam cum aliis communicarent, Spiritu Dei per eos agente. Dicam apertius, Lex, audientium reſpectu,non maiorem vim habet quàm ſcriptum aliquod per ſe omnis virtutis expers,niſi apud eos à quibus intelligi ac præſtari poſſit. Eiuſmodi verò facultatem quum Lex in nobis non inueniat, ſed contrarias potius tenebras, & animum ipſi prorſus repugnantem : ideò nihil aliud quam externa prædicatione docet quid flagitet, quid prohibeat Deus. noſtrum autem illud vitium non modò non emendat, ſed etiam auget. vnde præceps eſt ad mortem ſaltus,niſi aliunde remedium petatur. At Euangelium ſeu Nouum fœdus,quatenus Legi opponitur,dicitur Spiritus,multas ob cauſas. Primùm propter veteres cæremonias temporarias & in rebus craſſis & corporeis poſitas , ſi in ſeſe conſiderentur. Deinde, (quæ cauſa potiſſimum æſtimanda nobis eſt hoc in loco,) quia materia,argumentum, miniſter denique Euangelii eſt Ieſus Chriſtus , non iam docens quid facere, quid fugere oporteat, (quod Legis officium eſt,) ſed ſeipſum in æternam vitam gratis offerens credentibus : nec offerens modò, ſed etiam afferens ac tradens.Neque enim ſicut Lex benedictionem,addita operum conditione,ita etiam Euangelium iuſtitiam ſub fidei conditione offert,(ita enim & Lex & Euangelium non vitam ſed mortem offerrent, quum nec facere nec credere per nos poſſimus) ſed diuerſo prorſus modo.Lex quippe facta exigit,nec facultatem faciendi præbere poteſt,ideóque in morte iacentes deſerit. Euangelium verò per Spiritum Chriſti,quem ſecum habet adiunctum,fidem quam à nobis exigit,etiam donat electis:vt in Chriſto per eam apprehēſo iuſtificati ac ſanctificati,vitam æternam adipiſcamur.Itaque Euangelium viuificum,iuſtitiæ,vitæ,ſalutis,pacis,æternum denique dicitur.Hæc ego dicenda putaui vt ſemel explicarem totam hanc vtriuſque fœderis collationem, ab Origene præſertim fœdiſſimè obſcuratam,qui Literæ appellatione expoſitionem,quam vocant,literalem,Spiritus autem nomine allegorias intellexit.

7 Informatum ἐντετυπωμένη. Id eſt,impreſſa & inſculpta. Vulgata,deformata,ambiguè, nec ſatis etiam expreſſè: vt mirum non ſit veterum nonnullos Græcæ linguæ imperitia fuiſſe deceptos hoc in loco. Apparet autem vel ex hoc loco de ſolis cæremoniis hîc non agi,ſed de Lege præſertim Decalogi.ſiquidem hæc vna fuit in tabulis illis lapideis inſculpta,cæterarum ſcilicet partium Legis fundamentum.

Glorioſum ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſmus ad verbum,in gloria. Eſt autem Hebraiſmus quem expoſuimus 1.Cor.15. e.42. & gloria hoc in loco,ſplendorem ac maieſtatem declarat,quæ quidem in Moſe corporalis fuit,in Chriſto verò ſpiritualis.

8 Miniſterium Spiritus ἡ διακονία τοῦ πνεύματος. Id eſt, miniſterium per quod Deus offert atque adeò tradit Spiritum, non modò non mortuum ſed etiam viuificantem. Quum enim in ſuperiore verſiculo tria Legi tribuerit,nempe quòd eſſet mortifera,quòd in ſaxeis tabellis ſcripta,quòd temporarium eius miniſterium:antitheſin Euangelii nunc inſtituit,ſed ita vt,maioris energiæ cauſa, ſingulis partibus ſigillatim applicet argumentum à comparatis ſumptum. Id verò niſi animaduertas, videbitur Apoſtolus primùm inſtitutam antitheſin non abſoluere , deinde etiam ταυτολογεῖν, quum tamen omnes partes inter ſe optimè cohæreant. Nam etſi in antitheſi collocet primo loco quod in altero comparationis membro medium locum tenebat,tamen id non poteſt facere vt vitioſa ſit collatio.

9 Glorioſum: δόξα. Vulgata & Eraſmus ad verbum,gloria. Eſt autem Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt infrà 7.d.14. cuius enallages etiam aliqua eſt emphaſis. Iuſtitiæ τῆς δικαιοσύνης. Iuſtitiam Chriſti intelligit,cuius imputatione non modò non condemnamur,ſed etiam vt iuſti coronamur. Itaque vberior eſt antitheſis quàm ſi dixiſſet δικαιώσεως abſolutionis, quanuis à remiſſione peccatorū noſtra iuſtitia pendeat. 10 Hac in parte ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Hoc eſt quod dicimus in vernaculo ſermone,*en ceſt eſgard,ou en ceſt endroict.* *Id eſt* quod ad ſuperantē. gloriā attinet ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης Hoc additū eſt vt explicaret quid illud eſſet ἐν τούτῳ τῷ μέρει hac in parte. ideò ſuppleui particulam exegeticam : quod multis aliis locis facere non dubitauimus , vt omnem ambiguitatem vitaremus. Vulg.& Eraſm.propter excellentem gloriam,ne verbis quidem fideliter expreſſis.Neque enim ἕνεκεν idem declarat hoc in loco atque χάριν, id eſt gratia ſeu cauſa,vel διὰ id eſt propter,ſed quod vel quantum attinet.quem Helleniſmum ſanè elegantem miror ab Eraſmo non fuiſſe animaduerſum. Sic Herodotus in Clio,παῖδα σόν, τὸν διακελεύεαι φυλάσσειν ἀπήμονα, τοῦ φυλάσσοντος εἵνεκεν προσδόκα τοι ἀπονοστήσειν, Id eſt quod ad cuſtodem attinet,ſiue quantum in cuſtode ſitum eſt.

11 Quod abolendum erat τὸ καταργούμενον. Quid igitur?num Lex abolita? ſanè quod ad cæremonias attinet, quas etiam nomine Literæ ſignificauit Apoſtolus Rom.2.d.29. Verùm ſuprà oſtendimus,de tota Lege,ac præſertim de ipſo Decalogo,id eſſe accipiendum. Sciendum eſt ergo Legem conſiderari non ſimpliciter,ſed cum ipſo Moſe eius ſcilicet miniſtro coniunctam , & quidem Euangelio oppoſitam. quatenus ſanè dici poteſt,abolito Moſis miniſterio,eſſe abolita. At enim dices,Nū hac in parte abolitū eſt Moſis miniſterium?Minimè veró.Semper enim fuerunt homines ad Euangelium prædicatione Legis præparandi. Sed hoc dico, toties aboleri miniſterium Moſis,quoties prædicationi Legis ſuccedit Euangelii gratia æterna. Glorioſum διὰ δόξης. Vulgata, per gloriam. Atqui διὰ δόξης idem hîc valet atque ἐν δόξῃ. Vide Rom.4.b.11. 12 Multa in loquendo euidentia πολλῇ παρρησίᾳ. Vulgata,multa fiducia.Eraſmus,multa libertate.Neutra interpretatio(vt opinor)ſenſum Apoſtoli expreſſit. Neque enim παρρησία hoc in loco loquendi libertatem,ſed ipſius prædicationis perſpicuitatem & ἐνάργειαν declarat; quam Cicero euidentiam interpretatur. Moſes enim Legem tantùm vmbris obtectam indicauit, & vt in imas vſque partes intueri Iudæi non potuerint, quum eos quantuſcunque ille Moſis fulgor non illuſtraret,ſed excæcaret. Euangelium verò perſpicuè & euidenter Dei gloriam proponit,nō quæ noſtros oculos perſtringat,ſed contrà,quæ tenebras noſtras radiis ſuis diſcutiat. Sic etiam accipitur παρρησία,Marc.8.d.32,& Iohan.10.d.24. Vtimur χρώμεθα. Vulgata & Eraſmus, vtamur,intempeſtiuè. Neque enim exhortatur,ſed miniſterium ſuum deſcribit Apoſtolus.

13 Nec *ſumus* ſicut Moſes,*qui* imponebat Καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει. Duplex eſt hoc in loco eclipſis,ex Hebræorum idiotiſmo. Vna verbi ſubſtantiui, altera relatiui אשר Poſtremo,Sumus ſicut Moſes,ſignificat talem eſſe qualis erat Moſes,vt Pſal.32. c.9. Vulgata & Eraſmus ad verbum,Et non ſicut Moſes ponebat. Velamen κάλυμμα. Hoc ſcribit Moſes ipſe Exodi 34.d. 34. his verbis ויכל משה מדבר אתם ויתן על פניו מסוה, id eſt Finem fecit Moſes loquendi cum illis. Poſuerat autem ſuper faciem ſuam velum. quem locum integrum ideo citaui, quòd in omnibus quæ vidi exemplaribus adeò perperam ſit conuerſus,vt videatur non poſſe cum hoc Pauli loco conciliari.

ſuper faciē ſuã, vt nõ intenderēt filii Iſrael in faciem eius quod euacuatur.		"ne intuerentur filii Iſrael"in finem eius quod abolendum erat.	
Sed obtuſi ſunt ſenſus eorũ: vſque in hodiernum enim diem, idipſum velamen in lectione Veteris teſtamenti manet non reuelatum: quoniã in Chriſto euacuatur.	14	"Itaque obdurauerunt "mentes illorum: nam vſque ad diē hodiernum idem velamen in lectione Veteris teſtamenti manet non retectum,"quod per Chriſtum tollitur.	Obcæcati Iudæi
D Sed vſque in hodiernum diem, quũ legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum.	15	Sed ad hunc vſque diem quum legitur Moſes, velamen cordi eorum impoſitum eſt.	
Quum autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.	16	Poſtquã autē"conuerſum fuerit ad Dominũ, tolletur velamē.	
Iohan.4.d.24 Dominus autē, Spirit⁹ eſt: vbi autē Spiritus Domini, ibi libertas.	17	"Dominus verò, Spiritus ille eſt: vbi autem Spiritus ille Domini,"illic libertas.	Spiritus Deus.
Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandē imaginem trãſformamur à claritate in claritatem, tãquam à Domini Spiritu.	18	Nos autem omnes "retecta facie gloriam Domini "vt in ſpeculo intuentes, in eandem imaginem transformamur "ex gloria in gloriam,"ſicut à Domini Spiritu.	

Ne intuerentur πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι. De eo quod per hoc velamen ἀλληγορικῶς intelligitur, perinde loquitur Apoſtolus, acſi conſilium hoc, Moſis ipſius fuiſſet. quum ſatis conſtet eum non alia ratione illud adhibuiſſe, quàm quòd faciei ipſius fulgorem nõ poſſent Iſraelitæ ſuſtinere. Sed Deus interim aliud adumbrabat, nimirũ aliam eſſe clariorem expectandã notitiam. deinde pleroſque ne in huius quidē obſcuræ myſteria penetraturos. In finē eius, &c. εἰς τέλος τοῦ καταργουμένου .i. in imas vſque partes miniſterii Moſis. pro quo dicimus in vernaculo ſermone, *Iuſques au fond*. Siue in finem, id eſt in ſcopum eius doctrinæ quam proponebat Moſes, volens ſcilicet eos ad Chriſtum adducere, ſed ita vt (exceptis iis per quos iam tum agebat Spiritus gratia, palàm poſtea per Euangelii miniſterium exhibita) tenebras intelligentiæ nõ adimeret, verùm aliis potius tenebris cumularet. Vulg. pro εἰς τέλος legit εἰς πρόσωπον, in faciem. Et quidam etiam interpretantur εἰς τὸ τέλος in perfectionem, ſplendoris ſcilicet Moſis ac gloriæ, quæ tamen abolenda erat. Neque enim fuit ſplendor Moſis perpetuus.

14 Itaque obdurauerunt Ἀλλ᾽ ἐπωρώθη Vulg. Sed obtuſi, ἀλλ᾽ ἠμβλυώθη non ſeruata metaphora. Eraſ. Sed obcæcati ſunt, ἀλλ᾽ ἐπηρώθη, quã de re alibi diximus. Deinde poſcit ſententia, vt ἀλλὰ pro ὥστε vel οὖν accipiamus, enallage à Græcis etiam diſertioribus interdum vſurpata.

Mentes νοήματα Vulgata, ſenſus, αἰσθήσεις. Eraſ. cogitationes, impropriè. Neque enim νοήματα vocat hoc in loco Apoſtolus cogitationes, ſed mentes ipſas, de pluribus ſcilicet loquēs, vt rectè conuertit Vetus interpres, infrà 4.a.4. Quod ὅ,τι. Vulg. quoniam. Nam hoc quoque ferre poteſt ſententia, vt ὅτι pro coniunctione accipiatur. Ingreditur autem Paulus collationem Moſis cum Chriſto. Moſes (inquit) velamē habuit quod Iſraelitas arceret ab ipſius miniſterii fine perſpiciendo. Chriſtus velamen illud ſuſtulit, vt retecta facie Dei gloriam ſpectantes, in eam transformati, alios etiam illuſtraremus. 16 Conuerſum fuerit ἐπιστρέψῃ. Vulgata, conuerſi fuerint, ſcilicet Iſraelitæ. Eraſmus, conuerſus fuerit, ſcilicet Iſrael. neque enim noua eſt hæc numeri mutatio propter collectiuum nomen, vt Matth.1.d.22, & ſuprà 2.c.12, quum præceſſiſſet εἰς τὴν Τρῳάδα, ſubiungit, verſ.13, ἀλλ᾽ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Auguſtinus bis aduerſus Fauſtum citans hunc locum, interpretatus eſt ἐπιστρέψῃ ſecunda perſona paſſiua, transfieris: ſed perperã, quanuis pia atque adeò par ſit ſentētia. Sunt qui Moſen repetant ἀπὸ κοινοῦ .i. Legem. Mihi verò videtur nouum hoc dicendi genus, vt dicatur Lex ad Dominum conuerſa. Neque verò neceſſe eſt vt diutius hìc laboremus, quum, meo iudicio, nihil poſſit accommodatius repeti quàm quod eſt in proximo, nimirum καρδία αὐτῶν, id eſt cor eorum. Vbique enim occurrit hæc formula loquendi. eclipſis etiam molliſſima eſt, & appoſitiſſimam ſententiam gignit: quum velamen non fuerit ipſi Legi, ſed Iſraelitis poſitum, ideóque his ipſis, non illi detrahendum.

17 Dominus verò, Spiritus ille eſt ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. Additus articulus vim habet ἀναφορικὴν, vt intelligamus de eo Spiritu diſſeri cuius ante meminerat, quum Literæ opponeret. Itaque nõ eſt appoſita eorum ſententia qui naturam diuinam Chriſti putant hoc loco ſignificari. Neque etiam Eraſmo aſſentior qui Chriſtum hìc putauit vocari Legis ſpiritum, id eſt animam, à qua Lex quodammodo viuificetur. ſed ſi quidem libuerit Chriſtum pro ipſo noui fœderis mediatore accipere, exiſtimo dici Spiritum, id eſt hunc ipſum qui nos viuificet, & hactenus differat ab Apoſtolo cæteriſque miniſtris, vt qui non ſint Spiritus ipſe, ſed eius duntaxat organa, per quæ tamen ille efficaciſſimè agat. ſed ita vt qui plantat & qui rigat, per ſe nihil ſit. Sin verò per Chriſtum accipiamus ipſum Nouum fœdus, ſicuti Moſes velatus Legem ipſam repræſentabat cuius miniſter erat, diximus ſuprà verſ.5. quibus rationibus illi Spiritus nomen tribuatur. Illic libertas ἐκεῖ ἐλευθερία. Hìc quoque dicam in lectoris gratiam, quid mihi in mentem venerit propius in hunc locum intuenti. Alludit, opinor, Apoſtolus ad velaminis vſum, quatenus ſubiectionis ſymbolum erat, de quo diximus 1.Corinth.11.b.10. idque ita eſſe, apparet ex eo quòd meminit retecti capitis in proximo verſiculo. Sed & ſeptimo ad Romanos capite, conditionem hominis non regenerati comparat coniugio, cuius vinculum ſit Lex, vt copioſè illic expoſuimus: ac præſertim Rom.6.c.14. quo etiam pertinet illud Chriſti dictum Iohan.8.e.36, Si vos filius vindicarit, verè liberi eritis. Sed quum multiplici ratione dici poſſimus à Legis imperio liberati, ſpectandum qua de re hìc agat Apoſtolus, nēpe de viuificatione per Spiritum ex Euangelii prædicatione. Libertas igitur hoc loco dicitur primus ille gradus ad viuificationem, id eſt conditio illa filiorum Dei, quibus exemplum eſt velamen cordis, ſeruitus ſcilicet illa miſera cæcitatis, & iugum illud tenebrarum, quod vnius hominis peccato nobis impoſitum, Lex nõ modò non alleuabat, ſed etiam altero iugo aggrauabat. Denique hoc ipſum eſt quod ait Propheta: Cor lapideum tollere & carneũ dare, cor illuminare, cor cõuertere, lucem videre, & ſimilia omnia quibus prima illa gratiæ Dei per Chriſtum vis ſignificatur, illa inquam nos reddens ad tantam aſpiciendam lucem Euangelii idoneos. Sed notemus quanuis hæc communia ſint omnibus fidelibus, hìc tamen agi peculiariter de Verbi miniſtris.

18 Retecta facie ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ. Non potuit Paulus aut breuius aut Diuinius omnes in nobis gratiæ Dei progreſſus explicare. quanuis hoc in loco propriè de miniſterii munere diſſerat, ad quod etiam iſta peculiariter ſunt applicanda: vt hìc planè, quod aiunt, crucem fixerit Sophiſtis. Primùm omnium igitur gratia Dei in Chriſto nobis velamen adimit, id eſt tenebras illas denſiſſimas quibus vndique obſepti eramus: deinde receptis iam oculis ad tantam lucem minimè caligantibus, ſed vltrò etiam eam appetentibus, offertur nobis Chriſtus: in quo, non ſicut olim in Moſe, ſed tanquam in limpidiſſimo ſpeculo & vera Patris imagine, Deum intueamur. Neque verò ſplendore iſtius ſpeculi offendimur, ſed contrà allicimur, magis ac magis in illud intuentes, donec ab ipſo veluti abſorpti, in eam imaginem transformemur, id eſt fiamus & ipſi eius ſplendoris participes, ac tanquam ſecundariæ quædam imagines, ex illorum radiorum veluti reflexione. quod ſignificat Apoſtolus quum inquit ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν .i. à gloria in gloriã, nimirum gloriæ illius participatione facti & ipſi glorioſi. Declarat enim Apoſtolus illius transformationis myſterium. Itaque malo ſic accipere, quàm vt vulgò ſolent, de noſtra viuificatione ſuis gradibus perficienda. Manant autem hæc ab vno Dei Spiritu, per miniſtros agentis: nequis ſibi quicquam hìc tribuat, aut fieri hæc non poſſe putet. Quid enim tanto opifici ἀδύνατον; Sed hoc, vt dixi, Miniſtris & vnctis Domini peculiariter competit: in quibus ſcilicet, tanquam alteris ſpeculis (illa tamen vera luce illuſtratis, non ſua ipſorum vi collucentibus) Chriſti ſplendorem illum concipiamus, qui nos magis ac magis per ipſorum miniſterium allectos illuſtrat. Vnde etiam Lux mundi appellatur. Vt in ſpeculo intuentes κατοπτριζόμενοι. Vulgata, ſpeculantes, impropriè, quum hoc verbum à ſpecula potius quàm à ſpeculo, deducatur. rectius tamen quàm Eraſmus qui paſſiua ſignificatione conuertit in ſpeculo repræſentantes. Cæterùm vocat ſpeculum Apoſtolus, Deum in carne manifeſtatum qui nobis in ipſius Euangelio ſpectandus proponitur, & Moſi velato opponitur. Alibi vtitur hac ſimilitudine, nempe 1. Corinth 13.d.12, ſed diuerſo prorſus fine. Illic enim notitiam Dei quam nunc habemus comparans cum futura longè perfectiore, dicit nos non plenè Deum ipſum, qualis eſt, ſed quaſi in ſpeculo imaginem eius quandam conſpicere. Hìc contrà notitiam noſtram per Euangelium, non per partes, ſed ſemel totam conſiderans, conferénſque cum cognitione ex Lege, opponit velatæ Moſis faciei, limpidiſſimum Chriſti ſpeculum. quod rurſus meminerimus peculiariter applicare miniſtris, de quorum ſcilicet muneris præſtantia diſſerit Apoſtolus. Ex gloria in gloriam ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. Quomodo putemus hoc explicandum, diximus paulo antè. Sicut à Domini Spiritu καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. Iterum καθάπερ hoc in loco nõ declarat comparationem, ſed cõgruentiam ipſámque adeo rei veritatem, quod diximus ab Hebræis vocari כף אמתות ſuprà 2.d.17. Cur autem

hoc addiderit Paulus, diximus paulo ante. Eraſmus duas alias interpretationes affert, nempe à Domino Spiritu, quarum vltimam ſequuntur nonnulli veteres aduerſus Arrianos & Pneumatomachos, vt Chryſoſtomus in hunc locũ, & Baſilius de Spiritu ſancto ad Amphilochiũ cap.21. Ego eam ſecutus ſum quam omniũ ſimpliciſſimam putaui.

Cap.IIII.

Purè Euangeliũ prædicat Paulus

1 PRopterea quum miniſterium hoc habeamus ′prout miſericordiam conſecuti ſumus, non″ſegneſcimus:

2 Sed abdicauimus ′obtegumenta turpitudinis, non incedentes ″cum calliditate, neque ″falſantes ſermonem Dei, ſed declaratione veritatis commendantes noſipſos apud omnem conſcientiã hominum, in conſpectu Dei.

Euangeliũ quare quibuſdã incognitum.

3 Quòd ſi obtectum′eſt Euangelium noſtrũ, iis qui pereunt obtectum eſt.

4 In quibus″Deus huius ſeculi excæcauit′mẽtes,′*id eſt* infidelibus, ad hoc″ne irradiet eos″lumen Euangelii gloriæ Chriſti, ″qui eſt ′imago Dei.

Prædicare Chriſtum. Seruus.

5 Nõ enim noſipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum Dominũ: nos autem, ſeruos veſtros′propter Ieſum.

Cognitio Euangelii à Deo.

6 Quoniã Deus″qui dixit vt è tenebris lux ſplendeſceret, *is eſt* qui ″ſplenduit in cordibus noſtris, ″ad *præbendum* lumen cognitionis

Cap.IIII.

1 IDeo habentes hãc miniſtrationẽ, iuxta quod miſericordiam cõſecuti ſumus, non deficimus:

2 Sed abdicamus occulta dedecoris, nõ ambulãtes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, cõmendantes: noſmetipſos ad omnem conſcientiã hominum coram Deo.

3 Quòd ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in iis qui pereũt, eſt opertum:

4 In quibus Deus huius ſeculi excæcauit mẽtes infidelium, vt nõ fulgeat eis illuminatio Euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

5 Nõ enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum: nos autem, ſeruos veſtros per Ieſum.

6 Quoniam Deus ‖qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, qui illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem Geneſ.1.a.3

IN CAPVT IIII.

1 Prout miſericordiam conſec. ſumus καθὼς ἠλεήθημεν. Vetus interpres legit ſecundum quod, καθʼ ὅ. Vtcunque autem legas, omnia hîc accepta refert Paulus gratiæ ac miſericordiæ Dei, ne ſe videatur efferre, quum Deum potius prædicet. Neque id verò duntaxat tribuo Pauli modeſtiæ, cum Eraſmo, ſed omnino ita ei faciendum fuiſſe dico. Segneſcimus ἐκκακοῦμεν .i. malis & afflictionibus fracti cedimus. Pertinet enim hoc ad ærumnas, vt apparet ex verſ.16. Vide Luc.18.a.1. Vulg. deficimus, ſenſu rectè expreſſo. Eraſ. degeneramus, hoc referens ad Moſis cæremonias, quibus neglectis liberè prædicaret Euangelium. quæ certè ſunt ἀπροσδιόνυσα. Ambroſius legit, non deficiamus, hortandi modo, μὴ ἐκκακῶμεν, non ſatis etiam appoſité. Deſcribit enim miniſterii ſui virtutem Paulus, quam ex eo ipſo aſſerit vnde ipſius oppugnandi occaſionem capiebant aduerſarii, nimirum ex ærumnis quibus erat obnoxius.

2 Obtegumenta turpitud. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης .i. quaſcũque latebras captant homines quibus ſua probra operiant, vt verſutias & fraudum omne genus, à quo procul abſumus. vel, indecoras latebras. id eſt non conuenientes iis qui tantæ dignitatis miniſterium tractant, ſed probroſis potius hominibus. Eorum enim eſt lucem fugere. Vulg. occulta dedecoris. Eraſ. occultamenta dedecoris. Cum calliditate ἐν πανουργίᾳ. Vulg. in aſtutia. Eraſ. per aſtutiam. Vide Luc.20.d.23. Falſantes δολοῦντες. Vulg. nõ ineptè, adulterantes. Hîc enim dolum vocat omne illud fraudis genus quo vtuntur qui merces adulterant, vt idem declaret δολοῦντες atque καπηλεύοντες ſuprà 2.d.17. Eraſ. dolo tractãtes.

3 Eſt καὶ ἔστι. Vulg. etiam eſt. Eraſmus, adhuc eſt. Atqui abundat καὶ, vt diximus 1.Cor.15.d.29.

4 Deus huius ſeculi ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Id eſt, is cui ſe, veluti Deo, manciparunt huius ſeculi homines, Chriſtum ſcilicet vltrò ignorantes (Nam Iudæos præſertim, vt opinor, perſtringit, qui oblatum Euangelium inuicta peruicacia reſpuebant) Is autem eſt Satan qui à Domino dicitur princeps huius mundi Iohan. 12.e.31, & 14.d.30, & Epheſ.6.b.12. vt planè mirer veteres nonnullos in explicando hoc loco aduerſus Manichæos & Arrianos laboraſſe. Neque enim ex his effici magis poteſt hũc eſſe re vera aliquem alterum aut ſecũdarium Deum, quàm ex eo quod de ventre dicitur Phil.3.d.19. Nõ eſt igitur quod αἰῶνος τούτου referamus vel ad τὰ νοήματα, cũ Hilario, vel ad τῶν ἀπίστων, cũ Græcis ſcholiis: in quibus tamẽ citatur vera Cyrilli expoſitio, ad Satanã hoc referentis. Mentes τὰ νοήματα. Eraſ. ſenſus. quã tamen interpretationẽ reprehendit ſuprà 3.d.14. Vide eum locum. *Id eſt* infidelibus τῶν ἀπίστων. Vulg. infidelium. Eraſ. incredulorum. Vterque Hebraiſmũ retinuit, à quo Latini prorſus abhorrent, Græci nõ item: vt alibi oſtendimus ex Herodoto, qui pleonaſmo relatiui gaudet, expreſſo antecedente. Sed tamen quædã hîc eſt potius Hebraiſmi imitatio quàm integer Hebraiſmus. Dicendũ enim fuiſſet αὐτῶν, ſed loco relatiui Paulus ipſũ antecedẽs poſuit, ſimul explicãs quos vocarit ἀπολλυμένους: obiter, vt opinor, perſtringẽs Iudæos peruicaces. Ne irradiet eos μὴ αὐγάσαι αὐτοὺς. Sic legendum puto potius quàm αὐτοῖς tertio caſu, quòd ſic conſtrui ſoleat hoc verbum. Ambroſium quoque apparet ſic legiſſe, vt annotat Eraſmus, ſed nonnihil diuerſa conſtructione: ita ſcilicet vt αὐτοὺς à parte anteriore conſtruatur, & αὐγάσαι, aut potius διαυγάσαι (vt in quibuſdam etiam Græcis codicibus legitur) pro θεωρῆσαι accipiatur. Vertit enim, vt non peruideant lumen Euangelii, quæ declaratio mihi quoque non diſplicet, & eodem recidit. Vulgata, vt non fulgeat eis. Eraſmus, ne illuceſceret illis. Lumen Euangelii, &c. τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ .i. lumen perſpicuæ ac illuſtris prædicationis qua annũtiatur gloria Chriſti, ſeu glorioſus Chriſtus: ſeu, quæ prædicatio eſt gloria Chriſti. quæ omnes interpretationes eodẽ recidunt, & optimè cohærent cum eo quod ſequitur de Chriſti dominio. vel, lumen glorioſi Euãgelii Chriſti. quæ interpretatio ab aliis non procul recedit. Reliqui autem omnia integra, necui fieret præiudiciũ, quum omnia illa ſatis quadrent. Qui eſt imago Dei ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ .i. in quo ſeipſum patefacit & conſpiciendũ præbet Deus, vt 1.Tim. 3.d.16. Neque enim Dei imaginem nunc vocat Paulus Chriſtum, alio quàm officii ipſius reſpectu, vt plane ſint ἀπροσδιόνυσα quæ nonnulli ex veteribus hoc loco περὶ τῆς ὁμοιώσεως diſſeruerunt. Cæterùm in Complutenſi codice & aliis præterea duobus additur epitheton ἀοράτου .i. inuiſibilis, fortaſſis ex Coloſſ.1.b.15. quanquam videri etiã poſſit hoc loco minimè otioſum, vt indicetur, Deũ alioquin ſuapte natura inconſpicuum, in Chriſti carne tamen factum aſpectabilem. 5 Propter Ieſum διὰ Ἰησοῦν. Id eſt, vt hunc ipſum Ieſum vobis prædicemus. Nã ſi ſui lucri cauſa prædicaſſent, ſeipſos prædicaſſent: ſin Corinthiis ſeruiſſent ipſorum cauſa, fuiſſent ἀνθρωπάρεσκοι, vt Epheſ.6.a.6. Verè igitur vnum Chriſtum prædicabant Dominum, cuius cauſa non recuſarent omnibus ſeruire. Vulg. per Ieſum, διὰ Ἰησοῦ .i. à Ieſu delecti ad hanc functionem, ſiue Ieſu auſpiciis. In vno vetuſto codice ſcriptum inuenimus διὰ Χριστοῦ, per Chriſtum.

6 Qui dixit ὁ εἰπών. Id eſt, qui ſolo verbo fecit. Alludit enim proculdubio ad lucis creationem ἀναγωγικῶς. Dicere autem pro iubere, accipitur quidem Hebræorum more, ſed videtur maiorem quandam emphaſin habere hoc in loco & ſimilibus. Splenduit in cordibus noſtris ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Illuxit, inquit Paulus, cordibus noſtris (id eſt eorum qui propter Chriſtum veſtri ſerui ſumus) vt vobis poſtea quam accepiſſemus, lucẽ impertiremus. Ideò Dominus ſuos vocat lucem mundi, Matth.5.b.14. De miniſtris autem diſſeri iam inde à cap.2.d.14, vſque ad 6.c.11. mecum, vt ſpero, fatebitur quiſquis propius ſingula conſiderarit: quanuis nonnulla aſpergat quæ ad totam Eccleſiam pertinere poſſint, vt 3.d.17, & 18, ſed non ita multa, & quæ etiam miniſtris propriè ſint applicanda, ne Paulus à ſcopo videatur aberrare.

Ad *præbendum* lumen cognit. &c. πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, &c. Id eſt, vt à Deo illuſtrati, viciſſim aliis eam lucem præbeamus. Lucem autem vocat cognitionem gloriæ Dei, id eſt Dei gloriam nobis ad contemplandum exhibitam in Chriſto per miniſterium. Vulgata & Eraſ. ad illuminationem ſcientiæ ſeu cognitionis gloriæ Dei, quod facilè poſſit accipi, quaſi ipſa ſcientia gloriæ Dei eſſet illuminanda. Sed & illis non aſſentior qui φωτισμὸν accipiunt paſſiuè, quaſi dicas, vt illuminemur cognitione gloriæ Dei. Sermo enim hic eſt inſtitutus, vt dixi paulo antè, ad declarandum miniſtrorum Noui teſtamenti munus ac ſplendorem. & res ipſa oſtendit, ſi quis præcedentia ac ſequentia conſideret, Paulum his verbis explicare partem ſuperioris verſiculi poſtremam, itémque illud quod propoſuerat in ipſo capitis initio. qua probatione abſoluta, tranſit ad afflictiones cum miniſterio coniunctas, iiſque oſtendit miniſterii dignitatem non modò non imminui, ſed etiam vehementer amplificari.

ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu.

Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus:vt ſublimitas ſit virtutis Dei,& non ex nobis:

In omnib⁹ tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur:aporiamur, ſed non deſtituimur:

C Perſequutionē patimur,ſed nō derelinquimur:deiicimur,ſed nō perimus:

Sēper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

Pſal.115.b.10 Habentes autē eundē Spiritū fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod loquutus ſum:& nos credimus, D

″in facie Ieſu Chriſti.

7 Habemus autem theſaurum hunc in teſtaceis vaſculis, ″vt eius virtutis excellentia ſit Dei,& non ex nobis:

8 Dum″in omnibus premimur,at″non coarctamur:″hæſitamus, at non prorſus hæremus. Afflictiones.

9 Perſequutionē patimur: at″non in *ea* deſerimur:deiicimur, at non perimus:

10 ″Quolibet″mortificationem Domini Ieſu in corpore circunferentes,″vt etiam vita illa Ieſu in corpore noſtro manifeſta fiat. Mortificatio Chriſti.

11 Semper enim ″nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum,vt etiam vita Ieſu manifeſta fiat″in mortali carne noſtra.

12 ″Itaque mors quidem in nobis agit, vita verò in vobis.

13 ″Et quia habemus″eundem Spiritum fidei,″ſecundū illud quod ſcriptū eſt,Credidi, *&* ideo locutus ſum:nos quoque credimus,

In facie ἐν προσώπῳ Valla & Stapulenſis malunt interpretari In perſona, quod meritò diſplicuit Eraſmo. Alludit enim perpetuò in toto hoc ſermone Apoſtolus ad Moſis faciem illam non apertam,vt clara eſſet Dei imago,ſed opertam.

7 Vt eius virtutis excellentia ſit Dei, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, Id eſt vt eius doni tā eximii præſtātiam omnes intelligant à Deo non à nobis manare. Vulg.vt ſublimitas ſit virtutis Dei,quaſi ἡ collocatum ſit ante τῆς δυνάμεως, contra Græcorum omnium codicum fidem. alioquin eodem recidit,ſi modo ὑπερβολὴν accipias ἀντὶ τῆς ὑπεροχῆς,vt ſubaudias pronomen ἡμῶν noſtræ.

8 In omnibus ἐν παντὶ Heb.בכל,de quo alibi diximus. Non coarctamur οὐ στενοχωρούμενοι Numeratur tamen & θλίψις & στενοχωρία inter ſanctorum ærumnas, Rom.8.g.35, & infrà 6.a.4. Itaque hoc in loco exiſtimandum eſt non quamuis anguſtiam ſignificari, ſed eam ex qua elabi non poſſis. Hæſitamus,at non prorſus hæremus ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. De his duobus verbis diximus ſuprà capite 1.b.8.vbi etiam dicit Apoſtolus ſe ἐξαπορηθῆναι.Sed hoc quoque dextrè intelligendum eſt, vt doctè explicat Baſilius ἐν τοῖς ὅροις κατ' ἐπιτομὴν,quæſtione 270.nempe quo ad humana præſidia & quantum ipſe Paulus eo tempore poterat iudicare.Neque enim vnquam ei præſidium Dei defuit, & eo ipſo tempore Dominus illum iis rationibus liberauit quas Paulus coniicere non potuiſſet. Itaque hæc inter ſe non pugnāt.Vulgata,prorſus nouè,aporiamur,ſed non prorſus deſtituimur.Eraſmus,laboramus,at non deſtituimur.Budæus,egentes,at non egeſtati ſuccumbentes.Ego malui de omni difficultate hæc accipere,ſimúlque ſtudui paronomaſiam Græcam repræſentare.

9 Non in *ea* deſerimur οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. Vulg.derelinquimur.Eraſmus rectè expreſſit præpoſitionem ἐν.Cæterùm quod hîc adiicitur in aliquibus veteris editionis codicibus, humiliamur ſed non confundimur, ταπεινούμενοι, ἀλλ' οὐκ αἰσχυνόμενοι in nullis Græcis exemplaribus inuenimus. 10 Quolibet πάντοτε. Id eſt ἑκάστοτε.Ita enim optimè conueniet participium περιφέροντες circunferentes, id eſt quocunque venimus paratam nobis crucem inuenientes,quaſi eam circunferamus nobiſcum.Vulgata & Eraſmus,ſemper. quod tamen tolerari poteſt,quum ſequatur ἀεί.Fortaſſis etiam ſuprà ἐν παντὶ rectius conuerteris vbique vel paſſim,vt ſubaudiatur τόπῳ. Mortificationem τὴν νέκρωσιν. Sic vocat Paulus miſeram illam conditionem fidelium,ac præſertim miniſtrorum, (de his enim propriè agitur)qui quotidie,vt ait Dauid,occiduntur,quaſi deſtinationem ad cædem dicas:additúrque Domini Ieſu.vel,vt legit Vetus interpres,Ieſu Chriſti,tum vt declaretur cauſa propter quam mundus miniſtros ita perſequitur, tum etiam quia illi hac quoque in parte Chriſto capiti fiunt conformes, Chriſtúſque adeò ipſe quodammodo in illis afficitur.Ambroſius maluit mortem interpretari, nempe quia in altero membro fit mentio vitæ Chriſti:vt videatur collatio hanc interpretationem poſtulare. At ego, ſi libuiſſet à Pauli verbo diſcedere,cædē potius expoſuiſſem, quia non temere Paulus νέκρωσιν maluit ſcribere quam θάνατον,quoniam ſcilicet Chriſtus hîc conſiderandus nobis eſt non ſimpliciter mortuus, ſed vt interemptus.Verùm vt modo dixi,νέκρωσις nec mortem nec cædem hîc ſignificat,ſed conditionem illam quotidianis mortibus obnoxiam,qualis etiam fuit in Chriſto ad tempus.denique ſummam imbecillitatem declarat,ſicut Paulus idem vocabulum vſurpat Rom.4.d.19. de Saræ vulua loquens ad concipiendum prorſus effœta & viribus omnibus deſtituta. Huic autem opponitur vita eiuſdem Chriſti, de qua dicemus proxima annotatione. Fortaſſis hoc diſcrimen non ineptè aliquis obſeruarit inter מות & תמותה,vt Pſal.79.d.12. Vt etiam vita ἵνα καὶ ἡ ζωή. Videbatur poſcere ratio collationis,vt potius ſcriberetur ἡ ζωοποίησις.i.viuificatio.Sed Paulus hoc modo expreſſius loquitur,cauſam ſcilicet nominās ipſius effectus loco.Vnde enim fœlix illa & planè diuina miniſtrorum fidelium virtus mortificationi ex diametro oppoſita?qui fit,inquam,vt per mille mortes inuicti & intrepidi,victores denique ad metam,ſua functione perfuncti,euadant? Nempe ex vita.i.Spiritu ſeu vigore illo Ieſu Chriſti qui morti ipſi dominatus eſt,qui vigor in illorū etiā mortalibus & infirmis vaſculis ineſt,vt 1.Tim.1.d.14.& tum demum ſeſe exerit quum à contraria mortificatione laceſſitur,alioquin ita latens vt cognoſcendus nō fuerit:imò verò infirmitatibus acuitur,& magis ac magis perficitur,vt alibi tradit Apoſtolus.Hinc illa reſurrectio de qua dicemus infrà ver.14.id eſt liberatio ex tot mortibus,vt ſuprà 1.b.10.Quanuis enim hæc viuificatio in ſuprema demum reſurrectione ſit perficienda, tamen de ea reſurrectione non agi hoc in loco,liquere poteſt ex verſ.14.atque adeò ex ipſo Apoſtoli ſcopo.Neque enim aliud ei propoſitum eſt quàm docere,perpetuis illis ærumnis non reddi vilius Euangelii miniſterium,ſed contrà dignitatem illius ac robur verè diuinum in Chriſto palàm toti mundo ſpectandum proponi.Pertinet igitur ad hanc vitam iſta reſurrectio,ſiue huius latentis vitæ declaratio.

11 Nos qui viuimus ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Id eſt, nos demum qui vita illa præditi ſumus:vel quia hac vita præditi ſumus,alioqui non apparitura,niſi mors aſſiduò eam prouocaret.Poteſt enim,ac fortaſſis etiā debet,articulus accipi αἰτιολογικῶς,vt Rom.1.b.18.Quid ſi verò exponat, Dum viuimus?Primùm repugnat omnino articulus. Deinde,vt mihi videtur,inanis eſſet,atque adeò propter additam particulam cauſalem γὰρ,non ſatis apta repetitio ſuperioris ſententiæ. Itaque rurſum conſtituo,hîc non agi de reſurrectione à mortuis, ſed de perduratione in tot præſentibus pro Chriſto periculis,vt dignitatem miniſterii crux ipſa hîc quoque commendet. In mortali carne noſtra. ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Id eſt in carne noſtra quantumlibet mortali,non autem quæ mortalis eſſe deſierit.Vocat autem mortalem, non ob conditionem illā omnibus communem de qua Heb.9.g.27,ſed illam mortificationem reſpiciens quam deſcripſit verſ.8.9,& 10.quam etiam ob cauſam vaſculis teſtaceis corpora miniſtrorum,peculiari ſcilicet ratione,cōparauit. 12 Itaque mors quidem ὥστε ὁ μὲν θάνατος. Id eſt,Itaque nos miniſtri non aliter morte illa quotidiana viuimus, quàm vos vita viuitis, qui ſcilicet in veſtris rebus proſperis vitam veſtram collocatis. Verùm hoc fortaſſis ſubtilius eſt,quanuis non malè conueniat ſuperiori antitheſi.Sed præterea videtur tam acerba támq; mordax reprehenſio huic epiſtolæ non conuenire,in qua ſtuduerit ſuperioris amarulentiam temperare.Nam quod infrà 12.f.20 & 21,& vltimo capite,nonnihil videtur aſperè loqui,exiſtimo ab eo deinduſtria in extremam partē eſſe reiectum, quum ſui miniſterii dignitatē ſatis aſſeruiſſet. Itaque ob eam etiam cauſam non facilè admiſerim illam ironiam aut σαρκασμὸν potius hoc in loco. Mihi magis placet eorum ſententia qui perinde hoc accipiunt acſi dixiſſet Apoſtolus,Noſtra igitur eſt afflictio,veſtrum autem eſt commodum,vt vos quaſi ex noſtra morte viuatis,ad quos redit noſtrarum ærumnarum fructus:quod poſtea explicabit verſ.15.& iam attigit,quum diceret ἵνα φανερωθῇ,vt declaretur. Sed notādum eſt quod dixit,ὁ θάνατος ἐνεργεῖται mors agit. Ita enim hanc mortem quotidianam,oſtēdit & ipſis miniſtris & toti Eccleſiæ eſſe, vt ita dicam,vitalem,vt quæ latentem illum Chriſti vigorem non extinguat,vt alioqui mors ſolet,ſed excitet potius ac foueat.

13 Et quia habemus Ἔχοντες δὲ Particula δὲ hoc in loco non eſt aduerſatiua, ſed potius ſententiam nectit. Ideò conuertimus potius per Et,quàm per Autem,vel Veró.Deinde participium ἔχοντες continet αἰτιολογίαν.Vulg.Habentes autem.Eraſ.Cæterùm quum habeamus.

Eundem Spiritum fidei τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως. Id eſt,eandem fidem ex eiuſdem Spiritus afflatu & dono.Sic enim alibi diximus nomen Spiritus ex Hebræorum conſuetudine vſurpari,vt Eſa.11.a.2. Secundum illud quod ſcriptum eſt κατὰ τὸ γεγραμμένον. Perinde hoc accipiendum eſt acſi dixiſſet, Quia habemus eundem Spiritum fidei,atque is de quo ſcriptum eſt.

ideò etiam loquimur.

14 Scientes quòd qui ſuſcitauit Dominũ Ieſum, nos quoque per Ieſum ſuſcitabit, & ſiſtet vobiſcum.

15 Nam omnia propter vos, vt gratia illa copioſiſſima, pluribus gratias agentibus redundet in gloriam Dei.

Externus homo. Internus homo.

16 Propterea non ſegneſcimus: ſed etiãſi externus homo noſter corrumpitur, internus tamen renouatur quotidie.

17 Momentanea enim leuitas oppreſſionis noſtræ, excellenter excellenter æternum pondus gloriæ conficit nobis:

18 Dum non ſpectamus ea quæ cernuntur, ſed ea quæ non cernũtur. nam quæ cernuntur, temporaria ſunt: at quæ non cernuntur, æterna.

Cap. V.

Dom' terreſtris.

1 SCimus enim quòd ſi terreſtris huius domus noſtræ tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium ex Deo habemus, domiciliũ *ſaliat* non manufactum, æternum in cælis.

Corp' ſpiritale.

2 Nam in hoc ſuſpiramus, expetentes domicilio noſtro, quod è cælo eſt, ſuperindui.

3 Siquidem etiam induti, non nudi reperiemur.

4 Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo, ſuſpiramus onerati:

propter quod & loquimur.

14 Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & cõſtituet vobiſcum. D

15 Omnia enim propter vos: vt gratia abũdans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.

16 Propter quod non deficimus: ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.

17 Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operatur nobis:

18 Non cõtẽplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

Cap. V.

1 SCimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ędificationẽ ex Deo habemus domum non manufactam, æternam in cælis.

2 Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cęlo eſt, ſuperindui cupientes.

3 Si tamen veſtiti, non nudi inueniamur. Apoc.16.c.15

4 Nã & qui ſumus in hoc tabernaculo,

14 Per Ieſum διὰ Ἰησοῦ. Vulgata, cum Ieſu. Ita etiam Ambroſius. & in vno Græco exemplari ita legimus, ſed repugnantibus reliquis, ſummo conſenſu. nec ſanè poſſim eam lectionem admittere. Et ſiſtet vobiſcum. καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. Id eſt, me liberatum ſiſtet vobis præſentem. Nam de ſuo ad eos aduentu loqui Apoſtolum, apparet omnino ex verſ. ſequenti, quem etiã inchoat à particula cauſali. Itaque non poſſum nunc quidem aliter ſtatuere, quàm reſurrectionem hîc figuratè vocari liberationem ex iis periculis, quibus ſimili prorſus ratione nomen mortis tribuerat in ſuperiore tractatione, & ſuprà 1.b.10, & 11. vbi eandem prorſus ſententiam expreſſit: quanuis tandem ad reſurrectionem illam ſupremam delabatur. Eraſmus retulit ad Iudæorũ & Gentium coniunctionem in Chriſto, quod non videtur indigere refutatione. 15 Gratia illa copioſiſſima ἡ χάρις πλεονάσασα. Id eſt, vt quum fuero liberatus & vobis reſtitutus, ingens illud beneficium quod in me effuſum erit, viciſſim in Dei gloriam redundet, propterea quòd ſcilicet non ego vnus gratias agam, ſed vos omnes mecum, & afflictionis participes & cõſolationis. Itaque διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν non cohæret cũ πλεονάσασα, ſed cum περισσεύσῃ. Vetus tamen interpres videtur non ineptè legiſſe, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, τῇ εὐχαριστίᾳ περισσεύσῃ, &c. Vertit enim, vt gratia abundans per multos, in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.

16 Renouatur ἀνακαινοῦται. Id eſt, nouas vires acquirit, ne nouis malis ingruentibus frangatur externus, qui huius viribus ſuſtinetur. Quotidie ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Heb. יום יום. Vulgata, de die in diem. Eraſmus, in ſingulos dies, id eſt מיום ליום.

17 Momentanea enim leuitas τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρόν. Sic apud Demoſthenem, ἡ παραυτίκα ἡδονὴ momentanea leuitas, & apud Thucydidem, τὸ αὐτίκα δεινὸν, ſubitum malum. Vulgata, Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ. Leuitas autem oppreſſionum non ad ipſam qualitatem refertur, quaſi ærumnæ ſint admodum exiguæ & ad ferendum leues: ſed eas illico præterire oſtendit, quum ne tota quidem vita noſtra ſit diuturna. Nam nunc primùm tranſit Apoſtolus ad reſurrectionem illam veram, cuius ſpe dicit ſe ſuſtentari. Excellenter excellenter æternum καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον. Non piguit idem vocabulum Latinè bis repetere, vt in Græcis repetitur. Ita enim ſignificatur æternitas, ipſa, vt ita dicam, æternitate magis æterna, vt dicunt Hebræi עד מאד מאד. Quidam prius referunt ad τὸ παραυτίκα, poſterius ad αἰώνιον. Sed præterquam quòd hac diſtinctione tollitur iſta emphaſis ſanè egregia, & valde tempeſtiuè adhibita, vix etiã mihi videtur Paulus ita fuiſſe extenuaturus ſuas oppreſſiones, vt diceret ſumme leues eſſe, ne ſi cum æterna quidẽ gloria conferantur. Deinde vetuſti codices & Græci interpretes noſtram diſtinctionem ſequuntur. Vulgata, ſupra modum in ſublimitate. Eraſmus, mirè ſupra modum. Pondus gloriæ βάρος δόξης. Poſcit ratio collationis vt grauis gloria dicatur quæ conſtantiſſimè manet immota. Notandæ ſunt autem elegantiſſimæ antitheſes, & quouis etiam Demoſthene non indignæ. nam τῷ παραυτίκα opponit τὸ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον· τῷ ἐλαφρῷ opponit τὸ βάρος· τῇ θλίψει opponit τὴν δόξαν. Sic etiam mox τοῖς βλεπομένοις confert τὰ μὴ βλεπόμενα, & cum τοῖς προσκαίροις comparat τὰ αἰώνια. Conficit κατεργάζεται. Vulgata, operatur. quod verbum arripiunt Sophiſtæ vt merita Sanctorum ſtabiliant: quum duntaxat ſignificetur quo itinere ad gloriam perueniatur. Nam quum de eo agitur propter quod datur gloria, longè aliter Paulus Rom. 4.a.2, & 8.d.18. Eraſmus, parit.

IN CAPVT V.

1 Terreſtris noſtræ domus tabernaculum ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. Vulgata, ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis. non ſeruato vocabulo tabernaculi, quod aptiſſimum erat ad huius corporis ſtructuræ imbecillitatem & caducam conditionem ſignificandam. cui opponitur οἰκοδομὴ, id eſt firmum ac ſtabile ædificium. Eraſmus, ſi terrenum noſtrum domicilium huius tabernaculi. Ego puto hoc explicandũ per hypallagẽ, cuiuſmodi annotauimus Act. 5.d.20, & alibi quoq;. Sic Ouidius, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.

2 Quod è cælo eſt τὸ ἐξ οὐρανοῦ. Id eſt, cæleſte, gloria ſcilicet & ἀφθαρσία, non autem ſubſtantia. vt expoſuimus copioſè, 1. Cor. 15. Superindui ἐπενδύσασθαι. Veſtem vocat, opinor, immortalitatis gloriam, qua tanquam veſte obtegetur etiam noſtrum corpus. Sic enim vſurpare ſolent Hebræi verbum לבש vt diximus Luc. 24.g.49, & 1. Corinth. 15.g.53. In hoc autem verbo præpoſitio ἐπὶ non ſignificat (opinor) veſtem veſti additam, ſed veſtem corpori iniectam, ad illud ſcilicet operiendum. Mortalitatem enim exuemus, vt ſuccedat immortalitas. Aliis placet primam veſtem dici Chriſti iuſtitiam, alteram verò, illius iuſtitiæ præmium. quorum ſentẽtiæ nolui præiudicium afferre.

3 Siquidem etiã ind. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι. Vulg. ſi tamen, quaſi εἴγε cõditionem declaret, quamobrẽ etiam εὑρεθησόμεθα cõuertit reperiamur, ſubiunctiuo modo. At ego puto potius hoc poſitũ αἰτιολογικῶς aut certè διασαφητικῶς. Explicat enim cur vſus fuerit verbo ἐπενδύσασθαι. Nã, inquit, non manebimus corpore expoliati: ſed etiã hoc noſtrũ corpus in cælo induetur, immortalitatis ſcilicet gloria. Qui pro cõditione hoc accipiunt, putant eſſe additũ vt ſancti iuſtitia Chriſti induti & gloria ipſius ſuperinduendi, diſtinguantur ab infidelibus vtraque veſte deſtitutis. Nam quòd quidam hoc refert ad eos qui viui in iudicio deprehẽdentur (de quibus 1. Theſſ. 4.d.16) ineptius eſt quàm vt refutatione egeat. Ambroſius indicat aliam lectionem, nempe εἴγε ἐκδυσάμενοι, id eſt ſiquidem expoliati, quam ſanè germanam eſſe puto, quum in ſequenti verſiculo in quo iſta explicãtur, hæc duo verba ἐκδύσασθαι & ἐπενδύσασθαι conferãtur, & facilis fuerit lapſus ἐκ in ἐν. Quòd ſi præterea retinuerimus particulam καὶ, tunc plana ac perſpicua fuerit hæc ſententia, Nos deſiderare ſuperindui, quãdoquidem etiam poſtquam fuerimus expoliati tabernaculo, non inueniemur nudi. Neque enim ſuſpiramus quòd velimus expoliari, ſed quòd ſuperindui ac mortalitatem cum vita velimus commutare. id eſt, non huius vitæ tædio, vt infideles & refractarii, ſed futuræ deſiderio.

4 Etenim Καὶ γὰρ Vulgata, Nam &, deprauata etiam ſententia. Qui ſumus οἱ ὄντες. Id eſt, quia ſumus. Rurſum enim ponitur articulus αἰτιολογικῶς, vt ſuprà 4.c.11.

ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita.		ʹin quo non cupimus exui, ſed ſuperindui, vt abſorbeatur mortalitas à vita.	Colluctatio Spiritus & carnis.
Qui autem efficit nos in hoc ipſũ, De⁹, qui dedit nobis pignus Spiritus.	5	Porròʹqui cõdidit nos ad hoc ipſum, ʹDeus *eſt*, qui etiam dedit nobisʺarrhabonem Spiritus.	
Audentes igitur ſemper, & ſciẽtes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino:	6	ʹConfidentes igitur ſemper, & ſcientesʹquòd aduenæ ſumus in corpore, peregre abſumus à Domino.	
(Per fidem enim ambulamus, & nõ per ſpeciem)	7	(ʹPer fidem enim incedimus, non per aſpectum)	Fides.
Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſẽtes eſſe ad Dominũ.	8	ʹConfidimus autem, & probamusʺpotiusʹmigrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum.	
Et ideo contendimus, ſiue abſẽtes, ſiue præſentes, placere illi.	9	Quapropterʺetiam ambimusʺvt & incolentes & migrãtes, ei ſimus accepti.	Placere Deo.

In quo non cupimus exui ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι Eraſmus, propterea quòd nolimus exui, ſenſu certè abſurdo. Nam etiamſi legas vt excudit Frobenius, ἐπειδὴ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, erit tamen tranſponenda negans particula, vt pertineat ad ἐκδύσασθαι, vt ex ipſa ſentẽtia puto ſatis liquere. Sed profectò legendum eſt ἐφ' ᾧ, vt ſcriptum inuenimus ſummo conſenſu in omnibus vetuſtis codicibus, & Græcis etiam ſcholiis. quibus tamen in eo non aſſentior quòd ἐφ' ᾧ interpretãtur pro ἐπειδὴ, quo fit vt in eandem illam traiectionem incidamus: quum potius ἐφ' ᾧ vertendum ſit, in quo, & ſubaudiendum σκήνει tabernaculo, vt ſit ſententia, In quo tabernaculo quandiu ſcilicet ſumus, non cupimus exui ſed ſuperindui, &c. Vulg. eo quòd. Videtur enim etiam legiſſe ἐφ' ᾧ, ſed pro ἐπειδὴ.

5 Qui condidit ὁ κατεργασάμενος Id eſt ὁ κτίσας, ſiue ὁ διαπλασάμενος, vt rectè explicant Græca ſcholia. Hoc enim referendum eſſe ad primam illam corporis fabricationem oſtendit verbum ἐργάζεσθαι, id eſt operari: vt ſignificetur Deum ad hunc ipſum finem condidiſſe ſuorum electorum corpora (agitur autem hic peculiariter de miniſtris) vt ea aliquando cæleſti illa immortalitate indueret, cuius arrham habent Spiritum ſanctum in ipſis tam efficaciter agentem. Alioqui dixiſſet potius ἐνεργήσας ἐν ἡμῖν. Itaque Vetus interpres non ſatis rectè cõuertit, Qui efficit, neglecto etiam tempore. neque ſatis expreſſe Eraſmus, Qui parauit, ὁ παρασκευασάμενος, quum alioquin rectè hũc locum expoſuerit in annotationibus. Ambroſius, Perfecit, deceptus ſcilicet alia ſignificatione verbi κατεργάζεσθαι. Deus *eſt* Θεός. Sub. ἐστὶν, quam eclipſin durã eſſe fateor: ſed quæ tamẽ Paulo ſit familiaris, vt ſuprà 1.d.21, & 4.b.6. Neglexit Vetus interpres, ideóque obſcurè admodũ hæc conuertit, quòd videatur hiare ſentẽtia. Alibi tamen expreſſit, vbi obſcurior etiam erat eclipſis, vt infrà 10.a.1. Cæterùm quod in vno codice additum comperimus ὁ χρίσας ἡμᾶς, & qui nos vnxit, omnino irrepſit ex margine, vt alia etiam multa, quum aliquis, ad explicandum quod ſequitur de arrhabone Spiritus, annotaſſet quod ſcriptum eſt ſuprà 1.d.21. Arrhabonem ἀρραβῶνα. Vulg. pignus. Vide ſuprà 1.d.22.

6 Confidentes autem Θαρροῦντες δὲ Eraſ. Itaque bono animo ſumus. nã participia θαρροῦντες & εἰδότες cenſuit poſita pro verbis: quãobrem etiam εἰδότες conuertit, ſcimus. nempe quia coniunxit ἐνδημοῦντες (quod interpretatur, quum domi ſumus) cum verbo ἐκδημοῦμεν: ideóque, ne penderet ſententia, coactus eſt illam enallagen conſtituere, cuius aliquot exempla alibi obſeruauimus. Vetus autem interpres omnia contentus fuit ad verbum interpretari. Græca ſcholia participia relinquunt integra, &, ne hiet ſententia, tradũt particulam δὲ redundare initio verſ.8. Mihi dura videtur illa enallage hoc in loco, nec minus etiam durus iſte pleonaſmus. Quomodo verò hæc putem explicanda, dicam proxima annotatione, ſi hoc addidero, Confidentem hic dici eum qui præſenti ſit animo, id eſt quieto & ad ſuſtinenda quæuis pericula parato, quòd de fœlici exitu nihil dubitet. Quòd aduenæ ſumus in corpore ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι. Vetus interpres, dum ſumus in corpore. Eraſmus, quum domi ſumus in corpore. Hoc igitur habent inter ſe commune, quòd participium ἐνδημοῦντες coniungunt cũ ſequente verbo: quo fit vt hiet ſentẽtia, ſicut in ſuperiore annotatione diximus. Ego verò ſubaudiendum puto ἐσμὲν, vt infrà verſ.11, & cap.7.b.5. Item 11.d.13. Ita igitur ſuperiora participia θαρροῦντες & εἰδότες cum verbo ἀποδημοῦμεν cõnectentur, eritq; hæc conſtructio, Peregrinamur ergo à Domino, cõfidentes ſemper & ſcientes quòd aduenæ ſumus in corpore. Itaque etiã in verbo ἐνδημεῖν ab vtroque, ſed ab Eraſmo in primis, diſſentio. perinde enim vertit ille acſi ἐνδημεῖν idem ſignificaret atque εἶναι. quod liquet non ſatis eſſe expreſſum. Eraſmus verò, acſi ἐνδημεῖν declararet domi ſuæ eſſe, cui opponatur ἐκδημεῖν. i. domo ſua abeſſe. Ego verò, vt non contendam pluribus de propria ſignificatione verbi ἐνδημεῖν, quam fortaſſis ſequutus eſt Eraſmus, hoc tamen dico, eam declarationem mihi videri ex diametro repugnantẽ Apoſtoli ſententiæ, atque adeo ſeipſam elidere. Nam ſi in corpore viuere, eſt domi ſuæ eſſe, quomodo dicetur peregrinari à Domino qui in corpore viuit? Peregrinari enim dicimur, noſtri domicilii reſpectu: vt ſi corpus noſtra eſt ſedes, peregrinari non poſſit vlla ratione dici qui in eo verſatur. Deinde quæ hæc eſſet conſolatio, ideò ſecurum eſſe, quòd ſcias te domi tuæ eſſe, à Domino verò abeſſe, quaſi peregrè profectum? Nempe, inquies, quòd qui peregrinatur, domum reſpiciat. Certè ita eſt, ex quo conſequitur, hoc corpus non ita vt nunc eſt in terris, ſed vt erit in cæleſti gloria, cælum denique non terram nobis pro domicilio proponi. Conſentit cum hac interpretatione non tantùm Petrus (qui hanc vitam vocat παροικίαν id eſt commorationem, non autem κατοικίαν id eſt habitationem, 1. Pet. 1.c.17) ſed & Scriptura vniuerſa: vt ἐνδημεῖν idem prorſus hic declaret atque ἐπιδημεῖν. i. aduenam verſari in aliquo loco. cui opponitur τὸ ἐκδημεῖν, id eſt extra patriam peregrinari. adſtipulante etiam Varino, qui ἐνδημεῖν per ἐπιδημεῖν interpretatur. Quia igitur dixerat Apoſtolus ſe in corpore gemere, non vitæ præſentis tædio, ſed futuræ deſiderio, Fortiter, inquit, in hac noſtra peregrinatione pergimus, quia ſcimus nos hìc eſſe aduenas, ac proinde nobis hìc non eſſe manendum, ſed in patriam redeundum. 7 Per fidem enim incedimus, non per aſpectum Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Hoc omnino includendum eſt parentheſi. Docet enim obiter quomodo & quatenus abſimus à Domino. Quia, inquit, nunc ita incedimus, (id eſt viuimus, ex Hebræorũ idiotiſmo) vt in fide, earum ſcilicet rerũ quas ſperamus, non autẽ in ipſo præſenti conſpectu Dei, vt Rom.8.e.24, Heb.11.a.1. Idem igitur declarat διὰ εἴδους atque αὐτοψὶ, vt declaratur 1. Corinth.13.d.12. pro quo Vulgata & Eraſmus nimium obſcurè verterunt Per ſpeciem. 8 Confidimus autem & probamus Θαρροῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν. Id eſt, ſic tamen confidimus, ſic forti & tranquillo animo peregrinationem illam noſtram conficimus, vt tamen multo malimus ad Dominũ diſcedere. Sic explicat quod dixerat ver.4, ſe in tabernaculo gemere, non quòd expoliari deſideraret, ſed quòd optaret ſuperindui. Vulg. nimium obſcurè, Audemus autẽ & bonam voluntatem habemus. Potius μᾶλλον. Potius ſcilicet quàm diutius à Domino abeſſe. Migrare è corpore & ad Dominum ire habitatum ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Hìc verò liquet non modò ex ſententia ipſa, ſed etiam ex diuerſa cõſtructione, τὸ ἐκδημεῖν nihil aliud declarare quàm ἐξιέναι, & ἐνδημεῖν idem prorſus ſignificare atque τὸ ἀπιέναι, eo tantùm excepto quòd vtroque verbo ſignificatur mutatio domicilii. Itaque non tanti fuit apud me paronomaſia iſtorum verborum, quin ſenſum ipſum ſtuduerim potius exprimere, quàm nimium dilutè interpretari ἐκδημεῖν exire & ἐνδημεῖν abire. Vulgata, peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Eraſmus, peregre abeſſe à corpore, & præſentes adeſſe apud Deum. Deinde quod dixit Apoſtolus, ſe optare ſuperindui, ſatis indicat hoc votum non reſpicere tempus illud interiectum, ſed ipſam potius corporis reſurrectionem, quum de tabernaculo agatur in domicilium mutando.

9 Etiam ambimus καὶ φιλοτιμούμεθα. Propriè vſurpauit hoc vocabulum, quo forenſis quædam ambitio honorum ſignificatur. Eſt autem hæc ſententia, Quod quum ita ſit, id eſt, quum fortiter pergamus in hac noſtra peregrinatione, & tamen deſiderio redeundi in patriam ardeamus, ita annitimur viuere vt & noſtra peregrinatio illi placeat, & tandem ab eo domum recipiamur. Vt & incolentes & migrantes εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες. Vulgata, ſiue præſentes, ſiue abſentes. Eraſmus, ſiue domi præſentes, ſiue foris peregre agentes. Atqui particula εἴτε hoc in loco non eſt diſiunctiua, ſed copulatiua, vt 1. Corinth.13.c.8, & Coloſſ.1.c.20. Deinde ἐνδημοῦντες quum priore loco ponatur, de hac vita ſanè intelligi debet, vt eundem ordinem vbique ſeruarit Apoſtolus. Ex quo efficitur, neque Veterem interpretem rectè interpretari Præſentes (quum hæc dicatur reſpectu Domini, à quo ſanè abſumus quandiu in hac vita verſamur) neque etiam Eraſmum appoſitè cõuertiſſe, Domi præſentes, quũ potius eo tẽpore domo abſimus. Ideò vertimus & incolentes, id eſt dum incolæ ſumus, in hoc corpore ſcilicet, vt ſuprà verſ.6. Alter error admiſſus eſt in ἐκδημοῦντες, pro quo Vetus interpres habet Abſentes. Eraſ. foris peregre agẽtes, quũ cõtrà ad futuram illã vitam hoc referatur, in qua demum præſentes erimus Deo, nec foris cõmorabimur, ſed domi habitabimus. Itaque ἐκδημοῦντες ſignificat ex corpore in patriã migrantes. Vtrunque verò nõ ad φιλοτιμούμεθα ſed ad εὐάρεστοι εἶναι referendũ eſt: quod pleroſque inter-

pretes fefellit.Neque enim agit Apoſtolus de eo deſiderio quo futurum eſt vt ardeat,quum domum redierit,& mortalitatem cum vita cõmutarit, (vtitur enim præſenti tempore,non futuro,& ea res omnis ad ſcopum Apoſtoli nõ videtur pertinere,)ſed explicat potius quod in proxima annotatione ſuperiore diximus.

Omnes enim ″nos manifeſtos fieri oportet corã tribunali Chriſti,vt vnuſquiſque reportet ′quæ in corpore *recipiat*, ″congruenter ad id quod fecerit,vel bonum,vel malum. 10

Scientes igitur ″terrorem illum Domini,′homines ad fidem adducimus,″Deo autem nos ipſos approbauimus. ″ſpero verò *nos* etiam apud conſcientias veſtras approbatos eſſe. 11

Enimuero non iterum noſipſos commendamus vobis,ſed occaſionem ′damus vobis gloriandi de nobis: ″vt habeatis *quod dicatis* aduerſus eos qui ′ex facie gloriam captant,ac non ex corde. 12

Nam ſiue ″inſanimus,Deo *inſanimus*: ″ſiue ſana mente ſumus,vobis ſana mente *ſumus*. 13

″Charitas enim illa Chriſti ′conſtringit nos: ″vt qui hoc ſtatuerimꝰ,quòd ſi vnus ′ꝓ õnibus ″mortuꝰ fuit,nẽpe õnes ′mortui fuerũt. 14

Mors Chriſti.
Viuere chriſti.

Et pro omnibus mortuus eſt: ′vt qui viuunt,poſt hac non ″ſibi viuant,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. 15

Itaque nos poſthac °neminem nouimus ſecundum carnem: 16

Rom.14.b.10

10 ‖Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti:vt referat vnuſquiſque propria corporis , prout geſſit,ſiue bonum,ſiue malum.

11 Sciẽtes ergo timorem Domini, hominibus ſuademus , Deo autem manifeſti ſumus:ſpero autẽ & in conſciẽtiis veſtris manifeſtos nos eſſe.

12 Non iterum cõmendamus nos vobis,ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriãtur, & nõ in corde.

C

13 Siue enim mente excidimus, Deo: ſiue ſobrii ſumus,vobis.

14 Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtimantes hoc,quoniam ſi vnus pro õnibus mortuꝰ eſt,ergo õnes mortui ſunt.

15 Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus:vt & qui viuũt,iã non ſibi viuãt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.

16 Itaque nos ex hoc neminem noui-

10 Nos manifeſtos fieri ἡμᾶς φανερωθῆναι Id eſt ſiſti præſentes,& illic in nos inquiri,vt palàm fiat qui fuerimus. Quæ in corpore *recipiat* τὰ διὰ τοῦ σώματος Id eſt τὰ ἐν τῷ σώματι,ſcilicet γενησόμενα. Id eſt vel gloriam,vel ignominiã. Tota enim hæc diſputatio de corporibus inſtituta eſt,de quorum infirmitate ac gloria cœpit diſſerere à capitis quarti initio. Διὰ verò pro ἐν poni obſeruauimus etiam Rom.4.b.11, & ſuprà 4.11. Vulg.propria corporis. Legit enim, τὰ ἴδια τοῦ σώματος,quo modo etiam Ambroſius. Sed ſuſpicor locum fuiſſe , propter nonnullã obſcuritatem,deprauatum. Tertullianus legit διὰ ſublato articulo,ea ipſa manẽte ſentẽtia, quam ſequuti ſumus vt ſimpliciſſimam. Eraſmus, ea quæ *fiunt* per corpus. quod mihi non videtur admodum conuenire,propter id quod ſubiicitur. quanuis ex Hebræorum idiotiſmo nonnunquam opus pro operis mercede accipiatur,vt Leuit.19.c.13,& Eſa.61.d.8.& ita etiã loquatur Apoſtolus Epheſ.6.b.8. Hoc enim in loco diſſeritur de corpore ipſo,quod in ſe recipiet vel gloriam vel ignominiam perpetuã pro tranſactæ vitæ ratione. Congruenter ad id quod fec. πρὸς ὃ ἔπραξεν. Hæc eſt vis præpoſitionis πρὸς hoc in loco,vt in illo Plut. in Fabio, πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμει. Vulgata,prout geſſit. Eraſmꝰ, iuxta id quod fecit. Neutra interpretatio mihi viſa eſt ſatis expreſſa:alioquin Frobenii editionẽ in eo ſequor quòd ſcripſerit πρὸς ὃ non πρὸς ἅ. 11 Terrorem illum Domini τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Id eſt formidabile illud iudicium. Itaque τὸν φόβον multo rectius conuertit Eraſmus terrorem,quàm Vetus interpres timorem. Homines ad fidem adducimus, ἀνθρώπους πείθομεν. Vulgata, hominibus ſuademus.quam etiam Eraſmus ſequutus eſt. itaque non expreſſerunt (opinor) Apoſtoli ſententiam Neque enim ſe duntaxat hominibus ſuadere dicit,vt Chriſtum ſcilicet amplectantur, ſed etiam perſuadere, propoſito illis Dei iudicio , nempe vt probet miniſterii ſui dignitatem ab eius fructu & efficacia. Deo autẽ noſipſos approbauimus Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. Vulgata & Eraſmus, Deo autem manifeſti ſumus. quaſi dicat Paulus, Deus autem nouit qui ſimus. At ego puto Manifeſtatum eſſe Deo,idem declarare,atque alibi,A Deo cognitum eſſe,id eſt approbatum.vt his verbis Apoſtolus,ex ratione coniugationis Niphal,ſignificet ſe apud homines quidem habere certum miniſterii ſui teſtimonium, nempe prædicationis ſuæ fructum: coram Deo verò ſeſe approbaſſe , quòd nimirum eam ipſam fidem eſſet amplexus quam aliis prædicabat, & hoc prædicationis ſucceſſu Dominus viciſſim ipſius miniſterium obſignaſſet. Spero ἐλπίζω. In vno codice ſcriptum inuenimus ἐλπίζομεν ſperamus,idque rectius,vt opinor,quum in hac tota diſputatione ſeſe cum Timotheo & Syluano coniunxerit.

12 Damus διδόντες. Sub. ἐσμὲν, pro præſenti δίδομεν,Hebræorum more, vt ſuprà verſ.6. ἐνδημοῦντες pro ἐνδημοῦμεν. Vt habeatis *quod dicatis* ἵνα ἔχητε. Sub. τὶ ἀπολογεῖσθαι,vt rectè explicant Græca ſcholia. Eraſmus,vt aliquid habeatis, ἵνα τὶ ἔχητε, quæ formula quiddam aliud declarat,vt diximus Marc.6.d.19 Eſt autem hæc phraſis prorſus Hebraica. Ex facie ἐν προσώπῳ. Id eſt externis laruis, & fucata illa pompa ſapientiæ & eloquentiæ humanæ, non autem vera pietate,quæ non in vultu, id eſt externa iſta ſpecie, ſed in corde ſedem habet. Alibi πρόσωπον,perſonam,faciem,ſpeciem,pro diuerſa locorum ſententia ſumus interpretati. Hic omnino ſeruãdum putauimus faciei vocabulum,propter oppoſitum Cordis nomen. Præpoſitio autem ἐν hoc in loco,videtur poſita pro διὰ vel ἐκ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, in facie. 13 Inſanimus ἐξέστημεν. Id eſt μαινόμεθα, vt Marc.3.c.21. Solet autem Apoſtolus ſibi tribuere ἀφροσύνην ex aduerſariorum iudicio,quoties de ſe cogitur aliquid prædicare,vt infrà aliquoties hoc inculcat,cap.11 & 12. Siue igitur inſanio,inquit, (hanc enim factorum meorum prædicationem putatis inſani hominis orationem eſſe)Diuinus eſt iſte furor,& totus ad vnam gloriam Dei ſpectãs, vt reprehendi à vobis eo nomine non poſſim:ſiue ſimpliciter facio meum officiũ & vobis euangelizo , (hoc enim demum eſt ſapere apud vos) omnia commodo veſtro facio,non meo, vt hìc quoque non poſſim videri meipſum commendare. Vulgata, ſiue mente excidimus.

Siue ſana mente ſumus εἴτε σωφρονοῦμεν. Vide Marc.5.b.15. Eſt autem repetendum idem verbum ἀπὸ κοινοῦ, vt ſuprà cap.1.b.6, & 2.b.10. Vulgata,ſiue ſobrii ſumus. Ambroſius,ſiue ſanum ſapimus,expreſſa notatione verbi σωφρονεῖν. Auguſtinus aduerſus Fauſtum lib.12. cap.26, ſiue temperãtes ſumus. Quas interpretationes viſum eſt afferre,propter eos qui nefas eſſe putãt à Vulgata interpretatione diſcedere,& quos non pudet hoc etiam nomine crimen hæreſeos bonis ac doctis hominibus impingere.

14 Charitas enim illa Chriſti ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. Id eſt,Amor enim ille quo Chriſtus nos proſequutus eſt, vel quo nos illum viciſſim redamamus. Illam interpretationem confirmat argumentum infiniti illius amoris quo nos eſt proſequutus,quũ ſeipſum morti exponeret pro inimicis,de quo Rom.6.b.8.pro hac verò videtur facere ſeries argumentorum. Inſtituit enim Apoſtolus oſtendere,non eſſe quòd exiſtimaretur,quæ de ſui miniſterii dignitate dixerat, ideo dixiſſe vt ſeipſum commendaret.nam,inquit,eiuſmodi affectus carnis in nobis iam non regnant. Vnum Deum quærimus,ſiue inſaniamus noſtro more,ſiue ſana mente ſimus. Nos enim totos regit amor quo Chriſtum proſequimur,quibus ſcilicet inſedit in animo ſummum illud à Chriſto in nos profectum beneficium. Vtraque ſententia optimè conuenit. Deligat vtranuis lector. Conſtringit συνέχει. Id eſt,totos poſſidet ac regit, vt eius afflatu quaſi correpti agamus omnia. Alludit enim ad vatum furorem,vt diximus Act.18.b.5. Vulg.vrget, ἐπείγει. Vt qui hoc ſtatuerimus κρίναντας τοῦτο. Id eſt,vt qui hoc pro certo apud nos conſtituerimus. Vulgata,æſtimantes hoc. Eraſmus,iudicantes illud. Pro omnibus mortuus eſt ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. De ſanctificatione hìc agit Apoſtolus,qua fit vt Chriſtus in nobis viuat.alioqui latè patet hoc dictũ,quia non vnum eſt noſtræ in Chriſto iuſtificationis caput.

Mortui fuerunt ἀπέθανον. Mortuis videntur opponi οἱ ζῶντες proximo verſiculo. Itaque quanuis mortificatio veteris hominis,ſit prima noſtræ ſanctificationis pars,malo tamen hoc referre ad eam conditionẽ in qua verſatur quiſquis nõ eſt regeneratus, vt ſcribitur Epheſ. 2.a.1. Nam etiam hoc maximè pertinet ad ſcopum Apoſtoli , habentis illos pro mortuis qui affectibus ambitionis aut gloriæ ducuntur. Vulgata,mortui ſunt,quod mihi non ſatis placet.

15 Vt qui viuunt ἵνα οἱ ζῶντες. Articulus reſtringit τὸ καθόλου ad ſolos fideles.i.ad eos qui in Chriſto viuunt. Nam ſufficit quidem ſeruandis omnibus Chriſti beneficium,ſed plerique repudiant. Sibi viuant ἑαυτοῖς ζῶσι. Vide caput epiſtolæ ad Rom.6 & 7.

16 Neminem nouimus οὐδένα οἴδαμεν. Verbum γινώσκειν alibi annotauimus poſitum,Hebræorũ more,pro approbare & gratũ habere. Hìc verò mihi videtur ſignificare aliquid amplius,nempe tantum abeſſe vt Apoſtolus ſoleat vllos cenſere ſecundum carnem,id eſt quatenus homines ſunt,ſiue ex vlla virtutum ſpecie (vt philoſophi & oratores, vt denique homines ſolent in ipſis hominibus quærere laudis &

& commendationis argumentum:vnde nata eſt illa conſuetudo homines inter Deos referendi,quod & ipſe Plinius teſtatur) vt cõtrà,quod ad hanc cenſendi rationem attinet,omnes quaſi pro non natis habeat:aut certè pro penitus incognitis,vt infrà verſu 21 dicitur Chriſtus nõ noſſe peccatum,propterea quòd prorſus ab eo fuit immunis:quaſi dicas in vernaculo noſtro ſermone, *Ie ne ſcay que c'eſt d'homme du monde ſelon la chair.c'eſt dire,entant qu'il eſt homme,ou,a la facon des hommes.* Quid igitur?nẽpe vult vt eas demũ virtutes pro virtutibus habeamus quæ ad Dei gloriam referuntur,deinde vt non homines ſed Deum in hominibus laudemus.Quum ſit autem Apoſtolus ex eorum numero qui einſmodi iudicio ſunt præditi,optima certè ratione omnem faſtus aut ambitionis ſuſpicionem à ſe amolitur.

D nius ſecũdum carnem: & ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum,ſed nunc iam non nouimus.

″quòd ſi etiam cognouimus Chriſtum ſecundum carnem,nũc tamen non amplius nouimus.

Eſa.43.c.19 apoc.21.b.5 — Siqua ergo in Chriſto noua creatura:vetera tranſierunt,|ecce facta ſunt omnia noua.

17 Itaque″ſiquis *eſt* ĩ Chriſto,″noua creatura *eſt*: vetera præteriẽrũt; ecce noua facta ſunt omnia.

Omnia autẽ ex Deo, qui nos recõciliauit ſibi per Chriſtum,&dedit nobis miniſterium reconciliationis.

18 Omnia autem *ſunt* ex Deo,qui reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum,dedítque nobis miniſterium reconciliationis. — Reconciliauit nos ſibi Deus.

Quoniam quidẽ Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, nõ reputãs illis delicta ipſorum,& poſuit in nobis verbum reconciliationis.

19 ″Nempe quia Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi,non imputando eis peccata ipſorum: poſuítque in nobis ſermonem hunc reconciliationis.

Pro Chriſto ergo legatione fungimur,tãquã Deo exhortãte p̃ nos:obſecram⁹ p̃ Chriſto,recõciliamini Deo

20 Itaque nomine Chriſti legatione fungimur,velut Deo *nos*″precante per nos: oramus Chriſti nomine, reconciliemini Deo. — Legatus Chriſti Paulus.

Eũ qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit:vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Cap.V I.

21 Fecit enim *ut*″is qui non nouit peccatum,pro nobis peccatũ *eſſet*,vt nos efficeremur″iuſtitia Dei″in eo. — Peccatum.

Cap. V I.

ADiuuantes autẽ & exhortamur, ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis

1 SEd &″vt adminiſtri,hortamur ne″fruſtra gratiam Dei vos receperitis. — Exhortatio ad opera.

Eſa.49.c.8 — |Ait enim,Tẽpore accepto exaudiui te,& in die ſalutis adiuui te.ecce nũc tẽp⁹ acceptabile,ecce nũc dies ſalutis

2 Dicit enim *Deus*,Tempore″accepto exaudiui te,& in die ſalutis ſuccurri tibi.ecce nũc tempus acceptum,ecce nunc dies ſalutis. — Tẽpus acceptũ.

Nemini dantes vllam offẽſionem, vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrũ:

3 ″Nullam vlla in re præbentes offenſionem,ne″vituperetur miniſterium.

Sed in õnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros,in multa patientia,in tribulationibus, in neceſſitatibus,in anguſtiis,

4 Sed″in omnibus nos approbamus vt Dei miniſtri, tolerantia multa in oppreſſionibus,in neceſſitatibus,in anguſtiis, — Miniſtri Dei.

B In plagis,in carceribus, in ſeditionibus,in laboribus,

5 In plagis,in carceribus,″in ſeditionibus,in laboribus,

Quòd ſi etiam,&c. εἰ δὲ καὶ,&c.Non potuit altius prouehi Paulus,vt peruerſum hominum iudicium prorſus reiiceret. Si Chriſtus,inquit,cæterorum hominum more ex virtutibus æſtimetur,quid fuit eo homine præſtantius?Itaque ad tempus inter homines conuerſans,ſic eſt à nobis æſtimatus(loquitur autem Paulus non de ſe propriè,ſed de Apoſtolis & aliis diſcipulis qui Chriſtum inter homines verſantem erãt aſſectati, eúmq; dũtaxat pro excellenti homine habuerant:vt vel ex eo apparet quòd de reſurrectione tam pertinaciter dubitarunt.)At nunc,inquit,ne Chriſtum quidem ipſum aliter cenſemus quàm ex Deo in ipſo corporaliter habitante,ad cuius dextram ſedet.Id eſt,nos ne Chriſtũ quidem ipſum nunc vt hominem excellentem commẽdamus & agnoſcimus,ſed vt Filium Dei,gloriæ ipſius participem. Deũ denique ipſum in Chriſti carne conſideramus,quem,abſque eo foret,pro ſeruatore non agnoſceremus. Et ſuſpicabimini me aut mihiipſi aut cuiquam homini adulari,commemorandis vllis meis aut aliorum virtutibus? Imò quum miniſterium meum laudo, Dei virtutem laudo, quum res à nobis geſtas commemoro,Dei in vobis homuncionibus inuictũ robur prædico,vt in eo omnes gloriemur. Cæterùm qui ex hoc loco colligunt carnem Chriſti à Diuinitate eſſe abſorptam,id eſt,qui ſpem nobis æternæ gloriæ adimunt,ſunt certè ineptiores quàm vt eos refutari oporteat.Certè mirum eſt eos etiam non colligere,nullos homines iam eſſe vera carne præditos,quòd dixerit Apoſtolus ſe neminẽ agnoſcere ſecundum carnem. 17 Siquis *eſt* in Chriſto, εἴ τις ἐν Χριστῷ, Sic legendum eſt,adhibita ſcilicet diſtinctione poſt Χριστῷ, & verbo ſubſtantiuo bis ſubaudito.Itaque Vetus interpres perperam conuertit,Si qua in Chriſto noua creatura,quaſi τὶς pertineat ad κτίσις.

Noua creatura καινὴ κτίσις. Id eſt,veluti res quædam recens à Deo condita:adeò ſunt contraria inter ſe Spiritus & carnis iudicia.Vbi igitur doctrina liberi arbitrii,quæ nos tradit duntaxat à gratia adiuuari?Eſt tamen,fateor,auxeſis in creaturæ nomine:quod libenter vſurpauimus quanuis parum Latinum,quum nulla ſubſtantia noua condatur,ſed qualitas duntaxat immutetur.Verùm ſic loqui placuit Spiritui ſancto,vt intelligeremus omnia eſſe in ſolidum gratiæ Dei tribuenda in regenerationis opere:non quòd trũci aut ſtipites ſimus,ſed quia Deus creat in nobis vt bene velimus ac poſſimus. 19 Nempe quia ὡς ὅτι. Vel,Nam certè. Vulg.& Eraſ.quandoquidem.In vno exemplari deerat ὡς.Sic tamen vſurpatur & infrà 11.e.21.poſuitque in nobis ſermonẽ hunc καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον.Hebræis ponere verba in ore dicitur qui alicuius opera vtitur in re quapiam ſignificanda.ſed quum de Deo agitur,peculiaris eſt huius formulæ emphaſis.qua ſcilicet ſignificatur & cor loquentis à Domino impelli,& linguam regi,vt ſit quaſi os ipſius Dei loquentis. 20 Precante παρακαλοῦντος.Vulg. exhortante.Sed illa interpretatio mihi magis arridet,quòd videatur Apoſtolus ad hanc emolliendam formulam addidiſſe particulam ὡς, quia re vera Deus non precatur nos,ſed veluti precatur in miniſtrorum perſona.Neque verò quicquam dici potuit ἐμφατικώτερον.

21 Is qui non nouit peccatum τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν. Id eſt qui prorſus fuit à peccato alienus.Vide ſuprà verſ.16. Fecit *ut* pro nobis *eſſet* peccatum ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Ita eſt magis perſpicua oratio quàm ſi dicamus ad verbum,peccatum fecit.Vocat autem ἁμαρτίαν hoc poſteriore loco,Victimam pro peccato,ex Hebræorum idiotiſmo,apud quos ſic accipitur nomen אשם vt Leuit.7.a.2. vel,Chriſtus dicitur factus eſſe peccatum pro nobis,id eſt,peccator.nempe ex omnium noſtrorum peccatorum reatu ipſi imputato, vt melius appareat ſequentis membri oppoſitio. Iuſtitia Dei δικαιοσύνη Θεοῦ. Id eſt iuſti apud Deum,& quidem iuſtitia non nobis inhærente, ſed quæ quũ in Chriſto ſit,nobis per fidem à Deo imputatur.Ideò enim additum eſt ἐν αὐτῷ.Sic ergo ſumus iuſtitia Dei in ipſo,vt ille eſt peccatum in nobis,nempe ex imputatione. In eo ἐν αὐτῷ. Eraſmus,per illum.Vide 1.Corinth.1.a.4.

IN CAPVT VI.

1 Vt adminiſtri συνεργοῦντες. Vulg.Adiuuantes autem.Eraſ.Quin & adiuuantes.Vide 1.Cor.3.b.9. Fruſtra εἰς κενὸν. Vulg.& Eraſ. barbarè & obſcurè,in vacuum. 2 Accepto δεκτῷ. Heb.רצון Id eſt,gratuitæ beneuolentiæ,quo ſcilicet Deus ſuum illum immenſum amorem effudit.Hanc ferè vocant Sacri ſcriptores εὐδοκίαν,de qua vide Luc.2.b.14.

3 Nullã vlla in re Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ.Vulg.Nemini vllam,μηδεμίαν μηδενὶ. Præbentes διδόντες.Eraſ.demus,quaſi ſubaudiatur ὦμεν, & ſit adhortatio,quũ Apoſtolus potius in ſuo & Timothei ac Syluani exẽplari verum paſtorẽ Corinthiis ſpectandũ proponat.Eſt autẽ hoc connectendum cum verbo παρακαλοῦμεν,ita vt ſecundus verſiculus veluti ſit interiectus,ſicut rectè annotant Græca ſcholia, & Eraſmus ipſe poſtea animaduertit. Vituperetur μωμηθῇ.Vulg.reprehendatur,non tam expreſſè. 4 In omnibus ἐν παντὶ.Heb.בכל pro,omnibus modis,vel omnibus in rebus,vt ſuprà 4.b.8,& infrà aliquoties. Approbantes συνιστῶντες.i.μαρτυροῦντες καὶ γνωρίμους ποιοῦντες. i.declarãtes & re ipſa præſtantes, vt infrà 7.c.11. Vulg.exhibeamus, quaſi ſit adhortatio ac non potius hiſtoriæ narratio.Eraſ.cõmendantes.quæ ſignificatio non tam videtur commoda huic loco,atque altera illa. 5 In ſeditionibus ἐν ἀκαταστασίαις. ſiue agitationibus crebris,vt ſedem quietam nullam poſſent inuenire.Accipitur tamen pro tumultu & confuſione Luc.21.b.9,& 1.Cor.14.f.33.

'Per vigilias, per ieiunia, per puritatem, per ſcientiam, 'per lenitatem, 'per bonitatem, 'per Spiritum ſãctum, per charitatem nõ ſimulatam: 6

'In ſermone veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſiniſtra, 7

'Per gloriam, & ignominiam: 'per conuitia, & laudes: vt ſeductores, 'ſed veraces *ſumus*. 8

Vt ignoti, ſed noti *ſumus*: vt morientes, ſed ecce viuimus: vt qui caſtigamur, ſed non occidimur: 9

Vt dolentes, ſed ſemper gaudemus: vt pauperes, ſed multos ditamus: vt nihil habentes, ſed omnia obtinemus. 10

'Os noſtrum apertum eſt erga vos, Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. 11

'Non habitatis anguſtè in nobis: ſed anguſti eſtis 'in viſceribus veſtris. 12

'Eiuſdem autem compenſationis vicem *poſco*. Dico vt filiis, dilatemini & vos. 13

Idololatræ fugiẽdi.

'Ne impari iugo copulemini cũ infidelibus. Quod enim conſortiũ iuſtitiæ cũ iniuſtitia? & quæ communio luci cum tenebris? 14

Et quæ concordia Chriſto cum 'Belial? 15

6 In vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate nõ ficta:

7 In verbo veritatis, in virtute Dei, p arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.

8 Per gloriã, & ignobilitatẽ: p infamiã, & bonam famam: vt ſeductores, & veraces:

9 Sicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati:

10 Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autẽ locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. C

11 Os noſtrum patet ad vos ô Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt.

12 Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini autem in viſceribus veſtris.

13 Eandẽ autẽ habẽtes remuneratiõnẽ, tãquã filiis dico, dilatamini & vos.

14 Nolite iugum ducere cũ infidelibus. quæ enĩ participatio iuſtitię cũ iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras.

15 Quæ autem conuentio Chriſti ad D

6 Per vigilias ἐν ἀγρυπνίαις. Ante commemorauit quibus in malis verſaretur quotidie, nunc explicat quibus armis reſtiterit. Itaque præpoſitio ἐν alio modo nunc fuit explicanda. Per lenitatem ἐν μακροθυμίᾳ. Vulg. in longanimitate. Vide Ro. 2. a. 4. Per bonitatẽ ἐν χρηστότητι. Vulg. in ſuauitate. Eraſ. in benignitate, vt & nos alibi. Per Spiritum ſanctum ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Commemoratis aliquot ſpeciebus, ſubiicit duo ad quæ tanquam genera poſſint illa reuocari, nempe Spiritum ſanctum, vt cauſam efficientẽ: & charitatem, vt finem vniuerſalem. 7 In ſermone veritatis ἐν λόγῳ ἀληθείας. Id eſt in Euangelii prædicatione. cui adiungit virtutem Dei. i. inſignem illã poteſtatem non tantùm edendi ſigna, ſed etiam malos domãdi. Ideò etiam facit armorum mentionem, & quidem ἀμφιδεξίων, id eſt quibus ſeſe ac munus ſuum omni ex parte tueretur. Sed & conuertere poſſimus non ineptè Per ſermonem veritatis, & per virtutẽ Dei, vt ſcilicet externa nũc præſidia commemoret quibus Satanam & mundum expugnauit. Externa autem voco quæ ſunt quaſi telorum loco: ſicut militis gladium à fortitudine animi diſtinguimus. Hæc igitur arma fuerunt, ſermo Veritatis, poteſtas illa Dei, cuius meminit infrà 10. a. 4. arma denique iuſtitiæ, id eſt integritas. 8 Per gloriam διὰ δόξης. διὰ hoc in loco non ſignificat inſtrumentalem cauſam, ſed ita accipitur vt quum dicimus, per campos, per vrbem incedere. Deſcribit enim veluti iter quo contenderit ad metam. Per conuitia, & laudes διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Vulg. per infamiam, & bonam famam. Ad verbum, per maledicentiam, & benedicentiam. Sed veraces καὶ ἀληθεῖς. καὶ pro ἀλλὰ, vt Act. 10. d. 28 11 Os noſtrum, &c. τὸ στόμα, &c. Id eſt apertè, & plenis, vt aiunt, buccis, vobis ſum loquutus, ſingulari cum teſtimonio mei in vos vehementiſſimi amoris, quaſi videlicet cor meum geſtiam in ſinum veſtrum effundere. Oris enim ac cordis dilatatio vehementiſſimã declarant affectionem eius qui loquitur. vt fieri ſolet in ſumma aliqua lætitia. cuius tamen diuerſi ſunt fines, atque adeò interdum etiam contrarii. Inde factum vt dilatatio cordis & oris de maledico dicatur, vt Pſal. 34. d. 37. vnde ἐπιχαιρεκακία: & de eo qui ſe immodicè efferat, vnde μεγαληγορίαν Græci iactationem illam ſuperbam vocant. Sed ſpectandum eſt de quo agatur. Hìc verò Apoſtolum nõ de glorioſa illa ſua iactatione, ſed de ſua in Corinthios beneuolentia diſſerere, apparet ex duobus ſequẽtibus verſiculis, vt mox dicã. Item ex 7. a. 2 & 3, vbi eandem tranſlationem vſurpat. Sed dicet aliquis, quomodo hæc cohærent? Optimè profectò. Nam quòd tam familiariter ſua omnia illis expoſuerat, maximum erat amicitiæ teſtimonium. & hoc veluti proœmio ad audiendas admonitiones præparat.

12 Non habitatis anguſtè οὐ στενοχωρεῖσθε. Perſiſtit Paulus in eadem metaphora, & de animo quaſi de domicilio quodam loquitur. στενοχωρεῖσθαι verò dicitur tam qui ab alio coarctatur, vt qui in anguſta domo degit: quàm qui eſt in ſeſe anguſtus. ac priore quidem declaratione hìc accipitur priore loco. eſt enim hæc ſententia, Vos in animo meo quaſi in domicilio quodam eſtis, eóque minimè anguſto. Totũ enim vobis animum patefeci, atque adeò, veſtri accipiendi cauſa, veluti dilataui. At vos mihi eſtis anguſti (hìc enim τὸ στενοχωρεῖσθαι ſignificat anguſtum eſſe) cui ſcilicet locus non ſit apud vos: quorum tamen animos oportuerat mihi quoque patere, ac viciſſim me capere (vt infrà 7. a. 2) vt par pari referretis. Sed & tacita antitheſis ſubeſt in eo quòd vnus multos vltrò recipit, multi verò ne vnũ quidem viciſſim capiũt. Vulg. Non anguſtiamini, prorſus barbarè. Eraſmus, non eſtis anguſti. quam interpretationem non miror obſcuram eſſe, quum ipſe planè nõ intellexerit de quo hìc ageretur. Putauit enim anguſtiæ nomine ſignificari cæremoniarum Moſaicarum obſeruationem. abſurdè profectò, quod tanti viri pace dictum velim: quum hoc nomine nuſquam reprehendãtur Corinthii, imo verò potius quòd libertate Chriſtiana nonnunquam abuterentur. Quidam totum hunc locum ſic cõuertit, Si vos eſtis anguſti, non erga nos eſtis anguſti, ſed erga hominem cui eſtis intimi. homo certè non minus ineptus in exponendo, quàm in interpretando temerarius. In viſceribus veſtris ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Viſcera vocat, Hebræorum more, teneriores illos affectus intimo cordi inſidentes. Vide infrà 7. d. 15.

13 Eiuſdem autem compenſationis vicem *poſco* τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν. Mihi videtur præciſa ſententia, ſed quæ facile ſuppleri poſſit. Ideo Vetus interpres addidit participium ἔχοντες habentes, quod tamen parum videtur conuenire. Eraſmus ex Chryſoſtomo connectit cũ λέγω, quaſi ſcriptum ſit, περὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἀντιμισθίας, id eſt, de mutua verò compenſatione vos vt filios alloquor. quod deinde exponit Paulus quum petit vt viciſſim dilatentur. Ideo conuertit Eraſmus, Eandem autem remunerationem vt à filiis exigo. Lector vtrauis interpretationem ſequatur. Nam ea quam ſequitur Ambroſius, & in Græcis etiam ſcholiis inuenio, planè eſt violenta, quaſi ſcilicet coniunctio δὲ redundet. Cæterùm notandum eſt Apoſtolum non τὴν ἴσην, id eſt parem, ſed τὴν αὐτὴν id eſt eandem, ſcripſiſſe, ne videatur beneficium exprobrare. Deinde ἀντιμισθίαν malui compenſationis vicem quàm remunerationem interpretari.

14 Ne impari iugo copulemini μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες Ab amicitia quam ab iis meritò requirebat, & cuius teſtificatione præparabat eorum animos ad audiendam reprehenſionem, commodè nunc trãſit ad eam coniunctionem quam habebant cum infidelibus. Vulgata, Nolite iugum ducere. Bud. ne copulemini. Nam τὸ ἑτεροζυγεῖν accipit pro ὁμοζυγεῖν, id eſt in eodem iuge trahendo alteram partem oneris ſuſtinere. At ego Eraſmo aſſentior, qui quanuis Veterem tranſlationẽ non emẽdarit, rectè tamen tradidit ἑτεροζυγοῦντας vocari qui quũ ſint diuerſæ conditionis, tamen in eodem opere mutuam operam præſtent, vt ſi fidelis vxorem infidelem ducat vel contrà, aut ſi menſæ dæmoniorum fiat particeps: denique ſi cum infideli, in aliquo opere, vel per ſe vel κατά τι illicitò commercium habeat. Perinde enim eſt ac ſi quis ſub idem iugum bouem & aſinum compulerit: quod diſertè prohibuerat Dominus. ac mihi etiam videtur alludere Apoſtolus ad Legem ea de re perſcriptam Deut. 22. b. 10, quanuis quod ad matrimonium impar attinet, aliis multis locis de eo ſit cautum. idque ita eſſe apparet ex ſequentibus oppoſitionibus 15 Belial Βελίαρ. Heb. בליעל quo nomine tradit Kimhi ſignificari בלי יעל, id eſt qui non promouebit, vel בלי מועיל id eſt nequam, ſiue qui nulli ſit commodus. Merito igitur hoc nomine (quod, vt nonnulla alia, ſatis erat in Græcis etiam Eccleſiis peruulgatum) Diabolus declaratur, Chriſto optimo maximo oppoſitus ex diametro. Hieronymus deducit à בלי & עול quaſi dicas

abſque iugo, vnde factum vt Aquila ἀποστάτην conuerterit. quem etiam Græca ſcholia ſequūtur. Ego priorem notationem potius amplector, quanuis altera quoque Satanæ optimè conueniat.

Belial? aut quę pars fideli cum infideli?

aut quæ pars fideli cum infideli?

16 Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? vos enim eſtis tēplū Dei viui. ſicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo: & ero illorū Deus, & ipſi erūt mihi popul⁹.

1.Cor.3.d.17 & 6.d.19 Leuit 26 b.11

16 Et quæ conſenſio templo Dei cum ſimulachris? nam vos templū eſtis Dei viuentis. ſicut dixit Deus, Habitabo in eis & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.

Templum Dei

Eſa.52.d.11

17 Propter quod exite de medio eorū, & ſeparamini, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos:

17 Quapropter exite è medio eorum, & ſeparemini, dicit Dominus: & impurum ne attigeritis: tum ego excipiam vos:

Ierem.31.a.1

18 Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias: dicit Dominus omnipotens.

18 Et ero vobis pro patre, & vos eritis mihi pro filiis ac filiabus: dicit Dominus omnipotens.

Pater Deus. Filii Dei.

Cap. VII.

1 HAs ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

1 HAs igitur promiſſiones quum habeamus, dilecti, purgemus nosipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficiētes ſanctificationem cum timore Dei.

Mūdare ſeipſum & ſanctificationem perficere.

2 Capite nos: neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circūuenimus.

2 Accipite nos: nemini iniuriam fecimus, neminem peruertimus, neminem expilauimus.

3 Non ad condemnationem dico: prędixi enim quòd in cordibus noſtris eſtis ad cōmoriendū & ad conuiuēdū.

3 Ad condemnationem *veſtri* non loquor. nam antè dixi vos in cordibus noſtris eſſe, ad ſimul moriendum & ſimul viuendum.

B

4 Multa mihi fiducia eſt apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis: repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.

4 Multa mihi loquendi libertas apud vos: multa mihi gloriatio de vobis: impletus ſum conſolatione, vehementer exundo gaudio in omni afflictione noſtra.

5 Nam & quum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationē paſſi ſumus: foris pugnæ, intus timores.

5 Etenim quum veniſſemus in Macedoniam, nullam habuit relaxationē caro noſtra, ſed in omnibus fuimus oppreſſi: foris pugnæ, intus terrores.

Afflictiones Paulo in Macedonia.

6 Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi.

6 Sed qui conſolatur afflictos, conſolatus eſt nos, Deus, per aduentum Titi.

7 Non ſolùm autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione qua conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me: ita vt magis gauderem.

7 Non ſolùm autem per aduentum illius, ſed etiam per conſolationem quam ille accepit de vobis, quum renuntiaret nobis veſtrum vehemens deſiderium, veſtrum eiulatum, veſtrum pro me zelum: adeò vt magis gauiſus fuerim.

Quæ pars τίς μερὶς Heb. loquendi formula, acſi dicat, Quid commune habet fidelis cum infideli, quod inter eos diuidi oporteat? vt in vernaculo noſtro ſermone dicimus, *Qu'ha le fidele a partir auec l'infidele?*

16 Dei viuentis Θεοῦ ζῶντος. Deum verè exiſtentem & vitæ authorem, id eſt קים (vt Chaldæi vertūt) opponit idolis, rebus ſcilicet prorſus inanibus ac vanis. Sunt autem qui legant ἡμεῖς ἐσμὲν nos ſumus, pro ὑμεῖς ἐστὲ vos eſtis. Habitabo in eis ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. Hebraicè והיה משכני עליהם Ezech. 37. g. 27. ita vt Apoſtolus nihil prorſus detorſerit, quum illic diſertè agatur de Chriſti fœdere, & עליהם potius in ipſis declaret quàm inter ipſos, id eſt בתוככם vt eſt apud Moſen Leuit. 26. b. 12. quem locum ſiquis cum iſto comparet, facilè iudicabit Paulū hoc potius petiiſſe ex Ezechiele quàm ex Moſe: eo tantùm excepto quòd καὶ ἐμπεριπατήσω omnino ex Moſe petitum eſt, qui addit והתהלכתי בתוככם. ſed in eo nulla eſt difficultas. adumbrauit enim arcæ Domini præſentia in medio Iſraelis, veram in cordibus noſtris præſentiā Immanuelis, per Spiritum ſanctum.

IN CAPVT VII.

1 Carnis & Spiritus σαρκὸς καὶ πνεύματος. Id eſt, corporis & animi, vt ſit hoc modo perfecta ſanctificatio, id eſt vtraque ſui parte conſtans. Nam alioqui quorſum corporis puritatem, ſi impurus eſt animus? aut quomodo purus erit animus ſi corpus fuerit inquinatum? Hoc conſiderent qui imaginantur ſe puram conſcientiam coram Deo afferre, etiamſi corpus coram idolis proſtituant. Cæterum hîc quoque inepta eſt capitis ſectio, quum hunc verſiculum prorſus oportuerit ſuperioribus adiungere. neque emphaſin verbi ἐπιτελεῖν conſiderauit is qui nuper conuertit ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην fungentes ſanctimonia.

2 Accipite nos χωρήσατε ἡμᾶς. Id eſt, Sinite vt locum apud vos inueniam, vobis ſcilicet docēdis. Neque enim Capere hîc accipitur pro intelligere, ſed ſicut vas aut locus aliquid capit. Redit enim ad id quod dixerat ſuprà 5. c. 13. dilatemini etiam vos. Vulg. capite nos. Eraſ. capaces eſtote noſtri, ex Ambroſio. Neminē peruertimus οὐδένα ἐφθείραμεν. Id eſt, in nullius bona inuaſimus, nullius fortunas ſumus populati. Nam τὸ φθείρειν vix poſſe videtur commodè hoc in loco referri ad mores. & Hebræi ſic vtuntur verbo השחית pro vaſtare, diſperdere & fortunis aliquem euertere. Neminem expilauimus μηδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. Id eſt, nemini quicquam per auaritiam eripuimus. Vulg. neminem circunuenimus. Eraſ. neminem fraudauimus. Vtraque interpretatio nimium latè patet. Eraſmus autem ipſe vt nos hoc in loco, ita etiam conuertit infrà 12. f. 17. 3 Ad condemnationem *veſtri* πρὸς κατάκρισιν. Id eſt, vt vos ingrati animi vel perfidiæ condemnem. Ad ſimul moriendum εἰς τὸ συναποθανεῖν. Hoc eſt quod in vernaculo ſermone dicimus, *a la vie & a la mort*, vt ſignificemus conſtātiſſimam amicitiam. Eraſmus putat Paulum ad illud amicitiæ genus alluſiſſe, quo fiebat vt amico mortuo, qui ſuperſtes manebat, ſibi mortem conſciſceret. Eiuſmodi erant quos Galli vocabant Soldurios: Cæſar deuotos interpretatur libro de bello Gallico tertio. Talis etiam erat apud Thebanos ἱερὸς λόχος, cuius meminit Plutarchus in Pelopida.

5 In omnibus ἐν παντὶ Heb. בכל vide ſuprà 4. b. 8, & 6. a. 4. Fuimus oppreſſi θλιβόμενοι. ſub. γεγόναμεν, vt ſuprà 5. b. 6, & c. 12. Item 11. d. 13. ex Hebræorum conſuetudine, apud quos ita ſubauditur ſubſtantiuum verbum poſt participium. Diſertè autem fit mentio carnis, id eſt corporis, vt conſolationes Spirituales iſtis exercitiis opponat, ac præſertim gaudium illud quod ex Titi nuntio perceperat: quum alioqui animo quoque vt corpore affligeretur. Intus, &c. ἔξωθεν, &c. Videtur alludere ad locum illum Deut. 32. d. 25. Eſt enim crux, quod ad externam ſpeciem attinet, ſanctis iuxtà & impiis communis, quanuis in contrarios fines.

6 Afflictos ταπεινούς. Heb. עניים quaſi deiectos & proſtratos dicas. Vulg. & Eraſ. ad verbum, humiles. Per aduentū Titi ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Id eſt, iis quæ mihi adueniens Titus renuntiauit de vobis: quo fructu ſcilicet literas meas perlegeritis. Nam de gaudio quod propriè accepit Apoſtolus ex ipſius Titi conſpectu, nullam hic opinor fieri mentionem. Imo verò quod ſuprà dixit 4. c. 12, ſe, non reperto Tito, ſtatim Troade ſoluiſſe, ad ipſos Corinthios referēdum eſt. quorum deſideriū quum ferre non poſſet Apoſtolus, nec ante acceptū ab eis nūtium vellet ad eos proficiſci, vt eis ſcilicet parceret, ſtatim in Macedoniā contendit, vt Tito ab eis redeūti (cum enim Epheſo miſerat) poſſet occurrere. 7 Sed etiam, &c. ἀλλὰ καὶ Alterā cauſam affert ſuæ cōſolationis, nempe benignā apud eos Titi exceptionem, magno cum ipſorum fructu, ſicut futurū promiſerat. Quum renuntiaret ἀναγγέλλων. Priorē cauſam aggreditur, eámque perſequitur vſque ad verſ. 13. Vehemens deſiderium ἐπιπόθησιν. Præpoſitio ἐπὶ videtur aliquid ponderis addere ſignificationi. Ideo addidi epitheton.

Contriſtati Corinthii ad pœnitentiam.

8 Nam etiamſi triſtitia vos affeci per epiſtolam, non me pœnitet, ʺetiamſi pœnituerit. video enim quòd epiſtola illa, tametſi ad tempus, triſtitia vos affecit.

9 Nunc gaudeo: non quòd triſtitia affecti fueritis, ſed quòd triſtitia affecti fueritis ʺad reſipiſcentiam. nam triſtitia affecti fuiſtis ʺſecũdum Deum: ſic vt nulla in re detrimẽto ſitis affecti per nos.

10 Nam qui ſecundum Deum eſt dolor, is ʺreſipiſcentiam efficit ad ſalutem, cuius nunquam pœniteat: at mundi dolor mortem efficit.

11 Ecce enim iſtuc ipſum quòd ſecundum Deum triſtitia affecti fuiſtis, quantum in vobis effecit ſtudium: imò *quantam* ʺdefenſionẽ, imò indignationem, imò timorem, imò vehemens deſiderium, imò zelum, imò vindicationem? ʺ*Denique* per omnia teſtatum feciſtis, vos eſſe puros ʺin hoc negotio.

12 Nẽpe etiãſi ſcripſi vobis, nõ ſcripſi vobis eius cauſa qui iniuriã fecerat, nec eius cauſa qui iniuria affectus fuerat, ſed vt ʺapud vos manifeſtũ fieret ʺſtudiũ illud noſtrũ pro vobis ʺin conſpectu Dei.

Titus ſuſceptus à Corinthiis.

13 Propterea conſolationem accepimus ex conſolatione veſtri: ʺſed longè plurimum gauiſi fuimus ob gaudiũ Titi, quòd refocillatus ſit ʺſpiritus eius ab omnibus vobis.

14 Nam ſiquid apud eum de vobis gloriatus ſum, non fui pudefactus: ſed vt omnia cũ veritate loquuti ſumus vobis, ita & gloriatio noſtra qua vſus eram apud Titum, ʺvera comperta eſt.

15 Ac ʺviſcera eius amplius erga vos ʺ*affecta* ſunt, dum reminiſcitur

8 Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet, etſi pœniteret: videns quòd epiſtola illa, etſi ad horam, vos contriſtauit.

9 Nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. contriſtati enim eſtis ſecũdum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. C

10 ¶Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur. 1.Petr.2.c.19

11 Ecce enim hoc ipſum, ſecundũ Deũ cõtriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionẽ, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictã: in omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio.

12 Igitur etſi ſcripſi vobis, nõ propter eũ qui fecit iniuriam, nec propter eũ qui paſſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtram quam habemus pro vobis ad vos coram Deo. D

13 Ideo conſolati ſumus: in cõſolatione autem noſtra abundantius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis:

14 Et ſiquid apud illum de vobis gloriatus ſum, non ſum cõfuſus: ſed ſicut õnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titũ veritas facta eſt.

15 Et viſcera eius abundantius in vobis ſunt, reminiſcentis

8 Etiam ſi pœnituerit εἰ καὶ μετεμελόμην. Eraſ. etiamſi pœnituiſſet. ne videatur Apoſtolum pœnituiſſe facti, ſed vt perinde hoc ſit acſi diceret, etiam ſi qua pœnitudo facti me tenuiſſet, eam tamen illo Titi nuntio abieciſſem. Ego malui conuertere, etiamſi pœnituerit, quia nõ additur ἄν. Ita autem accipio pœnitendi verbũ cum doctiſſimo interprete, vt eo ſignificet Apoſtolus ſe ex epiſtola illa acerbius ſcripta nõnullum dolorem cepiſſe, non quaſi quod fecerat, optaret eſſe infectum, ſed quòd clementis patris exemplo, ſe ad hanc ſeueritatem coactũ eſſe ſecum gemens, euentum rei expectaret. Vulg. etſi pœniteret videns quòd epiſtola, &c. ita ſcilicet vt hoc ad ſequẽtia referatur, & ſublata particula γὰρ legatur βλέπων, contra omnium Græcorum codicum fidem, & ipſa quoque ſententia repugnante.

9 Ad reſipiſcentiam πρὸς μετάνοιαν. Id eſt, ita vt ea triſtitia vobis ad emendanda veſtra vitia profuerit. Vulg. & Eraſ. ad pœnitentiam. Vide Matth. 3. a. 2. Secundum Deum κατὰ Θεόν. Triſtitia ſecundum Deum & Triſtitia mundi opponuntur. Nam qui ſecundum Deum triſtis eſt, id eſt eo dolore qui à Dei Spiritu manat & Deo eſt acceptus, de peccatis ſuis dolet, idque nõ pœnæ formidine territus, ſed hoc ipſum ægerrimè ferens quòd Deum clementiſſimum Patrem offenderit, cuius offenſam optet etiam ſua damnatione, ſi ita fieri poſſet, redemptã. At qui ſecundum mundum dolet, vel terrenis amiſſis commodis angitur, vel alieno bono, vel vnius pœnæ impendentis metu eſt ſolicitus. Itaque illa triſtitia quæ & pœnitentia ſecundum Deum dici propriè poteſt, illos pulcherrimos fructus gignit de quibus diſſeritur ſequenti verſiculo. Hæc verò contrà certa eſt ad deſperationem via, niſi Dominus medeatur, vt ex Caini, Saulis, Achitophelis, Iudæ horrendis exemplis apparet. Alterius veræ triſtitiæ luculentiſſimum exemplar præbuerint Dauidis ſcriptæ lachrymæ.

10 Reſipiſcentiam cuius nunquam pœniteat μετάνοιαν ἀμεταμέλητον. Poteſt etiam hoc epitheton referri ad σωτηρίαν, quo ſenſu dicetur ſalus ἀμεταμέλητος, cuius nunquam vel nos pœnitere poſſit, vel Deum qui nobis illam dederit, vt firmam ac immotam eſſe intelligamus. ſicut dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα Rom. 11. d. 29. Ideo Vetus interpres Stabilem conuertit. Mihi tamen videtur hoc epitheton potius ad μετάνοιαν referendum. neque tamen μετάνοιαν ἀμεταμέλητον velim cum Eraſmo pœnitentiam non pœnitendam interpretari. Primùm enim μετάνοιαν & μεταμέλειαν, id eſt reſipiſcentiam, à pœnitentia diſtinguendam puto, vt diximus Matth. 3. a. 2. Deinde non eſt quòd iſtam paronomaſiam affectemus, quæ nuſquã eſt in Græco ſermone. Denique non pœnitendũ apud Latinos quiddã declarat multo minus quàm cuius vnquam te pœnitere poſſit.

11 Defenſionem ἀπολογίαν. vel excuſationem, vt cõuertit Ambroſius. Excitati enim Pauli reprehenſione Corinthii, ita ſe promptos ac diligentes oſtenderant in eius mandato exequendo, vt nulla re magis potuerint declarare, ſibi tã turpe facinus minimè placuiſſe. Cæterùm particulam ἀλλὰ Eraſmus rectè conuertit per imò, quum auxeſin declaret: quanuis Græcus ſcholiaſtes putet pro καὶ accipiendam. *Denique* per omnia palàm feciſtis ἐν παντὶ συνεστήσατε. Id eſt πάντως ἐμαρτυρήσατε, omnino ſeu omnibus modis teſtatum feciſtis. quo modo vſurpatur hoc verbum etiam apud Demoſthenem πρὸς Κάλλιππον, vt doctiſſimus Budæus obſeruauit. Sic etã accipi diximus ſuprà 6. a. 4. vt non ineptè conuerterit Vetus interpres exhibuiſtis, id eſt παρεστήκατε. Eraſmus, commendaſtis, nõ ita appoſitè: niſi dicamus hanc eſſe huius verbi emphaſin, vt ſignificet Corinthios ita aboleuiſſe priorem ſuſpicionem, vt etiam eo nomine magnopere ſint commendandi: ſed hæc interpretatio non ſatis cohæret cum verbo εἶναι. Nam idcirco etiã Eraſmus coactus eſt interpretari, quòd puri ſitis. In hoc negotio ἐν τῷ πράγματι. Rectè expreſſit Eraſmus articulum à Vetere interprete omiſſum, quũ eius vis ſit ἀναφορική.

12 Apud vos πρὸς ὑμᾶς. Hæc non dubitaui priore loco ponere, quanuis in Græcis in poſteriore collocetur. Neque enim dubito quin cohæreat cum verbo φανερωθῆναι. Studium illud noſtrum pro vobis τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Vulgata, ſolicitudinem noſtram quam habemus pro vobis. ex quo etiam apparet eum ſequutum eſſe hanc eandem lectionem quam ſum amplexus, primùm vt planam ac perſpicuam, deinde ex Complutenſis codicis, itémque Ambroſii & Theophylacti authoritate. Eraſmus, ſtudium veſtrum pro nobis τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν. cui lectioni repugnat illud πρὸς ὑμᾶς quod ſequitur. In conſpectu Dei ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Id eſt apud Deum. vel, minimè fucatum, ſed eiuſmodi vt Deo poſſim illud approbare, ſicut diximus Luc. 1. a. 6.

13 Sed longè plurimum περισσοτέρως δὲ μᾶλλον. Id eſt ὡς περισσότατα. Nam ſic redundat μᾶλλον, vt augeat comparatiui emphaſin. Vetus interpres, In conſolatione autem noſtra abundantius magis gauiſi ſumus, &c. id eſt ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ἡμῶν περισσοτέρως μᾶλλον ἐχάρημεν, &c. quam lectionem in tribus duntaxat Græcis codicibus deprehendimus. Eraſmus, quin vberius inſuper. Cæterum ingreditur nunc Apoſtolus alteram ſui gaudii cauſam quam attigimus ſuprà verſu 7. Spiritus, τὸ πνεῦμα. Id eſt animus, vt ſuprà verſ. 1.

14 Vera comperta eſt ἀλήθεια ἐγενήθη. Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt ſuprà 3. c. 9. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Veritas facta eſt. Eſt autem ἐγενήθη, id eſt fuit, Hebræorum more ſcriptum pro εὑρέθη, vt Græci potius loquuntur, ideóque maluimus conuertere, comperta eſt.

15 Viſcera eius τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Heb. רחמים *rahamim* id eſt intimus ipſius amor. Hoc enim nomine Hebræi teneriores omnes affectus declarant, vt diximus ſuprà 6. c. 12. *Affecta* ſunt ἐστί. Hebræi ſic loqui ſolent (vt Pſal. 145. b. 9) contenti ſolo verbo ſubſtãtiuo, quod & ipſum ſubaudiunt. Interdum addunt verbum כמר id eſt accendit, vt Gen. 43. g. 30. Fuit autem omnino ſupplendum aliquid, vt perſpicua eſſet Latina oratio.

omnium veſtrum obedientiam,quomodo cum timore & tremore excepiſtis illum.

Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis. Cap. VIII.

NOtam autem facimus vobis,fratres,gratiã Dei quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ,

Quòd in multo experimẽto tribulationis abundantia gaudii ipſorum fuit,& altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

Quia ſecundum virtutem(teſtimonium illis reddo)& ſupra virtutẽ voluntarii fuerunt.

Cum multa exhortatione obſecrãtes nos gratiam & communicationem miniſterii quod fit in ſanctos.

Et nõ ſicut ſperauimus: ſed ſemetipſos dederũt primùm Domino,deinde nobis,per voluntatem Dei:

Ita vt rogaremus Titum,vt quemadmodũ cœpit,ita & perficiat in vos etiam gratiam iſtam.

Sed ſicut in omnibus abundatis fide,& ſermone,& ſcientia,& omni ſolicitudine & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis.

Non quaſi imperãs dico, ſed per aliorũ ſolicitudinẽ, etiã veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans.

omnium veſtrum obedientiæ, *&* vt cum timore ac tremore excepitis ipſum.

16 Gaudeo igitur quòd″in omnibus″confidã in vobis. Cap. VIII

1 PОrrò notam facimus vobis,fratres,″gratiam Dei collatam in Eccleſias Macedonum,

2 Quòd *ſcilicet*″ in multa probatione afflictionis redundauit gaudium ipſorum ,&″ paupertas quæ ad fundum vſque *eos exhauſerat*, ″redundauit in copioſam benignitatem ipſorum.

3 Nam pro viribus(teſtor)etiam ſupra vires″benigni *fuerunt*:

4 Multis cum precibus rogantes nos vt″gratiam & ſocietatẽ ſubminiſtrationis quæ in ſanctos *impenditur*,ſuſciperemus.

5 Ac nõ ſicut ſperabamus *ita fecerunt* ,ſed ſemetipſos dediderũt primùm Domino,*deinde* & nobis,per voluntatem Dei:

6 Ad hoc vt nos adhortaremur Titum,vt ſicut ante cœpit,″ita etiam abſoluat apud vos hanc quoque gratiam.

7 ″Itaque ſicut in omnibus abundatis fide,& ſermone, & cognitione,& omni ſtudio,& veſtra in nos charitate,″*videte* vt in hac quoque gratia abundetis.

8 Nõ ex imperio loquor,ſed″per aliorum ſtudium, etiam veſtræ dilectionis″ſynceritatem″reddens exploratam.

Hortatur Paul⁹ Corinthios ad conferendã eleemoſynam in vſus Eccleſiæ Iudaicæ exemplo Macedonum.

16 In omnibus ἐν παντί. Vide ſuprà 6.a.4. Addidimus autem particulã οὖν igitur,ex vetuſti codicis fide. Confidam in vobis θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. Id eſt, quòd eiuſmodi vos eſſe cognouerim, vt de vobis ſecurè poſſim optima quæuis ſentire ac loqui. Annotat Eraſmus, in quibuſdam Græcis codicibus legi, θαῤῥῶμεν ὑμῖν,quam lectionem puto eſſe deprauatam,pro θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

IN CAPVT VIII.

1 Gratiam Dei τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Id eſt diuinum beneficium:quod duabus in rebus apparuerat, nempe quòd in tantis ærumnis tantã fuerat Macedonum alacritas,deinde quòd ex tanta paupertate adeò liberaliter contuliſſent vnde aliorũ tenuitas aleretur: vt viderentur ſui ipſorum obliti. 2 In multa probatione,&c. ἐν πολλῇ δοκιμῇ. Id eſt,quòd multæ illæ ærumnæ quibus Dominus ipſos explorauit,eorum alacritatem non modò non extinxerint,ſed etiam clariorem effecerint. Gaudiũ enim vocat τὴν προθυμίαν καὶ ἱλαρότητα. Paupertas quæ ad fundum vſque *eos exhauſerat* ἡ κατὰ βάθους πτωχία αὐτῶν. Tot verbis volui illud ἡ κατὰ βάθους exprimere potius, quam obſcurè interpretari,altiſſima vel profunda paupertas. Redundauit in copioſam benignitatem ipſorum ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Vulg.& Eraſ.abundauit in diuitias benignitatis ipſorum. Diximus autem Ro.2.a.4. πλοῦτον Hebræorum more vocari à Paulo omnem copiã ac abundantiam:& Hebraiſmum hunc,diuitiæ benignitatis, pro copioſa benignitate,alibi ſæpe expoſuimus. ἁπλότης verò quũ in genere candorem & ſimplicitatem morum declaret,accommodandum eſt ad id de quo agitur,adeò vt δαψίλειαν exponãt Græca ſcholia,id eſt liberalitatẽ, tum hoc in loco,tum etiam infrà 9.c.11.& d.13. Nos benignitatem maluimus conuertere: quo vocabulo non quæuis liberalitas ſignificatur , ſed ea demùm quæ à facilitate quadam & humanitate naturæ proficiſcitur, id denique quod ab Hebræis נדבה vocatur. Eſt igitur hæc ſentẽtia,paupertatem illam quæ Macedonas videbatur prorſus exhauſiſſe,ita compertam fuiſſe diuitem,vt inde copioſiſſimæ benignitatis veluti riuus emanarit. Nam quo tenuiores ſunt facultates eius qui aliquid largitur,eo maior eſt eius liberalitas,ſi ſponte & libenter largiatur,vt vidua illa Matth.12,omnium diuitum liberalitatem dicitur ſuperaſſe.

3 Benigni αὐθαίρετοι. Id eſt,ſponte liberales,quos Hebræi נדיבים vocant. Vulg.& Eraſ.prompti, πρόθυμοι. Quod autem Vetus interpres conuertit κατὰ δύναμιν ſecundum virtutem,Eraſmus multo rectius interpretatus eſt Pro viribus,ex Ambroſio.

4 Gratiam τὴν χάριν. Quod alius quiſpiam onus vocaſſet, hoc ipſe gratiam vocat,nempe vt in aliquam partem veniret huius officii quod ſanctis impendebatur. Nam etſi non poterat pecuniam ſuppeditare Apoſtolus, operam tamen ſuam conferebat in hortandis Corinthiis,vt ipſe veluti ducis,alii verò militum quaſi officiũ in hoc ſancto certamine obirent. Quidam hoc malunt ita accipere quaſi Macedones Paulum rogarint vt pecuniam collatitiam cogeret,& coactam deferret Hieroſolymam cum collegis aliis. quod verum eſſe apparet ex verſ.19: ſed tamen hoc malo explicare ex verſ.6. In eo enim apparet ſingularis charitas Macedonum, quòd non contenti ex ſua tenuitate tã liberaliter contuliſſe,Paulum etiam multis precibus vltrò rogabant vt Corinthios quoque per Titum ad officium faciendum hortaretur: quod quidem nihil aliud erat quàm eum facere huius beneficentiæ ſocium,vt antè dixi.

6 Ita etiam abſoluat apud vos hanc quoque gratiam οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. Id eſt,vt quemadmodum cœpit,ita etiã ad finem vſque pergat efficere vt huius quoque gratiæ ſitis participes. Ex eo autem efficitur, Titum ad eos proficiſcentem,non tam ab illis aliquid eſſe petiturum,quàm ſingulare beneficium præter alia multa quæ ab eo acceperant,illis allaturum:quum nimirum ſit eis præbiturus eius munificentiæ occaſionem,in qua nihil decedit,ſed cõtrà plurimũ accedit largienti. Hoc enim eſt,inquit ille,fœnerari Domino. Ambroſius aliter explicat,vt annotauit Eraſmus,nempe ac ſi diceret Apoſtolus ſe fuiſſe Tito authorem huius obeundæ legationis apud Corinthios:vt quemadmodum hortatu illius cœperant imitari munificentiam aliorum,ita eodem hortatore perficiant. Verùm vt hæc elici poſſet ſententia,videbatur omnino ſcribendum fuiſſe ἵνα καθὼς προενήρξατε, οὕτω καὶ ἐπιτελέσητε δι' αὐτοῦ τὴν χάριν ταύτην,id eſt,vt ſicut antè cœpiſtis,ita etiam abſoluatis per eum hanc gratiam.

7 Itaque Ἀλλά Id eſt ὥστε,quo modo teſtatur Corinthus ille qui de dialectis ſcripſit, hanc particulam ſæpe apud Atticos etiam ſcriptores vſurpari. Vulg.ſed. Eraſ.imò,quæ interpretatio tum demum locum habet quum ſuperiora corriguntur, vt ſuprà 7.c.11. hìc verò videtur concluſio ſubiici adhortationis ſpecie. Nam τὸ περισσεύειν non poſſum comparandi ſignificatione accipere, quaſi moneat Apoſtolus Corinthios vt Macedonas hìc quoque ſuperent : quum hoc idem verbum Macedonibus Paulo antè tribuerit. Puto igitur copioſam liberalitatem ſimpliciter eo ſignificari. *Videte* vt ἵνα. Sub. σκοπεῖτε, vel ὁρᾶτε. quam eclipſin Atticam doctiſſimus Budæus in Commentariis linguæ Græcæ annotauit & multis exemplis confirmauit.

8 Per aliorum ſtudium διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς. Macedonas intelligit,quorum ſedulitatis exemplo propoſito, tum in conferenda pecunia,tum in rogando Apoſtolo vt de ea re Corinthios appellaret,dicit ſe non imperioſè ad eos ſcribere,ſed, quum de eorum alacritate minimè dubitet,idcirco tantùm ſcribere,vt hoc modo teſtatum fiat quàm germana ſit ac ſyncera ipſorum charitas. Eraſmus per ſolicitudinem erga alios. quaſi ſtudium aliorum paſſiuè accipiendum ſit. Eam verò interpretationem ſi ſequamur, redundabit καὶ particula, idcirco tantùm addita vt comparetur Corinthiorum charitas cum aliorum ſtudio. Synceritatem τὸ γνήσιον. Γνήσιος & νόθος,id eſt germanus & adulterinus,apud Græcos opponuntur. Tum demum igitur apparet germanam eſſe charitatem,quum re ipſa,idque promptè ac liberaliter,fratribus ſuccurrimus propter Chriſtum. Germanitatis vocabulum vſurpant quidem Latini,ſed alia ſignificatione. Reddens exploratam δοκιμάζων. Vulg.comprobans. Eraſ.approbans,rectè quidem,ſed ambiguè,niſi addas aliis,vel omnibus,aut aliquid eiuſmodi. Nam τὸ δοκιμάζειν pro explorare,ipſius Apoſtoli reſpectu accipi non poteſt,quum Apoſtolus nullam experientiam requirere ſe teſtetur,infrà 9.a.2. Cõprobandi autem verbum nullo modo videtur conuenire.

Pauper Chriſtꝰ.

9 Noſtis enim beneficentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd *ſcilicet* propter vos″pauper factus ſit, quum eſſet diues: vt vos illius paupertate diteſceretis.

10 Et ſententiam in ea re *meam* edo. nam hoc vobis conducit, qui non ſolùm facere,″ſed etiam velle antè cœpiſtis anno ſuperiore.

11 At nunc etiam ″illud ipſum facere, abſoluite: vt ſicut *affuit* prõptũ illud velle, ita etiam *adſit*″ipſum perficere ″ex eo quod habetis.

12 Etenim ſi prius adſit promptus animus, *is*″acceptus eſt pro eo quod habet aliquis, non pro eo quod non habet.

13 ″Non enim vt aliis relaxatio ſit, vobis autem oppreſſio,

14 ″Sed pari conditione hoc tempore veſtra abundantia ″*ſupplet* illorum defectum, vt & illorum abundantia veſtrum defectũ ſuppleat, vt fiat″æquabilitas:

15 Sicut ſcriptum eſt, Qui multũ *collegit*, non habuit amplius: & qui paulum, non habuit minus.

16 Gratia autem Deo qui immiſit″ idem ſtudium pro vobis in cor Titi,

17 Quòd *ſcilicet* tum″ exhortationem illam gratam habuerit: ″tum verò″maiore ſtudio vſus, ſuapte ſponte ad vos abierit.

9 Scitis enim gratiã Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, quum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis.

10 Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore:

11 Nũc verò & facto perficite: vt quemadmodum promptus eſt animus volũtatis, ita ſit & perficiẽdi, ex eo quod habetis.

12 Si enim voluntas prompta eſt, ſecũdum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet.

13 Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autẽ tribulatio: ſed ex æqualitate,

C

14 In præſenti tempore, veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia, veſtræ inopię ſit ſupplementum: vt fiat æqualitas:

15 Sicut ſcriptum eſt, Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

Exod.16.d.18

16 Gratias autem Deo qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis ĩ corde Titi,

17 Quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: ſed quum ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos.

9 Pauper factus ſit ἐπτώχευσε. πτωχὸν & πένητα, id eſt mendicum à paupere ſic diſtinxit Ariſtophanes in Pluto,

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστιν μηδὲν ἔχοντα·
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα,
Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.

In quam ſententiam citauimus etiam Martialis elegantem verſiculum Matth.19.c.21. Sed hoc diſcrimen non eſt perpetuum. Poſſumus tamẽ etiam ſuprà verſ.2. πτωχείαν interpretari mendicitatem, vt ſignificetur Macedonas eò inopiæ fuiſſe redactos vt alieno ſubſidio potius egerẽt, quàm aliis largirentur, & tamen prõptè ac benignè contuliſſe. Sed & hoc loco dici poteſt Chriſtus factus fuiſſe mendicus, non quòd mendicantium more, quos vocant, oſtiatim victum mendicaret otioſus, ſed quòd homo factus & quidem tenuiſſimis facultatibus, aliorum ſubſidiis egeret ad hanc tolerandam vitam, quum ipſe ſit vitæ author.

10 Sententiam γνώμην. Vulg. & Eraſ. conſilium. Vide 1.Cor.7.d.25. Sed etiam velle ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν. Id eſt non ſolùm facere, ſed etiam vltrò facere, vt Græcus ſcholiaſtes rectè interpretatur. Deſignat enim voluntatem ſpontaneam in Chriſto, abſque vllo aliorum impulſu, nedum ab ambitione aut pudore profectam. Denique id declarat quod apud Hebræos verbũ רצה quo ſcilicet ſignificatur voluntas eiuſmodi ex qua delectetur aliquis: vt ſiquis ex eo ipſo capiat voluptatem quòd alteri benefaciat. Hoc autem Velle ſanè ſuperius eſt multis partibus eo facto quod nudum eſt, id eſt, quod ab hac voluntate non promanat. Ita enim facere cuiuſuis fuerit qui facultatem habuerit: velle autem, eorum demum qui vera charitate impellũtur. Itaque ineptus eſt ille qui hunc locum perinde interpretatur acſi ſcriptum ſit, & facere & velle quum, inquit, facere plus ſit quàm velle. Hoc ego verò pernego, vt quidem τὸ θέλειν accipitur hoc in loco. Sed & in eo me non habet aſtipulatorem quòd Rom.1.d.32, putat τὸ συνευδοκεῖν minus quiddam eſſe quàm πράττειν, quem locum ille citauit vt errorẽ errore cumularet.

11 Illud ipſum facere abſoluite τὸ ποιῆσαι. Id eſt, vt rectè Eraſmus ſententiam expoſuit, illud quod facere cœpiſtis perficite. Apparet autem Apoſtolum iſtis infinitis τὸ ποιῆσαι, τὸ θέλειν. τὸ ἔχειν fuiſſe hoc in loco delectatum, & alibi quoque vt Philip.2.b.13, quo modo ſcripſit Perſius, Scire tuum nihil eſt. Itaque ſtudui hoc ipſum quoque exprimere, quoad eius fieri potuit. Nam ἐκ τοῦ ἔχειν, noluimus conuertere, Ex habere, quod nemo intellexiſſet: ſed ἡ προθυμία τοῦ θέλειν cõuertimus Promptum illud velle, potius quàm promptus animus voluntatis, cum Vetere interprete: aut voluntas prõpta cum Eraſmo, qui tamen alioqui ſententiam rectè expreſſit, ſed Pauli phraſi nõ ſeruata. Ipſum perficere τὸ ἐπιτελέσαι. Duo extrema ſunt Velle & Perficere, inter quæ medium collocatur Facere. Vulg. perficiendi. Legit enim τοῦ ἐπιτελέσαι. ita ſcilicet vt προθυμία repetatur ἀπὸ κοινοῦ. Ex eo quod habetis ἐκ τοῦ ἔχειν. Ludit Apoſtolus, vt dixi, in his infinitis. Eraſ. ex eo quod poteſtis. Ac ſanè fateor ἔχειν poni interdum pro δύνασθαι, id eſt, habere pro poſſe, ſed non video cauſam eſſe cur hanc enallagen quæramus.

12 Acceptus eſt pro eo quod habet aliquis, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος. Id eſt, placet Deo iſta alacritas pro facultatum præſentium ratione, vt non opus ſit tenuitatem prætexi à quoquam, quaſi non ſit Deo futurum gratum ipſius munus, niſi par fuerit locupletum collationi. Imò ſpectat Deus in probando munere, non id quod non habes, ſed id demum quod habes. alioquin oporteret tenues vel nihil vel ex alieno largiri. 13 Non enim vt aliis οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις. Eraſmus putat aliquid ſupplendum, nempe, Non ſic dandum eſt, vt aliis &c. Sed & quidam hîc conſtituit inauditam enallagẽ ἵνα pro δεῖ, quum hoc verbum potius ſubaudiri ſoleat, vt diximus, Marc.4.c.22. Ego verò exiſtimo iuſtam eſſe conſtructionem, & totum hunc verſiculum pendere à verbo γίνεται, quod in proximi verſiculi priore mẽbro ſubauditur. 14 Sed pari conditione ἀλλ' ἐξ ἰσότητος. Id eſt, vt ſicut nũc aliis inopibus vos abundantes largimini è veſtro, ſic alii viciſſim de ſuo vobis egentibus largiantur. Debet enim vltrò citróque ius iſtud ἀνάλογον inter Chriſtianos valere, & ἐξ ἰσότητος idem hîc declarare, atque ἐξ ἴσου vel ἐξ ὁμοίου liquet ex ipſa Pauli interpretatione. Non debet tamen hoc ſpectari in largiendo. qua in re plurimùm peccant homines quum illi demum benefaciunt à quo paria vel maiora expectent. Hoc verò non eſt Deum vel proximum, ſed ſeipſum amare. Deinde in eo quoque grauiter peccatur quòd plerique nec inopiam, nec abundantiam rectè metiuntur, vnde naſcitur tanta inter Chriſtianos ἀνισότης quanta ne inter Turcas quidem apparet, dum alius redundat, alius fame perit, alius voluntaria mendicitate ſperat in cælum irrumpere. Vulg. ſed ex æqualitate, quod vix quiſquã intelligat. Eraſ. ſed vt ex æquabilitate: duplici præterea errore, nempe quòd ἵνα repetierit ἀπὸ κοινοῦ deinde quòd diſtinctionem adſcripſerit poſt ἰσότητος, quaſi ſcilicet imperfecta ſit oratio, repugnantibus omnibus Græcis codicibus qui hoc connectunt cum eo quod ſequitur, ipſáque adeò ſententia refragante. *Supplet* illorum defectum εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. Sub. γίγνεται, vt ſit ad verbum, fit illorum defectui, id eſt illorum inopiæ ſeruit. Eraſ. vertit, illorũ ſuccurrat inopiæ, vt γένηται ſubaudiatur ἀπὸ κοινοῦ, idque hortãdi modo, quod tamen non video qui fieri ſatis commodè poſſit. AEquabilitas ἰσότης. Hoc quid ſit perſpicuè exponitur in proximo verſiculo. Eſt autem hæc ἰσότης illius ſuperioris veluti effectum ac fructus, ſiquidem oritur ex eo æquabilitas facultatũ, quod abundantia quorundam viciſſim ſuccurrit aliorum inopiæ. Sed hanc æquabilitatem ſciendum eſt ἐν χρήσει poſitam eſſe, non autem ἐν κτήσει. quod fanatici Anabaptiſtæ non conſiderarunt. 16 Idem ſtudium τὴν αὐτὴν σπουδὴν. In quibuſdam codicibus legitur τοιαύτην, id eſt talem.

17 Exhortationem παράκλησιν. Ambroſius, conſolationem. quod non conuenit. Loquitur enim Paulus de exhortatione quam commemorauit ſuprà verſ.6, eámque ſignificat ipſi gratam fuiſſe, quanuis vltrò & ſua ſponte potius quàm hac exhortatione impulſus, hanc prouinciam in ſe receperit. Tum verò δὲ Ita conuerti propter μὲν præcedens. Vulg ſed, prorſus incommodè. Eraſ. quin potius, μᾶλλον δέ. Sed & ἐδέξατο malui interpretari, gratam habuerit, quàm ſuſceperit, vel acceperit, vt planior eſſet oratio. Maiore ſtudio vſus σπουδαιότερος ὑπάρχων. Vulg. quum ſolicitior eſſet. Nam vbique σπουδὴν conuertit ſolicitudinem. Eraſmus, quum eſſet diligentior. Vtraque interpretatio mihi viſa eſt obſcurior.

Miſimus etiam cum illo fratrē cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias: 18

(Non ſolùm autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ, in hanc gratiam quę miniſtratur à nobis ad Domini gloriam, & deſtinatam voluntatem noſtram) 19

D

Deuitantes hoc, nequis nos vituperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis: 20

Prouidemus enim bona non ſolū coram Deo, ſed etiā corā hominibus. 21

Miſimus autem cum illis & fratrē noſtrum, quem probauimus in multis ſępe ſolicitum eſſe: nunc autē multo ſolicitiorem, confidentia multa in vos. 22

Siue pro Tito qui eſt ſocius meꝰ & adiutor: ſiue fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti. 23

Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtrę & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtēdite in facie Eccleſiarum. 24

Cap. IX.

1 NAm de miniſterio quod fit in ſā ctos, ex abundanti eſt mihi ſcri-

18 Miſimus autem vnà cum eo fratrem eum cuius laus eſt″in Euāgelio per omnes Eccleſias:

19 (″Nec *id* ſolùm: ſed etiam″ſuffragiis delectus eſt ab Eccleſiis ſocius peregrinationis noſtræ,″cum hac beneficentia quæ adminiſtratur à nobis ad ipſius Domini gloriam,″& promptum animū veſtrum.)

20 ″Vitantes hoc, nequis nos vituperet ″in hac exuberātia quæ adminiſtratur à nobis:

21 ″*Vt qui* procuremus honeſta, non ſolùm coram Domino, ſed etiam coram hominibus.

22 Miſimus autem cum eis fratrem noſtrum, quem ſæpe in multis probauimus ſtudioſum, nunc autem multò ſtudioſiorem, ob multam fiduciam″quam *habeo* erga vos.

23 ″Siue de Tito *quæritur*, ſocius meus *eſt*, & apud vos adiutor: ″ſiue de fratribus noſtris,″legati ſunt Eccleſiarum,″*&* gloria Chriſti.

24 Ita demonſtrationem charitatis veſtræ & noſtræ de vobis gloriationis edite″in eos,″in conſpectu Eccleſiarum.

Cap. IX.

1 N″Am de ſubminiſtratione quidem quæ fit in ſanctos,

Pergit Paulꝰ hortari Corinthios vt eleemoſynas conferāt in pauperes Chriſtianos Iudæos.

18 In Euangelio ἐν εὐαγγελίῳ. Id eſt in prædicatione Euangelii. Quidam perabſurdè iampridem hunc locum interpretati ſunt de Euāgelica hiſtoria à Luca perſcripta. Neque verò neceſſe eſt nos torqueamus in quærendo quis iſte fuerit, itémque tertius ille qui vnà cū Tito & hoc altero miſſus eſt. 19 Neque *id* ſolùm οὐ μόνον δέ. Vide Ro. 5. a. 3. Suffragiis delectus eſt χειροτονηθείς. Sub. ἐστὶν, pro ἐχειροτονήθη, Hebræorum more, de quo ſæpe iam diximus. Vulg. ordinatus eſt. Eraſ. delectus eſt. Vide Act. 14 d. 23. Cum hac beneficentia σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ. Nōnulli codices legūt ἐν pro σὺν, id eſt In pro Cum. Vetus autē interpres videtur exiſtimaſſe ἐν pro εἰς poſitū, vt qui verterit, in hanc gratiam, nec fortaſſis malé. Vocat enim Apoſtolus χάριτα collata munera in Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ſubſidium, quibus colligēdis & Hieroſolymam perferendis delectus erat, addito hoc collega. Et prōptum animum veſtrum καὶ προθυμίαν ὑμῶν. Vulg. deſtinatā voluntatem noſtram. Legit enim ἡμῶν, ſed corruptę. Nam de Corinthiis agitur, quorum etiam laudis in Chriſto mirificè ſtudioſus erat Apoſtolus. Cæterùm quod προθυμίαν vertit deſtinatam voluntatem, Aquinatem impulit, propter Græcæ linguæ ignorationem, vt hoc loco multa ἀπροσδιονύσως diſſereret de prædeſtinatione, ſicut Eraſmus obſeruauit. Sed prōptitudinis vocabulum, quod idem Eraſmus ſubſtituit, non legi apud idoneos authores. 20 Vitantes hoc στελλόμενοι. Cohæret hoc participium cum verbo συνεπέμψαμεν, verſu 18, interiecto ſcilicet verſu 19, quem idcirco putauimus includendum parentheſi. Eſt autem, vt rectè annotauit Eraſmus, ſumpta tranſlatio à nautis qui flexo curſu ſcopulum declinant. Ideò maluit interpretari declinantes, ἐκκλίνοντες. In hac exuberantia ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ. Id eſt, in copioſa iſta Eccleſiarum munificentia, quæ noſtræ fidei commiſſa eſt.

21 *Vt qui* procuremus honeſta προνοούμενοι καλά. Non dubium eſt quin hoc ponatur ἀπολογικῶς. Ideo Vetus interpres cōuertit Prouidemus enim, id eſt προνοοῦμεν γάρ, quam lectionem in duobus codicibus inuenimus.

22 Quam habeo erga vos τῇ εἰς ὑμᾶς. Nonnulli malunt vertere, quam *habet* erga vos. Sed præſtat ad Paulum ipſum referre, quē quum is videret de Corinthiis ſibi tanta polliceri, veriſimile eſt hoc Pauli iudicio multò factum alacriorem.

23 Siue de Tito *quæritur* εἴτε ὑπὲρ Τίτου. Hoc video connecti ab interpretibus cum extremo verſiculo ſuperiore, repugnantibus Græcis Scholiis, & certo, vt opinor, errore. Primùm enim manifeſtis ſolœciſmis ſcateret oratio. quod vt vitaret Stapulenſis, hæc putauit non de Tito, ſed de illo tertio Titi collega dici: ſed prorſus incommodé. Deinde videretur à ſeipſo diſſentire Apoſtolus, ſi fiduciam ſuam in horum legatorum dignitate & authoritate collocaret, ac non potius in egregia illa ac prompta Corinthiorum voluntate quam antè prædicauit, & mox rurſum ſignificabit. Eraſmus igitur non rectè conuertit, Siue Titi nomine: neque Vetus interpres rectè, Siue pro Tito: ſed noua hîc eſt periodus, capita complectēs commendationis legatorum, quorum vult ſummam haberi rationem. Itaque ὑπὲρ ponitur pro περὶ, vt in proximo verſiculo & alibi ſæpe: & ſupplendum eſt aliquid accommodatum ſententiæ: puta δεῖ λέγειν, oportet dicere, vt ſupplent Græca ſcholia, vel potius ἐξετάζεται, id eſt quæritur & inquiſitio habetur. Nam hoc melius conuenit ſequenti membro.

Siue de fratribus noſtris εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν. Sub. ἐξετάζονται. Græcè enim dicitur is ἐξετάζεσθαι, περὶ οὗ ἐξετάζομεν, vel, ὃν ἐξετάζομεν. Intelligit autem fratrum nomine duos Titi collegas, quorum vtrunque vocarat ἀδελφόν, generali ſcilicet nomine. Vulg. ſiue fratres noſtri, ita obſcurè, vt nemo intelligat. Eraſmus, ſiue *aliorum*, fratres noſtri ſunt: quaſi ſcriptum ſit εἴτε ὑπὲρ ἄλλων, quo modo etiam videtur legiſſe Græcus ſcholiaſtes. alioquin adeò noua & inſolens eſt iſta eclipſis, vt eam non poſſim admittere. Legati *ſunt* Eccleſiarum ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν. Sub. εἰσὶν, vt infrà 10. a. 1. Legatos autem diximus, non Apoſtolos, quòd videatur hanc vnam legationem Paulus hoc nomine ſignificare. quanquam etiamſi Apoſtolos, id eſt miniſtros verbi, interpretemur, vt Rom. 16. a. 7. nō ineptè hoc dixerit, propter encomia quæ illis antè tribuit verſu 18 & 22. Deinde quia dicuntur Chriſti gloria. *Et* gloria Chriſti δόξα Χριστοῦ. Similem copulæ eclipſin in bimembri oratione habemus Iohan. 10. c. 16, & 1. Timoth. 4. a. 3. Gloriam autem Chriſti eos vocat, breui compendio omnia penè illis tribuens, quum eos tales eſſe teſtatur vt Chriſti gloria per ipſos illuſtretur. Ambroſius & alii nonnulli legunt Gloriæ, id eſt, vt ego quidem exiſtimo, δόξαι in recto plurali ſcilicet, quia de duobus agitur, & præceſſit ἀδελφοὶ & ἀπόστολοι.

24 In eos εἰς αὐτούς. Poſſet etiam accipi εἰς αὐτοὺς pro להם id eſt coram eis, ſed hanc interpretationem non facilè admiſerim, primùm quia non eſt ad Hebraiſmos veniendum, niſi res ipſa vrgeat: deinde quia videtur repugnare proximi capitis initium, vt ſuo loco exponam. Puto igitur Paulum ipſos legatos commendare, quia ſcilicet quo maior eſt futura ipſorum authoritas, eo vberior erat futura Corinthiorum collatio. Hic enim eſt Apoſtoli ſcopus, qui horum ingenium pulchrè norat. ac ſanè operæpretium fecerit qui omnia Chriſtianæ charitatis artificia in hac Pauli commendatione conſiderarit. Sed & εἰς αὐτοὺς conuertere poſſemus apud eos, vt cohæreat cum καυχήσεως. verùm repugnat diſtinctio in omnibus codicicibus addita poſt ὑπὲρ ὑμῶν. In conſpectu Eccleſiarum εἰς πρόσωπον ἐκκλησιῶν. Id eſt, teſtes huius veſtræ pietatis habituri omnes Eccleſias, in quarum veluti conſpectu verſamini, quum legatos cernitis earum ſuffragiis delectos. Eraſmus, etiam in conſpectu Eccleſiarum. Nos verò expunximus coniunctionem καὶ, ex Veteris interpretis, ex Græcorum ſcholiorum, ex omnium denique noſtrorum ſedecim codicum ſummo conſenſu. Affert Eraſmus aliam interpretationem ex Theophylacto, nempe, & in perſonam Eccleſiarum, quòd nimirum legati eas Eccleſias repræſentarent à quibus miſſi fuerant. Sed hoc mihi quidem ſubtile potius quàm ſolidum videtur.

IN CAPVT IX.

1 Nam μὲν γάρ Quia paulo antè non idipſum cuius cauſa mittebantur legati, ſed legatos ipſos videbatur commendaſſe, nunc per occupationem explicat cur id fecerit. Nam, inquit, cur in vobis hortandis epiſtolam conſumerem, quorum promptum animum non deſino Macedonibus prædicare? Hæc eſt, opinor, Pauli germana ſententia, quamobrem etiam in ſuperiore verſiculo nolui εἰς αὐτοὺς conuertere apud eos vel coram eis.

″ſuperuacaneum eſt mihi ſcribere vobis.

Noui enim″promptum animum veſtrum,quem de vobis iacto apud Macedones,quòd *ſcilicet* ″Achaia parata ſit ab anno ſuperiore:&″ex vobis *ortus* zelus prouocauit complures.

Miſi autem″hos fratres,ne gloriatio noſtra de vobis,inanis fiat hac in parte:vt (ſicut dicebam)parati ſitis:

Nequo modo,ſi mecũ venerint Macedones,& offenderint vos imparatos,nos pudefiamus (vt ne dicam vos)″in præfidente iſta gloriatione.

Itaque neceſſarium putaui adhortari fratres vt prius accedant ad vos,″& prius abſoluant antea indictam″beneficentiam veſtram: vt ea ſit parata ita vt beneficentia,& non″vt extortum aliquid.

Benedictio pro eleemoſyna.

Illud autem *dico*,Qui ſerit parcè,parcè etiam metet: & qui ſerit ″perbenignè,perbenignè etiam metet.

Quiſque ſicut″præoptat corde,*ita conferat*,non ex triſtitia aut neceſſitate:nam hilarem datorem diligit Deus.

Potens eſt autem Deus efficere vt″omnis gratia in vos redundet:vt in omnibus ſemper″omnino quantum ſufficiat apud vos habentes,abundetis″in omne opus bonum:

Sicut ſcriptum eſt,Diſperſit,dedit pauperibus:″beneficentia eius″manet in ſeculum.

bere vobis.

2 Scio enim promptum animum veſtrũ,pro quo de vobis glorior apud Macedones, Quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito , & veſtra æmulatio prouocauit plurimos.

3 Miſi autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis,euacuetur in hac parte:vt(quẽadmodum dixi)parati ſitis:

4 Ne quum venerint Macedones mecum,& inuenerint vos imparatos,erubeſcamus nos(vt nõ dicamus vos) in hac ſubſtantia.

5 Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres vt præueniãt ad vos,& pręparent repromiſſam benedictionem hanc paratã eſſe ſic quaſi benedictionem,non tanquam auaritiam.

6 Hoc autẽ dico,Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

7 ‖Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo,non ex triſtitia,aut ex neceſſitate.‖hilarem enim datorẽ diligit Deus. Rom.12.b.8 Eccli.35.b.12

8 Potens eſt autem Deus omnẽ gratiã abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiã habentes , abundetis in omne opus bonum:

9 Sicut ſcriptum eſt,‖Diſperſit,dedit pauperibus:iuſtitia eius manet in æternum. Pſal.112.b.9

Superuacaneũ περισσόν Vulgata,ex abundanti,id eſt ἐκ περιουσίας,vt loquitur Demoſthenes,& cõuertit Salluſtius.Vide Matth.5.f.37.

2 Prõptum animum veſtrum τὴν προθυμίαν ὑμῶν. Sic rectè & eleganter Vetus interpres, quem Eraſmus in annotationibus reprehendens,ſubſtituit,animi veſtri promptitudinem,neſcio quo authore fretus. Achaia Ἀχαΐα. Id eſt Græcia.Vide Act.18.c.12.Vulgata addit καὶ,etiam.Nam Macedones quidem ipſi iam erant parati. Ex vobis ortus zelus ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος. Vide Iohan.2.c.17.Vulgata,veſtra æmulatio,ὁ ὑμῶν ζῆλος,quo modo ſcriptum inuenimus in vno codice.Eraſ.veſtrum exemplum,τὸ ὑμέτερον παράδειγμα.

3 Hos fratres τοὺς ἀδελφοὺς Eraſmus rectè expreſſit articuli ἀναφοράν.

4 In præfidente iſta gloriatione ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Rectè admonuit doctiſſimus interpres τὴν ὑπόστασιν ſignificare animi quandam,vt ita dicam,imperterritam ſubſiſtentiã, quæ nullis nouit cedere. Itaque ſummam hoc in loco confidentiã declarat,vt pudeat Corinthios quod Apoſtolus tam conſtanter aſſeueraſſet,non præſtare.Vulgata,in hac ſubſtantia,admodũ abſurdé.Eraſmus,in hoc argumẽto gloriationis,non multo fœlicius.Addidit tamen τῆς καυχήσεως gloriationis,quod Vetus interpres nõ legit,ac fortaſſis adſcriptum eſt ex huius epiſtolæ cap.11.d.17. 5 Et prius abſoluant καὶ προκαταρτίσωσι. Κατηρτισμένον dicitur quod omnibus ſuis partibus conſtat , vt alibi expoſuimus.Vult enim Paulus omnia prorſus eſſe confecta in aduentum ſuum,vt ſuprà ſignificauit verbo ἐπιτελεῖν 8.a.6.Vulgata & Eraſmus,& præparent,non ſatis expreſſé. Beneficentiam τὴν εὐλογίαν. Id eſt gratuitò ac liberaliter collata munera.Vulgata ad verbum,benedictionem,quam vocant Hebræi ברכה. Accipitur verò pro gratiarum actione,item pro laude,tum pro fauſta precatione,tum etiam pro eo quod benignè ac vltrò datur,vt hoc in loco,& quoties præſertim de Dei beneficiis agitur.Sed de his alibi dictum eſt à nobis.Eraſmus deriuat ab εὖ & λέγω,id eſt colligo,quòd eiuſmodi collationes Apoſtolus vocarit λογίας. 1.Cor.16.a.1 & 2.

Vt extortum aliquid ὡς πλεονεξίαν. Sic propriè vocatur auiditas illa inexhauſta plus habendi quàm poſſideas,nedum vt de tuo largiaris.Sed hoc loco per metalepſin Apoſtolus ita vocauit quod malignè & tanquam ab auaro extortum eſt. Vulgata,nimium obſcurè,tanquã auaritiam.Eraſmus,tanquam fraudatio,vel ſpoliatio,quod mihi non placet. Quidam conuertit,profuſio,cuius nondum ſanè coniicere potui quod fuerit iudicium . Certè hoc perinde eſt acſi τὸ κακὸν bonum, & τὸ καλὸν malum interpretaretur . ſed fortaſſis huc reſpexit quòd πλεονεκτεῖν ſignificat etiam excellere & primas tenere:vt πλεονεξίαν putarit certamen quoddam in largiendo ſignificare, quum alius alio liberalior videri vult. Quaſi verò id metueret Apoſtolus,aut ſequens verſiculus non potius arguat hoc ad eos pertinere qui φειδομένως, id eſt parcè,ſerunt. 6 Perbenignè ἐπ' εὐλογίαις. Id eſt μετὰ δαψιλείας, vt rectè explicat ſcholiaſtes Græcus. Vulgata,in benedictionibus, quod nemo intelligat.Eraſmus,libenter ac benignè largiendo,nimium longo circuitu . Eſt autem triplex in hac formula Hebraiſmus, primùm quòd ἐπὶ poſita eſt cum nomine,aduerbii loco,vt In iuſtitia pro iuſté.Deinde quòd εὐλογίαν vocauit quæ à Græcis δαψίλεια potius dicitur,ab Hebræis autem ברכה.Poſtremò,quòd pluralis numerus ſit vſurpatus emphaſeos cauſa.

7 Præoptat προαιρεῖται. Id eſt,vltrò ſeligit ac conſtituit apud ſe. Liuius autem ſic Græcum hoc vocabulum expreſſit libro Punici belli octauo.Vulgata,deſtinauit. ὥρισεν. Eraſmus,ſecundum propoſitum κατὰ πρόθεσιν. Excluduntur autem duo ab Apoſtolo quum ſic loquitur , nempe λύπη & ἀνάγκη,triſtitia & neceſſitas,quum ſcilicet quiſpiam largitur quidem,ſed malignè tamen & illiberali animo,vel etiam inuitus,quia non vult apud alios malè audire,alioquin nihil collaturus.

8 Omnis gratia πᾶσαν χάριν. Gratiam hìc vocat Dei in homine munificentiam.Additur autem τὸ καθόλου,vt ſumma quædam munificentia ſignificetur.Quid enim amplius requirat qui apud ſe habet quod ſibi ſufficiat,& cui etiam nunquam deſit quod aliis largiatur ? Sed mirum non eſt homines iſtam abundantiam non metere,qui tam parcè támque tenaciter ſerant . Notanda etiam eſt illa ingeminatio particulæ vniuerſalis,quæ non modò eſt venuſtiſſima,ſed etiam maximum pondus addit ſententiæ. Omnino quantum ſufficiat apud vos habentes πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες. Sufficientiæ vocabulum,quo vſi ſunt Vetus interpres & Eraſmus, nuſquam legi.Deinde αὐτάρκειαν refero non tantùm ad contentum animum, ſed etiam ad idipſum quod poſſidetur.Poſtremò conſiderandum eſt pronomen αὐτὸς in compoſitione,quod ſcilicet deſignat fore vt idipſum quod ſatis erit, eiuſmodi homo penes ſe habeat, vt ab aliis non cogatur emendicare, ſed aliis potius de ſuo largiatur.Alioquin αὐτάρκης propriè dici poteſt vnus Deus,vt qui nullo prorſus egeat,ſed totus in ſeipſo acquieſcat.

In omne opus bonum εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Id eſt,vt alios omnibus modis iuuare poſſitis benefaciendo. Quidam malunt interpretari, In omni opere bono,vt εἰς pro ἐν accipiatur.quod mihi non placet hoc in loco.

9 Beneficentia ἡ δικαιοσύνη. Vulgata & Eraſmus,iuſtitia.Vide Matth.6.a.1. Manet in ſeculum μένει εἰς αἰῶνα. Id eſt,perennis ac perpetua eſt. Loquitur autem Dauid de viro Dei timente ac proximi amante , cui dicit nunquam defuturum quod aliis etiam largiatur.Itaque לעולם debet ad vitã hominis reſtringi,ſicut Exod.21.b.6, vt idem ſcilicet declaret atque בכל ימיו, id eſt omnibus diebus ſuis Alii ſic accipiunt, quaſi ſignificetur eiuſmodi hominem non mutare animum illum beneficum, ſed per totam vitam in eo inſtituto perſeuerare . Alii ad æternam vitam hoc referunt, quòd Deo ſit in æternum grata futura eiuſmodi hominis beneficentia . Dixi quid mihi ſimpliciſſimum videatur.

Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad mãducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.

Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionẽ Deo.

D Quoniam miniſterium huius officii non ſolùm ſupplet ea quę deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarũ actiones in Domino.

Per probationem miniſterii huius glorificantes Deum in obedientia cõfeſſionis veſtrę in Euangelium Chriſti, & ſimplicitate communicationis in illos, & in omnes:

Et in ipſorum obſecratione pro vobis, deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius.

Cap. X.

IPſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis.

Rogo autẽ ne præſens audeã per eam confidentiam qua exiſtimor au-

10 Porrò qui ſuppeditat ſemen ſerenti, *is* & panem *vobis* ad eſcã ſuppeditet, & multiplicet ſemẽtem veſtram, & augeat ″fructus beneficentiæ veſtræ.

11 ″*Vt inquam abundetis*, in omnibus ditati ad omnem benignitatem, ″quæ per nos efficit vt gratiæ agantur Deo.

12 Nam ″ſubminiſtratio ″oblationis iſtius non ſolùm ſupplet ſanctorum defectus, ſed etiam ″redundat in multas gratiarum actiones apud Deum,

13 ″(Dum per hanc iſtius ſubminiſtrationis experiẽtiam Deũ glorificant ″de conſentiente veſtra ſubiectione in Euangelium Chriſti, ″déque benigna in ſe & in omnes communicatione)

14 ″Et in illorum orationem pro vobis, expetentium vos propter gratiam Dei in vobis eminentem.

15 ″Gratia autem *ſit* Deo ſuper inenarrabili ſuo munere.

Cap. X.

1 CAEterùm ipſe ego Paulus precor vos per clementiam ″& æquitatem Chriſti, qui ″corã quidem humilis ſum inter vos, abſens verò, ſum confidens erga vos.

2 ″*Hoc* autem rogo, ne quum præſens adero, ſim confidens ea fidu

Cauẽdos pſeudapoſtolos mõnet, & ſimplicitã tem Euangelii cuſtodiendam.

10 Fructus beneficentiæ veſtræ τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Vulgata, incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Eraſmus quoque iuſtitiam conuertit. qua de re diximus ſuperiore verſiculo. Alludit autem Apoſtolus ad diuitum poſſeſſiones, quaſi piis hominibus beneficẽtia ſit pro omnibus latifundiis. Huc enim ſpectat γεννήματος nomen, de quo diximus Matth. 26.c.29.

11 *Vt inquam abundetis*, in omnibus ditati ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι. Pendet hic verſiculus à fine octaui, vt rectè, meo quidem iudicio, annotauit Valla. Nam ad alterum fructum venit qui ex hac Corinthiorum beneficentia in ipſos redundabit. Itaque propter longum hyperbaton, repetii ἵνα περισσεύητε per epanalepſin. Similis hyperbati exemplum vnum & alterum annotauimus in hac epiſtola, vt ſuprà 8.d.20, & infrà 9.a.4. Quæ ἥτις. Ambroſius legit εἴ τις ſiquis: ſed corruptè.

12 Subminiſtratio ἡ διακονία. Hoc vocabulum non illi modò conuenit qui collatam pecuniam adminiſtrat, ſed in genere etiam omnibus qui in pauperum vſus aliquid ſubminiſtrant. qua ſignificatione ſatis liquet vſurpari hoc in loco, alluſione tamen facta ad publica Eccleſiæ munera. quæ etiam in genere διακονίαι paſſim vocantur. Vulgata, miniſterium. Eraſmus, functio.

Oblationis iſtius τῆς λειτουργίας ταύτης. Diximus λειτουργίας vocari publica Eccleſiæ munera, Act. 13.a.2. Inde factum vt ipſa munerum functio ſic vocaretur: veluti ſiquis olim ſacrificia illa Leuitica vocaſſet λειτουργίας, aut nunc ſacras conciones, vel ſacras myſteriorum (vt ita dicam) operationes. Poſtremò ita cœpit eleemoſynis tribui tranſlatitiè ſacrificii & oblationis nomen, vt Rom. 15.f.27, & Philipp. 4.d.18, & hoc etiam in loco. Vulgata, huius officii. Eraſmus, huius muneris. Redundat in multas gratiarum actiones apud Deum, περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ. Vulgata, abundat per multas gratiarum actiones in Domino. vt videatur legiſſe ἐν Κυρίῳ. Eraſmus, exuberat in hoc quòd per multos agantur gratiæ Deo, rectè expreſſa ſententia. Idem annotat aliam lectionem, nempe ſi εὐχαριστεῖν legamus pro εὐχαριστιῶν, ſicut impreſſit Frobenius: vt conuertamus, facit vt copioſè agantur per multos gratiæ Deo. Nam περισσεύειν accipiendum erit quaſi in coniugatione Hiphil. Nos verò in omnibus noſtris exemplaribus & Græcis etiam ſcholiis legimus εὐχαριστιῶν. Idem autem declarat διὰ hoc in loco atque εἰς, vt vbique ſolet conſtrui verbum περισσεύειν. cuius enallages aliud exemplum annotauimus Rom. 6.a.4.

13 Dum glorificant δοξάζοντες. Omnino videtur dicendum fuiſſe δοξασθέντος τοῦ Θεοῦ, vel potius, δοξαζόντων αὐτῶν. ſed ita etiam interdum loqui ſolere Atticos annotauit Corinthus, prolato Thucydidis hoc exemplo ex libro hiſtoriarum tertio, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι οὐ πολλῷ ὕστερον καταπλεύσαντες, ὡς ἑώρων, ἀπήγγειλαν οἱ στρατηγοί. pro τῶν Ἀθηναίων καταπλευσάντων. Per hanc iſtius ſubminiſtrationis experientiam διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης. Id eſt, Ex hoc veſtræ charitatis ſpecimine, in hac ſcilicet ſubminiſtratione. Nam ita accipiendum eſſe nomen διακονίας res ipſa oſtendit, vt diximus verſiculo ſuperiore. Cæterùm quòd plerique, ac præſertim Græci interpretes, hoc connectunt cum ſuperioribus, mihi quidem non placet. De conſentiente veſtra ſubiectione ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν. Id eſt, quòd vno conſenſu declaraueritis vos vnum ſecum Euangelium agnoſcere, cui voſipſos libenter ſubieceritis. Nam mihi quidem veriſimile eſt Apoſtolum vel ob eam cauſam tam ſedulo vrſiſſe iſtam collationem, ac poſtea tanto ſtudio illi Hieroſolymam vſque perferendæ incubuiſſe, vt hac occaſione Gentes planè conciliaret cum Hieroſolymitanis qui ex circunciſione crediderant, necdum poterant Legis cæremoniarum obliuiſci: vt teſtantur ipſi Hieroſolymitani miniſtri Act. 21.d.20. Neque obſtat quòd de re futura diſſerens, præſenti tempore vtitur. Manifeſta enim eſt hæc enallage, quum ſatis conſtet nondum collectam fuiſſe hanc eleemoſynam: de cuius tamen fructu diſſerit Apoſtolus, perinde acſi iam eſſet eò perlata, & benigniſſimè accepta. Vulgata & Eraſmus, ſuper obedientia conſenſus veſtri in Euangelium Chriſti. ſanè nimium obſcurè, ſeruato ſcilicet Hebraiſmo quem alibi ſæpe annotauimus, quique hoc eodem verſiculo iterum occurrit. Sed & ὑποταγὴν videntur non ſatis propriè conuertiſſe obedientiam, quum amplius aliquid declaret. Et benigna communicatione καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας. Alter Hebraiſmus ſimilis ſuperiori. Vulgata & Eraſmus ad verbum, & in ſimplicitate communicationis. Diximus autem quid ſit ἁπλότης, ſuprà 8.a.2.

14 Et in illorum orationem καὶ αὐτῶν δεήσει. Omnino mihi videtur hoc pertinere ad participium περισσεύουσα, quum ſuperiora omnia inter ſe prorſus connexa ſint. Itaque conuerti perinde acſi ſcriptum eſſet καὶ εἰς τὴν αὐτῶν δέησιν. Hic enim alter fructus coram Deo ex hac Corinthiorum beneficentia ad ipſos perueniet, quòd præter gratiarum actionem, cuius antè meminit, Deo etiam cõmendabuntur, eorum precibus quos iuuerint. ad quæ & illud accedet quòd omnes eos ſuſpicient, tanquam excellenti Dei gratia ornatos.

15 Gratia autem χάρις δέ. Hoc demum epiphonemate claudit Paulus hanc exhortationem: ne glorioſa iſta prædicatione efferentur Corinthii.

IN CAPVT XII.

1 Et æquitatem καὶ ἐπιεικείας. vel moderationem, ſeu naturam illam ad clementiam potius ac miſericordiam, quàm ad vim vllam, vel ad ſummum ius perſequendum propenſam. Opponit enim Ariſtoteles τὸ ἐπιεικὲς τῷ ἀκριβοδικαίῳ, Hermogenes autem τῷ βιαίῳ. Vulgata, modeſtiam, ταπεινοφροσύνην, non ſatis rectè. Coram κατὰ πρόσωπον. Hebraicè לפנים. Itaque miror Eraſmum in Annotationibus interpretari, in ſpecie: quum vel ipſa antitheſis liquidò oſtendat idem hoc valere atque παρὼν præſens, vt ipſe Apoſtolus explicat infrà, verſu 11. Neque dubium eſt quin hæc dicantur per mimeſin, vt liquet ex verſu 10. Vulgata, in facie. Eraſmus, iuxta faciem.

2 Hoc autem rogo δέομαι δὲ. Rectè hoc exponit Ambroſius per epanalepſin. Nam quia interiecerat nonnulla poſt παρακαλῶ in ſupe-

riore verſiculo, nunc explicaturus quid illud ſit quod rogat, verbum ſynonymum repetiit. Itaque abſurda eſt altera Eraſmi expoſitio, quaſi ſuperior verſiculus ad ſuperiora pertineat, vt ſit ſenſus, Rogo vt meo quoque nomine libenter hanc pecuniam conferatis. Nam, obſecro, quis non videt nouum eſſe proœmium, quod adhibuerit Paulus vt futuræ reprehenſionis acerbitatem leniret? Quamobrem etiam non dixit ἐπιτάσσω impero, ſed δέομαι rogo: neque etiam τολμήσω audax ero, ſed λογίζομαι τολμᾶν cogito audax eſſe, quod minus eſt quàm κέκρικα decreui. Denique non iaculatur fulmen, ſed obteſtatur per Chriſtum ne cogatur iaculari quod habeat in manibus ſibi à Chriſto traditum.

cia qua cogito audax eſſe in quoſdam qui nos æſtimant vt ſi "ſecundum carnem incederemus.

In carne ambulare.

3 "Nam "in carne incedentes, "ſecundum carnem "bellum non gerimus.

4 (Arma enim militiæ noſtræ non "carnalia ſunt, ſed "Dei poteſtate valida, ad ſubuerſionem munitionum,)

5 "Dum ratiocinationes euertimus, omnémque ſublimitatem quæ extollitur aduerſus cognitionem Dei: & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Chriſto:

6 Ac paratam habemus vindicationem omnis cõtumaciæ, poſtquam impleta fuerit veſtra obedientia.

7 "Quæ in conſpectu ſunt, aſpicitis. ſiquis apud ſe confidit, quòd Chriſti ſit, hoc "viciſſim cogitet "ex ſeſe, quòd quemadmodũ ipſe Chriſti *eſt*, ita & nos Chriſti *ſumus*.

Poteſtas Pauli in ædificationẽ Eccleſiæ.

8 Nam ſi amplius etiam quippiam glorier de poteſtate noſtra, quam dedit Dominus nobis ad ædificationem, ac non in ſubuerſionem veſtri, non pudefiam.

9 "Ne videar ceu perterrefacere vos per epiſtolas.

10 Nam epiſtolæ quidem, ("inquit,) graues ſunt & validæ: ſed præſentia corporis infirma, & "ſermo nihili.

11 Hoc cogitet *qui* iſtiuſmodi *eſt*, quòd quales ſumus verbo per epiſtolas quum abſumus, tales etiam "*erimus* reipſa quum aderimus.

12 Non enim "audemus "inſerere aut conferre nos cum quibuſdam, qui ſe ipſi commendant: ſed "non intelligunt

dere in quoſdam, qui arbitrãtur nos tãquam ſecundũ carnẽ ambulemus.

3 In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus.

4 Nam arma militiæ noſtrę non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, cõſilia deſtruẽtes,

5 Et omnem altitudinem extollentẽ ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnẽ intellectũ in obſequium Chriſti. B

6 Et in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit veſtra obedientia.

7 Quæ ſecũdum faciem ſunt videte, ſiquis confidit ſibi, Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.

8 Nã & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationẽ & nõ in deſtructionẽ veſtrã, non erubeſcã.

9 Vt autem non exiſtimer tanquã terrere vos per epiſtolas: C

10 Quoniam quidẽ epiſtolæ, inquiũt, graues ſunt & fortes: pręſentia autẽ corporis ĩfirma, & ſermo cõtẽptibilis

11 Hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes in facto.

12 Non enim audemus inſerere aut cõparare nos quibuſdam, qui ſeipſos

---

Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt, non alio præſidio fretum quàm quod præ me fero, qui ſcilicet homo ſum abiectus, ſi nihil aliud quàm hominem ſpectes. Itaque nomen σαρκὸς hoc in loco declarat naturæ hominũ atque adeò ipſius Pauli perſonæ imbecillitatem: cui opponit Spiritualem & Apoſtolicam dignitatem. nec ſatis rectè, vt opinor, Chryſoſtomus κατὰ σάρκα perinde expoſuit acſi accuſaretur Apoſtolus eo nomine quòd Spiritu Dei non duceretur ſed prauis carnis affectibus.

3 Nam γάρ. Hoc refertur ad verbum τολμῆσαι. In carne incedentes ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες. Id eſt, quanuis cæterorum ſimiles homines ſimus, & carneam hanc molem, vt reliqui, circunferamus. Vulgata, in carne ambulantes. Bellum non gerimus οὐ στρατευόμεθα. Tranſpoſitã eſſe negantem particulam res ipſa indicat. Nam alioqui ſubaudiendum eſſet alterum membrum, nempe ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ſed ſecundum Spiritũ. quod Vetus interpres & Eraſmus non obſeruarunt. Deinde quod στρατευόμεθα iidem verterunt, militamus, non conuenit huic loco. Neque enim Paulus hîc nobis vt miles, ſed vt legatus eius proponitur, cuius auſpiciis bellum geritur.

4 Carnalia σαρκικά. Id eſt, ea quibus ſibi homines authoritatem apud alios comparant, & res illas magnas gerunt. Dei poteſtate valida δυνατὰ τῷ Θεῷ. Id eſt, infinita illa Dei potentia nituntur. Nam τῷ Θεῷ caſus eſt inſtrumenti, & Deum carni opponit. Vulgata & Eraſmus, potentia Deo, nimium obſcurè. Qui verò hunc locum obiiciunt fidelibus Dei ſeruis, vt magiſtratus gladio Eccleſiam exarment, digni quidem eſſent commiſeratione potius quàm reſponſione, ſi duntaxat ignorantia peccarent: ſed quum cauſam ſuam agant per ſummam improbitatem, nec aliud iampridem quærant quàm vt crudeliſſimæ ſuæ clementiæ obtentu impunè poſſint nocentiſſimum ſuum virus Eccleſiis aſpergere, digni ſunt nimirum quorum iuſto ſupplicio magiſtratus Chriſtiani authoritatem ſuam ſanciant: niſi fortè dederit illis Dominus vt ſeriò reſipiſcant. Quomodo verò ſit ad eorum ineptiſſima argumenta reſpondendum non eſt quòd pluribus exponam hoc in loco, quum hîc non ſit noſter ſcopus, & de toto hoc negotio libellum ſcripſerimus, in quo de ciuilis magiſtratus in hæreticos iure ac poteſtate copioſius diſſeruimus. 5 Dum ratiocinationes euertimus λογισμοὺς καθαιροῦντες. Hoc participium cohæret cum στρατευόμεθα. niſi malimus abſolutè poni, vt ſuprà 9.d.14. Vulgata, conſilia deſtruentes. Eraſmus, quibus conſilia demolimur, ita ſcilicet vt ad ὅπλα referatur, ſubaudito relatiuo אשר Hebræorum more, & participio poſito loco verbi.

7 Quæ in conſpectu ſunt aſpicitis τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Id eſt, Itáne verò in æſtimandis hominibus externam illam ſpeciem ac laruam intuemini? Opponit enim πρόσωπον, id eſt apparentiam, vt ita dicam, Veritati, vt Marc.12.b.14, Iohan 7.d.24, & 8.b.15. Nam βλέπετε omnino præſtat accipere indicandi quàm imperandi modo, & pro aſpicitis potius quàm pro videtis. éſtque vehementior obiurgatio, ſi per interrogationem enuntietur. Vulgata, Quæ ſecundum faciem ſunt videte. Eraſmus, Quæ in conſpectu ſunt, videtis? Viciſſim πάλιν. Vulgata, iterum. Eraſmus, rurſum. neutra certè interpretatio conuenit. Ex ſeſe ἀφ' ἑαυτοῦ. Id eſt, etiam à me non admonitus. Nam ſi Chriſti eſt, vltrò agnoſcet me quoque Chriſti eſſe. Vulgata, apud ſe.

9 Ne videar ἵνα μὴ δόξω. Vulgata addit particulam δὲ, quam etiam in Complutenſi editione & duobus aliis codicibus additam inuenimus. mihi tamen videtur eſſe expungenda. Eſt enim præciſa oratio. quaſi dicat, quod ego idcirco dico, ne hæc quæ iacto, putetis inania quædam eſſe verborum terriculamenta.

10 Inquit, φησί, Sic legitur in omnibus noſtris codicibus Græcis, vt intelligamus certum quempiam iſtius ſermonis authorem deſignari. vt ſolet Dauid, de aduerſariis ſuis diſſerens, ſingularem numerum interdum adhibere, vt Saulem obliquè perſtringat illorum principem: veluti Pſal.57.b.7. Vel quemuis iſtorum ſibi exempli cauſa deligit Apoſtolus. Sequitur enim, ὁ τοιοῦτος, id eſt qui eiuſmodi eſt. Vulgata, inquiunt, φασί, ac fortaſſis rectius. Sermo nihili καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Vulgata, & ſermo contemptibilis. Eraſmus, & ſermo contemptus, non ſatis expreſſè.

12 Audemus τολμῶμεν. Eraſmus, ſuſtinemus, de qua ſignificatione diximus Rõ.15.d.18, Mihi potius placet quod & Græco ſcholiaſtæ, Ironicè ſcilicet iſtos inſolentes homines carpi ab Apoſtolo. Inſerere ἐγκρῖναι. Id eſt ἐναριθμῆσαι, id eſt annumerare. Sic Horatius, Quòd ſi me Lyricis vatibus inſeris. Non intelligunt οὐ συνιοῦσιν. Id eſt, non ſentiunt nec animaduertunt. Scriptum enim eſt συνιᾶσιν

à συνιῶν, pro συνιᾶσιν à συνίημι, vt Matth.13.b.13. Photius apud Græcum ſcholiaſten pro participio interpretatur. quaſi τοὺς συνιόντας vocet Apoſtolus τοὺς ἀκροατὰς, i. auditores. Refert enim hæc omnia ad Paulum ipſum: vt ſic interpretari liceat ex ipſius ſententia, ſed ipſi in nobiſipſis (.i. in noſtra conſcientia) nos metimur, & noſipſos nobiſcum (.i. dicta noſtra cũ factis, vel priora noſtra tũ dicta tũ facta cũ poſterioribus) comparamus: non autem cum auditoribus, quibus ſcilicet non conſtituimus, vt iſti, inſeruire. Sed ὑμεῖς δὲ quod ſequitur, ſatis oſtendit relatiuum αὐτοὶ ad Pauli aduerſarios pertinere. Deinde tota hæc expoſitio valde eſt violenta. Rectius igitur Eraſmus participia μετροῦντες & συγκρίνοντες annotauit poſita eſſe pro infinitis. Ita enim ſenſus planus eſt, & hæc conſtructio verbi συνιέναι apud Græcos non modò tolerabilis ſed elegans etiam habetur. Poſſunt tamen participia ſine enallage explicari, ita ſcilicet vt poſt συνιοῦσιν ſubaudiamus aliquid, hoc modo, Sed quum ipſi ſeſe ſeipſis metiantur, & ſeſe ſeipſis comparent, *id* non intelligunt, vel, non intelligunt *quàm ſint ridiculi*, vt explicat Theophylactus. Quid ſi verò coniunctim legamus ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν, id eſt ſibi non ſapiunt? Primùm repugnant Græca exemplaria, in quibus nuſquam additur diſtinctio poſt συγκρίνοντες ἑαυτοὺς. Deinde συνιέναι pro ſapere, non temerè inuenias. Poſtremò nulli ſibi magis ſapiunt quàm qui iſtorum ſimiles ſunt quos Paulus reprehendit. Vetus interpres hæc non legit, aut potius prætermiſit, quum in Græcis codicibus ſummo conſenſu inueniantur. Ambroſium quoque apparet à corrupto aliquo exemplari fuiſſe deceptum. ſic enim hunc locum interpretatur, Sed ipſi in nobis noſmetipſos menſurantes, & comparantes noſmetipſos nobis, non in immenſum gloriabimur. Itaque finem huius verſiculi, nẽpe οὐ συνιοῦσιν, & initium proximi nempe ὑμεῖς δὲ, non legit, contra omnium noſtrorum codicum & Græcorum interpretum fidem. Auguſtinus paſſiuè ita legit vt nos, vt Pſal.34, P.118 P.141. Item in libello de doctrina Chriſtiana, & aduerſus Fauſtum lib.22, cap.27, vt obſeruauit Eraſmus.

cõmendãt: ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis.		"quòd ipſi ſeſe ſeipſis metiuntur," & ſeſe ſibiipſis comparant.
Nos autem non in immenſum gloriabimur: ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus mẽſuram pertingendi vſque ad vos.	13	At nos non gloriabimur "de iis quæ menſuræ *noſtræ* nõ ſint, "ſed ſecundum dimenſionem regularem "eius menſuræ quam Deus nobis diſpertitus eſt, "*gloriabimur* quòd peruenerimus "etiam vſque ad vos.
Non enim quaſi nõ pertingẽtes ad vos, ſuperextendimus nos. vſque ad vos enim peruenimus in Euangelio Chriſti.	14	Nõ enim vt ſi nõ perueniremus vſque ad vos, extendimus noſipſos ſupra modũ: nam vſque ad vos quoque peruenimus "in Euangelio Chriſti.

Quòd ipſi ſeſe ſeipſis metiuntur; αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, Pleroſque video ἐν ἑαυτοῖς exponere μεταξὺ ἀλλήλων, id eſt inter ſe, vel alios cum aliis, ſeu mutuò ac viciſſim, vt iſtos intelligamus ſeſe nõ cũ aliis præſtãtioribus eſſe metitos, ſed cum ſui ſimilibus: vnde ſit factum vt non intelligerent quàm procul abeſſent ab eo gradu in quo ipſi ſeſe collocabant: veluti ſi luſcus cum cæcis comparetur. Verùm ſi hanc interpretationem ſequamur, videbitur inanis eſſe ταυτολογία in μετροῦντες & συγκρίνοντες, ſiquidem vtroque vocabulo res eadem ſignificabitur. Deinde cur tam diligenter Paulus res à ſe geſtas enumeraret, ſi ſeſe illi nõ cum Paulo & ipſius collegis, ſed inter ſe duntaxat cõparabant? Puto igitur diligenter conſiderandũ de quo agatur. Eleuabant iſti miniſterium Apoſtoli, vt Corinthiorum Eccleſiam totam poſtea euerterent. Quid autem afferebant? nempe nihil in eo graue ac robuſtum eſſe præter epiſtolas, quæ grande neſcio quid ſpirarent: cæterùm quum ad rem ventum eſſet, ac præſens conſpiceretur, ſermone ac toto vultu nihil eſſe illo abiectius. Id verò quum dicerent, nempe ſibi contrarias omnes virtutes tribuebant. Ergo inquit Paulus, iſtorum faſtum deridens, Non auſim ego homuncio inter iſtos gigantes comparere, ac multo minus cum illis me conferre. Sed mirum eſt ſapientes iſtos ita deſipere vt non intelligant quàm abſurdè faciant. Nam primùm omnium, vt illis falſam illã opinionẽ extorqueã quam ipſi de ſe conceperunt, ſe videlicet valde ſapientes ac facundos eſſe: certè ſiquis ſeſe velit metiri, is aliqua menſura indiget. Menſura autem iſtarum virtutum quænam eſt? nempe res ab ipſis illarum virtutum præſidiis geſtæ: vt ſi illæ multæ ac magnæ fuerint, tum demum magnæ ac multæ ipſorum virtutes eſſe intelligantur. Nam, vt alibi teſtatur, regnum Dei non eſt poſitum in verbis, ſed in ipſa agẽdi virtute. vt nemo fortem dixerit militem qui in conuiuio de re militari diſſerat, ſed qui coronas multas & multos à ſe proſtratos oſtendat. Cedò igitur, quid eiuſmodi habent iſti quod afferant? num vos Corinthios, è quorum finibus iſti nunquam exceſſerunt? Atqui vos non illorum ſed meum opus eſtis in Domino. Vos ego cœpi, vos debellaui, vos mea ſors eſtis ac poſſeſſio mihi à Domino attributa. Iſti verò non habent aliud quod proferant. Ergo quid iſtis fingi poteſt ineptius? Nam perinde faciunt ac ſiquis ſeſe non aliqua menſura, puta cubito, vlna, decempeda, ſed ſeipſo vellet metiri. vt ſiquis pumilio iactet ſe gigantem eſſe, nec aliam iactantiæ ſuæ rationem afferat quàm quòd ita ſibi perſuaſerit. Itaque, vt tandem finiam, ἐν ἑαυτοῖς exiſtimo rationẽ habere quaſi inſtrumenti, cui ſignificãdo ſæpe iam diximus Hebræos adhibere literã quæ reſpondet præpoſitioni ἐν, vt ſi dicas metiri in vlna, pro metiri vlna. Et ſeſe ſibiipſis cõparant καὶ ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς συγκρίνοντες. Hîc laborant Græci interpretes, & rurſus interpretantur ἑαυτοῖς inter ſe: quod planè eſt violentũ, quum non ſit ſcriptum ἐν ἑαυτοῖς, vt in ſuperiore membro. Quod ſi ἑαυτοῖς exponamus per ἀλλήλοις, primùm coacta fuerit interpretatio, deinde in ſuperiore annotatione dixi cur hanc ſententiam non probem, quia ſcilicet iſtos apparet ſeſe cum ipſo Paulo comparaſſe. Nam alioquin Paulus cum illis non contenderet, ſed inter illos potius arbiter ſederet: aut, ſi omnes reprehenſione dignos putabat, ita eos carperet vt de ſui miniſterii dignitate retinenda non adeò laboraret. Puto igitur non idem ſed alterum vitium, ſuperiori proximum, & ex eo, veluti ex fonte, promanans, his verbis reprehendi. Nam ſiquis duos vel plures velit comparare, vt quis magnitudine excellat intelligatur, omnino neceſſe eſt communem κανόνα, id eſt regulam ac menſuram, adhiberi. At iſti ſeſe cum Paulo conferentes, nullam menſuram afferre poterant, id eſt, nulla ſua geſta, nullas vrbes, nullos populos ſuarum illarum virtutum teſtes (id eſt quos Domino lucrifeciſſent) ſed ſeipſos duntaxat: quia ſcilicet iam antea ſibi perſuaſerant de ſeipſis maxima quæque, vt ex hac hypotheſi cæteros quanuis excellentes deſpicerent. Iterum igitur ἑαυτοῖς, vt in ſuperiore membro, rationem habet quaſi inſtrumenti. Nam illi pro menſura ſeipſos afferebant cum falſis illis de ſe perſuaſionibus. Eſt enim totus hic ſermo figuratè expoſitus ab Apoſtolo, tranſlatione à menſoribus ſumpta.

13 De iis quæ menſuræ *noſtræ* non ſint, εἰς τὰ ἄμετρα. Sic dicũt Græci eleganter, ἐπαινεῖν εἰς δικαιοσύνην, λοιδορεῖν εἰς κακίαν, & ſimilia multa. ἄμετρα autem vocat non quæ per ſe nimia ſint, & quæ nemo poſſit metiri (vt, ſiquis ſibi tribuat quod vnius Dei eſt) ſed quæ Deus non eſſet ipſi admenſus: aduerſariorum ſcilicet reſpectu, qui ſibi tribuebãt aliena, vt apparet ex verſibus 15 & 61. quũ alioqui ſimpliciter non eſſent immodica quæ vel Paulus meritò ferebat Deo accepta, vel eius aduerſarii ſibi iniuria vendicabant. Ideò nolui conuertere, in immenſum, cum Vetere interprete & Eraſmo. Sed ſecundum dimenſionem regularem ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος. Dimenſionem regulæ, id eſt, regularem, vocat quæ non temere facta eſſet, vel nulla adhibita menſura, ſed quaſi exacta ad regulam. κανόνα enim in genere appellant Græci regulam ad quam omnis generis menſores, vt agrimenſores, architecti, pictores, ſcribæ, & cæteri quiuis artifices operis ſui rationem exigũt. μέτρον autem uocat Apoſtolus ipſam διαμέτρησιν, quam Deus quaſi ad regulã exegerit, vt & ipſi Apoſtolo limites eius præterire, & pſeudapoſtolis in illam inuadere ſit nefas. Vulgata & Eraſmus, perobſcurè, ſecundum menſuram regulæ. Eius menſuræ quam Deus nobis diſpertitus eſt οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, id eſt μέτρου οὗ ἐμέρισεν, &c. vt apud Terentium, Reſtitue in quem me accepiſti locum. Cæterùm τὸ μέτρον tria ferè ſignificat, nempe illud quo metimur quippiam, vt regulam, vlnam, decempedam, modium, &c. item ipſam metiendi actionem. denique illud ipſum quod quis nobis ſit admenſus: vt quum iugerum agri, modium frumenti dicimus. Ac prima quidem illa ſignificatione non accipitur in hoc ſermone, in quo maluit Apoſtolus vti vocabulo κανόνος, id eſt menſoriæ regulæ. Ex duabus autem reliquis declarationibus prior conuenit priori loco, quum dicit κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, poſterior verò iſti demum loco. Menſuram enim hîc vocat Apoſtolus quicquid terrarum Deus ipſi velut ad regulam erat admenſus, vt totum illud ſpatium adiiceret Chriſti imperio. Vulgata, qua menſus eſt nobis Deus menſuram. vt omnino legiſſe videatur, οὗ ἐμέτρησεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρον. Eraſmus, qua partitus eſt Deus nobis menſura. Sequutus enim eſt Græcum ſcholiaſten, qui ſubaudit præpoſitionem διὰ, violenta planè tum eclipſi, tum etiam traiectione: quum plana ſit ſententia, nec quicquam ſit detortum aut non ſuo loco poſitum, vt ego ſum interpretatus. *Gloriabimur* quòd peruenerimus ἐφικέσθαι. Repeto ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum καυχησόμεθα. Id enim omnino faciendũ eſt quocunque modo hunc locum interpreteris. Sed in eo non poſſum aſſentiri Veteri interpreti & Eraſmo, quòd ἐφικέσθαι verterunt per gerundiũ, quaſi ſcriptum ſit τοῦ ἐφικέσθαι, & cohæreat hoc verbum cum nomine μέτρου, quod ſanè non probo. Mallẽ ſupplere ὥστε, & conuertere, vt perueniremus. Etiam vſque ad vos ἄχρι καὶ ὑμῶν. Vetus interpres omiſit particulam καὶ, quam meritò reſtituit Eraſmus, quum maxima ſit eius emphaſis.

14 In Euangelio ἐν εὐαγγελίῳ. Id eſt, dum Chriſtum prædico, ſiue Chriſtum euangelizando.

Non"de iis quæ menſuræ *noſtræ* non ſunt,gloriantes,*id eſt* de alie 15
nis laboribus:ſed ſperantes,"augeſcēte fide veſtra,"*nos* per vos am
plificatum iri"in aſſignata noſtra menſura"admodum.
"Vt in iis *regionibus* quæ vltra vos *ſunt*, euangelizem: nō vt"in alte 16
ri aſſignata menſura,*id eſt* in præparatis,gloriemur.

Gloriandum in Deo.

Sed qui gloriatur,"in Domino glorietur. 17
Non enim qui ſeipſum cōmendat,ille probatus eſt, ſed is quē 18
Dominus commendat.

Cap.XI.

V"Tinam"toleraretis pauliſper inſipientiam *meam*:&"verò tole 1
ratis me.
"Ambio enim vos Dei zelotypia. "Præparaui enim vos,*quos* vni 2
viro,"pro virgine pura"ſiſterem,"*nempe* Chriſto:

Virgo Chriſti.

Sed metuo ne quomodo,vt ſerpēs ille Euā ſeduxit calliditate ſua, 3
ita"corruptæ mētes veſtræ"*degenerent* à ſīplicitate"quæ eſt ī Chriſto.
Enimuero"ſi veniat qui alium Ieſum prædicet quem nō præ- 4

Non in immenſum gloriantes in alienis laboribus: ſpem autem habentes creſcētis fidei veſtræ,in vobis magnificari ſecundum regulam noſtram in abundantiam.

Etiam in illa quæ vltra vos ſunt euangelizare:non in alia regula,in iis quæ præparata ſunt,gloriari.

Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

Ierem.9.g.24
1.cor.1.d.31

Non enim qui ſeipſum commendat,ille probatus eſt,ſed quem Dominus commendat. Cap. XI.

VTinam ſuſtineretis modicū quid inſipientiæ meæ:ſed & ſupportate me.

AEmulor enim vos Dei æmulatione.Deſpondi enim vos vni viro,virginem caſtam exhibere Chriſto.

Timeo autem ne ſicut ſerpens Heuā ſeduxit, aſtutia ſua:ita corrumpātur ſenſus veſtri,& excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto.

Gen.3.a.4

Nam ſi is qui venit,alium Chriſtū prædicat quē non prædicauimus,aut

15 De iis quæ menſuræ noſtræ nō ſunt εἰς τὰ ἄμετρα Vide ſuprà verſ.13. Augeſcente αὐξανομένης Vulg.perperā conuertit creſcentis.ponitur enim hic caſus abſolutè. Eraſm.ſuboleſcente.quod participium neſcio vnde tandem deſumpſerit. *Nos* per vos amplificatum iri ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι Vulg.in vobis magnificari.Eraſm.in vobis, futurum vt magnificemur. Sed ἐν ὑμῖν coniunxit cum αὐξανομένης,contra Græcorum exemplarium fidem. In aſſignata noſtra menſura κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν. Vulg.& Eraſ.ſecundum regulam noſtram, Atqui κατὰ idem hîc declarat prorſus atque ἐν·quaſi dixerit Apoſtolus ἐν τῷ κανόνι ἡμῶν,vt contrà paulo pòſt, ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι. Deinde κανὼν hoc in loco non ſignificat regulam,ſed illud ipſum ſpatium quod ad regulam admenſum eſt: quaſi Deus terrarum orbem inter Apoſtolos diuiſerit excolendum.Itaque ſequente verſiculo vocat ἀλλότριον κανόνα menſuram alteri attributam,id eſt, ad quam excolēdam Deus alium vocaſſet.Sic apud Hebræos eodem tropo, quanuis diuerſa tranſlatione,hæreditas dicitur גורל,id eſt ſors, vt etiam Latini loquuntur:& cum ſex punctis חבל,id eſt funis,quòd funibus agros metirentur.Sic denique apud Pollucem κανὼν dicitur ipſum ſaltus ſpatium:neque quicquā eſt hac metalepſi magis vſitatum. Admodum εἰς περισσείαν. Heb. עד מאד quaſi dicas,vſque valde,vel fortaſſis לרוב,id eſt ad multum. Vulgata.in abundantiam.Eraſmus,nihilo magis perſpicuè,in exuberantiam.

16 Vt euangelizem εὐαγγελίσασθαι. Sub.ὥστε.quam eclipſin quia Vetus interpres neglexit, conuertit euangelizare, ita obſcurè vt nemo intelligeret.Similis eſt eclipſis infrà 11.a.2. In alteri aſſignata menſura ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι.Vetus interpres,in alia regula.Eraſ.per alienam regulam.Neuter profectò quid hoc rei eſſet percepit quod paulo antè expoſuimus,& ipſe Paulus perſpicuè exponit.Vocat enim mēſuram alteri aſſignatam τὰ ἕτοιμα,id eſt regiones ab aliis præparatas,& quaſi excultas Euangelii prædicatione,ad ferendum fructum.quas vocat,diuerſa tranſlatione,fundamenta ab aliis poſita,Rom.15.e.20. 17 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt,Deo totam gloriam vendicet in ſolidum,ne in ſeſe ſuperbiat:deinde ad Dei gloriam non ad ſua commoda referat quicquid gratiæ à Deo accepit.

CAPVT XI.

1 Vtinam ὄφελον. Procemium eſt ductum ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, quale eſſe Demoſthenis illud περὶ στεφάνου annotarunt rhetores. ἀφροσύνην autem,id eſt inſipientiam aut delirium,potius vocat laudum ſuarum prædicationem:ad quas deſcendere cogitur,non quòd ſeipſum quærat amplificare, ſed quòd pſeudapoſtolos videret arrogantia ſua Eccleſiam corrumperet:vt omnino oportere illam ruere, niſi ſalua maneret apud eos miniſterii ſui authoritas. Toleraretis pauliſper inſipientiam meam ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης. Sic lego,ex Veteris interpretis & duorum codicum authoritate.Quanquam in eo deceptus eſt Vetus interpres quòd τῆς ἀφροσύνης cōiunxit cum μικρόν τι, quum cohæreat potius cum verbo ἀνείχεσθε.Vertit enim,Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ.Eraſ.Vtinam me toleraſſetis pauliſper in inſipientia mea,id eſt ὄφελον ἀνείχεσθε μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ,vt ſubaudiatur ἄν, quæ eclipſis dura eſt. quanquā ſic habent plerique codices. Illi tamen in eo nō aſſentior quòd ἀνείχεσθε vertit toleraſſetis. Et verò toleratis me ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. Quorſum,inquit,hoc optem? nam video vos paratos eſſe mihi hoc indulgere, vt me de meis laudibus aliquid dicentem feratis. Vel, imò etiam ſufferte me,imperandi modo.quaſi quod optarit,nūc ſuo quodam iure flagitet. 2 Ambio ζηλῶ. Vulg.æmulor.Eraſ.zelotypus ſum.Loquitur autē vt procus, ſed qui tamen non ſibi ſed domino ſuo illos quaſi virginem ambiat.Itaque ipſius ſponſi zelotypiā in ſe transfert. Sunt enim ſynceri miniſtri quaſi Eccleſiæ & Chriſti paranymphi.Vide Iohan.2.c.17. Præparaui ἡρμοσάμην,ſiue diſpoſui vel accōmodaui:ſiue conciliaui,id eſt προξενῆσαι & συστῆσαι.Eſt enim hoc miniſtri quaſi προμνηστρίας munus primarium,vt virginem ei conciliet de cuius matrimonio ſatagit.Alterū,vt deſpondendam curet.Tertium,vt deſponſam coniungat.Ac quod ad primum quidem illud attinet,vix quiſquam eſt qui ignoret ἁρμόζεσθαι dici de omni aptatione & accommodatione.quo fit vt de reliquis duobus etiam appoſitiſſimè dicatur,ac præſertim de coniugio, cuius arctiſſima eſt coniunctio.Herodotus certè in Terpſichore vſurpauit ἀντὶ τοῦ μνηστεύεσθαι,id eſt pro deſpondere, de quodam Philippo loquens,ὅς,φησὶν,ἁρμοσάμενος Τήλυος τοῦ Συβαρίτεω θυγατέρα,ἔφυγε ἐκ Κρότωνος.Sequitur enim,ψευσθεὶς δὲ τοῦ γάμου,οἴχετο πλέων ἐς Κυρήνην.Ex his autem ſignificationibus Vetus interpres ſecundam delegit,vt qui conuerterit,deſpondi.Eraſmus,tertiam amplexus,interpretatur,adiunxi. Vterque igitur ἑνὶ ἀνδρὶ coniunxit cum ἡρμοσάμην.ac præſertim Eraſmus,qui παραστῆσαι ob eam cauſam retulit ad Corinthios. Vertit enim, vt exhiberetis. At ego non video qui poſſimus vel hanc vel illam interpretationem amplecti,quin hiet conſtructio.Itaque non dubitaui præferre Ambroſii interpretationem,qui conuertit paraui,id eſt ἡτοίμασα.poſita enim eſt iſta conciliatio in conciliandis & veluti conglutinandis animis.Nam profectò res ipſa oſtendit Chriſtū eſſe eum virū cui Corinthios,tanquā virginem purā, illi ſcilicet ſuo tēpore ſiſtendā,cōciliarit Apoſtolus:ac proinde τῷ Χριστῷ poſitū eſſe in epexegeſi.cuius ſimile prorſus exēplū eſt Matth.19.c.17. Ex eo verò illud quoque efficitur, ἑνὶ ἀνδρὶ nō rectè ſolere cōiungi cū ἡρμοσάμην,adhibita etiā diſtinctione,quū prorſus cohæreat cū παραστῆσαι.Nam etiā in Græcis ſcholiis nuſquā apparet illa diſtinctio. *Quos* ſiſterē παραστῆσαι.vel,vt vos coniungerē.Subauditur enim ὥστε,vt ſuprà 10.d.16.& ὑμᾶς repetendū eſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.Vulg.exhibere,ad verbū ſcilicet,ſi nō explicata,at certè nō corrupta ſentētia.Eraſ.vt exhiberetis.quod mihi nō placet.Perſiſtit enim Paulus in trāſlatione,& finē ſui cōſilii explicat.nēpe vt quū Corinthios prædicatione Euāgelii purificaſſet, quaſi virginē purā & integram Chriſto ſiſteret. Pro virgine pura παρθένον ἁγνὴν Vulg.& Eraſ.ad verbū,virginem caſtā.niſi quòd malui ἁγνὴν purā interpretari: quòd caſtitas etiam vxori tribuatur,hîc verò ſumma quædam integritas ſignificetur.Eſt autē hoc accipiendū per ſpeciē appoſitionis,quam expoſuimus Luc.11.e.41. *Nempe* Chriſto τῷ Χριστῷ.Cur addiderimus particulam exegeticam,dictum eſt à nobis paulo antè.

3 Corruptæ mētes veſtræ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. De virginibus differens,meritò vſurpauit corruptionis vocabulū,& fraudis,& ſimplicitatis.cōueniunt enim illa ſtupratori,iſtud verò puræ & integræ virgini.Sed hoc vitiū mēti offertur.itaque τὰ νοήματα(de pluribus enim loquitur)mentes interpretari malim quàm ſenſus.Notādus eſt autē hic locus aduerſus eos quibus natiua illa & incorrupta ſacrarū literarū ſimplicitas præ humanæ facundiæ fucis ac pigmētis ſordet. *Degenerent* ab ea ſimplicitate ἀπὸ τῆς ἁπλότητος.Addidi verbū degenerēt,vt vitarē amphiboliā quæ nuſquā eſt in Græco ſermone.nēpe ne videatur Apoſtolus metuere ne ſimplicitas eorū mētes corrumpat.Sic tamen apud Virgiliū AEneas de Hectore differēs,Quātū,inquit,mutatus ab illo.nō quòd ille mutaſſet,ſed quòd illi factus eſſet diſſimilis,vt Eraſmus rectè annotauit.Ambroſius habet,à caſtitate,vt ſatis appareat eū legiſſe ἁγνότητος pro ἁπλότητος.Ita etiā legit Auguſtinus,aliquoties citās hunc locū,vt idem Eraſmus obſeruauit. Quæ eſt in Chriſto τῆς εἰς τὸν Χριστόν.i.quæ iis cōueniat qui in Chriſto ſunt.Eraſ.quæ erat erga Chriſtū.quia ſcilicet purè ac ſimpliciter illi obtēperabatis. 4 Si veniat qui ὁ ἐρχόμενος.Articulū puto poni ἀορίστως hoc in loco.Vulg.& Eraſ.ſi is qui venit. nam etiā fortaſſis certum quempiam deſignat,vt ſuprà 10.c.10.vel vnū aliquem ex multis exempli cauſa proponit. Alium Ieſum ἄλλον Ἰησοῦν.Id eſt,perfectiorem aliquam doctrinam de Ieſu.quaſi non ſufficiant vobis ſeruandis quæ vobis annuntiaui de Ieſu. Nam alioquin non modò non tolerari,ſed etiam extremo exitio iubet eum deuoueri qui contrarium aliquod Euangelium afferat,Gal.1.b.8.

alium Spiritum accipitis quem non accepiſtis : aut aliud Euangeliũ quod non recepiſtis: rectè patereminі.

Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis.

Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia: in omnibus autem manifeſtati ſumus vobis.

Aut nunquid peccatum feci, meipſum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis?

Alias Eccleſias expoliaui, accipiẽs ſtipendium ad miniſterium veſtrum.

Infrà 12.d.13

C Et quum eſſem apud vos, & egerẽ, nulli onerofus fui. nam quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres qui venerũt à Macedonia. & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo.

Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in regionibus Achaiæ.

Quare? quia nõ diligo vos? De⁹ ſcit.

Quod autem facio, & faciã: vt amputem occaſionem eorum qui volũt occaſionem: vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos.

Nam eiuſmodi pſeudapoſtoli, ſũt operarii ſubdoli, transfigurantes

dicauimus: ″aut *ſi* Spiritum alium accipitis, quem non accepiſtis: aut Euãgelium aliud quod non accepiſtis: rectè *eum* ″toleraueritis.

5 Puto ″enim me nihilo inferiorem fuiſſe ″ſummis Apoſtolis.

6 Quòd ſi ″rudis *ſum* in locutione, non tamen *ſum rudis* in cognitione. ″ſed omnino manifeſti facti ſumus in omnibus apud vos.

7 Num peccaui quum meipſum ″demitterẽ vt vos efferremini, quódque gratuitò Euangelium Dei euangelizauerim vobis?

8 Alias Eccleſias ſpoliaui, accepto ab eis ″ſtipendio ad hoc vt vobis inſeruirem.

9 Et quũ apud vos eſſẽ & egerẽ, nõ ″obtorpui cũ cuiuſquã incõmodo. nã quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres qui venerãt à Macedonia. & in õnib⁹ me præſtiti vobis minimè oneroſũ, & præſtabo.

10 ″Eſt veritas Chriſti in me, quòd hæc gloriatio non occludetur contra me in regionibus Achaiæ.

11 Quapropter? *an* quòd non diligam vos? Deus nouit.

12 Sed quod facio, etiam faciam: vt amputem occaſionem iis qui cupiunt occaſionem: vt in *eo de* quo gloriantur, reperiantur ″quales & nos.

13 Nã iſtiuſmodi ″pſeudapoſtoli, operarii doloſi ſũt, trãsformati ĩ A-

Aut *ſi* Spir. al. acc. ἢ ἕτερον πνεῦμα λαμβάνετε. Spiritus nomine intelligo Spiritus dona quibus prædicati Chriſti vis ac potẽtia in animis credentiũ, teſtibus etiã infidelibus obſignabatur. vt Mar. 16.d.20. Act. 8.c.15, & 18.a.1. Aliũ igitur Spiritũ appellat excellentiora Spiritus dona per alterius prædicationem collata. Toleraueritis ἠνείχεσθε. Sub. ἄν, vt verti etiam poſſit, toleretis. Niſi malimus interpretari toleraretis, vt nulla ſit eclipſis. Eraſ. toleraſſetis. quod non conuenit, quum non præceſſerit ἐκήρυττεν, aut ἐκήρυξεν, ſed κηρύσσει & λαμβάνετε.

5 Enim γὰρ Vel enimuero, vt ſit inchoatiua particula, non autem cauſalis. Poteſt tamen, ac fortaſſis etiam debet accipi ἀπολογητικῶς, quaſi ad perficiendum ſuperius argumentum adiectæ ſint reliquæ partes ſyllogiſmi: puta, Sed non poſſitis eos meritò tolerare. quum perfectiorem Chriſtum vobis non annuntient. Nam nihilo minus perfecta vobis annũtiaui quàm ſummi Apoſtoli aliis annũtiarint. Coactus eſt autem Paulus hæc dicere vt eorum faſtum & ambitioſam profanam ſapientiam reprimeret: qui poſito Apoſtoli fundamento, fœnum & ſtipulam ſuperſtruebant, ac volebant interim ſua illa non modò pro auro, argento, & lapidibus pretioſis, ſed etiam pro excellentiore aliquo fundamento haberi. aduerſus quos magnam vtriuſque epiſtolæ partem conſumpſit, in miniſterii ſui & collegarum dignitate ac præſtantia explicanda: coactus ſcilicet illorum importunitate. Summis Apoſtolis τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. Ad verbum, iis qui ſuprà quàm valde ſunt Apoſtoli. Poſitum enim eſt λίαν Hebræorum more pro σφόδρα καὶ ἐξαιρέτως. Vulgata, nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis. Eraſ. multo rectius, nihilo inferiorem fuiſſe eximiis Apoſtolis. Malui tamen ſummos interpretari, vt propius abeſſem à Græcis, ſicut etiam Eraſmus infrà conuertit, 12.d.11. Cæterùm ad euertendum illum Petri primatum, quem lupus ille Romanus commentus eſt, hoc quoque pertinet quòd plurali numero ſummos Apoſtolos dixit. Quid verò quòd ipſe Antichriſtus ſeſe nõ ſolius Petri, ſed etiam Pauli ſucceſſorem iactat? nempe vt, antequã ipſe hanc tyrannidem vſurparet, biceps ad minimũ fuerit Eccleſia. Ergo vt ad rem veniamus, hoc quidem cõſtat, Apoſtolos ſic propriè vocatos, nimirum duodecim illos: & Paulum decimumtertiũ peculiariter Gentibus deſtinatũ, pari & æquali dignitate fuiſſe, ſed tamen gratias Dei alias in aliis excelluiſſe. quod Paulus hîc reſpicit. Niſi malimus eum obliquè carpere aduerſarios qui alios præ aliis deſpiciebant, quaſi alii aliis magis eſſent Apoſtoli. qui denique erant προσωπολῆπται. vnde illæ voces, Ego ſum Apollo, ego Cephæ, ego Pauli. 6 Rudis in elocutione ἰδιώτης τῷ λόγῳ. ἰδιώτας alibi diximus propriè dici priuatos, id eſt plebeios & ex medio vulgo homines, qui, quòd non ita liberaliter ſint educati, ferè ſunt excellentiũ rerum, ac præſertim oratoriæ illius facultatis prorſus rudes & imperiti. Quid igitur? an imperitus loquendi Paulus & elinguis, vt Hieronymus exiſtimat? Imò verò Chryſoſtomũ potius, & doctiſſimos quoſque ex Græcis, ipſam denique rationem ſequutus, quanuis natiua illa & germana maſculæ facundiæ ornamenta ei non defuerint, fateor tamen illum fucatæ illius rhetorices pigmentis vti noluiſſe: nempe vt vi ſpiritus, hominum animos ad Chriſtum raperet, non autem ſermonis blanditiis, adulatorum more, alliceret. Sed quum orationis ipſius totam indolem & χαρακτῆρα propius cõſidero, nullam ego in ipſo Platone ſimilem grandiloquentiam, quoties illi libuit Dei myſteria detonare: nullam in Demoſthene parem δεινότητα cõperiſſe me fateor, quoties animos vel metu Diuini iudicii perterrefacere, vel commonefacere, vel ad contemplandam Dei bonitatem attrahere, vel ad pietatis ac miſericordiæ officia conſtituit adhortari: nullam denique vel in ipſo Ariſtotele & Galeno, præſtantiſſimis alioquin harum rerum artificibus, magis exactam methodum inuenio. Sed vt ad rem redeam, λόγον interdum vocat Paulus in genere, quod ab aliquo loquente enuntiatur, vt 1. Corinth. 14.b.9: interdum verò κατ' ἐξοχὴν, Euangelii prædicationem, vt Philipp. 1.b.14: interdum σοφίαν, id eſt exquiſitiorem cognitionem Diuinitus ad docendos alios afflatam, vt 1. Corinth. 12.a.8. interdum dicendi facultatem illam cuius præcepta tradunt oratores, vt 1. Corinth. 2.a.1, & 4.d.20, & hic quoque, & multis aliis locis, cui opponitur ἡ γνῶσις, id eſt ipſa doctrinæ ſubſtantia: vt ſiquis rem ipſam opponat verbis. Sed omnino ἀλλ' ἐν παντὶ Id eſt ἀλλὰ πάντως, vt בכל apud Hebræos, quaſi dicat Apoſtolus, Sed quid attinet hæc à me pluribus referri? Vos ipſi in omnibus me penitus experti eſtis. Hoc non legit Vetus interpres, ſed duntaxat ἐν πᾶσιν.

7 Quum demitterem ταπεινῶν. Reſpicit quod commemoratur à Luca Act. 18.a.3. 8 Stipendio ὀψώνιον. Vide 1. Corinth. 9.a.7.

9 Obtorpui cum cuiuſquam incommodo οὐ κατενάρκησα οὐδενός. Significat ſe non modò ſtrenuè apud eos ſuis manibus laborando, vitam toleraſſe, ſed etiam, premente inopia, non remiſiſſe quicquam de ſuis laboribus, vt quenquam grauaret: aut in miniſterio idcirco torpuiſſe, vt propterea in ſingulis docendis officium non ita diligenter, vt antea, fecerit: denique ſe propterea nemini fuiſſe magis remiſſum factum. Vulgata & Eraſmus, non fui oneroſus cuiquam. quòd, inquit Eraſmus, qui otio torpent, premunt & imminẽt aliis, vnde petunt aſſiduè. Sed quorſum attinet tranſlationem iſtam quærere tam procul, quum propria ſignificatio plana ſit ac perſpicua? Quidam vertit, neminem exuxi: quàm rectè, ipſe viderit.

10 Eſt veritas, &c. ἔστιν ἀλήθεια, &c. Id eſt, Ne cenſeatur eſſe in me Chriſti veritas. vel, Vobis ego per Chriſtum verè affirmo, vt Rom. 9.a.1. Eſt enim hæc quædam iuriſiurandi formula. Non occludetur contra me οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ. Id eſt, mihi ſemper patebit, neque ab hac vnquam me ſinam excludi. 12 Quales καθὼς. Vulgata ad verbum, ſicut. Eraſmus, quemadmodum. Eſt autem hæc ſententia, Pſeudapoſtolos iſtos captaſſe omnes occaſiones efficiendi vt pares Apoſtolo viderentur. Debuerant igitur & ipſi gratis docere. Sed hoc nunquam erant facturi, quum Corinthios potius exederent, vt infrà ſignificatur 12.b.7. Captabant igitur diuerſam prorſus occaſionem, nempe vt & Paulus ipſe viciſſim aliquid acciperet à Corinthiis. quod ſi impetraſſent, tum demum ſe pares illi fore ſperabant. Nam zelum & ſcientiam ita ſimulabant, & vana ſpecie eloquentiæ exornabant, vt Paulus, præ ipſis, etiam deſpiciendus nonnullis videretur. Sed hæc omnia teſtatur Apoſtolus merum fucum eſſe, quem ipſi à diabolo didicerint. Quidam hunc locum ita conuertit, Quò ſibi in quo glorientur ſuppetat, quemadmodum & nobis. Quaſi ſcilicet εὑρεθῶσι actiuè poſſit explicari.

13 Pſeudapoſtoli ψευδαπόστολοι. Pſeudapoſtolos vocat, non, vt ego quidem opinor, quòd falſam aliquam doctrinam ſparſiſſent (quod tamen proculdubio tandem erant facturi) ſed quòd miniſterium ſuum ſyncerè non obirent, ac præſertim in hoc facto nihil aliud quàm ſimulatè ſe gererent, quum eos vreret aliena gloria. quam tamen minimè captabat Apoſtolus.

poſtolos Chriſti:

14 Neque id mirum : ipſe enim ſatanas trãsformatur in angelum ′lucis.

15 Non magnum eſt igitur ſi transformentur, vt miniſtri ″iuſtitiæ, etiam eius miniſtri: quorum finis erit ſecũdum opera eorũ.

16 Rurſum dico, nequis me putet inſipientem eſſe: alioquin etiã vt inſipientem accipite me, vt paululum quiddam & ego glorier.

17 Quod dico, non dico ſecundum Dominum , ſed vt per inſipiẽtiam, ″in præfidente iſta gloriatione.

18 Quãdoquidẽ multi gloriãtur ″ſecundũ carnẽ: & ego gloriabor.

19 Libenter enim toleratis inſipientes, quum ſitis ſapientes.

20 Toleratis enim ſiquis vos in ſeruitutem adigit, ſiquis exedit, ſiquis accipit, ſiquis attollit ſeſe, ſiquis vos in faciem cædit.

21 ′Quantum ad contumeliam dico: ″nempe quia ″nos infirmi fuimus: ″imò in quocunque ′audacia vti velit aliquis (per inſipientiam loquor) audacia vti velim & ego.

22 ″Hebræi ſunt? *ſum* & ego: Iſraelitæ ſunt? *ſum* & ego: ″ſemẽ Abrahæ ſunt? *ſum* & ego:

23 Miniſtri Chriſti ſũt? (deſipiẽs loquor) ″excello ego: in laboribus, in fatigationibus ″perabũdè: in verberibus, plus ſatis: in carcerib⁹ perabundè: ″in mortibus ſæpe.

24 A Iudæis ″quinquies accepi quadragenas *plagas* vna minus.

25 Ter ″virgis cæſus fui : ſemel fui lapidatus: ter naufragium feci: noctem ac diem in profundo egi:

ſe in Apoſtolos Chriſti. D

14 Et non mirum : ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.

15 Non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundum opera ipſorum:

16 Iterum dico, nequis me putet inſipientem eſſe: alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.

17 Quod loquor, non loquor ſecundũ Dominum , ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtantia gloriæ.

18 Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem: & ego gloriabor. E

19 Libenter enim ſuffertis inſipiẽtes, quum ſitis ipſi ſapientes.

20 Suſtinetis enim ſiquis vos in ſeruitutem redigit, ſiquis deuorat , ſiquis accipit, ſiquis extollitur, ſiquis in faciem vos cędit.

21 Secundum ignobilitatem dico, qua ſi nos infirmi fuerimus in hac parte: in quo quis audet (in inſipiẽtia dico) audeo & ego.

22 ‖Hebręi ſunt, & ego : Iſraelitę ſunt, & ego: ſemen Abrahæ ſunt, & ego: Philip.3.a.5

23 Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minus ſapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius , in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. F

24 A Iudęis quinquies quadragenas vna minus accepi.

25 ‖Ter virgis cæſus ſum. ſemel ‖lapidatus ſum, ‖ter naufragium feci: nocte & die in profundo maris fui: Act.16.e.25 Act.14.c.19 Act.27.a.2

---

14 Lucis φωτός. Id eſt lucidum. Lucis autem nomine, cæleſtis gloria intelligitur, cuius participes ſunt Angeli beati.

15 Iuſtitiæ δικαιοσύνης Id eſt ſynceri & integri. Opponuntur enim pſeudoapoſtolis & doloſis operariis.

17 In præfidente iſta gloriatione ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Vulg. in hac ſubſtantia gloriæ. Eraſ. in hoc argumento gloriationis. Quidam, in hac gloriationis materia. Vide ſuprà 9.a.4. Quod autem dixit Apoſtolus, ſe non ſecundum Dominum loqui, per conceſſionem dixit, & formam ipſam orationis, non autem rem ipſam cõſiderans. quũ alioqui vera ſit ipſius oratio, & ſanctiſſimus ipſius ſcopus.

18 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt, de rebus externis, veluti de generis nobilitate.

21 Quantum ad contumeliam dico κατὰ ἀτιμίαν λέγω. Quia dixerat, Siquis vos in faciem cædit: quòd excipere poſſent Corinthii ſibi nõ accidiſſe vt à ſuis illis ambitioſis magiſtris paterentur hoc, inquit Apoſtolus, non ſimpliciter dico, ſed habita eius contumeliæ ratione qua vos afficiunt. quæ ſanè non minor eſt quàm ſi vos, vilium mancipiorum inſtar, colaphis cæderent . Facit autem hæc addita particula vt ſuperiorem verſiculum non poſſim accipere pro ironia, ſed potius pro aperta ac longè omnium aſperrima obiurgatione interpreter. quòd quamlibet illorum tyrannidem ferrent, illud verò lene Chriſti iugum, quod Paulus, ſeſe omnibus modis demittens, illis volebat imponere, cum ludibrio etiam reiicerent : quaſi non ſatis nobilis, non ſatis potens , non ſatis facundus eſſet Apoſtolus præ illis imperioſis dominis. Quod autem ad ipſum loquendi genus attinet, ſic etiam apud idoneos ſcriptores accipitur præpoſitio κατὰ, vt apud Herodotum in Clio, κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω τοῦ μαντηίου ἀπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ,τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε. Id eſt, quod autem ad oraculi Amphiarai reſponſum attinet, non poſſim dicere quid Lydis reſponderit. Vulgata, Secundum ignobilitatem dico. Eraſmus, Iuxta contumeliã loquor. Quidam alius, Indecorè loquor. & ita quidem vt ſequenti membro adiungat. Nempe quia ὡς ὅτι Id eſt, ὅτι ἄρα. vt mihi quidem videtur. quo modo etiam ſumus interpretati ſuprà 5.d.19. Eſt autem præciſum dicendi genus, quaſi ſuperiori ſententiæ addiderit, At vos non poteſtis vllo modo tolerare. Quæ apoſiopeſis optimè cõuenit obiurgationi. Vulgata, quaſi nos infirmi fuerimus. Eraſmus, perinde quaſi nos infirmi fuerimus. Quidam alius , quaſi verò nos nequeamus. egregiè ſcilicet & perappoſitè. Nos infirmi fuimus ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν. In pronomine tacita eſt antitheſis aduerſariorum. Ἀσθενῆσαι autem ſignificat hoc in loco, vilem, abiectum, ignobilem, artificem, idiotam, mille calamitatibus obnoxium eſſe: quæ omnia Corinthii vocabant ἀσθενείας, tanquam imbecillitatis Apoſtoli certa teſtimonia: quum, quanto magis deſtitutus erat omnibus illis præſidiis quæ homines ſolent commouere, eo magis in eo eminerẽt Diuinæ illæ virtutes quas à Deo acceptas incredibili cum ſucceſſu exerebat. Vetus interpres addidit, in hac parte ἐν τούτῳ τῷ μέρει, quod nuſquam legi, neque puto ſatis conuenire. Imò δὲ Vetus interpres hanc particulam omiſit, quam vt planè neceſſariam, Eraſmus rectè omnino expreſſit. Audacia vti velit ἂν τολμᾷ. Audaciam vocat confidentis hominis gloriationem. 22 Hebræi ſunt? Ἑβραῖοί εἰσι; Per interrogationem hæc lego, vt Græcus etiam ſcholiaſtes legenda eſſe annotauit. Neque verò facilè crediderim iſtos Pauli æmulos fuiſſe ex circunciſione, quum nullum in Corinthiorum Eccleſia veſtigium appareat eorum errorum quos ſpargebant qui quum ex circunciſione eſſent, Eccleſias perturbabant: ſed puto potius, quũ illi ſui generis nobilitate aliqua ſuperbirent aduerſus Apoſtoli paupertatem, Paulum in hac controuerſia hunc modum tenuiſſe, tum quia per ſe id omne non magni faciebat, tum ne quenquam offenderet, vt & obliquè ſe oſtenderit multo illis nobiliorem, & omnem illorum faſtum ſine ambitione paucis verbis retuderit. acſi diceret, opponũt illi ſuum genus mihi tenui & abiecto σκηνοποιΐᾳ. Sed, quæſo, num ita ſunt iſti nobiles vt audeant ſe Hebræos, Iſraelitas, Abrahæ illius ſobolem profiteri? Si hoc dixerint, certè hoc ipſum & ego proferam: vt ſi idcirco ſuperbiendum eſt, & ego parem ſuperbiæ cauſam habeam. Relinquitur ergo, ſi hoc iſti poſſent afferre, parem tamen illis hac in re eſſe Apoſtolum. vt idcirco ab illis deſpici non poſſit quin ſeipſos deſpiciant, & quum nullam ſimilem εὐγένειαν poſſint edere, Paulum iam illis non modò parem, ſed infinitis etiam partibus eſſe nobiliorem. Quod tamẽ cogitandum maluit relinquere, quàm apertè exprimere. Semen σπέρμα. Id eſt ſoboles, Hebræorum more.

23 Excello ego ὑπὲρ ἐγώ. Vulgata, plus ego. Hic verò Paulus veram gloriam nactus, apertè miniſterium ſuum aſſerit, non ſui cauſa, ſed quòd doctrinam ſuam alioqui videbat periclitari apud Corinthios, pleróſque ab æmulis faſcinatos. Et tamen addit præfationem, nequis offendatur: ſed ex conceſſione tamen. Perabundè περισσοτέρως. Id eſt, περισσότατα. Vulgata, Abundantius. Eraſ. Copioſius. In mortibus ἐν θανάτοις. Mortes vocat præſentia mortis pericula, vt 1.Corinth.15.d.31, & ſuprà 1.b.10.

24 Quinquies πεντάκις. Coniungendum eſt hoc cum verbo ἔλαβον, non autem cum τεσσαράκοντα. Quod autẽ addit παρὰ μίαν, id eſt præter vnam, reſpicit quod ſcriptum eſt Deut.25.a.3. qua de re diſſerunt Rabini in פרק לוקים id eſt in tractatu de verberandis.

25 Virgis cæſus ſum ἐρραβδίσθην. Vocabulum ῥαβδίζειν indicat Paulum agere de verberibus non à Iudæis (quorum meminit ſeparatim ſuperiore verſiculo) ſed à præfectis Romanis inflictis. Vide Marc.14.g.65.

26 In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex Gentibus: periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus.

27 In labore & ærūna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate:

28 Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum,

G 29 Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?

30 Si gloriari oportet, quę infirmitatis meæ ſunt gloriabor.

31 Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quòd non mentior.

32 Damaſci, prępoſitus gentis Aretę regis, cuſtodiebat ciuitatē Damaſcenorum, vt me comprehenderet:

33 Et per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murum, & effugi manus eius.

Cap. XII.

1 SI gloriari oportet, nō expedit quidem, veniam autem ad viſiones & reuelationes Domini.

Act.9.a.3

2 ¶Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, neſcio: ſiue extra corpus, neſcio: De⁹ ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cęlum,

3 Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: C Deus ſcit)

4 Quoniā raptus eſt in Paradiſū, & au-

26 In itineribus ſæpe *fui* in periculis fluminū, periculis latronū, periculis ″à *meis* gētilib⁹, periculis à Gētibus: periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis inter falſos fratres.

27 ″In fatigatione, ″& ærumna, in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, in frigore & nuditate.

28 ″Abſque iis quæ extrinſecus *eueniunt*, ″*urget* agmē illud in me quotidie conſurgens, *id eſt* ſolicitudo de omnibus Eccleſiis.

29 ″Quis affligitur ″quin ego affligar? quis offēditur quin ego vrar?

30 Si gloriari oporteat, de iis ″quæ infirmitatis meæ *ſunt* gloriabor.

31 Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, laudandus in ſecula, nouit quòd non mentiar.

32 In Damaſci *ciuitate*, gentis præfectus nomine Aretæ regis, præſidio tenebat Damaſcenorū vrbem, cupiens me ″comprehendere:

33 Ac per feneſtram in ſporta fune demiſſus fui per mœnia, effugique manus eius.

Cap. XII.

1 G″Loriari ſanè nō expedit mihi. veniam enim ad viſiones & reuelationes Domini.

2 Noui hominē ″in Chriſto ante annos quatuordecim (an in corpore, neſcio: an extra corpus, neſcio: Deus nouit) ″raptum in tertium vſque cælum:

3 Et noui huiuſmodi hominē (an in corpore, an extra corpus, neſcio: Deus nouit)

4 Raptum fuiſſe ″in Paradiſum, & audiſſe ″ineffabilia verba,

26 A *meis* gentilibus ἐκ γένους. Id eſt ἐκ τῶν συγγενῶν, nempe Ἰουδαίων, quibus opponit τὰ ἔθνη.

27 In fatigatione ἐν κόπῳ. Vulgata & Eraſmus, in labore. Vide Matth.11.d.28. Et ærumna καὶ μόχθῳ. Sic rectè & expreſſè Vetus interpres. Eſt enim ærumna, inquit Cicero, ægritudo laborioſa, veluti quum delaſſatus aliquis pro quiete cogitur nouos labores capeſſere: Eraſmus poſt Ambroſium, moleſtia, λύπη.

28 Abſque iis quæ extrinſecus *eueniunt* χωρὶς τῶν παρεκτός. τὰ παρεκτὸς vocat, opinor, quæ extrinſecus eum adoriebantur, vt ab intimis illis curis ac moleſtiis innumerabilibus diſtinguat. Chryſoſtomus autem χωρὶς τῶν παρεκτὸς interpretatur, præter ea quæ prætermitto; quòd non omnia recenſuerit. *Vrget* agmen illud in me quotidie conſurgens ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. Tot verbis ſtudui veram huius loci ſententiam explicare. Certum eſt enim ἐπισύστασιν dici multitudinem quæ aduerſus aliquem coierit, idque non ſemel, ſed repetitis vicibus. Quia igitur multiplices erant curæ, quarū tanquā agmine magis ac magis veluti obruebatur Apoſtolus, vſus eſt tranſlatitiè hoc vocabulo, admodum ſignificanter. Vulgata, inſtantia mea quotidiana. Eraſmus, incumbēs mihi quotidiana cura. Neuter ſatis expreſſit Græci vocabuli emphaſin. Græca ſcholia non explicant tranſlatitiè, ſed propriè, quaſi ſignificetur omnium populorum coitio quotidiana aduerſus illum. Sed hoc certè inter τὰ παρεκτὸς numerandum eſſet, & apparet ἡ μέριμνα ſubiici per appoſitionem quam vocant.

29 Quis affligitur τίς ἀσθενεῖ. Sic accipiendum eſſe hoc verbum apparet ex eo quod ſubiicitur. Nam ſi accipias pro imbecillum fieri, quî conueniet hoc dici de Apoſtolo, qui debuit alios confirmare? aut quorſum hoc ad illas quotidianas ærumnas? Sed omnibus συμπάσχειν, id verò incredibilis eſt doloris ac moleſtiæ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Quis infirmatur. Quin ego affligar? καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Vulgata & Eraſmus ad verbum, & ego non infirmor? Mihi verò videtur hoc dicendi genus in Latino ſermone obſcurius.

30 Quæ ſunt infirmitatis meæ τὰ τῆς ἀσθενείας μου. Infirmitatem ex aduerſariorum ſenſu vocat ea ex quibus aduerſarii, falſo iudicio vtentes, ipſum pro vili & infami habebant. Hinc autem cenſuerim duodecimum caput inchoandum.

32 Prehendere πιάσαι. Vide Iohan.7.e,30

IN CAPVT XII.

1 Gloriari Καυχᾶσθαι. Hunc locum ita legit Vetus interpres, εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μὲν, ἐλεύσομαι δὲ, &c. Id eſt, ſi gloriari oportet; non conducit quidem, veniam autem. Vtcunque autem legas, dicit ſibi non conducere laudum ſuarum prædicationem, ex qua ſcilicet nullam vtilitatem ipſe percipiat, quum potius, quo ſunt excellentiores eæ laudes, eo magis earū prædicatione ſolicitetur ad ſuperbiam. Itaque teſtatur ſe coactum id facere, & omnia interim tum ſibiipſi tum aliis adhibet remedia, quominus vel ipſe efferatur, vel alii offendantur: Omnino tamen conſideranda ſunt Dei erga nos beneficia, ſed iſta conſideratio non modò nos non adducit ad gloriationem, ſed etiam prorſus ab ea nos abducit, vt contemplanda Dei noſtri bonitate prorſus abſorbeamur.

2 In Chriſto ἐν Χριστῷ. Id eſt Chriſtianum, ſi ad ἄνθρωπον referas, quòd ſi ad verbum οἶδα potius pertineat (vt etiam potius exiſtimo) additum hoc erit confirmationis vel exprimendi affectus cauſa, quaſi per parentheſin dicas, Noui hominem (quod in Chriſto dico) ante annos quatuordecim, &c. id eſt, quod ſine ambitione dictum velim, quum nihil aliud quàm vnum Chriſtum hic reſpiciam. In hoc enim totus eſt, vt omnia quæ dicturus eſt, in vnius Chriſti gloriā redundent, cuius erat miniſter. Raptū ἁρπαγέντα. Additur in Græcis τὸν τοιοῦτον eiuſmodi, pleonaſmo ſcilicet Hebræis vſitato, & interdum Græcis, ac præſertim Herodoto, vt alibi diximus. Itaque non additur apud Clementem libro στρωματέων quinto. 4 In paradiſum εἰς παράδεισον. Sic vocant Græci quos Latini viuaria (ſi Gellio credimus lib.2.cap.20) ſepta ſcilicet quædam in quibus voluptatis cauſa tum plantæ excoluntur, tum etiam viuæ feræ paſcuntur. Nos vulgò parcos vel voluptarios hortos vocamus. Sed κατ' ἐξοχὴν ſic vocarunt Græci interpretes hortū illum in Eden plantatum, de cuius ſitu etiamnum diſputant hodie nonnulli, perineptè, quū vniuerſam terram cōſtet diluuio fuiſſe vaſtatam. Hinc factum vt beata illa gloriæ Dei ſedes hoc nomine vulgò etiam diceretur, vt Luc.23.f.43. & in Eccleſiaſtico aliquoties. Ineffabilia ἄρρητα. Id eſt, quæ fando explicari à quoquam homine non poſſint, vti vocat ἀρρήτους ἰδιότητας Aphrodiſeus, proprietates quas vocant occultas & quarum ratio perſpici ac multo minus explicari poſſit. Quòd ſi in hæc naturæ nobis alioqui familiaris ac domeſticæ arcana penetrare non poteſt humani ingenii acies, quanto minus in cæleſtem illam lucem? cuius ſcintillā aliquam quum vidiſſet Apoſtolus, ita eſt ab ea veluti abſorptus, vt ne noſſet quidem an cum ipſo corpore an ſeorſim animo correpto hæc audiſſet: nedum vt ea poſſet declarare quæ audierat. Vulgata & Eraſmus, arcana, id eſt, ἀπόρρητα, velut iſta explicare quidem potuerit, verùm prohibitus fuerit enuntiare. quaſi verò in religione Chriſtiana ſint Eleuſinia quædam ſacra, ac non potius omnia euulgari iuſſerit Dominus, & quidem iis præcipuè quos mundus pro indoctis & imperitis habet: atque adeò populari ſermone, qui ab omnibus tum ſummis tum infimis, viris, pueris, mulierculis intelligi poſſit: ita tamen vt ad diſcentiū captum omnia accōmodentur. Deinde certū eſt ἄρρητα propriè dici non quæ paſſim nō debeant ſed quæ nō poſſint dici. à qua ſignificatione propria non eſt temere no

bis diſcedendũ. Itaque interpretationẽ illã non poſſum probare, niſi hoc addas, iſta eiuſmodi nõ fuiſſe vt ad fidelium ſalutẽ eſſent explicatu neceſſaria. Fanaticos autẽ illos, qui, vt nos à verbo Dei ſcripto ad vanas ſpeculationes abripiant, ex hoc loco nitũtur imperitis perſuadere Paulum in ſuis epiſtolis rudimenta quædam duntaxat ſcripſiſſe (inter quæ etiam nõ pudet eos Chriſtũ crucifixum reponere) cæterum perfectiora quædam habuiſſe quæ perfectos doceret: eos inquam ego ne reſponſo quidem dignos eſſe puto. quanuis alibi hanc ipſorum blaſphemiã pluribus refutarim, vt tandem cogniti impii iſti homines ab omnibus Chriſtianis vitentur. Iſtorum ſimiles erant Caiani, quos teſtatur Epiphanius librum oſtentaſſe quem vocabant Pauli aſcenſum, quo itidem Gnoſtici vtebantur.

″quæ non liceat homini loqui.

5 ″De huiuſmodi *homine* gloriabor: de meipſo verò non gloriabor, niſi de ′infirmitatibus meis.

6 Nam ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam. ſed ″parcè loquor, nequis ″de me cogitet ſupra *id* quod videt *eſſe* me, aut *quod* audit ex me.

7 ′Et ne excellentia reuelationum ſupra modum efferrer, ″datus eſt mihi ′ſurculus infixus carni, ′& angelus Satan, vt me ′colaphis cædat, ″ne ſupra modum efferar.

8 Super hoc ″ter Dominum rogaui, vt abſcederet à me,

9 Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam ″potẽtia mea per infirmitatem perficitur. Libẽtiſſimè igitur gloriabor potius de infirmitatibus meis, ′vt inhabitet in me ″potentia Chriſti.

10 Propterea ″oblector in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. quũ enim impotens ſum, tunc potens ſum.

diuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Pro huiuſmodi gloriabor: ꝓ me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis.

Nam & ſi voluero gloriari, nõ ero inſipiens: veritatem enim dicam. parco autem: nequis in me exiſtimet ſupra id quod videt me, aut aliquid audit ex me.

C

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, vt me colaphizet.

Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me.

Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto: quũ enim infirmor, tunc potens ſum.

D

Quæ non liceat, &c. ἃ οὐκ ἐξὸν, &c. Id eſt, quæ impoſſibile ſit homini loqui. Nam ea minimè omnium licent quæ naturæ noſtræ captum ſuperant, vnde ἐξουσία dicitur non tantùm συγχώρησις, id eſt conceſſio ac permiſſio, ſed ipſa poteſtas & vis aliquid efficiendi. Hoc pulchre ſanè ac eleganter expoſuit Clemens libro στρωματέων quinto, vbi cum hoc loco nonnullos quarundam poetarum verſiculos comparans, Μαρτυρεῖ, φησὶ, τοῖς εἰρημένοις ὁ Ἀπόστολος, οἶδα, λέγων, ἄνθρωπον, &c. Et quum hunc locum citaſſet, τὸ ἄρρητον, φησὶ, τοῦ Θεοῦ οὕτως αἰνισσόμενος, οὐ νόμῳ καὶ φόβῳ παραγγελίας τινὸς τὸ οὐκ ἐξὸν προσθεὶς, δυνάμει δὲ ἁγίᾳ ἀφθέγκτον εἶναι τὸ θεῖον μηνύων. Id eſt, Apoſtolus teſtimonio ſuo comprobat quæ à nobis ſunt explicata, quum dicit, Hominem noui, &c. ita ſignificans Dei ineffabilem naturam: neque illud τὸ μὴ ἐξὸν adiiciens quaſi Legis aut mandati alicuius metu, ſed vt indicaret potius, Diuinum numen eiuſmodi eſſe vt nulla vi, ne ſanctorum quidem, poſſit explicari.

5 De huiuſmodi homine ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. ὑπὲρ pro περὶ ſæpe iam annotauimus, vt in illo Virgilii, Rogitans ſuper Hectore multa. Sed maior eſt in ipſa ſententia difficultas. quid enim? nónne is ipſe erat cuius raptum cõmemorauit? Sanè ita puto. ſed, vt ab omni ambitione eſſet vacuus, perinde illa narrauit, acſi aliam perſonam ad tempus induiſſet, tantiſper ſcilicet à ſeipſo veluti deflectens, dum illa commemoraret. Hoc ſanè pulcherrimum eſt exemplum, vt hac quaſi methodo vitemus φιλαυτίαν, quoties ſingularia illa Dei in nos beneficia cogemur referre. Infirmitatibus ἀσθενείαις. Vide ſuprà 11.g.30. 6 Parce loquor φείδομαι. Sub. τοῦ λόγου. vel, mihi tempero. Eraſ. parco vobis, quod non ita videtur conuenire. De me εἰς ἐμέ. Heb. לי vt Gen. 20.c.13. vel in laudem meam, vt in illis dicendi generibus εἰς Βασίλειον, εἰς Ἀθανάσιον λέγειν. 7 Et ne excellentia, &c. καὶ τῇ ὑπερβολῇ, &c. Vetus interpres ita legit hunc locum, καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρῃ με, id eſt, & ne excellentia reuelationum ſupra modum efferat me. Auguſtinus in quæſtionibus in librum Iudicum citans hunc locum, legit ἐν τῇ ὑπερβολῇ, vt qui conuerterit, & in magnitudine. ac fortaſſis rectius, vt nulla ſit traiectio.

Datus eſt ἐδόθη. Eraſmus, datus fuit, quod non probo. Notandum eſt autem in primis quòd id ſibi datum eſſe dicit quod quum ſæpe petiiſſet ſibi eximi, tandem ſenſit ſibi non modò non nocere, ſed etiam magnopere prodeſſe. Surculus infixus carni σκόλοψ τῇ σαρκί. Vulgata, ſtimulus carnis meæ. Eraſmus, ſtimulus per carnem. In vtroque hoc non probo quòd σκόλοπα verterunt ſtimulum, id eſt κέντρον. In Eraſmo verò illud quoque, quòd τῇ σαρκὶ vertit per carnem, quum ſubaudienda potius fuerit præpoſitio ἐν, quam tamen addi neceſſe non fuit. Nam σκόλοψ palum quidem ſignificat, id eſt ligna præacuta, quæ claudendis hortis vel ſuſtinendis vitibus ſolo infiguntur, vt annotauit Eraſmus: ſed conſtat tamen accipi pro ſurculis acutioribus & quidem inhærentibus, vt qui ſcilicet, ſiquando per cæduas ſyluas iter eſt faciendum, ambulantium pedibus non multo minus moleſti ſunt quàm murices. Inde illud ſæpe apud Dioſcoridem repetitum, σκόλοπας ἕλκει, σκόλοπας ἀνάγει, ποιοῦσι πρὸς σκόλοπας, σκόλοπας ἐπισπᾶται. Hermolaus interpretatur aſſulas, & tela corporibus inhærentia. Ruellius, ſpicula & aculeos. Marcellus, ſurculos & aculeos. Gellius lib quinto cap. 14. Androdi hiſtoriam interpretans ex Appione, ſtirpem conuertit veſtigio pedis hærentem. Sic autem Paulus, vt mihi quidem videtur, tranſlatitiè vocat τὴν ἐπιθυμίαν, quæ ſcilicet teli inſtar, carni penitus infixa eſt, vt eam, quaſi lethalem quandam arundinem, ſicut ait poeta, ſaucii circunferamus: cuius nimirum vulnus cogebat Apoſtolum, quatenus caro cum Spiritu in eo quoque luctatur, exclamare, Non facio bonum quod volo, &, facio malum quod nolo. & tãdem, Miſer me, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Et Angelus ſatan ἄγγελος σατᾶν. Id eſt ἀντικείμενος, aduerſarius. Neque enim puto in ſecundo caſu poſitum, ſed in recto. Deinde addidi copulam, quam aliquoties iam annotauimus in duobus inciſis & duobus membris interdum ſuppleri ex Hebrorum idiotiſmo, vt 1. Tim. 4.a.3, & Iohan. 10.c.16. Neque enim puto iſta poſſe cum ſuperiore membro per appoſitionẽ ſatis appoſitè coniungi: quia nimium dura eſſet tranſlatio σκόλοπι tribuere τὸ κολαφίζειν. nec ſatis etiam aptè dici poſſit Angelus ſatan nobis infixus. Puto potius Apoſtolum ab inſitis & in ipſa natura inhærentibus tentationibus, de quibus agitur Iac. 1.b.4, ad externas tranſire, quarum omnium authorem facit ſatanam, vt qui & alios aduerſum nos impellat, & noſtras etiam cupiditates omnibus modis accendat.

Colaphis cædat κολαφίζῃ. Eraſmus, colaphis cæderet, vt etiam paulo antè conuertit ἐδόθη datus fuit, quaſi de re præterita agatur. Sed rectè annotant Græca ſcholia Paulum non temere ſcripſiſſe potius κολαφίζῃ quàm κολαφίσῃ. Ne ſupra modum efferar ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Vetus interpres hoc non repetit, & ſanè non video cur addere oportuerit. 8 Ter τρίς. Id eſt ſæpe, vt ſuprà tertium cœlũ pro Summo dixit. neque hîc velim ego ſubtilius philoſophari, ſed retulerim potius ad communem loquendi conſuetudinem, cuius exempla multa vel vnus Amos ſuppeditare poteſt. Sed & apud Latinos ter & quater dicitur fieri quod ſæpe repetitur. Idem ſæpe apud Hebræos in ſeptenario numero occurrit. in quibus myſteriis ſcrutandis mihi videtur paulo curioſior Auguſtinus.

9 Vt inhabitet ἵνα κατασκηνώσῃ. Id eſt, vt inhabitare in me intelligatur virtus Chriſti. Nam quo ſunt hæc noſtra tabernacula infirmiora, eo magis elucet in illis virtus Chriſti, quum nullis periculis aut laboribus frangantur, vt ſcriptum eſt ſuprà 4.b.7. Eſtque in verbo κατασκηνοῦν metaphora à tabernaculis ſumpta: non vt temporaria inhabitatio ſignificetur, ſed ipſius hoſpitii infirmitas, quæ perpetua tamen non erit, vt diſſeruit ſuprà 6.a.1. Sic dicitur potentia Dei perfici, id eſt intelligi perfectam eſſe Dei potentiam. Sic quoque ſuprà 8.b.8, accipitur participium δοκιμάζων, pro exploratam reddere, ac re ipſa patefacere. Potentia mea ἡ δύναμίς μου. Vetus interpres omiſit pronomen, quod tamen in omnibus Græcis codicibus additur, & tantam habet emphaſin vt omitti non potuerit, integra manente ſentẽtia. Pertinet autem etiam hic locus ad probandam Chriſti Diuinitatem, quum paulo pòſt eadem potentia Chriſti eſſe dicatur. δύναμιν verò conuerti potentiam potius quàm virtutem, quòd Auguſtinum videam tum ambiguitate vocis, tum etiam propter non additum pronomen, intempeſtiuè in hunc locũ diſſerere de virtute hominis in futuro ſeculo perficiẽda, libro ad Bonifaciũ tertio, capite 7. vt Eraſmus annotauit.

10 Oblector εὐδοκῶ. Heb. חפצתי id eſt non tantùm æquo vel forti animo fero, ſed etiam voluptatem maximam percipio.

	Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis: ego enim à vobis debui commẽdari. nihil enim minus fui ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum.	11	Fui inſipiens ″in gloriando, vos me coegiſtis. nam ego debueram à vobis commendari: nulla enim in re inferior fui ″ſummis Apoſtolis, tametſi nihil ſum.
	Signa tamen Apoſtoli facta ſunt per vos in omni patiẽtia, in ſignis & prodigiis & virtutibus.	12	Signa quidem Apoſtoli peracta fuerunt apud vos ″per omnem tolerantiam, & ſigna & prodigia & ″virtutes.
E Suprà 11.b.9	Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris Eccleſiis, niſi quòd ego ipſe non grauaui vos? donate mihi hanc iniuriam.	13	Nã quid eſt in quo fuiſtis inferiores cæteris Eccleſiis, niſi quòd ipſe ego ″non obtorpui, cum veſtro incommodo? ″gratificemini mihi hanc iniuriam.
	Ecce, tertiò hoc paratus ſum venire ad vos, & nõ ero grauis vobis. Nõ enim quæro quę veſtra ſunt, ſed vos. nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis.	14	Ecce, ″tertiò paratus ſum venire ad vos, ne cum veſtro incommodo obtorpeſcam. non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parẽtes filiis.
	Ego autem libentiſſimè impendã & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens, minus diligar.	15	Ego verò libentiſſimè impendam, & expendar ″pro animabus veſtris: etiam ſi, amplius vos diligens, minus diligar.
	Sed eſto, ego vos non grauaui: ſed quum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.	16	Sed eſto, ipſe non grauaui vos: ſed, quum eſſem callidus, dolo vos cepi.
	Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circunueni vos?	17	″Num per quenquam eorum quos miſi ad vos, ″expilaui vos?
F	Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem, nunquid Titus vos circunuenit? nonne eodem ſpiritu ambulauimus? nónne iiſdem veſtigiis?	18	″Precatus ſum Titum, & cum eo miſi ″fratrem: nunquid vos expilauit Titus? nonne ″eodem Spiritu inceſſimus? nonne iiſdem veſtigiis?
	Olim putatis quòd excuſemus nos apud vos? coram Deo, in Chriſto loquimur: omnia autẽ, chariſſimi, propter ędificationem veſtram.	19	Rurſum putatis quòd nos vobis excuſemus? in conſpectu Dei, ″in Chriſto loquimur: ſed omnia, chariſſimi, pro veſtri ædificatione.
G	Timeo enim ne fortè quum venero, non quales volo, inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem nõ vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos:	20	Nam metuo nequo modo, quũ venero, non quales velim, reperiam vos, & ego reperiar vobis qualem nolitis: nequo modo *ſint* lites, æmulationes, iræ, contentiones, obtrectationes, ſuſurri, tumores, ″ſeditiones:
	Ne iterum, quum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt.	21	Ne iterum vbi venero, ″humilem faciat me Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum qui antè peccarunt, nec reſipuerunt ſuper impuritate, & ſcortatione, & proteruia quã patrarunt.
	Cap. XIII.		Cap. XIII.
Deut.19.d.15 matth.18.c.16 iohan.8.b.17 heb.10.c.28	Tertio hoc venio ad vos. ‖In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.	1	T″Ertia hac vice veniã ad vos. Ex ore duorum teſtium aut triũ firmum erit omne verbum.

11 In gloriando καυχώμενος. Vetus interpres hoc non addit. Summis Apoſtolis τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. Vulgata, iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. Vide ſuprà 11.b.5. 12 Per omnem tolerantiam ἐν πάσῃ ὑπομονῇ. Quid valeat hoc loco τὸ καθόλου, diximus 1. Corinth.1.a.5. Virtutes δυνάμεις. Id eſt, potentia facta, vt vertit Eraſmus. Vide Matth.7.c.22. His autem tribus vnum ſignificatur, vt rectè annotauit Græcus ſcholiaſtes. 13 Non obtorpui cum veſtro incommodo οὐ κατενάρκησα ὑμῶν. Id eſt, non fui remiſſus in victu meis manibus mihi quærendo, ne vobis eſſem oneri. Vulg. non grauaui vos. Eraſ. non fuerim vobis oneroſus. Vide ſuprà 11.b.9.

14 Tertiò paratus ſum τρίτον ἑτοίμως ἔχω. Hoc nonnulli ita explicant quaſi τρίτον pertineat ad verbum ἐλθεῖν, quod mihi non placet. Puto enim Apoſtolum bis duntaxat veniſſe Corinthum ad ſummum, vt dicam infrà 13.a.1. Deinde ita collocatum eſt τρίτον, vt ſatis liqueat referri ad ἑτοίμως ἔχω: & facile eſt hoc explicare. Nam primum omnium paratus fuerat Epheſo in Macedoniam ire, & inde Corinthum, vt 1. Cor.16.a.5, & b.8. deinde quum Dominus hoc conſilium impediſſet, conſtituerat Epheſo rectà ire Corinthum, vt oſtendit ſuprà 1.c.15: quo cõſilio rurſus mutato, in Macedoniam venerat: vnde nunc tandem tertiò decreuerat eos inuiſere.

15 Pro animabus veſtris ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Id eſt, veſtri cauſa, ex Hebræorum idiotiſmo, quem ſæpe annotauimus. Id enim eſt quod in vernaculo ſermone diceremus, *pour vos perſonnes*. 17 Num per aliquem Μή τινα, &c. Hebræa prorſus eſt hæc formula loquendi, quam expoſuimus Matth.7.b.9. Expilaui ἐπλεονέκτησα. Vulgata, circumueni. Vide ſuprà 7.a.2.

18 Precatus ſum Titum παρεκάλεσα Τίτον. Vel, hortatus ſum, vt ad vos iret ſcilicet. Fratrem τὸν ἀδελφόν. Certum quendam intelligit, vt apparet ex addito articulo, quãuis eius nomen non exprimat. Eodem ſpiritu inceſſimus? τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; Id eſt, nónne res ipſa oſtendit nos vno & eodem Spiritu Dei regi? Eſt igitur valde prægnans hic Hebraiſmus, quem idcirco lubenter ſeruauimus integrum. Nam ſi Latinè cum diſerto illo interprete dixeris, Nónne eodem animo ingreſſi ſumus? dimidium energiæ amiſeris.

19 In Chriſto ἐν Χριστῷ. Id eſt, vt eum loqui verè ac ſyncerè conuenit qui ſe in Chriſto eſſe profiteatur.

20 Seditiones ἀκαταστασίαι. Vel potius, tumultus. Vetus interpres addit, ſint inter vos, ad explendam ſcilicet conſtructionem.

21 Humilem faciat ταπεινώσῃ. Nihil erat quo magis exultaret Apoſtolus quàm proſpero ſuæ prædicationis ſucceſſu: contrà nihil erat quo triſtior & demiſſiore animo redderetur quàm quum cerneret ſe fruſtra laboraſſe. Hoc eſt igitur quod verbo ταπεινώσῃ voluit ſignificare. Theſſalonicenſes contrà vocat gloriam ac gaudium ſuum, 1. Theſſ.2.d.20.

IN CAPVT XIII.

1 Tertia hac vice veniam ad vos Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Vulgata, Tertiò hoc venio ad vos. Eraſmus, Hic tertius erit aduentus meus ad vos. Cæterùm quanuis tertiò ſe venturum dicat, tamen vix mihi perſuaſerim id eſſe ſimpliciter intelligendum, non quia ſecundi illius aduentus non faciat mentionem Lucas, (neque enim is ſingula perſcripſit) ſed quia, ſi curſum hiſtoriæ conſideremus, non videtur omnino fieri poſſe vt ſecundo illi aduentui locus relinquatur, ſi hic tertius numeretur quem hac epiſtola pollicitus eſt. Nam hoc quidem conſtat, eum fuiſſe primum eius in hanc vrbem aduentum, quum Athenis illuc venit, vt narrat Lucas Act.cap.18, quo tempore prima iecit Corinthiacæ Eccleſiæ fundamenta. Inde traiecit Epheſum, & ſtatim rectà contendit Hieroſolymam. Inde Cæſaream, & poſtea Antiochiam venit: Antiochiæ aliquantulum commoratus, ordine peragrauit Galatiam & Phrygiam: donec Epheſum, peragrata ſuperiore Aſia, deueniret: vbi conſumptis 27 menſibus, à Demetrii factione expulſus in Macedoniam venit, vnde hanc alteram ſcripſit epiſtolã, paulo antè quàm ipſe ex Macedonia in Græciam tranſiret: vbi tres menſes conſumpſit. Itaque non video quis locus illi aduentui relinquatur quem pleriquę

interpretes ſecundum ſtatuunt, vt hic ſit tertius quem ego ſecundum ac vltimum fuiſſe puto. Cur ergo, dices, tertiò ſe venturum dicit? nempe priorem epiſtolam pro ſecundo aduentu numerat, in qua ſcilicet cum iis de rebus omnibus ad eos pertinentibus non aliter egerat quàm ſi præſens fuiſſet.

2 Prædixi″&ſecundò prædico vt præſens,″& abſens nũc ſcribo iis qui antè peccarunt, & reliquis omnibus : quòd ſi venero denuo, non parcam:

3 Quandoquidem experimentum quæritis in me loquẽtis Chriſti,qui erga vos non eſt infirmus,′ſed potens eſt in vobis.

4 Nam etſi crucifixus fuit″ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei.′nam & nos infirmi ſumus cum eo,ſed viuemus″cum eo, ex virtute Dei apud vos.

5 Voſipſos tẽtate annõ ſitis ĩ fide:voſipſos ꝓbate:an nõagnoſcitis voſmetipſos,ꝙ *ſcilicet* Ieſꝰ Chriſtꝰ in vobis ſit?niſi ſicubi reprobi eſtis.

6 At ſpero vos cognituros quòd nos non ſimus reprobi.

7 Opto autẽ apud Deum,nequid mali faciatis: nõ quo nos probati appareamus,ſed vt vos quod honeſtum eſt faciatis,nos verò veluti reprobi ſimus.

8 Non enim poſſumus quicquam aduerſus veritatem , ſed pro veritate.

9 Gaudemus enim quum nos infirmi fuerimus, vos autem vali-′di fueritis.hoc autem etiam optamus,veſtram *ſcilicet* perfectionẽ.

10 Propterea hæc abſens ſcribo , ne ſeueritate vtar ex poteſtate quã dedit mihi Dominus ad ædificationẽ,ac nõ ad deſtructionẽ.

11 Quod ſupereſt , fratres , valete , perficiamini, conſolationem habete,idem ſentite,in pace agite,& Deus charitatis ac pacis *author* erit vobiſcum.

12 Salutate alii alios′ſancto oſculo. Salutant vos ſancti omnes.

Pꝛędixi & pꝛędico vt pręſens,&nũc abſens,iis qui antè peccauerunt, & cęteris omnibus:quoniam ſi venero iterum,non parcam.

An experimẽtum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtꝰ? qui in vos nõ infirmatur,ſed potens eſt in vobis? B

Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate:ſed viuit ex virtute Dei.nam & nos infirmi ſumus in illo,ſed viuemus cũ eo ex virtute Dei in vobis.

¶Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: 1.Cor.11.f.28 ipſi vos probate. annon cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt?niſi fortè reprobi eſtis.

Spero autẽ quòd cognoſcetis quia non ſumus reprobi.

Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis,non vt nos probati appareamus,ſed vt vos quod bonum eſt faciatis,nos autem vt reprobi ſimus. C

Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem,ſed pro veritate.

Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus , vos autem potentes eſtis.hoc & oramus, veſtram conſummationem.

Ideò hęc abſens ſcribo,vt non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quamDominus dedit mihi in ædificationẽ,& non in deſtructionem. D

De cętero fratres,gaudete,perfecti eſtote,exhortamini,idem ſapite , pacem habete : & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti.

2 Et ſecundò prædico vt præſens, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον. Plerique interpretes τὸ δεύτερον interpretantur de ſecundo aduentu, quaſi ſcilicet hic ſit tertius quẽ pollicetur:qua de re diximus ſuperiore annotatione.Itaque Eraſmus ſic interpretatur,Prædixi & prædico,vt præſens quũ eſſe iterum,*ita* & abſens nunc ſcribo.quæ interpretatio admitti non poteſt. quum enim ſubaudiat particulã ita ἐν ἀποδόσει,ſatis liquet eũ coniungere ὡς παρὼν nõ cum προλέγω,ſed cũ γράφω,vnde conſequuntur duo abſurda. Primũ ſcilicet,ſupplendã fuiſſe copulã quæ coniungeret προλέγω & γράφω. qualem eclipſin aliquoties iam annotauimus, ſed tum demum tamen quum alia ratione non potuit ſententia explicari.Deinde,bis videri Paulum præſentem ſcripſiſſe,aut certè ſcripſiſſe quum ſecundò præſens eſſet.Nam qui ſic loquitur, Vt præſens quum eſſem iterum,ita & abſens nunc ſcribo,certè alterum ſignificat ex iis duobus quæ dixi.Ex iis autem puto liquere, τὸ δεύτερον pertinere potius ad προλέγω,& προείρηκα quidem ad priorem epiſtolam,προλέγω verò ad hanc ipſam referri. Nam hoc ipſum ſcripſit ſuperioris epiſtolæ cap.4.d.19.20.21.neque inane eſt quod addidit ὡς παρὼν,vt præſens.Ita enim ſignificat ſui abſentis non minorem eſſe debere authoritatẽ quàm ſi ex præſentis ore has minas intelligerent.Nulla igitur cauſa eſt cur ex hoc loco ſtatuatur ſecundus ille Pauli aduentus de quo ante dixi,quum ad abſentem referatur vtraque iſta prædictio. Nam certè ſi præſens fuiſſet,nunquam inde diſceſſiſſet, niſi vel re tranſacta,vel eo ipſo confecto quod hìc ſe facturum interminatur. Et abſens nunc ſcribo καὶ ἀπὼν νῦν γράφω. Hoc verò ſatis per ſe intelligi poterat, etiamſi non eſſet additum,quum τὸ προλέγω dixerimus ad hanc epiſtolam referri: ſed tamen ſua emphaſi non caret iſta eiuſdẽ ſententiæ non eadem prorſus ſed aliquantulum diuerſa repetitio: quaſi diceret Apoſtolus , Olim id vobis denuntiaui , & ſecundò denuntio vt præſens,hac ſcilicet epiſtola quam abſens ſcribo.

3 Sed potens eſt ἀλλὰ δυνατεῖ. Hìc mos eſt Hebræis familiaris,vt maioris emphaſeos cauſa bis idem videantur dicere,vt expoſuimus Iohan.1.c.20.Sed fortaſſis tamen quia εἰς ὑμᾶς & ἐν ὑμῖν non fruſtra videntur repeti, aliter poſſit explicari hic locus,ita ſcilicet vt illud οὐκ ἀσθενεῖ referatur ad ea ſpiritus dona ex quibus Corinthii per ſe poterãt intelligere quàm efficax in ipſis fuiſſet Pauli prædicatio. Alterum autem membrum ad eam poteſtatem,quam teſtetur ſe aduerſus præfractos & contumaces vſurpaturũ.acſi dicat,Hoc vobis teſtor,me ſumma ſeueritate vſurum erga omnes iſtos adeò pertinaces , quandoquidem videmini alioquin mihi non credere niſi Chriſti in me loquentis ſpecimen vobis exhibeam:quem ſentitis quidem non eſſe erga vos,in donis ſcilicet vobis cõferendis,infirmum & imbecillum,ſed ego vobis confirmo ad vos vlciſcendos,quum opus fuerit,potentiſſimum eſſe . Vt autem hanc expoſitionem ſequar,eo etiam adducor quod ſubiicitur.Certum enim eſt hoc dici vt reuerentia miniſterii ad officium faciendum reuocentur.

4 Ex infirmitate ἐξ ἀσθενείας. Id eſt,quod ad infirmitatem attinet, nempe ad formam illam ſerui quam accepit,ſemetipſum exinaniens. Idem enim hoc declarat atque κατὰ σάρκα, Rom.1.a.3. niſi quòd σὰρξ declarat οὐσίαν, ἀσθένεια vero eius οὐσίας qualitatem, cui opponitur potentia Dei,id eſt diuinitas illa potentiſſima,quæ ſeſe in reſurrectione carnis potiſſimũ exeruit. Nam & nos, καὶ γὰρ ἡμεῖς. Particula cauſalis oſtendit argumenti ſuperioris conſecutionem, quòd alioquin videatur ineptè Apoſtolus à Chriſti exemplo ſumpſiſſe argumentũ,quo non Chriſti ſed ſuam poteſtatem videatur confirmare:niſi oſtenderit quatenus ſint Chriſto conformes miniſtri.Fuit,inquit,Chriſtus,quod ad carnem attinet,vilis & abiectus hominum iudicio, adeò vt ſit adactus in crucem : huius imbecillitatis imaginem nos quoque circunferimus,quibus in ſpeciem nihil fingi poteſt cõtemptius.At idem ille crucifixus,re ipſa tandem oſtendit ſe Deum eſſe:ita ſcitote etiam nobis, quos velut pro mortuis habetis,vigorem inuictum non deeſſe,quem aduerſum vos,ſi opus fuerit,vſurpemus,vt Chriſtum in nobis verè viuere ſentiatis. Cum eo ἐν αὐτῷ. Vulgata & Eraſmus, in illo. Sed ἐν pro σὺν poſitum eſſe,vel illud declarat quod in proximo membro ſcriptum eſt σὺν αὐτῷ.Eſt autem illud quoque obſeruandum, hac præpoſitione non tantùm ſignificari Chriſti & miniſtrorum ipſius ſimilem conditionem,ſed hoc in primis,quòd à Chriſto in miniſtros(de his enim propriè hìc agitur)vis illa promanet,per quam Diuina in ipſis virtus illa inhabitans,in media illorum infirmitate emineat.

12 Oſculo ſancto ἁγίῳ φιλήματι. Alibi diximus hanc fuiſſe non tantũ Iudæorum ſed etiam aliarum gentium Orientis conſuetudinem,vt mutuis oſculis ſeſe ſalutarent ſumma amicitia ac neceſſitudine coniuncti.qua de re ſic Xenophon,loquens de Perſis libro Cyri pædiæ primo, λέγεται, φησὶ, ὅτε Κῦρος ἀπῄει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ᾽ ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι, ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ. καὶ γὰρ νῦν ἔτι τοῦτο ποιοῦσι Πέρσαι. Et Herodotus in Clio, Ἐντυγχάνοντες δὲ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες. ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. Ad hanc conſuetudinẽ Perſarum proximè acceſſiſſe Iudæorum mores facile eſt ex Sacra hiſtoria cognoſcere,adeò vt oſculum eſſet non modo amicitiæ alicuius, ſed cuiuſdam etiã ὁμοτιμίας ſymbolum. Eam autem cõſuetudinem olim etiam publicè fuiſſe in Eccleſiaſtico cœtu obſeruatam,licet ex veterum ſcriptis cognoſcere:quum

Iuſtinus id diſertè teſtetur Apologetico ſecundo. Hunc tamen morem qui nunc velit in his quidem regionibus vrgere, non modò ſit ineptus, ſed grauioris etiam criminis ſuſpicione meritò laboret.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſãcti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.	13	Gratia Domini Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis. Amen.
Ad Corinthios ſecunda, miſſa fuit à Philippis Macedoniæ, per Titum & Lucam.		*Ad Corinthios ſecunda, fuit ſcripta* Philippis vrbe *Macedoniæ, per Titum & Lucam.*

EPISTOLA PAVLI AD Galatas.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς
Γαλάτας ἐπιστολή.

VETVS.		NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.	
Cap.I. Paulus Apoſtolus non ab hominib⁹, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrẽ qui ſuſcitauit eum à mortuis,	1	Cap.I. Paulus Apoſtolus″non ab hominibus, ″neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum ac Deum Patrem, qui ſuſcitauit eum ex mortuis:	Paulus miſſus à Deo ad prædicandum.
Et qui mecum ſunt omnes fratres, Eccleſiis Galatiæ:	2	Quíque mecum ſunt omnes fratres, Eccleſiis Galatiæ:	
Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto:	3	Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto:	
Qui dedit ſemetipſũ pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, ſecundum voluntatem Dei & Patris noſtri:	4	Qui dedit ſeipſũ pro peccatis noſtris, vt eximeret nos ex præſenti″ſeculo malo, ſecundum″voluntatem Dei & Patris noſtri:	Peccata per Chriſtũ dimiſſa.
Cui eſt gloria in ſecula ſeculorũ. amẽ	5	Cui *ſit* gloria″in ſecula ſeculorum. Amen.	
Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Chriſti, in aliud Euangelium:	6	Miror quòd ita cito, ″deſerto eo qui vocarat vos in gratiã Chriſti″transferamini″in aliud Euangelium:	Galatæ à fide abducti per pſeudapoſtolos.
B Quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti.	7	″Quum nullum ſit aliud: niſi quidam ſunt qui turbent vos, & velint″inuertere Euangelium Chriſti.	Euangelium.
Sed licet nos, aut Angelus de cælo euãgelizet vobis præterquam quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit.	8	Sed etiamſi nos, aut Angelus è cælo euangelizet vobis præter *id* quod euangelizauimus vobis, ″anathema ſit.	Angelus.
Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Siquis vobis euangelizauerit	9	Vt antè diximus, etiam nunc iterum dico, Siquis vobis euan-	

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Non ab hominibus οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων. Sic deſignat authorem miniſterii in genere. Nam hoc eſt omnibus fidelibus miniſtris Dei commune. Neque per hominem οὐδὲ δι' ἀνθρώπου. Nunc inſtrumentalem vocationis cauſam attingit. Perinde enim eſt acſi diceret, Neque per quenquam hominem. Eſt autem hæc peculiaris Apoſtolorum prærogatiua, quòd à Chriſto vocati ſunt ἀμέσως.

4 Seculo malo αἰῶνος πονηροῦ. Seculum vocat deprauatiſſimam illam hominum vitam extra Chriſtum. qua ſignificatione ſæpe ſolet mundi & tenebrarum nomen vſurpare. Voluntatem τὸ θέλημα. Id eſt gratuitam beneuolentiam. quam alibi vocat εὐδοκίαν & πρόθεσιν, Hebræi רצון appellant, de qua diximus Luc.2.b.14, quanuis interdum θέλημα & εὐδοκίαν iungat, vt infrà Epheſ.1.a.5.

5 In ſecula ſeculorum εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Heb. לעולם עולמים pro infinito ſpatio, vt Rom.16.d.27.

6 Deſerto eo qui vocarat vos in grat. Chriſti ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ. Sic Vetus interpres rectè conuertit, Græcis etiam aſſentientibus, & Auguſtino quoque, apud quos nulla fit mentio Χριστοῦ coniungendi cum καλέσαντος. Ab hoc tamen in eo diſſentio quòd ἀπὸ τοῦ καλέσαντος, conuertit ad verbum, ab eo qui vocauit, nimium ambiguè, propter verbum ſequens. Sic enim accipi poſſet, quaſi ſit ſcriptũ ἀπὸ τοῦ καλέσαντος, ac ſi idem transferret qui & vocarat. Itaque vt omnem amphiboliam vitarem, conuerti, Deſerto eo qui vocarat vos, &c. Eraſmus, à Chriſto, qui vocauit vos per gratiam. putauit enim, cum Hieronymo, Χριστοῦ per hyperbaton conſtrui oportere cum τοῦ καλέσαντος. quam opinionem non video cur amplectamur, niſi nodum, quod aiunt, in ſcirpo quærere placeat. Altera enim interpretatio nihil prorſus torquet, & planam habet ſententiam. Deinde non memini legere in Apoſtolicis ſcriptis vocationem Chriſto tribui, ſed Deo potius ad Chriſtum vel per Chriſtum vocanti. Ita enim ſolent μεσίτην à vocante Deo non diuidere ſed diſtinguere, vt paſſim licet animaduertere, ac præſertim 2.Theſſ.2.d.13.14, & 16. Item 1.Pet.5.c.10. quibus teſtimoniis poſſit hic locus veluti commentariis illuſtrari. & pro me etiã facit quòd in nonnullis codicibus annotauit Frobenius, pro Χριστοῦ legi Θεοῦ. quam lectionem etiamſi ſequamur, nolim tamen hyperbaton ſtatuere, ſed dixerim potius Apoſtolum de ſeipſo loqui, à quo Galatæ deficiant, quum ipſe eos ad Dei gratiam vocarit non ad Legem. Sed veteres codices ſummo conſenſu ſcriptum habent ἐν χάριτι Χριστοῦ, & res ipſa oſtendit, Chriſti gratiam vocari à Paulo ſalutem gratis in Chriſto oblatam. id eſt ſummam Euangelii, quod opponit Legi & falſo pſeudapoſtolorum Euangelio. Auguſtinus pro in gratiã, legit in gloriam, contra Græcorum codicum fidem. Transferamini μετατίθεσθε. Vtitur præſenti tempore, quaſi nondũ deſciuerint, ſed adhuc ſint in actu, quod aiunt. Deinde verbum paſſiuum vſurpauit, vt culpam in pſeudapoſtolos deriuet. In aliud Euangelium εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον. Ambroſius hoc connectit cum participio καλέσαντος. ſed perperam. Euangelium autem vocat non libros de Chriſto ſcriptos, ſed doctrinam ipſam de Chriſto. 7 Quũ nullũ ſit aliud ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. Ambroſius hoc non legit. Hieronymus verò duntaxat legit ὃ οὐκ ἔστιν, quod non exiſtit, ſiue quod nuſquam eſt. Nam quum vnum ſit Euangelium, non plura, altera illa doctrina quam amplexi erant Galatæ, non erat Euangelium niſi nomine tenus. Vulgata & Eraſmus, ad verbum, quod non eſt aliud. quæ oratio valde eſt obſcura. Itaque nonnullis placet hoc connectere cum eo quod ſequitur, quaſi prouocabulum ὃ non referat dũtaxat εὐαγγέλιον, ſed totum complexum ſuperioris orationis: ac ſi Aliud ponatur pro Alia re, veluti quum dicimus, Hoc nihil eſt aliud quàm quòd vis fallere. Eius ſentẽtiæ fuit etiam Eraſmus, vt qui propterea pro εἰ μή τινες εἰσὶν conuerterit, niſi quòd quidam ſunt. Sed hæc interpretatio admitti non poteſt, quum non ſit ſcriptum εἰ μὴ ὅτι τινές εἰσιν, ſed εἰ μή τινες, vt ſatis appareat ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο cum ſuperioribus cohærere, & εἰ μή τινες à verbo θαυμάζω pendere, vt ratio afferatur cur mirari alio reſpectu deſierit. veluti ſi diceres, Miror mundum tandiu reluctari Euangelio, niſi hoc efficit diabolus princeps mundi. Sequutus ſum igitur Græcos interpretes, ſummo conſenſu ita hoc explicantes, vt ὃ non referat aliud quàm εὐαγγέλιον, perinde acſi ſcriptum eſſet, μὴ ὄντος ἄλλου.

Inuertere μεταστρέψαι. Vel euertere. Quid enim magis contrarium eſt fidei ſiue gratuitæ iuſtificationi, quàm iuſtificatio ex Lege, ſiue meritis, non Chriſti ſed noſtris? Itaque qui volunt iſta duo conciliare, magis etiam ſunt inepti quàm qui conetur Lucem cum tenebris, mortem cum vita coniungere. 8 Anathema ἀνάθεμα. Vide Rom.9.a.3, & 1.Cor.12.a.3, & 16.d.22.

gelizet præter *id* quod accepiſtis,anathema ſit.

Placere hominibus.

10 "Nunc enim" *utrum* homines an Deum ſuadeo? aut quæro hominibus placere? Enimuero ſi adhuc hominibus placerem , Chriſti ſeruus non eſſem.

11 Notum autem vobis facio,fratres,quòd Euangelium prædicatum à me,non eſt "ſecundum hominem.

12 Neque enim ego ab homine id accepi,neque edoctus ſum: ſed "per reuelationem Ieſu Chriſti.

Paulus qualis ante conuerſionem.

13 Audiſtis enim conuerſationem meam quondam in Iudaiſmo, quòd "ſummè perſequebar Eccleſiam Dei,& eam "vaſtabam.

14 Et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos æquales in genere meo,quum vehementiore ſtudio tenerer "traditionum quas à patre meo acceperam.

Paulus edoctus à Deo Euangelium.

15 Sed quando placuit Deo , "qui ſepararat me ab vtero matris meæ,& vocauit per gratiam ſuam,

16 "Retegere Filium ſuum" in me,vt euangelizarē ipſum inter Gē

præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

10 Modò enim hominibus ſuadeo,aut Deo? an quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem,Chriſti ſeruus non eſſem.

11 |Notū enim vobis facio, fratres, Euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecūdum hominē.

1.Cor.15.a.1

12 Neque enim ego ab homine accepi illud,neque didici , ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

Act.9.a.1

13 |Audiſtis enim cōuerſationem meā aliquando in Iudaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei,& expugnabam illam.

14 Et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo,abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum,

15 Quum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ,& vocauit per gratiam ſuam,

16 Vt reuelaret Filium ſuum in me,vt

10 Nunc enim ἄρτι γὰρ Tempus anteactum in Phariſaiſmo opponit præſenti conditioni,quum iam ex Phariſæo factus Apoſtolus,Deū non homines annuntiaret. V*trum* ſuadeo homines,an Deum? ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν; Pauli antagoniſtæ,vt Galatas ab eo abducerēt, nihil aliud quàm principes illos Apoſtolos in ore habebant,quos cum Paulo committebant,quaſi contrarium Euangelium doceret.Itaque quanuis falſum eſſet quod illi prætexebant,& Apoſtolis nihil detractum vellet Paulus,cogitur tamen oſtendere,primùm omnium ſe nihilo eſſe quoquam inferiorem,vt qui ab ipſo Chriſto eſſet edoctus & Apoſtolus deſignatus, adeò quidem vt nihil hìc cuiquam mortali prorſus acceptum ferret.deinde ſe ita ſemper fuiſſe comparatum vt nunquam hominibus placere ſtuduerit, ſed ipſum etiam Petrum,quādo ita faciendum fuit, liberè reprehenderit. Itaque iam inde ab initio teſtatus eſt ſe neque ab hominibus neque per hominem eſſe Apoſtolum, & acerbè obiurgauit Galatas quòd tam cito à Deo deſciuiſſent.quod quum poſſet ſuperbius dictum videri,argumēta nunc adhibet quibus aſſerit eius doctrinæ dignitatem cui Angelos etiam ipſos ſubiecerat. Quid enim,inquit? quem me eſſe arbitramini? an veſtrorum pſeudapoſtolorum ſimilem? qui nihil aliud quàm homines in ore habent,quaſi non Deum,ſed homines vobis prædicent? an qui veſtrorum illorum more,hominum gratiam captem? Imò Deum ego ſuadeo,non homines:Deo me approbo,non hominibus. A Deo accepi quod annuntiaui: & vno Deo fretus,miniſterio meo ſum defunctus,vt non à me,ſed à Deo deſciueritis. Itaque quum non ſit Apoſtolo propoſitum oſtendere cui,ſed quid ſuadeat,id eſt quid credendum proponat:neque de auditoribus,ſed de doctrina ipſa diſputare:quum denique ſeſe cum iis cōparet quibuſcum habebat quidem communes auditores,doctrinam verò diuerſam:quòd illi homines viderentur prædicare,ipſe Deum annuntiaret:illi hominibus,quorum nomine abutebantur, ipſe Deo ſeſe approbaret. Vetus interpres non rectè conuertit,hominibus ſuadeo, an Deo? Deinde non memini legere πείθω cum quarto caſu ad deſignandam perſonam,pro ſuadere: ſed ſæpiſſime pro perſuadere. quum Latini potius tertium caſum in ea conſtructione vſurpent. Dicunt enim Latini, Perſuadeo tibi, Græci contrà πείθω σε & cum caſu rei πείθω σε τόδε τὸ πρᾶγμα. Ita accipitur Act.26.g.28,& 2.Cor.5.b.11.Sed πείθειν pro ſuadere non aliter inuenias quàm cōſtructione Latinis vſitata,vt ſicut Latinè dicimus,ſuadeo hanc rem,ita etiā Græcè dicatur πείθω τόδε τὸ πρᾶγμα,addito,quū opus fuerit,tertio caſu. Eſt igitur noſtra interpretatio multis de cauſis potius recipienda.quam etiam attigit Eraſmus in annotationibus,ex Theophylacto:ſed ita vt fontes ipſos nō aperuerit.

11 Secundum hominem κατ' ἄνθρωπον. Id eſt, doctrina quædam humana, ſiue ab hominibus excogitata: vel denique, quam ego ab hominibus acceptam,ex eorum authoritate annuntiem. Vide Rom.3.a.5.

12 Per reuelationem Ieſu Chriſti δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt,reuelante mihi Ieſu Chriſto,idque extra ordinem. Nam alioqui ſolus filius Euangelium reuelat per Spiritum ſuum,ſed hominum miniſterio.quod hic excluditur à Paulo,vt Apoſtolatus ſui,ac proinde doctrinæ ſuæ authoritatem aſſerat.Itaque etiam opinor παρέλαβον & ἐδιδάχθην non eſſe ſynonyma hoc in loco , ſed per hyſteron proteron, illud ad Apoſtolatus onus impoſitum,iſtud ad doctrinæ quam prædicaturus erat,perceptionem referri.

13 Summè καθ' ὑπερβολήν. Vulgata & Eraſmus,ſupra modum,non ſatis expreſſe. Nā de omnibus id dicitur qui virtutis fines tranſiliunt, hìc verò ſummus quidam maximi vitii gradus ſignificatur. Vaſtabam ἐπόρθουν. Vulg.expugnabam.quam interpretationem reprehendens Valla,cōtumelia fit Deo,inquit,cuius Eccleſia dicitur expugnari. Hoc verò dupliciter excuſat Eraſmus: primùm,quaſi Eccleſiæ nomine ſignificetur exigua illa multitudo fidelium. deinde, quaſi non ad euentum rei,ſed ad Sauli conatus hoc ſit referendum. Atqui Paulus toti Eccleſiæ bellum indixerat,vt qui in Arabiam vſque excurreret,& Chriſtum ipſum, nō autem certos homines,perſequeretur.& ne eum quidem cœtum potuit expugnare qui Hieroſolymis erat.Deinde non poteſt Expugnandi vocabulum pro expugnare conari hoc in loco accipi,niſi admodum violenta declaratione.Itaque illam interpretationem, cum Valla, prorſus repudio, quum Eccleſia Dei non magis quàm Deus ipſe,poſſit expugnari:quam ſcilicet ipſæ inferorum copiæ nūquam opprimere poterunt,vt expoſuimus Matth.16.c.18.Eraſmum autem valdè profectò demiror,ad hanc interpretationem tuendam,quā tamen ipſe mutauit,ea ratione impulſum, quòd τὸ πορθεῖν nihil aliud ſignificare putarit quàm expugnare aut capere.Nam hoc certè non puto vllius idonei teſtis authoritate poſſe confirmari.Imò verò dici poteſt aliquis eam vrbem πορθῆσαι,quam nunquam oppugnarit,vt Romæ accidit Gallis. & viciſſim expugnentur multæ vrbes quas tamen militi nō liceat diripere.hoc enim eſt πορθεῖν quod Latinis diripere, populari, & vaſtare.i.incenſis domibus, ad vaſtitatem redigere , παρὰ τὸ πυρθεῖν, id eſt ab incendendo.quod & ipſe Eraſmus annotauit.At enim,dices,hoc plus eſt quàm expugnare.Id verò pernego,niſi expugnatio præceſſerit.Poſſunt enim agri & vrbes,ſalua republica,vaſtari: vt Annibali accidit tandem à Romanis ſuperato. Diripi igitur ac vaſtari poteſt vinea Domini, interfici agricolæ, omnia denique ita diſperdi vt nulla hominibus appareat vineæ facies: ſed expugnari tamen non poteſt,ita ſcilicet vt in hoſtium ius & poteſtatem omnem concedat. quum iis ipſis vtatur Dominus vt cuſtodibus,qui ſunt illam populati.

14 Traditionum quas à patre acceperam τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Vulgata,paternarum mearum traditionum. Eraſmus,à maioribus meis traditorum inſtitutorum. Quid ſit παράδοσις diximus Matth.15.a.3.Paternas autem traditiones vocat, quòd nō modò Phariſæus eſſet ipſe,ſed etiam Phariſæo patre natus,vt teſtatur Act.23.b.6.

15 Qui ſepararat ὁ ἀφορίσας. Vulgata & Eraſmus, ſegregarat. Vide Matth. 13.g.49. Loquitur autem Paulus de æterna prædeſtinatione ad Apoſtolatum.cuius quum tres ſint gradus, nempe æternum Dei conſilium(quod commemoratur in re prorſus ſimili,Iere.1.b.5) deinde deſignatio ab vtero,poſtea vocatio:omnes iſtos gradus pulchre commemorat Paulus ſuo ordine. Nam εὐδοκία, id eſt רצון de qua diximus Luc.2.b.14,primum illum gradum deſignat,quem deinde reliqui duo conſequuntur. Quis igitur docuit ab operibus præuiſis auſpicari? is ſcilicet qui Spiritui ſancto aduerſatur. 16 Retegere ἀποκαλύψαι. Eraſmus,*in hoc* vt reuelaret. Coniunxit enim cum participio καλέσας,quia ſequitur ἐν ἐμοὶ,de quo mox dicemus. At ego non dubito quin potius hoc pertineat ad verbum εὐδόκησεν. In me ἐν ἐμοί. Id eſt,mihi. Sed tamen illud videtur quiddam etiam amplius ſignificare:quod apparet ex Hebræorum idiotiſmo. Nam ἐν ἐμοὶ omnino id declarat quod על מי vt conſtruitur verbum reſpondens Græco verbo ἀποκαλύπτεσθαι Eſa.53.a.1. & videtur eo dicendi genere ſignificari Dei gratiam cælitus in animum ipſum illabi,vt Græca etiam ſcholia annotarunt.Eraſmus,per me,vt ἐν ἐμοὶ poſitum ſit pro δι' ἐμοῦ.quamobrem etiā hoc coniunxit cum participio καλέσας:ſed non ſatis appoſitè,vt mihi videtur.

euangelizarem illum in Gentibus: cõtinuò non acquieui carni & ſanguini:

Neque veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abii in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.

D Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymã videre Petrum: & manſi apud eum diebus quindecim.

Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrẽ Domini.

Quæ autem ſcribo vobis, ecce corã Deo quia non mentior.

Deinde veni in partes Syrię & Ciliciæ.

Eram autẽ ignotus facie Eccleſiis Iudæę, quæ erant in Chriſto.

Tantùm autem auditum habebãt, Quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidẽ, quã aliquando expugnabat.

Et in me clarificabant Deũ. Cap. II.

DEinde poſt annos quatuordecim iterũ aſcendi Ieroſolymam cũ Barnaba, aſſumpto & Tito.

Aſcendi autem ſecũdum reuelationem, & contuli cum illis Euangeliũ quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem iis qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in vacuũ currerẽ, aut cucurriſſem.

Sed neque Titus qui mecũ erat, quũ eſſet Gẽtilis, compulſus eſt circũcidi:

Sed propter ſubintroductos falſos fratres qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus

tes: non "ſtatim "contuli "cum carne & ſanguine:

17 Neque "redii Hieroſolymam ad eos qui ante me *fuerant* Apoſtoli: ſed abii "in Arabiam, ac denuo reuerſus ſum Damaſcum.

18 Deinde tribus pòſt annis redii Hieroſolymã, "vt viſerem Petrũ: & manſi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apoſtolis non vidi quenquam, niſi "Iacobum fratrem Domini.

20 Porrò quæ ſcribo vobis, ecce "coram Deo *teſtor* quòd "non confingo.

21 Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Eram autẽ ignotus facie Eccleſiis Iudææ, quæ *erant* in Chriſto:

23 Sed ſolùm audierant *qui dicerent*, Qui perſequebatur nos aliquando, nunc annuntiat "fidem quam quondam "vaſtabat.

24 Et glorificabant Deum "de me. Cap. ~~I~~II.

1 DEinde "interiectis annis quatuordecim, rurſum aſcendi Hieroſolymam vnà cum Barnaba, aſſumpto ſimul & Tito.

2 Aſcendi autem ex reuelatione, & expoſui eis Euangeliũ quod prædico inter Gentes, ſed priuatim "cum iis qui ſunt in pretio: ne quo modo "fruſtra currerem aut cucurriſſem.

3 Sed neque Titus qui mecum erat, quum eſſet Græcus, coactus fuit circuncidi:

4 "Nempe propter "ſubreptitios falſos fratres qui irrepſerant ad explorandum libertatem noſtrã quam habemus in Chriſto Ieſu,

Arabia.

Petrus.

Iacobus.

Syria.
Cilicia.

Paulus confert ſuam doctrinam cum Apoſtolis.

Titus Gentilis quare non circũciſus.

Libertas.

Statim εὐθέως. Hieronymus, vt Porphyrii calumniã vitet, ex hoc loco Paulũ ſummæ tum arrogantiæ tum etiam inconſtantiæ accuſantis, hanc particulã connectit cum εὐαγγελίζωμαι, quaſi aliud cõſilium capturus fuerit Paulus, niſi Dominus iuſſiſſet eum ſtatim ſeſe accingere ad prædicationis munus. Sed non fuit neceſſe ad hanc diſtinctionem confugere. Oſtendat Porphyrius Paulum ſibi aliquid arrogare, & ſolidum erit eius argumentum. Quum verò res ipſa oſtendat Paulum repentè & vno momẽto ita & zelo & ſapientia impletum vt ex prædicationis ipſius ſucceſſu apparuerit eum nihil indigere cuiuſquam ſubſidio, agnoſcat ille ſuam calumniam: nos verò Paulum verè fuiſſe Apoſtolum fateamur, qui & ipſe cælitus doctrinam ſuam hauſerit extra ordinem, vt nihil hîc habeat quiſquam quod obganniat. Quod autem poſtea cum Apoſtolis contulit, nullam in eo leuitatem, ſed modeſtiam ſummam oſtendit: vt nullus iam locus arrogantiæ relinquatur.

Contuli προσανεθέμην. Id eſt conſilia communicaui. Nam ἀνατίθεσθαι ſignificat arcanum ſuum familiariter quaſi in ſinum amici deponere, vt explicat doctiſſimus Budæus. Ego verò puto ſumptam eſſe hanc ſignificationem ab eo quòd curas noſtras aut difficultates in quibus verſamur, quaſi onus aliquod, in amicos exoneremus. Vulg. acquieui, non ſatis cõmodè. OEcumenius inter cæteras declarationes, exponit προσεμηνυσάμην, vt videatur legiſſe προανεθέμην, pro prætuli & primo loco habui. nam carnem & ſanguinem interpretatur patriam & cognatos. quæ declaratio excurrit extra metam Apoſtolo propoſitam. Cum carne & ſanguine σαρκὶ καὶ αἵματι. Id eſt, cum quoquã mortalium, vt Epheſ. 6. b. 12. Totus enim in eo eſt Apoſtolus vt doceat, ſe ab vno Chriſto hauſiſſe quod prædicabat, ne ſummis Apoſtolis videatur vlla in re inferior. Homines igitur omnes ſemel comprehendens, & Chriſto iam glorioſo, vnicóque ſuo præceptori opponens, ab infirma & imbecilla natura denominat. Quorſum autem hoc? nempe quòd his argumentis pſeudapoſtoli Galatas faſcinaſſent: quaſi Paulus vnus eſſet ex Apoſtolorum diſcipulis, & quidem poſtremus: vt non ſtatim ei credendum eſſet. ſummos autem Apoſtolos non ita abhorrere à Circunciſione & Lege, quæ adhuc ſeruaretur Hieroſolymis. Illud ergo primùm refutat, ſéque à Chriſto ipſo glorioſo inſtitutum & Apoſtolum Gentibus deſtinatum oſtendit: deinde ſibi cum reliquis Apoſtolis optimè conuenire, à quibus tamen nihil noui didicerit. Qui igitur per carnem & ſanguinem intelligunt cognatos ipſius Pauli, item carnis cupiditates, nihil dicunt.

17 Redii ἀνῆλθον. Vel, aſcendi. Sed illud melius conuenit hiſtoriæ. Vulgata, veni, ἦλθον. In Arabiam εἰς Ἀραβίαν. Vide Act. 9. c. 26.

18 Vt viſerem ἱστορῆσαι. Vulgata, videre. Eraſmus, vt viderem. Neuter ſatis expreſſẽ. Significat enim ἱστορεῖν cognoſcendi & intelligendi cauſa inſpicere, atque etiã viſere, & oculis ſubiicere. Sic diſtinxit ab ἰδεῖν Plutarchus his verbis in Cicerone, Ὥστε τοὺς πατέρας τῶν παίδων ἐπιφοιτᾶν τοῖς διδασκαλείοις, ὄψει τε βουλομένους ἰδεῖν τὸν Κικέρωνα, καὶ τὴν ὑμνουμένην αὐτοῦ περὶ τὰς μαθήσεις ὀξύτητα καὶ σύνεσιν ἱστορῆσαι.

19 Iacobum fratrem Domini Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Vide Act. 15. c. 14.

20 Coram Deo *teſtor* ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Verbum ſuppleui ex quo intelligatur eſſe iuriſiurandi ſpecies, deinde vt cohæreat ſequens particula. Nam quod affert Hieronymus, nempe, coram Deo ſunt, id eſt digna Dei conſpectu, prorſus eſt abſurdum. Non confingo οὐ ψεύδομαι. Sic explicandum eſt τὸ ψεύδεσθαι tranſitiuum, vt in illo Ariſtophanis in Pluto, ψεύδομαι τούτων οὐδέν. niſi quum pro decipio accipitur, & pro ſimulo, nonnihil diuerſa declaratione. Vide Act. 5. a. 3. Vulgata, quia non mentior. Eraſmus, non mentior, omiſſa particula ὅτι, quam tamẽ puto hîc poni αἰτιολογικῶς. 23 Fidem τὴν πίστιν. Id eſt, doctrinam fidei ſiue Euangelium, vt 1. Tim. 4. a. 1, & infrà 3. a. 2. Vaſtabat ἐπόρθει. Sic apud Saluſtium dicitur conſcientia mentẽ vaſtare. Vulg. & Eraſ. expugnabat. Vide ſuprà verſ. 13. De me ἐν ἐμοί. Heb. בי pro עלי.

IN CAPVT II.

1 Interiectis annis quatuordecim, διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. Vide Marc. 2. a. 1.

2 Cum iis qui ſunt in pretio τοῖς δοκοῦσι. Id eſt, τοῖς εὐδοκιμοῦσι. quibus opponuntur οἱ ἀδοξοῦντες. Vulgata, qui videbantur aliquid eſſe, τοῖς δοκοῦσιν εἶναί τι, contra omnium noſtrorum codicum fidem, & repugnante etiam Hieronymi interpretatione. Sic enim ſcribit, quod & rectè expendit Eraſmus. Solicitus, inquit, requirebam quidnam eſſet quod diceret, Qui videbantur: ſed nunc me omni ſcrupulo liberauit, adiiciens, Qui videbantur columnæ eſſe. Hæc Hieronymus, ſatis declarans ſe non legiſſe hoc in loco, εἶναί τι. ſed ita tamen vt non videatur cognouiſſe τοὺς δοκοῦντας à Græcis vocari abſolutè τοὺς εὐδοκιμοῦντας, id eſt quorum apud omnes præclara eſt exiſtimatio. Eadem, vt opinor, Græci ſermonis imperitia fecit vt Vetus interpres, Hieronymo audacior, aliquid eſſe, adiiceret. Sed eſt multo etiam durius quod apud Ambroſium legimus, Qui ſibi videbantur aliquid eſſe. Vide infrà verſ. 6. Fruſtra εἰς κενόν. Id eſt nullo cum fructu. Nam quod ad doctrinã ipſam attinet, de ea nihil dubitabat Paulus: ſed quod à multis ſpargebatur, ipſum ſcilicet diuerſam ab Apoſtolis doctrinã profiteri, Euangelii ipſius curſum impediebat. cui rei mederi ſtuduit. 4 Nempe propter Διὰ δέ. δὲ pro δὴ vel δῆτα poſitum eſt. cuius enallages exempla vide in Budæi commentariis. Non erat igitur cauſa cur Eraſmus expungeret, ex Hieronymi ſcilicet opinione, qui putauit redundare, quòd non præcedat μέν: ſed imperitè, vt alibi diximus. Subreptitios παρεισάκτους. Id eſt παρεισδύντας, qui ſcilicet per fraudem & pietatis ſimulationem, in fidelium album ſubrepſerant. Nam in his verbis παρὰ plerunque ponitur in vitio. Quidam conuertit emiſſarios, quaſi ſcilicet iſti ab aliis quibuſdam eſſent ſubornati, ac non potius ſua ſponte ſoliti ſint Paulo & iis omnibus inſidiari qui Chriſtiana libertate vtebantur. Vulgata, ſubintroductos. Eraſmus, obiter ingreſſos.

Seruitus.

vt nos in ſeruitutem adigerent.

Quibus″ne ad momentum quidem ceſſim⁹″per ſubiectionem: 5
vt′veritas Euangelii permaneret′apud vos.

″Ab iis autem qui putātur eſſe aliquid, *non ſum edoctus*. (′Quales o- 6
lim fuerint, nihil mea refert: perſonam hominis Deus non accipit.) Nam qui ſunt in pretio,″nihil mecum contulerunt.

Imò contrà, quum vidiſſent mihi concreditum fuiſſe′Euange- 7
lium Præputii, ſicut Petro Circunciſionis:

Paulus, Gētium doctor.

(Nam qui efficax fuit″per Petrum ad Apoſtolatum Circunci- 8
ſionis, efficax fuit etiam per me erga Gentes:)

Petrus, Iudæorū Apoſtolus.

Quúmque cognouiſſent gratiam mihi datam Iacobus & Ce- 9
phas & Iohannes,″qui putantur eſſe columnæ, ′dextras dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis: vt nos inter Gētes, ipſi verò ′inter circunciſos, *Apoſtolatu fungeremur*.

Solùm *monuerunt* vt pauperum meminiſſemus: quod & ipſum ſtu- 10
dui facere.

Petrus à Paulo corripitur.

Quum autē veniſſet Petrus Antiochiā,″in os ei reſtiti, eo′quòd 11
condemnandus eſſet.

in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutē redigerent.

5 Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectione, vt veritas Euangelii permaneat apud vos.

6 Ab iis autem qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt: | Deus perſonam hominis non accipit.) mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil cōtulerūt.

B

Deut.10.d.17
2.paral.19.c.7
iob,34.b.19
ſapien.6.b.8
eccli.35.b.16
act.10.c.34
rom.2.b.11
epheſ.6.b.9
coloſſ.3.d.26
1.petr.1.c.27

7 Sed econtra, quū vidiſſent quòd creditum eſt mihi Euangelium Præputii, ſicut & Petro Circunciſionis:

8 (Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatū Circunciſionis, operatus eſt & mihi inter Gentes:)

9 Et quum cognouiſſent gratiā quæ data eſt mihi Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: vt nos in Gētes, ipſi autem in Circunciſionem.

10 Tantùm vt pauperum memores eſſemus: quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.

11 Quum autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.

C

5 Ne ad momentum quidem οὐδὲ πρὸς ὥραν. Vulgata, neque ad horam. Eraſ. ne ad tempus quidem. Vide Matth.9.c.22. Ambroſius nō legit οἷς οὐδὲ (quaſi ad tēpus ceſſerit Paulus falſis illis fratribus) repugnante omnium Græcorū codicū fide, & ipſa quoque ſententia. vt Eraſmū planè mirer hic laborare, quaſi Pauli ſermo ſit imperfectus: quum omnes partes optimè conſtent. At enim, inquit, quomodo non ceſſit qui Timotheum coactus eſt circuncidere? Quaſi verò circunſtantia loci, temporis, perſonarum non ſit varia. Nam circunciditur Timotheus vt infirmi ac rudes Iudæi non offendantur: in Tito verò cur idem fieret, non in gratiam infirmorum ſed falſorum fratrum (quos canes & conciſionem vocat Philipp.3.a.2, & excindi etiam optat infrà 5.b.12) idque præſertim eo ipſo tempore quo Paulus Hieroſolymam venerat vt eam in libertatē aſſereret? Per ſubiectionem τῇ ὑποταγῇ. Id eſt, ita vt nos illis, prodita libertate, ſubiiceremus. Hoc enim fuiſſet Chriſto renuntiare. Vulgata, ſubiectione, nimium ambiguè. non cedimus enim ea re quam amiſſam volumus. Itaque iſtis Apoſtolus non ſubiectione, ſed libertate non cedebat. Veritas Euangelii ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, vera ac ſyncera Euāgelii doctrina, nullis ſcilicet iſtorum falſis doctrinis corrupta. Apud vos πρὸς ὑμᾶς. Siue vobis. Galatas autem alloquitur, ſed ita vt Gentes omnes comprehendat, quarum ſcilicet par erat cauſa, & quibus peculiariter deſtinatus erat Apoſtolus.

6 Ab iis autem qui putantur eſſe aliquid *non ſum edoctus*. Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι. Ita legitur hic locus in omnibus Græcis codicibus quos licuit videre. Ne cui autem hoc durius videatur, quaſi obliquè Paulus aliquid detrahat de aliorum Apoſtolorum exiſtimatione, ſciendum eſt eum ex aduerſariorū ſuorum ſenſu ita ſcribere, qui ſcilicet, vt Pauli doctrinam euerterent, ſolebant aliorum Apoſtolorum nomina apud imperitos Galatas perpetuò iactare: quaſi iſti quidem eſſent aliquid, (quos tamen & ipſi re vera aſpernabantur, quum vna eſſet Pauli & aliorum doctrina) Paulus verò præ illis nihil eſſet. qua ratione ipſe alios τοὺς δοκοῦντας appellat. Præciſam autē eſſe hāc orationem, nec illum, vt exiſtimauit Eraſmus, propter interpoſitam parentheſin, poſtea ad id quod ceperat reuerti, ſatis liquet ex γὰρ coniunctione cauſali. Itaque alii ſupplent, adiutus ſum. quod non probo, quia nimium late patet: & eo Apoſtolorum colloquio ac conſenſu qui poſtea ſubiicitur, nō dubito quin magnopere ſit adiutus ac cōfirmatus Paulus. Alii, Nihil mihi collatum eſt. quod & ipſum non amplector, ne videatur eadem eſſe confirmatio atque ipſa propoſitio. Suppleui igitur ἐδιδάχθην edoctus ſum. Eſt enim id in primis accommodatum, & ita ſcripſit ipſe Apoſtolus ſuprà 1.c.12. Græcus verò ſcholiaſtes aliam viam iniit, qua poſſint iſta ſic connecti, vt nulla ſit vel parentheſis vel eclipſis: quaſi ſcilicet ὁποῖοί ποτε ἦσαν vtrinque ſit includendum diſtinctione, & οὐδέν μοι διαφέρει coniungendum ſit cum ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι. vt ita conuertas, Ab iis autem qui videntur eſſe aliquid, qualeſcunque olim fuerint, nihil mihi diſcrepat. id eſt nulla in re diſſideo, ſeu differo. ac fateor quidem τὸ διαφέρειν eam ſignificationem valde eſſe vſitatam, ſed cum ſecundo caſu abſque præpoſitione. Nam in conſtructione ſyncategorematica ego quidem non memini legere. Quales olim fuerint, &c. ὁποῖοί ποτε ἦσαν. Fuerant Chriſti ipſius familiares ac domeſtici ii quorum ſe non indiguiſſe dixerat Apoſtolus, vt ab iis quicquam diſceret. quod & ſuprà attigit: aduerſariorum ſcilicet ore celebratum, 1. d. 17. verſ. Hoc igitur, inquit, nihil moror. Nam Deus in conferenda ſua gratia nihil moratur: libera ſunt ipſius iudicia, vt cui vult & quantum vult largiatur. Itaque ego in Phariſaiſmo educatus, & Chriſti hoſtis, ſum repente factus nihilo inferior illis qui cum Chriſto tandiu & tam familiariter ſunt verſati. Nihil mecum contulerunt ἐμοὶ οὐδὲν προσανέθεντο. Non potuit Paulus apertius oſtendere ſibi non modò per omnia cum illis conueniſſe, ſed etiam nullum in religione caput fuiſſe quod non proſus teneret, quum illi nihil habuerint quod viciſſim cōmunicarent cum Paulo, ſed contenti fuerint illius doctrinam approbaſſe: nihil proculdubio prætermiſſuri, ſi quid ille nō ſatis rectè docuiſſet, vel ſi quid ad ea quæ rectè docuerat adiiciendum putaſſent. Cæterùm de verbo προσανέθεντο, diximus ſuprà 1.c.16. quod Græcus ſcholiaſtes interpretatur, οὐδὲν ἢ προσέθηκαν ἢ ἀφεῖλον. id eſt, nihil vel addiderunt vel detraxerunt, non malè, ſi ſententiam ipſam ſpectes. Sed & fortaſſis non ineptè conuertas ἐμοὶ οὐδὲν προσανέθεντο nihil præterea oneris mihi impoſuerunt, quòd hac etiam ſignificatione verbum illud vſurpetur. Mihi tamen viſa eſt prima illa interpretatio ſimpliciſſima, vt eadem ſignificatione accipiatur atque ſuprà 1.b.16, & hoc ipſo capite, verſ.2. Videtur enim præpoſitio πρὸς vel nihil adiicere ſignificationi τοῦ ἀνατίθεσθαι, vel certè non magnum pondus habere.

7 Euangeliū præputii εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας. Id eſt Euangelium inter Gentes annuntiandum: quam metonymiam aliquoties in epiſtola ad Romanos annotauimus. Neque enim duplex eſt Euangelium in ſeſe, ſed duo populorum genera quibus annuntiatur, vnum circūciſum, alterum incircunciſum. 8 Per Petrum Πέτρῳ. Sic malo explicare, vt ſignificetur cauſa inſtrumentalis. Vulgata, Petro. Eraſ. in Petro. 9 Qui putantur, &c. οἱ δοκοῦντες, &c. Id eſt, quos ſolos iſti pro columnis habent, quaſi ego ſim nihili: in eo quidem ab illis ipſis diſſidentes quorum authoritate ad vos decipiendos abutuntur. Vide ſuprà verſ.6. Dextras ſocietatis δεξιὰς κοινωνίας. Id eſt, porrexerunt manum, quod ſymbolum eſſet noſtræ in Euangelii doctrina ſummæ conſenſionis. Virgil. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyranni. Inter Circunciſos *Apoſtolatu fungeremur* εἰς τὴν περιτομήν. Rectè ſuppleuit Eraſmus quod omnino deerat. omiſſum eſt autē à Paulo, vt qui in hac epiſtola mirè ſtudeat breuitati, ſiue genus ipſum dicendi, ſiue argumenta ſpectes. Sic etiam in proximo verſiculo verbum deſideratur, ſed ex communi loquendi vſu, vt iſtæ eclipſes nihil obſcuritatis afferant.

11 In os κατὰ πρόσωπον. Id eſt, ἔμπροσθεν πάντων, coram omnibus, ut explicat ipſe Paulus verſ.14. Itaque abſurdum eſt commentum Hieronymi, interpretantis, ſecundum faciem, id eſt non ex animo, quaſi res tota non ſeriò ſed per ſanctam quandam ſimulationem inter vtrunque ſit acta, vt Iudæi non offenderentur, & viciſſim Gentibus ſatisfieret. Hoc verò ſi ita eſt, vt nihil aliud dicam, quorſum hoc factum pertinuerit ad Apoſtoli ſcopum? Similia ſunt ferè omnia, profana certè & apertiſſimè detorta, quæ in hunc locū Græci interpres plerique & Hieronymus aduerſus Auguſtinum pro Petro diſſeruerunt. quæ ſanè miror Eraſmū digna cenſuiſſe quæ non modò cōmemoraret, ſed etiam tueretur. Quòd condemnādus eſſet ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Participium pro nomine poſitum, quaſi cōdemnatitium dicas aut condemnabilem, ſicut à Latinis participialia quæ vocant nomina vſurpantur, quod ita familiare eſt Hebræis vt non aliter loquantur. vt נרצה, id eſt dilectus pro amabili. & נחמד expetitus pro expetibili, & alia infinita. Ita enim hoc accipiendum eſſe res ipſa oſtendit. vt planè abſurdum ſit quod nonnulli afferunt, damnatum fuiſſe Petrum ab iis ſcilicet qui non norant rem agi ex compoſito, & male de illo iudicabant, tametſi

reprehenſibilis non erat: vel quòd ante reprehenſus fuiſſet Hieroſolymis quòd cum Cornelio ſumpſiſſet cibum. En quo delabantur qui quã arripuerunt ſententiam, volunt mordicus tueri. Cic. in Piſonem, Quis te miſerior, quis te damnatior: qui neque ſcribere ad Senatum, rẽ p. bene à te eſſe geſtam, neque præſens dicere auſus es? Id eſt, quem iuſtius quis iudex poſſit condemnare quàm te? Ita accipitur κατεγνωσμένος hoc in loco, pro ἐπίμεμπτος vel ἐπιμεμφής.

Prius enim quàm venirent quidã à Iacobo, cum Gentibus edebat: quũ autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex Circunciſione erant.	12	Nam antequam veniſſent quidam à Iacobo, vnà cum Gentibus edebat: quum autem veniſſent, ſubduxit ac ſeparauit ſe ab eis, metuens eos qui *erant* ex Circunciſione.
Et ſimulationi eius conſenſerũt cæteri Iudęi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem.	13	Ac ſimulabant vnà cum eo reliqui etiam Iudæi: adeò vt Barnabas ſimul ″abduceretur in illorum ſimulationem.
Sed quum vidiſſem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelii, dixi Cephæ corã omnibus, Si tu, quũ Iudæus ſis, Gẽtiliter viuis, & nõ Iudaicè, quomodo Gẽtes cogis Iudaizare?	14	Sed quum vidiſſem ″quòd non recto pede incederent ″vt veritati Euangelii cõgruebat, dixi ″Petro coram omnibus, Si tu, quũ ſis Iudæus, Gẽtiliter viuis, ac nõ Iudaicè, cur Gẽtes ″cogis Iudaizare?
Nos natura Iudęi, & non ex Gentibus peccatores:	15	″Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus ″peccatores:
Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operib⁹ Legis, niſi per	16	″Scientes non iuſtificari hominem ex operibus Legis, ″ſed

Barnabas

Iuſtificatio

13 Abduceretur in eorum ſimulationem συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, vel ſimul abriperetur per eorum ſimulationem. Nam ἀπάγεσθαι Barnabã indicat impetu & exemplo potius abreptum quam iudicio fuiſſe impulſum. Vulg. duceretur ab eis in illam ſimulationem. In Complutenſi editione legitur ὥστε Βαρνάβας συναπήχθη, expuncta particula καὶ, ab aliquo nimirum qui Barnabam etiam voluit culpæ eximere, quaſi ſcriptum ſit ἵνα Βαρνάβας συναπαχθῇ vt Barnabas abduceretur. Dici enim non poteſt quantopere hîc laborarint Græci & ex Latinis præcipuè Hieronymus, vt Petrum culpa liberarent. hoc eſt, Apoſtoli ſententiam & Apoſtolatum (cuius authoritatem hoc facto vindicat) euerterent. quòd ſcilicet exiſtimarint Apoſtolos poſt acceptum Spiritum ſanctum fuiſſe ἀναμαρτήτους. Id verò vt in doctrinæ capitibus concedam, tamen huc non pertinet. quum Petrus hoc loco non peccet in doctrina, ſed in certo facto: quòd ſcilicet dum Iudæorum infirmitati cupit conſultum, Euangelicam libertatem adducit in diſcrimen. Peccatum eſt igitur non in doctrina, neque etiam in ipſo facto ſimpliciter, ſed in facti circunſtantiis non ſatis prudenter ab eo conſideratis: vnde magnum conſecutum eſt offendiculum, vt meritò prorſus à Paulo ſit publicè reprehenſus. Neque enim tanti fuit infirmitas Iudæorum, vt propterea prodenda fuerit aliorum qui aderant libertas, & firmitas labefactanda. Itaque hîc opus fuit deliberatione illa quæ à Cicerone in Officiis pertractatur, ex duobus vtilibus vtrum vtilius.

14 Quòd non recto pede incederent ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι. Rectum pedem opponit ſimulationi præpoſteræ. Videbantur enim Petrus & eius ſectatores in vtranque partem claudicare, quum paulo ante cum Gentibus cibum caperent, & tam ſubitò ſe ab illorum conſortio ſubducerent. Nam abſurdũ eſt certè quorundam commentum, qui hoc nolunt dici de Petro, ſed de aliis qui cũ Petro ſimulabant: quaſi ille diſſimularet potius quàm ſimularet, iſti verò putarent aliquid admiſſum contra bonos mores, quum ſeſe coniungerent cum Gentibus. Id verò ſi ita eſſet, cur diſertè non excipitur Petrus? cur diſertè, præteritis cæteris, in eum vnũ fertur reprehenſio? quorſum denique hæc hiſtoria cõmemoratur, ſi Petrus ipſe, qui aliquid eſſe videbatur, nõ eſt à Paulo & quidem iure reprehenſus? Cauſa igitur profectò non erat cur iterum nobis Eraſmus rancidas iſtas nugas apponeret. Vt veritati Euangelii cong. πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου. Veritatẽ Euangelii vocat ſynceram ac veram Euangelii tum doctrinam tum vſurpationem, quam vulgò practicam vocant. Præpoſitio autem πρὸς congruentiam & cõuenientiam declarat, vt 2. Cor. 5. b. 10. vt pro κατ' poſita videatur, ſicut dixit Iſocrates πρὸς τὸ προσῆκον, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸ προσῆκον. Petro τῷ Πέτρῳ. In vno codice ſcriptum inueni τῷ Κηφᾷ, & verſ. 11, ὁ Κηφᾶς Cephas. Vetus interpres priore loco habet, Quum autem veniſſet Petrus, &c. hîc autẽ, dixi Cephæ. Neque verò iſtius varietatis vllum eſſet momentum (quum idem ſit Cephas qui & Petrus) niſi Clemẽs libro diſpoſitionum quarto (quem ſequitur Euſebius libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ primo) occaſionem hinc arripuiſſet falſò interpretandi huius loci: quaſi ſcilicet Cephas iſte non fuerit Petrus ille Apoſtolus, ſed vnus ex 70 diſcipulis. quem errorem meritò refutat Hieronymus. Nam, vt alia omittam, quorſum alioqui commemoratur hæc hiſtoria? Cogis ἀναγκάζεις. Cogi dicit Paulus eos qui Petri authoritate & exẽplo, vacillante conſcientia, ad Iudaiſmum inclinabant. 15 Nos natura Iudæi ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι. Id eſt, Nos Iudæi, & quidẽ genere, nõ autem proſelyti. Incipit autem Apoſtolus, conſtituta iam ſui miniſterii authoritate, ad rẽ ipſam accedere: vt meritò tertiũ caput ab hoc verſiculo poſſis inchoare: niſi ſuperiora omnia quibus ſcilicet vnum idémque argumentum explicatur, malis primo capiti tribuere. quod qui non conſiderarunt, iſta putarunt ad ſuperiorem hiſtoriam pertinere, quum in ſuperiore verſiculo deſinat. Quanquam & præſenti controuerſiæ cum Petro poſſunt iſta applicari vſque ad ſequentis capitis initium, vbi per apoſtrophen Galatas compellat, quaſi ſcilicet à Petro ad illos orationem auertens. Sed malo Galatis omnia ab hoc verſiculo applicare. Mira eſt autem ac planè inimitabilis breuitas Apoſtoli in tota hac epiſtola, cuius pulcherrimum exemplum ſuppeditat hic locus. Ita enim id proponit de quo dicturus eſt, nos ſcilicet fide non autem operibus Legis iuſtificari, vt duplex ſimul argumentum afferat. Iudæi, inquit, ſumus, & quidem natura, nec qui vobis gratuitam ex fide iuſtificationem proponamus. Itaque non minus nobis credite quàm veſtris pſeudapoſtolis, quibus in ſtudio Legis non poſſimus cedere, quũ & ipſi Iudæi ſimus. Credidimus in Ieſum Chriſtum: quorſum, ſi Lex nos potuit iuſtificare? Primum igitur argumentum à circunſtantia perſonæ ſumptum eſt, alterum ab ipſa fidei & Euangelii natura. At enim quomodo iſta cohærent? dices. Optime profectò. Quũ enim in ea reprehenſione Petri, ageretur de iis qui Chriſtum cum Lege coniungebant, inde merito delabitur ad hoc ipſum tractandum argumẽtum: vnde etiã factum vt aduerſus ipſum Petrum aut certè aduerſum illos quibus ſeſe Petrus adiunxerat, iſta dici videantur. adeò mollis & artificioſa eſt iſta iunctura. Peccatores ἁμαρτωλοί. Heb. חטאים Sic autem vocabant omnes Gentiles, quaſi qui nihil aliud poſſent quàm peccare, alieni ſcilicet à Dei fœdere. 16 Scientes εἰδότες. Vulg. Scientes autem, εἰδότες δὲ, vt in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. quam lectionem ſi ſequaris, dicendum fuerit ſuperiore verſiculo, Nos natura Iudæi *ſumus*, & non ex Gentibus, peccatores. Scientes autem, &c. Ego malui iſta connectere abſque cõiunctione δὲ, ita vt ἡμεῖς per epanalepſin repetatur: quãuis quod ad ſenſum attinet, nihil interſit. Sed ἐὰν μή. Heb. כי אם quas particulas, Græci interpretes interdum per ἐὰν μὴ conuertũt, vt Gen. 22. f. 26. interdum per ἀλλὰ, vt Eſa. 59. a. 2. vnde factũ vt ἐὰν μὴ ſcripſerit Paulus pro ἀλλά. Niſi malimus ἐὰν μὴ reſpondere particulæ Hebræorum אך, id eſt πλήν. Significat autem πλὴν interdum idem quod ἐὰν μὴ, & pro μόνον etiam accipitur, id eſt tantummodo vel duntaxat, vt iſtæ particulæ facilè inter ſe permutentur. Sed & Latini, (ne quis clamitet quoſuis Hebraiſmos à nobis confingi) ſic omnino vſurpant nonnunquam particulam Niſi. vt Terent. Andria, Neſcio. Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim. i. ſed ſatis ſcio. vel, tãtùm, ſatis ſcio, &c. Idem Adelphis, Ecce autẽ deintegro. Niſi quicquid eſt, volo ſcire. i. ſed quicquid eſt. vel, tantùm, quicquid eſt. Fateor tamen Donatum aliter explicare. quaſi videlicet ſubaudiatur quòd vel quia. Sed, vt hoc ſuppleas, nondum tamen plena fuerit cõſtructio. nec dubito quin hîc mihi aſſentiatur quiſquis non erit nimium cõtentioſus. Poſtremò quia Semipelagiani noſtri hunc locũ arripiunt vt iuſtitiam operum cum iuſtitia fidei concilient (quaſi cũ Vetere interprete dicendũ ſit, nos non iuſtificari ex operibus niſi per fidem. i. nõ ex omnibus operibus, ſed ex operibus fidem conſequentibus: ſiue, non omnia opera ſalutem mereri, ſed ea demum quæ ex fide naſcuntur) ne habeant iſti quod obganniant, primùm hoc quæro ex ipſis, quid per opera Legis intelligant quæ hîc volunt à Paulo coniungi cum fide. Si cæremonias reſponderint, in eo certè produnt quàm parum attentè Pauli ſcripta legant. Nam ſi concedit Apoſtolus opera Legis. i. cæremonias cum fide Ieſu Chriſti coniunctas, iuſtificare, quid cauſæ erat cur iſtos vocaret pſeudapoſtolos, aut qua de re cum illis contendit? Neque enim iſti Chriſtum ſeparabant à Lege, ſed cum Lege coniungebant, quaſi ſolus non ſufficeret. Sin autem per opera Legis intelligunt opera moralia quæ vocant, eáque volunt à Paulo connecti cum fide, vt iuſtificandi vim habeant: petam ab eis quo pudore conciliare ſtudeant, tanquã ad vnum finem concurrentia, quæ hoc ipſo verſiculo ſeparat Apoſtolus, vt ex diametro diſſidentia. Quid enim? annon ſtatim ſubiicit, nos ex fide iuſtificari, & non ex operibus Legis, & Rom. 3. d. 28. ſine operibus Legis? & qualis erit iſta conſequutio, ſi ex Lege iuſtificamur, Chriſtus fruſtra mortuus eſt: ſi præter Chriſti mortem noſtra etiã opera, tanquam cauſæ, ad ſalutem requirantur? Ex his igitur & aliis plurimis argumentis quæ volens prætermitto, ſatis liquere puto ἐὰν μὴ hoc in loco nihil aliud declarare quàm Sed vel Tantummodo, & ineptos etiam eſſe aduerſarios Gratiæ, qui huius loci teſtimonio abutuntur vt imperitis imponant.

Fides.
Opera.

"per fidē Ieſu Chriſti: etiam nos *inquam* in Chriſtum Ieſum credidimus, vt iuſtificaremur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis: propterea quòd non iuſtificabitur ex operibus Legis "vlla caro.

"Quòd ſi dum quærimus iuſtificari per Chriſtum, reperimur 17
& ipſi peccatores: num Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.

Nam ſi quæ deſtruxi, ea rurſum ædifico, tranſgreſſorem me- 18
ipſum conſtituo.

Lex.
Crucifigi cum Chriſto.

Ego enim per Legem "Legi mortuus ſum, vt Deo viuerem: *&* 19
vnà cum Chriſto crucifixus ſum.

Viuere in fide.

Viuo autē, "non amplius ego: ſed viuit in me Chriſtus. & vitam 20
quam nūc viuo "in carne, viuo per fidem Filii Dei, qui dilexit me,
& tradidit ſemetipſum pro me.

Gratia Dei.

"Non abrogo gratiam Dei: nam ſi per Legem eſt iuſtitia, igitur 21
Chriſtus "ſine cauſa mortuus eſt.

Cap. III.

A"Mētes Galatæ, quis vos faſcinauit "ne obſequeremini veri- 1
tati: quibus "ob oculos Ieſus Chriſtus prius fuerat depictus,
inter vos crucifixus?

Hoc ſolum cupio diſcere à vobis, Ex operibus Legis "Spiritum 2

fidē Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis: pꝛopter quod ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro. D

17 ¶Quòd ſi quęrētes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Rom.3.c.20

18 Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorē me cōſtituo.

19 Ego enim per Legē, Legi mortuus ſum, vt Deo viuam: Chriſto confixus ſum cruci.

20 Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſū pro me.

21 Non abiicio gratiam Dei. ſi enim per Legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

Cap. III.

1 O Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati? ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, inter vos crucifixus?

2 Hoc ſolum à vobis volo diſcere, Ex operibus Legis Spiritum accepiſtis,

Per fidem Ieſu Chriſti διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, per fidem in Ieſum Chriſtum: vt etiam accipitur iterum in hoc ipſo verſiculo, & infrà verſ.20. Vlla caro πᾶσα σάρξ. Id eſt, vllus homo. Sed in vocabulo Carnis magna eſt emphaſis: quo ſcilicet ſignificatur hominis natura prorſus corrupta, & ad immortalitatem ſibi comparandam penitus inepta.

17 Quòd ſi εἰ δὲ. A iuſtificatione deſcendit ad ſanctificationem ſiue regenerationem, alterum ſcilicet beneficium Chriſti fide apprehenſi: quum Lex non modo non extinguat, ſed etiam accendat peccatum, adeò quidem vt Mori Legi & Viuere Deo mutuò ſe reſpiciant. Mortui autem Legi dicuntur ii in quibus Lex officium illud ſuum non exerit, excitādi ſcilicet peccati, vtpote quod in iis ſit mortuum qui cum Chriſto ſunt crucifixi, id eſt qui fide inſiti Chriſto, vim illam interemptricem peccati ab eo hauriunt, tanquam ſurculus à ſtirpe. Quas omnes formulas Paulo familiares, pluribus expoſuimus Rom.6 & 7 capitibus. Ibi enim idem prorſus argumētum tractatur, & quidem occaſione arrepta ex ſimili prorſus obiectione. Neque verò dicit Paulus abſolutè, reperimur peccatores: ſed, ſi reperimur: de iis loquens qui fidem falſò iactant, quum ipſius effecta, id eſt fructus huic arbori conuenientes, proferre non poſſint, imò verò tota vita teſtentur ſe eſſe à Chriſto alienos. Quod autem ſcribit καὶ αὐτοὶ, perinde accipiēdum eſt acſi diceret, Quòd ſi nos quoque, qui iactamus nos per Chriſtum iuſtificatos, non minus indulgeamus noſtris cupiditatibus, quàm qui à Chriſto ſunt alieni & exleges: num idcirco falſam eſſe hanc doctrinam conſtituendum eſt, quaſi Chriſtus, niſi Legi coniunctus ſit, peccatores, non autem iuſtos nos reddat? Abſit. Nam quoſcunque Chriſtus iuſtificat, eoſdem & ſanctificat. Itaque Legem non euertimus, ſed ſtabilimus, vt Rom.3.d.31. Quòd ſiquis oblata gratia abutitur, penes illum, non penes gratiam eſt culpa. Modeſtiæ autem cauſa Apoſtolus in ſe omnia tranſfert, adhibita tamen conditione: quam & ipſam poſtea tollit, quum ſe ex perditorum illorum numero eſſe disertè negat.

19 Legi mortuus ſum νόμῳ ἀπέθανον. Vide ſuperiorem annotationem & Rom.6.c.14, & 7.a.4. Sed quomodo ſe dicit Legi mortuum eſſe per Legem, quum per vnum Chriſtum Legi moriamur? vt Rom.7.a.4. Nempe quatenus Lex Chriſtum eminus oſtendebat.; ex quo etiam efficitur, ineptè facere pſeudapoſtolos qui in Lege conſiſtant, quum Lex ipſa iubeat nos in Chriſtum reſpicere. Quid ſit Deo viuere, & cum Chriſto crucifigi, ſuperiore annotatione diximus.

20 Non amplius ego οὐκέτι ἐγώ. Ego ſcilicet qui olim fui, vt Rom.7.c.17. Nam à regeneratione homo dicitur noua quædam res fieri, qualitate ſcilicet, non ſubſtātia: nequis exiſtimet craſſum illum Libertinorum errorem à Paulo ſtabiliri. In carne ἐν σαρκί. Id eſt, in hoc mortali corpore, quod tamen non impedit alteram Chriſti veram vitam, in me ſcilicet per Spiritum ſuum habitantis, & hanc vitam meam gubernantis. Quòd autem quidam carnem interpretantur vitioſam naturæ qualitatem, perabſurdum eſt hoc in loco. Nam & hoc ipſum viuere in carne disertè iis tribuitur qui non ex cōcupiſcentiis carnis, ſed ex volūtate Dei viuunt, 1.Petri 4.a.2. Hoc eſt denique quod author epiſtolæ ad Hebræos vocat dies carnis, Heb.5.c.7. 21 Non abrogo οὐκ ἀθετῶ. Vide Marcum 6.c.26. Vulgata, non abiicio. Eraſmus, non aſpernor. quæ interpretationes mihi videntur non ſatis expreſſæ. Malim igitur Auguſtinum ſequi, qui conuertit, Non irritam facio. Opponit enim ſeſe aduerſariis Paulus, acſi diceret, Ab iſtis video infinitam iſtam gratiam quaſi reſcindi ipſorum placitis & abrogari: à me verò procul abſit hoc ſcelus. Deinde ne illi clamitent ſibi iniuriam fieri, oſtendit, neceſſariò conſequi Chriſtum fruſtra eſſe mortuum, ſi vel minima pars iuſtitiæ Legi tribuatur. Hunc nodum expediant noſtri Sophiſtæ, & Paulo relicto, in eorum partes tranſibimus: ſin minus, dent gloriam Deo, & Chriſtum nobiſcum ſeriò agnoſcant. Sine cauſa δωρεάν. Id eſt, quum nulla cauſa eſſet cur id faceret: quod vno verbo Hebræi dicunt חנם, Gallicè dicas, *pour ſon plaiſir*. Vulgata, gratis. prorſus impropriè. nam tota Scriptura teſtatur, & res ipſa clamat, Chriſtum gratis eſſe mortuum. Eraſmus, fruſtra. quod & ipſum non conuenit nec Hebræo nec Græco vocabulo. Multa enim optimam ob cauſam fiunt, quæ tamen fruſtra fiunt, quum ſcilicet euentus conſilio non reſpondet. At Paulus ad ipſum vſque conſilium Dei aſcendit.

IN CAPVT III.

1 Amentes Ὦ ἀνόητοι. Vulg. inſenſati. Eraſmus, ſtulti. quaſi rudes ac parum cordatos dicas. Putauit enim Galatis aliquod gentile vitium exprobrari: quum hoc potius ad id de quo agitur, ſit accommodandum: quaſi præſtigiis quibuſdam Galatæ fuerint ab iſtis pſeudapoſtolis dementes facti, vt qui tam apertas blaſphemias non intelligerent, & ſemel inſtituti à Paulo, tam temere deſciuiſſent. Ne obſequeremini veritati τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. Eraſmus, vt non crederetis veritati. & ſanè fateor πείθεσθαι potius declarare perſuaderi, quàm obſequi ſeu obedire. Sed ea ſignificatio non ſatis quadrat iſtis, qui amplexi quidem erant prædicationem Pauli, ſed in itinere cœpto non perſtiterant. Mihi verò potius probatur quod teſtatur Hieronymus, hoc non fuiſſe ſcriptum in Adamantii codicibus. Sed & Chryſoſtomus & Theophylactus non legunt. In Græcis quoque ſcholiis adſcribitur quidem in contextu, ſed nihil eſt in commentariis vnde ſuſpicari poſſis ſcholiaſten legiſſe. In Stephani quoque noſtri codicibus vetuſtis vnum inuenimus in quo non legebantur. Ob oculos κατ᾽ ὀφθαλμούς. Id eſt, quibus ita egregiè ac perſpicuè fuit propoſitus Chriſtus, vt ſit quaſi veſtris oculis repræſentata viua ipſius imago: acſi apud vos ipſos eſſet crucifixus. Perſiſtit enim in metaphora verbi βασκαίνειν, quod propriè de iis maleficis dicitur qui intuitu nocent, vt ille ait apud Virgilium, Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Hinc apparet προεγράφη conuertendum eſſe, prius fuerat depictus, non autem, proſcriptus, cum Vetere interprete. niſi accipias pro publicè quaſi in ſcriptis propoſitus, vt quorum nomina proſcribebantur. Nam planè durum eſt ac violentum, vel condemnatum, vt Ambroſius: vel vt Auguſtinus, de poſſeſſione depulſum, interpretari. niſi fortaſſis legit præſcriptum, vt Eraſmus meritò ſuſpicatur. quod & ipſum tamen non probo, quia (vt alia omittam) Præſcribere in ea quidem ſignificatione non dicitur à Græcis προγράφεσθαι, ſed προσγράφεσθαι. Hieronymus ad ſcripturam, non ad picturam retulit: & præſcriptum exponit, id eſt antè ſcriptum quàm illud in Euangelio legeritis. quòd ſcilicet Galatæ legiſſent Prophetarum oracula. quæ interpretatio mihi etiam abſurdior videtur quàm ſuperiores. 2 Spiritum τὸ πνεῦμα. Nouum argumentum ab effectis ſumptum. Vocat autem Spiritum, Spirituales illas gratias quibus obſignata erat in Galatis Euangelii prædicatio, vt Marc.16.d.17, Act.15.b.8, & 1.Corinth.1.a.5 & 7. Neque verò duntaxat ſpiritualia illa dona

veluti linguarum, prodigiorum, intelligo hoc nomine: ſed omnes in genere Spiritus ſancti effectus, inter quos etiam numero patientiam in afflictionibus, quarum fit mentio in proximo verſiculo.

an ex auditu fidei?

Sic ſtulti eſtis, vt quum Spiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?

Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamē ſine cauſa.

Qui ergo tribuit vobis Spiritū, & operatur virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu fidei?

Genes.15.b.6
rom.4.a.3
iac.2.d.23

|Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Cognoſcitis ergo quia qui ex fide ſunt, ii ſunt filii Abrahæ.

B

Prouidens autem Scriptura quia ex fide iuſtificat Gentes Deus, prænūtiauit Abrahę, |Quia benedicentur in te omnes Gentes.

Genes.12.a.3
eccli.44.c.20
act.3.d.25

Igitur qui ex fide ſunt, benedicētur cum fideli Abraham.

Quicunque enim ex operibus Legis ſunt, ſub maledicto ſunt: ſcri-

accepiſtis, an ex fide per auditum percepta?

3 Adeò amentes eſtis: quum Spiritu inceperitis, nunc carne perficimini?

4 Tam multa paſſi eſtis fruſtra? ſi modò fruſtra.

5 Qui igitur ſubminiſtrat vobis Spiritum, & efficit virtutes in vobis, ex operibus Legis an ex fide per auditū percepta *ſubminiſtrat*?

6 Sicut Abrahā credidit Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam:

7 *Ita* noſtis nempe, quòd qui ex fide ſunt, ii ſunt filii Abrahæ.

8 Præuidens autē Scriptura quòd ex fide iuſtificet Gētes Deus, antè euangelizauit Abrahæ, Benedicentur, *inquiens*, in te omnes Gentes.

9 Itaque qui ex fide *ſunt*, benedicuntur cum fideli illo Abraham.

10 Nam quotquot ex operibus Legis ſunt, ſub execratione ſunt:

Spiritus Sanctus

Opera Legis.

Filii Abrahæ.

Ex fide iuſtitia.

Maledicti.

Ex fide per auditum percepta? ἐξ ἀκοῆς πίστεως; Eraſmus in hunc locum ſcribens, Iam illud, inquit, ex auditu fidei, tametſi à nobis intelligitur, tamen Latinis auribus eſt inſolens. Neque enim vt Græci famam ſiue rumorem ἀκολὼ vocant, itidem & Romani. Proinde dilucidius erat, ex prædicatione fidei, hoc eſt ex fide quam ex nobis audiſtis, non ex Lege didiciſtis. Quis enim ferat ſic loquentem? Auditus occiſi regis conſternauit populum. pro eo quod erat, rumor de rege occiſo. Hæc ille: quæ ſanè non intelligo. nam ἀκοὴν pro rumore perabſurdum fuerit accipere hoc in loco, & auditionem Latini pro rumore & fama magis etiam eleganter dicunt quàm Græci ἀκολώ. Significat autem hoc in loco fides μετωνυμικῶς, vt ſuprà 1.d.23, & 1.Tim.4.a.1. doctrinā ipſam ſalutis per fidem in Chriſto obtinendæ. cui Paulus opponit opera Legis, id eſt doctrinam pſeudapoſtolorum, qui Legem cum Chriſto docebant concurrere. Ἀκοὴ verò mutuam quidem habet relationem ad prædicationem, ſed non omnis audit cui prædicatur, quum omnes non habeant aures ad audiendum. Itaque non ſatis ἐμφατικῶς conuertit Eraſmus, ex prædicatione fidei: quanuis interdum ἀκοὴ pro annuntiata doctrina nec tamen per fidem apprehenſa vſurpetur, vt Iohan.12.f.38, ex Eſaiæ cap.53.a.1. quia ſcilicet duplex eſt audiendi modus. Itaque Iohan.6.e.45, non dicitur ſimpliciter, Omnis qui audiuit, venit ad me, Sed, Omnis qui audiuit & didicit.

3 Carne σαρκί. Carnem vocat cæremonialia opera, externa ſcilicet, nec vſque ad animum ipſum pertingentia, vt explicatur Heb. 9. c. 10, & d.13. Opponit autem Spiritum, id eſt Spiritualem Euangelii efficaciā, quæ interiorem hominem gignit per Spiritum ſanctū, ac perficit.

Perficimini? ἐπιτελεῖσθε; Hæc erat pſeudapoſtolorum doctrina: qui quum dicerent Chriſtum nihil prodeſſe niſi accederet circuncifio, Legem ſanè Chriſto non modò conferebant, ſed etiam præferebant: quum Chriſto tantùm initia, Legi perfectionem iuſtitiæ tribuerent, vt qui ſalutem quærerent in iuſtitia non imputata ſed inhærente. vt hodie quoque noſtri Sophiſtæ, & noui Academici. Et obſeruandum etiā eſt, pugnantia hîc cōmitti: veluti ſi dicas, eum qui à luce cœperit illuminari, ad perficiendam lucem tenebras accerſere. Annotat Chryſoſtomus præpoſitionem ἐπὶ ſignificare Galatarum à vera doctrina defectionem, cui ſuperuenerint pſeudapoſtoli: ego malo ad ipſam falſæ doctrinæ ſummam referre, quam paulo antè expoſui. Obſeruat quoque Græcus ſcholiaſtes paſſiuè dixiſſe ἐπιτελεῖσθε, quaſi Galatis exprobrans, quòd ſinerent ſe pecudum inſtar arripi ab iſtis & circuncidi: quæ ſumma erat amentia.

4 Si modò fruſtra εἴγε καὶ εἰκῆ. Si hoc accipiamus tanquam additum ſit ab Apoſtolo ad mitigandam obiurgationem, omnino redundabit particula καί. de quo pleonaſmo diximus Iohan.8.c.25, in extrema annotatione, & 1.Corinth.15.d.29. Sin autem contrà accipiamus tanquam hoc etiā addat pondus increpationi, non carebit ſua emphaſi: & rectè conuerterit Eraſmus, Si tamen & fruſtra. Nam fruſtra fieri dicitur ex quo nullus percipitur fructus. At Galatæ à ſana doctrina deſciſcentes, non modò nullum fructum perceperint ex ærumnis quas eius doctrinæ cauſa pertulerant, ſed etiam magnam iacturam fecerint. Plus eſt autem lædi quàm non iuuari.

5 An ex fide per auditum percepta *ſubminiſtrat*? ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; Concluſio argumenti ab effectis. vide verſic. 2. Repetii autem verbum ἐπιχορηγεῖ, vt 2.Corinth.1.b.6. nec loquitur Paulus de ſe in tertia, vt aiunt, perſona (quod putauit Auguſtinus) ſed de Deo, à quo ſcilicet promanat omnis efficacia prædicati Euangelii.

6 Sicut Καθώς. Non eſt imperfecta oratio, vt videtur prima fronte, ſed cohæret hic verſiculus cum γινώσκετε. Eſt enim antecedens noui enthymematis ſumpti ab exemplo Abrahæ, in quo tractantur totius diſputationis fundamenta, nempe promiſſiones Abrahamo factæ & ab eo ſibi & ſuis per fidem apprehenſæ. Vide Rom.4.b.9. Et imputatum eſt καὶ ἐλογίσθη. Vide Rom.4.a.3.

7 Noſtis nempe Γινώσκετε ἄρα. Loquitur vt de re minimè dubia, quam tamen poſtea confirmabit. Vulgata, Cognoſcitis ergo. quod non probo: ne hiet ſuperioris verſiculi conſtructio, quam ſupplere non poſſis niſi admodum dura eclipſi. quamobrem etiam multo minus accipi debet γινώσκετε imperandi modo. Ideò addidi particulam Ita, quæ ſæpiſſime ſubauditur apud Hebræos, vt alibi ſæpe annotauimus. Eſt autem in his verbis propoſitio, Poſteritatem Abrahami, id eſt electos Dei, ex ſola fide æſtimari.

8 Præuidens προϊδοῦσα. De Scriptura loquitur ἀνθρωποπαθῶς. Hîc autem incipit applicare exemplum Abrahami poſteritati ipſius: quæ duplex eſt, nempe circunciſorum & incircunciſorum: vtraque autem ex fide æſtimanda, quum fidem reſpiciat promiſſio. Ac primùm quidem de Gentibus agit, nempe verſ.8 & 9, poſtea verò de Iudæis, verſ.10.11.12.13. Deinde verſiculo 14, concluſionem vtriſque tum Gentibus tum Iudæis applicat. Ante euangelizauit προευηγγελίσατο. Vulgata, prænuntiauit. Eraſmus, prius rem lætam nuntiauit. Ego libens retinui euangelizandi verbum, quod diximus peculiariter conſecratum doctrinæ de gratuita per Chriſtum reconciliatione: & puto Apoſtolum de induſtria hoc vſurpaſſe, vt hanc doctrinam oſtenderet minimè nouam eſſe, ſed ipſi etiam Abrahamo patefactam: cuius exemplo abutebantur pſeudapoſtoli vt circunciſionem cum gratuita iuſtitia copularent: quum ante circunciſionem dicatur iuſtificatus Abraham per fidem. Addita autem præpoſitio πρὸ, reſpicit tempus exhibiti Chriſti, cuius diem vidit Abraham & gauiſus eſt. In te ἐν σοί. Id eſt, non per te, ſed, vt mox explicatur, quia in filiis tuis recenſebuntur omnes credentes, vt tecum fiant eiuſdem benedictionis participes. Benedictionis autem nomē quum variè accipiatur, hîc declarat gratuitam ex fœdere adoptionem, cui opponitur maledictio. Et Diuine prorſus dixit σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ cum fideli Abraham, non autem διὰ τοῦ πιστοῦ Ἀβραάμ, id eſt per fidelem Abraham, vt intelligamus benedictionem non manare ab Abrahamo, ſed ab eo per quem Abraham ipſe cum poſteris benedicitur, à Deo ſcilicet gratis per Chriſtum.

9 Qui ex fide ſunt οἱ ἐκ πίστεως, &c. Hæc formula omnes quidem Abrahami poſteros comprehendit, ſuprà verſ.7. in propoſitione ſcilicet totius argumenti, ſiue ex Gentibus ſiue ex Iudæis, vt qui ex vna fide æſtimentur: hîc verò quum incipiat propoſitionem applicare, diſtinguit Abrahami poſteros in eos qui ex fide ſunt, & in eos qui ſunt ex operibus Legis, id eſt in Gētes & Iudæos. vt apparet ex verſ.14, qui continet vtriuſque applicationis concluſionem ſeorſim diſtinctam. Sed cur Gentes vocat eos qui ex fide ſunt? quia ex Gentibus oportet eas fieri fideles, vt ſint Abrahami filii, ac proinde cū eo benedicātur. Itaque verſ.8, conſiderans naturā in qua promiſſio iſtos deprehēdit, tribuit illis Gentium nomen: in hoc autem verſiculo gratiam ſpectans, vocat Ex fide, id eſt fideles, communi ſcilicet nomine toti poſteritati, quia fides tollit Iudæorum & Gentium diſcrimen. vtque analogia patris & filiorum intelligeretur, non ſimpliciter dixit cum Abrahamo, ſed cum fideli illo Abrahamo benedici. Fateor tamen aliter ſolere hunc verſiculum exponi, quaſi ſcilicet de tota poſteritate, id eſt tum de Iudæis tum de Gentibus intelligatur, cuius etiam ſtatim ſubiiciatur ratio. ſed ſiquis verſiculum octauum conſideret attentius, totámque diſtributionis ſeriem, mecum, vt ſpero, fatebitur hos duos verſiculos 8 ſcilicet & 9 peculiariter eſſe Gentibus applicandos.

10 Nam quotquot ex operibus Legis ſunt Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσίν. Id eſt, quibuſcunque Lex lata eſt, Iudæi ſcilicet, quos opponit τοῖς ἔθνεσιν, id eſt Gentibus, quæ Legem non habent, vt Rom.2.b.12, & 14. Eadem enim eſt iſta antitheſis atque aliæ illæ Iudæorum & Græcorum, Circunciſionis & Præputii: vt duobus quidem ſuperioribus verſiculis de vnis filiis Abrahæ, id eſt de Gentibus ad fidem conuerſis

diſſeruerit, nunc verò de alteris, i. de Iudæis, agat. Atenim, dices, cur non potius Iudæos nominauit? vt breuius loqueretur & magis etiam appoſitè ad id de quo agitur. Conſiderantur enim vtrique primùm in ſeſe, vt maledicti: deinde in patre Abrahamo, vt benedicti. Illos igitur primùm vocat Gentes, neque addit Legem non habentes vel peccatores: quia ſatis id per ſe notum erat, neque probatione opus erat vt ſub execratione eſſe intelligerentur. deinde ex fide, id eſt fideles & cum Abrahamo benedictos dicit, ex promiſſionis formula, quam etiam citat. In alteris verò, id eſt in Iudæis, eandem quoque methodum ſeruat, ſed tamen forma nonnihil diuerſa. Nam in his probanda erat maledictio quæ in altero membro, id eſt in Gentibus, erat per ſe manifeſta. Itaque non ſatis fuiſſet Iudæos vocaſſe aut Iſraelē, aut Abrahami filios, quòd in iis nominibus potius videretur incluſa benedictio quàm maledictio. Quid ſi verò Circunciſos vocaſſet? Fuiſſet hoc nimis ambiguum, quia quanuis circunciſio, vt quidem à Iudæis conſiderabatur, conſtitueret eos totius Legis præſtandæ debitores (vt Rom. 2.d.25) ac proinde ſit maledictionis Legis teſſera, tamen fuiſſet hoc pluribus explicandum. quia diuerſa atque adeò contraria etiam ratione ſpectatur circunciſio in Abrahamo & fidelibus qui ab eo vſque ad Baptiſmi inſtitutionem interceſſerunt: nempe vt iuſtitiæ fidei ſigillum, ſicut ſcribitur Roman. 4.b.11. Huc accedit quòd Iudæos probaturus execrabiles, non potuit aptiore circumlocutione ipſos deſignare, quàm ea quæ idipſum ad probandam eorum maledictionem arriperet, ex quo illi ſe præ cæteris Gentibus putabant benedictos. Poſtremò rationem etiam habuit Paulus eius loci ex quo teſtimonium illud petiit quod ſubiicitur. Ibi enim nulla eſt circunciſionis aut generis Iudæorum mentio, ſed totus Iſrael ſeſe nominatim per ſingula Legis capita maledictione adſtringit. Ex quo etiam intelligi poteſt quàm abſurdè faciant qui per opera Legis in hac diſputatione cæremonias duntaxat intelligunt, quum illic Moſes ne cæremoniarum quidem meminerit. Hæ ſunt igitur cauſæ cur Paulus neque Iudæos, neque Iſraelē, neque circūciſos dixerit in hac antitheſi, ſed, quotquot ex operibus Legis ſunt. Duo tamē ſuperſunt nobis explicanda. Vnū, quorſum adhibuerit coniunctionē γὰρ, quæ cauſalis videtur, ac proinde ſuperioris verſiculi confirmationē oſtendere. quod ſi verum eſt, corruat noſtra illa diſtributio neceſſe eſt. Alterū, an quæ de execratione Legis & redēptione per Chriſtū facta ſubiiciūtur, ad ſolos Iudæos pertineant: quod ex noſtra interpretatione videtur conſequi. Quod igitur ad coniunctionē γὰρ attinet, certum eſt non ſemper poni ſimiliter αἰτιολογικῶς, ſed in anthypophora ſæpe adhiberi, ita vt cauſalis quidem ſit, ſed ſuperioris tamen orationis cauſam nō reddat, verùm tacitæ potius quæſtionis ſeu obiectionis: vt expoſuimus Rom. 4.a.2. veluti ſi dicas, Abrahami filius fuit Iſaac. Nā Iſmael fuit à patre abdicatus. Hìc enim nemo non videt coniunctionem cauſalem non indicare cauſam cur Iſaac ſit Abrahami filius, ſed reſpondere tacitæ quæſtioni, Annon & Iſmael ſit Abrahæ filius. Sic etiam hoc in loco quum Apoſtolus dixiſſet eos ex Gentibus qui ex fide eſſent, vt Rom. 4.b.11, cum Abrahamo benedici: alterius membri, id eſt eorum qui ſub Lege ſunt, tractationem ita aggreditur, acſi ſubiecta fuiſſet quæſtio, Quid verò de Iudæis ſentiendum qui Legem iuſtitiæ habent? Quod autem ad alterum ſcrupulum attinet, dico has rationes propriè applicari Iudæis, quatenus illis propriè præſcripta eſt Lex cuius execratione tenentur: ſed quatenus & ipſæ Gentes habent ſimilem Legem in cordibus ſuis ſcriptam, (ſimilem inquam, quod ad capita verè colendi vnius Dei & amandi proximi attinet, vt copioſè declarat Apoſtolus capite epiſtolæ ad Romanos primo) eatenus ſcilicet eadem execratione obligantur: itaque eadem argumenta illis applicari poſſunt ac debent.

Scriptum eſt enim, Execrabilis omnis″qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea.

ptum eſt enim, ‖Maledictus ōnis qui non permanſerit in omnibus quę ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea. Deut.27.d.26

Quòd autem per Legem nullus iuſtificetur apud Deum, manifeſtum *eſt*: ſiquidem Iuſtus″ex fide viuet. 11

Quoniam autem in Lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt quia‖iuſtus ex fide viuit. Abac.2.a.4 rom.1.b.17 heb.10.g.38

′Lex autē nō eſt ex fide: ſed Qui fecerit ea homo, viuet in ipſis. 12

Lex autem non eſt ex fide: ſed‖Qui fecerit ea, viuet in illis. Leuit.18.a.5

Chriſtus liberat à maledictione.

″Chriſtus *verò* nos redemit ab execratione Legis, dum pro nobis factus eſt″execratio. ſcriptum eſt enim, ″Execrabilis quiſquis pendet in ligno. 13

Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum. (quia ſcriptum eſt‖Maledictus omnis qui pendet in ligno) Deut.21.d.23

″Vt in Gentibus benedictio Abrahæ extet in Chriſto Ieſu, 14

Vt in Gentibus benedictio Abrahæ

Qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis ὃς μὴ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου Hebræa habent Deut.27.d.26, אשר־לא־יקים את־דברי התורה־הזאת Id eſt, qui non firmarit verba Legis huius. Itaque Græcus interpres non numerauit verba ſed ſenſum ſpectauit. Nam magna vis eſt verbi יקים quamobrem non contentus dixiſſe ἐμμένει id eſt quaſi fixus manet, etiam addidit particulam vniuerſalem. quam tamen ex Hebraico contextu ſuſpicatur Hieronymus expunctam eſſe à Iudæis.

11 Ex fide ἐκ πίστεως Id eſt διὰ τῆς πίστεως. Nam ἐκ non declarat hoc in loco materiam ſed inſtrumentum. Hinc etiam liquet, in priore membro ἐν νόμῳ non conuertendum eſſe, in Lege, ſed per Legem. Vide Ro. 1.b.17.

12 Lex autem non eſt ex Fide ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως Id eſt, Lex non ſpectat fidem in iuſtitia, ſed opera: ſiue nō pronuntiat eos iuſtos qui crediderint, ſed qui fecerint. Sunt autem prorſus contrariæ duæ iſtæ viæ. quia Lex in nobis quærit quod nunquam inuenit, ideóque occidit: at Fides affert quod nobis deeſt, vt nobis imputetur quod in ſolo Chriſto eſt, ideóque hoc reſpectu viuificat. Sunt autem hæ formulæ loquendi admodum conciſæ, quales ſunt pleræque in hac epiſtola: ſed quæ facile ſuppleri poſſint, ſiquis ſcopum Apoſtoli conſideret. Eſt igitur in hoc verſiculo, baſis conſecutionum ſuperiorum, quæ non fuerint firmæ, niſi Lex & Fides, facere & credere, iuſtitia inhærens & iuſtitia imputata, gratia & meritum ſint contraria ἀμέσως, quod ad iuſtificationem ſcilicet. in qua requiritur perfecta & omnibus numeris abſoluta iuſtitia, cuiuſmodi in vno Chriſto inuenitur, quîcum per fidem coaleſcunt omnes ſancti, ac proinde ſeruantur, vt ſequētibus verſiculis explicatur. 13 Chriſtus *verò* Χριστός. Omnino videtur requiri coniunctio δὲ vel ἀλλὰ quam expreſſimus. Nunc autem Apoſtolus Iudæos non in natura ſed in gratia conſiderat, ſicut ſuprà gentes verſ. 9. ſed apertius hìc meminit Chriſti, cuius ſcilicet beneficium opponi oportuit execrationi, de qua diſſeruerat. Execratio κατάρα. Id eſt, execrabilis, vt δόξα pro glorioſo, 2. Corinth. 3.c.9. Sed iſta permutatio magnam habet emphaſin, veluti ſi ſcelus pro ſcelerato dixeris. Vulgata, maledictum. quo nomine apud Latinos conuicium ſignificatur. de qua interpretatione mox dicam. Execrabilis quiſquis pendet in ligno Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Hebræa veritas habet Deuter. 21.d.23, קללת אלהים תלוי, id eſt maledictio Dei *eſt* qui eſt ſuſpenſus. Alii conuertūt, ob maledictionem Dei, id eſt, quia maledixit Deo, ſuſpenſus eſt. Alii, quia קלל in Piel accipitur pro conuiciari, קללת verterunt ὕβριν, quidam λοιδορίαν: ſed omnes hæ interpretationes eo recidunt vt dicatur peculiari quadam ratione infame hoc ſupplicii genus. Itaque apud Latinos etiam abire in malam crucem iubentur quibus exitium imprecantur ſummo cum dedecore coniunctum. & fatentur Iudæi hoc ſupplicium de blaſphemis & idololatris proprie ſumptum fuiſſe, vt qui omnium flagitioſorum eſſent maximè infames. Etſi enim non crucifigebant, ſed lapidatos palo affigebant, vt quidem tradunt ipſorum Rabbini: tamen quod ad rem ipſam attinet, idem eſt ignominiæ genus, ex ligno ſcilicet ſuſpendi. Itaque miror Hieronymum laborare ne Chriſtus dicatur maledictus, & Eraſmum hìc neſcioquem tropum quærere. Imò verò in eo poſita eſt tota noſtra ſpes, in eo apparet Dei charitas infinita, in eo ſita eſt ſalus noſtra, quòd Deus noſter verè & ſine tropo effuderit omnem iram ſuam in filium ſuum: verè & ſine tropo ſit eum execratus, vt nos reciperet in gratiam: verè denique & ſine tropo Chriſtus ſit pro nobis factus execratio: adeò quidem vt niſi Deus etiam fuiſſet, permanſurus in ea execratione fuerit in æternum, vnde nobis euaſit. Nam alioquin, ſi ficta eſt Dei ira, ficta eſt Filii obedientia, & ficta quoque ſpes gloriæ quam expectamus. Sed conſiderandus hìc eſt Chriſtus cum iis qualitatibus quas habet non in ſeſe, ſed ex imputatione pro mediatoris officio: quod vltro ſubiit, vt nos viciſſim eadem prorſus ratione, id eſt per imputationem, eorum quæ ipſius propria ſunt, ſatiſfactionis ſcilicet, iuſtitiæ & ſanctificationis, iuſtificati, fieremus ipſius fratres ac eiuſdem regni cohæredes. Tantum abeſt igitur vt epitheto illo Iudæorum quo Chriſtum dominum noſtrum vocant תלוי offendar, quod ad rem ipſam attinet, vt contrà ſicut Iudæorum os illud blaſphemum & impium toto pectore deteſtor, ita nihil exiſtimem pretioſius aut magis honorificum de ipſo dici poſſe, qui noſtri cauſa factus ſit Patri obediens vſque ad mortem, mortem inquam, crucis. vnde liberatus conſequutus eſt nomen ſupra omne nomen.

14 Vt in Gentibus ἵνα εἰς τὰ ἔθνη. Sicut duplex fuit diſtributio applicationis exempli Abrahæ, ita eius diſtributionis concluſionem oportuit in duo membra diuidi, quorum ſcilicet priore Gentes, poſteriore Iudæos complectitur. Et hìc rurſus operæpretium eſt Pauli artificium mirificum ſpectare. Nam ſicut in diſtributione ſuperiore, quum de Gentibus ageret, fidei tantùm & promiſſionis meminit, de Iudæis verò diſſerens, fidei ipſius obiectum ac veluti materiam, id eſt Chriſtum, commemorauit: ita nunc mutua quadam proportione, in concluſione Chriſtum applicat Gentibus, Iudæis verò fidem. nempe nequis Chriſtum à fide aut fidem à Chriſto ſepararet. Poſtremò conſi-

derandum eſt,vt intelligatur ſequentis argumenti ſeries,hunc verſiculum, ſi quidem ſpectemus ſuperiorem diſtributionem, pro concluſione eſſe accipiendum: ſinautem conſideremus ſequentia, rationem habere propoſitionis. Nam ſicut ſeorſim Gentes, ſeorſim Iudæos in Abrahami poſteritate conſiderauit,ita nunc totus eſt in eo,vt doceat ambos per vnum Chriſtum in vnum corpus coaleſcere: quod Spiritus ſanctus iam olim vno ſeminis nomine,collectiuo ſcilicet,ſignificarit.

fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.
15 Fratres,(ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatũ teſtamẽtum nemo ſpernit,aut ſuperordinat.
16 Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones,& ſemini eius.Non dicit,Et ſeminibus, quaſi in multis:ſed quaſi in vno,Et ſemini tuo,qui eſt Chriſtus.

Heb.9.e.17
Gen.17.a.7
C

"& vt promiſſum illum Spiritum accipiamus per fidem. Fides.
15 Fratres,"humano more loquor,Hominis licet"pactionẽ"authoritate confirmatam nemo"abrogat,aut *aliquid ei* ſuperaddit.
16 Abrahæ verò dictæ ſunt promiſſiones,& ſemini eius.Nõ dicit,"Et ſeminibus, vt de multis: ſed vt de vno, Et ſemini tuo,"qui eſt Chriſtus.

Et vt promiſſum ill.Spir. ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος Vulg. vt pollicitationẽ Spiritus.Eraſ.vt promiſſionẽ Spiritus.Ego verò primùm omniũ addidi copulã,ex qua intelligatur alterũ eſſe hoc membrũ concluſionis.Manifeſtè enim opponit τὰ ἔθνη,id eſt Gentes,iis quibus ſeſe accenſet,Iſraelitis ſcilicet. & apud Hebræos vſitatam eſſe hanc eclipſin ſæpe iam diximus. Deinde promiſſionem Spiritus accipio pro Spiritu promiſſo.quem Hebraiſmum annotauimus Matth.24.b.15,& Act.2.e.33.Spiritus autem nomine intelligo nouum fœdus ſiue Euangelium, quatenus Legi opponitur.qua de re vide Rom.2.d.27,& 2.Cor.3.b.6.Niſi Spiritum ipſum malimus ſignificari, qui ſcilicet promiſſionẽ obſignat in cordibus noſtris. Sed notandum eſt in primis nomen ἐπαγγελίας,quo non quæuis promiſſio,ſed quæ merè gratuita eſt, ſignificatur. qua ratione opponitur Legi:nam Lex promiſſiones quidem habet,ſed conditionales, & tanquam appendices, perſoluendi ſcilicet debiti:vt Rom.4.a.4. Itaque διαθήκη pollicitationem potius quàm pactum declarat in hac tractatione,vt quidem iſta diſtinguuntur ab Vlpiano. L.Pactum,D.De pollicitationibus.Vide Act.2.f.39. 15 Humano more loquor κατ᾽ ἄνθρωπον λέγω Id eſt,vtar exemplo quod petam ex medio,& ex promiſcuo hominum vſu:vt ſcilicet vos pudeat minus tribuere Dei quàm hominum pactis.Vulg.& Eraſm. ſecundum hominem dico.Vide Ro.3.a.5. Pactionem διαθήκην Heb.ברית de quo vocabulo alibi diximus.Vulg.& Eraſ.teſtamentum conuertit,nimiũ anguſta ſignificatione.Hic enim declarat διαθήκη idem prorſus quod συνθήκη. Authoritate confirmatam κεκυρωμένην Id eſt, vt vulgò loquũtur,authenticã.Neceſſe enim eſt eũ qui paciſcitur quidpiã,ius id faciẽdi habere,& interuenire quo ſit rata cõuẽtio.Vide 2.Cor.2.b.8. Vulg.& confirmatum.Eraſmus,tamen ſi ſit comprobatum. Abrogat ἀθετεῖ Id eſt ἀκυροῖ irritum facit,vt infrà verſ.17. Neque enim ab iis quæ rite pacta ſunt ac conuenta licet recedere,ex ipſo etiam Gentium iure.neque quicquam addere aut detrahere fas eſt præter contrahentium & eorum quorum intereſt voluntatem.Vulgata,ſpernit.Eraſmus,reiicit. Vide ſuprà cap.2.d.21. Eſt autem in hoc verſiculo proſyllogiſmus à comparatis ſumptus,cuius duo ſunt membra. Vnum:Pacta hominum quæ ritè inita fuerint,firma ac rara haberi, vt ab illis diſcedere non liceat. ergo multo magis rata eſt ac conſtans Dei promiſſio facta Abrahamo. Alterum:Non licet pactis hominum rectè initis quicquam adiicere.Ergo,multo minus pacto Dei quod cum Abrahamo ſolenniter iniit. Ex his verò conſequitur, nec Lege abrogari pactũ promiſſionis,nec Legem pacto promiſſionis ſuperadditam,vt quicquam deroget,aut ſuppleat.

16 Et ſeminibus καὶ τοῖς σπέρμασιν. Non modò abſurdum eſt,ſed etiam blaſphemiæ proximum quod annotat Hieronymus, vt Eraſmus obſeruauit,Paulum ſcilicet hoc argumento abuſum apud craſſos Galatas, quod ſciret alioqui non probatum iri prudentibus aut eruditis:atque ob id præmonuiſſe prudentem lectorẽ,Fratres, ſecundum hominem dico.Negat enim vſquam ſeminis vocem poni in literis ſacris,niſi numero ſingulari. & tamen hoc torquet Apoſtolus velut in argumentum,quo doceat promiſſum hoc in ſolum Chriſtum competere.Hæc Eraſmus ex Hieronymo:à quo ſanè miror tam abſurda atque adeò tam profana proficiſci potuiſſe.Nam vt taceam quàm abſurdè interpretetur Secundum hominem dico (quod & Eraſmus obſeruauit) ſi hæc vera ſunt, vbi veritas illa diuina quæ ineptis atque adeò falſis argumentis hominum imperitiam eludat?vbi grauitas illa Apoſtolica?vbi Paulina illa δεινότης in tãto præſertim argumento? Deinde quorſum hoc ad ſtupiditatem Galatarum eludendam, quum Paulus ad Galatas quidem ſcribat ſed totis interim lacertis aduerſus Iudæos pſeudapoſtolos certet?Abſit igitur à nobis,abſit vt ad iſtorum arcanorum tractationem animum adeò profanum afferamus. Certè quum putat Hieronymus ſeminis vocabulum à Paulo torqueri vt doceat in ſolum Chriſtum competere, ſatis indicat ſe nunquam conſideraſſe quid ſit Paulo propoſitum.quo minus miror,eum, quum in certum ſcopum nõ ferretur,à recta via aberraſſe.Putauit enim de eo laborare Paulum vt oſtendat,promiſſione illa quam ſæpe repetiit Dominus,ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, vnum Chriſtum ſignificari.quia nõ dictum ſit In ſeminibus,ſed In ſemine. Et hìc inſurgunt Iudæi,clamitantes Paulum ineptè ſeminis nomen vni accommodare, quum ſit collectiuum nomen. qua de re etiam aliquid ſcribere conſtitui, vt obſcurum hunc locum & ipſe illuſtrem pro virili.Primùm igitur hoc dico, ſeminis nomen ita eſſe collectiuum,vt tamen vni interdum tribuatur,vt Geneſ.4. d.25. Quid enim?an audebunt vel ipſi Iudæi dicere eum ſine ſemine mortuum, qui vel vnum dũtaxat filium reliquerit? Minimè certè opinor. neque enim Hebræis זרע aliud ſignificat quàm proles Latinis, vt in illo Virgilii verſiculo, Pulchra faciat te prole parentẽ.Ergo non ſatis eſt dixiſſe nomen ſeminis eſſe collectiuum, niſi probetur ita eſſe accipiendum eo loco quem tractat Apoſtolus. Id ego verò non modo illis aſſentior, ſed etiam arripio vt germanam huius loci ſententiam exponam.Neque enim Apoſtolus(vt mihi quidem videtur)hic tractat promiſſionem illam,ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES,ſed illam potius in primis,ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI,deinde reliquas in quibus Abraham & ſemen ipſius coniunguntur. quamobrem etiam plurali numero dixit Paulus ἐπαγγελίαι promiſſiones, non autem ἐπαγγελία,id eſt promiſſio.Idque ita eſſe,primùm ex verbis ipſis apparet,deinde ex Apoſtoli ſcopo.Neque enim quod dicit Apoſtolus καὶ τῷ σπέρματί σου,aliter accipi poteſt quàm tertio caſu,ſicut etiam τῷ Ἀβραάμ. vt omnino præter Apoſtoli ſentẽtiam Eraſmus conuerterit,Et in ſemine tuo,quum rectè vertiſſet Vetus interpres,Et ſemini tuo: & ipſe paulo antè καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ non ſit interpretatus, & in ſemine eius,ſed rectè omnino,& ſemini eius. Cedò verò,quis eſt Apoſtoli ſcopus? nempe vt doceat exemplum Abrahami tum Gentilibus, quos vocant,tum Iudæis rectè fuiſſe applicatum,vt vtrique in vno Chriſto per fidem fiant eius benedictionis participes?Vt autem hoc probet,quos ſeorſim conſiderarat,vt ante expoſuimus, eos iam in vnum corpus inſtituit coniungere, vt vnum communem patrem Abrahamum habeant,cum quo benedicantur eiuſdem promiſſionis virtute. Vt autem hoc ita faciendum eſſe oſtendat, primùm ſibi viam præmuniit huius capitis verſiculo 8.ne Iudæi queri poſſent, Gentes ad promiſſionem non pertinere. quanuis hoc potuerit aſſumere ex hypotheſi. Neque enim cum Iudæis prorſus incredulis diſputabat,ſed cum iis qui ex circuncisione crediderant,neque dubitabant quin Chriſtus is eſſet in quo benedictionem omnes conſequerentur: ſed Legis fœdus cum gratuito pacto, id eſt mortem cum vita,coniungebant. Nunc verò fortius etiam pugnat, ex ipſa ſcilicet fœderis formula. Dixit Dominus, inquit, ſe fore Deum Abrahami & ſeminis eius. Oportet igitur, quum & Gentes & Iudæos docuerimus in Abrahamo benedici,vt vtrique in vnum corpus coaleſcant,quod vno ſeminis nomine collectiuo ſignificatur: id eſt,vt communis aliqua ſit ratio,qua & Gentes & Iudæi communi nomine ſeminis ſignificentur. Nam alioqui Abraham haberet plura ſemina, vnum ſcilicet Iudæorum, alterum Gentium, ideóque promiſſio facta eſſet numero plurali, Abrahamo ſcilicet & ſeminibus eius. non autem ſingulari numero, Abrahamo & ſemini eius. Atenim, dices, Hebræis זרע, id eſt ſemen,pro hominis prole nunquam dicitur numero multitudinis. Reſpondeo,mirum id non eſſe,quum nunquam hoc vſuuenire potuerit, vt eiuſdem patris filii diuerſa ratione ſint filii,quia ſcilicet vna & eadem ratione filii dicuntur eius ex quo ſunt geniti.quod ni ita foret, proculdubio זרעים etiam multitudinis numero non minus quàm משפחות & תולדות dicere liceret.Eadem autem eſt ratio ſpiritualis cognationis de qua hìc agitur.Nam ſi alia ratione Iudæi eſſent ſemen Abrahæ quàm Gentes, dicendum fuiſſet,Ero Deus tuus & ſeminum tuorum,nõ autem,& ſeminis tui.Ergo vt tandẽ finiam, firmũ & cum ſuperiore diſtributione prorſus cohærens eſt hoc Pauli argumentũ,cõtra quàm putauit Hieronymus: nec quicquam hìc habent quod obiiciant pſeudapoſtoli vel Iudæi : quum eo ipſo nitatur Pauli argumentum quòd ſeminis nomen ſit collectiuum. vt iam vna duntaxat quæſtio ſit, Chriſtúſne ſiue fides ſiue promiſſio an verò Moſes,ſiue opera,ſiue Lex,ſit iſtius coniunctionis & coagmentationis vinculum:an verò partim illa,partim iſta. Quòd ſi ad hunc ſcopum ſequentia duo argumenta referas, quæ in verſiculo 18 deſinunt, & præterea ſepares obiectionem quæ à verſiculo 19 incipiens in 25 terminatur: tum demum intelliges quomodo cohæreat concluſio quæ à verſiculo 26 ad finem vſque capitis explicatur. Qui eſt Chriſtus. ὅς ἐστι Χριστός. Referri quidem poteſt relatiuum ὅς ad σπέρμα, ex Græcorum idiotiſmo:ſed commodius,meo iudicio,cõiunxerimus cum ἑνός.vt ſit hæc ſtructura orationis,nõ dicit ET SEMINIBVS,vt de multis:ſed *dicit*,ET SEMINI TVO, vt de vno,qui eſt Chriſtus. Obiecit autem hic locus errorem iis qui putarunt Paulum de vna Chriſti

7

perſona differere,quum potius de duobus populis,id eſt Gentibus & Iudæis,agat,in vnum corpus coaleſcentibus,vt ſuperiore annotatione diximus.Cur ergo,inquies,Chriſtum nominat Paulus?Reſpōdeo,Quia proprium hoc eſt totius collecti illius corporis nomen,cuius caput & vita eſt Chriſtus, membra autem ſunt fideles,partim ex Iudæis, partim ex Gentibus in illo aggregati. Ergo ſi Iudæos & Gentes dixiſſet, præterquam quòd caput vitámque huius corporis præteriiſſet, non nominaſſet Totum ipſum ſed aliquot duntaxat eius partes. Quid ſi verò Eccleſiam dixiſſet?Reſpondeo,ne hoc quidem nomine corpus ipſum totum niſi συνεκδοχικῶς ſignificari, quum Chriſtum cum viro, Eccleſiam cū ſponſa comparet Apoſtolus.Deinde quū hoc loco probare conſtituerit Apoſtolus vnū Chriſtum eſſe membrorū iſtius corporis vinculum,merito Chriſtum ipſum nominauit,eo nomine ſcilicet non ſolùm caput, ſed membra cum ſuo corpore coniuncta deſignans. vt diſertè ſignificat in huius tractationis concluſione,verſ.28,quum inquit,Vos enim omnes vnus eſtis in Chriſto Ieſu. Hinc ductæ ſunt illæ formulæ,Vnum cum Chriſto fieri,In Chriſto eſſe,& Chriſtum in nobis eſſe,In Chriſto eligi,vocari,iuſtificari,viuere,Cum Chriſto mori,crucifigi,ſepeliri,reſurgere,& alia multa: vt quod dicitur Epheſ.3.b.6,Gentibus patefactum Euangeliū,vt fiant cohæredes, concorpores,& conſortes promiſſionis in Chriſto.Sic etiam accipitur & explicatur Chriſti nomen,1.Corinth.12.b.12.& Eccleſia dicitur corpus Chriſti, & complementum eius qui omnia in omnibus adimplet, Epheſ.1. d.23. quibus teſtimoniis hic locus mire illuſtratur. Itaque nemo me putet Chriſto quicquam detrahere,quem ego in ſolidum omnia in omnibus fidelibus facio.

Pactum Dei.

17 Hoc autem dico, Pactionem "antè confirmatā à Deo 'reſpectu Chriſti, Lex quæ poſt annos quadringentos & triginta cœpit, nō facit irritam, vt aboleat promiſſionem.

18 'Nam ſi ex Lege eſt hæreditas, non iam ex promiſſione. Abrahæ verò per promiſſionem gratificatus eſt Deus *hæreditatem*.

Lex.

19 "Quid igitur Lex? "Trāſgreſſionum gratia addita eſt, vſquequo veniſſet "ſemen illud cui facta eſt promiſſio: '*Lex inquam*, ordinata per Angelos, "per manum internuntii.

Hoc autem dico, Teſtamētum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringētos & triginta annos facta eſt Lex, nō irritum facit, ad euacuandam promiſſionem.

Nam ſi ex Lege hæreditas, iam nō ex promiſſione. Abrahæ autē per repromiſſionem donauit Deus.

Quid igitur Lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemē cui promiſerat: ordinata per Angelos in manu mediatoris.

17 Antè confirmatam προκεκυρωμένην Vulg. omiſit præpoſitionem πρὸ, magno errore, quum in ea lateat vis argumenti ſumpti à Temporis ſerie, cuius proſyllogiſmus explicatus eſt ſuprà verſ.15. Reſpectu Chriſti εἰς Χριστὸν Eraſmus, erga Chriſtum, admodum obſcurè. Significat enim Apoſtolus pactum illud cum Abrahamo gratis initum, in vnum Chriſtum ferri, in quo ſcilicet omnes promiſſiones ſunt Etiam & Amen, 2. Cor.1.d.20.& ita etiam loquitur infrà verſ.24. At Vetus interpres totum hoc prætermiſit, in quo tamen controuerſiæ cardo vertitur. Argumentatur enim Paulus ex hypotheſi aduerſus eos qui ex circunciſione crediderant, ac proinde Chriſtum pro Meſſia ac benedictionum ſcopo agnoſcebant. Hoc igitur poſito ac conceſſo, quæritur an is vnus omnes credentes faciat benedictionis Abrahami participes, an verò Lex Chriſto ſit adiungenda, vt iſti volebant qui Chriſtum dicebant nihil prodeſſe niſi Lex Moſis ſeruaretur. Chriſtum vnum id efficere probat Paulus, quòd pactum Legis ſit pacto promiſſionis poſterius: non poſſit autem dici prius pactum poſteriore abrogatum, qum dicatur poſſe irritum fieri quod ſemel Deus in æternum confirmauit. Eſt autem id perabſurdum atque adeò impium.

18 Nam ſi ex Lege εἰ γὰρ ἐκ νόμου Alterum argumentum ſumptum à contrariis, quo tamen etiam confirmatur ſuperius. Videtur enim nō valere præcedens conſecutio, niſi Lex & promiſſio, id eſt benedictio gratuita, opponantur. Quid ſi enim Lex nihil aliud eſt quàm explicatio promiſſionis? Reſpondet Paulus hæc duo ita eſſe inter ſe contraria vt conſiſtere ſimul non poſſint, ita quidem vt à pſeudapoſtolis conſiderabantur Legis opera, quaſi & ipſa ſcilicet efficerent vt Deus fieret Deus noſter. Nomine igitur hæreditatis ſignificatur ius ſeminis, vt Deus ſit Deus noſter. id eſt, vt ex pacti formula, cum Abrahamo fideli fideles & ipſi benedicamur. vt Rom.4.c.13. Deinde notanda eſt propria ſignificatio ἐπαγγελίας, de qua diximus ſuprà verſ.14, & Act.2.f.39. Attingit autem paucis Apoſtolus hoc argumentum, partim quòd ſtudeat breuitati in hac epiſtola, partim quòd illud antè pertractarit in hoc ipſo capite.

19 Quid igitur Lex? Τί οὖν ὁ νόμος; Prima obiectio, Si nō prodeſt Lex vt nos Deo coniungat, quorſum igitur lata eſt? Hanc verò obiectionem ita diluit Apoſtolus vt nouum etiam argumentum afferat à fine ſumptum. Tranſgreſſionum cauſa τῶν παραβάσεων χάριν. Id eſt, vt peccatum detegeret, Rom.3.c.20. atque adeo redderet abundantius, vt Rom.5.d.20, & 7.c.13. vt denique omnia ſub peccatum includerentur, infrà verſ.22. Semen illud cui facta eſt promiſſio τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. Id eſt, donec diruta macerie ſurgeret plenum ſemen illud coagmentatum ex vtriſque, vt explicatur Epheſ.2.c.14. Ergo appellatione ſeminis non ſignificatur vnicus Chriſtus per ſe, ſed cum ſuo corpore, id eſt cum Eccleſia, coniunctus. ſine quo viciſſim non poteſt Eccleſia cōſiderari, vt 1.Cor.12.b.12, & d.27, Epheſ.1.d.23, & 3.b.6, & 4.c.12. Denique clarè id explicatur infrà d.23, vbi dicuntur Iudæi fuiſſe quaſi præſidio Legis conſtricti antequam veniſſet fides. Eſt enim mutua inter fidem & ſemen, id eſt fideles, relatio, à quibus ſeparari non poteſt Chriſtus, illius ſcilicet obiectum, & iſtorum caput, cuius Spiritu membra omnia in vnum corpus coniuncta viuunt. Quid igitur? (dicet aliquis) ante Chriſti aduentum, nullum erat ſemen Abrahæ, & tandiu ſuſpēſa eſt promiſſionis efficacia? Imò verò ſemper aliqua fuit Eccleſia. Fide placuerunt Abel, Enoch, Noe, Abraham & alii ſancti Patres. Chriſtus enim fuit heri vt eſt hodie. Sed omnes tamen iſti veluti ſub crepuſculo matutino fuerunt, ſole ſcilicet ipſo nondum exorto: quum nos Chriſti aduentum ſecuti in Meridiem inciderimus. Comparatè igitur dicitur ſemen & fides nondum veniſſe illo tempore, & ſancti illi non accepiſſe promiſſionem, Heb.11.g.39. Deinde ante palàm ac plene communicatum cum Gentibus Euangelium, nondum aduenerat ſemen illud Abrahæ, quatenus omnes terræ Gentes complectitur. Conſtituit enim Dominus ſuis beneficiis ſua momenta. Lex, *inquam*, ordinata διαταγείς. Id eſt, imperata ſiue edicta, quatenus ſcilicet Angeli non authores ſed miniſtri fuerunt Legis tradendæ internuntio Moſi. Nam præpoſitio διὰ inſtrumentum declarat hoc in loco, non autem efficientem cauſam primariā. vide Act.7.g.53. Cæterùm non placet mihi Hieronymi expoſitio pro ſimplici traiectione triplicem aut etiam quadruplicem conſtituentis. Sic enim hæc ordinat, Lex poſita eſt in manu mediatoris, propter tranſgreſſiones ordinata per Angelos, donec veniret ſemen cui promiſſum erat. At ego ipſam collocationem Apoſtoli ſequor, vtpote planā ac perſpicuam. Repetii tamen Legis nomē per epanalepſin, propter interiectum membrū inter προσετέθη & διαταγείς.

Per manum internuntii ἐν χειρὶ μεσίτου. Hebræis ביד, id eſt per manum, idem declarat atque opera & miniſterio, vt Act.7.c.25. Hîc tamen puto propriè hæc eſſe accipienda, vt poſtea dicam. Pro mediatore Eraſmus interceſſorem conuertit. quod nullo modo conuenit: quum Latinis dicatur interceſſor, qui ſe opponit, quod aiunt: hîc verò de eo agatur quo intermedio vſus eſt Dominus vt conſilium ſuum exequeretur, nedum vt is Domini conſilium impediret. Quidam maluit Sequeſtrem interpretari: quo vocabulo vſus eſt interdum Tertullianus, ſed quum de Chriſto agitur. quod & ipſum nolim imitari, ob eas cauſas quas alibi explicabo. Ego malui internuntium dicere hoc in loco, nō vt innouarem vocabulum Theologorum auribus familiare, ſed vt Moſen à Chriſto diſtinguerem. Verùm in re ipſa explicanda maior eſt controuerſia. nam pleroſque video tum veterum tum recētiorum hoc referre ad Chriſtum, vnicum illum Dei & hominum mediatorem. quorum authoritati ſicut ne ſi velim quidem, poſſim ego fidelium infimus præiudicium afferre: tamen non pigebit opponere quibus rationibus exiſtimem non poſſe iſta de Chriſto intelligi, ſed de Moſe potius dici, vt etiam interpretatur Epiphanius κατὰ Μανιχαίων, & Gennadius apud Græcum ſcholiaſten. Primùm igitur, quanuis Deus nonniſi per Verbum ſeſe patefecerit, tamen hæc formula ἐν χειρὶ (qua diximus non ſummam aliquam & αὐτοκρατορικὴν poteſtatem declarari, ſed operam potius ac miniſterium) non mihi videtur poſſe Filio Dei tribui, niſi quatenus homo factus eſt. quæ conſideratio nullum hîc locum habet, quum in Lege danda nihil magis quàm terrifica & ſumma illa Dei maieſtas emineat: qualis etiam erit ſecundus Chriſti aduentus. Manum autem fateor interdum quidem pro ſumma virtute, item pro ope & ſubſidio accipi: ſed quominus hoc loco ita explicetur impedit Internūtii ſiue malis Mediatoris nomen, qualitatem ipſam miniſterii non autem primariā cauſam declarans, ſi quis rem totam propius inſpiciat. Præterea ita deſcribitur hæc hiſtoria vt ſignificetur iſtū, vt inferiorem, accepiſſe ab Angelis vt ſuperioribus quod ad Iſraelitas afferret. Deinde qua de re hîc agitur? nempe de Lege, & quidem non ſimpliciter, ſed quatenus Promiſſioni oppoſita, non modo non viuificat ſed etiam occidit. Eius igitur non modò adminiſtrationem (quæ alibi dicitur mortis adminiſtratio, 2.Cor.3.b.7) ſed etiam primariam ſanctionem non video qua ratione poſſimus ſatis commodè illi tribuere: quem vt pacti promiſſionis vnicum mediatorem videtur potius Apoſtolus ex diametro pacti Legis internuntio opponere. Præterea ſi de Chriſto hæc accipias quæ manifeſtè ad Legē pertinent, qua tandē ratione ſequētia cōnectes? Hîc enim laborare neceſſe eſt duabus in rebus explicādis, quomodo ſcilicet à vetere pacto (loquitur enim de Lege) ad nouū tam ſubitò tranſeat Apoſtolus, ſi ſequentē verſiculū accipias de officio Chriſti,id eſt Deum cum hominibus cōciliandi:vel,ſi duos populos intelligas.i.Iudæos cum Gentibus,interueniente Chriſto,in vnū corpus coniungendos,(quod maxime videtur ad ſcopum pertinere) explicandum erit cur tam conciſè loquutus ſit Apoſtolus,& quomodo iſta cum præcedentibus & ſequentibus cohæreant.quibus in nodis explicandis nondū ſanè inueni qui mihi ſatiſfaceret.Sed & illud quærendum videretur,qua ratione Paulus diceret,Legem Chriſti miniſterio datam,nec tamen vllam eius rei probationem attexeret. Denique ſi rei geſtæ hiſtoriam ſpectemus, manifeſtior erit alluſio quàm vt iſta negare poſſimus Moſi competere. Nam præterquam quod is vbique dicitur Legis, mortis,literæ,carnis miniſter (ex Iudæorum ſcilicet hypotheſi, & habita corruptionis hominum ratione: non autem Lege in ſeipſa vel ex recto vſu conſiderata,quatenus nimirum ad Chriſtum ducit,vt poſtea Paulus explicabit:qua ratione tamen pædagogus vocatur)diſertè narrat hiſtoria ipſum,ita poſtulantibus Iudæis,quòd Dei vocem ferre nequirent, fuiſſe medium inter Deum & ipſos internuntium: vt Deut.5.a.5. & bis è monte deſcendentem,duas illas tabulas lapideas manibus ſuis à Deo ſcilicet,miniſterio Angelorum,acceptas ad Iſraelitarum caſtra detuliſſe. vt Exod.32.d.15, & 34.d.29. Ex his igitur concludo, ἐν χειρὶ μεσίτου. i. per manum Mediatoris,idem declarare atquē διὰ τοῦ πιστοῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως.i.per fidum Dei famulum Moſen. Nam verbum עמד.i. ſtare, quod vſurpat Moſes Deut.5.a.5, & d.31. principum apparitoribus conuenit,quibus ſcilicet vt miniſtris & internuntiis vtuntur.

	Mediator autem,vnius nō eſt: Deꝰ autem vnus eſt.	20	″Internuntius autem,vnius non eſt:″Deus verò vnus eſt.	
	Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit.ſi enī data eſſet Lex quæ poſſet viuificare, verè ex Lege eſſet iuſtitia.	21	Lex igitur *num addita eſt* aduerſus promiſſiones Dei? Abſit. ″nā ſi data fuiſſet Lex quæ poſſet viuificare, verè ex Lege eſſet iuſtitia.	
Rom.3.b.9	‖Sed cōcluſit Scriptura omnia ſub peccato:vt ꝓmiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.	22	″Sed cōcluſit Scriptura″omnia ſub peccatum,″vt promiſſio″ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.	
	Prius autē quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat.	23	″Antequam autem veniſſet fides, ſub Legis præſidio tenebamur concluſi,″in eam fidem quæ erat reuelanda.	Fides.
Rom.10.a.4	‖Itaque Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto,vt ex fide iuſtificemur.	24	Itaque Lex pædagogus noſter fuit″in Chriſtum *reſpiciens*, vt ex fide iuſtificaremur.	Lex, pædagog.
	At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.	25	At poſtquam venit fides, non amplius ſub pædagogo ſumus.	
	Omnes enim,filii Dei eſtis,per fidē, in Chriſto Ieſu.	26	″Omnes enim,filii Dei eſtis,per fidem,in Chriſto Ieſu.	Filii Dei.
Rom.6.a.3	‖Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.	27	″Nam quicūque in Chriſto baptizati eſtis, ″Chriſtū induiſtis.	Chriſtum induere.

20 Internuntius autem non eſt vnius Ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. Argumentatur Paulus arrepta occaſione ex ipſo ferendæ Legis modo, vt eam oſtendat non modò non eſſe vinculum illud noſtræ cum Deo coniunctionis,ſed certiſſimum eſſe ſignum noſtræ ab illo alienationis. Cedò enim quæ cauſa fuit cur in ferenda Lege ſit adhibitus internuntius?quia ſcilicet Deum vt terribilem ac formidabilem legiſlatorē ferre nō poterat Iſrael.Ergo Lex illud nō eſt quo Iſrael adiūgitur Deo,ſed quo deterritus, internūtiū requirit.Lex,inquā,nō eſt appēdix illius ſuauiſſimæ vocis,Sū Deus tuus & ſeminis tui:qua nemo non alliciatur. Quāuis enim vtatur hoc proœmio, AVDI ISRAEL, EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS,ea tamē eſt huius Vocis maieſtas quam ferre mortalis cōditio nō poſſit: illā ſcilicet Legis execrationē adūbrans,cuius ſuprà meminit Apoſtolus verſ.10.Dicitur ergo internuntius non eſſe vnius.id eſt,eū non indigere internuntio,qui vnus ſit, ſiue cui prorſus conueniat cum principe à quo aduocetur.ſiquidem internuntiis apud eos demum principes egemus,quibuſcum ipſi cōuenire non poſſimus,vel non audeamus,ſi nos inuitent.Eſt autem in omnibus linguis vſitatum, vt qui inter ſe amant, vnum eſſe dicantur. & præterea reſpexit Paulus Dei & hominis coniunctionem in Chriſto,cuius per fidem ſimus participes,vt Iohan.17.d.21,& 1.Corinth.6.d.17,& 2.Petri 1.a.4.Id verò quàm verum ſit apparet ex Euangelii collatione. Nam pro eo quod Lex nos perterrefacit, Euāgelii Spiritus docet nos clamare,Abba Pater, & magna cum fiducia ad thronum maieſtatis Dei perrumpere, vt filios decet de bona patris voluntate ſecuros.vt infrà verſ.26.28,& 29.Euangelium igitur,illud vnum eſt quo fideles omnes in Chriſto coaleſcentes benedictionem illam gratuitā percipiunt, Ero Deus tuus & ſeminis tui. Quo pudore ergo audent pſeudapoſtoli Legem cum promiſſione coniungere,vt Chriſtū officio ſuo ſpoliēt?

Deus verò vnus eſt ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν. Alibi Apoſtolus aliquoties concludit,ex eo quòd Deus vnus eſt,non tantùm Iudæorum ſed aliarum etiam Gentium vnam etiam eſſe fidem,qua Deus ſit omnium Deus, quum Lex vnius tantùm ſit Gentis. Sed mihi quidem non videtur ſatis hoc quadrare huic loco. Vnus igitur Deus hìc eſſe dicitur.i.ſui ſemper ſimilis & ſemper idem.ſicut de ſe teſtatur Malach.3.b.6.eámque expoſitionem germanam eſſe apparet ex ea obiectione quæ cum hac appendice cohæret:in qua ſcilicet quæritur Num Deus Legem ponendo,à ſeipſo diſſenſerit, quandoquidem contraria eſt promiſſioni. Sed ea tamen appendix dupliciter poteſt applicari, nempe vel ſuperiori argumento,vel ſequenti obiectioni.Nam dixerat Apoſtolus non opus eſſe internuntio iis qui inter ſe conſentiunt.Itaque Legem,quū per internuntium ferretur,non fuiſſe conſenſus, ſed diſcordiæ ſignum. Hìc verò excipere poterant Iudæi, hunc ipſum internuntium,accepta Lege pacem ſanxiſſe.Ideò,vt huic exceptioni occurratur,addit Apoſtolus,Deum ſui ſemper ſimilē eſſe.Itaque quū ex pacto promiſſionis ſe vltrò Deū eſſe declaraſſet ſeminis Abrahami,nō potuiſſe nouum pactū inire quo prius antiquaretur.vnde rurſus naſcitur obiectio ſequenti verſiculo explicata.Sin autem hoc placeat ſequentibus coniungere,ita cohærebunt,Si ita eſt,Paule,vt tu dicis,Legem datam eſſe vt tranſgreſſiones ac proinde iram Dei augeret ac detegeret,non autem vt nos Deo conciliaret: nempe Deus iratus erat. Si iratus, vbi pactum illud promiſſionis præcedens?At Deus ſui ſemper ſimilis eſt:quod fieri non poteſt,ſi,vt tu dicis, Deus,mutato animo, per Legem iis maledicit quibus per promiſſionem benedixerat.Hinc ergo exoritur quæſtio,Sitne Lex abolendæ promiſſioni lata.

21 Nam ſi data,&c. εἰ γὰρ ἐδόθη. Retorquet Apoſtolus argumentum in aduerſarios.Nam ſi per Legem eſſet iuſtitia, vt ipſi volunt,tum demum conſequeretur,Deum,abolito priore pacto,alterum in eius locum ſanxiſſe. Sed cur viuificationis & iuſtitiæ meminit? Quia Deum habere pro Deo ſuo,& viuificari,ſemen fieri Abrahæ,& iuſtificari,mutuò ſeſe conſequuntur.

22 Sed concluſit Scriptura ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφή. Γραφὴν vocat Apoſtolus hoc ipſum quod alibi γράμμα vocauit.i. Legem,vt expoſuimus Rom.2.d.27. Nunc demum autem Apoſtolus nodum ſoluit,quū inquit Legem quidem oſtendiſſe maledictionem, nō tamen vt homines in ea deſererētur,ſed vt intellecto periculo,ad vnicū remedium gratuitæ promiſſionis accurrerent:Abrahami ſcilicet exēplo,qui per fidem eſt iuſtificatus.Sic ergo Lex repugnat promiſſioni,vt tamen promiſſionem non aboleat,ſed illi potius ſubſeruiat:quum veluti pædagogi vice fungens,ad Chriſtum adducat.Deus verò ſemper vnus & ſui ſimilis fuit. Omnia τὰ πάντα. Id eſt,omnes homines & quicquid ab hominibus proficiſci poteſt.Itaque maior eſt emphaſis quàm ſi τοὺς πάντας,id eſt omnes,dixiſſet. Vt promiſſio ἵνα ἡ ἐπαγγελία. Id eſt,id quod promiſſum eſt,μετωνυμικῶς. Ex fide Ieſu Chriſti ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide Rom.3.c.21. Eſt autem infinita quædam Pauli δεινότης,tot enthymemata vibrantis,quot vocabula enuntiat.Nam opponit operum meritis,fidem,Ieſum,dari,credentes.

23 Antequam autem πρὸ δὲ. Vide ſuprà verſ.19. In eam fidem εἰς πίστιν. εἰς cauſam finalem declarat.Fuit autem hoc adiiciendū neceſſariò, vt abſolueretur tractatio. Dicturi enim erāt pſeudapoſtoli Etiamſi iuſtitia non manat ex Lege, ſed ex gratuita in Chriſto promiſſione,quum tamen Deus,qui ſemper ſui ſimilis eſt,œconomiam iſtam Moſaicam conſtituerit quæ ad Chriſtum adduceret,quo iure vis illam nunc aboleri?aut quid iniqui petimus,quum illam cum Chriſto coniungimus?Reſpondet Apoſtolus,temporariam fuiſſe illam œconomiam:quod ſuprà attigerat verſ 19.eámque idcirco comparat cum pædagogo.cuius dicti explicationem ſubiiciet proximo capite.

24 In Chriſtum *reſpiciens* εἰς Χριστόν. Vide ſuprà verſiculo 17.

26 Omnes enim,&c. πάντες γὰρ,&c. Concluſio eſt ſuperioris tractationis. Ergo Chriſtus is eſt qui Iudæos & Gentes in vnum corpus ſeminis Abrahæ connectit.Itaque τὸ καθόλου tollit perſonarum diſcrimen, de quo mox verſ.28.

27 Nam quicunque ὅσοι γὰρ. Vide quàm breuiter & tamen circunſpectè argumentetur Apoſtolus. Repetebant enim circunciſionem pſeudapoſtoli iam inde vſque ab Abrahamo.Reſpondet Apoſtolus Baptiſmum circunciſioni ſucceſſiſſe. In Chriſtum εἰς Χριστόν. Id eſt Chriſti auſpiciis,vtque Chriſti fieretis participes.Vide Act.19.a.3.Eraſ.hoc nō legit.quod tamen in omnibus vetuſtis noſtris codicibus inuenimus. Chriſtum induiſtis Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Metaphora ſumpta eſt à veſtibus,ex Hebræorum idiotiſmo,vt diximus Luc.24 g.49.& alibi ſæpe,ſed quæ myſteriū noſtræ cū Chriſto cōiunctionis quaſi oculis ſubiiciat. Oportet enim Eccleſiā Chriſto,tanquā veſte quadā,ope-

riri,& ſub eo delitefcere,vt ſancta ſit prorſus & irreprehẽſibilis,Epheſ.5.f.27.Ideóq; Apoſtolus ſemen Abrahæ vno Chriſti nomine ſignificauit ſuprà verſ.16.quod idẽ explicat verſ.ſequẽti. Cæterũ argumentatur Apoſtolus à ſigno ad rem, nõ vt impiam illã opinionem operis operati ſtabiliat,ſed quia ſolos fideles alloquitur,& verax eſt Deus in ſuis promiſſis,quorum teſſeræ ſunt ſacramenta quæ vocamus.

Non eſt Iudæus neque Græcus,non eſt ſeruus neque liber , nõ eſt maſculus ac fœmina. õnes enĩ vos ′vnus eſtis in Chriſto Ieſu. 18

Semen Abrahæ.

Quòd ſi vos *eſtis* Chriſti,nempe Abrahæ ſemen eſtis,& ſecundũ promiſſionem hæredes. 19

Cap.IIII.

Hæres infans.

Hoc autẽ dico: Quandiu hæres infans eſt,nihil differt à ſeruo, ″quanuis ſit dominus omnium: 1

Sed ſub tutoribus & curatoribus eſt′vſque ad tempus quod pater præfinierit. 2

Elemẽta mũdi.

Ita & nos,quum eſſemus infantes,″ſub elementis mundi eramus in ſeruitutem redacti: 3

At poſtquam venit″plenum tempus,″emiſit Deus″filium ſuum ″factum ex muliere,″factum Legi obnoxium: 4

Adoptati in filios Dei per Chriſtum.

Vt eos qui Legi erant obnoxii,redimeret,″vt adoptionem filiorum reciperemus. 5

Spiritus ſanct⁹.

″Quoniam autem eſtis filii, emiſit Deus ′Spiritum Filii ſui in corda veſtra,clamantem,′Abba,*id eſt* Pater. 6

Itaque″non amplius es″ſeruus,ſed filius:quòd ſi filius,etiam″hæres Dei per Chriſtum. 7

Galatæ per Chriſtum reuocati ab idololatria.

″Imò tum quidem quum ignoraretis Deũ , ſeruiebatis iis qui 8

Non eſt Iudæus neque Græcus,non
eſt ſeruus neque liber,non eſt maſculus neque fœmina . omnes enim vos
vnum eſtis in Chriſto Ieſu.

Si autem vos Chriſti,ergo ſemẽ Abrahæ eſtis,ſecundum promiſſionem
hęredes. Cap.IIII.

Dico autem:Quanto tempore hæres paruulus eſt,nihil differt à ſeruo,quum ſit dominus omnium:

Sed ſub tutoribus & actoribus eſt
vſque ad præfinitum tempus à patre.

Ita & nos, quum eſſemus paruuli,
ſub elementis mundi eramus ſeruientes:

At vbi venit plenitudo tẽporis,miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere,factum ſub Lege:

Vt eos qui ſub Lege erant redimeret,vt adoptionẽ filiorum reciperemus.

Rom.8.c.15

Quoniam autẽ eſtis filii,miſit Deus
Spiritũ filii ſui in corda veſtra,clamãtem,Abba,pater.

Itaque iam nõ eſt ſeruus,ſed filius:
quòd ſi filius,& hæres per Deum.

Sed tũc quidẽ ignorãtes Deũ,iis qui

28 Vnus εἷς. Id eſt,vnius hominis inſtar,vt ſumma coniunctio ſignificetur. Vulg.vnum, id eſt ἕν,eodem quidem ſenſu,ſed tamen non ita expreſſẽ.Nam omnes homines,velint nolint,ſunt vnum.i. vna res,ſpecie tenus. At non poſſunt eſſe vnus.i.quaſi vnum indiuiduum, vt in Chriſto ſeruentur,niſi per eum ipſum Chriſtum.Neque tamen hoc in loco imaginanda eſt ſubſtantiarum commixtio,aut confuſio,aut naturalis etiam aliquis coniunctionis modus:ſed hoc demum ſciendum, nos per fidem Chriſto primùm ipſi vniri,Spiritus ſancti vinculo, deinde bonorum ipſius fieri participes:vt omnes fideles hac ratione ſint vnus Chriſtus.

IN CAPVT IIII.

1 Hoc autem dico λέγω δέ. Nunc aggreditur quod attigerat verſ.24, mutato tantum nomine, Quem enim illic vocarat pædagogum, hic vocat tutorem vel curatorem. Quanuis ſit ὤν. Vul.& Eraſ.quũ ſit.quod poni ſolet αἰτιολογικῶς.hic verò intelligendũ eſt ἐναντιωματικῶς,nempe ne quis de vera conditione ſeruili putet loqui Apoſtolum. Agit enim de Eccleſia Iſraelitica, quæ & ipſa non minus erat libera, quàm Eccleſia Chriſtiana,ſi ius ipſum libertatis & conditionem perſonæ,vt ita dicam,ſpectes.ſin autem ætatem, & eius libertatis fruitionẽ, erat ſub Lege,tanquam pupillus ſub tutore:donec adoleuit.id eſt ad Chriſti vſque aduentum,quo tutela illa finiebatur.

2 Vſque ad tempus quod pater præfin. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Rectè hoc additum eſt. nam qui eſt ſub perpetua tutela & curatione,vix poteſt liber cenſeri.Deinde quum Legis tutela ſit teſtamentaria, veriſimile eſt in filii cõmodum fieri vt nihil habeat quod de hac œconomia queratur.Poſtremò quum tutor hic datus ſit ad certum tẽpus,non poteſt videri patris ſententia mutata, quum eo finito tempore, tutor ille ab adminiſtratione remoueatur:imò tutela ad ipſius hæreditatis fruitionem viam ſternit.

3 Sub elementis mundi ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id eſt,ſub Lege,quæ fuit inſtar rudimentorum mundi. ſiquidem Dominus mundũ ſuo tempore ad plenam cognitionem veritatis vocaturus,illum voluit his veluti rudimentis erudire,tenui primùm ſchola in vno duntaxat mundi velut angulo aperta.Huc pertinet collatio illa vtriuſque pacti Ierem.31.f.34,& quod ſcribitur Ioelis 2.g.28 & 29. Erant enim promiſſiones ſub Lege perobſcuræ, & cæremoniarum velamine obductæ tegebantur,eminus duntaxat Chriſtum venturum indicantes.Tota denique Legis œconomia,veluti rudis quædam erat diſciplina,rudibus conueniens: quum nondum pleno cornu effuſus eſſet Spiritus ſanctus, ſi corpus ipſum Eccleſiæ ſpectes,Iohan 7.f.39. Itaque nomen mundi non refero ad ipſa elementa, ſed ad diſcipulos: vt quum dicitur Dominus ſic mundum dilexiſſe,vt filium ſuum dederit quo ſeruetur mundus.Hæc eſt diſciplina illa cuius elementa tradebat Lex:perfectam autem cognitionem præſtitit Chriſtus ipſe adueniens & Apoſtoli eum ſecuti.

4 Plenum tempus τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου.Vulg.& Eraſ.ad verbum,plenitudo temporis. de quo Hebraiſmo diximus ſuprà 3.b.14. Plenũ autem tempus dicitur cuius ſpatia omnia peracta ſunt.Itaque nec ſerius nec tardius venire debuit Chriſtus. Emiſit ἐξαπέστειλεν. Chriſtus igitur non tunc cœpit exiſtere.erat enim Deus apud Deum in principio, vt Ioh.1.a.1,& 17.a.5. Vulg.miſit, nõ ſatis expreſſẽ. Filium ſuum τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Filius igitur erat etiam diuinitatis ratione,contra impium Seruetum: nec homo factus alium filium induit, ſed hominis naturam aſſumpſit,vt vnus eſſet Filius Deus & homo. Factum ex muliere γενόμενον ἐκ γυναικός. Ergo verum hominẽ,ſed ἀπάτορα,quatenus homo eſt factus non ex patris ſemine, ſed ex mulieris ſubſtantia. Mulierem igitur intellige ſexus ratione, non vt mulier virgini opponatur. Fuit enim Maria virgo incorrupta, vt prædictum fuerat Eſa.7.c.14. Quidam γενόμενον interpretantur natum. quæ expoſitio eſt abſurda.Cur enim id commemoraret Apoſtolus?ſed vnus Chriſtus,factus eſt ex muliere.Vide Rom.1.a.3.

5 Vt adoptionem Filiorum accip. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Atqui adoptio Eccleſiæ æterna eſt.Fateor:ſed ſuo tẽpore exhibita fuit. quemadmodum filius ab ipſo conceptu hæres eſt , ſed nonniſi poſt x x v annum hæreditatem adminiſtrat. Vulgata ἀπολάβωμεν conuertit reciperemus.quod Auguſtinum fefellit. 6 Quoniam ὅτι. Subiicit teſtimonium adoptionis,& ita quidem vt peculiariter applicet Galatis.Colligit ergo ex conſequente antecedens:ne quis temere hanc adoptionem iactet, vtque etiam intelligamus quatenus accepérimus adoptionem. Deinde Spiritum tacitè opponit Legi , quemadmodum qui maior eſt 25 annis,non iam alieno ductu ſed ſuo iudicio regitur. Spiritum Filii ſui τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id eſt,Spiritum ſanctum,qui & Patris & Filii Spiritus eſt.peculiariter autem dicitur Spiritus Filii,quòd per eum obſignetur noſtra in illum adoptio. Abba,*id eſt* Pater,Ἀββᾶ,ὁ Πατήρ. Vide Rom.8.c.15.

7 Non amplius es οὐκέτι εἶ. A plurali numero ad ſingularem tranſit.quæ enallage familiaris quidem eſt Hebræis,ſed tamen hoc in loco videtur ſuam emphaſin habere.Indicat enim hanc doctrinam non ad totum corpus Eccleſiæ duntaxat,ſed etiam ad fideles ſingulos pertinere. Seruus δοῦλος. Seruum vocat,non eum qui peccato ſeruiat, nec ſit à Chriſto liberatus per fidem: ſed eum qui ſua libertate nõdum fruatur,quatenus eſt ahduc ſub tutore conſtitutus Illa ſeruitus propria eſt infidelium;iſta verò Eccleſiæ Iſraeliticæ conuenit.Similis eſt æſtimatio libertatis. Hæres κληρονόμος. Id eſt, particeps bonorum ac facultatum,& quidem gratis. Theophylactus ita legit hunc locum,εἰ δὲ υἱός,κληρονόμος. κληρονόμος μὲν Θεοῦ,συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ.id eſt,quòd ſi filius,hæres.hæres quidem Dei,cohæres autem Chriſti. quæ verba ſunt Apoſtoli Rom.8.c.17.

8 Imò tum quidem Ἀλλὰ τότε μέν. Vulg.& Eraſ. Sed tunc quidem. At ego ἀλλὰ puto declarare ſuperioris dicti correctionem, quod ad ſimilitudinem attinet à tutore ſumptam. Nunc enim applicanda erat hæc doctrina ipſis Galatis. Atqui Galatæ ſub ſeruitute longè alia.i. ſub idolodulia,viuebant,quum eos Deus in libertatem aſſereret. Erat igitur abſurdius ipſorũ factũ,quàm eorũ qui ex circunciſione crediderãt. Iſti enim ex tutela emitti recuſabant:illi verò à duriſſima ſeruitute aſſerti in plenam libertatem ,contrario ordine,volebant tutelæ iugum

ſubire. acſi quis breuiſſimo aliquo compendio ſolidam doctrinam conſequutus,ea neglecta,vellet ad prima elementa regredi. Suſpicor verò pro τότε tunc,potius legendum ποτὲ,id eſt olim, quum lubricus ſit lapſus à π ad literam τ,& multo melius conueniat hæc lectio. Noluí tamen quicquam mutare in tanto codicum conſenſu.

	natura non ſunt dii, ſeruiebatis.		ʹnatura non ſunt dii.	
B	Nunc autem quum cognoueritis Deum,imò cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus denuò ſeruire vultis?	9	At nunc quũ agnoſcatis Deum,imo potius ʹedocti ſitis à Deo, quomodo conuertimini ʺretrorſum ad impotentia & egena ʺelementa,quibus ʺretrorſus ab initio ſeruire vultis?	
	Dies obſeruatis,& menſes,& tempora,& annos.	10	Dies obſeruatis,& menſes,& tempora,& annos.	
	Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis.	11	Metuo de vobis,ne fruſtra fatigatus ſim apud vos.	
	Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos. fratres obſecro vos:nihil me læſiſtis.	12	ʹEſtote quaſi ego:nam ego *ſum* quaſi vos. fratres,rogo vos: ʺnihil mihi feciſtis iniuriæ.	
	Scitis autẽ quia per infirmitatẽ carnis euangelizaui vobis iampridem:	13	Noſtis autem quòd ʺper infirmitatem carnis euangelizauerim vobis prius,	
	Et tentationem meã in carne mea nõ ſpreuiſtis,neque reſpuiſtis:ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.	14	Et ʺexperimentum mei quod *erat* in carne mea, non pro nihilo habuiſtis,neque reſpuiſtis:ſed me ʺvt Angelum Dei,vt Chriſtum Ieſum,excepiſtis.	
	Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet,oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.	15	ʺQuæ igitur erat beatitatis veſtræ prædicatio? teſtimonium enim reddo vobis, quòd ſi fieri potuiſſet, ʹoculos veſtros effoſſos dediſſetis mihi.	Affectus Galatarũ erga Paulum.
C	Ergo inimicus vobis factus ſum,verum dicens vobis?	16	Itaque *num* inimicus factus ſum vobis,dum vobis vera loquor?	
	Æmulantur vos non bene:ſed ex-	17	ʹDepereunt vos non bene,imò ʹexcludere nos volunt,	

Natura φύσει. Id eſt,re ipſa.cui opponitur δόξα.i.opinatio. 9 Edocti ſitis γνωσθέντες. Ad verbum,ſcire facti ſitis,in ſignificatione hophal,vt expoſuimus 1.Cor.8.a.3. Vulg.& Eraſ.cogniti eſtis. Retrorſum πάλιν. Id eſt εἰς τοὐπίσω,ſiue εἰς τοὔμπαλιν. Vulg.iterum; Eraſ.denuo. Atqui Galatæ nõ ex Iudaiſmo ſed ex Paganiſmo vocati fuerant ad Euangeliũ:à quo veluti pedem referentes,ad Iudaiſmum regrediebantur,quum contra oportuerit eos ad metam progredi.quamobrem etiã vſus eſt verbo ἐπιστρέφεσθαι,quod ſignificat reflecti & retorqueri,vt qui à tergo reſpiciunt. Hoc non conſiderarunt Græca præſertim ſcholia,quæ putant nomine elementorũ mundi ſignificari elementa quibus hic mundus conſtat,itémque lunam & ſolem & ſidera:ex quorum curſu metiti menſes,tempora,& annos Galatæ ad priſtinam idololatriã eſſent reuerſi. Id verò abſurdius eſt quàm vt refutatione indigeat. Elementa στοιχεῖα. Vide ſuprà verſ.3. Egena autẽ & impotẽtia elementa vocãtur in ſeſe & ſeorſum à Chriſto: deinde quòd ea ratione ipſi ſeſe egenos eſſe in Chriſto teſtarẽtur,quũ tamẽ à Chriſto ad cæremonias relabi,nihil aliud ſit quàm neglectis ſummis opibus inaniſſimã inanitatẽ ſectari. Retrorſus ab ini. πάλιν ἄνωθεν.i.retrò flexis veſtigiis:quaſi ab alto & ab ipſis initiis vobis ſit auſpicandũ. vt ſiquis metæ propinquus,ad carceres recurreret,vt inde rurſum currere inciperet.quanquã Galatæ à carceribus cæremoniarũ nunquã cœperant. Sic autẽ accipi ſæpiſſime etiã ſolere πάλιν & ἄνωθεν nõ eſt quòd exẽplis cõprobemus. Vulg.denuó. Eraſ.iterũ ab integro. 12 Eſtote quaſi ego Γίνεσθε ὡς ἐγώ. Sic à Latinis amicus dicitur alter ego,vel alter idẽ. Mira enim phraſi declarat Apoſtolus ſuã in Galatas beneuolentiã ſingularẽ:quaſi diceret, Eſtote ego,quandoquidẽ ego ſũ vos.addita tamẽ particula ὡς,qua vti ſolemus vt molliatur dicẽdi genus. Sic Cic.ad Att.ſcribẽs,Deinde te,inquit,quaſi me alterũ, & ſimul meæ culpæ ſocium quæro. Itaque ſcopũ Apoſtoli nõ aſſequuntur qui exponunt,Eſtote mei ſimiles,quoniã & ego ſum veſtri.vel,vt Eraſmus, Eſtote vt ego ſum, quandoquidem & ego ſum vt vos.i.vt ipſe explicat,biicite ſuperſtitionẽ Iudaicam quã videtis Abieciſſe me.quod certè nõ conuenit. Nam hac in re noluit dicere Paulus ſe illorũ ſimilẽ eſſe,ſed prorſus diſſimilẽ.vel,Proficite ad meã perfectionẽ,quãdoquidẽ ego meipſũ ad veſtrã infirmitatẽ inclinaui. Hæc,inquã,& ſimilia omnia puto ad Apoſtoli ſcopũ nihil pertinere. Nihil mihi fec.iniu. οὐδέν με ἠδικήσατε. Imò verò qua poterant maiore iniuria Paulũ afficere, quum ipſius doctrinã repudiarent, & Chriſtum,cuius erat miniſter,adeò turpiter dedecorarent? Sed negat ſe ab iis affectũ iniuria,quibus ex animo omnia condonabat,ſi reſipiſcerent.vt 2.Cor.2.b.5. Nã vix mihi videtur cauſam Chriſti fuiſſe à ſua ſeparaturus. 13 Per infirmitatem car. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός. Id eſt per varias afflictiones,quibus quotidie exercebatur Apoſtolus,adeò vt nihil eſſet illo abiectius, ſi externã ſpeciem atque adeò ſi hominem ſpectes, qui carnis nomine intelligitur, exprimẽdæ ipſius imbecillitatis cauſa. 14 Experimentum mei τὸν πειρασμόν μου. Id eſt,has ipſas quotidianas vexationes quibus Dominus me explorauit inter vos. Nam hac etiã ratione Iacobus crucem vocat τὸ τῆς πίστεως δοκίμιον, id eſt illud quo fides exploratur,Iacob.1.a.3.quò etiã pertinet quod ſcriptum eſt 1.Petri 4.c.17. Vt Angelum Dei ὡς ἄγγελον Θεοῦ. Id eſt,me quantumuis præ cæteris hominibus contemptũ, quantumuis ab ipſo etiam Deo(vt in ſpeciem videri poterat)vexatum, tamen non modo non eſtis auerſati, ſed etiam non aliter quàm cœleſtem aliquem Angelum,atque adeo quàm Ieſum ipſum excepiſtis,mei ſcilicet miniſterii ratione. Nam alioqui non minus hoc Galatarum factum Paulus eſſet execratus quàm Liſtrenſium,Act.14.c.14. Quidam igitur non rectè interpretatus eſt Ἄγγελον Θεοῦ Dei nuntium, vt oſtendit Carnis antitheſis. 15 Quæ igitur erat veſtræ beatitatis præd. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; Id eſt,Itaque quantus vbique rumor erat hominum vos beatos prædicantium? vel, ſi libeat ad ipſos Galatas hoc referre, Quænam igitur erat inter vos veſtræ beatitatis iactatio:quum vos beatos ac fœlices propter aduentum meum factos diceretis? Nam μακαρίζειν ſignificat beatum prædicare ac profiteri.vnde μακαρισμός qui diſtingui debet ab ipſa beatitate,quæ μακαριότης dicitur, vt rectè & eruditè annotauit Eraſmus. Vulg. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra.id eſt,quonam igitur abierũt illæ voces quibus vos beatos eſſe prædicabatis, quum me adeò alacriter exciperetis? Legit enim, ποῦ οὖν ὁ μακαρισμός; quam lectionem in duobus vetuſtis Stephani codicibus deprehendimus. Oculos veſtros τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν. Hac tanquam prouerbiali hyperbole ſummus amor declaratur,ne tantam illam alacritatem putemus ſimulatam fuiſſe.

17 Depereunt Ζηλοῦσιν. Sumpta aſt metaphora à procis zelotypis,quam etiam ſequentibus verſiculis duobus perſequitur. Duplex autem eſt zelotypia. Vna,quum noſtri cauſa diligimus, ideóque non poſſumus riualẽ pati: vt aſſentatores qui in aulis principum degunt,nec principis commoda propriè quærunt,ſed quatenus cum ſua ipſorum vtilitate ſunt coniuncta, ideóque id vnum ſolicitè ſtudent vt cæteros quantumuis principi vtiles, arceant, quò ſcilicet ipſi ex eo maiorem ſoli vtilitatem capiant. Hoc verò non eſt principem ſed ſeipſum amare. Itaque iſtorum amor tum euaneſcit quum ſublata eſt illius cauſa, id eſt, quum ea eſt principis conditio vt nullum commodum amplius ab eo expectent. Altera zelotypia prorſus eſt illi contraria,quum amicos ipſos rei honeſtæ cauſa in illis amandis ſpectamus, ideóque nõ modo ſoli nolumus diligi,ſed potius quamplurimos ſynceros amicos illis cupimus conciliare:quòd eorum cõmodis magis, quàm noſtris ipſorum delectemur. Hic verò demum verus & honeſtus ac perpetuus eſt amor. Illam zelotypiam pſeudapoſtolis tribuit Apoſtolus,vt qui ſui commodi cauſa Galatas diligerent,ideóque ſummo ſtudio niterentur Paulum vt riualem excludere. Hanc verò ſibi tribuit,vt etiam 2.Cor.11.a.2.eiúſque argumentum affert quòd quũ rei honeſtæ cauſa eos dilexerit,id eſt non lucri aut gloriæ ſtudio,eundẽ animum erga eos quãuis procul abſens conſeruet. Excludere nos ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς. Excludendi verbum mirè conuenit metaphoræ à zelotypis ſumptæ,in illa quidem ſiniſtra & minus honeſta zelotypia.quamobrem etiam ζηλοῦσιν non conuerti æmulantur cum vetere interprete:quorſum enim hoc? neque cum Eraſmo,ambiunt.quòd non ſatis videatur expreſſum. Itaque quod annotat Eraſmus ſe in quibuſdam codicibus legiſſe ἐγκλεῖσαι, id eſt includere, vt ad Legem referatur qua volebãt illi Galatas implicare,id,inquam,nullo modo conuenit inſtitutæ pulcherrimæ tranſlationi:nec dubito quin non intellecta tranſlatio cauſam præbuerit non modo huic errori, ſed etiam alteri. Nam quum in omnibus codicibus ſcriptũ ſit ὑμᾶς vos,poſcit tamẽ ſentẽtia vt legamus ἡμᾶς nos. Neq; enim amicã à riuali, ſed riualẽ ab amica dicitur procus excludere.

quo modo iſti Paulum à Galatis conabantur excludere,vt,inquit Paulus,omnem amorem à me in ipſos transferatis. Hæc enim eſt antitheſis perſonarum:neque explicare licet,fuiſſe iſtis propoſitum Galatas à Chriſto excludere,quin prorſus violenta ſit eclipſis.

"vt ſe depereatis.

Sed præclarum eſt "vehementer amare "in re bona ſemper,& nõ ſolùm quum præſens ſum apud vos.

Filioli Pauli Galatæ.

"Filioli mei,"quos iterum "parturio, vſquequo "formetur Chriſtus in vobis.

Vellẽ autem adeſſe apud vos nunc,& mutare vocem meã:quoniam hæſito in vobis.

Abrahæ filii.

Dicite mihi "qui ſub Lege vultis eſſe,"Legem non auditis?

Scriptum eſt enim quòd Abraham duos filios habebat: vnum ex ancilla,& vnum ex libera.

Sed is qui ex ancilla *natus eſt*, "ſecũdum carnẽ natus eſt:qui verò "ex libera,"per promiſſionem.

"Per quæ aliud figuratur. "Nam hæ "ſunt "duæ illæ pactiones, vna quidẽ, quæ eſt Agar,"à mõte Sina "generãs *prolem* ad ſeruitutẽ.

cludere vos volunt,vt illos æmulemini.

18 Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tãtùm quum præſens ſum apud vos.

19 Filioli mei,quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

20 Vellem autem eſſe apud vos modò,& mutare vocem meam: quoniã confundor in vobis.

21 Dicite mihi qui ſub Lege vultis eſſe,Legem non legiſtis?

22 Scriptum eſt enim quoniam Abraham duos filios habuit:‖vnum de ancilla,‖& vnum de libera.

Gen.16.d.15

Gen.21.a.2

23 Sed qui de ancilla , ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem.

24 Quæ ſunt per allegoriam dicta:hæc enim ſunt duo teſtamenta:vnum quidem à monte Sina,in ſeruitutem generans,quæ eſt Agar:

D

Vt depereatis ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε Vulg.& Eraſm.vt ipſos æmulemini.id eſt,vt ipſorum exemplo,ad Moſen à Chriſto deficiatis. At ego puto Paulum in ſuſcepta metaphora perſiſtere, ſicut antè dixi.Hæc enim eſt Satanæ miniſtrorum conſuetudo,vt plebem à ſuo paſtore abductam ad ſe alliciant:quam poſtea,ſublatis omnibus æmulis,impunè deprædentur.

18 Vehementer amare ζηλοῦσθαι Quia laudabilem zelotypiam cum altera illa comparat,ideo nolui ζηλοῦσθαι vertere deperire,ſed vehementer amare.Nam quod Vetus interpres & Eraſ.verterunt æmulari, id eſt imitari(quaſi dicat Apoſtolus,Bonam quidem eſſe imitationẽ, ſed in re bona)mihi quidem prorſus videtur ad hunc locum non pertinere. Poteſt autem hoc vel pro exhortatione accipi, vt ad Galatas referatur:acſi dicat Apoſtolus,Hoc quidem illorum ſtudium eſt qui me volunt excludere,vt vos totos poſſideant : qua in re ſatis declarant ſe quærere quæ ſua ſunt.At vos decet veſtrum honeſtum amorem in me non tantùm præſentem, ſed etiã abſentem conſeruare.Malo tamen ad Apoſtolũ ipſum referre,vt ſequens verſiculus cõnectatur cum iſto,ſitque hæc ſententia:Cupiunt illi quidem me excludere,vt qui vos non ament,vt par eſt, ſed ſui ipſorum cauſa. at noſter amor longè eſt alius. Vos enim,bonam ob cauſam, non ad tempus, ſed ſemper , nec ſolùm præſens,ſed etiam abſens abſentes vehementiſſimè complector, filioli mei, vt quos iterum parturio, &c. Huc ſpectat illud Iſocratis ad Demonicum, Ἐν πολλοῖς μὲν πολὺ διεστῶσας,&c.qui locus eſt in ſcholis peruulgatus. In re bona ἐν καλῷ. Hoc ita accipiendum eſſe apparet ex antitheſi.Nam οὐ καλῶς & ἐν καλῷ opponuntur. 19 Filioli mei, Τεκνία μου. Blanda appellatione maternum & honeſtiſſimũ amorem ſuum declarat, nõ ab auaritia aut ambitione ſed à Chriſti ſancta reuerentia & ſingulari in Galatas animi propenſione profectum. Eſt autẽ hoc vtrinque includẽdum diſtinctione,inter ὑμᾶς & οὕς.quod qui non animaduerterunt,cõſtituerunt hoc in loco anantapodoton minimè neceſſarium. Quos οὕς. Hoc puto cohærere cũ ὑμᾶς,id eſt cum extremo verſiculo ſuperiore. Exponit enim illud ἐν καλῷ,id eſt cauſam illam præclaram ſui in illos amoris.cuius etiam(inquit)teſtimonium extat in eo quòd hac ipſa Epiſtola tam ſolicitè laboro de vobis non ad mei ſed ad Chriſti amorem reuocandis. Parturio ὠδίνω. Iterum loquitur vt mater.Nam & alibi ait ſe eos gignere in Chriſto,quos Chriſto lucrifecit,1.Corinth.4.c.15,& ad Philem.b.10.vbi tamen perſonam patris induit. Formetur μορφωθῇ. Redit ad metaphoram ab amatoribus ſumptam. Forma enim in animis amatorum inſculpta,illud eſt quod amoris igniculos excitat ac fouet. vnde eleganter Poeta miſeram illam deſcribens amore ſauciam,dixit,

Multa viri virtus animo,multúſque recurſat
Gentis honos:hærent infixi pectore vultus,
Verbáque:nec placidam membris dat cura quietem.

Sed & zelotypiæ nomen hoc ipſum declarat, quod videtur eſſe ab Apoſtolo adumbratum. Apparet autem Chriſti vultus in ipſius verbo, cuius miniſter Apoſtolus alibi dicit ſe Chriſtum Galatis depinxiſſe,ſuprà 3.a.1,quem ſcilicet pſeudapoſtoli deformarint.

21 Qui vultis οἱ θέλοντες. Id eſt,qui vltrò & cupidè appetitis. Legem τὸν νόμον. Hebraicè תורה,quo nomine nunc intelligit quinque Moſis libros:ex quorum priore citatur ſequens hiſtoria,per anagogen explicata.

23 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt,conſueto hominum more, & naturæ vi ordinaria . cui ancillæ filio comparantur ii ex Iudæis qui & ipſi non ſunt Abrahami filii, niſi ſanguinis ratione : & carne, id eſt externa cæremoniarum ſeruitute,nituntur : ideóque non ſunt filii hæredes,ſed vt ſerui abdicantur,nati ſcilicet ad ſeruitutem,ex Agar ancilla,id eſt ex pactione Legis latæ in Sina monte,non terræ Chanaan,ſed Arabiæ.Notandum eſt igitur ſeruos hîc vocari,non vt antea,qui Legem habuerunt pro tutore vel pædagogo, quum re vera eſſent liberi (quales fuerunt ſancti ante Chriſti aduentum) ſed Phariſæos cæteróſque omnes qui ſalutem ex Lege, cuius verum vſum aſpernabantur,vel ſola vel cum Chriſto coniuncta expectabant. quibuſcum ſi quis noſtri ſeculi Phariſæos comparet, magnam illis profecto iniuriam faciat:quum magnum ſit diſcrimen Legis à Deo latæ, & traditionum quas Satan religionis obtentu in Eccleſiam inuexit, vt Euangelii lucem miſeris mortalibus eriperet. Vtroſque tamen idem error implicuit. Per promiſſionem διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Id eſt, vi promiſſionis quam Abrahamus ſibi & vero ſuo ſemini per fidem apprehendit.Nam alioqui effœtus erat Abraham & Sara,vt naturæ vis nullum hîc locum habeat,ſed ſola gratia.Talis eſt vera filiorum Abrahami ſoboles,non è terra ſed è cælo genita, ex vi pactionis Euangelii.i. gratuitæ, & verè liberos à Legis maledictione & ſeruitute filios gignentis.qui ſint Abrahami verum ſemen.

24 Per quæ aliud figuratur ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Vulgata, Quæ ſunt per allegoriam dicta. Eraſmus, Quæ per allegoriam dicuntur. Ego ſtudui perſpicuitati.Nam, vt rectè annotat Eraſmus ex Chryſoſtomo,allegoricus ſermo totus eſt fictitius.Hîc verò Paulus verã hiſtoriam narrat,ſed quæ tamen aliud adumbrarit magis reconditum myſterium. Nam hæ αὗται γάρ. Vulg.Hæc enim.Eraſ.Nam hæc.Atqui αὗται non pertinet ad διαθῆκαι, ſed duas illas matres indicat, vnam ancillam (Agar ſcilicet,quæ Legis pactionem repræſentat,in Sina monte ſancitam,vnde gignuntur ſerui)alteram liberam,id eſt Saram,quæ Euangelii pactionem refert Hieroſolymæ.cuius filii ſunt ingenui.

Sunt εἰσίν. Id eſt,figurant & adumbrant.ſicut dicitur Petra fuiſſe Chriſtus,& panis dicitur corpus Chriſti,vt Tertullianus & Auguſtinus explicant.Sed meminerit tamen lector ſacramentalem quam vocant ſignificationem à merè typica diſtinguere. Nam in ſacramentis ſymbolum repræſentat quod verè Deus offert & fides accipit:in Typis autem res futuræ vel præteritæ duntaxat adũbrantur,& quaſi in imagine depinguntur. Duæ illæ pact. αἱ δύο διαθῆκαι. Vna tamen fuit pactio,ſi rem ipſam & ſcopũ ſpectes, ſed temporum & œconomiæ ratione,diuerſæ fuerunt,vt diſertè etiam diſtinguit Ieremias.quòd ſi ex pſeudapoſtolorum opinione æſtimentur,qui ſcilicet ſalutis partem Legi decidebant:vel Phariſæorum,qui Legem pro Chriſto amplectebantur:non iam duæ duntaxat ſed etiam prorſus contrariæ fuerint.vnde concluſiones illas elicit Paulus,quæ ſcribuntur infrà 5.a.2,& 4.Vulg.& Eraſ.teſtamenta.de qua interpretatione dixi ſuprà 3.c.15. Vna quidem quæ eſt Agar μία μὲν,ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. In Græcis aliquid interiicitur.ſed quum ἥτις ad μίαν neceſſario pertineat,non autem ad ὄρος,ſtudendum putaui perſpicuitati.Iam verò μία.i.vna, Ambroſius & Auguſtinus referunt ad διαθήκην,quã nos pactionem,ipſi teſtamentum conuertunt.ideóque pro,quæ eſt Agar,legunt quod eſt Agar.Sed hoc mihi videtur violentum.Sic enim cogemur exponere eſt,non pro ſignificat,ſed pro ſignificatur. Deinde commodius dicitur Agar gignere filios quàm ipſa pactio,quæ adũbratur per Agar: vt pactio potius ſeminis quàm matris rationem in hac anagoge ſuſtineat. Quod ad ſententiam tamen attinet, nullum eſt in his diſcrimen. A monte Sina ἀπὸ ὄρους Σινᾶ. Sinæ facit mentionem,quòd in eo monte ſit ſancita pactio illa quam adumbrat Agar. Generans *prolem* γεννῶσα. In verbo ipſo includitur verbale,Hebræorum more.

Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem: & ſeruit cum filiis ſuis. 25 ʺSina enim mons eſt in Arabia, ʺpari autem ſerie reſpondet ei Hieruſalem quæ nunc *eſt*: ſeruítque cum filiis ſuis.

Agar. Sina. Ieruſalem.

Eſa.54.a.2. ‖Illa autem quę ſurſum eſt Ieruſalẽ, libera eſt, quę eſt mater noſtra. 26 ʺSublimis verò illa Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum.

25 Sina enim mons eſt in Arabia τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ Hanc lectionem non dubitaui reſtituere ex veteris editionis authoritate, quæ ita habet, ſummo codicum conſenſu. At in Græcis legimus τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, id eſt, vt etiam conuertit Eraſmus, Nam Agar Sina mons eſt in Arabia. Qui locus interpretes exercuit. nam alii interpretantur Sinam montem fuiſſe, etiam dictum Agar. quæ explicatio tribus de cauſis mihi non ſatiſfacit. Primùm enim fuit hoc aliqua idonei ſcriptoris authoritate confirmandum. Deinde quorſũ montem Agar cum ancilla eiuſdem nominis confunderet Apoſtolus? Poſtremò ſi ita eſſet, omnino inter Ἄγαρ & Σινᾶ inſerenda erat particula ἤ, hoc modo, Nam Agar ſiue Sina, mõs eſt, &c. quæ etiam ratio prorſus videtur oſtendere nomen Ἄγαρ hoc loco redundare, & ex margine in contextum irrepſiſſe. Alii exponunt, Agar enim eſt Sina, id eſt, repræſentat Sina. cuius ſcilicet figura eſt ac typus. Verùm huic expoſitioni illud in primis reluctatur, quòd non eſt ſcriptum ἡ γὰρ Ἄγαρ, ſed τὸ γὰρ Ἄγαρ, vt articulus omnino referatur ad ὄρος, quod montem declarat. Deinde dura eſſet traiectio verbi ἐστὶν, quum dicẽdũ fuerit, ἡ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ἐστὶν, ὄρος &c. Id eſt, Nã Agar, Sina eſt, mõs &c. vel Nã Agar eſt Sina mõs &c. Poſtremò nõ poteſt dici Agar repræſentare Sinã, niſi altera metonymia, Siná nõ pro filiis ancillæ ipſius, vt reſpõdeat antitheſis Hieroſolymæ, ſed pro pactione Legis accipias. At Sina rurſũ hac ratione mõs Arabiæ dici nõ poteſt, ſed tũ demũ quũ ſimpliciter & ſine vlla anagoge deſcribitur. Iſta igitur ſeſe mutuò collidunt. Verùm ſi Ἄγαρ expunxeris (vt nos fecimus, non coniecturã noſtram ſed veteris editionis conſtantem authoritatem, ipſamque adeò rationem, vt nobis quidem videtur, ſecuti) plana & dilucida erit ſententia. Nam quia Sinæ mẽtionem fecerat, explicandum erat hoc nomen, minimè id quidem quòd eius ſitum Galatæ, aut legem illic datam eſſe ignorarent, ſed quòd in ipſo etiã ſitu aliquod myſteriũ lateret. Erat enim extra terræ illius limites quæ ſymbolũ erat æternæ hæreditatis, vt peracutè obſeruauit doctiſſimus interpres. ideóque addidit Paulus particulã cauſalẽ γὰρ, quãuis in quibuſdã codicibus ſcriptũ erat δὲ. Pari autẽ ſerie reſpondet ei Hieruſalem quæ nunc *eſt* συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. Vulg. συστοιχεῖ conuertit coniunctus eſt. Eraſmus, confinis eſt. in quo verbo explicando plurimum variant interpretes. Nam alii ad ſitum referunt, quorum opinio ex ipſa tabularum inſpectione apertè refellitur. Alii, vt Aquinas, referunt ad itineris continuationem, quòd ex Sina venerint Ieroſolymam. quæ interpretatio non indiget refutatione. Alii denique reſpiciunt ad allegoriæ ſeu potius anagoges ſimilitudinem: quorum opinio proculdubio veriſſima eſt, ſed in ea ſimilitudine explicanda non omnes idem ſentiunt. Nam Eraſmus in eo ſimiles facit Sinam & Hieruſalem, quòd in vtraque fuerit eadem Lex promulgata. nam, inquit, ſcriptum eſt, De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Illud autem ait hoc loco Apoſtolus, vt oſtẽdat Legem abſque gratia terrorem incutere minis & præceptis. Cogi verò metu ſeruile eſt. Iudæi itaque, qui vacui charitate Legem iuxta literam & ritus externos obſeruabant, quanquam à monte Sina migrauerant Hieroſolymam, tamen à ſeruili conditione non degenerabant, tanquam filii Agar non Saræ. Hæc Eraſmus, in quibus multa cogor deſiderare. Nam quis vnquam dixit in Heruſalem promulgatam eſſe Legem illam quæ data eſt in Sina? Locus autem Eſaiæ prorſus in contrariam ſententiam ſcriptus eſt à Prophera, vt qui de Euangelica doctrina differat, quæ ab Hieruſalem in reliquas partes orbis terrarum erat ſpargenda. quod etiam alii Prophetæ prædixerunt. Deinde non eſt propoſitum Apoſtolo Legem cum Chriſto coniungere, ſed contrà, quatenus conſiderabatur à Phariſæis & pſeudapoſtolis, illam abrogatam eſſe declarare. Poſtremo quòd nomine præſentis Hieruſalem ſignificari putat Iudæos qui à Lege pendebant (quod ipſum tamen haud ſatis ſcio an commodè explicet) non facilè poſſim amplecti. Nam primùm omnium poſcit analogia, vt ſicut per Sinã intelligitur pactio Legis, nõ autem populus ipſe à Lege pẽdens, itidem etiã per Hieruſalem intelligatur: ſi Hieruſalem & Sinam libeat hac ratione σύστοιχα conſtituere. alioqui matrem cum filiis confuderimus: quæ tamen manifeſtè diſtinguũtur, quum dicitur mater, Agar ſcilicet, Sinam, id eſt pactionem Legis, adumbrans, vt à pſeudapoſtolis æſtimabatur, ſeruire cum filiis ſuis: quos nimirum ipſa ancilla ſeruos genuit. Imò verò vnis filiis duas matres tribuemus. Deinde ſi Hieruſalem quæ ſurſum eſt, Apoſtolus iſti opponeret, dixiſſet, vt mihi videtur, τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ Hieruſalem quæ deorſum eſt, potius quàm, Hieruſalem quæ nunc eſt. Quid enim? an iuſtitiarii Iudæi tum primùm cœperant apparere, aut Hieruſalem quæ ſurſum eſt, tum non exiſtebat? Sed quia huius loci expoſitio pendet à declaratione verbi συστοιχεῖν, age videamus quæ σύστοιχα dicantur. Reperio igitur συστοίχους dici qui eadem ſerie collocantur in acie, ita vt ſecundus primo immineat à tergo, ſecundo tertius, ſitque ſeries hoc modo in longum porrecta, quam στοῖχον Græci, nos *une file* vocamus. Hinc factum vt quæ ratione aliqua ſunt inter ſe cognata, σύστοιχα dicantur, quaſi vnius ſeriei dicas: vt octo partes orationis, quatuor elementa, ſpecies denique, quatenus ad idem genus referuntur, poſſint σύστοιχα dici. Sic à grammaticis literæ quas Mutas vocant, in tres συστοιχίας diuiduntur, Tenuium, Mediarum, Aſpiratarum. Hac ratione, ſi modò Sinam & Hieruſalem quæ nunc eſt, pro duabus matribus accipias, quæ ſint paris conditionis & ſeruos filios ſimiliter gignãt, poſſis σύστοιχα vocare. Sed hoc haud ſatis ſcio an anagogæ reſpondeat, quum vna ſit Agar, quæ vnam pactionem adumbret. quòd ſi dicamus Sinam & præſentem Hieruſalem (ne ſcilicet vnis filiis duas matres tribuamus) nomine non re differre, non iam erunt σύστοιχα ſed συνώνυμα. Filios autem & matres potius συστοίχους vocaris. Sed aliud diuerſum eſt συστοίχων genus, quæ definit Aphrodiſæus, τὰ ὁμοίως ἔχοντα πρός τινα, ἃ δὲ κατ' ἀναλογίαν εἴη ἄν, ὡς τὰ τοιαῦτα, ἐπιστήμη δὲ ἡ αἴσθησις. ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ὁμοίως ἔχει πρὸς τὰ ὑφ' αὑτά. ὁμοίως δὲ τὸ αἰσθητὸν καὶ τὸ ἐπιστητόν. ἑκάτερον γὰρ ὁμοίως ἔχει πρὸς τὰ ὧν ἐστι σύστοιχα. Id eſt, Quæ eandem habẽt ad aliqua rationem, quæ etiam deriuata eſſe poſſint, cuiuſmodi ſunt Scientia & Senſus. Vtrunque enim ſimilem ad ea rationem habet quæ ſunt ipſi ſubiecta. Eiuſmodi ſunt etiã τὸ αἰσθητὸν & τὸ ἐπιστητὸν, id eſt, quod ſenſibus percipi & quod ſcientia comprehendi poteſt. Vtrunque enim eandem rationem habet ad ea quorum ſunt σύστοιχα. Hactenus Aphrodiſæus. quæ (meo quidem iudicio) mirè hunc locum illuſtrant. Nam ſimili prorſus ratione σύστοιχα fuerint Sina & Hieruſalem. quia quam rationem habet Sina ad ſeruos filios, eãdem habet Hieruſalem ad filios ſuos ingenuos, idémque de filiis eſt iudicium, communis ſcilicet matrum ad filios & filiorum ad matres rationis cõſideratione. Sin verò proprias ſingulorum laterum rationes per ſe conſideraris, deinde compararis, ſicut poſtea facit Paulus, tum non fuerint σύστοιχα ſed ἀντίστοιχα. ſiquidem comparabitur ſeruitus cum libertate. Ita naſcitur duplex argumentum, quod Paulus etiam ſeorſum tractat. Vnum, Si Agar à Sina, id eſt vetere pactione, gignit filios ſui ſimiles: Sara ex Hieruſalem, id eſt præſenti pactione, gignit filios ſibi ſimiles. Sunt enim σύστοιχα Sina & Hieruſalem. Alterum, Si ancillæ filii ſerui ſunt, ergo liberæ filii ſunt ingenui. ſunt enim ἀντίστοιχα. Ergo vtrobique eadem Hieruſalem intelligenda eſt, Sinæ primùm collata, deinde oppoſita. neque Hieruſalem declarare poteſt Iudæos, ſed alteram pactionem priori collatam. in eo quòd vtraque ſuam habet ſeriem. quamobrem etiam συστοιχεῖ conuerti per periphraſin, pari ſerie reſpondet. Sed cur dixit Paulus τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, id eſt Hieruſalem quæ nunc eſt? nempe vt ei quæ olim fuit opponat, quum adhuc Legis vmbris obſcurata, nondum appareret. id eſt, quemadmodum verſiculo ſequenti explicabo ex Eſaia, vt plenitudinem temporũ indicet, quaſi à Chriſti demum aduentu inita ſit noua pactio, ac proinde ſimul cum Chriſto cœperit Hieruſalem Sinæ oppoſita. quod tamen quomodo intelligendum ſit diximus ſuprà 3.c.19. Sic etiam Ieremias, Ioel, Prophetæ denique omnes de noua pactione loquuntur, quaſi tum demum cœperit. Nam vt iam olim promulgata fuerit, tum demum tamen re vera fuit mundo exhibita ac ſancita. Eraſmus aliam etiam rationem affert, quia ſcilicet aliis olim nominibus hæc vrbs fuit dicta, ideóque vertit, ei quæ nũc vocatur Hieruſalem. ſed hoc frigidum videtur, neque in Græcis additur καλουμένη.

26 Sublimis verò illa Hieruſalem ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Vulgata, Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem. Eraſmus, At quæ ſurſum eſt Hieruſalem. Poſcit autem ratio oppoſitionis vt ſicut Sina veteris, Sic Hieruſalem nouæ pactionis ſit typus: ex qua gignuntur filii liberi, id eſt Eccleſia verè Chriſtiana naſcitur, Iſaaco reſpondens, ſicut Synagoga reſpondet Iſmaeli. Hactenus igitur Paulus, matres duas, id eſt Agarem & Saram, totidem pactiones dixit adumbrare. quarum vnam Sinæ, alteram nomine Hieroſolymæ ſignificauit, ab iis ſcilicet locis in quibus primùm ſunt publicè initæ ac ſancitæ. Sed cur Saram perinde vt Agarem non nominauit? Quia res erat ſatis nota, & nihil hìc carnale intelligi voluit, ſed Spiritualia & cæleſtia omnia. fide enim naſcimur ex Hieruſalem. Alii verò ſecundum carnem ex Agare naſcuntur, id eſt, Abrahami ſunt filii ſecundum carnem duntaxat, neque ſeminis promiſſi nomine comprehenduntur. Deinde contraria oppoſitionum membra per ſe ſatis intelliguntur, etiamſi non exprimas. Alioqui quum in verſu 24 ſcripſerit μία μὲν, oportuit ſcribere, vt ſibi prorſus conſtaret diſtributio, μία δὲ ἥτις ἐστὶ Σάῤῥα ἀπὸ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ, &c. Id eſt, altera verò quæ eſt Sara ex ſublimi Hieruſalem, &c. Supereſt vt videamus cur τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, id eſt Hieruſalem quæ ſurſum eſt, vocarit. An vt ab altera quapiam Hieruſalem diſtinguat quam σύστοιχον eſſe Sinæ dixit? Imò cauſas attulimus cur vnam & eandem Hieruſalem intelligi oporteat. Quid ſi cæleſtem interpretemur? id eſt è cælo veluti delapſam: vt ſcribitur Apocal.21.a.2. Vera quidem erit ſententia, ſed tamen quæ non ſatis conueniat Apoſtoli verbis: primùm quia Hieruſalem, vt antè dixi, non tam deſignat Eccleſiam quàm nouam pactionem, ex qua veluti nata eſt Eccleſia, vt Sinæ montis oppoſitio huic reſpondeat: deinde quia non ſcripſit Apoſtolus, ἡ ἄνωθεν ſed ἡ ἄνω. quæ ratio firmiſſima eſt. Quid ſi explices, quæ ſur-

ſum eſt,id eſt quæ ſurſum per fidem habitat? veriſſimum etiam hoc erit:ſed,vt mihi videtur,nõ ſatis conueniens:quia,vt modò repetii,Hieroſolymæ nomine non tam fideles ipſi,quàm noua pactio,id eſt Euangelium,Eccleſiæ veluti mater,intelligitur. Dicam ergo quid mihi videatur. Puto τὴν ἄνω ſignificare τὴν ὑψηλὴν,id eſt ſublimem illam,ſiue illam in ſublimi poſitam. Eſt enim exprimendus articulus,quo ſcilicet non διάκρισις,id eſt diſcrimen,ſed ἐξοχὴ,id eſt præſtantia & excellentia,hoc in loco ſignificatur. Sed quorſum hoc additur? Primùm,vt mons monti opponatur,ſicut vbique in Scripturis mõs Sion celebratur, & monti Sinæ opponitur,vt Heb.12.e.18 & 22. Sed ἡ ἄνω ſublimius quiddam declarat quàm ſi dixiſſet ἡ ὀρεινή.qua ratione etiam Heb.12.f.22,dicitur ciuitas ἐπουράνιος,quaſi in cælis ipſis condita. Deinde quum ſicut Sina Legis,ita etiam Euangelii typus ſit Hieruſalem,oportuit aliquid adiici quo typus à re ipſa diſtingueretur. eminentiam autem Euangelii ipſe quoque vrbis Hieroſolymorum ſitus adumbrauit,ſicut ſitus Sinæ in Arabia extra terram promiſſam,Legis ſeruitutem & alienã ab hæreditate cõditionẽ deſignauit.ita vt non tantùm mons monti,ſed etiam ſitus ſitui opponatur. Poſtremò,quod diligenter conſiderandũ puto,cur Sinã pro Legis typo coniunxit Agari Apoſtolus? quia ſcilicet illic ſancita lex eſt. Simili ergo ratione qua Sina συστοιχεῖ (id eſt pari ſerie reſpõdet) Hieroſolymis,huius ciuitatis nomine noua Euãgelii pactio adũbratur,vbi ſcilicet Agni ſanguine ſancita eſt,&,vnde poſtea primũ emanauit. Itaque non dubito quin alluſerit Paulus ad ea quæ ſcripta ſunt Eſaiæ 2.a.2 & 3. vbi quum prædiceret Propheta fore vt ex Sion Euãgelium quod κατ᾽ ἐξοχὴν vocat תורה,id eſt doctrinam,& דבר יהוה,id eſt Verbum Domini,ex Hieruſalẽ emanaret, antea tamen hoc ipſum ſignificauit quod velut digito commonſtrat Apoſtolus. Erit,inquit,in nouiſſimis diebus collocatus mons domus Domini in vertice montium,eleuabitúrque ſupra colles,& confluent ad eum omnes gentes. Itaque quum ſuperiore verſiculo Paulus diceret τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ,Hieruſalem quæ nunc eſt,nouiſſimos illos dies ſignificauit:ſiue, vt antea dixi, plenitudinem dierum, in quam deuenimus, & de qua vaticinatus eſt Propheta. Nunc verò quum dicit,ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ,id eſt ſublimis illa Hieruſalem,perinde eſt acſi diceret,Hieruſalem illa quam nũc, ſicut prædixit Propheta,verè eminenti & excelſo loco poſitam aſpicimus.

27 Scriptum eſt enim, Lætare ′ſterilis,quæ non paris : erumpe & clama quæ non parturis. quoniam multi liberi ′deſertæ , magis quàm eius quæ habet virum.

28 Nos′igitur,fratres,″ſecundum Iſaac ′promiſſionis filii ſumus.

Carnalis ſpiritualem perſequitur.

29 Sed quemadmodum tunc is qui′ſecũdum carnem″genitus fuerat,perſequebatur eum qui natus erat ′ſecundum Spiritum : ita & nunc.

30 Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium illius: non enim hæres erit filius ancillæ′cum filio liberæ.

31 Nempe fratres,non ſumus ancillæ filii,ſed liberæ.

Cap.V.

1 IN libertate igitur qua Chriſtus nos liberauit,ſtate, & ne′econtrario implicemini ſeruitutis iugo.

Circunciſio.

2 Ecce,ego Paulus dico vobis quòd ſi circũcidamini,Chriſtus nihil vos iuuabit.

3 ″Teſtor enim rurſum omni homini qui circũciditur, quòd debitor eſt totius Legis ſeruandæ.

4 ′Vobis inanis factus eſt Chriſtus per vos ipſos, quicunque per Legem″iuſtificamini:′& à gratia excidiſtis.

27 Scriptum eſt enim,‖Lætare ſterilis, quæ non paris:erumpe & clama,quę non parturis.quia multi filii deſertę, magis quàm eius quæ habet virum. Eſa.54.a.1

28 Nos autem,fratres,‖ſecũdum Iſaac promiſſionis filii ſumus. Rom.9.b.8

29 Sed quomodo tunc is qui ſecundũ carnem natus fuerat , perſequebatur eum qui ſecundum Spiritum : ita & nunc.

30 Sed quid dicit Scriptura? ‖Eiice ancillam & filium eius:non enim hęres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Geneſ.21.a.10

31 Itaque fratres , non ſumus ancillæ filii,ſed liberę.

Cap.V.

1 QVa libertate Chriſtus nos liberauit,ſtate, & nolite iterũ iugo ſeruitutis contineri. Act.15.a.1

2 Ecce ego Paulus dico vobis quoniã ſi circuncidamini , Chriſtus vobis nihil proderit.

3 Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti ſe,quoniam debitor eſt vniuerſæ Legis faciendę.

4 Euacuati eſtis à Chriſto , qui in Lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis.

27 Sterilis στεῖρα. Alludit ad ſterilitatem Saræ,ſimúlque oſtendit fide naſci per Euangelium,verum ſemen Abrahami.cui opponuntur filii ſecundum carnem,qui non ſunt hæredes,ſed ſeruiunt. Deſertæ τῆς ἐρήμου. Heb.שממה,id eſt deſtructæ & exciſæ,propter Chaldæorum ſcilicet vaſtationem.ſed anagogico ſenſu dicitur mulier deſerta quæ virum non habet nec prolem: ſicut deſerta ciuitas dicitur in qua nemo habitat,& quæ ſuo principe quaſi marito eſt deſtituta. Talis autem erat Euangelici fœderis conditio ante Chriſti aduentum:ſi cũ ſtatu illo comparetur in quo poſtea eſſe cœpit,Eccleſiis paſſim per orbem terrarum erectis.

28 Igitur δέ. Id eſt οὖν,vt oſtendit orationis ſeries. Redit enim ad verſum 26,propter interiectum verſum 27. Secundum Iſaac κατ᾽ Ἰσαάκ. Heb.ביצחק,id eſt Iſaaci exemplo,qui liberæ & hæredis Eccleſiæ eſt typus,ſicut Iſmael ſeruæ Synagogæ: quæ Eccleſiam quidem ad tempus perſequitur,vt nunc in vobis experimini,ſed tandem eiicitur. Manete igitur cum libera Eccleſia,ne cum Synagoga ſerui ſitis,ac proinde hæreditatis expertes. Nam in Iſaac,inquit Scriptura,tibi erit ſemen. Eiicitur autem Iſmael vt ſemen adulterinum. Nunc demum ergo Apoſtolus filios comparat inter ſe,vt matres antea comparauit. Promiſſionis filii ἐπαγγελίας τέκνα. Id eſt,ſemen illud ad quod pertinet promiſſio illa,Ero Deus tuus & ſeminis tui.quem Hebraiſmum alibi expoſuimus.

29 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt humanitus, naturæ ſcilicet vi ordinaria,vt diximus ſuprà verſu 23. Genitus fuerat ὁ γεννηθείς. Verè & appoſitè fuit hoc expreſſum per pluſquamperfectum. Erat enim Iſmael primogenitus, nec tamen hæres:nedum vt primogenituræ ius obtinuerit. Sic Iudæi primogeniti,nec tamen cum ſemine hæredes : nedum vt potiorem partem hæreditatis auferant. Sed in eo fallebantur quòd dicebant ſe eſſe Iſaaci ſemen,quia ſcilicet non diſtinguebant carnalem propaginem à Spirituali. Secundum Spiritum κατὰ πνεῦμα. Id eſt Diuinitus,& extra ordinem,vt diximus ſuprà verſu 23.

30 Cum filio liberæ μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Hoc quoque mirè conuenit Pſeudapoſtolis, qui Legem cum Chriſto, id eſt Iſmaelem cum Iſaaco,confundebant.

CAPVT V.

1 In libertate igitur Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν. Qui capitum,quæ vocant,ſectionem inſtituerunt,manifeſtè hallucinati ſunt hoc in loco,quum concluſionem à ſuperioribus diremerint. Sed & in tribus codicibus prorſus connexam inuenimus partem huius verſiculi hoc modo, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας,τῇ ἐλευθερίᾳ ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε. στήκετε οὖν,&c. Id eſt,ſed filii liberæ,ea libertate qua nos liberauit Chriſtus.ſtate igitur,&c. Complutenſis editio ita inchoat hoc caput,vt etiam Ambroſius & Auguſtinus. E contrario πάλιν. Vide ſuprà 4.b.9.

3 Teſtor enim Μαρτύρομαι δέ. Id eſt μαρτύρομαι γάρ. Omnino enim ſubiicitur præcedentis dicti ratio, ſed tamen ex hypotheſi quã expoſuit ſuprà 3.b.10. Deinde & hoc notandum eſt,conſiderari circunciſionem partim ex temporis circunſtantia,(deſiit enim eſſe ſigillum iuſtitiæ fidei,quum per baptiſmum ſit abolita) partim ex aduerſariorum opinione, qui ſcilicet eam volebant cum Chriſto connectere , quaſi pars aliqua ſalutis in ea reſideret. Similis ac magis etiam impia eſt eorum opinio qui re vera idem ſentiunt atque iſti pſeudapoſtoli. ſed in eo multo ſunt impudentiores quòd circunciſionis loco ſuas traditiones & ἐθελοθρησκείας proponunt.

4 Vobis inanis factus eſt Chriſtus per voſipſos κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Vulgata,Euacuati eſtis à Chriſto. barbarè & obſcurè. Eraſ. Chriſtus vobis factus eſt otioſus.non ſatis expreſſè. Ponitur enim verbum καταργεῖσθαι hoc in loco,quaſi in coniugatione Niphal.

Iuſtificamini δικαιοῦσθε. Intelligendum hoc eſt κατὰ μίμησιν. Nam re vera non iuſtificabantur ex Lege,quæ potius occidit(vt nunc quidem à Paulo conſideratur) ſed tamen ab illa ſe iuſtificari gloriabantur, vt Phariſæus ille cuius meminit Lucas. Et à gratia excidiſtis τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. Copulam Hebræorum more in bimembri etiam oratione ſuppleri,ſæpe iam annotauimus,vt Iohan.10.c.16,& infrà 1.Tim.4.a.3.

5 Nos enim Spiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus.

6 Nam in Chriſto Ieſu neque Circuncisio aliquid valet, neque Prӕputium, ſed fides quӕ per charitatē operatur.

7 Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?

B

8 Perſuaſio non eſt ex eo qui vocat vos.

1.Cor.5.b.6

9 ‖Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

10 Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis: qui autē cōturbat vos, portabit iudicium, quicunque eſt ille.

11 Ego autem, fratres, ſi circuncisionē adhuc prædico, quid perſecutionē patior? ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis.

12 Vtinam & abſcindantur qui vos cōturbant.

13 Vos enim in libertatē vocati eſtis, fratres: tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem.

C

Leuit.19.d.18
matth.22.d.39
marc.12.c.31
rom.13.c.9
iac.2.b.8

14 Omnis enim Lex in vno ſermone impletur, ‖Diliges proximum tuū ſicut teipſum.

15 Quòd ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.

Rom.13.c.14
1.petr.2.c.11

16 ‖Dico autem, Spiritu ambulate: & deſideria carnis non perficietis.

17 Caro enim cōcupiſcit aduerſus Spiritū, Spiritus autem aduerſus carnē. hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt non quæcūque vultis, illa faciatis.

18 Quòd ſi Spiritu ducimini, non eſtis ſub Lege.

19 Manifeſta ſunt autē opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, luxuria,

D

20 Idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ,

21 Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ præ-

---

Ex fide iuſtitia non ex lege.

5 Nos enim 'Spiritu ex fide, "ſpem iuſtitiæ expectamus.

6 Nam in Chriſto Ieſu neque Circuncisio quicquam valet, neque Præputium: ſed "fides per charitatem agens.

7 Currebatis pulchrè, quis vos interpellauit, vt non obſequeremini "veritati?

8 'Hæc perſuaſio nōn *eſt* "ex eo qui vocat vos.

9 Paulum fermenti totam maſſam fermentat.

10 Ego confido de vobis in Domino, quòd nihil aliud ſenſuri ſitis: ſed qui turbat vos, auferet condemnationem, quiſquis fuerit.

11 Ego autem, fratres, ſi circuncisionem 'etiam prædico, quid adhuc perſecutionem patior? nempe abolitum eſt 'offendiculum crucis.

12 "Vtinam & abſcindantur "qui vos inquietant.

Libertas.

13 Vos enim in libertatem "vocati fuiſtis, fratres: tãtùm ne libertatem *datam putetis* carni pro occaſione, ſed per charitatem ſeruite alii aliis.

Dilectio.

14 Nam "tota Lex "vno verbo completur, *nempe* hoc, Diliges proximum tuum vt teipſum.

15 Quòd ſi alius alium mordetis & deuoratis, videte ne viciſſim alius ab alio conſumamini.

Spiritu ambulandum.

16 Dico autem, 'Spiritu incedite: & concupiſcentiam carnis non perficietis.

17 Nam caro concupiſcit aduerſus Spiritum, Spiritus autem aduerſus carnem. hæc autem inter ſe oppoſita ſunt: vt nō quæcuncunque volueritis, eadem faciatis.

18 'Quòd ſi Spiritu ducimini, non eſtis ſub Lege.

Opera carnis.

19 Porrò manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt, adulterium, ſcortatio, impuritas, proteruia,

20 Idololatria, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, contentiones, diſſidia, "hæreſes,

21 Inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ

---

5 Spiritu ex fide πνεύματι ἐκ πίστεως. Id eſt Spirtu qui fidem gignit, ſeu qui fidelibus datur. Vel, Spiritu, id eſt ex fide, non autem ex carne, ſiue, iis quæ à nobis poſſunt proficiſci, vt cæremoniis: ſub quorum inuolucris latebat ſanctorum fides ante Chriſti aduentum. Neque enim Deo damus iuſtitiam, ſed ab eo gratis datam accipimus per fidem: quæ & ipſa gratuitò confertur. Spem iuſtitiæ ἐλπίδα δικαιοσύνης. Id eſt, coronam gloriæ ſiue hæreditatem quæ per Chriſtum gratis iuſtificatos & cohæredes factos manet. Accipitur enim ſpes μετωνυμικῶς pro eo ipſo quod ſperatur, vt Rom.8.e.24. 6 Fides per charitatem agens πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Sic diſtinguitur viua & vera fides à mortua & adulterina: non autem charitas, tãquam iuſtificationis συναίτιον, fidei adiungitur: quum hoc repugnet ex diametro ſuperioribus omnibus argumentis. Præputium verò appellat, circunciſum non eſſe: & circuncisionem, circunciſum eſſe.

7 Veritati τῇ ἀληθείᾳ: Ergo doctrina pſeudapoſtolorum, & quæcūque alia religionis præcepta vnquam tradita ſunt aut tradentur, mera ſunt mendacia. 8 Hæc perſuaſio non *eſt*, &c. ἡ πεισμονὴ οὐκ. Hieronymus admonet in vetuſtis codicibus ſe non inueniſſe hoc totum, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, vt non obſequeremini veritati: ac multo minus quod in quibuſdam adiicitur, Nemini conſenſeritis. Ita poterit hic verſiculus adiungi cum ſuperiori, quaſi pro reſponſione, hoc modo, Quis vos interpellauit? perſuaſio non [profecta] ab eo qui vocat vos. Nos tamen illud prius inuenimus in omnibus noſtris exemplaribus, ideóque ſuppleuimus ἐστὶν, & ἡ tanquam ἀναφορικὸν expoſuimus, cū Auguſtino. Ex eo qui vocat vos ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Id eſt à Deo, qui non deſinit vos etiam nunc vocare, ad reſipiſcentiam ſcilicet.

11 Etiam prædico ἔτι κηρύσσω. Vulg. & Eraſ. adhuc prædico. Mihi verò nunquam videtur Paulus circuncisionem eo modo prædicaſſe, de quo hîc agitur: nempe quaſi cum Chriſto eſſet cōiungenda. At enim fuit Phariſæus. Fateor: ſed verbum κηρύσσειν ad Apoſtolicum munus reſpicit. Offendiculum crucis τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Crucem vocat Euangelicam doctrinam quæ in ſolius crucifixi Chriſti iuſtitiam reſpicit, ideóque à Iudæis non admittebatur. Hinc illæ perſecutiones aduerſus Paulum excitatæ, quaſi Legis Dei hoſtem. Nam de exteris nō agit hoc in loco, ſed ſpectat eos quibuſcum erat ipſi negotium in hac epiſtola. neque etiam legimus alios fuiſſe Apoſtolo moleſtos quàm Iudæos, aut eos certè demum qui à Iudæis erant incitati. 12 Etiam abſcindantur καὶ ἀποκόψονται. Abſcindi ſignificat exterminari à Deo: ſed videtur tamen Paulus ad pelliculæ ſectionem alludere quam iſti vrgebant. Auguſtinus Excindi interpretatur pro ſpadonem fieri, nempe propter regnum cælorum. quaſi iſtis ſcilicet Paulus non imprecetur ſed bene precetur. offendit enim eum hæc imprecatio: ſed fruſtra: cuius tot exempla ſuppeditat Dauid, & noſter idem Apoſtolus 2.Tim.4.c.14. Qui inquietant οἱ ἀναστατοῦντες. Id eſt qui vos quaſi ſedibus veſtris pellunt, non ſinentes ſcilicet vos in Chriſto acquieſcere, vt cœperatis. Nam quiſquis prædicat Legem, cogit neceſſariò conſcientiam perpetuò trepidare, & modò huc modò illuc transferri, quum nuſquam tranquillum portum inueniat. Contrà verò, Iuſtificati ex fide pacem habemus, Rom.5.a.1. 13 Vocati eſtis ἐκλήθητε. Id eſt gratis aſciti, vt alibi ſæpe diximus.

14 Tota Lex πᾶς νόμος. Alibi ſæpe annotauimus, quod in genere apud Paulum dicitur, interdum reſtringēdum eſſe ad id de quo agitur: vt hoc loco Legis nomen ad ſecundam tabulam. Vno verbo ἐν ἑνὶ λόγῳ. Id eſt vno præcepto, Hebræorum more, qui decem præcepta idcirco vocant עשרת הדברים, vt & Græci δεκάλογον. 16 Spiritu incedite πνεύματι περιπατεῖτε. Spiritum vocat ſuo more partem hominis à Spiritu Dei veluti recens animatam, id eſt peccato mortuam & Deo viuificatam. Vide Iohan.3.a.6. vbi etiam expoſuimus quid ſit caro, ſicut & alibi ſæpe in epiſtola ad Romanos: nimirum quicquid eſt in homine non inſtauratum per gratiam in Chriſto fide apprehenſo. Non perficietis οὐ μὴ τελέσητε. Sic conſtrui ſolet οὐ μὴ cum ſubiunctiuo, pro imperandi modo. Quid ſit autem carnis concupiſcentiā perficere, diximus Rom.6.b.12. 18 Quòd ſi Spiritu ducimini εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε. Vide Rom.6.c.14 & 15, vbi de hac re tota abundè diſſeruimus. 20 Hæreſes αἱρέσεις. Vide Act.5.d.17, & 1.Corinth.11.d.19.

quæ prædico vobis,ſicut prædixi:quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt.

Fructus Spirit⁹.

At fructus″Spiritus,eſt charitas,gaudium,pax,lenitas,benignitas,bonitas,fides,

Mãſuetudo,tẽperãtia.″aduerſ⁹ eos qui ſũt eiuſmodi, nõ eſt lex.

″Qui enim *ſunt* Chriſti,″carnem crucifixerunt″cum affectibus & concupiſcentiis.

″Si viuimus Spiritu,Spiritu & incedamus.

Gloria inanis.

Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi,alii alios prouocãtes,alii aliis inuidentes.

Cap.V I.

Peccãtes quomodo corripiendi.

F″Ratres,etiamſi″præoccupatus fuerit″homo in aliqua offenſa, ″vos ſpitituales ″inſtaurate huiuſmodi hominem″cum ſpiritu manſuetudinis:conſiderans temetipſum,ne & tu tenteris.

Onera fratrum portanda.

Alii aliorum onera portate:& ita complete″Legem Chriſti.

Nam ſiquis″ſibi videtur aliquid,quum nihil ſit,hũc ſuus ipſius animus fallit.

Opus autem ſuum approbet vnuſquiſque : & tunc″in ſemet ipſo gloriationem habebit,& non in alio.

Prædicãtores Euãgelii alẽdi.

″Nam vnuſquiſque ſuum onus portabit.

Communicet autem″qui inſtituitur″in ſermone,ei qui ſe inſtituit,″omnia bona.

dico vobis ſicut prædixi, quoniã qui talia agunt,regnum Dei non conſequentur.

22 Fructus autẽ Spiritus eſt charitas, gaudium,pax, patientia, benignitas, bonitas,longuanimitas,

23 Manſuetudo,fides,modeſtia, continentia,caſtitas. aduerſus huiuſmodi non eſt Lex.

24 Qui autem ſunt Chriſti,carnẽ crucifixerunt cũ vitiis & cõcupiſcentiis.

25 Si viuimus Spiritu,Spiritu & ambulemus.

26 Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes,inuicem inuidentes.

Cap.V I.

1 FRatres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi ĩſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderãs teipſum, ne & tu tenteris.

2 Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis Legem Chriſti.

3 Nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe,quum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit.

4 Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit,& non in altero. B

5 [Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. 1.Cor.3.b.8

6 Communicet autem is qui catechizatur verbo,ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis.

22 Spiritus τοῦ πνεύματος. Non ſunt igitur fructus liberi arbitrii,niſi quatenus à Gratia liberatum eſt : & quæcunque harum virtutum ſigna in iis extiterunt qui Chriſtum non cognouerunt,non fuerunt virtutes,ſed inania virtutum ſimulachra coram Deo.

23 Aduerſus eos qui ſunt huiuſmodi κατὰ τῶν τοιούτων. Si hoc accipias neutro genere,frigida admodum fuerit ſententia.Quorſum enim diceret Legem aduerſus iſtas præclaras virtutes latam non eſſe?Ideo periphraſin adhibui vt perſpicuitati ſtuderem. Senſus autem eſt, eiuſmodi homines ſub Lege non eſſe,ſed ſub Spiritu ſeu Gratia,vt dixerat ſuprà verſu 18.Quid ſit ſub Lege nõ eſſe,expoſuimus Rom.6.c.14 & 15

24 Qui enim *ſunt* Chriſti οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ. δὲ pro γὰρ iterum poſitum eſſe liquet,vt ſuprà verſ.2.Cauſam enim affert cur eiuſmodi homines non ſint ſub Lege.quia,inquit,Chriſtus,cuius Spiritu aguntur,carnem in eis extinxit . Ergo ſub Lege non eſſe,hoc in loco, non ad remiſſionem peccatorum,ſed ad ſanctificationem pertinet in nobis inchoatam,vt diximus Rom.6.c.15.Origenes tollit particulam δέ.Ambroſius legit Χριστοὶ Chriſti,in recto plurali. Carnem crucifixerunt τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν. Vide Rom.6.a.6. Cum affectibus σὺν τοῖς παθήμασι. Cicero perturbationes & morbos animi vocat Vetus interpres vitia conuertit.Vide Rom.7.a.5.

25 Si viuimus Spiritu εἰ ζῶμεν πνεύματι. Id eſt, Si verè donati ſumus illo Spiritu viuifico, qui facit ſcilicet,vt peccato mortui,Deo viuamus:hoc re ipſa,id eſt ſancta vita,teſtemur,quæque verbi Dei regulæ reſpondeat.Hoc enim eſt στοιχεῖν.Vide infrà 6.d.18.

IN CAPVT VI.

1 Fratres Ἀδελφοί. Latet in hoc etiam vno verbo argumentum.Minimè enim decet fratres inhumana feritas morũ in reprehenſionibus,ſed ſancta potius ſolicitudo vt qui aberrarunt reuocentur in viam.Sed hic rurſus peccatum videtur in capitis ſectione: quod ego potius ab extremo ſuperioris ſectionis verſiculo inchoarim. Videtur enim verſ.25 complecti ſuperioris tractationis ſummam,à qua dependent ſequentes admonitiones,tanquam ſpecies à genere. Præoccupatus προληφθῇ. præoccupatus ſcilicet à carne & Satana,vt Matth.26.d.41,& 1.Pet.5.c.8.quis autem fratrem incautum ex inſidiis non eripuerit? Homo ἄνθρωπος. Hoc etiam vidit ſenex ille Terentianus,quũ diceret,Homo ſum:humani à me nihil alienum puto.Sed & naturæ imbecillitas ita ſignificatur. Vos Spirituales ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. Id eſt, Vos qui Spiritus virtute ſuſtinemini. quos vocauit δυνατοὺς, id eſt fortes ac robuſtos, Rom.15.a.1. Inſtaurate καταρτίζετε. Id eſt, nitamini in eo ſupplere quod deeſt,& eum quotidie magis ac magis perficere. Vide Matth.21.b.16. Cum Spiritu manſuetudinis ἐν πνεύματι πρᾳότητος. Ita loquuntur Hebræi,vt omnes veras virtutes intelligamus à Dei gratia proficiſci. ideo hunc Hebraiſmum libenter retinuimus. 2 Legem Chriſti τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ Mutua charitas toties à Chriſto inculcata,& quæ vno Chriſti Spiritu nos afflante intelligitur & præſtatur,peculiariter dicitur Chriſti Lex,vt Iohan.13.b.15,& d.33,& 34,& 15.b.12.vbi Chriſtus diſertè hoc mandatum,ſuum vocat.Tacita autem ſubeſt antitheſis inter Legem Moſis,id eſt externam laruam quam pſeudapoſtoli tantopere vrgebant, & Legem Chriſti, cui ſanctificatus animus ſtudet. 3 Sibi videtur δοκεῖ. τὸ δοκεῖν & τὸ εἶναι opponuntur, vt apud Latinos Videri & Eſſe,apud nos in vernaculo noſtro ſermone,*cuider & eſtre*. 4 In ſemetipſo εἰς ἑαυτόν. Id eſt ἐν ἑαυτῷ.Hanc enim ſententiã eſſe puto,Si noſipſos approbauerimus,potius quàm alios damnemus,fore vt hac ratione,gloriæ argumentũ non cogamur petere ex aliorum exemplo (qua in re ſcilicet mirum eſt quàm cæcutiamus)ſed in nobiſipſis inueniamus. Quid igitur?dicet aliquis,An cuiquam licet de ſe gloriari? minimè verò,niſi certa cum ratione.Nam certè Apoſtolus ſibi conſcius erat donorum quæ à Domino acceperat,vt qui ſeſe iam approbaſſet,quũ diceret,Imitatores mei eſtote,vt & ego Chriſti:& tamen à Phariſaiſmo procul aberat.Aliud enim eſt falſo nomine & ambitioſè ſe efferre,aliud verè & piè ſeſe hominibus pro inſigni bonitatis Dei exemplari proponere:aliud coram hominibus gloriari ad Domini gloriam,aliud coram Deo.quaſi non omnia illi debeas in ſolidum.Itaque δοκιμαζέτω non verti probet,quod ambiguum eſt:neque exploret,quod non ſatis eſt expreſſum.Neque enim materiam ſanctæ & iuſtæ gloriæ inuenit quiſquis ſeipſum explorat, ſed quiſquis ſeſe ita gerit vt meritò ſeſe omnibus approbet.Sic vſurpatur idem verbum 2.Cor.8.b.8.Quod verò in nonnullis codicibus additur μόνον, non eſt in Græcis ſcholiis, nec ſanè videtur ſatis conuenire.Dixi quid mihi videatur.alias interpretationes licebit ex commentariis petere.

5 Nam vnuſquiſque ἕκαστος γὰρ. Cauſam propriè non affert proximi dicti,id eſt eius vtilitatis quam ex ſui ipſius approbatione dixit capturum vnumquemque,ſed potius,cur neceſſe ſit omnes potius de ſeipſis approbandis quàm de aliis condemnandis eſſe ſolicitos.

6 Qui inſtituitur ὁ κατηχούμενος. Verbum κατηχεῖσθαι propriè quidem dicitur de primis rudimentis, vt docuimus Luc.1.a.4, ſed videtur hic accipi generalius pro διδάσκεσθαι.Generalis enim eſt doctrina quæ hic traditur,vt diſcipuli magiſtrum alant.quod qui non faciat, impius quodammodo inter profanos etiam homines cenſeatur. In ſermone τὸν λόγον. Conſtructio hæc Græca eſt,vt ſi dicas,doceri grãmaticam.neque dubium eſt quin hoc pertineat ad participium κατηχούμενος.quanuis aliud putet Marcion,vt tradit Hieronymus. Vocat autem Paulus τὸν λόγον doctrinam Euangelicam,ſcripturæ more κατ' ἐξοχὴν,vt Act.16.a.6,& alibi ſæpe. quanuis ſæpiſſime addi ſoleat Κυρίου Domini,vel τοῦ Θεοῦ Dei.latétque in hoc verbo argumentum,nequid iniqui petere videatur,quum pro ſpiritualibus monet vt dentur carnalia,1.Cor.9.b.11. Omnia bona ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Id eſt quæuis,pro facultatum & neceſſitatis ſcilicet ratione. Neque enim vult Paulus dari omnia,ſed omnibus modis gratos eſſe diſcipulos. Eſt autem Hebræa conſtructio cum præpoſitione מן, quaſi dicas ex omnibus bonis ſuis.ſicut in vernaculo ſermone dicimus,*de tous ſes biens*.quo modo interdum accipitur ב vt Leuit.8.g.32. Itaque quod affert Eraſmus, λόγον accipi poſſe pro ratione(quaſi velit Apoſtolus rationem dati & accepti cõſtare inter magiſtrum & diſcipulum, ſed ita demum ſi qui tradidit,ſyncerè tradidit)prorſus eſt ἀπροσδιόνυσον.

Nolite errare: Deus non irridetur. quę enim ſeminauerit homo, hęc & metet.	7	Ne ſeducamini: Deus non irridetur. quicquid enim″ſeminarit homo, hoc & metet.	
Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.	8	Nam qui ſeminat″carni ſuæ, ex carne metet interitum: qui ſeminat ſpiritui, ex ſpiritu metet vitam æternam.	
Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim ſuo metemus, non deficientes.	9	″Benefaciendo autem ne ſegneſcamus. tempore enim ſuo metemus,″ſi non elanguerimus.	
C Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.	10	Nempe igitur dum tempus habemus, ſimus benefici erga omnes, maximè verò erga″domeſticos fidei.	Domeſtici fidei.
Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.	11	Videtis″quàm longis literis vobis ſcripſerim mea manu.	
Quicunque volũt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi: tantùm vt crucis Chriſti perſequutionem non patiantur.	12	Quicunque volunt″ſpecioſi apparere″in carne, ii cogunt vos circuncidi: tantùm ne″ob crucem Chriſti perſequutionem patiantur.	Circunciſio.
Neque enim qui circuncidũtur, Legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circuncidi vt in carne veſtra glorientur.	13	Nam ne ipſi quidem qui circunciduntur, Legem ſeruant: ſed volunt vos circuncidi, vt″de veſtra carne glorientur.	
Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ D mihi mũdꝰ crucifixꝰ eſt, & ego mũdo.	14	A me verò abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem″mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.	Gloriatur in afflictionibus propter Chriſtum.
In Chriſto enim Ieſu neque circũciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.	15	Nam in Chriſto Ieſu neque circũciſio quicquam valet, neque præputium, ſed″noua creatio.	
Et quicunque hanc regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei.	16	Et″quicunque ad hanc regulam″greſſum dirigent, pax *erit* ſuper eos & miſericordia,″& ſuper Iſraelem Dei.	Regula Chriſtianorum.
De cætero nemo mihi moleſtus ſit. ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.	17	″De cætero nequis mihi moleſtias exhibeat: ego enim″ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.	
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen. Ad Galatas miſſa fuit è Roma.	18	Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti″*ſit* cũ ſpiritu veſtro, fratres. Amẽ. *Ad Galatas miſſa fuit è Roma.*	

7 Seminarit σπείρῃ. Vſitatum eſt Apoſtolo, ſumptus ſementi comparare, quam ſequitur meſſis, id eſt, vita æterna: vel diſpendium,
vt qui ſterili ſolo ſemina mãdarit: vt 1.Cor.9.b.11, & 2.Cor.9.b.6. quæ tranſlatio verbi זרע paſſim ad omnes vitæ actiones trãſfertur. vt Prou.
22.b.8, & 11.c.18. Hic verò Paulus, meo iudicio, de miniſtrorum alimentis pergit diſſerere: & quum dixiſſet Deum non irrideri, quòd valdè
hic ſint ingenioſi homines in quærendis ſubterfugiis, nunc oſtendit quanto præſtet ſpiritui ſerere (id eſt, comparandis iis quæ ad pietatem
ac religionem pertinent, bonis ſuis non parcere) quàm carni ſerere, id eſt fluxis iſtis & caducis bonis accumulãdis opes impendere. quorum
deſiderio ſic feruent homines, vt hìc minimè omnium ſint parci: quum tamen hæc omnia perire & conſumi oporteat, illinc verò perennis
vitæ theſaurus ad nos redeat. Siquis malit carnem pro iis accipere quæ per ſe vitioſa ſunt, φθορᾶς nomine æternum interitum interprerari licebit.
Sed aſſentior doctiſſimo interpreti, qui fluxam opum naturam putat hoc nomine ſignificari. Vtrouis autem modo accipias, interitus
nomen melius conuenit quàm corruptionis. 8 Carni ſuæ εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ. Vulg. in carne ſua. Eraſ. per carnem ſuam. Ego puto
εἰς reſpondere ל Hebræorum, tertio caſui præpoſitæ, & finem ſeu ſcopum declarare.

9 Benefaciendo autem καλὸν δὲ ποιοῦντες. Id eſt ἀγαθοποιοῦντες ἢ εὐεργετοῦντες. Nam id accipiendum eſſe de beneficẽtia, declarat proximus
verſiculus. quanuis in quibuſuis bonis operibus valeat eadem doctrina. Vulg. & Eraſ. bonum autem facientes. Si non elanguerimus
μὴ ἐκλυόμενοι. vel, ſi non defecerimus, quod tamen ambiguum videri poterat hoc in loco. Vide Marc.8.a.3. Sic autem omnino reſolui debet
participium, quaſi ſcriptum ſit ἐὰν μὴ ἐκλυώμεθα. vt in illo Homeri verſiculo, Iliad. ι, ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι. Vulg. non
deficientes. Eraſ. non defatigati. 10 Domeſticos fidei τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Id eſt, eos qui per fidem ſunt in eadem atque nos
familia Domini. Vſitatum enim eſt appellatione domus Domini Eccleſiam ſignificare. Filiorum autem Dei character eſt fides.

11 Quàm longis πηλίκοις. ad verbum, quantis. Vulg. qualibus. in quo explicando miror cur ſe tantopere torqueant interpretes: dũ alii
ad ſublimitatem ſententiarum referunt, vt Hilarius: alii ad ipſa literarum elementa, quæ grandiuſcula fuerint, vt Hieronymus: alii ad deformitatem,
quaſi Paulus imperitus fuerit pingendarum literarum, vt Theophylactus Chryſoſtomum ſequutus. quæ ſanè miror cuiquam venire
in mentem potuiſſe. 12 Specioſi apparere εὐπροσωπῆσαι. πρόσωπον, id eſt ſpeciem ſeu vultum, opponit veritati, vt alibi ſæpe
diximus. inde εὐπροσωπεῖν, pro quo dicimus in vernaculo ſermone, *faire bonne mine*. Vulg. placere. Eraſ. iuxta faciem placere. In carne ἐν
σαρκί. Ita vocat Cæremonias externas, quarum fuco illiti pſeudapoſtoli, conabantur aliorum etiam ora inficere. Ob crucem Chriſti τῷ
σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, ob Chriſti crucifixi prædicationem, cui iſti Legem adiungebant, vt Iudæorum bonam gratiam inirent.

13 De veſtra carne ἐν ὑμετέρᾳ σαρκί. Id eſt, quòd vos Iudaiſmo implicuerint. Sed ad circunciſionẽ alludit: quaſi iſtos diceret ex præciſa
Galatarum cuticula Iudæorum fauorem captare. 14 Mundus mihi crucifixus eſt ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται. Mundum vocat omnem
hominum cæterarúmque rerum ſplendorem, qui iſtis pſeudapoſtolis perſtringebat oculos, vt præ iis Chriſtum contemnerent, quum
ipſe nihil iſtis commoueretur. Sibi enim mortuum eſſe mundum, & ſe viciſſim mundo mortuum. Sed crucifigendi vocabulo vti maluit, vt
oſtenderet, à Chriſto crucifixo, per quem ipſe eſſet nouus homo factus, omnem iſtam virtutem proficiſci.

15 Noua creatio καινὴ κτίσις. Vide ſuprà 5.a.6, & Rom.6.a.4.

16 Quicunque ὅσοι. Indefinita particula tollit Gentium diſcrimen, ad quas hoc prius membrum propriè ſpectat. Greſſum dirigent
στοιχήσουσιν. Vulg. ſequuti fuerint. Eraſ. incedent. Mihi videtur στοιχεῖν aliquid amplius quàm περιπατεῖν ſignificare, nempe ita incedere
vt certum ordinem teneas, & quaſi lineam non tranſilias. quod hìc fuit exprimendum, propter additum normæ ſeu regulæ nomen.

Et ſuper Iſraelem Dei καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, ſuper Iudæos, quorum laus nõ eſt ex hominibus ſed ex Deo: vt Rom.2.d.19. Præpoſitio
autem ἐπὶ hanc gratiam declarat cælitus illabi.

17 De cætero τοῦ λοιποῦ. ſiue poſthac, vt apud Ariſtophanem χρόνου τοῦ λοιποῦ. ſed ſæpius non exprimitur χρόνου, vt in διὰ πολλοῦ, διὰ μακροῦ,
& ſimilibus. Stigmata στίγματα. Id eſt, inuſtas notas, quales inuri ſeruis ſolebãt, magna quidem cum ipſorum infamia, vnde & ſtigmatiæ
dicti ſunt. ſed hæc dedecora adeo pretioſa ſunt coram Deo, vt ea non dubitet Apoſtolus omni pſeudapoſtolorum gloriæ opponere. Vocat
igitur ſtigmata, nõ horrendi illius ſtigmatici idoli ſeu vera ſeu fictitia vulnera (nihil enim intereſt, quanquam fictitia eſſe ſatis conſtet) ſed ea
quæ commemorat 2.Cor.11. additque Κυρίου Ἰησοῦ, id eſt Domini Ieſu: quoniam, vt rectè inquit ille, Martyrem non facit pœna, ſed cauſa: ſimulque
has notas opponit circũciſionis cicatrici. quaſi diceret, Cuticulam iſti abſciſſam proferunt, non Ieſu Chriſti nomine, ſed cum illius
potius dedecore. At mihi in eo gloriari liceat quòd longè alia ſtigmata & longè alias cicatrices poſſum proferre, non Legis ſeruitutis, ſed
Chriſtianæ libertatis teſtes. Nam ii demum liberi ſunt qui Chriſto ſeruiunt.

18 *Sit* cum ſpiritu veſtro μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Id eſt, animis veſtris inſideat, vt Dei Spiritu magis ac magis confirmemini. Videtur autem
rurſus ſpiritum dixiſſe, vt eos à carnis iuſtitia ad Euangelium reuocet.

EPISTOLA PAVLI AD Epheſios.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολή.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap. I

1 Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti″per voluntatẽ Dei, ″ſanctis qui agũt Epheſi, ″& fidelibus in Chriſto Ieſu,

2 Gratia ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Benedictio. 3 ″Benedict⁹″Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ″qui benedixit nobis″omni benedictione ſpirituali, ″in cælis Chriſto:

Electio, Sancti. 4 Sicut″elegit nos″in ipſo, antequam iacerentur fundamẽta mũdi, ″vt eſſemus″ſancti & inculpati″coram ipſo″per charitatem.

Filii. 5 ″Qui prædeſtinauit nos″quos adoptaret in filios per Ieſum

VETVS.

Cap. I.

1 Paulus Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei, omnibus ſanctis qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu. 1.Cor.1.a.1

2 ‖Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. 1.Cor.1.a.3 2.petr.1.a.2

3 Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione Spirituali, in cęleſtibus, in Chriſto:

4 ‖Sicut elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionem‖vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu ei⁹ in charitate. 2.Tim.1.c.9 Coloſſ.1.c.29

5 Qui prædeſtinauit nos in adoptio-

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Per voluntatem διὰ θελήματος. Vide Gal.1.a.4. Sanctis qui ſunt ἁγίοις τοῖς οὖσιν. vel, ſanctis qui eſtis. In nonnullis codicibus additur πᾶσιν, omnibus. Et fidelibus καὶ πιστοῖς. Epexegeſis. Neque enim alia eſt ſanctorum magis propria definitio.

3 Benedictus εὐλογητός. Vide 2.Cor.1.a.3. Deus & Pater ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ Vide 1.Cor.15.c.24. Qui benedixit nobis ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς. Hebraiſmus, tum in verbo ברך quod εὐλογεῖν Græci, benedicere Latini conuertunt, tum etiam in eius conſtructione. Vide Mat. 25.c.34. Omni benedictione Spirituali ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Id eſt, omni beneficentiæ genere, quæ verè cæleſtis eſt ac Diuina. Nã quædam etiam ſunt vitæ præſentis benedictiones: ſed quæ nihil ſint præ illis, partim ſcilicet illarum duntaxat quaſi adumbrata ſimulachra in filiis Dei, partim etiam cum infidelibus communes. quibus tamen, ſuo ipſorum vitio, fiunt condemnationis inſtrumenta. Vide 2.Cor.1.a.5.

In cælis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Heb. במרומים ſub. מקומות, id eſt locis, vt Philip.1.b.13. quæ formula familiaris eſt Paulo in hac epiſtola. poteſt autem in hoc verſiculo dupliciter explicari, ſententia non multum diuerſa. Nam ſi Deum benedicentẽ ſpectemus, dicitur nobis benedicere in cælis, in quibus ſcilicet, quaſi in ſuo ſolio, ſedens, ſuis beneficiis nos cumulet. qua ratione commendantur dona ab eius maieſtate à quo proficiſcuntur, tanquam ſcilicet verè Diuina, æterna, & ex ipſo Dei ſolio profecta. Sin autem homines ipſos ſpectemus in quos ea beneficia conferuntur, dicuntur benedici in terra, quum iis donis cumulantur quæ ad hanc vitam ſpectant. cuiuſmodi promiſſiones multo plures & magis expreſſæ fuerunt ſub Legis pædagogia, vt explicatur copioſè Deut.28. Et contrà benedici in cælis, quum iis muneribus donãtur quæ propria ſunt ciuium regni cæleſtis, & ad æternam vitam in cælis tranſigendam pertinent, vt cognitione Dei in Chriſto, fide, ſpe, charitate, cæteriſque donis quæ ex his fontibus promanant. qua ratione etiam dicimur iam in cælis verſari, Philip.3.d.19 & 20. In Chriſto ἐν Χριστῷ. Sic rectè Vetus interpres, conſentientibus omnibus noſtris vetuſtis codicibus, & Græcis etiam ſcholiis. Ita etiam legit Theophylactus, niſi quòd addit Ἰησοῦ Ieſu: & Hieronymus: optiméque conueniunt ſequẽtia, vbi aſſiduè repetitur præpoſitio ἐν. Itaque non admitto eius interpretationem qui conuertit ἐν τοῖς ἐπουρανίοις Χριστῷ in rebus Chriſti cæleſtibus, quaſi ἐπουράνια ſcriptum ſit neutro genere, & Χριστῷ poſitum pro Χριστοῦ. quanuis alioqui certum ſit ex Chriſti abundantia nos omnes haurire quicquid bonorum præſertim ſpirituali ũ habemus. Sed & Χριστῷ nolim accipere tertio caſu, pro ad Chriſti gloriam: quòd mihi videatur omnino Apoſtolus cauſam noſtræ ſalutis materialem, quam vocant, indicare. Cur autem malim in Chriſto quàm in Chriſtum interpretari, dixi 1.Cor.1.a.2.

De electione

4 Elegit ἐξελέξατο. Id eſt, eligere propoſuit. quod etiam explicatur verſu proximo. AEterna enim electio eſt in propoſito, de qua hîc agitur, quum alioquin noſtri reſpectu, tum demum dicamur eligi quum Deus ſuum propoſitum in nobis exequitur. Deinde & illud notãdum eſt, de electione ad vitam æternam hìc agi, quæ æterno propoſito nititur: ideo firma ac inuariabilis ſit oportet, quum Deus ſententiã non mutet. Sed in temporariis muneribus aliud cenſendum eſt, quorum ſpatio expleto non mirum eſt repudiari qui ad certum munus & certum tempus duntaxat electi fuerant, vt Sauli & Iudæ contigit. In ipſo ἐν αὐτῷ. In ipſo ſcilicet adoptandos, vt poſtea explicat. Nam Chriſtus proponitur nobis vt mediator. ergo corruptio ordine cauſarũ præcedat neceſſe eſt in Dei propoſito, corruptionem autem creatio in iuſtitia & ſanctitate, vt infrà 4.f.24, vt ſibi Deus tum ad eos per miſericordiam ſeruandos quos Chriſto eligeret, tum ad eos iuſtè puniẽdos qui in iniquitate concepti permanerent, aditum ſibi patefaceret. Sed vt hæ cauſæ ſuis gradibus diſtinguantur, omnes tamẽ in Deo ſunt æternæ, ac omni tempore ſuperiores. vt temporis ratione nec prius quicquam nec poſterius hic cenſeatur, ſed cauſarum duntaxat ordine. ſiquidem neceſſe eſt vt remedii ordinatio ſit morbi conſideratione poſterior. Quid ergo? dicet aliquis, Chriſtum facis ſecundariam noſtræ ſalutis cauſam? Hanc enim calumniam mihi conati ſunt quidam inurere. Audiant igitur quid reſpondeam, in proximo verſiculo.

Vt eſſemus εἶναι ἡμᾶς. Ergo neque quòd iam ſancti eſſemus, neque quòd Deus tales nos futuros proſpiceret. Quî enim tales eſſemus, niſi nos Dominus elegiſſet & prior dilexiſſet? Ergo qui electionis doctrinam ſibi applicant, vt ſibi quanuis licentiam arrogent, poſſunt manifeſtè ex hoc loco conuinci falſitatis: neque idcirco damnanda eſt hæc doctrina, vt inutilis vel curioſa, ſed vt vnicũ ac firmum noſtræ ſalutis, pacis, ac conſolationis fulcrum, vtriſque, quod aiunt, manibus retinenda. Sancti & inculpati ἁγίους καὶ ἀμώμους. Nempe Chriſti iuſtitia induti, cuius virtute incipimus mori peccato, vt Deo viuamus. Nam qui huius iuſtitiæ perfectionem in ſeſe quærit, quandiu hic viuit, mirum ni ſaltem ſuæ conſcientiæ teſtimonio refellatur. Corã ipſo κατενώπιον αὐτοῦ. Id eſt verè ac ſyncerè. Vide Luc.1.a.6. Per charitatem ἐν ἀγάπῃ. Hoc nonnulli ad proximum dictum referunt, quòd charitatis nomen vtriuſque tabulæ officia complectatur. Quidam malunt connectere cum ἐξελέξατο, vt ſignificet Apoſtolus Dominum ſola charitate gratuita impulſum vt nos eligeret. quibus potius aſſentiri velim. Sed vtrique expoſitioni prætulerim ſanè Budæi opinionem, qui hoc connectit cum ſequente verſiculo, hoc modo. ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, id eſt nobis per charitatem prædeſtinatis adoptioni per Ieſu Chriſtum. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura.

Rif.

5 Qui prædeſtinauit nos προορίσας ἡμᾶς. Quod dixerat ſuperiore verſiculo, nos in Chriſto ab æterno electos, nũc explicat, aliquid etiã adiiciens. Eligere in Chriſto igitur definit nihil aliud eſſe quàm gratis deſtinare adoptioni per Chriſtum. addit deinde cauſam finalem, non ſubalternam quam vocant, cuius antè meminerat, ſed vltimam, nempe gloriam Dei, cuius ſumma tum miſericordia tũ iuſtitia in adoptione iſta gratuita elucet. Sed inter electionem tamen & prædeſtinationem, ſi ſubtilius omnia ſcrutemur, quũ alioquin electionis nomen latius pateat, hoc intererit, quod electio reſpicit partim Dei propoſitum, partim oppoſitum reproborum membrum: quum mutuò ſe reſpiciant electi & reprobi. prædeſtinatio verò reſpicit partim ipſius propoſiti executionem, ac proinde totum illum cauſarum progreſſum quo Deus ſuos deducit, vt quum hîc dicimur prædeſtinati ad adoptionem: alibi verò ad opera bona, infrà 2.b.10, alibi ad ferendam crucem, vt Ro.8.f.29, & ad cognoſcendam Dei voluntatem, Act.25.d.14, Partim fines quos ſibi Deus in eligendo propoſuit, nempe vitam æternam in honore electorũ, vt Act.13.g.48, Ro.9.f.23. & gloriã ipſius Dei, qui finis eſt vltimus, vt infrà verſ.6 & 12. Synonyma enim ſunt, προορίζειν, προετοιμάζειν, προχειρίζεσθαι & ſimilia, in quibus omnibus πρὸ declarat conſiliũ Dei, quod quidem nõ modò euentus ſed etiam cauſas ipſas ex omni æternitate antegreditur, conſilium, inquam, quo vniuerſa & ſingula non modò præſciuit, ſed etiam decreuit. Quos adoptaret in filios per Chriſtum Ieſum εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Explicat Apoſtolus quomodo accipiendũ ſit quod antè dixerat nos in Chriſto electos ab æterno, ita nempe vt Chriſtus ſubſternatur Dei æterno conſilio, qui per eum vnum conſtituit omnes electos ad ſuum finem adducere. Neque

enim Chriſtum hîc conſiderat nudè vt Deum Patri ὁμοούσιον & per omnia æqualem (qua ratione non in ipſo ſed ab ipſo ſicut & à Patre & à Spiritu ſancto electi ſumus, quũ Dei οὐσία diuidi nec poſſit nec debeat) ſed vt mediatorẽ, in quo vno gratis adoptati & recõciliati ſeruemur. Iam verò, vt antè diximus, corruptio reconciliationem præcedat neceſſe eſt, & integritas corruptionem, cauſarum ordine: ex quo fit vt Deũ meritò dicamus, antequam hominem conderet, primùm conſtituiſſe gloriam ſuam in ſeruandis per miſericordiam nonnullis patefacere: quum primùm omnium ſoleant omnes artifices de fine conſtituere: deinde vt hunc finem conſequeretur, decreuiſſe hominem condere marem & fœminam, integros quidem illos, ſed qui ſponte lapſi, ſeſe poſteróſque ſuos redderent iudicio Dei obnoxios: ex quibus poſtea certos quos illi libuiſſet ſelectos per miſericordiam ſeruaret: ac demum his conſtitutis, decreuiſſe opus illud ædere omnium pulcherrimum & magnificentiſſimum, nempe vt Verbum illud æternum Caro fieret. in quo adoptati quos ei rei prædeſtinaſſet, ac ſuo tempore ſapientiam, iuſtitiam, ſanctificationem, redemptionem gratis per fidem adepti, ſeruarentur. Chriſtus ergo, vt mediator, non modò primaria, ſed etiam vnica eſt ſalutis noſtræ materia, quum nullum ſit aliud nomen ſub cælo in quo nos oporteat ſaluos fieri. Chriſtus is eſt in quem vnum tendit noſtra electio, quum per eum vnum gratis ſeruentur electi. Chriſtus denique is eſt in quo vno quærere electionis noſtræ declarationem & executionem oportet: quum per eum vnum Pater æternum ſuum illud de nobis decretum declaret & exequatur. Sed tamẽ tantum abeſt vt, ſi cauſarum ordinem ſpectes, Pater in Chriſto mediatore cauſas quæſierit eligendi aliquos ad ſalutem, vt cõtrà, quia Deus aliquos decreuerat eligere & per miſericordiam ſeruare, idcirco Chriſtum ipſum, quatenus homo eſt, primum omnium prædeſtinarit, in quo cæteros ſeruaret. quod & explicatur infrà, & diſertè exprimitur 1. Pet. 1. d. 20. Niſi quis ita inſanit, vt Deum prius exiſtimet decreuiſſe quomodo conſilium ſuum exequeretur, quàm cõſilium vllum cepiſſet: prius de inſtauratione electorum quàm de hominis creatione & lapſu deliberaſſe: prius denique lapſum atque adeò creatum eſſe hominem quàm Deus de hominum conditione futura certum conſilium cepiſſet. quæ omnia quum ſint abſurdiſſima, ex eorum tamen placitis neceſſe eſt conſequantur qui in Chriſto mediatore quærunt propoſiti Dei cauſas. Clament iſti igitur quantum libuerit, nos Chriſtum facere ſecundariam ſalutis noſtræ cauſam (quod tamen falſum eſſe ſuprà oſtendimus) hoc ego viciſſim reſpondebo, me nec poſſe nec velle Chriſtum aliter quàm Dei ac hominum pacificatorem intueri. apertiſſimè verò inſanire qui in ordine cauſarum texendo, vel propoſitum non modò creatione ſed etiam lapſu poſterius, vel morbum remedio poſteriorem faciat.

nem filiorum, per Ieſum Chriſtũ, in ipſũ, ſecundũ propoſitũ volũtatis ſuę:		Chriſtum "in ſeſe, 'pro ſponte beneuolo affectu voluntatis ſuæ:	
In laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto.	6	'Ad laudẽ glorioſæ gratiæ ſuæ, "qua gratos nos reddidit in illo dilecto.	Laus.
In quo habemus redemptionẽ per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorum) ſecundum diuitias gratiæ ei⁹.	7	In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem *inquam* peccatorum "ex diuite ipſius gratia,	Redemptio. Remiſſio peccatorum.
Quæ ſuperabundauit in nobis in õni ſapientia & prudentia.	8	"Qua redundauit in nos "omni ſapientia & "intelligentia.	
Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecũdum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo,	9	Patefacto nobis "myſterio voluntatis ſuæ, ſecundum gratuitã ſuam beneuolentiam quam propoſuerat "in ſeſe,	Voluntas Dei.
In diſpenſatione plenitudinis tem	10	'*Nempe* vt in pleni temporis diſpenſatione	

In ſeſe εἰς αὑτόν. Id eſt ἐν ἑαυτῷ. quibus verbis excludit Apoſtolus quæcunque vſquam ſunt extra Deum, vt Deum in ſuis eligendis nihil neque præſens (ſolus enim eſt æternus) neque futurum in cælo aut in terra, ſed ſeipſum vnum ſpectaſſe, in quo vno ſapientiſſimi & iuſtiſſimi ſui conſilii cauſas inuenerit. qua ratione minimè excluditur à Patre, ſed cũ illo vnitur Filius & Spiritus, quum hi tres ſint vnus Deus. quod & ipſum in conſilii executione & ſingulis cauſis diligenter eſt conſiderandum: ita vt neque diſcerpamus οὐσίαν, neque perſonas confundamus. Vulg. in ipſum, εἰς αὐτόν. quod non conuenit. Sed multo etiam abſurdius quidam interpretatus eſt in eundem, id eſt εἰς τὸν αὐτόν.

Pro ſponte beneuolo affectu voluntatis ſuæ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Vtroque hoc nomine res eadem, id eſt amor gratuitus, ſignificatur, & de quo Dominus veluti ſibiipſi placet, vt ſæpe iam diximus. quo fit vt Paulus altero ſæpe ſit contentus. Sed tamen hoc in loco non eſt inanis hæc repetitio (tum propter emphaſin ex Hebræorum idiotiſmo, vt quum מטיט היון id eſt è luto luti dicunt, Pſal. 40. a. 3. quem pleonaſmum iterum annotauimus infrà, verſ. 19, & 4. f. 23) tum verò maximè vt intelligatur gratuitum Dei amorem hic conſiderari à Paulo in primo gradu, id eſt in propoſito. Nam primùm omnium conſtituit Deus quos vellet honoris vaſa fieri. cuius decreti cauſa omnis in ipſo Deo eſt poſita, cui ita placuit ad gloriam ſuam in illis declarandam. Deinde quos propoſuit gratos habere, eos in Chriſto ſibi gratos effecit, in eo ipſos contemplans, cui ſuo tempore adiunguntur. Neque enim apud Deum Chriſtus paſſurus minus valuit quàm paſſus, quum ſint apud eum omnia præſentia. Tertius demũ gradus eſt, quo re ipſa eos efficaciter vocatos Chriſto per fidem inſerit, non prius deſinens eos quotidie magis ac magis inſtaurare, quàm vero Filio ſuo cõformes factos, pro filiis & hæredibus regni æterni obſignet. Cæterùm τὴν εὐδοκίαν Vulgata & Eraſmus conuertunt beneplacitum: quidam etiam arbitriũ, non ſatis expreſſè, vt mihi videtur: quia εὐδοκία ſolos electos reſpicit, non modò quòd Deus in eos bene ſit affectus, ſed etiam quia ſponte eos amat, adeò vt ex eo quaſi voluptatem capiat. Ideo gratuitã beneuolentiam alibi conuerti, hic verò quia τῷ θελήματι adiungitur, affectum ſponte beneuolum.

6 Ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ Id eſt, vt beneficentia ipſius ſicut ſummam laudẽ meretur, ita etiã prædicetur. Cuius enim animus tantam iſtam Dei bonitatẽ complecti poſſit? Vide Rom. 6. b. 6, 7, & 8, & capita Euangelii Iohannis 13, 14, 15, 16, 17.

Gratis nos ſibi acceptos effecit ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς Heb. הרצה ficto quidem verbo, in coniugatione Hiphil, ſicut etiam fictum eſt τὸ ἱκανῶσαι.

7 Ex diuite ipſius Gratia κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. Vulg. ſecundum diuitias gratiæ eius. Vide Rom. 2. a. 4.

8 Qua ἧς Id eſt per quam, ſcilicet gratiam ſeu beneficentiã. poſitum enim eſt relatiuum in caſu antecedentis, Græcorum more. Vulg. quæ, ἥ. Eraſm. de qua, ἐξ ἧς. Omni ἐν πάσῃ Id eſt perfecta & integra, vt 1. Cor. 3. a. 2. Eſt ergo Chriſtus crucifixus verè cæleſtis & omniũ etiam Angelorum captum ſuperans ſapientia, quanuis mundus eam pro ſtultitia habeat. Eſt enim μυστηριώδης, & ab iis ſolis intelligitur qui perfecti vocantur, quòd Dei gratia duce, perfectionis viam inſiſtunt, 1. Cor. 2. b. 6, & 7. Itaque apage à nobis os illud impium & blaſphemũ iſtius qui nuper in illum Pauli locum ſcribens, auſus eſt apertè Chriſtum crucifixum negare ſapientiam eſſe, ſed ſapientiæ duntaxat rudimenta: atque illud etiam, Deus bone, quam impiè & quàm confidenter aſſerere, Paulum in ſuis omnibus Epiſtolis nihil quàm rudimenta ſcripſiſſe, habuiſſe verò abſtruſiorem quandam ſapientiam, quam ſcriptis nõ tradiderit, ſed ſolùm quoſdam perfectos docuerit: nempe eam quam ipſe commentus ſuis perfectis venditat. Intelligentia φρονήσει Id eſt συνέσει vt Coloſ. 1. b. 9. Sic enim malo interpretari quàm prudentiam cum Vetere interprete & Eraſmo. Nonnulli porrò iſta connectunt cum ſequenti participio γνωρίσας, vt poſt ἡμᾶς punctum ſcribatur. quam diſtinctionem ſequitur Hieronymus & Græcus etiam Scholiaſtes. Quidam verò hæc nuper ita conuertit, qua erga nos tam largè vſus eſt, ſumma cum ſapientia atque prudentia, & certè ἐν pro σὺν non rarò accipitur, vt ſæpe annotauimus. Sed non dubito quin hæc potius declarent Euangelici myſterii dignitatem, ad quam gratis nos Dominus vocarit.

9 Myſterio μυστηρίῳ Id eſt arcano. Quis enim id vnquam per ſe vel ſuſpicari poſſit? Accedit autem ad conſilii Dei executionem primùm in eo quòd Chriſtum ſuo tempore exhibuit mundo, idque gratis, ſicut etiam gratis id propoſuerat in ſeſe: deinde in eo quòd ad Chriſtum gratis etiam vocauit quos gratis prædeſtinarat, primùm ex Iudæis, poſtea verò ex Gentibus. Cæterùm quòd Vetus interpres μυστήριον hoc loco conuertit ſacramentum, abſurdius eſt quàm vt refutatione indigeat. Quanuis enim Græci theologi interdum μυστήρια vocarint quæ Latini ſacramẽta, tamen ex eo non efficitur μυστήριον vbiq; declarare ſacramentũ. Eraſmus verò arcanũ rectè interpretatus eſt. ſed tamen Græcam vocem ab ipſo etiam Cicerone vſurpatam malui retinere: quòd myſterii nomen non quoduis arcanum temere ſignificet, ſed rebus ſacris ac Diuinis propriè tribuatur. quod fortaſſis Veterem interpretem fefellit. In ſeſe ἐν αὑτῷ. Vel, in ipſo ἐν αὐτῷ, ſcilicet Chriſto. Sed tamen illud malo. videtur enim propoſiti fontem rurſus aperire, vt omnis opinio præſentis vel præuiſi meriti tollatur. Quocũque autẽ modo accipias, hinc quoque apparet, in cauſarũ ordine Chriſtum, quatenus eſt mediator, ſubſterni τῇ εὐδοκίᾳ, vnde προορισμὸς & ἐκλογή: ipſam verò εὐδοκίαν τῇ προθέσει, vbi neceſſe ſit conſiſtere, cuius cauſa ſcilicet in ipſius Dei quaſi ſinu ſit poſita.

10 *Nempe* vt in pleni temporis diſpenſatione εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Huiuſmodi exegeticæ particulæ ſæpiſſime ſubaudiuntur, vt infrà verſ. 13, & aliis innumerabilibus locis. Illud autem liquet, Apoſtolum in eo verſari vt explicet quid myſterii nomine ſignificare voluerit: & tempus illud quo exhibitus eſt Chriſtus mundo, vocari ſolere plenitudinem temporum, id eſt, tempus illud quod reuolutis ſeculis tandiu expectatum, tandem aduenerit, vt expoſuimus Gal. 4. a. 4. Itaque non poſſum εἰς οἰκονομίαν aliter declarare quàm ἐν οἰκονομίᾳ,

ita vt ad verbum ſequens, non autem ad verbum προέθετο referatur: additum autem ſit nomen οἰκονομίας, id eſt diſpenſationis, vt intelligamus Chriſtum non fuiſſe in mora, ſed Dei prouidentiam ſingula temporum momenta gubernaſſe. Eraſmus, vſque ad diſpenſationem: quã interpretationem ſi ſequamur, neceſſe fuerit exponere, quam propoſuit in ſeſe. id eſt, quam habuit incluſam ſiue continuit penes ſe. quod mihi videtur violentum.

″recolligeret″ omnia in Chriſto, tum quæ in cælis ſunt, tũ quæ in terra: ″in ipſo *inquam*.

porum inſtaurare omnia in Chriſto, quę i cælis & quæ in terra ſũt, in ipſo.

Prædeſtinatio.

11 ″In quo etiam lecti ſumus, quum eſſemus prædeſtinati ſecundum propoſitum ″eius qui omnia efficit ex cõſilio volũtatis ſuæ:

In quo etiam nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

12 Vt nos ſimus ″laudi gloriæ ipſius, ″qui priores ſperauimus in Chriſto.

Vt ſimus in laudẽ gloriæ eius nos qui ante ſperauimus in Chriſto: C

Verbũ veritatis, Euangelium.

Spiritus ſanct⁹.

13 ″In quo *ſperaſtis* & vos, audito ″ſermone veritatis, ″*id eſt* Euangelio ſalutis veſtræ: in quo etiam poſteaquam crediſtis, ″obſignati eſtis ″Spiritu illo promiſſionis ſancto,

In quo & vos, quum audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ, in quo & credentes, ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto,

14 Qui eſt ″arrhabo hæreditatis noſtræ, ″dũ in libertatem vindicemur, ad laudem gloriæ ipſius.

Qui eſt pignus hæreditatis noſtrę, in redẽptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

Fides.

15 Propterea etiam ego quũ audiſſem eã quæ in vobis eſt fidẽ in

Propterea & ego audiẽs fidẽ veſtrã

Recolligeret ἀνακεφαλαιώσασθαι. Vulg. inſtaurare, non expreſſa ſententia Apoſtoli. Ideo Eraſmus conuertit, vt ſummatim inſtauraret: ſed ne ſic quidem ſatis expreſſé. Significat enim τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, partes diſiectas & diuulſas in vnum corpus coniungere. vt quum oratores breuem enumerationem argumentorum texunt, aut qui calculos ſubducunt, ſingula in vnam ſummam reuocant. Sic dicuntur omnes fideles in vnum Chriſtum recolligi, quia ſcilicet fide cum ipſo coniuncti ſunt, veluti vnius hominis inſtar: vt qui nonniſi in illo vno poſſint placere in quo ſolo Pater acquieſcit: adeò quidem vt tota Eccleſia interdum Chriſti nomine cenſeatur, vt pluribus expoſuimus Gal. 3. c. 16. Neque tamen hoc verbum deduco à κεφαλὴ, cum Chryſoſtomo & Theophylacto, quòd Chriſtus infrà verſ. 22 dicatur caput eſſe ſupra omnia (videtur enim hoc mihi longius petitum) ſed à κεφάλαιον, quod ſummam & breuem multarum partium collectionem declarat: vnde τὸ κεφαλαιοῦν & τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, quæ paſſim occurrunt, pro, repetito calculo ſummam contrahere. niſi malimus ἀνὰ poni pro σὺν, vt in ἀναμιγνύω, & ſimilibus. Quid multis? ab ipſo etiam Apoſtolo ſic vſurpatur hoc verbum, Rom. 13. c. 9. Omnia τὰ πάντα. Scio hunc locum ſolere explicari de Angelis. Ego vt nemini præiudicium affero, ita ſimpliciter dicam quid mihi ſimpliciſſimum & maximè appoſitum videatur. Sæpe iam annotauimus τὸ καθόλου frequenter apud Paulum ad id de quo agitur eſſe reſtringendum, vt 1. Cor. 15. d. 28, & 6. c. 12, & 8. a. 1, & alibi ſæpenumero. Sic ergo hoc in loco quum de mediatoris officio diſſeratur, ſit autem mediator ſolis electis deſtinatus, appellatione τῶν πάντων intelligo totũ ipſius Eccleſiæ corpus, quod poſtea in duas veluti partes diuiditur: nẽpe in ea quæ ſunt in cælis, & ea quæ ſunt in terris. Conſiderat enim Apoſtolus patefacti myſterii ſiue exhibiti ſuo tempore Chriſti tempus: ante cuius aduentum quum ex hac vita migrarint tam multi, ſignificat Paulus eos etiam in eundem Chriſtum eſſe collectos. Illum enim ab æterno deſtinatum eſſe mediatorem in quo recolligerentur tam ii quorum Spiritus tempore aduentus ipſius iam in cælis eſſent (qui ſcilicet eum venturum fide apprehenderant) tum ii qui eſſent in terris. Denique per ea quæ in cælis ſunt, ſimpliciter intelligo fideles ante Chriſti aduentum mortuos: nec diſputo quomodo iſta ad beatos Angelos pertineant: de quibus nolim ſubtilius philoſophari, quum ſatis conſtet Chriſtum mediatorem eſſe Dei & hominum, non autem Angelorum conſtitutum: qua de re hic diſſeritur. Per ea autem quæ in terris ſunt, eos accipio quos Chriſtus viuos deprehendit, vel qui ſunt eius aduentum conſequuti. quorum rurſus duas ſpecies facit Apoſtolus, quæ tamen in vnum Chriſtum coaluerint, Iudæos nimirũ & Gentes. Ne cui verò videatur coacta iſta interpretatio particulæ vniuerſalis, non dubium eſt quin ſic prorſus accipiatur Gal. 3. d. 22. quod multo etiam planius fiet ſiquis eum locum conferat cum eo quod ſcriptum eſt Rom. 3. b. 6, & 11. d. 32. Et ita etiam explico quod ſcriptum eſt Coloſſ. 1. c. 20. In ipſo *inquam* ἐν αὐτῷ. Redundant iſta, ex Hebræorum idiotiſmo, qui expreſſo antecedẽte adiiciunt etiam relatiuum. quod ſæpe etiam faciunt Iones, vt alibi annotauimus ex Herodoto, Latini non item. Expoſui tamen per epanalepſin, vt mollius cohæreret proximus verſiculus.

11 In quo etiam lecti ſumus ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν. Κληροῦσθαι dicũtur magiſtratus qui ſortitò creantur. Trãſlatitiè verò hîc dicitur de vocatione ad Chriſtum, alluſione ſcilicet facta ad duodecim tribuum portiones ſortitione diſtributas, & huc quoque, quòd populus Iſrael peculiariter Domini funiculus & hæreditas dicatur. Nam Iudæorum vocationem commemorat Paulus priore loco, iterum recurrens ad Dei prædeſtinationem, ex æterno ipſius conſilio: nequid hîc ſibi tribuant Iudæi, quaſi ſuo merito hanc prærogatiuam habuerint. deinde ne curioſé inueſtigetur cur priores vocati ſint Iudæi. Nam in promiſſione nõ ſubſiſtit Paulus hoc in loco, ſed vſque ad ipſum promiſſionis fõtem aſcendit, quo nihil eſt ſuperius. Eius qui omnia efficit τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος Vide vt omnia ſine exceptione tribuat Dei gratiæ. Sed num idcirco ſtipites ſumus? minimé. nam ea eſt quæ efficit in nobis & velle & perficere. Philip. 2. b. 13.

12 Laudi Gloriæ ipſius εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ Quidam vertunt laudi & gloriæ ipſius. quæ interpretatio ex Græco contextu refellitur. Gloriam enim Dei hoc in loco, & infrà verſ. 14, pro Deo glorioſo dixit, Hebræorum more, quem expoſuimus 1. Cor. 2. b. 8. Qui priores ſperauimus τοὺς προηλπικότας. Manifeſtè loquitur de Iudæis, quibus prioribus exhibitus fuit Chriſtus, & apud quos cœpit Eccleſia. Itaque miror veteres in hoc explicando loco tam procul aberraſſe à ſcopo. Nam Hieronymus ad præſciẽtiam diuinã refert, in qua fideles ſperarint ab æterno. quod dictũ, vt Origenis dogmata redolens, non immerito videtur à Ruffino reprehendi. Theophylactus præpoſitionem προ ad exitum ſpei refert. Ambroſius huc putat pertinere quòd Apoſtoli in Chriſtum venturum ſperarint. quæ omnia profecto ſunt ἀπροσδιόνυσα, ſunt autem ab Eraſmo diligenter annotata. 13 In quo *ſperaſtis* & vos ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς. Sub. ἠλπίκατε. Nunc igitur Gentes Iudæis exæquat, vt vtrique in Chriſto coaleſcentes non habeant de quo conquerantur, ſed de quo pariter gratias agant. Sermone veritatis τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Id eſt ſermone illo qui propriè verax eſt. quum à Deo proficiſcatur qui mentiri non poteſt. *Id eſt* Euangelio τὸ εὐαγγέλιον. Id eſt, fauſto illo & fœlici nuntio. Obſignati eſtis ἐσφραγίσθητε. Vide Iohan. 6. c. 27, 1. Cor. 1. a. 6. Eſt autem ſumpta tranſlatio à ſigillis. quorum ſcilicet impreſſione, authentica ab incertis, & à falſis genuina diſtinguimus. Spiritu illo promiſſionis τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. i. Spiritu illo qui non affert Legis & ſeruitutis terrorem, ſed promiſſionem gratuitæ adoptionis ſuis donis obſignat in credentium animis. Nã idem Spiritus confirmat in fide, qui fidem gignit. 14 Arrhabo ἀῤῥαβών. Vulg. pignus. Vide 2. Cor. 1. d. 22. Scriptum eſt autẽ ὅς ἐστιν, pro ὅ ἐστιν, quum præcedat τὸ πνεῦμα, vel habita ſenſus ratione, quia ſcilicet τὸ πνεῦμα Θεός ἐστιν, vt Photio placet. vel propterea quòd ſequitur ἀῤῥαβών. vt in illo Ciceronis, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus. & in illo Terentii, Nunquam æquè paupertas onus viſum eſt mihi graue. Dum in libertatem vindicemur εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως. Duplicem conſtituit Paulus ἀπολύτρωσιν, id eſt liberationẽ: vnam qua redimimur, perſoluto pretio, Chriſti ſcilicet ſanguine, vt à ſeruitute peccati & mortis manumittamur, vt copioſius explicat Paulus Rom. 7, cuius etiam meminit ſuprà verſ. 7: alteram qua in iſtam libertatem prorſus vindicemur. Nos enim quanuis liberos, retinet tamẽ per vim peccatum in aliqua ſeruitutis ſpecie, vt quod volumus non faciamus, Gal. 5. c. 17, & mors etiam nexos in vinculis tenet, in diem illum iudicio ſupremo deſtinatum, quo nos Chriſtus vt à ſe redemptos liberali cauſa manu aſſeret. Non pugnant igitur inter ſe iſtæ duæ liberationes, ſed illa quidem peracta eſt, hãc verò ſperamus, vt Luc. 21. f. 28. Ro. 8. c. 23, & infrà 4. g, 30. cuius eſt arrhabo Spiritus ſanctus, ex quo ſcilicet nos manumiſſos eſſe didicimus per fidem, vt nos tandem in iuſtam libertatem ex malæ fidei poſſeſſoris poteſtate aſſerendos eſſe nõ dubitemus. Illam igitur licebit ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως docendi cauſa vocare, cuius paſſim meminit Apoſtolus, vt Rom. 6. d. 22, & 8. a. 2. hæc verò dicetur ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως, id eſt ad verbum, liberatio vindicationis ſiue aſſertionis. Nam τὸ περιποιεῖσθαι id declarat quod Latinis aſſerere & pro ſuo vindicare, cuius verbale nomen eſt περιποίησις. Vulg. in redemptionem acquiſitionis. Eraſ. in redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis. quod ita explicari ſolet, quaſi acquiſita poſſeſſio dicatur res ipſa acquiſita, id eſt Eccleſia, quæ ſuo tempore redĩmenda ſit, id eſt plenè liberanda. Hæc verò explicatio etſi in eandem ſententiam recidit, tamen, vt mihi quidem videtur, non ita eſt plana & expreſſa, & vim etiam nonnullam affert verbis. Nam περιποίησιν pro acquiſita hæreditate nuſquam memini legere.

quæ eſt in Domino Ieſu, & dilectionē in omnes ſanctos:

16 Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis,

17 Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitione eius:

D

18 Illuminatos oculos cordis veſtri: vt ſciatis quę ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitię gloriæ hæreditatis eius in ſanctis:

Coloſſ.2.c.19
infrà 3.b.7

19 Et quę ſit ſupereminēs magnitudo virtutis eius ĩ nos q credimus ſecundū operationē potētiæ virtutis eius.

20 Quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus,

21 Supra omnem Principatum & Poteſtatem & Virtutem & Dominationem, & omne Nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiā in futuro.

22 Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ,

23 Quę eſt corpus ipſius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

Domino Ieſu, & charitatem in omnes ſanctos:

16 Non deſino gratias agere pro vobis, mentionem veſtri faciens in precationibus meis,

Dilectio.
Gatiarū actio.

17 Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ′pater ille gloriæ, det vobis″Spiritum ſapientiæ & reuelationis, ″per agnitionem ipſius:

18 ″Illuminatis oculis mētis veſtræ: vt ſciatis′quæ ſit ſpes illa vocationis ipſius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipſius in ſanctis:

19 Et quæ ſit excellens illa magnitudo potētiæ ipſius in nos qui credimus, pro efficacitate′fortis roboris ipſius:

20 Quam exeruit in Chriſto, quum ſuſcitauit eum ex mortuis, ′& collocauit ad dexteram ſuam″in cælis,

21 ″Longè ſupra omne Imperium ac Poteſtatem & Potētiam, & Dominium, ″& omne Nomen quod nominatur″non ſolùm in ſeculo hoc, verum etiam in futuro.

22 Et omnia ſubiecit ſub pedes eius, ″eúmque conſtituit″caput″ſuper omnia ipſi Eccleſiæ,

Caput Eccleſiæ.

23 Quæ eſt corpus ipſius, & ″complementum eius′qui ōnia in omnibus implet.

17 Pater ille gloriæ ὁ πατὴρ τῆς δόξης. i. (ex Hebræo idiotiſmo, quē expoſuimus 1.Cor.2.b.8.) Pater ille gloriæ plenus, qui & Deus eſt & Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus ſcilicet homo factus eſt, vt eundem atque nos Deum haberet, & nos eundem patrem atque ipſe haberemus. qua de re diximus Iohan.20.d.17. Spiritum ſapientiæ πνεῦμα σοφίας. Id eſt donum ſapientiæ per Spiritum ſanctum, vt expoſuimus alibi. Sapientiæ autem ac reuelationis nomine quid ſignificet, diximus 1.Cor.14.b.6. quanquam mihi videtur hîc latius patere, ita ſcilicet vt illud declaret à quo non ficti Chriſtiani omnes perfecti dici poſſunt: quibus ſcilicet Dominus mirifica illa ſuæ beneuolētiæ arcana patefecerit in Chriſto, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Per agnitionem ipſius ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Eraſmus, per agnitionem ſui. Atqui αὐτοῦ potius ad Chriſtum pertinet, ex quo agnito omnem ſapientiam Diuinam haurimus. Deinde quod ſcribit in hunc locum, philoſophos cognouiſſe quidem Deum, at non agnouiſſe: certè ad rem non pertinet, quum hic agatur non περὶ τοῦ γνωστοῦ τοῦ Θεοῦ, vt loquitur Apoſtolus Rom.1.c.19, id eſt de eo quod præeunte naturæ luce homines poſſunt in Deo cognoſcere: ſed de Chriſti myſterio, quod caro & ſanguis ne ſuſpicari quidem, nedum reuelare poſſit. Sed & impium eſt quod Hieronymū annotat Eraſmus obſeruare de Patre prius cognito, cuius per reuelationē Spiritus denuo cœperimus recordari: nēpe vt Platonica reminiſcentia ſtatuatur. Sed tamen non temerè Paulus agnitionem potius ſcripſit, quàm cognitionem: quanuis interdum iſta confundantur. Neque enim ſatis eſt Chriſtum cognouiſſe, ſed etiam agnoſcendus eſt nobis quotidie magis ac magis, quem ſemel cognouimus. quo fit vt nunc iis ipſis ſapientiam precetur Apoſtolus, in quos antea verſ.8 dixerat, omnem ſapientiam eſſe à Domino effuſam. 18 Illuminatis oculis πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμούς. Vulg. & Eraſ. illuminatos oculos. quo fit vt oratio non cohæreat. Itaque Hieronymus à ſeipſo diſſentiens, quum alibi Paulum vt Græci ſermonis imperitum immeritò arguat, hic contrà conatur illum excuſare vbi nulla excuſatione indiget, coniungitque iſta cum participio ἀκούσας, id eſt cum initio verſ.15, nempe vt ex anantapodoto, quod nuſquam eſt, ſynchyſin faciat. Ambroſius verò longè meliorem rationem iniit, ita ſcilicet vt iſta cum verbo δῴη connectantur. ſed non rectè inſeruit verbum habere: quum potius ſupplenda fuerit copula, ex Hebræorum more, vt Iohan.10.c.16, & 1.Tim.4.a.3, & alibi ſæpe, hoc modo, Vt det nobis Deus Spiritū ſapientiæ, &c. & illuminatos oculos, &c. Eraſmus verò miratur Chryſoſtomum & Theophylactum, nullum hic ſcrupulum ſenſiſſe, aut ſi ſenſerunt, diſſimulaſſe. Sed, obſecro, quî ſcrupulum ſentirent vbi nuſquam eſt? Nemo enim eſt, opinor, cui non ſit ſatis notum, quartos caſus abſolutè poſitos, non modò excuſari apud Græcos, ſed etiam inter elegantes Atticiſmos numerari. Quæ ſit ſpes illa vocationis eius τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ. Id eſt, quæ bona vos ille ſperare iubeat, vos ad Chriſtum vocans. Spem enim poſuit pro bonis ipſis quæ ſperamus, μετωνυμικῶς, vt Rom.8.e.24, & Gal.5.a.5.

19 Fortis roboris τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος. Id eſt τῆς κραταιᾶς ἰσχύος, ex Hebræorum idiotiſmo, quem annotauimus ſuprà verſ.5, & infrà 4.f.23.

20 Et collocauit καὶ ἐκάθισεν. In duobus codicibus ſcriptum inuenimus καὶ καθίσας, vt etiam legit Vetus interpres, idque rectius. Ponitur autē τὸ καθίζειν hoc in loco, quaſi in cōiugatione hiphil, vt Mat.21.a.7. In cælis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Heb. במרומים vt ſuprà verſ.3. ſub. מקומות .i. locis. Vulg. & Eraſ. in cæleſtibus: nimium obſcurè. Significat autem Sedere ad dexteram Patris in cælis, conſortem eſſe imperii illius ſummi: cuius etiam reſpectu, Dei maieſtatem dicimus eſſe in cælis, non quòd illic ſit incluſa, ſed quòd illic potiſſimum emineat. quanquā quod ad humanitatem Chriſti attinet, certum ſit in cælo eſſe, non in terra: quòd alioquin imaginaria ſit ipſius aſcenſio, & imaginariū corpus. qua de re pluribus Auguſtinus in epiſtola ad Dardanū. 21 Longè ſupra omne imperiū ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς. Ineptè ſunt curioſi qui ex hoc loco & ſimilibus occaſionē arripiunt garriēdi de Angelorū ordinibus. Simpliciter enim Apoſtolus ſupra omnem omniū rerum creatarum præſtantiam Chriſtū euehit. Habet autē etiam præpoſitio ὑπὲρ ſuum pondus, quā nec Vetus interpres nec Eraſmus expreſſit: vt intelligamus Chriſtum non ſimpliciter, ſed infinitis partibus excellere. Et omne nomen, &c. καὶ παντὸς ὀνόματος, &c. Id eſt, & quicquid exiſtit. Niſi malimus nomen pro re celebri: & nominari, accipere pro celebrē eſſe: vt apud Hebræos viri celebres dicuntur אנשי השם, id eſt viri nominis. quo modo etiā in vernaculo noſtro ſermone loquimur. Non ſolùm, &c. οὐ μόνον, &c. Hoc refero ad totū cōplexum ſuperioris orationis, non autē ad participiū ὀνομαζομένου. Significat enim Paulus hanc Chriſti præſtātiā nō eſſe temporariā, ſed æternā: ita ſcilicet vt futurū etiam ſeculū cōprehendat. Alioquin cogemur per futurum ſeculum interpretari regnum cæleſte: quod tamen nō poteſt ſimpliciter dici futurum, quū iam exiſtat, ſed noſtri duntaxat habita ratione, quibus nondum eſt præſens: vt planè ſit violenta interpretatio. Deinde dicendum fuiſſet, non ſolùm quod nominatur in præſenti ſeculo, ſed etiam quod nominabitur in futuro. 22 Eúmque conſtituit καὶ αὐτὸν ἔδωκε. Vulg. & Eraſ. & ipſum dedit. nimium obſcurè. Eſt enim Hebræorum more dictum ἔδωκεν pro κατέστησεν, apud quos ſic accipitur verbū נתן, vt Gen.41.e.43. Caput κεφαλὴν. Id eſt, vt eſſet caput, ſiue pro capite: pro quo Hebræi dicunt לראש, id eſt in caput. Non eſt igitur Eccleſia Chriſtiana biceps, aut potius ἀκέφαλος vt eum meritò dixerit Gregorius Antichriſtum eſſe qui ſe vniuerſalem epiſcopū vocaret, epiſtola 76. 78. 79. 83. 92. 194. 188. Super omnia ὑπὲρ πάντα. Id eſt, ſummū, adeò vt nihil non illi ſubſit. 23 Complementum πλήρωμα. ſiue ſupplementum. Is enim eſt Chriſti in Eccleſiam amor, vt quū omnia in omnibus ad plenum præſtet, tamen ſeſe veluti mancum & membris mutilum caput exiſtimet, niſi Eccleſiā habeat ſibi inſtar corporis adiunctā. Hinc factum vt Chriſtus interdum collectiuè pro tota Eccleſia capiti ſuo adiuncta accipiatur, vt 1.Cor.12.b.12 & 13, & Gal.3.c.16. Hinc etiam illud In Chriſto, toties repetitum: quod multo expreſſius aliquid ſignificat quàm Cum Chriſto vel Per Chriſtū. Hinc factum vt diceret Apoſtolus ſe in Chriſto & Chriſtum in ſe viuere. Gal.2.d.20. Hinc illa Chriſti vox, Saule Saule quid me perſequeris? Quò etiam pertinet quod ſcriptum eſt 1.Colo.1.d.24. Hinc denique noſtra ſpes omnis & conſolatio proficiſcitur. Qui implet τοῦ πληρουμένου. Chryſoſtomus paſſiuè accipit, vt ſit ſenſus, Chriſtum prorſus impleri in omnibus, id eſt ſingulos fideles conferre ad Chriſti complementum, vti corpus ipſum ex ſingulis membris eſt compactum. Mihi videtur coacta iſta interpretatio, quū τὸ πληροῦσθαι pro πληροῦν Xenophō vſurparit ſexto libro ἑλληνικῶν, & συμπληροῦσθαι pro συμπληροῦν Plato in Timæo. Omnino autem hoc addidit Apoſtolus vt ſciamus Chriſtum per ſe non indigere hoc ſupplemento, vt qui efficiat omnia in omnibus re vera: nedum vt ſuppleatur à quoquam, niſi quatenus pro immenſa ſua bonitate Eccleſiam dignatur ſibi quaſi corporis inſtar adiungere.

Cap. II.

ET vos *unà uiuificauit*,ʺquū eſſetis mortui in offenſis & peccatis: 1

ʹIn quibus olim verſati eſtis,ʹvt eſt vita mūdi huius,ʺſecundū principem cui poteſtas eſt aerisʺ& ſpiritus nunc agentisʹin hominibus contumacibus. 2

Inter quos & nos omnes conuerſati ſumus olim in cupiditatibus carnis noſtræ, facientesʹquæ carni ac cogitationibus libebant: eramúſqueʺnaturaʹfilii iræ,ʹvt etiam reliqui: 3

Sed Deusʺqui diues eſt miſericordia, propter multam charitatem ſuam qua dilexit nos, 4

Etiam quum per offenſas mortui eſſemus,ʹvnà viuificauit nos per Chriſtum,ʺcuius gratia eſtis ſeruati: 5

ʺVnáque ſuſcitauit, vnáque collocauit 6

Cap.II.

ET vos conuiuificauit, quum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris: Coloſſ.2.c.13

In quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principē poteſtatis aeris huius, ſpiritus qui nūc operatur in filios diffidentię. Infrà 6.b.12

In quibus & nos omnes aliquādo conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtrę, facientes voluntates carnis & cogitationum: & eramus natura filii irę ſicut & cæteri:

Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatē ſuā qua dilexit nos:

B

Et quum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati:

Et conreſuſcitauit, & cōſedere fecit

CAPVT II.

1 Et vos *unà uiuificauit* καὶ ὑμᾶς Vetus interpres rectè addidit verbum conuiuificauit, id eſt συνεζωοποίησε. quod tamē non additur in Græcis, ſed quinto demùm verſiculo adiicitur. Eſt enim propter multas inſertas ſententias longum hyperbaton, nihil verò prohibet obſcuritatē ita fugere, vt nihil immutes aut adiicias ſententiæ. Incipit porrò nunc Paulus vocationem Gentium in Epheſiis amplificare ex circunſtantiis: id eſt ex collatione conditionis præcedentis vocationem, cum ea quæ ſubſecuta eſt: idque duplici modo, nempe ſimpliciter primùm, deinde comparatè, ex Iudæorum antitheſi. quos tamen exæquat Gentibus, tum ante vocationem, quatenus extra promiſſionem & in ſeſe conſiderantur: tum etiam poſt vocationem in Chriſto, cuius vnius communis capitis gratia in vnum illud corpus coaluerunt. Quum eſſetis mortui in offenſis & peccatis ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις. Mortem ſpiritualem intelligit: vnde & mors illa, quam primā vocant, ſequuta eſt (vt Rom.5.b.12) & ſecunda quæ & æterna dicitur. Ideo dicuntur mortui quicunque non ſunt renati, quia ſicut immortalitas damnatorum, non eſt vita, ſed mors quædam perennis, nempe cum æterno exitio coniuncta: ſic etiam hæc animi & corporis coniunctio, vita propriè non eſt, ſed mors in iis qui Chriſti Spiritu non aguntur, vt Eſa.9.a.1, & Iohan.5.d.28, Rom.6.a,2, & b.13, & 7.b.10, & 1.Tim.5.a.6. & paſſim in Scripturis. Sed τὸ ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, id eſt mori peccato, contraria prorſus ſententia dicuntur ii in quibus peccatū eſt extinctum, tertio ſcilicet caſu. cùm qua mortificatione prorſus cohæret ζωοποίησις, id eſt viuificatio, quæ alteri illi morti opponitur, vt diximus Ro.6.a.2. Itaque vt hæc dicendi genera tā diuerſa diſtingueremus, noluimus interpretari mortui peccatis, ſed in peccatis: addita ſcilicet præpoſitione ἐν, quæ exprimitur Col.2.c.13, ex Hebræorū idiotiſmo, vt Num.27.a.3. Vide Act.8.d.23. Videtur tamē ipſum diſcrimen numeri ſatis hoc indicare: quia vt alibi diximus, ἁμαρτίαν ſolet ſingulari numero Paulus ipſam veluti arborē, id eſt inſitā corruptionem vocare, cuius fructus ſunt ἁμαρτίαι multitudinis numero. Supereſt vt annotemus, Clementem Alexandrinum ἐν τῷ προτρεπτικῷ hunc locum citare paulo aliter. Sic enim habet, ἦμεν γάρ που καὶ ἡμεῖς τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. ὁ δὲ πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς ὄντας ἤδη νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησεν, &c. Id eſt, Eramus enim etiā nos certè filii iræ, vt & reliqui: ſed Deus qui diues eſt miſericordia, ea charitate qua nos dilexit iam per peccata mortuos, vnà viuificauit [nos] per Chriſtum.

2 In quibus olim verſati eſtis ἐν αἷς ποτὲ περιεπατήσατε. Vulg. & Eraſ. ad verbū, in quibus aliquādo ambulaſtis. Hebræis verò הלך בחטאות id eſt in peccatis ambulauit, dicitur de iis quorū vita omnis ad ſcelera præceps fertur: quales ſunt quicunque Spiritu Dei non ſunt renati. Vide Act.8.d.23, & Col.3.a.7. Vt eſt vita mūdi huius κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου. Heb. בדור העולם quod poſſis etiam interpretari de ipſis hominibus, ſicut apud Latinos accipitur ætatis nomen. Secundū principem κατὰ τὸν ἄρχοντα. i. ex arbitrio principis. Vide infrà 6 b.12.

Et ſpiritus τοῦ πνεύματος. i. afflatus quo impellitur mundus vt reſiſtat Euāgelio: ſicuti cōtra Spiritus Dei in electis fidem cæteróſque bonos motus gignit. Non eſt igitur per appoſitionē hoc intelligendū, ſed ſubauditur copula, Hebræorum more, de quo diximus ſuprà 1.d.18.

In hominibus contumacibus ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Vulg. in filios diffidentiæ. Eſt autē hoc dictū Hebræorum more apud quos בן. i. filius, cū genitiuo appellatiuorum accipitur pro eo qui alicui rei ſit prorſus addictus. Itaque filii cōtumaciæ idem declarat atque homines contumaciæ deditos. 3 Quæ carni ac cogit. libebant τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. Θελήματα Vetus interpres non ſatis expreſſè cōuertit voluntates, vt diximus Iohan.1.b.13. Quod autē ad διανοίας attinet, ſubtilius quidē Plato lib.6. de rep. διάνοιαν mediā collocat inter νόησιν & πίστιν, quibus demū ſubiungit εἰκασίαν, ſicut etiā alicubi Paulus animū à ſpiritu & corpus ab vtroque diſtinguit: ſed hoc in loco Paulus σάρκα, tanquā generale nomen quo totus homo nō renatus ſignificetur, in ſpecies duas diuidit, nēpe σάρκα & διάνοιαν: σάρκα ſcilicet eodem nomine atque genus ipſum vocās partem animi quā ἄλογον nuncupāt philoſophi, διάνοιαν verò τὸ λογικόν, aut potius vtriuſque facultatis effecta. quāobrem etiam διανοίας dixit numero multitudinis, vt etiā alibi διαλογισμοῖς Rom.1.c.21. Itaque nihil prorſus relinquit homini Paulus, quod non ſit per peccata non dico ſemimortuum, vt ſophiſtæ noſtri Semipelagiani, ſed prorſus mortuum, quod ad naturam attinet.

Natura φύσει. Hoc vno verbo, quaſi fulmine, totus homo, quātus quantus eſt, proſternitur. Neque enim naturā dicit læſam, ſed mortuā per peccatū, ideóque iræ obnoxiā. Itaque mira hîc fuit Satanæ impudentia dū hunc locū corrūpere conatus eſt: & quidem nō per eos ſolùm qui apertè fuerūt hæretici, ſed etiā per nōnullos alioquin valde eruditos, & quibus Eccleſia multū debet, ſed qui tamen homines fuerint. Itaque Hieronymus quoſdam indicat interpretari, φύσει per πάντως. i. omnino. quod tamen prorſus violentum eſt, nec ſatis etiam expreſſum, quia mali innatam originem non indicat. Græcus ſcholiaſtes verò interpretatur ἀληθῶς καὶ γνησίως verè ac germanè. Chryſoſtomus addit, ſicut ex homine natus nihil aliud eſt quàm homo, ita nos nihil aliud quàm filii iræ. Sed quorſum iſtos nodos in ſcirpo? Quid enim apertius dici potuit, quàm nos non conſuetudine & imitatione, ſed ipſa natura peccatores naſci? quod & Dauid apertè clamat Pſal.51.b.7. & Paulus demonſtrauit Rom.5.c.12.13 & 14. Nam vbicunque ira eſt, ibi & peccatum: quo ſine exceptione inuolui totam humanā gentem idem teſtatur Ro.1.b.18, & 13.b.9. Sed naturam tamen intellige non quatenus creata eſt, verùm quatenus per diaboli ſuggeſtionem corrupta eſt à ſeipſa.

Filii iræ τέκνα ὀργῆς. Id eſt iræ Dei ita deuoti atque obnoxii, quaſi ad eam rem ab ipſa natura effecti. Neque enim filios iræ hîc accipit pro hominibus iratis, vt ſuperiore verſiculo filios contumaciæ pro contumacibus: ſed paſſiuè, homines irati Dei iudicio reos æternæ mortis. vti apud Hebræos בן תמותה filius mortis dicitur qui capitalis criminis reus eſt, & alia ſimilia. Vide ſuprà verſ.2, & Iohan.17.b.12.

Vt etiam reliqui ὡς καὶ οἱ λοιποί. i. vt reliqui etiā populi profani. Nam hoc verſiculo Iudæos, quibus ſeſe accēſet, quod ad naturā attinet, Gētibus exæquat: vt probet, diſcrimē illud quod poſtea tēporariū fuiſſe oſtēdet, nō à natura ſed à gratia proficiſci. Itaque ſecundo verſiculo omnes gētes in Epheſiorū perſona cōpellans, περιεπατήσατε, inquit. i. ambulaſtis. in hoc autē verſiculo, ἀνεστράφημεν, inquit, id eſt cōuerſati ſumus, & quidem addita copula καὶ, vt intelligas Iudæos quoque in idē album reponi. 4 Qui diues eſt πλούσιος. i. qui abūdat: vt non modò apud Hebræos, ſed etiā in aliis linguis diues in genere dicitur aliquis eius rei cuius magnam habet copiam. Nunc autem redit Apoſtolus ad initiū capitis, eo tātùm excepto quod ἡμᾶς dicit hoc in loco, Iudæos & Gentes vnà cōiungens in Gratiæ beneficio, quos in naturæ vitio exæquarat: illic verò ὑμᾶς dixerat, Gentes ſcilicet cōpellans in Epheſiorū perſona. Neque verò cauſa erat cur Hieronymus vel expungeret particulā δέ, vel imperitiæ Græci ſermonis Paulū argueret, quū (vt rectè obſeruauit Eraſmus) iſta proximis opponātur, ita tamen vt nihilominus expleatur anantapodoton. 5 Vnà viuificauit nos per Chriſtū συνεζωοποίησε. Vulg. conuiuificauit nos Chriſto. Eraſ. conuiuificauit nos vnà cū Chriſto. quam ſententiā minimè reprehendo. Sed nihil tamen rei ipſi detrahetur: & magis fortaſſis appoſitè dici poſſit præpoſitionem σὺν adhibitam eſſe, vt Gentium ac Iudæorum in vno Chriſto coagmentationem declaret. quo modo etiam accipitur τὸ συνοικοδομεῖσθαι infrà verſ.22. *Cuius* gratia eſtis ſeruati χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Scio ſolere hæc includi per parentheſin, ſed quæ ita ſit dura & inſolens vt facilè nō admiſerim. Ponitur autem חסד pro חסדו. 6 Vnàque ſuſcitauit, &c. καὶ συνήγειρε, &c. Quomodo hoc intelligendum ſit ſubiicitur in fine verſiculi, quum inquit in Chriſto Ieſu. Neque enim id adhuc in nobis prorſus præſtitum eſt, ſed in capite duntaxat: cuius Spiritu cœpimus, peccato mortui, viuere Deo, donec in nobis opus ſuum perficiat idem qui inchoauit. quæ quidem ſpes noſtra ita eſt certa, vt non magis ſit certum quod iam percepimus, quàm quod adhuc expectamus, id eſt quod fide iam poſſidemus.

	in cælestibus in Chriſto Ieſu:		'in cælis in Chriſto Ieſu:	
	Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuę, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.	7	Vt oſtenderet ſeculis ſuccedentibus 'ſummas opes gratiæ ſuæ, per benignitatem erga nos 'in Chriſto Ieſu.	
	Gratia enim eſtis ſaluati per fidẽ: & hoc non ex vobis: Dei enim donũ eſt:	8	'Gratia enim eſtis "ſeruati per fidem : ídque non ex vobis : Dei donum eſt:	Fides.
	Non ex operibus: vt ne quis glorietur.	9	Non ex operibus: 'nequis glorietur.	
	Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deꝰ vt in illis ambulemꝰ.	10	'Nam ipſius ſumus opus, cõditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparauit Deus vt in eis verſaremur.	
	C Propter quod memores eſtote quòd aliquando vos eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ dicitur Circunciſio in carne, manu facta:	11	"Propterea mementote vos quondam "Gentes in carne, 'qui dicebamini Præputium ab ea quæ vocatur Circunciſio in carne, & quæ manibus fit:	
Rom.9.a.4	Quòd eratis illo in tẽpore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites ‖teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo.	12	Vos *inquam* illo tempore fuiſſe 'abſque Chriſto, 'abalienatos à republica Iſraelis, '& extraneos à pactis promiſſionis, 'ſpem non habentes, & Dei expertes in mundo.	
	Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti.	13	At nunc in Chriſto Ieſu, vos qui olim eratis procul, propinqui facti eſtis, per ſanguinem *inquam* Chriſti.	
	Ipſe enĩ eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitiam in carne ſua:	14	Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit *vt* vtraque vnũ *ſint*: & 'intergerini parietis ſeptum ſoluit,	
Coloſſ.2.c.14	‖Legem mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in ſemetipſo in vno nouo homine, faciens pacem:	15	Inimicitiis, *id eſt* Legem mãdatorũ '*quæ* in ritibꝰ *poſita eſt*, 'per carnẽ ſuã abrogatis: vt duos "cõderet in ſemetipſo in vnũ nouũ hominẽ, faciẽs pacẽ	Nouus homo.
	Et recõciliet ambos in vno corpore	16	Et vt reconciliaret vtroſque "in vno corpore Deo per crucem,	

In cælis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Vide ſuprà 1.a.3. 7 Summas opes τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον. Vulg. abundantes diuitias. Eraſ.
eminentem opulentiam. Vide Ro.9.e.23. In Chriſto Ieſu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. per Chriſtum Ieſum. Vide 1.Cor.1.a.2.

8 Gratia enim, &c. τῇ γὰρ χάριτι, &c. Cohærent ergo gratia, ſiue Dei donũ, & fides. Iſtis autem opponũtur Seruari ex nobis, vel ex operibus.
Quid ergo iſtis in mentẽ venit qui tam repugnantia volunt cõiungere? Seruati eſtis ἐστὲ σεσωσμένοι. Nõ dicit iuſtificati eſtis, quod
tamen veriſſimũ eſt, ſed eluditur ab aduerſariis: neque dicit, ſeruari incipitis aut ſeruabimini, ſed ſeruati eſtis: vt duo nouerimus, vnũ, fide nõ
ex operibus, gratia & Dei dono non autẽ ex nobis nos Chriſtũ amplecti: alterũ, qui Chriſtũ amplexi ſunt, eos iam eſſe plenè iuſtos, ac proinde
ius æternæ hæreditatis adeptos. 9 Nequis glorietur ἵνα μή τις καυχήσηται. Hunc nodum expediant qui ſaltem opera fidẽ ſubſequentia
volunt cenſeri, vt ex eorum meritis aliqua ex parte ſeruemur. Item qui ſola cæremonialia volunt excludi.

10 Nam ipſius opus, &c. αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, &c. De gratia hic agi non de natura apparet ex eo quod ſubiicitur aduerſus Pelagium.
Sed & pronomine αὐτοῦ cæteri omnes prorſus excluduntur: aduerſus Semipelagianos, id eſt aduerſus eos qui naturã, vt aiunt, debilem fingũt
à gratia adiuuari. At nos ex hoc loco didicimus ipſa etiã opera, quatenus bona ſunt, gratiæ in ſolidũ deberi: nec iuſtificandũ præcedere, quod
etiam ait Auguſtinus, ſed iuſtificatum, addo autẽ ego etiam ſeruatum, ſequi. 11 Propterea, &c. διὸ, &c. In ea æqualitate quã antea
cõmemorarat Apoſtolus, nunc latentem inæqualitatem profert, vt Gentes, quo longius à Deo abfuerunt, eo plura ſe gratiæ Dei debere fateantur.
Gentes in carne ἔθνη ἐν σαρκί. Conſiderandũ eſt nomen גוים, id eſt Gentium, quo ſignificatur diſtinctio cæterorũ populorum
à populo Dei. i. calamitoſiſſima cõditio. Additur autẽ ἐν σαρκί, id eſt in carne, non vt eleuetur iſta miſerabilis conditio, ſed cõtrà, vt certo argumento
cõfirmetur. AEſtimatur enim circunciſio hoc in loco ſuo pondere, id eſt quatenus teſſera fœderis fuit, teſſera, inquam, in carne
impreſſa, cuius contẽptus certũ exitiũ ipſis Iudæis afferebat, Gen.17.c.14. quanto magis igitur alienæ erãt à Deo Gentes quæ ne de teſſera
quidem iſta quicquã audierant, ac proinde quas nulla ſui fœderis mẽtione dignatus erat Dominus? Nã neque rem ipſam à ſymbolo, neque
ſymbolum à re ipſa ſeparare oportet, vt Pauli ſententiã perſpiciamus. & incircunciſorũ nomen nõ minus cõpetit iis gentibus quæ ſymbolum
quidem nudũ præpoſtera quadã imitatione vſurpabãt (vt de AEgyptiis, AEthiopibus, Syris & Colchis refert Herodotus) quàm quibus
nec fœdus nec ſymbolum notum erat. Qui dicebamini præputium οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία. Id eſt, qui non alio nomine quàm incircunciſorũ
vocabamini, vt veſtra impuritas cõmuni appellatione omnibus eſſet teſtata, vt 1.Sam.17.d.26, & Ezech.44.b.7, & c.9. Huic opponitur
Circunciſio. quo nomine poſcit omnino antitheſis & præpoſitio ὑπὸ, vt non rem ipſam ſed Iudæos circunciſos intelligamus, pari ſcilicet
metonymia. Quod autem additur ἐν σαρκὶ χειροποιήτος, non huc pertinet vt duplices Iudæi cõſtituantur, quũ hoc planè ſit extra oleas vagari,
ſed contrà, vt ipſa gentiũ execratio oculis ſubiiciatur. Nam, vt modò dixi, ſymbolũ coniungit Paulus cum re, vt facere par eſt quoties
ſacramentorũ dignitas expenditur. Itaque externum ipſum ſignũ vrget Paulus, vt ex eo quòd gentes eo caruerunt, concludat Dei expertes
fuiſſe. At enim, dices, num pertinebant ad pactũ promiſſionis quicunque ex Iudæis erant circunciſi? Minimè profectò. neque enim Dei gratia
ſigno deuincitur. Sed hoc eſt à ſcopo Apoſtoli aberrare, vt qui Iudæorum gentem in genere non autem ſingulos Iudæos conſideret, & ſimili
etiã ratione Gentes quaſi in vnũ corpus collectas cũ iis cõmittat. 12 Abſque Chriſto χωρὶς Χριστοῦ. Meritò à Chriſto auſpicatur,
tanquã omniũ promiſſionũ ſcopo. Abalienatos à rep. Iſraelis ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ. i. qui nullum ius ciuitatis Iſraeliticæ
haberetis. Ciuem autẽ eſſe Iſraelis & Deũ pro Deo ſuo habere, idem declarãt. Et extraneos à pactis promiſſ. καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς
ἐπαγγελίας. Vna fuit promiſſio, ſi rem ipſam ſpectes, ſed ſæpius ſancita. Ideo διαθήκας ſcripſit numero multitudinis. Spem non habẽtes
ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. Spem meritò coniungit promiſſionibus de Chriſto. Nam abſque his quicquid ſperant homines, fruſtra ſperant.

14 Intergerini parietis ſeptũ ſoluit τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας. Μεσότοιχον Vetus interpres mediũ parietẽ non ineptè cõuertit, ad verbum,
quẽ propriè Latini, authore Feſto, intergerinũ vocant. Eraſmus interſtitiũ maluit interpretari. quo nomine non puto aliud quicquã ſignificari
quàm ipſum interuallũ quo res duæ dirimãtur. Iam verò φραγμὸν neſcio cur maceriã conuerterint: quo nomine certum eſt aliud
quàm ſeptũ ſignificari. Cæterũ his vocabulis metaphoricè ſignificari Legis cæremonias, quibus iſtud Iudæorũ & Gentium diſcrimen continebatur,
& mutua etiã diſſidia fouebantur, mox apertè declarat Apoſtolus. 15 *Quæ* in ritibus *poſita eſt* ἐν δόγμασι. i. τὸν ἐν δόγμασι. Cuiuſmodi
eclipſin multis iam locis annotauimus. Vulg. decretis, nimiũ obſcurè, adeò vt nõnulli hac interpretatione decepti, perperã hoc cõiunxerint
cũ proximo participio: quũ ſit conſtruendũ cum participio ὄντα ſubaudito. Rectius Eraſmus, in decretis ſitã conuertit, ſed tamẽ
requiro particulam exegeticam: & δόγματα malui ritus quàm decreta interpretari, nequis exiſtimet hic agi de doctrina ipſa. intelligit enim
quæ Hebræi חקם vocãt. & ita accipitur idem nomẽ Act.16.a.4. vbi placita ſumus interpretati. Cæterũ τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκί, quæ nõnulli cũ participio
λύσας cõnectunt, ego malui ſequentibus adiungere, ſenſu, vt mihi quidẽ videtur, magis cohærẽte. Nã quod Græcus ſcholiaſtes putat
intergerinũ parietẽ dici inimicitias quæ propter peccata noſtra inter Deũ & nos intercedũt, verè quidem dictũ eſt, ſed ἀπροσδιονύσως. Nã
hoc demũ pertinet ad verſ.16. Sed & is locus refellit eorũ errorẽ qui exiſtimarunt cæremonialẽ Legem, quod ad Iudæos attinet, ſublatã non
eſſe. Per carnẽ ſuam ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Hoc quid ſit, copioſiſſimè explicatur in epiſtola ad Hebræos: vbi oſtẽditur in Chriſto fuiſſe omnia
impleta quæ Legis figuris adumbrabãtur. Conderet κτίσῃ. Hoc opponitur verbo λύειν, quo vſus erat quũ diceret, deſtructũ parietẽ intergerinum.
cuius loco ſeſe ſubſtituit, vt ſicut paries alterum ab altero diſiungebat, ita ipſe vtroſq; in ſeſe ita cõiungat, vt in Chriſto & cum
Chriſto in vnũ nouum hominẽ coaleſcãt: nouum inquã, ſemel abolitis cæremoniis. 16 In vno corpore ἐν ἑνὶ σώματι. Alludit ad Legis
ſacrificia, quæ veram & vnicam iſtam victimam repræſentabant: Itaque Lex non propriè abolita fuit, ſed impleta.

ʹperemptis inimicitiis per eam.

17 ″Et veniens euangelizauit pacem vobis & qui procul & qui propè eratis.

Per Chriſtũ acceſſus ad Patrẽ.

18 Quoniam″per ipſum habemus aditum vtrique per vnum Spiritum ad Patrem.

Domeſtici Dei, Gentes.

19 Nempe igitur non eſtis hoſpites & inquilini, ſed conciues ſanctorum, ac domeſtici Dei,

Fundamentum Apoſtolorum, Chriſtus.

20 Superſtructi″ſuper fundamentum Apoſtolorum ac Prophetarum, ″imo angulari *lapide* ipſo Ieſu Chriſto,

21 In quoʹtotum ædificium congruenter coagmentatũ ″creſcit″in

Templum Dei.

templum ſanctum″Domino.

22 In quo″& vos vnà ædificamini, ʹvt ſitis habitatio Dei″per Spiritum.

Cap. III.

1 HVius rei gratia″ego Paulus *ſum* captiuus ille Chriſti Ieſu pro vobis Gentibus:

Deo per crucem, interficiens inimicitiam in ſemetipſo. D

17 Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacem iis qui propè.

18 Quoniam per ipſum habemus acceſſũ ambo in vno Spiritu, ad Patrẽ.

19 Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei,

20 Superædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorum & Prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Criſto, C

21 In quo omnis ædificatio constructa, creſcit in templũ ſanctum in Domino.

22 In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto.

Cap. III.

1 HVius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu pro vobis Gentibus:

Peremptis inimicitiis ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν Eſt igitur Chriſtus mediator tum Iudæorum & Gentium, tum verò maximè vtrorumque & Dei: quod poſterius nunc ſignificat. Alludit autem ad Chriſti mortem, qui moriens, diſcordiæ cauſam omnem ſuſtulit, & veluti cruci affixit. 17 Et veniens καὶ ἐλθὼν Cohæret hoc cum initio verſ. 14. Nunc enim expoſita in genere vocatione, fuit explicandũ ipſius inſtrumentum, nimirum huius beneficii publicatio: cuius princeps eſt is ipſe ad quem vocamur, nempe Chriſtus: miniſtri verò, Prophetæ & Apoſtoli. 18 Per ipſum δι' αὐτοῦ Chriſtus inſtar ianuæ per quam ad Patrem recõciliatum accedimus cum fiducia: Spiritus autem ſanctus, dux noſter eſt per quem coniuncti & vniti in Chriſto vtrique ad valuam ipſam pedetentim progreſſi ingredimur.

20 Super fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν προφητῶν. Id eſt, ſuper Chriſtum, quod eſt Apoſtolicæ & Propheticæ ſtructuræ fundamentum. Sic enim Apoſtolus ipſe optimus ſui interpres explicat 1. Cor. 3. c. 11, & Eſaias 28. d. 16. Et de Lege ac Prophetis idem teſtatur Chriſtus Iohan 5. f. 39. Itaque Apoſtoli & Prophetæ fuerunt huius templi, id eſt Eccleſiæ Dei (vt etiam hodie fideles miniſtri) architecti, non autem fundamentum ipſum: & planè eſt Antichriſtus qui ſibi tribuit quod vnius Chriſti eſt: ac proinde non ſunt lapides templi Dei quicunque alio fundamento nituntur, etiamſi nomen Chriſti retineant, quum rem ipſam tollant. Vbi autẽ, Petri primatus? nempe vel nuſquam eſt, niſi in Antichriſtiana Eccleſia: vel admodum negligenter, imò etiam hæreticè hæc ſcripſerit Paulus, qui Apoſtolos numeret multitudinis numero. & ſibi etiam in proximo capite Gentium Apoſtolatũ vendicet. At enim iſte eſt & Petri & Pauli ſucceſſor. Quid ais? ergo primatus iſte à Petri & Pauli demum obitu cœperit, quandoquidem collegam habuit Petrus, à quo etiam fuerit meritò reprehenſus, & cui dextram porrexerit ſocietatis. Ita ex ſuo ipſius ore conuincitur ſeruus nequam. Omitto eorũ nugas qui fundamentum interpretantur concilia œcumenica: ædificium ſcilicet ipſum pro fundamento ſubſtituentes, ſi modò germana ſint concilia. Quid verò iis facias quos nõ pudet Romanam etiam Eccleſiã, quam vocant, pro fundamento ſubſternere? Ita mutuò ſeſe collidunt mendacia. Imo angulari *lapide* ὄντος ἀκρογωνιαίου. Participium in hoc dicendi genere non ſolet à Latinis exprimi. Ἀκρογωνιαῖον autem nõ conuerti, ſummo angulari, cum Eraſmo: ſed contrà, imo angulari: ne quis ambiguitate deceptus falleretur. Nam ἄκρον Græcis vtrunque extremum declarat, & ſummum ſcilicet & infimum. Hìc verò Chriſtus conſideratur tanquam is qui ædificium totum ſolus ſuſtineat, vt ſicut architecti à fundamento, ſic à Chriſto vnico illo firmiſſimo lapide incipiat Eccleſiæ ſtructura. Simili ratione dicitur à Dauide ראש פנה, id eſt caput anguli, non habita ſitus ſummi ſed imi ratione, vt ראש declaret tranſlatitiè partem ædificii præcipuam, & à qua dependent reliquæ, ſicut corpus à capite, quanuis diuerſo ſitu. Caput enim in corpore ſummã partem tenet, in ædificio verò fundamẽtum in imo ſubſidet: ſed ædificio id præſtat quod caput corpori, ideóque caput dicitur. vnde ראשית Hebræis & caput Latinis, ʹpro cuiuſuis rei principio & prima ac præcipua parte ponitur. Id autem ita eſſe explicandum, vel ex ſequenti verſiculo liquet, in quo dicitur totum ædificium à Chriſto exurgere. Sed & Anguli appellatio partem eam ædificii deſignat cuius vnius firmitate vniuerſum ædificium fulcitur, ex Hebræorum idiotiſmo: à quibus etiam idcirco פנות, id eſt anguli, vocantur ii qui authoritate præſtant, & reipub. molem quaſi fulciunt. vt 1. Sam. 14. f. 38. quod volui annotatum: ne quis hìc imaginetur plurium angulorum ædificium: aut denique ſubtilius in hac ſimilitudine philoſophetur, quum in angulo oporteat duos parietes concurrere, non poſſit autem ex duobus parietibus ædificium perfici.

21 Totum ædificium πᾶσα οἰκοδομή. Id eſt ὅλη. Eraſ. quæcunque ſtructura. Putauit enim πᾶσαν hoc in loco diſtinguere hoc ædificium ab aliis quæ hoc fundamento non nituntur, qua in re proculdubio fallitur. Nam de nullo alio ædificio diſſeruit, vt minimè hìc ſit opus vlla diſtinctione. Deinde hac ratione non fuiſſet dicendum, πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, ſed πᾶσα οἰκοδομὴ ἡ συναρμολογουμένη: vel certè expungendus articulus, cuius vis eſt ἀναφορικὴ hoc in loco. πᾶσαν igitur, id eſt totum ædificium, dixit, vt ſciamus non partem duntaxat ædificii, ſed totam ſtructuram, quantacunque eſt, hoc vno lapide angulari fulciri. Creſcit αὔξει. Vtitur præſenti tempore vt ædificii ſtructuram nondum abſolutam, ſed in opere adhuc architectos verſari intelligamus. In templum ſanctum εἰς ναὸν ἅγιον. Id eſt, vt ſit templum ſanctum. Nam εἰς finem declarat. Alludit autem ad templum Hieroſolymitanum, quod fuit iſtius viui ædificii typus, perpetuum pontificem Chriſtum habentis, vt in epiſtola ad Hebræos explicatur. Qua autem ratione ſinguli fideles alibi dicantur Templum Domini, quòd Deus per Spiritum ſanctum in Chriſto ipſos ſanctificarit, & quaſi apud eos ſibi domicilium delegerit, eadem etiam Eccleſiæ idem nomen tribuitur, quum fideles omnes in vnum quaſi ædificium compingantur. Domino ἐν Κυρίῳ. Vel repetitur antecedens, Hebræorum more, quanuis expreſſo relatiuo, quum præceſſerit ἐν ᾧ in quo, ſi hoc libuerit coniungere cum verbo αὔξει (quanquam ἐν ᾧ fortaſſis rectius expoſueris ἐφ' ᾧ ſupra quod, ſcilicet θεμελίῳ fundamentum, vt perpetua ſit metaphora) vel ἐν reſpondet literæ ל Hebræorum, quæ tertio caſui adiungitur: quam interpretationem ſum ſequutus. Non temerè tamen dici poſſit creſcere in Domino ædificiũ quod in eo fuit coagmẽtatum, nempe vt non principia tantum, ſed & media & extrema feramus Dei gratiæ in Chriſto accepta.

22 Et vos vnà ædificamini καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε. Vide ſuprà verſ. 5. Vt ſitis habitatio εἰς κατοικητήριον. Iterum εἰς finem notat: & alluſio eſt ad templum, quod dicitur מושיב מישון מעון. Pertinet autẽ ad hunc locum differentia τοῦ κατοικεῖν & τοῦ παροικεῖν, de qua diximus Matth. 2. d. 23. Per Spiritum ἐν πνεύματι. Vide ſuprà verſ. 18.

IN CAPVT III.

1 Ego Paulus *ſum* captiuus ille ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος. Nunc tandem ad hypotheſin, id eſt ad ſuum Apoſtolatũ, deſcendit. Cæterùm quia neceſſariò explenda eſt conſtructio, non conuenit inter interpretes. Nam alii ſubaudiunt πρεσβεύω legatione fungor: quod haud ſatis ſcio an cõueniat præpoſitioni ὑπὲρ, pro apud. Neque enim pro Gentibus, id eſt Gentium nomine, legatione fungebatur, ſed ὑπὲρ Χριστοῦ, 2. Corinth. 5. d. 20. niſi ὑπὲρ accipiamus pro ἕνεκα, quod & ipſum duriuſculum fuerit, quia præceſſit τούτου χάριν. Alii verò ſubaudiunt κεκαύχημαι, gloriatus ſum: quòd ſimile quippiam dixiſſe videatur Apoſtolus Philipp. 2. c. 16. Sed neutrum ſanè in pleriſque, & iis quidem emẽdatiſſimis, codicibus inuenitur, neq; velim quidem ego iſtiuſmodi eclipſibus aditũ patefacere. Eſt autẽ maximè vſitata & minimè omniũ coacta eclipſis verbi ſubſtãtiui: quod multo rectius ſuppleuit Eraſmus. Vertit enim, Ego Paulus *ſum* vinctus Ieſu Chriſti. ſed non rectè prætermiſſo articulo qui κατ' ἐξοχὴν ponitur hoc in loco. Multa enim erat iſtius captiuitatis celebritas, quòd Paulus paſſim dictitaretur is eſſe qui vellet Gentes cum Iudæis exæquare, quíque hoc nomine Iudæos reddidiſſet omnibus exoſos, vt ſcribitur Act. 21. e. 28, & 24. a. 5, & 25. g. 24. Hoc verò tantum abeſt vt inficietur, vt contrà ex eo captet commendandi apud Gentes miniſterii ſui occaſionem. Captiuum autem Ieſu Chriſti ſe dicit, non actiuè, quem Ieſus Chriſtus captiuum teneat: ſed paſſiuè, qui pro Ieſu Chriſti aſſerta gloria captiuus teneatur. Sic enim ſe pro iis vinctum eſſe dicit, vt eos ſimul ad Chriſtum attollat, ne videatur cauſam ſuam agere.

	Si tamẽ audiſtis diſpenſationẽ gratiæ Dei quæ data eſt mihi in vobis:	2	Si quidem audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei quæ data eſt mihi apud vos:	Paulus, Gẽtium Apoſtolus.
	Quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentũ, (ſicut ſuprà ſcripſi in breui:	3	Quòd ſcilicet *Deus* per reuelationem notum mihi fecerit myſterium (ſicut ante ſcripſi paucis:	
	Prout poteſtis legentes intelligere prudẽtiam meã in myſterio Chriſti)	4	Ex quo perlecto poteſtis intelligere quæ ſit mea intelligentia in myſterio Chriſti)	
B	Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in Spiritu:	5	Quod aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, vt nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis per Spiritum.	
	Gentes eſſe cohæredes, & cõcorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per Euangelium:	6	Gentes *ſcilicet* eſſe hæredes, & concorpores, cõſortéſque promiſſionis eius in Chriſto per Euangelium:	Gentes, Chriſti populus.
Suprà 1.d.19	Cuius factus ſum miniſter ſecundũ donum gratiæ Dei, quę data eſt mihi ſecundũ operationem virtutis eius.	7	Cuius factus ſum miniſter ex dono gratiæ Dei, quod datũ eſt mihi ſecundum efficacitatem potentiæ ipſius.	Paulus, Gentiũ Apoſtolus.
1.Cor.15.a.9 Galat.1.c.16	Mihi omnium ſãctorum minimo data eſt gratia hæc in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,	8	Mihi *inquam* minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc, inter Gentes euangelizandi imperueſtigabiles opes Chriſti,	Diuitiæ Chriſti.
Rom.16.d.25 coloſſ.1.d.26 2.tim.1.c.9 tit.1.a.2 1.petr.1.d.20	Et illuminare õnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo, qui omnia creauit:	9	Et in lucem proferendi omnibus quæ ſit communio myſterii quod erat abſconditum à ſeculis in Deo, qui omnia condidit per Ieſum Chriſtum:	Myſteriũ abſcõditum.
C	Vt innoteſcat nunc principatibus & poteſtatibus, in cæleſtibus, per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei,	10	Vt nota fiat nunc imperiis ac poteſtatibus *quæ* in cælis *ſunt* per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei,	Sapientia Dei.
	Secundum pręfinitionem ſeculorũ, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:	11	Secundum propoſitum æternum quod conſtituit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:	
	In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia, per fidem eius.	12	In quo habemus libertatem, & aditum cum fiducia, per fidem ipſius.	Fides.
	Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra:	13	Quapropter peto ne ſegneſcatis ob afflictiones meas pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.	
	Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti,	14	Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,	Orat Paulus vt Epheſii cõfirmẽtur in fide.

2 Audiſtis ἠκούσατε. Loquitur de vocatione ſua peculiariter Gentibus deſtinata, vt de re omnium ſermonibus celebrata.

3 Per reuelationem κατ' ἀποκάλυψιν. Innuit ſe Apoſtolum eſſe ἰδίως vocatum: quæ hiſtoria refertur Act.9.c.15, & 22.c.21, & paſſim celebratur in ipſius epiſtolis. Paucis ἐν ὀλίγῳ. Vel paulo antè, nempe primo capite huius epiſtolæ. Neque enim video vnde colligere poſſimus alteram ſcriptam fuiſſe epiſtolam quæ exciderit. De myſterio diximus ſuprà 1.b.9.

4 Ex quo πρὸς ὅ. Cohæret hoc cũ verbo νοῆσαι, & accipitur πρὸς vt in illo Ouidii, Mortua crede mihi, tamen ad tua verba reuixi. Participium autem ἀναγινώσκοντες ponitur ſine caſu, Græcorum more, vt in illo Virgilii, Et diuûm amplexæ ſimulachra tenebant. Quẽ helleniſmum vt vitarem, conuerti, ex quo perlecto. Optimo verò iure de ſe iſta prædicare Apoſtolum, reipſa cognoſcet quiſquis perſpexerit quam ſublimiter ac prorſus Diuinè totum illud argumentum ab initio epiſtolæ pertractarit.

5 Filiis hominum τοῖς υἱοῖς ἀνθρώπων. Heb. לבני אדם, id eſt hominibus. Quid verò? annon hoc olim ſanctis Patribus fuit patefactum? Reſpondeo, non ita multis, præſertim quod ad vocationem Gentium attinet: idque diruto integerrimo pariete. Deinde vt reuelatum fuerit Prophetis, qui etiam id fore prædixerunt, tamen diuerſa ratione ac menſura fuit illis hoc myſterium quaſi eminus & cum inuolucris oſtenſum, quum Apoſtoli præſentem clariſſimam lucem ſint intuiti. quanuis initio de vocatione Gentium dubitarit etiam Petrus. Itaque addidit Paulus particulam ὡς. Adiunxit autem Apoſtolis Prophetas. de quorum munere diximus Rom.12.b.6, & 1.Cor.14.b.2 & 3.

6 Concorpores σύσσωμα. Vide Gal.3.c.16, & d.28, & ſuprà 1.b.10. Vulg. concorpores. Eraſ. eiuſdem corporis.

9 Communio ἡ κοινωνία. Vulgata, diſpenſatio, οἰκονομία, & ita etiam veteres noſtri libri ſcriptum habebant.

Per Ieſum Chriſtum διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vetus interpres hoc non legit, nec Hieronymus habet, nec Ambroſius: reperi tamen in omnibus Græcis, & ſanè maximam habet emphaſin. Sic enim colligit Apoſtolus, Vnus Deus omnes condidit: ſic etiam nunc omnes ad ſe vocat. condidit autem per Chriſtum, ſic per Chriſtum inſtaurat.

10 Per Eccleſiam διὰ τῆς ἐκκλησίας. Eccleſiã ex tam multis támque diuerſis hominũ generibus collectam ſignificat quaſi exemplar aut ſpeculum eſſe, in cuius contemplatione ipſi etiam Angeli proficiant, quatenus ſcilicet in tam multiplicis turbæ coniunctione, & tam conſentiente, vt ita dicam, diſcordia longè melius apparet multiplex illa Dei ſapientia, quàm in vnius Synagogæ gubernatione. Nec velim quidem hîc ego ſubtilius de Angelis philoſophari, quaſi concionibus interſint, & Eccleſiæ miniſterium ad illos etiam pertineat. qua de re vide quæ tradit in hunc locum doctiſſimus interpres. De his autem nominibus quæ Angelis tribuuntur, diximus Rom.8.g.39.

Multiformis πολυποίκιλος. Id eſt πολύμορφος. Nam res ipſa non variatur, quum vnus ſemper Chriſtus fuerit propoſitus, ad quem etiam Lex, tanquam pædagogus, Iudæos ducebat: ſed variata eſt œconomia, quæ rurſus infinitas habet formas, ſi applicatio multiplex æſtimetur locorum, perſonarum & temporum circunſtantiis, quas omnes Dominus ad eundem finem adducat.

11 Propoſitum æternum πρόθεσιν τῶν αἰώνων. Vulgata & Eraſmus, præfinitionem ſeculorum. Ego πρόθεσιν, id eſt propoſitum, vt fontem ipſius προορισμοῦ, id eſt præfinitionis & prædeſtinationis, conſidero: & עולמים, id eſt ſeculorum, cum doctiſſimo interprete, accipio αἰῶν τοῦ αἰωνίου, ex idiotiſmo Hebræis perfamiliari. Æternum autem accipio quod omni principio ſit antiquius.

Quod conſtituit ἣν ἐποίησεν. Ad verbum, quod fecit, ſicut in vernaculo ſermone dicimus, *faire une deliberation.* quanuis non deſint qui ἐποίησεν accipiant pro præſtitit. Quod autem relatiuum ἥν nonnulli ad ſapientiam, nonnulli ad Eccleſiam referunt, nihil eſt, quum per ſe plana ſit ſententia. 12 Per fidem ipſius διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Id eſt, per fidem in illum. Vide Rom.3.c.22.

13 Quæ eſt, &c. ἥτις ἐστὶ, &c. Hæc trita eſt regula apud Hebræos, relatiuum inter duo nomina poſitum, cum alterutro promiſcuè cõgruere, vt Philipp.1.d.28. 14 Domini noſtri Ieſu Chriſti τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hanc partem dicit Hieronymus in Latinis codicibus additam, quum in Græcis non extet. Non enim, inquit, loquitur Paulus propriè de Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed in genere flectit genua ad illũ Patrem, quem omnes creaturæ rationabiles agnoſcunt conditorem & authorem. Atqui in omnibus veteribus libris & ſcholiis quoque Græcis hæc particula additur, & addi etiam debet, opinor. Neque enim mihi videtur Deum Patrem niſi in Chriſto inuocare: qua ratione tamen non omnium, ſed fidelium tantùm eſt Pater. Denique ſi Deum extra Chriſtum conſideraris, quænam erit Patris inuocatio? vt hac quidem in re palàm profiteri non pudeat ab Hieronymo me diſſentire.

[illegible] ÷ colligitur, [illegible]

Ex quo tota familia in cælis & in terra nominatur.

Vt det vobis, pro diuite ſua gloria, vt fortiter corroboremini per Spiritum ſuum in interiori homine.

Vt inhabitet Chriſtus per fidem in cordibus veſtris: vt in charitate radicati & fundati,

Valeatis aſſequi cum omnibus ſanctis, quæ *ſit* latitudo & longitudo & profunditas & ſublimitas:

Et cognoſcere excellentiorem illam quàm vt cognoſci poſſit charitatem Chriſti: vt impleamini ad omnem vſque plenitudinem illam Dei.

Ei verò qui poteſt infinita cum redundantia facere ōnia ſupra ea quæ petimus, aut mēte cōcipimus, pro vi illa agēte in nobis,

Gratiarū actio.

Sit gloria in Eccleſia per Chriſtum Ieſum, in omnes ætates ſeculi ſeculorum. Amen.

Cap. IIII.

Hortatur Paulus ad opera.

PRecor itaque vos ego captiuus in Domino, vt ambuletis ita vt dignum eſt vocatione qua vocati eſtis,

15 Ex quo ōnis paternitas in cælis & in terra nominatur.

16 Vt det vobis ſecūdum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem,

17 Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati:

18 Vt poſſitis comprehēdere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & lōgitudo & ſublimitas & profundum:

19 Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti: vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20 Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis:

21 Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen.

Cap. IIII.

1 OBſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis,

Philip.1.d.19
coloſſ.1.b.10
1.theſſ.2.c.12

15 Ex quo ἐξ οὗ. Ex quo ſcilicet Patre per Chriſtum, vel, ex quo Chriſto. Is enim vnus filios Dei fecit quicunque ab origine mundi in ipſum crediderunt. Iohan.1.b.12. Tota familia in cælis & in terra nominatur πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. De Eccleſia Dei ex Gentibus & Iudæis coagmentata Paulū diſſerere ſatis conſtat. Itaque miror cur particulam πᾶσα non animaduerterint interpretes poſitam pro ὅλη, vt ſuprà 2.d.21. πατριὰν autem quam Vetus interpres paternitatem conuertit, Hieronymus parentelam, Eraſmus, cognationem à communi Patre, ſatis liquet familiam declarare, id eſt gentem quæ communem vnum patremfamiliâs habeat: vt ſanè habet Eccleſia in Chriſto adoptata, quæ etiam idcirco domus Dei dicitur, vt 2.Timoth.2.c.20. cuius ciues vocauit domeſticos Dei ſuprà 2.d.19. Externi ſunt igitur quicunque non ſunt deſtinati adoptioni in Filio, & patrem habent diabolum, vt Iohan.8.f.44. ſuper quos manet ira Dei, Iohan.3.d.36. vt planè non poſſit eorum interpretatio admitti qui πᾶσα exponunt omnis: niſi eadem permutatione Omnis pro Tota accipiant. Iam verò quod additur in cælis, ſi ad nomen familiæ referre placeat, dixerim ad eos pertinere, qui, quùm Chriſtus veniret, iam in cælis erant, & tamen in eodem atque nos Filio adoptati, vnam nobiſcum familiam conſtituunt, vt expoſuimus ſuprà 1.b.10. Nam ne hîc quidem velim de Angelis ſubtilius philoſophari. quibus vix ſanè putem adoptionis nomen conuenire, vt hac ratione in hac πατριᾷ non poſſint commodè comprehendi, cuius vinculum noſtra in Filio adoptio exiſtat. Sin autem coniunxerimus cum verbo ὀνομάζεται nominatur, non tam erit prægnans, vt ita dicam, ſententia. Tantùm enim ſignificabitur, iſtius Domini familiæ celebritatem, huius mundi ſpatiis non terminari, ſed in ipſis etiam cælis commemorari, vt Luc.2.b.14, & 15.b.7. Itaque priorem expoſitionem vt vberiorem amplector. Poſtremò ὀνομάζεσθαι ſignificat ex alicuius nomine celebrari, vti iam tum fideles omnes à Chriſto Chriſtiani dicebantur. Sed meminerimus rem ipſam eſſe cum nomine copulandam.

16 Pro diuite ſua gloria κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. Id eſt, pro magnitudine miſericordiæ ipſius. Id enim eſt quod δόξαν vocat, ob eam cauſam quam expoſuit ſuprà 1.b.5 & 6 & 12. Sed & opulentiam glorioſam poſſis interpretari, eâdem aut certè non multum diuerſa ſententia. In interiori homine εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον. εἰς pro ἐν accipio. Vide Rom.7.d.22.

17 Vt inhabitet κατοικῆσαι. Iterum notanda emphaſis verbi κατοικεῖν, quam expoſuimus Matth.2.d.23. Huc pertinet quod ſcriptum eſt Iohan.6.d.37, & 14.c.23. In cordibus ἐν καρδίαις. Non dicit in linguis. niſi cor linguam appellat, vt meritò dicat vnuſquiſque, Credidi, ideo loquutus ſum. In charitate ἐν ἀγάπῃ. Charitatem intellige qua diligimur à Deo. Hæc enim eſt radix, hoc fundamentum electionis noſtræ, ad quod vbique nos reuocat Apoſtolus, vt ſuprà 1.a.4, & alibi paſſim. Radicis enim & fundamenti nomen quomodo fructibus tribuas? Radicati & fundati ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι. Sic rectè Vetus interpres. Eraſmus tamen prætulit periphraſin, fixis radicibus, & fundamento iacto. Cæterùm cohærent hæc participia cum ſequenti verbo ἐξισχύσητε, éſtque particula ἵνα explicanda per traiectionem, quæ non modò non eſt inſolens, ſed etiam elegans habetur. Certè apparet Paulum ea delectatum non vno in loco, ſed ſatis multis, vt 1.Corinth.9.c.15, & 2.Corinth.2.b.4, & Galat.2.b.10. Vide Rom.11.d.31.

18 Quæ *ſit* latitudo, &c. τί τὸ πλάτος, &c. Id eſt quàm ſit hoc opus noſtræ in Chriſto cōciliationis omnibus ſuis numeris & partibus abſolutum. Sumpta autem eſt à geometricis menſuris tranſlatio: vt mirum ſit veterum nonnullos tam procul à ſcopo aberraſſe.

Excellentiorem quàm vt cognoſci poſſit ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως. Id eſt, quæ ſuperat omnem humani ſcilicet ingenii captum, ad id quidem, vt plene animo concipi poſſit: quum alioqui quiſque Spiritu Dei fretus pro modulo ſuo tantum percipiat quantum ſatis eſt ad ſalutem. Γνῶσιν enim vocat facultatem ipſam cognoſcendi, non cognitionis habitū. Eſt autem hæc plana expoſitio & cū ſuperiore metaphora prorſus conſentiens, atque etiam cum eo quod ſcripſit ſuprà verſ.8, nempe imperueſtigabiles eſſe Chriſti opes. Quod autem attinet ad conſtructionem verbi ὑπερβάλλειν, non erat quòd de ea ambigeret Eraſmus. Sic enim apud Ariſtotelem bis in eadem pagina inuenitur libro de Rep. tertio, Μυθολογεῖται δὲ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας τὸν Ἡρακλέα καταλιπεῖν, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. οὐ γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν Ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων. Idem paulo pòſt, οὔτε γὰρ γραφεὺς ἐάσειεν ἂν τὸν ὑπερβάλλοντα πόδα τῆς συμμετρίας ἔχειν τὸ ζῶον. Quidam igitur in hoc explicando loco fruſtra ſe torſerunt, vt Hieronymus, qui interpretatur eximiam dilectionē cognitionis Chriſti: obſcuro ſenſu, & traiectione ita violēta vt admitti certè non poſſit. Sed magis etiā hunc locū torquent qui τῆς γνώσεως attexūt præcedenti verſiculo. cuius conſtructionis meminit etiam Photius. Apud Ambroſium verò perinde legitur contexus, acſi ſcriptum eſſet τὴν γνῶσιν τῆς ἀγάπης, aut certè permutata conſtructio. cuiuſmodi penè hypallagen annotauimus Act.5.d.10. Vertit enim, ſupereminentem ſcientiam charitatis Chriſti. quo modo etiam legitur apud Auguſtinum epiſtola 120, vt Eraſmus obſeruauit. Vulg. ſupereminentem ſcientiæ. Eraſ. ſupereminentem cognitioni.

Charitatem Chriſti ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quam exhibuit nobis Deus in Chriſto, vt Iohan.3.b.16, & Ro.5.b.8. vel qua Chriſtus ipſe Filius Dei nos complexus eſt, vt Iohan.15.b.13. Ad omnem vſque plenitudinem illam Dei εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ. Id eſt, ita vt in nobis abundēt quæcunque ad noſtram illam in Deo perfectionem requiruntur. Nā εἰς pro μέχρι accipitur: vt εἰς τοσοῦτον pro eo vſque, & εἰς τὸ νῦν pro hactenus, & εἰς πάσας, infrà verſ.21. quo modo etiam apud Hebræos ponitur ל pro עד. Additus autem articulus refert eam plenitudinem de qua ſuperiore verſiculo diſſeruit: vt plenitudo Dei dicatur non qua Deus ipſe plenus eſt, id eſt plena Diuinitas (quis enim hāc capiat?) ſed ingens illa Dei beneficentia in Chriſto, cuius nos facit participes & cohæredes. Deinde plenitudinem malui vertere quàm perfectionem, propterea quòd paulo antè dictum eſt Chriſtum in cordibus noſtris habitare, vt Deus quodammodo in ipſo nos impleat, & nos Deo veluti impleamur in ipſo. 20 Infinita cum redundantia ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Ad verbum, ſuprà [quàm] redundanter. Vulg. ſuperabundanter. Eraſ. cumulatè. Neuter ſatis ἐμφατικῶς. Pro vi, &c. κατὰ δύναμιν, &c. Id eſt, pro ea facultate quam in nobis iam vigere experimur.

21 *Sit* gloria αὐτῷ ἡ δόξα. Redundat relatiuum αὐτῷ ex Hebræorum idiotiſmo, vt ᾧ in ſimili prorſus loco, Rom.16.d.27. In omnes ætates ſeculi ſeculorum εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Heb. לכל דורות עולם עולמים.

IN CAPVT IIII.

1 Precor παρακαλῶ. Eraſ. Hortor. Mihi vero videtur illud magis appoſitum. In Domino ἐν Κυρίῳ Heb. באדני, id eſt Domini cauſa, ſiue ob Domini negotium. Ponitur enim ב pro בעבור. id eſt propter, vt Gen.29.c.18. Vocatione τῆς κλήσεως Vocationem vniuerſalem fidelium intellige: nempe vt ſancti ſint ſicut Deus ſanctus eſt ad quem vocati ſunt in Chriſto. De ipſo verò nomine Vocationis ſæpe iam dictum eſt à nobis.

2 Cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate,

3 Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

4 Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.

5 Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.

Malach.2.b.10

6 C |Vnus Deus & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.

Rom.12.a.3
1.cor.11.b.11

7 |Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti.

Pſal.68.d.19

8 Propter quod dicit, |Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

9 (Quòd autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ?

10 Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcēdit

2 Cum omni ″modeſtia ac mãſuetudine, ″cum animi lenitate, tolerantes alii alios per charitatem,

3 Studentes ſeruare vnitatem ″ſpiritus per vinculum pacis.

4 ″Vnũ *eſt* corpus & ″vnus ſpiritus, ſicut & vocati eſtis in vnã ſpẽ vocationis veſtræ.

Corpus.
Spiritus.

5 Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.

6 Vnus Deus & Pater omnium, ″qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.

Pater vnus.

7 Sed vnicuique noſtrum data eſt gratia pro menſura doni Chriſti.

8 Quapropter dicit, Quum aſcendiſſet in ſublime, captiuam duxit captiuitatem, & ″dedit dona hominibus.

Dona varia.

9 (Cæterùm illud Aſcendit, quid eſt niſi quòd etiam deſcenderat prius ″in infimas partes terræ?

10 Qui deſcendit, ipſe eſt qui etiã aſcendit ″lõge ſupra õnes cælos,

2 Modeſtia ταπεινοφροσύνης. Vide Act.20.d.19. Cum animi lenitate μετὰ μακροθυμίας Vulg. cum patientia. Vide Matth.18.c.26. Ambroſius certè procul aberrauit, quum magnanimitatem conuerteret.

3 Spiritus τοῦ πνεύματος Spiritum accipio pro Spirituali. ſiue cuius vinculum eſt Spiritus ſanctus. Ita enim diſtinguit amicitiam illam cuius præcepta tradiderunt philoſophi, à Chriſtiana coniunctione: ſimulque ſibi patefacit aditum ad proximum argumentum.

4 Vnum *eſt* corpus ἓν σῶμα Vide 1.Cor.12.b.12, & 13. Vnus ſpiritus ἓν πνεῦμα Vnus ſcilicet ſpiritus quo in vnum corpus coniungimini, vt iam alii ab aliis odio diſſidere non poſſitis, quum ſpiritus idem & vnus non poſſit à ſeipſo diſſidere. Quòd ſi ſpiritum accipiamus pro animo, dicentur fideles eſſe quaſi vnum corpus & vnus animus, propter ſummam coniunctionem. vt Act.4.f.32. quod & philoſophi de amicitia dixerunt, ſed non eodem iure, quum iſtius coniunctionis & vinculum & ſcopum non noſſent. Quoties autem vnum hic legimus, toties nectatur concluſio, quod vnum eſt, diſcerpi non poſſe.

6 Qui eſt ſupra omnes, &c. ὁ ἐπὶ πάντων, &c. Eraſmus, ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis. Vulgata, ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus vobis. Eſt autem, fateor, ambiguum genus, ſed in duobus duntaxat prioribus. Nam tertium omnino maſculini generis eſt. Itaque miror, quum Eraſmus reprehenderit interpretem quòd in eodem genere non perſeuerarit, & res perſonis miſcuerit, qui non animaduerterit ſe in eandem reprehenſionem neceſſariò incurrere, vt qui priora duo rebus tribuat, poſtremum autem cogatur perſonis accommodare. Nam contra omnium Græcorum codicum fidem Hieronymus expungit pronomen ὑμῖν. cuius etiam dictum nolim temere & ſine diſtinctione concedere, in omnibus ſcilicet eſſe Spiritum ſanctum: quòd Spiritum ſanctum ab effectu ſic vocatum eſſe exiſtimem, potius quàm à natura: quum per ſe ſatis intelligatur Sanctus eſſe qui Deus eſt. Deinde (quod rectè omnino expendit doctiſſimus interpres) conſiderari debet huius loci circunſtantia. Non eſt autem inſtitutus ſermo de illa vniuerſali gubernatione, ſed de mutua fidelium in vno Patre coniunctione: quæ ſanè nihil commune habet cum brutis animalibus. qua etiam ratione nomen Patris appoſuit, quod nonniſi Chriſti membris competit, vt prorſus ſine cauſa Hieronymus hic ſeſe fatiget. Quanuis igitur priora duo generaliter de omnibus rebus creatis accipi poſſint, vt Ierem.13.b.13, & Act.17.f.28, tamen ad ſcopum Apoſtoli ſunt reſtringenda quæ de imperio & præſentia Dei commemorat. Deinde quanuis interdum Paulus in eodem argumento πάντα vſurpet neutro genere, tamen quia ſequitur ἐν πᾶσιν ὑμῖν maſculino genere, multo melius congruit omnia ad idem genus accommodare. Quod autem ad rem ipſam attinet, ἐπὶ πάντων deſignat vnius in totam Eccleſiam ſummum imperium, διὰ πάντων prouidentiam per omnia Eccleſiæ membra diffuſam, ἐν πᾶσιν noſtram illam cum Deo coniunctionem in Chriſto. quæ tria non videtur agnoſcere quiſquis fraternam concordiam violat: vt planè fuerint impudentes hæretici, quum ex iſtis ſyllabarum aucupiis vellent trium hypoſtaſεων imparitatem ſtatuere: vt pluribus docet Baſilius in libello de Spiritu ſancto ad Amphilochium. Poſtremò hac occaſione deſcendit Apoſtolus ad ſapientiam Dei infinitam in his tribus tum in toto Eccleſiæ corpore, tum in ſingularum partium concinna diſpoſitione deſcribendam. Quod autem ſubiicit Pro menſura doni Chriſti, intellige doni quod Chriſtus contulit, vel quod eſt in Chriſto collatum.

8 Captiuitatem αἰχμαλωσίαν. Id eſt, captiuorum multitudinem. Eſt enim μεταφορικῶς explicatus victoris ducis triumphus. Hoſtes autem iſti ſunt, Diabolus, Mors, Peccatum, quicquid denique ſe oppoſuit humili Chriſto. Captiuitatem verò pro captiuis dixit, ex idiotiſmo Hebræis familiari, cuius multa paſſim exempla occurrunt. & quod ad huius loci applicationem attinet, adeò propria eſt iſta explicatio quam affert Paulus, vt aliæ omnes tranſlatitiæ ſint, vel ipſis in eo conſentientibus Iudæis. Nam ad Dauidem certè iſtam aſcenſionem referri non poſſe liquet ex præcedenti & ſequenti verſiculo, quanuis Aben Ezra aliter cenſeat. Deus verò qua ratione dici poteſt in ſublime aſcēdiſſe, niſi prius è ſublimi deſcenderit? Nam alibi quidem Deum eſſe exaltatum, id eſt ſublimem, lego. rogat etiam Dauid aliquoties vt exaltetur ſupra cælos, id eſt magnificentiæ ſuæ ſublimitatem declaret. ſed vbi dicatur, aſcendiſſe in altum, pro gloriam ſuam inſigni aliquo facto quaſi euexiſſe, vt nonnulli hìc exponunt, nuſquam adhuc inueni. Itaque Kimhi quanuis alioquin à vero ſenſu aberret, tamen vidit hæc eſſe ad Deum referenda qui è terra in cælum migrarit, ſed quod tranſlatitiè explicat credamus potius Paulo propriè eſſe de Meſſiæ in cælos reditu explicandum. Dedit dona hominibus ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Hebræa veritas habet לקחת מתנות באדם id eſt accepiſti dona in hominibus. Plurimum autem differunt accipere & dare. Quid igitur? nempe ſenſum genuinum ſpectauit Apoſtolus. Sequitur enim gratiarum actio, Benedictus Deus qui quotidie nos onerat donis ſuis ſcilicet. Ergo in באדם accipitur ב׳ pro בעבור vel ל׳, vt Gen.32.d.13. Denique in hac explicatione conſentit cum Paulo Chaldaica paraphraſis, quod ad genus dicendi attinet, quanuis ineptè iſta de Moſe interpretetur, vt etiam impius ipſe R. Salomon.

9 In infimas partes terræ? εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Id eſt, in terram, quæ pars eſt mundi infima, vt quidem idonei interpretes explicant. Nam qui ad lymbum vel ad inferos detorquent, vix digni ſunt refutatione, inter quos etiam Origenes in ſextum caput epiſtolæ ad Romanos (vt errorem erroribus cumularet) captiuitatis nomine quam Dominus victor abduxerit, eos intelligit qui cum Chriſto reſurrexerunt. de quibus Matth.27.f.53, qui, inquit, introierunt in ſanctam ciuitatem, id eſt cæleſtem Hieruſalem. Sed age iſtas nugas ſinamus. Hoc ego verò lectori expendēdum relinquo ex cuiuſdam interpretatione, ecquid Paulus his verbis deſignarit ipſum Virginis vterum. Extat enim locus Pſal.139.b.15, vbi Dauid vterum in quo fuerat formatus, tranſlatitiè vocat תחתיות ארץ, id eſt inferiora terræ.

10 Longè ſuprà ὑπεράνω. Vulgata & Eraſmus, ſupra. Vide ſuprà 1.d.21. Quod autem nonnulli curioſi homines hìc diſceptant, ſuprà cælos nullum eſſe locum, itaque corpus Chriſti eſſe ἀπερίγραπτον, Sophiſtis relinquamus. Chriſtum ſcimus verum hominem fuiſſe, neceſſe deſiiſſe, ac proinde finitum corpus, finitam animam habere, ſcimus in cælos verè aſcendiſſe, gloriæ Patris ſocium, nec inde prius venturum quàm iudicet viuos & mortuos: nos autem fide ad eum per Spiritum ſanctum ſubuectos, verè vnum cum ipſo fieri, vt vitam æternam in eo per imputationem gratis adipiſcamur, cuius etiam Spiritu mortui peccato, viuimus iuſtitiæ. Hæc fides, hæc ſpes eſt Chriſtianorum quæ fallere non poteſt. nititur enim gratuita Dei promiſſione, quam prædicat Verbum, amplectitur per Spiritum ſanctum fides, obſignant in nobis per eundem Spiritum inſtituta à Domino ſacramenta. Cætera curioſis Sophiſtis vexanda relinquamus.

vt impleret omnia)

Apoſtoli Prophetæ Doctores ad quid conſtituti.

11 Dedit igitur ipſe alios quidẽ Apoſtolos, alios verò Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem Paſtores ac Doctores,

12 Ad coagmẽtationem ſanctorũ, ad opus miniſterii, ad ædificationem *inquam* corporis Chriſti:

13 Donec euadamus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ſtaturæ adulti Chriſti:

14 Vt non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus, & circunferamur quouis vento doctrinæ, in hominum alea,

ſupra omnes cælos, vt impleret õnia)

11 Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autẽ Paſtores & Doctores: 1. Cor. 12. d. 28

C

12 Ad conſummationẽ ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti:

13 Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti:

14 Vt iam non ſimus paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni vento do

Vt impleret ἵνα πληρώσῃ Id eſt, donis & beneficiis ſuis cumularet. Sic enim accipitur verbum מילא in hac conſtructione, vt Eſa. 23.a.2. & Ierem. 31.e.25, vbi etiam חרוה & מילא vſurpantur tanquam ſynonyma. Deinde conſtat hanc eſſe teſtimonii Dauidis explicationẽ. Quemadmodum igitur illud Aſcendit, &c. applicatur Chriſti aſcenſioni: ita illud, Dedit dona hominibus, reſpõdet iſti particulæ, Vt impleret omnia: vt planè videatur etiam alludere Paulus ad ſequentem verſiculum illius pſalmi vbi dicitur Dominus ſuos onerare: metaphora à ſolennibus epulis ſumpta, quum principes poſt partam victoriam toti populo liberalitatem ſuam teſtabantur, ſolennibus præſertim ſacrificiis, quibus erant coniuncta conuiuia, vt paſſim ex ſacris etiam hiſtoriis licet intelligere. Itaque verbum implere, hoc in loco non accipitur pro perficere, niſi ex conſequenti, quatenus ſcilicet Chriſti donis perficimur: neque etiam propriè pertinet ad hunc locum quæſtio quomodo Chriſtus ſit vbique, ſed potius quomodo nos donis ſuis cumulet, nempe per Spiritum ſuum vt teſtatur Ioh. 14.b.16, & d.26, & 15.d.26. Sed prorſus reiiciendi ſunt ii qui conantur ex hoc loco non minus impudenter quàm impiè Chriſto corpus humanum ἀπερίγραπτον, id eſt corpus non corpus tribuere, ac ſpem noſtram à fundamentis conuellere. Nam non modò niſi fuerit, ſed etiam niſi ſit Chriſtus verus & naturalis homo, fruſtra ſperamus quod ſperamus, & Spiritus ſancti virtutem ignorat qui nos Chriſti corporis participes fieri non poſſe putat niſi è cælis eliciatur, vel naturalibus corporis qualitatibus ſpolietur. Omnia τὰ πάντα. De Eccleſia Paulum loqui conſtat ex tota argumenti ſerie, & teſtimonii etiam applicatione, quam paulo antè expoſuimus. Itaque vniuerſalis particula ad id de quo agitur reſtringẽda eſt, vt diximus ſuprà verſ. 6. quam tamen videtur Apoſtolus vſurpaſſe de induſtria, non modò vt vniuerſi ſubiicerentur Chriſto ſine exceptione, ſed etiam vt Iudæorum & Gentium diſcrimen ſublatum eſſe oſtenderet. Præterea verò notanda eſt diſtributio Apoſtoli, vt qui priore loco commemoret quaſi ædificii architectos: deinde ad ſummum & vltimum faſtigium accedat.

11 Apoſtolos ἀποστόλους. Iſtos hoc nomine propriè vocatos legimus duodecim fuiſſe (quibus acceſſit Paulus peculiariter Gentibus deſtinatus) à Chriſto ipſo deſtinatos ἀμέσως. quanquam videtur etiam aliquatenus adiungendus Barnabas, ex eo quod ſcriptum eſt Act. 13.a.2. Horum autem officium fuit per vniuerſum orbem terrarum Eccleſias ſuo quodam (vt ita dicam) iure conſtituere, vt ex Chriſti mandato & tota eorum hiſtoria apparet. Conſtitutis ergo Eccleſiis hoc quoque munus neceſſariò fuit ſublatum. Itaque tyrannica hodie vox eſt in Eccleſia, ſeſe Apoſtolum ex ſucceſſione profiteri: quanto magis ſeſe Apoſtolorum principem diceret? Nam certè Paulus nullum eiuſmodi primatum vni tribuit, niſi Chriſto capiti. At enim miniſteriali capite opus eſt. Litiga igitur cum Apoſtolo tu quiſquis es, id eſt cum Spiritu ſancto. Nam proprius hic locus erat de catholica Romana vel alia quapiam Eccleſia differendi. quãquam catholica qui eſſe poteſt quæ Romana dicitur? Prophetas προφήτας. Hunc ordinẽ etiam ſuprà Apoſtolico coniunxit, 3.a.5. ex quo apparet fuiſſe Prophetarũ munus vnũ ex præcipuis, vt qui in primis illis initiis ſapientia aliqua eximia pollerẽt, non modò in interpretando, ſed etiã in adminiſtrãdis Eccleſiis quas Apoſtoli conſtituerãt, prout diuerſa incidebant negotia: adeo vt in hoc etiam ordine nonnulli dono prædicendi futura pollerent, vt ex Sacra hiſtoria licet cognoſcere. Vide Rom. 12 b.6, & 1. Corinth. 14.a.1. Fuit ergo hoc munus etiam temporarium, quanuis non extincta ſit ipſa gratia. Euangeliſtas εὐαγγελιστάς. Hoc nomine eruditi interpretes eos intelligunt, quibus comitibus vtebantur Apoſtoli in ſuo fungendo munere. quòd omnibus non poſſent ſufficere, nedum vt princeps aliquis Apoſtolorum in terris eſſet. Eiuſmodi erant, Timotheus, Titus, Syluanus, Apollos: quos ita ſecum coniungit Paulus, vt tamen in inſcriptione epiſtolarum ſe vnum dicat Apoſtolum. Sed & nominatim Timotheus dicitur Euangeliſta, 2. Tim. 4.b.5. Fuit ergo hoc etiam munus temporarium. Paſtores ac Doctores ποιμένας καὶ διδασκάλους. Aſſentior Ambroſio qui hæc quoque munera diſtinguit. nam ratio parum firma eſt quæ Hieronymum & Auguſtinum mouit vt confunderent, nempe quia copula duntaxat eſt interiecta. Fateor tamen Doctorum nomen latè patere, vt 1. Corinth. 12.d.28. Sed tamen apparet aliquod fuiſſe diſcrimen, quòd in iſto compendio videatur vix locus eſſe ſynonymis. Sed in eo non ſequor Ambroſium quòd διδασκάλους, id eſt, vt ipſe interpretatur, magiſtros, putet eos eſſe quos vocarint exorciſtas: quos ego inter dona ſanationum recenſeo, quorum fit mentio 1. Corinth. 12.d.30. Nam ipſum nominis etymon hanc opinionem refellit: & res ipſa oſtendit, Apoſtolum hoc loco differere de iis duntaxat muneribus quæ ad doctrinam pertinent. quamobrem etiam gubernationes & opitulationes præterit, & alia nonnulla in epiſtola illa priore ad Corinthios commemorata. Doctoris igitur munus fuiſſe puto, cum Vetere interprete, verbum Domini fideliter explicare, & veluti ſcholam Eccleſiaſticam regere, vt ſyncera doctrina dogmatum, & veræ interpretationes in Eccleſia retinerentur, ſicut docuit Alexandriæ Origenes: cui deinde quum conceſſum eſſet concionari in cœtu, non defuerunt qui hoc præter maiorum conſuetudinem factum eſſe dicerent. vt explicatur apud Nicephorum libro Eccleſ. hiſtoriæ quinto, cap. 14. At Paſtorum (qui & Epiſcopi dicebantur, vt 1. Pet. 2.d.25) munus longè latius patebat, nimirum verbo & orationi vacare, & Eccleſiam ſibi commiſſam modis omnibus tueri. Ex quibus etiam ſatis perſpicitur, hæc duo munera perpetua eſſe in Eccleſia Dei.

12 Ad coagmentationem πρὸς τὸν καταρτισμὸν Vulg. ad conſummationem. Eraſ. ad inſtaurationem. Vide 1. Cor. 1.b.10. Corporis Chriſti τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Id eſt Eccleſiæ, vt 1. Cor. 12.d.27, & ſuprà 2.d.23.

13 In vnit. fidei εἰς ἑνότητα τῆς πίστεως. i. ad eam ſummã coniunctionẽ cuius vinculum eſt fides, vt nullæ partes hient, nihil ſit luxatũ, nihil non ſuo loco aptè collocatum ac cohærens. In virum perfectum εἰς ἄνδρα τέλειον. Id eſt adultum. nam ἀνὴρ hoc in loco ætatẽ deſignat tranſlatitiè, vt diximus 1. Cor. 13.d.11. Nam Eccleſiam corpori comparat, cuius anima ſit Chriſtus. Itaque ſicut anima paulatim confirmatis organis facultates ſuas edit in corpore, ipſumque adeò corpus ſibi vegetat, donec ad iuſtam & conſiſtentem ætatem peruentum ſit: ita etiam quandiu in hac vita verſamur, par eſt vt in vita illa æterna ac Spirituali creſcamus, donec in Chriſto adoleuerimus, & viciſſim Chriſtus in nobis. quod quando & quomodo futurum ſit, copioſè etiam explicatur 1. Corinth. 13 capite. Loquitur autem Paulus de Eccleſia, tanquam de homine ſingulari & vnico: vel vt vnitatem illam declaret, vel vt ſinguli meminerint hanc doctrinam ſigillatim etiam ad ſe pertinere. At Clemens in Pædagogo, viri perfecti nomine Chriſtum ipſum intelligit. Staturæ adulti Chriſti ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Quia fit mentio τοῦ μέτρου, id eſt menſuræ, ἡλικίαν malui ſtaturam interpretari, quàm ætatem, vt Matth. 6.d.27, & Luc. 19.a.3. Hoc enim eſt, opinor, quod Hebræi קומה vocant: & nos ſimili ratione dicimus *haulteur* in vernaculo noſtro ſermone, ſicut ἡλικία ab ἥλικος deducitur. Cæterùm τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ interpretor ex Hebræorum idiotiſmo, τοῦ πληρωθέντος Χριστοῦ, id eſt τελείου. Dicitur enim hoc in loco Chriſtus non in ſeſe, ſed in nobis adoleſcere, pro noſtri in ipſo & ipſius in nobis efficacitatis incremento. Coloſſ. 1.d.19.

14 In hominum alea ἐν τῇ κυβείᾳ ἀνθρώπων. Id eſt incertis illis caſibus quibus iactãtur homines. Græcis enim certum eſt κυβείαν dici quã Latini aleã vocant: quod nomen tranſlatitiè de quibuſuis incerti euentus rebus dicitur: vt nulla magis fuerit appoſita metaphora ſignificãdæ hominum deſultoriæ, vt ita dicam, leuitati. Neque enim hic dũtaxat verum eſt quod ait Comicus, Quot capita, tot ſenſus: ſed nullus etiã homo eſt qui non à ſeipſo ſæpe in rebus maximi momenti diſſentiat. Itaque hac quoque ratione hominum vitam meritò aleæ compararis. nec nimium procul etiam recedit à tranſlatione rei nauticæ hac altera metaphora, quum nauigatione nihil ſit incertius. Maluit tamen Eraſmus & Vetus interpres ad aleatorum aſtutias ac fraudes accõmodare, quia ſcilicet ſequitur ἐν πανουργίᾳ. Sed exẽplum requiro idonei authoris, in quo κυβεία aliud quàm aleam declaret. neque enim id mihi facilè perſuaſerim. Libet autẽ hic afferre aliam expoſitionem de qua iudicet lector. Nam quia tota hæc oratio à re nautica deſumpta eſt, apud Ciceronem autem quinto in Verrem libro, Cybæam dici inuenio maximæ nauis onerariæ genus: & prouerbiali quodam dicendi genere dicuntur eadem naui vehi qui eiuſdem fortunæ ſunt ſocii: fortaſſis hunc locum non ineptè conuerteris, in hominum Cybæa. Quia tamen nuſquam alibi Cybææ nomen legere memini, nequid hic peccarem per imprudentiam, malui certam ac vulgatam τῆς κυβείας ſignificationem amplecti. Clemens libro στρωμ. α, ad ματαιοπονίαν. i. inanem laborem, refert: & Epiphanius in Manichæos, vanas & ineptas ipſorum ſubtilitates κυβευτικὴν διδασκαλίαν vocat.

ctrinę, in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris.

Veritatem autem facientes in charitate, creſcam⁹ in illo per omnia qui eſt caput, Chriſtus:

D

Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ędificationem ſui in charitate.

Rom.1.c.21 Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iã nõ ambuletis ſicut & Gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui,

Tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorãtiam quę eſt in illis, propter cęcitatẽ cordis ipſorum.

E Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitię, in operationẽ immunditię omnis in auaritiam.

Vos autẽ nõ ita didiciſtis Chriſtũ.

Si tamen illum audiſtis & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu,

Coloſſ.3.b.8 Deponere vos ſecũdũ priſtinã conuerſationem veterẽ hominẽ qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris:

ʹveteratoria ad inſidioſè fallendum verſutia:

15 Sed veritatem ſectantes cum charitate, ʺadoleſcamus in illum ʹper omnia qui eſt caput, *nempe* Chriſtus:

16 ʹEx quo totum corpus congruenter coagmentatũ, & compactum, ʺper omnes ſuppeditatas commiſſuras, ʺex vi intus agente ʺpro menſura vniuſcuiuſque ʹmembri, ʹincrementum capit corpori conueniens, ʺad ſuiipſius extructionem per charitatem.

Caput Chriſtus:
Corpus eccleſia:

17 Hoc itaque dico, & obteſtor per Dominum, ne amplius verſemini ſicut reliquæ Gentes verſantur in vanitate ʺmentis ſuæ:

Non ambulãdũ vt Gentes.

18 Cogitationem habentes obſcuratam, & abalienatæ à ʺvita Dei, propter ignorãtiam quæ eſt in ipſis ex ʺobduratione cordis eorũ.

19 Qui ʺpoſteaquam dedoluerunt, ſemetipſos dediderunt proteruiæ, ad patrandam impuritatem omnem ʹcertatim.

20 ʺVos autem non ita didiciſtis Chriſtum:

21 Si modò eum audiſtis, & per eum edocti fuiſtis, ʹſicut eſt veritas in Ieſu,

22 ʺ*Nempe* deponere ʺquod ad priſtinam cõuerſationem attinet, ʺveterẽ illũ hominem, qui deceptricibus cupiditatibus corrũpitur:

Vetus homo.

Veteratoria ad inſidioſè fallendum verſutia. ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Sicut pleroſque hominum vocauit νηπίους, id eſt non minus leues & faciles ad quiduis amplectendum, ac mutandam ſubinde ſententiam, quàm ſi pueri ſemper eſſent ac nullo iudicio præditi: ita nunc dicit non deeſſe qui ad alios fallendos & in errorem impellendos mirè ſint exercitati. Vulgata, in aſtutia ad circunuentionem erroris. Eraſmus, longius à Græcis recedens, qua nos adoriuntur, vt imponant nobis. Ego, ni fallor, planius & accommodatius πανουργίαν conuerti περιφραστικῶς veteratoriam verſutiam, & μεθοδείαν πλάνης inſidioſas fallacias.

15 Adoleſcamus in eum αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν Vel, vt vetus interpres, creſcamus in ea. Hieronymus, vt augeamus in ipſo omnia. Nam verbum αὔξειν interdum accipitur ἐνεργητικῶς, interdum οὐδετέρως. Sed hoc modo accipiendum eſſe, apparet ex Coloſſ.1.d.19. Per omnia τὰ πάντα Id eſt penitus, ſubaudita præpoſitione κατὰ vt 1.Cor.9.d.15, & 10.g.33.

16 Ex quo ἐξ οὗ. Quemadmodum antequam corpus in iuſtam menſuram excreuerit, vitalis facultas ex ſuo fonte in ſubiectos artus ſeſe inſinuans, & ſingulis (vt ſunt variis commiſſuris iuncti) pro ipſorum ratione portionem nutrimenti diſtribuens, hac ratione totũ corpus vegetat, vt pro modulo ſuo accreſcentibus ſingulis membris, vniuerſum corpus tãdem in iuſtam corporis ſtaturam euadat: ita Chriſtus, Eccleſiæ caput, ſingulis membris vim ſuam inſtillans, & per multiplices iuncturas variarum & diuerſarum functionũ, tantum ſuppeditans alimenti, quanto opus eſt tum ad vniuſcuiuſque membri vegetationem, tum etiam ad quotidianum incrementum, Eccleſiam ſuam fouere non deſinit, dum ſingulis partibus iuſtam menſuram adeptis corpus tandem perfectum euadat. Per omnes ſuppeditatas commiſſuras διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας. Ἁφὴν vocat artuum mutuos inter ſe contactus, qua parte ſcilicet committuntur. Quod autem τῆς ἐπιχορηγίας dixit, paſſiuè accipiendum eſt, ex Hebræorum more: nec aliter quàm paſſiuo participio explicari commodè poteſt. Itaque ſuppeditatas cõuerti, pro eo quod vulgo dicunt *fournies*, ſicut ab ipſo Cicerone hoc verbum paſſiuè vſurpatur. Vulgata, per omnem iuncturam ſubminiſtrationis. Eraſmus, per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis. Ex vi intus agente κατ' ἐνέργειαν. Vim Chriſti capitis intellige, qui animæ inſtar, ſingula membra vegetat, ſed pro ipſorum modulo. Vulgata, ſecundum operationem. Eraſmus, iuxta actum. Pro menſura ἐν μέτρῳ. Id eſt κατὰ μέτρον. Membri μέλους. Sic legunt veteres Græci ſummo conſenſu, & ita etiam ſcholiaſtes Græcus, vt apparet ex interpretatione: quanuis in contextu ſcriptum ſit μέρους, id eſt partis: quam lectionem ſequutus eſt Eraſmus. Incrementũ capit corpori conueniens αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Id eſt, ita creſcit vt par eſt corpus creſcere. Neque enim abundat repetitum nomen σώματος.

Ad ſuipſius extructionem εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ. Incrementum, ſingulorum quidem eſt membrorum: ſed omnes partes in totius corporis incrementum conſentiunt, adeò quidem vt membrum non poſſit huius nutrimenti ac proinde incrementi particeps eſſe, niſi cum reliquis cohæreat, diuerſarum illarum functionum vinculo & nexu: vt ex omnibus coniunctis totum quiddam ſit compactum. Ideo addidit Apoſtolus ἐν ἀγάπῃ per charitatem. Hæc enim illa eſt artuum, id eſt diuerſarum functionum, commiſſura.

17 Mentis ſuæ τοῦ νοὸς αὐτῶν. Hoc illud eſt ἡγεμονικὸν tantopere celebratum à philoſophis. Cui ſubiicit τὴν διάνοιαν, id eſt ſenſitiuæ interioris quam vocant facultates, in imaginando, cogitando & memorando poſitas. Tertio demũ loco appetitiones nomine τῆς καρδίας, id eſt cordis, declarat. Ita Paulus philoſophica etiam diſtinctione accurata, totum hominem oſtendit, extra Chriſtum, in quo vno inſtauratur, nihil minus eſſe quàm verè hominem: mentem enim vanam eſſe, obſcuratam eſſe cogitationem, appetitionem obduratam: vnde tandem conſequatur ἀναισθησία, ſponte ſeſe in gurgitem omnium vitiorum præcipitans.

18 A vita Dei τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ. Vitam Dei appellat, vitam illam qua Deus viuit in ſuis, vt ſuprà 2.a.1, quámque præcipit & approbat. Obdurationem τὴν πώρωσιν. Vulgata, cæcitatem. Eraſmus, excæcationem: mirans etiam cur Ambroſius duritiam verterit. At ego miror πήρωσιν & πώρωσιν ab eo cõfundi: qua de re diximus Marc.3.a.5. Deinde poteſt etiam hoc ſine copula explicari, ita ſcilicet vt cordis obduratio ſtatuatur à Paulo tanquam illius ignorantiæ fons: quia ſponte ſua homines per contumaciam reſpuunt lucem Dei in ipſorum corda incurrentem, & ſtatim à communibus illis notitiis deficiunt. quos ſi poſtea velis reuocare, quo ſibi videntur ſapientiores, eo pertinacius obſiſtunt veritati. Ita fit vt Euangelium.i.vitam illam Dei, non modò non amplectantur, ſed etiam ſecurè derideant homines.

19 Poſteaquam dedoluerunt ἀπηλγηκότες. Labor (inquit Cic. Tuſcul.2) callum quoddam obducit dolori. Idem ad Varronem ſcribens, Conſuetudo diuturna, inquit, callum iam obduxit ſtomacho meo. Ab hoc autem callo promptum eſt huc delabi vt omnis doloris ſenſus, id eſt omne σωτηρίως iudicium, amittatur, & mens reddatur ἀδόκιμος, vt Rom.1.d.28. veluti ſcirro cancrum gignente, vt, quaſi cauterio amputata conſcientia (1.Tim.4.a.2) ad turpiſſima quæuis & aliena prorſus à natura hominis ratione aliqua præditi præcipites ruant. Sic autem vſurpauit verbum Dedolere Ouidius, pro omnem doloris ſenſum abiicere, in his verſiculis, Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque ſemel. Vulgata, deſperantes: vt legiſſe videatur ἀπηλπικότες. Eraſmus, poſteaquam peruenerint eò vt dolere deſierint. Certatim ἐν πλεονεξίᾳ. Id eſt, quaſi agatur de lucro, ita vt alius alium ſuperare contendat. Nam πλεονεξία propriè de auaris & ambitioſis dicitur. Vulgata, in auaritiam, abſurdé. Eraſmus, cum auiditate: non ſatis expreſſé.

20 Vos autem non ita ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Quid ſi poſt οὕτως diſtinctionem adſcribas? Sic enim Hebræi ואתם לא כן הלומדים וגו׳ .i. Vos autẽ non ita, ſub. facere conuenit, qui didiciſtis, &c. Luc.22.c.25. 21 Sicut eſt veritas in Ieſu καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ. Id eſt, ea inſtitutione quæ demum vera eſt ac ſolida. vel, vt edocti ſunt qui verè ac ſeriò Ieſum cognoſcunt. Repetitum eſt nomen Ieſu relatiui loco, Hebræorum more. 22 *Nempe* deponere ἀποθέσθαι. Familiaris eſt Hebræis, ac Paulo præſertim, tranſlatio à veſtibus ſumpta, vt alibi expoſuimus. Exponit autem quænam ſit illa veritas in Chriſto Ieſu: quamobrem addidimus exegeticam particulam. Quod ad priſtinam conuerſationem attinet κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν. Κατὰ, id eſt על, nimium obſcurè Vetus interpres vertit hoc in loco, ſecundum. Eraſmus, ſuo more, iuxta. Eſt enim illi peculiaris hæc particula, quam tamen non memini legere in ea ſignificatione apud vllos idoneos authores. Veterem illum hominem τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Id eſt, vos ipſos. Hoc enim eſt quod ſignificat Dominus quum iubet vt quiſque abneget ſemetipſum. Neque enim quod ad qualitates attinet, quicquã ſani relinquit homini Apoſtolus, vt ſæpe iam oſtenſũ eſt à nobis. Vide Rom.6.a.6.

Nouus homo.

Mendacium.

Iraſci.

Furari.

Sermo vitioſus.

23 Renouari verò″ſpiritu mentis veſtræ,

24 Et induere″nouum illum hominem ″qui ſecundum Deum cõditus eſt,″ad iuſtitiam &″ſanctimoniam veram.

25 Quapropter depoſito mendacio, loquamini veritatẽ quiſque proximo ſuo. Nam ſumus alii aliorum membra.

26 ″Iraſcimini,&ne peccetis:″ſol ne occidat″ſuper iracũdiã veſtrã.

27 Neque detis locum ″diabolo.

28 Qui furabatur,non amplius furetur:ſed potius laboret,operando manibus quod bonum ſit,vt poſſit impartiri cui opus fuerit.

29 Nullus ſermo″corruptus ex ore veſtro egrediatur, ſed ſiquis eſt commodus″ad ædificationis vſum, ″vt gratiam″auditoribus afferat.

30 Et ne triſtitia afficiatis″Spiritum illum ſanctum Dei, per quẽ obſignati eſtis″in diem redemptionis.

31 Omnis amarulentia,&″excandeſcentia,& ira,& clamor, & maledicentia tollatur à vobis,cum omni malitia.

32 Sed eſtote alii in alios benigni,miſericordes,″cõdonantes vobis mutuò *offenſas*,ſicut & Deus in Chriſto cõdonauit vobis.

Cap. V

Imitatores Dei.

Dilectio.

1 EStote igitur imitatores Dei vt filii dilecti:

2 Et verſemini cum charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos,&

F

Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ,

Et induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt,in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Propter quod deponentes mendacium,loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra.

Iraſcimini,&nolite peccare:ſol nõ occidat ſuper iracundiam veſtram.

Nolite locum dare diabolo.

Qui furabatur,iam non furetur:magis autem laboret operãdo manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat:ſed ſiquis bonus ad ędificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

G

Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei:in quo ſignati eſtis in diem redemptionis.

Omnis amaritudo,& ira,& indignatio,& clamor,& blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

Eſtote autem inuicem benigni,miſericordes,donantes inuicem,ſicut & De⁹ in Chriſto donauit vobis. Cap V.

EStote ergo imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi:

Et ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſe-

Rom.6.a.4
coloſſ.3.b.8
heb.12.a.1
1.petr.2.a.1
& 4.a.2
Pſal.4.b.5
Iacob.4.b.7
Iohan.13.d.24
&.15.b.12
1.iohan.3.d.23

23 Spiritu mentis τῷ πνεύματι τοῦ νοός. Viuifica illa vi mentibus veſtris indita.

24 Nouum illum hominem τὸν καινὸν ἄνθρωπον. Quis ſit nouus homo,ex veteris antitheſi apparet,& ſequẽti deſcriptione. Vide Rom. 6.a.6. Qui ſecundum Deum conditus eſt τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα. Id eſt,ad Dei exemplar & imaginem creatus, nempe quod ad qualitatum inſtaurationem attinet.vnde רוח חדשה,id eſt ſpiritum nouum legimus,& לב חדש,id eſt cor nouũ,Ezech.36.f.26. quod tamen ſibi facere iubentur apud eundem Prophetam cap.18.g,31.nempe quum fuerint per eum Spiritum non adiuti ſed noui homines facti,qui in ſanctis efficit velle & perficere.vnde vtitur hoc loco Paulus verbo κτίζειν,& 2.Corinth.5.d.17, & Galat.6.d.15, & ſuprà 2.b.10. Κατὰ verò reſpondet כ כדמותנו caph ſimilitudinis ac cõgruentiæ particulæ.Itaque ſuppeditat hîc nobis Paulus locupletiſſimam expoſitionẽ eius quod ſcriptũ eſt in Geneſi,creatum eſſe hominem ad Dei ſimilitudinem & imaginem. Ad iuſtitiam ἐν δικαιοσύνῃ. ἐν pro εἰς poſita eſt,vt effectus & finis nouæ creationis ſignificetur. Vulgata & Eraſmus, in iuſtitia,admodum obſcurè. Et ſanctimoniam veram καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Id eſt minimè fucatam, ſed genuinam ac ſynceram, ex idiotiſmo Hebræorum,qui etiam occurrit ſuprà verſiculo 22, vbi deceptrices cupiditates vocauit cupiditates deceptionis. Vulgata & Eraſmus,& ſanctitate veritatis.

26 Iraſcimini,&c. ὀργίζεσθε,&c. Hoc plerique de ira illa laudabili accipiunt, quaſi præcipiat aut exhortetur Paulus ad faciendum aliquid:quorum ſententiam intactam relinquo.Tantum dico,quia inſtituta eſt oratio de exuendis cupiditatibus, mihi videri potius hunc locum perinde explicandum acſi ſcriptum eſſet,Iraſcimini(id eſt ſi iraſci contigerit)at ne peccetis.i.irã ita cohibete,vt ad facta non proſiliat.
Sol ne occidat ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω. Prouerbialis dicendi figura,qua ſignificatur iracundiam primo quoque tempore coercendam.
Super iracundiam veſtram ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Id eſt,ne vos iracundos nox deprehendat.Iracundiam autem malui dicere cũ Vetere interprete,quàm iram cum Eraſmo:quòd illud magis videatur iræ exuperantiam ſignificare: quum quædam etiam ſit ira maximè laudabilis,vt paulo antè diximus.Prior igitur gradus eſt, iram non exequi: poſterior, vt ſi immoderatè ſit aliquid factum (quod videtur etiam ſignificare præpoſitio παρὰ in παροργισμός)demus operam vt ante ſolis occaſum ad nos redeamus.i.vt mox omnia componantur.

27 Diabolo τῷ διαβόλῳ. Eraſmus,calumniatori,apertè hoc referens ad Euangelii aduerſarios qui calumniandi occaſionem facilè arripiunt.Ego potius ad Satanam refero,calumniatorum omnium caput: tum quia multo vberior eſt doctrina, quum nullum ſit tam immane ſcelus quod ille non facilè perſuadeat tenacis iræ hominibus,tum verò quia numero ſingulari vſus eſt Paulus,& quidem addito articulo.

29 Corruptus σαπρός. Ad verbũ,putris.Eſt enim tranſlatio ab arboribus ſumpta:ex quibus fructũ non poſſis ſperare,ſi putres fuerint. Ita verò explicandũ eſſe hoc epitheton apparet ex antitheſi.Nam ἀγαθὸν vocat eũ ex quo fructus aliquis ad alios redire poſſit.Simili prorſus ratione Coloſſ.4.a.6,monet vt fidelium ſermo ſit ſale conditus:nempe ne corruptionis odor aliquis ad alios emanet. Ad ædificationis vſum πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας. Vulgata,ad ædificationem fidei,repugnantibus Græcis ſummo conſenſu. Sed fortaſſis Vetus interpres putauit fidem nomine τῆς χρείας deſignari,quòd nulla re æquè ſit nobis opus. Hieronymus,ad ædificationem opportunitatis.i.opportunam.nõ ineptè profecto: quum hoc dictum non de quauis ſed de præſenti neceſſitate intelligatur, vt rectè explicat Græcus ſcholiaſtes, monens hac ſententia flagitare Apoſtolum à nobis vt in familiari etiam ſermone omnes occaſiones proximi pro re nata ædificandi captemus. Maluit tamen Eraſmus in annotationibus interpretari,ad ædificationem vtilitatis,id eſt vtilem. Sed ædificationis nomen apud Paulum nuſquam legi niſi in laude poſitum,vt minimè opus fuerit addere τῆς χρείας.niſi ad temporis & loci circunſtantiam referas.Itaque idem in ipſo contextu conuertit,ad ædificationem,quoties opus eſt.Ego verò malim interpretari,quæ ſit ex vſu,ita ſcilicet vt τῆς χρείας, Hebræorum more,accipiatur prò epitheto, & nos iubeat Apoſtolus ſpectare quid maximè accõmodatè dici poſſit quo proximus iuuetur. Sed tamen mihi magis placet,permutata conſtructione,πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας dictum eſſe pro πρὸς τὴν χρείαν οἰκοδομῆς, id eſt, ad ædificationis vſum.cuiuſmodi hypallages exempla multa paſſim occurrũt à Grammaticis Hebræis annotata. vt Eſaiæ primo,Cognouit præſepe domini ſui, pro dominum præſepis ſui, vt exigit loci circuſtantia.Nam Iudæi præſepe quidem,at non dominum agnoſcebant. qua de re diximus aliquid Act.5.d.20. & alibi,vbi etiam oſtendimus Græcos & Latinos ſcriptores idoneos ab eiuſmodi hypallage non abhorrere: vt in illo Ouidii verſiculo,In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Vt gratiam afferat ἵνα δῷ χάριν. Gratiam appellat quod ad progreſſum in pietate & charitate pertineat.Vulgata & Eraſmus ad verbum,vt det gratiam. Auditoribus τοῖς ἀκούουσι. Id eſt τοῖς ἀκροαταῖς,ex Hebræorum more participio poſito pro verbali nomine.

30 Spiritum illum ſanctum Dei τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Repetitio articulorum & additum etiam nomen Dei non caret magna emphaſi, adeò vt in ſingulis vocabulis grauiſſima argumenta quaſi deliteant. Loquitur autem de Spiritu ſancto ἀνθρωποπαθῶς,vt dextre omnino annotauit doctiſſimus interpres.quaſi diceret, Date operam vt Spiritus ſanctus libenter inter vos habitet,quaſi in domicilio grato ac iucundo: nec vllam triſtitiæ materiam illi date. In diem redemptionis εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Vide Epheſ.1.c.14.

31 Excandeſcentia θυμός Sic conuertit Cicero:& quum ſequatur ὀργή,videtur hoc ſtatuendum diſcrimen, vt θυμὸς primam illam ſanguinis ebullitionem,ὀργὴ verò iam accenſam iram declaret.Videtur enim Paulus quoſdam gradus illius furoris facere,incipiẽs à πικρία,id eſt animi offenſione,quum intus carpitur animus.vnde mox incipit pectus caleſcere,dum erumpat ira:vnde tandẽ clamores,& rixæ,non ſine conuiciis.

32 Condonantes vobis mutuò *offenſas* χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. Id eſt,συγγνωμονικοὶ,vt rectè explicat Græcus ſcholiaſtes, quæ virtus lenitatis opponitur offenſioni ex diametro. Sic autem accipitur verbum χαρίζεσθαι pro συγγινώσκειν aliis etiam locis,vt 2.Cor.2.c.10.ἑαυτοῖς autem idem declarat atque ἀλλήλοις,quum de duobus minimum agatur,vt nõ ſit ſimplex reciprocatio,ſed ἀλληλοπαθὴς quam vocant,vt infrà 4.d.19,& Coloſſ.3.c.13.Vulg.donantes inuicem.Eraſ.largientes vobis inuicem.

	metipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.		tradidit ſemetipſum pro nobis *in* oblationem ac victimam Deo, ″in odorem bonæ fragrantiæ.	
Supra 4.f.19 coloſſ.3 a.5 a.theſſ.2.c.17	¶Fornicatio autem & omnis immũditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos:	3	Scortatio verò & omnis impuritas aut auaritia ″ne nominetur quidem inter vos, ſicut decet ſanctos:	Verba qualia.
	Aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, quę ad rem non pertinent: ſed magis gratiarum actio.	4	Et obſcœnitas, & ſtultiloquium, & ″dicacitas, quæ non conueniunt: ſed potius gratiarum actio.	
B	Hoc enim ſcitote intelligẽtes, quòd omnis fornicator, aut immũdus, aut auar⁹, qui eſt idolorum ſeruus, nõ habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.	5	Nam hoc noſtis, quòd omnis ſcortator, aut impurus, aut auarus, ″qui eſt idololatra, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.	
Matth.14.2.4 mar.13.a.5 luc.11.b.8 a.theſſ.2.a.3	¶Nemo vos ſeducat inanib⁹ verbis. propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.	6	Ne quiſquam vos ſeducat inanibus ſermonibus. propter hæc enim ″venit ″ira Dei ″in homines contumaces.	
	Nolite ergo effici participes eorum	7	Ne ſitis igitur conſortes eorum.	
	Eratis enim aliquãdo tenebrę, nũc autẽ lux in Domino: vt filii lucis ambulate.	8	Eratis enim olim ″tenebræ, ″nunc autẽ lux in Domino: ″vt filii lucis incedite.	Tenebræ. Lux.
C	Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.	9	Nam ″fructus Spiritus *ſitus eſt* in omni bonitate & iuſtitia & veritate.	
	Probãtes quid ſit beneplacitũ Deo.	10	Probantes quid ſit acceptum Domino.	
	Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autẽ & redarguite.	11	Et ne commercium habueritis cum operibus illis infrugiferis tenebrarum, ſed potius etiam ″arguite.	Opera tenebrarum.
	Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.	12	″Nam quæ occultè fiunt ab iſtis, turpe eſt vel dicere.	
	Omnia autẽ quæ arguuntur à lumine, manifeſtantur. õne enim quod manifeſtat, lumen eſt.	13	Sed omnia, dum arguuntur à luce, manifeſta fiunt: ″lux enim illud eſt quod omnia facit manifeſta.	
	Propterquod dicit, Surge qui dormis,	14	Quapropter ″dicit, Excitare qui dormis, & ſurge	

IN CAPVT V.

2 In odorem, &c. εἰς ὀσμὴν, &c. Alludit ad Legis thymiamata, quibus Chriſti obedientia adumbrabatur.

3 Ne nominetur quidẽ μηδὲ ὀνομαζέσθω. Quos non pudet Paulum ipſum vt ſeueriorem quàm par ſit accuſare, ii vt profani ſunt, profanum ſaltem ſcriptorem, ſed ſanctum tamen, ſi cum ipſis comparetur, Iſocratem inquam, audiant ita ſcribentem, Τὸ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα· καὶ λόγος ἀληθὴς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἴδωλόν ἐστιν.

4 Dicacitas εὐτραπελία. Vulg. ſcurrilitas, nimium anguſtè. vt Eraſmus contrà mihi videtur nimium amplè conuertiſſe vrbanitatem. Nam, vt opinor, non omnem vrbanitatem damnauit Apoſtolus, neque rurſus ſolam ſcurrilitatem, ſed in genere quoſcunque ſales ita iaculantur homines, vt vel inane quiddam ſpectetur, vel exemplo vel maledicentia peccetur: quæcunque dicteria denique ad commodum proximi & honeſtum finem propriè non referuntur. Nam alterius generis & facetè & ſalſè ſed piè tamen dictorum exempla legimus nõ pauca, vt 1.Reg.18.e.27. cui opponitur impia puerorum ſcurrilitas, 2 Reg.2.d.23. Sic Eſa.14 c.12, & ſæpe apud hunc Prophetam præ cæteris.

5 Qui eſt idololatra ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Id eſt, idolorum ſeruituti addictus. Nam, vt Rom.1 b.9, & alibi diximus, inane eſt diſcrimen illud duliæ & latriæ, in quo ſibi nonnulli ſtultè & imperitè placent. Quæritur autem hoc in loco, cur auarum vocet idololatram. Nam ſi hoc referas ad auari affectum, qui Deum præ theſauro negligat, & à ſuis opibus quaſi à ſolo numine totus pendeat, idẽ videtur de ſcortatoribus dici poſſe, & iis ferè omnibus qui certæ alicui rei ſunt prorſus addicti: vt ii quorum Deus venter eſt, vt Rom.16.c.18, & Philip.3.d.19. Sed magnum eſt in eo diſcrimen, quòd etſi omnes iſti Deum præ eo negligant cui ſunt addicti, tamen in eo non collocant ſpem vitæ, vno auaro excepto, qui in ſuis opibus vitam ſuam poſitam eſſe putat. Itaque apertè dicitur idololatriæ ſpes eſſe auaritia. Coloſſ.3.a.5.

6 Venit ἔρχεται. Id eſt, venire ſolet, vt conuertit Eraſmus. Vide Matth.26.b.23. Ira Dei ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, animaduerſio ab irato Deo profecta. μετωνυμικῶς. In homines contumaces ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Præpoſitio ἐπὶ videtur indicare, iram Dei quaſi præcipitem è cælo in iſtorum caput ruere. Quod autem attinet ad ipſum dicendi genus, vide ſuprà 2.a.2.

8 Tenebræ σκότος. Id eſt, tenebricoſi, vt copioſè deſcripſit ſuprà 4.d.18. Sed iſta metonymia magnam habet emphaſin, vt quum ſcelus pro ſceleſto dicimus. Sic pro luce ſi ſubſtituas lucidos, multum detraxeris de ſententiæ pondere. Tribuitur autem Lucis nomẽ fidelibus, tum quia vera luce illuſtrantur in ſeſe, tum verò quòd aliis etiam præluceant: adeò vt ſceleratorum vitam etiam coarguant. quæ ratio diligenter conſideranda eſt hoc in loco. Filii lucis τέκνα φωτός. In hac formula libenter etiam retinui filiorum nomen, peculiari quadam ratione, nempe vt intelligamus omne hoc beneficium ab Adoptionis fonte proficiſci, quum alioqui hæc dicendi formula latius pateat.

9 Fructus Spiritus ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. Id eſt, regenerationis, vel Spiritus ſancti, cuius vi ſumus facti lux in Domino. Vulgata, fructus lucis, ὁ καρπὸς τοῦ φωτός: quam lectionem in duobus veteribus libris inuenimus.

11 Arguite ἐλέγχετε. Id eſt, palam facite, ſancta nimirũ & honeſta vita. qua ſignificatione accipitur etiam pereleganter verbum κατηγορεῖν apud Græcos. Sed & apud Hebræos הוכיח tam ſignificat arguere, quàm conuincendo patefacere. Denique arguendi verbum hoc propriè declarat, vt in illo Virgilii verſiculo, Degeneres animos timor arguit. Et in illo Ouidii, etiam in laude, Quæ latet, inque bonis ceſſat non cognita rebus, Apparet virtus, arguiturque malis. Ambroſius vertit, obiurgate. quod meritò reprehendit Eraſmus.

12 Nam quæ occultè fiunt Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα, Huc pertinent elegantes illi verſiculi, Nox & amor vinúmque nihil moderabile ſuadent: Illa pudore vacat: liber amórque, metu. 13 Lux enim illud eſt, &c. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. Quum participiũ φανερούμενον ſit vocis mediæ, ſpectandum fuit quæ ſignificatio conueniret. Ac mihi quidem videtur hæc ſententia tam perſpicua, vt cum doctiſſimo interprete non dubitem affirmare Paulum à proprio lucis officio argumentari: vt quod verum ſit filiorum lucis officium declaret, nempe vt non modò nihil habeant cum tenebris commune, ſed etiam illarum quantumuis intimas latebras arguant. Eadem erit ſententia ſi τὸ φανερούμενον accipias pro ſubiecto, & conuertas, Quicquid enim manifeſtum facit, lux eſt. id eſt, Quicquid res obſcuras patefacit, lux eſt. Nam quod de articulo laborat Eraſmus, nihil eſt, quum τὸ φανερούμενον poſitum ſit pro ὃ φανεροποιεῖ, nec aliter ferè loquantur Græci. Scholiaſtes verò τὸ φανερούμενον paſſiuè interpretatur, vt ſit ſenſus, Quicquid manifeſtum fit, lucem eſſe. id eſt lucidum fieri. Certum enim eſt lucis acceſſu tenebras fugari quibus ipſa ſuccedat. Sed non video quî ſatis conueniat particula γὰρ iſti ſententiæ. Deinde vt hoc verum ſit in corporeis iſtis tenebris, à quibus ſumpta eſt tranſlatio, at certè in mentis tenebris non eſt hoc perpetuum, vt quoties à luce arguuntur, in lucem mutentur. niſi lucem eſſe pro conſpicuam fieri omnibus, accipias.

14 Dicit λέγει. Dicit ſcilicet Chriſtus, quotidie nos cõpellans. Neque enim propriè hic citat vllum locũ Paulus, vt apparet ex vltimis verbis: quia nuſquam, vt opinor, inuenias tam apertè & nominatim expreſſum Chriſti officium in Prophetis. Alludere tamen Paulum concedo ad Eſaiæ locum 9.a.2. Nam quod vulgo traditur de capite 60 a.1, mihi non videtur adeò conuenire. Sed & fortaſſis hoc vnum eſt ex Chriſti dictis quæ ſcripta non ſunt totidem verbis. cuiuſmodi etiam aliud citat idem noſter Apoſtolus, Act.20. g.35. quanuis quod ad ipſam doctrinam attinet, ſcripta ſint quæcunque ad ſalutem noſtram requiruntur. Sed altera ſupereſt quæſtio, quorſum hæc afferat Apoſtolus. Quidã

igitur cum proxima ſententia coniungũt. alii cum eo quod iuſſit Apoſtolus tenebras à luce coargui. Ego malim ad ipſum fundamentum huius doctrinæ referre, quòd videlicet fideles olim quidem fuerint tenebræ, nunc verò ſint lux in Domino. Ita enim, ni fallor, multo melius cohærebit. Nam ſomnus tenebris non luci conuenit.

'à mortuis: & 'illuceſcet tibi Chriſtus.

'Videte igitur quomodo accuratè incedatis: non vt inſipiẽtes, ſed vt ſapientes:

'Redimentes occaſionem: 'quoniam dies mali ſunt.

Propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit volũtas Domini.

Ebrietas. Et ne inebriemini vino, 'in quo 'luxus eſt: ſed impleamini

Spiritus ſanctus. Spiritu,

Loquentes 'inter vos mutuò per pſalmos & hymnos & cantiones ſpirituales, canentes ac pſallentes 'in corde veſtro, Domino:

Gratiarũ actio in corde. Gratias agentes ſemper de omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & Patri:

Subiecti alii aliis, 'cum timore Dei.

Vxores. Vxores propriis viris ſubiectæ ſitis, vt Domino:

Quoniam vir eſt 'caput vxoris, vt & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ: '& is eſt qui ſalutem dat corpori.

Itaque ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & vxores ſuis viris *ſubiectæ ſint* in omnibus.

Mariti. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum expoſuit pro ea:

Eccleſiam ſuam mundat Chriſt⁹. Vt eam 'ſanctificaret, 'purgans lauacro aquæ 'per verbum:

Vt ſiſteret eã ſibi glorioſam, *id eſt* 'Eccleſiã non habẽtem maculã aut rugã, aut quicquã eiuſmodi, ſed vt eſſet ſãcta & inculpata.

& exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus.

15 Videte itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis, nõ quaſi inſipiẽtes, ‖ſed vt ſapientes: Coloſſ.4.a.5 D

16 Redimẽtes tempus: quoniam dies mali ſunt.

17 ‖Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit volũtas Dei. Rom.12.a.2 1.theſſ.4.a.3

18 Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu,

19 Loquẽtes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallẽtes in cordibus veſtris Domino:

20 Gratias agentes ſuper omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri: E

21 Subiecti inuicem, in timore Chriſti.

22 ‖Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut Domino: Coloſſ.3.d.18 tit.2.b.5 1.petr.3.a.1 1.Cor.11.a.3

23 ‖Quoniã vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſt⁹ caput eſt Eccleſiæ: ipſe, ſaluator corporis.

24 Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.

25 ‖Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: Coloſſ.3.d.19

26 Vt illam ſanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo, E

27 Vt exhiberet ipſam ſibi glorioſam, Eccleſiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.

A mortuis ἐκ νεκρῶν. Sic apud Ciceronem lib.1. de Oratore legimus, A mortuis dicendo aliquem excitare. Illuceſcet tibi ἐπιφαύσει σοι. Quidam ex veteribus legerunt, continget te, id eſt ἐπιψαύσει, non autem ἐφάψεται, vt putauit Eraſmus. ſed hac lectione non eſt quòd moueamur. 15 Videte βλέπετε. Bene dixit videte, inquit Eraſmus, quòd in tenebris nõ liceat cernere. quod tamẽ ſubtilius videtur. 16 Redimentes occaſionem ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν. Sinere tempus elabi nobis aliud agendo, & redimere tempus, contraria ſunt. Nã illud hominis eſt negligentis & diſſoluti, iſtud verò frugi & ſapientis, non modò non abuti occaſione, ſed etiam mille voluptatibus redimere. Metaphora igitur ſumpta eſt à mercatoribus, qui curioſè merces cõſiderant, & deliciis omnibus facilè vel lucellum aliquod anteponũt. oſtenditque Paulus qua in re diligentes & auidos quaſi emptores eſſe nos oporteat. Quoniã dies mali ſunt ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. Dies malos vocant Hebræi tempora difficultatum & aſperitatis plena: cuiuſmodi quum inciderint, veluti quum fames vel penuria ingruit, vel cum callidis & aſtutis hominibus eſt agendum, vel mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ videtur: tum ſolent mercatores circunſpectè agere omnia, in quanuis opportunitatem intenti. Hoc verò exemplum nobis ad imitandum proponit Apoſtolus, in iis quæ ad pietatem & charitatem proximi ſpectant, ac præcidendas omnes occaſiones aduerſariis Euangelii.

18 In quo ἐν ᾧ. In quo ſcilicet vino, vel, qua in re, id eſt in ebrietate. vt ᾧ poſitũ ſit neutro genere, nec rem ipſam damnet Apoſtolus, ſed immodicum & intempeſtiuum vſum. Luxus ἀσωτία. Id eſt omnis profuſio, eáque ſumma cum turpitudine coniuncta. Cic. lib.2. De finibus. Nolim, inquit, mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique poſtea rurſus ſeſe ingurgitent. 19 Inter vos mutuò ἑαυτοῖς. Id eſt ἀλλήλοις. Vide ſuprà 4.g.32. Cæterùm de pſalmis, hymnis & canticis dicemus aliquid infra Coloſſ.3.c.16. In corde veſtro ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Id eſt, ſerio cordis affectu, non autem lingua duntaxat. Neque enim in corde idem hîc declarat atque intus & apud ſe, quum mentio fiat canendi & pſallendi.

21 Cum timore Dei ἐν φόβῳ Θεοῦ. Bene hoc addidit. Neque enim quæuis coniunctio & mutua reuerentia probatur, ſed ea demum cuius eſt vinculum ipſe Deus. ſiue, vt legit Vetus interpres, Chriſti reuerentia. i. niſi ad Dei ſiue Chriſti gloriam tanquam ſcopum referatur.

22 Vt Domino ὡς τῷ Κυρίῳ. Quid ergo? an par eſt mariti ac Chriſti authoritas? Minimé. ſed cohærent tamen iſta aliquatenus, quòd in matrimonii coniunctione, quæ Chriſti & Eccleſiæ vnionẽ repræſentat, vir ſuſtineat Chriſti perſonã, mulier Eccleſiæ, idque ex Dei conſtitutione. Vxor igitur quæ marito ſubiectionẽ negat (exceptis iis duntaxat in quibus maritus à Chriſto ac proinde à perſona ſua deficit, quæque præſtare ipſa non poſſit quin Chriſtum abiiciat) Chriſto ipſi potius reſiſtit quàm marito.

23 Caput κεφαλή. Ita ſignificatur viri præſtantia, ſicut caput inferioribus membris & ſitu & cæteris rebus excellit. Et is eſt καὶ αὐτός ἐστι. Nemo non videt, opinor, hoc propriè dici de Chriſto, à quo ſcilicet, tanquam à capite, corpus ipſum. i. Eccleſia, ſalutem haurit. Sic etiam quadantenus mulier à marito pendet, cuius ſcilicet labore & diligentia nutritur ac fouetur. Viri enim eſt quærere quod mulier conſeruet. itaque turpiter ingrata eſt etiam vxor quæ maritum non reueretur. Maritus autem & ipſe officii ſui viciſſim admonetur, vt copioſius explicat Apoſtolus à verſ.25. 24 Itaque Ἀλλά. Id eſt ὥστε. Nam ἀλλὰ, inquit Gaza, καὶ συμπλεκτικῶς καὶ συλλογιστικῶς λέγεται. & argumẽti ſeries prorſus oſtendit ita eſſe accipiendũ hoc in loco. Vulg. ſed, impropriè: quod nõnullos fefellit in ſuperioris verſiculi fine explicando. 26 Sanctificaret ἁγιάσῃ. Id eſt, ſanctam efficeret. Sanctum autem dicitur quod Deo ſeparatum eſt ac conſecratum: éſtque huius conſecrationis ſymbolum Baptiſmus, & quidem efficax, non ſua virtute, ſed eius qui vnus factus eſt nobis fidelibus omnia. Purgans καθαρίσας. Eraſmus, mundatam, rectè quidem obſeruato tempore, ſed ambiguè, propter linguæ Latinæ inopiam, quæ participiis actiuis præteriti temporis caret. Itaque cauendũ fuit nequis putaret ipſi externæ ablutioni, aut aquæ, aut miniſtro, operi denique operato, quod vocant, tribui quod eſt vnius Dei opus: quanuis iſtis adminiculis vtatur ad id repræſentandum quod ipſe in ſolidum intus efficit, vt rectè omnino & ſuo loco obſeruauit doctiſſimus interpres. Per Verbum ἐν ῥήματι. Verbum appellat κατ' ἐξοχὴν promiſſionẽ gratuitæ in Chriſto iuſtificationis & ſanctificationis: & hîc rurſus multa præcipitia cauenda ſunt. Primùm ne verbum hominum pro verbo Dei ſubſtituamus, aut verbo Dei coniungamus tanquam ſupplementum: Deinde ne verbum pronuntiatum duntaxat, ſed explicatum & fide perceptum intelligamus: ne illud in magicam aliquam incantationem vertamus.

27 *Id eſt* Eccleſiam τὴν ἐκκλησίαν. Additus articulus mihi videtur poſtulare vt poſt ἔνδοξον ſcribatur diſtinctio, & per epanalepſin iſta intelligantur. Non habentem maculam οὐκ ἔχουσαν σπίλον. Pelagiani ex hoc loco colligebant orthodoxorum Eccleſias nomine Eccleſiarum indignas eſſe, & perfectionem iuſtitiæ volebant in hac vita conſtituere. Noſtri ſophiſtæ impudentius etiam loquuntur. Nam primùm omnium Eccleſiæ nomen ſolis quibuſdam perſonis alligant, & dignitatibus quas vocant: quarum tamen præcipuam partem non modò non aſſentiente ſed etiam disertè refragãte verbo Dei, ſtabiliunt. Deinde quũ huius Eccleſiæ ſuæ ſingulas partes impuriſſimas fateri co-

gantur, contrariam tamen ex diametro qualitatem vniuerſali Eccleſiæ ſuæ tribuunt. Eã enim affirmant vniuerſè conſideratam, errare nunquam poſſe: quum ſingulos ex quibus conſtituitur, maximos eſſe peccatores, vel inuiti fateantur. Omitto quòd inter caput huius Eccleſiæ & corpus adeò non conuenit, vt illi vni ius fáſque ſit iſtius dogmata, quoties libuerit, refigere ac conuellere. Hoc illorũ eſt acumen qui ſoli hodie catholici videri volũt, nempe vt ſub Eccleſiæ ſplendido nomine deliteſcentes, quicquid illis vel improba mens vel Diabolus ſuggeſſerit, tanquam ἀνυπεύθυνον καὶ αὐτόπιστον, tantiſper ſanciatur, dum iidem authores reſciderint. Sed eſto: ſint hoc ipſum cui potiſſimũ repugnãt, id eſt ea Dei Eccleſia de qua hîc agitur, & aliis innumerabilibus locis: an propterea ſunt ſine ruga & macula? Deus nos redemit, vt in æternum cum ipſo regnemus, an propterea iam ſumus eam immortalitatem adepti? Imò currẽdum eſt in ſtadio vt ad metam perueniatur: nec prius abolebitur quod eſt ex parte, quàm venerit quod perfectum eſt: id eſt priuſquam Deum coram aſpiciamus, vt ſit omnia in omnibus. Deinde aliud eſt Eccleſiam in ſeſe conſiderare, aliud in Chriſto. Nã in ſeſe tum omnes in genere, tum ſinguli plurimas habent rugas ac maculas, quæ quotidie modo in his, modo in illis expoliuntur: ita tamen vt Eccleſia, propterea ſit Eccleſia, nedum vt eſſe deſinat: in Chriſto verò per fidem apprehenſo non modo eſt ſine macula, ſed etiam infinito decore exornata, illius ſcilicet iuſtitia quam per gratuitam imputationem eſt conſecuta. Quid ergo certum erit? dices. Hoc ipſum quod te conficit Antichriſte: nempe Dei verbum, ita planum ac perſpicuum, vt iis ſolis velatũ ſit qui pereũt, inquit noſter Apoſtolus. 2. Cor. 4. a. 3. Niſi fortaſſe putas illum magis ambiguè ſcripſiſſe quàm ſit loquutus: quod ſi dixeris, quis tibi credet, niſi quem tuo poculo inebriaris?

	Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. qui ſuam vxorẽ diligit, ſeipſum diligit.	28	Ita debent viri diligere ſuas vxores vt ſua ipſorũ corpora. qui diligit ſuam vxorem, ſeipſum diligit.
G	Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam:	29	Nullus enim vnquam ″ſuam ipſius carnem odio habuit: imò enutrit ac fouet eam, ſicut & Dominus Eccleſiam:
	Quia membra ſumus corporis ei⁹, de carne eius, & de oſſibus eius.	30	Quoniam membra ſumus corporis eius, ″ex carne eius, & ex oſſibus eius.
Geneſ. 2. d. 24 matth. 19. a. 5 marc. 10. a. 7 1. cor. 6. d. 16	Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem ſuam, & adhęrebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna.	31	Propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & agglutinabitur vxori ſuæ: ″& qui duo *erant*, fient vna caro.
	Sacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia.	32	″Myſterium hoc magnum eſt: loquor autem ″de Chriſto & de Eccleſia.
	Veruntamẽ & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam, ſicut ſeipſum diligat: vxor autem vt timeat virum ſuũ.	33	Itaque & vos ſinguli *ita facite*. ſuam quiſque vxorem ita diligat vt ſeipſum: vxor autem ″*uideat* vt reuereatur virum.
	Cap. VI.		Cap. VI.
Coloſſ 3. d. 20	Filii, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt.	1	Liberi, auſcultate ″in Domino parentibus veſtris: id enim eſt iuſtum.
Exod. 20, b. 12 deut. 5. b. 16 eccli. 2. b. 10 matth. 15. a. 4 marc. 7. d. 10	Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod eſt mandatum primum	2	Honora patrem tuum & matrẽ: (quod eſt præceptum primum

29 Suam ipſius carnem τὴν ἑαυτοῦ σάρκα. Id eſt, ſuum corpus. 30 Ex carne eius ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Alludit ad fœminæ creationem. Errant autem vehementer & periculoſè qui hanc noſtri cum Chriſto coniunctionem ad ipſius ἐνσάρκωσιν referunt, quum hac ratione communicetur cum infidelibus quod Apoſtolus ſolis fidelibus tribuit. Neque enim quæuis mulier eſt caro ex cuiuſuis viri carne, ſed mariti duntaxat: aut viciſſim quilibet vir, caro ex cuiuſuis mulieris carne, ſed ſuæ duntaxat vxoris: vt omnino apparet ex Apoſtoli ſcopo. Ita igitur in Chriſto duntaxat, tanquam marito, & in hominibus duntaxat, tanquam vxore, ſpectanda eſt iſta coniunctio: nempe quæ non ſit tantùm naturæ coniunctio, (neque enim hanc excludo ſine qua conſtitui altera non poſſit) ſed etiam ipſius ſubſtantiæ communio: ſine tranſfuſione tamen aut naturali & craſſa vlla imaginatione, ſed Spiritus ſancti vinculo per fidem. cuius communionis obſignatio & ſymbolum eſt Cœna Domini quam vocamus, vt verè ſit Chriſtus caro ex carne noſtra, & os ex oſſibus noſtris in vitam æternam.

31 Et qui duo erant καὶ οἱ δύο. Vide Matth. 19. a. 5. 32 Myſterium μυστήριον. Id eſt arcanum. Quid enim à communi hominũ ſenſu magis remotum, quàm nos miſeros in terris repentes, cum Chriſto Filio Dei, terræ & cæli Domino, ad dextram Patris ſedente, ita ſpirituali connubio vnum fieri, vt ab eo iuſtitiam omnem, ac proinde vitam æternam, hauriamus? Mirum eſt autem, quum tam apertè dixerit Paulus arcanam eſſe iſtam coniunctionem, tandiu multos contendere vt arcanam non eſſe probent. Neque enim video quid aliud iſti moliantur qui in Chriſti verbis tropum nolunt agnoſcere: ideóque (vt non μυστηριωδῶς ſed carnalis ac naturalis coniunctionis modum, cum veritate corporis Chriſti & cum hoc Pauli loco apertè pugnantem, inuehant) huc delabuntur vt immenſum, infinitum, inuiſibile corpus Chriſto etiam ante glorificationem tribuant, ac poſtremo è cælo contra manifeſtum Dei verbum eliciant, vt vel panis & vini ſubſtantiæ, vel ſolis (vt aliis placet) ſpeciebus affigant. niſi qui malint Chriſti corpus vbique eſſe dicere, quàm loci mutationem concedere. Quorſum hoc verò? nempe quòd alioqui ſubſtantialem communicationem excludi, alioqui nuda relinqui ſigna, alioqui actum de verbi Dei authoritate putant: nec interim vident ſe noſtræ fidei fundamenta conuellere vt arcanum Dei ex naturæ captu metiantur. Quaſi verò qui nondum caro factus eandem eſcam ſpiritualem, id eſt carnem ſuam & ſanguinem ſuum, (extra quæ nunquam fuit aut futura eſt vitæ æternæ ſpes) verè per fidem cum ſua Eccleſia olim communicauit, idem hodie verus homo ſupra omnes cælos quoad carnem habitans, non poſſit nobiſcum ſeſe per fidem verè coniungere, ita vt ad illa inania & mutuo ſeſe conuellentia commenta minimè ſit veniendum. Imò verò nullũ eſt aliud coniunctionis noſtræ organum in hoc mundo, quàm fides: in altero verò ſeculo, ipſe Dei conſpectus. Sed de his hactenus. Quod autem ad eos attinet qui ex hoc loco ſtatuunt matrimonium eſſe ſacramentum, ex eorum genere quæ ipſi ſeptem commemorant, miſerabilis eſt eorum ignorantia, & tamen ſingularis & perfricta impudentia. Quid enim habent quod proferant? Nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec Dionyſius ille quem toties vt clypeum nobis opponunt, non ipſe denique Iouinianus ſic vſquam appellant. Hoc vnum habent quod prætexant, Veterem interpretem vocare ſacramentum: quæ vox deinde multis impoſuit. Atqui idem interpres μυστήριον ſacramentum bis aut ter conuertit ſuprà capite tertio, & infrà Coloſſ. 1. c. 27, vbi de Gentium vocatione diſſeritur. Sit ergo Gentium vocatio octauum ſacramentum. Eadem vox ab illo in Daniele aliquoties inculcatur, & alibi quoque: quis ergo erit ſacramentorum finis? Ridiculum igitur eſt quod prætexunt. Sed præterea quàm in eo ſe oſtendunt nullo iudicio præditos, quòd non animaduerterunt Paulũ diſertè addere, ſe non de coniugio, ſed de Eccleſiæ ac Chriſti coniunctione loqui? cuius etiamſi illis conceſſero adumbrationem aliquam eſſe viri & mulieris arctiſſimam coniunctionem, quo iure tamen inde collegerint matrimonium eſſe vnum ex Eccleſiæ ſacramentis, per quæ noſtra cum Deo reconciliatio ſancitur? Nam hic ſanè eſt præcipuus ſacramentorum finis. Poſtremò ſi vera eſt blaſphema illa vox Cyricii Papæ (vnius ſcilicet ex illis cui nemo dicere poteſt Cur ſic facis? & capitis Eccleſiæ quæ errare non poteſt) ſi vera eſt inquam vox illius quam ipſi tanquam gemmam in ſuum ius canonicum retulerunt, matrimonium eſſe carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere poteſt: quo iure ipſi matrimonium ſacramentum auſint vocare? niſi fortaſſe noſtræ à Deo alienationis ſacramentum eſſe velint, à quo proinde multo malint, quàm à ſcortatione, abſtinere. De Chriſto εἰς Χριστόν. Vulgata, in Chriſto. Eraſmus, in Chriſtum. Vide 2. Corinth. 2. d. 17. Sic in epigrammatum & orationũ inſcriptionibus ſæpe accipitur hæc particula. 33 *Videat* vt reuereatur ἵνα φοβῆται. Eclipſis Atticis etiam familiaris, de qua alibi diximus. Dicitur autem hoc in loco verbum φοβεῖσθαι de reuerẽtiæ cultu, quo is qui inferior eſt, ſuperiorem colit, ex Hebræorum more, apud quos ſic vſurpatur verbum ירא, præſertim quum de cultu Dei diſſeritur. Initio autem verſiculi non conuerti πλὴν veruntamen, ſed igitur, quòd omnino videatur eſſe in his verbis concluſio ſuperioris tractationis officiorum tum viri, tum vxoris.

IN CAPVT VI.

1 In Domino ἐν Κυρίῳ. Hoc additum eſt ex Hebræorum idiotiſmo, vel vt ſignificetur Deum eſſe iſtius mandati authorem, vel vt modus aliquis iſti obedientiæ ſtatuatur: qua de re dictum eſt Luc. 14. c. 26.

'cum promiſſione)

Vt bene tibi ſit,& ſis longæuus ſuper terram. 3

Patres.

Et 'uos patres,ne prouocetis ad iram liberos veſtros,ſed enutrite eos in eruditione &"monitis Domini. 4

Serui auſcultate iis qui domini ſunt "ſecundũ carnẽ,"cum timore ac tremore,cum ſimplicitate cordis veſtri,'vt Chriſto. 5

Non"ad oculum ſeruientes,vt qui hominibus placere ſtudent: ſed vt ſerui Chriſti,facientes ex animo quæ vult Deus. 6

Cum beneuolentia ſeruientes,"Domino,& non hominibus: 7

Vt qui illud ſciatis, ſingulos, 'quicquid fecerint boni,hoc reportaturos à Deo:ſiue ſeruus fuerit,ſiue liber. 8

Domini.

Et vos domini eadem facite erga illos,remittentes minas:ſciẽtes quòd &"veſter ipſorum Dominus eſt in cælis,nec'perſonæ reſpectus eſt apud eum. 9

Quod ſupereſt,fratres mei,corroboremini per Dominum,"& forte robur ipſius. 10

Induite vniuerſam illam armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. 11

Quoniã nõ eſt nobis lucta" aduerſus ſanguinẽ & carnẽ,ſed"aduerſ⁹"imperia,aduerſus Poteſtates,aduerſus mũdi dominos,*rectores* tenebrarũ ſeculi hui⁹,aduerſ⁹ ſpirituales malitias"*quæ ſunt* ĩ ſublimi 12

Armatura Dei.

Propterea aſſumite vniuerſam illam armaturam Dei,vt poſſitis reſiſtere"tempore aduerſo,& omnibus confectis ſtare. 13

State igitur,lumbis" circuncinctis veritate, & induti thorace iuſtitiæ: 14

Calceatis pedibus"præparatione Euangelii pacis. 15

in promiſſione)

3 Vt bene ſit tibi,& ſis lõgęuus ſuper terram.

4 Et vos patres nolite ad iracundiã prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.

5 ‖Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore,in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto.

Coloſſ.3.d.22
tit.2.c.9
1.petr.2.c.18

6 Non ad oculum ſeruiẽtes,quaſi hominibus placentes,ſed vt ſerui Chriſti, faciẽtes voluntatẽ Dei ex animo.

7 Cum bona volũtate ſeruientes,ſicut Domino,& non hominibus:

8 Scientes quoniã vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum,hoc recipiet à Domino:ſiue ſeruus,ſiue liber.

9 Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas:ſcientes quia & illorum & veſter Dominus eſt in cęlis, ‖& perſonarum acceptio non eſt apud Deum.

Deut.10.d.17
2.paral.19,c.7
iob 34.b.19
ſapien.6.b.8
eccli.35.b.16
act.10.c.34
rom.2.b.11
galat.2,b.6
coloſſ.3.d.25
1.petr.1.c.17

10 De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.

11 Induite vos armaturam Dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.

12 Quoniã non eſt nobis colluctati° aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed ‖aduerſus Principes & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harũ, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus.

Supra 2.a.2

13 Propterea accipite armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo,& omnibus perfectis ſtare.

14 State ergo ſuccincti lũbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ:

Et calceati pedes,in præparationẽ
15 Euangelii pacis.

---

2 Cum promiſſ. ἐν ἐπαγγελίᾳ.i.cui adiuncta eſt promiſſio.ſed conditionalẽ promiſſionem intellige, cuiuſmodi ſunt omnes quæ à Legis præſtatione pendẽt. Vulg.& Eraſ.in promiſſione,nimiũ obſcuré. Poſita enim eſt ἐν pro σὺν,Hebræorũ more,vt ſæpiſſime iã diximus. Loquitur autẽ Paulus de promiſſione peculiari.alioquin ſecundum præceptũ habet miſericordiæ promiſſionẽ in mille progenies,ſed vniuerſalẽ.

4 *Vos* patres οἱ πατέρες. Vide Matth.11.d.26. Monitis Domini νουθεσίᾳ Κυρίου. Id eſt,monitis ex verbo Dei petitis, ſiue ſanctis & Deo acceptis. Durius autem eſt quod νουθεσίαν Vetus interpres conuertit correptionem:quod & ipſe Eraſmus in annotationibus improbauit.

5 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id eſt, quod ad corpus & res externas attinet,quas illi ſcilicet habent in poteſtate. Nam conſcientia vnius Dei eſt. Ita igitur mitigatur ſeruitutis aſperitas,& ſui etiam limites tum dominis in imperando, tum ſeruis in obſequendo definiuntur. vel,ſecundum carnem,ad muniendum imperium œconomicum:vt norint ſerui,dominos,quanuis communem naturam habeant, dominii tamen iure excellere,idque ex Dei inſtituto. Cum timore,&c. μετὰ φόβου,&c. Id eſt,cum ſolicita reuerentia. Nam ne ſeruilem quidẽ metum laudabilem putat in Chriſtianis mancipiis. Vt Chriſto ὡς Χριστῷ. Vide ſuprà 5.e.22.

6 Ad oculum ſeruientes κατ' ὀφθαλμοδουλείαν. Id eſt,vt facere ſolent qui præſentibus tantùm dominis obſequuntnr,abſentes aſpernãtur,aut etiam ludibrio habent. 7 Domino,&c. τῷ Κυρίῳ. Id eſt,Dei reuerentia commoti,& quaſi ipſi Deo,non autem ipſorum hominum metu. Itaque poſt δουλεύοντες adſcribo diſtinctionem. Nam etiam in quatuor codicibus ſcriptum erat ὡς Κυρίῳ,vt Domino.

8 Quicquid fecerint boni ὃ ἐάν τις ποιήσῃ ἀγαθόν. Vide ſuprà 2.Corinth.5.b.10.

9 Veſter ipſorum ὑμῶν αὐτῶν. Vulg.& illorum & veſter,καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν,vt etiam citat Clemens Alexandrinus. Perſonæ reſpectus προσωποληψία. Id eſt,externæ qualitatis ac ſtatus perſonæ, puta libertatis aut ſeruitutis ratio. Nam de his circunſtantiis agitur hoc in loco. Vide Marc.12.b.14. 10 Et forte robur ipſius καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Vulgata,& in potentia virtutis eius. Eraſmus, pérque potentiam roboris illius. Vide ſuprà 1.d.19. 12 Aduerſus carnem & ſanguinem πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Id eſt,aduerſus homines,quorum fragilis & caduca eſt natura: cui opponuntur verſutiæ ſpirituales, id eſt ſpiritus ſceleratæ quidem naturæ ſed infinitis partibus potentioris. Non tamen negat Paulus quin nobis aduerſus homines atque adeò aduerſus nos ipſos certandum ſit, ſed præcipuum & maximè formidabilem nobis hoſtem indicat. Itaque quod ſimpliciter dictum eſt,intelligendum eſt κατά τι,quod & alibi ſæpe obſeruauimus. Sic paulo antę quum præciperet ſeruis vt ſeruirent non hominum metu,ſed tanquam ipſi Deo,homines tamen non excludit ſimpliciter,ſed quatenus à Deo ſeiunguntur. Imperia τὰς ἀρχάς. Iſta nomina tribuit Angelis malis,ſumpta ab eorum effectibus,ex quibus intelligatur quæ ſit illorum vis,ac poteſtas,minimè id quidẽ quaſi vel non ſit circunſcripta illorum potentia, vel quod poſſunt,ſuapte vi poſſint,vt exiſtimabãt Manichæi: ſed quòd ita illis laxet habenas Dominus,vt eorum audacia ad amplificandam ſuam gloriam vtatur. Interim verò nobis in hoc ipſorum quaſi imperio verſantibus proponuntur iſtæ hoſtium vires,non vt exanimati cedamus,ſed contrà ne nos imparatos opprimãt. Itaque Paulus vt terribiles nobis aduerſarios oppoſuit, ita paulo pòſt iis armis nos induit, quibus ſi armati fuerimus,illi ne formidabiles quidem eſſe debeãt. Tertullianus munditenentes, Hilarius mundipotentes vertit κοσμοκράτορας. *Quæ ſunt* in ſublimi ἐν ἐπουρανίοις. Suppleuimus quæ deerant,vt magis perſpicuè loqueremur. Deinde ἐν ἐπουρανίοις, id eſt במרומים nõ conuertimus in cælis,vt antea, ſed ad verbum, in ſublimi. quia hoc loco cæleſtium locorum nomine intelliguntur aereæ regiones,in quibus collocauit aduerſarios ſpiritus, etiã ſuprà 2.a.2.

13 Tempore aduerſo ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. Heb. ביום רע, qua formula loquendi diximus aſpera & difficultatum plena tempora ſignificari,quum ſcilicet nobis quaſi apertum bellum indixit Satan. Vulgata & Eraſmus,in die malo. à quo Hebraiſmo non abſtinuimus ſuprà 5.d.16.quòd ſatis illic videretur conuenire. Sic ad verbum dicimus,*en mauuais temps.*

14 Circuncinctis περιζωσάμενοι. Militis panopliam eleganter deſcribit Paulus,nempe ζωστῆρα,quem balteum vocabant Latini,qui thoracis & ζώματος commiſſuram tegebat:deinde thoracem,cuius vna pars à pectore infrà vmbilicum,altera quam ζῶμα vocabant ab vmbilico ad genua protendebatur. Sequuntur thoracem ocreæ,quas κνημῖδας vocabant,quibus etiam pes ipſe obtegebatur,ſi libuiſſet. Additur galea,vt totum corpus iam ſit obtectum. Dextra gladium tenet,ſiniſtra ſcutum. Ita inſtruitur panoplia.

15 Præparatione ἐν ἑτοιμασίᾳ. Sicut qui calceatus eſt, idem paratus eſt ad ingrediendum iter, ita ad ineundum prælium & vitæ iſtius curſum inter medios hoſtes tenendum, vult Apoſtolus vt Euãgelii pacis cognitione ſimus præparati. Optimè autem conuenit epitheton, quum nos ad Deum per infenſiſſimos hoſtium cuneos,per Gentes id vnum ad fortiter pergendum hortetur, quòd ſciamus nos ad Deum nobis iam reconciliatum contendere.& quum Euangelii nomine fauſta nuntiatio ſignificetur, calceatos meritò eſſe iubet quos ad hoc per-

ferendum nuntium paratos eſſe oporteat: quod tamen ſolis miniſtris propriè competit. Sed & pacis nomen videtur grauiſſimi belli moleſtiis opponere.

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere:

16 Adhæc, aſſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere:

Eſa.59.d.17
1.theſſ.5.b.8

Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei:

17 "Galeámque ſalutarem accipite, & gladium Spiritualem, hoc eſt verbum Dei:

Gladius Spiritꝰ.

Coloſſ.4.a.3
2.theſſ.3.a.2

Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis:

D

18 Omni obſecratione & deprecatione orantes omni tēpore "per Spiritum, & "illi ipſi inuigilantes cum omni perſeuerantia & deprecatione pro omnibus ſanctis:

Et pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelii

19 Et pro me, vt mihi detur "ſermo "ad apertionē oris mei cum libertate: vt notum faciam myſterium Euangelii.

Pro quo legatione fungor in catena, vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.

20 Cuius cauſa legatione fungor in catena, vt *inquam* de eo liberè loquar, ſicut oportet me loqui.

Vt autē & vos ſciatis quę circa me ſunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater & fidelis miniſter in Domino:

21 Vt autem ſciatis & vos quæ ad me pertinent, *&* quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus: charus frater & fidus miniſter in Domino,

Tychicus.

Quem miſi ad vos in hoc ipſum vt cognoſcatis quę circa nos ſunt, & cōſoletur corda veſtra.

22 Quem miſi ad vos ob id ipſum vt cognoſceretis de rebus noſtris, & conſolaretur corda veſtra.

Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto.

23 Pax *ſit vobis* fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto.

Pax.
Charitas.
Fides.

Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

24 Gratia *ſit* cum omnibus diligentibus Dominum noſtrum Ieſū Chriſtum, "ad immortalitatem. Amen.

Scripta fuit ex vrbe Roma ad Epheſios per Tychicum.

Miſſa fuit è Roma ad Epheſios per Tychicum.

17 Galeam ſalutarem τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου. Vel, ſeruatorem illum: id eſt Ieſum, ſiue ſalutem, id eſt liberationem illam per Ieſum Chriſtum, aſſumite pro galea. Alludit autem proculdubio ad Eſa.59.c.17.

18 Per Spiritum ἐν πνεύματι. Vult Paulus preces à Spiritu ſancto proficiſci, vt verè ſanctæ ſint & ratæ, Rom.8.e.26 & 27. vel ἐν πνεύματι interpretare, ex intimis animi penetralibus: vt ſuprà 5.d.19 accipitur ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, pro ex corde veſtro. Illi ipſi inuigilantes εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες. Illi ipſi verbo Dei ſcilicet dies ac noctes incumbendo, vt Pſal.1.a.2. niſi placeat in genere interpretari, illi ipſi rei.

19 Sermo λόγος. Id eſt, loquendi facultas. vel vt ſuggerat mihi Dominus quod loquar. Vides vt omnia gratiæ tribuat etiā renatus Apoſtolus? Ad apertionem oris mei ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου. Hebraicè לפתוח פי, id eſt ad aperiendum, ſiue vt aperiam os meum. Aperire autem os accipitur pro loqui, ex altero Hebræorum idiotiſmo: ſicut per epanalepſin explicat ſequenti verſiculo. & alludere videtur Apoſtolus ad Pſal.51.d.17. 24 Ad immortalitatem ἐν ἀφθαρσίᾳ. Id eſt, ad vitam æternam, metam ſcilicet eius gratiæ quā fidelibus precatur. Eſt igitur ἐν pro εἰς poſita, vt aliis locis penè infinitis. Vulgata, in incorruptione. Eraſmus, cum ſynceritate, vt verus amor ſcilicet ab adulterino diſtinguatur. Sed in hac ſignificatione nomen ἀφθαρσίας nuſquam, quod ſciam, vſurpatur. Græcus ſcholiaſtes perpetuum amorem intelligit, vt ἐν ἀφθαρσίᾳ poſitum ſit pro aduerbio ἀφθάρτως, id eſt perenniter.

EPISTOLA PAVLI AD Philippenſes.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολή.

VETVS. NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap. I.

Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibꝰ ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconis:

1 Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, "vnà cū epiſcopis ac diaconis:

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Vnà cum epiſcopis σὺν ἐπισκόποις. Qui vno vocabulo coniunctim legunt συνεπισκόποις, tollunt pulcherrimam Eccleſiæ partium diſtributionem quæ hîc ſtatuitur à Paulo. Primùm enim nominat omnes ſanctos. i. vel ipſum Eccleſiæ corpus, ex quo poſtea ſigillatim quoſdam eximit, vel gregem vniuerſum ſeorſim ab iis qui præerant. Deinde qui Eccleſiam regebant, duorum generum facit, epiſcopos ſcilicet ac diaconos. epiſcopos igitur intelligit quicunque verbo & gubernationi præerant, puta paſtores, doctores, & preſbyteros, περὶ τὸ ἐπισκοπεῖν, quòd illos oporteat, quaſi ſpeculatores, in doctrinam & mores commiſſi gregis inquirere, vt Act.20.f.28. quos etiam interdum generali nomine preſbyteros vocat, vt ibidem verſ.17, & 1.Tim.5.c.17. Diaconos verò intelligit ærarii Eccleſiaſtici œconomos, & viduarū etiam collegiū: quum alioquin hoc nomen interdum ſit vniuerſale, adeò vt ipſos etiā Apoſtolos cōprehendat. Hæc igitur olim erat epiſcoporū appellatio, donec qui politiæ cauſa reliquis fratribus in cœtu præerat, quem Iuſtinus τὸν προεστῶτα vocat, peculiariter dici epiſcopus cœpit. Hinc cœpit diabolus prima tyrannidis fundamenta iacere in Dei Eccleſia, quaſi tota Eccleſiæ adminiſtratione vna cum nomine ad vnum tranſlata. Ab epiſcopis deinde ad metropolitanos peruentum, quos archiepiſcopos vocant. quæ diſtinctio tamen ſpecioſum velamen habuit, vt ſynodi per ſingulas prouincias facilius cogerentur, & certus aliquis ordo rerum adminiſtrandarum ſeruaretur. A metropolitanis ad quatuor patriarchas ventum eſt, quaſi Republica Chriſtiana in quartūuiros diſtributa. Vnde perpetuæ illæ de iuriſdictione cōtentiones, quibus quaſi mutuis vulneribus illi ſeſe ita confecerunt, vt tandem duobus ceſſerint reliqui, Conſtantinopolitano & Romano: nunquam ad hunc diem definita controuerſia, quum modò hic, modò ille ſe œcumenicū vocaret, & ſuæ tyrannidis ſpecioſas authoritates ederet: Romano interim pontifice falſi damnato in concilio Carthaginienſi 217 Patrum, inter quos etiam Auguſtinus numeratur. Ea tamen fuit ambitio vt nihilominus nunc quoque Conſtātinopolitanus omnibus illis per Orientē ſparſis Eccleſiis, ſi modò Eccleſiæ vocādæ ſint, præficiatur: Romanus verò

non Eccleſias modò, ſed regna etiam Occidentis inuaſerit: iuſto quidem Dei iudicio, vt ii ipſi quorum ope tyrannidem Eccleſiarum inuaſerat, ſuis quoque ſceptris ab illo priuarentur. En quanti ſit momenti à Dei verbo vel latum vnguem deflectere.

	Gratia vobis & Pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	2	Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	
	Gratias ago Deo meo″cum ſumma memoria veſtri,	3	[Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri,	2.Theſſ.1.a.3
Paulus orat pro Philippenſibus.	(Semper in õni precatione mea pro omnibus vobis cum gaudio precationem faciens:)	4	(Semper ĩ cũctis orationibus meis pro õnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens:)	
	″Super veſtri in Euãgelio participatione,″à primo die vſque ad hoc tempus:	5	Super communicatione veſtra in Euangelio Chriſti à prima die vſque nunc:	
	Perſuaſum habens hoc ipſum, quòd is qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet″vſque ad diem Ieſu Chriſti:	6	Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu:	
	Sicut iuſtum eſt vt ego id ſentiam″de omnibus vobis, propterea″quòd animo teneam vos″tum in vinculis meis,″tum in defenſione & cõfirmatione Euangelii,″vos *inquam* omnes vnà mecũ fuiſſe″gratiæ meæ participes.	7	Sicut eſt mihi iuſtum, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Euangelii, ſocios gaudii mei õnes vos eſſe.	
	Teſtis enim mihi eſt Deus″quàm propenſè amem vos omnes″in viſceribus Ieſu Chriſti.	8	Teſtis enim mihi eſt Deus quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti.	B
	Et illud oro, vt charitas veſtra adhuc magis ac magis redundet in cognitione, omníque″iudicio:	9	Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abũdet in ſcientia & in omni ſenſu:	
	″Ad hoc vt dignoſcatis quæ diſcrepant: vt ſitis ſynceri, ac inoffenſo curſu pergatis″ad diem vſque Chriſti,	10	Vt probetis potiora: vt ſitis ſynceri, & ſine offenſa in diem Chriſti,	
	Pleni″fructibus iuſtitiæ, qui *inſunt vobis* per Ieſum Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei.	11	Repleti fructu iuſtitiæ p̃ Ieſũ Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.	
	Scire autem vos volo, fratres, quòd quæ mihi *acciderunt*, magis ad profectum Euangelii euenerunt:	12	Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectũ venerunt Euangelii:	
	Adeo vt vincula mea″in Chriſto,″celebria ſint in toto″Prætorio,	13	Ita vt vincula mea manifeſta fierẽt in Chriſto in omni Prætorio, & in	

3 Cum ſumma memoria veſtri ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν. Id eſt, perpetuò veſtri memor. Nam πᾶσαν μνήμην pro perfecta (vt ita dicã) memoria dixit: & ἐπὶ pro μετὰ, id eſt ב pro עם, enallage Hebræis familiari. Vulgata & Eraſmus, in omni memoria veſtri, id eſt (vt ferè explicant) quoties veſtri recordor. Ea verò interpretatio mihi frigida videtur.

5 Super veſtri communione, &c. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, &c. Id eſt, quòd facti ſitis participes Euangelii cum cæteris Eccleſiis. A primo die ἀπὸ πρώτης ἡμέρας. A primo ſcilicet die quo ad Euangelium acceſſerant. Coniũgo enim iſta cum verbo εὐχαριστῶ: quanuis nõnulli potius putent laudari Philippenſes quòd primo ſtatim die amplexi ſint Euangelium. Id verò haud ſatis ſcio an verum ſit: nec puto neceſſariam eſſe hanc quæſtionem obiici, quum potius ſignificet Apoſtolus, ſe, ex quo primum die ipſos cognouerit, nõ deſtitiſſe de ipſorum perſeuerantia gratias agere, quæ ſcilicet perpetua fuerat. 6 Vſque ad diem Ieſu Chriſti ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, ad extremum vſque finem nõ deſeret vos Dei Spiritus, donec ſcilicet veſtra etiam mortalia corpora viuificata ſiſtantur Chriſti iudicio glorificãda.

7 De omnibus vobis ὑπὲρ πάντων ὑμῶν. ὑπὲρ pro περὶ, vt contra περὶ pro ὑπὲρ, Epheſ.6.c.18. Quòd animo teneam vos διὰ τὸ ἔχειν με ἐν καρδίᾳ ὑμᾶς. Vulgata & Eraſmus, eo quòd habeam vos in corde: duplici errore: primùm quòd ὑμᾶς ſimpliciter coniunxerunt cũ verbo ἔχειν, quum cohæreat cum participio ὄντας pro εἶναι poſito, ex Græcorum conſuetudine. vt in illo Herodoti, ἱστορέων δὲ εὕρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας, id eſt προέχειν. Deinde quòd ἔχειν ἐν καρδίᾳ nimium obſcurè conuerterũt, in corde habere. pro quo potius dicũt Latini, animo tenere, id eſt quaſi inſculptum habere memoriæ, vt elabi non poſſit. Tum in vinculis meis ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου. Veræ coniunctionis in Chriſto certum erat argumentum, quòd & abſentem & captiuum non modo non deſeruiſſent, ſed etiam omnibus officiis eſſent proſequuti, perinde acſi cum eo vnà captiui fuiſſent. Tum in defenſione καὶ τῇ ἀπολογίᾳ. Apertè igitur oſtenderant Philippenſes ſeſe in hac cauſa habere omnia cum Paulo coniuncta. Eheu quàm rarum hoc noſtro ſeculo pietatis teſtimonium, in quo ſumma etiam pietas dicitur Chriſtum apertè non prodidiſſe. Vos *inquam* omnes πάντας ὑμᾶς. Videtur quidem ὑμᾶς abundare: qui pleonaſmus apud Hebræos legitur, qui ſæpe antecedẽtibus affixa quæ vocãt, cõiungũt: ſed propter illa interpoſita cõmodiſſimè explicari poteſt per epanalepſin.

Gratiæ τῆς χάριτος. Gratiam, id eſt peculiare & gratuitum beneficium, appellat, quòd captiuus teneretur pro Chriſti nomine, qua in re certatim etiam illi ſeſe ipſi ſocios addiderant. Sic infrà, Vobis, inquit, datum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, ſed etiã vt pro illo patiamini, verſ.29. 8 Quàm propenſè amem ὡς ἐπιποθῶ. Vulg. quàm cupiam. Eraſmus, quàm deſiderem. Mihi videtur in genere vehementiſſimum in illos amorem ſuum Apoſtolus hoc verbo ſignificare, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos id etiam valet verbum כמה & התאוה. In viſceribus Chriſti ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Alibi ſolet dicere, In Chriſto: vt ſignificetur ex quo fonte promanet affectus iſte, & quò etiam feratur. Additum autem viſcerum nomen, magnum pondus addit ſententiæ, vt intimus amor ſignificetur. Solent enim Hebræi רחמים, id eſt viſcera, omnes teneros ac veluti maternos affectus vocare.

9 Iudicio: αἰσθήσει. Quum ea de quibus agit, non ſint αἰσθητὰ, ſed νοητὰ, apparet αἴσθησιν impropriè poni ἀντὶ τῆς κρίσεως. Loquitur autem Paulus primùm de perceptione: deinde de rei perceptæ diiudicatione, vt perfecta ſit notitia: non illa naturalis propriè, ſi qualitatem ſpectes, ſed quam à Gratia accepimus: ad cuius præſcriptum ſcilicet integra vita dirigatur. Itaque αἴσθησιν melius etiam conuertit Vetus interpres ſenſum, quàm Eraſmus intelligentiam. 10 Ad hoc vt dignoſcatis quæ diſcrepant εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα. Perfectum hoc eſt iudicium quo non modo agnoſcimus quod boni ſpecie nobis allubeſcit, ſed etiam quod à bono diſcrepat poſſumus diiudicare. Itaque mihi videtur longè vberior iſta explicatio, ac melius etiam cohærens cum iis quæ præcedunt ac ſequuntur, quàm ſi cum Vetere interprete conuertamus, vt probetis potiora: vel cum Eraſmo, vt probetis quæ ſunt præſtantia. Vide Rom.2.c.18. Ac inoffenſo curſu pergatis καὶ ἀπρόσκοποι. Metaphoram ſumptam apparet ab iis qui aliquò contendunt: vt non dubitarim periphraſin vſurpare. Vulgata, ſine offenſa. & Eraſmus, tales vt nemini ſitis offendiculo: quo modo etiam accipitur idem hoc nomẽ Act.24.d.16, & 1.Cor.10.g.32. Mihi tamen hoc in loco pluſculum arridet paſſiua ſignificatio. Ad diem vſque εἰς ἡμέραν. Vide 1.Cor.1.a.8.

11 Fructibus iuſtitiæ καρπῶν δικαιοσύνης. Si arbor eſt iuſtitia, opera verò bona, fructus arboris: quo modo tradunt ſophiſtæ, ex fructibus naſci arborem? Sed & diſtinguenda eſt iuſtitia imputata, in quam vnam recumbimus, à iuſtitia inhærente, quæ eſt duntaxat illius ſoboles ac propago. 13 In Chriſto ἐν Χριστῷ. Id eſt, Chriſti nomine, ſiue pro Chriſti negotio, vt Epheſ.4.a.1. Pertinet enim hoc ad τὰ δεσμὰ, per traiectionem Hebræis familiarem, vt Pſal.138.a.2, Magnificaſti ſuper omne nomen tuum eloquium tuum. pro, magnificaſti eloquium tuum ſuper omne nomen tuum. Sic Horatius, Penè macros arſit dum turdos verſat in igne. Celebria φανεροὺς Vulgata & Eraſmus, manifeſta: non ſatis expreſſe. Prætorio πραιτωρίῳ. Id eſt, Cæſaris regia. Latè enim patet Prætorii appellatio, vnde & milites Prætoriani. Vide infrà cap.4.d.23.

cæteris omnibus.		′ac reliquis omnibus *locis*.
Vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundãtius auderẽt ſine timore verbum Dei loqui.	14	Et plerique ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, magis audeant impauidè″Sermonem loqui.
Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autẽ & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant:	15	Ac nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli verò etiam propenſa voluntate Chriſtum prædicant:
Quidam ex charitate: ſcientes quoniam in defenſionem Euangelii poſitus ſum.	16	″Alii quidem *inquam* per contentionem Chriſtum annuntiant ″non purè, exiſtimantes ſeſe afflictionem″addere vinculis meis:
Quidam autẽ ex cõtentione Chriſtũ annuntiãt, nõ ſyncerè: exiſtimãtes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.	17	Alii rurſus ex charitate, ſcientes quòd ad defenſionem Euangelii ſim conſtitutus.
Quid enim? dum omni modo, ſiue per occaſionẽ, ſiue per veritatẽ Chriſtus annuntiatur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.	18	″Quid igitur? attamẽ quouis modo, ſiue″in ſpeciem, ſiue″ſyncerè Chriſtus annuntiatur: de hoc quoque gaudeo, atque etiam gaudebo.
Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram orationẽ & ſubminiſtrationẽ Spiritus Ieſu Chriſti,	19	Noui enim quòd hoc mihi cedet ſaluti per veſtrã deprecationem, & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu Chriſti,
Secundum expectationem & ſpem meam: quia in nullo confundar, ſed in omni fiducia, ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſine per mortem	20	Secundum″intentam expectationem & ſpem meam, quòd nulla in re pudefiam, ſed cum omni libertate, vt ſemper, *ita* nunc quoque″magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem.
Mihi enĩ viuere, Chriſtus eſt: & mori, lucrum.	21	″Mihi enim *eſt* Chriſtus & *in* vita & *in* morte lucrum.
Quòd ſi viuere in carne hoc mihi fructus operis eſt, & quid eligã ignoro.	22	″Vtrum verò″viuere in carne″mihi operæpretium *ſit*, & quid eligam ignoro.
Coarctor autẽ è duobus: deſideriũ D habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius:	23	Coarctor enim″vtrinque: deſiderans″migrare, & eſſe cum Chriſto:″nam *id* longè optimum eſt:
Permanere autem in carne, magis neceſſarium propter vos.	24	Sed permanere″in carne, magis neceſſarium *eſt* propter vos.
Et hoc confidens ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis	25	Et hoc confiſus noui quòd manſurus ſim, & vnà permanſurus

Chriſtus annuntiatur variè.

Ac reliquis omnibus *locis* καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι. Sub. מקומות locis, vt Epheſ.1.a.3.

14 Sermonem loqui τὸν λόγον λαλεῖν. Sermo κατ' ἐξοχὴν vocatur Euangelica doctrina, & quidem addito articulo. In duobus tamen codicibus additum erat τοῦ Θεοῦ, quo modo vertit Vetus interpres.

16 Alii quidem *inquam* Οἱ μὲν. Manifeſta eſt epanalepſis. Vetus interpres hunc verſiculum ſubiicit proximo. Non purè οὐχ ἁγνῶς. Non puro ſcilicet animo, quum alioqui pura eſſet doctrina. Neque enim ſubiiceret Paulus ſe ex iſtorum etiam prædicatione gaudium capere. idque etiam ex eo liquet quòd τὴν ἀλήθειαν verſiculo 18 non opponat τῷ ψεύδει, id eſt mendacio, ſed τῇ προφάσει, id eſt obtentui. Ambroſius vertit non ſimpliciter, οὐχ ἁπλῶς. Addere ἐπιφέρειν. Nempe vt vrar ipſorum gloria. Cæterùm Eraſmus τὸ ἐπιφέρειν rectè omnino expoſuit addere. Nam ἐπὶ hoc in loco additionem declarat. Vulg. ſuſcitare, vt videri poſſit legiſſe ἐπεγείρειν.

18 Quid igitur? Τί γάρ; Ad verbum, Enimuero quid? Neque enim cauſam ſignificat. Vulgata & Eraſmus, Quid enim? In ſpeciem προφάσει. Vel, per obtentum. Nam ſpecioſam quidem cauſam, id eſt Chriſtum ipſum, prætexebant ſuæ ambitioni & inuidiæ qua intus æſtuabant. Vulgata, per occaſionem, abſurdè. Vide Matth.23.b.14. Syncerè ἀληθείᾳ. Vulgata & Eraſmus, per veritatem, obſcurè: quia quum multæ ſint mendacii & veritatis ſpecies, non opponit hoc loco veram doctrinam falſæ, ſed ſyncerum animum fucato. quo modo ab Hebræis accipitur אמת pro animi integritate, quæ omni diſſimulationi aduerſatur.

20 Intentam expectationem ἀποκαραδοκίαν. Vulgata & Eraſmus, expectationem. Vide Rom.8.d.19. Magnificabitur μεγαλυνθήσεται. Hebraicè יגדל, id eſt magnificè extolletur, ac prædicabitur.

21 Mihi enim, &c. Ἐμοὶ γὰρ, &c. Vulgata, Mihi enim viuere, Chriſtus eſt: & mori, lucrum. Eraſmus, Nam mihi vita Chriſtus eſt, & mors, lucrum. Itaque in priore quidem membro Chriſtum Paulus vitam ſuam vocarit: in poſteriore verò nulla erit Chriſti mentio, niſi ex conſequenti. Atqui applicanda eſt ratio propoſitioni cui adiungitur. Firma eſt igitur doctiſſimi interpretis ſententia, qui exiſtimat ſicut in propoſitione, ſic etiam in ratione, Chriſtum eſſe vtriuſque membri ſubiectum: lucrum verò, id eſt gloriam Chriſti, quæ cum ipſius Apoſtoli commodo coniuncta eſt, prædicatum, vt ante τὸ ζῆν & τὸ ἀποθανεῖν ſubaudiatur κατά, eclipſi non modò quæ tolerari poſſit, ſed etiam quæ inter Atticiſmos numeretur. 22 Vtrum verò εἰ δὲ. Vulgata & Eraſmus, Quòd ſi. Atqui ſi ita conuerteris, hiabit tota ſententia, propter particulam καὶ ſequentem. Hanc verò Græcus ſcholiaſtes negligit, & εἰ δὲ interpretatur ἐπειδὴ δὲ, quoniam verò. Sed hoc quidem eſt nodum non expedire ſed ſecare. Nouus quidam interpres eam quoque tranſilit, ſed multo impudentius. Alii verbum vnum ſubaudiunt, puta, ſi [cõtingat] viuere in carne, vt Eraſmus in ipſo contextu: Alii integram ſententiam, vt idem Eraſmus in annotationibus, omnia certè perturbans. Alii denique aliter. Ego verò miror nemini in mentem veniſſe vt εἰ per an vel vtrum exponeret: quæ ſignificatio particulæ εἰ in ſubiectione ita eſt vſitata vt mirer vel Eraſmo doctiſſimo viro & hoc ipſum quærenti non occurriſſe. Viuere in carne ζῆν ἐν σαρκί. Diſtingue ſecundum carnem viuere, ſiue in carne eſſe, ab hac formula. Viuere enim ſecundum carnem, & in carne eſſe, de iis dicitur qui quum non ſint Spiritu donati, ſeſe cupiditatibus carnis immergunt. Viuere autem in carne, vel ambulare, vt 2.Corinth.10.a.3, nihil aliud declarat, quàm in hoc caduco corpore vitam degere, tantiſper dum cæleſti & æterna vita potiamur, vt Galat 2.d.20, & 1.Pet.4.a.1.

Mihi operæpretium ſit τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. Abundat τοῦτο ex Hebræorum idiotiſmo, qui ſingulis penè verſiculis occurrit. Quod autem Vetus interpres & Eraſmus fructum operis obſcurè conuerterunt, ſatis conſtat à Latinis operæpretium dici, nempe rem vtilem & fructuoſam, dignam denique in qua aliquis operam ponat.

23 Vtrinque ἐκ τῶν δύο. Id eſt ἀμφοτέρωθεν. Hebraicè משניהם pro מצר שניהם. Vulgata, ex duobus. Eraſmus, ex his duobus. Migrare ἀναλῦσαι. Id eſt μεθίστασθαι, vt rectè interpretatur Chryſoſtomus. vti ſoluere dicuntur nautæ profecturi. quod rectè obſeruatum eſt ab Eraſmo. καταλύειν verò pro diuertere, ab aurigis ductum eſt, qui equorum & currus vincula diſſoluunt. Vulgata, diſſolui, ἀναλυθῆναι.

Nam *id* longè optimum eſt πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Addidi particulam γὰρ vt neceſſariam, ex duorum veterum codicum fide, & Clementis authoritate, qui ita legit libro Στρωμ.3. Vulgata, multò magis melius. Eraſmus multo longèque melius eſt. Ego malui μᾶλλον κρεῖσσον pro ἄριστον accipere. Sic enim abundat μᾶλλον vt tamen ſuam emphaſin habeat. neque hic pleonaſmus in Hebræorum duntaxat idiomate inuenitur, apud quos ſic redundat particula מאד ſed etiam apud idoneos ſcriptores Græcos, vt diximus Matth.6.d.26, & Marc.7.c.36.

24 In carne ἐν σαρκί. Iterum caro pro corpore ponitur.

cum vobis omnibus ad veſtrum profectum″& gaudium fidei:

26 Vt abundet gloriatio veſtra in Chriſto Ieſu de me, mea rurſus apud vos præſentia.

27 Tantùm vt dignum eſt Euãgelio Chriſti vos gerite, vt ſiue venero & videro vos, ſiue abſens fuero, audiam de rebus veſtris quòd″ſtetis in vno ſpiritu,″vno pariter animo decertantes per fidem Euangelii.

28 Nec vlla in re terreamini ab iis qui ſe opponũt:″quod illis quidem eſt exitii″indicium,vobis autem ſalutis,″idque à Deo:

Pati pro Chriſto donum Dei.

29 Quia vobis datum eſt″in Chriſti negotio, non ſolùm″in eum credere,ſed etiam pro eo affligi,

30 Idem certamen habentes quale vidiſtis in me,& nunc audiſtis in me.

Cap. II.

Ad concordiam inuitat Paulus.

1 SI qua igitur conſolatio *eſt*″in Chriſto,ſi quod ſolatium charitatis,ſi qua communio ſpiritus,″ſi quæ viſcera ac miſerationes:

2 Explete meum gaudium,vt″itidem ſitis affecti,″eandem charitatem habentes,vnanimes,″*&* ſententiis vni.

3 Nihil *gerite* per contentionem, aut per inanem gloriam, ſed ex modeſtia alium quiſque ſe præſtantiorem exiſtimet.

4 Ne ſua quiſque″ſpectetis,″ſed vnuſquiſque etiam quæ ſunt aliorum.

5 ″Enimuero is ſit affectus in vobis qui fuit & in Chriſto Ieſu:

6 Qui quum eſſet″in forma Dei,

ad profectum veſtrum & gaudium fidei:

26 Vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduẽtum iterum ad vos.

27 ‖Tantùm dignè Euangelio Chriſti conuerſamini: vt ſiue quum venero, & videro vos,ſiue abſens, audiam de vobis quia ſtatis in vno ſpiritu,vnanimes collaborantes fidei Euangelii.

Epheſ.4.a.1 coloſſ.1.b.10 1.theſſ.1.c.12

28 Et in nullo terreamini ab aduerſariis: quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc à Deo:

29 Quia vobis donatum eſt pro Chriſto,non ſolùm vt in eum credatis,ſed vt etiam pro illo patiamini,

30 Idem certamen habentes quale & vidiſtis in me, & nunc auditis de me.

Cap. II.

1 SI qua ergo conſolatio in Chriſto, ſiquod ſolatiũ charitatis, ſiqua ſocietas Spiritus,ſiqua viſcera ac miſerationes:

2 Implete gaudium meum,vt idem ſapiatis,eandem charitatem habentes, vnanimes,idipſum ſentientes.

3 Nihil per contentionem,neque per inanẽ gloriã:ſed in humilitate,ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes:

4 Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderãtes,ſed ea quæ aliorum.

5 Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu:

6 Qui quum in forma Dei eſſet,non

25 Et gaudium fidei καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Gaudium fidei appellat quod ex fide promanarit, aut quo fides magnopere confirmabitur, quum fœlicem videbunt iſtius captiuitatis exitum.

27 Stetis in vno ſpiritu στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι. Standi verbum athletis conuenit, à quibus ſumpta eſt tranſlatio,quam perſequitur ad finem vſque capitis. Spiritus autem appellatione intelligo Spiritum ſanctum, aut certè eius afflatum, cuius vinculo deuincti,& cuius vi animati,fortiter ſeruent gradum. Vno pariter animo decertantes μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες. Id eſt ὁμοθυμαδὸν συναγωνιζόμενοι.Hanc autem diſtinctionem ita afferunt Græca ſcholia vt minimè controuerſam, vt qui alterius non meminerint. & ſanè multo planior & vberior eſt ſententia ſi μιᾷ ψυχῇ cum participio coniungas,vt nos fecimus.Hortatur ergo Paulus,vt eodem Spiritu coniuncti & confirmati, coniunctis viribus luctentur,& quidem fide freti,id eſt doctrina Euangelii,ſeu verbo Dei, vt 1.Timoth. 4.a.1, & Galat.1.d.23 accipitur fidei nomen.Vel fide Euangelii,id eſt fide quæ Euangelio,ac proinde inuicto Chriſti robore nititur. Vulgata,vnanimes,collaborantes fidei Euangelii. Eraſmus,adiuuantes decertantem fidem Euangelii,quaſi ſcilicet τῇ πίστει regatur à præpoſitione σὺν,vt quaſi laborans Euangelii fides præſidio noſtro ſit victrix futura. Atqui perabſurda eſt hæc ſententia, & quod de vno ſpiritu vnóque animo dixit,ſatis indicat præpoſitionem ad ipſos Philippenſes coniunctos pertinere,ita vt τῇ πίστει rationem habeat quaſi inſtrumenti,vt rectè omnino obſeruauit doctiſſimus interpres.

28 Quod ἥτις. dixit ἥτις non ὅπερ vel ὅ,τι,quia ſequitur ἔνδειξις, quanuis complexui orationis referendo neutrum genus ſoleat potius vſurpari.Vide ſuprà Epheſ.3.c.13. Indicium ἔνδειξις. Id eſt,apertum & planum teſtimonium: nam quo impotentius furit aliquis aduerſus Eccleſiam, eo manifeſtius patefacit ſe ad certum exitium ruere, niſi quidem Dominus illum dignetur ſua miſericordia,vt Paulum ipſum dignatus eſt.Sed rarum eſt hoc exemplum, neque cognitæ veritati reluctatus eſt Apoſtolus. Contra verò ſancta perſeuerantia in quibuſuis pro Chriſto perferendis, nobis indicium eſt nos efficaci illo Spiritu Dei donatos, ac proinde eſſe ex electorum numero quos certa ſalus manet,vt 2.Theſſal.1.a.5,vbi rurſus vtitur ἐνδείγματος nomine. Vetus tamen interpres ἔνδειξιν maluit cauſam interpretari, temerè quæſita aliena ſignificatione,quum nuſquam fidelium afflictio dicatur ſalutis illorum cauſa, ſed teſtimonium. Idque καὶ τοῦτο. Hoc refero ad vtrunque membrum ſuperius.

29 In Chriſti negotio τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ. Ad verbum,in eo quod pro Chriſto [ſuſcipitur:]alioqui redundaret articulus τό. Vulgata & Eraſmus,pro Chriſto. In eum εἰς αὐτὸν. Id eſt ei. Nam εἰς reſpondet literæ ל Hebræorum: vt ſatis firmum non ſit diſcrimen illud quod ſtatuitur inter Credere Deo,& Credere in Deum.

IN CAPVT II.

1 In Chriſto ἐν Χριστῷ. Id eſt Chriſtiana,ſiue quæ ab iis poſſit proficiſci qui ſunt in Chriſto. Siquæ viſcera εἴ τινα σπλάγχνα. Id eſt, ſiquis intimæ charitatis ſenſus.Nam,vt ſæpe iam diximus, σπλάγχνα vocat quæ Hebræi רחמים,tenerrimos ſcilicet ac planè maternos affectus. Cæterùm in vetuſtis bonis codicibus ſcriptum inuenio εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, & paulo antè etiam εἴ τις παραμύθιον, & ita quoque citatur hic locus à Clemente libro στρωμ. 4. & à Baſilio in Ethicis, ὅρῳ ξη'. quam lectionem vt tueamur, neceſſe fuerit iſta appellatiua pro adiectiuis accipere,Hebræorum more:acſi diceret Apoſtolus, Siquis eſt qui me conſoletur in Chriſto, ſiquis eſt qui pro mutua charitate mihi ſolatium afferat, ſiquis mecum eſt eodem Spiritu coniunctus,ſi in quoquam vlla eſt intima charitas ac commiſeratio.

2 Itidem ſitis affecti τὸ αὐτὸ φρονῆτε. Vulgata, idem ſapiatis. Ego verò malo hanc ſententiam pro genere accipere, cuius deinde ſpecies commemoret. Vide Rom.12.c.16. Eandem charitatem τὴν αὐτὴν ἀγάπην. Id eſt parem, vt non modò ſit amoris aliqua, ſed par etiam viciſſitudo:quaſi vna communi anima omnes viuatis. Nam σύμψυχοι coniungo cum hac ſententia. *Et ſententiis vni* τὸ ἓν φρονοῦντες. Ab animorum,id eſt voluntatum,coniunctione,tranſit ad doctrinæ conſenſum:vt plena iuſtáque ſit concordia.

4 Spectetis σκοπεῖτε. Id eſt reſpiciatis.Neque tamen vult Apoſtolus hortari ad πολυπραγμοσύνην,ſed ad communem ſolicitudinem,vt proximi etiam commodis ſtudeat vnuſquiſque,nec in illorum munera inuadat. Sed etiam ἀλλὰ καί. Particulam καὶ neglexit Vetus interpres,quæ tamen ſua emphaſi non caret. Neque enim vult vt nos aut noſtros negligamus, ſed vt nullos à nobis putemus alienos, quos quidem poſſimus iuuare. Baſilius tamen in Ethicis ὅρῳ νθ',non legit καί.

5 Enimuero is ſit affectus Τοῦτο γὰρ φρονείσθω. Vulgata,Hoc enim ſentite.Ego non video quì coniungi poſſit cauſalis particula cum imperandi modo. Deinde non ſcriptum eſt φρονεῖσθε,ſed φρονείσθω,idque forma verbi imperſonalis. quaſi dicas,ſentiatur. Nam alioqui ſcribendum fuiſſet,ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς,quod & Chriſtus Ieſus. Quod ad ſententiam tamen attinet, parum intereſt. vult enim in genere Paulus, vt inter nos eum affectum ſeruemus quo fuit præditus Chriſtus.

6 In forma Dei ἐν μορφῇ Θεοῦ .i.talis qualis Deus eſt,ideóque Deus:quum vnus Deus ſit ſuiipſius prorſus ſimilis.Itaque nõ erat quod Eraſmus,(dicam enim quod res eſt)apertæ veritati repugnaret,vt hunc locum,quo vix alius eſt ad refellendas omnes aduerſus Chriſti perſonam hæreſes illuſtrior,pro virili obſcuraret.Μορφὴ,inquit,ſpeciem ſonat aut figuram.Eſto:ſed quorſum hoc?Totus,inquit,hic locus mihi videtur violentius torqueri ad Chriſti naturam, quum Paulus agat de ſpecie nobis exhibita. In ſumma,quid hoc eſt monſtri? Nempe forma

Dei nihil aliud ſignificabit quàm ſpecimen aut exemplum: quòd in corpore humano obambulans, ederet tamen argumenta Diuinitatis. Hic ergo ſenſus erit, Chriſtum hic non conſiderari à Paulo qualis erat antequam carnem aſſumeret, ſed in carne aſſumpta, in qua habuerit formam Dei, id eſt Dei ſcintillas obiter oſtenderit, quas tamen ad Patrem ſemper retulerit, nihil ſibi arrogans. Hæc Eraſmi eſt opinio, quantum ex ipſius verbis admodum perplexis colligere potui. Atqui, vt concedam μορφὴν non ſemper ſignificare eſſentialem (quam vocant) formam, neque de vocabulis contendam, quis non videt Paulum declarare quis fuerit Chriſtus ante aſſumptam ſerui formam? Nam ſtatim ſubiicitur quòd ſeſe exinanierit, aſſumpta, inquit, ſerui forma, id eſt hominis. Non poteſt igitur hæc deſcriptio ad id tempus pertinere quo iam carnem aſſumpſerat: alioquin hæc inanitio non pertinebit ad aſſumptionem carnis, ſed ad vitæ rationem quam ſequutus ſit Chriſtus quum iam eſſet homo factus: vt ſit hæc ſententia, Nolite ſuperbire, ſed Chriſtum vobis proponite: is enim quanuis in Dei forma eſſet, id eſt quanuis Deus eſſet in hominis figura apparens, tamen non vſurpauit ſibi æqualitatem cum Deo, ſed Deum celauit, hominem exhibuit. Atqui præterquam quòd nemo eſt tam hebes quin hæc videat prorſus violenta expoſitione torqueri, longè etiam aliud eſt Pauli argumentum: nempe huiuſmodi, Chriſtus ipſe quum Deus eſſet, ac proinde in ea gloria & maieſtate quæ Deo vni conuenit, nec in eo putaret ſe alienum quicquam vſurpare, tamen veluti depoſita hac gloria, hucuſque ſe demiſit vt talis fieret quales ſunt Dei ſerui. i. vt hominem aſſumeret, imò verò etiam vt Patri non tanquam æquali, ſed tanquam Domino, ad ignominioſiſſimam vſque mortem ſubeundam ſeſe vltro ſummitteret. Et nos mortales & infirmos ſeruos non pudebit arrogantiæ, quaſi fratribus noſtris præcellamus? Hoc eſt, inquam, Pauli argumentum, quo nemo non videt nihil grauius aut vehementius dici potuiſſe. Itaque, vt paucis abſoluam, in hoc verſiculo Paulus Chriſti Diuinam naturam deſcribit, quod etiam declaratur participio ὑπάρχων. & etiam ſi μορφῆς nomine, gloriam ac maieſtatem declaret, tamē (vt verè & ſanctè annotauit doctiſſimus interpres) quum gloria Dei non poſſit ſine ſacrilegio ab ipſa Diuinitate ſeparari, non potuit melius declarare Apoſtolus Chriſti Deitatem, quàm quum diceret eum in forma Dei fuiſſe, id eſt verè Deum. Sed dices, Cur non Paulus potius apertè dixit Θεὸς ὑπάρχων, Deus quum eſſet? Reſpondeo, quoties id faciendum fuit, toties eum id apertè dixiſſe, vt Rom. 9. a. 5: quem etiam locum Eraſmus pro virili detorſit. & 1. Timoth. 3. d. 16, vbi rurſus ad eundem ſcopulum impingit. & Act. 20. f. 28, & Coloſſ. 2. b. 9. nunc verò idem quoque dicit. Sed quum duas illas Chriſti naturas nobis nō nudas, ſed qualitatibus ſuis veſtitas, Diuinam ſcilicet ex gloria illa Diuina, humanam ex ſua illa infirmitate & imbecillitate æſtimandam proponat: qualitates denique ipſarum naturarum, potius quàm ſubſtantias cōſideret, vt hinc quidem Chriſtum omni gloria ornatum: inde verò in extrema & tamen ſpontanea ac temporaria miſeria verſantem: poſtremò in ſupremum gradum euectum contemplemur: meritò μορφὴν Θεοῦ potius quàm Θεὸν, & μορφὴν δούλου, ὁμοίωμα & σχῆμα ἀνθρώπου potius quàm ἄνθρωπον dicere maluit.

rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo,

"non duxit rapinam "parem eſſe cum Deo:

Matth. 20. d. 28

Sed ſemetipſū exinaniuit, formam ſerui accipiēs, ī ſimilitudinē hominū factus, & habitu inuentus vt homo:

7 "Sed ipſe ſe "inaniuit, "forma ſerui ſūpta, "ſimilis hominibus factus, & habitu compertus vt homo:

Non duxit rapinam οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο Vel, vt vertit doctiſſimus interpres, non eſſet rapinam arbitratus. Nam quæ ſequuntur, retulit ad manifeſtationem factam in carne: vt ſit hæc ſententia, Chriſtus ille Deus, æterna gloria ac maieſtate præditus, ſciebat quidem ſibi ius fáſque eſſe non, in humili carne apparere, ſed cum magnificētia Deo digna, verùm maluit ſeſe demittere. Neque eſt quod nos offendat aoriſtus indicatiui ἡγήσατο, quum hunc modum interdum ſoleat Paulus etiam non expreſſa particula ἂν ita vſurpare, vt Rom. 9. a. 3, ηὐχόμην pro εὐχόμην ἄν: & 1. Cor. 2. b. 8, εἰ ἔγνωσαν, pro, ſi cognouiſſent, vt idem rectiſſimè annotauit. Sed mihi tamen videtur propria huius temporis ſignificatio ſeruari poſſe, vt hoc quoque ad priſtinam Chriſti gloriam pertineat, cuius ipſe meminit Ioh. 17. a. 5, ſitque hæc ſentētia, Chriſtus quum eſſet in æterna illa Deitatis gloria conſtitutus, non ignorauit ſe in ea re, id eſt quòd Deo patri coæqualis eſſet, nullam iniuriam cuiquam facere, ſed ſuo iure vti: nihilominus tamen quaſi iure ſuo ceſſit quum ipſe ſe velut in nihilum redigeret, forma ſerui accepta, &c. Hic verò quærit Eraſmus, quid magni tribuat Chriſto Paulus, ſi, quum Deus eſſet natura, intellexit id non eſſe rapinæ, id eſt ſeipſum nouit. Reſpondeo, multa & maxima myſteria contineri in his verbis, quæque ad Pauli ſcopum maximè pertineāt. Nam primum omnium explicat qua ratione dixerit, Chriſtum, antequam carnem aſſumeret, fuiſſe in Dei forma: nequis hanc formam putaret non verè nec prorſus fuiſſe Diuinam, ſed vel communicatione, vel gradu tantùm aliquo, vel ex certo initio, vt dixerunt impii Arriani, vel denique ambitione, ex qua fuerit Chriſtus deturbatus. Ideò quum negat vllum in ea re fuiſſe ἁρπαγμὸν, quòd Deo par eſſet, omnem iſtis blaſphemiis anſam præcidit. Nam par Deo eſſe ſine rapina nullus poſſit, niſi ſit ipſe omnibus modis Deus. At cur Chriſtum dicit hoc non ignoraſſe? nempe vt intelligamus iſtam Chriſti ſummiſſionem à mera & ſpontanea ipſius bonitate profectam: vt ſit omnibus modis perfectum obedientiæ, ſummiſſionis, charitatis exemplar. Parem eſſe cum Deo: τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Quid iam dubitamus quin formæ Dei appellatio expreſſa ſpeciem naturæ verè ac prorſus diuinæ declaret? Sed & paucis iſtis verbis iugulatur Sabellicus, qui perſonarū diſtinctionem tollit, quum in paritate neceſſe ſit comparationem ac proinde duas minimùm hypoſtaſes interuenire. Iugulatur etiam Arius, qui Deum ſecundarium imaginatur: quia par non eſt qui ſecundus eſt ab alio. quòd ſi non contentus hypoſtaſes diſtinxiſſe, etiam οὐσίας ſepares, iam Deo parem eſſe, nō erit infinitum & omnipotentem eſſe, quum plures infiniti & plures omnipotentes nullo modo poſſint exiſtere. Itaque ſi hæc coniunxeris, plenam ac perfectam non ὁμοιουσίου, ſed ὁμοουσίου deſcriptionem habebis.

7 Sed ipſe ſe ἀλλ' ἑαυτὸν. Notandum pronomen ἑαυτὸν, quo ſpontanea fuiſſe iſta ſummiſſio iterum ſignificatur. Inaniuit ἐκένωσε. Id eſt, quaſi ex Omni ſeipſum ad Nihil redegit. quæ enim eſt rei creatæ, imò verò animalis omnium miſerrimi, & à Deo maximè alieni, ad ipſius opificis maieſtatem proportio? Forma ſerui aſſumpta μορφὴν δούλου λαβών. Non dicit, Dei forma in formam ſerui mutata, aut Deo in hominem conuerſo, aut Deo cum homine confuſo. neque item dicit ad vnū Chriſtum Deum acceſſiſſe alterum Chriſtum hominem: ſed eum ipſum qui Deus erat, formam ſerui aſſumpſiſſe. Sed quid formæ ſerui appellatione intelligatur quærit Eraſmus: neque hoc referri putat ad ipſam naturam, ſed ad vitioſam eius qualitatem, quam ſcilicet forma & ſpecie tenus, non autem re vera aſſumpſerit: vt qui fuerit omnis peccati expers. Hæc Eraſmus, nempe vt formæ Dei, id eſt Deo ſub hominis ſpecie quaſi celato, (vt ipſe interpretatus eſt) formam ſerui, id eſt vitioſam in ſpeciem, non re vera, qualitatem carnis opponat. Sed præterquam quòd hac ratione eneruatur Pauli argumentum, & patefit etiam hæreticis aditus ad eludendam humanæ Chriſti carnis veritatem, quis illi conceſſerit μορφὴν de ea duntaxat ſpecie dici quæ id eſſe videatur quod re ipſa non ſit? Deinde quis non videt, ſerui nomen imbecillam conditionem naturæ, non autem vitioſam qualitatem ſignificare? Opponitur enim ſerui forma, Dei formæ. Quum verò ſeruitus ſignificat corruptionem, non cum Deo, ſed cum libertate confertur. Denique proferatur vel vnus locus ex omnibus Sacris libris, in quo ſeruus abſolutè dicatur de eo qui peccato ſeruiat. Sed de his ſatis à nobis dictum eſto, nullo (ita me bene Deus amet) Eraſmum de literis optimè meritum, & quidem mortuum, exagitandi ſtudio, ſed vt pro mea virili & ipſe Dei veritatē aſſeram. Poſcit autē omnino antitheſis, vt ſicut forma Dei dicitur auguſta illa Diuinæ maieſtatis ac gloriæ ſpecies quæ non poteſt à Diuina ipſa natura ſeparari, ſic formam ſerui interpretemur, abiectam illam & imbecillam hominis naturam ac conditionem, tum in ſeſe, ſi cum Dei excellentia comparetur: tum verò propter peccatum: quod etſi non aſſumpſit Dominus, ſed aboleuit, tamen imbecillitatem ex eo fonte promanantem, vno excepto peccato, ipſámque adeò pœnam horrendam aſſumpſit, quod & ipſe Apoſtolus poſtea explicat. Similis hominibus factus, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, in ſimilitudine hominum factus, ſiue cōſtitutus. Cæterùm nequis cum hæreticis exiſtimet ὁμοιώματος & σχήματος, id eſt ſimilitudinis & figuræ nomine inanem & imaginariam ſimilitudinem ſignificari, quaſi Dominus non veram carnem, ſed eius duntaxat ſimulachrum aſſumpſerit: præterquam quòd ex aliis locis apertè conuincitur hic error, dico quū hæc nomina ſynonyma ſint τῇ εἰκόνι, ſimilem eſſe eorum vſum. Sicut ergo non tantùm ficta cum veris, aut ficta cum fictis, ſed etiam vera cum veris comparantur: ita dico his nominibus quanuis ſimilitudinem & conformationem ſignificari. niſi fortè putamus Adamum veros homines non genuiſſe, quum dicitur Geneſ. 5. a. 3, genuiſſe בדמותו כצלמו, id eſt κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, ad ſimilitudinem & ad imaginem ſuam, vt Græci vertunt: quum tamen ἰδέας nomen nemo neſciat à philoſophis ad formas animo duntaxat conceptas ſæpe accommodari: quum Moſes illis nominibus idcirco vſus ſit vt ſummā & ſubſtātiæ & qualitatū quaſi ταὐτότητα deſignaret. Quid verò, quū Chriſtus dicitur Dei imago: Coloſſ. 1. b. 15, quāuis noſtri reſpectu ſic nuncupetur, quis tamen hanc imaginem niſi prorſus impius à re ipſa ſepararit. Sic 1. Cor. 15. f. 49, quū dicimur in hac vita geſtare terreni hominis imaginem, rem ipſam ſignificari nemo negarit, niſi qui ſeipſum non nouit. Poſtremò, vt ſolidiſſimum argumentum afferā, iſtis vocabulis ſimilitudinis & habitus tantum abeſt vt rem aliquam imaginariā ſignificet Apoſtolus, vt contrà, ad declarandam rei veritatē, ea nomina vſurparit, vt paulo antè de Moſe diximus, quod ad ipſam quidem ſerui hominis ſubſtātiam & naturam attinet, quatenus tamen corrupta non eſt. Den-

KKk2.ii.

que his ipſis externa ipſa ſpecies ſignificatur, ſignificans ſcilicet viſum & ſpectatum fuiſſe Chriſtum illum Deum æternum ab hominibus: vt ipſis etiam iudicibus oculis conſtiterit miſerrimam illam noſtram naturam ab eo fuiſſe aſſumptam. Conſiderandum enim eſt quos alloquatur Apoſtolus: eos ſcilicet qui de re ipſa minimè dubitabant. Itaque hoc myſterium ſic tractat, vt quum ex hypotheſi aſſumat verum id eſſe de quo dicit, graphicam eius deſcriptionem ad ſuum ſcopum accommodet. Finge autem hæc fuiſſe imaginaria, & omnia euerteris.

Ipſe ſe ſummiſit, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. 8

Quapropter etiam Deus ipſum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donauit ei ″nomen quod eſt ſupra omne ″nomen: 9

Vt ad nomen Ieſu omne genu *ſe* flectat, cæleſtium ac terreſtriũ ″& ſubterraneorum: 10

Omníſque lingua confiteatur quòd Dominus *ſit* Ieſus Chriſt⁹, ″ad gloriam Dei Patris. 11

Proinde, dilecti mei, ſicut ſemper obediſtis, non tanquam in præſentia mea ſolùm, ſed nunc multo magis in abſentia mea, cum timore ac tremore veſtram ipſorum ſalutem ″conficite. 12

Velle & perficere dat Deus.

″Deus enim is eſt qui efficit in vobis ″& vt velitis ″& vt efficiatis, ′pro gratuita *ſua* beneuolentia. 13

Murmuratio.

Omnia facite abſque murmurationibus ac diſceptationibus: 14

Filii Dei.

Vt ſitis ″irreprehenſi, & ſinceri, filii *inquam* Dei, inculpati in medio nationis prauæ ac peruerſæ, inter quos *homines* micatis vt luminaria in mundo, 15

″Sermonem vitæ prætẽdentia: vt gloriari poſſim ′in die Chriſti quòd non fruſtra cucurrerim, nec in vanum laborarim. 16

Quinetiam ſi ″pro libamento offerar 17

8 |Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem mortẽ autem crucis.

9 Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen:

10 Vt in nomine Ieſu |omne genu flectatur, cæleſtium & terreſtrium & infernorum:

11 Et omnis lingua confiteatur quia |Dominus, Ieſus Chriſtus, ĩ gloria eſt Dei patris.

12 Itaque chariſſimi mei, ſicut ſemper obediſtis, non vt in præſentia mea tãtùm, ſed multò magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtrã ſalutem operamini.

13 Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

14 Omnia autem facite ſine |murmurationibus & hæſitationibus:

15 Vt ſitis ſine querela, & ſimplices filii Dei, ſine reprehẽſione in medio nationis prauæ & peruerſæ: inter quos lucetis ſicut |luminaria in mundo:

16 Verbum vitæ cõtinentes ad gloriã meam in die Chriſti, quia non in vacuũ cucurri, neque in vacuũ laboraui.

17 Sed & ſi immolor ſupra ſacrificiũ &

Heb.2.b.9
B
Eſa.45.d.23
rom.14.b.11
Iohan.13.b.13
1.cor.8.b.6
& 12.a.3
1.Petr.4.c.9
Matth.5.b.14
C

9 Nomen ὄνομα. Id eſt dignitatem, & celebritatem nominis, ſed cum re ipſa coniunctam. Vide Epheſ.1.d.21.

10 Et ſubterraneorum καὶ καταχθονίων. Nolim quidem hîc ego ſubtiliter philoſophari an Diaboli hoc nomine ſignificentur, quos alibi facit aeris principes. Sunt iſta nobis abſcondita, quanuis aliquid liceat in vtranque partem diſſerere, ex his quæ de tartaro, abyſſo, tenebris commemorantur, vt 2.Pet.2.a.4, & Iud.a.6. Exiſtimarim quidem ego ſimpliciter iſta enumeratione Paulum voluiſſe exprimere quæcunque & ſupra mundum ſunt, & in mundo, quæ omnia teſtetur Chriſtum aliquando agnitura pro Deo, id eſt quum venerit mundum iudicaturus. Itaque flectere genu pro adorare, id eſt tanquam Deo ſubiici, dictum erit ἀνθρωποπαθῶς: de iis quoque quæ rationis & ſenſus, vel etiã vtriuſque ſunt expertia. Purgatorium autem ignem qui ex hoc loco ſtatuunt, mirum quod iter ſuis pandant in cælum.

11 Ad gloriam εἰς δόξαν. Hæc ſanè vni Deo conueniunt, quum de vno Deo dicantur ab Eſaia 45.d.23. qui etiam iurat apud Eſaiam 42. b.8, Ego Dominus, inquit, & hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Ergo Chriſtus qui & homo ad dextram Dei ſedẽs, verus eſt Deus: neque quum hoc dicimus, detrahimus de Patris gloria, quum non poſſit niſi in Filio gratus honor illi tribui. Poſſumus tamen interpretari, εἰς δόξαν in gloria pro ἐν δόξῃ. Omnis autem lingua pro omni idiomate, id eſt pro quauis gente dictum eſt, Hebræorum more.

12 Cum timore ac tremore μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Vide 1.Corinth.2.a.3. Conficite κατεργάζεσθε. Sic Latini dicunt conficere negotium. At verò num à noſtris operibus pendet ſalus noſtra? minimè id quidem, quum ne Abraham quidem in ſe habeat de quo glorietur apud Deum. Conficere tamen ſalutem dicitur qui in iuſtitiæ ſtadio currit. Quanuis enim gratis in vno Chriſto per fidem apprehenſo ſeruemur, tamen per viam iuſtitiæ ad ſalutem contendere nos oportet: quum filii Dei, eius Spiritu ducantur per quem ſunt iuſtificati, vt in bonis operibus ambulent. 13 Deus enim is eſt Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν. Bona igitur opera nõ præcedunt iuſtificandũ, ſed iuſtificatũ ſequuntur. Niſi fortè non eſt iuſtificatus qui Chriſtũ poſſidet. Et vt velitis καὶ τὸ θέλειν. Non ſumus igitur ſtipites, ſed bene volumus: nõ quòd voluntatis noſtræ imbecillitatem adiuuerit, ſed quòd voluntatem ex mala fecerit bonam, idque prorſus gratis. Et vt efficiatis καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Non dicit, vt facultatem habeatis bene volendi & bene agendi ſi velitis: ſed donum efficax & ad volendum & ad agendum, collatum eſſe dicit. Sciendum eſt igitur efficacem eſſe Dei gratiam illam quæ ad ſalutem requiritur. Itaque non poteſt conſiſtere dogma illud primæ gratiæ vniuerſalis, quaſi ſcilicet Dominus omnibus aperiat oculos, hactenus vt videre, aures hactenus vt audire poſſint, ſi velint. Nam præterea requiritur gratia vt poſſint velle: niſi liberum arbitrium velimus cum quibuſdam ſtatuere contra hunc Pauli locum. Hanc verò gratiam ſi omnibus etiam concedi dixerint, vt ſcilicet poſſint velle, quo tandem iure ſeparant Velle & Facere quæ Paulus coniunxit, & vtraque ab eadem gratia dixit promanare? Nam (inquit Dominus Iohan.6.e.45) quicunque audiuit, & didicit à Patre, venit ad me. Sed vnde hîc error? Nempe quòd non putent alioqui abſolui poſſe iuſtitiam Dei. quaſi verò etiamſi non acceſſerit altera rebellio, nobis condemnandis natiua illa corruptio non ſufficiat. Pro gratuita *ſua* beneuolentia ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Vulgata, pro bona volũtate. Eraſmus, pro bono animi propoſito. Hoc verò nonnulli ad homines referunt. At ſententia ipſa oſtendit hoc ad Deum pertinere, qui pro gratuita ſua beneuolentia hoc largiatur hominibus vt & velint & agant quæ Dei ſunt, quum hic ſit Pauli ſcopus.

15 Irreprehenſi ἄμεμπτοι. Vide Luc.1.a.6. 16 Sermonem vitæ prætendentia, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Vulg. Verbum vitæ continentes. Eraſmus, Sermonem vitæ ſuſtinentes. id eſt in vertice impoſitum ſuſtinentes: vt quum machina in altum attollitur, lumen ſuſtinens. Ego verò primùm omnium puto ἐπέχοντες connectendum eſſe cum φωστῆρες. deinde ἐπέχειν pro ſuſtinere, nuſquam: legi niſi quum pro impetum remorari & inhibere accipitur. Præterea non exiſtimo præpoſitionem ἐπὶ hoc in loco ſignificare In vel Super, ſed Ad pro Verſus, vt in aduertere & attendere: quod & ipſum Græcis dicitur ἐπέχειν, vt Act.3.a.5. Huic vero ſignificationi reſpondet altera quaſi eregione. nam ſicut dicitur ἐπέχειν τινὶ tertio videlicet caſu, qui oculos ad aliquid aduertit, & quaſi in re aduerſa defixos tenet: ita qui ex aduerſo aliquid prætendit ac præbet, dicitur ἐπέχειν τι, quarto caſu, vt nutrix τὸν μαστὸν ἐπέχειν, id eſt mamamam prætendere & obuertere puero dicitur. cuius ſignificationis exempla ex Budæo pete. Ita igitur hoc in loco Apoſtolus Philippenſes dicit quaſi faces mundo prælucere. Videtur enim à Pharis ſumpta tranſlatio, vbi accenſæ faces nauigantibus in alto portum quaſi prætendunt in quem appellant. nempe quòd honeſta ſanctáque fidelium vita, quaſi lux aliqua cæteris hominibus prælucens, ad Euangelii portum eos dirigat. Nam ſermonem vitæ, id eſt viuificum, appellat Euangelium, ab effectu. In die Chriſti εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Vide 2.Corinth.1.c.14. Vulgata & Eraſmus, in diem. Ego multo malo εἰς ἡμέραν pro ἐν ἡμέρᾳ accipere.

17 Pro libamento offerar σπένδομαι. Vulgata & Eraſmus, immolor. Cæterùm τὸ σπένδειν actiua voce ſignificat libare, quæ pars tantùm erat ſacrificii. Hinc σπένδεσθαι pro fœdus ſancire: quòd in fœderibus ſolerent eiuſmodi cæremoniæ interuenire. neque ſanè vſquam memini σπένδεσθαι in paſſiua ſignificatione legere. Hîc tamen poſcit ſententia vt paſſiuè accipiatur, & quidem pro libari, id eſt tanquam libamentum offerri. qua tranſlatione Apoſtolus mortem ſuam prædicit, non qua reconcilientur Deo Philippenſes, ſed qua confirmentur in fide. Vſitatum enim eſt Paulo victimæ nomine ſignificare ipſos fideles Deo deuotos: & quicquid eſt in fidelibus, vel à fidelibus proficiſcitur, Deo

gratum,& eorum fidem,ac bona opera,ſacrificiorum & oblationum trãſlatitio nomine intelligere,vt Rom.12.a.1,& 15.b.16.& infrà 4.d.18, & 1.Pet.2.a.5.Perinde eſt igitur acſi diceret, ſibi nihil poſſe iucundius accidere quàm ſi ipſe morte ſua ſacrificium hoc Philippenſium ſanciret,in quo ſcilicet illi ſeſe Deo per fidem quaſi victimam offerrent,& cuius ſacrificii ipſe λειτουργὸς,id eſt miniſter & veluti ſacerdos fuerat, quum eos ad Dominum,vt gratas futuras victimas,per Euangelii prædicationem adduceret,vt teſtatur Rom.15.b.16.

	obſequiũ fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis.		″ſuper hoſtia ſacrificióque fidei veſtræ, gaudeo″& gratulor omnibus vobis.	
	Idipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.	18	″Itidem autem & vos″gaudete,& gratulemini mihi.	
Act.16.a.1	Spero autem in Domino Ieſu, |Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt.	19	Spero autem in Domino Ieſu, me Timotheum breui miſſurũ vobis, vt & ego″bono ſim animo, cognito ſtatu veſtro.	Timotheus qualis.
	Neminem enim habeo tam vnanimẽ, qui ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit.	20	Neminem enim habeo″pari animo præditum, qui germanè res veſtras curaturus ſit.	
1.Cor.10.c.24	|Omnes enim quæ ſua ſunt quærũt: non quæ ſunt Ieſu Chriſti.	21	Nam″omnes quæ ſua ipſorum ſunt, quærunt, non quæ Chriſti Ieſu.	
	Experimentum autem eius cognoſcite, quia ſicut patri filius, mecũ ſeruiuit in Euangelium.	22	Porrò probationem eius noſtis, quòd veluti cum patre filius, mecum ſeruierit″in Euangelio.	
	Hũc igitur ſpero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me ſunt.	23	Hunc igitur ſpero me miſſurum, ſimulatque videro rerũ mearum ſtatum.	
D	Confido autem in Domino, quoniã & ipſe veniam ad vos citò.	24	Confido autem in Domino, quòd & ipſe citò venturus ſim.	
	Neceſſarium autem exiſtimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, veſtrũ autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad vos.	25	Sed″neceſſarium duxi, Epaphroditum fratrem & collegam & commilitonem meum, veſtrum autem″legatũ, quique mihi ſubminiſtrauit quibus mihi opus erat, mittere ad vos.	
	Quoniam quidem omnes vos deſiderabat: & mœſtus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.	26	Quoniam expetebat omnes vos: &″grauiſſimè angebatur propterea quòd audiſſetis eum ægrotaſſe.	
	Nã & infirmatus eſt vſque ad mortem, ſed Deus miſertus eſt eius: nõ ſolùm autem eius, verumetiam & mei: ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberẽ.	27	Et certè ægrotauit proxime mortem, ſed Deus miſertus eſt eius: nec eius ſolùm, ſed & mei: ne dolorem haberem ſuper dolorem.	
	Feſtinantius ergo miſi illum: vt viſo eo iterum, gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim.	28	Studioſius itaque miſi eum, vt quum videritis eũ″rurſus, gaudeatis,& ego magis vacem dolore.	
	Excipite itaque illũ cum omni gaudio in Domino: & eiuſmodi cum honore habetote:	29	Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & tales in pretio habete:	
	Quoniam propter opus Chriſti, vſque ad mortem acceſſit: tradens a-	30	Nam″propter opus Chriſti acceſſit ad mortẽ vſque,″nõ habita	

Super hoſtia ſacrificióque fidei veſtræ ἐπὶ θυσία καὶ λειτουργία τῆς πίστεως ὑμῶν. Bene dicit ſuper hoſtia. nam ad victimam addebatur מנחה, quod libamen vertunt. Perinde eſt igitur acſi diceret Paulus, Ego vos Philippenſes ad Chriſtum adduxi, cui poſtulo vt vos tanquam hoſtiam viuam ſiſtatis: nec dubitem ego in hoc veſtro ſpirituali ſacrificio tanquam libaminis additamentum interuenire. Philippenſes igitur per fidem ſanctificatos tranſlatitiè appellat θυσίαν,id eſt victimam:ſuum verò miniſterium λειτουργίαν, id eſt ſacram operationem:mortem denique ſuam σπένδω, id eſt libamentum. Vides Chriſti charitatis imaginem in Paulo elucentem? Hoc eſt verò Apoſtolum agere. Et gratulor καὶ συγχαίρω. Ita ſignificat Paulus id ſibi iucundiſſimum fore, non tantùm ſua, ſed etiam illorum cauſa quibus mortem ſuam ſperet vtilem fore,quando ita Domino viſum erit.

18 Itidem autem Τὸ δ' αὐτὸ. Sub.κατὰ,vt idem declaret atque ὡσαύτως. Vulgata,Id ipſum.Eraſmus,Ob id ipſum. Gaudete χαίρετε. Eraſmus,gaudetis: quod meritò exiſtimat doctiſſimus interpres prorſus eſſe alienum. Idem error commiſſus eſt infrà verſiculo 22 à Vetere interprete. vbi γινώσκετε conuertit cognoſcite,pro cognoſcitis. Poſtulat enim Paulus ſimilem συμπάθειαν à Philippenſibus, eos veluti præparans tum ad ferendam crucem,tum ad fortiter ferendam ipſius mortem: nempe vt ſicut lætus moriturus eſt, tum ſuo tum illorum commodo,ita viciſſim tum ſua tum ipſius cauſa gaudeant,quum morte ſancierit doctrinam quam illis annuntiarat.

19 Bono ſim animo εὐψυχῶ. Id eſt, in alacritate animi confirmer. Eraſmus, læto ſim animo. Nam,inquit,bono eſſe animo dicunt Latini pro eo quod Græcis eſt θαῤῥεῖν. Atqui Plato κακοψυχίαν, id eſt degenerem animum, opponit τῇ εὐψυχίᾳ: & τὸ εὔψυχον Græci vocant animi præſentiam & generoſitatem:ex quo liquet εὐψυχεῖν & θαῤῥεῖν aut nihil, aut certè non multum differre.

20 Pari animo præditum ἰσόψυχον. Eraſmus,pari mecum animo præditum. Ego potius putarim alios cum Timotheo comparari. Vulgata,tam vnanimem. 21 Omnes πάντες. Tribuit omnibus quod paſſim erat vulgare.

22 In Euangelio εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Euangelium vocat ipſam doctrinæ Euangelicæ prædicationem,vt alibi ſæpe.Probationem autem paſſiuè vocat experimentum quo fides ipſius fuerat approbata.

25 Neceſſarium ἀναγκαῖον. Eraſmus, operæpretium: multo minus expreſſè. Legatum ἀπόστολον. Vulgata & Eraſmus, Apoſtolum, quod non damno.Cur tamen legatum malim quàm Apoſtolum dicere:id cauſæ eſt quòd id mox videatur explicare, quum vocat λειτουργὸν τῆς χρείας μου.id eſt,quo ſubminiſtrante acceperat quibus ipſi opus erat.Sic enim hoc malo interpretari, quàm miniſtrum neceſſitatis meæ, cum Vetere interprete:aut, qui mihi ſubminiſtrat in neceſſitate mea,cum Eraſmo.χρείαν enim vocat non ipſam neceſſitatem, ſed quibus egebat in ea neceſſitate conſtitutus. Quidam conuertit,Apoſtolum,& muneris mei vicarium, quaſi ſcilicet abſente Paulo fuerit Epaphroditus Philippenſium Apoſtolus.Id verò quàm rectè,ipſe viderit.

26 Grauiſſimè angebatur ἀδημονῶν. Vulgata,mœſtus erat: non ſatis expreſſè. Nam, vt rectè annotat Eraſmus, ἀδημονεῖν eſt penè exanimari & deficere præ dolore.Itaque ne ipſe quidem ſatis expreſſè conuertit,erat anxius animi. Ambroſius, & impatienter ſolicitus erat. Vide Matth.26.d.37. 28 Rurſus πάλιν. Hoc malim coniungere cum ἰδόντες,quàm cum χαρῆτε:vt ſit hic ſenſus, vt quum primùm eum reuerſum videritis,quem ſcilicet vos nunquam viſuros putabatis,lætemini.

30 Propter opus Chriſti διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ. Opus Dei vocat Chriſtum in perſona Pauli vinctum & egentem inuiſere,& coram ſubleuare,vt explicat infrà 4.d.18. Non habita ratione vitæ παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ. Sic omnino eleganter conuertit Eraſmus hunc locum. Nam παραβουλεύεσθαι ſignificat perperam conſulere,vti faciunt qui ſe in apertum vitæ periculum coniiciunt: ſed hoc tamen facere in loco pro Chriſto, non eſt ſtultitiæ aut imprudentiæ, ſed verè cæleſtis ſapientiæ, quam in Epaphrodito commendat Apoſtolus. Vulgata, tradens animam ſuam.

ratione vitæ,vt ſuppleret″defectum veſtri erga me officii.

Cap.III.

Gaudere in Deo

QVod ſupereſt,fratres mei,gaudete in Domino.″Eadem ſcri 1
bere vobis,me quidem haud piget,vobis autem″tutum eſt.
Cauete canes,cauete malos operarios,cauete″conci- 2
ſionem.

Circuncisio.

Nos enī ſumus Circunciſio,qui ſpiritu ſeruimus Deo,& gloria 3
mur in Chriſto Ieſu,nec confidimus″in carne:
Quanquam ego habeo″de quo confidam etiā in carne.Si quiſ- 4
quam alius videtur fiduciam habere in carne, ego magis habeo:
″Circunciſus octauo die,″ex gente Iſraelis tribus Beniamin,He 5
bræus ex Hebræis:″religione Phariſæus.
Quod ad zelum,perſequens Eccleſiam:quod ad iuſtitiam quæ 6
eſt in Lege,irreprehenſus.
Sed quæ mihi erant lucra, ea duxi propter Chriſtum dam- 7
num *eſſe*.
Quinetiam certè duco omnia damnum eſſe propter eminen- 8
tiam cognitionis Chriſti Ieſu Domini mei: propter quem″om-
nibus iſtis meipſum multaui,*eáque* duco″pro excrementis,vt Chri
ſtum lucrifaciam:
″Et comperiar in eo,″*id eſt* qui non habeam meam iuſtitiam,*nem* 9
pe quæ eſt ex Lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti,*id eſt* iuſtitiā
quæ eſt ex Deo per fidem.
Vt cognoſcam eum,&″vim reſurrectionis ipſius, & ſocietatem 10
in iis quæ perpeſſus eſt,dum conformis fio eius morti.

nimam ſuam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obſequium.

Cap.III.

1 DE cętero,fratres mei, gaudete in Domino.Eadem vobis ſcribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium.

2 Videte canes, videte malos operarios,videte conciſionem.

3 Nos enim ſumus Circūciſio,qui ſpiritu ſeruimus Deo: & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciā habentes:

4 Quanquam ego habeam confidentiam in carne.Siquis alius videtur cō fidere in carne, ego magis:

5 Circunciſus octauo die, ex genere Iſrael,de tribu Bēiamin, ‖Hebręus ex Hebręis: ‖ſecūdum Legem Phariſęus.

2.Cor.11.c.22
Act.13.b.6.
B

6 Secūdum æmulationem perſequēs Eccleſiam Dei: ſecundum iuſtitiam quæ in Lege eſt,conuerſatus ſine querela.

7 Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta.

8 Veruntamen exiſtimo omnia detrimētum eſſe propter eminētem ſciētiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quē omnia detrimētum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam:

9 Vt & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex Lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide:

10 Ad cognoſcendum illum & virtutē reſurrectiōis eius, & ſocietatē paſſionis illius,configuratus morti eius:

Defectum veſtri in me officii τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς ἐμὲ λειτουργίας. Hoc dicit Paulus,vel quòd ſerius miſiſſent eleemoſynas(quanuis ſine vlla ſua culpa,vt teſtatur infrà 4.b.10) vel quòd illis procul abſentibus Epaphroditus ſuppleuiſſet eorum præſentiam. vel quòd ipſe eorum beneficentia egeret: vel denique quòd opera ſua ſuppleuerit quod vobis deerat, nempe vt me poſſetis iuuare. Vulg. id quod ex vobis deerat erga meum obſequium:ita obſcurè vt nemo intelligat.Eraſ.vt ſuppleret id quod in veſtro erga me officio fuit diminutum: non multo magis perſpicué. Nam quod legit πληρώσητε impleretis, neſcio vnde tandem hauſerit. Mirum eſt autem quàm procul Ambroſius in hunc locum aberrarit à ſcopo.

IN CAPVT III.

1 Eadem τὰ αὐτά. Eadem illa ſcilicet quæ ſæpe ex me audiſtis. Tutum ἀσφαλές. Eraſmus addit articulum,ſed repugnantibus veteribus libris. 2 Conciſionem κατατομήν. Σαρκασμὸς,alluſione ad circunciſionis nomen facta,de qua illi gloriabantur,quum nihil aliud quàm Eccleſiam conſcinderent ac lacerarent. Βλέπετε verò,id eſt videte,poſuit pro cauete,vt diximus Marc.12.d.38.

3 In carne ἐν σαρκί. Id eſt,in rebus externis,neque ad animum ipſum pertinentibus. Æſtimat enim circunciſionem ex hypotheſi aduerſariorum,id eſt extra Chriſtum,& tanquam abolitam.Carni verò opponit Spiritum,id eſt Spiritualem Dei cultum.Itaque ſiue πνεύματι Θεοῦ, id eſt Spiritu Dei,legas(vt vult Ambroſius)nihil hoc ad probandam Spiritus ſancti diuinitatem:ſiue πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες,vt in emendatis codicibus legitur,Θεῷ explicandum erit tertio caſu,πνεύματι verò per quartum caſum,vt rectè expoſuit Vetus interpres.

4 De quo confidam πεποίθησιν. Vulg.confidentiam,id eſt confidentiæ argumentum, vt eſt etiam mox accipiēdum verbum πεποιθέναι. Nam re vera in his non confidebat Apoſtolus,ſed in vno Chriſto.

5 Circunciſus περιτομή. Ad verbum,circunciſio,pro circunciſo.quam metonymiam raró inuenias in aliquo ſingulari vſurpatam.
Ex gente Iſraelis ἐκ γένους Ἰσραήλ. Id eſt,genere Iſraelita,non autem proſelytus. Religione κατὰ νόμον. Vulgata,ſecundum Legem.Eraſmus,iuxta Legem. νόμον autem,id eſt תורה vocat præſcriptum religionis inſtitutum, vt ſi ordinem vel regulam Frāciſci dicam. Poteſt enim deduci תורה,vel à תור,id eſt ordinauit,vel à ירה,id eſt docuit.Erat autem in ſummo pretio ſecta Phariſæorum,vt Act.26.b.5.

8 Omnibus iſtis meipſum multaui τὰ πάντα ἐζημιώθην. Vulgata, omnia detrimentum feci. Eraſ.omnia pro damnis duxi. Reſpondet autem,opinor,verbum ζημιοῦσθαι verbo Rabinis vſitato נזק. Pro excrementis σκύβαλα. Sic vocant Græci duriora ſtercora,& quæ difficilius egeruntur. Alii σκύβαλα interpretantur quæ canibus obiici ſoleant. quod non malè conuenit cum eo quod ſuprà canes iſtos pſeudapoſtolos vocarat. Denique vſurpauit vocabulum quo nihil potuit contemptius ſignificari, ac etiam dignius quod non modo omnes aſpernentur,ſed quod etiam longiſſimè à ſe reiiciant.Hæc demum eſt iuſta laus præſtantiſſimorum operum extra Chriſtum, id eſt fidem præcedentium. 9 Et comperiar in eo καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. Inueniri in Chriſto,tacitam habet relationem ad Dei iudiciū.Is enim in amando vnum ſuum Chriſtum contemplatur in quo acquieſcat.Itaque quos comperit in Chriſto eſſe, id eſt Chriſto per fidem inſitos,in iis nullam inuenit condemnationem.quia iuſtitia qualem ipſe requirit à nobis,id eſt perfecta ac cumulata,exornatos eos inuenit, nimirum Chriſti iuſtitia per fidem nobis imputata. At contrà non poſſunt non condemnari quicunque in Chriſto non inueniuntur, quum non poſſint aliam quàm ſuam iuſtitiam proferre.Ea verò nulla eſt,ſed iuſtitiæ duntaxat ſimulachrum,vt oſtendit Apoſtolus Galat.3.b.10.11 & 12.

σκύβαλα

Id eſt qui non habeam μὴ ἔχων. Exponit quid ſit inueniri in Chriſto,quod modò diximus,nempe ſuæ iuſtitiæ renuntiare,vt Chriſti iuſtitia imputata induamur per fidem.Hîc verò ſophiſtæ duo cauilla excogitarunt: vnum, iſta pertinere ad cæremonialis Legis iuſtitiam: alterum,ad opera præcedentia fidem.Vtrunque ſanè nimium impudenter confictum. Nam ſi de cæremoniis ageretur, non erat hoc tractandum argumentum,ſed hoc potius oſtendendum,abolitas eſſe cæremonias:quod in epiſtola ad Hebræos explicatur.Denique non opponendæ eſſent cæremoniæ Chriſto per ſe,ſed κατά τι,id eſt quatenus erant abolitæ. At Paulus ea affert argumenta ex quibus neceſſario colligendum ſit,Legis iuſtitiam & iuſtitiam Dei ſiue Chriſti, ſiue ex fide,non minus cohærere poſſe, quod ad materiā noſtræ ſalutis attinet, quàm ignis & aqua cohæreant: idque non ex certo tempore,ſed perpetuum fuiſſe docet,ex Legis natura,quæ ſemper homines condemnarit. Itaque nimium ſunt ridiculi qui hoc reſtringunt ad cæremonias Legis,quibus tamen mirum eſt eos audere ſuas anteferre. Quod autem ad poſterius illud cauillum attinet,ſua ſponte concidit. Nam ſi bona opera fidem ſequentia,iuſtitiæ Dei nomen merentur, non erat quod Paulus iuſtitiam ſuam iuſtitiæ fidei opponeret ex diametro. Cæterùm vt ad rem redeam, poſt αὐτῷ diaſtolen omnino reponendam puto, vt μὴ ἔχων non ſimpliciter ponatur pro μὴ ἔχειν,quaſi ex iis qui in Chriſto inueniuntur,alii iuſtitiam ſuam habeant,alii verò non item:ſed pro explanatione ſuperioris dicti accipiatur. 10 Vim reſurrectionis ipſius τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Vide Rom. 6.a.5. Verbum autem γινώσκειν accipitur pro re ipſa ſentire ac experiri.

Siquo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis.

Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem, ſi cõprehendam in quo & comprehenſus ſũ à Chriſto Ieſu.

Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe: vnum autem, quæ quidẽ retro ſunt, obliuiſcẽs, ad ea verò quę ſunt priora extendens meipſum,

Ad deſtinatũ perſequor, ad brauiũ ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.

Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. & ſiquid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus reuelauit.

D Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, ‖in eadem permaneamus regula.

Rom.15.b.5
1.cor.1.b.10

Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis formam nos.

Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, ‖inimicos crucis Chriſti:

Rom.16.c.17

Quorum finis, interitus: quorum Deus, venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum:

‖Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem, qua etiã poſſit ſubiicere ſibi omnia.

1.Cor.1.2.3
tit.2.c.12

Cap. IIII.

ITaq; fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium & corona mea, ſic ſtate in Domino, chariſſimi.

11 ″*Experiens* ecquo modo perueniam ″ad reſurrectionẽ mortuorũ.

12 ″Non quòd iam *metam* apprehẽderim, aut iam perfectus ſim: ſed perſequor *experiens* an quoque apprehendam, ″cuius etiam rei cauſa apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.

13 Fratres ego meipſum nõdum arbitror *metam* apprehendiſſe: ″vnum autem *ago*, ea quidem quæ à tergo ſunt obliuiſcens, ″ad ea verò que à fronte ſunt ″contendens,

14 Scopum verſus ″feror, ad palmam ſupernæ vocationis Dei, per Chriſtum Ieſum.

15 Quotquot itaque ″perfecti ſumus, hoc ſẽtiamus. quòd ſi quid aliter ſentitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.

16 Attamen *in eo* ad quod peruenimus, eadem incedamus regula, ″& *itidem* ſimus affecti.

17 Eſtote pariter imitatores mei, fratres, & conſiderate eos qui ita incedunt ſicut habetis nos pro exemplari.

Imitandum ſe proponit Paulus.

18 Nam complures incedunt ″quos ſæpe dixi vobis, nũc autem & flens dico, hoſtes *eſſe* crucis Chriſti:

19 Quorum ″finis *eſt* exitium: quorum Deus, venter, & ″gloria, cum confuſione ipſorum, qui terreſtria curant.

20 ″Nos enim vt municipes cælorũ nos gerimus: ″vnde etiam Seruatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum:

21 Qui transformabit ″corpus noſtrum humile, vt conforme fiat corpori ſuo glorioſo, pro efficacitate qua poteſt etiam ſubiicere ſibi omnia.

Cap. IIII.

1 ITaque fratres mei chari & ″exoptati, gaudium & ″corona mea, ita ſtate in Domino, dilecti.

11 *Experiens* ecquo modo εἴπως Vulgata & Eraſmus, ſiquo modo. Eſt autem præciſum hoc dicẽdi genus: de quo diximus Rom.11.b.14. & præterea notandum particulam εἰ non ſignificare dubitationem, ſed rei præſtãtiam ac amplitudinẽ. Sic apud Hebræos vſurpatur particula אולי. Ad reſurrectionem mortuorum εἰς τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. Id eſt, ad vitam immortalem, quæ reſurrectionem ſanctorum conſequetur. Nam alioqui etiam infideles reſurgent, ſed in perpetuas pœnas, quæ vocantur mors æterna.

12 Non quòd *metam* iam apprehenderim οὐχ ὅτι ἤδη κατέλαβον. Quorſum verò hoc addit, quum nemo ſuſpicari potuiſſet reſurrexiſſe qui nondum erat mortuus? Imò quia dixerat ſe Chriſto cõformem, fuit hoc explicandum: quum præſertim nõ deeſſent qui reſurrectionem dicerent iam eſſe factam, 2.Tim.2.c.18. Hanc ergo cõformitatem explicat in eo poſitam eſſe vt vetus homo totus ſit abſorptus: ideóque ſe dicit nondum metam contigiſſe, id eſt nondum perfectum eſſe, ſed adhuc in ſtadio currere. At ii ne ingreſſi quidem erant ſtadium qui Legis iuſtitiam vrgebãt. Qui verò abducti ab Apoſtolis atque Euangelio ad circuncisionem veniebant quam cum Chriſto coniungerent, vt Galatæ, ii non progrediebantur ad metam, obliti eorum quæ à tergo reliquerant, ſed cõtrà veluti reflexo curſu ad carceres regrediebãtur. Cuius rei cauſa ἐφ' ᾧ. Id eſt οὗ ἕνεκα, vt Matth.26.e.50. & infrà 5.b.9. Vetus interpres, in quo. Eraſ. quatenus, id eſt καθ' ὅσον. ac certũ quidem eſt nos non currere, niſi quatenus nos apprehendit Chriſtus, vt extra viam currentes, in viam deduceret, & omnes ad currendum vires gratuitò largiretur. 13 Vnum autem *ago* ἓν δέ. Sic vtcunque expreſſa eſt ſententia: ſed tamen in Græco ſermone puto ſubaudiri ἐστὶν, vt plena ſit oratio, vnum autem eſt. ſicut in vernaculo ſermone dicimus, *mais il y a un point*. ſequẽtia autem participia putarim cum verbo ſequenti coniungenda. Ad ea verò quæ à fronte ſunt τοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulgata, ad ea verò quæ ſunt priora: ita obſcurè vt nemo intelligat. Contendẽs ἐπεκτεινόμενος. Vulgata ad verbum, extendens meipſum. Eraſmus, enitens. Pergit autem in tranſlatione à curſoribus ſumpta, qui ſiquando ſummo & quaſi iam vltimo impetu nitantur, prono & quaſi præcipiti corpore feruntur ad ſcopum.

14 Feror διώκω. Vulgata, perſequor. Eraſ. inſequor. Ego puto abſolutè poſitum non aliud declarare quàm curro.

15 Perfecti τέλειοι. Atqui dixerat ſe nondum perfectum. Ergo verum eſt quod ait Clemens libro pædagogi primo, ſe nonnullos admirari qui ſibi Apoſtolo ſapientiores videantur, quum is de ſe teſtetur ſe nondum eſſe perfectum. Idem tamen ſeſe perfectum dicit, nempe quòd priore vitæ genere relicto, aliud præſtantius ſectetur, non quaſi cognitionẽ perfectã adeptus, ſed vt qui perfectionem appeteret. Huic igitur perfectio eſt, valedixiſſe peccatis, & fide in eũ qui ſolus perfectus eſt, renatum eſſe. Sed de his paſſim veteres orthodoxi, & quidẽ Auguſtinus in primis: adeò vt incredibilem eſſe oporteat illius impudentiam qui nuper auſus eſt impium illud dogma Cæleſtini renouare.

16 *Et itidem* ſimus affecti τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vetus interpres hoc membrum priori præpoſuit. Eraſmus legit quidem eodem ordine, ſed ſubaudito ἕνεκα. vertit enim, vt ſimus cõcordes. Id verò mihi neceſſarium non videtur, quum in priore membro στοιχεῖν manifeſtè ponatur pro στοιχείτω, nec ſit nouum ſupplere coniunctionem, in bimembri oratione, ex Hebræorum idiotiſmo, quem ſæpiſſime obſeruauimus.

18 Quos οὕς. Eraſmus, de quibus. Ideò coactus eſt vertere τοὺς ἐχθροὺς inimici, quum optimè omnia conueniant, ſi εἶναι ſubaudias.

19 Finis τὸ τέλος. Id eſt, merces. ſicut apud Hebræos עקב accipitur pro mercede quæ opus ſequitur. Gloria ἡ δόξα. Gloria ſcilicet quã captant ab hominibus: quæ tamen in ipſorum maximam infamiã redundabit. Niſi malimus, ſeruata præpoſitione ἐν, dicere iſtos in ſua ipſorum infamia ſibi mirè placuiſſe, nempe in pudendorum circunciſione. quod tamen eſt longius petitum.

20 Nos enim ἡμῶν γάρ. Vulgata, Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Ego verò vt vim nominis Græci explicarem, periphraſin quæſiui. Eſt enim regnum cælorum, ciuitatis inſtar, cuius municipali iure omnes ſancti reguntur. eſtque hoc regimen prorſus cæleſte ac ſpirituale, non autem in externis & terreſtribus inſtitutis poſitum. Vnde ἐξ οὗ. Sub. τόπου, inquit Eraſmus. Ego malo οὐρανοῦ ſupplere. Sic Homerus Iliad. γ. Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅ,τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Sed & cauſam huic formulæ dicendi præbuit idiotiſmus Hebræorum: qui שמים nunquam niſi duali numero dicunt, quem Græci ſingulari potius οὐρανὸν vocant.

21 Corpus noſtrum humile τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Vulgata ad verbum, corpus humilitatis noſtræ, ex Hebraiſmo, quem ſæpiſſime iam annotauimus. Sic corpus claritatis ſuæ conuertit ad verbum, pro, corpore ſuo glorioſo.

IN CAPVT IIII.

1 Exoptati ἐπιπόθητοι. Heb. נחמדים. Virgil. Nec dulces natos, exoptatúmque parentem. Corona στέφανος. Id eſt meum decus. Subauditur autem aliquid poſt οὕτω, vt plena ſit oratio, ſtate in Domino, ita vt dixi.

2 Euodiam precor & Syntychen precor vt ſint itidem affectæ in Domino.

3 Et rogo te quoque ſocie germane, opitulare iis quæ in Euãgelio vnà mecum certarũt, vnà cum Clemente quoque & reliquis adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.

4 Gaudete in Domino ſemper: rurſum inquam gaudete.

5 Moderatio veſtra nota ſit õnibus hominib⁹. Domin⁹ propè eſt.

6 De nulla re ſoliciti ſitis: ſed omni in re per precationem & obſecrationem cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

7 Et pax Dei quæ ſuperat omnem intellectũ, præſidio erit cordibus veſtris, & mentibus veſtris in Chriſto Ieſu.

8 Quod reliquum eſt, fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque honeſta, quæcũque iuſta, quæcunque pura, quæcũque amabilia, quæcũque boni nominis: ſiqua virt⁹, & ſi qua laus, hæc cogitate.

9 Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis *in* me, hæc *inquam* facite: & Deus pacis *author* erit vobiſcum.

10 Gauiſus ſum autem in Domino magnopere, quòd iam tandẽ reuiruiſtis in veſtra pro me cura. qua de re tamen ſoliciti eratis, ſed deſtituebamini opportunitate.

11 Non quòd penuriæ reſpectu loquar. nam ego didici, in quibus ſum, iis ipſis contentus eſſe.

12 Noui autem deprimi, noui & abundare: vbique & in omnibus initiatus ſum, & ad ſaturitatem & ad eſuritionem, *id eſt* tũ ad abũ

2 Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipſum ſapere in Domino.

3 Etiã rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerũt in Euangelio, cum Clemente & cęteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.

Apoc.3.a.5. & 10.c.8 & 21.g.27

4 Gaudete in Domino ſemper: iterũ dico, gaudete.

5 Modeſtia veſtra nota ſit õnibus hominibus. Dominus propè eſt.

B

6 Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarũ actione petitiones veſtræ innoteſcãt apud Deum.

7 Et pax Dei quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.

8 De cætero, fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quęcũque iuſta, quæcũque ſancta, quæcũque amabilia, quæcũque bonæ famæ, ſiqua virtus, ſiqua laus, hęc cogitate:

9 Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hęc agite: & Deus pacis erit vobiſcum.

10 Gauiſus ſum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis: occupati autem eratis.

C

11 Non quaſi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe.

12 Scio & humiliari, ſcio & abundare: vbique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire, & abundare &

2 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt, ea concordia cuius vinculum ſit Dominus. vel, παρακαλῶ ἐν Κυρίῳ, obteſtor per Dominum.

3 Socie germane σύζυγε γνήσιε. Aliquẽ proculdubio cõpellat, quẽ ſibi in opere Domini coniunctiſſimũ erat expertus, quẽ Hebraicè dicas חבר. neque nos par eſt, quis fuerit, curioſius inueſtigare, nullo cum fructu. Sed quod nonnulli colligunt ex hoc loco, Paulum hoc tempore vxorem habuiſſe, ad quam hoc pertineat, nimium eſt infirmum: quum 1. Corinth. 7.b.8, iis ſeſe manifeſtè adiungat qui vxorem non haberẽt: nec (vt rectè obſeruauit doctiſſimus interpres) vlla vel leuiſſima ſit coniectura ab eo tempore de vxore ducenda cogitaſſe, quam Philippis reliquerit. σύζυγον quidem apertè vſurpat Ariſtophanes in Pluto, pro eiuſdem conſilii ſocio ac participe, in his verſiculis, Ἄπιμι· γνώσκω γὰρ ἥττων ὢν πολύ. Χρεμ. ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύμπονον, τὸν ἰσχυρότατον θεὸν Ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην. Sed & apud Nonnũ Chriſtus ſeſe vocat Patris σύζυγον. In libro vitæ ἐν βίβλῳ ζωῆς. Heb. בספר חיים, vt Pſal. 69.f.29. Dicitur enim Deus ἀνθρωποπαθῶς librum habere in quo electorum ſuorum nomina deſcripſerit, quibus vitam æternam daturus eſt. Eum vocat Ezechiel 13.a.9, Scripturam domus Iſrael, & arcanum Domini.

4 Gaudete in Domino χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Gaudii nomine intelligit fructum τῆς εὐθυμίας. ſed addidit, in Domino, vt à gaudio mundi diſtinguatur. Sed vbi timor ille & tremor, & crux illa perpetua? Reſpõdeo, his omnibus non modò non extingui, ſed etiã foueri gaudium filiorum Dei, vt ex martyrum hiſtoriis liquet: non quòd ſint ἀναίσθητοι, ſed quòd iſta experientiam gignant, experientia verò ſpẽ, quæ fallere non poteſt. Rom. 5.a.4.

5 Moderatio τὸ ἐπιεικές. Id eſt, Tranquillus animus, æqui bonique omnia conſulens. Sed & candorem poſſis interpretari. Vulg. & Eraſ. Modeſtia.

6 Omni in re ἐν παντί. Heb. בכל, de quo alibi ſæpe diximus. Cum gratiarum actione μετ' εὐχαριστίας. Hinc fit vt Dauid ſæpiſſime à clamoribus & lachrymis ordiens, in gratiarum actione deſinat.

7 Pax Dei ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ. Id eſt, ſumma illa tranquillitas animi quam vnus Deus in vno Chriſto largitur. Vide Rom. 5.a.1. Præſidio erit φρουρήσει. Bene vſurpauit verbum militare, quum nihil æquè nobis conetur Satan atque pacem iſtam, quæ à ſolo Chriſto per fidem in nos deriuatur, extorquere: eóque nomine non deſinat perpetuò nos oppugnare. Vulgata & Eraſmus, cuſtodiet: non ſatis expreſſe. Cordibus veſtris & mentibus ve. τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν. Animum diuidit in cor, id eſt voluntatis & affectuum ſedem: & νόημα, id eſt ſuperiorem partem, qua intelligimus & ratiocinamur.

8 Vera ἀληθῆ. Veritatem in primis. i. bonæ conſcientiæ integritatem commendat. Honeſta σεμνά. Id eſt, eiuſmodi vt vos ſancta quadam grauitate exornent. Hoc enim declarat ἡ σεμνότης de qua hîc agitur, & cuius exemplum eſt Act. 5.c.12 & 13. Vulgata σεμνὰ conuertit pudica, nimium anguſta ſignificatione. Pura ἁγνά. Vel caſta. Vulgata, ſancta: vt videatur legiſſe ἅγια, eodem, aut certè non multum diuerſo ſenſu. Amabilia προσφιλῆ. Huc pertinent quæ ſcripta ſunt Rom. 12.d.17 & 18. & huius virtutis verum exemplar habemus Chriſtum toti populo amabilem, & Apoſtolos quoque Act. 2.g.47. Eraſmus, accommoda, id eſt προσφυῆ.

9 Erit vobiſcum ἔσται μεθ' ὑμῶν. Hebraiſmus, pro, vobis aderit.

10 Reuiruiſtis in veſtra pro me cura ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. Vulgata, refloruiſtis pro me ſentire. Eraſmus, reuiguit veſtra pro me ſolicitudo. φρονεῖν pro φροντίζειν alibi etiam annotauimus, & ita accipitur Coloſſ. 3.a.2. Qua de re tamen ἐφ' ᾧ καί. Καί accipio pro μέντοι, vt apud Hebræos ponitur ו pro aduerſatiua, vt Eccleſ. 9.d.16. & ἐφ' ᾧ pro οὗ ἕνεκα, vt ſuprà 3.c.12. Vulgata, ſicut & ſentiebatis, duplici errore. Eraſmus, in quo & ſoliciti eratis. Hoc autem addit Paulus vt mitiget quod dixerat, ipſorum ſtudium reuiruiſſe. Deſtituebamini opportunitate ἠκαιρεῖσθε. Vulgata, occupati eratis, prorſus abſurdé.

11 Penuriæ reſpectu καθ' ὑστέρησιν. Id eſt, penuriæ meæ habens rationem, quum hic ſpectem potius quid ſit è re veſtra. Vulgata, propter penuriam. Eraſmus, iuxta penuriam.

12 Deprimi ταπεινοῦσθαι. Vulgata, humiliari. Vtitur generali nomine, quum de vna crucis ſpecie, id eſt de inopia, diſſerat: nempe quòd hæc fere ſoleat omnia ſecum trahere, ac illud præſertim, quòd qui pauper eſt, ab omnibus ferè contemnatur, quantumuis excellentibus Dei donis emineat. Abundare περισσεύειν. Eraſ. excellere. Putat enim alioqui non conſtare antitheſin. Sed, vt modo dixi, τὸ ταπεινοῦσθαι, quãuis generalem ſignificationem habeat, tamen ad id de quo agitur reſtringendum eſt. Vbique ἐν παντί. Id eſt quouis loco ſeu tempore. Nam latè patet בכל. & quum addatur ἐν πᾶσι in omnibus, præſtat hoc referre ad res ipſas, (multorum enim indiget præſens hæc vita) illud verò ad ipſas rerum circunſtantias. Initiatus ſum μεμύημαι. Metaphora ſumpta eſt à rebus ſacris, quam libens ſeruaui. Sic enim ſignificat Apoſtolus, ſanctificatam eſſe noſtram tum abundantiam, tum inopiam: denique totam hanc noſtram vitam, quaſi perpetui ſacrificii inſtar eſſe. Vulg. & Eraſ. inſtitutus ſum. Et ad ſaturitatem καὶ χορτάζεσθαι. Vulg. & Eraſ. ad verbum, ſaturari. Ego ſtudui perſpicuitati.

Id eſt tum ad abundantiam καὶ περισσεύειν. Explicat quid ſaturitatis & famis nomine ſignificarit. ne quis ſaturitatem æſtimet monachorũ more, apud quos ieiunare idem declarat atque ita ſaturum fieri vt biduo non eſurias. Sed & Hebræorum more, ſaturari & inebriari, non ſignificat ingurgitari, ſed tantum ſumere quantum ſatis eſt. At enim, dicet aliquis, Quæ hæc eſt virtus, noſſe abundare? Reſpõdeo, longè maximam eſſe hanc virtutem: quum multo plures perdiderit copia quàm inopia. vt minimè mirum ſit, Paulum hæc vnius Chriſti virtuti accepta referre. Nam longe alia hæc ſunt quàm quæ de iſtis virtutibus tradiderunt philoſophi,

penuriam pati.		dantiam, tum ad inopiam.
Omnia poſſum in eo qui me cõfortat.	13	Omnia valeo per Chriſtum, qui me corroborat.
Veruntamen bene feciſtis communicantes tribulationi meæ.	14	Attamen rectè feciſtis quòd ſimul communicaſtis meæ oppreſſioni.
Scitis autem & vos, Philippenſes, quòd in principio Euangelii, quando profectus ſum à Macedonia, nulla mihi Eccleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.	15	Noſtis autem & vos, Philippenſes, quòd ″initio Euãgelii quum proficiſcerer è Macedonia, nulla mihi Eccleſia cõmunicauerit ″in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.
Quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis.	16	Nã & Theſſalonicæ *quum eſſem*, ″ſemel & iterum quod opus erat mihi miſiſtis.
Non quia quęro datum: ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram. D	17	Non quòd requiram donũ: ſed requiro fructum exuberantẽ, ″qui in rationem veſtram inducatur.
Habeo autem omnia, & abũdo: repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis, odorẽ ſuauitatis, hoſtiã acceptam, placentem Deo.	18	″Accepi autem omnia, & abũdo: expletus ſum *inquam*, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis *miſſa fuerant*, *in* ″odorem bonæ fragrantiæ, hoſtiam Deo acceptam *ac* gratam.
Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum, ſecundũ diuitias ſuas, in gloria, in Chriſto Ieſu.	19	Deus autem meus ſupplebit quicquid opus fuerit vobis, ſecũdum diuitias ſuas, ″glorioſè in Chriſto Ieſu.
Deo autem & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.	20	Deo autem & Patri noſtro *ſit* gloria ″in ſecula ſeculorũ. Amen.
Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu: ſalutant vos qui mecum ſũt fratres.	21	Salutate omnes ſanctos in Chriſto Ieſu. ſalutant vos qui mecũ ſunt fratres.
Salutant vos omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo ſũt.	22	Salutant vos omnes ſancti, maximè verò qui ſunt ″ex Cæſaris domo.
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.	23	Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amẽ.
Scripta eſt ab vrbe Roma, per Epaphroditum.		*Scripta eſt Roma per Epaphroditum.*

Hoſtia accepta.

15 Initio Euangelii ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, initio prædicati à me Euãgelii apud vos. Id enim vocat Euangelium, vt ſuprà 2.c.22. Nõ potuit autem amplius laudare Philippenſium charitatem, quam iam inde ab initio re ipſa oſtendiſſent, & tunc quoque ad extremum ſeruarent. In ratione dati & accepti εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Hoc eſt quod aiunt Rabbini מתןומשא Alludit autẽ ad pecuniarias rationes, in quibus habetur dati & accepti ratio. Aliæ autem Eccleſiæ tum acceperant quidem, ſed nihil dederant: quod in vtraque ad Corinthios epiſtola pluribus perſequitur Apoſtolus, non vt μεμψίμοιρος, ſed vt os occludat pſeudapoſtolis.

16 Semel & iterum ἅπαξ καὶ δίς. Vulgata ad verbum, ſemel & bis, id eſt ter.

17 Qui in rationem veſtram inducatur εἰς λόγον ὑμῶν. Hoc eſt quod vernaculo ſermone dicimus, *Qui nous uient en compte*. Pergit enim in tranſlatione illa à pecuniariis rationibus deſumpta: & ſignificat, ſe non tam ſuo quàm illorum commodo conſulere. Nam & paulo pòſt illorum munus vocat ſacrificium Deo gratum. Vulgata & Eraſmus, in rationem veſtram: admodum obſcurè.

18 Accepi ἀπέχω. Vulg. Habeo. Eraſ. Recepi. Vide Matth. 6.a.2. Odorem bonæ fragrantiæ ὀσμὴν εὐωδίας. Alludit ad Legis thymiamata, vt Act 10.a.4, & ſuprà 2.c.17. 19 Glorioſè ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, in gloria.

20 In ſecula ſeculorum εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Hebraiſmus ſæpe à nobis explicatus, pro in æternum.

22 Ex Cæſaris domo ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Neronis domeſticos intellige. Hoc verò quid aliud erat quàm Deũ in mediis inferis regnare? Vide ſuprà 1.b.13. Quæ verò de Seneca feruntur, ſanè nimium impudenter ſunt conficta.

EPISTOLA PAVLI AD Coloſſenſes. Ἡ πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιστολὴ Παύλου.

VETVS.		NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.
Cap. I.		Cap. I.
Paulus Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti per volũtatem Dei, & Timotheus frater,	1	Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ″per voluntatem Dei, & Timotheus frater,
Iis qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu, gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	2	″Iis qui ſunt Coloſſis, ſanctis ac fidelibus fratribus in Chriſto, gratia *ſit* vobis & pax à Deo Patre noſtro ″& Domino Ieſu Chriſto.
Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro	3	Gratias agimus ″Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſem-

Gratiarum actio

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Per voluntatem διὰ θελήματος. Id eſt, gratuita Dei liberalitate, vt ſæpe iam expoſuimus.

2 Iis qui ſunt Coloſſis τοῖς ἐν Κολοσσαῖς. Coloſſæ ſitæ ſunt in Phrygia, non procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminet Lyciæ & Pamphyliæ. Refellit autem hic locus Cyri cuiuſdam Prodromi & aliorum opinionem, qui hanc epiſtolam ad Rhodios ſcriptam putant, qui à Coloſſo illo celebri dicti ſint Coloſſenſes. Et Domino, &c. καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. vel, & Domini Ieſu Chriſti. Conſtat autem ex Theophylacto veteres codices Græcos hanc appendicem non habuiſſe.

3 Deo & Patri τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Vide 1. Corinth. 15.c.24. Neque verò aliter à nobis conſiderari poteſt Deus in ſalutem, niſi quatenus eſt Pater Chriſti in quo ſumus adoptati.

Oratio. per pro vobis orantes:

Fides. Dilectio. Spes.

4 Audita fide veſtra″in Chriſto Ieſu,& charitate in õnes ſanctos:

5 Propter′ſpem ſepoſitã vobis in cælis, quam prius audiſtis″per ſermonem Veritatis,*id eſt* Euangelii,

6 Quod peruenit ad vos ſicut & in totum mundum , &″fructum profert,ſicut apud vos quoque: ex quo die ″verè cognouiſtis Dei gratiam.

7 Sicut & didiciſtis ex Epaphra dilecto cõſeruo noſtro,qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti:

8 Qui & declarauit nobis veſtram′per Spiritum charitatem.

Orat Paulus pro Coloſſenſibus.

9 Propterea & nos ex quo die *id* audiuimus, nõ deſinimus pro vobis orare,& petere vt impleamini omni agnitione voluntatis′eiꝰ, cum omni ſapientia,′& intelligentia ſpirituali.

10 Vt incedatis ſicut Domino dignum eſt,″vt per õnia placeatis, õni opere bono″fructũ proferẽtes & creſcentes in agnitionẽ Dei.

11 Omni robore corroborati ,″ſecundum glorioſã vim ipſius , ad omnem tolerantiam & animi lenitatem′cum gaudio:

12 Gratias agentes′Patri,qui″idoneos nos fecit ad participandam ſortem ſanctorum′in luce:

13 Qui *inquam* liberauit nos à poteſtate tenebrarum , ac trãſtulit in regnum Filii ſibi dilecti.

14 In quo habemus redemptionem′per ſanguinem ipſius,*id eſt* remiſſionem peccatorum.

15 Qui eſt ′ imago Dei inconſpicui ,″ primogenitus omnis rei creatæ.

16 Nam″per eum omnia quæ in cælis ſunt &quæ in terra,viſibilia

vobis orantes:

4 Audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu , & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes:

5 Propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in cælis,quam audiſtis in verbo veritatis Euangelii,

6 Quod peruenit ad vos,ſicut & in vniuerſo mũdo eſt,& fructificat,& creſcit,ſicut in vobis:ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiam Dei in veritate.

7 Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro , qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu.

8 Qui etiam manifeſtauit nobis dilectionem veſtram in Spiritu.

9 Ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis orãtes,& poſtulãtes vt impleamini agnitione voluntatis eius,in omni ſapientia & intellectu ſpiritali: B

10 ‖Vt ambuletis dignè Deo, per õnia placẽtes, ‖in omni opere bono fructificantes,& creſcentes in ſcientia Dei:

Epheſ.4.a.1
Philip.1.d.27
1.theſſ.2.c.12
1,Cor.1.a.5

11 In omni virtute confortati ſecundũ potentiam claritatis eius,in omni patiẽtia & longanimitate cum gaudio:

12 Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ, in lumine:

13 Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ,& tranſtulit in regnum ‖Filii dilectionis ſuæ.

Matth.3.d.17, & 17.a.5
2.petr.1.d.17

14 In quo habemus redemptionem,remiſſionem peccatorum:

15 Qui eſt ‖imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.

Heb.1.a.3

16 Quoniam in ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cælis & in terra, viſibilia &

Iohan.1.r.3

4 In Chriſto ἐν Χριστῷ. Bene in Chriſto. Nam extra Chriſtum non eſt fides,ſed opinio,quod ad ſalutem quidem attinet.

5 Spem τὴν ἐλπίδα. Id eſt,ſperatam gloriam,μετωνυμικῶς, vt Rom.8.e.24.& Epheſ.1.d.18. Per ſermonem veritatis *id eſt* Euangelii ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου. Eraſ.per ſermonem veracem Euangelii. Ego malo τοῦ εὐαγγελίου per epexegeſin interpretari. Vide Epheſ.1.c.13. Meritò autem ſubtexit Fidei verbum,& quidem Euangelicum,vt iſta ſciamus diuelli non poſſe.

6 Fructum profert, καὶ ἔστι καρποφορούμενον. Vulgata addit καὶ αὐξανόμενον,& creſcit. quod etiam inuenimus in Complutenſi editione, & duobus vetuſtis codicibus. Verè ἐν ἀληθείᾳ. Heb. באמת,vt Philip.4.d.19, ἐν δόξῃ,in gloria,pro,glorioſé. Vulg.& Eraſ.ad verbum,in veritate. 8 Per Spiritum ἐν πνεύματι. Id eſt Spiritualem,ſiue à Spiritu ſancto manantem,& ex intimis animi penetralibus profectam. Vide Epheſ.6.c.18. 9 Eius αὐτοῦ. Eius,ſcilicet Dei,ex verſ.6.extremo. Nam verſiculus 7 & 8 quaſi ſunt interiecti. Et intelligentia καὶ συνέσει. Id eſt γνώσει. Vide 1.Corinth.1.a.5. Eraſmus,& prudentia. Vide Epheſ.1.b.8.

10 Vt per omnia placeatis εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν. Ad verbum,cum omni complacentia. Alioquin ἀρέσκειαν Ariſtoteles docet in vitio poni,pro aſſentatoria quadam affabilitate. Fructum proferentes καρποφοροῦντες. Coniungendum eſt hoc participium cum πληρωθῆτε,vt & cætera quæ ſequuntur. 11 Secundum glorioſam ipſius vim κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ. Vulg.ſecundum potentiam claritatis eius. Eraſ.iuxta potentiam gloriæ illius. Dixit autem,Hebræorum more,potentiam gloriæ pro potentia glorioſa. Cum gaudio μετὰ χαρᾶς. Id eſt,quæ minimè extorqueatur ab inuitis,aut ab ipſa neceſſitate (cuiuſmodi eſt patientia quam in vernaculo noſtro ſermone *Lombardicam* vocamus) ſed quæ ab animo læto & alacri proficiſcatur. Nõnulli tamẽ Latini codices hoc adiũgũt ſequenti participio.

12 Patri τῷ πατρί. Nonnulli Græci codices habent Θεῷ καὶ πατρὶ,Deo & Patri,& ita etiam legitur in nonnullis exemplaribus vulgatæ editionis. Idoneos fecit ἱκανώσαντι. Verbum hoc,vt etiam ἐχαρίτωσεν,fictum eſt à Paulo, quaſi forma coniugationis hiphil. Vſurpauit autem duobus omnino locis,iſto ſcilicet & 2.Corinth.3.b.6. In luce ἐν τῷ φωτί. Id eſt in illo regno cæleſti & glorioſo,quod lux dici ſolet in Sacris literis:ſicut contrà tenebrarum appellatione horrendum illud exitium intelligitur.

14 Per ſanguinem ipſius διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Hoc non legit Vetus interpres,& comperimus deeſſe in ſex vetuſtis exemplaribus. Fortaſſis irrepſit ex Epheſ.1.b.7. quanquam id nunquam poteſt frequentius repeti quàm par ſit.

15 Imago εἰκών. Id eſt,is in quo verè nobis ſeſe conſpiciendum præbet Deus. Eſt enim Deus in carne Chriſti conſpicuus factus,vt 1.Tim.3.d.16. idque non per participationem , ſed quia corporaliter in eo habitat Diuinitas . Veteres ſubtilius hoc referunt ad mutuam Patris ac Filii relationem: ſed mihi videtur ſimplicior & accommodatior doctiſſimi interpretis ſententia. De imaginis nomine diximus Philip.2.a.7. Primogenitus omnis rei creatæ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Id eſt antè genitus quàm quicquã cõderetur,ideóque æterni Patris æternus filius. Vulg.& Eraſmus,primogenitus omnis creaturæ. Nam κτίσις vel ipſam condendi ſeu creandi actionem,vel ipſas res conditas declarat,vt diximus Marc.13.c.19. Facilis eſt autem reſponſio ad Arrianorum cauillum,qui ex hoc loco aſſerebant Chriſtum manifeſtè dici creaturam. Nam hac ratione dicendus fuiſſet πρῶτος κτισθείς. At quum dicitur πρωτότοκος, manifeſtè diſtinguitur quod genitum eſt ab eo quod eſt conditum,vt rectè omnino & appoſitè annotauit Ambroſius. Deinde ſi per ipſum factum eſt quicquid factum eſt Iohan.1.a.3, genitum ipſum eſſe oportet,non factum. Poſtremò qui non eſt omnibus modis æternus & αὐτάρκης, ne Deus quidem eſt . Sed eſt notandus quoque hic locus aduerſus impium illum Seruetum,qui Chriſtum contendit humanæ duntaxat naturæ reſpectu Filium Dei dici,ideóque æternum Filium eſſe negabat:adeò quidem vt quum iam eſſet moriturus,æternum inuocare recuſaret:quum Paulus eum clamet ante vllã creationem,id eſt ab æterno,(cœpit enim tempus cum creatione) non modò extitiſſe,ſed etiam genitum fuiſſe. ſic & apud Dauidem,Ante luciferum,inquit Pater,genui te. Id eſt,excipiebat Seruetus,geniturus. Hoc autem ſi verum eſt quomodo Filius quem adhuc nõ genuerat Pater, nondum condiderit? Sed hæc παρέργως. Affert Eraſmus aliam lectionem ex coniectura,puta ſi legamus πρωτοτόκος accentu in penultimã tranſlato, vt ſit ſenſus,Chriſtum primum omnia produxiſſe, ſeu ab eo natam eſſe omnem creaturam . Sed præterquam quod repugnat perpetuus omnium codicum & interpretum conſenſus,tollit etiam hæc interpretatio diſcrimen inter Gignere & Condere: quo non video quid ſolidius dici poſſit in hunc locum. Itaque hanc coniecturam prorſus repudio . Neque enim aliorum quàm fidelium Pater dicitur Deus in Sacris literis,idque per adoptionem in vno Chriſto,cuius vnius verè ac propriè Pater dicitur.

16 Per eum ἐν αὐτῷ. Vulgata,in ipſo. quod præbuit ineptiendi occaſionem iis qui de Ideis intellectualibus multa in hunc locum ſunt commenti.

C inuiſibilia,ſiue Throni,ſiue Dominationes,ſiue Principatus,ſiue Poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſũt.

17 Et ipſe eſt ante omnes,& omnia in ipſo conſtant.

1.Cor.15.c.21
apoc.1.b.5

18 Et ipſe eſt caput corporis Eccleſię, qui eſt principium,‖primogenitus ex mortuis:vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens:

Iohan.1.b.14
infrà 2.b.9

19 ‖Quia in ipſo cõplacuit omnẽ plenitudinem inhabitare:

20 Et per eum reconciliare omnia in ipſo,pacificans per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in terris ſiue quæ in cælis ſunt.

21 Et vos quum eſſetis aliquando alienati & inimici ſẽſu in operibus malis,

& inuiſibilia,″ſiue Throni,ſiue Dominia,ſiue Imperia,ſiue Poteſtates:omnia *inquam* per eum &″eius reſpectu condita ſunt.

17 Eſtque ipſe ante omnia,& omnia per eum conſiſtunt.

18 Eſtque″caput,corporis Eccleſiæ,″principiũ & ″primogenitus ex mortuis:vt ſit″in omnibus ipſe primas tenens:

Caput eccleſiæ Chriſtus.

19 Quoniã in eo placuit *Patri* vt″omnis plenitudo inhabitaret,

20 Et per eum recõciliaret ″omnia″ſibi,pacificatis″per ſanguinem crucis eius,tum quæ in terra,tum quæ in cælis.

21 ″Itaque vos quondã abalienatos & hoſtes, ″mente operibus malis *intenta*,″nunc ſanè reconciliauit,

Siue Throni εἴτε θρόνοι Subdiuidit inuiſibilia: quæ etiam exornat iis nominibus quibus ſumma quæque inter homines ſignificantur: minimè id quidem vt (Dionyſii illius more) de rebus quas nec nouimus,nec ſcire expedit,curioſè garriamus, ſed vt ex ſpirituum præſtantiſſimorum collatione intelligamus quàm infinita ſit Chriſti præſtantia,in quo ſolo nos,præteritis etiam Angelis,quantumuis eminentem poteſtatem à Deo acceperint,acquieſcere oporteat. De iſtis autem epithetis diximus Rom.8.g.38. Eius reſpectu εἰς αὐτὸν Chriſtus enim is eſt in quo Dominus acquieſcit.Itaque omnia,ipſique adeo Angeli ſubſeruiunt eius gloriæ,vt Heb.1.d.14. Alii explicant εἰς αὐτὸν, id eſt, vt ſicut per eum condita ſunt omnia,ita ab ipſo pendeant.

18 Caput corporis Eccleſiæ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας Vide 1.Cor.12.b.12,& d.27.& Eph.1.d.22,& 4.d.15,& 16.Nũc autem accedit ad peculiarem Chriſti dignitatem, qua ſcilicet caput eſt Eccleſiæ. Nam quæ dixit,vniuerſalia ſunt,ſine vlla prorſus exceptione.Iſta porròquæ dicturus eſt,ſolos electos complectuntur,in quibus verè eminet Dei bonitas, & verum Chriſti regnum. Principium ἀρχὴ vel primitiæ, id eſt ἀπαρχὴ, vt ſit alluſio ad primitias,quarum oblatio totam meſſem ſanctificabat,vt 1.Cor.15.c.20. vtcunque autem accipias, principii nomen explicatur eo quod ſtatim ſubiicitur:quia de Chriſto,vt Eccleſiæ capite,id eſt Deo & homine, agitur: adeo quidem vt nonnulli coniunctim legerint ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν,principium primogenitum ex mortuis. Malim tamen ego ſubaudire copulam in epexegeſi, vel ob eam cauſam quòd poſt ἀρχὴ in omnibus codicibus addatur diſtinctio. Primogenitus ex mortuis πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. Id eſt,is qui primus à mortuis ad vitæ æternæ poſſeſſionẽ reſurrexit. quod noua eſt natiuitas, & perpetui illius regni Chriſti in Eccleſia reale, vt vulgò loquuntur, initium. Nam tum demum Chriſti caro (cuius vnius reſpectu dici poteſt reſurrexiſſe,quanuis qui reſurrexit, Deus & homo ſit) gloriæ Diuinæ per reſurrectionem plenè particeps eſt facta: quum antea Diuinitas,quanuis illi ab ipſo momento conceptionis hypoſtatica vnione coniuncta, tamen per gradus, ad diſpenſandam noſtram ſalutem, vim in illa ſuam exereret. Dicitur ergo primogenitus ex mortuis, primũ quòd primus,vti dixi,reſurrexit,vt nũquam moreretur:deinde quòd verè ſit filius,nos autem per adoptionem fratres:poſtremò,quòd reſurrexit vt nos eum ſequeremur. In omnibus ἐν πᾶσιν Poteſt quidem hoc accipi neutro genere,quum in proximo verſiculo ſcribat τὰ πάντα,ſed meminerimus,quanuis vera etiam hæc ſit vniuerſalis ſententia,Chriſtũ inter omnia ſine vlla exceptione eminere, tamen de Chriſti in Eccleſia regno Apoſtolum cœpiſſe ab hoc verſiculo diſſerere.quod nemo negabit qui verba ipſa vel leuiſſimè conſiderarit, ac proinde vniuerſali particula non aliud comprehendi quàm omnes omnium temporum fideles,in vnum corpus in Chriſto capite aggregatos.

19 Omnis plenitudo πᾶν τὸ πλήρωμα. Hoc nomine nonnulli Eccleſiam ipſam intelligunt,quæ ſic vocatur Epheſ.1.d.23.& quodammodo inhabitat in Chriſto,vt & Chriſtus in ea,propter ſummam capitis & corporis coniunctionem. Alii verò ad Diuinitatem hoc referunt.Sic enim infrà loquitur 2.b.9,adeò quidem vt nonnulli etiam addant τῆς θεότητος, id eſt Diuinitatis nomen hoc etiam in loco. Mihi verò longè ſimpliciſſima & appoſitiſſima videtur eorum expoſitio,qui hunc locum comparant cum Iohan.1.c.16,& 3.d.34 & 35.ita ſcilicet vt plenitudinis nomine ſignificetur cumulatiſſima omnium Diuinarũ rerum copia,ex quo tanquam inexhauſto fonte,omnes gratiæ in corpus pro cuiuſque membri modulo deriuentur.Itaque additus eſt articulus,vt de certa quadam plenitudine agi intelligamus, ea ſcilicet quæ ex capite in corpus diffunditur. Plenitudinem autem dicere malui quàm perfectionem,quanuis in hac ſignificatione non videatur à Latinis vſurpari,partim nequid innouarem in tam variis ſententiis interpretum,partim quòd perfectionis nomen ſit ambiguum. Quod autem quidam hunc locum conuertit,Quoniam per eum viſum eſt patri omnem rerum vniuerſitatem habitare: ſanè ita eſt abſurdum, ita ineptum & à Pauli ſcopo alienum,vt nemini,niſi illi vni,in mentem venire potuiſſe credam. Quorſum enim hæc Dei inhabitatio? quorſum mentio vniuerſitatis rerum? Nã res ipſa clamat Apoſtolum de ſola Eccleſia hic agere,vt etiã 1.Cor.15.d.28,Eph.1.b.10,& 4.a.6,& c.20. Poſtremò proferat ipſe vllum locum in quo vniuerſitas rerum nomine τοῦ πληρώματος ſignificetur, non expreſſo aliquo nomine ex quo id poſſit intelligi. Certè tale quiddam garriunt Libertini,tale quiddam etiã impius Seruetus & Poſtellus de Dei ſubſtantiæ per omnia diffuſione ſomniarũt. Nolim tamen ego hæc dogmata temere iſti impingere,ſed quid ex hac ipſius interpretatione non abſurdè poſſit elici,oſtendo.

20 Omnia τὰ πάντα. Id eſt vniuerſam Eccleſiam,quam & alibi mundum ſimili dicendi genere appellat, vt 2.Cor.5 d.19. De hac enim agitur,vt ſæpe iam diximus.Itaque non modò impii,ſed etiam ridiculi ſunt qui ex hoc loco colligunt,fore vt damnati atque adeò Diaboli ipſi tandem ſeruentur.De beatis autem Angelis,quos etiam nonnulli exiſtimãt ad Chriſti pacificatoris officium pertinere,déque toto hoc loco quid mihi videatur,expoſui pluribus Epheſ.1.b.10.ita tamẽ vt doctiſſimorum interpretum ſententiæ nihil præiudicatum velim,quos ego,ſi quiſquam alius,ex animo,ſicuti par eſt nobiliſſima Dei organa,ſuſpicio & amplector. Sibi εἰς αὐτόν. Id eſt ἑαυτῷ,vt 2.Cor.5.d.19. Reſpondet enim præpoſitio εἰς literæ Hebræorum ל,vt aliquoties iam annotauimus. Vulg. in ipſo,idque perperam:quum præceſſerit δι' αὐτοῦ per eum,& in omnibus emendatis libris veteribus ſcriptum ſit εἰς αὐτόν. Eraſmus,erga ſe:rectè quidem,ſed inuſitatè.

Per ſanguinem crucis eius διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. In vno codice ſcriptum inuenimus διὰ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ,per crucẽ eius. Quod autem iterum additum eſt in nonnullis codicibus δι' αὐτοῦ per eum,vel explicandum eſt per epanalepſin,vel potius expungendum. Comperimus enim in veteribus libris duobus non eſſe adſcriptum. niſi malimus Græca ſcholia ſequi, in quibus εἰρηνοποιήσας connectitur cum verſiculo 18,& δι' αὐτοῦ legunt pro δι' ἑαυτοῦ,id eſt per ſe.

21 Itaque καί. ϗ pro οὖν vel ὥστε,vt alibi ſæpe annotauimus,ex Hebræorum idiotiſmo. Nunc enim Paulus à theſi ad hypotheſin deſcendit,id eſt generalem doctrinam peculiariter applicat Coloſſenſibus, nonnulla interim permiſcens quæ pertinent ad authoritatem doctrinæ ſuæ conciliandam. Mente operibus malis *intenta*: τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Hanc veram eſſe ſententiam huius loci puto, ſiue hoſtes accipiamus paſſiuè,quòd Deo eſſent exoſi:ſiue actiuè,quòd Deũ odiſſent. διάνοιαν igitur vocat præſtantiſſimam animi facultatem,eam ſcilicet qua cogitamus & ratiocinamur:& ibi veluti ſitam fuiſſe docet harum inimicitiarum arcem, vnde poſtea omnis generis ſcelera eruperint, tantum abeſt vt aliquid in homine rectum fuerit. Non probo igitur Ambroſii & Hieronymi opinionem,qui διάνοιαν ad Deum referunt. Sic enim vertit Ambroſius,& inimicos conſiliorum eius in operibus malis. Hieronymus autem in epiſtola ad Iohannem epiſcopũ Hieroſolymitanum,& inimici ſenſus eius. At Paulus nuſquã vtitur hac loquendi formula,& pronomen αὐτοῦ non addit. Sed multo magis reprehendo aliam interpretationem quam proponit Eraſmus in annotationibus,nempe vt τῇ διανοίᾳ conuertamus tertio caſu,menti, hoc modo,inimici,ſed cui? nempe mẽti. Etenim qui carni ſeruit,repugnat rationi. hæc ille,ſententia Apoſtoli nõ modò non expreſſa,ſed etiã prorſus deprauata. Statuit enim mentẽ ſiue rationẽ carni reſiſtere etiã in nõ regeneratis,ſicut philoſophi in ethicis diſputant περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου,quum contrà Paulus,totáque adeò ſcriptura vix quicquam maiore contentione clamet,quàm in ratione ipſa corruptionẽ illam natiuam potiſſimum regnare,quæ etiam propterea carnis appellatione in primis comprehenditur, vt expoſuimus Ro.6.b.12, & apertè dicitur Rom.8.b.7.Epheſ.4.d.17 & 18,& infrà 2.d.18.Epheſ.2.a.3.& aliis innumerabilibus locis. Mens enim ſiue Spiritus Deo ſeruiens,& carni reluctans, donum eſt gratiæ in ſolidũ,non naturæ,vt Epheſ.1.d.18,& 4.f.23,1.Iohan.5.d.20. Itaque hanc interpretationem apertè non tantùm repudio,ſed etiam deteſtor. Vulg. inimici ſenſu,in operibus malis. Eraſ. inimici mente in operibus malis. Ego verò ſtudui perſpicuitati. Videtur tamen Terentius hoc ipſum dicendi genus vſurpaſſe,quum apud eum diceret ſeruulus, Iamdudum eſt animus in patinis.

Nunc ſanè νυνὶ δέ. δὲ pro δὴ,vt ſæpe apud Platonem. Alioquin hærebit ſententia,niſi malimus παρέλκειν. qua de re pluribus doctiſſimus Budæus in Commentariis. Nam ſuperiorem verſiculũ id eſt 21 connectere cũ 20,prorſus videtur violentũ. Recõciliauit ἀποκατήλλαξεν. Mutat perſonã. Nũc enim de Filio loquitur,vt apparet ex eo quod de corpore & morte ſubiicitur. Legitur enim αὐτοῦ in codicibus emẽdatis.

22 "In corpore illo carnis ſuæ, per mortem: 'vt ſiſteret vos ſanctos & irreprehenſos & inculpatos coram ſe.

23 Si quidem permanetis in fide fundati & firmi, nec dimouemini à ſpe Euãgelii quod audiſtis, *Euangelii inquam* prædicati "omni creaturæ "quæ ſub cælo eſt: cuius factus ego Paulus miniſter.

24 "Nũc gaudeo de iis quæ patior "pro vobis, & "reliquias afflictionum Chriſti viciſſim expleo in carne mea, "pro corpore ipſius, id eſt Eccleſia.

25 Cuius *Eccleſiæ* factus ſum miniſter ex diſpenſatione Dei, quæ data eſt mihi apud vos, 'ad præſtandum ſermonem Dei:

Myſteriũ Dei reuelatũ Sanctis.

26 N*empe* myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis & ab ætatibus, nunc autem patefactum eſt 'Sanctis eius,

27 Quibus "voluit Deus notum facere "quæ ſint diuitiæ glorioſi huius myſterii inter Gentes, "id eſt Chriſti inter vos, *qui* eſt ſpes illa gloriæ:

28 Quém*que* nos annuntiamus, admonentes omnem hominem, & erudientes "omnem hominem "omni ſapientia: vt præſtemus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu:

29 Ad quod etiam enitor, decertans ſecundum efficacitatem ipſius, agentem in me "potenter.

22 Nunc autem recõciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.

23 Si tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euãgelii quod audiſtis, quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cælo eſt, cuius factus ſum ego Paulus miniſter. D

24 Qui nũc gaudeo ĩ paſſionibus pro vobis, & adĩpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia:

25 Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdum diſpenſationem Dei quæ data eſt mihi in vos, vt impleam verbum Dei:

26 ‖Myſterium quod abſcõditum fuit à ſeculis & generationibus: nunc autẽ manifeſtum eſt Sanctis eius,

Rom.16.d.25 ephes.3.b.9 2.tim.1.c.10 tit.1.a.2 1.petr.1.d.20

27 Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramẽti huius in Gẽtibus, quod eſt Chriſtus in vobis, ſpes gloriæ.

28 Quem nos annũtiamus, corripientes omnem hominem, & docẽtes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominẽ perfectum in Chriſto Ieſu:

29 In quo & laboro, certando ſecundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.

22 In corpore illo carnis ſuæ ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. id eſt carneo. Additur autem corpori epitheton, nõ quòd aliud aliquod corpus olim habuerit Chriſtus, aut nunc habeat, ſed vt hoc corpus ſciamus minimè aut fuiſſe aut eſſe imaginarium, ſed verè humanum, & noſtrorum corporum, quod ad οὐσίαν attinet prorſus ſimile. Quod autem attinet ad infirmitatem, quæ & ipſa ſignificatur carnis appellatione, fuit quidem illi prorſus etiam obnoxium Chriſti corpus, excepto duntaxat peccato: ſed ipſius reſurrectione fuit hæc infirmitas terminata: quemadmodum etiam eadem in nobis, qui illius ſumus participes, noſtra reſurrectione terminabitur, vt copioſè expoſuit Apoſtolus 1. Corinth. 15. Vt ſiſteret vos παραστῆσαι ὑμᾶς. Hic habemus veram iuſtitiæ Dei ſiue Chriſti deſcriptionem: cuius imputatione non modò abſoluimur, ſed etiam glorificamur. Poſſumus tamen hoc ad inchoatã etiam in nobis ſanctificationem referre: ſed mihi videtur illa expoſitio magis genuina. alioquin ſciamus his epithetis ornari noſtram iuſtitiam, nõ vt eſſe perfecta ſignificetur coram Deo (ſtat enim illud quod ſcriptum eſt Pſal. 143. a. 2, & Rom. 4. a. 2.) ſed vt à fucata & adulterina diſtinguatur.

23 Omni creaturæ ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Id eſt vniuerſis hominibus, ſiue in toto orbe, quacũque patet, vt Marc. 16. c. 15. Simpliciter autẽ Apoſtolus hac formula ſignificat Euangelium non terminari vnius Iudææ anguſtiis, ſed fulguris inſtar, ab Oriente ad Occidentem, denique per totum orbem inter quaſuis Gentes micare. Nam ad Gentium vocationem ſenſim accedit, cuius fuerit mirificum quoddam præ cæteris organum. Itaque inepti ſunt qui percontantur ecquid eo tempore ad antipodas aut nouum orbem perueniſſet Apoſtolorum prædicatio. Procul certè iam peruenerat Euangelii odor, quũ hæc Paulus ex vinculis ſcriberet: ſed adhuc durat dies ille hodiernus, de quo Dauid Pſal. 95. b. 7. Quæ ſub cælo eſt τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Pleonaſmus quidem eſt, vt diximus Act. 4. b. 12, ſed cuius maxima ſit emphaſis. Similem formulam loquendi apud Homerum inuenias, quum inquit,

Αἳ γὰρ ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι · Ναιετάουσι πόληες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, &c.

24 Nunc gaudeo Νῦν χαίρω. Omnino coniunctio aliqua deeſt, quæ connectat ſententias: aut fortaſſis abundat ἐγενόμην in priore verſiculo. Nam animaduerti Paulum tum in hac epiſtola, tum in ea quam ſcripſit ad Epheſios, perpetua quadam oratione periodos inter ſe cõnectere. quem orationis characterem Græci πλατωνικόν vocant. Itaque nequid ſupplere cogerer, perinde conuerti acſi pro ἐγενόμην ſcriptum eſſet γενόμενος, nulla quidem prorſus ſenſus iniuria. Pro vobis ὑπὲρ ὑμῶν. Id eſt, veſtro commodo ac fructu. Poteſt autem hoc coniungi vel cum verbo χαίρω gaudeo, vel cum παθήμασι, quaſi ſcriptum ſit τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν. in quam ſententiam potius inclino, propter ea quæ in hoc extremo verſiculo ſubiiciuntur. Reliquias afflictionum Chriſti τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quod ſupereſt afflictionum Chriſti. Chriſto autem paſſo in ſeſe, cuius vnius liuore ſanati ſumus, ſupereſt vt in ſuis etiam membris affligatur: non vt Eccleſiam redimat, quam ſanguine ſuo iam ſibi acquiſiuit, & ſemel vna oblatione in æternum ſanctificauit: ſed vt virtutem ſuam in quotidiana ſuorum infirmitate exerat: denique pro totius corporis conſolatione ac ſalute, vt mox dicemus. Hoc eſt igitur quod toties ait Apoſtolus, nos ſcilicet Chriſto συμπάσχειν, id eſt eum habere ærumnarum noſtrarum ſocium, ac proinde vindicem. Ideo etiam clamabat è cælo, Saule, Saule quid me perſequeris? Quam vocem proculdubio probè retinuerat Apoſtolus. Vulg. ea quæ deſunt afflictionum Chriſti. Eraſ. quod deerat afflictionum Chriſti. Eas verò interpretationes idcirco reieci, quòd ex his videam blaſphemos nonnullos occaſionem arripuiſſe, Sanctorum quos vocant merita, atque adeò noſtras etiam quas appellant ſatiſfactiones, cum ſanguine Chriſti coniungendi: quaſi ſcilicet ad Chriſti ſatiſfactionem aliquid requiratur vt Deus nobis reconcilietur. Et audent impuri iſti canes nomen Chriſtianum vſurpare? Pro corpore ipſius ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quomodo hoc ſit accipiendum traditur copioſè 2. Cor. 1. a. 5 & 6, Item 4. b. 7, & d 15. Quòd ſi impuri illi canes qui Chriſto alios adiungunt collegas, ipſi Paulo optimo ſuiipſius interpreti non credunt, credant ſaltẽ Leoni quem ipſi inter Papas ſuos numerant. Accepere, inquit, iuſti, non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona iuſtitiæ.

25 Ad præſtandum ſermonem Dei: πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Sermonem Dei vocat promiſſiones partim de Chriſto in genere, partim de vocatione Gentium. Eas igitur Dominus præſtitit miſſo ad Gentes Apoſtolo, qui Chriſtum eis patefaceret. Vulg. vt impleam verbũ Dei. Eraſ. implendi ſermonem Dei. Mihi verò etſi ne in hac quidem ſignificatione diſplicet verbum Implere, tamen putaui obſcurius illud videri poſſe hoc in loco. 26 Sanctis eius τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Id eſt, quos ipſe in Chriſto conſecrandos ſibi ſelegit. Myſterium autem, id eſt arcanum redemptionis noſtræ, dicit abſconditum fuiſſe à ſeculis vel ætatibus, id eſt iampridem & ab omni æuo, paucis admodum exceptis, qui & ipſi extra ordinem hoc didicerunt per gratiam: vel, abſconditum omnium ſeculorum & ætatum hominibus, vt ſolet cõſtrui apud Hebræos verbum נבחר. 27 Voluit ἠθέλησεν. Ita iniicit Paulus frænum audaciæ hominum. Quæ ſint diuitiæ τίς ὁ πλοῦτος. id eſt, quæ ſit amplitudo, ex idiotiſmo Hebræorum. Et hìc rurſum miror quoſdam non fabricare octauum aliquod ſacramentum, quum ſacramenti voce vtatur hoc loco Vetus interpres, vt ſuprà 5. g. 32. Id eſt Chriſti inter vos ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Vulgata, quod eſt Chriſtus in vobis: vt legiſſe videatur ὅ ἐστι. Eraſmus, qui eſt Chriſtus in vobis: quum ἐν ἔθνεσι conuerterit inter Gentes, & generalem doctrinam accommodet Paulus Philippenſibus, ideóque ἐν ὑμῖν ſimili prorſus ratione ſit explicandum. Diximus autem de hac conſtructione relatiui, Epheſ. 3. c. 13. Annotat Eraſmus quoſdam codices haberes εἰς ὑμᾶς apud vos.

28 Omnem hominem πάντα ἄνθρωπον. Id eſt quemuis. neque temere eſt quod Paulus ter hoc ingeminat, vt omne perſonarum diſcrimen ſublatum oſtendat. Omni ἐν πάσῃ. Id eſt integra & abſoluta, quæ nimirum & abſoluta ſit in ſeſe, & ſuos ſectatores tandem perficiat. 29 Potenter ἐν δυνάμει. Ad verbum, cum potentia, ex Hebræorum idiotiſmo. Vulgata, in virtute. Eraſmus, per virtutem.

Cap. II.

1 VOlo enim vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis & pro iis qui ſunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:

2 Vt conſolentur corda ipſorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterii Dei & Patris & Chriſti Ieſu:

3 In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

4 Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum.

1.Cor.5.a.3 5 ‖Nam etſi corpore abſens ſũ, ſed ſpiritu vobiſcum ſum: gaudens, & vidẽs ordinem veſtrum, & firmamentum eius quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ.

B 6 Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum Dominum, in ipſo ambulate:

1.Cor.1.a.5 7 Radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati fide ſicut & didiciſtis, ‖abundantes in ea in gratiarũ actione.

8 Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam: ſecũdum traditionem hominum, ſecundũ elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.

Supra 1.c.19 Iohan.1.b.14 9 ‖Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter:

10 Et eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis Principatus & Poteſtatis.

Cap. II.

Hortatur Coloſſenſes, ne verbis elegantibus abducãtur à fide in Chriſtum.

1 VElim enim vos ſcire ″quantũ certamẽ ſuſtineam ″pro vobis, & iis qui *ſunt* ″Laodiceæ, & quotquot non viderunt ″faciem meam in carne:

2 Vt conſolationem accipiant corda ″eorum, quum fuerint compacti charitate, idque ad omnem opulentiam ″certò perſuaſæ intelligẽtiæ, ad agnitionem *inquam* myſterii Dei Patriſque & Chriſti:

3 In quo ſunt omnes theſauri ″ſapiẽtiæ ac cognitionis abſcõditi:

4 Hoc autẽ dico, ne quis vobis imponat ″probabilitate ſermonis.

5 Etſi enim ″corpore ſim abſens, tamen animo vobiſcum ſum, gaudens ac cernens veſtrum ordinem, & ſoliditatem veſtræ in Chriſtum fidei.

6 Sicut igitur accepiſtis Chriſtum Ieſum Dominum, *ita* in eo incedite:

7 ″Radicati, & ″ſuperſtructi in eo, ac cõfirmati fide, ſicut edocti eſtis, abundantes ea cum gratiarum actione.

8 Videte ne quis ſit qui vos ″deprædetur ″per philoſophiam & inanem deceptionem, *docens* ſecundum traditionem hominum, ″ſecũdum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.

9 Nam in eo inhabitat ″omnis plenitudo Deitatis corporaliter:

10 Et eſtis in eo cõpleti, qui eſt caput õnis Imperii, ac Poteſtatis.

IN CAPVT II.

1 Quantum certamen ſuſtineã ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω. Vulgata & Eraſmus ἀγῶνα vertunt ſolicitudinem: non ſatis expreſſè. Neque enim dubium eſt quin Satan pias iſtas Apoſtoli cogitationes totis viribus impedierit: quamobrem etiam à re militari ſumpta eſt tranſlatio.

Laodiceæ ἐν Λαοδικείᾳ Multæ ſunt hoc nomine ciuitates: hìc verò puto eam ſignificari quæ Hierapoli & Coloſſis fuit vicina, & Lyco flumini impoſita. Nam etiam in vno vetuſto codice additum erat, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει, & eorum qui ſunt Hierapoli. Faciem meam in carne τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί Id eſt me corpore præſentem.

2 Eorum αὐτῶν. Eorum ſcilicet quos non viderat, ac de quibus proinde magis laborabat: inter quos erant etiam ipſi Coloſſenſes, vt potius dicendum fuiſſe videatur ὑμῶν veſtra. Sed Hebræis non ſunt duræ iſtæ mutationes perſonarum. Certò perſuaſæ intelligentiæ τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως. Id eſt, eius intelligentiæ quæ certam & indubitatam perſuaſionem in noſtris animis gignit. Opponit enim τὴν πληροφορίαν, id eſt plenam, vt ita dicam, certiorationem, cæteris omnibus hominum iudiciis, qui rationibus humanis edocti, hoc vel illud de Dei natura, voluntate, & cultu opinantur. Deinde quæ ſit illa intelligentia explicat: nimirum myſterii Euangelici cognitio, in quo ſcilicet nobis Deus vt Pater in Chriſto cognoſcendus proponitur. De nomine πληροφορίας diximus Luc.1.a.1. Vulgata, plenitudinis intellectus. quaſi πλήρωμα & πληροφορία ſint ſynonyma. Eraſmus, certæ perſuaſionis intelligentiæ: ſeruato Hebraiſmo, cuius exempla ſingulis penè paginis occurrunt. 3 Sapientiæ & cognitionis τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως. Articuli additi præſtantiam ſignificant certæ cuiuſdam ſapientiæ ac cognitionis. Sit ergo hæc aduerſus omnes technologias firmiſſima ratio, extra Chriſtum nullam eſſe veram ſapientiam.

4 Probabilitate ſermonis πιθανολογίᾳ. Id eſt, oratione ad perſuadendum comparata: quo etiam propriè ſpectat verbum παραλογίζεσθαι. Cic. 4. Academ. Certè tam multa non collegiſſet quæ nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his reſiſti non facile poſſe.

5 Corpore σαρκί. Vulgata & Eraſmus, carne. & paulo pòſt πνεύματι, id eſt animo.

7 Radicati ἐρριζωμένοι. Eraſmus, Sic vt radices habeatis in illo fixas. Vtuntur tamen illo verbo idonei authores Plinius & Columella.

Superſtructi ἐποικοδομούμενοι. Participium Græcum præſentis eſt temporis, vt ſignificetur nondum perfectam eſſe ſtructuram, ſed in actu eſſe, quod aiunt. De hoc autem ædificio vide Epheſ.2.d.21.

8 Qui deprædetur ὁ συλαγωγῶν. Verbũ militare, quod ſignificat prædã abigere. Vulg. decipiat: non expreſſa ſententia. Per philoſophiam διὰ τῆς φιλοσοφίας. Quod de Lege ſæpe diximus, & iterum hoc in loco obſeruandum eſt, idipſum eſt de philoſophia exiſtimandũ. Neque enim ſimpliciter ea damnatur ab Apoſtolo, qui principiis cum philoſophia vera communibus ſæpe vtitur, & methodum quàm accuratiſſimè obſeruat: ſed κατά τι, quatenus ſcilicet ſeſe intra fines ſuos non continet, nec ad gloriam Dei fertur, ſeſe denique verbo Dei regi non ſinit. Cuiuſmodi erant illæ Angelorum ſeu Deorum quorundam mediorum ſpeculationes: quibus referti ſunt Platonicorum præſertim libri, vt pluribus explicat Auguſtinus libro de Ciuitate Dei octauo. Ex his autem intelligi poteſt, tum etiam ex iis quæ ſequuntur, iſtos pſeudapoſtolos cum Lege Moſis cæremoniali & philoſophica commenta quædam & patrias etiam traditiones coniunxiſſe.

Secundum elementa mundi κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id eſt rudimenta, quibus Dominus Eccleſiam ſuã quaſi ſub pædagogo erudiit, vt explicatur copioſè capite quarto epiſtolæ ad Galatas. Itaque nõ ſatis appoſitè à nonnullis diſputatur in hunc locum de phyſicis illis quatuor mundi elementis. Eſt autem neceſſario ſupplendum participium διδάσκων docens, poſt ἀπάτης, vt cohæreat ſententia.

9 Omnis plenitudo Deitatis πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. Attingit ſcopum ipſum Apoſtolus, ab hypotheſi ad theſin quæſtionem reuocans. Neque enim aliam ob cauſam vrgebant iſti cæremonias, quàm quòd Chriſtum vnum ſufficere non arbitrabantur. Opponendus igitur fuit illis Chriſtus qualis eſt re ipſa, nempe ita verus homo vt ſit verus Deus, & ita iunctis naturis vt vnus ſit Chriſtus. Illuſtris eſt igitur hic locus, ſi quiſquam alius, & pauciſſimis verbis complectens quicquid de Chriſti perſona nobis ſentiendum eſt. Quũ enim inquit ἐν αὐτῷ, in eo, manifeſtè duas naturas ſtatuit, & quidem diſtinctas: & quum ait κατοικεῖ, coniunctionem declarat minimè temporariam ſed perpetuam, vt diximus Matth.2.d.23. Quamobrem etiam non ſcripſit κατῴκησεν inhabitauit, ſed κατοικεῖ, inhabitat, tempore ſcilicet præſenti. Præterea non dicit τὴν θειότητα, id eſt Diuinitatem, ſed τὴν θεότητα, id eſt Deitatem, vt magis etiam expreſſè loquatur. Quanuis enim hoc diſcrimen non ſemper obſeruetur, quum τὸ θεῖον & ὁ θεὸς ſæpe ſynonyma ſint, tamen ἡ θειότης, id eſt Diuinitas, qualitatem quandam videtur potius quàm naturam ipſam declarare: quamobrem etiam vſurpare malui parum Latinum nomen, quàm de ſententia Apoſtoli quicquam detrahere. Sed & quanuis Deus non poſſit aliter quàm integer & in ſeſe perfectus concipi, tamen proſpiciens eorum hæreſes qui ſecundarium Deum erant annuntiaturi, non ſcripſit ſimpliciter τὴν θεότητα Deitatem, ſed πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, id eſt omnem plenitudinem Deitatis in Chriſto inhabitare: vt iam nulla ſit cauſa cur vel Filius Patre minor cenſeatur, vel hypoſtaſes cũ οὐσίᾳ confundantur. Poſtremò vt plenè iam & apertè explicaret iſtius habitationis, id eſt coniunctionis naturarum myſterium, addidit aduerbium σωματικῶς, quod conuerti ad verbum corporaliter: vt ſignificet, non ex virtutis cõmunicatione, aut efficacitatis, ſicut in Prophetis & Sanctis omnibus dicitur Deus habitare: nec ſacramentali vnione, qua ratione Petra dicitur fuiſſe Chriſtus, & Deus in templo & in medio populi ſui habitaſſe: ſed ſubſtantiali & hypoſtatica vnione quam vocant, ſancitam eſſe hanc coniunctionem, vt Deus & homo vnum Chriſtum conſtituant, ſicut homo ex anima & corpore conſtat hypoſtaticè coniunctis. Sed tamen non prorſus reſpondet iſta ſimilitudo, quia ſic coniuncta eſt hypoſtaticè Filii Diuinitas corpori & animæ hominis, ad conſtituendum perfectum Chriſtum, vt ipſa tamen implere omnia non deſinat, nec à Patre aut Spi-

ritu ſanctè diſcerpatur. Itaque mihi quidem videtur non ſatis expreſſa eorum ſententia qui aduerbium σωματικῶς opponunt duntaxat cæremoniarum vmbris. Malui autem ego ad verbū explicare totū hunc locum, quàm magis Latinas voces cōſectando, nō omnia exprimere.

Per quem & circuncisi eſtis circuncisione quæ fit ſine manibus, dum ″corpus carnis peccato obnoxiæ exuiſtis per circuncisionem Chriſti: 11

Rom.2.d.29

Cōſepulti cum eo ″per baptiſmum, per quē etiā cum eo reſurrexiſtis ″per fidē Dei efficaciter agētis, qui ſuſcitauit eū ex mortuis: 12

Rom.6.a.4
Epheſ.1.d.19
C

Vóſque ″mortuos in peccatis ″& præputio carnis veſtræ, cū eo viuificauit, condonatis vobis omnibus peccatis, 13

Epheſ.2.a.1

″*Ac* deleto quod aduerſum nos *erat* ″rituum chirographo: quod *inquam* erat nobis contrarium, ″*ipſe* verò illud ſuſtulit è medio affixum cruci: 14

Epheſ.2.c.15

″*Et* expoliata Imperia ac Poteſtates ″traduxit ″palàm, triumphatis illis ″per eam. 15

De cibis, feſtis, & conſtitutionibus hominum.

Nequis igitur vos damnet ob cibum, aut potum, ″aut reſpectu diei feſti, aut nouilunii, aut ſabbathorum: 16

Quæ ſunt vmbra rerum futurarum, ″at corpus *eſt* Chriſti. 17

11 In quo & circunciſi eſtis ‖circūciſione non manufacta in expoliatiōe corporis carnis, in circunciſione Chriſti:

12 ‖Conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis ‖per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis.

13 ‖Et vos quum mortui eſſetis in delictis & pręputio carnis veſtræ, cōuiuificauit cū illo, donans vobis ōnia delicta,

14 ‖Delēs quod aduerſus nos erat chirographum decretis, quod erat contrariū nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci:

15 Et expolians Principatus & Poteſtates, traduxit confidenter palā, triūphans illos in ſemetipſo.

16 Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei aut neomeniæ, aut ſabbathorum:

17 Quæ ſunt vmbra futurorum, corpꝰ autem Chriſti.

11 Corpus carnis peccato obnoxiæ τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. Periphraſis eſt veteris hominis, quem etiam corpus peccati ſolet vocare, vt Rom.6.b.6. vbi pluribus etiam expoſuimus quæ de baptiſmo, ſepultura & reſurrectione commemorantur in proximis aliquot verſiculis. Eraſmus ad verbum, corpus peccatorum carnis. Notādus eſt autem hic locus aduerſus eos qui ſacramentorum ſub Lege virtutem eneruant. Neque enim circunciſionem in genere ſpoliat virtute nos in Chriſto ſanctificandi, quam alibi vocat ſigillum iuſtitiæ fidei: ſed circunciſionem demum nudam, & à re ipſa, id eſt à Chriſto, ſeparatam: cui opponitur circunciſio Chriſti, id eſt Chriſti Spiritu facta. quanuis Coloſſenſes ſignum non haberent circunciſionis: quia ſcilicet ſucceſſerat baptiſmus, vt poſtea explicat.

12 Per baptiſmum ἐν τῷ βαπτίσματι. Id eſt διὰ τοῦ βαπτίσματος. vt loquitur Rom.6.a.4. Sed in primis obſeruandum eſt, hoc non tribui operi operato quod vocant, verùm integram actionem, id eſt rem ipſam cum ſigno, cauſas denique omnes coniungi. Ideo diſertè addit Apoſtolus αὐτῷ, Chriſtum deſignans, & quidem qui reſurrexerit: expreſſo etiam fidei nomine, & efficacitatis Dei, cui ſcilicet fidem ipſam, totum denique baptiſmi fructum in ſolidum oportet acceptū ferre. Per fidem Dei efficaciter agentis διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, Id eſt quæ à Deo manat per vim ſuam in cordibus noſtris agente, vt per eam Chriſtum mortuum, ſepultum, ſuſcitatum apprehēdatis. Vulg. & Eraſ. per fidem operationis Dei. 13 Mortuos in peccatis νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι. Vide Act.8.d.23, & Epheſ.2.a.1. Et præputio καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ. Vide Epheſ.2.c.11. 14 Ac deleto ἐξαλείψας. Omnino ſubaudienda eſt copula, quæ duo participia χαρισάμενος & ἐξαλείψας cum verbo συνεζωοποίησε connectat. Rituum chirographo τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν. Id eſt abolitis ritibus, quibus, tanquam aliquo chirographo, ipſi noſtra manu reatum noſtrum aduerſum nos obſignabamus. Ritus enim cæremoniales ſi per ſe conſiderentur, & ſeorſim ab eo quod adumbrabant, id eſt à Chriſto (vt ab iis ſanè conſiderabantur qui per eos non Chriſtum adumbrari, ſed ſalutem nobis aliqua ex parte præſtari contendebant) quid aliud erant quàm miſeræ hominum conditionis publica profeſſio? Nā circunciſio ita vſurpata, natiuam pollutionem: ablutiones, peccatorum ſordes: victimæ denique capitalem reatum publicè teſtabantur. Chriſtus igitur quum nos ab iis omnibus ſanguine ſuo repurgarit, dicitur etiam chirographum deleuiſſe. Cur enim, perſoluto ad vltimum vſque quadrantē ære noſtro alieno, maneat chirographū? aut manēte integro chirographo, apud bonæ fidei creditorē, qualis Deus eſt, idque ex debitoris conſenſu, imò verò ipſo debitore ita poſtulante, quis perſolutum æs alienum dixerit? Hanc eſſe germanam huius loci explicationem (vt ſpero) fatebitur quiſquis contentioſus non erit. Itaque ſubaudienda eſt præpoſitio ἐν, quæ adſcribitur Ephe.2.c.15, & τοῖς δόγμασιν connectendum eſt cum τὸ χειρόγραφον (vt ſignificetur chirographū hoc in ipſis ritibus ſitum fuiſſe) non autem cum ὃ ἦν ὑπεναντίον, vt per traiectionem conuertit Eraſmus: quem in eo meritò reprehendit doctiſſimus interpres. τὰ δόγματα verò ea demum vocat quæ Hebræi חוקים appellant: & ritus malui, quàm decreta, interpretari, ob eas cauſas quas expoſuimus Epheſ.2.c.15. vt Græci interpretes magnopere à ſcopo aberrarint, qui chirographi nomen vel ad ea Iſraelitarum verba referunt quæ ſcripta ſunt Exod. 19.b.8: vel ad interdictum illud Adamo præſcriptum Gen.2.c.17. δόγματα verò intelligunt vel fidem in Chriſtum, vel pietatis præcepta: quaſi dicatur Chriſtus chirographum quod contra nos ſcriptum erat, deleuiſſe τοῖς δόγμασιν, id eſt ſuis decretis, non modò nō explicata cōmodè, ſed etiam prorſus deprauata Apoſtoli ſentētia. Vulg. ad verbū, Delens quod aduerſus nos erat chirographū decretis, quod erat contrariū nobis. Eraſ. deleto quod aduerſus nos erat chirographo, quod nobis contrarium erat per decreta. *Ipſe* verò illud καὶ αὐτό. Vulg. & ipſum. Eraſ. & illud. Ego ſtudendum putaui perſpicuitati.

15 *Et* expoliata imperia ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχάς. Iterum ſupplēda eſt copula quæ connectat duo verba ἦρεν & ἐδειγμάτισεν, id eſt ſuſtulit & traduxit. Cæterùm miſerè corruptum fuiſſe hunc locum apparet ex Auguſtino & Hilario. Sic enim ſolet Auguſtinus hunc locum citare, Exuens ſe carnem, Principatus & Poteſtates exemplauit. Hilarius verò, exutus carnē, & Poteſtates oſtentui fecit. Hæc obſeruauit Eraſmus, & putat eos legiſſe ἀπεκδυσάμενος actiuè, pro, quum ſeſe expoliaſſet, carne nimirum. Atqui Chriſtus carnem nunquam abiecit, & manifeſtè oſtendit Hilarius ſe pro τὰς ἀρχάς, legiſſe τὰς σάρκας, vel τὴν σάρκα. Cæterùm appellatione Imperiorum & Poteſtatum ſignificari Satanam cum Angelis ſuis, res ipſa oſtendit: qua de re diximus Epheſ.6.b.12. Traduxit ἐδειγμάτισεν. Id eſt, tanquam victor captiuos ignominiæ cauſa tranſuexit, vt expoſuimus pluribus Matth.1.c.19. Eraſmus, oſtentauit. At Thomas, traduxit, inquit, ſanctos in cælum. Aut traduxit, hoc eſt, expulit dæmonas ab homine. Tanti eſt momenti ex ipſis fontibus haurire. Palàm, ἐν παῤῥησίᾳ. Vbi eſt igitur crucis ignominia, quum ſibiipſi Diabolus crucem fixerit, & tum demum plena victoria ſit potitus Chriſtus, quum planè victus videretur? Vulg. confidenter palàm, altero proculdubio adſcripto ex margine. Ambroſius, in authoritate. Sic accipitur παῤῥησία Iohan.7.b.13, & d.26. Per eam ἐν αὐτῷ. vel in ea ſcilicet cruce, quæ nimirum fuit inſtar triumphalis currus, aut circunuecti trophæi. Sic legit & interpretatur Græcus ſcholiaſtes. Sic etiam Origenes in Exodum homilia quarta, qui tamen videtur legiſſe ἐν ξύλῳ in ligno, quòd eam lectionem annotet Homilia nona in Ieſum Naue, vt Eraſmus obſeruauit. Plerique Græci codices legunt ἐν αὐτῷ, id eſt in ſemetipſo, vt vertit Vetus interpres & Eraſmus: ſed aſſentior doctiſſimo interpreti qui alteram lectionem huic præfert.

16 Aut reſpectu diei feſti ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς. Ἐν μέρει dixit pro eo quod Rabbini dicunt מצד, vt ſi dicas in vernaculo noſtro ſermone, *de la part, ou du coſté d'vne feſte.* ἑορτὴν autem vocant fortaſſis ſolennes illos dies feſtos quos Hebræi מועדים appellant: diſtinguitque à Neomeniis & Sabbathis. Quòd ſi libuerit ἐν μέρει ad verbum cum Vetere interprete & Eraſmo interpretari in parte, hoc ego retulerim ad multiplices cæremonias: vt non modo in genere dies feſtus, ſed ſingulæ etiam partes diei feſti eſſent obſeruandæ ex præſcripto.

17 At corpus *eſt* Chriſti. τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Corpus vt rem firmam ac ſolidam opponit vmbræ, rei ſcilicet per ſe vanæ & inani. Corpus ergo rerum futurarum dicit eſſe Chriſti, id eſt ad Chriſtum pertinere ac ſpectare. Is enim eſt in quo omnes promiſſiones ſunt Etiam & Amen. Siue igitur res futuras interpretemur reſpectu ipſarum cæremoniarum, nempe redemptionis noſtræ myſterium quod ſub Lege expectabatur, atque adeò nouum ipſum fœdus: ſiue noſtro reſpectu, vitam ſcilicet æternam & bona illa perpetua quæ nos manent, omniū iſtarum rerum corpus, id eſt firma ac ſolida veritas & ſubſtantia, merito dicetur eſſe non cæremoniarum, ſed vnius Chriſti, vt Iohān.1.c.18. Græca ſcholia & Auguſtinus quoque in epiſtola ad Paulinum, vt Eraſmus annotauit, aliam lectionem afferunt, puta vt iſta connectantur cum iis quæ ſequuntur, hoc modo, Corpus Chriſti, id eſt vos, qui corpus Chriſti eſtis, vel (vt Photio placet) qui corpus Chriſti accepiſtis, nemo diuertat à præmio quod cepiſtis credendo in illum. Sed hoc planè eſt detortum.

Nemo vos ſeducat, volẽs in humilitate & religione Angelorum, quę nõ vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ: D	18	″Nullus de vobis ſtatuat volũtarius moderator, ″ex ſubiectione & ″cultu Angelorum: ″in ea quæ non vidit *ſe* ingerens, & ″temere ″turgens ſenſu carnis ſuæ:
Et non tenens caput, ex quo totũ corpus per nexus & cõiunctiones ſub miniſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.	19	Neque ″obtinẽs caput, ″ex quo totum corpus per commiſſuras & compages ſuppeditatũ & compactum augeſcit ″augmẽto Dei.
Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab	20	″Itaque ſi mortui cum Chriſto, *liberi* eſtis ab elementis mundi:

18 Nullus de vobis ſtatuat voluntarius moderator μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων In hoc loco interpretando vſus ſum iudicio meo, quòd neſcio quo modo mihi non placuerint aliorũ interpretationes. Nam τὸ βραβεύειν, quod ad me attinet, nõ legi niſi pro regere ac moderari, atque adeò pro διακρίνειν id eſt ius dicere, ac cognoſcere: qua ſignificatione apud Plutarchum accipitur, & apud Ariſtotelem libro Rhetoricωn primò, vt Eraſmus citat, ὁ δικαστὴς id eſt iudex, dicitur ὁ τοῦ δικαίου βραβευτής, id eſt iuris moderator, vt videlicet inter litigantes decernat: tranſlatione tamen, vt opinor, ſumpta ab iis qui certaminibus præerant, quos Græci Agonothetas & Athlothetas, Brabeutas denique vocat, παρὰ τὴν ῥάβδον, vt putãt Grãmatici. Virgã enim ſolitos fuiſſe geſtare gymnaſiarchas vel ex his Plutarchi in Antonio verbis apparet, ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναίοις, καὶ τὰ τῆς ἡγεμονίας παράσημα καταλιπὼν οἴκοι, μετὰ τῶν γυμνασιαρχικῶν ῥάβδων ἐν ἱματίῳ καὶ φαικασίοις προῄει. Inuenio tamẽ apud Demoſthenem καταβραβεύειν etiam de actore dictum qui reum peragat, id eſt condemnãdum curet. ſicut τὸ δικάζεσθαι καὶ τὸ κρίνειν interdum ad ipſos litigantes transfertur. Itaque καταβραβεύειν τινὰ non poſſum aliter accipere quàm pro κατακρίνειν, ſed ita vt tanquam de iudice dicatur, ſicut etiam τὸ κρίνειν, quo vſus eſt ſuperiore verſiculo. Nam omnino videtur imperioſam quandam poteſtatem Apoſtolus hoc vocabulo ſignificare, ab iſtis pſeudapoſtolis non aliter vſurpatam, quàm ſi de ſuo illis licuiſſet, tanquam agonothetis ac veluti certaminis moderatoribus, præmia vel tribuere vel eripere. Exempli cauſa, qui leges audent hodie conſcientiis præſcribere, & modum etiam admetiri quo Deus pœnas, vt ipſi loquuntur, indulgeat, nonne iſti planè agonothetarum & βραβευτῶν officium vſurpant, quum vnum in cælis βραβευτὴν ac moderatorem habeamus? Itaque Paulus addidit θέλων, quod interpretor ἐθελοντὴς καὶ ἐπάγγελτος. id eſt voluntarius, & hoc munus ipſi à nullo attributum vltrò vſurpans. Nam, inquit Paulus noſter de hac ipſa re differens, id eſt de iis qui conſcientias volebant ſuis traditionibus illaqueare, Rom. 14. a. 4, Tu quis es qui de alieno ſeruo iudicas? Domino ſuo ſtat aut cadit. Solent autem Hebræi participia pro verbalibus, quæ vocant, nominibus vſurpare, vt ſæpiſſime iam annotauimus. Pro me verò etiam facit Photius qui καταβραβευέτω interpretatur κατακρινέτω, vt & Ambroſius, deuincat, & Auguſtinus, conuincat: qui duo tamen vidẽtur quaſi ad actorem tranſtuliſſe, quod ego, vt ante dixi, tanquam de iudice ac moderatore potius dictũ acceperim. Supereſt vt aliorum interpretationes percurramus. Vulgata, nemo vos ſeducat. Eraſmus, Nequis vobis palmam interuertat. Hieronymus ad Algaſiam quæſtione decima, Nemo aduerſum vos brauium accipiat. Putat enim καταβραβεύεσθαι dici eum qui iniquitate agonothetæ præmium amittat, & Græca ſcholia eorum etiam ſententiam afferunt qui καταβραβευθῆναι tum vſurpari dicunt, quum penes alium eſt victoria, penes alium verò præmium. Sed hac ſignificatione, vt antè dixi, non memini hoc verbum vſquam legere: quã tamen amplectetur qui volet. Aliis placet non ad ipſos agonothetas ſed ad antagoniſtas referre, vt apud Virgilium, Niſus in ſtadio currens Salio præmium intercipit quod Euryalus obtineat: quo modo ſcilicet dicuntur Phariſæi nec in cælum ingredi, nec alios ingredi ſinere. Affert etiam aliam declarationem Valla, nempe vt καταβραβεύειν ἵνα ſignificet aliquem propoſito præmio ad certamen euocare: cuius etiam dicti exemplum requiro. Sed nimium certè confidenter ſcripſit Hieronymus hoc verbum fuiſſe Cilicibus peculiare, quum ſit à Demoſthene, Iſocrate, Ariſtotele, Plutarcho vſurpatum. Quod autem attinet ad participium θέλων, Vetus interpres conuertit Volens, hiante ſententia: niſi pro libente ac voluntario accipias, vti nos fecimus: vel pro ἐμβατεύων legas ἐμβατεύειν, contra omnium codicum fidem. Eraſmus, dedita opera. Græca verò ſcholia ſupplent τοῦ τὸ πράττειν, vt ſit plena ſentẽtia, volens [hoc facere.] quas eclipſes nuſquam velim admittere, niſi quum prorſus ſunt neceſſariæ. Quidam etiam θέλων accipit pro δοκῶν, vt qui conuerterit, in modeſtia & Angelorum cultu ſibi placens. Nam paulo pòſt etiam Paulus meminit τῆς ἐθελοθρησκείας, ſed tamen ſenſu nonnihil diuerſo. Suum cuique iudicium liberum eſto. Ex ſubiectione ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Id eſt ſtolida demiſſione animi. quum alioqui inter ſummas etiã virtutes numeretur ταπεινοφροσύνη. Neque enim iſti Angelorum cultores aliud magis vrgebant, quàm nimium eſſe arrogantes qui auderent ad Deum ſtatim perrumpere: ac proinde beatorum ſpirituum dicebant implorandas interceſſiones, quod nec ipſi philoſophi præſertim Platonici ignoraſſent. Denique idipſum docebant quod hodie boni illi & modeſti homines iactant, qui non tantùm Angelorum, vt illi, ſed etiã Diuorum interceſſionem vrgent. Cultu θρησκείᾳ. Hoc quoque nomen ponitur in vitio hoc in loco, deductum à Thracibus apud quos Orpheus deorum cultũ inuenerit, quo poſtea vſi ſunt Græcorum plerique. Sic enim Nazianzenus, οὐδὲ Θρακῶν ὄργια ταῦτα, παρ' ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν, ὥς λόγος. Ad veram tamen religionem accommodatum eſt Iac. 2. d. 27. Vulg. religione Angelorum. Eraſmus, ſuperſtitione Angelorum. In ea quæ non vidit ſe ingerens ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων. Budæus, in eorum quæ non vidit poſſeſſionem ingrediens, vel pedem ponens. Hoc enim declarat τὸ ἐμβατεύειν. Sed aſſentior doctiſſimo interpreti qui idipſum quidem ſignificari, ſed modo quodam magis inuidioſo, rectè cenſuit. Verbi gratia: Proponatur nobis ille Pſeudodionyſius, quorundam deliciæ, qui ſimilia planè habent labra lactucis: quis confidentius de vllis rebus ſcripſit, quàm ille de cæleſti hierarchia? diceres hominem è cælo delapſum, qui aliquot annos illic conſumpſerit, vt cæleſtis politiæ formam muneráque omnia per otium deſcriberet. Huius exemplum ſequuti ſunt belli homines illi qui Eccleſiaſticam hierarchiam tanquam illius αὐτόπτου deſcripſerunt, quique Purgatorii, Lymbi, ipſorum denique inferorum cœnacula & cõtignationes non modò in chartis depinxerunt, ſed etiam ipſis ter miſerorum hominum animis inſculpſerunt. Iam verò ſi roges, vndenam iſta? qui minus erunt improbi, reſpondebunt ex Spiritus ſancti reuelatione. nam quicquid ſomniant, à Spiritu ſancto emanat. Aliis erit ſine dubio hæreticus quiſquis hoc rogarit. At Paulus fontes aperit, quum hæc ab iis proficiſci dicit qui iudicis, id eſt Chriſti vnius officium vltrò vſurpent, qui ſimulata modeſtia ac religione hominibus illudant, qui de iis quæ non viderunt, quaſi rebus ſibi abundè cognitis ac tritis, ſubtiliſſimè garriant. qui non Spiritu Dei, ſed ſenſu carnis ſuæ, id eſt vanitate, toti tumeſcãt; qui denique caput Eccleſiæ Chriſtum nõ retineant. Nam, vt infinita alia omittam, quale illud eſt quod contentiſſima voce boant, ROGA PATREM, IVBE NATVM? Et illud, IVRE MATRIS IMPERA? Et illud, FOELIX CAELI PORTA? Et illud, REGINA MISERICORDIAE, VITA, DVLCEDO, ET SPES NOSTRA? Sed hæc omnia ſcilicet lapidi etiam & ligno dicere, non eſt Chriſtum pro capite non agnoſcere, modò omnes blaſphemias termines hac clauſula, PER CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM. Sed vt ad rem redeam, ἐμβατεύων Auguſtinus interpretatur inculcans: Ambroſius, extollens. quas interpretationes non probo. Vulg. quæ non vidit ambulans, barbarè. Eraſmus poſt Hieronymum, faſtuoſè incedens. Putauit enim ductum verbum à tragicis cothurnis qui ἐμβάδες dicuntur: ſed exemplum idonei ſcriptoris nullum profert. Quod autẽ ſublata negante particula quidam legerũt, ea quæ vidit, manifeſtè puto deprauatũ.

Temerè εἰκῇ. Id eſt ſine ratione. quæ enim tantæ vanitatis ratio conſtare poteſt? perinde nimirum acſi cum ratione velis inſanire. Vulgata & Eraſmus, fruſtrà, id eſt ſine fructu, pro quo Græcè potius dicitur μάτην. Turgens φυσιούμενος. Inanis ergo flatus eſt quicquid à mente corrupta, id eſt ab officina ingenii humani, proficiſcitur. Hoc enim eſt quod ſenſum carnis vocat. nempe præclarum illud ἡγεμονικὸν, quod vnum ſequuti philoſophi non mirum ſi longiſſimè à ſcopo aberrarunt.

19 Obtinens κρατῶν. vel, vt Vulgata, tenens. Vide Marc. 7. a. 3. Ex quo ἐξ οὗ. Ex quo ſcilicet Chriſto. Videtur tamen dicendum fuiſſe ἐξ ἧς, quum præceſſerit κεφαλή: ſed ſententiæ, non dictionis habita eſt ratio: vt in illo Euripidis, Οἰκτρὰ σὺ τέκνον. Item,

Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας εἰναλίαν πλάτην.

quod annotare placuit, nequis propter vnum & alterum ſolœcophanes, cum Hieronymo, Paulum faciat prorſus barbarum & elinguem. Vide autem in hunc locum ea quæ ſcripta ſunt Epheſ. 4. d. 16. Augmento Dei τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. Id eſt augmento quod à Deo proficiſcitur. nimirum à Chriſti capitis ſpiritu, cui opponitur inanis ille flatus, quo non creſcunt ſed turgent homines.

20 Si igitur mortui cum Chriſto *liberi* eſtis ab elementis mundi εἰ ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου. Τὸ ἀποθνήσκειν hoc in loco accipitur ἀντὶ τοῦ ἀπαλλάττεσθαι, pro liberum & immunem fieri, quemadmodum etiam τὸ δικαιοῦσθαι. Rom. 6. b. 7. idque duplici reſpectu, primùm quòd morte tollatur perſonalis, quam vocant, obligatio, vt etiam explicat Paulus eo in loco: deinde quòd hæc noſtra liberatio à mortis Chriſti participatione pendeat, qui nouum fœdus, abolito priore, ſanxit ſuo ſanguine, vt in epiſtola ad Hebræos copioſè exponitur. Ideo addidit Apoſtolus σὺν τῷ Χριστῷ, cum Chriſto. Adieci tamen aliquid vt planior eſſet locutio. Elementa autem mundi quæ ſint expoſuimus ſuprà, verſu 8.

quid″vt viuentes in mundo,″ritibus oneramini,
21 ″Ne attigeris,neque guſtaris,neque contrectaris?
22 ″Quæ omnia ipſo vſu pereunt″*præſcripta* ex mandatis & doctrinis hominum:
23 Quæ″opinionem quidem habent″ſapientiæ″in cultu voluntario″& ſũmiſſione animi,″& in eo quòd corpori nõ parcãt:″nõ *tamen* vllius ſunt pretii,″*quum* ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro. Cap. III.

Cæleſtia quærenda.

1 ITaque ſi″reſurrexiſtis cum Chriſto,ſuperna quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens:

elementis mundi:quid adhuc tanquã viuentes in mundo,decernitis,
21 Ne tetigeris,neque guſtaueris, neque contrectaueris.
22 Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu ſecundum præcepta & doctrinas hominum:
23 Quæ ſunt rationem quidem habẽtia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate,& non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Cap.III.

1 IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite:vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens:

Vt viuentes in mundo ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ. Id eſt,vt ii qui in iſtis rudimentis hærent,adeo vt in illis adhuc vigeat priſca illa pædagogia mundi ſub Legis cæremoniis.Nam cum Chriſto mortuum eſſe, ac proinde liberum à mundi elementis, & viuere in mundo, opponit vt ex diametro pugnantia.Quid igitur illis fiet qui in apertis blaſphemiis ſummam pietatis collocant? Ritibus oneramini? δογματίζεσθε; Vetus interpres,decernitis, quod non probo. Eſt enim δογματίζεσθαι paſſiuè accipiendum, neque hic ſignificat decernere. Itaque ſuſpicatur Eraſmus eum legiſſe δογματίζετε,vt & Tertullianum,qui conuertit,ſententiam fertis.Sed ne Eraſmi quidem verſio mihi ſatiſfacit qui interpretatur,decretis tenemini.Neque enim vſquam reprehenduntur Coloſſenſes quòd pſeudapoſtolis eſſent obſequuti,ſed contrà laudatur eorum conſtantia & politia ſuprà verſ.5.admonentur tamen vt ſibi caueant ab iis qui iam eos erant aggreſſi.δογμάτων verò appellatione traditiones proculdubio intelligit cum ipſis cæremoniis Legis coniunctas,traditiones,inquam,in delectu ciborum & pollutionibus ſitas, quarum ſæpe fit mentio in Euangelio,& quarum pleni ſunt Thalmudici.

21 Ne attigeris μὴ ἅψῃ. Verba ſunt pſeudapoſtolorum μιμητικῶς expreſſa à Paulo. Itaque Ambroſius proculdubio aberrat à ſcopo,(quod & annotauit Eraſmus) hunc locum ita explicans,&paſſim etiam citans,quaſi Paulus iſta in illorum perſona non loquatur, ſed ab omni ſpecie rerum mundanarum deterreat.

22 Quæ omnia ipſo vſu pereunt ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Vulgata,ad verbum,Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu.Eraſmus verò τῇ ἀποχρήσει conuertit abuſu,rectè quidem,& ex Iuriſconſultorum diſtinctione,qui abuſum propriè in iis conſtituunt quæ vſu conſumuntur,id eſt quorum vſus in ipſa cõſumptione poſitus eſt.Sed tamen vt omnem vitarem amphiboliã, vſum dicere malui:quum ſic etiam loquantur ipſi iuriſconſulti.Græca ſcholia mentionem faciunt τοῦ ἀφεδρῶνος,vt fortaſſis legerint τῇ ἀποκρίσει. Colligit autem Paulus ex rerũ iſtarum natura,in iis poſitum non eſſe regnum Dei,ſicut & alibi ſæpe.Vbi igitur quadrageſimalis,& ſextæ feriæ,piſcium eſus, quæ nonnullos iampridem non pudet ad Apoſtolos referre? Neque nos tamen piſcium eſum,ſed impietatem eorum damnamus qui iſtas tam disertè damnatas hominum traditiones Chriſti beneficio adiungunt. *Præſcripta* ex mandatis,&c. κατὰ τὰ ἐντάλματα. Quod ſuppleui,nemo nõ videt prorſus congruere,ac etiam requiri,vt plana ſit ſentẽtia.Alludit autem Paulus ad locum Eſa. 29.d.13, ex cuius collatione intelligi poteſt quàm firmum ſit hoc argumentum. 23 Opinionem λόγον. Id eſt,videntur quidem exquiſita quædam res eſſe: vt quum dicitur aliquis eſſe præclara exiſtimatione,vel contrà nullo numero eſſe. Nam hæc omnia etiam ſignificat λόγος.Eraſ.verbo tenus ſpeciem interpretatur. putat enim λόγον hoc loco ſonare ſermonem aut verba,vt opponatur rei. Sapientiæ σοφίας. Id eſt excellentis cuiuſdam doctrinæ,& è cælo potius allatæ quàm conſilio humano excogitatæ. Sic enim ſolet ſapientiæ nomen Paulus vſurpare: & quàm hoc verum ſit quod hîc dicitur,mox ab Apoſtoli obitu res ipſa oſtendit,mundo intra aliquot annorum ſpatium,ita monaſticarum, id eſt Diabolicarũ quarundam præſcriptionum præſtigiis faſcinato,vt incredibilia videri poſſint quæ de iſtis nugis ſunt præſcripta:niſi ſuccedens Franciſcus & Dominicus & nuper etiam Ieſuitæ illa omnia confirmaſſent,adeò quidem vt Franciſcum Ieſum typicum (proh inſanam blaſphemiam) etiamnum hodie publicè decantent. In cultu voluntario ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. Vulg.in ſuperſtitione.Eraſ.per ſuperſtitionem.Ac verũ quidem eſt nihil aliud hæc fuiſſe quàm inanem atque adeò impiam ſuperſtitionem:ſed tamen non deſcribit his verbis Paulus qualia hæc re vera fuerint,ſed qualia eſſe viſa ſint,& quos pietatis colores habuerint: nempe voluntarii cultus, ſummæ ſummiſſionis,denique neglectus corporis.Itaque hic primus eſt color humanæ ſuperſtitionis,quaſi ſcilicet homines vltrò etiam plus præſtent quàm teneantur,& perfectiorem quandam viam inſiſtant,non contenti Legem Dei impleuiſſe.Hinc nata ſunt opera ſupererogationis,& redempta quibuſuis opibus merita monachorum.Alludit autem Paulus ad voluntarias oblationes quas Hebræi נדבות appellant: quarum tamen longè alia ratio fuit, quum nec in doctrina nec in ritibus quicquam vel mutare,vel addere,vel detrahere licuerit,niſi violato Dei verbo:quod Phariſæis Chriſtus exprobrauit. Et ſummiſſione animi καὶ ταπεινοφροσύνης.Secũdus color,quòd iſta videantur homines ad incredibilem quandam deiectionẽ & ſummiſſionem aſſuefacere:quũ nullũ inueniri poſſit nomen quo tam ſuperba iſta ſupererogatio vel potius ſuperarrogãtia poſſit explicari. Vulg.& humilitate.Eraſ.& humilitate animi. Et in eo quòd corpori non parcant καὶ ἀφειδίᾳ σώματος.Sic neceſſariò cõuerti vt Pauli ſententiã planius exprimerẽ. Vulg.& nõ ad parcẽdũ corpori,addita negãte particula,repugnãte ſentẽtia & Græcorũ codicũ fide.Eraſ.& læſionẽ corporis. Quis porrò tã eſt hebes vt nõ videat hoc in loco monachorũ regulas & pſeudapoſtolicas traditiones graphicè ab Apoſtolo deſcribi? Non *tamen ſunt* vllius pretii οὐκ ἐν τιμῇ τινι Vſitatũ eſt Hebræis ſubaudire aduerſatiuam particulã, vt Pſal.119,verſ.141 & 157,& Ioh. 9.f.30.Liquet autem ex præcedente μὲν omnino ſubaudiendam eſſe aduerſatiuam, in hoc quidem dicẽdi genere, vbi contraria comparantur.Contraria autem voco οὐκ ἐν τιμῇ τινι,ſiue τιμῆς ἀξίας εἶναι id eſt nullius pretii nec dignitatis eſſe,& λόγον ἔχειν σοφίας, id eſt pro ſapientia æſtimari, ſiue ſapientiæ numero & loco haberi.Antea igitur dixit Paulus quid iudicet mundus de iſtiuſmodi præceptis hominum,propoſita vna ſpecie, nempe ciborum delectu: nunc verò quod ſit rectum de iis iudicium oſtendit, nempe iſta nullius eſſe pretii, quorum tamen ſplendor maximus eſſe videatur.Scio tamẽ hũc locũ aliter ſolere explicari : ſed hanc ſententiã mihi videtur poſtulare tum argumẽti ſeries, tum ipſa conſtructionis ratio,& verborum quoque proprietas.quanquam nemini præiudicium affero. *Quum* ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός Id eſt quum in cibo & potu ſita ſint,in quibus non eſt poſitũ regnum Dei,ſed in illis potius quæ ad Spiritus alimentum & ad vitam æternam referuntur,Rom.14.c.17,1.Cor.6.c.13,8.c 8, Sũt igitur iſtæ potius ſumptuariæ leges,non autem de pietate ac religione.1.Tim.4.c.7.& 8.Ergò,vt ad verba ipſa contextus veniam, quum hoc ſubiiciatur pro ratione cur iſta nullius ſint dignitatis,ſupplendum eſt participium ὄντα,vel συντείνοντα,quæ eclipſis non magis eſt violenta quàm ſi Latinè dicas,nihil ad rem.ſub.pertinet. Appellatione autem τῆς πλησμονῆς non intelligitur actio,id eſt expletio vel fartura,ſed paſſiua ſignificatione idipſum quo farciendus eſt venter: vti ſæpe ſolent præſertim apud Hebræos hæc nomina vſurpari.Denique in nomine carnis tacita eſt antitheſis Spiritus,& præſtantioris illius, nempe ſpiritualis vitæ,quam illi iactabant.Ideo malui carnem quàm corpus interpretari.Hæc igitur eſt,vt opinor,plana & appoſita explicatio huius loci alioquin perobſcuri.Sic autẽ interpretatus eſt Vetus interpres,non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.Eraſmus verò,non per honorem aliquem ad expletionem carnis.Quidam denique immodica ſua licentia vſus,hæc infarſit ſuperiori verſiculo,quaſi ſcriptum ſit,ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει,οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Id eſt,vt ipſe interpretatur, quorum omnium is vſus eſt,vt vſu pereant,& ad corporis expletionem pertineant,non vt in aliquo ſint honore.Mirabile ſanè hyperbaton,& quod nulli niſi peruerſiſſimi iudicii homini venire in mentem potuit.Quomodo verò cohærebunt ſequentia? optimè nimirum,ſi ſuppleueris quiduis ex arbitrio.Iſta verò,inquit,placita ſunt(vbi verò iſta in Græco cõtextu?) ex hominum præceptis atque doctrinis,quæ quidem ſunt eiuſmodi vt rationem habeant ſapientiæ,ob religionis ſpeciem,(ἐν ἐθελοθρησκείᾳ) atque modeſtiam, & corporis vexationem ſeueram. Hoc verò vtrum eſt ex Græco conuertere,an peruertere?

IN CAPVT III.

1 Reſurrexiſtis cum Chriſto. συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ. De nouo fœdere & noua vita loquitur, quòd Spiritus Chriſti participes,non amplius ſub mundi elementis verſemur,ſed quaſi tranſlati iam ſimus in alteram illam vitam, vbi nec cibo nec potu egebimus,ſed ſimiles erimus Angelis Dei. Laborandum igitur vt quæ ſuperſunt veteris hominis reliquiæ,vi Spiritus profligentur, quem nobis largiri non poteſt eſca vel potus:non autem quærenda in iſtis externis rebus pietas.Cohærẽt verò interſe mori & reſurgere cum Chriſto,id eſt Chriſti mortis participatione mortificari,peccato,mundo,Legis denique elementis,atque adeò toti Legi:& reſurrectionis Chriſti participatione viuificari Deo,vt expoſitum eſt pluribus capite ſexto epiſtolæ ad Romanos.

Quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terram. 2

Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. 3

Quum Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. 4

Epheſ.5.a.3

Mortificate ergo mẽbra veſtra quę ſũt ſuper terram, ‖fornicationem, immunditiam, libidinẽ, concupiſcentiã malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus: 5

Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. 6

In quibus & vos ambulaſtis aliquãdo, quum viueretis in illis. 7

B

Rom.6.a.4
epheſ.4.e.23
heb.12.a.1
1.petr.2.a.1
& 4.a.1

‖Nunc autem deponite & vos õnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiã, turpẽ ſermonẽ de ore veſtro. 8

Nolite mentiri inuicem: expoliãtes vos veterem hominem cum actibus ſuis: 9

Geneſ.1.d.26
& 5.a.1, & 9.b.6

Et induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ‖ſecundum imaginem eius qui creauit illum: 10

Vbi non eſt Gẽtilis & Iudæus, Circunciſio & Præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus. 11

Epheſ.6.b.11

‖Induite vos ergo (ſicut electi Dei, ſãcti & dilecti) viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiã,

C

patientiam: 12

Supportantes inuicem & donantes vobiſmetipſis ſiquis aduerſus aliquẽ habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. 13

Super omnia autem hęc charitatẽ, quod eſt vinculum perfectionis. 14

Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. 15

Verbum Criſti habitet in vobis abundãter, in omni ſapientia: docẽtes & cõmonentes voſmetipſos, pſalmis, 16

---

2 Superna curate, non terreſtria.

3 Nam ″mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

4 Quando Chriſtus vita *illa* noſtra patefactus fuerit, tum & vos cum eo declarabimini ″glorioſi.

Mortificanda membra terreſtria.

5 ″Mortificate igitur membra veſtra terreſtria, ſcortationem, impuritatem, ʹmollitiem, cupiditatem malam, & auaritiam, quæ eſt ″idololatria:

6 Ob quæ ʹvenit ira Dei in filios contumaces.

7 ʹQuibus in *vitiis* & vos verſabamini quondam, quum viueretis in iis.

8 At nũc deponite & vos ʹea omnia, irã, ″excandeſcentiam, malitiam, maledicentiam, verborum turpitudinem, ab ore veſtro.

Vetus homo

9 Ne mentiamini alius aduerſus alium: quum exueritis ʹveterem illum hominem cum factis ipſius:

Nouus homo.

10 Et indueritis nouum illum, qui renouatur ″ad agnitionẽ, ″ſecũdum imaginem eius qui condidit ipſum.

11 Vbi non eſt Græcus & Iudæus, Circunciſio & Præputium, Barbarus, Scytha, ſeruus, liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

12 ″Sitis igitur induti (″vt electi Dei, ſancti ac dilecti) ″viſceribus ″miſerationum, benignitate, modeſtia, manſuetudine, lenitate:

13 Tolerantes alii alios, & condonãtes ″vobis mutuò, ſiquis aduerſus aliquem habuerit querelam: ſicut & Chriſtus condonauit vobis, ita & vos.

14 Super omnia autem hæc *induti ſitis* charitate, quæ eſt ″compages perfectionis.

Pa

15 Et pax Dei ″imperet in cordibus veſtris, ad quam & vocati eſtis ″in vnum corpus: & ″gratioſi eſtote.

16 ″Sermo Chriſti inhabitet in vobis ″largè cum omni ſapientia, ″docendo, & commonendo ″vos mutuò,

---

3 Mortui eſtis ἀπεθάνετε. Repete cum Chriſto, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. 4 Glorioſi ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſmus, in gloria, obſcurè. Eſt autem Hebraiſmus, quem expoſuimus 1.Cor.15.f.42. 5 Mortificate νεκρώσατε. Id eſt, omnem vim ac vigorem extinguite naturæ illius deprauatæ, quæ vos deorſum trahit, & prauos illos motus Spiritui repugnantes in vobis ciet. Hos autem motus & cupiditates elegãter vocat membra, quibus ſcilicet vetus homo, id eſt ratio ac voluntas hominis deprauata, perinde vtitur ac corpus membris: vtpote quæ ipſius etiam corporis membra ſecum rapiant. Vide Rom.6.b.12. Mollitiem πάθος. Sic vocat molles & effœminatos, qui & pathici dicti ſunt. Horatius, Cum grege turpium Morbo virorum. Quem locum perappoſitè citauit Eraſmus. Vulgata, libidinem. Idololatria εἰδωλολατρεία. Vide Epheſ.5.a.5. 6 Venit ἔρχεται. Id eſt venire ſolet. Vide Epheſ.5.a.6.

7 Quibus in *vitiis* ἐν οἷς. Quid ſit ambulare ſeu verſari in peccatis, diximus Epheſ.2.a.2. diſtinguũtur autem hoc in loco Ambulare & Viuere, ita vt hoc poſterius indicet naturæ habitum, illud verò ἐνέργειαν ipſam. Vide Act.8.d.23. Eraſmus verò manifeſtè deprauauit ſentẽtiam, quum ἐν οἷς ad homines referret. Vertit enim, inter quos, quum ſententia ipſa minimè ſit ambigua.

8 Ea omnia τὰ πάντα. Articulus vim habet ἀναφορικὴν, ideóque non fuit prætermittendus. Excandeſcentiam θυμὸν Vulg. & Eraſmus, indignationem. Quomodo verò diſtinguantur ὀργὴ & θυμὸς diximus Epheſ.4.c.23, ita quidem vt decreſcere videatur oratio: ſed hoc cauere non fuit Apoſtolo propoſitum. 9 Veterem illum hominem τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Vide Rom.6.a.6.

10 Ad agnitionem εἰς ἐπίγνωσιν. Finis, aut, ſi malumus, materia ipſius regenerationis ita ſignificatur. Loquitur enim de agnitione efficaci, vt definitur 1.Iohan.2.a.3 & 4. Secundum imaginem κατ᾽ εἰκόνα. Vide Epheſ.4.f.24.

12 Sitis induti ἐνδύσασθε. Id eſt ornati eſtote, ita vt nunquã exuatis. Vide Ro.13.d.14. Vt ὡς. Vide 2.Cor.2.d.17. Viſceribus σπλάγχνα, Id eſt tenerrimis illis affectibus. Vide Luc.1.g.78. Miſerationum οἰκτιρμῶν. Id eſt ſummæ miſericordiæ. Vide 2.Cor.1.a.3.

13 Vobis mutuò ἑαυτοῖς Vide Epheſ.4.g.32. Sic etiam manifeſtè accipitur infrà verſ.16.

14 Compages perfectionis σύνδεσμος τῆς τελειότητος. Id eſt vinculum quo omnia hominum inter ſe officia continentur ac cohærent. Ergo, inquit Sophiſta, Charitate iuſtificamur. Sed quis ſani cerebri eſſe putet eum qui ſic argumentetur?

15 Imperet βραβευέτω. Id eſt, omnia regat ac moderetur. vt ille apud Virgilium βραβεύτης, -producere longius iras, Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis: Sed finem impoſuit pugnæ. Liceat enim hic nobis ſacra cum profanis comparare, quandoquidem Paulum non puduit ab his rebus tranſlationem ſumere. Quum igitur in perpetuo quodam certamine verſemur, vult in animis noſtris ſedentem pacem Dei, tanquam agonotheten ſeu brabeuten, omnes affectus in officio continere: vt verè pacem Dei, id eſt concordiam auſpiciis Dei initam, colamus, vt vnanimes tandem ex ſuperata carne palmã referamus. Vulgata, exultet, vt mihi videatur exiſtimaſſe τὸ βραβεύειν id eſſe quod in vernaculo noſtrò ſermone dicimus verbum è verbo, *brauer*. Eraſmus, palmam ferat. Ego verò, vt dixi ſuprà 2.c.18, τὸ βραβεύειν nuſquam legi propriè niſi de ipſis agonothetis dictum, ad quorum munus mihi quidem proximè accedere videntur ii quos vulgò vocant in ſingularibus certaminibus, *mareſchaux du camp*. In vnum corpus ἐν ἑνὶ σώματι. Id eſt in vnum corpus Dei beneficio coniuncti, vt alii aliis membrorum inſtar adeſſetis. Vide 1.Cor.12.b.12 & 13. Gratioſi εὐχάριστοι. vel, vt Vulgata & Eraſmus, grati. quanquam illud malo. Videtur enim ad morum ſuauitatem potius referri, vt ii ſunt quos Hebræi נרצים vocant.

16 Sermo Chriſti ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ Id eſt Euangelii doctrina. Largè πλουσίως. Vulg. abundanter. Eraſ. opulentè. Alibi autem diximus omnem copiam & affluentiam ita ſignificari. Docendo διδάσκοντες. Vulg. docentes. Eraſ. Docetéque. Sunt autem hæc participia poſita perinde vt apud Hebræos infinitus modus, & apud Latinos gerundi modus: ideóque nulla eſt habita caſus ratio, vt 2.Cor.9.c.11, & d.13. & Marc.12.g.40. vbi de hac formula diximus, apud Homerum etiam vſitata & alios ſcriptores, vt annotat Euſtathius libro Iliad. β΄ & π΄.

Vos mutuò ἑαυτοῖς Vulg. voſmetipſos. Vide Epheſ.4.g.32.

'pſalmis,hymnis & cantionibus Spiritualibus,'cum gratia canentes"in corde veſtro,Domino.

17 Et quicquid egeritis ſermone,aut facto,omnia'in nomine Domini Ieſu *facite*,gratias agentes Deo & Patri per eum.

18 Vxores,ſubiectæ eſtote propriis viris,vt conuenit'in Domino.

19 Viri,diligite vxores,& ne ſitis amarulenti aduerſus eas.

20 Filii, auſcultate parentibus'in omnibus:hoc enim gratum eſt Domino.

21 Patres,ne irritetis liberos veſtros: ne deſpondeant animum.

22 Serui,auſcultate per omnia iis qui domini ſunt"ſecundum carnem,non obſequiis ad oculum exhibitis, vt qui hominibus placere ſtudent,ſed cum ſimplicitate cordis timentes Deum.

23 Et quicquid feceritis,ex animo facite,tanquam Domino & nõ hominibus:

24 Scientes quòd à Domino recipietis'mercedem hæreditatis:nã Domino Chriſto ſeruitis.

25 'Qui verò iniuriam intulerit,reportabit"iniuriam quam intulerit:neque eſt perſonarum reſpectus.

Cap. IIII.

1 Vos domini,æquitatem & æquabilitatem ſeruis exhibete:ſciẽtes quòd & vos habeatis Dominum in cælis.

2 In precibus perdurate,inuigilantes iis cum gratiarum actione:

3 Orantes ſimul & pro nobis,vt Deus aperiat nobis"oſtium ſermonis, vt loquamur myſterium Chriſti, propter quod & vinctus ſum.

4 Vt *inquam* illud *ita* patefaciam,'vt oportet me loqui.

5 "Sapienter vos gerite erga extraneos, 'opportunitatem redimentes.

Sermo.

6 Sermo veſter ſemper'cũ gratia *ſit* 'ſale cõditus, vt ſciatis quomodo oportet vos vnicuique reſpondere.

7 Res meas omnes notas vobis faciet Tychicus,dilectus frater, & fidus miniſter,& conſeruus in Domino.

8 Quem miſi ad vos ad hoc ipſum vt cognoſcat res veſtras, & conſoletur corda veſtra:

9 Cum Oneſimo fido & dilecto fratre, qui eſt ex vobis.Omnia *igitur* vobis exponent quæ hîc aguntur.

hymnis, & canticis Spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. 1.Cor.10.g.31

17 Omne quodcũque facitis in verbo aut in opere,omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

18 Mulieres,ſubditæ eſtote viris,ſicut oportet in Domino. Epheſ.5.c.22

19 Viri,diligite vxores,& nolite amari eſſe ad illas. 1.Petr.3.a.1. D

20 Filii,obedite parẽtibus per omnia: hoc enim placitum eſt Domino. Epheſ.6.a.1

21 Patres,nolite ad indignationẽ prouocare filios veſtros: vt non puſillo animo fiant.

22 Serui, obedite per omnia dominis carnalibus,nõ ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placẽtes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Epheſ.6.a.5 tit.2.c.9 1.pet.2.c.18

23 Quodcunque facitis,ex animo operamini, ſicut Domino , & non hominibus:

24 Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis: Domino Chriſto ſeruite.

25 Qui enim iniuriam facit , recipiet id quod iniquè geſſit: & non eſt perſonarum acceptio. Deut.10.c.17 ſapien.6.b.8 eccli.35.b.16 rom.2.b.11 galat.2.b.6 epheſ.6,b.9

Cap.IIII.

1 Domini,quod iuſtum eſt & æquũ, ſeruis præſtate: ſcientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.

2 Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione: Luc.18.a.1 1.theſſ.5.c.17

3 Orantes ſimul & pro nobis,vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquẽdum myſterium Chriſti, propter quod etiam vinctus ſum. Epheſ.6.c.18 1 theſſ.3.a.1

4 Vt manifeſtem illud ita vt oportet me loqui. B

5 In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt:tempus redimentes. Epheſ.5.d.15

6 Sermo veſter ſemper in gratia,ſale ſit cõditus:vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.

7 Quæ circa me ſunt , omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter , & conſeruus in Domino:

8 Quem miſi ad vos ad hoc ipſum vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra,

9 Cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre qui ex vobis eſt:omnia quæ hîc aguntur,nota facient vobis.

Pſalmis,hymnis,& cantionibus, ψαλμοῖς,καὶ ὕμνοις,καὶ ᾠδαῖς. Pſalmos puto dici quos vocãt Hebræi מזמורים & hymnos,quos תהלים at cãtica quæ שירים.Pſalmos autem vocat quaſcũque cantiones variis argumentis ſcriptas . Nam & querelæ, & narrationes,& poſtulationes in pſalmis referuntur. At hymni ſolas laudes continent.Cantica verò dicuntur peculiares quædam & magis artificioſæ cantiones, quæ & ipſæ laudes complectebantur,ſed anguſtiore quadam forma quàm pſalmi aut hymni,vt licet ex exemplis cognoſcere. Cum gratia ἐν χάριτι. Vulgata,in gratia.Id eſt,quod ſe vtilitate commendet,vt eo nomine gratiam mereatur ab auditoribus,vt Epheſ.4.g.29. In corde veſtro ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Vide Epheſ.5.d.19. 17 In nomine ἐν ὀνόματι. Id eſt,inuocato Chriſti nomine.vel,in Chriſti laudem ac gloriam.Quod autem addit δι' αὐτοῦ per eum,diligenter notandum eſt,vt ſciamus fruſtrà Deum coli,niſi Chriſtus mediator interueniat.

18 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt,perinde vel quatenus iubet Dominus,qui hanc ἀταξίαν & οἰκονομίαν diſtribuit. Itaque aberrant omnes mariti & vxores à ſcopo,quicunque Deum ſibi in Chriſto non proponunt in amando:quod non agnouit philoſophia.

20 In omnibus κατὰ πάντα. Repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in Domino.vt Epheſ.6.a.1,quod etiam ſtatuendum eſt in proximo verſiculo.

22 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Hæc expoſuimus Epheſ.6.a.5 & 6.

24 Mercedem hæreditatis τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας. Pro eo quòd dominis rectè parueritis,tempus erit quum ex ſeruis filios vos eſſe factos re ipſa cognoſcetis,quum ſcilicet cæleſtis illius hæreditatis eritis participes. Nomen autem τῆς κληρονομίας omnem meriti rationẽ tollit,quum ex gratuita adoptione pendeat,nec quo iure quæratur hæreditas,ſed ad quos ſpectet diſſerat hoc in loco Apoſtolus.

25 Qui verò,&c. ὁ δὲ,&c. Hoc ego accipio cum doctiſſimo interprete,vt in iniquos Dominos dictũ , quorum iniurias libentius ferẽt ſerui,ſi intellexerint ſe Dominum habere iniuriarum ſuarum vindicem, non minus quàm reges & imperatores. Neque enim eſt in Chriſto Dominus aut ſeruus.quod tamen quomodo ſit accipiendum,vel ex hoc loco ſatis apparet, aduerſus furioſos iſtos qui omnem ἀταξίαν perturbant.Vetus interpres legit, ὁ γὰρ qui enim. Iniuriam quam intulerit ὃ ἠδίκησε.Id eſt iniuriæ ſuæ mercedem,vt Epheſ.6.b.8.

CAPVT IIII.

3 Oſtium ſermonis τὴν θύραν τοῦ λόγου. Id eſt,os apertum & liberum ad prædicandum Euangelium.vt Epheſ.6.d.19.

4 Vt oportet ὡς δεῖ. Quæ ſit vis hoc in loco verbi oportet,oſtendit ipſe Apoſtolus 1.Cor.9.c.16.

5 Sapienter ἐν σοφίᾳ. Id eſt,conſideratè ac circunſpectè .Multæ enim cauſæ ſunt cur cum illis potiſſimum prudenter & ſapienter agere oporteat,qui nondum acceſſerunt ad Euangelium. Opportunitatem redimentes τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Vide Epheſ.5.d.16.

6 Cum gratia ἐν χάριτι. Id eſt,ad commodum proximi comparatus,vt diximus ſuprà 3.c.16 Sale conditus ἅλατι ἠρτυμένος. Huic opponitur ſermo putris & corruptus,de quo meminimus ſuprà Epheſ.4.f.29.

10 Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ (de quo accepiſtis mandata, Si venerit ad vos, excipite illum:)

C

11 Et Ieſus qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex Circunciſione. hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerũt ſolatio.

12 Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſollicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei.

13 Teſtimoniũ enĩ illi perhibeo quòd habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli.

D

2.Tim.4.c.11

14 Salutat vos [Lucas medicus chariſſimus, & Demas.

15 Salutate fratres qui ſunt Laodiciæ: & Nymphã, & quæ in domo eius eſt Eccleſiam.

16 Et quum lecta fuerit apud vos epiſtola, facite vt & in Laodicenſium Eccleſia legatur: & eam quæ Laodicenſium eſt, vos quoque legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide miniſteriũ quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia Domini noſtri vobiſcum. Amen.

Scripta ab vrbe Roma per Tychicum & Oneſimum.

10 Salutat vos Ariſtarchus meus in captiuitate ſocius, & Marcus conſobrinus Barnabæ (″de quo accepiſtis mandata, Si venerit ad vos, ″excipite eum:)

Ariſtarchus. Marcus.

11 Et Ieſus qui vocatur Iuſtus: qui ſunt ex Circunciſione. ″hi ſoli adiutores″ in regno Dei, fuere mihi ſolatio.

12 Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti, ſẽper decertans pro vobis in precationibus, vt ſtetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

13 Teſtimonium enim illi perhibeo, quòd multo veſtri zelo ardeat, & eorum qui ſunt ″Laodiceæ, & eorum qui Hierapoli.

14 Salutat vos Lucas medicus dilectus, & Demas.

15 Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nymphan, & ″Eccleſiã quæ in domo illius eſt.

16 Et quum perlecta fuerit apud vos epiſtola, facite vt & in Laodicenſium Eccleſia recitetur: & eam quæ ſcripta eſt ″ex Laodicea, vt vos quoque legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide vt miniſterium quod accepiſti in Domino, impleas.

Archippus.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores ſitis vinculorum meorũ. ″Gratia *ſit* vobiſcum. Amen.

Scripta eſt ad Coloſſenſes Roma per Tychicum & Oneſimum.

10 De quo περὶ οὗ. Ambiguum eſt, ad Barnabam, an ad Marcum hoc referatur. Excipite δέξασθε. Vel δέξασθαι, vt excipiatis, ſi coniungas cum ἐλάβετε. quod meritò probatur doctiſſimo interpreti, vt exprimatur, quæ ſint illa mandata.

11 Hi ſoli οὗτοι μόνοι. Certè vel magna hîc fit Petro iniuria, vel Romæ tum non erat. Vbi ergo illi vigintiquinque anni quibus Romæ ſedit? In regno Dei εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Id eſt in Euangelio, vt 2.Corinth.8.c.18, & Philipp.2.c.22. Verè enim regnat Deus per Euãgelium. 13 Laodiceæ ἐν Λαοδικείᾳ. Vide ſuprà 2.a.1.

15 Eccleſiam ἐκκλησίαν. Eraſmus, congregationem. Vide Rom.16.a.5, & 1.Corinth.16.d.19.

16 Ex Laodicea ἐκ Λαοδικείας. Qui putant ſignificari epiſtolam ad Timotheum priorem, vel ea ratione hallucinantur, quòd ſatis appareat ex iis quæ ſcripta ſunt ſuprà 2.a.1, Paulum hanc Laodiceam non inuiſiſſe. Sed multo fœdius errarunt qui ex hoc loco ſuſpicati ſunt quandam fuiſſe epiſtolam Pauli ad Laodicenſes ſcriptam: quia nimirum Vetus interpres conuertit τὴν ἐκ Λαοδικείας, eam quæ eſt Laodicẽſium: quum potius ſignificet Paulus epiſtolam aliquã ad ſe miſſam Laodicea, aut potius qua reſponſuri eſſent Laodicenſes Coloſſenſibus, accepta ab iis iſta Pauli epiſtola. Vetus tamen eſt hic error, & epiſtola illa ad Laodicẽſes iampridem fuit ementita, vtpote quam citet Epiphanius aduerſus Marcioniſtas. 18 Gratia ἡ χάρις. Vetus interpres addit, Domini noſtri τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

EPISTOLA PAVLI AD Theſſalonicẽſes prima.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ πρώτη.

VETVS.

Cap.I.

1 Paulus & Siluan⁹ & Timothe⁹ Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto, Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Deo Ieſu Chriſto

2.Theſſ.1.a.3

2 [Gratias agimus Deo ſẽper pro omnibus vobis, memoriã veſtri faciẽtes in orationibus noſtris ſine intermiſſione.

3 Memores operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis, & ſuſtinẽtiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti, ante

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Paulus & Siluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium, *quæ eſt* in Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto, Gratia *ſit* vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Gratiarum actio propter fidem à Deo datã Theſſ.

2 Gratias agimus Deo ſemper de omnibus vobis, mentionem veſtri facientes in precibus noſtris.

3 ″Indeſinenter memoria repetẽtes″ efficacem veſtram fidem & laborioſam charitatem, & ″tolerantem illã ſpem, in Domino no

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

3 Indeſinenter memoria repetentes ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες. Nonnulli coniungunt illud aduerbium cum præcedentibus, ſed contra veterum codicum fidem. Efficacem veſtram fidem ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως. ἔργον vocat τὴν ἐνέργειαν, & ἔργου τῆς πίστεως pro τῆς ἐνεργουμένης πίστεως dixit, Hebræorum more: ſicut & τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης pro τῆς κοπιώσης ἀγάπης. Vulgata, memores operis fidei veſtræ. Nam rectè meo quidẽ iudicio, animaduertit in pronomine ὑμῶν non modò non durã & inſolentem, ſed etiam elegantem eſſe traiectionem. Maluit tamen Eraſmus ὑμῶν connectere cũ μνημονεύοντες, & ſubaudire ἕνεκα. Vertit enim, Memores veſtri propter opus fidei. quod mihi videtur multo durius quàm ſit illa traiectio. Tolerantem illam ſpem, in Domino noſtro Ieſu *ſitam* τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Non fruſtra geminatus eſt articulus τῆς. deinde ſpem Chriſti paſſiuè dixit, Hebræorum more, vt fidem Dei pro fide quæ Deo habetur, Marc.11.c.22, quod mihi viſum eſt hoc in loco paulo obſcurius. Vulg. ſuſtinẽtiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti. Eraſmus verò paulo longius à verbis recedens, quòd permanſiſtis in ſpe Domini noſtri Ieſu Chriſti.

ſtro Ieſu *ſitum*, coram Deo & Patre noſtro.

4 Vt qui ſciamus, fratres dilecti, à Deo *eſſe* vos electos.

5 Quoniam Euangelium noſtrum conſtitit apud vos non locutione duntaxat, ſed etiam virtute, cum in Spiritu ſancto, tum in certa perſuaſione multa: ſicut noſtis quales fuerimus inter vos, veſtra cauſa.

6 Et vos imitatores noſtri facti fuiſtis & Domini, admiſſo ſermone cum oppreſſione multa, cum gaudio Spiritus ſancti:

7 Adeò vt fueritis quaſi exemplaria omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.

Theſſalonicēſes prædicant Chriſtum.

8 A vobis enim non ſolùm perſonuit ſermo Domini in Macedonia & Achaia, verumetiā in omni loco fides veſtra quæ eſt in Deū, dimanauit, vt neceſſe non habeamus loqui quicquam.

9 Siquidem ipſi de nobis annuntiant, qualem aditum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi fueritis ad Deum relictis idolis, vt ſeruiretis Deo viuo & vero.

Pœnitentia.

10 Et expectaretis Filium eius è cælis, quem ſuſcitauit à mortuis, *nempe* Ieſum qui liberat nos ab ira illa ventura.

Cap. II.

1 NAm ipſi noſtis, fratres, aditum noſtrum ad vos, non fuiſſe inanem.

2 Sed nos, quum antè afflicti fuiſſemus & cōtumeliis affecti, ſicut noſtis, Philippis: libertate vſos in Deo noſtro, ad loquēdum apud vos Euangelium Dei, cum multo certamine.

3 Exhortatio enim noſtra non fuit ex impoſtura, neque ex impuritate, neque cum dolo:

Deum & Patrem noſtrum:

4 Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem veſtram.

5 Quia Euangelium noſtrum nō fuit ad vos in ſermone tantū, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. C

6 Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cū gaudio Spiritus ſancti:

7 Ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini non ſolùm in Macedonia & in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt ad Deum, profecta eſt: ita vt nō ſit nobis neceſſe quicquā loqui. D

9 Ipſi enim de nobis annuntiāt qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſimulachris, ſeruire Deo viuo & vero.

10 Et expectare Filium eius de cælis, quem ſuſcitauit ex mortuis, Ieſū, qui eripuit nos ab ira ventura.

Cap. II.

1 NAm ipſi ſcitis, fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit:

2 Sed antè paſſi & cōtumeliis affecti, ſicut ſcitis, in Philippis, fiduciam habuerimus in Deo noſtro, loqui ad vos Euangeliū Dei in multa ſolicitudine. Act.16.d.22

3 Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo:

Coram Deo ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ. Hoc connecto cum participio μνημονεύοντες: vt ſit ſenſus, Quoties ad Deum mentem attollunt, & quaſi in eius conſpectu verſantur. id eſt, quoties precantur, (precātur autem ſine intermiſſione) toties illis in mentem venire Theſſalonicenſium fidem, cæteráſque ſanctas virtutes. Poſſimus tamen etiam connectere cum proximis, vt illas virtutes hoc quoque argumento veras ac viuas eſſe ſignificet. Hæc enim eſt huius locutionis vis apud Hebræos, vt quod ſyncerè & excellenter fit, dicatur coràm Domino fieri. Vide Luc.1.a.6 4 A Deo *eſſe* vos electos ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν. Id eſt τὴν ὑπὸ Θεοῦ ἐκλογὴν ὑμῶν, ſubaudi γενομένην, vt ſit ad verbum, electionem veſtram quæ facta eſt à Deo. Alioqui ſcripſiſſet παρὰ τοῦ Θεοῦ, vt conuertit Eraſmus, à Deo electionem veſtram: quanuis quod ad ſenſum attinet, parum ſit diſcriminis. Vetus autem interpres ὑπὸ Θεοῦ coniunxit cum participio ἠγαπημένοι, vt ita conuertas, Scientes, fratres à Deo dilecti, electionem veſtram. Miror autem quid in mentem venerit Eraſmo, vt in participio εἰδότες putarit non eſſe ſeruatam rationem grammatices, quum contrà optimè omnia cohæreant, nempe cum ſuperioribus participiis ποιούμενοι & μνημονεύοντες, vt omnia ad εὐχαριστοῦμεν referantur. Sed εἰδότες cauſam declarat huius tum gratiarum actionis, tum perpetuæ ipſorum recordationis, quia ſcilicet manifeſta videbant electionis ipſorum teſtimonia, quòd tam efficax fuiſſet apud eos prædicatio Euangelii: quod & ipſum miror Eraſmum non cognouiſſe. 5 Quoniam ὅτι. Vt vis huius argumenti intelligatur, confer quod ſcriptum eſt Act.13.g.48. Simile eſt argumentum 1.Cor.1.a.6. Euangelium εὐαγγέλιον. Id eſt prædicatio Euangelii, vt ſæpiſſime iam annotauimus.

Conſtitit apud vos ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς. Vulgata, fuit ad vos. Eraſmus fuit erga vos. Vtrunque, vt mihi videtur, nimium eſt obſcurè dictū. Argumentatur autem Paulus à conſequentibus. Eſt enim in ſolis electis Euangeliū efficax ad ſalutem. Itaque primum omnium dicit non fuiſſe nudam & inanem prædicationem Euangelii apud Coloſſenſes, nec inania duntaxat verba effuſa, ſed efficacitatem maximam eſſe cōſecutam, vt 1.Corinth.4.d.20. Eam autem duabus rebus metitur, nempe donis illis Spiritus ſancti, & certa perſuaſione quam in illorum animis inſediſſe res ipſa oſtendit, quum alacribus animis crucem Domini pertulerint. Hæc tamen fides quum inſigne ſit Spiritus donum (adeò quidem vt alia illa dona, niſi ex hoc fonte proficiſcantur, Deo placere non poſſint: nec valeat hoc argumentum ab effectis niſi fundamento fidei ſubſtrato) poteſt illud ἐν πνεύματι ἁγίῳ, id eſt in Spiritu ſancto, generaliter accipi: cuius tamen vnum illud ſingulare & filiis Dei peculiare effectum κατ' ἐξοχὴν exprimatur, nempe πληροφορία de qua diximus Luc.1.a.1, & Coloſſ.2.a.2. Eſt autem hoc idoneis etiam ſcriptoribus familiare, vt quum in genere aliquid dixerint, certam aliquam ſpeciem aut partem quaſi ex reliquorum numero eximant. vt in illo Virgilii, Troas relliquias Danaûm atque immitis Achilli. Tum in certa perſuaſione multa καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ. Vulgata, & in plenitudine multa, prorſus ineptè, quod tamen Aquinatem fefellit. Eraſmus, pérque certitudinem multam. Ego malui certam perſuaſionem dicere, quòd certitudinis nomen nō meminerim vſquā legere apud idoneos authores. qua de re vide Luc.1.a.1, & Coloſſ.2.a.2. Sed & in eo planè diſſentio à pleriſque quòd πληροφορίαν referūt ad ipſam Pauli & aliorum prædicationem, quæ certa adhibuerit argumenta. Nam ἐν πληροφορικοῖς dicendum fuiſſet. 6 Cum gaudio Spiritus ſancti μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου. Id eſt, cum gaudio quod à Spiritu ſancto promanat.

7 Exemplaria τύπους. Id eſt, vt in vernaculo ſermone dicimus, *des patrons*. Vtitur autem plurali numero, vt ſignificet tot fuiſſe veluti conſtantiæ typos quot erant Theſſalonicenſium capita. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit forma, nec Eraſmus exemplo, ſingulari numero. 8 Vt neceſſe, &c. ὥστε χρείαν, &c. Id eſt, etiam tacentibus nobis.

9 Ipſi αὐτοί. Id eſt omnes credentes, ex verſ.7. vel quicunque vſquam ſunt. Accipiuntur enim collectiuè regionum nomina, pro ipſis regionum incolis, vt omnes norunt. Relictis idolis ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Vulgata & Eraſmus, à ſimulachris. Ego ſtudui amphiboliā quantumuis abſurdam vitare. Deum autem viuum idolis mortuis, verùm idolis quæ nihil ſunt niſi phantaſmata inania, opponit.

10 Ab ira illa ventura ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Ne hìc quidem fruſtrà repetitus eſt articulus. Iram autem accipit pro vltione ſeu vindicatione, qua Dominus iratus mundum tandem vlciſcetur.

IN CAPVT II.

2 In Deo ἐν τῷ Θεῷ. Id eſt Dei ope ac gratia fretos. 3 Ex impoſtura ἐκ πλάνης. Vulgata, de errore. ſed perperam, vt rectè annotauit Eraſmus. De ſe enim loquuntur, non de Theſſalonicenſibus, niſi ex mutua relatione. Negant enim ſe fuiſſe impoſtores, ac proinde deceptos illos fuiſſe. Ex impuritate ἐξ ἀκαθαρσίας. Id eſt vllo ſcelere aut maleficio. ſicut apud Latinos Impurus, apud Græcos μιαρὸς accipitur pro ſcelerato. Alioquin ἀκαθαρσίαν ad libidinum ſpurcitiam ſolet Apoſtolus accommodare.

Sed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur non quaſi hominibus placẽtes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.

4 Sed'ſicut placuimus Deo *quibus* crederetur Euangelium, ita loquimur non vt hominibus placẽtes, ſed Deo"qui approbat corda noſtra.

Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt:

5 Neque enim vnquam'ſermone aſſentatorio'vſi ſumus, ſicut noſtis: 'nec auaritiæ cauſa quicquam prætexuimus: Deus teſtis eſt.

B Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis:

6 Neque quærentes ex hominibus gloriam, nec à vobis, nec ab aliis:

Quum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus lenes in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.

7 Quum poſſemus 'oneri eſſe, vt Apoſtoli Chriſti: ſed fuimus 'placidi in medio veſtri, vt ſi nutrix foueat ſuos fœtus.

Ita deſiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſolùm Euangeliũ Dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.

8 Ita *inquam* cupidi veſtri, auebamus impertire vobis non modò Euangelium Dei, ſed etiam noſtras ipſorum animas, propterea quòd chari nobis eſſetis.

Act.20 g.34
1.cor.4.c.12
2.theſſ.3.b.8

Memores enim eſtis, fratres, ‖laboris noſtri & fatigationis: nocte & die operãtes, nequem veſtrũ grauaremus, prædicauimus in vobis Euãgeliũ Dei.

9 Meminiſtis enim, fratres, laboris noſtri'ac ærũnæ: nocte enim ac die operando, nequem veſtrum grauaremus, prædicauimus apud vos Euangelium Dei.

Laborat Paulus manibus.

Vos teſtes eſtis & Deus, quàm ſancte & iuſtè & ſine querela vobis qui credidiſtis, fuimus:

10 Vos teſtes *eſtis* & Deus, quàm ſanctè & iuſtè & inculpatè 'vobis qui creditis"vixerimus.

Sicut ſcitis qualiter vnumquenque veſtrum (ſicut pater filios ſuos,)

11 Sicut noſtis" quomodo vnumquenque veſtrum, tanquam pater liberos ſuos,

C

Epheſ.4.a.1
philip.1.d.27
coloſſ.1.b.10

Deprecantes vos & conſolantes, teſtificati ſumus ‖vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnũ & gloriam.

12 'Hortabamur, & conſolabamur: obteſtabamur vt ambularetis ſicut dignum eſt Deo, qui vocaret vos in ſuum regnum ac gloriam.

Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſiõe, quoniã quũ accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, ac-

13 Propterea etiam nos gratias agimus Deo indeſinenter, 'quòd acceptum ſermonem quem audiſtis à nobis de Deo,

4 Sicut placuimus Deo καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Quod in eligendo placuit, hoc dicitur à nobis approbari. itaque δοκιμάζεσθαι nihil aliud declarat hoc in loco quàm vt idoneum & aptum factũ ſumi. Sed inter Dei & hominũ iudicia hoc intereſt, quòd homines in eligendo ſpectant earum rerum qualitates quæ proponuntur: Deus verò in ſeipſo inuenit conſilii ſui rationem: quo fit vt quum ne ad cogitãda quidem quæ Dei ſunt idonei ſimus, quos ipſe primùm ad ſanctas illas vocationes eligit, eos non inueniat, ſed faciat idoneos: Itaque hæc approbatio prorſus à Dei miſericordia pendet, ſicut ipſe Apoſtolus explicat 1.Cor.7.e.25. & δοκιμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ nihil aliud declarat quàm Deo placere, ideóque gratis eligi. quod vt melius intelligeretur, actiuam locutionem vſurpaui, quaſi ſcripſerit Paulus, καθὼς ἐδοκίμασεν ὁ Θεὸς πιστεύειν ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον, vt Rom.1.d.27. Itaque τὸ δοκιμάζεσθαι reſpondet hoc in loco verbo Hebræo בחר *buchar* aut התרצה.

Qui approbat τῷ δοκιμάζοντι. Id eſt, qui grata habet & accepta. Significant enim ſe vocationi ſuæ ſyncerè reſpondere.

5 Vſi ſumus ἐγενήθημεν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, fuimus. Atqui dandum aliquid fuit Latinæ linguæ conſuetudini, in dicendi formula tam inuſitata. Annotauimus autem peculiarem vſum, eumque diuerſum verbi γίγνεσθαι in hac epiſtola, vt ſuprà 1.b.5, & 6, & infrà verſu 7.8, & 10. Nec auaritiæ cauſa quicquam prætexuimus οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Vulgata & Eraſmus ad verbum, nec in occaſionem auaritiæ, ita obſcurè vt vix intelligas.

7 Oneri eſſe ἐν βάρει εἶναι. Eraſmus, in dignitate eſſe, id eſt, grauitatem aliquam Apoſtolicæ præſtantiæ ſeruare, vti nunc faciunt qui hoc obtentu ipſis Cæſaribus & Regibus imperant. Sed ſanè non video qui poſſit hæc interpretatio admitti. Nam ſi de moderata grauitate accipias, non eſt veriſimile inſignes iſtos Apoſtolos vnquam fuiſſe ſui muneris oblitos. quòd ſiquando ſeſe ad infima quæque, ipſius Chriſti exemplo, ſummiſerunt, aliter ſanè facere ipſis nõ licuit, pro muneris ſui ratione, quæ poſtulabat vt omnia ad ædificationem Eccleſiæ referrent. Sin verò de immoderata grauitate, id eſt arrogantia Phariſaica, accipias, abſit vt illam exiſtimemus Apoſtolis Chriſti vſurpare vnquam licuiſſe. Cauſa verò quæ affertur cur ἐν βάρει ſumatur pro in pondere & authoritate, nõ ita magni eſt momenti. quia ſcilicet in ſuperiore verſiculo dixerunt ſe nõ ambiuiſſe hominum gloriam: & ſequitur, fuimus placidi. Nam priore loco mentionem fecit non tantùm ambitionis ſed etiam auaritiæ: id autem quod ſequitur, ad vtrunque referri commodè poteſt. Itaque ἐν βάρει huc refero, quòd quũ ſuo iure potuiſſent, ſicut in epiſtola vtraque ad Corinthios Paulus teſtatur, Eccleſiarum ſumptu viuere, tamen ſuis manibus victum quæſiſſent, manifeſto ſanè argumento, ſe ab omni tum auaritia, tum ambitione maximè eſſe alienos. Placidi ἤπιοι. Id eſt minimè aſperis moribus, ſed faciles ac benigni, qua virtute nihil magis eſt repugnans tum auaritiæ, tum ambitioſæ arrogantiæ. Sed & optimè quadrat ſimilitudo. Nam neque tam vile neque tam ſordidum quicquam eſt quod nutrix mater infantis cauſa non ſubeat: neque ad iſtas deuorandas moleſtias ac ſordes vlla ſpe lucri, ſed materno tantùm affectu ducitur. Quidam ex veteribus legunt paruuli, id eſt νήπιοι, lubrico librariorum lapſu: aut potius alicuius argutia, quia nutricis & liberorum fit mentio, tenerorum ſcilicet quos illa foueat. Sed quiſquis ille fuit qui hoc commentus eſt primus, conſiderare debuit Paulum cum ſuis hoc in loco non nutricis perſonam ſuſtinere, niſi dicat ſe cum infantibus quaſi infantem fuiſſe.

9 Ac ærumnæ καὶ τὸν μόχθον. Μόχθος aliquid etiam grauius ſignificat quàm κόπος. ac vt in vernaculo noſtro ſermone hæc tria, *labeur, peine, trauail*, gradus quoſdam laboris ſignificant: ſic & apud Græcos, πόνος, κόπος, μόχθος. Ideò Vetus interpres fatigationem conuertit.

10 Vobis ὑμῖν. Eraſmus, vobiſcum. Atqui hoc pertinet ad ἀμέμπτως, vt ſit ſenſus, quàm ſanctos & iuſtos, quam denique nos vobis qui creditis, inculpatos præſtiterimus. Vixerimus ἐγενήθημεν. Vide ſuprà verſu 5.

11 Quomodo vnumquenque veſtrum ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. Eraſmus, vt erga vnumquenque veſtrum *fuerimus affecti*. Duo enim hîc eum offenderunt: primùm, repetita particula ὡς: deinde quòd quum præceſſerit ἕνα ἕκαστον, poſtea ſubiiciatur pronomen ὑμᾶς. quamobrem putauit imperfectam eſſe orationem. Mihi verò nulla hic apparet eclipſis, niſi verbi ſubſtantiui ἐσμὲν, vt mox dicemus.

12 Hortabamur παρακαλοῦντες ὑμᾶς. Vulgata, deprecantes vos. Eraſmus, obſecrantes vos, duplici errore, vt de ipſo verbo παρακαλεῖν nihil dicamus. Nam poſt participium παρακαλοῦντες ſubaudiendum eſt ſubſtãtiuum verbum, ex Hebræorum more, quo circunſcribere ſolent præteritũ imperfectũ vel præſens, vt ſæpe iam annotauimus, vt 2.Cor.5.a.6, & c.12. Item 7.b.5, & 11.d.13. Quod autem attinet ad pronomen ὑμᾶς, redundat etiam ex Hebræorum idiotiſmo: qui, quanuis expreſſo antecedente, ſolent tamen affixa quæ vocãt verbis ac nominibus ſubiicere, vt obſeruauimus multis iam locis, veluti Rom.16.d.27, & 2.Cor.4.a.4, & Epheſ.3.d.21.

13 Quòd acceptum ſermonem quem audiſtis à nobis de Deo, exceperitis ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν, τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε. Vulgata, Quum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis: ita obſcurè vt vix quiſquam poſſit percipere. Itaque Eraſmus explicuit hoc modo, Quòd quũ acciperetis ſermonẽ à nobis quo Deũ diſcebatis, accepiſtis. Nam, inquit, ſi παραλαβόντες cõuertas, quũ accepiſſetis,

quomodo accipiebant quòd iam acceperant? Deinde verbum auditus Dei à nobis, putauit ſignificare verbum quod vobis Deus per nos loquebatur. vel, verbum per quod Deum ex nobis diſcebatis. At ego aliter explico. Dico enim ſermonem auditionis Hebraico more ſignificare ſermonem auditum ſiue ſermonem auribus perceptum, ac proinde à Paulo & collegis prædicatum: eúmque Dei, id eſt de Deo, vel quẽ Deus per os ipſorum annuntiabat. Eſt autem magnum diſcrimen inter παραλαμβάνειν & δέχεσθαι. Illud enim eſt interioris ſenſus ea accipiẽtis quæ externis ſenſibus obiiciuntur, & ad iudicii cognitionem transferentis, vt accepta vel probet & amplectatur (quod ſignificatur verbo δέχεσθαι) vel repudiet ac reiiciat. Iſta denique non minus differunt quàm pecuniam oblatam accipere, & eam acceptam recondere. Poſſumus autem παρ' ἡμῶν, id eſt à nobis, connectere vel cum participio παραλαβόντες, vel cum ἀκοῆς, vt nos fecimus, eadem prorſus manente ſententia.

exceperitis ″non pro ſermone hominum, ſed (ſicut erat verè) pro Dei ſermone, qui etiam agit in vobis qui creditis.

14 Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa ″in Chriſto Ieſu, quòd eadem paſſi ſitis & vos ″à propriis contribulibus, ſicut & ipſi à Iudæis:

Iudæi perſecutores Chriſti & Prophetarum & Pauli.

15 Qui & Dominum occiderunt Ieſum, & proprios Prophetas & nos exegerunt: neque Deo placent, & ″omnibus hominibus aduerſantur:

16 Vt qui nos Gentibus quò ſeruentur loqui prohibeant: ″vt ſemper expleãt peccata ſua. ″Occupauit enĩ eos ″ira ″ad extremũ vſque.

17 Nos verò, fratres, ″orbati vobis ″ad temporis momentum, cõſpectu non animo, vehementius ſtuduimus videre faciem veſtram, cum multo deſiderio.

18 Ideo voluimus venire ad vos, (ego quidẽ Paulus,) ſemel atque iterum: ″ſed impediit nos Satanas.

Satan.

19 Nam quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona de qua glorier? annon & vos in conſpectu Domini noſtri Ieſu Chriſti, in eius aduentu?

20 ″Certè vos eſtis gloria noſtra & gaudium.

Cap. III.

1 PRoinde non amplius *id deſiderium* ferentes, ″optimum duximus vt Athenis relinqueremur ſoli.

cepiſtis nõ vt verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis.

Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, in ′Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & vos à cõtribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis:

Qui & Dominum occiderunt Ieſũ, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt: & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur:

D

Prohibentes nos Gẽtibus loqui vt ſaluæ fiãt: vt impleant peccata ſua ſẽper. Peruenit autem ira Dei ſuper illos vſque in finem.

Nos autem, fratres, deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde, abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio.

Rom.1.b.11

Quoniam voluimus venire ad vos, (ego quidem Paulus) & ſemel & iterum: ſed impediuit nos ſatanas.

Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis, in aduentu eius?

Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

Cap. III.

PRopter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis:

Non pro ſermone hominum, &c. οὐ λόγον ἀνθρώπων, &c. vel, non vt ſermonem hominum, ſed vt ſermonem Dei, οὐχ ὡς λόγον ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς λόγον Θεοῦ, vt Græcos legiſſe apparet ex ſcholiis. Neque verò cauſa erat cur Eraſmus eam lectionem idcirco reiiceret quòd particula ὡς de iis dicatur quæ verè ſunt: imò potius vel ob eam cauſam debuerat eam amplecti. quanqam hoc quidem ad rem non pertinet: nam ὡς non cohæret propriè cum λόγον, ſed cum ἐδέξασθε, vt ſignificetur Theſſalonicenſes Apoſtolicam doctrinam ita excepiſſe, vt par erat excipere eam doctrinam quam ſibi perſuaſiſſent non eſſe hominum, (id eſt ab hominibus tanquam authoribus profectam) ſed Dei ipſius, qui ſcilicet per os Apoſtolorum loquebatur, vti ſanè Dei erat: quod res ipſa oſtendit. Verum etiamſi ὡς non addas, ita erit explicanda hæc ſpecies appoſitionis, de qua diximus Luc.11.e.41. 14 In Chriſto Ieſu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Id eſt Chriſti Ieſu auſpiciis collectæ, vt ſuprà 1.a.1, vbi ſubauditur participium verbi ſubſtantiui hoc loco expreſſum. Ineptè igitur quidam conuertit, quod ad Chriſtum Ieſum attinet.

A propriis contribulibus ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν. Id eſt, ab iis ipſis quibuſcum gentem ac ciuitatem communem habetis. Intelligit autem tum Iudæos tum alios ciues Theſſalonicenſes, qui grauiſſimam ſeditionem iam excitarant aduerſus Eccleſiam vixdum naſcentem, vt refertur Act.17. 15 Omnibus hominibus aduerſantur πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. Meritò ſanè hoc dicit, quum Iudæi nec in regnum Dei introire ipſi vellent, nec alios ſinerent ingredi. Neque enim quiſquam eſt magis capitalis humani generis hoſtis, quàm qui Euãgelii curſum impedit. Alii interpretantur toti mundo exoſos, quod mihi videtur nimis dilutum.

16 Vt ſemper expleant, &c. εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι, &c. Manifeſtum eſt hoc pertinere ad Iudæos. quod vt planius eſſet, ita collocaui participium κωλυόντων, vt proximè cohæreret. Eſt autem hoc tritum apud Hebræos dicendi genus, complere iniquitates ſuas, & patrum menſuram implere, vt Gen.15.c.16, & Matth.23.d.32. quo ſignificatur hæreditaria improbitas: quia nimirum Dominus non ſtatim ad iram prorũpit, ſed expleto demum iniquitatis cumulo, vt reprobi ſuo ipſorum iudicio millies conuicti teneantur. Particula verò πάντοτε perpetuum illum in ſceleribus progreſſum declarat. Occupauit enim ἔφθασε δὲ. Vulg. & Eraſ. peruenit autem. Mihi verò videtur τὸ φθάνειν ſubitum aliquid & inexpectatum declarare. Deinde δὲ pro γὰρ poſitam puto, quam enallagen ſæpe iam annotauimus. Ira ἡ ὀργή. Ira ſcilicet Dei, id eſt irati Dei iudicium aduerſum illos, vt Rom.4.c.15. Ad extremum vſque εἰς τέλος. Vulg. & Eraſ. in finem, nimium obſcurè. Heb. לנצח id eſt in perpetuum. Neque verò iſta pugnant cum iis quæ prædixerunt Prophetæ de Iſraelis inſtauratione, & explicat noſter Apoſtolus Rom.11.c.25. Nam ſiquis iſta propius conſideret, mecum, vt ſpero, fatebitur Apoſtolum de certis ex ea Gente hominibus agere, iis ſcilicet qui tum in Iudæa ac præſertim Hieroſolymis erant, ac Chriſtum ipſum non cõtenti interfeciſſe, ſuos etiam prophetas, & miniſtros verbi peculiariter ipſis deſtinatos, ipſúmque adeò Paulum crudeliſſimè perſequebantur. Hi ſunt nimirum qui vltrò citróque miſſis nuntiis ſanctos Apoſtoli conatus frangere conabantur, & quorum rabiem Philippis, Theſſalonicæ, Berrhœæ, paulo antè expertus erat quàm hæc ſcriberet vt eos ipſius Dei hominúmque reliquorum hoſtes meritò vocarit: quum ex ea vrbe, quaſi ex arce quadam, Satan Eccleſiam Dei infeſtaret. Meritò igitur illis odium Dei inexpiabile & ſempiternum exitium imminere dicit. idque quàm verè ſcripſerit, non ita multo pòſt apparuit, ipſis ad internecionem deletis, & ita quidem vt quum plurimi etiam ex prouincialibus Iudæis eſſent eiuſdẽ ſceleris conſcii, eos omnes in vrbe quaſi in ſagena includeret, quos ſimul etiam vlciſceretur. Siquidem non ſine mirabili Dei prouidẽtia factum eſt vt eo tempore vrbs obſideretur, quo Iudæi ex vniuerſo orbe terrarum eo conuenerant, vt refert Ioſephus.

17 Orbati vobis ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. Id eſt, diſũcti à vobis ac proinde veluti orphani. Vſus enim eſt vocabulo quo teſtaretur quàm inuitus eos reliquiſſet. Vulg. deſolati à vobis. Ad temporis momentum πρὸς καιρὸν ὥρας. Vel ad momentum horæ, vt in illo Horatii, Horæ momento cita mors venit aut victoria læta. Id eſt, intra breuiſſimum tempus. Nam vtroque hoc nomine ſignificatur certum temporis punctum. Vide Matth.9.c.22. Vulgata, ad tempus horæ. Eraſmus, ad ſpatium temporis.

18 Sed impediit, &c. καὶ ἐνέκοψεν. καὶ pro ἀλλὰ, vt Act.10.d.28.

20 Certè γάρ. Heb. כי cuius multiplex eſt ſignificatio. Hoc quidẽ res ipſa oſtendit nõ poni hoc in loco αἰτιολογικῶς. Vulg. & Eraſ. enim.

IN CAPVT III.

1 Optimum duximus εὐδοκήσαμεν. Sic Ambroſius, vt mihi videtur, fœliciter expreſſit verbum εὐδοκεῖν, vt quidem hoc in loco accipitur. Vulgata, placuit. Eraſmus, viſum eſt.

Act.16.a.1 ‖Et miſimus Timotheum fratrẽ noſtrum,& miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti,ad confirmãdos vos & exhortandos pro fide veſtra: 2

Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus. 3

Nam & quũ apud vos eſſemus,prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes:ſicut & factum eſt, & ſcitis. 4

Propterea & ego amplius non ſuſtinens,miſi ad cognoſcendam fidem veſtram: ne fortè tẽtauerit vos is qui tentat,& inanis fiat labor noſter. 5

Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis,& annuntiante nobis fidem & charitatem veſtram, & quia memoriam noſtri habetis bonam ſẽper,deſiderãtes nos videre, ſicut nos quoque vos: 6

C Ideo conſolati ſumus,fratres,in vobis,in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem veſtram: 7

Quoniam nunc viuimus,ſi vos ſtatis in Domino. 8

Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum noſtrum? 9

Rom.1.b.10 & 15.c.23 ‖Nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciem veſtrã,& cõpleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ? 10

Ipſe autem Deus & Pater noſter & Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. 11 D

Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatẽ in inuicẽ & in õnes,queãdmodũ & nos ĩ vobis 12

2.Cor.1.a.8 infrà 5.d.23 Ad confirmanda corda veſtra ſine querela,‖in ſanctitate,ante Deũ & Patrem noſtrum in aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius.Amen. 13

Cap. IIII.

DE cætero ergo,fratres,rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu,vt queãdmodũ accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo,ſicut & ambulatis, vt abundetis magis. 1

2 Miſimúſque Timotheum fratrẽ noſtrum, ac miniſtrum Dei, ″& adiutorem noſtrum″in Euangelio Chriſti,ad vos ſtabiliendos & exhortandos″ſuper fide veſtra.

3 ″Ita vt nemo commoueatur in oppreſſionibus iſtis. nam ipſi noſtis nos″ad id eſſe conſtitutos.

4 Etenim quum apud vos eſſemus,prædicebamus vobis fore vt affligeremur:quod & euenit,& noſtis.

5 Quamobrem etiam ego non amplius ferens *veſtri* deſideriũ,miſi *eum* vt cognoſcerem fidem veſtram:nequo modo tentaſſet vos ″tentator ille,& inanis redditus eſſet labor noſter.

6 Nuper autem quum veniſſet Timotheus ad nos à vobis,& annuntiaſſet nobis fidem ac charitatem veſtram, quódque teneatis memoriam noſtri bonam,ſemper cupientes nos videre,ſicut nos quoque vos:

7 Propterea conſolationem accepimus,fratres,ex vobis,in omni afflictione & neceſſitate noſtra,per veſtram fidem:

8 ″Nam nunc viuimus,ſi vos″ſtatis in Domino.

9 Quam enim gratiarum actionem poſſimus Deo rependere de vobis,ſuper omni gaudio quo gaudemus propter vos″coram Deo noſtro?

10 Nocte ac die″quàm vehementiſſimè orantes vt videamus veſtram faciem,& quæ deſunt fidei veſtræ″compleamus? Orat Paulus videre Theſſalonicenſes.

11 Ipſe verò Deus & Pater noſter,& Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos.

12 Vos autem Dominus abundantes & exuberantes faciat mutua inter vos charitate,& in omnes,quemadmodum & nos in vos: Charitas.

13 Vt corda veſtra inculpata ſtabiliat in ſanctimonia corã Deo & Patre noſtro, in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius.

Cap. IIII.

1 QVod ſupereſt igitur, fratres, rogamus vos & precamur per Dominum Ieſum,vt,ſicut accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos verſari & placere Deo,″magis excellatis. Placere Deo.

2 Et adiutorem noſtrum καὶ συνεργὸν ἡμῶν. Hoc non legit Vetus interpres. In Euangelio ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Id eſt,in prædicatione Euangelii,vt alibi ſæpe. Super fide veſtra περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. Sic inuenimus ſcriptum in omnibus vetuſtis libris Roberti noſtri, vno duntaxat excepto. Quidam tamen malunt legere ἡμῶν,id eſt noſtra,vt ſignificetur miſſum Timotheum,qui commemorata Pauli fide Theſſalonicenſes confirmaret. Sed περὶ τῆς πίστεως pro τῇ πίστει mihi non facilè poſſit probari, niſi quis ſimile aliquod exemplũ proferat.Retineo igitur veterum codicum & Græcorum ſcholiorum lectionem , quam etiam ſequutus eſt Vetus interpres, ita ſcilicet vt περὶ pro ὑπὲρ hoc quoque loco ponatur,ſitque hoc additũ vt ſignificaretur qua in re potiſſimum verſaretur Timothei exhortatio.Hoc enim eſt quod in vernaculo ſermone dicimus,*touchant noſtre foy*.Eraſmus,de fide veſtra.

3 Ita vt nemo commoueatur τῷ μηδένα σαίνεσθαι. Id eſt ταράττεσθαι, vt Græcus ſcholiaſtes interpretatur. Quid ſi verò potius σαίνεσθαι media ſignificatione accipiamus pro abblandiri,aduerſariis ſcilicet Euangelii? Nam τὸ σαίνειν conſtat de canibus propriè dici,qui mota cauda blandiuntur.Cæterum articulus τῷ indicat qua ratione confirmaturus eſſet Theſſalonicenſium animos Timotheus . acſi diceret, per hoc, ne quis ſcilicet commoueatur,&c .quod non potuit ſatis commodè ad verbum explicari. Vulgata, vt nemo,&c. Eraſmus, Ne quiſquam, id eſt εἰς τὸ μηδένα,&c. Ad id eſſe conſtitutos εἰς τοῦτο κείμεθα. Vulg. in hoc poſiti ſumus.Eraſ.in hunc vſum poſitos eſſe. Vide Luc.3.e.34.

5 Tentator ille ὁ πειράζων. Id eſt ὁ πειραστής,Hebræorum more,qui participium pro verbali nomine vſurpant.

8 Nam nunc viuimus ὅτι νῦν ζῶμεν. Id eſt,Nam nunc non aliter nobis videmur ſalui & incolumes,non aliter inquam viuere,quàm ſi pergitis in fide. Particula autem ἐὰν non eſt dubitantis,ſed ſimplicem ponentis conditionem, vt ab eorum conſtantia tum pependiſſe vitæ ſuæ incolumitatem ſignificet. Statis in Domino στήκετε ἐν Κυρίῳ. Stare in Domino, ſignificat in fide perſeuerare, quia fides inſerit nos Domino. 9 Coram Deo noſtro ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quæ ſit vis iſtius loquutionis diximus Luc.1.a.6. Poteſt autem vel cum præcedentibus vel cum ſequentibus conſtrui:& repetitum eſt antecedens pro relatiuo,ex Hebræorum more.

10 Quam vehementiſſimè ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Vulgata abundantius.Eraſmus,ſupra modum. Vide Epheſ.3.d.20. Compleamus? καταρτίσαι; Id eſt,vt omnibus numeris fidem veſtram adhuc imperfectam abſoluamus? Nam præterquam quod quotidie nobis proficiendum eſt,(quod tamen mihi non videtur propriè ad hunc locum pertinere) coactus fuerat Apoſtolus aduerſariorum importunitate vix inchoatum ædificium relinquere. quam etiam ob cauſam Silam & Timotheum in Macedonia reliquerat, Act.17.c.14.& quum Timotheus è Macedonia ad ipſum Athenas veniſſet, ſtatim eum remiſit, qui tamen poſtea cum Sila rediens ipſum inuenit Corinthi, Act.18.b.5. Itaque hos eoſdem ſibi comites idcirco adiungit 2.Cor.1.d.19. vt mihi quidem omnino videatur hic Siluanus is eſſe quem Lucas Silam vocat, perpetuum in ea peregrinatione collegam Pauli cum Timotheo. Quod autem attinet ad verbum καταρτίζειν, diximus de eo pluribus Matth.21.b.16.Rom.9.e.22.& 1.Corinth.1.b.10.

CAPVT IIII.

1 Magis excellatis περισσεύειν μᾶλλον. Id eſt,ita conemini magis ac magis excellere,ac voſipſos quotidie ſuperare. Nam τὸ περισσεύειν hoc in loco non ſignificat abundare,ſed ὑπερβάλλειν καὶ ὑπερέχειν. Vulg.& Eraſ.vt abundetis magis. Quod autem apud Veterem interpretem & Ambroſium,poſt placere Deo,legitur,ſicut & ambulatis,καθὼς καὶ περιπατεῖτε,in vno duntaxat exemplari Græco legimus.

2 Noſtis enim quæ ʹaccepta mandata dederimus vobis per Dominum Ieſum.

Voluntas Dei. 3 Enimuero hæc eſt voluntas Dei, *nempe* ʹſanctificatio veſtra, *id eſt* vt abſtineatis à ſcortatione:

4 *Et* ſciat veſtrum vnuſquiſque ʹſuum vas poſſidere cum ſanctificatione & honore:

5 Non ʹcum morbo cupiditatis, ſicut Gentes quæ non nouerũt Deum.

6 ʹNequis opprimat aut circunueniat in negotio fratrem ſuum. nam vltor eſt Dominus omnium iſtorum, ſicut & antè diximus vobis, ac teſtificati ſumus.

Vocatio. 7 Non enim vocauit nos Deus ad impuritatem, ſed ad ſanctificationem.

8 Proinde ʹqui *hæc* reiicit, non reiicit hominem, ſed Deũ, qui dedit ʹvobis Spiritum ſuum ſanctum.

9 Cæterum de fraterna charitate non neceſſe habetis vt ſcribam vobis: ipſi nanque Diuinitus docti eſtis vt diligatis alii alios. Dilectio.

10 Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui ſunt in tota Macedonia: obſecramus autem vos, fratres, ʹvt magis excellatis.

11 Et contendatis quieti eſſe, & res veſtras agere, ac operari propriis manibus veſtris, ſicuti vobis denuntiauimus:

12 Vt vos geratis honeſtè erga extraneos: & nulla re vobis ſit opꝰ

13 Nolim autem vos ʹin ignorantia verſari, fratres, ʹquod ad eos attinet qui obdormierunt, vt ne doleatis, quemadmodum & cæteri qui ſpem nonhabent.

14 Nam ſi credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita etiã Deus eos qui obdormierint ʹin Ieſu, ʹadducet cum eo.

15 Hoc enim vobis dicimus ʹverbis Domini, quòd ʹnos viui qui reliqui erimus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui obdormierint,

2 Scitis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum Ieſum.

3 Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ‖vt abſtineatis vos à fornicatione: Rom.12.a.1 epheſ.5.f.27

4 Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore:

5 Non in paſſione deſiderii, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.

6 Et nequis ſupergrediatur ‖neque circunueniat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut & prædiximus vobis & teſtificati ſumus. 1.Cor.6.b.8 B

7 ‖Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, ſed in ſanctificationem. 1.Cor.1.a.2

8 Itaque qui ſpernit, nõ hominẽ ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritũ ſuum ſanctum in nobis.

9 ‖De charitate autẽ fraternitatis nõ neceſſe habemus ſcribere vobis. ipſi enim vos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem. Iohan.13.d.34, & 15.b.12 1.Iohan.2.b.8, & 4.d.21

10 Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuerſa Macedonia: rogamus autẽ vos, fratres, vt abundetis magis:

11 Et operam detis vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & operemini manibꝰ veſtris, ſicut præcepimꝰ vobis. C

12 Et vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſũt, & nullius aliquid deſideretis

13 Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent.

14 Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. D

15 Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini ‖quòd nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentũ Domini, nõ præueniemus eos qui dormierunt. 1.Cor.15.g.51

---

2 Accepta mandata παραγγελίας. Τὸ παραγγέλλειν interdum quidem fateor generaliter accipi pro edicere & interdicere, ſed, vt oſtendit ipſa verbi notatio, propriè de eo mandatorum genere dicitur quod per manus traditur & accipitur, vt author quidem ipſe mandati dicatur διαγγέλλειν, id eſt per alium ſignificare: qui verò nomine alterius aliquid denuntiat quaſi per manus acceptum, παραγγέλλειν. quam ſignificationem hoc in loco putaui in primis obſeruandam, quum ita videatur Apoſtolus ipſe explicare 1.Corinth.11.e.23. Sed & quæ fuerint iſta mandata mox ita explicat, vt ſine ſumma impudentia non poſſint Eccleſiaſtici tyranni hoc teſtimonio ad ſtabiliendam ſuam tyrannidem abuti. 3 Sanctificatio ὁ ἁγιασμός. Vide Iohan.17.c.17.

4 Suum vas τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος. Id eſt ſuum corpus, vt apparet ex iis quæ ſcripta ſunt 1. Corinth.6.d.18.

5 Cum morbo cupiditatis ἐν πάθει ἐπιθυμίας. πάθος conuertimus morbum, Ciceronem ſequuti. Ita enim propriè accipitur hoc in loco. Vulgata, cum paſſione deſiderii. Eraſmus, cum affectu concupiſcentiæ.

6 Nequis opprimat aut circunueniat. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν. τὸ ὑπερβαίνειν ſuperborum eſt hominum & ambitioſorum, qui reliquos quaſi ſuperſcandunt: τὸ πλεονεκτεῖν verò auaritiam præterea declarat, quum aliquis ſua ſorte non contentus, in aliorum fortunas inuadit: aut ex aliorum incommodis commoda ſua comparat. Ideo alicubi vertimus occupare, & expilare. Vulgata, Nequis ſupergrediatur neque circunueniat. Eraſmus, nequis opprimat ac fraudet.

8 Qui *hæc* reiicit ὁ ἀθετῶν. Repete τὰς παραγγελίας, &c. id eſt accepta illa mandata quæ dedi vobis, ex verſu 2. Diximus autem de verbo ἀθετεῖν Marc.6.d.26. Vobis εἰς ὑμᾶς. Id eſt ὑμῖν. Reſpondet enim præpoſitio εἰς literæ ל, quæ tertio caſui præponitur apud Hebræos. Quanquam etiam hæc locutio non caret ſua emphaſi, vt Spiritus ſanctus ſignificetur in ſanctis quaſi radices agere, & in intimam vſque mentem penetrare. 10 Vt magis excellatis περισσεύειν μᾶλλον. Vide ſuprà verſu 1.

13 In ignorantia verſari ἀγνοεῖν Vulgata & Eraſmus, ignorare. Vide 1.Corinth.12.a.1. Quod ad eos attinet qui obdormierunt περὶ τῶν κεκοιμημένων. Τὸ κοιμᾶσθαι id eſt obdormiſcere, pro reponi in ſepulchro, quaſi in lecto, ex quo tandem expergiſcentes ſuſcitemur, Græci dixerunt, Hebræorum more, apud quos ſic accipitur verbum שכב, ſed ferè cum adiuncta aliqua appendice, veluti, Cum patribus ſuis: interdum tamen etiam abſolutè, vt Eſa.14 b.8, & d.18. Domientes autem pro mortuis vocant ישנים vt Daniel.12.a.2.

14 In Ieſu διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Sic infrà verſu 16, & Apoc.14.c.13 vt διὰ pro ἐν ponatur, ſicut diximus Rom.4.b.11. Dicuntur autem in Domino mori, qui ad extremum vſque perſeuerant in fide qua ſunt Chriſto inſiti. Argumentatur autem Paulus ex duplici hypotheſi: vna, Chriſtum reſurrexiſſe: altera, à Chriſto tanquam capite omnem virtutem in ſubiecta membra deriuari. Fideles enim alloquitur, quique de iſtis principiis minimè dubitarent. Vulgata & Eraſmus, per Ieſum. Adducet ἄξει. Adducet nimirum è ſepulchris euocatos. quod attinet ad corpora quibus animi rurſus erunt adiuncti, εἰς ἀφθαρσίαν, vt copioſè dictum eſt 1.Corinth.15. Apparituram autem Dominum in iudicio cum Sanctis ſuis, dixerat etiam ſuprà 3.d.13.

15 Verbis Domini ἐν λόγῳ Κυρίου. Id eſt Domini nomine, & quaſi eo ipſo loquẽte. Quæ formula Latinis quoque eſt peruſitata. Vtitur autem hac præfatione, quòd arcanũ quiddam ſit dicturus, vt ſuæ doctrinæ authoritatem conciliet, ſicut apud Prophetas vbique illud ingeminatur, HAEC DICIT DOMINVS. Nos viui ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Sic quoque Paulus 1.Corinth.15.g.51 & 52, de his rebus loquitur, quaſi vnus ſit futurus ex eorum numero quos Dominus adueniens ſit viuos deprehenſurus: quia nimirum incertum eſt illud tempus, ſingulos autem noſtrûm perinde comparatos eſſe oportet, acſi ſingulis momentis Dominus venturus eſſet. Itaque prorſus detorſit hunc locum Methodius, qui participium ζῶντες animabus, κοιμηθέντας corporibus accommodat.

Matth.24.c.31
1.Cor.15.g.52

16 ‖Quoniã ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli‖ & in tuba Dei deſcẽdet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.

17 Deinde nos qui viuimꝰ, qui reliquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera: & ſic ſemper cum Domino erimus.

18 Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. Cap. V.

1 DE temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis.

Matth.24.d.44
2.petr.3.c.10
apoc.3.a.3,
& 16.c.15

2 ‖Ipſi enim diligenter ſcitis quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.

3 Quuum enim dixerint, Pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti: & non effugient.

4 Vos autem fratres, nõ eſtis in tenebris, vt vos dies illa, tanquam fur, cõprehendat.

5 Omnes enim vos, filii lucis eſtis, & filii diei: nõ ſumus noctis neque tenebrarum.

6 Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrii ſimus.

B

7 Qui enim dormiũt, nocte dormiũt: & qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt.

Eſa.59.c.17
epheſ.6.c.17.

8 Nos autem qui diei ſumus, ſobrii ſimus, ‖induti loricam fidei & charitatis: & galeam, ſpem ſalutis.

9 Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,

10 Qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo viuamus.

11 Propter quod conſolamini inuicẽ: & ædificate alterutrũ, ſicut & facitis.

12 Rogamus autem vos, fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & C præſunt vobis in Domino, & monent vos:

13 Vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum: pacẽ habete cum eis.

14 Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, conſolamini puſil-

16 Nam ipſe Dominus″cũ hortationis clamore & voce Archangeli ac tuba Dei deſcendet de cælo: & qui mortui fuerint″in Chriſto, reſurgent primùm.

17 Deinde nos viui, qui reliqui erimus, ″rapiemur ſimul cum eis in nubes, in occurſum Domini in aera: & ita ſemper cum Domino erimus.

18 Itaque conſolemini alii alios iſtis ſermonibus. Cap. V.

1 PORRO de tẽporibus″& opportunitatibus, fratres, nõ eſt opus vt vobis ſcribam.

Timotheus lis.

2 Ipſi enim penitus ſcitis quòd dies ille Domini, vt fur in nocte, ita venturus ſit.

3 Quum enim dixerint, Pax, & tuta omnia: tunc repentinum eis imminet exitium, ſicuti dolor partus mulieri vterum ferenti: nec effugient.

4 At vos fratres, non eſtis in tenebris, vt dies ille vos, tãquam fur, deprehendat.

5 Omnes vos″filii lucis eſtis, ac filii diei: nõ ſumus noctis, neque tenebrarum.

6 Nempe igitur ne dormiamus vt reliqui, ſed vigilemus & ſobrii ſimus.

7 Nam qui dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriãtur, noctu ſunt ebrii.

8 At nos qui ſumus diei, ſobrii ſimus, ″induti thorace fidei & charitatis: & pro galea, ſpe ſalutis.

9 Nam non conſtituit nos Deus ad iram, ſed ad ſalutem obtinendam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

10 Qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum eo viuamus.

11 Quapropter adhortemini alii alios, & ædificetis ſinguli ſingulos, ſicut & facitis.

12 Rogamus autem vos, fratres, vt″agnoſcatis eos qui laborãt inter vos, & præſunt vobis″in Domino, & admonent vos:

13 ″Et quàm maximè charos ducatis, ″propter opus ipſorum: ″pacem colite inter vos mutuo.

14 Precamur autem vos, fratres, ″monete inordinatos, cõſolamini

16 Cum hortationis clamore ἐν κελεύσματι. Græci κέλευσμα, id eſt hortamen, appellant quod præcipuè apud nautas eſt quaſi ſolenne, vt ſcilicet vno veluti concentu remos adducant. Apoſtolus ergo magnificentiam & celebritatem aduentus Domini repræſentat, facta ſcilicet celeuſmatis, vocis Archangeli & tubæ mentione, vt mortui etiam ipſi aduentus Dei ſonitum audiant, vt Matth.24.c.31, & 25.a.6, & Iohan.5.e.28. Subtilius autem de his rebus nolim quidem ego philoſophari. In Chriſto ἐν Χριστῷ. Vide ſuprà verſ.14.

17 Rapiemur ἁρπαγησόμεθα. Repente ſcilicet & oculi momento immutata corporum noſtrorum qualitate, idque abſque morte, cuius ſcilicet in locum illa immutatio ſuccedet, vt 1.Corinth.15.g.51 & 52.

IN CAPVT V.

1 Opportunitatibus τῶν καιρῶν. Vulg. momentis. Eraſ. articulis temporum. Vide Act.1.b.7. Mirum eſt autem, quum tam expreſſè hæc ſcripta ſint, & antè etiam à Chriſto ipſo pronuntiata, repertos ſemper aliquos fuiſſe qui in hoc inquirẽdo arcano & ſeſe & alios fatigarent, & quidem prolato neſcio quo ſomnio, quod miror non pudere quoſdam Eliæ prophetæ tribuere. Apage verò iſtam non iam ridiculam, ſed etiam impiam ac profanam curioſitatem. 5 Filii lucis υἱοὶ φωτός. Vide Epheſ.5.b.6.

8 Induti ἐνδυσάμενοι. Vide Epheſ.6.c.14. 12 Agnoſcatis εἰδέναι. Id eſt, agnoſcatis tales eſſe quales ſunt, digni ſcilicet quos in maximo pretio habeatis. Ita enim Agnoſcendi vocabulum alibi etiam vſurpatur, vt Matth.7.d.23, & 1.Cor.5.c.16. Verùm qui hunc honorem à ſuis flagitant, prius circunſpiciant ecquid ſibi conueniant ex notæ quas ſubiicit Apoſtolus. Neque enim hîc vlla bullarum, datarum, diſpenſationum, totius denique Pontificiæ nundinationis mentio. In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt, in iis quæ ad cultum Dei ſpectant. Sic Eccleſiaſticum munus à ciuili adminiſtratione, & veros paſtores à lupis diſtinguit.

13 Et quàm maximè charos ducatis Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Vulgata, vt habeatis illos abundantius in charitate. quo modo ſcilicet dicimus in vernaculo ſermone, *auoir en amour*. Eraſmus, vt habeatis illos in ſummo pretio per charitatem. At ego non memini legere ἡγεῖσθαι ſimpliciter poſitum pro, in pretio habere: idque potius crediderim Agnoſcendi verbo ſignificatum in ſuperiore verſiculo.

Propter opus ipſorum διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Vbi ergo ceſſat hæc cauſa, ceſſet etiam honor, & expellatur lupus è grege. Pacem colite inter vos mutuò εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς. Vetus interpres & Eraſmus legunt ἐν αὐτοῖς cum eis, ſed omnibus noſtris veteribus libris & Græcis quoque ſcholiis repugnantibus. Mihi verò propterea etiam magis placet legere ἐν ἑαυτοῖς, quòd ita etiam comprehẽdentur ipſi paſtores, quibuſcum præcipuè debet gregi conuenire. Deinde dicendum potius fuiſſet εἰρηνεύειν τε, vt omnia cohærerent.

14 Monete inordinatos νουθετεῖτε ἀτάκτους. Ita ſolet Liuius hoc nomen vſurpare de militibus qui ſtationem non ſeruent. eleganter autem tranſtulit Paulus ad eos non qui ſunt intractabiles, vt putauit Eraſmus, ſed qui tamen aliter quàm per infirmitatem peccant. Neque νουθετεῖν ſignificat corripere, vt Græcus etiam ſcholiaſtes rectè monet: ſed officii admonere, & quaſi amiſſam mentem reponere, vt ipſa verbi notatio declarat. Indomitis autem alia ſunt adhibenda ſeueriora remedia, de quibus non inſtituit agere Apoſtolus hoc in loco: ſed de iis

duntaxat officiis,quæ priuata quidem ſunt,ad quoſuis tamen fideles ſpectant.Itaque Vetus interpres non rectè conuertit, corripite inquietos,& multo etiam minus appoſitè quidam interpretatus eſt,caſtigate incompoſitos.

qui puſillo animo ſunt, ſubleuate infirmos,patientes eſtote erga omnes.

Videte ne quis malum pro malo cuipiam reddat:ſed ſemper "beneficentiam ſectemini,tum inter vos mutuo,tum erga omnes.

Semper "gaudete.

Indeſinenter orate.

In omnibus gratias agite:hæc enim eſt "voluntas Dei per Chriſtum Ieſum erga vos.

"Spiritum ne extinguatis.

"Prophetias ne pro nihilo habeatis.

Omnia explorate:quod bonum fuerit retinete.

"Ab omni ſpecie mali abſtinete.

Spiritus. Anima. Corpus.

Ipſe autem Deus pacis *author* "ſanctificet vos totos: & integer veſter ſpiritus,& anima & corpus inculpatè in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruentur.

"Fidelis eſt qui vocauit vos,"qui etiam *id* efficiet.

Fratres,orate pro nobis.

Salutate fratres omnes cum "oſculo ſancto.

Adiuro vos per Dominum,vt recitetur hæc epiſtola omnibus ſanctis fratribus.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* vobiſcum. Amen.

Ad Theſſalonicenſes prima,ſcripta fuit "Athenis.

lanimes,ſuſcipite infirmos,patientes eſtote ad omnes.

15 ¶Videte ne quis malum pro malo alicui reddat:ſed ſemper quod bonum eſt ſectemini inuicem & in omnes. Prouerb.17.b.15, & 20.d.10 matth.5.f.44 rom.12.d.17 1.petr.3.b.9

16 Semper gaudete.

17 ¶Sine intermiſſione orate. Eccli.18.c.22 luc.18.a.1

18 In omnibus gratias agite:hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

19 Spiritum nolite extinguere.

20 Prophetias nolite ſpernere. D

21 Omnia autem probate:quod bonũ eſt tenete.

22 Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

23 Ipſe autẽ Deus pacis ſanctificet vos per omnia:vt integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

24 ¶Fidelis eſt qui vocauit vos:qui etiã faciet. 1.Cor.1.b.9

25 Fratres orate pro nobis.

26 Salutate fratres omnes in oſculo ſancto.

27 Adiuro vos per Dominum,vt legatur epiſtola omnibus ſanctis fratrib⁹.

28 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum,Amen.

29 Ad Theſſalonicenſes prima,ſcripta fuit ex Athenis.

15 Beneficẽtiam τὸ ἀγαθὸν. Vulg.& Eraſ.quod bonum eſt.nimium largè, vt apparet ex oppoſito membro: quanuis hæc quoque ſententia vera ſit. 16 Gaudete χαίρετε. Gaudium vocat,ſuo more,tranquillitatem illam animi in Chriſto acquieſcentis & ſibi bene conſcii,quæ facit vt in mediis etiam doloribus exultemus,Rom.5.a.3,& 2.Corinth.6.c.10.

18 Voluntas τὸ θέλημα. Id eſt,res Deo accepta,& qua in primis delectatur. Vel iſta per anthypophoram dicta ſunt. Poterat enim excipi,Quî fieri poteſt vt ſemper gaudeamus,ſemper gratias agamus,quum perpetuæ nos tẽpeſtates premãt?Imò,inquit Apoſtolus, hoc ipſum eſt quo vos oportet ſollicitari ad gratiarum actionem.Sic enim Deus ſuam in vos beneuolentiam teſtatur. Rom.8.f.29,Philip.1.d.29.Matth.5.b.11 & 12.Poſſumus autem ἐν παντὶ,vel ad res ipſas,vel ad quaſuis circunſtantias referre.

19 Spiritum τὸ πνεῦμα. Id eſt,Dei afflatum,ac lumen in mẽtibus noſtris refulgens. Atenim,dicet aliquis,Si in electis nunquam extinguitur,fruſtra hoc præcipitur.Hoc verò pernego. Imò verò non extinguitur in electis , quia perpetuò fouent: vt autem perpetuò foueant, iſtis exhortationibus adducuntur.Nam qui conſtituit Spiritum in electis ſuis nunquam extinguere,ſimul conſtituit & patefecit quibus rationibus illum velit fouere,perpetuo ſcilicet in pietate progreſſu.

20 Prophetias προφητείας. Id eſt,verbi Dei ſiue Euangelicæ doctrinæ interpretationes,vt 1.Cor.14.a.3.Quod ſi ore explicare,certè etiã ſcriptis interpretari verbum Domini non modò licet,verùm etiam ita vtile ac neceſſarium eſt,vt qui aliter cenſent,& hodie clamitant plus ſatis eſſe librorum,digniſſimi ſint quos communi conſilio tota Dei Eccleſia pro communibus totius humani generis hoſtibus execretur. Et tamen hoc obtinuit Satan vt in ipſis Eccleſiæ viſceribus hodie nonnulli verſentur, quos non pudeat & quibus etiam impunè hoc dicere liceat,idque in eos ipſos quorum potiſſimum laboribus ac vigiliis ſunt adiuti: nempe vt ſeſe modis omnibus ſceleratos eſſe prodant.Sed illos nimirum Deus ſuo tempore tractabit vt par eſt.Interim det Dominus fidelibus Dei Prophetis, vt contemptis iſtorum canũ latratibus, fortiter pergant. 22 Ab omni ſpecie mali ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ. Id eſt,quicquid vel vllam mali ſpeciem præ ſe fert,ab eo abſtinete.Fideles autem alloquitur,qui certam illam regulam teneant diſtinguendi bona à malis. Eant nunc Pſeudonicodemitæ,& quiduis inter ἀδιάφορα numerent. 23 Sanctificet ἁγιάσαι. Id eſt,à mundo ſeparatos ſibi conſecret,ſuo ſpiritu in Chriſto,in quo vno veram illam pacem conſequemini. Vide Rom.5.a.1.Quod autem ſequitur ita explico cum doctiſſimo interprete,vt quod in genere dictum erat,per partes explicetur.Mentem igitur puto Spiritus appellatione ſignificari,ſiue illud ἡγεμονικὸν,in quo ſæpe iam diximus præcipuam labem ineſſe: animam verò reliquas inferiores facultates.non quaſi duæ ſint animæ, ſed quòd ſuo more Paulus functiones vnius eiuſdémque animæ diſtribuat:quum alicubi tres etiam facultates commemoret,vt diximus Epheſ.4.d.17.Corporis verò nomine ſatis conſtat animæ domiciliũ ſignificari.Tum demum igitur homo integer ſanctificatus fuerit quum nihil cogitabit Spiritus , nihil appetet anima, nihil exequetur corpus,quod cum Dei voluntate non conſentiat.Id verò quando tandẽ fiet?In aduentu Domini noſtri,vt ſubiicit Paulus,& poſtea etiam ſignificauit Rom.7.c.15,& d.24,& Philipp.3.c.13 & 14. 24 Fidelis πιςός. Heb.נאמן,id eſt ſemper idem & ſibi conſtans,quique verè præſtet quod promiſit.Eſt autem vocatio efficax,nihil aliud quàm certa voluntatis Dei declaratio.Itaque firma eſt electorum ſalus. Qui etiam *id* efficiet ὃς καὶ ποιήσει. Id eſt,vos totos perficiet.Cohæret enim hoc cum ſuperiore ſententia. Complutenſis tamen editio legit ὃς καὶ ποιήσει τὴν ἐλπίδα ὑμῶν βεβαίαν.id eſt,qui etiam ſpem veſtram firmam efficiet.

26 Cum oſculo ſancto ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Vide Rom.16.c.16.

29 Athenis ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hæc extrema paſſim addita eſſe ex Græcorũ interpretũ ſententia,nõ autẽ ab ipſo Paulo,vel ex eo liquet quòd magna ſit in pleriſque diuerſitas,vt de iſtis minimè ſit nefas ambigere. Hanc igitur epiſtolã cur Corintho nõ autẽ Athenis miſſam eſſe putẽ,hoc habeo argumentũ quòd in ſecũdo capite meminerit Timothei à quo ſuſtinuerit ſolus relinqui Athenis,quũ cum ad Theſſalonicenſes mitteret.Itaque Silas tum non redierat ad Paulũ.Subiicit deinde,Timotheũ ad ſe iterũ rediiſſe,ex quo intellexiſſet quæ Theſſalonicenſium eſſet conſtantia. Liquet autem ex Actis Apoſtolorum,quum Paulus digreſſus Athenis,vbi ſubſtiterat Silam & Timotheum expectans, Corinthum veniſſet,& aliquandiu illic eſſet verſatus,tum demum illos ad eum rediiſſe:quorum etiam aduentu ſit magnopere confirmatus. Act.17.c.14.& d.16.Item 18.a.5. Itaque mihi prorſus fit veriſimile Siluanum hunc ipſum eſſe quem Lucas Silam vocet. quumque illi Corinthum veniſſent,& Timotheus Paulo ſignificaſſet,à quo Athenis rurſum(quod Lucas præteriit)Theſſalonicã miſſus fuerat,Eccleſiæ Theſſalonicenſium ſtatum,hanc epiſtolam ad illos communi ipſorum trium nomine Corintho miſſam fuiſſe.Silam autem,qui & Siluanus dicitur, apparet ex Apoſtolorum actis,Berœæ relictum cum Timotheo,tantiſper illic manſiſſe,dum Timotheus Athenas,& rurſus,Pauli mandato, Athenis Theſſalonicã regreſſus,ipſum tandem in reditu aſſumeret,vt vnà Corinthũ venirent.Nolui tamen quicquã mutare,ex cõiectura.

EPISTOLA PAVLI AD Theſſalonicẽſes ſecũda.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ δευτέρα.

VETVS.

Cap.I.

Paulus Et Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto:

Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

1.Theſſ.1.a.3 ‖Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignũ eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abũdat charitas vniuſcuiuſque omnium veſtrum in inuicem:

Ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, pro patientia veſtra, B & fide in õnibus perſecutionibus veſtris & tribulatiõibus quas ſuſtinetis:

Iudæ 2.6 In exemplum iuſti ‖iudicii Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini:

Si tamẽ iuſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant:

C Et vobis qui tribulamini, requiem 1.Theſſ.4.d.16 nobiſcum, ‖in reuelatione Domini Ieſu de cælo cum Angelis virtutis eius,

In flamma ignis, dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius:

Quum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus D qui crediderunt (quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos) in die illo.

In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute:

Vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundum gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Paulus Et Siluanus ac Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium ″*quæ eſt* in Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto:

2 Gratia *ſit* vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

3 Gratias agere debemus Deo ſemper de vobis, fratres, vt par eſt, quòd ″vehementer augeſcat fides veſtra, & abundet mutua ″cuiuſque omnium veſtrum charitas: Fides. Charitas.

4 Adeo vt nos de vobis gloriemur apud Eccleſias Dei, *id eſt* de tolerantia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & oppreſſionibus quas toleratis.

5 ″*Quæ res* manifeſto eſt indicio iuſti iudicii Dei: ″ad hoc vt digni habeamini regno Dei, pro quo etiam *iſta* patimini:

6 Si quidem iuſtum eſt apud Deum, viciſſim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem:

7 Vobis verò qui affligimini, relaxationem nobiſcum, quum pateſiet Dominus Ieſus de cælo, cum Angelis potentiæ ſuæ,

8 Cum flãmeo incendio, infligens vltionem iis qui nõ nouerunt Deũ, neque auſcultant Euangelio ″Domini noſtri Ieſu Chriſti.

9 Qui pœnam pendent æterno exitio, *damnati* à præſente Domino, & potente ipſius gloria:

10 Quum venerit vt glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, (quòd fides habita ſit teſtimonio noſtro apud vos) in die illo.

11 Cuius etiam rei gratia oramus ſemper pro vobis, vt vos dignetur ″iſta vocatione Deus noſter, & compleat ″omnem *ſuæ* bonitatis gratuitam beneuolentiam, & ″opus fidei ″potenter.

12 ″Vt glorificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in eo, ex gratia Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Quæ eſt* in Deo ἐν Θεῷ. Subauditur articulus τῷ. Diximus autem quæ vis ſit huius formulæ, ſuperiore epiſtola, cap.2.c.14.

3 Vehementer augeſcat ὑπεραυξάνει. Id eſt, quòd quum antea excreuerit, quotidie etiam ad illud incrementum aliquid accedat. Vulgata, ſupercreſcit. Cuiuſque omnium veſtrum ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν. Si duntaxat dixiſſent omnium veſtrum, videri hoc poterat ad Eccleſiam in genere duntaxat pertinere: nunc verò quum hoc addunt, ſigillatim etiam vnumquẽque Theſſalonicenſium pulcherrimo teſtimonio exornant. 5 *Quæ res* manifeſto eſt indicio Ενδειγμα. Subaudio אשר cum verbo ſubſtantiuo. nam alioquin durior eſſet appoſitio, quum præcedat ὑπομονῆς & πίστεως ſecundo caſu. Cæterum ἔνδειγμα conuerti manifeſtum indicium, vt nominis ipſius vim explicarem. Eſt enim ἐνδεικνύειν quaſi digito indicare. Aperit autem, vt opinor, Apoſtolus omnis noſtræ conſolationis fontem in aduerſis, quum nos in iis ærumnis quas pro Chriſto patimur, iubet, tanquam in claro aliquo ſpeculo, futuri illius iuſti iudicii exitum contemplari, quo ſcilicet nobis quidem regnũ Dei & æterna quies adiudicabitur, impii verò iuſtas ſcelerum pœnas luent. Alioquin quomodo Deus eſſet iuſtus iudex? Ad hoc vt digni habeamini εἰς τὸ καταξιωθῆναι. Huc pertinet quod ſcriptum eſt Matth.5.b.11 & 12. Vide etiam quod ſcripſimus Philipp.1.d.28. 8 Domini τοῦ Κυρίου. Repetitio Hebraica antecedentis pro relatiuo.

11 Iſta vocatione τῆς κλήσεως. Articulus vim habet ἀναφορικήν. Vocationem autem appellat non ipſam vocandi actionem, (iam enim Dominus Theſſalonicenſes, & quidem efficaciter, vocarat,) ſed illud ipſum ad quod vocati erant, nempe cæleſtis illius regni gloriam. Similis eſt metonymiæ ſpecies, quum diuerſas vitæ functiones vocationum nomine ſignificamus, ad quas ſcilicet Dominus nos vocarit.

Omnem *ſuæ* bonitatis gratuitam beneuolentiam πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης. Id eſt, quod iam olim ipſe ex gratuita & in vos propenſa bonitate decreuit. Quid ſit autem illud, declaratur Matth.25.c.34. & ſufficiebat quidem vnicum εὐδοκίας nomen (de quo ſæpe iam multa diximus) vt omnia in ſolidum à gratia proficiſci intelligeremus, ſed quum ſibi nunquam ſatiſfaciat Apoſtolus in Dei prædicanda bonitate, adiunxit nomen ἀγαθωσύνης, quo ſingularis & omnibus numeris abſoluta Dei bonitas declaratur. Quidam igitur nuper Apoſtoli ſententiam, vt mihi quidem videtur, deprauauit, quum hunc locum ita conuerteret, Perficiátque vt bonitatem ac fidei opus & libentiſſimè & fortiter perſequamini & abſoluatis, tranſlato ſcilicet ad Theſſalonicenſes quod ad Deum potius refertur. Vulgata, omnem voluntatem bonitatis. Eraſmus, omne bonum propoſitum voluntatis. Opus fidei ἔργον πίστεως. Eſt igitur fides inſigne Dei opus in nobis: neque hîc quicquã Apoſtolus concurrenti libero arbitrio relinquit, quale quidem imaginantur ſophiſtæ. Potenter ἐν δυνάμει. Vide Coloſſ.1.d.29. Vulg. & Eraſ. cũ potentia. 12 Vt glorificetur ὅπως ἐνδοξασθῇ. Ἐν ὑμῖν malui interpretari in vobis, & ἐν αὐτῷ in eo, quàm per vos & per illũ, cum Eraſmo: vt ſumma illa coniunctio & participatio capitis & membrorum expreſſius declaretur. Pulchrè verò exprimit hic locus omnes illos ſalutis electorum gradus qui commemorantur Rom.8.f.30. Nam ἡ εὐδοκία ἀγαθωσύνης, propoſitum, prædeſtinationem, vocationem denique complectitur: opus fidei, iuſtificationem: quam demum ſequitur glorificatio, eáque omnia non partim ex gratia; partim ex libero arbitrio & inhærente iuſtitia, ſed ex mera Dei gratia in Chriſto, in ſolidum.

Cap. II.

Rogamus autem vos, fratres, per aduẽtum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri″aggregationem in eum, 1

Ne citò dimoueamini′à mente, neque turbemini,′neque per ſpiritum,″neque per ſermonem, neque ″per epiſtolam, tanquam per nos *ſcriptam*,″quaſi inſtet dies Chriſti. 2

Signa præcedentia aduentum Chriſti.

Nequis vos ſeducat vllo modo. ″nam *non aduenìet dies Chriſti* quin venerit defectio prius, & retectus fuerit″homo ille ſceleratus,″filius *inquam* ille perditionis, 3

″Seſe opponens & efferens″aduerſus quicquid dicitur Deus,″aut numen: adeò vt in templo Dei″tanquam Deus ſedeat,″præ ſe ferens ſe eſſe Deum. 4

Annon meminiſtis quòd quum adhuc eſſem apud vos, hæc dixerim vobis? 5

Nunc verò″quid obſtet noſtis, vt is ſuo tempore retegatur. 6

Cap. II.

Rogamus autem vos, fratres, per aduẽtũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſũ,

Vt non citò moueamini à veſtro ſẽſu, neque terreamini neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, tanquam per nos, quaſi inſtet dies Domini.

Nequis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, Epheſ.5.b.6

Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat, oſtẽdens ſe tanquam ſit Deus. B

Num retinetis quòd quum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?

Et nũc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore.

IN CAPVT II.

1 Aggregationem ἐπισυναγωγῆς. Vulgata, congregationis, duplici errore, quum non ſit otioſa præpoſitio ἐπὶ, & ὑπὲρ repetenda ſit ἀπὸ κοινοῦ. Non potuit autem certius aduerſus omnem diffidentiam & leuitatem remedium nobis oſtendere, quàm cogitationem immenſæ illius gloriæ cuius cum ipſo Chriſto participes erimus in altero illo ipſius aduentu: nempe ne vel huius mundi ſplendor nos alliciat, vel crucis horridus aſpectus terreat. 2 A mente ἀπὸ τοῦ νοός. Mentis nomen ſimpliciter accipere malo quàm pro ſententia interpretari. Ita enim ſignificat Apoſtolus homines iſtorum impoſtorum fraudibus in furorem & inſaniam rapi. Neque verò, vt hoc comprobetur, neceſſe eſt vt Carpocratianorum, Valentinianorum, Manichæorũ, Circumcellionum incredibilia penè mõſtra, veterum denique exemplorum memoriam repetamus: Oriens craſſiſſimis Mahumedis impoſturis deceptus, artolatria à Pontifice in Occidentẽ inuecta, Anabaptiſtarum, Libertinorum, Dauidiſtarum furiæ ſatis ſupérque oſtendunt, communi etiam ſenſu priuari qui à vero Chriſtianiſmo deficiunt. Neque per Spiritum μήτε διὰ πνεύματος. Id eſt, per ſomnia quibus prætexitur Spiritualis reuelationis nomen. Neque per ſermonem μήτε διὰ λόγου. Id eſt, vel viua voce vel conſcriptis libris. Dicitur enim etiam loqui qui ſcribit. Per epiſtolam δι' ἐπιστολῆς. Id eſt, ſcriptis vel ementitis, vel falſò expoſitis: ſicut veriſimile eſt iſtos ex ſuperiore epiſtola, vbi de die Domini diſſeritur, occaſionẽ aliquam confirmandi iſtius erroris ſumpſiſſe. Cæterùm ſuggerit nobiliſſimus hic locus luculentiſſimam methodum tractandi de hæreticis, quorum hiſtoriam quiſquis nouit, fatebitur nec verius nec breuius nec planius quicquam de iis dici potuiſſe: quum in ea tempora inciderimus, quibus non iam ſit diuinandum in quem potiſſimum iſta competant, ſed aperiendi duntaxat oculi, vt quæ futura prædixit Apoſtolus, præſentia cernamus. Quaſi inſtet ὡς ὅτι ἐνέστηκεν. Atqui dicitur dies Domini ἠγγικέναι, Iacob.5.b.8, & 1.Petri 4.b.7. fateor. ſed qui dicit inſtare, multo certius aliquid definit, & quaſi tempus præfigit. Deinde quomodo hoc ſit accipiendum docetur 2.Pet.3.b.8 & 9. Error autem iſtorum quorſum tendebat? nempe vt quum fideles viderent diem Domini vltra præſcriptum tempus differri, vel impatientia deficerent, vel omnia ducerent pro fabulis. Interim verò fictitiis iſtis reuelationibus mirum ni pſeudoprophetæ magnam ſibi compararant ſapientiæ opinionem, ad alios ſpargendos errores. 3 Nam *non aduenìet dies Chriſti* ὅτι. Hoc ſupplendum eſſe oſtendit ipſa conſtructionis ſeries.

Homo ille ſceleratus ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. Vulg. ad verbum, homo peccati: ſeruato idiotiſmo Hebræorum. Loquitur autem Paulus de Antichriſto, tanquã de vno quopiam homine, quum tamen totũ Eccleſiaſticæ tyrannidis corpus intelligat: quã quiſquis occupat, is eſt ille ſceleratus de quo hîc agitur: ſed ita tamen vt peculiarem aliquam tyrannidem declaret, cui paulatim ſubſeruierunt hæretici: atque etiam per imprudentiam nonnulli ex ſanctis etiam & orthodoxis patribus, vt nũc res ipſa patefecit. Veram autem eſſe hãc interpretationem perſpicuum eſt ex iis quæ ſcribuntur verſ.7, & ex rei euentu. Itaque manifeſtè ſunt hallucinati quicunque de vno quopiam homine putarunt hoc intelligi: niſi dent mihi quempiam qui à Pauli ſeculo ad diem vſque iudicii ſuperſtes maneat. Neque verò aliter Daniel, quicum hoc in loco mirè conſentit Paulus, ſingularibus vrſi, leonis, pardi, nominibus, multos reges intelligit in vnum monarchiæ corpus iunctos. Filius *inquam* ille perditionis ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Eraſmus, filius perditus. Vide Iohan.17.b.12.

4 Seſe opponens ὁ ἀντικείμενος. Vulgata, Qui aduerſatur. Eraſ. Qui eſt aduerſarius: eodem quidem ſenſu, ſed paulo durius. Alludit autem ad Satanæ nomen, vt Patrem referat Filius. Aduerſus quicquid dicitur Deus ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεόν. Eraſ. aduerſus omnem qui dicitur Deus. Legit enim ἐπὶ πάντα, vt habere etiam fateor Græca exemplaria. Sed mihi tamen vberius videtur quod ſequutus eſt Vetus interpres, & Hieronymus quoque in quæſtionibus: quanuis ſententia ipſa eodem recidat, vtrouis modo legas. Dicit enim Antichriſtum ad ſe tranſlaturum non hominum modò honores omnes, ſed etiam quicquid vnquam gloriæ cuicunque numini vſquam fuit exhibitum. Ecquis enim vnquam, præter hunc vnum, dixit ſe pro ſuo arbitrio cælum reſerare vel aperire, quiduis figere vel refigere, denique (vt ipſe affirmat c. Si Papa, Diſtinct.42) pleno iure currus animarum plenos ſecum ad tartara detrudere? regna & imperia transferre poſſe? Aut numen ἢ σέβασμα. Vulg. aut quod colitur. Vis, lector, veram iſtius prophetiæ imaginem contemplari? Finge tibi quod abhinc ſeptennium magno omniũ concurſu geſtum eſt, nempe, terreſtrem illum Deum, quẽ vocant, circunſtantibus ſuis creaturis, præeunte ſuo illo furfuraceo numine, crucibus ac reliquiis, quaſi de Deo ipſo ſub his ſimulachris triumphantem, auguſto illo ſuo habitu & triplici tiara in aurea ſella ſublimẽ tranſuectum: dein aureo malleo Paradiſi valuas (ſic enim loquuntur) in Iubilæo aperientem, & mox potentiſſimorum regum ac principum legatos, quoſdam etiam præſentes, ſublimem illum re ipſa vt alterum Deum adorantes, circunſtantem turbam ab eo vitam æternam expectantem ac petentem, illum ad pedum ſuorum oſculũ (quibus ipſam etiam crucem atterit, quam ſimulat ſe tanto in pretio habere) miſeros & cæcos homines vix admittentem. Nihilne amplius? nempe hoc vnum, quo victor iam Satanas, quaſi ipſum etiam tædeat tantæ mundi ſtoliditatis, hominibus apertiſſimè illuſit: illo ſcilicet in aureo ſuo throno conſidente, ex quo cælum & terram concutit, circunſtantem primarium ex rubris illis ſuis cinædis, qui palàm (dicere ſanè pudet, ſed dicendum eſt quod palàm illi facere non erubeſcunt) teſtes illius contrectans, alta voce exclamet, TESTICVLOS HABET. O cælum, non ſudas quum hæc aſpicis? ô terra, non fatiſcis ſub hoc onere? Ah, Domine, appareas tandem tuis, & ſicut promiſiſti, ita etiam Spiritu oris tui impurũ iſtum confice, vt tibi vni omnis laus, honor, & gloria tribuatur.

Tanquam Deus ὡς Θεόν. Hoc etiam additur in Græcis, quod tamen Vetus interpres & Eraſmus omittunt. Præ ſe ferens ἀποδεικνύντα. Heb. הראה id eſt ad verbum, faciens ſe apparere. Vulg. oſtendens ſe tanquã ſit Deus, quod Græcis non reſpondet, ſi verba ipſa ſpectes. Eraſmus, oſtentans ſeipſum eſſe Deum. 6 Quid obſtet τὸ κατέχον. Id eſt τί τὸ κατέχον, quid eum remoretur ac retineat, vt ſuo demum tempore patefiat. Nam τὸ κατέχειν etiam ἀντὶ τοῦ κωλύειν καὶ ἐμποδίζειν accipitur: & niſi additum eſſet ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ, id eſt ſuo tempore, non dicendum fuiſſet εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι, vt patefiat, ſed μὴ οὐχὶ ἀποκαλυφθῆναι, id eſt quominus patefiat. Sed & τὸ κατέχον fortaſſis rectius expoſueris τὸ κρατοῦν, id eſt quod rerum potitur, & ſimiliter paulo pòſt ὁ κατέχων. Omnino enim vtrouis modo interpreteris, mihi placet Chryſoſtomi ſententia, qui ad Romanum imperium hoc refert: quo ſtante, quomodo Pontifex Romanus eò deueniſſet, vt Romæ dominus fieret? Neque enim Romanus imperator meritò dici poteſt qui Romã ipſam imperii metropolin non obtinet: & quàm verè id cenſuerint, Tertullianus, Chryſoſtomus & poſt eum etiam Hieronymus ad Algaſiam, rei ipſius exitus oſtendit, vt hoc quidem vni Romano Pontifici conuenire ſeptem illis montibus inſidenti, quorum fit mentio Apoc.17.c.9, ne ipſe quidem poſſit inficiari.

Nam myſterium iam operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.

Eſa.11.a.4 Et tūc reuelabitur ille iniquus, quē Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum.

Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacibus,

Et in omni ſeductione iniquitatis iis qui pereunt: eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent.

Ideo mittet illis Deus operationē erroris, vt credant mendacio:

Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.

Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatione Spiritus, & fide veritatis:

Ad quod & vocauit vos per Euāgelium noſtrum, in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam & ſpem bonam in gratia,

Exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono.

Cap. II.

Epheſ.6.c.19 coloſſ.4.a.3 DE cætero, fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat & clarificetur ſicut & apud vos:

7 Iam enim″peragitur myſterium iniquitatis. ″tantùm qui nunc obſtat, *obſtabit* vſquedum è medio ſublatus fuerit.

8 Et tunc retegetur″impius ille, quem Dominus″conficiet″Spiritu oris ſui, & illuſtri aduentu ſuo abolebit.

9 ″*Illum inquam* cuius eſt aduentus ex efficacitate Satanæ, ″cum omni potentia, & ſignis, ac prodigiis″mendacibus,

10 Et cum omni fraude iniuſtitiæ in iis qui pereunt: pro eo quòd amorem veritatis non receperunt vt ſalui fierent.

11 Propterea igitur mittet illis Deus″efficacitatem deceptionis, vt credant mendacio:

12 Vt″damnentur omnes qui nō crediderunt veritati, ſed″acquieuerunt in iniuſtitia.

13 Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper de vobis, fratres″dilecti à Domino, quòd elegerit vos Deus″ab initio ad ſalutem, ″per ſanctificationem Spiritus″ac fidem veritatis:

14 Quò vocauit vos ″per Euangelium noſtrum, ad obtinendam Gloriam″Domini noſtri Ieſu Chriſti.

15 Nempe igitur fratres ſtate, & tenete″traditam doctrinam, quā edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

16 Ipſe verò Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus ac Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationē æternam & ſpem bonā per gratiam,

17 Conſoletur veſtra corda, & ſtabiliat vos in omni ſermone & opere bono.

Cap. III.

1 QVod ſupereſt, orate, fratres, pro nobis, vt ſermo Domini currat, & glorificetur ſicut & apud vos:

7 Peragitur ἐνεργεῖται. Vel agit. Iā enim erant multi Antichriſti, vt 1.Ioh.2.c.18. Tantùm qui nunc obſtat, &c. μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Vel, tantùm qui nunc rerum potitur, *potietur* vſquedum è medio tollatur: quo demum ſublato retegetur impius ille, &c. Ita non modò plana & cohærens erit ſententia, ſed etiam cum ipſo rerum exitu prorſus conſentiens. neque vlla vis verbis afferetur. Nam eiuſmodi eclipſes repetiti eiuſdem verbi, ſæpiſſime occurrunt, vt 2.Corinth.1.b.6, & 2.b.10, & 5.c.13. Vulgata, tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. quæ interpretatio nō modò eſt abſurda, ſed Græcis etiam nullo modo reſpondet. Eraſmus, tantùm qui tenet, in præſentia teneat, donec è medio tollatur, non multo fœlicius expreſſa Apoſtoli ſententia.

8 Impius ille ὁ ἄνομος. Ad verbum, exlex, id eſt qui Legem Dei prorſus conculcabit. Vulgata & Eraſ. iniquus ille, non ſatis expreſſé. Conficiet ἀναλώσει. Id eſt, ad nihilum rediget, quod Hebræi ſignificant verbo כלה & ספה. Spiritu oris ſui τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. Id eſt, verbo ſuo. Eſt autem huius periphraſis magnum pondus. quo ſcilicet ſignificatur veros Eccleſiæ miniſtros eſſe inſtar oris per quod efflet Dominus potens illud & æternum verbum, quo, tanquam ferrea & ſolidiſſima virga, omnes aduerſarios noſtros conteret. Itaque Eſa.11.a.4, hoc ipſum verbum שבט פה ורוח שפתים, id eſt ſceptrum oris, & ſpiritus labiorum vocatur.

9 *Illum inquam* cuius aduentus οὗ ἡ παρουσία. Relatiuum, Hebræorum more, non ad proximum, ſed ad ſuperius refertur. Itaque nonnihil ſuppleuimus, perſpicuitatis cauſa. Cum omni potentia ἐν πάσῃ δυνάμει. Δύναμιν, ſuo more, vocat poteſtatem edendi res prodigioſas. quam & ipſam habent interdum impii à Deo, ſed partim fallacem ac præſtigioſam, partim etiam qua abutantur ad falſam ſtabiliēdam doctrinam, ita poſtulante mundi perfidia, vt mox indicat Apoſtolus. Sed quorſum hæc omnia? minimè certè excurrit Apoſtolus, ſed quum pſeudapoſtoli hoc mendacio illicerent Theſſalonicenſes, inſtare diem Domini ac proinde Eccleſiæ redemptionem: Paulus contrà ex Spiritus Dei afflatu longè grauiora eſſe expectanda quàm cuiquā potuerint in mentem venire: nempe vt illi ſeſe potius ad patientiam quàm ad quietem parent. Mendacibus ψεύδους. Id eſt, partim falſis, cuiuſmodi ferè ſunt omnia, vt res ipſa hodie ipſis etiam cæcis declarat: partim verò mendacii ſtabiliendi cauſa editis, vt Antichriſti tyrannis ex oppoſito comparetur cum Chriſti regno.

11 Efficacitatem deceptionis ἐνέργειαν πλάνης. Id eſt, vim quandam in illis decipiendis efficaciſſimam, Matth.24.b.24. Eant nunc ſophiſtæ, & Eccleſiæ ſuæ præſcriptionem nobis obiiciant.

12 Damnentur κριθῶσι. Id eſt κατακριθῶσι, vt alibi ſæpe. Acquieuerunt in iniuſtitia εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Sententia eſt, Ita approbarunt iniuſtitiam, id eſt mendacium, (falſam ſcilicet doctrinam, vt און pro שוא accipiatur) vt ſibi in ea placuerint: qui ſummus eſt veſaniæ gradus. Vulgata, conſenſerunt iniquitati. Eraſmus, approbarunt iniuſtiam, non ſatis expreſſé.

13 Dilecti à Do. ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Non temerè hoc addit Paulus. Aperit enim electionis fontem, vt Deut.7.b.8. Itaque ſanctificatio Spiritus & fides veritatis non ſunt cauſæ, ſed teſtimonia electionis æternæ, quum hi ſint gradus quibus Dominus electos ſuos ad gloriam æternam euehit, vt Rom.8.f.30. Ab initio ἀπ᾽ ἀρχῆς. Id eſt ante iacta mundi fundamenta, Epheſ.1. a.4. Vetus interpres legit ἀπαρχὴν primitias. i. vt primitiæ eſſetis: quo genere dicendi vtitur etiam Apoſtolus Rom.16.a.5. Hinc etiam vſus obtinuit vt illorum temporum Eccleſiam appellemus primitiuam. Per ſanctificationem Spiritus ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος. Id eſt, vos ſibi conſecrando, vt iam non ſecundum carnem ſed ſecundum Spiritum incedatis, Rom.8.a.1. Ac fidem veritatis καὶ πίστει ἀληθείας. Id eſt, fide quæ non mendacium ſed veritatem Dei, Euangelium ſcilicet, amplectatur. Itaque qui veram fidem conuerterit, non expreſſerit Pauli ſententiam.

14 Per Euangelium διὰ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, prædicatione Euangelii, & miniſterio noſtro. Habemus autem hoc in loco vtranque vocationis partem diſertè expreſſam, & quidem coniunctim, nempe vocantem Dominum, & miniſtrum, vocantis Domini organon.

15 Traditam doctrinam παραδόσεις. Id eſt παραγγελίας, quas diſertè commemorauit in ſuperiore epiſtola, cap.2.a.2. quamobrem etiam addidit δι᾽ ἐπιστολῆς per epiſtolam. Itaque falluntur qui παραδόσεις putant vocari duntaxat externos ritus ad politiam Eccleſiaſticam pertinentes: quum hîc agatur de ipſa doctrina in qua ſtare oporteat quicunque ſalutem expectant à Domino. quo modo etiam idem nomen ſingulari numero accipitur infrà cap.3.b.6. vbi rurſus quænam fuerint hæc mādata explicat. Sed omnium hominum impudentiſſimi ſunt qui hunc locum citant vt ſuarum ſuperſtitionum colluuiem imperitis hominibus venditent. Nam vt taceam quod modò dixi, etiamſi verum eſſet quod pro vero aſſumunt, cui tandem conceſſerint cuiuis licuiſſe quod Paulo licuit, aut iſtas fœtidas ſuperſtitiones ab eo ſpiritu profectas qui contraria prorſus ſtatuit 1.Cor.11.b.13, & 7.f.30, Coloſſ.2.c.16, & 1.Tim.4.a.3.

Et vt eripiamur″ à turpibus ac ſceleratis hominibus. non enim omnium eſt fides. 2

Sed fidelis eſt Dominus, qui ſtabiliet vos & tuebitur ″à malo. 3

Confidimus autem per Dominum de vobis, quòd quæ″denuntiamus vobis, & faciatis & facturi ſitis. 4

Porrò Dominus dirigat veſtra corda ad charitatem Dei, & expectationem Chriſti. 5

Denuntiamus autem vobis, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubducatis vos ab ōni fratre qui inordinatè ſe gerit, & non ex″tradita doctrina quam accepit à nobis. 6

Nam ipſi ſcitis quomodo oporteat imitari nos: quoniam non inordinatè geſſimus nos inter vos, 7

Neque gratis panem″edimus *acceptum* à quoquam: ſed cum labore & ærumna nocte diéque operantes, ad hoc nequē veſtrûm grauaremus. 8

Non quòd non habeamus hoc ius, ſed vt noſmetipſos pro exēplari exhibeamus vobis, ad imitandum nos. 9

In eos qui nō laborāt manibus.

Etenim quum eſſemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, vt ſiquis nollet operari, ″*is* nec ederet. 10

Audimus enim quoſdam verſantes inter vos inordinatè, nihil operis facientes, ſed curioſè agentes. 11

Iis autem qui ſunt iſtiuſmodi, denuntiamus, & *eos* obſecramus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt cum quiete operātes, ſuo pane veſcantur. 12

Vos autem, fratres, ne ſegneſcatis in benefaciendo. 13

Quòd ſi quis non auſcultat ſermoni noſtro, ″per epiſtolā hunc ſignificate: & ne commercium habeatis cum eo, ″vt eum pudeat. 14

Neque vt inimicum ducatis, ſed admonete vt fratrem. 15

Ipſe autem Dominus pacis *author* det vobis pacem ſemper″omni modo. Dominus ſit cum omnibus vobis. 16

Salutatio, mea manu Pauli, ″quod eſt ſignū in omni epiſtola: ita ſcribo. 17

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cū omnibus vobis. Amē. 18

Ad Theſſalonicenſes ſecunda miſſa fuit″ Athenis.

2 Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omniū eſt fides.

3 Fidelis autem Dominus eſt, qui cōfirmabit vos & cuſtodiet à malo.

4 Confidimus autem de vobis in Domino, qnoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis.

5 Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patiētia Chriſti. B

6 Denūtiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundū traditionē quā acceperunt à nobis.

7 Ipſi enim ſcitis ‖quemadmodū oporteat imitari nos: ‖quoniam nō inquieti fuimus inter vos, 1.Cor.11.a.1 1.Theſ.4.c.11

8 ‖Neque gratis panē mādrucauimus ab aliquo: ſed in labore & ĩ fatigatione nocte & die operantes, nequem veſtrûm grauaremus. Act.20.g.34 1.theſ.2.b.9 C

9 Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ‖ſed vt noſipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. 1.Cor.11.a.1

10 Nam & quū eſſemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniā ſiquis non vult operari, nec manducet.

11 Audimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operātes, ſed curioſè agentes.

12 Iis autem qui eiuſmodi ſunt, denuntiamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent.

13 ‖Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes. Galat.6.c.9 D

14 Quòd ſiquis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hūc notate: ‖& ne cōmiſceamini cū illo, vt cōfundatur. Matth.18.c.17 1.cor.5.c.9

15 Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

16 Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis.

17 Salutatio, mea manu Pauli, quod eſt ſignū in omni epiſtola: ita ſcribo.

18 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Miſſa fuit ex Athenis.

IN CAPVT III.

2 A turpibus ἀπὸ τῶν ἀτόπων. Id eſt, qui ſui officii nullam curam habent. vel, inſolentibus, & qui facilè alios lædant. Vide Act.28.a.6. Eraſmus, ab abſurdis, quod mihi quidem abſurdum videtur. 3 A malo ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Id eſt, à Satanæ inſidiis, vt reſpondeat ſuperiori verſiculo. quanquam etiam neutro genere accipi poteſt, vt diximus.

4 Denuntiamus παραγγέλλομεν. Id eſt, à Domino accepta ſignificamus. Vide 1.Theſſ.4.a.2. Vulgata & Eraſmus, præcipimus.

6 Tradita doctrina τὴν παράδοσιν. Vide ſuprà 2.d.15. Poſſumus autem ἐν ὀνόματι interpretari vel per nomen, cum Eraſmo, vt ſit grauiſſima obteſtatio: vel ſimpliciter, nomine, redundante ἐν, id eſt ב Hebræorum: vt ſignificet Paulus ſe non vt αὐτοκράτωρ, ſed vt Chriſti legatū, tradere iſtas παραδόσεις. Leuiculum eſt autem quòd Vetus interpres pro παρέλαβεν accepit, legit παρέλαβον acceperunt, conſentientibus codicibus nonnullis. 8 Edimus *acceptum* à quoquam ἐφάγομεν παρά τινος. Quidam legunt, ἐλάβομεν παρά τινος, accepimus à quoquam, ídque fortaſſis rectius. 10 *Is* nec edat μηδὲ ἐσθιέτω. Vbi igitur Monachorum & ſacrificorum otioſi ventres? Monachus (inquit Socrates Tripartitæ hiſtoriæ lib.8) qui manibus non laborat, ſimilis eſt prædoni.

14 Per epiſtolam διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Hoc coniungo cum verbo σημειοῦσθε ſignificate. Ita enim plana eſt ſententia: & conſentiunt vetuſti codices. Græci tamen interpretes iungunt cum λόγῳ, vt ſit ſententia, Siquis ſermoni noſtro per epiſtolam, id eſt noſtræ epiſtolæ non auſcultet, eum ſignificate mihi. vel, ſi ὑμῶν legamus cum Chryſoſtomo, ſiquis ſermoni veſtro per epiſtolā, id eſt iis quæ ex hac noſtra epiſtola ipſi proponetis, non paruerit, &c. Vt eū pudeat ἵνα ἐντραπῇ. Id eſt, vt pudore victus, deflectat à malo. Vide Matth.21.d.37. Hic enim eſt excommunicationis ſcopus. Vide 1.Corinth.5.a.5, & 2.Corinth.2.b.7.

16 Omni modo ἐν παντὶ τρόπῳ. Vulg. in omni loco, ἐν παντὶ τόπῳ, quod certè melius conuenire puto, & amplexus etiā eſt Chryſoſtomus.

17 Quod eſt ſignum ὅ ἐστι σημεῖον, &c. Hoc ſigno vult ſuppoſititias epiſtolas à veris dignoſci.

Athenis ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hanc quoque epiſtolam putarim ego, vt & ſuperiorem, Corinthi ſcriptam, vbi ſeſquiannum docuit, authore Luca Act.18.c.11. Vide 1.Theſſ.5.d.29. Argumentum Græcis exemplaribus præfixum docet Romæ ſcriptam eſſe: quod multo etiam videtur abſurdius.

EPISTOLA PAVLI AD Timotheum prima.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ πρώτη.

VETVS.

Cap.I.

1 Paulus Apostolꝰ Iesu Christi secundũ imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ,

Act.16.a.1
coloss.1.a.1

2 Timotheo dilecto filio in fide, gratia, misericordia, pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro.

3 Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi quum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent:

Infra 4.b.7
infra 6.a.4
tit.2.d.14

4 Neque intenderẽt fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ędificationem Dei, quæ est in fide.

Rom.13.c.10

5 Finis autẽ præcepti, est charitas de

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Paulus Apostolus Iesu Christi ex ordinatione ″Dei seruatoris nostri, & Domini Iesu Christi, qui est spes nostra,

2 Timotheo germano filio ″in fide: Gratia *sit tibi*, ″misericordia, pax à Deo patre nostro, ″& Christo Iesu Domino nostro.

3 Quemadmodum ″rogaui te ″vt permaneres Ephesi, ″quum proficiscerer in Macedoniam, ″*permaneto*, vt denunties quibusdam ″ne diuersam doctrinam doceant:

4 Nec attendãt ″fabulis & genealogiis infinitis, quæ potius quæstiones præbent quàm ædificationem Dei ″quæ est per fidem. Fabulæ.

5 Porrò ″finis mandati, est ″charitas ex puro corde, & conscientia

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Dei seruatoris nostri Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν. In Complutensi editione legitur, Θεοῦ πατρὸς καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Dei Patris, & seruatoris nostri Iesu Christi. Rursus in quodam alio codice legitur, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ, Patris nostri Dei, & Domini Iesu. Orta est autem proculdubio varietas ista ab iis qui Seruatoris nomen putarunt vnius Christi personæ tribuendum: absurdè id quidem, quum Pater nos in Filio, & Filius nos Patri reconciliatos in carne sua seruarit. Vide Tit.1.a.3.

2 In fide ἐν πίστει. Hic erat character ex quo Paulus quasi Pater filios legitimos à spuriis discernebat. Vel filio per fidem, id est, quem Domino genui per Euangelicam doctrinam, vt 1.Cor.4.d.14 & 15. Cæterùm in collocatione huius epistolæ comperimus tres vetustos codices à reliquis dissentire, in eo quòd posteriori ad Thessalonicenses subiiciunt epistolam ad Hebræos. neque verò dubito quin id ab iis factum sit qui quum nihil ambigerent epistolam illam ad Hebræos à Paulo scriptam esse, putarunt eam commodius reliquis epistolis coniungi quæ Ecclesiis inscribuntur: quibus demum subiiciantur quæ ad singulares homines perscriptæ sunt. Sed reliqua exemplaria dissentiunt, & ex eo etiam argumento fit mihi verisimile, veteres, qui primi epistolas Pauli in ordinem digesserunt, epistolam ad Hebræos Paulo non tribuisse.

Misericordia ἔλεος. Hoc non solet Paulus adiungere, nisi ad Timotheum & Titum scribens. Misericordiam autem à gratia distinguo vt effectum à causa. Gratiæ enim nomine intelligo gratuitam illam & æternam Dei beneuolentiam, qui nos in Christo reconciliandos elegit. Eam igitur misericordia, id est gratuita iustificatio, consequitur: & hanc rursum pax illa fœlicissima quam mundus dare non potest: vt pulchrè hos gradus describit Apostolus Rom.5.a.1, & b.8. Et Christo Iesu Domino nostro καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Erasmus legit καὶ Κυρίου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, & Domino Christo Iesu Domino nostro: assentiente, inquit, Theophylacto. Nos in vetustis nostris libris nusquam inuenimus Κυρίου repetitum. 3 Rogaui παρεκάλεσα. Blando vocabulo vtitur, singulare scilicet modestiæ exemplũ relinquens quibusuis in maxima etiam authoritate constitutis. Iam verò si, quod tamen falsissimum esse puto, Timotheus Ephesi talem egit Episcopum, quales postea Ecclesiam inuaserunt, quodnam hoc erat Pauli priuilegium, Episcopum non consulto domino Papa constituere? Sed has nugas iam rident etiam pueri. Vt permaneres Ephesi προσμεῖναι. Antea cũ Paulo oberrabat: tũc, ita ferente necessitate, voluit eum Paulus Ephesi subsistere, nõ vt illi Ecclesiæ, tanquã Episcopus, addictus esset: sed vt Ecclesia constituta, pseudapostolis occurreret: vnde etiam postea reuocatus est Romam ab ipso Apostolo. Nam & Ephesi quoque per biennium docuerat Apostolus: qui tamen Ephesinus Episcopus propterea non dicitur: neque constat an Timotheus postea sit Ephesum Roma reuersus, vt qui fuerit Euangelista. de quo munere alibi diximus, ac etiam de Episcopis, Philipp.1.a.1. Vulg. & Eras. vt remaneres, quod non probo. Remanere enim dicitur qui alio discedente retro manet. Atqui neuter Ephesi erat quũ hoc peteret Paulus à Timotheo, vt mox dicemus. Quum proficiscerer in Maced. πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. Ter omnino vidit Macedoniam Paulus, vt ex historiæ filo apparet. Quanuis enim non omnia perscripserit Lucas, ita tamen contextam historiam esse apparet, vt non plures profectiones in Macedoniã possint constitui. Primã igitur profectionem esse constat eam quæ refertur Act.16. cuius comes fuit Timotheus, quem Lystræ tum primum cognitum assumpsit. Altera cõmemoratur Act.19. & in epistola ad Corinthios posteriore, cuius expeditionis etiã comitẽ fuisse Timotheum cõstat ex Act.19.d.22. & posterioris ad Corinthios epistolæ inscriptione: quam in Macedonia scriptã fuisse liquet ex cap.9.a.2, & 7.b.5. Tertia verò demũ ab eo suscepta est non ex Asia sed ex Græcia, vt insidias Iudæorũ vitaret. Tum verò ab eo plerosq; ex comitibus fuisse in Asiã dimissos, ac nominatim quidẽ Timotheũ, disertè refertur Act.20.a.4. Itaque Apostolus eum à se ac plerosque alios dimittens, proculdubio cum eis est de iis colloquutus quæ ad Ecclesiarum Asiaticarum præsentem necessitatem spectabant, quanuis eos iterum Troade viderit. Cur autem de Ephesina Ecclesia potissimum laboraret, cámque idcirco nominatim charissimo suo Timotheo commendaret, multas causas habebat. Nam & primæ dignitatis erat, vt ab eius firma cõstitutione salus multorum penderet, & in turbulentissimo statu coactus fuerat eam veluti deserere. quamobrem etiam eorum potissimũ presbyteros Miletum ad se, toti iam Asiæ valedicens, accersiuit: vt copiosè refertur Act.20. *Permaneto* vt denũties ἵνα παραγγείλῃς. Repetendum esse idem verbũ in subiectione, res ipsa ostendit: & familiaris etiam est Paulo hæc eclipsis, vt 2.Cor.1.b.6, & 2.b.10, & 5.c.13, & 2.Thess.2.b.7. Ne diuersam doctrinã doc. μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. Vulg. ne aliter docerent. Ego malo ad ipsam doctrinæ substantiam quàm ad docendi modum referre. Erasm. ne diuersam sequantur doctrinam. Id verò potius discipulis quadrat quàm doctoribus. Est autem vsitatum ἕτερον pro diuerso ac peregrino accipere, vt Act.2.a.4, & 1.Cor.14.d.21. Sed hoc notandum est, diuersam doctrinam dici, non eam modò quæ penitus alia est, sed etiam quæ veram doctrinam adulterat. i. cum verbo Dei vel tantillum humanarum speculationum admiscet: adeò vt ipsam quoque docendi formã complectatur hoc Pauli interdictum. 4 Fabulis μύθοις. Id est curiosis ac vanis speculationibus, aut curis: quarum vnam speciem nominat, nempe genealogias: in quarũ scilicet percensione nonnulli modũ nullum tenerent: quũ alioqui negligendæ non sint quas nobis tradidit verbum Domini: ita tamen vt hìc minimè hæreamus, ac consideremus Spiritus sancti in illis recensendis scopum, potius quàm in hoc veluti campo nos fatigemus. Extat autẽ pulcherrimus locus & perappositus ad hoc Pauli dictum explicandum apud Suetonium in Tiberio, quem citauit doctissimus interpres. Maximè, inquit, curauit notitiam historiæ fabularis, vsque ad ineptias ac derisum. Nam & Grãmaticos, quod genus hominũ præcipuè, vt dixi, appetebat, eiusmodi ferè quæstionibus experiebatur, Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cãtare sint solitæ. Eiusmodi igitur quæstiones si in rebus Sacris moueantur, fabulas ac genealogias hìc vocari puto. Proponatur denique pro exemplo tota illa scholastica matæologia, & viuum habebimus istius vanitatis exemplar. Quæ est per fidem τὴν ἐν πίστει. Id est, solidam ac firmam, ex verbo Dei, nostræ in Christo salutis & rerum ad eam pertinentium cognitionẽ ac πληροφορίαν, quã inanibus illis cõmentis opponit. Cæterùm vetusti codices pro οἰκοδομίαν legũt οἰκονομίαν. i. dispensationem. quod mihi videtur obscurius. 5 Finis mandati τὸ τέλος τῆς παραγγελίας. Id est Legis. Quorsum hoc? quia nimirum quæstionarii illi in suis quæstionibus, summam sapientiæ in suis commentis ponebant, quæ quidem ornabant specioso Legis nomine.

Charitas ἀγάπη. Nec igitur extra conscientiam bonam est charitas, nec extra fidem conscientia bona, nec fides extra Dei verbum. Hæc qui dissoluit, à scopo aberrat, & pro veritate vanitatem amplectitur.

[illegible] Τρῳάδος, [illegible]
[illegible] εἰς Μακεδονίαν.

bona,& fide non ſimulata.

6 A quibus quum quidã aberrarent,deflexerũt ad vaniloquẽtiã:

7 Quum velint eſſe Legis doctores,nec intelligant quæ loquuntur,neque de quibus aſſeuerant.

Lex.

8 Scimus autem quòd bona ſit Lex,ſiquis ea legitimè vtatur.

9 *Nempe* ſciens″Legem iuſto poſitam non eſſe,ſed″Legis contemptoribus,& iis qui ſubiici neſciunt,impiis &″peccatoribus, nefariis & prophanis,patricidis & matricidis,homicidis,

10 Scortatoribus,maſculorũ concubitoribus, plagiariis,mẽdacibus,periuris,& ſiquid aliud eſt quod ſanæ doctrinæ ſit oppoſitũ.

11 *Quæ eſt*″ſecundũ glorioſum Euangelium beati Dei,quod concreditum eſt mihi.

12 Gratiam″igitur ei habeo″qui mihi has vires indidit,″*id eſt* Chriſto Ieſu Domino noſtro: quòd me fidelem duxerit,vt qui *me* in miniſterio collocarit:

13 Qui prius erã blaſphemus & perſequutor &″iniurioſus.ſed″mei miſertus eſt : nam ignorans *id* faciebam per incredulitatem.

14 Superabundauit autem gratia Domini noſtri″cum fide & dilectione quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Chriſtꝰ ſaluator

15 ″Fidus *hic eſt* ſermo & modis omnibus dignus quẽ amplectamur, quòd Chriſtus Ieſus venit in mũdum,vt peccatores ſeruaret:quorum primus ſum ego.

16 Verùm ideo″miſertus eſt mei, vt in me primo oſtẽderet Ieſus Chriſtus omnem clementiam , vt eſſem exemplar iis qui credituri eſſent ipſi in vitam æternam.

17 Porrò Regi æterno,immortali,inuiſibili,ſoli″ſapienti Deo honor *ſit* & gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

18 Hoc mandatum commendo tibi fili Timothee, ″*nempe* vt ſecundũ prægreſſas de te prophetias,″milites″per eas bonã illã militiã:

19 Retinens″fidem & bonam conſcientiam:qua repulſa,nonnulli fidei naufragium fecerunt.

corde puro,& conſcientia bona,& fide non ficta.

A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium: B

Volentes eſſe Legis doctores , non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

‖Scimus autem quia bona eſt Lex,ſi quis ea legitimè vtatur. Rom.7.c.11

Sciens hoc quia lex iuſto nõ eſt poſita,ſed iniuſtis,& nõ ſubditis, impiis & peccatoribus,ſceleratis & cõtaminatis,patricidis & matricidis, homicidis,

Fornicariis,maſculorum cõcubitoribus,plagiariis,mẽdacibus,periuris, & ſiquid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur.

Quæ eſt ſecundum Euangeliũ gloriæ beati Dei,quod creditum eſt mihi. C

Gratias ago ei qui me confortauit Chriſto Ieſu Domino noſtro,quia fidelem me exiſtimauit,ponens in miniſterio:

Qui prius blaſphemus fui & perſequutor & contumelioſus . ſed miſericordiam Dei conſequutus ſum: quia ignorans feci in incredulitate.

Superabundauit autem gratia Domini noſtri cũ fide & dilectione , quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Fidelis ſermo & õni acceptione dignus,quòd‖Chriſtus Ieſus venit in mũdum peccatores ſaluos facere:quorũ primus ego ſum. Matth.9.b.13 marc.2.c.17

Sed ideo miſericordiam conſequutus ſum , vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam æternam.

Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili,ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

Hoc præceptum commendo tibi,fili Timothee, ſecundum præcedentes in te Prophetias, vt milites in illis bonam militiam:

Habens fidem & bonam conſcientiam:quam quidam repellentes,circa fidem naufragauerunt.

9 Legem iuſto ὅτι δικαίῳ. Id eſt,ſciens Legem latam non eſſe aduerſus eum qui ad ipſius normam mores ſuos ſpõte componat:quales ſunt ii ſoli quos Dominus vera doctrina & Spiritu ſancto imbuit. quod iſti minimè omnium curant qui tamen Legis doctores videri volunt.Eſt enim generalis quidem hæc ſententia,ſed ad id de quo agitur accommodanda.Hoc autẽ Pauli dictum pulchrè expreſſit Antiphon, quanuis profanus poeta,ſi modo ad Dei Legem transferas quod ille de ciuilibus præceptionibus dixit,Ὁ μηδὲν ἀδικῶν, οὐδενὸς δεῖται νόμου.

Legis contemptoribus ἀνόμοις. Id eſt exlegibus.Vulg.& Eraſ.iniuſtis,non ſatis expreſſé. Peccatoribus ἁμαρτωλοῖς. Id eſt,veluti aliquam peccandi artem exercentibus,quos Heſiodus vocat κακῶν ῥεκτῆρας.

11 Secundum glorioſum Euang. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης. Id eſt,ſicut ea traditur in glorioſo Euangelio. quod opponit inanibus argutiis.Ergo ſuppletur articulus τὸ,vt ſæpe annotauimus.Omnino enim hoc explicat quam ſanam doctrinam vocarit.

12 Igitur καί. Id eſt ὥστε,vt alibi annotauimus aliquoties. Non temere autẽ Apoſtolus ad hanc narrationẽ deſcendit.Quũ enim Timotheum adhortatus eſſet veluti ad certamen cum omnibus hominibus ſuſcipiendum, afferendum fuit aliquod inſigne exemplũ,ex quo intelligeret quæ ſit vis Spiritus Dei in iis quos ad perferẽdi Euangelii munus delegit:quantũuis alioqui ab eo prorſus alienis. Nõ poterat autẽ magis inſigne vel ipſi Timotheo magis notum exemplũ afferre. Qui mihi has vires indidit τῷ ἐνδυναμώσαντί με. Vulg.qui me confortauit,barbaré.Eraſ.qui me potentem reddidit,nõ male expreſſa ſententia. Nam quia hoc in loco diſſeritur de prima illa vocatione,ſicut apparet ex proximo verſiculo,τὸ ἐνδυναμοῦν non ſignificat imbecillas vires augere,vel quaſi collapſas ſuſtinere, ſed vires ei indere cui ne voluntas quidẽ inſit, imò verò qui in contrariam partem totus feratur.niſi malimus interpretari,qui me hac poteſtate ornauit:ſiue,qui hãc authoritatem mihi tribuit,nempe vt glorioſi ipſius Euangelii ſim miniſter: quo nihil maius aut magis arduum cuiquam poteſt contingere.

q̄ me cō
firmauit

Id eſt Chriſto Χριστῷ. Exponit proculdubio quis ille ſit à quo hãc facultatẽ acceperit. quod & ipſa vocationis Pauli hiſtoria manifeſtè probat. Itaq; redũdat particula In, quæ in quibuſdã codicibus additur. neque cõueniunt interpretationes Eraſmi,qui hoc cõiungit cũ participio ἐνδυναμώσαντι. 13 Iniurioſus ὑβριστής. En merita præparationis quæ profert Apoſtolus. Vulg.cõtumelioſus.Eraſ.violentus.

Mei miſertus eſt ἠλεήθην. Hoc nõ video quî poſſis Latinè,ſeruato paſſiuo verbo, explicare. nã miſeratus nõ niſi actiuè dicitur. Vulg. miſericordiã Dei conſecutus ſum.vt videatur etiã legiſſe ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.Eraſ.miſericordiam adeptus ſum. Neutra interpretatio mihi ſatis placuit.Dicimur enim ea conſequi & adipiſci quæ captamus.At Paulus Chriſtũ non modò non quærebat,ſed etiã crudeliſſimè perſequebatur.

14 Cum fide μετὰ πίστεως. Effecta gratiæ duo cõmemorat: fidẽ ſcilicet,à qua ſit abſorpta incredulitas:& charitatẽ,quæ indomitæ illi crudelitati ſucceſſit,idque ex gratia in Chriſto Ieſu.Itaque in præpoſitione ὑπὲρ latere puto comparationem incredulitatis ipſius & gratiæ Dei.

15 Fidus πιστός. Id eſt,dignus cui fides habeatur(vt mox explicat)vt qui fallere non poſſit.

16 Miſertus eſt mei ἠλεήθην. Vide ſuprà verſ.13. 17 Sapienti σοφῷ. Hoc nõ legit Vetus interpres,& alii veteres Latini.Reperi tamen in omnibus vetuſtis libris,& Græcis ſcholiis,itémq; apud Nazianzenum, περὶ υἱοῦ λόγῳ β΄. Quomodo verò ſit reſpondendum Arianis hoc teſtimonio abutẽtibus,pulchrè docet Baſilius epiſt.161. 18 *Nempe* vt,&c. κατὰ τὰς προαγούσας,&c. Apparet ex hoc loco vocationẽ Timothei multis inſignibus prophetarum oraculis fuiſſe cõprobatam,qui tum in Eccleſiis vigebãt,ſicut Paulus & Barnabas ex oraculo ſunt profecti ad Gentes,Act.13.a.2.& Prophetarũ prædicationes cõmemorat Paulus Act.20.c.23. Milites bonã illam mil. στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν. Id eſt,ſtrenuè te geras in illa militia,ad quam oportet eſſe cõparatos quicunque hoc bellum adminiſtrant.Delectantur autem Hebræi atque etiam Attici ſcriptores iſto genere conſtructionis:nec prætermittendus fuit articulus. Per eas ἐν αὐταῖς. Id eſt,illis fretus.Hinc etiam apparet quorſum illi ſuũ exemplũ propoſuerit. 19 Fidem πίστιν .i.ſanam doctrinã,μετωνυμικῶς,vt infrà 3.c.8,& 4.a.1. cuius

dicuntur naufragium facere quibus eripitur iuſto Dei iudicio: quia nimirum bona conſcientia talentum acceptum non adminiſtrarunt. Nam(vt verè & pereleganter ſcripſit doctiſſimus interpres) vt in portum perueniamus, regendus eſt bona conſcientia nauigationis noſtræ curſus. Vide infrà 4.a.1.

1.Cor.5.b.5

Ex quibus eſt Hymenæus & Alexāder, quos tradidi Satanæ, vt diſcāt nō blaſphemare. 20

Cap.II.

OBſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus: 1

Pro Regibus & ōnibus qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. 2

Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo, 3

B Qui ōnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 4

20 Ex quibus eſt Hymenæus & Alexāder,″quos tradidi Satanæ,″vt diſcant non blaſphemare.

Cap.II.

1 ADhortor igitur ante omnia, vt fiant″deprecationes, orationes, poſtulatiōes, gratiarū actiones″ꝓ quibuſuis hominibꝰ:

2 ″Pro Regibus & quibuſuis in eminentia *idcirco* cōſtitutis″vt trāquillam ac quietā vitam degamus cū ōni pietate″& honeſtate.

3 Nam hoc bonum eſt & acceptū coram ſeruatore noſtro Deo;

4 ″Qui quoſuis homines vult ſeruari, & ad agnitionem veritatis venire.

20 Quos tradidi Satanæ ὃς παρέδωκα τῷ σατανᾷ. Id eſt, ex Eccleſia eiectos, Satanæ mancipaui. Vide 1.Cor.5.b.5. Vt diſcant ἵνα παιδευθῶσι, &c. Id eſt, ne impune ferant ſuas blaſphemias: ſiue, vt ſuo malo diſcant quid ſit blaſphemare. Nam ita etiam in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *afin qu'ils apprenent a ne blaſphemer plus*. Aut fortaſſis reſpexit ad excommunicationis finem illum cuius mentio facta eſt 1.Cor.5.b.5, & 2.Theſſ.3.d.14, nempe vt pudore ac triſtitia reuocetur in viam qui aberrarat. quò pertinet venuſtum illud Græcorum prouerbium, ἃ ἔπαθες, ἔμαθες.

IN CAPVT II.

1 Deprecationes, δεήσεις. Nō temerè videtur Paulus iſta cōgeſſiſſe. Itaque mihi nō diſplicet Græci Scholiaſtæ diſtinctio, quāuis non vbique obſeruetur. Δέησιν ergò vocari dicit ſupplicationē qua petitur liberatio ab iis quæ moleſtiam afferūt. προσευχὴν verò eam qua beneficium aliquod petimus: ἔντευξιν accuſationē eorū qui nos iniuriis afficiūt. Ego tamē hoc poſtremū malim ad mutuas aliorū pro aliis preces referre. de quo diximus Rom.8.e.26. Vide Auguſtinum epiſtola 59. Pro quibuſuis hominibus ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Particulam vniuerſalem pro indefinita poſitam obſeruauimus ſingulis penè paginis. Sed ſpectandum eſt ſemper de quo agatur, vt quid indefinitè ſtatuatur intelligamus. Veluti Matth.4.d.23, dicitur Dominus ſanaſſe omnem morbum, id eſt quoduis morbi genus: & ibidem dicuntur Chriſto oblati omnes malè affecti, id eſt quouis morbi genere laborantes. Itaque in iis locis indefinitè ſtatuitur de omni morborum genere. At Rom. 1.b.16, dicitur, Euangelium eſſe efficax ad ſalutem omni credenti, id eſt cuiuis. quo vocabulo tolli Gentium & Iudæorum diſcrimen, manifeſtè apparet ex iis quæ ſubiiciuntur. Sic 1.Corinth.6.c.12, Omnia, inquit, mihi licent. quibus verbis tollitur rerum mediarum diſcrimen. Sic 1.Cor.10.e.25, Omne, inquit, quod in macello venit, edite. tollens ſcilicet Iudaica ciborum diſcrimina. Pueriliter ergo hallucinantur qui hāc ſententiam & alias eiuſmodi, vnius particulæ præſidio fulti, æternis Dei decretis opponunt: de quibus agitur Rom. 9.d. 17, & 11.a.7, & aliis infinitis locis. Hîc enim non eſt propoſitū Paulo de ſingulis hominibus agere, ſed diſcrimen tollere graduum ac dignitatum, itémque fidelium & externorum, vt ex ſequētibus liquet. Et nequis à me quicquā hîc detortū clamitet, non modò ab Hebræis & Græcis, (qua de re ſatis conſtare puto) ſed etiam à Latinis ſcriptoribus ſimili prorſus ratione hanc particulam vſurpari affirmo, ita ſcilicet vt genera ſingulorum, nō ſingula generū, vt aiunt, complectatur. Sufficiat vnum hoc Ciceronis exemplum ex oratione pro Roſcio Amerino, Non omnem frugem, neque omnem arborem in omni agro reperire poſſis.

2 Pro Regibus ὑπὲρ βασιλέων. Reges & principes nominatim appellat, & quidem addita indefinita particula. Nam quot erant eo tempore magiſtratus, tot erant Eccleſiæ hoſtes, & penes Romanos infideles erat ſumma rerum. Itaque ambigi poterat num potius aduerſus illos, quàm pro illis, concipi preces oporteret. Iubet autem Paulus nominatim illos in precibus comprehēdi. Sed quid ſi tum Iulianus apoſtata imperaſſet? Nempe hic vnus erat ex eorum numero pro quibus rogandum non erat, Galat.5.b.12, & 1.Theſſ.2.b.16, & 2.Timoth.4.c.14, & 1.Iohan.5.d.16. Diſtinguendi ſunt enim extranei, vel per ignorantiam peccantes aut in moribus aut in doctrina, ab iis qui planè, & quidem Dei ac Chriſti odio, à veritate deficiunt. Ergo tota ſeries argumenti huc nos deducit, vt τὸ καθόλου interpretemur non de ſingulis, ſed de omnibus, indefinitè, id eſt de quibuſuis: & hactenus quidem vt tum pro domeſticis, tum pro extraneis preces in Eccleſia concipiantur.

Vt tranquillam ἵνα ἤρεμον. Omnino hoc pertinet ad participium ὄντων conſtitutis. Argumentatur enim à fine quem ſpectauit Dominus quum in rebus humanis iſtos gradus diſtribueret: cui fini nos ſubſeruire prorſus oporteat, niſi velimus θεομαχεῖν, ac proinde ipſi nobis perniciem accerſere. Quum igitur magiſtratus ideò conſtituti ſint à Domino, vt omnium rerum ipſiúſque adeò religionis εὐταξία per eos conſeruetur, quid aliud certiore fide ac maiore contentione petere debemus à Deo, quàm vt principes, ſi quidem boni ſint ac pii, conſeruet: ſin verò mali ſint, bonos efficiat, populorum miſertus quos illo flagello longè duriſſimo caſtigat? Hoc inquam eſt Pauli longè grauiſſimum argumentum. Itaque non dubitaui particulam cauſalem inſerere, vt iſta connexa eſſe intelligeremus. Nam ſi(vt quidam faciunt) hæc referas ad verbum ποιεῖσθαι fiant, quaſi iubeat Paulus idcirco concipi preces pro Regibus vt noſtræ tranquillitati conſulamus: verè quidem, ſed tamē non aptè colligeret Apoſtolus. Aſſumeret enim pro hypotheſi idipſum de quo quæritur, nēpe an rogare pro principibus qui non modò non norunt, ſed etiam perſequuntur Eccleſiam, ad publicam Eccleſiæ cōcordiam ſpectet. Hoc inquam pro confeſſo Paulus aſſumeret, ſi illo modo argumentaretur, ideóque non aptè colligeret. Nam excipere potuiſſet aduerſarius, contraria prorſus ratione, non poſſe melius conſuli paci Eccleſiæ, quàm ſi Deum aduerſus principes interpellet à quibus ipſa opprimitur: vti ſub Iuliano factū eſſe Eccleſiaſtica hiſtoria meritò teſtatur. Huic verò obiectioni nullus locus relinquetur, ſi Paulum dicamus à generali fine conſtituti magiſtratus argumentari: vt probata illa hypotheſi, nectat argumēti concluſionem, Pro quibuſuis igitur principibus orandum eſſe. Nobiliſſimus autem eſt hic locus nō modò aduerſus Anabaptiſtas & cæteros omnes fanaticos qui magiſtratum tollēdum cenſent, ſed etiam aduerſus crudeliſſimam illam Academicorū qui nuper irrepſerunt charitatem. Iſti enim in veræ religionis perturbatores nullum ius magiſtratibus concedunt: quum hîc disertè fiat mētio τῆς εὐσεβείας, i. iuſti ac legitimi cultus: cuius vnius præ cæteris rebus vindices & aſſertores magiſtratus eſſe oporteat: adeò quidē vt quoties neceſſe fuerit vel religionē vel pacem ciuilē amittere, quicūque principes illā iſti non antepoſuerint, grauiſſimo ſcelere ſeſe ſcientes ac prudentes obligent: nedū vt factioſis hæreticis impunè liceat Eccleſiaſticam diſciplinā deridere. Et honeſtate καὶ σεμνότητι. Cōplectitur hoc nomen omne officii genus, quod vigere in mutuis hominum commerciis debet, vt nihil turpiter, aut indecore, nihil denique flagitioſè fiat. Cic. In officio colēdo, inquit, ſita eſt honeſtas omnis: & in negligēdo, turpitudo. Itaque τὸ καλὸν obiectū eſt τῆς σεμνότητος: quū alioquin hoc nomine ſignificetur honeſta quædā morū grauitas, quæ reuerentiā cōciliat: quæ ſignificatio huic etiā loco nō malè cōuenit. Vulg. caſtitate, nimiū anguſtè. 4 Qui quoſuis ho.&c. ὃς πάντας ἀνθρώπους, &c. i. qui ſublato diſcrimine, quoſuis etiā alieniſſimos ab Euāgelio homines vult ſeruare. ſiue, qui Eccleſiam ſuam ex quorumuis hominum genere congregat. Noſtrum eſt igitur pro quibuſuis precari, non autem iudicare abiectos à Deo quicunque nondum ad Eccleſiam acceſſerunt. Hanc germanam eſſe huius loci ſententiam res ipſa clamat, & experiētia etiam conuincit, nempe iſta non ad ſingulos homines, ſed ad quæuis hominum genera pertinere. Eſt enim ad concluſionem accommodanda probatio. Itaque planè aberrant à ſcopo qui ſingulis hominibus hoc Apoſtoli dictū accōmodant, & noſtræ conſolationis fundamentū conuellūt. Non agimus de ſalutis cauſa: illā enim cōſtat vno Chriſto niti gratuito nobis exhibito, & per gratuitum fidei donum apprehenſo. Non agimus etiā de eo cur Deus dānet: neque enim aliunde petendū eſt exitium hominis quàm ab ipſius hominis corruptione, & corruptionis fructibus. Tota Scriptura hoc clamat, & qui aliter ſentit, anathema ſit. Sed hoc quæritur, An ſingulos homines Deus ſaluti deſtinarit per fidem ſeruandos: an verò etiam aliquos iuſto ſuo iudicio condemnādos. At quorſum hoc quæritur? Quia hucvſque nos ſubuehit Spiritus ſanctus, nempe quoties ita facere neceſſe eſt, ab inhærentibus cauſis ad ipſum vſque Dei propoſitum conſcendens, tum in electis, tum in reprobis. Apertæ verò blaſphemiæ fuerit exiſtimare curioſas, ſpinoſas, inutiles quæſtiones à Spiritu ſancto nobis explicari. quia fruſtrà prædicatur iuſtificatio ex fide, niſi fidei ſubſternatur electio certa & conſtans. electio verò ſine oppoſito membro nec conſtitui poteſt, nec ita etiam cōſiderari vt par eſt. Quia denique niſi hæc quæſtio explicetur, tota Chriſtiana religio corruat neceſſe eſt. Nam qui hoc Pauli dictum ad ſingulos homines contendunt pertinere, huc delabantur neceſſe eſt, vt vel liberum arbitrium hominis, vel vniuerſalem, id eſt ad ſingulos homines pertinentem gratiam ſtatuant. Liberum arbitrium voco non quod ſit ſpontaneum(ita enim concedo) ſed quod in vtrāuis partem ſua ſponte ferri poſſit. Hoc igitur qui conſtituunt, vel Pelagiani ſunt, ſi naturalem faciant gratiam: vel Semipelagiani, ſi cum natura faciant concurrere primam gratiam,quæ infirmam naturam adiuuet.Cum neutris verò mihi quicquam negotii eſſe nolo. Sin verò gratiam quandam ſtatuas ad ſingulos pertinentem, quæro primùm de qua gratia hoc intelligas. Nam de gratia hic agimus quæ ad Chriſtum ducit,extra quem non eſt ſalus: quam ſicui negat,alicui concedit Deus, gratiam illam tuam vniuerſalem hoc ipſo ſublatam vides. ſin verò guſtum eius aliquem ſingulis tribui dicas, primùm omnium ipſa omnium ſeculorum experientia falſum id eſſe coarguit. deinde quæro, Parémne primum illum gratiæ guſtum facias, an imparem.ſi imparem facis,iterum vides te ab vniuerſali gratia deficere: ſin verò parem, vnde tam impar effectus?Ex eo,dices,quòd iſte oblatam amplectitur,hìc verò repudiat. Ergo inquam vel impar fuit gratia (fuiſſet enim ex æquo vterque ſanatus,& ad amplectendam gratiam pari efficacia impulſus) vel impar erat naturæ corruptio : quod ſi tu ſtatuis, iam in Pelagianiſmum recidis.En vides,lector,quibus laqueis ſe induat quorundam hominum curioſa modeſtia:vt alias blaſphemias omittam quæ ex hac ipſa doctrina neceſſariò conſequuntur,de quibus alibi dictum eſt à nobis.

	Vnus enim Deus,vnus etiam mediator Dei & hominum,"homo Chriſtus Ieſus:	5	Vnus enim Deus,vnus & mediator Dei & hominum,homo Chriſtus Ieſus:	
Mediator Chriſtus & ſaluator.	"Qui ſeipſumdedit in redemptionis pretiũ pro quibuſuis,"*Chriſtus inquam*,teſtimonium illud ſuis temporibus deſtinatum.	6	Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus:teſtimonium tẽporibus ſuis confirmatum eſt:	
	Cuius conſtitutus ſum ego præco & Apoſtolus(veritatem dico "per Chriſtum,"non mentior,)doctor *inquam* Gentium,"cum fide ac veritate.	7	In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus(veritatem dico,nõ mẽtior)doctor Gẽtiũ in fide & veritate.	2.Tim.1.c.11
	Velim igitur vt viri precentur"in quouis loco,ita vt"puri attollant manus"abſque ira & diſceptatione.	8	Volo ergo viros orare in omni loco,leuantes puras manus , ſine ira & diſceptatione.	C
	Itidem & mulieres amictu"honeſto,cum verecundia"& modeſtia ornare ſeſe,non cincinnis,vel auro, vel margaritis, vel veſtitu pretioſo:	9	Similiter & mulieres in habitu ornato,cum verecũdia & ſobrietate ornãtes ſe,non in tortis crinibus,aut auro,aut margaritis, vel veſte pretioſa:	1.Petr.3.a.1
	Sed("quod decet mulieres pietatẽ ſpondẽtes) operibus bonis.	10	Sed(quod decet mulieres promittẽtes pietatem)per opera bona.	

5 Homo ἄνθρωπος. Homo ſcilicet factus:alioquin nullus ad eum aditus nobis pateret,nedum ad ipſam Diuinitatem.Aſſumpſit autem naturam,qua non certo hominum generi,ſed quibuſuis coniungitur. Nullum ergo genus hominum debemus à Chriſti Eccleſia alienum putare.Iam verò non potes hoc ad ſingulos homines transferre, quum ipſe Chriſtus diſertè teſtetur ſe non rogare pro mundo, id eſt pro iis quos Deus ipſi non eſt daturus, ac proinde quorum cauſa non venit:alioquin,vt ſacerdotis officio planè fungeretur, pro ſingulis oraret.Hoc tamen interim tenendum eſt,ideò damnari homines quòd tenebras magis dilexerint quàm lucem.Eſt enim reprobationis propoſitum,ab ipſius executione,id eſt damnatione,diligenter diſtinguendum: quum pro occulta ſed tamen iuſta ſua voluntate Deus reprobet : qui tamen damnationi deuotos non niſi propter cauſas in ipſis hærentes damnat.

6 Qui ſeipſum dedit ὁ δοὺς ἑαυτὸν Vel potius,qui ſeipſe,ſiue qui ipſe ſe dedit.Nam inter hæc dicendi genera nonnihil intereſt.Quum enim dicimus,Chriſtus dedit ſeipſum,intelligimus Chriſtum non aliam victimam quàm ſeſe obtuliſſe. at quum dicimus, Chriſtus ipſe ſe dedit,ſignificamus non modò nullam aliam oblatam victimam,ſed etiam à nullo alio quàm ipſo oblatam . vt idem fuerit pontifex qui & victima.Itaque duplici ſacrilegio tenentur qui vel alia victima Deum placari,vel ab alio ſacerdote quàm ab eo offerri eam potuiſſe putãt: nedum vt hodie poſſit.Itaque ſi vna oblatio iſtis ſacrilegis nõ ſatiſfacit,age, Chriſtũ(ſicuti ſe facere gloriantur)è ſolio Patris detrahant,non qui ipſorum impuris manibus ſed à ſeipſo quotidie offeratur. Nam crucifigendi quidem ipſius partes illis ſanè libenter relinquimus.Atqui eſt oblatio ἀναίμακτος. Rectè ſané:ergo expiatoria non eſt,quum abſque ſanguinis effuſione non fiat remiſſio,Heb.9.f.22.

Chriſtus inquam teſtimonium illud ſuis temporibus deſtinatum. τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Vulgata, cuius teſtimonium ſuis temporibus confirmatum eſt. Eraſmus , vt eſſet teſtimonium ſuis temporibus. quæ interpretationes nec Græcis reſpondent, nec commodam habent explicationem. Sed magis etiam hunc locum detorſit quidam, qui hæc coniunxit cum ſequentibus in hunc modum , quam ad rem ſuis temporibus teſtandam ego præco ſum & Apoſtolus conſtitutus.Inde porrò nata eſt difficultas,quòd alii , vt iſta connecterent cum præcedentibus, ſubaudiendum putarunt prouocabulum οὗ, & præterea verbum ἐβεβαιώθη vel ἀπεδείχθη, quo modo vertit Vetus interpres. Alii ſubaudiendam putarunt præpoſitionem εἰς, vt vertit Eraſmus: qui tamen in annotationibus vidit appoſitionem eſſe, ſed quam non ſatis aptè applicuerit.Alii denique ἰδίοις καιροῖς connectunt cum verbo ſequẽte,nempe ἐτέθην.quæ omnes interpretationes ſanè ſunt nimium detortæ.Eſt autem plana conſtructio,adeò vt ne eclipſi quidem indigeat: cohærens ſcilicet vel cum Χριστὸς Ἰησοῦς (quod vt planius eſſet, repetii Chriſti nomen per epanalepſin)vel cum proxima ſententia,vt vertas,*quod eſt* teſtimonium illud ſuis temporibus deſtinatum. Nam & Chriſtus dicitur etiã μαρτύριον, de quo ſcilicet teſtati ſint omnes Prophetæ: & quòd Chriſtus ſeſe pro quorũuis hominum redemptione obtulerit,illud ipſum eſt teſtimonium quod ſuis temporibus erat deſtinatum.Eſt autem καιροῖς ἰδίοις tertio caſu poſitum,vt Conſules extremo hoc anno magiſtratum ineuntes, ſequenti anno lectos dixeris.Illud igitur Hebræi exprimerent addito ל, & nos vernaculo ſermone diceremus,*pour ſa ſaiſon,ou,pour certaine ſaiſon*.quod vt planius eſſet,addidi participium. Mihi tamen(vt dicam quod ſentio) magis placeret legere τὸ μυστήριον,id eſt myſterium illud ſiue arcanum:quam lectionem in vno tantùm vetere codice deprehendimus. Video enim crebrò hanc ſententiam totidem penè verbis reperi,vt Rom.16.d.25,Epheſ.3.b.9,Coloſſ.1.d.26,Tit.1.a.2 & 3,& 1.Pet.1.d.20.vbi vel myſterii,vel retectionis,vel vtriuſque fit mentio.Sed & infrà 3.d.16,hoc ipſum dicitur μυστήριον. vt mihi quidem hoc magis placeat. Quanquam hoc ipſum μυστήριον dici poteſt μαρτύριον,tum quatenus plenam Diuinæ erga nos beneuolentiæ fidem facit,tum etiam quatenus id teſtificati ſunt Prophetæ.

7 Per Chriſtum ἐν Χριστῷ. Vetus interpres hoc non legit,& in tribus vetuſtis libris Græcis non erat additum.Videtur autem additum ex Rom 9.a.1,vbi etiam hanc formulam expoſuimus. Non mentior οὐ ψεύδομαι. Hebraicus pleonaſmus,de quo diximus Iohan.1.c.20. Magna tamen eſt eius emphaſis,vt tum ex hoc loco,tum ex aliis multis omnino appareat,hanc epiſtolam, quanuis Timotheo ſit inſcripta, tamen Epheſiis,atque adeò Aſiaticis omnibus Eccleſiis potius quàm ipſi Timotheo ſcriptam:in qua ſcilicet tum miniſtri omnes,tum verò greges ipſi abſolutam haberent officiorum ſuorum deſcriptionem. Cum fide & veritate ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Id eſt,fidelis ac ſyncerus. Fidem autem ad ſanam eámque perſuaſam doctrinam refero: Veritatem,ad ipſius ſynceram integrámque functionem.

8 In quouis loco ἐν παντὶ τόπῳ. Hac formula putant alii tolli locorum diſcrimen:alii verò æquari Gentes & Iudæos,vt in toto orbe terrarum pura hæc ſacrificia Deo offerantur,de quibus apud Malachiam agitur.Mihi videtur Paulus Legalibus cæremoniis veram purificationem opponere,eam ſcilicet quæ faciat vt quocunque loco fuerimus,Deum rite poſſimus inuocare. Puri ὁσίους. Vel ſancti. Ad verbum,puri attollentes manus.Quanuis enim ὁσίους Atticè poſſit fœmineo genere accipi pro ὁσίας,vt verſ.9,κοσμίῳ pro κοσμίᾳ,& Tit.2.c.11,χάρις σωτήριος pro σωτηρία:tamen nolim,niſi coactus,huc deſcendere:ſed eadem tamen manet ſententia,vtrouis modo legas. Cæterùm manuũ ſublationem poſuit pro inuocatione,id eſt ſignum pro re ipſa:quæ formula ſæpe occurrit in Prophetis,vt Eſa.1.d.15. Abſque ira & diſceptatione χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Iram refero ad omnes offenſiones animi , quæ prohibeant quominus bona conſcientia poſſimus Deum inuocare,vt Matth.5.d.23.ſub qua ſpecie etiam comprehendo reliquas iniurias quibus affici poteſt proximus, de quibus Eſaias 1.d. 15 & 16.Διαλογισμὸν autem puto declarare τὴν διάκρισιν, id eſt dubitationem illam quæ fidei repugnat ex diametro:qua de re Iac.1.a.6. Ita enim ſuis omnibus numeris conſtabit ea puritas ac ſanctimonia quæ ad rite precandum requiritur.

9 Honeſto κοσμίῳ. Id eſt decenti & conuenienti. Neque enim ſordidatas eſſe vult,neque rurſus meretricio cultu:ſed eo habitu qui animum optimè compoſitum teſtetur.Huc pertinẽt illi Antiphanis verſiculi, Μὴ ὄμματι τὸ σῶμα λαμπρυνεῖν θέλε, Ἔργοις δὲ καθαροῖς καὶ τρόποις τὴν καρδίαν. Et modeſtia καὶ σωφροσύνης. Vulgata,ſobrietate.Eraſmus,caſtitate.Neutrum mihi ſatis placet:puto enim hìc commendari habitum qui frugi,prudentem,grauem,moderatam matremfamiliâs deceat.

10 Quod decet ὃ πρέπει. Hoc omnino(vt mihi videtur)parentheſi includendum eſt,vt δι' ἔργων ἀγαθῶν cohæreat cum κοσμεῖν.Opponit enim bonorum operum ornatum auro & margaritis.Dicemus autem de verbo ἐπαγγέλλεσθαι infrà 6.d.21.

D Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. 11

1. Cor. 14. g. 34 Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. 12

Geneſ. 1. d. 27 Adam enim primus formatus eſt: deinde Heua. 13

Geneſ. 3. a. 6 Et Adam non eſt seductus: mulier autē ſeducta, in præuaricatione fuit. 14

Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate. 15

Cap. III.

1 Fidelis ſermo, Siquis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

Tit. 1. b. 6 Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudētem, ornatum, hoſpitalem, doctorem: 2

Non vinolentum, nō percuſſorem: ſed modeſtum, non litigioſum, nō cupidum. 3

11 Mulier cum ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.

12 Mulieri enim docere non permitto, ″neque authoritatem vſurpare in viros, ſed eſſe in ſilentio.

13 Adam enim prior formatus eſt: deinde Eua.

14 Et Adam ″non fuit ſeductus: ſed mulier ſeducta, ″rea tranſgreſſionis facta eſt.

15 Seruabitur tamen ″liberos gignendo, ″ſi manſerit in fide ac charitate, & ſanctificatione cum modeſtia.

Cap. III.

1 F″Idus *eſt hic* ſermo, Siquis ″epiſcopatum ″appetit, ″præclarum ″opus deſiderat.

Epiſcopi quales eſſe debeant.

2 ″Oportet igitur epiſcopum irreprehenſum eſſe, ″ vnius vxoris virum, vigilantem, ſobrium, compoſitum, hoſpitalem, ″aptum ad docendum:

3 Non ″vinoſum, non ″percuſſorem, non turpiter lucri cupidum: ſed moderatum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia.

11 Neque authoritatem vſurpare, &c. οὐδὲ αὐθεντεῖν, &c. Huc pertinent elegantes hi Philemonis verſiculi,

Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον' εἶναι τἀνδρός, ἀλλ' ὑπήκοον.
Γυνὴ δὲ νικῶσ' ἄνδρ' ἐστὶν κακὸν μέγα.

14 Non fuit ſeductus οὐκ ἠπατήθη. Seductus certè fuit, ſed ipſius mulieris opera, quæ hac in parte fuit Satanæ organon, ideóque meritò hac quoque ratione viro debet eſſe obnoxia. qua pœna Deus etiam ipſe illam multauit. Rea tranſgreſſionis facta eſt ἐν παραβάσει γέγονε. Vulgata, in præuaricatione fuit: nimium obſcuré. Eraſmus, obnoxia facta eſt tranſgreſſioni: non expreſſa Pauli ſententia.

15 Liberos gignendo διὰ τῆς τεκνογονίας. Id eſt, ἐν τῷ τεκνογονεῖν. Nam διὰ non aliud declarat hoc in loco quàm ἐν, ſtatum ſcilicet ipſum in quo ſit mulier: vt δι' ἀκροβυστίας pro ἐν ἀκροβυστίᾳ, Rom. 4. b. 11. neque quicquam eſt magis vſitatum hac ſignificatione, vt δι' ἡμέρας, interdiu, διὰ βίου, δι' αἰῶνος, per totam vitam. qua ſignificatione Homerus cum quarto caſu dixit, Ἀμβροσίην διὰ νύκτα. Hoc certè miror pleroſque veteres non conſideraſſe: qui quum exiſtimarēt hæc poni αἰτιολογικῶς, quaſi ſcilicet cauſa aperiretur per quam ſeruari poſſit mulier, mirum quàm hîc ſe torſerint: quū illis potius explicanda fuerit cauſa cur potiſſimū Apoſtolus fecerit huius conditionis mentionē, non per quā ſed in qua ſeruari poſſit mulier. Cauſa verò manifeſta eſt, vt rectè annotauit doctiſſimus interpres. Fecerat enim eius pœnæ mentionē qua multata eſt mulier propter deceptum hominem. Iam verò hæc pœna præcipuè matrimonii coniunctionem ac præſertim ferendi, gignendi, educandi fœtus moleſtias continet. Itaque quum nunc vellet illi pœnæ conſolationem aliquam ſubiicere, ne in matrimonii moleſtiis ſolam pœnam contemplentur mulieres, non potuit aliunde quàm ex ea ipſa pœna commodius conſolationis argumentum ſumere. quaſi dicat, iniri poſſe rationem quà mulier in eo ipſo onere quod peccati pœna eſt, aliquod mali remedium inueniat: puta ſi moleſtias illas ita ſuſtinuerit, vt fides, charitas, ſanctimonia, modeſtia denique omnis in ipſa eluceat. Vulgata & Eraſmus, per liberorum generationem. Si manſerit ἐὰν μείνωσιν. Vulgata & Eraſmus, ſi manſerint. Nam certè verbum numero multitudinis poſitum eſt, ſummo codicum omnium conſenſu. Sed quum agatur de mulierum officiis, per ſe, non autem de educatione liberorum, neque etiam τέκνων nomen poſſit commodè repeti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, non dubito quin hallucinati ſint qui hoc retulerūt ad liberorū ipſorum fidem & cæteras virtutes. Nam quid ſi ii non manſerint in his virtutibus, quamuis ſedulò educati? Deinde quis hanc curam non potius exiſtimet maxima ex parte ad patres pertinere? Poſtremò nomen σωφροσύνης & conſolatio ipſa mulieribus propriè deſtinata ſatis oſtendunt hoc eſſe potius de ipſis vxoribus accipiendum. Cur autem ad pluralem numerum repente trāſiret Apoſtolus, hæc cauſa fuit quòd in genere diſſerat de omnium vxorum Chriſtianarū officio.

IN CAPVT III.

1 Fidus πιστός. Hac præfatione ſolet aliquoties Paulus ſibi audientiam facere. Epiſcopatum τῆς ἐπισκοπῆς. Sic vocat tum docendi tum gubernandi munus in Eccleſia, vt diximus Philipp. 1. a. 1. Appetit ὀρέγεται. De ambitu non loquitur, quo vix quicquam magis horrendum eſt in Eccleſia: ſed in genere, de animo & ſtudio ad iuuandam Dei Eccleſiam comparato, quando & vbicunque Domino viſum fuerit. Itaque vel hoc vnum indicat, non Apoſtolicam, ſed Satanicam eſſe illam Eccleſiam, in qua non aliter liceat quàm per ambitū, & manifeſtam non dico petitionem, ſed emptionem, gradum vllum adipiſci: adeò quidem vt nullum ſit hodie lucroſius forenſium contentionum genus, dum hoc penè vnum quæritur, quis cæteros anteuerterit. Et vos non pudet, fœda Satanæ proſtibula, Eccleſiæ nomen vobis vendicare? Præclarum καλοῦ. Id eſt præclarum, ac proinde arduum, ſiquod aliud vſquam eſt. Nam hîc valet in primis Græcorum illud prouerbium, δύσκολα τὰ καλά, vt perappoſitè annotauit doctiſſimus interpres. Vulgata, bonum. Eraſmus, honeſtum, non expreſſa Pauli ſententia. neque enim conueniret ſequens illatio. Omitto ridiculam profanorum hominum diſtinctionem, qui non modò Græcæ linguæ rudes, ſed omnis & honeſtatis & religionis hoſtes, monſtra denique potius quàm homines, hunc locum in ſuis illis impuris compotationibus cauillantur: quaſi ſcripſerit Apoſtolus, Qui epiſcopatum deſiderat bonum, opus deſiderat. Ita ſcilicet iſtis ſanctiſſimis ludus eſt ac iocus ſacroſanctum verbum Domini profanare. Opus ἔργου. Quo pudore igitur epiſcoporum nomen vſurpatis otioſi ventres? Manifeſtè verò corrupit hunc locum qui conuertit καλοῦ ἔργου rem bonam, & δεῖ οὖν, debet autem.

2 Oportet igitur Δεῖ οὖν. Qui fuerit Pauli ſucceſſor qui nihil minus curat quàm hoc Oportet? Conferantur ad hoc exemplar Pontificum Romanorū vitæ, ita vt ab ipſis perſcriptæ ſunt: & comperies quis eos in illam Apoſtolicam ſedem inuexerit. Vnius vxoris virum μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Ergo qui coniugatos excludit ab Epiſcopatu quia coniugati ſint, Antichriſtum ſe prodit. Neque dicit Apoſtolus, qui fuerit, ſed qui ſit: quum verbum εἶναι repetēdum ſit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & ita diſertè loquatur Tit. 1. b. 6. Itaque ſicut ridiculi ſunt qui de vna Eccleſia hoc dictum accipiunt, ita etiam non fuerunt ſatis attenti qui ex hoc loco putarunt excludi ab epiſcopatu eos qui ſecundam vxorem poſt alteram mortuam duxiſſent: vt interim taceam de ipſis vxoribus poſtea tradi præcepta. Non excludūtur ergo qui continentiæ donum habent, ſed quòd rari eſſent illi, coniugatorum duntaxat fit mentio, & quidem damnata expreſſè polygamia, vt rectè hunc locum expoſuit Chryſoſtomus. Fuit enim illa ſemper in Oriente totáque Græcia adeò vſitata, vt etiam aliquando Athenis ſancita ſit, vt refert Laertius in Socrate. Sed inter bigamos & polygamos recenſendi ſunt non modò qui plures vxores vnà haberent, verùm etiam qui repudiata temerè vxore aliam ducebant: eæque ſunt bigamiæ antiquis Canonibus ſeuerè inhibitæ, adeò vt clericis vel iſtiuſmodi conuiuiis intereſſe non liceret: qua de re infrà dicemus, cap. 5. b. 9. Meritò igitur requirit Apoſtolus vt quiſquis ad functionem Eccleſiaſticam deligitur, ab iſtis omnibus maculis ſit purus, nempe vnius duntaxat vxoris vir, quum alioqui primis illis initiis non facilè ſtatim iſta licentia cohiberi potuerit, nec ſatis etiam commodè multa iam inita connubia dirimi. Aptum ad docendum διδακτικόν. Vulgata, doctorem, διδάσκαλον. Sed multi ſunt doctores qui aptiores eſſent ad ſtiuam: neque hoc declarat Græca vox: ſatis enim per ſe intelligebatur, epiſcopum vocari ad docendum. Annotat Hieronymus aduerſus Pelagianos libro primo, vulgatam editionem tum habuiſſe, docilem: pro quo ſubſtituit, qui docere poſſit, vt Eraſmus obſeruauit.

Ambroſ.

3 Vinoſum πάροινον. Id eſt vino quaſi aſſidentem. Vulgata & Eraſmus, vinolentum: non ſatis rectè. Cæterùm Chryſoſtomus hoc vocabulo putat potius ſignificari ferocis ac temulenti ingenii homines, quàm qui ſint ebrioſi. cui non aſſentior, quia mox Apoſtolus ipſe verſ. 8 interpretatur τὸν οἴνῳ πολλῷ προσέχοντα, multo vino deditum. Sed illud quidem vitium & alia multa oriri ex temulentia facilè concedo. Percuſſorē πλήκτην. Hoc quoque Chryſoſtomus in iurgatores & eos qui lingua feriūt, dictū eſſe vult. Ego ſimpliciter malui interpretari.

4 Qui ſuæ domui bene præſit,qui liberos cõtineat in ſubiectione cum omni″honeſtate.

5 Nam ſiquis propriæ domui præeſſe non nouit, quomodo Eccleſiam Dei curabit?

6 Non nouitiũ:ne inflatus,″in criminationem incidat Diaboli.

7 Oportet autem eum etiã bonum habere teſtimoniũ ab extraneis:ne in probrum incidat & laqueum Diaboli.

Diaconi.

8 ″Diaconos itidem honeſtos,non bilingues,nõ multo vino deditos,non turpiter lucri cupidos:

9 Tenentes″myſterium fidei cum pura conſcientia.

10 Atque hi etiam probentur prius, deinde miniſtrent, ſi ſint inculpati.

Vxores Diaconorum.

11 ″Vxores itidem honeſtas, non calumnioſas, ſobrias, fidas in omnibus.

12 Diaconi ſint vniꝰ vxoris mariti,qui liberis rectè præſint,& propriis domibus.

13 Nam qui bene miniſtrauerint,″gradum ſibi bonum acquirũt, &″multam libertatem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

14 Hæc tibi ſcribo,ſperans fore vt veniam ad te″valde citò.

15 Quòd ſi tardius venero,vt noris quomodo oporteat in domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui,″columna & ſtabilimentum veritatis.

16 Et ſine cõtrouerſia magnũ eſt pietatis″myſteriũ:″Deus conſpi-

4 Sed ſuæ domui bene præpoſitũ, filios habentẽ ſubditos cũ omni caſtitate.

5 Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit,quomodo Eccleſiæ Dei diligẽtiã habebit?

B

6 Non neophytum: ne in ſuperbiam elatus,in iudicium incidat Diaboli.

7 Oportet autem illum & teſtimoniũ habere bonum ab iis qui foris ſunt: vt non in opprobrium incidat & laqueum Diaboli.

8 Diaconos ſimiliter pudicos,non bilingues,non multo vino deditos, nõ turpe lucrum ſectantes:

C

9 Habentes myſterium fidei‖in conſcientia pura.

Supra 1.d.19

10 Et hi autem probentur primùm,& ſic miniſtrẽt,nullũ crimen habentes.

11 Mulieres ſimiliter pudicas,non detrahẽtes,ſobrias,fideles in omnibus.

12 Diaconi ſint vnius vxoris viri,qui filiis ſuis bene præſint,& ſuis domibꝰ

13 Qui enim bene miniſtrauerint,gradum bonum ſibi acquirent, & multã fiduciã in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu.

14 Hæc tibi ſcribo:ſperans me ad te venire citò.

D

15 Si autẽ tardauero,vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari,quæ eſt Eccleſia Dei viui,columna & firmamentum veritatis.

16 Et manifeſtè magnũ eſt pietatis ſacramentũ, quod manifeſtatum eſt in

4 Honeſtate σεμνότητος. Vulgata,caſtitate.Eraſmus,reuerentia. Vide ſuprà 2.a.2.

6 In criminationem Diaboli εἰς κρίμα τοῦ διαβόλου. Vel, in condemnationem Diaboli. id eſt,ne ex eo ipſo quòd in eum gradum euectus eſt,occaſionem arripiat ſuperbiæ,quæ ipſum euertat: atque ita in eãdem condemnationem ruat atque ipſe Diabolus. Eraſmus ad calũniatores mauult referre,ſed coacta interpretatione,vt annotauimus etiam Epheſ.4.f.27.

8 Diaconos Διακόνους. Hi ſunt qui pauperum curam habebant,de quibus diximus Philipp.1,& alibi ſæpe.

9 Myſterium fidei μυστήριον πίστεως. Id eſt,Euangelicam doctrinam, quæ verè ſanè dicitur μυστήριον, quod caro & ſanguis non reuelet. Diaconorum enim erant nonnullæ etiam in docendo partes quoties neceſſe fuiſſet, vt ex Stephano & Philippo apparet. Ridiculum eſt autem quod affertur à nonnullis,hoc poſſe ad taciturnitatem referri.

11 Vxores Γυναῖκας. Vxores ſcilicet epiſcoporum & diaconorum. Quorſum enim præcepta de aliis repeteret? De viduis autem paulò pòſt aget ſuo loco. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit,mulieres. & liquidò hinc quoque apparet, de epiſcopis aut diaconis qui vxores habere deſiiſſent,accipiendos non eſſe verſiculos 2 & 12.

13 Gradum βαθμόν. Id eſt,decus ac dignitatem, vt accipitur etiam nomen מעלה ab Hebræis. Multam libertatem πολλὴν παῤῥησίαν. Rectè omnino fiduciam intrepidam cum bona conſcientia coniungit:bonæ verò conſcientiæ fidem in Chriſto ſubſternit. Quid enim reformidet homo eiuſmodi? Opponuntur autem iſta iis quæ dixerat de criminatione, probro & laqueo Diaboli: quòd iſta quoque diaconis perinde ac epiſcopis cauenda ſint. 14 Valde citò τάχιον. Comparatum abſoluti loco poſitum eſt. cuius tamen enallages hæc vis eſt,vt nonnihil adiicere videatur ſimplici abſoluti ſignificationi. Vide Iohan.13.c.27,& Act.25.c.10,& 2.Tim.1.d.17 & 18.

15 Columna & ſtabilimentum στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Hoc intellige hominum reſpectu, non autem ſimpliciter. nam alioquin ipſum hoc firmamentum lapide illo angulari nititur,vt dictum eſt Epheſ.2.d.20. Cur igitur, dices,hæc epitheta tribuit Eccleſiæ? Quia ſcilicet non alibi habitat Dei veritas in mundo. Eccleſia enim eſt quæ filios Dei gignit, & educat per verbi Dei prædicationem, & verè bonorum operum exempla. Alibi tenebræ,mendacia,errores,impoſturæ,ſuperſtitiones, vertiginis & ſtuporis ſpiritus, omnes denique corruptelæ omnia latè poſſident: ex quorum collatione intelligi demum poteſt quid veritatis nomine ſignificetur. Sunt autem multis modis inepti & impudentes qui ex hoc loco ita amplificant Eccleſiæ authoritatem,quaſi veritatem ipſa gignat, ac inſtar primi fundamenti ſuſtineat: quum, vt antè dixi,Eccleſia ipſa alio fundamento,id eſt Chriſto,nitatur:nec procreatrix,ſed teſtis ſit duntaxat:altrix,& conſeruatrix veritatis inter homines:vt ipſa à verbo,non contrà,verbum ab ipſa pendeat. Deinde quum veritatem à verbo Dei ſeparent, quis non videt eos quaſi in aere ædificare,& veritatis nomen vanitati ac mendacio imponere? Præterea quàm abſurdum illud eſt,Eccleſiam Dei, certo loco certiſque perſonis,more Iudæorum, affigere? quaſi ſcilicet captiuum Spiritum ſanctum teneant,ac non diſertè Dominus vbique iſtum externum ſplendorem iudicarit Eccleſiæ ſuæ ex diametro repugnare. Niſi fortè volunt vel Eccleſiæ priuilegia nunc eſſe amplificata, vel concilium illud Hieroſolymitanum in quo damnatus eſt Chriſtus,columnam fuiſſe veritatis: quaſi denique Paulus ipſe paulo antè non ſit teſtatus, filium illum perditionis in medio ipſo Dei templo ſeſſurum. In eo verò ſeſe quibuſuis deridendos acuti iſti ſophiſtæ propinant, quòd in aſſerendis ſuis mendaciis τὸ κρινόμενον aſſumant pro confeſſo. Parendum eſt,inquiunt,his & illis decretis. nam Eccleſia hoc conſtituit. Deinde Eccleſiã non veris modò ſed etiam ementitis titulis exornant. Demum proferunt ius canonicum, conciliabula, conſuetudinem. Denique bona etiam(quod aiunt) intentione quiduis quum libuit comminiſcuntur, vt olim in concilio Carthaginienſi Romanus Pontifex factitauit. Ita ſibi acutè videntur omnia concluſiſſe. Atqui, boni patres, hunc laborem vobis effugere licuit. neque enim Eccleſiæ Dei authoritatem detrahimus,in qua vna regnare Dei veritatem dicimus:ſed hoc quæritur,in quo vobis laborandum erat, Sitne Eccleſia quæ vno capite non eſt contenta:quæ non verbo Dei,ſed traditionibus hominum & conſuetudinibus ſæpe etiam falſiſſimis nititur: quæ verbi Dei lectionem omnibus interdicit: quæ inauditam omnibus ſeculis idololatriam omni crudelitatis genere vindicat: quæ Eccleſiaſtica omnia munera publicè quibuſuis emptoribus proſtituit:quæ Chriſto alios mediatores ſubordinat:quæ Chriſto corpus inuiſibile & immenſum affingit:quæ Chriſti oblationem vnicã & æternam iterat:quæ liberum arbitriũ gratiæ adiungit:quæ veteres canonas,vetera concilia,Patres quos ſe venerari ſimulat,palàm tamen imperitis illudens,conculcat:quæ Spiritum ſanctum publicis omnium confeſſione cinædis affigit. Hæc quærimus, boni patres,an ſit Eccleſia. nam mores nondum attingimus. Hæc & alia eius generis infinita primùm expedite : deinde tempus fuerit de Eccleſiaſticæ authoritatis regundis finibus, id eſt de iis quæ ad vos nihil prorſus pertinent, diſputare. Quanquam (vt opinor) nihil ſeriò agitis. Quis enim meretricem crediderit de pudicitia ſeriò diſſerere?

16 Myſterium μυστήριον. Id eſt arcanum. Vulgata,ſacramentum. Hìc igitur nouum etiam aliquod ſacramentum ſtatuatur, ſicut factũ eſt in matrimonio. Quàm meritò verò arcani nomen ſit à Paulo vſurpatum,ex his apparet quæ ſubiiciuntur. nam ea certè non hominum modò ſed etiam Angelorum captum infinitè ſuperant. Deus conſpicuus factus eſt in car. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Vix alius locus eſt in quo omnia redemptionis noſtræ myſteria vel magnificentius vel planius explicentur:vt non mirum ſit fœdè fuiſſe à Diabolo deprauatum:

cui ſanè hac in parte (dicam enim liberè quod res eſt) ſuam operã, imprudens quidẽ, vt malo arbitrari, ſed ſuam operã tamen Eraſmus commodauit: ita ſcilicet profitens Chriſti Diuinitatem, vt tamen pro viribus paſſim conetur luculentiſſima & certiſſima quæque eius teſtimonia nobis extorquere. Exemplo ſit hic locus. Vetus interpres pro θεὸς legit ὃ, vt qui conuerterit, quod manifeſtatum eſt in carne (quod & ipſum tamen ad Chriſtum commodiſſimè aptari poteſt, qui μετωνυμικῶς myſterii nomine ſit ſignificatus) repugnant tamen perpetuo conſenſu omnes Græci codices, & (vt mox dicemus) res ipſa poſtulat vt de ipſa Chriſti perſona hoc accipiamus. Eraſmo tamen magis placet veteris interpretis lectio, & quidem non ad ipſum Chriſtum, ſed ad Euangelii prædicationem accommodata. Audiamus ergo quid dicat, Mihi, inquit, ſubolet Deum additum fuiſſe aduerſus hæreticos Arianos. At mihi non dubium eſt Deum ſublatum fuiſſe ab iis qui vel Diuinitatem Chriſti, vel vtriuſque naturæ vnionem iam inde ab ipſo conceptionis momento negabant. quæ tamen ipſorum impudentia manifeſtè coargui poteſt ex iis quæ ſequuntur. Iam, inquit, agit aduerſus Iudæos, qui pro gratia Chriſti conabantur Legem obtrudere. Vnde verò hoc colligis? Nam certè nuſquam hoc exprimitur, niſi quòd in genere meminit fabularum & genealogiarum. Myſterium, inquit, vocat prædicationem Euangelii, prius occultam & ignotam mundo, nunc verò manifeſtatam in vniuerſo mundo. Atqui non dicit Paulus, μυστήριον ἦν vel ἐγένετο, id eſt myſterium erat vel fuit, ſed μυστήριον ἐστι myſterium eſt. Deinde quid hoc rei eſt? In carne, id eſt in vniuerſo mundo. Quis hanc interpretationem ferat? Itaque mox ad ſe redit, & in carne interpretatur, per carnem, id eſt per Chriſti humanitatem. Atqui nuſquam additur Chriſti nomen. Ergo ſimilis locus aliquis, ratio denique aliqua huius dicendi formulæ proferatur. Sed tamẽ hic poſterior error multo eſt tolerabilior ſuperiore. Subiicit deinde, hoc myſterium fuiſſe iuſtificatum in Spiritu, id eſt hanc prædicationem habuiſſe vim iuſtificandi in Chriſto per fidem, ſine Lege Moſaica. Obſecro quid hoc eſt, iuſtificatum id dicere quod iuſtitiam in Chriſto proponat? Nam non attingo quòd, cum Sophiſtis, putat Legis duntaxat cæremonias à iuſtificatione excludi. Alia quæ ſequuntur omitto: ſunt enim per ſe tolerabilia, niſi ea obſtarent de quibus iam diximus. Venio ad extremum. Quod, inquit, poſt reſurrectionem receptum eſt in cælum, vnde fuerat profectum. Hîc verò ita tenetur vt elabi non poſſit, ideóque ſecurè hoc præterit nulla addita explicatione. Quid enim afferre poſſet? Myſterium dici voluit Euangelii prædicationem. Cedo verò quomodo in cælum illa recepta eſt? Nam ſi pro ἀνελήφθη dixiſſet ἀνέβη aſcendit, nempe paratum eſt cauillum, dici aſcendiſſe in cælum prouerbiali dicendi genere, quod valdè glorioſum ſit redditum, Gentibus ſcilicet illud amplexis. Quid ergo? nẽpe manifeſtiſſima ſunt hæc cauilla, & vtriſque manibus pretioſum hoc noſtræ ſalutis teſtimonium nobis eſt retinendũ. Dicitur ergo Deus, nempe Filius (hoc enim pro confeſſo aſſumitur) ex inuiſibili factus aſpectabilis, aſſumpta carne, id eſt hominis vera, eáque omni infirmitati, ſolo excepto peccato, obnoxia natura, συνεκδοχικῶς, id eſt verbum factum eſſe caro. Ita duæ ponuntur, diſtinguuntur, vniuntur naturæ, inter quas tamen quantum ſit diſcrimen, nulla mens poſſit comprehendere: præſertim ſi Chriſti humanitas in conditione infirmitatis conſideretur. Huius verò myſterii altitudinem, quis tandem, niſi Deus ipſe, ita vt eſt comprehendet? Supereſt vt admoneam hunc locum fœdè etiam nuper ab eo eſſe deprauatum, qui pro ἐφανερώθη, id eſt conſpicuus & aſpectabilis factus eſt, conuertit, Deus extitit in carne.

carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gẽtibus, creditum eſt in mundo, aſſumptũ eſt in gloria.

Cap. IIII.

SPiritus autẽ manifeſtè dicit quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedẽt quidã à fide, attẽdentes ſpiritibus erroris,

2.Tim.3.a.13
1.petr.3.a.3
iudæ c.18

cuus factus eſt in carne, ″iuſtificatus eſt in Spiritu, ′conſpectus eſt ab Angelis, prædicatus eſt Gentibus: fides illi habita eſt in mũdo, ′ſurſum receptus eſt in gloriam.

Cap. IIII.

1 SPiritus autem diſertè dicit quòd poſtremis temporibus ′deſciſcent quidam à fide, ″ſpiritibus ſeductoribus ′attendẽtes ac do

Iuſtificatus eſt in Spiritu ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι Iuſtificari non ſemper declarat iuſtum fieri (quod non conſiderarunt qui hæſerunt in huius loci explicatione) ſed ex Hebræorum idiotiſmo, ſignificat debita iuſtitiæ laude affici, quum iuſtus comprobatus fueris (vt Luc. 7. e. 35, dicuntur publicani Deum iuſtificaſſe) atque adeò iuſtum, id eſt perfectum, & omnibus numeris abſolutum declarari & agnoſci. quo modo dicuntur mandata Dei iuſtificata Pſ. 19. c. 10, id eſt ad vnguem & exquiſitè perfecta: adeò quidem vt palàm ita eſſe appareat. Sic Pſal. 51. a. 6, dicitur Deus iuſtificari in ſermonibus ſuis, id eſt laudem iuſtitiæ ipſius conſpicuam reddi. Et Matth. 11. c. 19, iuſtificata dicitur ſapientia à filiis ſuis, id eſt agnita & debito honore affecta. Ita igitur hoc in loco opponitur manifeſtationi carnis, gloria Diuinitatis, ſeſe in illa infirma carne ita exerens, vt Chriſtum quanuis hominem infirmum, tamen palàm etiam factum ſit verum eſſe Deum: quod ex vniuerſa hiſtoria Euãgelica ſatis liquet. Spiritum igitur vocat quicquid in Chriſto Diuinum & ſupra carnem, id eſt ſuprahominem fuit, vt diximus Rom. 1. a. 3: vt iſta omnia prorſus aptè & eruditè obſeruauit doctiſſimus interpres. Conſpectus eſt ab Angelis ὤφθη ἐν ἀγγέλοις Non potuit magnificẽtius prædicari auguſta huius myſterii maieſtas. nam proculdubio in ipſum Chriſtum, id eſt viſibilem Deum, intueri quàm incredibilẽ voluptatem attulerit Angelis, ipſi luculenter declararunt nobili illo cantico quod recitatur Luc. 2. b. 14. Deinde vocatio Gentium, & quidem efficax, nónne opus fuit ipſa mundi creatione maius? Poſtremo viſibilis illa in cælum carnis noſtræ cum Deo ſubſtantialiter iũctæ, & illa ad dextram Patris ſeſſio ſupra omnem cælorum altitudinem, cuius tandem eſt ſublimitatis myſterium? Surſum receptus eſt ἀνελήφθη Vulg. aſſumptum. Eraſ. receptus eſt. Vide Act. 1. a. 2.

IN CAPVT IIII.

1 Deſciſcent à fide ἀποστήσονταί τῆς πίστεως. Id eſt à vera Dei doctrina, vt apparet ex antitheſi. quo modo etiam accipi fidei nomen, multis iam locis annotauimus, vt Galat. 1. f. 23, & ſuprà 1. d. 19, & 3. c. 8, & alibi ſæpe. Itaque non eſt quòd ex hoc loco nonnulli conentur fidei electorum, id eſt veræ fidei, firmitatem euertere, ac proinde noſtram conſolationem à fundamentis conuellere. Nam ſi propoſitum electionis incertum eſt, aut ſi à nobis vel tantillum pendet, quæ tandem ſunt Dei conſilia, aut vbi ſpes illa noſtra eſt? vbi denique fides, quum ea nihil aliud ſit quàm firma noſtræ in Chriſto electionis perſuaſio? Sin autem certa eſt electio, fidem etiam perſeuerantiæ donum ſemper comitetur neceſſe eſt, quum electos certa ſalus maneat: extra Chriſtum autem fide apprehenſum non ſit ſalus. Sed horrendi ſunt interdum lapſus etiam eorum qui crediderant. Fateor. ſed quis ſani iudicii homo dixerit vel vnius diei infantem anima rationis participe carere, quòd ea facultates ſuas non exerat? aut quis ebrium vel furioſum hominem idcirco ratione & intelligentia priuarit, quòd illis facultatibus ad tempus non vtatur? Sed hæc doctrina homines ad licentiam exacuit. Itáne verò? imò nihil æquè nos vel ſeriò arcere à ſceleribus, vel in tentationibus ad inuocationem excitare poteſt. Fidem enim à Spiritus Chriſti effectis, id eſt à mortificatione peccati, & viuificatione iuſtitiæ qui diuellit, is eo ipſo teſtatur ſe infidelem eſſe. Itaque hæc doctrina nihil pertinet ad eos qui falſo fidei ſimulachro ſeipſos deludunt. Contrà verò qui verè filii Dei ſunt, Spiritu Dei aguntur: ideóque quoties labuntur, toties ſuo tempore eiuſdem Spiritus vi fulti reſurgunt: neque Dei miſericordia abutuntur ad peccandum, ſed ad reſipiſcentiam magis ac magis ipſis etiam peccatis erudiuntur. At quædam etiam fides temporia commemoratur. Fateor: ſed quæ longè aliter ſit definienda. Aliud enim eſt, credere verum eſſe Chriſti myſterium, aliud verò per Spiritum Dei perſuaſum eſſe id ad te pertinere. Aliud eſt repentino aliquo motu Euangelicam doctrinam non tantùm veram eſſe credere, ſed etiam aliquo modo ſuauitatem eius guſtare: vt ſi cibum aliquem ſuauem non tantùm cõtempleris alienæ menſæ impoſitum, ſed etiam prehendas & mandas, nec tamen deglutias: aut ſi deglutieris, non concoquas: aliud verò videre, prehendere, mandere, deglutire, concoquere: quod poſtremum in iis ſolis accidit in quibus calor ille vitalis Spiritus Dei viget. Aliud eſt denique re vera Chriſtum amplecti, & ſibi applicare (quod quia ſoli filii Dei faciunt, mori nunquam poſſunt) aliud verò Chriſtum ore tenus, cum Simone Mago, cum Saule, cum Iuda, cum omnibus falſis fratribus profiteri. Et hi tamen dicuntur etiam credere, nimirum ex communi loquendi vſu, quòd credere videantur. Sic enim diſertè explicatur à Luca ſimilis loquendi formula, Luc. 8. c. 18. Itaque etiamſi fidei nomen hic non accipias μετωνυμικῶς, non tamen eſt quòd ex hoc loco aut ſimilibus aliis illud vnum conentur quidam nobis extorquere, quo ſublato, funditus etiam tolli Chriſtianam religionem oporteat. Spiritibus ſeductoribus πνεύμασι πλάνοις. Seductores malui quàm impoſtores dicere, vt vim Græci vocabuli prorſus exprimerem, quo ſcilicet ipſa deceptionis ratio ſignificatur: quia nimirum extra verbum Dei (quod vnum, rectum iter eſt) homines abducunt. Spirituũ autem nomine vel Diabolos ipſos, vel pſeudoprophetas qui illorum afflatu impelluntur, aut ipſam denique illorum doctrinam, accipere poſſumus: vt quod ſubiicitur, ſit iſtius dicti expoſitio. Vetus interpres legit πλάνης, id eſt erroris, eodem ſenſu: niſi quòd error illius eſt qui decipitur, quum hîc agatur de ipſorum impoſtorum fraudibus. Epiphanius hunc locum citans, aliquoties legit μύθοις, fabulis. Attendentes προσέχοντες. Non modò igitur inſurgent pſeudoprophetæ, ſed illis etiam dabitur ſumma erroris efficacia. quod diſertè notandum eſt. Hîc verò mihi Diuinitus occurrit, vt ſpero, quod apud idoneum ſcriptorem, id eſt apud Epiphanium inueni, cuius authoritatem nemo poſſit hac in re meritò aſpernari: quum nemo ex veteribus Græcis, meo quidem iudicio, parem diligentiam adhi-

buerit vt Scripturæ locos ab hæreticis deprauatos reſtitueret. Is igitur κατὰ Κολλυριδιανῶν, in eos acerrimè inuehens non qui Mariæ templa conſecrabant: non qui reginam cæli & miſericordiæ, ſpem, vitam, aduocatam, portam paradiſi, adorantes inuocarent: non qui peterent ab ea vt ipſi nato imperet (quam blaſphemiam ſcribens, totus cohorreſco:) non qui proprium illi cultum hyperduliæ nomine conſtituerent: ſed qui ſtulta & craſſa quadam ſuperſtitione libum illi quoddam ſolenni pompa conſecrarent: is, inquam, aduerſus eiuſmodi quaſdam mulierculas meritò fulminans, vt qui iam tum proſpiceret quonam iſta miſeros homines abducerent: diſertè hunc etiam locum citat, & ita quidem vt integrum membrum addat, quod nuſquam alibi inueniri puto. Quod tamen cur ab eo confictum videri non poſſit, primùm obſtat ſingularis eius pietas in hoc præſertim argumento: deinde quòd hac ipſa de re diſſerens, & hoc Apoſtoli dicto, veluti fundamento, nitens, non ita certè vel impudens erat vt aliquid hîc confingeret, quod ab omnibus poſſet ſine difficultate coargui: vel ita profanus, vt quum eum alia teſtimonia non deficerent, mallet ipſe vltrò aliquid affingere: vel denique ita imperitus vt aliquid hîc ſuppoſititium eſſe non intelligeret, quum præſertim in hoc ipſo argumento verſaretur. Is igitur ita citat hunc locum, vt hæc etiam addat, ἔσονται γὰρ νεκροῖς λατρεύοντες, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐσεβάσθησαν. Id eſt, Mortuos enim colent, vt in Iſraele culti ſunt. quæ verba repono poſt ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως deſciſcent quidam à fide, vt poſtea ſequatur προσέχοντες πνεύμασι, attendẽtes ſpiritibus, &c. Deinde cultus illius exempla profert quæ in Iſraele ſua etiam memoria extarent: atque ad id de quo erat inſtituta quæſtio, hanc Pauli prophetiam accommodat. ſed fruſtra, vt rei exitus oſtendit. oportuit enim impleri quæ Paulus prædixerat. Expende igitur & conſidera, lector quiſquis es, quàm planè & apertè iſta conueniant cum iis quæ oculis noſtris cernimus, vt iam de extremis temporibus & reuelato Antichriſto dubitare non poſſis. Nam, quicquid garriant illius meritoria proſtibula, quid eſt mortuos colere, prohibere nuptias, interdicere certorum ciborum vſu, & in his quidem rebus ſummam pietatis collocare, hæc inquam palàm cum omni ſeueritate vindicare: quum tamen adulteria, periuria, publicam ſacrorum nundinationem, blaſphemias, lupanaria, omne fraudum genus non modò tacentes ſpectent, ſed etiam approbent: hæc inquàm facere, quid aliud eſt quàm quod hîc apertè dicit Dei Spiritus? Sed vnum hoc ſcilicet ad eorum impudentiam reliquum erat, vt in manifeſto ſcelere deprehenſi, tamen conſtantiſſimè id negarent quod ipſis oculis cernitur.

ctrinis ″dæmoniorum:

2 ″Per hypocriſin ″falſiloquorum, ″quibus cauterio reſecta eſt conſcientia.

3 Prohibentium contrahere matrimonium, ″*iubentium* abſtinere à cibis quos Deus creauit ad participandum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem.

4 Nam quicquid creauit Deus, bonum eſt: nec quicquã abiiciendum *eſt*, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

5 ″Sanctificatur enim ″per verbum Dei, ″& precationem.

6 Hoc ſi ſubieceris fratribus, bonus eris miniſter Ieſu Chriſti, ″innutritus in ſermonibus ″fidei, bonæque doctrinæ, ″quam aſſectatus es.

7 Cæterùm prophanas & aniles fabulas reiice: ſed exerce temetipſum ad pietatem.

& doctrinis dæmoniorum:

2 In hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuã conſcientiam.

3 Prohibentium nubere, abſtinere â cibis quos Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem.

4 Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciẽdum quod cum gratiarum actione percipitur: B

5 Sãctificatur enim per verbum Dei & orationem.

6 Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritꝰ verbis fidei & bonæ doctrinæ quam aſſecutus es.

7 [Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipſũ ad pietatẽ.

Suprà 1.a.4
infrà 6.d.20
2.tim.2.d.23
tit.3.c.9

Dæmoniorum δαιμονίων. Notum eſt quid hoc nomine Platonici præſertim intellexerint: ſacri verò ſcriptores noxios illos ſpiritus ac Diabolos ſic vocant. 2 Per hypocriſin ἐν ὑποκρίσει Vel, cum hypocriſi. Eraſm. per ſimulationem. Ego Græcum vocabulum potius retinere volui, quo nimirum ſignificatur iſtos quaſi hiſtrionicam quandam artem factitaturos. ne quis exiſtimet fore vt in aliquo velut angulo deliteſcant, aut pudoris ſpeciem aliquam retineant. Hoc verò an ad vnguem noſtris temporibus conueniat, nemo magis poſſit dubitare quàm de ſole, num meridie luceat: ſiquis multiplices illas & media quidem luce peruolitantes Monachorum laruas, ſi templorum & ſacrificorum verſicolores illos & androgynis prorſus conuenientes habitus, ſi perſonas idolorum, ſi denique totam illorum theatricam ſaltationem cum veterum hiſtrionum ritibus comparet. quod argumentum nuper non minus eruditè quàm copioſè ac luculenter tractauit P. ille Viretus, quem honoris cauſa nomino, huius, quum hæc ſcriberem, Lauſanenſis Eccleſiæ verè pius ac virtutibus ſummis præditus miniſter. Falſiloquorum ψευδολόγων. Videtur potius dicendum fuiſſe ψευδολόγοις, vt cohæreat cum πνεύμασι, & paulo pòſt etiam, κεκαυτηριασμένοις: ſed maior eſt habita ſententiæ quàm conſtructionis ratio, vt Marc. 12.d. 40, & alibi aliquoties annotauimus. Niſi malimus δαιμόνια emphaſeos cauſa dici homines ipſos à diabolo impulſos, vt Petrus dicitur Satanas Matth. 16. d. 23. & Iudas longè alia cum efficacia Diabolus vocatur Iohan. 6.g.70. Quibus cauterio reſecta eſt conſcientia κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Vel, qui ſua ipſorum conſcientia ſunt cauterio amputati. Sed illam interpretationem præfero. eſt enim hæc conſtructio ita Græcis vſitata, vt non aliter loqui ſoleant. veluti apud Demoſthenem, ὁ κατεαγὼς τὴν κλεῖν, cui claues iuguli ſunt confractæ: apud Xenophontem, ὁ ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν, cui caput eſt amputatum. Significat autem τὸ καυτηριάζειν cauterio partem aliquam, putrem ſcilicet amputare. Itaque hæc ſententia eſt eiuſmodi, Hominum conſcientiam ita obduruiſſe vt callum obduxerit, deinde cancrum illam inuaſiſſe, poſtremò iam eſſe cauterio amputatam, ſicut diximus Epheſ. 4.e.19. Vulgata, cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. Eraſmus, cauterio notatam habentium conſcientiam. quas interpretationes non minus abſurdas iudico quàm ſiquis dicat eum caput habere, cui caput ſit enſe amputatum.

3 *Iubentium* abſtinere ἀπέχεσθαι. In Græco ſermone primùm omnium ſupplenda eſt copula in bimembri oratione, vt annotauimus Iohan. 10.c.16, & alibi ſæpe: deinde cognatæ ſignificationis verbum, nempe κελευόντων, vt in illo Homeri σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες. Item in illo verſu, Ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι νείκεον. Similem eclipſin annotauimus 1. Cor. 14.g.34.

5 Sanctificatur ἁγιάζεται. Id eſt, purum & ſanctum fit, noſtri ſcilicet reſpectu, vt illo vti poſſimus bona conſcientia, tanquam de manu Domini Dei noſtri ritè accepto. Nam reliqui, vt fures & ſacrilegi, bonis vſurpatis fruuntur, Deo quidem illis præbente, ipſis verò partim non rite, ſed per malas artes vſurpantibus: partim verò eum vel contemnentibus, vel etiam inſectantibus, cuius beneficentiam in ſui perniciem conuertunt. Sanctificati igitur cibi dicuntur quibus legitimè & cum bona Dei gratia vtimur. Itaque ſancta etiam ſunt fidelium cõuiuia, & quoties ad menſam nos accingimus, toties ad viuam beneficentiæ Dei noſtri concionem accedimus: vt illic multo etiam minus quàm alibi liceat modeſtiæ fines tranſilire. Alludit autem ad legales purificationes, & diſcrimen cibi mundi & immundi. Per verbum Dei διὰ λόγου Θεοῦ. Ex verbo Dei fide apprehenſo duo intelligimus, ac etiam credere nos profitemur: vnum, creata eſſe omnia hominum cauſa à Domino pro immenſa & infinita ſua ſapientia: alterum, nos ex eorum eſſe numero qui ius illud iuſtæ in reliqua animantia dominationis in Adamo deperditum, per gratiam Dei in Chriſto receperimus, vt hanc vitam tueamur quam ipſius amplificandæ gloriæ impendamus. Hanc profeſſionem ſequitur oratio, vt nobis det Dominus bona conſcientia dapibus ab ipſius manu acceptis cum omni timore ac reuerentia frui. Poſtremò gratiarum actione & repetitis etiam precibus conuiuia noſtra claudimus. Ita nobis ſanctificantur cibi. Et precationem καὶ ἐντεύξεως. Id eſt προσευχῆς, vel etiam εὐχαριστίας. Nam in genere hîc ponitur nomen ἐντεύξεως quod alioqui non tam latè patet, vt diximus ſuprà cap. 2.a.1. 6 Innutritus ἐντρεφόμενος. Præpoſitio ἐν aliquid ponderis addit huic participio, quaſi dicas in ſinu pietatis educatum. Vulgata & Eraſmus, enutritus, non explicata hac emphaſi. Durum eſt autem quod idem Eraſmus notat, hoc participium actiuè quoque conuerti poſſe, enutriens *illos*. Fidei τῆς πίστεως. Iterum fides pro ſana doctrina, vt ſuprà verſ. 1, vt explicat etiam ſequens epexegeſis. Quam aſſectatus es, ᾗ παρηκολούθηκας. Id eſt, quaſi à cuius latere nunquam diſceſſiſti. Alioquin interdum aliquid amplius declarat, vt diximus Luc. 1.a.3. Demoſth. περὶ στεφ. Ἐκεῖνος ὁ καιρὸς καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη οὐ μόνον εὔνουν καὶ πλούσιον ἄνδρα ἐκάλει, ἀλλὰ παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς. Pietatem verò vocat legitimum & ſpiritualem cultum, cum quo comparat corporis macerationes.

C Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quę nunc eſt, & futuræ.	8	Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis: at pietas ad omnia vtilis eſt, vt quæ "promiſſionem habeat vitæ præſentis ac futuræ.	
Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.	9	Fidus *eſt* hic ſermo, & dignus qui ōnibus modis apprehendatur.	
In hoc enim laboramus & maledicimur, quòd ſperauimus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium.	10	Nam idcirco etiam fatigamur, & probris afficimur, quòd ſpem fixam habeamus in Deo viuo, "qui eſt conſeruator omnium hominum, maximè *verò* fidelium.	
Præcipe hæc & doce.	11	Hæc denuntia & doce.	
Nemo adoleſcentiam tuam contẽ- D nat: ſed exemplum eſto fideliũ in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.	12	Nemo tuã iuuẽtutẽ deſpiciat, ſed eſto exẽplar fideliũ in ſermone, in conuerſatione, in charitate, "in ſpiritu, in fide, in puritate.	
Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.	13	"Vſquedum venero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.	
Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuũ preſbyterii.	14	Ne neglexeris quod in te eſt donum, quod datũ eſt tibi "ad prophetandum, cum impoſitione manuum "preſbyterii.	
Hæc meditare, in his eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus,	15	Hæc exerce, in his eſto: vt tuꝰ profectꝰ manifeſtus ſit "inter ōnes	
Attende tibi & doctrinę: inſta in illis. hoc enim faciens, & teipſum ſaluũ facies, & eos qui te audiunt. Cap. V.	16	Attende tibiipſi & doctrinæ: perſiſte in his. id enim ſi feceris, & teipſum "ſeruabis, & eos qui te audierint. Cap. V.	
SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrẽ: iuuenes, vt fratres:	1	SEniorem ne increpes, ſed adhortare vt patrem: iuniores, vt fratres:	Senes. Iuuenes.
Anus vt matres: iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate.	2	Mulieres natu grandiores, vt matres: iuniores, vt ſorores, cum omni caſtitate.	Anus.
Viduas honora quæ verè viduę ſũt.	3	"Viduas honora "quæ verè viduæ ſunt.	
Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, diſcant primùm domũ ſuã regere, & mutuam vicem reddere pa	4	"Quòd ſi qua vidua liberos aut nepotes habet, diſcant in primis "*in* propriam domum pietatem exercere, & vicem rependere.	Viduæ.

8 Promiſſionem ἐπαγγελίαν. Eant nunc & merita ſupererogationis ponant fatui homines in vllis quantumlibet duris corporis afflictionibus. ſed & ἐπαγγελίας nomine vtitur Paulus vt vltronea hæc eſſe promiſſio ſignificetur: nequis vllum hîc meritum conſtituat. Nam longè aliud eſt ex gratuita promiſſione aliquid liberaliter largiri, quàm quod debeas perſoluere. Eraſmus legit plurali numero ἐπαγγελίας promiſſiones, vt poſtea genus in duas ſpecies diſtribuatur. 10 Qui eſt conſeruator ὅς ἐστι σωτήρ. Vulgata, qui eſt ſaluator. Eraſmus, qui eſt ſeruator. quod nonnullos torſit, propterea quòd ſeruatoris nomen ferè reſpicit vitam æternam in Chriſto partam. Itaque vt amphiboliam vitarem, malui conſeruatorem dicere. Alludere autem videtur ad Pſal. 36. b. 6.

12 In Spiritu ἐν πνεύματι. Spiritum, opinor, vocat zelum pietatis, aut certè eximia illa Spiritus dona, quibus ſic vti vult Timotheum, vt omnibus ſit exemplo: quo ſcilicet ædificentur, quódque adeò pro ſe quiſque pro doni ſui ratione imitetur.

13 Vſquedum venero Ἕως ἔρχομαι. Apparet tum ex hoc verſiculo, tum ex eo quod dixit ſuprà 3. d. 14, Apoſtolum, quum hæc ſcriberet, è Macedonia conſtituiſſe ſtatim traiicere: ſed præter ſpem, vt aliâs ſæpe, ita tum quoque fuiſſe diutius illic retentum, adeò vt non niſi poſt Paſcha ſolueret Philippis. quam etiam ob cauſam quum omnino cõſtituiſſet ad Pentecoſten Hieroſolymis eſſe, præter expectationem coactus eſt, mutato conſilio, Epheſum præteruehi: cuius tamen miniſtros ac proinde Timotheum in primis Miletum accerſiuit, nempe vel idcirco vt fidem ſuam liberaret, poſtremùm eos viſurus. 14 Ad prophetandum διὰ προφητείας. Id eſt εἰς προφητείαν, vel ἐν προφητείᾳ, vt Rom. 4. b. 11. Vel, per prophetiam, id eſt, ita iubente per os Prophetarum Spiritu ſancto, vt ſuprà dictum eſt cap. 1. d. 18. Quia tamen ſit collati chariſmatis mentio, priorem interpretationem præfero. Nam probabilius eſt, quum iam haberet inſigne prophetiæ donum, fuiſſe ex Spiritus ſancti mandato illi impoſitas manus à preſbyteris Epheſinis. id eſt, ad prophetandum in illa eccleſia fuiſſe delectum, tantiſper ſcilicet dum alio vocaretur à Domino: erat enim euangeliſta.) quæ impoſitio manuum proculdubio gratiam Dei in ipſo confirmauit, vt 2. Tim. 1. b. 6. De prophetis autem, quod eorum fuerit munus, ſæpe iam dictum eſt à nobis. Preſbyterii τοῦ πρεσβυτερίου. Id eſt, ordinis preſbyterorũ, quo nomine probabile eſt cœtum omnium illorum ſignificari qui in verbo laborabant in Epheſiorum eccleſia, vt Act. 20. d. 17, & f. 28. Sunt enim interdum generalia hæc nomina, epiſcoporum, preſbyterorum, atque adeò etiam diaconorũ. vide Philipp. 1. a. 1. Quidam conuertit ſenatum, vt alibi pro Eccleſia rempublicam dixit. 15 Inter omnes ἐν πᾶσιν. Vulgata & Eraſmus, in omnibus. quod etiam poſſumus accipere neutro genere, pro omnibus in rebus, vel omnibus modis. quod tamen mihi duriuſculum videtur, propter traiectionem.

16 Seruabis σώσεις. Fides eſt ex auditu, auditus verò ex prædicatione. Hactenus igitur & ſeſe & alios ſeruare dicuntur miniſtri verbi, in quibus Dominus poſuit reconciliationis ſermonem: quum ſcilicet vnà cum illis coniungitur is qui per eos agit. At contrà quoties miniſtri cum Domino conferuntur, valet illud Pauli, Qui plantat & qui rigat, nihil eſt.

IN CAPVT V.

3 Viduas honora Χήρας τίμα. Id eſt, Viduarum curam habe. Videmus enim illas nominatim à Domino commendari, quòd ſcilicet variis iniuriis ſint obnoxiæ, ideóque maiore præſidio egeant. Sic autem accipitur honorandi verbum hoc in loco, vt apud Hebræos כבד neque hoc ego de illis viduis accipio quarum miniſterio vtebatur Eccleſia. Nam de illis agit poſtea ſigillatim. Quæ verè viduæ ſunt τὰς ὄντως χήρας. Quænam illæ ſint definiet verſ. 5. Itaque non ſimpliciter explico, quæ ſint orbæ liberis (quia potius videntur præſidio indigere quæ liberorum multitudine grauantur) ſed quæ verè ſunt præſidio humano deſtitutæ, & dignas etiam ſe præbẽt Eccleſiæ ſolicitudine. Alioqui cauſa non eſt cur Eccleſia vel illis grauetur, quibus aliunde ſubſidium non deeſt, vel iſtarum improbitatem foueat.

4 Quòd ſi qua εἰ δέ τις. Rationem optimam affert Paulus qua viduis ſubueniri poſſit ſine graui Eccleſiæ diſpendio: nempe vt ſi liberos & nepotes grandiores ſcilicet habuerint, ii admoneantur vt, ſi pii ſunt & Dei timentes, eam pietatem in ſuos parentes in primis exerceant: domi enim ipſos abundè habere in quibus ſe pios eſſe oſtendant. deinde illis proponatur nihil hîc ab ipſis peti quod naturæ iure non debeant, quum ſine ſummo ſcelere non poſſit officium ἀντιπελαργίας prætermitti. Poſtremò doceantur quàm grata & accepta ſit Deo iſta liberorum ac nepotum pietas officioſa. Sed quid ſi his ſubſidiis vidua caruerit? De his verò poſtea diſſeret. Ita igitur optimè conueniet diſtributio, nec quicquam detortum apparebit. Quòd ſi μανθανέτωσαν. i. diſcant, ad ipſas viduas referas, certè coactum erit quod de vice parentibus rependenda commemoratur: vt interim taceam hîc agi de ſubſidiis quæ viduis præſtari debeant, non autem de illarum officio in ſuos. id enim poſtea dicetur. Quid ſi verò μανθανέτωσαν vertamus doceant? nam hoc quoque ſignificat τὸ μανθάνειν. Senſus quidem conueniet, ſed, vt modò dixi, nondum mihi videtur de ipſarum viduarum officio in ſuos diſſeri. Non eſt tamen quòd ab hac ſententia quenquam deterreat mutatio numeri. Id enim factum erit quòd Apoſtolus in genere de viduis agat: & ſimilis enallages exemplum habuimus ſuprà 2. d. 15. Dico quid maximè probem. ſuum quiſque iudicium ſequatur in Domino. *In* propriam domum pietatem exercere τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Subauditur κατὰ vel εἰς, opponitúrque hæc doctrina Pauli, Phariſaicis traditionibus, de quibus Matth. 15. a. 5. Vulg. domum ſuam regere, τὸν ἴδιον οἶκον ἰθύνειν. Nam τὸ εὐσεβεῖν conſtructione ἐνεργητικῇ nuſquam legi.

parentibus: hoc enim eſt honeſtum & acceptum coram Deo.		rētibus: hoc enī acceptū eſt corā Deo.	
″Porrò quæ verè vidua eſt″ ac ſola, ſperat in Deo, & permanet in deprecationibus & orationibus noctе ac die.	5	Quæ autem verè vidua eſt & deſolata, ſperat in Deo, & inſtat obſecrationibus & orationibus nocte & die.	
At quæ in deliciis verſatur, *ea* viuens mortua eſt.	6	Nam quæ in deliciis eſt, viuēs mortua eſt.	
Illa igitur denuntia, vt irreprehenſibiles ſint.	7	Et hoc præcipe, vt irreprehēſibiles ſint.	
Quòd ſiqua ſuis, & maximè domeſticis, non prouidet, fidē abnegauit, & eſt infideli deterior.	8	Siquis autem ſuorum, & maximè domeſticorum, curam nō habet, fidē negauit, & eſt infideli deterior.	B
Vidua ″allegatur non minor annis ſexaginta, ″quæ fuerit vnius viri vxor.	9	Vidua eligatur non minus ſexaginta annorū, quæ fuerit vnius viri vxor.	
In operibus bonis idoneo teſtimonio ornata: ſi liberos educauit, ſi fuit hoſpitalis, ″ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis ſubuenit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua.	10	In operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi ōne opus bonum ſubſecuta eſt.	
Porrò iuniores viduas reiice: ″poſtquā enim laſciuire cœperint aduerſus Chriſtum, nubere volunt:	11	Adoleſcentiores autem viduas deuita: quū enī luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt:	
Ex eo damnandæ, quòd primam fidem reiecerint.	12	Habentes dānationem, quia primā fidem irritam fecerunt.	
″Simul autem & otioſæ diſcunt circumire domos: imò non ſolùm otioſæ, ſed etiam nugaces, & curioſæ, garrientes quæ non decent.	13	Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: nō ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.	
Velim igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum adminiſtrare, nullam occaſionem dare ″aduerſario ad maledicendum.	14	Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matreſfamiliâs eſſe, nullā occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia.	C
Iam enim nonnullæ deflexerunt, ſequutæ ſatanam.	15	Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro ſatanam.	
Quòd ſi quis fidelis, aut ſiqua fidelis habet viduas, ſubueniat eis: & non oneretur Eccleſia, vt iis ″quæ verè viduæ ſunt ſubueniat.	16	Siquis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccleſia, vt iis quæ verè viduæ ſunt ſufficiat.	

5 Porrò quæ verè, &c. ἡ δὲ ὄντως, &c. Eas viduas honorandas, id eſt Eccleſiæ cura ac ſolicitudine dignas eſſe dixerat, quæ verè eſſent viduæ: nunc quænam illæ ſint explicat: nempe quæ ſunt ſuorum præſidio deſtitutæ, & fideles ac pias ſe præſtant. Ac ſola καὶ μεμονωμένη. Terent. Sola ſum, habeo hîc neminem neque amicum, neque cognatum. Vulgata & Eraſmus, deſolata: durè.

9 Allegatur καταλεγέσθω. Vulgata, eligatur. Sed rectius Eraſmus. Agit enim hoc in loco Apoſtolus de iis viduis quarum opera ad pauperum præſertim ægrotorum curam vtebantur, quæ diaconiſſæ in Eccleſiaſtica hiſtoria vocantur. Itaque καταλέγεσθαι ſignificat in album & numerū referri. Quæ fuerit, &c. γεγονυῖα ἑνὸς, &c. Duo requirit quod ad præteritā conditionem attinet: Vnum, vt non pellex, nō concubina, non meretrix, ſed vxor fuerit: Alterum, vt δίγαμος non fuerit. Sed hac in re ſane non facilè velim aſſentiri veteribus præſertim Latinis, quòd δίγαμον dici putarint eum qui prima vxore mortua alteram duxerit, aut contrà. At ego διγάμους dici viros cenſuerim, qui viuente vxore, eáque vel adhuc legitimè coniuncta, vel iniuſto diuortio ſeparata, alteram ducunt: mulieres verò διγάμους, quæ à viris meritò repudiatæ, aliis poſtea nuberent. Vt autem ita ſentiam, primùm eo adducor quòd alioqui periniquum certè fuerit ſecundas nuptias damnare, nec cauſam vllam videam cur ſecundæ potius quàm primæ vllam incontinentiæ labem ſecum trahant. Imò verò quàm multæ proferri ſpecies poſſunt, in quibus qui iterum vxorem duxerit, plura ac certiora continentiæ ſigna ediderit quàm qui vnam tantùm vxorem habuerit? An autem vllo modo probabile eſt, Apoſtolum, qui iuniores viduas vult nubere, hoc illis conſilium dare, vnde poſtea conſequatur vt ad Eccleſiaſticum munus ineptæ cenſeantur? Quanuis enim longè aliud ſit ab Eccleſia reiici, quàm ad Eccleſiaſticam functionem non cenſeri idoneum: tamen non leuis eſt macula, ideo non admitti quòd ſanctè & in Domino nupſeris, ex Apoſtoli ipſius conſilio. Poſtremò legatur canon concilii Neocæſarienſis tertius, & ſeptimus, itémque Laodiceni primus. Ibi comperiemus digamos fuiſſe publicæ pœnitentiæ addictos, & presbytero interdictum ne nuptiali conuiuio eorum intereſſet: nempe ne videretur eiuſmodi nuptias approbare vel concedere. Quis verò ſanctis illis patribus hoc vnquam in mentem veniſſe putarit, vt publica etiam pœna dignos cenſerent qui Spiritus ſancti mandato paruiſſent? Sed & pro me diſertè facit Chryſoſtomus, qui explicans quod de epiſcopo vnius vxoris marito dictum eſt, hoc manifeſtè intelligit de polygamis, id eſt de iis qui plures ſimul vxores haberent. In epiſtolam verò ad Titum ſcribens, diſertè hoc ſcriptum eſſe dicit εἰς τοὺς ἀσελγεῖς, quique erga mulierem ἀπελθοῦσαν (id eſt quæ diſceſſerit, nimirum inhumaniter tractata, aut immerito repudiata) beneuolentiam, altera ſcilicet ducta, non conſeruarint. Itaque, vt tandem finem faciam, viduas Paulus nō vult adſcribi diaconiſſis, niſi quæ ſine vllo probro vixerint, vno marito contentæ. Vnum autem maritum habuiſſe dicitur & ſine vllo probro vixiſſe etiam illa quæ priore viro defuncto, pudicè & caſtè, ex Spiritus ſancti mandato, cum ſecundo marito vixerit. Quòd ſi quis Patrum quorundam authoritatem mihi oppoſuerit, ad verbum Dei prouoco, & ſuperiores rationes quas adduxi, refelli poſtulo.

10 Si ſanctorum pedes lauit εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν. Hac vna ſpecie officii quod tum in illis regionibus vſurpari ſolebat, quum peregre aduenientes viatores exciperentur, reliqua etiam obſequia ſignificauit Apoſtolus. nec temere etiam hoc tanquam viliſſimum obſequii genus delegit. 11 Poſtquam enim laſciuire cœperint aduerſus Chr. ὅταν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ. Reiici non vult iuniores viduas ab Eccleſia, ſed ad numerum diaconiſſarum non admitti. Cauſam affert, quòd ad hoc munus ineptæ ſint quæ matrimonii vinculo ſunt obſtrictæ: iuniores autem ætas ſæpe ad matrimonium ſollicitaret. Inde duplex ſequebatur incommodum, aut etiam triplex. Primum, quòd diaconiſſarum numerus minuebatur: Alterum, quòd hoc non ſine aliqua leuitatis & infamiæ nota, denique non ſine offendiculo eueniebat: Tertium verò longè grauiſſimum, quòd nonnullæ, quum non ferrent ſe inter pios aliquam probri ignominiam ſuſtinere, à Chriſtianiſmo etiam hac occaſione deficiebant. Quorſum autem hoc ad monialium vota? Imò cur ſaltem in illis non obſeruatur quod in viduis omnino propter incontinentiæ periculum requirit Apoſtolus? Cæterùm quod Vetus interpres conuertit, quum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: primùm in eo reprehendi meretur quòd κατὰ Χριστοῦ, id eſt aduerſus Chriſtum, non rectè conuerterit, in Chriſto: deinde nonnullis errorem obiecit, qui in Chriſto coniunxerunt cum verbo nubere, ſententia prorſus deprauata. Quomodo enim iſtæ laſciuientes & primam fidem violantes, dicantur velle in Chriſto nubere? Neque verò in hoc refellendo errore multum eſt laborandum, quum Apoſtolus non ſcripſerit κατὰ τοῦ Χριστοῦ, ſed καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, vt τοῦ Χριστοῦ à præcedente verbo diuelli nulla ratione poſſit.

13 Simul autem ἅμα δὲ. Alterum genus earum quæ minus quidem peccant, ſed tamen variis offendiculis materiam præbent.

14 Aduerſario τῷ ἀντικειμένῳ. Additus articulus, idque etiam quod ſubiicitur, facit vt τὸν ἀντικείμενον dictum putem ipſum Satanam, Hebraica ſcilicet voce explicata. Is enim eſt qui linguas hominum acuit ad detrahendum Eccleſiæ: & ſuprà aliquoties repetita eſt hæc ſententia, vbi expreſſè nominatur Diabolus, vt ſuprà cap. 3. b. 6 & 7.

16 Quæ verè viduæ ſunt ταῖς ὄντως χήραις. Id eſt, quæ verè deſtitutæ ſunt humano præſidio, ac ſolæ, vt expoſuimus ſuprà verſ. 5.

Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in Verbo & doctrina.

Deut.25.a.4 1.cor.9.b.9 Matth.10.a.10 luc.10.b.7 Dicit enim Scriptura, ‖Non infrænabis os boui trituranti. Et, ‖Dignus eſt operarius mercede ſua.

Aduerſus preſbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

D Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

Infrà 6.c.13 ‖Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis Angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in aliam partem declinando.

Manus citò nemini impoſueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi.

Noli adhuc aquam bibere: ſed modico vino vtere, propter ſtomachũ tuũ, & frequentes tuas infirmitates.

Quorũdã hominũ peccata manifeſta ſunt, præcedẽtia ad iudicium: quoſdam autem & ſubſequuntur.

17 Qui bene præſunt preſbyteri, ˮduplici honore digni habeantur: ˮmaximè ii qui laborant in Sermone & doctrina.

Preſbyteri prædicãtes Euãgelij

18 Dicit enim Scriptura, Boui trituranti non obligabis os. Et, Dignus eſt operarius mercede ſua.

19 ˮAduerſus preſbyterũ accuſationẽ ne admiſeris, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

20 Eos qui peccant, coram omnibus argue, vt & reliqui timeant.

21 Obteſtor in conſpectu Dei, & Domini Ieſu Chriſti, & electorũ Angelorum, vt hæc ſerues, ˮabſque eo vt vnum alteri præferas, nihil faciens ˮin alteram partem declinando.

22 ˮManus citò necui imponas, neque communices peccatis alienis. Temetipſum purum ſerua.

23 ˮNe amplius ſis abſtemius: ſed vino ˮpauculo vtere, ˮpropter ſtomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.

24 Quorundam hominum peccata antè manifeſta ſunt, præeuntia *ſcilicet* ad damnationem: ˮquoſdam verò ſubſequuntur:

17 Duplici honore διπλῆς τιμῆς Id eſt de quibus magis etiam quàm de reliquis ſimus ſoliciti. Honoris enim appellatione iam dixi pium omne officium ac ſubſidium, Hebræorum more, ſignificari: & numerum certum pro incerto poſuit, vt minimè opus ſit quicquam hîc ſubtilius inquirere.   Maximè μάλιστα Duplices igitur preſbyteri fuerunt, quum vni vacarent gubernationi, alteri Sermoni & orationi.   19 Aduerſus preſbyterum κατὰ πρεσβυτέρου Hoc referunt Græci ad prouectioris ætatis homines. quod mihi perabſurdum videtur. Etſi enim aliquid tribuendum eſt canitiei, tamen cauſam non video cur hac in re non debeat par eſſe omnium cõditio. Sed in preſbytero longè alia ratio eſt: quia huic hominum generi certum eſt Satanam potiſſimum inſidiari, ideóque nullos æquè omnibus calumniis & obtrectationibus eſſe obnoxios. Eſt igitur in illorum accuſationibus audiendis longè maxima cautione opus. At quænam illa eſt? dices. Hîc verò mihi videntur nõnulli impegiſſe, dum putant nihil hîc præſcribi à Paulo quod in omnibus iudiciis non ſit obſeruandum. Itaque in hoc nodo explicando ſudant multi, & manifeſtè torquent Apoſtoli verba: adeò quidem vt nonnulli (quod refert Eraſmus ex Hieronymi quadam ad Marcellam epiſtola) totum ſequens membrum expunxerint, deinde expoſuerint, ne recipias, id eſt, ne facilè recipias. Atqui nullam hîc opinor ſubeſſe difficultatẽ. Aliud enim eſt admittere accuſationẽ, aliud verò accuſatum abſoluere vel damnare. Eſt autem hoc iudicis officium vt quoſuis accuſare volentes audiat, quos deinde, ſi reum non peregerint, pro meritis caſtiget. Sed tamen quum preſbyter accuſatur, peculiare quiddam vult Apoſtolus obſeruari, nempe vt ne ad accuſandum quidem admittatur quiſquam, niſi prius duobus aut tribus teſtibus fecerit futuræ accuſationis fidem: non vt ſtatim damnetur preſbyter, aut abſente illo de cauſa cognoſcatur: ſed vt, poſtquam conſtiterit non fore friuolam accuſationem, tum demum vocetur reus, & legitimè de re tota decernatur. Cauſam verò iſtius conſtitutionis Apoſtolicæ duplicem inuenio, nempe quia, vt modò dixi, nulli ſunt æquè omnibus calumniis obnoxii, atque pii doctores: deinde quia in preſbyterum non poteſt priuatum quodammodo iudicium conſtitui, quum non poſſit non eſſe cum publico totius Eccleſiæ offendiculo coniunctum: adeò vt etiamſi abſoluatur, tamen aliqua inde infamia in totam Eccleſiam redundet, ſitque non modò in iudicando, ſed etiam in admittendo accuſatore magna cautione opus. Præterea notandum eſt ex hoc loco, Timotheum in Epheſino preſbyterio tum fuiſſe προεστῶτα (id eſt antiſtitem) vt vocat Iuſtinus: non qui pro arbitrio omnia faceret, ſed qui pro ſua pietate ac prudentia omnia moderaretur, vt in cœtu omnia ritè & ordine fierent. Deinde conſiderandæ ſunt & temporum & cauſarum circunſtantiæ, nequis vel Eccleſiaſticam diſciplinam illic aboleat vbi Chriſtianus eſt magiſtratus: qui nunc error (eheu) noſtras peſſundat Eccleſias, & proculdubio tandem euertet: vel tyrannicam illam clericorum exemptionem inuehat: quum in iis quæ ad politiam pertinent, omnem animam magiſtratui ſubiectam eſſe oporteat.   21 Abſque eo vt vnum alteri præferas χωρὶς προκρίματος. Dicitur Græcis προκρίνειν qui aliquem vt eximium & ſelectum habet. debet autem iudex in iudicando omnes iſtas opiniones deponere, vt qui non de perſonis ſed de cauſa iudicaturus ſedeat. Nõ rectè igitur Vetus interpres conuertit, ſine præiudicio. Eſt enim præiudicium cauſæ potius quàm perſonæ: quanuis alioquin hæc interpretatio ferè eodem recidat. Eraſmus, ſine præcipitatione iudicii. id eſt, cauſa non bene ac diligenter cognita: qua ſignificatione nuſquam memini legere τὸ προκρίνειν, quanuis ita explicet Græcus ſcholiaſtes.   In alteram partem declinando, κατὰ πρόσκλισιν. Sic Vetus interpres rectè expoſuit, ſeruata metaphora quæ à libripendibus ſumpta eſt. Debet enim iudex quaſi in lance iura litigantium expendere, ita vt in neutram partem propendeat, recto alioquin iudicio non futuro. In quibuſdam codicibus legitur πρόσκλησιν, ſed perperam, vt opinor. neque enim προσκαλεῖν aliud quàm prouocare ſignificat, vel aduocare. niſi ex aduocatione interpretemur, quaſi iudex aduocati partibus fungatur. Sed in hac ſignificatione quos Latini aduocatos ſeu amicitiæ cauſa deprecatores adhibitos vocant, à Græcis παρακλήτους, & rem ipſam παράκλησιν potius dici inuenio. Græcus denique ſcholiaſtes videtur legiſſe πρόσκλησιν, quo nomine intelligit aliquem animi motum qui iudicem ad temere ferendam ſententiam prouocet.   22 Manus citò, &c. χεῖρας ταχέως, &c. id eſt, ne temere quoſuis ad Eccleſiaſticam vllam functionem admitte, quantum ſcilicet in te eſt. Neque enim penes vnum Timotheum reſidebat omnis authoritas: ſed ex Eccleſiæ totius ſuffragiis facta electione, vt diximus Act.14.d.23, & ex Matthiæ ac diaconorum electione liquet, tum demum ὁ προεστὼς nomine preſbyterii per manuũ impoſitionem conſecrabat electũ Domino, vt ſuprà 4.d.14. De manuũ autem impoſitione alibi dictum eſt à nobis.

vmissio disci- plinam.

23 Ne ſis amplius abſtemius μηκέτι ὑδροπότει. Abſtemii quidam ſunt natura, vel morbo: quidam voluntate: ex quibus vnus erat Timotheus, minimè id quidem ex voto, aut craſſa illa meriti vel Angelicæ perfectionis opinione: ſed vt carnem hac ratione domaret, ſibi ſcilicet conſcius ſeſe hoc remedio indigere. Nihil igitur hoc pertinet ad impiam Monachorum ſuperſtitionem: ſed apertè potius damnatur Celeſtinorum & Carthuſianorum & omnium iſtiuſmodi Phariſæorum obſtinatio: quibus religionem ſummam eſſe ferunt, vel vbi certũ eſt mortis periculum, carnem guſtare. Quanquam quod ad vinum quidem attinet, boni & rigidi iſti patres in eo ſummè conſenſerunt vt hoc Pauli conſilio minimè, quod ad priorem quidem partem, indigerent. Vulg. noli adhuc aquã bibere. Eraſ. ne poſthac bibas aquam. Neutra certè interpretatio conuenit. Neque enim ὑδροπότης dicitur à Græcis quiſquis aquam potitat, ſed qui aquam ita potat vt à vino abſtineat: quod & ipſa ſententia poſtulat.   Pauculo ὀλίγῳ. Hoc addit Paulus, ne calumniæ ſit obnoxia hæc conſtitutio, quaſi ad hauriendum vinum incitaret. Nec deſunt etiam qui putent hunc verſiculum non eſſe poſitum ſuo loco.   Propter ſtomachum tuum διὰ τὸν στόμαχόν σου. Id eſt, ventriculum, ciborum ſcilicet receptaculum, Celſo, lib.4.cap.1. Nam veteribus venter dicitur. Alioqui στόμαχος interdum tota gula dicitur, vt Ciceroni lib.2 de Natura deorum: interdum verò, ac, vt mihi quidem videtur, maximè propriè, ipſius gulæ poſtremum, vt Plinio lib.11, cap.37. qui proculdubio iſta acceperunt à Græcis, vt facilè probare poſſem ſi noſter hic eſſet ſcopus. Nam quia cohærent partes iſtæ, vſus facilè obtinuit vt quod vnius partis propriè nomen eſt, toti poſtea ſit accommodatum. Ipſum autem ventrem ſiue ventriculum, id eſt τὴν ἄνω κοιλίαν idonei etiam Latini authores paſſim ſtomachum vocarunt, Græcorum, opinor, exemplo: quanuis eos Galenus reprehendat. Pertinet verò ad hunc locum nonnihil quod ait Celſus lib.1.cap.2. Imbecillis, inquit, ſtomacho (quo in numero magna pars vrbanorum, omnéſque penè cupidi literarum ſunt) obſeruatio maior neceſſaria eſt: vt quod vel corporis, vel loci, vel ſtudii ratio detrahit, cura reſtituat.

Celsus

24 Quoſdam verò ſubſequuntur τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Peccata dicuntur eſſe πρόδηλα, id eſt antè manifeſta, & ſua ſponte in publicum prodeuntia, in iis quorum improbitatem Deus antè detegit quàm Eccleſiam fefellerint: vt in Simone Mago contigit, cui propterea non ſunt impoſitæ manus, Act.18.c.17. ideóque dicuntur illis præire ad damnationem, venuſto quodam dicendi genere: quaſi ſcilicet anteambulones quidã fuerint, à quibus admonita ſit Eccleſia quis ille ſit qui mox ſit venturus: ex quo efficitur vt Eccleſia iam falli non poſſit,

Alios verò dicuntur peccata ipſa ſubſequi, quòd tum demum appareant quũ bonos viros ad tempus fefellerunt: quaſi à tergo illis imminentia: vt in Saule, Iuda, & aliis hypocritis ſerius detectis accidit. Similis ratio eſt etiam in bonis, quorum in aliis probitas & integritas ſtatim patefit à Domino, in aliis diu vel negligitur, vel etiam à ſceleratis quaſi opprimitur. Dominus enim ſua & his & illis tempora præfixit. Tantũ præſtent negligentiæ & malæ conſcientiæ culpam fideles miniſtri.

Itidem & bona opera antè manifeſta ſunt: & ea quæ ſecus ha- 25
bent, occultari non poſſunt.

Cap. VI.

QVicunque ſub iugo ſunt ſerui, ſuos dominos omni honore 1
dignos ducant, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur.
Qui verò fideles habent dominos, ne *eos* deſpiciãt quòd 2
fratres ſint: ſed potius inſeruiant, quòd fideles ſint ac dilecti, qui
'beneficii *Dei* participes ſunt. Hæc doce, & exhortare.
Siquis″diuerſam docet doctrinam, neque accedit ſanis ſermo- 3
nibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem
eſt doctrinæ:
Is turget, nihil ſciens, ſed″inſaniens circa quæſtiones ac″verbo- 4
rum certamina: ex quibus naſcitur inuidia, lis, maledicentiæ,
ſuſpiciones malæ,
″Peruerſæ exercitationes hominum mẽte corruptorum, & qui 5
bus adépta eſt veritas: qui quæſtui habent pietatem.″Secede ab iis
qui eiuſmodi ſunt.
'Eſt autem quæſtus magnus, pietas 'cum animo ſua ſorte con- 6
tento.
Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quic- 7
quam poſſumus.
Victus. Veſtitus. Sed habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti erimus. 8
Cæterùm″qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem & la- 9
queum & cupiditates multas amentes & damnoſas, quæ demer-
gunt homines in exitium & interitum.
Avaritia. Siquidem″radix omnium malorum eſt ſtudium pecuniæ: quã 10
quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & ſeipſos'tranſfixerunt
doloribus multis.
Tu verò,″homo Dei, iſta fuge: ſectare autem iuſtitiam, pietatẽ, 11
fidem, charitatem, tolerantiam, lenitatem.

25 Similiter & facta bona, manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcõdi non poſſunt.

Cap. VI.

1 QVicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos õni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur.

2 Qui autem fideles habẽt dominos, non contemnãt quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficii participes ſũt. Hæc doce, & exhortare.

3 Siquis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ:

4 Superbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa‖quæſtiones & pugnas verborum: ex quibus oriũtur inuidiæ, cõtentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, Suprà 1.a.4

5 Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati ſunt: exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. B

6 Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.

7 ‖Nihil enim intulimus in mundum, haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus. Iob.1.d.21

8 Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.

9 Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

10 Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. C

11 Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidẽ, charitatem, patientiã, mãſuetudinẽ.

IN CAPVT VI.

2 Beneficii Dei τῆς εὐεργεσίας. Id eſt τῆς χάριτος, gratiæ, vt alibi ſæpe ſcripſit. Itaque non ſunt appoſitè interpretati hunc locum qui de ſeruorũ in dominos obſequiis hoc ſunt interpretati. quod vt planius fieret, addidi τοῦ Θεοῦ, id eſt Dei nomen. Eſt enim hæc ſententia, Siqui dominos habent fideles, ne hanc occaſionem arripiant non fungendi officio ſuo, quòd in Chriſto ſint dominorum ſuorum fratres: imò eo libentius pareant, quòd Deus illos ſubiecerit dominis fidelibus & ipſi charis. i d eſt qui ſint vnà cum ipſis ſeruis eiuſdem illius Dei beneficẽtiæ participes. Nam ſi infidelibus etiam dominis parendum eſt, quanto magis requirit à nobis Deus iſtam ſubiectionem, quum nos amicis ſuis ſubiecit? 3 Diuerſam docet doctrinam ἑτεροδιδασκαλεῖ. Vide ſuprà 1.a.3.

4 Inſaniens νοσῶν. Cic. Tuſc. 3, Nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem & morbum. Sic igitur Eraſmus hunc locum rectè omnino expreſſit. Vulgata, languens. Verborum contentiones λογομαχίας. Verba opponit rebus. λογομαχίαν ergo vocat inanem de verbis non de rebus concertationem: verba tamẽ etiã nominans quæcunque res nihil habẽt ſolidi, aut ex quibus poſſit vtilitas aliqua cõparari.

5 Peruerſæ exercitationes παραδιατριβαί. Vetuſti noſtri codices ſcriptum habent διαπαρατριβαί, id eſt aſſidui attritus. Mutuò enim ſeſe atterunt ſophiſtæ, & ſua ſcabie alii alios inficiunt, vt Græcus ſcholiaſtes explicat. Sed mihi potius probatur recepta lectio. Porrò διατριβὰς vocant Græci quas Quintilianus ſcholarum exercitationes appellat. Itaque ſignificat Paulus iſtis inanibus quæſtionibus homines quaſi in ludo quodam impudentiæ & improbitatis exerceri. quod deſignat præpoſitio παρὰ, vt ſiniſter prorſus iſtarum exercitationũ vſus declaretur. Sunt enim veræ diatribæ, ad acuendũ ingenium, confirmandum iudicium, ad veri denique inueſtigationem comparatæ. In iſtis verò obtunditur animus, peruertitur iudicium: veritatis denique lux omnis extinguitur. Exemplum quæris? Propone tibi ſcholaſticæ theologiæ facultates quas vocant, & viua iſtius inaniſſimæ vanitatis exemplaria contemplaberis. Hîc tamen naſcuntur quos ſolos Doctores & Magiſtros noſtros vocant: nempe vt ipſis etiã nominibus Phariſæos referant. Vulg. Conflictationes, non expreſſa præpoſitione παρὰ. Eraſ. Superuacaneæ conflictationes. quum peſtiferas potius dicere debuerit. Secede, &c. ἀφίστασο. Hoc non legit Vetus interpres, reperimus tamen in omnibus Græcis exemplaribus: & ſanè prætermitti non debet.

6 Eſt autem quæſtus ἔστι δὲ πορισμός. Venuſtè detorquet quæſtus nomen, acſi dicat, Metiuntur iſti Chriſtianiſmum lucro: & ſanè maximum eſt lucrum, ſed diuerſa prorſus ratione. Veras enim opes ſuppeditat, animum ſcilicet pium & ſorte ſua contentum. Cum animo ſorte ſua contento μετ' αὐταρκείας. Quod ſis, inquit ille, eſſe velis, nihilque malis. Sed hoc quidem fuerit hominis prorſus ſtupidi, niſi ea ſit cõditione in qua meritò acquieſcat. Eam autem vnus demum Chriſtus ſuppeditat, in quo ſunt omnes theſauri abſconditi ad vitam æternam. Vulg. ad verbum, cum ſufficientia. 9 Qui volunt οἱ βουλόμενοι. Id eſt, qui huc feruntur vt quàm citiſſimè diteſcant. Menander, Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως, δίκαιος ὤν. 10 Radix, &c. ῥίζα, &c. Huc pertinent duæ nobiles ſententiæ, vna Bionis, qui φιλαργυρίαν, id eſt pecuniæ cupiditatem, vocabat κακίας μητρόπολιν, vitii metropolim: altera Timonis, qui duo eſſe dicebat malorum elementa, ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν, id eſt inexplebilem opum auiditatem, & gloriæ appetitionem. Tranſfixerunt περιέπειραν. Dolor & cura videtur animum quodammodo perfodere, auaritiæ nimirum meſſis, vt loquitur Euripides. Eſt autem περιπείρειν infigere & perforare. Vulgata, inſeruerunt. Eraſ. implicuerunt. neuter ſatis expreſſẽ. Nos in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *ils ſe ſont embrochez ou enferrez.*

11 Homo Dei ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Heb. איש האלהים id eſt quem Spiritus Dei regit, vt Prophetam & Dei interpretem. Vide 2. Tim. 3.d.17.

	Certa bonum certamē fidei: apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.	12	′Certa præclarū certamen fidei: apprehende vitam æternam, cuius cauſa & vocatus es, & profeſſus præclaram profeſſionem coram multis teſtibus.
Suprà 5.d.31 Matth.27.b.11 iohan.18.g.37	‖Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu qui ‖teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem:	13	Denūtio tibi coram Deo, ′qui viuificat omnia, & Ieſu Chriſto, qui teſtatam fecit″coram Pontio Pilato bonam profeſſionem:
	Vt ſerues mandatum, ſine macula, irreprehenſibile, vſque in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti:	14	Vt ſerues″hæc mandata, maculæ & culpæ omnis expers, vſque ad illuſtrem illum aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti:
Suprà 1.b.11 apoc.17.d.14 & 19.c.16	Quem ſuis tēporibus oſtendet ‖beatus & ſolus potens, Rex regū & Dominus dominantium:	15	Quem temporibus ſuis oſtendet ille beatus & ſolus″Princeps, ″Rex regum & Dominus dominorum:
D Iohan.1 b.18	Qui ſolus habet immortalitatē, & lucem inhabitat inacceſſibilem: ‖quē nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum. Amen.	16	Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam: quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt: cui honor & robur æternum. Amen.
Marc.4.b.19 luc.12.b.15	Diuitibus huius ſeculi præcipe nō ſublime ſapere, ‖neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo (qui præſtat nobis omnia abundè ad fruēdum:)	17	Iis qui diuites ſunt′in hoc ſeculo, denuntia ne efferantur animo, neque ſpem ponant in diuitiis incertis, ſed in Deo″viuo, (qui præbet nobis omnia copioſè ad fruendum)
	Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare:	18	Vt bene faciant, vt diuites ſint operibus bonis, ″faciles ad impartiendum, facilis conuictus:
Matth.6.c.20 luc.12.b.13	‖Theſaurizare ſibi fundamentū bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.	19	Recondentes ſibiipſis″fundamentum bonum in poſterū: vt apprehendant æternam vitam.
Suprà 1.a.4, & 4.b.7	O Timothee depoſitum cuſtodi: ‖deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciētię:	20	O Timothee, ″depoſitum ſerua, deuitans prophanos′ de rebus inanibus clamores, & oppoſitiones falſò nominatæ ſcientiæ:
	Quam quidam promittentes, circa fidē exciderunt. Gratia tecū. Amē.	21	Quā nōnulli″ſpōdētes, circa fidē aberrarūt. Gratia ſit tecū. Amē.
	Scripta fuit ex Laodicea, quæ eſt metropolis Phrygiæ Pacatianæ.	22	*Ad Timotheū prima, miſſa fuit* ″Laodicea, *quæ eſt metropolis Phrygiæ Pacatianæ.*

12 Certa ἀγωνίζου. Iam ſæpe admonuimus Hebræos & Atticos etiam ſcriptores iſta conſtructione delectari.

13 Qui viuificat τοῦ ζωοποιοῦντος. Id eſt, qui dat vitam omnibus ac conſeruat. Heb. חיה. Coram Pontio Pilato ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Vulgata & Eraſmus, ſub Pontio Pilato, id eſt Pontio Pilato præſide. Incidit enim Chriſti prædicatio & mors in id tempus quo Pilatus Iudæā adminiſtrauit. Sed ἐπὶ malo interpretari coram vel apud, vt reſpondeat hoc membrum illi quod paulo antè dixerat, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, coram multis teſtibus. Nam ἐπὶ etiam ita accipitur Matth.28.c.14. & hæc confeſſio diſertè deſcribitur Iohan.18.g.37.

14 Hæc mandata τὴν ἐντολήν. Heb. מצוה nos verò plurali numero, mandata dicimus. Porrò quæ ſequuntur epitheta, etſi illis quoque poſſunt conuenire, tamen, meo iudicio, commodius ad Timotheum ipſum referuntur, vel ob eam cauſam quòd nomine τῆς ἐντολῆς videatur demum ſignificare illam officii rationem quam ei tota hac epiſtola præſcripſit.

15 Princeps δυνάστης. vel dynaſtes, vt diximus Luc.1.e.52. Nolim autem ego curioſius iſta diſtinguere, quia potius hac tāquam ſynonymorum congerie voluit ſummam & vnicam illam Dei potentiam declarare: vt qui non modò reliquis quibuſuis ſit infinitis partibus potentior, ſed etiam illos ſibi pleno iure ſubiectos habeat, denique à ſeipſo ſolus habeat omnia. Siquis tamen malit diſtinguere, dicam à certis gradibus ad ſumma pergere Apoſtolum. Nam Dynaſta eſt Regibus inferior dignitate, Rex verò Domino, quod ad ſubiectos quidem ſuos attinet. Rex regum ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων. Heb. מלך מלכים id eſt ſummus & potentiſſimus Rex. βασιλευόντων verò dixit Hebræorum more, pro βασιλέων: & κυριευόντων pro κυρίων, vt nullum hic quærendum ſit myſterium. Sed quorſum hæc Apoſtolus? nempe vt omnium principum minis oppoſita Dei potentia, nos in noſtra ſtatione fortiter permaneamus.

17 In hoc ſeculo ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Id eſt rerum ad hanc vitam pertinentium, quibuſcum comparantur qui ſunt operum bonorum diuites. Viuo ζῶντι. Heb. אל חי. Id eſt verè exiſtenti, & æterno. Nam Deo opponit caducam opum naturam.

18 Facilis conuictus. κοινωνικούς. Comes eſt diuitiarum arrogantia: quo fit vt ægrè ſe demittant diuites ad tenuiorum hominum conſuetudinē, quum nulla virtus eos æquè exornet, atque morū facilitas: quā meritò ſummopere laudat in futuro imperatore Cicero pro Lege Manilia. Hac virtute qui carent, dicuntur ἀκοινώνητοι ſiue αὐθάδεις, aſperi ſcilicet & faſtuoſi. ex quo etiam intelligitur κοινωνικούς Eraſmum non ſatis expreſſe interpretari communicantes. Nos κοινωνικὸν ad verbum poſſimus in vernaculo noſtro ſermone interpretari *communicatif*.

19 Fundamentum bonum θεμέλιον καλόν. Hoc opponit opum humanarum incertæ ac fluxæ naturæ. Sed (dicet aliquis) an vllis operibus ſpes noſtra nititur? Minimè verò, vt teſtatur Apoſtolus Rom.3.d.27, & 4.a.2, & ſingulis penè verſiculis. ſed tamen quatenus ſunt noſtræ fidei teſtimonia, ac proinde noſtræ in Chriſto reconciliationis, dicuntur vocationem & electionem firmam, noſtri ſcilicet reſpectu, efficere, 2.Pet.1.b.10. 20 Depoſitum ſerua, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον. Depoſitum proculdubio vocat dona quæcunque ad Eccleſiæ ædificationem, veluti depoſitum, Deus commiſerat Timotheo. Seruat autem depoſitum qui ita ſe gerit vt cauſam non habeat depoſitarius cur hoc illi eripiat. Eſt autem diligenter notanda hæc formula, quamuis non omnia reſpondeant iis regulis quæ de depoſito tradunt Iuriſconſulti. De rebus inanibus clamores κενοφωνίας. Hoc titulo exornat Paulus non minus ſpinoſas quàm & clamoſas & inanes, atque adeò profanas tum philoſophaſtrorum, tum ſophiſtarum omnium concertationes. quamobrem etiam poſtea meminit ἀντιθέσεων, id eſt oppoſitionum, quum perpetuo quæſtiones ex quæſtionibus apud illos naſcātur. Vulg. vocum nouitates, id eſt καινοφωνίας, quod & ipſum nō caret offendiculo. atque etiam plerunque coniunctū eſt magno cum ſolidæ doctrinæ detrimento, & magnam quandam ingenii vanitatem arguit: veluti ſi pro Angelis genios dicas, pro Baptiſmo lotionem, pro Fide cōfidentiam, pro Eccleſia rempublicam vel ciuitatem, pro Preſbyterio ſenatum, & cætera id genus profanè & falſis rationibus innouata: de quibus hodie ſibi mirificè placent nonnulli, qui tamen vtinam intra verba peccarent. Alteram nihilominus lectionem huic antepono.

21 Spondentes ἐπαγγελλόμενοι. Ἐπαγγέλλεσθαι hoc loco non tantum refertur ad profeſſionem quæ verbo fiat, ſicut ſolent ambitioſi homines glorioſè virtutes ſuas iactare: ſed ad totam habitus, geſtus, vitæ denique rationem, quam illi ita comparant, vt etiam tacentes, imperitis quidem hominibus, nihil niſi ſublime & arduum de ſe promittant. Suprà 2.c.10, eadem quidem ſignificatione, ſed in ſumma laude ponitur idem verbum, vbi iubet Paulus Chriſtianas mulieres non cincinnis, non auro, non margaritis, ſed honeſto habitu & bonis præcipuè operibus ornari. Quod, inquit, decet eas mulieres quæ pietatem ſpondeāt, id eſt quæ pietatem & ſanctimoniam de ſe promittant omnibus à quibus conſpiciuntur. 22 Laodicea ἐκ Λαοδικείας. Ego potius hanc epiſtolam ob eas cauſas quas expoſui ſuprà 1.a.2, & 4.d.13. vel Philippis vel ex alia Macedoniæ vrbe ſcriptam puto: adſtipulante nobis vno codice Roberti noſtri, in quo teſtor ſcriptum fuiſſe ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, Scripta eſt è Macedonia: quod etiam impreſſit Frobenius in Græco argumēto quod huic epiſtolæ præfigi ſolet. Neque obſtat quod Lucas Act.20.a.5, quum Timotheum inter eos numeraſſet qui rectà in Aſiam traiecerant, ſubiicit, Hi quum præceſſiſſent, expectarunt nos Troade. Neque enim neceſſe eſt pronomen οὗτοι ad ſingulos referre, quum omnia minutè non perſequatur Lucas. Itaque tum puto Timotheum rectà Epheſum Apoſtoli mandato contendiſſe. Quod autem ad Phrygiam Pacatianam attinet, nuſquam hoc epitheton memini apud idoneos authores legere: & in vno codice ſcriptum inueni Καπατιανῆς Capatianæ, quod mihi æquè eſt ignotum.

EPISTOLA PAVLI AD Timotheum ſecunda.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

Vita per Christū

1 Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei,″ſecundum promiſſionem vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu,

2 Timotheo dilecto filio,gratia,″miſericordia, pax à Deo patre & Chriſto Ieſu Domino noſtro.

3 Gratiam habeo Deo,cui ſeruio″à maioribus cum pura conſciētia,vt aſſiduam tui memoriam teneo in precationibus meis nocte ac die:

4 Deſiderans te videre , memor tuarum lachrymarum: vt gaudio replear.

5 Reuocans in memoriam eam quæ eſt in te non ſimulatam fidem,quæ habitauit prius in auia tua Loide,& matre tua Eunica: perſuaſus ſum autem quòd in te quoque.

6 Quam ob cauſam ſuggero tibi ″vt exuſcites donum Dei,quod eſt in te″per impoſitionem manuum mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus″Spiritum timiditatis , ſed roboris,&″charitatis,& ſanitatis animi.

8 Ne igitur te pudeat teſtimonii Domini noſtri,neq; te pudeat mei,qui ſum vinctus″ipſius:ſed eſto particeps afflictionum Euāgelii,ex potentia Dei:

Vocatio.
Opera.

9 Qui ſeruauit nos:&vocauit vocatione ſancta:non ex operibus noſtris,ſed ex ſuo″propoſito,& gratia,quæ ″data quidem eſt nobis″in Chriſto Ieſu″ante tempora ſecularia:

Salus ante tempora æterna.

10 Sed patefacta eſt nunc per illuſtrem illum aduentum Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui & mortem aboleuit,& vitā ″in lucē

VETVS.

Cap.I.

1 Paulus Apoſtolꝰ Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, ſecundū promiſſionē vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu,

2 Timotheo chariſſimo filio,gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.

3 Gratias ago Deo,‖cui ſeruio à progenitoribus in cōſcientia pura, quòd ſine intermiſſione habeā tui memoriā in orationibus meis,nocte ac die:

Act.22.a.3

4 Deſiderās te videre,memor lachrymarum tuarum : vt gaudio implear.

B

5 Recordationem accipiens eius fidei quæ eſt in te non ficta,quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice : certus ſum autem quòd & in te.

6 Propter quam cauſam admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei , quæ eſt in te per impoſitionē manuū mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed virtutis,& dilectionis,& ſobrietatis.

C

8 Noli itaque erubeſcere teſtimoniū Domini noſtri,neque me vinctum eius: ſed collabora Euangelio, ſecundum virtutem Dei.

1.Cor.1.a.1

9 Qui nos liberauit,&vocauit‖vocatione ſancta, non ſecundū opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiā,quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ‖ante tempora ſecularia:

Rom.16.d.25
epheſ.1.a.4
coloſſ.1.d.26
tit.1.a.2

10 Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,qui deſtruxit quidē mortē,il-

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Secundum promiſſionem,&c. κατ᾽ ἐπαγγελίαν,&c. Id eſt à Deo legatus vt annuntiem vitam quam promiſit in Chriſto Ieſu.Ita oſtēdit nouum non eſſe Euangelium,ſed illud ipſum quod promiſit Deus per Prophetas : deinde præſtantiam quoque muneris Apoſtolici declarat,quo ſcilicet exhibeatur quod Deus antè promiſerat.Poſtremò,in quo hæc omnia reſideant,& quò ferantur,oſtendit.nēpe vt in Chriſto ſeruentur homines. Itaque lectorem moneo etiam atque etiam ne epiſtolarum Pauli ἐπιγραφὰς leuiter prætereat, vt quæ ſoleant inimitabili quadam breuitate totius Euangelici myſterii ſummam complecti,vt vel ſaluis illis habeat Eccleſia quod omnibus hæreticis opponat.

2 Miſericordia ἔλεος. Vide ſuperioris epiſtolæ caput 1.a.2. 3 A maioribus ἀπὸ προγόνων.Heb.מאבות. id eſt maiorū meorū veſtigia ſequutus, nempe Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & aliorum deinceps à quibus ſum ortus, & quaſi per manus veram religionem accepi, vt Act.24.b.14.Neque enim de Phariſaiſmo,ſed de Chriſtianiſmo diſſerit.

6 Vt exuſcites ἀναζωπυρεῖν. Eſt igitur donum Dei viua quædam flamma in cordibus noſtris accenſa, quam nituntur caro & Satan ſuffocare:nos contrà magis ac magis fouere ac ſopitam ſuſcitare oportet. Per impoſitionem manuum mearum διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Vide 1.Tim.4.d.14,& 5.d.22. 7 Spiritum timiditatis πνεῦμα δειλίας. Id eſt,afflatum quo percellamur & perterreſiamus, vt quos vult Dominus perdere. Nam in hac formula loquendi dicitur Spiritus metonymicè,ex Hebræorum more,motus in animis noſtris vi quadam extrinſeca impellente excitatus,nempe vel à Spiritu ſancto,vel contrà à ſpiritu malo,pro doni conditione. vt Spiritus fidei,ſapientiæ,conſtantiæ,& ſimiles:quibus opponuntur Spiritus vertiginis,auaritiæ,furoris,formidinis,& ſiqui ſunt huiuſmodi.

Charitatis & ſanitatis animi. ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ. Hæc effecta tacitè opponit totidem prorſus contrariis ſpiritibus. nam qui ſpiritu malo rapiuntur,ii coercendi ſunt quominus alios offendant,vt qui inſaniant. Contrà Spiritus Dei animos noſtros componit vt omnibus prodeſſe ſtudeamus,& verè ſimus mentis compotes:quum cæteri mortales vel deſipiant,vel inſaniant. Itaque σωφρονισμὸν non conuerti ſobrietatem(quod ambiguum eſt,nec ſatis Latinum)ſed animi ſanitatem:quod ipſa verbi notatio declarat. Plato lib.1.de Rep.τὸ σωφρονεῖν ἐναντίον ἐστὶ τῷ μαίνεσθαι.Quidam frugalitatem conuertit,admodum ineptè,vt mihi videtur.

8 Ipſius αὐτοῦ. Id eſt ipſius cauſa.Epheſ.3.a.1.Sic vocat afflictiones Euangelii quæ pro Euangelio perferuntur.

9 Propoſito & gratia πρόθεσιν καὶ χάριν. Id eſt propoſito,eóque gratuito.Diximus autem de propoſito Rom.8.e.28,& 29,& in caput primum epiſtolæ ad Epheſios. Data eſt τὴν δοθεῖσαν. Datam eſſe dicit nobis gratiam ab æterno,ad quam ſcilicet ab æterno ſumus prædeſtinati.Sunt enim omnia Deo præſentia:ſed ſuo tempore nobis re ipſa exhibetur quod ab æterno nobis Deus dedit.Meminerimus autem à tempore colligere nos gratis prædeſtinatos,ideóque doctrinam de præuiſa fide vel operibus repugnare Dei gratiæ ex diametro.

In Chriſto Ieſu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Meritò hoc addit: eſt enim vnus Chriſtus is in quem ea gratia,idque propoſitum Dei ferebantur. Vide Epheſ.1.a.4 & 5. Ante tempora ſecularia πρὸ χρόνων αἰωνίων Id eſt,inquit Eraſmus,ante tempora æterna. quo modo etiam conuertit.Ego verò nihil poſſum ante æternitatem imaginari.itaque vocari puto tempora ſecularia, annorum ſeriem qui à ſeculorum origine fluxerunt:vt idem prorſus ſignificet Ante tempora ſecularia,atque Ante iacta mundi fundamenta:ſiquidem tempus cum mundo cœpit.Bis autem omnino vtitur Paulus hac formula,nempe hoc loco,& Tit.1.a.2.quem locum vide.

10 In lucē produxit φωτίσαντος.Id eſt fecit vt illuceſceret vita.Reſpōdet enim τὸ φωτίζειν hoc in loco,verbo Hebræo האיר in cōiugatio-

ne hiphil. Nam de vita illa immortali perinde vt de coruſco lumine loquitur Scripturæ more. Vulgata, illuminauit. Sed notandum eſt præterea Pauli inſigne artificium hoc in loco. Quum enim ſoleat nomen τῆς ἐπιφανείας tribuere ſecundo aduentui, hîc tamen de primo illo diſſerens, quo nihil abiectius fingi poteſt, idem nomen vſurpauit: ideóque animos noſtros à contemplatione rerum externarum ad efficaciam illius aduentus contemplandam ſubuehit. Ita enim fit vt in illa tam abiecta ſerui forma verè tamen Diuinam maieſtatem ipſi etiam diaboli cogantur adorare.

luminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium:

1.Tim.2.b.7 ¶In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, & magiſter Gentium. 11

Ob quam cauſam etiã hæc patior, ſed non confundor: ſcio enim cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare in illum diem. 12

D Formam habe ſanorum verborum quæ à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu. 13

Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum qui habitat in nobis. 14

Scis hoc, quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſũt: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes. 15

Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: 16

Sed quum Romam veniſſet, ſollicitè me quęſiuit, & inuenit: 17

Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Domino in illa die. & quãta Epheſi miniſtrauit, tu melius noſti. 18

Cap. I I.

TV ergo, fili mi, confortare in gratia quę eſt in Chriſto Ieſu: 1

Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hęc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. 2

Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. 3

Nemo militans implicat ſe negotiis ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. 4

Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur niſi legitimè certauerit. 5

Laborantem agricolã oportet primùm de fructibus percipere. 6

Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. 7

B

Memor eſto, Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum Euangelium meum: 8

In quo laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans. ſed verbum Dei non eſt alligatum. 9

produxit ac immortalitatem per Euangelium:

11 Cuius conſtitutus ſũ ego præco & Apoſtolus, ac doctor Gẽtiũ.

12 Quã ob cauſam & hæc patior, neque erubeſco: ″noui enim *eum* cui crediderim, & mihi perſuaſum eſt eũ poſſe′ depoſitum meũ in illum diem ſeruare.

13 Exemplar teneto ſanorum ſermonum, quos à me audiſti″ cũ fide & charitate quæ *eſt* in Chriſto Ieſu.

14 Præclarum″ depoſitum ſerua per Spiritum ſanctum qui inhabitat in nobis.

15 Noſti hoc, quòd auerſati fuerint me õnes qui ſunt in Aſia: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes.

16 Præſtet miſericordiam Dominus Oneſiphori familiæ: quoniã ſæpe me recreauit, & catenam meam non erubuit.

17 Imò quum eſſet Romæ, ′ſtudioſiſſimè quæſiuit me, & inuenit.

18 Det ei Dominus vt inueniat miſericordiam apud Dominum in die illo. quàm multa etiam Epheſi ſubminiſtrarit, tu optimè noſti.

Cap. I I.

1 TV igitur fili mi, corroborare per gratiã quæ eſt ĩ Chriſto Ieſu.

2 Et quæ audiſti à me″ inter multos teſtes, hæc committe fidelibus hominibus, qui erunt idonei ad alios quoque docendos.

3 Tu igitur feras afflictionem vt bonus miles Ieſu Chriſti.

4 Nemo qui militat, implicatur″ vitæ negotiis: vt ei qui ſe in militiam delegit, placeat. Miles Dei.

5 Quòd ſi certet etiam aliquis, non coronatur niſi legitimè certauerit.

6 Agricolam oportet″ prius laborando fructus percipere.

7 ″Cõſidera quæ dico. enimuero det tibi Dominus in omnibus intelligentiam.

8 Memento Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis, *factum* ex ſemine Dauid, ſecundum Euangelium meum:

9 In quo malis affligor, quaſi facinoroſus, vſque ad vincula: ſed ſermo Dei non eſt vinctus. Quare vinctus Paulus.

12 Noui enim *eũ* cui crediderim, &c. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, &c. Eraſ. noui enim certúſq; ſum quòd is cui credidi, &c. vt ſit hæc cõſtructio, οἶδα γὰρ καὶ πέπεισμαι ὅτι ᾧ πεπίστευκα, &c. Sed valde dura eſt iſta traiectio, neque etiam vllo modo neceſſaria: quum plana ſint omnia, ſi poſt γὰρ ſubaudias ἐκεῖνον, eclipſi admodum vſitata. quanuis in eiuſmodi ſubiectione fatear ſanè libentius vſurpari particulam ὧς indefinitam. Quũ autem dicit ſibi notum eſſe eum cui credidit, omnia dicit quibus confirmari poteſt hominis imbecillitas. Depoſitum meum παραθήκην μου. Mutua eſt igitur depoſiti obligatio inter Deum & Sanctos ipſius: quanquam quod ad illum attinet, prorſus gratuita. Nam is nobis dona ſua credidit, vt diximus 1.Tim.6.d.20, & mox repetitur verſu 14: nos verò illi viciſſim noſipſos committimus, apud illũ theſauros noſtros recõdimus, 1.Tim.6.d.18, & 19. Corona denique noſtra apud illum eſt ſepoſita, infrà 4.b.8. Sed meminerimus horum omnium gloriam oportere ipſius gratuitæ bonitati in ſolidum acceptam ferre: & ius illud υἱοθεσίας longè alio fundamento niti. ſicut nimirum qui filius eſt, ſi officium fecit, non ideo tamen eſt paternarum facultatum particeps: ſed quia quum filius eſſet, officium fecit, idcirco pro filio agnoſcitur, alioquin à patre eiiciendus, & tandem abdicandus. 13 Cum fide ἐν πίστ. ἐν pro σὺν, vt ſæpe iam obſeruauimus. Vulg. in fide & charitate. vt intelligas ſanam illam doctrinam in duobus iſtis capitibus poſitam eſſe, nempe in fide & charitate: quæ rurſus in vno Chriſto ſitæ ſunt. qua ratione fortaſſis non ineptè conuerteris, de fide & charitate: vti ſolet interdum apud Hebræos vſurpari ב pro על.

14 Depoſitum παρακαταθήκην. vel παραθήκην. hîc enim variant exemplaria, ſed eadem ſententia manente. Vide 1.Tim.6.d.20, & ſuprà verſ.12. 17 Studioſiſſimè σπουδαιότερον. Sic paulo pòſt βέλτιον pro βέλτιστα. Vide 1.Timoth.3.d.14.

IN CAPVT II.

2 Inter multos teſtes διὰ πολλῶν μαρτύρων. Id eſt, præſentibus multis, qui de his rebus poſſunt teſtari. Sic apud Græcos διὰ ponitur pro μεταξύ. apud Hebræos autem על pro עם vnde & διὰ pro μετὰ vel σὺν, vt 2.Cor.2.a.4, & 3.c.11. Sic & apud Ciceronem dicitur Catilina inter falcarios veniſſe in M. Leccæ domum: id eſt falcariis circunſeptus. 4 Vitæ τοῦ βίου. Id eſt negotiis ad rem familiarem, aut occupationes illas conſuetas pertinentibus, vt ſi miles mercaturam faceret. Itaque vitam pro victu non ſatis appoſitè videtur Eraſmus interpretari. opponit enim ciuilem vitam Apoſtolus militari. Quidam legunt, Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus, &c. ſed repugnãte omnium Græcorum codicum fide. Apparet autem ſimilitudines eſſe quarum non addatur accommodatio, quòd per ſe ſatis ſit plana.

6 Prius πρῶτον. Id eſt, neceſſe eſt agricolã, vt fructus percipiat, prius laborare. Refertur enim aduerbiũ πρῶτον ad participium κοπιῶντα, non autem ad μεταλαμβάνειν. quod fefellit Ambroſiũ, & alios nonnullos. 7 Conſidera Νόει. Id eſt verſa in animo, & expende. Reſpõdet enim Hebræo verbo הבין. id verò quia ne minima quidem ex parte præſtare noſtris viribus poſſumus, optat illi σύνεσιν, id eſt intelligentiam à Domino, in qua ſcilicet magis ac magis confirmetur. Quidam induſtriam ineptè conuertit.

8 *Factum* ex ſemine Dauid, ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Suppleui quod deerat, ex Rom.1.a.3. Filium autem Dauidis quum Chriſtum vocat, & verum hominem fuiſſe, & verum illum Meſſiam Dauidi promiſſum, ſignificat.

Ideo omnia tolero″propter electos,vt & ipſi ſalutem conſequã tur,quæ eſt in Chriſto Ieſu,cum gloria æterna. 10

Fidus *eſt* ſermo. Nam ſi ″cum *eo* mortui ſumus, cum *eo* etiam viuemus: 11

Si toleramus,etiam cum *eo* regnabimus: ſi abnegamus, & ille abnegabit nos. 12

Si increduli ſumus, ″ille *tamen* fidelis manet, negare ſeipſum non poteſt. 13

Hæc ſuggere,obteſtans coram Domino, ne verborum pugnas ſequãtur:ad nullam vtilitatem, *ſed* ad ſubuerſionem auditorum. 14

Prædicandum purè.

Stude teipſum probatum ſiſtere Deo:operarium qui non erubeſcat,″*&* rectè ſermonem ſecet veritatis. 15

″Prophanos autem de rebus inanibus clamores″cohibe:ad maiorem enim proficient impietatem. 16

Et ſermo eorum, vt″gangræna,paſtionem habebit: ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, 17

Qui circa veritatem aberrarunt, dicentes reſurrectionem iam eſſe factam: &″ſubuertunt quorundam fidem. 18

Solidum tamen fundamentum Dei ſtat,habens ſigillum hoc, Nouit Dominus qui ſint ſui:&,Diſcedat ab iniuſtitia omnis″qui nominat nomen Chriſti. 19

Vaſa in honorẽ. Vaſa in contumeliam.

Cæterum″in magna domo non tantùm ſunt vaſa aurea & argẽtea,ſed etiam lignea ac teſtacea:& alia quidem ad decus,alia verò ad dedecus. 20

Siquis igitur″expurgarit ſeipſum ab his, erit vas ad decus, ſanctificatum, & accommodum vſibus Domini, *&* ad omne opus bonum paratum. 21

Iuuenilia deſideria.

Iuueniles autem cupiditates fuge:ſed ſectare iuſtitiam, fidem charitatem,pacẽ cum iis ″qui inuocant Dominũ ex puro corde. 22

Quæſtiones ſtultæ vitandæ.

Stultas autem &″ad eruditionem ineptas quæſtiones reiice, ſciens eas gignere pugnas. 23

Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed placidũ eſſe erga omnes,aptum ad docendum,tolerantem malos. 24

10 Ideo omnia ſuſtineo propter electos,vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu,cũ gloria cęleſti.

11 Fidelis ſermo: nam ſi commortui ſumus,& conuiuemus.

Rom.6.b.5

12 Si ſuſtinebimus, & cõregnabimus: ſi negauerimus,& ille negabit nos.

Matth.10.d.33 marc.8.d.38

13 Si non credimus, ille fidelis permanet,negare ſeipſum non poteſt.

Rom.3.a.3. & 9.b.6

14 Hæc commone, teſtificans coram Domino, noli contendere verbis: ad nihil enim vtile eſt, ad ſubuerſionem audientium.

C

15 Solicite cura teipſum probabilem exhibere Deo,operarium incõfuſibilem,rectè tractãtem verbũ veritatis.

16 Prophana autẽ & inaniloquia deuita:multum enim proficiẽt ad impietatem.

17 Et ſermo eorum,vt cancer,ſerpet: ex quibus eſt Hymenæus & Philetus.

18 Qui à veritate exciderunt,dicentes reſurrectionem eſſe iam factã: & ſubuerterunt quorundam fidem.

19 Sed firmum fundamẽtum Dei ſtat, habens ſignaculũ hoc.Cognouit Dominus qui ſunt eius: &, Diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ Domini.

20 In magna autem domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia:& quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.

21 Siquis ergo emũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem, ſanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.

D

22 Iuuenilia autẽ deſideria fuge,ſectare verò iuſtitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui inuocant Dominum de corde puro.

1.Cor.1.a.2

23 Stultas autẽ & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites.

1.Tim.1,a.4. & 4.b.7 tit.3.c.9

24 Seruum autem Domini non oportet litigare,ſed manſuetum eſſe ad omnes,docibilem,patientem.

---

10 Propter electos διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Vide Coloſſ.1.d.24,& 2.Corinth.1.a.5,& deinceps.

11 Cum *eo* mortui ſumus συναπεθάνομεν. Id eſt,ſi vnà cum Chriſto & Chriſti ipſius cauſa affligimur,vt explicat Apoſtolus ipſe Rom. 8.c.17.Item 2.Corinth.1.a.5,& 4.c.10. 13 Ille *tamen* fidelis manet, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Deeſt coniunctio aduerſatiua,de cuius eclipſi Hebræis familiari alibi diximus. 15 *Et* rectè ſecet ὀρθοτομοῦντα. Id eſt,qui primùm omnium,quod ad doctrinam ipſam attinet,nihil prætermittat quod dicendum ſit:nihil etiam adiiciat de ſuo,nihil mutilet,diſcerpat, torqueat: deinde ſpectet diligenter quid ferat auditorum captus,quicquid denique ad ædificationem conducit.Eſt autem ſumpta tranſlatio à nutricibus quæ pueris cibos ſecant:aut etiã ab iis quorum munus eſt conuiuium inſtruere. Itaque quibus ſatis eſt Euangelium vel epiſtolam, quã vocant,cantillare, idque peregrina lingua,quam nec ipſe recitator nec populus intelligat,nimium ſunt inepti. Omitto illos qui pro verbo Domini præſentiſſima venena miſeris ouibus ita obiiciunt,vt etiam ſumere cogant. 16 Profanos de rebus inanibus clamores τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας. Vulg. Profana autem & inaniloquia. Eraſmus,Profanas vocum inanitates. Vide 1.Tim.6.d.20. Cohibe περιΐστασο. Ad verbum,circunſiſte.Id eſt,obſerua & velut obſide,vt ſcilicet prohibeas quominus latius ſerpant,vti mox explicabimus. Vulg.deuita. Eraſ.prætermittito.

17 Gangræna Γάγγραινα. Gangrænæ comparat falſas doctrinas ex inanibus ambitioſorum hominum argutiis,quaſi ex equo (vt aiunt) Troiano,prodeuntes:Eccleſiam viciſſim conferens corpori, cuius ſi partes aliquas inuaſerit gangræna, officium eſt paſtoris, tanquam periti chirurgi,proſpicere ne in νέκρωσιν degeneret:& contagioni ſuos quaſi fines circunſcribere,ne ſana membra inuadat.

18 Subuertunt,&c. ἀνατρέπουσι,&c. Quomodo ſit accipiendũ hoc dictum,expoſuimus pluribus 1.Tim.4.a.1. 19 Qui nominat,&c. ὁ ὀνομάζων,&c. Id eſt qui colit,& tanquam fidelis ab illo cognominatur. Nam ſicut noſtra perſeuerãtia ac ſalus nititur prouidẽtia Dei, qua, tanquam ſub ſigillo includimur & obſignamur,ita inuocatio,id eſt cultus Dei,per Spiritum eſt veluti illius ſigilli character: vnde fit etiam vt ab eo cognomentum ſumamus,quum nos illi addictos ac deuotos eſſe fateamur. Dicit ergo verè fideles non tantũ nomine ſed re quoque eſſe Chriſtianos:quòd ſi nonnulli aliter faciant,non eſſe quòd illorum improbitate perturbemur, aut inde concludamus ſalutem noſtram firmo fundamento non niti. Nunquam enim illi fuerunt quod ſe eſſe dicebant.

20 In magna domo ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ. Occurrit obiectioni, fuiſſe tamen illos in Eccleſia. Fateor, inquit Paulus: ſed diuerſa ſunt vaſa in Eccleſia Domini. 21 Expurgarit ſeipſum ἐκκαθάρῃ ἑαυτόν. Non cauſam propoſiti,ſed executionem declarat. Tum demum enim re ipſa eligimur quum ab illa natiua corruptione per Spiritum Dei repurgamur, in qua magis ac magis alii demerguntur qui ſunt iuſto exitio deſtinati. Ideóque addit Paulus ἀπὸ τούτων ab his:quia ſanctificatio duo complectitur,nempe ſeparationem à reprobis, quibuſcũ vnà inuoluuntur electi,donec illos Deus efficaci vocatione diſcernat:& repurgationem à naturali labe. Sed iubet vt repurgemus noſipſos. Ergo aliquid in libero arbitrio poſitum eſt. Nego verò conſecutionem. niſi liberum arbitrium voces quod per Chriſtum ſit liberatum à peccati ſeruitute. Nam idcirco agimur Spiritu Dei,non quòd filii Adam, ſed quòd filii Dei ſimus gratis electi, vocati,iuſtificati, ac tandem glorificandi. Volumus denique & efficimus,ſed per eum qui gratis & in ſolidum efficit in nobis bonam & efficacem voluntatem.

22 Qui inuocant τῶν ἐπικαλουμένων. Vide 1.Cor.1.a.2. 23 Ad eruditionem ineptas ἀπαιδεύτους. Eruditionem vocat quæ alibi dicitur ædificatio. Vulg. ſine diſciplina. Eraſ. ineruditas, rectè quidem,ſed tamen neſcio quo modo non ſatis expreſſè.

Cum modeſtia corripientē eos qui reſiſtunt: nequando Deus det illis pœnitētiam ad cognoſcendā veritatem:

Et reſipiſcant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenētur, ad ipſius voluntatem. Cap. III.

1. Tim. 4. a. 1
2. petr. 1. a. 3
iudæ c. 18

HOc autem ſcito, ‖quòd in nouiſſimis diebus inſtabūt tempora periculoſa:

Et erunt homines ſeipſos amātes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parētibus nō obedientes, ingrati, ſceleſti:

Sine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate:

Proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei:

Habētes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. & hos deuita.

B Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis:

Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.

Exod. 7. b. 11

‖Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.

Sed vltrà non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit.

Tu autem aſſequutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, C fidem, lōganimitatem, dilectionem, patientiam.

Perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconii, Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui: &

25 Cum lenitate erudiētem eos″qui contrariè ſunt animo affecti: ″*experturum* ecquando det eis Deus″vt conuerſi agnoſcant veritatē:

26 Et *elapſi* ex Diaboli laqueo, à quo captiui tenentur, ″reſipiſcant ad illius *præſtandam* voluntatem. Cap. III.

Qualia futura ſint nouiſſima tempora.

1 ILlud autem ſcito, quòd in extremis diebus inſtabunt tempora moleſta.

2 Erunt enim homines ſui amantes, auari, ″glorioſi, ſuperbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impii:

3 ″Charitatis expertes, neſcii fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, minime amantes bonorum:

4 Proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quàm amantes Dei:

5 Habentes effigiem pietatis, ſed qui vim eius abnegarint. iſtos igitur auerſare.

6 ″Ex his enim ſunt iſti qui irrepunt in familias, & captiuas ducūt mulierculas, oneratas peccatis, actas cupiditatibus variis:

7 Semper diſcentes, ſed quæ nunquam ad cognitionem veritatis venire valeant.

8 Quemadmodum autem ″Iannes & Iambres reſtiterunt Moſi, ita & hi reſiſtunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem.

9 Sed non proficiēt″amplius: nam amentia iſtorum euidens erit omnibus, vt & illorum fuit.

01 Tu verò″perſpectam habes doctrinam meam, ″vitæ meæ rationem, ″propoſitum, fidem, lenitatem, charitatem, tolerantiam,

11 Perſecutiones, afflictiones quæ mihi acciderunt ″Antiochiæ, Iconii, Lyſtris: quas perſecutiones ſuſtinuerim: ſed ex omnibus

25 Qui contrariè ſunt animo affecti τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Id eſt τοὺς ἐναντία φρονοῦντας. Loquitur enim de iis quibus nondum perſpecta eſt veritas. Diſtinguendi ſunt igitur iſti ab apoſtatis, ac multo magis ab hæreticis, quos monet fugere: quum iſti contrà quærēdi ſint, vt qui potiſſimum opus habeāt medico. quanquam illi quoque ita ſunt vitandi, vt tententur omnia quibus, (ſi fieri poteſt) in viam redeant. ſed pro ratione morbi adhibēda ſunt remedia. Vulgata, qui reſiſtunt. Eraſmus, qui obſiſtunt, quaſi ſcriptum ſit ἀνθεστηκότων, quod multos fefellit interpretes. *Experturum* ecquando, &c. μή ποτε, &c. Similem eclipſin annotauimus Act. 27. c. 12, & Rom. 11. b. 14. Vt conuerſi agnoſcant veritatem μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Vulgata, & Eraſ. ad verbum, pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem. Mihi videtur (vt alibi dixi) pœnitentiæ nomen non exprimere Græcū vocabulum μετανοίας. Idcirco ſoleo reſipiſcentiam interpretari. quod tamen hoc in loco ſeruaui τοῦ ἀνανήφειν, quod mox ſequitur. Itaque conuerſionem ſum interpretatus, quòd ab Hebræis vocari ſoleat תשובה quæ à Græcis μετάνοια dicitur. 26 Reſipiſcant ad illius *præſtandam* voluntatem ἀνανήψωσιν εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Aut ego vehementer fallor, aut ex vicinis relatiuis αὐτοῦ & ἐκείνου, illud omnino ad Diabolum, iſtud verò ad Deum pertinet.

CAPVT III.

2 Glorioſi ἀλαζόνες. Vulgata, elati. Eraſmus, faſtuoſi. neuter ſatis rectè. Vide Rom. 1. d. 29.

3 Charitatis expertes Ἄστοργοι. Vulgata, ſine affectione. Eraſmus, carentes affectu. Vide Rom. 1. d. 30.

6 Ex his ἐκ τούτων. Quis tandem Apelles magis graphicè iſta hominum monſtra depinxerit, qui ſeſe hodie Monachos vocant, quum, quocunque venias, nulli frequentius occurrant?

8 Iannes & Iambres Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Vetus interpres legit Mābres. Ceterū neceſſe eſt Paulū hæc nomina accepiſſe vel ex libris qui interciderint, vel ex traditione aut cōmentariis aliquibus Hebræorum. Nam de peculiari aliqua reuelatione Spiritus quid attinet in re tantilli momenti diſputare? At nimium ſunt inepti qui prætextum hinc arripiunt vt nobis partim rancidas quaſdam traditiones, quas Patrum vocant, partim hæreticorum aut indoctorum quorundam hominum non modò ineptiſſimas ſed etiam planè impias nugas Eccleſiæ Dei obtrudant, veluti Teſtamentum duodecim Patriarcharum, Proteuangelium (quaſi ſcilicet Euangelium Marci ἀκέφαλον habeamus) Euangelium Nicodemi, Librum Paſtoris, Abdiæ acta, Apoſtolorum librum planè execrādum, Nicephori Eccleſiaſticam hiſtoriam, id eſt ineptiarū & blaſphemiarum plauſtra, & cætera id genus. Neque enim dubium eſt quin Diabolus hanc telam non ita pridem exorſus, tandem etiam abſoluat, niſi pii magiſtratus quorundam audaciæ & typographorum etiam nonnullorum αἰσχροκερδείᾳ obuiam ierint.

9 Amplius ἐπὶ τὸ πλεῖον. Vide infrà verſ. 13. 10 Perſpectam habes παρηκολούθηκας. Vulg. aſſequutus es. Eraſ. aſſectatus es. Facit autem hic locus manifeſtè contra Eraſmū, qui τὸ παρακολουθεῖν nihil aliud putauit ſignificare quàm aſſectari, vti ſolet qui indiuiduus eſt comes. Quærit igitur quid ſit aſſequi, id eſt adipiſci alterius perſecutiones & afflictiones. At ego quæro quid ſit aſſectari alicuius doctrinam & vitæ rationem. deinde quomodo dici poſſit Timotheus aſſectatus perſecutiones illas quas Paulus Antiochiæ, Iconii, Lyſtris ſuſtinuit: quum eo tempore Timotheus adhuc ignotus eſſet Paulo, & in Macedonia degeret. Neque enim dubito quin Paulus de iis agat quæ cōmemorantur Act. 13 & 14. Quòd ſiquis contrà obniti velit, certè nihil præter vanas & inanes coniecturas afferet. Itaque παρακολουθεῖν propriè quidem fateor de aſſectatore dici (vt ſuprà 4. b. 6) tranſlatitiè tamen etiam de animi intelligentia, vt pereruditè obſeruauit Budæus: vnde δυσπαρακολούθητα vocantur: quæ non facilè quiſpiam intelligentia poſſit aſſequi. Neque tamen ſemper conuenit aſſequēdi aut conſequēdi verbum, vt hoc loco Timotheus dicitur iis omnibus quæ partim præſens ſpectarat, partim iampridem geſta ex ipſius Pauli & aliorum ſermonibus audierat, παρηκολουθηκέναι. id eſt ita ea cognouiſſe vt ſingulorum rationē teneret, & omnia bene cognita ac perſpecta haberet. Ideo perſpiciendi vocabulo ſum vſus, quod & ipſum à Latinis ad animum transfertur: quaſi ſcilicet Timotheus veſtigia rerum ipſarum ſequens, omnia etiam quibus non interfuerat, animo tamen dicatur perſpexiſſe. Vitæ meæ rationem τῇ ἀγωγῇ. Hoc eſt omnino quod in vernaculo ſermone dicimus, *ma conduite, ou ma maniere de faire.* Itaque nullo modo aſſentior Veteri interpreti, nec Eraſmo, qui inſtitutionē interpretantur. Propoſitum τῇ προθέσει. Id eſt τῇ προαιρέσει. acſi dicat, tu non modò quid docuerim, quid egerim, ſed etiam quæ mea mens ac voluntas fuerit, prorſus noſti. 11 Antiochiæ ἐν Ἀντιοχείᾳ. Antiochiam Piſidiæ intelligit, Iconio & Lyſtris vicinam, vt apparet ex Act. 13 & 14, vbi iſtæ hiſtoriæ commemorantur.

eripuit me Dominus.

Perſecutiones ſequentibus Chriſtum.

Sed & omnes qui volunt piè viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. 12

Improbi autem homines & impoſtores″ proficient in peius, tũ ſeducentes *alios*, tum ſeducti *ipſi*. 13

At tu mane in iis quæ didiciſti & quæ tibi cõcredita ſunt, ſciẽs à quo didiceris: 14

Et quòd à puero Sacras literas noueris, quæ te poſſunt peritũ reddere quod ad ſalutem *attinet*, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. 15

Laus Scripturæ

Tota Scriptura Diuinitus *eſt* inſpirata, & vtilis ad doctrinã, ad redargutionem, ad correctionẽ, ad inſtitutionẽ quæ *eſt* in iuſtitia: 16

Vt perfectus ſit″ homo Dei, ad omne opus bonum perfectè inſtructus. 17

Cap. IIII.

OBteſtor igitur ego coram Deo & Domino Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos in illuſtri illo ſuo aduentu, & regno ſuo: 1

Prædica ſermonem, inſta tempeſtiuè, intempeſtiuè: argue, obiurga: exhortare cum omni lenitate & doctrina. 2

Nam erit tempus quum ſanam doctrinam non tolerabunt: ſed auribus prurientes,″ ipſi ſibi pro ſuis cupiditatibus coaceruabunt doctores: 3

Et à veritate quidẽ aures auertent,″ ad fabulas verò cõuertẽtur. 4

At tu vigila in omnibus,″ perfer: opus perage Euãgeliſtæ,″ miniſterii tui plenam fidem facito. 5

Nam ego iam ″libor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. 6

Certamen illud præclarum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. 7

Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, iuſtus ille iudex: nõ ſolùm autẽ mihi, ſed & omnibus ″qui expetierint illuſtrẽ illum ipſius aduentum. 8

Stude venire ad me citò. 9

Nã Demas me dereliquit, amplexus præſens ſeculũ, & profectus eſt Theſſalonicam: Creſcens″ in Galatiã, Titus in Dalmatiã. 10

ex omnibus eripuit me Dominus.

12 Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

13 Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. D

14 Tu verò permane in iis quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris:

15 Et quia ab infantia Sacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutẽ, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

2.Petr.1.d.20

16 ‖Omnis Scriptura Diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia,

17 Vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

Cap. IIII.

1 TEſtificor coram Deo & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius:

2 Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.

3 Erit enim tempus quum ſanam doctrinam non ſuſtinebũt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus:

4 Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

5 Tu verò vigila in omnibus, labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.

6 Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. B

7 Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.

8 In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduẽtum eius.

9 Feſtina ad me venire citò.

10 Demas enim me reliquit, diligens hoc ſeculũ, & abiit Theſſalonicã: Creſcẽs in Galatiam, Titus in Dalmatiã.

13 Proficient προκόψουσιν. Atqui non eſt hoc propriè proficere, nec progredi, ſed magis ac magis regredi. Simpliciter igitur hoc accipiendum eſt, quo ſignificatur fore vt illorum improbitas quotidie augeatur, ita tamen vt certi ſint illi limites conſtituti, quos non poſſit præterire: vt prædixit de pſeudapoſtolis qui tum Eccleſiam turbabant, eos ad metam ſuam perueniſſe: ſuprà verſ.9. Iſta igitur non pugnant. de certis enim hominibus illic agit: hìc verò in genere, de hoſtibus Eccleſiæ, qui, vſquedum aduenerit noſtra redemptio, nunquam deerunt, & quotidie euadent ſeipſis deteriores.

17 Homo Dei ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Heb. איש האלהים, id eſt homo Dei, propriè ac peculiariter dicitur Propheta & voluntatis Dei interpres. quo nomine etiam Timotheum vt miniſtrum compellauit, 1.Tim.6.c.11. Itaque hæc Sacrarum literarum dignitatis prædicatio propriè ad miniſtros pertinet, quos teſtatur plenam in illis ſapientiam inuenturos: quod & nomina illa doctrinæ, redargutionis, correctionis, & inſtitutionis manifeſtè declarant. Iam verò ſi ita eſt vt non aliunde petere debeant Paſtores quicquid pabuli præbendum eſt gregi, aut oſtendant impuri Sophiſtæ & verbi Dei caupones, gregem non oportere in ea doctrina quæ à Paſtoribus proponitur, acquieſcere: aut miſerè decipi tum Paſtores tum greges qui in verbo Domini ſcripto non acquieſcant. Agnoſcat etiam blaſphemiam ſuam bonus ille vir, quem non ita pridem ſcribere non puduit, Paulum reconditiorem aliquam doctrinam habuiſſe quam non ſcripſerit, & ſolos quoſdam perfectos docuerit. neque Verbum decidendis religionis controuerſiis ſufficere, quocunque modo explicetur, ſed ampliorem aliquã reuelationem expectandam. Diximus autem περὶ τοῦ ἀρτίου Matth.21.b.16, quem bonus ille vir compoſitum duntaxat conuertit, id eſt nimirum ad perfectam illam ſapientiam audiendam accommodatum, cuius veluti elementa complectantur quæcunque ab ipſo etiam Paulo ſcripta ſunt. O bonitatem & modeſtiam omnium execratione dignam!

IN CAPVT IIII.

3 Ipſi ſibi ἑαυτοῖς. Vulgata & Eraſ. ſibi. At ego amplius aliquid ſignificari cenſeo, iſtos ſcilicet ſciẽtes ac prudentes ſibi ſuæ perniciei ac exitii fieri inſtrumenta: vt (quemadmodum inquit ille) ne ipſa quidem ſalus illos poſſit ſeruare. Eant nunc cæci homines, & clamitent crudelem eſſe Dominum, ſi plerique mortales tandiu ſunt in errore verſati. 4 Ad fabulas πρὸς μύθους. Id eſt falſas ac inutiles doctrinas, quibus ita nunc faſcinatus eſt mundus, vt veritatis apertam lucem malit modis omnibus extinctam, quàm è tenebris emergere.

5 Perfer κακοπάθησον. Hìc τὸ πάσχειν non ſignificat affligi duntaxat, ſed quæuis perferre. Vulg. labora: non expreſſa Apoſtoli ſententia. Eraſmus, obdura in afflictionibus: ambiguè. Miniſterii tui plenam fidem facito τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Id eſt veris argumentis comproba te germanum eſſe Dei miniſtrum. Vide Luc.1.a.1. Vulgata, miniſterium tuum imple. ignorauit enim quid ſit πληροφορία. Eraſ. miniſterium tuum ad plenum probatum reddito: non ineptè. Neque enim hìc agit de πληροφορίᾳ illa quæ propria eſt filiorum Dei: quum multi etiam reprobi potuerint πληροφορεῖσθαι Timotheum eſſe verum Dei miniſtrum.

6 Libor σπένδομαι. Id eſt pro libamento offeror. Vulgata, delibor: ineptè. Eraſmus, immolor. Vide Philipp.2.c.17.

8 Qui expetierint τοῖς ἠγαπηκόσι. Τὸ ἀγαπᾶν hoc in loco reſpõdet verbo Hebræo חשק quod & pro deſiderare accipitur, vt 1.Reg.9.c.19 vel חפץ, Vulg. & Eraſ. qui diligunt. 10 In Galatiam εἰς Γαλατίαν. Epiphanius κατὰ τῶν ἀνοήτων legit εἰς Γαλλίαν in Galliam: & hanc etiam lectionem reprehendit.

Coloss.4.b.9	C ¦Lucas est mecum solus.Marcum assume,& adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium.	11	Lucas mecum est solus.Marcum assumptum adduc tecum:est enim mihi perutilis ad ministerium.	
	Tychicum autem misi Ephesum.	12	Porrò Tychicum misi Ephesum.	
	Penulam quã reliqui Troade apud Carpum,veniens affer tecũ,&libros, maximè autem membranas.	13	″Penulam quam reliqui Troade apud Carpum,affer quum venies,& libros,maximè membranas.	
	Alexander ærarius multa mala mihi ostendit:reddat illi Dominus secũdum opera eius.	14	Alexander faber ærarius″multa mala mihi exhibuit : reddat illi Dominus secundum facta ipsius.	
	Quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris.	15	Quem & tu caue: vehemẽter enim restitit sermonibus nostris.	
	In prima mea defensione nemo mihi affuit,sed omnes me dereliquerũt: non illis imputetur:	16	In prima mea defensione nemo mihi adfuit,sed″omnes me deseruerunt:ne illis imputetur:	
	D Domínus autem mihi astitít, & cõfortauit me,vt per me prædicatio impleretur, & audiant omnes Gentes,& liberatus sum de ore leonis.	17	Sed Dominus mihi adfuit, & corroborauit me : vt per me″fieret fides præconii ″quod audirent omnes Gentes, & ereptus fui ex ore″leonis.	
	Liberabit autem me Dominus ab omni opere malo,& saluum faciet in regnum suum cæleste: cui gloria in secula seculorum.Amen.	18	Et eripiet me Dominus ″ab omni facto malo, seruabítque″in regnum suum cæleste:cui gloria in secula seculorum. Amen.	
Suprà 1.d.16	Saluta Priscam &Aquilam, & ¦Onesiphori domum.	19	Saluta Priscam & Aquilam,& Onesiphori familiam.	
	Erastus remansit Corinthi:Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.	20	Erastus mansit Corinthi:Trophimum autem reliqui in Mileto ægrotantem.	
	Festina ante hyemem venire.Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia,& fratres omnes.	21	Stude venire ante hyemen. Salutat te Eubûlus & Pudens & Linus & Claudia,& fratres omnes.	
	Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo:gratia vobiscum. Amen.	22	Dominus Iesus Christus *sit* cũ spiritu tuo: gratia *eius sit* vobiscũ. Amen.	
	cripta è Roma ad Timotheum secunda,quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.	23	*Scripta est Roma secunda ad Timotheum ,″qui primus Ephesi ordinatus fuit Episcopus,quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.*	

13 Penulam φελόνην. In hoc vocabulo scribendo non conuenit librariis. Nam in nonnullis codicibus legimus φαιλόνην, in aliis etiam φελώνην. Sed & quid sit φελόνη variè tradunt. Volunt enim quidam esse non penulam,sed scriniolum: quidam verò volumen . Ego non modò existimo penulam esse,qua pro pallio vtebantur veteres , sed etiam suspicor φελόνην Romanum esse vocabulum, metathesi literarum corruptum. cuiusmodi alterum annotauimus, Marc.14.a.3.& alterum quod ex Hebræo putamus deriuatum Act. 8. f. 32, sed ex nuda tantùm coniectura. 14 Multa mala mihi exhibuit πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Heb. הראית עמך קשה id est,ostendisti populo tuo dura, Psal.60.a.5, pro, fecisti vt videret & experiretur dura. Non dissimili genere loquendi puto Latinos vti, quum dicunt , Curam , molestiam, dolorem alicui exhibere. Vulgata,multa mala mihi ostendit. Erasmus,multis malis me affecit. Quòd autẽ attinet ad verbum ἀποδῴη, quod nonnulli per futurum exposuerunt,ne sit imprecatio,id verò frustrà nonnullos torsit,vt alibi diximus: quum is manifesta suæ reprobationis signa edidisset. quanquam imitandum esset hoc exemplum non sine magna consideratione. Spectandum enim etiam est quis loquatur.

16 Omnes πάντες. Vbi tum Petrus,si Romæ erat?

17 Fieret fides præconii τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. De verbo πληροφορεῖν diximus suprà vers.5. τὸ κήρυγμα verò,id est præconium,κατ' ἐξοχὴν vocat Euangelii prædicationem. Vulgata,prædicatio impleretur:non expressa Apostoli sententia. Erasmus, præconium expleretur:nihilo certè fœlicius,nisi quòd in annotationibus rectius explicat. Quod audirent καὶ ἀκούσῃ. Ad verbum,& audirent,sub.illud.quod dicendi genus alibi exposuimus. Leonis λέοντος. Sic Neronem vocat,formula dicendi multis locis apud Dauidem præsertim vsitata.

18 In regnum suum εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Id est,vt regni sui participem faciat. Nam εἰς hoc in loco causam finalem quam vocant,declarat. Ab omni facto malo ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ. Id est,purum me conseruabit nequid admittam Apostolo indignum.

23 Qui primus,&c. πρὸς Τίτον,&c. Hoc membrum non extat in quibusdam vetustis codicibus,& sanè suppositum fuisse puto.

EPISTOLA PAVLI AD Titum. Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Τίτον ἐπιστολή.

VETVS.		NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.	
Cap.I.		Cap.I.	
Paulus Seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundũ fidẽ electorũ Dei,& agnitionẽ veritatis quæ secundũ pietatem est:	1	Paulus ″Seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi″secundum fidem ″electorum Dei,& agnitionem ″veritatis quæ pietatem respicit:	Fides. Veritas. Pietas.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Seruus δοῦλος. Id est minister. qua ratione etiam Christus ipse,quatenus fuit minister, & quidem Prophetarum caput,seruus dicitur, Esa.43.b.10,& alibi sæpe:vt Chrysostomus hac appellatione Christo attributa minimè debuerit offendi. Secundum fidem κατὰ πίστιν. vel,ad fidem electorũ Dei,scilicet prædicandã,vt κατὰ pro εἰς ponatur. Illam tamen vt simpliciorem præfero, quòd videatur Paulus in eo versari vt ostendat Apostolatus sui consensum cũ Prophetarũ & reliquorum Apostolorũ doctrina: acsi illum diceret cũ fide electorũ consentire qui fuerũt à mundi origine. Electorũ Dei ἐκλεκτῶν Θεοῦ. Id est eorũ quos Deus elegit. quasi electitios dicas. Veritatis ἀληθείας. Explicat quid fidẽ vocarit,nimirũ agnitionem veræ religionis quæ alibi solet ἀλήθεια vocari κατ' ἐξοχὴν, vt Ioh.17.c.17.Gal.3.a.1.Coloss.1.a.5. & alibi sæpe. hic tamen explicatur,vt de qua veritate agatur ambigi non possit,de ea scilicet quæ ad pietatem pertinet. Obseruari autẽ debet propria significatio τῆς ἐπιγνώσεως,id est agnitionis. Neque enim cognitione duntaxat, sed etiam agnitione veritatis constat electorum fides. quanquam hoc discrimen non sit perpetuum,quod interdum τὸ γνῶναι accipiatur ἀντὶ τοῦ ἐπιγνῶναι,vt 1.Ioh.2.a.3 & 4,& alibi aliquoties.

Spes.
Vita æterna.

"Ad ſpem vitæ æternæ"quam promiſit Deus ille mentiri neſci", 2
"ante tempora ſecularia:

Patefecit autem temporibus ſuis "ſermonem illum ſuum per 3
prædicationem quæ concredita eſt mihi ſecundum ordinationẽ
"ſeruatoris noſtri Dei:

Tito germano filio"in cõmuni fide, "gratia *ſit tibi*, "miſericordia 4
& pax à Deo patre & Domino Ieſu Chriſto,ſeruatore noſtro.

Huius rei gratia reliqui te in Creta,vt quæ reliqua ſũt"corrigas, 5
&"conſtituas oppidatim Preſbyteros,ſicut ego tibi iniunxi:

Preſbyteri quales.

Siquis eſt inculpatus,"vnius vxoris vir, liberos habens fideles, 6
non obnoxios crimini luxus,aut qui non ſint contumaces.

Oportet enim Epiſcopum inculpatum eſſe,tanquam Dei "diſ 7
penſatorem: "non ſibi pertinaciter placentem,non iracundum,
"non vinoſum,non percuſſorem, non turpiter lucri cupidum:

Sed hoſpitalem,"bonorum amantem,"cõſultum,"iuſtum,piũ, 8
temperantem:

Tenacem "fidelis illius ſermonis "qui ad doctrinam facit, vt 9
poſſit etiam exhortari per doctrinam ſanam, & contradicentes
conuincere.

Sunt enim multi contumaces,& vaniloqui,& mentium ſedu- 10
ctores,maximè ii qui ſunt"ex Circunciſione:

Quibus oportet os obthurare:qui totas domos ſubuertunt,do 11
centes quæ non oportet,turpis lucri gratia.

In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus,‖ante tempora ſecularia:

Rom.16.d.25
epheſ.3.b.9
coloſſ.1.d.26
2.tim.1.c.9
1.petr.1.d.20
Galat.1.a.1

Manifeſtauit autem tẽporibus ſuis verbum ſuum in prædicatione,‖quæ credita eſt mihi ſecundum præceptũ ſaluatoris noſtri Dei:

Tito dilecto filio ſecundum cõmunem fidem,gratia & pax à Deo Patre & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.

B

Huius rei gratia reliqui te Cretę,vt ea quæ deſunt corrigas,& conſtituas per ciuitates Preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi:

2.Tim.3.a.2

‖Siquis ſine crimine eſt,vniꝰ vxoris vir,filios habens fideles,non in accuſatione luxuriæ,aut non ſubditos.

Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe,ſicutDei diſpenſatorem:nõ ſuperbum,nõ iracundũ,non vinolentum,non percuſſorem,non turpis lucri cupidum:

Sed hoſpitalem,benignum, ſobriũ, iuſtum,ſanctum,continentem:

C

Amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt,fidelem ſermonem, vt potens ſit & exhortari in doctrina ſana,& eos qui contradicunt arguere.

Sunt enim multi etiam inobedientes,vaniloqui & ſeductores, maximè qui de Circunciſione ſunt:

Quos oportet redargui.qui vniuerſas domos ſubuertunt,docentes quæ non oportet,turpis lucri gratia.

2 Ad ſpem ἐπ᾽ ἐλπίδι. Id eſt εἰς ἐλπίδα,vt(meo quidem iudicio)rectè coniecit Vetus interpres.Finis enim hic eſt Apoſtolici muneris, ipſius denique fidei,nos adducere ad vitæ æternæ ſpem:quæ fallere nos nõ poſſit, quũ nitatur promiſſione Dei qui eſt ipſa veritas. Ideo tradit Apoſtolus 1.Corinth.13,fore vt prophetia & inſtructio aboleatur,quum ſcilicet nullus iam fidei aut ſpei locus erit,nobis re ipſa fruentibus Dei conſpectu.Eraſmus,in ſpe. Quidam,cum ſpe: quod mihi non placet. Quam promiſit ἣν ἐπηγγείλατο. Id eſt quam vltrò & gratuita liberalitate promiſit.Hæc enim vis eſt verbi ἐπαγγέλλεσθαι, vt alibi diximus: ne quis præuiſam fidem vel merita, faciat promiſſionis cauſam, cum Pelagianis aut aliis ſophiſtis. Ante tempora ſecularia πρὸ χρόνων αἰωνίων.Eraſ.ante tempora æterna.quam interpretationẽ cur reiiciam, diximus 2.Tim.1.c.9.Omnino enim coactum eſt æterna interpretari,non quæ initium non habuerint,ſed ante quæ nulla fuerint.Deinde nõ dicit Apoſtolus,à temporibus æternis,ſi ita libeat interpretari: ſed ante tempora æterna:vt mihi quidem videatur referri non poſſe verbum ἐπαγγέλλεσθαι ne ad primam quidem illam & antiquiſſimam promiſſionem quæ Adamo facta eſt Geneſ.3.c.15,nedum ad promiſſionem eandem Abrahamo renouatam. Quid igitur:nempe ante tempora ſecularia,idem declarat atque ante omnem ſeculorum ſeriem.ſiue,priuſquam hic mundus eſſet, vt Iohan.17.a.5. id eſt ab æterno. Nam quia Deo ſunt omnia præſentia,& certò omnino futurum eſt quod Deus futurum decreuit: ideo dicitur Deus ab æterno feciſſe quod ſuo demum tempore nobis patefit. Sic dicitur Deus nos elegiſſe ante iacta mundi fundamenta,Epheſ.1.a.4,id eſt eligere propoſuiſſe.Sic dicitur nobis ante tempora ſecularia vitam æternam dediſſe in Chriſto,id eſt dare propoſuiſſe,2.Timoth.1.c.9.Hoc modo plurimos ſimiles locos putarim explicandos.

3 Sermonem illum ſuum τὸν λόγον αὐτοῦ. Id eſt promiſſionem illam ſuam.Nam articulus vim habet ἀναφορικὸν.& λόγος idipſum declarat quod Deus loquutus erat,id eſt quod promiſerat,vt explicatur Luc.1.e.55. Sic enim accipitur apud Hebræos nomen אמרה pro ſponſione.& hac etiam ratione videri poſſit probabile Filium Dei à Iohanne vocari τὸν λόγον μετωνυμικῶς,vt diximus Iohan.1.a.1. Neque verò video cur iſta vel per epanalepſin explicare,vel quicquam ſupplere cogamur.Nam ſi ἐφανέρωσε cum præcedẽte verſiculo cohæreret,ſcripſiſſet proculdubio Apoſtolus ἐπηγγείλατο μὲν,promiſit quidem:& poſt ἰδίοις adſcripta eſſet diſtinctio. Seruatoris σωτῆρος. Id eſt,qui nobis vitam dedit,non autem duntaxat conſeruauit,aut periclitantem liberauit: iam enim eramus in morte.& vocabulum σωτῆρος ita expoſuit Cicero ipſe lib.4.in Verrem,faſſus ita magnum eſſe hoc nomen vt Latino vno verbo exprimi non poſſit. Vide 1.Tim.1.a.1.

4 In communi fide, κατὰ κοινὴν πίστιν Id eſt fidei reſpectu,quæ quidem & Patri & Filio communis eſt,vt hac ratione ſint fratres:ſicut miniſterii reſpectu ille genuit,hic genitus eſt in fide. Gratia *ſit tibi* χάρις. Cur iſta adiecerim,expoſuimus Rom.1.a.7. Miſericordia ἔλεος. Vide 1.Timoth.1.a.1.Origenes hoc non legit hoc in loco.

5 Corrigas, ἐπιδιορθώσῃ. Pergas corrigere.Ita conuertit ex Chryſoſtomo Eraſmus, propter additam præpoſitionem ἐπὶ, quæ ſcilicet indicat Titum in eo opere Paulo ſucceſſiſſe. Conſtituas καταστήσῃς. Vide Act.14.d.23.ex quo etiam loco intelliges cur addiderit Paulus ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην,vt ego tibi iniunxi.Vide etiam 1.Timoth.5.d.22.

6 Vnius vxoris vir, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ. Vide 1.Timoth.3.a.1,& 5.b.9.

7 Diſpenſatorem Dei: Θεοῦ οἰκονόμον. Id eſt,quem Dominus donorum ſuorum diſpenſatorem conſtituit. Non ſibi pertinaciter placentem μὴ αὐθάδη. Vel,non aſperis moribus,& difficili quadam natura,qualis fuit Cæcilius ille Pomponii Attici auunculus.Oritur autem hoc vitium ex eo quòd cuipiam cæteri præ ſeipſo diſpliceant. vt hoc vitium meritò ſit à Græcis αὐθάδεια vocatum, quam meritò dixit Plato τῆς ἐρημίας ξύνοικον,vt annotauit doctiſſimus interpres. Ab eo autem vitio alieniſſimos eſſe oportet Chriſti miniſtros,quibus cõtrà nihil eſſe debet κοινωνικώτερον. Vulg.ſuperbum.Eraſ.præfractum. Non vinoſum,μὴ πάροινον.Vulg.vinolentum.quod meritò mutauit Eraſmus. Vide 1.Tim.3.a.3. 8 Bonorum amantem, φιλάγαθον. Vulg.benignum:impropriè.Eraſ.bonarũ rerum ſtudioſum.Ego malo ad perſonas quàm ad res referre.Dixiſſet enim potius φιλόκαλον.quanquam illud ex hoc conſequitur. Cõſultum σώφρονα. id eſt circunſpectũ & ſani iudicii,& ſingulare moderationis exẽplar.Id enim ſignificari nomine σωφροσύνης ſæpe iam diximus, quanuis interdũ minus latè pateat. Vulg.& Eraſ.ſobrium:ambiguè,nec ſatis expreſſè hoc in loco.Hieronymus caſtũ,vel pudicũ:eo nomine etiam Veterem interpretem reprehendẽs quòd pro pudico prudentẽ verterit,ineptè profectò,vt rectè annotauit Eraſmus. Nam(inquit Eraſmus)tuendæ virginitatis ſtudio,quicquid poteſt ad ſuas pertrahit copias. Quaſi verò σωφροσύνην ab vxoribus nõ requiſierit Apoſtolus,1.Tim.2.d.15.quaſi denique verbũ Dei prudentem ac ſcientem torquere,nõ arguat hominis profani ingenium. Iuſtum,pium, δίκαιον,ὅσιον.Iſta non ſunt ſynonyma,ſed illud quidem ad poſteriorem tabulam Legis,hoc verò ad priorem ſpectat:quod non vidit Hieronymus.

9 Fidelis illius ſermonis τοῦ πιστοῦ λόγου. Fidelem ſeu fidum ſermonem vocat ſuo more,cui meritò credi poſſit, ſiue qui nunquam fallat.quamobrem etiam Veritatis nomine ſignificatur,Iohan.17.c.17,& alibi ſæpe. Vetus interpres & Eraſmus articulum omiſerunt,qui tamen ſua emphaſi non caret. Qui ad doctrinam facit κατὰ τὴν διδαχήν.i.qui verè ſit accommodatus ad erudiendos, ſiue(vt loqui ſolet Paulus) ædificandos auditores. nam id demum meretur doctrinæ nomen. Vulg.& Eraſ.qui ſecundum doctrinam eſt:admodum obſcurè.

10 Ex Circunciſione ἐκ περιτομῆς. Id eſt ex Iudæis,μετωνυμικῶς. quanquam non ſimpliciter puto Iudæos hoc nomine ſignificari,ſed eos qui cum Chriſto Legem coniungebant,quales fuerunt Hebionitæ & Cherinthiani.

D 12 Dixit quidam ex illis,proprius ipſorum propheta,Cretenſes ſemper mẽdaces,malæ beſtiæ,ventres pigri.

13 Teſtimonium hoc verum eſt.quam ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in fide,

2.Tim.1.a.4 14 ❘Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate.

Rom.14.d.20 15 ❘Omnia munda mundis:coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mũdum, ſed inquinatæ ſunt eorũ & mẽs & conſcientia.

16 Confitentur ſe noſſe Deum,factis autem negant:quum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

Cap.II.

1 TV autem loquere quæ decent ſanam doctrinam.

2 Senes,vt ſobrii ſint,pudici,prudentes,ſani in fide,ĩ dilectione,ĩ patiẽtia.

3 Anus ſimiliter,in habitu ſancto,nõ criminatrices,non multo vino ſeruiẽtes,bene docentes,

4 Vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament,filios ſuos diligant,

B

Epheſ.5.e.23 5 Prudentes,caſtas,domus curam habentes,benignas,❘ſubditas viris ſuis: vt non blaſphemetur verbum Dei.

6 Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrii ſint.

7 In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum,in doctrina, integritatem,grauitatem,

8 Verbum ſanum, irreprehenſibile: vt is qui ex aduerſo eſt,vereatur,nihil habens malum dicere de vobis.

C

Epheſ.6.a.5 coloſſ.3.d.22 1.pet.2.c.18 9 ❘Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes,non contradicentes:

10 Non fraudantes,ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes:vt doctrinã ſaluatoris noſtri Dei ornẽt in õnib⁹.

1.Cor.1.a.1 coloſſ.1.c.22 11 ❘Apparuit enim gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus:

12 Erudiens nos vt ab negãtes impietatẽ & ſecularia deſideria,ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo:

D

13 Expectantes beatã ſpem & aduẽtũ

12 Dixit quidam″ex ipſis,proprius ipſorum ″propheta,″Cretenſes ſemper mendaces,malæ feræ,ventres pigri. Epimenides.

13 Teſtimonium hoc eſt verum. quam ob cauſam redarguito″præciſè″vt ſani ſint in fide,

14 Non attendendo Iudaicis fabulis,& mandatis hominum auerſantium veritatem.

15 Omnia quidem pura puris : ſed pollutis &″infidelibus nihil *eſt* purum,ſed polluta eſt eorum &″mens & conſcientia.

16 Deum profitentur ſe ſcire,ſed factis negãt: quum ſint abominandi,& immorigeri,& ad omne opus bonum″reprobi.

Cap.II.

1 AT tu loquere quæ decent ſanam doctrinam.

2 Vt ſenes ſobrii ſint, graues,conſulti , ſani fide, charitate, tolerantia. Senes.

3 Anus itidem,vt in ſtatu qui ſanctimoniam deceat,non calumniatrices,non vino multo ſeruientes,quæ honeſta doceant, Anus.

4 Vt poſſint inſtruere adoleſcentulas vt maritos ſuos diligant, vt liberos ament,

5 Vt honeſtæ ſint,puræ,″domi manentes,bonæ,ſubiectæ ſuis viris:ne ſermo Dei blaſphemetur.

6 Adoleſcentes itidem adhortare vt ſint moderati:

7 Per omnia temetipſum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem,″grauitatem,

8 Sermonem ſanum,qui damnari non poſſit:vt qui ſe ex aduerſo opponit,erubeſcat,nihil habens quod de vobis dicat mali.

9 Seruos *hortare* vt ſuis dominis ſubiiciant ſeſe,″*ut* in omnibus″ſint *eis* accepti,non reſponſatores: Serui.

10 ″Nihil interuertentes,ſed omnem bonam″fidem oſtẽdentes:vt doctrinam ſeruatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

11 Illuxit enim gratia illa Dei ſalutifera omnibus hominibus, Chriſtus redemptor noſter ſecũdum promiſſiones venit.

12 Erudiens nos,vt abnegata impietate &″mundanis cupiditatibus,moderatè & iuſtè & piè viuamus in præſenti ſeculo:

13 Expectantes beatam illam ſpem″& illuſtrem illum aduentum

12 Ex ipſis ἐξ αὐτῶν.Ex ipſis,inquit,Cretenſes alloquens vel Iudæos,vel certè Iudæorum placitis addictos. Propheta προφήτης.Cur Epimenidẽ vocet non philoſophũ ſed Prophetam Cretenſiũ,liquere poteſt ex iſtis quæ de eo ſcribit Laertius,λέγουσι δέ τινες ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν ὡς θεῷ, φασὶ γὰρ καὶ γνωστικώτατον γεγονέναι.Ferunt,inquit,Cretenſes ipſi tanquam Deo ſacrificare,vt qui affirment eum ſingulari quadam vires futuras intelligendi præditũ fuiſſe.Subiicit deinde aliquot ipſius oracula idem Laertius.& ab Athenienſibus etiã perhonorificè accerſitum dicit,luſtrãdæ vrbis cauſa:vnde prodierunt aræ illæ Dei ignoti,quarum vnius fit mentio Act.17.c.23.Et Cicero quoque lib.de Diuinatione primo,Cretenſem Epimenidem numerat inter eos qui per furorem ſunt vaticinati. Alioquin etiam communi nomine notũ eſt poetas dici Vates. Cretenſes,&c.Κρῆτες,&c. Hoc potius ad Epimenidem Cretenſem quàm ad Callimachum eſſe referendum apparet ex iis quæ diximus.Non diſſimilis prorſus verſiculus legitur apud Heſiodum in Theogonia,tranſlata ſcilicet ad paſtores ſententia,qui iampridem & ipſi propter otium malè audiunt, Ποιμένες ἄγραυλοι,κάκ' ἐλέγχεα,γαστέρες οἶον,vt potuerit Callimachus quoque ad verſiculum Epimenidis alludere in ſimili argumento.Illud autem κακὰ θηρία omnino interpretari licet in vernaculo noſtro ſermone ad verbum *mauuaiſes beſtes.*

13 Præciſè ἀποτόμως. Id eſt durè ac ſine vllis ambagibus. Itaque Vetus interpres rectè conuertit durè:& Eraſmus,ſeueriter,ſed expreſſa duntaxat ſententia,non autem ipſo vocabulo. Vt ſani ſint ἵνα ὑγιαίνωσιν. ὑγιὲς,id eſt ſanum,Græcis dicitur quicquid meritò probandum eſt,& quale eſſe debet,id eſt integrum & ſine vitio. 15 Mens & conſcientia νοῦς καὶ συνείδησις. Mentis nomine declarat intelligentiam θεωρητικὴν,in qua collocatur συντήρησις,eam ſcilicet quæ propoſitiones ſuppeditat. συνείδησις verò, id eſt conſcientia,collocatur in intelligentia πρακτικῇ,& aſſumptiones promit.Quòd ſi vtraque illa facultas eſt deprauata,quæ tandem erit concluſio τοῦ κριτηρίου?

16 Reprobi. ἀδόκιμοι. Vide 1.Cor.9.d.27.

IN CAPVT II.

5 Domi manentes οἰκουρούς. Id eſt,quæ huc & illuc non oberrent.quod reprehendit 1.Tim.5.b.13. Huc pertinet quod de Phidia memoratur,ipſum ſcilicet Elienſibus Venerem feciſſe quæ teſtudinem pedibus calcaret, ſymbolum ſcilicet οἰκουρίας & ſilentii . Non rectè igitur conuertit Vetus interpres,domus curam habentes:quanuis hoc ex illo conſequatur.Eraſmus,domus cuſtodes.

7 Grauitatem σεμνότητα, Grauitatem inquit,non quæ homines arceat à miniſtri aditu,ſed quæ ad omnem reuerentiam honeſtam cõponat adeuntes.Quod autẽ in veteribus Græcis codicibus additur ἀφθαρσίαν,mihi videtur redundare,&ex margine irrepſiſſe,quũ illic eſſet annotatum,pro ἀδιαφθορίαν. 9 Vt in omnibus ἐν πᾶσι. Hoc nonnulli ad prius membrum,nõnulli ad poſterius referũt.Ego ad poſterius malo.Sed vtrouis modo hæc diſtinguas,particulã vniuerſalem ita nos oportet circunſcribere,vt ea ſemper excipiantur quæ ſine Dei offenſione præſtari à ſeruis nõ poſſint. Sint *eis* accepti, εὐαρέστους εἶναι.i.ita ſe gerant vt dominis placeant illorũ obſequia. Vulg.placentes. Eraſ.illis placeant,ſententia rectè expreſſa.Hieronymus autẽ ἀρέστους interpretatur eos qui ſibi non diſpliceant, & ſuam fortunam,qualiſcunque eſt,boni conſulant.quam interpretationem Eraſmus meritò coactam ac violentam indicauit.Ambroſius legit ἀρίστους optimos,ſed corruptè. 10 Nihil interuertentes, Μὴ νοσφιζομένους. Vulg.Non fraudantes.Eraſ.Non ſuffurantes.Vide Act.5.a.2. Fidem πίστιν. Fides hoc in loco pro fidelitate ponitur.Itaque Fidem omnem oſtendere ſignificat fideliter & abſque vlla fraude res domini ſui tractare.

12 Mũdanas cupiditates τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας.i.cupiditates omnes carnis,vt alibi loquitur,quæq; ad præſentis vitæ ac mũdi iſtius rationes referũtur. 13 Et illuſtrẽ illũ aduẽtũ καὶ ἐπιφάνειαν.Sic placuit cõuertere nomẽ ἐπιφανείας,quod vſurpauit Paulus de induſtria,vt eius

poſterioris aduentus iubar illud maximè illuſtre oculis noſtris repræſentaret. Dicuntur enim ἐπιφαίνεσθαι quæ repentè conſpecta oculos omnium in ſe conuertunt: quòd cum ſplendore quodam emicent. Vetus igitur interpres hoc non expreſſit quum paſſim converteret aduentum, id eſt παρουσίαν, quē quum aliis aliquot locis ſequutus ſit Eraſmus, mirari poſſet quiſpiam cur hoc in loco maluerit (abſurdè profectò) interpretari illuſtrationē, quū præſertim quæ ſit vis τῆς ἐπιφανείας optimè in ſuis annotationibus expoſuerit. Sed hoc quid rei ſit, mox dicā.

″gloriæ magni illius Dei ac ſeruatoris noſtri, *nempe* Ieſu Chriſti,

14 Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret ſibiipſi populum″peculiarem, ſtudioſum bonorum operum.

15 Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni″imperio. nemo te″deſpiciat.

Cap. III.

1 SVggere ipſis vt Principatibus ac Poteſtatibus ſubiecti ſint, vt obtemperent, vt ad omne opus bonum ſint parati:

2 Ne de quoquā maledicant, ne ſint pugnaces, ſed moderati, omnem exhibentes lenitatem erga omnes homines.

3 Nam eramus quondam & nos amentes, immorigeri, errātes, ſeruientes cupiditatibus ac voluptatibus variis, in malitia & inuidia degentes, odioſi, alii alios odio proſequentes.

Peccatores ſaluati per miſericordiā Dei, non ex operibus.

4 Sed poſtquam bonitas & erga homines amor apparuit ſeruatoris noſtri Dei:

5 Non ex″operibus iuſtis quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia ſeruauit nos″per lauacrū regenerationis″& renouationem

gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,

14 Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi, populum acceptabilē, ſectatorem bonorum operum.

15 Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. nemo te contemnat.

Cap. III.

1 ‖ADmone illos Principibus & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dícto obedire, ad omne opus bonū paratos eſſe: Rom.13.a.1

2 Neminem blaſphemare, nō litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendētes māſuetudinē ad ōnes homines.

3 ‖Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agētes, odibiles, odientes inuicem. 1.Cor.6.b.11

4 Quum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei:

5 ‖Nō ex operibus iuſtitiæ quæ fecimꝰ nos, ſed ſecundum ſuā miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regene 2.Tim.1.c.9

Gloriæ magni illius Dei ac ſeruatoris noſtri, *nempe* Ieſu Chriſti, τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nobis quidem non deſunt plurima apertiſſima Deitatis Chriſti (ſic enim loqui nos cogunt impuri & ingrati homines qui ex Deo Chriſto, Diuinum hominem faciunt) teſtimonia. ſed quæcunque ſe nobis offerunt eiuſmodi, vt ſine manifeſta calumnia non poſſint aliò torqueri, cur, obſecro, non vtriſque manibus, imò manibus ac pedibus, imò viui ac mortui totis viribus non potius retineamus, quàm vel tantillum hæreticis concedamus? Itaque Eraſmum ſanè nolim in eo imitari, quòd nobiliſſimos quoſuis locos ad eam rem pertinentes, non modò nobis ſciens ac prudens ſinat è manibus elabi, ſed etiam totis viribus extorquere conetur. Neque verò reformido ne quis æquus iudex vllū hîc in me cādorem requirat, quaſi cum mortuis velim luctari. Dico quod res eſt, nec diſſimulari debet in quoquam, quod ipſum noſtræ religionis caput petit. Iure autem an iniuria hoc dicam, iudicent qui ea legerint quæ in ſuperioribus epiſtolis paſſim in hoc argumento ſunt à me aduerſus illius opinionem explicata. illis verò hæc etiam adiungere licebit. Non affero eorum interpretum & Græcorum & Latinorum authoritatem qui ſummo cōſenſu hunc locum aduerſus Arianos, tanquam apertiſſimum citarunt: (quibus ipſe vnicum Ambroſium opponit, cuius tamen commentariis multa paſſim adulterina & barbara infarta eſſe cum alibi conqueratur, hîc ſanè manifeſtè ex ſtilo ipſo ita eſſe factū apparet) ſed veritatē ipſam affero. Primùm ſcilicet, nomen ἐπιφανείας nuſquā tribui in Nouo teſtamento niſi Filio, imò ne παρουσίας quidem. Deinde, poſtulare Græci ſermonis conſtructionem, vt ad vnum idémque ſubiectum, id eſt ad vnum Ieſum Chriſtum, referatur vtrunque prædicatum. Quod igitur ad prius attinet, videamus quomodo Eraſmus reſpondeat. Non hîc, inquit, ſimpliciter nominatur aduentus Patris, ſed aduentus gloriæ, quam interim expectamus in humilitate conſtituti. Tunc apparebit maieſtas noſtra, quum aperietur gloria magni Dei Patris & ſeruatoris noſtri Ieſu. Quæſo verò lector, attentius mecum hanc rationem expende. Quia adiungitur nomen gloriæ, idcirco ἐπιφάνεια non ſignificabit quod reliquis omnibus locis, id eſt ſplendentem illam & coruſcā Domini apparitionem, ſed φωτισμὸν.i. illuſtrationem? idque non Dei ipſius reſpectu, cuius gloriæ in ſeſe nihil detrahi nec accedere poteſt, ſed noſtri habita ratione, qui ſcilicet tum illuſtrabimur, quum gloria illa Dei aperietur: vt quodammodo etiam tum in nobis Dei gloria illuſtretur. Imò verò quis tam eſt cæcus & hebes vt iſta non videat manifeſtè eſſe detorta? quis inquam non videt ἐπιφανείας ſignificationem ex aliis locis potius petendam? quis iſta non intelligit cohærere, & auguſtam aduentus Dei maieſtatem his titulis declarari, qui non ad nos ſed ad Deum ipſum referantur? Et tamē hæc cauſa fuit cur ἐπιφάνειαν hoc loco conuerterit illuſtrationem: ſententia Apoſtoli minimè certè expreſſa. Quod autem ad alterum attinet, quū ſcriptum ſit ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, non autem τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος, dico non magis probabiliter iſta poſſe ad duas diſtinctas perſonas referri, quàm illam locutionem, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nam id certè poſtulat Græci ſermonis vſus, quum vnus tantùm ſit articulus, duobus iſtis nempe Θεοῦ καὶ σωτῆρος Θεὸς, καὶ πατὴρ communis: quum præſertim, vt antè dixi, nunquam ἐπιφάνεια aut παρουσία niſi vni Filio tribuatur. Itaque ſic concludo Chriſtum Ieſum hîc apertè Magnum Deum dici, qui & beata illa ſpes noſtra metonymicè vocatur. Illi igitur vt verè magno & æterno Deo ſit gloria & laus omnis in ſecula ſeculorum.

14 Peculiarem περιούσιον Heb. סגלה quaſi chariſſimas & pretioſiſſimas opes, quas vulgò dicimus *le cabinet.* περιουσίας enim vocant Græci quod quum ſuperſit, reconditur vt Geta ille Terētianus peculium ſuum definit, quod vnciatim vix de demenſo ſuo ſuū defraudās geniū cōparſit miſer. Eiuſmodi verò facultates maximè omnium proprias nobis putamus, & chariſſimas: adeò vt vix extremis neceſſitatibus quicquam ex illis de ſumatur. Gallicè poſſis vocare *l'eſpargne.* Hoc autem vocabulum finxerunt Græci interpretes, vt etiam ἐπιούσιον. de quo diximus Matth. 6.b.11. quod poſtea vſurpare non dubitarunt diſertiſſimi etiam theologi, vt Chryſoſtomus, & Nazianzenus.

15 Imperio ἐπιταγῆς. Id eſt cum authoritate ſumma, tanquam Dei legatus ſcilicet, neque tuo ſed illius nomine agens omnia. Itaque adiecit, Nemo te deſpiciat: quibus verbis grex potius videtur à Paulo quàm paſtor ipſe officii admoneri. Eraſ. cum omni præcipiendi ſtudio: non expreſſa Pauli ſententia. Deſpiciat περιφρονείτω. Hoc Græcum verbum Latino illi prorſus reſpondet. itaque τὸ περιφρονεῖν nihil aliud hîc declarat quàm τὸ καταφρονεῖν, quo modo Græcus ſcholiaſtes rectè expoſuit. neque in hoc verbo duntaxat, ſed & in aliis περὶ ita accipitur. vt in περιυβρίζω, περιελαύνω, & aliis aliquot. Interdum tamen τὸ περιφρονεῖν ſignificat circunſpicere, & in aliquo contemplando occupatū eſſe: vt in illo Ariſtophanis verſiculo ex Nebulis, Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, Id eſt per aerem gradior, & circunſpicio ſolem, ſiue, in contemplando ſole occupor. At Hieronymus hunc eundem Ariſtophanis locum citans, longè aliter explicat, nempe, Scando per aerem, & pluris me noui eſſe quàm ſolem. At iſta certè Hieronymi non ſunt. nam etſi illic pro deſpicere accipias τὸ περιφρονεῖν, tamen deſpicere non aliud declarabit quàm ex ſuperiore loco aſpicere. quanquam hæc quoque declaratio valde eſt violenta.

IN CAPVT V.

5 Operibus iuſtis ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. Ad verbum, ex operibus quæ [fiunt] in iuſtitia, id eſt iuſtè, ex Hebræorū idiotiſmo quem ſæpiſſime iam annotauimus. Quòd autē nōnulli de operibus Legis Moſis, id eſt cæremoniis duntaxat hoc accipiunt, copioſè refutauimus nō vno loco. Certè non valeret antitheſis miſericordiæ, niſi omnia opera ſemel excluderentur, vti fatebitur quiſquis non erit nimiū contentioſus. Sed hoc intelligitur, inquiunt, de operibus fidē præcedentibus. Ergo primùm omnium excludantur opera præparatoria. Deinde explicetur quid ſit ſeruare, an ſcilicet hoc nihil aliud ſit quàm merendi facultatem tribuere. hoc verò qui dicit, nónne aperte verbum Dei detorquet?

Per lauacrum διὰ λουτροῦ. Vel argumētatur à Baptiſmi ſacramento, vt alibi ſolet, ſicut expoſuimus Gal. 3.d.27, & Col. 2.b.12, re ſcilicet cū ſigno cōiuncta: aut ſimpliciter de noſtri per Spiritū ſanctum cū Chriſto cōiunctione & iſtius effectis loquitur. Nam & alibi de hac eadem re loquens, aquā cum Spiritu cōiungit, neque baptiſmi tamen meminit, ſed Spiritum ſanctū ab ipſius in nobis effectu, aquam vocat, nēpe Iohā. 3.a.1. ſicut & alibi contrà comparatur igni, Matth. 3.c.11. Et renouationem καὶ ἀνακαινώσεως. Vel, & renouationis. Sed illud malo, vt plenior ſit epexegeſis. Sic enim Spiritus ſanctus explicabit lauacri nomen, renouatio verò regenerationem declarabit.

rationis & renouationis Spirit⁹ ſãcti,

6 Quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum:

7 Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.

C

8 Fidelis ſermo eſt, & de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo. hæc ſũt bona & vtilia hominibus.

1. Tim.1.b.4. & 4.b.7 2.tim.2.d.23

9 ¶Stultas autem quæſtiones, & genealogias & contentiones, & pugnas legis deuita: ſunt enim inutiles & vanę.

10 Hæreticum hominem, poſt vnã & ſecundam correptionem deuita:

11 Sciẽs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, quum ſit proprio

D iudicio condemnatus.

12 Quum miſero ad te Arteman aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolin: ibi enim ſtatui hyemare.

13 Zenam legiſperitum & Apollo ſolicitè præmitte, vt nihil illis deſit.

14 Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.

15 Salutãt te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

ʹSpiritus ſancti,

6 Quem effudit in nos copioſè per Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum:

7 ʺVt iuſtificati ipſius gratia, hæredes efficeremur ſecundum ſpẽ vitæ æternæ.

8 Fidus *eſt* hic ſermo, & de his volo te aſſeuerare, vt ſtudeant ʹbona opera tueri qui crediderunt Deo. hæc illa ſunt quæ *ſunt* honeſta & vtilia hominibus.

9 Stultas autem quæſtiones & ʹgenealogias & contentiones ac pugnas legales ʹcohibe: ſunt enim inutiles & vanæ. Stultæ quæſtiones.

10 ʹHæreticũ hominẽ, poſt vnam & alterã admonitionem ʺreiice: Hæreticus

11 Sciens quòd euerſus ſit qui eiuſmodi eſt, & peccet, vt qui ſuopte iudicio ſit condemnatus.

12 Quum miſero Arteman ad te aut Tychicum, ſtude venire ad me Nicopolim: nam illic decreui hybernare.

13 Zenã legiſperitũ & Apollo ſedulò deducito, nequid illis deſit.

14 Diſcant autem & noſtri bona opera tueri ad neceſſarios vſus, vt non ſint infrugiferi.

15 Salutãt te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui diligũt nos in fide. Gratia *Dei ſit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Titum, qui primus Cretenſium Eccleſiæ ordinatus fuit epiſcopus, ſcripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Spiritus ſancti πνεύματος ἁγίου. Id eſt, quam præſtat & efficit vis Spiritus ſancti. Quid ſit autem renaſci & regenerari, alibi dictum eſt. 7 Vt iuſtificati, &c. ἵνα δικαιωθέντες. Iuſtificationis nomen largè accipio, ita vt cõplectatur quicquid à Chriſto conſequimur tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis ſanctificãdis efficaciam, vt ſimus ἄρτιοι, id eſt perfecti & integri in eo. Sic quoque accipitur Iuſtificandi verbum Rom. 8.f.30. 8 Bona opera tueri καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Id eſt bonis operibus ſedulò vacare. Sic Latinè quoque dicitur aliquis officium ac munus ſuũ tueri, pro quo vulgò dicimus, *maintenir, ou entretenir*. nec poſſum dubitare quin vera hæc ſit huius loci explicatio. Vulg. bonis operibus præeſſe. Eraſ. vt bonis operibus præſint. quod nõ intelligo. nã ſi Bonis operibus accipiunt pro Per bona opera, dicendum erat καλοῖς ἔργοις. præeſſe verò bonis operibus, ſicut dicitur aliquis præeſſe annonæ aut militiæ, ſanè durum fuerit, vt mihi videtur. Sin verò pro extollere accipias, vel anteponere, ſeu primas partes dare, ſcribendum erat καλὰ ἔργα. 9 Genealogias γενεαλογίας. Vide 1. Timoth.1.a.4. Cohibe περιΐστασο. Vide 2. Timoth.2.c.16. 10 Hæreticum αἱρετικὸν Vide Act.5.c.17. Reiice. παραιτοῦ. Non dicit, occide, inquiunt nonnulli: quaſi verò hîc præſcribat officiũ magiſtratui. Noluit diuidere Chriſtus hæreditatem: nullus ſit igitur familiæ herciſcundæ iudex. Non condemnauit adulteram: ergo nulla de adulteriis quæſtio habeatur. Denique nõ eſt miniſtrorum ſupplicio afficere fures, homicidas, blaſphemos, cynædos, inceſtuoſos, ſed duntaxat nõ reſipiſcentes, ex legitimo Eccleſiæ iudicio, Satanæ tradere: an illi propterea impunè abibunt? Sed hoc age Bellio & Academicis liceat afferre. Cauſam enim ſuam agunt iſti boni viri. Quidam, cui dicitur hæreticus quicunque pertinax eſt, αἱρετικὸν pertinacem conuertit.

EPISTOLA PAVLI AD Philemonem. Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολή.

VETVS.

Cap. I.

1 Paulus Vinctus Chriſti Ieſu, & Timothe⁹ frater, Philemoni dilecto & adiutori noſtro,

2 Et Appiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo commilitoni noſtro, & Eccleſiæ quæ in domo tua eſt:

1.Theſſ.1.a.2 2.theſſ.1.a.3

3 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

4 ¶Gratias ago Deo meo, ſemper memoriã tui faciẽs in orationib⁹ meis:

5 Audiẽs charitatem tuã & fidẽ quã habes in Dño Ieſu & in õnes Sãctos:

6 Vt communicatio fidei tuæ euidẽs fiat in agnitione omnis boni in vobis in Chriſto Ieſu.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO. Cap. I.

1 Paulus Vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & collegæ noſtro,

2 Et Apphiæ dilectæ, & Archippo commilitoni noſtro, & quæ domi tuæ eſt, Eccleſiæ:

3 Gratia *ſit* vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Dño Ieſu Chriſto.

4 Gratias ago Deo meo, ſẽper mẽtionẽ tui faciẽs in precibus meis,

5 Quum audiam tuã charitatem ac fidem quam habes erga Dominum Ieſum & erga omnes Sanctos: Charitas. Fides.

6 ʺVt cõmunicatio fidei tuæ efficax fiat, ʺvt agnoſcatur quicquid boni eſt in vobis per Chriſtum Ieſum.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

6 Vt communicatio, &c. Ὅπως ἡ κοινωνία, &c. Hoc cohæret cum verſiculo quarto. Communicationem autem fidei vocat officia benignitatis in ſanctos, promanantia ex fide efficaci. Vt agnoſcatur, &c. ἐν ἐπιγνώσει. Id eſt εἰς ἐπίγνωσιν, ad agnitionem. Senſus eſt, vt hac ratione omnes experiantur quàm diuites ſitis in Chriſto, nempe fide, ſpe, charitate & omni beneficentia. Nam virtus Spiritus habitantis in nobis hac ratione ſe prodit.

'Gaudium enim habemus multum, & conſolationem in dilectione tua,"quòd viſcera ſāctorum refocillata ſunt per te,frater. 7

Quapropter quanuis multam in Chriſto libertatem imperandi habeam tibi id quod officii tui eſt: 8

Tamen propter charitatem potius"precor,quum talis ſim,nēpe Paulus ſenex, nunc autem etiam vinctus Ieſu Chriſti. 9

Oneſimus doct' a Paulo Chriſtū

Precor autem pro filio meo quem genui in vinculis meis, 10
Oneſimo:

Quondam tibi inutili,nunc verò tibi & mihi perutili. 11

Quem remiſi:tu autem eum,"id eſt viſcera mea,ſuſcipe. 12

Quem ego cupiebam apud me retinere, vt pro te miniſtraret 13
mihi in vinculis Euangelii:

Sed abſque tua ſententia nihil volui facere:"ne velut ex neceſſitate ſit"beneficium tuum,ſed ſpontaneum. 14

Nam"mirum ni"ſeceſſit"ad tēpus,vt perpetuum eū reciperes: 15

Non iam vt ſeruum,ſed"præſtantiori conditione quàm ſeruū, 16
nempe fratrem dilectum,maxime mihi,quanto autem magis tibi
"& in carne & in Domino?

Itaque"ſi putas noſtra eſſe communia,accipe eum tanquā me. 17

Quòd ſiquid læſit te,aut debet,hoc mihi imputato. 18

Ego Paulus ſcripſi mea manu,ego dependam: vt ne dicam tibi quòd etiam teipſum mihi inſuper debes. 19

"Etiam,frater,hunc ego fructū abs te conſequar,refocilla"mea viſcera"in Domino. 20

Scripſi tibi,confiſus fore vt auſcultes, vt qui norim quòd etiā amplius quàm dico,facturus ſis. 21

Simul autē etiam para mihi hoſpitium : ſpero enim quòd per preces veſtras donabor vobis. 22

Salutant te, Epaphras meus in captiuitate"propter Chriſtum 23
Ieſum ſocius,

Marcus,Ariſtarchus,Demas,Lucas,adiutores mei. 24

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cū ſpiritu veſtro.Amen. 25

Ad Philemonem miſſa fuit Roma per Oneſimum ſeruum.

Gaudium enim magnum habui & conſolationem in charitate tua,quia viſcera ſanctoru m requieuerunt per te,frater. B

Propter quod multam fiduciā habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

Propter charitatem magis obſecro,quū ſis talis vt Paulus ſenex,nūc autem & vinctus Ieſu Chriſti.

Obſecro te pro meo filio quem genui in vinculis,‖Oneſimo: Coloſſ.4.b.9

Qui tibi aliquādo inutilis fuit, nūc autem & mihi & tibi vtilis. C

Quem remiſi:tu autem illum,id eſt mea viſcera,ſuſcipe.

Quem ego volueram mecum detinere,vt pro te mihi miniſtraret ī vinculis Euangelii:

Sine conſilio autem tuo nihil volui facere : vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet,ſed voluntarium.

Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam à te,vt æternum illum reciperes:

Iam non vt ſeruū,ſed pro ſeruo chariſſimum fratrē, maximè mihi,quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?

Si ergo habes me ſocium,ſuſcipe illum ſicut me.

Si autem aliquid nocuit tibi aut debet,hoc mihi imputa. D

Ego Paulus ſcripſi mea manu,ego reddam:vt non dicam tibi quòd & teipſum mihi debes.

Ita,frater,ego te fruar in Domino: refice viſcera mea in Domino.

Confidens in obedientia tua,ſcripſi tibi,ſciens quoniam & ſuper id quod dico,facies.

Simul autem & para mihi hoſpitium: nā ſpero per orationes veſtras donari me vobis.

Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu,

Marcus,Ariſtarchus, Demas & Lucas,adiutores mei.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro.Amen.

---

7 Gaudium χάριν. id eſt χαρὰν,quo modo etiam Græci interpretes explicant,non tantū hoc in loco,ſed etiam 2.Cor.1.c.15. Quòd viſcera ſanctorū ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων. Id eſt,quòd ita officioſè & promptè refocillaris ſanctos,vt incredibili quadam voluptate ſint intus perfuſi.Nam viſcerum nomine ſimul & intimas neceſſitates & conſolationem ad ipſa vſque animi penetralia deſcendētem declarat, quaſi cor ipſum ſit refectum ac recreatum. 9 Precor παρακαλῶ. opponitur ἀγάπη τῇ παρρησίᾳ, id eſt blandus quidam amor,liberæ authoritati,& τὸ παρακαλεῖν τῷ ἐπιτάττειν,id eſt imperare & precari.

12 Id eſt viſcera mea τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα. Id eſt,vt filium meum,quem ego genui. Vidētur enim filii quodammodo pars eſſe viſcerum matris. Nam τῶν σπλάγχνων appellatio(quæ Hebræi רחמים vocāt)propriè de matre dicitur.quod in ſe transfert Paulus, vt tenerrimū affectum ſuum exprimat. 14 Ne velut,&c. ἵνα μὴ ὡς. Id eſt,vt non coactus,ſed ſponte hanc ſerui tui operam nobis commodaris. Beneficium tuum τὸ ἀγαθόν σου Id eſt ἡ εὐεργεσία σου. Heb.טובך. Vulgata & Eraſmus ad verbum,bonum tuum.

15 Mirum ni τάχα. Sic affirmat hoc Paulus,vt tamen omnem Philemoni occaſionem præcidat exiſtimandi ingenium illius non eſſe ſatis ipſi perſpectum,minimè id quidem quaſi Paulus ambigeret de Oneſimi reſipiſcentia,ſed Philemonis ipſius cauſa:cui blanda quadam ratione perſuaſum cupit ſuum de illo iudicium.Id autem eſt,opinor,quod Latini particulis illis exprimunt, ita ſcilicet vt maximè affirmēt quod tamen videantur in incerto relinquere.Vulgata & Eraſmus,forſitan. Seceſſit ἐχωρίσθη. Vide vt fugæ nomen emolliat,vt ſi Gallicè dicas,*il ſ'eſt retiré.* Ad tempus πρὸς ὥραν. Id eſt πρὸς καιρὸν,ad temporis momentum.Vide Matth.9.c.22.

16 Præſtantiori conditione quàm ſeruum ὑπὲρ δοῦλον. Vulgata,pro ſeruo:non expreſſa vllo modo ſententia,vt potius legiſſe videatur ὑπὲρ δούλου,pro ἀντὶ δούλου.Eraſmus,ſupra ſeruum:nimis obſcurè, ideo quæſiui periphraſin. Et in carne & in Domino? καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ; Id eſt,& quia mancipium tuum eſt,cæterorum ſeruorum more, ſiue, vt homines hominibus ſeruiunt: & quia Domini ſeruus eſt, vt illum & tuo & Domini nomine tibi charum eſſe oporteat.

17 Si putas noſtra eſſe communia εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν. Vulgata,ſi me habes ſocium.Eraſmus,ſi me habes conſortem.quod quia mihi viſum eſt obſcuriſſimè dictum,putaui ſtudendum perſpicuitati.

20 Etiam,frater,hunc ego fructum abs te conſequar ναὶ ἀδελφέ,ἐγώ σου ὀναίμην. Ὀναίμην eſt in optandi modo poſitum:ideo ſenſus eſt, Certè frater,ſine vt abs te hoc beneficium impetrem. Vulgata,Ita,frater,ego te fruar.Eraſmus,Etiam,frater,ego te fruar,admodum obſcurè. Mea viſcera τὰ σπλάγχνα μου. Hoc perinde eſt acſi diceret, refice me & recrea hoc beneficio,quo nihil erit mihi iucundius. In Domino ἐν Κυρίῳ. Ita ſignificat ſe non æquum modò ac iuſtum petere, ſed quod etiam ipſi Deo gratum ſit futurum . Quinetiam videtur hoc aliquam habere obteſtationis ſpeciem.

23 Propter Chriſtum Ieſum ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Sic accipitur ב apud Hebræos interdum,vt alibi ſæpe annotauimus. Vulgata,& Eraſmus, in Chriſto Ieſu.

EPISTOLA PAVLI AD Hebræos.

Παύλου Ἀποστόλου ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολή.

Epiſtola Pauli ἐπιστολὴ Παύλου. Ita ſcriptũ inuenimus in omnibus noſtris codicibus, vno tantùm excepto, in quo duntaxat ſcriptum erat πρὸς Ἑβραίους,ad Hebræos.Hoc quidem cõſtat nunquã ſatis cõueniſſe à quo ſcripta eſſet:quanuis Græci theologi certatim Paulo vendicent, à quo ſcilicet ſcripta quidem fuerit,ſed Hebraicè,id eſt lingua tum in Iudæa familiari: quã deinde Lucas in Græcum ſermonem cõuerterit. Certè mira eſt ſtyli diſſimilitudo,& aliæ probabiles cõiecturæ non deſunt ex quibus nec Pauli eſſe,nec Hebraicè vnquã fuiſſe ſcriptã appareat:quas ſuo loco attingemus. Verùm quid attinet de ſcriptoris nomine cõtendere quod ſcriptor ipſe celatum voluit? Sufficiat hoc noſſe, verè eſſe dictatã à Spiritu ſancto,quæ luculentiſſimã ac planè Apoſtolicã Veteris fœderis cum Nouo collationem atque adeò Noui fœderis veluti ſingularem quandam promulgationem ac ſanctionem complectatur. Ad Hebræos πρὸς Ἑβραίους. Id eſt ad Eccleſias Iudææ,ac præſertim ad Hieroſolymitanã.Nam Iudæorũ nomen omnes eius gentis homines in genere tũdeſignabat. Itaque ſpeciali appellatione prouinciales,id eſt qui per orbem terrarum,ac præſertim in Occidente & Aſiæ minoris regionibus erant diſperſi, ab iis diſtinguebantur qui aliquas ſedes obtinebant.Illi ἑλληνισταὶ,iſti antiqua gentis appellatione Hebræi dicebantur,vt apparet ex Act.6.a.1. ex quo tamen loco ſatis liquet Palæſtinæ Eccleſias ex duobus iſtis Iudæorum generibus fuiſſe coactas . neque tamen mirum eſt tum à ſitu, tum à maiore multitudine,vtroſque communi Hebræorum nomine ſignificari.

VETVS.

Cap.I.

1 Multifariã multiſque modis olim Deus loquens Patribꝰ in Prophetis,

2 Nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio, quem cõſtituit hęredẽ vniuerſorũ: per quem fecit & ſecula.

3 Qui quum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius: portanſque omnia verbo

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Deus ″Multis vicibus multíſque modis olim ′loquutꝰ Patribus″per Prophetas,

2 ′Vltimis″diebus hiſce loquutus eſt nobis″per Filiũ, quẽ″cõſtituit″hæredem″omnium , ″per quẽ etiam″mũdũ cõdidit.

3 Qui″quum ſit ſplendor gloriæ,″& character′perſonæ illius,″ſuſtineátque omnia verbo illo ſuo potente,

Per prophetas locutus Deus Iudæis ,nunc per Chriſtum.

Coloſſ.1.b.15
ſapien.7.d.26

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 ′Multis vicibus multiſque modis olim πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι Vel,multipliciter quondam ac diuerſè.Senſus eſt, Eundem ſemper Deum ac ſibi conſtantem fuiſſe,eandem ſemper doctrinam gratuitæ in Meſſia recõciliationis: Deum verò non ſemel olim omnia,ſed particulatim,deinde etiam diuerſis modis ſuam illam perpetuam voluntatem declaraſſe perProphetas,quo propius dies imminebat,eo etiã clarius de Luce vaticinantes: nunc verò poſtremum per ipſum Filium nobis omnem veritatem pleniſſimè pateteciſſe. Æquũ eſſe igitur vt miniſtri Domino,Prophetæ Filio(quem vnum & ipſi reſpexerint) vmbræ ſolido ipſi corpori cedant. Vulg.& Eraſ.Multifariã multiſque modis. Loquutus λαλήσας. Vulg.loquens:deprauata Apoſtoli ſententia. Per Prophetas ἐν προφήταις. Id eſt διὰ προφητῶν. Vulg. in Prophetis:ſeruato Hebraiſmo. 2 Vltimis ἐσχάτων. Ergo nec plena fuit ſuperior illa per Prophetas declaratio,nec ad hanc poſtremam quicquã eſt adiiciendum. Diebus ἡμερῶν.Heb.בימים pro temporibus. Per Filium ἐν υἱῷ.Totum Chriſtũ intellige,qui &Deus & homo,vnus eſt Filius. Cõſtituit ἔθηκε.Quatenus quidem Deus eſt factus homo.Ioh.5.e.27.Matth.28.d.18.Philipp.2.b.9. Hæredẽ κληρονόμον.i.poſſeſſorem & ex æquo conſortẽ omniũ cum Patre,Ioh.16.b.15. Omnium πάντων.Omnia igitur in eo vno quærenda ſunt, & omnia illi ſubiiciantur neceſſe eſt. nam πάντων accipiendũ eſt neutro genere.Moſen autem in ipſo ſtatim initio noluit intempeſtiuè nominare.Hactenus generalis propoſitio epiſtolæ. Per quem δι' οὗ.Diſtributio propoſitionis in duo capita,ad quæ reuocãda ſunt ſingula cõfirmationis mẽbra.Vnum eſt,perſona ipſa Filii,ita Dei vt ſit verus homo,ita veri hominis vt ſit Dei æterni Filius æternus, quũ per eum ſint condita omnia.qua de re vide Iohan.1.a.3.Eſt igitur ſummus Rex,ſummus Doctor,ſummus Pontifex.Alterũ eſt,ipſius Chriſti officii ac muneris ratio.Ita vtriuſque,id eſt tum perſonæ tum officii ratione Chriſtum euehet ſupra omnia. & aptè quidem priore loco de ipſius perſonæ præſtãtia diſſerit,quũ eo fundamento nitatur poſterior tractatio.Denique,vis epitomen huius epiſtolæ vna breuiſſima cõcluſione cõprehendere?ea erit eiuſmodi,Chriſtus verus eſt Meſſias.i.ſummus & æternus & vnicus Rex,Propheta,& Pontifex.ita in eum vnũ pacificatorem diſcamus per fidem,omniũ ſanctorũ exẽplo,recumbere,& ab eo vno nos ſanctificari,doceri ac regi patiamur. Mundum τοὺς αἰῶνας.Vulg.& Eraſ.ſecula.i.quæcunque vſquã vnquam extiterunt,extant,aut extabunt,μετωνυμικῶς, & per enallagen numeri, ſicut infrà 11.a.3, vt poſitum ſit עולמים pro הנבראים והנעשים. 3 Quum ſit ſplendor gloriæ ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Id eſt is in quo reſplendet gloria illa ac maieſtas Patris,alioqui infiniti & inconſpicui. ſiue is in quo vno ſplendorem ſuũ conſpiciendũ præbet Pater.Neque enim Patrẽ niſi in Filio poſſumus verè cõtemplari,Filio inquã carne induto.Nã alioquin vel Patrẽ,vel Filium in Diuinitatis abyſſo cõtemplari,nõ inutile modò,ſed etiã abſurdum,atque adeò periculoſum iudico:idque nõ multorũ modò philoſophorũ,ſed etiã quorundã theologorum infœlici audacia deterritus,quos hæc contẽplatio abſorpſit.Filius igitur idcirco homo factus,ne nuda Dei ſpeculatione abſorberemur,nobis eſt ſpeculi inſtar,in quo nõ ex aliqua radiorũ reflexione appareat inane obiectæ rei ſimulachrũ:ſed in cuius intimo & ſubſtãtiali ſplendore,quem nos ex ipſius effectis in viſibili illa carne percipimus,Pater ipſe nobis ſuã illam infinitam & omnipotentẽ maieſtatẽ,immenſam illã & incõprehenſam φιλανθρωπίαν contemplandã & ſpectandã atque adeò palpandã præbet.Ipſam autẽ Dei οὐσίαν & mutuas trium perſonarum relationes intus.& in ſeſe cõſiderare,nolim quidẽ ego,ſed tacendo potius & quaſi obſtupeſcendo adorare. Et character καὶ χαρακτήρ. Vetus interpres,pro charactere figurã non ſatis expreſſè cõuertit.Eraſmus expreſſam imaginem interpretatur.Ego inſculptam formam dicere maluiſſem,niſi Græcum vocabulum mihi viſum eſſet plenius.Sic igitur vocat inſculptam formã παρὰ τὸ χαράσσειν, vt ab omni adumbrata vel inani imagine diſtinguat . Eam verò non in Filii Diuinitate per ſe,vt modò dixi,vt quæ ſit & ipſa per ſe inſcrutabilis , ſed quatenus in carne ſeſe conſpiciendam præbet,cõſidero.Nam ſimulatque à verbo quod caro factũ eſt,cogitationẽ abduco,video quidem tenues aliquas Dei ſcintillas in ſingulis rebus creatis emicantes,ſed in quibus ſtatim euaneſcam,& quarum etiam fulgorem non poſſim ſuſtinere:at in Chriſto Deo conſpicuo,viuum,expreſſum,inſculptum Dei illius Opt.Maximi,non iam formidabilis iudicis,ſed ſupra omnium quoque Angelorum fidem benigniſſimi ac beneficentiſſimi Patris vultũ contemplor,deoſculor,amplector.Denique fruatur ſua quiſque gratia in Domino. quod ad me attinet, nec de Patre extra Filium,nec de verbo extra carnem noui philoſophari. Perſonæ illius ὑποστάσεως αὐτοῦ. Illius,ſcilicet Dei Patris:nequis perinde hæc accipiat acſi ἐκείνης ſcriptum eſſet. Vulg.& Eraſ.ſubſtantiæ illius.ac fateor quidem ſubſtãtiæ nomen ſic paſſim ab Hilario vſurpari pro eo quod Latini perſonam , Græci etiam poſtea (quum antea ὑποστάσεως nomine eſſent contenti ab οὐσίᾳ diſtincto)πρόσωπον vocarunt. ſed quominus ſubſtantiã interpretarer,eo ſum adductus, quòd videam pleroſque ὑπόστασιν hoc loco pro οὐσίᾳ eſſe interpretatos,perinde acſi inter eſſentiam (ſic enim libentius dicimus quàm naturam)& ſubſtantiã nihil intereſſet. Atqui, vt rectè omnino obſeruauit doctiſſimus interpres,abſurdè diceretur eſſentiam Patris impreſſam eſſe in Chriſto, quum eadem ſit & quidẽ ſimplex vtriuſque eſſentia.ſed verè aptéque dicitur,quicquid Pater proprium habet,in Chriſto eſſe expreſſum, vt qui Chriſtum videt,videat & Patrem,Iohan.14.a.9.Deinde hoc etiã cõmodi habet iſta interpretatio quòd hypoſtaſes aduerſus Sabelliũ apertè diſtinguit, & τὸ ὁμοούσιον confirmat aduerſus Arianos. Suſtineátque φέρων τε. Heb.מכלכל quod valde eſt expreſſum.Significat enim ſuſtentare, tueri,alere.Denique hoc reſpondet alteri membro quod de illa rerum omnium effectrice potentia dixerat.Idem enim qui dixit & facta ſunt,nunc quoque eodem verbo omnia tuetur.Verbum itaque hoc in loco,nutum,voluntatem,& ordinationem declarat.Loquitur enim Scriptura de Deo vt potentiſſimo aliquo principe,cui ſatis ſit os aperuiſſe,vt hoc vel illud fiat,vt Pſal.33.a.6. Adiunctum autem nomen δυνάμεως,Hebræorũ more pro epitheto ponitur.Eraſ.agat,moderetúrque.non expreſſa ſententia,quam tamen in annotationibus ſatis commodè expoſuit.

Effigies Xsto, noster, hoc est, personalis effigies patris, quemadmodum de filio dicatur, non video. propterea ego verti sub[illegible] personalis effigies, nihil suspicans mali de quorum errore, quorum hanc versionem mouere possim.

″purgatione peccatorum noſtrorum″per ſeipſum facta,′ſedit″ad dextram maieſtatis illius″excelſiſſimæ:

Tanto præſtantior″factus′Angelis,quāto excellentius præ illis ſortitus eſt″nomen. 4

″Nam cui dixit vnquā Angelorum, ″Filius meus es tu,″ego hodie genui te? Ac rurſum,′Ego ero ei pater,& ipſe erit mihi filius? 5

Rurſum autem quum″inducit″primogenitum in orbem terrarum,dicit,Et″adorent eum″omnes Angeli Dei. 6

Et″de Angelis quidem dicit,′Qui nuntios ſuos facit′ſpiritus, & miniſtros ſuos,″ignis flammam: 7

Ad Filium autē,″Thronus″tuus,′Deus,″in ſeculū ſeculi: virga recta,virga regni tui. 8

virtutis ſuæ,purgationem peccatorū faciens, ſedit ad dexteram maieſtatis in excelſis:

Tanto melior angelis effectus, quāto differentius præ illis nomen hæreditauit.

Cui enim dixit aliquando Angelorum,‖Filius meus es tu,ego hodie genui te?Et rurſū, ‖Ego ero illi in patrē: & ipſe erit mihi in filium?

Psal.2.b.7
infra 5.b.5
2.Samu.7.b.14
1.paral.22.b.10

Et quum iterum introducit Primogenitum in orbē terræ,dicit, ‖Et adorent eum omnes Angeli Dei.

Pſal.97.c.7

Et ad Angelos quidem dicit, ‖Qui facit Angelos ſuos,ſpiritus,& miniſtros ſuos,flammam ignis:

Pſal.104.a.4

C

Ad Filium autē‖Thronus tuus,Deꝰ, in ſeculum ſeculi:virga æquitatis,virga regni tui.

Pſal.45.b.7

Purgatione καθαρισμὸν. Nunc alterum caput propoſitionis attingit,nempe Chriſti officium,quod quidem ab altero,id eſt à perſonæ præſtantia,dependet,ideóq; poſteriore loco poſitū eſt. Per ſeipſum δι' ἑαυτοῦ.Quāto igitur hic Pontifex præſtantior ac noſtri amantior quàm ii qui ſeipſos non offerunt?quanto præſtātior hæc victima quàm reliquæ omnes,quū is ipſe ſit cæli & terræ creator ac conſeruator?

Sedit ἐκάθισεν. Hoc indicat non modò gratiſſimum Patri, ſed etiam perennem eſſe illius ſacrificii odorem:& quanto præſtet æternus iſte Pontifex cæteris qui peccatorum expiatione non minus indigent quàm nos,ſuntque ipſi mortales,nedum vt à morte nos liberent.

Ad dextram ἐν δεξιᾷ Vides vt paulatim ad prius caput,id eſt ad præſtantiam perſonæ Chriſti explicandam,accedat: Chriſti inquā non modò in cælos recepti & immortalis,ſed etiam ad dextrā ipſius Dei patris euecti,id eſt Deo patri prorſus æqualis facti. Nam illud ſemper tenendum eſt,Chriſtum hîc nobis integrum,id eſt Deum ſimul & hominem,proponi.Dixit autem ἐν δεξιᾷ pro ἐκ δεξιῶν Heb.לימין.

Excelſiſſimæ ἐν ὑψηλοῖς Sub.τῆς,vt cohæreat cum proximo.Quanquam hoc quoque poteſt,eodem manente ſenſu,referri ad verbum ἐκάθισεν ſedit,vt τῆς μεγαλωσύνης dictum ſit abſolutè κατ' ἐξοχὴν,ſicut τῆς δυνάμεως,26.f.64:& dicatur ipſe excelſiſſimo loco ſediſſe.Sed altera illa explicatio minus eſt coacta,quum ita ſoleat ſæpe ſubaudiri articulus,vt plurimis locis annotauimus apud Paulum.Eſt autem ἐν ὑψηλοῖς poſitum præciſè pro in locis altiſſimis,Hebræorum more,quem expoſuimus Epheſ.1.a.3.

4 Factus γενόμενος. Vides rurſus Filium Deum non conſiderari ſeorſim,ſed hominem factum,ideóque μεσίτην,& Eccleſiæ caput.

Angelis ἀγγέλων. Ergo omnibus rebus creatis . Quomodo non excluderet omnes qui multo ſunt Angelis inferiores? vt poſtea explicabit capite ſecundo.Vetus interpres κρείττονα meliorē valde abſurdè cōuertit. Nomen ὄνομα.i.dignitatem ac præſtantiā.Vide Philip.2.b.9.quanquā hîc etiam ad Filii appellationem reſpexit. 5 Nam cui τίνι γάρ. Nunc aggreditur confirmationem prioris capitis.Si Filius, ergo Deus:quanto igitur Angelis præſtantior? Filius meus es tu υἱός μου εἶ σύ.Filii Dei vocantur etiā Angeli, vt Iob.1.a.6:& principes,vt Pſal.82.6.Iſrael denique primogenitus dicitur Ierem.31.b.9.Sed illud εἶ σύ, peculiarem quandā Filii rationem oſtendit. deinde quod ſequitur,omnem adimit dubitationem:nāne in Dauidem quidem cōuenit,niſi admodū impropriè. Ego hodie genui te ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Non eſt igitur Filius vel adoptione, vel amoris reſpectu,vel ſimili vlla ratione,ſed quia verè ex Patre eſt genitus ante res vllas conditas,Coloſſ.1.b.15.Sed ſi ita eſt,cur additur aduerbiū σήμερον,hodie?Nempe quia æterna quidem eſt iſta generatio,ſed ſuo tempore mūdo repræſentata,quum æternus ille Filius conſpicuus factus eſt in carne.Nam(vt antè dixi)iſta ad Chriſtum integrum pertinent,quomodo etiam conſpecta fuit eius gloria,quaſi vnigeniti,Iohan.1.b.14.Poteſt autem hic dies accipi vel in genere de vtriuſque naturæ in vnam perſonam coalitione,vt Luc.1.c.31,& deinceps: vel ad reſurrectionem & aſcenſionem referri. nam tum demum ſeſe hic homo verum & æternum Dei Filium eſſe ipſa plenè oſtendit,quum antea ipſius Diuinitas veluti deliteſceret in carnis infirmitate, nonniſi per vices, & certis gradibus ſeſe prodens:adeò vt noſtri quidem reſpectu,tum demū quodāmodo genitus à Patre videatur, Act.13.e.33,& 17.g.31, & Rom.1.a.4. vide Auguſtinus aliter reſpōdet,& diem quendā hodiernum,æternū & continuū vult intelligi.Sed illa multo ſunt ſolidiora,& magis ad Apoſtoli argumentū appoſita,qui non agit ſimpliciter de Filio,ſed de Filio in carne cōſpicuo facto. Ego ero,&c.ἐγὼ ἔσομαι. Si Iudæus hæc torqueat ad Solomonē,ita vt ad Chriſtū propriè nō pertineant,adde quæ ſequūtur de totius mūdi imperio & imperii perpetuitate. Nam hæc planè in eum competunt qui ita eſt homo vt verus Deus ſit reipſa declaratus,ad dextram Dei Patris ſedens,Matth.28.d.18,Luc.1.c.32 & 33.

6 Inducit εἰσαγάγῃ. Primùm notāda eſt traiectio particulæ πάλιν.neque enim ſignificatur bis introductus Filius in mundū,ſed hac particula Apoſtolus teſtimonia cōiunxit,acſi diceret,πάλιν δὲ ὅταν,&c.id eſt,rurſus autē,ſiue præterea autē Dominus non contentus hoc dixiſſe toties,etiā alibi declarauit Filii ſui præſtantiā. Vtitur autē hac præfatione Apoſtolus vt doceat quod myſteriū explicetur in eo pſalmo vnde hoc teſtimoniū petit:nempe myſteriū regni Chriſti Dei & hominis in Eccleſia.Id autem ita eſſe,tota Pſalmi ſeries ita indicat vt nemo,niſi prorſus cōtentioſus,poſſit inficiari,hoc veluti diplomate Chriſtū mitti in totius orbis terrarū poſſeſſionem. Primogenitum τὸν πρωτότοκον Primogenitum rurſus intellige non ſimpliciter quatenus Deus eſt æternus,ſed quatenus inter fratres,non propriè ſed per adoptionem genitos,excellit. Alioquin etiam quomodo dici poſſit primogenitus,ſolius Diuinitatis reſpectu,expoſuimus Coloſſ.1.b.15. Adorent προσκυνησάτωσαν. Hic eſt vis argumenti:ita enim declaratur præſtantia ſupra Angelos,atque adeò Diuinitas. quem enim adorent Angeli, præter Deum?Deinde nomen primogeniti,hæredem ac familiæ caput declarat. Omnes Angeli Dei πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.Heb.כל־אלהים.i. omnes Angeli.Sed Elohim vocantur etiam Reges ac Principes.Fateor,ſed viciſſim Angeli ita vocantur.vtra autē quæſo expoſitio vberior eſt?Sed in altera parte fit mentio idolorum,quæ etiam hoc vocabulo ſignificātur.Eſto:ſed quis non videt opponi אלילים & אלהים,vt creſcat oratio?Id enim voluit noſter Græcus interpres addito Dei nomine indicare. nā quæ hæc eſſet laus,idolis anteponi?Certè nō memini legere ſimilem locum,vbi ſcilicet idola mortua cōpellantur ad Dei viui adorationem. Deinde quod ſubiicitur, Nam tu Domine celſior es ſuper omnem terram,exaltatus es ſuper omnes deos,nullum dubitationi locum relinquit,quantum quidem iudicare poſſum.

7 De Angelis πρὸς ἀγγέλους.Heb.אל pro על.Vulg.& Eraſ.ad Angelos. Qui nūtios ſuos facit ſpiritus.ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. Id eſt qui ſpiritibus vtitur pro nūtiis ac miniſtris. Itaque Vulgata & Eraſmus ἀγγέλους nō rectè conuerterūt Angelos : quòd eo nomine nō vtantur Latini theologi niſi ad beatos illos Spiritus ſignificandos:hîc autē ἀγγέλους ſimpliciter nūtios vocet,vt ex ſequenti membro appareat:ita vt πνεύματα pro ſubiecto,ἀγγέλους pro prædicato accipere oporteat. Vnde etiā conſequitur participiū ποιῶν nihil ad creationē Angelorum pertinere,ſed vſum declarare cuius cauſa ſunt à Deo creati. Spiritus πνεύματα. Hoc quidem fateor ſolere de ventis,& ſequens etiā membrū de fulguribus explicari: ſed ego quidem nō quæſierim meliorem interpretē Apoſtolo.ac mihi prorſus videtur illic Propheta Dei maieſtatē Angelis ſuis cinctā repræſentare.Nam quod in verſiculo 3 eiuſdem Pſalmi dixit המהלך על כנפי רוח.i.deambulat ſuper pennas venti,diſertè explicatur de Cherub,Pſal.18.b.11. Ignis flammam,πυρὸς φλόγα. Heb.אש לוהט.i.ignem flāmantem. Alludit autē proculdubio ad nomen שרף quo vocātur Angeli ab Eſaia 6.a.2,quaſi ignitos dicas. 8 Thronus tuus ὁ θρόνος σου.Non cōuenit thronus nec ſceptrum miniſtro,ſed ipſi Principi. Deus ὁ Θεός. Hoc calūniantur Iudæi quaſi de Solomone propriè dictū. Atqui non poſſunt oſtēdere vſquā de vno ſolo ſimpliciter dictū,niſi de vero Deo.Deinde quod de huius regni æternitate ſubiicitur, quomodo Solomoni cōueniet?Fruſtra igitur ad ſuas eclipſes fugiunt. In ſeculum ſeculi,εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.Heb.עולם ועד in ſeculum & ſeculum.i.perpetuó.Hîc rurſus calumniātur Iudæi nomine עולם interdū non ſignificari perpetuitatē,ſed diuturnū duntaxat ſpatiū.Atqui nō ſimpliciter dictum eſt עולם,ſed additur עד,quæ ſynonymia in immēſum auget orationis pōdus,adeò quidē vt ſit orationis vniuerſalis loco:& Solomoni tribui nō poſſit,qui x l duntaxat annos regnauit. Quòd ſi poſteros ipſius velis cōprehendi, repugnabit quod ſequitur,quū Solomonē exceperit,iniquiſſimi filii regnū,nec meliores ſint nepotes,ſi paucos aliquot excipias.Denique quid tergiuerſamur?explicetur hic locus ex 2.Samu.7.b.14 & 1.Paral.22.b.10,& cauillum ipſorū manifeſtū apparebit. Virga recta ῥάβδος εὐθύτητος. Id eſt adminiſtratio regni tui iuſta Quî autem hoc cōueniet Solomoni,niſi ad tēpus,vt qui tam turpiter à Deo defecerit?Deinde,vt ſemel tranſigam,non ſit mihi veriſimile in illo Pſalmo cōtineri epithalamion nuptiarū Solomonis & filiæ Pharaonis.Quomodo enim Spiritus ſanctus illud matrimonium approbaret,quod tam ſæpe in Lege interdicitur?Sed fuit hoc peculiare factum, ex Dei fortaſſis reuelatione. imò diſertè hoc ipſum matrimonium cum filia Pharaonis reprehenditur 1.Sam.11.a 1 & 2.

Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ: 9
propterea vnxit te Deus, Deus tuus
oleo exultatiõis præ participibꝰ tuis.

Pſal.102.d.26
Et, ‖Tu in principio, Domine, terrã 10
fundaſti: & opera manuum tuarũ ſũt
cæli:

Ipſi peribunt, tu autem permane- 11
bis: & omnes vt veſtimentum vete-
D raſcent:

Et velut amictum inuolues eos, & 12
mutabuntur: tu autem idem ipſe es,
& anni tui non deficient.

Pſal.110.a.1
1.cor.15.c.25
infrà 10.c.13
Ad quem autem Angelorum dixit 13
aliquando, ‖Sede à dextris meis, Quo
adusque ponam inimicos tuos ſcabel
lum pedum tuorum?

Nonne omnes ſunt adminiſtrato- 14
rii ſpiritus, in miniſterium miſſi pro-
pter eos qui hæreditatem capient ſa-
lutis?

Cap. I I.

PRopterea abũdãtius oportet ob- 1
ſeruare nos ea quæ audiuimus: ne
forte pereffluamus.

Si enim qui per Angelos dictus eſt 2
ſermo, factus eſt firmus: & omnis prę
uaricatio & inobedientia accepit iu-
ſtam mercedis retributionem:

Marc.16.d.20
Quomodo nos effugiemus ſi tan- 3
tam neglexerimus ſalutem? quæ quũ
initium accepiſſet enarrari per Domi
num, ab eis qui audierunt, in nos con
firmata eſt:

9 Dilexiſti iuſtitiam ″& odiſti iniquitatem: propterea′vnxit te
Deus, Deus tuus oleo exultationis, vltra′conſortes tuos.

10 Et, ′Tu in initio Domine″terram fundaſti: & opera manuum
tuarum ſunt cæli:

11 Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt veſtimentum
veteraſcent:

12 Ac velut amictum′circunuolues eos, & mutabuntur: tu autem
idem es, & anni tui non deficient.

13 Ad quem autem Angelorum dixit vnquam, Sede ad dex-
tram meam, vſquedum ″poſuero inimicos tuos ſcabellum pe-
dum tuorum?

Angeli, Dei miniſtri.

14 ′Nonne omnes ſunt miniſtratores ſpiritus, qui miniſterii cau-
ſa mittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis?

Cap. I I.

1 PRopterea oportet nos″maxime attendere′iis quæ audiuimus:
nequando″perfluamus.

2 Etenim ſi′per Angelos dictus ſermo, fuit firmus: omníſque trãſ
greſſio & contumacia iuſtam mercedis retributionem retulit:

3 Quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem?
quæ quum primùm enarrari cœperit per ipſum Dominum, ″ab
iis qui ipſum audierant, fuit nobis confirmata:

9 Et odiſti καὶ ἐμίσησας Repetitio Hebraica per antitheſin, cuius maximum eſt pondus. Vide Iohan.1.c.20. Vnxit ἔχρισε. Inde Chriſtus dictus eſt. Hoc autem intellige quatenus Verbum Caro factũ eſt, effuſo in eum Spiritu ſine menſura, Iohan.3.d.34. ſiquidem omnis in eo Diuinitas corporaliter habitauit, Coloſ.2.b.8. Conſortes τοὺς μετόχους. Rectè hoc quoque Propheta. Eſt enim ille primogenitus inter fratres, de cuius plenitudine omnes accepimus, verus & naturalis hæres. nos verò Reges quidẽ & cohæredes, ſed adoptione in illo facta. Denique tantum inter illum & omnes intereſt, quantum inter caput & membra.

10 Tu in initio Σὺ κατ' ἀρχάς. Heb. לפנים pro iampridem. Hunc autem Pſalmum manifeſtè ad Chriſti regnũ pertinere, liquet ex verſ. 14.16 & 23: vt iſta quoque omnia ad eum referenda ſint qui ſit rex Eccleſiæ ſuæ ſempiternus: niſi placeat Pſalmum diſcerpere. Terram fundaſti τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. Id eſt, terram firmam ac ſtabilem creaſti. Eraſmus, terræ fundamenta ieciſti, nimium diluta interpretatione.

12 Circunuolues ἑλίξεις. Heb. תחליפם, id eſt mutabis: vt mihi quidem videatur legendũ eſſe ἀλλάξεις, ſicut Eraſmus rectè coniecit. Nã ita etiam legitur in recepta illa Pſalmorum editione, & in nonnullis veteris interpretationis exemplaribus hoc in loco. Græcum autem interpretem apparet formam ipſam mutationis voluiſſe exprimere, id ſcilicet quod ait Eſa. 34.d.4. fore vt complicentur cæli, tanquam liber aliquis. Comparantur enim tentorio, quod, quoties mutandus eſt locus, complicatum tollitur.

13 Poſuero θῶ. Vide Matth.22.d.44. Pertinere autem hunc Pſalmum propriè non ad Dauidem ſed ad Meſſiam, apparet ex tanta ſublimitate ſolii, quæ ne Angelis quidem tribuitur: deinde quòd idem rex & ſacerdos appellatur: poſtremò quòd æternus Sacerdos, & quidem alia ratione quàm Aaron dicitur. Aptè verò prorſus hoc teſtimonium poſtremum collocauit, vt os illis occludatur qui vbi ſint illa magnifica regni Chriſti elogia requirunt, quum nihil contrà videatur Eccleſia calamitoſius. nec vident, miſeri, ſe ex iis ipſis hoſtibus eſſe qui tandem ſint illi pro ſcabello ſubiiciendi. Poſtremò quomodo ſit accipiẽdum illud ἕως ἂν, id eſt Vſquedũ, ſiue donec, quære 1.Cor.15.c.25, & deinceps.

14 Nónne οὐχί. Eiuſmodi interrogationes apud Hebræos vehementius affirmant. λειτουργικὰ verò, id eſt miniſtratores, vocat, vt vulgo ſolemus officiarios vocare principum apparitores.

IN CAPVT II.

1 Maximè περισσοτέρως. Id eſt περισσότατα, Act.25.c.10. niſi velis ita explere acſi dictum ſit, magis quàm antehac. Vulgata, abundantius. Eraſmus, vehementius. Cæterùm iſta quaſi παρέργως interiecta adhortatione, non modò reſpirare quodammodo ſinit Hebræos, multitudine oraculorum velut obrutos, ſed etiam paulatim ſibi aditum facit ad concluſionem: quanuis nondum expreſſo Legis aut Moſis nomine. Deinde etiam ad noua argumenta ſeſe accingit, quæ veluti aſſumptiones ſunt præcedentium: ſiquidem ex iis quæ dicturus eſt comprobabit ea omnia in Chriſto eſſe completa quæ de Meſſiæ futura præſtantia diſſeruerat. Quanuis enim Hebræi iſti Chriſtum eſſent amplexi, tamen quum à ſuo Moſe peregrè diſcederent, ſatis oſtendebant ſe nunquam ſatis ſeriò de Meſſiæ præſtantia cogitaſſe. Itaque ipſo ſtatim initio cum grauiſſima futuri iudicii Dei denuntiatione obteſtatur vt non noua quædam dicturum, ſed ea tantùm cum illis repetentẽ quæ ipſi iam antea vnà audierant, attentiſſimis animis auſcultent. Poſtremò, quod diligenter etiã atque etiã notandũ eſſe moneo, ſicut nec Patrem extra Filiũ, nec Filiũ carne ſpoliatum diximus nobis ad ſalutem eſſe contemplandũ: ita meminerimus Chriſti præſtãtiam ſic contemplari vt noscum illo tanquam membra coniungamus. Nam hoc ipſum eſt quod nunc aggreditur Apoſtolus. Iis quæ audiuimus τοῖς ἀκουσθεῖσι. Vides vt ſe facit auditorem? Nam id quoque planius etiam dicet verſ.3. Non poteſt igitur Paulo ſatis commodè tribui hæc epiſtola, etiamſi vna hæc eſſet ratio. Eraſmus, iis quæ dicta ſunt nobis. Nam inter loquutionem & auditionem mutua eſt relatio. Perfluamus παραρρυῶμεν. Perfluere dicitur qui auditum ſermonem non continet: vt Terentianus ille Parmeno ſe plenum eſſe rimarum dicit, qui hac & illac perfluat. Opponitur ergo τῷ προσέχειν. Neque enim attendere poſſumus auditis, ſi ſecurè ſinamus illa nobis effluere. Vulgata, pereffluamus: fortaſſis librariorum culpa. Chryſoſtomus accipit pro diffluamus, ſiue dilabamur. id eſt pereamus, inſtar ſcilicet aquæ dilabentis, vt Pſal.58.b.8. ſed altera interpretatio magis videtur huic loco appoſita. quanquam & iſtam non reiicio propter particulam ποτε.

2 Per Angelos δι' ἀγγέλων. Legem intelligit, quæ tranſgreſſoribus pœnas præſcripſit. Datam autem fuiſſe per miniſterium Angelorum Legem, & Moſi in manus traditam dicit diſertè Paulus Galat.3.c.19, & Stephanus Act.7.g.53.

3 Ab iis qui audierant ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Id eſt ab Apoſtolis. Hic igitur non eſt Paulus ille qui ex reuelatione ipſius Chriſti didicit Euangelium, ſed ex Apoſtolorum diſcipulis quiſpiam, iſque ex Circunciſione: vt iſta ne Lucæ quidem poſſint vt authori conuenire, ſi vera ſunt quæ de eo feruntur. Neque verò id dico vt de fide huius epiſtolæ vel tantillum detraham, quam ego non dubito ſecundam ab epiſtola ad Romanos, dignitate ac fructu numerare: ſed vt iis reſpondeatur qui ſtatim clamant hæreticos quicunque hanc epiſtolam Paulo non tribuunt. Quid ſi verò Ab iis interpreteris pro Poſt eos: quia poſtremo deſignatus eſt Paulus Apoſtolus? Hoc verò nõ poteſt vllo modo conuenire, duabus neceſſariis de cauſis. Primùm quia in hoc dicendi genere nunquam inuenies ὑπὸ ſed ἀπὸ vſurpari: deinde quia quum dicat εἰς ἡμᾶς, id eſt nobis, pro ἡμῖν: non loquitur de ſe vno, ſicuti interdum moris eſt: ſed inter eos ſeſe recenſet qui & prædicatione Apoſtolorum & prodigiis per eos editis ad Chriſti cognitionem acceſſerant, vt ex ſequentibus liquet. At nonne Paulus potuit Apoſtolos audire, & prodigia ab ipſis edita ſpectare? Fateor, ſed hac certè ratione nec vocatus eſt, nec in vocatione confirmatus ab Apoſtolis, vt pluribus explicat in Epiſtola Galatis inſcripta: neque is ſeſe diſcipulum, ſed Apoſtolum ſolet vocare, quoties præſertim agitur de aſſerenda doctrinæ authoritate, vt hoc loco.

Atteſtante Deo & ſignis & prodigiis, variiſque virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus pro ipſius voluntate.

5 Non enim Angelis ſubiecit mundum illum futurum, de quo loquimur.

6 Teſtatus eſt autem quidam alicubi, dicens, Quid eſt homo, vt memor ſis eius: aut filius hominis, vt eum reſpicias?

7 Feciſti eũ pauliſper inferiorem Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

8 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Enimuero per hoc quòd ei ſubiecit omnia, nihil omiſit quod non eſſet ei ſubiectum. At nunc nondum videmus ei omnia eſſe ſubiecta.

Conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuã voluntatem. Marc.16.d.20

B

Non enim Angelis ſubiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur.

Teſtatus eſt autem in quodam loco quis, dicẽs, Quid eſt homo, quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Pſal.8.c.5

Minuiſti eum paulominus ab Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. 1.Cor.15.d.27 In eo enĩ quòd õnia ei ſubiecit, nihil dimiſit nõ ſubiectũ ei, nũc autẽ nec dũ videmus omnia ſubiecta ei.

4 Signis σημείοις. Miraculorum verus finis oſtenditur. Ea verò ſigna dicuntur quòd aliud repræſentent quàm quod cernitur, vt quæ nihil aliud ſint quàm veræ doctrinæ ſigilla. Prodigia, quòd nouum & inſuetũ aliquid exhibeant. Virtutes, quòd excellentis illius Diuinæ virtutis extraordinarium ſpecimen edant, vt rectè annotauit Vetus interpres: nequis iſta conetur curioſius tanquam diuerſas ſpecies diſtinguere. Sit ergo primum hoc argumẽtum præſtantiæ Chriſti crucifixi, quòd è cælo infinitam quandã vim ſit largitus ſuis, quibus ſcilicet nihil ἀδύνατον fuiſſe videatur, etiamſi naturæ ipſius leges repugnarent. quæ res manifeſtè declarat, ipſum non modò non mortuum, ſed etiam in cælis regnare, ſicut prædictum erat: & ita quidem vt non ſibi ſoli ſed nobis regnet.

5 Non enim γὰρ Recte addit cauſalem particulam, ab effectis ſcilicet ad efficientem cauſam aſcendens. Nam qui hæc dona largitur, annon eſt αὐτοκράτωρ? Simul autem ad ſequens argumentum tranſit. Mundum illum futurum τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν Vulg. & Eraſm. orbem terræ futurum, obſcurè. Mundum enim futurum, vocat futurum ſeculum illud cuius pater eſt Chriſtus, Eſa.9.b.6, caput ſcilicet membrorum, quæ in ſummæ illius ſuæ dignitatis partem ac conſortium admittet, ſicut explicatur 1.Cor.15.c.25. Videtur autem alludere ad Pſal.102.c.19, & apertius etiam Eſ.65.c.17, vbi fit mentio nouorum cælorum & terræ nouæ.

6 Quid eſt homo τί ἐστιν ἄνθρωπος Id eſt, quid tandem eſt in homine, cur tantam ipſius curam habeas, & tãto honore ſis eum dignatus? Ac ſi dicat, nihil. omnia iſta tuæ ſunt ſingularis bonitatis dona. Hoc autem teſtimonium quomodo applicandum ſit, facilè fuerit intelligere, ſi ſcopum Apoſtoli conſideremus. Quæ de donis illis mirificis à Chriſto profectis dixerat, ad ſingulos nõ pertinebant, & aliò etiam reſpiciebant, nimirum ad mundi illius futuri ciues cogendos. itaque nunc in eo verſatur vt Chriſto iam regnanti omnia membra coniungat. Nam ita demum nobis eſt fructuoſa regnantis Chriſti cõſideratio, ſi ad nos aliquid pertinere præſtantiã ipſius cognouerimus. Ad hoc probandũ aſſumit aptiſſimum teſtimonium ex Pſalmo octauo, vbi de hominis excellentia diſſerit Propheta. Hanc verò neceſſe eſt vt vel in prima illa conditione hominis ante lapſum, vel in ea in qua nunc ſunt omnes homines extra Chriſtum conſiderati, vel in tertia aliqua in Chriſto cõſideremus. De prima illa minimè ambiguum eſt non agere Prophetam: de ſecunda quæri meritò poteſt. Videtur enim Dauid vniuerſaliter proponere homines vt nunc ſunt, nempe inſignia quædam bonitatis Diuinæ ſpecula, quòd res ipſa oſtendat hominem cæteris animantibus præſtare, & in mundo dominium obtinere. Quorſum igitur hoc Paulus? Reſpondeo, aduerſus eum qui de excellentia hominis ita iudicaret, meritò poſſe ad ipſos etiam philoſophos prouocari, qui quàm miſera eſſet hominum conditio perſcrutati, naturam in illos quodammodo nouercam eſſe dixerunt, & optimum eſſe homini vel non naſci, vel ſtatim mori: impiè id quidem philoſophi, ſed ita vt ex eiuſmodi ipſorum dictis facilè appareat in præſentem humanæ Gentis conditionem minimè cadere quæ Dauid in eo Pſalmo narrat. Nam contrà quid homine miſerius in ſeſe, ſiue animum ſiue corpus ſpectes? Præditus quidem eſt intelligentia, ſed quam obſcura, imò verò quàm nulla in iis quæ præcipua ſunt, id eſt, in diuinis rebus intelligendis? Taceo prauitatem illam ſingulis ingenitam: taceo fœcundam illam morborum officinam quam circunferimus. Quid verò? in ſingulis, nõ dico imperiis, regnis, rebuſpublicis, ciuitatibus, familiis, domibus, ſed in ſingulis hominibus quanta rerum omnium perturbatio, quæ feritas, quæ inconſtantia & vanitas? Fruimur quidem animalium eſu, ſed ita demum ſi alia ſubegerimus, alia fraude illexerimus. nam quæ ſponte ſe ſubiiciant, vel nulla vel pauciſſima ſunt. Imò ſi ſpectẽtur hominum mores, crudeliſſimum quendam tyrannum eſſe hominem dixeris, quem animantia reliqua metuant, oderint, fugiant. Vbi igitur iſta ſublimitas, Omnia ſubieciſti pedibus ipſius? Relinquitur ergo, ad tertiã aliquam conditionem hominum, nempe eorum qui in Chriſto ſunt, & cum Chriſto tandem in futuro illo regno perficientur, pertinere hanc deſcriptionem. Itaque non cenſuerim Apoſtolum iſta ſoli Chriſto tribuere, ſed etiã ſimul cum illo principe omnibus futuri mundi ciuibus, eadem prorſus ſententia qua hæc olim à Dauide ſcripta ſunt. Sed hoc quidem verũ eſt, docere Apoſtolum, iſtam deſcriptionem in Chriſto iam impletam eſſe, vt in nobis quoque ſuo tẽpore perficiatur. Verùm hoc Dauidis dictum ad Chriſtũ applicat demum à verſiculo nono, vt mihi quidem videtur. Ita enim hæc affero, non vt aliquid noui excogitaſſe videar, ſed vt ſymbolum & ipſe conferam ad obſcuriſſimi loci interpretationem. Reſpicias ἐπισκέπτῃ. Vulgata, viſitas. Eraſmus, inuiſis. Loquitur Propheta de Deo ἀνθρωποπαθῶς. Nam quæ diligimus, non facile ſolemus ex mente & oculis deponere. Hominem autem & filium hominis appellat in genere, omnes cæleſtis illius regni ciues, quales ſunt in ſeſe antequã Dominus eos iure ciuitatis cæleſtis donet in Chriſto.

7 Feciſti eum pauliſper inferiorem Angelis Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Hæc prima eſt futuri mundi ciuium dignitas, quòd proximè ad Angelos accedunt, tantiſper dum ſupra ipſos Angelos euehantur. Id autem verum eſſe tota Scriptura clamat, & res ipſa oſtendit. Neque enim ex mundi iudicio, ſed ex re ipſa æſtimatur ſanctorum dignitas. qua de re pulchrè commemorantur multa infrà cap.11. & paſſim in Scripturis, quoties fidei & inuocationis vis explicatur. Cæterùm βραχύ τι, pro quo Hebraica veritas habet מעט poſſumus etiam ad rem ipſam referre, vt ſignificet aliquantulum: quo modo video pleroſque in Dauide explicare. nec multum diuerſa erit ſententia ſi ita accipias. Malo tamen de tempore interpretari, propter applicationem quæ mox ſubiicietur: nec video quid repugnet huic interpretationi apud Prophetam. Sic quidem accipitur eadem formula Act.5.f.34. & ita particula מן ad verbum erit referenda, non autẽ ad מעט. De verbo ἠλάττωσας mox dicemus verſ.9. אלהים verò non poſſum dubitare quin rectè interpres de Angelis ſit interpretatus. Gloria δόξῃ. Iam ſequitur altera dignitas quæ illam excipiet, quòd videlicet in ſummo quodam gradu eminebunt, facti nimirum ipſius regni Chriſti cohæredes. quod coronæ appellatione deſignatur. Loquitur autem Dauid de certò futuris rebus, Prophetarum more, quaſi iam ſint completæ.

8 Omnia πάντα. Videtur vis afferri Dauidis verbis. Nam ſubiicitur, oues & boues, &c. quæ verba videntur illam vniuerſitatẽ definire. Reſpondeo enumerari quidem à Dauide has ſpecies, ſed minimè id tamẽ vt in illis conſiſtat. Iam enim antè oſtendimus non præſentem ſed futurum mundum illic deſcribi, cuius tamen typum aliquem, imò verò primordia iam ante diximus in hac vita in ſanctis apparere, in eo quòd velut alteri ſint Angeli. Elucet autem hæc dignitas in quotidiano etiam victu. ſiquidem hoc proprium eſt ſanctorũ quòd rebus creatis pro ſuo iure vtuntur. Nam ad futurum mundum pertinent, vbi hæc eſt hominis prærogatiua, vt omnia, nedum ea quæ ad hanc temporariam vitam pertinent, illi tanquam iuſto poſſeſſori ſubiecta ſint. Atqui, dicet aliquis, hoc quoque conuenit infidelibus. Id verò pernego. Nã quicquid iſti habent, id è manu principis huius mundi, id eſt Satanæ, accipiunt. Itaque ſicut ille tyrannus eſt & malæ fidei poſſeſſor, ita ipſi quoque quod ad ſe non pertinet, per rapinam & ſacrilegium vſurpant. At nunc νῦν δὲ. Accedit nunc ad applicationem, quam aggreditur ab obiectionis ſpecie. Eſt autem oppoſitio eiuſmodi: Mira hìc prædicas de hominibus futuri mundi ciuibus. Atqui nondum hæc cernimus, omnia ſcilicet illis eſſe ſubiecta. Fateor, inquit Apoſtolus: ſed in Chriſto completa iſta omnia cernimus, qui quidem eſt iſtius regni ἀρχηγὸς, id eſt primus ductor, vt nos ipſius veſtigiis ad eandem gloriam perueniamus. Atenim, dices, ne Chriſto quidem ipſi adhuc ſunt omnia ſubiecta. Imò verò neceſſe eſt verum eſſe fateantur quod ipſe pronuntiauit, in cælum iamiam aſcenſurus, Datam eſſe ſibi omnẽ in cælo & in terra poteſtatem. & quod paulo antè dixit Apoſtolus, Eum eſſe conſtitutum omnium hæredem. Quod igitur Diaboli cum ſuis adhuc reluctantur, hoc non impedit quin iam ſint Filio illi hominis ſubiecti, qui adhuc nobiſcum viuens illos ſolo nutu eiiciebat, quique hodie impetus eorum pro arbitrio ſuo frænat: ſed hoc idcirco fit, quòd nondum in illos plena ſua poteſtate vti velit. idque tamen in electorũ ſuorum commodum, qui quotidie hac ratione magis ac magis perficiuntur. tum vt reprobi menſuram ſuam impleant, quò & in illis per miſericordiam ſeruandis, & iſtis ſua potentia confringendis illuſtrior ipſius gloria appareat. Primùm autem notemus particulam οὔπω, nõdum.

Docet enim futurum illum mundum nondum apparuiſſe,quem etiam ſuſpirans rerum vniuerſitas expectat,Rom.8.d.10,& deinceps. Deinde obſeruemus obiectionem non ferri aduerſus illud Dauidis dictum,Feciſti eum pauliſper inferiorem Angelis, (eius enim perſonam inducit qui hanc dignitatem in ſanctis iam agnoſcit)ſed aduerſus illud extremum quod nondum apparuit,nec prius apparebit quàm vnà cũ Chriſto regnemus.Poſtremò relatiuum αὐτοῦ non refero ad Chriſtum,ſed ad hominem,id eſt ad futuri illius regni ciues,quos complectitur vno ſpeciei vocabulo.veluti quum dicimus,Hominem eſſe ratione præditum. Nam reliquos Dauid pro non hominibus cenſet, ad quos illa ampliſſima humanæ gentis dignitas non pertineat. Id autem ita intelligendum eſſe, ex reſponſione apparet. neque enim dicendum fuiſſet τὸν δὲ Ἰησοῦν,Ieſum autem,ſed αὐτὸν δὲ,id eſt ſed ipſum,&c.Fateor tamen hoc poſſe Hebræorum idiotiſmo excuſari, qui antecedens exprimunt loco relatiui.ſed ſi ad hanc rationem alias ſuperiores adiunxeris, & totam argumenti ſeriem perſpexeris qualem tradidimus, comperies, vt ſpero,noſtram expoſitionem multo minus eſſe violentam,& magis etiam cum Apoſtoli ſcopo conſentire.

Philip.2.b.8

C ¶Eum autẽ qui modico quàm Angeli minoratus eſt,videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum:vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem

Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia,qui multos filios in gloriã adduxerat,authorem ſalutis eorum,per paſſiones conſummare.

Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. propter quã

9 "Sed Ieſum illum"cernimus gloria & honore coronatum: "qui pauliſper fuit inferior Angelis factus,"propter mortis perpeſſionem:"vt beneficio Dei pro omnibus"mortem guſtaret.

10 Decebat enim"vt ipſe propter quem ſunt omnia, & per quem ſunt omnia,multos filios in gloriam"adducendo,"principem ſalutis ipſorum per afflictiones"conſecraret.

11 "Nam & qui ſanctificat & qui ſanctificantur,"ex vno ſunt om-

9 Sed Ieſum illum cernimus τὸν δὲ Ἰησοῦν βλέπομεν &c.Ne quis miretur mutatam eſſe à me verborum collocationem,notandum eſt duplicem eſſe ſynchyſin in Græco contextu,qui ita ſit conſtruendus, βλέπομεν δὲ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, ὅπως χάριτι θεοῦ,&c. quod ita planum eſſe putamus,vt probatione non indigeat.Quanquam etiã poteſt διὰ τὸ πάθημα &c. coniungi cum ἐστεφανωμένον.ſicut alibi dicitur,oportuiſſe Chriſtum pati,& ita introire in gloriam.ſed illa collocatio in idem recidit, & multo planior eſt,nulla etiam diſtinctione repugnante. Cernimus βλέπομεν Cernimus ſcilicet ex ipſius virtute in Eccleſia manifeſtiſſimè apparente,vt dixit ſuprà verſ.4.Hic enim eſt prodigiorum & donorum Spiritus ſancti finis.Deinde ex ipſius in ſingulis fidelibus efficacitate:vt qui iam ſint ſecundo ab Angelis loco,ſi modò ſibi ſint ſuæ fidei conſcii.vt is qui dicebat,Omnia poſſum in eo qui me confirmat. Legantur eorum vitæ,quos vetuſtas propter magnam ſingularis virtutis opinionem heroas & ſemideos vocauit,imò etiam vt numina eſt venerata,& comperiemus illorum excellentiſſimos.(nam de iis non loquor quos vel adulatio,vel fraus, vel metus diis adiunxit)tantum abfuiſſe ab infimi cuiuſuis ſancti præſtantia,quantũ abeſt cælum à terra.Ex his ergo cernimus, in Chriſto capite noſtro iam impleta quæ certo pignore accepto,adhuc expectamus. Qui pauliſper fuit inferior Angelis factus τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον Id eſt,qui ad tempus ſeſe exinaniuit forma ſerui accepta, nimirum hac noſtra carne & mortalitate, vt paulo pòſt explicabit. Cæterum nequis miretur me iſta prorſus aliter quàm paulo antè explicare,vt qui verbis illis dignitatem membrorum dixerim deſcribi, quum nunc è contrario, iiſdem verbis humiliationem capitis ſignificari dicam: reſpondeo Prophetã Diuina prorſus inſpiratione vſurpaſſe verbũ חסיר quod ſignificat,facere vt quippiam inops & egenum videatur.neque propriè de eo dicitur qui talis ab initio fuerit,ſed de eo potius qui ex altiore gradu in inferiorem reciderit,quo modo Græcè non dicetur ἐλαττοῦσθαι,nec Latinè imminui:niſi qui deteriore fit cõditione quàm antea. Itaque ſic ſtatuendum eſt, Prophetam de induſtria verbum illud vſurpaſſe quo æterni verbi humiliatio propriè ſignificaretur: vnde tamen futuri mundi excellentia penitus penderet: quod & paulo pòſt exponet Apoſtolus. Itaque non mirum eſt aliter vnum idémq; verbum membris, aliter capiti tribui, quum tamen res ſit eadem: nempe proximo ab Angelis loco eſſe, quod neque illi ſine imminutione, nec nobis ſine magna dignitatis acceſſione contingere potuit. Sed vnus tamen ſupereſt ſcrupulus, quem Eraſmus mouet, Quomodo duntaxat dicatur Angelis inferior factus qui in morte ſeſe non hominem ſed vermem quodammodo fuiſſe dicat, Pſal.22. b.7. Iterum reſpondeo, Chriſtum hìc nobis neque vt Deum per ſe.(hactenus enim nihil de eo potuit imminui)neque vt hominem per ſe,(hactenus enim fuit ad tempus non modò infra Angelos ſed infra abiectiſſimos etiam homines noſtri cauſa detruſus,)ſed vt Deum & hominem coniunctim proponi.quia nimirũ in hac etiam ipſa infirmitate vult Apoſtolus vt Chriſti præ cæteris Pontificibus præſtantiam conſideremus,quicum ſit noſtræ illius præſtãtiſſimæ futuræ gloriæ ſpes omnis coniuncta. Hac igitur ratione meritò dictus erit Chriſtus, tum imminutus, quia idem ille qui Deus eſt, homo eſt natus, crucifixus, mortuus ac ſepultus: tum ita imminutus vt in proximo tamen ab Angelis gradu ſteterit, quia idem ille homo ita miſer eſt,vt tamen Deus eſſe non deſinat:quod in ipſo etiam ſepulchro,anima ſpoliatus oſtendit,quum eum corruptio attingere non auderet,vi ſua intrinſeca mox reſurrecturum. Dicam amplius,etiam quatenus homo fuit, proximum Angelis fuiſſe, quum ἀναμάρτητος fuerit & δυνάμει & ἐνεργείᾳ,ac ipſo etiam Adamo infinitis partibus perfectior, vt qui proximè cõiunctæ & vnitæ Diuinitatis præſidio ſuſtineretur, illis tamen,quod ad perpeſſionem & mortem attinet,inferior. Miſerrimus autem fuit omnium hominum,fateor,ſed id tamen, non ſimpliciter,quatenus naturæ noſtræ particeps eſt,verùm quatenus noſtræ naturæ vitioſitatem cum eius fructibus per imputationem verè ſuſtinebat,idque ad tempus,vt qui nunc totus ſupra omnes cælos euectus ſit, vt aliquando ſimus eiuſdem gloriæ toti etiam participes. Propter mortis perpeſſionem διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. Id eſt, vt mori poſſet. Nam διὰ cauſam finalem hìc declarat. alioqui ſi per ipſam mortem diceretur capite quodammodo diminutus,id eſt ſi hæc diminutio in morte cõſideraretur,ac non potius in naturæ humanæ aſſumptione,ſicut Philipp.2.a.7,dicendum erat διὰ τοῦ παθήματος τοῦ θανάτου. Vt beneficio ὅπως χάριτι. Rectè hoc addidit. nam in eo verſatur vt doceat nos tum in ipſa Chriſti morte præſtantiam ipſius conſiderare,tum eius præſtantiæ conſiderationem ad vſum noſtrum accommodare.Eum enim ad nos deſcendiſſe,vt nos ſecum eueheret.Nam ὑπὲρ παντὸς pro ὑπὲρ πάντων dixit.vbi rurſus annotandum particulam vniuerſalem non complecti ſingulos homines,ſed omnia Chriſti membra in vnum corpus coniungere. Admonet Græcus ſcholiaſtes Neſtorianos olim hunc locum auſos fuiſſe deprauare,& pro χάριτι Θεοῦ ſcribere χωρὶς Θεοῦ,abſque Deo,nempe vt à patiente homine Deum ſepararẽt.

Mortem guſtaret γεύσηται θανάτου. Id eſt, mortem ſentiret.metaphora ſumpta à propinato calice,ex Scripturæ more.quem etiam ſeruauit Chriſtus in triplici illa ſua oratione,quum iam ad mortem properaret. Vide Iohan.8.f.51. Quibuſdam etiam placet huc referre, quòd verè quidem mortuus ſit,ſed tamen mortem quaſi deguſtarit duntaxat,vt qui mox reſurrexerit:qua ratione dicuntur etiam nonnulli bonũ Dei donum guſtare,quod ſcilicet mox euomant,infrà 6.a.4.

10 Vt ipſe propter quem,&c. αὐτῷ δι' οὗ,&c. Repetendum eſt Θεῷ à fine ſuperioris verſiculi.Eſt enim Dei Patris periphraſis ad id de quo agitur accommodata. & ex hoc loco etiam licebit Arianos refellere qui ex præpoſitione διὰ colligebant Filium eſſe Patre minorem, quũ hìc tribuatur ipſi Patri. Adducendo ἀγαγόντα. Id eſt ἄγοντα.Sunt enim ſancti omnes electi in Chriſto,vt tandem ſit Deus omnia in omnibus. Principẽ ἀρχηγόν. Id eſt anteſignanũ, & qui ſicut primus eſt dignitate,ita eſt primogenitus ex mortuis inter multos fratres.

Conſecrare τελειῶσαι. Rectè omnino ita cõuertit doctiſſimus interpres: quod etiam indicat proximum ſanctificandi verbum, & quod de Pontifice ſubiicitur.Omnes igitur Chriſti ærumnas dicit quaſi ſolennia quædam ſacra fuiſſe quibus initiaretur,& ſuo pontificatu inauguraretur ſalutis noſtræ princeps, nedum vt illa infirmitas fuerit abiectum quippiam, quod de Chriſti dignitate aliquid detrahat. quamobrem etiam Apoſtolus teſtatur nos per afflictiones fieri Filio Dei conformes. Sic Græci Theologi τελειώσεως nomen tum ad Baptiſmum, tum ad martyrium ſimili prorſus ratione accommodant. Vulgata,conſummare. Eraſmus, perficere: quod non ita expreſſum videtur. quanuis iſta quoque interpretatio non ſit repudianda,vt perfectio opponatur diminutioni.

11 Nam & qui ſanctificat ὅ,τε γὰρ ἁγιάζων. Cohæret particula cauſalis cum participio ἀγαγόντα,vt adduceret: item cum extremo verſiculo nono. Quî enim valet conſecutio hæc,Chriſtus coronatus eſt gloria,&c. ergo & nos exaltabimur? Quia mortuus eſt pro omnibus.illũ enim ita conſecrauit Deus,vt multos filios adduceret in gloriam.Sed quî fieri hoc poteſt?quia vnius naturæ ſunt caput & membra,is qui ſanctificat,& qui ſanctificantur.Sanctificationem autem appellat ſeparationem,purificationem,conſecrationem denique electorum. vtitúrque præſenti tempore vt ſignificet nos adhuc in huius ſanctificationis progreſſu verſari. Ex vno ἐξ ἑνός. Id eſt,eiuſdem naturæ, humanæ videlicet,ita vt ἑνὸς poſitum ſit neutro genere.qua ratione volũt nõnulli Chriſtum paſſim filium hominis dici. Vel ἐξ ἑνὸς,ſcilicet Adamo. quæ interpretatio in idem recidit,ac minus etiam coacta videtur:quum Lucas idcirco quoque videatur ad Adamum vſque deducere Chriſti genealogiam. Quidam ex vno Deo interpretantur,verè id quidem,quum Chriſtus ſit primogenitus inter multos fratres,quos etiam verſiculo ſuperiore υἱοὺς,id eſt filios,vocauit:ſed tamen non tam appoſitè ad nectendam conſecutionem.

nes.quam ob cauſam″non erubeſcit fratres ipſos vocare,

12 Dicens,″Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ tibi hymnos canam.

13 Et rurſum,″Ego fretus ero ipſo. Et iterum,″Ecce ego & pueri quos mihi″dedit Deus.

14 Quoniam igitur pueri″participes ſunt carnis & ſanguinis, ipſe quoque″conſimiliter particeps factus eſt eorundem, vt per mortem aboleret eum″qui mortis habebat imperium, hoc eſt ″Diabolum:

15 Et liberos redderet quotquot metu″mortis per omnem vitam obnoxii erant ſeruituti.

16 Non enim videlicet″Angelos″aſſumpſit: ſed″ſemen Abrahæ aſſumpſit.

Pōtifex Chriſtꝰ.

17 Vnde debuit″per omnia fratribus aſſimilari, vt″miſericors eſſet &″fidelis pontifex in his quæ apud Deum *forent agenda*, ad expiandū peccata populi.

18 Nā ex eo quod perpeſſus eſt″quum tentaretur,″poteſt & iis qui tentantur ſuccurrere.

Cap. III.

Apoſtolꝰ noſter, Chriſtus.
Pōtifex Chriſtꝰ

1 VNde, fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate″Apoſtolum & Pontificem″confeſſionis noſtræ Chri-

cauſam non confunditur fratres eos vocare,

12 Dicens,‖Nuntiabo nomen tuū fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te. Pſal.22.c.23

13 Et iterum,‖Ego ero fidens in eum. Et iterū,‖Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Pſal.18.a.3 Eſa.8.d.18

14 Quia ergo pueri communicauerūt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem,‖vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt Diabolum: D Oſee 13.d.14 1.cor.15.g.54

15 Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſeruituti.

16 Nuſquam enim Angelos apprehēdit: ſed ſemen Abrahæ apprehendit.

17 Vnde debuit per ōnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis Pōtifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.

18 In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tētātur auxiliari.

Cap. III.

1 VNde, fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pōtificem confeſſionis

Non erubeſcit οὐκ ἐπαισχύνεται. Rectè. nam quantum alioquin inter nos & ipſum intereſt?

12 Annuntiabo ἀπαγγελῶ. Hunc Pſalmum rectè Chriſto tribui apparet ex eo quòd ad viuū totam paſſionis illius hiſtoriam deſcribit.

13 Ego fretus ero ipſo ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐν αὐτῷ. Vel, ego ero fretus ipſo. Significat enim Hebræis חסה (quo verbo vtitur Propheta Pſal. 18, vnde deſumptus eſt hic locus) recipere ſe in fidem ac præſidium alicuius: vnde factum vt ad fiduciam transferretur. Itaque hoc ipſum eſt quod Latinè dicitur fretum eſſe. Q. Cic. de petit. Cōſul. Quāquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum eſſe oporteret. Sic autem in illo Pſalmo Dauidem de ſe loqui, vt multa Chriſto ipſi magis propriè conueniāt, apparet ex verſ. 44. & 45. & aptè argumentatur Apoſtolus ad probādam filii Dei diminutionem. Ecce ego, &c. ἰδοὺ ἐγὼ, &c. Hæc loquitur de ſe & diſcipulis ſuis Eſaias capite octauo, ſed omnes miniſtros adumbrans: vt illius diſcipuli viciſſim Eccleſiam totam deſignant. Quum igitur Prophetarum ac miniſtrorum caput ſit Chriſtus, meliore etiam iure hæc illi tribuuntur quàm ipſi Eſaiæ. Dedit ἔδωκεν. Hoc explicatur Iohan. 6 d.37, & 10.e.28.

14 Participes ſunt carnis & ſanguinis κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος. Id eſt, conſtant carne & ſanguine, fragili ſcilicet & caduca natura. Nunc igitur explicat apertè quod dixerat Ex vno eſſe omnes, & quæ fuerit illa perpeſſio mortis, quibus afflictionibus conſecratus ſit Chriſtus, quomodo nos illius fratres, quomodo ſimus illi dati à Deo. quæ omnia in præſtanti illa Chriſti infirmitate, ſumma cum noſtra conſolatione apparent. Hoc nobis eripit ſceleratus Schuenfeldius, & quicunque corpus Chriſti etiam glorioſi ſpoliant naturalis corporis facultatibus. Vulg. communicauerunt carni & ſanguini: obſcurè. vel ob eam cauſam, quòd ſeruauit præteritum tempus. Eraſ. pueri cōmercium habent cum carne & ſanguine: aliquanto etiam obſcurius, vt mihi videtur. Conſimiliter παραπλησίως. In hoc aduerbio interdum παρὰ detrahit de ſignificatione, vt quū ſignificat propemodū. hic verò contrà, proxima & prorſus reſpondentem conditionem declarat, imò verò eandē prorſus, quod ad ſpeciem ipſam attinet, nēpe vt lac lacti ſimile dicitur. Qui mortis, &c. τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. Mortis imperiū habere dicitur Diabolus, à quo ſcilicet exortū eſt peccatū, quod mors eſt conſequuta: quique nos quotidie ad peccandū ſolicitat, vt in æternæ mortis exitiū nos ſecū pertrahat. Tota igitur mortis adminiſtratio penes eū eſt. Nobis tamē dicitur extinctus, quòd omnes ipſius conatus aduerſum filios Dei cadant inanes & irriti, imò verò etiam noſtro cōmodo cedant. Et notandū etiam quòd mortis imperium dicit per mortem abolitum. i. hoſtem ſuis ipſius armis confectum. Diabolum τὸν διάβολον. De vno loquitur, tanquā omnium principe, vt alibi ſæpe Scriptura: cui tacitè adiunguntur reliqui ipſius angeli, vt Matth. 25 d.41.

15 Mortis θανάτου. Mortem intellige cum ira Dei coniunctam, qualem neceſſe eſt extra Chriſtum apparere, cuius metus, aut horroris potius perpetua ſeruitute nihil fingi poteſt miſerius.

16 Angelos ἀγγέλους. Id eſt, Angelicam naturam. Vbi ſunt igitur qui ſpirituale, id eſt Angelicæ vel cæleſtis ſubſtantiæ, corpus Chriſto tribuunt? Nam ſpirituale quidem nunc eſſe fateor, ſed longè alio ſenſu, vt diximus 1. Cor. 15. f.44. Aſſumpſit ἐπιλαμβάνεται. Paulo antè κεκοινώνηκε dixit pro κοινωνεῖ, ita nunc contrà præſenti vtitur pro præterito: quæ permutationes temporum paſſim apud Hebræos occurrunt. Semen Abrahæ σπέρματος Ἀβραάμ. Id eſt, veram hominis naturam. Voluit autem hoc ambitu Apoſtolus illam deſignare, vt promiſſiones Meſſiæ, factas Abrahamo, in memoriam Hebræis reduceret. quæ ad hoc argumentum magnopere pertinent. Ideò etiam disertè Chriſtus dicitur filius Abrahami, vt quidem expoſuimus Matth. 1. a.1. Eſt autem inſignis hic locus ad probādam veræ humanæ naturæ cum Diuina coniunctionem ad vnum conſtituēdum Chriſtum, ideóque à veteribus, præſertim Græcis, diligenter annotatus. quo magis eſt execranda illius audacia qui ἐπιλαμβάνεται conuertit opitulatur. non modò, falſa ſed etiam inepta interpretatione. quum ἐπιλαμβάνεσθαι nunquā hoc declaret apud Græcos. Sed eum ſcilicet offendit quòd ἐπελάβετο non ſcripſerit Apoſtolus. Quaſi verò in narrationibus rerum geſtarum non ſoleat frequentiſſimè vſurpari hæc enallage, cum aliqua etiam venuſtate, vt res non acta perſcribi, ſed adhuc geri videatur. Denique in ſententia tam manifeſta tantine momenti hoc erat vt nouam & inauditam & ad ſcopum Apoſtoli non ſatis pertinentē verbi ἐπιλαμβάνεσθαι ſignificationem comminiſceretur?

17 Per omnia κατὰ πάντα. Per omnia, id eſt nō ſolùm quo ad naturam, ſed etiam quod ad omnes qualitates attinet, ſed à peccato tamen immunes. Miſericors ἐλεήμων. Id eſt, qui noſtrarum ærumnarum vero ſenſu tangeretur, vt Luc. 19. f.41. vbi etiam ſuper perituris lachrymatur. Paulatim autem ad alteram Chriſti qualitatem, id eſt ad Sacerdotium ipſius tranſit, cui adiungit Propheticum munus. Fidelis πιστός. Id eſt, ſyncerè & integrè munus ſuum peragens. vel cui merito fideremus.

18 Quum tentaretur πειρασθείς. Id eſt, quum exploraretur, vel etiam quum tentaretur. i. ad malum ſolicitaretur, à Diabolo ſcilicet. & omnibus ipſius inſtrumentis, quibus tamen fortiſſimè & conſtantiſſimè, ſed non ſine acerbiſſimis & inexplicabilibus doloribus, reſtitit. Nā quod ad intrinſecas tentationes attinet, à carnis vitioſitate exorientes, nullæ in eo eſſe potuerunt, qui ex Spiritu ſancto conceptus eſt. Quidam conuertit, periclitando, quàm rectè, ipſe viderit. Eraſ. ex hoc quòd ipſi contigit tentari. nam coniunxit hæc duo ἔπαθεν & πειρασθεὶς, vt participium poſitū ſit loco infinitiui. Sed quis ita loquatur, ἔπαθεν πειρασθῆναι, vel πειρασθεὶς, pro συνέβη αὐτῷ πειρασθῆναι? Poteſt δύναται. Vide infrà 5. a.2.

IN CAPVT III.

1 Vnde ὅθεν. Orditur collationem Chriſti cum Moſe, apertè iam hunc nominans, poſtquam illius præſtantiā luculentiſſimè probauit. Apoſtolum ἀπόστολον. Id eſt, legatum & nuncium, ſicut διάκονος περιτομῆς dicitur. i. miniſter Circunciſionis, Rom. 15. b.8. Obiter autē, vbi ipſum oſtendit omni poteſtate eminentiorē, nunc attingit Propheticum munus. qua ratione cū Moſe confertur, ſicut ſacerdotii reſpectu cū Aarone. obiter etiā de Ioſue aliquid propter regnum attingens, vt omnibus modis ſit nobis Chriſtus factus omnia. Iſtorum autem omnium fundamenta ſubſtrauit, explicata vtraque Chriſti natura coniunctim: & nunc alteram diſtributionem nectit. Vult enim à nobis iſtā Chriſti præſtantiam conſiderari, tum vt Prophetæ ſua authoritate docentis, vt qui Dominus ſit: tum vt Pontificis maximi & vnici. Primùm igitur de Apoſtolatu dicet vſque ad capitis quarti verſiculum 14. Inde ad Pontificatum tranſibit. Confeſſionis τῆς ὁμολογίας. Id eſt, eius doctrinæ quam profitemur, Euangelicæ nimirum.

	noſtræ Ieſum,		ſtum Ieſum,	
Num.12.b.7	Qui fidelis eſt ei qui fecit illum: ſicut & Moyſes in omni domo eius.	2	Fidelem ei qui ipſum conſtituit: vt & Moſes *fidelis fuit* in tota domo ipſius,	
	Amplioris enī gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam.	3	*Tanto* nanque ampliore gloria præ Moſe hic dignus eſt habitus, quanto maiorem habet honorem, is qui conſtruxit domū quàm domus ipſa.	
	Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit Deus eſt.	4	Omnis enim domus conſtruitur ab aliquo: porrò qui condidit omnia hæc, Deus eſt.	
	Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant:	5	Et Moſes quidem fidelis fuit in tota domo ipſius, vt famulus, ad teſtificanda quæ pòſt dicenda erant:	
	Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus, ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finē, firmam retineamus.	6	At Chriſtus, vt filius qui domui ſuæ præeſt: cuius domus ſumus nos, ſi fiduciam & ſpem illam de qua gloriamur, ad finem vſque firmam tenuerimus.	
Pſal.95.b.8 infrà 4.b,7	Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis,	7	Quapropter ſicut dicit Spiritus ille ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis,	Exhortatio ad fidem in Chriſtū, ne pereant exēplo Iudæorum.
	Nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tētationis in deſerto:	8	Ne obduretis corda veſtra, ſicut in exacerbatione, in die tentationis illius in deſerto:	
	Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea.	9	Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt me, & viderūt opera mea quadraginta annis.	
	Quadraginta annis. propter quod infenſus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde: ipſi autem non cognouerunt vias meas.	10	Quapropter infenſus fui nationi iſti, & dixi Semper errant corde neque cognouerunt vias meas.	
	Quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.	11	Itaque iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.	

2 Ei qui ipſum conſtituit τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ Apoſtolum & Pontificem. Vt & Moſes ὡς καὶ Μωσῆς. Vide vt exæquet quos poſtea longè impares eſſe oſtendet. Qui enim ſint paris dignitatis ſeruus & filius? Fidelis tamē eſt vterque. ſic igitur poſthabetur Moſes Chriſto, vt nihil illi detrahatur, nihil iſti præter meritum adiiciatur, vtrique gradus ſuus conſeruetur. Offenſio enim quorundā inde naſcitur quòd neque ſeruum fuiſſe Moſen, neque filium eſſe Chriſtum norant, ſed vtrunque habebant pro ſeruo. Quamobrem conſtituta iam Chriſti Dei & hominis præſtantia, intrepidè loquitur Apoſtolus.

3 *Tanto* nanque ampliore πλείονος γὰρ, &c. Eraſmus, voculam illam rectè addidit, vt magis perſpicuus eſſet hic locus. Cauſalis autem particula nō cohæret cum proximis, ſed cum præcipuo totius periodi verbo κατανοήσατε conſiderate. ac ſi diceret Apoſtolus, Meritò magni facitis Moſen. Fuit enim fidelis in domo Domini: ſed excellentia Chriſti, qui & ipſe fidelis fuit tum Apoſtolus tum Pontifex, longè etiam dignior eſt quàm conſideretis. Eſt enim ipſius tāto amplior gloria, &c. Quàm domus ipſa τοῦ οἴκου. i. Quāto præſtātior eſt architectus ipſa domo quā eſt architectatus, tanto Chriſtus præſtat Moſi. Quomodo verò conſtabit illa ſimilitudo? nempe quia Moſes ipſe pars eſt domus à Chriſto extructæ: nedum vt illam ſit molitus. Vſitatū enim eſt Eccleſiā domui cōparare, cuius & viui lapides & vaſa dicuntur tum paſtores, tum greges, vt 1.Tim.3.d.15, & 2.Tim.2.d.10, & 1.Pet.2.a.5. Hæc igitur prior erit collatio Chriſti cum Moſe. Vetus interpres cōuertit honorem domus, id eſt qui ex domo redit ad architectum multo amplior, quàm ad ipſius miniſtros qui per ſe nihil præſtiterūt, ſed fuerunt duntaxat architecti organa: acſi Gallicè dicas, *D'autant que le plus grand honneur de la maiſon reuient a celuy qui l'a faicte.* Sententia quidem bellè conuenit, ſed conſtructio Græca mihi duriuſcula videtur. 4 Omnia hæc τὰ πάντα. Non erat omittendus articulus. Nam generalis alioqui ſententia accommodanda eſt ad ædificium de quo agitur. Apparet autem omnino ex connexione argumenti, Chriſtum Dei nomine ſignificari. Eſt enim in his verbis aſſumptio argumenti, cuius præceſſit propoſitio, & in vtraque Chriſtus eſt ſubiectū. Ita enim eſt huius Eccleſiæ fundamentum vt ſimul præſideat: ita frater, vt ſit Dominus: ita formatus à Domino, vt ſit Deus propria virtute omnia efficiēs: ſicut egregiè ſcripſit doctiſſimus interpres. 5 Et Moſes Καὶ Μωσῆς. Altera collatio, in conditæ domus adminiſtratione. Nam hîc quoque præfuit Filius vt Dominus, Moſes vt miniſter. Filius ergo id proprium habet quòd ſolus propriè dici poteſt architectus, vtpote Deus qui omnia effecerit. In altero vſus eſt Moſis opera, ſed nulla coactus neceſſitate, tantùm vt famulo qui ſignificaret quod habebat in mandatis, & Domino loquuturo audientiam faceret. Vt famulus ὡς θεράπων. Honeſtius vocabulum eſt θεράπων quàm δοῦλος, vt apparet ex verbo θεραπεύειν, quod de ingenuis dicitur, prompta quadam voluntate operam ſuam alicui accommodantibus.

6 At Chriſtus vt filius qui domui ſuæ præeſt Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vulgata, Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua. Eraſ. At Chriſtus tanquam filius adminiſtrauit domū ipſius. Neuter cognouit diſcrimen quod obſeruandum erat inter ἐν & ἐπὶ hoc in loco. Dicitur enim fuiſſe Moſes fidelis in domo, Chriſtus verò ſupra domum, vt is ſcilicet qui domui præeſt tanquam dominus. Eraſmus verò (cuius veſtigia quidam alter ſequutus eſt, ſed errore duplicato) præterea in eo aberrauit ab Apoſtoli ſcopo, quòd vertit αὐτοῦ ipſius, quum emendati codices legant αὑτοῦ, & quomodocunque legas, dicendum ſit omnino Filius domui ſuæ non alienæ præfuiſſe. Nam, vt cæteras cauſas omittam, quò referes relatiuū αὐτοῦ ipſius? num ad proximū, id eſt ad Moſen? id verò nimis eſſet abſurdum. Num ad Deum? atqui is ipſe Filius Deus ille eſt architectus. Cuius domus οὗ οἶκος. Cuius ſcilicet Chriſti domus nos ſumus. Sed rectius fortaſſe legeris ὅς οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, quæ domus ſumus nos. quod in vno ex vetuſtis noſtris codicibus ſcriptum inuenimus, & ſequutus eſt Vetus interpres. Fiduciam τὴν παῤῥησίαν. Fiduciam vocat fidei nobile effectum, quo fit vt clamemus Abba Pater. cui ſubiungitur ſpes illa de qua gloriamur, quia nondū apparuit quod ſumus, & tamen ſpes illa fallere nos non poteſt, ac proinde vt de re præſenti gloriamur in Domino, vt Rom 5.a.2.

8 In exacerbatione ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Heb. ריבה *ribah*. i. in *die* contentionis. Nam repetendum eſt יום ex ſequente membro. Loquitur autem Propheta de nobili illa hiſtoria quæ perſcripta eſt Exo. 17.b.7. à qua etiam locus ipſe in quo hæc geſta ſunt, dictus eſt Maſa, id eſt tentatio, & Meriba, id eſt iurgium ſeu contentio, quòd Iſraelitæ illic cum Moſe iurgando, Deum ad iram prouocarint. Quorſum hæc autem Apoſtolus? vt patrum authoritatem deſinant obtendere. Deinde vt ſi impunè contemni non potuit famulus Moſes, cōſiderent multo maiores pœnas daturos qui filiū contempſerint, ad quē Moſes ipſe inuitat. Poſtremò ſingulari quodā aut potius Diuino prorſus iudicio hūc locū delegit Apoſtolus, mētione finis iniecta. Finis enim externus quo populū deducebat Moſes, & introduxit Ioſue, fuit requies terræ Chanaan: finis quò nos deducit Deus per Chriſtū, eſt æterna ipſius requies quam terra Chanaan & ſabbathi quies adūbrauit, quod poſtea explicatur. Pulchrè ergo cohærent omnia. 9 Quadraginta annis τεσσαράκοντα ἔτη. Quia ſequitur particula διὸ, Græci codices iſta adiunxerunt præcedentibus, quum tamen in Hebræis iſta connectantur ſequentibus, nec vlla cauſalis particula interiiciatur. Sed & vnum codicem vetuſtum inuenimus cum Hebraica veritate prorſus conſentientem. quomodo etiam legitur in recepta Græci pſalterii editione. Deinde etiam idipſum ita repetitur infrà verſ.17. Nolui tamen quicquam mutare in re tantilli momēti, quum eadem maneat ſentētia, vtrouis modo legas.

10 Errant corde πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Id eſt, vecordes ſunt & inſani.

11 Itaque ὡς. Id eſt ὥστε. Heb. אשר, id eſt οἷς, quibus, vt etiam legit & interpretatus eſt Vetus interpres. Idem autem declarat In ira mea, atque iratus ego. Si introibunt εἰ εἰσελεύσονται. Vide Marc.8.b.12.

12 Videte,fratres,″ nequando ſit in vllo veſtrum cor improbum & infidele,ad deficiendum à Deo viuo:

13 Sed exhortamini alii alios quotidie,″quoad appellatur dies hodiernus:nequis ex vobis induretur ſeductione peccati.

14 Chriſti enim participes facti ſumus,ſi ſanè ″primordium illud quo ſuſtentamur, firmum tenuerimus ad finem vſque,

15 ″*Interim* dum dicitur, Hodie ſi vocem eius audieritis , ne obduretis corda veſtra,vt in exacerbatione.

16 Nam quidam quum audiſſent, exacerbarunt *Dominum*:non omnes tamen ii qui exierant ex AEgypto per Moſen.

17 Quibus autem infenſus fuit quadraginta annis ? nónne iis qui peccauerant,quorum″corpora conciderunt in deſerto?

18 Quibus autem iurauit non ingreſſuros in requiem ſuam , niſi iis qui non obedierant?

19 Et videmus non potuiſſe ingredi propter incredulitatem.

Cap.IIII.

1 MEtuamus igitur neq̃uãdo derelicta promiſſione introeũdi in requiem eius,″videatur aliquis ex vobis fuiſſe fruſtrat⁹.

2 Etenim ′nobis euangelizatum eſt, ſicut & illis: at non profuit illis auditus ſermo,′ vt qui fidei mixtus non fuerit ipſis qui audierant.

Fides in verbum Dei.

3 ″Introimus enim in requiem nos qui credidimus,″ſicut dixit, Itaque iuraui in ira mea,ſi ingreſſuri ſint in requiem meam: ′licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis.

12 Videte,fratres,ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo viuo:

13 Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies,donec Hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

14 Participes enim Chriſti effecti ſumus:ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus,

15 Dum dicitur, |Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra quemadmodum in illa exacerbatione.

Pſal.95.c.8 num.14.f.37

16 Quidam enim audientes,exacerbauerunt:ſed non vniuerſi qui profecti ſunt ex AEgypto per Moyſen.

17 Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis? nónne illis qui peccauerunt, quorum cadauera proſtrata ſũt in deſerto?

18 Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius : niſi illis qui increduli fuerunt?

19 Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

Cap.IIII.

1 TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius,exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe.

2 Etenim & nobís nũtiatum eſt,quẽadmodum & illis : ſed nõ profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex iis quæ audierunt.

3 Ingrediemur enim in requiem qui credidimus:quemadmodũ dixit, |Sicut iuraui in ira mea,ſi introibunt in requiem meam : & quidem operibus ab inſtitutione mundi factis.

Pſal.95.c.11

13 Quoad appellatur dies hodiernus ἄχρις οὗ καλεῖται,&c. Id eſt,quandiu durat dies hodiernus.Docet enim aduerbium hodie,non debere ad Dauidis ſeculum reſtringi,ſed totum illud tempus complecti quo nos Deus compellat, vt rectè ſcribit doctiſſimus interpres.Neque enim aſſentior Eraſmo qui totum vitæ tempus putat hoc nomine deſignari.Nã multos adhuc viuentes nox opprimit,vt fruſtra requirant: quia ſine fide clamant,quæ non eſt omnium: aut ne requirere quidem audeant quod ſunt aſpernati. Ergo quandiu nos Deus vocat, tandiu durat dies ille,non amplius: quum non ſit volentis nec currentis, ſed miſerentis Dei. Statim ergo pareamus. quis enim nouit quando deſiturus ſit Dominus loqui? 14 Primordium illud quo ſuſtentamur, τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως. Vel,principium illud fiduciæ. nam ita etiam accipi nomen τῆς ὑποστάσεως diximus 2.Cor.9.a.4,& 11.d.17.& in quiduſdam codicibus legimus τὴν ἀπαρχὴν,id eſt primitias. Vulg.& Eraſ.initium ſubſtantiæ :admodũ obſcurè.Ego verò ἀρχὴν accipio pro eo quod primariũ eſt,id eſt pro baſi ac fundamento: ὑπόστασιν autem pro משען,id eſt pro eo quo fulcimur & innitimur.Sic enim ab Hebræis dicitur ראשית quod in vnaquaque re præcipuum eſt, vt quũ ſcribitur Timorẽ Domini eſſe ראשית חכמה.i.principiũ ſapiẽtiæ,quòd ſcilicet primas teneat in ſapiẽtia, & quo abſente nulla ſit in hominibus ſapiẽtia:à quo denique ſapientẽ oporteat auſpicari.Sed & apud Latinos quicquid in quaque re primũ eſt,principiũ vocatur. & apud Platonem in epiſtolis ἀρχὴν βάλλεσθαι pro fundamenta iacere vſurpatur.Verùm quodnam eſt illud fundamẽtum? Nempe ſana illa doctrina de Chriſto,eáque fide apprehenſa.Quidam ea libertate vſus qua in pleriſque aliis,totum hunc locum ita conuertit,Etenim Chriſti conſortes facti ſumus, ſi modò hoc argumentum ab initio ad finem vſque firmum tenemus, in quo dicitur,&c.Hoc verò annon eſt ſummam & ſacrilegam etiam audaciam ad verbum Domini interpretandũ afferre? 15 *Interim* dum dicitur ἐν τῷ λέγεσθαι. Id eſt,quandiu hæc vox perſonat.Hæc enim eſt,opinor,germana & minimè detorta huius loci explicatio:quam etiam amplexus Vetus interpres conuertit,dum dicitur. Ego verò addidi aduerbium interim,vt melius exprimerem præpoſitionem ἐν, quæ pro inter accipitur hoc in loco, vt in ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ, ἐν τῷ μεταξὺ & ſimilibus.Eraſ.In hoc quod dicitur:quæ interpretatio nõ poteſt Græcis vllo modo accommodari.Cæterùm nobilis eſt hæc ſententia,ex qua ſcilicet intelligimus verba illa Prophetarum non ad vnum tempus pertinuiſſe, ſed etiamnum hodie à Deo pronuntiari , quotidie nos ad ſe & precibus,& minis,& exemplis ad ſe inuitante. 17 Corpora τὰ κῶλα. Sic tribus locis conuerterunt Græci interpreres Hebraicum vocabulum פגרים,id eſt cadauera,Num.14.e.29.f.32 & 33.

IN CAPVT IIII.

1 Videatur aliquis ex vobis fruſt. δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. Reſpicit ſuperiorẽ hiſtoriam. Nam exiſtimarunt Iſraelitæ ſe fuiſſe à Domino deluſos,quum ipſi re vera cõtempſiſſent oblatam poſſeſſionem terræ Chanaan.Sic ſolet hominum improbitas,quum ſuæ perfidiæ dat pœnas,culpam in Deum regerere.Græca ſcholia additum eſſe cenſent verbum δοκῇ id eſt videatur,vt aſperius dictum leniret.

2 Nobis euangelizatum eſt, ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι. Vulgata & Eraſmus,nobis annuntiatum eſt. Atqui non de omni nuntiatione dicitur τὸ εὐαγγελίζεσθαι. itaque libenter Euangelizandi verbum retinui, vt ſciamus Dominum in illo Dauidis loco vocem ſuam appellare , illud ipſum Euangelium quod poſtea nobis re ipſa exhibuit in Filio.Chriſtus enim fuit heri & hodie, nec alius vnquam fuit μεσίτης.

Vt qui fidei mixtus non fuerit ipſis qui audierant. μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Prædicationem Euangelicam veluti vino cõparat,quod vt nobis hauſtum,id eſt auditum & perceptum proſit,oporteat fide quaſi temperari.Eſt igitur elegans tranſlatio qua ſignificatur Hebræis cauſam non eſſe cur glorientur,quòd peculiariter eos ſit allocutus Dominus & per Prophetas & per Filium,quum multi etiam audierint Moſen in deſerto,quibus id non modò non profuit,ſed mortiferæ etiam potionis inſtar fuit, ipſorũ quidũ vitio qui oblatum poculũ non tẽperarunt fide.id enim requiritur vt nobis ſit ſalutare.Vulg.non admiſtus fidei ex iis quæ audierũt. Putauit enim Vetus interpres τοῖς ἀκούσασιν poſitum pro τοῖς ἀκουσθεῖσι. Quidam verò multo etiam durius conuertit τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι pro τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων,cum eorum fide qui audiuerant. Eraſ. quòd non eſſet cum fide coniunctus iis qui audierant: ne ſic quidem expreſſa Apoſtoli ſententia , vt mihi videtur. Græcus ſcholiaſtes legit συγκεκραμένους,aſſentiente Photio & Theophylacto, quos etiam Complutenſis editio ſequitur , & quinque ex vetuſtis noſtris codicibus.Eſt autem hæc ſentẽtia, Auditum ſermonem nihil illos iuuiſſe qui ſeſe non coniunxerunt per fidem iis qui audierant, id eſt Ioſue & Caleb fidelibus qui Deo auſcultarunt.Sed hoc mihi quidem non placet, vel ob eam cauſam quòd manifeſtè diſtinguat τοὺς ἀκούσαντας & τοὺς πιστεύσαντας,id eſt eos qui audierunt & eos qui auditis crediderunt.

3 Introimus εἰσερχόμεθα. Vulg.ingrediemur:nõ expreſſa Apoſtoli ſententia,vt qui ſignificet nos per fidẽ iam in illam requiem ingredi,vt apparet ex verſ.10. Sicut,&c. καθὼς,&c. An verò ex hoc teſtimonio efficitur nos per fidem ingredi in Dei requietem ? Minimè id quidem per ſe:ſed ſi omnia connectas tum præcedentia,tum ſequentia.Nam ſi infidelitas arcet ab aditu,fides certè introducit. Licet καίτοι. Vulg.& quidem. quam verſionem tolerari quidem poſſe fateor, ſed tamen non amplector. Eſt autem locus hic perobſcurus , quem ego ſic exponendum puto.Probarat Apoſtolus infidelitatẽ illud eſſe quod à Dei requiete arceret: fidem cõtrà,quaſi oſtium per quod ingre-

deremur. Ad hæc verò poterant Hebræorum aliqui obiicere,iſta nihil ad regnum cæleſte pertinere,quum illic requietis appellatione terra Chanaā intelligatur,in qua eſſent ipſi:ac proinde ſe illa exhortatione minimè indigere, vt qui Dei requietem infidelibus negatam poſſiderent.Oportuit igitur eos ab iſta contemplatione terræ Chanaan auocatos,ad alterius requietis cognitionem traducere,eius ſcilicet cuius illa typus erat.quod vt faciat,aggreditur explicare quid ſit in requietem Dei ingredi.ac fatetur quidem duplicem requietem Dei commemorari in Scripturis, vnam æternam, cuius ſtatim fit mētio poſt conditum mundum : alterā quæ in hoc Dauidis loco tribuatur terræ Chanaan. ſed ita vt Deus(exemplo eorum propoſito qui ab altera iſta typica ſunt excluſi per infidelitatem) nos ad priorem illam veram & ſuam vocet.quod ita eſſe probat Apoſtolus duobus argumentis:vno,quòd Deus addat aduerbium hodie,quod non conuenit rei iampridem præteritæ: altero, quòd eos alloquatur qui in terram Chanaā iampridem erāt ingreſſi.ex quibus coniunctis neceſſario efficitur quod modo dixi, nos ſcilicet ad aliam requiem propoſito illo exemplo,inuitari. Sed quænam illa eſt? nempe quum duæ tantùm commemorentur,& de poſteriore nō agi dixerimus niſi quatenus illius mentio adhortationis cauſa inducitur:relinquitur, Dauidē de priore verba facere,quemadmodū Apoſtolus proponit verſ.4,explicat verſiculis 9 & 10.Deinde concluſionem nectit.Ergo,vt ad contextum redeam,coniunctio καίτοι omnino conuertenda eſt per quanuis:vt ſit ſenſus,Quanuis requietis Dei nomine alicubi ſignificetur ceſſatio à condendo mundo, Deum tamen de terra Chanaan loquentem, requietis nomen illi tribuiſſe in illo ſuo iureiurando.Non argumentatur autem Apoſtolus, ſed proponit de quo dicturus eſt. quod & mox explicat, docens duarum requietū fieri mentionem, vt poſtea Pſalmi contextum ad vtranque accommodet, illa ſcilicet verba,Si ingreſſuri ſunt in requiem meam,ad terrā Chanaā:adhortationem autem totam,ad priorem illam & verā Dei quietem,cuius illa typus erat.Sed nulla hîc fit,dices,terræ Chanaā mentio. Reſpondeo,nō neceſſe fuiſſe hoc exprimi quod manifeſtè liquet ex hiſtoria illa quadraginta annorum,quam vnam illic Deus commemorat.deinde etiam hoc diſertè explicari verſ.8.

Geneſ.2.a.2 deut.5.b.14 B	Dixit enim quodam loco de die ſeptima ſic,‖Et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.	4	Dixit enim quodam in loco de ſeptimo die ita , Et requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis.	
	Et in iſto rurſum, Si introibunt in requiem meam.	5	Et hîc rurſum,Si introibunt in requiem meam.	
	Quoniā ergo ſupereſt introire quoſdam in illam: & ii quibus prioribus annūtiatum eſt,non introierunt propter incredulitatem:	6	'Quia igitur reliquum eſt vt aliqui introeant in eam:&quibus prius annuntiatū fuit, non introierunt propter incredulitatem:	Infidelitas.
Suprà 3.b.7	Iterum terminat diem quandā,Hodie,in Dauid dicendo poſt tantum tēporis(ſicut ſupradictum eſt)‖Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.	7	'Rurſum quendam præfinit diem Hodie , apud Dauidē dicens tanto pòſt tempore (prout dictum eſt) Hodie ſi vocem eius audieritis,ne obduretis corda veſtra.	
	Nam ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet,nunquam de alia loqueretur poſthac die.	8	'Nam ſi eos Ieſus in requie collocaſſet,nequaquā de alio poſthac die loquutus fuiſſet.	
C	Itaque relinquitur ſabbathiſmus populo Dei.	9	Itaque reliquus eſt 'aliquis ſabbatiſmus populo Dei.	
	Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius,etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis,ſicut à ſuis Deus.	10	'Nam qui ingreſſus eſt in requiem ipſius,requieuit &ipſe ab operibus ſuis,quemadmodum à ſuis Deus.	
	Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem:vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.	11	'Studeamus igitur ingredi in illam requiem:'ne quis in idem incidat contumaciæ exemplum.	Sermo Dei.
	Viuus eſt enim ſermo Dei &efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus , compagum quoque ac medullarum: & diſcretor cogitationum & intentionum cordis.	12	'Viuus *eſt* enim 'ſermo Dei & efficax,& penetrantior quouis gladio 'ancipiti:'ac pertingit vſque ad diuiſionē animæ ſimul ac ſpiritus,compagúmque & medullarū: & diſcretor cogitationum & intentionum cordis.	
D	Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius ad quem	13	Nec eſt vlla res creata quæ non manifeſta ſit in conſpectu 'ipſius: ſed omnia *ſunt* nuda & 'patentia oculis eius	

6 Quia igitur ἐπεὶ οὖν. Nunc illam Dei adhortationem applicat ad priorem requiem.Itaque οὖν non declarat concluſionem ex prioribus naſcentem,ſed ingreſſum argumentationis:niſi malimus eum à concluſione exordiri,quam poſtea confirmet.

7 Rurſum πάλιν. Prius argumentum ab aduerbio præſentis temporis,quod declarat alios inuitari. ἐν Δαβὶδ autem poſſimus interpretari In Dauide,id eſt apud Dauidem,in libro ſcilicet Dauidis,vel per Dauidem.

8 Nam ſi Ieſus εἰ γὰρ Ἰησοῦς. Ioſue intelligit qui à Græcis dictus eſt Ieſus.vt planè ſint ridiculi qui Ieſu nomen,quum Chriſto tribuitur, volunt ad nomē Iehouah detorquere.Quis enim non videt,ſicut terra Chanaan veræ quietis fuit typus, ita etiam Ioſue ſub eodem nomine proponi pro veri noſtri liberatoris typo?Cæterùm fuit adiungendum hoc argumentum priori, vt eſſet neceſſaria concluſio. Quid enim? an non poteſt nos Deus hodie ad eam ipſam quietem inuitare quam alii multis antè ſeculis ſint aſpernati? Sanè ita eſt. ſed quum ii quos ad ſe inuitat Dominus apud Dauidem, eam quietem iampridem adepti ſint, quam alii neglexerant, relinquitur aliam eſſe præparatam quietem, ad quam propoſito aliorum exemplo inuitentur:quæ concluſio nectitur verſiculo 9.

9 Aliquis ſabbatiſmus σαββατισμός. Vtitur Hebræo vocabulo quum antea dixiſſet κατάπαυσιν, eodē ſenſu, duabus de cauſis:Primùm vt diſtinguat ipſa nomina. Nam Pſal.95.requies vocatur מנוחה. vbi autem agitur de die ſeptimo, dicitur שבת à verbo שבת, vt in ipſo etiam nomine diſcrimē annotetur.deinde vt concludat collationem typicæ quietis terræ Chanaan, cum vera illa & æterna,ad quam nos Deus per verum illum Ioſuam deducit,atque adeò in qua iam alterum pedem habemus,ſi credidimus.

10 Nam qui ingreſſus eſt ὁ γὰρ εἰσελθών. Similitudinem declarat beatæ illius quietis Dei & noſtræ,quam iam inchoarunt qui Deo vocanti reſponderunt.Quemadmodum enim Deus perfecto mundo ſeſe veluti recepit in æternam illam ſuam beatitatem:ſic qui crediderūt, ceſſant ab operibus ſuis,id eſt,mortui peccato,iam viuunt iuſtitiæ ac Deo: atque ita beatam illam quietem ingreſſi, pleno tandem aliquando ſabbatiſmo in cælis perfruentur. 11 Studeamus σπουδάσωμεν. Concluſio ſuperioris tractationis totius de officio Chriſti Regio ac Prophetico. Nequis ἵνα μή τις. Id eſt, nequis fiat ſimile exemplum infidelitatis.Nam ἐν pro εἰς ponitur, & ὑπόδειγμα pro παράδειγμα, vt diximus Matth.3.b.7.Eraſmus,Ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo.

12 Viuus enim *eſt* ζῶν γὰρ. Viuum vocat ab eius effectis in iis quibus annuntiatur.Cohæret autem cauſalis particula cum ſuperiore cōcluſione,quæ & fideles conſolatur,& contumaces coram Dei tribunali citat. Sermo Dei ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Id eſt, doctrina Dei annuntiata tum in Lege tum in Euangelio. Ancipiti δίστομον. Vide Luc.21.e.24. Et pertingit καὶ διϊκνούμενος. Id eſt,ad intima vſque animi penetralia deſcendit, nempe vt mortiferum vulnus infligat contumacibus:electos autem contrà,vetere homine cæſo,penitus viuificet Deo. Animam autem,facultatem in qua reſident affectus, Spiritum τὸ ἡγεμονικὸν vocat.quod aliquoties in Paulo annotauimus, & ſtatim explicat.Per compages & medullas ſimiliter accipio penitiſſimas quaſque hominis partes.

13 Ipſius αὐτοῦ. Ipſius ſcilicet Dei,de cuius verbo diſſerit. Sunt hæc aduerſus hypocritas dicta, ne quicquid fidei nomine veſtierimus, putemus à Deo recipi pro fide. Patētia τετραχηλισμένα. Τραχηλίζειν Varinus ex aliquo proculdubio vetuſtiore grammatico,tradit etiā ſignificare τὸ διχοτομεῖν ἤγουν τὸ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν,id eſt medium ſecare, ſiue per ſpinam dorſi findere.quæ ſignificatio mihi viſa eſt conuenientior:vt omnia Domino etiam intima patere ſignificetur,ſeruata etiam ſuperiore tranſlatione à gladio ſumpta. Vulg.aperta.Eraſ.reſupinata. Græcus ſcholiaſtes quaſi excoriata interpretatur , tranſlatione (inquit)à pecudibus ſumpta, quibus ex collo ſuſpenſis detrahitur pellis. quæ omnes interpretationes ſunt violentæ.

″quicum nobis eſt negotium.

″Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, 14
Ieſum filium Dei,″teneamus *hanc* profeſſionem.

″Non enim habemus Pontificem qui nō poſſit″affici ſenſu in- 15
firmitatum noſtrarum:ſed″tentatum in omnibus″ſimiliter, abſ-
que peccato.

Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, vt cōſequa 16
mur miſericordiam,& gratiam inueniamus ad opportunum au-
xilium.

Cap.V.

Pōtificis officiū.

E″Nimuero omnis Pontifex ex hominibus aſſumitur, & pro 1
hominibus cōſtituitur in his quæ apud Deum *agenda ſunt*:vt of-
ferat″donaria & victimas pro peccatis:

″Qui quantum ſatis eſt poſſit miſerari″vicem ignorantium & 2
aberrantium: quòd & ipſe″circundatus ſit infirmitate:

Et″propter hanc debeat,ſicut pro populo,ita & pro ſeipſo offer 3
re *victimam* pro peccatis.

Neque ſibiipſi quiſquam″ſumit hūc honorem,ſed qui voca- 4
tur à Deo,ſicut & Aaron.

Ita & Chriſtus non ſibi hunc honorem tribuit vt fieret Ponti- 5
fex,ſed is qui dixerat ei,″Filius meus es tu,ego hodie genui te.

nobis ſermo.

14 Habentes ergo Pontificem magnū qui penetrauit cælos,Ieſum filiūDei, teneamus confeſſionem.

15 Non enim habemus Pontificē qui nō poſſit compati infirmitatibus noſtris:tentatum autem per omnia pro ſimilitudine,abſque peccato.

16 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno.

Cap.V.

1 OMnis nanque Pontifex ex hominibus aſſūptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis:

2 Qui condolere poſſit iis qui ignorant & errant:quoniam & ipſe circūdatus eſt infirmitate.

3 Et propterea debet,quemadmodū pro populo,ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis.

4 Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo,|tāquam Aarō. 1.Paral.23.b.13

5 Sic & Chriſtus non ſemetipſū clarificauit,vt Pontifex fieret,ſed qui locutus eſt ad eum,|Filius meus es tu,ego hodie genui te. Pſal.2.b,7 ſuprà 1.b.5

Quicum nobis eſt negotium πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Vel,de quo nobis eſt ſermo,vt πρὸς ὃν ponatur pro περὶ οὗ,vt ſuprà 1.b.7.Sed illa explicatio multo eſt vberior,vt rectè obſeruauit doctiſſimus interpres. Vulgata & Eraſmus,ad quem nobis eſt ſermo.

14 Habentes,&c. Ἔχοντες,&c. Nunc aggreditur explicationem Sacerdotii Chriſti,& hac etiam ratione docet quanto Aaroni & omnibus Pontificibus Leuiticis præſtet. Itaque hinc potius oportuerat quartam ſectionem auſpicari. Teneamus κρατῶμεν. Id eſt, retineamus,nec ſinamus nobis è manibus elabi,vt diximus Marc.7.a.3.

15 Non enim οὐ γὰρ. Vides vt ad Sacerdotium applicet ſua illa principia, nempe hominem Deum,ſuperiore verſiculo, nunc verò Deum hominem,& quidem ſemper coniunctim. Affici ſenſu συμπαθῆσαι. Vulgata, compati. Atqui in Chriſtum nunc glorioſum iſtæ perpeſſiones non cadunt.Ego verò curioſis iſta relinquo.Sed hoc quidem certum eſt,hoc vocabulo ſummum illum conſenſum membrorum & capitis,id eſt Eccleſiæ & Chriſti,ſignificari,de quo toties Paulus diſſerit. Deinde vt quum de Deo loquitur, ita etiam de Chriſto glorioſo diſſerens Scriptura,ad noſtrum captum ſe demittit.Glorioſum ad dextram Patris Chriſtum ſedere credimus: ibi dicitur noſtris malis affici, quòd talem ſe nobis oſtendat.Ideò etiam clamat è cælis, Saul cur me perſequeris? Altiores ſpeculationes ſcrutari nec vtile nec tutum exiſtimo. Tentatum,&c. πεπειρασμένον,&c. Id eſt,omnia hæc noſtra ſimiliter atque nos expertum. Neque enim nudam corporis & animæ ſubſtantiam aſſumpſit,ſed omnibus noſtris ærumnis,omnibus denique peccatorum noſtrorum pœnis obnoxiam:ita tamen vt recta & integra in eo fuerint omnia. Similiter καθ' ὁμοιότητα. Hebraicè כדמותנו pro ὁμοίως, ſiue (vt antè dixit,2.d.14) παραπλησίως, id eſt prorſus ſimiliter.Nam vt pleniſſimam ſimilitudinem ſignificent Hebræi,particulas eiuſdem ſignificationis congerunt, vt hîc in καθ' ὁμοιότητα & in παραπλησίως factum eſt. Deinde ex proximo petitum affixum pronomen adiungunt. Vulg. pro ſimilitudine. Eraſmus,iuxta ſimilitudinem.quæ interpretatio non modò eſt ambigua,ſed etiam perículoſa.

IN CAPVT V.

1 Enimuero omnis,&c. πᾶς γὰρ,&c. Nunc aggreditur præſtantiora omnia in Chriſto Pontifice oſtēdere quàm in reliquis omnibus:vt Aaronis Sacerdotium iſti cedere tandem aliquando intelligant Hebræi. Itaque γὰρ non tam eſt cauſalis quàm inchoatiua,vt loquuntur grāmatici. Sunt autem hæc capita collationis. Alii à Deo quidem vocantur,ſed per homines & ex hominibus. Chriſtus homo & ipſe,ſed vnà etiam Dei filius,ipſa Patris voce eſt Pontifex declaratus. Illos oportet,vt infirmos & miſericordes,pro ſe & pro aliis offerre donaria & victimas:iſte inſigniter afflictus & inſigniter miſericors,non obtulit pro ſuis peccatis, ſed rogauit pro ſuo metu quod impetrauit, & conſecratus ſua obedientia omnes ſeruauit. Illis mortalibus quærendi ſunt ſucceſſores:iſte perpetuus eſt declaratus Pontifex,& quidem cum iureiurando. neque vt ſucceſſor Aaronis, ſed vt alterius ſacerdotii Pontifex, nempe ſecundum ordinem Melchiſedec, multo excellentiorem. Hæc ſunt inquam collationis capita. ſed quia contrario ordine propoſitioni ſimilitudinis reſpondet accōmodatio: ſciendum eſt verſiculo quarto reſpondere verſiculos 5 & 6:verſiculo ſecundo & tertio,verſiculos 7 & 8:verſiculo demum primo,verſiculos 9 & 10. Donaria δῶρα. Hoc nomine intelligit omnes oblationes rerum vitæ expertium.θυσίας autem reliqua ſacrificia vocat,animalium ſcilicet quæ iugulabantur. 2 Qui quantum ſat eſt miſerari poſſit μετριοπαθεῖν δυνάμενος. Δυνάμενος ſignificat τὸν ἱκανόν, id eſt eum qui aptus ſit & idoneus.Μετριοπαθεῖν verò declarat indolem quæ ad commiſerationem ſit prona,quanta quidem opus eſt. Quum enim preces non niſi ex fide & intimo corde profectas Deus admittat,quomodo aptus fuerit ad communes pro vniuerſo populo preces concipiendas,qui vel arroganter alios deſpiciat, neque illorum etiam de ſalute ſua non cogitantium periculo quantum par eſt afficiatur: vel præ nimio dolore animum deſpondens,concidat?qua de re pulcherrimè ac veriſſimè profectò diſputauit(quod ad ipſam quidem affectuum naturam attinet)Ariſtoteles lib.Rhetoricorū ſecūdo,cap.8.Sed ſi conſideretur Chriſti in primis,vt vndequaque abſolutiſſimi exemplaris,deinde Moſis,Dauidis & Pauli vita,tum demum quid μετριοπαθείας nomine hoc loco ſignificetur,facilè fuerit intelligere.Vulgata,qui condolere poſſit. Eraſmus, qui placabilis eſſe poſſit:nimium anguſté.Quid ſi enim eum nemo offenderit?Deinde non eſt placandus ipſe,ſed ad placādum Deum conſtitutus. Obſecro verò, lector,confer iſtos ad hanc regulam, quos(vt ſunt communi ſenſu ac ratione à Deo ſpoliati)non pudet hunc locum proferre vt hoc ipſum ſtabiliant quod hîc euertitur. quæſo inquam lector, illos vt conferas ad hanc regulam, & comperies, etiamſi, quod abſit)cætera omnia illis concederemus,tamen non magis aptos eſſe ad illud ſacerdotium de quo gloriantur,quàm boues ad volandum.

Vicem ignorantium & aberrantium: τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. Id eſt,eorum qui in peccatis ſunt conſtituti. Nam apud Hebræos שגיאות & שגיונות, id eſt errores de quouis peccati genere dicuntur. Circundatus ſit περίκειται. Id eſt, quòd & ipſe naturam iiſdem incommodis ac vitiis obnoxiam circunferat.

3 Propter hanc διὰ ταύτην. Vulgata,propterea διὰ ταῦτα,& ſic quoque fateor ex Hebræorum idiotiſmo illud poſſe explicari. ſed multo præſtat ſeruare fœmininum genus,vt cum proximè præcedente cohæreat.

4 Sumit λαμβάνει. Diſputat non quales ſint Pontifices(tum enim certum eſt fuiſſe vænalem Pontificatum,qui re vera nullus erat quū per Chriſtum eſſet abolitus)ſed agit de eorum officio.Interim ſtatuendum eſt,fures fuiſſe ac latrones quicunque per hoc oſtium non ingrediebantur.Vbi igitur ſucceſſio qua hodie nituntur nonnulli?

5 Filius meus υἱός μου. Quorſum hoc ad Sacerdotium,dices? Reſpondeo,in altera eiuſdem verſiculi parte fieri Sacerdotii mentionem, quum dicit ſe annuntiaturum illud Patris decretum. Deinde,cum hoc teſtimonio connectendum eſſe illud quod ſubiicitur, quum ad eandem perſonam vtrunque referatur, & illud quidem de Regno,hoc de Sacerdotio teſtetur,vt planè reſpondeat veritas figuræ, id eſt Chriſtus Melchiſedeco.

Pſal.110.b.4 infrà.7.c.17

Quemadmodum & in alio loco dicit, |Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec.

6 Sicut & alibi dicit, Tu es Sacerdos in æternum ″ſecundum ordinem Melchiſedec,

Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationéſque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerēs, & exauditus eſt pro ſua reuerentia:

7 Qui ′in diebus carnis ſuæ, quum deprecationes & ſupplicationes apud eum qui poterat ′ſeruare ipſum à morte, cum clamore valido & lachrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet ″ex metu:

6 Secundum ordinem κατὰ τὴν τάξιν. Heb. כדברת Kedibráth id eſt ad inſtar, ſiue ſecundū rationem ac ſimilitudinē, vt explicatur infrà 7.c.15.

7 In diebus carnis ſuæ, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Id eſt quum adhuc nobiſcum infirma & imbecilla noſtra natura præditus degeret. Nam ita eſt accipiendum vocabulum Carnis. ne quis eum exiſtimet nunc carnem noſtram exuiſſe. Seruare ipſum σώζειν αὐτόν. Id eſt, eximere morti. Oſtendit autem hæc circunſtantia hîc agi de triplicata illa vehementiſſima deprecatione qua vſus eſt in horto Dominus noſter, vt tres Euangeliſtæ diligenter commemorant: adeò quidem anxius, adeò ſaucius dolore vt grumos etiam ſanguinis ſudaret. Ideo ſcriptor hic noſter δεήσεις dixit plurali numero, & præterea adiunxit ἱκετηρίας. neque eo contentus, mentionem quoque fecit clamoris & lachrymarum. Ex metu: ἀπὸ τῆς εὐλαβείας Veram ac genuinam huius loci explicationem primus, vt opinor, doctiſſimus interpres oſtendit, quo nomine ſicut à piis & eruditis omnibus magnam gratiam iniit, ita paucis quibuſdam non ſatiſfecit. Primùm igitur hanc interpretationē confirmabo, deinde iſtorū rationes diluam. Ergo quod ad totū ipſum dicendi genus attinet, ſi pro reuerentia, vt omnibus adhuc placuiſſe video: vel pro pietate, quod Eraſmus annotauit, interpreteris: non aliud declarabit Pro, quàm Propter vel Secundum, vel aliquid denique eiuſmodi quod ſignificet quo reſpectu ſit exauditus. Atqui non facilè mihi perſuaſerim proferri poſſe vllū exemplū in quo ἀπὸ ita vſurpetur. Hîc enim potius locus eſt præpoſitioni διὰ cum quarto caſu, vel κατὰ, vel etiam ὑπὲρ, vt Philipp.2.b.13. Deinde quod ad vocabulū εὐλαβείας attinet, fateor accipi pro reuerentia, id eſt religioſo quodam honore, vt infrà 12.g.28. & pro pietate, vnde εὐλαβὴς, pius ac religioſus, Luc.2.d.25, Act.2.a.5, & 8.a.2. atque etiam pro honeſta cautione, quam λογικὴν ἔκκλισιν τοῦ βλάπτοντος definiunt Philoſophi. ſed & pro metu vſurpari facile fuerit cōprobare. Nunc videamus quæ ſignificatio magis congruat. ac de cautione quidem, non eſt, opinor, cur diſceptemus. Sin verò reuerentiam interpretemur, ea profectò vel Patri vel Filio tribuetur. Patri tribuit Chryſoſtomus, quaſi ſcilicet Chriſti dignitatem quodāmodo reueritus fuerit Pater. Sed primùm omniū quis id nō videat nimium durè & præter Scripturæ morē dici? Deinde quis tandem hoc ſuſpicari poſſit de Patre dici, niſi addatur pronomen αὐτοῦ? & certè nō immeritò cenſuerimus illos cōmentarios Chryſoſtomi nō eſſe, ſed rapſodiam potius ab aliquo collectam. nam & titulus ipſe teſtatur fuiſſe Chryſoſtomi nomine poſt ipſius mortem editos. Reſtat ergo vt de Filii reuerentia intelligamus, quæ ita fuerit Patri iucunda, vt propterea ipſius preces exaudierit. ac pia quidem eſt hæc ſententia: ſed cui omnino, vt ante dixi, repugnet præpoſitio ἀπό. idem de pietate ſentiendum. Relinquitur ergo vt pro metu accipiamus. nam ita hoc quoque ſignificare τὴν εὐλάβειαν nemini vel mediocriter in literis Græcis verſato dubium eſt. Pericles, inquit Plutarchus, περὶ τὸν λόγον ἦν εὐλαβὴς, timidè ad dicendum accedebat. quod de ſe quoque Cicero teſtatur. εὐλαβοῦμαι πεσεῖν, inquit ille apud Sophoclem, timeo ne cadam. Sed & Ariſtoteles alicubi in Rhetoricis τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς εὐλαβεῖς coniungit. Quid plura? Sic accipitur Act.23.c.10, εὐλαβηθείς, pro φοβηθείς. Denique vt non dubium ſit quin hunc locum ita etiam interpretati ſint nonnulli veteres, Nazianzenus diſertè concione de filio ſecunda, inter Chriſti hominis imbecillitates τὸ εὐλαβὲς numerat. Poſtremò hoc etiā prorſus addendū fuiſſe dico vt ambigua non eſſet oratio. Nam quia dixerat Chriſtum ſuas preces illi obtuliſſe, qui ipſum à morte ſeruare, id eſt (vt ex ipſius Chriſti oratione liquet) iſta moriendi neceſſitate ipſum liberare poterat, ſi ſimpliciter dixiſſet fuiſſe exauditum, parata erat calumnia, non fuiſſe exauditum, vt qui mox crudeliſſimè ſit interfectus. Itaque additum eſt, Exauditum quidem fuiſſe, ſed ex metu. id eſt ita fuiſſe confirmatum vt omnem pauorem mortis depoſuerit. quamobrem etiam Angelus illi apparuiſſe diſertè commemoratur qui ipſum corroboraret, Luc.22.e.43. Neque tamen dici poteſt Filius à Patre non penitus exauditus, vt qui liberationem à morte non niſi addita conditione petierit, ſi ita ipſi videretur. Hæc eſt igitur germana huius loci explicatio. Nunc ad eos veniamus quibus hoc non placet. Primùm, inquiunt, non additur pronomen ſuo. Atqui Vetus etiam interpres conuertit, pro reuerentia ſua, &, niſi reciprocum addideris, neceſſariò tamen erit ſupplendum quod etiam ex communi loquendi vſu fere prætermitti ſolet. Quid verò quod non modò reciproca, ſed etiam, quod multo durius eſt, ſimplicia interdum relatiua prætermittuntur? vt in hac eadem epiſtola 2.a.3, & 4.d.16. Sed & non deſunt qui clamitent actum eſſe de Chriſti Diuinitate, ſi hæc interpretatio admittitur, Timuiſſe Chriſtum ne malis obrutus ſuccumberet, vel morte abſorberetur. At ego quæro ānon Chriſtus non modò naturam, ſed etiam omnes quantūlibet abiectas & infirmas hominis affectiones, vno dūtaxat peccato excepto, aſſumpſerit. Certè qui hoc negat, Chriſtianus nō eſt. Sin verò ita eſt, quæro quomodo Chriſtus à metu, pauore, atque adeo à perculſione alienus fuerit, qui ſibiipſi etiā, quatenus homo eſt, ignorationem arcanorū Dei conſiliorum adſcribere nō veretur, Mar.13.d.32. Et verò, niſi hoc etiam modo tentatus eſt, excepto peccato, Pontifex noſter, quomodo nos ab hoc malo quod vnum eſt ex præcipuis, id eſt à penitiſſimo illo iræ Dei ſenſu, à pauore & perculſione animi de iudicio illo Dei ſeueriſſimo cogitantis, liberauerit? Vnde enim illa inuicta Martyrū cōſtantia, niſi ex eo quòd Chriſtus, qui hos terrores ſenſit, ex illis exauditus, illos viciſſim miſeratur? Id enim diſertè in hac eadē epiſtola multis locis inculcatur. Sed hîc multa videntur quoſdā fefelliſſe. Primùm, quòd non diſtinxerūt quid toti Chriſto, id eſt Deo & homini coniunctim: quid Deo, quid itē homini ſeorſim ſit tribuendū. Deinde non conſiderarunt peculiarē habendam eſſe illius temporis rationem, quo planè oportuit hominem veluti à Deo deſeri, vt ipſe in cruce exclamat: minimè id quidē quaſi ſeparatus fuerit Deus ab homine (neque enim, ſi ita id eſſet, ſeruator eſſet in morte) ſed quòd vim illam ſuam in homine ad tēpus nō exereret: plena alioqui ſatiſfactione non futura, niſi homo Deum re vera infenſiſſimum, non ipſi propriè, ſed noſtris peccatis, ſenſiſſet. Poſtremò illos fefellit quòd pauoris & iſtius cōſternationis affectum, quo metuit ne malis obrutus ſuccūberet, vel morte abſorberetur, putarunt non aliunde poſſe quàm à diffidentia exoriri, ac proinde in Chriſtū non cadere. At ego ex illis quæro quid igitur putent Chriſtū formidaſſe? Num corporis cruciatus? Certè hoc aliquid eſt. nam homo erat, & à dolore, natura abhorrens. Sed puderet nos (opinor) eam conſtantiam in Chriſto requirere quæ in tam multis Martyrum millibus emineat. Nam hominum profanorum ἀναισθησίαν vel hypocriſin, vel inſaniam non commemoro. Aliquid ergo aliud fuiſſe oportet quod Chriſtum non dico affecerit, ſed ita perculerit vt nullum vſquam vnquam extiterit talis commotionis exemplum. Neque enim duntaxat dicitur ἐκθαμβεῖσθαι, atque adeò ἀδημονεῖσθαι (quod ſignificat perplexum & inopem conſilii hærere, Mar.14.d.33) ſed etiam, Nunc, inquit, anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater ſeruato me ex hac hora. Quid autem illud ter repetitum? Pater, diſcedat à me calix iſte. Quid, quòd grumos ſanguinis ad terram vſque procidentes ſudat? Quid quod ſe contentiſſimo clamore derelictum vociferatur? Quod tandem ſimile conſternationis exemplum reperiemus? Ergo aliud eſt quod illum vrget tantopere. Nempe horrendum illud & pluſquam infinitis modis terrificum irati Dei iudicium intuetur. Peccata non vnius hominis aliqua, ſed omnium electorum omnia homo vnus ipſe fragilis, caducus, imbecillis ſuſtinet. Et miramur eum expaueſcere, conſternari, turbari, lachrymari, clamare, repugnantia quodammodo petere, ſanguinem ſudare, ſe derelictum vociferari? Sed tamen nunquam diffidit. Sanè. cui enim hoc dubium eſt? Ergo non veritus eſt ſuccumbere & abſorberi à morte. Hoc verò pernego. quo iure id faciam, facile fuerit ex his cognoſcere. Si verba ſpectes, non petit confirmationem animi, ſed liberationem à periculo. Pater, inquit, ſerua me ex hac hora. Pater, diſcedat à me calix iſte, tu hoc mihi præſtare potes. Et tandem, non dicit, Mi Deus ne me derelinquas (oportebat enim ad tempus aliquatenus derelinqui vt nos reciperemur) ſed, Deus, Deus meus cur dereliquiſti me? Annon illa quidem verba ſunt hominis cogitantis de ſe actum eſſe, niſi ex præſenti periculo eripiatur? iſta verò, hominis in ipſo iam gurgite ſeſe periiſſe vociferantis? Certè hoc non poſſimus meritò inficiari quin res ipſa nos coarguat. Quid igitur? an deſpondit animum, an deſperauit ſpei noſtræ author? Abſit. ſed hîc nimirum habemus perfectiſſimam noſtræ conſolationis deſcriptionem. Nam quo humiliorem & abiectiorem cernimus noſtri cauſa factum æternum Dei Filium (excepto tamen peccato) eo minus vel de Patris beneuolentia, vel de noſtra per Filium expiatione facta dubitare poſſumus. Ita verò ſe res habet. in omni vehementi commotione, cuiuſmodi hæc ſanè fuit, ſi vlla vnquam in quoquam homine alia, ita totus occupatur animus, vt velox illa facultatum animi progreſſio multum impediatur. quòd ſingulæ facultates diutius rem totam ſuſpendant. Exempli cauſa, ſi liberis animis ab omni alia cogitatione quippiam quod moderatè nos afficiat, tetigerimus, vno temporis momento externus ſenſus affectus ad communem ſenſum, hic verò ad iudicium rem totam detulerit: iudicium denique ſtatim ſtatuerit hoc vel illud eſſe quod tetigerimus, neque vllus celerior motus à nobis animo comprehendi poteſt. Sin verò vehementer calidum aut frigidum aliquid attigerimus, ita in dolore totus animus occupatur, vt vel interdum quid illud ſit non requiramus, vel cogamur ex aliis ſciſcitari, aut alios etiam ſenſus conſulere. idque non modò imparatis, ſed etiam bene

ac diligenter meditatis accidit: tum propter naturæ noſtræ imbecillitatem, tum propter facultatum omnium ſummam inter ſe συμπάθειαν, quæ quidem facit vt ſui proprii muneris oblitæ, repentè ad opem inter ſe ferendam accurrant. Hinc illæ in ſubitis motibus perturbationes, quarum ita poſtea nos pœnitet, quum ſedato animo ſingulæ facultates officium faciunt, vt nos ipſos miremur eò deuenire potuiſſe. Hunc verò naturalem progreſſum neceſſe eſt vt in Chriſto conſideremus, ſi quidem ipſum verum hominem fuiſſe fateri volumus, nõ qualis nunc eſt (quod ad carnis infirmitates attinet, quas nunc omnes depoſuit) ſed qualis tum erat præcipuè quum ad extremam illam ſacrificii functionem ventum eſt. Tantùm hoc intererit, quòd omnes ipſius affectiones omni vitio vacarunt, quum in noſtris aliquid ſemper inſit vitii. Quum igitur inquit, Pater quid dicam? cogitemus animum in illam iræ infinitæ ſuſtinendæ cogitationem ita defixum, vt ſingulæ facultates per ſe nihil decernerent, ſed toto interrupto progreſſu, fluctuarent. Deinde quum petit liberari ex hac hora, quum rogat vt diſcedat calix iſte, ſciamus animum loqui, in illa eadem cogitatione ita occupatum, vt in vnam partem totus vergens, penè ſibi perſuadeat de ſe actum eſſe, nec fieri poſſe vt tantum pondus ſuſtineat. Poſtremò quum iam ſe derelictum vociferatur, cogitemus animum non iam in cogitatione & metu impendentis mali prorſus occupatum, ſed in profundo ſummæ calamitatis gurgite ſepultum qui ad emergendum maxima cũ difficultate luctetur. Verùm in his omnibus hæc duo teneamus: iſta ſcilicet non à diffidentia vlla, ſed à propoſiti mali vehementiſſimo ſenſu proficiſci: deinde ſic conſiderandas eſſe ſingulas huius actionis partes, vt ex fine de re tota ſtatuamus. Neque enim in illa cogitatione (quæ tamen & ipſa, vt dixi, fuit omnis peccati & vitii expers) ita hæſit, quin mox inuicta ſpes illum erigeret. Idem enim qui perculſus, Quid dicam? inquit, libera me ex hac hora: eodem tenore ſubiicit, Sed propterea veni in horam hanc. Qui ter petit, Pater transfer à me hunc calicemm: addit, Fiat quod tu vis. Qui vociferatur ſe derelictum, tamen Deum, Deum ſuum cõpellat. Quorſum autem hæc? quia quo verius iſta cognoſcimus, eo certiores de ſalute noſtra ſumus. Quòd ſiquis hæc curioſa eſſe dicat, Euangeliſtas accuſet qui tam copioſè iſta deſcripſerunt, ſine quibus fieri non poteſt vt vel peccatorum noſtrorum magnitudinem, vel paternam Dei noſtri beneuolentiam intelligamus. Sed de his hactenus.

	Quanuis filius eſſet, tamen ″didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam:	8	Et quidem quum eſſet filius, didicit ex eis quæ paſſus eſt, obedientiam:	
Salus Chriſtus obedientibus.	Et ″conſecratus, factus eſt author ſalutis æternæ omnibus qui ipſi auſcultant:	9	Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ:	
	Cognominatus à Deo Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec.	10	Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchi-ſedec.	
	″De quo ″nobis multa forẽt dicẽda, eáque ″difficilia explicatu: quandoquidem ſegnes facti eſtis auribus.	11	De quo nobis grandis ſermo & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendũ.	
	Etenim *uobis*, qui deberetis pro temporis ratione doctores eſſe, rurſum opus eſt doceri quæ ſint elemẽta initii eloquiorum Dei: factíque eſtis ii quibus lacte ſit opus & non ſolido cibo.	12	Etenim quum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elemẽta exordii ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.	D
	Enimuero cui cum lacte res eſt, is rudis eſt ″ſermonis iuſtitiæ: infans enim eſt.	13	Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ: paruulus enim eſt.	
Solidus cibus.	Sed ″adultorum eſt ſolidus cibus, eorum *ſcilicet* qui ″propter habitum, ″ſenſus habent exercitatos ad diſcretionem boni ac mali.	14	Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.	
	Cap. VI.		Cap. VI.	
	QVapropter omiſſo ″qui in Chriſto rudes inchoat ſermone, ad perfectionem feramur: non rurſum fundamentum iacientes ″reſipiſcentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum,	1	QVapropter intermittens inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur: non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum,	
	Baptiſmatum doctrinæ ac manuum impoſitionis, & reſurrectionis mortuorum, & iudicii æterni.	2	Baptiſmatũ doctrinæ, impoſitionis quoque manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicii æterni.	
	Atque id faciemus, ſi quidem permiſerit Deus.	3	Et hoc faciemus, ſi quidem permiſerit Deus.	
	″Nam fieri non poteſt vt qui ſemel fuerint illuminati, gu-	4	Impoſſibile enim eſt eos qui ſemel ſũt illuminati, guſtauerunt etiã donũ	Matth.12.d.45 2 pet.2.d.20 infrà 10.c.26

---

8 Didicit ἔμαθεν. Id eſt re ipſa expertus eſt quid ſit patrem habere cui parendum ſit. expertus eſt autem non inuitus, ſed tamen ſeſe ſubiiciens, quum alioqui Filius eſſet Patri per omnia æqualis. Nonnulli ἀπὸ τῆς εὐλαβείας coniũgunt cum hoc verbo, non autem cum participio εἰσακουσθεὶς: ſed coactè.

9 Conſecratus, τελειωθείς. Vulg. conſummatus. Eraſmus, perfectus redditus. Vide ſuprà 2.c.10.

11 De quo, &c. περὶ οὗ. Digreſſio vſque ad ſeptimi capitis initium, minimè tamen ab eo de quo agitur aliena, ſed quaſi Hebræos retinens tum in attenta eorum quæ dixit conſideratione, antequam vlterius progrediatur, tum etiam ad eorum arcanorum magnitudinem intelligendam de quibus dicturus eſt, eorum animos parans. Difficilia explicatu δυσερμήνευτος. Vulg. ininterpretabilis. Nã quod in quibuſdam codicibus legitur interpretabilis, factum eſt librariorum culpa.

13 Sermonis iuſtitiæ, λόγου δικαιοσύνης. Id eſt ſermonis quo docetur iuſtitia, nempe Euangelii, vt Rom.1.b.17 & 18.

14 Adultorum τελείων. Vulg. & Eraſ. perfectorum. Vide 1.Corinth.14.d.20. Propter habitum, διὰ τὴν ἕξιν. Vulg. pro conſuetudine. Eraſmus, propter aſſuetudinem: non ſatis expreſſé. Nam habitus comparatur aſſuetudine, à qua proinde diſtingui debet. Notum eſt autem διαθέσεως & ἕξεως diſcrimen in ſcholis tritum. Senſus τὰ αἰσθητήρια Id eſt αἴσθησις, & quidem generali ſignificatione, ita vt omnes, ac præſertim intelligendi ac iudicandi, facultates comprehendantur. alioqui τὰ αἰσθητήρια quæ vulgò ſenſoria conuertunt, Græci appellant ipſa ſenſuum organa, vt aures, oculos, linguam, & alia eiuſmodi.

IN CAPVT VI.

1 Qui in Chriſto rudes inchoat ſermone, τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον. Id eſt primis Chriſtianiſmi principiis, quæ catechiſmum vocãt. Vulg. ad verbum, inchoationis Chriſti ſermonem. Reſipiſcentiæ, &c. μετανοίας ἀπὸ, &c. Quinque capita catechiſmi numerat, nẽpe profeſſionem emendationis vitæ: fidei ſummam de Deo: doctrinæ explicationem compendiariam quæ in baptiſmis & impoſitione manuum tradi rudibus præſertim ſolebat (id eſt quum ad baptizandos infantes vel adultos, item quum ad imponendas aliquibus manus conueniebatur:) caput reſurrectionis mortuorum, & futuri iudicii. Tradebantur ergo iſta catechiſmi initio, breuibus & paucis, tãquam præcipua religionis noſtræ capita, vti ſanè ſunt: ſed accedebat poſtea Scripturarum luculẽta tractatio cum quotidianis exhortationibus: denique eadem quidem illa, ſed multis arcanis copioſius explicatis tradebantur.

4 Nam fieri non poteſt Ἀδύνατον γάρ. De apoſtaſia vniuerſali loquitur, non autem de peccatis humana infirmitate aduerſus primam vel ſecundam tabulam admiſſis. Itaque cauſa non erat cur veteres, Latini præſertim, hanc epiſtolam tanquam pro Nouatianis facientem repudiarent vt pluribus oſtendit doctiſſimus interpres. nam quæ affert Eraſmus planè ſunt detorta.

	cæleſte,& participes facti ſunt Spiritus Sancti,		ſtauerı́ntque donum cæleſte, & participes facti fuerint Spiritus ſancti,	
B	Guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbū, virtutéſque ſeculi vēturi,	5	″Guſtauerı́ntque bonum Dei verbum,ac virtutes futuri ſeculi:	
	Et prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei,& oſtētui habentes.	6	Si prolabantur,vt denuo renouētur per reſipiſcētiā, ′vt qui rurſum crucifigant ſibimetipſis Filium Dei, & ludibrio exponant.	
	Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem,& generans herbā opportunā illis à quibus colitur,accipit benedictionem à Deo:	7	Nam terra quæ imbrem ſæpius in ſe venientem combiberit, & progenuerit herbā accōmodam eis per quos excolitur,recipit benedictionem à Deo:	
	Proferens autē ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionē.	8	At quæ profert ſpinas & tribulos,′reproba *eſt*, & maledictioni affinis:cuius exitus *tendit* ad exuſtionem.	
	Cōfidimus autem de vobis, dilectiſſimi,meliora & viciniora ſaluti: tametſi ita loquimur.	9	Sed perſuaſimus nobis de vobis,dilecti,his meliora & cū ſalute coniuncta,etiamſi ita loquamur.	
C	Non enim iniuſtus Deus,vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quā oſtendiſtis in nomine ipſius: qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.	10	Non enim iniuſtus eſt Deus,vt obliuiſcatur operis veſtri,& laborioſæ charitatis quam exhibuiſtis ipſius nomini: *ut* qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.	
	Cupimus autem vnumquenque veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinē ad expletionem ſpei vſque in finem:	11	Cupimus autem vt vnuſquiſque veſtrum idem oſtendat ſtudium″ad plenam ſpei perſuaſionem ad finem vſque.	
	Vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patiētia hæreditabunt promiſſiones.	12	Vt ne ſitis ſegnes, ſed imitatores eorum qui per fidem ac patientiam obtinent promiſſam hæreditatem.	
	Abrahæ nanque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorē, iurauit p ſemetipſū,	13	Deus enim pollicitus Abrahæ, quum non poſſet per quenquā maiorem iurare,iurauit per ſeipſum,	Iuramento promiſit Deus ſalutē,vt ſimus certi
Geneſ.12.a.2, & 17.a.4 & 22.c.17	Dicens, ǀNiſi benedicens benedicā te,& multiplicans multiplicabo te.	14	Dicens, ′Certè″benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te.	
	Et ſic longanimiter ferēs, adeptus eſt repromiſſionem.	15	Atque ita quū patienter expectaſſet,aſſequutus eſt promiſſum.	
D	Homines enim per maiorem ſui iurant: & omnis controuerſiæ eorum finis,ad confirmationem,eſt iuramētum.	16	Nam homines quidem per eum iurant qui ſit maior:atque iiſdem omnis controuerſiæ finis,eſt iuſiurandum ad confirmationem *adhibitum*.	
	In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilii ſui: interpoſuit iuſiurandum:	17	Qua in re volens ′ex abundanti Deus hæredibus promiſſionis oſtendere immutabilitatem conſilii ſui,″fideiuſſit iureiurando:	
	Vt per duas res immobiles, (quibus impoſſibile eſt mentiri Deum) fortiſſimum ſolatium habeamus,qui confugimus ad tenendam propoſitā ſpem,	18	Vt per duas res immutabiles,in quibus fieri non poteſt vt mentitus ſit Deus, validam conſolationem habeamus *nos* qui *huc* confugimus vt obtineamus propoſitam ſpem,	
	Quam ſicut anchorā habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis,	19	Quam velut animæ anchoram habemus tutam,ac firmam,″& introeuntem vſque ad ea quæ ſunt intra velum.	
	Vbi præcurſor pro nobis introiit Ieſus, ſecūdum ordinem Melchiſedec Pontifex factus in æternum.	20	Quò præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus,ſecundum ordinē Melchiſedec,Pontifex factus in æternum.	

5 Guſtauerint γευσαμένους. Vide 1.Timoth. 4.a.1. Eſt autem in primis notanda emphaſis huius verbi. Nam aliud eſt verè credere, vti Lydia illa cuius cor aperuit Dominus,Act.16.c.14. aliud verò guſtum aliquem habere. quanuis ne hoc quidem niſi ex Spiritus ſancti gratia fieri poſſit. verùm quæ fructum non ferant,quòd eam reprobi ſtatim euomant.

6 Vt qui rurſum crucifigant ſibiipſis ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς. Id eſt,vt qui odio ferantur in Chriſtum, &,quaſi eum rurſus crucifigant, omnium ludibrio exponant: idque in ſuum ipſorum exitium. Alii interpretantur ἑαυτοῖς, quantum in ſe eſt. Huius ſceleris exemplum inſigne fuit Iulianus apoſtata: quod plerique hodie Epicurei ſtrenuè imitantur. Diximus autem de verbo παραδειγματίζειν, Matth.1.c.19.

8 Reproba ἀδόκιμος. Vide 1.Corinth.9.d.27.

11 Plenam perſuaſionem πληροφορίαν. Vide Luc.1.a.1. Coloſſ.2.a.2. Cæterùm paulatim accedit ad explicationem ordinis Melchiſedeci, propoſita mentione Abrahæ primùm,vt eius exemplo doceat ipſos perſeuerare:deinde vt doceat qua in re poſſint ſeſe germanos Abrahæ filios declarare,tacitè præpoſterum in ea re ipſorum iudicium reprehendens: præterea ſibi molliorem aditum patefaciens ad ſequentem hiſtoriam,in qua Melchiſedecum Abrahæ cogetur anteponere.

14 Certè ἦ μήν. Hebraicè כי. Vulgata & Eraſmus, Niſi: vt ſit apoſiopeſis,quæ tamen hoc in loco non eſt neceſſaria,quum ἦ μὴν aliud ſit quàm εἰ μή. Benedicens benedicam εὐλογῶν εὐλογήσω. Id eſt,cumulatiſſimè te beneficiis cumulabo. Hæc enim eſt emphaſis iſtius Hebraiſmi,qui mox etiam repetitur. 17 Ex abundanti περισσότερον. Id eſt,amplius etiam quàm neceſſe eſſet. niſi hoc flagitaret hominum improbitas,qui ne iurato quidem Deo credunt. Hæc enim,opinor,vis eſt τοῦ περισσοῦ hoc in loco vt idem declaret περισσότερον hoc loco atque ἐκ περισσείας. Vulgata,abundantius. Eraſmus,eximié. Fideiuſſit iureiurando ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ. Sic puto hunc locum explicandum,vt propius à Græcis abſimus. alioqui dicendum erat, interuenit per iuſiurandum, pro διηγγύησε, vt opinor. ſicut Vlpianus interuentorem vocat eum qui fideiubet. Græcus ſcholiaſtes putat verbo μεσιτεύειν deſignari illam promiſſionem iam tum interuentore Chriſto conceptam. quod ſanè verum eſt. Hanc igitur expoſitionem ſi admittamus, interpretabimur ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, interpoſuit ſe cum iureiurando. Vulgata & Eraſmus,interpoſuit iuſiurandum.

19 Et introeuntem καὶ εἰσερχομένην. Tranſlatio ab eo ſumpta eſt,quòd eò certius eſt ac firmius anchoræ præſidium, quo altius fixa penetrauit. Deinde ad ritum Pontificum alluſit,qui in Sancta ſanctorum ſemel quotannis ingrediebantur. qua de re infrà 9.a.3,& b.7. & hac occaſione ad intermiſſam Pontificis Chriſti cum Leuiticis Pontificibus comparationem redit.

Cap.VII.

1 E'Nimuero hic Melchiſedec rex *erat* Salem, Pontifex Dei altiſſimi, qui occurrit Abrahæ reuertenti à cæde regum, '& benedixit ei.

2 Cui & decimas ex omnibus impartitus eſt Abraham. qui primùm quidem ex interpretatione dicitur rex iuſtitiæ: deinde verò etiam rex Salem, quod eſt rex pacis.

3 'Sine patre, ſine matre, ſine genere: nec initium 'dierum, neque vitæ finem habens: ſed aſſimilatus filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

4 'Spectate verò quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de ſpoliis.

Abraham.

5 Et ii quidem 'qui ſunt ex filiis Leui, Sacerdotio fungentes, præceptum habent vt decimas accipiant à populo ſecundum Legem, hoc eſt à fratribus ſuis: licet 'egreſſis ex lumbis Abrahæ.

6 "At is cuius genus nō recenſetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promiſſiones benedixit.

7 Porrò ſine vlla cōtrouerſia, id quod minus eſt, ab eo quod maius eſt benedicitur.

Cap.VII.

Genes.14.d.18

HIc enim Melchiſedec, rex Salem Sacerdos Dei ſũmi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regũ, & benedixit ei:

Cui & decimas omnium diuiſit Abraham, primùm quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ: deinde autem & rex Salem, quod eſt rex pacis.

Sine patre, ſine matre, ſine genealogia: neque initium dierum, neque finē vitæ habens: aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.

Num.18.c.21

Et quidem de filiis Leui Sacerdotiũ accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo, ſecundum Legem, id eſt à fratribus ſuis: quanquā & ipſi exierint de lumbis Abrahæ.

Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas ſũpſit ab Abraham, & hunc qui habebat repromiſſiones benedixit.

Sine vlla autē cōtradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur.

B

IN CAPVT VII.

1 Enimuerò hic Melchiſedec Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ. Ex tribus collationis capitibus quæ expoſuimus ſuprà 5.a.1, tertium ſupererat, quo ſcilicet oſtenditur Chriſtum eo in primis excellere quòd Pontifex ſit æternus. Deinde etiam obiici poterat, Pontificem eſſe non poſſe qui ex Leuitico genere non eſſet. Nunc igitur de hoc vtroque diſſerit, explicans quis ſit ordo ille Melchiſedec, nempe æternus & Leuitico ſuperior. quod ex ſingulis hiſtoriæ Melchiſedeci circunſtantiis probat, typum etiam illum Chriſti fuiſſe demonſtrans. Eſt autem typi & veritatis hæc collatio. Ille fuit Rex & Sacerdos: ita etiam Chriſtus. Ille Rex fuit iuſtitiæ & pacis vocatus: verè talis eſt Chriſtus. Sic ille proponitur quaſi & principio carens & fine, cuius ſcilicet nec pater nec mater nec maiores, nec mors explicatur: talis re vera eſt Filius Dei. In his capitibus poſita eſt collatio, quæ ad duo reuocari poteſt, nimirum ad duplex officium, & æternitatis ſpeciem: cuius veritas in vno Chriſto fuit. De oblatione nulla certè mentio. nam ne hoc quidem ferre poteſt hiſtoriæ contextus. Vtitur enim Moſes verbo הוציא quod omnes norunt non poſſe aliud declarare, quàm facere egredi, id eſt depromere ſeu proferre. Deinde cui tandem hæc prolata ſunt? ipſi certè Abrahamo. Hoc enim oſtendit hiſtoriæ contextus: & eo ſubſidio valde recreatus eſt Abraham cum ſuis, defeſſus rediens è pugna. Sit ergo hæc allegoria, vna ex iis quas Patres per ſe excogitarunt, quibus tamen Miſſaticum illud ſacrilegium nunquam in mentem venit. Sed omnem planè omnium impudentiam ii ſuperant quos non pudet ad vicariam ſuam ac repetitam oblationem ſtabiliendam id ipſum vſurpare, quod Spiritus ſanctus hoc in loco idcirco citauit, vt vna, ſemel facta, & nunquam vlla ratione iteranda, æterni & viuentis Pontificis vnici oblatione omnes electos in æternum perfectè ſanctificatos doceret. Ad hæc accedit altera impudentia, quod non iam Melchiſedecum, ſed panem & vinum, volunt Chriſti figuram eſſe, quem ipſi ſcilicet impuris ſuis manibus iterum crucifigant, aut ſemel crucifixum iterum offerant. Ita fiet vt Melchiſedecus nō Chriſtum ſed iſtos ſacrilegos repræſentet. Quid amplius? Nempe tertia hæc impudentiſſima impietas accedit, quòd de pane & vino non pudet hoc in loco eos garrire, apud quos tamen ſumma ſit impietas dicere panem & vinum ab ipſis Deo offerri. ſed eorum ſanè ventres oportuerat iampridem ſuis illis ſine ſubiecto accidentibus paſci: vt tandem diſcerent quid ſit Deo & hominibus mentiri. Tandem igitur, vt finem faciam, vel (quod abſit) inſigniter lapſus eſt Spiritus ſanctus qui hoc prætermiſerit quod iſti pro ſalutis ſuæ fundamento arripiunt: vel potius (quod certum eſt) ſeſe non modò inſigniter impudentes, ſed etiam planè indoctos iuxtà & impios in hoc argumento produnt. quibus tamen hoc vnum libenter conceſſerim, ita prorſus flagitante Hebraicæ linguæ analogia, vt ſuam illam pretioſam oblationem quæ verbo הוציא nititur, deinceps vero nomine צואה fas ſit omnibus nuncupare. Obſeruandum eſt autem ex hoc loco quàm religioſè ſit nobis tractandum Dei verbum. Quod enim quiſpiam in Moſe reprehenderet, nempe quòd de tanto viro tam paucis egerit, & iis quidem prætermiſſis quæ præcipuè videbantur hiſtoriæ leges requirere, ecce quantum myſterium adumbrat? Itaque à Spiritus ſancti ſcopo aberrant qui curioſè inquirunt Melchiſedeci genus. ac magis etiam ii qui perinde ac rem certam, affirmant illum fuiſſe primum ex filiis Noah, qui & Sem dictus fuerit. ſed erant apertè fanatici, & totam hanc tractationem impiè euertebant Melchiſedeciani, qui hunc fuiſſe filium ipſum Dei tradebant, qui Abrahamo apparuiſſet. ac proinde pro hiſtoria nobis imaginarium quoddam viſum conſtituebant. Eorum verò portēta auxit etiam impurum illud & verè omnibus modis execrandum caput, omnium inquam quantumlibet abſurdarum hæreſeon conſarcinator Poſtellus, vnus ex nobili illa Ieſuitarum ſocietate aut conſpiratione potius, quæ nunc Bauariam inuaſit.

Et benedixit καὶ εὐλόγησεν. Nempe ſolenni ac Sacerdotali benedictione. Erāt enim Sacerdotes ſicut ad ſacrificandum, ita etiam ad benedicendum, à Deo conſtituti, Num.6.d.26. Denique benedictio ſignificatur non priuata ſed ſolennis, & ab eo profecta per quem Dominus benediceret, vt apparet ex verſiculo ſeptimo.

3 Sine patre, ἀπάτωρ. Eraſmus, ignoti patris: non modò non expreſſo ſed etiam deprauato ſenſu, vt de ambiguitate taceam. Nam etſi non erat natus Melchiſedec ſine patre aut matre, & proculdubio ſit etiam mortuus, tamen hoc nihil ad rem. Dicitur enim ἀπάτωρ, habita ratione deſcriptionis Moſis, qui perinde nobis eum proponit acſi repentè è cælis delapſus eſſet, & mox eò ſe recepiſſet, nulla ſcilicet ipſius maiorum nec mortis mentione facta. Ita enim oportuit illum nobis deſcribi, vt æterni Pontificis noſtri typus eſſet. Itaque ſi patris ignoti, pro ſine patre ſubſtitueris, vides æternitatis typum tolli. Idem eſt de aliis iudicium quæ ſequuntur. Chriſtus porrò verè dicitur patrem in terris non habuiſſe, ac proinde ne matrem quidem nec maiores, conſueto cæterorum hominum more, quum Diuinitus ſit conceptus.

Dierum, ἡμερῶν. Hebraicè ימים pro æui.

4 Spectate verò, &c. Θεωρεῖτε δὲ, &c. Si excelluit Melchiſedec Abrahamo, quanto præſtantior Chriſtus, cuius ipſe Melchiſedec duntaxat typus fuit? Duobus autem argumentis hæc præſtantia Melchiſedeci probatur, ipſius Abrahami confeſſione: nempe quia decimas perſoluere, idque vt Dei altiſſimi Sacerdoti: & benedici quoque vt à Dei Sacerdote, certa ſunt ſymbola eius ſubiectionis qua nullam maiorem homines hominibus debent. 5 Qui ſunt ex filiis Leui οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ. Eraſmus, quòd ſint de numero filiorum Leui: cuius interpretationis cauſam non video. Probat autem Apoſtolus, hanc decimarum oblationem ſubiectionis ſignum eſſe, ab exemplo Leuitarum, qui à cæteris tribubus hoc veluti tributum ex mandato Dei accipiant, quod vltrò Abraham Melchiſedeco obtulerit. Egreſſis ex lumbis ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος. Id eſt progenitis, ex Hebræorum idiotiſmo.

6 At is Ὁ δὲ. A comparatis. Leuitæ tantùm à fratribus decimas accipiunt: iſte ab ipſo Abrahamo Patriarcha, quicum Deus ſancierat fœdus. Ergo & ipſo Leuitico Sacerdotio præſtantius eſt Melchiſedeci Sacerdotium.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia viuit.	8	″Atque hîc quidem homines qui moriuntur, decimas accipiūt: illic autem is de quo testatum est″ quòd viuat.
Et, vt ita dictum sit, per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est.	9	Et, vt ita loquar, ″in Abraham decimatus est etiam ipse Leui, qui decimas solet accipere.
Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec.	10	Nam is adhuc in lumbis patris erat, quum occurreret Abrahæ Melchisedec.
Si ergo cōsummatio per Sacerdotium Leuiticum erat, (populus enim sub ipso Legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec aliū surgere Sacerdotē, & non secūdum ordinem Aarō dici?	11	″Porrò si consummatio per Leuiticum Sacerdotium erat, (nam sub hoc sancita Lex est populo) quid amplius erat opus aliū exoriri Sacerdotem, secundū ordinem Melchisedec, ″nec secundum ordinem Aaron dici?
Trāslato enim Sacerdotio, necesse est vt & Legis translatio fiat.	12	″Enimuero mutato Sacerdotio, necesse est vt Legis quoque mutatio fiat.
In quo enim hæc dicūtur, de alia tribu est, de qua nullꝰ altario præstofuit.	13	″Nam *is* de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus attendit altari.
Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de Sacerdotio Moyses loquutus est.	14	Palàm est enim quòd è tribu Iuda exortus sit Dominus noster: cuius tribus respectu nihil de Sacerdotio loquutus est Moses:
Et amplius adhuc manifestū est, si secundū similitudinem Melchisedec exurgat alius Sacerdos,	15	″*Idque* magis etiam apertum est″ *ex eo* quod″ ad instar Melchisedec exoritur Sacerdos alius,
Qui non secundum Legem mādati carnalis factus est, sed secundū virtutem vitæ insolubilis:	16	Qui″ nō ex Lege, cuius mandatum sit carnale, factus est *sacerdos*, sed ex vi indissolubilis vitæ:
Cōtestatur enim, ‖Quoniam tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.	17	Testificatur enim ad hunc modum, Tu *es*′ Sacerdos″ in æternum secundum ordinem Melchisedec.

C

Psal.110.c.4
suprà 5.b.6

Leuiticum Sacerdotiū abrogatū.

8 Atque hîc quidem Καὶ ὧδε μὲν. Alterum argumentum præstantiæ supra Leuitas, Quòd hi sunt mortales, Melchisedec vt æternus proponitur. Quòd viuat ὅτι ζῇ. Silentium de morte, accipit pro vitæ testimonio. Respicit enim, vt antè dixi, non ipsam Melchisedeci personam in sese, sed quatenus proponitur à Mose in illius historiæ descriptione ordo ille Melchisedeci cuius fit apud Dauidē mentio.

9 In Abraham διὰ Ἀβραάμ. Hîc manifestè ponitur διὰ pro ἐν, sicut annotauimus Rom.4.b.11. Est autem tertium argumentum collationis Melchisedeci & Leuitarum, quòd ab ipsis Leuitis in Abrahamo decimas acceperit, nedum vt nullum aliud fuerit Sacerdotiū quàm Leuiticum, aut vt Leuiticum excellat. 11 Porrò si consummatio Εἰ μὲν οὖν τελείωσις. Id est, Si præstare quenquam perfectum poterat Leuiticum Sacerdotium. Hîc verò oportuerat nouæ sectionis initium facere. nam nunc primùm absolutis omnibus quæ ad explicandam personæ Christi Regis, Prophetæ, & Pontificis præstantiam pertinebant, incipit de ipsius officii ratione differere: vt omnes veteris fœderis vmbras doceat exorto soli cedere oportere. Id autem facit retrogrado prorsus ordine, vt scilicet tractatio de Sacerdotio perpetua esset. Nam in priore tractatione auspicatus à Regno, destitit in Sacerdotio: in ista verò posteriore, exorsus à Sacerdotio, desinit in Regno. Ac de Sacerdotio quidem, in quo tota penè versabatur controuersia, differit, ab hoc loco vsque ad cap.12.e.18. De Prophetia tractat à cap. 12.e. 18, vsque ad eiusdem capitis versiculum 25. De Regno, vsque ad vltimi capitis initium. Inde demum ad particularia præcepta descendit. Sed age ad rem redeamus. Dicturus igitur de Sacerdotii Leuitici abrogatione, cuius fundamenta iacta sunt in tractatione superiore, paulatim progreditur. nec statim apertè dicit abrogatum, sed primùm omnium euincit imperfectum fuisse, idque per interrogationem, vt illi ipsi quos compellat conclusionem nectant. Nec secundum ordinem Aaron καὶ οὐ κατὰ τάξιν Ἀαρών. Bene hoc addidit. nam alioqui non valeret consecutio, si nouus tantùm esset Pontifex, non autem noua Sacerdotii ratio.

12 Enimuero mutato Sacerdotio, Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης. Vulgata & Erasmus, Translato enim Sacerdotio. Ego verò puto γὰρ non poni propriè αἰτιολογικῶς. Est enim in priore versiculo perfecta argumentatio, si responsionem subiicias. Hîc verò nouam conclusionem nectit, nempe non modò imperfectum fuisse Leuiticum Sacerdotium, sed etiam nunc esse mutatum. Quia scilicet non potuit sine abrogatione Legis, quæ prius illud stabilierat, posterius istud inuehi: quæ consecutio postea probabitur. Hinc verò etiam apparet μετατιθεμένης hoc in loco non satis expressè conuerti Translato, nec μετάθεσις translatio. Ita enim videretur vnum manere Sacerdotium, quod dūtaxat traductum esset à tribu Leui ad tribum Iuda. Sed quum dicitur mutatum Sacerdotium, bene consequitur mutatam Legem quæ prius Sacerdotium erexerat. 13 Nam *is* de quo Ἐφ᾽ ὃν γὰρ. Confirmat superioris argumenti consecutionem. Potuisset enim aliquis excipere, duo simul posse extare Sacerdotia diuersa, ita vt vnum ab altero non abrogetur, sed perficiatur. quamobrem etiam dixi versiculo 11, nondum probari abrogationem, sed imperfectionem duntaxat. Nunc ergo hæc duo Sacerdotiorum genera simul constare non posse docet Apostolus, ex eo quòd Lex vni Leui Sacerdotium adiudicans, ipsum Iuda illi subiectum arcebat à Sacerdotio. Non potuit ergo sine Legis abrogatione nouum Sacerdotium erigi in Iuda.

15 *Idque* magis etiam,&c. Καὶ περισσότερον ἔτι,&c. Aliæ confirmationes eiusdem consecutionis, A modo consecrationis. sunt enim in Aarone omnia externa & caduca: in ordine Melchisedec omnia spiritualia & æterna. A iureiurando, quod in illo nullum est, in isto adhibetur. Denique à præstantia infinita personæ Christi, quæ summa non esset si constitueretur dūtaxat pro Aaronis adminiculo. Vt autē ex his probationibus quædam sint ἄτεχνοι, tamen omnes simul iunctæ demonstrationem prorsus necessariam efficiunt. Ex *eo* quòd εἰ. Vulgata, si: nimium obscurè. Ponitur autem εἰ pro ὅτι, vt apud Æschinem, ἐπιτιμᾷς δέ μοι εἰ μὴ συνεχῶς ἀλλὰ διαλείπων πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι. pro ὅτι μή. Ad instar καθ᾽ ὁμοιότητα. Hîc declarat quid antea vocarit τάξιν.

16 Non ex Lege cuius mandatum sit carnale, οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς. Id est, non ex ordinatione quæ infirma & caduca omnia præcipiat, sicuti in Aaronis consecratione, totóque illius præscripto munere factum est. hoc enim suo more carnale vocat. quod epitheton libenter seruauimus etiam in Pauli epistolis. Legis autem vocabulum quomodo accipiendum sit in hac tota disputatione, dicemus infrà versiculo 28. At enim, dicet aliquis, nónne ipsius Dei mandato consecratus est Aaron? Fateor: sed ritus in consecratione adhibiti ostendunt non fuisse illud Sacerdotium à Deo institutum vt æternum esset. Contrà verò in Christo & typo illo Melchisedeci, Deus nihil eiusmodi adhibet, sed viua æternitatis imago elucet. Non est ergo spectandus Deus loquens, (vtrobique enim loquitur: qua in re paria sunt aliquatenus duo ista Sacerdotia) sed ex iis quæ loquitur, æstimandum qualem vtriusque Sacerdotii naturam Deus esse voluerit.

17 In æternum εἰς τὸν αἰῶνα. Hîc vis est argumenti, vt carnali mandato vis æternitatis opponatur. Sed duo opponet Iudæus: vnum, לעולם non semper declarare tempus æternum. alterum, eandem formulam Aaronis Sacerdotio plurimis locis tribui. Ego verò priori obiectioni oppono quæ de Christi æterno regno sunt initio huius epistolæ manifestissimè demonstrata, vt omnibus istis argumentis illa basis substerneretur. Posteriori autem oppono superiora & sequentia argumenta, ex quibus satis apparet לעולם in Sacerdotio Leuitico aliter accipiendum quàm in ordinatione Melchisedeci. quòd & Deus ipse ostendit ex iis ritibus quibus Aaronem voluit consecrari.

Nam'mandatum præcedens abrogatur,"quòd nullis viribus ſit præditum,& inutile.	18	Reprobatio quidem fit pręcedētis mandati propter infirmitatē eius & inutilitatem.	
'Nihil enim ſanctificauit Lex:"ſed adſcita ſpes melior, per quã appropinquamus Deo.	19	Nihil enim ad perfectum adduxit Lex: introductio verò melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.	
'Et quatenus non abſque iureiurando, (nam illi quidem citra iuſiurandum Sacerdotes facti ſunt:	20	Et quantum eſt non ſine iureiurando (alii quidem ſine iureiurando Sacerdotes facti ſunt:	
Hic verò cum iureiurando, per eum qui dixit ei, Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum, Tu *es* Sacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedec.)	21	Hic autem cum iureiurando, per eũ qui dixit ad illum, ‖Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ: Tu es Sacerdos in æternum.)	Pſal.110.b.4
Tanto potioris"fœderis ſponſor factus eſt Ieſus.	22	In tantum melioris teſtamenti ſpõſor factus eſt Ieſus.	
Et illi quidem plures facti fuerũt Sacerdotes, propterea quòd mors prohiberet eos permanere:	23	Et alii quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere:	D
At iſte, propterea quòd in æternum manet,'perpetuum habet Sacerdotium.	24	Hic autẽ eo quòd permaneat ĩ æternum, ſempiternum habet Sacerdotiũ.	
Vnde & ſeruare perfectè"poteſt eos qui per ipſum accedunt ad "Deum, ſemper viuens, *ad hoc* vt interpellet pro eis.	25	Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro eis.	
Talis enim decebat vt eſſet nobis Pontifex, pius, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus,& ſublimior cælis factus:	26	Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus:	
Cui non ſit quotidie neceſſe, quemadmodum illis Pontificibus, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde *pro peccatis* populi: nam id fecit"ſemel quum ſemetipſum obtulit.	27	Qui nõ habet neceſſitatẽ quotidie, queadmodũ ſacerdotes, ‖pri⁹ pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enĩ fecit ſemel, ſe offerẽdo.	Leuit.16.b.11
"Lex enim homines cõſtituit Põtifices infirmos: at"ſermo iuriſ	28	Lex enĩ homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habẽtes: ſermo autẽ	

18 Mandatum ἐντολῆς. Mandati nomine Legem cæremonialem intellige, vt dicemus infrà, verſ.28. Quòd nullis viribus ſit præditum διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενές. Id eſt διὰ τὸ ἀδύνατον, vt diximus Rom.5.a.6,& 8.a.3. & infrà 9.c.9 & 10. Vulgata, propter infirmitatem. Eraſmus, propter imbecillitatem, non ſatis expreſſé. 19 Nihil enim οὐδὲν γὰρ. Explicat quod de inutilitate Legis, id eſt Leuitici Sacerdotii, dixerat. quia ſcilicet nos puros & ſanctos, aptos denique ad regnum Dei reddere non potuerit: ideóque opus fuerit aliunde inuehi quippiam, quo poſſemus meliore iure confidere, vtpote quod nobis ad Deum vſque patefaceret aditum. Cæterùm nequis miretur quòd ἐτελείωσεν non verterim perfecit, vel ad perfectionem adduxit, de eo dicam infrà 9.c.9. Sed aſcita ſpes melior, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος. Vulgata, introductio verò melioris ſpei: duplici errore. nam particula δὲ hoc in loco planè idem declarat atque ἀλλά. vt quod Legi adimitur, meliori ſpei aſcitæ tribuatur, ſicut mox dicemus. Deinde introductio non declarat ἐπεισαγωγὴν ſed εἰσαγωγὴν, vt mox etiam declarabimus. Eraſmus, verùm *erat* introductio ad ſpem potiorem. perinde ſcilicet atque vſus hic fuiſſe Legis ſignificetur, non vt perficeret, ſed iter aliquod ad Chriſtum oſtenderet. qua de re pluribus diſſeritur Galat.3.d.24. At ego collegæ meo Iohanni Ribitto, viro & docto & pio ſanè, aſſentior, qui multis, vt arbitror, iuſtiſſimis de cauſis hanc interpretationem refutauit. Primùm enim ſententia illa non cohæret cum iis quæ præcedunt & ſequuntur. Adhuc enim in eo verſatur author huius epiſtolæ, vt doceat Leuiticum Sacerdotium poſteriore abrogatum: neque de prioris vſu vel vllum adhuc verbum fecit, aut etiam facturus eſt ante ſequentis capitis verſiculum quintum. Deinde poſcit omnino ratio grammatices vt δὲ accipiatur pro ἀλλά,& verbum ἐτελείωσεν repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, non autem vt verbum aliquod extrinſecus aſſumatur. Idque ita eſſe non modò perſpicuum facit ratio conſtructionis, ſed etiam exemplis ex hac ipſa epiſtola petitis manifeſtè probatur. Sic enim prorſus hoc eodem capite, verſ.28, verbum καθίστησιν,& infrà cap.10.e.27 verbum ἀπολείπεται repetendum eſt: & ſimili prorſus ratione particula δὲ vſurpatur. Præterea nõ ſine cauſa ſcriptũ eſt ἐπεισαγωγὴ potius quàm εἰσαγωγή. ἐπείσακτον enim vocãt Græci quod aliũde eſt inuectũ, vt quum dicuntur Athenienſes à Demoſthene vti ἐπεισάκτῳ σίτῳ, id eſt frumento ex aliis regionibus importato. Et Plutarchus in dialogo πότερα τῶν ζώων,&c. τὸ ἐπείσακτον opponit τῷ συνειθισμένῳ. Sic apud veteres ἐπεισόδιον dicebatur extrinſecus aſſumptum acroama, vt Ribittus noſter obſeruauit, prolatis etiam ex Hermogene & Platone exemplis, quibus iſtius vocabuli declaratio confirmatur. quod quum ita ſit, ſanè non video quî poſſit ἐπεισαγωγῆς nomen Legi tribui. Optimè verò Chriſti Sacerdotio conuenit, quòd ſcilicet non ſit tanquam Leuitici illius appendix, ſed aliunde aſcitum quo illud aboleretur. Quid ſi verò Legem dicamus ἐπεισαγωγὴν vocatam, quòd ad figuram Melchiſedeci adiuncta fuerit? Primùm repugnant rationes quas priore loco expoſui, nempe ſeries argumenti,& conſtructionis ratio: deinde res ipſa clamat, ni fallor, Sacerdotium Chriſti cum Leuitico, nõ autem Melchiſedeci & Legis figuras vel inter ſe vel coniunctim cum Chriſti veritate comparari. Ad hæc accedit quòd ſcriptum nõ eſt πρὸς ἐλπίδα κρείττω, ad ſpem meliorem: ſed ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος adiunctio ſpei melioris, nempe ex manifeſto Hebræorum idiotiſmo, pro ἐπεισαχθεῖσα κρείττων ἐλπὶς, id eſt aſcita ſpes melior, vt ego etiam conuerti, quo planior eſſet oratio. Neque etiã aliter Græcus ſcholiaſtes interpretatur, vt qui manifeſtè hoc referat ad poſterius Sacerdotium quo prius abrogetur: quanuis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ non repetat ἐτελείωσεν, ſed γίνεται, quod planè eſt detortum.

20 Et quatenus καὶ καθ᾽ ὅσον. Vulgata,& quantum eſt: prorſus abſurdé. Eraſmus, atque hoc potiorem: coactè,& detorta etiam conſtructione. Neque enim animaduertit iſta non cum præcedentibus, ita vt fecit, ſed cum verſ. 22. eſſe connectenda. vt καθ᾽ ὅσον & κατὰ τοσοῦτον mutuò reſpondeant. Nam quæ interiiciuntur ab οἱ μὲν γὰρ, cum toto verſ.21, includenda ſunt parentheſi.

22 Fœderis διαθήκης. Vulgata & Eraſmus, teſtamenti: quod non conuenit huic loco. Neque enim in teſtamentis adhibetur fideiuſſor. Deinde etiamſi adhiberetur, quomodo idem eſſet teſtator & fideiuſſor? Infrà verò, vbi ad teſtamenti ſignificationem alluditur, Chriſtus manifeſtè ſuſtinet teſtatoris perſonam.

24 Perpetuum ἀπαράβατον. Id eſt, quod præterire non poteſt. Alioqui τὸ παραβαίνειν accipi ferè ſolet pro tranſgredi.

25 Poteſt δύναται. Id eſt, idoneus eſt. Vide ſuprà cap.5.a.2. Poſita autem eſt vis argumenti in Perfectionis verbo. Nam ſi per ſe perfectus eſt, non ſupplet, ſed tollit quod imperfectum eſt.

27 Semel ἐφάπαξ. Magna eſt hoc in loco & aliis deinceps plurimis huius aduerbii emphaſis. Significat enim, quod ſemel factum eſt, ita abſolutum fuiſſe vt repetere minimè ſit neceſſe, imò verò ſit nefas. Neque enim id fieri poſſit, quin quod ſemel factum eſt, omni ex parte perfectum fuiſſe negetur. Eſt igitur ſacrilega, impia, blaſphema opinio Antichriſtianorum, qui ſe dicunt quotidie Chriſtum Patri offerre pro viuorum & mortuorum peccatis: quum nulla amplius niſi vna gratiarum actionis oblatione, indigeamus.

28 Lex enim Ὁ νόμος γὰρ. Legis nomen ad id de quo agitur accommodandum eſt. Itaque in hac diſputatione ad cæremonialem Legem reſtringitur, quam abolitam eſſe docet. Suppeditat interim hæc doctrina firmam ſophiſticæ doctrinæ refutationem. nam ſi abolitæ ſunt vmbræ quas Deus ipſe in Eccleſia extare voluerat, quo iure ipſi non ceſſant vmbras vmbris cumulare? nempe quia tenebræ tenebras amant. Deinde ſi iuſtificandi vis penitus detrahitur Leuiticis cæremoniis ſeorſim à Chriſto conſideratis, etiam tum quum in Eccleſia, ex ipſius Dei mandato, vigebant, quo iure ipſi in ſuis ἐθελοθρησκείαις ſummam pietatis collocabunt? Sermo iuriſiurãdi ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας. Id eſt, mandatum Domini cui additum eſt etiam iuſiurandum.

iuriſiurandi qui poſt Legem eſt, Filiū in æternum perfectum.

Cap. VIII.

1 CApitulum autem ſuper ea quæ dicuntur, Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis,

2 Sanctorum miniſter, & Tabernaculi veri quod fixit Domin⁹, & nō homo.

3 Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur, vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.

4 Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet Sacerdos, quum eſſent qui offerrent ſecundum Legem munera,

5 Qui exemplari & vmbræ deſeruiūt cæleſtium, ſicut reſponſum eſt Moyſi, quum conſummaret Tabernaculū, Vide, inquit, omnia facito ſecūdum exēplar quod tibi oſtēſū eſt in mōte.

Exod.25.d.40 act.7.f.44

B

6 Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris Teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.

7 Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, nō vtique ſecundi locus inquireretur.

8 Vituperās enim eos dicit, Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum:

Iere.31.f.31.32.33.34 rom.11.d.27 infrà 10.c.16

iurandi 'poſt Legē *concepti* Filium *conſtituit* qui in æternum eſt ſanctificatus.

Cap. VIII.

CAEterùm eorum quæ dicimus '*hæc* ſumma *eſt*, Talem *nos* habere Pontificem, qui conſedit ad dexteram throni maieſtatis illius cæleſtis,

'Sanctuarii miniſter, ac veri illius Tabernaculi quod fixit Dominus, & non homo.

"Omnis enim Pontifex ad offerēda 'dona & victimas conſtituitur: vnde "neceſſe fuit hunc quoque habere quod offerret.

Pōtificis officiū

'Nam ſi eſſet in terra, ne Sacerdos quidem eſſet, 'manentibus illis Sacerdotibus qui ſecundum Legem offerunt dona,

Vt qui exemplari & vmbræ deſeruiunt rerum cæleſtium, ſicut Diuinitus dictum eſt Moſi, quum eſſet abſoluturus Tabernaculum, Enimuero vide, inquit, *ut* facias omnia ad exemplar quod oſtenſum eſt tibi in monte.

At nunc *noſter ille Pontifex eo* excellentius ſortitus eſt miniſterium, quo præſtantioris eſt fœderis interceſſor, quod in præſtantioribus promiſſis ſancitum eſt.

'Nā ſi prius illud tale fuiſſet vt nihil in eo poſſet requiri, haudquaquam fuiſſet ſecundo quæſitus locus.

Nam incuſans eos, inquit, Ecce dies venient, dicit Dominus, quū "pangam "cum domo Iſrael & cum domo Iuda fœdus nouū.

Poſt Legem *concepti* τῆς μετὰ τὸν νόμον. Vulgata, qui poſt Legem eſt: vt videatur legiſſe ὁ μετὰ νόμον. Cæterùm quod hoc iuſiurandum dicitur Legem ſequutum, non reſpicit tempus illud quo Dauid illud perſcripſit: (neque enim tunc conceptum fuit, ſed ab æterno, vt 1.Pet.1.d.20, & alibi ſæpe explicatur) ſed ipſam potius æterni illius iuriſiurandi exhibitionem. qua ratione diximus etiam intelligendum eſſe dictum illud, Ego hodie genui te. Interim notandum eſt, Apoſtolum, iſtius declarationis reſpectu, à temporis ordine argumētari, Siquidem poſteriore fœdere æquum eſt vt prius abrogetur, ſi modo ſunt eiuſmodi vt ſimul conſiſtere non poſſint.

IN CAPVT VIII.

1 Hæc ſumma *eſt*, Κεφάλαιον. In hoc dicendi genere vel nunquam, vel certè raro adiiciunt verbum Græci, ſed ſubaudiunt, vt in σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ, & ſimilibus. Κεφάλαιον autem poſſumus conuertere vel caput, id eſt ſcopum & præcipuum illud quò omnia referuntur: vel ſummam & compendium, quod mihi aptius viſum eſt. Vtrouis autem modo accipiamus, eadem erit ſentētia. paucis enim repetitur illud ad quod referenda ſunt omnia, vt attentius & maiore cum fructu legantur ſequentia.

2 Sanctuarii Τῶν ἁγίων. Vulgata & Eraſmus, Sanctorum: ambiguè, ſicut & Græca vox ambigua eſt. Sed ex his quæ ſequuntur, ac præſertim 9.c.11, ſatis apparet nomine Sanctorum deſignari cælos: ſicut per Tabernaculum intelligitur corpus ipſum Domini. quod cur dicatur à Deo fixum, non ab hominibus, ibi explicabimus. Cæterùm verſatur adhuc in eodem argumento noſter hic author: ſed nunc per partes explicabit qua ratione dicatur abolitum vetus Sacerdotium, nempe vt figuræ, quum apparet ipſa veritas, nullus iam eſt vſus: Præparat tamen Hebræorum animos duplici argumento. Vno ex ipſa Sacerdotii natura ſumpto, vt nihil craſſum & terrenum de Chriſti Sacerdotio concipiant. Altero ex Ieremia petito, qui diſertè diſcrimen duorum fœderum explicat, & prioris quoque abrogationem, ac proinde etiā Tabernaculi & Sacerdotii veteris. Sunt enim iſta inter ſe mutua relatione connexa.

3 Omnis enim, &c. πᾶς γὰρ, &c. Hoc connecto cum poſteriore ſuperioris verſiculi parte, in qua mentio facta fuit veri Tabernaculi: quo nomine diximus non cælum, ſed corpus ipſum declarari, ex 9.c.11. Affert ergo cauſam cur oportuerit eum hominem fieri, nempe vt haberet quod offerret. nullus enim ſine oblatione Sacerdos. Ita hunc locum explicat Græcus ſcholiaſtes, cui aſſentior. Dona δῶρα. Vide ſuprà 5.a.1. Neceſſe fuit hunc quoque habere quod offer. ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ. Hoc dici de Chriſto cui applicetur definitio Pontificis à fine ſumpta, liquet tum ex addita particula καὶ, tum ex eo quòd non οὗτος ſcriptum eſt, ſed τοῦτον. Sed in ſupplendo verbo poſt ἀναγκαῖον non conuenit inter omnes interpretes. Nam Vetus interpres & Eraſmus ſupplent ἐστὶ præſenti tempore: vertunt enim, neceſſe eſt vt hic etiam habeat aliquid quod offerat. Eam verò interpretationem idcirco repudiaui, quòd Chriſti iam peractam eſſe oblationem dixerit ſuprà 7.d.28. quanuis eius efficacitatem perennem eſſe certum ſit. Verùm de ipſa offerendi actione hìc agitur. Itaque præteriti temporis verbum ſupplendum fuit vt nos fecimus. Non deſunt tamen qui perinde explicent hunc locum acſi ſcriptum eſſet ἀναγκαῖον ἂν ἦν, neceſſe eſſet: vt ſit hæc ſententia, Quum omnis Pontifex terrenus offerre debeat, Chriſtum quoque oporteret habere quod offerret ſi terrenus eſſet Pontifex. Atqui nullam habet eiuſmodi hoſtiam. Ergo terrenus non eſt, ſed cæleſtis. Sed dura eſt illa eclipſis ἂν ἦν, & hac ratione non deberet ſequi μὲν γὰρ, id eſt etenim, in proximè ſequenti verſiculo, ſed μὲν οὖν, igitur. eſſet enim concluſio ex ſuperiore argumento pendens. Deinde vera eſt & vniuerſalis, vt mihi videtur, illa definitio Pontificis, à qua etiam Chriſtus nec potuerit, nec debuerit eximi, cuique adeò ita ſatiſfecerit vt & longè perfectiorem victimam obtulerit, & perfectiore etiam genere offerendi ſit ſemel in æternum defunctus.

4 Nam ſi eſſet Εἰ μὲν γὰρ ἦν. Verſiculum ſecundum diximus duo habere membra, nempe τὰ ἅγια & τὴν σκηνήν, quæ nos diſtinximus ex cap. 9.c.11, ita ſcilicet vt illo nomine cælum ſignificetur, vt infrà 9.f.24: iſto verò ipſum Chriſti corpus. Sicut ergo ad Tabernaculum retuli priorem verſiculum, ita ad Sāctuarium, id eſt ad cælum, putarim iſtum pertinere, cui terra opponatur hoc modo, Dixi noſtrum vnicum miniſtrum ſiue Sacerdotem eſſe cæleſtem. nam ſi in terra eſſet, Sacerdos non eſſet, manentibus Leuiticis Sacerdotibus. Quinam id verò? Quia Leuitarum dona ſecundum Legem oblata, res cæleſtes adumbrant, non terreſtres, vt apparet ex oraculo Moſi reddito. Cæleſte igitur Chriſti Sacerdotis Sacrarium, cæleſte Tabernaculum, & omnibus modis excellentius officium eſſe oportet. quod declaratur verſiculo 6. At enim dices, nónne Chriſtus manente Leuitico Sacerdotio verſatus eſt nihilominus in terris verus Sacerdos? Fateor ſanè, ſed nondum peracta oblatione qua conſecratus oportuit eum in cælum introire, vt illic perpetui Pontificis partibus fungatur pro nobis. Exhibita autem veritate quorſum vmbræ? Sic igitur hunc locum explico, quod tamen ſine cuiuſquam præiudicio dictum velim. Manentibus illis Sacerdotibus ὄντων τῶν ἱερέων. Vulg. quum eſſent. Nam vel non legit τῶν ἱερέων, vel neglexit. Eraſ. vbi ſunt Sacerdotes. quæ interpretatio nec mihi videtur Græcis reſpondere, nec ſententiam Apoſtoli exprimere. Nam ὄντων hoc in loco declarat vigere, & quaſi ſuum (vt ita dicam) eſſe conſeruare. 7 Nam ſi εἰ γὰρ. Præparat Hebræorū animos propoſito Ieremiæ vaticinio, vt dixi verſ.2. Vocat autem fœdus ἄμεμπτον, non in quo nihil ſceleris eſſet, ſed in quo nihil meritò poſſet requiri.

8 Pangam συντελέσω. Heb. וכרתי, id eſt percutiam. Nam Græca etiā editio qua nūc vtimur, habet διαθήσομαι. Qui conuertit συντελέσω, id eſt conſummabo, huc reſpexit, opinor, quòd fœdera tum demum rata habentur, quum ſolenni pactione ſancita ſunt. Cum domo Iſrael. ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Heb. את בית ישראל. i. cum domo Iſrael. Si ἐπὶ libuerit ſeruare, conuertemus erga domum. Vocat autem domum, totius regni quaſi vnam familiam. Erat verò tum (vt omnes norunt) in duas factiones ſciſſum Dauidis regnum, quas ſignificat Propheta noui fœderis auſpiciis rurſus coniunctum iri.

Non ſecundum fœdus quod feci cum Patribus ipſorum, quo die prehendi manum ipſorum vt educerẽ eos ex AEgypto: nam ipſi non perſtiterunt in illo meo fœdere,ʹ& ego deſpexi eos, dicit Dominus. 9

Nam hoc eſt fœdus quod paciſcar domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: inditas Leges meas in mentem eorum & in cor eorum inſcribam: & ero ipſis Deus, & ipſi erunt mihi populus. 10

Neque docebũt ſinguli proximũ ſuum, & ſinguli fratrẽ ſuum, dicentes, Cognoſce Dominũ: nam omnes cognoſcent me, ab eo qui puſillus fuerit inter eos, vſque ad eũ qui magnus eſt inter eos. 11

Ero enim propitius iniquitatibus eorum, & peccatis eorum, & iniquitatum ipſorum non recordabor amplius. 12

Dum nouum dicit, antiquauit prius: porrò quod antiquatur ac ſeneſcit, propè eſt vt euaneſcat. 13

Cap. IX.

Tabernacula duo.

1 IGitur habebat quidem etiam ʹprius *fœdus*ʹ conſtitutos religionis ritus,ʹ& Sanctuarium mundanum.

2 ʹTabernaculum enim cõſtructum fuit. prius *quidem* in quo *erant* lucernæ, & menſa, & propoſiti panes,ʹquod Sancta vocant.

3 Poſt medium autem velum, *erat* Tabernaculum quod vocant ʹSancta ſanctorum,

4 Aureum habensʹthuribulum, & arcam fœderis vndique circuntectam auro: in qua, vrna aurea habens Manna, & virga Aarõ quæ germinauit, & Tabulæ fœderis.

5 Supra hanc autem Cherubim glorioſi obumbrãtes ʹPropitiatorium: de quibus non eſt nunc dicendum ſingulatim.

6 His autem ita ordinatis, in prius quidem Tabernaculum quouis *tempore* ingrediuntur Sacerdotes qui ritus obeunt.

7 In ſecundum autem, ſemel quotannis ſolus Pontifex, nõ ſine

Non ſecundum teſtamẽtum quod feci Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de terra AEgypti: quoniã ipſi nõ permanſerunt in Teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. C

Quia hoc eſt Teſtamẽtum quod diſponam domui Iſrael, poſt dies illos dicit Dominus: dando Leges meas in mẽtem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. D

Et nõ docebit vnuſquiſque proximũ ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum: quoniã omnes ſcient me, à minore vſque ad maiorem eorum:

Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam nõ memorabor.

Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Cap. I X.

HAbuit quidem & prius iuſtificationes culturæ, & Sãctũ ſeculare.

‖Tabernaculum enim factum eſt. primum, in quo erant candelabra, & mẽſa, & propoſitio panum, quæ dicitur Sancta.

Exod.26.a.1 & 36.a.1

Poſt velamentum autem ſecundũ, tabernaculum quod dicitur Sancta ſanctorum,

Aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circuntectam ex omni parte auro: in qua, vrna aurea habens Manna,‖& virga Aaron quę frõduerat, &‖Tabulæ teſtamenti.

Num.17.c.10 .Reg.8.a.9 .paral.5.c.10 Exo.15.b.12

‖Superque eã erant Cherubim gloriæ obũbrantia propitiatoriũ: de quibus nõ eſt modò dicẽdũ per ſingula. B

His verò ita cõpoſitis, in priori quidem Tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.

In ſecundo autem, ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine

9 Et ego deſpexi eos, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. Heb. ואנכי בעלתי בם, id eſt quum ego vobis eſſem Dominus. Sequutus eſt ergo Græcorum editionem, multo ſanè religioſius quàm vel Euangeliſtæ vel Paulus: vt hinc quoque probabilis ſit coniectura, verſam non fuiſſe ex Hebræo. Ceterùm in re ipſa nihil eſt diſcriminis. neque enim hîc vertitur cardo controuerſiæ.

IN CAPVT IX.

1 Prius *fœdus* ἡ πρώτη. Eraſmus, prius tabernaculum, ἡ πρώτη σκηνή. & fateor Græca exemplaria iampridem ita habere: ſed apparet ex Photio (omnium Græcorum interpretum, quos ego quidẽ viderim, acutiſſimo, cuius verba in Græcis ſcholiis citãtur) irrepſiſſe Tabernaculi nomen, idque perperam: quum ex argumenti ſerie, & vltimo ſuperioris capitis verſiculo, facile appareat ſubaudiendum eſſe διαθήκης nomen. Itaque non dubitauimus σκηνὴ expungere, Photii & veteris editionis, atque adeò doctiſſimi interpretis authoritatem, aut veritatem potius ipſam ſequuti. Conſtitutos religionis ritus, δικαιώματα λατρείας. Vel, ritualem cultum. nam coniunctim hæc legenda ſunt ex omnium veterum librorum fide. Quid autem δικαιωμάτων appellatione ſoleat intelligi, diximus Luc. 1.a.6. Vulgata, iuſtificationes culturæ: quod nemo intelligat. Eraſmus, iuſtificationes cultus. Et Sanctuarium mundanum. τό τε ἅγιον κοσμικόν. Hebraicè מקדש quod κοσμικὸν id eſt mundanum vocat, terrenum ſcilicet ac caducum, vt cæleſti & æterno opponat. Quidam de atrio populi accipiunt, quorum opinionem his de cauſis non amplector. Primùm, quia nuſquam ſic vocatur: & certè κοσμικὸν pro eo quod populo pateat, coactè explicatur. Deinde ſequens particula cauſalis oſtendit diſtribui totum quiddam in ſuas partes proximo verſiculo. Poſtremò nuſquam fit mentio in hac collatione, niſi duarum partium Tabernaculi, nempe prioris & poſterioris: quum tamen ex illa diſtributione tres partes numerari oportuerit. Neque enim huic noſtro propoſitum eſt integram Tabernaculi deſcriptionem perſequi, ſed ea duntaxat quæ ad ſacerdotalem functionem pertinebant, idque quatenus Chriſtus per eam adumbrabatur.

2 Tabernaculum enim conſtructum fuit. Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη. Obſeruandum eſt in primis, hanc deſcriptionem non ad Templum ſed ad tabernaculum accommodari: quia nimirum noſter hic ſcriptor, ea propriè quæ Moſes ſecundum exemplar ipſi in monte propoſitum fabricauit, cum rebus ipſis cæleſtibus comparat. Hinc fit vt duorum velorum faciat mentionem, quæ deſcribũtur Exo. 26.g.33 & 36: quum in Templo vnicum tantùm eſſet, cuius fit etiam apud Euangeliſtas mentio. Itẽ vnius tantùm menſæ, quum decem in templo eſſent poſitæ. ex quo illud quoque intelligitur, nomine τῶν λυχνίων vnicum duntaxat illud candelabrum ſignificari quod multas habebat lucernas: quum in Templo decem candelabra eſſent collocata. Nam quòd Mannam & virgam Aaron videtur Arca includere cum tabulis lapideis, commodè interpretandum eſt. Neque enim Manna & virga intra arcam ipſam erant, ſed proxime arcam, ipſique adeò commoda aliqua ratione adiunctæ. quum non legatur Dominus iuſſiſſe vt in Arca includerentur, ſed vt corã ſe, id eſt coram Arca fœderis, collocarẽtur, Exo. 16.g.34. Num. 17.b.10, & 1. Reg. 8.a.9. Quod Sancta vocant. ἥτις λέγεται ἅγια. Prouocabulum ἥτις, ad σκηνὴν pertinet, non autem ad proximè præcedentia. & ἅγια: ſcribendum eſt numero plurali, emphaſeos cauſa, ex Hebræorum more, non autem ἁγία, vt quidam codices habent deprauatè. Itaque non rectè Vetus interpres conuertit, quæ dicitur Sancta.

3 Medium δεύτερον Ad verbum ſecundum. Vertimus autem medium, vitandæ ambiguitatis cauſa. Velum ſecundum nominat apoſtolus, non quod duo fuerint vela: ſed quia poſterius erat Sancto vel priore Tabernaculo.

Sancta ſanctorum Ἅγια ἁγίων. Heb. קודש הקדשים pro, ſacrario ſacratiſſimo, vt fruſtrà hîc ſeſe torſerit Auguſtinus. Sciendũ eſt tamen infrà non obſeruari hoc diſcrimen, ſed ſimplici appellatione τῶν ἁγίων, id eſt Sanctorum, ſignificari intimum hoc adytum: prius autem generali nomine Tabernaculum dici, vt verſ. 11.12.21.24.25. 4 Thuribulum θυμιατήριον. Quidam conuertunt Aram ſuffitus. Atqui illam conſtat fuiſſe in atrio Sacerdotum, proxime velum, e regione Arcæ fœderis. alioquin quomodo adoleuiſſent ſingulis diebus ſuffitum, ſi ſemel duntaxat quotannis fas erat in Sancta ſanctorum ingredi, idque ſoli Pontifici maximo?

5 Propitiatorium Ἱλαστήριον. Heb. כפורת. Sic enim vocant Hebræi Arcæ fœderis operculum, quod Græci habita ratione verbi כיפר à quo deducitur, ἱλαστήριον conuerterunt.

quem offert pro ſua & populi ignorantia.

Hoc ſignificãte Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe Sanctorũ viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.

C Quæ parabola eſt temporis inſtantis: iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruiẽtẽ,

Solummodo in cibis, & in potib⁹ & variis baptiſmatibus & iuſtitiis carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis.

Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorũ bonorũ, per amplius & perfectius Tabernaculum non manufactum, id eſt non huius creationis:

Neque per ſanguinem hircorum & vitulorum: ſed per proprium ſangui-

ſanguine quem offert ″pro ſeipſo & *pro* populi ″erratis:

8 ″Hoc declarante Spiritu ſancto, nondum patefactam eſſe viã ad Sacrarium, priore Tabernaculo adhuc conſiſtente.

9 ″Quod *erat* exemplar ″pro tempore præſenti, ″quo dona ſacrificiáque ″offeruntur, quæ non poſſunt conſcientia ″ſanctificare cultorem,

10 In cibis duntaxat & potionibus, & diuerſis ablutionibus ac ″ritibus carnalibus, vſque ad tempus correctionis ″impoſita.

11 ″At Chriſtus accedens Pontifex futurorum bonorũ, ″per maius & perfectius Tabernaculum non manufactum, hoc eſt non huius ſtructuræ:

12 Neque ″per ſanguinem ″hircorum & vitulorum: ſed per propriũ

7 Pro ſeipſo ὑπὲρ ἑαυτοῦ Hoc annuum & ſolenne ſacrificium tum pro ſui tum pro populi reconciliatione obibat Pontifex maximus diẽ decima ſeptimi menſis, vt ſcribitur copioſè Leuit.16. Notandum eſt autem diligenter quod diſertè dicitur Pontifex pro ſeipſo orare.

Erratis: τῶν ἀγνοημάτων Heb. שגיאות quo vocabulo omne genus peccati ſignificant. Nam etiamſi quis voluntariè peccet, ineſt tamen aliquis error conſcientiæ quam Satanas faſcinauit. Vulg. & Eraſ. ignorantiis: obſcurè, & nimium etiam anguſtè.

8 Hoc declarante τοῦτο δηλοῦντος Bene colligit. nam ſi ſacrificia quæ in tabernaculo Sacerdotum quotidie fiebant, habuiſſent vim reconciliandi, quorſum oportuiſſet ſemel in anno ſolum Pontificem maximum, manente foris toto populo, in Sanctum ſanctorum ingredi, & ſolenni ſanguinis aſperſione ſeſe ac populum expiare? Sic igitur adumbrabat Spiritus ſanctus nondum apertam eſſe viam in Sacrarium, ſtante priore Tabernaculo, in quo ſcilicet ſacrificia peragebantur: id eſt prioris Tabernaculi ſacrificiis nondũ patefieri nobis cælum, quod per ſacrarium illud intimum repræſentabatur. Nam Sancta dicit quæ paulo antè Sancta ſanctorum vocarat. quo modo etiam Moſes ipſe loquitur, Leuit.16.a.2.

9 Quod *erat* exemplar ἧς παραβολή. Vulg. Quæ parabola eſt: quod nemo facilè intelligat. Eraſ. Quæ erat ſimilitudo: ne ſic quidem ſatis rectè. Nam ἧς referendum eſt ad σκηνὴν, id eſt ad tabernaculum. Deinde παραβολὴ hoc loco nihil aliud quàm typũ & exẽplar declarat, id eſt משל. Pro tẽpore præſenti εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, id eſt παρόντα, vt mihi quidem videtur Eraſmus rectè conuertiſſe. Præſens verò tempus accipe, ipſius Tabernaculi reſpectu, acſi diceret, pro eo tempore quo vigere illud exemplar oportuit. Vulg. temporis inſtantis. Quo καθ' ὅν. Id eſt ἐν ᾧ. In quibuſdam tamen exemplaribus, & Græcis etiam ſcholiis legitur, καθ' ἥν, ita vt ſuppleri poſſit σκηνὴ tabernaculum, vel παραβολὴ exemplar, vt conuertas, in quo tabernaculo, vel ſecundum quod exemplar. Quod ſi alterã ex his duabus interpretationibus ſequamur, tum licebit conuertere, εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστῶτα, ad inſtans vſque tempus, quo ſcilicet futurum erat vt ipſa veritas apparens, tolleret illud exemplar. Offeruntur προσφέρονται. Videbatur potius dicendum, προσεφέροντο offerebantur. quo modo etiam Græcus ſcholiaſtes interpretatur. ſed apparet vſurpatum fuiſſe tempus præſens, quòd de re ipſa loquatur, nulla habita circunſtantiæ temporis ratione. Sanctificare τελειῶσαι. Id eſt ἁγιάσαι. Nam τελειοῦν ſuprà annotauimus, 2.b.10, de rebus ſacris dici: vt planè nihil aliud ſit quàm purum, ſanctum, talem denique reddere vt nihil impediat quominus approbemur à Deo. Etſi autem qui talis eſt, idem etiã eſt ſuo quodam modo perfectus: vt ſi rem ipſam ſpectes, τελειοῦν poſſis Perficere meritò interpretari, vel Perfectum reddere: tamen abhorrui ab hac interpretatione propter ambiguitatem. Videri enim poſſet, Legi hactenus vim perficiendi detrahi, vt inchoare quidẽ poſſit, abſoluere verò non item. Inde conſequeretur Chriſtum pro ſupplemento duntaxat acceſſiſſe, ſicut etiam hodie ſophiſtæ tradunt, quum nihil æquè repugnare poſſit argumento quod hîc tractatur.

10 Ritibus carnalibus δικαιώμασι σαρκός. Vulg. iuſtitiis carnis. Eraſ. iuſtificationibus carnis. vterque nimis obſcuré. Quidam conuertit, inſtitutis humanis, non modò falſa & inepta, ſed etiam periculoſa interpretatione. Diximus autẽ aliquoties δικαιώματα dici quæ à Latinis ritus, externæ ſcilicet quædã cæremoniæ, dicuntur. Additur carnis epitheton Sacris ſcriptoribus peculiare, quod repudiare minimè voluimus. Id autem vt intelligatur, ſciendum eſt in primis, hîc non agi de hominum traditionibus, ſed de cæremoniis à Deo inſtitutis vt rerum Spiritualium teſſeræ eſſent ac ſymbola, quæ generali vocabulo dicta ſunt à Latinis theologis Sacramenta. Sed ea duplici ratione conſiderantur: interdum ſcilicet cum rebus illis coniuncta, quibus efficaciter repræſentandis inſtituta ſunt à Domino: quo reſpectu maxima quæque paſſim illis tribuuntur. Interdum verò per ſe ac ſeorſim à rebus ipſis conſiderata, veluti in tota hac diſputatione, in qua ſcilicet non coniungitur, ſed comparatur cum illis Chriſtus. quo reſpectu carnalia dicuntur, id eſt in rebus craſſis & terrenis poſita, quæque ad animam vſque non perueniant. Impoſita ἐπικείμενα. Rectè. fuerunt enim oneris inſtar, quo nos Chriſtus liberauit. Cæterùm hîc variat lectio. legit enim Vetus interpres ἐπικειμένοις, impoſitis: vt cohæreat cum δικαιώμασι. Habent tamen codices omnes ἐπικείμενα: ſed quod parum videatur cohærere. Pendent enim hæc à præcedente verſiculo, vbi δυνάμεναι ſcriptũ eſt, non δυνάμενα. Itaque in vno vetuſto codice pro δικαιώμασι ſcriptum inuenimus δικαιώματα, vt ſit conſtructio, δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι, &c. καὶ δικαιώματα ἐπικείμενα, &c. Ego malim in priore verſiculo legere δυνάμενα, vel in iſto ἐπικείμεναι. Sed hæc, quod ad ſententiam ipſam attinet, nullius ſunt momenti.

11 At Chriſtus Χριστὸς δέ. Hactenus ſtructura tabernaculi, cum breui præparatione. nunc collationem aggreditur Chriſti cum Leuitico pontifice, cum tabernaculo priore, cum ipſis denique ſacrificiis ac victimis: (hæc enim omnia vnum illum adumbrarunt) & Sanctorum, id eſt poſterioris tabernaculi, cum cælo, in quo noſter nunc eſt Pontifex æternus.

Per maius διὰ τῆς μείζονος. Id eſt præſtantius & excellentius. quod & ſtatim explicat, quum addit καὶ τελειοτέρας & perfectius. Cæterũ quum hîc manifeſtè diſtinguat Tabernaculũ à Sacrario, vt qui dicat Chriſtum per Tabernaculum ingreſſum eſſe in Sacrarium: Sacrarium autem manifeſtè interpretetur cælum, infrà verſ.24: non poteſt conſiſtere eorum interpretatio qui tabernaculi perfectioris & non manufacti nomine cælos intelligunt: quia perabſurdè diceretur Per cælũ ingreſſus eſſe in cælum. quod & ipſum ſuprà annotauimus, 8.a.2. Itaq; prorſus aſſentior doctiſſimo interpreti, qui tabernaculi appellatione intelligit humanam Chriſti æterni Dei naturam: eadem prorſus ratione qua comparatur etiam velo, infrà 10.d.20. Sicut enim oportuit Pontificem Leuiticum ingredi in Tabernaculum prius, quod Sacerdotum dicebatur, & ibi in altari ſuffitibus deſtinato quotannis ſolennem victimam mactare: ac ita demum in ſacrariũ, vbi erat ipſius maieſtatis Dei ſymbolum, introire: ita filium illum Dei æternum oportuit (vt veri Pontificis partibus fungeretur) in humanam naturam ingredi, in qua non vt hoſpes, ſed vt ciuis: nec virtute ſola, ſed corporaliter habitans, poſtquam ſeipſum ſanctificaſſet, ſacrificium illud perageret, ac tandem cælos ingrederetur. Itaque per corpus ſuum Chriſtus ſanctificatus & paſſus, in cælum iter fecit, & per illud ipſum nũc in cælo pro nobis intercedit. vnde etiam ipſe ſeſe Templum vocat Iohan.2.c.19 & 21: in quo ſcilicet tota Diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit, Coloſ.2.b.9, vt nihil hîc habeat Neſtorius quod ogganniat. Videtur autem interpretes pleroſque fefelliſſe quòd non conſiderarint vnum Chriſtum multis exẽplaribus reſpondere, nempe & ipſi Pontifici, vt qui ſeipſum obtulerit: & Tabernaculo, per quod iter fecerit ad ſacrificium, & à ſacrificio in cælum: & victimis quoque, vt mox ſubiicitur. Deinde quòd hæc eadem de cælo dicantur infrà verſ.24. Sed hæc ratio nihil efficit. Nã oportuit, vt Tabernaculo, ſic etiam Sacrario aliquid non manufactum opponi, vt cæleſtis veritas terrenis exemplaribus per omnia reſponderet. Verũ dicet aliquis, Quomodo dicitur Chriſti corpus non manufactum, nec huius ſtructuræ? Nempe vt opponatur ſtructuræ tabernaculi quod ex rebus mortuis, puta auro, ære, argento, ligno, pellibus, & cæteris id genus, non fabrica naturali ſed artificioſa ſtructum erat. Deinde, vt ſuprà dixit 8.a.2, optimus ſui interpres, quia non homo quiſquã ſed Deus viuum illud tabernaculum finxit, id eſt Chriſti humanitatem condidit, aptauit, ſanctificauit, vt nobis eſſet viuifica. Fuit enim verum quidem corpus, ſed vi vnius Spiritus ſancti conceptum: anima quidem vera, ſed ſingulare & excellentiſſimũ vnius Dei opificium. Deus ipſe denique à ſeipſo caro factus eſt. An non mirũ hîc tabernaculũ habemus?

12 Per ſanguinem δι' αἵματος. Nunc comparatur Chriſtus cum Pontifice & cum victimis. Fuit enim idem etiã victima qui & Tabernaculum & Pontifex. Peculiariter autem fit ſanguinis mentio, qui Deo ſcilicet peculiariter fundebatur, vt eo veſci non liceret: & cuius etiam in hoc ſolenni ſacrificio peculiaris erat vſus, vt mox explicatur. Hircorum & vitulorum τράγων καὶ μόσχων. Rectè omnino. Adhibebatur enim in hoc reconciliationis anniuerſario ſacrificio duplex victima, iuuencus & hircus, vt Leuitici 16 capite copioſè explicatur: quia tũ

pro ſe, tum pro populo ſacrificabat Pontifex. Vtitúrque plurali numero quia anniuerſarium ſacrificium erat. Sunt igitur hæc collationis capita. Pontifex Leuiticus alienum, eúmque pecuinum ſanguinem offerebat: Chriſtus verus & æternus Pontifex ſuum ſanctiſſimum & puriſſimũ obtulit. Ille quotannis offerebat, ac proinde non ſanctificabat, ſed veram ſanctificationem duntaxat repræſentabat: Chriſtus ſemel vna oblatione omnes credentes in æternum conſecrauit. Deinceps verò copioſius omnia per partes explicat.

ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in Sacrarium, æternam redemptionem ″nactus.

13 Nam ſi ſanguis taurorum & hircorum, ″& cinis iuuencæ aſpergens inquinatos, ſanctificat ″ad carnis puritatem:

14 Quanto magis ſanguis Chriſti qui ʹper Spiritum æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo, purgabit conſcientiam veſtram ″à mortuis operibus, ad ſeruiendum Deo viuo?

15 ʹItaque ob id noui fœderis mediator eſt, vt morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationum quæ fuerant ſub priori Teſtamento, ii qui vocati ſunt promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis.

Teſtamentum.

16 ʹNam vbi teſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris.

17 Teſtamentum enim in mortuis ratum eſt: quandoquidem nõdum valet quum viuit teſtator.

18 Vnde ne prius quidem illud abſque ſanguine dedicatum fuit.

19 Quum enim Moſes omne præceptum iuxta Legem expoſuiſſet omni populo, ſumpto ſanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyſſopo, ſimul & ipſum librum & totum populum aſperſit,

nem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

D

13 |Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emũdationẽ carnis: Leuit.16.c.14 num.19.a.4

14 Quanto magis‖ſanguis Chriſti qui per Spiritum ſanctum ſemetipſũ obtulit immaculatum Deo, |emundabit conſcientiam veſtrã ab operibus mortuis, |ad ſeruiendum Deo viuenti? 1.Petr.2.e.14 1.iohan.1.c.7 apoc.1.b.6 Luc.1.g.75 Luc.5.g.74

15 Et ideo noui Teſtamenti mediator eſt, ‖vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationũ quæ erãt ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Rom.5.a.6 1.petr.3.c.18

16 Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

17 |Teſtamẽtum enim in mortuis cõfirmatum eſt: alioquin nondum valet dum viuit qui teſtatus eſt. Galat.3.e.15

E

18 Vnde nec primum quidem ſine ſãguine dedicatum eſt.

19 Lecto enim omni mandato Legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorũ cũ aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſũ quoque librum & omnem populum aſperſit,

Nactus εὑράμενος. Id eſt merito ſuo adeptus, nobis ſcilicet, nõ ſibi. Quî enim redemptione indigeret qui peccatum non habebat, ſed omnem iuſtitiam? Itaque non pro ſe, ſed pro nobis ſeipſum obtulit. Vulg. inuenta. Eraſ. reperta. neutrum mihi placuit: puto enim εὑρίσκεσθαι propria ſignificatione hic accipi, de qua diximus Rom.4.a.1.

13 Et cinis iuuencæ καὶ σποδὸς δαμάλεως. Deſignat alteram cæremoniam quæ & ipſa peculiariter adumbrabat æternum Chriſti ſacrificium, de qua vide Nume.19. Confer etiam lector, ſi libuerit, horrendam blaſphemiam qua nititur aquæ illius luſtralis cæremonia apud illos vſurpatæ qui ſoli volunt Chriſtiani videri. De conſec. diſtinct.3.c.aquam: & manifeſtè cernes quò euaſerit Antichriſti impudentia.

Ad carnis puritatem πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. Symbola (vt antè dixi) à re ſeparata ſeorſim conſiderat, & ab iis ita argumentatur, Si ſanguis pecuinus & iuuencæ cinis, hanc vim habuerunt, vt qui eis eſſet forinſecus aſperſus, purus cẽſeretur, (hæc enim vis eſt ſymbolorũ, vt quod intus fit, foris repræſentent) res ipſa non præſtiterit quod illa foris adumbrarunt? quod ſi re ipſa id præſtitum eſt, quorſum nunc id ſignum quod rei futuræ expectationem tantiſper ſuſtinebat dum præſens adueniret?

14 Per Spiritum æternum διὰ πνεύματος αἰωνίου. Opponit pecudum ſanguini, ſanguinem eius qui non homo duntaxat quales cæteri, ſed Deus etiam fuerit. Nam Spiritus æterni appellatione, Diuinitatis cum humanitate coniunctæ efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc ſacrificium gubernauit: vt ſanguinem iſtum, quia ſanguis erat eius hominis qui etiam Deus erat, viuifica planè illa virtute præditũ eſſe oporteat, quæ nos vna condidit, ac proinde vna poſſit inſtaurare. Huc reſpexit Dominus, Iohan.6.g.63, quum diceret carnem ſuam nihil prodeſſe, Spiritum eum eſſe qui viuificet. & Paulus, Act.20.f.28, quum Deum dicit ſibi acquiſiſſe Eccleſiam ſanguine ſuo. A mortuis operibus, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Id eſt à peccatis, quæ & à morte proficiſcuntur, & nihil aliud quàm mortem generant. Sed in primis obſeruandũ eſt quid ſit καθαρίζειν, vt intelligatur vis argumenti quod explicatur infrà 10.a.1 & 2. Duæ ſunt enim purificationis partes, eæque ſeorſim conſiderandæ. Vna, qua delentur priora peccata: altera, qua radix ipſa peccati amputatur cum fructibus. Itaque quod ad priorem attinet, primũ quidem illam vindicauit Chriſto, collata ipſius ſanguinis dignitate cum taurorum ac vitulorum ſanguine qui vſque ad animam penetrare non poſſit. nunc verò, id eſt in proximo verſiculo & deinceps, ne quis exciperet, Quid igitur ſit illis factum qui ſub priore fœdere vixerunt? oſtendet Chriſtum etiam pro illis ſanguinem fudiſſe, vt qui per veteres ritus fuerit adumbratus: alioquin niſi ad illius futurum aduẽtum repræſentandum prorſus inutiles. De altera verò parte differet proximo capite.

15 Itaque ob id, &c. καὶ διὰ τοῦτο, &c. Rectè colligit ex præcedentibus ea quæ explanaturus eſt. Nam ſi pecuinus ſanguis in Vetere fœdere non expiabat: vel nouum fœdus & nouus ſanguis requirebatur, cuius vis ad illos vſque pertineret: vel ſupereſt vt illi ſeruati non fuerint. quam partem poſteriorem, vt nimis abſurdam præterit. Hinc conſequitur, vnum fœdus ſemper fuiſſe quod ad rem ipſam, id eſt quod ad expiationem attinet, quæ ſuo demum tempore fuerit peracta: ſed ipſius venturi vmbram aliquam ad tempus extitiſſe. Vetus igitur fœdus plenum non fuit, ſed futuri fœderis promiſſio, & adumbratio per quod æterna contingit hæreditas.

16 Nam vbi teſtamentum eſt Ὅπου γὰρ διαθήκη. Manifeſtè oſtendit hic locus (vt meritò indicauit doctiſſimus interpres) hanc epiſtolam Hebraicè ſcriptam non eſſe. Siquidem apud Hebræos ברית nihil aliud ſignificat quàm pactum inter viuos initum: pro quo tamen fœdus dicere propter factam reconciliationem maluimus, quod & ipſum ſpecies eſt pacti inter viuos initi. Itaque non potuit noſter hic author quiſquis tandem fuit, idem nomen Hebraicum & fœderi & teſtamento applicare, quod illi facere in Græco idiomate licuit, quia ſcilicet vnum διαθήκης nomen apud Græcos & pro fœdere & pro teſtamento accipitur. Græcè igitur ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam apparet: neque id mirum cuiquam videri debet, quum Græcam lingnam eo tempore in toto Oriente multis familiarem fuiſſe conſtet. Sed ad rem. Quæritur quomodo conueniat quod de teſtamento commemoratur hoc in loco: quum paſſim fiat non teſtamenti, ſed fœderis mentio. Reſpondeo, nouum quæſitum eſſe argumentum partim à fœderis huius natura, quod commune quiddam habet cum teſtamento, & à reliquis fœderum ſpeciebus alienum: partim à duplici ſignificatione τῆς διαθήκης, quæ quidem duplici illi fœderis reſpectui optimè quadrat. Nam quum in cæteris fœderibus nihil minus requiratur quàm mors eorum qui fœdus ineunt: hîc contrà quia perſoluenda fuit pœna, quæ non alia ratione quàm morte lui poterat: ex iis autem de quibus reconciliandis agebatur, vnus quidem, id eſt Deus, mortis pœnam meritò ab alio requirebat, alioqui nunquam reconciliandus: alter verò, id eſt homo, pœnam eam luere non poterat, quin à pœna ipſa maneret abſorptus, ita vt iam ne ſupereſſet quidem quicum Deus paciſceretur: Filius Dei ſeſe interpoſuit qui verus homo factus, pœna in ſe recepta, homines Patri reconciliaret. Habet ergo in manu Chriſtus id de quo paciſci cum hominibus conſtituit Deus, æternam ſcilicet hæreditatem. Quoniã autem is nonniſi moriendo nobis ius illud acquirit, idcirco quod ad Chriſtum ipſum attinet, pactum iſtud inter Deum & homines initum, ſpeciem quandam teſtamenti refert, quaſi ipſe moriens, æterni regni nos fecerit hæredes. Aptè igitur cõuenit hæc ſimilitudo. Sed quorſum illa quæſita eſt? Nempe vt hoc argumentum necteretur. Teſtamenta nonniſi morte teſtatoris ſanciuntur. Teſtator eſt Chriſtus. Chriſti igitur, non hircorum aut vitulorum ſanguine ſancitum eſt teſtamentum. Et ea quidem cauſa eſt cur in Vetere fœdere omnia purificarentur ſanguine, nempe vt ſignificaretur omnia teſtatoris illius mortem futuram reſpicere.

Exod.24.c.8

Dicens, ‖Hic ſanguis Teſtamenti 20
F quod mandauit ad vos Deus.

Etiam Tabernaculum & omnia vaſa miniſterii, ſanguine ſimiliter aſperſit. 21

Et omnia penè in ſanguine ſecundum Legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. 22

Neceſſe eſt ergo exemplaria quidē cæleſtium, his mundari: ipſa autem cæleſtia, melioribus hoſtiis quàm iſtis. 23

Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit, exēplaria verorum: ſed in ipſum cælum, vt appareat nūc vultui Dei pro nobis. 24

G Nequevt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pōtifex intrat in Sāncta per ſingulos annos in ſanguine alieno: 25

(Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi:) nunc autē ſemel in conſummationem ſeculorū, ad deſtructionem peccati, per hoſtiā ſuam apparuit. 26

Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: 27

Rom.5.a.6.8
1.petr.3.c.18

‖Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecūdò ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutem. 28

Cap.X.

1 VMbram enim habens Lex, futurorum bonorum, nō ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſ-

20 Dicens, Hic eſt ſanguis Teſtamēti quod mandauit vobis Deus.

21 Inſuper autem & Tabernaculum, & omnia vaſa ſacrorum, ſanguine ſimiliter aſpergebat.

22 Et omnia ferè ſecundum Legem ſanguine purificantur: & abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

23 Itaque neceſſe fuit exēplaria quidē eorū quæ ſūt in cælis, hiſce rebꝰ purificari, ″ipſa verò cæleſtia ″potioribus quā hæ ſint victimis.

24 ″Non enim in manufactum Sacrarium ingreſſus eſt Chriſtus, quod ſit exemplar vero *ſacrario* reſpondens: ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc in conſpectu Dei pro nobis.

25 ″Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, ſicut Pontifex ingreditur in Sacrarium quotannis cum ſanguine alieno:

26 (″Alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à condito mundo:) ſed nunc ″ſemel ″in cōſummatione ſeculorum, ″ad abolendū peccatum, per immolationem ſuiipſius patefactus eſt.

27 Et ſicut illud manet homines vt ″ſemel moriantur, poſtea verò iudicium *ſupereſt*: Moriēdū ſemel.

28 Ita & Chriſtus ſemel oblatus vt ″multorum peccata tolleret, altera vice ″abſque peccato conſpicietur iis qui ipſum expectant ″ad ſalutem. Chriſtus pro nobis mortuus.

Cap. X.

1 N″Am Lex vmbram obtinens ″futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, his hoſtiis quas ſingulis annis eaſdē Lex non ſanctificat.

23 Ipſa verò cæleſtia αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια. Analogiam, inquit, eſſe oportet inter ea quæ purificant, & quæ purificantur. Sub Moſe typi illi omnes terreni fuerunt, puta Tabernaculū, Liber, vaſa, victimæ, cæteráque omnia: ſed tamen rerum cæleſtium typi. oportuit igitur typica & eiuſdem naturæ materia ac ritu, nempe pecudum ſanguine, aqua, lana, hyſſopo, luſtrari. Sub Chriſto verò cæleſtia omnia, cæleſte tabernaculum, cæleſtis victima, cæleſtis populus, cæleſtis doctrina, cælū denique ipſum pro manſione proponitur. Itaque hæc omnia cæleſti ratione, nimirum viuifici illius ſanguinis Chriſti æterna oblatione, ſanctificari oportuit. Potioribus victimis κρείττοσι θυσίαις. Quorſum hoc, quum vna ſit vnius victimæ oblatio? nempe quia vna vera & æterna omnibus typicis opponitur. ideo pluralem numerum vſurpauit, quòd vna omnium ſit inſtar, qua vna tum vetus ille tum nouus populus fuerit ſanctificatus.

24 Non enim, &c. οὐ γὰρ, &c. Aliæ collationes. Pontifex Leuiticus in Sacrarium illud ingrediebatur, Dei quidem mandato, ſed tamen hominum manu ex terrena materia fabricatum, vt eſſet alterius excellentioris nempe cæleſtis regiæ exemplar: Chriſtus verò in cælos ipſos, id eſt in beatæ illius & incomprehenſæ beatitatis æternam ſedem penetrauit. Ille coram Arca, Chriſtus coram Deo ipſo comparet.

25 Neque vt ſæpe, &c. οὐδ' ἵνα πολλάκις, &c. Aliæ duæ collationes. Pōtifex alienum, Chriſtus ſuum ſanguinem obtulit. Ille quotannis repetebat oblationem, Chriſtus ſemel tantùm ſeſe offerens, peccatum in genere aboleuit tum præteritorum tum venturorum ſeculorum.

26 Alioquin ἐπεί. Argumentum non repetendæ Chriſti oblationis. quia quum à condito mūdo fuerint expianda peccata, dixerimus autem ſolo Chriſti ſanguine expiari, oporteret ſæpe iam ipſum mortuum eſſe à condito mundo. Atqui homo ſemel tantùm mori poteſt. Ergo Chriſti oblatio nouiſſimis temporibus peracta, repeti non potuit nec poteſt. Quod ſi ita eſt, nempe vis ipſius & ad præterita & ad conſequuta omnia peccata porrigitur. Sunt ergo iſta connexa, ſanguinis fuſio & expiatio peccati: offerri & mori. Quamobrem manifeſtos Antichriſtianos eſſe oportet qui ad Chriſti ſanguinem alias ſatiſfactiones adiungūt, quique ſæpius illum offerri, vel (vt quidam nuper ſomniarunt) noua oblatione applicari contendunt. Diſtinctio, inquam, illa quotidianæ pro viuis ac mortuis oblationis incruentæ, blaſphema eſt, ſacrilega, & impia. Semel ἅπαξ. Vide ſuprà 7.d.27. In conſummatione ſeculorum, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. Id eſt diebus nouiſſimis. Neque enim alia vnquam oblatio expectanda, ſed iudicium vnum ſupereſt. Paulus alicubi plenitudinem, vt Gal.4.a.4: alibi fines ſeculorum vocat, 1.Cor.10.c.11. Ad abolendum peccatum, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, Bene dicit peccatum, totam ipſam veluti ſpeciem ac radicē intelligens, vt expoſuimus ſexto ad Romanos capite. Sed & alibi diximus ἀθετεῖσθαι dici leges quum abrogatæ tolluntur. quod huic loco optimè conuenit, vt Legem ipſam peccandi per Chriſtum ſciamus abrogatam, quæ in Adamo lata fuerat. Nam & fructus præteriti ac futuri remittuntur ſanguine Chriſti expiati: & cor ipſum eodem ſanguine rigatum, peccato moritur, vt fructus edat iuſtitiæ.

27 Vt ſemel moriātur ἅπαξ ἀποθανεῖν. De conſueta & naturali hominum conditione loquitur. Nam quòd Lazarus & alii aliquot, bis mortui ſunt, extraordinarium fuit. In iis verò qui repente immutabuntur, immutatio illa ſpecies mortis erit, 1.Cor.15.g.51.

28 Multorum πολλῶν. Ita reſtringendæ ſunt omnes vniuerſales promiſſiones ad ſolos electos, quum εἰς non declaret duntaxat euentū, ſed ſcopum ac conſilium. Quærendum eſt autem electionis teſtimoniū non in arcano Dei conſilio, ſed ex fidei effectis, vt ab imo gradu ad ſummū progrediamur, ibi demū certam & immobilem conſolationē inuenturi. Quanquam hoc quidem propriè non eſt huius loci. Cæterū quod de iudicio ſubiicitur, quaſi παρέργως dictum eſt, partim ad terrendos eos qui vna Chriſti oblatione non ſunt contenti, partim vt fideles in officio contineat, ne reſiliant. Abſque peccato χωρὶς ἁμαρτίας. Id eſt abſque victima pro peccato, vt diximus 2.Cor.5.d.21. vel, abſque peccato, id eſt abolito iam & abrogato peccato. Ad ſalutem εἰς σωτηρίαν. Poteſt hoc conſtrui cū proximo participio, vt ſit periphraſis credentium, qui ſoli expectant Chriſtū ad ſalutem: vel cum verbo cōſpicietur, quia ſolis illis ad ſalutem cōſpicietur qui ipſum expectāt. Nā ex impiis alii ridēt vtrūque aduentū, quibus ſcilicet Chriſtus eſt pro fabula: alii propriè nō dicūtur expectare, qui optarēt nūquā venire.

IN CAPVT X.

1 Nam Lex vmbr. &c. Σκιὰν γὰρ. In āniuerſario illo ſacrificio quod peculiariter hic ſpectatur, publica & ſolēnis peccatorū Iſraelis, nō eorū tātùm quæ ab anno præcedēte, ſed ōniū etiā ſuperiorū confeſſio fiebat. non qualē inuexit poſtea Satan in Eccleſiā, ſed qua omnes & ſinguli tanquā reos ſeſe corā Deo ſiſtebant, Leuit.16.e.21. Hinc colligit Apoſtolus cōſtare anniuerſaria illa ſacrificia nō habuiſſe vim purificandi. Cur enim repeterētur? Valet cōſecutio, nō modò quia ſemel abolita peccata, fruſtrà cōmemorarentur, & pro ſemel expiatis fruſtrà repeteretur expiatio: ſed quia vt ſit perfecta purificatio, neceſſe eſt ipſum peccatum ſemel extirpari, quòd alioqui pura nō poſſit dici cōſcientia, vt expoſuimus ſuprà 9.d.14. Hoc autē vtrūque vnius Chriſti ſanguini tribuitur: quo quiſquis eſt irrigatus, & à præteritis & à futuris peccatis liberatus eſt in æternū, atque adeò ſanctificatus, vt peccato mortuus, viuat iuſtitiæ. Ideo nec pluribus hîc victimis, nec vnius victimæ repetita oblatione opus eſt. Ergo quòd vetera illa ſacrificia diſertè dicūtur populū expiare, Leuit.16.g.30, non ad ipſa ſymbola, ſed ad futurā illā Chriſti oblationem vnicā pertinet, quæ per illa quotannis atque adeò ſingulis diebus per omnes cæremonias adumbrabatur. Cæterùm per imaginem alii intelligunt Euangeliū, in quo nobis expreſſa effigies ſummi illius beneficii exhibetur (cuius dūtaxat σκιαγραφία & rudis quædam delineatio fuerit in Lege, id eſt in cæremoniis) alii Chriſtū, vt rē ipſam & ſolidū corpus, volūt cum vmbris, id eſt figuris Legis, conferri. quæ expoſitio mihi quidem videtur melius quadrare Apoſtoli argumento. Nam εἰκόνος, id eſt imaginis, nomine, eſſentiale, vt ita loquar, ſpeculum ſignificari oſtendimus ſuprà Philipp.2.a.7. Vide ſuprà 1.a.3. Futurorum bonorum τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Id eſt æternorum, quæ Patribus promiſſa ſunt in Chriſto, ſuo tempore exhibita: ſed ita tamen vt alibi nos maneant.

aſſiduè offerunt,nunquam poteſt accedentes ſanctificare.

2 Alioqui nónne deſiiſſent offerri, propterea quòd nullam iam habuiſſent cõſcientiam peccatorum qui ſacrificaſſent, ac ſemel purgati eſſent?

3 Atqui in iſtis″repetita mentio fit peccatorum quotannis.

Sacrificia omnia reiiciũtur præter ſolum Chriſtũ.

4 Non enim poteſt ſanguis taurorum & hircorũ auferre peccata.

5 Quapropter″ingrediens mundum dicit, Sacrificium ″& oblationem″noluiſti:″corpus autem aptaſti mihi.

6 Holocautomata″& hoſtiam pro peccato non comprobaſti:

7 Tunc dixi,Ecce adſum:(″in capite libri ſcriptum eſt de me) vt faciam,Deus,voluntatem tuam.

8 Quum ſuperius dixiſſet, Sacrificium & oblationem & holocautomata,& hoſtiam pro peccato noluiſti,neque cõprobaſti:(quæ iuxta Legem offeruntur)

9 Tunc″dixit,Ecce adſum,vt faciam,Deus,volũtatem tuam.tollit″prius,vt poſterius ſtatuat.

10 Per quam voluntatem ſanctificati ſumus,″per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel *factam*.

11 Omnis igitur Sacerdos ″aſtat quotidie, operans, & eaſdem ſæpius offerens hoſtias,quæ nunquam poſſint auferre peccata:

12 Hic verò vna pro peccatis oblata victima,in perpetuum″ſedet ad dexteram Dei:

13 Id quod ſupereſt expectans, donec inimici ipſius ſcabellum pedum eius fiant.

Oblatio Chriſti ſola pro peccatis.

14 Vnica enim oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.

15 Teſtificatur autem nobis & ipſe Spiritus ſanctus.nam poſteaquam prædixit,

16 Hoc eſt fœdus quod paciſcar cũ eis poſt dies illos,″dicit Dominus,Inditas Leges meas in corda eorũ & in mẽtes eorũ inſcribã.

dem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere:

Alioquin ceſſaſſẽt offerri,ideo quòd nullam haberent vltrà conſcientiam peccati,cultores ſemel mundati.

Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.

Impoſſibile enim eſt, ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

Ideo ingrediens mundum,dicit,‖Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Pſal.40.b.7

Holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt: B

Tũc dixi,Ecce venio:(in capite libri ſcriptum eſt de me)vt faciam , Deus, voluntatem tuam.

Superius dicens,Quia hoſtias,&oblationes,& holocautomata , & pro peccato noluiſti, nec placita ſũt tibi: (quæ ſecundum Legem offeruntur)

Tũc dixi,Ecce venio,vt faciã,Deus, voluntatem tuam. aufert primum vt ſequens ſtatuat.

In qua volũtate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.

Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie,miniſtrans,& eaſdem ſæpe offerens hoſtias,quæ nũquam poſſunt auferre peccata: C

Hic autem vnam pro peccatis offerẽs hoſtiam,in ſempiternum‖ſedet in dextera Dei: Suprà 1.d.13

De cætero expectans ,‖donec ponãtur inimici eius ſcabellum pedum eius. Pſal.110.a.1 1.cor.15.d.25 ſuprà 1.d. 3

Vna enim oblatione , conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Cõteſtatur nos & Spiritus ſanctus. poſtquam enim dixit,

‖Hoc autem teſtamentũ quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus: Dando Leges meas in cordibus eorum,& in mentibus eorum ſuperſcribam eas. Ierem.31.f.33 rom.11.d.27 ſuprà 8.c.8

3 Repetita mentio ἀνάμνησις. Sic conuerti duabus de cauſis:primùm quia publica erat ea profeſſio: deinde quia quantumuis antiqua & vetuſta peccata repetebantur, id eſt reum ſeſe ac maiores ſuos omnes populus agnoſcebat. quod requiritur ad conſecutionem argumẽti,& declarat etiam præpoſitio ἀνά. Nam alioquin potuiſſet obiici,ideo fuiſſe repetitum hoc ſacrificium non quòd peccata non tolleret, ſed quòd ſuperioris tantùm anni peccata elueret.Itaque ἀνάμνησιν Vetus interpres & Eraſmus non ſatis expreſſè cõuertunt commemorationẽ.

5 Ingrediens mundum εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Nouum argumentum à teſtimonio Dauidis,quo disertè ſignificatur,nonniſi ſublato priore,poſterius poni.Cæterùm ingreſſus eſſe mundũ dicitur Filius Dei,quum homo factus eſt,vt deſcendiſſe è cælo,Iohan.6.f.41.Significat autem his verbis Apoſtolus,Chriſtum apud Dauidem eo loco induci quaſi recens hominem factum, de ſuo munere diſſerentem. Eraſmus maluit vertere per futurum,quum ingreſſurus eſſet mundum,habita ſcilicet eius temporis ratione quo hæc ſcripſit Dauid,quaſi Filius adhuc in cælo manens,de futuro ſuo officio loquens inducatur.Sententia igitur eadem eſt. ſed illud videtur melius conuenire.

Et oblationem καὶ προσφορὰν. Iterũ diuiditur ſacrificandi cultus in duas ſpecies, vt expoſuimus ſuprà 5.a.1. Reliquas cæremonias prætterit.Erant enim duntaxat tanquam ſacrificiorum appendices. Noluiſti: οὐκ ἠθέλησας. Hoc verò non poteſt Dauidi conuenire,quæcunque ſubterfugia quærantur. Nam,vt rectè prorſus obſeruat doctiſſimus interpres,habuit commune cum cæteris ſacrificandi mãdatum. itaque præterire quod illi Deus mandarat non potuit.Propriè hæc igitur Chriſti regno tribuuntur.Nã id quoque quod verſiculo 13 eiuſdem Pſalmi dicitur de iniquitatibus:de Chriſto meliore etiam iure quàm de Dauide dicitur,quum ille vnus omnium iniquitates portarit.

Corpus autem aptaſti mihi. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Heb. אזנים כרית לי ,id eſt aures perforaſti mihi.id eſt docilem & obſequentẽ ad audiendum me reddidiſti.Ita enim deſcribitur in capitis noſtri perſona quæ ſit fœderis noui ratio,nempe fide percipere Euangelium:quod ab iis vnis præſtatur quibus Dominus aures cordis aperuit,vt Act.16.c.14. quum natura omnes cæci ſimus. Ergo quod ad ſententiam attinet, Græca interpretatio nihil variat. Nam quòd quidam de corporis humani aſſumptione hoc explicant,nihil eſt:quanuis veriſſimum quidẽ ſit, Chriſtum hac ratione factum eſſe Eccleſiæ,id eſt audientium & credentium,caput. Sed hæc pars non fuiſſet prætermiſſa in applicatione,ſi eſſet ita accipienda. 6 Et hoſtiam pro peccato καὶ περὶ ἁμαρτίας.Hebraicè וחטאה id eſt & peccatum.Diximus enim μετωνυμικῶς ſic vocari victimam pacificam,quam vocant. 7 In capite libri ἐν κεφαλίδι βιβλίου.Heb. במגלת ספר Id eſt in volumine libri.Complicabant enim antiquitus libros in cylindri morem,vt nũc quoque Iudæi Legem habent deſcriptam in ſuis ſynagogis. Sed hoc diſcrimen nihil detrahit de ſententia. Accepit quidem interpres מגילה in ſignificatione גלגולת.eſt enim vtrunque eiuſdem radicis.

9 Dixit, εἴρηκεν. Vulg.dixi,εἶπον,niſi librariorũ culpa hoc factum eſt.occaſionem autem errori præbuit,quòd in ipſo Pſalmi contextu legitur τότε εἶπον tum dixi.Sed hæc verba ſunt Apoſtoli,locum Dauidis ad ſcopum ſuum accommodantis, vt hoc cohæreat cũ ſuperioris verſiculi initio. Prius, τὸ πρῶτον Id eſt ſacrificia.vt poſterius ſtatuat,nempe voluntatem Dei.Ea igitur alibi quàm in ſacrificiis illis conſiſtit.Poterat enim obiici Apoſtolo,Cur nunc non liceat per ſacrificia repræſentare Chriſti factam oblationem vt olim futuram licuit?

10 Per oblationem διὰ τῆς προσφορᾶς. In pleriſque codicibus legitur οἱ διὰ προσφορᾶς.quam lectionem ſi libuerit ſequi, repetendum erit ἡγιάσμεθα. 11 Adſtat ἕστηκε. Sub. על המזבח id eſt ad aram.Hebræis autem עמד adſtare,accipitur pro λειτουργεῖν,id eſt pro miniſterii cauſa,ante Regem ſcilicet aut dominum ſtare.quod Latini apparere dicunt.

12 Sedet ἐκάθισεν. Semel quidem fuit λειτουργὸς,nunc verò ita eſt Pontifex,vt ſimul tanquam Rex æternus ſedeat.Philipp.2.b.9.

16 Dicit Dominus: λέγει Κύριος Nouum argumentum.Sublata cauſa,tollitur effectus. Nulla ſupereſt peccatorum remiſſio . Ergo nec ſacrificium.Quid igitur dices?nulla indigemus peccatorum remiſſione? Imò verò hinc pendet omnis noſtra beatitas : ſed quum peracta ſit, ſupereſt non vt de noua oblatione facienda, ſed de ea quæ facta eſt,per fidem amplectenda cogitemus.Itaque non temerè Apoſtolus hanc

Ieremiæ prophetiam repetit,quum diuerſum inde argumentum eliciat. Cæterùm quia hæc eadem verba ſunt apud Prophetam, deceptus eſt Eraſmus,qui Prophetæ verba eſſe putauit, quum Apoſtoli ſint potius,vt hoc cohæreat cum μετὰ τὸ προειρηκέναι.vt ſit hæc ſententia,Poſtquam primo loco dixit,Hoc eſt fœdus,&c.tum poſtea ſubiicit Dominus,Inditas Leges meas,&c.Hoc qui non perpēderunt, inſeruerūt poſt ἐπιγράψω αὐτούς,inſcribam illas,ὕστερον λέγει,id eſt iterum dicit.Sed & in vno codice inuenimus eodem loco inſertum,τότε εἴρηκε,tum dixit.

	Et peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.	17	Et peccatorū atque iniquitatū ipſorū nō recordabor amplius.	
D	Vbi autem horum remiſſio,iam nō eſt oblatio pro peccato.	18	Porrò vbi horū eſt remiſſio,nō *eſt* amplius "oblatio pro peccato.	
	Habentes itaque,fratres,fiduciā in introitu Sāctorū in ſanguine Chriſti,	19	Quum igitur,fratres,habeamus "libertatem ingrediēdi Sacrarium,per ſanguinem Ieſu,	
	Quam initiauit nobis viam nouā & viuētē,per velamē,id eſt carnē ſuā:	20	Ea via quam dedicauit nobis recentem "& viuam , per velum, hoc eſt per carnem ſuam:	
	Et Sacerdotem magnum ſuper domum Dei:	21	*Quúmque habeamus* Sacerdotem magnum præfectum domui Dei:	
	Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei,aſperſi corda à conſciētia mala,& abluti corpus aqua mūda	22	Accedamus cū "vero corde,& certa perſuaſione fidei,"puris cordibus à conſcientia mala,& abluto corpore "aqua pura,	
	Teneamus ſpei noſtræ confeſſionē indeclinabilem(fidelis enim eſt qui repromiſit)	23	Teneamus confeſſionem ſpei, non vacillantem:(fidelis enim qui promiſit)	Confeſſio fidei.
	Et conſideremus inuicem in prouocationē charitatis & bonorū operū,	24	Et obſeruemus alii alios ad imitationem charitatis & bonorum operum,	
E	Non deſerentes collectionem noſtram,ſicut cōſuetudinis eſt quibuſdā, ſed conſolantes,& tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.	25	Non deſerentes aggregationem noſtri mutuam, ſicuti mos *eſt* quibuſdam,ſed adhortantes *alii alios*:idque eo magis quòd videtis diem illum appropinquare.	
Suprà 6.a.4	¶Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptā notitiā veritatis, iā non relinquitur pro peccatis hoſtia:	26	Nā ſi "vltrò peccauerimus poſt acceptam cognitionem veritatis,non vltrà pro peccatis reliqua eſt hoſtia,	
	Terribilis autē quædā expectatio iudicii,& ignis æmulatio,quæ conſūptura eſt aduerſarios.	27	Sed horrēda quædam expectatio iudicii,& ignis feruor,qui deuoraturus eſt "aduerſarios.	
Deut.19.d.15 matth.18.c.16 ioh.8.b.17 2.cor.13.a.1	Irritam quis faciens Legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, ¶duobus vel tribus teſtibus moritur:	28	Qui abiecerit Moſis Legem, abſque miſericordia ex duorum aut trium teſtimonio moritur:	
	Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filiū Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamēti pollutū duxerit,in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliā fecerit?	29	Quāto putatis acerbiore ſupplicio dignus cēſebitur, qui Filiū Dei cōculcarit, & ſanguinē fœderis per quē fuerat ſanctificatus, prophanum duxerit,& "Spiritum gratiæ contumelia affecerit?	
Deut.32.e.35 rom.12.d.19	Scimus enim qui dixit, ¶Mihi vindictam:ego retribuam.Et iterum,Iudicabit Dominus populum ſuum.	30	Nouimus enim eum qui dixit,Meum eſt vlciſci, ego rependā, dicit Dominus.Et rurſum, "Dominus iudicabit populū ſuum.	
	Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.	31	Horrendum eſt incidere in manus Dei viui.	
	Rememoramini autem priſtinos dies:in quibus illuminati , magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum:	32	Reuocetis autem in memoriam ſuperiores dies,quibus illuminati,ingens certamen ſuſtinuiſtis afflictionum:	

18 Oblatio pro peccato. προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας. Rectè addidit pro peccato. nam ſupereſt alia oblatio,nempe gratiarum actionis.& iubet Apoſtolus vt noſipſos Deo totos conſecremus. Sed & mutua charitatis officia tranſlatitiè ſolent à Paulo vocari oblationes Deo gratæ, ſed non pro peccato,quum iam reconciliatis pateat aditus in cælum.Hoc ſenſu conſtat etiam ex ipſo,quem vocant,Canone, ſacrificii & Liturgiæ nomen veteres accepiſſe,vbi dicitur HAEC DONA, HAEC MVNERA, HAEC SANCTA SACRIFICIA.Sunt ergo hæc paris impietatis,Chriſto ſubordinare alios mediatores vel redemptionis vel interceſſionis,idque in cælo : oblationes alias pro peccato adiungere Chriſti ſacrificio:Chriſtum iterum velle offerre:vel alio ſacrificio ſibi applicare : Chriſtum è cælis in terrā illicere,& Chriſtum è ſolio ſuo velle deturbare. 19 Libertatem τὴν παῤῥησίαν. Iam ſequitur epilogus ſuperioris doctrinæ. Quum autem hæc veriſſima ſint,quæſo cur alios patronos quæramus? aut quo iure poteſt certa de ſalute ſua in vno Ieſu Chriſto perſuaſio vocari arrogantia?

20 Et viuam, καὶ ζῶσαν.Nō conuenit quidem epitheton tranſlationi, ſed rei ipſi.opponitur enim Chriſti ſanguis viuificus ſanguini pecudum.Alluditur etiam ad Tabernaculum per quod Pontifex in Sacrarium ingrediebatur.quæ ſuprà ſunt explicata.Sed noua hîc allegoria inſtituitur,veli ſcilicet illius quod operiebat Sacrarii arcana,& tamen aditum illuc reſerabat.Sic, inquit,Chriſti caro Diuinitatē nobis quaſi ſub velo oſtendit,cuius alioqui fulgorem non poſſemus ſuſtinere.per hanc igitur viam ad Deum accedamus.

22 Vero ἀληθινῆς. Id eſt minimè ſubdolo vel fucato,ſed quod verè ſit addictum Deo.Heb.נאמן. Puris cordibus ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας Hoc eſt quod inquit Dominus,Sancti eſtote,quandoquidem & ego ſanctus ſum . Nam certè mendax eſt qui fidem iactat, nec eius fructus,id eſt ſanctificationem animi ac corporis proferre poteſt,vt 2.Cor.7.a.1. Vulg.& Eraſ. aſperſi corda vel cordibus,rectè quidem. eſt enim ad aſperſiones illas ſanguinis manifeſta alluſio : ſed certū eſt viciſſim ex antecedente intelligi conſequens,vt diximus Luc.3.b.7. Aqua pura. ὕδατι καθαρῷ. Id eſt Spiritus ſancti gratia,quæ ab effectu vel ex antitheſi externarum purificationum Legis,cōparatur aquæ.

26 Vltrò ἑκουσίως. Heb.חנם quod de iis dicitur qui ſine vlla cauſa aut etiā cauſæ ſpecie aliquid faciunt.Itaque iis cōuenit non qui ſimpliciter ſcientes peccāt:alioquin actū fuiſſet de Dauide & Petro,Et quis tandem centies millies non eſſet hac ratione æternæ morti mancipatus? ſed iis demum qui ex profeſſo reſiliētes in vniuerſum à Chriſto,delectātur impietate & bellū indicunt veritati.vti fecit Saul,Iulianus Apoſtata, Arius,& alii quorū execranda eſt memoria.Sic etiā ſæpe diximus ἁμαρτωλοὺς dici quos Hebræi חטאים vocant, qui ſcilicet veluti peccandi quandam artem factitent,non autem eos qui quanuis ex conſenſu,tamen ex infirmitate & particulari lapſu peccent.Idque ita eſſe liquet ex verſiculo 29:vt nihil prorſus adiuuet Nouati hæreſin hic locus.

27 Aduerſarios.ὑπεναντίους.Præpoſitio ὑπὸ nihil hîc detrahit de ſignificatione. Vide Col.2.c.14. Aliud eſt certè humanitus peccare quàm Deo bellum indicere. 29 Spiritum gratiæ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος. Id eſt Spiritum illum ſanctum qui quodammodo Dei gratiam incipiebat ſanctificationis opus in ipſis obſignare. Oſtendit autem hic locus de quo peccati genere hîc agatur.

30 Meum eſt vlciſci, ἐμοὶ ἐκδίκησις, Bene colligit.nam ſi Deus populum ſuum eo conſolatur,quòd teſtatur ſe non paſſurum vt impunè lædatur,conſequitur,Domini quaſi proprium eſſe munus pœnas de impiis ſumere. Dominus iudicabit Κύριος κρινεῖ. Id eſt gubernabit,vti ſæpe iam annotauimus poſitum iudicandi verbum ex Hebræorum idiotiſmo.Iam verò ſi Deus præeſt Eccleſiæ ſuæ, proculdubio ſeuerè puniet & hypocritas & apoſtatas. Eſt enim officium hoc iudicis, bonos defendere ac ſubleuare, malos iuſtis ſuppliciis afficere. Aptè igitur citatus eſt etiam hic locus,vt animos iſtorum ab apoſtaſia deterreat.

Partim quidem dum & probris & oppreſſionibus″in theatrum 33
eſtis producti: partim verò″ſocii facti eſtis″eorum qui in eo ſtatu
verſabantur.

Nam &″de vinculis meis mecum doluiſtis, & direptionem fa- 34
cultatū veſtrarum ″cum gaudio accepiſtis, vt qui ſciretis *uos* ha-
bere apud vos potiorē″ſubſtātiā, ″*quæ eſt* in cælis & quæ permanet.

″Ne abieceritis igitur fiduciam veſtram, quæ magnam habet 35
præmii retributionem.

Patientia.

Nam patientia vobis eſt opus: vt vbi voluntatem Dei feceritis, 36
reportetis promiſſionem.

″Adhuc enim tantillum, tantillum *inquam*: & qui venturus eſt, ve- 37
niet, neque tardabit.

″Iuſtus autem ex fide victurus eſt: ″at ſi *quis* ſe ſubduxerit, ″non 38
probat eum animus meus.

At nos″non ii ſumus qui nos ſubducamus in perditionem: ſed 39
qui credamus″ad animæ ſalutem.

Cap. X I.

1 EST autem fides, ″illud quod facit vt extēt quæ ſperātur, & de-
monſtrat quæ non videntur.

2 Ob eam enim teſtimonio ſunt ornati″maiores.

33 Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocii taliter conuerſantium effecti.

G

34 Nam & vinctis compaſſi eſtis: & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorē & manētem ſubſtantiā.

35 Nolite itaque amittere confidentiā veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

36 Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

37 Adhuc enim modicum aliquantulúmque, qui vēturus eſt veniet, & nō tardabit.

38 Iuſtus autē meꝰ, ex fide viuet: quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.

Abac.2.a.4
rom.1.b.17
galat.3.b.11

39 Nos autem non ſumus ſubtractionis in perditionem: ſed fidei in acquiſitionem animæ.

Cap. XI.

1 EST autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

2 In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes.

33 In theatrum eſtis producti: θεατριζόμενοι. Id eſt θέατρον ἐγενήθητε, vt loquitur Paulus 1.Cor.4.b.9. quod & verbo παραδειγματίζεσθαι declaratur. Dicitur enim hoc de iis qui ignominiæ cauſa palàm in plenum theatrum producebātur. Vulg. ſpectaculum facti. Eraſ. ſpectaculo fuiſtis omnibus. Ita accipitur apud Saluſtium Oſtentui eſſe, & apud Tacitum, Oſtentui mittere. Socii facti eſtis κοινωνοὶ γενηθέντες. Id eſt eorum ærumnas vobiſcum cōmunes eſſe duxiſtis, quod de Philippenſibus & Theſſalonicenſibus præſertim teſtatur Paulus. Eorum qui in eo ſtatu verſabantur τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων. vel, eorum qui ita agitabantur. vt ἀναστρέφεσθαι accipiatur pro ſurſum & deorſum verti. Vulg. & Eraſ. ita cōuerſantium: nimium obſcurè. 34 De vinculis meis τοῖς δεσμοῖς μου. Qui ex hoc loco colligunt hanc epiſtolam Paulo tribuendam eſſe, nituntur argumento nimium infirmo. Cum gaudio μετὰ χαρᾶς. Id eſt, non modò æquis animis, ſed etiam lætis, vt infrà Iac.1.a.2. Subſtantiam ὕπαρξιν. Id eſt, bona ac facultates. Sic vſurpauit hoc vocabulum Quintilianus. *Quæ eſt* in cælis ἐν οὐρανοῖς. Sic Dominus Matth.5.b.12. Deeſt igitur articulus. nec redundat ἐν ἑαυτοῖς, id eſt apud vos, & quaſi intra vos. quum fide poſſideamus quod in cælis eſt. Nonnulli tamen codices legere maluerunt ἑαυτοῖς, id eſt vobiſipſis, vt ſit datiuus cōmunis quem vocant grammatici: alii ἑαυτούς, vt ita conuertas, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτούς, vt qui ſciatis vos habere. quā poſteriorem lectionem nō improbo, quamuis duorū tantùm codicum authoritate nitatur. 35 Ne abieceritis, &c. Μὴ ἀποβάλητε, &c. Hìc ego exiſtimarim initium ſequentis ſectionis faciendum fuiſſe. Nunc enim Apoſtolus ſuperiorem doctrinā incipit ad hæc capita accōmodare. Primū, quicquid propoſitū fuit Patribus ad obtinendam ſalutem, id omne in vno Chriſto poſitū fuiſſe. Alterum, illud omne fuiſſe ab ipſis ſola fide eáque ad finem vſque conſtanti ac perpetua apprehenſum. Quorſum autem hæc? nempe vt quum plurimum tribuerent Patribus, eorū qui veri erant patres, germanos ſe filios eſſe oſtēderent. 37 Adhuc enim tantillum, tantillum *inquam*: ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον. Plena locutio eſt, paululum admodum temporis adhuc ſupereſt, dum veniat, &c. Sic Eſa.10.f.25, מעט מזער ponitur, & alibi ſæpe. 38 Iuſtus autem, &c. ὁ δὲ δίκαιος, &c. Vide Rom.1.b.17.

At ſi *quis* ſe ſubduxerit, καὶ ἐὰν ὑποστείληται. Vulg. quòd ſi ſe ſubtraxerit. Eraſ. & ſi ſe ſubduxerit. Ego nō dubito quin καὶ poſita ſit pro ἀλλά, vt ſæpe iam annotauimus. quod ex Propheta apparet, apud quem fidelis opponitur impio. Quod ad rem autem ipſam attinet, ita citat hunc locum Apoſtolus vt membrorum collationem, ſeruata tamen eadem ſententia, inuerterit. Deinde vnum Hebraicum verbum עופלה Græci cōuerterunt ἐὰν ὑποστείληται. ea ratione nimirum quòd illud propriè ſignificet ſeſe in arcem aliquam quaſi tutiorem locum recipere, aut in ea ſe tueri. quod videtur facere quiſquis, deſerto Deo, alibi ſe tutiorem fore exiſtimat. Itaque quod ad ſententiam attinet, nihil hic eſt variatum. Non probat eum animus meus. οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Heb. לא ישרה נפשו בו quæ verba ita explicarūt, vt prius affixum ad Deū retulerint, poſterius verò ad impiū: & quia Deū loquentem inducunt, tertiam perſonā in primam mutarint. niſi malimus eos נפשי pro נפשו legiſſe. quaſi ad verbum conuertas, non erit recta anima mea erga eum, id eſt non conueniet animæ meæ cum eo. ſicuti ſolent inuerſa phraſi vulgò dicere Hebræi, non eſt rectum in oculis meis. pro, non eſt mihi gratum. Itaque ne hæc quidem varietas in ſententia quicquam variat. Nam ſi anima impii in ipſo recta non ſit, conſequitur, illam Deo minimè gratam eſſe.

39 Non ii ſumus qui nos ſubducamus οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς. Vulg. ad verbum, non ſumus ſubtractionis. Subaudiendum autē videtur υἱοί, filii, vt ſit integer Hebraiſmus. quē vtcunque expreſſit Eraſmus, adhibito modo potentiali quem vocāt. Dicitur enim filius ſubductionis, qui quodā impetu in eam partem fertur. quū è contrario ſint filii fidei, quos efficax Dei gratia ad fidem adduxit. Illi igitur ad primum obiecti periculi terrorem ſtatim vacillare incipiunt, donec palàm deficiant, vnde certum exitium ſequitur: iſti contrà per media pericula ſeruata fide, ad certam immortalitatem contendunt. Ad animæ ſalutem. εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Vulg. & Eraſ. in acquiſitionem animæ: quod mihi viſum eſt obſcurius, alioqui plana eſt ſententia ex antitheſi.

IN CAPVT XI.

Illud quod facit vt extent, &c. ὑπόστασις, &c. In hunc locum multi varia ſcripſerunt. quorum multiplices ſententias referre non placet. Tantùm dicam Græcum ſcholiaſten mihi paucis videri rem omnem fœliciſſimè expoſuiſſe. Sunt autem hæc ipſius verba, λοιπὸν ἐκφράζει τί ἐστι πίστις, καί φησι, Πίστις ἐστὶν αὐτὴ ἡ ὑπόστασις καὶ οὐσία τῶν ἐλπιζομένων πραγμάτων. ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀνυπόστατά ἐστιν, ὡς τέως μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν καὶ ἡ ὑπόστασις γίνεται, εἶναι αὐτὰ καὶ παρεῖναι τρόπον τινὰ παρασκευάζουσα, διὰ τοῦ πιστεύειν εἶναι. ἔστι δὲ ἡ πίστις ἔλεγχος καὶ ἀπόδειξις τῶν οὐ βλεπομένων. ἀποδείκνυσι δὲ ὁρατὰ τὰ ἀόρατα ἡ πίστις. πῶς; τῷ νῷ καὶ ταῖς ἐλπίσιν ὁρῶσα τὰ μὴ φαινόμενα. Id eſt, Deinde explicat quid ſit Fides, aitq;, Fides eſt ipſa ſubſtantia & eſſentia rerum quæ ſperantur. Quoniā enim quæ ſunt in expectatione poſita, eſſentiæ ſunt expertia, vtpote quæ nondū adſint, Fides eſt quædam ipſorum ſubſtantia & eſſentia. quòd quadātenus efficiat vt exiſtāt, atque adeò vt ſint præſentia, eo quòd illa eſſe credat. Eſt etiā fides argumentum & demonſtratio eorū quæ non cernūtur. Nam quæ inaſpectabilia ſunt, ea vt aſpectabilia demōſtrat Fides. quomodo? Mente ſcilicet & ſpe cernens quæ videri nō poſſunt. Hæc ille. cui quòd prorſus aſſentiar, malui periphraſin quærere quàm inſignē hunc locum nimiū obſcurè interpretari. Neque enim mihi ſatiſfecit ſubſtantiæ & argumenti nomen, imò ne fulcimenti quidem aut baſis, aut materiæ. Quidam ſubiectionem interpretatus eſt, quam rectè ipſe viderit, certè nimium ambiguè. Sed hoc etiam addam, non ineptè, fortaſſis, ea quæ nō videntur, ab iis quæ ſperantur, ita diſtingui poſſe, vt hæc quidem pertineāt ad res futuras, veluti ad futurū Dei auxiliū in omnibus aduerſis, corporis reſurrectionem, iudicium venturum, vitam æternā, & ſiqua ſunt alia eiuſmodi: illa verò de rebus dicātur quæ ſuperioribus tēporibus geſtæ ſunt, & in genere quæ re ipſa extent. quāuis à nobis cerni nō poſſint. vt de iis quæ de natura Dei cōmemorāt Sacræ literæ, de Angelis, de mundi creatione, de tota Chriſti hiſtoria, quā olim Patres quorum hic exempla proponūtur, futurā, nos peractā credimus, déq; cæteris eiuſmodi rebꝰ. Neque verò quū hoc dico, nudas res ipſas intelligo, ſed quas ipſi nobis ad ſalutē pro diuerſa illarū natura applicemus.

2 Maiores. οἱ πρεσβύτεροι. Heb. הקדמונים antecessores, id eſt veteres illi patres à quibus ſcilicet orti ſumus, & quorū authoritate ac exemplo nos plurimū cōmoueri par eſt. Vulg. ſenes: nimiū dilutè. Eraſ. ſeniores, quod nomen cōſueuimus alia ſignificatione in his libris vſurpare.

Geneſ.1.a.1 iohan.1.a.10 Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. 3

Geneſ.4.a.4 Matth.23.d.35 Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo: & per illam defunctus adhuc loquitur. 4

Geneſ.5.e.24 eccli.44.c.15 & 49.d.16 Fide Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortem, & nõ inueniebatur, quia tranſtulit illum Deus. ante tranſlationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. 5

B Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. 6

Geneſ.6.c.13 eccli.44.c.17 Fide, Noe reſponſo accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutẽ domus ſuæ, per quam damnauit mundum, & iuſtitiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. 7

Gen.12.a.4 Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, neſciẽs quò iret. 8

Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem: 9

Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex cõditor Deus. 10

Geneſ.17.c.19, & 21.a.3 Fide, |& ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit, etiã præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat. 11

Propter quod & ab vno orti ſunt, & hoc emortuo, tanquam ſydera cæli in multitudine, & ſicut arena quæ eſt ad oram maris, innumerabilis. 12

Iuxta fidem defũcti ſunt omnes iſti 13

3 Per fidem intelligimus conſtructũ fuiſſe″mundum verbo Dei, ″ita vt non ſint ex apparentibus facta quæ cernimus.

4 Per fidem amplius ſacrificium Abel obtulit Deo quàm Cain: per quam teſtimoniũ obtinuit quòd eſſet iuſtus, teſtimoniũ perhibente Deo de donis eius: & per hanc mortuus adhuc loquitur.

5 Per fidem Enoch fuit tranſlatus, ″ne videret mortem: nec fuit inuentus, propterea quòd tranſtulerat eum Deus. priuſquam enim transferretur, teſtimonium obtinuerat quòd placuiſſet Deo.

6 Atqui ſine fide fieri nõ poteſt vt quis illi placeat: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet eſſe *Deum*, & eſſe″præmii largitorem″iis qui exquirunt eum.

7 Per fidem Diuinitus admonitus Noe de iis quæ nondum videbantur, reuerẽtia ductus apparauit arcam ad ſalutem domus ſuæ: per quam arcam condemnauit mundum, & eius quæ ex fide eſt iuſtitiæ factus eſt hæres.

8 Per fidẽ vocatus Abrahã, auſcultauit *Deo*, vt abiret in locũ quẽ accepturus erat pro hæreditate: & exiuit, neſciẽs quò eſſet vẽturus.

9 Per fidem ″commoratus eſt in terra promiſſionis vt aliena, vt qui habitarit in tabernaculis cum Iſaac & Iacob cohæredibus eiuſdem promiſſionis:

10 Expectabat enim ″habentem fundamenta ciuitatem, cuius artifex & conditor eſt Deus. Ciuitas Dei.

11 Per fidem & ipſa″Sarra vim ″ad concipiendum ſemen accepit: ac præter ætatis rationem peperit, quòd fidelem iudicarit eum qui promiſerat.

12 Quapropter & ex vno, eóque iam″emortuo, nati ſunt *poſteri*, quãta eſt aſtrorum cæli multitudo, & quaſi arena illa innumerabilis quæ *eſt* ad oram maris.

13 ″Secundum fidem mortui ſunt″iſti omnes

3 Mundum αἰῶνας. Vide ſuprà 1.a.2. Vulg. & Eraſ. ſecula: ego ſeculum dicere maluiſſem. Ita vt non ſint ex apparentibus, facta quæ cernimus. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Id eſt, ita vt mũdus iſte quẽ cernimus, non ſit ex aliqua apparente ac ſubſiſtente materia, ſed ex nihilo conditus. Hoc eſt verò quod nullis vnquam philoſophis venire potuit in mentem, ne iis quidem qui mundum à Deo conditum ſcripſerunt. itaque totum hoc fidei eſt, quum alioquin naturæ ipſius teſtimonio liceat conditum eſſe mundum cognoſcere, imò verò qui hoc non credit, vix dignus ſit qui homo appelletur. Vulg. vt ex inuiſibilibus fierent viſibilia: perperã ac falſò etiam, niſi quis commoda interpretatione leniat. Ideo maluit Eraſmus interpretari, vt ex his quæ non apparebant, ea quæ viderentur fierent: in eo certè peccans cum Vetere interprete, quòd perinde conuertit, acſi ſcriptum eſſet ὥστε ἐκ μὴ φαινομένων, quod multum detrahit de ſententiæ pondere.

5 Ne videret mortem: μὴ ἰδεῖν θάνατον: Id eſt, ne moreretur. fuit enim hic raptus, extraordinaria quædam ac repentina immutatio in Enocho & Elia, cuiuſmodi nimirum fuit illa quæ commemoratur 1.Cor.15.g.51, & 1.Theſſ.4.d.15, aut etiam alterius generis. Eſt enim temerarium de his ſtatuere, & curioſum inueſtigare. Vide Ioh.8.f.51.

6 Præmii largitorem μισθαποδότης. Mutuam relationem inter μισθὸν & ἐπαγγελίαν, id eſt præmiũ & vltroneam promiſſionem, nõ autem inter mercedem & merita, ſignificari hoc nomine, apertius docet Apoſtolus Rom.4.a.4, & 5, idque in ipſo credentium patre, quàm vt meritò quiſquam poſſit de eo dubitare. Ideo malui præmii largitorem, quàm remuneratorem dicere: quanquam hoc quoque vocabulum meritis repugnat. Neque enim munus dici poteſt quod debiti nomine perſoluitur, ſed quod gratuito donatur. Iis qui exquirunt eum. τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. Vt Deum verè quærere dicamur, hæc requirũtur, Primùm vt minimè ſit fucatus animus: ſed vero Dei amore ſeriò inflammatus. Deinde vt nõ quæratur extra viam, ſed in Chriſto, Chriſtus autem in verbo. Poſtremò vt fidem afferamus, id eſt certam, quoad eius fieri poterit, perſuaſionẽ de gratuita ipſius in nos in Chriſto reconciliatione. Hæc verò nemo niſi viua Dei gratia fretus afferet. At enim, dices, hoc eorum non eſt qui quærunt, ſed qui iam inuenerunt. Reſpondeo, prius oportere nos à Deo inueniri quàm ipſum quæramus. deinde in illis quos deſcripſi gradibus, certos quotidie fieri progreſſus, donec eum videamus qualis eſt in regno ſuo. nam tum demũ verè inuenerimus quem quotidie magis ac magis inueſtigamus.

9 Commoratus eſt παρῴκησεν Eraſ. commigrauit, id eſt μετῴκησεν. Vide Matth.2.d.23.

10 Habentem fundamenta ciuitatem, τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. Videntur adhibiti articuli, vt ſciamus de certa ciuitate certiſque fundamentis agi. Deinde comparatur hac ratione ciuitas cum tabernaculis, quòd hæc nullis fundamentis nitantur. Itaque τὰς σκηνὰς Vetus interpres non ſatis expreſſè caſulas eſt interpretatus.

11 Sarra Σάῤῥα Vetus interpres addit, ſterilis: & in Complutenti editione, ac alio quodam exemplari, additum inuenimus στεῖρα οὖσα, ſterilis quum eſſet. Ad concipiendum ſemen εἰς καταβολὴν σπέρματος. Vel, ad emittendum. neque enim deſunt qui ex matris etiã ſemine velint fœtus concipi. Sed meo iudicio, præſtat ex antecedente intelligere conſequens, ſicuti ſolent Hebræi: vt καταβολὴ ad virum referatur. Eraſ. ad concipiendum ac retinendum ſemen.

12 Emortuo. νενεκρωμένου. Eraſ. annis effœto: rectè quidem, ſed non ſeruata Græci vocabuli emphaſi. quo non temere vſus eſt Apoſtolus, vti etiam Paulus Rom.4.d.19. Ita enim ſignificatur non ſimpliciter effœtum fuiſſe corpus, ſed non magis ad generandum habile, quàm ſi prorſus mortuum fuiſſet. Atqui poſtea ex alia vxore Abraham plurimos filios ſuſtulit. Hæc igitur cauſſa eſt cur nonnulli velint Abrahamum vxoris reſpectu effœtum dici, quod mihi planè coactum eſſe videtur, & Apoſtoli ſentẽtiam eneruare. Malo igitur exiſtimare in promiſſionis apprehenſæ ita fuiſſe confirmatam Abrahami ſenectutem, vt Sarra etiam mortua, non modò vtcunque habilis ad generandum, ſed etiam valde fœcundus fuerit. 13 Secundum fidem Κατὰ πίστιν Id eſt fide quam viui habuerant, eos ad ſepulchrum vſque comitante. Iſti omnes οὗτοι πάντες Conuenit quidem hoc omnibus quos commemorauit, quòd fides eorum ad extremum perdurarit: ſed tamen de Abrahamo, Iſaaco & Iacobo propriè hoc eſſe intelligendum, apparet ex verſ.15 & 16.

'quum non eſſent adepti promiſſa,ſed eminus ea vidiſſent,& credidiſſent,'ac cum gratiarum actione excepiſſent,profeſſique fuiſſent ſe hoſpites & aduenas eſſe in terra.

1 Nam hæc qui dicunt,palàm oſtendunt ſe patriam inquirere.

Quòd ſi illius memores fuiſſent ex qua exierāt,habebant opportunitatem reuertendi:

'Nunc autem meliorem expetunt, hoc eſt cæleſtem. quapropter non erubeſcit ipſe Deus,vocari Deus eorum.parauerat enim eis ciuitatem.

Per fidem Abraham'quum tentaretur,obtulit Iſaacum,vnigenitum inquam illum obtulit,'is qui promiſſiones exceperat,

Ad quem dictum fuerat,in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

Quum illud ſecum perpendiſſet, Deum vel à mortuis excitare poſſe:'vnde illum etiam'ſimilitudine quadam recepit.

Per fidem "de futuris benedixit Iſaac *filio* Iacob & Eſau.

Per fidem Iacob moriens ſingulis filiis Ioſeph benedixit:'& adorauit baculo innixus.

Per fidem Ioſeph moriens,de egreſſione filiorum Iſrael meminit:déque oſſibus ſuis mandauit.

non acceptis repromiſſionibus,ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.

14 Qui enim hæc dicunt,ſignificant ſe patriam inquirere.

15 Et ſi quidem ipſius meminiſſent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi:

16 Nunc autem meliorem appetunt id eſt cæleſtem. Ideo non confunditur Deus,vocari Deus eorum. parauit enim illis ciuitatem.

17 Fide,|obtulit Abraham Iſaac,quum tentaretur: & vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat repromiſſiones. Geneſ.12.b.10 eccli.44.d.15

18 Ad quem dictum eſt,|Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Geneſ.21.b.12 rom.9.b.7

19 Arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.vnde eum et in parabolam accepit.

20 Fide,|& de futuris,benedixit Iſaac, Iacob,& Eſau. Gene.27.d.27. & f.36

21 Fide Iacob moriens,ſingulos filiorum Ioſeph benedixit:|& adorauit faſtigium virgæ eius. Gen.41.c.13 Geneſ.47.g.31

22 Fide, Ioſeph moriens, de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt: & de oſſibus ſuis mandauit. Geneſ.10.d.24

Quum non eſſent adepti promiſſa μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας. ἐπαγγελίας vocat metonymicè rem ipſam promiſſam.idque multitudinis numero,propter crebrò repetitam pollicitationem. Sed quodnam illud promiſſum fuit?Si de Chriſto accipias, quem certum eſt illos tanquam ſcopū ſibi propoſuiſſe,dicendum erit eos non eſſe Chriſtum adeptos:propterea quòd ſcilicet dilatus eſt in noſtra tempora ipſius aduentus, quanuis ex fidei deſcriptione,quæ tradita eſt ſuprà verſ.1, fuerit illis viſibilis: ac proinde per eum non aliter ex hac vita migrantes ſint adepti immortalem hæreditatem,quàm nos qui ipſius aduentum ſumus cōſecuti:vt multis iam locis eſt explicatum. Nam limborum, quos vocant,ſomnium iis relinquimus qui ſupra verbum Dei ſapere volunt. Poſſumus tamen,vt mihi videtur,minus coactè hoc referre ad Terræ Chanaan promiſſiones,qua nunquā ipſi potiti ſunt. Erat autem illis hæc regio paternæ Dei beneuolentiæ,cæleſtíſque hæreditatis,naſcituræ denique ex ipſis Eccleſiæ typus ac figura.vt inuictam eorum fidem eſſe oportuerit,qui de rebus ipſis non dubitarint,quarum tamē promiſſa pignora nunquam ſint adepti. Quid igitur illis fiet qui,poſtquam Deus omnia illa quæ Abrahamo promiſerat, imò verò infinitis partibus plura,Chriſtúmque adeo ipſum exhibuit:tamen vel credere recuſant,vel in fide non perſeuerant? Vulg.non acceptis repromiſſionibus. Eraſ. quum non accepiſſent promiſſiones:vterque nimium ambiguè.Nam ſi promiſſiones non acceperant,dicere poſſit aliquis, quomodo crediderunt? Ac cum gratiarum actione excepiſſent καὶ ἀσπασάμενοι vel amplexi fuiſſent. Vulg.ſalutantes. Eraſ.ſalutaſſent.Sed ego vti circunlocutione malui. ac ſi ſcriptū ſit Hebraice השתחוו.Nam hoc vocabulo deſignari puto quod plurimis locis commemoratur apud Moſen,Patriarchas videlicet acceptis à Domino promiſſionibus mox adoraſſe,& aras etiam ſæpe extruxiſſe. quibus nimirum ſignis viuam ſuam fidem mundo etiam ſunt teſtati:& Chriſtū,quem eminus fide cernebant venturum,quaſi iam præſentem adorarūt.

16 Nunc autem Νυνὶ δὲ Nunc hoc in loco non eſt Temporis aduerbium, ſed coniunctio συναπτικὴ, vt alibi ſæpe diximus. Vtitur autē præſenti tempore,hiſtoricorum more. 17 Quum tentaretur,πειραζόμενος,Id eſt, quum exploraret eum Dominus:minimè id quidem quaſi ſibi incognitū:ſed vt virtus Dei,quem ille fide apprehēderat,cum illi ipſi,tum venturis etiam ſeculis melius eſſet perſpecta. Vnigenitus autem dicitur Iſaac,quòd Iſmael non cenſeretur in familia. Is qui promiſſiones exceperat, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. Quam multa dicit vno verbo?Obtulit filium Pater:vbi paternus ille affectus?obtulit vnigenitum illum,quo amiſſo videbatur omnis ſpes promiſſionis amiſſa. obtulit non is qui ex aliorum ſermone,ſed qui ſuis auribus promittentem Dominum audiſſet. obtulit is ipſe ad quem promiſſa pertinebant. obtulit qui non modò audierat, ſed etiam audita per fidem exceperat. Audiebat ex eodem ore interficiendi mandatum,ex quo naſcendi promiſſionem acceperat. In ſpem igitur contra ſpem credidiſſe oportuit,qui res mutuo ſeſe collidentes,id eſt vitam eiuſdem hominis ac mortem ſimul conciliari poſſe non dubitarit:quia Deus erat qui loquebatur. Vulg.in quo ſuſceperat promiſſiones,repugnante Græcorum codicum fide,& eneruata Apoſtoli ſententia.

19 Vnde ὅθεν Id eſt ex qua morte. Neque enim idem declarat atque διότι, id eſt quamobrem,ſed refertur ad ἐκ νεκρῶν,à mortuis.quod multos interpretes fefellit,ac præſertim Græcos,à quibus ſanè infeliciter explicatus eſt hic locus. Similitudine quadam ἐν παραβολῇ. Id eſt quodammodo,ſiue ſpecie tenus.quod tamen non pertinet ad verbum ἐκομίσατο, (eum enim re vera recepit) ſed ad ὅθεν. Neque enim recepit eum ex vera morte,quum non ſit interfectus: ſed tamen quum Dei mandato iam neci addictus,incolumis ſit patri reſtitutus, videtur ipſius liberatio,quædam reſurrectionis ſpecies. quo modo etiam dicūtur reuixiſſe qui ex certiſſimo aliquo periculo præter omnē ſpem ſunt ſeruati. Hanc huius loci germanam ſententiam doctiſſimus interpres,primus, vt opinor, patefecit: cui prorſus aſſentior. Nam quæ de ariete & Chriſti typo commemorari ſolent in hunc locum,vt vera ſint,tamen nō videntur huc pertinere. Vulg. Vnde eum & in parabolam accepit. Eraſ.vnde illum etiam *reſurrectionis* typo reduxit.id eſt,vt inquit in annotationibus,in typo Chriſti immolandi.

20 De futuris περὶ μελλόντων. Hîc verò viuum habemus exemplar illius hypoſtaſis quæ ſuprà eſt commemorata verſ.1.ſiquidem Iacob hoſpes in AEgypto moriens nō aliter ſuis diſtribuit Chananæorum regna, quàm ſi pacificus in Hieruſalem regnum ſuum inter duodecim liberos partiretur. Quàm autem vera ac ſolida fuerit hæc hypoſtaſis, vel ex eo apparet quòd tam multis poſt annis, re tota ſorti cōmiſſa,qua nihil magis fortuitum videtur,exitus teſtamentum Iacobi confirmauit. Quid enim eſt verbo Dei certius? 21 Et adorauit baculo innixus. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Quo plures exercuit hic locus,eò magis ſtudui perſpicuè illū explicare. Sic igitur Vetus interpres conuertit,& adorauit faſtigiū virgæ eius,quaſi otioſa ſit præpoſitio ἐπὶ. quem errorem annotauit quidem Eraſmus, ſed neque in contextu mutauit,neque in annotationibus rectè emēdauit,vt qui putarit ἐπὶ τὸ ἄκρον ſignificare ad ſummum,quū potius oportuerit totum hunc locum ita ad verbū interpretari,Et adorauit ſuper extremo baculi ſui. Ex hoc errore alii poſtea promanarunt.primùm quòd putarunt Ioſephū à Iacobo fuiſſe adoratum:deinde quòd faſtigii nomine exiſtimarunt eminentē Ioſephi dignitatē ſignificari. quem errorem auxit etiam tertius,quòd virgam meminerant pro regio ſceptro interdum vſurpari, & tale etiam quiddam referatur Eſther.5.a.2. In ſumma igitur cenſuerunt his verbis ſignificari,Ioſephum vt principem fuiſſe à Iacobo adoratum.de quo vt nemo iam poſſet dubitare,auſus etiam eſt quidam nuper hunc locum ita interpretari, Et Ioſephi virgæ caput veneratus eſt. Atqui primùm omnium, vt demus Ioſephum hoc paſſurum fuiſſe(qui tamen è contrario commemoratur in proximè ſequenti capite,id eſt Gen.48.b.12. patrem humi prouolutus adoraſſe) quorſum hoc ad prædicandam Iacobi fidem? Deinde quo iure debet excludi præpoſitio ἐπὶ? Nam quod ad ראש attinet,fateor ambiguū nomen eſſe,vt etiam τὸ ἄκρον quo vſus eſt Græcus interpres. Ergo hæc ſententia conſiſtere non poteſt, quod multo etiam magis ex Hebræis ipſis intellegitur:quæ ſic habēt וישתחו על ראש המטה Id eſt,& adorauit ad caput lecti,vt nunc in libris Hebraicis legitur. Hîc verò nulla dignitatis Ioſephi mentio:nec dubium quin Iacob certus ex filii iureiurando,fore vt cum maioribus ſuis ſepeliretur, memor promiſſionū, oculos ad Deum ſuſtuliſſet,&,vt imbecilli erat corpuſculo,geſtu ad fulcrum lecti conuerſus,Deo gratias egiſſe iſtis verbis ſignificetur. At iſta,inquies Græcis non reſpōdent. Ego verò fateor Græcos vnum idémque vocabulū aliis punctis vocalibus expreſſiſſe, vt pote qui מטה MATTEH legerint non MITTAH, vti ſcriptum habemus. Sed quod ad rem attinet,dico nullum eſſe in ipſa ſententia diſcrimen,nec

minus quadrare eam lectionē quam ſecuti ſunt Græci.nã vtrobique dicitur Iacob adorare,Deum ſcilicet,vti poſtulat ſententia,quum neque in Hebræis,neque in Græcis quicquã ſubiiciatur, vnde aliud elici poſſit. Deinde pro על verterunt ἐπὶ, pro ראש τὸ ἄκρον, in quibus nihil eſt quod poſſit reprehendi.Sed in eo decepti ſunt veteres plerique interpretes Latini,quòd ἐπὶ prætermiſerũt. Eraſmus verò in eo quòd ἐπὶ τὸ ἄκρον in annotationibus vertit ad ſummũ:& Hieronymus contrà,ſummitatē:quum ἐπὶ nihil aliud hîc declaret quàm Super, vt ſit hic ſenſus,Iacobum adoraſſe ſuper extremo baculo,id eſt baculo innixum.quod vnus ex veteribus Auguſtinus vidit: vt ſi in vernaculo ſermone noſtro dicas,*ſur le bout de ſon baſton.* Nam quod ad relatiuũ αὐτοῦ attinet, nemo ignorat quàm ſæpe ſoleat etiam cũ ſpiritu tenui pro reciproco vſurpari.ῥάβδου autē pro baculo quo innitamur,id eſt pro ſcipione, qui verè ſenibus cõuenit,nihil etiã impedit quominus potius hoc in loco accipiamus quàm pro ſceptro. Neque verò,minus cõuenit hæc ſententia quã altera.ac videtur etiã neſcio quomodo melius ita exprimi imbecilli ſenis geſtus. Ad hæc,diligenter conſideranti mihi totã hiſtoriam,non minus probabile videtur Iacobũ tum nondum decubuiſſe, ſed aliquãto póſt. quamobrē etiam repentè ad Ioſephũ accurrit nuntius,qui patrē illi ægrotare cœpiſſe ſignificaret.Denique ſufficiat oſtendiſſe cauſam non eſſe cur hoc loco Hieronymus Græcos interpretes exagitaret:atque etiam multo minus cur putetur Apoſtolus communi errori aliquid dediſſe,qui certe à Spiritu ſancto impulſus,& ad Hebræos ſcribens,ſicut initio hui⁹ epiſtolæ diximus,nunquã hoc cõmiſiſſet.

Exod.2.a.1 act.7.c.21 Exod.1.c.16	‖Fide Moyſes nat⁹ occultatus eſt mēſibus tribus à parētibus ſuis,eo quòd vidiſſent elegantem infantem: & nõ timuerunt Regis edictum.	23	Per fidem,quum natus eſſet Moſes,occultatus eſt menſes tres à parentibus ſuis, propterea quòd viderēt elegantem puellum: ″nec timuerunt edictum Regis.
Exod.1.b.12	Fide‖Moſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis:	24	Per fidē Moſes iam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis:
	Magis eligens affligi cum populo Dei,quàm temporalis peccati habere iucunditatem:	25	Potius eligens ſimul malis affici cum populo Dei,quàm temporariis″commodis peccati frui:
	Maiores diuitias æſtimans, theſauro AEgyptiorum,improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem.	26	Maiores arbitratus diuitias, probrum Chriſti, quàm AEgyptiorum theſauros: intuebatur enim in præmii largitionem.
	Fide,reliquit AEgyptum,non veritus animoſitatem Regis.inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit.	27	Per fidem reliquit AEgyptum,nihil timēs iram Regis,nam ″vt qui vidiſſet eum qui eſt inuiſibilis,*ita* forti animo fuit.
Exod.12.d.22	Fide, ‖celebrauit Paſcha & ſanguinis effuſionem:ne qui vaſtabat primitiua,tangeret eos.	28	Per fidem peregit paſcha & effuſionem illam ſanguinis: ne is qui perimebat primogenita,tangeret ipſos.
Exod.14.c.21	Fide‖tranſierunt mare Rubrũ tanquam per aridam terram:quod experti AEgyptii,deuorati ſunt.	29	Per fidem tranſierunt Rubrum mare veluti per ſiccã *terram*: cuius facto periculo AEgyptii abſorpti ſunt.
Ioſ.6.c.20	Fide,‖muri Iericho corruerunt,circuitu dierum ſeptem.	30	Per fidem mœnia Iericho cõciderũt circundata ad dies ſeptē.
Ioſ.6.d.23 Ioſ.2.a.1.	Fide ‖Rahab meretrix nõ periit cũ incredulis excipiēs exploratores cum pace.	31	Per fidem Rahab ″meretrix illa non periit vnà cum iis qui non obedierant,quum excepiſſet hoſpitio exploratores″pacificé.
Iudic.6.b.11 Iudic.4.a.6 Indic.13.d.24 Iudic.11.a.1 &12.c.7. Reg.1.d.18 &13.c.14.	Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus,enarrantem de Gedeon Barac,‖Samſon,‖Iephte,‖Dauid,Samuel,& Prophetis:	32	Et quid præterea loquor? deficiet enim me tempus, commemorantem de Gedeone,de Barac,& Sampſone, & Iephte, necnõ Dauid & Samuele ac Prophetis:
	Qui per fidem deuicerunt regna,operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones,obthurauerunt ora leonum,	33	Qui per fidem expugnauerunt regna, exercuerunt iuſtitiam, aſſequuti ſunt promiſſiones,occluſerunt ora leonum,
	Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii,conualuerunt de infirmitate,fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum.	34	Extinxerunt vim ignis,effugerunt acies gladii,validi facti ſunt ex imbecillitate, effecti ſunt robuſti in bello,″exercitus exterorũ ″in fugam verterunt.
	Acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: alii autem diſtenti ſunt,nõ ſuſcipientes redemptionem, vt meliorē inuenirent reſurrectionē.	35	″Mulieres acceperunt ex reſurrectione mortuos ſuos: alii verò ″diſtenti ſunt,neglecta liberatione, vt potiorem reſurrectionem nanciſcerentur.
	Alii verò ludibria & verbera experti,inſuper & vincula & carceres:	36	Alii rurſus ludibria & flagella ſunt experti, inſuper & vincula & carcerem:
	Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt,in occiſione gladii mortui ſunt, circuierunt in melotis,in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti:	37	Lapidati ſunt,diſſecti ſunt,″tentati ſunt, gladio cæſi occubuerunt,oberrauerunt″cum ouillis & caprinis pellibus deſtituti, oppreſſi,malè habiti.

23 Nec timuerunt οὐκ ἐφοβήθησαν.Sub.magnopere: vel,ita vt vererentur alere.Nam hoc certè quanuis ſimpliciter dictũ, tamen intelligendum eſt κατά τι,vt alia multa paſſim annotauimus.veluti quum dicitur Iohannes veniſſe nec edens nec bibens:

25 Commodis peccati ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν.Id eſt commoda quibus frui non poterat quin iram Dei in ſe prouocaret.

27 Vt qui vidiſſet ὡς ὁρῶν.Vulg.tanquã vidiſſet.Eraſ.perinde quaſi vidiſſet.Neuter ſenſum eſt aſſecutus. Reſpõdet enim ὡς כאמתות quod vocant Hebræi,de quo diximus 2.Cor.2.d.17. 31 Meretrix illa,ἡ πόρνη.Heb.הזונה etiam ה præpoſito,vt ſciamus nobile ſcortum fuiſſe,quod vnũ tamen ex illa vrbe ſeruarit Dominus,cuius inſcrutabilis eſt bonitas. Hebræi à זון deriuãt,& hoſpitã interpretãtur,id eſt quæ in diuerſorio ſoleret hoſpites excipere. Sed propriam eſſe ſignificationem illam minimè dubium eſt. Pacificè. μετ᾽ εἰρήνης.Id eſt benignè,& beneuolè,ita vt non modò nihil eos læſerit,ſed etiam tutos præſtiterit. 33 Promiſſiones,ἐπαγγελιῶν.Id eſt promiſſionũ fructum. 34 Exercitus παρεμβολάς.Vel caſtra.Hæc enim eſt propria huius nominis ſignificatio. Eraſ.impreſſiones. In fugam verterunt.ἔκλιναν.vel,vt Vulg.eleganter vertit,caſtra verterunt.Hoc enim eſt quod Græci elegantius ſignificant verbo τρέπειν.

35 Mulieres γυναῖκες.Videtur hiſtoriam innuere Sareptanæ illius cuius filium Elias ſuſcitauit: & Sunamitidis,cuius item filiũ Eliſæus matri reſtituit. Diſtenti ſunt, ἐτυμπανίσθησαν. Quidam interpretantur διὰ ῥοπάλων ἀπέθανον,fuſtibus contuſi ſunt.Alii ad verbera referunt,alii de iis hoc dici putant quibus corium diripiatur.Mihi viſa eſt ſimpliciſſima expoſitio Veteris interpretis. Non dubiũ eſt autē quin eam deſignet perſecutionē quam Antiochus exercuit. 37 Tentati ſunt, ἐπειράσθησαν.Ita in omnibus Græcis exemplaribus noſtris ſcriptum erat,nec tamen poſſum aliter ſtatuere quàm ex margine irrepſiſſe in contextum,vbi quiſpiam pro ἐπρίσθησαν, perperam annotarit ἐπειράσθησαν.vel legendum ἐπάρθησαν,id eſt tranſfixi ſunt.vel verubus infixi,à verbo πείρω,cuius participio paſſiuo vtitur Homerus.

Cum ouillis pellibus ἐν μηλωταῖς. Vulg.in melotis.nempe quòd non intelligeret quid hoc ſibi vellet,quod multis etiam poſtea impoſuit Græcæ linguæ imperitis. Significatur autem his vilibus & aſperis amictibus,ſanctos ad extremam inopiam redactos,penè ferarum inſtar coactos in aſperrimis locis viuere.Sic Iohannes Baptiſta narratur pro veſte exuuias cameli geſtaſſe,pellicea zona cinctum.

Quibus indignus erat mundus: in deſertis errantes, & montibus ac ſpeluncis, & cauernis terræ.	38	Quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errãtes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ.	
Atque omnes hi teſtimonium adepti per fidem, ″nõ obtinuerũt promiſſum:	39	Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionẽ:	
Quòd Deus de nobis ″melius quiddam prouiderat, ″ne abſque nobis conſecrarentur.	40	Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.	
Cap. XII.		Cap. XII.	
PRoinde nos quoque, quum tãta nos circunſtet nubes teſtiũ, ″abiecto ″omni pondere, & peccato ad nos circuncingendos procliui, ″conſtanter ″propoſitum nobis ſtadium curramus:	1	IDeóque & nos tantam habentes impoſitã nubem teſtiũ, deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus propoſitum nobis certamen:	Rom.6.a.4 coloſſ.3.b.8 epheſ.4.c.22 1.pet.2.a.1
″Intuentes in fidei ducem ac perfectorem Ieſum, qui ″vice ſibi propoſiti gaudii pertulit crucem, ignominia contẽpta, & ad dexteram throni Dei conſedit.	2	Aſpicientes in authorẽ fidei & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedit.	
Enimuero reputate quis ille ſit qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſe cõtradictionem: ne animis deficientes, fatiſcatis.	3	Recogitate enim eum qui talẽ ſuſtinuit à peccatoribus aduerſũ ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.	B
Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum decertantes.	4	Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnãtes:	
Et obliti eſtis exhortationis quæ vobis tãquam filiis loquitur, Fili mi, ne neglexeris caſtigationem Domini, neque deficias animo, quum ab eo argueris.	5	Et obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicẽs, Fili mi, noli negligere diſciplinã Domini, neque fatigeris quum ab eo argueris.	Prouerb.3.b.11
Quem enim diligit Dominus caſtigat, & flagellat omnem filium quem recipit.	6	Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.	
Si caſtigationẽ ſuſtinetis, vt filiis *iis* vobis offert ſe Deus: quis enim eſt filius quem non caſtiget pater?	7	In diſciplina perſeuerate: tanquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius quem non corripit pater?	
Quòd ſi eſtis abſque caſtigatione, cuius participes ſunt omnes, nempe ſpurii eſtis, & non filii.	8	Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis.	C
Deinde corporum noſtrorum patres habuimus caſtigatores, ac reueriti ſumus: annõ multo magis ſubiiciemur Patri ſpirituũ, & viuemus?	9	Deinde patres quidem carnis noſtræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos: num multo magis obtẽperabimus Patri ſpirituũ, & viuemus?	
Nam illi ad paucos dies, prout ipſis videbatur, nos caſtigabãt: hic autem ad commodum noſtrum: ad hoc vt participes ſimus ſanctimoniæ ipſius.	10	Et illi quidem in tẽpore paucorum dierum, ſecundum voluntatem ſuam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationem eius.	
Omnis autem caſtigatio in præſens quidem non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiæ: at poſtea fructum tranquillum iuſtitiæ reddit iis qui per illam fuerint exercitati.	11	Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit iuſtitiæ.	D

39 Non obtinuerunt promiſſum: οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Fructum quidem promiſſionum obtinuerunt, vt dictũ eſt ſuprà verſu 33: ſed tamen eminus tantum viderunt venturum Chriſtum, qui nobis ſingulari beneficio fuit exhibitus: vt & nos & illi vnà ſanctificaremur. Vide ſuprà verſu 13. 40 Melius quiddam κρεῖττόν τι. Id eſt præſtantius quiddam. Nam certè eo excellimus quòd nobis re ipſa exhibitus eſt Chriſtus, & longè plenius quàm vnquam antea nobis patefacta ſunt Dei arcana. Hoc igitur ad præſentis vitæ cõditionem refert in genere, cuius reſpectu multo ſanè maioribus beneficiis cumulati ſumus quàm illi. Ne abſque nobis ſanctificarentur. ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Quid ergo? non ſunt illi viui per fidem ſanctificati, & poſt mortem adepti quod ſperamus? Certè ſunt: ſed ita tamen vt ab eo quod noſtris demum temporibus exhibendum ac præſtandum erat, ſalus ipſorũ penderet. & ſanè crediderim, Chriſto in cælum recepto, quum iam re ipſa Caput piorum animis adiũctum eſſet, aliquem etiam gradum illorum beatitati acceſſiſſe. quò pertinet aliquatenus illud Pauli, apparuiſſe Chriſtum vt pacificaret omnia, tum quæ in cælis tum quæ in terra. Eph.1.b.10. & Coloſſ. 1.c.16 & 20. De verbo τελειῶσαι diximus ſuprà 2.c.10.

IN CAPVT XII.

1 Abiecto omni pondere, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Tota hæc oratio tranſlatitia eſt: quaſi nobis in ſtadio nõ ſine magnis difficultatibus ſit currẽdum. qua tranſlatione ſæpe etiã gaudet Paulus. In primis igitur monet vt ὄγκον abiiciamus. quo vocabulo craſſa omnis & tarda moles ſignificatur. Erat enim athletis certa in primis neceſſitas quædam ciborum & exercitationum, vt inquit Fabius lib. 10. cap. 5, vt firmo agili, bene compacto corpore eſſent, pro variis certaminũ ſpeciebus. Curſoribus autem ſcimus in primis nihil æquè atque craſſam corporis habitudinem obſtare. Hoc eſt igitur quod Paulus ὄγκον vocat: ego cum Vetere interprete pondus. Eraſmus onus interpretatur: opes nimirum, curas, cæteraque id genus impedimenta quibus retardamur. Denique hoc eſt quod ait Dominus, Qui volet meus eſſe diſcipulus, abneget ſemetipſũ, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et peccato ad nos circuncingendos procliui καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. ἁμαρτίαν non dubium eſt quin naturæ noſtræ prauitatem vocet, & quidem addito pereleganti epitheto. εὐπερίστατον enim ab effectu dici credo quo nihil æquè aptum ſit ad nos circunſiſtendos, ac proinde ad curſum noſtrum impediendũ. Neque enim ſatis eſt agili eſſe corpore, ſed etiam membra expedita & in procinctu habere curſorem oportet: quum nos interim illa prauitas quaſi concluſos & irretitos teneat. Vulg. & circunſtans nos peccatum, non expreſſa Apoſtoli ſententia. Eraſ. & tenaciter inhærente peccato: qua ſignificatione nuſquam memini legere τὸ περιεστάναι. Conſtanter δι' ὑπομονῆς. Periphraſin aduerbii eſſe apparet. itaque ſic malui conuertere, vt perſpicuitati ſtuderem, quàm Per tolerantiam, vel per patientiam. Propoſitum nobis ſtadium curramus. τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Vulg. ad verbũ, curramus propoſitum nobis certamen. Eraſ. curramus in propoſito nobis certamine, quaſi ſcilicet ſubaudiatur κατ'. quum potius ἀγὼν hìc locũ ipſum declaret in quo curritur, qui alio nomine ſtadium à Græcis vocatur. 2 Intuentes ἀφορῶντες. Intuentes ſcilicet tanquam propoſitam metam. Vulg. aſpicientes. Eraſ. reſpicientes. Vice ſibi propoſiti gaudii ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Id eſt, qui quum omne beatitatis genus in manu ac poteſtate haberet. 7 Si caſtigationem ſuſtinetis, εἰ παιδείαν ὑπομένετε. Vulg. In diſciplina perſeuerate. Neque enim legit εἰ, & ὑπομένετε putauit poſitum imperandi modo. ſed repugnante Græcorum codicum fide, nec ſatis etiam cohærentibus quæ ſequuntur.

12 Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite,

13 Et greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.

Rom.12,d.18 14 ‖Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum:

15 Contemplantes nequis deſit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis, ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

Geneſ.25.d.33 16 Nequis fornicator aut prophanus, vt ‖Eſau: qui propter vnam eſcam vẽdidit primitiua ſua.

Geneſ,27.f.38 17 ‖Scitote enim quoniam & poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquiſiſſet eam.

Exod.19.c.16 18 Non enim acceſſiſtis ad tractabilẽ ‖mõtem, & accenſibilem ignẽ, & turbinem, & caliginem, & procellam,

Exod.20.e.19 19 Et tubæ ſonum, & vocem verborũ: quam qui audierãt, ‖excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum:

Exod.19.b.12 20 (Non enim portabant quod dicebatur, ‖Et, ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur.

21 Et ita terribile erat quod videbatur, Moyſes dixit, Exterritus ſum, & tremebundus)

22 Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatẽ Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorũ frequentiam,

23 Et eccleſiam primitiuorum qui cõſcripti ſunt in cælis, & iudicẽ omniũ Deum, & ſpiritus iuſtorũ perfectorũ:

12 Quapropter ʹmanus remiſſas & genua ſoluta ſurrigite:

13 Et ʹrectas orbitas facite pedibus veſtris: ʹne, quod claudum *eſt*, abducatur à via, ſed ſanetur potius.

14 Pacem ſectemini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Dominum:

15 Proſpicientes ʹnequis deficiat à gratia Dei: nequa ʹradix amara ſuppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi.

16 Nequis ſcortator aut profanus, velut Eſau, qui vnico edulio vendidit ſuum ius primogeniti.

17 ʹScitis enim quòd & poſtea, quum vellet hæreditario iure benedictionem aſſequi, ʺreprobatus ſit. ʺnon enim reperit pœnitentiæ locum, quanuis cum lachrymis ʺ*benedictionem* illam exquiſiſſet.

18 ʹNon enim acceſſiſtis ad ʺtractabilem montem, & incenſum ignem, ac turbinem & caliginem & procellam,

19 Tubæque ſonitum & vocem verborum: quam qui audierant, deprecati ſunt ʹne amplius ſibi fieret ſermo:

20 (Non enim ferebant quod imperabatur, Si vel beſtia tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo configetur.

21 ʹEt Moſes, adeo terribile erat ʹviſum quod apparebat, dixit, Expauefactus ſum ac tremebundus)

22 Sed acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viui, Hieruſalem cæleſtem, & innumerabilium Angelorum conuentum,

23 Et cõcionem primogenitorum qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicem vniuerſorum Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum:

12 Manus remiſſas παρειμένας χεῖρας. Deſcriptio hominis inertis, & deſpondentis animum.

13 Rectas orbitas τροχιὰς ὀρθὰς. Id eſt rectum curſum tenete, & ita quidem vt honeſtæ vitæ veſtræ veſtigia appareant, quæ nimirum alii ingrediantur. Hæc enim vis eſſe videtur iſtius periphraſis. Vulg. greſſus rectos facite. Eraſmus, facite vt recti ſint greſſus. Ne quod claudum eſt, abducatur à via, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ. Claudicatio partim declarat tarditatem, partim etiam incõſtantiam in doctrina. quòd nonnihil adhuc propenderent in Circunciſionem vel negligentia vel metu. Detur igitur, inquit, opera ne ſiquis claudus eſt in via Domini, prorſus ab ea deflectat, ſed vt potius ſanetur. 15 Nequis deficiat à gratia Dei: μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Vulg. nequis deſit gratiæ Dei: rectè, niſi præpoſitio ἀπὸ, & ea etiam quæ ſequuntur, oſtenderent ὑστερεῖν poſitum eſſe ἀντὶ τοῦ ἀφιστάναι. Radix amara ῥίζα πικρίας. Hoc nomine intelligit hæreſes vel apoſtaſias, cæteráve offendicula quæ curſum doctrinæ impediunt, alludens ad Moſis verba Deut.29.c.18. 17 Scitis ἴστε. Vulg. Scitote, quod rectè emendauit Eraſmus. Reprobatus ſit ἀπεδοκιμάσθη. Heb. נמאס id eſt reiectus, repulſus: denique repulſam tulit. Neque enim benedictionem obtinuit, ſed Iacob. Sunt autem ridiculi qui ex hoc loco æternam Dei prædeſtinationem eludunt: quaſi ſcilicet tum demum fuerit reprobatus Eſau, quum tam multo ante tempore dixiſſet Dominus, Maior ſeruiet minori: & ea quidem ſeruitute quæ cum odio eſt coniuncta, vt exponit Paulus Rom.9, ex Malachia. Diſtinguendum igitur decretum quod æternum eſt, ab executione, quæ ſuo tempore exitum ſortitur: & eum quidem per cauſas intercedentes & in ipſis reprobis hærentes, vt tota exitii reproborũ culpa penes ipſos reſideat. Exempli cauſa, Si quæras cur Deus ab æterno decreuerit Eſau reprobare, reſpõdebo, cum Paulo, quia illi libuit hoc vas iræ condere in cuius iuſta condemnatione iuſtitiam ac potentiam ſuam patefaceret. Sin verò quæras quãobrem ſit reprobatus, reſpondebo, quia profanus quum eſſet, pluris fecit offulam quàm Dei promiſſionem. Vehementer enim fallũtur qui hoc ius primogeniti putant nihil ad ſalutem pertinuiſſe. Non enim reperit pœnitentiæ locum μετανοίας γὰρ οὐχ εὗρε τόπον. Id eſt, nullus locus relictus eſt ipſius pœnitentiæ: ſiue, ſerò pœnitendo, nihil profecit, vt qui clamabunt, Domine Domine aperi nobis, clauſo iam oſtio. Itaque μετάνοια hoc in loco accipitur ἀντὶ τῆς μεταμελείας, id eſt pro dolore quem aliquis ex re præterita concipit, non autem pro reſipiſcentia. Vellent enim ſceleratiſſimi quique, quum ad iudicium ventũ eſt, infecta eſſe flagitia quæ patrarunt, ſed pœnæ horrore adacti, non autem Dei aut iuſtitiæ amore. Filios verò Dei ita pœnitet anteactæ vitæ, vt ſimul reſipiſcant, quia datur illis Spiritus ſanctus à quo impulſi in viam redeunt. Qualis porrò fuerit hæc pœnitentia Eſau, ſatis declarauit, quum mentiretur ſibi per fraudem præreptum fuiſſe ius primogeniti: & ex Patris conſpectu diſcedens fratri mortem minaretur, Gen.27.e.36, & f.41. *Benedictionem* illam exquiſiſſet ἐκζητήσας αὐτὴν. Quia nonnullos video hallucinatos fuiſſe in eo quòd αὐτὴν putarint ad μετάνοιαν referri, quaſi Eſau cum lachrymis requiſierit locum ſibi dari reſipiſcentiæ, ideo antecedens ipſum expreſſi. Illud verò præterquam quod abſurdum eſt, falſum etiam eſſe conuincitur ex ipſius Eſau verbis quæ paulo antè citaui. quum etiam teſtaretur ibidem Moſes eum cum eiulatu petiiſſe benedictionem à patre. Gen.27.e.34, vt minimè dubium ſit veram hanc eſſe huius loci explicationem.

18 Non enim οὐ γὰρ. Nunc ad eandem adhortationem accommodat Propheticum Chriſti officium: & quanta ſit Euangelicæ doctrinæ maieſtas ſupra Legem, ex circunſtantiis eorum oſtendit quæ in Legis promulgatione apparuerunt: vt tandem hoc argumentum nectat, Si tanta fuit Legis maieſtas, quantã eſſe putatis Euãgelii? quòd ſi infinitis partibus & omnibus modis excellit Euangeliũ, quanto minus euadent qui Euangelium erunt aſpernati, quàm qui Legem violarunt? Tractabilem ψηλαφωμένῳ. Participia iſta, ex Hebræorum more, ponuntur participialium nominum loco, vt diximus Galat.2.c.11. Montem igitur ψηλαφώμενον, id eſt qui manibus palpari poſſit, craſſæ videlicet ac terrenæ materiæ, cæleſti ac ſpirituali monti Sion opponit, vt rectè annotauit doctiſſimus interpres. Eraſmus igitur quod bene ac Latinè conuerſum erat, non ſatis conſideratè mutauit. Qua enim ratione contactus mons dicetur, quẽ tangere non licebat? aut verbum ψηλαφᾶσθαι quomodo accommodabitur tantæ tempeſtati? 19 Ne amplius ſibi fieret ſermo μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον. Sic ſæpe inuenias in Sacris literis ex Hebræorum more dictum, Et adiecit loqui, pro, præterea etiam dixit. Ita igitur Iſraelitæ quum maieſtatem Dei loquentis non amplius poſſent ſuſtinere, rogarunt ne amplius ille loqueretur, ſed vt per Moſen interpretẽ ageret omnia, vt ſcribitur Deut. 5.d.25. ad quẽ locũ alluſit Apoſtolus. Nõ rectè igitur conuertit Vetus interpres, ne eis fieret verbũ: omiſſa præpoſitione πρὸς. Eraſmus autẽ ſententiam manifeſtè deprauauit, quum interpretaretur, ne his adiungeretur oratio. 21 Et Moſes, &c. Καὶ, &c. Hæc verba, οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, vtrinque includenda ſunt diſtinctione. quod quia nonnullos fefellit, nomen Moſis ſtatim ſubieci copulæ, vt nemo iã falli poſſit. Sed vnde hæc petita ſunt? Certè nuſquam illa legimus. ſicut etiam Iannes & Mambres nuſquam legitur. Neque tamen idcirco repudiatur authoritas alterius ad Timotheum epiſtolæ. Simili igitur ratione explicetur hic nodus. Vide 2. Timoth.3.b.8. Viſum quod apparebat τὸ φανταζόμενον. Id eſt, oblata ſpecies & imago, minime quidem fictitia, ſed vera: nequis φαντάζεσθαι putet dici duntaxat de vanis ſimulachris rerum quæ nuſquam ſunt.

Audiendus Chriſtus.

14 Et ad Noui teſtamenti mediatorem Ieſum:& ad ſanguinem aſperſionis præſtantiora loquentē quàm loqueretur ſanguis Abel.

15 ʹVidete ne aſpernemini eum qui loquitur. nam ſi illi non effugerūt qui auerſabātur eum qui loquebatur in terra: multo magis nos,ſi eum qui de cælis eſt auerſemur.

26 Cuius vox concuſſit terrā:at nunc denuntiauit,dicens,ʹAdhuc ſemel ego concutiam non ſolùm terram ſed etiam cælum.

27 Porro illud Adhuc ſemel,declaratʹinſtabiliū rerū,vtputa factitiarum,amotionem:vt maneant quæ ſunt ſtabilia.

28 Quapropter regnum aſſumentes quod concuti non poſſit,ʹteneamus gratiam , per quam ita ʹſeruiamus Deo, vt ei placeamus ʹcum reuerentiaʹ& religione:

29 Etenim Deus noſter,conſumens ignis eſt.

Cap. XIII.

Charitas.

1 FRaterna charitas maneat.

Hoſpitalitas

2 Hoſpitalitatis ne ſitis immemores. per hanc enim quidam ʹinſcii exceperunt angelos hoſpitio.

3 Memores eſtote vinctorum,tanquam vnà cum illis vincti: eorum qui affliguntur, ʹacſi ipſi quoque corpore afflicti eſſetis.

4 ʹHonorabile eſt ʹinter quoſuis coniugium, & cubile impollutum:ſcortatores autem & adulteros damnabit Deus.

14 Et Teſtamenti noui mediatorem Ieſum,& ſanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel.

15 Videte ne recuſetis loquentem . ſi enim illi non effugerunt , recuſantes eum qui ſuper terrā loquebatur:multomagis nos,qui de cælis loquētē nobis auertimus:

26 Cuius vox mouit terram tunc: nūc autem repromittit,dicens,‖Adhuc ſemel, & ego mouebo non ſolum terrā ſed & cælum.

Aggæi 2.b.7

27 Quod autem Adhuc ſemel dicit,declarat mobilium tranſlationem, tanquam factorum , vt maneant ea quæ ſunt immobilia.

28 Itaque regnum immobile ſuſcipientes , habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia:

29 Etenim‖Deus noſter, ignis conſumens eſt.

Deut.4.d.24

Cap.XIII.

1 CHaritas fraternitatis maneat.

2 Et‖hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hanc enim latuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis.

Rom.12.c.10
1.pet.4.b.9
Geneſ.18.a.3.
& 19.a.3

3 Mementote vinctorum, tāquam ſimul vincti: & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes.

4 Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. fornicatores enim & adulteros iudicabit De⁹.

25 Videte,&c.βλέπετε.Nunc cum Prophetico munere regium illud aut potius αὐτοκρατορικὸν munus coniungit.

26 Adhuc ſemel ἔτι ἅπαξ. Hebræa ſic habent,עוד אחת מעט היא Id eſt,adhuc vna *uice*,quod breui futurum eſt, ego concutio,&c. Nam poſt אחת ſuppleo פעם,& מעט accipio pro כמעט quæ eclipſes minimè ſunt violētæ aut inuſitatæ.Hoc autē de regno Chriſti prædici,vel ex eo apparet quod de Gentium vocatione ſubiicit Propheta. Deinde quod Græci interpretes præterierunt מעט היא id eſt, quod breui futurum eſt,non facit vt hic noſter propterea videri poſſit hunc locum non ſatis aptè citaſſe: quum ex iis quæ adducit, verum ac firmum eliciat argumentum,nempe ex ἔτι adhuc,quod indicat inſtabilem rerum mutandarum conditionem: & ἅπαξ ſemel,quo firmus quidam ſtatus futurus promittitur.Porrò cæli & terræ ſuccuſſio,futurum illud perenne regnum declarat,quod etiam vocat Eſaias cælum nouum & terram nouam.& incredibili deſiderio ab ipſa rerū machina expectari ſignificat Paulus Rom. 8.d.19, & deinceps. 2.Pet.3.c.10,& deinceps. Deinde etiā ἀλληγορικῶς terræ quidem cōmotio totius orbis homines per Euangeliū in ſpē futuri illius ſeculi innouādos.cælorū autē concuſſio,tum profanas idololatrias, tū ipſius veteris fœderis cæremonias abrogandas ſignificat.vt hac quoque ratione mūdus inſtauretur. quā allegoriā Apoſtolus, Prophetæ veſtigia ſequutus,ad ſcopū ſuum aptè prorſus & appoſitè accōmodat.Neque enim dubium eſt quin ad hanc allegoricam expoſitionem pertineat quod illic Propheta de omnium populorum concurſu & poſterioris domus gloria ſubiicit:poſterioris inquā, id eſt illius quæ concuſſionem illam cæli fuit conſequutura:quam futuram prædixerat, nos verò qui in fines ſeculorum deuenimus,oculis noſtris præſentem cernimus.

27 Inſtabilium rerum,vt puta factitiarū,amotionem:τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν ὡς πεποιημένων. Τὰ σαλευόμενα vocat (ex Hebræorū more,quem expoſuimus Gal.2.b.11) ea quæ ſicuti concutienda ſunt, ita etiam re ipſa ſint inſtabili quadam naturæ conditione,vt pote πεποιημένα,id eſt factitia.Reſpicit enim tabernaculum χειροποίητον,& cætera id genus,de quibus copioſe ſuprà diſſeruit.Deinde μετάθεσιν non interpretor tranſlationē,ſed amotionem & depoſitionē,id eſt ἀθέτησιν.quod nomen vſurpatū eſt ſuprà 7.c.18.Sed de hac re vide plura 7.b.12. Vulg.mobilium tranſlationem,tanquam factorum: quæ interpretatio multo ſanè verior eſt quàm hæc Eraſmi, eorum quæ concutiuntur tranſlationem,vt eorum quæ facta ſunt.

28 Teneamus ἔχωμεν, Vulg.habemus, ἔχομεν, quod in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. Sed præterquam quod in pleriſque codicibus legitur ἔχωμεν, longè melius conueniet proximus verſiculus, ſi hæc legas hortandi modo. Seruiamus λατρεύωμεν In Complutenſi editione & veteribus aliquot libris legitur λατρεύομεν ſeruimus, eadem manente ſententia.Diximus autem de verbo λατρεύειν.Matth.4.b.10. quod & Vetus interpres & Eraſmus ſeruire cōuertunt,infrà 13.b.10. Cum reuerentia μετ᾽ αἰδοῦς Vulg.cum metu:impropriè . ſignificat enim αἰδῶς hoc in loco pudorem illum honeſtum qui homines in officio continet.Hom.Iliad.α,Αἰδεῖσθαι θ᾽ ἱερῆα. Et religione: εὐλαβείας Id eſt religioſo metu. Vide ſuprà 5.c.7.

IN CAPVT XIII.

2 Inſcii hoſpitio exceperunt Angelos ἔλαθον ξενίσαντες ἀγγέλους. Vulg. latuerunt quidam Angelis hoſpitio exceptis. Neque enim videtur vetus interpres Græcam phraſin,ſatis alioqui frequentem,cognouiſſe,quam etiam alicubi ſeruat Tertullianus.Quod autem in nonnullis veteris editionis codicibus legitur,placuerunt,ineptius eſt quàm vt refutatione indigeat.

3 Ac ſi ipſi quoque corpore *afflicti* eſſetis.ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. Apparet,opinor,ex præcedentis membri collatione ſimpliciſſimam hanc eſſe huius loci explicationem . Sicut enim monuit vt fratrū captiuitate non aliter cōmoueamur quàm ſi ipſi cū illis vnà captiui teneremur,ita nunc in genere poſtulat vt ſiquis fratrū aliquid mali ſuſtineat,nos perinde afficiamur acſi nos ipſos illa calamitas attingeret.Neque enim ſatis ſeriò tangemur aliorū malis,quandiu aliena eſſe cogitabimus. Itaque ἐν σώματι prorſus videtur illud declarare quod in vernaculo ſermone dicimus,*en perſonne*.quo modo etiam ſolet à iuriſconſultis accipi corporis nomen, acſi Hebraicè ſcriptum eſſet אתם עצמכם Vulg.tanquam & ipſi in corpore morantes.id eſt,vt qui ſitis & ipſi iiſdem calamitatibus obnoxii,quū eiuſdem conditionis corpus habeatis.Eraſmus,veluti ipſi quoque verſantes in corpore.Valla ſubaudiendum putat pronomen Ipſorum,vt ſit ſenſus,ac ſi in corpore afflictorū ſitis.Doctiſſimus interpres ad Eccleſiæ corpus refert,vt ſit ſenſus, Quandoquidem eſtis eiuſdem corporis membra , cōmuniter vos affici decet alios aliorum malis.Eam verò interpretationem minimè repudio,vtpote quæ maximè conueniat,& vniuerſæ huius doctrinæ fontem aperiat.Illa verò quam ſum ſequutus,non alio fundamento nititur:viſa autem eſt mihi ſimpliciſſima, propter ſuperioris membri collationem:& quia nullus eſt additus articulus.

4 Honorabile *eſt* coniugium Τίμιος ὁ γάμος.Eraſmo in annotationibus magis placet ſubaudire ἔστω,ſit,quaſi moneat Apoſtolus maritos & vxores vt ſanctè viuant . Atqui non conueniet ſequens membrū niſi δὲ pro γὰρ accipias. Deinde res ipſa oſtendit, Apoſtolum,vt Hebræos deterreret ab omni ſcortatione & adulterio,de matrimonio præfari,tanquam ſcilicet honeſto ac ſancto aduerſus ſcortationis ac adulterii turpitudinem remedio . tacitè etiam monens vt matrimonium maiore religione colant. Notum enim eſt quæ fuerit apud eos in diuortiis licentia.Porrò quum diſertè Apoſtolus coniugiū honoratum eſſe dicat,quid ſentiendum eſt de illa Hieronymi ſententia, qui matrimoniū non inter bona, ſed inter minus mala numerat? Omitto horrendam illam blaſphemiam inter iuris Canonici ſtercora repoſitam,quæ matrimonium vocat Carnis immūditiem, in qua nullus Deo placere poteſt. Eant nunc igitur, & negent iſti, vt ſe vocant,Catholici,ſe comprehendi in eorum numero de quibus egit Paulus 1.Tim.4. Inter quoſuis ἐν πᾶσι. Id eſt, inter cuiuſuis ordinis homines. Nam ſicut communis eſt morbus iis omnibus quibus non datum eſt vt ſe poſſint continere, ita cōmune remedium eſſe par eſt. Alii aliter explicant,nempe omnibus modis,omnibus ætatibus,omni tempore.Sed facile eſt videre quid magis cōueniat:& quocunque ſe vertant iſti,nunquam hunc locum ita poterunt torquere,vt non appareat legis cælibatus,diabolica tyrannis. Quāquam hoc ſanè ſubit mirari,quo iure audeant iſta proſtibula Sodomitica de virginitate diſſerere.

Ioſ.1.a.5

Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus: ipſe enim dixit, |Non te deſeram, neque derelinquam:

5 Sint mores alieni ab auaritia: *ſitis* contenti præſentibus. dixit enimʺ ipſe, Non te deſeram, neque te derelinquam.

Pſal.118.a.6

Ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

6 Adeo vt cõfidenti animo dicamus, Dominus mihi auxiliator: nec timebo quid faciat mihiʺ homo.

Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitũ conuer-

B ſationis, imitamini fidem.

7 Memores eſtote ducum veſtrorum, qui locuti ſunt vobis ſermonem Dei: quorum imitamini fidem, cõſiderantes qui fuerit exitus conuerſationis ipſorum.

Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.

8 Ieſus Chriſtus heri & hodie, idem eſt etiam in ſecula.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratia ſtabiliri cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

9 Doctrinis variis ac peregrinisʺ ne circunferamini. bonum eſt enim gratia conſtabiliri cor, ʺnon cibis, *quibus* non ſunt adiuti ʺ qui in ipſis verſati ſunt.

Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem qui Tabernaculo deſeruiunt.

10 Habemusʺ altare, ex quo non habent ius edendiʺ qui Tabernaculo deſeruiunt.

Altare noſtrũ Chriſtus.

Leuit.6.d.30 & 16.f.27

|Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Põtificem, horum corpora cremantur extra caſtra.

11 ʺQuorum enim animalium ſanguis infertur pro peccato in Sacrarium per Pontificem, horum corpora exuruntur extra caſtra.

Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſãguinem populum, extra portam paſſus eſt.

12 Quapropter & Ieſus, vt ſanctificaret per proprium ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.

Exeamus igitur ad eũ extra caſtra, improperium eius portantes.

13 Exeamus igitur ad eum extra caſtra, opprobriũ eius portãtes.

Afflictiones.

Mich.2.c.10

|Non enim habemus hic manentẽ

C ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

14 Nõ enim habemus hîc manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirimꝰ.

Oſee 14.a.3

Per ipſum ergo offeramus hoſtiã laudis ſemper Deo, |id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius.

15 Per ipſum igitur aſſiduè offeramus Deoʺ ſacrificiũ laudis, hoc eſt fructum labiorumʺ confitentium nomini eius.

Hoſtia laudis, fructus labiorũ.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

16 Beneficentiæ verò & communicationis ne obliuiſcamini: talibus enim victimisʺ delectatur Deus.

Hoſtiæ Deo placentes.

Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim nõ expedit

D vobis.

17 Obedite iis qui præſunt vobis, & obſecundate: vigilant enim ipſi pro animabus veſtris, tanquam rationẽ reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id eſt vobis inutile.

Orate pro nobis: cõfidimus enim quia bonam conſcientiã habemus, in omnibus bene volentes conuerſari.

18 Orate pro nobis: confidimus enim quòd bonam habemus cõſcientiam, in omnibus cupientes honeſtè conuerſari.

Oratio.

5 Ipſe αὐτός. Ipſe ſcilicet Dominus. Cur enim Chriſtianis non liceat quod Pythagoreis omnes conceſſerunt? Sed nuſquam tamen alibi in Nouo teſtamento hanc formulam inueni. 6 Homo ἄνθρωπος Antitheſis Dei & hominis ſeruanda eſt.

9 Ne circunferamini: μὴ περιφέρεσθε. Vulg. nolite abduci, μὴ παραφέρεσθε. quod & ipſum non male conuenit: quanquã illud tamen malo, vt opponatur τῷ βεβαιοῦσθαι. Non cibis, οὐ βρώμασι. Ex vna ſpecie, id eſt mundorum & immundorum ciborum diſcrimine, συνεκδοχικῶς intellige omnem illum cæremonialem cultum, qui quidem gratiæ, id eſt Spirituali cultui & regenerationi, opponitur. Itaque perabſurdè mihi videtur quidam χάριτι interpretatus gratiarum actione. Qui in ipſis ſunt verſati, &c. οἱ περιπατήσαντες, &c. Verſati in cibis dicuntur qui eorum diſcrimen ſuperſtitioſè retinuerunt.

10 Altare θυσιαστήριον. Altare ponit pro oblationibus. ſicut & alibi quum dicitur Ex altari viuere qui altari ſeruit. Eſt autem hæc allegoria inſtituta ad euertendum legale ciborum & dierum diſcrimen: vt planè impudentes eſſe oporteat qui, quum iſta dicantur tam perſpicuè, tamen non deſinunt traditiones illas vrgere, quaſi in his poſita ſit religionis ſumma, quum Euangelicæ doctrinæ repugnent ex diametro. Atqui, inquiunt, aduerſus Moſaicos ritus iſta dicta ſunt, vtpote Chriſti aduentu abolitos. Egregiè ſanè: quaſi verò hæc argumenta ab ipſa Euangelici cultus natura deſumpta, non multo maiorem etiam vim habeant ad euertenda quæcunque homines ſunt commenti. Nam cui tandem ſano homini perſuadebunt, idcirco nobis ademptum Moſis iugum, vt iſti multo iniquius aliud noſtris ceruicibus imponerẽt? Neque verò cauſa eſt cur nos calumnientur pro ventre contendere, quem illis ſanè totum libenter relinquimus. De Chriſti officio diſſeritur, quod iſti funditus euertunt, dum Chriſti ſanguini ſuas ἐθελοθρησκείας adiungunt. Hæc eſt caro, hic ſanguis, de quo aduerſus illos contendimus. Corporales exercitationes & vera ieiunia quàm non damnemus, & ſcriptis & factis, Dei beneficio, ſi non quantum decet, certè quantum licet declaramus. Qui Tabernaculo deſeruiunt. οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Id eſt, cuius participes eſſe non poſſunt qui Legis ritus obſtinatè retinent. Quid ergo illis fiet qui ſuas ἐθελοθρησκείας innocentum hominum carnificina vindicant?

11 Quorum enim, &c. ὧν γὰρ, &c. De hoc ritu vide Leuit. 4.c.11. Item 6.d.30. Item 16.f.27. Eſt autem hæc anagoge, Quorum animalium ſanguis pro peccato inferebatur in Sacrarium per Pontificem, eorum corpora extra caſtra penitus exurebantur, vt ne tantillum quidem Sacerdotibus cederet. Ita Chriſtus, victima illa vnica expiatrix, extra portam paſſus eſt: cuius corporis particeps eſſe non poſſit quiſquis adhuc vetus ſacerdotium retinet. Retinet autem quiſquis diſcrimina dierum, ciborum, purificationum, cæteráſque id genus vmbras ſectatur, quæ ſolis exortu prætierunt. 15 Sacrificium laudis, &c. θυσίαν αἰνέσεως, &c. Duo genera ſacrificiorum nobis inquit eſſe relicta, nempe gratiarum actionis & beneficentiæ. Vbi igitur oblatio illa ἀναίματος, vbi illa applicatoria? Confitentium nomini eius. ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, id eſt concelebrantium ipſius nomen. vt alibi expoſuimus.

16 Delectatur εὐαρεστεῖται. Vulg. promeretur: primùm barbara, deinde etiam falſa interpretatione. Quis enim non videat ita euerti quicquid in ſuperioribus capitibus de vnici noſtri Põtificis vnica oblatione ſemel facta & nunquam repetenda commemoratum eſt? Sic igitur ſtatuendum eſt, Deum iſtis ſanctorum ſacrificiis, nempe gratiarum actione ac beneficentia, delectari, vtpote qui veros ac germanos fructus ſui Chriſti in nobis per fidem habitantis agnoſcat. Exempli cauſa, bonis Adami ante lapſum operibus Deus εὐηρεστεῖτο. Quis enim hoc poſſit inficiari, quum bonæ arboris boni fructus eſſent? Item non dubium eſt quin fideles verè ſint voluntatem Dei facturi quando capiti ſuo coniuncti in cælis regnabunt. Deus ergo viciſſim illorum laudibus totáque adeò conditione εὐαρεστήσεται. Quis tamen ita ſit ineptus, vt hac ratione dixerit Adamum Deo reconciliatum quem nondum offenderat? aut fideles vitam æternam promereri, cuius hæreditatem creuerint? Itaque tantum abeſt vt hac ratione iuſtificemur, vt contrà, niſi prius ſimus gratis in Chriſto per fidem iuſtificati, non poſſint iſta ſacrificia à nobis proficiſci: qualia quidem illa eſſe oportet vt Deo ſint εὐάρεστα, id eſt grata & accepta. Stat enim illud quod ſcriptum eſt Heb. 11.a.6, impoſſibile eſſe abſque fide εὐαρεστῆσαι, id eſt placere. At enim (inquiunt nonnulli) non tollimus fidem, ſed bona opera adiungimus. Reſpondeo, ne nos quidem fidem docere bonorum operum expertem, imò hac ratione veram fidem à falſa diſtinguere: ſed quum agitur quo iure vitam æternam adipiſcamur, tum demum nos vni Dei gratiæ per vnam Chriſti oblationem fide à nobis apprehenſam, omnia in ſolidũ vti par eſt tribuere. Bona enim opera (quod & Auguſtinus inquit) non præcedunt iuſtificandum, ſed iuſtificatum ſequuntur.

Amplius autem obſecro vos vt id faciatis, vt celerius reſtituar vobis.

Deus verò pacis *author*, qui magnum illum ouium ″per ſanguinẽ fœderis æterni paſtorem Dominum noſtrum Ieſum à mortuis reduxit,

″Abſolutos vos reddat in omni opere bono, ad faciendum voluntatem ipſius, ″efficiens in vobis quod acceptum ſit in conſpectu ſuo per Ieſum Chriſtũ, cui *ſit* gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

Precor autem vos, fratres, ſufferte ſermonem exhortationis: etenim ″breuibus ſcripſi vobis.

″Noſtis fratrem *noſtrum* Timotheum ſolutum eſſe: cum quo (ſi celerius venerit) viſam vos.

Salutate omnes duces veſtros, & omnes ſanctos. Salutant vos ″Itali.

Gratia *ſit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Hebræos ſcripta eſt ″ex Italia *per Timotheum.*

19 Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius reſtituar vobis. D

20 Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

21 Aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram ſe per Ieſũ Chriſtũ, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

22 Rogo autem vos, fratres, vt ſufferatis verbum ſolatii: etenim perpaucis ſcripſi vobis.

23 Cognoſcite fratrẽ noſtrum Timotheum dimiſſum: cum quo (ſi celerius venerit) videbo vos.

24 Salutate omnes prępoſitos veſtros, & omnes ſanctos. Salutant vos de Italia fratres.

25 Gratia cum omnibus vobis. Amen.

26 Scripta ab Italia per Timotheum.

20 Per ſanguinem, &c. ἐν αἵματι, &c. Oſtendit quo iure Chriſtus dicatur magnus ille ouium paſtor: quia nimirum ſanguine ſuo eas acquiſiuit in æternum, Act. 20. e. 28, & animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, Iohan. 10. b. 11. Itaque hæc verba non pertinent ad participium ἀναγαγὼν, qui reduxit à mortuis. quod in Græcis perſpicuum eſt propter articulos, in Latinis verò non item. Itaque vt hoc planius fieret, non dubitaui verborum collocationem mutare.

21 Abſolutos vos reddat Καταρτίσαι ὑμᾶς, &c. Vel, aptos & idoneos vos reddat. Efficiens in vobis quod acceptum ſit ποιῶν ἐν ὑμῖν, &c. Hinc illa Patrum ſententia, Deum in nobis coronare opera ſua. Ipſe enim eſt qui gratuitò præſtat nobis vt & velimus, & efficiamus. Philip. 2. b. 13. Eraſ. efficiens vt quod agitis acceptum ſit, &c. non expreſſa Apoſtoli ſententia.

22 Breuibus διὰ βραχέων. De exhortatione loquitur, quam ſcilicet paucis abſoluit. Nam penè totam epiſtolam in docendo & argumentando conſumpſit.

23 Noſtis Γινώσκετε. Vel, Scitote. Quiſnam autem fuerit hic Timotheus, non poſſimus certò affirmare. Mihi tamen fit probabile, hũc ipſum eſſe perpetuũ Pauli comitem. Et hic rurſum apparet ex pluribus probabilibus argumentis hanc epiſtolam Pauli nõ eſſe. Nam quo tempore vinctus erat Romæ Paulus, liquet ex epiſtolis Romæ ſcriptis, Timotheum partim Epheſi fuiſſe, partim Romæ cum ipſo Apoſtolo. neque tamen vſquam fit mentio vinculorum ipſius. quod ille certè nunquam prætermiſiſſet, quin Eccleſiis nominatim ſignificaret. Deinde, quæ de Timothei liberatione hoc in loco referũtur, ita ſcripta ſunt quaſi alibi vinctus fuerit quàm vnde hic noſter ſcribebat: ſiquidem mentionem facit ipſius aduentus. Poſtremò quod addit, ὄψομαι ὑμᾶς, viſam vos, nulla addita exceptione, oſtendit eum qui hanc epiſtolã ſcripſit, tum minimè fuiſſe in vinculis: & quæ ſuprà 10. g. 34, de captiuitate ſua commemorauit, ad aliud tempus eſſe referenda.

24 Itali. οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Si hic Paulus eſt, cur non potius Romanos vocat? captiuus enim erat Romæ. Et quæ cõmemorantur de ipſius liberatione ac peregrinatione repetita, probari non poſſunt, imò etiam probabiliter ex ipſius epiſtolis & temporum ſerie refutari. Liquet igitur etiam ex hoc argumento hanc epiſtolam à quopiam egregio ac germano Apoſtolorum diſcipulo, poſt Pauli obitũ, & pleriſque etiam Apoſtolis vel morte ſublatis, vel ab vrbe Hieroſolymorum abſentibus, ſcriptam eſſe ex Italia, cuius regionis Eccleſias peragrabat. Non dubitauimus tamen paſſim eum Apoſtolum vocare, quòd Spiritu verè Apoſtolico præditus fuerit.

26 Ex Italia ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Primùm ſuſpecta eſt mihi fides huius ſubſcriptionis, quia ſubiici ſolet epiſtolis, non ex qua regione, ſed ex qua vrbe potius ſcriptæ ſint. Deinde quod adiicitur, miſſam fuiſſe per Timotheum, omni fide caret: niſi duos faciamus Timotheos. Nam quæſo cur illis ſignificaret eius liberationem per quem ipſe ſcriberet? Præterea, Si venerit, inquit, celerius, viſam vos. Atqui ſi per hunc ſcribebat, dicendum potius fuerat, ſi celerius redierit. aut Si celerius eum remiſeritis. Puto igitur hanc ſubſcriptionem non ſatis conſideratè adſcriptam fuiſſe à quopiam, qui occaſionem ex eo arripuerit quòd Timothei & Italorum mentio facta fuerat.

EPISTOLA CATHOLICA Iacobi Apoſtoli. Ιακώβου ἐπιστολὴ καθολική.

Catholica καθολικὴ, Id eſt vniuerſalis,quòd videlicet vni alicui vel homini, vel ciuitati, vel regioni non ſit inſcripta . Eadem eſt ratio ſequentium epiſtolarum Petri,& primæ Iohannis,& illius quæ Iudæ inſcribitur quamobrem communi nomine Catholicæ dicuntur, vti rectè annotauit Græcus ſcholiaſtes. Itaque errore factum puto vt Canonicæ dicerentur . Nã ſi hoc epitheto dicamus diſtinctas eſſe ab aliis quarum legitima non eſſet authoritas, cauſam non video cur Pauli epiſtolas minus oportuerit eo nomine comprehendi. Deinde nuſquã à Græcis ita inſcribuntur.Poſtremò quum de iſtius quæ Iacobo tribuitur,atque etiam de poſterioris à Petro ſcriptæ authoritate diu à Latinis præſertim ſit dubitatum,non eſt probabile Canonicas peculiari appellatione dictas fuiſſe.

VETVS.

1 Iacobus Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeru⁹, duodecim tribubusquæ ſunt in diſperſione,ſalutem.

2 Omne gaudium exiſtimate fratres mei,cũ in tẽtationes varias ĩcideritis:

Rom.5.a.3 — 3 ¶Sciẽtes quòd probatio fidei veſtræ, patientiam operatur.

4 Patientia autem opus perfectũ habeat,vt ſitis perfecti & integri,in nullo deficientes.

5 Siquis autem veſtrũ indiget ſapiẽtia, poſtulet à Deo qui dat omnibus affluenter , & non improperat: & dabitur ei.

Matth.7.a.7 marc.11.c.24 luc.11.b.9 iohan.24 b.13 & 16.c.23 — 6 ¶Poſtulet autem ĩ fide,nihil hæſitãs. qui eni hæſitat,ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur.

7 Non ergo æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

8 Vir duplex animo,inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

9 Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua.

Eccli.14.c.18 eſa.40.b.6 1.pet.1.d.24 — 10 Diues autẽ,in humilitate ſua.¶quoniam ſicut flos fœni tranſibit.

11 Exortus eſt enĩ ſol cũ ardore,& arefecit fœnum , & flos eius decidit , & decor vultus eius deperiit:ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

Iob 5.b.17 — 12 ¶Beatus vir qui ſuffert tentationẽ, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ,quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Iacobus Dei ac Domini Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubusʼdiſperſis ſalutem.

2 ʼPro ſũmo gaudio ducite,fratres mei,quoties in tentationes incideritis varias:

3 *illud* ſcientes,quòdʼprobatio fidei veſtræ parit patientiam. — Tentationes.

4 Cæterùm patientiaʼopus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri,ita vt nihil *uobis* deſit.

5 Quòd ſicui veſtrum deeſtʼſapientia,poſtulet ab eo qui dat,*nempe* Deo , *qui dat inquam* omnibus ʼ benignè , nec exprobrat : ac dabitur ei.

6 Sed poſtulet cum fide,ʼnihil diſceptans. nam qui diſceptat , ſimilis eſt fluctui maris, qui ventis agitur,& iactatur.

7 Neque enim exiſtimet homo ille , ſe quicquam accepturum à Domino.

8 Vir animo duplici,inconſtans *eſt*ʼcum omnibus viis ſuis.

9 Porrò fraterʼqui eſt abiectus,glorietur in ſublimitate ſua:

10 Contrà,qui diues eſt,in abiectione ſui:quoniam veluti flos herbæ præteribit. — Diues.

11 ʼNam *ueluti quum* exortus eſt ſol cũ æſtu, tum exaruit herba,& flos illius decidit, & ſpectabilis decor ipſius periit:ita & diuesʼcũ viis ſuis marceſcet.

12 Beatus vir qui tolerat ʼtentationem: quoniam quum probatus erit,accipiet coronam vitæ,quam promiſit Dominus.iis à quibus diligitur. — Tentatio.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Diſperſis ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Id eſt fidelibus omnibus Iudæis,cuiuſcunque tribus ſint,per orbem terrarum diſperſis. Nota autem eſt ex hiſtoriis prima illa decem tribuum,deinde reliquarum etiam duarum multiplex diſperſio. Quum igitur Apoſtoli,quocunque loco eſſent,Iudæos omnium primos compellarent,non immeritò Iacobus communem duodecim tribubus epiſtolam inſcribit.

2 Pro ſummo,&c. πᾶσαν χαρὰν,&c. Rectè hinc auſpicatur,quum & diſperſos & fideles,id eſt tum ab exteris tum à ſuis vexatos alloquatur.Deinde obſeruandum eſt quòd non modò æquo animo ferenda docet quæ Chriſti nomine vulnera imponuntur, ſed etiam teſtatur incredibilis cuiuſdam voluptatis argumentum ab illis ſuppeditari.Itaque gaudio affici non aliud declarat quàm infrà verſ.9.Rom.5.a.3, τὸ καυχᾶσθαι,id eſt gloriari. 3 Probatio τὸ δοκίμιον Id eſt illud quo exploratur fides veſtra,nempe multiplex illa tentatio. Ita enim accipitur tentationis nomen hoc in loco,& infrà verſ.12.Diſtingue igitur τὸν δοκιμὸν & τὸ δοκίμιον,vt effectum à cauſa. ſicut diximus Rom.5.a.4. 4 Opus perfectum habeat ἔργον τέλειον ἐχέτω. Crux,veluti inſtrumentum eſt quo nos Deus expolit.Opus igitur & effectus afflictionum eſt noſtri in Chriſto conſummatio. 5 Sapientia σοφία. Sapientiam vocat doctrinæ illius cuius mentio facta eſt cognitionem,nempe quorſum affligamur à Deo,& quis fructus ex afflictione ſit capiendus.quam afflictionem non modò nõ docet,ſed etiam oppugnat caro: vt neceſſariò ſit à Deo petenda.Cognitionem autem intelligo quam conſequatur etiam res ipſa, quum opus fuerit. Benignè ἁπλῶς Vide 2.Corinth.8.a.2. Vulg.affluenter πλουσίως.Eraſ.ſimpliciter.

6 Nihil diſceptans μηδὲν διακρινόμενος. Si hoc ita eſt,quorſum alii mediatores ſubordinantur?aut cur Fidem volunt nonnulli cum dubitatione conciliare? Vide Matth.21.b.21. 8 In omnibus viis ſuis ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Heb.בכל דרכיו, id eſt cogitatis & factis ſuis omnibus.Virum autem δίψυχον vocat eum qui de doctrina aut Dei voluntate ambigit,id eſt Academicum ſeu Bellianum.

9 Qui eſt abiectus ὁ ταπεινός. Id eſt qui affligitur,vt paupertate,contemptu,vllo denique calamitatis genere.Cui opponitur ὁ πλούσιος diues. id eſt cui omnia quæ ad hanc vitam tranſigendam pertinent, fœliciter ſuccedunt. Eſt enim hæc humilitas & abundantia ad id de quo agitur accommodanda.Ideo abiectum quàm humilem dicere malui.

11 Nam *ueluti quum* exortus eſt ſol,&c. ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος,&c. Suppleuimus quod explendæ ſententiæ deerat. Sunt autem eiuſmodi eclipſes peritæ è medio,quales alibi annotauimus,vt Matth.25.a.14.& Marc.13.d.34. Cum viis ſuis ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ. Heb.בכל דרכיו id eſt,ita vt diues eſt ac iudicio ſuo beatus,marceſcet cum ſuo illo ſplendore.quo Hebraiſmo nihil frequentius occurrit.vt viæ nomine ſignificetur quicquid aliquis vel animo deſignat , vel facit . Eraſmus ſuſpicatur legendum potius πορίαις, id eſt (inquit) in abundantia. Ego neque vſquam inueni ita ſcriptum,neque memini Græcũ illud vocabulum vſquã legere.Dicunt enim Græci potius εὐπορίαν,cui opponitur ἀπορία.

12 Tentationem πειρασμόν. Id eſt afflictionem,per quam exploratur à Domino, vt ſuprà verſ.1.

13 Nemo,″quum tentatur,dicat ſe à Deo tentari:nam Deus malis tentari non poteſt, nec quenquam tentat.

14 Sed vnuſquiſque tentatur, dum à propria cupiditate abſtrahitur & ineſcatur.

15 Deinde cupiditas,poſteaquam concepit,parit″peccatum: peccatum verò peractum progignit mortem.

16 Ne erretis fratres mei dilecti.

17 ″Omnis donatio bona & omne donum perfectum ſupernè eſt, deſcendens″à Patre luminum,apud quem non eſt tranſmutatio, ″aut conuerſionis obumbratio.

18 Is″quia voluit″progenuit nos ſermone veritatis,vt eſſemus″primitiæ quædam ſuarum creaturarum.

19 ″Itaque, fratres mei dilecti, ſit omnis homo velox ad audiendum,tardus ad loquendum,tardus ad iram.

20 Nam ira viri,″iuſtitiam Dei non exequitur.

21 Quapropter abiecta omni ſorditie,&″excremento malitiæ,cum lenitate admittite″inſitum ſermonem,qui poſſit ſeruare animas veſtras.

22 ″Re ipſa verò præſtate ſermonē.nec ſitis auditores″ſolùm, fallentes voſmetipſos.

23 Nam ſiquis audiat ſermonem, nec eum præſtet, is ſimilis eſt viro conſideranti faciem ſuam″natiuam in ſpeculo.

24 Cōſiderauit enī ſeipſū,& abiit, & ſtatī oblitus eſt qualis eſſet.

25 At qui″introſpexerit″in perfectā illam Legem libertatis,& permanſerit *in ea, is*,quum non ſit auditor obliuioſus,ſed effector operis,beatus erit″in opere ſuo.

26 Siquis videtur religioſus eſſe inter vos, qui nō frænet linguam

13 Nemo,quū tentatur, dicat quoniā à Deo tentatur. Deus enim intētator malorum eſt:ipſe autē neminē tētat.

14 Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.

15 Deinde concupiſcētia,quum conceperit,parit peccatum:peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem. C

16 Nolite itaque errare,fratres mei dilectiſſimi.

17 Omne datum optimum, & omne donū perfectum,deſurſum eſt,deſcendens à Patre luminum, apud quē nō eſt trāſmutatio,nec viciſſitudinis obumbratio.

18 Volūtariè genuit nos verbo veritatis,vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

19 Scitis fratres mei dilectiſſimi. ‖Sit autem omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum,& tardus ad iram. Prouerb.17.d.27

20 Ira enim viri,iuſtitiam Dei non operatur.

21 Propter quod, abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitū verbum,quod poteſt ſaluare animas veſtras. D

22 ‖Eſtote autem factores verbi,& nō auditores tantùm, fallentes voſmetipſos. Matth.7.c.21 rom.2.b.13

23 Quia ſiquis auditor eſt verbi, & nō factor,hic comparabitur viro cōſiderāti vultum natiuitatis ſuæ ī ſpeculo.

24 Conſiderauit enim ſe,& abiit,& ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

25 Qui autē perſpexerit in Legē perfectam libertatis,& permāſerit in ea non auditor obliuioſus factus,ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.

26 Siquis autē putat ſe religioſū eſſe, non refrænans linguam ſuā, ſed ſedu

---

13 Quum tentatur, πειραζόμενος. Id eſt ad male agendum ſolicitatur. Nam de alio tentationis genere diſſerit.neque quum id facit,à ſcopo aberrat.Ea enim eſt naturæ noſtræ prauitas,vt per id potiſſimum ad malè agendum ſeipſam ſolicitet, vnde confirmationem petere debuerat:nempe ex afflictionibus,quibus irritata caro nō deſinit nos ad deſperādum inſtigare:quaſi certa ſint odii Dei teſtimonia:nempe contrarium prorſus afflictionum finem ſibi proponens.quippe quum hæ ſint cōfirmandæ in nobis fidei ac gignendæ patientiæ inſtrumēta, vt dictum eſt ſuprà,& Ro.5 15 Peccatum ἁμαρτίαν. Peccatum intellige quod actuale vocant, quod quum à radice.i.à cupiditate, prodeat,neceſſe ſit autem fructum & arborem eiuſdem eſſe indolis ac naturæ,conſequitur & ipſos primos motus,peccati nomine generalius accepto cenſeri,ſicut copioſè expoſitum eſt Rom.capite quinto,& aliis multis locis.

17 Omnis donatio,&c.πᾶσα δόσις,&c.Δόσις & δώρημα idē declarāt.Eſt igitur repetitio ſynonymi emphaſeos cauſa,vti apud Heb.ſæpe. A Patre luminum ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Id eſt,ab eo qui fons eſt & author omnium bonorum.Sic enim Patris nomen Hebræi generaliter accipiunt interdum pro authore,vt Gen.4.c.20,& alibi ſæpe.& Luminis appellatione,omnis bonorum ſpecies in Sacris literis intelligitur:ſicut contrà tenebræ calamitates deſignant. Aut conuerſionis obumbratio, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Pergit in metaphora.Sol quippe pro varia ac multiplici conuerſione,nunc apparet,nunc diſparet:nunc clarus & limpidus collucet,nunc obſcurus veluti deliteſcit:nunc accedit,nunc recedit.Inde variæ non tantùm menſium,ſed etiam dierum ac horarum intemperies.At Dei beneficentia ſemper ſui ſimilis eſt, & quòd quædam nobis in malum cedant,non Dei ſed noſtro fit vitio. 18 Quia voluit βουληθεὶς Hoc eſt quod Paulus ſolet εὐδοκίαν dicere,id eſt gratuitam beneuolentiā. hic igitur fons eſt noſtræ ſalutis. Nunc autē incipit de officio Chriſtiani hominis diſſerere,ad hūc ſcopū omnia referens,vt ad verbi Dei præſcriptum,per quod regenerati ſumus,omnē noſtram vitā accōmodemus. Progenuit ἀπεκύησεν. Alludit ad noſtram adoptionem,cuius facti ſumus per fidem participes,vt Iohan.1.b.12 & 13.Fides autem ex auditu verbi, Rom.10.c.17. Ideo etiā dicuntur Miniſtri filios gignere,ſed quatenus Dei inſtrumenta,vt 1.Cor.4.c.15,& Gal.4.c.19,& Philem.b.10. Primitiæ quædam,&c. ἀπαρχήν τινα,&c. Id eſt ſacræ cuiuſdam oblationis inſtar,ex reliquorum hominum aceruo ſelectæ. Alludit igitur ad Legis ritum.

19 Itaque ὥστε. Vulg.Scitis.Legit enim ἴστε,ſed mendoſè. 20 Iuſtitiam Dei δικαιοσύνην Θεοῦ.Id eſt,quod præſcribit Deus. Alioqui ſæpe apud Paulum iuſtitia Dei longè alia ſignificatione accipitur,vt diximus Ro.1.b.17. 21 Et excremento περισσείαν. Vulg. & abundantiam,nō expreſſa Iacobi ſententia.Eraſ.redundantiā,ne ſic quidem ſatis expreſſè. Inſitum ἔμφυτον.Id eſt qui inſeritur & plātatur,Miniſtrorum ſcilicet opera. Similis metaphora occurrit 1.Cor.3.b.6.Lenitatem verò appellat modeſtiam,& quicquid ferociæ altiſque illis ſpiritibus opponitur,vt Eſa.57.c.15.Sic Paulus ille ferox Phariſæus humi proſternitur,ac demum cicuratus reſpondet, Quis es Domine? Cæterùm quo inſtrumento recipitur Sermo?nempe fide:cui indiuiduo vinculo connexus eſt amor Dei ac proximi, vt tota Scriptura docet. Hæc igitur vnà connectit Apoſtolus in ſequenti diſputatione. 22 Re ipſa verò præſtate ſermonē Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου. Vulg. Eſtote autem factores verbi. Eraſ.Sitis autem effectores ſermonis.Ego ſtudui magis perſpicuè loqui. Solùm, μόνον. Hoc non legit Eraſmus: ego in omnibus noſtris vetuſtis libris inueni. 23 Natiuam τῆς γενέσεως αὐτοῦ. Hoc additū puto vt intelligamus ſumptā eſſe tranſlationem ab iis qui externam ſuam faciem in ſpeculis contemplantur. 25 Introſpexerit ὁ παρακύψας. Tranſlatio ſumpta eſt ab iis qui non obiter aliquid aſpiciunt, ſed prono etiam corpore oculos admouent, vt rem omnem propius cognoſcant. Vulg. perſpexerit.Eraſ. proſpexerit. Vide Luc.24.b.12. In perfectam illam Legem libertatis, εἰς νόμον τέλειον τῆς ἐλευθερίας. Legem coniungit cum regenerationis gratia.qua demùm ratione dicitur Lex libertatis ac fiduciæ,non autem ſeruitutis ac terroris. Lex,inquam, perfecta, id eſt perfectionis iter nobis efficaciter oſtendens:quum hanc viam tenere oporteat quotquot ad cæleſte regnum contendunt.Iam verò quum ſanctificemur vnius Dei gratia,in Chriſto per fidem apprehenſo,quis non videt fidē coniunctim cū operibus,vt arborem cum fructibus conſiderari? Sed & ſimpliciter in ſeſe dici poteſt Lex Dei,Lex libertatis,quòd nihil ſeruile præſcribat,imò verò ea omnia in quibus poſita eſt præſtantia hominis,omnia Diuina,perfecta,excellentia.vt quò magis quiſpiam eſt illi addictus,eo ſit liberior.Nam,vt quidā rectè dixit,Seruire Deo, regnare eſt. In opere ſuo. ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ. Id eſt,ita ſe gerens. Nam ex effectis demum agnoſcitur fides, vt arbor ex fructibus. Arguunt igitur fidem opera:fides vna Chriſtum apprehendit: vnus Chriſtus factus eſt nobis ſapiētia,iuſtitia,ſanctificatio,& redemptio à Patre,qui nos gratis in ipſo elegit ab æterno.

cens cor ſuum,huius vana eſt religio.

27 Religio mūda & immaculata apud Deum & Patrem,hæc eſt,viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorū: & immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Cap.II.

Leuit.19.c.15
deut.1.c.17,
& 16.d.19
prouer.24.c.24
eccli.42.a.2

1 FRatres mei,‖nolite ī perſonarū acceptione habere fidē Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

2 Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habēs, in veſte candida,introierit autem & pauper in ſordido habitu:

3 Et intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara,&dixeritis ei,Tu ſede hic bene:Pauperi autē dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum:

4 Nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?

5 Audite fratres mei dilectiſſimi,nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromiſit Deus diligētibus ſe?

B

6 Vos autem exhonoraſtis pauperē. Nónne diuites per potētiā opprimūt vos,& ipſi trahunt vos ad iudicia?

7 Nónne ipſi blaſphemant bonū nomen quod inuocatum eſt ſuper vos?

Leuit.19.d.18
matth,22.d.39
marc.12 c.31
rom.13.c.9
galat.5.c.14

8 Si tamen Legem perficitis regalem ſecūdum Scripturam, ‖Diliges proximū tuum ſicut teipſum, bene facitis:

9 Si autem perſonas accipitis, peccatū operamini,redarguti à Lege quaſi tranſgreſſores.

Leuit.19.c.15
deut.1.c.17,
& 16.d.19

10 ‖Quicunque autem totam Legem ſeruauerit,offendat autem in vno, fa-

ſuam,ſed″cor ſuum ſeducat,huius vana eſt″religio.

27 ″Religio pura & immaculata″apud Deum & Patrē,hæc eſt,″inuiſere orphanos & viduas in afflictione ſua:& immaculatum ſeipſum ſeruare à mundo. Cap.II.

1 FRatres mei,ne″cum reſpectu perſonarum habeatis″fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti″glorioſi.

2 Nam ſi ingrediatur in cœtum veſtrum vir aureum geſtās annulū,veſte ſplēdida,ingrediatur autē & pauper cū ſordida veſte:

3 Et reſpexeritis ad eum qui veſtem geſtat ſplendidam, & dixeritis ei,Tu ſede hîc″pulchrè:Et pauperi dicatis, Tu ſta illic,aut ſede hîc ſubter ſcabellum meum

4 ″Nónne diſcrimen feciſtis apud vos,& factis eſtis iudices″perverſè deliberantes?

5 Audite,fratres mei dilecti,nónne Deus elegit″pauperes mundi huius, ″*ut fierent* diuites fide, & hæredes regni quod promiſit iis à quibus diligitur?

6 At vos contumelia affeciſtis pauperem. Nónne diuites″per tyrannidem opprimunt vos,& trahunt vos ad tribunalia?

7 Nónne blaſphemant præclarum illud nomen″à quo eſtis cognominati?

8 ″Attamen ſi Legem regiam præſtatis ſecundum Scripturā, Diliges proximum tuum vt teipſum,bene facitis:

9 Sin verò perſonam reſpicitis,peccatum cōmittitis,& redarguimini à Lege veluti tranſgreſſores.

10 Quiſquis enim totam Legem ſeruauerit , offenderit autem in

Reſpectus perſonarum non habendus.

26 Cor ſuum ſeducat ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ. Garrulitatis,maledicentiæ,petulantiæ,ac cæterorum vitiorum in loquendo fons eſt,ſeipſum non noſſe.Itaque deceptionem ſui ipſius vocat ſiniſtrum de ſe iudicium eorum qui φιλαυτίᾳ laborant.Eraſ.aberrare ſinit cor ſuum,non expreſſa Apoſtoli ſententia. 27 Religio Θρησκεία. Nō enumerat omnia veræ & ſynceræ charitatis officia,ſed duo tantùm commemorat,in quibus refulget gratuita liberalitas:quia ſcilicet ab afflictis nulla expectatur merces. Quid ſi verò Iacobus hodie illos cerneret qui ementito ipſius nomine Iacobipetæ vocātur? Non eos procul à ſe ad familias ſuas alēdas,ad pupillos,ad viduas ablegaret? Apud Deum, & patrem παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Id eſt,apud Deum,qui & Pater noſter eſt. Inuiſere ἐπισκέπτεσθαι. Ideſt, curare & pro virili ſubleuare.Ita enim accipitur verbum פקד apud Hebræos.

IN CAPVT II.

1 Cum reſpectu perſonarum ἐν προσωποληψίαις. Quid vocetur προσωποληψία & quatenus damnetur,diximus Marc.12.b.14. Fidē Domini τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου. Id eſt,ne fidem quæ Chriſto Ieſu habetur,putetis cum perſonarū reſpectu poſſe conciliari.Sunt enim hæc prorſus repugnantia. Quorſum ergo cathedram Petri,ſine Petri Spiritu? Glorioſi τῆς δόξης. Hoc coniunge cum Κυρίου.neque verò temere hoc eſt additum. Vnde enim iſte perſonarum reſpectus?nempe quia non cogitamus quæ ſit Chriſti gloria. Neminem enim aſpernaremur, imò veneraremur omnes eos in quibus Chriſtus habitat: nec nos ſineremus ſtultis carnis iudiciis tranſuerſos rapi.Vulg. ad verbum,gloriæ, ſeruato Hebraiſmo.Eraſ.ex opinione. quod non video qui poſſit Græcis conuenire: quanuis δόξαν fatear interdum pro opinione poni.

3 Pulchrè καλῶς. Id eſt,honeſto & honorifico loco.

4 Nónne diſcrimen,&c. Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς. Id eſt,Nónne,quod minimè oportuit , hoc modo apud vos vnum alteri præferendum iudicaſtis?hoc enim declarat τὸ διακρίνεσθαι, & ϗ coniunctio ex Hebræorum idiotiſmo redundat. Vulg.Nónne iudicaſtis apud voſmetipſos?multo ſanè rectius quàm Eraſmus,qui conuertit, Et non diiudicati eſtis in vobiſipſis. Quid ſi verò accipias τὸ διακρίνεσθαι pro κατακρίνεσθαι.i.damnari?vt ſit ſentētia,Iſtos ſua ipſorū conſcientia damnari? Ad me quidem quod attinet,τὸ διακρίνεσθαι in ea ſignificatione nunquam legi,& noſtram interpretationem eo etiam confirmari puto,quòd infrà 3.d.17.cæleſtem ſapientiā ἀδιάκριτον vocat. Peruerſè deliberantes διαλογισμῶν πονηρῶν. Ante reprehenderat quòd vnum alteri prætuliſſent. Atqui hoc per ſe non videtur vitioſum. neque ſanè vitioſum eſt, quum Deus ita gradus diſtinxerit vt ſatis appareat non parem eſſe omnium dignitatem. Ideò propoſuit hypotheſin in qua prorſus eluceat quænam προσωποληψία damnetur, ea ſcilicet quæ falſum pro vero diſcrimen ſequatur , deinde in quo non ſeruetur modus, poſtremò cuius non ſit rectus finis. Verbi gratia,ſi diuitem,quia diues eſt,pauperi aliquis anteponat, peruerſum eſt in eo iudiciū quòd diuitias accipiat pro diſcriminis canone, qui planè falſus eſt. Neque enim ex diuitiis æſtimandum eſt quis cui ſit anteponendus. Quòd ſi etiam ita præponatur diues ille pauperi,vt pauperā me ignominioſe tractetur,iam error altero errore cumulatur. Hæc verò peccata ſatis oſtendunt quò tandem ſpectent omnia:nempe vt ineatur diuitis gratia. Interim iacet pauper,quantumuis pius,doctus,egens:diues,impius,indoctus,omnibus copiis redundans ſplendidè accipitur.Itaque à peruerſæ cogitationis iudice peruerſum fit iudicium.Ergo,vt ad rem redeam,iudex peruerſarū cogitationum,ex Hebræorum idiotiſmo,ſignificat iudicem non rectè affectum,ſed qui iniqua moliatur, quem Hebraiſmum quanuis ambiguum Vetus interpres & Eraſmus ſeruarunt. 5 Pauperes mundi huius τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου τούτου. Id eſt,tenues,inopes,&,ſi mūdi iudicium ſpectes,omniū hominum abiectiſſimos.Ita oſtenditur iudicii illius peruerſitas. *vt fierent* diuites πλουσίους. Sub.להיות,id eſt τοῦ εἶναι,vel τοῦ γενέσθαι.Rectè verò præpoſuit dilectioni fidem,& fidei electionem.

6 Per tyrannidem oppr.καταδυναστεύουσιν. Vide Act.10.f.38.Oſtendit autem Apoſtolus his verbis,omni quoque iudicio carere qui ſuos carnifices tanto in pretio habeant,vt præ iis pauperes Domini etiam deſpiciant.

7 A quo eſtis cogn.τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; Vulg.& Eraſ.ad verbum, quod inuocatum eſt ſuper vos. Eſt autem Hebraica prorſus dicendi formula,vt quum dicitur Patris nomen ſuper filios inuocari,Gen.48.c.16.& mariti ſuper vxorem,vt Eſa.4.a.1.

8 Attamen ſi εἰ μέντοι. Vlcus attingit.poterant enim iſti prætexere ſe hoc officii præſtare quantumuis indignis.Atqui,inquit Iacobus, Lex eſt regia.i.ſine vllis diuerticulis,& quaſi viæ regiæ inſtar,omnibus patens, omnes proximi nomine comprehendens quos officio tuo iuuare poſſis. Quî fit ergo vt diuitem ita excipias,pauperem aſperneris? Nam hic certè meliore etiam ratione poſſit proximus videri,nedum vt illi diuitem anteponas. Hoccine verò eſt via regia incedere? Aſſentior igitur doctiſſimo interpreti,qui Legem regiam perinde ac viam regiam dici exiſtimat,prouerbiali quadā loquendi formula.Viam autem regiam dicit Moſes Num.21.e.22,דרך המלך quam vulgo etiā vocamus *le grand chemin*,quæ obliquis viarum diuerticulis opponitur.

vno,″omnibus tenetur.

Nam qui dixit, Ne mœcheris: dixit etiam, Ne occidas. Quòd″ſi nō fueris mœchatus, occideris autē, factus es trāſgreſſor Legis.

Ita loquamini & ita faciatis, vt ″per Legē libertatis iudicandi.

Nā dānatio abſque miſericordia erit ei qui non præſtiterit′miſericordiam:″& gloriatur miſericordia aduerſus damnationem.

″Quæ vtilitas, fratres mei, ſi fidem dicat aliquis habere ſe, opera verò non habeat? num poteſt fides illa eum ſeruare?

ctus eſt omnium reus.

11 Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit & , Non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides autē, factus es tranſgreſſor Legis.

12 Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per Legem libertatis incipiētes iudicari.

C

13 Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non fecerit miſericordiam: ſuperexaltat autē miſericordia iudiciū.

14 Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nō habeat? nūqd poterit fides ſaluare eū?

10 Omnibus πάντων. Quid igitur? an peccata paria ſunt, aut æquè reus eſt qui vnū caput violauit, atque is qui ſingula? Minimè verò: ſed etiāſi vnum apicē Legis tranſgrediaris, reus es violatæ Legis totius, in genere, violata ſcilicet Legiſlatoris maieſtate. quāuis nō pari crimine teneantur omnes qui Legē violant. Vbi igitur partialis illa iuſtitia quam ſtabilire volunt ſophiſtæ? Sed quorſum hæc Iacobus? nēpe vt iſtorū detegat hypocriſin, qui ex Legis præceptis ſeligebant quod libuiſſet, & præclarè ſibi videbantur hoc modo Legē præſtare. vt ſi iudex ex tribus conuictis adulterii duos puniens, vnū abſoluens, aut adulterū quidē puniens, ſed homicidæ parcens, putaret ſe officio ſuo egregiè defunctum. 12 Per Legē libert. διὰ νόμου ἐλευθερίας. De Lege libertatis diximus ſuprà 1.d.25. Additū autē eſt hoc epitheton admodū appoſitè. Quum enim per filiū liberati ſimus, multo meliore iure à nobis requiret Dominus iuſtitiæ fructus quàm ab iis qui ſub Legis ac peccati tyrannide manſerunt. quanuis & iſti meritò per Legem damnabūtur, vt dictum eſt Rom.2.b.12. Id autem ita futurum apparet etiam ex iudicii formula quæ perſcripta eſt Matth.25. & ex eo quod ſæpe repetitur, fore vt vnuſquiſque ex operibus ſuis iudicetur. minimè id quidem quaſi bonis ſanctorum operibus ſalus rependatur, quæ vni in Chriſto gratiæ per fidem apprehenſæ accepta fertur: ſed quia ex fide adiudicabitur ſalus, de fide verò iudicabitur ex ipſius effectis. Itaque ea cauſa eſt cur nunc Iacobus in hanc diſputationem ingrediatur, vt verā fidem à falſa diſtinguat. 13 Miſericordiam ἔλεος. Id eſt, qui durus & aſper aduerſus proximum fuerit, aut etiam qui non eum iuuerit, is durum quoque ac præfractum iudicem Deum experietur, vt Matth.25.d.42, & deinceps. Item 6.b.15. Et gloriatur miſericordia aduerſus damnationē καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Poſcit, opinor, oppoſitio ſuperioris mēbri, vt miſericordiam hic quoque conſideremus. Sicut ergo dixit fore vt abſque miſericordia damnentur qui miſericordes non fuerint, ita nunc dicit miſericordes non modò non reformidaturos damnationem, ſed etiam illi quodammodo inſultaturos. Quinam id verò? quia nimirum erga miſericordes erit Deus miſericors, vt Matth.5.a.7, & 25.c.37. Id autem etiam oſtendit ipſa antitheſis. nam ſi abſque miſericordia damnabuntur non miſericordes, ex miſericordia abſoluentur miſericordes. Hinc conſequitur non aduerſus ipſum iudicem habituros miſericordes de quo glorientur, ſed de quo gratias agant, vt Matth.25.c.37. Rom.4.a.2. verùm aduerſus mortem, peccatum, diabolum. Hæc enim eſt damnatio cui inſultabunt ii quorum fides ex charitatis officiis coram Deo emicabit, vt Rom.8.f.31.33.34, & 1.Cor.15.g.55.

14 Quæ vtilitas Τί τὸ ὄφελος. Quia non alium locum fortius vrgent ſophiſtæ, vt gratiam Dei euertant, adeò quidem vt à nonnullis ob eam cauſam hæc epiſtola prorſus repudietur, tanquam ſanæ doctrinæ repugnet: conabor & ego paucis hunc locum illuſtrare, vt eum neque pro ſophiſtis facere, neque quicquam à ſana ac vera gratuitæ iuſtificationis doctrina alienum continere liquidò appareat. Spectandus eſt igitur in primis Apoſtoli ſcopus. Diſſeruerat aduerſus eos qui videri volunt ſanctè viuere, quum tamē ſint προσωπολῆπται: & falſam ſanctimoniæ laruam iis detraxit. Nunc aliud hominum genus aggreditur, eorum nimirum qui notitiam doctrinæ Euangelicæ induentes, fidei nomine, ita in ea re acquieſcunt acſi propterea eſſent omnium hominum iuſtiſſimi: quum interim tota ipſorum vita ſceleribus ſcateat, nedum vt charitatem exerceant. Hunc inquam eſſe Apoſtoli ſcopum ita manifeſtū eſt vt ne ſophiſtas quidem ipſos hoc inficiaturos exiſtimem. Nūc conſideremus quomodo aduerſus iſtiuſmodi homines fuerit diſputandū. Paulus ad Romanos præſertim & ad Galatas ſcribens, in eo totus eſt vt nos doceat fide abſque operibus, ſiue in Chriſto, gratis iuſtificari. Quamobrem? quia nimirum cum iis contendebat, qui merita ſua vel pro gratia ſubſtituebant, vel cum gratia coniungebant. Oportuit ergo in primis diſputare de iuſtificationis ratione, quum ipſi falſas cauſas pro vera ſubſtituerent. Aduerſus iſtos autem ſicut contraria prorſus eſt controuerſia, ita etiam contrario prorſus ordine diſputandum fuiſſe res ipſa oſtendit. Nam illi operum iuſtificationem ſtabiliebant, iſti non operum modò iuſtificationem, ſed ipſa etiam opera tollebāt. Sicut ergo aduerſus illos ita defenditur gratuita iuſtificatio ex fide, vt opera ipſa bona non tollantur, ſed iuſtificandi vis illis detrahatur: ita hoc in loco quis non videt contraria proſus ratione opera ita ſtabilienda fuiſſe, non vt iuſtificandi vis illis tribueretur, ſed vt vera iuſtificatio ex illis tanquam effectis colligeretur? Dicam planius. Illic de cauſa quæſtio eſt, hìc verò de effectis. Illic à cauſis ad effecta deſcenditur, hic ab effectis aſcenditur ad cauſam. Illic quæritur quomodo iuſtificemur, hìc quomodo iuſtificati fuiſſe intelligamur. Illic excluduntur opera, tanquam iuſtificationis cauſæ, hic ſtabiliuntur tanquam iuſtificationis effecta. Illic negantur opera præcedere iuſtificandos, hìc dicuntur iuſtificatos conſequi. Quorſum enim aduerſum iſtos probares nos non iuſtificari operibus, qui opera ne vt teſtimonia quidem iuſtitiæ requirebant, nedum vt plus illis quàm par eſſet tribuerent? Quæ quum ita ſe habeant, quis non videt quàm miſerè hallucinentur ſophiſtæ, quum perinde Iacobum conantur cum Paulo conciliare, acſi vterque de cauſis iuſtificationis quæreret? Hinc peruerſa illa diſtinctio operum moralium & cæremonialium: quaſi hæc duntaxat excludantur apud Paulum. quam tamen explicationem Auguſtinus diſertè refutauit. Hinc ergo ad aliam diſtinctionem peruentum eſt, operum præcedentium fidem, & conſequentium, quaſi illa tantū m excludat Paulus, & quidem non ſimpliciter, ſed certo duntaxat reſpectu, quum & ipſa ſint (vt aiunt) præparatoria merita ex congruo. Hinc deformis illa diſtinctio fidei formatæ & informis. in quo etiam produnt quàm acuti ſint dialectici, qui qualitatem faciant alterius qualitatis formam. Hinc illa nō modò falſa ſed etiam ridicula explicatio verbi iuſtificari quaſi fide iuſtificari ſine operibus, idem declaret atque fide abſque operum præcedētium meritis, aptum fieri ad merendum vitam æternam, ex gratiæ & liberi arbitrii concurſu. Neque verò id mirum eſt accidiſſe, quum diſputationis ſcopū non tenerent. Hactenus igitur de ſcopo: nunc de tractatione dicamus. in qua & ipſi non minus infœliciter ſunt verſati. Ac primùm quidem ipſorum errores indicabimus, deinde germanam explicationem aperiemus. Poſſunt autem hi errores ad tria præcipua capita reuocari. Nam neque quid ſit fides hoc in loco, neque quid ſit iuſtificari, neque etiam quomodo æſtimandum ſit operum nomen intelligunt: quia quid illud ſit de quo quæritur ignorant. Fidem igitur vtrobique, id eſt tum apud Paulum tum apud Iacobum, putant eandem deſignari, nempe qua credimus Deum eſſe, addo etiam, Chriſtum eſſe Dei filium, & vera eſſe quæ in vtroque fœdere ſunt perſcripta. Atqui ſi hoc illud eſt quod Paulus fidem vocat, quid impedit quominus diabolus poſſit fidelis dici? Neque enim poteſt fidelis nomen illi detrahi qui fidem habeat, præſertim quum iſti affirment fidem ſine charitate eſſe poſſe. Quid verò? quo iure infideles dicentur quicunque hanc fidem habuerint, etiamſi omnibus ſceleribus ſint coopertii? Præterea fidem eſſe Spiritus ſancti donum aduentitium an audebunt inficiari? Tribuatur ergo Spiritus ſancti gratia ipſis etiam diabolis: aut quum iſta falſiſſima ſint ac blaſphema, multo aliam eſſe fidem fateamur, à qua ſoli filii Dei fideles nominantur (quam ſuprà 1.a.6 requiri dixit idem noſter Iacobus in iis qui rite precantur, & cui vni Paulus iuſtificationem ac ſanctificationem, vt inſtrumentali cauſæ, tribuit) ab ea quæ mox ipſis etiam Diabolis cōceditur. Venio ad alterum errorem. Iuſtificari putāt idem declarare atque inhærente qualitate aliqua iuſtum fieri, ideóque iuſtificationem volunt ab operibus manare. Atqui nos paulo antè manifeſtis argumentis probauimus non quæri hoc in loco quomodo iuſtificemur, (hoc enim non Iacobus tractat, ſed Paulus) ſed quis verè ſe poſſit iuſtificatum dicere, iſne qui nudam illam fidem iactat, an verò qui ex operibus fidem ſuam poteſt demonſtrare. Deinde vt de imputata iuſtitia nihil dicamus hoc loco, quis vnquā exiſtimaſſet ita poſſe ineptire homines, vt dicerent bonos fructus efficere vt bona ſit arbor, ac non potius bonam prius arborem fieri oportere quàm bonos fructus edat? Hoc enim certè non minus abſurdum eſt ac ineptum, quàm ſiquis cauſam ab effectis gigni exiſtimaret. Supereſt tertius error in operū vocabulo explicando, qui quidem eſt ex primo procreatus. Nam quia fidem illam de qua Paulus diſſerit, putarunt hoc in loco comparari cum operibus, huc etiam ſunt impulſi, vt opera per ſe conſiderari exiſtimarent. Atqui ſi ita eſſet, id eſt, ſi fides illa qua iuſtificamur, poſſet à charitate ſeparari, nemo non videt quàm infirmum eſſet argumentum à fide ad charitatem probandam, vel à regnante peccato ad tollendam fidem ſumptum. quum tamen hoc vtroque nihil frequentius paſſim occurrat. Stat enim illud firmum, Mendacem eſſe eum qui dicat ſe Deum noſſe, nec ſeruat ipſius præcepta, 1. Iohan.2.a.4. Deinde refutato primo errore, concidat etiam iſte neceſſe eſt. Quòd ſi neque quid ſit in hoc argumento fides, neque quid ſit iu-

ſtificari,neque quomodo conſiderentur opera iſti norunt:quomodo,quæſo,de re tota iudicabunt qui nullam ipſius partem tenent? Age igitur tandem ad germanam huius loci explicationem veniamus: quam quidem nos perſpicuitatis cauſa παραφραστικῶς explicabimus. Nitebantur iſti falſa illa fidei ſpecie,id eſt notitia Dei. Hanc illis oportuit oſtendi veram fidem non eſſe,ſed mortuum ſimulachrum. Sed illā ta-
13 men Iacobus per conceſſionem(ne de verbis litigare videretur)fidem vocat. Eſto,inquit,fidem illam habeatis,quam vos habere dicitis:
14,& 15,& 16 quid aliud hoc eſt quàm res inutilis? Hoc illuſtrat adhibita comparatione. Siquis famelico dixerit, Satur eſto: nec interim quicquam
17 illi ſuppeditarit: quis veram eſſe hanc liberalitatem dixerit? Ita ſi Dei notitiam vos habere gloriemini (quam fidem vocatis) nec inte-
18 rim eam ad vſum accommodetis, non erit hæc fides propriè, ſed fidei ſimulachrum: vt ſi corpus inanime hominem dicas. Quid er-
19 go? nempe fides ea demum eſt quam ex operibus poſſis oſtendere. Deinde ad argumenta accedit.Si illud quod fidem vocas, fides eſſet, quid impediret Diabolum quominus & ipſe fidelis eſſet? Atqui credit Diabolus quod tu credis, illud habet quod tu fidem vocas: nec tamen
20 confidit,ſed contremiſcit.Ergo fides quam iactas,vera fides non eſt,nec qua ſecurè niti poſſis. Vis autem hoc amplius etiam cognoſcere?
21 Confer fidem illā quam iactas cum Abrahami exemplari.Neque enim dubiū eſt quin hic veram fidem habuerit. Quid igitur ille? nón-
22 ne Iſaacum obtulit? Itaque non habuit fidem quam opera non conſequerentur: ſed illum verè per fidem iuſtificatum fuiſſe res ipſa oſtendit,quum opus ederet iuſtitiæ.Ex eo igitur quòd factis oſtendit fidem, liquidò apparuit non mortuam,ſed viuam & ſuis numeris abſo-
23 lutam fidem ipſius fuiſſe. Tumque plenè patefactum eſt quàm meritò ſcriptum eſſet de eo,quòd Deo credidiſſet, idque ei imputatum
24 eſſet ad iuſtitiam. Inde efficitur,verè iuſtificatum eſſe non eum qui fidem illam habeat quam iactatis, ſed eam quæ ex effectis oſtendi
25 poſſit. Aliud exemplum quæritis? nam iſtud fortaſſe vos deterret. Sumamus meretricē illam Rhaab, cui vos pudebit impares fieri. Illa nónne re ipſa oſtendit ſe longè aliam fidem habere, quàm mortuam illam, cum Diabolis ipſis communem? Nam Dei gloriam & proximi
26 charitatem vitæ ſuæ antepoſuit,ſeruatis & emiſſis Eccleſiæ Dei ſpeculatoribus. Concludamus igitur fidem illam veſtram quaſi cadaueris inſtar eſſe: itaque non eſſe quòd vos illius titulo ſuperbiatis, quaſi per eam iuſtificati. Viua enim eſt,non mortua fides illa quæ in iuſtificatorum factis elucet. Hæc eſt,amice lector,huius loci minimè coacta,vt vides,ſed ſyncera, & cum reliquis Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis conſentiens explicatio.Arbor bona,inquit Dominus,fructus bonos facit. Qui filii Dei ſunt,inquit Paulus,Spiritu Dei aguntur. Iuſtus eſt qui facit iuſtitiam,inquit Iohannes. Item,Ex hoc cognoſcimus quòd eum nouimus,ſi iuſſa illius obſeruamus.Item,Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrem odit,in tenebris eſt vſque adhuc.Ex his autem efficitur,fidem,aduerſus quam contēdit Iacobus,per conceſſionem duntaxat hoc nomine veſtiri,vtpote quæ Diabolis etiam ſit communis. Item iuſtificari,non ſignificare iuſtum fieri , ſed iuſtificatum declarari. de qua ſignificatione diximus Rom.3.a.4,& c.20.& 1. Timoth.3.d. 16. Poſtremò, opera non conſiderari per ſe, ſed cum vera illa fide coniuncta, ex qua tanquam bonæ arboris boni fructus exoriuntur. Quamobrem tantum abeſt vt hæc epiſtola Pauli doctrinæ repugnet,vt contrà nec meliore nec certiore argumento poſſit confirmari.

Paraphraſtica expoſitio à 13 verſ. ad finem capitis.

Luc.3.c.11
1.iohan.3.c.17

¶Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano:	15	Quòd ſi frater aut ſoror nudi fuerīt,& egētes quotidiano victu:
Dicat autem aliquis ex vobis,illis, Ite in pace,calefacimini & ſaturamini:non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori:quid proderit?	16	Dicat autem eis aliquis veſtrum,Abite cum pace,caleſcite & ſaturamini : non tamen dederitis eis quæ ſunt apta corpori : quæ *erit* vtilitas?
Sic & fides,ſi nō habeat opera,mortua eſt in ſemetipſa.	17	Ita quoque fides,ſi opera non habeat,mortua eſt per ſe.
Sed dicet quis,Tu fidem habes,& ego opera habeo : oſtende mihi fidem tuam ſine operibus,& ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.	18	ʹQuinimo dicet aliquis,Tu fidem habes,&ego opera habeo:ʹoſtende mihi fidem tuam ex operibus tuis, & ego oſtēdam tibi ex operibus meis fidem meam.
D Tu credis quoniam vnus eſt Deus: bene facis: & dæmones credunt,& cō tremiſcunt.	19	Tu credisʹquòd Deus vnus eſt:rectè facis:& dæmonia credunt, & horreſcunt.
Vis autē ſcire,ô homo inanis,quoniam fides ſine operibus mortua eſt?	20	Vis verò noſſe,ô tu inanis,quòdʹfides illa *quæ eſt* abſque operibus, mortua ſit?
Abraham pater noſter,nónne ex operibus iuſtificatus eſt ,¦offerēs Iſaac filium ſuum ſuper altare?	21	Abraham pater ille noſter nónne ex operibusʹ iuſtificatus eſt, quum obtuliſſet Iſaac filium ſuum ſuper altare?
Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius : & ex operibus fides conſummata eſt?	22	Vides quòd fides ʺadminiſtra fuerit operum ipſius,ʹ& ex operibus fides perfecta fuerit?

Geneſ.22.b.10

Dæmones credunt vnum eſſe Deum.

18 Quinimo dicet aliquis Ἀλλ' ἐρεῖ τις. Id eſt,Imò etiam ſic cuiuis licebit tuam arrogantiam retundere.Deinde quod ſequitur, Σὺ πίστιν ἔχεις,Tu fidem habes,ironicè dictum eſt. neque enim fidei nomen huic notitiæ niſi per conceſſionem tribuitur. Vulgata,Sed dicet quis.Eraſmus,Sed dicet aliquis:quaſi videlicet quædam ſit obiectio. ſed hoc non poteſt quadrare. Oſtende δεῖξον. Vides conſiderari opera cum fide coniuncta,non autem ſeorſim comparari?Opera,inquam,cum vera fide coniuncta,illi cadaueri viuæ fidei opponi?

19 Quòd Deus vnus eſt ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι. Quid amplius credit qui verè eſt fidelis? Vide Rom.1.b.17.

20 Fides illa ἡ πίστις: Articulus vim habet ἀναφορικὴν,quæ omnino eſt exprimenda.Declarat enim non agi de ea fide quæ poſſit ex operibus oſtendi,ſed de illa quā ſuperiore verſiculo definiit.Itaque planior erit locus ſi ſubaudias ἡ,vt alibi ſæpe ſuppletur.quanquā eadem manet ſententia etiamſi nō ſuppleueris. 21 Iuſtificatus eſt,ἐδικαιώθη. Id eſt,compertus eſt fuiſſe iuſtificatus,vt Rom.3.a.4,& c.20,& 1. Timoth.3.d.16,copioſius expoſuimus.Semper enim tenendus eſt ille ſcopus, non hìc quæri de iuſtificationis cauſis, ſed ex quibus effectis rectè poſſit colligi.id eſt quinam intelligi poſſint verè fuiſſe iuſtificati,nō autem qua ratione ſint iuſtificati. Idque ita eſſe apparet etiam tum ex hiſtoriæ ſerie,tum ex ipſis Angeli verbis.Fidem enim Abrahamo imputatam fuiſſe ad iuſtitiam,triginta minimum annis antequam offerretur Iſaac,diſertè commemoratur Geneſ.15.a.6. Quum autem Iſaacum obtuliſſet, quid inquit Dominus? num eum ita eſſe iuſtificatum? Minimè, quum triginta antè annis eſſet iuſtificatus,idque ex imputatione,non ex operibus,ex quibus non iuſtificabitur vllus viuens.ſed, inquit Angelus Domini,Iam cognoui quòd tu timeas Deum, quia non peperciſti filio tuo vnigenito propter me. Sic ergo liquet hoc opus non fuiſſe iuſtificationis Abrahami cauſam,ſed teſtimonium ac declarationem.

22 Adminiſtra fuerit operum ipſius, συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Id eſt,efficax & fœcunda fuerit bonorum operum. Vnde enim illa tanta obedientia niſi ex fide? Heb.11.d.17. Vulgata,cooperabatur operibus illius. Eraſmus,adiumento fuerit factis illius:nimium obſcurè.

Et ex operibus fides perfecta fuerit? καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη. Hìc verò triumphant ſophiſtæ. Videtis enim,inquiunt, fidem ab operibus perfici? Itaque iuſtificatio, aliqua etiam ex parte ab operibus fidem conſequentibus dependet. Atqui, boni viri, ſi hoc verum eſt, quomodo tam multis antè annis pronuntiatus fuerit iuſtus Abraham, non ex mercede, ſed ex imputatione? Nempe dicetis,Sicut fides erat imperfecta,ita fuit illa iuſtificatio imperfecta.Sed quid Paulo facietis,qui iuſtificationē illam Abrahami pro perfecto iuſtificationis exemplari proponit? Quid quòd etiā diſertè adſcribit,Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt,eum habere de quo glorietur apud homines,at nō apud Deum,Rom.4.a.2? Quid quòd non in eo ſe iuſtificatum dicit quòd nullius ſibi ſit conſcius, 1.Corinth.4.a.4. vt alios penè innumerabiles locos omittam. Quid ergo? nempe ſi perfectam fidem intelligas,cui nihil deſit, eam ſanè nuſquam inuenias. Quandiu enim vixit Abraham,circuntulit carnem,ac proinde indiguit illa oratione, Domine adauge mihi fidem. Hoc igitur ad declarationem quoque pertinet. Fides enim eo perfectior dicitur,quo plenius perſpecta eſt ac cognita,& quo efficacius vires ſuas exerit, quæ prius non ita apparebant: vt ſi dicatur alicuius arboris bonitas tum fuiſſe perfecta quum optimum aliquem fructum edidit. Nam quia de cauſa iudicamus ex effectis, videtur quodammodo cauſæ vis vel minui vel augeri ex effectorum proportione. Sed hoc quidem ex effectis intelligitur & æſtimatur, non autem emanat.

″Et impleta eſt Scriptura quæ dicit, Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. 23

Videtis igitur quòd ex operibus″iuſtificetur homo, & nō ′ex fide tantùm? 24

Similiter autem & Rahab″illa meretrix annon ex operibus″iuſtificata eſt, quum excepiſſet nuntios, & alia via emiſiſſet? 25

Nam veluti corpus abſque ſpiritu mortuum eſt, ita & ″fides illa, *quæ eſt* abſque operibus, mortua eſt. 26

Cap.III.

Linguæ vitium deſcribitur.

NE ſitis″multi magiſtri, fratres mei, ſcientes quòd″grauius iudicium auferemus. 1

In multis enim labimur omnes: ſiquis in ſermone nō labitur, hic perfectus eſt vir, qui poſſit fræno moderari totū etiā corpus. 2

″Ecce, equis fræna in ora immittimus, vt obediant nobis, & totum corpus eorum circumagimus: 3

Ecce, naues quoque, quum tantæ ſint, & à ventis ſæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque ′libido gubernatoris voluerit: 4

Ita & lingua puſillum membrum eſt, & magna iactat: ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit. 5

Lingua etiam flamma eſt, *&* ″mundus iniquitatis: ″ita *inquam* lingua conſtituta eſt inter membra noſtra, maculans totum corpus, inflammans″orbem conditum, & inflammata à gehenna. 6

Omnis enim natura & ferarum & volucrum, ſerpentiúmque & marinorum domatur & domita eſt à natura humana: 7

Linguam autem nullus hominū domare poteſt, malum quod coercere non poſſis: plena *eſt* veneno mortifero. 8

Per ipſam benedicimus Deo & Patri: & per ipſam maledicimus hominibus qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. 9

Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. 10

Nūquid fons ex eodē foramine manat dulcem & amarā *aquam*? 11

Nunquid poteſt, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? ita nullus fons ſalſam ac dulcem aquam poteſt edere. 12

Quis ſapiens″& ſcientia præditus *eſt* inter vos? iudicet ex bona conuerſatione opera ſua″cum manſuetudine ſapientiæ. 13

A Emulationes & contentiones vitandæ.

Quòd ſi inuidiam amaram habetis, & irritationē in corde veſtro, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem. 14

Non eſt *enim* iſta ſapientia supernè deſcendens: ſed terrena, 15

---

23 Et ſuppleta eſt Scriptura, dicēs, Credidit Abrahā Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.

Gen.15.b.6 rom.4.a.3 gal.3.a.6

24 Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum?

25 Similiter autē & Rahab meretrix nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia via eiiciens?

Ioſue 2.a.1

26 Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuū eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.

Cap.III.

1 NOlite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniā maius iudicium ſumitis.

2 In multis enim offendimus omnes: ſiquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam fræno circunducere totum corpus.

Eccli 14.a.1. & 19.c.17 & 25.b.11

3 Si autem equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circunferimus:

4 Et ecce, naues, quū magnæ ſint, & à ventis validis minentur, circunferūtur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit:

B

5 Ita & lingua modicum quidem mēbrum eſt, & magna exaltat: ecce, quātus ignis quàm magnā ſyluā incēdit.

6 Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis: lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totū corp⁹, & inflammat rotā natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna.

7 Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorū domātur & domita ſunt à natura humana:

8 Linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietū malum. plena veneno mortifero.

9 In ipſa benedicimus Deum & Patrē: & in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt.

C

10 Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11 Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?

12 Nunquid poteſt, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? ſic neque ſalſam, dulcem poteſt facere aquam.

13 Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.

14 Quòd ſi zelū amarū habetis, & cōtētiones in cordibus veſtris: nolite gloriari & mēdaces eſſe aduerſ⁹ veritatē.

D

15 Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena, anima-

---

23 Et impleta eſt Καὶ ἐπληρώθη. Imò verò impleta eſt eo ipſo momento quo credidit in præputio, vt diſertè colligit Paulus Rom. 4.b.10. Quid igitur? an ſecum diſſidet Spiritus ſanctus? Abſit: imò (vt antè pluribus oſtendi,) de re ipſa & illius cauſis agit Paulus: de rei declaratione & approbatione Iacobus. Tum ergo dicitur impleta Scriptura, quum planè perſpectū eſt quàm verè illud fuerit de Abrahamo ſcriptū.

24 Iuſtificetur δικαιοῦται. Id eſt iuſtus eſſe comprobetur. Vide ſuprà verſ. 21. Ex fide ἐκ πίστεως. Ex illa ſcilicet mortua & euanida, quam vos iactatis. 25 Illa meretrix, ἡ πόρνη. Vide Heb.11.f.31. Iuſtificata eſt, ἐδικαιώθη. Vide ſuprà verſ.21.

26 Fides illa ἡ πίστις. Vide ſuprà verſ.20.

IN CAPVT III.

1 Multi magiſtri, πολλοὶ διδάσκαλοι. Id eſt multi cenſores. Reprehendit enim vitium illud inter homines nimium peruulgatum, quò fit vt quiſque ſeuerè alios condemnet, ſibi verò indulgeat. Grauius iudicium auferemus. μεῖζον κρίμα ληψόμεθα. Sub. niſi ab iſta cenſoria & arrogantiæ plena reprehenſione aliorum deſtiterimus. tanto enim grauius puniemur, quanto ſeueriores & arrogantiores cenſores fuerimus, Matth.7.a.2. Quod autem ſeſe inter illos recenſet qui hoc vitio laborant, facit docentium more, ne videatur illis legem indicere cui non ſit ipſe obſtrictus. Nam etiam quis eſt ab hoc vitio prorſus immunis? Vulgata, maius iudicium ſumitis. Legit enim λαμβάνετε, contra noſtrorum omnium codicum fidem. Eraſmus, maius iudicium ſumpturi ſimus. Vide Matth.23.b.14.

3 Ecce Ἰδού. Vulgata, Si autem, εἰ δὲ, mendoſè pro ἴδε.

4 Libido gubernatoris ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος. Vulg.& Eraſ. impetus dirigentis: quod non ita proprium videtur.

6 Mundus iniquitatis: ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. Id eſt congeries & cumulus quidam omnium ſcelerum. Græcus ſcholiaſtes alias etiam interpretationes affert, ſed prorſus violentas. Orbem conditum, τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως. Vulg.& Eraſ. rotam natiuitatis. Accipiunt autem rotam pro reuolutione, & γένεσιν pro vita: quam interpretationem ſi liberet ſequi, mallem τρόχον, id eſt curriculū, legere. Sed mihi videtur minus dura explicatio ſi τὸν τροχὸν accipiamus ἀπὸ τοῦ κύκλου, & τῆς γενέσεως pro τῆς κτίσεως, vt ſignificetur linguam poſſe vel totum orbem conditū accendere, & quidem quaſi tartareo igne inflammatam: ſicut fingunt furias poetæ accenſis ex Phlegethonte facibus orbem terrarum inflammare. 13 Et ſcientia præditus καὶ ἐπιστήμων. Vulg.& diſciplinatus: barbarè. Quidam codices pro τίς σοφὸς, legunt εἴ τις σοφός, ſiquis ſapiens. Cum manſuetudine ſapientiæ. ἐν πραΰτητι σοφίας. Hoc opponit arrogantibus illis & temerariis iudiciis.

lis, diabolica.

16 Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum.

17 Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione.

18 Fructus autẽ iuſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacẽ. Cap. IIII.

1 VNde bella & lites in vobis? nonne hinc ex cõcupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris?

2 Concupiſcitis, & non habetis: occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci: litigatis & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis.

3 Petitis, & non accipitis: eo quòd male petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

4 Adulteri & adulteræ, neſcitis quia amicitia hu9 mũdi inimicitia eſt Dei? B quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.

5 An putatis quia inaniter Scriptura dicat, Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in nobis?

Prouerb. 3.d.34 1.pet.5.b.5. 6 Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit, ‖De9 ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Epheſ.4.f.27 7 ‖Subditi ergo eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis.

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

C 9 Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

1.Pet.5.b.6. 10 ‖Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.

11 Nolite detrahere alterutrum, fratres. qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit Legi, & iudicat Legem. ſi autẽ iudicas Legẽ, non es factor Legis: ſed iudex.

'animalis, dæmoniaca.

16 Vbi enim 'inuidia *eſt* & irritatio, ibi 'ſeditio & omne opus prauum.

17 Quæ autem ſuperne *eſt* ſapientia, primùm quidem caſta eſt, deinde pacifica, moderata, tractabilis, plena 'miſericordia & fructibus bonis, 'abſque diiudicatione, ſine ſimulatione.

18 'Fructus autem iuſtitiæ cum pace ſeritur pacificis.

Cap. IIII.

1 VNde bella & lites inter vos? nónne hinc, *nimirum* ex voluptatibus veſtris quæ 'militant in membris veſtris?

2 Concupiſcitis, & non habetis: 'inuidetis '& ſtudioſè affectatis, nec poteſtis aſſequi: pugnatis & bellatis, non tamen obtinetis, propterea quòd non petitis.

3 Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis, vt in voluptates veſtras inſumatis.

4 'Adulteri & adulteræ, neſcitis quòd amicitia mundi, inimicitia eſt cum Deo? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe mundi, inimicus Dei conſtituitur.

5 An putatis quòd inaniter Scriptura dicat, 'Ad inuidiam fertur ſpiritus qui habitat in nobis?

6 'Sed maiorem offert gratiam *in eo* quod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit, modeſtis autem dat gratiam.

7 Subiicite vos Deo, reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emũdate manus, ô peccatores: & purificate corda, duplices animo.

9 Affligimini, & lugete, & flete: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium 'in mœrorem.

10 Summittite vos in conſpectu Domini, & eriget vos.

11 Ne alii aduerſus alios loquamini, fratres. qui loquitur cõtra fratrẽ, quíque dãnat fratrem ſuum, loquitur contra Legem, & dãnat Legem: quòd ſi dãnas Legem, nõ es obſeruator Legis, ſed iudex.

---

15 Animalis, ψυχικὴ. Vide 1.Cor.2.d.14. 16 Inuidia ζῆλος Id eſt φθόνος. Vulg. zelus: nimium obſcurè. Eraſ. æmulatio: non ſatis expreſſè. Seditio ἀκαταστασία. Id eſt ταραχὴ tumultus. Vulg. inconſtantia: non ſatis appoſitè.

17 Miſericordia & fructibus bonis. ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν. Miſericordiam opponit inhumano & fero ingenio. Fructus autem bonos tribuit cæleſti ſapientiæ: quòd qui ea ſit imbutus, omnia referat ad Dei gloriam & proximi commodum, qui verè ſunt boni fructus.

Abſque diiudicatione, ἀδιάκριτος. Reprehendit προσωποληψίαν, de qua diximus ſuprà 2.a.4 Alioqui diſcernendi ſunt Spiritus 1.Cor.12.b.10. & ſenſus habere nos oportet ad boni & mali diſcrimen exercitatos, Heb.5.d.14. Sed & Miniſtros in primis oportet ſermonem Dei ὀρθοτομεῖν: quod ſine diſcretionis Spiritu fieri non poteſt. 18 Fructus autem iuſtitiæ Καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης. Hoc ego exiſtimo accipiendum vt promiſſionem, qua omnes ad cæleſtem illam ſapientiam pacis ac ædificationis genitricem ac gubernatricem exhortetur. Illos enim, dum pacem colunt, ſerere ſibiipſis fructum iuſtitiæ, id eſt ſyncera ac honeſta vita dignum: quem cum pace, id eſt felices ac beati, metant, Matth.5.a.9.

IN CAPVT IIII.

1 Militant τῶν στρατευομένων Rectè. perpetua enim eſt pugna legis membrorum aduerſus legem mentis, Rom.7.d.23. tum etiam cupiditates animi acerrimas inter ſe pugnas cient. Quàm latè verò pateat membrorum appellatio, diximus Rom.6.c.13.

2 Inuidetis. φθονεῖτε Scio in Græcis codicibus legi φονεύετε, ſed ſanè non video quî hoc conueniat, ne ſi ad animum quidẽ referas: quia nimium decreſceret oratio. Græcus ſcholiaſtes legit φονεῖτε, quod ego exiſtimo deprauatè ſcriptum fuiſſe à librariis pro φθονεῖτε. cuius loco rurſus ſcriptum eſt φονεύετε, quòd illud non ſit vſitatum. Et ſtudioſè affectatis καὶ ζηλοῦτε. ζηλοῦν declarat hoc in loco aliquid amplius quàm inuidere, nempe ambitioſam affectationem rei expetitæ. Vulg. zelatis. Eraſ. æmulamini.

4 Adulteri & adulteræ, Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες Græca ſcholia hoc attexunt præcedenti verſiculo, idque rectè, vt opinor. Vtcũque ſit autem, adulteros intelligit, Scripturæ more, quicunque Dei amori mundum & ſuas voluptates anteponunt.

5 Ad inuidiam fertur πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ Hunc locum ſimpliciter conuerti vt in Græcis habetur. Nam ἐπιποθεῖν non aliud declarat quàm ὁρμᾶσθαι hoc in loco: & vno contextu iſta leguntur, ita vt hæc non ſint Apoſtoli verba, ſed teſtimoniũ ex Scripturis ſumptum. Reſpicit autem (vt mihi videtur) quod ſcriptum eſt Gen.8.d.21. nempe יצר לב האדם רע Id eſt imaginatio cordis humani mala. Verſatur enim in eo vt cauſſam oſtendat cur inter Deum & mundum, id eſt homines non regeneratos, nunquam conueniat, quia nimirum toto animi impetu feruntur homines ad malum. Sed peculiariter meminit inuidiæ Apoſtolus, ad ſcopum ſuum reſpiciẽs. Deinde pro corde hominis, dixit cor quod habitat in nobis: nimirum vt minus ſit acerba reprehenſio, quum ſeſe in eodem albo recenſeat. Græcus ſcholiaſtes nouam diſtinctionem oſtendit, ſed mendoſam, vt mihi quidem videtur. 6 Sed maiorem offert gratiam *in eo* quòd dicit, Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν· διὸ λέγει. Hanc, inquit, humani ingenii conditionem non fruſtra dicit Scriptura: ſed viciſſim maioris cuiuſda boni nobis ſpem facit, quũ inquit ſcilicet, Deum ſuperbis quidem reſiſtere, modeſtis autem gratia ſua opitulari. Frobenius hæc omnia non excudit. διὸ λέγει, ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. in eo quod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit: modeſtis autem dat gratiã. Sed omnino addenda ſunt, & in omnibus Græcis exemplaribus noſtris inueniuntur. Modeſtis, ταπεινοῖς Heb. עניים id eſt calamitoſis. pro quo videntur legiſſe Græci ענוים quanquam hæc inter ſe non multum differunt. quum ſuperbia ferè ſit diuitiarum comes, calamitas verò ſpiritus illos altos frangat. Vulg. & Eraſ. humilibus. Ego modeſtos dicere malui, propter antitheſin.

9 In mœrorem. εἰς κατήφειαν Hoc vocabulo declarant Græci triſtitiam cum pudore quodam coniunctam, quæ in vultu demiſſo & humi quaſi affixo apparet.

Vnus eſt′Legiſlator qui poteſt ſeruare & perdere. Tu quis es qui iudicas alium?

Age nunc qui dicitis, Hodie″vel cras′ibimus in illam vrbem, & tranſigemus ibi annum vnum, & mercabimur, & lucrabimur.

(Qui ignoratis quid *futurum ſit* poſtero die. quæ eſt enim vita veſtra? vapor enim eſt qui ad exiguum *tempus* apparet, & deinde euaneſcit)

Pro eo quod dicere debueritis, Si Dominus voluerit, & viuamus,′faciemus hoc aut illud.

Nunc autem gloriamini de arrogantia veſtra. omnis eiuſmodi gloriatio, mala eſt.

Igitur qui nouerit recte facere, nec facit: hic peccato tenetur.

Cap.V.

AGite nunc diuites, flete, vlulantes ſuper miſeriis veſtris quæ ſuperuenient.

Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, veſtimēta veſtra tineis obnoxia facta ſunt:

Aurum & argentum veſtrum ærugine vitiatum eſt, & ærugo eorum teſtabitur aduerſum vos, & exedet carnes veſtras′velut ignis. Theſaurum congeſſiſtis vltimis diebus.

Ecce, merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras,′à vobis intercepta, clamat: & clamores eorum qui meſſuerant,′in aures Domini Sabaoth introierunt.

In deliciis vixiſtis ſuper terram, & laſciuiſtis: ′enutriſtis corda veſtra″vt in die mactationis.

″Condemnaſtis & occidiſtis iuſtum,′*qui* non reſiſtit vobis.

Patientes igitur eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter expectans eum dum accipiat pluuiam′matutinam & ſerotinam.

Patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra: quoniam aduentus Domini appropinquat.

″Ne ingemiſcatis alius aduerſus alium, fratres: vt ne condemnemini: ecce, iudex ante ianuam adſtat.

Sumite, fratres mei, pro exemplari afflictionis ac patientiæ, Prophetas, qui loquuti ſunt in nomine Domini.

Ecce, beatos ducimus eos qui *afflictionem* ſuſtinent. Tolerantiā Iob audiſtis, &″finem Domini vidiſtis. nam valde miſericors eſt Dominus ac commiſerans.

12 Vnus eſt Legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autē quis es qui iudicas proximum? Rom.14.a.4

13 Ecce nūc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.

14 (Qui ignoratis q̄d erit in craſtino. quid eſt enim vita veſtra? vapor eſt enim ad modicam parēs, & deinceps exterminabitur.

15 Pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud. 1.Cor.4.d.19

17 Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. omnis exultatio talis, maligna eſt.

Scienti igitur bonum facere, & nō facienti, peccatum eſt illi.

Cap.V.

1 AGite nunc diuites, plorate, vlulātes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis.

2 Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.

3 Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis in nouiſſimis diebus.

4 Ecce, merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudāta eſt à vobis, clamat: & clamor eorū in aures Domini Sabaoth introiuit.

5 Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra, in die occiſionis.

6 Addixiſtis & occidiſtis iuſtum: & nō reſiſtit vobis.

7 Patiētes igitur eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum.

8 Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam aduētus Domini appropinquauit.

9 Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, vt nō iudicemini: ecce, iudex ante ianuam aſſiſtit.

10 Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini.

11 Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis. quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

---

12 Legiſlator ὁ νομοθέτης. In quatuor veteribus libris additum inuenimus καὶ κριτὴς & iudex, vt etiam legit Vetus interpres.

13 Vel cras ἢ αὔριον Ita legit Vetus interpres, idque rectius, vt opinor, quàm ſi legas καὶ αὔριον, & cras. Itaque ſic reſtituimus, conſentientibus cum vetere interprete duobus veteribus Græcis exemplaribus. Ibimus πορευσόμεθα Hîc quoque veterem interpretem & vnius vetuſti exēplaris fidē ſequuti, iſta omnia potius indicatiuo modo, quàm ſubiunctiuo legimus. quòd ita videatur ipſa ſentētia poſtulare.

15 Faciemus καὶ ποιήσομεν Puto additam eſſe copulam ab iis qui ποιήσωμεν ſcripſerunt. Sed hic quoque Vetus interpres germanam lectionem eſt ſequutus, quicum conſentiebat vnum ex vetuſtis noſtris exemplaribus.

IN CAPVT V.

3 Velut ignis ὡς πῦρ. Hæc in quibuſdā codicibus connectuntur cum ſequenti verbo ἐθησαυρίσατε, hoc modo, Recōdidiſtis vobis velut igem in vltimos dies. 4 A vobis intercepta, ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν. Ἀπὸ pro ὑπὸ, vt diximus Matth.11.c.19. Vulg. quæ fraudata eſt à vobis. Eraſ. quæ fraude non reddita eſt à vobis. In aures Domini Sabaoth introierunt. εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. Id eſt exauditi ſunt à Domino, multo etiam potentiore quàm vos ſitis. Sic enim loquuntur Hebræi, apud quos etiam Deus dicitur Deus צבאות id eſt exercituum, ad infinitas ipſius vires ac copias explicandas. quod epitheton Hebræum retinuerūt Iudæi inter Græcos degentes. A Iudæis verò ad exteros tranſiit, quum in idem Eccleſiæ corpus coaluiſſent, & à Græcis demum ad Latinos, vt alia nonnulla.

5 Enutriſtis corda veſtra ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν Id eſt indulſiſtis vobis. Vt in die mactationis ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς Diem זבח id eſt ſacrificii vel conuiuii vocant Hebræi, diem ſolenni epulo deſtinatum. Vetus interpres non legit ὡς, & ſanè videtur expungi debere.

6 Condemnaſtis κατεδικάσατε. Vulg. addixiſtis, fortaſſis reſpiciens ad creditorum ſæuitiem, quibus addicebantur debitorum corpora qui ſoluendo non eſſent. *Qui* non reſiſtit οὐκ ἀντιτάσσεται Subaudi אשר ex Hebræorum idiotiſmo.

7 Matutinam & ſerotinam. πρώϊμον καὶ ὄψιμον Heb. יורה ומלקוש ex quibus epithetis, prius declarat pluuiam quæ paulo poſt ſementem decidit: poſterius eam qua matureſcant mox metendæ ſegetes. Puto enim totum illud tempus quo in ſinu terræ continentur ſemina, vni diei comparari, cuius veluti aurora ſit ipſe ſeminum exortus: veſpera verò, meſſis, quum ſcilicet in horrea reconduntur.

9 Ne ingemiſcatis μὴ στενάζετε Gemitum vocat inteſtinam quandam querimoniam, quæ impatientiam declarat.

11 Finem Domini τὸ τέλος Κυρίου Id eſt quem exitum dederit Dominus.

Matth.5.f.34 Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis. 12

Triſtatur aliquis veſtrum? oret. AEquo animo? & pſallat. 13

Infirmatur quis in vobis? inducat præſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ‖vngentes eum oleo in nomine Domini: 14 Marc.6.b.13

Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eũ Dominus. & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. 15

Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini: multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. 16

3.Reg.17.a.1 & 18.g.45 Luc.4.d.25 ‖Elias, homo erat ſimilis nobis, paſſibilis: & oratione orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex: 17

Et rurſum orauit, & cælũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. 18

Matth.18.b.15 Fratres mei, ‖ſiquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eũ, 19

Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. 20

12 Ante omnia autẽ fratres mei, ne iuretis neque per cælum, neque per terram, neque aliud vllum iuſiurandum: ″ſit autem veſtrũ eſt, eſt, & non, non: ″vt ne in condemnationem incidatis.

13 Affligitur aliquis inter vos? oret. AEquo animo eſt aliquis? pſallat.

14 Infirmatur quis inter vos? accerſat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ″pro eo, vngentes eum ″oleo ″in nomine Domini:

15 Et oratio fidei ſeruabit laborantem, erigétque eum Dominus. ″quòd ſi peccata commiſerit, remittentur ei.

16 Confitemini ″alius alii offenſas, ″& orate alii pro aliis, vt ſani ſitis: multum enim valet deprecatio iuſti efficax.

17 Elias homo erat iiſdẽ quibus nos obnoxius: & ″precatione precatus eſt ne plueret: ″& non pluit ſuper terram ″annos tres & menſes ſex.

18 Et rurſum orauit, & cælum dedit pluuiam: & terra protulit fructum ſuum.

19 Fratres, ſiquis inter vos aberrarit à veritate, & ″conuerterit eum quiſpiam,

20 Sciat quòd qui auerterit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſeruabit animam à morte, & obteget multitudinem peccatorum.

12 Sit autem veſtrum eſt, eſt: ἤτω δὲ τὸ ὑμῶν ναί, ναί. Id eſt, quod affirmandum fuerit, ſimpliciter & ſine iureiurando affirmate: quod negandum, ſimpliciter negate. Alii huc referunt, quaſi iubeat Iacobus vt veri & cõſtantes ſimus tum in affirmando, tum in negando. Sed hoc mihi quidẽ videtur à Iacobi ſcopo alienum, vt diximus copioſius Matth.5.f.37. Pro me facit Baſilius Concione in Pſ.14, vt numerant Græci: ita ſcribens, οὐ γίνεται τὸ πρᾶγμα; ἄρνησις ἐπακολουθείτω. γίνεται τὸ πρᾶγμα, συγκατάθεσις βεβαιούτω· χωρὶς τῆς πρὸς ἕτερον ἐπιπλοκῆς, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν πειρῶ τὴν ἀλήθειαν παριστᾶν, ψιλαῖς ταῖς διαβεβαιώσεσι κεχρημένος. Vt ne in condemnationem incidatis. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ita legit Vetus interpres, conſentiente vno ex vetuſtioribus Græcis noſtris codicibus. neque dubitare poſſum quin ea ſit germana lectio. ſicut ſuprà verſ.9, dixit, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, vt ne condemnemini. vt interim taceam Iacobum manifeſtè alludere ad verba illa Domini, Exod.20.b.7, fore vt Dominus non habeat pro innocente, id eſt fore vt condemnet eum qui temere ipſius nomen vſurparit. Suſpicor autem inde ortum errorẽ, quòd quũ ſcripſiſſet aliquis mendoſe ὑπόκρισιν, viſum eſt addendam εἰς præpoſitionẽ, ne hiaret conſtructio. Hinc factum vt in plerisque exemplaribus legatur ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, ne in ſimulationem incidatis, vt Eraſmus conuertit. Fateor tamen hanc quoque veram ſententiam eſſe, quum nulli magis fallant quàm qui temere iurare cõſueuerunt: ſed ſpectandum tamẽ quid magis appoſitè dicatur.

14 Pro eo ἐπ' αὐτὸν, Heb. עליו pro ὑπὲρ αὐτοῦ. niſi fortaſſis reſpexit ad ritum impoſitionis manuum, qui in ſanando etiam adhibebatur, vt Mar.16.d.18. Oleo ἐλαίῳ Fuit hoc ſymbolum doni ſanationis. Quorſum igitur ſymbolum, ſi nuſquam extat donum? In nomine Domini. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Id eſt inuocato nomine Domini. 15 Quòd ſi peccata commiſerit, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, Rectè meminit peccatorum, propter quæ nimirum plerunque immittuntur morbi, vt Matth.9.a.6: quanuis hoc non ſit perpetuum, vt liquet Ioh.9.a.3. Ideo addita eſt coniunctio ἐάν, Si. 16 Alius alii, ἀλλήλοις Vulg. alterutrum. id eſt, Sacerdoti enumerate peccata veſtra quæ nihil ad eum pertinent. dignũ certè cõmentum illorum cerebro à quibus eſt excogitatum. Et orate καὶ εὔχεσθε Papæ, nulla Sacerdotalis abſolutionis mentio eſt. Imò oportuerit laicum atque adeò mulierculam viciſſim orare pro Sacerdote.

17 Precatione precatus eſt, προσευχῇ προσηύξατο Repetitio Hebraica, cuiuſmodi multas alias annotauimus: acſi diceret, religioſè precatus eſt. 19 Conuerterit, ἐπιστρέψῃ Id eſt in viam reuocarit. Hinc apud Hebræos pœnitentia vocatur תשובה, id eſt conuerſio.

EPISTOLA CATHOLICA Petri Apoſtoli prior.

Πέτρου Ἀποστόλου καθολικὴ ἐπιστολὴ πρώτη.

VETUS.

Cap.I.

1 Petrus Apoſtolꝰ Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Põti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ:

2 Secundũ præſcientiã Dei patris, in ſanctificationem Spiritus, in obediẽ-

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, aduenis diſperſis per ″Põtum, Galatiam, Cappadociam, Aſiã, & Bithyniã:

2 Delectis ″ex prænotione Dei Patris ″ad ſanctificationem Spiritus, ″per obedientiam

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Pontum, Galatiam, Πόντου, Γαλατίας, Has duas regiones perperam coniunxit Theodoritus in Græco argumento huius epiſtolæ, quod illi tribuitur. Sunt enim duæ diſtinctæ regiones, quũ Ponti regio maritima fuerit, Galatiæ & Cappadociæ mediterraneis incumbens, vt ex Strabone liquet. 2 Ex prænotione Dei, κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ Id eſt propoſito, decreto, ac prædeſtinatione. Cohærẽt enim iſta, vt diximus Act.2.d.23, Rom.8.f.29, Eph.1.a.5. In vno exemplari ſcriptum inuenimus κατὰ πρόθεσιν Θεοῦ, ex propoſito Dei: nihil variante ſententia.

Ad ſanctificationem Spiritus, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, Id eſt εἰς ἁγιασμόν, nimirum vt Spiritu ſegregati, Deo conſecrarentur, vt Epheſ.1.a.5. Eſt enim hic electionis finis, quod ad ipſos quidem attinet, non tamen vltimus. Nam hæc ſanctificatio ad vitam æternam eos deducit, vt omnia in Dei gloriam redundent: vt Eph.1.b.12. Eraſ. per ſanctificationem Spiritus: non ſatis appoſitè. Per obedientiam, εἰς ὑπακοὴν, Id eſt ὑπακοῆς,&c. Nã hæc omnia declarat ב Hebræorũ, cuius loco vſurpatur ל, id eſt εἰς. Vulg. & Eraſ. in obedientiã & aſperſionẽ,&c. ita ſcilicet vt ſanctificatio, id eſt ſegregatio illa & conſecratio generaliter accepta, in duas partes diſtribuatur, nempe in regenerationem, & peccatorum remiſſionem. Ego malo deſignari noſtræ ſanctificationis materiã, nempe Chriſtum Ieſum qui Patri fuit obediens ad mortẽ vſque, mortem autem crucis, vt Rom.5.d.19, & 3.c.24, & d.25. Ita complexus fuerit Petrus omnes proprias ſalutis noſtræ cauſas, quæ ſcilicet à Deo manant, nempe Efficientem cauſam, Dei prænotionem: Formalem, vocationem efficacem, quam electionis nomine intelligit: (nam, vt alibi diximus, tum demum re ipſa eligimur, quum Deus æternum ſuum decretum in nobis per vocationẽ exequitur) Finem, ſanctificationẽ electorum. Materiam, Chriſti obedientiam.

″& aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur.

3 Benedictus ″Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ex multa ſua miſericordia regenuit nos ″in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis,

4 *Id eſt* in hæreditatem quæ nec perire poteſt, nec contaminari, nec marceſcere, *nempe* ″in cælis ſeruatam ″nobis,

5 Qui virtute Dei cuſtodimur per fidem ad ſalutem, quæ parata eſt patefieri ″tempore vltimo.

6 ″Qua in re exultatis, triſtitia paululum nunc (ſi opus eſt) per varias tentationes affecti:

7 Vt ″exploratio fidei veſtræ multo pretioſior ″*exploratione* auri quod perit, & tamen per ignem exploratur, ″comperiatur *uobis eſſe* laudi & gloriæ & honori, ″quum patefiet Ieſus Chriſtus.

8 Quem quum non videritis, diligitis: quem quum nunc non cernatis, *et* tamen credẽtes exultatis gaudio ineffabili & glorioſo:

9 Reportantes ″mercedem fidei veſtræ, ″ſalutem animarum.

10 De qua ſalute inquiſierunt & *quam* ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de *uentura* in vos gratia prophetarunt:

11 Scrutantes in quem aut cuiuſmodi temporis articulum ″prænuntius ille qui in ipſis *erat* Spiritus Chriſti, declararet *uenturas* in Chriſtum perpeſſiones, & ″gloriam illas conſecuturam.

12 Quibus & *illud* reuelatum eſt quòd ″non ſibi, ſed nobis ea adminiſtrarent quæ nunc annũtiata ſunt vobis per eos qui vobis prædicarunt: Euangelium ″per emiſſum è cælo Spiritum ſanctum in quæ deſiderant Angeli ″introſpicere.

13 Quapropter ″præcincti lumbis mentis veſtræ, ſobrii, perfectè

tiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur.

Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuã, per reſurrectionem Ieſu chriſti ex mortuis,

In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarceſſibilem, conſeruatam in cælis in vobis,

Qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo.

In quo exultatis modicum nunc (ſi oportet) contriſtati in variis tentationibus: B

Vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti.

Quem quum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, credentes autem, exultatis lætitia inenarrabili & glorificata:

Reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum.

De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophætauerunt:

Scrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.

Quibus reuelatum eſt quia non ſibiipſis, vobis autem miniſtrabant ea quæ nũc enuntiata ſũt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de cælo, in quæ deſiderant Angeli proſpicere. C

Propter quod ſuccincti lumbos mẽtis veſtræ, ſobrii, perfectè ſperate in

Et aſperſionem ſanguinis καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Explicat quæ illa ſit obedientia Chriſti, & quomodo à nobis conſideranda: nempe non ſimpliciter & perſe, ſed noſtri reſpectu, nempe vt aſperſio. ſimúlque ad illam ſanguinis aſperſionem reſpicit quæ ſub Lege vſurpabatur, de qua copioſè, Heb.9.e.18, & deinceps. quamobrem etiam ſanctificationem Spiritus commemorauit, non carnis.

3 Deus & pater ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Vide 1.Cor.15.c.24. In ſpem viuam, εἰς ἐλπίδα ζῶσαν Id eſt perennem, ſicut explicat proximo verſiculo. Spem enim accipio μετωνυμικῶς pro re ſperata, vt Ro.8.d.24, & alibi ſæpe. 4 In cælis ἐν οὐρανοῖς Tacitè reprehendit craſſas Iudæorum opiniones de Meſſia. Nobis εἰς ἡμᾶς Id eſt ἡμῖν. reſpondet enim εἰς literæ Hebræorum ל, quæ tertio caſui præponitur, vt ſæpe annotauimus. Vulg. in vobis. Eraſ. erga vos: nimium obſcurè, vt taceam melius multo conuenire ἡμᾶς nos, quàm ὑμᾶς vos.

5 Tempore vltimo. ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ. Hoc eſt quod Daniel עת קץ id eſt, tempus finis vocat, quo ſcilicet futura eſt ſumma illa inſtauratio, quam rerum vniuerſitas expectat, Rom.8.d.19, & deinceps. 6 Qua in re Ἐν ᾧ. Hoc ego refero ad totum ſuperioris orationis complexum, vt ᾧ neutrius ſit generis. Poſſit tamen aliquis etiam Θεὸν repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt ſignificetur fideles in Deo exultare, quantumuis variæ ac multiplices tentationes vrgeant, vt paulo pòſt verſ.8. 7 Exploratio τὸ δοκίμιον. Vide Iac.1.a.3. *Exploratione* auri χρυσίου. Vel, quàm auri, ſcilicet exploratio. Omnino enim ſubaudiẽdus eſt articulus τοῦ, cuius eclipſis ſimile prorſus exemplum annotauimus Ioh.5.f.36. Poſcit enim ratio antitheſis, vt exploratio cum exploratione .i. afflictiones cum igne: & res ipſæ .i. fides cum auro, cõparentur. Comperiatur *uobis eſſe* laudi εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον. Vulg. inueniatur in laudem. Eraſ. reperiatur in laudẽ. Ego nonnihil ſuppleui, non modò vt obſcurum Hebraiſmum illuſtrarem, ſed etiam vt oſtenderem hîc agi de ipſorum electorum laude & honore & gloria: quibus nimirum ſynonymis voluit Petrus tentationum dedecus & ignominiam obtegere. Sic tribuuntur eadẽ electis æternam vitam adeptis Rom.2.a.7. Quũ patefiet ἐν ἀποκαλύψει. De ſecundo Chriſti aduentu loquitur. 9 Mercedem τὸ τέλος. Heb. אחרית quod declarat & finem & mercedem, eo quòd merces ſit operis finis. Vulg. & Eraſ. finem: quod non videtur ſatis quadrare verbo κομίζεσθαι. Salutem anim. σωτηρίαν ψυχῶν. Id eſt veſtram. Ponitur enim anima pro homine συνεκδοχικῶς, &, quocunque modo interpreteris, ſubauditur pronomen veſtrarum, ac ſi vernaculo noſtro ſermone dicas, *de uos perſonnes*, vt 2.Cor.12.c.15. 11 Prænuntius προμαρτυρόμενον. Participium ex Hebræorũ idiotiſmo, pro nomine verbali quod vocant. Vulg. prænuntians. Eraſ. qui priuſquã acciderẽt teſtabatur. Sed in eo grauiter peccatũ puto ab interpretibus quòd hoc participium coniunxerint cum παθήματα, hiante prorſus conſtructione verbi ἐδήλου, & εἰς præpoſitionis illi ſubiunctæ. quod incommodum vt in Latino ſermone vitarem, neceſſe fuit verborum collocationem nonnihil immutare. Gloriam δόξας Vſus eſt plurali numero, emphaſeos cauſa, ex Hebræorũ more. 12 Non ſibi οὐχ ἑαυτοῖς Quomodo hoc intelligendum ſit diximus Heb.11.c.13.f.33.g.39. Cæterùm qui videre volet quàm diligens interdum fuerit interpres Hieronymus, à quo nonnulli nefas eſſe putant diſſentire, conferat hunc locum cum Græcis, ita vt ab eo conuerſus eſt quum librum ſecundum Didymi de Spiritu ſancto interpretaretur.

Per Spiritum ſanctum ἐν πνεύματι ἁγίῳ Alludit ad prophetiam Ioelis in Apoſtolis tanquam Spiritus ſancti primitiis exhibitã die Pentecoſtes, quam idem noſter Petrus explicat Act.2.c.6, & deinceps. Introſpicere. παρακύψαι Vulg. & Eraſ. proſpicere. Vide Iac.1.d.25.

13 Præcincti lumbis mentis veſtræ, ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν Redit ad id quod dixerat ſpem noſtrã eſſe in cælis repoſitã. Eò igitur docet eſſe nobis per puram & ſanctam vitam, quaſi iter aliquod, perueniendum. Sumpta eſt autem tranſlatio ex veruſto more. quum enim prælongis veſtibus vterentur, non poterant niſi ſuccincti iter facere. Hinc illud Chriſti dictum, Sint lumbi veſtri ſuccincti,

Luc.12.e.35.ſed Petrus metaphoram duplicat,quum lumbos menti tribuit. Iubet igitur,ſublatis omnibus impedimentis,præparatos eſſe animos ad hoc iter ingrediendum.Ideò requirit in primis ſobrietatem, ne videlicet vel cibo & potui reliquiſue carnis illecebris, vel mundi curis, vel falſis & vanis opinionibus ſint ebrii. Nam in eiuſmodi hominibus, nec manus, nec pes, vt inquit ille, officium facit: imò ne animus quidem.

eam quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Ieſu Chriſti.

Quaſi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorãtiæ veſtræ deſideriis:

Luc.1.g.75

Sed ſecũdum eum qui vocauit vos, ſanctum, & ipſi ‖in omni conuerſatione ſancti ſitis.

Leuit.11.g.44
9.a.2,& 20.b.7

Quoniam ſcriptũ eſt,‖Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.

Deut.10.d.17
rom.2.b.11
galat.2.b.6

Et ſi patrem inuocatis eum‖qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundũ vniuſcuiuſque opus:in timore,incolatus veſtri tempore,cõuerſamini.

Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis:

D

1.Cor.6.d.20,
& 7.d.23
heb.9.d.14
1.iohan.1.c.7
apoc.1.b.5
Rom.16.d.25
epheſ.1.b.9
coloſ.1.d.26
2.tim.1.c.19
tit.1.a.2

‖Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti,& incõtaminati:

‖Præcogniti quidem ante mundi cõſtitutionem,manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter vos:

Qui per ipſũ fideles eſtis in Deo qui ſuſcitauit eũ à mortuis,& dedit ei gloriã,vt fides veſtra & ſpes eſſet in Deũ.

Infrà 2.c.17
rom.12.c.10

Animas veſtras caſtificantes in obediẽtia charitatis,‖in fraternitatis amore ſimplici, ex corde inuicem diligite attentius:

Renati non ex ſemine corruptibili,ſed incorruptibili per verbum Dei viui,& permanentis in æternum.

Eſa.40.b.6
eccli.14.c.18
iac.1.b.10

Quia omnis caro vt fœnum,& omnis gloria eius tãquam flos fœni,exaruit fœnum,& flos eius decidit:

Verbum autem Domini manet in æternum.hoc eſt autem verbũ quod euangelizatum eſt in vos.

Cap.II.

Rom.6.a.4
epheſ.4.c.22
coloſſ.3.b.8
heb.12.a.1

DEponentes igitur omnẽ malitiã,& omnem dolũ,& ſimulationes & inuidias,& omnes detractiones,

Sicut modò geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcite,vt in eo creſcatis.

ſperate in eam quæ ad vos defertur gratiam, dum ʼpatefiat Ieſus Chriſtus:

14 Tanquam filii obedientes, qui non conformetis vos priſtinis ʼin ignorantia veſtra cupiditatibus:

15 Sed ſicut is qui vos vocauit, ſanctus eſt, ipſi quoque ſancti in omni conuerſatione reddamini. Sancti.

16 Propterea ſcriptum eſt,Sancti eſtote:nam ego ſanctus ſum.

17 Et,ʼſi patrem cognominatis eum qui citra perſonarum reſpectum,iudicat ex cuiuſque opere,videte vt cum timore incedentes,ʼcommorationis veſtræ tempus tranſigatis:

18 Quum ſciatis vos non caducis *rebus* argento aut auro ʼfuiſſe redemptos ex vana veſtra conuerſatione,ʼex Patrum traditionibus accepta,

19 Sed pretioſo ſanguine,ʼvt pote agni immaculati & incontaminati,*nempe* Chriſti:

20 ʼPræordinati quidemʼ ante iacta mundi fundamenta, patefacti verò vltimis temporibusʼpropter vos:

21 Qui per eum creditis Deo,qui excitauit eum à mortuis,& gloriam ei dedit,vt fides ac ſpes veſtra in Deo eſſet. Fides. Spes.

22 Animabus veſtris purificatis obediendo veritati ʼper Spiritũ, cum charitate fraterna ſimulationis experte, ex puro corde alii alios diligite impenſè:

23 Renati non ex ſemine mortali,ſed *ex* immortali, per ſermonẽ Dei viui,& manentis in æternum. Renaſci.

24 Namʼomnis caro *eſt* vt gramẽ,& omnis gloria hominis vt flos graminis.exaruit gramen,& flos eius decidit: Caro.

25 At verbum Domini manet in æternũ. hoc autem eſt verbum illud quod euangelizatum eſt vobis. Verbum Dei.

Cap.II.

1 PRoinde depoſita omni malitia & omni dolo & ſimulationibus,& inuidentiis,& omnibus obtrectationibus, Opera.

2 ʼVt modò nati infãtes, ʼlac illud ſermonis ſyncerum expetite, vt per illud adoleſcatis. Infantes.

Dum patefiat,&c. Ἐν ἀποκαλύψει,&c. Id eſt εἰς ἀποκάλυψιν. Sic enim ſolet ſecundum aduentum Chriſti ſignificare,vt ſuprà verſ.5, & 7, quo demum exhibebitur nobis gratia quæ nunc nobis offertur. Vulgata,in reuelatione Ieſu Chriſti.Eraſmus,dum nobis patefit Ieſus Chriſtus.Putauit enim hoc ad Euangelii prædicationem pertinere.quod & ipſum non malè quadrat.

14 In ignorantia veſtra ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν. Ignorantiam vocat cæcitatem illam Iudæorum, cuius fit mentio Iohan.9.g.39,& deinceps. Nam extra Chriſtum,nihil præter denſiſſimam caliginem.

17 Si patrem cognominatis εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε. Id eſt,ſi eius patris filii vultis nuncupari. Vide Iac.2.b.7. Commorationis τῆς παροικίας. Vulgata & Eraſmus,incolatus.Vide Matth.2.d.23,& 2.Corinth.5.a.6.

18 Fuiſſe redemptos ὅτι ἐλυτρώθητε. Illa ipſa igitur in quibus,ante Chriſtum cognitum,collocabant ſalutis ſuæ ſummam, non modò Deum non placabant,ſed etiam mortifera erant peccata:quæ vnius Chriſti ſanguine expiari potuerunt. Quid illis igitur fiet qui Patrũ traditionibus nituntur? Ex Patrum traditionibus accepta, πατροπαραδότου. De iis Patribus loquitur quorum fit mentio Ezech.20.c.18, & alibi ſæpe. 19 Vtpote ὡς. Vulgata,quaſi.Eraſmus,velut.Neuter ſatis expreſſè. neque enim ὡς ſimilitudinem ſed veritatem declarat,vt diximus 2.Cor.2.d.17.Alludit autem his epithetis ad mandatum illud de Agno Paſchæ ſeligendo. Exod.12.a.5.

20 Præordinati προεγνωσμένου Id eſt προορισθέντος, vt Act.10.g.42,& 17.g.31. Inepti ſunt igitur qui prouidentiam à decreto ſeparant. Quomodo verò & quo gradu præordinatus ſit Chriſtus diximus Epheſ.1.a.5. Ante iacta mundi fundamenta πρὸ καταβολῆς κόσμου. Id eſt,ab æterno.Tempus enim cum mundo cœpit.ſed hoc non impedit quominus, cauſarum ordine,remedii ordinatio lapſui, id eſt morbo, ſubordinetur,ac proinde creandi propoſito,vt expoſuimus Epheſ.1.a.5. Propter vos: δι' ὑμᾶς. Vide Heb.11.g.40.

22 Per Spiritum διὰ πνεύματος. Hoc non legit Vetus interpres. quod tamen minimè redundat,& in Græcis exemplaribus legitur ſummo conſenſu. 24 Omnis caro πᾶσα σάρξ. Carnis nomen imbecillitatem naturæ declarat, quæ quidem in animo præcipuè conſideranda eſt.

IN CAPVT II.

2 Vt modò nati infantes, Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη.Id eſt,vt noui homines facti,& nouum vitæ genus ingreſſi. Lac illud ſermonis ſyncerum τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα. Pergit in metaphora. illud igitur quo tanquam lacte nutritur nouus homo vt adoleſcat, nimirum eſt Sermo ille vitæ,qui ſimili prorſus ratione,panis,cibus,aqua,mel,paſſim vocatur.Dicimur enim pro regenerationis incrementis adoleſcere in Chriſto,illud autem ipſum per quod cœpta eſt regeneratio,nimirum Sermo Dei, id eſt Verbum Dei annuntiatum, illam quoque perficiat

oportet. Additur deinde aliud epitheton, quo ſignificatur lactis qualitas, ſicut priore declarata eſt eius ſubſtantia. Dicitur enim ἄδολον, id eſt ſyncerum, non modò quòd Euangelium ſit res omnium puriſſima, ſed multo magis, vt verum lac ab adulterino diſtinguatur. Multi enim ſunt qui verbum Dei cauponentur, vt 2. Corinth. 2. d. 17, & huic alioqui puriſſimo lacti venenum miſceant: quos totis viribus fugere nos oportet, nedum vt alimentum eiuſmodi expetamus. Hæc eſt, opinor, huius loci germana & ſimpliciſſima expoſitio, quæque cum ſuperioribus optimè cohæreat. Vulgata, rationabile, pro rationali. Nam quod in quibuſdam codicibus legitur rationabiles, eorum culpa factum eſt, qui quum Græca non noſſent, hunc locum corruperunt: quum in veteribus codicibus integra lectio manſerit. Hanc verò interpretationem minimè reiicio, vt ſit hæc ſententia, Oportere quidem nos eſſe pueros, ſed malitia non ſenſibus: & lacte quidem nos nutriri, ſed recta intelligentia condito: ita tamen vt omnis dolus & vafricies procul abſit, ſed temperata ſit ſimplicitate prudentia, Matth. 10. c. 6. vt pereruditè tradit doctiſſimus interpres. Eraſmus putauit lac dici λογικὸν, vt à corporeo lacte diſcernatur. Ideo conuertit, lac non corporis ſed animi, quod dolum neſcit. quæ explicatio mihi quidem non probatur. Supereſt vt admoneam, Paulum pueritiæ & lactis mentionem facere diuerſo ſenſu, nempe 1. Corinth. 3. a. 1, & Epheſ. 4. c. 13. Infantiam enim opponit adultæ ætati, ideóque lactis nomine prima Chriſtianæ religionis tyrocinia ſignificat. Hìc verò Petrus infantiam priori illi corruptiſſimæ vitæ opponit, & perpetuum lactis, id eſt veræ ac ſynceræ doctrinæ Euangelicæ vſum commendat.

Si quidem ″guſtaſtis quòd benignus ſit Dominus. 3

Lapis viuus. Ad quem accedentes, ″qui eſt lapis viuus, ab hominibus quidē reprobatus, apud Deum verò electus *ac* pretioſus, 4

Hoſtiæ. Ipſi quoque, veluti viui lapides, ædificemini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptas Deo per Ieſum Chriſtum. 5

Quapropter etiam ″continetur in Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ″in imo ponendum angulo, electum, pretioſum: cui qui credit, ″non pudefiet. 6

Vobis igitur honor eſt, qui creditis: immorigeris verò, lapis quem reprobauerunt ædificātes, hic factus eſt caput anguli: 7

Et lapis offendiculi, & petra offenſionis, *nempe* iis qui offendunt ad ſermonem, ″immorigeri, ad quod etiam conditi fuerunt. 8

Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.

Ad quem accedētes, lapidem viuū, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autē electum & honorificatū,

Et ipſi tanquā lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſāctū, offerre ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtū.

Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ſummū angularem, electum, pretioſum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Eſa. 18. d. 16 rom. 9. g. 33

Vobis igitur honor credentibus: nō credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: Pſal. 117. d. 22 matth. 21. d. 42 act. 4. b. 12

Et lapis offenſionis, & petra ſcādali, iis qui offendunt verbo, nec credūt in quod & poſiti ſunt. Eſa. 8. c. 14 rom. 9. g. 33

3 Guſtaſtis ἐγεύσασθε. Alludit ad Pſal. 34. b. 9. 4 Qui eſt lapis viuus, λίθον ζῶντα. Eccleſiam Templo comparat, cuius lapides ſint ſinguli fideles. Alludit ergo ad veteris templi ſtructuram. quo etiam pertinet quod de Sacerdotibus ſanctis & ſpiritualibus hoſtiis commemorat. Hìc enim viua & ſpiritualia ſunt omnia: illic mortua & carnalia, ſi modò ſigna à rei veritate ſeparaTis, ſicuti facere neceſſe eſt quoties ſeorſim conſiderantur.

6 Continentur περιέχει. Id eſt περιέχεται, paſſiuè. niſi malimus legere ἡ γραφὴ, ſcriptura, ſicut legit vetus interpres, conſentiente vno ex vetuſtis noſtris codicibus: vel Dei nomen repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt ſit ſententia, Deum complecti in Scriptura, Ecce pono in Sion &c. Aliæ duæ expoſitiones mihi non placent. Quidam enim repetunt Chriſti nomen, qui dicatur in Scripturis περιέχειν, id eſt continere, totum ſcilicet ædificium: vel περιέχειν, id eſt excellere in Scripturis, hoc ſcilicet Scripturæ teſtimonio. In imo ponendum angulo, ἀκρογωνιαῖον. Vulgata, ſummum angularem. Eraſmus, in ſummo ponendum angulo. Vide Epheſ. 2. d. 20. Cæterùm ita citat Petrus hunc locum, vt verba non annumeret, & vnum etiam vocabulum tranſpoſitum ſit. Ita enim plenè citatus fuiſſet hic Eſaiæ locus, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον, λίθον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Deinde ſequitur מוסד מוסד, id eſt θεμέλιον στερεὸν, fundamentum ſolidum. quæ verba Petrus non attigit. Quinetiam quod ἀκρογωνιαῖον ſcriptum eſt, reſpicit potius Dauidis dictum Pſal. 118. c. 27, quum in Eſaia duntaxat legatur פנת יקרת, id eſt angulum pretioſum. Sed hæc varietas nihil immutat, nec ſententiæ quicquam detrahit. Non pudefiet οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Vide Ro. 10. b. 11.

8 Immorigeri, ad quod etiam conditi fuerunt. εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Id eſt ἐξηγέρθησαν, vt Rom. 9. d. 17, vel κατηρτίσθησαν, vt Rom. 9. d. 22: niſi malimus conſtitutos, id eſt ordinatos, dicere, vt idem verbum ſumus interpretati Iohan. 15. c. 16, Act. 13. g. 47, Rom. 4. c. 17, & aliis locis. Sed à quo tandem poſiti, vel excitati, vel coagmentati ſeu effecti, vel denique conſtituti & ordinati ſunt? num à ſeipſis? Hoc verò abſurdius eſt quàm vt refutatione indigeat, vt diximus Rom. 9. d. 22: & nullum dubitationi locum relinquit aliorum locorum collatio. Ego, inquit, excitaui te vt oſtendam in te potentiam meam, Rom. 9. d. 17. Deus, inquit Solomon, fecit omnia propter ſe, etiam impium ad diem malum, Prouerb. 16. a. 4. Iſte (inquit Symeon, Luc. 2. f. 34) κεῖται poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum. Cedò verò à quo poſitus? Ab eo ſcilicet qui de hac ipſa re loquens, Rom. 9. g. 33, Ego pono in Sion, inquit, lapidem offendiculi, &c. neque enim melior Eſaiæ interpres quærendus quàm ſit Paulus, qui pro eo quod dixerat Eſaias, Et erit, ſcripſit, ἰδοὺ τίθημι, ecce pono. Quo modo idem Eſaias, 49. b. 6, Poſui te, inquit, pro luce Gentium. vt iam non poſſimus dubitare quin verbum τιθέναι, ſiue electos ſiue reprobos conſideres, Dei conditoris conſilium reſpiciat. Ecce enim Iohan. 15. c. 16, quum dixiſſet, ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ego elegi vos, ſtatim ſubiicit, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς & poſui vos. Hæc ergo eſt huius loci ſententia, Duo eſſe Iudæorum genera: (Iudæis enim ſcribit Petrus) vnum eorum qui Chriſtum ſunt amplexi, quibus Chriſtus eſt honori: alterum eorum qui ſunt immorigeri, quibus Chriſtus eſt offendiculum. prout etiam ad hoc ipſum à Deo ſunt conditi. Ergo, dices, crudelis eſt Deus. Imò infinitè miſericors qui vel vnum ſeruet. quis verò illum adſtrinxit ad ſeruandos omnes? Imò iuſtiſſimus qui nullos condemnet niſi in quibus cauſam ipſam condemnationis hærentem inuenerit. Nam (vt ſæpe dixi) inter decretum Dei & ipſius decreti executionem, cauſa damnationis intercedit, eorum ſcilicet improbitas qui iuſto Dei iudicio damnantur, ita vt nullos niſi ſeipſos poſſint accuſare. Sed ad rem redeo. Nonnulli conati ſunt huius loci teſtimonium eludere noua quadam eclipſi, perinde nimirum acſi ſcriptum eſſet, ἀπειθοῦντες εἰς ἐκεῖνο εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. ſic enim vertit Eraſmus, neque credunt in id ad quod & inſtituti fuerant. Atqui non eſt ſcriptum ἀπιστοῦντες, ſed ἀπειθοῦντες. & vtrouis modo legas, abſurda fuerit iſta conſtructio. neque ἐτέθησαν ſignificare poteſt, inſtituti fuerant. Itaque nouus quidam interpres maluit conuertere, ei diffidentes ad quod erant deſtinati. quam interpretationem prorſus reiicio. Primùm enim oſtendimus, eam cauſam quæ iſtos adduxit vt hunc locum vellent emollire, nempe ne Deum viderentur crudelem facere, nullius eſſe momenti, quaſi videlicet corruitura ſit Dei iuſtitia, niſi noſtro patrocinio fulciatur: aut quaſi nimium durè & impropriè loquutus ſit Spiritus ſanctus. Deinde hoc dico, Petrum non loqui de Iudæis in genere, ſed de iis qui monenti Deo parere pro ſua perpetua contumacia noluerunt. vt iam nullus hìc locus pateat illi ſubterfugio, Gentem Iudæorum in genere dici Saluti deſtinatam. Tertia ratio hæc eſt, Non modò nouam & inſolentem eſſe hanc eclipſin, ſed etiam abſurdum ſenſum gignere. Nam ſi de Chriſto, ſi de Euangelio, ſi de fide exponas, quid illud erit, poſitum eſſe ad Chriſtum, ad Euangelium, ad fidem? ſin verò de ſalute interpreteris, quid ſignificabit, morem non gerere ſaluti ad quam conditus fueris? Et quæſo, quis non videt Petrum planius ac magis perſpicuè fuiſſe ſcripturum, ſi quippiam eiuſmodi ſignificare voluiſſet, ſicut infrà 3. a. 1, τὸν λόγον expreſſit? Præterea particula καὶ adiuncta, & quod mox ſubiicit, Vos autem genus electum, nónne manifeſtam antitheſin oſtendit electorum & eorum qui ad contumaciam conditi ſunt: ſicut credentes & immorigeros antè oppoſuerat? Quintò, quid illic fiet vbi nullus locus eſt iſtiuſmodi eclipſi? veluti 1. Theſſ. 5. b. 9, vbi in ſimili prorſus argumento Paulus electos opponens reprobis, Deus, inquit, οὐκ ἔθετο ἡμᾶς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας. id eſt, non condidit nos ad iram, ſed ad ſalutis conſecutionem Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Nam certè ſi nullos Deus ad iram condidit, fruſtrà hoc dictum erit. Quid verò Iudas verſu 4, de his ipſis loquens de quibus Petrus, iis ſcilicet qui Euangelii curſum impediebant? Subierunt quidam homines, inquit,

οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, iam olim ad hanc condemnationem deſcripti,&c. Ex quorum teſtimoniorum comparatione ſatis puto omnibus liquere quo modo hic locus ſit explicandus, etiam ſi nulla alia ratio afferatur. Poſtremò peto ab iis qui hac ratione putant ſeſe Dei iuſtitiæ optimè patrocinari, vt etiam atque etiam conſiderent vter Dei naturæ maiorem blaſphemiam inurat, iſne qui Deum dicit gloriæ ſuæ conſulentem, ex occulta & inſcrutabili,ſed iuſta tamen ſua voluntate ac propoſito, certos homines quos ipſe ſolus perfectè nouit iuſtæ condemnationi ab æterno deſtinaſſe: an verò is qui dicat Deum omnes quidem ac ſingulos ſaluti deſtinaſſe, ſed incerta & inſtabili conditione,vtpote quæ ab hominum voluntate pendeat: vel ſingulos quidem ſaluti deſtinaſſe & ſaluos fieri velle, ſed homines ſua perfidia efficere vt Deus vel quod cogitauit perficere non poſſit, vel conſilium poſtea commutet. Illud prius ego ingenuè affirmo, ſine quo nec gratiæ nec iuſtificationis, nec conſolationis noſtræ baſin ſtare poſſe dico. Iſtud poſterius,vt planè impium ac blaſphemum, execrari me profiteor. & tamen non video quo modo ex eorum placitis neceſſariò non conſequatur,qui ſingulos volunt ſaluti eſſe deſtinatos.Non ita Chriſtus,qui quum ſciret ſeſe certis hominibus ad ſalutem deſtinatum, Non pro mundo rogo, inquit, ſed pro iis quos dediſti mihi,quia tui ſunt.Iohan.17.b.9.

Exod.19.a.6

|Vos autem,genus electũ,regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

9 Vos autem genus electum,″regale ſacerdotium,gẽs ſancta, populus″quem *ſibi Deus* vt proprium vindicat:vt virtutes prædicetis illius qui è tenebris vos vocauit in admirabilem ſuam lucem.

Oſee 1.d.23
rom.2.d.25

|Qui aliquando non populus,nunc autem populus Dei: qui nõ conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti.

10 Qui quondam eratis non populus,nunc *eſtis* populus Dei: qui quondam non conſequuti miſericordiam,nunc *eſtis* miſericordiã conſequuti.

Galat.5.c.17
rom.13.d.14

C Chariſſimi,obſecro tanquam aduenas & peregrinos,abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militãt aduerſus animam:

11 Dilecti,obſecro,tanquam aduenæ ac peregrini,abſtinete à carnis cupiditatibus,″quæ militant aduerſus animam:

Carnalia deſideria.

Infrà 3.c.16
Matth.5.b.16

|Conuerſationem veſtram inter Gẽtes habẽtes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus,|ex bonis operibus vos conſiderantes,glorificent Deum in die viſitationis.

12 Et conuerſationem veſtram habete honeſtam inter Gentes:vt in eo quod loquũtur aduerſum vos velut maleficos, ex bonis operibus *quæ* ſpectarint,glorificent Deum,″in die quo viſitabũtur.

Rom.13.a.1

|Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ:ſiue Regi, quaſi præcellenti:

13 Proinde ſubiecti eſtote cuiuis humanæ″ordinationi propter Dominum:ſiue Regi,vt qui præſit:

Siue ducibus,tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum:

14 Siue Præſidibus,vt qui per eum mittantur tum adultionẽ maleficorum,tum ad laudem rectè agentium.

Reges & Principes.

Quia ſic eſt voluntas Dei,vt benefaciẽtes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

15 Quoniam ita eſt voluntas Dei,vt bene agendo,capiſtretis amẽtium hominum ignorantiam:

Quaſi liberi,& non quaſi velamen habentes malitiæ,libertatem,ſed ſicut ſerui Dei.

16 Vt liberi,ac non veluti velamen habentes malitiæ,libertatem, ſed vt ſerui Dei.

Libertas.

Rom.12.c.10
ſuprà 1.d.22

Omnes honorate.|Fraternitatẽ diligite.Deũ timete.Regẽ honorificate.

17 Omnes″honorate.″Fraternitatem diligite.Deum timete. Regem honorate.

Epheſ.6.a.5
coloſſ.3.d.22

|Serui,ſubditi eſtote in omni timore dominis,non tantùm bonis & modeſtis,ſed etiam dyſcolis.

18 Famuli ſubditi ſint cum omni timore dominis,non ſolùm bonis ac humanis,ſed etiam″iniquis.

1.Cor.7.c.10.

D Hæc eſt enim gratia,ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè.

19 ″Hoc enim gratum eſt,ſiquis″propter conſciẽtiam Dei,ſuffert moleſtias,immeritò afflictus.

Pati iniuſtè.

Quæ enim eſt gloria,ſi peccantes, & colaphizati, ſuffertis? ſed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis,hæc eſt gratia apud Deum.

20 Quæ enim eſt laus,ſi quum peccantes colaphis cædimini, toleratis?ſed ſi quũ bene facitis,tamen afflicti toleratis,hoc eſt gratum apud Deum.

In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.

21 Nam ad hoc vocati eſtis, quoniam & Chriſtus paſſus eſt pro nobis: relinquens nobis præſcriptum, vt inſequeremini veſtigia ipſius.

Chriſtus,exemplum noſtrum.

9 Regale ſacerdotium, βασίλειον ἱεράτευμα. Venuſta eſt inuerſio verborum Moſis Exod.19.a.6. Et hoc rurſus indicat,promiſſiones, quamuis indefinitè offerantur quibuſuis,ad ſolos tamen electos pertinere. Neque tamen Deus quenquam ludificatur. vitium enim in ipſis reprobis hæret,quo ipſi oblatam gratiam ſponte repudiantes,iuſto Dei iudicio aditum patefaciunt. Quem *ſibi Deus* vt proprium vindicat εἰς περιποίησιν. Id eſt περιποιητός. Ita verò coactus fui longo ambitu explicare vocabulum περιποιήσεως. Nam hoc illud eſt pro quo Hebræi dicunt סגלה, Græci interpretes περιούσιον interpretãtur. Vide Epheſ.1.c.14,& Tit.2.d.14. Poſſis tamen etiam ſimpliciter interpretari ad acquiſitionem,ſcilicet ſalutis,vt ſcribit Paulus 1.Theſſ.5.b.9. Sed illam interpretationem malo, quia Petrus manifeſtè alludit ad Exod.19.a.5. Vulgata,populus acquiſitionis. Eraſmus,populus qui in lucrum acceſſit.

11 Quæ militant αἵτινες στρατεύονται. Vide Iacob.4.a.1.

12 In die quo viſitabuntur. ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. Id eſt,quando illorum quoque Deus miſerebitur. Vide Luc.19.g.44.

13 Ordinationi κτίσει. Id eſt τάξει καὶ πολιτείᾳ. Neque enim aliud declarat ἡ κτίσις hoc in loco quàm illam ciuilis gubernationis diſpoſitionem,vt rectè exponit Græcus ſcholiaſtes. humanam autem vocat non quòd humanitus ſit excogitata, (eſt enim hæc quoque donum Dei præclarum,vt Demoſthenes etiam ipſe teſtatur)ſed quòd hominum ſit propria:vt rectè obſeruat doctiſſimus interpres. Vulgata, omni humanæ creaturæ. Eraſmus,cuiuis humanæ creaturæ.

17 Honorate. τιμήσατε. Id eſt charitate & officiis proſequamini. Latè enim patet honoris vocabulum,ex Hebræorum idiotiſmo,vt alibi obſeruauimus. Fraternitatem τὴν ἀδελφότητα. Heb. אחוה pro fratrum cœtu,& coniunctione,vt Zach.11.d.14.

18 Iniquis, σκολιοῖς. Id eſt aſperis & ſæuis. Nam ſiquid imperent quod à nobis bona conſcientia non poſſit præſtari, valere ſine exceptione debet illud, Præſtat obedire Deo quàm hominibus. Vulg. dyſcolis: ſententia quidem rectè expreſſa,ſed altero Græco vocabulo. Eraſmus,prauis. 19 Hoc enim gratum eſt τοῦτο γὰρ χάρις. Vulgata & Eraſmus, Hæc enim eſt gratia. Mihi videtur χάρις pro χάριεν, Hebræorum more poſita,vt diximus 2.Corinth.3.c.9,& 7.d.14. Propter conſcientiam Dei, διὰ συνείδησιν Θεοῦ. Id eſt,quòd ei ſit religio Deum offendere,cuius voluntate intelligit hoc onus ſibi imponi.

22 Qui peccatū non fecerat, nec inuentus eſt dolus in ore ipſius:

23 Qui conuitiis affectus, non viciſſim conuitiabatur. quum malis afficeretur, non minabatur: ſed commiſit vindictam ei qui iudicat iuſté.

24 Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vtʹpeccatis mortui, iuſtitiæ viueremus: cuius vibice ſanati fuiſtis. Viuere iuſtitiæ.

25 Nam eratis velut oues errantes: ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtoremʺ& curatoremʹanimarum veſtrarum.

Cap. III.

1 SImiliter vxores ſubiectæ ſint ſuis viris: vt etiã ſiqui non obediunt ſermoni, per vxorum conuerſationem, ʹabſque ſermone lucrifiant:

2 Vbi ſpectarint cum reuerentia *coniunctam* caſtam conuerſationem veſtram.

3 Quarum ornatus ſit non externus illeʹin nodis capillorum, & circumpoſito auro, vel palliorum amictu:

4 Sedʺoccultus ille, *id eſt* cordis homo, ʹ*ſitus* in incorrupto *ornatu* lenis ac quieti Spiritus, ʹqui eſt coram Deo pretioſus.

5 Ita enim olim & ſanctæ illæ mulieres ſperantes in Deo, ornabant ſeſe, ſubiectæ ſuis viris.

6 Sara. Sicut Sara obediuit Abrahæ, dominum eum vocans: cuius factæ eſtis filiæ, dum benefacitis, ʹetiam quum non terremini vllo pauore.

7 Viri ſimiliter ʹvnà verſentur, vt ſcientes decet, ʹvaſi muliebri ʺvt infirmioriʹtribuentes honorem,

22 |Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Eſa.53.c.9 1.iohan.3.a.5

23 Qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſté. NB

24 |Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati eſtis. Eſa.53.b.5 matth.8.c.17

25 Eratis enim ſicut oues errãtes: ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.

Cap. III.

1 SImiliter &|mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſiqui non credunt verbo, per mulierum cõuerſationem, ſine verbo lucrifiant, Coloſſ.3.c.18 epheſ.5.c.22

2 Conſiderantes in timore caſtam cõuerſationem veſtram.

3 |Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus: 1.Tim.2.c.9

4 Sed qui abſconditus eſt cordis homo, ĩ incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus: quod eſt in cõſpectu Dei locuples.

5 Sic enim aliquãdo & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabãt ſe, ſubiectæ propriis viris,

6 Sicut|Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius eſtis filiæ, bene facientes, & non pertimentes vllã perturbationem. Geneſ.18.b.10

7 |Viri ſimiliter, cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, 1.Cor.5.a.1 B

24 Peccatis mortui ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι. Id eſt ἀποθανόντες. Vide Rom.6.a.2. Ambroſius vertit ſeparati. quod & ipſum rectè conuenit. Videtur enim ἀπογίγνεσθαι nihil aliud declarare, quàm extrà fieri, id eſt ſeiunctum ac ſeparatum eſſe. Liuore μώλωπι. Heb. חבורת Intelligitur autem ex conſequente antecedens, nempe contuſio ac verbera. Deinde redundat αὐτοῦ eius, pro quo Eraſmus conuertit eiuſdem, ex Hebræorum conſuetudine, vt Rom.16.d.27, & Epheſ.3.d.21.

25 Animarum veſtrarum τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Vide ſuprà 1.b.9.

IN CAPVT III.

1 Abſque ſermone ἄνευ λόγου. De animi præparatione loquitur ad audiendum Dei verbum, à quo quum profani, acerbi, ſuperſtitioſi homines abhorreant, morum honeſtate conuicti, paulatim cicurantur.

3 In nodis capillorum, & circumpoſito auro, ἐμπλοκῆς τριχῶν. Vetus interpres totum hunc locum obſcuriſſimè conuertit, neglecto articulo qui eſt ante ἔξωθεν. Eraſmus, qui ſit in plicatura capillorum & additione auri.

4 Occultus ille, *id eſt* cordis homo, ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος. Κρυπτὸν, id eſt occultum, vocat qui in mente ſedem fixam habeat: quum alioqui externis etiam ſignis ſeſe conſpiciendum præbeat. Opponitur ergo hic occultus homo externo corporis ornatui.

Situs in incorrupto *ornatu* ἐν ἀφθάρτῳ. Sub. ὤν. Τὸ ἄφθαρτον verò, quod vno verbo non potuimus exprimere, id eſt ſpiritus vim illam & præſtantiam quæ minimè fluxæ, ſed perennis & conſtantis eſt naturæ, opponit capillis, auro, veſtibus, cæteris denique fluxis & caducis rebus. Huc pertinet egregium illud Cratetis dictum, Κόσμος ἐστὶ τὸ κοσμοῦν. κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν. ποιεῖ δὲ τοιαύτην οὔτε χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησι. Hæc ille, rectè omnino, ſi verum iſtarum virtutum canona tenuiſſet. Eraſmus verò longo, nec ſatis etiam commodo verborum ambitu ita hunc locum conuertit, Verùm occultus qui eſt in corde homo, ſi is careat omni corruptela, ita vt ſpiritus ſit placidus ac quietus. Qui eſt coram Deo pretioſus. ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές. Id eſt verè pretioſus, & quidem ipſius Dei iudicio. Poſſumus autem hoc ad totum etiam orationis complexum referre: vt conuertamus, quod eſt, coram Deo pretioſum. acſi diceret, Requiritis rarum ac magni pretii ornatum? en vobis illum quem Deus ipſe maximi faciat.

6 Etiam quum non terremini vllo pauore. καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. Coniunctim legenda ſunt duo participia, ita vt vna res ſignificetur, non duæ: ſicuti adhuc explicatus eſt hic locus. Quorſum enim Petrus vellet mulieribus natiuum illum metum eximere, in quo potius illas cõtineri oportuit, tanquã optimo pudoris magiſtro? Nam certè ſiquid hîc peccatur, in alteram partem potius peccatur. Deinde addit Petrus μηδεμίαν, vniuerſè negantem particulam, cui nullus hîc locus fuerit ſatis opportunus, ſi mulieres dixerimus ad animi præfidentiam à Petro inſtitui. Quid ergo? Nempe oſtendit Petrus, verè pias mulieres & Saræ filias etiam, quum nullus illas metus conſtringit, id eſt ſponte & vltrò officium facere. Diſſerit enim de domeſtico vxoris officio, ſicuti à ſeruis requiritur alibi: non vt præſentes oculos Domini reueriti, ſed vt vero timore Dei præditi officium faciant. Vulgata, & non pertimentes vllam perturbationem. Eraſmus, & non terremini vllo pauore. ac certum quidem eſt φοβούμεναι actiuum eſſe, ſed quod commodius hoc in loco actiuè explicetur.

7 Vnà verſentur, vt ſcientes decet, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν. Sub. ἔστωσαν. quæ eclipſis ad ſequentes etiam verſiculos porrigitur. Notum eſt autem, nomine τῆς συνοικήσεως, id eſt contubernii, omnia matrimonii officia ſignificari. Deinde κατὰ γνῶσιν nolui ad verbum interpretari, ſecundum ſcientiam: neque etiam aduerbio, ſcienter. illud enim fuiſſet nonnihil obſcurius quàm in Græco ſermone, iſtud verò minimè expreſſiſſet Apoſtoli ſententiam. Neque enim monet duntaxat vt in cõtubernio peritè ſe ac dextrè gerat maritus: ſed hoc requirit vt cogitet maritus, quo excellentiore præditus eſt intelligendi facultate, quo maiore rerum bonarum cognitione & vſu pollet, eo magis oportere vt circunſpectè, conſideratè, conſtanter ſe gerat in perferendis plurimis incommodis, quibus imbecillitas muliebris & ſibi & marito ſæpenumero moleſta eſt. Vulgata, cohabitantes ſecundum ſcientiam. Eraſmus, cohabitent ſecundum ſcientiam. Vaſi muliebri σκεύει τῷ γυναικείῳ. Alibi diximus apud Hebræos כלי latiſſimè patere, adeò vt de quibuſuis dicatur quorum opera vtamur. Eſt igitur fœmina vas, id eſt comes & adiutrix virõ ad fideliter coram Deo tranſigendam vitam adiuncta. Alludit enim ad Moſis verba Gen.2.c.18, vbi dicitur quòd non expediret hominem relinqui ſolum. Vt infirmiori ὡς ἀσθενεστέρῳ. Mirificum argumentum. Nam quæ nos proximè attingunt, quo infirmiora ſunt, eo maiore cura dignamur, tacito quodam naturæ inſtinctu, 1.Corinth.12.c.23. Itaque ſi vxorem putamus noſtrum vas eſſe, imò corpus noſtrum eſſe, infirmitas illa non modo non efficiet vt contemnamus, ſed etiam in cauſa erit cur multò maiorem illius rationem habeamus. Tribuentes honorem, ἀπονέμοντες τιμήν. Id eſt honeſtam curam ac ſolicitudinem. Hoc enim declarat honoris nomen ex Hebræorum idiotiſmo, vt ſæpe iam annotauimus. & nominatim hoc in loco obſeruandum eſt, nequis, quoties hoc voca-

bulum occurrerit, exiſtimet eam reuerentiam ſignificari quam inferior quiſpiam ſuperiori dignitati debeat. Stat enim illud, oportere ſubiectas eſſe vxores viro, quum vir ſit mulieris caput, & vxor natura ſit imbecilliore. Sed vir cogitet viciſſim hoc ſuum vas eſſe, nec vt infirmius aſpernetur, ſed honeſtè tueatur. Quod autem iſta Hieronymus ad congreſſum refert à quo iubeantur viri abſtinere, ſanè eſt eiuſmodi vt etiam commemorare pudeat. Sanctè quidem & temperanter, fateor, matrimonium coli debet: ſed abſit vt in legitimo thoro talem inquinationem hærere exiſtimemus qualem ille non vno in loco ſomniauit.

tãquam & cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediãtur orationes veſtræ.

In fine autẽ, omnes vnanimes, Cõpatiẽtes, Fraternitatis amatores, Miſericordes, Modeſti, Humiles:

Prouerb. 17.b.11 & 20.d.22
matth.5.f.39
rom.12.c.17
1.theſſ.5.c.15

|Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed è contrario, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

Pſal.34.c.13

|Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

Eſa.1.c.16.

|Declinet à malo, & faciat bonum,
C Inquirat pacem & ſequatur eam.

Quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala.

Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?

Match.5.a.10
Eſa.8.c.12.& 13

|Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiam, beati: |timorẽ autem eorũ ne timueritis, & non conturbemini:

Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe,

Cum modeſtia & timore, conſcientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur veſtram bonã in Chriſto conuerſationem.

Melius eſt enim vt benefacientes, ſi voluntas Dei velit pati,

vtpote quum vnà etiam hæredes *ſitis* gratiæ vitæ, ne interrumpãtur preces veſtræ.

8 Denique omnes *ſitis* concordes, Quique mutuo moleſtiarum ſenſu tangamini, Fraterna præditi charitate, Miſericordes, Comes:

9 Non reddẽtes malum pro malo, aut conuitium pro conuitio: ſed cõtrà, benedicentes: vt qui ſciatis vos ad hoc vocatos eſſe, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

10 Nam qui vult vitã diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia ſua, ne loquantur dolum.

11 Declinet à malo, & faciat bonum, Quærat pacem, & perſequatur eam.

12 Nam oculi Domini *ſunt intenti* in iuſtos, & aures eius in deprecationem illorum: vultus verò Domini aduerſum eos qui faciunt mala.

13 Et quis eſt qui affligat vos, ſi bonitatis æmulatores fueritis?

14 Sed & ſiquid perpetiamini propter iuſtitiam, beati *tamen eſtis*: cæterùm terrore illorum ne terreamini, neque turbemini:

15 Sed Dominum Deum ſanctificate in cordibus veſtris. Sitis autem parati ſemper ad reſpondendum cuilibet petenti rationem eius ſpei quæ in vobis eſt,

16 Cum lenitate & reuerentia, conſcientiam habentes bonam: vt in eo quod loquuntur aduerſum vos tanquam maleficos, pudefiant qui inceſſunt veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

17 Melius enim *eſt* vt bene agentes, ſi ita velit Dei voluntas, malis

Vtpote quum etiam vnà hæredes *ſitis* ὡς ϗ συγκληρονόμοι. Triplex quodammodo hîc latet argumentũ, vnum in καὶ, alterũ in σὺν, tertium in re ipſa. Etiamſi, inquit, cum vxoribus cõmunem duntaxat haberetis præſentis vitæ vſum, vel id vnũ vos debet huc adducere, vt magnam illarũ curam habeatis: ſed aliquid etiam longè maius ſupereſt. Nam quum in huius vitæ ſocietate vxor ſecundas ferat, tanquam vas infirmius, aliud quiddam eſt multo præſtantius in quo pares ſunt vir & vxor, nẽpe in ea gratia per quã Deus hæreditatem æternæ vitæ tum maſculis tum fœminis communicauit. Quomodo igitur vxorẽ vir aſpernetur, quam Deus pari fœlicitatis æternæ munere ſit dignatus? Imò potius coniunctis animis ambo ad cõmunem hæreditatem contendant. Vetus interpres legit συγκληρονόμοις, cohæredibus, eadem manente ſententia. Gratiæ vitæ, χάριτος ζωῆς. Id eſt gratuiti illius beneficii quo donãtur vita, nimirum æterna, κατ' ἐξοχήν. Hæc eſt, opinor, vera lectio. Alioquin nonnulli codices variant. nam in quibuſdam legitur χάριτος ζώσης, viuæ gratiæ: in quibuſdam ποικίλης χάριτος ζωῆς, multiplicis gratiæ vitæ. Alicubi etiam χάριτος ποικίλης ϗ ζωῆς, multiplicis gratiæ, & vitæ. Ne interrumpantur εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι. Vel hæc vna ratio omnia iurgia ac odia debet componere. ſunt enim vir & vxor coniuncti vt mutuò ſeſe ad hanc vitam ſanctè ac piè tranſigendã iuuẽt. Conſiſtit autem hæc ſanctitas potiſſimum in pura inuocatione, cui inter iurgia & odia nullus eſt locus. Ita hunc locum interpretatus eſt etiam Lyranus, immeritò quidem propterea exagitatus ab Eraſmo. 8 Denique τὸ δὲ τέλος. Vulgata ad verbum, in fine autem. nam librariorum errore pluſquam manifeſto factum eſt vt in quibuſdam codicibus legeretur, In fide: quod multos Græcæ linguæ prorſus imperitos fefellit. Eraſmus, In ſumma, τὸ κεφάλαιον. Sunt autẽ iſta quæ ſequũtur, omnibus hominum ordinibus ſcripta. Quique mutuo moleſtiarum ſenſu tangamini, συμπαθεῖς. Hoc non potui paucioribus verbis ſatis commodè explicare. Vulgata, compatientes. Eraſmus, ſimiliter affecti. Comes. φιλόφρονες. Vulgata, modeſti, humiles: neutrum rectè, ſed alterum tamen ex margine irrepſit in contextum. Eraſ. affabiles. 9 Benedicentes: εὐλογοῦντες. Id eſt, bene precantes, & pro viribus benefacientes iis à quibus læditmini. Vult enim Pater cæleſtis vt offenſas verè condonemus. Vos ad hoc vocatos eſſe, &c. ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, &c. Infinita quædam vis eſt huius argumenti ad mitigandam omnem odii acerbitatem. Memineritis, inquit, vos (quoſnam? Dei ſcilicet hoſtes & inimicos capitales) vocatos eſſe, id eſt ſponte & gratis, ab eo quem toties & tam multis modis in vos prouocaſtis, quem contemnebatis, quem totis viribus fugiebatis, adſcitos. quorſum? vt inaudita & inexplicabili prorſus benignitate vobiſcum infinitas illas hæreditatis æternæ diuitias communicaret. Et nos ita erimus feroces vt iniurias nobis illatas non condonemus, ita inquam ad vlciſcendum præcipites, vt tantum bonum vltro malimus abiicere, quàm iniurias noſtras non perſequi? Pendet autem hoc à propria ſignificatione verbi קרא id eſt vocauit, & ברכה id eſt benedictio. tanti eſt momenti quod à plurimis contemnitur, nempe grammatica vocabulorum explicatio.

10 Qui vult vitam diligere, ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν. Hebræa veritas habet מי החפץ חיים id eſt, quis cupidus eſt vitæ? Deinde ſequitur אוהב ימים id eſt, qui amicus eſt dierum. Itaque participium אוהב Græcus interpres cum præcedentibus coniunxit, mutauitque in verbum infiniti modi: ſed eadem manet ſententia. Vitam autem expetere, declarat vitam cupere diuturnam. Pendent enim omnia tum præſentis tum futuræ vitæ beneficia à Domini timore. Atenim, dices, plerique Dei timentes contraria omnia experiuntur. Imò iuſtus ſemper habet quantum ſatis eſt, ſi tentationis exitum ſpectes, & in mediis afflictionibus fœlix ac beatus exultat, Iacob.1.a.2. Contrà verò qui ſtolidus eſt, nihil ſentit: qui verò mala conſcientia torquetur, nihil inuenit in quo poſſit acquieſcere. Et videre dies bonos, καὶ ἰδεῖν ἀγαθὰς ἡμέρας. Id eſt, beatam ac fœlicem vitam tranſigere: ſicut contrà dies malos vocant Hebræi aſperam & calamitoſam vitam, Gen.47.b.9. Cæterùm Hebræa veritas habet ימים לראות טוב id eſt, dies vt videat bonum: ſed hoc quoque nihil immutat in ſententia.

12 Vultus πρόσωπον. Heb. פנים id eſt facies, idque plurali tantùm numero. accipitur autem hîc Hebræorum more pro ira.

13 Et quis, &c. Καὶ τίς, &c. Particula καὶ nihil connectit hoc in loco, ſed ita vſurpari ſolet in ſubiectione. Virg. & quiſquam numen Iunonis adoret Præterea? 15 Sanctificate ἁγιάσατε. Id eſt, omnem ei laudẽ ac gloriam tribuite, & ab ipſo ſolo pendete. Monet enim vt omnibus terriculamentis opponamus Dei promiſſiones: cui tum demum gloriam iuſtam tribuimus quũ in illum, vt fidelem, ſanctum, omnipotẽtem, recũbimus per fidem, Ioh.3.d.33, Rom.4.d.20. Sunt autem hæc petita ex Eſaia, 8.c. 12 & 13. Rationem ſpei λόγον περὶ ἐλπίδος. περὶ ἐλπίδος nouè dictum pro ἐλπίδος, quam formulam loquendi inuenies ter repetitam, Ioh.16.a.8. Eraſ. vt loquamini de ſpe.

afficiamini quàm malefacientes.

Nam & Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, iuſtus pro iniuſtis: vt nos adduceret Deo, "mortificatus quidem carne, "viuificatus autem Spiritu.

"Per quem etiam

quàm malefacientes.

18 Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidē carne, viuificatus autem Spiritu.

Rom.5.a.6 heb.9.d.15

D

19 In quo & iis qui in carcere erant

18 Mortificatus quidem carne, θανατωθεὶς μὲν σαρκί. Id eſt quod ad carnem quidē attinet, interfectus. Carnis autem appellatione totū hominem, id eſt corpus & animū declarat, ſynecdoche Hebræis peruſitata, vt Rom.1.a.3. & 1.Tim.3.d.16. & infrà 4.a.1. Quid ergo, dicet aliquis, animam dicis interfectam? Minimè verò, ſed dolores mortis communes fuiſſe dico & corpori & animæ, adeò quidem vt anima etiam propriè perpeſſa dicatur, ſicut corpus propriè mortuum dicitur, anima ex ipſo egreſſa. Viuificatus autem Spiritu. ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Id eſt per Diuinitatem in ipſo corporaliter habitantem, vitæ reſtitutus. Poteſtatem enim habuit à ſemetipſo deponendi animam, & rurſus ſumendi eam, Ioh.10.d.18. Spiritus autem nomine in Chriſto ſignificari Diuinæ naturæ homini coniunctæ potentiam, quando carni, id eſt alteri naturæ imbecillæ opponitur, oſtendimus Rom.1.a.3. & totum hunc locum quaſi ex profeſſo ita explicat Paulus 2.Corinth. 13.a.4, his verbis. ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, Id eſt crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex Dei potentia. Itaque hunc locum fœdè quidam nuper corrupit quum ſic eum interpretaretur, Corpore necatus, animo in vitam reuocatus.

19 Per quē etiā, &c. ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ. In vno codice ſcriptum erat, τοῖς ἐν φυλακῇ κατακεκλεισμένοις, in carcere incluſis. Cæterùm quia non alius locus in Nouo teſtamento obſcurior habetur, conabor & ego illū pro virili illuſtrare. Sic igitur Vetus interpres, In quo & iis qui in carcere *erant*, ſpiritibus veniens prædicauit, Qui increduli fuerant aliquando. Sic autem Eraſmus, In quo etiam abiit, & ſpiritibus qui *erant* in carcere prædicauit, Qui inobedientes fuerant quondam. Nunc ad varias interpretationes accedamus, quarum tamen aliquot commemoraſſe contentus ero. Primùm igitur, qui ex hoc teſtimonio Lymbum quem vocant, conſtituunt, quaſi ad Patrum ſpiritus illic tanquam in carcere quodam incluſos peruenerit Chriſti anima vt eos liberaret, & Chriſti ad inferos deſcenſum ita explicant, manifeſtis rationibus poſſunt refelli. Sit iſta opinio quātumlibet vetus, & maximorum virorum authoritate nitatur: tamen non poſſe huc applicari quod hic commemorat Petrus, iſtis argumentis oſtendo. Primum, nulla hìc mentio fit animæ Chriſti, ſed Spiritus, id eſt Diuinæ potentiæ. Neque enim per Spiritum intelligere poſſis animam Chriſti, quin ſimul dicas eum per animam fuiſſe reuocatum in vitam. Atqui quanuis non aliter fuerit vitæ reſtitutus quàm anima rurſus corpori coniuncta, tamen ipſam animam non minus ineptè dixeris illum in vitā reuocaſſe, quàm ſi Lazari corpus dicas per animam fuiſſe in vitam reuocatum. Neque verò melior quærendus interpres quàm Paulus, qui quod hic Petrus Spiritum vocat, virtutem Dei appellat 2.Cor.13.a.4. Secundò, tantum abeſt vt de piorum animis hoc poſſit intelligi, vt contrà non niſi de iis agatur qui immorigeri fuerunt. Tertiò, non dicitur Chriſtus in Spiritu iſtos liberaſſe, ſed illis prædicaſſe. & rurſus infrà 4.b.6, dicitur Euangelium prædicatum fuiſſe mortuis. Aliud eſt autem prædicare & euangelizare, quam ſimpliciter dicere, Adſum quem expectabaris. Denique vt hoc non ſit ſatis firmum, tamen hoc conſtat, nullam factam hìc eſſe liberationis mentionem, nec fieri etiam potuiſſe, quū tantū dicatur prædicatū fuiſſe τοῖς πνεύμασι ἀπειθοῦσι ſpiritibus qui prædicationi non ſunt obſequuti. Quartò, oſtendāt quo iure interpretentur τοῖς ἐν φυλακῇ, iis qui *erant* in carcere, potius quàm iis qui *ſunt* in carcere: & πορευθεὶς profectus, è corpore vel ex hoc mundo, repugnāte Vetere interprete qui veniens interpretatur, & quidem non ineptè, vt ſuo loco dicemus. Quintò, proferatur teſtimonium aliquod ex Scripturis ex cuius collatione intelligamus carceris nomine locum aliquem deſignari, in quo beati ſpiritus concluſi fuerint. Hoc certè nuſquam inuenietur, ſed econtrario fideles ex hac vita demigrantes, fide idipſum adeptos quod nos ſperamus, vt expoſuimus Eph.1.b.10.

Secunda expoſitio eorum eſt qui hoc accipiunt de Apoſtolorum prædicatione, qui per Spiritus inſtinctum prædicarint ſpiritibus in carcere, id eſt, peccati vinculo conſtrictis, & antea immorigeris hominibus qui & mortui dicuntur. quam interpretationem meritò reiicit his argumentis doctiſſimus interpres. Primò, cur viuis hominibus ſpirituum nomen tribueret? Nam certè noua & inaudita eſt iſta ſynecdoche, præſertim quum de iis agitur qui non ſunt regenerati. Neque enim Spiritum, ſed Animam ſolent Hebræi συνεκδοχικῶς pro eo accipere quod Perſonam in vernaculo noſtro ſermone vocamus, vt infrà verſ.20, octo animæ, pro octo hominibus. Secundò, quum mortuos apertè non nominet, coactam eſſe allegoricam iſtam interpretationem apparet. Tertiò, qua de cauſa tam repentè Petrus ad dies Noe à temporibus Apoſtolorum regrederetur? Quartum argumentum addo, quòd hæc interpretatio ad ſcopum Apoſtoli nihil prorſus pertineat. Tertia explicatio quorundam eſt fanaticorum, qui putant animabus incredulorum ante Chriſti aduentum mortuorum, oportuiſſe prædicari Euangelium, vt & ipſæ, ſi vellent illud amplecti, ſaluæ fierent. Hoc verò delirium nulla refutatione indiget, quum tota Scriptura clamet, ſtatim à morte conſequi iudicium. Deinde quorſum hoc commemoraret Apoſtolus? quorſum etiam ad Noe tempora reſtringeret? Quarta ſententia eorum eſt qui de quibuſdam agi putant, qui tempore Noe diu quidem fuerint increduli, ſed tamen paulo ante diluuium reſipuerint. Illos igitur pœnas quidem corpore dediſſe, ſed ſeruatos fuiſſe illorum ſpiritus, ex beneficio Chriſti, cuius mortis virtus ad eos emanarit. His verò aliter ita ſit reſponſum. Primùm, multa dici in hac expoſitione quæ nuſquam apparent in contextu. Secundò, Spiritus nomine non poſſe ſignificari mortis Chriſti efficaciam, quin ſimul dicatur eadem efficacia viuificatus. Neque enim aliter vſurpari poteſt Spiritus nomen in hoc verſiculo quàm in ſuperiore. Illud verò dicere, nimium fuerit abſurdum. Tertiò, pugnare etiam hanc ſententiam cum ipſo contextu, quum apertè dicantur iſti ſpiritus infideles periiſſe, & ſolæ octo animæ ſeruatæ. Quartò, ne hoc quidem ad Apoſtoli ſcopum pertinere. Tandem verò dicam & ipſe quid mihi videatur, ita temen vt doctorum interpretum ſententiis minimè velim præiudicium afferre, &, ſiquis rectiora docuerit, non inuitus de ſententia mea ſim deceſſurus. Spectandum puto in primis Apoſtoli ſcopum: is autem eſt, vt fideles ad ſanctè & iuſtè viuendum hortetur. Ingreſſus enim eſt hoc argumentum à verſ.8. Iam verò quia nullis aliis maiores imminent ærumnæ, fuerunt afferendæ rationes quibus aduerſus omnes calamitates confirmentur, ne ſtudium iuſtitiæ remittant. Hæc cauſa eſt cur à verſ.14, vſque ad finem huius capitis hanc partem tractet, & rurſus à ſequentis capitis verſ.12, ad quintum vſque caput. quod ſpero mihi conceſſuros quicunque ſeriem orationis propius conſiderarint. Iam verò videamus quæ adhibeat argumenta. Primum ſumptum eſt à prouidentia Dei ſuos reſpicientis, & omnibus impiis irati, vt Dauid teſtatur. Monet igitur vt hanc Dei omnipotentis prouidentiam omnibus terriculamentis opponentes, fortiter perſeueremus, adeò vt ii ipſi à quibus oppugnamur, non ſine rubore impietatis ſuæ conuincantur. Secundum argumentum eſt à Dei voluntate ſumptum, qui hac via conſtituerit ſuos ad vitam æternam adducere. Eſt autem duplex hoc argumentum, quia oſtendit afflictiones pro iuſtitia non temere, nec Deo nos deſerente, ſed contrà Deo ita conſtituente, & regnum ſuum moderante nobis euenire: deinde propoſito fœliciſſimo omnium ærumnarum exitu, nos ſolatur. Sed hoc fuit probandum. Cui enim facilè perſuaſeris, Deum illos velle affligi quos chariſſimos habeat? Hoc illud eſt igitur in quo nunc verſatur, ac in ipſa quidem fronte primum omnium nobis Chriſtum proponit, perfectiſſimū nimirum exemplar in quo conſilium Dei intueamur. Eandem enim par eſt membrorum & capitis naturam ac conditionem eſſe. Præterea indicandum etiam fuit in primis, non modò quod exemplum nobis proponeremus, ſed etiam ex quo fonte vires illas infractas hauriremus, quibus fulciri nos oporteat. Chriſtum igitur proponit, qui iuſtiſſimus quum eſſet, pro nobis iniuſtis eò vſque afflictus eſt, vt mortem crudelitatis & ignominiæ plenam vltro ſubierit. ſed hoc, inquit, quod ad carnem attinet, illi cōtigit: nam mox Diuina virtute victor euaſit. Et quorſum hoc Chriſtus? Nempe vt nos per eandem viam ad Deum adduceret. Quid eſt igitur tam aſperum quod reformidemus, tam arduum quod non ſperemus? Hæc igitur Petrus in verſiculo ſuperiore. Nunc verò quia vno tantùm verbo nobiliſſimi huius exempli vſum attigerat, oportuit copioſius explicari quænam ſit Eccleſiæ cū Chriſto capite tū in afflictionibus tū in gloria coniunctio: deinde etiam quænā nūc ſit illa capitis noſtri gloria, cuius & virtute cōfirmemur, & ſpe ſuſtentemur. Deligit autem exemplum quo nullum certè magis expreſſum potuit inueniri: primùm ſcilicet antiquiſſimum, vt & perpetuam hanc fuiſſe Eccleſiæ conditionem, & Chriſti capitis noſtri virtutem iam tum eluxiſſe nouerimus: deinde in quo non vnus aliquis, ſed totum Eccleſiæ corpus: non leuis aliqua calamitas, ſed mors ipſa potius quàm mortis periculum: non vulgare aliquod aduerſus impios iudicium, ſed quo nullum vnquam magis inſigne editum fuerit: non ſimplex aliqua, ſed miraculi plena liberatio ſpectanda proponatur: quod denique inſigne etiamnū noſtræ ſalutis antitypon cōplectatur. Hoc ergo videamus quomodo explicet. Chriſtus, inquit, quē dixi virtute Dei viuificatum, iam olim in diebus Noe, quum appararetur arca, profectus ſiue adueniens, è cælo videlicet, ne nunc primùm putetis illum Eccleſiæ curam & adminiſtrationē ſuſcepiſſe: adueniens, inquam, non corpore quod nondum aſſumpſerat, ſed ea ipſa virtute per quā poſtea reſurrexit, prædicauit ſpiritibus illis qui nunc in carcere meritas dant pœnas, vt pote qui recta monenti Noe, & arcā ſuam conſtruenti parere olim recuſarint, in qua etiam octo duntaxat animæ ſeruatæ ſunt. Hæc eſt, opinor, plana & ſimplex huius loci explicatio, cum præcedentibus & ſequentibus optimè cohærens, & ita quidem vt neque vlli verbo vis fiat, neque quicquam adiiciatur, vel detrahatur, quod ex iſta contextus declaratione planius etiam intelligetur. Per quem ἐν ᾧ. Sub. πνεύματι, per quem Spiritum, id eſt, per quam virtutem, eam ipſam ſcilicet quâ fuit viuificatus: vt nemo vel corporalem præſentiam, vel animam Chriſti, vel efficaciam mortis poſſit intelligere: quum non poſſit aliter in hoc verſiculo explicari Spiritus quàm in ſuperiore. Vulg. & Eraſmus, in quo, paulo obſcurius, quanuis poſſit hoc quidem tolerari, vt idem declaret atque καθ' ὅ, cuius ſcilicet Spiritus reſpectu.

ſpiritibus, veniens prædicauit,

Qui increduli fuerāt aliquādo quādo expectabant Dei patientiam in diebus Noe, quum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.

Quod & nos nunc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti:

Qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes effi-

ſpiritibus qui *ſunt* in carcere, profectus prædicauit,

20 Olim immorigeris, quum ſemel expectabat Dei patientia, in diebus Noe, quum appararetur arca: in quâ paucæ, hoc eſt octo, animæ ſeruatæ ſunt in aqua.

21 Cui nūc correſpōdens exemplar Baptiſmi nos quoque ſeruat: non quo carnis ſordes abiiciuntur, ſed quo fit vt bona cōſcientia Deum interroget per reſurrectionem Ieſu Chriſti:

22 Qui eſt ad dexteram Dei,

Spiritibus qui *ſunt* in carcere, τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. Sub. οὖσι, quod participium propriè temporis eſt præſentis: illis autem impoſuit qui per præteritum imperfectum interpretati ſunt τοῖς οὖσι, qui erant, quaſi ſcilicet prædicationis tempore iam eſſent in carcere, quum Petrus minimè tempus illud reſpiciat quo prædicatum eſt illis, id eſt tempus Noe, per quem Chriſti Spiritus totos cxx annos tam diligenter illis, prædicauit reſipiſcentiam: ſed ſuum ſeculū conſideret, quo illorum incredulorum cadauera pridem quidem computruerant, ſpiritus verò in carcere incluſi, vltimam nimirum iudicis ſententiam cum fletu & ſtridore dentium expectantes, in tenebris illis exterioribus tenebantur, vbi & nunc tenentur. Neque verò quicquam in hac interpretatione detorſimus, ſiue formulam ipſam loquendi, ſiue ſingula verba ſpectes. Ita enim ſæpiſſime fit vt tum loquendo, tum ſcribendo conſideremus quid noſtris temporibus conueniat, non autem illis de quibus agimus. quam figuram πρόληψιν vocant: cuius infinita paſſim apud omnes ſcriptores exempla occurrunt. Participium autem οὖσι, vt antè monui, magis etiam propriè de tempore præſenti dicitur, quàm de præterito imperfecto. πνεῦμα paſſim de altera hominis parte dicitur. φυλακὴ, ſi paucos locos excipias in quibus quartam noctis partem declarat, pro carcere vbique accipitur, & commodiſſimè ita poteſt explicari vt nos fecimus, eadem ratione qua dicuntur catenis tenebrarum vincti diaboli ſeruari ad iudicium, 2. Pet. 2. a. 4. & ἐν φυλακῇ, id eſt in carcere poſitus dicitur Satan, Apoc. 20. c. 7. Profectus πορευθείς. Vel veniens, vt rectè conuertit Vetus interpres, ſicuti mox dicemus. Eraſ. abiit, multo obſcurius. Cæterùm illud conſtat, apud Hebræos ſæpe eiuſmodi participia redundare: vt ſi dicas, ſurgens abiit, reſpondens dixit, & ſimilia. Sed mihi tamen videtur magnum eſſe huius participii pondus hoc loco, quòd nimirum teſtetur Chriſtum iam tum per Spiritum ſuum in difficillimis illis temporibus Eccleſiæ præfuiſſe, à quo etiamnum hodie gubernamur. Eſt autem hæc conſuetudo Scripturæ, vt quo melius ſumma illa Dei prouidentia declaretur, è cælis ipſis dicatur Deus deſcendere. quod & aliquoties factum eſt, Chriſto viſibili aliqua ſpecie apparente, vt ex 18 capite Geneſis manifeſtè liquet: vbi disertè dicit ſe deſcendiſſe is ipſe qui יהוה proprio ſcilicet Dei nomine dicitur. Item Exod. 3, vbi is qui in rubo apparet Moſi, Chriſtus procul dubio vnicus hominum & Dei mediator, ſe deſcendiſſe inquit: ac de nomine interrogatus, proprium illud Dei nomen ſibi vendicat, quod certum eſt nullum Angelum ſibi ſine ſacrilegio vſurpaturū fuiſſe. Quid igitur? Nempe quum de Spiritu, id eſt Diuina illa virtute Filii Dei agatur, non poſſum dubitare quin hoc participio per anthropopathiam declaretur illius præſentia qua Noe & Eccleſiam ſuam ſeruauit: impios verò funditus perdidit, Noe inquam præconem iuſtitiæ, per cuius os, ſicut per reliquos etiam Prophetas, orbem terrarum ad reſipiſcentiam inuitauit, vt Ierem. 7. e. 24. & Zach. 7. d. 12 ſcribitur. Itaque πορευθεὶς nec durè nec inſolenter explicamus, profectus, è cælis videlicet, vbi Scriptura collocat beatam Diuinæ illius virtutis ſedem: non autem è corpore vel è mundo, quod planè coactum eſſe oſtendimus, & ab Apoſtoli ſcopo alienum. Sed & πορευθεὶς poſſumus interpretari παρελθών, adueniens, ex Hebræorum conſuetudine, quam expoſuimus Matth. 4. a. 5. Mar. 8. b. 11, & aliis multis locis: quum præſertim ita prorſus vſurpetur hoc idem participium Luc. 14. b. 10. Prædicauit, ἐκήρυξεν. Hoc quoque confirmat noſtram interpretationem. neque enim dubitari poteſt quin hoc cohæreat cum iis quæ ſequuntur, id eſt ad illud tempus quo Spiritus per os Noe arcam conſtruentis, iram Dei imminentem prædicabat. Nam cui fuerunt immorigeri? Certè illi qui prædicabat. Non poteſt ergo prædicatio iſta ad poſterius aliquod tempus referri. Sed de hoc mox etiam dicemus, 4. b. 6.

20 Olim immorigeris ἀπειθήσασί ποτε Hoc ita cohæret cum τοῖς πνεύμασι, vt non magis diuelli poſſit quàm adiectiuum à ſubſtantiuo quod vocant, nec vlla prorſus alia ratione explicari poteſt. Deinde aduerbium ποτὲ tempus illius prædicationis indicat, ac proinde per antitheſin oſtendit ita explicandum eſſe τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι, vt nos fecimus: perinde ſcilicet acſi ſcriptum eſſet τοῖς νῦν ἐν φυλακῇ, πνεύμασι, vt ποτὲ & νῦν, id eſt olim & nunc, opponantur. Sed non fuit neceſſe vt νῦν adderetur, propterea quòd οὖσι ex communi vſu ſubauditum, præſentis eſt temporis. Contrarius autem error in hoc participio inoleuit quam in ſuperiore. Nam illud conuerterunt per imperfectum, qui erant, pro qui ſunt: hoc verò per pluſquamperfectum, qui fuerant increduli, id eſt ἀπειθήσασι. Et Eraſm. qui inobedientes fuerant, pro quo dicendum erat, qui inobedientes fuerunt, ſeruata propria Aoriſti ſignificatione. Semel ἅπαξ Hoc aduerbio declaratur tempus vltimò præfixum ac definitum fuiſſe, quo elapſo nulla reliqua ſpes ſupereſſet: quod & hiſtoria & exitus ipſe rei declarauit. Vetus interpres pro ἅπαξ ἐξεδέχετο legit ἅπαξ ἐδέχετο, ſed mendoſè, vt mihi videtur: quanuis ita legerimus in Complutenſi editione & vetuſtis codicibus quatuor.

Expectabat Dei patientia, ἐξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία Ita rectè legit Auguſtinus epiſtola 99. Et ſane cogor hoc in loco maiorem in Eraſmo attentionem deſiderare, qui quum hunc Auguſtini locum legiſſet, non dubitarit tamen conuertere, expectabatur Dei lenitas. Nam inquit, τὸ ἐκδέχεσθαι verbum eſt medium. Hoc verò cui vnquam in mentem venit vt diceret? Deinde à quo tandem expectabatur Dei lenitas illo tempore? Num à Noe? expectabat is certe Dei miſericordiam, ſed de patientia illa diſſeritur qua Deus vſus fuerat quum 120 annos mūdo conſtituiſſet ad reſipiſcendum. Noe igitur arcam ædificans, non Dei lenitatem ſed Dei iudicium imminens expectabat. Quid verò impii? nempe Dei lenitatem non modo non expectabant ſed etiam deridebant. Sed deus is eſt qui patienter expectabat tantiſperdum præteriret tempus illud 120 annorum conſtitutum, & arca eſſet extructa. Vulg. quando expectabant Dei patientiā. Paucæ ὀλίγαι Vulg. pauci, ὀλίγοι, eodem ſenſu. quam lectionem inuenimus in duobus veteribus libris. Octo animæ ὀκτὼ ψυχαί Id eſt octo homines, Hebraica ſynecdoche. In aqua δι' ὕδατος Id eſt ἐν ὕδατι, vt Rom. 4. b. 11. Hoc enim eſt quod in vernaculo ſermone dicimus, *parmi l'eaue*. Vulg. & Eraſm. per aquam. quod planum fuiſſet ſi additum eſſet epitheton, vt ſi per medias aquas ſcriptum eſſet. Neque enim διὰ videtur pro cauſa inſtrumentali accipi poſſe, quum aqua non ſeruarit Noe, ſed ex aqua ſit ſeruatus: ſicut in Baptiſmo, illa emerſio ex aqua declarat emerſionem ex morte in nouam vitam. 21 Cui ᾧ. Ita reſtitue ex Complutenſi codice: nam mendoſè in aliis legitur ὅ.

Correſpondens exemplar ἀντίτυπον. τύπος in his libris paſſim dici ſolet illud in quo tanquam exemplari quippiam nobis repræſentatur, vt 1. Cor. 10. b. 8, & c. 11, & Heb. 6. b. 5. Cōparantur autem typi interdū cum veritate ipſa, cuius ſunt exēplaria, vt Heb. 9. f. 24, ſacrarium Tabernaculi dicitur cælorum ἀντίτυπον. Interdū verò cū aliis ſecundariis eiuſdem rei exemplaribus conferuntur: vt hoc in loco Baptiſmus dicitur ἀντίτυπον eius liberationis quæ contigit Eccleſiæ in diluuio. Nam & hæc liberatio & Baptiſmus adumbrant Eccleſiæ ſanctificationem & emerſionem à peccati & mortis gurgite. Sunt igitur duo typi: ſed liberationis è diluuio præcedens typus ſequentem Baptiſmi typum illi correſpondentem adumbrauit. qua ratione etiam poteſt Baptiſmus & nubi & traiectioni maris rubri tanquam ἀντίτυπον opponi.

Quo fit vt bona conſcientia Deum interroget συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. Vel, Deum interpellet, aut inquirat, aut conſulat. Nam ἐπερώτημα vocat τὴν ἔντευξιν ſiue αἴτησιν poſtulationē & interpellationem, quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Additur autē εἰς Θεὸν, id eſt apud Deum, ex ratione conſtructionis apud Hebræos vſitatæ. Sic enim dicunt שאל באלהים id eſt poſtulauit apud Deum, pro, poſtulauit à Deo, ſiue quæſiuit ex Deo. In ſumma igitur Petrus Baptiſmum illum ſalutis noſtræ typum efficacem deſcribit à ſanctificationis effectu: quo fit nimirū vt ſanctificata conſcientia ab vno Deo pendeat, illum inuocet, nihil niſi eo conſulto, &, vt loquuntur Hebræi, ore ipſius interrogato, aggrediatur. Vulgata, conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum: nimium obſcurè profectò, ſed tamen ad verbum. Eraſmus verò mihi videtur ſententiam non expreſſiſſe, quum interpretaretur, Quo fit vt bona conſcientia benè reſpondeat apud Deum. Nam ἐπερωτᾷν pro reſpondere vel teſtificari vix putem vſurpari ſatis commodè poſſe. alioqui ſimile quiddam videtur Paulus deſcribere Rom. 2. c. 15.

22 Ad dexteram Dei, ἐν δεξιᾷ Θεοῦ. Vide Heb. 1. b. 3. Cæterùm quod addit Vetus interpres, nuſquam in codicibus Græcis inuenimus, quanuis minimè videatur otioſum. addit autem hæc, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur.

″profectus in cælum, ſubiectis ipſi Angelis & poteſtatibus ac virtutibus.

Cap.IIII.

1 Q′Vum igitur Chriſtus paſſus ſit pro nobis carne, vos quoque eadem cogitatione armemini, ′*nempe* quòd qui paſſus eſt in carne, deſtitit à peccato:

2 Ad hoc vt non amplius cupiditatibus hominum, ſed voluntati Dei, ′quod reliquum eſt temporis in carne viuat.

3 Sat enim eſt nobis quòd anteacto vitæ tempore ′libidinem Gentium patrauerimus, quum incederemus in proteruiis, cupiditatibus, vinolẽtiis, comeſſationibus, compotationibus, & nefariis ſimulachrorum cultibus.

4 Quamobrem *illi* non concurrentibus vobis ad eandem luxus profuſionem, ′peregrinari ſibi videntur, blaſphemantes:

5 Qui redditurі ſunt rationem ei qui paratus eſt ad iudicandum viuos & mortuos.

6 ′Nam idcirco mortuis quoque prædicatum eſt Euangelium,

ceremur, profectus in cælũ, ſubiectis ſibi Angelis & poteſtatibus & virtutibus.

Cap.IIII.

CHriſto igitur paſſo in carne, & vos eadẽ cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis:

Vt iam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

Sufficit enim præteritum tempus, ad voluntatem Gentium conſummãdam his qui ambulauerunt in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. Epheſ.4.e.17

In quo peregrinãtur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ cõfuſionem, blaſphemantes:

Qui reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos. B

Propter hoc enim & mortuis euan

Profectus in cælum πορευθεὶς εἰς οὐρανόν. Hanc Chriſti in cælum profectionem opponit duplici aduentui: vni per Spiritus ſui virtutem, quæ in illa Eccleſiæ liberatione inſignis apparuit: alteri qua re vera manifeſtatus eſt in carne. Dicit autem ad dexteram Dei ſedere, ſubiectis illi omnibus, vt quum eius virtute multo etiam magis quàm antea nos regi & gubernari nouerimus, nullo periculo deiiciamur, ſed bona illa cõſcientia ipſum inuocemus: deinde vt tantæ iſtius gloriæ, cuius participes ſumus, aſſidua contemplatione nos conſolemur. Aſcendit enim per crucem, vt per crucem nos ad Deum adduceret, ad cuius dextram ſedet.

IN CAPVT IIII.

1 Quum igitur Chriſtus Χριστοῦ οὖν. Nunc redit ad exhortationem vt ſanctè vitam inſtituamus, & noſtræ ſanctificationis fontem aperit, nempe Chriſti mortem, cuius vi nos morimur peccato: ſicut eiuſdem reſurrectione in nouam & perennem vitam reſurgimus, vt pluribus expoſuimus capite epiſtolæ ad Romanos ſexto, ab initio capitis vſque ad verſ.12. Aptiſſimè verò cohærent iſta, quum in Baptiſmo peculiare quoddam habeamus noſtræ tum mortificationis tum viuificationis exemplar, vt illic quoque Paulus luculenter exponit.

Nempe quòd qui paſſus eſt in carne, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκί. Id eſt, quòd is demum in veteri homine (id eſt, vt loquitur Paulus, Rom.6.b.7.) carni ac peccato, mortuus eſt, Chriſti exemplo, ac virtute, in quo peccatũ amplius non viget. Hæc enim eſt ſanctificationis noſtræ definitio quæ partem illius vtranque complectitur, ſi ſequentem verſiculum adiunxeris. Sed pro ὁ ἀποθανών, qui mortuus eſt, maluit dicere ὁ παθὼν ἐν σαρκί, qui paſſus eſt in carne, vt nos ad Chriſtum, noſtrum ſcilicet archetypum, reuocaret. qua ratione etiam dicitur vetus homo in nobis eſſe crucifixus, & caro crucifixa cum cupiditatibus ſuis, & mundus nobis crucifixus, ac nos viciſſim crucifixi mundo, apud Paulum. Eraſmus igitur manifeſtè deprauauit Pauli ſententiam, quum ὁ παθὼν ἐν σαρκί interpretaretur, qui patiebatur in carne: quaſi de Chriſto ipſo hæc dicãtur: quum ex iis quæ ſubiiciuntur, ſatis appareat Chriſto capiti non conuenire, ſed membris in eo ſanctificatis. Carnis igitur nomen, vbi de Chriſto agitur, humanam naturam, eámque integram & omni labe carentem, hoc autem poſteriore loco, qualem illam habemus, id eſt vitioſam ac corruptam, declarat: vt paſſio in carne nihil aliud quàm noſtræ vitioſitatis abolitionem declaret.

2 Quod reliquum eſt temporis in carne τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ χρόνον. Id eſt, quod præſenti vitæ in hoc corpore tranſigendæ ſupereſt. Caro igitur tertia etiam ſignificatione hìc accipitur, nempe pro præſentis & infirmæ huius vitæ conditione, vt Heb.5.c.7. Gal.2.d.20.

3 Libidinem Gentium patrauerimus, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι. Id eſt profanè ac libidinoſè, Gentium inſtar, vixerimus. Comparat enim flagitioſos Iudæos cum Gentibus, id eſt cum profanis populis & à cognitione Dei alienis. qua ratione etiam Dauid impios ſuos aduerſarios Gentes vocat, Pſal.59.b.7. & Propheta Iudæos populum Sodomæ & Gomorrhæ, Eſa.1.c.10.

4 Peregrinari ſibi videntur, ξενίζονται. Hoc eſt quod in vernaculo ſermone dicimus, *ils ſe trouuent eſtranges, ou, ils ſe trouuent tous nouueaulx, & comme en ung aultre monde.* Vulg. peregrinantur, Latinè profectò, ſed paulo obſcurius. Cic. pro Rabirio perduell. reo, Adeóne es ignarus diſciplinæ conſuetudiniſque noſtræ, vt hæc neſcias? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magiſtratum gerere videaris? Idem Acad. Nos in noſtra vrbe peregrinantes, errantéſque, tanquam hoſpites, libri tui domum deduxerunt. Sic etiamnum hodie quaſi in lucem reuocato Euangelio, quid aliud clamitant homines, quàm hæreticis iſtis nouum mundum eſſe fabricandum? Atqui non oportuit mundum, ſed hominum ingenium mutari: quibus vetus eſſe debuerat quod nouum eſt, & è contrario nouum eſſe quod nimium eſt vetus. Eraſmus, atque id abſurdum illis videtur: non ſatis expreſſè.

6 Nam idcirco εἰς τοῦτο γάρ. Dictũ eſt fore vt Chriſtus iudicet viuos & mortuos. hìc verò nemo fuit qui exiſtimaret fore vt corã Dei tribunali aliqui mortui comparerent: ſed omnes antè mortuos dici, qui quum ante diem Domini ſint mortui, poſtea ſuſcitabũtur, nemo ignorauit. Non poſſum igitur ſatis mirari qui factũ ſit vt interpretes aliquid eiuſmodi in hoc quoque dicto non obſeruarint, quod præſertim illius rationẽ complectitur. Nam certè nõ minus, imò etiam magis abſurdũ eſt dicere, Dominũ prædicare mortuis, quàm mortuos iudicare. In eo tantùm eſt diſcrimen, quòd quũ dicitur Deus iudicaturus mortuos, intelligimus eos qui mortui fuerint, & eſſe deſierint: quũ verò dicimus prædicatũ eſſe mortuis, intelligimus eos qui tum quidẽ viui erant, nunc verò ſunt mortui. Alioqui, ſi de animabus hoc accipias, quænam erit hæc interpretatio, mortuis, id eſt mortuorũ hominum ſpiritibus? ſi de corporibus, quorſum annuntietur putrefactis cadaueribus Euangelium? Et tamen ſola propriè cadauera, mortua dicũtur. Iam verò ſi dicas, euangelizatum eſt, idem declarare atque patefacta eſt mortis Chriſti efficacia, primùm valde coacta fuerit interpretatio, deinde ſemper huc redeundũ erit, quinam ſint iſti mortui quibus illa patefacta dicatur. Denique ſufficiat hæc vna ratio pro omnibus: quũ hoc attexatur ſuperiori dicto, nõ poſſe mortuorũ nomẽ aliter hic accipi quàm in ſuperiore verſiculo, vbi dixit, Deum iudicaturum viuos ac mortuos, homines ſcilicet, non autẽ ſpiritus corporibus exutos: neque corpora ſpiritibus ſpoliata. Nonnulli tamen mortuos interpretantur infideles, & mortuos in peccato. Sed vt taceam quod modò dixi, redundaret etiam particula καί. Eos omitto qui lymbum nobis fabricant, item qui mortuis infidelibus relictum fuiſſe putant aliquod pœnitentiæ ſpatium, ac proinde prædicatum illis fuiſſe Euangelium. Sunt enim iſta nimium abſurda, quanuis nonnullos magni nominis interpretes in aliquid eiuſmodi neſcio quis impetus abripuerit. Quid igitur? Nempe quũ dicit Petrus euangelizatũ fuiſſe mortuis, nunquam illi venit in mentem vt putaret ſpiritibus mortuorũ prædicatum fuiſſe Euangelium: ſed ſui temporis reſpectu mortuos vocauit quibus viuis prædicatum eſt Euangelium. ac ſi diceret, non eſſe nouam hanc doctrinam, ſed ſuperiorum etiam temporum hominibus pridem mortuis fuiſſe annuntiatam, nec fruſtra ab illis cõtemptam. Id autem ita eſſe, præter iam commemoratas rationes, liquidò etiam apparet tum ex Apoſtoli ſcopo tum ex iis quæ ſequuntur. Minatus eſt infidelibus qui ſuis ludibriis & contumeliis non deſinunt ſanctos vexare, fore vt reddant rationẽ iuſto iudici, qui, inquit, iudicaturus eſt viuos & mortuos. Quorſum hoc? Nempe vt ſcirent excipiẽdum neminem. Sed reſponderi poterat, patres illos qui mortui fuerunt ante Chriſti aduentum (conſiderandũ enim quo tempore & ad quos ſcripſerit Petrus) idoneã aliquam excuſationem habituros. Hoc negat Petrus. Nam, inquit, mortuis quoque idem hoc Euangelium annuntiatum eſt, quod etiam docetur. 1. Cor.10, & integro capite vndecimo Epiſtolæ ad Hebræos. Et Dominus, Vidit, inquit, Abraham diem meum, & gauiſus eſt. Denique nulla

vnquā fuit extra Christū salus. nulla igitur extra Christū Ecclesia: ex quo etiam consequitur, idem Euangelium, quanuis non pari dispensatione, tamē ab initio mūdi semper fuisse patribus annuntiatū. Non habebunt igitur filiorum scelestorum (Iudæis autem Petrus scribit) scelesti patres quod prætexant, quominus & ipsi ad iusti iudicis tribunal sistantur, secundum Euangelium iudicandi. Deinde si libuerit, ad consolationē sanctorum possis hoc quoque piis patribus per fidem Euangelium Christi venturi amplexis applicare. Sequētia verò sic explico.

	gelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum Spiritu..		ʹvt damnarentur quidem secundum homines, *id est* carne: ʹviuerēt autem secundum Deum, ʹ*id est* Spiritu.
	Omnium autem finis appropinquauit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.	7	Omnium autem finis imminet. Sitis igitur sobrii & vigilantes ad orandum.
Prouerb.10.b.12	Ante omnia autem, mutuā in vosmetipsos charitatem continuam habentes: quia ‖charitas operit multitudinem peccatorum.	8	Ante omnia verò charitatem ʹalii in alios propensam habētes: nam charitas operiet multitudinem peccatorum.
Rom.12.b.13 heb.13.a.2	‖Hospitales inuicem sine murmuratione.	9	Hospitales estote alii erga alios, sine murmurationibus.
Rom.12.b.6 phil.2.b.14	Vnusquisque sicut accepit gratiā, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.	10	Vt quisque accepit donum, *ita* alius in alium illud administrantes, vt boni dispensatores variæ gratiæ Dei.
	Siquis loquitur, quasi sermones Dei: siquis ministrat, tāquā ex virtute quā administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesū Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.	11	Siquis loquitur, *loquatur* vt eloquia Dei: siquis ministrat, *ministret* tāquā ex viribꝰ quas suppeditat Deꝰ: vt in omnibꝰ glorificetur Deꝰ per Iesum Christū, cui est gloria & imperium in secula seculorū. Amen.
	Charissimi nolite peregrinari in feruore qui ad tentationē vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat.	12	Charissimi ʹne, tanquam hospites, ʹexploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad vestri experimentum, percellamini, vt si peregrinum aliquid vobis accideret.
	Sed communicātes Christi passionibus, gaudete: vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.	13	Imò in hoc quòd consortes estis afflictionum Christi, gaudete: vt & quum patefiet eius gloria, gaudeatis exultantes.
Matth.5.b.10	‖Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit.	14	Si probris afficimini in nomine Christi, beati *estis*: ʹquoniam & gloriæ & Dei Spiritus super vos requiescit: ʹ*qui* quod ad illos quidē attinet, blasphematur: quod ad vos autem, glorificatur.
	Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.	15	Enimuero nequis vestrum affligatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerum inspector.
	Si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.	16	Sed si vt Christianus, ne pudefiat, imò glorificet Deum hac in parte.

Vt damnarentur, &c. ἵνα κριθῶσι, &c. Quum de re præterita Petrum disserere modò ostenderimus, & suprà etiam 3.d.19, simul liquet seruādam esse aoristi significationem: ac proinde nec veterem interpretem rectè conuertisse, iudicentur, nec Erasmum, damnentur, id est κρίνονται. quanuis sequatur ζῶσι. Sed & puto satis esse responsum iis qui hæc accipiunt de Euangelio vel apud lymbum vel alibi post Christi mortem spiritibus mortuorum annuntiato. dicam igitur quomodo planè hunc locum explicari posse putem. Non contentus dixisse Petrus Euangelium etiam superioribus seculis fuisse annuntiatum, voluit quoque ostendere eius Euangelii summam, partim vt vnum & idem Euangelium semper fuisse doceret, partim vt ad institutum redeat. Nā quæ de iudicandis viuis & mortuis dixit, non temere quidē nec parū appositè, sed tamen παρέργως dixit, quū in impiorū mentionē incidisset. Cœperat autē de sanctificatione disserere: cuius duas partes esse dixerat, nempe passum esse in carne, seu mori peccato, & voluntati Dei viuere. Hoc ipsum est igitur quod nunc dicit fuisse superioribus etiā seculis annuntiatum. Nam damnari carne, pati in carne, mortuum esse peccato, non esse in carne, idem declarant. Dicitur enim damnatus in carne is in cuius carne damnatum id est abolitum & extinctum est peccatum. quæ pars est prior sanctificationis, vt disertè loquitur Paulus Rom.8.a.3, adeo quidem vt hæc verba Petri ἵνα κριθῶσι σαρκὶ, non possint planius explicari quàm ex 1.Cor.5.b.5. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ad interitū carnis. Idque ita esse præterea etiam apparet ex antithesi. nam damnari & viuere contraria non erunt, nisi damnari pro interire & mori accipias: sicut mortificatio & viuificatio mutuò inter se respondent. Sed quum dixisset Petrus κατ᾽ ἀνθρώπους, secundum homines, declarans nimirum, huius vitii quod in nobis extinguendum est, fontem ac originem in ipsa hominum natura hærere, addidit σαρκὶ per epexegesin, vt alterum altero explicaretur. Viuerent autem, &c. ζῶσι δὲ, &c. Alteram partem sanctificationis explicat priori cohærentē. Idcirco enim morimur carne, vt viuamus Spiritu, sicut copiosè expositum est sexto & nono capitibus epistolæ ad Romanos. quamobrem etiam duo ista vbique solent connecti. Quemadmodū autem quum dixisset κατ᾽ ἀνθρώπους, addidit σαρκὶ, ita etiam post κατ᾽ Θεὸν secundū Deū, addidit πνεύματι Spiritu: vt vicissim ostenderet vnde vis ista integræ & sanctæ atque adeo perennis vitæ, quæ in nobis inchoata est, emanaret: nempe à Dei Spiritu. vnde etiam factum vt Spiritus diceretur. 8 Alii in alios εἰς ἑαυτοὺς Vulg. in vosmetipsos, quæ interpretatio multis imposuit, qui non cōsiderarunt, Apostolum non singulos sed multos coniunctim alloqui, quos velit mutuo charitatis vinculo esse coniunctos. Vide Eph.4.g.32. 12 Ne, tanquam hospites, percellamini μὴ ξενίζεσθε Id est, ne perinde sitis attoniti vt qui in rem aliquam nouam incidunt, & de qua nunquam cogitarint. Vide suprà vers.4. Vulg. nolite peregrinari. Eras. ne miremini. Exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad vestri experimentum τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ. Vulg. in feruore qui ad tentationem vobis fit. Eras. dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum vestri fit. Sententia ipsa per se plana est.

14 Quoniam & gloriæ & Dei Spiritus super vos requiescit ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπαύεται. Ista, vt in Græcis quidem omnibus codicibus leguntur, necesse est vt de duobus diuersis spiritibus accipiamus, quia duo adscribuntur articuli. Itaque Spiritus appellatione nō ipsum Spiritum sanctum, qui vnus est, sed ex Scripturæ more, quē alibi exposuimus, illius dona, quæ diuersa sunt, intelligo. Sipritum igitur gloriæ vocat Petrus gloriam qua Spiritus sanctus fideles exornat, sicut Spiritus intelligentiæ, consilii, fortitudinis, & alii quoque commemorantur, Es.11.a.2. Ad quem locum videtur Petrus alludere. Spiritum autem Dei in genere pro Spiritu adoptionis accipio, qui in nobis per eas afflictiones obsignatur quibus cōformes imagini fratris nostri primogeniti reddimur. Cæterùm vulgatæ editionis codices in hoc loco non consentiunt. plerique enim legunt, Quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescet. quæ interpretatio prorsus à Græcis dissentit. Veteres autem codices emendatiores habent, Quoniā gloria & Spiritus Dei in vobis requiescit, quasi pro τὸ τῆς δόξης scriptum sit ἡ δόξα. Suspicor enim nonnullos, qui de ipso Spiritu sancto istud dictum acciperent, non autem de ipsius effectis, gemino articulo fuisse offensos: deinde etiam quædam ex margine in contextum irrepsisse: vnde illa varietas lectionis orta est. Nam Cyprianus lib 4. epist. 6, vt Erasmus obseruauit, aliam etiam lectionē prorsus diuersam affert, hāc scilicet, quia maiestatis & virtutis Domini nomen super vos requiescit. quasi scilicet scriptum sit ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπαύεται, quam lectionem nusquam inuenio. Erasmus, quoniam gloria & Spiritus Dei, &c. desciscens & ipse à Græcis. Qui quod ad illos quidem attinet, &c. κατ᾽ μὲν αὐτοὺς, &c. Supplendum est אשר id est ὃ, ex Hebræorum idiotismo. Vetus autem interpres totum hoc membrum non habet, sed statim subiicit, nemo autem vestrum, &c. Legitur tamen in omnibus Græcis nostris codicibus.

17 Nam tempus eſt quo incipiat iudicium à domo Dei: quòd ſi primùm *incipit* à nobis, quis erit finis eorum qui non parent Dei Euangelio?

18 Et, ſi iuſtus vix ſeruatur, impius & peccator vbi comparebit?

19 Itaque qui affliguntur ex voluntate Dei, tanquam fideli conditori commendent animas ſuas benefaciendo.

Cap. V.

Preſbyteros hortatur.

1 ¹Preſbyteros qui inter vos ſunt, precor qui ſum & ipſe preſbyter, ac teſtis afflictionum Chriſti, atque idẽ gloriæ patefaciendæ conſors,

2 ²Paſcite gregẽ ²qui penes vos eſt, curã illius agentes non coactè, ſed libẽter: non turpiter affectantes lucrũ, ſed prompto animo:

3 ³Neque vt dominantes cleris, ſed vt qui ſitis exemplaria gregis.

4 Et quum apparuerit ille Paſtorũ princeps, reportabitis immarceſſibilem illam gloriæ coronam.

5 Similiter iuniores ſubiecti eſtote ita ⁵ſenioribus vt omnes alius alii viciſſim ſubiiciamini. ⁵Modeſtia ſitis intus ornati. nam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Humilitas.

6 Submittamini igitur ſub potẽti manu Dei, vt vos in tempore extollat:

7 Omni cura veſtrã coniecta in illum: nam illi cura eſt de vobis.

8 Sobrii eſtote, vigilate: nam aduerſarius veſter diabolus, tanquã leo rugiens, obambulat, quærens quem deuoret.

9 Cui reſiſtite firmi per fidẽ: ſcientes eaſdem afflictiones, à veſtra quæ in mundo eſt ⁹fraternitate ⁹impleri.

10 Sed Deus omnis gratiæ *author*, ¹⁰qui vocauit nos ad æternã ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, ¹⁰pauliſper afflictos, ¹⁰is *inquam* ¹⁰abſolutos vos reddat, ſtabiliat, ¹⁰roboret, fundet.

11 Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

12 Per Syluanum vobis fidelem fratrem, vt arbitror, paucis ſcripſi, adhortans *uos*, & teſtificans hanc eſſe veram gratiam Dei in qua ſtatis.

17 Quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. ſi autem primùm à nobis, quis finis eorum qui nõ credunt Dei Euangelio?

18 Et, ſi iuſtus vix ſaluatur, impius & peccator vbi parebunt?

19 Itaque & hi qui patiuntur ſecundũ voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis.

Cap.V.

1 SEniores ergo qui in vobis ſunt obſecro, conſenior, & teſtis Chriſti paſſionũ, & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ communicator:

2 Paſcite qui in vobis eſt gregẽ Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè:

3 Neque vt dominantes in cleris, ſed formæ facti gregis ex animo.

4 Et quũ apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

B

5 Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus, omnes autem inuicem humilitatem inſinuate: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Iacob.4.b.6

6 Humiliamini igitur ſub potẽti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

Iacob.4.c.10

7 Omnem ſolicitudinẽ veſtrã proiiciẽtes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

Pſal.55.d.23 ſapien.12.b.13 matth.6.c.25 luc.12.c.24

8 Sobrii eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tanquã leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret.

C

Luc.21.d.34

9 Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem ei quæ in mundo eſt veſtræ fraternitati fieri.

10 Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

11 Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

D

12 Per Syluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter ſcripſi: obſecrans & conteſtans hanc eſſe veram gratiam Dei in qua ſtatis.

IN CAPVT V.

1 Preſbyteros Πρεσβυτέρους Generale nomen eſt preſbyteri, eos omnes comprehendens qui ſunt ex Eccleſiaſtico, vt ita loquar, Senatu. Vulg. ſeniores: quod mirum ni Sophiſtæ ad ætatem detorqueant, quòd hic locus manifeſtè primatũ illum Petri euertat: cuius obtẽtu quid tandem filio illi perditionis in templo Dei ſedenti non licuit? Atqui ſi Petri ſucceſſor eſt, cur ex profeſſo hanc Petri doctrinam oppugnat?

2 Paſcite ποιμάνατε Non dicit, offerte pro viuis & mortuis, & peregrina lingua centones male conſutos cantillate, deinde pingues & obeſi voſipſos paſcite. Inſtruit enim non Antichriſti ſed Chriſti preſbyteros. Qui penes vos eſt τὸ ἐν ὑμῖν Vel, qui à vobis pendet, vti apud Sophoclem, ἐν σοὶ ἐσμὲν, pro, abs te pendemus. In ſumma proponit illis eius gregis curam qui illorum fidei eſt commiſſus. Vulg. ad verbum quidem ſed fideliter conuertit, qui in vobis eſt. Eraſ. quantum in vobis eſt: non modò non expreſſa ſed etiam eneruata Apoſtoli ſententia: quaſi ſcriptum ſit, τὸ καθ' ὑμᾶς, & τὸ non pertineat ad ποίμνιον.

3 Neque vt dominantes cleris, Μηδ' ὡς κατακυριεύοντες κλήρων Non regnum ſed curam preſbyteris commiſſam eſſe docet. Clerum autem ſortem & hæreditatem Domini, id eſt Eccleſiam, vocat. ſicut apud Hebræos נחלה dicitur Iſraeliticus populus. Sed & quia hoc corpus variis iiſque diſperſis membris cõſtat, & Chriſtus in ſolidum ſingularum partium caput eſt, ideò ſingulis etiam partibus nihil obſtat quominus idem nomen atque toti ipſi corpori tribuatur. Veteres patres Cleri nomen poſtea ad collegium Eccleſiaſticorum miniſtrorũ tranſtulerunt, parum certè auſpicatò, vt euentus oſtendit. Cæterùm ſi Paſtoribus non licet Regum more gregi dominari, vbi tandem Patrimonium Petri, vnde duplex ille gladius? vbi illa poteſtas trahendi omnes ad inferos impune?

5 Senioribus πρεσβυτέροις Hic poſcit ratio antitheſis vt hoc nomen de ætate acipiamus, non de dignitate. quanuis hoc quoque certum ſit, iuniores non temere ad functiones illas Eccleſiaſticas fuiſſe accitos. Modeſtia ſitis intus ornati: τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε Complut. codex legit ἐγκομπώσασθαι, eadem ſententia. nam & κόμβωμα inuenio dici τὸν κόσμον, ornatum, & κομβώσασθαι Heſychius interpretatur στολίσασθαι. quæ ſignificatio pulchrè conuenit iis quæ ſequuntur. Vulg. omnes autem inuicem humilitatem inſinuate. Neque enim legit ὑποτασσόμενοι. ſed præterea multis modis mendoſa eſt iſta interpretatio. Eraſ. Humilitatem animi vobis infixam habete. Sentit enim (inquit) humilitatem in animo arctè retinendam, veluti nodis illigatam. Nam ἐγκομβώσασθε vertit innodate: quæ ſignificatio tranſlatitia eſt, neque huic loco conuenit. In tempore ἐν καιρῷ Vetus interpres addit viſitationis, ἐπισκοπῆς, quod & in duobus Græcis codicibus inuenimus, ſed irrepſiſſe puto ex cap. 2. c. 12. 9 Fraternitate ἀδελφότητι Id eſt fratrum cœtui per orbem terrarum diſperſo. Vide ſuprà 2. c. 17. Impleri ἐπιτελεῖσθαι Vtitur Paulus verbo ἀνταναπληροῦν eodem ſenſu, Coloſſ. 1. c. 24. 10 Qui vocauit ὁ καλέσας Vide Gal. 1. a. 6. Pauliſper ὀλίγον Vulg. ſuo more, modicum. Eraſ. parum. Ego malo ad tempus referre, vt idem hoc ſit atque illud quod ſcripſit Paulus 2. Cor. 4. d. 17. Is *inquam* αὐτός. Eraſ. idem, id eſt ὁ αὐτός. Abundat autem, ex Hebræorum conſuetudine, ſed ita vt ſit tamen magna eius emphaſis hoc in loco. Abſolutos vos reddat καταρτίσαι Vulg. perficiet. legit enim καταρτίσει, στηρίξει, θεμελιώσει. ſed omnes noſtri codices, tribus tantùm exceptis, ſcriptum habebant, καταρτίσαι στηρίξαι, &c. non in modo infinito (vt mirum eſt Eraſmum ſcribere potuiſſe) ſed tertia perſona optatiui modi, vt vel ipſi pueri norunt. Idem conuertit, inſtauret: non ſatis appoſitè, vt mihi videtur. Vide Matth. 21. b. 16. Roboret σθενώσαι Hoc non legit Vetus interpres. niſi velimus legiſſe στερεώσει, quod interpretetur, ſolidabit. atque ita fiet vt ſequens verbum θεμελιώσαι non legerit.

Rom.16.c.16
1.cor.16.d.20
2.cor.13.d.18

Salutat vos Eccleſia quæ eſt ĩ Babylone coelecta,& Marcus filius meus.

|Salutate inuicem in oſculo ſancto. Gratia vobis omnibus qui eſtis in Chriſto Ieſu.Amen.

13 Salutat vos ea quã eſt ″Babylone vobiſcum electa Eccleſia, & Marcus filius meus.

14 Salutate alii alios, charitatis oſculo. Pax vobis omnibus qui eſtis in Chriſto Ieſu.Amen.

13 Babylone ἐν Βαβυλῶνι Babylona propriè accipio pro celebri illa Aſſyriæ vrbe, in qua tum eſſet Petrus Circunciſionis Apoſtolus. Cur enim Romæ nomen ſubticeret? Et quod traditum eſt de x x v illis annis quibus Petrus Romæ ſederit,partim ex Pauli epiſtolis Roma ſcriptis probabiliter refellitur,partim etiam neceſſariis argumentis demonſtratur ex temporum ſupputatione,ſicut diximus Act.12.c.17.

EPISTOLA CATHOLICA Petri poſterior.

Ἐπιστολὴ Πέτρου Ἀποστόλου καθολικὴ δευτέρα.

VETVS.

Simeon Petr⁹ ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti:

Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Ieſu Domini noſtri:

Quomodo omnia nobis Diuinæ virtutis ſuæ quæ ad vitam & pietatẽ donata eſt per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute:

Per quæ maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugi-

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

Cap.I.

1 Simeon Petrus,ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui æquè pretioſam nobiſcum ſortiti ſunt fidem″per iuſtitiam″Dei noſtri& ſeruatoris Ieſu Chriſti:

2 Gratia vobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Ieſu Domini noſtri:

3 ″Vtpote quum″Diuina vis ipſius omnia nobis donarit ″quæ ad vitam″& pietatem *pertinent* ″per agnitionem illius qui vocauit nos ″in gloriam ac virtutem:

4 ″Ex eo quòd maxima nobis ac pretioſa promiſſa donata ſint, vt per hæc efficeremini ″Diuinæ cõſortes naturæ elapſi ex corru-

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Simeon Συμεὼν Complutenſis codex & tres alii legunt Σίμων. Vide Act.15.c.14. Per iuſtitiã ἐν δικαιοσύνῃ Id eſt ex eo quòd Deus, vt ſtaret promiſſis,fidelem ſeſe ac proinde iuſtum nobis exhibuit.Conſideratur enim hìc ea iuſtitia ex qua in nos promanauit fidei donum. vt Rom.3.d.25 & 26. Dei noſtri & ſeruatoris,&c.τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος,&c. Iſta neceſſe eſt coniunctim legamus,quia vnicus eſt articulus,vt copioſius diximus Tit.2.d.13.Itaque continet etiam hic locus manifeſtum Diuinitatis Chriſti teſtimonium.

3 Vtpote quum,&c. Ὡς,&c.Vulg. & Eraſ.ſicut. Itaque perinde hoc accipiunt acſi pro δεδωρημένης ſcriptum eſſet δεδώρηται: quanuis quod ad ſenſum attinet,nõ multum interſit,ſi Eraſmi interpretationem ſequamur, modo nouerimus particulam ὡς non inchoare nouam periodum,ſed à ſuperioribus pendere. Diuina vis ipſius τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ De Chriſto loquitur,quem rurſus Deum facit,& quidem ſeruatorẽ vnicum. Vulg.omnia nobis Diuinæ virtutis ſuæ quæ ad vitã & pietatẽ donata eſt: prorſus abſurdè,quod & ipſa constructio tota declarat,quũ πάντα id eſt omnia,neceſſario regatur à δεδωρημένης,ſecundo caſu abſolutè poſito.Itaque vt hoc vitium emendaretur,ſcriptum eſt in nónullis codicibus,quomodo omnia nobis Diuinæ virtutis ſuæ quæ ad vitam & pietatem donata ſunt: vt ſit hæc ſententia,quicquid eſt in Chriſti Diuina virtute pertinens ad vitam ac pietatẽ, nobis eſſe donatũ. Sed neque tota diſtinctio huius loci vt eſt in Græcis,neque etiam participium δεδωρημένης iſtam interpretationem ferre vllo modo poſſunt. Quæ ad vitam τὰ πρὸς ζωὴν Id eſt quæ ad ſalutẽ. Ergo Chriſtus ſua vi Diuina gratuito nobis dat vitam æternam. Et pietatem καὶ εὐσέβειαν Hoc iter eſt per quod Chriſtus ad vitam nos deducit,quia ſcilicet per Spiritum ſuum gratis donatum nos ad veram religionem format. Per agnitionem illius qui vocauit nos, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς Hæc eſt ſumma & vitæ & religionis quarũ mentio facta eſt,nempe vt à Chriſto manu ducamur ad Patrem qui nos in Filio vocat,Ioh.17.a.3: vt neque breuius neque diuinius potuerit Chriſti officiũ,omníſque noſtra ſalus per partes explicari. Vetus interpres pro agnitione dixit cognitionem:non ſatis expreſſe,quanuis hoc diſcrimen non ſemper obſeruetur. Nam cognoſcunt etiã impii multi,atque adeò cognitum etiam Deum vtcunque guſtant;ſed ſoli fideles Deum Patrem ſuum agnoſcũt in Chriſto. Eſt enim agnitio Dei nos vocantis, nobiliſſimus fidei effectus. Iam verò ſi hæc in nobis efficit Diuina vis Chriſti, & quidem ex mera liberalitate, vbi liberum arbitrium? & quo iure ab aliis hunc Spiritum flagitamus quàm ab eo in quo vno ſunt omnes theſauri, & de cuius beneuolentia quiſquis dubitat,indignus eſt qui accipiat? Iac.1.a.6,& c.17. In gloriam ac virtutem, διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς. Vulg.propria gloria & virtute, ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ,quæ lectio in paucis admodum codicibus,iiſque dubiæ fidei,à nobis eſt inuenta,neque mihi ſanè probari poteſt. Neque enim vſquam(quod ſciam)dicitur Deus nos vocaſſe ſua gloria,ſed in ſuam gloriã, Ro.9.e.23,& 15.b.7,& 1.Corin.2.b.7,& 1.Theſ.2.c.12, & alibi ſæpe.niſi malimus gloriæ nomine intelligere Chriſtum ipſum μετωνυμικῶς, Patris ſcilicet gloriam vel Euangelium,quod & ipſum gloria Dei dicitur Rom.1.b.16,& 1.Tim.1.b.11.Sed vtraque hæc interpretatio eſt violenta,quum nihil adiiciatur ex quo id poſſit intelligi. Deinde τῆς ἀρετῆς;id eſt virtutis nomen,nemo non videt quanto melius conueniat hominibus quàm Deo cui potius tribuitur δύναμις id eſt potentia ſeu poteſtas,vel κράτος id eſt robur:quanuis idem noſter Petrus in ſuperiore epiſtola 2.b.9,Deo τὰς ἀρετὰς id eſt virtutes tribuerit.Sed nomen ἀρετῆς de nobis potius quàm de Deo dici,liquet etiam ex iis quæ ſequuntur verſ.5.Itaque quum tota hæc formula loquendi noua ſit, vt dicatur Deus nos vocare gloria & virtute,ſiue(vt conuertit Eraſmus)per gloriam & virtutem:ſit autem hæc peruſitata qua dicitur Deus nos ad gloriam & iuſtitiam,ſeu ſanctimoniam vocare:mihi quidem multo probabilius videtur διὰ præpoſitionem eſſe pro εἰς vſurpatam, ſicut etiam annotauimus Rom.6.a.4,& ἀρετὴν idem atque ἁγιασμὸν declarare,quo potius vtitur Paulus,vt Rom.6.d.22,& 1.Theſſ. 4.b.7, & alibi ſæpe.Pulchrè autẽ iſta cum ſuperioribus cohærebunt:reſpondebit enim vitæ,gloria:pietati ſeu veræ religioni,virtus. Quorſum enim ad vitam æternam ducimur? vt illic gloria Dei in nobis eluceat. quorſum omnis pietatis cognitione imbuimur? vt in ſanctitate & iuſtitia Deo ſeruiamus.Sed cur illic vitam,hic verò gloriam priore loco cõmemorauit? Quia quanuis nondum apparuerit vita noſtra & gloria,tamen ex illa emanant pietas ac virtus.Prius enim oportet nos filios Dei fieri quàm Spiritu Dei agamur, vt ab adoptione neceſſe ſit auſpicari.Iam verò qui adoptatus eſt,æternæ vitæ gloriam eſt nactus,quanuis nondum apparuerit quod erimus,1.Iohan.3.a.2.

4 Ex eo quòd δι᾽ ὧν Ad verbum,per id quod:vt ſi in vernaculo noſtro ſermone dicas,*Parce que*.Incipit enim Apoſtolus ſuperiora duo, id eſt quæ ad vitam & gloriam,item quæ ad pietatem & virtutem noſtram pertinent,explicare,quo modo,per quem & quorſum nobis ſint data:éſtque phraſis illa apud Græcos ſatis vſitata,ſicut etiam ἀνθ᾽ ὧν,ἀφ᾽ ὧν,ἐξ ὧν,ἐν οἷς frequenter vſurpant,vt copioſè docet Budæus in Cõmentariis.Itaque cauſa nulla erat cur nonnulli pro δι᾽ ὧν ſcriberent δι᾽ ὃν propter quem. Vulg.& Eraſ.Per quæ: prorſus abſurdè,vt mihi quidẽ videtur.Sed Eraſmum nimirum abduxit Græcus ſcholiaſtes qui totum hunc contextum lacerat,nec tamen ſeſe potuit expedire.

Diuinæ naturæ θείας φύσεως Naturam non vocat ipſam Dei οὐσίαν, ſed certas,vt ita loquar, qualitates quas Dei virtus in nobis efficit, vt hactenus Dei imago ſimus:veluti quum nos cæleſti ſapientia,boni amore,vitii odio, & veris virtutibus imbuit. Nam & hoc ipſum poſtea indicat,quum definit naturæ Diuinæ participem fieri,idem eſſe atque mundi corruptionem effugiſſe, ſiue(vt loquitur Paulus) mortuũ eſſe Peccato,nec amplius eſſe in carne.Itaque nõ modò impii,ſed planè etiam ridiculi ſunt qui ex hoc loco Diuinæ eſſentiæ in nos tranſfuſionẽ imaginantur:vt impius ille Seruetus præfractè ad mortẽ vſque defendit.Et tamẽ ſunt qui magnã bono viro ſcilicet iniuriam factã putent.

ptione quæ eſt″in mundo″per cupiditatem.

5 ′Ad hoc ipſum verò *nos* omni præterea collato ſtudio′ adiicite cum fide veſtra′virtutem,cum virtute verò ſcientiam,

6 Cum ſcientia verò temperantiam, cum temperantia verò tolerantiam, rurſus cum tolerantia pietatem:

7 Cum pietate verò animum in fratres propenſum, cum animo verò in fratres propenſo′charitatem.

8 Hæc enim quum vobis adſint & exuberent, haud otioſos,nec infructuoſos efficiũt ad Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionẽ.

9 Nam cui non adſũt hæc,is cæcus eſt, ″qui eminus nihil cernat, oblitus ſeſe à veteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatum.

10 Quapropter, fratres, potius ſtudete vocationẽ & electionem veſtrã″firmã efficere:hæc enim ſi feceritis,non labemini vnquam.

11 Siquidem ad hunc modũ copioſe ſubminiſtrabitur vobis introitus in æternũ regnũ Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti.

12 Quapropter′haud negligam vos ſemper commonere de his, tametſi periti & confirmati ſitis in præſenti veritate.

13 Iuſtum enim arbitror,quandiu ſum in hoc′tabernaculo, excitare vos per commonitionem:

14 Quum ſciam breui futurum vt deponam hoc tabernaculum meum,ſicut & Dominus noſter Ieſus Chriſtus declarauit mihi.

15 Sed & ſtudebo vt vos, poſt exitum meum,horum mentionem facere poſſitis.

16 Non enim arte compoſitas fabulas ſequuti, notam vobis fecimus Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & aduentum : ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius maieſtatem.

17 Acceperat enim à Deo patre honorẽ & gloriam, voce ad eum

entes eius quæ in mundo eſt cõcupiſcentiæ corruptionem.

B Vos autem curam omnem ſubinferentes,miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam,

In ſcientia autem abſtinentiam,in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,

In pietate autem amorem fraternitatis,in amore autem fraternitatis charitatem.

Hæc enim vobis quum adſint,& ſuperẽt,non vacuos nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.

Cui enim non præſtò ſunt hæc,cæcus eſt,& manu tentans,obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.

Quapropter fratres,magis ſatagite vt per bona opera certã veſtrã vocationẽ & electionẽ faciatis : hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. C

Sic enim abundãter miniſtrabitur vobis introitus in æternũ regnũ Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.

Propter quod incipiã vos ſẽper cõmonere de his,& quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.

Iuſtum autẽ arbitror,quandiu ſum in hoc tabernaculo , ſuſcitare vos in commonitione:

Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei ,|ſecũdum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

Dabo autem operam, & frequẽter habere vos poſt obitum meũ, vt horum memoriam faciatis.

|Non enim doctas fabulas ſequuti, notã fecimus vobis Dñi noſtri Ieſu Chriſti virtutẽ & præſentiam:ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.

D Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam,voce delapſa ad eum

Matth.17.a.

1.Tim.4.d.16

Iob4.d.19

ibid.2.6

Iohan.21.f.19.

1.Cor.1.e.17.

&.2.a.1.c.13.

In mundo ἐν κόσμῳ, Id eſt in hominibus.nam de his agitur. Per cupiditatem. ἐν ἐπιθυμίᾳ. Sedes igitur corruptionis mundi in viſceribus noſtris eſt collocata.Niſi animum purget Deus per gratiam in Chriſto, quocũque veneris, mundum tecum circunfers, etiamſi in penitiſſimum Thebaidos deſertum te contuleris. Vetus interpres legit τῆς ἐν κόσμῳ ἐπιθυμίας φθορὰν, eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem:eodem manente ſenſu.& ſanè τὸ ἀποφεύγειν vſitatius eſt quarto caſui coniungere. 5 Ad hoc ipſum verò *nos* Καὶ αὐτὸ τοῦτο δέ. Aut ſupplenda eſt præpoſitio εἰς vel κατ', quæ tamen eclipſis planè dura eſt:aut potius legendum Κατ' αὐτὸ τοῦτο δέ.Cæterum ſententia ipſa plana eſt. monet enim Petrus ne Dei gratiæ deſimus. neque enim trunci aut ſtipites ſumus, ſed oportet nos viciſſim omnem diligentiam afferre,nos inquam qui liberum,id eſt à ſeruitute peccati per gratiam manumiſſum,arbitrium habemus:Nam alioqui ad malum præcipites ferimur,ad bonum verò non modò tardi & imbecilli,vt tradunt ſophiſtæ Semipelagiani,ſed omni etiam bonæ voluntatis principio prorſus deſtituti ſumus.Quid enim habes(inquit Apoſtolus,de gratia,non de natura loquens)quod non acceperis? Sic ergo accipiendũ eſt τὸ παρεισφέρειν,non quaſi de noſtro aliquid afferamus,niſi prius effecerit Deus in nobis vt & velimus & faciamus:idque etiam ita vt ſemper exclamare cogamur,Non facio bonum quod volo,& facio malum quod nolo ac proinde ne tantillum quidem noſtra iuſtitia,ſed Chriſto prorſus innitamur. Adiicite ἐπιχορηγήσατε Id eſt præterea ſufficite & ſuggerite. Vulg.miniſtrate.Eraſm.ſubminiſtrate:nimiũ obſcurè,neque expreſſa præpoſitione ἐπὶ. Virtutẽ, τὴν ἀρετὴν, Id eſt ſanctos & honeſtos mores,quorum fons eſt fides: ſicut cum vtriſque cohæret γνῶσις,id eſt volũtatis Dei cognitio.nam ita in tota iſta deſcriptione ἐν pro σὺν accipio.neque enim philoſophicas ſed Chriſtianas virtutes deſcribit Apoſtolus. Vnde igitur fidei implicitæ cõmentũ niſi ex inferorũ gurgitibus emerſit? 6 Cum ſcientia verò Ἐν δὲ τῇ γνώσει Mutuo vinculo cohærẽt cognitio & ſanctificatio:adeò quidem vt mutuo ſe foueant,ac veluti altera alteram in dies gignat.Ideo quum antea γνῶσιν ſubieciſſet virtuti,nunc priore loco conſtituit,& aliquot virtutum ſpecies enumerat vt præcipuas.

7 Charitatẽ τὴν ἀγάπην. Latius patet charitatis quàm τῆς φιλαδελφίας nomẽ.Deinde fortaſſis illo vocabulo ſignificat animi affectũ:iſto verò officia quæ ex illo affectu proficiſcũtur:is enim verè diligit qui re ipſa iuuat quos diligit,Iac.1.c.15,& 16. 9 Qui eminus nihil cernat μυωπάζων Non aſſentior Gellio qui μύωπα luſcioſum interpretatur: quũ luſcioſus potius νυκτάλωψ dicatur.Sic enim Varro,Veſperi non vident quos appellãt luſcioſos. quo modo νυκτάλωπας definit Ariſtoteles, author maximè idoneus.Idem verò, μυωπάζειν, φησί, λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες.Id eſt,Budæo interprete,Myopes dicuntur qui ab ortu primo,proxima quidem vidẽt, remota verò non vident.Hoc eſt igitur quod ſignificat Petrus, eum in quo cognitio Dei non eſt efficax,cæcum eſſe,quod ad regnum Dei attinet,vt qui non cernat cæleſtia,longius ſcilicet & extra mundum remota:ſed terreſtria duntaxat,quæ proxima ſunt:vt hac in parte planè ſit μύωψ.Nam ſi cerneret,daret ſeſe proculdubio in viã qua in cælum peruenitur. Alioqui nulli magis ſe putant perſpicaces quàm qui hominum conſortia fugiunt,& ſeſe contemplantes vocant,ii ſcilicet quibus innumera illa ſomniorum portenta debemus.quũ vita Chriſtiana in actione nunc quidem conſiſtat. Vulg.& manu tẽtans.Eraſ.& manu viam tentãs:allata etiam quadã huius tranſlationis ratione,quam ego planè abſurdã iudico.Neque enim μύωπες à muribus dicti ſunt:vti exiſtimauit,ſed διὰ τὸ μύειν τοὺς ὦπας,quòd perpetuo nictent oculis.

10 Firmam efficere: βεβαίαν ποιεῖσθαι· Atqui ea nititur Dei propoſito, vt nunquã poſſit labaſcere. Firma eſt igitur in ſeſe electio, ſed in nobis quotidie confirmanda eſt.Confirmatur autem ex effectis fidei, id eſt Spiritus fructibus in nobis. Nam iuſtus eſt qui facit iuſtitiam. Qui iuſtificatus eſt,idem vocatus eſt:quũ iuſtificatio ſit per fidem,fides ex auditu.Qui porrò vocatus eſt,electus eſt ex Dei propoſito.Vides quomodo in nobis vocatio,& vocationis baſis, id eſt electio, quotidie magis ac magis confirmetur:quanuis vno Dei propoſito certo & æterno fulciatur?Inepti ſunt igitur qui hoc loco abutuntur ad euertendã conſolationis noſtræ baſin: & manifeſti ſycophantæ, quos non pudet dicere electionis æternæ doctrinam iter ad Epicureiſmũ patefacere:quum indiuiduo nexu cohæreant,propoſitum,electio,vocatio,ſanctificatio & iuſtificatio.Ideò in nonnullis codicibus additum inuenimus, διὰ τῶν καλῶν ἔργων,per bona opera.

12 Haud negligã οὐκ ἀμελήσω Vulg.incipiam:prorſus abſurdè. 13 Tabernaculo τῷ σκηνώματι Id eſt corpore,vt 2.Cor.5.a.1.

Matth.17.a.5

huiuſcemodi à magnifica gloria, Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipſum audite.

Et hãc vocem nos audiuimus de cælo allatam, quum eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

Et habemus firmiorẽ Propheticũ ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris:

2.Tim.3.d.16

Hoc primũ intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ, propria interpretatione non fit.

Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Cap.II.

FVerunt verò & pſeudoprophetæ in populo: ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eũ qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem.

Et multi ſequẽtur eorum luxurias: ꝑ quos via veritatis blaſphemabitur.

Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum nõ dormitat.

Iob 4.d.18
iudæ 2.6

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciãdos, in iudicium reſeruari:

delata huiuſmodi à magnifica gloria, Hic eſt ille filius meus dilectus, in quo acquieſco.

18 Et hãc vocem nos audiuimus è cælo delatam, ″quum eſſemus vnà cum eo in monte ſancto.

19 Et habemus ″firmiſſimum ſermonem Propheticum: cui rectè facitis quòd attẽdatis, velut lucernæ ſplendenti in obſcuro loco, vſquedũ ″dies illuceſcat, & ″lucifer exoriatur in cordibus veſtris.

Propheticus ſermo.

Lucerna.

20 Si illud primùm noueritis, quòd ″nulla prophetia Scripturæ, ſit ″proprii impulſus.

21 Non enim libidine hominis allata eſt olim Prophetia, ſed ″acti à Spiritu ſancto loquuti ſunt ſancti ″Dei homines. Cap.II.

1 FVerunt autem & pſeudoprophetæ″ in populo: vt etiam inter vos erunt falſi doctores, qui ſubintroducẽt hæreſes exitiales, etiam Dominum qui illos mercatus eſt, abnegantes: accerſentes ſibiipſis celerem interitum.

2 Et multi ſequentur eorum ″exitia: per quos via veritatis blaſphemabitur.

3 Et per auaritiam fictis ſermonibus ″vos negotiabuntur. quibus damnatio iam olim non tardat, & quorum exitium non dormitat.

4 Nam ſi Deus ″Angelis qui peccauerant non pepercit: ſed ″catenis caliginis″ in tartarum detruſos, tradidit ad damnationem ſeruatos:

Angeli diaboli.

18 Quum eſſemus in monte ὄντες ἐν τῷ ὄρει. Quum tres duntaxat in monte fuerint transformationis Domini teſtes, Iohannes, Iacobus Iohannis frater, & Petrus: Iacobus autem pridem eſſet interfectus ab Herode antequam hæc ſcriberentur, Act. 11.a.2: ſupereſt vt vel Iohanni vel Petro tribuatur hæc epiſtola: in qua certè nihil eſt quod Petri Apoſtolicam maieſtatem non reſipiat.

19 Firmiſſimum βεβαιότερον. Comparatiuus pro ſuperlatiuo, vt diximus Act.25.c.10. Vulgata & Eraſmus, firmiorem. quam etiam interpretationem minimè repudio. Sic enim accipi poteſt vt dicatur Petrus habuiſſe eorum rationem ad quos ſcribebat, apud quos ſcilicet doctrina Prophetarum maior erat omni exceptione. Eraſmo magis placet vocem ipſam Patris vocari Propheticum ſermonem. quam explicationem vt coactam repudio, quum præſertim ex iis quæ ſequuntur apertè refellatur. Dies ἡμέρα. Id eſt, plenior & apertior cognitio, quàm ſub Legis vmbris fuerit. Lucifer φωσφόρος. Id eſt, clarior illa Euangelii doctrina, ipſo videlicet lucifero iam exorto, quũ antea veluti in nocte deliteſcerent homines. 20 Nulla Prophetia Script. πᾶσα προφητεία γραφῆς. Prophetiã in Scriptura. i. Sacris libris, comprehenſam, ab aliis pſeudoprophetarum & profanorum vatum ſcriptis diſtinguit: de quibus proximo capite diſſeret. Ideo malui Prophetiam Scripturæ interpretari ad verbum, quàm cum Eraſmo, Propheticam Scripturam. Deinde πᾶσα οὐ, omnis non, conuertere placuit per negãtem vniuerſalem particulam nulla. qua de re diximus Matthæi 24.b.22, & Luc.1.d.37. Proprii imp. &c. ἰδίας ἐπ. &c. Id eſt, motus humani, qui fuerit αὐτόματος, vt ipſe ſtatim explicat. Significat enim, Prophetas non ex ſeſe, ſed Spiritu Domini animos ipſorum afflante & linguam ac calamum moderante, Prophetias ſuas edidiſſe. γίνεται verò idem declarat atque ἐστί eſt, vt alibi annotauimus: vel ponitur pro ἐγένετο facta eſt. Vulgata, propria interpretatione non fit. Eraſ. nõ ſit priuatæ interpretationis, vt ſit ἐπίλυσις quod ab ἐπιλύω deriuetur, quod ſignificat nodos ſoluere & explicare. Ac verum quidem eſt, eius demum Spiritus eſſe interpretari Scripturam à quo ſit profecta: ſed nimium ſunt inſulſi qui Spiritum ſanctum ſucceſſioni, mitris, pulpitis, cathedris, bullis, apertæ denique nundinationi ſuggerunt: iis inquã quos cõſtat omnium hominum eſſe impuriſſimos & ab eo Spiritu alieniſſimos: & ita quidem vt iſti nihil niſi ex Spiritu loqui poſſint. quod quàm falſum ſit, & cælum & terra teſtantur. Deinde non in eo verſatur Petrus vt doceat quomodo inſtructos eſſe oporteat qui Scripturas volunt interpretari, ſed totam Eccleſiam ipſóſque adeo infimos diſcipulos alloquitur, docétque quanta cum reuerentia debeant Prophetarum libros audire ac legere: nempe ne vt iudices accedant, ſed vt Dei diſcipulos par eſt: quum non ipſi Prophetæ ſed Deus per os Prophetarum loquatur. 21 Acti φερόμενοι. Dextrè hoc intelligendum eſt: nequis Diuini Spiritus compoſitos & verè Diuinos afflatus comparet cum profanorum vatum furoribus, quales deſcribuntur in ipſis etiam Sibyllarum libris, quos nonnulli libenter Prophetarũ libris æquarẽt.

Dei homines Θεοῦ ἄνθρωποι. Id eſt, diuini interpretes ac nuncii, ex Hebræorum more. Vide 1.Tim.6.c.11.

IN CAPVT II.

1 In populo ἐν τῷ λαῷ. Populum intelligit ſtante Iſraelis rep. & poſtea regno florentem, ſub Lege.

2 Exitia ταῖς ἀπωλείαις. Vulgata, laſciuias, ἀσελγείαις. quæ lectio confirmatur Complutenſis editionis & ſex præterea codicum authoritate: ac mihi quidem magis videtur conuenire ſequenti deſcriptioni.

3 Vos negotiabuntur ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. Id eſt, vobis tanquam pecoribus ad nundinationem abutentur. quo modo dixit imperitos medicos Plinius animas negotiari. Quæſo verò an Simonis Petri ſucceſſor eſt qui hac fraude non contentus regna in naſſam ſuam illexiſſe, non aliunde etiamnum hodie quàm ex hac nundinatione viuit? Et tamen hoc eſt patrimonium Petri, hæc Eccleſia quæ nunquam errauit, hic Spiritus ſanctus longa temporis præſcriptione cathedræ Petri fictitiæ deuinctus.

4 Angelis ἀγγέλων. Hìc mirum quanto ludibrio Satan ipſe homines habuerit, dum illos à negotio ſalutis auocatos in hac ſpeculatione retinuit. At nos ſobriè philoſophari diſcamus, & hoc vno contenti ſimus quod nobis aperuit Spiritus ſanctus. Reperio autem tribus omnino locis factam Angelorum lapſus mentionem, Iohan.8.f.44, Iud.a.6. & hoc loco. Sed generalis hæc ratio quibuſuis non profanis ingeniis abundè ſufficit, oportere neceſſariò vt quicquid malum eſt, ab origine ſua defecerit, quum à Deo nihil niſi bonum condi potuerit.

Catenis caliginis σειραῖς ζόφου. Id eſt, caligine quaſi catenis conſtrinxit. Caliginem autem vocat miſerrimam & terribilis horroris plenam vitæ conditionem. & tranſlationem ſumit à damnatis facinoroſis, qui in carceris pedore retinentur conſtricti, dum ad vltimum ſupplicium pertrahantur. In tartarum detruſos ταρταρώσας. Sic vocarunt Græci infima terræ loca, quæ puniendis nocentium animis eſſent deſtinata. Itaque quod ad vocabulum ipſum attinet, non dubitauit Petrus illud tanquam vulgo tritum vſurpare. quo modo etiam Matthæus & Lucas ᾅδην vocarunt. Sed non eſt tamen quod aliquis idcirco putet poetarum deliria vel quæ poſtea Theologi contemplantes quos vocant, de inferis diſſeruerunt, à Petro comprobari. E cælo in infimas iſtas regiones detruſos eſſe diabolos res ipſa oſtendit, quũ nimium multi inter nos verſentur. Princeps aeris dicitur Diabolus Epheſ.2.a.2. Spiritualium malitiarum quæ ſunt in ſublimi, noſtri ſcilicet reſpectu, mentio fit Epheſ.6.b.12. Sed abyſſum illis aliquam eſſe conſtitutam quam reformident, liquet ex Luc. 8.e.31. Amplius de iſtis inquirere non expedit. Quæramus potius quomodo illius leonis rugientis vngues vitare & in cælum peruenire poſſimus.

5 ″Et priſco mundo non pepercit,ſed″octauū Noe, iuſtitiæ præconem ſeruauit.diluuio in mundum impiorum inducto.

6 Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas, ſubuerſione damnauit,fecítque vt eſſent exemplar eorū qui impiè ſunt victuri:

7 Et iuſtum Lot libidinoſa nefariorum conuerſatione fatigatum eripuit.

8 (Iuſtus enim ille, quum habitaret inter eos, quotidie animam iuſtam iniquis *illorum* factis″& videndo & audiendo″excruciabat.)

9 ″Nouit Dominus pios è tentatione eripere: iniuſtos autem in diem iudicii puniendos ſeruare.

10 Maximè verò illos″qui carnem ſequentes,in impura cupiditate incedunt,″& dominatum deſpiciunt, ″*qui,inquam,ut ſunt* audaces″*&* ſibi placentes,non horrent″dignitates conuitiis inceſſere:

11 Quum ipſi Angeli qui ſunt robore ac poteſtate maiores , non ferant″aduerſus eas apud Dominum maledicum iudicium.

12 At iſti,veluti″bruta animantia,quæ naturali impetu feruntur, ″facta ad eum finem vt capta intereant,

5 Et originali mundo non pepercit, ſed octauum‖Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit: diluuium mundo impiorū inducens. Geneſ.7.a.1

6 Et ciuitates Sodomorū & Gomorrhæorum in cinerem redigens , euerſione damnauit, exemplum eorū qui impiè acturi ſunt ponens: Geneſ.19.c.13

7 Et iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum luxurioſa conuerſatione eripuit.

8 Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diem animā iuſtā iniquis operib⁹ cruciabāt. B

9 Nouit Dominus pios de tētatione eripere : iniquos verò in diem iudicii reſeruare cruciandos,

10 Magis autem eos qui poſt carnem in cōcupiſcentia immunditiæ ambulant,dominationémque contemnūt, audaces,ſibi placentes,ſectas nō metuunt blaſphemantes:

11 Vbi Angeli , fortitudine & virtute quū ſint maiores, non portant aduerſum ſe à Domino execrabile iudiciū.

12 Hi verò,velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionē & in perniciē,

5 Et priſco mundo Καὶ ἀρχαίῳ κόσμῳ. Vulgata,Et originali mundo. Ergo mundus ille diluuium præcedēs comparatur cum eo in quo nunc ſumus:non quaſi nouam rerum vniuerſitatem condiderit Dominus, ſed quia ſub diluuio tanta fuit rerum omnium euerſio, vt ſequēs mundi inſtauratio veluti pro noua quadam creatione habeatur.Sed quid ſi priſcum mundum pro priſcis illis primæ ætatis hominibus,cæteríſque animantibus ſubmerſis accipias? Octauum Noe, ὄγδοον Νῶε. Eraſ.octauum iuſtitiæ præconem Noe:ambigué.poſſet enim videri Noe dici octauus præco iuſtitiæ,quòd inter Adami poſteros octauus numeretur:quum lōgè aliud dicatur,nempe quòd Noe octauus, id eſt cum aliis ſeptem,ſit ſeruatus.Dicitur autem præco iuſtitiæ,propterea quòd totos illos annos 120 nō deſierit impios illos & dictis & factis commonefacere quanta illis ira Dei immineret. 8 Et videndo & audiendo βλέμματι καὶ ἀκοῇ. Id eſt,quocunque vel oculos vel aures applicuiſſet,quicquid cerneret,vel audiret,hoc illum miſerrimè torquebat. Vulgata, Aſpectu enim & auditu iuſtus erat:quaſi poſt δίκαιος ſubaudiatur Λὼτ.Eraſ.Is enim oculis & auribus iuſtus,&c. Hæc enim coniunxerūt cum ὁ δίκαιος,quaſi ſcilicet dicatur Lot iuſtus fuiſſe & oculis & auribus,id eſt(vt Eraſmus in annotationibus explicat)oculos & aures habuiſſe ab omni turpitudine abhorrentes.Sed vt taceā quod Vetus interpres conſtructionem neglexit, nec potuit ſubaudire Λὼτ propter articulum adiectum, qui indicat δίκαιος rationem habere non prædicati ſed ſubiecti,quos errores Eraſmus emendauit:vt inquam hæc omittam:primùm quæri poſſet cur non manuum quoque mentionem feciſſet.deinde ipſa conſtructio hanc interpretationem apertè refellit, oſtenditque βλέμματι καὶ ἀκοῇ cum verbo ἐβασάνιζεν ita conſtrui oportere vt nos fecimus,à doctiſſimo interprete admoniti.Omnino enim ſcribendū fuiſſet,ὁ γὰρ βλέμματι καὶ ἀκοῇ δίκαιος, vt ſpero mihi conceſſuros quicunque vel mediocriter in Græcis literis ſunt verſati. Excruciabat, ἐβασάνιζεν. Id eſt,anxiam ac doloribus confectā trahebat, non minus laborans quàm ſi equuleo fuiſſet impoſitus. quo modo in vernaculo ſermone ,ſi velim extremum tædium ſignificare, dicam,*ie ſuis en une gehenne.* Vetus interpres mendoſè legit ἐβασάνιζον excruciabant.

9 Nouit Οἶδε. Heb.ידע,id eſt longo vſu exercitatus eſt liberandis & eripiendis iuſtis.Eſt autem hæc concluſio inductionis.

10 Qui carnem ſequentes, τοὺς ὀπίσω σαρκός. Vulgata ad verbum , qui poſt carnem, id eſt præeunte carne: quem Hebraiſmum alibi expoſuimus. Et dominatum deſpiciunt, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας. Id eſt,eos quorum poteſtati ſubiecti ſunt, aſpernantur.Nam κυριότητα vocat Senatorum aut aliorum Magiſtratuum collegium,vt paulo antè ἀδελφότητα, id eſt fraternitatem dixit,pro fratrum cœtu, eadē prorſus ratione qua dicimus in vernaculo noſtro ſermone,*la ſeigneurie*.Quàm autē hoc conueniat clericis,quos nunc vocant,vel illud teſtatur quòd ſceleratiſſimus quiſque palàm hodie non erubeſcit clericalis, quam vocant,tonſuræ priuilegio,quorumuis magiſtratuum imperiū aſpernari. Quòd ſiquis reclamet,actum eſt de Eccleſia ſcilicet.Et tamen hi omnes à Petri ſucceſſore pendent. *Qui,inquam,ut ſunt* audaces τολμηταί. Neceſſariò ſupplendum fuit aliquid propter mutatam conſtructionem. *Et* ſibi placentes αὐθάδεις. Eraſmus, præfracti. Vide Tit.1.b.7. Dignitates δόξας. Id eſt principes,& quantumuis auguſta maieſtate præditos.Exemplo ſit Iulius quartus,Romanus quū hæc ſcriberem Pontifex,non modò conuitiis,ſed etiam atrociſſimo bello vicinum Regem petens , & funeſtiſſimis cladibus orbem terrarū paululum iam reſpirantē,cōturbans. Quidni enim id faciat Adriani illius ſucceſſor,qui Cæſaris Friderici collū pede conculcans,huc etiam verbum Domini detorquere palàm eſt auſus, vt hoc pacto ſeſe germanam Satanæ progeniem eſſe comprobaret? Super aſpidem,inquit, & baſiliſcum ambulabis.Et adhuc ambigunt homines an iſte ſit Petri ſucceſſor?

11 Aduerſus eas κατ᾽ αὐτῶν. Aduerſus eas ſcilicet dignitates.Reuerentur enim Angeli ipſi τὴν ἀξίαν à Domino cōſtitutam,& regnis etiā impiorum cuſtodiendis tanquam miniſtri Dei præſunt,vt liquet ex Daniel.10 & 11. neque in conſpectu Domini aduerſus Achab quantumuis impium Regem,cōuitium vllum ab ipſis profertur,1.Reg.22.c.20.ſed ſolus ille ſpiritus mendax reperitur qui ſeſe ſponte ad malas artes offerat,1.Reg.22.c.21.quíque ipſos etiam ſeruos Dei calumnietur,Iob 1.b.9 & 10. Similis eſt Prophetarum ratio qui quum Spiritu Dei regerentur,fortiter quidem & conſtanter munus reprehenſionis ſibi à Deo impoſitum obierunt, ſed Reges tamen ac principes,quos arguebant, ſicuti par erat,in honore habuerunt. Cæterùm Vetus interpres aliter prorſus hunc locum interpretatus eſt, perinde nimirum acſi diceretur Angelos ſuos Dominus nunquam execrari. ſic enim conuertit,non portant aduerſum ſe à Domino execrabile iudiciū. Atqui vt nihil aliud obiiciam,Græcis non reſpōdet iſta interpretatio.Neque enim ſcriptum eſt καθ᾽ αὐτῶν ſed κατ᾽ αὐτῶν,neque παρὰ Κυρίου ſed παρὰ Κυρίῳ.Eraſ. verò ſic conuertit, non ferant aduerſus ſeſe apud Dominum maledicum conuitium, id eſt mutuò ſibi non cōuitientur apud Dominum,nec alii de aliis detrahant,ſed ſtationem ſuam quiſque conſeruet: quum alii aliis ſubſint,vt apparet ex Dan.10.c.13, & 12.a.1, & Apoc.12.b.7. Hanc verò interpretationem ſi amplectamur,videbitur Petrus alluſiſſe ad Pſal.103.d.20.Nam etiam in vno exemplari ſcriptum erat καθ᾽ ἑαυτῶν.

12 Bruta animantia,quæ naturali,&c. ἄλογα ζῶα φυσικά,&c. Vulgata,irrationabilia pecora,naturaliter in captionem,&c.in qua interpretatione nihil eſt quod probes. Primùm enim irrationabilia,barbarum eſt.ζῶα verò non vocant Græci pecora ſed animantia. Sed tertius error fœdior eſt,nempe quòd φυσικὰ coniunxit cum ſequentibus:ideóque γεγεννημένα quaſi redundans expunxit.In eodem hoc errore verſatus eſt etiam Eraſmus, adeò vt putarit participium γεγεννημένα ex margine irrepſiſſe in contextum. Nam, inquit, naturalia ad captionem dixit quemadmodum dicimus natus ad diſcendum,pro eo quod eſt natura compoſitus.Atqui præterquam quod Græci codices ſummo conſenſu addunt γεγεννημένα,vnde tandem eſſet petitum tam obſcurum támque inuſitatum dicendi genus? Quid igitur? nempe hoc epitheto voluit Petrus explicare qua in re iſti brutis animantibus ſint ſimiles,in eo videlicet quòd nec conſilio,nec ratione,nedum Spiritu Dei, ſed cæco naturæ rationis expertis impetu ad beluinas cupiditates ferantur.Naturæ enim nomine de brutis loquens,ſenſualitatem(quam vocant)intelligit. Germanam autem eſſe hanc expoſitionem liquet etiam ex epiſtolæ Iudæ verſ.10,ex quo loco φυσικὰ poſſis optimè interpretari τὰ φθερόμενα ἐν ὅσοις φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, id eſt eos qui in iis ſeſe corrumpunt quæ brutorum inſtar naturaliter norunt. Facta ad eum finem vt capta intereant, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν. Id eſt,idcirco condita vt aliis cedant in prædam, à quibus conſumpta pereāt. Ita enim iſti ſponte ſeſe in Diaboli ac mortis laqueos induunt,vaſa nimirum ad interitum coagmentata,vt dicit Paulus Rom.9.d.22.& pridē ad hoc iudiciū deſcripta,Iudæ 4.Vulg.in captionem & in perniciē:quod nemo intelligat.Eraſ.genita in capturā & in perniciē: nihilo melius.

in iis quæ ignorant blaſphemãtes, in corruptione ſua peribunt:

C Percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimãtes diei delicias: coinquinationes & maculæ, deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum.

Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filii:

Derelinquentes rectam viam, errauerant, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit:

Num.22 d.25
Iudæ b.11.

Correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutum, hominis voce
D loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.

Iudæ c.22

Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.

Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur:

Iohan.8.d.34
Rom.6.d.20

Libertatem illis promittentes, quũ ipſi ſerui ſint corruptionis. à quo eni quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

Matth.12.d.45
hebr.6.a.4

Si enim refugiẽtes coinquinationes mũdi in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rur-

″ea vituperantes quæ ignorãt, ″ſua ipſorũ corruptela interibunt:

13 ″Reportaturi mercedem iniuſtitiæ, vt qui pro voluptate ducãt ″quotidianas delicias: labes ac maculæ, ″qui fraudibus ſuis ſe oblectant dum vobiſcum epulantur.

14 ″Oculos habẽtes plenos ″adulterii, & qui à peccando ceſſare neſciant, ineſcantes animas inſtabiles, cor habentes ad extorquendum exercitatum, ″execrandi homines.

15 Qui relicta recta via, aberrarũt, ſequuti viam Balaam, filii Boſor, qui ″mercedem iniquitatis amauit: Balaam.

16 Sed redargutionem ſuæ trangreſſionis ſuſtinuit: *nam* ″ſubiugis aſina muta, humana voce loquẽs, prohibuit Prophetæ dementiã.

17 Iſti ſunt ″fontes aqua carentes, nebulæ à turbine agitatæ: quibus ″caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt.

18 Nam ″prætumidam vanitatem loquendo, per carnis cupiditates ″*&* laſciuias, eos qui ″verè aufugerant ab iis qui in errore conuerſantur, ″ineſcant:

19 Libertatem illis pollicendo, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. ſiquidem à quo quis ſuperatus eſt, huic etiam in ſeruitutem eſt addictus. Libertas.

20 Enimuero ſi elapſi ab inquinamentis mundi, per agnitionem Domini & ſeruatoris Ieſu Chriſti, his rurſum implicati ſuperen-

Ea vituperantes quæ ignorant, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες. Heb. הנדברים באשר לא יבינו. Nam verbum דבר cum ב conſtructum, in malam partem accipitur. Vulg. in iis quæ ignorant blaſphemantes. Eraſ. in iis quæ non intelligunt maledicentes. Sua ipſorum corruptela interib. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται. Id eſt eo exitio peribunt quod ipſi ſibi ſuis illis perditis & corruptis moribus accerſunt. Vulg. in corruptione ſua peribunt. Eraſ. in perditione ſua peribunt. quas interpretationes miror à quoquam intelligi potuiſſe. non enim animaduerterunt φθορὰν paulo antè accipi pro interitu, ita vt reſpondeat verbo καταφθαρήσονται, in accõmodatione ſimilitudinis: poſteriore autẽ hoc loco poni pro morum corruptela, in qua quiſquis ſibi placet, planè omnem vſum rationis ac iudicii amiſit: vt qui ſponte ſeſe in mortem æternam præcipitet. 13 Reportaturi Κομιούμενοι. Vulg. & Eraſ. reportantes, κομιζόμενοι. Quotidianas delic. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν. Vulg. diei delicias. Eraſ. ſi in diem deliciis fruãtur. Atqui ἐν ἡμέρᾳ nõ aliud declarat quàm Exo. 29. f. 36, pro καθ' ἡμέραν. Qui fraudibus ſuis, &c. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν. Fœde profectò corruptus fuit hic locus tum à Vetere interprete, tum etiam ab Eraſmo, vt facilè cuiuis poterit liquere. Sic enim ille, Deliciis affluentes, in cõuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum: acſi ſcribendum ſit, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, &c. Atqui falſa eſt iſta diſtinctio, neque ἀγάπαις legi poteſt ſequente reciproco, quin iſtis impiis vendicetur quod erat totius Eccleſiæ. Neque enim agapæ certorum hominum erant, ſed Eccleſiæ totius. quod ſi conſideraſſet Eraſmus, non putaſſet hunc locum fuiſſe corruptum ab iis qui ἀπάταις ſcripſerunt, quum contrà ſit ab iis deprauatus qui pro ἀπάταις ſubſtituerunt ἀγάπαις. Præterea quid illud eſt, luxuriantes vobiſcum? ita enim reprehẽderentur omnes tanquã eiuſdem luxus ſocii: quod minimè exiſtimandũ eſt. Eraſmus verò ſic maluit hunc locum interpretari, qui conuiuantes, in erroribus ſuis inſultãt vobis. in qua interpretatione multa cogor deſiderare. Nam ἀπάταις pro erroribus nuſquam certè memini legere. & vt ita accipi poſſit, detrahetur ſanè multum de ſentẽtiæ pondere, ſi ita interpreteris: quum de iis potius agatur qui per ſummam improbitatem alios illiciant, quàm de iis qui aliorum fraude decepti, in aliquo errore verſentur. Deinde nemo non videt quàm dura ſit traiectio ſi ὑμῖν connectas cum ἐντρυφῶντες. quum præſertim tam propinqua ſit præpoſitio συν. Itaque hanc etiã interpretationem vt manifeſtè detortam repudio. Quomodo verò ſit explicandus hic locus, apertè liquet ex epiſtolæ Iudæ verſ. 12, vbi ita ſcribit, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι. i. Hi ſunt in veſtris agapis quaſi maculæ, dum vobiſcũ epulantur. Eſt ergo hæc ſententia, iſtos in ſacris Eccleſiæ conuiuiis verſantes, quũ hoc pacto videri vellent vera eſſe Eccleſiæ membra, nihil aliud eſſe quàm labes ac maculas Eccleſiæ. vtpote quos etiam, inquit, non pudeat illic vobiſcum epulantes & ſacro conuiuio adhibitos, ſeſe vobis fallendis vel fraudum ſuarum commemoratione ſuauiter oblectare, denique totam Eccleſiã ludibrio habere. Itaque συνευωχούμενοι ὑμῖν hoc in loco, idẽ declarat atque συνευωχούμενοι ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν apud Iudam. Quòd autem ἀγάπαις nõnulli accipiunt nõ pro conuiuiis, ſed pro collatis in pauperum ſubſidiũ donis, ita vt συνευωχούμενοι ὑμῖν idem declaret atque veſtris ſumptibus & eleemoſynis ſua conuiuia agitantes: mihi quoque non probatur. Nam verum quidem eſt illa conuiuia ſic vocata quòd ex collatis donis inſtruerentur: ſed conuiuia fuiſſe Eccleſiaſtico cœtui cõmunia, ex Actis Apoſtolorum, & 1. Cor. 11. Iuſtino, Tertulliano, & aliis veteribus apparet. Itaque de conuiuiis ipſis præſtat accipere, quàm de conuiuiorum dapibus. 14 Oculos Ὀφθαλμούς. Rectè. Hîc enim apparet potiſſimum libido. Oculi (inquit obſcœnus ille) ſunt in amore duces. Adulterii, μοιχαλίδος. Eraſ. ad verbũ, adulteræ: quod eſt admodum obſcurum. Sciendum eſt igitur, ex Hebræorũ idiotiſmo poni epitheton pro ſubſtantiuo quod vocant. cuius enallages manifeſtũ mihi exemplũ videtur extare Dan. 9. f. 24, vbi ponitur נביא pro נבואה. quò etiam forraſſis pertinet illud Deut. 29. c. 19, למען ספות הרוה את הצמאה. i. vt addat ebriã ſitienti: pro eo quod eſt, vt addat ebrietatẽ ſiti. Quidam hoc cõnectunt cum ἁμαρτίας, & pro ἀκαταπαύστους legunt ἀκαταπαύστου. quod Græcis nonnullis placuiſſe apparet ex Scholiaſte: vt & illi qui hunc locũ conuertit his verbis, Oculos habẽtes degeneris perpetuiq; peccati plenos. Sed præterquã quòd Græca exemplaria ſummo conſenſu legunt ἀκαταπαύστους, nuſquam inuenio illud epitheton peccato attributũ. Apparet igitur ita conatos fuiſſe hunc locũ expedire nonnullos ex Græcis Hebraicæ linguæ imperitos. Execrandi hom. κατάρας τέκνα. Vulg. ad verbum, maledictionis filii. Eraſ. execrabiles filii. Vide Epheſ. 2. a. 2. 15 Mercedem iniquitatis μισθὸν ἀδικίας. Id eſt, lucrum ex ſcelere quæſitum. Retinui autem Hebraiſmum, quia ſi vel mercedem iniquam, vel lucrum iniquum dixeris, quippiam multo minus ſignificaris.

16 Subiugis aſina ὑποζύγιον. Vulg. & Eraſ. ſubiugale, de quo diximus Matth. 21. a. 5. Eſt autẽ hoc exemplũ valde appoſitũ ad id quod antè dixit, quum iſtiuſmodi homines cum beſtiis cõpararet. 17 Fontes aqua caren. πηγαὶ ἄνυδροι. Id eſt, qui ſcientiã quidem iactãt, ſed intus nihil minus habent. Eoſdẽ cõparat nubibus à turbine agitatis: quòd nimirũ ſpem aliquam faciant cæleſtis alicuius pluuiæ, ſed ſolo vento turgeant. Caligo tenebrarum ὁ ζόφος τοῦ σκότους. Id eſt, denſiſſimæ tenebræ, ex Hebræorum idiotiſmo: vt quũ terrã pulueris, cœnum luti dicunt. 18 Prætumidam vanit. ὑπέρογκα ματαιότητος. Sic infrà 3. a. 3. ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, pro ἐσχάται ἡμέραι. Vulg. ſuperba vanitatis. Eraſ. vehementer faſtuoſa vanitatis verba. Sentẽtia ipſa plana eſt, iſtos nimirum vanis quibuſdã & inanibus verborum ampullis incautos decipere. Et laſciuias, ἀσελγείαις. Deeſt copula, ex Hebræorum idiotiſmo, vt ſuprà verſ. 10. τολμηταὶ αὐθάδεις, pro καὶ αὐθάδεις. quam eclipſin apud Paulum etiam ſæpe annotauimus. Verè ὄντως. Id eſt re ipſa, non autẽ ſimulatè, vt illi. Complutẽſis editio legit ὀλίγον, & in duobus aliis codicibus ſcriptum legimus ὀλίγως, id eſt penè vel propemodum. Vetus quoque interpres legit ὀλίγον paululum. Fuit autem hoc in loco nonnihil immutanda verborum collocatio, vt vitaretur amphibolia, quæ nuſquam eſt in Græco ſermone. Ineſcan: δελεάζουσιν. Id eſt, quaſi piſces hamo captant. Sed aliud eſt captare, aliud capere. Nam qui verè credunt, illos certum eſt vel nunquam vel ad tempus tantùm capi. Deinde certi ſunt veræ id eſt non ſimulatæ cognitionis gradus. Vide Heb. 6. a. 5.

tur,facta eſt'vltima eorum conditio deterior priore.

21 Satius enim fuiſſet illis, non cognouiſſe viam iuſtitiæ, quàm cognita *illa*,'regredi à ſancta'doctrina ipſis tradita.

22 Sed accidit eis quod vero prouerbio dici ſolet, Canis reuerſus eſt ad ſuum ipſius vomitum:&,Sus lota,ad volutabrum cœni.

Cap.III.

1 H'Aſce iam alteras vobis literas ſcribo,dilecti,'in quibus ſynceram mentem veſtram per commonefactionem excito:

2 Vt memores ſitis verborum 'quæ prædicta ſunt à ſanctis Prophetis,'& doctrinæ noſtræ qui ſumus Apoſtoli Domini & Seruatoris.

3 Illud primùm ſcientes, vẽturos extremis diebus'irriſores,'qui in ſuis ipſorum cupiditatibus incedant,

4 Et dicant,Vbi eſt pollicitatio aduentus eius? Nam ex quo *die* Patres'obdormierũt, omnia ita permanent ab initio creationis.

5 Illud enim'ſpõte ipſos latet,quòd cæli iam olim extiterint per Dei ſermonem,'& terra ex aqua & in aqua conſiſtens.

6 'Quamobrem is qui tum erat

ſus implicati ſuperãtur,facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.

21 Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionẽ, retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato.

22 Contigit enim eis illud veri prouerbii, Canis reuerſus ad ſuum vomitũ: &,Sus lota in volutabro luti. Prouerb.26.b.11

Cap.III.

1 HAnc ecce vobis,chariſſimi,ſecundam ſcribo epiſtolã,in quibus veſtrã excito in cõmonitione ſynceram mentem:

2 Vt memores ſitis eorum quæ prædixi verborum à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorũ, præceptorum Domini & Saluatoris:

3 Hoc primùm ſcientes,quòd venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores,iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, 1.Tim.4.a.1 2.tim.3.a.1 iudæ c.18

4 Dicentes,Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius? ex quo enim Patres dormierunt,omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.

5 Latet enim eos hoc volentes,quòd cæli erãt prius & terra,de aqua & per aquam,conſiſtens Dei verbo: B

6 Per quæ ille tunc mundus , aqua

20 Vltima conditio τὰ ἔσχατα. Vide Matth.12.d.45. 21 Regredi ἐπιστρέψαι. Id eſt εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι,vt in vno vetuſto codice ſcriptum inuenimus. Vulg.retrorſum conuerti,ἐπιστρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω,conſentiente vno ex vetuſtis noſtris codicibus. Eraſmus,conuerti ab eo præcepto,&c.ambiguè,& nimium obſcurè. Doctrina ἐντολῆς. Heb.מצוה.Eraſmus,præcepto.Vulgata,mandato.quo modo & nos vbique ferè ſumus interpretati.Sed ſpectandum quid cui loco conueniat.

IN CAPVT III.

1 Haſce iam alteras Ταύτην ἤδη δευτέραν. Hic etiam locus, & quod ſtatim ſubiicitur de Apoſtolica functione, ſi coniungantur cum eo quod ſcriptum eſt ſuprà 1.d.18,manifeſtè oſtendunt hanc epiſtolam nulli alii quàm Petro eſſe tribuendam. Alioquin obſecro cuius eſſet ſpiritus ita impudenter mentiri?Certè impium eſſe videtur tale quicquã de eo ſuſpicari cuius tam pura támque ſancta ſit doctrina: & quod allatum à Hieronymo confirmat Eraſmus de ſtyli diſſimilitudine,ego nondum potui perſpicere. In quibus ἐν αἷς. Hoc pertinet ad vtranque epiſtolam: alioqui dicendũ fuiſſet ἐν ᾗ. 2 Quæ prædicta ſunt à ſanctis Proph. τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν. Vulgata, quæ prædixi à ſanctis Prophetis. quam interpretationem nemo non videt meritò eſſe ab Eraſmo reprehenſam. Et doctrinæ noſtræ qui ſumus Apoſt. καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς. Ἐντολὴν rurſus interpretor doctrinam,vt ſuprà 2.d.22. Rectè verò Prophetis adiungit Apoſtolos,vt Paulus Epheſ.2.d.20.& vtriſque demum angularem illum lapidem ſubſternit. Quamobrem valde etiam inſignis eſt locus,& artificioſæ illi breuitati Petri cum ſumma quadam maieſtate coniunctæ mirè conueniens. Vulg.& Apoſtolorum veſtrorum præceptorum.Legit enim ὑμῶν, quod non videtur cum iis quæ ſequuntur poſſe cohærere. Nam quod affert Græcus ſcholiaſtes de præpoſitione ὑπὸ repetenda ἀπὸ τοῦ κοινοῦ,quaſi ſcriptum ſit καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου,& à Domino,planè eſt abſurdum.

3 Irriſores, ἐμπαῖκται. Hos vocant Hebræi לצים de quibus Dauid Pſalmo 1,monſtra hominum ſcilicet qui Dei contemptu & ſacrilega audacia volũt ingenioſi apparere.Cæterùm in vulgata editione legitur,in deceptione illuſores. cuius rationem nullam inuenio.Nam quod in quibuſdã vetuſtis Græcis codicibus legitur ἐμπαιγμονῇ pro ἐμπαῖκται,mendoſè ſcriptũ eſſe apparet. Qui in ſuis ipſ. κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν. Hoc verò eſt iconicè iſtos Epicureos depingere:quibus ſi Moſen,ſi Prophetas,ſi Apoſtolos, ſi denique Filium ipſum Dei obiicias, ſolent cũ Sardonio neſcio quo riſu quærere quinam illi fuerint.interim verò vt germanam ſe prolem Epicuri eſſe oſtendãt,quicquid illis inſana ſua libido ſuggeſſit,firmum,certũ,conſtans eſſe volunt. & quum omnes à ſe doceri poſſe putent,nihil magis reformidant, quàm ne quicquam à quoquam didiciſſe videantur.At tu Domine cæli & terræ,veni,veni tandem vt hæc monſtra potẽti illa tua virtute confecta, & tibi & tuis iucundum iuſtitiæ tuæ ſpectaculum præbeant. 4 Obdormierunt, ἐκοιμήθησαν. Iterum exprimitur hoc verbo blaſphema illorum deriſio.acſi dicerent,iampridem oportuiſſe illos eſſe excitatos,quos non tam mortuos quàm in ſepulchro quieſcere verè dicimus.

5 Sponte θέλοντας. Id eſt,quia neſcire volunt. Quis enim eſt ita amens & inſanus qui non fateri cogatur,ſi conſcientiæ ſuæ iudicium ſequi velit,Deũ omnia hæc condidiſſe?Sed alloquitur Apoſtolus homines religionẽ Chriſtianã aliquando profeſſos,qui à ſana doctrina deficiunt.quorũ vtinam non eſſet hodie tanta,præſertim in aulis principum,multitudo. Et terra ex aqua,&c. καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα. Participiũ συνεστῶσα.i.cõſiſtens,quod ad ſolam terram refertur,duo manifeſtè oſtendit quæ pleroſque interpretes fefellerũt:nẽpe quod de aqua cõmemoratur,nihil ad cælos pertinere:& hæc verba,per Dei ſermonem,cõiungenda eſſe cum verbo ἦσαν extiterint,ita ſcilicet vt cælum & terra dicantur per Dei ſermonem iampridẽ extitiſſe,nempe ex quo eſſe cœperunt:terræ verò addatur aliqua deſcriptio,propter iniectã diluuii mentionem.quod & ipſum diluuiũ cælos nõ attingit.Hinc verò etiam liquet quid appellatione aquæ intelligatur: nempe nõ illud chaos,initio conditum,ſed aquæ elementum,ex quo dicitur terra conſiſtere:quòd ex aquis in vnũ locum collectis emergens cœperit tum demũ apparere,& ſuo quodam vultu exornari,quum antea quodãmodo nuſquam eſſet.Deinde quòd δι' ὕδατος dicitur cõſiſtere, ad id refero quod ſcriptum eſt Pſal.24.a.2,Super maria fundauit eam,& ſuper flumina firmauit eam:minimè id quidẽ quaſi, vt nõnulli videntur exiſtimare,ſubterraneis quibuſdã aquis terra fulciatur:(certũ enim eſt Dauidem de mari & fluminibus illis quæ oculis cernimus , illic agere:& certis demonſtrationibus cõſtat aquarum molem ſupra terrã omnium elementorũ grauiſſimam & infimam eminere)ſed partim quia Dominus ita digeſſit aquas,vt tamen,ſi littora duntaxat conſideres,editior tellus & quodãmodo aquis impoſita videatur:partim quòd Oceano circunſepta,& tot fluminibus paſſim ſcaturientibus irrigua,verè in ipſis aquis fundata ac ſtabilita dicatur.Itaque δι' ὕδατος impropriè cõuerterunt per aquã,quum potius illud ſit quod in vernaculo ſermone dicimus,*En l'eau ou parmi l'eau.* ſicut etiam Noe dicitur ſeruatus δι' ὕδατος.i.in aqua,ſiue per medias aquas.vt exponendũ eſſe diximus prioris epiſtolæ 3.d.20.Ita planus eſt hic locus,qui nõ ſatis à quibuſdã expenſus,fecit vt nonnullis huius epiſtolæ fides eſſet immeritò ſuſpecta.Vulg. quòd cæli erant prius & terra, de aqua & per aquam conſiſtens Dei verbo.Ita enim ſolet mendoſè diſtingui:quũ ita oportuerit interpungere,quòd cæli erant prius,& terra,de aqua & per aquã conſiſtens Dei verbo.Eraſmus verò & ipſe perperam hunc locum in Græco etiã Frobenii exemplari diſtinxit,nempe hoc modo,ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ,ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.i.vt ipſe quoque ſuam interpretationem diſtinxit,quòd cæli iam olim fuerint ac terra,ex aqua & per aquam conſiſtens Dei ſermone. Mendoſam autẽ eſſe illam interpunctionẽ,quæ tam multos fefellit,partim res ipſa clamat(vt pluribus expoſuimus)partim ex vetuſtis libris deprehendimus,in quibus ſummo conſenſu ita diſtinguitur hic locus,ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος, καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.i.quòd cæli extiterint iampridem,& terra,ex aqua,& in aqua conſiſtens,per Dei ſermonẽ.Itaque,vt nemo deinceps falli poſſet,τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ,quod ad vtrunque membrum pertinet,medio loco conſtitui. Affert Eraſmus aliam ex Beda lectionem,cæli erant olim de aqua & per aquam conſtituti.quæ ſanè lectio,inquit ille in annotationibus,congruit cum Græcis exemplaribus.Iudicet nũc lector an temere maiorem in Eraſmo attentionẽ ſæpe requiſierim,cuius alioqui reprehenſionẽ libenter ſanè defugerim.

6 Quamobrem δι' ὧν. Id eſt διὸ,vt ſenſus ipſe oſtendit,& διὰ pro propter cum quarto etiã caſu poſitũ annotauimus Iohan.6.f.57,Rom. 3.d.25,& aliis aliquot locis.Nazianz.δι' ἡμῶν τὴν ἀνθρωπότητα Θεὸς ὑπέστη, pro δι' ἡμᾶς. vt contrà accuſ. pro genit.Heſ. Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε.Sic apud Demoſthenem,διὰ τοὺς πολλοὺς,pro διὰ τῶν πολλῶν,vt Budæus annotauit.Itaq; hæc particula multos interpretes fruſtrà hic torſit, neque à Vetere interprete & Eraſmo rectè eſt expreſſa, vt qui conuerterint,per quæ: manifeſto certè errore, quum mox ſequatur

ὕδατι. Cohærent igitur iſta cum eo quod dixerat de terra, illam ſcilicet ex aqua & in aqua conſiſtere: vnde etiam factum, inquit, vt à quis obruta fuerit in Diluuio, antiquas nimirum ſedes repetentibus, eo ipſo mandante cuius imperio receſſerant.

inundatus periit.

Cæli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicii & perditionis impiorum hominum.

Psal.90.a.4 Vnũ verò hoc nõ lateat vos, chariſſimi, quia ‖ vnus dies apud Dominũ ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus.

Eze.18.g.32 & 33.c.11 1.tim.2.b.4 Matth.24.d.44 1.theſſ.5.a.2 apocal.3.a.3 & 16.c.15 Non tardat Dominus promiſſi, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitẽtiam reuerti.

C Adueniet autẽ dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluẽtur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.

Quum igitur hæc ‖ omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus,

Expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardẽtes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent?

Eſa.65.e.17 & 66.g.22 apoc.21.a.1 ‖ Nouos verò cælos & nouam terrã ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.

Propter quod, chariſſimi, hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace:

Rom.2.a.4 D ‖ Et Domini noſtri longanimitatẽ, ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam tibi ſapientiam ſcripſit vobis:

Sicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſũt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles

″mundus, aqua inundatus periit.

7 Qui verò nunc ſunt cæli ac terra, ″eodem ſermone repoſiti ſeruantur igni in diem damnationis & exitii impiorum hominum.

8 Vnum autem hoc ne vos lateat, dilecti, quòd vnus dies apud Dominum *perinde eſt* vt mille anni, & mille anni vt dies vnus.

9 Non tardat Dominus qui promiſit (vt nõnulli tarditatem *hanc eſſe* ducunt) ſed patiens eſt erga nos, ″nolẽs vllos perire, ſed omnes ad reſipiſcentiam tendere.

10 Veniet autem noctu, ſicut fur, dies ille Domini: quo cæli cum ſtridore præteribunt, elementa verò æſtuãtia ſoluentur, terráque & quæ in ea ſunt opera exurentur.

11 Quum igitur hæc omnia ſoluantur, quales oportet eſſe vos in ſanctis conuerſationibus ″& pietatis officiis,

12 Expectantes ″& properantes ad aduẽtũ diei Dei, in quo cæli cõflagrantes ſoluentur, & elementa æſtuantia liqueſcent?

13 Sed cælos nouos ac terram nouam ſecũdum promiſſum expectamus, ″in quibus iuſtitia inhabitat.

14 Quapropter, dilecti, hæc expectantes, ſtudete vt immaculati & incontaminati ab eo reperiamini ″cum pace:

15 Dominíque noſtri patientiã, ſalutem arbitremini: ſicut & charus frater noſter Paulus pro ſibi data ſapientia ſcripſit ″vobis:

16 Vt qui in omnibus fere epiſtolis loquatur de iſtis, ″inter quæ ſũt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parúmque ſtabiles de-

Mundus, ὁ κόσμος. Id eſt aſpectabilis iſte terræ decor, & quæcunque animantia in terra degebant, iis duntaxat exceptis quæ in arca erant incluſa. Neque enim aquæ in cælos redundarunt, imò ne ipſa quidem terræ ſubſtantia periit. Sed futuræ conflagrationis longè alia erit ratio. ideò cælum & terram, id eſt rerum vniuerſitatem, diſtinctè nominauit in proximo verſiculo. 7 Eodem ſermone τῷ αὐτῷ λόγῳ. Ita lego partim ex veteris interpretis, partim ex duorum vetuſtorum codicum authoritate. Multo enim vberior eſt lectio, quàm ſi legas αὐτοῦ λόγῳ eius ſermone. Eraſ. eiuſdem ſermone, τῷ αὐτῷ λόγῳ. 9 Nolens vllos perire, &c. μὴ βουλόμενος τινὰς ἀπολέσθαι, &c. Hunc etiam locũ nonnulli deprauant, vt æternæ electionis & reprobationis diſcrimen tollant: nec interim cõſiderant ſeſe in Charybdin incidere, dum Scyllam volunt effugere. Nam ſi ita res eſt, vt ipſi volunt, certè inuito Deo perimus. adeo vt eũ omnipotentẽ eſſe negent. Nã permiſſio otioſa & ſeparata à decreto, Epicureorum eſt potius quàm Chriſtianorum. Mutari autem reuera Dei voluntatem qui dixerit, magis etiam impiè de Deo loquatur quàm Epicurus. Quid igitur? nempe ſpectandum eſt quos alloquatur Apoſtolus. Dilecti, inquit (vel, vt in duobus veteribus libris legimus, ἀδελφοί, fratres) hoc non lateat vos. Et paulo pòſt, Non tardat, inquit, Dominus qui promiſit, vt nõnulli exiſtimant: ſed patiens eſt erga nos. Quis verò non videat Apoſtolum diſertè his verbis ſecernere electos ab iſtis irriſoribus quorum antè facta eſt mentio? neque enim impios dignatur reſponſo, ſed electos confirmat: quibus & ipſe ſeſe adiungit, quum inquit μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς patiens eſt erga nos. Perinde eſt igitur acſi diceret, Nonnulli miſerè falluntur, quibus ceſſare videtur Dominus, & quaſi redemptionem ſuorum negligere. Nam contrà idcirco aduentum ſuum differt, vt nullus ex ſuis electis pereat, ſed omnes illos ad ſalutem aggreget. Tantiſper igitur cunctatur dum qui vocati ſunt electi, vocanti reſpondeant: & qui vocandi ſuperſunt, vocentur. id eſt, tantiſper dum electorum numerus expleatur. tantum abeſt vt Eccleſiam ſuam deſpiciat. Hæc eſt, opinor, ſimplex & cum ſuperioribus conſentiens huius loci explicatio, vt diſertè etiam liquet ex Matth.24.c.31, Mar.13.d.27, & multo etiam apertius ex Apoc.6.c.11.

10 Cum ſtridore ῥοιζηδὸν. Ῥοῖζος impetum veluti ſibilantis procellæ declarat, ideo Eraſmus conuertit in morem procellæ.

11 Et pietatis officiis, καὶ εὐσεβείαις. Vſurpauit numerum multitudinis ex Hebræorum more: vt pietas ſignificetur omnibus ſuis numeris ac partibus conſtans, quam pro viribus ſectari nos oporteat. Vulg. & Eraſ. ad verbum, & pietatibus.

12 Et properantes ad aduentum, καὶ σπεύδοντες τὴν παρουσίαν. Sic malo interpretari cum vetere interprete quàm cum Eraſmo, accelerãtes aduentum. Vſitatum enim eſt Græcis in hoc dicendi genere ſupplere præpoſitionem πρὸς vel εἰς, vt apud Thucydidem aliquoties inuenitur. In ſumma, poſtulat à nobis Apoſtolus patientiam, in qua minimè torpeamus, ſed excubemus potius, diem illum noſtræ redemptionis felicem ac beatum auidè expectantes. 13 In quibus, ἐν οἷς In quibus, ſcilicet cælis nouis & terra noua, habitat iuſtitia, quum hic mundus inſtaurationem expectans, omni ſcelerum ſpecie ſit inquinatus. vel, in quibus habitat iuſtitia. id eſt, qui iuſtorum domicilium erunt: vt explicat Dauid Pſal.15. vel denique ſupplendum eſt ἡμεῖς, vt ita conuertas, Sed cælos nouos & terram nouam expectamus *nos* in quibus habitat iuſtitia, nimirum Chriſti, vt explicat Paulus Philipp.3.b.9. 14 Cum pace ἐν εἰρήνῃ, Id eſt veſtro bono, clementem illum ſcilicet ac pacificum experturi. Niſi malimus coniungere cum participio προσδοκῶντες, vt iubeat Apoſtolus à nobis iuſtificatis & ſanctificatis placida ac tranquilla conſcientia diem Domini expectari.

15 Vobis: ὑμῖν. Rectè. Quanuis enim certis Eccleſiis inſcriptæ ſint Pauli epiſtolæ, vniuerſalem tamen doctrinam complectuntur. Fit autem iſtorũ mentio præcipuè, Ro.8.d.19, & deinceps, 1.Cor.15. capite integro, 1.Theſ.4.c.13, & deinceps ad finem vſque capitis. Item 2.Theſſ. 2 capite penè integro. Pſeudoprophetas verò paſſim depingit non aliter quam Petrus hoc in loco.

16 Inter quæ ἐν οἷς Relatiuũ οἷς, vt rectè obſeruat doctiſſimus interpres, nõ cohæret cum ἐπιστολαῖς, ſed cum τούτων. Itaque nõ ſatis appoſitè citatus eſt hic locus, perinde acſi Pauli epiſtolas difficiles & obſcuras eſſe ſignificaret Petrus. Neque enim de Pauli epiſtolarum obſcuritate mentionẽ vllam facit: non inquã, diſputat perſpicuè an obſcure ſcripſerit Paulus: ſed in iis de quibus tum Paulus, tum ipſe in vtraque epiſtola diſſeruit, quædam eſſe dicit quæ non ita facile poſſint à quibuſuis comprehendi, ac proinde à quibuſdam torqueantur ad ſuum ipſorum exitium. ſicut etiam, inquit, cæteras ſcripturas ad ſuum ipſorũ exitium detorquent. Ex his verò iſta conſequũtur: Primùm de ipſo Pauli charactere, imò ne de epiſtolis quidem propriè, ſed de rebus ipſis hæc dici, quæ tum à Paulo tum ab aliis Sacris ſcriptoribus explicantur. Deinde hanc iſtarum rerum obſcuritatem minime proponi vt ab illarum cognitione abſterreamur: quas neceſſe eſt vt ad ſalutem requiri fateamur, niſi Apoſtolos malimus (quod abſit) exiſtimare in curioſis quibuſdam ſpeculationibus explicandis operam poſuiſſe: ſed idcirco potius vt iſta quæ non in rebus ipſis, ſed in noſtris ingeniis difficultas ineſt, noſtram diligentiam exacuat, quo poſſimus à pſeudoprophetarum impoſturis cauere. Id autem ita eſſe accipiendum, liquet ex ipſis Petri verbis. Primùm enim, nõ dicit vlla eſſe eiuſmodi vt cognoſci vel non poſſint vel non debeant, ſed quædam inquit eſſe δυσνόητα, id eſt quæ nõ quibuſuis pateant. Quamobrem id verò? Quia ſcilicet caro & ſanguis iſta non reuelat: noſtrúmque adeo ingenium non modò obtuſum eſt & hebes, ſed etiam ab iſtis abhorret quæ maximè nos con-

ſectari oportuerat. Sed quæſo an ideo ſolis claritatem reprehendemus, vel occludendos omnium oculos putabimus, quòd illius fulgorem non poſſimus ſuſtinere? Sed nihil tamen hîc dici poteſt eiuſmodi. nam quæcunque præcipua ſunt, & ſine quibus nullum nobis iter ad cætera patebat, illa ita planè ac perſpicue tradita ſunt, vt iis vnis ſint obſcura qui quod norunt, volunt tamen ignorare, vt paulo antè dixit Petrus, & apertè teſtatur Paulus, 2.Cor.4.a.3. Ad cætera verò quod attinet, ſunt quidem δυσνόητα, ſed modò lux illa cæleſtis nobis præeat (præit autem omnibus qui Spiritu Dei aguntur) quid tandem erit in illis tam obſcurum vt nobis non ſit perſpicuum? Accepiſtis enim (inquit Paulus 1.Cor.2.c.10) Spiritum qui omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Sed has profunditates primùm meminerimus non noſtro, quicunque tandem ſimus, ſed Dei Spiritu præeunte concipi: quo fit vt illa piſcator Petrus, & humilis Paulus, non autem vel Plato ille, quem diuinum profani homines appellant, vel acutus Ariſtoteles cognouerint. Deinde non ſegnes, non pigros, non præfidentes nos à Dei Spiritu, ſed ad inuocandum ſolicitos, ad arripiendam oblatam gratiam promptos, ad retinendam fortes ac conſtantes effici: eiuſmodi denique qui Spiritum ſanctum in nobis habitantem noua & aſſidua alacritate quodammodo recreemus. Denique meminerimus iſtarum profunditatũ limites verbo Dei circunſcribi, vt quicunque hos fines fuerit tranſgreſſus, illum nouerimus, quo longius progreditur, eo magis à ſcopo aberrare. Impius ergo & apertè blaſphemus eſt optimus ille vir ſcilicet, quem haud ita pridem ſcribere non puduit, Verbum Dei ita eſſe obſcurum vt, quocunque modo illud accipias, controuerſiis religionis decidendis non ſufficiat. impius eſt inquam & blaſphemus qui Paulum apertè ſcripſit, ſola religionis Chriſtianæ rudimenta in epiſtolis ſuis tradidiſſe, ac multo perfectiora quædam ſuos quoſdam perfectos auditores docuiſſe. Neque verò quiſquam me calumniari putet: litem meam non ago, quæ mihi cum quoquã nulla eſt: extant ſcripta quæ vtinã ſcripta nunquam eſſent. Det illi Dominus vt reſipiſcat, & noſtri in dies magis ac magis miſereatur.

torquent, "vt & reliquas Scripturas ad ſuum ipſorum exitium.

17 Vos igitur dilecti qui *hæc* præſcitis, "cauete ne illorum nefariorum errore abducti, excidatis à propria ſtabilitate:

18 Sed creſcite "in gratia & agnitione Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti. cui gloria & nunc "& ad tempus ſempiternũ. Amẽ.

deprauãt, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.

17 Vos igitur fratres, præſcientes, cuſtodite ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate:

18 Creſcite verò in gratia & in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. ipſi gloria & nunc & in diẽ æternitatis. Amen.

Vt & reliquas, &c. ὡς καὶ τὰς λοιπάς, &c. Vides hominum eſſe, non Scripturarum vitium?

17 Cauete φυλάσσεσθε Non dicit, ab iſtis obſcuris ſcriptis abſtinete, quædam tãtùm capita ſeligite, reliqua doctioribus vel magis curioſis relinquite, nouas reuelationes expectate, & ſinite interim creſcere zizania: quis enim es qui iudicas? nõ denique dicit, fide implicita matris noſtræ Eccleſiæ contenti eſtote. hæc inquam non dicit ſed, Quũ iſta nunc præſciatis, cauete inquit, ne vos illi ſecum abripiant. Illæ igitur ſunt Antichriſtianorum voces. Nos Apoſtoli Chriſti vocem audiamus, & à fide primùm omnium inchoemus, id eſt à veræ doctrinæ firma, ſolida, integra, quoad eius fieri poteſt, cognitione inchoemus. Qui fidem ſe habere dicit, neque charitatem habet, illum vt mendacẽ execremur: ſed viciſſim quicunque falſam doctrinã edit, etiamſi, Eliæ inſtar, cælum claudat & aperiat, pro falſo & impio pſeudopropheta habeamus. Cedò prius arborem, deinde fructus. 18 In gratia & agnitione ἐν χάριτι καὶ γνώσει Vides iterum iſta coniungi? Anathema ſit igitur qui ſeparat quæ Deus verè indiuiduo vinculo coniunxit. Neque enim nos ſenſibus, ſed malitia pueros eſſe oportet.

Ad tempus ſempiternum εἰς ἡμέραν αἰῶνος Diem pro tempore, & appellatiua quæ vocant, pro adiectiuis Hebræorum more vſurpari, ſæpiſſime eſt à nobis annotatum.

EPISTOLA CATHOLICA Iohannis prima.

Ἐπιςολὴ Ἰωάννου Ἀποςόλου καθολικὴ πρώτη.

Prima. πρώτη. Ita quidem legimus in omnibus vetuſtis codicibus: ſed perinde hoc accipiendum eſt, acſi ſcriptum eſſet, Iohannis epiſtola prima, quæ quidem Catholica eſt. Vel mendoſa eſt inſcriptio, quum reliquæ duæ, etiamſi Iohannis eſſe conceſſerimus, tamen Catholicæ non ſint, ſed vna quidem Gaio, altera Electæ cuidam ſit inſcripta. Poteſt tamen ea etiam ratione vtcunque excuſari inſcriptio, quòd relique duæ ſint in vnum veluti corpus cum Catholicis epiſtolis coniunctæ: nempe quia breuiores erant quàm vt ſeorſim peculiarem haberent inſcriptionem.

NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO,

Cap.I.

1 Quod Erat à principio, "quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, "quod ſpectauimus, & manus noſtræ contrectarunt, "de Sermone vitæ,

2 (Nam vita patefacta eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam illam æternam quæ erat apud patrem, & patefacta eſt nobis.)

"Quod *inquam* vidimus & audiuimus,

VETVS.

Cap.I.

1 Quod Fuit ab initio quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ cõtrectauerunt de Verbo vitæ,

2 (Et vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis)

Quod vidimus & audiuimus, an-

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 Quod erat à principio, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς Incipit primùm omnium a Chriſti perſonæ deſcriptione, id eſt à Chriſtianæ doctrinæ baſi, vt etiam in Euangelio fecit, & Paulus initio epiſtolæ ad Romanos. Hunc igitur primùm omniũ proponit vt Deum, vt qui ſit æternus. Nam quũ dicit, Erat à principio, ſignificat iam extitiſſe ante quàm rerum creatarũ vllum eſſet initium, vt expoſuimus Ioh.1.a.1. Nõ rectè igitur conuertit Vetus interpres, Quod fuit ab initio. Quod audiuimus, ὃ ἀκηκόαμεν. Iam vt hominem proponit eum ipſum de quo dixit quòd ab initio erat. ita ex duabus non confuſis ſed coniunctis naturis vna Chriſti perſona ſtatuitur. Verbum autem ἀκούειν non ſignificat hoc in loco ex aliorum narratione aliquid accipere, ſed ſuis auribus aliquid audire. Audiui, inquit, loquentem, vidi ipſe meis oculis, contrectaui meis manibus, verum Deum verum hominem factum: nec ego ſolus, ſed alii præterea qui mecum fuerunt. Quorſum hæc autem Iohannes? nempe iam inſurrexerant tum qui naturam Diuinam, tum qui naturam humanam Chriſti negarent. Non eſt igitur quod miremur hodie exiſtere qui vel hæc ipſa, vel alia eiuſmodi errorum portẽta audeant reuehere, quum adhuc ſuperſtite eo ipſo qui præſens omnia ſpectarat, ea fuerit quorundam impudẽtia, vt quod ſuperſtitibus oculatis teſtibus probari poterat, auderent tamen inficiari. Quod ſpectauimus, ὃ ἐθεασάμεθα. Nõ eſt ταυτολογία, ſed amplius aliquid ſignificat τὸ θεᾶσθαι, id eſt ſpectare, quàm videre: acſi diceret, Quod ego his oculis vidi, idque non ſemel neque obiter, ſed quod ego verè & penitus ſum contemplatus: ne præſtigias aliquas fuiſſe exiſtimetis. De Sermone vitæ, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, Id eſt, ipſum illum Sermonem æternum per quem omnia facta ſunt, & in quo vno eſt vita, vt Ioh.1.a.2.

2 Nam vita Καὶ ἡ ζωὴ. Καὶ pro γὰρ accipio, ſicut apud Hebræos ו pro כי ſæpe vſurpatur. Fuit enim explicandum vitæ nomen, & Chriſti officium, quod facit quaſi ad tacitam obiectionem reſpondens, quo modo ſcilicet videri æterna illa & inuiſibilis vita potuerit. Itaque hunc verſiculum includo parentheſi, vt magis perſpicua ſit oratio. 3 Quod *inquam* vidimus Ὃ ἑωράκαμεν. Propter interiectum ſecundum

verſiculum,quum adhuc ſententia penderet, aliquot verba ex initio periodi repetit per epanalepſin: quam qui non conſiderant,multum & quidem fruſtrà in iſtis connectendis laborant,vt ex Eraſmi annotationibus facilè perſpici poteſt.

nũtiamus vobis,vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcum:& ſocietas noſtra ſit cũ Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

Et hæc ſcribimus vobis, vt gaudiũ veſtrum ſit plenum.

Et hæc eſt annuntiatio quam audiuimus ab eo,& annuntiamus vobis, ‖ Quoniã Deus lux eſt : & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

Iohan.8.b.12

Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo , & in tenebris ambulamus:mentimur,& veritatem nõ facimus.

Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatẽ habemus adinuicem, ‖ & ſanguis Ieſu Chriſti Filii eius emundat nos ab õni peccato.

Heb.9.g.28
1.petr.1.d.19
apoc.2.b.5
1.Reg.8.e.46
2.paral.6.g.36
prou.20.b.9

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus:ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

D

Si confiteamur peccata noſtra , fidelis eſt & iuſtus , vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate.

Si dixerimus quoniam non peccauimus:mendacem facimus eum,& verbum eius non eſt in nobis. Cap.I I.

Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt nõ peccetis. Sed & ſiquis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.

Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:non pro noſtris autem tantũ, ſed etiam pro totius mundi.

Et in hoc ſcimus quoniam cogno-

id″annuntiamus vobis :″vt& vos cõmunionem habeatis nobiſcũ: & communio noſtra ſit cum Patre &cum Filio eius Ieſu Chriſto.

4 ″Et hæc ſcribimus vobis,vt gaudium veſtrum ſit plenum.

5 ″Hoc eſt igitur″nuntium quod audiuimus ex ipſo, & renuntiamus vobis,Deum ″lucem eſſe,″nec tenebras in eo eſſe vllas.

Lux Deus.

6 Si dixerimus nos ſocietatem habere cum eo, & in tenebris incedimus,mentimur,′nec ſyncerè agimus.

7 Quòd ſi in luce incedimus,ſicut ipſe eſt in luce, ′communionem habemus cum illo mutuam,′& ſanguis Ieſu Chriſti filii eius purgat nos ab omni peccato.

Sanguis Chriſti.

8 ′Si dixerimus′ nos peccatum non habere:nosipſos fallimus,′& veritas in nobis non eſt.

9 ′Si cõfiteamur peccata noſtra,′fidelis eſt & iuſtus ,′vt remittat nobis peccata noſtra,′& purget nos ab omni iniquitate.

10 Si dixerimus nos non peccaſſe : ′mendacem facimus eum,′& ſermo eius non eſt in nobis.

Cap.I I.

1 Filioli mei,hæc ſcribo vobis,vt ne peccetis. Quòd ſiquis peccarit,′aduocatum′apud Patrem habemus, Ieſum Chriſtũ iuſtũ.

Aduocatus noſter,Chriſtus.

2 Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:nec pro noſtris ſolùm, ſed etiam ″pro totius mundi *peccatis*.

3 Et per hoc ſcimus″quòd cognouimus eum,

Annuntiamus ἀπαγγέλλομεν. Nempe vt ab eo miſſi.rectè autẽ dixit annuntiamus: nã fides eſt ex auditu. Itaque Euangeliũ dicitur hæc doctrina,quòd nullus ne ſuſpicari quidẽ de ea poſſit,niſi cui fuerit prædicata. Vt & vos ἵνα καὶ ὑμεῖς. Scopus Euãgelii,vt omnes vnà cõiũcti in Chriſto per fidẽ,filii Dei ſimus,Ioh.1.b.12. 4 Et hæc Καὶ ταῦτα. Cõcluſio procemii. 5 Hoc eſt igitur Καὶ αὕτη ἐστίν. Καὶ pro οὖν,vt alibi ſæpe,ex Hebræorũ idiotiſmo.Hinc enim inchoat argumẽti tractationẽ.cuius hæc ſumma eſt, Quũ Deus ſit ipſa puritas, mendaces ac blaſphemos eſſe qui ſe dicũt cum Deo cõmune aliquid habere:quũ interim in dẽſiſſimis peccatorum tenebris verſentur.Auſpicatur ergo à fidei fructibus,vt ab effectis ad cauſam aſcẽdat. Nuntium ἡ ἐπαγγελία. Vel,vt Vulg.annũtiatio.Eraſ.promiſſio:quæ declaratio nõ conuenit huic loco. Lucẽ φῶς. Hoc eſt ἐμφατικώτερον quàm ſi lucidũ,purũ,ſyncerũ dixiſſet. Nec tenebras καὶ σκοτία. Repetitio Hebraica,de qua diximus Ioh.1.c.20.Eſt autẽ Iohanni valde familiare hoc dicẽdi genus,vt,quod affirmauit,cõtraria negatione illuſtret.

6 Nec ſyncerè agimus. καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. Vulg.& Eraſ.& veritatem non facimus:ſeruato Hebraiſmo. Vide Iohan.3.c.21.

7 Cõmunionẽ hab.&c.κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων. Vulg.ſocietatẽ habemus ad inuicẽ.Eraſ.ſocietatẽ habemus inter nos mutuã.Ego primùm omniũ malui κοινωνίαν cõmunionem dicere quàm ſocietatẽ,quòd κοινωνία videatur pleniorẽ & arctiorẽ quandã cõiunctionẽ declarare,qualis nimirũ eſt Patris & filiorũ.Deinde μετ' ἀλλήλων interpretor cũ illo mutuã.Agitur enim nũc de cõmunione nõ ſanctorũ inter ſe,ſed Dei & ſãctorũ.Rectè autẽ omnino colligit Apoſtolus.nã ſicut nulla eſt luci cũ tenebris cõiunctio,ita luci cũ luce optimè cõuenit. Sed meminerimus oportere prius noſtras pelli tenebras, neque cauſã noſtræ cũ Deo cõmunionis,ſed conſequẽs ita explicari.Deinde de nobis nõ dici quòd lux ſimus,vel in luce ſimus,ſed nos in luce incedere.quãuis interdũ etiã lucis nomẽ ſanctis tribuatur,ſed ex participatione.hic autẽ dicitur Deus lux eſſe ex ſua natura,atque in luce eſſe.i.in æterna illa & infinita beatitate:nos verò in luce incedere,quatenus ſcilicet nobis ipſius radii prælucẽt in verbo,ad illã ipſius lucẽ ac beatitatẽ contendẽtibus. Et ſanguis καὶ τὸ αἷμα. Viden' quo vinculo coaluerit noſtra illa cõmunio?nẽpe quòd in Chriſto ſimus qui nos ſuo ſanguine gratis purgatos etiã ſanctificauit. 8 Si dixerimus,&c. Ἐὰν εἴπωμεν,&c.Cõſideremus quis loquatur,nẽpe fidelis ille & Chriſto præ cæteris charus Apoſtolus,& quidẽ iam veteranus.neque dicit,Si dixerimus nos nõ habuiſſe peccatum(quod ipſum tamen mox ſubiiciet)ſed,ſi dixerimus nos non habere. Itaque noſtra iuſtitia arguit nos cum Deo communionem habere.Sed ô nos miſeros,ſi vel tantillũ noſtra ſalus baſi tam infirma nitetur.Quid igitur illis fiet quos non pudet de ipſa quoque perfectione atque adeo ſupererogatione gloriari? Et veritas,&c. καὶ ἡ ἀλήθεια,&c. Nõ igitur modeſtiæ cauſa docemur ita loqui, ſed quia ita ſe res habet. 9 Si confiteamur,&c. Ἐὰν ὁμολογῶμεν,&c. Id eſt,ſi nos ſeriò & palàm nõ pudeat coram Deo nos miſeros peccatores agnoſcere,vt Matth.3.b.6. Nimium enim ſunt ridiculi qui ex iſtiuſmodi teſtimoniis nitũtur ſuam illã auricularem carnificinã,quam cõfeſſionem vocãt,ſtabilire. Fidelis eſt ac iuſtus, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος. Pendet ergo ſalus noſtra à gratuita Dei promiſſione , quæ quidẽ fallere nos nõ poteſt,quum idẽ ſit ſummè fidelis & iuſtus,id eſt re ipſa præſtãs quod promiſit. Vt remittat ἵνα ἀφῇ. Hæc verò noſtra eſt fœlicitas,vt definit Dauid Pſal.32.a.1 & 2.Vbi igitur merita quæ corã Deo afferamus?quaſi verò ad illũ accedamus tanquã aliquid daturi,ac non potius tanquã accepturi. Et purget καὶ καθαρίσῃ. Hoc alterũ eſt beneficium Chriſti,vt qui filii Dei ſunt facti,Spiritu Dei agãtur.Sed alibi tamẽ ſpem noſtrã eſſe collocandã meminerimus cũ Paulo Philipp.3.b.9. 10 Mendacem,&c. ψεύστην,&c. Nõ modò,inquit,ſeipſos fallunt,& mentiuntur,ſed etiã in Deum ſunt blaſphemi,qui ſibi puritatẽ arrogãt: contrà verò Dei veritatem obſignat quiſquis Dei miſericordiam in Chriſto oblatam,fide amplectitur,Iohan.3.d.33. Et ſermo,&c.καὶ ὁ λόγος,&c.i.doctrina eius nullũ in nobis locũ habet.Neque enim qui ſani ſunt,opus habẽt medico.Bene autẽ dixit,ἐν ἡμῖν,in nobis.Neque enim in labris vult ſedere Dei verbũ,ſed vt nobis ſit frugiferum,oportet vt in cordis penetralibus radices agat.

IN CAPVT II.

1 Aduocatum παράκλητον. Chriſtum quum nominat, cæteros omnes excludit.Quid igitur illis fiet qui ſanctiſſimæ Virgini hanc faciunt iniuriam,vt Chriſti ſpoliis velint illam exornari, imò etiam contentiſſima voce Chriſtum illi tanquam matri infantulum ſubiiciunt? Cæterùm quum aduocatum eſſe Chriſtum audimus,ſtatim ad vnicam illam oblationem reſpiciamus. Nam qui deprecandi munus à Sacerdotio diuellunt,ii planè neſciunt neque quis ſit Deus, neque quid Chriſtus: denique nihil minus quàm ſeipſos norunt. Ideò ſtatim ſubiicitur,Chriſtum eſſe propitiationem noſtram,vt intelligamus nõ alium nos aduocatum quàm eum ipſum habere qui ſolus noſter eſt Põtifex.

Apud Patrem πρὸς τὸν πατέρα. Rectè.Nam qui Deum pro Patre ſuo non agnoſcit,extra Chriſtum eſt,ideóq; nec deprecatorẽ nec pacificatorem habet. 2 Pro totius mundi *peccatis*. περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Subauditur articulus τῶν,vt legas περὶ τῶν,&c. pro ὑπὲρ τῶν,&c. quæ eclipſis etiam extat Ioh.5.f.36.Mundi verò appellatione omnes omnium ætatum,ordinũ,locorum fideles intelligũtur:vt nouerimus nuſquã eſſe ſalutẽ extra Chriſtũ,& ſancti illius ſacrificii pretioſus odor quàm latè porrigatur. Nã quum ἡμετέρων diceret, ſolos Iudæos videbatur ſignificaſſe,niſi hoc addidiſſet.Iudæis enim ipſum peculiariter ſcribere,quãuis vniuerſalis ſit hæc doctrina,liquet ex verſ.7. Cæterùm qui ex hoc etiã loco volũt æternæ electionis & reprobationis diſcrimẽ tollere,ſi non ex fidelibus verbi Dei interpretibus,ſaltẽ ex Chriſti ipſius ore diſcãt quomodo hîc accipiendũ ſit mundi nomẽ.Neque enim quæ ſit Patris volũtas,quódve Filii officiũ melius quàm ex ipſius Filii ſolẽni illa oratione intellexerint,qua,tanquam æternus Pontifex, vſus eſt quum ad vnicam illam oblationem properaret,Iohan.17.b.9,& c.20.

3 Quòd cognouimus ὅτι ἐγνώκαμεν. De fidei cognitione loquitur,quod aliis etiam ſequẽtibus locis obſeruandum eſt.Neque enim ex

tribulis aliquis petat ficus.& vbi fides non eſt,non eſt vera cognitio, ſed mortuum duntaxat illius ſimulachrum. Deinde non dicit,per hoc ſumus in eo, vel eum agnoſcimus,ſed per hoc ſcimus nos illum agnouiſſe. Bona igitur opera nos non inſerunt Deo, ſed inſitos & per hoc gratis iuſtificatos conſequuntur.

"ſi mandata ipſius obſeruamus.

4 "Qui dicit,noui eum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & in eo veritas non eſt:

Qui autem ſeruat ſermonē eius, verè in hoc"charitas Dei"expleta eſt. per hoc ſcimus"quòd in ipſo ſumus.

Manere in Deo.

6 Qui dicit ſe in eo"habitare,debet,ſicut ille ambulauit,*ita* &ipſe ambulare.

7 Fratres,"nouam doctrinam nō ſcribo vobis, ſed doctrinam veterem,quam *ſcilicet* habuiſtis"*iam inde* à principio. Vetus hæc doctrina,"ſermo ille eſt quem audiſtis *iam inde* à principio.

8 "E contrario doctrinam nouā ſcribo vobis, "quod verum eſt in ipſo,& in vobis:"quia tenebræ prætereūt,&vera illa Lux iā lucet.

9 "Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc:

uimus eū,ſi mādata eius obſeruemus

4 Qui dicit ſe noſſe eum,& mandata eius nō cuſtodit,mēdax eſt, & in hoc veritas non eſt:

Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus.

6 Qui dicit ſe in ipſo manere,debet ſic ut ille ambulauit,& ipſe ambulare.

7 Chariſſimi, non mandatum nouū ſcribo vobis,ſed mandatūvetus quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.

8 Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verū eſt in ipſo,& in vobis:quia tenebræ tranſierunt,& verū lumen iam lucet. B

9 Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuū odit, in tenebris eſt vſque adhuc:

Si mandata ipſius,&c. ἐὰν τὰς ἐντολὰς,&c. Hæc eſt regula omnium bonorum operum. Quòd ſi nos iſta non ſeruant,ſed ſalutē in Chriſto iam adeptos conſequuntur, quis tandem locus erit omnibus quantumuis ſpecioſis hominum ἐθελοθρησκείαις? Nempe ad illam Dei vocē omnes iſti fumi euaneſcent,Quis hæc requiſiuit è manibus veſtris?

4 Qui dicit,Ὁ λέγων. Gratuita igitur iuſtificatio ex vna fide in Chriſto,non excludit bona opera,vt Sophiſtæ Euangelicam doctrinam calumniari non ceſſant(quibus tamē cum bonis operibus nihil eſt commune:)ſed fontem bonorum operum,id eſt veram Dei cognitionē, aperit.Imò verò ex ſuis illis ſpeculationibus,quæſtionibus, diſtinctionibus, realitatibus, quidditatibus oſtendant quomodo tandem homines apti & idonei ad bene agendum reddantur. 5 Charitas Dei ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. Id eſt,charitas qua Deus diligitur. In eo enim verſatur vt doceat quis verè dicatur Deum noſſe,is nimirum qui Deum amat. Ecquis autem Deum verè amat?is qui mandata ipſius obſeruat. Ergo hæc neceſſariò cohærent,Deum noſſe,Deum amare,Dei mandata ſeruare:quibus totidem contraria opponuntur. Expleta eſt. τετελείωται. Vulgata & Eraſmus,perfecta eſt. Atqui,vt mihi videtur, non quæritur hoc in loco quis perfectè Deum diligat, ſed quiſnam verè illum diligat. id eſt,quis non verbo tantùm ſed re ipſa dici poſſit illum diligere.is nimirum qui obſeruat eius mandata.Itaque τελειοῦν hoc in loco non declarat perfectè aliquid præſtare,ſed mendacio & ſimulationi,inani denique ſpeciei opponitur: vt hoc planè ſit quod dicimus in vulgato ſermone,*mettre en execution*.Sed hoc quoque notandum eſt,Iohannem non ſcripſiſſe οὗτος τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἐτελείωσεν,hic verè charitatem Dei præſtitit,neque τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται,charitas Dei ab iſto præſtita eſt:minimè id quidem quaſi ſtipites ſimus aut trunci: ſed quia Deus is eſt qui pro gratuita ſua beneuolentia efficit in nobis vt velimus & poſſimus. Hoc neglexit ille qui hunc locum ita conuertit, Qui verò eius dictis paret,is verè Dei amore perfecto præditus eſt. in qua interpretatione quàm multa ſint manifeſta errata licet intelligere ex iis quæ attigimus. Quòd in ipſo ſumus. ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμέν. Nulla eſt ταυτολογία,eo tantùm excepto quòd familiare eſt Iohanni,vt ſuprà admonui 1.a.5,ex Hebræorum conſuetudine,quod ſemel dictum eſt amplificare ex contrarii collatione. vt ſiquis ſuperiorē verſiculum cum priore huius parte comparet,& infrà verſ.9.10 & 11. Verùm hæc appendix minimè eſt otioſa. Aſſurgit enim vno gradu altius:nempe ad noſtram in Chriſtum inſitionem. 6 Habitare, μένειν. Id eſt κατοικεῖν.Ita enim accipitur τὸ μένειν hoc in loco vti apud Hebræos שב,quomodo etiam Iohan.6.f.56 interpretandum eſt. vt in Chriſto eſſe & in Chriſto habitare,idem declarent. niſi ſubtilius malimus diſtinguere,quod alicubi faciendum eſt.Multi enim ſpecie tenus inſiti dicuntur,qui poſtea reſecantur,quia fructum non ferunt, vt Iohan.15.a.2.de quibus diximus 1.Tim.4.a.1. 7 Nouam doctrinam ἐντολὴν καινήν. Vel,mandatum nouum.ſed doctrinam malo interpretari,ſicut ab Hebræis quoque accipitur מצוה pro omni eo quod ab aliquo exigitur. Sed quorſum in hunc ſermonem ingreditur Apoſtolus,& quodnam iſtud doctrinæ ſeu mādati genus eſt,quod & vetus & nouum eſſe dicit? Nempe quòd dixerat oportere eos inſtar Chriſti ambulare qui ſe in Chriſto habitare dicerēt,id in cauſa fuit cur hac præfatione vteretur, antequam apertè explicaret quænam illa ſint Chriſti veſtigia quæ nos conſectari oporteat.At quænam illa eſt doctrina?Iſta ſcilicet,vt fratrem amemus. Hanc igitur negat per ſe nouam eſſe, quum hoc iam inde à Legis initio præſcriptum fuerit.Sed nouam poſtea,quaſi ſeſe reuocans,appellat,idque(quod ſine cuiuſquam præiudicio dictum ſit)duplici reſpectu.Primùm enim in Lege ſcriptum fuit, DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TEIPSVM. in Euangelio verò Dominus,hac ipſa de re loquens,Iohan.13.d.34, Præceptum nouum, inquit, do vobis, VT DILIGATIS VOS MVTVO. Hîc verò quid tandē eſt noui? Nihil profectó. Sed audiamus cur nouum vocarit. SICVT DILEXI VOS,VT ET VOS DILIGATIS VOS MVTVO. Hîc igitur non ipſam præcepti naturam ſed formam videmus immutatam. ſiquidem lōgè rectior ac certior charitatis canon nobis hîc proponitur quàm antea.Sed nunquid Euangelium noua quædam Lex eſt? minimè:quum ad ipſius exortum vna pars Legis diſparuerit,ab alterius verò execratione ſimus per illud liberati:nedum vt Legis vinculum adſtrinxerit. Quid igitur?conſideremus noui fœderis formulam,ſicut deſcribitur Ierem.31.f.33,Legem meam, inquit, ipſorum cordi inſcribam. Hæc igitur eſt altera illa ratio cur nouum hoc præceptum dicatur. quòd nimirum non in tabulis lapideis,vt antea ſub Legis tenebris, ſed in corde ſit inſcriptum,cui verus ille ſol illuxerit. Itaque nihil mirum eſt perfectiora nunc ab iis qui in Chriſto habitant,non dico exigi, ſed re ipſa præſtari, quàm ab iis qui olim ſub Lege vixerunt, exigua quadam Spiritus particula præ nobis donati. Meritò igitur hoc mandatum & vetus per ſe,& aliquatenus etiam nouum Iohannes vocauit, veluti dictū illud Domini noſtri explicans quod paulo antè citaui,vt mihi quidē videtur. Nam diuerſis interpretationibus nullum præiudicium afferre velim.Huc etiam ſpectat,opinor,exacta illa Decalogi explicatio quæ commemoratur Matth.5 & 6 capitibus.

Iam inde à principio.ἀπ' ἀρχῆς. Addidi iam inde, ne quis in principii vocabulo philoſopharetur:quod aliquoties factum eſt admodum intempeſtiuè. Sermo ille ὁ λόγος. Exprimendi fuerunt articuli, ab Eraſmo & Vetere interprete neglecti.Explicat autē Apoſtolus apertius quid illud ſit quod dixerat,ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς,quam habuiſtis iam inde à principio.Itaque principii nomen omnino videtur vtrobique ſimili ratione explicandum,ita ſcilicet vt tempus datæ Legis reſpiciat. At enim cur tempus illud vocauit principium?nempe quia tum demum Iſrael cœpit eſſe populus ab aliis diſtinctus,qui ſuis Legibus regeretur:quum antea vel vnica tātùm eſſet familia, vti ſub Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo:vel gens, vt quum inter AEgyptios,tanquam inquilini & mercenarii degerent.Iudæis autem peculiariter ſcribit, quanuis vniuerſalis ſit hæc doctrina,vt etiam liquet ex verſ.5. 8 E contrario πάλιν. Vel rurſum, vt Eraſmus. Sed illud eſt planius.Vulg. Iterum,quod non conuenit. Eſt enim hîc non repetitio ſed contrarii declaratio. Quod verum eſt in ipſo & in vobis ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν. Id eſt,quæ res, nempe nouam eſſe doctrinam quam vobis ſcribo, vera eſt in illo & in vobis. Vel, *id ſcilicet* quod verum eſt in ipſo & in vobis. vt ſit appoſitio,huic Apoſtolo in primis, tum in Euangelio,tum in hac epiſtola valde familiaris. Vtrouis autem modo interpretemur,hæc doctrina illius primùm reſpectu noua eſt,qui eſt Eccleſiæ caput & canon : deinde etiam noſtri, qui Spiritu ipſius regimur.Eraſ.quod verum eſt in ipſo,*idem uerum eſt* & in nobis.perinde nimirum ac ſi noua hæc eſſet periodus:repugnante omnium Græcorum codicum fide. Quia tenebræ,&c. ὅτι ἡ σκοτία, &c. Ὅτι accipiendum eſt αἰτιολογικῶς. Aperit enim fontem iſtius nouitatis non in ipſa, vt modò dixi, ſubſtantia,ſed forma præcepti poſitæ: quia nimirum nobis nunc plena lux ſolis reſplendet, vt ſuprà copioſius expoſuimus. Quidam perabſurdè conuertit,videlicet tenebras præterire,quaſi ſcilicet ὅτι ponatur εἰδικῶς.

9 Qui dicit,&c. Ὁ λέγων,&c. Nunc,abſoluta præfatione , ad ſecundam tabulam deſcendit, id eſt ad proximi charitatem: & ſimili ratione ab hoc effecto ad cauſam argumentatur.Coniuncta enim hæc eſſe,Deum noſſe,ſiue in luce eſſe & habitare,& fratrem diligere.

Infrà 3.c.14

10 Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

11 Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

12 Scribo vobis, filioli, quoniã remittũtur vobis peccata propter nomẽ eius

13 Scribo vobis, patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt. Scribo vobis, adoleſcentes, quoniam viciſtis Malignum.

14 Scripſi vobis, infantes, quoniam cognouiſtis Patrem. Scripſi vobis, adoleſcentes, quoniã fortes eſtis, & verbũ Dei manet in vobis, & viciſtis Malignum.

C

15 Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. ſiquis diligit mũdum, non eſt charitas Patris in eo.

16 Quoniam omne quod eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

17 Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

18 Filioli, nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia antichriſtus venit, nunc antichriſti multi facti ſunt. vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt.

19 Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis. nam ſi fuiſſẽt ex nobis, permãſiſſent vtique nobiſcum. ſed vt manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis.

20 Sed vos vnctionem habetis à San

10 Qui diligit fratrem ſuum, in luce manet, & offendiculum in eo non eſt.

11 Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat: & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcarũt oculos ipſiꝰ.

12 ″Scribo vobis, filioli, quoniam ″remiſſa ſunt vobis peccata ″propter nomen eius.

Remiſſio peccatorum.

13 Scribo vobis, patres, quoniam noſtis eum qui à principio eſt. Scribo vobis, adoleſcentes, quoniam Malum illum viciſtis.

14 Scribo vobis, pueruli, quoniam noſtis Patrem. ″Scripſi vobis, patres, quoniam noſtis eum qui eſt à principio. Scripſi vobis, adoleſcentes, quia fortes eſtis, & verbum Dei habitat in vobis, & illum Malum viciſtis.

15 ″Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. ſiquis diligit mundum, non eſt ″charitas Patris in eo.

Diligere mũdũ.

16 Quoniam omne quod eſt in mũdo, cupiditas carnis, & libido oculorum, & faſtus vitæ, non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

17 Porrò mundus præterit, & cupiditas ipſius. qui verò facit volũtatem Dei, manet in æternum.

18 ″Pueruli, ″vltimum tẽpus adeſt: & ſicut ″audiſtis quòd antichriſtus venturus ſit, etiam nunc antichriſti multi cœperunt eſſe: vnde ſcimus vltimum tempus adeſſe.

19 E nobis egreſſi ſunt: ſed non erant ex nobis. nam ″ſi fuiſſent ex nobis, permãſiſſent vtique nobiſcum. ſed *hoc factum eſt* vt pateſieret quòd non ſint omnes ex nobis.

20 ″At vos ″vnctionem habetis ″à Sancto illo *profectam*, &

Vnctio.

12 Scribo vobis, filioli, Γράφω ὑμῖν, τεκνία. Meritò, ſuperiori de charitate tractationi ſubiicit ipſius baſin, noſtri nimirum cum Deo reconciliationem. ac primùm quidem in genere fideles omnes compellat filiorum nomine, tanquam ſpiritualis illorum Pater: deinde in tres ætatum claſſes multitudinem diuidit. quarum ſingulis tribuit quod illis maximè proprium eſt ac peculiare. ſenibus enim ſcientia & cognitio rerũ maximarũ, ætatis vigentis hominibus vires conueniunt. inferiori demũ ætati hoc quadrat vt eos agnoſcant ac reuereantur à quibus tenera ipſorum ætas regitur. Quod igitur inquit γράφω, ad præſentem epiſtolam eſt accommodandũ, vt apparet ex verſ.26. acſi diceret, Hæc vobis ſcribo, filioli: quia eſtis ex eorum numero quos Deus ſibi reconciliauit. & ſic deinceps in iis quæ ſequuntur. Τεκνίων autem appellatio blandior eſt, quàm ſi τέκνα eos vocaſſet. qua ratione etiam mox παιδία maluit quàm παῖδας vocare eos qui ſunt infra adoleſcẽtiam. Sed in eo poſt alios nonnullos deceptus eſt Eraſmus, quòd τεκνία & παιδία non diſtinxerit: quum illud ad totam Eccleſiam, cuius ipſe ſit veluti communis pater: iſtud verò ad infimæ ætatis fideles referatur: vt rectè omnino obſeruauit Vetus interpres. Remiſſa ſunt ἀφέωνται. Vulg. & Eraſ. remittuntur: non ſatis rectè. eſt enim hoc in loco magna præteriti temporis energia. Vide Marc.2.a.5. Propter nomen eius. διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Id eſt, propter eum, ex Hebræorum idiotiſmo. Chriſtum autem nominãs, cæteros omnes excludit, ſiue in cælo ſint, ſiue in terra, vt Act.4.b.12. 14 Scripſi vobis, patres, ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες. Vide infrà verſ.21. Cæterùm videri quidem poteſt ſuperuacanea iſta repetitio, ſed tamen duæ cauſæ faciunt vt minimè putem redundare. Vna, quòd in omnibus noſtris codicibus vetuſtis inuenitur: altera, quòd cauſam non video cur potius repetenda fuerint illa quæ ſequũtur. Vetus tamen interpres non legit hoc membrum, nec habet Complutenſis editio. Atenim quorſum hæc repeteret, dices? Afferam quod coniicio, nec tamẽ velim affirmare. Sicut Chriſti beneficium ſingulis ætatibus applicauit, ita nunc conſtituit ſingulis proprias exhortationes applicare. Quia igitur interiecta fuerat apoſtrophe ad pueros, id eſt adoleſcẽtibus inferiores, redit ad id quod de ſenibus & adoleſcentibus dixerat, aliquid etiam adiiciens quod ad adoleſcentes attinet. Deinde ſubiicit exhortationem & adoleſcentibus & adoleſcentum patribus propriam, à verſ.15, vſque ad initium verſiculi 18. Nam ſi diligenter conſideremus quænam iſta ſit adhortatio, comperiemus illarum ætatum hominibus multo magis quàm inferiori ætati eſſe accommodatam: quanuis doctrinæ ipſius vſum non negem omnibus ætatibus non vtilem modò, ſed etiam neceſſarium eſſe.

15 Ne diligatis Μὴ ἀγαπᾶτε. Mundum conſiderat quatenus cum Dei voluntate nõ conſentit, & eum amorem damnat qui nos à Deo abducit: alioquin dicitur Deus ipſe mundum infinito quodam amore dilexiſſe, Iohan.3.b.16, id eſt eos quos ex mundo elegit. Charitas Patris ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς. Patrem intelligit cæleſtem κατ' ἐξοχὴν, addito articulo, vt in ſuperiore verſiculo. Et charitas Patris dicitur, qua diligitur Pater, vt diximus ſuprà verſ.5. Quî enim poteſt Deum diligere qui Dei aduerſarium amplectitur?

18 Pueruli, παιδία. Nunc pueros quoque ſeorſim compellat, ſicut antea adoleſcentes & illorum patres fuerat exhortatus: vtitúrque diminutiuo nomine, vt antè dixi, non quaſi infantulos alloquatur, ſed blandioris appellationis cauſa. Eſt autem rurſus obſeruandum quod diximus verſ.14, nempe quanuis omnibus omnium ætatum hominibus neceſſaria ſit hæc doctrina, tamen admonitionem iſtam iis potiſſimũ conuenire qui adhuc in catechiſmo inſtituuntur. Nam alios iam firmiore cognitione inſtructos, oportuit iſta religionis rudimenta prorſus tenere. Rudimenta autem appello non quòd vulgarem aliquam & puerilem doctrinam contineant, quum hæc ſint eiuſmodi vt ipſam quoque cælorum altitudinem ſuperent: ſed quia hæc prima ſunt religionis Chriſtianæ fundamẽta. Quî enim Chriſti officiũ intelligas niſi prius quis ſit Chriſtus cognoueris? Itaque non ſine pudore veteris Eccleſiæ tandiu de iis diſputatum eſt quæ Chriſtianorum pueros penè vnà cum lacte ſugere oportuerat. Sed viciſſim nunquam ſatis poterit commendari inuicta bonorum patrum pietas ac conſtantia, qui ne tantillum quidem ceſſerunt hæreticorum impudentiæ, iis in rebus quibus vel minima ex parte labefactatis, neceſſe ſit totum ædificium corruere. Quid igitur illis fiet quos hodie non pudet partim eoſdem illos errores reuocare, partim etiam iſta vt curioſa & inutilia reiicere? Vltimum tempus adeſt: ἐσχάτη ὥρα ἐστί. Quàm bene hoc pueris præcipuè conuenit? Scimus enim huic ætati præ cæteris familiarem eſſe ſocordiam, quaſi nondum maturuerint, & ſatis adhuc illis ad diſcendum temporis ſuperſit. Audiſtis ἠκούσατε. Non alloquitur prorſus rudes, ſed qui iam Patrem cognouiſſent, vt dixit ſuprà verſ.14, & repetet verſ.21. denique qui confirmatione potius egerent quàm doctrina. Erant enim tum in hoc ordine plerique etiam proculdubio iam adulti & firmioris iudicii homines: ſed pudoris cauſa quaſi ſola παιδία compellauit.

19 Si fuiſſent ex nobis, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Quomodo nectent hoc argumentum, qui dicunt electos poſſe à fide excidere?

20 At vos Καὶ ὑμεῖς. Id eſt ἀλλὰ ὑμεῖς. Ponitur enim καὶ pro aduerſatiua coniunctione, vt Act.10.d.28, & alibi ſæpe, ex Hebræorũ idiotiſmo. Vnctionem χρίσμα. Id eſt, gratiam Spiritus ſancti. tranſlatione ſumpta à conſuetudine vnctionum quæ in Lege vſurpabantur: quod monere volui nequis ineptus impurum illum adipem pſeudepiſcoporũ hoc loco ſignificari putet. A ſancto illo *profectam*, ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Id eſt à Chriſto, qui Sanctus peculiariter dicitur, vt Luc.1.d.35. imò verò peculiariter Sanctus ſanctorum, id eſt Sanctus ſanctiſſimus,

Dan.9.g.24.Sed & Deo Patri hoc tribui poteſt,qui nos vngat in Filio:& peculiariter etiã dicitur ab Hebræis קדוש.vel etiam Spiritui ſancto, qui ſanctus propriè dicitur ab hoc effectu.Eſt enim Dei virtus eſſentialis, vt qui & ipſe ſit Patri ac Filio ὁμοούσιος & æqualis per omnia, qua nos Pater vngit in Filio.

"noſtis omnia.

21 Non"ſcripſi vobis *idcirco* quòd veritatẽ ignoretis : ſed quia eam noſtis,quódque nullum mendacium ex veritate ſit.

22 Quis eſt mendax,niſi is qui negat Ieſum eſſe"Chriſtum?hic eſt Antichriſtus,negans Patrem & Filium.

23 "Quiſquis negat Filium,is ne Patrem quidem habet.

24 Quod igitur"audiſtis *iam inde* à principio,*id* in vobis maneat:ſi in vobis mãſerit quod audiſtis *iam inde* à principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.

25 Hæc autem illa eſt promiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, "*nempe* vita illa æterna.

26 "Hæc ſcripſi vobis de iis qui abducunt vos:

Vnctio,Spiritus ſanctus,docet Chriſtianos.

27 Sed"vnctio quam *vos* accepiſtis ab eo,manet in vobis :"nec neceſſe habetis vt quiſquam doceat vos:verùm ſicut"eadem vnctio docet vos de omnibus,*quæ* & verax eſt,"& non mẽdax:& ſicut docuit vos,"manebitis"in eo.

28 "Nunc igitur filioli,manete in eo :vt quũ patefactus fuerit,habeamus fiduciã,neque pudefiamus "coram eo in ipſius aduentu.

29 Si ſcitis quòd iuſtus eſt ,"noſtis quòd quiſquis exercet iuſtitiã, ex ipſo natus eſt.

ẽto,& noſtis omnia.

21 Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem , ſed quaſi ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt.

22 Quis eſt mẽdax,niſi is qui negat quoniam Ieſus eſt Chriſtus ? hic eſt Antichriſtus qui negat Patrem & Filium. D

23 Omnis qui negat Filium,nec Patrẽ habet:qui confitetur Filium,& Patrẽ habet.

24 Vos quod audiſtis ab initio , in vobis permaneat:ſi in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio,& vos in Filio & Patre manebitis.

25 Et hæc eſt repromiſſio quã ipſe pollicitus eſt nobis,vitam æternam.

26 Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos.

27 Et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo,maneat in vobis:& non neceſſe habetis vt aliqs doceat vos:ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt,& non eſt mẽdacium:& ſicut docuit vos,manete in eo.

28 Et nunc filioli,manete in eo:vt quũ apparuerit,habeamus fiduciam,& nõ confundamur ab eo in aduentu eius.

29 Si ſcitis quoniam iuſtus eſt , ſcitote quoniã & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Noſtis omnia. οἴδατε πάντα. Sic verſ.14,dixit eos Patrem noſſe. Nam qui Patrem nouit,omnia certè nouit,quum Pater in Filio agnoſcatur,in quo ſunt omnes abſconditi theſauri.Sed ſi norunt omnia,quorſum eos docet?Quære reſponſum 2.Pet.1.c.12,& deinceps.

21 Scripſi ἔγραψα. Loquitur de hac ipſa epiſtola, imò de hoc ipſo quod ſcribit: ſed vtitur præterito tempore quòd rationẽ habeat eius temporis quo epiſtola perlegetur:quem morem etiam Latini ſeruant,vt ſi dicas,Has literas ad te dedi,vel ad te ſcribere non dubitaui,minimè id quidẽ quòd te exiſtimarem mea cohortatione indigere,ſed vt meam in te beneuolẽtiam agnoſceres.Sic inquit Paulus,Nõ ſcripſi vobis idcirco quòd veritatem ignoretis,ſed contrà idcirco ſcripſi quòd eam noueritis, & ita quidem vt à mendacio noueritis diſtinguere. Sed quorſum hoc?Nempe vt cõmemoratione præclaræ huius opinionis quam de ipſis conceperat,non modò ad perſeuerandum in iis quæ didicerant,ſed etiam ad proficiendum,ipſorum animos accẽdat. Eſt autem operæpretium conſiderare etiã atque etiam, quouſque ſeſe fidelis Apoſtolus Domini demittat,& quàm paternè infimis etiam docendis ſeſe accommodet. Hoc tamen certum eſt,ad totam Eccleſiam pertinere hanc doctrinam quæ vel præcipua erat. ſed non temerè eſt quòd quaſi infimos cõpellans,hæc omnia commemoret: nempe ne ſe putent alii ſuſpicione grauari:deinde vt illos pudeat ea ignorare,vel de iis dubitare quæ infimis etiam ipſis abundè nota eſſe oporteat.

22 Chriſtum? Χριστός; Id eſt verum illum Meſſiam.Negat autem Ieſum eſſe Meſſiam,qui vel alteram illi naturam vel penitus vel aliqua ex parte adimit,vel naturas confundit aut ſeparat, qui Filii hypoſtaſin non diſtinguit, qui in eo vno per vnicam eius oblationem ſemel factam non confidit,ſeſe à Deo Patre gratis per fidem iuſtificatum,ac proinde corpore & animo tandem glorificandum.

23 Quiſquis,&c. Πᾶς,&c. Falluntur ergo,& alios etiam fallunt,qui Turcas alióſve infideles tradunt eundem illum Deum adorare quẽ adoramus. 24 Audiſtis ἠκούσατε. Iterum audiendi verbum conuenit diſcipulis,ſed qui multum iam promouerint.Ideò addit, ἀπ' ἀρχῆς *iam inde* à principio,id eſt ex quo inſtitui cœpiſtis in primis Chriſtianæ religionis rudimentis.

25 *Nempe* vita illa æterna. τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Repetitio articuli magnum addit pondus orationi , ideóque omitti non debuit. Poſitum eſt autem antecedens in relatiui caſu,Hebræorum more,de quo alibi diximus.

26 Hæc ſcripſi Ταῦτα ἔγραψα. Nequis miretur tam ſolicitè hoc inculcari ab Apoſtolo , & quidem infimos alloquente, obſeruet quod antè dixi,totam Eccleſiam in infimorum perſona,ſancta quadam calliditate compellari.

27 Vnctio τὸ χρίσμα. Id eſt, Spiritus quem à Chriſto accepiſtis, quique vos in omnem veritatem induxit. Nec neceſſe habetis καὶ οὐ χρείαν ἔχετε. Ego,inquit, ſpero vos ita in his rebus eſſe fœliciter ac ſanctè inſtitutos vt doctore non egeatis. Quid igitur (dicet aliquis) cur tu illos doces ? Reſpondeo , vel ſummos doctores poſſe ac debere etiam quotidie aliquid in Domini ſchola diſcere, quum omnes ex parte cognoſcamus,nedum vt hi quos Apoſtolus alloquitur nullo præceptore indigerent.Deinde hoc eſſe dextrè accipiendum,hactenus ſcilicet vt ſignificentur harum rerum minimè rudes eſſe quas illis non tanquam ignotas proponat,ſed tãquam cognitas inculcet. Præterea cauſam etiam aliam fuiſſe arbitror cur hoc adderet Apoſtolus , nempe vt oſtenderet ſeſe minimè proponere diuerſam doctrinam ab ea quam ex ſuis doctoribus iam antea non audiſſent modò,ſed etiam didiciſſent. Ita enim fit vt & doctrinam ſuam , & illorum diligentiam laudet,quo magis ac magis confirmentur. Eadem vnctio τὸ αὐτὸ χρίσμα. Non potuit luculentiore teſtimonio paſtores & doctores ornare à quibus iſti inſtituti fuerant , & quotidie adhuc inſtituebantur , quàm quum ipſos diceret ab ipſo Spiritu ſancto doceri, & iam antea eſſe edoctos:idque nihilominus ita facit artificioſe, vt ſimul & doctrinam ipſam,vt cæleſtem:& doctorum diligentiam,pietatem,fidem, auditorum denique alacritatem ſine vlla adulationis ſuſpicione,non minus verè quàm magnificè prædicet. Et non mendax, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. Eiuſmodi repetitiones à contrariis ſumptas ſæpe iam admonuimus Iohanni præcipuè eſſe familiares.Non contentus igitur dixiſſe vnctionem illam veracem eſſe,addit mendacem non eſſe.Nam ψεῦδος pro ψευδὴς ponitur: cuius enallages exempla paſſim annotauimus, vt 2.Cor.3.c.9,& 7.d.14.Sed & Homerus Iliad.β,hoc ipſum nomen ſimiliter prorſus vſurpauit in his verſiculis, Πρὶν Ἄργοσδ' ἰέναι, πρὶν ἢ Διὸς αἰγιόχοιο Γνώμεναι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, ἠὲ καὶ οὐκί. Non ſatis rectè igitur conuertit Vetus interpres,Et nõ eſt mendacium: quem tamen ſequutus eſt Eraſmus. Manebitis μενεῖτε. Vulg.& Eraſ. manete. Sæpe enim apud Hebræos futura indicatiui pro imperandi modo vſurpantur. Sed mihi quidem hìc videtur omnino ſeruanda futuri propria ſignificatio, vt ſit bene ominantis, & iſta prorſus cohæreant cum eo quod dixerat,ipſos nullo iam in his rebus alio doctore indigere. In eo. ἐν αὐτῷ. In eo ſcilicet Chriſto,ſiue in Filio. de eo enim agitur. Et vnctionem diſtinxit ab eo à quo illam acceperant:in quo etiam vult vt per eandem vnctionem maneant.Eraſ.in ea:ſcilicet vnctione.

28 Nunc igitur, filioli, Καὶ νῦν, τεκνία. Iam manifeſtè videmus ad vniuerſalem illam exhortationem regredi Apoſtolum. Itaque καὶ pro οὖν iterum ponitur vt ſuprà 1.a.5.Et τεκνίων,id eſt filiorum appellatio toti Eccleſiæ communis eſt,vt ſuprà expoſuimus,verſ.12. Corã eo: ἀπ' αὐτοῦ. Sic loquuntur Hebræi , apud quos pudefieri non ab aliquo,ſed ex aliquo dicitur qui pudoris occaſionem ex conſpectu alicuius arripiat, quem ſcilicet ſuſtinere non poſſit. Diſtinguenda ſunt igitur ἀπ' αὐτοῦ & ὑπ' αὐτοῦ. Pudor enim hic à nobis, non à Deo manat. Neque rectè Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt,ab eo.Et quod addidit Eraſmus ſenſum eſſe poſſe, vt illum non pudeat noſtri: valde eſt abſurdum. 29 Noſtis γινώσκετε. Vulgata & Eraſmus,ſcitote:quod non admodum quadrat. Vbique enim ſolet Apoſtolus ita temperare doctrinam quaſi non doceat imperitos. Tantùm igitur oſtendit quæ ſint connexa,nempe Patris & Filii natura.Ergo quos Deus iuſtus genuit ex Filio ſuo iuſto,neceſſe etiam eſt vt iuſti ſint.Inde ingreditur deſcriptionem eius ſimilitudinis quæ eſt inter caput & mẽbra.

	Cap.III.		Cap.III.	
	Videte qualem charitatē dedit nobis Pater, vt filii Dei nominemur & ſimus: propter hoc, mundus nō nouit nos, quia non nouit eum.	1	Videte ʹqualem charitatē dedit nobis Pater, *nempe* vt filii Dei ʺvocemur: propterea mundus non nouit nos, quia non nouit eum.	
	Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, & nōdum apparuit quid erimus: ſcimus quoniam quum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.	2	Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, ʹſed nondum apparuit quod erimus: ſcimus autem quòd ʺquum *ipſe* patefactus fuerit, ʹſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ʹſicuti eſt.	
	Et omnis qui habet hāc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.	3	Et quiſquis habet hanc ſpem in eo *ſitam*, purificat ſe, ʹſicut & ille purus eſt.	
	Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas.	4	ʺQuiſquis cōmittit peccatū, ʹetiam Legē tranſgreditur: ʺnam peccatum eſt Legis tranſgreſſio.	
Eſa.53.b.5.6.c.9.d.1 1.petr.2.d.22.24	Et ſcitis quia ille apparuit | vt peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt.	5	ʺEt ſcitis quòd ille patefactus eſt vt peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt.	
	Omnis qui in eo manet, nō peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.	6	Quiſquis in eo manet, ʹnon peccat: quiſquis peccat, non vidit eum, nec nouit eum.	
	Filioli, nemo vos ſeducat: qui facit iuſtitiā, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt.	7	Filioli, nemo vos ſeducat: ʹqui exercet iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut ille iuſtus eſt.	
Iohan.8.f.44 B	| Qui facit peccatū, ex Diabolo eſt: quoniā ab initio Diabolus peccat. in hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.	8	ʺQui committit peccatum, ʹex Diabolo eſt: quoniam ʹ*iam inde* à principio Diabolus ʺpeccat. ad hoc patefactus eſt filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.	Filii Diaboli.
	Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.	9	Quiſquis natus eſt ex Deo, peccatum non committit: quoniam ʺſemen ipſius in eo manet, nec poteſt peccare, eo quòd ex Deo natus eſt.	Filii Dei.

IN CAPVT III.

1 Qualem charitatem ποταπὴν ἀγάπην. Id eſt, cuius charitatis munus. Malui autem hoc exprimere ad verbum, quàm quicquam immutare:
quòd neſcio quomodo videatur illud magis expreſſum, quaſi charitatem ipſam, eámque ſummam nobis largitus ſit Dominus. Cæterū
de capitis ac membrorū conuenientia dicturus Apoſtolus, contrario prorſus ordine quàm antea, id eſt nō ab effectis ad cauſam aſcēſurus,
ſed à cauſa deſcenſurus ad effecta, meritò ab ipſo fonte auſpicatur, nempe à Dei charitate, quam ſolet Paulus εὐδοκίαν vocare. Scopus autem
huius charitatis eſt, vt filii Dei ſimus in Chriſto. Hinc demum deſcendit Apoſtolus ad filiorum Dei qualitates conſiderādas, vt germanos filios
à ſpuriis diſtinguamus. Sed in primis nequis hanc dignitatem, carnis iudicio metiatur, duo voluit præfari: Vnum, eiuſmodi eſſe hanc
prærogatiuam, vt tamen à mundo cognoſci non poſſit. quomodo enim noſtram cum Deo conuenientiam cognoſceret qui Deum ipſum nō
nouit? Alterum, nondum etiam in nobis patefactam eſſe illius dignitatis gloriam, quanuis iam ſimus filii Dei: ſed in eius aduētum differri,
quo nos ille redimet in quo filii Dei ſumus. Sed, inquit, certa eſt iſta expectatio. His verò præpoſitis, tum demū incipit quæ ſit illa noſtri cū
Chriſto conuenientia explicare, in eo ſcilicet quòd puri ſumus, ſicut & ille purus eſt. Vocemur: κληθῶμεν. Id eſt ſimus, & ita quidē vt
tales nos eſſe conſtet. neque apud Hebræos duntaxat ita accipitur verbum קרא, ſed & apud Græcos verbum καλεῖσθαι. Hom. Iliad. δ, καὶ οὕνεκα
σὴ παράκοιτις Κέκλημαι. Vbi Euſtathius, diligentiſſimus interpres, τὸ κέκλημαι, φησὶ, οὐκ ὀνομασμὸν δηλοῖ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται, ἵνα λέγῃ ὡς οὐ
ψεύδομαι εἶναι σὴ, ἀλλ' ὑπὸ πάντων οὕτω καλοῦμαι. Vulgata, nominemur & ſimus: non ineptè profectò, ſi ſenſum ſpectes.
2 Sed nondum καὶ οὔπω. Καὶ pro ἀλλὰ, vt ſuprà 2.c.20, & d.27. Quum *ipſe* patefactus fuerit, ἐὰν φανερωθῇ. Ἐὰν pro ἐπειδὰν ponitur, ſicut
εἰ ſæpe pro ἐπειδὴ. i. ſi pro quia. Deinde ſupplendum eſt relatiuum αὐτὸς ipſe, ſcilicet Chriſtus: vt ex eo apparet quod ſtatim ſubiicitur, & ex Coloſſ.
3.a.3. ſicut rectè omnino annotauit doctiſſimus interpres. Similis atque adeò multo durior eſt eclipſis Pſal.87.a.1. Similes ὅμοιοι.
Similes intellige, non pares, vt deſcribitur 1.Cor.15.f.42 & 43, & Philip.3.d.21. Nam inter caput & membra ſemper erit diſcrimen: atque vtinā
hîc potius ſtudeamus viam tenere qua ad gloriam illam peruenitur, quàm charioſè de eo inueſtigemus quod omnē captum noſtrum, qualis
quidem nunc eſt, exuperat. Sicuti eſt. καθώς ἐστι. Nunc igitur etiā illum videmus, ſed per ænigma, in fide & ſpe: qua de re 1.Cor.13.d.12.
3 Sicut καθώς. Similitudinē iterum ſignificat, nō autem paritatem. Quis enim ita purus eſt vt Deus, in cuius conſpectu ipſi etiam Angeli
ſordent ſi cum ipſo comparentur? Iob 4.d.18. Ideo non dicit ἥγνισεν purificauit, ſed ἁγνίζει purificat: vt puritatis ſtudium, non autem perfectam
aliquam puritatis ἕξιν ſignificari intelligamus: ad quam tamen totis viribus cōtendere nos oportet, tum demū metam adepturos quū
Deus erit omnia in omnibus. 4 Quiſquis cōmittit pecc. Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Committere peccatum & purificare ſe, opponūtur.
itaque non dicitur cōmittere peccatū quiſquis labitur, ſed quiſquis ſanctitati nō ſtudet, id eſt in quo regnat peccatum. idque ita eſſe, nō
modò liquet ex antitheſi, ſed etiam ex eo quod ſuprà commemorauit 1.d.8, & 2.a.1, ex tota denique Scriptura & rei experientia perpetua. Itaque
non homines, ſed monſtra hominum ſunt Pelagiani, Cathari, Cæleſtiani, Donatiſtæ, Anabaptiſtæ, Libertini, qui ex hoc loco perfectionem
illam ſomniant à qua abſunt ipſi omnium hominum longiſſimè. Quorſum autem hoc? an vt ſtudium ſanctimoniæ damnemus? an vt
homines doceamus quotidie non progredi? Minimè profectò, quum perpetuum ſanctificationis progreſſum, doceamus certum ac perpetuū
eſſe fidei effectum. Quorſum ergo? Nempe ne Satan nobis hanc conſolationem noſtram eripiat. Nam ſi tum demum nos in Chriſto eſſe
colligemus quum non amplius indigebimus illa precatione ET REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, quis non videt, quis non ſentit,
quis non millies quotidie experitur, fruſtra nobis hanc conſolationem proponi? Etiam Legem tranſgreditur: καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ.
Vulgata, & iniquitatem facit. Eraſmus, idem iniquitatem facit. vterque nimium obſcurè. Definit autem Apoſtolus peccatum, eſſe ἀνομίαν,
id eſt Legis tranſgreſſionem: ex qua demum definitione intelligitur quàm horrendum ſit & alienum à natura filiorum Dei, peccatorem eſſe,
quum longè aliter ſoleat mundus iudicare. Nam peccatum καὶ ἡ ἁμαρτία. Καὶ pro γὰρ ex Hebræorum idiotiſmo.
5 Et ſcitis Καὶ οἴδατε. Reuocat filios ad archetypon illius ex quo ſunt geniti, ſiue in quo ſunt adoptati.
6 Non peccat: οὐχ ἁμαρτάνει. Concluſio ex contrarii collatione (vti facere ſolet) amplificata. Quid ſit autē non peccare, diximus verſ.
4, nempe non purificare ſe. 7 Qui exercet, &c. ὁ ποιῶν, &c. Nulla eſt ταυτολογία, ſed definit quid ſit nō peccare, nempe nō modò abſtinere
à peccato, ſed etiā exercere iuſtitiam. 8 Qui cōmittit pecc. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Vide ſuprà verſ.4. Aperit autem fontē collationum
quæ ſequuntur, Chriſti & Diaboli, filiorum Dei & filiorum Satanæ: ex qua diſſidentia oritur mundi odium perpetuum aduerſus
Dei filios. Ex Diabolo eſt: ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν. Id eſt, Diabolum refert vt filius patrem, & eius ſpiritu regitur: non autem quaſi ex traduce
Diaboli gignantur qui ipſius filii dicuntur, vt ſomniarunt Manichæi. *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς. Id eſt, iam inde à conditi mundi
initio, vt in Adamo declarauit. Vide Ioh.8.f.44. Peccat. ἁμαρτάνει. Non dicit, peccauit, ſed, peccat. Nam in eo aſſiduè perſeuerat, ſicut &
ipſius filii. Huic opponitur qui nō modò nō peccat, ſed etiam venit vt peccata diſſolueret. 9 Semen ipſius σπέρμα αὐτοῦ. Sic vocatur
Spiritus ſanctus ab effectu, quòd eius virtute, tanquā ex ſemine quodā, noui homines efficiamur, id eſt corruptæ noſtræ qualitates inſtaurētur
per Chriſtū, cui per fidē ſumus coniuncti, vt peccato mortui, viuamus Deo. Itaque hîc quoque mire ſe ridiculos præbēt fanatici illi qui Diuinæ
eſſentiæ traducem imaginantur. Quid ſit autem peccare, diximus ſuprà verſ.4.

10 Per hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii Diaboli: quiſquis nō exercet iuſtitiam, non eſt ex Deo, ″& qui non diligit fratrem ſuum.

11 Quoniam hoc eſt nūtium quod audiſtis ″*iam inde* à principio, vt diligamus alii alios.

12 ″Non ſicut Cain *qui* ex illo Malo erat, & occîdit fratrem ſuum. cuius autē rei gratia occîdit eum? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta.

13 Ne miremini, fratres mei, ſi odit vos mundus.

14 Nos″ſcimus quòd tranſlati ſumus ex morte ad vitam, quia diligimus fratres: qui non diligit fratrem, manet in morte.

15 Quiſquis odit fratrem ſuum, homicida eſt: & noſtis quòd omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

16 ″Per hoc cognouimus charitatem, quòd ille animam ſuam pro nobis poſuit: nos igitur debemus pro fratribus animas ponere.

17 Qui verò habuerit″mundanas facultates, & viderit fratrem ſuum egētem, ″& clauſerit viſcera ſua coram eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

18 Filioli mei, ne diligamus verbo″neque lingua *ſolùm*, ſed opere & veritate:

19 Et per hoc cognoſcimus quòd″ex veritate ſumus, & corā ipſo ″ſecura reddemus corda noſtra.

20 Nam ſi condemnet nos cor noſtrum, ″potentior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.

21 Chariſſimi, ſi cor noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus apud Deum.

22 Et quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius cuſtodimus: & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.

23 Hæc eſt igitur doctrina eius, vt credamus″nomini filii eius Ieſu ″Chriſti, & diligamus alii alios ſicut mandauit nobis.

24 ″Nam qui ſeruat præcepta eius, in eo″habitat, & ipſe in eo: & per hoc nouimus quòd habitat in nobis, *nempe*″ex Spiritu quē nobis dedit.

Cap. IIII.

1 DIlecti, ne cuiuis″ſpiritui credatis: ſed probate ſpiritus an ex

10 In hoc manifeſti ſunt Filii Dei & filii Diaboli: omnis q nō facit iuſtitiā, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum.

11 Quoniam hæc eſt annuntiatio quā audiſtis ab initio, vt diligamus alterutrum. Iohan.13.d.34. & 15.b.12.

12 Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrē ſuum. & propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iuſta. Geneſ.4.b.8

C

13 Nolite mirari, fratres, ſi odit vos mūdus.

14 Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: qui nō diligit, manet in morte.

15 Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem. Suprà 2.b.19 leuit.19.d.17

16 In hoc cognouimus charitatē Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Iohan.15.b.13 epheſ.5.a.2

17 Qui habuerit ſubſtantiam mūdi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Luc.3.c.11

18 Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate:

19 In hoc cognoſcimus quoniā ex veritate ſumus, & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.

D

20 Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrū, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.

21 Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.

22 Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mādata eius cuſtodimus: & ea quæ ſunt placita corā eo, facimus. Matth.21.b.22 iohan.15.b.7. & 16.c.23 infrà 5.c.24

23 Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine Filii eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrum ſicut dedit mandatum nobis. Iohan.6.c.29. & 17.a.3

24 Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis. Iohan.13.d.34. & 15.b.12

Cap. IIII.

1 CHariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex

---

10 Et qui non diligit καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν. Nunc quoque vt antea in ſuperiore tractatione quum ab effectis ad cauſam argumentaretur, 2.b.9, à prima tabula ad ſecundam deſcendit. 11 *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς. Vide ſuprà 2.a.7.

12 Non ſicut Cain οὐ καθὼς Κάϊν. Exemplum & antiquiſſimum & aptiſſimum proponit, in quo contemplemur tum filiorū Dei, tum filiorum Diaboli naturam: quæ nos maneat conditio in hoc mundo, & quis demum ſit vtrorunque futurus exitus. Subaudimus autem אשר ex Hebræorum more. 14 Scimus οἴδαμεν. Hæc verò conſolatio noſtra eſt certiſſima, cuius præſidio in quibuſvis calamitatibus tātum abeſt vt deſpondeamus animum, vt contrà etiā exultemus. Sinamus mundū opinari nos eſſe miſeros: nos verò diſcamus ex eo ipſo nos non modò nō miſeros, ſed etiam immortali beatitate donatos, ex quo illi nos calamitoſos eſſe iudicant. Deinde obſeruemus Apoſtolū hoc nō dicere, nos per id quòd fratres diligimus, tranſlatos eſſe ex morte ad vitam, (eſt enim vita æterna donum Dei per Chriſtum, Rom.6.d.23,) ſed nos ex eo quòd fratres diligamus, ſcire nos eſſe ex morte trāſlatos ad vitam. Prius enim viuere nos oportet, quàm vitæ fructus edamus, ex quibus demum vita noſtra tum à nobis tum ab aliis perſpiciatur. Charitas igitur ſignum eſt, non cauſa.

16 Per hoc cogn. &c. Ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν, &c. Nunc veræ charitatis deſcriptionē aggreditur ab effectis, id eſt ex officiis quæ ab ea ducūtur. ac primū quidē omniū abſolutiſſimū eius exemplar nobis in Chriſto proponit, vt in primis ſtatuatur qualē intus animū eſſe oporteat: deinde ab animo ad manus deſcendet. 17 Mundanas facultates, τὸν βίον τοῦ κόσμου. Heb. מחיית עולם הזה. i. vnde hæc vita ſuſtentatur. Vulg. & Eraſ. ſubſtantiam mundi: nimium profecto obſcurè. Nos in vernaculo ſermone dicimus, *Des biens de ce monde*. Et clauſerit viſcera ſua coram eo, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Id eſt, non aperuerit illi veluti ſuum pectus, nec prompto animo illi ſuccurrerit. Huic formulæ dicendi videtur affinis Terentiana illa, Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier?

18 Neque lingua *ſolùm*, μηδὲ γλώσσῃ. Sub. μόνον, quod nos expreſſimus. Vide Rom.2.d.28.

19 Ex veritate ἐκ τῆς ἀληθείας. Id eſt, verè Dei filii. Loquitur autem de ſigno, non de cauſa. Secura redd. πείσομεν. Vulg. ſuadebimus corda noſtra. Eraſ. ſuadebimus cordibus noſtris. Neuter intellexit quid ſibi velit Apoſtolus. neque enim de ſuaſione, ſed de perſuaſione animi loquitur, id eſt de πληροφορίᾳ illa quæ facit vt nos filios Dei eſſe in Chriſto gratis per fidem apprehenſo, certo ſtatuamus: vt πείθειν illud planè ſit quod Hebræi declarant verbo הבטיח. Neque verò charitas fidem illam gignit: ſed contrà, ex illa gignitur, per quam tamen illa magis ac magis confirmatur, propterea quòd ex effectis cauſam colligimus. Vide 2.Pet.1.b.10.

20 Potentior μείζων. Μέγαν, id eſt magnum vocat qui ab Hebræis רב dicitur. Eſt enim hic ſenſus, Si nos coarguat mala conſcientia, multo magis valere ad nos condemnandos Dei iudicium qui melius etiam corda noſtra norit quàm nos ipſi.

23 Nomini ὀνόματι. Nomen ad prædicationem verbi reſpicit. Nam fides ex verbi auditu, Rom.10.b.8, & c.17.

24 Nam qui ſeruat Καὶ ὁ τηρῶν. Iterum καὶ pro γὰρ, vt apud Hebræos ו pro כי. Habitat, μένει. Vide ſuprà 2.a.6. Ex Spiritu ἐκ τοῦ πνεύματος. Spiritum ſanctificationis intelligit, id eſt quo regenerati viuimus Deo.

IN CAPVT IIII.

1 Spiritui πνεύματι. Spiritum accipio μετωνυμικῶς cum doctiſſimo interprete, pro eo qui Spiritus dono ſe præditum dicat ad obeundū Prophetæ munus. Redit autem Apoſtolus ad id quod attigerat de pſeudoprophetis, ſecundo capite.

Deo ſint:quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.

2 In hoc cognoſcitur Spiritus Dei:omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe,ex Deo eſt:

3 Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtꝰ de quo audiſtis quoniam venit,& nũc iam in mundo eſt.

4 Vos ex Deo eſtis,filioli, & viciſtis eos:quoniam maior eſt qui in vobis eſt,quàm qui in mundo.

5 Ipſi de mundo ſunt,ideò de mundo loquuntur,& mundus eos odit.

Iohan.8.f.47

6 Nos ex Deo ſumus:qui nouit Deũ, B audit nos:qui non eſt ex Deo,non audit nos : in hoc cognoſcimus ſpiritũ veritatis & ſpiritum erroris.

7 Chariſſimi,diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo eſt:& omnis qui diligit, ex Deo natus eſt,& cognoſcit Deum.

8 Qui non diligit , non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt.

Iohan.3.b.16

9 ‖In hoc apparuit charitas Dei in nobis,quoniã Filium ſuũ vnigenitũ miſit Deus in mũdũ,vt viuamus per eũ.

10 In hoc eſt charitas,nõ quaſi nos dilexerimus Deum , ſed quoniam ipſe dilexit nos,& miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

C

11 Chariſſimi,ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

Iohan.1.b.12
1.timoth.6.d.16

12 ‖Deum nemo vidit vnquam.ſi diligamus inuicem , Deus in nobis manet , & charitas eius in nobis perfecta eſt.

13 In hoc cognoſcimus quoniã in eo manemus & ipſe in nobis , quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

14 Et nos vidimꝰ,& teſtificamur quoniam Pater miſit Filium ſaluatorem mundi.

15 Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei , Deus in eo manet,& ipſe in Deo.

D

16 Et nos cognouimus & credidimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt:&qui manet in charitate,in Deo manet, &Deus in eo.

17 In hoc pfecta eſt charitas nobiſcũ, vt fiduciã habeamꝰ in die iudicii:quia ſicut ille eſt,&nos ſumꝰ in hoc mũdo.

18 Timor nõ eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem:

Deo ſint : nam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.

2 Per hoc cognoſcite Spiritum Dei:omnis ſpiritus"qui confitetur"Ieſum Chriſtum"in carnem "veniſſe,ex Deo eſt:

3 At"quicunque ſpiritus non confitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, *is* ex Deo non eſt,ſed hic eſt "ille *ſpiritus* Antichriſti, de quo audiſtis quòd venturus ſit, & *qui* iam nunc in mundo eſt.

4 Vos ex Deo eſtis,filioli,& viciſtis eos: quoniam"potentior eſt qui in vobis eſt,quàm qui in mundo.

5 Ipſi è mundo ſunt , ideò "mundana loquuntur , & mundus eos audit.

6 Nos ex Deo ſumus:qui nouit Deum,audit nos:qui non eſt ex Deo,nõ audit nos.ex hoc cognoſcimus"ſpiritum veritatis&ſpiritum erroris.

7 Dilecti,diligamus alii alios : nam charitas ex Deo eſt:quiſquis diligit,ex Deo natus eſt,& cognouit Deum.

Charitas.

8 Qui non diligit,non nouit Deum : nam"Deus eſt charitas.

Charitas Deus.

9 Per hoc patefacta eſt charitas Dei in nobis,quòd Filium illum ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum,vt viuamus per eum.

10 In hoc eſt charitas,non quòd nos dilexerimus Deum,ſed quòd ipſe dilexerit nos,& miſerit Filium ſuum vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris.

11 Dilecti,ſi nos ita Deus dilexit,debemꝰ & nos alii alios diligere.

12 Deum nemo ſpectauit vnquã. ſi diligamus alii alios, Deus in nobis habitat,& charitas eius"expleta eſt in nobis.

13 Per hoc cognoſcimus in eo nos habitare , & ipſum in nobis, quòd de Spiritu ſuo dedit nobis.

14 Nos verò ſpectauimus,& teſtamur quòd Pater miſit Filium vt eſſet ſeruator mundi.

15 Quiſquis "confeſſus fuerit quòd Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo habitat,& ipſe in Deo.

16 Et nos cognouimus & credidimus charitatem quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt:& qui manet in charitate,in Deo manet, & Deus in eo.

17 Per hoc "expleta eſt charitas in nobis,vt fiduciam habeamus in die iudicii,quòd"qualis ille eſt, *tales* & nos ſumus in hoc mundo.

18 "Timor nõ eſt in charitate:expleta charitas foras eiicit timorẽ:

---

2 Qui confitetur,&c.ὃ ὁμολογεῖ,&c. De doctrina ſimpliciter loquitur,nõ de perſona. Nam fieri poteſt vt quis ſyncerè doceat qui tamen ipſius doctrinæ non eſt particeps cuius eſt nuntius. Antea docuit quomodo homines probarentur: nunc de doctrina differit, quanuis mox ad charitatem regredietur,nempe à verſ.7. Ieſum Chriſtum Ἰησοῦν Χριστόν. Ergo Meſſiam,& redemptorem vnicum,eúmque vnum,non duplicem. In carnem ἐν σαρκί. Ergo verum hominẽ.hoc enim deſignat carnis nomen, vt diximus Rom.1.a.3. Veniſſe,ἐληλυθότα. Ergo verum Deum,qui nimirum à Patre exierit,apud quem erat in principio.

3 Qui non confitebitur Ieſum Chriſtũ in carnem veniſſe ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Sic legitur in omnibus Græcis exemplaribus quæ quidem mihi inſpicere licuit:& familiaris eſt hæc formula Iohanni,vt(quod ſæpe iam annotauimus)eandem ſententiam ex collatione contrariorum amplificet. Vetus tamen interpres habet, Et omnis Spiritus qui ſoluit Ieſum,ex Deo non eſt,Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν,&c.quam lectionem confirmat Socrates in Eccleſiaſtica hiſtoria.Ego tamen alteram antepoſuerim . Satis enim intelligitur vnica perſona ex eo quòd vnum Ieſum Chriſtum nominat qui in carnem venerit. Ille *ſpiritus* Antichriſti, τὸ τοῦ ἀντιχρίστου. Vulgata, Antichriſtus,ἀντίχριστος,repugnãte Græcorum codicum fide. Oportet autem tritum in Eccleſia fuiſſe de Antichriſti regno ſermonem, cum ſcilicet qui à Paulo explicatur 2.Theſſ.2.a.3,& deinceps. 4 Potentior μείζων. Vulg.& Eraſ.maior. Vide ſuprà 3.d.20.

5 Mundana ἐκ τοῦ κόσμου. Vulg.& Eraſ.ad verbum,è mundo.Similis eſt formula,Iohan.3.d.31& 6.d.32.

6 Spiritum veritatis,&c. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας,&c. Id eſt veridicos Prophetas: quibus opponuntur ſpiritus erroris, id eſt errantes, & alios in errorem abducentes. Neque verò ἐκ τούτου ex hoc, ad proximam tantùm ſententiam refero , ſed ad ea omnia quæ iam inde à capitis initio dixit. Videtur enim eſſe repetitio propoſitionis,ſicuti in concluſionibus facere neceſſe eſt.

8 Deus eſt charitas. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. Multo ἐμφατικώτερον loquitur quàm ſi Deum diceret ſummopere atque adeò infinitè nos amare, quum Deum dicit erga nos ipſam charitatem eſſe,cuius certiſſimum τεκμήριον profert.

12 Expleta eſt τετελειωμένη ἐστίν. Id eſt verè ac re ipſa comprobata. Vulgata & Eraſmus,perfecta eſt. Vide ſuprà 2.a.5.

15 Confeſſus fuerit ὁμολογήσῃ. Confeſſionem intellige ex vera fide manantem,& quam charitas conſequatur, vt omnia cohæreant. Nam alioqui hoc etiam vociferantur Diaboli,ſed contremiſcunt:nos autem in ea vna re confidimus.

17 Expleta eſt τετελείωται. Vide ſuprà verſ.12. Qualis ille eſt, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι. Similitudinem,non paritatem intellige.quæ ſit autem hæc ſimilitudo expoſuit ſuprà 3.a.3.

18 Timor non eſt,&c. Φόβος οὐκ ἔστιν,&c.Si ex charitate intelligimus nos eſſe in Deo,& Deum in nobis,nos filios eſſe, nos Deum noſſe, vitam æternam eſſe in nobis,rectè colligit pacem ac tranquillitatem animi neceſſario cõſequi charitatem. Quid enim reformidet qui Deũ habet à ſuis partibus? Ro.8.f.31,& deinceps. Doctrina igitur illa ſophiſtarum de dubitatione,Chriſtianiſmum à fundamentis conuellit.

quoniam timor cruciatum habet. qui autem timet, nòn eſt abſolutus in charitate.

19 ″Nos diligimus eum, quoniam ipſe prior dilexit nos.

20 Siquis dixerit, Diligo Deum: & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. qui enim nō diligit fratrem ſuum quem vidit, Deum quem non vidit, quomodo poteſt diligere?

21 Et hoc mandatum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

Cap.V.

Naſci ex Deo, habere fidem in Chriſtum.

1 QVisquis credit Ieſum eſſe″Chriſtum, ″ex Deo natus eſt: & quiſquis diligit genitorem, diligit″etiam eum qui ex eo genitus eſt.

2 ″Per hoc cognoſcimus quòd diligamus filios Dei, quum Deum diligimus, & mandata eius ſeruamus.

3 ″Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius ſeruemus: & mandata eius″grauia non ſunt.

4 Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit″mundum: & hæc eſt victoria quæ vicit mundum *nempe*″fides noſtra.

5 Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quòd Ieſus eſt filius Dei?

6 ″Hic ille eſt qui venit per aquam & ſanguinem, *nempe* Ieſus Chri-

quoniam timor pœnam habet. qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

19 Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos.

20 Siquis dixerit, quoniā diligo Deū: & fratrem ſuū oderit, mendax eſt. qui enim non diligit fratrem ſuum quē vidit, Deum quem non vidit, quomodo poteſt diligere?

21 ‖Et hoc mandatum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrē ſuum.

Iohan.13.d.34. & 15.b.12

Cap.V.

1 OMnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt: & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo.

2 In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei, quum Deum diligamus, & mandata eius faciamus.

3 Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: ‖& mandata eius grauia non ſunt.

Matth.12.d.30

4 Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.

5 ‖Quis eſt qui vincit mundū, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei?

1.Cor.15.g.57

B

6 Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in aqua

19 Nos diligimus, &c. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν, &c. Vides vt ad fontem recurrat? nempe ne quis pacem illam de qua differuerat, exiſtimaret charitate noſtra tanquam cauſa promanare.

IN CAPVT V.

1 Chriſtus: ὁ Χριστός Id eſt verus Meſſias, vt expoſuimus ſuprà 2.d.22. Ex Deo natus eſt ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Idcirco igitur credimus quia adoptati ſumus: ex quo conſequitur, fidem gratuitum Dei donum eſſe, & quidem ſolis filiis peculiare. Quod enim credunt etiam Diaboli, & ex impiis nōnulli, fides non eſt, niſi per catachreſin, vt ex hoc loco manifeſtiſſimè liquet. Poſtremò ſi natus eſt ex Deo quiſquis credit, quomodo conciliabitur dubitatio cum fide? Pretioſus eſt ergo hic locus, qui vel vnus ad euertendam omnem falſam religionem ſufficit. Quid autem ſit ex Deo natum eſſe, diximus alibi, nempe per fidem coniunctum eſſe cum Chriſto, vero Dei filio, in quo etiam gratis habemur pro filiis eiuſdem regni cohæredibus. Etiam eum qui ex eo genitus eſt καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. Id eſt fratres ſuos quibuſcum ſcilicet communem parētem habet. Nam quod ſingulari numero vſus eſt, totam fidelium veluti ſpeciem reputat in vnum corpus coniunctam: aut etiam docet, non ſatis eſſe ſi in genere diligamus Eccleſiam, ſed veram charitatem ſingula membra complecti.

2 Per hoc, &c. ἐν τούτῳ. Notandus hic locus diligenter, aduerſus eos qui charitatis obtentu quaſuis hæreſes obtrudunt: quum charitas nulla ſit, vbi ſana doctrina non extat. Itaque nihil eſt illis ineptius qui ſalutem nolūt à Charitate auſpicari, quoties quidem de cauſarum ſalutis ordine diſſeritur. Nam alioquin effecta cum cauſis coniuncta eſſe confitemur.

3 Hæc eſt enim, &c. Αὕτη γάρ. Id eſt, Is enim demum Deum diligit qui mandatis ipſius paret. Grauia non ſunt. βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. Lex per ſe conſiderata, nec grauis nec leuis dici poteſt, ſed comparatè duntaxat, pro varia eorum conditione quorum reſpectus habetur. Grauis eſt igitur eorum reſpectu qui in carne ſunt. Sunt autem in carne omnes homines qui non ſunt renati ex Spiritu, adeò quidem vt eos non modò nihil alleuet, ſed etiam opprimat Legis pondus, non ſuo tamen, ſed illorum vitio, vt declaratum eſt copioſè, ſeptimo epiſtolæ ad Romanos capite. Econtrario verò leuis eſt illis qui nouas vires cælitus acceperunt, qui Spiritu Dei aguntur, quia filii Dei ſunt: qui denique peccato mortui ſunt: adeò quidem vt nulla re æquè ac Lege Dei delectentur: nedū vt illis ſit grauis & oneroſa. Supereſt tamen, fateor, difficillimum & aſperrimum certamen Spiritus cum carne: ſed ne hac quidem ratione vllum Legis pondus ſentiunt, tum quia Spiritus tandem victor euadit: tum verò quia quicunque credit, liberatus eſt ab illo longè grauiſſimo Legis pondere, id eſt ab eius execratione. Hanc germanam eſſe huius loci explicationem apparet ex iis quæ præcedunt ac ſequuntur. Itaque ſtupidam eſſe oportet eorum conſcientiam, & valde ineptum iudicium, qui hunc locum citant vt liberum (quod vocant) arbitrium ſtatuant, vt & illi qui perfectionem aliquam putant fidelibus in hac vita contingere. Eos verò meminiſſe oportuerat quid ſcriptum ſit Rom.7.d.22, & deinceps, Philipp.3.b.9, & ſuprà 1.d.8. denique ſaltem conſcientiam ſuam diligenter ſcrutari, niſi iampridem illius ſenſum amiſiſſent.

4 Mundum: τὸν κόσμον. Vides aduentitias eſſe vires, nimirum à gratuita adoptione profectas, quibus mundus expugnatur, id eſt quicquid vel in nobis vel extra nos, à Dei Lege nos abducit? Quæ vicit ἡ νικήσασα. Antea vſus eſt præſenti tempore, nunc vſurpat præteritum: quia certatur quidem adhuc, ſed tam certa eſt victoria quàm ſi bellum iam eſſet confectum. Fides noſtra. ἡ πίστις ἡμῶν. Inſtrumentum cauſam nominat, id eſt viuam Chriſti apprehenſionem. Nam alioqui fides hoc non præſtat, ſed is quem fide apprehendimus, nimirum Ieſus Chriſtus, in quo omnia poſſumus, Philipp.4.c.13. Ideò mox ſubiicit fidei definitionem à materiali cauſa ſumptam.

6 Hic ille eſt, &c. οὗτός ἐστι, &c. Hunc locum ſic explico: Quia fidei miram præſtantiam eſſe dixerat, cuius obiectum atque adeò materia eſſet Chriſtus, meritò ad aſſerendam Chriſti dignitatem tranſit. Eius igitur tres teſtes laudat omni exceptione maiores: deinde tandem in nobis profert teſtimonia, quæ omnia in eo conſentiant quòd ab vno Chriſto per fidem apprehēſo ſalus ſit expectanda. Hæc autem omnia, id eſt tres illos teſtes cæleſtes, & totidem in nobis teſtimonia, comprehendit verſ.6. deinde ſeorſim de illis agit verſ.7, de iſtis verſ.8. poſtea quod ſit iſtorum pondus declarat. Itaque in verbo venit, Pater includitur à quo miſſus eſt qui venit: Chriſtus ipſe nominatur, itémque Spiritus: ita tres illos teſtes cæleſtes habemus. Sed & aqua, & ſanguis, & ſpiritus qui in nobis eſt, tres alii teſtes in terra diſertè exprimuntur. quæ poſtea dilucidius etiam explicat. Dicamus igitur primùm de cæleſtibus tribus teſtibus. Pater quàm ſæpe & quàm apertè & voce & factis Chriſtum Filium ſuum eſſe teſtatus eſt? &(ne vetera repetamus) non id quotidie in Eccleſiæ, id eſt regni Filii tam mirifica conſeruatione teſtatur? De Chriſto quid aliud ipſe clamat & operibus confirmat in Euangelio, & quid aliud in Eccleſia ſua patefacit quotidie? At Spiritus ſanctus nónne apertè tum ante illius mortem, tum poſt eiuſdem reſurrectionem apparuit, vt Ieſum Chriſtum verum eſſe Meſſiam teſtaretur? Quantulum denique abfuit quominus Pater quoque & Spiritus humanā carnem & ipſi aſſumerēt, vt viſibili & aſpectabili modo teſtimonium nobis de Chriſto perhiberent? Sed illa, dicet aliquis, obſcuriora ſunt, nec ita facilia vt cognoſci, nec ita omnibus nota vt de illis ambigi non poſſit. Veniamus ergo ad ea teſtimonia quæ nobis ſunt magis familiaria, atque adeò intra noſipſos inſculpta, ſi modò filii Dei ſumus: hæc ſunt, Aqua, Sanguis, & Spiritus. Poſtulat autem argumenti ſeries, ipſáque adeò horum teſtimoniorum deſcriptio, nempe quòd in terra atque adeo in vnoquoque ſanctorum eſſe dicuntur, vt ad hæc capita reuocemus omnia Chriſti in nobis habitantis effecta: quæ expoſitio non minus cohærens quàm plana ac perſpicua fuerit. Audiamus ergo Paulum cum Iohanne prorſus conſentientem. Factus eſt, inquit, nobis Chriſtus Ieſus, ſapientia à Deo, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Hæc dico pro luculentiſſimo huius loci commentario à nobis accipi iure poſſe. Duo tamen interſunt, vnum quod Paulus quartum addidit, quod adhuc expectamus, plenā ſcilicet redemptionem ex hac corruptione vt Deum videamus ſicuti eſt, Luc.21.f.18, Rom.8.e.23, Epheſ.4.g.30: alterum, quòd à ſapientia auſpicatus, in ſanctifica-

tione desinit.Iohannes verò contrarium prorſus ordinem tenet, ſuò nimirum more, ab inferioribus ad ſumma contendens. Aquæ igitur appellatione ſanctificationem noſtram,id eſt regenerationem,intelligo: cuius ſymbola erant purificationes illæ ſub Lege vſurpatæ: & cuius quoque peculiaris nunc eſt teſſera Baptiſmus, ſicut copioſè explicatur capitibus epiſtolæ ad Romanos ſexto & octauo. quanquam mihi idem videtur quod doctiſſimo interpreti,Iohannem ſcilicet ad Legis purificationes potius quàm ad Baptiſmum reſpexiſſe,quum aquæ nomine ſanctificationem ſignificaret. Nam alioqui ſanguinis nomen ſimili ratione ad cœnam Domini applicandum eſſet: quod planè fuerit violentum. Veniamus ad ſecundū teſtimonium,nempe ad Iuſtitiam. Ea in duabus partibus conſiſtit,nempe peccatorum expiatione, & obedientiæ Chriſti imputatione. Illa facit vt peccata noſtra nobis non imputentur: iſta, vt iuſti etiam habeamur. Vtraque verò in vnicum illud ſacrificium reſpicit. ideóque ſanguinis appellatione optimè ſignificatur, habito ſcilicet veterum ſacrificiorum ac præſertim aſperſionis illius ſolennis reſpectu, cuius fit mentio capite epiſtolæ ad Hebræos nono Supereſt tertium quod à Paulo Sapientia, à Iohanne Spiritus dicitur. Spiritum igitur vocat Iohannes animum noſtrum quem cæleſti illa ſapientia Spiritus ſanctus imbuit, vt Chriſtum verum eſſe Meſſiam in quo ipſe ſit adoptatus, certò ſciat: cuius etiam effectorum ſibi eſt cōſcius, iuſtitiæ ſcilicet ac ſanctificationis, de quibus modò diximus. quæ omnia quum inter ſe prorſus conſentiant, & ad vnum Chriſtum tāquam ſcopum ferantur, videmus nimirum quàm firma ſit doctrina quæ ſalutem iubet ad vno Chriſto cum ſumma fiducia ſperare. Per aquam & ſanguinem. δι' ὕδατος καὶ αἵματος. In tribus codicibus additum erat καὶ πνεύματος,& Spiritus: quo modo etiam videtur legiſſe Græcus ſcholiaſtes. Mihi tamen nullo modo probatur hæc lectio, quia ſuo loco poſt aquam & ſanguinem fit Spiritus mentio.

	ſolùm,ſed in aqua & ſanguine. & ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniā Chriſtus eſt veritas.		ſtus: non per aquam ſolùm, ſed per aquamʹ & ſanguinem.ʹ & ſpiritus is eſt qui teſtificatur quòd Spiritus eſt veritas.
	Quoniam tres ſunt qui teſtimoniū dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.	7	ʹNam tres ſunt qui teſtificanturʹ in cælo, Pater, ʹSermo, & Spiritus ſanctus:ʹ & hi tres vnum ſunt.
Iohan.3.d.16	Et tres ſunt qui teſtimonium dāt in terra, Spiritus, aqua, & ſanguis: & hi tres vnum ſunt.	8	Et tres ſunt qui teſtificātur in terra, Spiritus, & aqua, & ſanguis: ʹ& hi tres in vnum conſentiunt.
	Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo.	9	ʹSi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: ʹnam hoc eſt teſtimonium Dei quod teſtificatus eſt de Filio ſuo.
C	Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.	10	ʹQui credit in filium Dei, habet teſtimonium in ſeipſo. qui non credit Deo, mendacem fecit eum: quia nō credidit teſtimonio quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.
	Et hoc eſt teſtmoniū, quoniam vitam æternā dedit nobis Deus: & hæc vita, in Filio eius eſt.	11	ʹEſt autem hoc teſtimonium, *nempe* quòd vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita, in Filio eius eſt.
	Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitā nō habet.	12	Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet.
	Hæc ſcripſi vobis, vt ſciatis quoniā vitam habetis æternam qui creditis in nomine filii Dei.	13	Hæc ſcripſi vobis qui creditisʹ in nomē filii Dei: vt ſciatis quòd vitam habetis æternam, & vt credatis in nomen filii Dei.
Suprà 3.d.22	Et hæc eſt fiducia quam habemus ad eū, quia quodcūque petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.	14	Et hæc eſt fiducia quam habemus apud Deum, quòd ſiquid petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.
	Et ſi ſcim⁹ quia audit nos, quicquid petierimus: ſcimus quoniā habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo.	15	Et ſi ſcimus quòd audit nos, quicquid petierimus: ſcim⁹ quòd habemus petitiones quas petiimus ab eo.

Et ſanguinē: καὶ τῷ αἵματι. Rectè prorſus aquā & ſanguinem, id eſt ſanctificationē & iuſtitiā, monet vt ſeorſim cōſideremus. Neque enim illa nitimur, quū ſit in nobis dūtaxat inchoata: & ſalutis noſtræ ſignū ſit, nō cauſa. iſta verò quū perfecta ſit, vtpote quæ Chriſti ſit, & tamē noſtra per imputationem: pacis noſtræ materia eſt & argumentū. Rurſus autē quod in duobus codicibus additur καὶ ἐν τῷ πνεύματι & in Spiritu, mihi non placet, ob eā cauſam quā dixi in ſuperiore annotatione. Et ſpiritus,&c. καὶ τὸ πνεῦμα,&c. Quinetiam, inquit, ſpiritus noſter, tertius teſtis, nobis teſtificatur Spiritū ſanctum eſſe veritatem, id eſt, verū eſſe quod hìc nobis dictat, nēpe nos eſſe filios Dei. Quis enim docet? Vnctio illa ſcilicet quæ in nobis eſt. Quem docet? Spiritū illum quē regenerauit in nobis Pater. Quid autē nobis dictat ſpiritus iſte noſter à Spiritu ſancto vnctus, id eſt edoctus? Nempe verū eſſe quod à Spiritu ſancto didicit, nos ſcilicet factos eſſe filios Dei. Mirè igitur duo iſti ſpiritus conſentiunt. Hoc enim eſt quod ait Paulus Rom.8.c.16, de Spiritu adoptionis loquens, id eſt per quem noſter ſpiritus fit noſtræ adoptionis certior, vt nos rurſum à noſtro ſpiritu. Ipſe, inquit, Spiritus vnà cum ſpiritu noſtro teſtatur quòd filii Dei ſimus. Ex his autem conſequitur coniunctionem ὅτι poſitam eſſe εἰδικῶς, non autem αἰτιολογικῶς, nec rectè explicatam eſſe per quoniam à Vetere interprete & Eraſmo.

7 Nam tres ſunt,&c. ὅτι τρεῖς εἰσιν,&c. Hic verſiculus omnino mihi retinendus videtur. Explicat enim manifeſtè quod de ſex teſtibus dixerat, tres ſeorſim cælo, tres terræ tribuens. Non legit tamen Vetus interpres, nec Cyrillus, nec Auguſtinus, nec Beda: ſed legit Hieronymus, legit Eraſmus in Britānico codice, & in Complutenſi editione. Legimus & nos in nonnullis Roberti noſtri veteribus libris. Non conuenit tamen in omnibus inter iſtos codices. Nam Britannicus legit ſine articulis πατήρ, λόγος, καὶ πνεῦμα. In noſtris verò legebantur articuli, & præterea etiam additum erat Sancti epitheton Spiritui, vt ab eo diſtingueretur cuius fit mentio in ſequenti verſiculo, quique in terra collocatur. In cælo, ἐν τῷ οὐρανῷ. Hoc deerat in ſeptem vetuſtis codicibus, ſed tamen omnino videtur retinendum.

Sermo, ὁ λόγος. Cur Filius Dei dicatur λόγος expoſuimus Iohan.1.a.1. At enim, dices, nemo in ſua cauſa idoneus eſt teſtis. Hunc nodum ipſe explicat Iohan.8.b.13, & deinceps, qui locus iſtum mirè illuſtrat, vt & alii multi apud hunc noſtrum Euangeliſtam, in quibus ſæpe fit iſtius teſtificationis mentio. Et his tres vnum ſunt. καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Id eſt ita prorſus conſentiunt acſi vnus teſtis eſſent, vti re vera vnum ſunt ſi οὐσίαν ſpectes: ſed de illa (vt mihi quidem videtur) non agitur hoc in loco, quod & Gloſſa ipſa interlinearis quam vocant, agnoſcit. Sed & Complutenſis editio legit εἰς τὸ ἕν εἰσι, ad vnum ſunt. id eſt in vnum conueniunt, vti legitur in ſequenti membro.

8 Et hi tres in vnum conſentiunt. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. Complutenſis editio hæc non legit hoc in loco: quæ tamen mihi videntur prorſus retinenda, vt intelligamus hæc omnia teſtimonia penitus conſentire.

9 Si teſtimonium,&c. εἰ τὴν μαρτυρίαν,&c. Argumentum à comparatis ſumptum. Refertur autem hoc ad verſiculum ſeptimum.

Nam hoc eſt teſtimonium,&c. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία,&c. Meritò (inquit Apoſtolus) ita colligo: nam illud teſtimonium quod dixi in cælo perhiberi, à Deo manat, Filium ſuum ornante.

10 Qui credit,&c. Ὁ πιστεύων,&c. Sicut ſuperior verſiculus cum ſeptimo, ita iſte cum octauo cohæret. Trium, inquit, illorum teſtimonium quod dixi in terra eſſe, vnum eſt teſtimonium quod penes ſe atque adeò intus habet vnuſquiſque qui credit. Itaque mutuò inter ſe conſentiunt cæli & terræ teſtes. 11 Eſt autem hoc,&c. Καὶ αὕτη ἐστὶν,&c. Tandem explicat hoc teſtimonium quod & Deus è cælo & fidelibus ſua conſcientia à Spiritu ſancto edocta, iuſtificata, & ſanctificata dictat, nempe datam eſſe nobis vitam æternam à Deo in Filio, ſuo. 13 In nomen,&c. εἰς τὸ ὄνομα, Vide ſuprà 3.d.23.

Siquis viderit fratrem ſuum peccare ″peccato *quod* non *eſt* ad mor 16 Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum nõ ad mortem,petet, & dabit

16 Peccato *quod* non *eſt* ad mortem,ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον. Si volent ſophiſtæ venialia, quæ vocant, peccata à mortalibus ex hoc loco diſtinguere,ſimul concedant oportet,extra omnem veniæ ſpem eſſe quotquot mortali peccato ſunt obnoxii:quum pro illis preces concipi nolit Apoſtolus.Id verò quum nimium ſit abſurdum,conſequitur eam doctrinam & falſam & ineptam eſſe.Res igitur ita ſe habet:Peccata omnia hactenus paria ſunt vt vel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur.quod ita eſſe non modò ex innumerabilibus Scripturæ locis apparet, ſed ipſa etiã tum Diuinæ naturæ tum peccati conſideratio apertè conuincit.Dei infinitam maieſtatem quomodo tandem violabis , quin infinitæ pœnæ ſis obſtrictus? Dei infinita illa puritas quomodo tandem vel minimam in peccatore labeculam feret?Peccata ſanè alia aliis ſunt grauiora: ſed fallitur qui coram Deo vllum eſſe exiſtimat quod æternæ iræ pondus ſecum non trahat.Hoc qui non cogitant,Deum illum verum non cogitant,ſed idolum imaginantur quod illos eludit.Hinc fit vt illis perſuaderi nõ poſſit originalis peccati grauitas,vt pote quam ipſi velint leuicula aquæ aſperſione ablui,ex opere operato, quod aiunt. Hinc inuectæ ſatiſfactiones,quaſi Deus,puerulorum inſtar,pomis ac nucibus placari poſſit.Hinc videntur crudeles qui totam hominis non regenerati naturam iam inde à primo conceptu ream æternæ mortis peragunt:crudeles qui pro minimis,vt vocant, peccatis commouentur.quum potius mirari oportuerit tantam eſſe Dei bonitatem,vt vel ob vnum vnius peccatum,totum orbem terrarum funditus millies nõ perdiderit.Miſericors eſt,fateor:imò ipſa clementia,bonitas,miſericordia.alioquin quid nobis fieret? Sed quiſquis putat Deum ita eſſe miſericordem vt poſſit venialiter,vt aiunt,offendi:ita, inquam, eſſe miſericordem vt iuſtitiæ ſuæ ad vltimum vſque quadrantem ſatisfieri nolit,idolum amplectitur pro Deo. Patet,fateor,nobis ad Dei gratiam aditus,ſiquando peccauimus,ſed per Chriſtum.Huius ſanguinem & plenã ſatiſfactionẽ,plenã iuſtitiã,plenã ſanctitatẽ,plenam obedientiã qui non attulerit,fruſtrà veniã ſperarit.Vbi igitur miſericordia,dices? Reſpice te, miſer:tum intelliges quomodo ſũmè ſeuerus & ſummè miſericors ſit Deus. Quòd nonniſi pleno ſacrificio placatur , nõniſi plena obediẽtia delectatur, in eo verè diuinã naturã agnoſcis ab omni impuritate ſummè,ſicuti par eſt abhorrentẽ:quòd tibi Chriſtus & tu Chriſto ab æterno deſtinatus:quod gratis vocatus,gratis donatus fide,gratis illa Chriſti vnigeniti filii puritate imputata,pro puro:gratis vnica illius oblatione imputata,pro expiato:gratis imputata illius iuſtitia,pro iuſto ſis habitus:gratis demũ illi inſitus:mortificatus quidẽ peccato,iuſtitiæ verò ſis viuificatus.quòd denique peccata ſuapte natura lethalia nõ modò tibi non noceãt,ſed etiã cõmodo tuo cedant,in his planè ſtupidus es,ſi ſummã, immenſam,infinitã,incomprehenſibilem Dei bonitatem nõ agnoſcis Ergo ſic ſtatuamus:omnia per ſe lethalia eſſe peccata,adeò quidem vt nonniſi vnius Chriſti pretioſa oblatione elui poſſint,elui autem in iis omnibus qui per fidem Chriſtum apprehendunt. Ex hoc conſequitur , nulla electis mortalia,nulla reprobis venialia eſſe peccata : ac proinde pro reproborum peccatis minimè concipiendas eſſe preces . At quomodo reprobos ab electis dignoſcam? Videamus quàm conſideratè & circunſpectè nobis ſit agendum . Multa ſunt peccata electis & reprobis communia:imò verò,ſi vnum duntaxat excipias,nullum eſt cui non ſint vtrique,quanuis non ſimili ratione , obnoxii.Ex his igitur non vult iudicium fieri Apoſtolus, ſed monet in genere vt pro quouis fratre ſolicitè rogemus . Noſtrum hoc officium eſt : Deo arcana ſua relinquamus.Sed additur exceptio,ex qua ſcilicet intelligimus aliquod eſſe peccati genus ita lethiferum vt ſine vlla veniæ ſpe mors æterna illud conſequatur: illud ſcilicet quod in Spiritum ſanctum committitur: quod neque in præſenti neque in futuro ſeculo remittatur.At quodnam illud eſt? Hic verò non pigebit,quod multis locis feci,doctiſſimi interpretis ſententiam,plenam & doctrinæ & conſolationis,paulo plenius explicare . Primùm omnium igitur hoc ſtatuamus , Spiritus ſancti nomine non intelligi ipſam Spiritus perſonam . Neque enim maior eſt Spiritus ſancti dignitas quàm vel Patris vel Filii , quum in Deo nihil impar aut inæquale concipi debeat : neque etiam offendi vna Trinitatis perſona poſſit,quin peccati iniuria in Diuinitatem ipſam redundet. Quid igitur? nempe quia Spiritus ſanctus,is eſt qui peculiariter nos illuminat & in veritatis lucem introducit,is eſt qui & Patrem & Filium & ſeipſum nobis patefacit:ideo qui ab eo hactenus illuminatus eſt,vt Dei veritatem ignorare ne ſi velit quidem,poſſit ,& tamen deſtinata malitia ſciens ac prudens Deo ipſi bellum indicit, is in Spiritum ſanctum peccare dicitur:pro quo preces concipi non oporteat.Exempli cauſa, Diabolus à Dei conditoris virtute, quæ Spiritus ſanctus eſt,hoc adeptus vt inſigni quadam intelligendi facultate præditus eſſet,Ieſum nouit verum illum eſſe Meſſiam, à quo tandem etiã ſit iudicandus.Id enim ipſe paſſim in Euangelio non dicit modò , ſed etiam vociferatur: & in iis locis in quibus ſolebat miſeros homines ſuis oraculis eludere,ſæpe hoc eſt conqueſtus:vt paſſim apud idoneos ſcriptores legitur.Nouit etiam fideles Dei ſeruos,vt teſtatur Act.16.d.17,& 19.c.15,& tamen à condito mundo non deſtitit Dei maieſtatem & regnum totis viribus ſciens ac prudens oppugnare.In hominibus diuerſum eſt nonnihil. Nam in iis magna ſemper eſt cæcitas, ſed ita tamen vt in iis de quibus hic agimus, improbitas ſupra cæcitatem emineat . Exempli cauſa,ſumantur illi ipſi aduerſum quos Dominus de hoc peccati genere diſſeruit,Matth.12,Marc.3,& Luc.12.Illi certè Chriſtum norant non modò eſſe à Deo,vt Iohan.3.a.2,ſed etiam quis eſſet,Iohan.7.d.28:& tamen,quod illis exprobrat Stephanus Act.7.f.51,non deſinebant ſcientes ac prudentes,repugnante conſcientia,operibus illius Diuinis detrahere, inſidiari , veritatem obſcurare,donec illum ex proditore mercati,per inuidiam,ſubornatis teſtibus,reluctante ipſo iudice,crucifixũ,corruptis pecunia militibus nõ reſurrexiſſe mentirentur.De certis hominibus loquor quorum nomina non edit ſcriptura.nam multos ex illis alia ſimpliciore ignorantia peccaſſe oſtendit ipſorum conuerſio, Act.3.c.17,& 1.Timoth.1.c.13.Hic igitur tanquam in ſpeculo licet horrendam huius peccati veluti faciem ſpectare.quod tamen rurſum per partes explicabimus,vt in re tanti momenti ſecuræ ſint ſanctorum conſcientiæ. Ex iis igitur quæ poſuimus,iſta conſequũtur:Primùm,in eos ſolos cadere hoc peccatum quibus Spiritus ſancti lux ita affulſerit,vt bonum Dei donum guſtarint,ſicut diximus Heb.6.Ideo condonata eſt Paulo blaſphemia,1.Timoth.1.c.13.Deinde,non ſecundam ſed primam tabulam directè reſpicere hoc peccatum:quamobrem etiam blaſphemia in Spiritum ſanctum vocatur. Tertiò,non eſſe particularẽ lapſum,aduerſus primam tabulam, cuiuſmodi ſunt etiam,dubitatio aliqua de Deo,de veritate Scripturæ,de Chriſto, déque aliis ad Dei cultum propriè pertinentibus. Superſunt enim eorum vitiorum ſemina etiam in regeneratis . adeò vt interdum horrificos fructus edant in ipſo tentationis æſtu.ſicut in Iobo,in Moſe & Aarone: in Dauide denique,qui tamen erat ſecundum cor Domini,vt ex Pſal.73,itémque ex 116.b.11,liquidò apparet. Quartò,peccatum hoc, vniuerſalem eſſe apoſtaſiam,id eſt defectionem à Deo:qua Dei ipſius maieſtas ex certa ac deſtinata malitia petitur. cuiuſmodi in illis exemplis apparet quæ citauimus. Itaque Petri abnegatio non fuit peccatum in Spiritum ſanctum . Quanuis enim ore negaret , & quidem cum execratione,addo etiam,quanuis intus æſtuaret ipſius conſcientia,dum Chriſtum ita abiectum cerneret,tamen non conſentiebat mentis iudicium cum lingua.ſed hoc expreſſit partim illa præcipitatio,quæ Petro erat veluti familiaris in vtranque partem (vt ſolent vitia ſub virtutis ſpecie blandiri)partim verò periculi circunſtantis horror.Interim tamen Spiritus ille ex quo didicerat Chriſtum eſſe Filium Dei viui, & ita quidem vt,ſicuti paulo pòſt patefecit,nihil haberet præcepto ſuo charius:is,inquam, Spiritus in corde manens,linguam reprehendebat: fides illa pro qua rogarat Dominus vt non deficeret,intus æſtuabat. Alioquin ſeſe adiunxiſſet Iudæis, & ſeſe ab illo diu deceptum conqueſtus foret,denique ſe oſtendiſſet non Petrum,ſed Simonem illum eſſe Ionæ filium.quum è contrario flens ſeſe foras proripuerit,& nulli magis quàm ſibi hoc facinus diſplicuiſſe, re ipſa ſit omnibus modis teſtatus. Neque verò hæc à me dicuntur vt Petri peccatum eleuem, quod ſanè mortem æternam mille modis merebatur: ſed vt ſi qui,Petri exemplo,ex infirmitate peccarint, (nihil autem videtur,vno excepto Spiritus ſancti peccato,grauius committi à quoquam poſſe)animum tamen nõ abiiciant,ſed aliquem ſibi ad ſalutem aditum relictum norint:ſi modò Petri fidem ac reſipiſcentiam imitentur. Quintò,nullos electos huic peccato non eſſe obnoxios . Quum enim nunquam remittatur , non poſſit autem irritum eſſe Dei conſilium, efficitur ita proſpicere Dei gratiam electis ſuis, vt nunquam eouſque illos deſerat vt in id præcipitium abripiantur.Itaque quiſquis certum electionis teſtimonium in ſeſe ſenſit,(dictum eſt autem ſuprà de tribus teſtibus quos in ſeſe habent quicunque verè credunt) non eſt quod vnquam deſperet . Interim verò num hoc prætextu ſeſe ad quiduis audendum accendet? Minimè verò id facturus eſt quicunque Dei Spiritum habet , ſed magis ac magis nitetur bonis operibus in ſemetipſo vocationem & electionem ſuam confirmare,ſicuti Petrus monet:quòd ſi in certamine vulnus aliquod acceperit, tamen non deſpondebit animum,neque cum aduerſario fœdus fieret: ſed ſuiipſius ita eum pudebit,vt virtutis illius conſcius quã à Domino accepit, eo alacrius in hoſtem feratur. Sextò,hoc peccatum non extare neceſſariò in omnibus reprobis, quum vel ipſum ſolum peccatum originis illis meritò condemnandis ſufficiat.Omnia enim(vt antè dixi)peccata reprobis lethalia ſunt:ipſáque adeo natura illos reddit æternæ iræ Dei obnoxios: ſicuti è contrario , in electis omnia,ſine vlla prorſus exceptione,per Chriſti ſanguinem eluuntur.Vacant enim eo quod vnum eſt inſanabile,vt modò dixi. Septimò,quum vera reſipiſcentia manet à Dei Spiritu: Spiritum autem Dei in vno Chriſto per fidem gratis apprehenſo nanciſcamur: nunquam poſſe reſipiſcere qui in Spiritum ſanctum peccarint, ac proinde nunquam remitti hoc peccatum.Nam ſi reſipiſcerent,certè veniam conſequerentur,quum Deus eum qui ſeriò reſipiſcit,non magis poſſit quàm Spiritum ſuum deſpicere . Non eſt ergo cauſa cur accuſetur Deus tanquam crudelis quòd peccatum hoc non remittat:ſed, vt reliquas rationes prætercam , profani ſunt qui à Deo petunt vt tam execrandum ſcelus etiam non reſipiſcentibus condonet. Poſtremò hoc quoque adiicimus:quum id peccatum magis intus

lateat quàm foris ſe prodat, nihil æquè nobis cauendum atque hoc vnum, ne de quoquã temerè hac in parte iudicemus. Olim quidem quum eximia illa Spiritus ſancti dona, quibus confirmari naſcentem Eccleſiam oportuit, in nonnullis vigerent, peculiaris quædam reuelatio videtur id pateſeciſſe: ſed raro tamen, vt Galat.5.b.12, 2.Timoth. 4.c.14 quum ipſi Simoni Mago non omnis ſpes præripiatur, Act.8.d.21 & 22. Nunc verò multo etiam quàm antea conſideratius eſt nobis incedendum. Vitia quidem ipſa acerrimè damnanda ſunt: peccatores verò pro ingenii & ipſa peccatorum circunſtantia tractandi. Quo propius videbitur ab extremo periculo quiſpiam abeſſe, eo magis ſolicitè conemur omnibus modis illum in viam reuocare, ac præſertim precibus illum Domino commendemus. Siquem tamen Dominus tanquam digito nobis commonſtrarit ad mortem peccare (quod tamen ſibi plerunque integrum ſeruare conſueuit) quid nobis faciendum ſit apertè docet Apoſtolus: & ſignificauit etiam Dominus Samueli cum graui reprehenſione, 1.Samuel.16.a.1.

D vitam, peccantibus non ad mortem.
Eſt peccatum ad mortem: non pro il-
lo dico vt roget quis.

Matth.12.c.31 marc.3.d.29 ‖Omnis iniquitas, peccatum eſt: &
eſt peccatum ad mortem.

Scimus quia omnis qui natus eſt ex
Deo, non peccat: ſed generatio Dei cõ
ſeruat eũ, & Malignus non tangit eũ.

Scimus quoniam ex Deo ſumus, &
mũdus totus in maligno poſitus eſt.
Et ſcimus quoniam Filius Dei ve-
Luc.24 g.45 nit: ‖ & dedit nobis ſenſum, vt cogno-
ſcamus verum Deum, & ſimus in ve-
ro Filio eius. hic eſt verus Deus, & vi-
ta æterna.
Filioli cuſtodite vos à ſimulachris.
Amen.

tem, ″petet, & dabit ei vitam: peccantibus *dico* non ad mortem. Eſt
peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roges.
17 Omnis iniquitas peccatum eſt: ″ſed eſt peccatum *quod* non *eſt*
ad mortem.
18 Scimus quòd quiſquis natus eſt ex Deo, ″non peccat: ſed
qui genitus eſt ex Deo, ″conſeruat ſeipſum, & Malus ille″non tan
git eum.
19 Scimus quòd ex Deo ſumus, & ″mundus totus in malo iacet.
20 Sed ſcimus quòd Filius Dei venit, & dedit nobis mẽtem vt co
gnoſcamus illum qui verax eſt: & ſumus in verace illo, *id eſt* in Fi
lio eius Ieſu Chriſto. ″hic eſt verus Deus, & vita æterna.
21 Filioli, cauete vobis″ab idolis. Amen.

Petet, αἰτήσει. Præciſum dicendi genus. Perinde enim eſt acſi diceret, petet à Domino vt illi condonet: qui rogatus dabit illi vitam. Neque enim, niſi coacta interpretatione, verbum δώσει poteſt ad aliũ quàm ad ipſum Deum referri. Deinde notandum eſt quòd non dixit, dabit ei veniam, ſed, dabit ei vitam. Ita enim intelligimus, quòd peccatum aliquod non ſit mortiferum, id non ex ipſa peccati natura (alioqui enim admodum impropriè loquutus eſſet Apoſtolus) ſed ex Domini benignitate proficiſci. qui dare vitam dicitur, quum gratis remittit peccata, quæ mortem per ſe afferunt. Stipendium enim peccati, mors: Donum autem Dei, vita æterna per Chriſtum, Rom.6.d.23.

17 Sed eſt καὶ ἔστιν. Καὶ pro ἀλλὰ, vt aliquoties in hac epiſtola annotauimus. Vide annotationem ſuperiorem.

18 Non peccat: οὐχ ἁμαρτάνει. Non peccat, ſcilicet ad mortem, ac proinde pro eo rogandum eſt. Conſeruat ſeipſum, τηρεῖ ἑαυτόν. Id eſt, cauet ſibi à peccato. Neque enim vtitur verbo σώζειν, ſed τηρεῖν. quæ non minus differunt apud Græcos quàm apud Gallos, *ſe garder & ſe ſauuer*. Inepti ſunt igitur ac etiam ridiculi qui hunc locum citant quaſi à libero arbitrio & bonis operibus ſalus, tanquam à cauſa, pendeat. Sed demus ſcriptum eſſe σώζει (quia ſic loquitur Paulus 1.Timoth.4.d.16) dico ſeruare ſeipſum, & purificare ſeipſum, eſſe prorſus coniuncta, vt ſuprà 3.a.3. Purificare autem ſeipſum dicitur qui Deum & fratrem diligit. At Deum diligimus & fratres, quia Deus prior nos dilexit, ſuprà 4.d.19. Iuſtificati ſunt autem in quibus Deus amorem ſuum patefecit in Chriſto. Ergo iſta purificatio iuſtificatum ſequitur, non autem præcedit iuſtificandum: éſtque hæc ſanctificatio non cauſa ſalutis, ſed iter quod ſequuntur qui iam ex morte tranſlati ſunt ad vitam, ſuprà 3.c.14. Agimus tamen, fateor, ſed quia Filii ſumus: agimus, inquam, nõ naturali arbitrio quod adiuuet Gratia, ſed arbitrio quod gratia ex Peccati corruptione, cui totum ſeruiebat, manumiſſum, cœpit ex malo bonum facere, ac quotidie magis ac magis perficit.

Non tangit οὐχ ἅπτεται. Non tangit ſcilicet vulnere lethali intus enim per fidem habet eum qui Mundum, Mortem, Peccatum, Satanam vicit.

19 Mundus totus in malo iacet. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Id eſt, omnes homines in genere, quales ſunt in ſeſe, iacent in malo veluti ſepulti. Niſi ἐν τῷ πονηρῷ interpretemur, penes Malum, id eſt in Satanæ poteſtate poſitus eſt. vti paulo antè τὸν πονηρὸν illum vocauit, addito articulo.

20 Hic οὗτος. Poſtulat pronominis iſtius propria ſignificatio, vt ad Chriſtum hoc referatur. Deinde peculiare vbique eſt Iohanni per vitam æternam Chriſtum ſignificare μετωνυμικῶς. Continet igitur etiam hic locus expreſſum Diuinitatis Chriſti teſtimonium.

21 Ab Idolis. ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Id eſt à ſimulachris, vt Vetus interpres & Eraſmus rectè conuerterunt. vt ipſis etiam pueris in Græca lingua vel minimum verſatis abundè notum eſt. Non deſunt tamen etiamnum hodie qui idolorum nomine ea duntaxat ſimulachra ſignificari putent quæ Pagani ſuis fictitiis diis ſtatuerunt: quaſi verò ſimulachra quæ nonnulli hodie tam pertinaciter defendunt, non ea etiam ratione magis ſint execranda, quòd Dei nomen & Sanctorum honorem multo manifeſtius polluant: quaſi denique non & ipſi fictitios ſuos ſanctos habeant. Sed age, quando ipſis ſemel decretum eſt reiicere quicquid à nobis dicitur, audiãt ſaltem Hieronymum, cui ſe tantum tribuere gloriantur. Is enim Epiphanii illius acerrimi hæreticorum hoſtis epiſtolam ad Iohannem epiſcopum Hieroſolymitanum ſcriptam tanti fecit, vt è Græco etiam in Latinum conuerterit: in qua hæc ſcripta ſunt totidem verbis, Quum veniſſem ad villam quæ Anablatha dicitur, vidiſſémque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogaſſem quis locus eſſet, didiciſſémque eſſe Eccleſiam, & intraſſem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eius Eccleſiæ tinctum atque depictum, habens imaginem QVASI CHRISTI, VEL SANCTI CVIVSDAM. Non enim ſatis memini cuius imago fuerit. Quum ergo hoc vidiſſem, IN ECCLESIA CHRISTI, CONTRA AVTHORITATEM SCRIPTVRARVM, hominis pendere imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent. Et paulo pòſt addit, Precor vt iubeas preſbyteros eiuſdem loci deinceps præcipere, in Eccleſia Chriſti iſtiuſmodi vela, quæ contra religionem noſtram veniunt, non appendi. Hæc ſcripſit Epiphanius, ita comprobauit Hieronymus. Citatur authoritas Scripturarum, profertur conſuetudo Eccleſiæ. Quo igitur iure hæretici illi appellentur qui, cum Iohanne, monent cauendum à ſimulachris?

EPISTOLA IOHANNIS SEcunda. Ἐπιστολὴ Ἰωάννου δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

1 Preſbyter 'electæ dominæ & liberis eius, 'quos ego 'verè diligo, nec ego ſolus, ſed & õnes qui cognouerunt 'veritatem:

2 Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum:

3 'Sit vobiſcum gratia, 'miſericordia, pax à Deo patre, & à Domino Ieſu Chriſto filio Patris 'cum veritate & charitate.

4 Gauiſus ſum valde quòd inuenerim ex filiis tuis qui incedãt in veritate, ſicut mandatum accepimus à Patre.

5 Et nunc rogo te domina, non vt mandatum nouum 'ſcribens tibi, ſed quod habuimus '*iam inde* à principio, vt diligamus alii alios.

6 Hæc autẽ eſt charitas, vt incedamus ſecũdũ doctrinã eius. Hæc eſt doctrina, vt ſicut audiſtis '*iam inde* à prĩcipio, *ita* in eo ambuletis.

7 'Nam multi impoſtores ingreſſi ſunt in mundum, qui non cõfitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carne. Qui eſt eiuſmodi, impoſtor eſt & Antichriſtus.

Antichriſtus.

8 Attendite vobiſipſis, ne perdamus quæ operati ſumus, ſed vt mercedem plenam recipiamus.

9 Quiſquis trãſgreditur, nec manet in doctrina Chriſti, Deũ nõ habet: qui manet in doctrina Chriſti, hic & Patrẽ & Filiũ habet.

VETVS.

1 Senior electæ dominæ & natis ei⁹, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatem:

2 Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternũ:

3 Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Ieſu Filio Patris in veritate & charitate.

4 Gauiſus ſum valde quoniam inueni de filiis tuis ambulãtes in veritate, ſicut mandatum accepimus à Patre.

B

5 Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum.

Iohan.15.b.12

6 Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mãdata eius. Hoc eſt enim mandatum, vt, quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis:

7 Quoniam multi ſeductores exierũt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem. Hic eſt ſeductor & Antichriſtus.

C

8 Videte voſmetipſos, ne pdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenã accipiatis.

9 Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum nõ habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Preſbyter Ὁ πρεσβύτερος. Vulgata & Eraſmus, Senior. Ego officii nomen eſſe putarim. cur autem nomen non adſcripſerit non facilè dixerim: niſi quòd videtur hoc fuiſſe Iohanni familiare, cuius etiam prima epiſtola ſit αὐτόγραφος. Sunt tamen qui putent hoc nomine alium quendam Iohannem ſignificari qui preſbyter fuerit vulgo cognominatus, à quo etiam nonnulli editam Apocalypſin putant: vt narrat Euſebius lib. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ 3. cap. 39. Ego putarim familiarem eſſe epiſtolam ab Apoſtolo ipſo Iohanne ſcriptam. Nam quod ad doctrinam ipſam attinet, valde pia & ſancta eſt, atque adeò cum ſuperiore prorſus cõſentiens. Phraſis autem ipſa Hebraiſmis ſcatet, & germanum Iohannis ſtilum prorſus refert, quantum quidem poſſum iudicare. Electæ dominæ ἐκλεκτῇ κυρίᾳ. Nonnulli electæ nomen proprium eſſe volunt: quod non probo. Dicendum enim fuiſſet κυρίᾳ ἐκλεκτῇ Dominæ Electæ. Alii hoc nomine volunt Eccleſiam Chriſtianam in genere ſignificari. quibus repugnat primùm quòd hoc dicendi genus ſit prorſus inuſitatum, deinde quòd in extremis duobus verſiculis disertè pollicetur ſe ad eam & filios ipſius venturum: additque filiorum ſororis ſalutem: quam & ipſam electam vocat. Puto igitur inſcriptam eſſe epiſtolam præſtanti alicui fœminæ, quales nonnullæ Eccleſias ſuis opibus paſſim ſuſtentabant: & electam quidem illam vocari, id eſt הנבחרה eximiam, addita dominæ appellatione, ex Hebræorum more, apud quos etiam mulier גבירה præſtantis alicuius dignitatis ratione dicitur. quo modo & nos hodie in vernaculo ſermone loquimur, vt Gen. 16. a. 4. b. 8, & c. 9. ſicut Lucas Theophilum, & Paulus Feſtũ, κράτιστον, id eſt potentiſſimum vel præſtantiſſimum, compellant. Neque enim ab eiuſmodi honeſtis titulis Chriſtiana religio abhorret, quatenus quidem iuſtum ac fas eſt. Perinde eſt igitur acſi ſcriptum eſſet, Eximiæ ac præſtanti dignitate fœminæ. At enim cur nomen propriũ non addidit? nempe ſatis inter ſe noti ac familiares erant: quamobrem etiam ne nomen quidem ſuum exprimendum putauit.

Quos οὕς. Hoc pertinet tum ad matrem tum ad liberos. Habita eſt autem ratio ſententiæ potius quàm verborum. perinde nimirum acſi præceſſiſſet τοῖς υἱοῖς. Sic apud Græcos interdum reperias τέκνον φίλε. Item apud Anacreontem, βρέφος, φέροντα τόξον. vbi tamen Henricus Stephanus noſter legendum notat βρέφος, φέρον δὲ τόξον. Cui facilè aſſentior: quòd præcedat μέν. Hebræis autem æquè familiare eſt relatiua ad ſenſum quàm ad verba ipſa referre. Verè ἐν ἀληθείᾳ. Heb. באמת Vulg. & Eraſ. ad verbum, in veritate. Veritatem: τὴν ἀλήθειαν Id eſt Chriſtum, vel Euangeliũ. quæ phraſis ſæpe apud Iohãnem præſertim occurrit. idem etiam eiuſmodi vnius verbi geminatione gaudet, ſicut ſingulis penè paginis licet obſeruare tum in Euangelio tum in epiſtola ſuperiore.

3 Sit vobiſcum ἔσται μεθ' ὑμῶν. Sic legit Vetus interpres, & ita etiam in Græcorum ſcholiorum contextu legitur. Fateor tamen Græcos codices habere ἔσται μεθ' ἡμῶν, Erit nobiſcum. ſed nouum eſt certè hoc ſalutationis genus, & potuit etiam erroris occaſionem librario præbere ſuperior verſiculus. Ponitur autem ἔσται pro ἔστω, ex Hebræorum more. Miſericordia. ἔλεος. Vide 1. Tim. 1. a. 2 Cum veritate, &c. ἐν ἀληθείᾳ. Id eſt, cum vera cognitione quam charitas comitetur. ἀλήθειαν igitur vocat quam Paulus ſæpe ἐπίγνωσιν, id eſt agnitionem, appellat. 5 Scribens γράφων. Sic lego, conſentientibus cum Vetere interprete tribus codicibus vetuſtis, & Græcis etiam ſcholiis. Eraſ. ſcribo γράφω. *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς. Vide 1. Iohan. 2. a. 7 & 8, vbi habetur hæc eadem ſententia.

6 *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς. Vide 1. Iohan. 2. d. 24, vbi hæc quoque ſcripta ſunt. Cur autem hæc exſcripſiſſet aliquis alius? nempe vt Iohannis nomen ementiretur. At quorſum hoc in tam breui epiſtolio, vnde nulla amplitudo nominis poſſit accedere, & vbi nihil eſt ſanè quod pium ac ſanctum non ſit? Eſt autem traiectio particulæ ἵνα, quam rectè vitauit Vetus interpres, Græcis codicibus tribus conſentientibus. Deinde ex Hebræorum more omiſſa eſt particula οὕτως ita, in ſimilitudinis ἀποδόσει.

7 Nam, ὅτι. Non eſt hæc particula αἰτιολογικὴ propriè: ſed occurrit tacitæ obiectioni: acſi diceret, Hoc autem non temerè à vobis poſtulo. Nam multi impoſtores, &c. Vide 1. Iohan. 2. d. 22, & 4. a. 3. Qui eſt eiuſmodi οὗτος. Heb. זה pro τοιοῦτος. Eſt autem in mutatione numeri aliqua etiam emphaſis. ac ſi diceret, quicunque hoc negat, is planè impoſtor eſt ac Antichriſtus. Veniſſe ἐρχόμενον. Sic rectè Vetus interpres. Eſt enim hoc participium non modò τοῦ ἐνεστῶτος, ſed etiam τοῦ παρατατικοῦ, qui quidem infinitis locis pro aoriſto vſurpatur. Sic in proxima epiſtola, a. 3, ἐρχομένων pro ἐλθόντων ponitur. Eraſ. venturum. ita ſcilicet vt ad futurum iudicium referatur. quam formulam dicendi non puto vſquam extare. quum potius dicatur venturus ἐν δόξῃ, id eſt cum gloria.

8 Attendite βλέπετε. Heb. התבוננו pro προσέχετε, circunſpicite & conſiderate diligenter. Perdamus ἀπολέσωμεν. Sic Paulus Gal. 3. a. 4, Quidam codices hæc legunt in ſecunda perſona plurali, eadem manente ſententia.

9 Nec manet καὶ μὴ μένων. Duo diuerſæ conſtructionis verba coniuncta, Hebræorum more. Qui manet ὁ μένων Explicatio ſuperioris dicti, ex contrarii collatione. quod dicendi genus ſingulis penè verſiculis apud Iohannem recurrit.

D Siquis venit ad vos,& hanc doctrinam non affert,‖nolite recipere eum in domum,nec Aue ei dixeritis. 10

Rom.16.d.17

Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis. 11 12

Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam & atramentum:ſpero enim me futurum ad vos, & os ad os loqui: vt gaudium veſtrum plenū ſit. 13

Salutant te filii ſororis tuæ electæ. 14

10 Siquis venit ad vos,& hanc doctrinam non affert,ne recipiatis eum domum,nec Aue ei dixeritis.

11 Qui enim dicit illi Aue,communicat operibus eius malis.

12 Quum multa haberem vobis ſcribenda, nolui per chartam & atramentum: ſed ſpero *me* venturum ad vos,″ & præſentem præſentibus loquuturum: vt gaudium noſtrum ſit completum.

14 Salutant te filii ſororis tuæ electæ. Amen.

13 Præſentem præſentibus στόμα πρὸς στόμα. Vulg. ad verbum, os ad os. Paulus 1.Cor.13.d.12, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον dixit, id eſt, vt Hebræi dicunt, פה אל פה. 14 Electæ. ἐκλεκτῆς. Id eſt eximiæ, vt diximus ſuprà verſ.1.

EPISTOLA IOHANNIS tertia.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου τρίτη.

VETVS.

Senior Gaio chariſſimo,quem ego diligo in veritate. 1

Chariſſime de omnibus orationem facio proſperè te ingredi & valere,ſicut proſperè agit anima tua. 2

Gauiſus ſum valde venientibus fratribus,& teſtimoniū perhibētibꝰ veritati tuæ,ſicut tu in veritate ambulas. 3

B Maiꝰ his nō habeo gaudiū, quā vt audiā filios meos in veritate ābulare. 4

Chariſſime,fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos: 5

Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ:quos benefacies,deducens dignè Deo. 6

Pro nomine enim eius profecti ſūt, nihil accipientes à Gentibus. 7

Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritati. 8

C

Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ:ſed is qui amat primatū gerere in eis, Diotrephes,non recipit nos. 9

Propter hoc,ſi venero,cōmoneam eius opera quæ facit,verbis malignis garriens in nos: & quaſi non ei iſta ſufficiant,neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eiicit. 10

Chariſſime, noli imitari malū, ſed quod bonū eſt. qui benefacit, ex Deo eſt:qui malefacit,non vidit Deum. 11

D

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

1 Senior Gaio dilecto,quem ego verè diligo.

2 Dilecte,″in primis opto vt proſperè agas & valeas,ſicut proſpere agit anima tua.

3 Gauiſus ſum enim valde″quum veniſſent fratres, & teſtimonio ſuo ornaſſent″integritatem tuam prout tu integrè incedis.

4 Maius″iſtis gaudium non habeo,quum *ſcilicet* audio filios meos integrè incedere.

5 Dilecte, ″fideliter agis quicquid facis erga fratres & ″erga peregrinos:

6 Qui teſtimonio ſuo ornarunt charitatē tuam in conſpectu Eccleſiæ:quos rectè facies ″ſi proſequutus fueris″vt Deo dignū eſt.

7 Nam pro nomine eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus.

8 Nos ergo debemus recipere huiuſmodi, ″vt adminiſtri ſimus veritati.

9 ″Scripſi Eccleſiæ: ſed qui primatum inter eos ambit Diotrephes,non recipit nos.

10 Propterea,ſi venero,ſuggeram ipſius facinora quæ facit,verbis improbis garriēs in nos:quíque etiā his nō cōtentus,neq; ipſe recipit fratres,& qui volūt recipere prohibet, & ex Eccleſia eiicit.

11 Dilecte,ne imiteris quod malum eſt,ſed quod bonum eſt:qui benefacit,ex Deo eſt:″qui autem malefacit,″non vidit Deum.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 In primis περὶ πάντων. Ad verbum, ſupra omnia. Ponitur enim περὶ pro ὑπὲρ, vt in illo Homeri verſu, Ἀλλ᾽ ὅδ᾽ ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων. Senſus eſt igitur, Opto in primis vt ſicut animo rectè habes, ita etiam proſperè agas & valeas. Eraſmus, De omnibus opto vt proſperè agant & rectè valeant: omiſſo pronomine σε, & deprauata Apoſtoli ſententia. Nam in hac quoque epiſtola nihil agnoſco quod Iohanni Apoſtolo familiariter ad amicum ſcribenti non optimè conueniat. De verbo εὐοδοῦσθαι diximus 1.Cor.16.a.2.

3 Quum veniſſent ἐρχομένων. Id eſt, ἐλθόντων, vt in ſuperiore epiſtola, verſu 7, ἐρχόμενον pro ἐλθόντα. Integritatem tuam, σοῦ τῇ ἀληθείᾳ. Vulg. & Eraſ. veritati tuæ. Ego malui planius. Certum enim eſt Veritatis nomine, Hebræorum more, ſignificari interdum vitam integram, &(vt inquit ille) ſceleris puram: ſicut docuimus Ioh.3.c.21. neque quiſquam eſt ex Euangelicis ſcriptoribus, qui Veritatis vocabulo æquè delectetur ac Iohannes, paſſim illud multiplici ſignificatione inculcans. 4 Iſtis τούτων. Iſtis ſcilicet gaudiis. Vtitur enim plurali numero, emphaſeos cauſa, ex Hebræorum more. Sunt tamen qui legant ταύτης, iſto. Quum *ſcilicet* audio ἵνα ἀκούω. Vel hæc vna phraſis Iohanni Apoſtolo hanc epiſtolam vendicat. Eſt enim illi peculiare ἵνα vſurpare pro ὅτι, ex Hebræorū idiotiſmo, vt annotauimus Ioh.15.b.8, & 13. ſimiliter etiam præcedente comparatiuo μείζονα. Item apud eundem, 16.a.2, & d.32. Vulg. & Eraſ. quàm vt.

5 Fideliter agis πιστὸν ποιεῖς. Id eſt agis vt fidelem decet. Altera interpretatio quam affert Eraſmus, quaſi πιστὸν ποιεῖν ſignificet tutum reddere, ſiue in tuto collocare, certè eſt perabſurda. Erga peregrinos: εἰς τοὺς ξένους. Ad verbū, erga hoſpites: ſed illud planius eſt. Gaium enim cōmendat vt φιλόξενον, ſine perſonarum reſpectu. Vetus interpres καὶ τοῦτο εἰς τοὺς ξένους, idque erga peregrinos. Hoc enim addit magnum pondus ſententiæ. 6 Si proſequutus fueris, προπέμψας. Vulg. deducens. Eraſ. ſi deduxeris. quod mihi non videtur ſatis expreſſum. Commendat autem Gaio vel eos ipſos quos iam antè exceperat, rurſum ad eum redeuntes ad procurāda Eccleſiæ negotia: vel alios quorum eadem erat conditio. Vt Deo dignum eſt. ἀξίως τοῦ Θεοῦ. Rectè. nam (inquit Dominus) qui vos excipit me excipit. Vul. & Eraſ. ad verbum, dignè Deo. 8 Vt adminiſtri ſimus veritati. ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ. Id eſt, vt & ipſi aliquid conferamus ad veritatis prædicationem. 9 Scripſi ἔγραψα. Vulg. ſcripſiſſem forſitan ἔγραψα ἄν. In vno verò codice ſcriptum inuenimus ἔγραψά τι τῇ ἐκκλησίᾳ, Scripſi nonnihil Eccleſiæ. 11 Qui autem malefacit, ὁ δὲ κακοποιῶν. Hæc eſt phraſis quam ſæpe iam annotaui paſſim apud Paulum occurrere. Non vidit. οὐχ ἑώρακε. Id eſt non nouit.

12 Demetrio teſtimonium redditũ eſt ab omnibus, & ab ipſa veritate: ſed & nos teſtimoniũ perhibemus: & noſtis quòd teſtimonium noſtrum verum eſt.
13 Multa habebam quæ ſcriberem: ſed nolo per atramentum & calamum tibi ſcribere.
14 Spero autẽ fore vt ſtatim te videam, vtque coràm loquamur.
15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ab ipſa veritate: ſed & nos teſtimonium perhibemus: & noſti quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt.

Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentum & calamum ſcribere tibi.

Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur.

Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

---

14 Coràm στόμα πρὸς στόμα. Vide ſuperioris epiſtolæ verſ.13.

EPISTOLA CATHOLICA Iudæ Apoſtoli.

Ἐπιστολὴ τοῦ Ἰούδα καθολική.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

1 Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, ″frater autem Iacobi, vocatis, qui ″à Deo Patre ″ſanctificati ſunt, & Ieſu Chriſto
2 ″reſeruati:
Miſericordia vobis & pax & charitas multiplicetur.
3 Dilecti, ″quum omne ſtudium adhibeam vt ſcribam ad vos ″de communi ſalute, ″neceſſe habui vobis ſcribere, ″ad vos hortandos ″vt decertetis pro fide quæ ″ſemel tradita eſt ſanctis.
4 Nam ſubrepſerunt quidam homines, ″prius iam olim deſcripti ad hanc damnationẽ, impii, qui Dei noſtri gratiam transferũt ad

VETVS.

Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autẽ Iacobi: iis qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis:

Miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.

Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertare ſemel traditæ Sanctis fidei.

Subintroierũt enim quidam homines, qui olim præſcripti ſũt in hoc iudicium, impii, Dei noſtri gratiã tranſ

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Frater autem Iacobi, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου. Conſtat ſic appellatum fuiſſe hunc Iudam, vt ab altero illo Iuda Iſcariote diſtingueretur: idque non tantùm viuo illo proditore, vt paſſim in Euangelio: ſed etiam illo iam ſublato, vt Act.1.c.13: vel quia iam inualuerat conſuetudo vt ſic vocaretur (ſicut & ipſi Apoſtoli, nondum electo in locum proditoris Matthia, duodecim vocantur, 1.Cor.15.a.5:) vel vt nomen illud, proditoris memoria infame factum, aliquo modo leniretur. Magis tamen in illam ſententiã quàm in iſtam inclino. Sed & illud obſeruandum eſt, quum Iacobi meminerit ſimpliciter, nullóque addito epitheto, omnino eum intelligi cuius nomen celeberrimũ tum erat inter Iudæos præſertim, illum ſcilicet Alphæi filium, qui & frater, id eſt cognatus, Domini dicitur: & in Hieroſolymitana Eccleſia eminebat, vt apparet ex celebris illius ſynodi actione, quæ deſcripta eſt Act.13, itémque ex Act.21.c.18, contrà quàm tradiderunt veteres qui tres fecerunt Iacobos. Neque verò quanuis reliquis hinc & inde peregrinantibus ipſe Hieroſolymis maneret, idcirco Apoſtolus eſſe deſinebat. Satis enim conſtat, ea tempeſtate ſolitos fuiſſe ex toto terrarum orbe in eam ciuitatẽ conuenire innumerabiles Iudæos, ac nonnullos etiã ex profanis Gentibus religioſos homines, Act.2.a.5.& 8.e.27, adeò vt omnino oportuerit aliquẽ illic ex Apoſtolis permanere, qui ex vna vrbe Iudæos per vniuerſum orbem terrarum diſperſos doceret. Nam illis etiã idcirco noſter hic Iacobus epiſtolã inſcribit, idque nullo vſquam addito diſcriminis epitheto: quod tamen faciendũ fuiſſe videbatur, ſi plures tum erant Iacobi, quorũ inſignis eſſet inter Apoſtolos authoritas. Quanquam de his quidẽ nolim ego cum quoquã contendere. A Deo Patre ἐν Θεῷ πατρί. Id eſt per Deum patrẽ. Vulg. & Eraſ. in Deo Patre. Mihi videtur magis vſitatũ eſſe in Scriptura, vt dicantur fideles à Deo Patre in Filio per Spiritum ſanctũ ſanctificari. Sanctificati ſunt, ἡγιασμένοις. Vulg. dilectis: quæ locutio mihi videtur inuſitata, quũ potius dicamur à Patre diligi in Filio. Itaque ſiue ἡγιασμένοις legas, ſiue ἠγαπημένοις, vt in duobus Græcis codicibus ſcriptũ inuenimus, ἐν Θεῷ πατρί dictum erit, pro ὑπὸ Θεοῦ πατρός. Reſeruati. τετηρημένοι. Id eſt ſepoſiti æterno Dei conſilio, qui Chriſto traderentur cuſtodiendi, vt Ioh.17.b.6, & c.12, & d.24. Eſt autẽ fateor vni huic epiſtolæ peculiaris hæc ſalutatio, ſi verba ipſa ſpectes: ſed eximiæ conſolationis plena, & quæ ſpiritum Apoſtolicũ planè teſtetur. Vulg. cõſeruatis. Eraſ. ſeruatis: ambiguè. 3 Quum omne ſtudium adhibeam πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος. Vulg. omnem ſolicitudinẽ faciens, barbarè. Eraſ. tantum mihi ſtudium fuit: eneruata Apoſtoli ſententia, vt mox dicemus. De cõmuni ſalute, περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Id eſt, de iis quæ ad noſtram omnium ſalutẽ ſpectant. Eſt enim in his verbis κοινωνία quam Rhetores vocant, id eſt communicatio. veluti ſi dux aliquis ſuos milites, commilitones vocet. quæ res loquenti ſolet magnam beneuolentiam conciliare. Nolim igitur pronomen ὑμῶν, id eſt veſtra, addere, vt legit Vetus interpres, quanuis id quoque in vetuſtis duobus codicibus inuenerimus. ſed mendoſè, ni fallor, pro ἡμῶν, noſtra, vt in aliis itidem vetuſtis duobus ſcriptum legimus. Neceſſe habui vobis ſcribere, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν. Sic rectè conuertit Vetus interpres, pro quo tamen Eraſmus ſubſtituit, vt non potuerim non ſcribere vobis: primùm repugnantibus Græcis, deinde eneruata Apoſtoli ſententia, vt rectè obſeruauit doctiſſimus interpres. Neque enim is dicit ſe ad ſcribendum eo eſſe adductum, quòd ſedulò id facere ſoleat, ſed potius, quum alioqui ad ſalutem illorum frequentibus literis procurandam ſit propenſus, ſeſe nunc ipſa neceſſitate adductum vt ad eos ſcriberet. quam explicationem quum annotarit Eraſmus, miror illum maluiſſe eam amplecti quæ à Græcis diſcedit, & multum detrahit de ſententiæ pondere. Ad vos hortandos, παρακαλῶν. Vulg. deprecans. Eraſ. obſecrans. Neuter, vt opinor, ſatis commodè. Vt decertetis pro fide ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει. Id eſt ἐπαμύνασθαι. id eſt vt pro viribus tueamini fidem. nam ἐπὶ hoc declarat. Vulg. ſupercertare, barbarè. Eraſmus, vt veſtris laboribus adiumento ſitis fidei, periphraſi minimè neceſſaria. Cæterùm Fidei appellatione ſanam doctrinam intelligi res ipſa ſatis oſtẽdit, vt 1.Tim.4.a.1, & alibi ſæpe. & quũ certare ipſos iubet Apoſtolus, minimè intelligit vt gladiis & enſibus rẽ gerant (neque enim magiſtratum qui tum impius erat, ſed Eccleſiã alloquitur) ſed vt ſana doctrina & honeſtæ vitæ exemplis, ea denique panoplia quam Paulus deſcribit Epheſ.6.c.13, hæreticis obſiſtant. quanuis niſi ſuam hîc etiam operã ciuilis magiſtratus accommodet, minimè officium faciat, vt diximus 1.Tim.2.a.2. Eraſmus in Annotationibus τοῖς ἁγίοις refert ad ἐπαγωνίζεσθαι. ac ſi diceret Apoſtolus ſe ſcribere vt per fidem ſemel datam ſint ſanctis auxilio. quæ interpretatio mihi prorſus videtur coacta. Quãuis enim fide certandũ ſit, tamen apparet Apoſtolum potius hoc in loco declarare pro quo certare debeãt, nẽpe pro ſana doctrina. Semel. ἅπαξ. Magna eſt emphaſis huius aduerbii, vt alibi ſæpe annotauimus. Semel enim traditã eſſe doctrinã dicit, quæ nunquã ſit poſthac immutãda, & qua ſemel amiſſa, nõ ſit quòd aliunde ſalutẽ expectẽt.

4 Prius iã olim deſcripti ad hanc damnationẽ, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα. Vulg. qui olim præſcripti ſunt ad hoc iudicium. Eraſ. qui prius deſcripti fuerunt ad hoc iudiciũ, neglecta particula πάλαι, quæ tamen minimè eſt otioſa. Cæterùm nõ dubium eſt quin hoc addiderit Apoſtolus vt aduerſus apoſtaſiæ offendiculum animos ſanctorum confirmaret: quum ſcilicet intelligerent nihil hîc temere, ſed æterno ac certo Dei conſilio euenire. Nam ex eo conſequitur iſtos nunquam fuiſſe ex ſanctorũ grege, licet pietatẽ ad tempus ſimularint: ac

proinde cauſam non eſſe cur illorum improbitate ſtupeſiamus, imò verò potius quòd Deo gratias agamus, qui nos alio Spiritu donarit, & iſtorum ſimulatum animum patefecerit. Deinde optimum eſſe iſtarum tentationum exitum nobis expectandum, quum Dei noſtri conſilio ac ſapientia futurum ſciamus vt omnia iſta Eccleſiæ commodo cedant. Hoc, inquam, eſt conſilium Spiritus ſancti hoc in loco, ſicut & alibi ſæpe, veluti Exo.7.a.3. item 2.Tim.2.c.19. item 1.Iohan.2.c.19 & 20. Sunt tamen qui ad nudam præſcientiam hoc referant, quaſi dicatur Deus hoc futurum cognouiſſe ab æterno: quod ſanè verum eſt. ſed ſi nuda hæc fuit præſcientia rerum futurarum, quam tandem conſolationem inde concipiemus? Leue profectò ac frigidum erit hoc argumentum. Deinde etiam propius conſiderandum eſt quomodo loquatur Apoſtolus, vt illam interpretationem prorſus abſurdam eſſe intelligamus. Qui deſcriptos eſſe dicit, num videtur inanem præſcientiam ſtatuere? Quorſum verò non tantùm deſcriptos, ſed antè & quidem iam olim deſcriptos eſſe narrat? num vt æternam eſſe præſcientiam Dei ſignificet? Atqui nemo de hoc dubitare poſſit, ne Epicurus quidem. Quorſum igitur? Nēpe vt ab æterno hæc eſſe decreta intelligamus: de quo ſemper dubitarunt qui ad hæc ſcrutanda Dei myſteria, non diſcipulorum, ſed iudicum animum attulerunt. aduerſum quos nominatim differit Apoſtolus Rom.9.d.19 & 20. Sed & illud obſeruandum eſt, non dixiſſe Apoſtolum in illo æternorum Dei conſiliorum libro deſcriptam, id eſt decretam ac ſancitam eſſe illorum condemnationem (quod tamen verum eſt) ſed illos ad hanc damnationem eſſe deſcriptos, id eſt æterno Dei conſilio huic damnationi deſtinatos: nempe vt ſciamus hoc æternum Dei decretum non modò euentum rerum (vt nonnulli volūt) ſed ipſas in primis perſonas comprehendere. Æternum autem quum dico, non tempore duntaxat æternum intelligo, de qua re (vt antè dixi) nemo vnquam communi ſenſu præditus dubitauit: ſed quod omnes cauſas ordine antegrediatur. Nam alioqui ſi peccatorum præſcientia, ordine cauſarum præcedit decretum, quid neceſſe erat Paulum ita aſſurgere, quū vno verbo poſſet omnia explicare? Vt alia planè abſurda atque adeò impia omittam, quæ neceſſariò ex illa doctrina conſequi pluribus expoſuimus 1. Tim. 2.a.4, & aliis locis. In ſumma, exitii cauſam nuſquam alibi quàm in homine hærere Scriptura vniuerſa declarat: æterno autem decreto Dei, quo gloriam ſuam patefacere certò & irreuocabiliter decreuit, tum in ſeruandis per miſericordiam nonnullis, tum in damnandis iuſto iudicio quoſcunque libuerit, nihil neque tempore antiquius, neque ordine prius inuenio, neque inueniri poſſe dico, quin Deus Diuinitate ſua ſpolietur.

ferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorē, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

Commonere autem vos volo, ſciētes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra AEgypti ſaluans, ſecū-
Num.14.f.37 dò ‖eos qui nō crediderūt, perdidit.

2.Petr.2.a.4 ‖Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt
B ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

Geneſ.19.c.24 ‖Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exēplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationē autem ſpernūt, maieſtatem autem blaſphemant.

Quum Michael archangelus cū diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Imperet tibi Dominus.

Hi autem quæcūque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autē naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in iis corrumpuntur.

Geneſ.4.b.8 Væ illis: quia in via ‖Cain abierunt,
Num.22.d.21 & errore ‖Balaam mercede effuſi ſūt,
Num.16.a.1. & in contradictione ‖Core perierunt.
2.petr.2.c.15

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, con-

laſciuiā: ac Deum, qui ſolus eſt herus, ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ″negant.

5 Volo autem vos *iſtorum* commonefacere, vt qui ſemel hoc ſciatis, Dominū *ſaliꝺet*, quum populum ex AEgypto liberaſſet, rurſus eos qui non credebant perdidiſſe.

6 Et Angelos qui non ſeruarant ſuam originem, ſed reliquerant ſuum domicilium, ad iudicium magni illius diei vinculis æternis ſub caligine reſeruaſſe.

7 Sicut Sodoma & Gomorrha, & his finitimæ ciuitates, ″ſimili modo atque illæ ſcortatæ, & ″carnem alienam ſectatæ, propoſitæ ſunt exemplo, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

8 Similiter ″tamē & iſti ″ſopiti, carnem quidem polluunt: ″dominatum verò reiiciunt, & dignitates conuiciis inceſſunt.

9 At Michael Archangelus, quum aduerſus Diabolū certans, diſceptaret ″de corpore Moſis, non auſus eſt illi impingere notam maledicti, ſed dixit, ″Increpet te Dominus.

10 At iſti quæ non nouerunt, ea conuiciis inceſſunt: quæ verò naturaliter, vt animātia rationis expertia, ſciūt, in iis corrūpuntur.

11 ″Væ ipſis: nam viam Cain ingreſſi ſunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effuſi ſunt, & contradictione Core perierunt.

12 Hi ſunt macularum inſtar ″in agapis veſtris, dum vobiſcum

Negant. ἀρνούμενοι. Hoc totidem verbis ſcriptum eſt 2.Pet.2, vt tota ferè hæc epiſtola. neque tamen idonea hæc cauſa eſt cur eam tanquam fictitiam repudiemus: quum paſſim etiam poſteriores Prophetæ ex prioribus multa penè ad verbum deſcribant. proinde nihil prohibeat, Iudam qui Petro ſuperuixerit, ad eoſdem illos nefarios homines graphicè deſcribendos, ex Petri epiſtola deſcripſiſſe quæ appoſitiſſima videbantur. 7 Simili modo atque illæ τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον. Id eſt, Sodomæ & Gomorrhæ veſtigia ſequutæ. Neque nos offendere debet numeri mutatio. Vrbium enim nomine incolas comprehendit. Carnem alienam ſectatæ, ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Sic adumbrat prodigioſas libidines, de quibus Paulus Rom.1.d.26 & 27. Vulg. & abeuntes poſt carnem: ſeruato Hebraiſmo.

8 Tamen μέντοι. Vulgata hanc particulā omiſit. Eraſ. ſanè: non ſatis appoſitè. Sopiti, ἐνυπνιαζόμενοι. Id eſt, perinde ſtolidi & rationis expertes acſi altiſſimo veterno ſenſus omnes haberēt ſopitos. hinc ille רוח תרדמה, id eſt ſpiritus ſoporis, aut veterni potius, cuius fit mentio Eſa.29.c.10, & alibi ſæpe. Vetus interpres hoc non legit, aut certè prætermiſit, quum in Græcis omnibus legatur. Eraſmus, deluſos inſomniis: nō ſatis appoſitè interpretatur. Dominatum κυριότητα. Maior eſt iſtius dicti emphaſis quàm ſi Dominus dixiſſet. Poteſt enim Dominum ſuum, eum qui ſit in magiſtratu, aſpernari, qui tamen ipſum munus magiſtratus approbet. At iſti ordinem ipſum à Deo cōſtitutum conuiciis etiam inceſſebant, vt hodie faciunt Anabaptiſtæ, Libertini, Dauidiſtæ, Academici, & cæteræ idgenus peſtes.

9 De corpore Moſis, περὶ τοῦ σώματος Μωσέως. Hoc exemplū proculdubio hauſit Iudas vel ex aliquo libro qui nūc interciderit, vel ex traditione: vt illud quod refert de Ianne & Mambre Paulus 2. Tim.3.b.8. Itaque non magis ob eam cauſam poteſt hæc Iudæ epiſtola quàm illa Pauli repudiari, quum nihil hìc à veritate abſonū narretur. Neque enim temere eſt quòd diſertè cōmemoratur Dominus ſepeliſſe Moſen, nec voluiſſe Iſraelitas intelligere vbinam eſſet eius ſepulchrum: nempe ne illis cōtingeret quod nobis, qui ex Martyrum corporibus (demus enim Martyrum eſſe corpora) abominanda idola fecimus. Quid mirum eſt igitur Satanam contrà laboraſſe vt in apertum proferretur, cui ſeſe Michael Archangelus Domini oppoſuerit? Et hunc quidem librum vnde hæc petierit Iudas, citat Origenes libro περὶ ἀρχῶν tertio, cap. 2. ſub titulo Aſcenſionis Moſis. Qui verò ex hoc loco & aliquot aliis effici volunt, quod nunc extat verbum Dei ſcriptum, non ſufficere decidendis religionis controuerſiis: item qui ſub traditionum nomine quæuis errorum portenta volunt in Eccleſiam inuehere: ii magis ineptè, ne dicam impiè, argumentantur quàm vt refutatione indigeant. Increpet ἐπιτιμήσαι. Hæc eadem ſcripta ſunt Zach.3.a.2. ſed in viſione quadam, in qua non Michael, ſed Iehoua ipſe ita loquitur.

11 Væ ipſis οὐαὶ αὐτοῖς. Id eſt, maledictio ipſis imminet. Neque enim tam imprecatur, quàm prædicit quid illis impendeat.

12 In agapis veſtris ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. Vulgata, in epulis ſuis: mendoſè, & meritò repugnantibus Græcis codicibus. Neque enim agapæ priuatæ erāt, ſed fraterna Eccleſiaſtici cœtus cōuiuia, quæ pulchrè deſcribit Tertullianus in Apologetico, cap.39. Seruauimus autem Græcum nomen quod Latini etiam Theologi, vt peculiariter fraternis iſtis Eccleſiarum conuiuiis dicatum, retinuerunt. Eraſmus, inter charitates veſtras. Vide 2.Pet.2.c.13, vbi hunc locum expoſuimus.

conuiuātur, ″abſque vllius metu ſeipſos paſcentes, nubes aqua carentes, ventis circumactæ, arbores″emarcidæ, infrugiferæ, ″bis emortuæ & eradicatæ:

13 Vndæ efferæ maris, deſpumantes ſua ipſorum dedecora: ſtellæ erraticæ: quibus″caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt.

14 Prophetauit autem etiam de iſtis ſeptimus ab Adam ″Enoch, dicens, Ecce″venit Dominus cum ſanctis millibus ſuis,

15 Vt ferat iudicium aduerſus omnes, & redarguat quicunque ex ipſis ſunt impii, de factis omnibus quæ impiè patrarint, déque omnibus duris quæ loquuti fuerint aduerſus ipſū peccatores impii.

16 Hi ſunt murmuratores, queruli, in cupiditatibus ſuis incedentes: & quorum os loquitur prætumida, admirantes perſonas vtilitatis gratia.

17 Vos autem, dilecti, memores eſtote verborū quæ prædicta fuerunt″ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

18 Quòd *ſaliàs* dixerunt vobis, in extremo tempore futuros irriſores qui in impiis ſuis cupiditatibus incedant.

19 Hi ſunt″qui ſeipſos ſegregant, ″animales, Spiritū non habētes.

20 Vos autem, dilecti, ſanctiſſimæ veſtræ fidei ſuperſtruentes voſipſos, per Spiritum ſanctum orantes,

21 Alii alios in charitate Dei conſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

22 Et″alios quidem habito delectu commiſeramini:

13 Alios verò″terrore ſeruate, ex flamma rapientes: odio habentes″vel eam tunicam quæ à carnis contactu ſit maculata.

24 Cæterùm ei qui poteſt″vos ſeruare à peccato immunes, & ſtatuere in conſpectu″gloriæ ſuæ inculpatos cum exultatione,

25 *Id eſt* ſoli ſapienti Deo, ″Seruatori noſtro, gloria & magnificentia & imperium″& poteſtas, & nunc & in omnia ſecula. Amen.

uiuātes ſine timore, ſemetipſos paſcētes: ‖nubes ſine aqua, quæ à vētis circunferūtur, arbores autūnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ:

1.Petr.2.d.13
C

13 Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas cōfuſiones: ſydera erratia: quibus procella tenebrarū ſeruata eſt in æternū.

14 Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis,

15 Facere iudicium cōtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ loquuti ſunt cōtra eū peccatores impii.

16 Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, ‖& os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.

Pſal.17.c.10

17 Vos autem, chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſūt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti

18 Qui dicebāt vobis, ‖quoniā in nouiſſimo tēpore veniēt illuſores, ſecundū deſideria ſua ambulantes impietatū.

1.Tim.4.a.1
2.tim.3.a.1
2.petr.3.a.3
D

19 Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.

20 Vos autem, chariſſimi, ſuperædificātes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes,

21 Voſipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternā.

22 Et hos quidem arguite iudicatos:

13 Illos verò ſaluate, de igne rapiētes: aliis autē miſeremini ī timore, odiētes & eā quæ carnalis eſt maculatā tunicā.

24 Ei autē qui potēs eſt vos cōſeruare ſine peccato, & cōſtituere ante cōſpectū gloriæ ſuæ imaculatos in exultatione,

25 Soli Deo, Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominū noſtrū gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Abſque vllius metu ἀφόβως. Id eſt impudenter, & abſque vlla vel Dei vel Eccleſiæ reuerētia. Quid enim is metuat cui ſummæ perfectionis gradus eſt, nihil ducere pro peccato? Seipſos paſc. ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες .i. luxui & ingurgitationi pro arbitrio ſuo vacantes. pro quo dixit Petrus ἐντρυφῶντες. Eraſ. ſuo ductu & arbitrio viuentes. Emarcidæ, φθινοπωρινά. Id eſt, qui nullum fructū niſi marcidum ferant, vt ex iis nulla decerpi poſſit vtilitas, ſicut mox ſubiicit. Vulg. ad verbum, autumnales: ſed puto Apoſtolum potius ad etymologiam huius epitheti quàm ad Autumnum reſpexiſſe. φθινοπωρινά igitur vocauit παρὰ τὸ φθίνειν τὰς αὐτῶν ὀπώρας, quòd nihil niſi corruptū & marcidum edant. Bis δίς. Numerus certus pro incerto, emphaſeos cauſa. 13 Caligo tenebrarum ὁ ζόφος τοῦ σκότους. Id eſt denſiſſimæ tenebræ, vt diximus 2.Pet.2.d.17. Sic apud AEſchylum alicubi inuenias χθονὸς πέδον, σκάφη νεῶν, συμφορᾶς πάθος, & ſimilia.

14 Enoch, Ἐνώχ. Mihi quidem fit veriſimile hoc Enochi dictū vel ἄγραφον fuiſſe, & tamen apud omnes poſteros celebre: vel in aliquo libro de Enocho commemoratum. vtcunque ſit, vera & perpulchra eſt ſententia: & Enochum inter cæteros pietate excelluiſſe res ipſa oſtendit. Multos autem ſacros libros intercidiſſe nemini dubium eſſe poteſt qui Vetus teſtamentum legerit, quales iſti ſunt: Liber bellorum Domini, quem citat Moſes Num. cap. 21. c. 14. Liber Iuſti, Ioſ. 10. c. 13. Liber Nathan, Liber Gad, Liber Semeiæ, Liber Haddo, Liber Ahiæ, Liber Iehu filii Hannani, qui in Paralipomenων libris citantur. Sed hoc quidem certum eſt, eos qui ſuperſunt libros, & in Canone recitantur, ſine controuerſia fuiſſe ab Eccleſia receptos. & quod ad ſtabiliendā veram religionem attinet, nihil eſſe quod quicquam amplius deſideremus.

Venit ἦλθεν. Præteritū pro futuro, Prophetarū more. 17 Ab Apoſtolis ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Ne hinc quidem conſequitur hūc Iudam ex Apoſtolorum numero non fuiſſe, ſed colligitur ſerò fuiſſe ſcriptam hanc epiſtolam, pleriſque iam mortuis Apoſtolis, quorum ſcripta terebantur in Eccleſia. quamobrem etiam videmus Petrum in altera epiſtola meminiſſe ſcriptorum Pauli.

19 Qui ſeipſos ſegregant, οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. Addidimus ἑαυτούς ex Veteris interpretis & trium vetuſtorum codicum fide. quanquam etiam poſſimus non ineptè hoc referre ad alios quos iſti à veræ Eccleſiæ cœtu abducant. Hi ſunt nimirum quos Paulus ἑτεροδιδασκαλοῦντας & αἱρετικούς vocat, id eſt qui peculiarem doctrinam docent, & ſectas inſtituunt. Animales ψυχικοί. Vide 1.Cor.2.d.14.

22 Alios quidem habito, &c. οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι. Hæc expoſitio plana eſt, & cum Græcis conſentiens. Duo enim facit Apoſtolus fratrum genera qui ſanari poſſint. quorum vnum ab altero diſcerni oporteat. Alios enim lenius tractandos & commiſeratione, alios, qui iam in ipſa veluti flamma verſentur, periculi denuntiatione in viam eſſe reuocandos. Eraſmus maluit interpretari διακρινόμενοι dum iudicamini, quod meritò diſplicuit doctiſſimo interpreti. Vulg. hos quidem arguite diiudicandos, οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, quā lectionem inuenimus in tribus Græcis codicibus. quæ tamen mihi non ita probatur. 23 Terrore ἐν φόβῳ. i. abſterrentes illos & ſancta ſeueritate reuocantes. Vetus interpres hoc non legit, neque etiam inuenimus in illis Græcis codicibus quos modò commemoraui. Vel eam tunicam καὶ τὸν χιτῶνα. Hyperbole ab interdictis pollutionū Legalium ſumpta. acſi diceret, volo, quod ad illos ſceleratos attinet, vos ab illorū congreſſu abſtinere, imo quodammodo quicquid illi vel contigerunt, tanquam pollutum execrari. Ideò ἀπὸ σαρκὸς conuerti, à carnis contactu. Vulg. odiētes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Eraſ. odio proſequentes & eam quæ in carne eſt maculatam tunicam.

24 Vos ὑμᾶς. Ita lego ex Veteris interpretis & quatuor veterum codicū authoritate. Quod ſi malimus legere αὐτούς, dicemus pro ἑαυτούς poſitum, ita vt eodem recidat ſententia. Neque enim videtur ſatis commodè accipi poſſe pro ipſos vel eos, vt conuertit Eraſmus.

Gloriæ ſuæ τῆς δόξης αὐτοῦ. Id eſt ſuo. vt gloria Dei pro Deo ipſo paſſim vſurpatur, minimè tamen otioſa periphraſi.

25 Seruatori noſtro, σωτῆρι ἡμῶν. In duobus codicibus additur διὰ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, vt legit Vetus interpres. Et poteſtas, καὶ ἐξουσία. Vetus interpres addit, ante omne ſeculum, πρὸ παντὸς αἰῶνος: quam lectionem in duobus quoque vetuſtis codicibus Græcis comperimus.

APOCALYPSIS IOHANnis Theologi.

Αποκάλυψις Ιωάννου τοῦ θεολόγου.

PROLEGOMENA.

QVIA de huius libri authoritate iampridem nonnulli dubitarunt,paucis diluam argumenta quæ in hanc partem afferri ſolent: deinde quid mihi videatur exponam. Argumenta verò citabo vti ſunt ab Eraſmo ſtudioſè ac diligenter collecta.cuius quidem adeò varium mihi videtur in hoc argumēto(vt in multis aliis)iudiciū fuiſſe,vt quid ſtatuerit,nō facilè iudicare poſſis: niſi quòd eò tandē videtur inclinare,vt exiſtimet aliquā eſſe quidē huius libri authoritatē,ſed non eā tamē quæ ſit reliquorū qui ſine cōtrouerſia ſūt recepti. Audiamus ergo quid dicat.Teſtatur,inquit,Diuus Hieronymus Apocalypſin ætate ſua nō fuiſſe receptā à Græcis. Dorotheus Tyri epiſcopus ac martyr,in cōpendio vitarū tradit Iohannē in Patmo inſula Euangeliū ſuum ſcripſiſſe,huius autē libri non meminit. Athanaſius Græcus in ſuo catalogo nō affirmat hoc opus eſſe Iohannis.Dionyſius Alexandrinus,cuius verba citat Euſebius lib.7.Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,librū exiſtimat ab alio quopiam Iohanne viro ſancto ſcriptum.Euſebius ipſe ita citat hunc librum aliquot locis vt Iohanni non ſine exceptione tribuat. Idem Caium quendam orthodoxum citat libro tertio,qui à Cerintho hæretico ſcriptum dicat.Hoc ſit primum argumētum:ad quod ita reſpondeo,Si ſpectetur quibus rationibus permoti ſint nonnulli ad hunc librum repudiandum,tum demum facilè appariturum quàm immeritò hoc fecerint.Deinde ſicut à quibuſdam fuit repudiatus,ita fuiſſe à pleriſque receptum,adeò quidem vt Epiphanius illos à quibus reiiciebatur,apertè inter hæreticos recenſuerit.vt interim omittam antiquiſſimos ſcriptores,Iuſtinum philoſophum,& Irenæum Lugdunenſem epiſcopū, martyrem vtrunque,non modò illum comprobaſſe,ſed etiam commentariis illuſtraſſe.De Dorotheo quod affertur,nihil habet momenti,qui ſuo tantùm ſilentio hunc librum videatur reieciſſe.De Athanaſio,ſuſpectum eſſe titulum Eraſmus ipſe annotauit.De Dionyſio mox viderimus,quum ipſius rationem expendemus. Caium(quicunque tandem is fuerit)vel ipſius Dionyſii verbis refuto quæ ſcripta ſunt libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tertio. Euſebium autem ſanè nihil moror,in quo docti omnes iudicium requirunt. Nunc ad alterum argumentum veniamus.Scribit,inquit, Hieronymus quoſdam eruditiſſimos viros totum hoc argumentum multis conuiciis fuiſſe inſectatos, quaſi nihil haberet Apoſtolicæ grauitatis,ſed vulgatam tātùm rerum hiſtoriam,figurarum inuolucris adumbratam.Deinde nec in ſententiis eſſe quicquam Apoſtolica grauitate dignum.Ad hoc ita reſpōdeo, Quicunque tandem iſti eruditiſſimi viri fuerint,magnam eos reprehenſionem mereri in eo quòd conuiciis auſi ſint eum librum exagitare qui ſanè ſit breuiſſimus ſi ea demas quæ ad verbum ex Prophetis exſcripſit.Longè aliter Baſilius,Gregorius,Cyrillus,Epiphanius,Irenæus,Hippolytus,vt Arethas teſtatur,qui hunc librum non modò vt Dionyſius Alexandrinus,putarunt à ſancto viro ſcriptum eſſe,ſed apertè etiam Iohanni Apoſtolo vendicarunt:nunquam id certè facturi, ſi Apoſtolicæ grauitatis nulla in eo veſtigia animaduertiſſent. Vtros verò pro eruditioribus habebimus, an iſtos quorū & ſingularis pietas & ſumma eruditio teſtata eſt plurimis ipſorum monimentis: an illos potius quorum ne nomina quidem apparent : argumenta verò ſatis indicant quàm meritò eruditiſſimi appellentur? Negant in hoc ſcriptore vllam apparere grauitatem,quum tamen penè omnia ex Prophetis ad verbum deſcripſerit.Dicunt eum complecti vulgatam rerum hiſtoriam.Id verò qui poteſt in eo verum eſſe qui (ſi admodum pauca excipias) res præteritas non narret , ſed futuras prænunciet? Iſta igitur non modò vera non ſunt , ſed ne veriſimilia quidē. Ad tertium argumentum accedamus.Hic,inquit,ſolicitè ſuum nomen inculcat,perinde quaſi ſyngrapham ſcriberet,non librum.idque non ſolùm præter morem Apoſtolorum,verùm multo magis præter ſuum morem,qui in Euangelio multo modeſtiora narrans,non exprimit tamen vſquam ſuum vocabulum , ſed notulis indicat, Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus. Et Paulus coactus referre de viſionibus ſuis, rem ſub alterius exponit perſona. At hic tam arcana cum Angelis colloquia deſcribens,quot locis inculcat,Ego Iohannes? Hæc eſt ratio quæ Dionyſium Alexandrinum impulit vt ab alio aliquo Iohanne ſcriptum hunc librum arbitraretur.at Deus bone, quàm infirma & imbecilla? Non animaduerterūt boni viri aliud eſſe hiſtoriā,aliud Prophetiam ſcribere.Nā hiſtoriæ veritas aliunde potius quàm à ſcriptore pēdet:at in Prophetia, quia res futuræ prædicuntur,nulla niſi reuelantis & annuntiantis authoritate innixæ,quis non videt hoc requiri in primis,vt vnde tandem illarum prædictio emanet,quis patefecerit,quis ſcripſerit intelligamus?Ideo videmus non modò in primis Prophetiarum initiis, ſed etiam in ſingulis penè viſis,nihil æquè ſolicitè adſcribi atque Dei dictantis & Prophetæ ſcribentis nomen. Exemplo ſit vel vnus Ieremias,qui minimum centies vicies nomen ſuum inculcat.Ita enim omnino faciendum erat ne latebras quærere videretur,vt pſeudoprophetæ ſolent. Quid verò?apud Danielem à capite ſeptimo non pene ſingulis verſiculis repetitur אני דניאל,Ego Daniel? Eſaias autem quoties,Eſaiam filium Amos inculcat? Atqui Iohannes hoc non conſueuit. Fateor: nam hiſtoriam ſcribebat, in qua illi accidit quod nulli ex aliis diſcipulis, vt ipſe de ſe multa dicere cogeretur. At Paulus etiam ipſe hoc non fecit. Certè non fecit eo in loco in quo ſuas viſiones ex profeſſo non tractabat : ſed quoties ſui muneris præſtantiam aſſerit,quàm altè,quàm magnificè ſeſe Paulum illum eſſe dicit non ab hominibus,neque per homines,ſed à Ieſu Chriſto deſignatum Apoſtolum? Quid quum ſua illa certamina prædicat,perſonam alienam aſſumit? Sed aliquid etiam amplius conſideremus,quonam ſcilicet interdum præiudicata opinio homines abripiat.Si centies inculcatum eſſet in hoc opere Ego Iohannes, non poterat hoc reprehendi quod in Eſaia,Ieremia,Daniele,nemini vnquam pio in mentem venit vt reprehenderet.Atqui Iohannis nomen in toto hoc opere,niſi me calculus fefellit,quinquies tantùm repetitur: & illud Ego Iohannes, tribus tantum locis, nempe cap.1.b.9, addita tamen explicatione quæ vna ad omnem amoliendam arrogantiæ ſuſpicionem ſatis ſupérque ſufficit. Item 21.a.2, & 22.b. 8: quibus locis ſimpliciter tantùm commemorat quid viderit,vt de viſionis fide dubitari non poſſit.Ergo vt paucis hoc argumentum abſoluam,hæc ratio non modò futilis eſt , ſed etiam imperitiam arguit, atque adeò plena eſt calumniæ. imò verò (quod ingenuè & ſine vlla maleuolentia à me dici Deus teſtis eſt)nimium inconſiderata eſt vox iſta,hunc ſcriptorem perinde ſuum illud Ego Iohannes inculcare,acſi ſyngrapham, non librū ſcriberet. Accedo ad quartum argumentum. In Græcis, inquit, quos viderim exemplaribus,non erat titulus Iohannis Euangeliſtæ,ſed Iohannis Theologi. Atqui vel hic titulus eam Iohanni Euangeliſtæ vendicat, quem nemo ignorat κατ' ἐξοχὼ fuiſſe Theologum à veteribus appellatum, quòd de Chriſti Diuinitate nemo vnquam hominum apertius aut Diuinius ſcripſerit. Alter autem ille Iohannes quem ego ſanè ſuppoſititium eſſe ſuſpicor,non Theologus(quo cognomento nihil dici poteſt auguſtius)ſed presbyter dicebatur. Venio tandē ad ſtyli diſſimilitudinem,quam Dionyſius ille Alexandrinus tribus argumentis confirmat, vt refert Nicephorus Eccleſiaſt. hiſtoriæ lib. 6. cap. 23. Primùm tota orationis indole ac ductu. Deinde quòd quum Euangelio & epiſtolæ Iohannis catholicæ multa ſint communia, hic liber ne ſyllabam quidam vllam habeat cum eis communem. Poſtremò, quòd quum ſermonis etiam dono excelluerit Iohannes, alicubi hic noſter ruſticis barbariſmis & ſolœciſmis vtatur. At ego primùm omnium reſpondeo,iſtam ſtyli diſſimilitudinem , minimè eſſe admirandam in tam diſſimili argumento.Nam in Euangelii hiſtoria, & in epiſtolis,quanuis impulſu Spiritus ſancti, tamen ex ſuo ſenſu loquitur:hîc audita & dictata excipit. Illic partim narrat rem geſtam, partim docet:hic de rebus futuris agit, & quidem præſcriptis verbis , & miramur eum non iiſdem vti ſententiis ? imò quis vnquam hanc legem cuiquam ſcriptori præſcripſit? Quid quòd pleraque ipſis ſuperiorum Prophetarum, puta Ezechielis, Danielis,Zachariæ, Eſaiæ, & aliorum verbis illi dictantur,ab eodem illo Spiritu nimirum qui quondam per illos hæc eadem erat loquutus? Itaque mirum nemini videri debet quòd non ita culto ſermone vtatur , vt qui à Prophetarum,qui Hebraicè ſcripſerunt,ne verbis quidem nedum charactere diſcedere voluerit . quo minus ſanè ſuſpicari par eſt quicquam hic commentitium Eccleſiæ obtrudi. Supereſt vltimum argumentum,quòd videatur Chiliaſtarum hæreſi fauere : quo nomine nonnulli adducti ſunt vt hoc opus à Cerintho editum ſub Apoſtoli nomine putarint. Ego verò,vt concedam Chiliaſtas nonnullis ex hoc libro teſtimoniis eſſe abuſos, idcirco tamen hæretico tam impuro hunc librum eſſe tribuendū abſit vt concedā,niſi locos illos aliter accipi commodè non poſſe quiſpiam oſtēderit: alioquin quē tandem librū admittemus? Aliter autem accipiendos eſſe doctiſſimi viri iampridē indicarunt:vt huic libro idē planè acciderit atque epiſtolæ ad Hebræos,quā nonnulli pertinaciſſimè repudiarūt,quòd facere pro Nouatianis videretur:quū ipſi potius ſuā ignorātiam debuerint accuſare.Deinde,obſecro,quū alia præterea fuerint Cerinthi deliria,vt qui Deū mundi eſſe conditorem negarit,Chriſtū ex Maria ac Ioſepho cæterorū hominū more genitū docuerit:Chriſtū & Ieſū vt diſtinctas perſonas ſepararit:cur nō etiā hæc ſua dogmata huic libro aſpergeret? Atqui tantum abeſt vt hoc faciat,vt econtrario aduerſus illos errores certa ex hoc libro teſtimonia peti poſſint, vt à Cerintho iſta proficiſci nō potuiſſe,vel ex vna iſta ratione ſatis appareat. Quid verò quòd vbi de mille annis loquitur,nihil eorū narrat de quibus

Cerinthus tā impiè garriebat? vbi enim luxus ille? vbi cibus & potus? vbi nuptiæ & ioci? vbi ſacrificia & dies feſti Hieroſolymis celebrandi? Ergo vanum etiam ac futile eſt hoc argumentum. Quæ quum ita ſe habeant, quanuis non cenſuerim quidem ego pertinacius de ſcriptoris nomine litigandum, tamen Iohanni Apoſtolo potius quàm cuiquam alii hunc librum tribuerim. Nam præterquam quòd vetuſtiſſimum eſſe conſtat, & ex veteribus doctiſſimi & religioſiſſimi quique, Iohānis Apoſtoli eſſe non dubitarunt, his etiam coniecturis ducor, quòd illis temporibus non videam cui tandem alii tantæ maieſtatis plenæ Prophetiæ, támque auguſtum Theologi nomen tribui potuerint: deinde, quòd planè Apoſtolicæ ſit dignitatis non vni alicui Eccleſiæ, ſed Aſiaticis Eccleſiis ſcribere: poſtremò, quòd quæ de inſula Patmo commemorat, cum iis prorſus conueniant quæ de Iohannis exilio veteres ſummo conſenſu tradunt. Quòd ſi tamen liceret ex ſtylo coniecturam facere, nemini certè potius quàm Marco tribuerim, qui & ipſe Iohannes dictus eſt: adeò non in verbis tantùm, ſed etiam in formulis dicendi pleriſque ſimilis ac penè idem eſt Euangelii Marci & huius libri character. Ad ipſum autem librum quod attinet, quanuis eum eſſe me agnoſcam cui hæc myſteria valde adhuc obſcura videantur, tamen quum vbique videam Spiritus Prophetici numen eminere, & veterum Prophetarum non tantùm veſtigia, ſed ſententias ipſáque adeò verba in hoc libro agnoſcam: quum manifeſta & magnificentiſſima vbique tum diuinitatis Chriſti, tum noſtræ redemptionis teſtimonia in eo extare videam: quum denique ex iis quæ prædicta ſunt, nonnulla manifeſtè iam apparuerint, veluti quæ de Aſiaticarum Eccleſiarum excidiis, & ſcorti illius ſeptem montibus inſidentis regno prædixit: venio in eam ſententiam vt exiſtimem Spiritum ſanctum in hunc pretioſiſſimum librum congerere voluiſſe quæ ex ſuperiorum Prophetarum prædictionibus implendæ poſt Chriſti aduentum ſupererant: ac nonnulla etiam addidiſſe, quatenus noſtra intereſſe cognouit. Obſcuritas in his, fateor, magna eſt: ſed ea minimè noua in Prophetarum, ac præſertim Ezechielis, ſcriptis. Deinde noſtrum hoc vitium eſt, qui ſingula diligentius non annotamus, & quotidiana illa Dei prouidentiæ iudicia in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione, rebus noſtris priuatis intenti, non conſideramus. Poſtremò, nouit Dominus quid quatenus noſſe expediat, ideóque Prophetiarum lucem pro ſua infinita ſapientia non aliter iam olim temperauit quàm Eccleſiæ vtile fore præſciuit. Supereſt igitur vt hæc myſteria ſancti Dei homines cum timore ac religione, quatenus fas & vtile eſt, ſcrutentur: omnes verò, ſiue quæ nouerint, ſiue quæ non non nouerint, in hoc libro comprehenſa Dei myſteria venerentur potius quàm (nonnullorum more) vel derideant, vel fanaticis ſuis commentis polluant.

NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO.

Cap. I.

1 Apocalypſis 'Ieſu Chriſti, quā dedit ipſi Deus, vt indicaret "ſeruis ſuis" quæ oporteat fieri citò: *is* verò miſſā per Angelum ſuum ſeruo ſuo Iohanni ſignificauit.

2 Qui teſtificatus eſt ſermonem Dei, & "teſtimonium Ieſu Chriſti," & quæcunque vidit.

3 Beatus qui legit, "& *beati* qui audiūt verba Prophetiæ huius, & ſeruant ea quæ in ea ſcripta ſunt. tempus enim propè eſt.

4 Iohannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia *ſit* vobis & pax 'ab eo qui Eſt, & qui Erat, & qui Venturus eſt: &

VETVS.

Cap. I.

1 Apocalypſis Ieſu Chriſti, quā dedit illi Deus, palàm facere ſeruis ſuis quæ oportet fieri citò: & ſignificauit, mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Iohanni.

2 Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimoniū Ieſu Chriſti, quæcunque vidit.

3 Beatus qui legit & audit verba Prophetiæ huius, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. tempus enim propè eſt.

4 Iohannes ſeptē Eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo ‖ qui Eſt, & qui Erat, & qui Venturus eſt: & Exod.3.d.14

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Apocalypſis Ἀποκάλυψις. Græcum nomen ſeruaui tanquam ipſi etiam vulgo magis vſitatum in hoc quidē libro deſignando. Significat autē rerum antè occultarū patefactionē: & quanuis ſingulari numero ponatur, vniuerſalis tamē eſt totius libri inſcriptio ex Prophetarū more. Ieſu Chriſti Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hanc doctrinā intellige Apocalypſin dici: nō quaſi occultum aliquid fuerit Chriſto ad dextrā Patris ſedenti, quod illi patefecerit Pater: ſed noſtri reſpectu, nempe quòd Filius illam ex ſinu Patris non vt alienam, ſed vt ſuam acceptam, Iohanni per Angelorū miniſterium patefecerit, ad Eccleſiæ ædificationē. Habemus ergo ex hoc loco inſignē graduū deſcriptionem qui in Prophetiis tradēdis obſeruatus eſt à Deo. Primùm enim collocatur Pater, deinde Filius, iique non vt inæquales, ſed vt vnus Deus: neque vt ſeparati, ſed vt diſtincti, & ita quidē vt Filius tanquam mediator Eccleſiæ perpetuus & æternus cōſideretur: in quo vno videlicet Pater ſeſe Eccleſiæ ſuæ patefaciat. Vſus eſt autem Filius tum antequā caro fieret, tum ex quo ſeſe in cælum recepit, Angelorū miniſterio, ſicuti & hodie: ſed agēte ac moderante omnia Spiritu ſancto, qui & Patris & Filii virtus eſt eſſentialis, & à Patre ac Filio ſeparari nec debet nec poteſt. Angeli igitur, vt nobilia Dei inſtrumēta, Prophetis ſignificarūt quæ in mandatis habebāt, & quidē multis modis, prout Domino viſum eſt. Homines demum quæ Spiritus ſancti afflatu ex Angelis perceperāt, tum voce tum ſcriptis annuntiarunt, prout idem Spiritus illorū animis, linguæ, calamo denique eſt moderatus. Seruis ſuis τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Vides aſſeri Diuinitatem Filii, qui dominus ſit Eccleſiæ, & Angelis vt miniſtris vtatur. Nam αὐτοῦ referendum eſt ad Chriſtum: fuitque hoc explicandum, nequis putaret Patrem Filio vt inferiori hæc tradidiſſe: quum iſta traditio nihil aliud quàm Chriſti officium declaret, quatenus ſcilicet Dei & hominum eſt mediator, in quo vno acquieſcit Pater. Quæ oporteat fieri citò: ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Dionyſius Alexandrinus hæc verba citans apud Nicephorum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.6 cap.22, legit δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει, vt citò patefaceret ſeruis ſuis. Suſpicor autem particulam illā ἃ δεῖ γενέσθαι quæ oportet fieri, ab aliquo expunctam eſſe, cui mirum videretur iſta citò facienda dici, quæ tam multo pòſt tēpore facta nō fuerint. Sed facilè ad hoc reſponderi poteſt ex iis quæ ſcribuntur 2.Per.3.b.8 & 9. Deinde quum perpetuam venturorū ſeculorum hiſtoriā deſcribat Iohannes, ſignificat nimirum fore vt eorū quæ hîc patefiunt, executio ſtatim inchoetur, non autem vt vno momento omnia perficiātur. Poſtremò hæc formula dicendi nō huic tantùm libro, ſed omnibus quoque Prophetis & Euangeliſtis eſt vſitata, tum etiam quum de ſupremo illo die diſſerunt quē adhuc expectamus. 2 Teſtimonium Ieſu Chriſti, τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vides iterū eundem ordinem graduum ſeruari. Loquitur enim Deus Filio, ſed ita vt ſuo loco diximus. Filius per Angelos teſtificatur. Videt Iohānes quæ demōſtrant Angeli, & viſa deſcribit. Et quæcunque vidit. ὅσα τε εἶδε. In quibuſdam codicibus teſtatur Arethas hæc addi, καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινά εἰσι, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. & quæcunque vidit, tum ea quæ ſunt, tum ea quæ poſthac futura ſunt. Sed hæc ſuſpicor irrepſiſſe ex verſ.19.

3 Et *beati* qui audiunt καὶ οἱ ἀκούοντες. Mutatio numeri ex Hebræorum idiotiſmo.

4 Ab eo qui Eſt, &c. ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Nequis miretur non reſpōdere conſtructionem, ſciendum eſt Apoſtolum ita voluiſſe exprimere quod ſcriptū eſt Exo.3.c.14, vbi loquens Dominus Moſi ipſius nomen percōtanti, Dic, inquit, Iſraelitis אהיה שלחני אליכם id eſt, Sum, Fui, & Ero miſit me ad vos. Tradunt enim doctiſſimi Hebræorum ipſique adeò Thalmudiſtæ verbū EHIE tria tempora complecti, præſens, præteritum, & futurum: eóque perfectam & omnibus numeris abſolutam Dei ſtabilitatem ſignificari. Hoc verò quî tandem potuit vnico vocabulo exprimi? Sed nondum videtur expeditus nodus. Cur enim non dixit, τοῦ ὄντος? Reſpondeo, voluiſſe Iohannem ſacrum illud nomen יהוה explicare, cuius etymologia eſt in illo Exodi loco tradita. quòd ſi Ὢν & Ἐρχόμενος vſus eſſet tanquam participiis, & verbo Ἦν tanquam verbo, nomen illud certè non expreſſiſſet, ſed eius notationem duntaxat: nempe ſi dixiſſet, τοῦ ὄντος, καὶ ὃς ἦν, καὶ τοῦ ἐρχομένου. Itaque ὢν, ἦν & ἐρχόμενος non vt participia, ſed vt propria nomina accipienda ſunt. quaſi dicas ad verbum, Gratia vobis & pax ab Ens, & Erat, & Venturus. quod vt in Græco ſermone intelligeretur, neceſſe fuit addi articulum præpoſitiuum, & quidem maſculinum, ipſi etiam verbo ἦν, quaſi ἦν ſit nomen proprium: acſi dicas ὁ Ἰωάννης, vel ὁ Πέτρος. ex quo etiam intelligitur quod antè dixi, nempe articulum ὁ in ὁ ὢν & ὁ ἐρχόμενος non tanquam participiis, neque tanquam nominibus τεχνικῶς ſiue materialiter acceptis, ſed tanquam propriis nominibus eſſe adiunctum. Supereſt adhuc vnus ſcrupulus. nā quum propria etiam nomina inflectantur, cur non dixit, τοῦ Ὄντος, καὶ τοῦ Ἦν, καὶ τοῦ Ἐρχομένου? Nempe huc quoque reſpexit Iohannes quòd apud Hebræos nomen illud יהוה ſemper eſt vniforme, quanuis ſubiecta puncta mutentur, quæ nimirum non ſunt ipſius nominis propria, ſed aliunde adſcita. ideóque ne articulum quidem voluit inflectere, quaſi & ipſe ſit proprii nominis pars. Nam ſi τοῦ ὄντος vel τοῦ ἐρχομένου dixiſſet, viſa eſſent Participia non nomina. quòd ſi τοῦ ἦν ſcripſiſſet, viſus eſſet articulus neutrius generis, quaſi τὸ ἦν materialiter quod aiunt acciperetur. Supereſt vt ὁ ἦν annotemus melius conuerti Erat quàm Fuit, vt perpetuitas decla-

retur cum æternitate coniuncta,id eſt,quæ principiũ nõ habuerit,& ſit aliena ab omni intermiſſione,ſicut diximus Ioh.1.a.1. Et qui venturus eſt. καὶ ὁ ἐρχόμενος. Cur non potius ὁ ἐσόμενος ſicut ὁ ὤν? nempe duas ob cauſas: Primùm quia videretur quodammodo nouum aliquod principium eſſentiæ introducere:Deinde quia Deũ vt iudicẽ vbique ſtatuit nobis proponere.Scimus autem fore vt Pater in Filio mundum iudicet,Act.17.g.31.

	à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu Throni eius ſunt.		ʹà ſeptem Spiritibus qui in conſpectu Throni eius ſunt:
1.Cor.15.c.21. coloſſ.1.c.18 B	Et à Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis ‖primogenitus mortuorũ, & princeps Regũ terræ, qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,	5	Et à Ieſu Chriſto, ″*qui eſt* fidus ille teſtis primogenitus ille ex mortuis,ac princeps Regum terræ:Ei qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum,
Heb.9.d.14.	Et fecit nos ‖regnum & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo: ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum.Amen.	6	″*Qui*que fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri ſuo:ei *inquam* gloria & robur in ſecula ſeculorum.Amen.
	Ecce venit cum nubibus,& videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt: & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ.etiam,Amen.	7	Ecce venit cum nubibus, & videbit eum″omnis oculus, ʹetiam qui eum transfixerunt:& plangent ʹcoram eo omnes″tribus terræ, ʹetiam,Amen.
	Ego ſum A & Ω, principium & finis,dicit Dominus Deus,Qui eſt,Qui erat,& Qui venturus eſt, omnipotẽs	8	Ego ſumʹA & Ω,″*id eſt* principium & finis , dicit Dominus,Qui eſt,& Qui erat,& Qui venturus eſt,ille inquam omnipotens.
	Ego Iohannes frater veſter & particeps in tribulatione & regno & patientia in Chriſto Ieſu , fui in inſula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & teſtimonium Ieſu.	9	Ego Iohannes,*qui* & frater veſter *ſum* & ſocius in afflictione & regno & tolerantia Chriſti Ieſu,fui in inſula quæ vocatur Patmos, propter ſermonem Dei & teſtimonium Ieſu Chriſti.
C	Fui in Spiritu in Dominica die , & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ,	10	″Fui autem correptus Spiritu″die Dominico, & audiui à tergo vocem magnam tanquam tubæ,
	Dicẽtis,Quod vides,ſcribe in libro & mitte ſeptem eccleſiis quæ ſunt in Aſia,Epheſo,& Smyrnæ,& Pergamo & Thyatiræ,& Sardis & Philadelphiæ & Laodiciæ.	11	Dicentis,″Ego ſum A & Ω, primus ille & vltimus.&,quod vides ſcribe ĩ Libro,& mitte ſeptẽ Eccleſiis quæ ſũt in Aſia,Epheſi & Smyrnæ,& Pergami,& Thyatiræ, & Sardibus,& Philadelphiæ, & Laodiceæ.
	Et conuerſus ſum vt viderem vocẽ quæ loquebatur mecum . Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea:	12	Conuerſus ſum igitur ″vt viderem vocẽ quæ loquuta erat mecum.Conuerſus autem vidi ſeptem candelabra aurea:
	Et in medio ſeptem candelabrorũ, ſimilem Filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea.	13	Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum *quendam* ſimilem ʹFilio hominis,indutum talari *veſte*, & præcinctum ad mammillas zona aurea.

A ſeptem Spiritibus ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων. Dei maieſtati adiungit ſuos quaſi ſtipatores,nõ quaſi illos vlla in parte vel Deo exæquet vel cum Chriſto conferat:ſicut etiam Paulus teſtes vnà citat Deum,Chriſtum, & Angelos,1.Tim.5.d.21.Nam quòd ſeptem hos Spiritus nõnulli pro Spiritu ſancto acceperunt,cuius ſeptiformis,vt loquuntur,ſit gratia, manifeſtè refelli poteſt vel ex eo quod ſcribitur infrà 5.b.6.Ac ne quis hoc loco offendatur,quaſi ad iſtos Spiritus aliquid transferatur quod ad Diuinitatẽ tantùm pertineat,vel quaſi Chriſtus iſtis Spiritibus ſubiiciatur,conſiderentur Diuina elogia quæ paulo pòſt tribuuntur Chriſto.Vnius enim Dei eſt,& quidẽ qui homo ſit factus,ſanguine ſuo abluere mundi peccata.neque vſquam Angelis gloria & robur æternum tribuitur,ſed hoc ipſum eſt quod Angeli Deo acclamãt.Chriſtus ergo vt Deus hìc deſcribitur,ſeptem autem iſti Spiritus vt miniſtri ante Thronum collocantur. ergo etiam coram Chriſto,vt qui Deo patri aſſideat.Denique vt nemo de hoc poſſit ambigere, iidem iſti ſeptem Spiritus infrà 5.b.6, Agni cornua & oculi,id eſt miniſtri,dicuntur.

5 *Qui eſt* fidus ille teſtis ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς. Sub.ὅς ἐστι,vti apud Hebræos ſubintelligi ſolet אשר. 6 *Qui*que fecit Καὶ ἐποίησεν. Iterum ſubaudit ὅς,ex eodem Hebræorum idiotiſmo. 7 Omnis oculus,πᾶς ὀφθαλμὸς, Id eſt omnes homines,ſiue omniũ oculi eum videbunt.

Etiam qui eum transfixerunt, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Καὶ non eſt copulatiua hoc in loco.quos enim homines copularet, qui omnes homines ſemel dixit?ſed reſpondet particulæ Hebræorũ גם,acſi in vernaculo ſermone dicas *meſmement,ou voire meſmes ceulx qui l'ont perſé*. Deinde τὸ ἐκκεντᾶν reſpondet Hebræo verbo דקר,Zach.12.c.10,quod non ſignificat duntaxat pungere aut compungere,ſed perfodere ac transfigere.Vulg.& qui eum pupugerunt.Eraſ.& qui compunxerunt eum. Coram eo ἐπ' αὐτόν.Heb.עליו,vt Pſal 9.d.20.vel,propter eum,quia ſcilicet tum demũ agnoſcent quem antè cõtempſerint,& crudeliſſimè fuerint perſequuti.Vulg.& Eraſ.ſuper eum. Tribus terræ.αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. De vniuerſa terra hoc accipio.de qua tamẽ loquitur tanquam de terra Chanaan:quòd ſingulis gentibus Dominus ſuam ſortem diſtribuerit. Etiam,Amen.Ναί,Ἀμήν. Sic apud Dauidem & alios,Amen Amen,emphaſeos cauſa.Quid ſi verò Græce vnum,Hebraicè alterum expreſſit,vt tum Iudæos tum Græcos confirmaret illi iudicio fore obnoxios? 8 A & Ω,Α καὶ Ω. Hoc quidem Latinè explicari non poteſt.quid autem ſignificet fortaſſis non eſt omnibus notum.Nam quod refert Eraſmus eum qui in re quapiam ſit primus,id eſt præſtantiſſimus,Græco prouerbio dici Alpha(vt ſcurra ille Martialis Alpha penulatorũ quendã vocauit)Chriſto quidem optimè cõuenit,vt qui nomen acceperit quod eſt ſupra omne nomẽ:ſed quomodo quadrabit alterum? Nam ſi Alpha dicitur qui cæteris anteit,O mega ſanè dicetur qui omniũ eſt poſtremus. vt illud quidem ſummæ ſit dignitatis,iſtud verò eius cõditionis quo nulla ſit inferior.Chriſtũ igitur ſciendũ eſt hìc loqui vt eum qui Deus eſt æternus.acſi diceret,Ego is ſum ante quem nihil eſt,imò per quem factũ eſt quicquid factum eſt, quique vt omnia intereãt,ſuperſtes illis omnibus maneã.Denique ſicut Alpha ſeſe vocat quòd omniũ rerũ principio ſit antiquior, ita accipiemus Omega pro eo qui ſit omni fine poſterior,vt verè ſua illi conſtet æternitas. *Id eſt* principium & finis,ἀρχὴ καὶ τέλος. Hoc non legit Cõplutenſis editio,neque etiam Arethas.Legitur tamen ſine controuerſia,infrà 21.b.6,& 22.c.13. 10 Fui autem correptus Spiritu, Ἐγενόμην ἐν πνεύματι.Ita ſignificat ſanctum illũ ἐνθουσιασμὸν, quo Prophetæ correpti,extra mundũ peregrinabantur cum Domino:minimè id quidem vt inſani illi vates,ſed ab ea maieſtate ad tempus abſorpti quam capere huius corporis anguſtiæ non poterant, vt mentem quodãmodo à corpore abduci oporteret.ita ſæpe ſcribit Ezechiel ſe tranſlatum fuiſſe à Domini Spiritu,& Spiritum Domini in ſe incidiſſe.Eadem locutione vtitur Marcus 1.c.23,& 5.a.2,ſed de impuro Spiritu loquẽs. Die Dominico ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Loci & diei circunſtantia pertinent etiam ad fidem narrationi faciendam.itaque diligenter iſta ſolent Prophetæ explicare,ac præſertim Ezechiel:vt 1 a.1,& 8.a.1,& aliis locis.Diem autem Dominicum vocat qui à Paulo dicitur μία σαββάτων, 1.Cor.16.a.2,& Act. 20.b.7, quo die apparet iamtum ſolitos fuiſſe Sanctos conuenire. 11 Ego ſum A & Ω,primus ille & vltimus &.ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, καὶ,&c. Hæc non legit Arethas,neque in Complutenſi editione extant, neque etiam in alio quodam Vetuſto codice ex noſtris:vt nihil mirum ſit à vetere interprete nõ fuiſſe conuerſa. Mihi tamen iſta repetitio videtur Iohannis ſtylo conuenire. 12 Vt viderem vocem, βλέπειν τὴν φωνὴν. Vocem appellat eum quem nondum viderat,ſed duntaxat loquentem audierat.acſi diceret,conuerſus ſum vt eum viderem cuius vocem audieram.

13 Filio hominis υἱῷ ἀνθρώπου. Id eſt homini,ſiue qui hominem referebat: ex Hebræorum idiotiſmo,quem alibi expoſuimus.Quanuis enim hic Chriſtus erat,tamen in genere hoc accipiendum eſſe de hominis figura, & vel ex eo apparet quòd non additur articulus: item ex Danielis 10.a.5.vbi ſimile prorſus viſum deſcribitur.

14 Caput autem eius & capilli *erant* candidi, vt lana alba, tanquam nix: & oculi eius vt flamma ignis.

15 Pedes autem eius ſimiles ″chalcolibano, veluti in fornace ardentes: & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

16 Habebat autem in dextra ſua ſtellas ſeptem: & ex ore eius anceps gladius prodibat: & facies eius qualis ſol in ſuo vigore lucet.

17 Quum autem vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius veluti mortuus. tum impoſuit mihi dexteram ſuam, dicẽs mihi, Ne timeas, ego ſum primus ille & vltimus,

18 Et qui viuo. ſed fui mortuus, & ecce viuo in ſecula ſeculorum: Amen. & habeo claues inferorum & mortis.

19 Scribe quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ poſt hæc ſunt futura.

20 Myſterium ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextra mea, & ſeptem cãdelabra aurea. Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem quæ vidiſti, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

Cap. II.

1 ANgelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui tenet ſeptẽ ſtellas in dextra ſua, qui ãbulat inter ſeptẽ candelabra aurea:

2 Noui opera tua, & laborem & tolerantiam tuam, & quòd non poſſis ferre malos: & exploraris eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, nec ſunt, & compereris eos *eſſe* mendaces.

3 Et onere preſſum fuiſſe, ſed tolerare: & propter nomen meum laboraſſe, neque labori ſuccubuiſſe.

4 Sed ″habeo *aliquid* aduerſum te, quòd charitatem tuam primam omiſeris.

5 Memor eſto itaque vnde excideris, & reſipiſce, & priora opera facito: ſin minus, veniam aduerſum te citò, & mouebo cãdelabrum tuum è loco ſuo, niſi reſipueris.

6 Sed hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Victori dabo edere ″ex arbore ″vitæ quæ eſt ″in medio paradiſi Dei.

8 Angelo verò Smyrnæorũ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit primus ille & vltimus, qui fuit mortuus & viuit.

9 Noui opera tua & afflictionem & paupertatem, (ſed diues es) & blaſphemiam eorum qui ſe dicũt Iudæos eſſe, nec ſunt, ſed *ſunt* ſynagoga Satanæ.

10 Nihil *horum* timeas quæ paſſurus es: ecce futurum eſt vt mittat Diabolus aliquos ex vobis in carcerẽ, vt exploremini: & habebitis afflictionem dierum decem. eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Victor non lædetur à morte ſecunda.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquã lana alba & tanquam nix: & oculi eius tanquam flamma ignis.

Et pedes eius ſimiles orichalco, ſicut in camino ardẽti: & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem: & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua.: I

Et quum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus: & poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicẽs, Noli timere: ‖ego ſum primus & nouiſſimus,

Eſa.41.b.4 & 44.a.4

Et viuus: & fui mortuus, & ecce ſũ viuens in ſecula ſeculorum: & habeo claues mortis & inferni.

Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſũt, & quæ oportet fieri poſthæc.

Sacramentum ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem cãdelabra aurea. Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

Cap. II.

ET Angelo Epheſi Eccleſię ſcribe: Hęc dicit qui tenet ſeptẽ ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum:

Scio opera tua, & laborem & patientiam tuam: & quia non potes ſuſtinere malos: & tẽtaſti eos qui ſe dicũt Apoſtolos eſſe, & nõ ſũt, & inueniſti eos mendaces:

Et patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomẽ meum, & nõ defeciſti.

Sed habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.

B

Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Vincẽti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.

Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus, & viuit. C

Scio tribulationem tuam & paupertatẽ tuã, (ſed diues es:) & blaſphemaris ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satanæ.

Nihil horum timeas quæ paſſurus es: ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationẽ diebus decẽ. eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Qui vicerit, nõ lædetur à morte ſecunda.

---

15 Chalcolibano, χαλκολιβάνῳ. **Vulg.** orichalco: rectè, vt ego coniicio. Nam orichalcum vocarunt veteres præſtantiſſimũ æris foſſilis genus, quod ob præcipuã bonitatẽ, inquit Plinius, admirationem diu obtinuit: nec reperitur longo iam tempore effœta tellure. Apparet igitur ὀρείχαλκον vocatum fuiſſe παρὰ τὸ ἐν ὄρεσι μεταλλεύεσθαι, vt admodum imperitè à nonnullis aurichalcum ſcribatur, quaſi ex auro & ære miſtum. Valde quidem fulgidum fuiſſe vel ex Heſiodo apparet, qui φαεινὸν vocat in Herculis ſcuto: atque adeò ſpeciem quandam fulgẽtis auri habuiſſe liquet etiam ex quodam Ciceronis loco, libro Off.3. Denique hoc eſt quod Dan.10.a.6, & Eze.1.b.7, קלל dicitur, id eſt refulgens, à conſequenti ſcilicet, quum propriè politum ac terſum declaret. Sed qua tandem ratione Chalcolibanum vocauit an (vt Arethas exiſtimat) quòd in Libano effoderetur? Ego verò nuſquã legi in Libano fuiſſe ærifodinas, ſed in iis potius montibus quæ Palæſtinam ab Arabia Petræa dirimunt. Nihil tamen aptius inuenio quod dicam. Nam quod ex Suida refert Eraſmus, quoddam fuiſſe electri genus, & quod commemorat etiam Arethas, ſignificari poſſe quaſi thuris genus quod æris ſpeciem referret: harum rerum peritioribus æſtimandũ relinquo. Mihi quidem ex Danielis collatione omnino videtur orichalcũ ſignificari: quanuis Græcam vocem integram relinquere maluerim, quàm cuiquam præiudicium afferre.

IN CAPVT II.

4 Habeo *inquit* aduerſum te ἔχω κατὰ σοῦ. Sub. π. acſi dicat, habeo de quo tecum expoſtulem. Vide Mar.6.c.19.

7 Ex arbore ἐκ τοῦ ξύλου Duplex Hebraiſmus, tum quòd lignum pro arbore, tum quòd arborem pro fructu arboris dixit. Vitæ τῆς ζωῆς, Id eſt vitali, ex Hebræorum idiotiſmo ſæpe iam à nobis annotato. In medio paradiſi Dei, ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ. Arethas & quidam ex vetuſtis noſtris libris habent ἐν παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ μου, in paradiſo Dei mei, vt vertit Vetus interpres. Neque eſt quod quiſquã hac locutione offendatur, quum poſt reſurrectionem etiam ſic loquatur Dominus, tanquam mediator ſcilicet, Iohan.20.d.17.

12 Et angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui habet rhomphæã vtraque parte acutam:

Angelo verò Pergamenſis Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui habet rhomphæam illam vtrinque acutam:

D 13 Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt Satanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meã: & in diebus illis, Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, vbi Satanas habitat.

Noui opera tua, & vbi habites, *nempe* vbi thronus eſt Satanæ, & *quòd* teneas nomen meum, neque negaſti fidem meam, ″etiam iis diebus quibus Antipas martyr ille meus fidelis, ″trucidatus eſt apud vos, vbi Satanas habitat.

Num.24.c.14 & 25.a.1

14 Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaã qui docebat Balac mittere ſcandalũ coram filiis Iſrael, edere & fornicari.

Sed habeo aduerſum te pauca, quòd habeas iſtic qui teneant doctrinam Balaam, qui docebat ″Balac obiicere offendiculum coram filiis Iſrael, vt ederent ex iis quæ ſimulachris immolantur, & ſcortarentur.

15 Ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarum.

Ita habes etiã tu qui teneãt doctrinã Nicolaitarum, quod odi.

16 Similiter pœnitentiam age: ſi quo minus, veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Reſipiſce: ſin minus, veniam aduerſum te citò, & pugnabo cũ illis gladio oris mei.

E 17 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Vincenti dabo Manna abſconditum: & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomẽ nouum ſcriptum, quod nemo ſcit niſi qui accipit.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, Victori dabo edere ex″Manna illo abſcõdito: & dabo illi ″calculum albũ, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo nouit niſi qui accipit.

18 Et angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius ſimiles orichalco.

Angelo verò Thyatirenſis Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit filius Dei qui habet oculos tanquam flammam ignis, & cuius pedes *ſunt* ſimiles chalcolibano:

19 Noui opera tua, & fidem, & charitatẽ, & miniſteriũ, & patientiã tuã, & opera tua nouiſſima plura prioribus.

Noui opera tua & charitatem, & ″ſubminiſtrationem, & fidem, & tolerantiam tuam, & opera tua, & vltima plura prioribus.

F 20 Sed habeo aduerſus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit prophetin, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de idolothytis.

Sed habeo aduerſus te pauca: quòd permittis mulierẽ Iezabel, quæ ſe dicit prophetiſſam, docere, & ſeducere ſeruos meos, vt ſcortentur & edant ex iis quæ ſimulachris immolantur.

21 Et dedi illi tẽpus vt pœnitentiã ageret: & nõ vult pœnitere à fornicatione ſua.

Et dedi illi tempus vt reſipiſceret à ſcortatione ſua: nec reſipuit.

22 Ecce mittam eam in lectum, & qui mœchãtur cũ ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint:

Ecce ego abiiciam eam in lectũ: & eos ″qui adulteriũ cõmittunt cum ea, in afflictionem maximã, niſi reſipuerint ab operibus ſuis:

2.Sam.16.b.7. pſal.7.c.10. ierc.11.d.20. & 17.b.10.

23 Et filios eius interficiam in morte, & ſciẽt omnes Eccleſiæ quia ego ſũ ſcrutans renes & corda, & dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera ſua.

Et filios eius ″interficiã morte: ſciéntque omnes Eccleſiæ quòd ego is ″ſim qui ſcrutor renes & corda: & dabo vnicuique veſtrũ ſecundum opera ſua.

G 24 Vobis autem dico cæteris qui Thyatiræ eſtis, Quicũque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudines Satanæ, quemadmodũ dicunt: nõ mittã ſuper vos aliud põdus.

″Vobis autem dico ″reliquis Thyatirenſibus, Quicunque non habent doctrinam hanc, neque cognouerunt ″profunditates Satanæ, quemadmodum dicunt: non imponam vobis ″aliud onus.

25 Tamen id quod habetis, tenete, donec veniam.

Tamen id quod habetis, tenete, vſquequo veniam.

13 Etiam iis diebus quibus Antipas, &c. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας. Καὶ iterum reſpondet particulæ גם, id eſt etiam. Amplificatur enim Pergamenſium fides, quòd in ipſo perſecutionis æſtu conſtantes fuerint. Vetus interpres omiſit relatiuum, quod tamen neceſſariò fuit exprimendum. Eraſ. & in diebus meis Antipas, &c. repugnante omnium emendatorum codicum fide, ipſáque adeò ſententia. Mendoſum enim eſt quod excudit Frobenius ἐμαῖς pro ἐν αἷς, quod illic etiam eſt ad marginem annotatum. Trucidatus eſt ἀπεκτάνθη. Vulg. & Eraſ. qui occiſus eſt. Atqui redundat prouocabulum ὃς eo pleonaſmo quem expoſuimus Rom.16.d.27.

14 Balac τῷ Βαλάκ. Sic legit Arethas, quem ſequitur Cõplutẽſis editio, & alius vetuſtus codex, & Vetus etiam interpres. Alii codices legunt ἐν τῷ Βαλάκ, id eſt in Balac, vt cõuertit Eraſmus: quod mihi nõ probatur. Quod autem de idolothytis hîc refertur, ad eam ſpeciem accommodandum eſt de qua pluribus agit Paulus 1.Cor.10. 17 Manna illo abſcondito, ἀπὸ τοῦ Μάννα τοῦ κεκρυμμένου. Alludit opinor ad cõcionem illam Domini quæ ſcripta eſt Iohan. ſexto capite. Item ad locum Dauidis Pſal.105.d.40. Calculum album, ψῆφον λευκήν. Eiuſmodi calculum refert Arethas conſueuiſſe dari athletis in Theatro decertantibus. 19 Subminiſtrationem, διακονίαν. Sic vocat officia ſanctis præſtita, vt Paulus paſſim vſurpat. Vulg. & Eraſ. miniſterium. 22 Qui adulterium committũt, τοὺς μοιχεύοντας. Vſitatum eſſe Prophetis omnes norunt, adulterii nomine idololatriam ſignificare, in iis qui vero Deo fuerunt quaſi coniugii fœdere coniuncti.

23 Interficiam morte, ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ. Hebraicus pleonaſmus: cuius tamen maxima eſt emphaſis, acſi diceret, internecione delebo.

24 Vobis autem dico reliquis Thyatirenſibus. ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς ἐν Θυατείροις. Sic lego non tantùm ex veteris interpretis, ſed etiã ex Cõplutẽſis editionis & duorum aliorum codicum authoritate, quum in aliis legatur καὶ τοῖς λοιποῖς, & reliquis. Neque enim video quis locus eſſe poſſit copulæ, niſi per epexegeſin explicetur. Profunditates τὰ βάθη. Sic nimirũ illi ſua portenta ſolebant vocare, quaſi ſummam ac profundiſſimam rerum Diuinarum cognitionem complecterẽtur: vti hodie faciunt præ cæteris Libertini & Anabaptiſtæ, Spiritũ perpetuò in ore habentes: & is qui nuper ſcripſit, Pauli epiſtolas nihil niſi quædam rudimẽta cõtinere. Sic inquam illos nõ pudebat ſua illa portenta appellare. Sed Iohannes addit Satanæ nomen, agnoſcens quidem illa pro abſtruſiſſima quadam ſcientia, ſed quæ ex imis tenebrarũ abyſſis hauſta eſſet. Itaque illud ὡς λέγουσι, vt loquuntur, refero non ad Satanæ nomen ſed ad βάθη, ita vt ad Iezabelis illius ſectatores petineat. Sunt tamen qui ad reliquos Thyatirenſes referãt, qui nimirũ dicerent ſe eſſe impares iſtis verſutiis Satanæ cognoſcendis, quibus proinde Dominus hoc onus non imponat aduerſus illos diſputandi: ſed hoc tãtùm præcipiat vt in ſana doctrina perſeuerent. Sed hoc mihi videtur violentum, nec ſatis etiam conueniens cum verſ.20. Nam ſi ſuccenſet Dominus Thyatirenſibus quòd ſinant Iezabelem docere, requirit ab illis proculdubio vt eam omnibus modis compeſcant. Aliud onus. ἄλλο βάρος. Id eſt, aduerſum vos nihil grauius denuntiabo, contentus videlicet vobis ſignificaſſe quid in vobis requiram. Vſitatum enim eſt Prophetis, quoties calamitatẽ aliquam prædicebant משא, id eſt onus, id vocare. quod quum frequenter Prophetæ facerent, cœpit prophanus populus omnes Prophetas inuidioſo oneris vocabulo appellare, vt grauiſſimè expoſtulat Dominus Ierem.23.f.33, & deinceps.

26 Nam ſiquis vicerit,& cuſtodierit ad finẽ vſque opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes:

27 Et reget eas virga ferrea: & tanquam vaſa fictilia contERentur:

28 Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinã.

29 Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Cap. III.

1 ANgelo autem Eccleſiæ quæ eſt Sardibus, ſcribe , Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas,Noui opera tua,*nempe* ″quòd dicaris viuere ,ſed mortuus ſis.

2 Eſto vigilans,& confirma″reliqua moribunda: non enim inueni opera tua plena coram Deo.

3 Mem̃ẽto igitur″quæ acceperis & audieris.obſerua igitur & reſipiſce. Quòd ſi non vigilaueris,veniam ad te tanquam fur,neque intelliges qua hora veniam ad te.

4 ″Habes *tamen* aliquot nomina etiam Sardibus quæ non inquinarunt veſtimenta ſua , ideóque incedent mecum″albati:″digni enim ſunt.

5 Qui vicerit, is amicietur veſtimentis albis:neque delebo nomen eius de libro vitæ , ſed profitebor nomen eius coram Patre meo & coram Angelis eius.

6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

7 Angelo vero Philadelphienſis Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Sanctus & Verax ille,″qui habet clauem Dauidis, qui aperit, & nemo claudit:claudit,& nemo aperit.

8 Noui opera tua:ecce,propoſui tibi oſtium apertum: nec quiſquã poteſt claudere illud:quia nonnullam habes virtutem, & ſeruaſti ſermonem meum,neque abnegaſti nomen meum.

9 Ecce,″præbebo eos qui ſunt ex ſynagoga Satanæ, *id eſt* eorũ qui dicunt ſe Iudæos eſſe,nec ſunt,ſed mentiuntur: ecce *inquam* adigam eos vt veniãt,& adorẽt ante pedes tuos, & ſciãt quòd ego dilexi te.

10 Quoniam ſeruaſti ″ſermonem tolerantiæ meæ, ego quoque te liberabo ex tempore tentationis,quod venturum eſt in orbem vniuerſum,ad explorandum incolas terræ.

11 Ecce,venio citò:tene quod habes,vt nemo accipiat coronã tuã.

12 Siquis vicerit, faciam vt ſit columna in templo ″Dei mei: nec foras egredietur amplius: & ſcribam ei nomen Dei mei & nomen Ciuitatis Dei mei, *id eſt* nouæ Hieruſalem, quæ deſcendit è cælo à Deo meo: & nomen meum nouum.

13 Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Et qui vicerit,& qui cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes:

‖Et reget eas in virga ferrea:tanquã vaſ figuli confringentur:

Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis. Cap.III.

ET Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe, Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus Dei,& ſeptem ſtellas, Scio opera tua:quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es.

Eſto vigilans , & confirma cætera quæ moritura erãt: non enim inueni opera tua plena coram Deo meo.

In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris,& ſerua,& pœnitentiam age.Si ergo non vigilaueris, veniam ad te ‖tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

Sed habes pauca nomina in Sardis quæ non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt.

Qui vicerit,ſic veſtietur veſtimentis albis: & non delebo nomen eius de‖libro vitæ.& confitebor nomen eius coram Patre meo,& coram Angelis eius.

Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe,Hæc dicit Sãctus & Verus,qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit:claudit,& nemo aperit

Scio opera tua: ecce,dedi coram te oſtium apertum quod nemo poteſt claudere: quia modicam habes virtutem,& ſeruaſti verbum meum,& nõ negaſti nomen meum.

Ecce,dabo de ſynagoga Satanæ,qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt,ſed mentiuntur: ecce,faciam illos vt veniant & adorent ante pedes tuos: & ſcient quia ego dilexi te.

Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ,& ego ſeruabo te ab hora tẽtationis , quæ ventura eſt in orbem vniuerſũ,tẽtare habitantes in terra.

Ecce,venio citò:tene quod habes,vt nemo accipiat coronam tuam.

Qui vicerit,faciam illum columnã in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei , & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem,quæ deſcendit de cælo à Deo meo: & nomẽ meũ nouum.

Qui habet aurẽ,audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Pſal.2.c.9

Infrà.16.c.15
1.theſſ.5.a.2
2.pet.3.c.10

Infrà.20.d.12
& 21.g.27
phil.4.a.4

B

C

IN CAPVT III.

1 Quòd dicaris viuere, ὅτι τὸ ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς. Id eſt,quòd celebreris quidem quaſi viuas,quũ re vera ſis mortuus. Viuere autem dicitur Eccleſia,quum bonæ arboris inſtar bonos fructus edit. Vulg.& Eraſ.quia nomen habes quòd viuas.

2 Reliqua moribunda, τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Id eſt cætera,quorum ea eſt conditio vt iam laborent,mox,niſi confirmentur,interitura.Similis occurrit locutio Luc.7.a.2.Complutenſis codex & alii duo ſcriptum habent ἃ ἤμελλες ἀποβάλλειν, quæ futurũ erat vt amitteres, niſi te ſcilicet commonefeciſſem. 3 Quæ πῶς, Id eſt ποῖα. Terent.Ita eſt homo.pro talis eſt.

4 Habes *tamen* aliquot nomina Ἀλλ' ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα.Sic legit Arethas,& Vetus interpres.Cõſentiunt Complutenſis editio & alii codices duo.In aliis deeſt aduerſatiua particula:quæ tamen ex Hebraicæ linguæ vſu interdum ſuppletur, vt diximus Matth.9.a.6, & Ioh.9.f.30. Nomina autem dixit pro capitibus,vt diximus Act.1.c.15.quod tamen ab vſu Græcæ linguæ alienũ eſſe docet Arethas. Albati ἐν λευκοῖς. Vide Ioh.20.c.12.Eſt autem hoc dictum ex Hebræorum conſuetudine, qui & ſubſtantiua & adiectiua interdum ſubticẽt: quòd ex loci circunſtantia nemo ſit qui non facilè poſſit ea intelligere. Digni enim ſunt, ὅτι ἄξιοί εἰσιν. Dignos,id eſt idoneos, intellige, quia in Chriſto iuſtificati fuerunt,ſicut re ipſa comprobarunt.Iuſtus enim eſt qui iuſtitiam facit,ſed ita vt arbor fructum gignat,non fructus arborem.Vide Rom.8.d.18. 7 Qui habet clauem Dauidis ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ. Suſpicor legendum ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ οἴκου Δαβίδ qui habet clauem domus Dauid,vt ſcriptũ eſt Eſ.22.f.22.qui locus nõ dubiũ eſt quin allegoricè explicetur hoc in loco. Eſt autẽ domus Dauid Eccleſia,cuius omnis poteſtas eſt penes vnum Chriſtum Regem ſempiternũ, Luc.1.c.31,& 32, vt quos velit vel admittat vel excludat.

9 Præbebo δίδωμι, Id eſt δώσω,vt paulo pòſt ποιήσω. quanquam etiam aliqua eſt emphaſis in hac temporis enallage, quæ paſſim apud Prophetas occurrit. Accipitur autem τὸ διδόναι hoc in loco, pro redigere in eum ſtatum & conditionem, vt hoc vel illud faciant, ſicut apud Hebræos accipitur verbum נתן.& ſupplendus eſt articulus τοὺς,potius quam εἶναι. 10 Sermonem tolerantiæ meæ, τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, Id eſt,quia patientiam illam ac conſtantiam præſtitiſti quam à meis requiro.

12 Dei mei, τοῦ Θεοῦ μου, Vide ſuprà 2.b.7.

14 Et Angelo Laodiciæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.

15 Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. vtinã frigidus eſſes, aut calidus.

D 16 Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo:

17 Quia dicis quòd diues ſum & locupletatus, & nulli⁹ egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

18 Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum: vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

Prouerb.3.b.12 heb.12.b.5

19 Ego quos amo, arguo & caſtigo: æmulare ergo & pœnitentiam age.

20 Ecce, ſto ad oſtium & pulſo. ſiquis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

21 Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in Throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in Throno eius.

22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Cap. IIII.

1 POſt hæc vidi, & ecce oſtiũ apertum in cælo: & vox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum, dicẽs, Aſcende huc, & oſtendam tibi quæ oportet fieri poſthæc.

2 Et ſtatim fui in ſpiritu, & ecce, ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens.

3 Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectu, lapidis iaſpidis, & ſardini: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

4 Et in circuitu ſedis, ſedilia viginti
B quatuor: & ſuper thronos vigintiquatuor Seniores ſedẽtes: circumamicti veſtimentis albis: & in capitibus eorum, coronæ aureæ.

5 Et de Throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante Thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

6 Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis antè & retro.

7 Et animal primum ſimile leoni: &
C ſecundum animal ſimile vitulo: & tertium animal, habens faciem quaſi hominis: & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

8 Et quatuor animalia, ſingula eorũ habebãt alas ſenas in circuitu: & intus plena ſunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, & Qui eſt, & Qui venturus eſt.

9 Et quum darent illa animalia glo-
D riam, & honorẽ, & benedictionem ſedenti ſuper Thronum, viuẽti in ſecula ſeculorum,

10 Procidebãt vigintiquatuor Seniores ante ſedentem in Throno, & adorabant viuẽtem in ſecula ſeculorum, & mittebãt coronas ſuas ante Thronum, dicentes,

14 Angelo verò Laodicenſium Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit ʹAmen, teſtis ille fidelis & verax, ʹprincipium opificii Dei.

15 Noui opera tua, *nempe* quòd neque frigidus ſis, neque feruidus. vtinam frigidus eſſes aut feruidus:

16 Itaque quoniam tepidus es, nec frigidus nec feruidus, futurum eſt vt te euomam ex ore meo.

17 Nam dicis, Diues ſum & ditatus ſũ, & nullius egeo. neque noſti te eſſe ærumnoſum, & miſerabilẽ, & pauperẽ, & cæcũ, & nudum.

18 Conſulo tibi emere à me aurum ʺigni exploratũ, vt diues fias: & veſtimẽta alba, vt induaris nec appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inungas oculos tuos, vt videas.

19 Ego quoſcunque amo, arguo & caſtigo: ʹæmulare igitur ac reſipiſce.

20 Ecce, ſto ad oſtium, & pulſo: ſiquis audierit vocem meam, & aperuerit oſtiũ, ingrediar ad eum, & cœnabo cũ eo, & ipſe mecũ.

21 Siquis vicerit, dabo ei ſedere mecum in Throno meo, vt & ego vici, & ſedeo cum Patre meo in Throno eius.

22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Cap. IIII.

1 POſt hæc vidi, & ecce, oſtium apertum in cælo: & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicebat, Aſcẽde huc, & oſtendam tibi quæ oporteat fieri poſthac.

2 Statim igitur ʺfui correptus à Spiritu: & ecce, Thronus poſitus erat in cælo, & Throno *quidam* inſidebat.

3 Porrò qui ſedebat, aſpectu ſimilis erat lapidi iaſpidi & ſardio: & in circuitu Throni erat iris aſpectu ſimilis ʹſmaragdo.

4 Et in circuitu ſedis, ſedilia vigintiquatuor: & ſuper ſedilia vidi vigintiquatuor Senes ſedentes, amictos veſtibus albis: ʺ& habentes ſuper capita ſua coronas aureas.

5 Prodibant autẽ è Throno fulgura & tonitrua & voces: & ſeptẽ lãpades igneæ ardẽtes ante Thronum, quæ ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei.

6 Erat etiam ante Thronum mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio Throni ac circuitu Throni, quatuor animalia plena oculis antè & retro.

7 Animal autem primum erat ſimile leoni: & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertiũ animal habens faciem velut homo: & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

8 Et quatuor animalia ſingula per ſe habebant alas ſenas in circuitu, & intus plena erant oculis, die ac nocte ſine intermiſſione dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, ʹErat, Eſt, & Venturus eſt.

9 Et quum tribuebant illa animalia gloriam & honorem & gratiarum actionem ei qui Throno inſidebat, illi *inquam* viuenti in ſecula ſeculorum,

10 Procidebant vigintiquatuor Senes ante illum inſidentẽ Throno, & adorabant illum viuentem in ſecula ſeculorum, & abiiciebant coronas ſuas ante Thronum, dicentes,

14 Amen. ὁ ἀμήν. Hebraiſmus, quem mox explicat. Nam אמן Hebræis ſignificat verè ſiue veritatem ipſam. Principium opificii Dei. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ. Id eſt à quo principium ducunt omnes res conditæ. Omnia enim à Deo per ipſum facta ſunt, vt expoſitũ eſt Ioh.1.a.3. Vide Col.1.b.15, & deinceps. 18 Exploratum igni, πεπυρωμένον ἐκ πυρός. Vulg. aurum ignitum probatum. Eraſ. ignitum ex igni. Atqui certum eſt τὸ πυροῦσθαι paſſim in editione Græca reſpondere Hebræo verbo צרף quod ſignificat per ignem explorare. Additum eſt autem ἐκ πυρὸς ex pleonaſmo Hebræis familiari, pro διὰ πυρὸς ſiue ἐν πυρί, vt mirer Eraſmum hoc loco hæſitaſſe.

19 AEmulare ζήλωσον. Huic opponitur quod antè dixerat, nec frigidum, nec feruidum eſſe.

IN CAPVT IIII.

2 Fui correptus à Spiritu ἐγενόμην ἐν πνεύματι. Vide ſuprà 1.c.10. 3 Smaragdo. σμαραγδίνῳ. Sub. λίθῳ. Itaque cauſa non erat cur Eraſmus conuerteret, aſpectu ſmaragdino. 4 Et habentes καὶ ἔχον. Sub. οἳ, vt ſit οἳ ἔχον pro ἔχοντες. Vide ſuprà 1.a.6.

8 Erat, Eſt, & Venturus ὁ ὤν. Vide ſuprà 1.a.4. Vulg. & Eraſ. qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt. quam interpretationem coactus ſum alicubi amplecti, vt nouitatem fugerem. Alioqui ſatis liquet ὤν, ὢν, & ἐρχόμενος poni proprii Dei nominis loco.

11 Dignus es"Domine qui accipias gloriam & honorem & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam ſunt, & creata ſunt.

Cap.V.

1 DEinde vidi ad dextram eius qui inſidebat Throno, Librũ ſcriptum intus & in tergo, obſignatum ſigillis ſeptem.

2 Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna, Quis eſt dignus qui aperiat Librum, & ſoluat eius ſigilla?

3 Nemo autẽ poterat neque in cælo, neque in terra, neque ſubter terram aperire Librum, neque eum inſpicere.

4 Flebam igitur ego multum, quòd nemo dignus inuentus eſſet qui aperiret"& legeret Librum, nec qui eum inſpiceret.

5 Tum vnus ex Senibus dicit mihi, Ne fleas: ecce"obtinuit Leo ille ex tribu Iuda,"ſtirps Dauidis, vt aperiat Librum, & ſoluat ſeptẽ eius ſigilla.

6 Aſpexi igitur, & ecce inter Thronũ & quatuor animalia, & inter Senes, Agnus ſtans tanquam mactatus, habens cornua ſeptẽ, & oculos ſeptem. qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram.

7 Is venit & accepit Librum ex dextera eius qui Throno inſidet.

8 Qúmque accepiſſet Librum, quatuor illa animalia, & viginti quatuor illi ſenes ceciderunt coram Agno: habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas ſuffituũ, quæ ſunt"preces Sanctorum.

9 Et cecinerunt canticum"nouum, dicentes, Dignus es qui accipias Librum, & aperias eius ſigilla: quoniam mactatus es, & redemiſti nos Deo per ſanguinẽ tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.

10 Et feciſti"nos Deo noſtro Reges & Sacerdotes: & regnabimus ſuper terram.

11 Tum aſpexi, & audiui in circuitu Throni & animaliũ & Senum, vocem Angelorũ multorum,"numero millies centies mille, & decies centies mille:

12 "Dicentes voce magna, Dignus eſt Agnus ille mactatus"qui accipiat virtutem, & diuitias, & ſapientiam, & fortitudinẽ, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

13 Sed & omnẽ creaturam quæ in cælo eſt, & quæ ſuper terrã & ſub terra & in mari, & quæ in eis ſunt omnia, audiui dicentia, Seſſori Throni & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur, in ſecula ſeculorum.

14 Quatuor autẽ animalia dicebant, Amen: & vigintiquatuor Senes ceciderunt in facies ſuas, & adorarunt eum qui viuit in ſecula ſeculorum.

Cap. VI.

1 POſtea aſpexi, quum aperuiſſet Agnus"primum ex ſigillis, & audiui vnum ex quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide.

Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſũt. Infrà.5.d.12

Cap.V

ET vidi in dextera ſedentis ſupra Thronum, Librũ ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.

Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna, Quis eſt dignus aperire Librum, & ſoluere ſignacula eius?

Et nemo poterat neque in cælo neque in terra, neque ſubtus terrã, aperire Librum, neque reſpicere illum.

Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire Librum nec videre eum.

Et vnus de ſenioribus dicit mihi, Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire Librũ, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

Et vidi, & ecce in medio Throni & quatuor animalium, & in medio Seniorum, agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei, miſſi in omnem terram. B

Et venit & accepit de dextera ſedẽtis in throno Librum.

Et quũ aperuiſſet Librũ, quatuor animalia & vigintiquatuor Seniores ceciderunt corã Agno: habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum: C

Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es accipere Librum, & aperire ſignacula eius: quoniã occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione.

Et feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram. 1.Pet.2.b.9

Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorũ in circuitu Throni, & animaliũ, & Seniorum, & erat numerus eorum millia millium:

Dicentium voce magna, Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & Diuinitatẽ, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. D

Et omnem creaturam quæ in cælo eſt, & ſuper terrã, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes, Sedenti in Throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.

Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor Seniores ceciderunt in facies ſuas: & adorauerũt viuentem in ſecula ſeculorum.

Cap.VI.

ET vidi quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſeptem ſigillis: & audiui vnum de quatuor animalibus, dicẽs, tanquam vocẽ tonitrui, Veni, & vide.

11 Domine, Κύριε. Arethas addit, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, & ſancte Deus noſter. Cõſentit Cõplutenſis editio, cum duobus aliis codicibus.

IN CAPVT V.

5 Obtinuit ἐνίκησεν. vel, vt Vulg. & Eraſ. vicit: nimium obſcurè. Stirps ἡ ῥίζα. Heb. שורש pro quo ſolet Homerus ὄζον, id eſt ramum, dicere. Vulg. & Eraſ. ad verbum, radix: nimium id quoque obſcurè. 8 Preces ſanctorum αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων. Quomodo hoc ſit accipiendum, diſce ex Act. 10 a.4, & e.31. Vide infrà 8.a.3. 9 Nouum. καινόν. Heb. חדש id eſt non vulgare, nec triuiale, ſed eximiũ.

10 Nos ἡμᾶς. In Complutenſi codice & alio quodam legimus αὐτούς, ipſos, ſcilicet ſanctos qui adhuc ſunt in terris. Item pro βασιλεύσομεν, regnabimus, ibidem legitur βασιλεύσουσιν, regnabunt. 11 Numero millies centies mille & decies centies mille, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Ita lego ex Aretha, Complutenſi editione, & aliis duobus vetuſtis codicibus. Melius enim iſta reſpondent iis quæ ſcribuntur Dan.7.d.10, vbi hæc eadem deſcriptio inuenitur. 12 Dicentes, λέγοντες. Heb. לאמור Videtur autem dicendum fuiſſe λεγόντων, vel λέγουσι. Sed aliquoties annotauimus apud Paulum & alios hæc participia, apud idoneos etiam ſcriptores interdum non cohærere cum præcedentibus, nec aliter accipi quàm gerundi modum apud Latinos. Qui accipiat λαβεῖν. Id eſt, cui deferatur laus omnis, tanquam potentiſſimo, ditiſſimo, ſapientiſſimo, &c.

IN CAPVT VI.

1 Primum μίαν. Id eſt πρώτην, ex Hebræorum more. Vulg. & Eraſmus, vnum.

Et vidi,& ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper illũ, habebat arcum:& data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. 2

Et quum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundũ animal dicens, Veni,& vide. 3

Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illũ, datũ eſt ei vt ſumeret pacẽ de terra,& vt inuicẽ ſe interficiant:& datus eſt ei gladius magnus. 4

Et quũ aperuiſſet ſigillũ tertium, 5
B audiui tertiũ animal dicẽs, Veni,& vide. Et ecce equus niger:& qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua.

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animaliũ, dicentem, Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario: & vinũ & oleum ne læſeris. 6

Et quum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis, dicentis, Veni,& vide. 7

Et ecce equus pallidus:& qui ſedebat ſuper eum, nomẽ illi Mors:& Infernus ſequebatur eum:& data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame,& morte, & beſtiis terræ. 8

C Et quum aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbũ Dei,& propter teſtimonium quod habebant. 9

Et clamabant voce magna, dicentes, Vſquequo Domine, ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinẽ noſtrum de iis qui habitant in terra? 10

Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis vt requieſcerẽt adhuc tempus modicum, donec compleantur cõſerui eorum, & fratres eorũ qui interficiendi ſunt ſicut & illi. 11

Et vidi quum aperuiſſet ſigillũ ſextũ,& ecce terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger tãquam ſac- 12
D cus cilicinus,& luna tota facta eſt ſicut ſanguis.

Et ſtellæ cæli ceciderunt ſuper terram: ſicut ficus emittit groſſos ſuos quum à vento magno mouetur. 13

Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus: & omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt. 14

Et Reges terræ,& principes,& tribuni,& diuites,& fortes,& omnis ſeruus,& liber abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium. 15

Eſa.2.d.19
Oſee 10.b.8
Luc.23.d.30

Et dicẽt mõtibus & petris, Cadite ſuper nos,& abſcondite nos à facie ſedentis ſuper Thronũ & ab ira Agni: 16

Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum,& quis poterit ſtare? 17

Cap. VII.

POſt hæc vidi quatuor Angelos ſtãtes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem. 1

Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna 2

2 Aſpexi igitur,& ecce *aderat* equus albus:& qui inſidebat ei, habebat arcum:& data eſt ei corona,& prodiit vincens,& vt vinceret.

3 Quúmque aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundum animal dicens, Veni,& vide.

4 Et prodiit alius equus rufus: & ei qui inſidebat ſuper eum,″datum eſt vt tollat pacem è terra, vt alii alios mactent: datúſque eſt ei gladius magnus.

5 Et quum aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal dicens, Veni,& vide. Aſpexi igitur,& ecce equus niger *aderat*: & qui inſidebat ei, habebat ſtateram in manu ſua.

6 Et audiui vocem in medio quatuor animalium, dicentẽ, Chœnix tritici denario,& tres chœnices hordei denario:& vinum & oleum ne læſeris.

7 Quúmque aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentem, Veni,& vide.

8 Tũ aſpexi,& ecce *aderat* equus pallidus:& eius″quæ inſidebat ſuper eum, nomen erat Mors: &″Infernus ſequebatur eã: dataque eſt eis in quadrantem terræ poteſtas trucidandi gladio, & fame, & morte, pérque terreſtres feras.

9 Quum verò aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubter altare animas eorum qui mactati fuerant propter verbũ Dei & propter teſtimonium″quod tuebantur.

10 Clamabant autem voce magna, dicentes, Vſquequo Domine, qui ſanctus es & verax, non iudicas ac vindicas ſanguinem noſtrum″de iis qui habitant in terra?

11 Tum datæ ſunt ſingulis ſtolæ albæ, & dictum eſt eis vt requieſcerent adhuc paululum temporis, vſque quo″compleantur etiã conſerui eorum & fratres eorum qui trucidãdi ſunt ſicut & ipſi.

12 Deinde aſpexi quum aperuiſſet ſigillum ſextum,& ecce terræmotus magnus factus eſt:& ſol factus eſt niger tãquam ſaccus cilicinus,& luna tota facta eſt ſicut ſanguis.

13 Et ſtellæ è cælo ceciderunt in terram: ſicut ficus abiicit groſſos ſuos quum à vento magno concutitur.

14 Et cælum receſſit ſicut liber qui conuoluitur: & omnis mons & inſulæ è ſuis locis tranſlatæ ſunt.

15 Et Reges terræ, proceres,& diuites,& tribuni,& potẽtes, omnéſque tum ſerui tum ingenui abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium:

16 Et dixerunt montibus & petris, Cadite ſuper nos, abſcõdite nos à conſpectu eius qui inſidet Throno,& ab ira Agni:

17 Nam venit dies ille magnus iræ illius:& quis poterit ſtare?

Cap. VII.

1 POſtea vidi quatuor Angelos ſtãtes ſuper quatuor″angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem.

2 Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentẽ ſigillũ Dei viui: qui clamauit voce magna quatuor Angelis qui-

4 Datum eſt ἐδόθη αὐτῷ. Redundat αὐτῷ ex Hebræorum idiotiſmo. 8 Quæ inſidebat ὁ καθήμενος. Hoc dicendi genus, quod iam aliquoties occurrit, prorſus inuſitatum eſt in Græca & Latina lingua, quum dicendum fuerit καὶ τῷ καθημένῳ, ne hiaret cõſtructio. Quod autẽ genus maſculinum fœmineo expreſſimus, coacti fecimus, eo quòd Græcis ὁ θάνατος, generis eſt maſculini, Mors verò fœminei apud Latinos. Infernus ὁ ᾅδης. Heb. שאול id eſt ſepulchrum. Nolui tamen quicquam immutare. 9 Quod tuebantur ἣν εἶχον. Hoc eſt quod in vernaculo ſermone dicimus, *qu'ils maintenoyent*. Vulg.& Eraſ. quod habebãt. Complutenſis editio legit, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀρνίου, & propter teſtimonium Agni. 10 De iis qui habitant,&c. ἀπὸ τῶν κατοικούντων,&c. Cic. pro Deiotaro, Præſertim quum is vnus eſſet qui poſſet de abſente ſe vindicare. 11 Compleantur etiam conſerui πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι. Id eſt vſque dum compleatur numerus eorum qui,&c. Malim autem legere πληρωθῶσι, vt habet editio Complutenſis. IN CAPVT VII. 1 Angulos γωνίας. Heb. כנפות id eſt extrema quæ plagas & cardines vocamus.

bus datum eſt nocere terræ & mari,

3 Dicens, Ne noceatis terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque obſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus ſuis.

4 Et audiui numerum obſignatorum: centum quadraginta quatuor millia *erant* obſignati ex omnibus tribubus filiorum Iſrael.

5 Ex tribu Iuda, duodecim mille obſignati. Ex tribu Rubē, duodecim mille obſignati. Ex tribu Gad duodecim mille obſignati.

6 Ex tribu Aſer, duodecī mille obſignati. Ex tribu Nephthali, duodecī mille obſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecī mille obſignati.

Ex tribu Simeō, duodecim mille obſignati. ʼEx tribu Leui, duodecim mille obſignati. Ex tribu Iſſachar duodecī mille obſignati. 7

Ex tribu Zabulon, duodecim mille obſignati. Ex tribuʼ Ioſeph, duodecim mille obſignati. Ex tribu Beniamin, duodecim mille 8 obſignati.

9 Poſtea aſpexi, & ecce *aderat* turba multa, quam numerare nemo poſſit, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis: ſtabántque ante Thronum & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum:

10 Et clamabant voce magna, dicentes, ″Salus *à* Deo noſtro *eſt*, qui ſedet″ ſuper Thronum, & *ab* Agno.

11 Omnes autem Angeli ſtabant in circuitu Throni & Senum & quatuor animalium: & procubuerunt in conſpectu Throni in facies ſuas, & adorarunt Deum,

12 Dicentes, Amen: benedictio, & gloria, & ſapientia, & gratiarū actio, honor, & virtus, & robur Deo noſtro in ſecula ſeculorū. Amē.

13 Tum *me*″ compellauit vnus ex Senibus, dicens mihi, Iſti qui amicti ſunt ſtolis albis, quinam ſunt, & vnde venerunt?

14 Et dixi ei, Domine, tu noſti. Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerūt ex afflictione magna: &″ lauerunt ſtolas ſuas, ac dealbarunt in ſanguine Agni.

15 Ideo ſunt ante Thronum Dei, & ſeruiunt eiʼ die ac nocte in templo eius: & qui inſidet Throno, habitabit″ cum eis.

16 Non eſurient amplius, neque ſitient amplius, nec in eos incidet ſol, neque vllus æſtus.

17 Quoniā Agnus qui in medio Throni eſt, paſcet eos, & deducet ad viuos fontes aquarum: & abſterſurus eſt Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Cap. VIII.

1 PORrò quum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factū eſt ſilentium in cælo, media ferme hora.

2 Et vidi ſeptem illos Angelos″ qui adſtant coram Deo, quibus datæ ſunt ſeptem tubæ.

3 Tum alius Angelus venit, & ſtetit ante aram, habens ʼthuribulum aureum: & dati ſunt ei ſuffitus multi, vt offerret″ cū precibus

quatuor Angelis quibus datum eſt nocere terræ & mari,

Dicens, Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.

Et audiui numerum ſignatorū: centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael.

Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati.

B

Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati.

Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſſachar, duodecim millia ſignati.

Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia ſignati.

Poſt hæc vidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante Thronum, & in conſpectu Agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum:

C

Et clamabant voce magna, dicentes, Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper Thronum, & Agno.

Et omnes Angeli ſtabant in circuitu Throni & Seniorum & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu Throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum,

Dicentes, Amen: & benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

Et reſpōdit vnus de Senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt?

D

Et dixi illi, Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.

Ideo ſunt ante Thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in Throno, habitabit ſuper illos.

Non eſuriēt neque ſitiēt amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus:

Ieſa.49.c.10

Quoniā Agnus qui in medio Throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarū: & abſterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum.

Ieſa.25.c.8
infrà 21.a.4

Cap. VIII.

ET quum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora.

Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ.

Et alius Angel⁹ venit, & ſtetit ante altare, habēs thuribulū aureū: & data ſunt illi incēſa multa, vt daret de ora-

---

7 Ex tribu Leui, ἐκ φυλῆς Λευί. Omiſit Dan, & recenſet Leui.

8 Ioſeph Ἰωσήφ. Intellige tribū Ephraim, alterius ex filiis Ioſeph.

10 Salus *à* Deo noſtro *eſt*. ἡ σωτηρία τῷ θεῷ ἡμῶν. Sic legit Arethas, ſic quoque Vetus interpres & Cōplutenſis editio, conſentiente etiam vno ex veteribus noſtris codicibus. Addidi autē præpoſitionem *à*, necui ſcrupulus obiiciatur quaſi ſalutem Deo precentur, qui è contrario illū vnum agnoſcunt ſalutis quā conſecuti ſunt authorem. Sic autē vſurpatur hoc in loco tertius caſus, vti apud Hebræos cū ל poſſeſſiuo, vt Pſal.3.b.9, ליהוה הישועה Domino ipſa ſalus, id eſt Dominus propriè ſalutis author. ſicut vbique מזמור לדוד Pſalmus Dauidi, id eſt cuius author eſt Dauid.

Super thronū, ἐπὶ τοῦ θρόνου. In pleriſque codicibus Græcis, nō iis tamē quos modò citaui, legitur, ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ſuper thronū Dei noſtri: mendoſe, vt mihi videtur.

13 Compellauit *me* ἀπεκρίθη. Sic apud Euangeliſtas ſæpenumero dicitur ἀποκρίνεσθαι qui ſermonē inchoat, vt alibi annotauimus. Vulg. & Eraſ. Et reſpondit.

14 Lauerunt ἔπλυναν. Eraſmus mendoſè legit, ἐπλάτυναν, dilatarunt.

15 Die ac nocte ἡμέρας καὶ νυκτός. Alludit ad diurna ac nocturna Leuitarum miniſteria, alioqui nulla nox eſt in cælo.

Cum eis. ἐπ' αὐτοῖς. Heb. עליהם ita vt על pro עם ponatur: niſi malimus accipere, habitabit ſuper eos, pro, præerit ipſis.

IN CAPVT VIII.

2 Qui adſtant οἳ ἑστήκασι. Id eſt qui coram eo apparent, vt miniſtri videlicet. Hæc enim vis eſt verbi עמד.

3 Thuribulum λιβανωτόν. Rectè, vt apparet ex verſ.5. Alioqui hoc vocabulo non thuribulum, ſed thus ipſum declaratur.

Cū precibus ſanctorum. ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων. Quinā ſunt hi ſancti? an qui in cælis ſunt? at illi in toto hoc libro nihil aliud quàm gratias agūt, & Deū extollūt, eo tātùm loco excepto vbi ſanguinis ſui vindicationē flagitāt Martyres. Deinde quorſum Angelus preces ipſorū offerret? Certè magna illi fieret iniuria quā non ſatis eſt nōnullis pluſquā ſeruiliter colere, & reginam miſericordiæ, dominam Angelorū, refugium miſerorum,ſpem,vitam,paradiſi portam vocare,niſi etiam flagitent vt matris iure,(proh execrandam blaſphemiam) Filio ſuo imperet. Magna,inquam, illi & omnibus triumphantis Eccleſiæ ſanctis fit iniuria, ſi Angeli alicuius miniſterio illic etiamnum indigent, qui ipſorum preces Deo offerat.Sed age abſurda iſta ſemel omittamus.Scimus Angelorum miniſterium Sanctis in hac vita degentibus eſſe deſtinatum, Heb.2.d.14.idque non vt pro diis colantur, ſed contrà vt pro bona Dei voluntate ſuo miniſterio nos adiuuent, ad Deum contendentes, ſicut ex variis Scripturæ exemplis licet intelligere.Hæc cauſa eſt cur Iohannes hac viſione(quæ Leuiticorum Sacerdotum conſuetudine adũbratur,vt pleræque etiam aliæ antiquorum Prophetarum)didicerit Sanctorum orationes,in hoc mundo ſcilicet pura illa precum& beneficentiæ ſacrificia Deo quotidie offerentium,per Angelorum miniſterium Deo offerri. Qui ſubtilius hîc volent contemplari, mirum niſi etiam Angelicam nobis aliquam Miſſam in cælo fabricent.Quorſum enim aram abſque ſacrifico?Sed vt ad rem redeã,Vetus interpres ſimpliciter conuertit,vt daret de orationibus Sanctorum omniũ ſuper altare aureum,&c.quæ interpretatio non modò eſt ambigua,ſed prorſus etiam abſurda.Eraſmus,vt daret de precationibus omnium Sanctorum,&c. quod mihi magis etiam abſurdum videtur,vel ob eam cauſam quòd in Græcis nullã præpoſitionem ſupplere poſſis quæ iſti interpretationi cõueniat.Itaque ſuppleui præpoſitionem σὺν,cuius eclipſis non modò dura non eſt,ſed etiam elegans. Deinde manifeſtè videmus Angelum ſeorſim dici multa illa thymiamata accipere quæ cum precibus Sanctorum offerat. Vnum igitur ab altero non ſeparandum quidem, ſed diſtinguendum eſt. Quorſum enim noſtræ preces, quorſum quicquid à nobis poteſt proficiſci,niſi adſit in primis vnicæ illius oblationis verè gratus odor?niſi,inquam,prius in Filio per fidem iuſtificati placeamus?Sed de his non conſtituimus hoc in loco copioſius differere.

tionibus Sanctorum omnium ſuper altare aureũ, quod eſt ante Thronũ.

4 Et aſcendit fumus incẽſorum de orationibus Sãctorum de manu Angeli coram Deo.

B 5 Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris,& miſit in terram:& facta ſunt tonitrua & voces & fulgura,& terræmotus magnꝰ.

6 Et ſeptem Angeli qui habebant ſeptem tubas,præparauerunt ſe vt tuba canerent.

7 Et primus Angelus tuba cecinit, & facta eſt grando & ignis,miſta in ſanguine:& miſſum eſt in terrã:& tertia pars terræ combuſta eſt,&tertia pars arborũ concremata eſt, & omne fœnum viride combuſtum eſt.

C 8 Et ſecundus Angelus tuba cecinit: & tanquam mõs magnus igne ardẽs, miſſus eſt in mare : & facta eſt tertia pars maris,ſanguis.

9 Et mortua eſt tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari,& tertia pars nauium interiit.

10 Et tertius Angelus tuba cecinit , & cecidit de cælo ſtella magna,ardens tãquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum,& in fontes aquarũ:

D 11 Et nomen ſtellæ dicitur Abſinthiũ: & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium: & multi hominum mortui ſunt de aquis,quia amaræ factæ ſunt.

12 Et quartus Angelus tuba cecinit,& percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ,& tertia pars ſtellarum,ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter.

13 Et vidi,& audiui vocẽ vnius aquilę volantis per medium cæli , dicentis voce magna, Væ,væ,væ habitãtibus in terra:de cæteris vocibus tubæ triũ Angelorum qui erant tuba canturi.

Cap.I X.

1 ET quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terrã,& data eſt ei clauis putei abyſſi.

2 Et aperuit puteum abyſſi:& aſcendit fumus putei,ſicut fumus fornacis magnæ:& obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei.

3 Et de fumo putei exierũt locuſtæ ĩ terrã:&data eſt illis poteſtas,ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.

4 Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ,neque omne viride,neque omnẽ arborẽ:niſi tantũ homines

Sãctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante Thronũ.

4 Aſcendit autem fumus ſuffituum,cum precibus Sãctorum , è manu Angeli ad conſpectum Dei.

5 Deinde accepit Angelus thuribulum,& impleuit illud igne altaris, abiecítque in terram:& facta ſunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus.

6 Et ſeptem Angeli qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe vt clangerent.

7 Primus igitur Angelus clanxit , & facta eſt grando & ignis miſta ſanguine:proiectáque ſunt in terram : "& tertia pars arborum exuſta eſt,& omne fœnum viride exuſtum.

8 Deinde ſecundus Angelus clanxit , & quaſi mons magnus igne ardens,proiectus eſt in mare : factáque eſt tertia pars maris, ſanguis.

9 Et mortua eſt tertia pars creaturarum quæ erant in mari , animantia *dico*,& tertia pars nauium perierunt.

10 Tum Angelus tertius clanxit,& cecidit è cælo ſtella magna,ardẽs velut fax,cecidítque in tertiam partem fluminum,& in fontes aquarum.

11 Nomen autem ſtellæ dicitur Abſinthium:verſa eſt igitur "tertia pars aquarum in abſinthium: & multi homines mortui ſunt ex aquis,quòd amaræ factæ eſſent.

12 Deinde quartus Angelus clãxit,& percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarũ:ita vt obſcuraretur tertia pars eorum,& diei non luceret pars tertia,& noctis ſimiliter.

13 Et vidi,& audiui "Angelum volantem per medium cæli, dicentem voce magna, Væ,væ,væ incolis terræ, à reliquis ſonis tubæ trium illorum Angelorum qui clangent.

Cap. I X.

1 TVm quintus Angelus clanxit,& vidi ſtellam è cælo cecidiſſe in terram:cui data eſt clauis "putei abyſſi.

2 Aperuit igitur puteum abyſſi:& aſcẽdit fumus putei,vt fumus fornacis magnæ:& obſcuratus eſt ſol & aer à fumo putei.

3 Ex fumo autem exierũt locuſtæ in terram:datáque eſt illis poteſtas qualem habent poteſtatem terreſtres ſcorpii.

4 Et ipſis eſt interdictum ne læderent gramen terræ,neque viride quicquam,neque vllam arborem : "ſed tantùm homines qui

7 Et tertia pars arborum,&c. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων,&c. Arethas,quẽ ſequitur Vetus interpres,legit, ϗ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη,καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη,καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη,id eſt,& tertia pars terræ exuſta eſt,& tertia pars arborum,&c.

11 Tertia pars aquarum τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων. Eraſmus non legit τῶν ὑδάτων, quod ego addidi ex Arethæ,Complutenſis editionis,vnius vetuſti codicis,Veteris denique interpretis authoritate. 13 Angelum ἑνὸς Ἀγγέλου.Arethas legit ἑνὸς ἀετοῦ,id eſt(vt ſuppleuit Vetus interpres)ſonum vnius aquilæ,Complutenſis codex hîc quoque cum Aretha conſentit.

IN CAPVT IX.

1 Putei abyſſi. τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου. Abyſſum vocat profundiſſimi tartari tenebras,de quibus Luc.8.d.31,& 2.Pet.2.a.4.

4 Sed ἐὰν μή. Notandus eſt vſus harum particularum pro ἀλλά,vt etiam infrà 21.d.27,aduerſus ineptos quoſdam qui quaſi Aiacis cly-

peum opponunt gratuitæ per vnam fidem iuſtificationi excerptã Pauli ſententiam ex Galat.2.c.16,quaſi tradat Apoſtolus non iuſtificari hominem ex operibus Legis niſi per fidem.Ita enim illi non tantũ imperiti,ſed etiam ſummè impudentes,locũ illum detorquẽt,& quidẽ quaſi meras demonſtrationes afferant, quum ne grãmaticam quidem vocum declarationẽ norint,nedum vt ipſum argumentũ poſſint explicare.

non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

5 Datum autem eſt eis,non vt occidant eos,ſed vt crucientur *illi* mẽſes quinque,*ſit*que cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpii quũ percuſſerit hominem.

6 Itaque per eos dies quærent homines mortem , ſed non inuenient eam:& deſiderabunt mori,ſed fugiet mors ab eis.

7 Figuræ autem locuſtarum ſimiles *erant* equis paratis ad præliũ: erántque ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum vt facies hominum.

8 Et habebant capillos vt capillos mulierum: & dentes earum, vt leonum erant.

9 Habebãt etiam loricas vt loricas ferreas: & ſonitus alarũ ipſarum vt ſonitus curruum,equis multis currentibus ad bellum.

10 Sed & habebant caudas ſimiles ſcorpionum , erántque aculei in caudis earum:& earum poteſtas *erat* nocere hominibus menſes quinque.

11 Habent autem ſibi impoſitum regem, Angelum abyſſi,cui nomen Hebraicè Abaddon,Græcè autem Apollyων,*id eſt perdens.*

12 Væ vnum abiit,& ecce veniunt adhuc duo væ poſtea.

13 Tum ſextus Angelus clanxit , & audiui vocem vnam ex quatuor ″cornibus altaris aurei,quod eſt ante oculos Dei,

14 Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor illos Angelos vinctos ad magnum Euphratis flumen.

15 Soluti ſunt igitur quatuor illi Angeli,parati ad horam & diem & menſem & annum,vt occidant tertiam partem hominum.

16 Erátque numerus equeſtris exercitus ″bis millies centena millia:nam audiui numerum eorum.

17 Itémque vidi equos per viſionem: & ipſorum ſeſſores habẽtes thoraces igneos & hyacinthinos & ſulphureos : erant autem capita equorum,vt capita leonum:& ex ore ipſorũ prodibat ignis, & fumus,& ſulphur.

18 Ab his tribus occiſa eſt tertia pars hominũ,*nempe* ab igne, & fumo & ſulphure,quæ prodibant ex ore ipſorum.

19 Poteſtas enim eorũ in ore eorũ eſt,″& in caudis earum: nã caudæ eorũ ſimiles ſunt ſerpẽtibus,habentes capita,per quæ nocent.

20 Porrò reliqui homines qui non ſunt occiſi his plagis,non reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, vt ne adorarẽt dæmonia & ſimulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea , quæ neque videre poſſunt,neque audire,neque ambulare:

21 Neque reſipuerunt ab homicidiis ſuis,neque à veneficiis ſuis, neque à ſcortatione ſua,neque à furtis ſuis.

Cap. X.

1 TVm vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo, amictum nube,in cuius capite erat iris: facies autem eius erat vt ſol,& pedes eius vt columbæ igneæ.

2 Habebátque in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare,ſiniſtrum autem ſuper terram.

qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

5 Et datum eſt illis ne occiderẽt eos: ſed vt cruciarentur mẽſibus quinque, & cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpii quum percutit hominem.

B

6 |Et in diebus illis quærent homines mortem,& non inuenient eam:& deſiderabũt mori, & fugiet mors ab eis

Supr.6.d.16
Eſa.2.d.19
Oſee 10.b.8

7 |Et ſimilitudines locuſtarum ,ſimiles equis paratis in prælium:& ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum tanquam facies hominum.

Sapien.16.b.9

8 Et habebant capillos ſicut capillos mulierum:& dentes earum,ſicut leonum erant.

9 Et habebãt loricas ſicut loricas ferreas:& vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum.

10 Et habebãt caudas ſimiles ſcorpionum,& aculei erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque.

11 Et habebant ſuper ſe regem Angelum abyſſi cui nomen Hebraicè Abadon,Græcè autem Apollyων, Latinè habens nomen Exterminans.

C

12 Væ vnum abiit,& ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.

13 Et ſextus Angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,

14 Dicentẽ ſexto Angelo qui habebat tubã,Solue quatuor Angelos, qui alligati ſũt in flumine magno Euphrate.

15 Et ſoluti ſunt quatuor Angeli ,qui parati erant in horã & diẽ & mẽſem & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.

16 Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia:& audiui numerum eorum.

17 Et ita vidi equos in viſione:& qui ſedebant ſuper eos,habebant loricas igneas,& hyacinthinas & ſulphureas: & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis,& fumus,& ſulphur.

D

18 Et ab his trib⁹ plagis occiſa eſt tertia pars hominũ,de igne & de fumo & ſulfure,quæ procedebant ex ore ipſorũ.

19 Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt,& in caudis eorum. nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus,habẽtes capita,& in his nocent.

20 Et cæteri homines qui non ſunt occiſi in his plagis,neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarũ, vt non adorarent dæmonia|& ſimulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea,quæ neque videre poſſunt,neque audire , neque ambulare,

Pſal.115.a.4, & 135.c.15

21 Et non egerunt pœnitẽtiam ab homicidiis ſuis,neque à veneficiis ſuis, neque à fornicatione ſua,neque à furtis ſuis.

Cap. X.

1 ET vidi alium Angelum fortẽ deſcendentem de cælo,amictum nube,& iris in capite eius:& facies eius erat vt ſol,& pedes eius tanquam columnæ ignis.

2 Et habebat ĩ manu ſua libellũ apertũ: & poſuit pedem ſuũ dextrũ ſuper mare,ſiniſtrum autem ſuper terram.

---

13 Cornibus κεράτων. Rurſus alludit ad aram ſuffitus,collocatam in atrio Sacerdorum eregione Arcæ fœderis,interpoſito tamẽ velo. Exod.30.a.6. 16 Bis milies centena millia. δύο μυριάδες μυριάδων. Vel,ſi recentiorum more libeat numerare,ducenties millena millia.Vulg.& Eraſ.vicies millies dena millia,quo modo nemo neque ex priſcis neque ex recentioribus loquitur.

19 Et in caudis earum: καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Hoc in plerisque codicibus deeſt, legitur tamen apud Aretham,& in Vetere editione, quibuſcum conſentiunt Complutenſis codex & alii duo ex noſtris.

3 Et clamauit voce magna, quemadmodum quum leo rugit: & quum cla-
B maſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus erã: & audiui vocem de cælo dicentẽ mihi, Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere.

Dani.12.c.7

5 Et Angelus quem vidi |ſtantem ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum,

6 Et iurauit per viuẽtem in ſecula ſe-
C culorum, qui creauit cælum & ea quę in eo ſunt, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſũt, quia tempus non erit amplius.

7 Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quũ cœperit tuba canere, cõſummabitur myſteriũ Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas.

8 Et audiui vocem de cælo iterum loquentẽ mecum, & dicentem, Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terrã

9 Et abii ad Angelum, dicens ei vt da-
D ret mihi librum. Et dixit mihi, Accipe, & deuora illum: |& faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

Ezech.2.d.9

10 Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce: & quum deuoraſſem eum, amaricatus eſt vẽter meus.

11 Et dixit mihi, Oportet te iterũ prophetare gentibus & populis, & linguis, & Regibus multis.

Cap. XI.

1 ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictũ eſt mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

2 Atrium autem quod eſt foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum eſt Gentibus: & Ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadragintaduobus.

3 Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.

4 Hi ſunt duæ oliuæ & duo candelabra in cõſpectu Domini terræ ſtãtes.

5 Et ſiquis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum, & ſiquis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.

6 Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas, conuertendi eas in ſanguinem & percutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint.

7 Et quũ finierint teſtimonium′ ſuũ, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduerſum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

3 Clamauítque voce magna, ſicut leo rugit: & quum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: ſed audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Obſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas.

5 Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, ″ſuſtulit manum ſuam ad cælum,

6 Et iurauit per eum qui viuit in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum & ea quæ ſunt in eo, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſunt, tempus non fore amplius.

7 Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quum cœperit clangere, conſummandum eſſe myſterium Dei, ſicut annuntiauit′ ſeruis ſuis Prophetis.

8 ″Et vox quam audieram è cælo, rurſum locuta eſt mecum, & dixit, Abi, & accipe libellum illum apertum *qui eſt* in manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram.

9 Abii igitur ad Angelum, dicens ei vt daret mihi libellũ. Et dixit mihi, Accipe & deuora eum: & amaritudinem afferet ventri tuo: ſed in ore tuo erit dulcis tanquam mel.

10 Accepi igitur libellum è manu Angeli, & deuoraui eum: erátque in ore meo dulcis tanquam mel. ſed quum deuoraſſem eum, amaruit venter meus.

11 Tum dixit mihi, Oportet te iterum prophetare″ coram populis, gentibus, & linguis, & Regibus multis.

Cap. XI.

1 DAtus autem eſt mihi calamus ſimilis virgæ, ″adſtitítque Angelus, dicens, Surge & metire templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.

2 Sed atrium ″quod extra templum eſt″ eiice foras, & ne metiaris illud: nam datum eſt Gentibus: & Vrbem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus.

3 Sed dabo illam duobus teſtibus meis, qui prophetabũt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.

4 Hi ſunt duæ illæ oleæ & duo candelabra in conſpectu Domini terræ poſita.

5 Quòd ſiquis velit eis nocere, ignis prodit ex ore ipſorũ q deuorat inimicos eorũ: nã ſiquis velit eis nocere, ita oportet eũ occidi.

6 Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus Prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas, conuertendi eas in ſanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotieſcunque voluerint.

7 Porrò quum finierint ″ſuum teſtimoniũ, beſtia aſcendẽs ex abyſſo, geret aduerſus eos bellum, & vincet eos, & occidet eos.

IN CAPVT X.

5 Suſtulit manum ἦρε τὴν χεῖρα. Hic erat geſtus iurantium, vt etiamnum hodie. 7 Seruis ſuis, &c. τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις, &c. Vulg. per ſeruos ſuos, perinde nimirum acſi cauſa inſtrumẽtalis ſignificetur. Hoc enim fit mihi veriſimilius quàm quod annotat Eraſmus, nempe additam fuiſſe particulã Per, quum ſcripſiſſet Vetus interpres, euãgelizauit per ſeruos ſuos. Legit enim Cõplutenſis editio τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις. 8 Et vox, &c. Καὶ ἡ φωνὴ, &c. Vulg. Et audiui vocem è cælo iterum loquentem mecum, & dicentem mihi, Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ πάλιν λαλοῦσαν μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσαν. Hoc ego verò nuſquam inuenio. quanquam quod ad ſenſum attinet, nihil intereſt.

11 Coram populis, &c. ἐπὶ λαοῖς, &c. Sic vſurpatur præpoſitio ἐπὶ, Matth.28.c.14, & 1.Tim.6.c.13.

IN CAPVT XI.

1 Adſtititque Angelus, dicens καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων. Ita reſtituo hunc locum ex Cõplutenſi codice, quum in reliquis ſcribatur dũtaxat λέγων, dicẽs, quaſi calamus ipſe hoc ſit loquutus. quod mihi nimiũ videtur abſurdũ vel per viſionẽ cogitare. Vetus interpres legit, καὶ ἐλέχθη μοι, & dictũ eſt mihi, eadẽ manẽte ſentẽtia. Sed etiãſi ſimpliciter ponatur λέγων, reſpõdebit Hebræo infinito לאמר, dicẽdo, & ad eũ referetur à quo datus eſt calamus. 2 Quod extra templũ eſt τὸ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ. Hæc eſt vera lectio quæ extat apud Arethã, & in Cõplutenſi codice. Loquitur enim de Atrio illo exteriore, quod Atriũ populi dicebatur, quoniam omnibus patebat. Eiice foras, ἔκβαλε ἔξω. Atqui intus non erat. Fateor id quidem aliquatenus. Nam Sancta & Sancta ſanctorum ab hoc atrio erant ſeiuncta, ſed tamen totum ipſum ædificiũ Tẽpli nomine ſignificabatur. Nunc verò quodammodo foras eiici dicitur quod tanquam profanum negligatur in metiendo templo. Hoc qui non conſiderarunt, putarunt legendum τὴν αὐλὴν τὴν ἔσωθεν τοῦ ναοῦ, atrium quod intra templum eſt: mendoſè id quidem. quorſum enim hoc adderetur? 7 Suum teſtimonium τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν. Id eſt, quum legationem ſuam obierint.

8 Et cadauera eorum iacebunt in plateis vrbis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & Dominus noſter crucifixus eſt.

9 Et videbunt *homines* ex tribubus, & populis, & linguis, & gẽtibus cadauera eorum per tres dies & dimidium: & cadauera eorum non ſinent poni in monumentis.

10 Et incolæ terræ gaudebunt ſuper illis, & lætabũtur: & munera mittent alii aliis: quòd hi duo Prophetæ cruciarint terræ incolas.

11 Sed poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo *prodiens* ingredietur in illos: ſtabúntque *erecti* in pedes ſuos, & timor magnus cadet ſuper eos qui ipſos ſpectarunt.

12 Deinde audierunt vocem magnam de cælo, dicentem ipſis, Aſcendite huc. Aſcenderúntque in cælum per nubem: & viderunt illos inimici eorum.

13 Factúſque eſt in illa hora terræmotus magnus: & decima pars Vrbis cecidit, & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſepties mille: & reliqui territi ſunt, & dederunt gloriam Deo cæli.

14 Væ ſecundum abiit, & ecce væ tertium veniet citó.

15 Septimus igitur Angelus clanxit, & factæ ſunt voces magnæ in cælo, dicentes, Facta ſunt regna mundi, facta ſunt *regna* Domini noſtri, & Chriſti eius, qui regnabit in ſecula ſeculorum.

16 Tum vigintiquatuor illi Senes qui in conſpectu Dei ſedent in ſedilibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorarunt Deum,

17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui venturus es: quia adeptus es poteſtatẽ tuam magnam, & regnum iniuiſti.

18 Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum vt iudicentur, & des præmium ſeruis tuis Prophetis & Sanctis, & timentibus nomen tuum, paruis & magnis: & perdas eos qui perdunt terram.

19 Tunc apertum eſt templum Dei in cælo, & viſa eſt Arca fœderis eius in templo eius: & facta ſunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

Cap. XII.

1 Viſum eſt autẽ ſignũ magnũ in cælo: Mulier amicta ſole, ſub cuius pedibꝰ erat luna, & in capite corona ſtellarũ duodecĩ:

2 Vterum ferens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pareret.

3 Viſum eſt autem aliud ſignum in cælo, & ecce, *affuit* draco magnus rufus, habens capita ſeptem & cornua decem: & in capitibus ſuis diademata ſeptem.

4 Cuius cauda trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, quas abiecit in terram. ſtetit autem is draco ante mulierem quæ erat paritura: vt quum peperiſſet, filium eius deuoraret.

5 Peperit autẽ filiũ maſculum, qui recturus erat omnes Gẽtes in virga ferrea: & raptus eſt Filius eius ad Deũ & ad Thronum eius.

6 Mulier verò fugit in ſolitudinem, vbi habet locum paratum à Deo: vt illic paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.

7 Et factum eſt prælium in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius:

8 Sed nõ obtinuerũt, neq; locus eorũ amplius inuẽtus eſt in cælo.

8 Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus eſt.

9 Et videbũt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorũ per tres dies & dimidium: & corpora eorũ nõ ſinent poni in monumentis.

10 Et inhabitantes terram, gaudebunt ſuper illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem. quoniã hi duo Prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram. C

11 Et poſt dies tres & dimidium, Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos: & timor magnus cecidit ſuper eos qui viderũt eos

12 Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis, Aſcẽdite huc. Et aſcẽderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

13 Et in illa hora factus eſt terræmotꝰ magnus. & decima pars Ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia: & reliqui in timorem ſunt miſſi. & dederũt gloriam Deo cæli.

14 Væ ſecũdum abiit: & ecce væ tertiũ veniet citó.

15 Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cælo, dicentes, Factum eſt regnum huius mũdi Domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum. D

16 Et vigintiquatuor Seniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum,

17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui vẽturus es: quia accepiſti virtutem tuã magnã, & regnaſti.

18 Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen tuum, puſillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terrã.

19 Er apertum eſt templum Dei in cælo, & viſa eſt Arca teſtamenti eius in templo eius: & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

Cap. XII.

1 Et ſignum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim:

2 Et in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.

3 Et viſum eſt aliud ſignum in cælo, & ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata ſeptem.

4 Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram: & draco ſtetit ante mulierẽ quæ erat paritura: vt quum peperiſſet, filium eius deuoraret.

5 Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes Gẽtes in virga ferrea: & raptus eſt filius eius ad Deum & ad Thronum eius. B

6 Et mulier fugit in ſolitudinẽ, vbi habet locũ paratũ à Deo vt ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.

7 Et factũ eſt præliũ in cælo, Michael & angeli eiꝰ præliabãtur cũ dracone: & draco pugnabat & angeli eius,

8 Et non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo.

---

11 Spiritus vitæ πνεῦμα ζωῆς. Heb. רוח חיים pro anima vitali. 13 Dederunt gloriam Deo ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ Vide Iohan. 9. d. 24.

IN CAPVT XII.

8 Obtinuerunt ἴσχυσαν. Sic accipitur apud Hebræos verbum יכול. Neque locus eorum amplius inuentus eſt οὔτε τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι. Id eſt, ciecti ſunt, ita vt nuſquam poſtea apparuerint in cælo. Sic loquitur Daniel 2. c. 35.

9 Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſſi ſunt.

10 Et audiui vocem magnam in cælo, dicentem, Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnúm Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum, qui accuſabat G illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

11 Et ipſi vicerũt eum propter ſanguinem Agni, & propter verbũ teſtimonii ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia deſcẽdit Diabolus ad vos, habens irã magnam, ſciens quòd modicum tempus habet.

13 Et poſtquam vidit draco quòd proiectus eſſet in terram, perſequutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum.

14 Et datæ ſunt mulieri alæ duæ, aquilæ magnę, vt volaret in deſertum in D locum ſuum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie ſerpentis.

15 Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine.

16 Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumẽ quod miſit draco de ore ſuo.

17 Et iratus eſt draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti.

18 Et ſtetit ſupra arenam maris.

Cap. XIII.

1 ET vidi de mari beſtiam aſcendẽtem, habentem capita ſeptem, & cornua decem: & ſuper cornua eius, decẽ diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ.

2 Et beſtia quã vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut vrſi, & os eius ſicut os leonis: & dedit illis draco virtutem ſuam & poteſtatem magnã.

3 Et vidi vnũ de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem: & plaga mortis eius curata eſt: & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam.

4 Et adorauerunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorauerũt beſtiam, dicẽtes, Quis ſimilis beſtiæ? B & quis poterit pugnare cum ea?

5 Et datum eſt ei os loquens magna & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas facere menſes quadragintaduos.

6 Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.

7 Et eſt datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos: & data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem.

8 Et adorauerũt eam omnes qui inhabitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, q

9 Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens ille antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit totum terrarum orbẽ. proiectus *inquam* eſt in terram, & Angeli eius cum eo proiecti ſũt.

10 Et audiui vocem magnam dicẽtem in cælo, Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnũ Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia deiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

11 Sed ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni, & propter ſermonem teſtimonii ſui, & ʹanimæ ſuæ prodigi fuerunt vſque ad mortem.

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ incolis terræ & maris: nam deſcẽdit Diabolus ad vos, iræ magnæ plenus, vt qui ſciat ſe paululum ʹtemporis habere.

13 Quum igitur vidiſſet draco quòd proiectus eſſet in terrã, perſequutus eſt mulierem quæ pepererat maſculum.

14 Sed datæ ſunt mulieri alæ duæ, aquilæ magnæ, vt volet à conſpectu ſerpentis in deſertum ʹin locum ſuum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie ſerpentis.

15 Eiecit autem ſerpens ex ore ſuo poſt mulierẽ, aquam tanquã flumen: vt eam faceret rapi à flumine:

16 Sed ſuccurrit terra mulieri, aperuítque terra os ſuum, & abſorbuit flumen quod eiecerat draco ex ore ſuo.

17 Iratus eſt igitur draco aduerſus mulierem: & abiit vt gereret bellum cũ reliquis ex ſemine eius, cuſtodientibus mandata Dei, & habentibus teſtimonium Ieſu Chriſti.

18 Stetítque ſuper arenam maris.

Cap. XIII.

1 TVm vidi beſtiam è mari aſcendentem, quæ habebat capita ſeptem & cornua decem: & ſuper cornua eius *erant* decẽ diademata: & ſuper capita eius, nomen blaſphemiæ.

2 Erátque hæc beſtia quam vidi, ſimilis pardo, & pedes eius vt *pedes* vrſi, & os eius vt os leonis: dedit autem ei draco virtutem ſuam, & Tronum ſuum, & poteſtatem magnam.

3 Et vidi vnum ex capitibus eius quaſi lethaliter cæſum: ſed ipſius ʹplaga lethalis curata eſt: & admirans vniuerſa terra, ſequuta eſt beſtiam.

4 Et adorarunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorarunt beſtiam, dicentes, Quis ſimilis beſtiæ? quis poterit pugnare cum ea?

5 Datúmque eſt ei os loquens magna & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas agendi menſes quadragintaduos.

6 Aperuit igitur os ſuum ad blaſphemiam aduerſus Deum, vt conuiciis afficeret nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.

7 Sed & datum eſt ei bellum gerere cum Sanctis, & vincere eos: & data eſt ei poteſtas in omnem tribum, & linguam, & gentem.

8 Itaque adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro vitæ Agni illius mactati *iam inde* à iactis

---

11 Animæ ſuæ prodigi fuerunt καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, & non dilexerunt animam ſuam. Eſt autem in hac formula loquendi liptote quam vocant, Hebræis familiaris, quum minus dicitur quàm intelligatur. Is enim dicitur animam, id eſt vitam, diligere, qui nihil habet hac vita charius: & è contrario, non diligere animam ſuam, qui non dubitat illam periculis exponere, quoties ita facto opus eſt. 14 In locum ſuum, εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. Id eſt in eum locum qui eſt ipſi à Domino deſtinatus, vt Act. 1. d. 25, quanuis in ſpecie prorſus diſſimili.

IN CAPVT XIII.

3 Plaga lethalis ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου. Vulg. & Eraſ. ad verbum, plaga mortis, ſeruato Hebraiſmo.

mundi fundamentis.

9 Siquis habet aurem, audiat.

10 Siquis in captiuitatem ducit, in captiuitatem abibit: ſiquis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. hîc eſt patientia & fides Sanctorum.

11 Deinde vidi aliam beſtiam aſcendentem è terra, quæ habebat cornua duo ſimilia Agni, ſed loquebatur vt draco.

12 *Ea* verò poteſtatem prioris beſtiæ omnem exercet in cõſpectu eius, & facit vt terra & ipſius incolæ adorent beſtiam illam primam, cuius curata fuerat plaga lethalis.

13 Editque ſigna magna, ″adeò vt etiã ignem faciat è cælo deſcẽdere in terram in conſpectu hominum.

14 Et ſeducit incolas terræ, propter ſigna quæ datum eſt ei vt faciat in conſpectu beſtiæ, dicens incolis terræ vt faciant imaginẽ beſtiæ quæ gladio vulnerata fuit, ſed ″reuixit.

15 Datúmque eſt ei ″vt animaret imaginẽ beſtiæ, vt etiam loquatur imago beſtiæ: & faciat vt quicũque nõ adorarint imaginem beſtiæ, occidantur.

16 Sed & facit vt omnes, parui & magni, diuites & pauperes, liberi & ſerui accipiant characterem in manu ſua dextra, aut in frontibus ſuis.

17 Et nequis poſſit emere aut vendere, niſi qui habeat characterẽ aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius.

18 Hîc ſapiẽtia eſt. Qui intelligentia præditus eſt, cõputet numerum beſtiæ: numerus enim hominis eſt, & numerus eius, ſexcenta ſexagintaſex.

Cap. XIIII.

1 TVm aſpexi, & ecce *aderat* Agnus ſtans ſuper montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentia nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.

2 Et audiui vocem è cælo tãquam vocem aquarum multarum, & tanquam ſonum tonitrui magni: & vocem audiui citharœdorum pulſantium citharas ſuas,

3 ″Et canentium quaſi canticum nouum ante thronum, & ante quatuor animalia, & Senes: neque quiſquam poterat diſcere canticum illud niſi illa centum quadragintaquatuor millia, ii *ſcilicet* qui empti ſunt de terra:

4 Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt inquinati: virgines enim ſunt. hi ſequuntur Agnum quocunque ierit: hi empti ſunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno *ſacræ*.

5 Et in quorum ore non eſt inuentus dolus: ſunt enim inculpati ante thronum Dei.

6 Deinde vidi alium Angelum volãtem per medium cæli, habẽtem Euangelium æternum, vt euangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo:

7 Dicentem magna voce, Timete Deum, & ei tribuite gloriam. nam venit hora iudicii eius: & adorate eum qui fecit cælum &

occiſus eſt ab origine mundi.

9 Siquis habet aurem, audiat.

10 Qui in captiuitatẽ duxerit, in captiuitatẽ vadit: |qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. hic eſt patientia & fides Sanctorum. C Geneſ.9.a.6 matth.26.e.52

11 Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo, ſimilia Agni, & loquebatur ſicut draco.

12 Et poteſtatem prioris beſtiæ omnẽ faciebat in conſpectu eius, & fecit terrã & habitantes in ea adorare beſtiã primã, cuius curata eſt plaga mortis.

13 Et fecit ſigna magna, vt etiam ignẽ faceret de cælo deſcendere in terram in cõſpectu hominum.

14 Et ſeducit habitantes in terra, propter ſigna quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ quæ habet plagam gladii, & vixit. D

15 Et datũ eſt illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ: & faciet vt quicunque nõ adorauerint imaginem beſtię, occidãtur.

16 Et faciet õnes puſillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & ſeruos, habere characterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis:

17 Et neq; poſſit emere aut vendere, niſi qui habet characterem aut nomẽ beſtiæ, aut numerum nominis eius.

18 Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ: numerus enim hominis eſt, & numerus eius ſexcenti ſexagintaſex.

Cap.XIIII.

1 ET vidi, & ecce Agnꝰ ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo cẽtum quadragintaquatuor millia habentes nomen eius, & nomẽ Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.

2 Et audiui vocem de cælo, tãquam vocem aquarum multarũ, & tanquã vocem tonitrui magni: & vocem quã audiui ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.

3 Et cantabant quaſi canticum nouũ ante ſedẽ, & ante quatuor animalia, & Seniores. & nemo poterat diſcere canticum, niſi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti ſunt de terra:

4 Hi ſunt qui cũ mulieribus nõ ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. hi ſequuntur Agnum, quocunque ierit: hi empti ſunt ex hominibus primitię Deo & Agno.

5 Et in ore eorum non eſt inuentum mendacium. ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. B

6 Et vidi alterum Angelum volantẽ per medium cæli, habentem Euangelium æternũ, vt euangelizaret ſedẽtibus ſuper terram, & ſuper omnẽ gentem, & tribũ, & linguam, & populũ,

7 Dicẽs magna voce, |Timete Deũ, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eiꝰ, |& adorate eũ q̄ fecit cælũ Pſal.145.b.6. Act.14.c.15

---

13 Adeò vt ἵνα. ἵνα pro ὥστε, quod & alibi ſemel annotauimus. Complutenſis tamen editio legit, conſentiente Aretha & duobus ex noſtris veteribus libris, καὶ πῦρ, ἵνα καταβαίνῃ, & vt ignis deſcendat. Ita enim hoc explicandum puto per traiectionem, cuius meminimus Rom. 11.d.31, & alia paſſim exempla occurrunt vt 1.Cor.9.c.15, & Gal.2.b.10. 14 Reuixit. ἔζησεν. Hoc dicit, quia plaga per ſe lethalis erat, ex qua quum illa conualuerit, conſequitur illam penes ſe habere vitam, ac proinde tanquam Deum adorandam.

15 Vt animaret δοῦναι πνεῦμα. Id eſt vitam inderet, nempe ſicut Iannes & Mambres Moſis prodigia imitabantur. Vulg. & Eraſ. ad verbum, vt daret ſpiritum.

IN CAPVT XIIII.

3 Et canentium καὶ ᾄδουσιν. Plena conſtructio eſt, καὶ οἱ ᾄδουσιν, & qui canebant, vt diximus ſuprà.

& terram & mare & fontes aquarũ.

8 Et alius Angelus ſecutus eſt, dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes Gentes.

Iſa.21.c.9
ierem.51.a.8
infrà.18.a.2

9 Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua,

10 Et hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure in cõſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

C

11 Et fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habẽt requiem die ac nocte, qui adorauerũt beſtiam & imaginem eius, & ſiquis acceperit characterem nominis eius.

12 Hic patientia Sanctorũ eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu.

13 Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur a modò. Iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos.

14 Et vidi, & ecce nubem candidam: & ſuper nubem, ſedentem ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.

15 Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem, Mitte falcẽ tuam & mete: quia venit hora vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ,

Ioel.3.c.23
Matth.13.e.39

D

16 Et miſit qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terram: & demeſſa eſt terra.

17 Et alius Angelus exiuit de templo quod eſt in cælo, habens & ipſe falcẽ acutam.

18 Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamauit voce magna ad eũ qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ ſunt vuæ eius.

19 Et miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineã terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum.

20 Et calcatus eſt lacus extra ciuitatẽ: & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorũ, per ſtadia mille ſexcẽta.

Cap. XV.

1 ET vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile, Angelos ſeptẽ habentes plagas ſeptem nouiſſimas, quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.

2 Et vidi tanquam mare vitreum mi-

terram & mare & fontes aquarum.

8 Et alius Angelus ſequutus eſt, dicens, Cecidit cecidit Babylon vrbs illa magna, quia vinũ ″iræ ſcortationis ſuæ potandum præbuit omnibus gentibus.

9 Et tertius Angelus ſequutus eſt illos, dicẽs voce magna, Siquis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua aut in manu ſua,

10 Bibet hic quoque ex vino iræ Dei, ″ex mero *inquam* infuſo in poculum iræ ipſius: & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

11 Et fumus cruciatus eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habebunt requiem die nec nocte, qui adorant beſtiam & imaginem eius, & ſiquis acceperit characterem nominis eius.

12 Hîc tolerantia Sanctorum eſt: hîc qui obſeruant mandata Dei, & fidem Ieſu.

13 Tunc audiui vocem è cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati poſthac mortui, ii *inquam*″ qui Domini cauſa moriuntur. Etiam dicit Spiritus ″quoniam requieſcunt à laboribus ſuis: & opera eorum ſequuntur eos.

14 Aſpexi autẽ, & ecce *aderat* nubes candida: & ſuper nubem ſedebat *quidam* ſimilis ″homini, habens in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.

15 Et alius Angelus prodiit è templo clamans voce magna ad eũ qui inſidebat nubi, Mitte falcem tuam, & mete: quia venit tibi hora vt metas: nam aruit meſſis terræ.

16 Miſit igitur is qui inſidebat nubi falcem ſuam in terram, & demeſſa eſt terra.

17 Tum alius Angelus prodiit è templo quod eſt in cælo, habens & ipſe falcem acutam.

18 Et alius Angelus prodiit ab altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem, & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia ″botros vineæ Terræ: nam maturæ ſunt vuæ eius.

19 Miſit igitur Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum.

20 Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem: exiuítque ſanguis è lacu vſque ad frænos equorum, per ſtadia mille ſexcenta.

Cap. XV.

1 DEinde vidi aliud ſignum in cælo magnum & admirabile, Angelos ſeptem habentes plagas ſeptem vltimas, quoniam per illas expleta eſt ira Dei.

2 Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni: & eos qui victo-

---

8 Iræ ſcortationis ſuæ τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς Id eſt ſcortationis ſuæ qua Deus ad iram eſt inflammatus. vel vinum iræ ſcortationis vocat, quòd iram Dei in ſe prouocent quicunque ſeſe illius ſcortatione quaſi vino inebriant.

10 Ex mero *inquam* infuſo in poculum &c. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ Vulg. quod miſtum eſt mero in calice, &c. quæ interpretatio prorſus eneruat ſententiam. Dicitur autem Græcis κεράννυσθαι quod infunditur bibituro, etiamſi non diluatur aqua aut alio potus genere, ſicut recte obſeruauit Eraſmus. Et ita etiam apud Hebræos מסך pro נסך vſurpatur.

13 Domini cauſſa ἐν Κυρίῳ Heb. ביהוה id eſt propter Dominum. Hoc enim eſt quod alibi dicitur propter iuſtitiam. Vulg. & Eraſm. ad verbum in Domino: admodum obſcurè. Quoniam requieſcunt ἵνα ἀναπαύσωνται vel, vt requieſcant. ſi referamus ad participium ἀποθνήσκοντες. Sed (vt opinor) præſtat ἵνα accipere αἰτιολογικῶς, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos כי accipitur tum pro אשר id eſt ἵνα, tum pro לפי ש id eſt διότι. vnde factum vt ἵνα pro διότι vel ἐπειδὴ acciperetur. quæ enallage à quibuſdam annotatur etiam in Græcorum Epigrammatωn libro. Et opera τὰ δὲ ἔργα Vel, opera enim, vt Vetus interpres conuertit: ita vt δὲ pro γὰρ accipiatur. quod ſæpe annotauimus. Sin minus, copulatiuam eſſe oportet. Nam pro aduerſatiua non videtur ſatis commodè poſſe explicari. ἔργα verò id eſt opera, vocat præmiũ quod bona ipſa opera conſequitur, Hebræorum more. 14 Homini, υἱῷ ἀνθρώπου Hunc Hebraiſmum alibi expoſuimus. Nolui autẽ filium hominis ad verbum interpretari, quòd, hoc vno loco excepto, nuſquam in his libris quiſquam filius hominis niſi vnus Chriſtus dicatur: hîc verò Chriſtum ipſum non ſignificari ſed Angeli ſpeciem ac formã, liquet ex proximo verſiculo. Itaque vitanda fuit amphibolia.

18 Botros vineæ terræ τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς Sic legunt Arethas, Complutẽſis codex, cum aliis duobus ex noſtris, ac Vetere etiam interprete, ac ita certe melius cohæret quod ſequitur.

riam reportarant ex beſtia & imagine eius & charactere eius, & numero nominis eius, ſtantes apud mare vitreum, & habentes citharas Dei.

3 Qui etiam cantabant canticum Moſis 'ſerui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt 'viæ tuæ, Rex Sanctorum.

4 Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuũ? nam ſolus ſanctus es. Nam omnes gentes venient, & adorabunt coram te. nam iudicia tua patefacta ſunt.

5 Et poſt hæc aſpexi, & ecce, apertum eſt templum Tabernaculi teſtimonii in cælo:

6 Et prodierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas, è templo, induti lino puro & cãdido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

7 Et vnum ex quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iræ Dei viuentis in ſecula ſeculorum.

8 Et impletum eſt tẽplum fumo *prodeunte* à maieſtate Dei, & à virtute eius: nec quiſquam poterat ingredi in templum, donec explerentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

Cap. XVI.

1 TVnc audiui vocem magnam è templo, dicentẽ ſeptem Angelis, Ite, effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

2 Abiit igitur primus *Angelus*, & effudit phialam ſuam in terram, factúmque eſt vulnus malum ac noxium in homines qui habebant characterem beſtiæ, & in eos qui adorabant imaginem eius.

3 Deinde ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, 'factúmque eſt quaſi ſanguis cadaueris, & 'quodcunque animal viuebat in mari, mortuum eſt.

4 Tum tertius Angelus effudit phialã ſuam in flumina, & in fontes aquarum, & factæ ſunt ſanguis.

5 Et audiui Angelũ 'aquarum dicentem, Iuſtus es Domine, Qui es, & Qui eras, & ſanctus, quia hæc iudicaſti:

6 Quia *inquam* ſanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderũt, & ſanguinem eis dediſti ad bibendum: digni enim ſunt.

7 Et audiui alium è Sanctuario dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua.

8 Poſtea quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datũ eſt ei æſtu affligere homines per ignem.

9 Et æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemarunt nomen Dei habentis poteſtatem in has plagas: neque reſipuerũt 'vt darent ei gloriam.

10 Tum quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper Thronum beſtiæ, & factum eſt regnum eius tenebroſum, & mandebant linguas ſuas præ dolore:

11 Et blaſphemarunt Deum cæli præ doloribus ſuis, & vlceribus ſuis, nec reſipuerunt ab operibus ſuis.

12 Tum ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum, *nempe* Euphratem, & ſiccata eſt aqua eius, vt pararetur via

ſtum igne & eos qui vicerunt beſtiã & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare vitreũ, habentes citharas Dei.

Et cantãtes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Rex ſeculorum. B Pſal.146.a.6

Quis nõ timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es. quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in cõſpectu tuo, quoniam iudicia tua manifeſta ſunt. Ierem.10.a.7

Et poſthæc vidi, & ecce apertũ eſt templum Tabernaculi teſtimonii in cælo: C

Et exierunt ſeptem Angeli, habentes ſeptem plagas, de templo, veſtiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

Et vnum de quatuor animalibus, dedit ſeptem Angelis ſeptẽ phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuẽtis in ſecula ſeculorum.

Et impletum eſt templum fumo à maieſtate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templũ, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum. D

Cap. XVI.

ET audiui vocem magnam de templo dicentem ſeptem Angelis, Ite, & effundite ſeptẽ phialas iræ Dei in terram.

Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſæuum & peſſimum in homines qui habebant characterem beſtiæ: & in eos qui adorauerunt imaginem eius.

Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens mortua eſt in mari.

Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina & ſuper fontes aquarũ, & factus eſt ſanguis.

Et audiui Angelum aquarum dicẽtẽ, Iuſtus es Domine, Qui es, & Qui eras, Sanctus quia hæc iudicaſti:

Quia ſanguinem Sanctorũ & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt. B

Et audiui alterum dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua.

Et quartus Angelus effudit phialã ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu affligere homines & igni.

Et æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomẽ Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.

Et quintus Angelus effudit phialã ſuam ſuper ſedem beſtiæ: & factum eſt regnum eius tenebroſum, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolore. C

Et blaſphemauerunt Deũ cæli præ doloribus & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiã ex operibus ſuis.

Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnũ Euphratem, & ſiccauit aqua eius, vt præpararetur via

---

IN CAPVT XV.

3 Serui Dei, δούλου τοῦ Θεοῦ. Sic vocatur Moſes κατ' ἐξοχὴν, ſicut deſcribitur Deut.34.c.10. Viæ ὁδοί. Id eſt geſta tua, ex idiotiſmo Hebræorum.

IN CAPVT XVI.

3 Factúmque eſt καὶ ἐγένετο. Id eſt verſum eſt in ſanguinẽ, & eum quidem putrem ac ſanioſum, qualis eſt in cadaueribus mortuorum. Quodcunque animal πᾶσα ψυχὴ. Heb. כל נפש Id eſt omnis anima, pro omni animante. qui Hebraiſmus hoc in loco mihi viſus eſt obſcurior. 9 Vt darent, &c. δοῦναι, &c. Vide ſuprà 11.c.13.

	Regibus ab ortu ſolis.		Regum ab Ortu ſolis *aduentantium*.
	Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modũ ranarũ.	13	Et vidi ex ore draconis & ex ore beſtiæ, & ex ore pſeudopropheta illius tres impuros ſpiritus ſimiles ranis prodeuntes.
	Sũt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, & procedũt ad Reges totius terræ, congregare illos in præliũ, ad diem magnum omnipotentis Dei.	14	Sunt enim ſpiritus dæmoniorum iî qui edunt ſigna,″quique abeũt ad Reges terræ & totius mundi, vt congregent eos ad prælium magni illius diei Dei omnipotentis.
Suprà 3.a.3 matth.24.d.44 luc.12.e.39	Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽta ſua, ne nudus ambulet, & videat turpitudinẽ ei9	15	″Ecce venio vt fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videantur verenda ipſius.
	Et congregabit illos in locũ qui vocatur Hebraicè Armageddon.	16	Cõgregarũt igitur eos ĩ locũ qui vocatur Hebraicè″Arma-gedõ.
D	Et ſeptimus Angelus effudit phialã ſuã in aërem: & exiuit vox magna de templo à Throno, dicens, Factum eſt.	17	Tum ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aërem: & prodiit vox magna è templo cæli à throno, dicens, Factum eſt.
	Et facta ſunt fulgura, & voces, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram, talis terræmotus, ſic magnus.	18	Factique ſũt ſonitus, & fulgura, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerũt ſuper terram, terræmotus *inquam* adeo magnus.
Iere.25.d.15	Et facta eſt ciuitas magna in tres partes, & ciuitates Gentiũ ceciderũt: & Babylon magna venit in memoriã ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius.	19	″Et dirupta eſt vrbs illa magna in tres partes, & ciuitates Gẽtiũ ceciderunt: & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, vt præberet ei poculum vini″indignationis iræ ſuæ.
	Et omnis inſula fugit, & mõtes nõ ſunt inuenti.	20	Et omnis inſula fugit, & montes″non ſunt inuenti.
	Et grando magna ſicut talẽtum, deſcẽdit de cælo in homines: & blaſphemauerunt Deũ homines propter plagam grãdinis: quoniam magna facta eſt vehementer. Cap. XVII.	21	Et grando magna,″quaſi talentaria, deſcendit è cælo in homines: & blaſphemarunt Deum homines, propter plagã grandinis: quoniam magna fuit plaga eius vehementer. Cap. XVII.
	ET venit vnus de ſeptem Angelis qui habebãt ſeptẽ phialas, & locutus eſt mecum, dicens, Veni, oſtendam tibi damnationẽ meretricis magnæ quæ ſedet ſuper aquas multas:	1	TVm venit vnus ex ſeptem Angelis, qui habebant ſeptẽ phialas, & loquutus eſt mecum, dicens mihi, Heus tu, oſtendam tibi dãnationẽ meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas:
	Cum qua fornicati ſunt Reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitãt terram de vino proſtitutionis eius:	2	Cum qua ſcortati ſunt Reges terræ, & cuius ſcortationis vino inebriati ſunt incolæ terræ.
	Et abſtulit me in ſpiritu in deſertũ: & vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, habẽtem capita ſeptem & cornua decem.	3	Quúmque me per ſpiritum in deſertum tranſtuliſſet, vidi mulierem inſidentẽ beſtiæ coccinæ, plenæ nominibus blaſphemiæ, habenti capita ſeptem, & cornua decem.

14 Quique abeunt ἃ ἐκπορεύεται. Sic legit Arethas, Complutenſis codex, cum aliis duobus ex noſtris: & ita legendũ eſſe res ipſa oſtendit. Eraſ. vt procedant, ἐκπορεύεσθαι. 15 Ecce venio, &c. ἰδοὺ ἔρχομαι, &c. Hîc ingenuè fateor videre me non poſſe quî conueniat totus hic verſiculus huic loco. Etſi enim in Prophetis interdũ ſoleant nõ prorſus diſſimilia occurrere, modò ſcilicet Propheta, modò Deo ipſo interloquente, tamen nihil eiuſmodi in hoc libro occurrit, niſi addita præfatione. Deinde nuſquã adhuc introductus eſt loquens Chriſtus ipſe, ad quem tamen omnino iſta referenda ſunt: niſi in prima illa viſione quæ ſeptem epiſtolas continet. Poſtremò, ſi verſiculũ proximum, id eſt 16, coniunxeris cum ſuperiore nempe cũ 14, videbis perpetuã eſſe narrationem, quæ interiectione iſtius abrũpatur. Abſit tamẽ vt ego quicquam hic audeam ex nuda coniectura. Tantùm dico, mihi omnino videri hunc verſiculum inſerendum capiti tertio poſt verſiculum 18. quî verò ſit factum vt in hunc locum irrepſerit, conîicere nondum potui. Sed & ſimilem alteram tranſpoſitionem obſeruauimus infrà 18.c.14. 16 Arma-gedon. Ἀρμα-γεδών. Heb. ערמה-גרעון pro quo corruptè legitur Ἀρμαγεδδών. & apud Arethan Ἐρμαγεδών. Dici enim nõ poteſt quàm corruptè ſcripta ſint Hebræa pleraque vocabula in Græcis exẽplaribus: vt in hoc quidem explicando mihi planè diuinandum fuerit. Eſt igitur, vt opinor, ita legendum vt nos ſcripſimus. quod etiam indicat Arethæ interpretatio: ſed admodum obſcurè, ab ערמה quod aſtutiam declarat, & גרעון ficto nomine à גרע quod excidere ſignificat, quaſi aſtutiam excidii dicas, fraude ſcilicet dæmonum Regibus & principibus ad eum locum adductis, vbi futurum eſt vt excidio pereant, vti explicatur infrà 19.d.21. Vſitatum enim eſt Hebræis ab eiuſmodi euentibus locos cognominare. & quod attinet ad γεδών quod Hebraicè diximus ſcribi גרעון, conſtat Græcos non poſſe vlla ſua litera exprimere gutturalem ע quam idcirco prætermiſerunt, ſola nominis terminatione ſeruata, ſicut à חשב fit חשבון.

19 Et dirupta eſt ἐγένετο. Heb. ויהי & facta eſt, vt Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt ad verbũ. Nam היה verbũ Græci ſolent exprimere per γίνομαι ſed ſpectandum quid cui loco cõueniat. Indignationis iræ τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς Hebraica geminatio quam alias ſæpe annotauimus. 20 Non ſunt inuenti οὐχ εὑρέθησαν. i. diſparuerunt. Sic enim Græci ſolent explicare formulam illam Hebræis familiarẽ ואינם id eſt, & non ipſi, vt Gen.5.c.24. 21 Quaſi talentaria, ὡς ταλαντιαία. Id eſt, quaſi talenti pondo, vti apud Suidã ταλαντιαῖοι λίθοι dicũtur lapides talenti põdo. & Nonius ex Siſenna baliſtas talentarias vocat, quæ nimirum lapides talenti pondo iacularentur. Duplex enim erat talentum, vnum nummarium, alterum ponderale, de quo hîc agimus: vtrunque ſexaginta minarum, id eſt ſexcentarum drachmarum pondo: vt oſtendit harum rerum, meo quidem iudicio, peritiſſimus ac eruditiſſimus ſcriptor Georgius Agricola. quanquam hoc in loco minimè videntur iſta exquiſitè expendenda: quum ingens duntaxat & inauditum grandinis pondus ſignificetur. Sed & apud Hebræos ככר interdum declarat talentum, interdum verò quod in vernaculo ſermone dicimus *une miche de pain*. vt fortaſſis ταλαντιαία grando dicatur non à pondere, ſed à magnitudine, quæ ſolidum panem æquaret.

IN CAPVT XVII.

3 Coccinæ κόκκινον. Id eſt coccino colore. Nec temerè ſanè factum eſt vt hic potiſſimum color Romanæ curiæ placuerit: quã de re non pigebit etiam noſtrum quoddam epigramma ſubnectere,

Semiuiros quicunque Patres radiante galero
    Conſpicis, & rubræ ſyrmata longa togæ:
Crede mihi, nullo ſaturatas murice veſtes,
    Diuite nec cocco pallia tincta vides.
Sed quæ rubra vides, ſanctorum cæde virorum,
    Et merſa inſonti tota cruore madent.
Aut memor iſtorum quæ celet crimina veſtis,
    Pro dominis iuſto tacta pudore rubet.

4 Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco, & inaurata auro & lapidibus pretioſis & margaritis, habens poculū aureū in manu ſua plenū abominationib⁹ & immūditia ſcortationis ſuæ.

5 Et in ″frōte ſuo nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater ſcortationum & abominationum terræ.

6 Et vidi mulierem illam ebriam ſanguine Sanctorum, & ſanguine martyrum Ieſu: & miratus ſum, quum viderem illam, admiratione magna.

7 Tunc dixit mihi Angelus, Quare miraris? ego dicam tibi myſterium mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem & cornua decem.

8 Beſtia quam vidiſti, fuit, & non eſt: & aſcenſura eſt ex abyſſo, & in exitium abitura: & mirabuntur incolæ terræ, (quorum nomina ſcripta non ſunt in Libro vitæ à iactis mūdi fundamentis) videntes beſtiam quæ erat, & non eſt, ″& tamen eſt.

9 Hîc eſt mens quæ habet ſapientiam. Septem capita, ″ſeptē mōtes ſunt ſuper quos mulier ſedet, & Reges ſeptem ſunt.

10 Quinque ceciderunt: vnus eſt, & alius nondum venit: & quum venerit, oportet illum breue tempus manere.

11 Beſtia autem quæ erat, & non eſt, is octauus eſt, & è ſeptem eſt, & in exitium abit:

12 Decem autem cornua quæ vidiſti, decem Reges ſūt, qui regnū nondum acceperunt, ſed poteſtatem tāquam Reges vna hora accipient cum beſtia.

13 Hi vnum conſilium habent, & vires ac poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.

14 Hi cū Agno pugnabūt, & Agnus vincet eos: quoniā Dominus dominorum eſt, & Rex regum: & qui cū eo ſunt, vocati, & electi, & fideles.

15 Deinde dixit mihi, Aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

16 Et decem cornua quæ vidiſti in beſtia, hi odio proſequentur meretricem, & ſolam reddent illā & nudam, & carnes eius comedent, & ipſam igne exurent.

17 Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitū eſt ei, & vt conſentiant, dentque regnum ſuum beſtiæ, donec compleantur verba Dei.

18 Et mulier quam vidiſti, eſt vrbs illa magna quæ habet regnum ſuper Reges terræ.

Cap. XVIII.

1 ET poſt hæc vidi aliū Angelum deſcendentē è cælo, habentem poteſtatem magnam: adeò vt terra reſplenduerit gloria eius.

2 Exclamauit autē ″vehemēter voce magna, dicēs, Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta eſt domiciliū dæmoniorū, & cuſtodia ōnis ſpirit⁹ īpuri, & cuſtodia ōnis volucris immūdæ & īuiſæ:

3 Quia ex ″vino iræ ſcortationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum ea ſcortati ſunt: & mercatores terræ ″opibus deliciarum eius diuites facti ſunt.

B

4 Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureū in manu ſua, plenum abominationum & immunditia fornicationis eius.

5 Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater fornicationū & abominationū terræ.

6 Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu: & miratus ſum quum vidiſſem illam, admiratione magna.

7 Et dixit mihi Angelus, Quare miraris? ego dicam tibi ſacramentum mulieris, & beſtiæ quæ portat eā, quæ habet capita ſeptem, & cornua decem.

C

8 Beſtia quā vidiſti, fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitū ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro vitæ à conſtitutione mūdi) videntes beſtiā quæ erat & non eſt.

9 Et hic eſt ſenſus qui habet ſapientiam. Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & Reges ſeptem ſunt.

10 Quinque ceciderunt, vnus eſt, alius nondum venit: & quum venerit, oportet illum breue tempus manere.

11 Et beſtia quæ erat & non eſt, & ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum vadit.

12 Et decē cornua quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquā Reges vna hora accipiunt poſt beſtiam.

D

13 Hi vnum conſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.

14 Hi cū Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regum: & qui cū illo ſunt, vocati, & electi, & fideles.

1. Tim.6.e.15
infrà 9.c.16

15 Et dixit mihi, Aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ.

16 Et decem cornua quæ vidiſti in beſtia, hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni concremabunt.

17 Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum eſt illi, vt dent regnum ſuum beſtiæ, donec cōſummentur verba Dei.

18 Et mulier quam vidiſti, eſt ciuitas magna quæ habet regnum ſuper Reges terræ.

Cap. XVIII.

1 ET poſt hæc vidi alium Angelum deſcēdentem de cælo, habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt à gloria eius.

2 Et exclamauit in fortitudine, dicēs, Cecidit, cecidit Babylō magna: & facta eſt habitatio dæmoniorū, & cuſtodia ōnis ſpiritus immūdi, & cuſtodia omnis volucris immūdæ & odibilis:

Eſa.21.c.9
ierem.51.a.8
ſuprà 14.b.8

3 Quia de vino iræ fornicationis ei⁹ biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt: & mercatores terræ de virtute deliciarū eius diuites facti ſunt.

---

8 Et tamen eſt. καίπερ ἐστί. Hanc lectionem maximè probo. Vetus tamen interpres hoc non legit. Arethas verò, Complutenſis codex, & alii duo vetuſti ſcriptum habent καὶ παρέσται, & aderit.

9 Septem montes ἑπτὰ ὄρη. Notum eſt etiam pueris de qua vrbe ſcripſerit Virgilius, Septémque vna ſibi muro circundedit arces. Illa ſcilicet quæ, quum hæc ſcriberet Iohannes, habebat regnum ſuper Reges terræ: erat & non eſt, & tamen adhuc eſt, ſed ad exitium tendit.

IN CAPVT XVIII.

2 Vehementer ἐν ἰσχύϊ. Heb. בחזקה vt nos in vernaculo ſermone dicimus *de force*. Vulg. in fortitudine. Eraſmus, nihilo melius, per fortitudinem. 3 Vino iræ, &c. ἐκ τοῦ οἴνου, &c. Vide ſuprà 14.b.8. Opibus ἐκ τῆς δυνάμεως. Siue opulentia. δύναμις enim hoc in loco idem declarat atque חיל apud Hebræos.

B Et audiui aliam vocem de cælo dicentem, Exite de illa populus meus: vt ne participes ſitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis:

Quoniam peruenerunt peccata eius vſque ad cælum, & recordatus eſt Deus iniquitatum eius.

Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum.

Isai.47.b.8

C Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo dicit, Sedeo Regina, & vidua nõ ſum, & luctũ non videbo.

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames: & igne comburetur: quia fortis eſt Dominus Deꝰ qui iudicabit illam.

Et flebunt & plangent ſe ſuper illam Reges terræ qui cum illa fornicati ſunt, & in deliciis vixerunt, quum viderint fumum incendii eius,

D Longè ſtantes propter timorẽ tormẽtorum eius, dicentes, Væ, væ, Ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam, quoniam merces eorum nemo emet amplius.

Merces auri, & argenti, & lapidis pretioſi, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & cocci & omne lignũ thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramento, & ferro, & marmore:

Et cinamomum, & odoramentorũ, & vnguẽti, & thuris, & vini, & olei, & ſimilæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarũ, & mãcipiorum, & animarum hominum.

E Et poma deſiderii animæ tuæ diſceſſerũt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te: & amplius illa iam non inuenient.

Mercatores horum, qui diuites facti ſunt, ab ea longè ſtabunt, propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes,

Et dicentes, Væ, væ, Ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioſo, & margaritis.

F Quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt,

Et clamauerunt, videntes locũ incendii eius, dicentes, Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?

4 Et audiui aliam vocem è cælo dicẽtem, Exite ex ea popule mi, ne participes ſitis peccatorũ eius, & de plagis eius ne participetis.

5 Nam ʺaccumulata peccata eius pertigerunt vſque in cælum: & recordatus eſt Deus ſcelerum eius.

6 Reddite ei ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate ei duplum ſecundum opera eius: in poculo quod propinauit, propinate ei duplum.

7 Quantum glorificauit ſeſe & luxuriata eſt, tantum date ei cruciatum & luctum: quia ʺin corde ſuo dicit, Sedeo Regina, ʺnec ſũ vidua, nec luctum ʺvidebo.

8 Ideo ʺvna die venient plagæ eius, mors & luctus, & fames: & igne exuretur: quia validus eſt Dominus Deus, qui damnabit eam.

9 Tum flebunt eam & plangent ſuper ea Reges terræ, qui cum illa ſcortati & luxuriati ſunt, quum viderint fumum incendii eius,

10 Eminus ſtantes propter timorem cruciatus eius, & dicentes, Vah, vah, Magna illa vrbs Babylon, vrbs illa valida cuius vna hora venit iudicium.

11 Sed & mercatores terræ flebunt & lugebunt ſuper ea: quoniam merces eorum nemo emit amplius.

12 Merces auri, & argenti, & lapidis pretioſi, margaritarum, byſſi, purpuræ, ſerici & cocci, & omne lignum ʺthyinum, & omne vas eburneum, & omne vas ex ligno pretioſiſſimo, & ære, & ferro, & marmore:

13 Et cinamomum, & ſuffitus, & vnguentum, & thus, & vinum, & oleum, & ſimilam, & triticum, & iumenta, & oues, & equorũ *merces*, & ʺrhedarum, & mancipiorum, & ʺanimas hominum.

14 ʺEt fructus deſiderii animæ tuæ abierunt à te: & omnia pinguia & præclara abierunt à te: nec amplius ea inuenies.

15 ʺHarum *inquam* rerum mercatores diuites facti, procul ab ea ſtabunt, propter timorem cruciatus eius, flentes ac lugentes,

16 Et dicentes, Vah, vah, Ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapidibus pretioſis, & margaritis:

17 Quînam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ? Sed & omnes gubernatores, & omnis in nauibus verſantium turba, & nautæ, & ʺquotquot ex mari quæſtum faciunt, longè ʺſtabunt:

18 Et clamabunt, videntes fumum incendii eius, & dicent, Quæ ſimilis *erat* vrbi iſti magnæ?

5 Accumulata pertigerunt ἠκολούθησαν. Vulg. & Eraſ. peruenerunt: non ſatis expreſſè. Vſus enim eſt verbo ἀκολουθεῖν, quo ſignificatur, peccata mutuò ſeſe conſequentia, & alia naſcentia ex aliis, in eum tandem cumulum excreuiſſe, vt ad cælum vſque pertigerint.

7 In corde ſuo ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Heb. בלבה pro ſecum, ſiue apud ſe. Nec ſum vidua, καὶ χήρα οὐκ εἰμί. Id eſt populoſa ſum ac potens. Eſt enim liptote Hebræis familiaris, vt diximus ſuprà 12.c.11. Videbo, οὐ μὴ ἴδω. Id eſt ſentiã & experiar, vt alibi expoſuimus ex Hebræorum idiotiſmo. 8 Vna die ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Id eſt breui, & vno eodémque tempore.

12 Thyinum, θύϊνον. Ita Vulgata editio conuertit lignum quod ab Hebræis אלמגים vocatur, 1.Reg.10.b.11. ex Græca interpretatione, vt opinor. quanuis ea quæ nunc extat ſub ſeptuaginta interpretum nomine, non θύϊνα, ſed ἀπελέκητα, id eſt non dolata, conuerterit. Dioſcorides thyini ligni meminit libro primo: ſed quid illud ſit, planè ignoro. 13 Rhedarum, ῥεδῶν. Id eſt lecticarũ, quibus Romæ etiamnũ hodie vehuntur nobilia præſertim ſcorta. Eſt autem Gallicũ vocabulum, quod poſtea vſurpatum eſt à Romanis, & tãdem ad Græcos etiam tranſiit, vt alia pleraque à nobis annotata Matth.5.d.26. Animas hominum. ψυχὰς ἀνθρώπων. Hæc verò eſt apud illos viliſſimi pretii merces, quam tamẽ Filius Dei ſuo ſanguine redimendam putauit. Vide 2.Pet.2.a.3. 14 Et fructus Καὶ ἡ ὀπώρα. Id eſt fructus illi ſuauiſſimi quos toto animo expetebas. Cæterùm idem hîc accidiſſe puto, quod ſuprà 16.c.15, vt tranſpoſitus ſit iſte verſiculus. Nã prorſus cohæret verſiculus proximus, id eſt 15, cum ſuperioribus, adeò vt prorſus ſit interrupta narratio. Quòd ſi hunc verſiculum ſubieceris verſiculo 23, tũ demum videbis quàm bene omnia cohærebunt: nempe hoc modo, Et fructus deſiderii animæ tuæ, &c. & amplius illa nõ inuenies. Sed in ea ſanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus eſt, &c. Mihi tamen religio fuit quicquam mutare, ex nuda coniectura. Hoc quidem certum eſt, valde negligenter habitum hunc librum à pleriſque, quòd de eius authoritate dubitarent, aſtutia nimirum Satanæ ſingulari, ne hæc myſteria ſuo tempore patefierent. 15 Harum *inquam* rerum mercatores Οἱ ἔμποροι τούτων. Manifeſta eſt epanalepſis, propter longum interiectum catalogum. 17 Qui ex mari quæſtum faciunt, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Ἐργάζεσθαι accipiunt Græci pro eo quod Latini dicunt, facere, vt Præconium facere, Argentariam facere, Medicinam facere, & ſimilia. Stabunt, ἔστησαν. Præteritum pro futuro, Prophetarum more.

19 Et iniecto capitibus puluere, clamabunt flentes ac lugentes, & dicētes, Vah, vah vrbs illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes qui habebāt naues in mari, pretiis eius, quæ vna hora deſolata eſt.

20 Exulta ſuper eam cælum, & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, quoniam ʹſumpſit pœnas Deus, veſtræ vltionis cauſa, de illa.

21 Tum ſuſtulit quidam Angelus fortis lapidem inſtar molæ magnæ, & proiecit in mare, dicens, Ita cum impetu proiicietur Babylon vrbs illa magna, ʹnec amplius inuenietur.

22 Et vox citharœdorū & muſicorum & tibicinum & tubarum non audietur in te amplius: nec vllus artifex cuiuſcunque artis inuenietur in te amplius: & ſonitus molæ non audietur in te amplius:

23 Et lux lucernæ nō lucebit in te amplius, & vox ſponſi & ſponſæ non audietur amplius in te, cuius mercatores erant proceres terræ, & cuius veneficiis ſeductæ ſunt ʹomnes gentes.

42 Sed in ea ſanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus eſt, & omnium qui mactati ſunt in terra.

Cap. XIX.

1 POſt hæc audiui vocem magnam turbæ multæ in cælo dicentis ʹHalleluia: ʹſalus, & honor, & gloria, & virtus Domino Deo noſtro *eſt*:

2 Quia vera & iuſta iudicia eius, & meretricem illam magnam quæ corrupit terram ſcortatione ſua, damnauit, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum ex manu eius.

3 Deinde ſecundò dixerunt, Halleluia: ʹ& fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

4 Et prociderunt vigintiquatuor Senes & quatuor animalia, & adorauerunt Deum inſidentem Throno, dicentes, Amen, Halleluia.

5 Tum vox è Throno prodiit, dicens, Laudate Deum noſtrum omnes ſerui eius, & qui timetis eum parui & magni.

6 Et audiui tanquam ſonitum turbæ multæ, & tanquam ſonitū aquarum multarum, & tanquam ſonitum tonitruorum magnorum, dicentium, Halleluia: quoniam regnauit Dominus Deus ille noſter omnipotens.

7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius parauit ſe.

8 Et datum eſt ei vt amiciatur byſſo puro, & ſplendido: byſſus enim ʹiuſtificationes ſunt Sanctorum.

9 ʹTum dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt.

10 Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. ſed dixit mihi, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum *unus* ex fratribus tuis qui habent ʹteſtimonium Ieſu. Deum adora: ʹteſtimonium enim Ieſu eſt Spiritus prophetiæ.

19 Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua: & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna in qua diuites facti ſunt omnes qui habebāt naues in mari de pretiis eius, quoniam vna hora deſolata eſt.

20 Exulta ſuper eam cælum & ſancti Apoſtoli, & Prophetæ, quoniam iudicabit Deus iudicium veſtrū de illa.

21 Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnū, & miſit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltrà iam non inuenietur. G

22 Et vox citharœdorum & muſicorum & tibia canentium & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius:

23 Et lux lucernæ nō lucebit in te amplius, & vox ſponſi & ſponſæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ: quia in veneficiis tuis errauerūt omnes gētes.

42 Et in ea ſanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.

Cap. XIX.

1 POſt hæc audiui quaſi vocem turbarum multarum in cælo dicentium Alleluia. Laus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt:

2 Quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrā in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinē ſeruorum ſuorum de manibus eius.

3 Et iterum dixerunt Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorū.

4 Et ceciderunt Seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedentem ſuper Thronum, dicentes, Amen, Alleluia.

5 Et vox de Throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius: & qui timetis eum puſilli & magni: D

6 Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniā regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.

7 Gaudeamus & exultemus & dem⁹ gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.

8 Et datū eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido: byſſinum enim, iuſtificationes ſunt Sanctorum.

9 Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei vera ſūt. Matth.22.a.2.

10 Et cecidi ante pedes eius, vt adorarē eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorū habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. Teſtimoniū enim Ieſu, eſt Spiritus prophetiæ.

20 Sumpſit pœnas veſtræ vltionis cauſa, ἔκρινεν τὸ κρίμα ὑμῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbū iudicauit veſtrum iudicium, ſeruato Hebraiſmo.

21 Nec amplius inuenietur, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. Id eſt diſparebit. Vide ſuprà 12.b.8.

23 Omnes gentes, &c. πάντα τὰ ἔθνη, &c. Vide ſuprà verſ.14.

IN CAPVT XIX.

1 Halleluia: Ἀλληλούϊα. Id eſt Laudate Dominum. Eſt autem hoc quoque vnum ex iis quæ ab iis qui ex Circunciſione crediderant, ad Græcos manarunt, & à Græcis demum ad Latinos, vt alia nonnulla. Salus ἡ σωτηρία. Vide ſuprà 7.c.10.

3 Et fumus eius, &c. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς, &c. Mihi videtur hæc particula ſuperiori verſiculo commodius poſſe attexi, poſt ἐκ χειρὸς αὐτῆς, ex manu eius.

8 Iuſtificationes τὰ δικαιώματα. Id eſt bona illa opera, quæ ſunt viuæ fidei teſtimonia.

9 Tum dixit mihi, καὶ λέγει μοι. Dixit mihi, ſcilicet Angelus ille cuius mentio facta eſt ſuperiore capite. Redit enim ad narrationem quæ intermiſſa fuerat ab huius capitis initio.

10 Teſtimonium Ieſu τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. Id eſt quibus mādatum eſt vt de Ieſu teſtificentur, ſicut paulo pòſt explicat. Significat enim ſe ex eorum numero eſſe quibus vtatur Deus ad ſignificanda Prophetis arcana Dei, quæ ipſi deinde cæteris hominibus explicent, vt diximus ſuprà 1.a.1. Teſtimonium enim Ieſu ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ. Rectè omnino. huc enim tanquam ad vnum eumque certiſſimum ſcopum feruntur omnes Prophetiæ. ex quo efficitur, eum demum eſſe verum Spiritum Prophetiæ, & à nobis audiendum, qui ad Ieſum nos adducit.

11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis & Verax, & in iuſtitia iudicat & pugnat.

C 12 Oculi autem eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe.

Eſai.63.a.1 13 Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomen eius Verbum Dei.

14 Et exercitus qui ſũt in cælo, ſequebãtur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.

15 Et de ore eius procedit gladius acutus: vt in ipſo percutiat Gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Pſal.2.c.13

16 Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Supra.17.c.14 1.tim.6.d.16

17 Et vidi vnum Angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabãt per medium cæli, Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei,

18 Vt manducetis carnes Regũ, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum & ſeruorum, & puſillorũ, & magnorũ. D

19 Et vidi beſtiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius.

20 Et apprehẽſa eſt beſtia, & cũ ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnũ ignis ardẽs ſulphure

21 Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Cap. X.

1 ET vidi Angelũ deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

2 Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquũ, qui eſt Diabolus & Satanas, & ligauit eũ per annos mille.

3 Et miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſũmentur mille anni: & poſt hæc oportet illum ſolui modico tempore.

4 Et vidi ſedes, & ſederũt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam neque imaginẽ eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus ſuis, & vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis.

11 Deinde vidi cælum apertum, & ecce *affuit* equus albus: & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis & verax, ʼ& *qui* iuſtè iudicat & pugnat.

12 Oculi autem eius *erant* tanquam flamma ignis: & in capite eius diademata multa: *habebát*que nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe.

13 Et amictus erat veſte tincta ſanguine: vocatúrque nomen eius Sermo Dei.

14 Exercitus autem qui ſunt in cælo, ſequebantur eum equis albis, veſtiti byſſo albo & puro.

15 Et ex ore eius prodibat gladius acutus: vt eo percutiat gentes. ipſe enim reget eas virga ferrea: ʼipſe enim eſt qui calcat lacum vini furoris & iræ Dei omnipotentis.

16 Habétque in veſtimento & in femore ſuo nomen ſcriptũ, Rex regum, & Dominus dominantium.

17 Tunc vidi *quendam* Angelum ſtantem in ſole, qui clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Adeſte & congregamini ad cœnam magni Dei:

18 Vt edatis carnes Regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortiũ, & carnes equorum, & eorum qui ipſis inſident, & carnes omnium liberorum ac ſeruorum, paruorum ac magnorum.

19 Deinde vidi beſtiam illam, & reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad gerendum bellum cum eo qui inſidebat equo, & cum exercitu eius.

20 Sed apprehenſa eſt beſtia, & cũ ea pſeudopropheta ille qui ediderat ſigna coram ea, quibus ſeduxit eos qui acceperũt characterem beſtiæ, & qui adorarunt imaginem eius. Viui coniecti ſunt hi duo in ſtagnum ignis, ardens ſulphure:

21 Et reliqui occiſi ſunt gladio eius qui inſidet equo, prodeunte ex ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Cap. X X

1 DEinde vidi Angelum deſcendentem è cælo, qui habebat clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

2 Et apprehendit draconem, ſerpentem inquam illum antiquũ, qui eſt Diabolus & Satanas, & vinxit eum ʼ*ad* annos mille.

3 Coniecítque eum in abyſſum, & clauſit eum, & obſignauit ʼſuper eum, vt non ſeducat amplius gentes, donec compleãtur anni mille: nam poſtea oportet eum ſolui *ad* exiguum tempus.

4 Deinde vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datũ eſt eis: ʼ& animas eorũ qui ſecuri percuſſi ſunt propter teſtimoniũ Ieſu, & propter ſermonem Dei, quíque non adorarunt beſtiam, neque imaginẽ eius, nec acceperunt characterẽ eius in frontibus ſuis, aut in manibus ſuis, ʼviuéntque & regnabũt cum Chriſto mille annis.

11 Et *qui* iuſte iudicat καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει. Subaudio particulam אשר vt hoc quoque ad nomen vel potius ad nominis explicationem pertineat. 15 Ipſe enim, &c. καὶ αὐτὸς, &c. Id eſt αὐτὸς γὰρ. Nam mirè varius eſt vſus particulæ καὶ in hoc ſcripto, nimirũ ex Hebræorum conſuetudine, qui ſuum illud ו pro omnibus penè particulis vſurpant.

IN CAPVT XX.

3 Super eum, ἐπάνω αὐτοῦ. Heb. בעדו ſicut in vernaculo ſermone dicimus, *il ferma l'huys ſur luy*, vt Gen.7.c.16. Ad annos mille χίλια ἔτη. Ad verbum, annis mille, vel per annos mille, vt in ſequenti verſiculo, μικρὸν χρόνον, id eſt exiguo tempore, ponitur pro ad exiguum tempus. quæ formula loquendi petita eſt è medio. 4 Et animas καὶ τὰς ψυχὰς &c. Hi ſunt nimirum quibus poſitæ ſunt illæ ſedes, & quibus datum eſt iudicium. quatenus ſcilicet membra capiti coniuncta ſunt, non autem quaſi Chriſti officium ad eos transferatur. Poſita ſunt igitur relatiua αὐτοῖς & αὐτοῖς ante expreſſum antecedens, Hebræorum more. acſi ſcriptum eſſet. Deinde vidi animas eorum qui ſecuri percuſſi ſunt propter teſtimonium Chriſti & propter ſermonem Dei, quique non adorarunt beſtiam neque imaginem eius, nec acceperunt eius characterem in frõtibus ſuis & manibus ſuis: & *uidi* ſedes quibus inſederunt, datúmque eſt eis iudicium. & viuent ac regnabunt. id eſt vt viuant & regnẽt, cum Chriſto mille annis. Eſt tamẽ, fateor, hic Hebraiſmus à Græcæ & Latinæ linguæ more remotiſſimus, ſed in Hebraicis ſcriptis frequẽtior quàm vt de eo ambigi poſſit. veluti Prou.13.a.4. Num.24.c.17, & alibi paſſim. Nolui tamen quicquam mutare, ne audaculus viderer. Viuéntque καὶ ἔζησαν. Connectitur hoc verbum non cum proximo verbo ἔλαβον acceperunt, ſed cum ἐκάθισαν ſede-

runt,& ἐδόθη datum eſt,ſicut paulo antè dictum fuit.Deinde obſeruandum eſt,etiam poſitum eſſe præteritum pro futuro,exProphetarum more:quod ex verſiculo ſexto liquet.

5 Reliqui verò ex mortuis nõ reuiuiſcent, donec expleti fuerint mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima.

6 Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima: in hos *enim* ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis.

7 Quum verò expleti fuerint mille anni, ſoluetur Satanas è carcere ſuo.

8 Et exibit vt ſeducat gentes quæ ſunt in quatuor ″angulis terræ, Gog & Magog, vt congreget eos in prælium: quorum numerus eſt ſicut arena maris.

9 Aſcenderunt igitur ſuper ″latitudinem terræ, & circumierunt caſtra Sanctorum, & vrbem dilectam: ſed deſcendit ignis à Deo è cælo, qui deuorauit eos.

10 Et Diabolus qui ſeducebat eos, coniectus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.

11 Tum vidi Thronum magnum candidum, & quendam ei inſidentem, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, ″quorum locus non eſt inuentus.

12 Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Dei: & libri aperti ſunt: & alius Liber apertus eſt, qui eſt *liber* vitæ: iudicatíque ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum.

13 Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoque & Infernus reddiderunt mortuos quos habebãt: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum.

14 Infernus autem ac Mors coniecti ſunt in ſtagnum ignis: quæ eſt mors ſecunda.

16 Et qui non inuentus eſt in Libro vitæ ſcriptus, coniectus eſt in ſtagnum ignis.

Cap. XXI.

1 DEinde vidi cælum nouum & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abierat: & mare non amplius extabat.

2 Et ego Iohannes vidi ſanctam vrbem Ieruſalem nouam, deſcẽdentem è cælo, à Deo paratam, vt ſponſam ornatam viro ſuo.

3 Et audiui vocem magnam è cælo, dicentem, Ecce tabernaculũ Dei *eſt* cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi populi eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.

4 Et abſterſurus eſt Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors amplius non extabit: neque luctus, neque clamor, neque dolor extabit amplius: quia prima abierunt.

5 Et dixit is qui inſidebat Throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba fidelia ſunt & vera.

6 Et dixit mihi, Actum eſt: ego ſum A & Ω, initium & finis. Ego ſitienti dabo ex fonte aquæ viuæ gratis.

7 Qui vicerit, poſſidebit oĩa: & ero ei Deus, & ipſe erit mihi filius.

8 Timidis autem, & incredulis, & ″execrabilibus, & homicidis, & ſcortatoribꝰ, & veneficis, & idololatris, & omnibꝰ mẽdacibus, ″pars

5 Cæteri mortuorum non vixerunt, donec conſummẽtur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima.

6 Beatus & ſanctus qui habet partẽ in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erũt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabũt cum illo mille annis.

7 Et quum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo.

8 Et exibit & ſeducet gẽtes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorũ numerus eſt ſicut arena maris.

C
Ezech. 39. a. 2.

9 Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierũt caſtra Sanctorum, & ciuitatem dilectam: & deſcendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos.

10 Et Diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.

11 Et vidi Thronum magnum & candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra & cælum: & locus non eſt inuentus eis.

12 Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Throni: & libri aperti ſunt, & alius ‖Liber apertus eſt: qui eſt vitæ & iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum.

D
Suprà 3. a. 5
infrà. 22. g. 27
phil. 4. a. 3.

13 Et dedit mare mortuos qui in eo erãt, & Mors & Infernus dederũt mortuos ſuos qui in ipſis erãt: & iudicatũ eſt de ſingulis ſecundũ opera ipſorũ.

14 Et Infernus & Mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis: hæc eſt mors ſecunda.

16 Et qui non inuentus eſt in Libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnũ ignis.

Cap. XXI.

1 ET ‖vidi cælum nouum, & terrã nouam: ‖primũ enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non eſt.

Iſai. 65. c. 17
& 66. g. 22
2. Pet. 3. c. 13.

2 Et ego Iohannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalẽ nouam, deſcendẽtem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſã ornatam viro ſuo.

3 Et audiui vocem magnam de Throno, dicentem, Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis: & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.

4 ‖Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra: quia prima abierunt.

Suprà. 7. d. 17.
iſai. 25. c. 8
B

5 Et dixit qui ſedebat in Throno, ‖Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe quia hæc verba fideliſſima ſũt & vera.

Iſai. 43. c. 19.
2. cor. 5. d. 17.

6 Et dixit mihi, Factum eſt. Ego ſum A & Ω, initiũ & finis. ‖Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

Suprà. 1. b. 8.
infrà. 22. c. 13.

7 Qui vicerit, poſſidebit hęc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

C

8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribꝰ, & veneficis, & idololatris, & omni-

---

8 Angulis γωνίαις, Id eſt plagis & cardinibus. Vide ſuprà 7. a. 1. 9 Latitudinem terræ τὸ πλάτος τῆς γῆς. Heb. רוחב הארץ acſi diceret, ita vt terræ ſuperficiem quantacunque eſt compleuerint. 11 Quorum locus, &c. καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Id eſt, ita vt diſparuerint. Vide ſuprà 12. b. 8.

IN CAPVT XXI.

8 Execrabilibus ἐβδελυγμένοις. Vulg. & Eraſ. ad verbum, execratis. Vide Gal. 2. c. 11. Pars τὸ μέρος. Heb. חלק, id eſt ſors & tanquam hæreditas. Redundat autem relatiuum αὐτοῖς, ex Hebræorum idiotiſmo.

bus mēdacibus, pars illorū erit in ſtagno ardēti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

9 Et venit vnus de ſeptē Angelis habētibus phialas plenas ſeptē plagis nouiſſimis: & locutus eſt mecum, dicens, Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem Agni.

10 Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi Ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo à Deo:

11 Habentem claritatē Dei: & lumen eius ſimile lapidi pretioſo tanquam lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallum.

D 12 Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael.

13 Ab Oriente, portę tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Auſtro, portæ tres: & ab Occaſu, portæ tres.

14 Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecī: & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorū Agni.

15 Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundinem auream, vt metiretur Ciuitatem & portas eius, & murum.

E 16 Et Ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo. & menſus eſt Ciuitatem de arundine per ſtadia duodecim millia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia ſunt.

17 Et menſus eſt murum eius centum quadragintaquatuor cubitorum, mēſura hominis, quæ eſt Angeli.

18 Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò Ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo.

F 19 Et fundamenta muri Ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum, iaſpis: ſecundū, ſapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, ſmaragdus:

20 Quintum, ſardonyx: ſextū, ſardius: ſeptimum, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chryſopraſus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

21 Et duodecim portę, duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: & platea Ciuitatis aurum mundum, tāquam vitrum perlucidum.

G 22 Et Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templū illius eſt & Agnus.

Eſa.60.d.19 23 ‖Et Ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

Eſa.60.a.3 24 ‖Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & Reges terræ afferent gloriam ſuam & honorem in illam.

Eſa.60.c.11 25 ‖Et portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erit illic.

26 Et afferent gloriam & honorem Gentium in illam.

27 Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationē faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in Libro vitæ Agni.

Philipp.4.a.3 ſupra 3.a.5, & 20.d.12

Cap. XXII.

1 ET oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentē de ſede Dei & Agni.

aſſignata eſt in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

9 Tum venit ad me vnus ex ſeptem illis Angelis qui habuerant ſeptem illas phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis: & loquutus eſt mecum, dicens, Veni, oſtendam tibi ſponſam vxorem Agni.

10 Et ſuſtulit me per ſpiritum in montem magnum & ſublimem, & oſtēdit mihi Vrbem magnam, ſanctam inquam illam Hieruſalem, deſcendentem è cælo à Deo:

11 Habentem gloriam Dei: & cuius lumen *erat* ſimile lapidi pretioſiſſimo, tanquam lapidi iaſpidi ″cryſtallizanti.

12 Habebat autem murum magnum & ſublimem, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael.

13 Ab Oriente *erant* portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Auſtro, portæ tres: ab Occaſu, portæ tres.

14 Et murus vrbis habebat fundamenta duodecim: in quibus *erant* duodecim nomina Apoſtolorum Agni.

15 Porrò is qui loquebatur mecum, habebat calamum aureum, vt metiretur vrbem, & portas eius, & murum eius.

16 Vrbs ipſa verò quadrangularis eſt: cuius longitudo tanta eſt quanta & latitudo. menſúſque eſt vrbem calamo, ad ſtadiorum duodecim millia: ſúntque longitudo & latitudo & altitudo eius æquales.

17 Et menſus eſt murum eius, centum quadragintaquatuor cubitorum, menſura hominis, ″quæ eſt Angeli.

18 Erat autem ſtructura muri eius ex iaſpide: ipſa verò vrbs aurū purum, *&* ſimilis vitro puro.

19 Et fundamēta muri vrbis omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum, *erat* iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, ſmaragdus:

20 Quintum, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimū, chryſopraſus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

21 Duodecim autem portæ, duodecim margaritæ ſunt: & ſingulæ portæ ex ſingulis margaritis ſunt: & ″forum vrbis, aurum purum, tanquam vitrum perlucidum.

22 Nec Templum vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens Templum illius eſt, id eſt Agnus.

23 Neque vrbs iſta eget ſole vel luna, vt luceant in ea: nam gloria Dei illuſtrauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

24 Et gentes quæ ſeruatæ fuerunt, ambulabunt ad lucem eius: & Reges terræ gloriam ſuam & honorem ad eam afferent.

25 Nec portæ eius claudentur interdiu: nox enim non erit illic.

26 Et afferetur gloria & honor Gentium ad eam.

27 Non intrabit in eam quicquam quod inquinat, aut abominādum quippiam patrat, ″vel mēdacium *loquitur:* ″ſed qui ſcripti ſunt in Libro vitæ Agni.

Cap. XXII.

1 DEinde oſtendit mihi purum fluuium aquæ viuæ, ſplendidū tanquam cryſtallum, procedentem ex Throno Dei & Agni.

---

11 Cryſtallizanti κρυσταλλίζοντι. Id eſt, cryſtalli fulgorem referenti.

17 Quæ eſt Angeli. ὅ ἐστιν ἀγγέλου. Hoc addidit, propterea quòd Angelus iſte hominis ſpeciem referebat.

21 Forum ἡ πλατεῖα. Sic vocat vrbis locum magis patentem, qui à Græcis ἀγορὰ, à Latinis forum dicitur, vt apparet infrà 22.a.2. Vulg. & Eraſ. platea, quod vocabulum latius patet. 27 Sed εἰ μή. Id eſt ἀλλά. Vide ſuprà 9.a.4.

2 ʼIn medio *autem* foro eius,& ex vtraque parte fluminis, erat arbor vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos edens fructum suum,& folia sua, ad sanitatem Gentium.

3 Nec vllum maledictum ʼerit amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & serui eius seruient ei.

4 Et videbunt faciem eius,& nomē eius in frontibus ipsorū erit.

5 Et nox illic nō erit,neque opus est eis lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illustrat eos: & regnabūt in secula seculorum.

6 Tū dixit mihi, Hæc verba fidelia sunt & vera: & Dominus Deꝰ sanctorum Prophetarum misit Angelū suū vt indicet seruis suis quæ oporteat fieri citó.

7 Ecce venio citó. beatus qui obseruat verba Prophetiæ libri huius.

8 Ego verò Iohannes *is sum* qui audiui & vidi hæc. Et quum audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat.

9 Is verò dixit mihi, Vide ne: conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius: Deum adora.

10 ʼDeinde dixit mihi, Ne obsignes verba Prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc. & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.

12 Ecce venio citò: & merces mea mecum est, vt reddam vnicuique prout opus ipsius erit.

13 Ego sum A & Ω, principium & finis, primus & vltimus.

14 Beati qui seruant mandata eius: vt sit eis ius in arbore vitæ, & per portas ingrediantur in Vrbem.

15 Foris autem *erunt* canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ, & idololatræ, & quisquis amat ac committit mendacium.

16 Ego Iesus misi Angelum meum, vt testificaretur vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis, stella splendida & matutina.

17 Et Spiritus & Sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. & qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

18 Enimuero contestor cuiuis audienti verba Prophetiæ libri huius, siquis adiecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto.

19 Et siquis abstulerit *aliquid* ex verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è Libro vitæ, & ex vrbe sancta, & ex iis quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testatur ita: etiam venio citó. Amen. Etiam veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amē.

2 In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddēs fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.

3 Et omne maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erūt, & serui eius seruient illi.

4 Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum.

5 ¦Et nox vltrà nō erit. & non egebūt lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminat illos: & regnabunt in secula seculorū. Esa.60.d.19

6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt & vera: & Dominus Deus spirituū Prophetarum misit Angelū suū ostendere seruis suis quæ oportet fieri citó. B

7 Et ecce venio velociter. beatus qui custodit verba Prophetiæ libri huius.

8 Et ego Iohannes, qui audiui & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, ¦cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat. Suprà 19.b.10

9 Et dixit mihi, Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius: Deum adora.

10 Et dicit mihi, Ne signaueris verba Prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sāctus est, sanctificetur adhuc. C

12 Ecce venio citò: & merces mea mecum est, ¦reddere vnicuique secundū opera sua. Rom.2.a.6

13 Ego sum A & Ω, ¦primus & nouissimus, principium & finis. Esa.41.b.6, & 44.a.6 suprà 1.b.8, & 21.b.6

14 Beati q lauāt stolas suas in sāguine Agni: vt sit potestas eorū in Ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatem:

15 Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

16 Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splēdida & matutina.

17 Et Spiritus & Spōsa dicūt, Veni. Et q audit, dicat, Veni. ¦Et q sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquā vitæ gratis. D Esa.55.a.1

18 Cōtestor enim omni audienti verba Prophetiæ libri huius, Siquis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.

19 Et siquis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius: auferet Deus partē eius de Libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio citó. Amē. Veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

IN CAPVT XXII.

2 In medio *autem* foro Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας. Vide suprà 21.f.21. Deinde lignum pro arbore positum est Hebræorum more.

3 Erit amplius: ἔσται ἔτι. ἐν αὐτῇ in ea repetendum est ex posteriore membro, ex Hebræorum idiotismo.

9 Vide ne: ὅρα μή. Aposiopesis, quam ego vt maximè conuenientem retinui. Vulg. & Eras. vide ne feceris.

10 Deinde dixit mihi, Καὶ λέγει μοι. Eiusmodi formula non vtuntur Græci aut Latini in mediis concionibus, sed in exordiis duntaxat. Reperies autem in Deuteronomio præsertim plurima eiusmodi exempla & apud Prophetas, perinde acsi diuersæ essent conciones: quū sæpenumero vnica tantùm recitetur. Sed & inter Euangelistas apud Marcum penè vnū hoc inuenias: cui præ cæteris etiam familiaris est multiplex ille vsus particulæ ϗ, & enallage illa tēporum à consuetudine Græci & Latini sermonis aliena. Denique, siquid in his rebus mihi iudicii est, persimilis est huius libri & Euangelii Marci character. Marcus autē & ipse dictus est Iohannes, adeò vt nisi me consensus doctorū & rationes illæ quas antè suo loco adduxi, alio me pertraherent, nulli potius quàm Iohanni Marco fuerim hoc scriptum vendicaturus.

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.D.

HARVM in Teſtamentum nouum annotationum volumen ſi finire potuiſſet author, prima eius parte excudi nondum cœpta, nonnulla ſunt, lector, quorum admonitus ex poſteriorum cum prioribus collatione ſatis in tempore fuiſſet. Sed quum ego cum illo ſcriptionem ſuam inchoante, meam itidem impreſſionem inchoauerim, & cum finiēte finiuerim, admonitiones illæ, qualeſcūque ſunt, nimis ſeræ profectò fuerunt. Quarū tamen ne tu priuareris fructu, ſi non omnes, earū ſaltem bonā partē vt in hunc locum reiiceret: ſimul verò vt & ſicubi noſtras operas id quod illis propoſuerat exemplar nō fideliter ſecutas eſſe deprehendiſſet, vna eadémque opera illos tibi locos indicaret, rogaui. Si qua tu præterea reperies non animaduerſa, aut etiamſi animaduerſa, tamē hîc non adnotata: illa tāti operis varietati, hæc autem tantæ (dum te diutius eius deſiderium ferre nolumus) feſtinationi condona. Sed & quod ad vetera Noui teſtamenti Græci exemplaria attinet, quorum fides & authoritas in his annotationibus ſæpiſſime citatur (ſunt autē cum alia, tum ea omnia quæ in Regis Gallorum bibliotheca extant) de hoc te commonefaciendum per me putauit illarum author, ſe nimirum, quum initio ea citare nominatim ſoleret, vocādo hoc, primum, illud, ſecundum, & ita deinceps: poſtea ob ſuum ea in re cum nulla tua vtilitate coniunctum tædium, illorum denominatione ſuperſediſſe, enumeratione contentum. Vale, & quo animo hi tibi ab hoc viro labores offeruntur, id eſt non ſuæ ſed gloriæ Chriſti cupido, eodem tu eos excipe. Quod ſi facies, non quid in illis iure aut iniuria poſſis reprehendere, ſed quàm multa admirari, & quanta in poſterum ab eodem authore (ſi Deus ſuas in illum dotes per integrum vitæ curriculum continuare voluerit) expectare debeas, cogitandum tibi eſſe exiſtimabis. Vale iterum.

In præfatione. Linea, vos eſſe. Scribe Damaſi Romani In Matthæo, Cap.1, verſiculo 1, linea Liber, ſcribe תולדות. Linea qui, ſcribe, promiſſionis & fidei v.18.li.lo impio. ſcr. extitiſſe quoad hypoſtaſin à Patre v.19, li.ſionem, ſcr. grauidam iudicare v.23.li.annotarit, ſcr. & hæc apoſtrophe. Cap.2, v.4.li.tinuimus. ſcr. intelligunt lictores comprehendi. v.6.li.ei. ſcr. צעיר. li.rias, ſcr. & 157. ſic infrà Iohā. 9.f.30. v.18.li.didi, ſcribe, quod Vulgata interpretatur Cap.3.v.3.li.ni.ſimul. Itaque à Cicerone v.4.li.rone. totam annotationem ſic ſcribe, Locuſtæ ἀκρίδες. Laborant plurimi in huius nominis explicatione. nos veterem interpretem ſequi non dubitauimus. Nam ſolitos fuiſſe nōnullos in Oriente locuſtis veſci, ex Plinio & aliis liquet: & à Moſe numerantur locuſtæ vbi ciborum diſcrimen explicat, vt quidem omnes Hebræum vocabulum ארבה interpretantur. Sed & in Græcia ἀκρίδας, quæcunque ſit tandē huius nominis ſignificatio, fuiſſe inter viliores cibos numeratas conſtat ex Ariſtophane in Ἀχαρνεῖς. Denique certum eſt ſignificari hoc nomine victū homini vt in montibus degēti maximè parabilem. Annotat Epiphanius κατ' Ἐβιωναίων nonnullos Iudæos deprauatè pro ἀκρίδες legiſſe ἐγκρίδες. quod nomen declarat bellaria ex melle. v.68. In contextu, ſcr. dignum iis qui reſipuerint. v.11.li.verbum, ſcr. potius quàm רחץ, olim in nouo v.14.li.καί σύ, ſcr. Vide Marcum 4.b.13. Cap.5.v.2.li.Aperto, ſcr. emphaſin nonnulli eſſe volunt. v.18.li.cat, ſcr. aliquid præterire v.19.li.θρώποις, ſcr.15.a.5. li.Chriſtus, ſcr. faciatis. Et certè planior v.22.li.pretatus, ſcr. viderit. Matthæi interpretatio Hebraica recens à Iohanne Tillio in lucem edita legit רעה, id eſt Malum, quod non probo. Maius enim eſt conuicium vocari Malum quàm Stultum. de quo tamen poſtea agitur tanquam de atrociore iniuria quàm hæc ſit. In contextu, ſcr. tenebitur gehenna. v.25.li.cors, ſcr. ὁ in ου li.veteris, ſcr. quòd εὐνοεῖν v.26.li.πος, ſcr. φραγέλλιον, λίβρα, πραιτώριον, κολώνια, ἰοῦστος, σιμικίνθια, ῥέδα. li.Taberna. ſcr. flagellum, libra, prætorium, Colonia, Iuſtus, ſemicinctia, rheda. v.37.li.qui ex his, ſcr. vnum iuriſiurandi genus v.39.li.ce, ſcr. illa inter ἄλλοις v.44.li.καταρωμένοις, ſcr.25.c.34, & 26.c.26. Cap.6.v.10.li.Etiam, ſcr. Sic, quanuis non ineptè addi poſſit quod reſpondeat alteri membro. v.14. In contextu, ſcr. offenſas ipſorum v.15. In contextu, ſcribe, hominibus ipſorum offenſas, ne Pater quidem veſter remittet *nobis* offenſas veſtras v.34.li. De Craſtino, ſcribe id eſt ἐπὶ τῆς αὔριον, vt etiam legit Clemens in Pædagogo. Cap.7.v.9.li.tiui, ſcr.12.a.11, & 2.Cor.12.f.17. v.22.li pellat, ſcr. nomine ex Hebræorum li.cunque, ſcr.1.Corinth.12.b.10. v.23.li.deſumptus, ſcr. anguſta videretur ſignificatio. Cap.8.v.5.li.Græca, ſcr. ex Luca. Sed tamen rectius fortaſſe legeris ἐπ' ἐξουσίαν, pro quo vulgò dicimus, *en authorité ou en eſtat*. cuius coniecturæ duplicem affero rationem. Neque enim ſimpliciter dixit Centurio ἐγὼ γὰρ, ſed καὶ γὰρ ἐγὼ, vt ſit hoc argumentū integrum. Non opus eſt, Domine, vt tu ipſe venias. neque enim dignus ſum cuius tectum ſubeas. Impera duntaxat, & ſanabitur puer meus. Nam ego quoque, qui tamen, ſi tecum conferar, vix vmbrā habeo alicuius imperii, quia tamē ſum præditus aliqua poteſtate, & ſeruos habeo quibus mandem quod libuerit, poſſum mandata mea per alios exequi. Deinde quod adiicit, & habeo mihi ſubiectos milites, videtur illi demum conuenire qui ſeſe dixerit aliqua præditum authoritate. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura. v.20.li.lunt, ſcr. etſi id verum eſt Cap.10.v.2.li.πρῶτος, totam annotationem ſic ſcribe, Quid ſi hoc vocabulum ab aliquo additum eſt qui Petri primatū vellet ſtabilire? nihil enim ſequitur quod cohæreat. Sed tamen hoc idem obſeruauimus alibi vſurpatum ſimili ratione, vt dicemus Mar.3.b.16. Sed & reperimus ita ſcriptum in omnibus, &c. v.5. In cōtextu, ſcr. Ieſus, & addidit eis mandata, dicens v.10.li.aliter, ſcribe deeſt ἐν ὁδῷ. v.12.li.loci, ſcr. primum ſecundum, tertium, ſextum, decimumquartum, v.14.li.tere, ſcr. ἐπ' αὐτῇ, id eſt κατ' αὐτῆς, vt apud Hom. Iliad.ζ, Τόσοι ἐπὶ Τρώεσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ ἐν πεδίῳ ἵσταντο. v.17.li.hominis, ſcr. conuentibus: quia fortaſſis Cap.11.v.17.li.ρὸν, ſcr. οἷον ἑταίροις v.19.li.tibus, ſcr. coniungatur quod etiam &c. li.tia. ſcr. vt δικαιοῦσθαι fatear v.26.li.26. Etiam, ſcr. ſe in Patris cōſilio acquieſcere v.27.li.27. Nouit, ſcr. ἐπιγινώσκει. ſed hic Cap.12.v.1.li.Neque, ſcr. dic hîc agi li.latos, ſcr. verum eſſe concederē v.25.li.quod, ſcr. etiam Pars Latinis factionem declaret. v.39. In contextu, ſcr. niſi ſignum illud Ionæ v.41.li.cipiatur, ſcr. conſuetudinem. Vide Rom.2.d.27. v.42.li.nim ſcr. adeò vt Sabæorum regionis li.habita, ſcribe Iudææ prorſus Meridionalis ſit. Cap.13.v.45. In contextu, ſcribe, cælorum cuipiam negotiatori v.46. In contextu, ſcribe inuenta quapiam magni Cap.15.v.4. In contextu, ſcr. Patrem tuum v.5.li.ctus, ſcribe, vllius vocabuli ſignificationē v.13. In contextu, ſcr. Pater ille meus v.22.li.probo, ſcribe Itaque malui craſſius v.30.lib.cata. ſcri. propriè dicuntur li.autem, ſcr. ſanos: partim quòd nuſquam legatur Cap.16.v.3.li.nis, ſcribe, ſatis placidi v.13.li.ctentur, ſcr. τοῦ ἀνθρώπου li.res. ſcr. Quia tamē apud Epiphaniū in Anchorato, & in omnibus li.γουσιν, ſcr. οἱ ἄνθρωποι li.vſurpat, ſcr. de diſtinctione hîc permutata Cap.17.v.12.li.& non ſcr. deerat præpoſitio ἐν. Cap.19.v.19.li.deinde, ſcr. fiat, vt 1.Cor.10.g.32. Cap.21.v.5.li.5. Filiæ, ſcr. Hebræis filiarum nomen v.9.li.ſtis, ſcr. mandato, Leuit.23.g.40. v.16.li.ζον, ſcribe τέλειον, id eſt quod li.taphora, ſcr. Is nempe qui v.27. In contextu, ſcr. ego dicam v.42.li.bem, ſcr. poeticum. Similis locutio occurrit 1.Cor.10.d.16. li.cum, ſcr. quod verbo ἐὶ), ſicut ſuprà annotauimus 19.a.5. li.pliciſſima, ſcr. Plerique tamen Cap.22.v.16.li.patri, ſcr. agerentur, & ipſi etiam li.Herodem, ſcr. ἐμφυλίων ε. li.nunc, ſcr. factio commemoretur v.37.li. à Vetere, ſcr. Apud Marcum autem & Lucam Cap.23.v.5.li.& γὰρ ſcr. ſignificant φυλακτήρια hoc loco quod apud v.11.li.In contextu, ſcr. extoller, deprimetur: v.14.li.prà, ſcribe expoſuimus, 3.c.12. li.rum. ſcr. quique in ſpeciem longis v.15.li.tio. ſcr. ἱμάματι ᾶ v.37. In contextu, ſcr. cogere liberos tuos Cap.24.v.32.li.ner. ſcr. Hoc enim Cap.25.v.6. In contextu, ſcr. clamor ortus eſt Cap.26.v.10. In contextu, ſcr. Quid moleſtiam exhibetis li.πολυτίμου, ſcr.10. moleſtiam exhibetis v.28. In contextu, ſcr. Noui illius teſtamenti v.37.li.pit, ſcr. ad inferos deſcendere v.39.li.peritorum, ſcr. imperitum vulgus v.50.li.ſcriptum, ſcr. vſurpetur, & apud Herodotum etiam inueniam ἐπ' οἷσι pro quamobrem. Cap.27.v.9.li.rum. ſcr. debuit totidē li.copioſe ſcr. ἀποδείξεωσι li.pro, ſcr. apparet, Ioh.16.b.17, & Act.21.c.16. v.24.li. & Eraſmus Dele hoc totum, Ego verò nuſquam legi τὸ ὠφελεῖν ita vſurpatum. Itaque rectum qui in Græco ſuppletur, expreſſi, vt conſtructionem verbi oſtenderem. v.27. In contextu, ſcr. quum abduxiſſent Ieſum v.48. In contextu, ſcr. currens quidam ex eis v.63.li.planus, ſcr. Iudæi etiamnum dicere Cap.28.v.1.li.pro, ſcr. Euſtathius. Itaque Marci 16.b.9, ſcriptum eſt πρώτῃ σαββάτου. v.14.li. ἐπὶ ſcr.1.Tim.6.c.13: & Iohannes Apoc.10.d.11.

In Marco. Cap.1.v.12.li.beius, ſcr. luctæ præparatur, ſed etiam toti v.13. In contextu, ſcr. quadraginta, tentante eum Satana li.quadraginta, ſcr. legimus. Tētante πειραζόμενος. Hoc participium v.14.li.δοῦναι, ſcr. nimirū ad quæſtionem habendam. v.23.li.eo, ſcr. ſed ita vt diſcedat Cap.2.v.1.li.Interiectis, ſcr. δι' ἡμερῶν. Sic Lucas Act.24.e.17, δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, pluribus autem annis interiectis. Vulg. poſt dies. v.4. In contextu, ſcribe, vbi erat, eóque perfoſſo v.5.li.cipi ſcr. accipi poteſt pro remiſſa ſunto, v.8. In contextu, ſcr. ita ratiocinarentur, Cap.4.v.10.li.domum, ſcr. domum vel in deſertum v.11. In contextu, ſcr. omnia iſta fiunt: v.22.li.mùm, ſcr. particulas à Græcis v.38. In contextu, ſcr. curæ quòd perimus? v.39. In contextu, ſcr. Experrectus igitur obiurgauit In contextu, ſcr. obmuteſce. Tum quieuit v.40. In contextu, ſcr. Ait autem eis, Cap.5.v.13.li.ro, ſcr. πιδαῖος. quo tamen in loco fortaſſis accipitur pro ſimilitudinis aduerbio. Cap.6.v.14.li.vo, ſcr. ἐνεργοῦσιν pro ἐνεργοῦνται accipi v.41.li.41, benedixit. ſcr. inuocauit, etiamſi ex Luca τοὺς ἄρτους commodè reperi poteſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt dicemus Luc.9.b.16. Hoc autem placuit admonere Cap.7.v.3.li.tur, ſcr. Ergo ſicut à σηῇ v.11. In cōtextu, ſcr. (id eſt dono) v.26.li.tum, ſcr. ipſam etiam Babyloniam Cap.8.v.16. In contextu, ſcr. Et diſceptabant v.17. In contextu, ſcr. Quid diſceptatis v.31.li.tium, ſcr. tertium diem exactū li.meri, ſcr. δαῖπα, pro quo Latini Cap.9.v.2.li.ſione, ſcr. quia puto lectoribus eſſe ſatiſfactum, ſuprà 8.d.21. v.34. In contextu, ſcr. alios diſceptarant in via, v.49. In contextu, ſcr. omnis oblatio Cap.10.v.20.li. iuuentute, ſcr. ὑστερῶ; quo adhuc deficior? v.30.li.bant, dele, hæc & paulo pòſt quoque verſu 30. v.43. In contextu, ſcr. ſit miniſter v.44. In contextu, ſcr. ſit omniū ſeruus.

v.51.li.tione, adde,& Iohannes non aliter quàm διδάσκαλον interpretatur 20.d.16. Cap.12.v.10. In contextu, ſcr. factus eſt caput anguli: v.42.li.duodecim,ſcr.minuta explendæ toti Cap.13.v.6.li.quod, ſcr.quaſi dicat,multi venturi ſunt. Cap.14.v.3.li.nardī, ſcr.nuſquā legi,in ea quidem ſignificatione li.eorū,ſcr.corruptè(vt alia multa vocabula) Græca v.24 In contextu,ſcr.Noui illius teſtamenti v.36. In cōtextu,ſc.Abba *id eſt* Pater v.49.Sed,ſcr.deerat.Vide ſuprà 4.c.22. v.66.li.bulum,ſcr.fortaſſis aliquot v.72.li.Budæus.ſcr. ſelegi.ac ſi dicas in vernaculo noſtro ſermone, *ſiſtant aduiſe*.Nam Cap.15.v.25.li.corruptus,ſcr.&hac nota ⌜ pingatur v.26.In cōtextu,ſcr.inſcripta *his uerbis, iſte eſt* Cap.16.v.9.li.rit,ſcr. probabilius eſt ex iis v.20.In contextu,ſcr.Domino vnà operante.

In Luca.Cap.1.v.2.li.ſtituit,ſcr.obſcurū ac fortaſſe vitioſum. lin.notauimus,ſcr.accipiamus,ſicut Epiphanius aduerſus Marcellianos diſertè interpretatur.quid ſi tamē v.3.li.maluerūt,ſcr.& perueſtigare potius li.ſpōdeat,ſcr.Alexandræ.Vide 2.Tim. 3.c.10. v.5.li.illius ſcr.Herodem illū Magnum Iudææ v.14.li.Domino,ſcr.quo ſignificatur,vt inquit Baſilius κατὰ μεθυόντων, παῖ τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι, à v.35.li.verba,ſc.malitioſè expūcta.nec dubito li.in carne,ſcr.diceretur.Vide 1.Ioh.3.a.1. v.41.li.cere,ſcr.non potuerat v.77.In cōtextu, ſcr.populo ipſius v.78.li.tatio, ſcr.Sed videtur hìc li.modo,ſcr.צמח Cap.2.v.2.li.Romano,ſcr.Theophylacto.Is autē eſt Quirinus de quo multa Corn.Tacitus libro tertio. v.14.li.conſiderarent,ſcr.εὐδοκίας coniungunt v.21.In contextu, ſcr. vt circunciderent. v.25.li. 25 Religioſus, ſcr.εὐλάβεια propriè non quēuis li.cum,ſcr.vocant.qua de re copioſius dicemus Heb.11.b.7. v.29.li.Deus,ſcr à ſe non ablegat Cap.3.v.8.In cōtextu,ſcr.dignos iis qui reſipuerint v.11.li.περιέπειν,ſcr.cap.12.g.58 Cap.4.v.18.li.vt etiam,ſcr.אסורים li.cōferre,ſcr.עורות v.33.li.afflictu,ſcr.afflatu accipias Cap.5.v.20.li.ait ei,ſcr.Heus tu,remiſſa Cap.6.v.9.lin.gi,ſcr.adiūgitur,idque,&c. v.18.In contextu,ſcr.Et qui moleſtia v.40.li.hæc,ſcr.29: Nam etiam Epiphanius κατ' Ἐβιωναίων ita legit:& explicat hunc locum, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. ἤτω δὲ κατηρτισμένος κατὰ πάντα ὁ μαθητὴς ὡς ὁ διδάσκαλος. τουτέστιν ἕτοιμος εἰς διωγμὸν καὶ κακολογίας, καὶ παῖ ὁ ποιῶ ὑποφερόμενον.Alibi tamen videtur Cap.7.v.4.li.turi,ſcr.παρέχομαι. Nā mihi nō fit veriſimile Lucā Atticorū more ſcripſiſſe παρέξει pro παρέξῃ.

Cap.9.v.25.li.cos,ſcr.εἰ μάλα τις Cap.11.v.4.li.ipſi,ſcr.vt ſit εἰ καὶ αὐτοί. v.13.li.pater,ſcr.οὐρανοῦ,quum potius. v.50.li.ידרוש,ſcribe,ידרש

Cap.12.v.48.li.alicui,ſcr.rectius.Nam præterquam quod pro cōmendare alicui & fidei committere,potius dicūt Græci παρακαταθέναι, Paulus etiam donū Spiritus ſancti eleganter vocat, 1.Tim.6.d.20,& 2.Tim.1.d.14 Sic tamen vſurpauit verbū παραθέναι noſter Lucas infrà 25.f.46, & in Actis Apoſtolorum aliquoties. Cap.13.v.4.li.men,ſcr.שלח Cap.16.v.6.lin.batos,ſcr.בת Cap.21.v.4.lin.plicanda, ſcr.מלך ארם ופקח v.6.li.Quanuis,ſcr.omittitur,tamen v.19.li.Poſſidete,ſcr. nihilominus virtute veſtra v.38.li.Hebræum, ſcribe Hebræum השכים,quaſi Cap.22.v.20.li.icere,ſcr.כל־בו li.ὑμῶν ſcr.ἐκχυνόμενον,vt legit Baſilius in Ethicis,ὅρωκα. Cap.23.v.43.li.codicibus,ſcr.locus ille ſit explicandus li.mus,ſcr.Limbum.Vide de Paradiſo 2.Cor.12.b 4. Cap.24.v.29.In contextu, ſcribe,ipſi adegerunt

In Iohanne. Cap.1.v.30.li.Theophylactus,ſcribe potius illam peccatorum omnium radicem, originale ſcilicet peccatum quod vocant, ac proinde ex conſequenti fructus quoque huius ita declarari:quod quidem peccatum in iis v.31.In cōtextu,ſcr.vt manifeſtus fiat Iſraeli, v.45.li.quod, ſcr.dicat εὐδοκεῖν eſſe Cap.2.v.6.li.ſimus,ſcr.Ex his igitur Cap.3.v.13.li.natum,ſcr.1.Cor.2.b.8. v.28.In contextu,ſcr. vt manifeſta fiant v.25.In contextu,ſcr.quæſtio quibuſdā ex diſcipulis v.31.li.γῆς,ſcr.& ea quidē eiuſmodi vt verè ſentiatur à ſolis regeneratis, Cap.4.v.6.li. Ita,ſcr.vſurpata Act.20.b.11.atque adeo apud Cap.5.v.2.li.ſione,ſcr.pluribus tubulis v.22.li.caſſe,ſcr.eſſent, quia homines v.45.li.que,ſcr.prorſus id remouet quod dicitur,ſed corrigit:quaſi diceret Chriſtus ipſos Cap.6.v.57.li.ſis,ſcr.ſequitur. Sed & res Cap.7.v.8.li.radendis,ſcr.tradendis v.22.li.eſt.ſcr.Attamen,vt Gen.4.c.15,& Oſee 2.c.14. Cap.8.v.25.li.occurrunt,ſcr. ſæpe.ὅ,τι verò v.57.li.legit,ſcr.34.Sed & Eraſmus quo minus eam lectionem amplectatur,eo Cap.9.v.3.In contextu, ſcribe opera Dei manifeſta fiant in eo. v.30.li.Enimuero,ſcr.annotauimus Matth.2.a.6. Cap.10.v.16.li.ſæpe,ſcr.Nam tria minimū inciſa v.22.li.Encænia,ſcr.Iudæos hic dies erat Cap.12.v.14.In contextu,ſcr.Nactus autem Ieſus v.38.li.38 Brachium,ſcr.זרוע יהוה Cap.13.v.21.In contextu,ſcr.commotus eſt Spiritu v.26.In contextu,ſcr.offulam dedit Iudæ filio Simonis v.27.li.vt,ſcr.videtur,aut potius pro ſuperlatiuo τάχιστα,vt dicemus Act.25.c.10. Cap.14.v.2.li.miſerè,ſcr.corrupit non animaduerſa vera diſtinctio v.3.li.bræorum,ſcr.Sed & in Latino v.19.In contextu,ſcr.adhuc paululum Cap.15.v.6.li.videtur,ſcri.cuius videlicet ea Cap.16.v.30.In contextu,ſcr.quòd noris omnia,nec opus ſit tibi Cap.17.v.6.In contextu,ſcr.Manifeſtum feci v.19.In contextu,ſcr.ſanctificati verè. Cap.18.v.1.li.1 Torrētem,ſcr.in omnibus Græcis exemplaribus Cap.21.v.1.In contextu,ſcr.manifeſtum ſe fecit rurſus,&c.manifeſtū autem ſic fecit. v.7.li. Induſium,ſcr.tunicæ vllus hìc locus relinquitur, v.14.In cōtextu,ſcr. vice manifeſtus factus eſt v.19.li.19 Qua,ſcribe,genere prædicet

In Actis Apoſtolorū. Cap 1.v.2.li.ducitur,ſcr.quod vſurpauit v.5.In cōtextu,ſcr.iſtis non multis pòſt diebus v.6.In contextu,ſcr.num tempore hoc v.18.li.care,ſcr.vt habitum exprimeret v.25.li.mini,ſcr.adiungatur, vt etiam accipitur Exod. 32.b.8. Cap.2.v.30.li.verſiculo,ſcr.2.Sam 7.b.12. li.dicitur,ſcr.33, vt quidem is locus explicari ſolet. v.46.li.Primum,ſcr.20. quanuis interdum quoque ſic accipiatur κατὰ,vt Tit.1.b.5. Cap.3.v.1.li. videbuntur,ſcr.ſignificetur horā nonam fuiſſe precationi conſecratam, v.26.li.à,ſcr.33, vt quidem pleriſque videtur. Cap.4.v.27.li.27 Verè,ſcr.באמת li.pluribus,ſcr. ישראל Cap.5.v.20.li.interdum,ſcr.fractus.Sic etiam Exod.25 עורות אלים מאדמים id eſt pelles arietum rubro tinctorum, pro, pelles arietum rubro tinctas. v.36.li. tatū,ſcr.à Sabino. li.petraret,ſcr. exulabat. Nā deſcriptio hæc,cuius tēpore exortus eſt Iudas Gaulonites,incidit in id demū tēpus quo redacta eſt Iudæa in prouinciæ formā, pulſo ſcilicet Archelao Herodis Magni filio,& Chriſto minimum annos decem nato.Origenes verò cōtra Celſum libro primo,hunc ipſum Theudam facit Chriſto antiquiorem,in eo planè mecū faciens quòd hunc à Ioſephi Theuda diſtinguat. Cap.7.v.2.li.ex,ſcr.qui initium v.6.li.tur,ſcr.quadringentos iſtos v.45.li. Gentibus,ſcr.מלפני Cap.9.v.15.li.nis,ſcr. Matth.12.b.29. Cap.10.v.9.li. quio,ſcribe breui tamen ad Cap.11.v.19.li.na,ſcr.Chryſoſtomus. Plin.lib.epiſt. decimo,de Chriſtianis loquens,Confitentes iterum ac tertiò interrogaui ſupplicium minatus,perſeuerantes duci iuſſi.Neque enim dubitabam,qualecunque eſſet quod faterentur, peruicaciam certè & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Cap.13.v.2.li.μέλλειν,ſcr.idem declarat. li.dum,ſcr.13,atque adeò ipſe Petrus v.8.li.terpretari,ſcr. 36.Sic & apud Plutarchum in problematibus Romanis, διὰ τί δὲ τῷ λεγομένῳ Ὁνώρει θύουσιν ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ. τὸ δὲ Ὁνώριμ δόξαν ἂν ἴσως ἢ τιμὴν μεθερμηνεύεσθαι. v.34.li.tiam,ſcr.etiam accipiatur li.Dauidis,ſcr.Et hæ quidem Dauidi promiſſæ v.50.li.cauſæ,Totam annotationē ſic lege,50 Religioſas & hon.σεβομένας καὶ εὐσχήμονας. Paulo antè σεβομένους vocauit veri Dei cultores: nec vſquam, vt opinor, inuenias hoc tribui ſuperſtitioſis.Itaque ſignificari puto mulieres Moſaicā Legē amplexas,quales etiā Romæ fuiſſe plurimas conqueruntur profani poetæ. Patebat igitur Iudæis aditus ad illas tanquā concitandæ ſeditioni maximè opportunas,perſuaſis videlicet maritis qui plurimū poterāt. Addit enim Lucas fuiſſe εὐσχήμονας,primariæ videlicet authoritatis. Cap.15.v.7.li.enim,ſcr.20.niſi malimus interpretari ἐν ἡμῖν pro ἡμᾶς,nos, vt Petrus plurali numero de ſe loquatur.Nam ſic cōſtruitur apud Hebræos verbum בחר v.14.li.relatiui,ſcr.quem ſi retineas li.φραστικῶς Inſere hanc annotationem, 7 Vt requirāt ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν. Hebræa veritas habet, vt poſſideant reliquias Edom. Sed idem ſenſus eſt: quū eos demū poſſideat Eccleſia qui Dominū requirunt. Videntur autē Græci interpretes pro אדום legiſſe אדם Nonnulla præterea omiſſa ſunt quæ in Græca etiā editione extant,ſed ita vt tamen de ſententia ipſa nihil detraxerit Lucas. v.20.li.Vel,ſcr.& τὸ ἀσελγεῖν li.tio, ſcr.ſuffocati.& à Græcis additum eſſe dicit Ambroſius ſcribens in caput ſecundum Epiſtolæ ad Galatas. Cap.17.v.9.In contextu, ſcr. *Qui* tamen quum ſatis accepiſſent ab Iaſone li.Qui tamē,Ita lege iſtam annotationem,Qui tamen quum ſatis accepiſſent καὶ λαβόντες τὸ ἱκανόν. Doctiſſimus Budæus & plerique eum ſequuti,hoc referunt ad ſatiſdationem IVDICIO SISTI,quibus aſſentior. Sunt autem hæc dicendi genera mutuò inter ſe coniuncta apud Iuriſconſultos,Satiſpetere,Satiſdare, & Satiſaccipere. Cætera quæ ſequuntur, expunge. v.18.li.ditionibus,ſcr.quæ ſemina populatur. v.22.li.tioſiores,ſcr.Ego verò etſi δεισιδαιμονίαν lego apud veteres plerunque in vitio poſitam , & profanam iſtam li.Dei,ſcr.procemio.putarim vſum eſſe vocabulo li.co,ſcr.hoc loco couerterim religioſum.quo modo accipitur hoc nomen apud Ariſtot.lib.Polit.5, nō autem ſuperſtitioſum. v.23.li.ignoto,ſcr. Mihi videtur melius conuenire quod Laertius in Epimenide commemorat de aris ab eo extructis,quum Athenienſium ciuitatem expiaret. v.25.lin.duobus,ſcr.authoritas.& ita etiam legit Clemens libro στρωμ.ϛ. Cap 19.v.24.li fuiſſe, ſcr.quanuis Polybius de Romanorū imaginibus diſſerens quæ in funeribus nobilium oſtētare mos erat, ναΐδια vocet quæ Plinius armaria appellat lib.35 cap.2 Sed tamē quis hæc armaria fuiſſe argentea exiſtimarit? li.nienſiū,ſcr.Et certè de nūmis accipiendum hoc eſſe,ex eo etiam liquet quòd etiamnum hodie nonnulli tum aurei tum argentei & ærei quoque inueniantur nobili artificio,in quorum vna parte πολύμαστος illa Diana inſculpta eſt in ſuo ſacrario collocata,in altera verò ſcriptum eſt ΚΟΙΝΟΝ ΕΦΕΣΙΩΝ.Sed & memini nūmū videre cuius vna pars Cæſaris Claudii imaginem, altera templi Dianæ veſtibulum referebat, addita inſcriptione,DIANA EPHES. Cap.20.v.3.In contextu,autem ei Cap.24.v.6.In contextu,ſcr.qui templum quoque Cap.26.v. 22.li.prouerbiali,ſcr.מן קטן ועד גדול Cap.27.v.13.li.ſoluiſſent, ſcr. Ita interpunge, Quum ſoluiſſent,propius præterlegebant Cretam. ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. v.16.li.mus,ſcribe, Atqui ſignificat Paulus

In Epiſtola ad Romanos. Cap.1.v.1.li.verſus,ſcr.blaſphemiam refutans v.3.li.infirma,ſcr.infirma eſt(quæ tamen infirmitas duntaxat fuit ad tempus) v.4,li.minus,ſcr.Ioh.6.g.63. v.5.li.ficati ſcr.1.Pet.1.d.22. v.6.li.id,ſcribe id eſſe quod dicitur v.7.In contextu,ſcribe, vocatis ſanctis. v.18.li.conuertendū,ſcr.accipiendū ſit verbum v.19.In contextu,ſcr.eis manifeſtū fecit. v.21.li.te,ſcr.Ioh.6,d.32,& 38.)

v.24.li.tur,ſcr.Indicat igitur hoc in loco li.alii,ſcr.Hæc igitur vitiorum v.26.li. gatur, Dele hæc verba, & Pauli methodum non ſeruat, v.31.li loſophis,ſcr.Moſis ſit illius plana. Cap.2.v.2.li.quò,ſcr.ἀλήθειαν.Spectat interiores motus Paulus, quos Deus intuetur, & hominum opiniones Diuinis v.13.li.pereundum,ſcri.iuſtitiam abſque Lege v.16.In contextu,ſcr.ex Euangelio meo v.18.In contextu,ſcr.voluntatē,& internoſcis quæ v.26.In contextu,ſcr.iura legis ſeruauerit.Et ſic quoque in annotatione reſtitue. v.29.li.particulā,ſcr. Videbatur poſcere Cap.3.v.1.li.tauit,ſcr.ſignificari ſermonis li.μὲν γὰρ ſcr.μὲν γὰρ ſequente ὅτι,quod εἰδικῶς omnino accipitur, neceſſe eſt v.4.li. Nam,ſcr.in eo cui ineſt iuſtitia v.5.li. ſtolus,ſcr.probat Scripturæ authoritas v.13.li.Ad,ſcr.ex Chalcidica dialecto v.19.li. quente,ſcr.concluſioni,quæ & ipſa li.ſubditum,ſcr.ſubditum,barbarè nec v.20.li.hoc,ſcr.nullum hominē alia Cap.4.v.11.li.1.Tim. ſcr.1.Tim.4.d.14,& Heb.7.b.9. v.12.li.rum,ſcr.Sed vtvt ſit, v.16.li.prolepſi,ſcr. μόνον, vti 1.Cor.15.c.19, ita hìc etiam per v.19.li. bus,ſcr. Emortuum v.21.In contextu,ſcr.plenè perſuaſum habens.Et ſic quoque in annotatione reponito. Cap.5.v.15.li. Vt,ſcr.vocabulo nimium v.16.li.tur,ſcr.quanuis iſta priuatio Iuſtitiæ,de qua recipienda hîc agit Apoſtolus,ab illo Adami Cap.6.v.3.li.differeret,ſcr.Neque verò finem v.10.li.dicibus,ſc.referatur ad corpus humanum li.men,ſcr.noſtris omnibus peccatis quæ v.14.li.eſt,ſcr.profligemus. idque ita eſſe explicandum liquet etiam ex Galat.5.d.23 & 24.Quomodo Cap.7.v.8.In cōtextu,ſcr.omnē cupiditatē. Cap.9.v.3.li.hominum,ſcr.& iſta in parietibus. v.11.li.cturus,ſcr.טרם v.15.li.ſco,ſcr.העמדתיך Cap.11.v.2.li.tè,ſcr.quem ſequitur v.6.li.3.ſcr.ſed etiā deprauata v.9.li.pſiſſe,ſcr.irrepſit v.31.li.bili,ſcr.annotauimus in hac ipſa particula,vt 1.Cor.9.c.15,& 2.Cor.2.b.4, Galat.2.b.10,Epheſ.3.d.17. Cap.13.v.13.In contextu,ſcr.ac proteruiis Cap.16.v.2.li.προστάτις,ſcr.προστάτης in genere v.27.li.ſcilicet,ſcr.πλεονάζει,vti redūdat αὐτῷ, Epheſ.3.d.21,& 1.Pet.2.d.24.

In epiſtola priore ad Corinthios. Cap.6.v.7.li.ri,ſcr.quidem venire ſolent Cap.7.v.6.in contextu,ſcr.non ex imperio. Cap.9.v.25.li.ma,ſcr.gymnaſtarum diæta Cap.12.v.31.In contextu,ſcr.*en* inſuper Cap.15.v.24.li.tu,ſcr.caput,ſed quæ tum erit cum eo cohæres,ac proinde non tam illi ſubiecta,quàm cum eo coniuncta,idque prorſus gratis. v.32.li.poſt,ſcr.inter ſcriptionem huius epiſtolæ

In poſteriore epiſtola ad Corinthios. Cap.2.v.5.li.adhibita, ſcr. λελύπηκεν. Excuſari tamen hoc poteſt eo quòd Paulus idem verbū coniunxit cum quarto caſu,1.Theſſ.2.b.19,& 2.Theſſ.3.b.8. Cap.4.v.11.li.tura,ſcr. Quid ſi verò exponas, Cap.6.v.16.li.ipſis,ſcr.בתוכם Cap.8.v.10.li.tiam,ſcr.ſpontaneam,abſque vllo

In epiſtola ad Galatas. Cap.1.v.6.li.ἀπὸ,ſcr.ὑπὸ τοῦ καλέσαντος Cap.2.v.16.li.tioſus.ſcr.contentioſus,quum Apoc.9.a.4,& 21.f.27.ſimili prorſus ratione eædem particulæ vſurpentur,pro ἀλλά. Cap.4.v.26.li.pulus,ſcr.idem etiam Per Hieruſalem

In epiſtola ad Epheſios. Cap 2.v.20.li.quibus,ſcr.פנות v.22.li.& alluſio,ſcr.מכון משכן Cap.3.v.10.li.Lex,ſcr.æſtimetur ex locorum Cap.4.v.10.li.los,ſcr.nec eſſe deſiiſſe, Cap.5.v.32.li.ſed,ſcr.conceſſero iſta viri & vxoris arctiſſima coniunctione adumbrari Chriſti & Eccleſiæ communionem,quo iure

In epiſtola ad Philippenſes. Cap.1.v.1.li.dam,ſcr.Deinde eos qui Eccleſiam li.diabolus,ſcr.vnà cum adminiſtratione Cap.3.v.9.li.dum,ſcr.non magis cohærere poſſe v.13.li.ἔστιν,ſcr.*il y a un poinct* Cap.4.v.12.li.hæc,ſcr.hæc ferè ſoleat omnia iſta ſecum

In epiſtola ad Coloſſenſes. Cap.1.v.15.li.Pater,ſcr.Pater,mundum condiderit li.tur,ſcr.vnius propriè Pater dicitur. Cap.2.v.18. In contextu,ſcr.Nullus voluntarius moderator de vobis ſtatuat ex li.rari,ſcr.ſicut apud Ariſtotelem

In epiſt.priore ad Theſſalonicenſes. Cap.5 v.12.li.8 Induti,ſcr.dignos videlicet quos

In epiſt.poſteriore ad Theſſal. Cap.2.v.15.li.addidit,ſcr.addidit δι' ἐπιστολῆς,per epiſtolam

In priore ad Timotheum. Cap.2.v.4 li.in,ſcr.in reprobis, apertæ li.nec,ſcr.vt par eſt:quia denique v.6.li.qui,ſcr. relinquimus. At iſta,inquiunt,oblatio eſt ἀφ' αἵματος.Rectè ſanè. v.15.li.autem,ſcr.in genere differat Cap.3.v.16.li.dit,ſcr.paratum erat cauillum

In poſteriore ad Timotheum. Cap.1.v.12.In contextu,ſcr.noui enim cui crediderim. Et ita etiam in annotatione reponito. Cap.2.v.15,li.ab iis,ſcr.inſtruere,vt plerique tradūt,quum hoc potius ad antiquam illam victimarū ſectionē ac diſtributionem pertinere videatur. Cap.3.v.8.li.lium,ſcr.Abdiæ Acta Apoſtolorum v.17.li.dant,ſcr aut fateantur miſerè decipi

In epiſtola ad Hebræos. In præfatione,li.πρὸς,ſcr.à quo ſcripta ſit hæc epiſtola Cap.2.v.8.li.tis,ſcr.vtuntur.Sunt enim futuri mundi ciues,quorum hæc eſt prærogatiua.

In epiſtola Iacobi. Cap.4.v.6.li.nibus,ſcr.ענוים

In Apocalypſi. Cap.7.v.4.In contextu,ſcr.erant obſignata v.5.In contextu,ſcr.duodecies mille,& ſic deinceps.

EXCVDEBAT ROB.
Stephanus in ſua officina, Anno
M. D. LVII. Calend. Martii.

Hebræa, Chaldæa, Græca & Latina nomina virorvm, mvliervm, popvlorvm, idolorvm, vrbivm,

ſluuiorum, montium, cæterorúmque locorum quæ in Bibliis vtriuſque Teſtamenti leguntur in Veteri interprete, cum aliquot appellatiuis Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis vocibus: adiecta eorum expoſitione & explicatione. Locorum prætereadeſcriptio ex Coſmographis.

R. STEPHANVS CHRISTIANO LECTORI S.

NEQVID Chriſtiane Lector, quod ſacra tua ſtudia iuuare queat, tibi deeſſet, abſolutis in vtrunque Teſtamentū annotationibus integris, cum noua Sanctis Pagnini verſione: perducto item ad finem nouarum atque integrarum Cōcordantiarum opere, etiam hunc libellum de Propriis nominibus quæ paſſim in Scripturis ſacris leguntur, (quem ante annos decē, ordine Alphabetico conſtruxeramus, prout in veteri interprete ſcripta ſunt ipſa nomina, non verò vt Sanctes ex Hebræo cōuertit: quorum varietatem ex collatione verſionis ipſius eregione Veteris collocatæ deprehendere licet) emendatiorem multo quàm antea, calci totius operis iſtorum Bibliorū in rem tuam addēdum putauimus. In quo præter diligentem locorum deſcriptionem ex optimis quibuſque authoribus, Ptolemæo, Plinio, Pomponio Mela, Strabone, Ioſepho, Volaterrano: & recentioribus, Iacobo Zieglero, & Vuolfgango Vueiſſemburgio, viris in hac re diligentiſſimis: ſingula nomina literis Hebraicis cum ſuis apicibus & pūctis adſcripſimus ex ſuis locis. quos ſiquādo cōferre libeat, vt ii promptius occurrant, & velut digito commonſtrentur, vltra libri & capitis indicationem, adiecimus & verſuum numerum, vt factum eſt à nobis in Concordantiis noſtris integris. Quoniam autem vetus interpres in ſcriptura iſtorum propriorum nominum vtplurimum LXX interpretes ſequutus eſt, etiā Græcis characteribus ipſa nomina ex LXX adiecimus: vt videas quibus ſuis literis conuerterint & literas Hebraicas, & illarum apices ſiue puncta: quibus caruiſſe illorum exemplaria vel hinc deprehendes, quòd eundem apicem, ſiue punctum vocalem in alias atque alias vocales conuerterūt, vt modò ex collatione Hebraicorum iſtorum nominum & Græcorum coniunctorum perſpicies. Ne autem mireris quædam appellatiua nomina, tanquam propria interſeri, hoc ideo factum eſſe ſcito, quòd Vetus interpres, vt etiam LXX nonnunquam, propria quædam nomina exiſtimauit eſſe appellatiua: cuiuſmodi, Murus fictilis pro Cir-heres, Tentatio pro Maſſa. Ad hæc, nomina quorum characteres proprii ignorabantur, quibus dictiones fuerunt conſcriptæ, D litera notauimus, quæ dubiam eſſe interpretationem indicaret: Græca autem nomina, G litera, quæ petitam eſſe à Græcis interpretationem ſignificat. Poſtremò in citandis libris Regum, vulgatum morem ſequuti ſumus, primum Regum & ſecundum inſcribentes, quos Hebræi vocant primum & ſecundum Samuelis: tertium verò & quartum Regum, qui Hebræis dicuntur primus & ſecundus Regum. In Pſalmis, vulgatum etiā numerum qui eſt LXX interpretū, notauimus. Quòd ſiquis propria nomina vt in Nouo interprete ſcripta ſunt, reperire cupiat, videat quomodo ipſa Vetus (quem habet eregione) ſcripſerit, & iuxta illius ſcripturam conſulat libellum iſtum. Fruere igitur Lector, & vale.

A A

אַהֲרֹן ἀαρών AArón, Mons ſiue Montanus: aut docens, vel cōcipiēs. Filius Amrā, exod.4.d.14, & 1.par.6.a.2

Aaronitæ, Idem, pluralis numeri. 1.para.27.c.17

אַחְסְבַּי ἀχασβαί Aaſbái, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater ſenectutis. Filius Machati, 2.reg.23.d.34

אֲבַדּוֹן ἀβαδδών Abadón, Exterminans, vel perditio. Abyſſus, apoc. 9.b.11

אֲבָנָה ἀμανά Abaná, Lapideus, vel ædificatio: ſiue pater obſecro nunc. Nomen fluuii Damaſci, 4. reg.5.d.12. Varia eſt lectio in Hebraico codice, nam legitur & אמנה

עֲבָרִים ἀβαρίμ Abarím, Tranſitus, p.n. ſiue trāſeuntes: aut furores, vel prægnantes: aut Syriacè, frumenta. Mōs eſt Moabitarum contra Iericho, ſupra Iordanem, idem ille cū montanis Arabiæ, in quorum vertice eſt mons Nebo in ſummitate Phaſga, vbi Iſraelitæ caſtra fixerāt XLI māſione Eremi, nume.21.c.11, vbi legitur Ieabarim: & 33.f.48: morte Moſis notus, nume.27.c.12.deut.32.g.49. Teſtatur Hieronymus in locis Hebr. oſtendi Abarim, aſcendētibus de Libyade in Heſebon antiquo vocabulo iuxta montem Phogor, nomen priſtinum retinentem, à quo circa eum regio vſque nunc appellatur Phaſga.

ἀβιεράμ Abaron, Idē, ſingularis numeri: vel robur, aut fortitudo. D. Filius Mathathiæ filii Iohannis, 1.machab. 2.a.5

Abacuc, Vide Habacuc.

אַבָּא ἀββᾶ Abbá, Pater, Syrum eſt. marc. 14.d.36.rom.8.c.15. gal.4.a.6

עַבְדָּא ἀβδᾶ ἢ ἀβδίας Abda, Seruus, aut ſeruitus: vel ex Hebræo & Syro, nubes iſta. Pater Adonirā, 3.reg.4.a.6, & 2.eſd.11.c.16

עַבְדִּי ἀβδί Abdai, Seruus aut ſeruitus: vel nubes abundans. Pater Cis Leuitæ, 2.paral.29.c.11

Abdeél, Seruus Dei, vel nubes abundantiæ Dei. Pater Selemiæ, ierem.36.f.26 עַבְדְּאֵל ἀβδεήλ

Abde-mélech, Seruus regis, vel ſeruus conſilii. Nomen AEthiopis cuiuſdam eunuchi, ierem.38.b.8 עֶבֶד־מֶלֶךְ ἀβδεμέλεχ

Abdenagó, Seruus claritatis, vel ſeruus anxius, aut faciēs ſplendorem. Nomē viri qui & Azarias dicitur, danie.1.b.44 עֲבֵד נְגוֹ ἀβδεναγῶ

Abdí, Seruus meus, aut ſeruitus, vel nubes abūdās. Filius Maloch filii Azabiæ, 1.paral.6.d.7 עַבְדִּי ἀβδί

Abdiás, Seruus Domini. Diſpenſator domus regis Achab, 3.reg.18.a.3, & 2.paral.34.c.12. Propheta item, abd.1.a.1 עֹבַדְיָה ἀυδίας ἀβδιοῦ

Abdiél, Seruus Dei, aut nubes abundantiæ Dei. Filius Guni è tribu Gad, 1.paral.5.b.15 עַבְדִּיאֵל ἀβδιήλ

Abdón, Seruus aut nubes iudicii. Filius Michai ſiue Micha, 2.paral.34.b.19: qui 4.reg.22.c.12, Achobor dicitur. Nomē item ciuitatis in tribu Aſer, ioſue 21.c.30. & 1.paral.6.g.74. Fuit & nomen iudicis in Iſrael, iud. 12.d.12 עַבְדּוֹן ἀβδώμ ἀβδών

Abed, Seruus vel operarius. Nomē viri, 1.eſd.8.a.6 עֶבֶד ὠβὴδ

Abél per א, Luctus. Ciuitas quæ (vt Hieronymus inquit) duodecim à Gadaris miliaria, Orientē verſus, diſtat, 1.reg.6.d.18, & 3.reg.15.d.20, & 4.re.15.f.29. Eſt & villa in ſeptimo Philadelphiæ lapide, vbi Iephte cum Ammonitis manum conſeruit. אָבֵל ἀβέλ

Abel per ה in principio, Vanitas, ſiue anhelitus: aut Syriacè, vapor. Filius Adam, gen.4.a.2 הֶבֶל ἄβελ

Abéla, Luctus. Nomen vrbis, 2.reg.20.e.15, quæ & Abel. Vide paulo antè: tātum ה eſt additum ad motū. אָבֵלָה ἀβηλά

Abél máin, Luctus aquarum. Ciuitas, quā (vt narrat hiſtoria Paralipomenon (2. paralip. 16. b. 4) rex אָבֵל מַיִם ἀβελμαείμ

Aſa per Benadab Syrum expugnauit,3.reg.15.d.20

אָבֵל־מְחוֹלָה ἀβελμολά Abél mehulá,Luctus infirmitatis,aut luctus chori, vel tympani:ſiue ex Hebræo & Syro,luctus veniæ. Nomen loci,iudic.7.f.22,& 3.reg.4.b.10, & 19.c.16. Hieronymus in locis Hebraicis ait vicum eſſe in Aulone.

אָבֵל הַשִּׁטִּים ἀβιλσαττίμ Abél-ſatím,Luctus ſpinarum,ſiue declinationum, aut præuaricationum.Non procul à Iordane locus in deſerto ad Meridiē Moabitarum,nume.33.f.49. Illic fuit XLII manſio Iudæorum. Dicitur & Sitim ſiue Setim,nume.25.a.1

אֶבֶן בֹּהַן λίθος βαάν Aben-bóen, Lapis pollicis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci,ioſ.18.c.17

אֶבֶץ ἀεβής Abes,Ouum,ſiue cœnoſus,aut lineus.Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.20

אִבְצָן ἐβεσάν Abeſán,Pater ſcuti,aut patris ſcutum vel arma,aut pater frigiditatis.Nomen iudicis in Iſrael de Beth-lehem,iudic.12.c.8

אַבְשָׁלוֹם ἀβεσαλώμ Abeſſalóm, Pater pacis,ſiue pater cōſummationis, ſiue pater retributionis,aut patris pax,ſiue patris conſūmatio,ſiue patris retributio.Pater Maacha,ſiue Michai matris Abiam,3.reg.15.a.2:qui 2.paral.13.a.2, dicitur Vriel.

אֲבַגְתָא ἀβαγαθά Abgathá, Pater torcularis,vel patris torcular. Eunuchus Aſſueri regis Perſarum,eſth.1.b.10

אֲבִי ἀβί Abi,Pater meus.Mater Ezechiæ regis Iudæ,4.reg.18.a.2:quæ 2.paral.29.a.1,dicitur Abia.

אֲבִיָּה ἀβιά Abiá,Pater Domini,aut voluntas Domini.Mater Ezechiæ regis Iudæ,2.par.29.a.1:quæ 4.reg.18.a.2, dicitur Abi. Filius Samuelis prophetæ, 1.reg. 8.a.2, & 1.paral.6.b.29. Filius item Roboam,1.paral.3.b.10:qui 3.regū. 14. g.31,dicitur Abiam iuxta quædam exemplaria Hebræa. Vxor Eſron filii Phares,1. paralip. 2.c.24.Filius item Ieroboam,3.reg.14.a.1

אֲבִי־עַלְבוֹן ἀβὶ ἀλβών Abí-albó, Pater ſuperintelligēs, aut pater ſuperædificans:aut ex Hebræo & Syro,pater iniuriæ. Nomē viri,2.reg.23.d.30:qui 1.paral.11.f.32,dicitur Abiel.

אֲבִיָּם ἀβία Abiám,Pater maris.Filius Roboam,3.reg.14.g.31 & 15.a.1:qui Abia,1.para.3.b.10,dicitur.

vel אֲבִיסָף אֲבִיאָסָף ἀβιασάφ Abiaſaph, ſiue Abiſáph, Pater congregans, ſiue pater conſummans vel finiens.Filius Core,1.para.6.c.33 & 9.c.19.exod.6.d.24.Filius Elcanæ,1.para.6.b.23, & 9.c.19

אֶבְיָתָר ἀβιάθαρ Abiathár,Pater excellēs,aut pater reſidui vel remanentis: ſiue pater explorationis vel contemplationis, aut pater funiculi.Filius Achimélech ſacerdotis,1.reg.22.d.21,& ipſe Achimélech,marc.2.d.26

אֲבִידָע ἀβιδά Abidá,Pater ſcientiæ,vel ſciētia patris.Filius Madian filii Abrahæ,gene.25.a.4

אֲבִידָן ἀμιδάν Abidán,Pater iudicii:aut ex Hebræo & Syro, pater meus iſte.Filius Gedeonis,nume.1.b.11

אֲבִיאֵל ἀβιήλ Abiél,Pater meus Deus.Filius Seror,1.reg.9.a.1.Pater Ner,1.reg.14.g.50.Nomē item cuiuſdam alterius, 1.paral.11.f.32:qui 2.reg.23.d.30,dicitur Abi-albon.

vel אֲבִיעֶזֶר ἀβιέζερ Abiézer,Pater adiutorii,ſiue patris adiutorium,vel pater atrii,aut patris atrium.Filius Manaſſe,ioſ.17.a.2. Vnus ex fortibus Dauid,2.reg.23.d.27,& 1.paralip.7.d.19.Alius item,iudic. 6.g.34

Abiezerita,Vide Ezer.

אֲבִי־גִבְעוֹן πατὴρ γαβαών Abí-gabaón, Pater collis,ſiue pater calicis,vel ſcyphi,aut pater dorſi peccati. Vertendū ex Hebræo,princeps Gabaon,cuius nomē erat Iahiel,& vxor eius Maacha,1.para.8.c.29,& 9.c.35

אֲבִיגַיִל ἀβιγαίλ Abigáil, Pater exultationis, vel patris exultatio.Nomen vxoris Nabal,1.reg.25.a.3,& 30.a.5. Vxor Dauid mortuo Nabal, 1.paralip.3.a.1. Eſt & filia Naas, ſoror Saruiæ,mater Ioab,1.para.2.b.16:quæ 2.regū.17.g.25, אֲבִיגַל Abigal dicitur Hebraicé.

אֲבִיחַיִל ἀβιχαία Abiháil, per ח in penultima, Pater fortitudinis, aut pater exercitus,ſiue pater diuitiarū,aut pater antemuralis,vel pater doloris.Pater Suriel principis Moholitarum,nume.3.e.35:vbi corruptè legitur Abihaiel. Vxor item Roboam filii Salomon,2.paral.11.d.18

אֲבִיהַיִל ἀβιήλ Abiháil, per ה in penultima,Pater luminis vel laudis. Vxor Abiſur filii Semei filii Onam, 1.para.2.d.29

ἀβιλινή Abilina, Lugens vel plorans, ſiue pater manſionis vel murmurationis. D. Nomen regionis, cui præerat Lyſama à Romanis conſtitutus,luc.3.a.1

אֲבִימָאֵל ἀβιμεήλ Abimaél,Pater à Deo vel de Deo.Filius Iectan, gene.10.d.25

אֲבִי־מֶלֶךְ ἀβιμέλεχ Abi-mélech, Pater regis, ſiue regum ſummus, rex dignitate reliquos reges antecellens. Generale nomen eſt Palæſthinorum regum: perinde atque Cæſar Romanorum imperatorū. Rex igitur fuit Geraræ, gen.20.a.3.Filius item Gedeonis,iudic.8.g.32.Filius etiam Ierobéſeth,2.reg.11.c.20

אֲבִי־נָדָב ἀμιναδάβ Abi nadáb,Pater ſpontaneus,aut pater vouētis vel voti:ſiue pater principis.Fili⁹ Iſai patris Dauid, 1.reg.16.b.8.Filius Saul,1.paral.8.d.32. Vide etiam 1.reg.7.a.1,& 2.reg.6.a.3,& 1. paral. 2.b.13,& 9.g.39, & 10.a.2. & 13.c.7

אֲבִינֹעַם ἀβινεέμ Abinóem, Pater pulchritudinis vel iucūditatis,aut pater motionis eorū. Pater Barac ducis exercitus populi Iudæorum,iudic.4.a.6

אֲבִירָם ἀβιρών Abirám, Pater celſitudinis, vel electionis, aut pater fraudis,vel proiectionis. Primogenitus Hiel reædificatoris Iericho,3.reg.16.g.34

אֲבִירָם ἀβειρών Abiróm,Idem.Heb.Abiram.Filius Eliab,num.16.a.1.deut.11.a.6

אֲבִישַׁג ἀβισάγ Abiſag, Patris ignorantia,vel patris error:ſiue pater apprehendens vel attingens:aut pater multiplicās. Virgo adoleſcentula quæ calefaciebat regē Dauid ſenio confectum,3.reg.1.a.3

אֲבִישַׁי ἀβεσσαΐ Abiſái,Patris munus,vel pater muneris.Filius Saruiæ ſororis Abigail,frater Ioab,1.reg. 26.a.6, & 2.reg.10.c.14,& 1.para.2.b.16,& 11.e.20

אֲבִי־שׁוּעַ ἀβισού Abi-ſúe,Pater ſalutis,vel exclamationis: aut pater reſpiciens,ſiue pater magnificus vel potens.Filius Phinees filii Eleazar filii Aaron, 1.paral.6.a.4. Filius item Bela filii Beniamin filii Iacob,1.paral.8.a.4

אֲבִישׁוּר ἀβισούρ Abiſúr,Pater muri,aut pater bouis,ſiue pater cantantis,vel pater aſpiciētis,aut pater rectitudinis.Filius Semei filii Onam filii Ierameel,1.paral.2.d.29

אֲבִיטַל ἀβιτάλ Abitál, Pater roris: vel ex Hebræo & Syro, pater vmbræ.Mater Saphatiæ filii Dauid, 2.regū 3.a.4,& 1.paralip.3.a.3

אֲבִיטוּב ἀβιτώβ Abitób,Pater bonitatis.Filius Mehuſim,1.paralip.8.b.11

אֲבִיהוּא ἀβιούδ Abiú,Pater ipſe,vel pater eſt.Filius Aarō,filii Amram filii Caath filii Leui,exod.6.d.23,& 1.paral. 6.a.3

אֲבִיהוּד ἀβιούδ Abiúd, Pater laudis vel confeſſionis. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob,1.paral.8.a.3

אֲבִינֵר ἀβεννήρ Abnér, Patris lucerna,vel patris nouale. Nomen principis militiæ Saul,filius Ner patruelis Saul,1.reg.14.g.49

ἀβούβος Abobi,Pater incantationis, vel abſcōſionis.D. Nomen viri,1.mach.16.c.15

ἄβρα Abra,Ancilla vel famula.G.iudith 8.d.32

אַבְרָהָם ἀβραάμ Abrahám,Pater multitudinis.Filius Thare,ſic nominatus à Deo,cum prius Abrā diceretur,gen.17.a.5

אַבְרָם ἄβραμ Abrám,Pater excelſus.Fili⁹ Thare Chaldæus,gen.11.d.31

עֶבְרוֹן ἀχράν Abrán,Tranſitus,aut ira,ſiue imprægnatio,vel nubes cantici:aut Syriacè,frumentum.Nomen ciuitatis, ioſ.19.c.28.Heb.Ebron.

אבשלום ἀβεσαλὸν ἀβεσσαλώμ Abſalóm, Pater pacis, ſiue pater conſummationis, ſiue pater retributionis: aut patris pax, ſiue patris conſummatio, aut patris retributio. Filius Dauid de Maacha, 2.reg.3.a.3, & 1.paral.3.a.2

ἀψάλωμος Abſolomi, Pater pacis, ſiue pater conſummationis vel retributionis. D. Nomen viri, 1.mach.15.g.72

A C

עקן ἰουκάμ Acán, Tribulatio, vel ſtridor, aut antemurale. Filius Eſer filii Seir Horræi, gen.36.c.28

עקר ἰκάρ Acár, Sterilis, ſiue eneruans, aut euellens, vel truncus. Filius Ram primogeniti Ierameel, 1.paral.2.d.27

הקין ἴκεν Accáin, Poſſeſſio, ſiue emptio, aut nidus. Nomen ciuitatis, ioſ.15.g.56

עקרון ἀκκαρών Accarón, Sterilitas, ſiue eneruatio, aut euulſio, vel truncus. Nomen vrbis in tribu Dan. iere.25.e.20. ioſ. 13.a.3, & 15.f.44. & 1.reg.17.g.51

עקרונים ἀκκαρωνῖται Accaronitæ, Steriles, ſiue eneruati, aut euulſi vel trũci. Populi, 1.reg.5.d.10

עקש ἰκκίς Accés, Peruerſus aut prauus. Pater Hira, 2.reg.23.d. 26, & 1.paral.11.f.28

עכו ἀκχώ Acchó, Compreſſus, vel confractus. Nomẽ vrbis, iudic.1.f.31

הקוץ ἀκκώς Accós, Spina, vel æſtas, aut tædium, ſeu vigilia, vel finis. Nomen viri, 1.paral.24.b.9, & 1.eſd.2.c.59

עקוב ἀκοῦν Accúb, Veſtigium vel ſupplantatio: aut prauitas, vel calcaneũ, ſiue retributio. Filius Elioenai filii Naariæ, 1.paral.3.d.24, & 9.c.17, & 2.eſdr.8.b.7

Aceldema, Vide Haceldema.

אחאב ἀχαάβ Acháb, Frater patris, vel fratris pater, ſiue arula patris. Filius Amri regis Iſrael, 3.reg.16.f.29

אכד ἀρχάδ Achád, Amphora, vel hydria, aut ſcintilla. Ciuitas in qua regnauit Nemrod, gene.10.b.11: quæ nunc dicitur Niſibis.

ἀχαΐα Achaia, interpretatur dolor vel triſtitia. G. Græciæ regio & peninſula. ipſa enim AEgæo & Ionio cingitur æquore, ab Iſthmo incipit: de qua lege Pliniũ lib. 4.cap.5, Strabonem in 8, Ptolemæũ lib.3.cap.15. rom. 15.f.26, & 1.corinth.16.c.15

ἀχαϊκός Achaicus, Dolens ſiue triſtis. G. Nomen viri, 1.cor. 16.c.11

עכן ἄχαν Achan, Conterens, ſiue conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ, ioſ.7.a.1, & 22.d.20: qui 1.paral. 2.a.7, dicitur Achar.

עכר ἄχαρ Achár, Conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ filii Iudæ, 1.paralip.2.a.7: qui ioſue 7.a.1, dicitur Achan.

אחז ἄχαζ Acház, Apprehendens, ſiue poſſidens, aut videns. Filius Ioatham regis Iuda, 4.reg.16.a.1, & 1.paralip.3.c. 13. Qui aliàs Eliezer, luc.3.f.29, dicitur.

אכזיב ἀχαζίβ Achazíb, Mendax, mendaciũ, aut ceſſans, ſiue fluẽs vtique. Nomen vrbis tribus Aſer, iudic.1.f.13: quæ Achzib, ioſ.19.c.29, dicitur.

אחיה ἀχία Achiá, ſiue Achiás, Frater Domini. Filius Achitob fratris Ichabod, 1.reg.14.a.3. Filius item Ierameel filii Eſron, 1.paral.2.d.26

אחימעץ ἀχιμαάς Achimáas, Frater conſilii, vel frater cõſiliarius, aut frater ex ligno. Pater Achinoam vxoris regis Saul, 1.reg.14.g.49. Filius item Sadoc ſacerdotis, 2.regum 15. f.36, & 1.paral.6.a.8

אחימן ἀχιμάν Achimán, Frater præparatꝰ, vel frater dexteræ, aut frater quid? Filius Enac, num.13.d.23

אחימלך ἀχιμέλεχ Achimélech, Frater meus rex, aut frater regis vel conſilii. Nomen viri ſacerdotis, 1.regum 21.a.1. Item filius Abiathar, 2.reg.8.d.17: qui 1.paralip.18.d.16, Abimélech dicitur. Achimelech dicitur Abiathar, mar. 2.d.26

אחימות ἀχιμώθ Achimóth, Frater mortis, vel frater mortuus, vel frater dierum. Filius Elcana, 1.paral.6.b.25

ἀχείμ Achin, Parabo, ſiue præparabo, vel firmabo. D. Filius Sadoc, Matth.1.b.14

אחינעם ἀχινοάμ Achinóam, Fratris pulchritudo vel iucunditas, aut frater motionis. Nomen vxoris regis Saul, 1.regum 14.g.49. Vxor item Dauid Iezrahelitis, 1.reg.25.g.43 & 1.paralip.3.a.1

ἀχιώρ Achior, Fratris lumen, aut frater ignis. D. Dux filiorum Ammon, iudith 5.a.5

אחירם ἀχιράμ Achirám, Fratris celſitudo vel elatio, aut fratris dolus vel proiectio. Filius Beniamin, num.26.c.38

האחירמי δῆμος ἀχιραμί Achiramitæ, Idem. p.n. num.26.c.38

אכיש ἀκχίς Achís, Vtique eſt, vel ſic eſt. Rex Geth, 1.reg.21.c.11. Filius Maoch, 1.reg.27.a.2

אחיסמך ἀχισαμάχ Achiſaméch, Frater ſuſtẽtationis vel firmitatis: aut frater coniungens. Pater Ooliab de tribu Dan, exod. 31.a.6

אחיטוב ἀχιτώβ Achitób, Frater bonitatis. Pater Achias, 1.reg.14.a. 3. Pater Achimélech ſacerdotis, 1.reg.22.b.9. Pater itẽ Sadoc, 2.reg.8.d.17, & 1.paral.6.a.7, & 9.b.11

אחיתפל ἀχιτόφελ Achitóphel, Frater ruinæ, vel frater defectꝰ, aut frater inſipiditatis, id eſt rei inſulſæ. Cõſiliarius regis Dauid, 2.reg.15.b.12. Pater Eliam, 2.reg.23.d.33, & 1.para. 27.d.33

עכבור ἀχοβώρ Achobór, Mus, vel conterens ſiue comprimens puteum. Filius Michai, 4.reg.22.c.12. Pater itẽ Bálanan ſeptimi regis in Edom, gen.36.d.39

עכור ἀχώρ Achór, Turbatio. Vallis in tribu Iuda, ioſ.15.b.7, ad Septentrionem Iericho haud procul à Galgal. à tumultu & turbatione Iſraelitici populi appellationem habens, & non ab Achan ſacrilego qui illic lapidatus eſt propter anathematis furtum, ioſ.7.d.26

עכסה ὀξά Achſá, Compoſita vel adornata, aut laſciuiens: ſiue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, 1.para. 2.f.49: quæ ioſ.15.d.16, & iud.1.c.12, Axa ſcribitur.

אכשף χασάφ Achſáph, Veneficus, ſiue conterens vtique, aut labiũ vtique. Nomen vrbis in tribu Aſer, ioſ.11.a.1: quæ cap.19.b.26, ſcribitur Axaph. Hæc Hieronymo Chaſalus dicitur in octauo lapide Diocæſariæ, ad radicem montis Thabor in campeſtribus ſita.

אכזיב ἐχζίβ Achzíb, ſiue Achzíba, Mendax, ſiue ceſſans, aut fluens vtique. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ, ioſue 15.f. 43, & 19.b.29. In primo capite Michææ d.14, legitur, Domos mẽdacii in deceptionẽ regibus Iſrael. Vbi legendum, Domos Achzib in deceptionem, ſiue in mendacium regibus Iſrael. Vide Achazib.

עקרון ἀκκαρών Acròn, Sterilitas, ſiue eneruatio, aut euulſio, vel trũcus. Nomen ciuitatis in tribu Dan, quæ & Accarõ appellatur, ioſ.19.d.28

A D

עדה ἀδά Adá, Cœtus, vel congregatio: ſiue ornata, vel teſtificans, aut tranſiens, vel præda: aut Syriacè, ablata. Altera vxor Lamech, gen.4.d.20. Vxor etiam Eſau, filia Elon, gen.36.a.2

אדד ἀδάρ Adád per א, Interitus, aut nubes, vel vapor, ſeu fons. Nomen viri Idumæi, 3.reg.11.c.17: qui ibidem paulo antè, verſu 14, & paulo pòſt verſu 19, ſcribitur per ה,

הדד ἀδάδ Adád per ה, Sonitus aut clamor, ſiue celeuſma: ſeu mamilla vel dilectio. Filiꝰ Badad, rex Edom quartus, gen.36.d.36. Vide 3.reg.11.c.14, & d.19

ערערה ἀδαδά Adadá, Teſtimoniũ cœtꝰ vel cõgregationis, aut teſtimonio ornata: vel teſtis trãſitus, ſiue prædæ eius, genere fœminino: aut præda ſuæ prædæ, vel æternitas ſui teſtimonii. Nomẽ ciuitatis in tribu Iudæ, ioſ.15.d.21

Adadézer, Vide Adarézer.

הדדרמון ρόοι Adadremmón, Celeuſma mali granati, ſiue altitudinis. Vrbs iuxta Iezrahelem, quæ hodie vocatur Maximianopolis,zach.12.d.12

עדיה ἀδία Adaiá ſiue Adaiás, Teſtis Domini,ſiue ornatus vel præda Domini, aut tranſitus vel æternitas Domini. Filius Ethan filii Zāma, 1.para.6.c.41,& 8.b.20. & 1.eſd.10.d.29. vbi quædam exemplaria Hebraica legūt, עריה.Filius itē Ieroham,1.paral.9.d.12.Pater Idida matris Ioſiæ,4.reg.22.a.1

אדליא ἀδαλία Adaliá,Hauriēs,ſiue paupertas:aut nubes vel interitus laboris.Filius Aman filii Amádatha,eſth.9.b.8

אדם ἀδάμ Adám,Homo,ſiue terren⁹,aut rufus,vel ſanguineus. Nomen primi hominis creati à Deo,gene.2.d.15.luc.3.d.38. Nomē etiam commune quo vocauit Deus hominem & mulierē,gen.1.c.26.Eſt & nomen vrbis,ioſ.3.d.16

אדמה ἀδαμα Adamá,Terra,aut rufa, aut ſanguinea. Vrbs Pentapoleos,gene.10.c.18

אדמי ἀδεμμί Adamí,Homo vel humanus,ſiue terrenus,aut rufus, vel ſanguineus : aut nubes vel vapor, ſiue interitus aquarum.Nomen ciuitatis quæ & Neceb dicitur,ioſue 19.c.33

Adan,Vide Adin.

הדר ἀδάθ Adár, Pulchritudo, ſiue habitaculū, aut generatio. Octau⁹ rex in Edom, gen.36.d.39: qui 1.paral.1.d.46, dicitur Adad.

הדרעזר ἀδραεζέρ Adarézer, Decor aut pulchritudo auxilii, ſiue habitaculū aut generatio auxilii : aut atrium pulchritudinis ſiue habitaculi, vel generationis. Filius Rohob, rex Soba,2.reg.8.a.3,& 3.regum 11.d.23:quibus in locis quædam exemplaria legunt Adadézer. at 1.par. 18. a. 3,vbique legitur Adarézer.

ἀδασά Adarſa, Teſtificans ſolem vel ſurdum, aut teſtimonium arantis.D.Nomen loci,1.mach.7.f.40

ἀδασά Adázer, Teſtis,vel teſtimonium auxilii. D.Nomē vrbis,1.mach.7.g.45

אדבאל ἀβδηήλ Adbeél, Vapor vel nubes apud Deū vel cum Deo: ſiue contriſtari faciens Deus. Filius Iſmahelis,gen. 25. b.13,& 1.paral.1.b.29

vel אדרה אדר אדר ἀδδαρά Addár,ſiue Addára,Pallium,ſiue potentia, aut magnitudo.Nomen ciuitatis,ioſ.15.a.3.Nomen item mēſis,ſiue lunationis duodecimæ: quandoque integrè, & aliquando pro parte noſtro reſpondentis Februario. 1.eſd.6.c.15.Poſtremo filius Balæ filii Beniamin,1.par. 8.a.2

ἀδδί Addi,Teſtis, vel teſtimoniū, ſiue ornatus, vel trāſitus,aut præda.Pater Melchi patris Neri,luc.3.f.28

עדו ἀδδώ Addó,Teſtis,ſiue ornatus,aut tranſitus, vel præda. Filius Ioha,1. para.6.b.21.Pater item Barachiæ,patris Zachariæ,zach.1.a.1.Nomen prophetæ,עידו,2.para.9. g.29. Vide nehem.12.a.4.עדוא

vel אדון אדן ἠδάν Addón,Dominus,aut baſis:vel Syriacè,auris.Nomē loci,2.eſdr.7.e.6,qui Adon 1.eſd.2.c.57,ſcribitur.

ἀδιδός Addus,Nouitas, vel mēſis,aut trituratio.D.Nomē loci,1.mach.13.b.13

אלחנן ἐλλανάν Adeodatus, Latinum eſt, quod in Hebræo dicitur Elhanan:& interpretatur à Deo datus, ſiue gratia Dei,aut miſericordia vel donum Dei. Filius Saltus,2. reg.21.d.19.& 1.para.20.c.5

ἀδιδά Adiada, Teſtimonium manus,ſiue teſtimonium teſtimonii,aut præda manus.D.1.mach.12.c.38

עדיאל ἀδιήλ Adiél,Teſtimonium Dei,ſiue ornatus, vel trāſitus Dei, aut præda vel æternitas Dei. Nomen principis, 1.para.4.f.36.Filius Iezra,1.para.9.b.12.& 27.c.24

עדין ἀδδίν Adin,Delicioſus,ſiue voluptuoſus,aut ornatus:vel Syriacè,temporalis. Nomē viri,1.eſdr.2.a.15, & 8.a.6

עדינא ἀδινά Adiná,Idem.Filius iż Sa,1.para.11.g.42

עדיתים ἀγιθθαίμ Aditháim,Cœtus ſiue congregationes,aut teſtimonia.Nomen vrbis,ioſ.15.e.36

Adlí,Teſtis mihi,ſiue ornatus mihi,aut trāſitus,vel præda, vel æternitas mihi.Nomen viri, 1.paralip. 27. d.28 עדלי ἀδλαί

Admathá, Nubes vel vapor mortis, ſiue interitus mortis,vel terreſtris,aut rubēs.Principis nomen,eſth. 1.c.14 אדמתא ἀδμαθά

Adommím,Terreni,vel rufi,aut ſanguinei.Nomē loci,ioſ.15.b.7,& 18.c.17 אדמים ἀδαμμίμ

Adon, Dominus, aut baſis:vel Syriacè,auris. Nomē loci,1.eſd.2.c.59:qui Addō 2.eſd.7.e.60,ſcribitur. אדן ἠδάν

Adonai,Beatus Hieronymus,exod.6.a.1, pro nomine Dei tetragrammaton, id eſt quatuor literarū, Adonai tranſtulit: in aliis autē locis ſēper interpretatus eſt Domin⁹. Chaldæus paraphraſtes pro hoc poſuit triplex י hoc modo יי. De hoc nomine vide pſal.1.a.2 יהוה κύριος

Adoniá,ſiue Adoniás,Dominator dominus, aut baſis Domini:vel ex Syro & Hebræo,auris Domini. Filius Dauid ex Aggith,2.reg.3.a.4,& 1.paral.3.a.2 אדניה ἀδωνία

Adoní-bézec, Domini fulgur, ſiue Dominus fulguris,aut Dominus in compedibus.Nomen viri,iudicum 1.a.5 אדני־בזק ἀδωνιβεζέκ

Adonicám,Dominus ſurrexit.Nomen viri,1.eſdr. 2.a.13 אדניקם ἀδωνικάμ

Adonirám,Dominus excelſus,ſiue Dominus celſitudinis, vel elationis. Fili⁹ Abda qui erat ſuper tributa Salomonis,3.reg.4.a.6 אדנירם ἀδωνιράμ

Adonis,in Hebræo eſt Thamúz,id eſt conſumptus ſiue incendiū:Syrum eſt.Nomen idóli,ezech.8.f.14 תמוז θαμμούζ

Adóni-ſédec,Domini iuſtitia,ſiue Dominus iuſtitiæ.Rex Ieruſalem,ioſ.10.a.1 אדני־צדק ἀδωνισεδέκ

Ador,Generatio, vel habitatio,aut teſtimonium lucis vel ignis.D.Nomen loci,1.mach.13.c.20 ἀδωρά

Adorám, Decor eorum,aut laus vel confeſſio ſublimis,ſiue clamor excelſus. Filius Iectan,gen. 10.d.25. & 1.paral.18.c.10,& 2.paral.10.d.18 הדורם ἀδωράμ

Adramélec, Pallium regis, ſiue magnitudo vel potentia regis vel cōſilii.Filius Sennacherib regis,4.reg. 19.g.36.eſa.37.g.38.Deus itē Sepharuaim, 4.reg.17. f.31 אדרמלך ἀδραμέλεχ

Adria, Nomen maris contra Rauennam,quod per oſtia Padi fluuii intratur,ſumpto vocabulo ab Adria proxima ciuitate quæ idem nomē mari Adriatico dedit Straboni in 5.Hoc pelagus Paulus emenſus eſt,act. 27.e.27 ἀδρία

Adrumetina.In Græco,Adramytena: & interpretatur ſoliditas munda vel terſa. Adrumetum, ſiue Adrumetium ciuitas eſt Myſiæ.Eſt & Adramitis inſula Lyciæ, & Adrumes Adrumetis,ciuitas Aphricæ. Hieronymus autem, aut ſiquis alius fuit author, in Catalogo locorum Actorū Apoſtolicorū indicat Adrumetum eſſe ciuitatem in Bazatio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere.act.27.a.2 ἀδραμυττηνῷ

Adullám,Ciuitas,Ioſue 12.d.15,& 15.e.35,quæ & Odollam. Vide Odollam. עדלם ὀδολλάμ

Adurám,Pallium eorum,ſiue potentia vel magnitudo eorum:aut vapor excelſus,ſiue nubes excelſa:aut dolor ſiue interitus ſublimitatis.Nomen viri qui erat ſuper tributa regis Dauid, 2.reg. 20.g.24, & 3.reg. 12. e.18 אדרם ἀδωράν

Adurám. In Hebræo Adoráim, Fortitudo vel potentia maris, aut vapor ſiue interitus eleuatus, vel nubes eleuata. Nomen ciuitatis ædificatæ à Roboam, 2. paral.11.b.9 אדורים ἀδωραίμ

A E

AEgyptia,Anguſtians,ſiue tribulans,gen.16.a.1 מצרית αἰγυπτία

AEgyptii,Anguſtiātes,ſiue tribulātes,num.14.b.13 מצרים αἰγύπτιος

AEgyptius,Idem.ſ.n.exod.2.b.11 מצרי αἰγύπτιος

מצרים αἴγυπτος AEgyptus, Anguſtiæ, ſiue tribulationes. AEgyptus ad Occidétē Iudææ ſita, Aphricæ regio eſt. Plinius tamen lib. 5. cap. 9. naturalis hiſtoriæ, & Pōponius Mela in primo, Aſiæ attribuūt proxime Aphricā. hæc ab Oriente iungitur Aſſyriæ & Mari rubro: ab Occidente habet Libyam atque Cyrenen: à Meridie limitem qui Syenen ab AEthiopia dirimit, atque Oceanū: à Septētrione, mare magnū, ſinúmque Arabicū & terram ad Syriā vſque. irrigatur Nilo. authores ſūt Ioſephus lib. 5. ca. 11. de bel. Iudaico. Egeſippus lib. 4. Inferiorem eius partē Nilus dextra læuáque diuiſus, amplexu ſuo determinat. Ideóque inſulam quidā dixerunt AEgyptum, ita ſe findente Nilo, vt triquetram terræ figurā efficiat. Ideo multi Græcæ literæ vocabulo Δ, deltam appellauere AEgyptū. ita Plinius lib. 5. cap. 9. & Strabo lib. 17. Ptolemæ⁹ lib. 4. cap. 6. Ammia. Marcel. lib. 22. Oppida inſignia, Saiis, Memphis, Siene, Bubaſtis, Elephātis, Thebæ, Alexandria, Peluſium: teſtis Mela in 1. Canopus, Bolbis, Sebēnis, Pathmis, Mendes, Tanis. Vide Raph. Volaterr. lib. 12. Geographiæ. Non eſt autē negligēdum, AEgyptum prophetis appellatā Miſraim à Meſraim filio Cham, eiuſdē appellationis. Ioſephus lib. 1. cap. 12. antiq. Iudaicarum Meſrim & Meſraim nominatā refert. Hæc quondā Aëria dicta eſt, veluti Euſebius in Chronicis annotauit. Adde quòd pſal. 77. c. 51, & 104. c. 23, AEgyptus dicitur Cham, quòd eius filius Meſraim occupauerit AEgyptum.

עילם ἐλάμ αἰλάμ AElám, Adoleſcēs vel virgo maſculini generis, ſiue occultus, aut ſeculū. Filius Sem, gen. 10. c. 21. Filius itē Seſac, 1. para. 8. c. 24. & 1. eſd. 2. a. 7. Eſt & nomen regionis Perſici regni, in qua ſita ſūt Suſa: de qua danielis 8. a. 2. eſa. 11. c. 11. à qua AElamitæ dicūtur Iudæi incolæ Elam, aut Perſæ regionē illā habitantes. AElamitæ vidētur poni, act. 2. b. 9, pro ipſis Perſis, quòd Medis vicinis cōiungūtur Perſæ. Scribendū Elam & Elamitæ.

עין αἴν Aen oculus, ſiue fons. Nomen ciuitatis, ioſ. 15. e. 32. 1. para. 4. f. 32. eadē ciuitas quæ & Ain dicitur ioſ. 9. a. 7

αἰνέας AEneas, Laudatus. G. Nomen viri, act. 9. f. 33.

AEnon, Vide Enon.

כוש AEthiopia, In Hebræo dicitur Chus: & interpretatur nigra vel nigredo. αἰθιοπία autem, Græcè ardorem ſiue incendium ſignificat. AEthiopū regio ab Indo flumine conſurgens, iuxta AEgyptum, inter Nilū & Oceanū, & in Meridie ſub ipſa ſolis vicinitate iacet. Gēs ipſa vniuerſa primum AEtheria appellata eſt: deinde Atlantia: mox à Vulcani filio AEthiope, AEthiopia: author eſt Plinius hiſtoriæ mūdi lib. 6. c. 30. Multa de hac cōgeſſit Raphael Volater. lib. 12. Geographiæ, quē conſule: ſimiliter Ptolemæū lib. 4. cap. 7: Pliniū in 5. cap. 8. vbi quoque de duabus AEthiopiis clariſſimè legis. Ezech. 29. c. 10, & 30. a. 4. nahum 3. b. 9. eſa. 11. c. 11.

כושי AEthiops, Hebraicè Chuſi, id eſt niger. αἰθίοψ ardēs, ſiue incenſus, act. 8. e. 27, & 2. paral. 14. c. 9.

vel כושים כשיים χουσιείμ AEthiopes, Idē. p. n. 2. par. 12. a. 3. ſopho. 2. d. 13. amos 9. b. 7.

ציים AEthiopes, pſal. 71. b. 9. & 73. b. 15. In Hebræo eſt Siim, & interpretatur ſiccitates, aut naues ſiue trieres, ſiue dæmones.

כשית AEthiopiſſa, In Hebræo dicitur Cuſith, & interpretatur nigra. αἰθιοπίσσα verò, ardentē vel incenſam ſignificat, num. 12. a. 1.

A F

Africa, Vide Aphrica.

A G

ἄγαβος Agabus, Locuſta vel feſtiuitas patris. D. Nomē prophetæ, act. 11. d. 28, & 21. b. 10.

אגג ἀγάγ Agág, Tectū, vel ſolarium, quod ſcilicet eſt in ſuperiori parte domus. Nomen regis Amalec, 1. reg. 15. b. 9.

אגגי οὐγαῖος Agagítes, Idem. de ſtirpe Agag, eſth. 3. a. 1

הגר ἄγαρ Agár, Aduena, ſiue peregrina, aut ruminans vel timens. Ancilla Abraham, gene. 16. a. 1

הגרי ἀγαρί Agarái, Aduena ſiue peregrinus, aut ruminans, vel timens. Nomen viri, 1. paral. 11. g. 39.

הגראים ἀγαρηνοί Agareni, Idem. Nomen populi, 1. paral. 5. b. 10.

Agarenus, Idem. 1. paral. 27. d. 31.

אגא ἀγά Agé, Vallis, ſiue profūditas. Pater Sēma, 2. re. 23. b. 11

חגי ἀγγαίας Aggæus, Feſtiuus, ſiue ſolennis, vel gyrans. Nomen prophetæ, agg. 1. a. 1.

חגי ἀγγίς Aggí, Idem. Filius Gad filii Iacob, gen. 46. b. 16.

החגי ἀγγί Aggitæ, Feſtiuitates, vel ſolennitates, vel gyrantes, num. 26. b. 15. Familiæ nomen, ab Aggi filio Gad.

חגית ἀγγίθ Aggíth, Feſtiua, vel ſolēnis, vel gyrās. Mater Adoniæ filii Dauid, 2. re. 3. a. 4, & 1. par. 3. a. 2. Vide Haggith.

ἀγρίππας Agrippa, Latinum eſt, dictum ab eo quòd ægros, id eſt difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in naſcendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ illius inter Herodes tertii qui occidit Iacobum, & in carcerē coniecit Petrum, act. 25. d. 13.

A H

אחלב ἀχλάβ Ahalab, Frater cordis, ſiue lacteus, vel lactans, aut adeps. Nomen vrbis, iudic. 1. f. 31.

אחרח ἀαρά Ahará, Frater redolens, aut pratum odoris. Filius Bēiamin, 1. para. 8. a. 1. qui gen. 46. c. 14, Gera dicitur.

אחרחל ἀδελφὸς ῥηχαλ Aharehel, Alter exercitus, ſiue nouiſſimus exercitus: aut alter dolor, ſiue nouiſſimus dolor: aut ouis fratris. Filius Arum, 1. paral. 4. b. 8.

Ahaiath, Corruptè ſcriptum 4. reg. 17. d. 24. de Cutha & de Ahaiathu. pro Aua.

Ahaſel, Frater Ioab, Vide Aſael.

אחצתרי ἀσθαρεί Ahaſtharí, Curſor, vel veredari⁹, ſiue feſtinatio turturis, aut feſtinatio exploratoris, ſiue frater qui explorat: vel ex Syro & Hebræo, princeps turturis, vel princeps explorationis. Filius Aſhur ex Maara, 1. paralip. 4. a. 6.

אחוא ἀχουά Ahauá, Eſſentia, ſiue generatio. Fluuii nomen, 1. eſd. 8. f. 31.

אחז ἀχάζ Aház, Apprehendens, ſiue poſſidens, aut videns. Filius Micha filii Meribaal, 1. para. 8. d. 35.

אחזי ἀχχίος Ahazí, Vidēs, ſiue apprehendēs. Nomen viri, nehe. 11. b. 13.

אחר ἀχέρ Ahér, Alter, ſiue poſterior, aut nouiſſimus. Nomen viri, 1. paral. 7. c. 12.

אחי ἀχί Ahí, Frater meus, vel fratres mei. Filius Somer filii Heber filii Bariæ, 1. paral. 7. g. 35.

אחיה ἀχία Ahiá, ſiue Ahiás, Frater Domini. Fili⁹ Siſa, princeps exercitus Salomonis, 3. reg. 4. a. 3. & 1. para. 11. g. 29. Pater Baaſa, 4. reg. 9. b. 9. Fuit & propheta quidam Silonites, 3. reg. 12. c. 15.

אחיאם ἀχιάμ Ahiám, Frater matris, aut frater gentis. Filius Sarar, 2. reg. 23. d. 33: qui 1. paral. 11. g. 35 dicitur filius Sachar.

אחיקם ἀχικάμ Ahicám, Frater reſurgens, vel frater vindicans. Filius Saphan, 4. reg. 22. c. 12.

אחיעזר ἀχιέζερ Ahiêzer, Frater adiutorii, vel fratris adiutoriū, aut fratris atriū. Filius Ammiſaddai, princeps tribus ſuæ Dā, num. 1. a. 12, & 2. d. 26, & 7. e. 66, & 10. c. 25, & 1. par. 12. a. 3.

אחיחד ἀχιούδ Ahihúd, Frater vnitatis, ſiue frater acuminis, aut frater ænigmatis vel gaudii. Nomen viri, 1. para. 8. a. 7

אחילוד ἀχιλούδ Ahilúd, Frater natus, vel frater genitus. Pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauidi, 2. reg. 8. d. 16, & 3. reg. 4. b. 12.

אחימן ἀχιμάν Ahimán, Frater præparatus, ſiue fratet dexteræ, aut frater meus quid? Nomē viri, 1. paral. 9. c. 17. Filius Enac, ioſ. 15. c. 14. iudic. 1. b. 10.

אחימלך ἀχιμέλεχ Abimélech, Frater meus rex, vel frater regis siue cō silii. Nomen viri de filiis Ithamar, 1.paral.24.a.3

אחין ἠείμ Ahin, Frater vini, vel fratres. Filius Semidæ filii Galaad, 1.paral.7.d.19.

אחינדב ἀχιναδάβ Ahinadáb, Frater spontaneus, aut frater vouētis vel voti, siue frater principis. Filius Addo, 3.reg.4.b.14.

אחיו ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ahió, Frater eius, vel fratres eius. Filius Abigabaō, 1.para.8.c.30. Filius itē Iehiel, 1.para.9.f.37. Filius Abinadab, 2.reg.6.a.3. Filius Beriha, 1.par.8.b.14.

עיון αἰν Ahión, Intuitus, aut fons, vel oculus. Nomen vrbis 3.reg.15.d.20, & 4.reg.15.f.29, & 2.paral.16.b.4.

אחירע ἀχιεραί Ahirá, Frater iniquitatis, siue frater socii, aut frater pastoris, vel fratrem confringēs. Filius Enan, princeps tribus suæ Nephthali, num.1.b.15.

אחישר ἀχισάρ Ahisár, Frater principis, siue frater directionis vel cantici, aut frater insidiās. Præpositus domus Salomonis, 3.reg.4.a.6.

אחישחר ἀσαείρ Ahisáhar, Frater auroræ, siue frater matutinus, aut frater niger vel nigredinis. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin, 1.paral.7.c.10.

אחיהוד ἀχιώρ Ahiúd, Frater laudis vel cōfeſsionis. Filius Salomi, princeps tribus Aser, num.34.d.27.

אחבן ἀβάν Ahobán, Frater filii, vel fratris filius, siue frater intelligentiæ, aut frater ædificans, vel abscōditus. Filius Abisúr filii Semei filii Onam, 1.paral.2.d.29.

אהד ἀώδ Ahod, Laudās, siue cōfitens. Filius Simeonis filii Iacob, gene.46.b.10. Heb. Ohad: qui, 1.para.4.c.24, dicitur Iarib.

אהוד ἀώθ Ahód, Idē. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin, 1.paral.7.c.11.

אחור ἀώδ Ahód, Vnitas, siue gaudiū, aut ænigma, vel acumen. Nomen viri, 1.paral.8.a.7.

אחות ἀώδ Ahóe, Tribulus vel spina, siue fraternitas, aut hamus. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob, 1.paral.8.a.4.

Ahohimám, 1.paral.1.c.39, legendum Homam.

אחוחי ἀχωχεί Ahohites, Frater viuus, aut tribulus vel spina mea, 2.reg.23.b.9, & 1.paral.27.a.4.

אחומי ἀχιμαΐ Ahumái, Pratum aquilarum, vel frater aquarū. Filius Iahath filii Subal, 1.paral.4.a.2.

A I

Ai, Vrbs Ammonitarum, Vide Hai.

איה αἰά Aiá, per א, Vultur, vel heu, siue vbi est: aut insula eius. Filius Sebeon filii Seir Horræi, gen.36.c.24, & 1.para.1.c.41. Item pater Respha concubinæ Saulis, 2.reg.3.b.7, & 21.b.11. Est & ciuitas, 1.para.7.f.28. vbi legitur עזה & איה

עיה αἰά Aiá, per ע, Aceruus. Nehem.11.d.31.

אילון αἰλὼν Aialón, Ilex vel quercus, aut fortitudo, siue ceruus. Nomen ciuitatis cōstructæ à Roboam, 2.paral.8.b.13. & 11.b.10. & 28.c.18. Vallis item nomen, iosue 10.c.13. iudicū 1.g.35. quod LXX reddiderunt tanquā appellatiuū, ἄρκτοι. Ciuitas de tribu Dā data Leuitis, iosſ.21.c.24. Ciuitas refugii, 1.par.6.f.69. vbi pro Aialon corruptè legitur Helon. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabulō, vt iudicum 12.d.11. legimus iuxta Hebræum, Mortuúsque est ac sepultus in Aialon in terra Zabulon.

עית ἀγγαί Aiáth, Hora, siue coaceruatio. Est ea vrbs Iuda aut Beniamin cuius meminit Esaias cap.10.g.28: per quā Sennacherib transiit oppugnaturus Ierusalem.

אילת ἐλώθ Ailá, Vrbs quæ & Ailáth, 4.reg.14.f.22, & 16.a.6: quam ædificauit Azarias, qui & Ozias dictus est.

Ailam, 1.para.8.c.24. Scribe AElam. Vide AElam.

אילות αἰλάθ Ailáth, Ilices, vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines. Nomen ciuitatis regni Edom, ad mare rubrū, vnde ex AEgypto Indiā versus, & inde ad AEgyptū nauigatur. Hæc & Aila dicitur, quā ædificauit Ozias qui & Azarias dictus est, 3.re.9.d.26, & 2.pa.8.d.17. & 26.a.2.

עין αἴν Ain, Oculus, siue fons. Ciuitas est in termino Iudæ ad Orientem, nume.34.c.11. quam tribus Iuda, atque Simeonis sorte accepit, iosſ.19.a.7, & 1.par.4.f.32. quæ deinceps Leuitis est tradita, iosſ.21.b.16. Eadē vrbs dicitur Aen, iisdem consonantibus & punctis, Hieronymo Bed-hen-nim dicta. Vide Aen.

A L

עילם ἐλάμ Alám, Occultatio, seu cōtemptus. Nomē viri, 1.esd.8.a.7.

עלמת ἀλεμώθ Alámath siue Alámeth, Occultatio, siue iuuetus, aut secula, vel super mortē. Filius Ioada 1.para.8.d.35, & 9.g.42. Vide Almáth.

ἄλκιμος Alcimus, Fortis. G. Nomen sacerdotis impii, 1.machab.7.a.5.

ἀλέξανδρος Alexander, Adiutor virorum vel auxiliator virilis, vel fortiſsimus. G. Nomē regis Macedonum, 1.mach.1.a.1. marc.15.b.21. Fuit & vir quidā qui recessit à fide, quem Paulus Satanæ tradidit, 1.timoth.1.d.20.

נא ἀλεξανδρία Alexandria, Hebraicè dicitur No, & interpretatur crudū siue irritatio, aut prohibitio. At Alexādria Græcè, Latinè dicitur adiutoriū virorū, siue auxiliū virile vel fortiſsimū. Chaldæus paraph. pro No, vertit Alexandriā. iere.46.f.25. Inter AEgyptū, Aphricā, & mare quasi claustrum posita, ab Alexandro magno condita in parte Aphricæ, teste Plinio, lib.5.cap.10.

ἀλεξανδρεῖς Alexandrini, Adiutores virorum siue auxiliatores viriles, vel fortiſsimi. G. act.6.c.9.

ἀλεξανδρεύς Alexandrinus, Idem G. act.18.f.24.

עלין ἀλουάν Alián, Folia vel excelsus. Filius Sobal, 1.paral.1.c.40, qui gen.36.c.23 Aluan dicitur.

Alicarnaſſum, Vide Halicarnaſſum.

ἀλέμος Alimis, Vestibulum, vel porticus, aut fortitudo. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.5.c.26.

אלון σηλών Allón, Quercus vel fortis. Pater Sephei patris Ziza, 1.paral.4.f.37.

עלמת ἀλαμώθ Almath, Occultatio, siue iuuentus, aut secula, vel super mortē. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, 1.par.6.e.60. Eadē vrbs quæ & Almon. Filius item Bechor filii Beniamin, 1.paral.7.b.8. Vide Alamath.

עלמון ἐλμών Almón, Occultum, aut iuuentus, vel seculū ipsius. Ciuitas tribus Beniamin, iosſ.21.b.18. Eadē vrbs quæ & Almath.

הלוחש σαλώνς Alohés, Incātator, aut tacēs. Nomē viri, 2.esd.3.c.12.

ἀλφαῖος Alphæus, Millesimus, vel doctus, aut dux. D. Pater Iacobi apostoli, matth.10.a.3. marc.2.b.14. luc.6.e.15.

עלוה γῶλα Aluá, Ascensus eius, siue præuaricatio ipsius. Ciuitas Idumæorum, gen.36.d.40.

עלון γωλάμ Aluán, Superior, vel excelsus: aut Syriacè, peruersus. Filius Sobal, gen.36.c.23, qui 1.par.1.c.40, dicitur Alián.

אלוש αἰλοῦς Alús, Cōmistio siue conspersio. Nomē loci ad quē descenderunt filii Israel à Daphca, ascendentes in terram Chanáan, num.33.b.13.

A M

עמעד ἀμαάδ Amaád, Populus testimonii, aut populi transitus: vel præda, siue populus æternitatis. Ciuitas tribus Aser, iosue 19.b.26.

המדתא ἀμαδάθος Amadáthi, Conturbans legem, vel mensura. Heb. Ammadátha. Pater Aman, esth.3.a.1

עמל ἀμάλ Amal, Labor, aut iniquitas. Filius Helē, 1.pa.7.g.35

עמלק ἀμαλήκ Amalēc, Populus lambens: vel ex Hebræo & Syro, populus percutiens. Filius Eliphez ex Thamna concubina, gen.36.b.21. A quo Amalecitæ.

עמלקי ἀμαλήκ Amalecitæ, Populi lambētes: vel ex Hebræo & Syro, populi percutientes. Nomen populi, gen.14.a.7, & 1.reg.30.a.1.

Amalecites, Idem, f.n.1.reg.27.c.8

אמם ἀμάμ Amám, Mater siue timor eorū, aut vlna siue cubitus eorum. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.d.25.

המן ἀμάν Amán, Conturbãs, aut tumultuans, ſiue præparãs. Nomen principis, eſth.3.a.1

אמנה vel אבנה ἀμανά Amaná, Fides ſiue veritas, aut credulitas, vel nutrix. Fluui⁹ Damaſci, qui & Abaná dicitur, 4.reg.5.d.12. Eſt & mons Ciliciæ, qui & Amanus dicitur, in quo oppidũ Bonite eſt. hic à Syris (vt Plinius inquit libr. 5.cap. 22) Ciliciam ſeparat. Huius mentio fit Cantic.4.c.8

אמריה vel אמריהו ἀμαρεία Amariá ſiue Amariás, Dicit dominus, aut celſitudo domini: vel ex Syro & Hebræo, agnus domini. Pater Godoliæ patris Chuſi patris Sophoniæ prophetæ, ſopho.1.a.1. Filius item Meraioth filii Zaraiæ, 1.paral. 6.a.7, & 2.paral.31.c.15

עמשא ἀμεσσά Amaſá, Populus parcens, ſiue populum tollens, vel populum eleuans. Filius Abigail ſororis Saruiæ, cuius Amaſæ pater, Iether dicebatur, 2.reg.17.f.25, & 1.para. 2.b.17 Filius item Hadali, 2.paral.28.b.12

אמצי ἀμασί Amaſái, per א in prima, Fortis vel robuſtus. Filius Bani filii Somer, 1.paral.6.d.46

עמשי ἀμασαΐ Amaſái, per ע in prima, Populi munus, vel cũ munere. Filius Elcana filii Ioel filii Azariæ, 1.para.6.c.24, 12.c.18, & 15.c.23. Pater item Mahath.2.para.29.d.11

אמציה ἀμασίας Amaſiá, ſiue Amaſiás, Fortitudo Domini. Pater Ioſa principis, 1.para.4.f.34. Filius Elciæ filii Amaſai, 1. para.6.d.45. Nomẽ item ſacerdotis, amos 7.c.12. Denique rex Iuda filius Ioas filii Ochoziæ filii Ioram filii Achab, 4.reg.14.a.1, & 1.paral.3.c.12

עמסיה ἀμασίας Amaſiás, Onus domini. Fili⁹ Zechri, 2.par.17.d.15

עמשסי ἀμασαΐ Amaſái, Populi cõculcatio Nomẽ viri, 2.eſd.11.b.12

אמתי ἀμαθί Amathí, Verax, ſiue timens: aut cubitus, vel famulatus. Pater Ionæ prophetæ, 4.reg.14.f.25

Amathitis, Idem. D.

המלך βασιλεύς Amélech, Rex, ſiue conſiliarius.3.reg.22.d.26, & 2. paral.18.f.25, & iere .36.f.26, & 38. b.6. in his locis eſt appellatiuum, non proprium.

אמן ἀμήν Amén, Fiat, efficiatur, vel firmum ſit. aut potius, veritas. deut.27.c.15, & 1.corinth.14.c.16

אמי ἠμί Amí, Mater, aut timor, ſiue cubitus: vel Syriacè, gẽs. Nomen viri, 1.eſdr.2.c.55

עמינדב ἀμιναδάβ Aminadáb, Populus ſpontaneus, ſiue populus vouens, aut populi princeps. Filius Ram, filii Eſron, filii Phares, 1.para.2.b.10. Pater item Nahaſſon principis tribus Iuda, num.1.a.7. ruth 4.d.20

חמוטל vel חמיטל ἀμιτάλ Amitál, Calor roris, aut indignatio roris: vel ex Hebræo & Syro, caloris ſui vmbra. Mater Ioachaz filii Ioſiæ, 4. reg. 23.f.31. Mater item Sedeciæ fratris Ioachaz, 4.reg.24.d.18

עמיזבד ἀμειζαβάδ Amizabád, Populi dos vel dotatio. Nomen viri, 1. paral.27.a.6

עמה ἀμμά Ammá, Obſcurata, ſiue cooperta: aut populus eius, ſiue cum ea. Ciuitas in tribu Aſer, ioſ.19.c.30

עמוני ἀμμανί Ammanites, Popularis.ſ.n.2.eſdr.2.b.19

עמנית ἀμμανῖτις Ammanitis, Popularis.f.g.3.reg.14.f.31

ἐμμαούμ Ammaum, Populus abiectus, ſiue populus obſcuratus. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.9.e.50

עמיאל ἀμιήλ Ammíel, Populus Dei, ſiue mecũ Deus. Pater Bethſúa matris Salomonis, 1.paral. 3.b.5, quæ & Bethſabee dicta eſt. Filius item Gemalli, num.13.a.13. Pater Machir de Lodabar, 2. reg. 9. a. 4. Filius Obed Edom, 1. paral.26.a.5

עמישדי ἀμισαδαΐ Ammiſaddái, Populus Omnipotentis, ſiue mecũ Omnipotens, aut mecum deuaſtator. Pater Ahi-ézer principis tribus Dan, num.1.a.12

עמיהוד σεμιούδ καὶ σαμιούδ Ammiúd, Populus laudis vel confeſſionis, ſiue mecum laus vel cõfeſſio. Pater Eliſama principis tribus Ephraím, num.1.a.10. Pater itẽ Samuel principis tribus Simeon, num. 34.d.21. Pater Hutai, 1.paral.9.a.4

עמיחור ἀμιούδ Ammiúr, Populus libertatis vel foraminis, ſiue populus albedinis. Pater Tholmái 2.reg.13.g.37

עמון ἀμμών Ammón, Populus eius. Viri nomen, 1.reg.11.c.11, & 14.g.47, eſa.11.d.14

בן עמי ἀμμόν Ammón, Gen.19.g.35, vbi primo loco legitur Ammon, legendum Ben-ammi, quod interpretatur filius populi mei. qui mox Ammõ Hebraicè dicitur. Filius Lot ex filia ſua minore.

עמוני ἀμμονίτης Ammoní, ſiue Ammonites popularis.2.reg.23.d.36

Ammonitæ, Idem.p.n.

מעונים μιναῖοι Ammonitæ, 2.par.26.a.8: vbi dicitur, Et cõtra Ammonitas: interpretatur habitacula, ſiue afflicti, aut delinquentes, vel reſpondentes. Heb. Meonitæ.

עמניות Ammonitides, Populares, f.g.3.reg. 11.a.1 ἀμμανίτιδες

עמונית Ammonitis, Popularis, f.g.2.par.24.g.26 ἀμμανῖτις

אמנון ἀμνών Ammõ, Fidelis aux verax, ſiue nutritius, vel pædagogus, aut matris filius. Primogenit⁹ Dauid, ex Achinoã vxore, 2.reg.3.a.2, & 1.paral. 3.a.1. Iſte diminutiuè per contemptũ dicitur Hebraicè אמינן 2.reg. 13.d. 20, Nunquid Aminõ frater tuus cõcubuit tecũ? quo loco paſſim legitur Amnon. Filius Simonis, 1.para.4.c.20

עמוק ἀμούκ Amoc, Vallis, aut profũditas. Nomẽ viri, 2.eſd.2.a.7

אמון ἀμών Amón, Fidelis, aut verax, ſeu artifex, vel nutritius, aut pædagogus. Fili⁹ Manaſſe, Rex Iuda, 4.reg.21.d.18 & 1.para.3.c.14, & 2 par.33.d.28. Pater Ioſiæ, iere.1.a.2 & 25.a.3. ſoph.1.a.1. matt.1.b.19. Princeps item Samariæ ciuitatis, 3.reg. 22.d.28, & 2.paral.18.f.25. Tertius quidam, de quo nehem.7.f.58

המונה πολυάνδριον Amoná, Numerans, ſiue præparans, aut multitudo eius, ſiue tumultus eius: vel Syriacè, veritas. Vrbs in terra Iſrael verſus mare mortuũ quod eſt in parte Oriẽtali Iudææ, iuxta quã Gog ſepult⁹ iacet. ezec.39.d.16

אמרי ἀμορραῖος Amorrhæus, Amarus, aut rebellis, aut loquax. Filius Chanaan, gen.10.c.15

ἀμορραῖοι Amorrhæi, Idem.p.n. Populus qui Libanũ mõtem à tergo Phœnicis tenet. Alius eſt populus qui Galaad mõtem, inter flumina Iaboc & Arnonẽ habitat. Alius quoque qui montana Pharan inter Sina & Cadeſ-barne. gene.15.d.20

אמוץ ἀμώς Amos, per א in principio, Fortis vel robuſtus. Pater Eſaiæ prophetæ, eſa.1.a.1

עמוס ἀμμώς Amos, per ע in principio, Oneratus, vel onerãs. Propheta vnus ex duodecim, amos 1.a.1

המצה μασσά Amoſá, Iurgium, vel adinuẽtio, ſiue azymũ, aut cõpreſſio. Nomẽ ciuitatis tribus Beniamin, ioſ.18.d.26

ἀμφίπολις Amphípolis, Vallata vel circundata ciuitas. G. Ciuitas Macedoniæ, per quam etiã Paulus profectus eſt, de qua Volaterranus lib.8. Geographiæ: primùm Nouem viæ appellata. Stephanus Cradennã & Ariadraomum antiquitus vocatam dicit. Alia eiuſdẽ nominis in Syria apud Euphratem à Seleuco cõdita, quã Turmedam Syri vocant. Hæc Raphael Volaterranus lib. 8, titulo De Macedonia. act.17.a.1

ἀμπλία Ampliatus, Latinum eſt, à verbo Amplio, amplias. Paulo amiciſſimus hic fuit, rom.16.b.8

עמרם ἀμβράμ Amrám, Populus excelſus, vel manipulus eorũ, aut cũ excelſo. Filius Caath filii Leui, exod.6.c.18. 1.para. 6.a.3, & 23.b.12

עמרמי Amramites, Idem.ſ.n.1.paral.26.c.22 ἀμεράν

אמרפל ἀμαρφάλ Amraphél, Loquens ruinã, aut loquens occultum, vel loquens iudicium. Rex Sennaar, gen.14.a.1

אמרי ἀμαρί Amrí, per א, Amarus, vel loquens, ſiue exaltatio: aut Syriacè, aries. Pater Zacchur, nehem.3.a.2

עמרי ἀμβρί Amrí per ע, Manipulus, vel dominiũ, ſiue populus rebellis vel amarus. Princeps militiæ ſuper Iſrael, rex tandẽ cõſtitutus, 3.reg.16.d.16. mich.6.d.15. Pater Athaliæ matris Ochoziæ filii Iorã, 4.reg.8.g.26. Filius

Bechor filii Beniamin filii Iacob,1.para.7.b.9

אמצי γαμαὶ Amſi,Fortis,vel robuſtus. Nomẽ viri,2.eſd.11.b.11

המתאר ἀμαθάρ Amthár,Species,ſiue forma,vel figuratus, vel depictus,ſiue mortem maledicens.Nomẽ loci in tribu Zabulon,ioſ.19.b.13

A N

ענה ἐνὰν Aná,Reſpondens vel cantans,ſiue affligẽs,vel pauper.Pater Oolibama vxoris Eſau,gen.36.a.2.Filius item Sebeon filii Seir Horræi,gene.36.c.24,& 1.paral.1.c.38

הנע ἀνὰ Aná, Commotio vel motus. Nomen idoli,vel potius regionis.4.reg.18.g.34,& 19.c.13.eſa.37.c.13

ענב ἀνώβ Anáb,Vua:aut Syriacè,nodus. Nomen ciuitatis ſiue montis,ioſ.11.d.21,& 15.f.49

אנחרת ἀνερέθ Anaharáth,Ariditas,aut incenſio, vel ira, ſiue hinnit⁹,aut raucedo:vel Syriacè,ſuffocatio.Ciuitas in tribu Iſſachar,ioſue 19.b.19

ענמלך Anamélech,Reſponſio,aut canticum regis,ſiue afflictio,vel paupertas regis vel conſiliarii. Vnum ex idolis Sepharuaim,4.reg.17.f.31. quo loco LXX non legerunt nomen iſtud,ideo non tranſtulerunt.

ענמים αἰνεκαμιείμ Anamím,Fons ſiue oculus aquarum:aut reſponſio vel afflictio, ſeu canticum aquarum. Filius Meſráim. gen.10.b.13

ענן ἐνὰν Anán, Nubes,ſiue augurium,aut diuinatio. Nomẽ viri,nehem.10.b.26

ἀνανίας ענני Anáni, Nubes, ſiue auguratio, aut diuinatio. Filius Elioenai filii Naariæ,1.para.3.d.24

ענניה ἀνανίας Ananiá,ſiue Ananiás,Nubes Domini,aut diuinatio Domini. Ciuitas in qua filii Beniamin habitarũt poſt Babylonicam captiuitatẽ,2.eſdræ 11.d.32.Nomen itẽ viri cuiuſdam,de quo actorum 5 a.1. Vide Hanania.

ענת ἀνάθ Anáth,Reſpõſio,ſiue canticũ,aut afflictio,ſiue paupertas.Pater Samgar iudicis Iſrael,iudicum 3.d.31

ענתות ἀναθώθ Anathóth,Idem.p.n. Vrbs tribus Beniamin,tribus milliaribus diſtans à Ieruſalẽ,patria Ieremiæ prophetæ,vna ex illis vrbibus per quas tranſiit Sennacherib quum iret oppugnatũ Ieruſalẽ,eſa.10.g.30.iere.1.a.1. ioſ.21.b.18 Item filius Bechor filii Beniamin filii Iacob,1.paral.7.c.9

ענתתיה ἀναθώθα Anathothiá, Reſponſiones,vel cãtica Domini,aut afflictiones, vel inopiæ Domini. Filius Seſac, 1.paral. 8.c.24

ענתתי ἐξ ἐναθὼθ Anathothítes,Reſponſio, ſiue canticũ:aut afflictio ſiue paupertas,iere.29.f.27

ἀνδρέας Andréas,Virilis,vel fortiſſimus. G.Nomẽ Apoſtoli, matth.4.c.18, & 10.a.2:qui ante vocationem ſuam diſcipulus erat Iohannis Baptiſtæ,iohan.1.f.40

ἀνδρόνικος Andronicus,Vir victorioſus.G.Nomẽ viri,2.mac. 4.e.34,& rom.16.a.7

ענם ἐνὰμ Aném,Reſpõſio aut canticum eorum,ſiue afflictio, vel paupertas eorum:aut Syriacè,ouis eorum. Nomẽ ciuitatis,1.paral.6.g.73

ענר αὐνὰν ἀνήρ Anér,Reſponſio,aut cãticum lucernæ,ſiue affligẽs lucernam.Frater Membre,gen.14.c.13. Nomen item ciuitatis in tribu Manaſſe,1.para.6.f.70

עני ἀνί Aní,Reſponſio ſiue canticum, ſiue afflictus vel pauper.Nomen ianitoris & cantoris,1.par.15.b.18,c.20

עניה ἀνανίας Aniá, Reſponſio,aut canticum Domini,ſiue afflictus vel pauper Domini.Nomen viri,2.eſdr.8.a.4

אניעם ἐνιὰμ Aniám, Ego populi,ſiue nauis populi,aut dolor,ſiue fortitudo populi. Filius Samidæ filii Galaad filii Machir filii Manaſſe,1.para.7.d.19

ענים ἀνὶμ Aním,Reſpondentes,ſiue cantantes,aut afflicti,ſiue pauperes.Nomen ciuitatis,ioſue 15.f.49

חנה ἄννα Anná, Gratioſa,ſiue miſericors, aut requieſcẽs,vel donans.Altera vxor Elcanæ,1.reg.1.a.2.Hebr.Hanna. Nomen item prophetiſſæ cuiuſdam filiæ Phanuel,de qua luc.2.e.36

Annas, Affligens,vel humilians,aut reſpõdens. D. Nomen pontificis Iudæorum, ſoceri Caiaphæ etiam pontificis,iohan.18.c.13.luc.3.a.2,& act.4.a.6 ἄννα

Anób,Vua:aut Syriacè,nod⁹.Fili⁹ Cos,1.par.4.b.8 ענוב ἀνώβ

Antilibanus,Excelſus mons ad Septentrionem Iudææ ex aduerſo Libani.de quo Plinius lib.5.cap.20.à quo omnis regio ſupra Libanum ad Oriẽtalem plagã reſpiciẽs,Antilibanus appellatur,citra regionem Damaſci quæ cecidit in ſortem tribus Manaſſe.Quibuſdam videtur non eſſe mons proprius à Libano,ſed iugũ,aut cornu in occaſum Brumalem protenſum,iunctum huic circa Cæſareã Philippi:tanta verò magnitudine,vt mons proprius iuſtè dici poſſit. ἀντιλίβανος

Antiochia,Pro vehiculo, vel curru,id eſt loco curſus:ſiue contra vehiculum vel currum.G.Antiochiæ duæ ſũt clariſſimæ ciuitates:altera Syriæ Cœles, aliàs Emath dicta,zach.9.a.2.in hac diſcipuli primùm cœperunt dici Chriſtiani, acto.11.d.26.in qua Barnabas & Paulus ſunt ordinati,act.13.a.3.De hac multa Procopius lib.1.de bello Perſico.Strabo in 15.Altera Piſidiæ prouinciæ, de qua Plini⁹ lib.5.cap.27.Strabo lib. 12.In hac Paulus & Barnabas prædicarunt, acto.13.c. 14.& gal.2.c.14 ἀντιοχία חמה ὑμάθ

Antiocheni,Idem.p.n.G.2.mach.4.b.9 ἀντιοχεῖς

Antiochenus,Idem.ſ.n.G.act.6.b.5 ἀντιοχεύς

Antiochus,Idem quod Antiochia.G. 1.mac.1.b.11 ἀντίοχος

Antipas,Pro omnibus,vel contra oẽs. G.apo.2.d.13 ἀντίπας

Antipater,Pro patre,vel contra patrem.G.Filius Iaſonis,1.mach.12.c.16 ἀντίπατρος

Antipatris,Palæſthinæ ciuitas nunc diruta quã Herodes rex Iudææ ex patris ſui Antipatris nomine vocauerat.de hac Raphael Volaterr.lib.11.Geographiæ. Ad hanc Paulus ductus eſt captiuus,act.23.g.31 ἀντιπατρίς

A O

Aód,Laudans,ſiue confitens.Filius Gera filii Iemini,iudicum 3.b.15 אהוד ἀώδ

A P

Apadnó,Ornamẽtum eius,ſiue ira iudicii eius. Nomen loci,dani.11.g.46. Quo loco pro Apadnó eruditiores interpretes legunt Palatii ſui. אפדנו ἀφαδανῶ

Apamea ſiue Apamia,Expellens vel abigens.G.iudith 3.d.14 ἀπάμεια

Apelles,Expellens vel abigens. G. Vir commendatus à Paulo,rom.16.b.10 ἀπελλῆς

Aphadnó,Vide Apadnó.

Apharà,Vacca,ſiue frugifera:aut accreſcẽs,ſiue irritans. Vrbs tribus Beniamin,ioſ.18.d.23 חפרה ἀφαρά

Apharſathachæi, Diuidentes ſiue dilacerantes pauones. Populi nomen,1.eſdr.4.b.9 אפרסתכיא ἀρφασαθαχαῖοι

Apharſachæi,Diuidentes,ſiue dilacerantes, 1.eſdr. 5.b.6,& 6.b.6 אפרסכיא ἀρφασαχαῖοι

Apharſæi,Idem.Populi,1.eſdr.4.b.9 ἀρφασαῖοι אפרסיא

Aphéc, ſiue Apheca, Pelagus vel fortitudo, aut vigor:vel Syriacè,exitus. Vrbs in tribu Manaſſe,ioſ.12. d.18,& 13.a.4.Eſt & vrbs in tribu Iudæ,ioſ.15.f.53.Hieronymo in locis Hebraicis vſque ad ſuam ætatem,caſtellum grande Apheca nomine, iuxta oppidũ Palæſthinæ. Vrbs præterea in tribu Aſer, ioſ.19.b.30, quæ אפיק Hebraicè dicitur, iud. 1. f.31,iuxta vicũ Eſron ciuitatis Iezrael,vbi dimicauit Saul in ſorte Aſer:& vbi Philiſthiim cõtra Iſrael poſuerunt caſtra.1.reg.4.a.1 & 29.a.1. ibi Benadad rex Syriæ vincitur,3.re.20.d 30 אפק vel אפקה ἀφεκκά

Aphía,Flãs,vel exufflãs,ſiue loquens,aut illaqueãs. Filius viri Iemini,1.reg.9.a.1 אפיח ἀφίχ

Aphrica iuxta Geographos,maximè Pliniũ in pro λιβύη logo tertii, tertia orbis pars eſt inter Aſiã & Europam ad Auſtrum ſita,incipiẽs ab AEgypto, & in Gaditano freto deſinens, in qua populi habitant Mauri, Getuli, Numidæ,Garamantes, & Carthago vrbs. Mare quo cingitur Aphrica,àSeptentrione Libycum,à Meridie AEthiopicum,ab Occidẽte Atlanticum dicimus: teſtis Pompo. Mela libro 2. Vide Plinium lib.5.cap.4. hiſtoriæ mundi. Strabo li.2.Geographiæ.Hæc Aphrica eadem quoque Libya dicitur, Plinio teſte in prologo quinti. Cuius regionis nahum 3.b.9 fit mentio, & alibi ſæpe in Scripturis.

פול φὰδ Aphrica,eſa.66.f.19,in Hebræo dicitur Pul: & interpretatur Caſus vel ruina,aut faba.

פוט Aphrica,nahum 3.b.9,in Hebræo eſt Put: & interpretatur craſſa vel pinguis. Syrum eſt.LXX tanquam appellatiuum eſſet,tranſtulerunt hoc nomen, & præcedentibus iunxerunt, ὅ οὐκ ἔστι πέρας τῆς φυγῆς σοῦ, & nõ eſt finis fugæ tuæ.

הפצץ ἀφεσῆ Aphſẽs,Comminuens:vel eripiens,aut aperiẽs:aut deſtruens.Nomen viri,1.paral.24.b.15

Aphuthæi,Vide Phuthæi.

ἀποκάλυψις Apocalypſis,Reuelatio.G.apoc.1.a.1

ἀπολλώς Apollo,Perdens,vel deſtruens.G. Vir quidam Alexandrinus,act.18.f.24

ἀπολλωφάνης Apollóphanes, Perditionem vel deſtructionem oſtendens.G.Nomen viri,2.mach.10.g.37

ἀπολλωνία Apollonia,Perditio vel deſtructio.G.Ciuitas Macedoniæ,per quam Paulus profectus eſt,act.17.a.1.Achedoro tãtùm fluuio à Theſſalonica diuiſa. Volater. lib.8. Geographiæ. Eſt & altera in prouincia Aphrica quæ dicitur Pentapolis.

ἀπολλώνιος Apollonius, Perdens vel deſtruens.G.Nomen viri quem occidit Iudas Machabæus,1.mach.3.b.10

ἀπολλύων Apollyon, Exterminãs,vel perdens vel deſtruens. G.apoc.9.b.11

ἀπόστολος Apoſtolus,Miſſus,legatus.G.Sic vocauit Chriſtus quos miſit ad prædicandũ Euãgelium ſuũ, luc.6.b.13

אפים ἀφείμ Appháim,Vultus vel facies,aut furores,ſiue nares, vel piſtores. Filius Nadab filii Semei filii Onan, 1.paral.2.d.30

ἀπφία Apphia, Producens vel pullulans. G.Nomen fœminæ,ad philem.a.2

σαπφοῖς Apphus,Indignationis conſilium, aut volans conſilium,vel ſcrutator.D.Filius Mathathiæ filii Iohannis,1.mach.2.a.5

φορὸς ἀππίου Appii forum, Hieronymus putat fuiſſe nomen fori Romani ab Appio quõdam Conſule appellatum:à quo & via Appia cognominata fuerit. Verũ Appii forum oppidũ fuit, lõgius à Roma quàm Aricia diſtãs. quod Horatius li.1.Serm. Satyra 5, oſtẽdit his verbis,

Egreſſum magna me excepit Aricia Roma
Hoſpitio modico,rhetor comes Heliodorus,
Græcorum linguæ doctiſſimus,inde forum Appi
Differtũ nautis,cauponibus atque malignis.

Ad hanc vrbẽ Paulus venit quũ duceretur Romã,act.28.d.15

A Q

Aquæ contradictionis, numer.20.b.13.d.24. Pſal. 95.b.8,ezech.47.d.19. Vide Meribah.

אמה ἀμμά Aquæductus, Heb. Amma, Collis in tribu Beniamin, iuxta Giah & Gabaon, vbi Aſael frater Ioab cõfoſſus fuit ab Abner,2.reg.2.f.23

ἀκύλας Aquila,Latinũ eſt. Vir Iudæus ex Ponto,act.18.a.2

A R

ער ἀζωήρ Ar,Suſcitatio,ſiue vigilia:aut euacuatio,vel denudatio, ſeu ciuitas, aut æmulus. Præcipua vrbs Moabitarum, ad Arnon ſita,deuter.2.b.10, d.18.f.29, num.21.d.15.f.27.In Eſaia verò, 15.a.1, Ar-moab dicitur, non Ar ſimpliciter.

Ará, Mons,aut prægnans,ſiue demonſtratio. Vrbs Aſſyriorum, cuius recordatur liber primus Para.5.d.26. Hieronymus in quæſt.Heb.ipſam Rages eſſe ſcribit Medorum ciuitatem,de qua Tobiæ 1.c.16 ארא ἀῤῥά

Ará,Maledicẽs,aut vidẽs.Filius Iether,1.par.7.g.38 אר ἀρά

Araás,Ira, vel calor confidentiæ ſiue protectionis. Pater Thecuæ patris Sellum mariti Oldæ prophetidis,4.reg.22.c.14:qui 2.para.34.c.21,dicitur Haſra. חרחס ἀράς

Aráb,Inſidians, vel multiplicans: aut feneſtra ſiue locuſta.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.f.51 ארב ἐρέβ

Araba,Idem.D.Nomen viri,1.mach.15.d.22 ἀραβά

Arabatháne,Inſidiatio fortis,aut feneſtræ,vel locuſtæ fortitudo vel donum: aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D.Nomen ciuitatis,1.mach.5.a.3 ἀκραβατίνη

Arabes, Veſpertini,aut fideiuſſores,ſiue ſuaues, aut campeſtres,vel corui,aut ſalices, vel miſtiones,2.paralip.26.a.7 ערביים ἄραβες

Arabes,pſal.71.d.10, In Hebræo eſt Saba,id eſt conuerſio ſiue captiuitas,aut canities,vel ſeſſio,act.2.b.11 שבא ἄραβες

Arábia, Veſpera, aut veſpertina, vel fideiuſſio, ſiue ſuauitas:aut coruus,ſiue coruina,ſeu deſertũ, vel ſalix aut cõmiſta. Regio Aſiæ maioris inter Iudæã & AEgyptum, Caſſio monte nobilis,quem Sinam eſſe affirmant. De hac plura Plinius lib.5.cap.11,& libr.6.cap.28. Ptolemæus lib.5. cap.17. Strabo lib.16. Pompon. Mela in 2.Hæc Hieronymo authore gẽtes habet multas,Moabitas,Ammonitas,Idumæos,Saracenos,alióſque quãplurimos. Ezechiel. 27.d.21, huius fit mẽtio. Arabum regionẽ triplicẽ fecit Ptolemæus: Petræam Arabiam eam nominat quæ ſupra Palæſthinã ad Caſſium montem & Mare rubrum excurrit. Nomen habet à Petra vetuſtiſſimo oppido. Hanc Arabiam Strabo in 16,Nabatheã vocat. Altera, Arabia deſerta quæ Fœlici à Meridie, à Septentrione Syria & Meſopotamiæ parte finitur, vt Ptolemæus lib.5.cap.19 ſcribit. hãc Sceniten,& Arabas illic Scenitas,id eſt vagos Nomades, & in tabernaculis habitantes nominant Plinius lib.5.cap.11 & 24,& Strabo li.16. Tertiam Ptolemæus lib.6.cap.8, Fœlicem nominat, diuitem & Beatæ cognomine inclytam, quæ peninſulæ forma,inter Perſicum & Arabicum ſinum in Meridiem tenditur, de qua plura Põpo. Mela.lib.3. Geograph. Græcis (vt habet ille) εὐδαίμων appellatur,id eſt fœlix, quòd ſit thurifera,odores creans:hæc aliâs Sabea dicta eſt, iob 1.c.15.pſal.72.b.10.In hac Paulus prædicauit, gal.1.d.17 ערב ἀραβία

Arábia,pſal.71.c.15,in Hebræo eſt Saba, id eſt Cõuerſio,ſiue captiuitas, aut canities, vel ſeſſio. שבא ἀραβία

Arabs, Veſpertinus,aut fideiuſſor,vel ſuauis,ſiue cãpeſtris,aut coruus, vel ſalix,ſeu miſtio,2.eſdr.2.d.19 ערבי ἀραβί

Aracæus,Neruus:aut Syriacè,fugitiuus Filius Chanáan,geneſ.10.c.16:qui Arcas oppidum cõdidit contra Tripolim in radicibus Libani ſitum. ערקי ἀρουκαῖος

Arach,Longitudo,ſiue medicina, vel ſanitas.Ciuitas in qua regnauit Nemrod,geneſ. 10.b.10. Hanc & Edeſſam vocari teſtatur Hieronymus. ארך ὀρέχ

Arachítes,Longus vel procerus:ſiue ſanãs,aut medicina,2.reg.15.g.32 ארכי ἀρχί

Arád,Onáger: aut Syriacè draco. Ciuitas Amorrhæorum ad ſortem Iuda pertinens,ad Auſtrum ſolitudini Cades vicina, in qua habitauerũt filii Obab ſoceri Moſis in medio Iſraelis. Refert Hieronymus in locis Hebraicis vſque ad ſuam ætatem oſtẽdi villã ab oppido Malatis quarto lapide, ab Hebron viceſimo, num.21.a.1.iudicum 1.d.16 ערד ἀράδ

Aradius,Maledictionis abundantia, aut deſcendẽs vel imperans.Filius Chanáan,gen.10.c.17 ארודי ἀράδιος

ארוד ἀράδιοι Aradiús,ezech.27.b.8,Imperans,aut deſcendens.

ἀραδὸν Arado,Stupor,aut tremor,ſiue deſcenſio,vel dominium.D.Nomen loci,1.mach.15.d.23

ארם ἀράμ Arám,Celſitudo,aut ſublimitas,ſeu decipiens,aut maledictio eorum.Filius Sem,gen.10.c.23. à quo Armenii,ſiue Syri Græcis,geneſ.22.d.21.nume.23.a.6, & 1.para.2.c.23. Vide Syria.Filius itẽ Somer filii Heber, 1.para.6.g.37

רם ἀράμ Aram, in Hebræo, Ram.Filius Eſron filii Phares. ruth 4.d.19. matth.1.a.3. luc.3.g.33. interpretatur excelſus,vel ſublimis,aut proiiciens.

הרמה ῥαμά Aramá,Excelſa,ſiue ſublimis:aut vermis,ſiue proiiciens.Ciuitas tribus Nephthali,ioſ.19.c.36

הרן ἀράν Arán, Mons,ſiue montanus, aut prægnans,ſiue cõcipiens,vel cantans,aut præco. Filius Thare patris Abraham,geneſ.11.d.26,& 1.para.23.a.9

ארן ἀράν ארן Arán,Arca,ſiue exultans,aut maledictio eorum.Filius Diſon filii Seir,gene.36.c.28.1.para.1.c.42.Filius item Ierameel,2.para.2.c.25:vbi legimus,Et Buna,& Aran:hebraicè legitur Oran.

הרפה γίγας Arapha,Medicina,ſiue relaxatio,aut gigantiſſa,vel mõtis os,ab ore ſcilicet: aut mons hîc,id eſt in hoc loco.Nomen quorundam gigantum, qui ſic dicebãtur quòd animos videntium ſe,diſſoluerent,2.reg.21.c.16

אררט ἀραρά ἀρμενία Ararát, Maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro,maledictio, ſiue lux currentis. Eſt regio Armeniæ, aut ipſa Armenia,4.regum 19.g.36,ieſa.37.g.38.Iuxta Bocatium,mons eſt maioris Armeniæ.

ἀραρί הררי Arari,ſiue Ararites, Montanus,1.para.11.g.35, & 2.regum 23.d.31

ἀρβάττοι Arbáttis, Fideiuſſor, vel ſuauis, aut miſtus, vel veſpertinus,ſiue planities.Nomen loci.D.1.mach.5.c.23

ערבתי ἀραβωθίτης Arbathites, Idem.2.reg.23.d.30.

ארבע ἀρβόκ Arbée, Quatuor, ſiue accubatio. Nomen ciuitatis, quæ & Hebron & Mambre dicitur. ea eſt Cariath-arbe, ſed hîc nomen Cariáth,appellatiuum fecit, geneſ. 23.a. 2,& 35.d.27

ἄρβηλα Arbella, Suſcitatio vetuſtatis, ſiue inſidians ei, vel multiplicans eam, ſiue locuſta eius. D.Terminus Iudæ, ortum ſolis aſpiciens, de quo Hieronymus in locis Hebraicis. Eſt vſque hodie vicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palæſthinæ.Et alius hoc vocabulo in campo prægrandi,diſtans ab oppido Legionis millibus nouem. Hæc Hieronymus. Strabo ἄρβηλοι lib.16,huius etiam meminit. 1.mach.9.a.2

ארבי ἀρβί Arbi,Locuſta,vel feneſtra: ſiue inſidiator,aut multiplicans.Nomen loci,2.reg.23.d.35

ἀρχέλαος Archélaus, Princeps populi. G. Filius Herodis illius qui innocentes occîdit:Rex Iudææ, matth.2.d.22

ארכי ἀρχαταρώθ Archí,Longitudo,aut ſanitas,vel cicatrix.Nomen populi in ſorte filiorum Ioſeph,ioſ.16.a.2

ἄρχιππος Archíppus, Princeps,vel præfectus equorũ.G.Nomen viri,coloſſ.4.d.17,ad philem.a.2

ἀρχιτρικλίνος Architriclínus,Princeps triclinii,id eſt trium menſarum.G.iohan.2.a.8

ארדון ἀρδώμ Ardón, Imperãs, ſiue deſcendẽs,aut maledictionis iudicium.Filius Caleb ex Azuba vxore, 1.para.2.c.18

ארח ἀρές Aréa, Via, ſeu ſemita, aut viator : vel odorans:ſiue annona,id eſt,diurna portio.Nomen viri,1.eſdræ 2.a.5,& nehem.6.d.18

הרבה ἀρεμβά Arebbá, Magna,ſiue multa, aut proiiciens, vel litigioſa,ſiue mons in ea.Nomen ciuitatis,ioſ.15.g.60

הרקון ἠρεκκῶν Arecón, Vacuus,ſiue mons lamentationis:vel mõs poſſeſſionis.Nomen ciuitatis,ioſ.19.d.46

ארד ἀράδ Ared,Imperans,ſiue deſcendens. Filius Beniamin, geneſ.46.c.21

ἀρίε ארח Arée, Via,ſiue ſemita, aut viator, vel odorans, ſiue annona,i.diurna portio.Filius Olla,1.para.7.g.39

Areli,Altare,ſiue lux Dei,aut viſio Dei.Filius Gad filii Iacob,gen.46.b.16:qui & Ariel dicitur. אראלי ἀροηλῆς

Aren, Vide Harim.

Areopagita,De colle Martis.G.act.17.g.34 ἀρεοπαγίτης

Areopagus,Collis Martis.G.authore Stephano de vrbibus, promontorium Athenis clariſſima Græciæ vrbe fuit, in quo iudicia necis ferro factæ exercebantur:ſic appellatum quaſi dicas vicum Martis.Nam & Iuuenalis Curiã Martis appellat. qua de re Auguſtinus lib.8.de Ciuitate Dei,cap.10. Valerius Max.lib.2. cap.1.de Inſtitutis antiquis. Vnde & Areopagitæ, iudices ſeueriſſimi ac innocentiſſimi dicti ſunt. ἄρειος πάγος

Aretas, Virtuoſus, aut placidus. G.Socer Herodis Tetrarchæ, Arabiæ Petreæ & Damaſcenæ ciuitatis dominus,2.mach.5.b.8,& 2. Corinth.11.g.32 ἀρέτα

Aréuna,Arca,vel canticum,ſiue exultatio:aut lux noſtra, ſiue maledictio nunc. Viri nomen,2.reg.24.c.16:qui 1.para.21.c.15 dicitur Ornan. ארונה ὀρνά

Argób, Gleba, vel glarea, aut maledictio putei vel dorſi,ſiue lux altitudinis. Nomẽ regionis Baſanitidis, deuteron.3.b.13,& 3.reg.4.b.13,& 4.regum 15.e.25:quæ in ſortem dimidiæ tribus Manaſſe cecidit, vocata terra Raphaim, Trachonitis & Baſan. ארגב ἀργώβ

Aridái,Leo abundans, aut maledictionis abundantia.Filius Aman filii Amadatha,eſth.9.b.9 ארידי ἀριδαί

Aridátha,Leonis lex,ſiue maledictionis lex,vel ritus.Filius Aman filii Amadatha,eſth.9.b.8 ארידתא ἀριδαθά

Arié, Leo, ſiue lux Domini. Nomen loci vel viri, 4.regum 15.e.25 אריה ἀρίε

Ariél,Altare,ſiue leo Dei,aut lux Dei. Leonem ſignificat,1.paral.11.e.22.At ieſa.29.a.1,accipitur pro ciuitate Ieruſalem, in qua altare holocauſti. In 43.e.16 verò Ezechielis, altare ſignificat. Eſt & nomen viri, num.26.b.17,& 1.eſd.8.c.16 אריאל ἀριήλ

Ariél,Altare, ſiue lux Dei, aut viſio Dei. Nomen viri,num.26.b.17.Hebraicè Areli. אראלי ἀριήλ

Arielitæ,Idem.p.n.num.26.b.17 δῆμος ὁ ἀριηλ אראלי

Arimathæa,Leo mortuus domino, vel lux mortis domini.D.Nomẽ ciuitatis,mat.27.g.57.Vide Ruma. ἀριμαθαία

Arióch,Longus,vel procerus, ſiue ſatietas vel ebrietas tua,aut leo tuus.Rex Ponti,geneſ.14.a.1 אריוך ἀριώχ

Ariſái,Sponſus:aut Syriacè colonus, ſiue venenũ. Filius Aman filii Amadatha,eſth.9.b.9 אריסי ἀρισαΐ

Ariſtarchus, Optimus princeps. G. Nomen viri Macedonis Theſſalonicenſis,act.19.f.29,& 27.a.2,coloſſ.4.b.10 ἀρίσταρχος

Ariſtobolus,Optimus conſultor,vel optimũ conſiliũ.Magiſter Ptolemæi,2.mach.1.b.10,rom.16.b.10 ἀριστόβουλος

Armageddon,Mons Euangelii, vel euangelizationis,aut mons pomorum, vel fructuum, ſ.electorum. D.Nomen loci,apoc.16.c.16 ἀρμαγεδδών

Armenia,Hebraicè dicitur Ararat:ſiue potius terra Ararat, vt Ararat ſit nomen viri : & interpretatur maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio,ſiue lux currentis. Nomen regionis Orientalis, (nam nomine Orientis,intelligitur Armenia,geneſ. 11.a.2.)ſuper cuius montes requieuit arca Noe,geneſ. 8.a.4. Dicitur & Aram, ab Aram filio Sem. Sũt qui opinantur eſſe nomen montis,ieſa.37.g.38 אררט ἀραράτ

Armenii,Idem.

Armón,malum granatum, vel mons numerationis,aut mons præparationis,ſiue mons doni ſiue muneris. Nomen loci,amos 4.a.3, iuxta veterẽ interpr. Alii legentes ארמון,ſic tranſferunt locum,Et deiicietis palatium,dicit Dominus. הרמון τὸ ὄρος τὸ ῥομμάν

Armoní,Aula,ſiue palatium,aut maledictio nume ארמני ἀρμονί rationis,vel præparationis,aut luminis munus.Filius Saul ex Reſpha,2.reg.21.b.9.

ארנן ἀρνών Arnán,Exultans, ſiue arca eorum,aut lux filii : vel lux,aut maledictio permanens vel æterna. Filius Raphaiæ filii Ieſeiæ filii Phaltiæ,1.paral.3.d.21.

ארנון ἀρνών Arnón,Idem.Fluuius eſt Moabitarum,qui Ioſepho lib.4.Antiquit.Iudaic.ca.4.de mõtibus Arabiæ fluit, ac per totã ſolitudinem labens,in Aſphaltiten lacum erumpit,ſeiungens Moabitiden & Ammonitida. Hieronymo verò eſt rupes excelſa in limite Amorrhæorum & Moabitarum, numeri 21.c.14, deut.2.e.36,ioſ. 12.a.1,& 13.c.9,iudicum 11.c.13. Eſt etiam Arnón ciuitas Moabitarum & deinceps Sehó regis Amorrhæorum,nume.21.e.23.ioſ.12.a.1.

ארוד ἀροάδ Aród, Imperans ſiue deſcendens.Filius Gad filii Iacob,num.26.d.17.

ערד ἀράδ Aród,Onager:aut Syriacè,draco.Filius Beriæ,1.paral.8.b.15.

ארודי ἀροηδὴς Arodi,Imperantes ſiue deſcendentes.Filius Gad filii Iacob,gene.46.b.16.

ἀροαδί Aroditæ,Idem,nume.26.b.17.

הארדי ἀροδί Arodites, Idem,2.reg.23.d.33. vbi nunc Ararites legimus iuxta quorũdam exemplarium Hebraicorum lectionem.

ארער ἀροήρ ערוער Aroér,Myrica,ſiue ſuſcitatio vigiliæ,aut vigilia vigiliæ,vel denudatio pellis,aut denudatio æmuli. Vrbs Moabitarum ſita ſuper ripam torrentis Arnon,extructa à filiis Gad,ioſ.12.a.2,& 13.c.25.Eſt cõtra Rabbath, ioſ.13.c.25.ceſſit tribui Gad,iud.11.f.33.fit eius mẽtio,1. reg.30.g.28,& 2.reg.24.a.5,nume.32.g.34, & 4.reg.10. g.33.Eſt & regio circa Damaſcũ,vel(vt alii volũt)Arnonis:cuius meminit Eſaias cap.17.a.1.

ערערי ἀραεί Arorites,ab Aroer,Myrica mea,vanitas,vel humilitas,aut ſuffoſſio mea,1.para.11.g.44.

ἀρωρεί הררי Arorites, ab Arari,Montanus,1.par.11.f.28.

ארפד ἀρφάδ Arphád,Lux redemptionis, aut ſternens, ſcilicet aliquid ad reclinandum. Nomen inſulæ in Phœnicia ſitæ non longè à Damaſco. Plinius lib.5.cap.31.Pompo.Mela lib.1,eſa.10.b.9,&4.reg.18.g.34,ier.49.e.23.

ארפכשד ἀρφαξάδ Arphaxád, Sanãs vel laxans quaſi deprædationem aut quaſi mammillã:vel laxans aut ſanãs ſicut dæmõ. Filius Sem,gene.10.c.21,luc.3.g.36.à quo Chaldæi.

ארצא ὠρσᾶ Arſá, Terra, ſiue voluntas,aut curſus, ſiue maledictionis exitus.Nomen præfecti ciuitatis Therſæ,3.regum 16.c.9.

ἀρσάκης Arſáces, Eleuans ſcutum,aut eleuatio ſcuti. G.Nomen viri,1.mach.15.d.22.

ἀρτάβαι Artaba,Genus eſt menſuræ,daniel 14.a.2.D.

ארתחששתא ἀρθασασθά Artaxerxes,Lumen ſiue maledictio,ſilentium vel feſtinationem ponens,aut feruor lætitiæ.Generale nomen eſt(vt Lyrano & Metaſtreni Perſæ placet)regum Perſarum,quemadmodum Cæſar, Romanorum imperatorum,1.eſdr.4.b.7.

ארתחשסתא ἀρθασασθά Artaxérxes, Luminis ſiue malediĉtionis ſilentiũ, vel feſtinationem perſuadens, aut feruor direptionis, 1.eſd.7.c.21.& 8.a.1.nehem.2.a.1.& 5.c.14,& 13.a.6.

ἀρτεμᾶς Arteman, Integer, vel incolumis, aut venuſtus.G. Nomen viri,Tit.3.d.12.

ארבות ἀραβώθ Arubóth, Cataractæ,ſiue feneſtræ,aut inſidiæ, vel locuſtæ.Nomen ciuitatis,3.reg.4.a.10.

הרום ἀρείμ Arúm,Excelſus ſiue ſublimis,aut ſeparãs, ſiue proiiciens.Pater Aharehel,1.para.4.b.8.

A S

אסא ἀσά Aſá, Medicus, aut ſanans, Syrum eſt.Filius Abian regis,3.reg.15.b.8, & 1.paral.3.b.10. Filius item Helcana,1.paral.9.c.16.

Aſaa,vide Aſaia.

עשהאל ἀσαήλ Aſaél,Fecit Deus,ſiue factura Dei. Filius Saruiæ,2. reg.2.d.18.Frater item Ioab, 2.reg.23.d.24,& 1.para.2. b.16. & 2.paral.31.c.13.Corruptè in quibuſdã codicibus ſcribitur Aſahel, vt 1.para.11.f.26,& 27.a.7,&2.para.17.b.8.

עשיה ἀσαΐα Aſaiá,Fecit Dominus,ſiue factura Domini.Seruus Ioſiæ regis,4.reg.22.c.14.Nomen item principis,1.paral.4.f.36,& 6.c.30, & 9.a.5,& 15.a.6. In 2.paral.34.d. 20,corruptè legitur Aſaæ pro Aſaiæ.

הצללפוני ἀσελα φωνι Aſalelphúni, Vmbra vel ſubmerſio vultus,aut ſonitus vel tinnitus vultus.Filia Etam,1.para.4.a.3.

אצליהו ἐσσέλιος Aſaliá,Prope Dominum,ſiue ablatio vel ſeparatio Domini.Pater Saphan Scribæ, 4.reg.22.a.3,vbi corruptè legitur Aſſia.

עשן ἀσά Aſán,Fumus,aut fumigans.Nomen ciuitatis in tribu Iudæ,ioſ.15.f.42, & 19.a.7, & 1.reg.30.g.30, & 1.paral.4.f.32, & 6.e.62.

הסנאה σανάα Aſaná,Rubus:aut Syriacè,inimicus. Pater Oduia, 1.paral.9.b.7.

אסף ἀσάφ Aſáph,Congregãs,ſiue colligens,aut finiens.Filius Barachiæ filii Samua,1.paralip.6.c.39.Pater item Zechri,1.para.9.c.15.

אסר־חדן ἀσορδάν Aſar-haddón,Ligans acumen,vel lætitiam: aut Syriacè,prohibens nouitatẽ vel vnitatem.Filius Sennacherib,qui poſt eũ regnauit,4.reg.19.g.37,eſa.37.g.38

σαραμέλ Aſaramel,Beatitudo populi Dei,aut veſtigium circuncisionis.D.Nomen loci,1.machab.14.d.28.

אשראלה ἀσεριηλά Aſaréla,Beatitudo Dei,aut intuens fortẽ vel quercum,ſiue greſſus Dei.Nomen viri,1.para.25.a.2.

Aſarmoth,Vide Haſarmoth.

Aſaſon-thamar,Vide Haſaſon-thamar.

הצביים σαβαΐν Aſbaím,Damulæ, vel pulchritudines,ſiue militiæ. Nomen viri,2.eſd.7.e.59.

אשבל ἀσβήλ Aſbél,Ignis vetuſtatis,aut ignis defluens vel decidens. Filius Beniamin, gen.46.c.21: qui 1.par.7.b.11 Iadiel dicitur.

אשבלי ἀσυβηλί Aſbelitæ,Idem.p.n.Num.36.e.38.

אשקלון ἀσκαλών Aſcalón,Appẽſio vel ſtatera,ſiue ignis infamiæ.Ciuitas ampla Palæſthinæ,ſiue vt Ioſephus habet libr.5. cap.3, Iud. antiquit. ſuperioris Idumææ quam Iudas expugnauit, iudic.1.d.18. Vbi Samſon triginta viros percuſſit, iudicũ 14.d.19:quæ à conditore Aſcalo Hymenæi filio id nominis, Stephano teſte, inuenit. Hæc ſecundum Egeſippum lib.3.cap.4,ſeptingentis viginti ſtadiis ab Hieroſolyma diſtat. De qua Volater.libr. 11.Geog.ierem.25.d.20. amos 1.b.8.ſoph. 2.a.4.zach. 9.a.5. Ab hac reguli Philiſthinorum, Aſcalonitæ appellantur,ioſ.13.a. 3.

ἀσκάλωνα Aſcalona,Idem.D.1.mach.10.g.86.

אשקלוני ἀσκαλωνῖτοι Aſcalonítæ,Idem.p.n.populi nomen, ioſ.13.a.3.

אשכנז ἀσχανάζ Aſcenéz,Ignis quaſi diſtillans, vel quaſi aſpergens. Filius Gomer.gen.10.a.3.Populi itẽ quos Græci Rheginos vocant,ierem.51.c.26,ſecundum Ioſephum.Euſebio autem,gentes ſunt Gothicæ.

מעלה עקרבים προσαναβάσις ἐκράβεως Aſcẽſus ſcorpionis,Heb.Maale-acerabbim. Locus trib⁹ Iudæ,in parte Auſtrali Terræ ſanctæ,ioſ.15.a.3.iudic.1.g.36. de quo Hieronymus in locis Hebraicis,qui confinium Amorrhæorũ Acrabitenen dictum refert.

הצביים ἀσεβωείμ Aſebaim,Damulæ,ſiue pulchritudines,aut militiæ, Nomen viri,1.eſd.2.c.57.

אשדות ἀσηδώθ Aſedóth, Effuſiones, ſiue decliuia, aut campeſtria, vel deprædationes.Nomen regionis & ciuitatis in tribu Ruben,vrbs Amorrhæorum,ioſ.10.g.40,& 12.b.3, & 13.c.20.

אצל ἀσήλ Aſél,Prope,aut iuxta, ſiue ablatio vel ſeparatio.Filius Elaſa,filii Rahpa,1.para.8.d.37,9.g.43.44.

עצם ἀσόμ Aſem,Os ab oſſe: aut fortitudo,aut clauſura, ſcilicet oculorum,vel lignum eorum.Ciuitas in tribu Simeon,ioſ.19.a.3. Appellatur & Aſom, 1.para. 4.e.29.

iiſdem conſonantibus & punctis.

עַצְמוֹנָה ἀσεμωνά Aſemoná, Os nūc, ab oſſe: ſiue fortitudo noſtra, vel clauſura noſtra, ſiue lignum vel conſilium numerantis vel præparantis. Vrbs tribus Iudæ, ioſ.15.a.4.

אַסְנָא ἀσενά Aſená, Periculum, ſiue infortunium, vel rubus. Nomen viri, 1.eſd.2.c.50.

אַשְׁנָה ἀσνά Aſená, Mutatio vel duplicitas, aut dormitatio, ſiue ignis nunc. Nomen vrbis in tribu Iuda, ioſ.15.e.33.

אָסְנַפַּר ἀσεναφάρ Aſenaphár, Periculum ſiue infortunium tauri, aut periculi incrementum. Nomen viri, 1.eſd.4.b.10.

אָסְנַת ἀσενέθ Aſenéth, Periculum ſiue infortunium. Filia Phutipharis vxor Ioſeph, gene.41.f.44, & 46.c.20.

אַסִּיר ἀσείρ Aſér, Vinctus, ſiue incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Heb. Aſir. Filius Caath filii Leui, 1.paral.6.b.22. ſiue filius Core filii Iſaar filii Caath, exod.6.d.24.

אָשֵׁר ἀσήρ Aſér, Beatitudo ſiue fœlicitas. Octauus filius Iacob ex Zelpha ancilla Liæ vxoris ſuæ, geneſ.30.b.13. Nomen item loci, ioſ.17.b.11, & 3.reg.4.b.14. Aſer conſequutus eſt ſortem ad Occidentem & ad Auſtralē partem, id eſt ad Auſtrum vergentem, ioſ.19.c.34. In chartis malè collocatur hæc tribus.

אֲשֵׁרוֹת ἄλσος Aſeróth, Nemora, ſiue luci, aut beatitudines, vel inſidiæ, ſiue greſſus. Nomen idoli, iudic.3.a.7.

אַשְׁחוּר ἀσσώρ Aſhúr, Denigratus, ſiue ignis libertatis, vel albedinis, aut foraminis. Filius Eſrō filii Phares, ex Abia vxore, 1.para.2.c.24. Pater item Thecuæ, 1.para.4.a.5.

ἀσία Aſia, Limoſa, vel cœnoſa. Minor pars Aſiæ quæ tertia pars orbis cenſetur: iſta continet prouincias, Phrygiam, Pamphyliam, Ciliciam, Lycaoniam, Galatiam, Coriam, & alias, Epheſum quoque ſpecialiter. Hæc præter Orientalem partemqua ad Cappadociam Syriámq; progreditur, vndique mari eſt circūflua. Hanc ſuſpicantur hodie Turciam dici. Author Hieronym. huius multa fit mentio in Actis Apoſtolorum & epiſtolis Pauli.

ἀσιανοί Aſiani, Limoſi, vel cœnoſi. G. act.20.a.4.

עֲשִׂיאֵל ἀσιήλ Aſiél, Fecit Deus, ſiue factura Dei. Filius Saraiæ filii Ioſabiæ, 1.para.4.f.35.

אֲשִׁימָא ἀσιμά Aſimá, Delictum, ſiue poſitio, aut ignis maris. Nomen idoli virorum Emath, 4.reg.17.f.30.

עֶצְיוֹן־גֶּבֶר ἀσιὼν γαβέρ Aſion-gáber, Lignū viri vel robuſti, aut conſilium viri vel robuſti. Vrbs maritima ſita in litore Maris rubri, id eſt, in ea litoris parte quæ pertinet ad ſinum Elamiticum, ſic dictum ab Elam. Aſion-gáber pertinet ad Idumæam, 3.reg.9.d.26, & 2.para.8.d.17. In Aſion-gáber caſtrametati ſunt filii Iſrael egreſſi de Hebrona, numer.33.d.35. deut.2.b.8.

אַסִּיר ἀσείρ Aſir, Vinctus, ſiue incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Filius Iechoniæ filii Ioacim filii Ioſiæ, 1.para.3.c.17. Filius item Core, 1.para.6.b.22.

ἀσμοδαῖος Aſmodæus, Deſtructor, vel diſſipator, aut delicti abundantia, vel peccatum abundans, ſiue ignem menſurans. D. Nomen dæmonii, tobiæ 3.b.8.

הַסְּנָאָה ἀσανά Aſnaá, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Nomen viri 2.eſd.3.a.3.

אֹצֶם ἀσάμ Aſom, Feſtinatio eorum, ſiue ieiunans. Sextus filius Iſai, 1.para.2.b.15. Filius itē Ierameel primogeniti Eſron, 1.para.2.d.26.

עֶצֶם ἀσόμ Aſom, Os ab oſſe, vel fortitudo: ſiue clauſura, ſcilicet oculorum: aut lignum eorum. Ciuitas in tribu Simeon, 1.para.4.e.29: quæ dicitur Aſem, ioſ.19.a.3, iiſdem conſonantibus & punctis.

חָצוֹר ἀσώρ Aſór, Nomen vrbis aut regionis ſitæ in Arabia, ierem.49.e.28, iudic.4.a.2. Vide Haſor.

אֵסַר־חַדֹּן ἀσαραδάν Aſor-haddán, Ligans acumen vel lætitiam: aut Syriacè, prohibens vnitatem vel nouitatem. Rex Aſſur, 1.eſd.4.a.2.

עַשְׁוָת ἀσουάθ Aſóth, Faciens, vel factura, aut tineæ, ſ. veſtimentorum. Filius Iephlat filii Heber, 1.para.7.g.34.

ἀσφάρ Aſphar, Plaſmatio onagri, aut feſtinatio tauri. D. nomen lacus in agro Thecuæ, 1.mach.9.d.33.

אַשְׁפְּנַז ἀσφανέζ Aſphenéz, Pharetra aſperſionis vel diſtillationis, ſiue magus aſperſus. Præpoſitus eunuchorū regis Nabuchodonoſor, daniel 1.a.3.

אֲשַׂרְאֵל ἀσερήλ Aſraél, Beatitudo Dei, vel intuitus fortis, aut greſſus Dei. Filius Ialeleel, 1.par.4.c.16.

אַשְׂרִיאֵל ἰσεήλ Aſriél, Idē. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe, num.26.d.31: qui ioſue 17.a.2, Eſriel dicitur.

הָאַשְׂרִאֵלִי ἰσεηλί Aſrielitæ, Idem. p.n. nume.26.d.31.

הַצִּדִּים τυείμ Aſſedim, Venationes, aut inſidiæ, vel latera: aut Syriacè, deſtructiones. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſue 19.c.35.

חָשֵׁם ἀσόμ Aſſem, Nomen, vel nominatus, ſiue poſitio vel poſitus. Nomen viri, 1.para.11.g.34.

Aſſia, Vide Aſalia.

ἀσιδαῖοι Aſſidæi, Milui, vel herodii, aut venātes, vel inſidiātes. D. Genus hominum inter Iudæos, 1.mach.7.b.13, 2.mach.14.a.6.

ἄσσον Aſſon, Appropinquatio vel approximatio. G. Cōplures ſunt huius nominis vrbes: vna Lyciæ ciuitas maritima in edito ſita promontorio, adeò vt parum tutum ſit accedere. Vnde iocus Nicoſtrati citharœdi, Aſſon eas, vt citius ad exitii terminos peruenias. Altera in AEolide. Tertia in Myſia. Quarta in Lydia. Quinta in Epiro minore, Cleantis philoſophi patria, quæ eadem & Apollonia ſit dicta, ſuffragante & Plinio in 5. libro, cap. 36. Hāc poſtremam Paulus adnauigauit, act.20.c.13, & 27.c.13.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ ἀσουῆρος Aſſuerus, Princeps & caput. Pater Darii regis Medorum, daniel 9.a.1, & 1.eſd.4.b.5. Hic à Metaſthene Perſa Artaxerxes Aſſuerus vocatur.

אַשּׁוּר ἀσσούρ Aſſúr, Inſidians, ſiue beatus, aut aſpiciens, vel gradiens. Filius Sem, gen.10.c.21. de terra Sennaar egreſſus, gen.10.b.11.

עַשּׁוּרִי ἀσσεί Aſſurí, Beatitudo, aut intuitus, vel greſſus. Nomen loci, 2.reg.2.b.8.

אַשּׁוּרִים ἀσουριείμ Aſſurím, Inſidiantes, ſiue beati: aut aſpicientes, vel gradientes. Filius Dedan filii Iecſan, gen.25.a.3.

Aſſyrii, Idem. Heb. Aſſurim. Aſſyrii poſt Euphratem loca tenent, amne tantùm à Babyloniis diuiſi. Herodotus eoſdē populos cum Syris eſſe dicit: ſed à Græcis Syros, à Barbaris Aſſyrios vocari. In Aſſyria autem fuerunt XVIII regna, tam ampla & potens regio fuit. Lege Raphaelem Volater. lib.11. Geograph. Strabonem libr.16. Geographiæ. Aſſyria eſt ad Orientem Terræ ſanctæ.

אַשּׁוּר ἀσσύριος Aſſyrius, Idem. ſ.n. eſa.7.c.17.

עַשְׁתָּרֹת ἀσταρώθ Aſtaroth, Greges, ſiue diuitiæ: aut faciens explorationem, ſeu tinea legis. Vrbs in campeſtribus Moab in dimidia tribu Manaſſe, Og regis Baſan regia, deut.1.a.3, ioſue 9.b.10, & 12.b.4, & 13.d.12. gigantum terra quos Codorlahomor interfecit, geneſ.14.a.5. quo loco dicitur Aſtaroth Carnaim. in ſupercilio Sodomorum ſita, poſtremo Leuitis conceſſa, 1.para.7.f.71. Fuit & deus Palæſthinorum. Ioſephus libr.6. cap.14. Iudaic. Antiqui. teſtis: quem ſuſtulerūt Iudæi Samuelis iuſſu, 1.reg.7.a.3. Eſt & alius quem adorauit Salomon, 3.reg.11.a.5. vbi עשתורת legitur: à Græcis ἀστάρτη dictum. Vide Aſtarte. Aſtaroth, idôla formā ouiū præ ſe ferentia.

עַשְׁתְּרֹת קַרְנַיִם Aſtaroſt-addar, ioſ.18.b.11, legendū Ataroth-adar.

עַשְׁתְּרָתִי ἰσθαρωθί Aſtarothites, Greges, ſiue diuitiæ, aut faciens explorationem, ſiue tinea legis, 1.par.11.g.44.

עַשְׁתֹּרֶת ἀστάρτης Aſtárthen, Idem. Idolum Sidoniorum, quod colebat Salomon, 3.reg.11.a.5. idem quod Aſtaroth præce dens. De quo & 4.reg. 23.c.13 fit mentio: quo in loco Aſtoreth legendum eſſet pro Aſtaroth.

ἀςυάγης Aſtyages, Ciuitatis ductor, vel dux. G. Rex Perſarum, daniel 13.g.64

ἀσύγκριτος Aſyncritus, Incomparabilis. G. Viri nomen, roma.16.b.14

A T

אטר ἀτάδ Atád, Rhamnus, ſiue ſpinetum. Locus trans Iordané, vbi exequias atque planctus peregerunt filii Iſrael ſuper morte Iacob, tertio ab Iericho lapide, duob⁹ milibus à Iordane: qui locus dictus eſt poſtea Planctus AEgypti, gene.50.b.10. Nũc Beth agla, quod interpretatur locus gyri, eo quòd ibi more plangentiũ circuierunt in funere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis. Hebraicè legitur Goren Atad. i. Area Atad.

עטרה ἀταρά Atará, Corona. Altera vxor Ierameel primogeniti Eſron filii Phares filii Iudæ, 1.para.2.d.26

עטרות ἀταρώθ Ataróth, Coronæ, ſiue calamus inebriationis, vel ſaturitatis: aut ex Syro & Hebræo cõſilium inebriationis vel ſaturitatis. Ciuitas in tribu Gad, num. 32.a.3. g. 34. Eſt & nomen regionis in ſorte filiorum Ioſeph, ioſue 16.c.7

אטרותאדר ἀταρὼθ ἀδδάρ Ataróth addár, Coronæ, ſiue calamus inebriationis vel ſaturitatis pallii ſiue potentiæ aut magnitudinis. Ciuitas in tribu Ephráim, ioſ.16.b.5, & 18.b.11

אטר ἀτήρ Atér, Siniſter, vel clauſus. Nomen viri, 1.eſd.2.a. 16

עתך ἀθάχ Athach per ע, Hora tua, ſiue tempus tuum. Nomen ciuitaits, 1.regum 30.g.30

התך ἀθάχ Athách, per ה Percutiens, vel humilians, aut ſubiiciens. Nomen Eunuchi, eſther 4.b.5

עתיה ἀθιέ Athaiás, Hora vel tempus Domini. Nomen viri, 2.eſd.11.a.4

עתלי θαλί Athalái, Hora mea, ſiue tempus meũ vel mihi. Nomen viri, 1.eſd.10.d.28

עתליהו γοθολία Athaliá, Hora vel tempus Domino. Mater Ochoziæ filii Ioram regis Iudæ, filia Amri regis Iſrael, 4.regum 8.g.26

אתני ἠθανί Athanái, Fortis ſiue aſininus, aut donãs. Filius Zara filii Adaia, 1.para.6.c.41

עתר ἐθήρ Athar, Oratio, aut deprecatio. Nomen ciuitatis in tribu Simeon, ioſue.19.a.7

ἀθῆναι Athenæ, Sine cumulo: vel ab Athena, id eſt Mineruа, Mineruales. G. Ciuitas Achaiæ, philoſophiæ dicata, ſtudiis & idolorũ cultui, vbi Paulus etiã Chriſtum prædicauit, act.17.d.16. huius vrbis Piræus portus (cuius Terentius in Eunucho meminit) ſeptemplici muro quondam communitus fuiſſe deſcribitur. Athenæ hodie ſub Turcæ imperio ſunt, à Barbaris corrupto vocabulo Sethniæ vocãtur, Raphaele Volater. libro 38. Paralipomenon authore.

ἀθηναῖοι Athenienſes, Idem. G. act.17.e.21

ἀθηνόβιος Athenobius, Mineruæ arcus. G. Nomen viri, 1.machab.15.f.32

התרשתא ἀρθασαθά Atherſátha, Diſſoluens fundamentum, vel contemplans fundamentum vel potum: ſiue turturis fundamentum: aut ex Hebræo & Syro, cõtemplans annum vel tempus. Filius Achelai, 2.eſd.10.a.1: de quo & 1.eſd. 2.d.61. Sic dicebatur & Nehemias, Nehem. 7.f.65, & 8. c.10

חמטה ἀμμαθά Athmathá, Lacerta vel ſtellio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.f.53. Heb. Humeta.

ἀτάλεια Attalia, Augens, vel nutriens. G. Ciuitas Pãphyliæ maritima, à Ptolemæo Philadelpho ædificata, iuxta Raphaelem Volaterr. lib.10. Geographiæ, quam Paulus & Barnabas pertranſierunt, act.14.d.25

ἄτταλος Attalus, Auctus ſiue nutritus. G. Nomen viri, 1.machab.15.d.22

A V

Auá, Iniquitas. Nomen idóli, 4.regum 17.d.24, & 18.g.34, & 19.c.13, eſa.37.c.13 עוה αὐά

Auguſtus, Latinũ eſt, vel ab augurio dictus, vel (vt alii volunt) ab augendo. Romanorũ Imperator ſecundus, patre Octauio ſenatore genitus, Cæſaris nepos, imperauit annos 56. Hic quum quadrageſimo ſecũdo anno imperii ſui firmiſſimá veriſſimámque pacem compoſuiſſet, Chriſtus Dominus in Bethlehé natus eſt: cuius aduentui pax iſta famulata eſt, quemadmodũ ſcribit Eutropius rerum Romanarum ibro 7, cap.2. Et Lucas Euangeliſta cap.2.a.1, refert ab hoc edictum exiiſſe vt cenſeretur orbis vniuerſus. αὐγοῦςος

Auím, Iniqui ſiue peruerſi. Nomen ciuitatis tribus Beniamin, ioſue 18.d.23 עוים αὐίμ

Auíth, Iniqua, ſiue peruerſa, aut tẽporalis. Nomen ciuitatis in qua regnauit Adad quartus rex in Edom, geneſ.36.d.35 עוית γηθίμ

Aulon, Vide Vallis ſylueſtris.

Auran, Foramen, ſiue libertas, aut albedo. Locus in vicinia Damaſci, ezech.47.c.17. Heb. Hauran. חורן αὐρανίτης

Auſitis, Hebraicè dicitur Hus, & interpretatur conſilium aut lignum: aut Syriacè, affixus aut affixio. Nomen loci, ierem.25.e.20 עוץ ὖς

A X

Axá, Compoſita vel adornata, aut laſciuiens, ſiue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, ioſue 15.d.16, iud.1.c.12: quæ 1.para.2.f.49, Achſa ſcribitur. עכסה ἄχσα

Axáph, Veneficus, ſiue vtique cõterens. Nomen ciuitatis in tribu Aſer, ioſue 19.b.25: quæ cap.11.a.1, ſcribitur Achſaph. אכשף ἀχασάφ

A Z

Aza, Vide Gaza.

Azá, Fortitudo, aut capra. Nomé viri, 1.eſd.2.c.47 עזא ἀζά

Azael, Vide Hazael.

Azanias, Auris Domini, ſiue auſcultatio Domini, vel arma Domini. Nomen viri, 2.eſd.10.a.9 אזניה ἀζανίας

Azanoth-thabor, Aures electionis ſiue puritatis: aut ex Hebræo & Syro, aures contritionis vel confractionis. Ciuitas, terminus trib⁹ Nephthali, ioſ.19.c.34 אזנותתבור ἀζνὼθ θαβώρ

Azareél, Adiutorium Dei, ſiue atrium Dei. Nomen viri, 1.para.12.a.6, & 25.c.18 עזראל ἀζαρήλ

Azarias, Auxilium Domini, ſiue atrium Domini. Filius Amaſiæ regis Iudæ, 4.re.14 e.21: qui 2.par.26.a. 1, Ozias dicitur. Eſt & nomen ſacerdotis, 2.para.26.c. 17. Filius Iohanan, 2.para.28.b.12. Filius item Ethan filii Zaræ filii Iuda, 1.paralip.2.b.8. Vide & 1.paral.6. a.9, & b.13 עזריה ἀζαρίας

Azaricám, ſiue Azricã, Auxiliũ reſurgẽtis vel vindicantis, aut fortitudo vacua. Nomé viri, 2.eſd.11.c.14 עזריקם ἰεικάμ

Azaú, Videns, aut prophetans. Filius Nachor ex Melcha, gene.22.d.22. Heb. Hazo. הזו ἀζαῦ

Azáz, Fortis. Pater Bala, 1.para.5.a.8 עזז ἀζάζ

Azazias, Fortitudo Domini. Nomen viri, 2.paral. 31.c.13 עזיהו ὀζίας

Azbái, Hyſſopus mea. Nomen viri, 1.para.11.g.37 אזבי ἀσβαΐ

Azbóc, Hircus vel fortitudo vacuitatis, aut fortis diſſipatio. Nomen viri, 2.eſd.3.d.16 עזבוק ἰζβούχ

Azecá, Fortitudo, ſiue murata, vel ſepta: aut Syriacè, anulus. Ciuitas Amorrhæorum, quæ ſorte ceſſit tribui Iuda, ioſ.15.e.35, nehem.11.d.30. Hieronymo inter Eleutheropolin & AEliam ſita: quo loci Deus grandine & lapidibus gentes perdidit, ioſue 10. c.11. Philiſthiim illic caſtra contra Iſrael fixerunt, 1.reg.17.a.1. Hanc reparauit Roboam rex Iuda, 2.par.11.b.9. & rex Babylonis eandem debellauit, ierem.34.b.7 עזקה ἀζηκά

Azer, Adiutoriũ, ſiue atriũ. Nomé viri, 2.eſd.3.e.19 עזר ἀσούρ

עזגד ἀζιγάδ Azgád, Fortis exercitus, aut fortitudo fœlicitatis: vel ex Hebræo & Syro,fortis ſciſſura. Viri nomen, 1. eſd.2.a.1,& 8.b.12

עזיה ὀζία Aziá,Fortitudo Domini,ſiue hircus Domini. Nomen viri,2.eſd.11.a.3

עזיזא ἰζιζά Aziza, Fortitudo, aut fortis.Nomen viri, 1.eſd.10. d.27

עזמות ἀζμώθ Azmaueth, Fortis mors,ſiue hircus, aut fortitudo mortis.Nomen viri cuiuſdam,2.reg.23.d.30:qui 1.paral. 11. f.33, dicitur Azmoth, iiſdem conſonantibus & punctis.1.eſd.2.b.22

עזמות ἀσμώθ Azmóth, Idem.Filius Ioada filii Achaz, 1.paral. 8. d.36,& 12.a.3,& 27.c.24.Filius itẽ Iore,1.paral.9.f.42. Nomen præterea cuiuſdam alterius, 1.par.11.f.33: qui 2. regum 23.d.30, dicitur Azmáueth iiſdem cõſonantibus & punctis.

ἀζώρ Azor,Adiutor,vel accinctus: aut Syriacè, conuerſus.D.Filius Eliacim filii Abiud,matth.1.b.14

אשדודיות ἀζωτίαι Azotidæ,Hebraicè dicitur Aſdodioth, & interpretatur deprædatrices,ſiue ignis dilectionũ,2.eſd.13.d.23

אשדודי ἀζώτιοι Azotii,in Hebræo dicitur Aſdodi, id eſt ignis dilecti vel patrui. Genus populi in terra Chanáan contra Aquilonem.

Azotius, Ignis dilecti vel patrui mei,ioſ.13.a.3, & 1.reg.5.a.3

אשדוד ἐσδώθ Azotus,Hebraicè dicitur Aſdod, id eſt deprædatio, ſiue ignis dilecti aut ignis patrui.Inſignis Palæſthinæ vrbs inter Aſcalonem & Ioppen in tribu Dan, in qua gigãtes habitarũt,capta à Ioſue duce,ioſ.11.d 22.Sorte ceſſit tribui Iudæ, ioſ.15.f. 46. Hæc vna è quinque ciuitatibus Allophylorum, templo Dagon idóli nobilitata,1.reg.6.c.17.Quam,vt ait Stephanus, condidit quidã è Mari rubro profugus,ex nomine vxoris ſuæ Azes. Volater.lib.11.Geograph. Cuius in Scripturis multa eſt mentio,ierem.25.d. 20,amos 1.b.8, ſoph.2.a. 4,zach.9.a.6,eſa.20.a.1,& 2.par.26.a.6.In hac Philippus prædicauit Chriſtum,act.8.g.40

Azriél,Vide Azaréel.

עזובה ἀζουβά Azuba,Derelicta, ſiue deſerta,aut fortitudo eius in ea.Mater Ioſaphat filia Salai,3.reg.22.f.43,&2.par.20. g.31. Vxor itẽ Caleb filii Eſrõ filii Iuda,1.para.2.b.18

עזור ἀζώρ Azúr, Adiutus,ſiue adiutor. Pater Ananiæ prophetæ,iere.28.a.1.Pater item Iezoniæ,ezech.11.a.1

ἄζυμοθ Azymus, Infermẽtatus,act.12.a.4,& 1.corin.5.c.7

עזי ὀζεί Azzí,Fortitudo mea,ſiue hircus meus. Nomen viri,2.eſd.11.c.22

B

בעל βάαλ Baal,Idôlum,aut dominans, vel ſubiiciẽs aut poſſidens. Baal eſt propriè idôlum Sidoniorum, 3.regum 16.g.31.quod idôlum aliter dicitur Aſtoreth. Accipitur etiam pro quocũque idólo, ierem.2.b.8.Græci Martẽ putant,num.22.g.40.quod deſtruxit Gedeon, iudic.6.e.25.Eſt & nomen loci,1.para.5.d.23.Filius itẽ Ioel,1.para.5.a.5.Filius Abigabaon ſiue Iahiel,1.para.8.c.29,& 9.f.35

ארבאל Baal,In oſee 10.d.15.legitur,vindicauit Báal:quũ legendũ ſit,vindicauit Arbel:& interpretatur Pugnauit Deus,ſiue vindicauit Deus,aut vltus eſt pro Deo.

בעלה βαάλ Baalá, Idôlum eius,aut dominans ei, vel ſubiecta, aut poſſeſſa: ſiue in aſcẽſione,vel in eleuatione.Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15.b.9: quæ & Cariathiarim & Cariath-baal dicitur.

בעלת βααλώθ Baaláth,Subiecta,ſiue poſſeſſa:aut in exaltatione,vel aſcenſione.Nomen ciuitatis in tribu Dan, ioſ.19.a.8. d.44.Ciuitas à Salomone condita,3.reg.9.c.18

בעל־ברית βάαλ βερίθ Baal-berith,Idôlũ fœderis vel pacti, aut ſubiiciens vel poſſidẽs fœdus vel pactũ. Nomẽ idoli,iudic.9.a.4

בעל־גד βααλγάδ Baal-gad, Idôlum fortunæ vel fœlicitatis, ſeu exercitus: aut ſubiiciens ſiue poſſidens fœlicitatem vel exercitum: aut ex Hebræo & Syro, idôlum ſciſſuræ. Nomẽ montis ſub mõte Hermon,ioſ.11.c.17,& 13.a.5

בעל־המון βεελαμών Baal-hamon,Idôlum populi, aut dominans populo,aut poſſidens populum.Nomen loci.Cantic.8.c.11

בעל־חצור βααλασώρ Baal-haſór, Idóli atrium vel fœnum, aut poſſeſſor gratiæ vel doni. Locus eſt infra Ephraim vrbẽ Beniamin,2.reg.13.d.23

בעלחרמון βάαλ ἑρμών Baal-hermón,Idôlum aut author ſiue poſſeſſor deſtructionis, ſiue anathematis, vel retis, ſiue retiaculi, aut dedicati vel cõſecrati,Deo ſcilicet. Mons circa Libanum in Palæſthinæ finibus,iudic.3.a.3

בעלי βααλείμ Baali,Idôlum meum, ſiue dominãs mihi, aut ſubiiciens vel poſſidens me,oſee 2.c.17

בעליה βααλία Baaliá, Idóli dominus, id eſt deus idóli, vel ſubiiciens aut poſſidens dominus,ſiue in aſcenſu vel in cœnaculo.Nomen viri,1.para.12.a.5

בעלידע βααλιαδά Baaliada, Idôlum apertum vel manifeſtatum, ſiue poſſeſſor ſcientiæ.Filius Dauid,1.para.14.b.7

בעלים βααλείμ Baalim, Idôla,ſiue dominantes,aut ſubiicientes vel poſſidentes.Nomẽ idóli,1.reg.7.a.4,& 2.para.28.a.2. ierem.2.e.23.Corruptè 2.reg.6.a.2, de viris Iuda legitur:pro de Baale Iuda,id eſt de Cariath-ieharim:vt vides ioſ.15.c.9

בעל־מעון βεελμών Baal-meón,Idôlum habitaculi,vel idôlum expeccato,aut ſubiiciens, ſiue poſſidens habitaculũ, ſiue dominium ex peccato. Ciuitas Amorrhæorum, quæ ſorte obtigit filiis Ruben,nume.32.g.38,ioſ.13.c.17. Hæc eadem dicitur Beel-meon.

בעל־פרצים βαὰλ φαρασίν Baal-pharaſim,Idôlum diuiſionum,aut ſubiiciens ſiue poſſidens diuiſiones. Nomen loci in terra Chanáan,2.reg.5.d.20,& 1.para.14.b.11

בעל־תמר βααλθαμάρ Baal-thamar, Idolum palmæ, aut ſubiiciens, vel poſſidens palmam arborem, aut idôlum commutationis,ſiue ſubiiciens aut poſſidens commutationem. Vicus iuxta Gabaa,in tribu Beniamin,iudic.20.e.33

בענה βαανά Baaná,In reſponſione,ſiue in afflictione,aut in cantico:vel Syriacè,deprecatio.Filius Rẽmon Berothitæ, 2. reg.4.a.2. Pater itẽ Heleb,2.reg.23.d.29. Filius item Ahilud,3.reg.4.b.12. Filius etiam Huſi, 3.reg.4. b.14. In his duobus locis ſcribitur בענא בענא

בעשא βαασά Baaſa,In factura,ſiue in tinea,aut in compreſſione, vel ſcrutationem tollens. Nomen regis Iſrael, 3.reg. 15. c.17, & 2.para.16.a.1.Filius Ahia,4.reg.9.b.9

בבל σύγχυσις Babél,Confuſio ſiue commiſtio. Nomen ciuitatis, gene.11.b.9:quæ Stephano Seleucia quoque dicta eſt.

βαβυλών Babylonem eſſe duplicem Coſmographorum cõſenſus eſt:vna in Aſſyria,de qua 4.reg.17.d.24: altera verò in Chaldæa,de qua 4.reg.25.a.1.in cãpo Senaar, caput regni Chaldæorũ,regia Nemrod,ſita ad Orientem terræ Iuda,quæ à confuſis labiis nomen habet,teſtes Moſes,gene.10.b.10,& 11.b.9, Ioſephus lib.1.cap. 9.Antiq.Iudaic. Auguſtinus lib. 16.cap.4 de ciuitate Dei. Plura de hac Babylone lege apud Plinium lib.6. naturalis hiſt. cap.26: Strabonem lib.15.& 16: Herodotum lib.1.Pompo.Melam lib.1.Ptolem.libr.5.cap. 20,& 6.cap.26.Ab hac & regio circumpoſita,Babylonia vocatur.In hac populus Iudæorum LXX annis captiuus detentus fuit, iuxta prophetiam Ieremiæ, cap. 25.c.12. per Nabuchodonoſor regem Babyloniorum tranſmigrare coactus,4.reg.25.c.11,& 2.para.36.b.10. Nunc Seleucia vocata Straboni lib.16. Geograph. & Stephano de vrbibus.Ipſa Babylonia Meſopotamiæ coniuncta eſt inter Euphratis ipſius conuerſiones:Auſtralior eſt: Syriam tamen Ptolemæo Plinióque non excedit:author Raphael Volaterr.libr.11. Geograph.

Plinius lib.6.cap.26 naturalis hiſt. Strabo in 6,refert eam Tigri & Euphrate irrigari. Hanc Babylonē Darius rex Medorū primus omnium euertit & ſolo æquauit ita vtpoſtea habitata non fuerit,eſaiæ 13.a.1.lege Hieronymum in eo loco. Quidam tertiam faciunt in AEgypto ſitam, vel AEgypto proximā, in finibus Arabiæ iuxta Heliopolin & Aphroſiopolin:Arabum lingua Chayrum illam vocant, nunc Alcayr dicitur, Soltani ſedes. Ex hac vrbe diuus Petrus priorē ſuam ſcripſit epiſtolam ad Chriſti fideles ſparſos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam & Bithyniam. Hæc à Ptolemæo tabula 3 Aphricæ, cap.5, Babylis appellatur. De hac Raphael Volater.lib.12. Et Ioſephus libr.2.cap.13. Antiquit.Iudaic. Fortaſſe hæc Babylon à priore nomen accepit, vt Conſtantinopolis etiā Roma dicitur. Lege Vadianum.

Babylonia,Idem.

βαβυλώνιοι Babylonii,Confuſi,ſiue commiſti,1.eſd.4.b.9

בַּקְבַּקַּר βαχβακάρ Bacbacár, Vacua,vel inanis viſitatio,aut matutinatio,vel vapulatio,aut inanis vacca. Viri nomen,1.paralip.9.c.15

βακχήνορ Bacchenor,Ebrius,vel vinoſus.G.

βακχίδης Bacchides,Idem.G.Nomen viri,1.mach.7.b.8

βακήνωρ Bacenor,puto idem eſſe nomen cum Bacchenor,& iſtud eſſe corruptum.Nomen viri,2.mach.12.f.35

בִּדְקַר βαδεκάρ Badacér,In compūctione, ſiue in tranſfixione, aut in confoſſione, ſiue vectis frigiditatis, vel ſola frigiditas.Nomen ducis exercitus Iehu,4.reg.9.e.25

בְּדַד βαεάδ Badád, Solitarius, ſiue in mamilla, vel in dilectione.Pater Adad regis quarti in Edom,gen.36.d.35

בֵּדְיָה βαδαίας Badaiás,Solus Dominus, vel vectis Domini. Nomen viri,1.eſd.10.d.31

בְּדָן βαδάν Badan, Vectis,vel ſolus,aut in iudicio. Nomē viri, 1.reg.12.b.11.Filius Vlam filii Sares,1.para.7.d.17

βαγαθά בִּגְתָא Bagathá,In torculari.Nomen eunuchi,eſth.1.b.10

בִּגְתָן Bagathán,In torculari, aut cibū tribuens.Nomen eunuchi, eſther 2. d. 21. Hoc nomen LXX non tranſtulerunt.

בַּעְלִים βασίλισσα Bahalís,In lætitia,ſiue in arrogantia.Rex filiorum Ammon,ierem.40.d.14

βαίμ Bahem,In eis,vel cum eis.D.1.mach.13.e.37

בַּחֻרִים βαχουρείμ Bahurím, Electi, ſiue iuuenes, aut in foraminibus ſiue in libertatibus. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin,2.reg.3.c.16

vel בָּלָה בִּלְהָה βάλλα βαλάκ Bála,Inueterata,ſiue turbata,aut defluens.Nomen ciuitatis in tribu Simeon, ioſ.19.a.3, & 1.para.4.c.29. Ancilla item Rachel vxoris Iacob, gen.29.f.29. vxor item Nephthali,1.para.7.c.14

בֶּלַע βαλάκ βάλαά Bála,Deglutiens,ſiue deſtruens.Nomen vrbis,quæ Segor,item Saliſſa,ſiue Vitula conternans in Sacris literis dicitur, gene.14.b.9. Eſt & filius Azaz filii Semma filii Ioel,1.para.5.a.7

בִּלְעָם βαλαάμ Balaám, Vetuſtas populi, vel abſque populo, ſiue deuoratio aut deſtructio eorum. Filius Beor ariolus, nume.22.a.5,ioſ.13.c.22.Eſt & nomen ciuitatis,1.para. 6.f.70

בִּלְהָן βαλαάμ Balaán, Inueteratus ſiue turbatus. Filius Eſer filii Seir Horræi,gene.36.c.27

בָּלָק βαλαάκ Balac,Inuoluens,aut deſtruens,vel cū lambēte:aut Syriacè,cum percutiente.Filius Sephor,nume.22.a.1

בַּלְאֲדָן βαλαδάν Baladán, Abſque imperio, vel abſque iudicio, aut vetuſtas imperantis,vel iudicii.Nomen viri,4.regum 20.c.12,eſa.39.a.1

בִּלְהָן βαλαάν Balan,Inueteratus,ſiue turbatus. Filius Iadihel filii Beniamin,1.para.7.c.11

בַּעַל־חָנָן βαλενών Balanán,Idóli gratia vel donum,aut poſſeſſor gratiæ vel doni.Filius Achobor, ſeptimus rex Edom, geneſ.36.d.39,& 1.para.27.d.27.Heb.Baal-hanan.

Baldád,Vetuſta dilectio vel mamilla, ſiue inueteratus motus,aut abſque motu,ſiue abſque dilectione vel mamilla.Nomen viri,iob 8.a.1 בִּלְדַּד βαλδάδ

Balóth,Subiectæ ſiue poſſeſſæ,aut in aſcēſione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.e.24 בְּעָלוֹת βαλώθ

Balſalîſa,Idôlum tertium, aut idôlū ducis vel principis, ſiue poſſeſſor triū,aut poſſeſſio ducatus vel principatus.Nomen loci,4.reg.4.g.42 בַּעַל־שָׁלִשָׁה βαὰλ σαλισά

Balſaſár,Non portans anguſtiam, vel non theſaurizans: aut ex Syro & Hebræo, ſcrutator theſauri. Filius Nabuchodonoſor. danie. 5.a.1.f.22.g.30,& 7.a.1, & 8.a.1. Secundū Ioſephum filius fuit Euilmerodach. בֵּלְשַׁאצַּר βαλτάσαρ

Baltaſſár,Abſcōditè theſaurizās, ſiue in malleatore theſaurizans, vel occultè portans anguſt ā. Nomē prophetæ,qui & Daniel dicebatur,dan. 1.b.7,& 5.c.12 בֵּלְטְשַׁאצַּר βαλτάσαρ

Bamaál,In circunciſione,aut in miſtione.Filius Iephlat filii Heber filii Bariæ,1.paral.7.g.34: vbi corruptè legitur Chamaál. בִּמְהָל βααμάθ

Bamóth,Altaria vel excelſa,ſiue in morte. Nomen vallis,nume.21.e.19 בָּמוֹת βαμώθ

Bamothbáal,Altaria ſiue excelſa idóli,aut in morte idóli.Ciuitas in tribu Dan,ioſ.13.c.17 בָּמוֹת־בַּעַל βαμώθ βαάλ

Banaá,In motu. Filius Moſa filii Zamri, 1.para.8. d.36,& 9.f.43 בַּעְנָה vel בַּעֲנָא βαανά

Banaiá,ſiue Banaiás,Filius Domini,aut intelligentia Domini,ſiue ædificatio Domini.Nomen viri,2.regum 23.d.20. Nomen principis cuiuſdā,1.paralip.4. f.36. & 15.b.20.& 2.para.31.c.13.Pater item Pheltiæ,ezech.11.a.1.Filius Ioiadæ,2.reg.8.d.18 בְּנָיָהוּ vel בְּנָיָה βανέας

Bane,Filii,aut ædificantes,ſiue intelligētes.Nomen ciuitatis in tribu Dan,ioſ.19.d.45,Quanuis putem legendum Bane-berac,vt vnius ciuitatis nomen ſit,non duarum,quum Hebræis iungantur hæ duæ voces. בְּנֵי־בְרַק βανή

Baneá,ſiue Baneás,Filius Domini,aut intelligentia, vel ædificatio Domini.Nomen viri,1.eſd.10.d.25 בְּנָיָה βαναί

Baní, Filius meus, aut ædificatio vel intelligentia mea.Nomen viri,1.eſd.10.d.33,& 2.eſd.9.a.4 בָּנִי βαανί

Banínu,Filii noſtri, aut ædificatores noſtri, ſiue intelligentes nos.Nomen viri,2.eſd.10.a.13 בְּנִינוּ βανέας

Banni, Idem quod Baní.Nomē viri,2.reg.23.d.36. Filius Somer filii Moholi,1.para.6.d.44 בָּנִי βανί

Bará,Incendium,ſiue expurgatio,aut paſtus,vel iumentum,ſiue inſipiētia,vel in vigilia.Nomen alterius vxoris Saharaim,1.para.8.a.8 בַּעֲרָא βαερά

Bára, In malo, ſiue in ſocio, aut in clamore, vel in paſtu,ſiue in cōſtructione.Rex Sodomæ,geneſ.14.a.2 בֶּרַע βαλλά

Barabbas,Filius patris vel magiſtri,aut filius confuſionis vel ignominiæ. D.Nomē inſignis cuiuſdam latronis,matth.27.b.16,iohan.18.g.40 βαραββᾶς

Barác, Fulgur, ſiue in vanum, vel in vacuum.Nomen ciuitatis in tribu Dan,ioſ.19.d.45. Vide Bane.Filius Abinoem,iudic.4.a.6 בָּרָק βαράκ

Barachá, Benedictio, aut genuflexio. Nomen viri, 1.para.12.a.3 בְּרָכָה βαραχία

Barachel, Benedicens Deū, aut genu flectens Deo. Nomen viri,iob 32.a.2 בָּרַכְאֵל βαραχιήλ

Barachiá, ſiue Barachiás, Benedicens Domino, aut genu flectens Domino. Pater Zachariæ prophetæ, Zach.1.a.1.Filius Moſollamoth,2.par. 28.b.12.Filius Zorobabel filii Phadaiæ,1.para.3.d.20 בֶּרֶכְיָה βαραχίας

Bárad, Grando,ſiue in deſcenſu,aut in imperio.Nomen loci in deſerto Sur,gene.16.d.14 בֶּרֶד βαράδ

Baraia,Creatura Domini,ſiue impinguatio aut electio Domini, ſiue in viſione. Filius Semei, 1.paralip. 8.b.20 בְּרָאיָה βαρεία

Baraſa,In egeſtate, aut filii plaſmatio, ſiue in curſu, βόσορρα vel in beneplacito. D. Nomen ciuitatis Galaad, 1. machab. 5. c. 26

ברד βαρέδ Báred, Grando, ſiue in deſcenſu: aut in imperio. Filius Suthalæ filii Ephráim, 1. para. 7. d. 21

ברעה βαρεία Bariá, In ſocietate, ſiue in malitia, aut in vlulatione, aut in paſtu. Nomen viri, 1. para. 8. b. 13

בריח βερία Baría, Sera, vel vectis, ſiue fugitiuus, aut in odore. Filius Semeiæ filii Secheniæ, 1. para. 3. d. 22

בריעה βαρία Bariá, In malo, ſiue in clamore, aut in vlulatione vel in paſtu. Filius Aſer filii Iacob, 1. para. 7. f. 30, & 8. b. 13, & 23. b. 10: qui Beria gen. 46. b. 17, dicitur, iiſdem conſonantibus & punctis.

βαριησοῦς Barieu, Maleficus, vel magus, ſiue in nequitia. D. Cognomen pſeudoprophetæ, act. 13. a. 6

βαριωνᾶ Bar-iona, Filius columbæ, ex Syro & Hebræo. D. matth. 16. c. 17

βαρνάβας Barnabas, Filius prophetæ, vel filius conſolationis, id eſt, plenus conſolatione, aut ad cõſolandum valde idoneus. D. Nomen viri, act. 4. g. 36

βαρσαβᾶς Barſabas, Filius reuerſionis, vel conuerſionis, aut filius quietis vel filius iuramenti. D. Nomen viri, act. 1. d. 23, & 4. g. 36

Barſaith, Vide Barzaith.

βαρθολομαῖος Bartholomæus, Filius ſuſpendentis aquas. D. Nomen Apoſtoli, matth. 10. a. 3, & luc. 6. c. 14

βαρτιμαῖος Bartimæus. Beatus Hieronymus dicit corruptè legi, ſcribi autem debere Barſemæus: quod Syriacè interpretatur filius cæcus, vel filius cæcitatis. D. Nomen cæci cuiuſdam à natiuitate, quẽ IESVS ſanauit, marc. 10. g. 46

ברוך βαρούχ Barúch, Benedictus vel genuflexus. Filius Neriæ, ierem. 32. c. 10

ברזית βαρζέθ Barzáith, Filius anguli, aut puritas anguli, ſiue frumentum anguli. Filius Melchiel filii Baree filii Aſer filii Iacob, 1. para. 7. f. 31

בעשיה βασία Baſaiá, In factura Domini. Filius Melchiæ filii Athanai, 1. para. 6. c. 4

בשן βασάν חות יאיר Baſán, In dente, ſiue in ebore: aut in mutatione, vel in ſomno, ſeu in dormitatione: aut confuſio vel ignominia. Regio Og regis, quæ paſcuis ac nemoribus abundans, cecidit in ſortem dimidiæ tribus Manaſſe, eſa. 2. c. 13, & nume. 21. g. 32: quæ & Hauoth-air deuter. 3. c. 14 dicitur, & Terra Raphaim.

βασκαμά Baſcama, Confuſio, vel erubeſcentia iræ vel caloris. D. Nomen loci, 1. mach. 13. c. 23

בצקת βασηχάθ Baſcáth, Maſſa, ſiue inflatio, aut in anguſtia, vel in effuſione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15. e. 39: appellatur & Beſecath.

בשמת βασημάθ Baſemáth, Aromata, vel confuſio mortis, aut in deſolatione, ſiue in poſitione, aut in nominib⁹. Altera vxor Eſau, gen. 26. g. 33. Filia itẽ Salomonis, 3. re. 4. b. 13

בתואל βαθουήλ Bathuél, Filiatio Dei, aut menſura Dei, vel deſertũ Dei. Filius Nachor ex Melcha, geneſ. 22. d. 22. Nomen ciuitatis tribus Simeon, 1. para. 4. e. 30

בת χοῖνιξ Batus, Genus menſuræ liquidorum, ezech. 45. d. 14

בוי βαβαί Bauái, In væ, id eſt in luctu, vel in miſeria. Syrum eſt. Nomen viri, 2. eſd. 3. d. 18

בחרומי βαχαρουμί ברחמי Bauramítes, Eligens aquas, aut eligens quis? Vir, 1. para. 11. f. 33: qui 2. regum 23. d. 30, dicitur Beromi. Heb. Barhumi.

בזתא βαζαβά Bazatá, Cõtemptus vel deſpectus, ſiue deprædatio, aut in oliua. Nomen eunuchi cuiuſpiam, eſth. 1. b. 10

בזיותיה αζιωθία Baziothía, Contemptus vel deſpectiones eius, ſiue prædæ eius: aut in oliua Domini. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ. 15. d. 27

BE

Bean, Vide Beon.

Bebai, Pupilla, ſiue concauus aut vacuus. Nomẽ viri, 1. eſd. 2. a. 11 בבי βαβαί

Becbecía, Euacuatio vel diſſipatio Domini, ſiue laguncula Domini. Nomen viri, nehem. 11. c. 17 בקבקיה βοκχίας

Bacbúc, Vacuitas, aut euacuatio, vel diſſipatio, ſiue laguncula. Nomen viri, 1. eſd. 2. c. 49 בקבוק βαγβούκ

Becher, Primogenitus, aut primitiæ, ſiue in ariete. Filius Ephráim, num. 26. d. 35 בכר βεχέρ

Becheritæ, Idem. p. n. nume. 26. d. 35 בכרי βεχεί

Bechor, Idem quod Becher, iiſdem conſonantibus & punctis ſcriptum. Filius Beniamin, gene. 46. c. 21 βοχώρ

Bechoráth, Primogenitura, vel primitiæ. Filius Aphia, 1. reg. 9. a. 1 בכורת βεχωράθ

Bedan, Vide Badan.

Béel-phegór, Idôlum hiatus vel aperturæ. Nomen idóli Moabitarum, oſee 9. c. 10, nume. 25. a. 3, deut. 4. a. 3 בעל־פעור βεελφεγώρ

Beelphegor, Apertura ſiue hiatus. Nomen idóli, ioſ. 22. d. 17. Heb. Phegor. פעור φογώρ

Béel-meón, ſiue Báal-meón, Idôli habitaculum, vel idôlum de peccato, aut poſſeſſio habitaculi, vel poſſeſſio ex peccato. Nomẽ ciuitatis, ezech. 25. b. 9, & 1. para. 5. a. 8. Idem oppidum quod Baal-meon dicitur. בעל־מעון βεελμεών

Béel-ſephón, Idôlum Aquilonis, vel idôlum occultũ ſpeculæ, vel poſſeſſor Aquilonis vel ſpeculationis aut ſecreti. Nomen loci, ſiue vrbis in AEgypto, exod. 14. a. 2, nume. 33. a. 7. Ioſephus libro 2. cap. 13 בעל־צפון βεελσεφών

Beel-teém, Idôlũ, ſiue poſſeſſor ſaporis vel guſtus aut rationis, vel eloquii. Nomen viri, 1. eſd. 4. b. 8, & 9. c. 17. d. 23 בעל־טעם βεελτεέμ

Béel-zebúb, Idôlum muſcæ, vel poſſeſſor muſcæ. Nomen idóli Accaronitarum, 4. reg. 1. a. 2, & luc. 11. b. 15. Aliàs Beel-phegor appellabatur: à Gentibus Priapus. Dicebatur idôlum muſcæ à copia muſcarum ſectantium ſanguinem immolatitium. בעל־זבוב βεελζεβούλ

Beerá, Puteus, ſiue explanatio vel declaratio: aut in luce eius. Filius Ioel, 1. para. 5. a. 6 בארה βαερά

Beerí, Puteus, ſiue explanans, aut declarãs, vel in luce, ſiue in leone. Pater Iudith vxoris Eſau, gene. 26. g. 33. Pater item Oſee prophetæ, oſee 1. a. 1 בארי βεώρ

Beér-rámath, Puteus, vel declaratio celſitudinis, aut iaculationis, ſiue in luce excelſa. Vrbs tribus Simeon, ioſ. 19. a8 בארך אמת βηρραθμώθ

Beer-ſeba, Vide Berſabee.

Begoái, In corpore meo, ſiue in gente: aut Syriaè, intrinſecus. Nomen loci, 2. eſd. 7. b. 7 בגוי βογουΐα

Beguai, Idem. Nomen viri, 1. eſd. 2. a. 2 βαγουέ

Begui, Idem. Nomen viri, 1. eſ. 8. b. 14 βαγουέ

Behemóth, Multitudinẽ animalium terreſtrium ſignificat. Vnde plerunque pro Satanæ potentia accipitur, iob 40. a. 10 בהמות θηρία

Bel, Vetuſtus, aut nihil, ſiue defluens. Nomen idóli Babyloniorum, eſa. 46. a. 1 בל βήλ

Béla, Deglutiens, ſiue deſtruens. Filius Beniamin, geneſ. 46. c. 21, & 1. para. 7. b. 7, & 8. a. 1, numer. 26. e. 38. Nomen item vrbis quæ aliâs Segor, gen. 14. a. 2, dicitur: & Soar, & Saliſſa, teſte Hieronymo. Filius itẽ Beor rex Edom, gene. 36. c. 32 בלע βαλά

Belaitæ, Idem. p. n. nume. 26. e. 38 בלעי βαλεί

Belgá, Refrigeriũ, vel confortatio, aut vetuſtas vultus. Nomen viri, 1. paral. 24. b. 13, & 2. eſdr. 12. a. 4 בלגה βελγά

Belgái, Refrigerium, ſiue confortatio, aut vetus vallis. Nomen viri, nehem. 10. a. 8 בלגי βελγαί

Belíal, Peruerſus, vel abſque iugo: ſiue non aſcendens. Pro diabolo ſumitur, iud. 19. f. 22, & 1. reg. 10. d. 27. nahum 1. d. 14, & 2. corinth. 6. c. 15 בליעל παράνομος βελίαρ

Belma, Nihilum aut vetuſtas nimia. D. Nomen loci, iudith 7. a. 3 βελμαίμ

בִּלְשָׁן βαλασάν Belſán,In lingua,aut in detractione,ſiue vetuſtas dētis,aut vetus ebur:aut Syriacè, ſcrutans. Nomen viri 1.eſdr.2.a.2

בֵּן ὑός Ben,Filius, vel ædificans,aut intelligens. Vir de familia Merari,1.paral.15.b.18

בֶּן־אֲבִינָדָב ὑὸς ἀβιναδάβ Ben-abinadab,Filius patris ſpontanei, aut filius patris vouētis vel principis. Vnus præfectorum annonæ Salomonis.3.reg.4.b.9

בֶּן־הֲדַד ὑὸς ἀδὲρ Ben-adád,Filius ſonitus vel clamoris, aut filius dilecti aut patrui, ſiue mamillæ. Rex Syriæ filiꝰ Tabremon,3.reg.15.d.8.iere.49.e.27,& 2.paral.16.a.4

בֶּן־דֶּקֶר ὑὸς δακάρ Ben-décar, Filius compunctionis, vel trāſfixionis. Præfectus annonæ domus Salomonis in Macces,3.regum 4.a.8

בְּנֵי־יַעֲקָן μανιακάν Bene-iaacán, Filii tribulationis vel laboris, aut ædificatores tribulationis vel laboris, aut intelligentes laborē vel tribulationē.Nomen loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Moſeroth,num.33.d.31

בֶּן־הִנֹּם μανιακάν Ben-ennom,Filius diuitiarū ſuarum,aut filius decipientis vel cōtriſtantis eos.Nomen vallis in tribu Bēiamin,quæ aliàs Tophet dicitur,2.par.28.a.3,& 33.a.6

בֶּן־גֶּבֶר ὑὸς γαβέρ Ben-gáber,Filius viri, aut filius robuſti vel potentis. Nomē præfecti annonæ Salomonis in Ramoth-galaad,3.reg.4.b.11

בֶּן־חַיִל ὑὸς δυνατῶν Ben-háil,ſiue Ben-cháil, Filius fortitudins vel exercitus,aut filius diuitiarum, vel antemuralis ſiue doloris. Nomen viri,2.para.17.b.6

בֶּן־חֶסֶד βενεσέδ Ben-héſed, ſiue Ben-cheſed,Filiꝰ miſericordiæ, vel opprobrii. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Aruboth,3.reg.4.a.10

בֶּן־חוּר βενώρ Ben-hur,Filius libertatis vel foraminis, aut albedinis. Præfectus annonæ regis Salomonis in monte Ephráim,3.reg.4.a.8

בָּנִי Beni, Filius meus, aut intelligentia, ſiue ædificatio mea. Vide Bani.

בִּנְיָמִין βενιαμίν Beniamín,Filius dexteræ.Filius duodecimus Iacob ex Rachel vxore, ab ipſa matre Ben-oni nominatus, gene.35.c.18.Eſt & nomen tribus,3.reg.4.b.18

מִנְיָמִן βενιαμίν Beniamin,2.para.31.c.15:vbi dicitur,Eden & Beniamin:legēdū ex Hebræo Miniamin,& interpretatur de dextera,ſiue præparatio dexteræ.Nomen viri.

βανέα Benni,Idem quod Beni.Nomen viri,2.eſd.3.d.17

בְּנוֹ ὑὸς αὐτοῦ Bennó, Filius eius, aut ædificatio, vel intelligentia eius.Nomen viri,1.para.24.d.26

בִּנּוּי βαανία Bennói, AEdificatio, aut filiatio,ſiue in habitaculo meo,aut in pulchritudine.Nomen viri,1.eſd.8.g.33

בִּנּוּי βανουί Bennui,AEdificatio,vel filiatio:ſiue in habitaculo meo,aut in pulchritudine. Nomen viri,1.eſd.10.d.30

בֶּן־אוֹנִי ὑὸς ὀδύνης μου Ben-oni,Filius doloris mei.Filius duodecimus Iacob ex Rachel,qui & Beniamin, gen.35.c.18,dicitur.

בְּנוֹת βανώθ Benoth,Filiæ, ſiue intelligentiæ, vel ædificationes. Nomen idóli Babyloniorum,4.reg.17.f.30

בֶּן־זוֹחֵת ὑὸς ζωχάθ Ben-zóheth,Filius ſeparationis, aut filius iſtius formidinis vel contritionis. Filius Ieſi frater Zoheth,1.paralip.4.d.20

בְּעֹן βαϊάμ Beón,In afflictione,vel in reſpōſione,aut in cātico, vel ſcrutatio earū:aut Syriacè,deprecatio. Ciuitas Amorrhæorum vltra Iordanem,nume.32.a.3

בְּעוֹר βαιώρ Beór,Incendium,vel expurgatio,aut inſipiens ſiue iumentum,vel paſtus. Pater Bela regis Edom,gen.36.c.32.Pater item Balaam arioli,nume.22.a.4

בְּאֵרָה βηρά Béra, Puteus, ſiue explanatio,vel declaratio, aut in luce eius. Nomen loci, iudic. 9.c.21. Filius Supha filii Helem,1.para.7.g.38

בַּרְקוֹס βαρκώς Bercós,Filius conciſionis vel ſeparationis.Nomen viri,1.eſd.2.c.53

βέρια Berea,Puteus eius, vel filia eius, aut declaratio eius, D.Nomen vrbis,1.mach.9.a.4

בְּרֵאשִׁית γένεσις Bereſith, Primus liber Legis ſic vocatur, id eſt in principio:more Hebræorum qui libros ab eorū principiis vtplurimum denominare ſolēt.Græcè verò vocatur γένεσις,id eſt generatio,quòd ibi generationes cæli & terræ continentur.

בֵּרִי βηρεί Berí,Filius meus,ſiue purus,vel electus, aut frumētum meum.Filius Supha filii Helem,1.para.7.g.37

בְּרִיעָה βαειέ Beriá, In malo, ſiue in clamore, aut in vlulatione, vel in paſtu.Filius Aſer filii Iacob,gene.46.b.17: qui 1.paralip.7.f.31,Baria dicitur.Filius item Ephráim,1.paralip.7.e.24

בְּרִית βεείθ Beríth,Pactum,ſiue fœdus.Nomen idóli Sichimorum,iudic.9.f.46

βερνίκη Bernice, Grauis victoria, vel pondus victoriæ.G. Nomen viri,act.25.d.13

בְּרֹאדַךְ βαρωδάχ מְרֹאדַךְ Berodách,Creans contritionē,vel electio interitus, aut filius interitus, vel vaporis tui, ſiue frumentū vel puritas nubis vel vaporis tui.Rex Babyloniorum,4.reg.2.c.12:qui eſa.39.a.1,dicitur Merodach.

בַּרְחֻמִי βαρχμίτης בַּאֲרוּמִי Beromi,Filiꝰ caloris vel indignationis,aut puritas ſiue frumentū indignationis,vel fugiēs aquā.Heb.Barhumi.Nomen patriū Barhumites, 2.reg.23.d.31:quod 1 para.11.f.33,ſcribitur Baharumi ſiue Baharumites.

בְּאֵרוֹת βηρώθ בְּאֵרֹתִי Beróth, ſiue Beeróth, Putei, ſiue explanationes, vel declarationes, aut in luminibus. Vna manſionum filiorum Iſrael in deſerto,deut.10.b.6. Item ciuitas Heuæorum, ioſ.9.c.17, non longè ab Hai, ſpatio trium dierum, in tribu Beniamin, ioſ.18.d.22, & 2.reg.4.a.2. Inde Berothítes,2.reg.23.d.37

בֵּרֹתַי ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν Beróth, Putei, ſiue pacta, vel puritas, aut cupreſſus. Nomen vrbis,2.reg.b.8.Heb.Berothai.

בֵּרוֹתָה βεροθαί Berotha, Idem. ſ.n. Terminus terræ Iſraeliticæ, ezech.47.c.16

בְּאֵרֹתִים βηροθίοι Berothítæ,Putei,ſiue explanationes, vel declarationes,aut in luminibus,2.reg.4.a.3

בְּאֵרֹתִי βηροθέος Berothites,Idem.ſ.n.2.reg.4.a.2

בְּרֹתִי βηρωθί Berothites,1.para.11.g.40,interpretatur Puteus,ſiue Pactum,vel puritas,aut cupreſſus.

βέῤῥια Berrhœa, Grauis vel ponderoſa. G.Ciuitas Macedoniæ ad Citorum montem,act.17.b.10

βεῤῥιαῖος Berrhœenſis,Grauis vel ponderoſus.G.act.20.a.4

בִּרְשַׁע βαρσά Berſa,In malo,vel in iniquitate, ſiue in condemnatione,aut filius reſpiciēs.Rex Gomorrhæ, gen.14.a.2

בְּאֵר־שֶׁבַר βηρσαβεέ Ber-ſábee,Puteus fónſve iuramenti, ſiue puteus ſaturitatis,aut puteus ſeptem, nempe aquarum, quas Abraham dederat regi Abimelech pro puteo. Finis atque terminus terræ Iſraelis ab Auſtro, Ioſephus lib.8. cap.13.Iud.Antiq.1.reg.3.d.20, & 8.a.2.Itē 2.reg.24.a.2, & 3.reg.19.a.3, & 4.regū 23.b.8. Hæc & in ſortem filiorum Simeonis cecidit, ioſ.19.a.2, & 1.paral.4.e.28. A iuramento & percuſſo fœdere Abrahæ cū Abimelech rege Gerar,gen.21.d.29: ſimiliter Iſaac cū eodem Abimelech, geneſ.26.g.32,nomen habens. Beer enim fontē ſignificat:Saba iuſiurandū,vel ſeptē,quòd ſeptē agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit, gen.21.b.13.d.29.Illic iudicabāt Ioel & Abia filii Samuelis finiſtrè,1.reg.8.a.2.Hanc nunc Barbari Gibelinā nominant,authore Volaterrano lib.11.Eodē loci habitauit aliquādiu Iſaac,gen.28.b.10. Hanc Ptolemæus Berſanam appellat. Vide Hieronymum in locis Heb.Eſt in finibus Iudææ & AEgypti,amos 5.b.5,neh.11.d.26

בַּרְזִלַּי βερζελάϊ Berzelái, Ferreus: aut ex Syro & Hebræo, filius cōtemptus,vel deſpectus. Vir,2.reg.17.g.27: qui regē Dauid traduxit Iordanē,2.reg.19.f.31.Pater item Hadrielis generi Saul ſic vocabatur,2.reg.21.b.9.Eſt & alius Galaadites,de quo eſd.2.d.61,& nehem.7.f.63

בסי Βησί Beſái,nehem.7.c.1, Conculcatio,ſiue contemptio, vel deſpectus.Nomen viri.

בצי Βασοῦ Beſái,Oua,ſiue cœnoſus,vel humidus,aut in naui. Nomen viri,1.eſd.2.b.17,& 2.eſd.7.c.23

בצקת Βασουχώθ Beſecáth,Maſſa,ſiue inflatio,aut in Anguſtia, vel in effuſione. Nomen ciuitatis tribus Iudæ, 4. reg.22.a.1. Eadem & Baſcath dicitur.

בסי Βασί Beſée,Conculcatio,ſiue contemptio,vel deſpectus. Nomen viri,1.eſ.2.c.49

בשלם ἐν εἰρήνι Beſelám,In pace, vel in retributione, ſiue decoctio eorum.Nomen viri,1.eſd.4.b.7

בצלעל Βεσελεήλ Beſeleél,In vmbra Dei.Filius Vri filii Hur filii Caleb ex Ephratha vxore,exod.31.a.2,& 1.para.2.c.20

בצלות Βασαλώθ Beſlúth, ſiue Beſlóth, In vmbris, aut in aſſatione: vel Syriacè,in oratione. Nomen viri,1.eſd.2.c.52,neh.7.e.54

בסודיה Βασωδία Beſodiá,In ſecreto Domini,ſiue in conſilio Domini.Nomen viri,2.eſd.3.b.6

בשור Βοσόρ Beſór, Euangelizatio, ſiue incarnatio, aut in boue vel in muro.Nomen torrentis in regione Palæſthinorum,1.reg.30.b.9

בטח Βατάχ Béte,Fiducia,vel confidentia,aut in linitione.Ciuitatis nomen,2.reg.8.b.8

בטן Βεθέν Béten,Venter,ſiue terebinthus. Nomẽ ciuitatis in tribu Aſer,ioſ.19.b.25

Βηθαβαρά Bethabara, Domus tranſitus aut iræ: vel Syriacè, frumenti. D.Nomen loci trans Iordanem, iohan.1.d.28,vbi malè Beth-ania legitur.

בית־הכרם Βηθαχαρμά Beth-achárem, Domus vineæ, ſiue domus cognitionis eorum.Nomen loci,ierem.6.a.1,& 2.eſd.3.c.14

בית־ענת Βηθανάθ Beth-anáth, Domus cantici, vel reſponſionis,aut domus afflictionis. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali,ioſ.19.c.38,iudic.1.g.33

Βιθανία Bethania, Domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, ſiue domus gratiæ Domini. D. Villa in latere mõtis Olíueti,matth.21.b.17,luc.19.d.29.vbi Saluator noſter Lazarũ ſuſcitauit,ioh.11.a.1,diſtãs ab Ieroſolymis ſtadiis quaſi quindecim,ioh.11.b.18

ישבי־ בית־ענת κατοικοῦντες τὴν Βεθανέθ Beth-anithæ, Hebraicè legitur, Habitatores Beth-anath.i.habitatores domus cantici, vel reſponſionis, aut domus afflictionis. Dicebantur populi qui habitabant in Beth-anath,iudic.1.g.33

Bethanim, Vide Ethanim.

בית־ענות Βηθανώθ Beth-anoth,Idem.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.g.59

בית־הערבה Βαιθαραβά Beth-arabá, Domus planitiei, ſiue domus ſuauitatis,aut domus fideiuſſionis, vel domus veſpertina,aut domus ſalicis. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.b.6,g.60. Ciuitas item tribus Beniamin,ioſ.18.d.22

בית־הרם Βηθαράμ Beth-aram, Domus celſitudinis, aut domus prægnantium, vel mõtium eorum. Ciuitas in tribu Gad, quam ipſi Gaditæ ædificauerunt, ioſ.13.d.27. Eadem dicitur Beth-aran,nume.32.g.36

בית־הרן Βαιθαῤῥάν Beth-arán,Domus montis vel prægnantis, ſiue domus cantantis,vel præconizantis. Vrbs in tribu Gad, nume.32.g.36: quæ & Beth-arám ioſ.13.d.27, dicitur. Antea ciuitas Amorrhæorum.

בית־און Βαιθαβέν Beth-áuẽ, Domus vanitatis vel doloris,aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Vrbs Chananææ terræ tribus Ephraim, in tribu Beniamin collocata, oſee 4.d.15.& 1.reg.13.a.5

בית־עזמות ἀζαμώθ Beth-azmóth,Domus fortitudinis mortis. Nomẽ ciuitatis,2.eſd.7.c.27

בית־ברה Βαιθβηρά Beth-bera,Domus filii eius, ſiue domus electa, aut domus puritatis vel frumenti eius. Nomen ciuitatis à Gedeone expugnatæ,iudic.7.g.24

בית־בראי Βεθβαρεί Beth beraí, Domus creatoris mei,aut domus ſanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ. Ciuitas,1.para.4.c.31:quam inhabitauerunt poſteri Simeonis.

Βαιθβασί Beth-beſſe,Domus confuſionis, vel domus erubeſcentiæ.D.Nomen vrbis in deſerto,1.mach.9.f.42

בית־כר Βαιθχόρ Beth-chár, Domus agni, ſiue domus cognitionis, aut domus fodiens. Vrbs iuxta quam filii Iſrael percuſſerunt Philiſthæos,1.reg.7.c.11

בית־דגון Βηθδαγών Beth-dagón, Domus frumenti, vel domus piſcis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.e.41, & 1.mach.10.g.83.Item ciuitas in tribu Aſer,ioſ.19.b.27

בית־אל Βαιθήλ Beth-el,Domus Dei.Nomen vrbis in tribu Beniamin, ſic primùm cognominatæ à Iacob,gene.12.b.8, & 1.para.7.f.29, iudic.4.a.5.Eadem & Luza dicta,geneſ.28.d.19, iudic.1.e.23. Eſt & nomen montis, 1.reg.13.a.2.Alia eſt Beth-el,3.reg.13.a.1

בית־עמק Βηθαεμέκ Beth-émec, Domus vallis vel profunditatis. Nomen ciuitatis in tribu Aſer,ioſ.19.b.27

בתר ὄρη κοιλωμάτων Béther, Diuiſio,ſiue in turture,aut in exploratione, vel contemplatione: aut Syriacè,poſterior. Nomen montis,cantic.2.d.16, vbi legitur, Montes Bether.

Βηθεσδά Beth-eſda, Domus effuſionis.i.locus ad quẽ aquæ pluuiales cõfluebant.D.Nomen piſcinæ,iohan.5.a.2

בית־גדר Βηθγεδδώρ Beth-gadér,Domus muri,vel maceriæ. Nomen loci,1.para.2.g.52

בית־גמול οἶκος γαμώλ Beth-gamúl,Domus retributionis, ſiue domus ablactationis,aut domus cameli.Nomen ciuitatis in terra Moab,ierem.48.d.23

בית־חגלה Βηθαγλά Βαιθαγλά Beth-haglá, Domus feſtiuitatis,vel reuolutionis eius.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.a.6: & in tribu Beniamin,ioſ.18.d.19

בית־חנן Βεθανάν Beth-hanan, Domus gratiæ ſiue miſericordiæ,vel doni.Nomen ciuitatis,3.reg 4.a.9

Beth-azmaueth, Vide Beth-azmoth.

בית־חרון Βαιθωρών Beth-horón,Domus iræ,ſiue domus libertatis,aut foraminis,vel albedinis.Ciuitas eſt terræ Chanaã quæ ducta ſorte,tribui Ephraim obtigit,quemadmodũ legis ioſ.16.a.3, & 1.par.7.e.25. Hæc Leuitis cõceſſa eſt, ioſ.21.c.22. A Sara filia Ephraim ædificata,1.para.7.e.25.Ipſam Salomon reparauit,3.reg.9.c.17,& 2.paral.8.a.5.Fit ſuperioris ſimul & inferioris Beth-horõ paſſim in Scripturis mentio,ioſ.16.b.5,& 18.b.13,& c.14, & aliàs non raró.

בתיה φαθθουΐα Bethiá, Filia Domini, vel menſura Domini. Filia Pharaonis vxor Mered,1.para.4.c.18

בית־הישמות Βηθασιμούθ Beth-ieſimóth,Domus deſolationũ,aut domus repoſitionũ,vel nominationũ.Vrbs in cãpeſtrib⁹ Moabitarũ,quæ ſorte ceſſit filiis Rubẽ, ioſ.13.c.20.eze.25.a.9

בית־לבאות Βηθλεβαώθ Beth-lebaóth, Domus leænarũ, aut domus cordis, literæ,vel ſigni,ſiue domus veniẽtibus. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis,ioſ.19.a.6

בית־לחם Βηθλεέμ Beth-léhem, Domus panis,ſiue domus belli.Bethlehem duæ ſunt: vna in tribu filiorũ Zabulon,de qua ioſ.19.b.15.Ex hac erat Abeſſan Iudex populi Iſraelitici,iud.12.c.8.Alia eſt tribus Iudæ,ciuitas Dauid, è qua fuit Leuita cuius vxorẽ illicito cõcubitu necarũt Gabaonitæ,iud.19.a.1.vbi rex Dauid habitabat,1.reg.16.d.18.Hæc fuit patria IESV CHRISTO,micheæ 5.a.2, matt.2.a.6.Olim dicta Ephratha,gen.35.c.19,& 48.a.2.Hanc Roboã ædificiis muniuit,2.paral.11.a.6.Vide multa de hac apud Hierony.in locis Heb.2.eſd.2.a.2. Vocatur & ciuitas Dauid,luc.2.a.4,iohan.7.f.42

בית־הלחמי Βηθλεέμ Beth-lehemítes,Idem.1.reg.16.a.1

בית־מעכה Βαιθμαακά Beth-maachá, Domus cõpreſſa vel cõtrita, aut domus fixa. Ciuitas eſt Chananææ regionis, ad quã vſq; perſequutus eſt Ioab perduellem Seba,2.reg.20.e.14

בית־מעון οἶκος μαών Beth-maón, Domus habitaculi, vel domus ex peccato.Nomen ciuitatis in terra Moab,ierem.48.d.23

בית־מרכבו Βηθαμαρχαβώθ Beth-marchabóth, Domus quadrigarum,ſiue domus amaritudinis extinctæ. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis,ioſ.19.a.3,& 1.para.4.e.31

בֵּית־נִמְרָה βηθαμερά — Beth-nemrá, Domus pardi, ſiue domus rebellionis vel amaritudinis, aut domus commutationis. Nomen ciuitatis quam ædificauerũt filii Gad, nume.32.g.36. quæ aliâs fuerat Amorrhæorum.

בֵּתְרוֹן περατείνουσα — Bethorón, Diuiſio, ſiue in exploratione ipſius, aut filia cantici: vel Syriacè, poſterius. Nomen ciuitatis, 2. reg.2.g.29

βηθφαγή — Beth-phage, Domus oris vallium, vel domus buccæ vallis, ſiue domus ficuum præcoquarum. D. Villula in mõte Olitueti, vicina Bethaniæ: ad quam venit IESVS ſaluator noſter, matth.21.a.1, luc.19.d.29

בֵּית־פֶּלֶט βηθφαλέθ — Beth-phálet, ſiue Beth-phelet, Domus liberationis ſiue expulſionis: aut ex Hebræo & Syro, domus vomitus. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.e.26,& 2.eſd.11.d.26

בֵּית־פַּצֵּץ βηθφασής — Beth-pheſés, Domus diuiſionis vel confractionis. Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar, ioſ.19.b.21

בֵּית־פְּעוֹר βαθφογώρ — Beth-phogór, Domus hiatus, ſiue domus aperturæ. Ciuitatis nomen in tribu Ruben, ioſ.13.c.20

בֵּית־רָפָא βηθραφά — Beth-raphá, Domus ſanitatis, vel medicinæ, aut domus laxationis. Filius Eſthon, 1. para.4.b.12

בַּת־שֶׁבַע βηρσαβεαί — Beth-ſábee, Filia iuramenti, vel ſaturitatis, aut filia ſeptima. Filia Eliã, vxor Vriæ, 2.reg.11.a.3,& 12.f.24: mater Salomonis, 3.reg.1.b.11, & 2.c.13, pſal.50.a.2

βηθσαϊδά — Beth-ſaida, Domus frugũ, vel cibariorũ, aut domus venatorum, vel inſidiantium. D. Ciuitas Galilææ, ex qua Petrus & Andreas & Philippus Apoſtoli, iohan. 1.f.44. matth.11.c.21. luc.10.c.13

בֵּית־שֶׁמֶשׁ βαιθσαμής βεθσαμές πόλις ἡλίου — Beth-ſámes, ſiue Beth-ſémes, Domus ſolis: vel ex Hebræo & Syro, domus ſeruitii, vel miniſterii. Ante Abel dicta, Hieronymo teſte in quæſt. Heb.2.para.28. c.18. Ioſephus lib.6.cap.1. Vrbs ad tribum Iuda pertinẽs, ioſ.15.c.10: quæ poſtea filiis Aaronis Leuitis eſt aſſignata, ioſ.21.b.16,& 1.reg.6.b.9,& 1.para.6.e.59,& 4. reg.14.c.11. Eſt alia in tribu Nephthali, ioſ.19.c.38: è qua priſtinos habitatores non potuit expellere tribus Nephthali, iudic.1.g.33. Numeratur præterea & alia Beth-ſemes in ſorte filiorum Iſſachar, ioſ.19.b.22. Eſt præterea vrbs AEgypti quæ Græcis Heliopolis dicitur, ierem.43.d.13

בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי ἐκ βαιθσαμής — Beth-ſamitæ, Idem. 1.reg.6.c.14.

Bethſamites, Idem.

בֵּית־שָׁן vel בֵּית־שְׁאָן βηθσάν — Beth-ſan, Domus dẽtis vel eboris, aut domus mutationis vel dormitionis. vel Beth-ſeán, id eſt domus tumultus, aut domus opulentiæ. Vrbs tribus Manaſſe in Iſſachar & Aſer, ioſ.17.c.11, iudic.1.f.27. cuius ſitũ habes 3. reg.4.b.12, & 1.para.7.f.30: quæ Stephano & Ioſepho lib.5.cap.14. Antiq. Scythopolis appellatur. In hac corpus Saulis ſuſpenderunt Philiſthini, 1.reg. 31.d.12,& 2.reg.21.c.12. Hieronymus in quæſt. Hebraicis duas Beth-ſan fuiſſe ſcribit.

βαιθσαμής — Beth-ſémes, Vide Beth-ſames.

Beth-ſemitæ, Idem. iudic.1.g.33

בֵּית־הַשִּׁטָּה βαιθασεττά — Beth-ſetá, Domus deuiationis, aut domus extẽſionis, ſiue domus ſpinæ. Locus Palæſthinæ, iud.7.f.22

בֵּית־הַיְשִׁימוֹת βηθσιμώθ — Beth-ſimoth, Domus deſolationũ, ſiue domus repoſitionũ, vel nominationũ. Eadem ciuitas quæ & Beth-ieſimoth dicitur, ioſ.12.a.3, nume.33.f.49

בֵּית־צוּר βεθσούρ — Beth-ſor, ſiue Beth-ſur, iiſdem literis & pũctis, Domus rupis vel fortitudinis, ſiue domus plaſmationis, aut domus obſidionis vel vinculi. Nomẽ ciuitatis in mõtanis locis ſitæ in tribu Iuda, ioſ.15.g.57: conſtructæ à Roboam, 2.para.11.b.7

בַּת־שׁוּעַ βηρσαβεαί — Beth-ſúa, Filia ſaluationis vel exclamationis. Mater Salomonis, 1.paral.3.b.5: quæ 3.reg.1.b.11, dicitur Beth-ſabee, ſiue corruptè Berſabee.

Beth-ſura, Idem quod Beth-ſor. D. Eadem ciuitas quæ & Beth-ſor, ſiue Beth-ſur, 1.mach.4.g.61

Beth-thaphua, Domus pomi, vel inflationis. Nomen ciuitatis in tribu iuda, ioſ.15.f.53 — בֵּית־תַּפּוּחַ βήθφυε

Bethúl, Virgo. Ciuitas tribus Simeonis, ioſ.19.a.4 — בְּתוּל βατούλ

Bethulia, Virgo Domini, aut domus parturiẽs Dominum. D. Nomen vrbis, iudith 6.b.7 — βετουλουά

Beth-zachara, Domus memoriæ vel recordationis. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.6.d.33 — βαιθζαχαρία

Beth-zecha, Domus tribulationis, ſiue domus cõpedum, aut domus conflationis: vel ex Hebræo & Syro, domus vtris. D. 1.mach.7.c.19 — βηζέθ

Betoním, Ventres, vel terebinthi. Ciuitas in tribu Gad, ioſ.13.c.26 — בְּטֹנִים βοτανίμ

Bézec, Fulgur, ſiue in cõpedibus. Chananææ vrbs regia, iudic.1.a.4 — בֶּזֶק βεζέκ

B I

Bithynia, Violenta properatio. G. Prouincia Aſiæ minoris, quæ & quondam Bebrycia Solino, & deinde Mygdonia dicta eſt, & maior Phrygia, Iera flumine à Galatia diſterminata: habet ciuitatem eiuſdem nominis. Hæc ab Heraclea Põti vſque ad os protẽditur, quo ex Occidẽtis parte terminatur, ex Oriente Sangario flumine, ab Auſtro Epicteto, Põto verò ab Aquilone. Hæc Raphael Volaterranus lib.10. Geograph. Vide Plinium lib.5.cap.32: Ptolemæum lib.5.cap.1: Strabonem lib.12. Huius mentio fit 1. Pet.1.a.1 — βιθυνία

B L

Blaſtus, Germinans, vel producens. G. Nomen viri, act.12.d.20 — βλαστός

B O

Boanerges, Beatus Hieronym⁹ docet debere ſcribi Banereen, quod interpretatur filii tonitrui. Sic à Chriſto cognominati fuerũt Iacobus & Iohãnes filii Zebedæi, marc.3.c.17. Heb. Bene-reges. Aliquando autẽ Græci verterũt ſeua in a, vt in hac dictione Manaſſe: aliquando in o, vt in Salomon: vt ſit corruptũ, Boane, pro bene: vel o pronuntiatum fuerit per oa. — βοανεργής

Boccí, Vacuus, aut diſſipatio, ſiue in vomitu. Filius Iogli, princeps tribus filiorum Dan, numer.34.d.22. Filius Abiſué filii Phinees, 1.para.6.a.5 — בֻּקִּי βοκκί

Bocciáu, Euacuatio vel diſſipatio Domini. Nomẽ viri, 1.para.25.a.4 — בֻּקִּיָּהוּ βοκχίας

Bochrí, Primogenitus, vel primitiæ, ſiue in ariete. Pater Sebe, 2.reg.20.a.2 — בִּכְרִי βοχρεί

Bochru, Idem. Filius Aſel filii Elaſa, 1.par.8.d.37,& 9.g.44 — בֹּכְרוּ πρωτότοκος

Bóen, Pollex, ſiue in eis. Lapis in tribu Iuda à filio Ruben ſic appellatus, ioſ.15.b.6. Hebræis dicitur Aben-bóen, id eſt lapis Bóen, ioſ.18.c.17 — בֹּהַן βαιών

Boni, Filius meus, aut ædificans, ſiue intelligens. Filius Somer, 1.para.6.d.46 — בָּנִי βανί

Boni portus, p.n. Latinæ dictiones ſunt. Ciuitas, opinor, Cretenſium, cui nomen καλὴ ἀκτὴ, id eſt pulchrũ litus: cuius meminit B. Stephanus, act.27.b — καλοὶ λιμένες

Bonni, AEdificans me, ſiue adoptans, aut intelligens me. Pater Omrai, 1.para.9.a.4,& 2.eſd.9.a.4 — בֻּנִּי βοννείας

Bóoz, In fortitudine, aut in hirco. Filius Salmó filii Nahaſſon, conſanguineus Elimélech Bethlehemitæ, ruth 2.a.2,& 4.d.13, & 1.paral.2.b.11. Nomen item ſecũdæ columnæ lateris ſiniſtri in porticu Salomonis, 3.reg.7.c.21, & 2.para.3.d.17. tanquã dicat Salomon, in eo fortitudo, in ea domo perennitas: id eſt templum quod tibi ædificaui ô Domine, nunquam corruet, neque vnquam euertetur. — בֹּעַז βοόζ

Borith, Herba acrimoniæ ſaponis, ierem.2.e.22 — בֹּרִית ποά

Boſés, Cœnũ, aut in ipſo flos, ſiue in ipſo reſpiciẽs, — בּוֹצֵץ βοζής ciens. Nomen ſcopuli,1.reg.14.a.4

ספרד σεφαράθ Boſphorus,Hebraicè dicitur Sepharad, & interpretatur liber ſiue codex deſcendens vel imperãs:aut finis vel conſummatio deſcenſionis vel imperii . Regionis nomen,abdiæ 1.g.20

בצר βασάρ Bóſor,Munitio,vel vindemia,ſiue ablatio,vel prohibitio: aut in anguſtia,vel in tribulatione.Filius Supha filii Helem, 1.para.7.g.38. Nomen item ciuitatis Moabitarum trans Iordanem,Orientẽ verſus,ad ſolitudinẽ nonnihil vergentis,1.mach.5.c.26,deu.4.g.43, ioſ.20.c.8,&1.par.6.g.78.de tribu Rubẽ Leuitis data

בצרה Βοσορρά Bóſra,Idẽ.Ciuitas in Edom,gen.36.d.33,eſa.34.b.6

בעשתרה Βεεσθερά Boſra,In grege eius, aut in diuitiis, ſiue in tinea legis,vel in tinea explorationis.Heb.Beeſthara.Ciuitas de media tribu Manaſſe data Leuitis,ioſ.21.c.27

B R

בריעה βαρουά Brié,In malitia,vel in ſocietate,aut in clamore,ſiue in vlulatione,vel in paſtu.Filius Aſer filii Iacob,num. 26.e.44

בריעי δῆμος βαριαί Brieitæ,Idem.p.n.nume.26.c.44

B V

Βυγαῖος Bugæus,Iactator.G.eſth.12.c.26

בול βύλ Bul,Germen,ſiue vetuſtas,aut defluẽs.Nomẽ menſis octaui,noſtro Octobri reſpondentis,3.reg.6.d.37

בונה βυνά Buná,AEdificãs,ſiue intelligẽs,aut adoptãs. Filius Ierameel,primogeniti Eſrõ filii Phares,1.para.2.d.25

בוז βύζ Buz,Contemptus,ſiue deprædatus.Nomen loci in terra Cedar,iere.25.c.23. Filius item Nachor ex Melcha,gen.22.d.21.Pater Ieddo,1.para.5.b.14

בוזי βυζί Buzi,Idem.Pater Ezechielis prophetæ,ezech.1.a.3

בוזי βυζίτης Buzites,Idem,iob 32.a.2

C

קהת καάθ CAáth,Congregatio,ſiue ruga, aut obtuſio. Filius Leui,filii Iacob,gen.46.b.11,& 1.para.6.a.1

קהתי δῆμος καάθι Caathitæ,Congregationes,ſiue rugæ, aut obtuſiones,nume.26.f.57,& 1.para.6.d.54

קבצאל καβσεήλ Cabſeél,Congregatio Dei.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.d.21,& 2.reg.23.c.20,& 1.para.11.e.22

כבול χοβώλ Cabúl Cõpeditus, vel quaſi germinãs,aut quaſi defluens, vel quaſi veteraſcens . Regio Galilææ eſt, quæ Ioſepho lib.8.cap.5. Antiq.Iudaic.lingua Phœnicum à diſplicendo:aliis,à terra tenaci,ob copiã argillæ qua figuli vtũtur, nomen accepit. Hanc Salomon Hiram regi Tyri dedit,3.reg.9.c.13.Eſt quoque ciuitas tribus Aſer,ioſ.29.b.27

קדמות καδιμώθ Cademoth,Antiquiores,vel priores, ſiue Orientales:aut incendiũ,vel incuruatio mortis. Nomẽ ſolitudinis,deut.2.e.26.ſiue nomen oppidi in poſſeſſione tribus Ruben,quod ioſ.13.c.18 Cedimoth dicitur.

קדש καδής Cades, Sanctitas.Nomen vrbis in deſerto Sin,in finibus Idumæorum, nume.20.d.22,& 33.e.36. Appellatur & fons Miſphat.Quod autem legitur in fine primi capitis Deuteronomii,g.46,Sediſtis ergo inCadeſ barne,&c.legendum tantùm in Cades.

קדש־ברנע καδὴς βαρνή Cadeſ-barné,Sanctitas filii inſtabilis, aut ſanctitas frumẽti,vel puritatis cõmotæ vel inſtabilis.Eſt locus in deſerto Paran vnde exploratores miſſi ſunt à Moſe in Terrã ſanctã,deut.1.a.2,ioſ.14.a.6.Hic locus dicitur ſimpliciter Cades,nume.13.e.27.Cades-barnea, קדשה ioſ.10.g.41,& 15.a.3,eſt nomẽ loci in Terra ſancta potius quàm vrbis , quòd in catalogo vrbium ſingulis tribubus aſſignatarum,nulla ſit vrbs hoc nomine.

קדומים καδημίμ Cadumím,Antiqui, vel priores,ſiue Oriẽtales: aut antiquũ,ſiue Orientale mare: aut incendium, vel humiliatio aquarum.Nomen torrentis,iudic.5.c.21

καίσαρ Cæſar,A cæſo matris vtero dictus eſt:vel àCæſarie, id eſt coma vel capillatura, cũ qua ortus eſt: vel quòd cæſios, id eſt glaucos habuerit oculos, vt quidam volunt.Latinum eſt,matth.22.b.17

Cæſarea, Idem. Vrbs maritima Palæſthinæ, in litore Magni maris, ſita quã Herodes Aſcalonita pater Herodis tetrarchæ Trachonitidis inſtaurauit in honorẽ Auguſti Cæſaris,quæ prius πύργος Turris Stratonis vocabatur: de qua Ioſephus lib.1.bel.Iudaici,cap. 3,& cap.16.Plinius lib.1.cap.13.Egeſippus lib.1.cap.18 de excidio Ieroſolymorum: & lib.3.cap.19. Similiter lib,15.cap. 10. Antiq.Iudaic. Huius fit mentio act.9.c. 30,& 10.a.1, quòd in ea Cornelius Centurio baptizatus ſit:& 21.b.6, quòd Philippus Euangeliſta domum in ea habuerit. In hac Cæſarea Herodes etiã tẽplum albo marmore extruxit AuguſtoCæſari.author Ioſephus lib. 15.cap. 12.Antiquit. in qua nepos eius Herodes Agrippa abAngelo percuſſus eſt,actorũ 12.d.23.de hac Raphael Volater.lib.11.Geograph. Alia Cæſarea, ciuitas ad radices Libani ſita, iuxta Iordanis fontẽ,à Philippo tetrarcha Ituræa & Trachonitidis, luc. 3.a.1,filio Herodis maioris,& fratre tetrarchæ, qui Iohannẽ decollauit, ampliata,& in Tiberii Cæſaris honorem Cæſarea appellata : quæ mutato deinceps nomine,Paneas dicta eſt,in prouincia Phœnices,vbi Iordanis è duobꝰ oritur fontibus,Ior & Dan. author Hieronymus . Quam magis poſtea exornans Agrippa in honorem Neronis,Neroniam appellauit, veluti ſcribit Ioſephus libro 18.cap.3. Antiquit.Iudaic. & libro 20.cap.16. eiuſdem. Huius fit mentio matth.16.b.13, mar.8.c.27.Raphael Volater.lib.12, hãc primùm Leſer,deinde Dan, poſtremò Cæſaream, nunc Belinam vocitatam ſcribit. Eſt etiam tertia Cæſarea Cappadociæ metropolis,cuius ſimiliter in Actis Apoſtol.ca. 18.f.22, fit mentio, Profectus ab Epheſo,& deſcendens Cæſaream, aſcendit, & ſalutauit Eccleſiam. Hebraicè dicitur דאר. Vide Dor. καισαρεία

Caiphas, Inueſtigator, vel ſagax, ſeu vomens ore, aut vomitus oris . D. Princeps quidam ſacerdotum inter Iudæos qui fuit tempore Chriſti,matth.26.f.57, iohan.11.f.49 καϊάφας

Cáin,Poſſeſſio,vel poſſeſſus.Filius Adã,gen.4.a.1 קין κάϊν

Cainán, Poſſeſſor, vel emptor,aut lamentator, vel nidus.Filius Enos,gen.5.b.9,luc.3.g.37 קינן καϊνάν

Caius, Lingua Latina priſca interpretatur Dominus.Latinum eſt.Nomen viri Macedonienſis,act.19. f.29.Hoſpes Pauli,rom.16.d.23 γάϊος

Calanó,Conſummatio eius,vel totus ipſe. Ciuitas Babyloniæ,eſa.10.b.8 כלנו χαλανής

Caléb,Quaſi cor,aut canis,ſiue caniſtrũ. Filius Iephone,nume.13.a.6,ioſ.14.a.13. Hinc כלבי qui eſt de genere Caleb,1.reg.25.a.3 ἄνθρωπος κυνικός כלב χαλέβ כלבי

Caliſthenes, Pulchrum robur, ſiue pulchra potentia.G.2.mach.8.g.33 καλισθένης

Calitá, Refugium, ſiue contractio, aut vox declinans.Nomen viri,1.eſd.10.c.23 קליטה κωλίτας

Calor,Heb.חמת.Populi,1.para.2.g.55.Vide Emath.

Calphi, Vox oris,vel conſummatũ aut perfectum os.D.Nomen viri,1.mach.11.g.72 χαλφί

Calubái, Caninus aut caniſtrum meum, ſiue totus ipſe in me.Filius Eſron filii Phares,1.para.2.a.9:qui ibidem f.47 dicitur Caleb,vt in aliis locis. כלובי καλωβί

Camón,Reſurrectio,ſiue cõfirmatio eius. Nomen loci,iudic.10.b.5 קמון καμών

Camera, Nomen loci,4.reg.10.c.12 & 14. Hebraicè legitur בית עקד domus alligationis ſiue tonſionis,id eſt in qua paſtores tõdebant oues ſuas. Et domum alligationis vocat, quòd tẽpore tonſionis pedes ouium alligantur. בית עקד βαιθακάρ

קְמוּאֵל καμουήλ Camuél, Surrexit Deus, vel ſuſcitauit aut confirmauit eum Deus. Filius Nachor ex Melcha, pater Syrorum, gen.22.d.21, & 1.paral.27.c.17. Filius item Sephtan, nume.34.d.24

קָנָה κανᾶ Caná, Zelus vel æmulatio, ſiue poſſeſſio, aut lamentatio, vel nidus eius: aut canna, id eſt arundo. Eſt Cana maior ciuitas in tribu Aſer, ioſue 19.c.28. Eſt & Cana minor in tribu Zabulon, iohan.2.a.1, & 4.f.46

κανανίτης Cananæus, Sic vocabatur Simon qui fuit vnus ex duodecim Apoſtolis, & interpretatur zelotes, aut æmulator, vt habetur matth. 10. a.4. Non enim erat ex Chanáā, ſed ex Cana vico Galilææ, quæ in zelum, vel æmulationem conuertitur. D.

קְנָת κανάθ Canáth, Emptio, ſiue poſſeſſio, aut lamẽtatio. Vrbs in tribu Manaſſe, quæ & Nobe, numer.32.g.42

κανδάκη Candace, Poſſidens contritionem: aut ex Hebræo & Syro, poſſeſſio mūda vel puriſſima. D. Nomen cōmune omnibus reginis AEthiopum, act.8.e.27

כְּפִירָה κεφίρα Caphará, Leuncula, aut propitiatio, ſiue linitio, vel villa, aut oppidum, ſiue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, ioſ.18.d.26. Videtur eadem quæ & Caphira dicitur.

καφαρναούμ Capharnaum, Ager pœnitentiæ, vel villa conſolationis, aut propitiatio pœnitentis. D. Iuxta ſtagnum Genezareth vſque hodie oppidū in Galilæa gentium, ſitum in finibus Zabulon & Nephthali, matth.4.b.13, luc. 4.d.23, in quo Chriſtus centurionis filiū ſanū fecit, matth.8.a.3. In hac Chriſtus verſatus eſt multùm, & plurima miracula edidit, vnde & eius ciuitas appellata eſt, matth.9.a.1.& 11.c.23. Egeſippo lib.3.cap.26, eſt fons in regione Genezaris, Capharnaum nomine.

καφαρσαλαμά Capharſalama, Ager vel villa pacis vel retributionis. D. Nomen vrbis quæ & Antipatris, 1.mach.7.e.31

καφεναθά Caphetetha, Manus doni: aut Syriacè, vinculum vel colligatio. D. Nomen muri, 1.mach.12.e.37

כְּפִירָה κεφίρα Caphira, Leuncula, aut propitiatio, ſiue linitio, vel villa aut oppidū, ſiue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis, ioſ. 9. c.17. Eadem videtur eſſe quæ & Caphara dicitur.

כַּפְתֹּרִים καφθοριείμ Caphtorím, Sphærulæ vel poma, aut vola vel palma turturum vel exploratorum. Nomen populorum qui Cappadoces dicuntur, gen.10.b.14

כַּפְתֹּרִים καππαδόκες Cappadoces, In Hebræo eſt Caphthorim, & interpretatur Sphærulæ, ſiue poma, aut vola, vel palma turturum vel exploratorum, deut.2.e.24

כַּפְתֹּר καππαδοκία Cappadocia, Idem. ſ.n. Aſiæ regio Pontica eſt, Armeniæ confinis, quam ab Oriente claudit, ab Septentrione longo litore in Euxinum expanditur, ſicut anguſto excurſu à Meridie Ciliciam attingit, ab Occaſu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, vt ait Ptolemæus lib.5.cap.6. Nomẽ habet à Cappadoce amne: eius populi, Cappadoces, antea Leucoſyri dicti: author Plinius lib.6.cap.3. Strabo lib.12, à principio. Plura Pomponius Mela lib.1

קַרְקָעָה Carcáa, Pauimentum ſiue frigiditatem diſſoluens. Vrbs in tribu Iuda, ioſ.15.a.3. LXX, τῶν κατὰ δυσμὰς κάδης.

קָרֵחַ καρηέ Carée, Caluus, ſiue glacies. Pater Iohanan, 4.regū 25.f.23

קָרְחִים κορεῖται Carehim, Idem. p.n. Nomen loci, 1.para.12.a.6

καρία Caria, Capitalis. G. Nomen loci, 1.mach.15.d.23

קִרְיַת πόλις Cariáth, Ciuitas, vel vocatio: aut lectio, vel occurſus. Nomẽ ciuitatis in tribu Beniamin, ioſ.18.d.28

Cariathaa corruptum, pro Carcaa, Vide Carcaa.

קִרְיָתַיִם καριαθαίμ Cariatháim, Ciuitates, aut vocationes, ſiue lectiones, vel occurſus. Vrbs Moabitarum in tribu Ruben, ioſ.13.c.19, nume.32.g.37, iere.48.a.1, ezech.25.b.9. vbi olim Emim gigantes habitarunt, gene.14.a.5. Inter vrbes Nephthali Leuitis cōceſſas cenſetur, 1.paral.6.g.36. Hieronymus in ecloga deſcribit eam iuxta Medabam vrbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.

Cariáth arbé, Ciuitas quatuor. Ciuitas in tribu Iuda, ſic dicta ab Arbea ſiue Arba qui illam condidit, aut illi præfuit: non autē à quatuor patriarcharū, Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob, qui ibi ſepulti ſunt, ſepulchris, vt quidā interpretantur, ioſ.15.c.13: quæ & Hebron dicitur, ioſ.20.c.7. Hoc autem nomē ſortitus eſt gigas qui quatuor viris robore præſtaret, ioſ.14.d.15 קִרְיַת־אַרְבַּע πόλις ἀρβόκ חֶבְרוֹן

Cariath arim, Ciuitas ciuitatum vel oppidorum, aut ciuitas vigilantium: vel ex Hebræo & Syro, ciuitas inimicorum. Nomen viri, 1.eſd.2.b.24 קִרְיַת־עָרִים καριαθιαρείμ

Cariáth-báal, Ciuitas idóli, vel imperātis aut poſſidentis. Ciuitas in tribu Iuda, quæ Carith-iarim dicitur, ioſ.15.g.59, & 18.c.14, ier.26.f.20. Dicitur & Baala קִרְיַת־בַּעַל καριαθβαάλ

Cariáth iarím, Ciuitas ſyluarū. Ciuitas Heuæorū in tribu Iuda, ioſ.15.b.9, iere.26.f.20: quæ & Cariath-baal, & Baala dicitur, ioſ.15.g.59, & 18.c.14. Vno tantū miliario ab AElia, qua pergimus Dioſpolim, diſtat. קִרְיַת־יְעָרִים πόλις ιαρείμ

Cariáth-ſépher, Ciuitas literarum. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Dabir dicitur, ioſue 15.c.15. & Cariath-ſenna, ioſue 15. f. 48. In hac ciuitate floruerunt literæ, vnde nomen accepit. קִרְיַת־סֵפֶר πόλις γραμμάτων

Cariath-ſenna, Ciuitas rubi: vel ex Hebræo & Syro, ciuitas inimicitiæ. Ciuitas in tribu Iuda, quæ & Dabir, ioſ. 15.f.48.& Cariath-ſépher, ioſ.15.c.15 קִרְיַת־סַנָּה πόλις γραμματῶν

Carioth, Ciuitates, aut vocationes, ſiue lectiones, vel occurſus. Ciuitas tribus Iudæ, ioſ.15.d.24, ier.48.f.41 קְרִיּוֹת πόλεις

Carith, Concißio ſiue confoſſio, aut exterminatio. Nomen torrentis qui eſt cōtra Iordanē, 3.reg.17.a.4 כְּרִית χεῤῥάθ

Carmél, Cognitio circuncißionis, vel agnus circūciſus, aut teneritudo illa ſegetum: vel coccinus. Ciuitas. Vide Charmel. כַּרְמֶל

Carmelites, Idem, 1.para.11.g.37

Carmelitis, Idem, fœm.gen. 1.para.3.a.1 כַּרְמְלִית καρμηλῖτις

Carmelus, Idem. Carmelus mons eſt excurrens in mare Mediterraneū vnde Latinè dici poteſt promontorium, iere.46.e.17. Carmeli duo ſunt montes: vnus Tyriorum Ptolemaidi ad mare imminet. Inde cognomen Carmelus maris accepit, verſus Ortum extēſus tantum vt campū magnum, quem Eſdrelon vocant, ab vno latere claudat. Ideóq; à Ioſepho tribui Iſſachar aſcriptus: finíſque Zabulonitarū ad mare Galilææ, ſicut Aſſeritarū ad mare magnū, traditur. Ferax eſt admodū vini, ioſ.19.b.26. In hoc Elias vidēs frequenter verſabatur, 3.reg.18.c.19. In hoc etiā Nabal habitauit, 1.reg.25.a.2. Huius plurima fit mētio ſparſim in Prophetis, 1.reg.15.c.12, eſa.33.b.9, iere.24.f.26. amos 1.a.2, & 9.a.3, michææ 7.c.14, nahū 1.b.4, canti.7.b.5. Vide quoque Ioſephū lib.3.cap.2. de bello Iudaico. Alius in Iudæa qua itur in AEgyptū ad Meridionalē plagam, de quo Eſaiæ 29.f.27, & ioſ.25.g.25, in quo ciuitas eiuſdem nominis extructa videtur. in his duobus locis poſterioribus legitur Charmel. כַּרְמֶל κάρμηλος

Carnáim, Cornua. Populi ciuitatis Aſtaroth, gen. 14.a.5. Eſt & ciuitas, 1. mach. 5. c.26. Vide Aſtaroth. קַרְנַיִם καρναΐν

Carnió, Cornu. G. Nomē præſidii, 2.mach.12.d.21 καρνίον

Carpus, Fructus, vel fructuoſus. G. Nomen viri, 2.timoth.4.c.13 καρπός

Carthá, Ciuitas, ſiue vocatio, aut lectio, vel occurſus. Ciuitas Leuitarū in Zabulonia tribu, ioſ.21.d.34 קַרְתָּה καριτός

Carthaginenſes. In Hebræo eſt Tharſis: & interpretatur contemplatio gaudii, vel exploratio marmoris, aut turtur gaudii, ſiue chryſolithus lapis, ſ. pretioſus, aut mare. Nomen populi, ezech.27.c.25 תַּרְשִׁישׁ καλχηδόνιοι

Carthā, Ciuitas, vel vocatio, aut lectio, vel occurſus קַרְתָּן καρθάν ſiue frigiditatem dans. Ciuitas refugii atque Sacerdotum in tribu Nephthali, ioſ.21.c.32

קשיהו κισαίας Caſaiá, Duritia, aut grauitas eius, ſiue ſcandalum ipſius. Pater Ethan, 1.para.15.b.17

כסלת ἀχασελώθ Caſalóth, Temeritates, ſiue fiduciæ, aut ilia. Nomé ciuitatis, ioſ.19.b.12

κασφών Caſbon Numeratio, vel cogitatio, aut feſtinás filius. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.5.d.36

כשד χαζάθ Cáſed, Quaſi dæmō, aut quaſi deprædator, vel quaſi mamilla, aut quaſi ager. Filius Nachor ex Melcha, gene.22.d.22. à quo Chaſdim, id eſt Chaldæi.

קציץ κασίς Caſis, Conciſio, aut finis. Nomen vallis, ioſ.18.d.21

כסלו χασλεῦ Caſleu, Spes aut temeritas eius, ſiue thronus vel calix illius, aut ilia eius. Decimus menſis noſtro Decembri quandoque reſpondens, zach.7.a.1

κάσπιν Caſphin, Argẽtaria, ſiue cupiditas: aut Syriacè, verecundia. D. Nomen ciuitatis, 2.mach.12.b.13

χασφώρ Caſphor, Argẽteus, aut deſiderabilis mons. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.5.c.26

קציעה κασία Caſſia, Speciei genus. Secũda filia Iob, iob, 42.d.14

מחנים παρεμβολαί מחנימה Caſtra, Nomen proprium loci trans Iordanẽ non procul à monte Galaad, qui aliter dicitur Mahanaim, gen.32.a.2, & 2.reg.2.b.8, c.12.g.29, & 17.g.27, & 19.f.32, & 3.reg.2.b.8. Vide Mahanaim. Hæc vox perperã ſcribitur in quibuſdã excuſis codicibus per c minuſculum, in locis citatis.

קטת καττάθ Catéth, Tædium ſiue contentio. Terminus Zabuloniæ tribus, ioſ.19.b.15

C E

קדר κηδάρ Cedar, Nigredo, aut triſtitia. Filius Iſmahelis, gene.25.b.13, & 1.para.1.b.29. Arabiæ itẽ regio eſt Hieronymo in Agarenorũ .i. Saracenorũ ſolitudine, à Cedar filio Iſmahelis ita cognominata. Ferunt quidam Cedar eſſe ciuitatẽ quæ Ioſepho Camala vocatur. Meminit Eſaias ca.60.b.7, ezec.27.d.21, pſa.120.b.5, ier.2.c.10

קדם κέδεμ Cedem, Oriẽs. Fili⁹ Iſmahelis, frater Cedar, ierem.49.e.26. qui Cedimoth ge.25.b.14. vide Oriẽtis filii

קדש κεδές Cedes, Sanctitas. Vrbs eſt in tribu Iudæ, vt ioſue 15.d.23. Alia vrbs Galilææ in montanis Nephthali, ioſ.10.g.41. deputata fugitiuis, qui neſcii homicidiũ perpetrauerant, ioſ.20.c.22. & Leuitis quoque attributa, ioſ.21.c.32, & 1.para.6.g.72

קדמת καδημώθ Cedimóth, Antiquiores, vel priores, aut Oriẽtales: ſiue incendium vel incuruatio mortis. Nomen oppidi in poſſeſſione tribus Ruben, ioſ.13.c.18. quod ſolitudo Cademoth in deut.2.e.26, dicitur.

קדמה κέδεμα Cédma, Antiquus, vel prior, aut Oriẽtalis. Filius Iſmahelis, gen.25.b.15. Idem dicitur Cedem, ier.49.e.28

קדמיאל κεδμιήλ Cedmiél, Antiquitatis vel prioritatis Deus, aut Orientis Deus. Nomen viri, 1.eſd.3.c.9

קדמני κεδμωναῖοι Cedmonæi, Antiquiores, vel priores, aut Orientales. Nomen populi, gene.15.d.16

קדרון κεδρών Cedrón torrens, Id eſt Torrẽs obſcuritatis. Torrẽs erat nō longè à Ieruſalẽ, ſitus in valle profunda & obſcura, quæ inter Ieroſolymã & montem Oliuarũ eſt, 2.reg.15.e.23, & 4.reg.23.a.4, iohan.18.a.1, iere.31.g.40

קהלתה μακελάθ Ceelátha, Cœtus vel congregatio, ſiue eccleſia. Nomen loci ad quẽ venerunt filii Iſrael profecti de Reſſa, nume.33.c.22

קעילה κειλά Ceilá, Diſſoluens eam, ſiue diuidens, aut ſcindens eam, vel fixio eius. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.f.44, & 1.reg.23.a.1, & 1.par.4.c.19, & 2.eſd.3.d.17

קלי καλλαΐ Celái, Leuis ſiue torrefactus, aut vox mea. Nomen viri, nehem.12.a.19

קליה κωλία Celaiá, Vox Domini, aut alleuiatio Domini, ſiue torrefactio. Nomen viri, 1.eſd.10.d.23

קליטא καλιτάς Celitá, Refugium vel contractio, aut vocis declinatio. Nomen viri, 2.eſd.8.b.7

Cenchreæ, Miliũ, legumen. G. Portus Corinthiorum, ab Vrbe ſtadia ad LXX longinquus, Straboni libro 8. rom.16.a.1 κεγχρέαι

Cendebæus, Zelus, vel poſſeſſio doloris, aut zeli emanatio. D. Nomen ducis, 1.mach.15.g.38 κενδεβαῖος

Cenéreth, Cithara, vel quaſi lucerna. Vrbs in tribu Nephthali, ioſ.19.c.25. Eſt & ad Orientẽ Iudææ mare, num.34.b.11, deut.3.c.17, ioſ.13.d.27. Aliâs mare Tiberiadis, & lacus Genezarethicus, ſeu Galilææ dicitur, XL ſtadiis in latitudine diffunditur, centúmque in lõgitudine extẽditur, teſte Ioſepho lib.3. bel. Iud. cap.18. per huius mediũ, Iordanis Iudææ amnis profluit. Porrò Ptolemæus cur ex hoc duos faciat nō video. Oncelus Chaldæus Paraphraſtes vocat, nume.34.b.11, lacũ iſtũ ſiue mare ים-גינוסר id eſt lacum Ginnoſar. vnde manifeſtum eſt Matthæum & Lucam ſequutos fuiſſe nomen Chaldæum potius quàm Hebræum. כנרת χενέρεθ

Ceneróth, Idem. p.n. Vrbs iuxta lacũ Genezareth, ioſ.12.a.3. quã Herodes magnificis ornauit ædificiis, atque in honorem Tiberii Cæſaris, Tiberiaden nominauit: à qua & lacus & regio circuniacens nomen inuenerũt, vt ait Ioſephus lib.18. cap.4. Antiq. Ben-adad Rex Syriæ hanc cepit, 3.reg.15.d.20. At Ioſue 11.a.2, Ceneroth plurale, eſt lacus, non nomen vrbis: eſt autẽ plurale pro ſingulari: vel pluratiuè vſurpatur propter loca ipſi lacui adiacentia. כנרות χενερώθ כנרות

Cenéz, Nidus iſte, aut lamẽtatio hæc, ſiue poſſeſſio vel emptio hæc. Fili⁹ Eliphaz, filii Eſau ex Ada vxore, gen.36.b.11. Ciuitas principũ Idumæorũ, gen.36.d.42 קנז κενέζ

Cenezæi, Idem. p.n. Nomen populi, gene.15.d.18

Cenezæus, Idem. num.32.b.12. Hoc LXX nō habẽt, ſed pro eo verterunt διακεχωρισμένος, neſcio quã lectionem ſequuti. קנזי κενεζαῖος

Ceni, Poſſeſſio, vel emptio, ſiue nidus, aut lamentatio. Regio Philiſthinorum, 1.reg.27.d.10 קני κενεζί

Cephas, Petrus: à petra. Syrum eſt. Sic dictus fuit Simō Petrus frater Andreæ, ioh.1.f.42, & 1.cor.15.a.5 κηφᾶς

Cephira, Leuncula, aut propitiatio, ſiue lenitio, aut villa vel oppidum, ſiue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen viri, 1.eſd.2.b.28. Eſt & nomen vrbis, 2.eſd.7.c.29. Eadem Caphara & Caphira dicitur. כפירה χαφιρά

Cerethi, Cōciſio, ſiue tranſfoſſio, vel exterminatio. Populi qui & Philiſthiim, vt Lyranus ait in libro differẽtiarum: ſiue nomẽ legionũ aut bellatorũ Dauidis, 1.reg.30.d,14, & 2reg.8.d.18, & 15.d.18, & 20.g.23, & 1.para.18.d.17. Alii dicũt gentẽ fuiſſe Palæſthinæ nobilẽ, quæ incolebat maritimã eius partẽ, de qua ezech.25.d.16. pro quo vetus interpr. vertit, interfectores pacis. כרתי χορεθί

Cerethi, 4.reg.11.d.19, Milites ſiue curſores, aut arietes. Heb. Cari. כרי χορρί

Cerós, Vncinus aut incuruatio. Nomen viri, 1.eſd.2.c.43 קרס κορές

Ceſil, Arcturus, nomen ſtellæ:, ſiue ſtultitia, aut ilia. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.e.30 כסיל σήλ

Ceſión, Duritia, ſiue ſtipula, aut cucumerariũ. Ciuitas Leuitarum in tribu Iſſachar, ioſ.19.b.19 קשיון κεσιών

Cethím, Conterentes, ſiue contritio maris, aut diadema, ſiue aurum, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo, coaceruatio maris. Filius Iauan, gene.10.a.4. Ab hoc, Beroſus dicit Italos eſſe appellatos. Interpres noſter, dan.11.e.31, tranſtulit Romanos. Vide Italia & Romani. Sunt & Græcorum inſulani, Macedones, eſaiæ 23.a.1. Cyprus quæ & Citium dicitur. כתים κίτοι

Cethlis, Paries eſt: aut ex Syro & Hebræo, caterua leænæ: vel Syriacè, quaſi euulſus. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ, ioſ.15.e.40 כתליש καθλίς

Ceturá, Aromatizans, vel fumigans, ſiue ligata. Altera vxor Abrahæ, gen.25.a.1 קטורה

χαβρίν Chabri,Socius vel particeps,ſiue incantator, aut liuor.D.Nomen ciuitatis,iudith 8.a.9

Chabúl,vide Cabul.

χαιρέας Chæreas,Gaudens,vel lætus.G.Nomen viri,2.machab.10.f.32

כלל χαλλά Chalál,Conſummatio,vel totalitas,aut quaſi nox: vel Syriacè,corona.Nomen viri,1.eſ.10.d.30

כלנה χαλαννη Chaláné,Omnes nos, ſiue omnia hæc:aut conſummatio noſtra,vel ſicut manés,aut quaſi murmurás.Ciuitas in qua regnauit Nemrod,gen.10.b.10: quæ núc Seleucia à Seleuco rege,&Cteſiphó dicitur,amos6.a.2

Chalannus,Idem.

כלכל χαλκάλ Chalcól, Nutriens, ſiue conſummans omnia, aut ſuſtinens omnia.Filius Maol,3.reg.4.d.31.Filius item Zaræ filii Iudæ,1.para.2.a.6

כשדים χαλδαία Chaldæa,Quaſi Dæmones,aut quaſi deprædatores, vel quaſi mamillæ,aut quaſi agri.Regio ad Orientem Iudææ inter Babyloniá & Arabiam,Tigrin & Euphratem: de qua Plin.lib.6.cap.28,Strabo lib.16, Volater. li.11.Geograph.iere.50.b.8, & 51.d.24.Heb.Chaſdim.

χαλδαῖοι Chaldæi,Idem.Populi.eſa.13.d.19.Heb.Chaſdim. In 2.para.36.a.6,pro Chaldæorum,lege Babylonis,ſiue Babel.

Chaldæus,Idem.ſ.n.

כלח χαλάχ Chále,Opportunitas, vel quaſi viriditas, vel quaſi humiditas, aut quaſi tabula. Ciuitas quam ædificauit Aſſur,gene.10.b.12

חלי ἀλί Chalí, Infirmitas, ſiue deprecatio, aut expectatio, vel principium, aut gemma vel monile. Ciuitas quæ terminus Aſer eſt,ioſ.19.b.25

חם χάμ Chám,Calidus,vel calor,aut niger.Filius Noe,geneſ.5.d.32. Ab hoc ſæpe in Sacris literis AEgyptus, Terra Cham dicitur, vt pſal.105.a.2: teſtis eſt Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis.

כמהם ἀχιμαάμ Chamaám, Sicut illi, aut ſimiles eis, vel quaſi turbatio.Nomé vrbis iuxta Beth-lehem, ierem.41.d.17. Proprium item nomen viri,2.reg.19.g.37

כמוש χαμώς Chamós,Quaſi palpans,aut quaſi recedés,vel quaſi auferens.Nomen idóli Moabitarum,nume.21.f.28,& 3.reg.11.b.7,& 4.reg.23.c.13,& ierem.48.g.46

כנען χανάάν Chanáan,Mercator, vel negotiator, ſiue contritus, vel confractus, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens.Filius Cham,geneſ.9.c.18,& 10.a.6 .In libro Iudicum,10.b.12,legitur Amalec & Chanáan : quum legendũ ſit Amalec & Maon, quod ſignificat habitaculũ,ſiue delictũ,aut ex peccato. Chanáan etiá pro terra Chananæorum accipitur,vt geneſ.11.d.31, Vt irent in terram Chanaan. Et 13.c.12,Habitauit in terra Chanaan,& aliis innumeris locis. Terræ autem Chanaan ſiue Terræ ſanctæ limites ſunt, Ad Oriétem eſt Iordanis fluuius & magnus Euphrates. Ad Occidentem eſt AEgyptus & Mare magnum, quod Mediterraneũ dicitur. Ad Auſtrum,hoc eſt Meridiem, iacet deſertum Arabiæ. Ad Aquilonem ſiue Septentrionem mós Libanus eminet.

כנענה χαναάν Chanaaná,Mercatrix,vel negotiatrix, ſiue cõtrita, vel confracta,aut rectè reſpondens, vel rectè affligés. Pater Sedeciæ prophetæ,3.regũ 22.d.24.Filius Balan filii Iahiel filii Beniamin, 1.para.7.c.11

χαναναία Chananæa,Idem.matth.15,c.22

כנענים χαναναῖοι Chananæi,Mercatores ſiue negotiatores, aut cõtriti,vel cõfracti,ſiue rectè reſpondentes, vel rectè affligentes. Nomé populi,quod omnes gétes Palæſthinæ cõplectitur,quæ inter Iordanem ſunt & mare Syriæ, Syriámque & Arabiam Petræam,gene.15.d.28

χαναναῖος Chananæus,Idem.ſ.n.nume.21.a.

כנענית χανανῖτις Chananitis,Idem.f.gen.46.b.10

à possidendo et
[illegible]

Chanáni,Præparatio vel baſis mea. Nomen viri, 2.eſd.9.a.4 כנני χανανί

Characa, Inuolutio aut indúmétum, ſiue pallium. D.Nomen loci,2.mach.12.c.17 χάρακα

Charán, Quaſi cantans, aut quaſi clamans , ſiue agnus vel cognitio eorum.Filius Diſan filii Seir Horræi,gen.36.c.26 כרן χαρράν

Charán,Ira ſiue iraſcens: vel Syriacè,libertas. Meſopotamiæ ciuitas , ad quam Abraham conceſſit, vbi & Thare pater eius mortuus eſt, geneſ.11.d.31. Haran Hebraicè. A Charra Syriæ fluuio nomen inuenit Stephano . Ibi Romanus cæſus eſt exercitus , & Craſſus dux captus. Lucan. Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Charras. Eadem eſt Charræ & Charan. Act.7.a.2 χαρράν חרן

Charchamis,Agnus quaſi ablatus, aut agnus quaſi palpans: vel ex Syro & Hebræo, ciuitas ablata. Vrbs Syriæ ſita in ripa Euphratis, eſa.10.b.9. ierem. 46.a.2,& 2.para.35.e.20 כרכמיש χαρχαμίς

Charchás, Agni cooperimétum, aut agni thronus vel calix, vel quaſi tortuoſum, non planum. Nomen Eunuchi,eſth.1.c.10 כרכס χαρβάς

Charmél, Cognitio circuncisionis, vel agnus circunciſus, aut teneritudo illa ſegetum, vel coccinus Nomen ciuitatis tribus Iudæ, ioſue 15.g.54. Item locus in Moab in deſerto,in ſexto lapide Chebronis cótra Orientalem plagam,eſa.29 f.17 כרמל χερμέλ

Charmí, Vinea,ſiue cognitio aquarũ, vel agnus aquarum,aut quaſi celſitudo. Filius Ruben,gene.46.a.9,& 1.para.5.a.3.Filius item Iuda,1.para.4.a.1: qui gene.46.b.12,dicitur Her.Filius præterea Zabdi,filii Zaræ,filii Iuda, pater Achar ſiue Achan, ioſ.7.a.1. Item nomen ciuitatis,iudith 8.b.9 כרמי χαρμί

Charmitæ,Idem.nume.26.a.6 χαρμεί

Charran, Vide Charan.

Chaſelón, Fiducia,vel temeritas eius, ſiue ilia eius, aut thronus manſionis,vel calix ſiue tegumentũ manſionis. Pater Elidad principis,num.34.d.21 כסלון χασελών

Charſená, Agnus anniculus, ſiue agnus dormiens vel mutatus.Nomen viri,eſth.1.c.14 כרשנא χαρσενά

Chaſluím,Tegumentum tabularum, vel ſedes tabularũ,aut ſepes vel temeritas vitæ. Filius Meſraim, gene.10.b.14.Heb. Chaſluhim. Populi nomen, qui & Philiſthiim,ſiue corruptè Palæſthini. כסלחים χασλωνιείμ

Chaſphiá, Argentaria, ſiue cupiditas: aut Syriacè, verecnudia. Nomen regionis quæ à Caſpio mari vocabulũ ſumpſit,vt quidam putant. Nicolaus Lyranus in Babylonis regione locum eſſe putat, vbi plures Leuitarum poſt captiuitatem manſerint,1.eſd.8.c.17 כספיא κασφία

Chebbón,Extingués vel extinctus,aut quaſi intelligés,vel quaſi ædificás.Ciuitas tribus Iuda,ioſ.15.e.40 כבון χαββών

Chebron, Societas, ſiue participatio, aut adhæſio, ſiue incantatio,vel liuor.D.1.macha.5.g.65 χεβρών

Chelló,Conſummatio,vel perfectio,aut alleuians dolorem,vel triſtitiá.D.Nomen terræ,iudith 2.c.13 χαλλών

Cheleab, Totus vel omnis pater,ſiue conſummatio vel prohibitio patris. Secundus filius Dauid de Abigail vxore Nabal Carmeli.2.reg.3.a.3 כלאב χελεάβ

Cheliáu,Omnis vel totus ipſe, aut conſummatio eius,ſiue prohibens eum.Nomen viri,1.eſd.10.d.34 כלוהו χελίας

Chelion , Conſummatus, ſiue perfectus, aut totus colũbinus.Filius Elimelech Bethlemitæ,ruth.1.a.2 כליון χελεών

Chelmád,Quaſi docens, aut totus menſurans, ſiue omne indumentũ, conſummatio vel ceſſatio méſuræ vel indumenti.Nomen vrbis,ezec.27.e.23 כלמד χαλμάβ

Chelmó,Exercitus præparatio vel numeratio,aut ſomnium eius.D.Nomen loci inter Belma & Bethuliam,iudith 7.a.3 χωάμσοτος

כלוב χαλούβ Chelúb,Caniſtrum,vel caninus.Nomen viri,1.paralip.27.d.26

כנה χαναάν Chéné,Baſis,aut rectitudo, ſiue præparatio.Nomẽ vrbis,ezech.27.e.23

כרוב χερούβ Cherúb,Quaſi puer,vel quaſi multiplicãs,aut quaſi pugnás,vel cognitionis,aut ſcientiæ multitudo. Nomen viri,1.eſd.2.c.57.In 2.regũ 22.b.11, legẽdum Cherub,non Cherubim.

כרבים χερουβίμ Cherubim,Idem.p.n.gene.3.d.24

כסלת־תבר χασελαθθαβώρ Cheſéleth-thabór,Temeritates, ſiue fiduciæ, aut ilia electionis, vel puritatis. Nomen ciuitatis in tribu Zabulon,ioſ.19.a.12

כסלון χασαλών Cheſlón, Fiducia aut temeritas eius, ſiue ilia eius, aut thronus manſionis,vel calix, ſeu tegumentũ manſionis. Nomẽ villæ in Hieroſolymæ finib⁹, ioſ.15.c.10

חתית χετταία Chetæa,Confracta, ſiue formidoloſa: aut Syriacé, deſcendens,ezech.16.a.2

חתית χετταίαι Chetææ,Idem.p.n.3.reg.11.a.1

כידן χαιδών Chidon,Iaculum,vel infortunium,ſiue quaſi iudicans.Nomen loci,1.para.13.c.9

Chimham, Vide Chamaam.

χίος Chium,Aperta,vel apertura.G.Inſula inter Cycladas atque Bithyniam: cuius nomen Syra lingua maſticen deſignat, eo quòd ibi maſtix gignatur. hanc aliqui Chiam appellauere, à Chione Nympha Coos, act.20.c.15

χλόη Chloe,Familiæ Corinthiorũ nomẽ,1.corint.1.b.11

כבר χοβάρ Chobar, Fortitudo vel potentia, aut quaſi filius, ſiue quaſi puritas, vel quaſi frumentum, aut iam, id eſt quod iam præteriit.Flumen eſt in terra Chaldæorum, apud quod Ezechiel viſionem vidit, ezech. 1.a.3. Hoc quidam Euphratem interpretantur,alii Aborram putant,de quo Ptolemæus & Strabo.

כדכד χοδχόδ Chodchód,Iaſpis,aut hydria hydriæ, ezec.27.c.16

כדרלעמר χοδολλογομόρ Chodorlahómor, Quaſi generatio ſeruitutis, aut quaſi habitatio ſeruitutis, ſiue ſphærula vel rotũditas manipuli.Rex AElamitarum,gene.14.a.4

כל־חזה χαλεζέ Chol-hóza,Omnis propheta,ſiue omnis vidẽs,aut omne pectus.Pater Sellom,2.eſd.3.c.15,& 11.a.5

כוניהו χωνενίας Chonenías,Præparatio, aut firmitas, vel rectitudo Domini.Frater Semei,2.para.31.c.13

חרי χορραῖοι Chorrhæi,Furores,aut libertates,ſeu foramina.Populi gigantes, expulſi à filiis Edom ex monte Seir, geneſ.14.a.6:qui & Horrhæi,deut.2.c.12,dicuntur.

χριστός CHRISTVS,Vnctus.G.

כוב κρῆτες Chub,Extinguens.Nomen gentis,ezech.30.a.5

כון Chun,Præparatio,ſiue placenta: aut Syriacè feneſtra.Nomẽ vrbis,1.para.18.b.8. LXX ex nomine proprio fecerunt appellatiuum,καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πολέων.

כוש χοῦς Chus,AEthiops,aut niger. Filius Chã,gene.10.a.6, b.8,à quo deſcenderunt AEthiopes. Vide Chuſi.

חושי χουσί Chuſái,Senſus,aut feſtinãs vel ſilens. Amicus Dauid,2.reg.15.g.32.37,& 17.a.5.c.15,& 1.para.27.d.33

כושן רשעתים χουσαρσαθαίμ Chuſán-raſatháim,AEthiops vel nigredo iniquitatum.Nomen regis Meſopotamiæ,iudic.3.a.8

כושי χουσί Chuſi, AEthiops, aut niger. Pater Selemiæ patris Nathaniæ patris Iudi,filius Iemini,2.reg.18.e.21,&ierem.36.d.14. Legitur pſal.7.a.1, Chuſi, quum legendum ſit Chus.

χουζᾶ Chuza,Vidẽs,aut prophetãs,vel viſio,luc.8.a.3.D.

C I

קבצים χαβσεάμ Cibſáim, Congregationes. Ciuitas ex tribu Ephráim data Leuitis,ioſ.21.b.22

κιλικία Cilicia, Voluens,vel reuoluta.G.Regio maritima Aſiæ in ſinu Iſſico,vbi porticus in Tharſo celebris ad Septentrionẽ Iudææ,de qua multa Strabo lib.14,Mela,in 1,Plin.lib.5.cap.27,Ptolemæus in 5.cap.8. quam Cydnus amnis interſecat, & mõs Amanus (ita Hieronymus) à Syria Cœle ſeparat. Vide Volater.li.11.Geograph.Ex hac Paulus Apoſtolus fuit oriundus, act.23.g.34,& Chriſtum in ea prædicauit,galat.1.d.21

קין γοσπία Cin,Poſſeſſio, vel emptio, ſiue nidus, aut lamentatio.Nomen viri,à quo Cinæi,nume.24.d.22

קינה κινά Cina,Idẽ.Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.d.22

קיני κεναῖοι Cinæi,Idem.p.n.Nomen populi,gene.15.d.18

κειναῖος Cinæus,Idem.nume.24.d.20,&1.reg.15.a.6

קינות θρῆνοι Cinoth,Lamentationes,quæ Græcè θρῆνοι.

קיר־חרשת קיר־חרש Cir-haréſeth,& Cir-háres,id eſt mur⁹ lateris. Vrbs Moab præclaris cincta muris, eſa.16.b.7,d.11,vbi legitur,Muros cocti lateris.

קיש κίς Cis, Durus, aut ſtipula, vel cucumerariũ.Filius Abiel,pater Saul regis, 1.regũ 9.a.1. Filius Moholim, 1.para.23.c.21.Filius item Abigabaon,1.paral.8.c.29.ſic vocabatur filius Abdai Leuitæ,2.para.29.c.11

קישון κισών Ciſón, Idem. Torrens Galilææ iuxta montẽ Thabor. Hic à monte Thabirio in mare cadit, iudic.4.a.7,& 3.reg.18.g.39,& pſal.82.c.10

קטרון κετρών Citrón,Aromatizans,vel fumigans,aut colligatio, vel vinculum,ſiue attediati canticum:aut Syriacè,nodus.Ciuitas in tribu Zabulon, iudic.1.f.30: vbi corruptè legitur Tethron.

עיר דוד πόλις δαυίδ Ciuitas Dauid,2.reg.5.b.7 & 9

Ciuitas palmarũ, Vide Vrbs palmarũ.

בור הסירה φρέατος σεειρά Ciſterna ſira,Nomen loci,2.reg.3.e.26

C L

κλαύδη Clauda, Vox fracta,vox flebilis.G.inſula ſpectans Cretam inter Meridiem & Occidentem,act.27.a.16

κλαυδία Claudia,Latinum eſt,2.timoth.4.d.21

κλαύδιος Claudius,Idem.Nomen Imperatoris Romanorũ, act. 11.d.28,& 18.a.2

κλήμης Clemens,Latinum eſt,ſignificátque mitem,vel modeſtum.Nomen viri,philip.4.a.3

κλεοπάτρα Cleopatra, Gloria patriæ vel patris.G.Filia Ptolemæi,vxor Alexandri,1.mach.10.e.57

κλεόπας Cleophas,In Græco Cleopas,& interpretatur gloria omnis, vel omnimoda gloria. G.Nomen alterius viri qui proficiſcens in Emaunta, Chriſtum alloquebatur in itinere,luc.24.c.18,iohan.19.e.20

C N

κνίδος Cnidus,Atriplex,genus herbæ purgatiuæ vel laxatiuæ.Inſula oppoſita Aſiæ,1.mach.15.d.23,act.27.b.7

C O

מקוא vel מקוה δὲ ἐκουέ Coa,Spes vel cõgregatio,ſiue linea,aut regula,3.reg.10.d.28, & 2.para.1.d.15. Iuxta veterẽ interpr.videtur fuiſſe inſula. Alii autẽ interpretes, inter quos Sanctes & Vatablus,vertunt locũ illum, Ex AEgypto: & cõgregatio mercatorum regiorum capiebant cõgregationem equorum,&c.

Cocti lateris murus,Ciuitas, Vide Cir-haréſeth.

κοιλησυρία Cœleſyria, ſiue Cœles Syria, Curua ſiue depreſſa Syria.G.2.mach.3.a.5,& 10.f.69

קהלת ἐκκλησιαστής Coheleth,Eccleſiaſtes,vel cõcionator, eccles.1.a.1

קוליה κωλόνια Colaiá, Vox Domini, aut alleuiatio Domini, ſiue torrefactio.Nomen viri,2.eſd.11.b.6

κολία Colia,Idem.Pater Achab,ierem.29.e.21

κολωνία Colonia, Latinũ eſt à colendo,id eſt habitando dicta,act.16.b.12

κολασσαεῖς Coloſſenſes,puniti,vel ſupplicio affecti.G.

κολασσαί Coloſſæ,Punitio vel ſupplicium.G.Ciuitas Phrygiæ quæ eſt in Aſia minore,coloſſ.1.a.2

κῶς Coo,Vertex vel ſummitas.Nomen inſulæ,1.mach.15.d.23.Dicitur & Græcè κῶς,& κέως quondam, vnde & Plinius admonet dictam fuiſſe Ceam & κόον.

קרבן κορβᾶν Corbã,vel Corbana,Donũ vel oblatio.mar.7.b.11

קרה κορὲ Córe, Caluus vel caluitium, ſiue glacies vel gelu. Filius Iſaar filii Caath filii Leui, exod.6.c.21,& 1.paralip. 6.c.37. in eodem cap.b.22, dicitur filius Caath. Filius item Hebron ſic vocabatur, 1.para.2.f.43. Sic & filius Eſau ex Oolibama vxore, gen.36.a.5

קורא κορέ Coré, 1.paralp.9.c.19, vbi dicitur, Sellũ verò filius Core, & 26.a.1,& 2.paral. 31.c.14, interpretatur vocãs, vel legens, aut perdix. Filius Iemna.

κόρινθος Corinthus, Saturitas, vel ſatietas, aut ornamẽtum. G. Ciuitas Achaiæ maritima, quæ & Ephyra dicebatur, act.18.a.1

κορίνθιοι Corinthii, Saturati, vel ſatiati, aut ornati. G. actorũ 18.c.8

קרחים κορειτοὶ Coritæ, Idem ſignificat quod קורח.p.n. 1.paral.9.c. 19.Heb.Corihim.

Corites, Idem.ſ.n.1.paral.9.c.19

κορνήλιος Cornelius, Latinum eſt, à cornu. Nomen viri, actorum 10.a.1

קרן־הפוך ἀμαλθαίας κέρας Cornu ſtibii, Hebraicè Ceren hapuch. Nomen tertiæ filiæ Iob. Iob 42.d.14

χοραζὶν Corozaim, Hoc ſecretum, vel hîc eſt myſteriũ. D. Galilææ oppidum eſt nunc deſerrum, inquit Hieronymus in ecloga, in ſecundo lapide à Capharnao, luc. 10.b.13.matth.11.c.21

קוץ κῶς Cos, Spina, aut æſtas, ſiue tædium, vel vigilia, aut finis. Pater Anob & Soboba, 1.paralip.4.b.8

κωσὰν Coſam, Diuinãs. D. Pater Addi, patris Melchi, luc. 3.f.28

כזבי κασβὶ Cozbí, Mẽdax, aut ceſſans, ſiue quaſi fluẽs, aut quaſi fluxus. Filia Suri, illa quæ cũ Zamri occiſa eſt, Madianitis, nume.25.d.18

C R

κρησκὴς Creſcens, Latinum eſt, à creſcendo. Nomen viri, 2. timoth.4.b.10

κρήτη Creta, Carnea vel carnalis. G. Græciæ inſula inter Cyrenen & Græciam: ab Septentrione, AEgæo perfunditur pelago, ſimul & Cretico: ab Auſtro autẽ, Aphricano alluitur, AEgyptiũ attingente pelagus. Hæc dicta eſt ἑκατόμπολις, id eſt centum vrbibus inſtructa: hodie Candia vocatur: ditionis Venetorum eſt. de hac lege Strabonem lib.10, Ptolemæum lib.3.cap.19, Pliniũ in 4.cap.12, Virgilium 3. AEneid. Pomp. Melam lib. 2. Meminit Lucas actorum 2.b.11. Paulus ad Titum 1. b.5. Hieronymus refert hanc famigeratã diuitiis, maximè æris, quòd prima illic eius metalli inuentio & vtilitas fuerit, 1.mach.10.f.67.act.27.b.7

κρῆτες Cretenſes, Idem.p.n.G.tit.1.d.12

κρῆτες Cretes, Idem.G.Populi, act.2.b.11

κρίσπος Criſpus, Latinum eſt. Princeps ſynagógæ Iudæorum, act.18.b.8,& 1.corinth.1.b.14

קישי κουσὶ Cuſi, Durus, ſiue ſtipula, aut cucumerariũ. Fili⁹ Abdi filii Maloch, 1.paralip.6.d.44

כות χοὺθ Cutha, Combuſtio, ſiue cõtuſio. Regio eſt Perſidis, à flumine Cutha (ſicuti Ioſephus libro 9.ca. 15.antiq. Iud. ſcriptũ reliquit) vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem lib.11.cap.2. antiq. in hũc modũ ſcribit, Salmanaſar etenim trãſmigrans Iſraelitas, in eorum regione cõſtituit Cuthæorum gentẽ quæ prius in interiore parte Perſidis & Mediæ morabatur.4.reg.17.f.30

C Y

κυπριάρχης Cypriarches, Princeps Cypri, vel princeps pulchritudinis. G.2.mach.12.a.2

κύπριοι Cyprii, Pulchri.G.act.11.c.20

κύπριος Cyprius, Idem.ſ.n.G.act.4.g.36

κύπρος Cyprus, Pulchra, vel pulchritudo. G. Nomen inſulæ, 1.mach.15.d.23.act.11.c.19,& 27.a.4

כפר כפרים κύπρος Cyprus, Cantic.1.c.14,& 4.d.13, Camphora interpretantur nonnulli, aroma quoddam ſic vocatum.

Cyrene, Paries, ſiue trabes, aut frigiditas, vel occurſus. Nomen vrbis aut regionis in Aſſyria, 4.reg.16.b. 9: quæ & Pentapolis dicitur à quinque vrbibus quibus fulget: hæ ſunt, Heſperia, aliàs Berenice dicta, Plinio authore lib.5.cap.5: Apollonia: Ptolemais, antiquo nomine Barce appellata: Arcinoe, aliquando Teuchira vocitata: atque vnde terris nomen eſt, ipſa Cyrene, omnium harum clariſſima. Vide plura in Pompo. Mela lib.1, Plinio lib. 5.cap.5, Strabone in 17, Ammiano Marcellino lib.22. Huius mentio fit actorum 2.b.10 קיר κυρήνη

Cyrenæi, Idem.p.n. κυρηναῖοι

Cyrenenſes, Idem.act.6.c.9. E ſynagoga Iudæorũ priuatæ ſectæ homines.

Cyrenenſis, Idem, ſ.n.act.13 a.1 κυρηναῖος

Cyrenæus, Idem.2.mach.2.e.24.matth.27.d.32

Cyrinus, In Græco Cyrinius, quod interpretatur dominans. Præſes Syriæ, luc.2.a.2 κυρήνιος

Cyrus, Quaſi miſer, vel quaſi hæres, aut vẽter. Rex Perſarum, 1.eſdr.1.a.1.act.13.a.1 כורש κῦρος

D

Abéreth, Verbũ, ſiue res, aut apes, vel ſubiectio: aut Syriacè, ductrix. Ciuitas quæ de tribu Iſſachar data fuit Leuitis, ioſue 19.a.12,& 21.c.28. Ciuitas item refugii, 1.paralip.6.g.72 דברת δαβερὰθ

Dabír, Oratorium, ſiue verbũ, aut res, vel ſubiectio: aut Syriacè, ductor. Rex Eglon, ioſ.10.a.3. Nomẽ vrbis in tribu Iuda & Simeonis, ioſ.11.d.21,& 21.b 15: quæ & Cariath-ſepher dicitur, ioſue 15.c.15. iudic.1.b.11: & Cariath-ſenna, ioſ.15.f.49. In quam confugiebant qui homicidium imprudentes perpetrarãt, 1.para. 6.e.58. Eſt & altera in tribu Gad, ioſue 13.c.26 דביר δαβὶρ

Dabri, Oratorium, ſiue verbum meum: aut res vel apes, ſiue ſubiectio mea: aut Syriacè, ductor meus. Leuit.24.b.11. Scribe Dibri. דברי δαβὶρ

Dadán, Mamilla, vel dilectio, aut patruus, vel iudicans. Filius Regma, gen.10.a.7. Filius Iecſan, gene.25. a.2. Gens AEthiopiæ in Occidente. דדן δαδὰν

Dagón, Frumentum, vel piſcis. Nomen idóli Philiſthinorum, iudic.16.f.23,& 1.mach.10.g.84 דגון δαγὼν

Dalaiá ſiue Dalaiás, Pauper Domini ſiue exhauſtio aut ramus Dominí, vel macilentus. Fili⁹ Elioenai filii Naariæ, 1.para.3.d.24. Filius Semeiæ, iere.36.c.12 דליה דליהו δαλαία

Dalilá, Paupertas, vel ſitula eius, aut ramus eius, ſiue exhauriens, aut macilenta. Nomen mulieris quam amauit Samſon, iudic.16.a.4 דלילה δαλιλὰ

Dalmanutha, Situla præparata, vel exhauſtio numerata, ſiue macies vel ramus præparatus vel numeratus. D. Nomen regionis, marc.8.b.10 δαλμανουθὰ

Dalmatia, Lampas fruſtratoria, aut fulgur vanitatis. G. Pannoniæ ad Hadriaticum mare regio. De qua plura Plinius lib 3.naturalis hiſt.cap.22,& 25. in quam Titus ad prædicandum Euangelium profectus eſt, 2. timoth.4.b.10 δαλματία

Damaris, Vxorcula, ſiue parua vxor. G. Mulier quæ Paulo prædicante CHRISTO credidit, act.17.g.34 δάμαρις

Damaſceni, Sanguinis ſacci, vel ſanguinis pocula, aut ſanguis femorum vel incendiorum vel procuratoris. Populi, à Damaſcene ſic dicti, quæ eſt regio Syriæ inter Libanum & Antilibanum montes ad Septẽtrionẽ Iudææ, vnde deſcribitur terra à Dã vſque Berſabee, 1.reg.3.d.19,& 2.reg.24.a.2. in ea eſt Damaſcus: à qua tota regio appellationem ſumpſit. De hac Mela lib.1, Plinius lib. 5.cap.12

Damaſcus, Idem. Filius procuratoris domus Abrahã, gen.15.a.2. Eſt & Damaſcus, potẽs & inſignis Phœnices ciuitas, quæ quondã in omni Syria tenuit prin- דמשק δαμασκός cipatum, terminus Iudææ ad Septentrionem, ezech. 47.c.16. eſa.7.b.8, & 10.b.9, & 2.reg.8.a.6, & 3.reg.11.c.24, quæ Stephano à conditore Damaſco Mercurii & Alimedes filio: Iuſtino lib.36, à Damaſco rege: Hieronymo verò in Heb.quæſt. à Damaſec Eliezer, cuius in libro primo Moſis fit mentio, nomen accepit, gene. 15.a.2. de hac & ezech.27.d.18, amos 1.a.5. cãtic.7.a.4. iere.49.f.24. nunc Saracenorum metropolis. Tertullianus lib.3, aduerſus Marcionem, Damaſcum ciuitatem Syrophœnices ſcribit, quæ quondam Arabiæ deputabatur inter Libanum & Antilibanũ ſita, è qua Paulus per murum demiſſus fuit, act.9.d.25

דומשק δαμασκός Damaſcus, 4.reg.16.b.10, Similitudo incendii, aut oſculi, vel poculi, ſiue ſacci, aut ſimilis femori, vel tacitum oſculum, aut poculũ. Heb. Duméſec. Licet exẽplaria quædam Hebraica legant דרמשק.

דמשק

דמנה δαμνά Damná, Sterquilinium, aut cructatio, vel taciturnitas, aut ſimilitudo noſtra. Ciuitas in terra Zabulon data Leuitis, ioſue 21.c.35

דן δάν Dan, Iudicans, ſiue iudicium. Nomen loci, gen.14.c.15. Filius item quintus Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris ſuæ, gene. 30. a. 6. Eſt & ciuitas in valle Bethrohob procul à Ptolemaide M. P. XIIII, contra Boreales partes, nõ procul ab vrbibus Galgalis & Maſaloth, regionis quidem tribus Aſer, poſſeſſionis autem Dan, vnde & nomẽ impoſitũ: antehac Leſem appellata, ioſ.19.d.47: & Lais, iudic.18.c.29: ſiue Laiſa, eſa.10.g.30. Ipſa fuit terminus terræ Iſrael ab Aquilone, 1. regũ 3.d.20, ezech.27.d.19. Vnde dicitur, A Dã vſque Berſabee, id eſt ab Aquilone Terræ ſanctæ ad Auſtrũ. In qua Ieroboam rex Iſrael vitulum adorandum erexit, 3.regũ 12.g.29, amos 8.d.14. Hieronymus in Heb. traditionibus Paneas vocatam putat, quæ aliàs Cæſarea Philippi.

דניאל δανιήλ Daniél, Iudicium Dei. Nomen prophetæ quẽ præpoſitus eunuchorum Nabuchodonoſor, vocauit Baltaſſar, danie. 1.b.6. Filius item ſecundus Dauid ex Abigáil Carmelitide, 1.paralip.3.a.1

דנה ῥεννά Danná, Iudiciũ, vel iudicans: aut Syriacè, iſta. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15.f.49

דפקה ῥαφακά Daphcá, Pulſatio, ſiue impulſio. Nomen loci in quẽ venerunt filii Iſrael à deſerto Sin, nume.33.b.12

δάφνη Daphne, Laurus. G. 2.machab.4.c.33

Daphnim, nume.34.b.11: vbi dicitur, fontẽ Daphnim: non eſt in Hebræo.

דרע δαραδέ Dára, Generatio ſiue habitatio paſtoris aut ſocietatis, ſiue iniquitatis: vel Syriacè, brachium. Filius Zaræ filii Iudæ, 1.paralip.2.a.6

דרקון δερκών Darcón, Generationis vel habitationis poſſeſſio vel emptio: aut Syriacè, draco. Nomẽ viri, 1.eſd.2.c.54

דריוש δαρέιος Darius, Requirens, aut inquirens. Rex Medorum, danie.5.g.31, & 1.eſdr.4.b.5

דרמשק δαμασκός Darmaſcus, Generationis aut habitationis procuratio, aut generatio: vel habitatio incendii vel procuratoris. Videtur eadẽ ciuitas quæ Damaſcus, 1.paral.18.b.6, & 2.para.16.a.2, & 24.f.23, & 28.a.5

דתן δαθάν Dathán, Ritus, aut lex. Filius Eliab, nume. 16. a.1, deut.11.a.6

διαθεμά Dathema, Legis præparatio, vel legis munus. D. Nomen vrbis, 1.machab.5.a.9

דויד *uel* דוד δαυίδ Dauíd, Dilectus. Filius Iſai, 1.reg.17.b.12, & 1.para. 2.b.15

D E

דבשת δαβασθέ Debbáſeth, Melliflua, aut infamiam apponens. Nomen ciuitatis, terminus Zabuloniæ tribus, ioſ.19.a.11

דבלים δεβηλείμ Debeláim, Palathæ, id eſt maſſæ ex ficibus cõpactæ, maſſæ ficuum ſiccarum, caricæ. Nomẽ viri, oſee 1.a.2

Deberá, Oratorium, ſiue verbũ, aut res, vel apes, aut ſubiectio: vel Syriacè, ductrix. Nomen loci, ioſ.15.b.7 דברה δαβρά

Deblátha, Palatha, id eſt maſſa ficuũ ſiccarum, aut maſſa de ficibus compacta. Ciuitas eſt apud Ezechielẽ 6.d.14, quam ego planè רבלתה eſſe credo. nam ſimilitudo literarum ר & ד ſæpenumero multis imponit, propterea quòd hæc paruo admodũ apice inter ſe differãt. דבלתה δεβλαθά

Deblatháim, Idem. p. n. Nomen ciuitatis in terra Moab, iere.48.d.22. Eadem videtur quæ & Helmon-deblathaim. דבלתים δεβλαθαίμ

Debora, Apes, vel verbũ, aut res, ſiue ſubiectio: vel Syriacè, ductrix. Nutrix Rebeccæ, gene.35.b.8. Vxor item Lapidoth prophetæ, iudic.4.a.4 דברה δεββωρά

Decapolis, Decem ciuitatũ, ſub. regio. G. Regio decem vrbium vltra Iordanem ad Orientem Iudææ ſita, cuius fit mentio matth. 4.d.25, marc.5.b.20, & 7.d.31, de qua Plinius lib. 5.cap.18. nat. hiſtoriæ, & Hieronymus in ecloga. δεκάπολις

Declá, Cõminutio eius: vel Syriacè, palma arbor. Filius Iectan, gen.10.d.25 דקלה δεκλά

Dedán, Mamilla, vel dilectio earum: aut patruus, vel iudicans. Nomen vrbis, ierem.25.e.23 דדן δαιδάν

Dedanim, Idem. p. n. Filii Dedan, eſa.21.d.13 דדנים δαιδάνι

Deleán, Pauper afflictus, ſiue pauperis reſpõſio vel canticum, aut exhauſta ſiue macilenta afflictio vel reſponſio: vel ex Hebræo & Syro, pauper ouis. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.e.38 דלען δαλάν

Delphón, Stillicidium, aut pauperem reſpiciens, ſiue exhauſtum vel macilentum reſpiciens. Filius Amã filii Amadátha, eſth.9.b.7 דלפון δελφών

Delos, Manifeſtata, vel oſtenſa. G. Nomen inſulæ, 1.mach.15.d.23 δῆλος

Demas, Popularis vel plebeius, aut pinguis. G. Nomen viri, coloſſ.4.d.14. & 2.timoth.4.b.10 δημᾶς

Demetrius, Cerealis, à Cerere, quam Gentiles deam frumenti putabant. Seuleuci filius, 1.machab. 7.a.1. Nomen etiam argentarii cuiuſdam, act.19.e.24 δημήτριος

Demophon, Populi interfector, aut populi cædes. G. Nomen viri, 2.mach.12.a.2 δημοφῶν

Denába, Iudicium eius in ea, aut iudiciũ præbens. Vrbs eſt in Edom, in qua regnauit Bela, gen.36.d.32 דנהבה δενναβά

Derbe, Circunſepta, vel vallata. G. Nomen ciuitatis Lycaoniæ, ſiue Iſauriæ, vt Strabo ait libro 12. actorum 14.a.6 δέρβη

Derbeus, Circunſeptus, vel vallatus. G. act.20.a.4 δερβαῖος

Deſſau, Pinguedo, aut cinis. D. Nomen caſtelli, 2. machab.14.c.16 δεσσαύ

D I

Diabolus, Criminator ſiue calumniator, aut accuſator. G. 1.mach.1.e.38. luc.8.b.12. iohan.6.g.70 διάβολος

Diabolus, Habacuc 3.a.5, in Hebræo, Réſeph, & interpretatur volucris, ſiue flãma, vel lãpas, vel ſagitta. רשף

Diana, Latinũ eſt: & dicta eſt à die, eo quòd habeat lucem æmulam diei. Nam luna hoc nomine appellatur. Nomen deæ quam colebant Epheſii, act.19.e.24, & g.35 ἄρτεμις

Dibón, Abundans filius, aut abundantia intelligẽtiæ vel ædificationis: aut Syriacè, fluxus. Nomen excelſi Moabitarũ, vbi colebãtur idôla, eſa.15.a.2. num. 21.f.29. iere.48.d.18. Eſt & vrbs Moabitarum primo, & poſtea Sehon regis Amorrhæorum, in tribu Rubẽ, vltra Iordanem ad Orientem poſita, ioſ.13.c.17 דיבון δαιβών

Dibon, eſa.15.d.9: vbi legitur, Quia aquæ Dibõ repletæ ſunt ſanguine. Ponam enim ſuper Dibõ, &c. in Hebræo habetur Dimon, & interpretatur ſanguinolenta, ſiue ſterquilinium. Ciuitas in tribu Gad ſita. Eadem quæ & in tribu Rube recenſetur, ſed limitaneã דמון διβῶν eſſe vrbem ex hoc facile colligitur.

דִּיבֹן גָּד δαιβὼν γάδ Dibón gad, Abundantia filii fœlicis, aut abundantia intellectus vel ædificationis fœlicis, ſiue abundantia filii accincti. Nomẽ loci, in quo filii Iſrael fixere tẽtoria, profecti de Oboth, nume. 33. f. 45

דִּבְרֵי הַיָּמִים Dibre-haiamim, Verba dierum. Sic vocatur quintus liber Moſis, Græcè autem παραλειπομένων, id eſt relictorum, quòd in eo libro ea maximè tractentur quæ in libris Regum relicta ſunt.

δίδυμος Didymus, Geminus, vel gemellus, qui cũ alio, vno & eodem partu naſcitur. G. Sic dicebatur Thomas apoſtolus, iohan. 11. b. 16, & 20. f. 24.

יְמִימָה ἡμέρα Dies, Heb. Iemina Prima filia Iob, iob 42. d. 14

דִּהֲוָא δαυαῖοι Dieuí, De generatione, aut exiſtentes, eſd. 4. b. 9. Syrum eſt.

דְּלָיָהוּ δαλαΐα Dilaiáu, Pauper Domini, ſiue exhauſtio, vel ramus Domini, aut macilentus. Nomen viri, 1. para. 24. c. 17

דִּימוֹנָה διμονά Dimoná, Sterquiliniũ, ſiue coaceruatio, aut abundans numerus vel munus. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15. d. 22

דִּינָה δῖνα Dina, Iudicium, vel iudicans: aut Syriacè, iſta. Filia Iacob ex Lia vxore, gene. 30. c. 21

דִּינָיֵא δειναῖοι Dinæi, Iudices, ſiue iudicia. Nomen populi, 1. eſdr. 4. b. 9

διονύσιος Dionyſius, Diuinitus ſtimulatus vel compunctus. G. Vir Athenienſis, prædicante Paulo ad fidẽ CHRISTI conuerſus, act. 17. g. 34

διόσκορος Dioſcorus, Diuina ſaturitas, vel diuinum ornamẽtum. G. Nomen menſis, 2. mach. 11. d. 21

διοτρεφής Diotrephes, A Ioue nutritus. G. Vir peſſimus, vt teſtatur Iohannes in tertia ſua epiſtola.

דִּישָׁן ῥισών Diſán, Trituratio, ſiue pinguedo, vel cinis, aut abũdans dens vel ebur. Filius Seir Horræi, gene. 36. c. 21

דִּישׁוֹן δισών Diſón, Trituratio, ſiue pinguedo, vel cinis. Fili⁹ Seir Horræi, gen. 36. c. 21. Filius Anæ filii Sebeõ, ibidem, 25

διθάλασσον Dithalaſſum, Duo maria: ſiue bimaris, qui vtrinq; mari alluitur: quod in nauigatione vix ſine periculo euenire ſolet. G. act. 27. g. 45

D O

Doch, Cõmotus, ſiue impulſus, aut cõminutus. D. Munitiunculæ nomen, 1. mach. 16. c. 15

דּוֹדָוָהוּ δωδίου Dodau, Dilectio, aut mamilla eius, vel patruus eius. Nomen viri, 2. paral. 20. g. 37

דֹּדָנִים ῥόδιοι Dodanim, Dilecti vel patruelis ſomnus, aut mamilla dormiẽtis. Filius Iauan, gene. 10. a. 4, à quo Rhodii.

vel רוֹדָנִים דּוֹרָנִים δωδανείμ Dodanim, 1. para. 1. a. 7, Imperantes ſiue deſcendẽtes: aut imperantis vel deſcendẽtis ſomnus. Heb. Rodanim & Dodanim. Filius Iauan, qui geneſis 10. a. 4, dicitur Dodanim.

דֹּאֵג δωήκ Doég, Solicitus, ſiue anxius, aut piſcator. Vnus ex paſtoribus Saulis, 1. reg. 21. b. 7

דַּמִּים δομίμ Dommim, Sanguinei, aut ſilẽtes, vel ſimiles: vel Syriacè, pecuniæ. Nomen regionis, 1. reg. 17. a. 1

Domus ſolis, Græcè Heliopolis, vrbs AEgypti in qua ſol adorabatur. Vide Beth-ſemes iere. 43. d. 13

vel דּוֹר דֹּאר δώρ Dor, Generatio, vel habitatio. Nomen ciuitatis maritimæ in tribu Manaſſe, ioſ. 11. a. 2, & 17. c. 11. iudic. 1. f. 27, & 1. paral 7. f. 30, & 1. mach. 15. d. 25. Quidam falſò Stratonis Cæſaream appellatam exiſtimant.

δορκάς Dorcas, Caprea, vel damula. G. Nomen mulieris quæ & Tabitha Syriacè dicebatur, act. 9. g. 39

דַּרְדַּע δαρδαέ Dordá, Habitaculum ſcientiæ, vel generatio ſcientiæ. Filius Maol, 3. reg. 4. d. 31

δώρυξ Dorix, Rapidus, aux velox. D. eccleſiaſtici 24. d. 41

δοσίθεος Doſitheus, Deodat⁹. G. Nomẽ ducis, 2. mac. 12. c. 19

דֹּתָן δωθαείμ Dothán, ſiue Dothain, Ritus aut lex. Locus eſt vbi Ioſeph reperit fratres ſuos pecora paſcentes, gen. 37. d. 16: qui etiã temporibus Hieronymi ſupererat in duodecimo à Sebaſte miliario contra Aquilonis plagam, 4. reg. 6. c. 13

D R

Druſilla, Rore conſperſa. G. Vxor Fœlicis præſidis Iudææ, act. 24. f. 25 δρουσίλλα

D V

Dudía, Dilectus, aut patruus meus. Nomen viri, 1. paral. 27. a. 4 דּוֹדִי δωδαΐ

Duel, Cognoſcite Deum, aut ſcientia Dei. Pater Eliaſaph principis tribus Gad, nume. 1. b. 14 דְּעוּאֵל ῥαγουήλ

Duma, Silẽtium, vel ſimilitudo. Regio quædam Idumææ, ad Auſtrum vergens, quæ hodie dicitur Eleutheropolis, viginti diſtãs milibus, iuxta quã ſunt montes Seir. author Hieronymus in comment. in Eſaiam. De hac lege eſa. 21. c. 11. Filius Iſmahelis, gene. 25. b. 14. Eſt & ciuitas in tribu Iuda, iuxta veterem interpretem & LXX, quos ſequutus eſt, ῥουμα ioſ. 15. f. 52 דּוּמָה

Durá, Generatio, vel habitatio, aut pyra ignis. Vallis prouinciæ Babylonis, danie. 3. a. 1 דּוּרָא δεειρᾶ

E

EBál, Aceruus vetuſtatis, aut aceruus defluẽs. Filius Sobal filii Seir, gene. 36. c. 23 עֵיבָל γεβήλ

E C

Eccetan, Paruus, ſiue minimus. Nomen viri, 1. eſd. 8. b. 12 הַקָּטָן ἀκατάν

Eccleſiaſtes, Concionator, vel congregans. Hebraicè Cohéleth, id eſt concionator. eccleſiaſtes 1. a. 1 ἐκκλησιαστής קֹהֶלֶת

Ecbathana, Frater mortis. D. Nomẽ regionis, 2. machab. 9. a. 3 ἐκβάτανα

Ecbathanis, Idem. Chaldaicè, Ahmathá. Metropolis maioris Mediæ à Seleuco, vt inquit Volaterranus lib. 12, ſeu vt authori hiſtoriæ Iudith 1. a. 3 placet, ab Arphaxato Medo condita, vbi reges, eo quòd frigida ſit, æſtiuare ſolent. Hæc Ptolemæo libro VI, ἀγβάτανα: Stephano verò interdum ἀγβάτανα, interdum ἐχβάτανα dicitur, 1. eſd. 6. a. 2, quo loco, quidam vertunt, ſcrinium in quo ſchedæ reponebantur & authentica. אַחְמְתָא ἀμαθά

Echaiá, Frater Domini. Nomẽ viri, 2. eſdr. 10. b. 26 אֲחִיָּה ἀϊά

Echí, Frater meus. Filius Beniamin, gene. 46. c. 21 qui 1. paralip. 8. a. 2, Rapha dicitur. אֵחִי ἀγχίς

E D

Eddó, Vapor, aut nubes, vel interitus eius. Nomen viri, 1. eſdr. 8. c. 17 אִדּוֹ ἀδδαεί

Edemá, Terra, aut rufa, ſiue ſanguinea. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ. 19. c. 36 אֲדָמָה ἀδαμί

Eden, Voluptas ſiue deliciæ: aut Syriacè, tempus. Proprium viri, eſa. 37. c. 12, & 4. reg. 19. c. 12, & 2. paral. 29. c. 11. Cuius filii incoluerunt regionem Syriæ quæ dicitur Thalaſſar. עֵדֶן ἀδέν

Eder, Grex, ſiue defectio, vel priuatio. Filius Muſi, filii Merari, 1. paral. 23. e. 23. Vrbs itẽ in tribu Iuda, ioſ. 15. e. 21. Eſt quoque turris nomẽ vbi filii Iacob tabernaculum fixerunt, gen. 35. d. 21. vbi legitur, Fixit tabernaculum trans turrem gregis: Hebraicè, turrem Eder. Idem michææ 4. c. 8, Et tu turris gregis: Hebraicè, Et tu turris Eder. עֵדֶר ἐδέρ

Ediſſá, Myrtus: aut Syriacè, lætitia. Nomen mulieris, quæ & Eſther, eſth. 2. b. 7 הֲדַסָּה

Edná ſiue Ednás, Voluptas: aut Syriacè, tẽpus. Nomen viri, 1. eſdr. 10. d. 30 עַדְנָא ἐδνέ

Ednás, 1. par. 12. d. 20, AEterna requies, ſiue teſtimonium quietis. Princeps militum in Manaſſe. עַדְנָח ἐδνάς

Edóm, Rufus, ſiue terrenus, aut ſanguineus. Sic cognominatus fuit Eſau, geneſ. 25. d. 30, & 36. a. 1. Nomẽ regionis, quæ & Idumæa, 3. reg. 11. c. 14. eſa. 34. b. 6. Hæc in Syria ad Meridiem Iudææ ſita, habet Arabiam ab אֱדוֹם ἐδώμ

Auſtro, Phœniciam à Borea. Aliàs porrò Gabalene, item & Amalechitis ab Amalech vocitatur: vt Ioſeph⁹ libro 2, cap. 1, indicat. Veruntamē idem Ioſephus lib. 5. cap. 3. antiq. duplicem Idumæam ponit, ſuperiorem & inferiorem. Superiorem elegit tribus Iudæ, quæ in longum quidem extenditur vſque ad Hieroſolymam: latitudine verò vſque ad paludem Sodomæ conſtituta eſt. In hac autem ſorte ciuitates erãt Aſcalon & Gaza: iſtam, Palæſthinam aliàs dicunt. Inferior Idumæa ſorte ceſſit Simeonis tribui: hæc circa AEgyptum eſt, & Arabiæ montem. Hæc ille. Edomitæ noluerunt filiis Iſrael trãſitum permittere per terrã ipſorum, nume. 20. g. 18. Saul iſtos expugnauit, 1. reg. 14. g. 47. Dauid ipſos ſibi ſeruire fecit, 2. reg. 8. e. 14, & 1. par. 19. d. 19

אדם ἐδώμ Edóm, ioſ. 3. d. 16, Homo, ſiue rufus, aut terrenus, vel ſanguineus. Heb. Adam, & eſt nomen vrbis.

אדרעי ἀδραΐ Edrái, Fortitudinis vel magnitudinis aceru⁹, aut nubes ſiue interitus iniqui aut ſocii vel paſtoris ſiue confractionis. In regione Amorrhæorum vrbs regis Og, vbi ipſe contra Iſrael pugnauit & cæſus eſt, deut. 1. a. 3, & 3. a. 1. nume. 21. g. 23. ioſue 12. d. 12. Eſt & alia in tribu Nephthali, ioſ. 19. c. 37

E G

הגא ἀγαί Egéus, Meditatio, ſiue loquela, vel gemitus, aut ablatio. Eunuchus Perſarum regis, eſth. 2. a. 3

עגלה αἰγάλ Egla, Vitula, aut currus, ſiue rotunda. Vxor Dauid, 2. reg. 3. a. 5, & 1. paral. 3. a. 3

עגלון ἐδολάμ Eglon, Vitulus, aut currus, ſiue rotundus. Nomen vrbis in tribu Iudæ, cuius rex fuit Dabir, ioſ. 10. a. 3, & 15. e. 39. Nomen regis Moab, iudic. 3. b. 12

E L

vel אלה אלא ὀλάς ἠλά Ela, Ilex vel quercus, ſiue fortitudo: aut maledictio, vel iuramentum, ſcilicet imprecationis: aut Syriacè, Deus. Ciuitas Idumæorum, gene. 36. d. 41. Pater Oſee prophetæ, 4. regum 15. f. 30. Filius Caleb filii Iephone, 1. paralip. 4. c. 15. Pater Semei præfecti in Beniamin, 3. reg. 4. b. 18. Filius Ozi, 1. para. 9. b. 8. Filius Baaſa regis Iſrael, 3. reg. 16. b. 6, & c. 8

אלעד ἐλαάδ Elád, Dei æternitas, vel Dei teſtimonium, aut Dei præda. Filius Suthalæ filii Zabad, 1. paral. 7. d. 22

אלעדה ἐλαδά Eladá, Dei cœtus vel cõgregatio, aut Dei æternitas ſiue teſtimonium, vel Dei præda. Filius Tahath, filii Bared filii Suthalæ filii Ephráim, 1. paral. 7. d. 21

ἐλκία Elai, Fortis, vel Deus meus. D. iudith 8. a. 1

עילם αἰλάμ Elám, Regio Perſidis in qua erat. Suſa regio regum Perſarum, à qua Elamitæ dicũtur, act. 2. b. 9. eſa. 21. a. 2, in iere. 49. g. 35, Elam ſcribe, non AElam. Vide AElam.

אלעשה ἐλεασά Elaſá, Dei factura. Filius Helles filii Azariæ filii Iehu, 1. paral. 2. e. 39. Filius Rapha filii Banaa, 1. para. 8. d. 36. Filius Saphan, ierem. 29. a. 1. Filius Pheſhur, 1. eſdr. 10. c. 22

אילת ἐλῶν Eláth, Cerua, ſiue fortitudo, aut ilex vel quercus. Nomen ciuitatis regni Edom, ad quam profecti ſunt filii Iſrael, egreſſi de Heſiongaber. deut. 2. b. 8

אלקנה ἐλκανά Elcana, Deus zelotes, aut Dei profeſſio, vel Dei calamus, ſiue Deus nidus eius. Filius Core filii Iſaar, filii Caath, exod. 6. d. 24. Maritus Annæ matris Samuelis, 1. reg. 1. a. 4. Alius de quo 1. para. 12. a. 6. Fili⁹ Aſir, 1. par. 6. b. 24, & 2. paralip. 28. a. 7

אלקשי ἐλκεσαῖος Elceſæus, Dei durities, vel ſerotinus. Viculi nomen in Galilæa, vnde Nahum propheta, nahum 1. a. 1

אלדעה ῥαγά Eldaá, Dei ſcientia, aut Dei cognitio. Filius Madiã filii Abrahæ, gene. 25. a. 4

אלדד ἐλδάδ Eldád, Dei dilectio aut dilectus. Nomen viri, ſuper quē requieuit Spiritus Domini in caſtris, num. 11. f. 26

אלעלה ἐλεαλή Elealé, Dei aſcenſio, ſiue Dei holocauſtum. Ciuitas Amorrhæorum in Galaaditide regione, tribui Iudæ adſcripta, eſa. 15. b. 4: quam ædificauerunt filii Ruben, nume. 32. g. 37 אלעלא

Eleazár, Dei adiutorium, ſiue Dei atriũ. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui, exod. 6. d. 22, & 1. paralip. 6. a. 3 אלעזר ἐλεάζαρ

Eleazarus, Idem. Filius Mathathiæ, filii Iohannis, 1. mach. 2. a. 5. Pater item Phinees, filius Moſollamiæ, 1. paralip. 9. d. 20 ἐλεάζαρ

Electa, Latinum eſt, & Græcè idem ſignificat. Mulier ad quam ſcribit Iohannes, 2. Iohan. 1. a. 1 ἐκλέκτη

Elehanán, Dei gratia, ſiue Dei miſericordia, aut Dei donum. Nomen viri, 2. reg. 23. d. 24, & 1. paral. 11. f. 26 אלחנן ἐλεανάν

Eleph, Mill, eſiue doctrina, aut bos vel dux. Vrbs in tribu Beniamen, ioſ. 18. d. 28 אלף ἐλάφ

Eleutherus, Liber, vel ingenuus. G. Nomen fluuii, 1. mach. 11. a. 7 ἐλεύθερος

Eli, Deus meus, matth. 27. e. 46. pſal. 22. a. 1 ἠλί אלי

Eliá, Deus Domin⁹, aut fortis Dominus. Filius Ieroham, 1. paral. 8. c. 26, & 1. eſdr. 10. d. 21 אליה ἠλία

Eliáb, Deus meus pater, ſiue De⁹ patris. Filius Phallu filii Ruben, nume. 26. a. 8. Primogenitus filiorũ Iſai patris Dauid, 1. reg. 16. b. 6, & 1. para. 2. b. 13. Filius etiã Helon, princeps tribus ſuæ Zabulon, nume. 1. a. 9 אליאב ἐλιάβ

Eliabá, Deus aut fortis abſcondet. Nomen viri, 2. reg. 23. d. 32, & 1. paralip. 11. f. 33 אליחבא ἐλιαβά

Eliacím, Dei reſurrectio aut affirmatio, ſiue Deus reſurrectionis vel firmitatis, aut Deus vindicãs. Filius Helciæ, eſa. 22. f. 20, & 4. reg. 18. d. 18, præpoſitus domus regis Ezechiæ. Filius item Ioſiæ regis, à Pharaone Nechao Ioacim appellatus, 4. regum 23. g. 34. Pater etiam Iona, luc. 3. f. אליקים ἐλιακείμ

Eliadá, Dei ſcientia, vel Dei cognitio. Pater Razõ, 3. reg. 11. d. 23. Filius Dauid, 2. reg. 5. c. 16, & 1. para. 3. b. 8 אלידע ἐλιαδά

Eliám, Dei populus, aut Deus populi. Filius Achitophel, 2. reg. 23. d. 34 אליעם ἐλίαμ

Eliás, Deus Dominus, aut fortis Dominus. Nomē prophetæ, 3. reg. 17. a. 1 אליהו ἠλίας

Eliaſáph, Deus augēs, vel Deus augmētationis, aut Deus finiēs. Filius Duel, princeps tribus ſuæ Gad, nume. 1. b. 14 אליסף ἐλισάφ

Eliaſib, Deus conuerſionis, aut Dei ſeſſio vel habitatio, ſiue Dei inſufflatio. Filius Elioenai filii Naariæ, 1. paralip. 3. d. 24, & 24. b. 11, & 1. eſdr. 10. a. 7 אלישיב ἠλιασούβ

Eliátha, Deus meus tu, aut Deus meus venit. Nomen viri, 1. paral. 25. b. 4 אליאתה ἠλιαθά

Elicá, Dei pelicanus, aut fortis vomitus. Nomē viri, 2. regum 23. d. 25 אליקא ἐλικά

Elici, Nigri, aut circunuoluti, vel retorti. G. Populi, iudith 1. b. 6 ἐλικοί

Elidád, Dei dilectus, vel Dei dilectio. Filius Chaſelon, princeps tribus Beniamin, nume. 34. d. 21 אלידד ἐνδάδ

Eliél, Deus meus Deus, vel Dei fortitudo, ſiue Dei potentia. Filius Thohu, 1. paral. 6. c. 34, & 8. b. 19. Mahumites, 1. paralip. 11. g. 46, & 2. paralip. 31. c. 13 אליאל ἐλιήλ

Eliézer, Dei adiutorium, ſiue Dei atrium. Nomen filii procuratoris domus Abraham, gene. 15. a. 2. Filius item Moſis, exod. 18. a. 4, & 1. paral. 23. b. 15. Filius etiam Bechor filii Beniamin filii Iacob, 1. paral. 7. b. 9. Filius Iorim, luc. 3. f. 29 אליעזר ἐλιεζέρ

Elihóreph, Dei hyems, aut Deus iuuētutis, ſiue forte opprobrium: aut ex Hebræo & Syro, Deus acuminis. Filius Siſa princeps exercitus Salomonis, 3. regum 4. a. 4 אליחרף ἐλιχόρεφ

Elím, Arietes, aut fortes, vel cerui, ſiue valles. Nomē ciuitatis Moabitarum nõ procul à limite, ad quã peruenerunt filii Iſrael profecti de Mara, exod. 15. d. 27, & 16. a. 1. nume. 33. b. 9. Eſt & nomen putei, eſa. 15. b. 8: aut אילם αἰλίμ nomen ciuitatis,vbi legendum Beer-elim.

אלימלך ἐλιμέλεχ Elimélech, Deus meus rex, aut Dei conſilium. Nomen Bethlehemitæ cuiuſdã mariti Noemi, ruth 1.a.2

עליועני ἐλιοναί Elioenái, Ad ipſum oculi mei,ſiue ad ipſum fontes mei, aut ad ipſum afflictio vel paupertas. Filius Naariæ filii Semeiæ filii Secheniæ,1.paral.3.d.23, & 4.f.36 Filius item Bechor, filii Beniamin,filii Iacob,1.paral. 7.b.9,& 8.b.19

אליהועיני ἐλιωναί Elioenái,1.para. 26.a.3,& 1.eſd.8.a.4, Ad Dominũ oculi mei,aut Deus ipſe oculorum meorum.

אליפל ἐλιφάλ Eliphál, Dei miraculum, vel Dei iudicium. Filius Vr,1.paral.11.g.36

אליפלט ἐλιφαλάδ אלפלט Eliphálet,Deus liberationis,ſiue Deus expellens. Filius Dauid,2.reg.5.c.16,& 1.paralip.3.b.6,& 14.b.7. Idem 1.paralip.14.b.5, Hebraicè ſcribitur אלפלט Elphalet. Eſt & filius Eſec,1.paral.8.d.38

אליפלהו ἐλιφάλ Eliphalú,Deus mirabilis,ſiue Deus iudicii. Nomẽ ſacerdotis,1.paralip.15.b.18

אליפז ἐλιφάζ Elipház, Dei niſus vel conatus,aut Dei obrizũ. Filius Eſau ex Ada vxore,gen.36.a.4

אליפלט ἐλιφαλάτ Eliphélet,Deus liberationis,ſiue Deus meus expellens. Filius Aaſbai, 2.reg. 23.d.34. Filius item Dauid, 1.paral.3.b.8

אלישה ἐλισά Eliſá, Deus eſt:aut Dei agnus,ſiue Deus cõmodans. Filius Iauan,gene.10.a.4. Ab hoc AEoles ſiue Inſulæ Ionii maris,ezech.27.a.7

אלישבע ἐλισάβεθ Eliſábeth, Deus iuramenti, vel ſaturitatis, ſiue Dei ſeptenarium. Vxor Aaron filia Aminadab,exod. 6.d. 23. Vxor item Zachariæ,mater Iohãnis Baptiſtæ,luc. 1.a.5

vel אלצפן אליצפן ἐλισαφάν Eliſáphan,Deus Aquilonis, ſiue Deus abſconditus, aut Deus ſpeculator. Filius Oziel filii Caath filii Leui, exod.6.c.22. Filius item Pharnach,nume.34.d.25

אלישפט ἐλισαφάτ Eliſaphat,Deus iudicãs. Filius Zechri,2.para.23.a.1

אלישמע ἐλισαμά Eliſamá,Deus exauditionis,ſiue Dei exauditio. Filius Ammiud,princeps tribus ſuæ Ephráim,nume.1. a.10,& 1.paral.7.f.27. Filius item Dauid,2.reg.5.c 16, & 1.para.3.b.6,& 14.b.6. Pater Nathaniæ,4.reg. 25.g. 25. Sic nominabatur filius Icania filii Sellum filii Siſamoi,1.paralip.2.e.41

אלישע ἐλισαῖος Eliſeus,Dei ſalus,vel Deus ſaluans. Nomẽ prophetæ filii Saphat,3.reg.19.c.16,& 4.reg.3.b.11.luc.4.e. 27. Græcè ἐλισαῖος apud Lucam 4.e.27,ſcribitur:at in Libris Regum vbique ſcribitur ἐλισεύ

אלישוע ἐλισουέ Eliſúa,Idem. Filius Dauid,2.regũ 5.c.15,& 1.paral. 3.b.6

אליצור ἐλισούρ Eliſúr, Dei fortitudo, ſiue Dei petra,aut Dei plaſmatio vel colligatio. Filius Sedeur,princeps trib⁹ ſuæ Ruben,nume.1.a.5

אליהוא ἐλιοῦ Eliú,Deus meus ipſe,aut fortitudo ipſius. Filius Ieroham patris Elcana,1.reg.1.a.1. Nomen principis militiæ,1.paralip.12.d.20,& 26.a.7,& 27.c.18

ἐλιούδ Eliud, Deus laudis, ſiue Deus confeſſionis, aut Dei laus vel confeſſio. D. Filius Achim filii Sadoc, matth. 1.b.14

ἐλλάς Ellas, Vide Hellas.

אלה־הדבר Elle-haddebarim, Hæc ſunt verba. ſic incipit quintus liber legis,qui à Septuaginta δευτερονόμιον id eſt ſecũdaria lex dicitur,deut.17.d.18. Nõ quòd alia ſit quàm ea quæ in monte Sinai data eſt,ſed quòd denuo repetita ſit nouo pacto per miniſterium Moſis coram iis qui priorem in monte Sinai non audierant.

הלל ἐλλήλ Ellél, Laudans,ſiue lucifer,aut ſtultitia. Pater Abdon iudicis in Iſrael,iudic.12.d.12

ἐλμωδάν Elmadan,Deus menſuræ eorũ,vel Deus indumenti eorum. D. luc.3.d.28. In quodam veteri Græco codice legitur Elmadad.

Elmélech,Dei regnum, vel Dei conſilium. Nomẽ ciuitatis in tribu Aſer,ioſ.19.b.26 אלמלך ἐλμέλεχ

Elmodád,Dei mẽſura,aut atrium dilecti. Filius Iectan,gene.10.d.24 אלמודד ἐλμοδάδ

Elnáam, Dei pulchritudo, ſiue Deus monens eos. Pater Ioſaia & Ieribai,1.paral.11.g.46 אלנעם ἐλναάμ

Elnathán, Deus dedit,ſiue Dei donũ. Filius Achobor, ierem.26.g.22. Pater Noeſta matris Ioachin filii Ioacim,4 reg.24.b.8 ἐλναθάν אלנתן ἐλιακίμ

Elón, Ilex, vel quercus, aut fortis. Filius Zabulon, gene. 46.b.14. Iudex Iſraelitici populi, iudic. 12.d.11. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali, ioſ. 19.c.33. In 3. regum 4.a. 9 Hebraicè ſcribitur אילון. Tale fuit nomẽ patri Baſemath & Ada vxorum Eſau, gen.26.g.34, & 36.a.2 אלון ἐλώμ אלון אילון

Elonitæ,Idem.p.n.nume.26.c.26 אלני ἀλλωνεί

Elpháal,Dei opus,vel Dei operatio. Fili⁹ Mehuſim, 1.paralip.8.b.11 אלפעל ἐλφάαλ

Elthecé, Ex Hebræo & Syro, Dei theca vel capſa. Nomen ciuitatis in tribu Dan,ioſ.19.d.44:quæ ioſue 21.b.23, Eltheco dicitur ab interprete,quũ in Hebræo eadem ſit lectio cum ſequente, per א in fine. אלתקה ἐλθεκώ

Eltheco,Idem. Nomẽ ciuitatis,ioſ.21.b.23: quæ ioſ. 19.d.44,dicitur Elthece per ה in fine. אלתקא ἐλτεκώ

Elthecon, Dei correctio,ſiue Dei præparatio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.g.59 אלתקון ἐλθεκών

Eltholád, Dei generatio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.e.30:in tribu Simeon,ioſ. 19.a.3 אלתולד ἐλθουλάδ

Elúl, Vlulatus,ſiue pernoctatio. Nomẽ ſextæ lunationis,partim Auguſto noſtro,partim Septẽbri reſpõdentis,2.eſdr.6 d.15,& 1.mach.14.d.27 אלול ἐλούλ

Eluzái,Dei fortitudo. Nomen viri,1.paral.12.a.5 אלעוזי ἐλιοζί

Elymais, Panicea, à panico, quod eſt genus ſeminis. G. Nomen ciuitatis in Perſide,1.mach.6.a.1 ἐλυμαΐς

Elymas,Magus,ſiue corruptor,vel pernicioſus. G. Nomen magi,act.13.b.8 ἐλύμας

Elzabád,Dei dotatio. Nomen principis,1.paralip. 12.b.12,& 26.a.7 אלזבד ἐλσαβάδ

E M

Emalchuel,Rex Deus,aut regnum Dei, vel nũtius Dei. D. Nomen viri,1 .mach.11.d.39 σιμαλκουάη

Emán,Multus,aut tumultuans:vel Syriacè,fidelis. Filius Zaræ filii Iuda,1.paral.2.a.6 הימן ἐμάν

Emáth,Ira vel indignatio,aut calor,ſiue murus,aut vter,vel lagena. Vrbs ſita in finibus Syriæ nõ procul à Damaſco, 4.reg.14.f.25. iere.49.f.23. Etiam colligi poteſt hanc vrbem eſſe Syriæ. Eſt etiam nomẽ regionis quæ ab vrbe nomen habet,4.reg.23.g.33. In 1.para. 18.a.3,& c.9 rectè ſcribitur Hemath. Vide Hieronymũ in locis Heb. Ipſa eſt terminus Chananæorum à Sidone,ioſ.13.a.5,cuius mentionem habes,4.reg.14.g.28,& 25.c.21,eſa.10.b.9,& 11.c.11,zach.9.a.2. Heb. Hemath. חמת ἀμάθ

Emáth,nehem.12.c.37,interpretatur centum. Heb. Meah. Nomen turris. מאה μεά

Emér,Dicens,vel loquens,ſiue exaltatio:aut Syriacé,agnus. Nomen loci,1.eſdr.2.c.36,& 57 אמר ἐμμήρ

Emím,Timores,aut terribiles,vel populi,ſiue inſula aquarum. Gigantes quos expulerũt Moabitæ à terra ipſorum,deut.2.c.11. In gene.14.a.5,non eſt propriũ nomen,ſed vertendum Terribiles vel horrẽdos,quod fecit Chaldæus paraphraſtes:ſic etiã transferẽdum eſſe dicit Hieronymus in quæſtionibus ſuis Hebraicis in Geneſin:licet LXX ἐμμαῖος tranſtulerint. Puto tamẽ populos eſſe Rapháim , à Moabitis,Emim dictos : ab Ammonitis verò,Zomzommim,deut.2.c.11,& d.20 אמים σομμίν

Emmánuel, Nobiſcũ Deus,eſa.7.c.14,matt.1.d.23 עמנו־אל ἐμμανουήλ

Emmaus,Timens conſilium,vel matris aut gentis ἐμμαύς conſilium,ſeu populus abiectus. D.Nomen caſtelli diſtantis ab Ieruſalem ſtadiis 60.luc.24.b.13

אמר ἐμμήρ Emmer,Dicens,ſiue loquens,vel exaltatio:aut Syriacè,agnus. Pater Phaſhur ſacerdotis,ierem.20.a.1,& 1.eſd.2.b.36. Pater item Moſollamith,1.paralip.9.b.12,& 24.b.12

E N

ענק ἐνάχ Enác,Gigas,aut torqués,vel monile, ſiue oneratus, Gigantes, nume.13.d.22: quos expulerunt Chananæi, deut.2.b.21

ענקים ἐναχίμ Enacím,Idem.p.n.deut.2.c.11

עין־עגלים ἐν ἀγαλείμ En-agallím,Fós ſiue oculus vitulorum, vel curruũ aut rotunditatũ.Nomen vici in principio maris Mortui,ezech.47.b.10

עינם ἠναίμ Enáim, Fós vel oculus eorum. Villa in tribu Iuda, ioſ.15.e.34. Hodiéque villa eſt Bethemin circa Terebinthũ. Hieronymus in locis Hebraecis. Heb. Enam.

עינן ἐνάν Enán,Nubes,vel augurium,ſiue fons,aut oculus earum.Nomen villæ ſiue viculi,nume.34.b.9,ezech.48.a.1.Pater item Ahira principis tribus Nephthali,nume.1.b.15

ἐγκαίνια Encænia,Renouatio,vel dedicatio,id eſt feſtum pro renouatione vel dedicatione templi. G.iohan.10.d.22

עין דור uel עין־דאר ἐνδώρ En-dor,Fós ſiue oculus generationis vel habitationis. Vrbs tribus Manaſſe in Iezrahel iuxta Naim vrbem ſita,ioſ.17.c.11,& 1.reg.28.a.7.pſal.82.c.11

עין־גדי ἐνγαδδί En-gáddi,Fons ſiue oculus hœdi vel fœlicitatis:aut ex Hebræo & Syro,fons ſiue oculus inciſionis,vel ſciſſuræ. Vrbs in tribu Iuda iuxta mare Mortuum contra Occidẽtem.Dicitur & Haſaſon-thamar,1.reg.24.a.1.ezech.47.b.10,cantic.1.d.14

עין־גנים ἐνγαννίμ En-ganním,Fons hortorum ſiue oculus protectionũ. Locus tribus Iudæ, ioſ.15.e.34. Et Hieronymo in locis Heb.eſt vicus iuxta Beth-el.Alia ciuitas ſacerdotum in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.21

עין־חדה ἀνναδά En-haddá, Oculus acutus vel lætus:aut fós acuminis vel lætitiæ:ſiue ex Syro & Hebræo,fons vel oculus vnus ſiue nouus.Nomẽ ciuitatis in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.21

עין־חצור πηγὴ ἀσώρ En-haſór,Fós ſiue oculus atrii vel veſtibuli,aut fontis fœnũ vel herba.Ciuitas trib⁹ Nephthali,ioſ.19.c.33

הנם ἀννόμ Ennóm,Ecce illi,ſiue diuitiæ eorũ:aut decipiens vel contriſtás eos. Nomen viri,ioſue 15.b.8.iere.7.g.31,& 4.reg.23.c.10

עינון αἰνάν Enón, Nubes, vel obnubilatio,ſiue fons aut oculus eius,vel augurium. Terminus Damaſci.ezech.47.d.17.Eſt & Enon iuxta Salim oppidũ haud longe à Iordane,vbi baptizabat Iohannes,ſicut iohan.3.c.23, ſcriptum eſt.Hieronymus in locis Hebraicis ad ſuam ætatem locum in octauo lapide Scythopoleos ad Meridiem iuxta Salim & Iordanem eſſe memorat.

אנוש ἐνώς Enós,Homo vel vir,ſiue oblitus aut deſperatus.Filius Seth,gen.4.d.27,luc.3.g.38

עין־שמש πηγὴ σαμές En-ſemes,Fós ſiue oculus ſolis:aut ex Hebræo & Syro, fons ſiue oculus miniſterii vel famulatus.Nomen loci,ioſ.18.c.17

E P

ἐπαινετός Epænetus,Laudabilis.G. Amic⁹ Pauli,rom.16.a.5

ἐπαφρᾶς Epaphras,Spumans.G.Viri fidelis nomen, coloſſ.4.c.12

ἐπαφρόδιτος Epaphroditus,Venuſtus,ſiue iucundus.G.philip.2.d.25

עיפה γεφάρ Ephá,Laſſus,aut volás:vel Syriacè, plicatus vel cõplicatus.Filius Madian filii Abraæ,gene.25.a.4.Ab eo Arabia Fœlix, Deſerta ſiue Petræa,dicta eſt Epha,eſa.60.a.6.Fuit & nomen cõcubinæ Caleb,1.para.2.f.46. Filius Iahaddai,1.paralip.2.f.47

Epher,Puluis ſiue hinnulus,aut plumbũ.Filius Madian filii Abrahæ,gen.25.a.4,& 1.paralip.1.c.33.Filius Ezra,1.paral.4.c.17,& 5.d.24 עפר ἀφείρ

Epheſii,Deſiberabiles.G.act.19.g.35 ἐφέσιοι

Epheſus,Idem.ſ.n.G.Minoris Aſiæ metropolis,& emporium celeberrimum,Amazonum opus, Ionicarum clariſſima, à nomine & ipſa Amazonis appellata,pluribus antè nominibus dicta, Vrychia, Ortygia, Ptelea, Arſinoe ab vxore Lyſimachi.In hac templum Dianæ celeberrimum,à tota Aſia annis cc.ædificatũ. Hæc Raphael Volaterranus lib.10.Geographiæ.In Epheſo etiã Paulus prædicauit, act.18.e.19. Huius meminit Apoſtolus,1.corint.16.b.8, apoc.1.c.11, & 2.a.1. Extat & Pauli epiſtola ad Epheſios. ἔφεσος

Ephi,Genus eſt menſuræ,ezech.45.d.34 איפה μέτρον

Ephód,Superhumerale,aut ornamentum,iudic.8.f.27,& 17.b.5, & 1.reg.2.d.17,& 1.para.15.d.26.Sic vocabatur pater Hamiel,nume.34.d.23 אפוד ἐφούδ

Ephrá,Puluerulenta,ſiue plumbea,aut damula. Ciuitas Ioas patris Gedeonis ſita in tribu Manaſſe,iudic.6.b.11,& 8.f.32.Eſt & alia עפרה in tribu Beniamin, quæ ioſ.18.d.23,dicitur Ophera, licet eadem ſit orthographia huius cum præcedenti in Hebræo,1.reg.13.d.17 עפרה ἐφραά

Ephráim,Frugifer,aut creſcẽs.Fili⁹ ſecũdus Ioſeph, gene.41.g.52,& 1.para.6.f.66.Ab hoc tribus Ephraim nomenclaturam habet, quæ à Iordane flumine vſque ad Gazer longitudinem habuit:latitudinẽ verò, quæcunque à Bethel vſque ad campum maximum terminatur, Ioſepho libr.5.cap.3.Iud.antiq. Vide Ezechielẽ cap.48.a.5. Eſt etiam mons qui inter Ierichontem & Ieroſolyma extenditur,& ab hoc fine aſcendit contra Septentriones per tractum maris vſque Gazeram vrbem, quem poſſederũt filii Ioſeph,ioſ.16.b.4,& 17.b.10. Dictæ ſunt quoque decem tribus Iſrael,ſiue regnũ Iſrael, Ephráim:ob Ieroboam Ephrathæũ quem primum regem ſubierunt decem illæ tribus quæ defecerunt à Iuda,3.reg.11.e.26,eſa.7.a.2, & 9.c.9. oſee 5.a.5, Legimus & pſal.59.a.9.heb.60, Ephraim fortitudo capitis mei. Et pſal 77.g.67.heb.78, Tribum Ephraim non elegit.Similiter pſal.107.b.9.heb.108 אפרים ἐφραΐμ

Ephrátha, Vbertas,ſiue frugifera,vel creſcens, aut incinerata. Vxor fuit Caleb filii Heſron poſt defunctã priorem vxorem Azubam.1.para.4.a.4.Ipſa peperit ipſi Caleb Hur filium,1.para.2.c.19.Ab hac Calebis vxore Ephratha vrbs nomenclaturam accepit, quæ eſt in tribu Iudæ,gen.35.c.16. Aliás Beth-lehem dicta, gene.48.b.7. Videtur eadẽ eſſe quæ Caleb Ephratha appellatur,1.paral.2.c.24,vbi mortuus eſt Heſron. Vide de hac re etiã Hieronymũ in traditionibus Hebraicis. אפרת אפרתה ἐφραθά

Ephratæus,Idem.ſ.n.Qui eſt de tribu Ephraim, iudic.12.b.5,& 3.regũ 11.e.26. Vel de Ephratha, id eſt de Beth-lehem,1.reg.17.b.12 אפרתי ἐφραθί

Ephrée, Cooperimentum iniqui vel ſocii aut confracti, ſiue portus iniqui vel ſocii aut confracti. Rex AEgypti,iere.44.g.30.Heb.Hophra. חפרע οὐαφρῆ

Ephrém,Frugifer,aut creſcens. Nomen ciuitatis, pſal.77.g.67.heb.78.Heb.Ephráim.iohan.11.g.54. אפרים ἐφραΐμ

Ephrón,Puluis,ſiue hinnulus,aut plumbeus.Filius Seor,gen.23.b.8:à quo ciuitas in tribu Iuda, quæ עפרין dicitur,2.paralip.13.d.19,& 1.mach.5.e.6. עפרון עפרין ἐφρών

Epicurei,Adiutores,ſiue auxiliatores.G.act.17.d.18 ἐπικούρειοι

Epinicium,Canticum victoriæ.G.2.mach.8.g.33 ἐπινίκιον

E R

Eraſtus,Amabilis.G.Miniſter Pauli, acto.19.d.22. rom.16.d.23,& 2.timoth.4.d.20 ἔραστος

Erchuæi,Longi,aut ſanantes, ſiue maledictio combuſtionis.Populi,1.eſdr.4.b.9 ארכויא ἀρχουαῖοι ἀριώχ Erióch,Lõgus,aut procerus,ſiue ſatietas vel ebrieſas tua,aut leo tuus. D.Rex Elicorum,iudith 1.c.6

ES

אֶשְׁעָן ἐσὰν Eſaán,Innixus,vel ſuſtẽtatus, ſiue ignis afflictionis vel reſponſionis.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſue 15.f.51,& 52

יְשַׁעְיָהוּ ἠσαΐας Eſaias,Salus Domini,eſa.1.a.1

עֵשָׂו ἠσαῦ Eſáu,Faciés,vel operans,aut tinea eius.Filius Iſaac, gen.25.c.25:qui & Edom,gene.36.a.1,dicitur.

אֶשְׁבַּעַל ἰσβαὰλ Eſbáal, Ignis idóli, ſiue ignis dominantis aut ſubiicientis,vel poſſidentis.Filius Saul,1.para.8.d.32,& 9. f.39

אֶצְבּוֹן ἀσεβών Eſbón,Feſtinans intelligere,ſiue feſtinans ædificare.Filius Bale filii Beniamin,1.paral.7.b.7

אֶשְׁכֹּל ἐσχὼλ Eſchól,Botrus,ſiue orbatio,aut ignis omnis.Frater Mambre, gene. 14. b.14.Eſt & vallis & torrens terræ Chanaan in vicinia Hebronis.nume.13.c.23 & 24

עֶזְרָא ἐσδρᾶς Eſdras,Adiutor,ſiue atrium.Nomen prophetæ ſacerdotis,1.eſdr.7.a.5

ἐσδρηλὼν Eſdrelon,Adiutorium fortitudinis,vel quercus auxilii . D. Ciuitas in campo magno Eſdrelon ſub Dothan,iudith.1.c.8

ἔσδριν Eſdrin,Adiutoriũ. D.Nomen viri,2.mach.12.f. 36

אֶשְׁבָּן ἀσβὰν Eſebán, Ignis filii vel ædificantis aut intelligentis. Filius Diſon Horræi,gen.36.c.26

אֶצְבֹּן θασοβὰν Eſebón,Feſtinatio filii,aut feſtinatio intelligẽtis vel ædificantis.Filius Gad filii Iacob,gen.46.b.16. Filius item Bela filii Beniamin filii Iacob,1.paral.7.b.7

עֵשֶׁק ἐζεκί Eſec, Violentia,ſiue calumnia. Frater Aſer filii Elaſa,1.paralip.8.d.38

אֲצַלְיָהוּ ἐσσελίος Eſélias,Liberans vel reſeruans Dominus,aut prope Dominũ. Pater Saphan, 2.paral.34.b.7:qui 4.reg. 22.a.3,Aſalias dicitur ab interprete.

עֶצֶם ἀσὲμ Eſem,Os ab oſſe,ſiue fortitudo,aut lignum eorum, vel conſilium eorum,aut clauſura, ſ.oculorum.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.e.29

אֵצֶר ἀσὰρ Eſer,Cellariũ,ſiue theſaurus,aut anguſtians.Filius Seir Horræi,gene.36.c.21

אַשְׁנָה ἀσναὰμ Eſná,Mutatio,vel dormitatio,aut iteratio, vel ſecũdatio.Nomen ciuitatis,ioſ.15.f.43

אַסְפָּתָא ἀσφαθά Eſphátha, Congregatio,ſiue collectio,aut conſummans vel finiés. Filius Amã filii Amadátha,eſth.9.b.7

אַשְׂרִיאֵל ἐσελιήλ Eſríel,Beatitudo Dei,aut intuitus fortis,vel greſſus Dei.Filius Galaad filii Machir,ioſ.17.a.2,& 1.paralip. 7.c.15:qui nume.26.d.31,dicitur Aſriel.

חֶצְרוֹן ἐσρώμ Eſron,Sagitta exultationis,ſiue diuiſio cantici:aut atrium vel fœnum.Filius Ruben,gene. 46.b.9. Filius item Iuda, 1.paral.4.a.1. Filius item Phares filii Iuda, gen.46.b. 12. Nomen præterea loci,ioſue 15.a.3. Heb. Heſron.

חֶצְרֹנִי ἐσρωνεὶ Eſronitæ,Idem.nume.26.c.21

אֶשְׁתָּאוֹל ἐσθαὼλ Eſthaól,Poſtulãs,aut mulier fortis,vel mulier ſtulta,ſiue ignis laboris. Vrbs tribus Iudæ ſiue Dan,inter Azotum & Aſcaloné in Palæſthina, ioſ. 15.e.33, & 19. c.41.vbi filii Iſrael poſuerãt caſtra cõtra Philiſthiim, iudic.13.d.25,iuxta quam ſepultus erat Samſon,iudic. 16.g.31.Hieronymo villula Aſco dicta.

אֶשְׁתָּאֻלִי ἐσθαολί Eſthaolitæ,Idem.p.n.1.paral.2.g.54

אֶשְׁתְּמֹעַ ἐσθεμὼ σημῶ Eſthamo,Exauditio,vel mulieris vterus. Nomé ciuitatis,1.reg.30.g.28,& 1.par.4.c.17:quæ (vt videtur) dicitur Eſthemo & Eſthemoa.

Eſthemo, ſiue Eſthemoa, Idem.Ciuitas quæ Aaronis nepotibus è tribu Iudæ eſt aſſignata,ioſ.21.b.14,& 1.para.6.e.50:eadem quæ & Eſthamo iiſdem literis & punctis vocalibus.

אֶסְתֵּר ἐσθὴρ Eſther,Occulta,ſiue abſcondita,vel demoliens: aut ex Syro & Hebræo,medicinæ exploratio vel contemplatio,aut medicina turturis.Nomen mulieris,quæ & Ediſſa filia Abiháil dicta eſt,eſth.2.b.7

Eſthon, Vxor eius, aut ignis donum.Filius Mahir, 1.paralip.4.b.11 אֶשְׁתּוֹן ἐσαθών

ET

Etam,Auis eorum, ſiue inuolutio eorum, vel calamus eorum:aut Syriacè,conſilium eorum.Nomé viri,1.paral.4.a.3.Eſt & petra munita quæ in tribu Iuda erat,vbi Samſon aliquando habitauerat, iuxta torrentem,iudic.15.b.8.Ioſephus lib.5.antiq.cap.13.Eſt quoque ciuitas Iudæ,1.par.4.f.32: à Roboam ædificiis munita,2.paralip.11.b.6 עֵיטָם ἠθάμ

Ethái,Robuſtus,ſiue ſignum meum, aut vomer ſiue aduentus.Nomen viri,2.reg,15.d.19, qui & Ithai,2. reg.23.d.29 אִתַּי ἐθί

Ethái,Hora,vel tempus,ſiue paratus. Filius Roboã ex Maacha,2.paralip.11.d.20 עַתַּי ἐθθί

Ethám, Fortitudo eorum, aut vomer vel aduentus eorum,ſiue ſignum eorum. Nomé ſolitudinis,ad quã venerũt filii Iſrael profecti de Socoth. Eadem dicitur & Sur per שׁ,exod.13.d.20.nume.33.a.6 אֵתָם ἐθώμ

Ethán,Fortitudo ſiue vomer earum,aut inſulæ donum. Vir quidam ſapiens,filius Maol,3.reg.4.d.31.Filius Zaræ filii Iuda,1.para.2.a.6.Filius Cazaiæ,1.para. 15.b.17.Filius Zamma filii Semei,1.par.6.c.43. Filius Chuſi filii Abdi,1.paralip.6.d.44 אֵיתָן αἰθάν

Ethaním,Robuſti,vel fortes,aut munera,ſiue fortitudo maris. Nomé menſis ſeptimi, qui noſtro Septébri reſpondet,3.reg.8.a.2. Corrupta exemplaria legũt Bethanim. אֵתָנִים ἀθανίμ

Ethbáal,Ad idôlum,ſiue ad dominanté,vel ad ſubiicientem, ſiue ad poſſidentem: aut ſignũ idóli vel dominantis aut ſubiicientis vel poſſidentis . Nomen regis Sidoniorum,3.reg.16.g.31 אֶתְבַּעַל ἐθβαὰλ

Ethecæ,p.n.ezech.41.c.15,AEdificia quædã in atrio templi fundata, ſeu muro templi iuncta. Iudæi angulos vocant & ſtatuas. Beatus Hieronymus in 42. cap. ezech. verſu 5.tranſtulit porticus.Rabbi Dauid Kimhi dicit eſſe generale vocabulum ad cameram & gazophylacium.LXX pro eo habent ὑποφαῦσιν אַתִּיקֶיהָא אַתִּיקִים

Ethéel,Mecum Deus,ſiue ſignum Dei, aut aduẽtus vel vomer Dei.Nomen viri,2.eſd.11.b.6 אִיתִיאֵל ἐθιήλ

Ethéi,Hora mea,vel tempus meum.Filius filiæ Seſan ex ſeruo AEgyptio,1.paralip.2.e.36 עַתַּי ἐθί

Ether, Oratio ſiue deprecatio . Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.f.42 עֶתֶר ἀθὲρ

Ethi,Hora,vel tempus meum.Nomen viri, 1.para. 12.b.11 עַתַּי ἐθθί

Ethnán,Donum,aut merces vel ſignũ filii, aut aduentus filii.Filius Aſhur ex vxore Halaa,1.para.4.b.7 אֶתְנָן ἐθνά

EV

Eubulus,Prudens,aut bene conſulens.G. Nomé viri,2.timoth.4.d.21 εὔβουλος

Euæi, Vide Heuæi.

Euergetes,Benefactor,ſiue beneficus. G. εὐεργέτης

Eui, Væ,aut deſiderans,vel deſiderium meum. Rex Madianitarum,nume.31.a.8 אֱוִי εὐΐ

Euíl-merodách, Stulti amaritudinem conterens, aut ſtultus amarè contritus.Rex Babylonis,4.regum 25.g.27 אֱוִיל־מְרֹדַךְ ἐβὶλ μαροδάχ

Eumenis,Mitis,ſiue beneuolus. G.1.mach.8.b.8 εὐμενής

Eunice,Bona victoria. G. Mater Timothei,2.tim. 1.b.5 εὐνίκη

Euodia,Bonus odor,ſiue beneolés. G.philip.4.a.2. Mulieris nomen. εὐωδία

Eupater,Bonus pater.G. εὐπάτωρ

Eupator,Idem.G.Filius Antiochi,1.mach.6.b.6 εὐπάτωρ

פרת εὐφράτης Euphrátes, Frugifer, ſiue fructificans, aut creſcens. Magnus fluuius Syriæ Meſopotamiæ è paradiſo promanans Moſi, gene.2.c.14. Ptolemæo verò, in Armenia maiore oritur in monte Periardæ ad Oriẽtem, in Septentrionẽ flexus, terræ Chananææ terminus, deut. 1.b.7.ioſ.1.a.4.Ioſephus lib.1.cap.2.Iudaic.antiq. Vide Plinium lib.5.cap.24, Strabonem lib.16, Volaterranum lib.11.Geograph. in fine. Vltra hũc, Aſſyriorum ſita eſt terra. Euphrates dicitur quaſi הוא פרת. Hic ferè ſemper in Scriptura dicitur נהר & הנהר, id eſt fluuius, & ille fluuius, ſiue illud flumen, eſa.7.c.20, & 8.b.7

εὐπόλεμος Eupolemus, Bene pugnans, vel bonus pugnator. G. Nomen viri, 1.mach.8.c.27

εὔτυχος Eutychus, Fœlix, aut bene fortunatus. G. Nomen adoleſcentis quem ſuſcitauit Paulus, act.20.b.9

E Z

חזקיה ἐζεκίας Ezechias, Fortitudo Domini, ſiue apprehenſio Domini. Rex Iuda fili⁹ Achaz, 4.reg.18.a.1, & 1.par.3.c.23

יחזקאל ἐζεκιήλ Ezechiel, Fortitudo Dei, ſiue apprehenſio Dei. Nomen prophetæ, 1.para.24.c.15.ezech.1.a.3

יחזיאל ἀζιήλ Ezechiel, 1.eſdr.8.a.5, Videns Deum. Nomen viri. Heb. Iahaziel.

האזל Ezel, Ambulatio, ſiue vilificatio, aut ſtillatio. Nomen lapidis viatorii in agro vrbis Saul, ſub quo latuit Dauid in ſupremo digreſſu à Ionatha, 1.reg.20.d.19 l.x x non habent.

עזר ἔζερ Ezer, Adiutorium, ſiue atrium. Filius Hur primogeniti Ephrátha, 1.par.4.a.4. Filius itẽ Suthalæ filii Zabad, 1.paral.7.d.22, & 12.b.9

עזיאל ὀζιήλ Eziél, Fortitudo Dei, ſiue hircus Dei. Filius Haraia, 2.eſdr.3.b.8

עזרה ἐσρά Ezrá, Adiutorium, ſiue atrium. Nomen viri, 1. par. 4.c.17

אזרחי ἐζραΐτης Ezrahites, Indigena, ſiue Orientalis, 3.reg.4.d.31

עזראל ἐσριήλ Ezrél, Adiutorium Dei, ſiue atrium Dei. Nomẽ viri, 1.eſdr.10.d.4

עזרי ἐζρί Ezri, Adiutorium ſiue atrium meum. Nomen viri, 1.par.27.d.26. At iudic.6.b.11, vbi legitur, Ad Ioas patrem familiæ Ezri: legẽdum Ad Ioas Abiyezeritam. nam vbi nomen generale componitur ex duobus, aliquando ה, ſecundo præponitur אבי-העזרי

עזריקם ἀζρικάμ Ezrícam, Auxilium reſurgentis vel vindicantis, ſiue atrium reſurgentis vel vindicãtis. Dux domus Achaz, 1.per.3.d.23, & 28.a.7. Filius Naariæ filii Semeiæ, 1.para.3.d.23. Filius Haſel filii Elaſa, 1.paral.8.d.37

עזריאל ἐζριήλ Ezriel, Auxilium Dei, ſiue atriũ Dei. Pater Saraiæ, ierem.36.f.26, & 1.para.5.d.24

F

φῆλιξ FOElix, Latinũ eſt. Præſes fuit Iudææ, act. 24.f.23

φῆστος Feſtus, Latinum eſt. Nomen Portii præſidis Palæſthinæ & Iudææ, act.24.g.28, & 25.a.1

φορτουνᾶτος Fortunatus, Latinum eſt. Nomẽ viri, 1.cor.16.c.17

G

געל γαάλ GAal, Abiectio, ſiue abominatio. Filius Obed, iudicum 9.e.35

געש γαάς Gáas, Tempeſtas, vel cõmotio. Nomen mõtis iuxta Thamnath ſare, in cuius Septentrionali parte Ioſue ſepult⁹ eſt, ioſ. 24.g.30.iudic.2.b.9, & 2.reg.23.d.30

גבע γαβαά Gába, Collis, ſiue calix. Ciuitas tribus Iudæ, eſa.10.g.29: quæ & Gabaa dicitur, ioſ.15.g.57

גבעה γαβαά βουνός Gabaá, Idem. Nomen eiuſdem ciuitatis tribus Iudæ, ioſ.15.g.57, & 4.reg.23.b.8, & 1.paral.1.a.6

Gabaá, ſiue Gabaath filiorum Beniamin, & Gabaa Bẽiamin, & Gabaa Saul, ſunt nomina eiuſdẽ vrbis ſitæ in tribu Beniamin, 1.re.11.b.4, & 10.d.26, & 13.c.16. & 2.reg.23.d.29. quã ædificauit Aſa rex Iuda, 3.re.15.e.22, & 2.para.16.b.6. Eadem eſt ciuitas quæ Geba, iudi.20.a.5, collis vrbis Cariath-iarim in quo erat arca Domini. Eſt & alia ab ea quæ eſt in tribu Iuda. 1.par. 2.f. 49 גבעא

Gabaa, 1. reg.14.a.2, vbi dicitur, Sub malo granato quæ erat in agro Cabaa. In Hebræo eſt Migron, pro in agro Gabaa: & interpretatur, De gutture, aut timor, ſiue horreum eius. מגרון βουνός

Gabaáth, Collis, aut calix, ſiue excelſa hora. Nomẽ oppidi in tribu Beniamin, ioſ.18.d.28, & 2.reg.23. d.29: quod Eſa. 10. g. 29, dicitur Gabaath-Saulis, quòd illic domiciliũ haberet Saul. Vide 1.reg.10.d.26, & 15.g.34 גבעת βουνός

Gabaathites, Idem. 1.paral.12.a.3 גבעתי γαβααθί

Gábae, Collis, aut calix. Ciuitas tribus Beniamin, ioſue 21.b.17: quæ Gabee dicitur, ioſ.18.d.24. Eadẽ dicitur & Gabaa, ſiue Gabaath Beniamin, ſiue Gabaath Saulis. Vide Gabaa filiorum Beniamin. גבע γαβαά

Gabaón, Collis, vel calix, aut deorſum, vel eleuatio iniquitatis. Metropolis Heuæorum, ab Ieroſolymis L. ſtadiis diſtans, ioſ.18.d.25.iere.28.a.1. Hæc è tribu Beniamin, filiis Aaron eſt adſcripta, ioſ.21.b.17 גבעון γαβαών

Gabaonitæ, Idem. p.n.2.reg.21.a.2 γαβαωνῖται גבענים

Gabaonites, Idem. ſ.n.1. paral.12.a.4, Collis meus. גבעוני γαβαωνίτης

Gabbatha, Eminẽs, vel excelſum. Græcè dicitur λιθόστρωτος, id eſt lapidibus ſtratus. & erat locus editior, vel ſtratum lapideum eminẽs Ieroſolymis, vbi Iudicum erat ſedes, iohan.19.c.13 γαββαθᾶ

Gabathón, Dorſum, vel eleuatio eius, aut palpebræ eius, ſiue excelſum donum. Ciuitas in tribu Dan, ioſue 21.b.23, quæ in 19.d.44, dicitur Gebbethon, iiſdem cõſonantibus & punctis. גבתון γεβθών

Gabée, Vide Gabae.

Gabelus, Terminus, vel limes, aut confiniũ. D. Nomen viri, tobiæ 1.c.17 γαβαῆλος

Gáber, Vir, aut virilis, vel fortis: aut Syriacè, gallus gallinaceus. Filius Vri, 3.reg.4.b.19 גבר γαβέρ

Gabím, Ciſternæ, aut locuſtæ, ſiue altitudines. Nomen vrbis ſitæ in Iuda aut Beniamin quæ eſt vna ex illis per quas tranſiit Sennacherib quũ iret oppugnatũ Ieruſalem, eſa.10.g.31 גבים γεβίμ

Gabriél, Vir De⁹ vel Dei, aut fortitudo Dei, vel fortis meus Deus. Nomen angeli, dani.8.e.16.luc.1.b.26 גבריאל γαβριήλ

Gad, Fœlix, vel accinctus. Filius Iacob ſeptimus, ex Zelpha ancilla Liæ vxoris eius, gene.30.b.11, qui 1.paralip.5.c.18, dicitur גדי Hebraicé. Nomen item prophetæ, 1.reg.22.a.5 גד γάδ

Gaddél, Magnus, ſiue magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.eſdr.2.c.46 גדל γεδδιήλ

Gaddi, Hœdus, ſiue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, inciſus. Filius Suſi, princeps tribus Ioſeph, nume.13.b.12. Nomen loci, גדי 1.para.12.b.8, qui & Gadi dici videtur, quum Hebræis, iiſdem conſonantibus & punctis ſcribatur. גדי γαδδί גדי

Gaddis, Aceruus, vel cõgeries, ſiue fœlix, vel accinctus vir. D. Filius Mathathiæ, 1.mach.2.a.2. γαδδίς

Gaditæ, De Gad, quod interpretatur hœdus ſiue fœlix vel accinctus. ioſ.1.c.12 גדי γάδ

Gáder, Murus, ſiue maceria, vel ſepes. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.12.d.13: quæ ioſ.15.e.36, dicitur Gedera, & à Stephano Antiochia, item & Seleucia. גדר γαδήρ

Gaderóth, Idem. p.n. Nomen vrbis in tribu Iuda, 2.paralip.28.c.18 גדרות γαδηρώθ

Gaderothites, Idem. ſ.n.1.para.12.a.4 גדרתי γαδηρωθί

Gadgad, Fœlicitas fœlicitatis, aut accinctus exercitus. Nomen loci in quo aliquando caſtrametati ſunt filii Iſrael, nume.33.d.32. Quæ dictio, deut.10.b.7, Hebraicè ſcribitur גדגדה, eadémque eſt interpretatio. גדגד γαδγάδ גדגדה

Gadi, Hœdus, ſiue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, inciſus. Pater Manahem, 4.reg.15.c.14. Eſt & nomen גדי γαδί loci,2.reg.23.d.36:qui & Gaddi dici videtur, quum Hebræis,iiſdem conſonantibus & punctis ſcribatur.

גדר γεδέρ Gador, Murus,ſiue maceria,aut ſepes. Nomē loci 1.par.4.f.39.Eadē videtur eſſe vrbs quæ & Gedor,quū Hebræis, iiſdem conſonantibus & punctis ſcribatur.

גחם γαέρ Gáham,Educens eos,ſiue exitus eorū,aut exitus caloris.Filius Nachor ex Roma cōcubina,gen.22.d. 24

גחר γαήρ Gáher,Exitus caloris vel iræ. Nomen viri, 1.eſdr. 2.c.47

גלעד γαλαάδ Galaád,Aceruus teſtimonii. Filius Machir filii Manaſſe filii Ioſeph,numer.26.d.29.Pater Iara patris Hari,1.par.5.b.14. Regio item Galilææ ad Orientē vltra Iordanē, gene.31.c.21.vbi & dimidia tribus Manaſſes accepit poſſeſſionem cum tribubus Ruben & Gad,nu. 32.g.39, & deut. 3.c.15, & ioſ. 13.b.11. Eſt autē ad tergū Phœnices & Arabiæ,collibus Libani copulatus: extēditur per deſertum ad Amorrhæos,vbi Sehon regnauit,pſal.59.b.9,heb.60.& 107.b.92.

גלעדים γαλααδῖται Galaaditæ,Idem,p.n.4.reg.15.d.25

גלעדי γαλααδίτης Galaadites,Idem.ſ.n.Qui eſt ex Galaad regione,vel ex familia Galaad,nume.26.d.29.iudic.12.c.7

γαλααδῖτις Galaaditis,Idem.Nomen loci, 1.mach.5.b.17

גלל γαλάλ Galál,Rota,ſiue reuolutio,aut confinium,vel marmor.Nomen viri,1.para.9.c.15

גללי γελωλαί Galalai,Idem.2.eſd.12.c.35

γαλάται Galatæ,Lactantes,vel lactei.G.Galat.3.a.1

γαλατία Galatia,Lactās,vel lactea.G.Aliàs Gallogræcia Aſiæ minoris prouincia, Bithyniæ cōtermina, à Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bithyniæ euocati,regnum cum eo,parta victoria,diuiſerunt:ſicque deinde Græcis admixti,Gallogræci,deinde Galatæ appellati ſunt. Vide Plinium lib.5.cap.32, Ptolem. in 5.cap.4,& Strabonem in 4.

גלגל γαλγάλ Galgál,ſiue Galgala, Rota,ſiue reuolutio, vel ablatio,aut aceruus acerui,vel reuolutio acerui. Nomen ciuitatis vltra Iordanem,non procul ab Iericho,oſee 9. d.15,& 2.eſdr.12.b.28.ioſue 4.d.20,& 5.c.8,& 1.reg.10. b.8

גליל γαλιλαία Galilæa, Volubilis,ſiue volutabilis,aut rota.Syriæ regio ad Septentrionem Iudææ ſita, quæ ab ſolis occaſu Ptolemaide ciuitate & Carmelo mōte diſterminatur.Ab Oriente eam Hippene ſiue Ioppe & Gadara ſuis finibus reſecant.A Meridiano latere Scythopolis & Samaria ſuis vtraque excipiuntur regionibus, nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, ſicut ſcribit Egeſippus libro 3. cap. 6, de Ieroſolymorū excidio,& Ioſephus cap.2.lib.3.belli Iudaici. Tradunt verò hiſtorici duplicem eſſe Galilæam, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior iuxta Tyrum,Sidonē & Cæſaream Philippi ſita eſt, qua gentes attingit ad Aquilonem. Iſta,Galilæa Gentium,eſa.9.a.1, & matth.4.c. 18, appellatur : vel quia illic Gētes vſque ad Salomonis tempora habitarint, vel quòd Hiram regi Tyriorum oblata ſit,3.regum 9.b.11.Hæc in tribu Nephthali ſita eſt.Inferior Galilæa circa Tiberiaden & ſtagnū Geneſareth in tribu Zabulon poſita eſt:de qua matth. 3.c.13,& 4.c.18.Chriſtus frequenter verſatus eſt in Galilæa, iohan. 4.a.3. Vnde etiam Galilæus vocatus eſt, matth. 26. g.69,aut propter Nazareth & Capharnaū, in quibus illi domiciliū,luc.2.g.51,& 4.c.16. Quapropter etiā Iulianus imperator Chriſtianos ſolebat Galilæos nuncupare, quod Euſebius lib.10.cap.35.eccleſiaſticæ hiſtoriæ,& aliàs ſæpe memorat. Galilæi verò dicti ſunt quòd vicini ſint Gentibus:& Galilæa interpretatur confinium ſicut ioſue 13. a. 2, in Hebræo,כל־גלילות הפלשתים omnes limites Philiſthiim:pro quo vet⁹ interpres habet,Galilæa Philiſthiim. Vide Ioſephum libr.3.capite 2.de bello Iudaico,& Egeſippum libro 3. capite.6.

Galilæa,ioſ.13.a.2,plurale Heb. Geliloth, ſignificat confinia & limites.vide paulo antē. גלילות ὅρια

Galilæi, Volubiles, ſiue volutabiles, aut rotantes, luc.13.a 1. γαλιλαῖοι

Galilæus,Idem.ſ.n.Marc.14.g.70 γαλιλαῖος

Gallim,Coaceruantes,ſiue tranſmigrantes, vel reuoluentes,aut diſcooperientes. Nomen vici Accaronis, vnde dicitur fuiſſe Phalti, qui Michol duxerat vxorē poſt fugā Dauid.1.reg.25.g.44.At eſaiæ 10.g.30, Filia-gallim,vel Bath-gallim, eſt nomen vrbis ſitæ in tribu Beniamin aut Iuda, per quam tranſiit Sennacherib quum iret oppugnatum Hieruſalem. In eo autem Eſaiæ loco, Filia Gallim ſcribitur, non Gallim ſimpliciter. גלים γαλλίμ

Gallim,eſa.15.b.8,Guttæ, aut gutta maris,ſiue coaceruantes,vel tranſmigrantes,aut reuoluentes.Heb.Eglaim.Ciuitas non procul à limite Moabitarum. אגלים γαλλίμ

Gallion,Lactans, vel lacteus.G.proconſul Achaiæ, act.18.c.12 γαλλίων

Gamaliél, Retributio Dei,aut camelus Dei,ſiue ablactatus Dei. Filius Phadaſſur, princeps tribus ſuæ Manaſſe,num.1.a.10.quidā item Phariſæus,act.5.f.34. Præceptor Pauli,act.22.a.3 גמליאל γαμαλιήλ

Gamariás,Cōſummatio Domini, ſiue cōſumptio Domini.Filius Helciæ,iere.29.a.3. Filius item Saphan ſcribæ,ierem.36.c.11 גמריה γαμαρείας

Gamúl,Retributio,ſiue ablactatio. Nomen viri,1. paral.24.c.16 גמול γαμουήλ

Gamzó, Etiam iſte,aut ſcirpus vel iuncus iſte. Nomen vrbis,2.para.28.c.18 גמזו γαμζώ

Garéb,Scabies: aut Syriacè, hydria. Nomē collis, ier.31.g.39. Nomē itē viri,2.re.23.d.38 & 1.par.11.g.40 גרב γαρήβ

Garizím, Secures, vel ſciſſores. Mōs Samariæ iuxta Galgal vltra Iordanem,Sichimorū imminēs ciuitati,iudic.9.a.7,& deut.11.d.29,& 2.mach.6.a.2 גרזים γαριζίν

Garmi,Oſſe⁹ vel oſſa,aut peregrinationis aqua:vel Syriacè,cauſa mea,1.para.4.d.19 גרמי γαρμί

Gaſpha, Appropinquatio oris, ſiue accedens huc, Nomē loci,2.eſd.11.c.21 גשפא γεσφάς

Gathám,Tactus eorum, vel mugitus eorū aut mugitus perfecti vel ſimplicis. Filius Eliphaz filii Eſau, ex Ada vxore,gen.36.b.11 געתם γαθόμ

Gaulón,Tranſmigratio eorū,vel reſolutio eorum: aut ex Syro & Hebræo,intus manens. Nomen ciuitatis refugii in Baſan,ioſ.20.c.8,& 1.par.6.f.71 גולן γωλάν

Gazá,Fortis,aut capra. Nomen vrbis Palæſthinæ, gen.10.c.18.& 1.reg.6.d.17.act.8.e.26. Hæc vrbs reſpectu tribus Iuda magis vergebat ad Meridiē quàm ad Occidentem,ioſ.10.g.41.& 4.reg.18.b.8 עזה γάζη

Gazabár,Theſaurari⁹,1.eſd.1.d.8.In Hebræo eſt appellatiuum,per manum Mithridatis theſaurarii. גזבר γαζβαραῖος

Gazám,A Eruca,vel vellus eorum,aut tranſitus eorum, ſiue tondens eos.Nomen viri,1.eſd.2.c.48 גזם γαζάμ

Gazæi,Fortes,aut capræ,vel hirci.Nomen populi, ioſ.13.a.3 עזתים γαζαῖοι

Gazaris, Vide poſt Gázer.

Gazēſes,Fortes,aut capræ,vel hirci.D.1.mac.11.f.26 οἱ ἀπὸ τῆς γάζης

Gázer,ſiue Gazera,Præciſſio,aut diuiſio,vel ſētentia.Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ,3.reg.9.c. 15.ioſue 10.f.33.& 16.a.3:quæ ex tribu Ephráim data fuit Leuitis,ioſ.21.b.21,& 1.par.6.f.67,& 7.f.29, & 14. d.16:in quarto miliario Nicopolis. גזר γαζερά

Gazaris,Idem.D.1.mach.13.g.54 γαζάρος

Gazophylacium, Vbi gaza,id eſt theſauri tēpli ſer γαζοφυλάκιον uabantur.ex Perſico & Græco.luc.21.a.1

G E

גבע γαβαά Géba,Collis,aut calix,ſiue vas.Nomen ciuitatis de tribu Beniamin,poſteris Aarō datæ,2.eſd.11.d.31: quæ & Gaba,Gabaa,Gabaa Beniamin,& Gabaath dicitur. Vide Gabaa.

גבל γεβάλ Gebál,Terminus vel limes. Nomē ciuitatis Syriæ, pſalm.82.b.8: quæ nūc Gibel dicitur teſte Volaterrano.appellatur & Biblus.

גבי γεβοὺς Gebbai,Dorſum,ſiue eleuatio,aut ciſterna,vel locuſta: aut Syriacè,exactor. Nomen viri,2.eſd.11.b.8.

גבר γαβέρ Gebbar, Vir,aut virilis,ſiue fortis:vel Syriacè,gallꝰ gallinaceus.Nomen viri,1.eſd.2.b.20

גבתון γαβαθών Gebbethon, Dorſum ſiue eleuatio eius , aut palpebræ eius,ſiue excelſum donum.Nomē ciuitatis Leuitis datæ in tribu Dan in terra Philiſthinorū,ioſue 19. d.44:quæ capite 21.c.23, dicitur Gabathon. Vide & 3. reg.15.f.27

גדל γεδδήλ Geddel,Magnus,ſiue magnitudo,aut fimbria . Nomen viri,1.eſd.2.c.56

גדלתי γοδδολαθί Geddelthí,Magnitudo aut fimbria. Nomen viri 1. paralip.25.b.4

גדיאל γουδιήλ Geddiél,Hœdus Dei,ſiue fœlicitatis deus,aut accinctionis vel expeditionis Deꝰ. Filius Sodi, num.13.b.11

גדליהו γοδολίας Gedelias,Magnitudo Domini, aut fimbria Domini.Filius Phaſſur,iere.38.a.1

גדעון γεδεών Gedeon,Conterens vel confringens:aut ex Syro & Hebræo,abſciſſio iniquitatis.Filius Ioas,Iudex in Iſrael,iudic.6.b. 13: qui Ioas & Ierobaal dictus eſt,iudic.6. f.32. Heb. גדעוני. Pater Abidan principis tribus Beniamin,nume.1.a.11

גדרה γαδηρά Gederá,Murus,ſiue maceria,aut ſepes . Nomen ciuitatis tribus Iudæ,ioſue 15.e.36:quæ à Stephano Antiochia,item & Seleucia vocatur . vetus interpres vertit ſepes,1.para.4.d.23

גדרי γεδδωρίτης Gederites,Idem.1.para 27.d.28

גדרתים γαδηρά Gederothaim, Idem.p.n.Nomen vrbis in tribu Iuda.ioſ.15.e.36

גדור γεδώρ Gedor,Murus,ſiue maceria,aut ſepes. Nomen ciuitatis tribus Iudæ,ioſ.15.g.58, & 1.par.4.c.18,& 12.a.7. Eadem videtur eſſe vrbs quæ & Gador, quum Hebræis , iiſdem conſonantibus & punctis ſcribatur . Filius Phanuel,1.para.4.a.4.Filius Abigabaon,1.par.8.c.30

γέεννα Gehenna. Vallis deceptionis vel triſtitiæ ſiue diuitiarū:aut Syriacè,infernus.D.Nomē loci,matt.18.b.9

גי־הנם φάραγξ ἐννόμ Ge-hennóm, Vallis decipiens vel cōtriſtans eos,ſiue vallis diuitiarum ſuarū:aut Syriacè,infernus. Nomen vallis, ioſ. 15. b. 8,tribui Beniamin datæ,18.c.16. Interdum ſcriptum reperias Ge-ennom.

גיחון γεών Gehón,Pectꝰ,ſiue eductio,aut exitus, ſiue vallis gratiæ vel manſionis . Fluuius qui è paradiſo terreſtri labitur,gen.2.b.13.Ioſephus Nilum vocat.

גלבוע γελβουέ Gelbóe,Reuolutio inueſtigationis vel ſcrutationis, aut aceruus tumoris vel inflationis: aut ex Hebræo & Syro,reuoluens deprecationem. Montis nomen,1.reg. 28.a.4,& 31.a.1,& 1.paral.10.a.1

גלני γελωνίτης Gelonítes, Exultans, ſiue reuoluēns , aut tranſmigrans,aut reuelans vel detegens.2.reg.23.d.34

גמלי γαμαλί Gemallí, Retributio, vel merces,aut ablactatus,vel camelus.Pater Amiel,nume.13.b.13

גיא־מלח γεμελέχ Gemélli, Vallis ſalinarum,aut nautarum.ſic interpretatur Hieronymus 2.reg.8.d.13.Nomen vallis.

γεννησαρέτ Geneſar, ſiue Geneſareth,Hortꝰ principis,vel protectio principis.D.Stagnū Galilææ, iuxta quod Chriſtus Apoſtolos vocauit,luc. 5.a.1, aliàs mare Galilææ & Cinnereth appellatum . Habes elegantiſſimā huius lacus , ſimul etiam regionis vicinæ deſcriptionem in Egeſippo lib.3.cap.26,de excidio Ieroſolymorū.mar. 6.g.53,& 1.mach.11.g.67.VideCenereth & Ceneroth.

Geneſar,matt.14.d.34.in Græco Genneſaret:&Hebraicè interpretatur hortus vel protectio principis,ſiue hortus vel protectio miniſtrantis.D. γεννησαρέτ

Gennæus,Generoſus.G.Nomē viri,2.mach. 12.a.2 γενναῖος

Genthō,Hortus vel viridarium, aut protectio eius. Nomen viri,2.eſd.10.a.6 גנתון γααναθών

Genubáth,Furtiua,vel furtū,aut protectio, vel hortus filiæ.Filius Addad Idumæi aduerſarii Salomonis, 3.reg.11.d.20 גנבת γανιβάθ

Gerá,Ruminatio,ſiue peregrinatio,aut certatio,vel conflictus. Filius Beniamin, geneſ. 46. c. 21: qui 1.paralip.8.a.2,Ahara dicitur: quo loco dicitur filius Bela filii Beniamin.Pater item Aod,iudic.3.b.15.Pater item Semei viri de cognatione domus Saul,2.reg.16.b.5 גרא γηρά

Gerara, Peregrinatio, vel certatio, aut conflictus. Metropolis terræ Palæſthinæ,in qua natꝰ eſt Iſaac,ge. 10.c.19.&.20.a.1,& 26.a.1.Ab hac, Geraritica regio nomenclaturā ſumpſit,2.paral.14.d.13: quæ olim terminus Chananæorum fuit ad Auſtralem plagam. גרר γεραρά

Geraſeni , In Græco Gergeſeni:& Hebraicè īterpretatur peregrinationi ſiue conflictui , aut ruminationi appropinquantes . D . Nomen ciuitatis quæ eſt vltra Galilæam,matth.8.d.28 γεργεσηνοί

Geraſeni,mar.5.a.1,& luc.8.d.26 :in Græco Gadareni:& Hebraicè interpretatur ſepti vel murati. D. γαδαρηνοί

Gergeſæi,Peregrinationi, vel cōflictui,aut ruminationi appropinquantes. Populi,gen.15.g.20 גרגשי γεργεσαῖοι

Gergeſæus,Idem.ſ.n.Filius Chanaan,gen.10.c.16 γεργεσαῖος

Gerreni,Incolæ,ſiue peregrini,aut certantes,vel cōfligentes.D.Populi,2.mach.13.g.24 γερρήνοι

Gerſan,Aduena ibi,ſiue peregrinus nominatus. Filius Moſis,exod.2.d.21.Heb.Gerſom. גרשם γηρσάμ

Gerſom, Idem. Filius Moſis,1.paral.6.c.61.f.71, & 15.a.7,qui exod.2.d.21,iudic.18.g.30,Hebraicè dicitur Gerſom,licet ibi & aliis aliquot locis corrupte impreſſum ſit Gerſam . Eſt & alius Gerſom de filiis Phinees, 1.eſdr.8.a.2 גרשום γηρσώμ

Gerſon,Exilium eius, vel peregrini mutatio.Filius Leui filii Iacob,gene.46.b.11,& 1.paral.6.a.1,&23.b.6 גרשון γηρσών

Gerſonni,Exul,vel peregrini mutatio. pro gerſonite,1.paral.26.c.21 גרשני γηρσών

Gerſonitæ,Idem.nume.26.f.57 γηρσωνί

Geruth, Peregrinrtio. Nomē loci, pro quo vetus interpres vertit peregrinantes,ierem.41.d.17 גרות I. βαρώθ

Gerzí,Securis,ſiue ſciſſor.Nomē pagi, 1.reg.27.c.8 גרזי γερζαῖος

Geſán, Appropinquans, aut vallis mutationis ſiue eboris vel ſomni.Filius Iehaddai,1.para.2.f.47 גישן γεισών

Géſſen,Appropinquatio,vel approximatio.Regio AEgypti , vbi Iacôbus Patriarcha cum ſuis habitauit liberis, quam nonnulli (vt Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus author eſt) Thebaidem vocant , geneſ. 46.c.28 גשן πόλις ἡρώων

Geſſur, Vallis aſpectus , aut vallis bouis, ſiue vallis murus, aut pons. Nomen regionis Syriæ, 2.reg.3.a.3, & 1.paralip.2.c.23,& 3.a.2 גשור γεσούρ

Geſſuri, Idem. Regio Syriæ, quæ & Geſſur, deut.3. b.14.ioſ.13.a.2,& 1.reg.27.c.8 גשורי γεσούρ

Geth, Torcular.Nomē ciuitatis Palæſthinæ à Roboam conſtructæ,2.paral.11.b.8.Vnde Ionas propheta,1.reg. 6 d.17, & 17.g.51,& 4.reg.14.f.25.Quæ aliàs & Anthedon, item & Agrippia, authore Volaterrano lib.11,dicitur. גת γάθ

Getháim,Idem.p.n. Nomen ciuitatis ad quam fu- גתימה γεθαίμ gerũt Berothitæ interfectores Iſboſeth, 2.reg.4.a.3, & 2.eſdr.11.d.33

Gethæus, Torcular, 2.reg.6.b.11

Gethæi, Torcularia. Nomen populi, ioſue 13.a.3, & 2.regum 15.d.19

Géther, 1.reg.30.g.27, ſcribe Iether, & vide יתיר.

Gether, Vallis explorationis vel contẽplationis, ſiue torcular explorationis, aut vallis turturis. Filiꝰ Aram, gene.10.d.22. Ab hoc Acarnanii ſiue Carii (vt refert Hieronymus in quæſt. Heb.) originem traxere.

Geth-hépher, Torcular fodiens, vel explorans, ſiue torcular confundens aut exprobrãs. Nomen ciuitatis in tribu Zabulon, ioſ.19.a.13

Geth-remmón, Torcular mali punici, aut torcular excelſum. Nomen ciuitatis. Duæ autem fuerunt: altera data tribui Dan in poſſeſſionem, ioſue 19.d.45. altera tribui Manaſſe. Ambæ autem Leuitis poſtea aſſignatæ, ioſue 21.c.25

Gethſemani, Vallis pinguedinum, ſiue vallis olei, aut vallis pinguiſſimus. Eſa. 28.a.1, pro Gethſemani, vetus interpres vertit Vallis pinguium. Scribi debet Ge-ſemani. D. Nomen vallis quæ eſt ad radices montis Olìueti, matth.26.d.36. marc.14.d.32

Gézer, Præſciſſio, ſiue diuiſio, aut ſententia. Nomẽ ciuitatis, 2. reg.5.d.25. Eadem ciuitas quæ & Gazer dicitur.

Gezem, qui & Gazam, 2.eſdr.7.e.51. Vide Gazam.

Gezeron, Præſciſſio doloris, ſiue fortitudinis, aut diuiſio vel ſententia doloris ſiue fortitudinis. D. Nomẽ ciuitatis, 1.mach. 4.b.15

Gezonites, Tondens, ſiue tranſiens. 1.paral. 11.f.34

Gezéz, Tondẽs, aut vellus, ſiue tranſitus. Filius Caleb, 1.paral.2.f.46

G I

Gíah, Eductio, extractio, deriuatio, eruptio, aut gemitus, ſiue ſuſpirium. Nomen loci, 2.reg.2.f.23, in tribu Beniamin: pro quo interpres vertit vallis.

Giblii, Termini vel confinia, aut terminus maris. Populi ciuitatis Gebal, in Syria habitãtes: de qua pſal. 82.b.8.heb.83.ezech.27.b.9, & 3.reg.5.d.18, aut ſimpliciter Lapicidæ.

Gideróth, Muri, ſiue maceriæ, aut ſepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.f.41

Giezí, Vallis viſionis, aut vallis pectoris. Famulus Eliſei, 4.reg.4.b.12

Gihón, Pectus, aut eductio, vel exitus, ſiue vallis gratiæ vel mãſionis. Fons in ciuitate Dauid, qui aliter dicitur Siloe, iohã.9.a.7, & 3.reg.1.e.33, & 2.par.32.f.30, & eſã.8.c.6, & apud paraphraſten Chaldæũ. Iuſſit Dauid filium ſuum Salomonem vngi in regẽ iuxta fontem Gihõ, qui optaret regnum filii ſui perpetuum & perenne eſſe, ſicuti aquæ Gihõ perẽnes erãt. Hæc Hebræi.

Giló, Exultatio, ſiue reuolutio, vel trãſmigratio, aut reuelatio vel detectio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.f.51, & 2.reg.15.b.12

Gilonites, Exultans, ſiue reuoluẽs, vel tranſmigrãs, aut reuelans, vel detegens, 2.reg.15.c.12

Ginéth, Hortus, vel protectio. Pater Thebni, 3.reg. 16.e.21

Gnidus, Vide Cnidus.

G O

Goátha, Tactus eius, aut mugitus eius. Nomen loci non procul à Ieroſolyma diſtantis, iere.31.g.39. Hunc Lyranus Golgotha eſſe putat.

Gob, Ciſterna, vel locuſta, aut altitudo. Nomen loci, 2.reg.21.d.18

Godolias, Magnitudo Domini, aut fimbria Domini. Filius Ahicam filii Saphan, 4.reg.25.e.22. Filius itẽ Amariæ, ſopho.1.a.1

Gog, Tectum vel ſolarium, ſiue tegulatum. Nomẽ regis Magorum ſiue Gogitarũ, ezech.38.a.2, & 39.c.11. apoc.20.c.8. Filius Ioel, 1.para.5.a.4

Golán, Tranſmigratio, ſiue reuolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen ciuitatis in Baſan, deut.4.g 43, quæ ioſ.20.c.8, dicitur Gaulon, licet Hebraicè Golan legatur, ſicut & hîc.

Golgotha, Caluaria, vbi ſcilicet ſunt caluariæ mortuorum. Syrum ſiue Chaldaicum vocabulum, quantum ad terminationem attinet. Mons craniorum eſt in parte Aquilonari vrbis Ieruſalẽ, in quo crucifixus fuit CHRISTVS Dominus noſter, ioh.19.d.17

Goliáth, Trãſmigratio, aut accumulatio, ſiue reuolutio, vel detectio. Nomen gigantis quem expugnauit Dauid, 1.reg.17.a.4

Gómer, Conſummans, vel conſumens, aut deficiens. Filiꝰ Iapheth, gen.10.a.2 à quo Gomeritæ, qui nũc Galatæ dicuntur. Secundum Hebræos, dedit nomen Africæ. Hoc nomen habuit & filia Debelaim vxor Oſee, oſee 1.a.3

Gómor, Genus menſuræ, id eſt decima pars ephi, exod.16.g.36

Gomorrhá, Populus rebellis, aut populus timens, ſiue manipulus, vel ſeruitus: aut Syriacè, lana. Ciuitas Pentapoleos, ad Oriẽtalem plagam terræ Iudæ ſita in vicinia Sedom, gene.19.e.23

Gomorrhæi, Idem. gene.18.c.20

Gorgias, Terribilis, vel velox. G. Nomẽ viri, 1.machab.3.e.38

Gortyna, Pharetra. G. Nomen loci, 1.mach.15.d.23

Goſém, Appropinquatio, vel approximatio. Nomẽ duarũ regionũ, quarum altera eſt in AEgypto, de qua gen.46.c.28, & 47.a.1. Altera verò in Terra ſãcta, in tribu Iuda, ioſ.10.g.41, & 11.c.16, & 15.f.51. Pro Goſẽ legitur Geſſen in Latinis & Græcis codicibus, gen. 46.c.28.d.34, & 47.a.1

Góſſem, Pluuia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè, corporalis. Nomen viri, 2.eſdr.2.d.29

Gothoniél, Hora, ſiue tempus meum Deus. Nomẽ viri, 2.paral.27.b.15

Gozan, Tonſio, aut vellus, ſiue tranſitus, vel corpus nutriens: aut ex Syro & Hebræo, intus nutriens. Nomen fluuii in Meſopotamia, 4.reg. 17.a.6, & 19.c.12, & 1.paral.5.d.26. eſa.37.c.12

G R

Græci, Hebraicè dicitur Ieuanim, id eſt deceptores vel contriſtantes, ſiue cœnoſi, aut columbini. Græcè verò, robuſti vel fortes interpretatur. Ioelis 3.b.6

Græcia, eſaiæ 66.f.19. ezech.27.d.19. In Hebræo eſt Iauã, qui fuit filius Iapheth, à quo denominata eſt Græcia vel Ionia, & interpretatur decipiẽs, vel contriſtãs, ſiue cœnoſa, aut columbina. Græcè verò, robuſta vel fortis. act.20.a.2

Græcus, Idem. m.g. galat.3.d.28

G V

Guél, Redẽptio Dei, ſiue exaltatio Dei. Filius Machi, princeps tribus Gad, nume.13.b.15

Guní, Hortus, ſiue protegẽs. Filius Nephthali, gen. 46.c.24, & 1.paral.7.c.14

Gunitæ, Idem. nume.26.f.48

Gur, Catulꝰ, ſiue habitatio, aut collectio, vel timor. Cliuus montium Ieblaam, 4.reg.9.f.27

Gur-báal, Catulus idóli vel dominãtis, aut ſubiicientis vel poſſidẽtis: aut peregrinatio, ſiue timor aut habitatio idóli vel dominãtis aut ſubiiciẽtis vel poſſidẽtis.Nomen,loci,2.paral.26.a.7: in quo Arabes habitauerunt.Eadem quæ Gerara.

H

יחבה ἰαβά HAba,Abſconſio,vel dilectio:aut Syriacè, peccatum vel obligatio.Filius Somer,1.paral.7.g.34

חבקוק ἀμβακοὺκ Habaccúc, Luctator, vel amplexans. Nomen prophetæ,habac.1.a.1

חבר χοβέρ Haber, Socius aut particeps,ſiue incantator, aut liuor.Filius Baria,filii Aſer,filii Iacob,1. paralip.7.f.32. iudic.4.b.11,vir Cinæus.

Haberitæ,Idem.p.n.

חביה ἐβία Habiá,Abſcõſio Domini,aut dilectio Domini:vel ex Syro & Hebræo,debitũ vel obligatio Domini. Nomẽ viri,2.eſdr.7.f.63,qui 2.eſdr.2.c.61 dicitur Hobia.

חבור ἀβώρ Habór, Socius,aut particeps,ſiue incantatio aut liuor. Nomen fluuii,4. reg.17.a.6, & 18.c.11, & 1.paral. 5.d.26

חבצניה χαβασίμ Habſanias, Debitum clypei Domini, ſiue dilectio, vel abſconſio clypei Domini. Pater Ieremiæ filii Iezoniæ,iere.35.a.3

Hacathan, Vide Eccetan.

חקל-דמה ἄχος αἵματος Hacel-dema, Ager ſanguinis. Syrũ eſt. Nomẽ agri pecuniis illis quibus CHRISTVM vendiderat Iudas proditor,empti in ſepulturam peregrinorum: qui hodie monſtratur in AElia ad Auſtralem plagam montis Siõ,teſte Hieronymo in locis Hebraicis,matth. 27. a.8.act.1.c.19

חכמוני ἀχαμανί Hachamoni, Sapiens vel ſapientiſſimus,aut hamus numerationis vel muneris,ſiue expectatio muneris.Pater Ieſbaam, 1.paralip. 11.c.11. Pater Iahiel,1. paralip. 27.d.32

חכליה ἀχαλία Hachelái,Expectans Dominum,ſiue hamus Domini.Pater Atherſatha,2.eſdr.10.a.1

חכילה ἐχελά Hachilá, Spes in ipſa,aut hamus in ipſa, ſiue palatũ vel dulcedo in ipſa. Collis eſt in ſorte tribus Iudæ, ad deſertum Ziph, in quo latuit Dauid, 1.regũ 23.c.19, & 26. a. 1: arcem habens natura munitiſſimam,olim ab Herode extructam Meſida nomine, id eſt munitionẽ.

חוקק vel חקקה ἰουκώκ Hacóc,Sculptor, aut ſcriba,ſiue legiſlator.Ciuitas, 1.paralip.6.g.75:hæc eadem eſſe videtur quæ aliàs Hucuca dicitur in tribu Nephthali,ioſ.19.c.34

חקופא ἀκουφά Hacuphá, Præceptũ oris,aut ſculptura oris.Nomẽ viri,1.eſdr.2.c.52

Hacces, Vide Acces.

חקוץ ἀκκός Hacus,Spina,ſiue æſtas,aut tædium ſiue vigilia, vel finis.Nomen viri,2.eſd.3.e.21

חדד ἀδάδ Hadad, Acutus vel gaudens:aut Syriacè, nouus vel vnitas.Filius Iſmahelis,1.par.1.b.30, qui gene.25.b.15, dicitur חדר Hadar.

חדלי ἀδαλί Hadalí, Ceſſatio, vel vetatio, aut defectus. Pater Amaſa,2.paralip.28.b.12

חדשה ἀδασά Hadaſſá,Nouitas,aut mẽſis:vel ex Syro & Hebræo, vnus aries.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.e.37

חדיד ἀδώδ Hadíd, Acutus, ſiue gaudens:aut Syriacè, nouitas: vel ex Syro & Hebræo, vna manus. Ciuitas, de qua 2. eſdr. 11.d.34

חדרך σεδράχ Hadrách, Acumen, ſiue gaudium teneritudinis,vel cubiculũ tuum:aut ex Syro & Hebræo,vnitas vel nouitas teneritudinis. Ciuitatis nomẽ,zach.9.a.1.Quidã Syriam fuiſſe putant.Hieronymus in locis Heb. terrã Damaſci credidit.

עדריאל ἐδριήλ Hadriél, Grex Dei, aut ablatio Dei, ſiue priuatio Dei.Gener Saulis,maritus Merob,1.reg.18.e.19

חדשי χάδης Hadſi,Nouitas, aut menſis:aut ex Syro & Hebræo, vnius munus, aut nouum munus. Nomen loci,2.reg. 24.a.6

חגב ἀγάβ Hagab,Locuſta.Nomen viri,1.eſdr.2.c.46

חגבה ἀγαβά Hagabá,Idem.Nomen etiam viri,1.eſd.2.c.45

חגיה ἀγία Haggiá,Feſtiuitas Domini,vel ſolennitas Domini, aut gyrus Domini.Filius Merari,1.para.6.c.29

Haggith ſcribendum, nõ Aggith, quum per ח ſcribatur Hebraicé. Vide Aggith.

העי γαί Hái,Aceruus,vel coaceruatio.Ciuitas Amorrhæorum trãs Iordanem ſupra Iericho ſita, iuxta Beth-auẽ, ad Orientalem plagam oppidi Beth-el, non longè ab eo diſtans,ioſ.7.a.2,& 12.c.9.Cuius regẽ ſuſpenderunt filii Iſrael,ioſ.8.f.23.Hæc eſa.10.f.28. Aiath appellatur. Hieronymꝰ in locis Hebraicis Agai quoque appellat. Huius mentio habetur etiam gen.12.b.8. ioſue 12.b.9. & 1.eſdr.2.b.28.Hai autem,cuius mentio fit ierem.49. a.3, eſt Ammonitarum, & ſcribitur Hebraicè עי ſine ה emphatico.

עיה Hai, Cumulus.Eadem vrbs quæ & העי,nehem.11.d. 30.Legendum per ע Aiah. LXX non habent

חלח ἐλαά Halá, Dolor ſiue infirmitas maxillæ,ſiue principiũ humilitatis vel teneritudinis. Nomen fluuii,4.reg.17. a.6,& 18.c.11

חלאה ἔλαα Halaa,Infirmitas,ſiue rubigo. Altera vxor Aſhur, 1.paralip.4.a.5

חלקת ἐλκάθ Halcáth,Portio,ſiue diuiſio,aut lenitas,vel lubricatio. Ciuitas in tribu Aſer, data Leuitis, ioſue 19.b.25. Quæ & Helcath dicitur,ioſ.21.c.30

חלחול ἀλὺε Halhúl,Dolor,ſiue principium doloris vel immũditiæ: aut expectatio doloris vel prophanationis, ſiue obſtetricatio doloris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15.g.58

ἀλικάρνασος Halicarnaſſus, Caput maritimæ habitatiouis, vel maritima Cariæ inſula.G. Vrbs Cariæ, principũ regia circa initium Tauri ſita.1.mach.15.d.23

הללו-יה ἀλληλούϊα Hallelu-ia,Laudate Dominũ,pſal.146.a.1.heb.147

חמתי ἀμαθί Hamathæus, Indignatio,ſiue calor;aut murus,ſiue vter vel lagena.Filius Chanáan,gene.10.c.17, & 1.par. 1.b.16:à quo Hamath vrbs quam Macedones Epiphaniam nuncupauerunt, alii Antiochiam, vt nonnullis placet. Mihi videtur eſſe vrbs tribus Nephthali, quæ Emath dicitur:à qua circuniacens regio ſic dicta eſt.

חמדן ἀβαδάν Hamdán, Cupiditas, aut calor iudicii.Filius Diſan filii Seir Horræi,gen.36.c.26:qui 1. paralip.1.c.41,dicitur חמרן Hamran.

חמת-דאר ἀμαθδώρ Hammóth-dor, Indignatio vel calor generationis aut pilæ vel ſphæræ ſiue habitationis.Ciuitas,ioſ.21.c. 32: quæ de tribu Nephthali non ſolum Leuitis, imò etiam profugis homicidis pro tutiſſimo aſylo eſt aſſignata.

חמון ἀμών Hamón, Calor, aut ſol,ſiue ira eius.Nomen ciuitatis,ioſ. 19.b.28,& 1.paral.6.g. 76, in tribu Nephthali.

חמרן ἀμαδάν Hamrán,Aſinus,vel lutum, aut vinoſus.Filius Diſán,filii Seir Horræi,1.paralip.1.c.41: qui gen.36.c.26, dicitur Hamdan

חמואל ἀμουήλ Hamuél,Calor,ſiue ira Dei:aut ex Syro & Hebræo, viderunt Deum.Filius Maſma,1.paral.4.d.26

חמול ἰεμουήλ Hamúl,Pius, ſiue miſericors.Filius Phares filii Iudæ,gene.46.b.12,& 1.paral.2.a.5

ἀμουλί Hamulitæ,Idem.p.n.num.26.c.21

חנמאל ἀναμεήλ Hanameél,Gratia ex Deo,ſiue miſericordia vel donum à Deo. Filius Sellum patruelis Ieremiæ prophetæ,ierem.32.a.7

חנן ἀνάν Hanán,Gratioſus,vel pius ſiue miſericors, aut donans.Filius Maacha,1.paralip.11.g.43. Filius Sizac,1. paralip.8.c.22.Filius Aſel filii Elaſa,1.paralip.8.d.37, & 9.g.44, & 2.eſdr.7.c.48, & 8.b.7.Filius Iegedeliæ, iere.35.a.4,& 1.paralip.4.c.20

חננאל ἀνανεήλ Hananeél,Gratia Dei, ſiue miſericordia Dei,aut donũ Dei.Nomẽ turris Ieroſolymæ,2.eſ.3.a.1.ier.31.g.38

חנני ἀναιά Hanáni, Gratioſus, aut donans, vel pius ſiue miſericors. Pater Iehu prophetæ, 3.reg.16.a.7, & 2.paral.16.c.7.nehem.12.c.35

חנניה ἀνανίας Hananiá, ſiue Hananias, Gratia Domini, ſiue miſericordia Domini, aut donum domini. Pater Selemiæ patris Ieriæ, ierem. 37.c.12. Pater item Sedeciæ principis, iere.36.c.12. Filius Zorobabel filii Phadaia, 1.par.3.d.19, & 8.c.23. Nomen prophetæ, ierem.28.a.1. Vnus item è ducibus regis Oziæ, 2.para.26.b.11, vbi ſcribitur Hebraicè חנניהו. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cū Daniele propheta à Nabuchodonoſor in captiuitate enutritus fuit, cui præpoſitus eunuchorum, Sidrach nomen impoſuit, danie.1.b.7

חנתון ἀναθών Hanathón, Gratiæ, vel miſericordiæ donum. Ciuitas in terra Zabulon, ioſ.19.b.14. Scribendū Nathon, id eſt dando, aut dare.

חנס θάνεις Hanés, Gratiæ vexillum, ſiue gratiæ tentatio, vel fuga: aut ex Hebræo & Syro, gratiæ miraculum. Ciuitas AEgypti, eſa.30.a.4

חניאל ἀνιήλ Haniél, Gratia, ſiue miſericordia Dei, aut requies vel donum Dei. Filius Ola, 1.paral.7.g.39. Filius Ephod, princeps tribus Manaſſe, nume.34.d.23

עני ἀναά Hanní, Afflictus, vel pauper, ſiue reſpondēs. Nomē viri, 2.eſdr.12.a.9

חנון ἀννών Hanón, Gratioſus, ſiue miſericors, vel donans, ſiue requieſcens. Filius Naas regis filiorum Ammon, 2.regum 10.a.1, & 1.paral.19.a.2

ἀνύμ Hanun, Idem. Nomen viri, 2.eſd.3.c.30

חפם ἠφάμ Haphám, Thalamus eorum, ſiue coopertura eorū, aut litus eorum. Filius Hir, 1.paral.7.c.13

חפרים ἀφαρέμ Hapharáim, Fodientes, aut explorantes, ſiue cōfundentes, aut explorans ſiue confundens mare. Ciuitas in tribu Iſſachar, ioſ.19.b.19

חפצי בה ἔψιβα Haphſi-ba, Volūtas mea in ea. Mater Manaſſe, 4.re.21.a.1

חפים ἠφάμ Happhim, Thalami, ſiue cooperti, aut litus maris. Filius Machir, 1.para.7.c.15

חרד vel Harád, Stupor, aut tremor. Nomē fontis, iud.7.a.1,

חרדה χαραδάθ Harada, Idem. Locus in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Sepher, nume.33.c.24

חרהיה ἀραχίας Haraiá, Calor, aut ira Domini. Pater Eziel, 2.eſdræ 3.b.8

Harám, Vide Harim.

חרמה Harama, Vide Harma. 1.re.30.g.30.

חרן ἀράν Harán, Ira, ſiue iraſcēs: aut Syriacè, libertas. Charræ, ciuitas Meſopotamiæ, à Charra Syriæ fluuio, in qua habitauit Thare, gen.11.d.32, & 12.a.5, & 27.g.44, & 28.b.10, & 29.b.4. De qua & 4.reg. 19.c.12. eſa.37.c.12. ezech.27.e.23. Dicitur & Charan à Græcis, act. 7.a.2. Eſt & nomen viri, 1.paralip.2.f.46, vbi dicitur, Peperit Haran.

חרבנא χαρβωνά Harboná, Deſtructio, ſiue gladius eius nunc, aut ſiccitas eius nunc, ſiue ira ædificantis vel intelligētis. Nomen eunuchi, eſth.1.b.10

Harem, 2.eſd.6.d.35, Vide Harim.

חריף ἀρήφ Haréph, Hyems, ſiue opprobriū, vel adoleſcētia: aut Syriacè, acutus. Nomē viri, 2.eſd.7.c.24, & 10.a.19

חרס ἄρες Háres, Sol, aut teſta. Nomen montis in quo ſita eſt Aialon, iudic.1.g.35

חרת χάρεθ Háreth, Sculptura, aut libertas. Nomē villæ ad Occidentem, 1.reg.22.a.5

חרחור ἀρύρ Harhúr, Calefactus, ſiue arefactus: aut ira ſiue calor albedinis vel foraminis, aut libertatis. Nomen viri, 1.eſdr.2.c.51

חרם vel חרים χαρίμ Harím, Deſtruct⁹, ſiue anathematizat⁹, aut rete, vel retiaculum: ſiue dedicatū vel conſecratū, ſcilicet Deo. Nomen ſacerdotis, 1.par.24.b.8, & 1.eſdr.2.b.32, & 10.c.21, & 2.eſdr.7.d.35.g.42, & 10.a.5.b.27

Haríph, Hyems, ſiue opprobrium, vel adoleſcētia: aut Syriacè, acutus. Filius Hur, 1.para.2.g.51 חרף ἀρήφ

Harma, ſiue Harama, Deſtructio ſiue anáthema, aut rete, vel retiaculum, ſiue dedicatum vel conſecratum, ſcilicet Deo. Ciuitas in tribu Iuda & Simeon, ioſ.15.e.30, & 1. regum 30.g.30. ioſ. 19. a.4, quo loco vetus interpres habet Horma: iudic.1.d.17, dicitur Sephath. חרמה ἑρμά

Harnápher, Ira tauri, ſiue ira creſcens: aut ex Syro & Hebræo, libertas tauri, ſiue ira creſcēs. Filius Supha filii Helem, 1.paral.7.g.37 חרנפר ἀρναφέρ

Harodí, Tremefact⁹, ſiue ſtupefactus, vel caloris aut iræ abundantia. Nomen ciuitatis, 2.reg.23.b.2 חרדי ἀραδί

Haromáph, Deſtructio, ſiue anáthema oris: aut ex Hebræo & Syro, ira cooperimenti. Filius Iedaia, 2.eſd.3.c.10 חרומף ἀρωμάφ

Haróſeth, Artificium, vel aratura, ſiue teſta, aut ſilētiū, vel ſurditas: aut Syriace, ſylua. Ciuitas quæ iuxta Ioſephum lib.5.antiq.Iudai. ſuper paludem Samachonitidē ſita eſt, quam incoluit Siſara dux exercitus Iabin regis Chananæorum, iudic.4.a.2 חרשת ἀρισώθ

Harſa, Artificium, vel aratura, ſiue teſta, aut ſilentium, vel ſurditas: aut Syriacè, ſylua. Nomē viri, 1.eſd.2.c.52 חרשא ἀρσά

Haruphítes, Opprobrium, aut hyems, vel iuuentus: aut Syriacè, acutus. 1.para.12.a.5 חרופי χαραφί

Harús, Inciſus, ſiue aureus, aut ſolicitus, ſiue trituratus. Pater Meſſalémeth matris Amon regis Iuda, 4.reg.21.d.19 חרוץ ἀρούς

Haſaba, Numeratio, ſiue æſtimatio, vel cogitatio: aut artificium, vel feſtinatio, aut ſilentium in ea. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.para.3.d.20 חשבה ἀσαβά

Haſabiá, ſiue Haſabias, Numeratio vel æſtimatio, aut cogitatio Domini, ſiue artificium Domini: aut feſtinatio vel ſilētium in Domino. Filius Amaſiæ, 1.para.6.d.45. Prīceps Leuitarū, 1.pa.25.a.3, & 2.pa.35.b.9. חשביה ἀσαβία

Haſadiás, Miſericordia Domini. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.para.3.d.20 חסדיה ἀσαδία

Haſar-moth, Atrium mortis, vel fœnum mortis. Filius Iectan, gene.10.d.25. & 1.par.1.b.20 חצר־מות ἀσαρμώθ

Haſár-ſúhal, Atrium vel fœnum vulpis, aut fœnū ſemitæ. Nomen ciuitatis, 1.para.4.e.28. Hæc & Haſer-ſuhal appellatur, ioſ.19.a.3 חצר־שועל ἀσερσουάλ

Haſár-ſúſim, Atrium equorum, aut fœnum equorum. Nomen ciuitatis, 1.par.4.e.31: quæ & Haſer-ſuſa. חצר־סוסים ἀσερσουσίμ

Haſaſón-thamár, Glarea, vel lapillus commutationis: aut diuiſio ſiue ſagitta palmæ, id eſt dactyli. Nomē oppidi, quod & En-gaddi dicitur. gene.14.b.7, & 2.paralip.20.a.2 חצצון תמר ἀσασονθαμάρ

Haſbadána, Feſtinās aut cogitans iudicium ſuum, ſiue ſilens aut computans iudicium ſuum. Nomen viri, 2.eſdr.8.a.4 חשבדנה ἀσαβδανά

Haſebia, Numeratio vel æſtimatio Domini, aut cogitatio Domini, ſiue artificiū Domini, aut feſtinatio vel ſilentium in Domino. Filius Merari, 1.par.9.c.14 חשביה ἀσαβία

Haſebná, Numeratio, ſiue feſtinatio intelligētis aut ædificantis. Nomen viri, 1.eſd.10.a.15 חשבנה ἀσεβανά

Haſebniá, Numeratio Domini, ſiue ſilentium, vel feſtinatio filii Domini. Nomen viri, nehem.9.a.5 חשבניה σεβονίας

Haſebonias, Idem. Nomen viri, 2.eſd.3.b.20

Haſem, Silentium eorū, ſiue feſtinatio eorum. Nomen viri, 2.eſd.7.c22 חשם ἀσώμ

Haſer-gadda, Atriū hœdi eius, vel fœlicitatis eius: aut ex Hebræo & Syro, atrium inciſionis vel ſciſſuræ. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.e.27 חצר־גדה ἀσεργαδδά

Haſerim, Atria, ſiue veſtibula, aut ſagitta excelſa. Ciuitas in dorſo mōtis Seir inter AEgyptū & Chana חצרים ἀσηρώθ næam,in qua Hauim, id eſt Heuæi gigãtes habitarunt, ad Caphthorim expulſi.deut.2.c.23.aliàs Haſeroth,vt quibuſdam videtur,appellata.

חצרות αὐλὸν Haſeroth, Atria, ſiue veſtibula. Nomen eremi, per quam tranſierunt Iſraelitæ aſcendẽtes in terram Chanaan ex AEgypto,deut.1.a.1.nume.13.a.1,& 33.c.18

חצר־שועל ἀρσερσουάλ Haſér-ſuál, Atrium vulpis,vel fœnum vulpis,aut ſemitæ vel pugilli.Ciuitas in tribu Iudæ & Simeonis, ioſ.19.a.3:quæ 1.paralip.4.e.28,Haſar-ſuhal dicitur.

חצר־סוסה ἀσερσουσίμ Haſér-ſuá, Atrium equi, aut fœnum equi.Ciuitas in tribu Simeonis,ioſue 19.a.5:quæ & Haſar-ſuſim.

חשם ἀσίμ Haſim, Tacentes,ſiue feſtinantes,aut ſilentium vel feſtinatio maris.Nomen viri,1.paralip.7.c.12

חשם ἀσὴμ Haſóm,Silentium,vel feſtinatio eorum.Nomẽ viri,1.eſdr.10.d.33

חצור ἀσώρ Haſór,Atrium,aut fœnũ.Ciuitas regni Iabin Chananæorũ regis,quæ & Heſron dicitur, in tribu Nephthali,ioſue 19.c.36,iudic.4.a.2, quam ſolam Ioſue incendit,ioſue 11.a.11,& 1.regum 12.b.9,& 4. reg.15.f.29: quæ principatum tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum,ioſue 11.b.10,&12.d.19. Fuit & altera in tribu Iuda, ioſue 15.d.23. Fuit in eadem tribu altera, quæ Haſor-haddatha dicitur,ſiue Haſor noua,ioſue 15.d.25

חסרה ἀσίρ Haſrá, Defectus,ſiue deficiens.Pater Thecue patris Sellum mariti Oldæ prophetidis,2.paral.34.e.22,qui 4.reg.22.c.14,dicitur Araas.

חשמון ἀσεμῶν Haſſemón, Legatio, ſiue acceleratus numerus, vel feſtinata portio, aut ſilentium numeri vel portionis. Ciuitas tribus Iudæ,ioſ.15.e.27

חשוב ἀσοὺβ Haſſúb, AEſtimatus aut numeratus: ſiue cogitatio vel artificium.Filius Ezricam,1.paral.9.c.14

חשוב ἀσοὺβ Haſúb, AEſtimatus, aut numeratus, ſiue cogitatio vel artificium.Nomen viri,2.eſdr.11.c.11

השם ἀσοὺμ Haſúm,Silentium,aut feſtinatio eorum.Nomen viri,1.eſdr.2.b.19,& 2.eſdr.8.b.4

חשופא ἀσουφὰθ Haſuphá,Diſcooperta,autexhauſta,vel nudata.Nomen viri,1.eſdr.2.c.43

חתת ἀθὰθ Hatháth,Cõtritio,aut timor.Filius Othoniel,1.paralip.4.c.13

חטיל ἀτὴλ Hatíl,Peccati vlulatio.Nomen viri,1.eſdr.2.c.57

חטיפא ἀτιφὰ Hatiphá, Rapina, ſiue peccati coma,aut reliquiæ. Nomen viri,1.eſdr.2.c.54

חטיטא ἀτιτὰ Hatitá, Peccati declinatio.Nomẽ viri,1.eſd.2.c.42

חטוש ἀτοὺς Hattús,Peccatum derelinquens.Filius Semeiæ filii Secheniæ,1.paralip.3.d.22,& 1.eſdr.8.a.2.nehem.10.a.4,& 12.a.2

חות־יאיר πόλεις ἰαὴρ ἀβωθιαὴρ Hauoth-iair,Oppida illuminationis, vel annũtiationes luminis. Hauoth-iair ſunt oppida LX in regione Baſanitide,quæ & expugnauit,& de nomine ſuo ita appellauit Iair filius Segub nepos Manaſſe. Hæc LX oppida dicuntur eſſe in regione Galaad ob vicinitatẽ Galaad & Baſan,deut.3.c.14,& 3.regum 4.b.13.nume.32.g. 41. Sũt & alia XXX oppida eiuſdem nominis in regione Galaad quæ nomen acceperunt à Iair qui fuit vnus è Iudicibus Iſrael,iudic.10.a.4

חזאל vel עזהאל ἀζαὴλ Hazaél,VidensDeum.Nomen viri,3.reg.19.c.17,& 2.paral.22.b.6.Succeſſor Ben-adad in regnum Syriæ, 4.reg.8.d.12.amos 1.a.4

חזיה ὀζία Hazaiá, Videns Dominum. Nomen viri, 2.eſdr.11.a.5

חזיר ἠζὴρ Hazír, Porcus:aut Syriacè, conuerſus vel reuerſus. Nomen viri,2.eſdr.10.a.20

עובל γεβάλ עיבל Hebál,Aceruus vetuſtatis,ſiue aceruus defluens.Filius Iectan,gene.10.d.28.Eſt & mons vltra Iordanem in terraChanaan,nõ longè ab Ierichonte,in quo altari conſtructo poſuit Moyſes maledictiones & benedictiones. Ioſephus lib.4.cap.6.Antiq.Iud.Scribitur & עיבל,deut.11.d.29,& 27.a.4

חבר vel חבר χοβώρ Héber,gen.46.b.17,& 1.para.4.c.18,& 7.f.32,& 8.b.17:vbi dicitur,Et Hezeci & Heber: interpretatur ſocius,aut particeps,vel adhærẽs,ſiue incantator,aut liuor. Item nume.26.e.45,filius Brie.

עבר ἐβέρ Héber, Tranſiens vel tranſitus,aut ira,ſeu prægnãs: vel Syriacè, frumentum. Filius Sale, gen.10.d.23.luc.3.g.35: à quo Hebræi dicti ſunt, vt doctioribus placet. 1.paralip.5.b.13. Filius item Elpháal filii Mehuſim, 1.paral.8.b.12

עבריה Hebræa,Tranſiẽs,vel irata,autprægnãs,iere.34.b.9

עברים ἑβραῖοι Hebræi,Tranſeuntes,ſiue irati,aut prægnantes:vel Syriacè,frumenta,1.reg.4.b.6

עברי ἑβραῖος Hebræus,Idem.ſ.n.gene.41.b.12.iere.34.b.9

עברי ἀβαεὶ Hebri,Idem.Nomen viri,1.paral.24.d.27

חברון χεβρὼν Hebrón,Societas, ſiue participatio,vel adhæſio, aut incantatio,vel liuor.Ciuitas in terra Chanaan in mõtanis Iudææ, ciuitas Amorrhæorum,quondam Philiſthinorum metropolis.Hæc dicta eſt & Conuallis Mãbre quæ eſt in Hebron, gen.13.d.19. nume.13.b.23,& 1.paral.3.a.4:& Arbee,gene.23.a.2: & Cariath-arbe,ioſ.15.c. 13. Filius item Caath filii Leui, exod. 6.c.18, & 1.paralip.2.f.42,& 6.b.18.De hac ſic Hebræi,Hebron ſignificat metropolim agri Hebronitici,ioſue 21.b.11,& agrum ipſum cũ vrbibus illi metropoli ſubiectis, ioſ.14.d.13,& 15.d.13.vbi malè hæc vox de metropoli ipſa exponitur.

עברנה ἐβρωνὰ Hebroná,Tranſiẽs,aut iraſcens.Nomẽ loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael,nume.33.d.34

חברני χεβρωνὶ Hebroní,Societas,ſiue participatio,veladhæſio,aut incantatio,vel liuor.Sunt Hebronitæ,nume.26.g.58

Hebronites,Idem.ſ.n.1.paralip.26.d.21

חכליה χαλκίας Hechelias, Expectans Dominum, ſiue hamus Domini.Pater Nehemiæ,2.eſdr.1.a.1

הדי ἠδαὶ Heddai,Laudatio,ſiue confeſſio,aut clamor.Nomẽ viri,2.reg.23.d.30:qui Huri,1.para.11.f.32 dicitur.

עדר ἄβερ Héder,Grex,ſiue defectio,aut priuatio. Filius Beriæ, 1.paralip.8.b.15

חגלה ἔγλα Heglá,Feſtiuitas aut gyratio eius. Filia Salphaad filii Hepher filii Galaad,nume.26.d.33

חילם vel חילאם χαλααμᾶ Helám,Exercitus matris vel gentis ſiue ancillæ:aut dolor ſiue expectatio matris vel ancillæ aut gentis,vel ſomnium. Ciuitas.2. reg. 10.d.16,& 17,haud procul à Iordane.

חלבה ἐλβὰ Helbá, Lac,ſiue adeps, aut manſit in ea, ſiue principium vel dolor in ea.Nomẽ ciuitatis quæ ſorte tribui Aſer euenit,iudic.1.f.31

חלקת χαλκὰθ Helcáth,Portio ſiue pars,aut lenitas.Ciuitas quæ de tribu Aſer data fuit Leuitis,ioſ.21.c.31. Hæc etiã Halcath dicitur,ioſ.19.b.25

חלקי ἐλκὶ Helcí,Portio ſiue pars,aut lenis.Nomen viri,2.eſd.12.a.15

חלקיה vel חלקיהו χελκίας Helcia,ſiue Helcias,Portio ſiue pars Domini,aut lenitas Domini. Pater Eliacim, 4.reg. 18.d.18.eſa. 22 f. 20.Eſt & nomẽ ſacerdotis,4.reg.22.a.4.Pater itẽ Ieremiæ prophetæ,iere.1.a.1,& 1.par.6.a.13,& 2.eſd.12.a.6

חלב ἐλεάβ Héleb, Mũdus,id eſt orbis,vel muſtela:aut Syriacè, rubigo.Filius Baana,2.reg.23.d.28

חלק χελέγ Hélec,Portio,ſiue pars,aut lenitas.Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe filii Ioſeph,num. 26.d.30. ioſue 17.a.2

חלקי χελεκὶ Helecitæ,Idem.p.n.nume.26.d.30

חלם ἐλὲμ Hélem,Somniãs, aut ſanãs,ſiue expectatio eorum, aut dolor eorum.Nomen viri,zach.6.d.14

הלם Hélem,per ה Percuſſio.Nomen viri.1.para.7.g.35

חלף μεελὲφ Heléph,Mutatio,ſiue tranſitus,aut perforatio.Nomen ciuitatis,ioſ.19.c.33.Terminus Nephthali.

חלץ χάλις Helés, Armatus, ſiue liberatus, aut nudatus. Nomen viri, 2.regum 23.d.26

עלי ἠλί Helí, Eleuatio, ſiue oblatio, aut eleuans, vel offerens, ſeu pila. Nomen ſacerdotis illius qui Samuelem vnxit in prophetam, 1.reg.1.a.3. Pater itẽ Ioſeph mariti Mariæ virginis, luc.3.e.6: qui matth. 1.c.13, dicitur Iacob.

Heliadh, Vide Eleaſaph.

ἡλιόδωρος Heliodorus, Solis donũ. G. Nomẽ viri, 2.mac.3.b.7

און ἡλιόπολις און Heliopolis, Hebraicè dicitur On: & interpretatur dolor, ſiue triſtitia, aut fortitudo. Græcè verò Heliopolis, Solis ciuitas interpretatur. Vrbs AEgypti, gen. 41.f.50, quæ ezec.30.e.17, Hebraicè dicitur Auen. Hæc vrbs vocatur etiam Thebæ.

ἑλλάς Hellas, Græcia, 1.mach.8.b.9

חלץ ἀλλάς Helles, Idem quod Heles Filius Azariæ filii Iehu filii Obed, 1.paralip.2.e.39, & 11.f.26, & 27.b.10

עלמן דבלתים דבלתימה γελμὼν δεβλααθαίμ Helmon-deblatáim, Duo nomina ſunt: Helmon quod interpretatur occultatio, ſiue adoleſcẽtia, aut ſeculũ, vel contemptus. Deblatháim, palathæ, id eſt maſſæ de ficibus cõpactæ. Nomen loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Dibon-gad, num.33.f.47

חלון ὠλάν חלון Helón, Feneſtra, vel prophanatio, ſiue dolor, vel infirmitas. Pater Eliab principis tribus Zabulon, num. 1.a.9, & 2.a.7, & 10. b. 16. Eſt & nomen vrbis in terra Moab, quæ Hebraicè dicitur, חולון iere.48.d.21

הימם ἑμάν Hemám, Turbatio eorum, aut tumultus eorum. Filius Lotan filii Horræi, gene.36.c.22: qui 1.para.1.c.39 dicitur Homam. Vide Homam.

הימן αἱμάν Hemán, Multus, aut tumultuans: vel Syriacè, fidelis. Filius Maol, 3.reg.4.d.31. Filius Ioel, 1.para.6.c.33. & 15.b.17, & 16.d.41

Hemath, Vide Emath.

עמוני καφαρσαμμωνά Hemoná, Popularis, ſiue populus noſter. Nomẽ ciuitatis in tribu Beniamin, ioſ.18.d.24

חמור ἐμώρ Hemór, Aſinus, ſiue lutum, aut vinoſus: vel Syriacè, grauis aut ponderoſus. Pater Sichem, gene.33. d.19, & 34.a.2. act.7.b.16

חן Hen, Gratia, ſiue miſericordia, aut manſio, vel requies. Nomen viri, zach.6.d.14. L x x non habent.

חנדד αἰναδάδ Henadád, Gratia vel miſericordia dilecti. Nomen viri, 2.eſdr.3.c.18

חנוך ἑνώχ Henoch, Dedicatus, vel diſciplinatus, aut morigeratus. Filius Cain, gen.4.c.18. Filius præterea Iared, gen. 5.c.18. luc.3.g.12. Filius etiam Madian filii Abrahæ, geneſ.25.a.4. Filius item Ruben, gene.46.a.9, & 1.paral. 5.a.3. Ciuitas item quam Cain extruxit, illíque filii nomen indidit, gene.4.c.18

חנכי δῆμος τοῦ ἑνώχ Henochitæ, Idem p.n. nume.26.a.5

חפר ἐφέρ Hépher, Fodiens, aut explorans, ſiue opprobriũ vel confuſio. Filius Aſhur ex Naara vxore, 1.paral.4.a.6. Portio regni, terræque Chanaan, quã Ioſue expugnauit, ioſ.12.d.17, & 4.reg.14.f.25

חפרי ὀφερί Hepherita, Idem p.n. nume.26.d.32

הפתח ἐφαθά Hephethah, Adaperire: imperatiui modi paſſiuæ vocis, marc.7.d.34

ער ἤρ Her, Vigil, aut denudans, vel effundens, ſiue æmulus vel ciuitas. Filius Iudæ ex Sue vxore ſua, geneſ. 38.a.3, & 1.paral.4.c.21. Pater Elmadan, luc.3.f.28

ערן ἐδέν Heran, Vigilia aut magiſter earum. Filius Suthala filii Ephráim, numeri 26.d.36

הערני ἐδενί Heranitæ, Idem p.n. nume.26.d.36

ἡρακλῆς Hercules, Iunonis vel dominatricis gloria. G. 2.machab.4.c.19

ארד ἀδάρ Héred, Imperans, ſiue deſcendens. Filius Balæ filii Beniamin, nume.26.c.40. Heb. Ared.

ערד ἀρέδ Hered, ioſ.12.d.14, Onager: aut Syriacè, draco. Nomen ciuitatis.

ארדי δῆμος ὁ ἀδαεί Hereditæ, Imperantes, ſiue deſcendentes, numeri 26.e.40

חרם ἠράμ Herém, Deſtructio. ſiue anáthema, aut rete vel retiaculum, ſiue dedicatum aut conſecratum, ſ. Deo. Nomẽ viri, 1.eſdr.10.d.31

ערי ἀηδής Herí, Vigil, ſeu denudans, aut effundens, vel ciuitas mea: aut Syriacè, inimicus. Filius Gad filii Iacob, gen. 46.b.16

ערי ἀδδί Heritæ, Idem p.n. nume.26.b.16

חרמה ἑρμά Hermá, Deſtructio, ſiue anáthema, aut rete vel retiaculum, ſiue dedicatum vel conſecratum, ſ. Deo. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.12.d.14. Vide Harma.

ἑρμᾶν Herman, Suſtentaculum, vel inauris. G. Vir quidã, rom.16.b.14

ἑρμῆς Hermes, Mercurius, aut lucrum, vel refugium. G. Viri nomen, rom.16.b.14

ἑρμογένης Hermogenes, Mercurio genitus, aut lucri generatio, vel refugiũ generationis. G. Vir quidam, 2.tim.1.d. 15

חרמון ἑρμών Hermón, Deſtructio ſiue anáthema, vel rete ſiue retiaculum: aut dedicatum vel cõſecratum, ſcilicet Deo. Nomen montis quem Sidonii Sarion, Amorrhæi Sanir vocant, deut.3. b.8. ioſ.13.a.5. Pſal.88.b.13. heb.89. Vide item 1.par. 5.d.23. Aliàs dicitur & שיאון Sió, deut. 4.g.48. Hic mons quia ad Orientem Terræ ſanctæ ſitus erat, pro Oriente aliquãdo ponitur, pſal. 88. b.13. heb. 89. A nonnullis traditur, duos eſſe חרמון nomine mõtes. vnũ non procul à Gelboa iuxta Iordanem: alterũ verò multo altiorẽ ſupra Tarachonitidẽ regionem. Quod equidem haud obſcurè etiam Dauid pſal. 41.b.7. heb.42, innuere videtur dum inquit, De terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. Doctiores tradunt hoc loco non eſſe nomen proprium montiũ, ſed Hermoniim, ſignificare Hermonitas, id eſt accolas ſiue incolas montis Hermon.

חרמונים ἑρμωνιείμ Hermonii, Idem p.n. Pſal.41.b.7. Heb.42

ἡρώδης Herodes, Pellis gloria, vel pellibus gloriãs, aut mõs gloriæ vel arrogantiæ: aut Syriacè, draco ignitus. D. Præſes ſiue procurator Galilææ conſtitutus à Romanis, luc.3.a.1: rex Iudææ, luc.1.a.5

ἡρωδιανοί Herodiani, Idem p.n. D. matth.22.b.16

ἡρωδιάς Herodias, Idem f.g. D. matth.14.a.3

ἡρωδίων Herodion, Iunonis vel dominatricis cantilena. G. Cognatus Pauli, rom.16.b.11

חשבון ἐσεβών Heſebón, Numerus, ſiue cogitatio, aut feſtinans intelligere vel ædificare. Nomen ciuitatis in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sehon rex Amorrhæorum, eſa.15.b.4. nume.21.f.33: quam ædificauerunt filii Ruben, nume.32.g.37, & 1.paralip.6.g.81

חצר ἀσώρ Heſér, Atrium, aut fœnum. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ, 3.reg.9.c.15

ἐσλί Heſli, Prope me, vel iuxta me, ſiue auferens vel ſeparans. D. Pater Nahum Patris Amos, luc.3.e.25

חשמנה ἀσεμωνά Heſmoná, Feſtinatio numerationis vel muneris, aut feſtinatio præparationis, vel legatio. Locus in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Methca, diuidẽs AEgyptum & ſortem tribus Iudæ ad mare vſque tendentem, nume.33.d.29

חצרי ἀσαρί Heſrái, Atrium, ſiue fœnum. Nomen viri, 2.regum 23.d.35: qui Heſro, 1.paralip.11.g.37, dicitur.

חצרו ἐσερί Heſró, Atrium aut fœnum eius. Nomen viri, 1.par. 11.g.37: qui 2.reg.23.d.35, dicitur Heſrai.

חצרון ἐσρών Heſrón, Sagitta exultationis, ſiue diuiſio cantici, aut atrium vel fœnum. Nomen ciuitatis, quæ & Haſor in tribu Iuda, ioſue 15.a.3, Filius Ruben, geneſ. 46. b.9. Item filius Iuda, ſiue potius filius Phares filii Iuda gene.46.b.12, & 1.paralip.4.a.1

חצרוני ἐσρωνί Heſronitæ, Idem p.n. nume.26.a.8

חת χέθ Heth,Cõfractio,vel formido,aut ſtupor:vel Syriacè,deſcenſus.Nomen viri,gen.23.a.3,& b.10

חתלון αἰθαλώμ Hethalón,Contritio manſionis , aut formidabilis manſio,ſiue inuolutio eius.Nomẽ vrbis,terminus Iudææ ad Septentrionem,ezech.47.c.15

חת χετθαῖος Hethæus,Confractus,vel formidãs,aut ſtupens:vel Syriacè,deſcendens.Filius Chanáan,gene.10.c.15 à quo Hethæi.

חתי χετθαῖοι Hethæi,Idem.p.n. Nomen populi,gene. 15.d.20,& 4.reg.7.b.6.Cyprum Hieronymus eſſe dicit.

חתים χεττίμ Hethim,Idem.p.n.Nomen loci,iudic.1.f.26

חוה ζωή Heua,Viua,vel viuens.Prima mulier creata à Deo, geneſ.3.d.20

עוים ἐβαῖα Heuæi,Iniqui,peruerſi,vel iniquitates,peruerſitates, ſubuerſiones.Populi habitantes ad Meridiẽ, quos expulerunt Cappadoces,deut. 2.e.23.ioſ.13.a.3, & 4. reg. 17.f.31

חוי εὐαῖος Heuæus, Vita mea.ſ.n.Filius Chanáan,gen.10.e.17

חוילה εὐειλά Heuilá,ſiue Heuiláth,Dolens,ſiue parturiẽs,aut loquens illi,ſiue annuntiãs illi.Filius Chus,gen.10.a.7. Filius item Iectan, gen.10.d.29. Nomẽ item regionis, gene.2.b.11,& 25.b.18,&1.reg.15.b.7.Getuli à Ioſepho dicuntur.

חזקי ἐζεκί Hezecí,Fortis,ſiue apprehendens.Filius Elphaal, 1. paral.8.b.17

חזקיה Hezecias,2.eſd.7.c.21,Vide Ezechias.

חזיון ἀζιών Hezión,Viſio,vel prophetia.Pater Tabremó patris Ben-adad regis Syriæ,3.reg.15.d.18

חזיר χιζείρ Hezír,Porcus:aut Syriacé,conuerſus,vel reuerſus. Nomen viri,1.para.24.c.15

H I

חיאל χιήλ Hiél,Viuit Deus,ſiue vita Dei.Nomẽ viri illius qui reædificauit Ierícho,3.reg.16.g.34

ἱεράπολις Hierapolis,Sacra ciuitas.G.Ciuitas Phrygiæ haud procul à Coloſſis & Laodicea,coloſſ.4.d.13

ἱερώνυμος Hieronymus,Sacrum nomẽ.G.Nomen viri,2.machab.12.a.2

Hiim, Vide Iim.

Hieroſolyma,Vide Ieruſalem.

Hillel,Vide Ellel.

הין ἴν Hin,Menſura erat liquidorum,ezech.4.c.11

עירו ἰρᾶ Hir,Ciuitas, aut vigil, ſiue effundens, vel denudans, aut pull⁹,ſcilicet aſini.Filius Caleb filii Iephone,1.par. 4.c.15. Sunt qui dicant hoc loco legendũ eſſe Hiruelá,

עיר ואלה nomine compoſito,nõ autẽ Hir & Ela.tunc lege interpretationem dictionis Ela,& huius dictionis Hir.

עירא ἰρά Hira, Ciuitas, aut vigil, ſiue denudatio, aut effuſio. vel aceruus viſionis.Filius Acces,2.reg.23.d.26,& 38,& 1.paral.27.b.9.Vide Ira.

חירם χιράμ חורם Hirám,Vitæ celſitudo.Rex Tyri,2.reg.5.b.11:qui 2. paral.2.a.3,c.11, & 4.c.11, & 8.a.2, dicitur Huram Hebraicè.

חורם χιράμ Hirám,2.paralip.2.a.3,c.11,& 4.c.11,& 8.a.2,Albedo eorum, ſiue foramen vel libertas eorum,aut deſtruẽs, vel anathematizãs.Heb.Huram.Rex Tyri, qui 2.reg. 5.b.11,dicitur Hiram

עירם ἰράμ Hirám,gene.36.d.43,& 1.para.1.d.54.Ciuitas eorũ, ſiue vigilia eorum,aut denudatio vel effuſio eorum, ſiue aceruus excelſus.Ciuitas Idumæorum.

חירה εἰράς Hirás,Libertas,aut ira.Nomẽ viri Odolamitis. geneſ.38.a.1.c.12

ἱρκανός Hircanus,Ciuitatis poſſeſſor,ſeu vigilãs æmulator. D.Nomen viri,2.mach.3.b.11

עיר־שמש πόλις σαμές Hir-ſémes,Ciuitas ſolis:aut ex Hebræo& Syro,ciuitas ſeruitii vel miniſterii. Ciuitas in tribu Dan , ioſ. 19.d.41

ἱσπανία Hiſpania,Rara,id eſt pretioſa.G.Europæ regio latiſſima,rom.15.f.24

H O

Hobá, Dilectio vel abſcõſio:aut Syriacè,obligatio vel peccatum.Regio Syriæ ad dextrã Damaſci, id eſt Euphratem verſus:dicta etiam Soba & Sophene,gen. 14.c.15 חובה χοβάλ

Hobáb, Dilectus.Filius Raguel ſoceri Moyſi,num. 10.d.29.iudic.4.b.11 חבב ὀβάβ

Hobia,Vide Habia.

Hod,Laus,ſiue confeſſio. Filius Supha filii Helem, 1.paralip.7.g.37 הוד ἰούδ

Hódes,Menſis,aut nouitas. Vxor Saharáim,1.par. 8.a.9 חדש χόδες

Holdá,vel Holdái, Mundus vel orbis, aut muſtela: vel Syriacè, rubigo. Nomen viri, 1.paralip. 27. b. 15. zac.6.b.10. Item prophetis vxor Sellum filii Thecue, 4.reg.22.c.14 חלדי חלדה ὀλδαί

Holofernes,Fortis dux,ex Hebræo & Syro.D.Princeps militiæ regis Nabuchodonoſor,iudith 2.a.5 ὀλοφέρνης

Holón,Feneſtra,ſiue prophanatio,aut dolor. Ciuitas quæ de tribu Iudæ ſeu Simeonis , Leuitis data eſt, ioſ.15.f.51,& 21.b.15 חלון χιλῶν

Homám,Tumultus,ſiue turbatio eorum.Filius Lotã filii Seir,1.par.1.c.39:qui gen.36.c.22,dicitur Hemã. הומם ἰμάμ

Homri,Vide Amri.

Hon,Dolor,ſiue fortitudo,aut iniquitas.Filius Pheleth,nume.16.a.1 און αὐνάν

Hopphá, Thalamus ſiue coopertoriũ , aut litus vel ripa eius.Nomen viri,1.paral.24.b.13 חפה ὀφφά

Hor,Mõs,ſiue concipiens, aut demonſtrans, ſiue oſtendens. Nomen montis,nume. 20.d.22,& 33.e.38:in finibus terræ Idumææ ad Meridiem ſitæ prope Petrã ciuitatem. הר ὤρ

Horám,Mons eorum,ſiue manifeſtans eos, aut cõcipiens eos .Rex Gazer,ioſ.10.f.33 הורם ἐλάμ

Horéb,Deſertũ vel ſolitudo,ſiue deſtructio,aut ſiccitas vel gladius. Nomen mõtis in regione Madianitarũ, exo.3.a.1.pſal.105.c.19.heb.106.Qui סיני aliàs dicitur, in quo data fuit lex Moyſi . Eſt & nomen petræ, exod.17.b.6 חרב χωρήβ סיני

Horrhæi, Principes,vel liberi,aut ingenui,vel iraſcẽtes.Gigantes quos expulerũt filii Edom à monte Seir, deut.2.c.12, d.22:qui geneſ.14.a.6, Chorræi dicuntur, iiſdem conſonantibus & punctis. חרים חרי

Horrhæus,Idem.ſ.n.gene.36.c.20 χορραῖος

Horem,Deſtructio,ſiue anáthema,aut rete,vel retiaculum,ſiue dedicatum aut conſecratum,ſ.Deo. Ciuitas in tribu Nephthali,ioſ.19.c.38 חרם ὠράμ

Hori,Princeps vel liber,aut ingenuus, vel iraſcens. Filius Lotan filii Seir,gene.36.c.22 חרי χόρρι

Hormá,ioſ.19.c.29,Excelſa ſiue proiecta, aut vermis.Ciuitas in tribu Aſer. חרמה ῥαμά

Hórma, Deſtructio,ſiue anáthema, aut rete vel retiaculum,ſiue dedicatum aut conſecratum,ſ.Deo.Nomen loci iuxta Hor montem,in quo Iſraelitæ occiderunt Chananæos,nume.21.a.3.Vrbs item in tribu Simeon,quæ & Sephath dicebatur,iudi.1.d.17, & 1.par. 4.e.30. In ioſue 15.e.30,ſcribitur Harma:in Ioſue verò 19.a.3,Bethul-arma,vbi vnica dictio eſt,quum ſeparatim legendæ ſint:duæ enim ſunt ciuitates. חרמה ἑρμά

Horonítes,Ira,vel furor:aut Syriacè,libertas,2.eſd. 2.b.10 חרני ἀρωνί

Horrím,Vide Horrhæi.Deut.2.c.12

Hoſá,Confidens,vel protegens.Nomen viri,1.par. 26.b.10.Nomen item cuiuſdam ianitoris,1.para.16.d. 38. Ciuitas itẽ quæ tribus Aſer terminus eſt, non procul à mari,inter Tyrum & Axaph,ioſ.19.c.29 חסה ὠσά

חושה ὡσά Hoſá,1.para.4.a.4,Feſtinans,ſiue tacens,aut ſenſualis.Nomen viri.

הושע־נא ὡσαννά Hoſanna, Salua obſecro, vel ſalua nunc, matth.21.a.9.Heb Hoſiah-na.

חותם ὠθάμ Hothám, Sigillum, aut ſignaculum, ſiue clauſura. Filius Heber filii Bariæ filii Aſer filii Iacob, 1.paralip.7.f.32,& 11.g.44

חוזי ὡρώτης Hozái, Videns. Nomen prophetæ, 2.paral.33.d.19.

חזיאל ὀζιήλ Hoziél, Videns Deum.Filius Semei filii Gerſon,1.paral.23.a.9

Hozriél, Vide Ozriél & Ezriél.

H V

חקקה ἰκκώκ Hucucá, Sculptura, vel præceptum, aut legiſlatio. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali, ioſ.19.c.34

חול ὤλ Húl,Dolor,vel infirmitas, ſiue arena, vel præſtolatio,aut obſtetricatio. Filius Aram,geneſ.10.d.23.Hic à Ioſepho lib.1.Antiquit.Iud.traditur Armeniam inſtituiſſe. quam ego quidem planè arbitror ab eius patre nomen inueniſſe.

חופם ὀφάν Huphám, Thalamus eorum, aut operimẽtum eorum,ſiue litus vel ripa eorum.Filius Beniamin, num.26.e.39

חופמי ὀφαμί Huphamitæ,Idem.p.n.nume.26.e.39

חור ὤρ Hur,Libertas,ſiue albedo,aut foramen. Filius Iuda filii Iacob, 1.paral.4.a.1: qui gen.46.b.12, dicitur Onan.Filius Caleb ex Ephratha vxore,1.paralip.2.c.19. Rex item Madianitarum,nume.31.a.8

חורי οὐρεί Hurái,Idem. Nomen viri,1.para.11.f.32: qui 2.reg.d.30,dicitur Heddái.

חורם ἀχεράμ Hurám,Libertas eorum,ſiue albedo eorum,aut foramen eorũ.Filius Bela filii Beniamin,1.para.8.a.5

חורי חורי σουρεί Hurí,Iraſcẽs, vel libertas,ſiue albedo,aut foramen. Pater Saphat, nume.13.b.6.Pater Abiháil, 1.paralip.5.b.14

עוץ οὖς Hus,Conſilium, aut lignum: vel Syriacè, fixus. Filius Aram,gene.10.d.23. Is iuxta Ioſephum atque Hieronymum Trachonitidis & Damaſci conditor extitit. Nam principatum tenuit inter Palæſthinam & Cœleſyriã.Huius regionis fit mẽtio in Iob 1.a.1, præterea thren.4.d.21. Sic vocabatur etiam primogenitus Nachor,geneſ.22.d.21. Filius etiã Diſon filii Seir, geneſ.36.c.28,& 1.para.1.c.42

חשם ἀσόμ Huſám,Feſtinatio eorum,aut ſilentium eorum,vel ſenſualitas eorum. Rex tertius qui regnauit in Edom, gene.36.d.34

חשתי ἀσωθί Huſathí,Feſtinans,vel tacens,aut ſenſualitas. Ciuitatis nomen,2.reg.21.d.18

ὠσαθί Huſathites,Idem.1.para.27.b.11

חושי χουσί Huſi,Feſtinãs,vel tacens,aut ſenſualitas.Pater Baana,3.reg.4.b.16

חושים ἀσείμ Huſim, Idem.p.n. Altera vxor Saharáim, 1.paral.8.a.8.Filius Dan filii Iacob,gene.46.c.23

H Y

ὑμέναιος Hymenæus, Carmen nuptiale. G.Nomen viri qui à fide CHRISTI excidit,2.timoth.2.c.17

I

יבל ἰωβήλ IAbél,Defluens, ſiue apportans, vel inueteraſcens aut germinans, ſiue iubileus, aut buccina. Filius Lamech ex Ada vxore,gene.4.c.20

יבש ἰαβής Iabés, Siccitas,vel confuſio. Pater Sellum, 4.regũ 15.b.10. A quo Iabes Galaad ciuitas, iudic.21.b.8, & 1.regum 11.a.1

יעבץ ἰαβίς Iabés,Triſtitia,ſiue dolor. Nomen loci,1.para.2.g.55.Eſt & nomen viri,1.para.4.b.9

יבש גלעד ἰαβὶς γαλαάδ Iabes-galaad, Siccitas,vel confuſio acerui teſtimonii.Nomen ciuitatis,iudic.21.b.8,& 1.reg.11.a.1, procul V I.M.à Pella pergentibus Gadaram.

יבין ἰαβίν Iabin,Intelligens, ſiue ædificans.Rex Aſor.ioſ.11.a.1,iudic.4.a.2,pſal.82.c.10.Heb.83.

יבנה ἰαβνά Iabniá,AEdificãs, aut intelligens. Nomen ciuitatis,2.para.26.a.6

יבק ἰαβώχ Iabóc,Euacuatio,vel diſſipatio, aut lucta. Nomen vadi in Iordanem profluentis, gene.32.f.22:Ieboc etiã appellatur.

יעקן ἰακάν Iacán, Tribulatio vel labor, aut ablatio poſſeſſionis vel nidi. Filius Eſer filii Seir, 1.para.1.c.42: qui in gene.36.c.28,dicitur Acan,deut.10.b.6 עקן

יקנעם ἰεκονάμ Iacanám,Poſſidens populum,ſiue nidificatio populi.Nomen loci in Carmelo,ioſ.12.d.22

יעכן ἰωαχάν Iachán, Conterens, vel comprimens, ſiue ablatio baſis.Nomen viri,1.para.5.b.13

יכין ἰαχίν Iachin, Confirmet,ſtabiliat, aut ſtabile reddat. Filius Simeonis filii Iacob,gen.46.b.10.Nomen itẽ columnæ lateris dextri in porticu Salomonis,3.reg.7.c.21, & 2 paral.3.d.17. quaſi dicat, ſtabile reddat ipſum templum.Nomen item ſacerdotis,1.para.9.b.10

היכיני ἰαχεινεί Iachinitæ,Idem.p.n.nume.26.b.12

Iachur,1.par.1.b.31,legendum Ietur. Vide Ietur.

יקים ἰακείμ Iacím Surgens,aut confirmans.Filius Semei,1.para.8.b.19,& 24.b.12

יעקב ἰακώβ Iacób,Supplantator,vel calcaneus: aut plãta,id eſt veſtigium.Filius Iſaac,gene.25.c.26,& 27.f.36

יעקבה ἰεκεβά Iacóba,Idem.Nomen principis,1.para.4.f.36

ἰάκωβος Iacôbus,Idem. Apoſtolus filius Zebedæi,matth.4.c.20

ידו ἰαδαί Iaddó, Manus eius, aut poteſtas eius, ſiue confeſſio eius.Nomen viri,1.para.27.c.21

ידע ἰαδά Iadá,Sciens,vel cognoſcens. Filius Onan filii Ierameel ex Atara vxore,1.para.2.d.28

ידעיה ἰεδουά Iadaia,Sciẽtia Domini,vel cognitio Domini.Nomen viri,1.eſd.2.b.36

ὑδάσωνς Iadaſon, Cognitio ouis, vel cognitio mutationis. D.iudith 1c.6

יחדיהו ἰαδίας Iadias,Simul, vel ſolus Dominus,aut gaudium, ſiue acumen Domini: vel ex Syro & Hebræo, vnus Dominus.Nomen viri,1.para.27.d.30

ידיעאל ἰεδιεήλ Iadihél,Scientia Dei, vel cognitio Dei. Filius Beniamin, 1.paral.7.b.6,& 11.g.45: qui geneſ.46.c.21, dicitur Aſbel.

ידון ἀαρών Iadón, Iudicans, aut litigans,vel manus eius. Nomen viri,2.eſd.3.b.7

יגור ἰαγούρ Iagúr,Colonus vel aduena,aut timens ſiue congregans.Nomen ciuitatis in tribu Iuda,ioſ.15.e.21

יחדי ἰαδί Iahaddái,Simul vel ſolus ego,aut acutus, vel gaudẽs: aut Syriacè,vnitas mea.Nomen viri,1.par.2.f.47

יעלא ἰελά Iahalá,Aſcendens, aut damula,vel caprea. Nomen viri,2.eſd.7.e.57

Iahas,in Eſaia, Vide Iaſa.

יחת ἰαάθ Iáhath,Confractus,aut formidans,vel ſtupens:aut Syriacè,deſcendens. Filius Lobni filii Gerſon,1.para.6.b.20. Filius Raia filii Subal, 1.para.4.a.1,& 24.c,22. Præpoſitus inſtaurantibus templum, de filiis Merari, 2.para.34.c.12

יחזיה Iahaziá, Viſio Domini,1.eſd.10.c.15

יחזיאל ἰεζιήλ Iahaziél, Videns Deum,vel viſio Dei.Nomen Sacerdotis,1.para.16.a.6.Filius Hebron,1.paral.23.c.19. Filius Iahath,1.para.24.c.23,& 2.para.20.c.14

יעל ἰαήλ Iahél,Aſcendens,aut damula,vel caprea. Vxor Haber Cinæi,iudic.4.c.16

יחלאל ἀχοήλ Iahelel, Cœpit Deus, vel inchoatio Dei, aut ſpes Dei,vel viuat Deo.Filius.Zabulon,gene.46.b.14

יחיאל ἰαιήλ ἰαήλ ἰεϊήλ Iahiél, Viuit Deus. Nomen viri, 1.paral.15.b.18,& 16.a.5,& 23.a.8,& 29.c.8, & 2.para.21.a.2,& 29.c.14,& 31.c.13,& 35.b.8,& 1.eſd.8.b.9,& 10.a.3

יאיר ἰαείρ Iair, Illuminans, vel illuminatus. Filius Segub filii Eſron è filia Machir filii primogeniti Manaſſe: vnde filius, id eſt nepos Manaſſe ſæpe dicitur, 1.paral.2.c.22, deut.3.b.14, & 3.reg.4.b.13, nume.32.g.41, ioſ.13.d.30. Fuit & nomen Iudicis in Iſrael, iudic.10.a.3

Iairi, Lux mea, ſiue illuminās, aut illuminatus, eſth. 11.b.2. non eſt Hebraicum.

יאירי ἰαεί ἰάειρος Iairites, Illuminatus, aut flumen, aut fluuialis, 2.regum 20.g.26

Iairus, Idem. D. Nomē viri, marc.5.b.22, luc.8.f.41

יעלה ἰελά Ialá, Aſendens, aut damula, vel caprea. Nomen viri, 1, eſd.2.c.56

יהללאל ἰαλολεήλ Ialaleél, ſiue Ialeleel, Laudās Deum, aut claritas, ſiue illuminatio Dei. Nomen viri, 1.para.4.c.16

יחלאל ἀχοήλ Ialél, expectās Deum, aut orans Deum, ſiue incepit Deus. Filius Zabulon, gen.46.b.14. Heb. Iahelel.

יחלאלי ἀλληλί Ialelitæ, Idem. nume.26.c.26

ילון ἰαλών Ialón, Manens, ſiue murmurans. Filius Ezra, 1.paralip.4.c.17

ἰάμβρει Iambri, Amaricans, ſiue rebellans, aut commutās. D. Nomen viri, 1.mach.9.d.37

ימין ἰαμίν Iamín, Dextera, vel dexter, aut Auſter vel Auſtralis. Filius Simeonis filii Iacob, gen.46.b.10, & 1.para. 4.c.24. Fili⁹ Ram primogeniti Ierameel, 1.par.2.d.27

ימני ἰαμενί Iaminitæ, Idem. p.n. num.26.b.12

ἰαμνεία Iamnia, Aedificans, aut intelligens. Nomen ciuitatis, 1.mach.4.b.15

ἰαμνεῖται Iamnitæ, Idem. p.n. D. 2.mach.12.b.9

ἀνανίας Iamnor, Maris lucerna, aut dextera lucis, vel dexteræ lumen. D. Nomen viri, iudith 8.a.1

ימרה ἰεμβρά Iamrá, Rebellis aut amaricans, ſiue commutatio. Filius Supha filii Helem, 1.para.7.g.37

ימואל ἰεμουήλ Iamuél, Dies eius Deus, aut mare Dei. Filius Simeonis filii Iacob, geneſ.46.b.10: qui 1.paral.4.d.24, dicitur Namuel.

יעני ἰωανί Ianái, Reſpondens, ſiue affligens, aut depauperans. Filius Gad, 1.para.5.b.12

ἰαννά Ianne, Reſpondens, vel incipiens loqui, aut afflictus ſiue humiliatus, vel pauper. D. Pater Melchi patris Leui, luc.3.e.24

ἰαννής Iannes, Idem. D. Nomen viri qui Legis Moſaicæ acerrimus hoſtis fuit. Sunt qui putēt hunc fuiſſe vnū è magis qui reſtiterūt Moyſi: quod Paulus confirmare videtur in ſua epiſtola ſecunda ad timoth.3.b.8

ינוחה ἰανώχ Ianoé, Requieſcens, aut manens, ſiue deducens. Ciuitas in tribu Ephráim, ioſue 16.c.6, & 4.reg.15.f.29

ינום ἰανούμ Ianum, Dormiens. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.f.53

יפת ἰαφέθ Iápheth, Dilatatus, aut pulcher, vel perſuadens. Filius Noe, gene.5.d.32. Hic Aphricam tenuit ſecundum Beroſum, à quo Gentiles, iudith 2.d.15

יפיע ἰαφίε ἰαφίε Iaphía, Illuminans, ſiue apparens, aut gemens. Filius Dauid, 2.reg.5.c.16, & 1.para.3.b.7, & 14.b.6. Rex item Lachis, ioſ.10.a.3

Iaphíe, Idem. Nomen oppidi in tribu Zabulon, ioſue 19.a.12

Iaphó, Vide Ioppe.

ירוח ἰαρουέ Iara, Odorans, ſiue aſpirans, aut luna, vel menſis. Pater Huri, 1.para.5.b.14

יערה ἰωδαέ Iara, Sylua, aut fauus, ſiue denudans, vel effundens, aut euigilans. Filius Ahaz, 1.para.9.f.42: qui cap.8.d. 36, dicitur Ioada.

ירמות ἰερμώθ Iaramóth, Altitudines, ſiue timens mortē, aut proiectio mortis. Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar, data Leuitis, ioſ.21.c.29

ירח ἰεράχ Iaré, Luna, vel menſis, ſiue odorans. Filius Iectan, gene.10.d.26

ירד ἰαρέδ Iáred, Imperans, vel deſcendens. Filius Maalakel, gene.5.b.15. Filius item Ezra, 1.para.4.c.18

Iarephél, Sanitas Dei, aut medicina Dei, ſiue relaxans Deus. Ciuitas in tribu Beniamin, ioſ.18.d.27 ירפאל ἰερφήλ

Iaríb, Pugnans, vel obiurgans, ſiue multiplicās. Filius Simeonis filii Iacob, 1.paralip.4.c.24: qui geneſ. 46.b.10, dicitur Ahod. יריב ἰαρίβ

Iarím, Saltus, vel ſyluæ. Pars montis, ioſ.15.c.10 יערים ἰαρούμ

Iáſa, Rixa vel contentio, aut exitus Domini. Nomen ciuitatis quæ de tribu Ruben, Merari nepotibus data eſt iuxta Ioſuam ex Hebræo, num.21.e.23, deut.2. f.32, iudic.11.d.20, & 1.para.6.g.78. Eadem ioſue 13.c. 18, Iaſſa dicitur. יהצה ἰασά

Iáſa, eſaiæ 15.b.4, Rixa vel contentio. Heb. Iáhas. Vrbs ſita in finibus Moabitarum. יהץ vel יהצה ἰασά

Iáſer, Figmentum, ſiue plaſmatio, aut tribulans, vel anguſtians. Vide Ieſer. יצר

Iaſeritæ, Idem. p.n. nume.26.f.49 יצרי

Iaſer, Rect⁹, aut cantās, ſiue reſpiciens, aut dominās, vel præualens. Filius Caleb ex Azuba prima vxore, 1. para.2.c.18, ioſue 21.d.39, eſa.16.c.8 & 9. Loci nomen. ישר ἰασάρ

Iaſi, Faciens, vel factor meus. Nomen viri, 1.eſdræ 10.d.37 יעשי ἐποίησας

Iaſiél, Diuidens Deus, vel dimidians Deus, aut feſtinatio Dei. Filius Nephthali, gene. 46.c.24, quod 1. paralip.7.c.13 יחציאל ſcribitur. יחצאל ἀσιήλ

Iaſiel, 1.para.11.g.47, & 27.c.21, Opus Dei, vel factura Dei. Vir de Maſobia. יעשיאל ἐασιήλ

Iaſon, Sanans, vel medicans. G. 1.mach.8.c.17, & 12.c.16. Nomen viri, act.17.b.7, rom.16.d.21 ἰάσων

Iaſon, act.21.c.16. Græcè Mnaſon, id eſt indagator, aut ſpondens, vel reminiſcens. G. μνάσων

Iaſub, Conuerſio, aut habitatio, aut ſeſſio. Filius Eſaiæ prophetæ, eſa.7.a.3. Filius item Iſſachar, 1.paral. 7.a.1: qui gen.46.b.13, dicitur Iob. ישוב ἰασούβ

Iaſubitæ, Idem. p.n. nume.26.c.24 ישבי ἰασουβί

Iaſſa, ioſue 13.c.18, Vide infrá.

Iaſſen, Antiquus, ſiue dormiens. Nomen viri, 2.reg. 23.d.32 ישן ἰασέν

Iateba, Benefaciens, vel bonitas eius, aut diuertens vel declinans in ea. Nomen loci, 4.reg.21.d.19 יטבה ἰετεβά

Iathaneel, Donū Dei. Nomen viri, 1.para.26.a.2 יתניאל ἰαθαναήλ

Iauan, Decipiens, vel contriſtans, aut cœnoſus, vel columbus. Filius Iapheth, geneſ.10.a.1. A quo Iones, ſiue Græci, ezec.27.c.19 יון ἰωϊνάν

Iaús, Tinea corroſus, aut compreſſus, vel congregatus. Nomen viri. 1.para.23.b.10 יעוש ἰώας

Iazer, Auxiliator, ſiue adiutor. Vrbs Amorrhæorū, ſiue Moab, eſa.16.c.9, nume.21.g.32: quam conſtruxerunt filii Gad, nume.32.g.35, ioſ.13.c.25 יעזר ἰαζήρ

Iaziél, Aſperſio Dei, vel diſtillatio Dei. Filius Azmoth, 1.para.12.a.3 יזיאל ἐζιήλ

Iaziél, Fortitudo Dei. Nomē ſacerdotis, 1.paralip. 15.b.18 יעזיאל ἰεϊήλ

Iaziz, Splēdor: aut Syriacè, diſceſſio. Nomen proprium viri, 1.para.27.d.31 יזיז ἰαζίζ

I C

Icamiá, Reſurrectio Domini, aut confirmatio Domini, vel vindicans Dominus. Filius Sellum filii Samoi filii Elaſa, 1.para.2.c.41 יקמיה ἰακεμία

Icces, Vide Acces.

Ichabód, Vbi gloria, aut væ gloriæ. Filius Phinees filii Heli Sacerdotis, 1.reg.4.d.21 איכבוד ἐχαβώθ

Iconium, Veniēs. G. Celeberrima vrbs Lycaoniæ eſt, de qua Plinius libro 5.cap.27, Strabo lib.12, Volater. lib.10. Geograph. Eſt aliud Iconium Ciliciæ ciuitas, cuius Lucas meminit, act.14.a.1. In hac Paulus & Barnabas prædicarunt. Huius etiam fit mentio in ſe- ἰκόνιον cunda ad timoth.3.c.11

יקותיאל ἰεχουτιήλ Icutiel,ſiue Iecutiel,Spes Dei,aut congregatio Dei. Nomen viri,1.para.4.c.18

D

ידיה ἰεδδία Idaia, Manus Domini,vel cõfeſſio Domini. Pater Allon patris Sephei,1.para.4.f.37

ידעיה ἰωιαδά. ἰαδεία Idaia,nehem.7.d.38, & 11.b.9,zach.6.d.14, Scientia Domini.Nomen viri.

ידידה ἰεδδίδα Idida, Dilecta, ſiue amabilis, vel manus manus eius:aut per tranſlationem,poteſtas manus eius.Mater Ioſiæ,4.reg.22.a.1

ידותון ἰδουθούν Idithún, Lex eius,vel legalis, ſiue laudẽ vel confeſſionem dans.Pater Galal,1.para.9.c.16,pſal.38.a.1

ὤξ Idox,Iucũdus,vel lætus,aut triturãs.D.iudith 8.a.1

אדום ἰδουμαία Idumæa, Ruffa, vel terrena, aut ſanguinea. Regio Syriæ,ſic dicta ab Edom filio Eſau,eſa.11.d.14,& 2.regum 8.d.14.Heb.Edom.Vide Edom.

אדמית ἰδουμαίαι Idumææ,Idem.p.n.f.g.3.reg.11.a.1

אדום ἰδώμ Idumæi,Ruffi,ſiue terreni,aut ſanguinei,4.reg.8.f.21. Idumæi, inquit Volaterranus lib.11.Geographiæ, in litore Palæſthinæ verſus AEgyptum & Arabiam ſiti ſunt. Gens ex Nabathæis vicinis Arabiæ populis profecta. Inter hos ſunt oppida Philiſthinorũ ab Hebræis appellatorum,qui iidem cum Palæſthinis ſunt, mutatis literis. Idumæa ſita eſt ad Meridiem reſpectu Terræ ſanctæ.

ארמי ἰδουμαῖος Idumæus,Idem.ſ.n.1.reg.21.b.7

I E

עיי העברים αἰεβαρίμ Ie-abarím, Acerui Hebræorum vel tranſeuntium, aut acerui iraſcentium vel prægnantium: aut ex Hebræo & Syro, acerui frumenti. Triceſima octaua Iſraelitarum manſio in Moabitarum finibus,nume.21.c.11,& 33.f.44

יבחר ἰεβαάρ Iebahár,Electio ſiue electus.Filius Dauid, 2.reg.5.c.15,& 1.para.3.b.6,& 14.b.15

יבניה ἰεχουνίος Iebanias, AEdificatio Domini, ſiue filiatio Domini,vel intellectus Domini.Pater Rahuel,1.para.9.b.8

יבלעם ἰαβλαάμ Ieblaám,Inueteratio populi,vel defluens populus, aut germinatio populi,ſiue deglutiens eos.Nomen vrbis in tribu Manaſſe, ioſue 17.c.11, iudic.1.f.27, & 4.reg.9.f.27

יבנאל ἰαβνιήλ Iebnaél, AEdificatio Dei, ſiue intellectus Dei. Nomen ciuitatis,terminus tribus Nephthali,ioſ.19.c.33

Iebneel,Idem.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.c.11.Dicitur aliàs Iamnetorum portus.

יבק ἰαβόκ ἰαβωχ Iebóc, Euacuatio, vel diſſipatio,aut lucta. Nomen torrentis,terminus filiorum Ammon, nume.21.e.24, deut.2.g.37,ioſ.12.a.2. Dicitur & Iaboc,gen.32.f.22

יבשם ἰαβσάν Iebſém,Aromatizans,vel ſiccitas eorum, aut confuſio, vel erubeſcentia eorum. Filius Thola filii Iſſachar filii Iacob,1.para.7.a.1

יבוס ἰεβοῦς Iebús,Conculcatio,aut volutatio,vel præſepiũ.Nomen ciuitatis quæ & Ieruſalem dicitur, ioſue 18.d.28, iudicũ 19.c.10.In ioſue 18.d.28, ſcribitur יבוסי pro יבוס per metonymiam.

יבוסי ἰεβουσαῖοι Iebuſæi,Conculcati,vel volutati,aut præſepia, geneſ.15.d.20

ἰεβουσαῖος Iebuſæus,Idem.ſ.n.Filius Chanáan,gen.10.c.16,& 2.reg.5.a.8:à quo primùm Ieruſalem,Iebus: & Ieroſolymitæ,Iebuſæi vocati ſunt.

יקמיה ἰεκεμία Iecemiá,Reſurrectio Domini,ſiue cõfirmatio Domini, aut vindicta Domini. Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.para.3.c.18

יכליהו ἰεχελία Iechelia,Conſummatio Domini,vel poteſtas Domini.Mater Azariæ regis Iuda,4.reg.15.a.2

יכניה ἰεχονίας Iechonias, Præparatio Domini, aut firmitas Domini.Filius Ioacim filii Ioſiæ, 1.para.3.c.16.Rex Iuda, eſth.2.a.6: qui iere.22.f.28,& 37.a.1, Hebraicè dicitur Chonias.Dicitur & Ioachin,4.reg.24.a.6. Fuit & Iechonias filius Ioſiæ, qui matth.1.b.11,& 1.paralip.3.c.16,dicitur Ioacim.

כניהו ἰεχόνιας Iechonias,ierem.22.f.28,&37.a.1,Præparatus ipſe. Heb.Chonias,qui 1.para.3.c.16,dicitur Iechonias.

יקמעם vel יקמעם ἰεγμαάμ Iecmaám,Reſurrectio populi,ſiue confirmatio,vel vindicta populi.Ciuitas in tribu Ephraim, 3.reg.4.b.12,& 1.para.6.f.68. Item filius Hebron,1.para.23.c.19

יקנעם ἰεκνάμ Iecnám, Poſſeſſio populi, ſiue emptio,aut nidificatio populi.Nomen ciuitatis in tribu Zabulon, ioſ.21.c.34: quæ ioſ.19.a.11, dicitur Ieconam, iiſdem conſonantibus & punctis.

ἰεκνάμ Ieconam, Idem. Eadem ciuitas in tribu Zabulon, ioſ.19.a.11:quæ ioſ.21.c.34 Iecnam.

יקשן ἰεκσάν Iecſán,Durities,ſiue ſcandalũ:aut Syriacè,colliſio. Filius Abrahæ ex Cetura,gen.25.a.2

יקטן ἰεκτάν Iectán,Paruulus,aut tædium,ſiue contentio.Filius Heber,gen.10.d.25

יקתאל ἰεκθοήλ ἰεκταήλ Iectehél, Cõgregatio Dei. Nomen ciuitatis tribus Iudæ,ioſ.15.e.38,Item rupis,4.reg.14.b.7.Euſebio Però verò רקם dicitur.

ידעיה ἰωδάε Iedaiá ſiue Iedei,Sciẽtia Domini,vel cognitio Domini. Nomen ſacerdotis,1.para.9.b.10,& 24.b.7

ידיה ἰεδαΐας Iedaiá,Manus Domini,ſiue confeſſio Domini.Filius Haromaph,2.eſd.3.c.10

ידאלה ἰεδαλά Iedalá, Manus iuramenti aut maledictionis ſiue execrationis:aut ex Hebræo & Syro,manus Dei.Ciuitas in tribu Zabulon,ioſ.19.b.15.quædam exemplaria habent יראלה

יחדו ἰεδδώ Ieddo,Solus ipſe,vel vnus ipſe,aut lætitia eius,ſiue acumen eius: vel Syriacè, nouitas eius. Filius Buz.1.paral.5.b.14

ידוע Ieddoá, Scitus vel cognitus. Nomen viri, 2.eſdræ 12.a.11.b.21

ידו ἰαδαί Ieddu,Manus eius,ſiue confeſſio eius.Nomen viri, 1.eſd.10.d.43,& 2.eſd.12.a.10

ידוע ἰεδδούας Ieddúa, Scitus, aut cognitus. Nomen viri, 2.eſdræ 10.a.21

ידבש ἰεδεβάς Iedebós,Mellifluus,aut manus confuſionis vel erubeſcentiæ.Filius Etam,1.para.4.a.3

Iedidiáh,Vide Idida.

Iedei,1.paral.24.b.7,Vide Iedaiá,Scientia,&c.

יחדיאל ἰεδιήλ Iediél,Vnitas Dei,ſiue lætitia Dei, aut acumẽ Dei: vel ex Syro & Hebræo,renouatio Dei.Nomen principis,1.para.5.d.24

ידיעאל ἰαδιήλ Iedihél,Scientia Dei,vel cognitio Dei. Filius Samri,1.para.11.g.45.Princeps militum,1.para.12.d.20

ידלף ἰελδάφ Iedláph, Diſtillatio, vel ſtillicidiũ: aut ex Hebræo & Syro,manus iuncta. Filius Nachor ex Melcha,gen.22.d.22

יגאל ἰγαάλ Iegáal,Redemptor,vel redemptus,ſiue inquinatus. Filius Semeiæ filii Secheniæ,1.para.3.d.22

יגבהה Iegbaá,Exaltatio,ſiue altitudo. Ciuitas eſt, numer.32.g.35.LXX καὶ ἐξεναντίας ναβέ, quam ædificauerunt filii Gad,iudic.8.c.11

יגדליהו γοδολίας Iegedelia,Magnitudo Domini.Pater Hanan, iere.35.a.4

יחדיהו ἰαδαιά Iehedeiá, Vnus Dominus,aut lætitia Domini, ſiue acumen Domini: aut ex Syro & Hebræo, renouatio Domini.Nomen viri,1.para.24.c.20

יחת ἰεέθ Iehéth,Confractus vel formidans,aut ſtupens: vel Syriacè,deſcendens.Nomen viri,1.para.23.b.10

יחזיאל ἰεζιήλ Ieheziél, Videns Deum, vel viſio Dei. Nomen viri,1.para.12.a.4

יחיה ἰεχία Iehias, Viuit Dominus. Sacerdos,1.paralip.5.c.23 15.c.23

יעיאל ἰειὴλ ἰεὴλ Iehiél, Abſtulit Deus, aut coaceruãs Deus. Nomen ſcribæ, 2. para. 26. b. 11. Nomen item cantoris, 1. paral. 9. f. 35, & 11. g. 44, & 15. c. 18, & 16. a. 5, & 2. para. 35. b. 9, & 1. eſd. 8. b. 13, & 10. d. 43. Filius Ioel, 1. para. 5. a. 7. Princeps item Gabaon, ex Hebræo, 1. para. 9. b. 35

יחיאלי ἰεϊὴλ Iehieli, Viuit Deus. Nomen viri, 1. para. 26. c. 21

Iehoiachin, Vide Ioachin.

Iehoiacim, Vide Ioacim.

יהוא ἰοῦ ἰηοῦ ἠοῦ Iehú, Ipſe, ſiue exiſtens. Filius Ioſaphat, 4. reg. 9. a. 2. Nomen prophetæ filii Anani, 3. reg. 16. a. 1. Filius Nãſi, 3. reg. 19. c. 17. Filius Obed filii Ophlal, 1. paral. 2. e. 38. Filius Iozabiæ, princeps, 1. para. 4. f. 35, & 12. a. 3

יעואל ἰεὴλ Iehuél, Abſtulit Deus, aut coaceruans Deus. Filius Zara, 1. para. 9. a. 6

יעוש ἰεοὺλ ἰησοῦς ἰνοῦς Iehús, Tinea corroſus, aut compreſſus, vel congregatus. Filius Eſau ex Oolibama, gene. 36. a. 5. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin, 1. paral. 1. c. 25, & 7. c. 11. Secundus filius Eſec, 1. para. 8. d. 39

יעוץ ἰωάξ Iehús, 1. para. 8. a. 10, Conſilians vel ligneus: aut Syriacè, fixus. Filius Saharáim, ex Hódes vxore ſua.

יחמי ἰαμὶ Iemái, Calefaciens, aut calidus. Filius Thola filii Iſſachar filii Iacob, 1. para. 7. a. 2. Heb. Iahemái.

Iemima, Filia Iob, iob 42. d. 14. Vide Dies.

ימיני ἰεμιναῖς ἰεμινὶ Iemini, Dextera, vel dexter. Pater Aphia, 1. reg. 9. a. 1, & 2. reg. 16. c. 11, pſal. 7. c. 1, iudic. 3. b. 15, & 19. d. 16

Iemineus, Idem. 2. reg. 20. a. 1

ימלה ἰαμλά Iemla, Repletio, aut circũciſio. Pater Michææ prophetæ, 3. reg. 22. b. 8. 9

ימלך ἀμαλήκ Iemléch, Regnans, aut Syriacè, conſulens. Nomen principis cuiuſdam, 1. para. 4. f. 14

ימנה ἰεμνά ἰαμνά Iemná, Dextera, aut numerans, ſiue præparans: vel Syriacè conſtituens. Filius Aſer filii Iacob, geneſ. 46. b. 17. & 1. para. 7. f. 30. Pater Core, 2. para. 31. c. 14

ימנע ἰαμνά Iemna, 1. para. 7. g. 35, Prohibitio, aut impedimentum, ſiue mare commotum. Filius Helem.

ימנה ἰαμενὶ Iemnaitæ, Dexteræ, aut numerãtes, ſiue præparantes, vel conſtituentes, nume. 26. c. 44

יעוש ἰεὺς Ieús, Tinea corroſus, aut compreſſus ſiue congregatus. Filius Roboam ex Abihail, 2. para. 11. d. 19

יפדיה ἰεφαδία Iephdaiá, Redemptio Domini. Filius Seſac, 1. para. 8. c. 25

יפלט ἰαφλέτ Iephlát, Liberatus, aut expulſus. Filius Heber filii Barie filii Aſer filii Iacob, 1. para. 7. f. 32

יפלטי ἰεφλητί Iephletí, Idem. Nomen populi in ſorte filiorum Ioſeph, ioſ. 16. a. 2

יפנה ἰεφοννή Iephoné, Aſpiciẽs, ſiue intuens. Pater Caleb, num. 13. a. 7

יפנה ἰεφοννῆ Iephonne, Idem. Filius Iether, 1. para. 7. g. 38

יפתה ἰεφθά Iephtá, Aperiens. Ciuitas quæ in ſortem tribus Iudæ ceſſit, ioſ. 15. f. 43

יפתח-אל γαιεφθαήλ Iephtahél, Aperiens Deus. Nomẽ vallis, terminus tribus Zabulonis, ioſ. 19. b. 14

יפתח ἰεφθάε Iephté, Aperiens. Filius Galaad ex meretrice, Iudex in Iſrael, iudic. 11. a. 1

ירחע ἰερεέ Ieraá, Luna, aut mẽſis, ſiue odoratio. Seruus AEgyptius Seſan filii Ieſi filii Appháim, 1. para. 2. c. 34

ירחמאל ἰεραμαήλ Ierameél, Miſericordia Dei: aut ex Syro & Hebr. dilectio Dei. Filius Eſron filii Phares, 1. paral. 2. b. 9.

ירחמאלי Ierameelita idem. 1. reg. 27. c. 10

ירקעם ἰερεκάμ Iercaám, Extenſio eorum, ſiue viriditas populi, aut ſputũ populi, vel armatura, vel euacuatio populi. Ciuitas eſt quæ ſorte miſſa, tribui Dan obtigit ſecundũ doctores Hebræorum. 1. para. 2. f. 44

ירקון ἰεραχών Iercón, AErugo, aut viriditas, ſiue ſputũ, vel armatura aut euacuatio. Ciuitas in tribu Dan, ioſ. 19. d. 46

ירמיה ἱερεμίας ירמיהו Ieremia ſiue Ieremias, Celſitudo Domini, vel ſublimitas Domini, aut exaltans Dominum. Nomen principis, 1. para. 5. d. 24. Eſt & nomen prophetæ filius Helciæ, ierem. 1. a. 1. Fuit & pater Amital matris Sedeciæ, ierem. 52. a. 1

ירחמאל ἱερεμεήλ Ieremiel, Miſericordia Dei: aut ex Syro & Hebræo, dilectio Dei. Filius Amélech, ierem. 36. f. 36

יראיה ἰαρουίας Ieriás, Timor Domini, vel viſio Domini: aut proiectio Domini. Filius Selemiæ filii Hananiæ, ierem. 37. c. 12

יריהו ἰεριά Ieriáu, Idem. Filius Hebron, 1. para. 23. c. 19

יריבי ἰαριβαί Ieribai, Pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans. Filius Elnaem, 1. para. 11. g. 46

יריחו ἰεριχῶ ירחו Ierichó, Luna vel menſis, aut odor eius. Ciuitas opulentiſſima in Beniamin tribu, ab Ieroſolymis c l, & ab Iordane l x diſtans ſtadiis, nume. 22. a. 1, ioſ. 2. a. 1. Quã ædificauit Hiel de Beth-el, Heb. יריחה 3. reg. 16. 34, & 2. par. 28. c. 15, matth. 20. d. 29, luc. 18. f. 35, & 19. a. 1. Nobilis palmetis & balſami viridariis. Vnde etiam Ciuitas palmarum appellatur, deut. 34. a. 3, & 2. par. 28. c. 15. & Thamar, ezech. 48. d. 27

Ierichontinus, Idem. ierem. 39. b. 15

יריאל ἰαρουήλ Ieriél, Timor Dei, aut viſio vel proiectio Dei. Filius Thou filii Iſſachar filii Iacob, 1. para. 7. a. 2

ירמות vel ירמות vel ירמות ἰερμώθ ἰερειμώθ ἰερειμούθ Ierimóth, Altitudines, ſiue timens mortem, aut videns mortem, ſeu proiectio mortis. Filius Bela filii Bẽiamin filii Iacob, 1. para. 7. b. 7. Filius item Beciæ, 1. paralip. 8. b. 14, & 2. paral. 31. c. 13. Eſt & nomen ciuitatis in tribu Iuda, cuius rex dicebatur Pharan, ioſ. 10. a. 3, & 15. e. 35. In tribu item Iſſachar data Leuitis, quæ Iaramoth dicitur, ioſ. 21. c. 29

ירימות ἰαρειμούθ Ierimuth, Idem. Nomen viri, 1. para. 12. a. 5

יריעות ἰερειώθ Ierióth, Cortinæ, ſiue linteamina, aut vlulationes ſiue confractiones. Filius Caleb ex Azuba vxore, 1. paralip. 2. b. 18

ירמי ἰερεμί Iermái, Altitudo mea, ſiue timens vel proiiciens aquas. Nomen viri, 1. eſd. 10. d. 33

ירבעל ἰεροβοάλ ἰεροβαάλ Ierobáal, Id eſt, Vlciſcatur ſe Baal, ſub. de eo. Vel, Cauſam ſuam agat ſiue tueatur Baal. ſub. in eum. Nomen Iudicis in Iſrael, qui & Gedeon dicebatur, iudic. 6. f. 32, vbi & ratio huius nominis ponitur, his verbis, Et vocauit eum in die illo Ierobaal, dicens, Vlciſcatur ſe de eo Baal, 1. reg. 12. b. 11

ירבשת ἰεροβαάλ Ierobéſeth, Impugnans confuſionem vel ignominiam, aut impugnãs idôlum. Nomẽ viri, 2. reg. 11. c. 21

ירבעם ἰεροβοάμ Ieroboám, Impugnans vel obiurgans populum, vel multiplicans populũ. Filius Ioas filii Ioachaz regis Iſrael, 4. reg. 14. f. 23. Fuit item alius eiuſdem & nominis & regni rex impius, 3. reg. 11. c. 26

ירחם ἰεροάμ Ierohám, Miſericors: aut Syriacè, dilectus. Filius Elcana filii Caath, 1. paral. 6. b. 27, & 12. a. 7, & 27. c. 22. Filius Phaſor, 1. para. 9. b. 12. Filius Eliu filii Thau, 1. reg. 1. a. 1, & 2. paral. 23. a. 1

יראון ἰερών Ierón, Timor vel viſio: aut proiiciens dolorem vel fortitudinem. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ. 19. c. 38

ירושלם ἱεροσόλυμα Ieroſolyma, Viſio pacis, aut viſio perfecta vel conſummata, ſiue timor perfectus vel conſummatus. Vide Ieruſalem.

Ieroſolymæ, Idem.

Ieroſolymita, Idem.

ἱεροσολυμῖται Ieroſolymitæ, Idem. p. n. Marc. 1. a. 5

יערשים ἰερσία Ierſiá, Lectulus ſiue ſtratum Domini, aut abſtulit paupertatem Dominus. Filius Ieroham, 1. para. 8. c. 27

ירואל ἰεειήλ Ieruél, Timor Dei, aut viſio Dei. Dicitur Vallis benedictionis inter Engaddi & Thecuã, 2. para. 20 d. 16

ירושה ἰερουσά Ieruſa, Hæreditas, vel exilium. Mater Ioathan filia Sadoc, 4. reg. 15. g. 33, & 2. paral. 27. a. 1

ירושלם Ieruſalẽ, Dicitur quaſi יראה-שלם, id eſt videbit perfectum vel pacificum. Iudææ metropolis à Melchiſedecho,teſte Ioſepho,condita,aliàs Salem,gen. 14.d.18, & pſal.75.a.3. hebr.79. item & Iebus à Iebuſæo Chananæi filio,ioſ.18.d.28. Poſtremò Helia(vt Volaterra. libro 11.ait)ab Helio Hadriano dicta eſt. Is enim imperator partem eius extruxit:montem Caluariũ, CHRISTI ſepulchrũ, & Golgotha, loca extra mœnia antea ſita,muro cinxit. Porrò hæc olim vrbs bifariam diuiſa eſt,in ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior in vertice Sionis,vnà cum templo in eiuſdem mõtis latere ſita erat:quæ à conditore interdum ciuitas Dauidis nominabatur. Templo autem adhærebat inferior ciuitatis pars,1.par. 3.b.4. In fine capitis 18.d.28 ioſue, traditur Ieruſalem eſſe ſita in tribu Bẽiamin. Hebræi, Ieruſaláim dicunt,Chaldæi Ieruſalẽ, quos imitati ſũt LXX, vbique ſcribentes ἱερουσαλήμ, Latini conuerterũt η in e longum. Matthæus dicere ſolet ἱεροσολυμα, Lucas modò ἱεροσόλυμα,modò ἱερουσαλήμ.

יִצְהָר ἰσαάρ Ieſáar, Claritas,ſiue oleum,aut Meridianus. Filius Caath filii Gerſon,nume.3.c.19

Ieſaaritæ,Idem.p.n.

יְשַׁעְיָהוּ ἰεσεία Ieſaia,ſiue Ieſaias,Salus Domini. Nomẽ viri,1.paralip.25.c.15,& 2.eſdr.11.b.6. Vide Eſaias.

יִשְׁמְרַי ἰασημαεί Ieſamari,Cuſtos,vel cuſtodia. Filius Elpháal,1.par. 8.b.18

יְשָׁנָה ἰεσσηνά Ieſaná,Dormiens,aut antiqua,vel annoſa,ſiue mutatio. Nomen ciuitatis,2.paral.13.d.19

יִשְׁבַּח ἰεσβά Ieſbá,Laus, ſiue tranquillitas. Filius Ezra,1.paral. 4.c.17

יָשָׁבְעָם ἰεσβαάμ Ieſbaám,Sedens populus, aut cõuerſio populi, ſiue inſufflatio,aut captiuitas populi. Filius Hachamoni,1. paralip.11.c.11. Filius Ieroam,1.paralip.12.a.6

יָשְׁבְּקָשָׁה ἰεσβοκασά Ieſbacaſſa,Eſt requirens vel deprecãs, aut ſeſſio dura, vel inſufflatio ſiue conuerſio dura. Nomen viri, 1. paralip.25.b.4

יִשְׁבִּי־בְנוֹב ἰεσβὶ ἀπὸ νώβ Ieſbí-benób,Sedẽs in prophetia vel in loquutione, vel in germinatione: aut conuerſio ſiue inſufflatio in prophetia vel in loquutione,ſiue in germinatione:aut captiuans in prophetia, vel in loquutione, ſiue in germinatione. Gigas quidam de quo 2.reg.21.c.16

יָשָׁבְעָם ἰεσβοάμ Ieſboám,Cõuerſio populi,ſiue ſeſſio populi,aut inſufflatio vel captiuitas populi. Nomen principis filii Zabdiel,1.paral.27.a.2

יִשְׁבָּק ἰεσβόκ Ieſbóc,Eſt vacuus,vel euacuatus:aut Syriacè, derelictus,vel derelinquẽs. Filius Abrahæ ex Cetura,gene. 25.a.2

יִסְכָּה ἰεχά Ieſchá, Vngens,ſiue cooperiens, aut protegens, vel obumbrãs:aut Syriacè,ſpeculãs. Filia Aran filii Thare,quæ & Sarai dicebatur,gene.11.d.29

יְשַׁעְיָה ἰεσαΐ Ieſeias, Salus Domini. Filius Phaltiæ filii Ananiæ filii Zorobabel,1.paral.3.d.21

יִשְׁמָא ἠεσαμά Ieſemá,Appoſitus,vel nominatus:aut admiratio,ſiue deſolatio. Filius Etam,1.paral.4.a.3

יֵצֶר ἰωσαάρ Iéſer,Figmẽtum,ſiue plaſmatio,aut tribulatio,vel anguſtians. Filius Nephthali,gene.46.c.24, & 1.para. 7.c.13

יִצְרִי ἰεσσερί Ieſeritæ,Idem.p.n.nume.26.f.49

יְשִׁישַׁי σουσί Ieſeſi, Antiquus,ſiue ſexagenarius,aut exultans, vel eſt munus. Filius Ieddo,1.paral.5.b.14

יִשְׁעִי ἰεσί. ἰεσσουεῖ ἰεσουέ. ἰεσσεῖ Ieſi,Salus,aut reſpiciens. Filius Appháim filii Nadab filii Semei filii Onam,1.paral.2.d.31,& 4.d.20. Pater Phaltiæ,1.paral.4.g.42,& 5.d.24

יִשִּׁיָּה vel יִשִּׁיָּהוּ ἰεσία ἰωσία· ἰωσίας Ieſia,ſiue Ieſias,Eſt Domin⁹. Filius Izrahia filii Ozi filii Thola,1.paral.7.a.3,&24.c.21. Vide 1.paral.12. a.6,& 23.c.20

יַחְצְאֵל ἰασιήλ Ieſiél,Diuidens Deus,vel dimidians Deus,aut feſtinatio Dei. Filius Nephthali,nume.26.f.48

יַחְצְאֵלִי ἀσιήλ Ieſielitæ,Idem.p.n.nume.26.f.48

Ieſimón, Deſolatio,aut ſolitudo. Nomen deſerti, 1. reg.23.d.24. Pro Ieſimõ ſcribitur 1.re.26.a.3,ſolitudo. יְשִׁימוֹן ἰεσσεμοῦν

Ieſmachias, Adhærens, vel innitens Domino aut iunctus Domino. Nomen viri,2.paral.31.c.13 יִסְמַכְיָהוּ σαμαχία

Ieſmáias,Audiens Dominum,vel obediens Domino. Nomen viri,1.paral.27.c.19 יִשְׁמַעְיָהוּ σαμαΐας

Ieſphá,Iaſpis, lapis ſcilicet pretioſus: aut eſt hîc,id eſt in hoc loco,vel labium,ſiue conterens. Filius Beriæ, 1.paralip.8.b.16 יִשְׁפָּא ἰεσφά

Ieſphán,Abſconditus,ſiue cõfractus,aut cuniculus. Filius Seſac,1.paral.8.b.22 יִשְׁפָּן ἰεσφάν

Ieſraeli,Idem quod Iſrael,quod interpretatur præualens ſiue dominans cum Deo, 2.reg. 17.f.25. Vbi alii interpretes legunt. Fuítque Micha filius cuiuſdam viri,nomine Iithra Iſraelitæ,&c. יִשְׂרְאֵלִי ἰσραήλ

Ieſſæ,Ens,ſiue exiſtens,aut munus,vel oblatio. Pater Dauid,eſa.11.c.10:qui & Iſai dicitur. יִשַׁי ἰεσσαί

Ieſſuí,Planus,ſiue æqualis,aut ponens,ſiue poſitus. Filius Aſer filii Iacob,gene.46.b.17,& 1.paral.7.f.30. Filius Saul,1.reg.14.g.49 יִשְׁוִי ἰεσσουέ ἰεσὺλ. ἰησουί

Ieſſuitæ,Idem.p.n.nume.26.e.44 ἰεσσουί

Ieſu,luc.3.f.26,in Græco eſt Ioſe:& Hebraicè poteſt interpretari Parcens, vel eleuatus, aut exiſtens.D. ἰωσή

Ieſuá,Saluator. Nomen viri,1.paral.24.b.11 יֵשׁוּעַ ἰασοῦ

Ieſuá,gene.46.c.17,& 1.paral.7.f.30,Planities,ſiue æqualis,aut ponens,vel poſitus. Filius Aſer filii Iacob. יִשְׁוָה ἰεσσουά. ἰασουά

Ieſue,Saluator,2.paral.31.c.15,& 1.eſdr.2.b.36 יֵשׁוּעַ ἰησοῦς

Ieſue,1.eſdr.10.d.31,Eſt Dominus. Nomẽ viri,Heb. Ieſia. יִשִּׁיָּה ἰεσσία

IESVS,Saluator. Sic vocatus fuit CHRISTVS Dominus noſter,matth.1 c.16,luc.2.c.21 יֵשׁוּעַ Ἰησοῦς

Ieſus,agg.1.a.1.zach.3.a.1,& 6.c.11,Dominus ſaluator, vel Domini ſalus. Sacerdotis nomẽ filii Ioſedec. De quodam Ieſu loquitur & Paulus,coloſſ.4.c.11 יְהוֹשֻׁעַ

Ieſus pro Ioſue,act.7.f.45

Ietá,Declinans,vel diuertens. Ciuitas quæ Leuitis è tribu Iudæ vel Simeonis eſt data,ioſ.21.b.16. Eadem videtur eſſe quæ Iota dicitur,ioſ.15.g.55,licet plerique diuerſè ſentiant,aſſerentes hanc aliàs Ietan dici:illam, Iota nempe,aliàs Loche. יֻטָּה vel יוּטָּה ἰεττά

Ieteba,Vide Iateba.

Ieteba, ſiue Ietebátha, Bonitas ſua, ſiue declinans filia eius, aut declinans deſertum. Nomen loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Gadgad mõte,4.reg.21.d.19,nume.33.d.33.deut.10.b.7 יָטְבָה vel יָטְבָתָה ἐπμαθά

Ieth,Confringens,vel formidãs,aut ſtupens:vel Syriacè,deſcendens. Filius Gerſon filii Leui,1.paral.6.d. 43. Heb. Iohath יַחַת ἰαάθ

Iethelá,Pendens,vel ſuſpenſio,ſiue coaceruatio. Nomen ciuitatis in tribu Dan,ioſ.19.d.42 יִתְלָה ἰεθλά

Iethnán, Merces,ſiue donum:aut Syriacè,fumigãs. Ciuitas tribus Iudæ,ioſ.15.e.23 יִתְנָן ἰονάν

Iether,Excellens vel reſiduus, ſiue remanẽs,vel explorãs,aut funiculus. Ciuitas de tribu Iuda,Leuitis data,ioſ.15.f.48,& 21.b.14,& 1.paral.6.e.58. Primogenitus Gedeonis,iudic.8.d.20. Filius Ezra,1.paral. 4.c.17 יַתִּיר ἰθέρ. ἰεθέρ

Iethér,1. reg.30.g.27,nomen ciuitatis: nomẽ item viri,1.paral.7.g.38,& interpretatur Excellens,aut reſiduum,ſiue remanens,aut explorans,ſiue funiculus. יֶתֶר ἰαθήρ. ἰεθέρ

Iéther,Idem.1.para.2.b.17. Ille idem qui & Iethra, 2.reg.17.g.25,dicitur. Filius item Iada filii Onam filii Ierameel,1.para.2.e.32. Sic dicitur & Iethro ſocer Moſis,exod.4.e.18.in codice Hebræo. יֶתֶר ἰεθέρ

Iethéth,Donans. Ciuitas Idumæorũ,gen.36.d.40. 1.paral.1.d.51 יְתֵת ἰεθέρ

Iethma,Orphanus,ſiue admiratio, aut conſummatio ſiue perfectio. Vir Moabites,1.paral.11.g.46. יִתְמָה ἰεθμά

יתנן ἰεϑάν Iethnan,Narrabit, vel planget.Ciuitas,ioſ.15.e.23

יתרא ἰεϑέρ Iethrá,Excellens,ſiue reſiduus,vel remanẽs,aut explorans vel funiculus.Pater Amaſa filii Abigáil ſororis Dauid,2.reg.17.g.25,& Iſraelites erat.In 1.paralip. 2.b.17,dicitur Iether Iſmaelites.

יתרעם ἰεθράν Iethrahám,Excellentia populi,aut reſiduus populi, ſiue exploratio vel funiculus populi . Filius Dauid ex Egla,2.reg.3.a.5,& 1.paral.3.a.3

יאתרי ἰεθρί Iethrái,1.para 6.b.21,Explorãs:aut Syriacè,locus. Filius Zara.

יתרן ἰεθραν. ἰθράν Iethrán, Excellens, ſiue reſiduus,vel remanens,aut explorans,vel funiculus.Filius Supha filii Helẽ,1.par. 7.g.37.Fili⁹ itẽ Diſon filii Seir Horrhæi,gene.36.c.26

יתרי ἰεθρί. ἐθρί Iethræus,Idem.Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb,1.paral.2.g.53,& 11.g.40

יתרו ἰαθόρ Iethró,Idem. Socer Moſis,exod.3.a.1:qui exod 2.c. 17,dicitur Raguel. & Cini קיני,iudicũ 1.d.16. Vide Raguel,& Iether,exod.4.e.18

יתרי ἰεθραῖος Iethrites,Idem.2.reg.23.d.38

קדמות Iethſon, ioſue 21. d. 36. In Hebræo eſt Cedemoth: quod interpretatur antiquiores,vel priores,aut Oriẽtales,ſiue incendium,vel incuruatio mortis.Nomẽ ciuitatis. Vide Cademoth.Non legitur apud LXX.

יטור θηπούρ. ἰετούρ Ietur, Cuſtodiens, aut ordo vel ſeries: aut Syriacè, mõtanus.Filius Iſmahelis,gen.25.b.15,& 1.para.1.d.31

יעוש ἰεύς Ieús. Tinea corroſus , aut compreſſus ſiue congregatus.Filius Roboam ex Abihail,2.paral.11.d.19

יוזבד ἰωζαβάδ Iezabad,Dotatus. Vir Gaderothites,1.paral.12.a.4

איזבל ἰεζαβέλ Iezábel,Inſula habitaculi,vel væ habitaculo:aut ex Hebræo & Syro , inſula ſterquilinii, vel væ ſterquilinio. Filia regis Sidoniorum, vxor regis Achab,3.reg. 16.g.31,& 21.b.5

איעזר ἀχιεζέρ Iézer,Inſula adiutorii,ſiue inſula atrii,aut væ adiutorio vel atrio.Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe,nume.26.d.30:qui ioſ.17.a.2,dicitur Abi-ézer.

יעזיר ἰαζείρ Iezér,1.paralip.6.g.81,Auxiliator,ſiue adiutor.Ciuitas Amorrhæorum: quæ Leuitis & homicidis pro aſylo è tribu Gad eſt attributa. Eadem eſſe videtur quæ & Iezer dicitur.

איעזרי ἀχιεζεεί Iezritæ,De Iézer,quod interpretatur inſula adiutorii,ſiue inſula atrii:aut væ adiutorio vel atrio. numeri 26.d.30

יזרח ἰεσραά Iezerites,Oriens,aut clarus.1.paral.27.b.8

יזיה ἀζία Ieziá, vel Ieziáh , Diſtillatio vel aſperſio Domini. Nomen viri,1.eſdr.10.c.15.d.25

יזליאה ἰεζελία Iezliá, Diſtillatio, vel aſperſio laborioſa.Filius Elpháal,1.paral.8.b.18

יאזניהו ἰεζονίας Iezonias,Auſcultatio Domini,aut ſtatera Domini, vel arma Domini.Filius Maachati,4.reg.25.f.23

יאזניה ἰεχονίας. ἰεζονίας Iezonias,ierem.35.a.3,& 40.c.8,& 42.a.1.ezech.8.d. 11,& 11.a.1,interpretatur Nutrimentum Domini,aut auſcultatio,vel arma Domini.

יחזרה ἰζεραά Iezrá,Porcinus:aut Syriacè,conuerſus.Filius Moſollam,1.paral.9.b.12

יזרעאל ἰεζραήλ Iezraél,Semen Dei,aut diſtillans contritionem vel malũ Deus , ſiue diſtillatio amicitiæ Dei , vel aſperſio paſtoris Dei.Ciuitas trib⁹ Iudæ,ioſ.15.g.56,& 17.d.16, & 19.b.18.iudic.6.g.33,& 1.reg.25.g.43.Filius item Oſee ex Gomer vxore,oſee 1.b.3

יזרעאלי Iezraelites,Idem.3.reg.21.a.1 ἰζεραηλίτης

יזרעאלית Iezraelitis,Idem f.g..1.reg.27.a.3 ἰζεραηλῖτις

יזרחיה ἰεσραίας Iezraiá,Oriẽs Dominus,aut claritas Domini. Nomen viri,2.eſd.12.d.41

I G

יגאל ἰγαάλ Igaál,Redemptus,ſiue coinquinatus.Filius Nathã de Soba,2.reg.23.d.36

ἰγάλ Igal,Idem.Filius Ioſeph,nume.13.b.8

I H

יעלם ἰεγλόμ Ihelóm,Occultus,ſiue adoleſcens,aut caprea eorũ, vel ſeculũ.Filius Eſau ex Oolibama vxore,gen.36.a.5

I I

עוים αὐίμ Iím,Acerui.Ciuitas tribus Iud ,ioſ.15.e.29

I L

עילי ἠλά Ilái,Aſcendens,vel ſuperior,aut aceruus mihi.1.paralip.11.f.29

ἰλλυρικόν Illyricum,Exhilaratio,aut lætificatio.G.Regio Epiri contermina,propinqua Italiæ,rom.15.d.19

I N

שרף σαράφ Incẽdens,Heb.Saraph.Propriũ viri,1.paral.4.d.22

תבערה ἐμπυρισμός Incenſio,Heb.Thagera.Nomen loci,nume.11.a.3

הדו ἰνδική, Indi, De India , quæ Hebraicè dicitur Hodu, id eſt laudatio,ſiue confeſſio,aut decôra vel pulchra. Regio latiſſima ad Orientem ſita, cuius imperium Aſſuerus tenuit,eſther 1.a.1.Aliàs Hodu, Heuila & Chus appellata.cuius ſpatiũ ex Strabone lib.15.Geograph.& Plinio lib.6. cap.16,intra Indum ab Occaſu,à Septẽtrione Tauri iugis,ab Ortu AEoo pelago, à Meridie,ſuo, hoc eſt Indico clauditur,ſpatioſiſſima ipſa:& non gẽtium tantùm & oppidorum propè innumerorum,ſed omnium rerum prouentu,ære tantùm & plumbo excepto,fœlix: flumina cũ plurima,tum maxima, præcipua tamen Ganges & Indus, quorũ irriguo procurſu fit vt in vdo ſolo proximãtis ſolis vis nihil non magna quantitate gignat. Maximè autem ſi reliquas terras cogitas, Oriẽti ſuppoſita videtur. Vide etiam Ptolemæum lib.7.cap.1,& Pomp.Melam in 3.

אופיר India,Iob 28.c.19,dicitur Ophir,Cinis, incineratio, fructificatio.

יואב ἰωάβ Ioáb,Paternitas,vel habens patrem,aut volũtarius. Frater Abiſai,1. reg.26.a.6. Filius item Saruiæ filiæ Iſai,2.reg.2.c.13, & 1.paral.2.b.16. Filius etiam Saraiæ, 1.paral.4.c.14

יהואחז ἰωαχάζ Ioachás,Domini apprehenſio,ſiue Domini poſſeſſio,aut Dominus vidẽs.Filius Ioſiæ regis Iudæ,4.reg. 23.f.34.Filius item Iehu regis Iſrael,4.reg. 10.g.35. Filius Ioram,2.para.21.d.17.Sic dicitur & pater Ioas, 2. para.25.f.23,qui 2.re.14.d.13, dicitur Ochozias. LXX. eo loco parali. legunt Ochozias,videtur erratũ in codice Hebraico.

יואחז ἰωάχαζ Ioacház,2.para. 34.b.8, Apprehendens, ſiue poſſidens, aut videns. Pater Ioha, qui à commentariis erat Ioſiæ regi.

יהויכין ἰωακείμ Ioachin , Domini præparatio, ſiue Domini firmitas.Filius Ioacim,ſiue Eliacim,4.reg.24.b.6,quẽ Ieremias 29.a.2,& 37.a.1,vocat Iechoniam.

יהויקים ἰωακίμ Ioacim, Domini reſurrectio , ſiue Domini confirmatio,vel Dominus vindicans.Filius Ioſiæ regis, qui prius Eliacim dicebatur,4.reg.23.g.34,& 1. par.3.c.15. Hic dicitur etiam Iechonias,matth.1.b.11

יויקים ἰωακείμ Ioacím, nehem.12.a.10,Reſurgens, ſiue confirmãs, aut vindicans.

יהועדה ἰωδαέ Ioadá, Domini cœtus,vel congregatio, aut Domini trãſitus vel teſtimonium, vel Domini ornatus vel præda:aut ex Hebræo & Syro, Domini ablatio.Filius Achaz filii Micha,1.pa.8.d.36: qui 9.f.42,dicitur Iara.

יהועדן ἰωαδάν ἰωδαείμ Ioadán,Domini deliciæ,vel Domini voluptas: aut ex Hebræo & Syro,Domini tẽpus. Mater Amaſiæ regis Iudæ,4.reg.14.a.2,& 2.para.25.a.2

יואח ἰωάδ. ἰωάχ Iohâh,Fraternitas,vel habens fratrem.Filius Zemma,1.paral.6.b.21, & 2.paral.29.c.12. Filius itẽ Iochaz illius qui fuit Ioſiæ regi à cõmentariis,2. para. 34.b.8

Ioahe,Idem.Filius Aſaph,4.reg.18.e.18

ἰωά Ioaha,Idem,1.para.26.a.4,& 2.paral.29.c.12

ἰωαρίβ Ioarim, Domini exaltatus, vel Domini exaltatio.

D.Nomen viri,1.mach.2.a.1

יוֹאָשׁ ἰωάς. ἰωάζ Ioas,Diſſidens,vel deſperans,aut ignitus vel vrens. Pater Gedeonis,iudi.6.b.11.Filius Achab regis Iſrael, 3.reg.22.d.26.Filius item Ochoziæ filii Ioram filii Achab,4.reg.11.a.2,& 12.d.20,& 13.a.1,& 1.paral.3.c.11. item 4.reg.14.d.17,vbi dicitur, Vixit autem Amaſias filius Ioas, vſque ad finem capitis. Filius Ioachaz filii Iehu,rex Iſrael, 4.reg.13.b.9.c.13,& 14.a.1:vbi dicitur, In anno ſecundo Ioas. Pater Ieroboam regis Iſrael,4. regum 14.f.27

יְהוֹאָשׁ ἰωάς Ioás,Domini ignis,vel Domini oblatio.Rex Iuda, filius Ochoziæ,filii Ioram, filii Achab,4.reg.11.d.21, & 12.a. 2, b.7. & in principio literæ d.18,vbi dicitur, Quam ob rem tulit Ioas.& 13.d.25, vbi dicitur,Porrò Ioas.Item 14.b.8.c.13..d.16

יוֹעָשׁ ἰωάς Ioás,1.paral.7.b.8,& 27.d.28, interpretatur Tinea corroſus,ſiue compreſſus,vel congregatus. Filius Bechor filii Beniamin filii Iacob.

יוֹתָם Ioathám,Conſummatus, ſiue perfectus. Filius Oziæ ſiue Azariæ regis Iuda,4.reg.15.d.23, & 2.paralip. 26.a.1.à LXX.ἰωαθάμ & ἰωθάμ trãſfertur.Filius item Ierobaal ſiue Gedeonis, iudic. 9.a.5.Filius itẽ Iahaddái, 1.par.2.f.47.Filius Azariæ filii Amaſiæ,1.para.3. c.12

אִיּוֹב ἰώβ Iob,Dolens,vel gemens,ſiue vlulans,aut exoſus,vel patiens inimicitiam.Nomen viri,iob 1.a.1

יוֹב ἀσούμ Iob,gene.46.c.13,Dolens,vel gemens,aut vlulans. Filius Iſſachar,qui 1.paral.7.a.1,dicitur Iaſub.

יוֹבָב ἰωβάβ Iobáb,Idem.Filius Iectan,gene.10.d.29. Filius Saharaim ex Hodes vxore,1.paral.8.a.9. Filius item Zaræ,rex Edom.gen.36.d.33

יִבְנִיָּה ἰεβναά Iobaniá,AEdificatio Domini,ſiue filiatio,aut intellectus Domini.Filius Ieroham,1.paral.9.b.8

יוֹכֶבֶד ἰωχαβέδ Iochábed,Glorioſa,aut grauis,vel ponderoſa.Filia Leui,vxor Amran filii Caath,filii Leui,exod.6.c.20

יוֹעֵד ἰωάδ Ioéd,Teſtificans,vel ornãs, ſiue prædans,aut trãſiens:vel Syriacè,auferens.Nomen viri,2.eſd.11.b.7

יוֹאֵל ἰωήλ Ioél,Volens,ſiue incipiens,aut iurans.Nomẽ principis, 1.paral. 4.f.35. Nomen prophetæ filii Phathuel, ioel 1.a.1.Pater Sãmua,1.par.5.a.8.Fili⁹ item Gerſom, 15.a.7.Filius præterea Azariæ,2.paral.29.c.11. Primogenitus Samuelis prophetæ,1.reg. 8.a.2.Filius Gad,1. paral.5.b.12

יוֹעֵאלָה ἰωηλά Ioelá,Eleuatio,ſiue proficiens,aut auferens maledictionem.Filius Ieroham,1.paralip.12.a.7

יוֹעֶזֶר ἰωεζέρ Ioézer,Adiuuans.Nomen viri,1.paral.12.a.6

יָגְלִי ἰοκλί Ioglí,Reuelatio, aut tranſmigratio, ſiue reuolutio, aut exultatio.Pater Bocci principis tribus Dan,num. 34.d.22

יוֹחָא ἰοχά. ἰωχά Iohá, Viuificans. Filius Bariæ, 1.paral. 8.b.16. Vir Thoſaites,1. paral.11.g.45

יוֹחָנָן ἰωανάν. ἰωνάν Iohanán,Gratioſus,ſiue donans:aut pius, ſiue miſericors.Filius Caree, 4.reg. 25.f.23. Primogenitus Ioſiæ regis Iuda,1.para.3.c.15.Filius Azariæ,1.para.6.a.9.Filius Elioenai filii Naariæ,1.paral.3.d.24. Principis nomen,1.paral.12.b.12.nehem.12.b.23

יְהוֹחָנָן ἰωαθάν. ἰωνάν Iohanán,1.para.26.a.3,& 2.paral.17.d.14, & 23.a.1, & 28. b. 12,& eſdr.10.d.28. nehem. 6.d.18, & 12.d. 41: Domini gratia,ſiue Domini donum,aut Domini miſericordia.

ἰωάννα Iohãna, Domini gratia,ſiue Domini donũ,aut Domini miſericordia. D.Mulier quæ ſequebatur CHRISTVM,vxor Chuſæ,luc.8.a.3,& 23.g.49

ἰωάννης Iohannes,Idem. D. Nomẽ Apoſtoli fratris Iacóbi, quorum pater Zebedæus dicebatur,matt.4.d.21. Fuit & nomen præcurſoris CHRISTI,cognomẽto Baptiſtæ,luc.1.f.63

יְהוֹיָדָע ἰωιαδέ. ἰωδάε Ioiadá,Domini ſcientia,aut Domini cognitio.Nomen ſacerdotis,4.reg.11.b.15.ierem.29.f.26

יוֹיָדָע ἰωδάε Ioiadá,Scitus,aut cognitus,nehem.3.b.6,& 12.a.10, & 13.d.28

יוֹיָרִיב ἰωιαρείβ Ioiaríb,Pugnans,vel obiurgans,ſiue multiplicans, nehem.12.a.19

יְהוֹיָרִיב ἰωρείβ. ἰωαρείβ Ioiaríb, 1.paral. 9.b.10,& 24.b.7,Domini pugna, ſiue Domini obiurgatio , vel Domini multiplicatio. Nomen ſacerdotis.

יוֹנָה ἰωνάς Ioná,ſiue Ionas,Columba,ſiue depopulãs, vel multiplicans. Nomen prophetæ filii Amathi, 4.reg.14.f. 25.Pater Ioſeph patris Iudæ patris Simeon,luc.3.f.30. Pater item Petri apoſtoli,iohan.1.f.42,& 21.c.15

יוֹנָדָב ἰωναδάβ Ionadab, Spontaneus, vel vouens,ſiue principalis. Filius Semmaa fratris Dauid,2.reg.13.a.3. Filius item Rechab,ierem.35.b.8

יְהוֹנָדָב ἰωναδάβ Ionadab,2.reg.13.a.5,vbi dicitur,Cui reſpondit Ionadab,&c. & 4.regum 10.d.15, interpretatur Domini ſpõtaneus,aut Domini princeps,vel Domini votum. Filius Rechab.

יְהוֹנָתָן ἰωναθάν Ionathán,Domini donũ. Filius Gerſom filii Moyſi,iudic.18. g.30. Filius Saul,2. reg.1.a.1,&1 .paral.8.c. 33.Nomẽ ſcribæ cuiuſdã,iere.37.c.14.

יוֹנָתָן ἰωνάθαν Ionathan,Filius Saulis regis,1.reg.13.a.2, & 14.a.1, & 21.b.7,& 1.paral.10.a.2. Filius Abiathar ſacerdotis, 2.reg.15.f.27,& 17.d.17, & 3.reg.1.f.42.Filius Iada filii Onam filii Ierameel,1.paral.2.e.32. Filius Sage,1.par. 11.g.34,& 1.eſdr.8.a.6. Filius Aſael,1.eſdr.10.b.16.nehem.12.a.11.Filius Caree,iere.40.c.8. In omnibus his locis interpretatur Columbæ donum,vel donans. Ac vbique ſcribi debet Ionathan per n in fine, non per s.

יָפוֹ ἰόππη Ioppé, Pulchritudo,aut decor. Oppidũ in ora curuæ Syriæ in monte ſitum, vnà cum portu , qui à Barbaris nunc Sappho appellatur, ioſ. 19.c.45, & 2.paral. 2.d.16,& 1.eſdr.3.b.7.iona 1.a.3,& 1.mach.10.f.75.act. 9.f.38

ἰοππιταί Ioppitæ,Pulchri,ſiue decóri.D.2.mach.12.a.3

יוֹרָה ἰωρά Iora,Temporaneus, aut oſtendẽs, ſiue demonſtrãs, vel proiiciens: aut Syriacè, lebes. Nomen viri,1.eſdr. 2.a.18

יוֹרַי ἰωραί Iorái,Idem.Nomen viri,1.para.5.b.13

יוֹרָם ἰωράμ Iorám,Excelſus,ſiue ſublimis,aut proiectus.Filius Thou regis,2.reg.8.c.10.Filius item Ioſaphat,1. paral 3.c.11:qui 3.reg.22.g.51,dicitur Hebraicè יהורם.

יְהוֹרָם ἰωράμ Iorám,Filius Ioſaphat regis Iuda,3.reg.22.g.51. Filius item Achab regis Iſrael,frater Ochoziæ,4.regũ 1. d.17,& 3.a.1,& 8.d.25, &9 .d.15, & 12.d.18, & 2.paral.21. a.4,& 22.a.1.matth.1.b.8.Eſt & nomẽ ſacerdotis,2.paral.17.c.7.In omnibus his locis interpretatur Domini celſitudo,aut Domini ſublimitas,aut Domini proiectio. Præterquã in fine 4.reg.9.f.29, vbi dicitur, Anno vndecimo Ioram.

יַרְדֵּן ἰορδάνης Iordanis,Fluuius iudicii,aut demonſtratio,vel proiectio iudicii,ſiue deſcenſio:aut ex Syro & Hebræo, lebes iudicii.Fluuius Iudææ,deut. 1.a.1.ioſ. 1.a.2, qui ab Hebræis ſic dicitur quaſi מדן יורד, id eſt à Dan defluẽs. defluit enim à Dan, gene. 13. c.10,eximiæ dulcedinis: Solino Paneadis : Egeſippo verò Ioſephóque, Phiala fonte decurrens . regiones perquam amœnas præterlabitur:mox in lacũ,quem multi Genezaram vocant, ſe fundit. deinde mare mortuum petit,natura dirum, à quo poſtremò abſorbetur.

ἰωρείμ Iorim, Dominus exaltans , vel Domini exaltatio: aut riui. D.Nomen viri,luc.3.f.29

יוֹשָׁה ἰωσία Ioſá, Ens, vel exiſtens,aut obliuiſcens, vel debens. Nomen principis,1.paral.4.f.34

יְהוֹשֶׁבַע ἰωσαβεαί Ioſába, Domini ſaturitas, aut Domini ſatietas,vel Domini iuramẽtum,ſiue Domini ſeptenarium. Filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, 4.reg.11.a.2

וּשַׁב־חֶסֶד ωσαβ ἰσὲδ Ioſab-heſed, Habitaculum, vel ſedes miſericordiæ, aut inſufflatio vel conuerſio miſericordiæ. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.paral.3.d.20

יְהוֹשַׁבְעַת ἰωσαβεὲθ Ioſabeth, Domini ſatietas, vel Domini iuramentum, aut Domini ſeptuplum, ſiue Dominus conuertẽs horam. Nomen mulieris, 2.paral.22.d.11: quæ 4.regũ 11.a.11, dicitur Ioſaba.

יוֹשִׁבְיָה ἰωσαβία Ioſabiá, Habitaculum vel ſedes Domini, ſiue cõuerſio aut inſufflatio Domini, vel captiuitas Domini. Filius Saraiæ filii Aſiel, pater Iehu principis, 1.par.4.f.35

יוֹשַׁוְיָה ἰωσωία Ioſaiá, AEquitas Domini, vel planities Domini, aut apponet Dominus. Filius Elnaem, 1.paral.11.g.46

יְהוֹשָׁפָט ἰωσαφάτ Ioſaphát, Dominus iudex, vel Domini iudicium. Filius Aſa regis, 2.reg. 15.e.24, & 1.paral.3.b.10. Filius Ahilud, 2.reg.8.d.16. Filius item Pharuæ, 3.reg.4.e.17. At ioelis 3.a.2, videtur eſſe nomen vallis.

יוֹשָׁפָט Ioſaphát, Iudicatus, vel iudicatio. Vir Mathanites, 1.paral.11.g.43

יְהוֹצָדָק ἰωσεδὲκ Ioſedéc, Domin⁹ iuſtus, vel Domini iuſtitia. Filius Saraiæ filii Azariæ, 1.paral.6.a.14. Pater Ieſu ſacerdotis, agg.1.a.1

יוֹצָדָק Ioſedéc, 1.eſdr.3.a.2, & 5.a.2, & 10.c.19, nehem.12.c.26. interpretatur Iuſtificatus, vel iuſtificatio.

יוֹסֵף ἰωσὴφ Ioſéph, Augmentum, vel præfectus. Vndecimus filius Iacob ex Rachel vxore, gene. 30.d.24. Pater item Igal, nume.13.a.8. Filius Aſaph, 1.paral.25.a.2

Ioſeph, pſal.80.a.1.heb.81, Domini augmẽtum, vel

יְהוֹסֵף Domini profectus.

ἰωσῆς. Ioſeph, matth.13.g.55, & 27.f.56, vbi dicitur, Et Ioſeph mater. marc.6.a.3, & 15.d.40, ibi, Et Ioſeph mater. & ibi, Maria & Ioſeph. & act. 4.g.36. in omnibus his locis in Græco eſt Ioſes: quod Hebraicè poteſt interpretari parcens, vel eleuatus, aut exiſtens. D.

ἰώσηφος Ioſephus, Augmentũ, vel profect⁹. D.1.mac.5.b.18

יֹאשִׁיָּהוּ ἰωσίου Ioſias, Ignis Domini, aut vrens Dominus. Rex Iuda filii Amon filii Manaſſe, 4.reg.22.a.3

יוֹסִפְיָה ἰωσεφία Ioſphiás, Augmentum vel profectus Domini, aut conſummans, vel finiens Dominus. Filius Selomith, 1.eſd.8.b.10

יְהוֹשֻׁעַ ἰησοῦς. ἰωσὴε Ioſúe, Dominus ſaluator. Filius Nun, princeps tribus Ephráim, Oſee prius nominatus, nume.13.b.17, & 1.paral.7.f.27. Poſt Moyſen dux populi Iſraelitici, ioſue 1.a.1

יֵשׁוּעַ ἰησουέ. ἰησοῦς Ioſúe, Eſdræ 2.a.6, & 3.a.2, & 4.a.3, & 5.a.2, & 8.g.33. & 10.c.18. Itẽ nehem.3.e.19, & 8.b.7, & 9.a.4, & 12.a.1. in omnibus his locis interpretatur Saluator.

יֻטָּה ἰεπλά Iota, Declinans, vel diuertẽs. Ciuitas in tribu Iudæ, ioſ.15.g.55. Eadem videtur eſſe quæ ioſ.21.b.16, Ieta appellatur. Vide Ieta

Iouis, τοῦ διός Obliquus à ζεῦς Iupiter, quaſi Iuuans pater, act.14.b.13, & 19.g.35

יְהוֹזָבָד ἰωζαβὰθ. ἰωζαβάδ. ἰωζαβὲδ Iozabád, Domini dos, vel Domini dotatio. Nomẽ ſerui Ioas regis, à quo occiſus eſt ipſe Ioas. 4.reg.12.d.21, & 1.paral.26.a.4, & 2.paral.17.d.17, & 24.g.26

יוֹזָבָד ἰωζαβάτ. ἰωαζασαβάδ Iozabád, vel Iozabed, Dotatus. Princeps militiæ, 1.paral.12.d.20, eſd.10.c.21. nehem.11.c.16, & 2.paralip. 31.c.13, & 35.b.9, & nehem.8.b.7

יוֹזָכָר ἰωζάχαρ Iozachár, Memorãs, ſiue maſculin⁹. Filius Semaar, ſeruus Ioas regis Iuda, qui Iozachar occîdit ipſum regem Ioas, adiutus à Iozabad conſeruo, 4.regũ 12.d.21. Hic 2.paral.24.g.26, dicitur Zabad.

I R

עִירָא ἰέρας Irá, Ciuitas, aut vigil, ſiue denudatio, aut effuſio, vel aceruus viſionis. Nomen ſacerdotis, 2.reg.20.g.26. Iethræus quidam, de quo 1.paral.11.f.28. Vide Hira.

עִירָד γαϊδὰδ Irád, Onager, ſiue aceruus deſcenſionis, vel acerui deſcẽſio, aut aceruus imperii: vel Syriacè, draco. Filius Enoch, gene.4.c.18

עִירִי οὐεὶ Irái, Vigil, aut ciuitas, ſiue denudans vel euacuans: aut pullus, ſ. aſini. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob, 1.paralip.7.b.7

I S

יִצְחָק ἰσαάκ Iſaác, Riſus. Filius Abraham ex Sara, gene.17.c.19, & 21.a.3. Heb. Iſhac. Scribitur & ישחק per ש ſiniſtrum, loco צ. ierem.33.d.26, & amos 7.b.9, d.16

יִצְהָר ἰσαάρ. ἰσσαάρ Iſaar, Oleum, ſiue claritas, aut Meridianus. Filius Caath filii Leui, exod. 6.c.18, & 1.para.6.a.2.c.38, & 23.b.12: qui nume.3.c.19, dicitur Iſaar, iiſdem tamen conſonantibus & punctis.

יִצְהָרִי ἰσσαάρ Iſaarí, Idem. Nomen viri, 1.paral.24.c.22

Iſaaritæ, Idem. p.n. 1.paral.26.c.23

יִשַׁי ἰεσσαί Iſái, Munus, aut ens, ſiue exiſtens, vel debitor. Pater Dauid, quẽ Græci Ieſſæ vocãt. Filius Obed filii Booz, Ruth 4.d.17, & 1.reg.16.a.3, & 1.paral.2.b.12

Iſaias, Vide Eſaias.

יִצְרִי ἰεσεί Iſari, Figmentum, ſiue plaſmatio, aut tribulans, vel anguſtians. Nomen viri, 1.paral.25.c.11

יֶשֶׁבְאָב ἰσβαάβ Iſbaáb, Seſſio vel habitatio patris, aut cõuerſio, vel inflatio, ſiue captiuitas patris. Nomen viri, 1. paralip. 24.b.13

יְאִשׁ־בֹּשֶׁת ἰσβόσεθ Iſ-bóſeth, Vir confuſionis vel ignominiæ, aut viri mora. Filius Saul regis Iſrael, 2.reg.2.b.12

ἰσκαριώτης Iſcariotes, Hebraicè interpretatur Vir occiſionis, vel vir exterminationis vel mortis. Sic cognominatur Iudas ille CHRISTI noſtri proditor, matt.10.a.1. Sunt qui & Iſchariotẽ dictum exiſtiment, per ch ſcribentes, quòd de tribu Iſſachar eſſet: cui tale cognomẽ ex ipſo quoque facinore optimè conueniat. nam mercede vẽdidit CHRISTVM noſtrum. Iſſachar ſiquidẽ ex 30.c.18 geneſeos, à שכר, quod mercedẽ ſignificat, inclinatum eſt.

יִשְׁמָעֵאל ἰσμαήλ Iſmaél, Exauditio Dei. Filius Abrahã ex Agar ancilla, gene.16.c.11. Filius item Nathaniæ, 4.reg.25.f.25. Filius Aſel filii Elaſa, 1.paral.8.d.38, & 9.g.44

יִשְׁמְעֵאלִים ἰσμαηλῖται Iſmaelitæ, Idẽ. p.n. gen.37.f.25. Populi quos Moyſes (vt quidam dicunt) Madianitas vocat: Euſebius Agarenos, ſiue Saracenos. Alii tamen dicunt Iſmaelitas & Agarenos eſſe nomina duorum populorum.

יִשְׁמְעֵאלִי ἰσμαηλίτης Iſmaelites, Idem. 1.para.2.b.17

יִשִׂימִיאֵל ἰσμιήλ Iſmiel, Nominatio Dei, aut admiratio vel ſtupor Dei. Nomen principis, 1.par.4.f.36

יִשְׂרָאֵל ἰσραήλ Iſraél, Præualẽs ſiue dominans cum Deo. Nomen Iacob, inditum ei ab angelo, gen.35.b.10. Regnũ item decem tribuum vocatum eſt Iſrael.

Iſraelitæ, Idem. p.n. Populi ab Iſrael ſic cognominati, 2.reg.3.c.18

יִשְׂרְאֵלִי ἰσραηλίτης Iſraelites, Idem. leuit.24.b.10

יִשְׂרְאֵלִית ἰσραηλῖτις Iſraelitis, Idem. f.g. leuit.24.b.10

Iſraeli, Vide Ieſraeli, & Iſraeli.

יְשַׂרְאֵלָה ἰασαρελά Iſreéla, Præualens aut dominans Deus, ſiue rectitudo Dei, aut canticum Dei. Nomen viri, 1.para. 25.c.14

יִשָּׂשכָר ἰσσάχαρ. ἰσάχαρ Iſſachár, Eſt merces, vel præmiũ. Nonus filius Iacob ex Lia vxore ſua, geneſ. 30.c.18. Nomen tribus, 3.reg.4.b.17

אֶשְׁתְּמֹה ἀσθεμώ Iſthemó, Ignis admirationis vel conſummationis, ſiue ignis perfectionis vel ſimplicitatis. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.f.50

אִישׁ־טוֹב ἰστώβ Iſ-tob, Vir bonus. Nomen viri, 2.reg.10.b.8.

יְשׁוֹחָיָה ἰεσουία Iſuhaiá, Comprimens vel humilians Dominus, ſeu meditatio Dei. Nomen principis, 1.paralip.4.f.36

I T

ἰταλία Italía,Ab Italo rege dicta eſt:vel ab Italis, id eſt vitulis, eo quòd illa regio vitulis abundet. Latinum eſt, act.27.a.6

כִּתִּים κιτιαῖοι Italia,nume. 24.d.24.ezech.27.a.6. In Hebræo eſt Cithim:& interpretatur conterentes,vel cõtritio maris, ſiue diadema, aut aurum, vel tinctura: vel ex Syro & Hebræo,coaceruatio maris.Regio &patria Romanorum,ab Italo rege vocabulum traxit,quæ ab Aphrico & à Borea Mari magno cincta,reliqua Alpium obicibus obſtructa eſt.Hæc quinque appellata eſt nominibus: Saturnia, à Saturno primo habitatore, Trogo: Italia,à rege,Plinio:Auſonia,Liuio:AEnotria,Dionyſio:Heſperia, Virgilio. Vide Volater.lib.4.Geograph.

תּוּבַל θοβέλ Italia, eſaiæ 66.f.19. Hebraicè dicitur Thubal: & interpretatur orbis, aut confuſio, vel ignominia, ſiue portatus vel adductus. Sunt qui Iberes,non Italos eſſe dicant.

σπεῖρη ἰταλική Italica cohors,ab Italia dicta eſt,act.10.a.1

אִתַּי vel אִיתַי ἰθθί Ithái,Robuſtus,aut ſignum,vel vomer: aut Syriacè,veniens. Filius Rubai, 2.reg.23.d.29: qui & Ethai,1. paralip.11.f.31

אִיתָמָר ἰθάμαρ Ithamár,Inſula palmæ vel dactylorum, aut inſulæ commutatio vel permutatio, ſeu væ palmæ aut commutationi. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui,exodi 6.d.23,& 1.paral.6.a.3

ἰτουραία Ituræa,Cuſtodita:vel Syriacè,montana, vel montoſa. D. Trachonitidis regio iuxta deſertum Arabiæ: cuius Tetrarcha fuit Philippus, luc. 3. a.1,de quo Hieronymꝰ in locis Heb. A Ietur filio Iſmahelis.

יְטוּר ἰτουραῖοι Ituræi, Cuſtoditi vel cuſtodiæ, aut coordinati: vel Syriacè,montani ſeu montoſi. Populi,1.paral.5.c.19

I V

יוּבַל ἰουβάλ Iubál, Defluens,ſiue apportans,vel inueteraſcens, aut germinãs,ſiue iubileus, vel b ccina. Filiꝰ Lamech ex Ada vxore,gen.4.d.21

יוֹבֵל ἰαφέσεως σημασία Iubileus,Buccina,vel defluẽs,ſiue apportãs,aut germinans,ſiue inueteraſcens,leuit.25.b.11.nume.36.b.4

יָקְדְעָם ἰεκδαάμ Iucadám,Incuruatio populi,ſiue incẽdium populi. Ciuitas eſt in tribu Iuda,ioſue 15.g.56

יְהוּכַל Iuchál,Domini omnia,aut Domini perfectio, ſiue conſummatio.Filius Selemiæ,ierem.37.a.3 ἰωαχάλ

יוּכַל ἰωχαλ Iuchál,ierem,38.a.1,interpretatur potẽs,ſiue perfectus,vel conſummatus.Filius Selemiæ.

יְהֻד οὐδ Iud, Laudans, ſiue confitens. Ciuitas in tribu Dan, ioſ.19.c.45

יְהוּדָה ἰούδα Iudá,Laudatio,ſiue confeſſio.Filius Iacob, gen.29. d.35.Tribus Iuda ad Auſtrum,ioſ.15.a.1

ἰουδαία Iudæa,Idem.Iudæa aliquando tota terraduodecim tribuumappellatur,velut marci 3.a.7.pſal.75.a.2.heb 76. Notus inIudæa Deus.Aliquando duæ tantum tribus, Iuda & Beniamin appellitãtur, ad diſtinctionem Galilææ & Samariæ, aliarúmque in terra repromiſſionis regionum. Obſeruabis itaque apud hiſtoricos Iudæam pertinere ad Palæſthinã: Galilæam verò atque Samariam ad Phœnicem. Neque obſcurum eſt poſt Salomonis mortem,decem tribus Iſrael defeciſſe à Roboam ad Ieroboam Ephratæum, 3. regũ 12. e. 10 Exinde duæ tribus, Iudæ ſcilicet & Beniamin, quæ ſemini Dauidis adhæſerant, nunc domus Dauid, nunc regnum Iuda,Ieruſalem, aut Beniamin in Scripturis potiſſimum à Prophetis nuncupatæ. Sicut decem tribus quæ defecerant,regnum Iſrael,domus Iacob & Ioſeph,Ephraim,regnũ Samariæ,Iezrael,Beth-el,Bethauen appellari notum eſt.

Iudæa quæ, & Chananæa & Repromiſſionis ter ra quæ ſancta in Scripturis ſacris nuncupata eſt,Syriæ, regio, in Aſia maiore,ad Orientem habet Mare mortuum,quod & ſalſum,numeri 34.a.3,vbi quondam Sodoma & Gomorrha vrbes ſitæ erant. vltra quod Iordanis fluuius, qui Mare mortuum ingreditur: deinde Amorrhæi habitant. Poſt quos Moabitæ terram occupant: deinceps Ammonitæ & magnus Euphrates. Vltra illos Babylon atque Chaldæorum eſt regio. Perſia deinceps inchoat. Ad Aquilonem Galilæa cubat,in cuius tergo Libanus mons terminus Iudææ eminet. Damaſcus deinde,& Euphrates celebre flumen: vltra quod Syria & Aſſyria ſitæ ſunt, quæ reſpiciunt & extenduntur ad Orientalem plagam. Vlterius Sidon & Tyrus Occidentem verſus declinant & extenduntur. Occidẽtem verſus, Philiſthiim,quæ Palæſthina & Allophylorum terra dicitur, incipit: vltra quam Mare magnum,quod & Mediterraneum,horret, exodi 23.g. 31:hoc, Palæſthinorum mare appellatur. Ad Meridiẽ Amalecitæ habitãt,nume.13.f.30,poſt quos Seir mõs, & Edomitæ. vltra illos Madianitæ ſedent. deinde eſt Mare rubrum:vltra quod AEgyptus ſita eſt ad Occidentem Iudææ extenſa. Habes paucis verbis limites ſeu terminos terræ promiſſionis à Moſe & Prophetis.

Iudæi,Laudãtes,ſiue confitẽtes.4.reg.25.g.25 ἰουδαῖοι יְהוּדִים

Iudæus,Idem.ſ.n. zach.8.d.23 ἰουδαῖος יְהוּדִי

Iudaia,Laudatio,ſiue confeſſio Domini. Vxor Ezra,1.paral.4.c.18 יְהוּדִיָּה ἰουδεία

Iudaiſmus,Laudatio,ſiue confeſſio.Religio Iudæorum,galat.1.c.14 ἰουδαϊσμός

Iudaicè,4.reg.18.e.26 יְהוּדִית

Iudas,Idem.Filius Mathathiæ filii Iohannis,1.machab.2.a.4.Vnus ex duodecim apoſtolis,matth.10.a.4 Eſt & nomen cuiuſdam Galilæi,de quo act.5.g.37 ἰούδας

Iudí,Idem.Filius Nathaniæ filii Selemiæ filii Chuſi,ierem.36.c.14 יְהוּדִי ἰουδεῖν

Iudíth,Laudans,ſiue confitens,aut Iudæa. Altera vxor Eſau,gene.26.g.34. Fuit & nomen viduæ cuiuſdã nobilis,iudith 8.a.1 יְהוּדִית ἰουδὶθ. ἰουδείθ

Iulia,Lanuginoſa. G.rom.16.b.15 ἰουλία

Iulius,Lanuginoſus,vel lanugo. G.Nomen centurionis cuiuſdam,act.27.a.1 ἰούλιος

Iunia,A Iunone,id eſt dominatrice. G.Nomen viri concaptiui Pauli,rom.16.a.7 ἰουνία

Iupiter,vide Iouis.

Iuſtus,Latinum eſt. Cognomen Ioſeph qui dicebatur Barſabas,act.1.23 ἰοῦστος

I Z

Izrahiá,Oriens Dominus,aut claritas Domini. Filius Ozi filii Thola filii Iſſachar,1.paralip.7.a.3 יִזְרַחְיָה ἰεζρεία

L

LAabím, Inflammati, ſiue flammæ, aut gladii. Filius Meſraim, geneſ. 10. b. 13. Ab hoc,Libya,quæ prius (vt Hieronymus refert in Hebraicis quæſtionibus)Phutenſis regio appellata eſt,nomen habet. לְהָבִים λαβιείμ

Láad,Laudans,vel ad laudandum, vel ad confitendum.Filius Iahath filii Subal filii Iuda,1.paral.4.a.2 לַהַד λαάδ

Laadá,Pro ornatu,vel ad congregandum, ſiue ad teſtificandum,aut tranſiens, vel prædans:aut Syriacè auferens.Filius Sela filii Iudæ,1.paral.4.d.21 לַעְדָּה λααδά

Laadán,Pro voluptate, ſeu deuorans iudicium, aut pro ornatu, vel pro teſtimonio:aut Syriacè, ad tẽpus. Filius Thaan filii Thale,1.para.7.e.26 לַעְדָּן λααδάν

Labán,Albus,vel candidus,aut later. Frater Rebeccæ filiæ Bathuelis filii Nachor ex Melcha,ge.24.d.29. Eſt & locꝰ in deſerto vbi Moſes Deuteronomiũ prælegit filiis Iſrael,deut.1.a.1 לָבָן λαβάν

Labaná,Luna,ſiue albedo,aut thus,vel later. Ciuitas לְבָנָה λεβνά ſacerdotum in tribu Iuda, ioſ. 15. f.42. Eadem videtur quæ & Lebna ioſ.10.e.29, dicitur, quũ Hebræis, iiſdem punctis & conſonantibus ſcribatur.

לבנת λαβανάθ Labanáth, Idem. Ciuitas, quæ tribus Aſer terminus eſt, ioſ.19.b.26

λακεδαίμονες Lacedæmones, Lacus dæmonum, vel puteus inſanientium. G.2.mach.5.b.9

לכיש λαχίς. λαχῖς Lachís, Ambulãs, vel vadẽs extitit, aut tibimet exiſtens. Ciuitas tribus Iudæ, ioſ.10.a.3, & 15.e.39, & 4.reg. 18.c.14. Conſtructa à Roboam, 2.paral.11.b.9

לאל δαήλ Laél, Ipſi Deo, aut ipſi forti, vel potens. Filius Eliaſaph principis, nume.3.c.24

לחלח ἀλά Lahelá, Humiditas humida, aut tabula humida, vel viridis, ſiue maxilla humida. Nomen fluuii, 1.paralip. 5.d.26. Scribendum eſt Hela, abiecto l. Vide ſuo loco.

לחם λεέμ Lahém, Panis, vel pugna aut bellum. Nomen loci, 1.paral.4.d.22

ליש λαΐσα. λαΐς Láis, Leo, Nomen vrbis ſitæ in valle quæ eſt in regione Rohob, vel potius ex Hebr. Beth-rehob, quæ & Dan & Leſem dicta eſt, iudic.18.g.27. ioſ.19.d.47, vbi malè excuſum eſt, Leſemodan, quum ſit hoc modo diſtinguendũ, Leſem Dan, id eſt vocauerunt Dan ipſam, Leſem, quam expugnauerunt. Pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul, 1.reg.25.g.44, & 2. regũ 3.c.15. Vide Dan & Leſem.

לישה λαΐσα Laiſá, Leena. Vrbs in Iuda aut Bẽiamin de earum numero per quas tranſiit Sennacherib dum iret oppugnatum Ieruſalem. eſa. 10.g.30

למך λάμεχ Lámech, Pauper, vel humiliatus, aut percuſſus. Filius Mathuſaél, gene.4.d.18. Nomẽ etiam filii Mathuſala, gene.5.d.25. luc.3.g.36

למה λαμά Lamma, Vt quid? matth.27.e.46, & pſal.22.a.1

למואל ὑπὸ θεοῦ Lamuel, Illis Deus, vel cum illis Deus, aut cum quo eſt Deus. Nomen regis, prouerb.31.a.1

λαοδίκεια Laodicea, Populus iuſtus. G. Ciuitas in Aſia minore, haud ita procul ab Hierapoli & Coloſſis, coloſſ.4. c.13. apoc.1.c.11, & 3.c.14

λαοδικεῖς Laodicenſes, Idem. p.n. G. coloſſ.4.d.16

לאמים λααμιείμ Laomím, Gentes, ſiue abſque aquis. Filius Dedã filii Iecſan, gene.25.a.3

לפידות λαφιδώθ Lapidóth, Fulgura, vel lampades. Maritus Deboræ prophetidis, iudic.4.a.4

אבן העזר ἀβανέζερ Lapis adiutorii. Nomẽ loci. 1.reg.7.c.12 λίθος τοῦ βοηθοῦ

לשע λασά Láſa, Ad clamandum, vel ad ſaluandum, aut linendum. Nomen ciuitatis, quæ Hieronymo in Hebraicis quæſtionibus Callirhoe dicitur, gen.10.c.19

λασθένης Laſthenis, Lapidis robur. G. Nomen viri, 1.mach. 11.c.32

רחבת Latitudo, Nomen putei. Geneſ.26.e.22 εὐρυχωρία

לטושים λατουσιείμ Latuſſím, Malleatores, ſiue limatores. Filius Dedã filii Iecſan, geneſ.25.a.3

λάζαρος Lazarus, Cui auxilio eſt Deus. D. Nomen viri, luc. 16.e.20. Eſt & nomen cuiuſdam alterius à Bethania, amici CHRISTI, fratris Mariæ & Marthæ, iohan.11. a.1: quẽ CHRISTVS ſuſcitauit à mortuis, ibidẽ, f. 44

L E

לבנה βαλανά Lebaná, Luna, ſiue albedo, aut thus, vel later. Nomẽ viri, 1.eſdr.2.c.45

לבאות λαβαώθ Lebaoth, Leænæ, ſiue cordis ſignum, aut ad introitum. Ciuitas ſortis Iudæ, ioſ.15.e.32

λεββαῖος Lebbæus qui cognominatus eſt Thaddæus, matth. 10.a.3, Ad veniendum. D.

לבנה λεβωνά Lebna, Luna, ſiue albedo, aut thus, vel later. Locus in deſerto, vbi XVII Iſraelitarum manſio fuit, egreſſorum de Remmon Phares, nume.33.c.20. Eſt & ciuitas ſacerdotũ in tribu Iuda, ioſ.10.e.29. Dicitur & Labana, ioſ.15.f.42: ſiquidem Hebræis, iiſdem punctis & conſonantibus ſcribitur.

Lebni, Vide Lobni.

Leboná, Idem. Nomen oppidi, iudic. 21.c.19 λεβωνά לבונה

Lechá, Ambulans, vel vadens. Nomen loci, 1.paral. 4.d.21 לכה λαιχά

Lechí, Maxilla. Locus, cui Samſon ſic nomen indidit, iudic.15.b.9 לחי λεχί

Leci, Lex, ſiue doctrina, aut aſſumptio mea. Fili⁹ Semidæ filii Galaad filii Machir filii Manaſſe, 1.paralip. 7.d.19. Heb. Lichi. לקחי λοχεί

Lecúm, Reſurgens, vel confirmans, ſiue ad reſurgẽdum vel confirmandum. Ciuitas quæ Nephthaliæ tribus terminus eſt, ioſ.19.c.33 לקום λακούμ

Ledán, ſiue Leedan, Pro voluptate, vel deuorãs iudiciũ, ſiue pro ornatu vel teſtimonio: aut tranſitus vel deprædatio earum: aut Syriacè, ad tempus. Vir de cognatione Gerſon filii Leui, 1.para.23.a.7, & 26.c.21 לעדן λααδάν

Lehemám, Panis eorum, aut pugna vel bellum eorum. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.f.40 לחמם λαμμάς

Lehemites, Panis me⁹, aut pugna mea, 1.par.20.c.5 לחמי λαχμί

Léſem, Nomen, vel ponens, aut ipſi nominato vel poſito, aut lygurius lapis pretioſus, de quo exod.28.c. 19. Nomẽ vrbis in tribu Aſer, in poſſeſſione verò Dã, ioſue 19.d.47: quæ & Lais dicitur, & Dan. Hæc ea putatur à pleriſque quæ tandem à Philippo Tetrarcha ſenioris Herodis filio, in honorem Tiberii, Cæſarea Philippi appellata eſt. Vulgò à Barbaris nunc Belina vocitatur. Vide Dan, ioſue 19.f.47. malè ſcribitur Leſem-dan, pro Leſem, Dan. Vide Lais. לשם λεσέν

Leuí, Copulatus. Tertius filius Iacob ex Lia, gene. 29.g.34. Sic vocabatur & Matthæus apoſtolus, matth. 9.a.9. luc.5.e.27. Pater Matthat, luc.3.e.24 לוי λευί

Leuiathã, Copulatio, vel ſocietas ſua, aut ſibimettradit⁹. Magn⁹ piſcis marin⁹, iob 40.c.20. pſal. 104.c. 26 לויתן δράκων

Leuita, Copulatus. iudic.17.c.9 לוי λευίτης

Leuitæ, Idem. p.n. leuit.25.e.32 λευῖται

Leuites, Idem. ſ.n. act.4.g.36 λευίτης

L I

Lia, Laborioſa, vel fatigata. Maior filia Laban, geneſ.29.d.16 לאה λεία

Libanus, Albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mons altiſſimus teſte C. Ptolemæo lib.5. in Syria: à thure quod ibi colligitur, dictus, deut.1.a.1. iud. 3. a.3. eſa.2.c.13. in fine Terræ promiſſionis verſus Aquilonem, à quo denominata eſt terra quæ eſt circa montem illum, ioſ. 13.a.5. In hoc monte cedri creſcunt longiſſimæ, 3.reg.5.a.6 לבנון λίβανος

Libertini, Latinum eſt, filii manumiſſorũ, act.6.c.9 λιβερτῖνοι

Libya, vel Libye. Heb. dicitur Phut, & interpretatur Aphrica: aut Syriacè, craſſa vel pinguis. Regio AEgypto contermina, authore Plinio in prologo 5. Huius pars eſt Libya Mareotis, de qua idem in 5. cap.6. Hieronymus duas Libyas ponit, vnam Cyrenaicã, de qua act.2.b.10, Et partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenẽ. Hæc porta AEgypti in parte Aphricæ prima eſt, & Mari Libyco cognomentũ dedit, poſt quam Libya AEthiopũ vſque ad Meridianum pertingens Oceanum. De hac Volater. lib.12. Geographiæ. ierem.46.b.9. ezech.27. b.10, & 30.a.5, & 38.a.5. nahum 3.b.9 פוט λίβυες

Libya, daniel.11.g. 43. In Hebræo eſt Lubim, id eſt cor maris: vel corda in plurali numero, act.2.b.10 לבים λίβυες

Libyes, 2.paral.12.a.3, & 16.c.8. nahum 3.c.9. in Hebræo eſt Lubim, id eſt Cor maris, vel corda, p.n. Populus Libyæ. לובים λίβυες

Linus, Rete, vel retiaculum. G. Nomen viri, 2.tim. 4.d.21 λῖνος λιθόστρωτος Lithoſtrotos, Lapidibus ſtratus. G. Nomen loci in quo ſedit Pilatus, CHRISTVM noſtrum morti adiudicaturus, iohan.19.c.13

L O

לִבְנָה λεβνά λοβνά Lobna, Luna, ſiue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas ſacerdotum in tribu Iuda, ioſ.21.b.13, & 4.reg.8.f.22, & 23.f.31, & 1.paralip.6.e.57. Eadē eſſe videtur quæ Lebna & Labana, quæ iiſdē pūctis & cōſonātibus notatur.

לִבְנִי λοβενί Lobní, Idem. Filius Gerſon filii Leui, exod.6.c.17, nume.26.g.58, qui Lebni, nume.3.c.18. 1.para.6.b.17

τοῦ λοβενί Lobniticus, Idem. Qui eſt de familia filiorum Lobni, nume.3.c.18

לוֹד λώδ Lod, Natiuitas, vel generatio. Nomen ciuitatis, quā ædificauit Samad filius Elphaal, 1.paral.8.b.12

לוֹ־דְבָר λοδαβάρ Lodabár, Ipſimet verbū, aut ipſimet peſtis vel mors, ſeu generatio electa: vel ex Hebræo & Syro, natiuitas filii. Oppidum Galaad montis, in ambitu, vt videtur 2.reg.9.b.4

לוֹד־חָדִיד λοδάδιδ Lod-hadid, Naſcens gaudens, vel naſcēs acutus: aut ex Hebræo & Syro, generatio vel natiuitas noua. Nomen loci, 1.eſd.2.b.33, & 2.eſd.7.d.37

λωΐς Lois, Melior. G. Auia Timothei, 2.timoth.1.a.5

לוֹט λώτ Lot, Inuolutus, ſiue colligatus, aut coopertus: vel reſina pretioſa, quæ dicitur ſtacte. Filius Arā, gen.11.d.27

לוֹטָן λωτάν Lotán, Idem. Filius Seir Horræi, gen.36.c.20

L V

λουκᾶς Lucas, Hebraicè poteſt interpretari, Ipſi reſurrectio, vel Latinè à luce. D. coloſſ.4.d.14

λούκιος Lucius, A luce. Latinum eſt. Nomen prophetæ, act.13.a.1. rom.16.d.21

לוּד λούδ Lud, Natiuitas, vel generatio. Filius Sem, gen.10.c.22. Ab hoc Lydii dicti.

לוּדִים λουδιείμ Ludím, Idem. p.n. Filius Meſráim, gen.10.b.13

לוּחִית λουίθ Luíth, Tabulatum, vel tabulæ, aut viriditas. Mons eſt Lyrano & Hebræorum commentatori in Cōmentariis ſuper Eſaiam, cap.15.c.5. Euſebio verò Pamphilo, vicus inter Areopolin & Ioaram. Aliis inter Petrā & Segor. Heb. Luhith.

לוּזָה vel לוּז λουζά Lúza, Amygdalus, ſiue diſceſſio, vel declinatio. Ciuitas Chananææ, quæ cecidit in ſortem filiorum Ioſeph iuxta Sichem, in tertio lapide ipſius Sichem, ſiue Neapoleos, ioſ.16.a.2, & 18.b.13. Quæ aliàs, geneſ.28.d.19, & 35.b.6, nuncupatur Beth-el à Iacob. Eſt & tertia Luza in terra Hethim, à veteris Luzæ proditore condita, iudic.1.e.23

L Y

λυκαονία Lycaonia, Lupina. G. Prouincia Aſiæ eſt mediterranea, Tauro à Cilicia Trachea diuiſa: à Septētrione, Cappadociæ contermina. Volater. lib.10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt, act.14.a.6

λυκία Lycia, Idem. G. Prouincia Aſiæ, 1.machab.15.d.23 act.27.a.5

λύδδα Lyda, ſiue Lydda, Stagnum, ſ. aquarum. G. Ciuitas Palæſthinæ in litore magni maris ſita, quæ Dioſpolis appellatur, 1.mach.11.d.34. act.9.f.35, & g.38

לוּדִים λυδοί Lydi, ſiue Lydii, Natiuitas, vel generatio. Populi. Vide Lud, ierem.46.b.9

λυδία Lydia, Idem. Aſiæ minoris prouincia inter Cariā & Phrygiā authore Strabone lib.13. cuius ſitum his verbis deſcribit Plinius libro 5, cap.29, Lydia perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus ſuper Ioniā procedit, Phrygiæ ab exortu ſolis vicina, ad Septētrionē Myſiæ, Meridiana parte Cariam amplectens, Meonia antè appellata, &c. Huius mentio fit act.16.c.14. iere.46.b.10. ezech.27.c.10, & 30.a.5. eſa.66.f.19. Eſt & nomen mulieris purpurariæ, de qua act.16.c.14

λυσανίας Lyſanias, Diſſoluens triſtitiam. G. Procurator cōſtitutus à Romanis ſuper Abilinam regionē, luc.3.a.1

Lyſias, Diſſoluens, Princeps quidam exercitus, ſiue tribunus, 1.mach.3.e.32. act.24.f.23, & 23.f.26, & 24.b.7 λυσίας

Lyſimachus, Diſſoluens pugnam. G. Frater Menelai, 2.mach.4.d.29 λυσίμαχος

Lyſtra, Diſſoluens. G. Nomen ciuitatis in Lycaonia, act.14.a.6 λύστρα

Lyſtra, act.27.a.5, in Græco ſcribitur Myra, & interpretatur virgultum, ſiue vnguentum odoriferum. G. Ciuitas Lyciæ. Vide Plinium lib.5, capite 27. act.27.a.5 μύρα

M

MAachá, Compreſſa, vel attrita, aut fixa. Filius Nachor ex Roma concubina, gen.22.d.24. Filia Tholmai regis Geſſur, 2.reg.3.a.3, & 1.para.3.a.2. Filia Abeſſalom mater Abiam regis, 3.reg.15.a.2: quæ 2.paralip.13.a.2, dicitur Michaia. Concubina item Caleb, 1.paral.2.f.48. Vxor Machir patris Manaſſe, 1.paralip.7.d.16. Vxor Iahiæ, 1.paral.9.f.35 מַעֲכָה μααχά

Maachatí, ſiue Machati, Cōpreſſus, vel attritus, aut fixus, ſeu ventris cōtritio. Pater Aaſbai, 2.reg.23.d.34. Pater Iezoniæ, 4.reg.25.f.23. Ciuitas Amorrhæorum ſuper Iordanem iuxta montem Hermon, ioſ.12.b.5, & 13.b.11, & 1.paral.4.d.19 מַעֲכָתִי μααχαθί

Maadí, Solennis, vel feſtiuus, aut ornatus, ſeu labilis, vel teſtificans, aut tranſiens: aut Syriacè, auferens. Nomen viri, 1.eſdr.10.d.34 מַעֲדַי μοοδίας

Maái, Venter, aut coaceruatio. Nomen viri, 2.eſdr.12.c.35 מַעַי μαΐα

Maalá, Chorus, vel cithara, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia. Filia Salphaad filii Hepher filii Galaad, nume.26.d.33. ioſ.17.a.3. Heb. Mahala מַחְלָה μααλά

Maará, Spelunca, ſiue euacuatio, aut effuſio, vel diſcooperiens, aut euigilans. Nomen loci, ioſ.13.a.4 מְעָרָה σιδόνιοι

Maaſái, Opus meum. Filius Adiel, 1.para.9.b.12 מַעְשַׂי μαασαί

Maaſiá, ſiue Maaſias, Opus Domini. Filius Achaz, 1.para.15.c.18, & 2.paral.28.a.7. Nomen cuiuſdam doctoris, 2.par.26.b.11. Pater Sophoniæ, iere.21.a.1. Princeps ciuitatis Ieruſalem, 2.paral.34.b.8 מַעֲשֵׂיָהוּ μαασίας. μαασίας

Maaſias, ierem.32.c.12, & 51.g.59, interpretatur protectio ſiue confidētia Domini. Pater Neriæ patris Baruch & Saraiæ. Heb. Mahaſias. מַחְסֵיָה μαασαῖος

Maaziáu, Fortitudo Domini, vel refugium Domini. Nomen viri, 1.paral.24.c.18, & 2.eſdr.10.a.8 מַעַזְיָהוּ μααζίας

Mabſám, Aromatizans, vel confundens eos. Filius Iſmahelis, gen.25.b.13, & 1.paral.4.e.25 מִבְשָׂם μαβσάμ

Mabſár, Munitus, vel muratus, ſiue prohibens, vel auferens, aut vindemians. Vicus grandis Gabalenæ, pertinens ad vrbem Petram, gene.36.d.42 מִבְצָר μαζάρ

Maccés, Finis, vel finiens, ſiue tædium, aut euigilās, vel æſtas, ſiue æſtuās, aut ſpinās. Nomē loci, 3.re.4.a.9 מָקַץ μακάς

Maceda, Incendium, aut adoratio, vel incuruatio. Ciuitas tribus Iudæ, ioſ.10.b.10, & 15.f.41 מַקֵּדָה μακηδά

Macedo, Hebraicè, idem. Græcè verò, excelſus vel eminēs. G. qui ex Macedonia, 1.mac.1.a.1. acto.16.b.9 μακέδων

Macedones, Idem. p.n. G. act.19.f.29 μακέδονες

Macedonia, Excelſa, vel eminens. G. Prouincia, act.16.b.9 μακεδονία

Macelóth, Eccleſiæ, vel cœtus, aut congregationes. Nomen loci ad quem profecti ſunt filii Iſrael de Harada, nume.33.d.25 מַקְהֵלוֹת μακηλώθ

Macelóth, 1.para.8.c.31, & 9.g.37, & 27.a.4, Virgæ aut baculi, ſiue voces, aut leuitates, vel deſpectiones. Filius Abigabaon, filius Iahiel, 1.paral.9.f.35 מִקְלוֹת μακεδώθ μακελλώθ

Macenias, Poſſeſſio Domini, ſiue emptio Domini, aut pecus vel armentum Domini, ſiue nidificatio Domini. Sacerdos, 1.para.15.c.18 מִקְנֵיָהוּ μακκανία

מעכה μααχά Machá, Compreſſa, vel attrita, aut fixa. Nomen regis, 2.reg.10.b.6

μακκαβαῖος Machabæus, Percutiens. Græcè verò, pugnator. D. Filius Mathathiæ, 1.mach.2.a.4

Machati, Vide Maachati.

מכבני μαχαβαί Machbanái, Miſer ſiue pauper filius meus, aut paupertas vel humiliatio filii aut intelligentiæ vel ædificationis. Nomen principis, 1.para.12.b.13

מכבנה μαχβανά Machbená, Paupertas, vel percuſſio filii ei⁹, aut paupertas, ſiue percuſſio intelligentis vel ædificantis. Nomen loci, 1.para.2.f.49

מכי μαχί Machi, Percuſſor, aut pauper, vel humilis. Pater Guel principis tribus Gad, nume.13.a.16

מכיר μαχίρ Machír, Vendens, ſiue cognoſcens. Filius Manaſſe, gene.50.d.23. Pater Galaad, nume.26.d.29, & 1. para.2.c.21, & 23, & 7.c.14 & 15. Filius Ammihel, 2.reg.9.b.4

מכירי μαχρί Machiritæ, Vendentes, ſiue cognoſcentes. Familia quædam, nume.26.d.29

מכמש μαχμάς Machmás, Percuſſor, vel pauper ablat⁹, aut percuſſor vel pauper palpans ſiue tangens vel auferens. Nomen vici magni ſiue oppidi in confinio Beniamin, & Ephráim, 1.reg.13.a.2. in quo partem impedimẽtorum depoſuit Sẽnacherib, vt celerius iret oppugnatum Ieruſalem, eſa.10.g.28

מכמס μαχμάς Machmás, eſdr. 2.b.27. nehem.7.c.31, Occultatio, vel percuſſoris aut pauperis tributum.

מכמתת μαχθώθ Machmetháth, ſiue Machmathath, Percuſſoris vel pauperis donũ, aut percuſſoris vel humilis mors. Terminus tribus Manaſſe in ſorte Ephraim, ioſ.16.b.6, & 17.b.7

Machthes, Vide Pila.

μηδαβά Madaba, 1.machab.9.d.36.37. Vide Medaba.

מדי μαδαΐ Madái, Menſura, ſiue iudicans, aut indumentum. Filius Iapheth, gene. 10.a.2. Hic primus, Medorum genti nomen indidit.

מדן μαδάν Madán, Litigium, ſiue iudicãs, aut menſura, vel indumentum. Filius Abrahæ ex Cetura, gen.25.a.2.

מעדיה μααδίας Madiá, Solennitas, vel feſtiuitas Domini, ſiue adoratio vel teſtimonium aut fœdus Domini, vel tranſiẽs Dominus. Nomen viri, 2.eſdr.12.a.5

מדין μαδιάν Madián, Iudicium vel iudicans, ſiue litigans, aut obiurgans. Filius Abrahæ ex Cetura, gene.25.a.2, & 36.d.35. A quo ciuitas trans Arabiam ad Meridiem Iudææ ſita, in deſerto Saracenorum contra Orientem Maris rubri: vnde Madianitæ. Alia vrbs eſt iuxta Arnonem & Ariopolin, cuius nunc ruinæ tantùm demonſtrantur, vbi Hobab, ſiue Iethro ſocer Moſis ſacerdos Madian habitauit, exod.2.c.15. act.7.d.29

מדיני Madianita, Madianitæ, Idem. μαδιναῖος

מדינים Madianitæ, Idem. p.n. gene.37.f.28 μαδιναῖοι

מדינית Madianitis, Idem. ſ.n.f.g. nume.25.b.6 μαδιανίτη

מדמנה μεδμηνᾶ Madmená, Menſura numeri vel muneris, aut indumenti munus, vel indumẽti præparatio, aut numerus vel ſterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, 1.paral.2.f.49: quæ & Berſabee dicitur. Sunt tamen qui ſentiant non ipſam eſſe Berſabee, verùm in eius vicinia ſitam. Dicitur & Madmen.

מדון μαδών Madón, Iurgium, aut indumentum, vel menſura eius. Ciuitas regis Iobab, ioſ.11.a.1

מעגלה στρογγύλωσις Magalá, Semita, vel circulus, aut rotũditas, ſiue currus, vel plauſtrum, aut vitula. Nomen loci, 1. regum 17.c.20

μαγδαληνή Magdalena, Magnifica vel magnificata, aut exaltata, vel turris. D. Mulieris nomẽ, matth.27.f.56. luc. 8.a.2

מגדל־גד μαγδαλγάδ Magdal-gád, Turris fœlix vel accincta, ſiue magnitudo fœlicitatis, vel magnitudo accincta. Ciuitas tribus Iudæ, ioſ.15.c.37

Magdal-él, Turris ſiue magnitudo Dei. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ.19.c.38 מגדל־אל μαγδαλιήλ

Magdalum, Turris, vel magnitudo. Vrbs AEgypti, ierem.44.a.1. exod.14.a.2. nume.33.b.7 מגדל μαγδαλώ

Magdiel, Annuntians, vel euangelizans Deum, ſiue pomum Dei, id eſt fructus electus Dei. Ciuitas eſt Idumæorum principum, gene.36.d.43, & 1.paral.1.d.59. Eſt & in quibuſdã exemplaribus ciuitas tribus Iſſachar, ioſ.19.c.38: ſed illic debet legi Magdalel. מגדיאל μαγεδιήλ

Magedan, matth.15.d.39, in Græco, Magdala: & Hebraicè interpretatur turris, vel magnitudo. D. Ciuitas eſt in litore ſtagni Genezareth, ſiue maris Galilææ. Hieronymus hanc regionem nũc Macedan contra Ieraſan ſcribit in locis Hebraicis. A quibuſdam dicitur & Dalmanutha regio, & Magdalum, ſita inter lacũ Genezar & Thabor. μαγδαλά

Mageddó, Annuntiatio, vel euangelizatio, aut pomum, ſiue fructus electus. Ciuitas in tribu Manaſſe, ioſue 12.d.21, & 17.c.11: quam inſtaurauit Salomon, 3. regum 9.c.15, & 1.paral.7.f. 29. Locus in quo occiſus eſt Ioſias, 4.reg.23.f.29 מגדו μαγγεδώ

Mageddón, Idem. zach.12.d.11. πεδίον ἐκκοπτομένων מגדון

Mageth, Torcular, aut liquefactio. D. Ciuitas Galaad, 1.mach.5.c.26 μακέδ

Magi, Sapientes, vel philoſophi: aut qui præſunt ſacris, id eſt ſacerdotes. Perſicum eſt, matth.2.a.1 μάγοι

Magóg, Tegens, vel tegulans, aut tabefactus, vel liquefactus. Filius Iapheth, geneſ.10.a.2. A quo Scythæ genus ducunt, qui primùm Magogi dicti ſunt, apoc. 20.c.8 מגוג μαγώγ

Magrón, Timor, ſiue horreum, aut de gutture. Vrbs in Iuda aut Beniamin, per quam tranſiit Sennacherib quum iret oppugnatum Ieruſalem, eſa.10.g.28 מגרון μαγγεδώ

Mahaláth, Chorus, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia, pſal.52.a.1, heb.53, & 87.a.1, heb.88, in titulo. Vxor Roboam, 2.paral.11.d.18 מחלת μαελέθ

Mahalón, Idem. Filius Elimélech Beth-lehemitæ, ruth 1.a.2 מחלון μααλών

Mahanáim, numero duali, Caſtra, turmæ. Nomen loci non procul à mõte Galaad, in quo obuiã facti ſũt angeli patri noſtro Iacob: ab ipſo propterea impoſitũ, quòd duas turmas vidiſſet in eo loco, ſuam, & angelorum, geneſ.32.a.2. ioſ. 13.c.26, d.30, & 3.regum 4.b.14. ioſ.21.c.38, & 1.paral.6.g.80. Vide Manaim & Caſtra. מחנים μαανάιμ

Maharái, Accelerans, ſiue dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri, 2.reg.23.d.28, & 1.par. 11.f.30 מהרי μαχαραΐ

Máhath, Abſtergens, aut delens, ſiue confringens, aut formidans: aut Syriacè, percuſſio. Filius Amaſai filii Elcana, 1.paral.6.c.35, & 2.paral.29.b.12, & 31.c.13 מחת μαάθ

Mahazióth, Videns ſignum, aut vidẽs literam. Nomen viri, 1.paral.25.b.4 מחזיאות μαζιώθ

Mahéleth, Chorus, vel cithara, aut infirmitas: vel Syriacè, venia. Tertia vxor Eſau, filia Iſmahelis, gene. 28.b.9 מחלת μαελέθ

Mahidá, AEnigma, aut acumen, vel radens ſiue abſtergens manum: aut Syriace, percuſſa manus. Nomẽ viri, 1.eſdr.2.c.52, & 2.eſdr. 7.e.54 מחידא μεϊδά

Mahír, Pretium. Filius Chelub fratris Sue, 1.paral. 4.b.11. מחיר μαχίρ

Mahól, Chorus, vel cithara, aut infirmitas, ſiue arenoſus: aut Syriacè, venia. Nomen viri, qui fuit Binomius: Ezrahah enim aliter dicitur: vnde Etham Ezrahites, id eſt filius Ezrah, 3.reg.4.d.31 מחול μαχώλ

Mahumites, Nuntians, vel delẽs, aut radens, vel medullæ. Nomen viri, 1.para.11.g.46 מחוים μαυίμ

מימן μιαμείμ Maiman,Dexter,aut aquas præparans.Nomē viri, 1.paralip.24.b.9

מלאכי Malachias,Angelus,ſiue nuntius meus.Heb.Malachi.Nomen prophetæ,malach.1.a.1 ἄγγελος

מלכים Malachim,Regum,ſ.liber.Scribēdum Melachim.

מללי Malalái,Circuncisio,vel loquutio mea.Nomen viri,2.eſdr.12.c.35.L X X non tranſtulerunt

מהללאל μελελεήλ Malaleél,Laudans Deum,vel illuminatio Dei.Filius Cainan,geneſ.5.b.12.luc.3.g.37.Heb. Mahalaleel.

מלצר μολσάρ Malaſár,Circuncisio anguſtiæ,vel vinculi,ſiue diſpenſator.Nomen viri,daniel.1.c.11

μάλχος. Malchus,Rex,vel regnum,aut conſiliarius.D. Nomen illius cui Petrus auriculā abſcidit,iohan.18.b.10

μαλλῶται Mallotæ,Adimplétes,vel adimpleti.D.Nomē populi,2.mach.4.e.30

מלוך μαλώχ Malóch,Regnans,aut conſulens.Filius Azabiæ filii Amaſiæ,1. paralip.6.d.44

ממרא μαμβρῆ Mambré,Rebellis,aut amarus,vel commutans,vel permutans.Ciuitas,gene.13.d.18:quæ & Hebron,& Arbee dicitur,gene.23.d.19,& 35.d.27. Sunt tamen qui dicunt locū eſſe in Hebron,dictum In quercubus,procul ſex ſtadiis ab Hebrone. Frater Eſchol & Aner,gen.14.b.13.Heb.Mamre.

ἰαμβρῆς Mambres, Idem.ſed in Græco ſcribitur Iambres: & Hebraicè poteſt interpretari mare cum egeſtate vel paupertate. D. Vnus ex illis qui Moyſi reſtiterunt, 2.timoth.3.b.8

μαμωνᾶ Mammona,Pecunia vel diuitiæ,aut cupiditas. Syrum eſt. D.luc.16.c.9

ממוכן μαμουχάν Mamuchán, Paratus,vel certus,'aut depauperatus, vel percuſſus. Dux Perſarum,eſth.1.c.16

ממזר Mamzer,De ſcorto natus,deut.23.a.2 ἐκ πόρνης

מן μάν Man, Donum,aut munus,aut quid? exod. 16.g.31, d.15

מנחת μαναάθ Manáhath,Requies aut munus, ſiue præparata formido vel confractio,aut numerus ſtuporis: vel ex Hebræo & Syro,præparata deſcēſio, vel numerus deſcēdēs.Filius Sobal filii Seir,geneſ. 36.c.23,& 1.paral. 1.c.40.Eſt & regionis nomen,1.paral.8.a 6

מנחם μαναήμ Manahém,Cōſolator,aut ductor eorum, ſiue præparatio caloris,aut munus incenſum,vel numerās calefactionem.Filius Gaddi,4.reg.15.c.14

מחנים μαναΐμ Manáim, Caſtra . Ciuitas quæ eſt terminus tribus Gad in regione Galaaditide,Leuitis,& in vrbem refugii data,ioſ.13.d.26,& 21.d.38,& 1.paral.6.g.80,& 3.regum 4.c.14. Vbique ſcribendum ex Hebræo, Mahanáim: & idem locus cū eo qui gene. 32.a.2, Mahanáim ſcribitur.

מנשה μανασσῆς Manaſſé,ſiue Manaſſes,Oblitus,aut obliuio.Filius primogenitus Ioſeph,gen.41.f.51. Pater Eſrihel, 1.paralip.7.c.14. Filius Ezechiæ regis Iuda filii Achaz, 4.reg.21.a.1,& 1.para.3.c.13.matth.1.b.10

מנא μανή Mane,Numeratus,vel numerans,daniel.5.g.25

מן הוא Man-hu? L X X interpretantur, τί ἐστι τοῦτο; Quid hoc? ctius, Man-hu,id eſt donum eſt,exod.16.c.15

μάνλιος Manlius,Solutus,vel non ligatus.G.

μάννα Manna,Idem quod Man,iohan.6.e.49

מנוח μανωέ Manué,Requies,aut munus.Pater Sāſon,iud.13.a.2

מעוך Maóch, Compreſſus, vel attritus, aut fixus . Pater Achis regis Geth,1.reg.27.a.2 μαώχ

מעון μαών Maón,Habitaculum,ſiue delictum, vel de peccato. Ciuitas in tribu Iuda,ioſue 15.g.55.Filius Sammái filii Recem,1.para.2.f.45. Eſt & nomē ſolitudinis in campeſtribus ad dextram Ieſimon,1.reg.23.d.24

מעונתי μαωναθί Maonathi,Idem.Filius Othoniel filii Cenez,1.paralip.4.c.13

מעזים μαωζείμ Maozím, Fortificati, vel fortitudines,aut refugia. Nomen idóli,daniel.11.f.38

מרה πικρία Mara,Amara,vel amaritudo.Quinta Iſraelitarum māſio fuit.illuc enim Moſes proiecto ligno, amaras aquas in dulces vertit.exod.15.d.23.nume.33.a.8 μαράθ

מהרי μααρί Marái,Accelerans,ſiue dotatio,aut mōtanus, vel dē monte meo.Nomen viri,1.para.27.b.13

מריה ἀμαρίας Maraiá, Amaritudo, vel myrrha Domini, aut docēs, vel præceptor Dominus. Nomen viri, 2. eſdræ 12.a.12

מריות μαριώθ Maraioth,Amaritudines,vel rebelliones,aut commutationes,vel permutationes.Nomen viri,2.eſdr.12.a.15. Vide Meraioth.

μαρὰν ἀθά Maran-atha, Dominus noſter venit. Syrum eſt, 1. corinth.16.d.22

μάρκος Marcus, Limatus, vel fricatus,aut expolitus,id eſt à rubigine abſterſus. D. acto.12.c.12.conſobrinus Barnabæ,coloſſ.4.b.10.Marcus,cognomē cuiuſdam Iohannis,de quo act.15.g.37

מרדכי μαρδοχαῖος Mardochái,Amara contritio, vel myrrha contrita, ſiue dócens contritionem : aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima. Nomen viri,1.eſd.2.a 2

μαρδοχαῖος Mardochæus, Idem. Filius Iair filii Semei,patruus Eſther,eſth.2.a.5,& 2.eſd.7.b.7

ים־סוף θαλάσση ἐρυθρά Mare rubrum, ad Auſtrum Iudææ, à Græcis Erythræum mare dicitur authore Pomp. Mela lib. 3, Strabone libro 16. Aliis etiam Sinus Perſicus & Arabicus, teſte Plinio libro 6.cap.24. Hebræis dicitur Iamſuph, id eſt Mare iunceum,vel cannoſum, quòd eius in litore abundent iunci vel cannæ . Alii volunt ex fundo maris illas prodire & naſci cannas . Obſeruandum etiam, Mare Suph aliquoties ſumi pro Mari ſalſo vel mortuo, quòd ſit carectoſum. Illic iuxta rubrum pelagus ſeptima fuit manſio Iſraelitarum,num.33.b.10

מרס μάρες Máres, Irroratio, vel diſtillatio:aut Syriacè,apoſtema,vel confractio.Nomē principis cuiuſdam,eſth.1.c14

מראשה μαρησά Mareſa, A capite,vel à principio,aut caput vel principum,ſiue hæreditas, aut amaritudo mulieris, vel amara mulier.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.f.44,eadem qua & מרשה.

מרשה μαρισά Mareſa,1.para.4.d.21,& 2.paral.11.b.8,& 14.c.9, & 20.g.37.interpretatur à capite,vel à principio,aut hæreditas, vel amaritudo agri. Ciuitas in tribu Iuda, patria Michææ prophetæ : nam inde מורשתי appellatur, michææ 1.a.1.Quam muniuit ſiue inſtaurauit Roboā, 2.paralip.11.b.8.Nomen viri,1.paral.2.e.42, & 4.d.21

מערת μααρώθ Maréth,Spelunca,vel euacuatio,aut effuſio,ſiue diſcooperiens, aut euigilans. Ciuitas in tribu Iuda, ioſue 15 g.59

מרים μαριάμ Maria, Exaltata , vel amaritudinis mare, aut myrrha maris,ſiue doctrix,vel magiſtra maris:aut ex Syro & Hebræo, domina maris. Filia Amrā filii Caath,ſoror Aaron & Moſis,exod.6.c.20,& 15.c.20. nume.12.a.1.Filius Ezra,1.paral.4.c.17. Nomen item Virginis quæ CHRISTVM tulit in vtero, matth.1.c.16. Soror item Marthæ ſororis Lazari,luc.10.g.39. iohā.11.c.19 Heb. Miriam. De quadam Maria loquitur & Paulus, rom.16.a.6 μαρία

Mariam,Idem.viri proprium,1.para.4.c.17

מרמות μαριμώθ Marimuth,Amaritudo,vel myrrha mortis,aut altitudines,ſiue fraudulentiæ.Nomen viri,1.eſd. 10.d.35

מרמה μαρμιά Marmá,Dolus, vel fraudulentia, ſiue altitudo,vel extollēs ſe.Filius Saharáim ex Hodes vxore ſua,1.paralip.8.b.10

מרסנא μαρσηνά Marſaná, Amaritudo, aut myrrha rubi vel inimici,aut oſtendens rubum vel inimicum.Nomen principis,eſth.1.c.14

μάρθα Martha, Prouocans, ſiue amaricans: vel Syriacè, domina vel doctrix. D. Soror Mariæ ſororis Lazari illius quem ſuſcitauit CHRISTVS, luc.10.g.38. iohan. 11.b.20

μισαλά Maſaa, Corruptè legitur Ioſue 21.c.30, De tribu autem Aſer, Maſaa & Abdon. pro Meſſal.

מָשָׁל μασάλ Maſál, Parabola, aut imperans, vel dominans. Ciuitas in tribu Aſer, 1.paral.6.f.74: quæ ioſ.19.b.26, dicitur Meſſal.

μεσαλώθ Maſaloth, Idem. p.n. D. Vrbs, 1.machab. 9.a.2

מִצְפָּה μασηφά Maſephá, Speculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.f.38: quæ aliàs Maſpha dicitur.

מִשְׂרְפוֹת־מַיִם μασερεφώθ μασρεφὼθ Maſerephóth, In Hebræo eſt Maſerephoth-maim, id eſt aduſtiones, incendia, combuſtiones aquarū. Locus eſt vbi excoquunt aquam ad ignem, refrigerendóque, ſalem faciunt. Commentator Hebræorum ſuper Ioſue ſic inquit, Salinæ ſunt vbi aqua maris trahitur ad foſſas ad hunc vſum factas, & ſole ſiccatur, ioſ.11.b. 8, & 13.a.6. Regio Sidoniorum.

מַשְׂרְעִי μασρεί Maſereí, Stratum, ſiue auferens vel tangēs ſocium vel amicum aut paſtorem vel malitiam. Filius Sobal filii Hur, primogenitus Caleb ex Ephrátha cōcubina, 1.paral.2.g.53

מִשְׁמָע μασμά Maſina, Exauditio, ſiue audiens, vel obediens. Filius Iſmahelis, gene.25.b.14, & 1.paral. 4.e.25

מַשְׁמַנָּה μασμανά Maſmaná, Pinguedo aut oleum eius, ſiue tangens vel auferens præparationem vel munus aut numeri. Nomen viri principis, 1.paralip.12.b.10

מְצֹבָיָה μασαβία Maſobiá, Statio Domini, ſiue ſtans Dominus, aut damula. Nomen loci, 1.para.11.g.47

מִצְפָּה σκοπία. μασηφά. μασφά Maſphá, ſiue Maſphe, Speculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda, quam ædificauit Aſa rex Iuda, 3.regum 15.e.22: quæ Ioſue.15.f. 38, Maſepha dicitur iiſdem conſonantibus & punctis. & Maſphe, ioſ.13. d.26. Eſt & locus Galaadi. reg.22.a.3, & 4.reg.25.f.23. vbi pactum inierunt Laban & Iacob, gene.31.g.49

מִצְפַּתָּה μασηφά Maſphath, Speculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimētum, vel expectatio. Ciuitas quæ & Maſpha dicitur in tribu Iuda, 1.regum 7. b.7. ierem.40.b.6, & 41.d.14, & 16

מַשְׂרֵקָה μασεκκάς Maſrecá, Sibilus, vel ſibilans, aut attractio vanitatis, vel tangens vanitatem vel vacuitatem, aut vitis. Ciuitas Idumææ, regia Semlæ quinti regis in Edom, geneſ.36.d.36, & 1.paral.1.d.47

Maſſa, Tentatio. Nomen loci, qui & מריבה Iurgium dicitur, exod.17.b.7

מַשָּׂא μασσή. μασσά Maſſá, Onus, ſiue aſſumptio: vel aliquando translatiue, prophetia. Filius Iſmahelis, gene.25.b.14, & 1.par. 1.b.30

מַתָּן μανθάν Matthán, Donū, vel lumbus, ſiue mors eorum: aut Syriacè, expectatio, vel ſpes. Pater Saphatiæ, ierem.38. a.1. Sacerdos Baal, 2.paral.23.d.17

מַתָּנָה μανθαναΐμ Mathaná, Idem. Solitudinis nomen, nume. 21.d.18

מַתְּנַי Mathanai, Idem. Nomen viri, 1.eſdr.10.d.33 μανθαναΐ

מַתַּנְיָה ματθανίας Mathania, ſiue Mathanias, Donum Domini, vel lumborū Dominus: aut ex Syro & Hebræo, ſpes Domini. Filius Ioſiæ, patruus Ioachin, frater Ioacim ſiue Eliacim, à Nabuchodonoſor Sedecias nominatus, 4. regum 24.d.17. Filius item Micha, 1.paralip.9.c.15, & 2.paralip.29.c.13

מַתַּנְיָהוּ ματθανίας Mathaniáu, Donum Domini, vel lumborum Domin⁹: aut ex Syro & Hebræo, expectatio Domini. Nomen viri, 1.paral.25.a.4

מִתְנִי ματθανί Mathanites, Donum, aut lumbus: aut Syriacè, ſpes, vel expectans. 1.paral.11.g.43

Mathat, Donum, vel donās. D. Pater Heli patris Ioſeph viri Mariæ, luc.3.e.24 ματθάτ

Mathát, ſiue Mathatháh, Donum eius. Nomen viri, 1.eſd.10.d.33 מַתַּתָּה ματθαθά

Mathathiá, ſiue Mathathias, Donatus à Domino, vel Donum Domini. Pater Iudæ Machabæi, 1.mach. 2.a.2, Primogenitus Sellum Coritæ, 1.paral.9.c.31. Sacerdos, 1.paral.15.c.18 מַתִּתְיָה ματταθίας

Mathias, Donum Domini. D. act.1.d.23 ματθίας

Mathuſaél, Mortem ſuam poſtulans, aut mors ſua infernus, vel ſepulchrum. Filius Mauiael, gen.4.c.18 מְתוּשָׁאֵל μαθουσαλά

Mathuſalá, Mortem ſuam miſit, aut mortis ſuæ arma: vel ex Hebræo & Syro, mortem ſuam ſpoliās, vel mortis ſpolium. Filius Henoch, filii Iared, gene.5.c.21. luc.3.g.37 מְתוּשֶׁלַח ματθουσάλα

Matréd, Virga deſcendens, aut virga imperantis, ſiue lectuli deſcenſio vel imperium: aut Syriacè, labor. Pater Meetabel vxoris Adar regis in Edom ſeptimi, gene.36.d.39 מַטְרֵד ματραίθ

Mathatha, Idem quod Mathathiá, luc.3.f.31 ματταθά

Mathathias, Idem. luc.3.e.26 ματταθίας

Matthæus, Donatus. D. Nomen apoſtoli, matth. 9. a.9: qui & Leui dictus eſt, marc.2.b.14 ματθαῖος

Matthias, 2.mach.14.c.19

Mauiaél, Annuntians Deum, aut radens vel delens Deus: vel ex Syro & Hebræo percuſſus à Deo. Filius Irad, gene.4.c.18 מְחוּיָאֵל μαιήλ

Maumán, Turbatus, aut tumultuans, vel multitudo. Nomen eunuchi cuiuſdam, eſth.1.b.10 מְהוּמָן ἀμάν

ME

Mecherathites, Venditio, aut cognitio, 1. paralip. 11.g.36 מְכֵרָתִי μεχωραθί

Mechmás, Percuſſor, vel pauper ablat⁹, aut percuſſor, vel pauper palpans vel tangens, ſiue auferens. Nomen oppidi in tribu Ephráim, 2.eſdr.11.d.31: qui 1.regum 13.a.2, dicitur Machmas, iiſdem conſonantibus & punctis. מִכְמָשׂ μαχμάς

Mechnedebái, Percuſſor, vel pauper voués, ſiue ſpōtaneus: aut percuſſio, vel paupertas vouentis vel principis aut ſpontanei. Nomen viri, 1.eſd.10.d.40 מַכְנַדְבַי μαχναδά

Medabá, Aquæ doloris: vel ex Hebræo & Syro, aquæ manantes. Vrbs Arabiæ in tribu Ruben, nume. 21.f.30. ioſ.13.b.9, & 1.paral.19.b.7. eſa.15.a.2 מֵידְבָא μηδαβά

Medalaa, Corruptum in quibuſdam exemplaribus pro Medaba, ioſue 19.a.11

Medád, Menſurans, ſiue aquæ dilectionis vel vberū aut patrui. Nomē viri ſuper quem requieuit Spiritus Domini in caſtris, nume.11.f.26 מֵידָד μωδάδ

Meddín, Iudicium, ſiue litigans, aut obiurgans. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.g.61. Hebraicè Middin. מִדִּין μαδδίν

Medemená, Menſura muneris, vel numeri, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut ſterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, quæ aliàs Berſabee dicitur, ioſ. 15.e.31. Per quam tranſiit Sennacherib cum iret oppugnatum Ieruſalem, eſaiæ 10.g.31. Sunt tamē qui medemena ſentiant diuerſam eſſe à Berſabee ciuitatem, ſed tamen vicinam. מַדְמַנָּה μεδιμενά מַדְמֵנָה

Medena, Menſura, vel abundans, ſiue indumētum. Prouincia, de qua 1.eſd.6.a.2. Heb. Madai. מָדַי πόλις μήδων

Medi, Idem. p.n. Populi, eſa.13.c.17. act.2.b.9 μῆδοι

Media, Idem. ſ.n. Prouincia Aſiæ ab Ortu habet Caſpios & Parthos, à Meridie Sittacenen & Suſianen & Perſida, ab Occaſu Adiabenen, à Septentrione Armeniam. Plinius author lib. 6.cap.26. Hanc appellatam à Madai Iapheth filio, Ioſephus lib.1.cap.14. Iud. anti. refert. Strabo verò in 11, à Medo Medææ filio. De hac Ptolemæ⁹ lib.6.cap.2. Plini⁹ lib.6.cap.14. Hiero- μηδία nym° ipſam inter flumina Indum & Tigrim collocat, iere.25.e.25. Huic prouinciæ attribuit ſacra Scriptura Aracuſiam, Parthiam, Aſſyriam, Perſidam. ierem.51. c.28, & 1.mach.14.a.1

מְהֵיטַבְאֵל μετιβεήλ Meetabél, Quā bonus Deus, ſiue benefaciens Deus. Vxor Adar regis in Edom ſeptimi, gene.36.d.39

מַגְבִּי μαγβέις Megbís, Eminens, ſiue altitudo. Nomen viri, 1.eſd. 2.b.30

מַגְפִּיעָשׁ μαγάβ Megphiás, Corpus compreſſum vel congregatum, aut corporis vel veſtimenti tinea. Nomen viri, 2.eſdr. 10.a.20

מְחֻשִׁים μεωσίμ Mehuſim, Tacentes, aut feſtinantes, ſiue ſenſuales. Pater Abitob, 1.paral.8.b.11

מִלְכָּה μελχά Melchá, Regina, vel conſiliatrix. Vxor Nachor filii Thare, filia Aran fratris mariti ſui Nachor, geneſ. 11.d.29. Filia item Salphaad filii Hepher filii Galaad, nume.26.d.33

μηλεᾶ Melcha, luc.3.f.31. Idem. ſed in Græco ſcribitur Melea, & Hebraicè interpretatur adimplés, vel adimpletus. D. Pater Eliacim patris Iona.

μελχί Melchi, Rex meus, ſiue conſilium meum. D. Pater Leui patris Matthat, luc.3.e.24

מַלְכִּיָּה μελχίας Melchiás, Rex Dominus, aut cõſiliator Dominus. Pater Phaſſur, ierem.21.a.1. Filius Amelech, iere.38.b. 6. Filius Athanai filii Zara, 1.paral.6.c.40

מַלְכִּיאֵל μελχιήλ Melchiel, Rex meus Deus, aut regnum Dei, ſiue cõſiliator meus De°. Filius Beriæ filii Aſer, gen.46.b.17. & 1.paralip.7.f.31

מַלְכִּיאֵלִ Melchielitæ, Idem. nume.26.e.45 δῆμος ὁ μελχιηλί

מַלְכִּירָם μελχιρὰμ Melchirám, Rex excelſus, aut conſiliator, vel cõſilium excelſum. Filius Iechoniæ filii Ioacim, 1.paralip. 3.c.18

מַלְכִּי־צֶדֶק μελχισεδὲχ Melchi-ſedec, Rex iuſtitiæ. Sacerdos & rex Solymæ, ſiue Ieruſalem fuit, gene.14.c.18. heb.7.a.1

מַלְכִּישׁוּ μελχισουέ Melchiſúa, Rex ſaluator, aut rex vel cõſilium ſaluatoris vel ſalutis, ſiue rex magnificus. Filius Saul, 1. reg.14.g.49, & 31.a.2, & 1.paralip.8.c.33

מִלְכּוֹ ολὼχ Melchóm, Rex eorum, vel conſiliator eorum. Idôlum quod colebant filii Ammon, 4.reg.23.c.13, & 1.paralip.20.a.2 ierem. 49.a.1, qui Moloch, 4.reg.23.c.10 dicitur.

מֶלֶךְ μέλεχ Melech, Rex, aut cõſiliarius. Filius Micha filii Merib-báal, 1.paralip.8.d.35

μελίτη Melite, Melliflua. G. Inſula inter Epirum & Italiã, ſpectans Siciliam ad Septentrionem, act.28.a.1

מִלּוֹא ἄκρα. μααλώ ἀνάλημμα Melló, Plenitudo, vel repletio. Ambitus montis Sion interior, quem reges incluſerant muro. Vel vt alii volunt, vrbs nõ ita procul illinc, cuius ciues Abimelech regem ſibi cõſtituerunt, iudic.9.a.6. Ab hoc loco Dauid cœpit munire Terrã, 2.reg.5.b.9. Salomõ hãc reparauit, 3.reg.9.c.15, & 4.reg.12.d.20, & 2 para.32.b.5

מַלּוֹתִ μαλλιθί Mellothi, Plenitudo, vel circuncißio. Nomen viri, 1.paralip.25.b.4

מַלּוּךְ μαλοὺκ Mellúch, Regnans, vel conſulens. Nomẽ viri, 1.eſd. 10.d.32

Melothi, Idẽ quod Mellothi. D. Ciuitas. Iudith 2. c.13. In Græco complutenſi non legitur.

מְלַטְי αλτίας Meltias, Liberatio Domini. Nomẽ viri, 2.eſd.3.b.7

μέμμιος Memmius, Maculatus, vel vituperatus. D. 2.mac. 11.g.34

נ μέμφις Memphis, Hebraicè dicitur Noph, & interpretatur fauus, aut diſtillatio, vel eleuatio, aut cribrum. Ciuitas AEgypti, eſa.19.b.13

מ μεμφίς Memphis, oſee 9. b. 6, Hebraicè dicitur Moph, id eſt ab ore: vel Syriacè, coopertorium.

Mendacium, Michææ 1.d.14, domos mendacii. Vide Achzib. vide & 1.paral.4.d.22, viri mendacii item.

Menelaus, Potentia, aut robur populi. G. Nomẽ viri, 2.mach.4.d.23 μενέλαος

Menna, Numeratus, vel remuneratus, aut præparatus. D. Pater Melcha, ſiue (vt Græcè habetur) Melea, luc.3.f.31 μαϊνάν

Menní, Præparatio, vel munus, aut numerus. Nomen regionis, ierem.51.c.27 מִנִּי παρ' ἐμοῦ

Mennith, Idem. Vrbs in terra Gad, iudic.11.f.33 מִנִּית μεννίθ

Mepháath, Aquarum apparitio, ſiue aquarum impetus. Ciuitas Leuitarũ in tribu Rubẽ, in terra Moab, ioſ.13.c.18, & 21.d.36. ierem.48.c.21 מֵפַעַת μαιφάθ

Meraióth, Amaritudines, vel rebelliones, aut commutationes vel permutationes. Filius Achitob, 1.paralip.9. b. 11. Filius Zaraiæ filii Ozi, 1. paralip.6.a.6, & 7.d.52. Vide Maraioth. מְרָיוֹת μαρειώθ

Meralá, Sopor, vel inebriatio, aut amaritudo aſcẽſionis, vel holocauſti, aut myrrhæ holocauſtum, ſiue folium, aut docens holocauſtum vel aſcẽſum. Limes eſt Zabuloniæ tribus, ioſ.19.a.11 מַרְעֲלָה μαραλά

Merarí, Amarus, ſiue irritatus, aut prouocatus. Filius Leui filii Iacob, geneſis 46.b.11, & 1.paralipo.6.a. 1.b.16 מְרָרִי μεραρί

Mararitæ, Idem. p.n. nume.26.g.57 δῆμος ὁ μεραρεί

Mercurius, A mercibus dictus eſt: quia mercaturæ Deus putabatur à Gentibus. Latinum eſt. act.14.b.12 ἑρμῆς

Mercurius, prouerb. 26.b.8, In Hebræo eſt Margema. Suntqui dicant ſignificare fundam qua iaciuntur lapides. Alii aceruum lapidum. Poteſt etiam deriuari ab ארגמן, quod ſignificat purpuram: vt ſit ſenſus, Sicut qui ligat lapidem vel ſaxum in purpura: ita qui tribuit inſipienti honorem. מַרְגֵּמָה σφενδόνη

Méred, Rebellis, vel deſcendens, aut imperans. Filius Bethiæ filiæ Pharaonis, 1.paralip.4.c.17 מֶרֶד μαρέδ

Meremóth, Amaritudo, ſiue myrrha mortis, aut altitudines, vel deceptiones. Nomen viri, 1.eſdr.8.g.33 מְרֵמוֹת μαρειμώθ

Meribá, Iurgium, contentio. Nomen loci, qui & Tentatio dicitur. Vide Iurgium, pſalm.95.b.8 מְרִבָה

Merib-báal, Rebellio, vel impugnatio idóli vel dominantis ſiue ſubiicientis aut poſſidentis. Filius Ionathan filii Saul, 1.paral.8.d.34, & 9.g.39 מְרִיב־בַּעַל מְרִי־בַעַל μεριβαάλ

Merimúth, Fraudulentia: aut amaritudo vel myrrha mortis, ſiue altitudines. Nomen viri, 2.eſdr.3.e.21, & 10.a.5, & 12.a.3 מְרֵמוֹת μεραμώθ

Merob, Pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans: vel Syriacè, magiſterium. Primogenita regis Saul, 1. reg.14.g.49, & 18.d.17 מֵרַב μερὸβ

Merodách, Amara contritio, vel myrrha contrita: aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima. Rex Babyloniorum, eſa.39.a.1. ierem.50.a.2, qui 4.reg.20.c.12, dicitur Berodach. מְרֹאדַךְ βαρωδὰχ μαιωδὰχ

Meróm, Altitudines. Aqua ſeu flumẽ in terra Chanaan, iuxta quod Gentes conuenerant aduerſus Iſraelitas, ioſue 11. a. 5.b.7. Hieronymus in locis Hebraicis Merrum vicum fuiſſe dicit in x 11. milliario vrbis Sebaſte iuxta Dothain. מֵרוֹם μερὼν

Merome, Altitudines, ſiue amaritudo aquarũ. Nomen loci, iud.5.c.18. Vbi alii interpretes pro, in regione Merome, legunt, in excelſis campi. מֵרוֹמֵי ὕλη ἀγρῶ

Meronathites, Cantatio mea, ſiue exultans, aut exclamans: vel Syriacè, dominans. 1.paralip.27.d.30, & 2.eſdr.3.b.7 מֵרוֹנֹתִי μεραθὼν

Meroz, Secretum, vel macies. Vrbs Galilææ, iudic. 5.c.23 מֵרוֹז μερώζ

Mes, Auferens, vel tangens. Filius Aram, gene.10. c.23: qui 1.para.1.b.17, dicitur Moſoch. Ab hoc Meones traxerunt originem. מַשׁ μοσὸχ

מישע μώσα Meſa,Sal⁹,vel aqua ſalutis,aut aquas aſpiciẽs. Rex Moab,4.reg. 3.a.4. Filius itẽ Caleb fratris Gerameel, 1.paral.2.c.42

משלמיהו μεσελεμία Meſelemia,Pax Domini,vel perfectio Domini,aut retributio Domini, vel parabola Domini, aut dominium Domini.Nomen viri,1.paral.26.a.1

משיזבאל μασεζεβήλ Meſezebél, Auferens fluxum Deus: vel ex Syro & Hebræo,liberatio vel ſalus Dei.Pater Barachiæ,2.eſd. 3.a.4,& 11.d.24

μεσοζεβήλ Meſizabel,Idem.Nomen viri,2.eſdr.10.a.21

Meſollám, Vide Moſollam

μεσοποταμία Meſopotamia,Maioris Aſiæ Syriæque pars:Regio eſt inter Babyloniam & Arabiam,ad læuam Tigridis fluuii,vbi habitauerunt ſapientes Babyloniæ, authóre Strabone lib.11,& 17,& Ammiano libro 23.Meſopotamia eſt intra amnes Tigriden & Euphratẽ, à Septentrione Tauro excepta,quæ ipſo vocabulo Græco in medio fluminum eſſe poſita monſtratur. μέσος enim medius: ποταμὸς verò fluuius interpretatur. Acto. 7.a.2. Hebraicè verò,gen.24.b.10,deut.23.a.4,iudic. 3.a.8,& 1.paral. 19.b.6, & in titulo pſal.59.a.2. heb.60 dicitur ארם נהרים Aram Naharáim, id eſt Syria fluuiorum, ſ. duorũ.nãdictio ipſa, dualis eſt numeri . In aliis verò locis pro Meſopotamia,in Hebræo eſt Padã Aram,quod interפדן ארם pretatur redemptio ædis, vel domus:vel Syriacè,paritas, aut coniunctio ædis.Hæc nomina ſortitur & Syria,gene.25.c.20,& 28.a.5.b.6

עבר הנהר Meſopotamia,ioſue 24.a.3, in Hebræo eſt Eber hanáar,id eſt trans flumen.

מספר μάσφαρ Meſphár,Numerus,vel narratio, aut librarius vel ſcriba,ſiue tributi taurus.Nomen viri,1.eſdr.2.a.2

מספרת μασφαρέθ Meſphárath,Numerans,vel narrãs,aut tributi fructificatio vel augmentatio.Nomen viri, 2.eſdr.7.b.7

מצפה μασηφά Meſphé, Speculatio, vel ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Beniamin, ioſue 18.d.26

מצרים μεσαρείμ Meſráim,Anguſtiæ,ſiue tribulationes. Filius Chã, gen.10.a.6,b.13.Ab hoc AEgypt⁹ Hebræa lingua Meſráim nuncupatur:quæ & ſæpe in Sacris literis dicitur terra Cham,à Cham filio Noe,pſal.105.d.22.heb.106. vt teſtatur Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis.

משא μασσῆ Meſſá,Onus,vel aſſumptio:& aliquando tranſlatiuè prophetia.Regio Iudææ,iuxta Hieronymũ in locis Hebraicis,in qua habitauerunt filii Iectã,gene. 10.d.30

מסח μεσσαέ Meſſa,4.reg.11.b.6,Eradicatio, ſiue cõculcatio. Nomen viri.

משאל μασάλ Meſſál,Poſtulans,vel poſtulatus,aut commodatus, ſiue ſepulchrũ,vel infernus,aut fouea , ſiue ablatio aut tactus Dei. Ciuitas in tribu Aſer, ioſ.19.b.26, & 21. d. 30,quæ & Maſſal 1.paral.6.g.74 dicitur.

משלמת μεσολλάμ Meſſalemeth,Solutio,aut pacificatio,vel perfectio, aut retributio:vel parabola mortis,aut dominiũ mortis.Mater Amon regis Iuda,4.reg.21.d.19

משיח μεσσίας MESSIAS, Vnctus . Græcè autem dicitur CHRISTVS,iohan.1.f.41,& 4.d.25

משלם μεσολλάμ Meſſulám,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens, aut parabola eorum,ſiue poteſtas eorum.Pater Aſalia patris Saphan ſcribæ,4.reg.22.a.3

מהיטבאל ματαβεήλ Metabeél,Quàm bonus Deus,aut benefaciẽs Deus. Nomen viri,2.eſd.6.c.10

מתקה μαθεκκά Methcá,Dulcedo,aut ſuauitas.Nomen loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Thare, nume. 33.d.28

מטרי ἀματταρεί Metrí,Pluuia,ſiue cuſtodia,vel carcer.Nomen viri, 1.reg.10.c.21

מזה μοζέ Mezá, Diſtillatio,vel aſperſio,aut ex iſto: vel Syriacè, incenſio vel conſumptio . Filius Rahuel filii Eſau, geneſ.36.b.13

מיזהב μεζοόβ Mezáab,Deauratus,vel aquæ auri,ſiue quid aurum? Pater Matred patris Meetabel vxoris Adar regis in Edom ſeptimi,gen.36.d.39,& 1.paral.1.d.30

M I

מימין μειάμιν Miamín,Dexter,aut aquas præparans.Nomen viri,1.eſdr.10.d.25,& 2.eſdr.10.a.7,& 12.d.40

מבחר μααβάρ Mibahár, Electus, ſiue electio,aut iuuentus.Nomẽ viri,1.paral.11.g.38

מיכה μιχαίας Michá,Pauper, vel humilis,aut percutiens vel percuſſus,ſiue quis hîc? id eſt in hoc loco:ſiue aquæ hîc. Pater Abdon, 2.paral. 34.d.20: qui 4. reg.22.b.12,dicitur Michaia.Filius Ioel,1.paralip. 5.a.5.Filius Meribbaal מיכא filii Ionathan,1.paral.8.d.35.Filius Miphiboſeth,2.regum 9.d.12

מיכאל μιχαήλ Michael, Quis ſicut Deus? aut humilitas,ſiue paupertas Dei,vel percuſſio Dei,ſiue percutiens Deus.Filius Izrahia filii Ozi filii Thola filii Iſſachar,1. paral. 7.a.3.Pater Galaad,1.para.5.b.13. Pater itẽ Sthur principis tribus Aſer, nume.13.b.14.Eſt & nomen Angeli, dani.10.c.13

מיכיה μιχαίας Michaia,Quis ſicut Domin⁹? aut paupertas vel humilitas Domini,ſiue percutiens Dominus,vel percuſſio Domini.Pater Achobor,4.reg.22.c.12.Filius Meribbaal filii Ionathan,1.paralip.8.d.34.Mater item Abiam regis Iuda,2.para.13.a.2:quæ 3.reg.15.a.2 dicitur Maacha,2.eſdr.12.d.40

מיכיהו μιχά Michas,Idem.Nomen viri de monte Ephraim,iudic.17.a.1

מיכיה μιχαίας Michæa, ſiue Michæas,Idem.Filius Gamariæ filii Sapham ſcribæ,ierem.36.c.11.Filius item Iemla,3.reg. 22.b.8

מיכה μιχαίας Michæas,iere.26.c.18,michææ 1.a.1,Pauper vel humilis,aut percutiẽs,vel percuſſus,ſiue quis hîc? id eſt in hoc loco: vel aquæ hîc. Nomen prophetæ qui prophetauit ſub Ioatham,Achaz,& Ezecia.

מיכל μελχόλ Michól,Quis omnia? q. d. tu.aut quæ perfecta vel conſummata? q.d.nulla niſi tu.ſiue aqua tota,aut aquarum perfectio vel conſummatio ſeu prohibitio . Nomen filiæ minoris regis Saul,1.reg.14.g.49

Middin, Vide Meddin.

μυνδός Mido, Cura,ſiue conſilium. G. Græca exemplaria legunt Myndus,1.mach.15.d.23

μίλητον Miletũ,Rubra,vel coccinea.G.Ciuitas in Aſia,maritima,decem ſtadiis ab oſtio Mæandri amnis ſecreta, act.20.c.15

מליכו ἀμαλούχ Milícho,Regnum eius,vel conſilium eius.Nomen viri,2.eſdr.12.a.14

Minnith, Vide Mennith.

מפיבשת μεφιβόσεθ Miphibóſeth, De ore ignominia,ſiue de ore confuſio,aut oris ignominia vel confuſio,aut verecũdia,vel mora.Filius Ionathæ filii Saul, 2. reg.4.a.4, & 9.b.11. Hic dicitur & filius Saul præterito patre Ionatha,2.regum 19.e.24,&21.b.7

משעם μεσοάμ Miſaám,Saluator eorum, ſiue reſpiciẽs eos,aut auferens vel tangens populum: vel Syriacè,lenitas eorũ. Filius Elphaal filii Nehuſim,1.paral.8.b.12

מישך μισάχ Miſach, Prolongans, ſiue attrahens,aut aquas vallans vel ſepiens. Vir qui & Miſael dicitur,dani.1.b.8

מישאל μισαήλ Miſaél,Quis poſtulatus aut commodatus? ſiue quis poſtulans aut commodãs? ſiue abſtulit Deus,vel receſſit.Nomen viri quem princeps Eunuchorũ regis Nabuchodonoſor vocauit Miſach,dan.1.b.8.Filius item Oziel filii Caath,exod.6.c.22

מישור Miſor,Planities,aut ſerra, ſiue murus vel muratus, aut bos,vel bouinus.Hebr.legitur Iaheſa,ioſ.21.d.39

משפט κρίσις Miſphát,Iudicium.Fons Miſphat ſiue iudicii,aliàs

Cades,gen.14.a.7

μιτυλήνη Mitylene, Munditia vel abſterſio torcularis.G.Inſula contra Aſiã, quæ à proximo continẽti abeſt quinquaginta ſeptem milia paſſus,act.20.c.14

מתרדת μιθριδάτης Mithridates, Explorãs vel contemplans legem,aut ſoluens legem,ſiue mortis deſcenſus vel dominium,1.eſdr.1.d.8

M N

מנה μνᾶ Mna,Libra,talentum,genus ponderis quod continet certũ numerũ vnciarum,eze.45.e.12,& luc.19.b.13

μνεσθεύς Mneſtheus,Alacritas,aut ira vel robur Dei. Nomẽ viri,2.mach.4.c.21

M O

מואב μωάβ Moáb,De patre: quoniã de patre eum filia cõcepit. Filius Lot ex filia ſua maiore,gen.19.g.36. A quo vrbs Arabiæ (quæ aliàs,vt Euſebius refert, Areopolis dicitur) & regio nomen acceperunt, eſa.11.d.14. Eſt & regnum filiorum Lot ad Orientem Iudææ ſitum, proximũ Mari mortuo & Iordani. Eſt præterea nomen regis,1.reg.12.b.9,& 22.a.3,&.1.par.4.d.22

מאבים Moabitæ,Idem,deut.2.b.9,c.11 μωαβῖται

מואבי Moabites,Idem,deut.23.a.3 μωαβίτης

מואבית Moabitides,Idem.p.n.f.g.3.reg.11.a.1 μωαβίτιδες

מואבית Moabitis,Idem.ſ.n.f.g.ruth.1.a.1.&5.μωαβῖτις

מועדיה μααδαί Moadiá, Solennitas vel feſtiuitas Domini, ſiue adornatio vel teſtimoniũ aut fœdus Domini, vel trãſitus Domini.Nomen viri,2.eſd.12.a.17

מבני μαβουναί Mobõnái,Filius vel filiatio, ſiue ædificatio, aut intellectus vel intellectio.Nomẽ viri,2.reg.23.d.27

מכנה μαβινά Mochona,Baſis,vel ſuſtentaculum,aut præparatio. Ciuitas,1.eſd.11.d.28

מכרי μαχιεί Mochorí, Venditio,vel cognitio. Pater Ozi,1.paralip.9.b.8

μωδεΐν Modin, Iudicium vel iudicatio, aut iurgium. D. Ciuitatis nomen in mõte ſitæ vt videtur Baala, ſuper torrentem qui apud Secronam effunditur: patria Machabæorum, vbi eſt eorum memorabilis ſepultura, ſeptẽ pyramides ex quadrata mole ſurgẽtes, 1. mac.2.a.1

מחלה μααλά Moholá, Chorus vel cithara, ſiue infirmitas: aut Syriacè,venia.Nomen viri,1.par.7.d.18

מחלי μοολί Moholí,Idem.Filius Merari filii Leui,exo.6.c.19

מולדה μωλαδά Moladá, Natiuitas, vel generatio. Ciuitas quæ in tribu tam Iudæ quàm Simeonis reperitur,ioſ.15.c.26 & 19.a.2.& 1.para.4.e.28

מחלתי μουλαθί μωλαθί Molathi,ſiue Molathites, Chorus vel cithara, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia.1. regum 18.e.19.& 2. regum 21 b.8

מלכם μελχόμ Molchõm,Rex eorum,vel conſiliarius eorum. Filius Saharáim ex Hodes vxore,1.paral.8.a.9.Sic vocabatur & Moloch, Ammonitarum idôlũ,ierem.49.a.1

מוליד μωλίδ Molíd,Generatio,vel natiuitas,aut circuncifio manus.Filius Abiſur filii Semei filii Onam, 1. par.2.d.29

מלך μολώχ·μολόχ Móloch,Regnans,aut cõſiliarius.Idôlum Ammonitarum,4. reg.23.c.10. act. 7.e. 43:quod & Melchom dicitur.

מלכם μελχόμ Molóch,3.reg.11.f.33, Rex eorum, aut conſiliarius eorum.Heb.Milchom.Idôlum Ammonitarum.

מעץ μαάς Móos,Lignum,vel ligneus,ſiue conſiliarius.Filius Ram primogeniti Ierameel,1.paral.2.d.27

מפים μαφίν Mophím, Ex ore:vel Syriacè,cooperimẽta.Filius Beniamin,gen.46.c.21

מורשתי μωρασθίτης Moraſthí,Hæres, vel paupertas, aut de paupertate, vel de hæreditate. Vicus contra Orientem Eleutheropoleos,patria Michææ prophetæ,ierem.26.e.18

Moraſthites,Idem.mich.1.a.1

מוריה ἀμορία Moriá,Amaritudo vel myrrha Domini,aut potius doctrina,ſiue timor Domini,à ירה vel ירא:ſiue ex Syro & Hebræo,dominatio Domini.Collis,2.para.3.a.1: qui Terra viſionis gene.22.a.2 dicitur, à latere montis Sion.Moriá, inquiunt doctiores,eſt mõs in tribu Bẽiamin in quo fuit ædificatum templum à Salomone. Hic mons eſt multiiugus: & in vno è iugis eius iuſſus eſt Abraham immolare filium ſuum Iſaac.Nõ deſunt qui dicant hunc montem partem eſſe montis Sionis: quod nullo loco Scripturæ probari poteſt. Verius ergo eſſe arbitror affirmare montem Moriá & mõtem Sion eſſe eundem montem,quum ex Ioelis 3.f.21, pſal. 2.b.6,& aliis locis clarum ſit,templum Domini fuiſſe constructum in Sion, & author Paralipomenon ſcribat illud fuiſſe conſtructum in monte Moriá, geneſ. 22.a.2,& 2.par.3.a.1.Eſt ergo Moriá & Sion idem mõs: ſed Moriá vetus eſt montis appellatio: & Sion,recẽs.

Moſá,Azymum,aut inuentus,vel exitus, ſiue exprimens,vel emungens.Filius Caleb ex Epha concubina, 1.paral.2.f.46.Filius Zamri filii Ioada,1.paral.8.d.36 מוצא μουσή

Moſá,1.paral.8.a.9,interpretatur Onus,ſiue aſſumptio,vel prophetia aliquando trãſlatiuè,aut aquarum eleuatio.Filius Saharáim ex Hodes vxore. מישא μισά

Moſerá, Eruditio, ſiue diſciplina, aut vinculũ: vel Syriacè, datio vel traditio. Nomen montis,vbi Aarõ mortuus eſt & ſepultus,deut.10.b.6:qui Hor,num.20. d.27, & Moſeroth,nume.33.d.30,dicitur. מסרה μοσηρά

Moſeroth,Idem.p.n.Locus in quo caſtrametati ſũt filii Iſrael profecti de Heſmona,nume.33.d.30. Eadem quæ Moſera dicitur. μασουρούθ

Moſobáb,Reuerſus,aut auerſus, vel cõuerſus.Nomen principis,1.paralip.4.f.34 משובב μωσωβάβ

Móſoch,Attrahens,vel prolongans,aut vallãs,vel ſepiens.Filius Iapheth,gene.10.a.2. Ab hoc Cappadoces originem traxerunt,ezech.27.c.30.Filius item Aran,1.paral.1.b.17:qui gene.10.f.23,dicitur Mes. משך μοσόχ

Moſollám,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens, vel parabola eorum, ſiue poteſtas eorũ. Nomẽ viri, 1. paral. 3.d.19, & 5.b.13, & 8. b.17, & 9.b.8. Præpoſitus ſtauratoribus templi,2.paral.34.c.12 משלם μεσολάμ

Moſollamia, Pax Domini, ſiue perfectio Domini, aut retributio Domini, vel parabola, aut dominium Domini. Vide Meſelemia.1 paral.9.d.21 משלמיהו μεσολλαμία

Moſollamíth,Pacifica,ſiue perfecta,aut retribuens, vel parabola mortis, aut dominiũ mortis. Filius Emmer,1.paral.9.b.12 משלמות μασιλιμώθ

Moſollamóth, Pacificatio, aut perfectio,ſiue retributio,aut parabola mortis,vel dominium mortis. Pater Barachiæ principis,2 paral.28.b.12 משלמות μασυλμώθ

Moyſes,Attractus,vel aſſumptus,ſubaudi de aquis, vt exod.2.b.10, legitur. Filius Amram filii Caath filii Leui,1.paral.6.c.38,& 23.b.13.act.7.c.20.Heb. Moſe. משה μουσῆς μωσῆς

Mozél,Ambulãs vel vadẽs. Nomẽ regionis,ezec. 27.d.19 מאוזל μοοζιήλ

M V

Munim,Habitacula,ſiue afflicti,aut delinquẽtes,vel reſpondentes.Nomen viri,1.eſdr.2.c.50 מעונים μουνίμ

Murus-Moab. Vrbs Moabitarum,eſa.15.a.1. קיר־מואב

Murus cocti lateris, Vide Cir-hareſeth τεῖχος τῆς μωαβίτιδος

Muſach, Vnctio, ſiue cooperimentum, aut libatio, 4.reg.16.d.18 מוסך καθέδρα

Muſi,Auferens, vel tangens,aut recedens,vel ablatus. Filius Merari filii Leui,exo.6.c.19,& 1.par.6.b.19 מושי μουσί

Muſitæ,Nume.3.e.33

M Y

Mydo,vel potius Myndus, Muta.G.Nomen inſulæ in mari Icario,1.mach.15.d.23 μύνδος

Myſia,Sceleſta vel abominabilis. G.Prouĩcia Aſiæ nunc AEolis dicta,quam Paulus adnauigauit. act.16. μυσία b.7.Eſt & altera eiuſdem nominis iuxta Danubium flumen. Súntque authores qui dicant tranſiſſe ex Europa Meſas & Brigas & Hunos,à quibus appellantur in Aſia Myſi,Phryges,& Bithynii.

N

נהלול vel נהלל ναααλώλ Naalol,Laudatus,ſiue lucidus,aut ſtolidus. Ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon,ioſ.19.b.15,& 21.d.35,& iudic.1.f.30

נעמה νομά.νααμα Naamá,Pulchra,ſiue decora,aut mouens valde. Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.f.41.Mater item Roboam,3.reg.14.e.21

נעמן νοεμάν Naamán, Pulcher,ſiue decorus, aut motum præparans.Filius Beniamin,gen.46.c.21:qui 1.par.8.a.2,dicitur Nohaa.Princeps militiæ regis Syriæ,4.reg.5.a.1.& luc.4.e.27.Filius item Bela filii Beniamin, 1.paralip.8.a.2

נעמתי μιναῖος Naamathites,Pulchritudo,vel iucunditas,ſiue motus mortis meæ.iob.11.a.1,& 2.c.11,& 20.a.1, & 42.b.9

vel נערה נערתה νοερά Naará,ſiue Naaratha, Puella,vel iuuenis,aut excuſſio,vel vigilans.Terminus tribus Ephraim, ioſ.16.c.7.Altera vxor Aſhur,1.par.4.a.5

נערי ναεραί Naarái,Pueri mei, vel iuuenes mei,ſiue excutiẽtes, aut vigilantes mei.Nomen viri,1.par.11.g.37

נעריה νεαρία Naariá, Puer Domini, aut excuſſio Domini, ſiue vigil Domini, vel vigilans Dominus. Filius Semeiæ filii Secheniæ,1.par.3.d.22,& 4.g.42

נחש ναάς Naás,Coluber,vel ſerpẽs,aut augurãs,vel diuinãs, ſiue æneus.Ciuitas,1.par.4.b.12. Rex Ammonitarum, 1.reg.12.c.12,& 1.par.19.a.2.Eſt & nomẽ cuiuſdam viri de quo 1.reg.11.a.1,& 2.reg.17.g.27

נביות ναβεώθ Nabaióth,Loquelæ,ſiue prophetiæ,aut fructus,vel germinationes. Filius Iſmahelis, gen.25.b.13. Ab hoc omnis regio ab Euphrate vſque ad mare Rubrum vſque hodie Nabathena dicitur, quæ pars Arabiæ eſt, eſa.60.b.7

נבל ναβάλ Nabál,Stultus,vel inſipiens. Viri nomen, cuius vxor,Abigáil dicebatur,1.reg.25.a.3,& d.19

נבט ναβάτ Nabát,Aſpiciens,ſiue intuens. Pater Ieroboam ſerui Salomonis,3.reg.11.e.26

Nabath,Idem.Conſobrinus Tobiæ,tob.11.d.20

נבו ναβαῦ.ναβώθ Nabó,Loquela ſiue prophetia: aut loquẽs,vel prophetans,ſiue fructificans,vel germinãs.Ciuitas in terra Moab,in tribu Ruben,eſa.15.a.2,& ierem.48.d.22: quam ædificauerunt filii Ruben, nume.32.g.38. Eſt & nomen montis eiuſdem nominis. Dicitur & Nebo.Idóli præterea nomen,eſa.46.a.1

נבות ναβούθ Naboth,Idem. Nomen viri,3.reg.21.a.3

נבו ναβοῦ Nabu,Loquela,ſiue prophetia:aut loquens, vel prophetans,ſiue fructificans,aut germinans.Nomen vnius ex principib⁹ regis Babylonis, ier.39.a.3.In codicibus Hebræis,vnius eſt nomen proprium,Semegar-nebu.vide Semegar

נבכדנאצר ναβουχοδονόσωρ Nabuchodonoſor, Gemitus ſiue plãctus iudicii anguſtiæ vel preſſuræ, ſiue coartans iudicium anguſtiæ vel preſſuræ.Rex Babyloniorum,4.reg.24.c.10

נבוכדראצ ναβουχοδρόσωρ Nabuchodonoſor,in toto Ieremia,excepto cap.27 a.8,& 28.c.11,& 29.a.1,& 34.a.1,& 39.a.1.eze.26.a.7,& 29.d.18,& 30.c.10,In quibus omnibus locis in Hebræo codice ſcribitur Nabuchodonoſor:quod interpretatur gemitus ſiue plãctus generationis anguſtiæ vel preſſuræ,aut coartatio generationis anguſtiæ vel preſſuræ.

נבושזבז ναβουσέζβαν Nabuſezbáz, Loquela, ſiue prophetia,vel germinatio manans vel fluens: aut ex Hebræo & Syro,fructus vel germinatio liberationis. Nomen viri, ierem.39.c.13

ναβαταῖοι Nabuthæi,Loquentes,ſiue prophetãtes, aut germinantes.D.1.mach.5.c.25

נבוזראדן ναβουσαρδάν Nabuzardán, Germinatio, vel prophetia extranei ſiue vẽtilati aut effuſi iudicii, vel germinatio, ſiue prophetia extranei,ſiue vẽtilati aut effuſi dominii vel baſis.Princeps exercitus regis Babyloniorũ,4.reg.25.b.8

נחור ναχώρ Nachór,Raucus, vel aridus,aut iratus, vel incẽſus: aut Syriacè,ſuffocatus.Filius Sarug,gene.11.c.22.luc.3.f.34.Filius item Thare,gene.11.d.27

נכון ναχών Nachón,Paratus,vel certus.Nomen loci, 2.regum 6.a.6

נדב ναδάβ Nadáb,Spontaneus,aut vouẽs, vel princeps.Filius Aaron,exod.6.d.23.Filius item Semei filii Onam filii Ierameel,1.paral.2.d.28.Filius Iahiel,1.paralip.9.f.36. Filius Ieroboam,3.reg.14.e.20

נדביה ναδαβία Nadabiá, Votũ Domini,ſiue ſpontaneus,aut princeps Domini.Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.par.3.c.18

ναγγαί Nagge, Claritas,vel ſplendor. D.Nomen viri,luc.3.e.25

נחבי ναβί Nahabí,Occultus,vel abſcõditus,ſiue dilectus meus, aut requieſcẽs mecum, ſiue ductor mecum. Filius Vapſi,nume.13.b.15

נחליאל ναθαναήλ Nahaliél,Torrens Dei,ſiue hæreditas Dei,aut vallis Dei. Loc⁹ vbi caſtra fixerũt Iſraelitæ, num.21.d.19

נחם ναούμ Náham, Conſolatio, vel pœnitentia,ſiue ducẽs eos aut requies eorũ.Frater Odaiæ mulieris,1.para.4.d.19

נעם νοέμ Náham,1.paral.4.c.15,Fili⁹ Caleb filii Iephone,interpretatur pulcher,ſiue iucundus,aut mouens eos.

נחמני ναιμανί Nahamani,Conſolator, ſiue pœnitens,aut requiei munus vel numerus,ſiue requiei præparatio. Nomen viri,2.eſd.7.b.7

נחרי ναεραί Naharái,Naris,ſiue naſus, aut hinniens, vel calefactio, ſiue ariditas, vel raucedo:aut Syriacè,ſuffocatio. Armiger Ioab,2.reg.23.d.37,& 1.paral.11.g.39

נחשון νααοσών Nahaſſón,Idem.Filius Aminadab, frater Eliſabeth vxoris Aaron,exod.6.d.23

נחת ναχώθ.ναάθ Náhath,Requies,vel ductor: aut Syriacè,deſcẽſio. Filius Rahuel filii Eſau,gen.36.b.13,& 2.paral.31.c.13

נחום ναούμ Nahúm,Conſolator,ſiue pœnitens, aut ductor eorum.Nomen prophetæ,nahum 1.a.1,& 2.eſdr.7.b.7

ναΐν Nain,Pulchritudo,ſiue iucunditas,vel commotio, aut motus eorũ.D. Ciuitas in ſecundo miliario Thabor montis contra Auſtrum ad pedẽ Hermon minoris montis iuxta Hendor villam,luc.7.b.11

ניות ναβάθ Naióth, Pulchritudo, ſiue decor,aut habitaculum. Nomen loci,1.reg.19.c.18

נמשי ναμεσσί Namſi,Ablatus,ſiue auferens,aut tangens,vel dormitionis munus.Pater Iehu regis Iſrael, 3.reg.19.c.16

נמואל ναμουήλ Namuél, Dormiens Deus,vel dormitio, ſiue ſomnus Dei.Filius Simeonis filii Iacob,1.para.4.e.24:qui gen.46.b.10,dicitur Iamuel.

נמואלי ναμουηλεί Namuelitæ,Idem.nume.26.b.12

ναναία Nanea, id eſt Diana: ſic enim appellabatur Diana lingua Perſica,2.mach.1.c.13

נפג ναφέκ Nápheg,Imbecillis,aut remiſſus,aut laxatus.Filius Iſaar filii Caath filii Leui,exod.6.c.21. Filius item Dauid,1.paral.14.b.6

נפיש ναφείς Naphís,Anima,vel refrigeratus,aut requieſcẽs:vel Syriacè,multiplicans.Filius Iſmahelis,gen.25.b.15, & 1.paralip.5.c.19

κάρκισσος Narciſſus,Stupefactus,vel negligens.G.Nomen viri,cuius meminit Paulus,rom.16.b.11

נציח νεσιά Naſía, Victor, ſiue æternus,aut fortis.Nomen viri, 1.eſdr.2.c.54

נתן νάθαν Nathán,Dans vel Donatus.Filius Dauid, 2.reg.5.c.14,& 1.par.3.b.5.Nomen itẽ prophetæ,2.reg.7.a.2.Filius item Ethei filii filiæ Seſan ex ſeruo,1.par.2.e.36

נתנאל ναθαναήλ Nathanaél,Donum Dei.Frater Semeiæ & Chonen iæ,2.par.35.b.9.Filius Suar,princeps tribus ſuæ Iſſachar,num.1.a.8.Quartus filius Iſai,1.par.2.b.14

Nathanel,Idem.

נְתַנְיָה ναθανίας Nathaniá, ſiue Nathanias, Donum Domini. Pater Iſmahelis, 4.reg.25.f.23

נְתַן־מֶלֶךְ ναθάν Nathan-mélech, Donum regis, ſiue donum conſilii. Nomen Eunuchi, 4.reg.23.c.11

נְתִינִים ναθινέοι Nathinæi, Dati, vel donati, 1.paralip. 9.a.2, & 2.eſdræ 7.d.46

נָתָן ἀναθάν Nathon, Dare, vel dādo. Ciuitas in tribu Zabulon. ioſue 19.b.14

ναυῆ Naue, Poſteritas, vel ſtirps, aut filius, vel æternus, ſeu permanēs, vel pulchritudo, ſiue habitaculum: aut Syriacè, piſcis. D. Idem qui & Nun, pater Ioſue, eccleſiaſtici 46.a.1

נְזִרִים Nazaræi, Separati, ſiue coronati, aut ſanctificati. thren.4.b.7. amos 2.c.11, d.12 ναζηραῖοι. ἡγιασμένοι

ναζωραῖοι Nazareni, Idem. Sed ſi per צ ſcribatur, interpretatur cuſtodientes, vel floridi, aut virgulta. D. act.24.b.5

נָזִיר ναζηραῖος Nazaræus, Separatus, ſiue coronatus, aut ſanctificatus, iudic.13.a.5

ναζωραῖος Nazaræus, matth.2.d.9, Idem: vel per צ literam, cuſtos, ſiue flos, aut virgultum. D.

ναζωραῖος ναζαρηνός Nazarenus, Idem. ſ.n. D. matth.26.g.71, & luc.4.f.34, & marc.1.c.24

ναζαρέθ ναζαρέτ Nazareth, Sanctificata, aut ſeparata, vel coronata. Si autem per צ ſcribatur, interpretatur Cuſtodita, vel florida, aut virgultū. D. Viculus Galilææ iuxta montē Thabor, in quo fuit nutritus IESVS ſaluator noſter, matt.2.d.23. luc. 4.c.16, ædificata ſuper montem.

N E

νεάπολις Neapolis, Nouaciuitas. G. Ciuitas Cariæ aut Thraciæ, act.16.b.11. Hanc vocari Sichem, teſtis eſt Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus.

נִבְחַז νιβχάζ Nebaház, Fructificans vel germinans viſionē, aut loquens vel prophetās. Idôlū Heuæorū, 4. reg.17.f.31

נֵיבָי νωβαί Nebái, Fructificans, vel germinans, aut loquens, vel prophetans. Nomen viri, 2.eſd.10.a.19

נִבְלָט ναβαλάτ Neballát, Prophetia, ſiue loquela inuoluta, vel abſcōdita, aut germinans, vel fructificans, ſiue prophetans inuolutè vel abſconditè. Ciuitas, 2.eſd.11.d.34

נְבוֹ ναβώ Nebó, Loquela, ſiue prophetia, aut loquens, vel prophetans, ſiue fructificans, vel germinans. Vrbs eſt & mons terræ Moabitarum ſupra Iordanem contra Iericho tem ciuitatem, in ſorte tribus Ruben, nume.32.a.3. deut.32.g.49, & 34.a.1, & 1.paral.5.a.8. Nomen viri, 1.eſdr.2.b.29, & 10.d.43. Vide Nabo.

נִבְשָׁן νεβσάν Nebſán, Loquela, ſiue prophetia, aut germinatio dormitationis vel mutationis, ſiue germinatio vel loquela dentis vel eboris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſue 15.g.62

Nebuzar-adan, Vide Nabuzar-adan.

נְכֹה νεχαώ Nechaó, Claudus, vel percuſſus. Nomē Pharaonis regis AEgypti, illius videlicet cui Ioſias rex Iuda fuit in occurſum, 4.reg.23.f.29, & 2.para.35.c.20

נֶקֶב ἀννεκέβ Néceb, Foramē, aut maledictio, ſiue vocatio, aut nominatio, vel explicatio. Ciuitas tribus Nephthali, quæ & Adami dicitur, ioſ.19.c.33

נְקוֹדָא νεκωδά Necodá, Depictus, ſiue varius, aut punctuatus, vel paſtor, aut incuruatus, vel incenſus. Nomē viri, 1.eſd. 2.c.48.60

נַחַל אֶשְׁכּוֹל φάραγξ βότρυος Nehel-eſchol, Torrens botri, aut vallis botri. Nomen torrentis, nume.13.e.25. Vbi apud alios interpretes legitur, Vocatus eſt locus ille torrens Eſchol: qui torrens eſt in vicinia Hebronis. Eo irrigatur vallis dicta Botri. Vide Eſchol.

נֶחֱלָמִי νεελαμίτης Nehelamites, Somniator, vel ſomnus, ſiue torrens, aut vallis aquarum, vel hæreditas aquarum, ieremie 29.f.24

נְחֶמְיָה νεεμίας Nehemias, Cōſolatio, vel requies Domini, aut pœnitens Dominus, ſiue directio Domini. Nomen viri, 1.eſdr.2.a.2

Nehiél, Commotio vel motus Dei. Ciuitas quæ terminus eſt Aſer, ioſ.19.b.27 נְעִיאֵל ναιήλ

Nehuſtá, AEnea, vel ærea, aut augurans, vel ſerpens, aut ſerpentina. Mater Ioachin filii Ioacim. 4. regum 24.b.8 נְחֻשְׁתָּא νεεσθάν

Nehuſtan, AEneum, vel cupreum, aut augurium, ſiue ſerpentis datum, vel donum, 4.reg.18.a.4 נְחֻשְׁתָּן νεεσθάν

Nemrá, Leopardus, ſiue rebellio, aut amaritudo, vel commutatio. Ciuitas, nume.32.a.3 נִמְרָה ναμβρών

Nemrím, Idem. p.n. Regio irrigua aut locus irriguus in Moabitide, eſa.15.c.6 נִמְרִים νεβείμ

Nemród, Rebellis, vel dormitio deſcenſionis, aut dormiens dominans. Filius Chus, gen.10.b.8 נִמְרֹד νεμβρώδ

Neomenia, Nouilunium. G. coloſ.2.d.16 νεομηνία

Nephath-dor, Fau⁹ habitationis vel generationis, aut diſtillans ſiue eleuans, vel cribrans habitationem vel generationem. Ciuitas in tribu Manaſſe, eadē quæ Dor dicitur, Vide ſuo loco, 3.reg.4.b.11, vbi corruptè legitur Nephad-dor. Ex Hebræo vertendum erat, In omni termino Dor נָפַת דֹּאר νεφαδώρ

Népheg, Imbecillis, aut remiſſus, vel laxatus. Filius Dauid, 2.reg.5.c.15, & 1.para.3.b.7 נֶפֶג ναφήγ

Nephi, Purificatio. D. 2.mach.1.g.36 νέφθαρ

Nephthalí, Cōparatio vel æquiparatio, aut retorſio, vel tortuoſitas. Vna è tribubus Iſrael ſita ſupra tribū Aſer, ſi Tobiæ credimus, cap.1.a.1. Nomen loci, 3.reg. 4.b.15, & 4.reg.15.f.29. Sextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris ipſius Iacob, gen.30.b.8 נַפְתָּלִי νεφθαλείμ νεφθαλί

Nephthalitæ, Idem

Nephthar, Purificatio. D. 2.mach.1.g.36 νέφθαρ

Nephtóa, Apert⁹ ſiue apertio, ſiue ſculptura. Nomē fontis, ioſ.15.b.9, & 18.c.15 ναφθώ. ναφτώ נֶפְתּוֹחַ

Nephtuím, Idem. p.n. Filius Meſraim, gen.10.b.13 נַפְתֻּחִים νεφθουείμ

Nephuſim, Diminuti, aut dilacerati. Nomē viri, 1.eſdr.2.c.50 νεφουσείμ נְפוּסִים

Ner, Lucerna, ſiue nouale. Pater Abner, 1.reg.14.g.51. Pater Cis patris Saul, 1.par.8.c.33. Filius Iahiel, 1.paral.9.f.36 נֵר νήρ

Neregél, Explorās, vel pedeſter, ſiue lucerna diſcooperta vel coaceruata, aut nouale diſcoopertum vel reuolutum. Vnus ex principibns regis Babylonis, ieremi.39.a.3 נֵרְגַל νηργέλ

Nergel, Idem. Idôlum Cuthæorū, 4.reg.17.f.30 νηρεγέλ

Nereus, Lucerna, vel nouale. Græcè verò, magnus interpretatur. D. Nomen viri, rom.16.b.15 νηρεύς

Neri, Lucerna, vel nouale. D. luc.3.f.27 νηρί

Neri, ierem.32.b.12, Lucerna Domini, aut nouale Domini, Heb. Nerias. Pater Baruch, filius Maaſiæ. נֵרִיָּה νήριος

Nerias, Idem. iere.36.a.4, & 51.g.59 νηρίας

Neſib, Stans, ſiue ſtatio, vel erectio, ſcilicet alicuius tituli: aut Syriacè, plantatio. Ciuitas in tribu Iuda, ioſue 15.f.43 נְצִיב νεσίβ

Neſróch, Fuga vel tentatio tenera vel delicata, aut vexillū delicatū: vel Syriacè, tabula tua. Idôlū quod adorabat Sennacherib, 4.reg.19.g.37, & eſa.37.g.38 נִסְרֹךְ νεσράχ ἀσαράχ

Neſteus, Ieiunus, vel ieiunans. G. νηστεύς

Netophathí, Gutta, ſiue diſtillatio, aut gūmi. Nomē loci, 1.paral.2.g.54 נְטוֹפָתִי νετωφαθεί

Netophathites, Idē. 2.reg.23.d.28, & 4.regū 25.f.23, & 1.paral.11.f.30 νετωφαθίτης

Netupha, Gutta, ſiue diſtillatio, aut gummi, vel declinatio oris. Nomen loci, 1.eſdr.2.b.22 נְטוֹפָה νετωφάθ

Netuphati, Idem. Nomen loci, 2.eſdr.12.b.28

Neumenius, Nouus menſis, vel nouilunium. G. Filius Antiochi, 1.mach.12.c.16 νουμήνιος

N I

νικάνωρ Nicanor,Victor,vel victorioſus.G.1.mach.3.e.38. Eſt & nomen diaconi,act.6.b.5

νικόδημος Nicodemus,Hebraicè interpretatur innocens ſanguis:Græcè verò,victoria populi.D.Nomẽ viri Phariſæi,Iudæorum principis,iohan.3.a.1

νικολαῗται Nicolaitæ,Victoriæ plebis.G.apoc.2.b.6,d.15

νικόλαος Nicolaus,Idem.ſ.n.G.Nomen diaconi,act.6.b.5

νικόπολις Nicopolis,Victoriæ ciuitas,vel victorioſa ciuitas. Thraciæ ciuitas,quæ Iſtro flumini imminet,ad titum 3.d.12

νίγερ Niger,Latinum eſt.Cognomen prophetæ cuiuſdã, act.13.a.1

שחור μεταβόλων Nilus,Hebraicè dicitur Sihor, & interpretatur niger vel turbidus,aut matutinus.Fluuius AEgypti,eſa. 23.a.3

נינוה νινευῆ Niniué,Pulchra,ſiue ſpecioſa,aut habitaculum.Ciuitas quam ædificauit Aſſur,metropolis Aſſyriæ, gen. 10.b.12,& 4.reg.19.g.36:quæ & Ninus dicitur:Niſibis autem ab Euſebio.Suidas ſcribit nomen Niniues fuiſſe mutatum in nomen Babylonis à Semiramide regina Aſſyriorum.

νινευῖται Niniuitæ, Pulchri,ſiue ſpecioſi,aut habitacula, luc. 11.d.30

נסן νισάν Niſán, Vexillum,ſiue probatio,aut tentatio, vel fuga:aut Syriacè,miraculum. Menſis reſpondẽs noſtro Martio,2.eſdr.2.a.1

N O

נעה νεά Noá,Mouens,vel commota. Filia Salphaad filii Epher filii Galaad,nume.26.d.33.Ciuitas item quæ terminus eſt tribus Zabulon,ioſ.19.a.13

נועדיה νωαδία Noadiá,Teſtificatio, vel cœtus aut cõgregatio Domini,ſiue ornatus Domini,aut tranſiẽs Dominus: vel ex Syro & Hebræo, ablatio Domini. Nomen viri, 1. eſdr.8.g.33

נבה νοβά Nobé,Heb.Nob.2.eſdræ 11.d.32.Loquela,ſiue prophetia,aut loquens vel prophetans,ſiue fructificãs, vel germinans. Ciuitas Sacerdotum, ſita in tribu Beniamin nõ procul à Ieruſalem,1.reg.21.a.1,& 22.b.9.d.19. eſa.10.g.32

נבח ναβέ Nóbe,nume.32.g.42.iudic.8.c.11, Latrans vel latratus.Ciuitas quæ & Canath dicebatur, in tribu Manaſſe,1.reg.21.a.1

נודב ναδάβ Nodáb, Vouens, ſiue ſpontaneus, aut principalis. Nomen viri,1.paral.5.c.19

נח νῶε Nóe,Ceſſatio, vel requies. Filius Lamech filii Mathuſalæ,gene.5.d.29.luc.3.g.36

נעמה νοεμά Noemá,Pulchra,ſiue decôra,aut mouens valde.Filia Lamech ex Sella vxore ſua,gene.4.d.22

נעמן νοεμᾶν Noemán,Pulcher,ſiue decôrus,aut motum præparans.Filius Bale filii Beniamin,nume.26.e.40

נעמי νοεμανί Noemanitæ,Idem.p.n.nume.26.e.40

נעמי νοομί Noemí,Pulchra,ſiue decôra. Vxor Elimelech Bethlehemitæ,ruth.1.a.2

נגה ναγέ Nóga,Claritas,ſiue ſplendor.Filius Dauid, 1.paral. 14.b.6

νογέ Nóge,Idem. Filius Dauid,1.para.3.b.7

נוחה νουά Nohaa,Requieſcẽs,aut ducẽs vel ductor.Filius Bẽiamin,1.para.8.a.2:qui geneſ.46.c.21,dicitur Naamã.

נופח Nóphe,Inſufflans,aut timidus,ſiue illaqueans.Nomen loci,nume.21.f.30

נפת νοφέθ Nópheth,Fauus,aut cribrum,ſiue diſtillatio. Vrbs in tribu Manaſſe,ioſ.17.c.11

נערן νοαεάν Noraan,Puer,vel iuuenis,ſiue excutiẽs,aut vigilãs, vel mouens canticum.Nomen loci,1.paral.7.f.28

N V

νουμήνιος Numenius,Nouus menſis,vel nouiluniũ.G.1.machab.12.c.16

Nun,Poſteritas,vel ſtirps,aut filius,vel æternus,ſeu permanens: aut Syriacè, piſcis. Pater Oſee cuiuſdam, nume.13.a.9.Pater item Ioſue,ioſ.1.a.1.Filius Eliſama filii Ammiud,1.paral.7.f.27 נון vel נון ναυή.νῦμ

N Y

Nympha,Sponſa.G.coloſſ.4.d.15 νύμφα

O

Obadiá,Seruus Domini,vel operarius Domini. Filius Arnan filii Raphaiæ filii Ieſaiæ, 1.paral. 3.d.21.Filius Izrahia filii Ozi,1.paral.7.a.3 עבדיה ὀβδίας

Obál,Peruerſitas vetuſtatis, aut peruerſitas fluxus. Filius Iectan. Vide Hebal. עובל

Obdia,ſiue Obdias, Idem quod Obadia. Filius Aſel filii Elaſa,1.paral.8.d.38,& 9.g.44,& 12.b.9 ἀβδία

Obed,Seruus,vel operari⁹.Pater Gaal,iudi.9.d.26. Filius Booz,pater Iſai,ruth 4.d.17,& 1.paralip. 2.b.11. Filius Ophlal filii Zabad,1.para.2.e.37,& 11.g.47 עבד vel עובד ἀβέδ.ὠβήδ

Obed-edóm, Seruus hominis vel terreni aut ſanguinei vel rufi.Nomen viri,2.reg.6.b.10 עבד־אדם ὀβηδεδώμ

Obedia,Seruus,vel operarius Domini.Nomen viri,1.eſdr.8.b.9 ἀβαδίας עבדיה

Obóth, Pythones, ſiue vtres,aut patres,vel deſideria.Nomen loci,nume.21.c.10.triceſima ſexta Iſraelitarum manſio, cum ex AEgypto proficiſcerentur in terram Chanáan,nume.33.f.44 אבת ὠβώθ

O C

Ochozáth, Poſſeſſio,ſiue apprehẽſio, vel collectio, aut viſio,ſeu fratris oliua.Amic⁹ Abimelech regis Geraræ,gene.26.f.26 אחזת ὀχοζάθ

Ochoziás,Apprehenſio,ſiue poſſeſſio Domini,aut viſio Domini.Filius Achab regis Iſrael,3.reg.22.g.50. Filius Ioram regis Iudæ, 4.reg.8.f.24, & 1.para.3.c.11 אחזיהו ὀχοζίας

Ochrán,Turbidus,vel conturbans. Pater Phegiel principis tribus Aſer,nume.1.b.13 עכרן ἐχθράν

O D

Odaiá,ſiue Odaias,Laus Domini,ſiue cõfeſſio Domini.Soror Naham,1.paral.4.d.19,& 2.eſdr.9.a.5 הודיה ὠδία.ὠδουίας

Odaren, Laudis canticum, vel teſtimonium arcæ. D.Nomen viri,1.mach.9.g.66 ὀδομηρά

Odéd,Suſtentans,vel tenens,aut erigens.Nomẽ viri prophetæ,2.paral.15.a.1,& 28.b.9 עודד ὠδήδ

Odeuiá,Laus Domini,ſiue confeſſio Domini. Nomen viri.In toto cap.2.eſdr.10.b.13,ſcribe Odaia. הודיה ὠδουία

Odia,Idem.Nomen viri,2.eſdr.8.b.7 ὠδουίας

Odoia,Idem quod Oduia.Nomẽ viri,1.par.5.d.24 הודויה ὠδουία

Odollám,Teſtimonium,ſiue ornamẽtum illis,aut teſtimonium ſiue ornamẽtum ſuæ miſeriæ,vel tranſitus,aut præda ſuæ miſeriæ. Ciuitas in Iuda,à Roboã conſtructa,2.para.11.b.7,michææ 1.d.15. Videtur eſſe eadem quæ Adullam dicitur Ioſue 12. d.15, & 15.e.35. & 1.eſdr.2.b.40.Nomen item ſpeluncæ,1.reg.22.a.1 עדלם ὀδολλάμ ὀδολάμ

Odollamites,Idem.gen.38.a.1 ὀδολλαμίτης עדלמי

Odouia, ſiue Oduia, Laus Domini, ſiue confeſſio Domini.Filius Aſana, 1.par.9.b.7. Filius Elioenai filii Naariæ,1.paralip.3.d.24,& 1.eſdr.2.b.40 הודויה ὠδουία

O G

Og,Subcineritius panis vel torta,aut ſubſannatio: vel Syriacè,detentus,aut impeditus.Rex Baſan,num. 21.g.33 עוג ὢγ

O H

Ohám,Væ eis,ſiue tumultuans,vel cõturbans.Rex Hebron,ioſ.10.a.3 הוהם ἐλάμ

Ohel,Tabernaculum,ſiue tentorium,aut ſplendor. Filius Zorobabel filii Phadaia,1.paral.3.d.20 אהל ὀόλ

Oholái,Deprecans,vel expectans,aut incipiẽs, vel dolens, ſiue frater mihi. Filius Seſan filii Ieſi filii Ap- אחלי οὐλαΐ phaim,1.paral.2.d.31

אחלי ἀλαΐ Oholi,Idem.1.paral.11.g.41.Filius Zabad.

O L

Olda,Vide Holda,2.paral.34.e.22

ὄρος ἐλαιῶν Olíueti mons, ſiue Mons oliuarum, ſiue oliuetum, Mons ad Orientem Ieroſolymæ,vt zach.14.a.4,ſcribitur,torrente Cedron interfluẽte,ſabbathi habẽs iter ab Ieruſalem,act.1.b.12.luc.19.d.29

עלא ὀλλά Ollá,Eleuatio,vel holocauſtum,aut infans,vel paruulus,aut folium.Pater Haniel,1.paral.7.g.39

Olon,Vide Holon.

ὀλυμπιάς Olympias,Cæleſtis.G.

ὀλυμπᾶν Olympias,rom.16.b.15,Idẽ.In Græco Olympan.

ὀλύμπος Olympius,Cæleſtis.G.2.mach.6.a.2

O M

אומר ὠμάρ Omár,Dicens,vel loquens,ſiue amarus vel exaltãs. Filius Eliphaz filii Eſau ex Ada vxore,gene.36.b.11

אמרי ἐμβεί Omrai,Dicens,vel loquens,aut exaltans,ſiue amarus:aut Syriacè,agnus.Pater Amri,1.paral.9.a.4

O N

אונם ὠμάν. ἰανάμ Onám,Dolor,aut fortitudo,ſiue iniquitas eorum. Filius Soba filii Seir Horræi,geneſ.36.c.23.Filius item Ierameel ex Atara vxore,1.paral.2.d.26

אונן αὐνάν Onán,Dolor,ſiue iniquitas,aut fortitudo. Fili⁹ Iudæ ex Sue vxore ſua,gene.38.a.4

ὀνήσιμος Oneſimus, Vtilis. G.Nomen viri fidelis,coloſ.4.b.9.ad philem.b.10

ὀνησιφόρος Oneſiphorus, Vtilitatem afferens.G.Vir quidam fidelis,2.timoth.1.d.16

ὀνίας Onias, Fortitudo Domini,aut nauis. D. Summus ſacerdos apud Iudæos,1.mach.12.a.7

אונו ὠνώ Ono,Dolor,aut fortitudo,ſiue iniquitas eius.Ciuitas quam ædificauit Samad filius Elphaal.1.paral.8.b.12.In 1.eſdr.2.b.33,& 2.eſdr.6.a.2,& 7.d.37,fit mentio Vallis Ono.

O O

אהלה ὀολλά Oola, Tabernaculum,vel tentorium,ſiue ſplendor eius,ezech.23.a.4

אהלי ἀλαΐ Ooli,Deprecans,ſiue expectãs,aut incipiẽs, vel dolens,ſiue frater mihi.Pater Zabad,1.para.11.g.41.Heb. Ahelai.

אהליאב ἐλιάβ Ooliáb,Tabernaculũ,vel tẽtorium patris,aut ſplẽdor patris.Filius Achiſamech,exod.31.a.6

אהליבה ὀολιβά Oolibá,Tabernaculum,vel tẽtorium meum in ea, aut ſplendor meus in ea,ezech.23.a.4

אהליבמה ἐλιβεμάς ἐλιβεμά Oolibamá, Tabernaculum, vel tentorium meum excelſum,ſiue ſplendor excelſorũ. Vxor Eſau filia Anæ,gene.36.a.2.Ciuitas Idumæorum principum, geneſ.36.d.41,& 1.paral.1.d.52

אחזם ὀζάμ Ooſám, Apprehenſio eorum,ſiue poſſeſſio eorum, aut viſio eorum. Filius Aſhur ex Naara vxore ipſius, 1.paral.4.a.6

O P

אופז μωφάς Ophás,Aurum obrizũ.Nomen loci,ierem.10.b.9

עפל ὠφέλ. Ophel, Turris,aut obſcuritas, vel nebula.Nomen muri,2. par.27.b.3, & 33.c.14.Aut poti⁹ turris Ieroſolymæ,non procul à templo,2.eſdr.3.f.26

ὠφάλ Opher,Ioſue 12.d.17,& 4.re. 14.g.25, Vide Hepher.

עפרה ἀφαρά Opherá, Puluis,aut plumbum, vel hinnulus.Ciuitas in tribu Beniamin,ioſ.18.d.23.lege Ophra.

עיפי ὀφεί Ophí, Laſſus, aut volans: vel Syriacè, plicatus, vel complicatus,aut folium.Nomen viri,ierem.40.c.8

חפים ὀφιμίν Ophím,Thalamus,ſiue coopertus,aut litus maris. Filius Beniamin,geneſ.46.c.21.Heb.Huppim.

אופר οὐφείρ Ophír,Cinis,vel incineratio,aut fructificatio.Fili⁹ Iectan,gene.10.d.29.Inde Ophira regio,3. reg.9.d.28: quæ(vt refert Ioſephus libr.8.)etiam aurea terra nuncupatur.vnde aurum Ophirizũ,quod Obrizũ vocãt.

אפלל ἐφαέλ Ophlál,Iudicans,vel orans. Filius Zabad filii Nathan filii Ethei,1.paral.2.e.37

חפני ὀφνί Ophní,Pugnus,vel pugillus, aut cooperiens. Filius Heli ſacerdotis,1.reg.1.a.3.Heb.Hophni.

עפני ἀφνί Ophní,ioſ.18.d.24,Interpretatur volans,ſiue laſſitudo:aut Syriacè,plicatio vel complicatio. Nomen ciuitatis.

עפרה ἐφρά Ophrá, Puluis, aut plumbum, vel hinnulus.Filius Maonathi filii Othoniel filii Cenez,1.paral.4.c.14

O R

עורב ὠρήβ Oréb,Coruus,vel ſuauis,aut fideiuſſor,vel commiſcẽs,ſeu veſpertinus. Vir Madianita à tribu Ephráim interfectus,iudic.7.d.25,& 8.a.2.pſal.82.b.12.heb.83.eſaiæ 10.f.26

קדם κέδεμ Orientis filii, pro filiis Cedem, ſiue Cedma filii Iſmaelis,ierem.49.e.28

ארנן ὀρνάν Ornán,Exultans, ſiue arca earum, aut lux filii, vel lux ſiue maledictio permanens vel æterna.Nomen viri,1.paral.21.c.18:qui 2.reg.24.d.20,dicitur Areuna.

הררי ἀροδί Ororí,Montanus.Ciuitas,2.reg,23.d.33

חרנים ἀρωνιίμ Oronáim, Iræ vel furores: aut Syriacè, libertates. Duo vici,quæ via eſt ad Aſſyrios,ſiue duæ vrbes Moabitarũ:vna ſuperior,altera inferior,eſa.15.c.5.Et hanc ob rem vox Hebraica eſt dualis numeri.Heb.Horonáim.Ciuitas Moabitarum.

ערפה ὀρφά Orphá, Ceruix, vel ceruicoſa, ſiue ſuſcitatio oris vel denudatio oris. Vxor Cheliõ filii Elimélech Bethlehemitæ,ruth 1.a.4

ὀρθωσιάς Orthoſias, vel potius Orthoſis, idis,Recta, vel rectificata.G.Nomen loci,1.mach.15.g.37

O S

הושעיה ἀσαίας Oſaiás,Saluator Dominus,aut ſalus Domini. Nomen viri,2.eſdr.12.c.32.ierem.42.a.1

הושע αὐσή. ὠσηέ Oſée,Saluator,aut ſalus.Filius Ela,4.regũ 15.f.30. Nomẽ item prophetæ filii Beeri,oſee 1.a.1.Filius Nun, nume.13.a.8: qui ibidem,b.17,dicitur Ioſue à Moyſe. item filius Ozaziu,1.paral.27.c.20

עותי οὐθί Othéi,Tempus,vel hora mea,aut iniquitas mea. Filius Ammiud filii Amri,1.paral.9.a.4

הותיר ὠθίρ Othír, Excellens, ſiue reſiduus,aut remanens.Nomen viri,1.paral.25.a.4

עתני ὀθνί Othni, Tempus, ſiue hora mea.Nomen viri,1.par.26.a.7

עתליה ὀθολία Otholiá,Tempus Domino,ſiue hora Domino.Filius Ieroam,1.paral.8.c.26

עתניאל γοθονιήλ Othoniél, Tempus Dei, ſiue hora Dei. Filius,id eſt nepos Cenez,frater Caleb,ioſ.15.d.17,&.1.para.4.c.13

O Z

עזא ὀζά Ozá,Fortitudo,aut capra.Horti nomen,4.reg.21.d.26.Nomen viri,1.par.6.c.29,& 8.a.7

עזה ὀζά Oza,Idem.Filius Abinadab.2.reg.6.a.3

עזן ὀζά Ozan,Fortitudo earum,aut capra earũ.Pater Phaltiel principis tribus Iſſachar,num.34.d.26

עזיזהו ὀζίου Ozazíu,Fortitudo Domini. Nomen viri, 1.paral.15.c.21,& 27.c.20

אזן־שארה ἐζινσαρά Ozen-ſara, Auricula carnis vel conſanguinitatis, aut auricula fermentata vel remanens, ſiue ſtatêra carnis vel conſanguinitatis aut reſidui. Vrbs cõdita à Sara filia Ephraim,1.par.7.e.24

עזי ὀζί Ozí,Fortis,vel fortitudo mea,aut hircus meus. Filius Bocci fili Abiſue,1.par.6.a.5. Filius itẽ Thola filii Iſſachar,1.para.7.a.2,vide & 9.b.8

אוזי οὐζαί Ozi,2.eſd.3.f.25,Tunc,ſiue aut iſte.Nomen viri.

עזיהו ὀζίου Oziá,Fortitudo Domini, ſiue hircus Domini.Filius Amaziæ regis Iuda,2.par.26.a.1.eſa.1.a.1:qui 4.reg.15.a.1,dicitur Azairas. Fili⁹ Caath filii Leui,1.pa.6.b.23

יעזיהו ἰοζίας Oziáu, Fortitudo Domini. Nomen viri,1.parali. 24.d.26

עזיאל ὀζιήλ Oziél,Fortitudo Dei,ſiue hircus Dei.Filius Bela filii Beniamin filii Iacob,1.paral.7.b.7. Filius Caath filii Leui,exod.6.c.18. Vide & 1.paral.4.g.42,& 2. para. 29.c.13

עזיאלי ὀζιήλ Ozielitæ,Idem.nume.3.d.27,& 1.paral.26.c.23

אזני ἀζέ Ozní,Auris,vel auſcultatio mea,ſiue ſtatêra.Filius Gad filii Iacob,nume.26.b.16

ἀζενί Oznitæ,Idem.nume.26.b.16

עזריאל ἀσεήλ Ozriél,1.par.27.c.19,Adiutorium Dei,ſiue atrium Dei.Pater Ierimoth.

P

σαλομών PAcificus,Heb.ש Selomóh.cāt.8.d.11.Vide Salomō

פלשת παλαιστίνη Palæſthina,Conſperſa, ſcilicet cinere vel puluere:ſiue ruina appoſita, vel ruina duplex, aut ruinæ potus,vel cécidit bibēs. Eſt ea Syriæ regio quæ Hebræis dicitur Peléſeth,ad mare Mediterraneum pertingens, cuius ſunt vrbes illæ,Azotus,Gaza,Accaron,Geth,Aſcalō. Author eſt Ioſephus lib.1. Iudaicarū antiq. cap. 12,1.reg. 6.d.17. de hac Pomponius Mela in 1.Plinius in 5.cap.12,& 13. Palæſthina nō eſt eadem cum Iudæa, quanuis id ſcribat Ptolemæus in quarta Aſiæ tabula. cum diphthongo ſcribitur iuxta Græcorū ſcripturā.

פלשתים Paleſthini,Idem.p.n.m.g.gen.21.d.33. Populi quos interpretes ἀλλοφύλους id eſt alienigenas vocāt.Hi etiam Philiſthæi dicūtur à veteri interprete Latino,vt 2.reg 21.c.12,d.18.iudic.3.a.3,& ſexcentis aliis locis.

תמר Palmyra,Hebraicè dicitur Thamor, & interpretatur palma,vel dactylus,aut commutatio vel permutatio,ſiue amaritudo. Vrbs Syriæ nobilis,quæ & Hebraicè aliàs Thadmor dicitur.

תדמר θαμώρ θεδμώρ Palmyra, Hebraicè Thadmor, interpretatur confeſſio vel laus amaritudinis , aut cōfeſſionis vel laudis myrrha:ſiue ex Hebræo & Syro,laus præceptoris vel Domini.Nomen ciuitatis in Syria,quā ædificauit Salomon,3.reg.9.c.18,& 2.par.8.a.4,quæ aliàs Thamor ſiue Thamar dicitur Hebraicè.Hæc ab Hadriano principe,Hadrianopolis dicta fuit.

παμφιλία Pamphilia,Tota dilecta vel amabilis.G.Prouincia Aſiæ ab Ortu Ciliciam habet , ab Occaſu Lyciam & Aſiæ minoris partem, à Septentrione Galatiā & Cappadociā,à Meridie Mediterraneū mare,quod illic Pāphilii maris nomen habet. Tota Tauri expatiantis iugis ſepta.De hac Ptolemæus lib.5. Plinius lib.5. capite 27.Pompo.Mela in 1.In hac ſita eſt vrbs Perge:cuius meminit Lucas, act. 13.b.13, & Mela lib.1. Volaterranus lib.10,hanc etiam Meſopiam appellatam ſcribit.

πάφος Paphus, Cypri eſt ciuitas, Veneri quondam ſacra, in qua ante nuptias puellæ dotem quæſituræ, in honorem Veneris in litore ſe proſtituerunt,vt ſcribit Iuſtinus lib.18. de hac Pomponius Mela libro 2, Strabo in 14,Plinius libro 5.capite 31.Hæc frequenti terræmotu lapſa,nunc ruinarum tantùm veſtigiis,quid olim fuerit,oſtendit.Hæc Hieronymus.act.13.a.6

παράκλητος Paracletus,Cōſolator,vel aduocatus. G.iohan.14. b.16

παρασκεύη Paraſceue,Præparatio.G.luc.23.g.54 .iohā.19.g.43

παρμένα Parmena,Permanens.G.Nomē diaconi, act.6.b.5

παρθυαία Parthia , Aſiæ maioris eſt regio circa Perſas inter flumen Indum & Arios populos ab Oriēte,& Tigrim atque Mediā ab Occaſu ſita:à Meridie terminatur deſerto Carmaniæ,ab Aquilone Hircania,teſte Plinio libro 6.cap.25.Ptolemæus lib.6.cap.5. De illis Iuſtinus lib.41.Strabo in 15.Habes eius mentionem act.2.b.9

πάρθοι Parthi,Lingua Scythica dicuntur fugaces vel exules.D.Nomen prouinciæ,act.2.b.9

Paſcha,Tranſitus,vel claudicatio.Idē Phaſe ſignificat,ezech.45.f.21,matth.26.a.2,marc.14.b.12,iohan. 2.b.13,& 6.a.4,& 1.corin.5.c.7.Chaldaicè dicitur פסחא vnde πάσχα,ח mutato in χ,vt in Charan pro Haran. פסח

Patara,Calcata,vel mortifera.G.Ciuitas Lyciæ prouinciæ in Aſia,act.21.a.1 πάταρα

Patmos,Lethalis,vel mortifera.G.Exigua inſula in AEgæo mari,Sporadū vna,Plinio lib.4,cap.12. Straboni in 10.ad quam relegatum ferunt Iohānem apoſtolum à Domitiano imperatore Romano,Apocalypſin que ſcripſiſſe in ea,apoc.1.b.9.Euſeb.lib.3.cap.18, Eccle.hiſto. πάτμος

Patroba,Paternalis.G.Nomen viri, rom.16.b.14 πατρόβα

Patroclus,Patris,vel patriæ gloria.G. Nomē viri, 2.mach.8.b.9 πάτροκλος

Paulus. Hieronymus admonet mirabilem ſonare, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Alii, os tubæ,nimirum ex Hebræo & Græco dictionē conflantes.Cōſtat tamen aut Græcam eſſe vocem , & quietum ſonare,à verbo παύομαι: aut Romanam ſiue Latinam, puſillum ſignificantem.

P E

Peluſiū,Hebraicè dicitur Sin,id eſt rub⁹, teſte Strabone lib.17.Geographicorū. AEgypti eſt ciuitas ambitu x x ſtadiorum : vnde nomen eſt præterfluenti oſtio Peluſiaco. Hui⁹ etiā meminit Plini⁹ libro 5.ca.9 & 10.Pōp.Mela lib.2.Ioſeph⁹ lib. 6.cap.8, & lib. 10.cap. 1.antiq.Iud.Aliàs Libna appellata & Sin,ezec.30.d.15 סין σαείν

Pētapolis,Quinque ciuitatum,ſcilicet regio.G.Syriæ regio ad Orientem Iudææ, à quinque ciuitatibus, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim,Segor (quibus olim fuerat inclyta)fuit appellata,igne & ſulphure euerſa:de qua gene.19.e.24 πεντάπολις

Pentateuchus , Quinque volumina,à πέντε quod eſt quinque:τεῦχος,volumen. Sic vocantur à Græcis quinque libri Moyſi, Geneſis,Exodus,Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium:& à Rabbinis Hebræorum חומש id eſt quinarius, ſiue תורה,id eſt Lex. πεντάτευχος

Pentecoſte,Quinquageſima. G.act.2.a.1, & 20.c.16 πεντηκοστή

Peregrinantes,Vide Geruth.

Pergamus,Altitudo,vel ſublimitas. G.Clariſſima Aſiæ ciuitas,atque ipſius Troados, quā Silenus intermeat fluuius, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte,ſicut ſcribit Plinius lib.5.cap.30.hiſt.mūdi. De hac etiam Strabo lib.13.Geograp. Ad huius eccleſiam Iohannes apoſtolus ſcripſit,apoc.1.c.11,& 2.c.12 πέργαμος

Perge,Valde terreſtris . G . Pamphiliæ prouinciæ vrbs eſt:cuius meminit Plinius in 5.cap. 27.Mela lib. 1.Strabo lib.14.Lucas,act.13.c.13 πέργη

Perſa,ſiue Perſis,Frangens,ſiue diuidens, aut vngula,vel gryphus. eſt ad Orientem Iudææ ſita, alta, cincta montibus regio,quæ à Septētrione Mediā,ab Occaſu Suſianū, ab Oriente duas Carmanias, ab Auſtro partem Perſici ſinus habet , authore Volaterrano lib. 12.ezech.27.c.10,& 38.a.5 פרס πέρσαι

Perſæ,Idē.p.n.Populi,2.par.36.d.20.ezec.27.b.10 πέρσαι

Perſépolis,Perſæ ciuitas.G.2.mach.9.a.2 περσέπολις

Perſes,Frangens, ſiue diuidēs,aut vngula, vel gryphus.Qui ex Perſa ſiue Perſia eſt. פרס πέρσης

Perſia,Idem quod Perſa.

Perſis,Idē.Mulier Paulo chariſſima , rom .16.b.12 περσίς

Petra,Arx, & ciuitas princeps in regno Moab,in finibus Arabiæ ſita,eſa.16.a.1.Ab hac,Arabia Petræa dicta eſt,de qua Egeſippus lib.1.cap.14 סלע πέτρα

Petrus,Saxū, vel petra. Nomen vnius ex duodecim apoſtolis,à CHRISTO ſic cognominati,iohā.1.f.16: πέτρος qui prius Simõ dicebatur, matth.4.c.18. marc.3.b.16

P H

פקח φακεία φακεάί Phacée, Aperiens. Filius Romeliæ, rex Iſrael, 4. regum 15.e.25, & 16.a.1

פקחיה πακεία Phaceiá, Aperiẽs Dominus. Filius Manahem, 4. regum 15.e.22. Heb. Pecahia.

פדיה φαδαία Phadaiá, Redemptio Domini. Pater Zebda matris Ioacim, 4. regum 22.a.1 &, 23.g.36. Filius Iechoniæ filii Ioacim, 1. paral.3.c.18

פדה־צור φαδασσούρ Phadaſſúr, Redemptor fortis, vel redimens petra, aut redemptio plaſmationis. Pater Gamaliel principis tribus Manaſſe, nume.1.a.10

פדון φαδών Phadón, Redemptio eius: aut Syriacè, iugum vel iuga, ſcilicet boum. Nomen viri, 1.eſd.2.c.44

פחת־מואב φαάθ μοάβ Phaháth-móab, Dux Moab, vel dux ex patre, ſiue fouea ex patre. Nomen viri, 1.eſd.2.a.6

פעו vel פעי φαού. φογώρ Phái, Vlulans, aut gemens, vel apparens. Nomẽ vrbis Adar regis ſeptimi in Edom, 1. paralip. 1.d.50: quæ gene.36.d.39, dicitur Phahu.

פלאיה φαλαΐας Phalaiá, Miraculum Domini, ſiue occultum Domini. Nomen viri, 2.eſd.8.b.7

פלג φαλέκ Pháleg, Diuiſio. Filius Heber filii Sale, gen.10.d.25. lucæ 3.g.35

פלחא φαλαΐ Phalehá, Fragmen, vel fruſtum, aut ſciſſura: vel Syriacè, obſequium. Nomen viri, 2.eſd.10.b.24

פלל φαλάλ Phalél, Cogitans, ſiue orans, aut iudicans. Nomẽ viri, 2.eſdr.3.f.25

פלט φαλέτ Phálet, Liberatio, ſiue expulſio. Filius Iahaddai, 1. paral.2.f.27. Filius Azmoth, 1.para.2.f.47, & 12.a.3

פלת φαλάτ Pháleth, Ruina, vel iudicatio. Filius Ionathan filii Iada filii Onam, 1.paral.2.d.33

פלוני φελλωνί Phallonites, Cadens, ſiue occultus, 1.paral.11.f.27, & 27.b.10

פלוא φαλλού Phallú, Mirabilis, aut occultus. Filius Ruben filii Iacob, gene.46.b.19, & 1.paral.5.a.3

פלאי φαλλουΐ Phalluitæ, Idem. p.n. nume.26.a.5

פלטי φαλτί Phaltí, Liberatio, ſiue expulſio. Filius Raphu, num.13.b.10. Filius Lais, 1.reg.25.g.44. Eſt & nomen vrbis, 2.reg.23.d.26

פלטיה φαλατίας. φαλτίας Phaltias, Liberatio Domini, aut expulſio Domini. Filius Ananiæ filii Zorobabel filii Phadaiæ, 1. paral. 3.d.21, & 4.g.42

פלטיאל φαλτιήλ Phaltiél, Liberatio Dei, aut expulſio Dei. Filius Ozan, nume.34.d.36, princeps tribꝰ Iſſachar. Filius Lais, 2.reg.3.c.15

פנואל φανουήλ. εἶδος τοῦ θεοῦ Phanuél, Videns Deum, ſiue facies Dei. Locus iuxta torrentem Iaboc, in finibus Amorrhæorum, in Rubenia ſorte: vbi Iacob qui deinceps Iſrael, tota nocte luctatus eſt cũ angelo, gen.32.g.30: ita appellatus quòd vidiſſet illic Dominum. Hæc ciuitas, Gedeonis exercitui panes negauit: cuius turrim propterea deſtruxit & habitatores occidit, iudic. 8.b.8, & 17. Hanc Strabo libro 16, Faciẽ Dei appellat. Eſt autem continua Tripoli, apud eámque mons Libanus deſinit. Ieroboam ipſam ædificiis reparauit, 3.reg.12.f.25. Fuit hoc nomine Pater Gedor, 1.paral.4.a.4. Item filius Seſac, 1.par.8.c.25. Pater item Annæ prophetiſſæ, luc.2.e.36

פרה φαρά. φαραθονί Phará, Frugifer, vel fructificãs, aut creſcẽs, ſiue vacca. Famulus Gedeonis, iudic.7.c.10. Nomen item vrbis, 1.mach.9.e.51

פערי φααραΐ Pharái, Hiatus vel apertio. Nomẽ viri, 2.reg.23.d.35

פראם φεράμ Pharám, Onager eorum, vel ferocitas eorum, aut fructificatio matris, vel taurus matris. Rex Ierimoth, ioſue 10.a.3

פארן φαράμ. φαράν Pharan, Pulchritudo, ſiue laus, aut gloriatio, vel propagines. Nomen oppidi, gene.14.a.6. Eſt item generale nomen deſerti Saracenorum trans Arabiã cõtra Auſtralem plagam, per quod Iſrael perrexit tranſiens ex AEgypto in terrã Chanaan duce Moſe, in quo ſunt multa loco terminata, x v i i i ſcilicet mãſiones, quarum vna eſt Haſeroth, nume.10.b.12, & 13.a.1, & 4 e.27. Accipitur Pharan pro prima parte deſerti Arabiæ prope montẽ Sinai. At deut.1.a.1, pro vltima parte verſus terram promiſſionis. Et Aſſeroth eſt in medio, gen.14.a.6, & 21.c.21. num. 33.d.36, dicitur deſertũ Sin per ꝯ. Eſt etiã Pharan, mons Sinai contiguus, cuius meminit Abacuc, 3.a.3. deut.33.a.2

פרעה φαραώ Pharaó, Diſſipans, vel diſcooperiens, aut nudans: vel Syriacè, vindicans. Rex AEgypti, cui cognomen Nechao, 4.reg.23.f.33

פרעתון φαραθών Pharathón, Diſſipatio, vel ruptura, aut denudatio eius: vel Syriacè, vindicta eius. Ciuitas in Ephraim in monte Amalec, iudic.12.d.15

פרעתוני ἐφαραθωνίτης Pharathonites, Idem. iudic.12.d.13, & 15, & 2.regum 23.d.30

פרץ φαρές Pháres, Diuiſio. Filius Iudæ ex Thamar nuru ſua, gene.38.g.29, & 1.paral.4.a.1

פרש φαρές Pháres, 1. paral.7.d.16, Eques aut diuidens, ſiue exponens vel declarans. Filius Machir ex Maacha.

פרצי δῆμος ὁ φαρεσί Phareſitæ, Diuiſi, nume.26.c.20

פרידא φερειδά Pharida, Diſperſa, diuiſa, veliumentũ, vir, 2.eſdr. 7.e.57

פרפר φαρφάρ Pharphár, Comminutus, aut fructificatio fructus, ſiue taurus tauri. Nomen fluuii Damaſci, 4.reg.5.c.12

φαρισαῖοι Phariſæ., Diuiſi. D. Sectæ nomẽ apud Iudæos, quæ dicebat reſurrectionem eſſe, act.13.b.6

φαρισαῖος Phariſæus, Diuiſus. D. act.23.b.6

פרנך φαρνάχ Pharnách, Taurus percutiens, vel percuſſus, aut cõtuſus, ſiue fructificatio aromatũ. Pater Eliſaphan principis tribus Zabulon, nume.34.d.25

פרעש φόρος Pharós, Pulex vel culex, ſiue fructus tineæ. Nomen viri, 1.eſd.2.a.3, & 8.a.3

פרשנדתא φαρσανδαθά Pharſandátha, Reuelatio menſtrui, vel commotionis ſuæ, aut equitis commotio, ſiue ſtercus menſtruorum vel commotionis eius. Filius Aman filii Amadatha, eſth.9.b.7

פרוח φαρουέ Pharúa, Floridus: aut Syriacè, volans. Nomen viri, 3.reg.4.b.17

פרודא φαρουδά Pharuda, Separatio, vel diſperſio. Nomen viri, 1.eſdræ 2.c.55

פרורים φαρουρείμ Pharurím, Lebetes, ſiue ſuburbana, 4.reg. 23.c.11. Hebr. Pharuarim,

Pháſe, Tranſitus, Vide Paſcha.

פסח φασή Phaſea, Idem. Nomen viri, 1.eſdr.2.c.49

φασηλίς Phaſelis, Tranſitus, vel claudicatio natiuitatis vel generationis. D. Nomen loci, 1.mach.15.d.23

φασιρών Phaſeron, Oris canticum, ſiue os planũ. D. 1.mach. 9.g.66

פסגה φασγά Phaſgá, Collis, ſiue altitudo, aut munitio. Nomen montis Moabitarum, nume.21.d.20. ioſ.13.c.20

פשחור φασσούρ Phaſhur, ſiue Phaſſur, Extendens vel multiplicans libertatem vel principatũ, aut expandens foramen vel albedinem. Sacerdos, filius Emmer, iere.20.a.1. Filius item Melchiæ, ierem.21.a.1, & 1.para.9.b.12. Pater Gedeliæ, ierem.38.a.1, & 2.eſd.7.d.41

פספה φασφά Phaſphá, Diminutio oris, vel os diminutum. Filius Iether, 1.paral.7.g.38

פתחיה χθία Phathahia, ſiue Phathaiá, Porta Domini, ſiue aperiens Dominus. Nomẽ viri, 1.eſd.10.c.23, & 2.eſd.9.a.5

פתואל βαθουήλ Phathuél, Buccella Dei, ſiue perſuaſio Dei, aut dilatatio Dei. Pater Ioelis prophetæ, ioel.1.a.1

פתרוס παθουρῆς Phathurés, Buccella roris, aut perſuaſio, ſiue dilatatio ruinæ vel diſtillationis. Nomen loci in AEgypto, iere.44.a.1. ezech.29.c.14. Idem videtur eſſe quod Phe thros, quũ Hebræis iiſdem punctis & conſonantibus ſcribatur.

פְּעוּ φογώρ.φαὺ Pháu, Vlulans,aut gemens, vel apparens. Nomen vrbis Adar regis ſeptimi in Edom,gene.36.d.39: quæ 1 para.1.d.49,dicitur Phai.

פְּדַהְאֵל φαδαήλ Phedaél, Redẽptio Dei.Filius Ammiud princeps tribus Nephthali,num.34.d.28

פַּגְעִיאֵל φαγεήλ Phegiél, Obuiatio Dei,ſiue deprecatio Dei. Filius Ochran,princeps tribus ſuæ Aſer,num.1.b.13

פִּלְדָּשׁ φαλάς Pheldás,Ruina trituræ,aut iudicium trituræ. Filius Nachor ex Melcha,gene.22.d.22

פְּלָיָה φαλία Pheleia, Miraculum Domini,ſiue occultũ Domini.Filius Elioenai filii Naariæ, 1.par.3.d.24

פְּלָלְיָה φαλαλία Pheleiá, Cogitãs Dominum, aut orãs Dominum, ſiue iudicium Domini.Nomen viri,nehe.11.b.12

פֶּלֶת φαλέκ Phéleth,Ruina, ſiue iudicatio. Pater Hon, numeri 16.a.1

פְּלֵתִי φελτί.φελετί Phelethi,Idem.Nomen populi ſiue legionum quarundam Dauid,2. regũ.8.d.18, & 20.g.23, & 1.paralip. 18.d.17

רָצִים ῥασείμ Phelethi,4.reg.11.d.19.In Hebræo eſt Raſim,& interpretatur curſores.

פְּלוֹנִי φελωνί Phelonites,Cadens,ſiue occultus. 1.par.11.g.36

פַּלְטִי φελετί Phelthi, Liberatio, vel expulſio. Nomen viri, de quo 2.eſd.12.a.17

פְּלַטְיָה φαλτίας Pheltia,ſiue Pheltias, Liberatio Domini,aut expulſio Domini.Nomen viri,1.eſd.10.a.22.Filius Banaiæ, ezech.11.a.1

פְּנִנָּה φεννάνε Phenenná,Gemma,ſiue facies noſtra. Altera vxor Elcanæ,1.reg.1.a.2

פְּרִזִּי φερεζαῖοι Pherezæi,Rurales,id eſt habitantes in villis abſque muro. Nomen populi qui Samariam & Gabaon vrbis regionem tenet,gene.15.d.20

Pherezæus,Idem.ſ.n.

פַּרְמַשְׁתָּא φαρμαθά Pherméſtha,Ruptura fundamenti, vel rupturã ponens: aut ex Hebræo & Syro,taurus anniculus. Filius Aman filii Amadátha,eſth.9.b.9

פַּס דַּמִּים φασδαμίμ Pheſdomim, Portio,vel diminutio ſanguinum,aut diminutio tacentium vel aſſimilantium.Nomen loci, 1.paral.11.c.13

פַּשְׁחוּר φασούρ Pheſhúr,Extendens vel multiplicans libertatẽ vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem. Nomen viri,1.eſd.2.b.38

פָּסֵחַ φασέ Pheſſe, Tranſitus, ſiue claudicatio.Filius Eſthon,1. paralip.4.b.12

פְּתַחְיָה φαθία Phethehiá, Porta Domini, ſiue aperuit Dominus. Nomen viri,1.paral.24.c.16

פַּתְרוֹס βαβυλών Phethrós,Buccella roris,aut perſuaſio vel dilatatio ruinæ vel diſtillationis.Nomen regionis,quæ Arabia Petræa dicitur, eſa.11.c.11.Idẽ videtur eſſe quod Phathures,quũ apud Hebræos iiſdẽ punctis & cõſonantibus ſcribatur.

פַּתְרֻסִים παθροσονιείμ Phethruſim,Idẽ.p.n.Filius Meſráim,gene.10.b.14

פִּיכֹל φιχώρ Phichól, Os omnium, id eſt omnis lingua,aut oris perfectio,ſiue conſummatio. Princeps exercitus Abimélech regis Geraræ,gen.21.c.22

פִּי הַחִירֹת φ μαερώθ Phi-hahiroth,Os vel labium libertatis, aut os ſculptum,ab ore,non oſſe.Nomen loci,in quo caſtrameti ſunt Hebræi,reuertentes de AEgypto,exod.14.a.2,ſiue quarta manſio Hebræorum,nume.33.b.8. Ibidẽ dicitur פני־החירות.

φιλαδελφία Philadelphia,Amor fratris,vel fraternitatis.G.Ciuitas decapolis eſt iuxta Pliniũ lib.5.cap.18. & Strabonẽ in 16.ad cuius eccleſiã Iohãnes ſcripſit,apoc.1.c. 11 & 3. b. 7. Dicta in Hebræo Rabbath, id eſt magna. Et Ciuitas aquarum, quòd apud eam concipiantur fontes Iaboc fluuii

Philarches,Amator principis.G.2.mach.8.g.32 φιλάρχης

Philemon,Deoſculans.G. φιλήμων

Philet9,Amabilis.G. Vir quidam, qui à fide CHRISTI excidit,2.timoth.2.c.17 φιλητός

Philippenſes,Bellicoſi,ſiue amatores equorum.G. φιλιππήσιοι

Philippi,Bellicoſi,ſiue amatores equorum.G.Macedoniæ vrbs apud Stridonem fluuium à cõditore Philippo Græciæ domitore ſic appellata, acto.16.b.12, & 20.b.6,& 1.theſ.2.a.2 φίλιπποι

Philippus,Bellicoſus vel amator equorum. G. Pater Alexandri regis,1.mac.1.a.1. Frater item Herodis, procurator Ituræ & Thraconitidis conſtitut9 à Romanis,luc.3.a.1. Eſt & nomen apoſtoli, matth.10.a.2. iohan.1.f.43.Nomen cuiuſdam diaconi,act.6.b.5 φίλιππος

Philiſthæa,Cõſperſa,ſcilicet cinere vel puluere,ſiue ruina appoſita, vel ruina duplex, ſeu ruinæ potus, vel cecidit bibens.eſa.14.g.31.Heb.Peléſeth פְּלֶשֶׁת ἀλλόφυλοι

Philiſthæi, Cõſperſi, ſcilicet cinere vel puluere,aut ruinæ appoſitæ, vel ruinæ duplices, ſiue ruinæ potus, aut ceciderunt bibentes,2.par.17.c.11 פְּלִשְׁתִּים ἀλλόφυλοι

Philiſthæus,Idem.ſ.n.1.reg.17.c.23 פְּלִשְׁתִּי φυλιστιαῖος

Philiſthiim,Idẽ.p.n.Nomen populi.gen.10.b.14 φυλιστιείμ

Philiſthini,iudic.3.a.3

Philologus,Amator literarum,vel amator verbi,G Nomen viri,rom.16.b.15 φιλόλογος

Philometor,Amator matris.G. Ptolemæus Philometor,2.mach.4.c.21 φιλομήτωρ

Phinees,Aſpectus, vel facies confidentiæ vel protectionis.Filius Eleazari filii Aaron, exod. 6.d.25.Filius item Heli ſacerdotis,1.reg.1.a.3.Hebraicè Pinhas. פִּנְחָס φινεές

Phinón, Gemma, ſiue aſpiciens,aut os æternitatis, vel os filii:aut ex Hebræo & Syro, os piſcis, ab ore,nõ ab oſſe.Ciuitas Idumæorum,gen.36.d.41 פִּינֹן φινών

Phiſon,Oris mutatio,ſiue multitudo,aut extenſio. Magnum Indiæ flumen eſt è paradiſo fluens, gene.2. b.11: quod ab Euſebio & Hieronymo in quæſt.Hebr. Ganges dicitur, ſiue Getha Ioſepho libro 1.cap.2. Iud. antiq. Salomon cõmentator Nilum vocat, gen. 2.b.11 פִּישׁוֹן φισών

Phithom,Buccella eorum, aut oris conſummatio, ſiue perſuaſio vel dilatatio eorum. Nomen vrbis quã ædificauerunt filii Iſrael Pharaoni regi AEgyptiorũ, exod.1.b.11 פִּתֹם φιθώμ

Phithón, Buccella eius, aut perſuaſio vel dilatatio eius,vel oris donũ.Filius Micha filii Meribbáal,1.paral.8.d.35,& 9.g.41 פִּיתוֹן φιθών

Phlegon,Comburens.G. Viri nomẽ,rom. 16.b.14 φλέγων

Phochéreth, Oris exterminatio,vel oris conciſio. Nomen viri,1.eſd.2.c.57 פֹּכֶרֶת φαχεράθ

Phœbe,Lucida,vel pura.G.Mulieris nomen,rom. 16.a.1.Huius accuſatiuus eſt Phœben. φοίβη

Phœnix, ſiue Phœnicia, Rubea, vel purpurea, aut palma, ſcilicet arbor. G.Syriæ pars eſt, in qua Sidon & Tyrus ampliſſimæ vrbes ſitæ ſunt Straboni lib.16. Geograph. De Phœnicia plura Pomponius Mela lib. 1.Geograph. Plinius lib.5.cap. 12.natur.hiſt.Hieronymus refert huius partes Samariã, Galilæam, aliáſque regiones, act.11.c.19. Eſt & portus Cretæ huius nominis,act.27.c.12 φοινίκη

Phogór,Hiatus, vel apertio. Mõs in terra Moab in ſupercilio Libyadis, reſpiciens ſolitudinem, in quem Balac rex Moab Balaam ariolum duxerat ad maledicendum Iſraeli, nume.23.d.28.In hoc Baal à Gẽtibus fuit cultus,nume. 25. a. 3. Iuxta hunc in valle ſepultus eſt Moſes,deut.34.b.6.Hic mõs aliter dicitur Phegor, vt in illa voce Beel-phegor.num. 25.a.3. Eſt etiã idôlũ Moabitarum,nume. 25.d.18.deut.3.e.29, & 4.a.3.ioſue 22.c.17 פְּעוֹר φοβώρ

פְּעֻלְּתַי Phollathí,Opera mea,ſiue opus meum. Nomen viri, 1.para.26.a.5. φελλαθί

פּוֹרָתָא φοραδαθά Phorátha,Fructificatio, ſiue multiplicatio, aut ſortilegus.Filius Aman filii Amadátha,eſth.9.b.8

פָּסֵךְ φασέχ Phoſéch, Fragmentum tuum, ſiue diminutio tua: Filius Iephlat filii Heber filii Barie,1.para.7.f.33

φρυγία Phrygia, Siccá, vel ardens. G. Aſiæ minoris regio ampliſſima,à Septentrione,Galatiæ contermina:à Meridie,Lycaoniæ,Piſidiæ,Mygdoniæ:ab Oriente Cappadociam attingit.ita Plinius lib. 5.ca.32.nat.hiſt.Hieronymus ſcribit duas Phrygias : quarũ maior Smyrnam habet,minor verò Ilium. Phrygiam peragrauit Paulus, act.2.b.10,& 16.b.6

φρύξ Phryx,Siccus,vel ardens.G.2.mach.5.d.22

פּוּה φουά Phuá,Hîc,aduerbium loci: aut os oris . Filius Iſſachar,geneſ.46.b.13.nume.26.c.23

פּוּעָה φουά Phuá, Gemens, vel vlulans, aut apparens. Nomen obſtetricis cuiuſdam Hebræorum,exod.1.c.15

פּוּאָה φουά Phuá,Angulus,aut coma.Pater Thola ducis in Iſrael,iudic.10.a.1.Filius Iſſachar filii Iacob,1.para.7.a.1

פּוּל φούλ Phúl,Ruina,aut faba.Rex Aſſyriorum, 4.reg.15.d.19,& 1.paralip.5.d.26

פּוּנִי φουαί Phuaitæ, Aſpiciens,vel facies mea,nume.26.c.23

פּוּנֹן φινώ Phunón,Gemma,ſiue aſpiciens.Nomẽ loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael,profecti de Salmona, nume.33.f.42

פּוּר Phur,Sors,eſth.3.b.7 κλῆρος

פֻּרִים Phurim,Sortes.eſth.9.f.26 φουρίμ κλῆροι

פּוּט φούτ Phut, Aphrica:aut Syriacè, craſſa, vel pinguis.Filius Cham,gen.10.a.6:à quo Libyes.

פּוּתִי ἀφφουθί Phuthæi,Seducẽs, aut buccella,ſiue latitudo.Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb ex Ephrátha concubina,1.para.2.g.53

פּוּטִיאֵל φουτιήλ Phutiél,Aphrica Dei: vel ex Syro & Hebræo, pinguedo Dei.Nomen viri,exod.6.d.25

פּוֹטִיפַר πετεφρῆ Phutiphar,Aphricæ taurus:aut ex Syro& Hebræo, ſaginatus taurus,vel pinguedinis fructificatio. Eunuchus Pharaonis,gene.37.g.36

פּוֹטִי־פֶרַע πετεφρή Phutiphar ,gen.41.f.45,& 46.c.20, ex Syro & Hebræo,pinguedinem diſſipans, vel pinguedinis denudatio:aut Syriacè,pinguedinis vindicta.Nomẽ ſacerdotis vrbis Heliopoleos,ſoceri Ioſeph filii Iacob.

φύγελλος Phygellus, Fugitiuus . Vir quidam, de quo Paulus 2.timoth.1.d.15

P I

מַכְתֵּשׁ κατακεκομμένη Pila,Hebraicè dicitur Machthes, id eſt cõtuſio, vel pila,aut mortariolum.Nomen loci,ſopho.1.c.11

πιλάτος Pilatus,Conſtringens,vel conſtrictus.Nomen procuratoris Iudææ à Romanis conſtituti, luc.2.a.1 : qui Chriſtum morti adiudicauit,matt. 27.a.2.c.26,

πισίδια Piſidia, Picea,id eſt pice denigrata.G.Minoris Aſiæ prouincia eſt,de qua Plinius lib. 5.cap.27.Hæc Antiochiam inſignem vrbem habet.Strabo lib.12,meminit ipſius,& Lucas,act.13.b.14,& 14.d.24

πιστική Piſtica,Fidelis.G.iohan.12.a.3

נְטָעִים νεταείμ Plantationes,Heb.נטעים Nomen loci, 1.para.4.d.23

P O

פְּלוֹנִי Polonites, Cadens, aut occultus. Vide Phallonites & Phelonites.

ποντικός Ponticus,Ex Ponto regione Aſiæ,act.18.a.2

πόντιος Pontius, Marinus. G. Prænomen Pilati procuratoris Iudææ,matth.27.a.2

πόντος Pontus,Mare.G.Lata regio Aſiæ ad mare Ponticũ, quod idem & Euxinum , Aſiam, Europámque diſterminans,appellatur,ſita.Cappadociam, Armeniã, Colchidem,aliáſque prouincias cõplectitur. De hac Strabo libro 12. Ptolemæus in quinto,cap.1.act.2.b.9. Hebraicè dicitur Elaſár: & interpretatur auferens Deus, vel ablatio Dei,ſiue recedens à Deo,gene.14.a.1 אֶלָּסָר

Portius, Vitulus,aut vitulinus. G. Præſes Palæſthinæ & Iudææ,cognomento Feſtus,act.24.g.28 πόρκιος

Poſidoni⁹,Potũ præbẽs.Nomẽ viri,2.mac.14.c.19 ποσειδώνιος

P R

Priapus, In Hebræo eſt Miphléſeth, & interpretatur ſimulachrum, ſiue tremor, vel concuſſio. Nomen idoli,3.reg.15.b.13,& 2.para.15.d.16 מִפְלֶצֶת ἀστάρτη

Priſca,Latinũ eſt,id eſt antiqua. Adiutor fuit Pauli, rom.16.a.3 πρίσκιλλα

Priſcilla,Idem:diminutiuum à Priſca. Vxor Aquilæ Pontici,act.18.a.2 πρίσκιλλα

Probatica,Ouina,id eſt locus vbi pecora ſacrificãda retinebantur.G.iohan.5.a.2 προβατική

Prochorus,Expeditus,vel facilis,aut promptus vel paratus.G.Nomen diaconi,act.6.b.5 πρόχορος

Proſelytus,Aduena,vel peregrinus.G.act.2.b.11 προσήλυτος

P T

Ptolemais,Bellicoſa. G. Ciuitas eſt in Iudæa,maritima,prope mõtem Carmelum,quæ quondam à quodã Ptolemæo ſic dicta eſt,act.21.b.7,& 1.mach.5.b.15 πτολεμαΐς

Ptolemæi,Idem.p.n.G.Sic vocabãtur Reges AEgypti. πτολεμαῖοι

Ptolemæus, Sulcus qui fit aratro : ſiue ſuſpendens aquas,aut coadunatio aquarum. Græcè verò, bellicoſus.Filius Dorymini,1.mach.3.e.38 תַּלְמַי πτολεμαῖος

P V

Pubaſtus, Os conculcationis, vel contemptus, ab ore. Nomen ciuitatis AEgypti, ezech.30.e.17.Appellatur & vicus Iudæorum. פִּי־בֶסֶת βούβαστος

Publius,Latinum eſt,act.28.b.7 Nomen viri. πόπλιος

Pudens,Latinum eſt.Nomen viri,2.tim.4.d.21 πούδης

Puteoli,Latinum eſt. Ciuitas, colonia Campaniæ, eadem Cea dicta,act.28.c.13 ποτίολοι

P Y

Pygmæi,Hebraicè dicitur Gamadim:& interpretatur Nani,vel cubitales.Nomen populi, ezech.27.b.11 גַּמָּדִים μῆδοι

Pyrrhus,Flauus rubẽs.Pater Soſipatris, act.20.a.1 πύῤῥος

Q

QVartus,Latinum eſt.Nomen viri,rom.16.d.24 κούαρτος

Quintus,Latinum eſt. Prænomen Memnii legati Romanorum,2.machab.11.g.34 κοΐντος

R

RAab,Superba,aut fortis,vel tumultuans. AEgyptum eſſe quidã memorant. pſal. 86.a.4. heb.87 רַהַב ῥαάβ

Raaia,vel Raia, Viſio Domini. Filius Sobal filii Iuda,1.paralip.4.a.2,& 1.eſd.2.c.47,& 2.eſd.7.e.50 ῥεϊά רְאָיָה

Raamias, Tonitruum Domini, ſiue malum à Domino,aut ſocius à Domino,vel paſtor à Domino.Nomen viri,2.eſd.7.b.7 רַעַמְיָה ῥεεμαΐ

Rabbá,Multa,ſiue grandis,aut iurgium, ſiue impugnatio.Licet diuerſè à Rabbath ſcribatur, videtur tamen eadem eſſe ciuitas,ioſ.13.c.25. רַבָּה ῥαββά

Rabbáth,Idem.Ciuitas filiorum Ammon, deut.3.b.11,& 2.reg.12.f.26.ierem.49.a.2.Quã Euſebius Philadelphiam eſſe credit. רַבַּת ἄκρα. ῥαββάθ

Rabbi,Magiſter, matth.23.a.7. marc.9.a.5.iohan.1.f.38 ῥαββί

Rabboni,Magiſter.Syrum eſt,marc.10.g.51. iohã.20.d.26 ῥαββονί

Rabbóth,Fœnus,vel vſura,aut multitudo, vel iurgium, ſiue impugnatio. Ciuitas in tribu Iſſachar, ioſ.19.b.20 רַבִּית ῥαβώθ

Rabſacés, Magiſter,vel præpoſitus bibentium,aut magiſtri oſculũ vel ſacculus, ſiue multũ bibens aut oſculãs,vel magnus ſaccus. Princeps in exercitu Nabu רַבְשָׁקֵה ῥαψάκης chodonoſor,4.reg.18.c.17

רב־סריס ῥαψαείς ναβουσάρους Rab-ſarés,ſiue Rab-ſaris,Magiſter, vel præpoſitus Eunuchorum.Princeps quidam ſub rege Nabuchodonoſor,4.reg.18.d.17.ierem.39.a.3

ῥακά Raca, Vacuus,vel vanus.D.matth.5.c.22

רכל ῥαχάλ Rachál,Suſurro, aut aromatarius, ſiue negotiator. Ciuitas quam Dauid ſuorum ſpoliorum participẽ fecit,1.reg.30.g.29

רחל ῥαχήλ Rachél,Ouis.Filia Laban,altera vxor Iacob,gene. 29.b.9

רדי ῥεδαΐ Raddái,Deſcendens,vel dominans. Quintus filius Iſai,1.para.2.b.14

רעו ῥαγαῦ Ragaú, Socius aut paſtor eius, ſiue malum vel confractio eius.Filius Phaleg,1.paral.1.b.25: qui Reu,gen. 11.c.19,dicitur,luc.3.g.35.Heb.Reu.

ῥάγοι Rages, Tempeſtas,vel commotio. D. Ciuitas apud Medos,tob.1.c.16

רעואל ῥαγουήλ Raguél,Paſtor Dei,aut amicus Dei, vel confractio Dei.Sacerdos in vrbe Madian,ſocer Moyſi,exod.2.c. 19:qui exod.3.a.1,dicitur Iethro,& קיני Cinei,iudic.1.c. 16. Doctus inter Hebræos in Exo.2.c.19, & iud.1.c.19 ſcribit Raguelem fuiſſe patrem Iethro ſoceri Moſis, aliàs dicti Hoba & קני

רחב ῥαχάβ Rahább, Lata, ſiue dilatata , aut platea. Mulier quæ hoſpitio ſuſcepit exploratores miſſos à Ioſue in Iericho,ioſ.2.a.1

רחביהו ῥααβία Rahabia,Latitudo,ſiue platea Domini. Nomen viri,1.paralip.26.e.25

רחם ῥαάμ Raham, Vulua,ſiue miſericordia:aut Syriacè, amicus.Filius Samma filii Hebron,1.para.2.f.44

רעליה ῥεελίας Rahelaiá,Sopor Domini,vel inebrians Dominus, aut ſocius vel paſtor ipſi Domino.Nomen viri, 1.eſd. 2.a.2

רעואל ῥαγουήλ Rahuel,Paſtor Dei,aut amicus Dei, vel confractio Dei.Filius Eſau ex Baſemath vxore,gen.36.a.4.Filius Iebaniæ,1.para.9.b.8

רם ἀράμ.ῥάμ Ram,Excelſus,vel ſublimis,aut proiiciẽs. Filius Eſron filii Phares, 1.paralip. 2.b.9. Filius item Ierameel primogeniti Eſron,1.para.2.d.25

רמה ῥαμά Ramá,Excelſa, vel ſublimis,aut proiecta. Ciuitas in tribu Beniamin,haud procul à Gabaon, ioſ.18.d.25. iudic.4.a.5,& 19.d.13: quam reædificauit Baaſa rex Iſrael in Iuda.3.reg.15.c.17.ierem.40.a.1

ראמת Ramath,Idem quod ראמות. Vrbs,vide io.19.a.8

רמתה ἀραμαθαίμ ἀρμαθέμ Ramátha,Idem quod Rama. Vrbs Syriæ in mõte Ephraim,de qua 1.reg.1.c.19,& 15.g.24. Hieronymus in Thamnitica regione iuxta Dioſpolin ſitam ſcribit. Vocatur etiam Ramathe,1.mach.11.d.34

רמתים ἀραμαθαίμ ῥαθαμίν Ramatháim,Idem quod Rama,dual.nume. Per Ramathaim intelligi debent duo oppida eiuſdem nominis,quorũ alterũ differẽtiæ cauſa dicebatur רמתים צופים, id eſt Ramath in qua habitabant viri prophetæ & Sacrarum literarum ſtudioſi, 1.reg.1.a.1. dicitur & רמת המצפה,ioſ.13.d.26

רמתי ῥαμαθαῖος Ramathites, Excelſus, vel exaltatus,aut proiiciens vel proiectus,1.para.27.d.27

רמת־לחי ἀναίρεσις σιαγόνος Ramath-lechi,Eleuatio maxillæ. Locus,iu.15.d.17

Ramathe,Excelſa,vel ſublimis,aut proiecta.D. Ciuitas,1.mach.11.d.34. Eadem eſt quæ Ramatha & Ramatháim.ῥαθαμίμ

רעמסס ῥαμεσσή Rameſſés,Tonitruum,vel exprobratio tineæ, aut malum delens ſiue diſſoluens , vel confractionem diſſoluens,aut confractus à tinea.Ciuitas eſt in extremis finibus AEgypti ab Iſraelitis condita,olim(vt Hieronymus ait in Hebraicis quæſtionibus)pagus Arcenoitis dicta fuit,gene.47.c.11.nume.33.a.3

רמה ῥαμώθ Rámeth,Sublimis,vel excelſa,aut proiecta.Ciuitas in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.21.Heb.Remeth.

רמת ῥαμώθ Ramoth,Idem.p.n.Ciuitas ſacerdotũ atque fugitiuorum in tribu Gad, non procul à monte Galaad,ioſue 13.d.26.Heb.Ramath. At 1.reg.30.g.27, Hebraicè legitur Ramoth-negueb . vetus interpres vertit, Ramoth ad Meridiem.

ראמת vel רמות ῥαμάθ Ramoth,deut.4.g.43.ioſ.20.c.8,& 3.reg.22.a.3,& 1. paral.6.g.73,Videns mortem,vel intuitus mortis, vel altitudines.Eadẽ ciuitas quæ & Ramoth ſiue Ramath in tribu Gad.

רפא ῥαφά Raphá,Medicina,vel medicus,aut relaxatio, vel gigas.Filius Beniamin,1.para.8.a.2:qui gene.46.c.21,dicitur Echi.Filius item Baana,1.para.8.d.37,& 20.d.6

רפח ῥαφά Rápha,1.para.7.e.25.Relaxatio laquei.Nomẽ viri.

רפאל Raphaél,Medicina Dei. Vir,1.para.26.a.7ῥαφαήλ

רפיה ῥαφαΐα Raphaia,Medicina Domini,ſiue relaxatio Domini.Filius Ieſciæ filii Phaltiæ,1.para.3.d.21,& 4.g.42.Filius Thola,1.para.7.a.2.Filius Baana,1.paral.9.g.43

רפאים φαραΐμ φαραγγιστερεᾶ Raphaím,Gigantes,vel medici,aut relaxati.Populi ſunt quos Moabitæ,Emim: Ammonitæ,Zomzõmim vocant,deut.2.c.12,d.21. Vide Emim.Item nomen vallis iuxta Ieruſalem,ioſue 15.b.9.eſa.17.b.5.Eadem quæ Ephela dicitur,forſan latius patens ad Auſtrum.

רפידים ῥαφιδείμ Raphidím,Reclinatoria,ſiue ſtramenta,aut remiſſæ manus, vel medicina manuum . Locus in ſolitudine,non procul ab Horeb monte,vbi vndecima Iſraelitarum manſio fuit,exod.17.a.1.nume.33.c.14

ῥαφών Raphon, Medicina,vel relaxatio,aut gigas.D. Locus trans torrentem,opinor Iaboc,1.mach.5.d.37

רפוא ῥαφοῦ Raphú,Idem.Pater Phalti,nume.13.b.10

ῥασίς Raſias, Secretũ Domini , vel myſterium Domini. D.Nomen viri,2.mach.14.f.37

רצין ῥαασών Raſin, Volũtas,vel volũtarius, aut curſor,ſiue veredari⁹.Rex Syriæ,4.reg.15.g.37,& 16.a.5,& 1.eſd.2.c.48

רזון ῥεζών Razón,Tenuis,vel macilẽtus,ſiue ſecretum, aut ſecretarius, vel princeps.Filius Eliada,3.reg.11.c.23

R E

רבע ῥοβά Rébe,Quartus,vel quadratus,ſiue accubans,vel accubatio.Rex Madianitarum,nume.31.a.8.ioſ.13.c.21

רבקה ῥεβεκά Rebeccá, Saginata, ſiue impinguata,aut contentio obtuſa,vel contentio impedita. Filia Bathuel filii Nachor,vxor Iſaac,gene.22.d.23

רבלה ῥεβλά ῥεβλαθά Rebla, ſiue Reblatha, Rixa,vel magnitudo illi,aut iurgium inueteratum vel conturbatum,ſiue iurgium deſluẽs.Ciuitas Syriæ,nume.34.b.11, & 4.reg.23.g.33. & 25.b.16.iere.39.a.5, quæ poſtea (vt Hieronymus tradit)Antiochia dicta eſt:ſunt tamen qui id negãt.Poſtremò Iuſtiniani principis tempore(Volaterrano lib.11. authore)Theopolis dici cœpit.

רב־מג ῥαβαμάγ Reb-mág, Multitudinẽ diſſoluens,vel lique faciẽs, aut magiſter vel princeps liquefactionis,ſiue magiſter vel princeps liquefactus vel tabefactus.Princeps quidam,cuius meminit Ieremias,39.a.3

רקת ῥακκάθ Reccáth, Vacuitas, ſiue ſputum aut ſaliua, vel tempus, quod pars capitis eſt.Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ.19.c.35

רקם ῥεκέμ Récem, Vacuus,aut vanus,vel pictura varia, aut ſaliua eorum. Ciuitas in tribu Beniamin, ioſue 18.d.27. Nomen ducis,ioſ.13.c.21.Filius Hebron,1.para.2.f.43. Rex item Madianitarũ, nume.31.a.8: quem Ioſephus lib.4,ſcribit ſui nominis in Arabia condidiſſe vrbem: à Græcis poſtea Petram dictam.

רכה ῥηχά Rechá, Tenera,vel delicata.Nomen viri,1.paralip. 4.c.12

רכב ῥηχάβ Recháb, Quadriga,aut equitatus, vel equitans.Pater Ionadab, 4.reg.10.c.15. Filius Remmõ Berothitæ, 2.reg.4.a.2,& 1.para.2.g.55

רכבים Rechabitæ,Idem.p.n.ierem.35.a.2. ῥαχαβείμ

רעמה ῥαγμά Reema,Tonitruū,ſiue exprobratio,autmalū quoddam,ſiue ſocietas quædam,vel cōfractio quædam.Regio ſic dicta à Regma filio Chus,exech.27.e.22

מלכת Regina,Hebraicè Moléchetħ: ſoror Bedan,1.para.7.d.18 μελχάθ

רעמה ῥεγμά Regma,Idem quod Reema.Filius Chus,gene.10.a.7,& 1.para.1.a.9

רגם ῥεγμά Régom,Lapidans,vel lapidatus,aut purpureus. Filius Iahaddai,1.para.2.f.47

רחום ῥαούμ ῥεούμ Rehúm,Pius,ſiue miſericors:aut Syriacè, amicus. Vir,1.eſd.2.a.2,& 2.eſd.3.d.17,& 12.a.3

רעי οἱ ἑταῖροι Rei,Socius ,aut paſtor,ſiue malum, vel confractio mea.Nomen viri,3.reg.1.b.8

ראיה Reiá,Viſio Domini.Filius Ioel.1.para.5.a.5 ῥαΐα

רמיה ῥαμία Remeia,Sublimis vel excelſus Dominus, aut proiectio Domini.Nomen viri,1.eſd.10.d.25

רמון ῥεμμών Remmón,Malum granatum,ſiue altitudo.Ciuitas in tribu tam Iudæ quàm Simeonis,ioſ.15.e.31, & 19.a.7.Item Petra in tribu Beniamin,iudic.20.g.47. Vallis item apud Zachariam,14.b.44, ſiue ciuitas ſecundum Lyranum,non procul à Mageddo, quæ à quibuſdam nunc Maximianopolis dicitur. Sic vocabatur & pater Baana & Rechab ſeruorū Iſboſeth, 2.reg.4.a.6. Nomen idôli,4.reg.5.e.18

רמן פרץ ῥεμμὼν φαρές Remmon-pháres, Mali granati diuiſio, aut malū granatum diuiſionis, vel altitudinis diuiſio. Decima ſexta Iſraelitarum manſio,num.33.c.19

רמונו ῥεμμών Remmonó,Malum granatum eius, ſiue altitudo eius.Ciuitas ſacerdotū in tribu Zabuló,1.par.6.g.77

כיון ῥεμφάν ῥεμφᾶ Rempha,Pro hoc in Hebræo legitur Chiun, quod interpretatur placenta, id eſt torta adipe conſperſa,ſiue præparatus,aut cōpoſitus.Hebræi verò dicūt, Chiun lingua Arabica vel punica Saturnum ſignificare. Idôlum,amos 5.g.26.act.7.e.43

ῥησά Reſa,luc.3.f.27,Caput,vel volūtas,aut curſ⁹.D.vir

רסן δασέμ Réſen,Frænū.Ciuitas ab Aſſur ædificata inter Chale & Niniuen,gen.10.b.12

רשף ῥασήφ Réſeph, Volucris, aut diabolus,vel ſagitta, ſcilicet ignita.Nomen viri,1.par.7.e.25

רצף ῥασέφ Réſeph,4.reg.19.c.12.eſa.37.c.12,Pauimētum, vel extēſio,aut pruna,id eſt calculus ignitus. Vrbs Syriæ, vt ait Hieronymus.Alii dicunt fuiſſe Petram Arabiæ ciuitatem.

רציא ῥασιά Reſiá, Voluntas, aut voluntarius, ſiue curſor, aut veredarius.Filius Olla,1.para.7.g.39

רצפה ῥεσφά Reſphá,Extenſio, ſiue pauimentum, aut pruna,id eſt calcul⁹ ignitus.Cōcubina Saul,filia Aia,2.reg.3.a.7

רסה ῥεσσά Reſſá,Irroratio,vel ſtillicidium.Nomē loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael profecti de Lebna ,numer.33.c.21

רתמה ῥαθαμά Rethmá,Iuniperus,ſiue ſonitus, aut ſtrepitus . Locus ad quē venerūt filii Iſrael de Aſeroth,num.33.c.18

רעו ῥαγαῦ Reu,Socius vel amicus,aut paſtor, ſiue malum, aut confractio.Filius Phaleg,gen.11.c.18:qui Ragau 1.paralip.1.b.25,dicitur, iiſdē tamen cōſonantibus & punctis apud Hebræos.

R H

ῥήγιον Rhegium,Ruptura vel fractura : quoniam illic terra rupta eſt inter regnum Neapolitanum & Siciliam. G .Siciliæ ciuitas maritima, viginti millia paſſuum à promontorio Peloro ſecreta,act.28.c.13.

ῥόδη Rhode,Roſa.G.Nomen puellæ,act.12.c.13

ῥόδοχος Rhodochus, Roſeus currus. G. Iudæus quidam de quo 2.mach.13.f.21

ῥόδος Rhodus,Roſa.G.Cycladū inſularū nobiliſſima ,& ab Oriēte prima,quōdā Ophiuſa vocata ,diſtās à portu Aſiæ nonaginta millibus paſſuum,act.21.a.1, & 1.mach.15.d.23

R I

Ribái, Pugnans, vel obiurgans, ſiue multiplicans. Pater Ithai,2.reg.23.d.29 ריבי ῥιβαΐ

Rinná, Canticum, ſiue exultatio.Filius Simeonis, 1.para.4.d.20 רנה ῥενά

Ripháth, Medicina, ſiue relaxatio, vel bouile, hoc eſt vbi boues claudūtur.Filius Gomer, gen.10.a.3. Ab hoc Riphæi dicuntur, qui Paphlagones cognomentum ſortiti ſunt. ריפת ῥειφάθ

R O

Roagá, Saturatus, vel inebriatus meditatione vel eloquio, aut ſaturatus vel inebriatus abſtractione vel ſeparatione.Filius Somer filii Heber,1.paral.7.g.34 רהגה ῥααγά

Roboám, Dilatans populum, aut latitudo vel platea populi,ſiue odor vel odorans cū populo.Filius Salomonis,3.reg.11.g.43,& 1.para.3.b.10 רחבעם ῥοβοάμ

Rogél, Pes, ſiue pedeſtris,aut explorans,vel delator ſiue accuſator:aut Syriacè,conſuetudo. Fons prope Ieruſalem in tribu Iuda ad Septentrionem,ioſ.15.b.8,& 18.c.16,& 3.reg.1.b.9 רגל ῥωγήλ

Rogelím,Idem.p.n.Oppidum Galaad,videtur eſſe in vicinia Mahanaim,2.reg.17.g.27 רגלים ῥογελίμ

Rógom-mélech, Lapidans regem vel conſiliariū, aut purpura regis vel cōſiliarii. Princeps Darii regis, zach.7.a.2 רגם־מלך ῥογὼμ ὁ βασιλεύς

Rohób, Latitudo, ſiue dilatatio,aut platea.Ciuitas Leuitarum in tribu Aſer,ioſ.19.b.28,& 1.para.6.g.75. nume.13.d.22.Rex Soba,2.reg.8.a.3 רחב ῥοώβ

Rohobiá, Latitudo,ſiue dilatatio Domini, aut platea Domini.Filius Eliezer filii Moyſi,1.par.23.b.17 רחביה ῥαβία

Rohobóth, Latitudines, ſiue dilatationes, aut plateæ. Ciuitas Idumææ eſt prope flumen, patria Saulis Idumæorum regis,gen.36.d.37.Legitur gene.10.b.11, Et ædificauit Niniue, & plateas ciuitatis. Pro, plateas ciuitatis,L X X trāſferūt τὴν ῥοωβὼθ πόλιν,id eſt Rohoboth ciuitatem. ſicque Chaldæus interpres, tunc ciuitatis nomen erit ab Aſſur conſtructæ. רחבות

Romá, Excelſa, ſiue ſublimis, aut rhinoceros, vel intuens nimis. Concubina Nachor fratris Abraham, gene.22.d.24 ראומה ῥεμάν

Roma, Valens, aut potēs vel robuſta. G.Ciuitas Italiæ,2.timoth.1.d.17.act.18.a.2,& 19.d.21 ῥώμη

Romani,Idem.p.n.G.iohan.11.f.48.act.2.b.10,& 22.g.29 ῥωμαῖοι

Romani,danie.11.e.30, Hebraicè legitur Chithim, & interpretatur conterentes, vel contritio maris, ſiue diadema,aut aurū,vel tinctura:aut ex Syro & Hebræo coaceruatio maris. Vide Cethim & Italia. כתים κήτιοι

Romanus, Valens, ſiue potens,aut robuſtus. G.act.2.b.10,& 16.g.38 ῥωμαῖος

Romelia, Excelſus Domini, ſiue celſitudo Domini,aut proiectus à Domino. Pater Phacee regis Iſrael, 4.reg.15.e.27,& 16.a.1 רמליהו ῥωμελία

Romamthiézer, Exaltās adiutorem, vel auxilium, ſiue exaltaui atrium.Nomen viri,1.para.25.a.4 רממתי עזר ῥωμμαθιέζερ

Ros,Caput,vertex,ſummitas,ſiue principium.Fili⁹ Beniamin,gen.46.c.21 ראש ῥώς

Roth, Coronæ, ſiue calamus inebriationis vel ſaturitatis: aut ex Syro & Hebræo, cōſilium inebriationis vel ſaturitatis. Ciuitas tribui Gad data in poſſeſſionē, nume.32.g.35.Héb.Atroth.apud L X X non legitur. עטרת

R V

Rubén, Vidēs filiū,ſiue videte filium,vel viſio filii, aut viſionis filius.Filius Iacob ex Lia,gen.29.f.32 ראובן ῥουβήν

Rubenitæ,Idem.

ראובני Rubenites,Idem.1.para.11.g.42 ῥουβηνί

ῥοῦφος Rufus,Latinum eſt,marc.15.b.21.rom.16.b.13.Vir.

רומה ῥουμά Rumá, Excelſa,ſiue ſublimis, aut proiecta.Ciuitas in tribu Iuda,iudic.9.f.41, & 4.reg.23.g.36: quæ aliàs Remphtis,item & Arimathæa,teſte Euſebio vocatur. Legitur ioſ.15.f.52, Ruma,iuxta LXX. vbi ex Hebræo legendum Duma.

רות ῥούθ Ruth, Saturata, vel inebriata. Vxor Mahalon filii Elimélech Bethlehemitæ,ruth 1.a.4

S

שאל σαάλ SAál, Poſtulans, ſiue poſtulatus, aut commodatus, ſiue ſepulchrum, vel infernus,aut fouea. Nomen viri,1.eſd.10.d.29

צעננים σεεναιμ Saananím,Motiones,vel motus dormientis. Ciuitas eſt,limes tribus Nephthali,ioſ.19.c.33

שעף σαάφ Sáaph,Cogitans,aut qui volat, vel præuolãs. Filius Iahaddai,1.para.2.f.47

שערים σαρείμ Saaráim,Portæ,ſiue æſtimationes,aut appretiationes,vel capilli,ſiue hordeum,aut tempeſtates, ſiue dæmones , aut piloſi, vel hirci . Ciuitas in tribu Iuda , in qua poſteri Simeonis habitauerunt,1.par.4.e.31. Vide Saráim.

שבא σαβά Sabá,Conuerſio,ſiue captiuitas,aut canities,vel ſeſſio.Fili⁹ Regma,gen.10.a.7: à quo ciuitas regalis AEthiopiæ nomen accepit,3.reg.10.a.1. eſa.60.b.6.Hanc Ioſephus lib.2.à Cambyſe rege, Meroen ex ſororis vocabulo cognominatã ſcribit.Filius item Iectan, gene. 10.d.28.Poſtremò,ſic nominabatur filius Iecſan, gen. 25.a.3

סבא σαβά Saba,geneſ.10.a.7, & 1.paral.1.a.9,vbi dicitur, Saba & Euila .pſal'.71. c.10. 15. eſa.43.a.3, interpretatur circuitio,aut ebrius:vel Syriacè,ſenex.Filius Chus.Inde Sabæi populi qui fœlicẽ Arabiã incolũt, ſunt dicti. Eſt & Arabum metropolis nomine Saba,in mõte ſita.

Sabaa,1.reg. 13.d.18,vbi dicitur, In terra Sabaa. iſta non ſunt in Hebræo.¦

שבקתני σαβαχθανί Sabacthani, Dereliquiſti me. Chaldaicum verbum. matth.27.e.46

שבא σαβά Sabæi,Captiuantes,ſiue conuertentes,aut cani, vel ſedentes.Populi,iob 1.c.15.ioel.3.b.8

שבאים סבאים σαβαείμ Sabáim, Circuitiones,aut ebrii: vel Syriacè,ſenes. eſa.45.c.14.In ſecundo Eſdræ,cap. 7.c.59, vbi legitur Sabaim,legendum Aſbaim. Vide ſuo loco.

שבם σεβαμά Sabam,Captiuitas eorum, aut captiuans eos. Ciuitas,nume.32.a.3

שבמה σεβαμά Sabama,Conuerſio,ſiue captiuitas nimia, aut canities vel ſeſſio multa. Ciuitas quam ædificauerunt filii Ruben,nume.32.g.38.ioſ. 13.c.19. Locus hic vitifer in vicinia Iazer,eſa.16.c.8.ierem.48.e.32

שבניה σεβανίας Sabaniás,Conuertens,vel captiuans Dominus,aut intelligens vel ædificãs Dominus, ſiue intellectus vel filiatio Domini.Nomen viri,2.eſd.9.a.4

צבאות σαβαώθ Sabaoth,Exercitus,p.n. ſiue militiæ, aut fortitudines.ierem.11.d.20.rom.9.f.29.iaco.5.a.4 δυνάμεις

שברים ἕως συνέτριψαν αὐτούς Sabarím, Cõfractiones,ſiue ſpes,vel expectationes, aut frumenta . Locus eſt trans Iordanem in terra Amorrhæorum,qui à frangendo,hoc nominis inuenit, quòd ibi Iſraelitarum acies fracta fuerit.ioſ.7.a.5

סברים σαβαρίμ Sabarím, ezech.47.c.16, Circuitus altitudinis:aut Syriacè,opiniones,vel cogitationes,aut ſperantes,vel ſpes.Nomen loci qui eſt inter terminum Damaſci & confinium Emath.

שבט σαβάτ Sabát, Sceptrum,vel virga,aut tribus. Menſis quãdoque Februario noſtro reſpondens,zach.1.b.7

סבתה σαβαθά Sabathá,Circuitus,vel circuiẽs,aut cauſans:aut Syriacè,ſenectus. Filius Chus,gen.10.a.7. Ab hoc Sabatheni,qui à Græcis Aſtabari dicuntur,nomenclaturã ſortiti ſunt.1.paralip.1.a.9

Sabathachá,Circuiẽs percuſſionem,vel cauſa percuſſionis:aut ex Syro & Hebræo, ſenectutis percuſſio. Filius Chus,gene.10.a.7,& 1.para.1.a.9 סבתכא σαβαθακά

Sabbathái, Sabbathum meum,vel requies,aut ceſſatio mea.Nomen viri,2.eſd.11.b.16 שבתי σαββαθαῖος

Sabbathiſmus,Requies, vel ceſſatio.D.heb.4.c.9 σαββατισμός

Sabbathizo,exod.16.f.30 σαββατίζω שבת

Sabbathum,Requies,ſiue ceſſatio,4.reg.4.d.23 שבת σάββατ

Sabée,Septem,vel ſeptimus,aut ſaturitas, ſiue iuramentum.Ciuitas in tribu Simeon,ioſ.19.a.2 σαβέ שבע

Sáber, Confractio, aut ſpes,vel frumentum.Filius Caleb ex Maacha concubina,1.para.2.f.48 שבר σαβάβ

Sachachá,Vmbraculum,vel operimentũ, ſiue protectio,aut vnctio:vel Syriacè,ſpeculatio.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.g.61 סככה χαχά

Sachár, Merces,ſiue pretium,aut ſicera,vel ebrietas. Nomen viri,1.paralip.11.g.35.Filius Obed edom, 1.paralip.26.a.4:qui 2.reg.23.d.33,dicitur Sarar. שכר ζαχάρ

Sadducæi,Iuſti,aut iuſtificati:vel Syriacè,ſciſſi, vel ſchiſmatici.D.Secta inter Iudæos, negãs eſſe reſurrectionem,act.5.d.17,& 23.b.7.luc.20.e.27 ζαδδουκ

Sadóc,Iuſtus,aut iuſtificatus.Filius Achitob, 2.reg. 8.d.17,& 1.para.6.a.8. Eſt & nomen ſacerdotis, 2.reg. 15.e.24.Filius item Meraioth,1.para.9.b.11 צדוק σαδούκ σαδώκ

Sagé,Ignorans, ſiue comprehendens, vel attingẽs: aut Syriacè,multus, ſiue multiplicans.Nomen viri,1. paral.11.f.34 שגא σαγαί

Sáhar,Lucidus,aut cãdidus. Filius Aſhur ex Halaa vxore,1.para.4.b.7.Filius item Simeõ filii Iacob, geneſ.46.b.10.Heb.Sohar. צחר σωάρ.σαάρ

Saharáim,Nigri,vel turbidi,aut matutinantes,vel mane euntes.Nomen viri,1.para.8.a.8 שחרים σεωρείμ

Salabim,Reſpiciens corda, ſiue pugnus vel pugillus in mari,aut vulpes in mari , vel ſemita in mari . Vide Salebim.

Salaboní, Vulpis intellect⁹, vel filius, aut vulpis ædificium , vel pugilli aut pugni ædificium vel intellectus, ſiue ſemita ædificii vel intellectus,aut filii.Nomẽ loci,2.reg.23.d.32 שעלבני σαλαβωνίτης

Salabonites,Idem.1.para.11.f.33 σαλαβωνί

Salaí,Miſſio,vel mittẽs, ſiue ramus,aut propagines, vel telum,aut arma, ſcilicet miſſilia:vel Syriacè, ſpolians vel ſpoliatus.Mater Azuba,3.reg.22.f.42 שלחי σαλαί

Salamiél, Pax Dei, ſiue perfectio Dei, aut retributio Dei.Filius Suriſaddai,princeps ſuæ tribus Simeõ, nume.1.a.6 שלמיאל σαλαμιήλ

Salamina, ſiue Salamis,Commota, vel conquaſſata,aut fluctuans.G.Inſula Cypri, in mari Euboico,cõtra Athenas,velut author eſt Pomponius Mela lib. 2. & Strabo lib.14.In ea inſula,eſt eiuſdem nominis oppidum,teſte Plinio lib.5. cap.31: quod poſtea appellatum Conſtantia,authore Hieronymo.Hoc Iudæi funditus demoliti ſunt, Traiani principis tẽporibus, extinctis omnib⁹ accolis, velut ſcribit Euſebius in Chronicis,& Hieronymus. In Salamine Paul⁹ & Barnabas annuntiauerunt ſermonem Dei,act.13.a.5 σαλαμίς

Salathí, Vmbra, ſiue tinnitus,aut aſſans vel torrefaciens:aut Syriacè, orans. Nomen principis militum, 1.paralip.12.d.20 צלתי σαλαθί

Salathiél, Poſtulatus Dei, ſiue cõmodatus Dei. Pater Zorobabel ducis Iuda,agg.1.a.1,& 1.eſd.3.a.2.c.8.Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.para.3.c.17 שאלתיאל σαλαθιήλ

Sále,Miſſio,vel mittens, ſiue ramus aut propagines vel telum:aut arma,ſ.miſſilia:aut Syriacè, ſpoliãs vel ſpoliatus.Filius Arphaxad,gen.10.d.24. luc.3.g.35,dicitur filius Cainan filii Arphaxad. שלח σαλά

שַׁעַלְבִים σαλεβιμ Salebím,Reſpiciés corda, ſiue pugnus vel pugillus in mari,aut vulpes in mari,vel ſemita in mari. Nomé loci,iudic.1.g.35,& 3.reg.4.a.9

סַלְכָה σελχάς Salechá,Caniſtrũ tuũ,aut eleuatio ſiue conculcatio tua. Ciuitas eſt in Baſan, ioſ.12. b.5. Dicitur & Selcha.

סֶלֶד σαρέδ Sáled, Afflictio:vel Syriacè, calefactio,vel aduſtio. Filius Nadab filii Semei filii Onam,1.para.2.d.30

שָׁלֵם Σαλήμ Salém,Conſummata, perfecta, completa.LXX interpretantur pacem. Nomen vrbis in Sichimis, quæ eſt in terra Samariæ,ciuitas Iacob, ſita in finib⁹ Ephraim. Videtur quoque dicta Sichem.Hæc non eſt Ieruſalem,geneſ.14.d.18,& 33.d.18.Alia fuit Salem,de qua vide Ieruſalem.

שְׁלֹמוֹת Σαλομίθ Salemóth,Pacificatio,ſiue perfectio,aut retributio. Nomen viri,1.paral.24.c.22

שָׁלֶף Σαλέφ Sáleph,Euaginans,vel euellens,aut diſcalceans.Filius Iectan,gen.10.d.26

שַׁעֲלִים Σαλίμ Salím,Vulpes,p.n.aut pugilli,ſiue pugni,vel ſemitæ.Nomen loci,1.reg.9.a.4.iohan.3.c.23

שְׁלִישָׁה Σαλισά Saliſá,Trina,aut principalis,ſiue ternaria, vel principiſſa,aut duciſſa.Regio eſt,1.reg.9.a.4

שִׁלֵּם σελλήμ Sallẽ,Pax ſiue perfectio,aut retributio.Fili⁹ Nephthali,gene.46.c.24: qui Sallum,1.par. 7.c.13, dicitur.

vel שַׂלְמָא שַׂלְמָה Σαλμών Salmá,Pax,ſiue perfectio,aut retributio, ſiue veſtimentum.Filius Nahaſſon filii Aminadab,1.paralip.2.b.11:qui Salmon & Salma in fine quarti cap.Ruth dicitur.Filius item Hur primogeniti Caleb ex Ephrátha concubina,1.para.2.g.51

צַלְמֻנָּע Σαλμανά Salmaná, Vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis,vel tinnitus commotionis,vel ſubmerſio prohibitionis,aut commotionis. Rex Madian,iudic.8.b.6.pſal.82.c.12.heb.83

שַׁלְמַן σαλμανα Salmana,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuẽs.Nomen regis cuiuſdam,de quo Oſee 10.d.15

שַׁלְמַנְאֶסֶר Σαλμανασάρ Salmanáſar,Pax ligata,ſiue perfectio,vel retributio ligata:aut pax vel perfectio ſiue retributio nunc ablata,vel nunc recedens.Rex Aſſyriorum,4.reg.17.a.3

שֶׁלֶמְיָה σελεμιας Salmiás, Pax Domini, ſiue perfectio, aut retributio Domini.Nomen viri,1.eſd.10.d.39

שַׂלְמוֹן Σαλμών Salmón,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens. Filius Nahaſſon filii Aminadab, ruth 4. d. 21: qui & ibidem,& 1.para.2.b.11,dicitur Salma.

σάλμων Salmon,Fluctuatio,vel commotio,aut conquaſſatio.G.Ciuitas maritima Cretæ inſulæ,act.27.b.7

צַלְמֹנָה Σαλμωνά Salmoná, Vmbræ munus vel numerus,ſiue tinnitus numeri vel muneris, aut imago noſtra. Locus in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael, profecti de monte Hor,nume.33.e.41

סַלּוּא Σαλώ Saló,Caniſtrum,vel exaltatio,ſiue conculcatio,aut æquiparatus.Filius Moſollam,1.paral.9.b.7

Σαλώμη Salome,Pacifica,vel perfecta,aut retribuẽs.D.Mulieris nomen,marc.15. d.40,& 16.a.1

שַׁלְמִי σελεμί Salomí,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens.Pater Ahiud principis filiorum Aſer,nume.34.d.27

שְׁלֹמִית Σαλωμίθ Salomíth,Idem.f.g.Filia Zorobabel filii Phadaiæ, 1.paral.3.d.19.Filius Semei, 1.paral.23.a.9. Filius Roboam,2.paral.11.d.20

שְׁלֹמֹה Σαλομών Σολομών Salomon,Pacificus. Filius Dauid ex Beth-ſabee vxore Vriæ,2.reg.5.c.15,& 12.f.24.Heb. Selomoh.

σαλον Salon,Manẽs,vel qui manet,aut pacificus,vel abũdans:aut Syriacè,illudens vel decipiens.D.

צְלָפְחָד Σαλπαάδ Salphaád, Vmbra formidinis,ſiue tinnitus formidinis, vel aſſationis, aut ſubmerſionis formido.Filius Hepher filii Galaad filii Machir filii Manaſſe, nume. 26.d.33,& 1.paral.7.c.15.Heb.Salphahad.

יַעְרֵי אֹרְגִים ιαρὲ.ιαείρ Saltus polymitarius, Latina ſũt. Heb. Iaharæ Orgim,id eſt ſyluæ polymitarii.Pater Adeodati,2.reg.21.d.19,& 1.para.20.c.5

סָלוּא Σαλώ Salú,Caniſtrum,ſiue exaltatio,aut conculcatio,vel æquiparatus.Pater Zamri illius qui cum Madianitide occiſus eſt,nume.25.d.14

שְׁלֹמִית Σαλωμίθ Salumíth,Pacifica, ſiue perfecta:aut retribuens.Filia Dabri,leuit.24.b.11

שִׁלְשָׁה σελσά Saluſá, Trinus,vel principalis,aut dux. Filius Supha filii Helem,1.paral.7.g.37

שֶׁמַע Σαμαά Sáma,Audiens,vel obediens.Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.d.20.Nomen item viri,1.paral.8.b.13

הוֹשָׁמָע ὡσαμά Samá, Exauditus, ſiue ipſe exaudiens vel obediens. Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.para.3.c.18

שִׁמְעָה Σαμαά Samaa, Audiens,vel obediens.Frater Dauid, 2.reg.21.d.21.Filius Merari,1.paral.6.c.30.39,& 12.a.3

שִׁמְאָה Σαμαά Samaá,Nominatus,vel appoſitus,aut perditio, vel deſolatio. Filius Macelloth filii Abigabaon,1.paralip.8.c.32:qui 9.f.38,dicitur Samaam.

שִׁמְאָם Σαμαάν Samaám,Nomen matris,vel gentis,aut nomen timoris,vel ponens timorẽ,aut appoſitus matri vel gẽti,aut ibi timor,vel mater aut gens. Filius Macelloth, 1.paral.9.g.38:qui 8.c.32,dicitur Samaa.

סְמַכְיָהוּ Σαμαχία Samachias, Adhærẽs Domino, vel innitens, aut iũctus Domino.Nomen viri,1.para.26.a.7

שֶׁמֶר Σαμήδ Sámad,Deſtruens,ſiue exterminans,aut conterens. Filius Elphaal filii Mehuſim,1.para.8.b.12

שְׁמַעְיָה Σαμαίας Samaiá,ſiue Samaias,Audiens Dominum, vel obediẽs Domino. Pater Semri patris Idaiæ,1.par.4.f.37. Filius Ioel,1.par.5.a.4.Alius fuit Gabaonites,qui 1.paral.12.a.4, dicitur Hebraicè יִשְׁמַעְיָה

יִשְׁמַעְיָה

שַׁמְהוּת Σαμαώθ Samaóth,Deſolatio,vel perditio,aut ſtupor,ſiue ibi iniquitas,aut nomen iniquitatis,vel deſolans, aut perdens iniquitatem.Nomen viri,1.para.27.b.8

צְמָרַיִם Σαμαρείμ Samaráim,Lanæ,aut medullæ,ſ.arborum.Ciuitas in tribu Beniamin,ioſ.18.d.22

שִׁמְרָת Σαμαρέθ Samaráth,Cuſtodia,vel adamas,aut vepres, vel ſpina,ſeu fæx.Filius Semei,1.para.8.b.21

צְמָרִי Σαμαραῖος Samaræus,Lana,vel medulla,ſcilicet arborum.Filius Chanáan,gen.10.c.18.Hic Edeſſam incoluit.

שֹׁמְרוֹן σωμορών Samaria, Cuſtodia, vel adamas,aut vepres, vel ſpina,ſeu fæx eius.Nomen montis,3.regũ 16.e.24. Vrbs item Syriæ inter Iudæam & Galilæam media,authore Ioſepho libro 3,capite 2. ab Amri Iſraelitici populi rege condita.iſte enim, Simeron ſiue Sameron,vel (vt tranſtulit vetus interpres) Samariam montem à quodam Semer emit: ciuitatémque quam in montis vertice extruxerat,à vendentis nomine,Simeron,ſiue(vt trãſtulit vetus interpres,3.reg.16.e.24)Samariã appellauit. Hac deinde reges Iſraelitarũ pro regia vſi ſunt. Aliàs, vt Euſebius teſtatur, Ecthenias eſt dicta. Mox poſt Hircani Iudæorum põtificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata, atque in honorem Augusti, Græco vocabulo σεβαστὴ nominata eſt. Stephano, Neapolis quoque nominatur, ioſue 11.a.1, & 4.reg.6.f.24.eſa.7.b.9,& 10.b.9

שְׁמַרְיָהוּ vel שְׁמַרְיָה Σαμαρείας Samaria,ſiue Samarias,1.paral.12.a.5,& 1.eſd.10.d.32,Cuſtodia Domini,aut adamas Domini, ſeu vepres vel ſpina Domini.Nomen viri.

שֹׁמְרוֹן Σαμαρεῖται Samaritani,Cuſtodes, vel adamantini, ſiue ſpinoſi; aut fæces, vel fæculenti. Populi,luc. 9.g.52, & 2.eſdræ 4.a.2

Σαμαρείτης Samaritanus,Idem.ſ.n.luc.17.d.16

Σαμαρεῖται Samaritæ,Idem quod Samaritani.4.reg.17.c.29

Sameron,Vide Semeron meron.

שַׁמְגַּר Σαμεγάρ Samgár,Nominat⁹ aduena, ſiue ibi peregrinus, vel certans,aut nominis ruminatio, vel deſolatio,ſiue ſtupor aduenæ vel ruminãtis aut certantis.Filius Anath, iudex in Iſrael,iudic.3.d.31

שמיר σαμίρ Samír, Cuſtodia, ſeu vepres, vel ſpina,aut adamas vel fæx.Ciuitas in tribu Iuda, in montanis Ephraim, ioſ. 15.f.48.iudic. 10.a.1. Nomen viri, filius Micha,1. para. 24.c.24.

שמה σαμαά σαμά Sammá,Perditio, ſiue deſolatio, vel ſtupor,aut ibi, ſiue nomē aut nominatus,vel appoſitus.Filius Iſai patris Dauid,1.reg. 16.b.9:qui 1.para.2.b.13,dicitur Simmaa.Filius Rahuel filii Eſau,geneſ.36.b.13.17,& 1.paralip.1.c.37.Filius Supha filii Helem,1.para.7.g.37

שמע vel שמא σαμά Sámma, 1.paral. 2.f.43,& 8.b.13, Audiens,vel obediens.Filius Hebron.Filius item Azaz,1.par.5.a.8. Filius Hota,11.g.44

שמי σαμαί Sammái,Nomen meum,aut deſolatio vel perditio mea,ſiue ſtupor, aut cæli.Filius Recem filii Samma,1. paral.2.f.44.Filius Ezra,1.paral.4.c.17

שמות σαμμώθ Sāmóth,Nomina,vel deſolationes,aut perditiones, ſiue ſtupefactiones.Nomen viri,1.paral.11.f.27

שמוע σαμού Sammúa,Audiens,vel obediens.Filius Zechur,nume.13.a.5.Filius Dauid,2.reg.5.c.14,qui 1.par. 3.b.5,dicitur Simmaa.

σαμοθράκη Samothrace, Arenoſa,& aſpera. G. Inſula in ſinu Pacuſiaco,eregione Thraciæ:ſic dicta quòd eam inſulam Samii & Thraces incoluerint,act.16.b.11

שמרי σαμβεί Samrí, Cuſtodiens, ſiue ſpina,aut fæx,vel adamas. Nomen viri,2.par.29.c.12.Pater Iedihel,1.par.11.g.45

שמשי σαμψά Samſái,Sol meus,aut nomen muneris,ſiue ibi munus:aut Syriacè,miniſter.Nomen viri,1.eſd.4.b.8

σαμψάμη Samſame,Nomen auditum,vel famoſa auditio.D. Nomen loci,1.mach.15.d.23

שמשרי σαμψαρί Samſári,Nomen cantantis,vel dominantis,aut ibi cantor,vel ibi dominans.Filius Ieroham,1.par.8.c.26

שמשון σαμψών Samſón, Sol eius, aut nominis iteratio vel ſecūdatio,ſiue mutatio, vel nomen dormientis, aut ibi dormiens:vel Syriacè,ſeruitium,aut miniſteriū eius.Melius vertas paruus ſol,vt ſit diminutiuum à שמש.Filius Manue,iudic.13.d.24

שמואל σαμουήλ Samuél, Poſitus à Deo, aut nomen eius à Deo. Filius Ammiud,num.34.d.20.Fili⁹ Thola filii Iſſachar, 1.para.7.a.2.Filius Elcanæ ex Anna vxore altera, Propheta,1.reg.1.c.20,& 1.para.6.c.33

שמוע σαμαά Samúa, Audiens, vel obediens.Filius Dauid,2.reg. 5.c.14,& 1.para.14.b.4:qui Sammúa 1. par.3.b.5,dicitur,iiſdem conſonantibus & punctis apud Hebræos.

σάμος Samus,Arenoſa G.Inſula in mari AEgæo,act.20. c.15,& 1.mach.15.d.23

סנבלט σαναβαλάτ Sanaballát, Rubus in abſcōdito, vel in inuolutione:aut ex Syro & Hebræo,inimicus in abſcondito vel in inuolutione.Nomen viri,2.eſd.2.b.10

צנן σενάμ Sanán,Frigiditas,ſiue ſcutum,vel arma.Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.e.37

שניר σανίρ σανείρ Sanír,Dormiēs lucerna,vel nouale,ſiue iteratio vel mutatio,aut ſecundatio lucernæ vel noualis, aut mutatio vel iteratio, aut ſecundatio docentis vel oſtendētis.Mons qui & Hermon,& Sarion dicitur,deut.3.b.9. ezec.27.a.5. Vide 1.par.5.d.21. Vocatur & ש Siō,deut. 4.g.48.Vide Hermon.

סף ἐπισυνηγμένος Saph,Peluis,crater,phiala,limen, poſtis qui vtrinque in porta erigitur:finis vel cōſummatio:iuncus vel pelagus.Nomen gigantis,2.reg.21.d.18

ספי σαπφί Saphái, Limen, vel ſuperliminare, aut hydria vel phiala,ſeu finis vel conſummatio. Nomen gigantis,1. par.20.c.4:qui 2.reg.21.d.18, dicitur Saph.

שפם σαφάν Saphám,Barba, ſiue labiū aut ripa eorum, vel confractio aut ſolitudo eorum.Filius Gad,1.paral.5.b.12

שפן σαφάν Saphán,Hericius,aut cuniculus,vel chœrogryllus, ſiue abſconditus vel recōditus,aut labium vel ripa,ſiue cōfractio earū. Scriba quidā filius Aſalia, 4. reg.22.a.3

Saphát,Iudex,vel iudicans.Filius Huri,nume.13.a. 6.Filius Eliſei,3. reg.19.c.16. Filius Semeiæ filii Secheniæ,1.para.3.d.22.Filius Gad,1.paralip.5.b.12 שפט σαφάτ

Saphatiá,ſiue Saphatias,Iudicās Dominus, ſiue iudicium Domini.Filius Dauid ex Abital,2.regū 3.a.4, & 1.para.3.a.3.Filius Rahuel,1.par.9.b.8.Vir Aruphites,1.paralip.12.a.5.Vide ierem.38.a.1,& 2.eſd.7.e.59 שפטיה σαφατίας

Sapphira, Narrans,vel numerans, aut libraria vel literaria:aut Syriacè,formoſa.D.Vxor Ananiæ illius qui Deo mētitus,ad verbū Petri mortuus eſt, act.5.a.1 σαπφείρα

Saphomites,Labium,vel ripa aquarum, ſiue cōtritio aquarum,1.paral.27.d.27 שפמי σαφαμί

Saphón, Aquilo,ſiue Abſconditus, aut ſpeculator. Nomen loci,ioſ.13.d.27 צפון σαφών

Sará,Domina,vel princeps. Vxor Abraham,gen. 17.c.15.Vide שרי Sarai. שרה σαῤῥά

Sará,gene.46.b.17.nume. 26.e.46,& 1.parali.7.f. 46,Odorans vel domina odoris, aut cāticum odoris. Filia Aſer filii Iacob. שרח σαρά

Sará,ſiue Saraa,ioſ.19.c.41. iudic.13.a.2,& 16.g.31, & 2.eſd.11.d.29,Lepra,aut ſcabies.Ciuitas in tribu Dā. Eadem & Sarea,ioſ.15.e.33 dicitur. צרעה σαρά σαραά

Sará,1.paralip.7.c.24,Caro,vel cōſanguinitas, aut fermentū, ſiue reſiduum vel remanēs. Filia Ephráim. שארה σαρά

Sarabiá,ſiue Sarabias,Siccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut pſallens in Domino vel cum Domino.Nomen viri,1.eſdr.8.a.4,& 18.e.24 שרביה σαρυία

Sarái,Domina mea,vel princeps mea.Vxor Abraham,geneſ.11.d.29:filia Aran fratris mariti ſui,quæ & Ieſcha ibidē dicitur.dicta eſt & Sara. Vide שרה.Sara. שרי σάρα

Sarái,1.pa.2.g.54,Leproſus,vel ſcaber.Nomē viri. צרעי

Saraitæ,Idem.1.paral.2.g.53 σαραθί

Sarái,1.eſdr.10.d.40,Dominus aut princeps meus, ſi per ש vel canticum meum,ſi per ש ſcribatur. שרי σαροά

Saraiá, ſiue Saraias, Princeps Domini,vel canticū Domini.Filius Cenez,1.par.4.c.14,& 6.a.14, & 2.reg. 8.d.17. Filius Ezriel, iere.36.f.26. Vide 4.reg.25.d.18. שריה σαρουά σαρέας

Saraim,Idem quod Saraim,Ioſ.15.e.36,& 1.reg. 17.g.52 שערים σεβαρείμ

Sarár, Vmbilicus,aut cogitatio, vel inſidiatio, ſiue cantans,vel Dominus.Pater Ahiam,2.reg.23.d.33:qui 1.paral.11.g.35,dicitur Sachar. שרר σαράρ

Saráſar,Præpoſitus theſauri,vel cellarii, aut pſallētis theſaurus vel cellarium, ſeu qui videt anguſtiā: aut ex Syro & Hebræo, caſtrametatio anguſtiantis.Filius Sennacherib,4.reg.19.g.37.eſa.37.g.38.Principis cuiuſdam nomen,de quo zach.7.a.2 שראצר σαρασάρ

Sárath-áſar, Plaſmatio matutina, aut anguſtia vel colligatio matutina, ſiue anguſtia vel figura nigredinis. Ciuitas in tribu Ruben in monte Beth-phogor, ioſ.13.c.19.Heb.Sarath-aſáhar. צרת השחר σάρθ καὶ ἀσώρ

Sarathí,Leproſus,vel ſcaber. Vir,1.par.4.a.2 σαραθί צרעתי

Sardi, Sardorum, Princeps iucunditatis, aut cāticum lætitiæ, vel id quod remanet vel relinquitur: aut Syriacè,cortina.D.Ciuitas,apoc.1.c.11,& 3.a.4 σάρδεις

Sarea,Lepra,vel ſcabies. Vrbs tribus Iudæ ſiue Dā, ioſ.15.e.33.Eadem quæ & Sara ſiue Saraa dicitur. צרעה σαραά

Sareas, Princeps Domini, aut canticum Domini. Filius Thanehumeth,ierem.40.c.8 שריה σαραίας

Sarebias,Siccitas Domini,vel præualens cum Domino,aut pſallens in Domino vel cum Domino. Nomen viri,2.eſd.9.b.4 שרביה σαραβίας

Sáred,Ablatio dominii vel deſcenſionis: aut Syriacè,cortina.Filius Zabulon,gene.46.b.14 סרד σερέδ

Saredá, Anguſtia,vel colligatio dominii vel deſcēſionis, aut plaſmatio dominii vel deſcenſionis.Patria regis Ieroboam,3.reg.11.e.26 צרדה σαρεδά

צרדתה Saredátha, Idem. Nomẽ loci, 2.par.4.d.17 σαρεδαθά

סרדי σαρεδεί Sareditæ, Ablatio dominii, vel deſcenſionis: aut Syriacè, cortina, nume.26.c.26

צרפתה σαρεπτά Sarepthá, Anguſtia buccellæ, vel panis, ſiue conflatio vel conflatoriũ, aut anguſtiæ dilatatio vel perſuaſio. Ciuitas quaſi in medio inter Tyrum & Sidonem ſita, 3.reg. 17.a.9: quidam Franciam ſeu Galliã eſſe dicunt, abdiæ g.20

שרש σάρος Sáres, Radix, vel catenula. Frater Phares filii Machir, 1.paral.7.d.16

Sareth, 1.reg.9.a.1, nõ legitur in emendatioribus codicibus Latinis vt nec Hebraicé.

סרגון γαρρᾶ Sargón, Auferens protectionem, vel corpus aut colorem, ſiue auferẽs hortum: aut Syriacè, rete vel retiaculũ. Nomen regis, aliàs Sennacherib dicti, eſa.20.a.1

שעריה σαρία. σααρία Sariá, Porta Domini, ſiue æſtimatio vel appretiatio aut capillus Domini, vel hircus Domini, ſiue hordeũ vel tempeſtas Domini, aut dæmonis dominus. Filius Aſel, 1.paral.8.d.38, & 9.g.44. Heb. Saaria.

Sarias, Idem quod Sareas.

שריון σαριών Sarión, Lorica, vel planities, aut canticum columbæ. Mons à Sidoniis ſic vocatus, quem Amorrhæi Sanir vocant, deut.3.b.9. Vide Sanir & Hermon.

שריד σαρίδ Saríd, Relictus, vel remanens, aut principis manus, ſiue cãticum manus. Terminus eſt Zabuloniæ tribus, ioſue 19.a.10

שרוחן ἄρχοὶ αὐτῶν Sarohén, Princeps gratiæ, vel principis gratia, ſiue canticum gratiæ. Ciuitas in tribu Simeon, ioſ. 19.a.6

שרון σαρών Sarón, ſiue Sarona, Planities, aut canticum eius. Regio eſt, teſte Hieronymo, inter Tabirinum mõtem & lacum Tyberiadis, & à Cæſarea vſque ad Ioppen ſe vltrà extendens. Hæc pinguis & fertiliſſima eſt, 1.paral. 27.d.29. eſa.33.b.9. act.9.f.35. Eſt & vrbis nomẽ in qua filii Gad habitauerunt, 1.paral.5.c.16

שרוני σαρωνίτης Saronites, Planities, vel planus, ſiue cantans. Nomẽ viri, 1.paral.27.d.29

שר־סכים ῥαβσαρσαχίμ Sar-ſachím, Præpoſitus cooperimentorum, vel vnctionũ. Vnꝰ ex principibꝰ regis Babylonis, iere. 39.a.3

צרתן σάρθαν Sárthan, vel Sarthana, Tribulatio ſiue anguſtia, aut colligatio, ſiue plaſmatio, aut figuratio, vel anguſtiam dans. Locus non procul à Iezrahele, 3. regũ 4.b.12, & 7.g.46. ioſ.3.d.16

שרוג σερούχ Sarúg, Palmes, vel ſarmentum, ſiue ramus, aut conuolutio. Filius Reu, gen.11.c.20. luc.3.g.36

צרויה σαρουία Saruiá, Anguſtia vel tribulatio Domini, aut colligatio ſiue plaſmatio vel figuratio Domini. Mater Abiſai, filia Iſai patris Dauid, 1.reg.26.a.6, & 1.par.2.b.16

ששבצר σασαβασάρ Saſſabaſár, Gaudium in tribulatione vel anguſtia, aut gaudii perhibitio vel munitio, ſiue gaudium vindemiæ, vel ſexta anguſtia, aut linum vel byſſus anguſtiæ. Princeps in tribu Iudæ, 1.eſd.1.d.11

שעשגז γαί Saſagazí, Qui facit tranſitum vel tonſionẽ, aut reſpiciens tranſeuntem vel tondẽtem, ſiue comprimẽs vellus. Eunuchus regis Aſſueri, eſth.2.c.14. Heb. Saaſagaz.

שטן διάβολος σατανᾶς Satan, Contrarius, vel aduerſarius, 2.regũ 19.d.22. zach.3.a.1, & iob.1.b.6

Satanas, Idem. matth. 4.b.10, & 16.d.23. marc.4.b.10. luc.10.c.18

שוה σαυή Saué, Planities, vel æquitas, aut ponens vel poſitus. Ciuitas ſiue vallis, gene.14.a.5: quæ & Vallis regis, ibidem c.17, dicitur.

שאול σαούλ Saúl, Poſtulatus, ſiue cõmodatus, aut fouea, ſiue ſepulchrum, vel infernus. Sextus rex in Edom, qui fuit ex Rohoboth, gen. 36.d.37. Filius item Simeonis filii Iacob, gene.46.b.10, & 1.para.4.d.24, & 6.b.24. Filius poſtremò Cis, 1.reg.9.a.2

Saulitæ, de Saul quod interpretatur poſtulatus ſiue commodatus, aut fouea, ſiue ſepulchrum, vel infernus, nume.26.b.13 שאולי σαουλί

Saulus, Poſtulatus, ſiue cõmodatus, aut ſepultus. ſic dicebatur Paulus apoſtolus ante cõuerſionẽ, act. 8.a.1 σαῦλος

Saura, Salamandra, genus lacertæ. G.1.mac.6.c.43 σαύρα

S C

Sceua, Diſpoſitus, vel præparatus. Vir Iudæus, act. 19.c.14 σκευᾶ

Scenofactoria, ſcilicet ars, ex Græco τῆς σκηνῆς, & facio verbo Latino: ars faciendi tabernacula, quam artem exercebat Paulus apoſtolus, act.18.a.3

Scenopegia, Feſtum tabernaculorũ. G. iohã. 7.a.5 σκηνοπηγία

Schibbóleth, Spica, aut fluctus, ſ. aquarum, ſiue alueus, iudic.12.c.6 שבלת στάχυς

Scythæ, Coriarii, vel cerdones. Sunt qui interpretantur poculis vacantes, quòd σκῦθος genus ſit poculi. G. coloſſ.3.b.11 σκύθαι

Scythopolitæ, Coriarii ciues. G.2.mac.12.e.30 σκυθοπολῖται

S E

Séba, ſiue Sébe, Septem, vel ſeptimus, ſiue ſaturitas, vel iuramentum. Nomen viri, 1.para.5.b.13. Filius Bochri, 2.reg.20.a.1 שבע σαβεαί

Sebenia, ſiue Sebenias, Idem quod Sabanias. Nomen viri, 2.eſd.10.a.4, & 12.a.3. Sacerdos quidam, 1.paralip.15.c.24 שבניה σεβανίας

Sebeón, Stans iniquitas, ſiue inflatio vel tumor peccati: aut Syriacè, tinctus vel intingens. Pater Anæ patris Oolibama alterius vxoris Eſau, de filiabus Chanáan, gene.36.a.2 צבעון σεβαγών

Sebethai, Vide Sebthai.

Sebiá, Damula, vel caprea, aut pulchra vel præcipua, ſiue ſtans Dominus: aut Syriacè, voluntaria. Mater Ioas, filii Ochoziæ filii Iorã filii Achab, 4.reg.12.a.1. Filius item Saharáim ex Hodes vxore, 1.para. 8.a.9 צביה σεβία

Sebnia, Idẽ quod Sabanias. Nomen viri, 2.eſd.9.a.5

Seboím, Damulæ, vel capreæ, ſiue pulchri vel præcipui, aut inflati: vel Syriacè, voluntarii. Vrbis nomẽ, geneſ.10.c.19 צבים σεβωείμ

Seboím, 1.reg.13.d.18, & 2.eſd.11.d.34, Intincti, aut tincturæ, vel ſtantes acerui. Vallis nomen. σεβωείμ צבעים σαβαίν

Seboleth, Vide Schibboleth.

Sebthái, Sabbathum, ſiue requies, vel ceſſatio. Nomen viri, 2.eſd.8.b.7 שבתי σαβαθαῖος

Séchem, Pars, ſiue portio, vel humerus, aut matutinatio, vel itio quæ fit mane. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe, nume.26.d.31. Filius Semida. 1.para.7.d.19. Ab hoc, metropolis Samariæ in tribu Manaſſe, quæ Sichem dicitur. Vide Sichem. שכם σιχέμ. συχέμ

Sechemitæ, Idem. p.n. nume.26.d.31 σαχμί שכמי

Sechen, Ioſue 17.a.2, Scribe Sechem σαμαεεί

Secheniás, Vicinus Dominus, aut habitatio Domini. Filius Obdiæ filii Auan filii Raphaiæ, 1.paral. 3.d.21, & 24.b.11, & 2.paral.31.c.15 שכניה σεχένιας

Sechia, Protectio, vel ramus Domini, ſiue ſepiens, aut vallans Dominus, vel ceſſatio Domini. Filius Saharáim ex Hodes vxore ſua, 1.paral.8.b.10 שביא vel שביה σεχία

Sechróna, Ebrietas, aut pretiũ, vel merces eius. Ciuitas in tribu Dan, ioſ.15.c.11 שכרונה σαχαρωνά

Secundus, Latinũ eſt. Nomẽ viri, de quo act.20.a.4 σεκοῦνδος

Securus. Proprium viri, quod tãquam appellatiuũ vertit vetus interpres, 1.paral.4.d.22 יואש ἰωάς

Sedáda, Latus eius, ſiue cibarium aut venatio eius, vel inſidiæ eius. Terminus eſt tribus Iudæ, nume. 34. b.8. ezech.47.c.16 צדדה σαδαδά

Sedecias, Iuſtus Domini, vel iuſtitia Domini. Filiꝰ Ioſiæ regis, ſic nominatus à Nabuchodonoſor, quum צדקיהו σεδεκίας prius Mathanias diceretur,4.regum 24.d.20,& 1.par. 3.c.15.Filius item Hananiæ,ierem.36.c.12. Hoc nomine vocabatur propheta ille blaſphemus, 3.re.22.b.11,filiꝰ Chanaana.Fuit & filiꝰ Ioacim filii Ioſiæ,1.par.3.c.15

ἀσώδιας Sedei,Omnipotens,vel deuaſtator,aut ager, ſeu mamilla.D.Baruch 1.a.1

שְׁדֵיאוּר σεδιύρ Sedeúr,Ager luminis,vel ignis,ſiue vbera luminis, aut omnipotentis lumen,vel deuaſtatoris ignis. Pater Eliſur principis tribus Ruben,nume.1.a.5

צוֹעַר ζόγορα.συγώρ σηγώρ Segór,Parua. Oppidulum eſt Sodomorum,in finibus Moabitidis,gen.13.b.10,& 19.c.22.eſa.15.c.5: quod gene.14.b.8,dicitur Bala. Dicitur & vitula conternās, iuxta Hieronymum.

שְׂגוּב σηγούβ Segúb,Fortificatus,aut exaltatus.Filius Hiel reædificatoris Iericho,3.reg.16.g.34.Filius Eſrō filii Phares, ex filia Machir patris Galaad,1.paral.2.c.21

שַׁחֲצִימָה σασιμα Sehesima,Humiliatio ieiunii, aut fouea ſiue meditatio ieiunii, vel ſuperbia maris. Ciuitas in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.22

סִיחוֹן σηών Sehón,Eradicatio,ſiue concluſio.Rex Amorrhæorum,nume.21.e.21.ioſ.13.b.10

שֵׂעִיר σηείρ.σουσηείρ Seir,Hiſpidus, ſiue piloſus, aut hœdus,vel dæmon, ſeu hordeaceus,vel tempeſtas. Mōs eſt Idumææ, inter Aſphaltiten & AEgyptum, qui ab Eſau huius montis accola, eo quòd eſſet hirſutus, nomen accepit,1.paral. 4.g.42.eſa. 21.c.11. Eſt & nomen viri cuiuſdam Horræi,gen.36.c.20

צְעִירָה σιώρ Seira, Parua, ſiue tribulata. Ciuitas eſt Idumææ,4.reg.8.f.21

שְׂעִירָתָה σιρωθά Seirath,Hœdus,ſiue piloſus,aut dæmon,ſiue tempeſtas,vel hordeum.Nomen loci,iudic.3.d.26

שֵׁלָה σιλωμ.σηλώ Selá,Diſſoluens, ſiue diſcalceans: vel Syriacè,illudens,ſiue decipiens.Filius Iudæ ex Sua vxore,gen. 38. a.5,& 1.paral.4.d.21

צֵלָע σελά Séla,Coſta,ſiue latus,aut claudicatio.Ciuitas in tribu Beniamin,ioſ.18.d.27

שִׁלְחִי σιλεΐ Selahí,Ramus,vel propagines, ſiue miſſio vel mittens, aut telum vel arma, ſcilicet miſſilia:vel Syriacè, ſpoliās,vel ſpoliatus. Mater matris Ioſaphat regis Iudæ,2.paral.20.g.31

שֵׁלָנִי σηλωνί Selaitæ,Diſcalceans,ſiue diſſoluens:vel Syriacè,illudens.ſiue decipiens.Nomen familiæ,nume. 26.c.20

סַלְכָה ἐλχά Selchá,Caniſtrum tuum,vel eleuatio aut conculcatio tua.Ciuitas regis Og in Baſan,deut.3.b.10,& 1.paral.5.b.11.Salecha eadem appellatur.

שַׁעַלְבִּין σααλαβίν Selebín, Vulpis intellectus,vel filiꝰ, aut pugnus vel pugillus intellectus,ſiue ſemita intellectus vel filii,aut reſpiciētis intellectus.Ciuitas in tribu Dā,ioſ.19.d.42

צֶלֶק σελήκ.σελλήκ Sélec, Vmbra, vel tinnitus lambentis vel percutiētis,aut aſſans vel torrefaciens lambentem vel percutiētem.Nomen viri,2.reg.23.d.37,& 1.paral.11.g.39

שֶׁלֶמְיָהוּ σελεμίας Selemiáu,Pax Domini,ſiue perfectio Domini, aut retributio Domini.Nomen viri,1.eſdr.10.d.41

שֶׁלֶמְיָה σελεμίας.σελελίας Selemias,Idem.Pater Iuchal,ierem.38.a.1.Pater etiam Ieriæ,ierem.37.c.12.Filius Hananiæ,ibidem. Filius Abdeel,ierem.36.f.26

שְׁלֹמִית σαλαμίθ Selemith,Pacifica,ſiue perfecta,aut retribuens. Nomen viri,1.paral.26.c.25

צֶלֶף σελέφ Seléph,Vmbra,vel tinnitus cōcuſſionis: aut ex Hebræo & Syro,vmbra coniuncta. Nomen viri, 2.eſdræ 3.g.30

צִלְּתַי σελαθί Selethái,Vmbra,ſiue aſſatio,vel torrefactio,aut tinnitus meus:vel Syriacè,oratio mea.Filius Semei, 1.paralip.8.b.20

σελευκεία Seleucia,Commota,vel conquaſſata,aut fluctuans. G.Ciuitas in promōtorio Syriæ Antiochiæ ſita, à Seleuco Nicanore condita,authore Ioſepho libro 18.antiquit.Iudaic.16,& Egeſippo libro 4.cap.1. quam Paulus peragrauit,act.13.a.4,& 1.machab.11.a.8

Seleucus,Cómotus, vel conquaſſatus,aut fluctuās. G.Pater Demetrii,2.mach.7.a.1 σέλευκος

Selím,Miſſi,vel propagines,aut rami,ſiue arma,ſcilicet miſſilia:aut Syriacè, ſpoliantes. Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.e.32 שְׁלָחִים σελείμ

Sellá, Vmbra,vel aſſatio,vel torrefactio,ſiue tinnitus:aut Syriacè,oratio. Vxor Lamech,geneſ.4.c.19 צִלָּה σελλά

Sellá,4.reg.12.d.20,Exaltatio,ſiue conculcatio,vel æquiparatio:aut Syriacè,caniſtrum. σελλά סִלָּא

Sellái,Idem.Nomen viri,2.eſd.11.b.8 סַלַּי σηλεεί

Sellém, Pacificus,ſiue perfectus, aut retribuens. Filius Nephthali,nume.26.f.49:qui geneſ.46.c.24, Sallem:& 1.paral.7.c.13,Sallum dicitur. שִׁלֵּם σελήμ

Sellemitæ,Idem.p.n.nume.26.f.49 σελημί שִׁלֵּמִי

Sélles,Trinus, aut princeps,vel dux. Filius Helem, 1.paral.7.g.35 שֵׁלֶשׁ σελές

Sellú,Caniſtrum,aut exaltatio,ſiue conculcatio,aut æquiparatio.Nomen viri, 2.eſdr.11.a.7 סַלּוּא σηλώμ

Sellúm,Pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens. Filius Iabes,4.reg.15.b.10.Filius Siſamai filii Elaſa,1.paralip.2.e.40,& 4.e.25.Filius Ioſiæ, 1.parali.3.c. 13.iere. 22.c.11. Filius Nephthali, 1.parali.7.c.13:qui gen.46. c.24,dicitur Sallem:& nume.26.f.49,Sellē. Filius Sadoc,1.paralip.6.a.12.Pater Ezechiæ principis,2.para. 28.b.12 שַׁלֻּם σαλύμ.σαλλύμ

Sellún,Manens, vel qui manet, aut pacificus,vel abundās:aut Syriacè, illudens vel decipiēs.Filius Cholhoza,2.eſd.3.c.15 שַׁלּוּן σολών

Selmai, Veſtis mea.Pater Hagaba,2.eſd.7.e.48 שַׁלְמַי σελμεί

Selmō,Obſcuritas,aut imago eius,ſiue vmbra muneris,vel numerationis,aut tinnitus numerationis vel muneris.Mons eſt in Ephraim vmbroſus & caliginoſus,cuius meminit Iudicum liber, 9.f.48. pſal. 67.b. 15.heb.68.Eſt & nomen viri,2.reg.23.d.28 צַלְמוֹן σελμών

Selomíth,Pacifica,ſiue perfecta,aut retribuens.Nomen viri,1.eſd.8.b.10 שְׁלוֹמִית σελιμούθ

Sem,Nomen, vel fama, ſeu ponens vel poſitus, aut ibi.Filius Noe,gen.5.d.32.luc.3.g.36 שֵׁם σημ

Semaáth,Audiēs,vel obediēs.Mulier,2.par.24.g.26 שִׁמְעָת σαμαάθ

Semaiá, Audiens Dominum, vel obediens Domino.Filius Secheniæ,2.eſd.3.g.29 σαμαίας שְׁמַעְיָה

Semarith,Cuſtodita,vel adamantina,aut ſpina, vel fæx.Nomen mulieris,2.paral.24.g.26 שִׁמְרִית σαμαρίθ

Semathei, Nominatus,vel poſitus, ſiue deſolatꝰ,aut ſtupefactus. Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb ex Ephrátha concubina,1.paral.2.g.53 שַׁמָּתִי σαμαθί

Seméber, Nomen, vel fama robuſti vel fortis, aut nomen alæ vel pennati, ſeu deſtruēs fortitudinem vel alam aut pennam.Rex Seboim,gen.14.a.2 שֶׁמְאֵבֶר συμόρ

Semegár, Aromata peregrini, vel aduenæ aut ruminantis,vel certantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum, ierem.39.a.3. In exēplari tamen Hebraico, Semegar-nabu, vnius eſt nomen proprium,non duorum. Vide interpretationem in Nabu. סַמְגַּר σαμαγάρ

Semeí, Audiens,vel obediens,aut nomen acerui, vel deſtruens aceruum.Filius Gerſon filii Leui, exod.6.c. 17.Filius Gera,2.regum 16.b.7.Filius Phadaia filii Iechoniæ, 1.paral. 3.c.19.Filius Ioel,1.paralip.5.a.4. Filius Maſma,1.paral. 4.e.26. Filius Ieth filii Gerſon, 1. paral.6.c.42.Frater Choneniæ, filius Heman, 2.para. 29.c.14,& 31.c.13 שִׁמְעִי σεμεεί

Seméi,1.paralip.2.d.27,Nomen meum,aut deſolatio ſiue perditio mea, vel ſtupefactio,aut cæli.Filius Onan filii Ierameel ex Atara vxore. שַׁמַּי σεμεὶ.σαμεέ

Semeia,ſiue Semeias,Audiens Dominum, vel obe- שְׁמַעְיָה σεμείας diens Domino. Pater Vriæ prophetæ, 3. regū 12. f.22 ierem.26.f.20. Filius Haſſub, 1.para.9.c.14,& 2.eſd.12.d.41,& 2.para.29.c.13, & 31.c.15,& 35.b.9

שְׁמַעְי σεμαεί. σεμεεί Semeias,1.paral.25.c.17,& 27.d.27, Obediens,ſiue nomen acerui, aut deſolatio acerui. Filius Eliſaphan.

τὸ σεμεί Semeiticus,Idem.nume.3.c.21

שֶׁמֶר σεμμήρ Sémer,Cuſtos,vel adamas,ſeu vepres,aut ſpina,vel fæx.Nomen viri,3.reg.16.f.24

שְׁמַרְיָה σαμαρί Semeriá, Cuſtodia Domini, vel adamas Domini, ſeu vepres vel ſpina Domini.Nomē viri, 1.eſ.10.d.41

Semerón, Vide Samaria, cuius Hebræum eſt שׁומרון.

צְמָרַיִם σομορίμ Semeron, 2.paral.13.a.4, Lanæ, aut medullæ, ſcilicet arborum. Nomen montis.Heb.Semaráim.

שִׁמְרוֹן σεμρών Semeron, ioſ.19.b.15, Cuſtodia,aut adamas,ſeu vepres,vel ſpina,aut fæx. Ciuitas in tribu Zabulon.

שִׁמְרוֹן־מְרֹאון ἀμαρών Semeron,ioſ.12.d.20, Hebraicè legitur Semerō meron, & exponitur Cuſtos amaritudinis, vel myrrhæ fortis,vel doloroſæ, aut iniquæ:aut adamas vel ſpina, ſiue fæx myrrhæ, doloris, aut iniquitatis, vel fortitudinis.

שְׁמִידָע σαμαέρ. σαμειδα Semidá, Nomen ſcientiæ, vel cognitionis, aut ponens ſcientiam: vel deſolationis vel ſtupefactionis cognitio,vel cælorum ſciētia. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe,nume.26.d.32,& 1.paral.7.d.19

שְׁמִידָעִי Semidaitæ,Idem.p.n.nume.26.d.32 σαμαερί

שְׁמִירָמוֹת σεμιραμώθ Semiramóth,Cælorū altitudines, aut nominis ſublimitas. Sacerdos quidam,1.paral.15.b.18

שַׂמְלָה σεμαά Semlá,Linteum, ſiue ſiniſtra eius,aut nomē illi,vel ſtupor illi,ſiue appoſitus illi. Quintus rex in Edom,geneſ.36.d.36

שַׂמְלַי σελλαμί Semlái,Linteum,vel ſiniſter,aut nomen mihi, vel ſtupefactio mihi, ſiue appoſitus mihi. Nomen viri, 1.eſdr.2.c.46

שַׁמָּה σαμαίας Semmá, Perditio, ſiue deſolatio,vel ſtupor,aut ibi: ſiue nomen aut nominatus ſiue appoſitus. Filius Age, 2.reg.23.b.11.d.25

שִׁמְעָה σαμαά Semmaá,Audiens,vel obediens. Pater Ionadab,frater Dauid,2.reg.13.a.3

שִׁמְרָן σαμβεάν Semran, Cuſtodia, aut adamas, ſeu vepres, vel ſpina,aut fæx ei⁹. Filius Iſſachar filii Iacob,nume.26.c.24

שִׁמְרֹנִי Semranitæ,Idem.p.n.nume.26.c.24 σαμβεανί

שִׁמְרִי σαμαρεί Semrí,Idem.ſ.n. Filius Samaia,1.par.4.f.37. Filius Merari,26.b.10

שֵׁן παλαιά Sen, Dens,aut ebur,vel mutatio,aut dormiens. Nomen loci procul à Lapide adiutorii verſus Auſtrum, quantum Lapis diſtat à Maſphath,1.reg.7.c.12

סְנָאָה σενναά Senaá,Rubus:vel Syriacè,inimicus. Ciuitas, 1.eſd.2.b.35

שִׁנְאָב σενναάρ Senaáb,Dens patris,aut mutationis pater,vel dormitio patris. Rex Adamæ,gen.14.a.2

סֶנֶה σενά Séne,Rubus:aut Syriacè,inimicus. Rupes oppoſita rupi Boſes,1.reg.14.a.4

צִנָּה ἐννάχ Senna, Scutum, vel haſta, aut frigus. Nomen loci, nume.34.a.4

שִׁנְעָר σενναάρ Sennaár,Dormiētis vigilia,vel ſuſcitatio, aut dētis euacuatio vel denudatio aut excuſſio, vel dens æmuli, ſiue mutatio ciuitatis. Regio eſt Babylonis in qua regnauit Nérod, gen.10.b.10:quæ Babylonia ſiue Chaldæa interdū dicitur,eſa.11.c.11.Heb.Sinar. Pro Sinar Chaldæus paraph. vertit Babel, gen.10.b.10, & 11.a.2

סַנְחֵרִיב σενναχηρίβ Sennacherib,Rubus deſtructionis,aut rubus gladii, ſiue rubus ſolitudinis,vel ſiccitatis:aut ex Syro & Hebræo, inimici gladius vel deſtructio. Rex Aſſyriorū, 4.reg.18.c.13

שֶׁנְאַצַּר σανάσαρ Senneſér,Dentis,vel eboris theſaurus, aut dormiētis theſaurus,vel mutationis anguſtia,vel theſaur⁹,aut inimicus anguſtiæ vel tribulationis. Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.paral.3.c.18

סַנְסַנָּה σανσαννά Senſenná, Ramus, vel propagines,ſiue rubus rubi: aut ex Hebræo & Syro,rubus inimici. Ciuitas in tribu Iuda,ioſ.15.e.31

סְנוּאָה ἀσάμ Senuá,Rubus:vel Syriacè,inimica. Nomen viri,2.eſd.11.b.9

שִׁיאוֹן σηών Seón,Sonitus,ſiue ſtrepitus,aut murus fortitudinis vel doloris. Ciuitas in tribu Iſſachar,ioſ.19.b.19

צֹחַר σαάρ Séor,Candidus vel lucidus. Pater Ephron, gen.23.b.8.Heb.Sohar.

שְׂעֹרִים σεωρείν Seorím, Portæ, ſiue æſtimationes, vel appretiationes,aut capilli, ſiue hordeū, vel tēpeſtates, aut dæmones, vel piloſi,ſiue hirci. Nomē ſacerdotis,1.par.24.b.8

גְּדֵרָה Sepes,Nomen loci,1.par.4.d.23 γαδηρά

שֻׁפָּם σαφάμ Sephám, Barba vel labium eorum, aut ripa vel litus eorū,ſiue cōfractio eorum. Filius Hir,1.par.7.c.12

שְׁפָמָה σεπφαμά Sephāma,Barba vel labium eius, aut ripa vel litus quoddam,ſiue cōterens aut confracta valde. Termin⁹ Iudæ ad ſolis Ortum,num.34.b.10

שִׂפְמוֹת σιφαμώθ Sephamóth,Barbæ vel labia,ſiue ripa vel litus mortis,aut labium mortis,vel conterens mortem. Ciuitas quam Dauid ſuorum ſpoliorum participem fecit, 1.reg.30.g.28

סְפָרָה σωφηρά Sephár,Liber aut ſcriba:ſiue narratio,aut numerus: vel Syriacè,portus. Mons Indiæ,gen.11.d.30

סְפַרְוַיִם σεπφαρουίν Sepharuáim,Libri, vel ſcribæ,aut narrationes, vel numeri: ſiue liber vel numerus maris: aut ex Syro & Hebræo,portus maris. Ciuitas Aſſyriorum, de qua 4.reg.18.g.34

צְפַת σεφέθ Sepháth,Specula,ſiue cooperimentum, aut enatatio,vel expectatio,aut fauus. Ciuitas in qua filii Iudæ Chananæos ad vnum interfecerunt, eámque Harma nominauerunt,iudic.1.d.17. in tribu tam Iudæ quā Simeonis,nume.21.a.3

שְׁפַתָה Sephátha,Idem. Nomen vallis,2.para.14.c.10

Σοφρᾶς Sephatia,1.eſd.2.a.4,Idem quod Saphatias.

שִׁפְעִי σωφεί Sepheí,Inundatio,ſiue multitudo. Pater Ziza principis,1.para.4.f.37

σεφηλά Sephela, Humilis vel campeſtris, aut planities, 1.mach.12.e.38.D.

שֶׁפֶר ἀρσαφάρ Sépher,Tuba vel pulchritudo:aut Syriacè,bonitas. Mons in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael, profecti de Ceelatha,num.33.c.23

Sephet,Ciuitas,tob.1.a.1

צְפִי σεπφουή Sephí,1.par.1.c.36,Speculator,vel fauus, aut cooperimentū, vel expectatio. Filius Eliphaz filii Eſau: qui gen.36.b.11,dicitur Sephua,ſiue Sepho iuxta Hebræū.

שְׁפִי σαπφεί Sephí,1.paral.1.c.40, Filius Sabal filii Seir Horræi, qui gene.36.c.23,dicitur Sepho:& interpretatur ſolitudo,vel labium,aut ripa vel litus eorum,ſiue cōfractio.

שֻׁפִּים Sephím,Barba,vel labium eorum,aut ripa vel litus eorum,ſiue confractio eorū. Nomē viri, 1.par.26.b.16

צְפוֹ σωφάρ σεπφουή Sephó,Speculator, ſiue cooperimentum, aut expectatio,vel fauus. Filius Eliphaz,gen.36.b.15:qui 1.par.1.c.36,dicitur Sephi per י.

שְׁפוֹ σωφάν σαπφί Sephó,Solitudo,vel deſertum,aut labium,ſeu ripa, vel litus,aut cōfractio. Filius Sobal filii Seir Horræi, gen.36.c.23:qui 1.para.1.c.40,dicitur Sephi per י.

צִפְיוֹן σαφών Sephón,Aquilo,vel Aquilonaris,ſiue abſconditus, aut ſpeculator. Filius Gad,gen.46.b.16

צְפוֹנִי Sephonitæ,Idem.p.n.nume.26.b.15 σαφωνί

צִפּוֹר σεπφώρ Sephór, Auis vel paſſer, aut corona vel deſertum: aut Syriacè,mane, id eſt matutinum tempus, vel hœdus. Pater Balac,nume.22.a.2

שִׁפְרָה σεφώρα Sephorá,Pulchra,aut tuba:vel Syriacè,benefaciēs, vel bonitas. Nomen obſtetricis cuiuſdam Hebræorū, exod.1.c.15

צפורה σεφώρα Sephorá, exod.2.d.21,& 4.f.25, & 18.a.2 interpretatur auis vel paſſer, aut corona vel ſertum: aut Syriacè, mane, id eſt matutinũ tempus, vel hœdus. Filia Raguel ſiue Iethro ſacerdotis Madian, vxor Moſis.

שפטן σαφτάν Sephtán, Iudex, vel iudicans. Pater Camuel principis tribus Ephráim, nume.34.d.24

שפופן σεπφάμ Sephuphán, Ceraſtes, ſerpentis genus. Nomen viri, 1.paral.8.a.5. Filius Bela filii Beniamin.

Sepulchra concupiſcentiæ. Nomẽ loci, cuius mentio fit nume.11.g.34

צר τύρος Ser, Anguſtia, ſiue tribulatio, aut vinculum, vel colligatio, ſeu plaſmatio, vel fortitudo, aut petra. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ.19.c.35

שרפים Seraphím, Ardentes vel igniti, eſa.6.a.1 σεραφείμ

שרביה σαραβίας Serebia, Siccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut pſallens in Domino, vel cum Domino. Nomen viri, 2.eſd.9.a.5

שראצר σαρασάρ Seréſer, Princeps theſauri vel cellarii, aut pſallẽtis theſaurus vel cellarium, vel qui videt anguſtiã: aut ex Syro & Hebræo, caſtrametatio anguſtiantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum, ierem.39.a.3

צרת σαρήθ Séreth, Anguſtia, ſiue tribulatio, aut vinculum, ſiue colligatio, ſeu plaſmatio. Filius Aſhur ex Halaa, 1.paralip.4.a.7

σέργιος Sergius, Rete, vel retiaculum. G. Nomen proconſulis cognomento Pauli, act.13.b.7

σήρων Seron, Princeps mœroris, vel cantãs triſtitiam, aut planities. D. Princeps exercitus Syriæ, 1.mach.3.b.13

צרור σαράρ Serór, Anguſtiãs, ſiue vinculum, aut colligatio, vel lapillus. Filius Bechorath, 1.reg.9.a.1

צרועה Seruá, Leproſa, aut crabro. Mater Ieroboam ſerui Salomonis, 3.reg.11.e.26. nõ legitur apud eptuaginta.

שישא σιζά Siſá, Sextus, vel ſenarius, aut marmoreus vel iucũdus, vel muneris eleuatio. Pater Ahiæ, 3.reg.4.a.3

שישק σουσάκ Seſác, Munus ſacci, aut munus oſculi vel poculi, ſiue donum femoris. Rex AEgypti, 3.reg.11.g.40

שושק σουσάκ Seſac, 3.reg. 14.f.25, & 2.paral.12.a.2, vbi dicitur, Aſcẽdit Seſac rex AEgypti, interpretatur vanus, vel vacuus ſacculus, aut vanitatis oſculum vel poculum, ſiue vanitatis femur.

ששק σισάχ Seſác, 1.para.8.b.14, Lini vel byſſi ſaccus, vel ſenarius, aut ſextus ſaccus, ſiue lætitiæ oſculum vel poculum, aut femur. Filius Bariæ.

ששך σισάχ. σεσάκ Seſách, Linum, vel byſſus tua, aut gaudium tuum, ſiue ſenarius tuus. Rex Babylonis, ierem.25.e.26, & 51. e. 41, ſecundum commentatorem Hebræorum ſuper Ieremiam: ſecundum Lyranum vero, Rex AEgypti.

ששי σουσί. σεσί Seſái, Senarius, vel ſextus, ſiue gaudẽs vel lætus, aut byſſinus, vel lineus. Filius Enac, ioſ.15.d.14. iud.1.b.10

ששן σισάν Seſán, Lilium, ſiue roſa, vel lætitia, aut linũ vel byſſus. Filius Ieſi filii Appháim, 1.paral.2.e.34

שת σήθ Seth, Poſitus, vel poſuit. Filius Adam, geneſ.4.d.25. nume.24.c.17. luc.3.g.38

שתר ζηθάρ Sethár, Explorans, aut putrefactus vel putrefaciẽs. Nomen ducis, eſth.1.c.14

סתרי ζεχρί Sethrí, Occultus, vel abſconditus, aut demoliens, ſiue refugium meum. Filius Oziel filii Caath filii Leui, exod.6.d.22

שטים σατείν. σατίν Setim, Expanſiones, aut diuertẽtes, ſiue flagella, vel ſpinæ. Locus in campeſtribus Moab, nõ procul à Iordane & Phogor monte, vnde Ioſue miſit exploratores ad inueſtigandam Ierichontis terram, nume.25.a.1. ioſue 2.a.1. Vide Sitim.

שטרי σατραί Setrái, Exactor, vel præpoſitus: aut Syriacè, obligatio vel contractus. Nomen viri, 1.paral.27.d.29

S I

סיעהא σιαά Siaá, Motus: aut Syriacè, adiutorium. Nomen viri, 1.eſd.2.c.44

Siahá, Splendor, vel candor, aut ſiccitas. Nomen loci, 2.eſdr.11.c.21 ציחא σιαά

Sibá, Exercitus, vel militia, aut fortitudo, vel ceruus, ſiue nauis veniens. Seruus Saul, 2.regũ 9.a.2. Puer item Miphiboſeth, 2.reg.16.a.1 ציבא σιβά

Siban, vide Siuan.

Sibboleth, Onus, iudic.12.c.6 στάχυς סבלת

Siceleg, Effuſio ſextarii vel menſuræ, aut coanguſtans ſextarium vel menſuram. Ciuitas in tribu Iuda & Simeonis, ioſ.15.e.31, & 19.a.5, & 1.reg.27.b.6, & 1.paralip.4.c.30 צקלג σικελέθ. σικελάγ. σικελάγ

Sicera, Heb. שSechar, ſignificat omne id quod inebriare poteſt, deut.29.a.6. luc.1.b.5 שכר σίκερα

Sichar, Concluſio, vel clauſura, aut inebriatio, vel merces. Dicit autem Hieronymus quòd corruptè ponitur pro Sichem: quod interpretatur humerus, ſiue portio, aut matutina itio. Sed in Græco Sichar inuenitur. D. iohan.4.a.5 σιχάρ

Sichém, Humerus, ſiue pars, aut matutina itio. Nomen proprium viri, gen.33.d.19, & 34.a.2. Metropolis item Samariæ in limitibus Manaſſe, gen.12.b.6. ioſue 20.c.7. acto.7.b.16: quam ædificauit Ieroboam, 3.reg. 12.f.25. Hanc poſtea dictam Neapolin Hieronymus in traditionibus Heb. refert. Dicitur & Sichar corrupté. Filius Emor, gene.33.d.26 שכם σιχέμ

Sichima, Idem: eadémque metropolis, iudi.9.d.26. & 21.c.19. pſal.107.a.8. heb.108 σίκιμοι. σίκημα

Sichimi, Idem. gene.33.d.18 σίκημοι

Sichimitæ, Idem. iudic.9.g.56

Siclus, Genus ponderis, ezech.45.d.12 שקל στάθμιον

Sicion, Effuſio vel anguſtia. D. Nomen loci, 1.mac. 15.d.23. Exemplaria tamen quædam habent σικυώνη Sicyone, id eſt Cucumerarium. σικίων

Siden, Venatio, aut inſidiatio, ſiue viaticum vel cibarium, aut nauis iudicii. D. Nomen loci, 1. machab. 15.d.23

Sidón, Idem. Filius Chanáan, geneſ.10.c.15, & 1.paral.1.a.13. Eſt & vrbs in Phœnicia, ad mare ſita in termino Iudæ, à Sidon filio Chanáan condita, ioſ.11.b.8: quæ ſorte ducta, tribui Aſer obuenit, ioſ.19.c.28. matt. 11.c.21. act.27.a.3 צידן σιδῶν

Sidonia, Idem. luc.4.e.26 σιδῶν

Sidoniæ, Venatrices, aut inſidiatrices, vel cibaria. 3. reg.11.a.1 צדנית σιδωνίαι

Sidonii, Idem. p.n. ioſue 13.a.4, & 3. reg.5.b.6, & 4. reg.23.c.13, & 1.eſdr.3.b.7. act.12.d.20 צידנים σιδόνιοι

Sidonius, Idem. ſ.n. iudic.3.a.3 σιδώνιος צידני

Sidrách, Mamilla tenera, vel delicata, aut deprædatio tenera, ſiue ager delicatus: aut Syriacè, miſſus tuus. Nomen viri qui & Ananias dicebatur, daniel.1.b.7 שדרך σεδράχ

Siha, Splendor, vel candor, aut ſiccitas. Nomen viri, 1.eſd.2.c.43 ציחא σουαά

Sihór, Niger vel turbidus, aut matutin⁹. Nilus AEgypti flumen, ioſ.19.b.26, & 1.paral.13.b.5 θεῖον αἰγύπτου. שיחור σιώρ.

Silas, Conſyderans, vel animaduertens. G. Nomẽ viri, act.15.d.22, e.27, & 18.b.5 σίλας

Siló, Diſſoluens, vel diſcalceans, ſeu pax, aut abundantia: aut Syriacè, illuſus vel decipiens. Ciuitas in tribu Ephraim, ioſue 21.a.2, & 22.b.9. ierem.7.c.12. iudic. 21.c.19 שלוה vel שלו σηλώ

Silóe, Miſſus, vel mittens, aut ramus, ſiue telum, aut arma, ſ. miſſilia: aut Syriacè, ſpoliãs vel ſpoliatus. Fõs, piſcina, aut amnis eſt ad radices montis Sion, perennibus aquis ebulliens, cuius fit mentio eſaiæ 8.b.6. Dicitur & Gihon, 3.reg.1.e.33, & 2.para.32.g.39. iohã.9.b.7 שלח σιλωάμ

Siloe, Gladius, aut feneſtra, 2.eſd.3.d.15 שלח σιλωά

שִׁילוֹנִי σηλωνεί Siloní, Manés, vel qui manet, aut pacificus, vel abūdans: aut Syriacè, illudens vel decipiens,. Nomen viri 1.paralip.9.a.5

σηλωνίτης Silonita, ſiue ſilonites, Idem.3.reg.12.d.15, & 2.paralip.9.g.29

σιλουανός Siluanus, Latinum, à ſilua. Nomen viri, 2.corinth.1.d.19. ſiue per y, ſiue per i ſcribas, non refert.

שִׁמְעוֹן συμεών Simeón, Audiens, vel exauditio. ſecundus filius Iacob ex Lia, gen.29.d.33, & 1.para.4.d.20. Fuit & nomē cuiuſdam qui CHRISTVM noſtrū ſuſcepit in vlnas quum inferretur in templum, luc.2.d.28

שִׁמְעוֹנִי συμεών Simeonitæ, Idem.p.n.1.par.27.c.16

שִׁמְרוֹן σομβεράν Simerón, Cuſtodia, ſiue adamas, vepres vel ſpina, ſeu fæx eius. Fili⁹ Iſſachar, gen.46.b.13, & 1.par.7.a.1

שִׁמְעָא σαμαά Simmaa, Audiens vel obediens. Filius Dauid, 1.paralip.3.b.5: qui 2.reg.5.c.14, dicitur Samua. Tertius filius Iſai, 1.paralipom.2.b.13: qui 1.reg.16.b.9, & 17.b.13 dicitur Samma.

σίμων. Simō [illegible] matth. 26 Simon, Audiens vel obediēs. D. Filius Mathathiæ filii Iohannis, 1.mach.2.a.3. Simon magus, act.8.b.9. Nomen apoſtoli, matth.10.a.2. Fuit & alius ſic nominatus, ille qui poſt CHRISTVM, crucem coactus baiulauit, matth.27.d.32

שִׁימוֹן συμών Simon, 1.para.4.d.20, Ponens uel poſitus, aut munus præparationis vel numeri, ſeu pinguedo aut oleū. Nomen viri.

סִין σίν Sin, Rubus. Eremus inter Elim & Sinai, in qua octaua Iſraelitarum manſio fuit, exod.16.a.1, & num.33.b.11. Vetus Ezechielis interpres, pro hoc tranſtulit Peluſium, ezech.30.d.15

צִן σίν Sin, num.13.d.22, & 20.a.1, & 27.c.14, & 33.c.36, & 34 a.3, & deut.32.g.51, & ioſ.15.a.1, in omnibus his locis interpretatur arma, vel ſcutū, aut frigiditas. Deſertū in terra Edom, quod aliàs Cades, vel deſertum Pharā dicitur. Vide Cades.

צִנָּה σινά Sina, Idem, ioſ.15.a.3. Mons Arabiæ, gal.4.c.25

סִינַי σινά Sina, deut.33.a.2. eccli.48.a.7, interpretatur rubus: vel Syriacè, inimicitia. Heb. Sinai. Mōs in deſerto Pharan, ſuper quem Lex data fuit Moyſi, exod.19.a.2

Sinai, Idem. exod.16.a.1, & 19.a.1

הַסִּינִי ἀσενναῖος Sinæus, Rubus: aut Syriacè, inimicitia. Filius Chanáan, gen.10.c.17, & 1.par.1.d.15

צִיּוֹן σιών Sión, Aceruus, aut tumulus, vel ſpecula, (σκοπευτήριον inquit Euſebi⁹ Pāph. de demōſt.5.) aut ſiccitas. Mons Ieroſolymæ (qui aliàs Mōs Domini, item & Mōs ſanctus dicitur) in cuius vertice erat arx constructa: quæ à Dauide, ciuitas Dauidis eſt vocata, 2.rge.5.b.7. Eſt in parte Aquilonari Ieruſalem, pſalm.47.a.3, & eſaiæ 14.d.32

שִׂיאֹן σηών Sión, deut.4.g.48, Sonitus ſiue ſtrepitus, aut minus fortitudinis vel doloris. Nomen montis Amorrhæorum, qui & Hermon dicitur.

צִיעֹר σιώρ Sior, Paruulus, aut nauis vigilantis vel ſuſcitati, aut æmuli vel denudati. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.f.54

סִרָה σιρᾶ σεράχ Sira, Olla, lebes, vel ſpina, aut rebellio, 2.reg.3.e.26. Nomen loci.

Sirach, Sibilus, aut canticum fratris, vel munus vacuum. D. eccli.50.d.29

צִיץ ἀσίς Sis, Flos, aut germé, ſiue cincinnus, aut aſpectus: vel Syriacè, ala vel penna. Cliuus eſt, de quo legitur 2.paralip.20.c.16

Siſa, Vide Seſa, 3.reg.4.a.3

שֵׁשַׁי σισί Siſái, Senarius vel ſextus, ſiue gaudēs vel lætus, aut byſſinus vel lineus. Filius Enach, num.13.d.23

סִסְמַי σασαμεί Siſamói, Equus vel hirundo aquarum, aut tinea aquarum: vel Syriacè, cæcitas. Filius Elaſa filii Helles, 1.paral.2.e.40

סִיסְרָא σισάρα Siſará, Hirundinem videns, aut tineam, vel equum videns. Vir, 1.eſd.2.c.53. Dux exercitus Iabī regis Chanáan, iudic.4 a.2. Magiſter militiæ Aſor, 1 regū.12.b.9. pſal.82.c.9. heb.83

שִׁטִּים σχοῖνος Sitím, Expanſiones, vel diuertentes, ſeu flagella, vel ſpinæ. Nomē torrentis, ioel.3.d.18: vbi legitur, Irrigabit torrentem ſpinarum. Vide Setim.

שְׁוָא σουσά Siuá, Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Scriba regis Dauid, 2.reg.20.g.25

סִיוָן σιουάν Siuán, Rubus, vel ſpinoſus. Nomen menſis, eſth.8.c.9: vbi corruptè legitur Siban.

שִׁיזָא σιζά Sizá, Munus hoc, aut munus aſpergens. Pater Adina, 1.para.11.g.42

S M

σμύρνα Smyrna, Myrrha, apoc.1.c.11, & 2.b.8. Clariſſima ciuitas Ioniæ, authore Plinio in quinto libro, cap.29, & Strabone lib.14

S O

שֹׁהַם σοάμ Sóam, Onyx, lapis pretioſus: aut Syriacè, detentio, vel mora eorum. Nomen viri, 1.par.24.d.27

צוֹבָה σουβά Sobá, Exercitus, ſiue militans, aut præceptū in ea, vel inflatio, aut tumor. Nomen loci, 1.reg.14.g.47, & 2.reg.8.a.3, & 1.par.18.a.3, & pſal.59.a.2

שׁוֹבָב σωβάβ. σοβάβ Sobáb, Reuerſus, aut auerſus, vel conuerſus: aut Syriacè, ſcintilla. Filius Dauid, 2.reg.5.c.14, & 1.para.14.b.4. Filius Caleb ex Azuba, 1.par.2.c.18

שׁוֹבָךְ σωβάχ Sobách, Rete, vel retiaculum, aut cancellus, vel captiuitas ſiue conuerſio tua: aut Syriacè, columbarium. Magiſter militiæ Adar-ézer regis, 2.reg.10.d.16

שׁוֹבָי σωβαΐ Sobái, Conuerſio, vel captiuitas, aut ſeſſio, vel ſedens. Ianitor quidam, 1.eſd.2.c.42

שׁוֹבָל σωβάλ Sobál, Semita, vel ſpica, aut crura vel femur, ſeu vana vetuſtas. Filius Seir Horræi, gen.36.c.20. Filius Hur primogeniti Caleb ex Ephrátha concubina, 1.par.2.f.50. Filius Iuda, 1.par.4.a.2: qui gen.46.b.12, dicitur Sela. Malè ſcribitur pſal.59.a.2, Sobal, quum ſcribēdum ſit Soba.

שׁוֹבֵק σωβήκ Sobéc, AEquiparatus vanitati, vel appoſitus vacuitati vel diſſipationi, aut vana euacuatio: vel Syriacè, derelictus. Nomen viri, 2.eſd.10.b.24

שֹׁבִי σοβί Sobí, Conuerſio vel captiuitas, aut ſeſſio vel ſedens. Filius Naas de Rabbath filiorū Ammó.2.reg.17.g.27.

שֶׁבְנָה σωβνάς Sobná, Sede nunc, aut connectere nunc, ſiue captiua nunc, vel ædificans, aut qui intelligit. Nomen ſcribæ, 4.reg.8.d.18. eſa.22.d.15

Sobnas, Idem.

צֹבֵבָה σαβηβά Sobobá, Exercit⁹ vel militia in ea, ſiue inflatio vel tumor in ea. Filius Cos, 1.par.4.b.8

סִבְּכַי σοβαχί Sobochái, Ramus, vel propagines, aut tugurium. Nomen viri, 2.reg.21.d.18, & 1.par.20.c.4

שֹׂכוֹ שׂוֹכֹה σωχώ. σοχώ σοκχώθ. σοχώ Sochó, Protectio, vel vallatio, aut ramus, ſiue ceſſatio. Duæ ſunt in tribu Iuda, huius nominis ciuitates, ioſ.15.e.35, & f.48: vbi leges Socoth deprauaté.1.reg.17 a.1, & 19.d.22, & 3.reg.4.b.10, & 2.par.28.c.18. Vrbs cōstructa à Roboam, 2.para.11.b.7

Sochoth, 3.reg.7.g.46. Vide Socóth

סֻכּוֹת σχώθ. σοχώθ Socóth, Tabernacula, vel tentoria. Tribus Gaddi ciuitas eſt, montis Galaad in vicinia Penuel in via fugæ Madiā munitiſſima, inquit Ioſephus, & optima ciuitas, ioſue 13.d.27. Cui Iacob patriarcha hoc nomen impoſuit, ge.33.d.17. Eſt & regio à Græcis Τρωγλοδύτις dicta, quæ ad Rubrum mare excurrit, vbi Troglodytæ habitant, nume.33.a.5. Prima manſio filiorum Iſrael, poſtquam reliquerunt primas ſedes Rameſſes.

סֻכּוֹת־בְּנוֹת σοκχὼθ βανώθ Socóth-benóth, Tabernacula filiarum vel ædificationum, ſiue auſcultationes, vel vnctiones filiarum, vel ædificiorum. Idôlum Babyloniorum, 4.reg.17.e.30

סוֹדִי σουδί Sodí, Secretum meum. Pater Geddiel, nume.13.a.11

σούδ Sodi,flumen,Baruch.1.a.4

סְדֹם σόδομοι Sodoma,Secretum eorum,ſiue calx,aut cæmentum eorum.Ciuitas Syriæ,gene.10.c.19,& 19.a.1

Sodomitæ,Idem.gene.13.c.13

צִחָא σηά Soha,Candor,vel ſiccitas.Nomẽ viri,2.eſd.7.d.46

צֹחַר σαάρ Sohár,Lucidus,vel candidus.Filius Simeon filii Iacob,gene.46.b.10.exod.6.c.15

שְׁחַרְיָה σαραία Sohoriá,Mane Domini,aut matutinatio Domini, ſiue matutina itio Domini, ſeu niger Domini. Filius Ieroam,1.paral.8.c.26

שֶׁמֶר σεμμήρ·σωμήρ Sómer,Cuſtos vel adamas,ſeu vepres vel ſpina,aut fæx.Filius Moholi filii Muſi,1.paral.6.d.46.Filius Heber filii Bariæ filii Aſer filii Iacob,1.paral.7.f.34.

שְׁמַרְיָה σαμαρία Somoria,Cuſtodia Domini, ſiue adamas Domini, aut vepres vel ſpina Domini.Filius Roboam ex Abiháil,2.paral.11.d.19

σώπατρος Sopater, Seruans patrem,aut ſalus patris. Viri nomen.act.20.a.4

שׁוֹפַךְ σωφάχ Sophách,Effundẽs,vel effuſus,aut vanus lecythus. Princeps militiæ regis Adar-ézer,1.paral.19.d.16

צוֹפַי σοφί Sophái,Speculator,aut fauus,ſiue natatio, vel cooperimentũ,aut expectatio.Filius Elcana,1.par.6.b.26

שׁוֹפָן σοφάρ Sophán, Cuniculus,vel chœrogryllus,ſiue abſconditus vel reconditus,aut conterens,ſiue confractio.Ciuitas poſſeſſa à filiis Gad,num.32.g.35.In Hebræo hæc dictio iungitur præcedenti dictioni Ataroth,vt ambæ ſint vnius ciuitatis nomen,Ataroth-ſophan.In aliquibus tamen codicibus,&apud alios interpretes ſeparatim inuenies.

צוֹפַר σωφάρ Sophár,Matutinus,aut corona ſeu circulus,vel paſſer:aut Syriacè,hœdus.Nomen viri.iob 2.c.11,& 11.a.1

סֹפֵר γραμματεὺς Sopher, Scriba,vel liber, aut narrans vel numerãs. Appellatiuum eſt,nõ proprium:vertendũ fuit ſcriba. 4.reg.25.e.19

סֹפֶרֶת σαφηρά Sophéreth,Numerans,vel narrãs ſiue narratio,aut librarius vel ſcriba.Nomen viri,1.eſd.2.c.55

צוֹפִים σοφίμ Sophím,Speculæ,vel ſpeculantes,ſiue cooperti,aut natantes, vel expectantes, aut fauus. Mons eſt in tribu Ephráim,1.reg.1.a.1

צְפַנְיָה σοφονίας Sophonias,Abſconſio Domini, ſiue ſecretum Domini,aut ſpeculator noſter Dominus,vel Aquilo Domini.Sacerdos filius Maaſiæ,4.reg. 25.c.18.iere.21.a.1, & 37.a.3.Nomen item prophetæ filii Chuſi filii Godoliæ,ſopho.1.a.1

שׁוֹפְטִים Sophtim,Iudices,& inde liber Iudicum.κριταί

שׂוֹרֵק σωρήκ Sorée,Vinea,vel vitis,aut ſibilus vel ſibilans.Torrentis nomen eſt in tribu Dan, in terra Philiſthinorũ prope Eſthaol,iuxta quem Samſon adamauit Dalila, iudic.16.a.4

צְרִי σουρί Sori,Anguſtiator,ſiue vinculum aut colligatio,vel plaſmatio,aut reſina vel theriaca, ſiue petra vel fortis. Nomen viri,1.para.25.a.3

σωσίπατρος Soſipater,Saluans patrem, vel ſalus patris. G.Nomen ducis,2.mac.12.c.19. Cognatus Pauli,rom.16.c.21.In act.20.a.4,legitur Græcè Sopater.

σωσθένης Soſthenes, Saluator potens, vel robuſtus. G.Princeps ſynagogæ Iudæorum,act.18.c.17,& 1. corin.1.a.1

σώστρατος Soſtratus,Saluans exercitum,vel ſalus exercitus. G. Nomen viri,2.mach.4.d.27

סוֹטַי σωταί Sotái,Præuaricatio,ſiue declinatio.Nomen viri, 1. eſd.2.c.55

S P

σπαρτιανοί Spartiani,Seminati,vel ſeminãtes. G.Populi,1.machab.14.c.20

σπαρτιᾶται Spartiatæ,Idem. G.1.mach.12.a.2

נִינְוֵה νινευί Speciosa,Nomen vrbis, quæ Niniue alio loco dicitur,ſoph.2.c.13

S T

Stachys,Spica. G.Pauli amicus,rom.16.b.9. huius accuſatiuus eſt Stachyn. στάχυς

Stephaná,Corona,ſiue coronata. G.Nomen viri,1. corinth.1.b.16,& 16.c.15,& 17 στεφανᾶς

Stephanus, Corona, vel coronatus. G.Nomen diaconi,act.6.b.5 στέφανος

Sthar-buzanái, Computrefaciẽs cõtemnentes me, vel qui explorat contemptores meos . Nomen viri,1. eſd.5.a.3 שְׁתַר־בּוֹזְנַי σαθραβουζάνης

Sthur,Occultus,vel abſconditus,ſeu deſtruens, vel demoliens.Filius Michael,princeps tribus Aſer,num. 13.b.14 סְתוּר σαθούρ

Stoici, ἀπὸ τῆς στοᾶς, id eſt porticu, in qua diſputabant, ſic philoſophi illi dicti ſunt. G.act.17.d.18 στωϊκοί

S V

Súa, Clamans,vel ſaluans, aut potens vel magnificus, ſeu reſpiciens. Pater vxoris Iudæ filii Iacob,gen. 38.a.2.c.12 שׁוּעַ σαυά

Súa,4. reg.17.a.4,Modius, vel menſura, aut velamen.Rex AEgypti. סוֹא σαυά

Suá,1.paral. 4.b.11, Foſſa,aut natatio, ſiue humiliatio, aut meditatio, vel loquela, aut germinans. Frater Caleb. שׁוּחָה σῦα

Suáa,Clamans,vel ſaluans,aut potens vel magnificus,ſeu reſpiciẽs.Filius Heber filii Barie,1.para. 7.f.32 שׁוּעָא σουά

Suál, Vulpes,aut ſemita, ſiue pugnus aut pugillus. Filius Supha filii Helem,1.paral.7.g.36.Eſt & nomen regionis, 1.reg.13.d.17, vbi mendoſè in quibuſdam codicibus legitur Saul. שׁוּעָל σουάλ

Suár, Paruulus, aut præceptum vigiliæ,vel ciuitatis aut æmuli vel denudationis vel euacuationis : vel Syriacè , anguſtiator . Pater Nathanael principis tribus ſuæ Iſſachar,nume.1.a.8 צוּעָר σωγάρ

Subaél, Cõuerſio Dei, ſiue captiuitas Dei,aut ſedes Dei. Vir quidam,1.paral.24.c.20 שׁוּבָאֵל σουβαήλ

Subuél,Conuerſio Dei,ſiue captiuitas Dei,aut ſedes Dei.Filius Gerſon filii Moyſi,1.paral.23.b.16 שְׁבוּאֵל σουβιήλ

Súe,Loquẽs,ſiue orans,aut foſſa,vel humiliatio,aut natatio.Filius Abrahæ ex Cetura,gene.25.a.2,&1.para. 1.c.32 שׁוּחַ σοβέ. σουέ

Sué,1.paral.2.f.49,Vanitas,aut eleuatio, vel tumultus.Filius Iahaddái. שְׁוָא σουΐ

Súe,1.paral.7.g.36,Eradicatio,vel conculcatio.Filius Supha filii Sue. סוּחַ σουέ

Suhám,Loquutio, ſiue meditatio eorum, aut fouea vel humiliatio eorum, ſiue natatio vel germinatio eorum.Filius Dan filii Iacob,nume.26.e.42 שׁוּחָם σαμεῖ

Suhamitæ,Idem.nume.26.e.43 σαμεί שׁוּחָמִי

Suhites,Meditatio,aut fouea,vel incuruatio,aut humiliatio,ſiue natatio ant natans,iob 2.c.11,& 8.a.1 שׁוּחִי σαυχίτης

Sulamitis,Pacifica,ſiue perfecta,aut retribuens, cãtic.6.d.12 שׁוּלַמִּית σουλαμίτις

Sunám, Mutatio, ſiue dormitatio eorum, aut vana dormitatio,vel iteratio aut ſecundatio eorum. Ciuitas de qua 1.reg.28.a.4,& 4.reg.4.b.8 שׁוּנֵם σωνάμ. σουνάμ

Sunamitis,Dormiens,vel mutata aut vana dormitio, vel iteratio aut ſecundatio dormitionis,3. reg.1.a.3,& 4.reg.4.b.12 שׁוּנַמִּית σουναμίτις

Sunem,Idẽ quod Sunam.Ciuitas in tribu Iſſachar, ioſ.19.b.18.Eadem quæ Sunam. שׁוּנֵם σουνήμ

Suni,Mutatus,vel dormiens, aut iteratus vel ſecundarius.Fili⁹ Gad filii Iacob,gen.46.b.16.num.26.b.15 שׁוּנִי σαυνίς.

Sunitæ,Idem.nume.26.b.15 σουνεί

Suph,Fauus,ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel natans , aut expectans. Filius Thau patris Eliu, 1.regũ 1.a.1.Filius Elcana filii Ioel,1.para.6.c.35. Nomen lo- צוּף σὼφ.σοὺφ.σίφ ci,1.reg.9.a.5

צוֹפַח σουφά Suphá, Lecythus, aut præceptũ illaqueãs, vel præceptum flatus, ſiue præceptum inflationis. Filius Helem,1.par.7.g.35

שְׁפוּפָם σωφάν Suphán, Conterens eos, ſiue barba aut labium eorum, aut ripa vel litus eorum. Filius Beniamin, num. 26.c.39.Heb. Sephupham.

שׁוּפָמִי Suphamitæ,Idem.num.26.c.39 σωφανί

שׁוּר σούρ Sur,Murus,autbos,vel aſpiciens. Syria dicitur,gen. 16.b.7,& 20.a.1. Solitudinis nomen eregione AEgypti,quæ & Etham dicitur,1.reg.15.b.7

צוּר σούρ Sur,Pater Cozbi Madianitidis illius quæ cũ Zambri interfecta eſt in genitalibus:qui quidem Sur princeps erat Madianitarum,nume. 25.d.15,& 31.a.8.ioſ.13 c.21.Fuit & nomen filii Abigabaon,1.par.8.c.30, & 9. f.36. & interpretatur Petra vel fortis, aut obſidens vel anguſtians, ſiue plaſmator vel figurator, aut ligatus vel ligans.

סוּר ὁδῶν Sur,4.reg.11.a.6,Receſſio ſiue rebellio.Nomẽ portæ in templo Salomonis.

צוּרִיאֵל σουριήλ Suriél,Petra Dei,ſiue fortitudo Dei, aut plaſmatio ſiue figuratio Dei,ſiue vinculũ aut colligatio Dei, vel obſidio Dei.Filius Abihaiel, princeps Moholitarum, nume.3.e.35

צוּרִישַׁדָּי σουρισαδδαί Suriſaddái, Petra vel fortitudo omnipotentis vel deuaſtãtis,aut plaſmatio ſiue figura omnipotentis vel deuaſtantis, aut vinculum ſiue obſidio omnipotentis vel deuaſtantis. Pater Salamiel principis tribus Simeon,nume.1.a.6

שַׁוְשָׁא σουσα Suſá, Vanitatis eleuatio, aut exultãs. Scriba quidã, de quo 1.para.18. d.16

שׁוּשַׁן σουσοί Suſán,Lilium vel roſa,aut lætitia.Metropolis Perſici regni,dani.8.a.2.A qua Suſiana regio apud Perſas nomen accepit,à DarioHyſtaſpis filio condita,Plinio lib.6.cap.27.Hallucinatur autẽ Plinius:nam condita erat Suſa antequã natus eſſet hic Darius. Straboni verò,Titoni Patris Memnonis eſt ædificium,cognominata Stephano à fontibus quibus locus abundat. Hac enim dictione ait in ea regione ita fõtem dici. Aurigallus vult dictã non aliter ac Florentiam aut Rhodum, à flore ſeu roſa:imò verò à liliis.Idẽ author legit perperã apud Stephanũ κρήνων pro κρίνων,dani.8.a.2.nehe.1. a.1.eſth.1.a.1.Lege Ioſephũ lib.10.cap.14,& lib.11.cap 5.antiquit.Iudaic.

שׁוּשַׁנְכָיֵא σουσαναχαῖοι Suſanachæi, Lilia vel roſæ, aut gaudium claudorum vel percutientium,1.eſd.4.b.9

σωσαννά Suſanna,Lilium vel roſa,aut lætitia.D. Vxor Ioacim, daniel.13.a.2.Eſt & nomen alterius mulieris quæ CHRISTVM ſequebatur,luc.8.a.3

סוּסִי σουσί Suſí,Equus,vel hirundo,aut tinea. Pater Gaddi,nume.13.a.12

שׁוּתֶלַח σουταλά. σουθαλά Suthála, Plantatio viriditatis vel humiditatis, aut potus humidus, ſiue ponens humiditatem vel viriditatem.Filius Ephráim,nume.26.d.35.Filius item Zabad filii Tahath,1.para.7.d.21

שֻׁתַלְחִי τοῦ σουταλά Suthalaitæ,Idem.nume.26.d.35

S Y

סְוֵנֵה συήνη Syené, Rubus:vel Syriacè,inimicitia. Vrbs in confinibus AEthiopiæ,ſupra Alexandriam, verſus Meridiem quinquaginta milia ſtadiorum,eze.29.b.10

Syluanus, Vide Siluanus.

συντύχη Syntyche,Colloquens,vel confabulans. G. Mulieris nomẽ. philip.4.a.2.Huius accuſatiuꝰ eſt Syntychẽ.

סִרָה σιέρ Syrá,Spina,aut olla vel lebes, ſiue rebellio, aut receſſio. Locus eſt qui ſecundum Ioſephum viginti ſtadiis ab Hebrone diſtat,2.reg.3.e.26

אֲרַמִּיָּה συρα Syra, In Hebræo eſt Aramiá, quæ mulierẽ de Arã, id eſt de Syria,ſignificat:& interpretatur Sublimis,vel excelſa,aut decipiens,1.par.7.b.14

Syracuſæ,Attrahens violenter. G. Vrbs Siciliæ ſub Pachinno monte,act.28.c.12 συρακοῦσαι

Syria,Hebraice dicitur Aram, & interpretatur excelſa vel ſublimis,aut decipiens, vel maledictio eorũ. Regio Aram dicta, ab Aram filio Sem, qui Arameos inſtituit,quos Græci Syros appellãt. Inde Syria quondam terrarum maxima,& pluribus diſtincta nominibus. Vide Meſopotamia. 2.regũ 8.b.5,& 4. reg.16.a.5. Syria eſt ad Orientem terræ Sanctæ,eſa.9.c.12 אֲרָם συρία

Syria ſoba, in titulo pſalmi 59. a.2.hebr. 60, ea eſt quæ Palæſthina dicitur. אֲרַם צוֹבָה συρία

Syriacus,2.mach.15.g.35 συριακός

Syriace,4.reg.18.e.26,& 1.eſd.4.b.7 συριστί אֲרָמִית

Syrophœniſſa, Attracta rubedo, vel attractio purpurea. G. marc.7.c.26 συροφοίνισσα

Syrtis, Attrahens,vel attractio. G. Arenoſa in mari magno loca,multum terribilia & metuẽda,eo quòd omnia ad ſe diripere ſoleant, & appropinquantes vadoſo mari hæreant. Hæ autem ad mare AEgyptiũ vicinæ ſunt,& pariter admiſcentur,act.27.c.26 σύρτις

Syrus, Hebraicè dicitur Aram,id eſt excelſa vel ſublimis,aut decipiẽs,ſiue maledictio eorũ, 2.reg.10.b.6 gen.22.d.21.amos 9.c.7 אֲרָם σύρος

T

TAbboth,Anuli vel circuli,aut ſubmerſi, vel bonũ tempꝰ,aut bona hora.Nomẽ viri,1.eſd.2.c.43 טַבָּעוֹת ταβαώθ

Tabée,Iugulatio, vel occiſio,aut coquus. Filius Nachor ex Roma concubina,gen.22.d.24 טֶבַח ταάβ

Tabeél, Bonus Deus. Nomen viri,1.eſdræ 4.b. 7. eſa.7.b.6 טָבְאֵל ταβεήλ

Tabelias,Intinctus à Domino,vel baptiſmus Domini,ſiue bonitas ipſi Domino. Nomen viri, 1. paral. 26.b.11 טְבַלְיָהוּ ταβελία

Tabernæ, Vide Tres tabernæ.

Tabitha,Dorcas,id eſt Damula,vel caprea. Syrum eſt,act.9.f.36.g.40 ταβιθά

Tabremon,Bonum malum granatum,ſiue bonitas excelſa vel ſublimis,aut vmbilicus præparatus vel numeratus, vel muneratus. Pater Benadad regis Syriæ, 3.reg.15.d.18 טַבְרִמֹּן ταβρεμών

Tacaſim,Hora vel tempus principis,ſiue nũc princeps. Ciuitas tribus Zabulõ,ioſ.19.b.13.Heb.Ita-caſin עִתָּה־קָצִין σίν

Tahath,Subter vel ſubtus, aut pauor ſiue formido: vel Syriacè,deſcẽſio. Filius Aſir filii Abiaſaph,1. par. 6.c.37.Filius Bared filii Suthalæ,1.par.7.d.20 תַּחַת θαάθ

Talitha cumi, Ex Syro & Hebræo, Puella ſurge, marc.5.d.41 ταλιθά κοῦμι

Tanis,Hebraicè dicitur Soan,& interpretatur mouens,vel motio,ſiue motus. Soan,maxima AEgypti ciuitas in oſtio Tanitico, vt Strabo libr. 17 indicat. pro hac vbique ferè Chaldæus interpres טנס vertit. nume. 13.d. 23. Eſt etiam Tanis altera, צען Soan etiam dicta Hebraicè: diſtat à Memphi authore Ioſepho, ſtadiis CLXXX. Hanc celebrant Sacræ literæ, vt pſal. 77. b. 12.e.43.hebr. 78.eſa.19. e.13.ezech.30.a.4,vbi dicitur, Dabo ignem in Taphnis. צֹעַן τάνις

Taphéth,Diſtillatio,aut gutta, vel paruula. Salomonis filia,3.reg.4.b.11 טָפַת ταφάθ

Taphné, Occulta tẽtatio vel fuga, aut coopertum vexillum:vel ex Hebræo & Syro,occultum miraculũ. Vxor Pharaonis regis AEgypti,3.reg.11.d.19 תַּחְפְּנֵיס ταχφενής

Taphnis,ezech.30.d.14, vbi legitur, Ignem in Taphnis:lege Tanis צֹעַן τανή

Taphnís, ezech.30.e.18,vbi legitur,In Taphnis nigreſcet dies. Hebraicè legitur Thaphnches. Videtur ca- תַּחְפַּנְחֵס τάφνας dem vrbs eſſe quæ & Tanis altera.

תחפנחס Ταφνὴς Taphnes, ſiue Taphnis, Operimentum confidẽtiæ vel protectionis, aut occulta confidentia vel protectio. Ciuitas AEgypti, de qua ierem. 2.d.16, & 43.c.7, & 8.b.9, & 44.a.1, & 46.d.14

תענך Θαναάχ Tanách, Confringens te, vel humilians te, ſiue reſpondens tibi. Nomen vrbis in tribu Aſer. iudic.1.f.27 Vide Thanach.

טפסר βελοστάσεις Taphſár, Princeps, vel exercitus, ſiue paruulos auferens, aut diſtillationem vel guttam auferens. Nomen appellatiuum quod interpres putauit eſſe propriũ regionis, ierem.51.c.27

תפוח ταπφοῦ Taphúa, Pomum, vel inflatio aut inſufflatio, vel illaqueatio. Villa, terminꝰ Palæſthinæ ad AEgyptũ, procul XIIII.M. à Raphaim. Eſt & altera Taphua terræ Manaſſe, ioſ.12.d.17, & 15.e.34, data filiabus Salphaad, ioſ. 17.b.7. Filius Hebron, 1.par.2.f.43

Ταρσοῦς Tarſenſes, Alati, vel pennati. G. 2.mach.4.c.20

Ταρσεύς Tarſenſis, Idem. ſ.n. G. act.21.g.39

Ταρσός Tarſus, Alata vel pennata. G. Metropolis Ciliciæ regionis, vnde Paulus apoſtolus, act.21.g.39, & 22.a.3. Vide Tharſis.

TE

טבחת Τεβάθ Tebáth, Iugulatio, vel occiſio, aut coquus, ſeu bene formidans, vel bene confractus. Nomen vrbis, 1.paralip.18.b.8

טבת Τεβάθ Tebbáth, Bona vel bonitas. Nomẽ loci, iud.7.g.23.

טבעות Τεβαώθ Tebbaóth, Anuli, vel circuli, aut ſubmerſi, ſeu bonum tẽpus, vel bona hora. Nomen viri, 2.eſd.7.e.46

טבת Τηβὴθ Tébeth, Idem. Nomen menſis. eſth.2.c.16

תחנה Θεεννά Tehinná, Deprecatio, aut miſericors, ſiue gratioſus, vel gratia. Filius Eſthon, 1.para.4.b.12

טלם Τελέμ Télem, Agnus, ſiue ros eorũ: aut Syriacè, Vmbra eorum. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.e.24

טלמון Τελμών Telmón, Ros præparatus, vel roris præparatio, aut roris munus, vel ros numeratꝰ: aut ex Syro & Hebræo, vmbræ præparatio vel munus. Nomen viri. 1.paral. 9.c.17, & 1.eſd.2.c.42, & 2.eſd.11.c.19

מסה Tentatio, Nomen loci quod & Iurgium dicitur, exod.17.b.7. Vide Maſſa.

טרפליא Τερφαλαῖοι Terphalæi, Raptores fatigati vel laborioſi, aut ſeries miraculoſa vel ruinoſa: aut ex Syro & Hebræo, Mons vel cuſtos miraculi vel ruinæ, aut folium arboris. Populi, 1.eſd.4.b.9

Terra viſionis, Vide Moria.

Τέρτιος Tertius, Latinum eſt. Nomen viri, rom.16.d.22

Τέρτυλλος Tertullus, Falſa annuntians, vel mendax, aut monſtroſus. G. Nomẽ oratoris cuiuſdam, accuſatoris Pauli, act.24.a.1

Tethron, Vide Cithron.

TH

תחש Τόχος Tháas, Hyacinthinus, vel feſtinans, aut ſilẽs. Filius Nachor ex Roma cõcubina, ge.22.d.24. Heb. Thahas.

תבור Θαβώρ Thabór, Electio, ſiue puritas: aut Syriacè, contritio vel confractio. Mons eſt altiſſimus in medio Galilææ campo, mira ſublimis rotunditate. Nam eius altitudo (vt lib.4. Egeſippus ait) XXX eſt ſtadiorum: vertex autem ipſe campeſtris, XXIII ſtadiis iacet. iere.46.d.18. Situs eſt hic mons ad Occidẽtem terræ Sanctæ, vnde pro Occidẽte ponitur, pſal.88.b.13. heb.89. Chald. Paraphraſtes. Ciuitas in tribu Zabulon Leuitis data, 1.para.6.g.77. & 1.reg.10.a.3

תדעל Θαργάλ Thadál, Conterens iugum, ſeu ſcientia eleuationis vel aſcenſionis. Rex Gentium, gen.14.a.1

Θαδδαῖος Thaddæus, Laudans, ſiue confitens. D. Vnus ex apoſtolis, matth.10.a.3: qui ibidem iuxta lectionem Græcam dicitur Lebbæus, marc.3.c.13

תחן Θαάν Tháhan, Deprecans, aut miſericors, ſiue gratioſus vel gratia. Filius Thale, 1.par.7.e.25

תחת Θαάθ Tháhath, Subter vel ſubtus, aut pauor ſiue formido: vel Syriacè, deſcẽſio. Viceſimatertia Iſraelitarum mãſio, num.33.d.26. Nomen item viri, 1.paral.6.c.37, & 7.d.20

Λασαία Thalaſſa, In Græco eſt Laſæa: & interpretatur ſpiſſa, vel prudẽs. G. Ciuitas eſt litoralis Cretæ, haud procul à loco qui Boni portus dicitur, act.27.b.8

תלשר Θαλασσάρ Thalaſſár, Suſpenſio principis, vel tumulus principis: aut ſuſpendens canticum, vel tumulus canẽtis. Regio Syriæ quam incoluerunt filii Eden, eſa.37.c.12. Appellatur & Thelaſſar, 4.reg.19.c.12 תלאשר

תלח Θαλά Thále, Humectatio, aut viriditas, ſiue humectãs aut vireſcens. Nomen viri, 1.par.7.e.25

תמר Θάμαρ Thamár, Palma, vel dactylus, ſiue commutatio vel permutatio, aut amaritudo. Vxor Her primogeniti Iudæ, gen.38.a.6. Eſt & vrbs Syriæ nobilis, quæ nũc Palmyra dicitur, olim à Salomone conſtructa, ezech.48.d.28. Hæc ab Hadriano principe, Hadrianopolis. Filia item Dauid, 2.reg.13.a.1, & 1.para.3.b.9. Sic vocabatur & filia Abſalom, 2.reg.14.f.27

תמנע Thamná, Vetita ſiue prohibita, aut perfecta vel cõſummata commotio. Concubina Eliphaz filii Eſau, ge.36.b.12. In 1.par.1.c.36, legitur inter filios Eliphaz. Soror Lotan filii Seir Horræi. Ciuitas Idumæorum, gene.36.d.40

תמנה Θαμνά Thamná, 2.para.28.c.18. Imago vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriacè, conſtituens. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.g.57

Thamnas, Idem. gen.38.c.13

Θαμναθά Thamnatha, Idem. iudic.14.a.1

תמני Θαμναθαῖος Thamnathæus, Idem. iudic.15.b.6

תמנת־סרח Θαμναθασαρά Thãnath-ſára, ſiue Thãnath-ſáre, Figura vel imago extenſa, vel remanens aut fœtens, ſiue numeratio reſidua, aut numeratio extenſionis vel fœtoris: aut ex Syro & Hebræo, conſtituta extenſio vel fœtor, aut ſtatuta reſiduitas. Ciuitas in mõtanis Ephráim, ab Iſraelitis Ioſue duci, tanquam hæreditaria hæreditas attributa, ioſ.19.d.50, & 24.g.30. eadem quæ & Thamnathhares, per literarum tranſpoſitionem.

תמנת־חרס Θαμναθαρές Thamnath-háres, Imago vel figura ſolis, aut imago vel figura teſtea vel fictilis, aut numerus ſolis vel teſtæ: aut ex Syro & Hebræo, cõſtitutus ſol vel teſta. Eadem vrbs quæ Thamnath-ſára vocatur, iudic.2.b.9

תענך Θαανάχ Thanách, Cõfringens te, vel humilians te, ſiue reſpondẽs tibi. Ciuitas, 3.reg.4.b.12. & 1.par.7.f.29: data dimidiæ tribui Manaſſe, ioſ.21.c.25. iudic.1.f.27, & 5.c.19. Vocatur & Thenach, ioſ.17.c.11, iiſdem punctis & conſonantibus.

תאנת־שלה Θηνασηλώ Thanáth-ſeló, Ficum, vel ficulneam diſſoluens vel diſcalceans vel decorticans, ſeu ficulnea errãs vel mẽtiens, aut ficulnea abundantiæ vel pacis, ſeu occaſio erroris vel mẽdacii: aut occaſio (ſ. eſt) abũdantia vel pax. Nomen loci, ioſ.16.b.6

תנחמת Θανεμαάθ Thanehúmeth, Conſolatio, vel pœnitentia, aut doni lagũcula vel murus, ſiue donum indignationis vel caloris, aut requies mortis. Pater Saraiæ, 4.reg.25.f.23 ierem.40.c.8

תפסח Θαψά. Θηφθά Thaphſá, ſiue Thapſai, Tranſitus, vel claudicatio, aut paſcha, id eſt locꝰ vbi paſcha fit. Ciuitas, 3.reg.4.c.24, & 4.reg.15.c.16. Hebraici interpretes dicunt eſſe nomen regionis ſitæ trans Euphratem ad Occidẽtem Iudææ, 3.reg.4.c.7

תארע Θαρεά Thara, Vlulans, aut malefaciens, vel cubiculum malitiæ, aut cubiculum paſtoris vel ſocii: aut Syriacè euentus, ſiue terreſtris vel inferior. Filius Micha filii

Meribbáal,1.paralip.8.d.35

תַּחְרֵעַ θαραά Thara,1.paral.9.g.41,Ira, vel contentio praua,aut ira vel contentio ſocii vel paſtoris.Filius Micha.

θάρρα Thara,eſth.12.a.1,Idē quod Thares,quod interpretatur hæres,aut miſer vel exul.D.

תִּרְהָקָה θαρακά Tharacá,Explorator,vel contemplator obtuſus,ſiue legis hebetudo aut impedimentũ, vel turturis obtuſio vel hebetudo.Rex AEthiopiæ, 4.reg.19.b.9.eſa.37.b.9

תַּרְחֲנָה θαρανά Tharaná,Explorator,vel contemplator gratiæ vel miſericordiæ:aut turtur gratiæ vel miſericordiæ.Fili⁹ Caleb,ex Maacha concubina,1.paral.2.f.48

תֶּרַח θαρέ Tháre,Odorans,vel ſpirans,aut abigēs.Filius Nachor,geneſ.11.c.24.Nomen loci,nume.33 d.27

תַּרְאֲלָה θεραλά Tharelá, Exploratio, vel turtur maledictionis,aut turtur fortitudinis vel ilicis, aut explorãs ilicē vel fortitudinē.Ciuitas in tribu filiorũ Bēiamim,ioſ.18.d.27

תֶּרֶשׁ Tháres,Hæres,aut miſer,vel exul. Eunuchi nomē, eſth.2.d.21.non legitur apud ſeptuaginta.

Tharſæa,Vide Thraſæa.

תַּרְשִׁישׁ θαρσεῖς Tharſis,Contemplatio gaudii, vel exploratio marmoris,aut turtur gaudii,ſiue chryſolithus lapis, ſ.pretioſus,aut mare.Filius Iauan,gene.10.a.4.Eſt& nomē regionis,Cilicia olim dictæ,à Tharſis filio Iauã,3.reg.10.d.22. pſal. 71.c.10. heb.72.eſa.2.c.16.ezech.10.b.9. vnde eius regionis metropolis, θ mutata in τ, Tarſus nomen obtinuit.In actis igitur apoſtolicis vbique ſcribe hãc dictionē abſque aſpiratione.Vide Tarſus.Quidam volũt Tharſin nonnũquam Mare mediterraneũ ſignificare apud Ionam prophetam, & pſal.71.b.10. heb.72. At eſa.23.a.1, & ierem. 10.b.9, capitur pro Aphrica,teſte Ionathan.Quidam capiunt pro mari,eſa.60.b.8. Alii in Iona,cap.1.a.3, capiũt pro Tuneto aut certè Carthagine vrbibus Aphricæ.

תַּרְתָּק ταρθάκ Tharthác,Concatenatus,ſiue retruſus,vel concluſus.Idôlum Heuæorum,4.reg.17.f.31

תַּרְתָּן θαρθάν Thartan,Explorans, vel contemplans donum,aut turturis donum,vel lex ipſarũ.Nomen principis,eſa.20.a.1,& 4.reg.18.c.17

θασσί Thaſſi,Oblitus,vel obliuiſcens,aut debitor.D. Filius Mathathiæ filii Iohannis,1.mach.2.a.3

תַּתְּנַי θαθθαναΐ Thathanái, Donans, vel donator. Nomen viri, 1.eſdr.5.a.3

תָּו σημεῖον Tháu,Signum,ezech.9.b.4.c.6

תֵּבֵץ θηβής Thebés, Cœnoſus, aut ſericeus, vel ouum:aut Syriacè,lineus. Vrbs terræ Chananææ,iudic.9.g.50, & 2.reg.11.c.21

תִּבְנִי θαβνί Thebni,Palea,aut fœnum: vel intelligens,aut filiatio.Filius Gineth,3.reg.16.e.21

תְּקֵל θεκέλ Thecel,Appenſio,daniel.5.g.25

תְּקוֹעַ θεκουέ θεκοί Thecúa,Tuba,vel clãgor,aut fixa. Ciuitas in Iuda, ſex miliaribus à Beth-lehem diſtans, à Roboam conſtructa,2.reg.14.a.2,& 23.d.26,&1.paral.4.a.5, & 2.paral.11. b.6,& 20.d.20.ierem.6.a.1.

תִּקְוָה θεκουέ Thecuá, Spes,vel funiculus,aut linea, vel congregatio.Pater Sellum mariti Holdæ prophetidis,4.reg.22.c.14:qui Thecuath 2.paral.34.e.22 dicitur. Pater item Iaaziæ,1.eſdr.10.c.16

תּוֹקְהַת θεκωέ Thecuáth, Signum,vel figurationem aſſumēs.Pater Sellum mariti Holdæ prophetidis, 2.para.34.e.22: qui 4.reg.22.c.14,dicitur Thecua.

תְּקוֹעִים Thecueni, Tubæ,vel clangētes,aut fixi.2. eſd.3.b.5, & f.27 θεκωείμ

תְּקוֹעִי Thecuites,Idem.ſ.n.1.paral.11.f.28,&27.b.9 θεκωίτης

תְּקוֹעִית Thecuitis,Idem.fœ.gen.2.reg.14.a.4 θικουΐτις

תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר θεγλάθ φαλασάρ Thegláth-phaláſar, Captiuitatē miraculoſam vel ruinoſam abſtulit vel ligauit: aut ex Hebræo & Syro, captiuitatem miraculoſam vel ruinoſam prohibuit. Rex Aſſur,4.reg.15.f.29

תַּחַן θαναί Théhen, Deprecans, aut miſericors, ſiue gratioſus, vel caſtrametans.Filius Ephráim,nume.26.d.35

תַּחֲנִי Thehenitæ,Idem.p.n.nume.26.d.35 τοῦ θαναΐ

תְּלַאשָּׂר θαλασσάρ Thelaſſar,Coaceruationem, vel ſuſpenſionem auferens,aut coaceruationis vel ſuſpēſionis receſſus.Regio Syriæ, 4.reg. 19.c.12. Eadem dicitur & Thalaſſar, eſa.37.c.12

תִּלְּגַת־פִּלְנְאֶסֶר Thelgath-phalnaſar, Niuem cadentem prohibens: vel ligans,ex Syro & Hebræo. Rex Aſſyriorum,1.par.5.a.6,d.26,& 2.paral.28.d.20 θεγλάθ φαλασάρ

תֵּל־חַרְשָׁא θελαρησά Thel-harſá,Coaceruatio,vel ſuſpēſio aratri vel ſurditatis aut ſilētii,ſiue artificii vel teſtæ:aut ex Hebræo & Syro,aceruata vel ſuſpenſa ſylua.Nomē loci,1.eſd.2.c.59,& 2.eſd.7.f.61

תֵּל־מֶלַח θελμελέχ θελμαλέχ Thel-méla, Aceruus ſalis, vel nautæ, aut ſuſpenſio vel appenſio ſalis vel nautæ.Nomen loci,1.eſd.2.c.59, & 2.eſd.7.f.61

תֵּימָא θημάν Thema,Admiratio, vel conſummatio, aut Auſter. Filius Iſmaelis, geneſ.25.b.15. Eſt & nomē loci,de quo iob 6.c.19,& iere.25.e.23

תֵּימָא θαιμάν Théma, 1.eſdr.2.c.53, & 2.eſdr.7.e.55, interpretatur Delens,vel radens,aut abſtergens: vel Syriacè, percutiens.Nomen viri.

תֵּימָן θημάν Themán,Auſtralis,vel Aphricus,aut cõſummatus, vel perfectus:aut Syriacè,ibi. Ciuitas principum Idumæorum, quæ à Theman filio Eliphaz ex Ada vxore nomen accepit, geneſ.36.d.15.iere. 49.d.20.Filius Eliphaz filii Eſau ex Ada,gene.36.b.11

תֵּימְנִי θημανεῖ Themaní, Perfectiſſimus, vel Auſtralis: aut Syriacè,conſtitutus.Filius Aſhur ex Naara vxore, 1.par.4.a.6.Nomen loci,1.paral.1.d.44

תֵּימָנִי Themanites,Idem.iob 4.a.1 θαιμανίτης

תִּמְנָתָה θαμνά Themná, Imago,vel figura, aut numeratio vel numerans:aut Syriacè,cõſtituta.Ciuitas maxima in tribu Dan,ſita in monte Ephraim contra Septentrionalem plagam Liddæ, intérque AEliam & Dioſpolim. Inde ſub imperio Romano dicta eſt præfectura Thãnitica,ioſ.19.d.43

תַּעְנָךְ θανάχ Thenách,Confringens te, vel humilians te, aut reſpondēs tibi.Ciuitas in tribu Manaſſe,ioſ.17.c.11. Eadem quæ Thanach appellatur: apud Hebræos iiſdem punctis & conſonantibus ſcribuntur.

Theodas,act.5.f.36,legendum Theudas.

θεοδότος Theodotius, Dei datio, vel Deo datus.G. Nomen viri,2.machab.14.c.19

θεόφιλος Theophilus,Amicus Dei,vel Deo dilectus. G.Vir ad quem ſcribit Lucas,luc.1.a.3

תְּרָפִים θεραφίν Theraphim,Simulachra, ſpeciem humanam referentia, iudic. 17.b.5: vel ſtatuæ,aut figuræ, vel imagines,oſee 3.b.4

תִּרְצָה θερσά Therſá,Complacens,vel volens,aut ſuauis,vel currens.Ciuitas eſt in alto ſita mõte, qua Iſraelitarum reges ante conditam Samariam,pro regia vſi ſunt,3.reg.14.e.17,& 4.regũ 15.c.14. Fuit & Salphaad filia eiuſdē nominis,nume.26.d.33

תִּשְׁבִּי θεσβίτης Theſbites,Captiuans,vel conuertens,aut ſedēs,vel habitans.Qui eſt ex Theſba,ſiue Thiſba,3.reg.17.a.1

θεσσαλονίκη Theſſalonica, Dei altera victoria, aut ſitus ſiue poſitio alterius victoriæ. G. Ciuitas Macedoniæ, prius Halia nuncupata,act.17.a.1

θεσσαλονικεῖς Theſſalonicenſes,Idem.p.n.G.act.2.a 4.

θεσσαλονικεύς Theſſalonicenſis,Idem.ſ.n.G.act.27.a.2

θευδᾶς Theudas, Fluens aqua. G. Nomen viri, act.5.f.36, is Iudæos ſeduxit.

תִּיכוֹן θιχών Thichón, Medius,vel intermedi⁹, aut præparatio.

Nomen pagi,ezech.47.c.16

תִּילוֹן θιλών Thilón,Murmuratio,ſiue aceruus eius, aut ſuſpenſio eius.Filius Simon,1.para.4.d.20

Thirſa,vide Therſa.

תִּירָס θειράς Thirás,Demolitor, ſiue deſtructor, aut irrorãs vel irroratus.Filius Iapheth,gen.10.a.2.A quo Thirenſes, quos Græci Thraces vocant.

תִּרְיָא θειά Thiriá, Exploratio, vel contemplatio. Filius Ialeleel,1.para.4.c.16

תֹּכֶן ἐθεκέν Thóchen,Mediũ, vel intermedius, aut præparatus. Ciuitas,1.para.4.f.32

תֹּגַרְמָה θεργαμά Thogormá,Oſſeus,vel robuſtus, ſiue incolatus nimius,aut peregrinus valde,vel timẽs valde,ſeu anxioſa celſitudo.Filius Gomer,gene.10.a.3,& 1.paral.1.a.6. Ab hoc Tygranæi,qui à Græcis Phryges dicuntur,denominati ſunt. Vnde Hebræis Turcæ nominantur, ezech.27.c.13.Quidam Germanos interpretantur.

תֹּחוּ θωκέ Thóhu, Viuens, vel nuntians.Filius Eliu patris Ieroham,1.reg.1.a.1

תּוֹחַ θοῦ Thóhu, Telum,vel iaculum.Filius Suph filii Elcanæ,1.para.6.c.34.Heb.Thoah.

תּוֹלָע θωλά Tholá, Vermis,aut vermiculus, vel coccus aut coccineus.Filius Iſſachar,geneſ. 46.b.13.nume.26.c.23,& 1.para.7.a.2.Filius item Phua,dux in Iſrael, iud.10.a.1

תּוֹלָד θολάδ Tholád,Natiuitas,vel generatio.Ciuitas Simeonis, 1.para.4.c.29

תּוֹלָעִי θωβαεί Tholaitæ, Vermes, aut vermiculi, vel coccus, aut coccinei.nume.26.c.23

תַּלְמַי θολμί θαλμαΐ Tholmái, Sulcus eſt qui fit cum aratro:aut ſuſpendens aquas,vel coadunatio aquarum.Filius Enac, ioſ. 15.d.14. iudic. 1.b.10.nume.13.c.23. Rex Geſſur,2.reg. 3.a.3,& 1.para.3.a.2

θολμί Tholomai,Idem.Filius Ammiud rex Geſſur,2.reg. 13.g.37

θωμᾶς δίδυμος Thomas,Geminus,à תאם geminauit:& Græcè didymus appellatur,quod interpretatur gemellus, id eſt ille qui cum alio,vno & eodem partu naſcitur. D.vnus ex Apoſtolis,matth.10.a.3.iohan.11.b.16

תֹּפֶל τοφάλ Thóphel,Ruina,aut ſtultitia, ſiue inſulſitas,aut inſipiditas. Locus eſt in deſerto trans Iordanem eregione Iericho,vbi Moſes quintum librũ edidit,deut.1.a.1

תֹּפֶת τοφέθ Thópheth,Tympanum,vel ſeductio, aut dilatatio. Locus eſt in valle filii Ennó,4.re.23.c.10: qui cernitur in Ieroſolymæ ſuburbanis,vbi quondã parentes filios igni exuſtos deuouebãt,& immolabãt dæmonio Moloch,eſa.30.g.33.iere.7.g.31,& 19.b.6,c.11,&12.d.13.14

τφώ Thopo,Locus.G.Nomen loci,1.mach.9.e.50.Scribe Topo,vel Tepho

תִּיצִי θωσί Thoſaites, Diſſipatio, vel diſſipatus,aut exiẽs,1.paralip.11.g.45

תֹּעוּ vel תֹּעִי θοῦ Thóu,Errans.Rex Emath,2.reg.8.c.9,& 1.paralip. 18.c.9

θρᾶκες Thraces,Aſperi,vel ſaxoſi.G.Populi,2.mac.12.f.35

θρασέα Thraſea, Audax,vel temerariꝰ.G.2.mach.3.a.5.vbi malè legitur Tharſææ

תֻּבַל θοβέλ Thubal,Orbis,vel mũdanus,aut cõfuſio vel ignominia,ſeu portatus vel adductus.Filius Iapheth, gene. 10.a.2. A quo Iberes (licet quidam Italos ſuſpicentur) originem traxerunt,ezech.27.c.13

θυάτιρ Thyatir, Odor,ſiue ſacrificium laboris vel contritionis.G.Vrbs Lydiæ regionis in Aſia minore: Macedonum habitatio, quam nõnulli Myſorum vltimam dicunt,apoc.1.c.11,& 2.g.24

θυατεῖρη Thyatireni,Idem.p.n.act.16.c.14

T I

τιβεριάς Tiberias,Bona viſio, vel vmbilicus,aut confractio. D.Vrbs Galilææ ad mare ſita,quod ab ipſa ciuitate appellatur mare Tiberiadis. iohan.6.a.1,& Lacus Geneſareth,Vide Genezar.Hanc ciuitatem olim Cenereth appellatam , Herodes Tetrarcha in honorem Tiberii Cæſaris cõdidit, & Tiberiadem vocauit, teſte Ioſepho lib.18.capite 4,antiquit.Iudaic.& Egeſippo lib.2.cap. 3. iuxta quem Dominus ſtupẽdo miraculo pauit ferè quinque milia hominũ quinque panibus, iohan.6.a.1

Tiberius,Idem. D.Imperator quidam apud Romanos,luc.3.a.1 τιβέριος

Tigris, Hebraicè dicitur Hidécel , & interpretatur acumen velocitatis,aut acutus ſonitus vel vox, ſeu lætus ſonitus, vel læta velocitas: aut ex Syro & Hebræo, vna vox,vel vniſonꝰ, aut vnica velocitas.Fluuius qui Meſopotamiam amplectitur, & in Armeniæ maioris regione caput tollit,mirè quàm lucido,conſpicuóque fõte in loco edito, qui Elógoſine nominatur, Euphrátem in ſinum defert Perſicũ cum amne Coaſpe. Hæc Solinus.gene.2.c.14 חִדֶּקֶל τίγρις

Timæus , Cæcus vel cæcitas. D. Pater Bartimæi, marc.10.g.46 τιμαῖος

Timon,Honorabilis,vel pretioſus.Nomen diaconi cuiuſdam,act.6.b.5 τίμων

Timótheus.Honor Dei,vel honorans Deũ,aut pretioſus Deo.G.Diſcipulus quidã Paulo charus,de quo act.16.a.1,& 1.mach.5.a.6 τιμόθεος

Titan,Iudith 16.b.8,Nomen populi. τιτάνες

Titus, Honorabilis. G.Nomen viri, cognomento Iuſti,act.18.b.7 τίτος

T O

Tob,Bonus,ſiue bonitas. Nomen terræ ad quam fugit Iepthe,iudic.11.a.3. Veriſimile eſt eſſe in tribu Gad: fugere enim noluit ad alienigenas Ammonitas, vel Geſſuri. טוֹב τώβ

Tob-adoniás,Bonus dominator Dominus, aut bona baſis Domini.Nomen viri,2.para.17.b.8 טוֹב־אֲדוֹנִיָּה τωβαδωνία

Tobiá, ſiue Tobias, Bonus Dominus,ſiue bonitas Domini. Nomen viri,1.eſd.2.c. 60.zach. 6.d.14,& 2. paral.17.b.8 טוֹבִיָּה τωβίας

Toparchia,Territorium.G.1.mach.11.c.28 τοπαρχία

T R

Traconitis,Saxoſa,vel aſpera.G.Syriæ regio, quæ & Ituræa dicta eſt, iuxta Arabiæ deſertum, quod Boſræ iungitur contra Auſtralẽ plagam, quaſi ad Damaſcum reſpiciens , cui præerat Philippus frater Herodis procuratoris Galilææ,luc.3.a.1 τραχωνῖτις

Tres tabernæ,Loci nomen iuxta Romã,act.28.d.15 τρεῖς ταβέρναι

Tripolis,Trium ciuitatum,ſ.regio.2.mach. 14.a.1 τρίπολις

Troas,Perforata.G.Ciuitas Aſiæ,maritima,eadem Antigonia dicta,act.16.b.8 τρωάς

Trophimus,Nutritus,vel educatus.G.Vir Epheſiꝰ, act.20.a.4,& 21.f.29 τρόφιμος

Troglodytæ,Hebraicè dicitur Suchiim,& interpretatur vncti vel vngentes,aut cooperti vel obumbrati, id eſt in tabernaculis vel tuguriis habitantes. Populi, 2.para.12.a.3 סֻכִּיִּים σουχιείμ

Tryphæna,Delicioſa,vel delicata.G.Mulier,rom. 16.b.12 τρύφαινα

Tryphon,Delicioſus,vel delicatus.G.Virquidam, 1.mach.11.d.39 τρύφων

Tryphoſa, Delicioſa,vel delicata. G. Mulier,rom. 16.b.12 τρυφῶσα

T V

Tubal-cáin,Mundana poſſeſſio, vel æmulatio, aut mundi nidus, ſeu confuſionem poſſidens, vel ignominiam æmulans.Filius Lamech ex Sella vxore ſua,gen. 4.d.22 תּוּבַל־קַיִן θοβέλ;

Tubianei,Paleæ,vel paleati, aut bene reſpondentes, τυβιανοί vel bene gratificantes. D. Arabes, iidem Nabathæi, 2. mach.12.c.17, legendum Tubiaeni.

τουβίν Tubin, Bene menſurata, vel bona menſura, aut bonum vinum. Nomen loci. D.1.mach.5.b.13

T Y

τυχικός Tychicus, Caſualis, vel contingẽs. G. Vir Aſianus, act.20.a.4.coloſſ.4.b.7

τυφωνικός Typhonicus, Turbulẽtus, vel tempeſtuoſus. Vnus è ventis ſubitis ac repentinis nomine τύφων, act.27.c.14

τύραννος Tyrannus, Imperans, vel princeps. G. Eſther 6.c.9. act.19.b.9

צרים τύριοι Tyrii, Hebraicè dicitur Sorim, & interpretatur tribulantes, ſiue obſidentes, aut anguſtiantes, vel ligantes, ſiue vinculati, vel figurantes, aut plaſmantes, ſiue fortes, vel petræ.2.eſd.13.c.16.act.12.d.20

צרי τύριος Tyrius, Idem, ſ.n.3.reg.7.b.14, & 2.para.2.c.14

צור τύρος Tyrus, Hebraicè dicitur Sor, & interpretatur tribulatio vel obſidio, ſiue anguſtia, aut vinculum, vel colligatio, ſeu plaſmatio, aut figuratio, vel fortitudo, aut petra. Ciuitas maritima, munita, metropolis Phœnices. quondam inſula ſeptingentis paſſibus diuiſa à Continente, mari præalto: ſed vix credibili opere, comportatis aggeribus, per Alexandrum Magnũ adiuncta Continenti. Eſt in tribu Nephthali, viceſimo fermè milliario à Cæſarea Philippi, ioſ. 19.b.29. eſa. 23.a.1. matth. 11.c.21

V

βαγώα VAgao, Interior, vel intimus, aut elatus vel eleuatus, ſiue corporeus. D. Nomẽ viri, iudic.12.b.10

ויקרא Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici, ſic vocatus ab Hebræis: quia ſic incipit.

וידבר Vaiedabber, Et loquutꝰ eſt, ſiue loquutúſque eſt. Liber Numerorum: quia ſic incipit.

ויזתא βαϊζαθά Vaiezathá, Aſpergẽs thalamum, vel cubiculum: aut ex Syro & Hebræo, Væ oliuæ. Filius Aman filii Amadátha. eſth.9.b.9

גיא שמנים Vallis pinguium, Heb. גיא שמנים: Nomen loci, Vide Gethſemani.

גיא מלח Vallis ſalinarum, 2.re.8.d.13. Vide Gemelli. γεμελέχ

עמק השדים φαράγξ Vallis ſylueſtris, ſiue campeſtris, Hebraicè ע Emec haſſidim, vallis eſt quæ poſtea palus effecta, lacus Aſphaltis cœpit vocari, vt ait Ioſephꝰ: cui cõſentit quod R. Selomoh ſcribit in Geneſin, his verbis, עמק השדים, vocatur vallis camporũ, quòd ibi eſſent campi multi. Nunc autem eſt mare ſalſum: nam ſucceſſu tẽporum diffudit ſe mare in medium eius, & facta eſt mare ſalſum. gen.14.a.3

וניה ὀυανία Vaniá, Nutrimentum Domini, ſiue arma Domini. Nomen viri, 1.eſd.10.d.36

ופסי ἀβί Vapſí, Fragmentum, vel particula, aut diminutio, vel diminutus. Pater Nahabi principis tribus Nephthali, nume.13.b.15

ושני καὶ ὁ δεύτερος Vaſſeni, Secundus, vel dualis, ſiue mutatus, aut coccineus, vel dens, aut annus meus. Primogenitus filiorum Samuelis, 1.para.6.b.28

ושתי ἀσί Vaſthí, Bibens, vel potans, aut duplicans vel ponẽs, aut ſtamen. Vxor Aſſueri regis, eſth.1.b.9

V B

אוביל ὠβίλ Vbíl, Adductus, vel portatus, aut luctuoſus vel veteraſcens. Nomen viri, 1.para.27.d.30

V E

אואל ὀυήλ Vel, Aut Deus, ſiue aut fortis, vel deſiderans, aut cõcupiſcens Deum. Nomen viri, 1.eſdr.10.d.34

ואלה שמות Velle-ſemoth, Secundus liber Legis: & interpretatur, Et hæc nomina: quia ſic liber ille incipit in Hebræo. Græcè autem Exodus vocatur, id eſt exitus: quia in eo filiorum Iſrael exitus de AEgypto continetur.

V L

Vlái, Fortitudo, vel ſtultitia, aut forſitã. Nomẽ fontis, vnde flumẽ Vbal oritur iuxta Danielem, cap.8.a.2 אולי ὀυλαΐ

Vlám, Veſtibulum, vel porticus, aut fortitudo vel ſtultitia eorũ. Filius Sares filii Machir, 1.paral.7.d.16. Primogenitus Eſec, 1.para.8.d.39 אולם ὀυλάμ

V R

Vr, Ignis, vel lumen, aut lux. Significat etiam vallẽ. Vrbs Chaldæorum, ſic dicta (vt quidam volunt) quòd in valle ſita ſit: vnde Nachor, gen.24.b.10: & Thare pater Abraham, gen.11.d.31. Sic dicebatur pater Eliphal, 1.para.11.g.35 אור χώρα οὔρ

Vrbanus, Latinum eſt. Adiutor Pauli in euãgelio, rom.16.b.9 οὔρβανος

Vrbs, ſiue ciuitas palmarum, deut.34.a.3.iudic.3.b.13, quæ & Iericho dicitur, 2.paralip. 28.c.15 עיר התמרים πόλις τῶν φοινίκων

Vrí, Ignis, vel lumen, aut lux. Filius Hur filii Caleb ex Ephrátha vxore, 1.para.2.c.20. Pater Gaber, 3.reg. 4.b.19 אורי ὀυρεί

Vriá, ſiue Vrias, Ignis Domini, ſiue lumen Domini, aut lux Domini. Sacerdos quidam, eſaiæ 8.a.2, & 4. reg. 16.b.11. Propheta, filius Semei, de Cariath-iarim, ierem.26.f.20. Maritus Beth-ſabee, 2.reg.11.a.3, & 1.paralip.11.g.41 אוריה ὀυρίας

Vriél, Ignis Dei, aut lumen Dei, ſiue lux Dei. Pater Maacha ſiue Michai matris Abiam regis Iuda, 2.para. 13.a.2: qui 3.reg.15.a.2, dicitur Abeſſalom. Filius Thahath, 1.para.6.b.24 אוריאל ὀυριήλ

V T

Vthái, Peruerſitas, aut hora, vel tẽporalis. Viri nomen, 1.eſd.8.b.14 עותי ὀυθαΐ

V Z

Vzál, Ambulans, ſeu velificãs, aut diſtillans. Filius Iectan, gene.10.d.27 אוזל αἰζήλ

X

XAnthicus menſis, eſt menſis Aprilis. G. 2.mach. 11.g.30 ξανθικός

Z

ZAbad, Dos, ſiue dotatus. Filius Nathan filii Hethæi filii Seſan, 1.para.2.e.36, & 2.para.24.g.26, & 1.eſd.10.d.27, & 33. Filius item Thahath, 1.par.7.d.20. Filius Ooli, 1.para.11.g.41 זבד ζαβάδ

Zabadæi, Idem.p.n.D.1.mach.12.e.31 ζαβαδαῖοι

Zabadias, Dos Domini, ſiue dotauit Dominus, aut dotatio Domini. Filius Beriæ, 1.para.8.b.15, & 27.a.7 זבדיה ζαβαδία

Zabbái, Fluxus, ſiue fluẽs. Nomẽ viri, 1.eſd.10.d.28 זבי ζαβοῦ

Zabdí, Dos, vel dotatus, ſiue fluxus abundantia. Pater Charmi patris Achan, ioſ.7.a.1. Filius Semei, 1.paralip.8.b.19 זבדי ζεβδί

Zabdias, Idem. Nomen viri, 1.para.27.d.27 ζαβδί

Zabdiél, Dos Dei, ſiue dotatus Dei. Nomen viri, 1.para.27.a.2, & 1.mach.11.b.17 זבדיאל ζαβδιήλ

Zabiná, Fluxus, vel fluens nunc: aut Syriacè, venditio, vel emptio. Nomen viri, 1.eſd.10.d.43 זבינא ζαβεννά

Zabúd, Dotatus, vel dos. Filius Nathan ſacerdos, 3.reg.4.a.5 זבוד ζαβούδ

Zabulón, Habitaculum, vel habitans. Decimus filius Iacob ex Lia vxore ſua, geneſ. 30.c.20. Terminus Zabulon pertinet vſque ad Sidonem, gen.49.b.13 זבלון ζαβουλών

Zabulonitæ, Idem.p.n.1.para.27.c.19

Zabulonites, Idem.ſ.n.iudic.12.d.11 ζαβουλωνίτης זבולני

Zacchæus, Purꝰ, aut nitidus: vel Syriacè, iuſtus aut iuſtificatus. D. Nomẽ viri, 2.mach.10.d.19.luc.19.a.2 ζακχαῖος

Zacchái, Purus, aut nitidus: vel Syriacè, iuſtus. Nomen viri, 1.eſd.2.a.9 זכי ζακχαΐα

Zacchúr, Memor, ſiue memorans, aut maſculinus. Filius Maſma, 1.para.4.c.26, & 24.d.27 זכור ζαχούρ

זכריה ζαχαρίας Zacharias, Memoria Domini, aut maſculus Domini. Nomen principis filii Moſollamiæ, 1.par.5.a.7, & 9.d 21. Filius Barachiæ, eſa. 8. a.2. Filius item Ieroboam filii Ioas regis Iſrael, 4.reg.14.g.29

זכר ζεχρί Zácher, Memoria, ſiue maſculus. Filius Abigabaon, 1.para.8.c.31: qui 9.f.37, dicitur Zacharias.

זמה ζεμμά Zammá, Cogitatio, aut ſcelus, vel turpitudo. Filius Semei filii Ieth, 1.par.6.c.42, & filius Iahath filii Lobni, 1.para.6.b.20

זמרי ζαμει ζαμβεί Zambrí, Cantans, vel pſallẽs, ſeu vitis, vel palmes, aut amputatio vel præſciſſio. Regionis nomẽ, ier.25.e.25. Filius Salu, num.25.d.14. Filius Ela filii Baaſa, 3.reg.16.c.9. Filius item Ioada filii Ahas, 1.para.8.d.36. Scribe vbique Zamri.

זמירה ζαμαρία Zamirá, Cantus, cantio, vel ſurculus, ſiue propago. Filius Bechor filii Beniamin filii Iacob, 1.para.7.b.8

זמרן ζεμβεάν Zamrán, Cantor, ſiue cãtus. Filius Abrahæ ex Cetura, gen.25.a.2

זמרי ζαμβει Zamrí, Idem quod Zambri. Filius Zaræ filii Iuda ex Thamar, 1.para.2.a.6

זנוח ζανώ ζανοέ Zanóe, Obliuio, ſiue abiectio, vel iſta requies, aut iſta conſolatio. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.e.34, & 1.paralip.4.c.18, & 2.eſdr.11.d.30

זרח ζαρεσομαί ζαρέ Zára, ſiue Zare, Oriens, vel Orientalis, aut claritas. Filius Rahuel filii Eſau, geneſ. 36.b. 13. Filius Iudæ ex Thamar, geneſis 38. g.30. Filius Simeonis filii Iacob, 1.para.4.d.24: qui geneſ. 46.b.12, Iachin dicitur. Rex AEthiopum, 2.paral.14.b.9. Filius Gerſon filii Leui, 1.para.6.c.41. Pater Iobab regis Edom, gen.36.d.33. Pater item Zabdi patris Charmi, ioſ.7.a.1

זרח Zarahí, Idem. 1.para.27.b.11

זרחיה ζαρέα Zarahias, Oriens Dominus, aut claritas Domini. Filius Ozi filii Bocci, 1.para.6.a.6

Zare, Vide Zara.

זרד ζαρέδ Zared, Aliena deſcẽſio, aut extranea vel ſparſa poteſtas. Torrens in deſerto Moab, nume.21.c.12. deut.2.c.14

זרחיה σαραία Zarehe, Oriẽs Dominus, aut claritas Domini. Nomen viri, 1.eſdr.8.a.4

זרחי ζαραί Zareitæ, Orientales, aut clari, nume.26.b.13.c.20

זרש ζωσάραν Záres, Extranea miſeria, vel extranea hæreditas: aut ſparſa miſeria vel hæreditas, ſeu circulus vel corona miſeriæ vel hæreditatis. Vxor Aman filii Amadathi, eſth.5.c.10.d.14

זתם ζηθάν Zathám, Oliua eorũ, ſiue iſte perfectus, aut iſte conſummatus, vel iſte ſimplex. Nomen viri, 1.par.26.c.22

זעון ζυκάμ Zauán, Tremens, aut tremor, vel vexatio. Filius Eſer filii Seir Horræi, gene.36.c.27

Z E

זאב ζήβ Zeb, Lupus. Nomen viri Madianitis ab Ephráim interfecti, iudic.7.g.25. pſal.82.c.12. heb.83

זבדי ζεχρεί ζεβεδαῖος Zebedæus, Dos, ſiue dotatus, aut fluxus vehemens. Nomen viri, 2.eſd.11.c.17. Pater Iacóbi & Iohañis apoſtolorum, matth.4.d.21

זבדיה ζαβδίας Zebedia, Dos Domini, ſiue dotauit Dominus. Nomen viri, 1.eſd.8.a.8

זבח ζεβεέ Zebée, Victima, aut ſacrificium, vel decollatio, aut iugulatio. Rex Madianitarum, iudicum 8.a.5. pſal.82.c.12. heb.83

זבודה ζαβυδά Zebida, Dotata, ſiue dotatio. Mater Ioacim ſiue Eliacim, 4.reg.23.g.36

זבל ζεβύλ Zebúl, Habitaculum: aut Syriacè, ſterquiliniũ. Seruus Abimélech filii Gedeonis, iudic.9.d.28

Zechrí, Memor, vel memorans, ſiue maſculinus. Filius Iſaar filii Caath filii Leui, exod. 6.c.21, & 1.paral.8.b.19, & 9.c.15, & 2.para.28.a.7 זכרי ζεχρί

Zechúr, Idem. Pater Sammua, nume.13.a.5 זכור ζαχούρ

Zelotes, AEmulator. G. Cognomen Simônis apoſtoli, luc.6.c.15 ζηλωτής

Zelphá, Diſtillatio oris, aut vilitas vel contemptus oris. Ancilla Liæ vxoris Iacob, gene.29.e.24 זלפה ζελφά

Zemmá, Scelus, aut cogitatio, ſ. peruerſa. Nomẽ viri, 2.para.29.c.11 זמה ζεμμά

Zenas, Viuens. G. Legiſperitus quidam, tit.3.d.13 ζηνᾶς

Zephrôna, Ex Syro & Hebræo, falſitas cantici vel exultationis. Terminus eſt Iudæ, nume.34.b.9 זפרנה ζεφρωνά

Zethám, Oliua eorum, ſiue iſte perfectus, aut iſte cõſummatus, ſiue iſte ſimplex. Nomen viri, 1.par.23.a.8 זתם ζηθάν

Zethán, Oliua, vel oliuetum. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin, 1.para.7.c.10 זיתן ζηθάν

Zethár, Iſte explorans, vel contemplans, aut oliua explorationis vel contemplationis, ſiue iſte turtur, vel oliua turturis. Nomen eunuchi, eſth.1.b.10 זתר ζηθάρ

Zethú, Oliuetũ. Nomen viri, 2.eſd.10.a. 14 σαθθουία זתוא

Zethua, Idem. Nomen viri, 1.eſd.2.a.8 ζαθουά

Z I

Zíe, Sudor, aut tremor. Nomen viri, 1.para.5.b.13 זיע ζία

Zina, Fornicatio: aut Syriacè, nutrimẽtum vel arma. Nomen viri, 1.para.23.b.10 זינא ζιζά

Zio, Iſte: vel Syriacè, ſplendor, aut claritas. Nomen ſecundi mẽſis, qui Aprilis apud nos dicitur, 3.reg.6.a.1 זו δεύτερος μήν

Ziph, Iſtud os, vel iſta bucca: aut Syriacè, falſitas, vel falſus. Duæ ſũt huius nominis in tribu Iuda ciuitates: ex quibus altera nomen magnæ dedit ſolitudini, ioſue 15.c.24, & g.55, & 1.reg.23.b.14, & 1.para.2.e.42: quam ædificauit Roboam, 2.para.11.d.8 זיף ζίφ

Zipha, Idem. Filius Ialeleel, 1.para.4.c.16 ζιφά זיף & זיפא

Ziphæi, Idem. p.n. 1.reg.23.c.19 ζιφαῖοι זפים

Zizá, Vniuerſalis, vel omnimodus, ſeu beſtia, vel fera aut reſplendens: vel Syriacè, recedens. Filius Ionathan filii Iuda filii Onam, 1 paral.2.e.33. Eſt & nomen principis, 1.para.4.f.37 זזא ζιζά ζηζά

Z O

Zohéleth, Reptans, vel trahens. Rupes eſt iuxta fontem Rogel nomine, 3.reg.1.b.9 זחלת ζωελέθ

Zohéth, Separatio, aut iſte ſtupens vel pauidus, ſeu iſte confractus: vel ex Hebræo & Syro, iſte deſcendẽs. Filius Ieſi, 1.para.4.d.20 זוחת ζωχάθ

Zomzommím, Scelus, vel turpitudinem cogitantes, ſeu ſcelus ſceleratorum. Populi ſunt qui aliàs ab Ammonitis Raphaim nuncupantur, deut.2.d.20 זמזמים ζομμίν

Zóom, Abominans, vel immundus. Filius Roboã ex Abiháil, 2.paral.11.d.19 זהם ζαάμ

Zorobabél, Alienus à cõfuſione, aut aliena vel extranea cõfuſio, ſiue extranea commiſtio, aut diſperſio cõfuſionis vel commiſtionis, ſeu circulus commiſtionis vel confuſionis. Dux in Iuda, agg.1.a.1. Filius Phadaia filii Iechoniæ, 1.para.3.c.19, & 1.eſd.2.a.2 זרבבל ζοροβάβελ

Z V

Zuzim, Poſtes, vel ſuperliminaria, aut ſplendentes: vel Syriacè, recedentes, aut pecuniæ. In gen. 14.a.5. nõ eſt nomen proprium. LXX enim, gentes fortes, Chaldæus interpres robuſtos, interpretantur. quod & annotauit Hieronymus in quæſtionibus in Geneſin, dicens ſic debere legi in eo loco, Et robuſti in Ham. vt ſit proprium loci: non autem legatur In eis. זוזים ἔθνη ἰσχυρά

Bb 2341/2

Bb
2341

BIBLIA
ROB. STEPHAN.
TOM. II.